BASILII FABR
SORANI

THESAVRV ERVDITIONIS SCHOLASTICÆ

POST ALIORVM

INPRIMIS

CLL. VIRR.

AVGVSTI BVCHNER

ET

CHRISTOPHORI CELLA

ITERATAS OPERAS

IAM ACCEDENTIBVS NOVIS

EIVSDEM CELLARII

NEC NON

CL. IOANNIS GEORGII GRAE

NOTIS ET OBSERVATIONIBVS POSTVMIS

QVIN ETIAM

M. A. S.

ADDITIONIBVS ET CVRIS

INDICEQVE GERMANICO-LA

MVLTO LOCVPLETIOR ET CORRECTIOR.

CVM PRIVILEGIO CÆSAREO ET SAXONIC

LIPSIAE

APVD THOMAM FRITSC

ANNO MDCCX.

*** *** ***

LECTORIBVS BENEVOLIS

S. P. D.

M. ANDREAS STVBELIVS.

SI pretioſioris metalli theſaurus præclarus eſt & comme dabilis, qui ea gaudet felicitate, ut progreſſu temporis joribus & novis opum ſubſidiis cumuletur: ſane huic e litterario THESAVRO lingua manuque veſtra applaudendum quod cum noſtra ætate, in multo provectiore dignitate atque cellentia, litterariæ rei ſplendor conſtituatur, ille quoque diora ſubinde ac nitidiora incrementa capiat. Hoc ſibi nego tum crediderunt omnes, qui quotiescunque opus exſcribe typis & excudendum iterum eſſet, non minus ratione impe rum, quam politioris ratione doctrinæ, obſtetricio quaſi mu perfuncti, ſuis curis & manibus tam nobilem & creſcentem par tum ulterius perpoliendum ſupplendumque ſuſceperunt. Primum ſtatim ejus inventor & conditor BASILIVS FABER, juventutis ſtudia mirum quantum adjuvans, eo intendit animum, ut inſtru ctiſſimum apparatum locutionum latinarum, rerum, & ſenten tiarum ſiſteret, ac quaſi in foro quodam, ut conſpici ab omni poſſet, explicaret. Simili boni publici ſtudio mox ab aliis e ditiſſimis viris collata ac præſtita, longiſſime ſuperavit AVG STVS BVCHNERVS; vir in humanioris litteraturæ ornamen tum natus, & per omnem vitam ad antiquum latini ſermo cultum, elegantiam & nitorem intentus: cujus opera ſem que iterum THESAVRVS recognitus, & ab extantioribus & maculis expurgatus, & acceſſionibus innumeris locuple redditus, dici non poteſt, quot quantosque admiratores atque æſtimatores invenerit. Qui vero deinde horas co darunt bonas, ut ſatisfieret voto atque omini Buchneriano aliis poſt ſe extituris, qui cruda & minus concinna, & viri ſubterfugientia induſtriam, reſarcirent, quoniam prio ſemper poſterior doceat dies; ſingularem eo nomine inierunt gratiam, quod & transmiſſa a IO. VORSTIO, & ab ipſo iterum BVCHNERO ante obitum collecta, & tandem ab hæredibus conceſſa additamenta, inſeruerint: ſaltem in eo falſi atque

 inane

inanes, quod ad umbilicum tunc perducto opere, editionem in posterum variatam & auctiorem non exspectandam esse existimarint.

Redarguit hanc fiduciam cura Viri in omni studiorum linarumque genere exercitatissimi, CHRISTOPH. CELLARII, ui ter & amplius fidem fecit orbi litterato, opus tantum sua am censura, & lima, & supplemento, multo ornatius instrusque fieri; quique inter initia hujus novæ editionis non antæ operosæ finem nactus est, quam cum denuo inserenda pauca numero præparasset, & in sinu lætaretur suo, quod trem ejusdem studii socium sibi suoque quodammodo lateri vice adjungendum sciret, IO. GEORGIVM GRAEVIVM, ologorum non ita pridem apud Batavos & omnes exteros llum, & latinitatis atque omnis elegantiæ promum condum eberrimum. Nam quæ ille interpolamenta & animadveriones ad marginem exemplaris sui notaverat, ex concessione SERENISS. ELECTORIS PALATINI, Grævianam bibliothecam nunc possidentis, huc transcribi curavit Thomas Fritschius, bibliopola noster; inspersis insuper observationibus, quas huc pertinentes vir excellentissimus ad libros notis illustratos contu- Hæc sunt, quæ nunc asterisco præmisso, & ipsius GRAEVII omine subjecto, a contextu reliquo discernuntur. Sed noum ecce GRAEVIANI nominis de hac editione meritum! Et nim adornandæ dum opera impenditur, Vir consummata erutione pariter, ac meritis in Rempublicam, illustris, GOTHODVS GRAEVIVS, IOANNIS GEORGII frater, Reipublicæ iensis Consul, qua est in bonas litteras promovendas prosione, *Arusiani Messi, primi ordinis V. C. CR. Comitis, exemcutionum ex Virgilio, Sallustio, Terentio, Cicerone, per litas digesta*, liberali manu offert, utque ex iis novas huic THERO opes inferamus, autor nobis existit. Easdem vero suis is inseruimus, rectius ita vestris commodis iri consultum stimantes, quam si totus ille libellus una serie ad calcem huis operis exhibitus fuisset.

Luculentis adeo præstantissimi THESAVRI incrementis pervarie allatis, & cœptis jam, imo urgentibus assidue sub perlo operis, impares humeros meos supposuisse, arduum profecto visum

visum est. *Quoties me lux noctu*, librum deasciare & *aliquid describere ingressum, quoties nox oppressit, cum cœpissem mane?* (a) Noveram equidem, jam dudum alios industrios & multæ lectionis viros conquestos de multis commissis & prætermissis in opere tam insigni, suaque alioqui laude non defraudando. E spectat confessio, & humanæ sortis commonefactio, ab ips BVCHNERO iteratis curis repræsentata. Et quam multa de prehendit Professor Gedanensis, IO. PETR. TITIVS? (b) I quos defectus in Dania uterque BORRICHIVS, OLAVS & A DREAS, notarunt atque ostenderunt? (c) Sentiens ergo & do lens, immensum quantum abesse adhuc a virtute consumm lexici, ideoque multorum annorum spatio congesta ex adve riis jamjam depromere gestiens, neque prius neque antiq quidquam habui, quam ut labes iterum iterumque adhæren quantopere potuit, eluerentur, additis præterea meapte m amplius vocabulorum septem millibus, aliisque innumeris scit necessariis, diu ac multum desideratis. Cujus asserti fides quo dammodo constare potest, si quis vel unam alteramve pla lam, vel numerum vocabulorum in priore editione confe Nihilominus molem libri immaniorem adstrictius typorun nus & refecta superflua prohibuerunt.

Sua cujusque labori laus, suus honor, suum maneat d cus. Hoc prædicare liceat, me demerendis hominibus nitum, nullo partium, nullo insectandi studio abreptum f se, neque uanissimo pruritu fingendi atque refingendi omn sed solius utilitatis publicæ caussa huic negotio jam fere tum vacasse: nimirum, ut ad fontes ipsos latinæ lingu vuli justo ordine deducantur: ut manifeste barbara, fals que rejicula sequestrentur, aut corrigantur: ut probi aut qualiscunque notæ voces & locutiones afferantur, a monstrentur: tum ut amplior multarum vocum usus & prietas ex conquisitis exemplis perspiciatur: & ut prodi toritate, ipsorumque autorum libris & sectionibus indicatis cujusvis vocis ætate, valore ac censu rectius judicari po Fuerunt certe, in quibus investigandis totos libros solicitavi,

(a) *Ita de C. Gallo* Cato *apud* Cicer. *de Senect. cap.* 14. (b) *Vid. ejus Manuductio ad excerpendum pag.* 38 *seqq.* (c) *Vid.* Ol. Borrich. *Cogit. de Variis L. L. ætatibus* &c. *&* *Annal. ad Cogit. & imprimis Append. de Lexicis pag.* 46, *&* Andr. Borrich. *in Vindiciis Latin. purioris.*

ra

raro tamen incaſſum. Sæpius, ut fit, alienis oculis fidendum fuit. Neque ego cauſſas peroro, in quibus venia expoſcenda eſt. Cæterum in gratiam juniorum, adduntur ſignificationes plures germanicæ; & genus nominis exprimitur, niſi ex ſubjectis xemplis appareat ſatis: inculcatur & in nominibus genitivus, & in verbis præteritum & ſupinum; & ſi quae ſunt alia, quibus ormatio grammatica redditur familiarior. Circa orthographiam ero, ubi maxima quandoque nullo cum periculo ſcribentium eſt diverſitas, cuivis liberum relinquitur, quid eligere velit, cum alii aliam ſequantur viam & rationem. De derivatis autem & mpoſitis in origine ſua requirendis, ut debito loco atque or- ne indicium eſſet, ſoliciti quoque fuimus; forſan aliquando s rei gratia clavem compendioſam præmiſſuri, niſi potior alio- intercedat ſententia. Tandem non neglexi indicem Ger- nico-latinum multo accuratius reficere, & in eo concen- iare apparatum abundantiſſimum; ita ut dicendi copia, quanta non alibi locupletior, largiſſimum delectum & uſum ile præbeat.

Habetis ergo THESAVRVM, tantopere illuſtratum & am- catum veſtri commodi cauſſa, ſi vel diſcendi ſitis cupidi, vel endæ juventutis provincia vobis committatur: habetis, ut s opibus ſuis erudiat, *quo munere*, ipſo Tullio teſte, (d) *rei- blicæ afferre majus meliusve non poſſumus.* Hoc ſane diffiteri mo unquam poterit, quod temporum felicitas, quam voce iblica & privata a quibuslibet aſſidue exoptari novimus, non um ab aëris ſalubritate, & ab uberi fructuum proventu; ſed ſalvo doctorum hominum ſtatu, prudentia & bonitate ex- anda ſit. Vos itaque, & omnes, qui rem litterariam ſuis me- evinciunt, vel ut devincire olim poſſint, allaborant, ſervet s! Scribebam Lipſiæ A. D. XV Calend. Maji CIϽIϽCCX.

(d) De Divinat. lib. 2 cap. 2.

A Litera

A. AB.

A Litera vocalis, apud Latinos ancipitis cujusdam est potestatis, quæ aliâs produci, aliâs corripi potest, quemadmodum Græcorum α: quarum literarum eadem fuit apud veteres, tum Græcos tum Latinos, figura. Cicero de Divinat. lib. 1. c. 13 *Sus rostro si humi A, literam impresserit, num propterea suspicari poteris, Andromacham Ennii ab ea posse describi?* In Longobardico charactere nihil inter se differre literas A & V, Scaligeri observatio est: qui inde versum quendam Catulli emendat p. 85 Castig. in Catull. de monte Atho,

quem maximum in oris
Progenies Phthiæ clara supervehitur.

cum aliâs legeretur: *quem maxima.* Scriptum Longobardice fuerat: *maximu.* ¶ Translata a Græcis in nostram scripturam A litera, aliquando in *æ*, diphthongum commutatur: ut, Ἀσκλήπιος *Æsculapius:* interdum in *i*, ut κάναστρον *canistrum:* nonnunquam in *o*, ut κάρυλος *corylus*, μάρμαρον *marmor.* Cæterum A insuavissimam literam ob sonum vocat Cicero in Oratore cap. 49: in repetitâ asperitatem notat Martianus Capella lib. 5. Non displicuit tamen ejus repetitio veteribus in uno, eodemque versu. Vide Barth. ad Script. Venat. p. 42. & ad 1. Thebaid. Statii lib. 1. pag. 3.

Apud Latinos ipsum *a* crebrius mutatur in *e*, modo productum, modo correptum. Productum quidem: ut, ab *Halitus, anhelitus:* & in præteritis Verborum, *Facio feci, Ago egi, Jacio jeci, Frango fregi, Capio cepi* (quæ & *ægi, jæci, frægi, cæpi* à veteribus scribebantur;) correptum vero, ut, *Tango tetigi, Cado cecidi, Parco peperci, Fallo fefelli.* Et in compositione *a*, positione productum, in *e* positione productum convertitur: ut, *Armatus, inermis, Arceo, coërceo.* Rursus *a* brevis, in *i* brevem syllabam, ut, *Amicus, inimicus, Armipotens, Stelliger, Caussidicus, Tubicen,* ab *arma, stella, caussa, tuba.* Sed *Tibicen* à *tibia*, penultimâ productâ, quod in ea dictione, *i* & *a* per crasin in *i* longum commutentur. ¶ 2. in prænominibus per *A*, significatur *Aulus:* ut, *A. Postumius Albinus. A. Cornelius Cossus. A. Gellius*, &c. Sed *Ap.* & *App. Appius:* ut, *App. Claudius Pulcher.* ¶ 3. Sed & sic Romani veteres scribebant, AVG. pro *Augustus* vel *Augur:* AB V. C. pro *ab urbe condita:* Et A. A. V. C. pro *Anno ab urbe condita:* A. P. R. C. *Anno post Romam conditam:* AED. pro *Ædes*, AEDIL. CVR. pro *Ædilis Curulis.* Sed in Quæst. Tuscul. Ciceronis per literam A, Atticus interlocutor designatur, ut Lactantius lib. 1. cap. 15. Div. Instit. expressit: Lambinus personam incertam, puta Adolescentem intelligit. add. Turneb. 9. cap. 18. ¶ 4. Cicero denique pro Milone cap. 6, A *literam salutarem* dixit, quia nota esset absolutionis: quemadmodum C, *literam tristem*, quod esset condemnationis nota. ¶ 5. A pro *ab*, vide *Ab*.

Ā, ĀB, ABS, præpositiones ablativæ, significant von. Et a quibus literis excipiantur, indicant exempla: nimirum à consonantibus A; à vocalibus plerumque *Ab*; sed tamen a consonantibus etiam, si nulla prohibeat vocis asperitas, quemadmodum Priscianus docuit: ut, *ab ducibus, ab Jove, ab re, ab rege*, &c. Livius lib. 30, 8 *Romanus equitatum Italicum ab dextro cornu, ab lævo Numidas Masanissamque opposuit.* Paulo post: *neque spes veniæ ab Scipione erat.* Nec quisquam veterum est, qui AB consonantibus sæpius præponat, quam Livius. Hujus enim præter illa sunt *ab cruciatu* 26, 13. *ab domo* c. 50. *ab fronte* 34, 14. *ab Gallis* 21, 52. *ab juventa* 26, 19. *ab lateribus* 32, 18. *ab multis* 25, 36. *ab nocte* 24, 46. *ab Piræeo* 31, 25. *ab quærente* 24, 6. *ab Romanis* ibidem. *ab se* 24, 4. *ab tergo*, eod. lib. c. 47. & passim alibi. Sic *ab parvulis* Cæs. 6, 21. *ab senatu* Cic. 2. Invent. c. 37. *ab sententia*, ibidem c. 48. *ab nullius tempore* pro Archia cap. 6. *ab nullis* Divin. in Verr. c. 9. *ab centro* Vitruv. 9, 8. *ab sole* Varro R. Rust. 1, 12. *ab lenone* Plautus Curcul. a. 4. sc. 2, v. 9. &c. ut taceam compositionem in *abduco, abluo, abnego* &c. quam Priscianus lib. 14 urget, & ante *J*, ut *abjicio, abjungo, abjudico, abjuro.* ¶ 2. Et A, quidem, & *Ab*, præcedente verbo passivo, personam agentem significant: ut, *Victus est à Scipione*, er ist vom Scipione überwunden worden. Quintil. lib. 12. c. 1, *Fabricius respondit, se a cive spoliari malle, quam ab hoste venire.* Sic *Vapulare ab aliquo fustibus*, von einem geprügelt werden, apud eundem lib. 9. cap. 2. Huc pertinet Ciceronis pro Milone formula cap. 35, *A meis civibus eares mihi fuit honori*, um deßwillen ist mir von meinen bürgern ehre wiederfahren. ¶ 3. Aliquando videtur *propter* esse, ut Plin. l. 2. c. 8 *Sidus Martis ignei, ardentis à solis vicinitate, binis fere annis convertitur*, hoc est, propter solis vicinitatem. Cicero pro Sex. Rosc. Amer. c. 30: *Quanquam præest huic quæstioni vir & contra audaciam fortissimus & ab innocentia clementissimus*, id est, propter vitæ sanctitatem & integritatem clementissimus. Plinius lib. 24. cap. 5. pr. *caput a sole dolet.* Ita non raro Livius, ut lib. 5. cap. 44 *Nunc ab secundis rebus magis etiam solito incauti.* Et lib. 24. cap. 30 *Tanto ardore militum est usus ab ira interfectæ stationis*, &c. ¶ 4. A pro *è* vel *ex*. Suetonius Tiberio cap. 19, *A Germania in urbem regressus.* ¶ 5. *A* pro *præ* dixit Hieronym. Epist. 146 ad Damasum: *Qui prima hora conductus est, plus meretur ab eo,* (i. e. præ eo) *qui hora tertia missus est ad vineam*, quod Ebraismum sapit.

¶ *Abs* vero, cum ejusdem sit significationis, non frequenti tamen usu est latinè loquentibus: præponitur dictionibus inchoatis à *q* & *t*. Terent. in Adelph. a. 2. sc. 3. pr. *Abs quovis homine, &c.* Et in Andr. a. 1. sc. 5. v. 57, *Ne abs te hanc segreges*, du wollest sie ja nicht von dir stossen. ¶ Porro duo hæc verba, *Aufero* & *Aufugio*, ab hac præpositione putantur componi incertâ valde & obscurâ indicatione Ciceronis in Oratore ad Brutum cap. 47, cum multo plura sint verba inde integre composita: ut, *Abscedo, Abscondo, Abstergeo, Absterreo, Abstineo, Abstemius, Abstrudo.*

A & AB, diversis præpositæ ablativis, locutiones bonas plurimas atque

AB.

elegantes efficere solent: ut, *A puero, à pueritiâ*, ἐκ παιδὸς, *ab ineunte ætate*, von kind auff, von jugend auff. *Ab adolescentia, ab initio ætatis, à parvis, à primâ ætate, à teneris unguiculis*, apud Ciceronem passim. *A parvulo*, apud Terent. in And. a. 1. sc. 1. *Ab incunabulis*, von der wiegen auff, Livius 4, 36. Et Quintil. proœm. lib. 1 *Ab ipsis dicendi incunabulis.* Sic & *Ab initio, a primo, a principio*, von forne an, apud Terent. & Cicer. *A capite ad calcem*, pro re totâ, durch und durch. *Ab unguiculo ad capillum summum*, Plaut. in Epid. a. 5, sc. 1. v. 17. Et Horat. in epist. 2, 2, 4. *Talos à vertice pulcher ad imos:* quod Germani contrà dicunt, von der fußsolen bis auff die scheitel. *Ab imis unguibus usque ad verticem summum*, Cicero pro Rosc. Comœd. cap. 7. Paullo diversius extulit idem illud in 2. Tuscul. quæstion. cap. 2, *Oratorum laus ita ducta ab humili, venit ad summum.* ¶ 2. *A prandio, a cœna*, id est, post, nach tische. *Ab illo tempore*, nach dieser zeit. Vellejus Paterculus lib. 2. cap. 104 *Protinus ab adoptione missus cum eo præfectus equitum*, &c. Suetonius in Cæsar. c. 60, *Prælia non tantum destinatò, sed ex occasione sumebat: ac sæpe ab itinere statim.* Tacitus lib. 2. Hist. c. 92 *Præposuerat prætorianis P. Sabinium a præfectura cohortis*, (ut Mercerus feliciter restituit) vel, *ab præfectura cohortis*, (quod Pichena conjiciebat) id est, postquam hactenus præfecturam cohortis administraverat. Qua ratione auctores frequentius præpositione *Ex* usi fuerunt. Sed *proximus a postremo*, apud Cic. in Orat. c. 64, ohn einer der letzte. *Secundus a rege*, hoc est, primus post regem, Hirt. B. Alex. c. 66. ¶ 3. *Ab aliquo stare*, est cum aliquo stare, vel facere, auff eines seiten stehen, es mit einem halten. *Stare à mendacio contra verum*, Cic. lib. 1. de Invent. cap. 3. ¶ 4. Sed *ab re*, idem est, quod à negotiis, vel per negotia, apud Terent. in Heaut. a. 1. sc 1, v. 23, *Tantumne est ab re tua otii tibi, aliena ut cures?* kanstu denn von deinem amt oder geschäfften so viel abbrechen, und musse haben? &c. ¶ 5. Plauto vero *ab re*, idem quod præter rem seu utilitatem, ut in Trinum. a. 2. sc. 1. v. 12, *Ab re consulere*, zu schaden rathen. *Non ab re hoc est*, non alienum ab instituto. Sueton. in Aug. cap. 94, *Non ab re fuerit subtexere, quæ ei, priusquam nasceretur, evenerint.* ¶ 6. *Ab aliquo esse*, einem zustehen. Terent. Andr. act. 3. sc. 1, *Ab Andria est ancilla hæc*, id est, ab, vel ex Andriæ familia. Plautus Curc. a. 3. v. 82 *Credo te esse ab illo*, i. e ejus servum esse. Cicer. in Tuscul. 2. c. 3 *Qui sunt ab ea disciplina.* Et, *Pericles ab Anaxagora uber fuit & fœcundus*, Cic. in Orat. cap. 4. Idem eleganter etiam dixit pro Muræn. cap. 30 *Nostri illi a Platone & Aristotele moderati homines, &c.* id est, Academici & Peripatetici. Videntur enim veteres sæpe hac præpositione ita fuisse usi, cum adjectiva, vel Genitivos, atque hos quidem maxime, vellent circumloqui, non modo poëtæ versus caussa; sed oratores etiam variandæ orationis. Tale illud Virgilii est lib. 2. Georg. v. 243 *dulcesque a fontibus undæ*, i.e. fontanæ, sive fontium undæ. Terent. Heaut. a. 3. sc. 3. extr. *Quid est, quod tam à nobis graviter crepuere fores? Fores à nobis*, sc. nostræ, vel nostrarum ædium. Idem Andria a. 2. v. 128 *Ea primum ab illo animadvertenda injuria est. Injuria ab illo*, id est, illius, quomodo & Donatus interpretatur, qui alia istiusmodi etiam apud Comicum alibi observat ac notat. Similiter Lucret. lib. 2. v. 50, *neque fulgorem reverentur ab auro*, i. e. auri. Et lib. 4. v. 1161, *Ceres est ipsa ab Iaccho*, id est, Iacchi soror. Nam sæpe apud Latinos propinquitatis ac necessitudinis vocabulum omittitur. Huc pertinet & Græcorum ratio, cùm ad patronymicum circumloquendum præpositionem ἀπὸ adhibent: qua forma Pindarus usus Nem. E. v. 89. In Novo Fœdere similiter leges Ἰέδας ἀπὸ Καριώτε, *Judas à Carioto*, i. e. Cariotensis. Sed ita etiam Latini nonnunquam. Livius lib. 1. cap. 50, *Turnus Herdonius ab Aricia:* id est, Aricinus, quemadmodum & extremo capite vocatur. Idem lib. 2. c. 22 *Obsides dant ccc principum a Cora atque Pometia liberos.* Sic idem *Græcos à Phocæa* pro *Phocæensibus* dixit lib. 34. c. 9. & Varro lib. 2. de re rustica c. 2, *Videamus quid pastores a Pergamide Maledove potes sint.* Sic apud Virgil. Georg. lib. 3. v. 2 *Pastor ab Amphryso*, Amphrysius est. Severus Sulpicius, elegantissimus auctor, lib. 2. Sacræ Historiæ cap. 38 *Sed principes mali istius habebantur à Singiduno Ursacius, Valens a Mursa, ab Heraclia Theodorus, Stephanus Antiochenus*, &c. *A Singiduno, Mursa, Heraclia*, id est, *Singidunensis, Mursensis, Heracliensis, Episcopi.* Sic cap. seq. *Lucifer a Caralis*, pro, Caralitanus; & rursus: *Paternus à Petrocoris*, similiter. Concise & per ellipsin Plautus Bacchid. a. 2. sc. 2 *Hospitem Epheso*, pro Ephesio: *hospitem Zacyntho*, pro Zacynthio, Mercatore a. 5. sc. 1. Gellius lib. 3. Noct. Attic. c. 15 *Polycratem nobilem fœminam Naxo insulâ.* Ovid. lib. 3. Trist. El. 9

Hospes, ait, nosco Colchide vela, venit.

Colchide vela i. e. Colchica. Alia ejusmodi exempla eruditi viri ad Plautum notârunt, ibi videnda. Huc pertinet & Plauti illud *A lenone amare*, quo usus est Pseud. act. 1. sc. 2. v. 69. & Pœnulo act. 5. sc. 2. *A lenone amare*, subaudi puellam. *Puella à lenone*, lenonia est, sive de lenonis familiâ. ¶ 7. A doctrina, ab equitatu, à pecunia, hoc est quod attinet ad, seu barbare Quoad. Cicero 7. ad Att. ep. 15 *Sumus flagitiosè imparati; cum à militibus, tum à pecunia*, wir seyn schändlich oder überaus schlecht so wohl mit soldaten als geld versehen. Cicero in 5. ad Att. ep. 18, *locus copiosus à frumento.* Terentius Heaut. Prol. v. 13 *Tantum potuit à facundia*, hoc est, per facundiam, vel facundiæ beneficio, also gar fertig war er mit worten. Græcis idem præstat ἕνεκα. Quanquam in talibus & abundare præpositio hæc videri potest, & elegantiæ tantum addi caussa. Ut in illo Lucretii lib. 3. v. 537, *Quod lethalibus ab rebus munita tenetur.* Sic *à peregre*, pro peregre Vitruvius lib. 5. cap. 7. *A foras*, pro foras apud Aggenum Urbicum de limitibus agrorum. Quemadmodum *e foris*, pro foris Plinius lib. 17. c. 25 dixit, & *de foras* Inscriptionis Veteris auctor, ut Rigaltius observat; *A longe* Vetus Bibliorum interpres. Quæ etsi non ita trita ac usitata sint, non tamen barbara habenda, quod videtur nonnullis. ¶ 8. *A fronte*, fornen, *à tergo*, hinten, Cic. Phil. 3. c. 13 *a fronte, a tergo, a lateribus tenetur.* *A fronte præcipitium, à tergo lupi.* Vide

 Erasmi

Erasmi Chiliadas. Statius lib. 1. Silv. Epithal. Stellæ v. 23 *& dominæ niveis à vultibus obstas*, id est, stas ante dominam. Quam familiarem loquendi formam Papinio esse eruditissimus Gevartius ibidem ostendit. Similiter Frontinus de stratagem. lib. 1. cap. 5. n. 10 *Universi à limite obstiterunt*. ¶ 9. Hic transitus ab una re ad aliam significatur, *Ingenium est omnium hominum à labore proclive ad libidinem*, hoc est, ad otium; effectus nomen pro caussâ, von der arbeit geneigt zum müssiggang, Terent. in Andr. a. 1. scen. 1. v. 56. *A remo ad tribunal*, subaudi adspirate, hoc est, de infima conditione ad honestam. Vide Chiliad. Hic initium significatur, *A suppliciis vitam auspicatur animal cæteris imperaturum*, Plin. proœm. lib. 7. ¶ 10. Sunt elegantes & hæ locutiones, *Ab aliquo solvere, dare, numerare*, von eines gelde bezahlen. Cicero ad Attic. 7. ep. 18 *Frater laborat, ut tibi, quod debet, ab Egnatio solvat*, hoc est, ab illis pecuniis, quæ vicissim sibi ab Egnatio debentur. ¶ 11. Est & elegans usus præpositionum A & AB cum particula *usque*. Cicero in Vatin. cap. 8 *Quod Augures omnes usque à Romulo decreverunt*. Sic & *Inde usque à Romulo*, *Inde usque à prima pueritia*. Vide Usque. Aliquando & hæc præpositio abundat. Varro lib. 1. cap. 2. de re rust. *Quod est inferior à dextrâ foraminibus*. Inferiora dextra, id est, inferior dextrâ, foraminum numero. Vid. Salmas. ad Carinum Vopisci cap. 19. p. 826. Contra frequens quoque τῶ A ellipsis auctoribus. Sveton. Cæsar. c. 16 *administratione Reipubl. submoveri*. cap. 19 *opera optimatibus data est*. & cap. 20 campum *majoribus consecratum* &c. & alibi sæpius: ubi semper *A* præpositio subaudienda.

Multus & harum præpositionum A & AB usus est in servitiis, ministeriis, & curationibus designandis: ut *A pedibus: Ab epistolis: A studiis*: & quæ de isthoc genere infinita alia apud Auctores, & in antiquis inscriptionibus maximè legere licet. Quæ vulgariter hodie cum Dativo personæ jungi solent; sed veteres Genitivum potius subjiciebant, quod ex infinitis inscriptionibus patere potest. Rei firmandæ satis erit unam ac alteram adduxisse ex Gruteri opere. Pag. 578. n. 1

M. VLPIO AVG. LIB
PHAEDIMO DIVI TRAIANI AVG
A POTIONE &c.

item pag. 61. n. 4

CN. OCTAVIVS TITINIVS CAPITO
PRAEF. COHORTIS TRIB. MILIT. DONAT
HASTA PVRA CORONA VALLARI PROC. AB
EPISTVLIS ET A PATRIMONIO ITERVM AB
EPISTVLIS DIVI NERVAE &c.

iterum pag. 584. n. 2

ALEXIO CAESARIS AVG
AB BYBLIOTHECE

& rursus eadem pag. n. 6

SVLPICIAE THALVSIAE
ANTIOCHVS TIB. CLAVDI
CAESARIS A BYBLIOTHECA
LATINA APOLLINIS &c.

Est autem in his oratio elliptica: subintelligendum enim semper aliquid, videlicet *servus, libertus, scriba*, vel aliquid aliud istiusmodi: quod item ex inscriptionibus maxime clarum; ut pag. 583. n. 9 NESTOR C. CAESARIS SERVVS GERMANICIANVS A SVPELLECTILE, & pag. 598. n. 4 M. VLPIVS AVG. LIBERTVS A CVRA AMICORVM. item p. 577. n. 8 TIB. CLAVDIVS ALCIBIADES MAG. A BIBLIOTHECA LATINA APOLLINIS. ITEM SCRIBA AB EPISTVLIS LAT. &c. Sed de loquendi hoc genere pluribus alio loco.

ABSQUE idem est, quod sine, ohne, auctore Prisciano. Plaut. in Menæch. a. 5. sc. 7. v. 33, *absque te si fuissem*, wäre ich ohne dich gewest, hättest du gethan. Terent. in Hecyr. act. 4. sc. 2. v. 25 *Quam fortunatus cæteris sim rebus, absque una hac foret*, id est, extra unam hanc rem si esset. ¶ 2. Pro Præterquam usurpavit Solinus cap. 46 de Phœnice loquens: *Postera parte purpureus absque* (id est, exceptâ, ut Schottus interpretatur p. 1033 Phys. curios.) *caudæ, in quâ roseis pennis cæruleus inscribitur nitor*. Quem ad locum Camers ita: *Non vult Solinus, hanc alitem esse absque caudâ, sed eam esse ubique coloris purpurei præterquam in cauda*. Fere autem ita suum χωρὶς & Græci usurpant.

ABA, æ, ἄβα, mons est Armeniæ, in quo Euphrates oritur. Plin. lib. 5. cap. 24.

Abactor, Abactus, quære in *Ago*.

ABACUS, ex ἄβακος ab ἄβαξ, mensæ genus, in quam vasa omnis generis vel ad usum, vel ad ostentationem solent expediri, credentz-tisch. Cicer. in 6. Verr. c. 16, *Ab hoc iste abaci vasa omnia, ut exposita fuerant, abstulit*. ¶ 2. Et tabula calculatoria, ein rechen-tisch. Cujus formam antiquis monumentis publicavit illustris vir Marcus Welserus Rer. August. Vindel. Commentar. p. 221. ¶ 3. Macrobio etiam Abacus alveolus est aleatorius, ein bretspiel. Lib. 1. Saturn. cap. 5, *Diem sequentem omnes plerique abaco & latrunculis conterunt*. Quemadmodum & apud Sueton. Nerone cap. 12 interpretatur Torrentius. ¶ 4. Vitruvio Abacus quoque est summa illa planicies in capitulis columnarum, die blatte. Vid. lib. 4. c. 1. &c.

¶ Abaculus Dimin. Sed *Abaculos* Plinius lib. 36. cap. 26 calculos dici à quibusdam indicat, vario colore tinctos, qui vel lusorii erant, ut Harduinus existimat; vel, ut alii censent, in supputationibus usurpati.

ABADIR, nom. Masc. de quo Priscianus lib. 5, *Abadir Deus est. Dicitur & hoc nomine lapis ille, quem Saturnus dicitur devorasse pro Jove, quem Græci βαίτυλον vocant*. Adde infra in *Barylus* dicenda.

Abalienatio, abalieno, Abambulo, Abamita, Abantes, abanteus, vide *alienus, ambulo, amita, Abas*.

ABARIS, Scytha Hyperboreus, fortilegus, sive ariolus, ut ab Hieronymo in Chronico appellatur. Hic ab Apolline donatus sagittamemoratur, quam simul misisset nervo, simul & ipse auferretur unà volans: eaque ratione tot peragrasse populos, responsa reddens.

Quod omne pro fabula habet Herodotus lib. 4. cap. 36. De eo & Harpocration in Lexico, Malchus & Jamblichus de vita Pythagoræ, à cujus disciplina fuisse creditur: Origen. lib. 3 contra Celsum & alii. Palladium Trojanum ab hoc Abaride confectum fuisse Julius Firmicus de errore profanarum religionum auctor est. De quo ibidem Scaliger itemque Animadversionibus in Eusebium consuli potest. ¶ Virgilius hoc nominis cuidam ex Rutulis in Turni exercitu tribuit, quem ab Euryalo occisum lib. 9 prædicat.

ABAS, antis, Ἄβας, rex Argivorum fuit, à quo *Abantêi Argi* Ovidio Met. 15. v. 164. ¶ 2. Item socius Æneæ, nobilis Trojanus. Virg. 1. Æn. v. 125

Et qua vectus Abas, & qua grandævus Alethes.

Et alius eodem bello, hostis Trojanorum, cujus clypeum Æneas, cum epigrammate fixit, Virgil. 3. v. 286.

¶ Abantes, populi Eubϟæ. Pausan. Eliac. 1. p. 171.

¶ Abantêus, Argivus: modo dictum in *Abas*.

¶ Abantidos regio, in Thesprotia Epiri. Pausanias d. l.

Abassini, Abessini, vel Abissini, Æthiopes Christiani, vide in *Habessini*.

Abavus, vide *Avus*.

ABBAS, *atis*, Syriace patrem notat: ecclesiasticis præfectum & rectorem monachorum. Usus Sidonius lib. 7 epist. 17 extr.

¶ Abbatissa, quæ virginibus sacratis præest. In Regula Monachorum, quæ Hieronymi Tomo 9 inserta est, sæpius occurrit. Utrumque censores latinitatis ejecerunt.

ABDALONIMUS, rex ab Alexandro Magno Sidoniæ constitutus Justino lib. 11. c. 8, cujus æquanimitatem Curtius laudat lib. 4. c. 1, qua Alexandro dixisse fertur *Nihil habenti nihil defuit*. Diodorus Siculus lib. 17 cap. 46 *Ballonymum* vocat, barbaro nomine nonnihil ad indolem Græcorum deflexo.

ABDĒRA, æ, Ἄβδηρα, & Abdēron, & Abdera, orum, quemadmodum Hermolaus annotavit. Thraciæ urbs fuit, cujus copiosè meminit Plato, & Cicero 1. de Orat. in quam Teji, Persarum morum & contumeliarum pertæsi, immigrârunt; atque eo nomine ab Herodoto laudantur, quod patriam potius relinquere, quam libertatem sibi suam eripi voluerint. Vide Adagium in Chiliad. *Abdera pulchra Tejorum colonia*: quo significamus, non deesse, quo confugiamus, si quis præter modum pergat esse molestus. Idem prorsus cum Germanico, anderswo ist auch gut brodt essen. Patria fuit hæc Abdera Protagoræ & Democriti Philosophorum. ¶ 2. Abdēra altera in Hispania Bætica est, & quidem in ora maris Mediterranei, κτίσμα Φοινίκων, *opus Carthaginiensium*, ut Strabo appellat lib. 3. p. 108.

¶ Abdērita & Abdērītes, æ, Abderæ natus. Plin. lib. 10. cap. 65, *Abderitæ propter ranarum muriumque multitudinem, relicto patrio solo, coacti sunt novas sedes quærere*. Quod idem & Justinus lib. 15. cap. 2 perstringit. Laberius apud Gell. lib. 10. c. 17, *Democritus Abderites Physicus Philosophus*, &c.

¶ Abdērītanus adjectiv. Martial. lib. 10. Epigr. 25

Abderitanæ pectora plebis habes.

hoc est, stupida tibi mens est. Abderitæ enim stuporis & insaniæ nomine in fabulam abiere. Qua de caussa & Tatianus ἀβδηρόλογον pro nugone, & frivola mera atque inepta blaterante posuisse eruditissimo Vossio observatur lib. 1. Instit. Orator. cap. 5. Tmemate 11 extremo.

¶ Abderiticus. Cicer. 7 ad Att. ep. 7 *multis audio, constitutum esse Pompejo, & ejus consilio, in Siciliam me mittere, quod imperium habeam. Id est ἀβδηριτικὸν* (Abderiticum.) Manutius ibi stultum interpretatur, seu ejusmodi, ut Abderitarum stultitiam videatur imitari.

Abdico, āre, &c. Abditus, Abdo, vide *dico*, *do*.

ABDOMEN significat in homine pingvedinem illam in ventre inferiori sursum versus intumescentem, Celso auctore lib. 4. cap. 1. das schmeer, der wanst. In porcis idem est quod *sumen*, hoc est, ubera suilla cum lacte. *Abdomine tardus*, der vor feistem wanste nicht wohl kan fort kommen, apud Juvenal. Sat. 4. v. 107

Montani quoque venter adest abdomine tardus.

¶ 2. Apud Cicer. aliquoties reperitur pro studio gulæ, quod γαστριμαργίαν Græci & πολυφαγίαν dicunt: ut in orat. pro Sest. cap. 51, *insaturabile abdomen*, ein fress-bauch, so nicht zu füllen ist. Idem in Pisonem cap. 17, *ille gurges natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ*.

ABECEDARII dicuntur præceptores dictantes ἄλφα καὶ βῆτα. Hieronymus sic vocat pueros prima elementa addiscentes, abcschützen, auctore Cœlio Rhodig. lib. 26 Lect. antiq. cap. 28. Apud Fulgentium 3. Mythol. cap. 10, Abecedaria est γραμματικὴ: *In omnibus*, inquit, *artibus sunt primæ, sunt secundæ: ut in puerilibus literis, prima Abecedaria: secunda Notaria*. Augustinus lib. 1. Retractat. cap. 20 *Abecedarios Psalmos* appellari tradit, qui secundum alphabeti litteras signati per versus sunt.

Abjectio, quære in *Abjicio*, *subjaceo*.

ĀBIES, abietis, tanne. Virg. eclog. 7

Populus in fluviis, abies in montibus altis.

Abies *longa* apud Virg. Æneid. 11. 667. *Enodis* apud Ovidium 10. Metam. v. 94. *Crispa* apud Cic. in 3. Tuscul. c. 19. Claudianus Rapt. Pros. 2. v. 107 *Apta fretis abies, bellis accommoda cornus*: ¶ 2. Interdum per metonymiam materiæ ipsam significat navem. Virg. 2. Georg. v. 68

Abies casus visura marinos.

Idem 8. Æneid. v. 91 *Labitur uncta vadis abies.*

¶ Ābiegnus denominativum, tannin, ut *abiegno equo pulsæ arces*, hoc est, Troja equo ligneo capta, apud Propert. lib. 3. eleg. 1. v. 25. Sic *Abiegnæ trabes*, tannin-bolen, Ennius Medea:

Utinam ne in nemore Pelio securibus
Cæsa accidisset abiegna in terram trabes.

Trabes autem pro trabs positum antiquorum more: quemadmodum *Plebes* pro plebs etiam dicebant. Leguntur hi versus apud Auctorem Rhetor. ad Herenn. lib. 2. c. 22, & Cicer. lib. 1. de Inventione c. 49, itemque lib. 3 de Natur. deorum cap. 30.

Abigator, Abigeatus, Abigeus, Abigo, vide in *ago*, &c.

ABII, ex Scytharum Nomadico genere, apud Strabonem: quibuscum Tertullianus de Præscript. Hæret. c. 42 Hæreticos Ecclesiarum

extorres comparat, ut feliciſſime eum locum reſtituit Scaliger Elencho Trihæreſii Serrarii c. 20. Neque enim audiendi ſunt viri docti, qui aliter legunt. Dicti itaque ſunt populi hi, quod vitam viverent ab humana quaſi diverſam, lac quippe edentes, in curribus degentes, & cœlibatu gaudentes.

Abjicio, Abitus, Ablaqueatio, ablaqueo, quære in *jacio, eo, laqueus*.

ABLATIVVS, caſus Latinis proprius, unde & *Latinus* M. Varroni appellatus: *comparativus* Priſciano dicitur. Ejus vim Græcorum Genitivus ſuſtinet: qui ea de cauſſa & apud Latinos haud raro Ablativi vicem obit.

Ablĕgo, Abligurio, Abluo, abluvium, vide *lego, ligurio, luo*.

ABNŎBA mons in Germaniæ jugis, unde Danubius oritur. Vide Plinium 4. cap. 12. Tacit. Germ. cap. 1. Feſtus Avienus Perieg. v. 437

Abnoba mons Iſtro pater eſt.

Abnocto, Abnuo, abnuto, Aboleſacio, aboleo, abolitio, abolitor, vide *nox, nuo, oleo*.

ĂBOLLA, ſecundùm Nonium veſtis erat militaris, ein gefütterter reitrock, Diplois. Nam tunica ſuffulta duplex erat. Quare & *duplicem amictum* Virgilius vocat lib. 5. Æneid. v. 421, ut Servius interpretatur. Nepoti in Datame c. 3 *duplex amiculum* dicitur. In qua ſignificatione legitur apud Martial. lib. 8 Epigr. 48

Neſcit cui Tyriam dederit Criſpinus abollam.

Juvenal. Satyr. 3. v. 115 *Audi facinus majoris abollæ.*

Vbi vetus Scholiaſtes, *Proverbium*, inquit, *quaſi majoris togæ, id eſt, ſceleris potioris*. Niſi *abolla* hîc pallium eſt, quia de Græcis poëta eorumque ſapientibus loquitur. Lege integra Juvenalis verba. ¶ *Abollæ purpureæ* regis Mauretani meminit Sueton. Calig. 35.

Abominor, vide in *omen*.

ĂBŎRIGĬNES, gens antiquiſſima Italiæ fuerunt, dicti poſtea Latini, de quibus Livius 1. c. 1, & Salluſtius B. Catil. c. 6. Deſcenderunt ab Oenotris. Alii à cacuminibus montium appellatos putàrunt, quæ ὄρη Græci vocant: alii quaſi *Aberrigines*, quod errantes eo venerint: quæ ſententia & Feſti eſt. Lege Victorem, ſive qui tandem auctor eſt libelli de Origine Romana. Plinius ſub finem lib. 4 Tyrios, *Aborigines Gadium* (ut quidem eruditiſſimus Salmaſius eum locum quam feliciſſimè emendavit) vocat, quod a Tyriis conditæ eſſent Gades. Itaque *Aborigines* ſunt conditores auctoreſque originis, πρωτόγονοι Græcis appellati. Nec alia cauſſa antiquiſſimi Latinorum *Aborigines* dicti, quam quod dederunt genti illi originem: ſive, quod poſteris ſuis originis auctores fuerint, ut & Dionyſius explicat lib. 1. Antiquitat. Roman. cap. 10. Quidam omnia, quæ de Aboriginibus feruntur, fabulæ potius, quam hiſtoriæ ſimiliora eſſe putant.

Aborior, abortio, abortivus, abortare, abortus, vide *orior*.

Abripio, Abrogatio, abrogo, vide *rapio, rogo*.

ABRŌN, onis, Ἄβρων, quidam Archivus, luxurioſus & mollis, cujus mores proverbio locum dedere, *Abronis vita*, ἅβρωνος βίος, de molliter ac delitioſe viventibus. Ἁβρὸν enim & πάναβρον Græci dicunt molle quodcunque & delicatum: ut & ἁβροδίαιτον, hominem lauti victus. Vide Chiliad.

ABRŎTŎNVM, ἀβρότονον, planta eſt vulgaris notitiæ, mas & fœmina. Et mas quidem duorum generum, hortenſe nimirum abrotonum, & per ſe in campeſtribus naſcens, ſtabwurtz, ſeu gartenwurtz. Quod vero fœmineo adſcribitur generi, vulgo *Cypreſſus* dicitur, & ab aliquibus, *Santolina*, cypreſſen. Lucanus maſculino etiam extulit genere, lib. 9. v. 920 *Et larices fumoque gravem ſerpentibus urunt*
Abrotonum, & longe naſcentis cornua cervi.

¶ Abrotonītes, æ, quod per Appoſitionem, Syntaxeos figuram, voci *vinum* jungitur, ut *Vinum abrotonites*, pro vino ex abrotono factitio; ut & *abſinthites*, & alia permulta ex plantarum appellationibus ejuſmodi nomina deducta: in quibus penultima ſemper longa eſt. Singula ſuis offendes locis.

Abrumpo, Abſiſto, Abſone, abſonus, Abſcedo, Abſcido, abſciſe, abſciſus, Abſcondo, Abſens, abſento, Abſilio, Abſque, vide *rumpo, ſiſto, ſonus, cedo, cædo, condo, ſum, ſalio, ab*.

ABSINTHIVM, ἀψίνθιον, herba notiſſima: foliis incanis multipliciter fiſſis & inſigni amaritie prædita: dicta quaſi ἄψιστον, ab ἅψεσθαι per antiphraſin: quod à nullo animalium propter nimiam amaritudinem tangatur, wermuth. Græci comici vetuſti etiam ἀπίνθιον pronunciârunt, hoc eſt, impotabile ex eadem cauſſa. Tranſlate ſignificat moleſtiam; ſed tamen ſalutarem. Inde *Parum mellis, & abſinthii multum habere*, Quintil. 3. c. 1 de ſuo dixit libro: id eſt, minus voluptatis, ſed plus ſalubritatis in ſtudiis. Conf. Lucret. l. 1. v. 934. ſq. aut 4. v. 11. ſqq.

¶ Abſinthiatus, a, um. *Abſinthiatum poculum*, Seneca Suaſ. 7. Et abſolute *Abſinthiatum* pro vino abſinthite. Lampridius vita Elagabali c. 21, *roſato atque abſinthiato vulgus ad bibendum invitavit*.

¶ Abſinthītes, æ, penult. longa, *Vinum factitium ex abſinthio*: wermuthwein, apud Columell. 12. c. 35.

Abſis, vide *apſis*.

ABSTĒMIVS, ab abſtinentia temeti vox facta, ut docet Quintilianus lib. 1. c. 7. Significat eum, quem Græci ἄοινον, Apulejus, Græcum quaſi interpretatus, *invinium* Mileſiar. ſive de Aſino aureo lib. 11 vocat: qui vinum non bibit, vel ex diſciplinæ quadam lege, vel quod naturâ, aut ex morbi vitio abhorret. Nam vinum Latinis veteribus *temetum* appellabatur. Vetus Gloſſar. *Abſtemius*, ὁ μὴ μετέχων οἴνου: Der nicht wein trinckt. De eo, qui naturæ vitio a vino abſtinet, Ovidius lib. 15. Metam. v. 323 dixit: *Vina fugit, gaudetque meris abſtemius undis.*

Refert enim eo loci hanc eſſe Clitorii fontis naturam, ut qui quid biberit inde, vinum perpetuò abhorreat. De illis, qui diſciplinæ lege à vino ſibi temperant, Gellius uſus lib. 10. c. 22, cujus verba hîc adducenda ipſa ſunt, ut eo magis res pateat. *Qui de victu*, inquit, *atque cultu Pop. Romani ſcripſerunt, mulieres Romæ atque in Latio ætatem abſtemias egiſſe, hoc eſt, vino ſemper, quod* Temetum *priſcâ linguâ appellabatur, abſtinuiſſe dicunt. Inſtitutumque ut cognatis oſculum ferrent, deprehendendi cauſſa, ut odor indicium ferret, ſi bibiſſent*, &c. Ac Romæ quidem antiquitus haud licuiſſe fœminis vinum bibere, Plinius lib. 14. c. 13 docet. Atque huc reſpicit, cum lib. 22. c. 24 de

melitite ſcribit, ſeculis integris non fieri amplius; ſed olim dari ſolitum, cum in morbis quibuſdam, tum *mulieribus vini abſtemiis*. Vbi notandum, non abſolute dixiſſe *abſtemiis*, ſed *vini abſtemiis*, quaſi abſtemius eſſet ſimpliciter abſtinens, & a quacunque re ſibi temperans; non vini tantum ſive temeti abſtinens. Quemadmodum & Horatius lib. 1. Epiſt. 12 hac voce uſus in illo:

Si forte in medio poſitorum abſtemius herbis
Vivis.

Auſonius Commemoratione Profeſſorum Burdigalenſ. de Attio Patera: *Salibus modeſtus, felle nullo perlitus,*
Vini cibique abſtemius.

Quo loco, *abſtemius cibi & vini* dicitur, non certè qui penitus abſtinet, ſed qui id guſtat parce; & ſobrie ac temperanter in cibo & vino ſe gerit, hoc eſt, qui ἐγκρατὴς eſt. Apuleji in Apologia pro ſe verba ſunt: *Dicitur ante horam ſecundam diei jejunus adhuc & abſtemius teſtimonium vendidiſſe.* Vbi *abſtemius* eſt, qui pro diei tempore nihil dum vini biberit. Ac ita Paullinus quoque Nolanus Epiſt. 7, *Videant ergò*, inquit, *qui nos non mane ebrii, ſed veſpere jejuni, nec heſterno inflati, ſed hodierno abſtemii*, &c. Sic etiam *Prandium abſtemium*, in quo nihil habetur vini, Gellius dixit, l. 13. c. ult.

Abſtergo, Abſterreo, Abſtinentia, abſtineo, Abſtraho, Abſtrudo, abſtruſus, vide *tergo, terreo, teneo, traho, trudo*.

ABSVRDVS, adject. abſonus, inconveniens, à re & loco alienus. Græcè ἄτοπος, ungereimt, ungeſchickt, quemadmodum vulgo loquuntur: ἑνὸς ἀτόπου δοθέντος, συμβαίνει τἄλλα, hoc eſt, *uno abſurdo dato*, ſeu admiſſo, *ſequuntur alia*. Terent. Adelph. act. 3 ſcen. 3. v. 21, *Inepta atque abſurda ratio.* Et in eadem, act. 5 ſcen. 8, *Pravum, ineptum, abſurdum, atque alienum a vita mea.* Cicero pro Roſc. Com. cap. 7, *Eſt hoc quidem auribus animiſque hominum abſurdum.* Comparatio etiam hujus Adjectivi eſt. Cic. 1 Nat. Deor. c. 16 *multo abſurdiora ſunt ea, quæ poëtarum vocibus fuſa ipſa ſuavitate nocuerunt*: & 2 de Fin. c. 13 *quo nihil mihi videtur eſſe abſurdius.* Ad Att. 7 ep. 13 *abſurdiſſima mandata.*

¶ Abſurde, Adverb. ungereimt. Cicero ad Att. 5 epiſt. 1 *abſurde & aſpere reſponderat.* Idem 2 Tuſc. c. 4 *ſi abſurde canat is, qui ſe haberi velit muſicum*, wenn falſch ſinget &c. Superlativo Auguſtinus dixit lib. 4 extremo de Trinitate: *Deus Pater abſurdiſſime miſſus diceretur*: etiam lib. 15 ejuſdem tractatus cap. 26 *abſurdiſſime diceretur.*

¶ Abſurditas. Claud. Mamertus 3 de Anim. c. 11 *hanc utramque abſurditatem ſententia ſana reſpuit.*

¶ Perabſurdus, ſehr ungereimt. Cic. 5 de Fin. c. 11 *Atque etiam illud ſi quis dicere velit, perabſurdum ſit.* Et per tmeſin Lege 25 Dig. de Probation. *Per enim abſurdum eſt.*

¶ Subabſurdus, nonnihil abſurdus, etwas ungereimt. Cic. 2 de Orat. c. 67 *Sunt illa ſubabſurda, ſed eo ipſo nomine ſæpe ridicula.*

¶ Subabſurde. Cic. ibidem c. 68 *Ridentur hercule omnia, quæ a prudentibus, quaſi per diſſimulationem non intelligendi, ſubabſurde ſalſeque dicuntur.*

ABSYRTVS, Medeæ frater, quem ſecum abſtulit fugiens, &, ut perſequentem patrem moraretur, diſcerpſit, artuſque laceros ſparſit per mare. Vide Ovidium lib. 3 Triſt. Eleg. 9, ubi rem graphicè deſcribit: attingit & Seneca Medea v. 963. *Ægialeum* alii vocant: de quo infra.

¶ Abſyrtis, vel potius plurativo numero, *Abſyrtides*, ſunt inſulæ maris Adriatici juxta Dalmatiam, ab eodem Abſyrto Medeæ nomen trahentes, quia & ibi diſcerptus a ſorore credebatur. Vide Strab. lib. 7 p. 218. Singulariter Lucanus lib. 3 v. 190, ut Grotius emendat,

Colchis & Adriacas ſpumans Abſyrtis in undas,

(alii *Abſyrtos* legunt) quæ *Colchis* cognominatur ex Medeæ Colchidis ibi perpetrato, ut fabula habet, ſcelere.

Abundo, vide *unda*.

ĂBȲDVS & Abȳdon, maſcul. fœm. & neutro genere: Ἄβυδος, urbs Aſiæ ad Helleſpontum ſita, patria Leandri, de quo ſuo loco. Virgil. 1 Georg. v. 207 *Pontus & oſtriferi fauces tentantur Abydi.*

Val. Flaccus lib. 1. v. 285 *Abydos gemina*, dixit: Hac enim forma apparet appropinquantibus, propter Seſti vicinitatem. *Ne temere Abydum*: ſubaudi, *naviges*: id eſt, ne quod grave periculum ſuſcipias ſine cauſſa valdè neceſſaria. Admonet adagium, non temerè eſſe adeundos improbos, ut à quibus, non corruptus aliquo vitio, nemo redire ſoleat. Præterquam enim, quod calumniatores eſſent Abydeni, molles etiam & effœminati erant. Sic & olim peregrinationes Romam verſus, ſuſpectæ & infames erant, propter improbitatis & vitiorum contagia. Vide hæc tria adagia in Eraſ. Chiliadib. *Abydum ne temere*: *Abydena illatio*, vel *Abydena bellaria*: & *Abydus*.

¶ Ăbydēnus, qui aut natus Abydi, aut ibi habitat, adeptus jus civitatis. Abydeni autem cum obſiderentur a Philippo Macedoniæ rege, eo converſi pertinaciæ ſunt atque furoris, ut omni ſpe ſalutis abjectâ, ſe ſuaſque uxores & liberos, ferro, flammis, & omni genere mortis, crudeliſſime interficerent, ne in hoſtis venirent poteſtatem, ut Livius narrat lib. 31 cap. 17 & ſeq.

ĂBȲLA, æ, mons eſt excelſus Mauritaniæ ad Gaditanum fretum, Calpæ monti, qui in Hiſpania eſt, oppoſitus: quos ambos, Herculis *columnas*, & *metas* laborum ejus, (de quibus vide in Hercules) dixerunt. Plin. procem. lib. 3 & Mela lib. 1 cap. 5 conſulantur. Avienus Periegeſi v. 111 *Maura Abyla, & dorſo conſurgit Iberica Calpe.*

ĂBYSSVS, Ἄβυσσος, vorago aquæ immenſæ profunditatis, ſive, ut Iſidorus 13 cap. 20 definit, profunditas aquarum impenetrabilis, abgrund. Alcimus Avitus de terra poſt diluvium exſiccanda lib. 4 v. 534

Quæque prius vomuit lethali ex ore fluenta,
Obicibus propriis conſtricta reſorbet abyſſus.

Eccleſiaſticorum fere eſt, qui etiam ad ſedem inferorum transferunt. Prudent. Hamartig. v. 835 de anima peccatis polluta:

Merſandam penitus puteo ferventis abyſſi.

& Pſychomach. v. 91 *Abde caput triſti jam frigida peſtis abyſſo,*
Occide proſtibulum, manes pete, claudere Averno.

ĂC, copula eſt, und. Poſt quod officium multas ex ſe parit locutiones latinas. ¶ 2. Collocatum poſt *alius, aliud, aliter, ſecus, contra, contrarium*, & poſt *nomen*, aut *adverbium comparativum*, idem fere efficit

cit quod particula, *quàm*. Terent. in Phorm. a. 4 ſc. 4 *Aliud mihi reſpondes, ac rogo*, antworteſt anders, als ich dich gefragt. Cicer. ad Attic. lib. 16 ep. 13 *Ne ſim ſalvus, ſi aliter ſcribo, ac ſentio.* Vatinius Ciceroni lib. 5 famil. ep. 10. *Longe aliâ conditione ego ſum, ac cæteri imperatores.* Sic cum *aliter, ſecus, contra.* Cicer. in Orat. c. 40, *Vt contra ac dicat, accipi & ſentiri velit.* ¶ 3. Ac, poſitum poſt *ſimiliter*, ſignificat, VT. Cicer. 3 Nat. D. c. 3, *Similiter facis, ac ſi me roges*, gleich als bitteſtu mich. ¶ 4. Sic poſt *æque, par, pariter, juxta.* Cic. de Amic. c. 6, *Quis eſſet tantus fructus in proſperis rebus, niſi haberes, qui illis æque, ac tu ipſe, gauderet?* Eandem omnino vim habet particula, *Atque*, ut infra oſtendam. ¶ 5. Cicero in Orat. poſt reditum in Sen. c. 8, *Reliquis officiis juxta, ac ſi meus eſſet frater, ſuſtentavit*, id eſt, non ſecus, aut, æque ac ſi meus eſſet frater. ¶ 6. Terentius Heaut. a. 2 ſc. 2 v 23, *Eſt animus erga te idem, ac fuit*, i. e. qui fuit. Ac ita τῷ *atque* uſus etiam eſt Nepos. Exempla plura vide apud Hadrianum Cardinalem, quem ſtudioſis omnibus oportet eſſe quàm familiariſſimum.

ACACIA, arbor ſpinoſa in Ægypto & Galatia, ex cujus ſemine ſuccus expreſſus in paſtillos denſatur: etiam, ſed minus efficax, ex foliis. Succo etiam nomen acaciæ hæſit, cujus medicinalem uſum Plinius lib. 24 cap. 12 tradidit.

ĂCĂDĒMIA, ἀκαδημία & ἀκαδημεία, unde anceps apud Latinos penultima eſt. Cic. I. de Divinat. c. 13

Inque Academia umbrifera nitidoque Lyceo,
Fuderunt claras fœcundi pectoris artes.

Laurea Ciceronis libertus apud Plin. 31 cap. 2

Atque Academiæ celebratam nomine villam, &c.

Et Claudianus Panegyr. de Manlii Theodori conſulatu v. 94

In Latium ſpretis Academia migrat Athenis.

& Sidonius Epithal. Polemii, quod carmen 15 eſt, v. 120

Obviet & quanquam totis Academia ſectis.

Locus erat Athenis ſuburbanus, mille paſſus ab oppido diſtans, arboribus plurimis pulcherrimisque conſitus, templisque ac monumentis virorum illuſtrium exornatus. Nomen ab *Academo*, Heroë, habuit, (quem tamen alii *Echedemum*: & locum ipſum *Echedemiam* vocârunt, ut Stephanus auctor eſt, itemque Plutarchus in Theſeo ac Sylla, quanquam nec deſunt, qui Ecademum, & Ecademiam ſcribunt, vid. Voſſ. de ſectis Philoſophorum c. 12 §. 3 p. 66) qui conſervavit. Vnde Horatius deſignaturus hunc locum, *Academi Silvas* vocavit lib. 2 Ep. ult. *Atque inter Silvas*, inquit, *Academi quærere verum.* Eo autem commigravit, & domicilium tranſtulit, ſcholamque ibi inſtituit Plato, princeps Philoſophorum, magna diſcipulorum frequentia; quare & *Academia*, id eſt, Platonis illa domus ac ſchola, quæ in eo rure erat, *nobiliſſimum totius terrarum orbis Gymnaſium* Ser. Sulpicio lib. 4 Famil. Epiſt. 12 appellatur. Et hac de cauſſa hodieque Sapientiæ ſtudiis deſtinata loca ac ſcholæ, *Academiæ* nominantur. ¶ Apud Ciceronem ſæpius *Academia*, ipſa in Academia philoſophantium ſecta, qui Academici dicti ea de re, de quibus mox erit dicendum, dicitur. ¶ Idem Cicero & villam quandam ſuam hoc appellavit nomine, recolendæ memoriæ Platonis, quem maximè mirabatur, & boni ominis cauſſa, cujus non ſemel in libris ſuis meminit: & eo pertinet verſus Laureæ, ſuprà à nobis allatus. Totum Laureæ carmen, quo celebravit fontes calidos, qui in parte villæ eruperant, apud Plinium d. l. lege, ubi de villa ipſa etiam habes.

¶ Ab Academia dicti *Academici*, certa Philoſophantium familia ſive ſecta. Qui duplicis generis; veteres & novi fuerunt. Veteris Academiæ princeps ipſe Plato; novæ Arceſilas, ut Cicero in Academicis Quæſtionibus docet. Novaſſe autem inſtitutum videbatur Arceſilas, quod nihil comprehendi & doceri de quaquam re poſſe, incertaque eſſe omnia, pronunciaret. Id faciendum putavit, quod Socratem etiam ac Platonem, principes Sectæ, diſputaſſe in utramque partem res, non affirmaſſe, animadverteret. Quam ob cauſſam & Cicero nihil diſcriminis revera inter veterem & novam Academiam eſſe exiſtimabat. Sed tamen aliud eſt, ſuſtinere aſſertionem; aliud nihil omnino aſſeri poſſe, ſtatuere. Huc accedit, quod Sextus Empiricus Lib. 1 Pyrrhon. Hypoth. cap. 33 obſervat; Platonem quidem, cum exercendi cauſſa diſputat, affirmare nihil; cæterum cum ſerio agit rem, decernere omnino atque ſtatuere. Vt cum de ideis, de providentia, de vitâ cum virtute conjunctâ, illi, quæ oppleta vitiis eſt, præferendâ, diſputat. Jam eo in loco Sextus multo plures Academiæ, quam duos gradus percenſet. Quod & fortaſſe Cicero fecerat in iis Academicarum Quæſtionum libris, quos tempus hauſit atque abſorpſit. Nam in fragmento prioris libri, eoque extremo, novam Academiam usque ad Carneadem perductam ſcribit. Quod idem propemodum eſt, ac ſi dixiſſet, Carneadem rurſus novam & tertiam aliquam inſtituiſſe, quod ibidem Sextus prodit: qui alios, & quartam ac quintam conſtituiſſe, commemorat. Diogenes Laërtius veterem, mediam & novam Academiam facit, ejusque auctorem Carneadem; mediæ vero Arceſilam, & veteris demum Platonem. A Scepticis ſive Pyrrhoniis diſtare Gellius docet lib. 11 cap. 5 extr.

ĂCĂLANTHIS, ĭdis, ἀκαλανθίς, niſi rectius forte dicas *Acanthilis*, ἀκανθιλίς, & *Acanthis, idis*, ἀκανθίς, una & eadem avis eſt, parva illa, omnibus nota, colore viridi obſcuro, non ſplendido. Gaza *Spinum* & *Ligurinum* dixit, διὰ τὸ λιγυρὸν τῆς φωνῆς, hoc eſt, à vocis argutia lepida & grata: Germanis eſt, zeisgen, zeiske oder zinsle. *Carduelis*, quæ *Thraupis* Ariſtoteli eſt, non eſt. Geſnerus. Hoc Virgilii lib. 3 Georg. v. 338 *reſonant & acanthida dumi*, ex vetuſtis exemplaribus ſic legendum Pierius contendit *reſonant acalanthida dumi.*

2. Acalanthis eſt & nobiliſſimæ canis nomen; unde illud Ariſtophanis in Pace, Ἀκαλανθὶς ἐπειγομένη τυφλὰ τίκτει. Vide Eraſ. Chil.

ĂCANTHVS, ἄκανθος, planta hortenſis & ſilveſtris: *Hortenſis*, inquit Dioſcorides, *à Romanis pæderota dicitur*, beeren-klau. Foliorum ejus figuras non columnarum ſolum ornamentis addebant, ſed & veſtibus intexebant. Virgil. 1 Æn. v. 649

Et circumtextum croceo velamen acantho.

De acantho vero ſilveſtri, idem lib. 2 Georg. v. 119

Et baccas ſemper frondentis acanthi.

¶ Ăcanthīnus, adject. ut, *herba foliis acanthinis*, mit ſtachlichen blättern, Plin. 25 cap. 7.

¶ Acanthus nomen proprium aliquot urbium, in Macedonia, Ægypto, Athamania, & Cherſoneſo Cnidia. Juxta harum aliquam cicadas (alibi vocales) mutas eſſe ſcripſit Stephanus Byzantius. Hinc

¶ *Acanthia cicada*, proverbium in indoctos & infantes, aut Muſices ignaros: cujus auctorem Simonidem idem citat Stephanus. Adde Chiliadas Eraſmi.

¶ Ăcanthium, ἀκάνθιον, planta eſt albæ ſpinæ ſimilis, foliis aculeatis. Plin. 24 c. 12.

ĂCARNA, æ, herba cinco ſimilis, colore flavicans, ſucco pinguis, Theophraſto.

ĂCARNĀNIA, Græciæ regio inter Epirum & Ætoliam, à qua Acheloo amne diſtinguitur. Vide Palmerii Græc. Antiq. lib. 3 ineunte. Incolæ dicti ſunt

¶ Acarnānes, & unus ſingulariter Acarnan, ut, *Philippus natione Acarnan*, Curt. 3 c. 6, & *equites Acarnanes*, ibidem c. 2 n. 16. Ovidius 8 Metam. v. 569. *Amnis Acarnanum lætiſſimus hoſpite tanto*, id eſt, Achelous.

¶ Ăcarnānicus, & Acarnanius, adjectiv. ut *Equi Acarnanici*, hoc eſt, Epirotici, quod de optimis dicebatur. Vide Chiliad. Eraſmi. Apud Lucianum in Meretriciis Dialogis, χοίρισκος ἀκαρνάνιος, *porcellus Acarnanius*, proverbiali figura de re delicata dicitur. Sic enim Muſarium, meretrix, Chæream amatorem, quem deperibat, vocat. Et quando dicit, φασί, vulgare verbum intelligit. λεῖός μοι, φασί, Χαιρέας, καὶ χοίρισκος Ἀκαρνάνιος: *Lævis mihi*, ut dicunt, *Chærea, & porcellus Acarnanius.*

Acarne piſcis, vide *acharne.*

Acatalectus & acatalecticus vide in *catalectus.*

ĂCĂTIVM, ἀκάτιον, navigii ſpecies eſt carinati prorâ roſtratâ, & puppi inflexâ, quam Belgæ *botam* vocant, ein boot. Hoc ex Plinii verbis colligitur, qui concham quandam dicit *acatii modo carinatam, inflexa puppe, prora roſtrata*, lib. 9 cap. 30. ¶ 2. Acatium majus velum navis eſt, das groſſe ſegel im ſchiffe. Iſidorus lib. 19 cap. 3, & Pollux lib. 1. c. 9, qui virili forma ἀκάτιος utitur.

¶ Ăcătus, idem quod Acatium. Tertull. lib. 5 adv. Marc. c. 1 *Pontice*, inquit, *nauclere, ſi nunquam furtivas merces vel illicitas in acatos tuas recepiſti.* ubi le Prieur commentatur: *navigii genus, quod velis, non autem remis agebatur.*

Accedo, Accendo, Accenſus (nomen miniſtri publici aut militaris ordinis) Accentus, Accepto, Acceſſo, Accidentia, accĭdo, Accīdo, Accĭno, Acciplo, quære in *cedo, candeo, accenſeo* ſub *cenſeo, cano, capio, arceſſo, cado, cædo, cano, capio.*

ACCĬPĬTER, appellatio communis eſt omnibus propemodum avibus rapacibus, ut Æſaloni, Buteoni, Falconibus. Accipiter, ein habicht. Extractus è nido, *nidarius* vocatur. Captus vero poſtea, quam nidum reliquit, *Sorus* eſt. Et qui per ramos nido egreſſus aliquandiu matrem ſequitur, *Ramarius* dicitur, ex Geſnero. Adde Plinium lib. 10 Hiſtor. Natur. c. 8 n. 2 Plautus in Perſa a. 3 ſc. 3 v. 5 *Accipiter pecuniarum*, pro homine pecuniarum avidiſſimo. Ambroſius de fratris Obitu Oratione; *Eos, qui aliena quærunt, rectè accipitres pecuniæ nominabis.*

ACCIVS, vel potius, Attius, Poëta Latinus Tragicus. Quintilianus eum cum Pacuvio confert, & utrique gravitatem ſententiarum ac pondus verborum tribuit lib. 10 cap. 1. Alii tamen ut duriuſculum notarunt. Pacuvio de tragœdia ſua, *Atreo*, quam ei legit Accius, judicanti, *quod ſonora quidem in ea eſſent omnia, ſed duriora paullum & acerbiora*, reſpondit: *idem accidere ſolere ingeniis, quod pomis. Ea enim, quæ dura & acerba naſcantur, mitia fieri & jucunda; quæ vero vieta ſtatim gignantur & mollia, non fieri mox matura, ſed putria.* Gell. lib. 13 c. 2. Fragmenta ejus ex Cicerone, Gellio, Nonio, Priſciano & aliis collegerunt Robertus & Henricus Stephani.

¶ *Accius Navius*, augur nobilis diſſectâ cote; de quo Romanarum rerum ſcriptores in Tarquinii Regis hiſtoria, & inprimis Cicero lib. 1 de divinatione.

¶ *Accius Piſaurienſis*, celebris orator, relatus à Cicerone in Oratore ſuo, qui & Accii hujus accuſationi pro Cluentio reſpondit.

¶ *Accius Tullius*, Volſcorum Imperator, de quo Livius lib. 2 c. 35.

¶ Accianus, adject. ut *verſus Acciani*, Cic. 9 fam. ep. 16.

Acclinis, Acclivis, vide in *clino, clivus.*

ACCO, a Græcis celebratur fatua quædam & inepta mulier, quæ domi ſedens ad ſpeculum cum imagine ſuâ, tanquam cum aliâ quapiam muliere confabulabatur. Solebat eadem ſpongiâ pulſare clavum. Quare derivant ab eâ Grammatici verbum ἀκκίζω, *acciſſo*, & *acciſmus*, in quo ſtultæ cujusdam & ineptæ recuſationis eſt ſignificatio. Credunt enim & hoc habuiſſe fœminam illam, ut quæ concupiſceret maxime, detrectaret eadem tamen. Vide Eraſm. Chil. 2 Centur. 2 extr. Hadr. Jun. adag. 585. Cœl. Rhodigin. lib. 17 c. 2.

¶ Hinc, ut dictum eſt, *Acciſmus*, ἀκκισμός, deducitur, quo recuſationem, cum ſpe & cupiditate accipiendi conjunctam, ſignificari volunt. Lucianus in Amoribus: πολὺς ὁ μετὰ τῶν ἀνδρῶν ἀκκισμός, h. e. multi ſimulant recuſare, quod cupidiſſime volunt.

¶ *Acco* & *Alphito* junguntur a Plutarcho de repugnantiis Stoic. f. 1040 tanquam mulieres, quarum formidine ſolebant pueros compeſcere. Scilicet ut noſtræ *Manducum* aliquem (einen freßmann, kinderfreſſer, pop-hans,) cum ore hiante frendentem dentibus interminantur refractariæ pueritiæ, Reineſ. 3 Var. Lect. 15 p. 579.

Accon, Accumbo, Accuſatio, accuſator, accuſo, &c. vide in *ace, cubo, cauſſa.*

ACE, Phœniciæ civitas, *Ptolemais* poſtea appellata, ut Strabo & Stephanus tradunt. *Accho*, ſacris litteris Judic. 1 v. 31. Bocharto c. 2 Palæſtinæ, *Acon* ſeu Aconenſis civitas; Jacobo à Vitriaco cap. 25 Hiſtoriæ orient. *Accon*: ad quem locum vide, quæ notat in edit. Duac. An. 1597 Andr. Hojus p. 461. Fullerus lib. 4 Miſcell. ſacr. c. 15 docebit,

male

male quæri à Stephano vocabuli originem in linguâ Græcâ, explodi autem debere vocem, quæ sit apud Josephum *ἀρκή*, confer & notata Bosio ad Nepotis Datamen c. 5 n. 1.

ĂCEO, acui, acere, i. e. acidum esse; säuerlich seyn. Exstat apud Catonem de re rustica cap. 148 *Vinum quod neque aceat, neque muceat*, wein, der weder säuerlich noch kanicht sey. Vlpianus L. 9 §. ult. D. de contrah. emt. *Si modo vinum acuit.* Et alibi.

¶ Hinc Ăcesco. Horat. lib. 1 epist 2 v. 54.

Sincerum est nisi vas, quodcunque infundis, acescit.

Palladius 3 c. 25, *vinum de piris factum, hieme durat; sed primâ acescit æstate.*

¶ Coacesco, coacui. Cic. de Sen. c. 18, *Vt non omne vinum, sic non omnis ætas vetustate coacescit.* Et apud Pompon. L. 85. D. de legat. 3, *quod coacuerit vinum.* Vsus & Corn. Celsus lib. 2 c. 1.

¶ Exacesco, exacescere, durchaus versäuren. à quo Præterit. *exacuit* apud Colum. lib. 12 c. 17.

¶ Inacesco, idem. Apulejus lib. 5 p. 163. [ed. Elmenh.] *Si tibi etiam, ut par est, inacuit nostrâ contumelia*, die schmach beisset.

¶ Peracesco, Plaut. Bacchid. a. 5 sc. 1 v. 13, *Hoc, hoc est, quod peracescit, hoc est demum, quod percrucior.* Eodem sensu, quo modo Apulejus.

¶ Ăcidus, adject. scharff, säuerlich. *Acidæ sorbæ* dixit Virgil. 3. Georg. v. 380. *Acetum acidissimum*, Plaut. Pseud. a. 2 sc. 4. v. 49. Et *sonus acidior*, Petron. Tragur. p. 59.

¶ Acidulus, diminut. Plin. 15 c. 15, *pira acidulo sapore.* Sic *Acidula aqua*, aut absolute, etiam Pluraliter *Acidulæ*, sauerbrunn, Plin. l. 2 c. 103.

¶ Subacidus, Cato de R. R. cap. 108, *vinum subacidum.*

¶ Ăcor substant. acidus sapor. Quintil. lib. 9 cap. 3, *In cibis interim acor ipse jucundus est*, der scharffe säuerliche geschmack.

¶ Ăcētum hinc est, essig. *Acetum acre*, Horat. lib. 2. Serm. Satyr. 3 v. 117. *Acetum mordax* apud Pers. Satyr. 5 v. 86. *Acetum durum* apud Serenum Carm. 4, scharffer essig. *Aceto macerare*, mit essig zwingen und erweichen. Plin. 10 c. 60 *Ova aceto macerata in tantum molliuntur, ut per annulos transeant.* De ejus vi in macerandis saxis, lege Livium lib. 21 cap. 37, itemque Vitruvium lib. 8 c. 3, ubi & de aliis habes, quæ acetum solvit, & apud Plinium præter cætera acria bene cruorem sistere scribit Celsus l. 5. vid. Plin. lib. 23 c. 1. ¶ Tacitus 5 Hist. c. 6, cum de bitumine Judææ tradit, *acetum* videtur appellasse liquorem, qui jam concrevit in crustam, quod in aceto fieri solet. ¶ Plautus & alii hoc nomine usi pro acumine & prudentiâ: Plautus Bacchid. a. 3 sc. 3. pr. *Nunc experiar, sitne acetum tibi peracre in pectore.* Pseud. a. 2. sc. 4. v. 49 *Ecquid habet is homo aceti in pectore?* Vide Proverb. *Aceto perfundere*, *Acetum habet in pectore.*

¶ Ăcētāria, orum, neut. Plural. Plin. 19. c. 4. sunt herbæ, quæ ex aceto sumuntur, ad excitandam appetentiam; cujusmodi nobis sunt, lactuca, nasturtium, menta, salat-kräuter. *τρώξιμα* Græcis: de quibus plura Salmasius Exercitat. Plinianis.

¶ Ăcetosa vulgo, quæ oxalis est seu rumex, sauerampffer.

¶ Ăcētābŭlum. Sunt, (& in his Joh. Posthius observ. in Realdi Columbi Anatom. tit. uterus p. 507.) qui ab accipiendo dictum putant, quasi *acceptabulum.* Nec aliter scribit hanc vocem Cœlius Rhodiginus lib. 13. antiq. Lect. c. 32, quam *acceptabulum.* Verùm Quintilianus lib. 8. c. 6, dum in acetabulis, quicquid habeant, catachresin agnoscit, perinde ut in pyxidibus, cujuscunque sint materiæ: satis innuit, ab aceto derivandum esse vocabulum. Hoc enim vult: ut pyxides proprie sunt, quæ e buxo (quem *πύξον* vocant Græci,) per catachresin autem etiam, quæ ex aliâ materiâ: sic acetabulum esse proprie vasculum, quo soleat acetum inferri mensis; per catachresin ea voce signari & alia, quicquid habeant, vasa. Est ergo vi originis Acetabulum ein essignäp- oder schüsslein, ein essigschälichen. Etiam Græci ab aceto vocant *ὀξίδα*, & *ὀξύβαφον*. ¶ 2. Nomen est mensuræ in liquidis & aridis. In liquidis idem est, quod sextarius, hemina & cotula, drey theil eines nösels, seu ein nösel, minus quartâ parte. Vide Plin. extremo lib. 21; quod mensuræ genus Græco nomine *oxybaphum* Fannius dixit carmine de mensuris liquidorum. ¶ 3. *Acetabula* in corporibus Anatomici vocant pyxides, quibus coxendices infiguntur, cotyledones. Plinius 28. c. 11, *Ossa ex acetabulis pernarum, circa quæ coxendices vertuntur.* Vide *Ischion.* ¶ 4. In piscibus mollibus, ut polypo, & insectis, *acetabula* dicuntur caliculi, quibus attrahunt vel sorbent humores. ¶ 5. Item brachia vel chelæ, krebs- oder scorpions-scheeren. Plin. 9, 30 *Luctatur* [polypus] *complexu, & sorbet acetabulis.* ¶ 6. Sunt & Psephopæctarum vascula, quibus manuum quadam celeritate efficiunt, ut, quos calculos sub uno earum conditos putares, eos statim sub alio ostendant, ut illi calculi ex uno acetabulo in aliud per miraculum transiisse videantur: schüsselein, deren sich die taschenspieler in ihrer gauckeley gebrauchen. Seneca Epist. 45, *Ista* (loquitur de Sophistarum Syllogismis cornutis,) *sine noxâ decipiunt, quomodo præstigiatorum acetabula & calculi, in quibus fallacia ipsa delectat.*

ĂCĔPHĂLI *ἀκέφαλοι*, hæretici fuerunt; ideo sic appellati, quod, quis factionis eorum auctor extitisset, non constaret. Euthymius inter præcipuos ejus sectæ auctores fuisse scripsit Severum quendam Antiochenum Episcopum, cui Evagrius Timotheum Alexandrinum adnumerat. Vindices hi Acephali se professi sunt explosæ doctrinæ Eutychis in Synodo Chalcedonensi, quod proprietatem duarum in CHRISTO naturarum pernegassent, unam tantum in ejusdem personâ naturam asseverantes. Meminit Acephalorum & Suidas & Isidorus 8. Orig. cap. 5. ¶ 2. Cælius eos etiam sacerdotes Acephalos dixit, qui sui juris, nulli sint episcoporum potestati subjecti, lib. 3. antiq. lection. cap. 11. ¶ 3. Et versus denique acephalos esse idem censuit cum Hermolao, qui à brevi syllaba inciperent.

ĂCER, eris, in genere neutro apud Plinium & Ovidium legitur: Plinium quidem lib. 16. c. 15, *Acer tiliæ fere amplitudinis, operum elegantia ac subtilitate citro secundum*, &c. Ovid. 1. Amor. eleg. 11. v. 26

Subscribam: Veneri fidas tibi Naso tabellas
Dedicat: at nuper vile fuistis acer.

ein maßholderbaum oder ahorn. De hac arbore Plinius præter id, quod supra de *operum elegantia & subtilitate* dixit; eodem lib. c. 43, *in laminas secantur aceris genera.* Ex quo genere fuisse scriptorias tabulas, modo Ovidius indicavit.

¶ Ăcernus denominativum. Virg. 2 Æn. v. 112

Præcipue cum jam trabibus contextus acernis,
Staret equus.

Mensa acerna, apud Martial. lib. 14. tit. epigr. 90.

ĀCER, acris, acre, adjectivum trium & duarum terminationum; sed sæpissime trium, scharff. *Cibi acres*, insuaves edentibus propter acrimoniam. Plin. lib. 7 epist. 3 *Dulcibus cibis acres acutosque miscerem.* Et alter Plinius fine lib. 10, *acria in cibis difficulter perficiuntur.* ¶ 2. Post quam significationem transfertur ad alia plurima. De homine quando usurpatur, opponitur partim leni ac miti, partim segni ac pigro: & strenuum itaque, & in urgendo proposita constantem, ac qui nihil indulget, nihil connivet, nihil remittit, designat, & sævo propior est. Nam & Servius in Virgiliano illo lib. 3. Æn. v. 14 *acri regnata Lycurgo*, *acrem*, sævum ac cruentum interpretatur. Terent. in Phorm act. 2. sc. 1 *Nunc suâ culpâ, ut sciat lenem patrem illum factum me esse acerrimum.* Cicer. 1. off. c. 41 *Animadversor acer & diligens vitiorum.* Sic *acer hostis*, & *inimicus acerrimus*, qui urget semper & nunquam sinit quiescere. *Miles acer*, id est, fortis, streitbar. Virgil. lib. 12. Æn. v. 938 *Stetit acer in armis Æneas.* Et lib. 8. v. 614 *acrem Turnum* similiter dixit. Vbi Servius, eruditissimus Scholiastes: FORTEM, inquit: *& propriè apud nos* (Latinos) *acer est, qui apud Græcos δεινὸς dicitur. Nam fortem & vehementem δεινὸς, & asperum & amarum potest significare.* Sic *Acer equus* apud Ovid. lib. 2 extr. de Ponto

Acer & ad palmæ per se cursurus honores,
Si tamen horteris, fortius ibit equus.

Cic. in Oratore cap. 5. *Vir acerrimo ingenio*, ein geschwinder kopf. Idem 1 de Orat. c. 21 *studio acriore esse, quàm* &c. fleißiger seyn, als ꝛc. i. e. intentiore, sicut Tacitus lib. 11 c. 11 *favorem plebis acriorem* dixit. *Acerrimi visus esse*, apud Plinium est 8. c. 25, sed *bellum acerrimum*, da es scharff hergehet, apud Cic. pro Balbo c. 6.

¶ Acriter adv. scharff, hefftig. Livius procœmio operis: *Ad illa pro se quisque acriter intendat animum.* Horatius 1. Satyr. 2. v. 15

Quanto perditior quisque est, tanto acrius urget.

Cic. pro Flacco c. 11 *intentis oculis acerrime contemplari*, steiff ansehen, genau betrachten.

¶ Acriculus, diminutivum ab acris, apud Cic. 3. Tusc. Quæst. cap. 17, qui *acriculum* Zenonem dixit, ut feliciter Turnebus & Gruterus depravatum locum restituerunt.

¶ Ăcrĭmōnia, vis est in rebus, quæ gustantur, aut quocunque sensu percipiuntur, acrior, mordax & ingrata: schärffe, ut, *Mira inest acrimonia sinapi, & cepis.* Sic Cato de R. R. 157 *si ulcus acrimoniam brassicæ ferre non poterit.* 2. Translate pro severitate ad Herenn. 3. c. 15 *convenit in vultu pudorem & acrimoniam esse.*

¶ Acritudo, schärffe, vis admordendi dissolvendique, qualis in aceto est. Vitruvius lib. 2. cap. 9 de cupressu & pinu: *liquor, qui inest, habet amarum saporem, qui propter acritudinem non patitur penetrare cariem.* Idem lib. 8 cap. 3 de aquis calculos in corporibus humanis discutientibus verba faciens: *Fieri autem*, inquit, *hoc naturaliter ita, ideò videtur, quod acer & acidus succus subest in ea terra, per quam egredientes venæ intinguntur acritudine: & ita, cùm in corpus ineunt, dissipant, quæ ex aquarum subsidentia & concrescentia offenderunt.* Plinio *asperitas* est lib. 9. c. 35. ubi *asperitate aceti & vi margaritas in tabem resolvi* scribit. ¶ Translate Gellius lib. 10. c. 27 *Par fuit quondam vigor & acritudo amplitudoque Romani populi & Pœni.*

¶ Acritas, idem Gell. l. 13. c. 3, *Nihil quicquam interest, suavitudo dicas, an suavitas, acerbitudo, an acerbitas, acritudo an* (*quod Accius in Neoptolemo scripsit*) *acritas.*

¶ Acredo idem, sed rari usus. Palladius mense Januar. c. 16 de juglande: *Nuces servantur cæpis mistæ, quibus hanc vicissitudinem reddunt, ut eis acredinem tollant.*

¶ Peracer, peracris, sehr scharff. *Acetum peracre.* Plaut. Bacch. a. 3. s. 3. v. 1. ¶ 2. Cic. 9. fam. ep. 16, *Cæsar habet peracre judicium.*

¶ Inacresco, ut inacesco. Tertull. adv. Gnostic. cap. 1. *Nausea nominis inacrescit.* Adde Rigaltio notata.

Aceratus, vide *acus.*

Acerbare, acerbe, acerbitas, acerbitudo, vide mox *acerbus.*

ACERBVS, adjectivum, proprie immaturus, crudus, unreiff, herb, sive ut Nonius ait, *incoctus, & de pomis frequentius dicitur*, quemadmodum Ciceroni *uva peracerba gustatu* est, de Senect. cap. 15. Hinc *maturo*, quamvis translata significatione, opponit Ausonius Parental. 14 extr. *Indole maturus, funere acerbus obis.*

Nam ad plures alias res transfertur, & Varro apud Nonium *virginem acerbam* dixit non maturam viro: & *acerbum funus* Virgilius Æn. 6 v. 429 de funere puerorum, quod Zeno Veronensis Sermone de Jobo *crudum* appellat. ¶ A gustu vero hoc nominis & ad auditum retulit Lucretius l. 2. v. 410 *Ne tu forte putes serræ stridentis acerbum*
Horrorem.

¶ Vsurpatur quoque eleganter pro molesto, aspero, duro, inimico, tristi: ut *Frigus acerbum*, apud Horat. lib. 1. epist. 18. *Acerbus inimicus*, Cic. de Amic. c. 24. idemque 1 de Orat. c. 51 *Mala multò majora & acerbiora verbis facere.* Et *acerbissimum odium*, 3. ad Attic. ep. 8. *& inimicitiæ acerbæ* apud Propert. lib. 2. eleg. 8. *Acerbæ facetiæ*, ein gifftiger stich, apud Tacitum lib. 5. annal. c. 2. Apud Florum lib. 2 c. 12 *acerbi dubiique tumuli*, superatu difficiles & multum molesti subeuntibus. ¶ Acerbi homines, tristes, austeri, superbi & sui sensus appellantur. Vide mox acerbitas.

¶ Peracerbus, valde acerbus, sehr herb. Proprie, ut *uva peracerba*, Cic. de Senect. c. 15; translate Plinius lib. 6. ep. 5, *Mihi peracerbum fuit, quod* &c.

¶ Semiacerbus. Palladius Augusto c. 13 *uvæ semiacerbæ.*

¶ Acerbe, adverb. bitterlich, scharff. Cicer. lib. 1. epist. 5. *Acerbe & aspere nimium accusari.* Idem pro Planco c. 1. *Acerbe ferre*, id est, impatienter & dolenter. Compar. *Acerbiùs.* Sueton. Aug. c. 27, *inceptam proscriptionem acerbiùs exercuit.* Superl. *Acerbissime.* (a . . .

Civ. c. 2, *Vt quisque acerbissime crudelissimeque dixit, ita quam maxime ab inimicis Cæsaris collaudatur.* Adde ibid. cap. 5.

¶ Acerbitas, substant. herber geschmack, bitterkeit, præter propriam notionem significat fortunam adversam, & quicquid durum perpessu ac asperum est, sive laborem ac cruciatum affert. Cicero in Catil. 4. c. 1, *Vt omnes acerbitates, omnes dolores cruciatusque perferrem.* Pro Plancio c. 42, *Nunc timeo, ne nihil tibi præter lacrymas queam reddere, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti.* *Acerbitatem temporis*, pro duritie, & iniquitate idem alibi dixit. Nam sæpe hoc nomen locum habet in illis rebus, quæ cum injuria & injustitia conjunctæ sunt. Cicero ad Trebatium vel Trebianum lib. 6. Ep. 10, *Spondeo tibi istam acerbitatem & injuriam non diuturne fore.* Tacitus lib. 13 Annalium cap. 50, *Temperandas publicanorum cupidines, ne per tot annos sine querela toleratæ novis acerbitatibus ad invidiam verterent.* Vbi *Acerbitates novæ*, neue beschwerden und aufflagen. Corn. Nepos Cimone c. 2, *Quod jam nonnullæ insulæ propter acerbitatem imperii defecerant.* ¶ 2. Acerbitas & de ira, seu iracundia dicitur, quæ vehementius effervescit & in verborum contumelias erumpit: quæ aliquando πικρία Græcis, de quo infra in AMARVS dicemus. *Acerbam naturam* Suetonius vocat de Illustr. Grammaticis c. 9, quo de Orbilio agit: *Fuit autem*, inquit, *naturæ acerbæ, non modo in antisophistas, quos omni sermone laceravit; sed etiam in discipulos, ut Horatius significat, Plagosum eum appellans. Ac ne principum quidem virorum insectatione abstinuit*, &c. Cicero Lælio c. 23, *Apud quem evomat virus acerbitatis suæ.* Vbi *virus acerbitatis*, stomachus seu bilis est. Idem ad Q. Fratrem lib. 1. Ep. 1, *Quod vitium* (iracundia) *cùm in hac privata quotidianaque vita levis esse animi atque infirmi videtur; tum verò nihil est tam deforme, quam ad summum imperium acerbitatem naturæ adjungere.*. Apud Sueton. Cæsare c. 12, *Acerbitas*, sævitia est, & præceps ad nocendum cupiditas: *Sorte judex in reum ductus, tam cupide condemnavit, ut ad populum provocanti nihil æque, ac judicis acerbitas profuerit.* ¶ 3. *Acerbitas* etiam vocatur vitium, quod illi virtuti opponitur, quam Aristoteles φιλίαν dixit, qua præditos Latini *comes, jucundos, commodos* vocant: alterum scilicet extremorum, quo gravitas atque constantia animi corrumpitur: Græci αὐθάδειαν vocant: de quâ multa atque præclara Casaubonus ad Theophrasti Characteres. Latinis *arrogantia, pertinacia, contumacia* dicitur. Corn. Nepos in Dione cap. 6, *Hanc ille invidiam non lenire obsequio, sed acerbitate opprimere studuit.* Cicero ad Q. Fratr. lib. 1. ep. 1, *Nam si implacabiles iracundiæ sunt, summa acerbitas est; sin autem exorabiles, summa levitas.* Similiter hac voce usus est Cæsar lib. 1. de Bell. Civ. c. 32. & Cicero lib. 4. Fam. Ep. 4. itemque Livius lib. 44. c. 10.

¶ Acerbitudo, idem quod *acerbitas*, apud Gellium lib. 13. cap. 3. Verba modo in *Acritas* attulimus.

¶ Acerbare, verbittern. Hoc verbo utuntur Virg. lib. 11. Æn. v. 407. Stat. lib. 3. Thebaid. v. 214. & lib. 12. v. 75. Claudian. lib. 2. de raptu Proserp. v. 208. & alibi, pro exagitare, exstimulare, & acerbum facere, v. g. ex cit. 12 Thebaidos: *gaudia acerbare alicui*, einem die freude versaltzen.

¶ Exacerbare, usitatius est, eadem significatione. e. g. *Exacerbari superbia & avaritia cujus*, apud Livium lib. 29. c. 6. extr.

¶ Exacerbatrix, quod arguit etiam *Exacerbator* in usu fuisse, Salvianus lib. 3 Gub. pag. 91 *Ecclesia, quæ in omnibus esse debet placatrix Dei, quid est aliud quam exacerbatrix Dei?*

¶ Exacerbescere, erbittern, zornig werden. Apulejus Apolog. *Quis tam est mitis, quin exacerbescat?*

Acerosus, vide *acus*.

ĂCERRA, æ. Festus, ACERRA: *ara, quæ ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebant. Alii arculam dicunt esse thurariam: scilicet ubi thus reponebant.* Brevius veriusque, ni fallor, V. Scholiastes Horatii *Thuribulum* interpretatur: id est, vas in quo odores incenduntur Deorum honori. V. G. λιβανωτὶς *Acerra, thuribulum*, ein räuchfaß. Ovid. 4. Fast. v. 934 *Cumque meri patera thuris acerra fuit.* Horat. 3. Od. 8 *Acerra thuris plena.*

¶ Acerræ, arum, civitas Campaniæ, vicina Neapoli. Virgil. 2. Georg. v. 225 *vacuis Clanius non æquus Acerris.*
Quia crebræ Clanii fluminis præterfluentis inundationes urbem eam exhauriant. Servius. ¶ Alia ejus nominis in Transpadana regione. Plutarch. Marcello p. 300.

ĂCERSĔCŎMES, æ, mascul. Ἀκερσεκόμης, intonsus. Apud Græcos Epithetum Apollinis est. Juvenal. Sat. 8. v. 128 pro puero posuit:

Si nemo tribunal
Vendit acersecomes, si nullum in conjuge crimen.

Pueri enim Romanorum copiosa & prolixa coma insignes.

ĂCERVVS, ein hauffen, secundùm Vallam lib. 4 congeries est rerum minutarum, nonnunquam tamen majorum etiam. Plaut. in Pseud. a. 1. sc. 2. v. 55 *Acervi frumenti sunt domi.* Horat. lib. 1. Serm. Sat. 1. v. 33

Parvula (nam exemplo est) magni formica laboris.
Ore trahit, quodcunque potest, atque addit acervo,
Quem struit, haud ignara ac non incauta futuri.

Translate Cicero pro Sylla c. 27 *Acervi facinorum*, gantze hauffen grober sünden. ¶ Acervus Chrysippi vel Stoicorum. Ita Persius Satyr. 6 extr. Soriten, syllogismi genus, vocat, qui exinde Ciceroni dictus est

¶ Acervalis, puta syllogismus, 2. de Divin. c. 4. Vide & *Sorites*.

¶ Acervare, auffhäuffen, in usu est Plinio 26, c. 4, *plura undique acervabimus*: & Quintiliano lib. 9. c. 3, *Nec verba modo, sed sensus quoque idem facientes acervantur.* Ab hoc est

¶ Acervatio, auffhäuffung, ut *Acervatio saporum pestifera*, Plinius lib. 11. cap. 53. &

¶ Acervatim, adverb. Hirt. B. Alex. c. 31, *plerique acervatim se de vallo præcipitaverunt.* hauffenweiß. Cicero pro Cluentio c. 10, *Acervatim jam reliqua dicam Judices.* Id est, promiscue, sine ordine, über einen hauffen.

¶ Cŏăcervare, frequentius est quàm *Acervare*, cujus significationem quoque auctiorem facit, hauffen zusammenschlagen. Cic. Agrar. 2. c. 27, *Pecuniæ coguntur & coacervantur.* Cæsar 2. Gall. B. c. 27, *coacervatis cadaveribus.*

¶ Coacervatio, zusammenhäuffung. Cicero Partit. Orat. c. 35, *frequentatione argumentorum & coacervatione universa.*

¶ Coacervatim. Apulejus lib. 2. Florid. *non sigillatim ac discretim, sed cunctim & coacervatim offerre.*

¶ Superacervare, Tertull. ad Nation. lib. 1. cap. 15.

Acesco, vide *aceo*.

ACĔSIVS, Ἀκέσιος, Apollo ἀλεξίκακος Pausaniæ in Attic. p. 3 est ab ἀκέομαι, medeor. Cœl. Rhodig. lib. 16. c. 19.

¶ Acĕsĕi & Heliconis opera appellabantur, quæ singulari artificio confecta viderentur, künstliche gewebe, à duobus celebratis artificibus, Aceseo Patarensi & Helicone Carystio.

¶ *Acesias medicatus est*, hie ist ein böser artzt bey gewest. De re, quæ hoc pejus habet, quo magis accuratur. Occasio adagii accepta est ab Acesia, quodam imperito & stupido medico. Vide Chiliad.

ĂCESSAEI luna, locutio proverbialis alia, in comperendinatores, qui novas subinde caussas negotiorum differendorum comminiscuntur, à nauta quodam Acessæo nomine, ita ignavo, ut quoties tentanda navigatio esset, semper diceret, se expectare magis opportunam lunam. Vide Chiliad.

ĂCESTES, æ, Ἀκέστης, Siciliæ Rex, notus ex Virgilii poëmate. v. g. Æn. 1. v. 554 *Trojanoque à sanguine clarus Acestes.*

¶ A quo Acesta urbs appellata fuit: Æneid. 5. v. 718

Vrbem appellabunt, permisso nomine, Acestam.

ACESTIDES, plural. fornaces sunt ferreæ & prægrandes, in quibus fit cadmia, die öfen darinne der cobalt (grauer Matthiolo) wird. Dioscorid. lib. 5. cap. de Cadmia.

Acetabulum, acetaria, acetosa, acetum, acidulus, acidus, vide supra in *aceo*.

ĂCHAEMĔNES, Ἀχαιμένης, avus Cyri, Persarum Regis, Herodot. 7. c. 11. unde commune Persicorum regum nomen factum perinde ac *Artaxerxes*. Ammianus lib. 19. cap. 4, *Persis Saporem & Achæmenem appellantibus & Artaxerxen, quod Rex regibus imperans, & bellorum victor interpretatur.* Horatius lib. 2 oda 12

Num tu, quæ tenuit dives Achæmenes,
Permutare velis crine Lycymniæ?

¶ Ăchæmĕnius, a, um, Persicus. Quemadmodum *Costum Achæmenium* Horatius lib. 3 Ode 1, & *nardum Achæmeniam* Epod. 13 pro unguentis Persicis, dixit. Persæ enim unguenta instituerunt, auctore Plinio lib. 13 cap. 1.

¶ Achæmĕnĭdæ, tribus vel gens Persarum, qui & Pasargadæ dicebantur. Vide Herodotum lib. 1. cap. 125. Sed

¶ Achæmĕnĭdes, vel Achĕmĕnĭdes, unus ex Vlyssis sociis fuit apud Virgilium Æneid. 3, v. 613 &c.

¶ Achæmĕnia, regio Persarum, quam Achæmenidæ incoluerunt. Steph. Byzant.

¶ Achæmenis, idis, fœm. herba magica, hac vi præstans, ut conjecta in aciem hostium trepidationem illis incutiat, & terga vertere cogat. Plinii sunt verba lib. 26 cap. 4.

ĂCHĀIA, Ἀχαΐα, Græcia propria est, laxiore usu vocabuli, inter Thessaliam & Peloponnesum intercepta: aut præcipua ejus regionis portio. Angustius Isthmum & proximam in Peloponneso regiunculam significat. Adi geographos. Ovidius Epist. Helenæ v. 209

Quid de me poterit Sparte? quid Achaia tota?

¶ Achæus, Ἀχαιὸς, Græcus. Ovid. 4 de Ponto Epist. 10. de Achæis Ponticis (Strab. 9) Græcorum colonia:

Nec potes infestis conferre charybdin Achæis.

¶ Ăchæĭăs, Ovid. in epist. Heroid. 3. v. 71

Inter Achæiadas longè pulcherrima matres.

¶ Ăchāĭcus Virgil. 2. Æn. v. 462

Et Danaûm solitæ naves, & Achaica castra.

¶ Ăchāis, idem 5. Metamorph. v. 306

Perque tot Hæmonias, & per tot Achaidas urbes.

¶ Ăchīvus, Græcus. Virgil. 2. Æn. v. 45

Aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi.

Horatius 1. epist. 2. v. 14

Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi,

proverbiale est, wenn die herren einander rauffen wollen, müssen die bauren die haare darleihen. Vide Chiliad.

ACHARNAE, curia, vel vicus Atticæ major, de quo Pausanias in Atticis. Pindaro Nem. Oda 2. n. 4 Acharnæ sunt εὐάνορες, *strenue seu fortium virorum genitrices.*

¶ Acharnanus, Acharnis oriundus Nepos Themistocle cap. 1, *Is* (pater Themistoclis) *uxorem Acharnanam civem duxit.* Vbi vide interpretes, Bosium præcipue.

¶ Acharnensis, *Acharnenses*, Ἀχαρνεῖς, Aristophanis Comœdia appellata.

ACHARNE piscis marinus Plinio lib. 32 sub finem: præstantissimus capitur circa Ænum Thraciæ, Κινεὺς ἄχαρνος, apud Athenæum lib. 7. cap. 9 pr. ex Calliæ Cyclopibus.

ĂCHĀTES, æ, Ἀχάτης, fidissimus Æneæ comes est apud Virgil. ἀπὸ τοῦ ἄχεος, hoc est, a solicitudine, quæ regum perpetua comes est, sic dictus, quemadmodum Servius putavit. Virgil. 1. Æn. v. 163

Constitit, & lacrymans, quis jam locus, inquit, Achate,
Quæ regio in terris nostri non plena laboris?

¶ 2. Alius est Achates, de quo Auson. Idyll. 10. v. 316

Spirat enim tecti testudine Corus Achates.

Vbi Achates videtur quidam fuisse, quem in deliciis habuerit Arsinoe. Et ut Arsinoe Venus & Chloris cognominata: ita Achates Corus vel Zephyrus: Jos. Scal. 1. Aus. Lect. 4. ¶ 3. Est & *Achates* fluvius Siciliæ. Plin. lib. 37. c. 10. ¶ 4. a quo nomen accepit suum *Achates* gemma, cujus differentias multas ibidem Plinius recenset, ein achat, achatstein. Adversatur venenis, ac medetur araneorum atque scorpionum ictibus, visum acuit, &c.

Acheloides, acheloius vide mox in *Achelous*.

ĂCHĔ-

ĂCHĔLOVS, Ἀχελῷος, fluvius rapidiſſimus Epiri eſt e Pindo monte oriens, de quo vide ſupra in Acarnania. Ovid. l. 9 Metamorph. v. 96

Opperiuntur aquæ; vultus Achelous agreſtes,
Et lacerum cornu mediis caput abdidit undis.

Narrant veteres, Acheloum amnem incerto curſu modo ſectum in partes, modo circumactum obliquo agmine (unde tauri & ſerpentis formam induiſſe dicitur) diu de agro adjacente belli cauſam Ætolis & Acarnanibus præbuiſſe, donec eum Hercules aggeribus domuit, eoque beneficio Oenei Ætolorum Regis filiam (Deianiram,) in matrimonium impetravit, Hug. Grot. lib. 2 de Jure B. & P. cap. 3. n. 16. Hinc videlicet fabula Poëtarum de certamine Herculis & Acheloi, quam apud Ovidium lege init. lib. 9 Metamorph. Conf. Barth. ad L. 2. Thebaid. Statii p. 650.

¶ Macrobius lib. 5. Saturnal. cap. 18 probat, veteres *Acheloum* pro quavis aqua uſurpaſſe, tam Græcos quàm Latinos.

¶ Acheloïus Adject. Virg. 1. Georg. v. 9

Poculaque inventis Acheloïa miſcuit uvis.

Pocula Acheloïa, id eſt, aquas.

¶ Achelōïdes, id eſt, Sirenes Acheloi filiæ apud Ovid. 5. Metamorph. v. 552 *Vobis, Acheloïdes, unde*

Pluma pedesque avium, cum virginis ora geratis?

¶ Idem & Achelōïadas easdem dixit lib. 14. Metam. v. 87

terras
Sulphure fumantes, Acheloïadumque relinquit
Sirenum ſcopulos.

ĂCHĔRON, Ἀχέρων, & *Acheruns* apud Plautum in Captivis, poëtis fluvius eſt inferorum, ſic dictus, quod vel gaudio careat, vel dolore & triſtitiâ abundet, Ἀχώρεον vel ἀπὸ τοῦ ἄχεος καὶ ῥέω, quod dolore fluat. ¶ 2. Hinc & pro inferis ipſis Horatius uſus eſt lib. 1. Ode 3, *Perrupit Acheronta Herculeus labor.* Et *Acheruntis oſtium*, id eſt, inferorum apud Plaut. Trin. a. 2. ſc. 4. v. 124, ubi vide Interpretes. Propert. 3 eleg. 4 *Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas,*

Nudus ad infernas, ſtulte, vehere rates.

Ceteri fluvii infernales ſunt, *Cocytus, Styx, Lethe, Phlegethon*, de quibus vide ſuis literis.

¶ 3. Servius ad Æneid. 6, v. 107 ſcribit, locum eſſe in Campania, montibus undique adeo ſeptum, ut nec orientem nec occidentem ſolem poſſit adſpicere. ¶ 4. Eſt & Acheron fluvius Epiri, de quo Strabo conſulatur lib. 7 p. 224; & alius in Eleide, de quo idem Geographus lib. 8 p. 237; & rurſus alius ejuſdem nominis, in finibus Lucanorum & Bruttiorum in Italiâ. Unde ambiguitate vocabuli deceptus Alexander Epiri Rex, cùm oraculo Dodonæo juberetur cavere Acheruſiam aquam, ibi enim fatis ejus terminum dari, cùm id de Acheronte Epiri eſſet interpretatus, docuit eventus, Acherontem alterum fuiſſe deſignatum, qui & hæc narranti Livio lib. 8. c. 24 *Acheros* vocatur. Ibi enim à quodam Lucano exule tranſfixus eſt.

¶ Acheronticus, adject. Plaut. Bacch. 2. ſc. 2, v. 21 *Regiones colere mavellem ego Acheronticas.* Prudentius Cathem. 5. v. 127

Illa nocte, ſacer qua rediit Deus
Stagnis ad ſuperos ex Acheronticis.

¶ Acherontia, Apuliæ civitas eſt, Lucaniæ vicina, quam quia parva eſſet, & in edito ſita, *nidum* Horat. dixit lib. 3. carm. ode 4,

Quicunque celſæ nidum Acherontiæ.

¶ Ăchĕrūſius, a, um. Lucretius lib. 3. v. 25

At contra nuſquam apparent Acheruſia templa.

Quod de Ennio habet: cujus illud eſt apud Varronem 6 de L. L. n. 2 *Acheruſia templa Orci ſalvete infera.* Utrobique autem regiones Acherunticæ, ſive inferi, quo mortui commeant, deſignantur.

¶ Ăchĕrūſia, æ, Ἀχερουσία, palus juxta Cumas in Campania ex Acheronte diffuſa. Plin. 3. c. 5. ¶ 2. Lacus item Theſprotiæ in Epiro: ex quo Acheron profluit amnis, qui in Ambracium ſinum defertur, Pomponio & Straboni. ¶ 3. Item ſpecus, de quo ſic Pompon. lib. 1. c. 19, *Juxta Heracleam Ponti ſpecus eſt Acheruſia, ad manes (ut ajunt) pervius, atque inde extractum Cerberum exiſtimant.*

¶ Acherūſis, idis, idem Valerio Flacco lib. 5. v. 73, quod Acheruſia.

ACHĔTAE, cicadæ ſunt majores argutæ & canoræ Plinio, lib. 11. c. 26, *Majores*, inquit, *quæ canunt, vocantur Achetæ, & quæ minores ſunt ex eis, Tettigoniæ, ſed illæ magis canoræ.* Quod ex Ariſtotele deſcripſit, apud quem idem legitur lib. 5. hiſt. animalium c. 30, καλοῦσι δέ τινες τοὺς μὲν (τέττιγας) μεγάλους καὶ ᾄδοντας ἀχέτας, τοὺς δὲ μικροὺς τεττιγόνια. Achetæ, die groſſen ſingenden oder zirrenden heuſchrecken.

ACHILLAS, æ, Ἀχιλλᾶς, miniſtri regii nomen, cujus manu Pompejus interfectus eſt: Plutarch. in vita Pompeji. Lucan. lib. 8. v. 618

At poſtquam mucrone latus funeſtus Achillas
Perfodit.

Achillea, Achilleides, Achilleon, Achilleum, Achilleus, vide mox in *Achilles.*

ĂCHILLES, Ἀχιλλεύς, Græcorum omnium fortiſſimus, *cedere neſcius*, Horat. 1 Oda 6; & *timor ille Phrygum, decus & tutela Pelasgi Nominis*, Ovid. 12. Met. v. 612. *Armipotens*, Virgil. 6, 839. *terroris expers*, Catull. 64, 334. *Priamo fatalis*, Stat. 1. Achill. 475. *magnanimus*, Ovid. 13 Met. 298 &c. Fuit Pelei & Thetidis nymphæ filius, qui puer Chironi primùm, homini Theſſalo juſtiſſimo, educandus traditus eſt, à quo medullis animalium, mox & carnibus ex venatu nutritus, non cibis cerealibus, qui χιλοὶ dicuntur, nomen ejuſmodi accepit: ſive, quia medendi rationem ab eodem præceptore doctus ἄχη λύειν, id eſt, dolores ſolvere didicit. Nam & hanc diſciplinam, rei militaris & Muſices morumque ſtudio adjunxit. De Muſices & morum ſtudio hæc Ovid. lib. 1. de arte v. 11

Phyllirides puerum cithara perfecit Achillem,
Atque animos molli contudit arte feros.
Qui toties ſocios, toties exterruit hoſtes,
Dicitur annoſum pertimuiſſe ſenem.
Quas Hector ſenſurus erat, poſcente magiſtro
Verberibus juſſas præbuit ille manus.

Et Juvenal. ſatyr. 7. v. 220 *Metuens virgæ jam grandis Achilles*
Cantabat patriis in montibus, &c.

Poſt Chironem traditus Achilles fuit erudiendus Phœnici, qui docuit eum, ut Homerus Iliad. ι v. 443 teſtatur, Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων, hoc eſt, *Cum benedicendi vitæ quoque noſcere normam.* Septem cubitorum Achillis ſtaturam fuiſſe, ſunt qui ſcripſerint, ſed fabuloſè: Unde & ἑπτάπηχυν eum Lycophron dixit, cujus longitudinis Oreſtis etiam corpus fuiſſe, Herodotus prodidit lib. 1. cap. 69 Periit Achilles poſt Hectorem à ſe interfectum, jaculo trajectus a Paride in templo Apollinis Thymbræi, in quod a Priami filiis ſimulatione nuptiarum cum Polyxena ſorore, quam adamarat, invitatus fuerat. Sepultus eſt a Græcis in promontorio Sigæo. Fatalem enim ipſi expeditionem Trojanam olim futuram, matri Thetidi Proteus vates prædixerat. Hæc ex variis ſcriptoribus. Cicero pro Archia cap. 10 *Quam multos ſcriptores rerum ſuarum magnus ille Alexander ſecum habuiſſe dicitur? Atque is tamen, cùm in Sigæo, ad Achillis tumulum adſtitiſſet, O fortunate, inquit, adoleſcens, qui tuæ virtutis præconem Homerum inveneris.* Quod & ab aliis refertur. ¶ 2. Ab hoc Tragœdiæ Ariſtarchi *Achilles* nomen eſt. Plaut. in prol. Pœnuli

Achillem Ariſtarchi mihi commentari lubet:
Inde mihi principium capiam ex Tragœdia.

¶ 3. Ad hujus etiam Achillis exemplum *Romanus Achilles* ob inſignem fortitudinem dictus fuit Lucius Siccius Dentatus. Vide Gell. lib. 2. cap. 11. Plin. 7. c. 28. & ibi Dalechampium. Imo & Q. Cotius Valerius: Vide Valerii Maximi lib. 3. cap. 2. de fortitudine n. 21. ¶ 4. Similem in modum ævo recentiore Albertus, Friderici I. Filius, Marchio & Elector Brandenburgenſis, ob fortitudinis & rerum geſtarum laudem *Achilles Germanicus* à Pio II Pontifice cognominatus eſt: Dreſſer. part. 4. Iſag. Hiſtor. p. 489. Adde Plaut. Milit. Glorioſ act. 1. ſcen. 1. v. 61, ubi Achilles pro forti per antonomaſian ponitur.

¶ Ăchillēa, Ἀχίλλεια vel ἀχίλλειος, herba: ſed quam falsò *millefolium* quidam dixêre. Certe cognatam eſſe herbam *millefolio terreſtri*, Cordus ſcripſit, feldgarb, oder weiſſe reinfahren. *Sideritim Achilleam* ab aliis appellatam Dioſcorid. ſcripſit.

¶ Ăchillēis, ἀχιλληΐς hordei genus eſt Theophraſto lib. 8. hiſt. plantar. ¶ 2. Et Achillēis, ĭdis, inſcripti ſunt libri duo Statii de rebus geſtis ad Trojam Achillis.

¶ Achillēides (ſcribunt & Achillīdes) Pyrrhus dictus fuit, Ovid. ep. 8

Pyrrhus Achilleides, animoſus imagine patris.

¶ Achillēum, ſpongiarum genus eſt, tenue denſumque, ex quo penicilli fiunt. Plin. lib. 9. c. 45.

¶ Achillēon, oppidum fuit conditum à Mitylenæis & Athenienſibus, in Rhetæo littore, ad tumulum Achillis, Solinus cap. 53. Exiguum pagum facit ex eo Strabo. *Achillitidem* hujus agrum vocat Laërtius in Pittaco pr.

¶ Achillēus, poſſeſſivum, Virgil. Æn. 3. v. 326

Stirpis Achilleæ faſtus, juvenemque ſuperbum
Servitio enixæ tulimus.

2. Sic *Achillea inſula*, quæ & *Leuce* Pomponio, & *Macaron* Plinio eſt, oſtio Boryſthenis objecta, *Achillea*, quod ibi Achilles ſitus ſit, cognominata. Pompon. Mel. lib. 2. c. 4. & Plin. lib. 4. c. 13, quam 12 cap. etiam *Achillidem inſulam* appellaverat. Adde Euſtathium ad Dionyſii Perieg. v. 306. Eſt & alia *Achillea* inſula juxta Samum, eodem Plinio auctore lib. 5. c. 31. *Achilleus curſus*, δρομὸς ἀχίλλειος, peninſula, ab Achillea inſula ſita 125 millium paſſuum intervallo, formâ gladii in tranſverſum porrectâ, ubi ab armis Achilles quieſcere ſi quando voluerit, ſe ac ſuos curſu excitaviſſe memoratur. Plin. 4. c. 12. Pompon. lib. 2. c. 1. Dionyſ. Perieg. v. 306.

ACHNE, es, fœm. Ἀχνὴ, generatim tenuiſſimum, minutiſſimumque, & leviſſimum cujuſcunque rei ſignificat, ut acus, vel paleas à ſpicis excuſſis, guttulas roris, particulas adſperginis ſeu ſpumæ, lanuginem pomi & ſimilia. Vide in chiliad. proverb. *Ne ramenta quidem: Ne feſtuca quidem.*

ACHORES, ἀχῶρες, ulcera capitis puerorum manantia.

ACHRAS, ădis, Ἀχρὰς, pyraſter eſt, ſeu pyrus ſilveſtris, wilder birnbaum; tum ipſum quoque ſilveſtre pyrum, holtzbirnen, Dioſcoridi & Theophraſto. Columella l. 7. c. 9, *achrades pyri*: idemque l. 10. v. 14

Palmitibusque feris lætatur, & aſpera ſilvis
Achrados, aut pruni lapidoſis obruta pomis
Gaudet &c.

ACHRĪŎGĔLOS, ἀχρειόγελος ex ſtultitia, vel dementia ridens, ein lachender narr. Vide Eraſ. chiliad.

Aciarium, vide *Acus.*

ACICARVS, cujus Columnam interpretatus eſſe dicitur Democritus apud Clem. Alex. lib. 1. Strom. f. 222. non alius eſt, quam Acencheres, vel Acoris, Ægypti Rex. Ita ſuſpicatur Reineſ. lib. 1. Var. Lect. cap. 22. p. 97. adde lib. 3. c. 3. p. 381.

Acicula, vide *Acus.*

ĂCĪDĂLIVS, ἀκιδάλιος, Servio ad mox citanda Æneidos verba, eſt fons in Orchomeno, urbe Bœotiæ, Veneri & Gratiis ſacer, a quo Venus *Acidalia*, ἀκιδαλία dicta. Virgil. 1. Æn. v. 720 *at memor ille*

Matris Acidaliæ, paulatim abolere Sichæum
Incipit &c.

2. Valens vero Acidalius criticus fuit non ignobilis: acuminis miri admirandique homo. Barth. ad B. Arem. p. 333.

Acidus, quære in *Aceo.*

ĂCIES, ei, primùm ferri eſt, die ſchärffe oder ſchneide. Virg. Æn. 2, v. 333

Stat ferri acies mucrone coruſco
Stricta, parata neci.

& Cicero Verrin. ult. c. 43 *quòd aciem ſecurium tuerum vidiſſet.* ¶ 2. Oculorum acumen, ſeu facultas bene videndi, cui cæcitas opponitur, die ſchärffe des geſichts. Cic. 5. de fin. c. 28. *bonum incolumis acies: miſera cæcitas.* Contra *acie hebetiore eſſe*, ein blöd geſicht haben, Sueton. Domit. c. 18. ¶ 3. Ipſa pars oculi, qua maxime videmus. Eam pupillam Cicero, Lactantius membranam interpretatur. Illius verba ſunt de Nat. Deor. lib. 2. c. 57, *Acies ipſa, qua cernimus, quæ pupilla vocatur.* Hujus, cap. 10, de opif. Dei: *Acies, id eſt, membrana illa perlucens, quam ſiccari & obareſcere non oportet, niſi humore aſſiduo terſa*

tersa pure niteat, obsolescit. ¶ 4. Oculus ipse. Lactantius d. l. *Nasus utramque aciem simul & discernit & munit.* ¶ 5. Ingenii, apud Cic. sæpissime, scharffsinnigkeit, ut de Orat. 1. c. 33 *Contemplari aliquid omni acie ingenii*, einem dinge scharff nachdencken. ¶ 6. Ordo exercitûs ad pugnam instructi; tum ipse exercitus ordinatus, schlacht-ordnung. *Struere aciem*, Virgil. 9, 42. & *instruere*, Livius 3, c. 2. *dirigere*, idem 28, c. 22. & *aciem componere*, Tacit. Germ. c. 6. n. 8. *instituere aciem*, Cæsar. 3. Civ. c. 93. schlacht-ordnung machen. *Continere aciem*, quando exercitus ad prœlium instructus a dimicando retinetur. Cæsar lib. 1. de bello Civ. cap. 83, *Continentur acies ad solis occasum.* Livius passim *Decernere acie*, schlagen. *Aciem perturbare*, eidem Livio lib. 37 cap. 41. *disjicere* Tacito 3. Hist. c. 2. *Aciem instaurare*, Virg. 10. v. 543. *iterare* Statio 11. Theb. v. 455. *integrare* Silio 12. 680. *Cadere acie*, Ovid. 7. Metam. v. 142 in der schlacht bleiben. *Recedere ex acie*, abziehen, Tacit. Germ. c. 14. ¶ 7. *Acies*, pro bellis ipsis Poëtarum more Statius dixit 3. Theb. v. 71,

bellum infandum omnibusque negatam
Movisti, funeste, aciem.

Pro ipso etiam prœlio ponitur apud Suetonium Aug. c. 20, *Dalmatico* [bello] *vulnera excepit, una acie dextrum genu lapide ictus; altera & crus & utrumque brachium ruina pontis consauciatus.*

ĂCĪNĂCES, masc. ἀκινάκης, gladius Persarum sive Medorum dicebatur, autore Acrone: tametsi Scythis quoque id gladii genus peculiare fuit, ein Türckischer sebel. Horat. lib. 1. od. 27 *Vino & lucernis Medus acinaces immane quantum discrepat.* Valer. Flacc. lib. 6, 701 *Insignis manicis, insignis acinace dextra.*

Acinaticius, Acinosus, quære mox in *Acinus.*

ĂCĬNVS, & acĭnum, virili & neutro genere apud Nonium: quin & fœmineæ formæ *Acina* apud Catullum Epigr. 26, ut non modo Scaliger, Grævius, Silvius ediderunt, sed olim etiam legit & defendit Gellius lib. 7 cap. 20. Fructus est generatim, qui sub tenui cute liquorem continet: constans folliculo, succo, carne, & granis sive vinaceis. Laurentius Valla lib. 4. c. 28 Acinos inter & Baccas hoc interesse putat, quod *acini inter fructus minutiores arborum fruticumve densius nascantur; baccæ vero dispersius & rarius.* Plinius enim lib. 15. c. 24 non uvis modo, sed sambuco etiam & hederæ acinos tribuit: nec non grana punici mali ita ibidem appellat. Verti vox potest, beer, die zusammen in trübbel wachsen. Item kern oder körnlein in solcher frucht. *Acinus uvæ passæ*, ein rosin. Plin. 7. c. 7, *Anacreon acino uvæ passæ strangulatus periit.*

¶ Acinōsus, adject. vollbeerig, cujus Superlativo *acinosissimus* ita Plinius 14. c. 3 usus est. Deinde quibusdam quodvis succosum sonat, ut *semen acinosum*, apud eundem Plinium lib. 12. c. 13, si scriptura salva est. Vide Harduinum. Attamen lib. 21. c. 12 *caulis acinosus* dicitur, quem vero alii de semine acinis simili quod proferat, interpretantur.

¶ Acinaticius adjectivum, pro quo alii *Acinaceus* legi volunt. Ulpianus Lege 9 Dig. de tritico, vino &c. *Acinaticium plane vino continebitur.* Ex quo apparet, pretiosum id vinum fuisse, non ut vulgo Acinaceum interpretantur liquorem acinis aqua maceratis expressum. Is enim, quod plurimum aquæ habet, vino contineri non censetur; sicut mulsum quoque eadem lege ex censu vini ejicitur.

¶ Deacinatus, purgatus ab acinis. Cato c. 26 *si bene deacinata erunt dolia.*

ĂCĬPENSER, eris, piscium nobilissimus secundum Plin. 9. c. 17, & magno olim in pretio habitus, adeo ut cum tibiis & coronis inferretur: Athen. l. 7. & Macrob. l. 3. Satur. c. 16. Vulgo eundem putant ac Elopem, Asellum Sturionem, quem & Asturionem quidam vocant; (quanquam vox utraque Latinis veteribus ignota, Germanis nempe debens originem, quibus appellatur, ein stör,) à quibus tamen omnibus diversus est, ut accurate docet Ludov. Nonius in Ichthyophagia, sive commentario de piscium esu. Vide & eruditiss. Salmasium Exercitat. Plinianis, & Turneb. lib. 30. c. 21. L. And. Resend. lib. 2. de Antiq. Lusit. disq. de pisce Asturione pag. 73.

¶ Dicitur & *Acipensis.* Martialis lib. 13. Epigr. 91

Ad Pallatinas acipensem mittite mensas:
Ambrosias ornent munera rara dapes.

Ita enim doctiores legere malunt, quàm *acipensera*: nec enim solent Latini vocabulorum suorum, quæ à græcis ipsi non acceperint, accusativis singularibus dare terminationem græcam.

Aciscŭlus, & Aciscularius, quære in *Ascia.*

ACLIS, ĭdis, fœm. Virg. Æneid. 7. v. 730

teretes sunt aclides illis.

Jaculum est brevius juxta Nonium. Servius, *putatur*, inquit, *teli esse genus, quod per flagellum in immensum jaci potest.* Cæsari *tragula*, lib. 5. B. Gall. c. 46, ein wurffspieß. Vide & Salmasium ad Trebell. Pollionis Claudium cap. 14.

ACNVA, agri modus, apud Varronem & Columellam. Vide in *Jugerum.* Græcis ἄκενα est: ut ex Herone Rigaltius ad Gromaticos Veteres observat. Bætici Rustici, *Agnam* & *Porcam* appellârunt. Alii & *Porcamin*: ut Gromatici notant.

ĂCŎLASTVS, ἀκόλαστος, protervus, qui licenter & impunè voluptatibus & libidini indulget, ein prasser, schlemmer. ¶ 2. De rebus dicitur etiam, ut ἀκόλαστος γλῶττα, intemperans vel infrenis lingua.

ACOLVTHVS, ab ἀκολουθέω, *sequor*: famulus est & pedissequus. Hesychius: ἀκόλουθος, ὁ νεώτερος παῖς, θεράπων δὲ ὁ περὶ τὸ σῶμα. ¶ Est quoque officium ecclesiæ, infra subdiaconum. Isidorus Orig. lib. 7 cap. de Clericis: *Ostiarius, psalmista, lector, exorcista, acoluthus, subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus.* Augustinus ep. 104 pr. *Gratissima rescribendi occurrit occasio per dilectissimum filium nostrum Albinum acoluthum.* Adde epist. 62 sub initium: & Cyprian. epist. 7 ed. Oxon. (Pammel. 36) ubi itidem *acoluthi* mentio habetur.

Acon, vide *Ace.*

ACONITI. Sic enim Latinis literis descripsit Græc. ἀκονιτὶ Plinius lib. 36. c. 11, *Pinxit Alcimachus Dioxippum, qui citra pulveris jactum (quod vocant aconiti) vicit, &c.* Est autem ἀκονιτὶ Græcorum idem, quod sine pulvere, hoc est, citra negotium, leichtlich, ohne alle mühe. Sumtum ab athletis; qui pulverem corporibus suis inspergebant, ut comprehendere sese possent invicem, quem morem Ovidius expressit in descriptione pugnæ Herculis cum Acheloo flumine lib. 9 Metamorph. v. 35 *Ille cavis hausto spargit me pulvere palmis,*
Inque vicem fulvæ jactu flavescit arenæ.

Vide Erasmi chiliad.

ĂCŎNĪTVM poëtis familiare: herbæ genus, cujus descriptio extat apud Plin. lib. 27 cap. 3. wolffs-kraut, wolffs-milch, oder wolffs-wurtz. Juvenal. satyr. 10. v. 25 *sed nulla aconita bibuntur*
Fictilibus; tunc illa time, cum pocula sumes
Gemmata.

Dictum *aconitum* διὰ τὸ φύεσθαι τόπῳ ἀκόναις, id est, quod in Aconis nascatur, (qui locus est circa Heracleam, Athenæus lib. 3 & Solinus Polyhist. cap. 45.) aut quod in genere in saxis & cautibus nasci soleat. Ovidius lib. VII. Metamorph. v. 418

Quæ quia nascuntur dura vivacia caute,
Agrestes aconita vocant.

In saxis nasci & Lucanus testatur lib. 4. v. 322. Fabulæ narrant ex spuma Cerberi, in lucem ab Hercule protracti, *aconitum* natum esse. Ovid. d. l. & Plin. lib. 27. cap. 2. Alii ex Promethei sanguine in monte Caucaso vincti; quos secutus Ausonius in Monosyllabis scribit:

Sicca inter rupes Scythicas stetit alitibus crux:
Unde Prometheo de corpore sanguineus ros
Aspergit cautes, & dira aconita creat cos.

Ubi & ad etymon alludit. Nam *cos*, ἀκόνη est. Est autem hæc herba venenata: unde & quævis mala gramina *aconita* appellantur. Ovidius Metam. 1. v. 147 *Lurida terribiles miscent aconita novercæ.* Ubi *Aconita* veneficia sunt; sive herbæ, quarum usus maximus in veneficiis est.

ACONTIA, æ, schiessende feuerflammen, meteoron est, quod à Plinio lib. 2. cap. 25 numeratur inter genera cometarum.

¶ Acontias, æ, serpentis genus, quod sagittæ modo (unde & nomen: nam ἀκόντιον jaculum est) in hominem prosiliat: duorum cubitorum est magnitudine. Vide *Cenchrias* seu *Cenchris*: nam & id illi nomen est.

¶ Ăconteus, ἀκοντεὺς trisyllabum, venator fuit egregius, a jaculando sic dictus, cujus meminere Statius lib. 7 v. 590, & Silius lib. 16 v. 562.

ACONTIVS, Ἀκόντιος, Ceus fuit, ex Cea Ægæi maris insula, qui inter sacra Dianæ his versibus fraudulentis uxorem sibi adjunxit Cydippen nobilem puellam, *Me tibi nupturam (felix eat omen) Aconti,*
Juro, quam colimus, numina magna deæ.

qui & sic ab aliis referuntur:

Juro tibi sanctæ per mystica sacra Dianæ,
Me tibi venturam comitem, sponsamque futuram.

Vide utriusque epistolas apud Ovidium.

¶ Acontius, Magnesiæ vel Bœotiæ mons, Plin. lib. 4 c. 7. Strabo lib. 9.

Acor quære in *Aceo.*

Acoris, Rex Ægypti: vide *Acicarus.*

ĂCŎRVS, vel acŏrum aroma est, quod *galangam* alii dicunt, galgant. Antonius Musa quam *galangam* appellat, is verus Dioscoridis *acorus* est: Matthiolo vero Senensi *acorus* est, qui vulgo *calamus aromaticus* dicitur, kalmus.

Acquiro, cum derivatis, vide in *Quæro.*

ĂCRAE, oppidum Siciliæ, ab alto situ nominatum. Silio enim sunt l. 14. v. 208 *tumulis glacialibus Acræ.* Add. Thucyd. lib. 6. p. 413. Hinc Plinio. 3 c. 8 *Acrenses* incolæ dicti.

Acragantinus, vide mox in *Acragas.*

ĂCRĂGAS, Ἀκράγας, urbs Siciliæ, quæ & Agrigentum est. Plinius lib. 3 c. 8, *oppidum Acragas, quod Agrigentum nostri dixere.* Ergo illud Græcum; hoc Latinum nomen est. ¶ 2. *Acragas* mons est, cui urbs illa imposita. Virgil. Æn. 3 v. 703

Arduus inde Acragas ostentat maxima longe Mœnia.

¶ 3. Etiam fluvius ejusdem nominis montem & oppidum præterfluit. Thucyd. lib. 6 p. 412.

¶ Acragantinus apud Lucret. lib. 1. v. 716. Sed plures libri *Agrigentinus* habent, forma latina. V. *Agrigentum.*

Acredo, vide *Acer.*

ACRATISMVS & acratisma, atis, ἀκρατισμὸς, Jentaculum, morgenbrodt, frühesuppe, in quo panis buccella mero tingebatur. Plutarchus in Sympos.

ACRĒDVLA, putatur esse luscinia, suavissimi cantus avis, quod vero strenue negat Vossius Etymolog. p. 298, quem vide. Nam de ea intelligendi videntur hi versus, qui leguntur in Divinatione Cic. lib. 1 cap. 8 *Sæpe etiam pertriste canit de pectore carmen,*
Et matutinis acredula vocibus instat.

Alii ergo exponunt Germanice, ein greinerlein. Alii *Ululam.* Alii pro ranæ specie accipiunt. Videtur enim Ciceroni *acredula* dici, quod Arato, ὀλολυγών. Ranas vero *ololygones* appellari auctor Plin. lib. 11 c. 37 sect. 65. Accedit & Isidori auctoritas sic scribentis lib. 12 c. 6, *Agredulæ* sive *acredulæ* (c. enim & g. sæpius confunduntur) *ranæ parvæ, in sicco vel agris commorantes, unde & nuncupatæ.*

ACRIFOLIVM vel *Agrifolium*, Macrobio lib. 3. Saturn. cap. 20. ex numero infelicium est arborum. *Loton* dici putant alias. Foliis est undique aculeatis loto majoribus, fructu cedri, rotundo, rubro, nucleum intus habente, jucundo & gustui non ingrato. Constat foliis perpetuis, lauri latioribus tamen, subpinguibus, & per ambitum aculeatis, cortice viridi, ramis lentis ac flexilibus. Fructus ei rotundus, lucidus, ruber, ruscum & cedrum baccis æmulans. Matthiol. Vide & Agrifolium.

Acrimonia, Acris, vide *Acer.*

Acrisioneus, Acrisioneis, Acrisioniades, vide mox in *Acrisius.*

ACRISIVS, Ἀκρίσιος, filius fuit Abantis, & rex Argivorum, Danaes pater, ex qua, imbris aurei formâ ab Jove compressâ, natus fuit Perseus. Vide Ovid. 4 Metam. Fab. 16. ¶ 2. *Acrisius* alter pater fuit Laërtæ, patris Ulyssis, quemadmodum apud Ovidium Ulysses ipse testatur lib. 13 Metamorph. v. 144, sed libri meliores habent *Arcesius.*

¶ Acri-

¶ Acriſionēus, adject. Ovid. 5 Metamorph. v. 239,
Acriſioneas Prœtus poſſederat arces.

¶ Acriſionēis, ĭdis, patronymicum, id eſt Danae. Virgilius 7 Æn. v. 409,
quam dicitur urbem
Acriſioneis Danae fundaſſe colonis.
Servius enim Acriſioneis ut patronymicum cum *Danae*, non cum *colonis* componendum eſſe judicat.

¶ Acriſioniades, æ, patronym. pro Perſeo. Ovidius 5 Metam. v. 69,
Vertit in hunc harpen madefactam cæde Meduſæ
Acriſioniades, adigitque in pectus: at ille, &c.

ACRŎĀMA, neut. ἀκρόαμα, qua voce deſignabantur Muſici, tidicularii, & hiſtriones, qui canticis & lepidis dictis convivas ſaturos oblectabant, & voluptatem auribus faciebant, de quibus Athenæus lib. 14, & Plutarchus lib. 7 Sympoſ. Quæſt. 7 & 8. Iſidorus in Gloſſis: ACROAMA, *auditio lyrarum & tibiarum.* Lamprid. Alex. Severo cap. 34, *Nanos, & nanas, & moriones & vocales exoletos, & omnia acroamata & pantomimos populo donavit.* Cicer. in Verr. 6 c. 22, *Feſtivum acroama*; der e ne kurtzweil macht. Idem pro Arch. cap. 9 de Themiſtocle: *cum ab eo quæreretur, quod acroama, aut cujus vocem libentiſſimè audiret, ejus, inquit, à quo ſua virtus optimè prædicaretur.* Valerius Maximus lib. 1 c. 7, *Cum plebejis ludis quidam paterfam. per Circum Flaminium, priusquam acroama induceretur, ſervum ſuum verberibus mulcatum ſub furcâ egiſſet.* Vbi *Acroama* eſt *ſcurra ridicularius*, qualis ille apud Phædrum Fabulatorem, qui ſuum vocem ſcitè imitatus traditur; & alius, Princeps appellatus. *Acroamata* & *hiſtriones* conjunxit Suetonius Auguſto c. 74. Vbi videtur *acroamata* pro tibicinibus poſuiſſe; qua ratione & Canus Aulædus, ἀκρόαμα, Plutarcho in Galba dicitur. Sueton. Veſpaſ. cap. 19, *Ludis, per quos ſcena Marcelliani theatri dedicabantur, vetera quoque acroamata revocaverat.* C. Nepos de vita Attici cap. 14, *Nemo in ejus convivio acroama aliud, quam anagnoſten audivit.* Macrob. lib. 2 Saturn. c. 4, *Delectatus inter cænam erat pueris ſymphoniacis Coranii Flacci Mangonis, atque eos frumento donaverat, cum in alia acroamata fuiſſet liberalis nummis.* De acroamatis in cœna adhibitis Plinius etiam lib. 6 epiſt. 31. ¶ Prudentius hymno S. Laurentii v. 325 *acroama* contractis ſyllabis dixit: *Ergon' cachinnis venditus*
Acroma feſtivum fui.

¶ Acroāſis, ἀκρόασις Philoſophorum ſchola eſt, quam *auditionem* Gellius vertit lib. 14 cap. 1. *Inauditiunculam* lib. 5 c. ult. Vide & Johann. Wowerium Tract. de Polymathia c. 4 circa finem. Vitruvius l. 10 c. ult. *Callias Rhodum cùm veniſſet, acroaſin fecit, exemplumque protulit muri*, &c. *Fecit acroaſin*, id eſt, ſcholam ſeu diſſertationem habuit ſuper cogitationibus ſuis, ſive ſolerter ab ſe inventis. Ita enim interpretandus & accipiendus hic locus eſt. Seneca de Declamatorum recitationibus uſus eſt Excerptis Controverſ. lib. 4 Præfat. quemadmodum & Latino *auditionis* vocabulo idem eſt uſus Suaſ. 3. In quam rem alia etiam notavit Ludovicus Creſollius eruditis Commentariis, quos Theatrum Rhetorum inſcripſit, lib. 3 c. 5.

¶ Acroaticus, ἀκροατικὸς, adjectivum. Gellius 20 c. 5 certos Ariſtotelis libros appellat *acroaticos.*

ĂCRŎCĔRAVNIA, orum, ἀκροκεραύνια, montes excelſi ſunt in Epiro dividentes mare Ionium ab Adriatico, quamvis hoc alii longius extendant, uti in *Adria* dicemus. Strabo vocat Κεραύνια lib. 6 p. 194. ſicut Virgilius quoque 3 Æn. v. 506,
Provehimur pelago vicina Ceraunia juxta.
Horatius autem plenius lib. 1 oda 3 vocat
Infames ſcopulos Acroceraunia.
Ab ἄκρον, ſummitas, & κεραυνὸς, fulmen. die hohen donner-berge, das donner-gebirge.

ĂCRŎCHORDON, fœm. ŏnis, ἀκροχορδὼν, ſpecies verrucæ, quæ infra tenuis, ad cutem latior eſt: eine art eines wärtzleins, ſic dicta, quod ſimilis ſit vertice ſuo reſectæ chordæ ſecundum extremitatem; vel quod in imo usque adeo ſit anguſta, ut pendere videatur: Vnde & verruca penſilis dicitur. Celſus lib. 5 cap. 28 n. 14, *Acrochordon, ſi exciſa eſt, nullam radiculam relinquit.*

Acrocorinthus, vide *Corinthus.*

ACRŎDRYA, orum, ἀκρόδρυα, arborei dicuntur fructus, ut poma, nuces, ficus, maxime vero nuces, allerley baum-früchte, und ſonderlich nüſſe.

ACRON, ōnis, Rex fuit Ceninenſium, qui, cum Romanum agrum hoſtiliter invaſiſſet, a Romulo obtruncatus eſt. Multa de hoc Plutarchus in vita Romuli. ¶ 2. Acron Grammaticus commentariis Horatium expoſuit.

ACRŎPHYSIVM, ἀκροφύσιον, & ἀκροφύσσιον, follis eſt ſpiramentum, ſeu roſtrum, quod fornacis vel fuſorii ori inſeritur, das windrörlein am blaſebalck, das da bläſet. Valla in Thucydid.

ACROSTICHIS, ἀκροστιχὶς, carminis genus eſt, cujus literæ initiales ſeu capitales, aut nomen aliquod, aut ſententiam aliquam exprimunt, per capita verſuum diſcurrendo, quemadmodum in Plautinarum Comœdiarum argumentis factum eſt. Inſpiciantur argumenta Amphitruonis, Aſinariæ, & Aululariæ. Sic ſuis carminibus in acroſtichide Servatoris filii Dei elogium incluſit Sibylla, ut vulgo creditur, his verbis: Ιησοῦς Χριστὸς Θεοῦ υἱὸς σωτὴρ, σταυρός, id eſt, *Jeſus Chriſtus Dei filius Servator, crux.* Id carmen Euſebius recitat lib. 5 de vita Conſtantini & alii. Videtur ejus & meminiſſe Cicero de Divinatione lib. 2 c. 54. ¶ 2. Appellatur hoc nomine illud etiam carminis genus, cujus ſtrophæ per literas initiales repræſentant alphabetum. Ex hoc genere duo leguntur hymni acroſtichides in Poëtis Eccleſiaſticis Georgii Fabricii: quorum alter p. 567 eſt Sedulii Presbyteri. *A ſolis ortus cardine*; alter Venantii Fortunati p. 721, *Agnoſcat omne ſeculum Antiſtitem Leontium.*

ACROSTOLIA, ἀκροστόλια, neut. plur. ab ἄκρον *ſummitas*, & στόλος, navium pars inter roſtrum & repagulum, ut Pollux deſcribit lib. 1 cap. 9. Sunt enim Acroſtolia ornamenta navium in prora, quemadmodum quæ puppim ornant, ἄφλαστα vocantur. Vide Scholiaſten Apollonii ad lib. 1 Argon. v. 1089. Hæc victis navibus detracta victricibus in ſignum victoriæ applicabantur. Diodorus Siculus l. 20 c. 53 de Demetrio Ptolemæi victore: αὐτὸς τὰς ἰδίας ναῦς κοσμήσας τοῖς ἀκροστολίοις, *ipſe ſuas naves acroſtoliis ornavit.* Adde Cl. Scheffer. de Mil. Nav. lib. 2 cap. 6.

ACROTERIA, ἀκρωτήρια, plurale, ſummitates proprie, & quæcunque ſupereminent. Vitruvius Latinitate donavit, & extremo libro 3 cum faſtigiis & coronis columnarum *acroteria* conjungit. ¶ 2. Idem lib. 5 cap. 12 ineunte promontoria ita appellat. *Portus*, inquit, *naturaliter ſi ſint poſiti, habeantque acroteria ſive promontoria procurrentia*, &c. ¶ 3. Heſychius etiam ipſa acroſtolia ſive navium ornamenta vocat ἀκρωτήρια.

ACROTHOITAE, Ἀκροθοῖται, populi cujusdam athei nomen, qu[illegible] narrat Theophraſtus, cùm nullum colerent numen, ſubito univer[illegible] à terra abſorptos eſſe apud Simplic. Comment in Epict. enchir. c. [illegible] p. 222 ed. Salmaſ.

ACTA, æ, ἀκτὴ, quod latinâ literaturâ Virgilius & Cicero, itemque in Ageſilao Nepos pronunciârunt. Significat amœnum in littore ſeceſſum. Virgilius 5 Æn. v. 613,
At procul in ſola ſecretæ Troades acta
Amiſſum Anchiſen flebant.
Cicero Verrina ult. c. 25 *in acta cum mulierculis jacebat ſæpius.* Nepos Ageſilao c. 8 *quum in acta cum ſuis accubuiſſet, ſine ullo tecto.* Littoris ergo ſeceſſus, isque amœnior, *acta*, ἀκτὴ, ein luſtig ufer. Latinis *Amœna* ſunt: Vide *Amœnus.*

¶ Acte, es, regio eſt Attica, ſic dicta, quia littoralis ſit & maxima ſui parte ad mare extenta, (ἀκτὴ enim littus ſignificat.) Vid. Strab. & Steph. Byz. Hinc

¶ Actæus, Athenienſis, Atticus. Ovid. 1 Metam. v. 313,
Separat Aonios Actæis Phocis ab oris.
Etiam Boſius ex MS. libro in Thraſybulo Nepotis cap. 2 edidit: *Hoc initium fuit ſalutis Actæorum*, ubi ceteri legunt *Atticorum.*

¶ Actias, ădis, patronymicum fœmineum. Virgil. 4 Georg. v. 463, *Actias Orithyia*, id eſt Athenienſis, interprete Servio.

ACTAEON, ŏnis, Ovid. 3. Metam. v. 243,
Ignari inſtigant, oculisque Actæona quærunt.
Ariſtei fuit filius, venator, converſus a Diana in cervum, & a canibus ſuis devoratus. Fabulam apud Ovid. vide. Fuit homo venationis & canum impenſe ſtudioſus, quibus alendis cum omnia impendiſſet, ad inopiam redactus eſt. Fulgentius 3 Mythol. c. 3. Plura de Actæone dabit Delrio comment. in Oedip. Senecæ v. 751 p. 128.

Actæus, Acte, Actias, quære in *Acta.*

ACTIVM, ἄκτιον, oppidum Epiri & promontorium, ad quod Auguſtus Antonium & Cleopatram vicit. Adi Geographos. Vellejus Pat lib. 2 c. 84, *debellatum eſt apud Actium.*

¶ Actiacus, adject. Ibid. c. 86 *rogante Cæſare, ut ſecum ad bellum proficiſceretur Actiacum.* Ovid. Epiſt. Sapph. v. 165,
Phœbus ab excelſo, quantum patet, adſpicit æquor:
Actiacum populi, Leucadiumque vocant.

¶ Actius, idem, ut *Actia bella*, Virg. 8, 675. *Actius Apollo*, ibidem v. 704. Nam in illo littore colebatur, & ab Auguſto eſt templo honoratus. Propertius lib. 4 eleg. 6,
Actius hinc traxit Phœbus monumenta, quod ejus
Vna decem vicit miſſa ſagitta rates.

Actio, actito, activus, quære in *Ago.*

ACTOR, ŏris, Auruncus fuit. Meminit ejus Virgil. 12 Æn. v. 93,
validam vi corripit haſtam,
Actoris Aurunci ſpolium, &c.

Actor, actrix, actualis, actuarius, actuoſus, vide in *Ago.*

ACTV̄TVM, adverbium temporis, alsbald, Comicis maxime uſitatum. Terent. Adelph. 4 ſc. 4. v 24, *Aperite aliquis actutum oſtium.* Et in Phormione a. 5 ſc. 6 v. 13 *congredere actutum.* Habent tamen etiam alii. Virgilius Æn. 9 v. 255, *Actutum pius Æneas* &c. ubi Servius. *Actutum, confeſtim, ſine dilatione.* Et Livius lib. 29 cap. 14, *Matrem Idæam actutum in Italia fore nunciaverat.*

Acula, Aculeatus, vide *Acus, aculeus.*

ACV̄LEVS, eſt in inſectis, ut apibus, veſpis, muſcis, quem Phœdrus *dolonem* vocat. Cic. 2 Tuſc. c. 22, *Apis aculeum ſine clamore ferre non poſſumus.* & de Finib. lib. 5 c. 15 *veſpas aculeis uti videmus.* ein ſtachel. ¶ 2. Item in herinaceis, & id genus animalibus, quæ ſetis pungunt. Plinius lib. 8 cap. 35, *hyſtrici longiores aculei.* ¶ 3. Denique in herbis, & ſeminibus, quicquid attactu horridum eſt, ut de carduorum quodam genere Plinius lib. 20 cap. 23 *florem*, ait, *purpureum mittit inter medios aculeos.* ¶ 4. De ferramentis etiam intelligi poteſt. Livius 38 c. 21 *aculeus ſagittæ.* ¶ 5. Transfertur ad alias res, & locutiones non inelegantes efficit: ut, *aculei contumeliarum*, ſchmähliche ſtachelwort. Et *aculei orationis* apud Cicer. in Orat. c. 19. *Horum*, inquit, [philoſophorum] *oratio neque nervos, neque aculeos oratorios ac forenſes habet.* Idem pro Cæl. c. 12, *Emittere aculeos crudelitatis in aliquem.* ¶ 6. Plautus in Trinum. 4 ſc. 2 v. 158 *aculeum* vocat animi ſcrupulum, ſeu moleſtiam: *Jamdudum meum ille pectus pungit aculeus, quid illi negotii fuerit ante ædes meas.* Cicer. ad Att. lib. 1 ep. 17, *Domeſticarum ſolicitudinum aculeos omnes & ſcrupulos occultabo.* In Bruto idem c. 9 extr. *Relinquere aculeos in animis audientium*, id eſt, quiddam quod eos pungat veluti, & penetret ſtimuletque. ¶ *Aculeo infixo fugere*, proverbialiter ſignificat, poſt convicium dictum ſtatim ſe ſubducere, quod Germani dicunt, ſeine ſcharten an einem auswetzen, und davon gehen. Sumtum ab apibus eſt. ¶ Eſt hinc *Aculeatus* adjectivum, ſtachlich, ſpitzig. ut, *Literæ aculeatæ* apud Cicer. ad Att. 14 epiſt. 18. Plaut. in Bacchid. a. 1 ſc. 2, 29 *aculeata hæc ſunt, animam fodicant & ſauciant*, das ſeynd ſpitzige wort, ſie grübeln und gehen einem durchs Hertz. *Aculeata ſophiſmata*, Cicero in Acad. 4 cap. 24 contortas atque acriculas Stoicorum diſputationes vocat; alibi *ſpinas* dixit.

Acumen, acumino, vide in *Acutus.*

ĂCV̆O, acuere, ſchärffen, ſpitzen, ut *Acuere ferrum.* Horat. 1. Oda 2; *enſes*, Ovid. 15 Metam. 776; *cultros*, Apulejus 8 extremo, ſchleiffen,

wetzen. Cujus contrarium est, *obtundere* seu *hebetare*. ¶ Per translationem est exercere, incitare. Terent. Adelph. a. 5 sc 3, 49 *Quod illos sat ætas acuet*, id est, exercebit, dazu sie die zeit witzig und vorsichtig gnug machen wird. Cicer. initio 3 offic. cap. 1 de Scipione Africano: *Duæ res, quæ languorem afferunt cæteris, illum acuebant: otium & solitudo*, id est, excitabant. Idem pro Ligario cap. 4, *Acuere aliquem ad crudelitatem*, hoc est, armare, vel incitare, zu grausamkeit reitzen. Quomodo & apud Virg. Æn. 7 v. 330

Quam Juno his acuit verbis, &c.

Acuere ingenium, Cic. de Clar. Or. c. 33, *linguam exercitatione dicendi*, ibidem cap. ult. *industriam*, ad Heren. 4. c. 2. Idem in Oratore c. 41, *Acuere & adjuvare juventutem ad dicendum*, hoc est, erudire. Ovid. lib. 2 de remed. amor. v. 801, *Vtilius sumas acuentes lumina rutas*, schärffet das gesicht.

¶ Exacuo. Virg. 1. Georg. v. 264, *Exacuunt alii vallos furcasque bicornes.* sie hauen spitz zu: machen spitzig. Nepos Phocione c. 4, *Plurimi verò ira exacuebantur propter proditionis suspicionem*: id est, exstimulabantur, incitabantur.

¶ Exacutio, verbale, zuspitzung. Plin. 17 cap. 14, *Calami exacutio medullam ne nudet.*

¶ Peracuo. *Surculum durum peracuito.* Cato de re rustica cap. 40.

Acus, vide post *Acutus*.

Acute, Acutiator, Acutule, Acutulus, vide in *Acutus*.

ĀCV̄TVS, ab Acuo est, ejusque Participium: quod vero seorsum scribimus, ut utriusque composita distinctius intelligantur. scharff, spitzig. *Culter acutus* apud Plaut. in Milite act. 5 v. 4. Sic deinceps, *Cuspis, jaculum, telum acutum*, apud Virg. Æn. 3 v. 46. 635. & 5 v. 208. ¶ 2. Per metaphoram idem quod ingeniosus, argutus. Cic. ad Attic. 12 ep. 38 extrem. *Antisthenes homo acutus magis quàm eruditus*, scharffsinnig, spitzfündig. Lib. 1. de Orat. c. 39, *Homo ingenio prudentiaque acutissimus.* Corn. Nepos in Dione cap. 8, *Callicrates homo & callidus, & ad fraudem acutus.* Cic. 4 in Verr. c. 52, *Non est homo acutior quisquam.* ¶ 3. *Acutus morbus*, qui subito & nec opinus ingruit, brevique aut tollitur ipse, aut tollit. Quare lento longoque ac vetusto opponitur. Celsus Præfat. *Hæc autem genera morborum modò acuta esse, modò longa* &c. Et paulo post: *Aliter acutis morbis, aliter vetustis medendum.* ¶ 4. *Acutum* etiam dicitur, quicquid haud leviter pungit ac stimulat. Sic *color acutus*, λαμπρὸς sive splendidus: qui fulgore suo ac luce oculos perstringit: *acuta vox*, clara, & acris, quæ aures ferit quodammodo & pungit, Ovid. Met. 3, 224 Hac ratione *acutum gelu* 1. Od. 9 Horatius dixit, quod Lucretio *penetrale* lib. 1, v. 495; Virgilio *penetrabile frigus* in Georgicis 1, 93 (quod penetret scil.) appellatur, schneidende kälte. χίων ὀξεῖα, *nix acuta* apud Pindarum Pyth. 1, v. 39. similiter legitur: & apud Marcellinum lib. 17 cap. 18, *Acumina pruinarum.* Sic cùm maxima solis vis est, *acutus* ipse dicitur. Horat. lib. 1 Epist. 10 v. 15

ubi gratior aura
Leniat & rabiem Canis & momenta Leonis,
Cùm semel accepit Solem furibundus acutum.

Avienus eruditus Poëta Phœnom. Arateis in Leone:

torrentur fomite acuto
Singula, & assiduis ardet Leo viscera flammis.

¶ Acutè, adverb. id est, ingeniose & subtiliter. Cicer. pro Cæl. cap. 8, *Acute, arguteque respondere*, künstlich und subtil antworten. *Acutiùs tractare*, idem 2. Invent. c. 16. *Acutissimè cogitare*, lib. 1 Offic. c. 44. & *acutissime perspicere*, ad Attic. lib. 10 ep. 8.

¶ Acūtulus, diminutiv. etwas scharff. Cicero 3. de Nat. c. 7 Deor. *Breves & acutulas conclusiones*; & Gellius 15 c. 5, *acutuli & minuti doctores.*

¶ Acutule, adverb. Augustinus Confess. lib. 3 cap. 7, pr. *quasi acutule movebar.*

¶ Exacutus, ut peracutus. Plinius lib. 17 cap. 18, *falces exacutæ.* Idem lib. 18 cap. 18, comparativo *exacutior cuspis* Frobenii editione habet: Harduini autem *acutior*.

¶ Peracutus, sehr scharff und schneidend, ut, *peracuta falce secare*, apud Martialem lib. 3 epigr 24. Translate ingeniosus. Cicer. 4. in Verr. c. 44, *ut sibi ipse peracutus esse videatur.*

¶ Peracute, adverb. *Peracute queri*, Cic. 3. Fam. epist. 8. *Peracute moveri*, Idem 1 Academ. c. 10.

¶ Præacutus, valde acutus, Cæs. Gall. 4 c. 17, *Tigna ab imo præacuta.*

¶ Præacute. Adv. Apulejus Apolog. p. 296. *An præacute vobis repetisse videbamini?*

¶ Acutiator, qui acutum reddit. ein schleiffer. Vet. Gloss. ἀκονητὴς *Samiarius, Cotiarius, Acutiator.*

¶ Acumen, aculeus, sive cuspis, spitze, schärffe. Vt *Acumen cultri*, die schneide am messer, &c. *Nasi primoris acumen*, Lucret. 6, 1191. *Contra acumina calcitrare*, Ammianus 18 cap. 9. ¶ Hinc auspiciorum genus deducunt nonnulli, quod *ex acuminibus* dicebatur, ad quod Plautus alludat Epid. a. 2 sc. 2 ipso principio, de quo interpretes plura: [quanquam in hoc exponendo ritu tanta est eruditorum dissensio, ut quale auspicium hoc fuerit, nihil habere se certi fateatur Delrio lib. 4 Disq. Mag. c. 2, q. 7 sect. 2 p. 560. Lege Jo. Meurs. Part. 1. Exerc. crit. ad Epidic. c. 3. Turneb. lib. 22 advers. c. 12. Cæl. Calcagn. lib. 1 qu. epist. 51. & adde quorum jam verba describo, Valtrin. de re milit. Roman. lib. 1 c. 6 p. 26. *Id auspicium quale fuerit, obscurum est. Nonnulli* (in his Turnebus) *existimant, veteres ex acumine spiculorum, pilorum, ensiumque spem prælii & eventum solitos auspicari, verbi caussâ, si splenderet, si retusum non esset, si non sordidum, si non hebes, si horrorem quendam præ se ferret. Celius Calcagninus lib. 1 epist. quæst. ult. putat esse cùm super hastas stellæ apparerent, pila ardere viderentur, de quibus Seneca in nat. quest. & Plinius. Aliqui, quod tamen Celio non placet, ad Geomantiam referunt, quæ acuminibus ita exercetur, ut punctorum paritas, imparitas, obliquitas, quadratio, decussatio spectetur.* Hæc Valtrinus. Cerda vero Comm. in 6 Æn. Virg. v. 199 f. 627, *sententiam*, inquit, *refero ad pullare auspicium. Ergò acumina sunt rostra avium, ex quibus, si quid cibi caderet, auspicia dicebantur sumi ex acuminibus, id est, rostris avium. Vide, ut hanc rem late explicet Antonius Clarus in 12 tabul.* &c. ¶ *Acumen ingenii*, scharffsinnigkeit. Cic. 2 Nat. D. c. 29 de Epicuro, *Homo sine acumine, sine auctoritate & lepore.* Idem in Orat. c. 31, *Nihil Lysiæ subtilitati cedit, nihil argutiis & acumini Hyperidis.* ¶ Frequentius tralate invenitur positum pro solertia, astutia, calliditate, quemadmodum *meretricis acumina* Horatius dixit lib. 1 Epist. 17. ¶ Sic est & Ciceronis in 1 de Orat. c. 33. elegans hæc locutio & præceptum: *Omnes sententiæ, verba omnia, sub acumen stili subeant & succedant necesse est.* ¶ Vsurpatur & a Tullio de acutis subtilibusque Dialecticorum quæstionibus, de Or. 2, 38. *Acuminibus suis se compungunt Dialectici.*

¶ Acumino, are, facere, ut in acumen desinat: scharff oder spitzig machen, usus Lactant. Opific. c. 7, *acuminavit in caudam.* Ab eo

¶ Acuminatus est, ut *acuminatum cornu Lunæ*, Plin. 18 cap. 35. add. lib. 11 cap. 2.

¶ Acus, us, fœm. ῥαφίς, eine nadel. Celsus lib. 7 c. 7, *trajicere* quid *acu linum trahente*, mit der nadel einen faden durch was ziehen: & cap. 17, *immittere lina per acum*, einfädeln. Apud Juvenalem Sat. 2 v. 94 pro *calamistro* ponitur. Quamquam hæc duo & apud alios confunduntur. *Acus crinalis* Apulej. 8 p. 207 eine haar-nadel. & *comptoria*: quod ad comendos crines uterentur: & eas ferme aureas habebant. *Acum crinibus distinguendis* vocat Tert. de Pœnitentia c. 10. *Discriminalem* Hieronymus apolog. adv. Rufinum lib. 3 cap. 11. Plura de his Salmas. Exercitat. Plinianis. ¶ *Acu rem tetigisti*, apud Plautum est in Rudente a. 5 sc. 2. 19 pro, rem ipsam divinasti nihil aberrans, du hast es gleich errathen. Est apud eundem in Menæch. *Vel acum invenire*, de accuratâ investigatione: siquidem acus propter tenuitatem inventu difficillima est. Locus est act. 2 sc. 1, *Si acum credo quæreres, acum invenisses.* ¶ 3. *Acu pingere*, sticken. Virgil. 9 v. 582, *pictus acu chlamydem*: & Ovid. Met. 6, 23, *pingebat acu.*

¶ Hinc Phrygiones vulgus *Acupictores* nominat, seidensticker.

¶ Aciarium, theca, qua conduntur servanturque acus. eine nadel-büchse. Vet. Gloss. *Aciarium*, ῥαφιδοθήκη.

¶ Acicula, diminutivum est, ein klein nadelgen. *Acicula capitis*, lege 1 Cod. Theod. de repud.

¶ Acula, aliud diminutivum. Cledonius ita format, vetus Grammaticus p. 1896 edit. Putsch.

¶ *Aculeus* quoque, tanquam diminutivum, Priscianus extremo lib. 3 ab *Acus* ducit, quod nomen supra exhibuimus.

ACVS mascul. secund. declin. Piscis est marinus, longus, lævis, rostro acuto, longo & tenui, ein hornfisch. Plinius 9 cap. 51, *Acus sive Belone piscium unus dehiscente utero parit.* Martial. lib. 10 epigr. 37,

Et satius tenues ducere credis acos.

ĂCVS, ĕris, neut. ex Græc. ἄχυρ pro ἄχυρον, ut Casaubonus ad Athenæum observat, σκύβαλον, spreu. Cato cap. 54, *acus fabaginum.* Varro 1 de R. R. cap. 52, *quod levissimum est, atque appellatur acus, evannatur foras extra aream.* Columella etiam usus est fœminino genere & quarta flexionis forma, lib. 2 cap. 10, *Durissimæ*, inquit, *acus resectæ separetæque erunt.*

¶ Acerosus, ut *panis acerosus*, spelzigt brodt, gersten-brodt, apud Nonium de Differ. Verborum, quod is desumsit ex Lucilii *farre aceroso.*

¶ Aceratus, ut *Lutum aceratum* apud Festum, hoc est, acere vel paleis subactum, ofen-leimen. add. Nonius c. 1.

ACYROLOGIA, ἀκυρολογία & ἄκυρον, improprietas, cum dictio minimè propriæ significationis orationi, ceu nubes, inducitur. Terent. in And. a. 2 sc. 3, 21

Nam quod tu speras, propulsabo facile:

pro, quod tu times. Juvenal. Satyr. 4 v. 57,

Jam quartanam sperantibus ægris.
Stridebat deformis hiems.

Virgilius Eclog. 7 v. 7 — *Vir gregis ipse caper.*
Idem 8 Æneid. v. 571 — *Multis viduasset civibus urbem.*
Horatius 1 oda 10 — *Viduus pharetra Risit Apollo.*

Quæ catachreseos etiam exempla sunt, quæ acyrologiæ cognata est. Donatus & hoc Terentii ad Acyrologiam retulit in Eun. extr. *Isti te ignorabant: quia & ad laudem & ad mores pertineat.*

ĂD, Præpositio motui ad aliquid subserviens: ut apud Ovid. 2 de Arte am. v. 113,

Forma bonum fragile est, quantumque accedit ad annos,
Fit minor, & spatio carpitur ipsa suo.

¶ Aliquando significat *apud, coram.* Cic. lib. 5. ad Fam. Ep. 10, *ad Cæsarem meam caussam agas.* Et pro Ligario cap. 10, *Ad judicem sic agi solet.* Similiter usus Cæsar lib. 3 de B. C. cap. 60. Terent. Heaut. a. 3 sc. 3 v. 45. & Andria a. 4 sc. 4 v. 7. Tacitus lib. 2 Hist. c. 99, *impar ad Vitellium*, i. e. apud Vitellium. Gell. lib. 4 cap. 18, *Cum M. Nevius Trib. pl. accusaret eum ad populum.* Ita *cœnare ad aliquem* idem dixit lib. 19 cap. 7. Huc pertinent & illa apud Ciceronem, & quæ similia his apud alios occurrunt, in quibus τὸ *ad* & per *juxta* interpretari liceat: v. gr. Cicero ad Brut. ep. 10, *Bellum ad Mutinam gerebatur.* Sic *ad Trojam, ad Cannas* &c. Etiam Elliptice dicimus, *ad Dianæ, ad Veneris, ad Castoris*, id est, templum. *Ad urbem accedere*, & *ad urbem esse*, de iis, qui extra pomœrium triumphandi spe morabantur, Paul. Manut. ad 4 epist. fam. Cic. 1, p. 383. Sallust. Catilin. c. 30, *Vtrique ad urbem imperatores erant, impediti, ne triumpharent, calumnia paucorum.* Quem ad locum vide Cypr. a Popma p. 156. Adde Ascon. Pedian. in prœm. act. in Verr. Atque hinc Muretus 10. Var. Lect. 20 emendat locum Cæsaris lib. 1 de bell. Civ. cap. 2 pro: *Pompejusque aderet*, legens, *A. V. erat*, i. e. ad urbem erat. ¶ Sueton. Claudio c. 1, *Corpus ad urbem devectum*: ubi Casaubonus *ad* pro *in* interpretatur. Eutropius lib. 2 cap. 12 pr. COSS. *ad Africam profecti sunt*: & cap. 14 extr. Regulus *regressus ad Africam.* Adde Servium ad illud 1 Æn. pr. *Italiam fato profugus Laviaque venit Litora.* ¶ Inservit & comparationibus eleganter, idque per ellipsin, uti videtur: Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 69, *Nihil ad nostram hanc*: subaudi, comparata. Plane ita & Cicero pro Dejotaro c. 8, *Addit etiam illud, equites non optimos misisse tibi. Veteres,*

teres, credo, Cæsar: nihil ad tuum equitatum. Plautus Captiv. a. 2 sc. 2. v. 25, *Ad sapientiam hujus, ille nimius nugator fuit.* Nepos Epaminonda c. 2, *Atque hæc ad nostram consuetudinem sunt levia & potius contemnenda.* Auson. in Profess. Burdigalensibus cap. 16, *Et disputator ad Cleanthen Stoicum*, id est, subtilitate disputandi ad Cleanthen accedit, Cleanthi par est. Idem Profess. Burdigalens. Epigr. 20 v. 7, *Grammatice ad Scaurum, atque Probum, promtissime Rhetor.* Solinus c. 23 ed. Salmas. *Honore & pretio ad smaragdos viret.* Id est, quæ ita viret, ut cum smaragdis conferri queat: vel quæ proxime smaragdos viret, nam & ita loquebantur. Sic τῷ *ultra* utebantur in iis, quæ excederent: de quo vide suo loco. ¶ Elliptica & illa sunt: *Nihil ad cœlum*, item; *Nihil ad nostrum genus*: subaudi, attinet: apud Ciceron. Item pro Cornelio Balbo c. 16, *Quid id ad civitatem?* was gehet dieses die stadt an? Ita dicimus. *Quid ad me? quid ad te?* Huc & illa Terentii Andria a. 3 sc. 2 princip.

quæque oportet
Signa esse ad salutem, omnia huic esse video:

Item Heautont. a. 1 sc. 2 v. 33, *Atque hæc tamen ad virtutem omnia sunt*, Donatus refert. Similiter Cæsar Commentario 3 de B. C. c. 51, *Aliæ sunt legati partes atque imperatoris: alter omnia agere ad præscriptum: alter ad summam rerum consulere debet:* hoc est, quod facere maxime ad summam rerum & expedire publice videbatur. Neque enim mutandum aliquid in illis verbis est, quod Ciacconio videbatur.

¶ Apud eundem Cæsarem lib. 2 de B. C. cap. 32 extremo legimus: *ne ad contumeliam honorem dedisse videamini. Ad contumeliam*, id est, contumeliæ caussa. Similiter lib. 3 ejusdem operis c. 11, *Mutatis ad celeritatem jumentis ad Pompejum contendit*, id est, celeritatis, sive accelerandi itineris caussa. Plautus Aulularia a. 4 sc. 1, *Si harum videt superare amorem: hoc servi esse officium reor, Retinere ad salutem: non eum, quò incumbat, eò impellere.* Vitruvius lib. 10 c. ult. *Merces ei data ad honorem*, i. e. habendi honoris caussa. Huc & Terentianum illud referre liceat And. a. 1 sc. 1. v. 29, *aut equos Alere, aut canes ad venandum.* Ad venandum, id est, venandi caussa. Quamquam Turnebus putet hac ratione adjectivum nomen circumscribi, *& canes ad venandum* pro *venaticis* dici: quem vide lib. 3 Adversar. c. 23 & lib. 23 c. 6, ubi plura hujusmodi alia notat. Ita enim & Catullus Epigr. 10, *ad lecticam homines* pro servis lecticariis dixit. Et Livius, *servos ad remum*, lib. 34 c. 6.

¶ In his, *ad exemplum, ad nutum, ad arbitrium, ad præscriptum: ad* idem valet quod *secundum.* Cicero de Amic. cap. 5. *Nunquam ego dicam, quos sapientes nostri majores judicabant, ad istorum normam fuisse sapientes.* Vbi *ad* normam, est secundum normam, nach ihrem maaß. ¶ Apud Virgil. lib. 2. Æn. v. 443 *clypeosque ad tela sinistris Protecti objiciunt:* τὸ *ad* pro *contra*, sive *adversum* ponitur, ut Servius interpretatur. Cicero pro S. Roscio c. 40, *Tecti ad alienos esse possumus: intimi multò apertiora videant necesse est.* Sic apud Plinium, Celsum, alios passim dicuntur diversæ species ad diversa morborum genera, pro contra esse. Cicero lib. 1 de Divinat. cap. 7, *Mirari licet, quæ sint animadversa à Medicis herbarum genera, quæ radicum ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera.* Nisi potius aliquod verbum subaudiendum censeamus, quod usum rei indicet. Vt *ad vulnera*, puta sananda. Talis integra oratio est in illa Plinii lib. 20 cap. 3, *Hoc ad albicandam cutem in facie & toto corpore utuntur.* Ellipsis autem, ut in superioribus, sic in hoc Ciceroniano est ex 6. Verrina cap. 14, *Quo solitus esset uti ad festos dies, ad hospitum adventum.* Subaudi, celebrandum. Nisi *ad festos dies* interpretari velimus, *in festis diebus*, auf fest-tage. ¶ Invenitur & pro *in* positum. Vt *ad diem venire, ad diem dare* apud Ciceronem: pro in die dicta, seu constitutâ die venire, dare, auff bestimmte zeit kommen, oder etwas erlegen. Cicero pro Cælio c. 28, *Quam volent in conviviis faceti, nonnunquam etiam ad vina diserti sint.* Ovidius lib. 5 Trist. El. 4, *Et dicunt laudes ad tua vina suas.* Ad vina, id est, *in vino*, ut Catullus & Terentius loquuntur: quorum alter & *per vinum*; Horatius vero *inter vina* dicit 3 Od. 6. παρ' οἴνῳ Græcum, beym wein, unter dem trincken. Suetonius Domitiano c. 7, *Ad summam quondam ubertatem vini, frumenti vero inopiam*, i. e. in summâ ubertate vini, cum summa vini ubertas esset.. ¶ Inservit hæc præpositio & adverbiis circumscribendis. Sic *ad præsens*, pro in præsenti, seu inpræsentiarum, Plinius lib. 9 c. 8, *occidisse ad præsens contenti.* Tacitus lib. 13 c. 22, *Plautus ad præsens silentio transmissus est.* Sic *ad liquidum explorata veritas*, i. e. liquide, apud Livium lib. 35 cap. 8. *ad infinitum*, infinite, apud Plinium sæpe, ut lib. 34 cap. 2, *cum ad infinitum operum pretia creverint:* & lib. 36 cap. 15, *ad infinitum auxere numerum.* Sic *ad subtile*, subtiliter, apud Censorin. c. 17. *ad certum*, certo, apud eundem c. 19. *ad perfectum*, perfecte, apud Hieronym. lib. 2 adv. Pelagian. Tom. 3 op. f. 129. & Augustin. 11 de civ. Dei 28. *ad plenum*, apud Horat. lib. 1 Od. 17. & Virg. 2. Georg. 244. quos in eo & imitatus Vegetius est lib. 3 c. 9. & B. Hieronymus in vita Hilarionis: ubi similiter & *ad purum* dixit. ¶ Possis autem hîc etiam τὸ *usque* subaudire, ut aliàs sæpe. Cæsar lib. 4 de bello Gallico cap. 23, *Ad horam nonam in anchoris exspectavit.* Idem lib. 3 de B. C. c. 14, *Qui de servis atque liberis omnibus ad impuberes supplicium sumit.* Cicero lib. 2 de Divin. cap. 28, *Ad lucem dormitare*, schlaffen bis an den hellen lichten tag. *Ad lucem pugnare*, Livius lib. 3 cap. 28. Sic Cicero ad Attic. lib. 7 epist. 8, *Ab hora octava ad vesperum secreto collocuti sumus.* ¶ Cognata cum his sunt *ad literam, ad verbum*: quasi tu dicas literaliter, aut verbotim, barbarè licet & parum Latine. Von wort zu worte. Quorum prius apud Quintilianum, alterum apud Ciceronem legitur. *Locum ad literam subjeci*, inquit Fabius lib. 9 cap. 1. Cicero de Fin. 1 cap. 2 *fabellas Latinas ad verbum de Græcis expressas.* Ita *ad summum*, pro *in summa*, vel, ut sic dicam, *summatim*, quod sæpe apud Ciceronem occurrit: *ad summum, ad extremum, ad ultimum*, ufs höchste, letzlich. e. gr. lib. 2 epist. 1 ad Curionem: *a te bis terve ad summum, & eas perbreves, accepi.* ¶ In tempore denotando sumitur & pro *circa.* Cæsar lib. 1 de B. C. cap. 3, *Missa ad vesperum Senatu*, id est, *ad id diei, ubi jam vesperaverat*, ut loquitur Gellius lib. 17 cap. 8. Sic tempus illud, quod mediam noctem præcedit, *ad mediam noctem* dicebatur. ¶ Similiter & in numero exprimendo pro *circiter* usurpatur. Cæsar lib. 3 de B. C. c. 53, *Cùm horum omnium ratio haberetur, ad duûm cIↃ numero ex Pompejanis cecidisse reperiebamus.* Vbi similiter & Sisennam locutum ex Nonio Ciacconius observat. Suetonius Cæsare cap. 20, *Campanum agrum ad XX millibus divisum.* vid. hic Bernegg. p. 36. Plinius lib. 9 c. 10, *Pariunt ova, avium ovis similia, ad centena numero*, bey hundert an der zahl. Gellius lib. 16 cap. 8, *Ad annos maximè natus octo*, er ist zum höchsten etwa von 8 jahren. Plautus Epidico a. 2 sc. 3 v. 11, *Ad quadraginta puto emi posse minimo minus.* Per pleonasmum Terent. Heaut. a. 1 sc. 1 v. 93, *Quasi ad talenta quindecim coëgi.* Similiter & præpositione *In* utebantur, de quo suo loco. ¶ *Ad strepitum citharæ*, apud Horatium lib. 1 epist. 2 v. 31, id est, interea dum strepitur citharâ. Cicero 2 Agrar. cap. 34, *ad tibicinem immolare*, id est, canente tibicine. Virgilius Bucol. *Canet frondator ad auras*, id est, dum auræ adspirant. Florus lib. 2 c. 6, *Itaque ad auditum sociæ civitatis obsidium.* Nonnunquam Præpos. AD omittitur, sicut & AB, quando adest verbum ex illa compositum, ut apud Sallust. B. Catil. c. 22 pr. *Adigit jusjurandum*; Cicero, *abest officio.* ¶ *Ad hoc*, & ad hæc, id est, præterea, über dieses, zu dem. Horat. lib. 1 Epist. 19 v. 45

ad hæc ego naribus uti Formido.

Vellejus lib. 2 cap. 113, *Sed pluribus quam X veteranorum millibus: ad hoc magno voluntariorum numero contracto.* ¶ Ad hoc, pro *ideò*, Tacitus lib. 1 Histor. cap. 48, *Ad hoc tantùm majori fratri prælatus, ut prior occideretur.* Simili ratione Laberius apud Petronium: *Smaragdum ad quam rem viridem pretiosum vitrum? Ad quam rem* i. e. cur: in quem usum. Reliqua in ipsa lectione melius observabuntur: nam patet quam latissime hujus præpositionis usus. ¶ In compositione, *ad*, intentionem sæpius significat, ut *affatim, adprobus, adprimis*, &c. Vide Gell. lib. 7 cap. 7.

Adactio, Adaeque, adaequo, Adaeratio, adaero, Adaestuo, Adaggero, Adagio, vide *ago, aequus, aes, aestus, agger.*

ĂDĂGIUM, ii, sprichwort, gemeiner spruch. Plaut. in Amphitr. sive quisquis auctor est suspectæ scenæ 3, actus 5 v. 40, *Vetus est adagium: fames & mora bilem in nasum conciunt.* Parœmia, Proverbium, idem. Vide de istorum usu Erasmi prolegomena Chiliadibus præmissa, & Voss. l. 4. Instit. Orat. c. 9 p. 211 seq.

¶ Adăgio, ōnis, fœmin. idem. Varro lib. 6 de Lat. Ling. c. 3, *Apud Valerium Soranum vetus adagio est.* Ausonius Præfat. Monosyllaborum: *ut, quod per adagionem cœpimus, proverbio finiamus.* Sed addit Varro c. l. *Quod verbum adeo evanuit, ut Græcum* παροιμία, *pro eo positum, magis sit apertum.*

Adamanteus, adamantinus, quære in *Adamas.*

ĂDĂMAS, antis, lapis durissimus, sic dictus à vi sui indomita, ab α privativa & δαμάζω domo. Plin. lib. 37 cap. 4, *Incudibus adamantes deprehenduntur, ita respuentes ictum, ut ferrum utrinque dissultet, incudesque etiam ipsæ dissiliant. Quippe duritia inenarrabilis est, simulque ignium victrix natura, & nunquam incalescens: unde & nomen indomita vis Græca interpretatione accepit*, ein demant. Soli cedit sanguini hircino calido & recenti, à quo atteri sese patitur. Dissidium ei naturale est cum magnete, cui si opponatur, vim omnem attractricem ei eripit. Rueus 1 *de gemmis* cap. 15. Quæ omnia de Plinio sunt. Ferro indomitam hujus lapidis virtutem esse, falsum est. Quippe qui in scobem malleo redigi, & in mortario teri pistillo ferreo potest. Et id jamdudum Lipsius ad Senec. de Constantia Sap. c. 3 ex Garzia observavit.

¶ Ădămantīnus, adject. so hart und vest, als ein demant. Horat. 1 od. 6, *Quis Martem tunicâ tectum adamantina Digne scripserit?* Vbi *Adamantina tunica*, lorica est: quam adamante magis solidam invictamque significat. Quemadmodum & Manilius lib. 1 extr. *Adamantéas catenas* dixit; *Atque adamanteis discordia vincta catenis.* Nam *adamantinum* vocatur, quicquid durum & inexpugnabile. Heliodorus lib. 4 τίς οὕτως ἀδαμάντινος ἢ σιδηροῦς τὴν καρδίαν; *quis est usque adeò adamantino corde, aut ferreo?* Ovidius, sive cujuscunque illud distichon est lib. 4 Trist. Eleg. 8,

Nil adeò validum est, adamas licet alliget illud,
Non sit ut inferius suppositumque Deo.

¶ Ădămantēus adject. aliud apud eundem 7 Metam. v. 104,

Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant.

Adde, quæ modo in Adamantinus ex Manilio allata sunt.

Adamator, adamo, vide *Amo.*

Adambulo, Adamplio, Adaquo, Adareo, Adauctor, adaugeo, adaugesco, Addīco cum derivatis; Additamentum, additio, addo, vide *ambulo, amplus, aqua, areo, augeo, dico, do.*

ADDUA, nobilis fluvius Insubriæ, qui ex Alpibus per Larium lacum, qui ad Comum est, decurrens, in Padum effunditur. Αδύας Græce Straboni lib. 5 dictus. Sidonius Apollinaris lib. 1 epist. 5, *Vlvosum Lambrum, cærulum Adduam, velocem Athesim, pigrum Mincium &c.* Claudianus de 6 consul. Honor. v. 196,

Colla levant pulcher Ticinus, & Addua visu
Cærulus, & velox Athesis, tardusque meatu Mincius.

ĂDELPHI, Terentii Comœdia, appellata à rebus duorum fratrum: Ἀδελφοὶ, fratres.

ADĔNES, ἀδένες, secundùm Pollucem lib. 2 cap. 4 n. 46 sunt tumores (ὄγκοι) inter carnem adipemq; consistentes. knoten am fleische, drüsen.

ĂDĔO, adverbium intendendi est. so gar. Terent. Andr. a. 1 sc. 5 v. 11, *Adeon' hominem invenustum esse, aut infelicem quemquam, ut ego sum?* Et a. 4 sc. 4 v. 18, *Adeon' videmur vobis esse idonei, in quibus sic illudatis?* Columella lib. 2 cap. 12, *Cum sola hæc res adeò non infestetur herbis, ut ipsa herbas perimat.* Aliquando & absolute hæc particula intendit, & nihil habet, quo referatur. Virgilius 2 Georg. 272, *Adeo a teneris consuescere multum est!* so gar viel ist an

dem gelegen, wozu man sich von jugend auf gewöhnet. Item 1 Æn. 567,
Non obtusa adeò gestamus pectora Pœni. In quibus τὸ *adeò*, ita, tam,
notat. Sic intendendi sive amplificandi exaggerandique vim etiam
habet in illo Ciceronis Catilin. 1 cap. 2, *Eorum castrorum imperato-*
rem ducemque hostium intra mœnia, atque adeò in senatu videtis.
Quasi dixisset: Videtis non tantùm intra mœnia, sed in ipso etiam,
quod multò majus, senatu. ¶ 2. Sæpe & elegantiæ tantùm caussâ
inseritur, Poëtis præsertim, quamquam & reliquis, ut orationem
impleat. Terent. Andr. a. 4 sc. 4 v. 20, *Propera adeò puerum tollere*
hunc ab janua. Virg. 2 Æn. v. 567, *Jamque adeò super unus eram.*
Cicero pro Cæcina c. 30, *Id adeò si placet, considerate.* Et pro Clu-
ent. c. 29 extr. *Id adeò sic cognoscite.* In quibus omnibus τὸ *adeò*
abundat. ¶ 3. Interdum & affirmat. Virgil. 4 Æneid. v. 96, *Nec me*
adeò fallit. Terent. Andr. a. 2 sc. 6 v. 9 *aut si adeò, bidui est aut*
tridui hæc solicitudo. Quasi dicat: Aut si qua certè futura solicitu-
do, bidui erit aut tridui. Plautus Epid. a. 1 sc. 2 v. 8 *neque adeò in-*
juriâ. Cicero lib. 2 de Oratore c. 4, *Magis adeò id facilitate, quàm*
aliâ ullâ culpâ meâ contigit. Vide Bœcleri Chrestomathiam Teren-
tianam. ¶ 4. Pro *Eò* usus Terentius Heaut. a. 1 sc. 1, v. 61, *Postremò*
adeò res rediit, endlich ist es dahin kommen. Plautus Merc. Prol.
v. 78 *Adeò dum quæstum haberet.* Pro *eò*, vel *usque eò*, dum quæ-
stum haberet. Et alibi sæpiùs. Inde & *Adeò usque* & *usque adeò*
pro *eò usque*, vel *usque eò*, non semel apud illum reperitur.

ĂDEPS, στέαρ, pinguedo liquida, quæ nequeat facile durari. Nam
quæ concrescit, *sevum* dicitur, schmaltz, fett. *Adeps suillus,*
apud Plin. 28 c. 9 & Celsus lib. 3 cap. 7 *oryzæ cremor, cum quo re-*
cens adeps cocta sit. Est enim generis communis. Adipes plural.
Adipes tenuare, detrahere, Quintil. lib. 2 cap. 10, id est, ad maciem
redigere. Et Columella 8 c. 14 extr. *quæ res ad creandas adipes*
multum conferunt. Loquitur autem de fartura anserum. ¶ De
obesitate hominis. Ita Cicero 3 Catilin. c. 7, *L. Cassii adipem non per-*
timesco, dickbauch, fettwanst.

¶ Ădĭpālis adjectiv. Arnob. lib. 3 p. 115 *nisi postes virorum adipali*
unguine oblinerentur ab sponsis. Etiam Cicero hac voce usus in O-
ratore, si sequimur ed. Argent. A. 1540 p. 199, unde Nizolius hau-
sit, qui tamen & alterius lectionis mentionem fecit, *asciverunt a-*
ptum suis auribus opimum quoddam & tanquam adipale dictionis
genus. Nonius Marcellus c. 2 p. 521, Turnebus 2 adv. c. 7, Lau-
remberg. antiquar. p. 8 legunt *adipatæ dictionis genus*, quod reti-
nuit & Godofredi editio: etiam Gruterus editionis suæ capite 8
adipatæ approbavit. Calepinus ad Festum etiam provocat, qui
adipales cœnas vocet sacerdotum. Sed has fortasse citiùs apud
Plinium l. 10 c. 20 & ex Varrone apud Macrob. lib. 3 Saturn. c. 13 (al.
c. 11) reperias. Quanquam utriusque emendatiores codices ha-
bent *adjicialem* cœnam, (quam vocem infra quære in compositis à
Jacio:) Perottus autem *dapales cœnas* utroque loco substituit. In-
ter eos, qui *adipalem* cœnam scribi juberent, videtur & Hermolaus
fuisse Barbarus. Certe sic loqui amavit ipse lib. 12 Ep. Politiani ep.
40, *Invitatus sum ad convivium, immo ad pontificiam & adipalem*
cœnam.

¶ Ădĭpātus, fett gemacht, fett. *Adipatum veteres honeste pro pingui*
& succulento & opimo posuerunt, ait Non. Marcellus, locumque Cice-
ronis subjicit, de quo jam modo diximus, quæ satis essent. Atque
illic quidem usurpatur metaphorice. De proprio vocis usu audi-
endus Sosipater Charisius, qui lib. 1 inst. Gram. p. 73 *adipatum* omni
genere dici ait posse opus pistorium, quod adipe conficitur, mox-
que Lucilium citat, qui *adipatam*, videlicet pultem, dixerit. Sub-
stantive usus est Juvenalis Sat. 6 v. 630

Livida materno fervent adipata veneno.

Pinguia edulia & succulenta quasi adipe condita, exponit ibi inter-
pres Joannes Britannicus.

Adhibeo, vide in *Habeo.*

ADHUC, adverbium, (quasi ad hoc usque tempus: ut apud Plinium
Paneg. c. 6, *Solus ergò ad hoc ævi, &c.*) bis hieher. Terentius
Phorm. 3 sc. 1, *Adhuc tranquilla res est:* i. e. hactenus. Et ita sæ-
pius locutum Ciceronem Livinejus ad Plin. Paneg. c. 1 observat.
Terent. Heaut. act. 4 sc. 3 v. 20 *ut celata adhuc est.* Nepos Miltia-
de c. 5, *Qua pugna nihil adhuc est nobilius.* Seneca Medea v. 904

quidquid est commissum adhuc
Pietas vocetur.

Ita Cæsar lib. 2 de B. C. c. 32, & lib. 3 c. 97. Plinius
item, Tacitus, Curtius, alii. ¶ 2. Pro *etiam* sive *præterea.* Cicero
Lælio c. 9, *Ortum quidem amicitiæ videtis, nisi quid adhuc forte*
vultis. Plinius lib. 53 c. 2, *Sunt adhuc aliquæ non omittendæ in auro*
differentiæ. Quasi dicat: præter istas, quas recensuimus differen-
tias, aliæ etiam sunt, &c. ¶ 3. Plautus Pseud. 4 sc. 7, 77, *Tun' hodie*
Sicyone huc pervenisti? H. alto adhuc meridie, id est, etiamnum.
Ovidius ep. Helen. v. 263 *adhuc tua messis in herba est.* Quæ duæ
ultimæ notiones vulgatissimi usus sunt in particula ista.

ĂDĬĂBĒNE, es, regio est, pars Assyriæ trans Mesopotamiam in or-
tum, Ptolemæo & Straboni. Plin. vero lib. 5 c. 12 *ultra Armeniam,*
inquit, *Adiabene est, Assyria ante dicta.* Nomen habet à difficili trans-
itu: magnis enim rigatur amnibus: Græcis διαβαίνειν, *transire* si-
gnificat, verba sunt Vadiani ad lib. 1 Pomp. Melæ f. 65, qui & ideo
per diphthongum scribit *Adiabæne*, cùm tamen aliàs passim exaratum
hoc vocabulum reperias non aliter, quàm per vocalem simplicem.
Quam & Suidas retinet in Ἀδιαβηνή, quanquam ipse favens alioquin
isti etymo, dictam asserens διὰ τὸ εἶναι πλείους ποταμοὺς ἐν αὐτῇ, καὶ
δυσχερεστέραν ποιεῖν τὴν διάβασιν. Atque ad hunc utcunque circa
originem occupatus provocare rectius potuisset doctissimus Vadia-
nus, quàm ad Ammianum Marcellinum. Is enim lib. 23 c. 20 ety-
mologiam hanc profert quidem, sed non probat, mox meliorem sub-
stituens. *Adiabena,* inquit, *Assyria priscis temporibus vocitata,*
longâque assuetudine ad hoc translata vocabulum eâ re, quod inter
Oenam & Tigridem sita, navigeros fluvios, adiri vado nunquam
potuit: transire *enim* διαβαίνειν *dicimus Græci. Et veteres quidem*
hoc arbitrantur. Nos autem didicimus, quod in his terris amnes

sunt duo perpetui, quos & transivimus, Diavas & Adiavas, *juncti*
navalibus pontibus: ideoque intelligi Adiavenam *cognominatam.*
Cæterùm hos duos fluvios aliàs Zabam majorem & minorem vocari,
Græcis item Λύκον καὶ Κάπρον, (Lycum & Caprum,) docebit Fulle-
rus, Ammiani etymon probans, lib. 3 Miscell. c. 6.

¶ Adiabenicus, adject. frequens in cognominibus imperatoris Seve-
ri, de quo Sextus Rufus cap. 21, *Huic,* inquit, *cognomina ex victoriis*
quæsita sunt: nam Parthicus, Adiabenicus, & Arabicus est cognomi-
natus. Adde Inscript. Gruteri pag. 1, & 11 & 22 &c.

ADIANTUM, ἀδίαντον, herba, frauen-haar. Sunt qui eandem *capil-*
lum Veneris, hoc est, *rutam parietum* seu *murariam* faciunt, stein-
rauten, mauer-rauten. Matthiolus eandem cum paronychia relinquit.

Adjectio, Adigo, Adjicio, Adimo, Adinvenio, adinventio, adinven-
tor, Adipalis, adipatus, Adipiscor, vide *jacio, ago, jacio, emo, venio,*
adeps, apiscor.

ĂDIPSOS, Plinio glycyrrhiza vocatur inde quòd famem & sitim sedet,
& hydropicis exhibeatur, ne sitiant, ab α & δίψα, vel δίψος, *sitis.* Lib.
22 cap. 9 Plinius: *Hac* [glycyrrhiza] *diximus sitim famemque sedari.*
Ob id quidam adipson appellavere eam, & hydropicis dedere, ne siti-
rent. Eidem Plinio tamen rursus *Adipsos* palma est in Ægypto, viri-
dis, odore mali coronei, nullo intus ligno, lib. 12 c. 22.

Adjutare, adjutor, vide *Juvo.*

ADMĒTUS, Rex fuit Thessaliæ, seu Pheræorum, cujus armenta exul
pavit Apollo. Uxor ejus Alcestis, de qua infra. Vide Stobæum in
Eclogis Serm. 65 f. 411 ex Musonio, Val. Max. lib. 4 cap. 6, qui obiter
ejus mentionem injicit in historia Tib. Gracchi, Erasmum in adagio
Ἀδμήτου μέλος, *Admeti nænia,* Cœl. Rhodig. 12 Lect. antiqu. 15, Muret.
in lib. 2 Tibull. Eleg. 3.

Adminiculari, quære in *Adminiculum.*

ADMĬNĬCULUM, sustentaculum aut fulcrum dicitur, cui vites aut
arbusculæ incumbunt, eine stütze oder lager, darauff etwas ruhet. Cic.
Nat. Deor. lib. 2 cap. 47 *vites claviculis adminicula, tanquam ma-*
nibus apprehendunt. Idem in Lælio cap. 23 extr. *Natura solitarium*
nihil amat, semperque ad aliquid, tanquam adminiculum, adnititur.
¶ 2. Hinc *adjumentum*, eine hülffe. *Sine adminiculo,* ohne hülffe oder
zuthun. Cicer. Off. lib. 3 cap. 7, *Hanc partem relictam explebimus*
nullis adminiculis, sed, ut dicitur, Marte nostro.

¶ Adminiculari, verbum, stützen, helffen, dienen. Cic. lib. 5 de Fin.
c. 14, *Ars agricolarum circumcidat, amputet, erigat, extollat, admi-*
niculetur. Quod & *adminiculare* dicitur. Colum. de Arborib. cap.
16 *vitem adminiculato, arborique jungito.* Idem lib. 4 cap. 26, *Admi-*
niculandæ jugandæque vineæ curâ. Augustinus lib. 1 de doctor.
Christ. c. 3, *Ad beatitudinem adjuvamur & adminiculamur.*

¶ Adminiculatus, passive. Plinius 14 cap. 1 *vites adminiculatæ sudi-*
bus. Quod nominis formam induit, & gradus adsumit. Gellius
præfat. lib. 1 *adminiculatior memoria,* i. e. pluribus auxiliis & subsi-
diis adjuta: quæ eadem verba etiam apud Macrobium proœmio 1 Sa-
turn. leguntur.

¶ Adminiculator. Gellius 8 cap. 3, *Tirone Cicero adminiculatore &*
quasi administro in studiis literarum usus est.

Admodùm, Adoleo, adolescens, adolesco, &c. Adoneus, Adonia,
quære in *modus, oleo, adonis.*

ĂDŌNIS, ἄδωνις, (Adonidis in genit.) Cyniræ Cypriorum regis filius,
Veneris delicium, ab ἀδών, *grutus*, vel ᾄδω, *cano.* Vide in Chiliad.
Adonidis horti, de rebus ad voluptatem tantùm, nullam autem utili-
tatem comparatis. De Hortis istis erudita est conjectura Huetii in
Demonstr. Evang. Propos. 4 cap. 3 §. 3. De Adonide plura & Ser-
vius ad Ecl. 10 Virg. v. 18.

¶ Adōnia, orum, festa Adonidi sacra. De quibus vide Ammian. Mar-
cellin. l. 22 Histor. cap. 24.

¶ Adonēus, adjectivum, ad Adonidem pertinens. Ausonius in Mo-
nosyllabis cap. de Cibis: *Cædis Adoneæ mala gloria fulmineus sus.*

¶ 2. Adonis piscis est saxatilis dormiens: *Exocœtus* dictus etiam, quod
in siccum somni caussa exeat, auctoribus Plinio lib. 9 cap. 19, & Op-
piano lib. 1 Halieut. v. 158.

Adoptare, &c. vide *Opto.*

ADOR, *farris genus,* korn, rocken, edor *quondam appellatum ab eden-*
do: vel, quòd uratur, *ut fiat tostum, unde in sacrificio mola salsa effi-*
citur: Festus. Genitivus exstat apud Auson. de Monosyll. cap. de
Cibis: *Mox ador, atque adoris de polline pultificum far.* Gannius
vero, Poeta vetus, produxit apud Priscianum lib. 6 p. 700, *Emicat in*
nubes nidoribus ardor adoris: qui tamen & ipse alibi corripuit. Un-
de Scaliger existimat veteres *ador adŏris*, in neutro; & *ador adōris*
in masculino dixisse: ut *decus decŏris, decor decōris.* Vide eum ad
Festum pag. 7.

¶ Vocârunt & *Adoreum.* Plin. lib. 18 cap. 8. Columella lib. 2 cap. 6.
Pallad. 2 Tit. 1.

¶ Ădōreus, a, um. *Adorea liba,* Virg. lib. 7 Æn. v. 109. *adorea bella-*
ria Stat. lib. 1 Silv. ult. v. 10.

¶ Adoream antiqui Romani omnem ex agris proventum vocabant.
Unde postquam præmium militibus partâ victoriâ frumentum fuit,
adorea pro laude & gloriâ accipi cœpta est, ut Scaliger ad Varron. &
Festum observat. Plinius lib. 18 cap. 3, *Gloriam denique ipsam à far-*
ris honore, ADOREAM appellabant. vid. Taubmann. ad Plaut.
p. 28, & Boxhorn. ad eund. p. 13. Plautus Amph. a. 1 sc. 1, v. 38, *Præda*
atque agro adoreaque affecit populares suos. Terentianus Maurus
de metris: *Hortantes acuisse animum bellantis: ut illos Metus habe-*
bat, aut propinqua adorea.

Adorare cum derivatis vide in *Oro.*

Adorior, vide *Orior.*

ADRASTĒA, æ, Ἀδράστεια, regio & civitas ejusdem nominis in Troa-
de, ab Adrasto rege Argivorum. vide Strab. lib. 13 p. 404.

¶ 2. Adrastea item vocatur Nemesis, ab eodem, ut volunt quidam, A-
drasto rege sic appellata, quia primus ipse templum Nemesi constitue-
rit non procul à Thebis. Ammianus 14. 39, *Adrastia ultrix facino-*
rum

rum impiorum, bonorumque præmiatrix. Hinc proverbium. *Adrastēa Nemesis,* (subintellige adest,) in eos, qui superbiæ & insolentiæ, fortunâ mutatâ, dare pœnas videntur. Cui deæ antiquitas pennas addidit, celeritatis symbolum, & gubernaculum ac rotam, quia gubernatricem crederent per omnia discurrentem. Vide Erasm. Adag. Sed ad nominis rationem quod attinet, aliam Apulejus affert, libro de Mundo, qui de Græco est, quem Aristoteli nonnulli tribuunt: *Idem fatum,* inquit, Μοῖραν *vocant, quod ex partibus constat. Hinc* Νέμεσιν, *quod unicuique attributio sua sit adscripta. Adrastea eadem, quasi ineffugibilis necessitas ultionis.* Nempe ἀδράστεια est, qui alienus à fuga. Hinc

¶ Adrastēus adjectivum, ut *Adrasteo pallore perfusus,* Ammianus 14. 38, i.e. ita perterritus, ut quasi a Nemesi agitari videatur.

¶ Adrastēa, fons Sycioniæ, apud Pausaniam in Corinth. p. 50.

¶ Mons Adrastiæ memoratur Plutarcho in Lucullo p. 497.

¶ Adrastus. Rex Argivorum, de quo modo dictum est sub *Adrastea.*

¶ 2. Alius Adrastus Peripateticus, patriâ Philippensis, qui tres Harmonicorum libros exaravit, teste Voss. c. 59 de scient. Mathem. p. 345. Hic ille est fortasse, quem memorat Claudian. Mamert. lib. 1 de stat. anim. c. 25 p. 86. ¶ 3. Alium ejusdem nominis Peripateticum memorat Voss. d. l. p. 346, & plures ab Jonsio lib. 4 de script. hist. Philos. p. 339.

ĀDRIA vel Hadria, (Plinius & Strabo etiam *Atriam* scripsere & *Atrianicum*,) colonia fuit Tuscorum, urbs inclita: à cujus nomine appellatus fuit sinus Adriaticus, qui & *Adria* uno dicitur vocabulo, das Venedische meer. Vid. Livius lib. 5 c. 33, & Victor Junior in Adriano. *Adria improbus,* propter tempestatum sævitiam, & *inquietus* apud Horat. 3. Carm. 3 & 9. *Vagus* apud Lucan. lib. 5, 614. *Ferus* apud Avienum perieg. v. 527. *Ventosus* apud Senec. in Thyeste v. 362. Eustathius ad Dionys. Perieg. v. 92, *Adriam* tradit filium Ἰάονος, Iaonis vel Ionis fuisse, a quibus idem mare & *Ionium* & *Adriaticum* appelletur. Sic Lucanus c. l. *sonat Ionio vagus Adria ponto.* Et Avienus periegef. v. 593 ... *Achelous*

Irruit Adriaci tergum maris.

¶ Adriăcus idem quod Adriaticus. Propert. lib. 3 Eleg. 20,

Ergò ego nunc rudis Adriaci vehor æquoris hospes.

¶ Adriānus adject. aliud. Cic. in Pison. cap. 38, *Brundusiumque vitavit, & ultimas Adriani maris oras petivit.* Exstat & apud Flor. lib. 2 c. 5.

¶ Adriătĭcus, ut *Adriaticum mare,* Plin. 3 c. 5. & *sinus maris Adriatici,* Sueton. Tiber. c. 16.

ADRIANVS, Ælius Adrianus, Ælii Adriani filius, Imperator Romanus, successor Trajani, qui adoptaverat. Vanus & curiosus princeps, eruditus tamen: quod testantur versus, qui exstant Græci juxta ac Latini. Nos eos tantùm adducemus, quibus proximus leto animam suam allocutus est, ut Spartianus in Vita cap. 25 refert:

Animula, vagula, blandula,
Hospes comesque corporis,
Quæ nunc abibis in loca,
Pallidula, rigida, nudula,
Nec ut soles, dabis jocos?

ADRVMETVM, urbs Byzacii in Africa. C. Nepos Hannibale c. 6, *Adrumetum pervenit, quod abest a Zama circiter millia passuum trecenta.*

Adscisco, adscitus, Adsilio, Adsimulo, Adsisto, Adsitus, Adsolare, Adspergo, Adspicio, adspectus, adspectabilis, &c. vide *scio, salio, simulo, sisto, situs, solus, spargo, specio,* sub *species.*

Adspiratio, adspiro, Adstipulari &c. Adstituo, Adstrepo, Adstricte, adstrictio, adstrictorius, adstringo, Adstupeo, vide *spiro, stipulor, statuo, strepo, stringo, stupeo.*

ADVATICI, populus Galliæ Belgicæ Cæsari, Eburonibus vicinus. Et quia Ptolemæus *Atuacutum* vel *Atuatucum* lib. 2 cap. 9 caput Tungrorum facit, censent multi Tungrorum nomen illis postea hæsisse. Scribitur etiam *Atvatici.*

¶ Advatica sive Atvatica, & Atvatuca, castellum Cæsari, haud dubie Atvaticorum, lib. 6 c. 31 & 34.

Advectare, advectio, advectitius, advectus, adveho, Advelo, āre, Advenerор, Advena, advenio, adventitius, advento &c. Adverbero, Adversarius, adversitas, adverso, are, Adversum, & adversus, adv. adversus, a, um, adj. vide *veho, velum, veneror, venio, verber, ĕris, verto, versus, verto.*

Adversarius vide sub *Versari,* post Composita ex *Verto.*

Adulator, adulatorius, &c. quære in *Adulor.*

ADVLOR, ari, ἀπὸ τοῦ δούλου, quod illiberalis & servilis res sit adulatio, ut vult Valla lib. 5 cap. 66. Sed rectius, ab alludendo, vel ab accedendo & ludendo ducitur, ut Festo placet. Proprie enim de canibus dicitur, qui jactatione caudæ, pedum assultu gannituque vocis dominis blandiuntur. Nonius: *Adulatio est blandimentum, proprie canum.* Lucret. lib. 5 v. 1072

Longe alio pacto gannitu vocis adulant,
Et quum deserti baubantur in ædibus, aut quum
Plorantes fugiunt submisso corpore plagas.

Cic. lib. 2 de Nat. Deor. cap. 63, *Canum vero tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio, &c.* Gellius lib. 5 cap. 14 *more ac ritu adulantium canum.* Ovid. 14 Metam. v. 263

Quin etiam blandas movere per aëra caudas,
Nostraque adulantes comitant vestigia

Turnebus quoque 2 Advers. 9 *adulationem,* blandimentum caudæ accipit, illum Ciceronis versum (nisi Attii est, cui Nonius adscribit) lib. 2 Tusc. Q. cap. 10 explicans: *sublime avolans (aquila) Pinnata caudâ nostrum adulat sanguinem.* ¶ De hominibus igitur secundariò dicitur, pro *assentari,* heuchelн, schmeicheln. Quemadmodum & Græci τῷ σαίνειν, ita, primò de canibus, deinde de quibusvis adulationibus uti solent. Vide ad Pindarum Olymp. Δ. ά v. 7.

¶ Patet autem ex adductis exemplis, veteres, & *adulare,* & *adulari* dixisse; & non cum Dativo tantum, sed & Accusativo construxisse, de quo Rader. ad 4 Curt. 2 f. 118. Ita Cicero de Divinat. 2 c. 2 dixit, *adulari alicujus fortunam.* Et lib. 1 Offic. c. 26 passive: *Cavendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures, neve nos adulari sinamus.* Ausonius Gratiarum actione: *Tribus non circumivi: centurias non adulavi.* Mamertinus Paneg. Juliani cap. 20, *quemque ex cohorte imperatoria & probrosissimum adulabant.* Vet. Gloss. κολακεύω *Blandio, adulo, adsector, ancillor.*

¶ Adulator, κόλαξ, ein schmeichler, fuchsschwäntzer, ad Herenn. 4 cap. 21, *Nolo esse laudator, ne videar adulator.* Diogenes apud Laertium interrogatus, quænam perniciosissime morderet belua? respondit. *Ex feris obtrectator, ex cicuribus adulator:*

Τῶν μὲν ἀγρίων συκοφάντης, τῶν δὲ ἡμέρων κόλαξ.

¶ Adulatrix, fœm. Tertullianus de Anima cap. 51, *Alia est ratio pietatis istius, non reliquiis animæ adulatrix.* Et Treb. Pollio in Claud cap. 3 *adulatrices gentes? adulatrices provinciæ?*

¶ Adulatio, κολακεία. Cicero de amicit. c. 25, *Sic habendum, in amicitiis nullam pestem esse majorem, quam adulationem, blanditias, assentationem.*

¶ Adulatus, u, subst. idem. Gloss. vet. *Adulatus,* κολακεία.

¶ Adulatorius, adject. ut *dedecus adulatorium,* Tac. 6 Annal. c. 32 extr.

¶ Adulatorie, adverb. Augustinus epist. 148 pr. *si perfunctorie atque adulatorie res agatur.*

¶ Adulanter, aliud adverbium. Fulgentius Contin. Virg. p. 153, *Vanæ laudis appetitus falsa, in se adulanter ingesta, velut propria, reputat.*

¶ Inadulabilis, qui se non patitur adulatione corrumpi. Gell. 1. cap. 4 *judicem oportet esse incorruptum, inadulabilem.*

ĂDVLTER, μοιχὸς, mœchus, ehebrecher. Ovid. Remed. amor. v. 161

Quæritur: Ægisthus quare sit factus adulter?
In promtu caussa est, desidiosus erat.

Horat. 1 od. 15 *Adulteros crines* dixit Paridis, qui erat adulter.

¶ In illo Claudiani Panegyr. de Mall. Theod. Conf. v. 302 ... *pardi,*

Semine permisto geniti, cum forte leæna
Nobiliorem uterum viridis corrupit adulter,

catachresis est. Nec aliter, quam poeta, Plinius 8 cap. 16 de istis beluis contra naturam se miscentibus: *Odore pardi coitum sentit in adultera leo.* Ad Claudiani locum Barthius p. 176, Adulterium, inquit, permistio non congruorum. Manil. lib. 5 v. 266

Ut sit adulterio succorum gratia major.

¶ Adultĕra, fœm. Horatius 3 Oda 3, *Lacenæ adulteræ famosus hospes,* id est Paris Helenæ amator. Adde Plinium modo citatum.

¶ Etiam neutro genere, instar veri adiectivi, *minium adulterum,* id est falsum, adulteratum, apud Plinium lib. 33 cap. 7.

¶ Adulterare, & Adulterari: adulterium committere, adulteriis studere, ehebrechen. Ita enim absolutè usi sunt veteres. Cicero 1 Offic. c. 35, *Latrocinari, fraudare, adulterari, re turpe est, sed dictur non obscene:* Deponentialiter. Sed Neutra forma Gellius lib. 10 c. 23, *Illa te, si adulterares, digito non auderet contingere.* Cestius apud Senecam lib. 3 Controvers. 21, *Ergo tibi soror, ut honestos habeas liberos, adulterandum est?* Active *adulterare aliquam,* est per adulterium stuprare: quemadmodum non semel locutus Suetonius, ut in Cæsare cap. 6 & 48, & Augusto c. 67, cui hoc verbum peculiare hoc quidem usu, ut observat Bernegg. ad loc. priorem in Cæsare. ¶ 2. Per metaphoram corrumpere, & rei suam adimere sinceritatem, verfälschen. Nam *omne falsum adulterium est,* inquit Tertullianus de Idololatria princ. Sic merces peregrinæ aliis interdum rebus ad similitudinem accedentibus vitiari & corrumpi solent. Cicero de Amicit. 25, *Simulatio tollit judicium veri, idque adulterat.* Idem pro Cæcina cap. 26 pr. *Jus civile adulterari pecuniâ non potest.*

¶ Adulterata, adulterio corrupta, Sueton. Cæs. cap. 48. Vide *supra.*

¶ Adulterator, verfälscher. Lege 16 §. 9 Dig. de Pœnis: *adulterator monetæ,* ein falscher müntzer.

¶ Adulteratrix. Gloss. vet. Μοιχαλλίς, *adulteratrix.*

¶ Adulteratio. Gloss. Cyrilli, *Adulteratio,* παραχάραγμα, ein beyoder neben-schlag falscher müntze: sicut ibidem *Adulterator,* παραχαράκτης est. Legitur etiam Lemmatis Plinianis, quæ post præfationem loco primi libri visuntur, ad lib. 12. num. 20, *In odoribus aut condimentis dicuntur adulterationes.*

¶ Adulterīnus adject. id est, fucatus, pro vero assimulatus vel suppositus, κίβδηλος, falsch, verfälscht, nachgemacht. *Adulterina moneta,* falsche müntze. Cic. Offic. lib. 3 cap. 23, *Nummos adulterinos pro bonis accipere.* Sic *Adulterina clavis,* Sallust. Jugurth. cap. 12. *Adulterinum signum,* id est sigillum, Liv. lib. 40 cap. 54 extr.

¶ Adulterium, ehebruch. *Committere adulterium,* Quint. lib. 7 cap 3 [al. 4.] *In adulterio deprehendi,* Cic. 2 de Orat. cap. 68. Adulterium & stuprum quid differant, v. L. 6 § 1 D. ad Legem Juliam de adulteriis. Quintil. lib. 7 c. 4, *Adulterium, cum alienâ uxore domi coire: an & in lupanari?*

Adultus vide *Adoleo* in *Oleo.*

ĀDYNĂMON, ἀδύναμος οἶνος, vinum est factitium Plinio lib. 14 cap. 16, *Factitiorum primum fit ex ipso vino, quod vocant adinamon,* id est, invalidum, sine viribus.

ĂDȲTVM, ἄδυτον, ab α & δύω, ingredior: secundùm Servium in lib. 2 Æn. v. 115 est locus secretior in templo, ad quem nulli accedere licebat, præterquam sacerdoti. Cæsar lib. 3 de B. C. c. 125, *Pergami in remotis & occultis templi, quò, præter sacerdotes, adire fas non est, quæ Græci adyta appellant, tympana sonuerunt.* Der innerste und heiligste ort im tempel. Virgil. 6 Æn. v. 98

Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages.

Æ. Diphthongus nota. Quam velut E pronunciandum videri contra J. Lipsium ostendit Rutgers. 3 Var. lect. 5

Æacides, Æacideius, vide *Æacus.*

ÆĂCUS, *Αἰακος*, Jovis ex Ægina filius, tertius Judex cum Minoe & Rhadamantho apud inferos. Ovid. in Ibin v. 187 *tuasque*
Æacus in pœnas ingenioſus erit.

¶ Æăcĭdes, id eſt, Achilles Æaci nepos. Peleus enim, Æaci filius, Achillis fuit pater. Virgil. 1 Æn. v. 103,
Sævus ubi Æacidæ telo jacet Hector.

¶ Æăcĭdēĭus. adject. apud Ovid. 7 Metam. v. 472,
Oenopiam Minos petit Æacideïa regna.

ÆÆE, es, *Αἰαίη*, inſula, de qua ſic Pomponius Mela lib. 2 cap. 7, *Circa Siciliam in Siculo freto eſt Ææe, quam Calypſo habitâſſe dicitur.* Virgil. 3 Æn. v. 386, *Infernique lacus, Ææaque inſula Circes.* Sed hic Circe Ææa, non inſula, cognominatur. Servius in h. l. Circejum montem ex Varrone interpretatur, ſiccatis paludibus ab inſulæ forma liberatum.

ÆANTIUM, oppidum fuit in Sigæo Troadis promontorio, celebre quondam Ajacis ſepulcro, templo & ſtatuâ, qui *Æas* à Græcis dicitur, *Αἴας*, genit. *Αἴαντος*.

ÆAS, Epiri fluvius ex Macedonia in Ionium mare defluens. Lucan. l. 6 v. 361, *Purus in occaſum, ſed parvi gurgitis Æas*
Ionio fluit inde mari.

ÆDĔPOL, juramentum erat viris & fœminis commune, Gellio auctore lib. 11 c. 6. aut fœminis ſolis, juxta Varronem. Scribi vulgo ſolet per diphthongum, quia ſic jurari credunt quaſi per *ædem Pollucis*. Sed non ita eſt, inquit Voſſ. in Etymol. f. 9. Nam ſcribendum *edepol*, quod conflatum ex tribus vocibus: particulâ jurandi *me* vel *e*, & *deus Pollux*. Simile eſt *medius Fidius*. Hæc ille. Recte, quod abeſſe vult diphthongum: Sane in Vaticano Terentii exemplari aliisque codd. antiquis *edepol* & *ecaſtor* ſine diphthongo ſcribi, è Faërno monet idem Voſſius in Ecere f. 189. Non æque illud probem, quod e tribus vocibus originem vir doctiſſimus arceſſit. Magis hîc accedam ſententiæ Joh. Meurſii Par. 1. Exerc. Crit. ad Capteiv. cap. 4 pag. 80, cauſſam, cur ſcribendum ubique ſit *edepol*, ita exponentis: *Mos enim veteribus vocales longas duplicare, & vel H vel D inſerere. Itaque pro* Epol *ſcribebant* Eepol & Edepol, *ſicut* Mecum, Meecum, Medecum, *& ſimilia. Nam* Epol *dicebant quomodo* Ecaſtor, Equirine, Ejuno. *Quæ duo poſtrema non ubique obvia. Prius eſt apud Feſtum legere, poſterius apud Soſipatrum lib.* 2. Sua fecit hæc totidem pene verbis Pareus Lex. Crit. pag. 419. 420. Quod de *edepol* ita diximus, transferendum & ad ſimilia jurandi adverbia. Falli enim qui ſcribunt *æcaſtor*, *æcere*, *æquirine*, quaſi per ædem Caſtoris, Cereris, Quirini juretur, ita patet. Scribendum *ecaſtor*, *ecere*, *equirine*. Non per ipſorum templa, ſed per ipſos his verbis jurabant. Illud autem E putes per *ἀφαίρεσιν* factum eſſe vel *ex me*, quod integrum remanſit in *mecaſtor*, *mehercules*, *medius fidius*, putaturque græcorum eſſe *μα*, quo & ipſo utebantur jurantes; vel ex *νὴ*, de quo Voſſ. Etymol. f. 315 in *me-dius-fidius*.

ÆDES, vel potiùs Ædis (ſic enim ſingularis hujus nominis habet, quod Jan. Rutgerſius lib. 6 Var. 50. cap. 12 obſervat,) quodlibet ædificium qua ſacrum, qua profanum ſignificat, ein gebäu, ſey gleich ein hauß oder kirch. Nam quod nonnulli volunt, *Ædem* in ſingulari non niſi de fano, ſeu templo; *Ædes* in plurali de domo cujusque uſurpari, in eo fruſtra ſunt. Revera enim nullum diſcrimen eſt. Sic Horatius *Glyceræ ædem* dixit od. 30 lib. 1; Servius in 2 Æneid. *Omne ædificium* Ædes *dicitur. Sed Varro locum quatuor angulis concluſum ædem docet vocari debere.* Vet. Gloſſ. *Ædes, αὐλαί, ναοί.* Frequentius tamen ſingulare de ſacra; alterum de qualibet æde uſurpatur. v. g. Cic. 2 Catilin. c. 6 *ſenatum in ædem Jovis Statoris vocavi.* & orat. 3 cap. 9 *in ædem Concordiæ.* Et ad Q. fratr. lib. 3. ep. 1 c. 4 *abſolutum offendi in ædibus tuis tectum.* In ſingulari autem *ædis* potiùs, quàm *ædes* dicendum, quod notabamus ſuprà, id & Gloſſator vetus confirmat, ubi legitur: *ναὸς, Templum, ædis.* Plautus Trinum. a. 1 ſc. 2 v. 131, *Ædes venales inſcribere literis*, einen zettel ans haus ſchlagen, und es feil bieten. Ea autem ſchedula, ſive pittacio, non tantùm proſcribebantur, ſeu indicabantur ædes venales, ſed una & ipſum pretium ſignificabatur, quo æſtimarentur. Quo illud Terentii pertinet Heaut. a. 1 ſc. 1, v. 92, *inſcripſi illico ædes mercede.* Socrates adoleſcentes à curioſitate rerum ad ſe nihil pertinentium hoc retrahere ſolebat Homeri verſu Odyſſ. Δ 392
Ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακῶν τ' ἀγαθῶν τε τέτυκται.
ut Diogenes Laërtius in Vita, Sextus Empiricus lib. 7 contra Mathem. p. 141, & Gellius 14 cap. 6 extr. referunt; quod vulgo vertunt Latino verſu: *Ædibus in noſtris quæ prava aut recta geruntur.*

¶ Ædicula, Ædiculæ, diminut. häußgen. Terent. in Phorm. a. 4 ſc. 3 v. 58, *Ædiculæ oppoſitæ ſunt pigrori*, das häußgen iſt verſetzt. ¶ 2. Sacellum, capell. Vet. Gl. *ναοσκάφιον*, *Ædicula, ſacellum.* Sic *ædiculam Victoriæ dedicare* Liv. l. 35 cap. 9. Et eodem libro cap. 41, *Quadrigæ inauratæ in Capitolio poſitæ in cella Jovis ſupra faſtigium ædiculæ.*

¶ Ædĭfĭcare, conſtruere, bauen Proprie Cicero 1 Offic. c. 39, *Cn. Octavio honori fuiſſe accepimus, quod præclaram ædificaſſet in Palatio & plenam dignitatis domum.*

¶ 2. Veteribus uſitatiſſimi fuerant hi modi loquendi, *Ædificare navem, claſſem, hortos*, &c. quæ tamen omnia per *ἀκυρολογίαν* dicta ſunt. Cic. cap. 4 pro L. Manil. *poſteaquam maximas ædificaſſet ornaſſetque claſſes.* Idem Attico 9 ep. 13, *Cnæus noſter Balbo locum, ubi hortos ædificaret, dedit.* Virg 2 Æneid. v. 15,
Inſtar montis equum divina Palladis arte
Ædificant.

Ædĭfĭcātio, das bauen. Cic ad Q. fratr. 2. epiſt. 6, *Ædificationem ad tuum adventum ſuſtentari placebat.* Et in Piſon. cap. 21, *immenſa & intolerabilis ædificatio.*

¶ Ædificatiuncula, diminut. Cic. 3. ad Q. frat. epiſt. 1 cap. 2, *quæſivi ex eo, quid ei de illa ædificatiuncula mandaſſes.*

¶ Ædĭfĭcātor, der bauet, baumeiſter. Cic. de univerſo cap. 2, *Neque mundo quicquam pulchrius, neque ejus ædificatore præſtantius.* ¶ 2. Item, qui ædificandi quadam libidine tenetur. Nepos Attico cap. 13, *Nemo illo minus fuit emax, minus ædificator.* Columella lib. 1 de re ruſtica cap. 5, *Eleganter igitur ædificet agricola, nec ſit ædificator.*

¶ Tertullianus etiam formavit *Ædifex*, de Idololatr. c. 12 pr. quod idem eſt ac Ædificator.

¶ Ædĭfĭcium, ein gebäue. *Exſtruere ædificium*, Cicero pro Mil. c. 27. *Ædificiis incenſis*, Cæſ. 3. Gall. extr.

¶ Coædificare. Cic. Partit. cap. 10, *Loci coædificati*, zuſammen gebauet.

¶ Exædificare, ædificationem abſolvere, perficere, ausbauen. Salluſt. Catil. c. 12, *villæ in urbium modum exædificatæ.* add. Plin. 10 c. 37. Tralatè Cicero de Oratore lib. 1. cap. 35 extr. *opus inſtitutum exædificare.* Ita Plautus Trin. a. 1 ſc. 2, *Exædificare inchoatam ignaviam.*

¶ At in illo a. 5 ſc. 2, *Exædificâſſet me ex his ædibus, abſque te foret*, exædificare ex ædibus, eſt ejicere ex ædibus, ut *expectorare ex animo* apud Accium, ut Nonius citat, extra pectus ejicere.

¶ Exædificatio, Cic. 2. de Orat. c. 15, *Fundamenta nota ſunt omnibus: ipſa autem exædificatio poſita eſt in rebus & verbis.* Tralate.

¶ Inædificare, verbauen. Cæſar lib. 1 de B. C. c. 27, *ne ſub ipſa profectione milites oppidum irrumperent, portas obſtruit, vicos plateasque inædificat, foſſas transverſas viis præducit.*

¶ Perædificare, ædificando perficere. Columella lib. 4 cap. 3 pr. *domos exſtruunt, nec perædificatis cultum adhibent.*

¶ Reædificare, wieder auffbauen. Quod ex Cicer. 6 Att. Epiſt. 1 vulgo exemplum promunt, incertum & ſuſpectum eſt. adi ed. Græv. & ibi notata. Certius eſt Livii lib. 5 cap. 53, *quia piget reædificare.* Vſus & aliquoties eſt Tertullianus, lib. 5 contra Marc. c. 3, & de Pudicit. cap. 20 extr.

¶ Superædificare, drüber bauen. Paulinus Nolanus epiſt. 28 n. 2 (ed. Pariſ. 1685) *Si digna tanto fundamento ſuperædificetur operatio.*

¶ Superædificatio. Tertullianus adv. Marc. lib. 5. cap. 6, *per ignem judicatur veſtra ſuperædificatio.*

¶ Ædilis, dignitatis & officii nomen erat apud Romanos. Ædilium officium erat, ædes ſacras procurare, urbi annonam proſpicere, ludos exhibere. Hinc de fabulis Terentianis ab Ædilibus emtis in Prologô Eunuchi dicitur. Cicero ex legibus 12 tabul. 3 de Leg. cap. 3, *Sunto æediles curatores urbis, annonæ, ludorumque ſolennium* &c. Adde Sueton. Cæſ. cap. 10. Initio quatuor fuêre: poſtea duo à Cæſare additi, qui frumento præeſſent, qui hinc *Ædiles Cereales* dicti, ut ex Pomponio L. 2 § 32 D. de origine J. conſtare poteſt. In his 4 plebeios, 2 patricios fuiſſe Dio lib. 43 extr. ſcribit, ut Torrentius ad Suetonii Veſpaſianum cap. 2 obſervat. Conf. Rupert. ad Pomponii Enchirid. de Orig. Jur. p. 211. 212. 241. 282. Ædiles, bau-herren. *Ædiles Cereales*, die korn-herren, qui annonam curabant & menſuras, Pomponio.

¶ Ædilitas, magiſtratus ædilium. Plaut. in Stich. a. 2 ſc. 2 v. 29, *ædilitatem gerit ſine populi ſuffragio.* Occurrit vox etiam apud Sueton. Claudio c. 38, *quod in ædilitate contra vetitum cocta vendentes multaſſet.* Et de claris Rhet. cap. 6, *ædilitate fungi.*

¶ Ædilitius adject. ut *ædilitium munus.* Cic. Offic. 2 c. 16 extr. *P. Craſſus functus eſt ædilitio maximo munere.* Idem in Vatin. cap. 7, *quem ædilitium vides*, id eſt, functum ædilitate. Eutropius extremo libro 5, *conſumſerunt* [bellum ſociale & civile Marii] *viros conſulares XXIV; prætorios VII; ædilitios LX.* &c.

¶ Æditimus & Æditŭus eadem ſunt, & ſignificant cuſtodem & tutorem ædis ſacræ: ein kirchner, küſter. Varro tamen *Æditimi* vocabulum magis probat, quàm *Æditui*, quod vult eſſe recentius, lib. 1 de re ruſt. c. 2. Vide & Gell. libr. 12 cap. 10. *Æditu*us tamen in Inſcript. paſſim, & apud Sueton. Aug. cap. 5. ¶ 2. Horat. l. 2 ep. 1, v. 229, 230
Sed tamen eſt operæ pretium cognoſcere, quales
Æditŭos habeat belli ſpectata domique
Virtus.
Per *æditŭos* intelligit Poëtas, qui res geſtas & præclara facta carmine celebrare ſolent.

¶ Æditŭo, Æditimor, ſive æditumor, id eſt ædem tueor & cuſtodio. Gell. 12 cap. 10 ex fabula Atteïana: *Æditumor in templo tuo.* Inſcript. Reineſ. p. 388, AEDITVAVIT ANNOS XIII.

AĒDON, *ἀηδών*, Luſcinia, nachtigall, ex Græco, Seneca in Agamemn. v. 670 *Non quæ verno nobile carmen*
Ramo cantat triſtis aëdon.
Calpurnius ecl. 6. v. 8,
Vocalem ſuperet ſi turpis aëdona bubo.

¶ Aëdonius, adject. quod aëdonis eſt. Lucanus Panegyr. ad Piſon. v. 257 *Sic & aëdonia ſuperantur voce cicadæ.*

ÆĒTES ſive Æēta, rex Colchorum, Medeæ pater. Ovidius epiſtola Helenæ ad Paridem v. 231 de Medea:
Non erat Æetes, ad quam deſpecta rediret.
Idem epiſtola Helenæ ad Jaſonem v. 29,
Accipit hoſpitio juvenes Æeta Pelaſgos.

¶ Æētis, idos, fœm. Medea. Valer. Flaccus lib. 8 v. 233,
Suſcitat adfixam mœſtis Æetida curis.

¶ Æētias, adis, eadem. Ovidius lib. 7 Metam. v. 9,
Concipit interea validos Æetias ignes.

¶ Æētæus, adject. gentile. Catullus de nuptiis Pelei & Thet. v. 3,
Phaſidos ad fluctus, & fines Æetæos.

¶ Æētius, idem. Valer. Flaccus lib. 8 v. 379, *illinc Æetius heros*
Obſidet adverſa tentoria Theſſala claſſe.

ÆGAE, arum: Macedoniæ oppidum, ubi occiſus Philippus Rex, Amyntæ filius, fuit: Nepos & alii.

Ægæon, vide *Ægæum.*

ÆGAEUM, *αἰγαῖον πέλαγος*, mare illud magnum inter Græciam Aſiamque, inſulis abundans, hodie *Archipelago.* Dictum vel a rege *Ægeo* (vide infra *Aegeus*) vel *Scopulo*, qui ſpeciem oſtendit *αἰγὸς*, id eſt, capræ, ut Plinius indicat lib. 4 c. 9, vel, quæ Pompejus Feſtus adjicit, quod crebræ in eo ſint inſulæ, quæ procul intuentibus *αἰγῶν*, *caprarum*, ſpeciem præbeant: vel ab *Ægæa* Amazonum regina, quæ in eo periit. Adde Bocharti Geogr. Sacr. Parte 2 lib. 1 c. 13. Horat. 1 ep. 11 v. 16, *Idcirco navem trans Ægæum mare vendas.*

Hinc

Hinc proverbia sunt: *Ægæum navigat*, de eo, qui lucri cupiditate nihil periculi recusat; er waget um geldes willen leib und leben. *Virgulteâ scaphulâ Ægæum transmittere*, de stulto conatu; ex Luciano de Sectis. vide Chiliad.

¶ Invenias & *Ægona* à poëtis pro *Ægæo* usurpatum: ut apud Stat. 5. Thebaid. v. 55,

Delove sonanti
Pejor, & innumeris quas spumifer assilit Ægon,

id est, circumfluit.

¶ Apud eundem eodem libr. v. 288, *Ægæon, onis:*

Diis pelagi ventisque & Cycladis Ægæoni.

Hesychius Αἰγαίων τὸ περὶ τὰς κυκλάδας πέλαγος. *Ægæon, mare ad Cyclades.*

¶ Ægæon, onis, etiam Gigantis nomen, qui Briareus alias appellatur. Servius in 10 Æneid. [v. 565.] Ægæon qualis, centum cui brachia: *Ipse est*, inquit, *qui & Briareus cœli & terræ filius.* Et istum alibi Virgil. [6 v. 287] *Centum geminum* appellat. Hesychius: Αἰγαίων ἐνάλιος θεός· οἱ δὲ ὁ Βριάρεως καὶ ὁ Ποσειδῶν. Ægæon, *Deus marinus: sive Briareus & Neptunus.*

ÆGALEOS, vel Ægaleum, Atticæ mons e regione Salaminis. Herodot. lib. 8 cap. 90. Thucyd. lib. 2 f. 114.

¶ Ægaleos, mons Messeniæ, sub quo Pylus sita, apud Strabonem lib. 8 p. 248.

ÆGĀTES, (non Ægades) insulæ maris Siculi, e regione Lilybæi promontorii, ad quas prœlio bellum Punicum 1 fuit compositum. Silius lib. 1. v. 60 de Hannibale:

insuper ævi
Flore virens, avet Ægates abolere, parentum
Dedecus, ac Siculo demergere fœdera Ponto.

Adde Corn. Nep. Hamilcare cap. 1 n. 3.

ÆGER, de corpore & animo dicitur, schwach, bekümmert, ἀσθενής, ἄῤῥωστος. Terent. in Hecyr. a. 1 sc. 2 v. 113, *Ægram esse simulant mulierem.* Nepos Miltiade cap. 7, *Eo tempore æger erat vulneribus:* & Curtius 7 cap. 7 *æger ex vulnere.* Cic. Catil. 1 cap. 11, *Æger morbo gravi:* Et præ Cæl. cap. 8 *Medea animo ægra*, schwermüthig, bekümmert, quod etiam *æger animi* dicitur apud Curtium 4 cap. 3 n. 11. Sunt præterea elegantes locutiones: *Ægra seges*, Ovid. 1 Fast. v. 688, saat, die nicht fort will: *ægræ partes Reipubl.* pro Mil. cap. 25. Florus lib. 3 cap. 17, *Æger rerum motarum*, id est, propter res motas; quod turbasset rempubl. dolens.

¶ *Ægreo*, ere: antiquum verbum: kranck seyn: unde est ¶ Ægresco, kranck werden, apud Lucretium & Virgilium. Ille lib. 5 v. 350, *morbis ægrescimus isdem:* hic Æneid. 12 v. 46, *ægrescitque medendo.* ¶ 2 *Ægrescere rebus lætis alterius*, eines glück mit scheelen augen ansehen. Statius Theb. 2. v. 16.

¶ Ægre, adverbium. *Ægre esse*, angelegen seyn, wehe thun, Plautus Casin. 2 sc. 2. 9, *Quid est, quod tuo nunc animo ægre est?* Terentius Adelph. 1 sc. 2, 57, *ægre est*, suppresso casu, quem Hecyra 2 sc. 1. v. 30, expressit: *ne quid ægre esset mihi.* Pro eo & *ægre pati, ægre ferre* dicitur, übel zu frieden seyn. Terent. Adelph. 1 sc. 2, 63 *sed ostendere, me ægre pati, illi nolui.* Idem Andr. 1 sc. 2 v. 7 *neque id ægre tulit.* ¶ 2. Interdum idem fere significat quod *difficulter*, seu animo invito. schwerlich, mit genauer noth. Cicer. 16 Att. epist. 11, *Ægre me tenui.* Idem Tusc. 4 cap. 37 extr. *Inveterata vitia ægriùs depelluntur.* Sallustius Jugurth. c. 83, *Omne bellum sumi facile: ceterum ægerrime desinere.*

¶ Ægrĭtudo, animi ægri affectio vel dolor, unmuth, bekümmerniß. Terent. in Heaut. a. 3 sc. 1. 13 *Dies adimit ægritudinem hominibus. Ægritudo acerba.* Cic. in Tusc. 4 cap. 15, *Turbidi animorum motus important ægritudines anxias atque acerbas.* Idem lib. 3 cap. 22, *Culpâ contractum malum ægritudinem acriorem facit.* Idem Attico 9 ep. 4, *Totum se ægritudini dedere*, id est, prorsus indulgere. *Ægritudine confici*, sich zu tode bekümmern, Idem 3 Tuscul. cap. 12 extr. Sic *affici, debilitari ægritudine*, sich kranck und schwach grämen. *Ægritudinem lenire, levare, depellere, detrahere, sedare, tollere*, Ciceronis formulæ sunt; etiam hæc: *in ægritudinem incidere*, Tuscul. 3 cap. 9. Terent. in Phor. a. 5 sc. 1 v. 24, *Matrem ipsam ex ægritudine miseram mors consecuta est;* ubi vel pro animi dolore, vel pro corporis affectione exponi potest. Perraro enim de corporis ægrotatione apud veteres invenitur, ut apud Curtium 3 cap. 5, *animum ægritudo corporis urgebat.*

¶ Ægrum, pro *ægritudine* dixit Plautus Amph. a. 2 sc. 2 v. 11. Sic *Verum, Æquum, Justum, Rectum* etiam usurpamus pro suis substantivis.

¶ Ægror, pro *ægritudine* Lucretii est, lib. 6 v. 1130. Sic *amaror, putor*, &c.

¶ Ægrimonia, idem quod ægritudo. Cicero Attico suo 12, 38, *Ferrem graviter, si novæ ægrimoniæ locus esset.* Vsus est etiam Horatius Epod. 13 v. 26. & 17, 73. Vtroque loco ægritudinem animi significat.

¶ Ægrōtus, kranck, schwach, de infirma corporis dicitur valetudine; sicut æger de animi morbo plerumque. *Ægroto dum anima est, spes est*, Cicer. ad Att. lib. 9 ep. 10. Sic Horat. lib. 1 epist. 2 v. 47,

Non domus & fundus, non æris acervus & auri,
Ægroto domini deduxit corpore febres.

Respublica ægrota, Cicer. Divinat. in Verr. cap. 22, hoc est, laborans, afflicta.

¶ Ægroto, ægrotare, kranck seyn. *Leviter ægrotare*, Cic. 1 Off. 24, ein wenig unpaß seyn. *Graviter, gravissimè ægrotare*, hart darnieder liegen, Cic. Senect. c. 19, & Fin. lib. 2 c. 13, *Periculose ægrotare*, gefährlich kranck seyn. Idem Attico 8 ep. 2, *In unius hominis, quotannis periculose ægrotantis, anima positas omnes nostras spes habemus.* Plinius quoque lib. 3 epist. 16 dixit *mortifere ægrotare*, todtlich oder todt-kranck seyn. Eleganti tralatione Lucretius lib. 4 v. 1121, *Languent officia atque ægrotat fama vacillans.* Cui simile illud in Catonis distichis est: *Et res & fama laborat.* Nam *laborare* ægrotos etiam dicimus.

¶ Ægrotatio corporis est & mentis. Cicer. 3 Tusc. cap. 4, *Nomen insaniæ significat mentis ægrotationem & morbum.* Ibidem cap. 10, *ut ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo nomen habet non sejunctum à dolore.* Hieron. Ep. 37 ad Julian. Diac. *ita me jugis tam corporis ægrotatio, quàm animæ ægritudo consumpsit, ut morte imminente nec mei pene memor fuerim.*

Ægeria, nympha, vide *Egeria*.

ÆGESTA, urbs Siciliæ, quæ & *Segesta* dicta, Græci quoque sine diphthongo Ἐγέστα scribunt. Vide Stephan. Byz. & Salmas. in Solin. f. 78. Hinc populi Ægestani, Egestani, Segestani, apud Plin. & alios.

¶ In Ægesta oppido Siciliæ Æmilius Censorinus fuit crudelissimus tyrannus. Hic, si quis nova tormenta & inusitatum aliquod cruciandi genus exstruxisset, præcipuis eum muneribus prosequebatur. Quidam igitur Aruncus, Paterculus nomine, equum ex ære fabricatum Æmilio donat, ut in eum excruciandos injiceret: Ille autem tum denique ad æquitatis cogitationem conversus, auctorem primùm intrusit, dehinc ex Tarpejo monte dejecit. Plutarch. in Parallel. sub finem. Confer huc, quod de Perillo scriptores commemorant.

ÆGEVS, dissyllab. αἰγεύς, rex Athenarum, Thesei pater ex Æthra conjuge, & Medi ex Medea, ut auctor est Justinus. Præcipitem se dedit in mare, quod inde Ægæum postea appellatum est, ut Hyginus tradit fabula 43. Nam Varro à caprino pecore appellatum lib. 2 de re rustic. cap. 1 tradit.

¶ Ægīdes, æ, Theseus. Ovid. in epist. 4 v. 59,

Perfidus Ægides, ducentia fila secutus,
Curva meæ fugit tecta sororis ope.

ÆGIĂLE, αἰγιάλη, Diomedis uxor. Statius 3 Silv. 5 v. 48

Questa est Ægiale, questa est Melibœa relinqui.

¶ Ægialia, insula adjacens Ætoliæ, cujus rex fuit Diomedes, Plinio teste, lib. 4 c. 12.

¶ Ægiáleus, Medeæ frater. Justino lib. 42 c. 3. Hunc *Absyrtum* alii vocant, de quo supra. Cic. lib. 3 de Nat. Deor. c. 19, *Quid hujus absyrto fratri, qui est apud Pacuvium Ægialeus?*

ÆGĪĂLOS, Αἰγιαλός, littus dicitur: unde Achaja, propter urbes in littore ordine dispositas, *Ægialos* vocata fuit, Plinio teste lib. 4 c. 5.

¶ Ægialus, mons Atticæ Solino cap. 12. ¶ 2. Promontorium etiam & vicus Paphlagoniæ. Addit plura Steph. Byzantius.

ÆGILOPS, ōpis, αἰγίλωψ, Gen. αἰγίλωπος, nam utroque modo scriptum invenitur, Plinio arboris glandiferæ species est, lib. 16 cap. 6. ¶ 2. Rursus & bulbi genus eidem est *Ægilops* lib. 9 c. 5. ¶ 3. Et *Ægilops* inanis est avena, seu herba hordeum enecans, quam *festucam* Plinius vocat. Frugifera enim avena, qua equi pascuntur, βρόμος (βρῶμος) est Dioscoridi. Quamvis hæc ab aliis, ipso etiam Theophrasto, quandoque confundantur. Plinius 18 c. 17, *Est herba*, inquit, *quæ cicer enecat & ervum circumligando se, vocatur orobanche; triticum simili modo æra; hordeum festuca, quæ vocatur ægilops.* ¶ 4. Denique *ægilops*, seu *ægilopa, æ*, seu *ægilopia*, neut. gen. αἰγιλώπια, tuberculum parvum dicitur in palpebra super locum pilorum, quod à similitudine grani hordeacei à Græcis κριθὴ dicitur, ein gerstenkorn über dem auge, Cels. lib. 7 cap. 7.

ÆGĪNA, æ, Αἴγινα, insula Piræeo, Atheniensium portui, objecta, sive inter Athenas & Epidaurum sita, cujus ambitus 180 secundum Strabonem stadiorum, cum oppido ejusdem nominis; dicta ab Ægina, Æaci matre, qui inde cum posteritate sua genus traxit: ut Strabo testatur lib. 8. Appellatam primùm fuisse *Oenonen*, Plinius lib. 4 c. 12. Steph. Byzant. in *Ægina*, Eustathius ad Dionys. Perieg. v. 512. & Tzetza in Lycophron. v. 175. Pausanias in Corinth. f. 48. & alii scripsere. Ovidius *Oenopiam* vocatam prodidit lib. 7 Metam. v. 472, sed haud dubie ex tanto consensu legendum

Oenonen veteres appellavêre, sed ipse
Æacus Æginam genitricis nomine dixit.

Primum Ægina pueros optimos alit: τὰ πρῶτ' ἀρίστους παῖδας Αἴγιν' ἐκτρέφει, proverbiale est in eos, qui sui dissimiles efficiuntur, & in deterius proficiunt. Pueros enim optimos & virtute præstantes primum Ægina aluit, Achillem, Patroclum, Ajacem & Neoptolemum: postea vero, moribus mutatis in deterius, homines habuit etiam minùs præstantes. Vide Chiliad.

¶ Æginæus adject. ut, *Æginæa mercatura*, pro quæstu ex multis varisque mercibus, eine handthierung mit allerley wahr. ¶ Et Æginæa, orum, gen. neut. pro rerum venalium oneribus miscellaneis, quarum venditores, *Æginæopolæ* dici possunt, die allerley wahr und kauffmannschafft führen. Vid. Cœl. Rhodig. antiq. lib. 21 c. 23.

¶ Æginenses, Æginæ incolæ: de quibus, cùm ob ignaviam & mutatam morum integritatem male cœpissent audire, dici consuevit, *Æginenses neque tertii, neque quarti, neque ullo in numero locove.* Vide Chiliadas.

¶ Æginēta, idem. Cicero 3 Offic. c. 11, *Athenienses sciverunt, ut Æginetis pollices præciderentur.* Æginetas primos argentum signâsse, Ephorus scriptis prodidit. Numisma eorum χελώνης habuit, hoc est, testudinis imaginem. Hinc factum est, Τὰν ἀρετὰν, καὶ τὰν σοφίαν νικᾶντι χελῶναι, hoc est, *Virtutem & sapientiam vincunt testudines.* ¶ 2. Porro inter medicos clari nominis est *Paulus Ægineta.*

¶ Æginēticus, ut *Æs Æginеticum* apud Plinium lib. 34 cap. 2 extr.

ÆGIPAN, Plur. Ægipānes, iidem qui Panes. Quod hoc genus caprinis pedibus fingeretur. Plutarchus tamen distinguit, & Αἰγίπανα esse pronunciat, quem Romani *Silvanum* appellârunt. Et hunc à Pane distinguit & Virgilius in illo Georg. 2, v. 494, *Panaque Silvanumque patrem Nymphasque sorores.* Plura longe eruditissimus Salmasius Exercitat. Plinianis: & post eum Isaacus Vossius observ. ad Pomp. Mel. lib. 1 cap. 8 p. 46.

ÆGĪRĪNON, αἰγείρινον, unguentum ex gemmis populeis, resina & flore turgentibus. Vnguentum populeum, eine salbe von pappeln knospen. αἴγειρος populus nigra est.

Ægiochus, vide sequens, *Ægis*.

ÆGIS, ĭdis, αἰγίς, multa & incerta nominis hujus significata apud Græcos recenset Erasmus in Prov. *Ægis venit.* Poëtis scutum Jovis significat & Palladis, in cujus medio caput erat Medusæ Gorgonis, serpentibus crinium vice terribile. Virg. 8 Æn. v. 352,

Arcades ipsum
Credunt se vidisse Jovem, cum sæpe nigrantem
Ægida concuteret, &c.

Et ibidem v. 435, *Ægidaque horrificam turbatæ Palladis arma, &c.* Ubi Servius: *Ægis proprie est munimentum pectoris æreum, habens in medio Gorgonis caput: quod munimentum si in pectore Numinis fuerit, Ægis vocatur: si in pectore hominis, sicut in antiquis Imperatorum statuis videmus*, Lorica *dicitur.* Primo casu Silius lib. 9, v. 444 de clypeo Palladis:

Sibilaque horrificis torquet serpentibus ægis.

¶ Ægiochus, αἰγίοχος, Jovis apud poetas epitheton, v. gr. Homerus Ilia l. α. v. 202, Αἰγιόχοιο Διὸς τέκος. *Jovis ægidem tenentis filius*, ubi Didymus scholiastes: Αἰγιόχοιο, αἰγίδα ἔχοντος. Αἰγὶς δὲ ἐστὶν ὅπλον Διὸς ὑφαιστότευκτον, *Ægiochi, i. e. ægidem tenentis. Ægis autem est scutum Jovis a Vulcano fabrefactum.* Alii ex pelle caprina nomen deducunt. Lactantius lib. 1 Div. Inst. c. 21 de capella Jovis nutrice: *Hujus capellæ corio usum esse pro scuto Jovem, contra Titanas dimicantem, Musæus auctor est, unde a poetis αἰγίοχος nominatur.*

ÆGISTHUS, Αἴγισθος (sic dictus, quòd à matre abjectus, uberibus capræ nutritus sit) Thyestis fuit filius (unde & *Thyestiaden* Ovidius dixit) ex Pelope, a filia, Atrei & Agamemnonis Clytemnestræ operâ interfector: interfectus vero ipse posteà rursus est ab Oreste Agamemnonis filio, necem patris ulciscente. Ovid. lib. 1 de Remed. Amor. v. 161

Queritur, Ægisthus quare sit factus adulter?
In promtu caussa est, desidiosus erat.

Ægisthum dixit C. Cæsarem Pompejus, ob adulterium cum uxore sua Mutia, quam ideo Pompejus repudiavit. Sueton. in Cæs. cap. 50.

ÆGITHALUS, Αἰγιθαλὸς, avis, quæ Latinis *Parus* est, eine meise.

¶ Sed *Ægothelas, æ*, Αἰγοθήλας, *caprimulgus* est. Gesner.

ÆGĪTHUS, αἴγιθος & αἰγίοθος, avis parva, Salus dicta, asino hostis, quia ejus rugitu abortit ova, & pulli ex nido excutiuntur. Eberus & Peucerus *ægithum* interpretantur, zötscherlin, nisi ea vero *Linaria* rubra est. Gybert. Longolius *ægithum* avem eandem facit curucæ, eine grasmücke.

ÆGLE, es, Αἴγλη nympha Virgilio, Eclog. 6

Ægle Naiadum pulcherrima, candida Nais:

αἴγλη splendorem significat. ¶ 2. Fuit etiam una Hesperidum Aegle, filia Hesperi, curatrix unà cum sororibus hortorum eorum in Mauritania, in quibus aurea mala nascebantur. Hyginus proœmio Fabular.

¶ Ægles, æ, athleta Samius fuit, qui cùm per omnem ætatem suam mutus fuisset, in sacro tandem certamine, cùm in sortitione fraudem committi videret, nimio loquendi desiderio linguæ vinculum rupit, & distinctè, quamdiu vixit, locutus est. Gell. lib. 5 cap. 9. Val. Maxim. lib. 1 cap. 8.

¶ Ægletes, Apollinis cognomen, quo celebratur in Anaphe insula. Vide Apoll. Argon. lib. 4 v. 1716.

ÆGŎCĔRAS, fœnum Græcum Plinio est lib. 24 cap. ult. quia corniculis semen habeat simile. Vide *Fœn. Græc.* in *Fœnum.*

ÆGŎCĔROS, Αἰγόκερως, *Capricornus* vulgo dicitur, cùm rectiùs *Ibex mas* diceretur, ein steinbock, ex caprarum silvestrium genere in Alpibus, miræ pernicitatis. ¶ 2. Est & signum cœleste. Lucan. lib. 9 v. 537, *Humidus ægoceros, nec plus leo tollitur urna.*

Capricornum enim *humidum, udum, nivosum, aquosum, imbriferum* poetæ dicant: ut & *gelidum* & *frigidum*. Quia vero post Solis in capricornum ingressum ascendere ille incipit, quemadmodum ascendendo capræ pascuntur: ei signo eadem ratione nomen factum est.

ÆGON, pastoris nomen apud Virgilium Ecl. 5,

Cantabunt mihi Damœtas, & Lyctius Ægon.

¶ Ægon, pro Ægæo, vide supra in *Ægæus.*

ÆGONYCHON, herba Plinio est lib. 27 cap. 11, eadem quæ *Lithospermon*, officinis *Milium Solis* (*Soler* potius, à montibus, in quibus nascitur) dicitur, meerhirsen, steinsaamen, perlenkraut, Matthiol.

ÆGOPHTHALMOS, αἰγόφθαλμος, gemma; sic ab oculo caprino cognominata Plinio est lib. 37 c. 11.

ÆGOS FLUMEN; vel amnis, vel urbs, in Thraciæ Chersoneso juxta Hellespontum, αἰγὸς ποταμοὶ Græcis. Stephanus: Αἰγὸς ποταμοὶ, πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ, *Ægos fluvii urbs in Hellesponto.* Et ita Græci plerumque in multitudinis numero vocant, ut Xenophon, Plutarchus, Diodorus: at Latini in singulari numero *Ægos flumen* appellant; ut Plin. lib. 2 c. 58, & lib. 4 c. 10, Mela lib. 2 cap. 2, Nepos in Lysand. in Alcibiade, in Conone. Cæterum *Ægos* non primum casum, sed Genitivum esse, Græci auctores satis indicant. Ad oppidum istud lapidem è cœlo casurum Anaxagoras prædixit, quod & accidit. Vide Plin. lib. 2 cap. 58. Fregit postea apud hunc fluvium Lysander classem Atticam, Athenisque maximâ ex parte dirutis, triginta imposuit tyrannos. Plutarchus & Corn. Nepos in Lysandro.

Ægre, ægresco, ægrimonia, ægritudo, ægroto, vide *Æger.*

ÆGYPTA, Ciceronis libertus fuit, cujus meminit ipse lib. 16 famil. ep. 15 (vulg. 13) & ad Att. lib. 8 epist. 15 pr.

Ægyptius, Ægyptiacus, vide in *Ægyptus.*

ÆGYPTUS, Αἴγυπτος, filius fuit Beli Babyloniorum regis, Danai frater, cui L. fuerunt filiæ, ut fratri filii totidem; de quorum nuptiis fabulam alibi exposuimus. Vide Hygin. Fab. 168. Ægyptus tandem, Danao expulso, Ægypti regnum tenuit, atque ex suo nomine regionem illam appellavit, cum antea *Aëria*, à fusco & caliginoso aëre, Nili scilicet, diceretur, Stephano & Gellio lib. 14 cap. 6 auctoribus. Hesychius ab *Ægypto* amne, qui *Nilus* postea appellatus fuit, dictum *Ægyptum* putat: alii ab *Coptos* antiqua urbe, & αἶα, quod Ebræis insulam & regionem, ut Græcorum αἶα, sonat. De Ægypti situ, fertilitate, incolarum præterea ingenio, institutisque ac moribus, plura Isocrates in Busiride, ubi præcipue solertiam gentis commendat: de fertilitate & urbium multitudine Theocritus Eidyll. 17 v. 79 & sqq. Vide & Ammianum lib. 22 cap. 40 seq. ubi & religionem describit; quam superstitiosam perquàm & tam immanem atque crudelem, quam fœdam atque ridiculam habuère, de quâ multa Juvenal. Sat. 15. *Ventosam & insolentem nationem* Plinius vocat Panegyrico Trajani cap. 21. *Gentem non fidam* Lucanus lib. 5 v. 58. *Imbelle atque inutile vulgus* Juvenalis Sat. 15 v. 124. *Fallacem gentem, semperque alia cogitantem, alia simulantem*, Hirtius de Alexandrino bello cap. 24. *Vanam gentem & novandis, quam gerendis rebus aptiorem*, Curtius lib. 4 c. 1. Quæ omnia in compendio quasi complexus est Vopiscus in Saturnino, ubi & de studiis refert, quibus maximè delectati Ægyptii fuère. Vide & Trebellium Pollionem 30 Tyrannis, in Æmiliano, & in Chiliad. *Ægyptii machinarum artifices.* De dicacitate eorum & in cavillos solerti ingenio Seneca Consol. ad Helviam sub fin. & Herodianus lib. 4 cap. 9. De invidiâ, quâ nemini dogmata, & disciplinas suas communicabant, Beroald. 37. Annot. Tom. 1. Thesaur. Critici Grut. p. 213. E recentioribus de Ægypto & Ægyptiis rebus præclara multa congessit Barthius ad Claud. p. 129 seq. ¶ 2. Ægyptus notat locum quemlibet ærumnosum. vid. Barth. ad Claudian. Mamert. p. 450.

¶ Ægyptius, Ægyptii, subst. die Egyptier.

¶ Ægyptius, adject. Egyptisch, ut *Ægyptium mare*, Plin. lib. 5 ineunte: *Ægyptia ficus*, Idem 13 cap. 7.

¶ *Ægyptius* nonnunquam Latinis, nec non Græcis, niger, seu fuscus est. Vide Scal. ad Fest. Inde intelligendum illud Suetonii Caligula c. 57 extr. *Parabatur & in noctem spectaculum, quo argumenta inferorum per Ægyptios & Æthiopes explicarentur.*

¶ Ægyptiacus, idem ac Ægyptius. Plinius lib. 6 c. 28 pr. *ad mare nostrum litusque Ægyptiacum.*

¶ Ægyptiacè, adverb. Trebell. Pollio in Zenobia: *loquebatur Ægyptiace ad perfectum modum.*

ÆLIA, æ, Αἰλία, urbs Palæstinæ, eadem quæ & Hierosolyma, ab Ælio Adriano, qui Judæis inde expulsis Æliam vocari voluit, quia Romana civitas facta fuisset. Eusebius lib. 4 hist. Eccl. cap. 6. *Æliam Capitolinam* ex Dione Xiphilinus in Adriano vocat.

ÆLIANUS, Αἰλιανὸς, Sophista Romanus fuit, Pausaniæ auditor sub Adriano principe. Scripsit Græcè libros 16 historiæ animalium, plenos doctrinâ variarumque rerum cognitione, & libros 14 historiæ variæ.

¶ Ælianus Meccius, Italus Medicus, theriacâ conservandi contra pestem homines auctor fuit. Galen. de usu ther.

ÆLIUS, Æliorum familia Romæ numerosa fuit, virtute quàm fortunâ celebrior: pauperrima enim fuit. Claudianus in Laude Serenæ v. 56 *Series his fontibus Ælia fluxit*, hoc est, familia. ¶ 2. *Ælius Catus* cibum ex fictilibus cepit, & missa sibi ab Ætolis vasa argentea recusavit. De hoc Ennius apud Ciceronem 1 Tusc. cap. 9,

Egregiè cordatus homo Catus Ælius Sextus.

¶ 3. *Ælius Gallus* Arabiam felicem subegit Romanis sub Augusto. Ejus amicitia Strabo Geographus usus est, & cum eo Nilum navigavit, totamque fere Ægyptum lustravit. ¶ 4. *Ælius Grammaticus* cognomine duplici fuit, *Præconini* & *Stilonis*. *Præconinus* appellatus fuit, quod pater ejus Præconium fecerat: *Stilo*, quod orationes nobilissimo cuique scriberet, ut Suetonius auctor est de Grammaticis illustribus. ¶ 5. *Ælius* alius *Mantia Formianus*: de quo Valer. Maxim. lib. 6 cap. 2. ¶ 6. *Ælius Melissus* Grammaticus scripsit de loquendi proprietate: de hoc Gell lib. 18 c. 6. ¶ 7. *Ælius Prætor*: de quo Valer. lib. 5 cap. 6. ¶ 8. *Ælius Tubero*, cujus in Bruto Cicero meminit & in Orat. pro Murena. ¶ 9. *Ælius Tuberonis* nepos accusator Ligarii fuit, quem Cicero luculentâ oratione defendit. ¶ 10. *Ælius Verus* Imperator, de quo Spartianus. ¶ 11. *Ælius Donatus* Grammaticus, præceptor fuit D. Hieronymi. Distinguendi sunt Ælii ab Helviis, auctore Rupert. ad Pomponii Enchirid. p. 356. ubi tabulam quoque Æliorum genealogicam exhibet p. 346 seq.

AËLLO, tribus syllab. Ἀελλώ, Aëllûs, ut Sapphûs, una est Harpyjarum trium; reliquæ duæ *Ocypete* sunt & *Celæno*, Servio auctore in Æneid. 3 v. 209. *Aëllo* a turbine dicitur seu procella. Sic enim cum impetu turbulento Harpyjas irruere Val. Flacc. scripsit lib. 4 Argonaut. v. 450, *Harpyjæ semper mea pabula servant,*

Fallere quas nusquam misero locus: illicet omnes
Deveniunt niger intorto ceu turbine nimbus.

¶ 2. Est & inter canes Actæonis *Aëllo* Ovidio lib. 3 v. 220 Metamorph. *& cursu fortis Aëllo.*

ÆLŪRUS, αἴλουρος, Latinè *feles*, katze. Vocem ipsam deducunt ab αἰόλλειν καὶ κινεῖν τὴν οὐρὰν, quod variet & moveat caudam. Gell. lib. 20 cap. 7. *Ælurorum oculi ad vices lunæ aut ampliores fiunt, aut minores.* Plutarch. in præcept. connubialibus, τὸν αἴλουρον ὀσμῇ μύρων ἐκταράττεσθαι καὶ μαίνεσθαι λέγουσιν, hoc est, *felem odore unguentorum turbari & furere dicunt.*

Æmilianus, quære in *Æmilius.*

ÆMILIUS, gentile nomen Romanorum, in quo Latinum lapides Capitolini & cuncta antiquitatis monumenta ostentant, quanquam in Græcorum libris utplurimum est Αἰμύλιος. ¶ Æmiliorum nomen Plutarchus in Numa p. 65 & principio vitæ Æmilii Pauli a Pythagoræ filio Mamerco duxit, cui Æmilii cognomen δι' αἱμυλίαν λόγου καὶ χάριν, *propter dicendi leporem & venustatem* habuerit: unde Numa, discipulus Pythagoræ, alicui ex quatuor filiis suis Nomen Mamerci imposuerit, cum quo & cognomen transierit ad Romanos. Multi clari Æmilii fuerunt, Paulus Macedoniæ victor, Scaurus, Mamercus, Porcina, Lepidus triumvir & alii, de quibus passim in historiis.

¶ Æmilius adj. Propertius lib. 3 eleg. 3 de Ennio poëta:

Et cecinit Curios fratres, & Horatia pila,
Regiaque Æmilia vecta tropæa rate.

i. e. Pauli Æmilii, Perseo Macedonum rege in triumphum ducto, ut ibi interpretatur Livinejus.

¶ *Æmiliæ viæ*, quas Æmilius Scaurus, & M. Æmilius Lepidus straverunt. Ab Arimino per partes Adriano mari subjectas ferebant, & ipsa regio, quam via illa tangebat, dicta fuit *Æmilia*, præsertim apud ævi posterioris scriptores, sicut altera huic contermina, *Flaminia*. Vide Geogr.

¶ Æmiliānus, ut *Scipio Æmilianus*, Scipio Africanus minor, qui ex Æmi-

Æmiliorum familia per adoptionem familiæ Scipionum insertus fuit. Adoptati enim ut nomina adoptantis adsumunt, ita ex prioribus seu patriis aliquod retinent discriminis caussa, sed leviter immutatum, aut syllaba auctum, quemadmodum *Octavius* post adoptionem *Octavianus* appellatus fuit. Dio Cass. lib. 46 p. 322 consulatur.

ÆMON vide *Hæmon*.

ÆMŎNIA, Αἰμονία, (scribunt & *Hæmonia*) Græcia dicta fuit ante Regem Græcum, qui *Æmoniæ* nomen mutavit, & à suo nomine Græciam dixit, ut Plinius auctor est lib. 4 cap. 7. Proprie Thessalia est, unde Jason *Æmonius*, & *Æmoniæ artes* pro magicis, quibus Thessalis, ut mox trademus, dicuntur.

¶ Æmŏnius adject. nomen frequens est apud Ovidium, ut, *terra Æmonia*, de remed. amoris v. 249. *Juvenis Æmonius*, pro Jasone, lib. 7 Metam. v. 132. *Æmoniæ artes*, id est, magicæ, apud eundem de arte amand. lib. 2 v. 99.

¶ Æmonides, viri proprium apud Virg. 10 Æn. v. 537,

Nec procul Æmonides Phœbi Triviæque sacerdos &c.

ÆMŬLOR, ari: (ζηλόω, ζηλοτυπέω) eifern, nachfolgen. Plus est quam *imitor*. Qui *imitatur*, sequitur exemplum artificis, satis habens, si aliqua similis saltem ei, quem imitatur, esse possit, qui *æmulatur*, ita sequitur & imitatur alterius rem, ut æquare, vel superare etiam studeat, majoremque adeo, si possit, ex ea gloriam ac laudem sibi conciliat. Sed quia ad hoc studium sæpius livor atque invidia accedit, idcirco tam in bonam, quam malam partem hoc verbum usurpatur, & sæpe adeo pro *invidere*, & ideo *concertare*, ponitur. Non raro vel nihil aliud quam *imitari* & *sequi*, vel *sectari* significat. Cicero pro Flacco c. 26, *Vt omnes ejus urbis instituta laudare facilius possint, quam æmulari.* Horatius 4 od. 2, *Pindarum quisquis studet æmulari.* Quintil. lib. 10 cap. 2, *Tristes & jejuni Pollionem æmulantur.* Tacitus lib. 3 Histor. c. 81, *Studium Philosophiæ, & placita Stoicorum æmulatus:* id est, secutus est: nam & sic discipuli magistrum *æmulari* dicuntur, cum assectantur. Livius lib. 1 cap. 18, *Pythagoram in ultima Italiæ ora circa Metapontum Heracleamque & Crotonam juvenum æmulantium cœtus habuisse constat.* ¶ De contentiosa imitatione, non reprehendendâ tamen, usus hoc verbo est Plin. lib. 7 Ep. 30, *licet tu mihi bonum animum facias, qui libellos meos de ultione Helvidii, orationi Demosthenis κατὰ Μειδίου confers: quam sane, cum componerem illos, habui in manibus, non ut æmularer, (improbum enim ac pene furiosum) sed tamen imitarer & sequerer.* Quintil. lib. 1 cap. 3, *Sunt etiam nonnulli acuendis puerorum ingeniis non inutiles lusus: cùm positis invicem cujuscunque generis quæstiunculis æmulantur.* ¶ De invidiosa contentione: Livius lib. 28 cap. 43, *Tanquam mihi ab infimo quoque periculum sit, ne mecum æmuletur.* Vbi nota constructionem cum sexto casu. Cicero cum Dativo ita junxit, Tusc. lib. 1 cap. 19, *Cumque corporis facibus inflammari soleamus ad omnes fere cupiditates, eoque magis incendi, quod iis æmuletur, qui ea habeant, quæ nos habere cupiamus.* Sic Justinus lib. 6 cap. 9, *amisso, cui æmulari consueverant in segnitiam torporemque resoluti.*

¶ Æmulatio, ζῆλος, eifer, nachfolgung. Est & hæc duplex: ad laudem altera, altera ad culpam. Cicero lib. 4 Tusc. c. 8, Æmulatio *dupliciter illa quidem dicitur, ut & in laude, & in vitio nomen hoc sit: nam & imitatio virtutis, æmulatio dicitur: & est æmulatio ægritudo, si eo, quod quis concupierit, alius potiatur, ipse careat.* Non prætermittenda Paterculi verba sunt sub lib. 1 finem: *Alit*, inquit, *æmulatio ingenia: & nunc invidia, nunc admiratio incitationem accendit.* Ex quibus vides diversas æmulationis caussas. Alterius, admiratio est illius, quod pulchrum atque eximium habemus, & itaque assequi cupimus; alterius invidia & dolor ex bono & pulchro, quod penes alium esse videmus, nosque desperamus. Itaque cum degenerat æmulatio, mera invidia ac obtrectatio est: quæ ζηλοτυπία Græcis, ut Tullius auctor est. Hinc illud Phædri lib. 2 extremo: *Non hæc invidia, verum est æmulatio.*

C. Nepos in Attico cap. 5, *Et id, quod erat difficillimum, efficiebat, ut, inter quos tantæ laudis esset æmulatio,* (uterque enim & Cicero & Hortensius, de quibus intelligit, eloquentiæ principatum affectabant) *nulla intercederet obtrectatio, essetque talium virorum copula.* Plinius Panegyr. c. 84, *Nihil est tam pronum ad simultates, quàm æmulatio, in fœminis præsertim. Ea porrò maximè nascitur ex conjunctione, alitur æqualitate, exardescit invidia, cujus finis est odium.* Tacitus lib. 3 Histor. cap. 38, *Ille infensus Blæso æmulatione prava.* Petronius: *Neque enim in amantium esse potestate furiosam æmulationem.* Nempe ζηλοτυπίαν significat: quæ *Pellicatus*, *pellicatio* in Vet. Gloss. interpretatur.

¶ Æmulatus, us, in quartâ. Tacitus lib. 13 Annal. cap. 46, *Otho, ne in urbe æmulatùs ageret, provinciæ Lusitaniæ præficitur.* Idem 3 Hist. c. 66, *exstincto æmulatu.* Vsus utrobique pro *æmulatione* hac voce.

¶ Æmulator, qui æmulatur, tam ad laudem, quam ad vitium, ζηλωτής. Cic. lib 2 ad Att. Epist. 1, *Quod Sicyonii te lædunt, Catoni & ejus æmulatori Servilio attribuas.* Vbi *Æmulator* est imitandi studiosus. Pro eo frequentius est

¶ Æmulus substantive, ein eiferer, nachfolger, quod etiam fœminine dici potest *Æmula*, eine eiferin. Nam adjectivum proprie est, ut post paullo videbimus. Cicero pro Marcello cap. 1, *Illo æmulo ac imitatore studiorum ac laborum meorum, quasi quodam socio ac comite distracto.* Sic *æmulus Brutorum Thrasea*, apud Tacitum 16 Ann. c. 22. Et fœminine Vellejus Paterc. principio lib. 2, *sublatâ imperii æmulâ*, hoc est, Carthagine. Rursus Tacitus & cum Dativo construxit: *Dictator Cæsar summis oratoribus æmulus*, lib. 13 Ann. cap. 3. *Æmulum in aliquem esse* dixit Apulejus, lib. 1 Metamorph. post init. *in convivas æmulus*, id est, qui avidius vorat, & timet, ne illi se plus edant. Eodem libro p. 111 ed. Elmenh. *æmulus in colorem.* ¶ Pro Obtrectatore & invido, Virg. lib. 6 Æn. de Miseno:

Sed tum forte cava dum personat æquora concha
Demens, & cantu vocat in certamina divos,
Æmulus exceptum Triton (si credere dignum est)
Inter saxa virum spumosa immerserat unda.

Sic *æmulam senectutem* pro *invida*, Donato; pro *adversa virtuti*, Servio interprete, dixit Virgil. Æneid. 5 v. 415. Iterum Tacitus Annal. 3 cap. 8, *At Piso præmisso in urbem filio, datisque mandatis, per quæ principem molliret, ad Drusum pergit, quem remotis æmulis æquiorem sibi sperabat.* ¶ Hinc & pro *Rivali* haud raro *æmulus* ponitur. Cicero 6 ad Att epist. 3, *Licet eum solus ames, me æmulum non habebis.* Ita Terentius Eunucho a. 2 sc. 1 v. 9, & a. 4 sc. 1. v. 9. item Seneca lib. 1 de Benef. c. 9. Plin. 6 Ep. 31 num. 5. ¶ Et quoniam qui æmulantur pares, vel majores esse volunt; idcirco *res rei æmula* dicitur, quæ similis ei & comparanda. Martialis lib. 4 epigr. 42, *Pæstanis rubeant æmula labra rosis.* Plin. lib. 9 c. 17, *Lacus Brigantinus æmulas marinis mustelas generat.* Et lib. 15 c. 18, *Ficus quædam pyris magnitudine æmulæ.*

¶ Æmulus, adjectivum, ex modo dictis perlucidum est.

¶ Æmulanter, adverb. eiferig, mit eifer. Tertullianus adv. Hæreticos cap. 40, *Diabolus res, de quibus sacramenta Christi administrantur, tam æmulanter affectavit exprimere in negotiis idololatriæ.*

ÆMVS, mons Thraciæ, vide *Hæmus*.

ÆNĂRIA, æ, Αἰναρία, insula in Puteolano sinu, à statione navium Æneæ sic dicta, Plinio auctore lib. 3 cap. 6. Græci *Pithecusam* appellârunt. Hodie *Ischia* est. In ea sunt aquæ vim medicam habentes; calculosis enim medentur, Plin. lib. 31 cap. 2. Hermol. in eundem. Stat. 3. Silv. extrem. *Ænariæque lacus medicos, Statinasque renatas.*

¶ Ænarium, Jovis lucus in Achaia juxta oppidum Olenum, in quo Achæi de communibus rebus consulturi conveniebant. Strabo sub fin. lib. 8. Sed idem paullo ante (editione Aldi p. 167, Casauboni p. 265) Ἀρνάριον, *Arnarium* hunc lucum vocat, ut ita alterutrum locum oporteat corruptum esse.

ÆNEA, civitas condita a Romulo, Æneæ filio, Janiculum posteà dicta, Dionys. Halicarn. lib. 1 p. 59. ¶ 2. *Ænea* urbs alia propinqua Thessalonicæ, Livio auctore lib. 44 cap. 10.

Æneades, Æneis, Æneius, vide sequens *Æneas*.

ÆNĒAS, Αἰνείας, Anchisæ & Veneris filius, Virgilii Carmine notissimus. Genealogiam suam ipse exponit Iliad. Y. v. 208. Constantinus Lascaris ἀπὸ τοῦ αἴνου dictum Æneam putat, id est, à laude, per epenthesin literæ I. Αἰνέας Αἰνείας. Sed in hymno Veneris apud Homerum nominis ejus occasionem & rationem aliam Venus ipsa indicat hoc modo: Τῷ δὲ καὶ Αἰνείας ὄνομ' ἔσσεται, οὕνεκά μ' αἰνὸν
Ἔσχεν ἄχος, ἕνεκα βροτοῦ ἀνέρος ἔμπεσον εὐνῇ.

Hoc est: *Huic autem Æneas nomen erit propterea, quod me gravis cepit dolor, quod mortalis viri incidi in lectum.* Contra tamen Scaliger lib. 3 Poët. cap. 2, *Non est*, inquit, *audiendus Homerus, qui à Venere Æneam quasi αἰνὸν tristiore auspicio scribit appellatum: sed quod ab omni, ut inquit ille, parte laudandus erat. Hoc enim est* αἰνεῖν. Pietas Æneæ in patrem senem, quem humeris sublatum suis ex incendio Trojæ extulit, prædicata à Virgilio amplissimis est laudibus. Ovidius lib. 1 de Ponto eleg. 1

Cum foret Æneæ cervix subjecta parenti,
Dicitur ipsa viro flamma dedisse viam.

Cujusmodi mirum quiddam in Catanæis fratribus, parentes suos ex flammis Ætnæ montis efferentibus, evenisse scripsit Silius l. 14 v. 198.

¶ Ænĕădæ, quantitate mutatâ: ut 3 Æneid. v. 18,

Æneadasque meo nomen de nomine fingo;

Et Æneid. 8 v. 648, *Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant.*

Æneadæ igitur Trojani, & traduces illorum postea Romani, dicti sunt.

¶ Ænĕădes, æ, aut Ænīdes, vocalibus *a* & *e* brevibus in *i* longum conflatis, Iulus vel Ascanius Æneæ filius. Idem lib. 9 Æneid. v. 653,

Atque his ardentem dictis affatur Iulum:
Sit satis, Ænide, telis impune Numanum
Oppetiisse tuis, &c.

¶ Ænēis, idos, vel idis, fœm. Αἰνηΐς, Virgilii de Ænea opus. Ovid. l. 2 Trist. v. 533, *Et tamen ille tuæ felix Æneidos auctor*
Contulit in Tyrios arma virumque toros.

Statius in fine Thebaidos: *Vive precor, nec tu divinam Æneida tenta,*
Sed longe sequere, & vestigia semper adora.

¶ Ænēĭus, quatuor syllab. Ovid. lib. 1 Amor. eleg. 5,

Tityrus, & segetes, Æneiaque arma legentur,
Roma triumphati dum caput orbis erit.

ÆNESIDEMVS, Stoicus Philosophus, Tertulliano memoratus c. 25 de animâ, & inde Lipsio lib. 3 Physiol. Stoic. dissert. 7.

ÆNIGMA, tis, αἴνιγμα, ab αἰνίσσεσθαι, quod est obscure innuere, & velut involucris quibusdam tegere rem; ein rätzel. Cujusmodi fingunt ad Thebas fuisse Sphingis de bipede, tripede, eodemque quadrupede. *Sirpos* vel *scirpos* ænigmata veteres appellâsse, Gell. indicat lib. 12 cap. 6. Ænigmatis speciem Homeri interpres etiam αἶνον fecit; cujusmodi Clearchi illa sunt apud Athen. lib. 10, *Vir, non vir* (Eunuchus) *Avis, non avis* (Vespertilio) *Videns, non videns* (Luscus) *Lapis, nec tamen lapis* (qui pumex est.) Ac ille ipse Clearchus ibidem ænigma definit, πρόβλημα παιστικὸν, προστακτικὸν τοῦ διὰ ζητήσεως εὑρεῖν τῇ διανοίᾳ τὸ προβληθὲν, τιμῆς ἢ ἐπιζημίου χάριν εἰρημένον, *quæstionem ludicram, jubentem, ut per inquisitionem aciæ mentis inveniatur, quod propositum, aut honorarii aut multæ gratia adductum est.* Ænigmata Polluci lib. 6 cap. 19, Κυλίκεια ζητήματα vocantur eo, quod inter pocula proponerentur: quorum hæc conditio, ut solvens aufferret carnis portionem, ignorans exhauriret potionem muriâ mixtam. Augustinus lib. 15 de Trinit. c. 9, *Ænigma*, inquit, *est obscura allegoria.*

¶ 2. Atque hinc quævis alia paullo obscurius tectiusque dicta vel scripta *ænigmata* appellantur. Cicero lib. 7 ad Attic. Ep. 13, *Ænigma Oppiorum de Velia non intellexi: est enim numero Platonis obscurius.* Juvenalis Sat. 8 v. 50, *Vt juris nodos & legum ænigmata solvat.* ¶ Apud Prudentium non semel invenitur pro imagine & figura, &c. ut Hymno 10 Cathemerinôn Exsequiali: *requiret Sua munera fictor & auctor, Propriique ænigmata vultus.* Et Hymn. 2.

Peri-

Peristeph. sive de B. Laurentio v. 118 etiam *argentea ænigmata* legas, pro nummis scilicet notis & imaginibus inscriptis. Adduunt Wouwerius, Ger. Jo. Vossius & alii ex eodem hymno versum 96, quem legunt: *Ænigma nummis inditum*, quod improbat Nicol. Heinsius, consensu librorum veterum firmatus, qui *Nomisma* vel *Numisma* ibi, non Ænigma, habent.

Ænobarbus, vide *Barba*.

ÆNŌNA, civitas Illyrici in Liburnia, nunc *Nona*, & Venetis subjecta. Plin. lib. 3 c. 21.

ÆNUS, Germaniæ fluvius, qui in Danubium infertur, Vindelicos à Noricis discernens. Ptolemæus lib. 2 cap. 11 & 12.

Æolia, Æolides, &c. vide *Æolus*.

ÆŎLUS, Αἴολος, rex Æoliæ, qui rationem ventorum deprehendit: quam ob caussam Poëtæ ipsum ventorum præfidem fecerunt: Polybius apud Strabonem lib. 1. Diodorus Siculus lib. 5 cap. 3. Plinius lib. 3 c. 9, & lib. 7 c. 56. Virgil. lib. 1 v. 145,

Æolus & clauso ventorum carcere regnet.

Ovidius lib. 14 Metam. v. 224,

Æolon Hippotaden cohibentem carcere ventos.

Vbi Hippotades ab Acesta seu Sergesta matre filia Hippotæ Trojani dicitur. ¶ 2. Æolus rex Tuscorum, filiæ stupratæ ensem misit, quo se interfecit, idemque paulo post auctor stupri Macarius fecit. Plutarch. in Parall. num. 28.

¶ ÆŎLIA, Æoli insula ad Siciliam; de qua paulo ante Virgil. 1 Æneid. v. 54, *Talia flammato secum Dea corde volutans,*
Nimborum in patriam, loca fœta furentibus Austris,
Æoliam venit: hic vasto rex Æolus antro, &c.

¶ Æŏliæ & Æŏlides, insulæ sunt inter Italiam & Siciliam, quas Græci *Hephæstiades*, ἡφαιστιάδας, Latini *Vulcanias* appellant: ignes enim evomuerunt, quemadmodum Ætna; à quo meatus subterraneos ad eas usque insulas protendi creditum fuit. *Æolias* Diodorus septem, Servius novem numerat. Præfuit autem illis post *Liparum*, Ausonis regis filium, *Æolus* Hippotæ filius, a quo nomen retinuêre. Servius ad Æneid. 1 v. 52.

¶ Æŏlĭdes, Æoli filius. Ovid. lib. 9 Metam. v. 506

At non Æolidæ thalamos timuere sororum.

Et lib. 13 v. 26 *Æoliden saxum grave Sisyphon urget.*

Sisyphus enim filius Æoli. Sed his etiam scomma in Vlyssen inest, ut nunc dicemus. ¶ 2. Æolides etiam per crimen Vlysses vocatur, tanquam stupro ex Æolo conceptus. Virg. Æn. 6 v. 29,

Hortatur scelerum Æolides,

ubi Servium legas. Hinc est, quod Ajax in eundem dicto l. 13 Metamorph. v. 31 *quid sanguine cretus Sisyphio?*

¶ 3. *Æolides* tubicen apud Virgil. 6 Æn. v. 164

Misenum Æoliden, quo non præstantior alter,
Ære ciere viros, &c. *Æoli is* [inquit Servius] *filius fuisse dicitur, quia vento creari sonos constat.*

¶ Æŏlis vel Æŏlia, regio Græciæ Asiaticæ inter Ioniam & Troada; Mela lib. 1 c. 2 *Ionia, Æolis, Troas*. Ab hac *dialectus Æolica*, quæ Ionicæ dialecto proxima est; & *digamma Æolicum* apud Quintil. libro 1 cap. 4.

¶ Æŏlĭcus, Æŏlius, ut, *puella Æolia* pro Sappho, apud Horat. lib. 4 Carm. od. 9. Lesbon enim, ex qua fuit Sappho, in Æolia est, aut proxima Æoliæ insula. *Lyra Æolia*, apud Ovid. in epist. 15 Heroid. v. 200. Sic rursus Horatius lib. 4 od. 3,

Fingent Æolio carmine nobilem,

h. e. Lyrico, quod Alcæus poëta Lyricus, quem Horatius imitatus est, Æolica dialecto usus sit. *Gens Æolica*, Plin. 6 c. 2.

ÆPĔA sive Æpeia, urbs Messeniæ Straboni; Laconiæ Stephano, forte in utriusque confinio sita, & quidem in edito monte, quia αἰπὺς, *altus*, origo nominis est. Hæc eadem, quæ *Thuria* post dicta fuit. Vide Strab. lib. 8 p. 249. ¶ Est & Cypri urbs *Æpeia*, de qua Plutarchus in Solone: & alia Cretæ apud Byzantium Stephanum, urbium & populorum scriptorem.

¶ Est & *Æpy* diversum oppidum Peloponnesi, Stephano in Messenia; Straboni (p. 241) in Elide aliud, de quo etiam Statius Theb. 4 v. 180.

ÆPOLIUM, Sarmatiæ Europææ urbs, circa fluvios Tyram & Istrum. Plin. lib. 4 cap. 12.

Æpy opp. vide paullo ante in *Æpea*.

ÆPȲTUS, Messeniorum rex, educatus in Arcadia apud maternum avum Cypselum, regnum paternum cæde Polyphontis recuperavit. Apollodor. lib. 2 extremo, ubi quidam Αἴγυπτος legunt, sed Pausanias Messen. p. 113 Gr. Αἴπυτος.

¶ Æpytidæ appellati sunt reges Messeniorum ab illo Æpyto. Pausan. in Messen.

¶ Æpytius, adject. *Æpytios agros* dixit Statius lib. 4 Theb. v. 296.

Aquævus Æqualis, &c. æquianimus, æque, vide *ævum*, *æquus*.

ÆQUI, orum: Veteris Latii gens, *pervicacissimi*, ut Flori verba sunt, *& quotidiani Romanorum hostes*, lib. 1 cap. 11. Meminit & Livius aliique. Forte iidem qui Plinio *Æquiculi*, & *Æquiculani*: Virgilio *Æquicoli*. Nam lib. 7 Æneid. v. 746,

Horrida præcipue cui gens, assuetaque multo
Venatu nemorum, duris Æquicola glebis,
Armati terram exercent,

¶ Æquicus, quod Æquorum est. *Æquicum bellum*, Livius lib. 10 cap. 1. ut Gronovius emendavit.

Æquidies, Æquidialis, Æquilibrium, Æquilibris, &c. æquinoctium, &c. æquiparare, &c. æquipar, æquipollentia, æquipollere, æquivalere, æquivocum, æquitas, æquævus, æquo, æquatio, æquamentum, æquator, æquabilis, ejusque derivata vide in *æquus*.

Æquipondium, vide in *Pondo*.

Æquor, quære post *Æquus*, ejusque derivata.

ÆQUUS, æquatus, planus, ἰσόπεδος, eben, flach, gleich: unde & *Æquor* est, de quo infra. Cicero pro Cæcina c. 17, *Æquus & planus locus*, ein gleicher ebener ort. Tacitus Agric. cap. 35, *Vt primum agmen æquo, ceteri per acclive jugum connexi velut insurgerent.* Et sc. seq. *qui in æquo obstiterant*, hoc est in plano. Ita & usus lib. 4 Hist. cap. 23 pr. *Pars castrorum in collem leniter adsurgens; pars æquo adibatur.* Et Seneca Ep. 94, *Multi inveniuntur, qui æquum arcibus aggere attollant, & muros in miram altitudinem adductos arietibus ac machinis quassent.* ¶ Hinc *Æquus animus* est, qui sibi semper constat, & nec exasperatur ulla re, sive attollitur; nec dejicitur etiam: hoc est, moderatus, placidus, quietus: qui, quicquid accidit, in bonam partem accipit, leniterque fert. Cicero de Senectute cap. 23, *Quid quod sapientissimus quisque æquissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo?* Livius 23 cap. 22, *Eam sententiam haud æquioribus animis, quam ipsorum quondam postulatum Latinorum, patres audierunt.* Plautus Rudente a. 2 sc. 3 v. 71, *Animus æquus optimum est ærumnæ condimentum.* Hor. lib. 1 Epist. 11 extr. *quod petis, hic est,*
Est Vlubris, animus si te non deficit æquus.

¶ 2. Æqualis, ἴσος, ὁμαλὸς, gleich, gantz gleich, ubi paria omnia sunt, nec quicquam aut præponderat, aut plus est. Terent. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 11, *o Thais, Thais, utinam esset mihi*
Pars æqua amoris tecum, id est, utinam pari conditione amaremus inter nos: nec ego pejus haberem, quam tu haberes. Virgilius lib. 12 v. 230, *numerone an viribus æqui Non sumus?* Sic, *æquo & pari jure vivere cum aliquo*, Cic. 1 Offic. c. 34. *Æquo Marte pugnare*, Curtius 4 cap. 15, 29. also streiten, daß man noch nicht weiß, wer gewinnen wird.

¶ 3. Et quia id justum est, cum suum cuique tribuitur, & contra juris rationem nec demitur aliquid, neque adjicitur, atque sic maxime servatur æqualitas; ideo & *æquus* justus, sive δίκαιος est. billich, recht. Cicer. lib. 3 de Fin. cap. 2, *æquissimus æstimator & judex.* Sic *magistratus æquus*, apud eundem pro Quint. cap. 2. *Æqua lex* pro Corn. Balbo cap. 27. Sic *æquum dicere, facere, postulare* apud Terent. was billich und recht, reden, thun, begehren. Pompejus ad Domitium (8. Att. ep. 12, subjecta est) *Æquum est, me abs te impetrare*, &c. ¶ 4. Aliquando *æquum* & absolute pro *æquitate* ponitur: billigkeit. Virgil. 2. Æn. v. 427, *& servantissimus æqui.* Horatius 1 satyr. 3 v. 98, *justi prope mater & æqui.* Sic *cultor æqui*: *Contemtor æqui*, apud Ovidium Metam. 5 v. 100, & 3 Fast. 49. ¶ 5. Et *æquus* ἐπιεικὴς, πρᾷος, i. e. lenis, benignus, bonus: gnädig, gütig, fromm, qui ignoscit ac condonat plura, atque ut ille Terentianus Mitio, non necesse habet, omnia pro suo jure agere, atque libenter adeo in aliis statuit, quod sibi fieri postulet: quemadmodum contra immitis ac durus *iniquus* est. Hinc *æquitas*, & clementia, lenitas, de qua infra. Et istâ de caussâ *æquum & bonum* passim conjunguntur, modo cum copula, modo sine illa. Plautus Menæchmis a. 4 sc. 2 v. 10, *Qui neque leges, neque æquum bonum unquam colunt.* Terent. Heaut. a. 4 scen. 1 v. 27, *Qui neque jus, neque bonum atque æquum sciunt.* Vbi nota hæc ab jure & legibus separari: nam qui his rigide utitur, is æquus & bonus non est. ¶ 6. Sic *æqui bonique facere*, apud Terentium, est in meliorem partem accipere: wohl auffnehmen, in allem guten vermercken, Heaut. act. 4 sc. 5 v. 20. Livius lib. 34 cap. 22 extr. *Cæterum si nos nec cura civitatis, nec exemplum, nec periculum movet, ne serpat latius contagio ejus mali, nos æqui bonique facimus.* Cic. ad Attic. lib. 7 epist. 7, *Animus meus totum istud æqui bonique facit.* ¶ 7. Hanc bonitatem autem sive æquitatem exercere, quia benevoli maxime atque amici hominis est, idcirco *æquus* non raro pro amico faventeque atque propitio accipitur. Virgilius 4 Æneid. v. 372, *Nec Saturnius hæc oculis pater adspicit æquis.* Sic *æquo animo attendere* apud Terent. Prol. Hecyræ, *benevolo* est. Virg. in 6 v. 129, *Pauci quos æquus amavit*
Jupiter, atque ardens evexit ad æthera virtus.

Horat. Serm. lib. 2 Sat. 1 v. 70,

Scilicet uni æquus virtuti atque ejus amicis.

Sic *æqui & iniqui*; amici & inimici; sive benevoli & infesti sunt: freund und feind. Sallustius ad Cæsar. de ordinandâ Rep. *Atque hæc ita sese habere, tametsi omnes æqui atque iniqui memorent; tamen cum factione nobilitatis haud mediocriter certandum est.* Columella de Horto v. 21, *Nec manibus mites ferulæ, nec cruribus æqui Terga rubi. Nec æqui*, id est, nihil amici, sed infesti & noxii, quod pungat.

¶ Peræquus. Cic. lib. 4. in Verrem c. 21, peræqua conditione.

¶ Æque, adverb. pariter, æqualiter, juste. gleich, eben so, recht. Terentius Hecyr. a. 2 sc. 1 v. 2, *Vt omnes mulieres eadem æque studeant nolintque omnia.* Seneca in Medea v. 199, *Qui statuit aliquid, parte inauditâ alterâ, æque licet statuerit, haud æquus fuit.* Quanquam in quibusdam libris legatur, *Æquum.* ¶ 2. Venustum autem & familiare Latinis auctoribus pro *tam*, aut *adeò*. Terent. Phorm. a 3 sc. 3, *Nihil est æque quod faciam libens. Æque libens*, i. e. tam libens, so gerne. Nonnunquam hac notione & eleganter cum particulis, *ac*, *atque*, *quam* jungitur. *Carus mihi æque es, ac fuisti patri*, Cic. 2 epist. 2, h. e. tam carus, quàm &c. Terent. in And. a. 4 sc. 2 v. 19, *Quis miser æque atque ego?* Cicero Divin. in Verr. c. 3, *Populus Rom. nihil æque in republica, atque illam veterem judiciorum vim gravitatemque requirit.* Sueton. Augusto cap. 64, *Nihil æque laboravit, quam ut imitarentur chirographum suum.* ¶ Æque, æque ac si, æque ut, i. e. similiter, ex æquo. Plautus Asin. a. 2 sc. 2 v. 66,

Adverte animum, ut æque mecum hæc scias.

Cic. pro Domo c. 11, *Pompejus æque ut unusquisque vestrûm pro salute meâ laboravit.* Cic. lib. 13 epist. 18, *Id utrique nostrum æque gratum est.* Tacitus etiam hoc sensu geminavit, in vit. Agricolæ cap. 15, *æque discordiam præpositorum, æque concordiam subjectis exitiosam.*

¶ Adæque, gleich viel, eben gleich. Liv. 4 c. 43, *Quemadmodum tribunis consulari potestate creandis usi sunt, adæque in quæstoribus liberum esset arbitrium populi.* Plautus Casin. 3 sc. 5 v. 45, *amator adæque miser*: & act. 5 sc. 1 v. 3, *nunquam ullo die risi adæque.*

¶ Peræque, gleich viel, eben so viel. Corn. Nep. Attico c. 13. n. 6, *Scimus non amplius, quam terna millia æris, peræque in singulos menses, ex ephemeride eum expensum sumtui ferre solitum.*

¶ Æquanimus, a, um, qui æqui animi est. gedultig, sanfftmüthig. Ausonius principio Ludi Sapientum: *Æquanimus fiam te judice.*

¶ Æquanimis, idem. Vetus Onomast. *Æquanimis*, εὐγνώμων.

¶ Æquanimitas, animi æquitas, perpetua quædam tolerantia & liberalitas,

litas, qua libenter ignoſcimus, & omnia æqui bonique facimus. ſanfftmüthigkeit, gutwilligkeit. Terent. in prologo Phormion. *Bonitasque veſtra adjutans atque æquanimitas*, id eſt, benevolentia, favor. Et Prol. Adelph. extr. *facite, æquanimitas*
Veſtra poëtæ ad ſcribendum augeat induſtriam.
Contrario vitio laborant, de quibus ipſo initio Prologi loquitur, quos *iniquos* vocat: *Poſtquam poëta ſenſit, ſcripturam ſuam*
Ab iniquis obſervari, & adverſarios
Rapere in pejorem partem.
Apud Tertullian. de Patientia c.2, *canina æquanimitas*, eſt Cynica tolerantia, ſeu patientia.
¶ Æquanimiter, id eſt æquo animo, apud poſterioris ætatis ſcriptores frequens. Sulpicius Severus Dialogo 1 cap. 14 [Vorſtio cap. 21] *pauca hæc tua verba ſi æquanimiter acceperint.* Macrobius 2 Saturn. c. 4, *Auguſtus æquanimiter aliqua etiam jocis mordaciora pertulit.* Ammianus 19 cap. 21, *æquanimiter venturam operiens ſortem.*
¶ Æquidies, ut æquinoctium, in Archithrenio:
Æquator ſolem ſtatione reflectit
Æquidiemque facit, hoc eſt, æquinoctium, quod a die etiam Græci *ἰσημερίαν* dicunt. Vet. Gloſſ. *ἰσημερία Æqua dies.*
¶ Æquidialis, adject. Feſtus Pompejus: *Æquidiale apud antiquos dictum eſt, quod nunc dicimus Æquinoctiale.* Gloſſ. Vet. *Æquidialis, ἰσήμερος.*
¶ Æquilatatio, æquabilis diductio. Vitruvius lib. 9 c. 8, *diducto circino ad lineam planitiæ æquilatatio ſignetur.*
¶ Æquilibrium, exacta æqualitas, cùm neutra pars libræ præponderat, das inſtehende gewicht. Vet. Gl. *Æquilibrium, ἰσοσταθμία.* Senec. 3 Quæſt. Nat. cap. 25, & Gell. 20 cap. 1 uſi ſunt.
¶ Æquilibris, e, apud Vitruv. lib. 5 cap. 12. Vet. Gl. *ἰσόρροπος, æquilibris*, gleichwichtig.
¶ Æquilibritas, *ἰσονομία*, Ciceroni lib. 1 de nat. Deorum cap. 39.
¶ Æquilibratus, particip. Tertull. adv. Hermogen. c. 41, *æquilibrato impetu ferebatur.*
¶ Æquimanus, qui utraque manu æque bene utitur, vide infra in *Manus.*
¶ Æquinoctium, tempus æquinoctiale, wenn tag und nacht gleich iſt. Cæſar 4 Bell. Gall. cap. 36, *propinqua die æquinoctii*: & lib. 5 cap. 23, *æquinoctium ſuberat.* Livius 31 c. 47 pr. *Jam autumnale æquinoctium inſtabat.* Nam Æquinoctia duo ſunt, vernum & autumnale. Cicero in Arateis: *In quo autumnali, atque iterum ſol lumine verno,*
Exæquat ſpatium lucis cum tempore noctis.
¶ Æquinoctialis, quod ad æquinoctium pertinet. Plin. 17 cap. 9 extr. *ab occaſu æquinoctiali.* Seneca lib. 3 Quæſt. Nat. c. 28, *æſtus* [maris] *æquinoctialis*, hoc eſt circa æquinoctium. Etiam deſcriptioni locorum inſervit. Plin. lib. 2 cap. 47, *Ab oriente æquinoctiali Subſolanus: ab occaſu æquinoctiali Favonius.* ¶ Aſtronomis *Æquinoctialis* linea vel circulus eſt Æquator, mundum in æquales partes dividens.
¶ Æquiparare, (quod & *Æquiperare* ſcribunt, vocali ſecunda) idem quod æquare, vel æque parem facere, gleich machen. Ennius apud Cicer. in Tuſcul. lib. 5 cap. 17, *Nemo eſt, qui factis me æquiparare queat.* Nepos in Alcibiade ſub fin. *Vt nemo eum labore corporiſque viribus poſſet æquiparare.* Virg. Daphnide: *Nec calamis ſolum æquiparas, ſed voce magiſtrum.* Vet. Gl. *Æquiperas, ἐξισοῖς.* ¶ 2. Pro *Comparare*, vergleichen. Plautus Milite a. 1 ſc. 1 v. 11, *Mars haud auſit dicere: Neque æquiparare virtutes ſuas ad tuas.* Sic *æquiparare aliquid alicui.* Livius lib. 5 c. 23 de Camilli triumpho: *Jovis Soliſque equis æquiparari dictatorem, in religionem etiam trahebant.*
¶ Æquiparabilis, e, vergleichlich. Plautus Curc. a. 1 ſc. 3 v. 12, *Quid videbis diis magis æquiparabile?* Prudent. Hamatt. v. 79,
Non conferre Deo, velut æquiparabile quidquam
Auſim. hoc eſt, quod Deo æquari poſſit.
¶ Æquiparatio, vergleichung. Gellius lib. 5 cap. 5, *Rex de numero exercitus ſui, ac de æquiparatione æſtimanda quæſierat.*
¶ Æquipar, ut Compar, unde *æquipares partes* Auſonio in Monoſyll. ſunt. Vide in *Par.*
¶ Æquipollentiam (*ἰσοδυναμίαν*) propoſitionum quid vocent Dialectici, apud ipſos dicendum eſt, quibus vox minus Latina relinquitur, nec non ipſum verbum *æquipollere.*
¶ Æquipondium, *σφήκωμα, σήκωμα*, quod æquat pondera. ein gewichte, das gleicher ſchwere. Legitur apud Vitruvium lib. 10 c. 8.
¶ Æquivalere, gleich gelten, gleich viel ſeyn. Auctor carminis de Philomela: *Nam quamvis aliæ volucres modulamina tentent:*
Nulla poteſt numeris æquivalere ſuis.
¶ Æquivocum nomen Grammatici *ὁμώνυμον* dicunt, nomen ſcilicet unum, ſignificans res plures diverſas: ut, *teſtula, gallus*, &c.
¶ Æquitas, æqualitas, paritaſque in rebus. gleichheit. Seneca lib. 3 Nat. Quæſt. cap. 10, *Et natura partes ſuas, velut in ponderibus conſtitutas examinat, ne portionum æquitate turbatâ mundus præponderet.* Sic *æquitatem membrorum* Sueton. dixit Auguſt. cap. 79, quæ juſta magnitudine ſibi invicem reſpondiſſe ſignificat. ¶ 2. Æqui & boni ratio: quæ de jure interdum aliquid remittit, ſeu jus mitigat, *ἐπιείκεια*, die billichkeit. Et ſæpe ipſum *juſtitiæ* vocabulum pro *æquitate*, hoc eſt, lenitate ac clementia ponitur. Nepos Ariſtide cap. 2, *Ejus æquitate factum eſt, cùm in communi claſſe eſſet Græciæ ſimul cum Pauſania, quo duce Mardonius erat fugatus, ut ſumma imperii maritimi transferretur ad Athenienſes. Namque ante id tempus & mari & terra duces erant Lacedæmonii: tum autem & intemperantia Pauſaniæ, & juſtitia factum eſt Ariſtidis, ut omnes civitates Græciæ ad Athenienſium ſocietatem ſe applicarent.* Quo loco vides *juſtitiam* appellari, quam ante *æquitatem* vocaverat: eamque *intemperantiæ*, hoc eſt, impotentiæ, ſævitiæ, atque ſuperbiæ opponi. Salluſtii Catilina cap. 9 verba ſunt: *Duabus his artibus, audacia in bello; ubi pax evenerat, æquitate, ſeque remque publicam curabant.* Vbi ſimiliter *æquitas* manſuetudo atque clementia eſt. Quod clare indicant, quæ ſequuntur, & interpretis vice ſunt: *in pace verò*, inquit, *[quod beneficiis magis, quàm metu, imperium agitabant* (loquitur de iisdem Romanis, de quibus ſupra dicere cœperat) *& acceptas injurias ignoſcere, quam perſequi, malebant.* Quare & *Æquitas* eſt, qua quis ſe æquat aliis, non ſupra eos ſe effert. ¶ 3. Sic *æquitas* etiam dicitur ille habitus animi, quo mediocria concupiſcit aliquis, & acquieſcens præſentibus tranquille ſe gerit. Nepos Thraſybulo cap. 4, *Bene ergò Pittacus ille, qui ſeptem ſapientum numero eſt habitus, cùm ei Mitylenæi multa millia jugerum agri muneri darent: nolite, rogo vos, inquit, mihi dare, quod multi invideant, plures etiam concupiſcant: quare ex iſtis nolo amplius, quàm centum jugera, quæ & meam animi æquitatem, & veſtram voluntatem indicent.* Cicero Orat. in Rullum in Senatu cap. 5, *Et ſi ego ejus æquitatem animi probè novi, vendet non invitus.* In de Senectute cum *moderatione* conjunxit, ipſo principio ſtatim: *Quamquam, inquit, certò ſcio, non, ut Flaminium,*
Sollicitari te, Tite, ſic noctesque dieſque;
Novi enim moderationem animi tui & æquitatem.
¶ Iniquus, a, um, *ἀνώμαλος*, non planus, ungleich, uneben. Vt *locus iniquus*, i. e. editus arduuſque. Livius lib. 2 cap. 31, *Cum Æquis poſt aliquanto pugnatum eſt: invito conſule: quia loco iniquo ſubeundum erat ad hoſtes.* Supra autem cap. 30 dixerat: *Ceſſere Æqui campis: locoque magis quàm armis freti, ſummis ſe jugis montium tutabantur.* Quare *iniquus locus* eſt, qui attollitur in montes & juga, & itaque adſcenſu difficilis eſt; quare & *adſcenſum iniquum*, pro laborioſo ac difficili idem 28 cap. 16 dixit: *Iniquiſſimum locum* Cæſar lib. 2 Gall. cap. 27 extr. ¶ 2. Impar. Virgilius lib. 10 v. 889, *pugna congreſſus iniquâ*, i. e. impari. Salluſtius Jugurtha cap. 54, *Præterea iniquum ſibi certamen cum hoſtibus: minore detrimento illos vinci, quàm ſuos vincere.* Nam ita legendum ibi eſſe, non *inimicum certamen*, ut editur vulgo, illa ſatis evincunt, quæ ſequuntur. Quare *iniquum certamen* eſt, ein ungleicher kampff, darbey man mehr einbüſſen als gewinnen kan. ¶ 3. Iniquum & dicitur, quicquid laborem magnum ac difficultatem habet: Sic *paludem iniquam* Tacitus, quæ eluctatu difficilis, 1 Ann. cap. 63; *iniquum defenſantibus agmen*, quod difficulter tueri licet, 2 Ann. cap. 5 dixit. ¶ 4. Iniquus, *ἄδικος* eſt, unbillich, ungerecht. Horatius lib. 1 Serm. Sat. 3 v. 67, *legem ſancimus iniquam.* Sic *judex iniquus*, Ovid. 13 Metam. v. 190. ¶ 5. Et quia injuſti & iniqui homines nunquam id ſunt, quod ſunt, ſine aliorum injuria ac noxa; idcirco, *iniquus*, etiam pro infeſto, noxio, inimico, acerbo, duro ponitur. Virgil. lib. 10 Æneid. v. 7, *animis certatis iniquis.* Horat. l. 2 Serm. Sat. 7 v. 14, *Vertumnis, quotquot ſunt, natus iniquis.* Qui ſimiliter & *iniquos penates, iniquum littus, iniqua caſtra* pro inimicis alibi dixit. *Iniquos ſermones*, pro obtrectationibus ſive malevolis ſermonibus Cicero dixit lib. 1 ad Lentulum Ep. 9. Etiam ſubſtantive hoc ſenſu, ut Inimicus. Cic. lib. 11 epiſt. 27 ſect. 18 *me a te contra iniquos meos ſolere defendi.* ¶ 6. Iniquum etiam dicitur, quod aut juſtum modum non habet, & brevius arctiuſque eſt, quàm par erat; aut eum excedit, & nimium eſt, was zu groß oder zu klein iſt. Virgil. l. 4 Georg. v. 147 *Verum hæc ipſe equidem ſpatiis excluſus iniquis*
Prætereo. id eſt, juſto anguſtioribus. Vide ibi Servium. Idem lib. 1 Georgicorum v. 164, *iniquo pondere raſtri*, nimium magno pondere, quâ ratione etiam *injuſtum faſcem* dixit lib. 3 Georg. v. 347,
Non ſecus ac patriis acer Romanus in armis
Injuſto ſub faſce viam cum carpit,
quod Servius *ſub magno onere* interpretatur. Val. Flaccus lib. 3 v. 486, *Hæres Hylas lateri, greſſuſque moratur iniquos.* Idem *iniquum merum* dixit, nimirum, plus juſto hauſtum, lib. 3 v. 65. Q. Serenus Sammonicus de Medicina Carm. 38,
Ennius ipſe pater dum pocula ſiccat iniqua.
Iniqua, id eſt majora, quam per quæ ſobrio eſſe licet; quæque ægre educas.
¶ Periniquus, ſehr unbillig. *Periniquo pati animo*, Cicer. 12 epiſt. 18, i. e. valde iniquo, ſehr übel mit etwas zu frieden ſeyn.
¶ Iniquè, adverb. ungleich, unbillig. Terentius Hecyræ Prol. v. 54, *Ne eum circumventum inique iniqui irrideant.* Idem Adelph. 2 ſc. 2 v. 3, *Nunquam vidi iniquius concertationem comparatam.* Cic. pro Cluent. c. 21 pt. *Hoc prope iniquiſſime comparatum eſt, quòd* &c.
¶ Iniquitas, ut *loci iniquitas*, uneben und ungelegenheit des orts, Liv. 21 cap. 33 & Cæſar 3 Gall. c. 2. ¶ Et *iniquitas* improbitas, injuria. Plin. lib. 12 cap. 19, *ob iniquitatem præpotentium.* ¶ *Temporum iniquitas*, difficultas, Cicer. pro Roſc. Am. c. 1.
¶ Æquævus, vide *Ævum.*
¶ Æquare, eſt exæquare & complanare, eben und gleich machen. Virgil. 1 Georg. v. 178, *Area cumprimis ingenti æquanda cylindro.* ¶ 2. *Pariare*; ut *æquare vela*, id eſt, ſiniſtrum & dextrum velum æqualiter tendere. Virgilius 4 Æn. v. 587, *Vidit & æquatis claſſem procedere velis*: id eſt, *proſpero curſu*, ut Servius interpretatur. Curtius 6 cap. 6 n. 29 *ſtipitibus cumulatis faſtigium montis æquatum eſt.* *Æquare frontes*, militare verbum eſt: vide *Frons.* ¶ 3. *Æquari & conferri cum aliquo*, Cic. 3 in Verr cap. 8, mit einem verglichen werden. ¶ 4. *Æquare ſolo urbes, domos, turres*, id eſt, ad ſuperficiem uſque terræ diruere, ſchleiffen, der erde gleich machen. Livius lib. 24 cap. 47, *Romæ fœdum incendium per duas noctes ac diem unum tenuit: ſolo æquata omnia inter Salinas ac portam Carmentalem.* Vellej. Paterculus 2 cap. 4, *Scipio Numantiam exciſam æquavit ſolo.*
¶ Æquatio, vergleichung, Cic. 2 offic. cap. 21, *æquatio bonorum.* Livius 34, 31 extr. *æquatio fortunæ & dignitatis.*
¶ Æquamentum idem, in vet. Gloſſ. & explicatur per *ἰσότης.*
¶ Æquator, idem qui Æquinoctialis circulus, in cujus medio Sol dies noctibus æquales facit. Vid. *Aſtron.*
¶ Æquabilis, & hoc æquabile, gleich oder gleichförmig: ut *Æquabile genus orationis*, id eſt, ubique ſui ſimile. Cic. 1 Off. cap. 1. ¶ 2. Nonnunquam idem quod æquale, ut, *æquabilis prædæ partitio*, eine gleiche theilung der beute, Cicer. 2 Offic. cap. 11.
¶ Æquabilitas, *ἰσονομία*, gleichförmigkeit. ut *Æquabilitas orationis*: & Cic. in Offic. lib. 1, c. 26, *Præclara eſt æquabilitas in omni vita, & idem ſemper vultus, eademque frons.* Ciceroni dicitur, *quæ ſe cum ceteris coæquat*, Lactantio lib. 5 Inſt. div. cap. 14 auctore, quem vide.

¶ Æquabiliter, adverb. gleichförmig. Cicer. 2 Offic. cap. 11, *nisi æquabiliter prædam dispertiat.* Aliàs idem quod *æqualiter*, ut Cic. pro Milone c. 28 pr. *æquabiliter in remp. in privatos, in longinquos, in propinquos, in alienos, in suos irruebat.*

¶ Inæquabilis, ungleich. *Inæquabilis varietas*, Cic. Partit. c. 4.

¶ Inæquabiliter, ungleich. Varro R. R. lib. 3 c. 9, *Ova inæquabiliter maturescunt.*

¶ Inæquabilitas, ungleichheit. Arnob. lib. 2 p. 81, *Elementorum inæquabilitas.*

¶ Adæquare; ut *adæquare solo*, apud Livium lib. 1 c. 29, idem quod *æquare solo*, de quo supra, gleich machen.

¶ Adæquatio, actio adæquandi. gleichmachung. Tertullianus ad Nation. lib. 1 cap. 1, *Deficit adæquatio comparationis istius.* Add. eod. lib. c. 15.

¶ Coæquare. Sallust. Cat. cap. 20, *Coæquare montes.* Colum. 1 cap. 3 *coæquare sulcos*, zusammen gleich machen.

¶ Coæqualis. Colum. lib. 8 cap. 14, *in gregem coæqualium compelli-tur.* mit-gleich, andern gleich.

¶ Coæquus, idem. Plin. lib. 6 cap. 29, *Pars coæqua in commerciis.*

¶ Exæquare, durchaus gleich machen. Cic. 4 ad Attic. ep. 15, *Pecunia omnium dignitatem exæquat.* Idem de Amicit. cap. 20 pr. *Qui sunt in amicitiæ conjunctionisque necessitudine superiores, exæquare se cum inferioribus debent.*

¶ Exæquatio, gleichmachung. Livius lib. 34 cap. 4, *Hanc ipsam exæquationem non fero*, quam antea dixerat *æquatum omnium cultum.*

¶ Inæquare, idem quod æquare, aut intrinsecus æquare, von innen gleich machen. Cæsar 1 Civ. B. cap. 27, *Hæc levibus cratibus terraque inæquat.*

¶ At *Inæquatus* est etiam non æquatus, inæqualis, ungleich, uneben, ut apud Tibullum Panegyrico Messalæ v. 43, *inæquatum onus* libræ, quando lanx altera depressior est, & libra instabilis fertur.

¶ Peræquare, Colum. 3 cap. 9, *denas amphoras peræquarent.*

¶ Peræquator, censitor. vide infra in *Censitor.* Vetus inscriptio apud Gruterum p. 361 n. 1 PERAEQVATORI CENSVS PROVINCIAE GALLECIAE.

¶ Peræquatio, ut *Temporum peræquatio*, Solinus cap. 1 (al. c. 3) ut quidem Salmasius legit: nam vulgatum est *adæquatio.* Tertullianus 4 adv. Marc. c. 29, *similitudinum peræquatio.* Adde eund. adv. Valentin. c. 12.

¶ Æqualis, persimilis, par, gleich, gantz gleich. Cic. 1 de Orat. c. 18, *Virtutes inter se sunt æquales & pares.* Idem Paradoxo 3, *æqualia esse peccata.* ¶ 2. Æqualis, est ejusdem ætatis & temporis; sive Æquales, qui eodem tempore vivunt. gleich von jahren, zeit und alterthum. Nepos Attic. c. 8, *Sic M. Bruto usus est, ut nullo ille adolescens æquali familiarius, quàm hoc sene.* Cic. in Oratore c. 30, *Demosthenes maximos oratores habuit æquales.* ¶ 3. Etiam ad tempus ita refertur, ut æquales sint, qui simul intercidunt. Livius lib. 28 cap. 28, *Ne istuc Jupiter O. M. sierit, urbem auspicato Diis auctoribus in æternum conditam fragili huic* (meo, loquebatur autem Scipio,) *& mortali corpori æqualem esse.*

¶ Æqualitas, gleichheit. *Similitudo æqualitasque verborum*, Cicero Partit. cap. 6. *Æqualitas fraterna*, Idem pro Ligar. c. 12. *Æqualitas non parit bellum*, Solonis apophthegma, auctore Plutarcho, τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ, gleich und gleich verträgt sich am besten mit einander.

¶ Æqualiter, adverb. gleichlich. Cicer. 5 in Verr. cap. 70, *frumentum civitatibus æqualiter distributum.* Idem pro Mil. c. 29, *in communi odio pene æqualiter versatur odium meum.*

¶ Inæqualis, ungleich. *Inæquales autumni*, Ovid. 1 Metam. v. 117. *Inæquales mensæ*, Martial. lib. 1 Epigr. 56. *Inæqualissimarum rerum sortes*, Suet. Aug. cap. 75. *Nihil est ipsa æqualitate inæqualius*, Plinius lib. 9 epist. 5 puta, si discrimen dignitatum, ut omnes æquales sint, auferatur.

¶ Inæqualitas. ungleichheit. Columella 3 c. 12, *Opus est inter has tam diversas inæqualitates magno temperamento.*

¶ Inæqualiter, adverb. ungleichlich. Livius 37 cap. 53, *inæqualiter alios deprimere, alios præter modum extollere.* Vsus est etiam Celsus l. 2 cap. 6, & Seneca Epist. 28.

ÆQVOR, planicies, eine ebene, oder eben feld. Cicer. lib. 1 de Divin. cap. 42, *Babylonii in camporum patentium æquoribus habitant.* Virgil. Æneid. 5 v. 456, *Præcipitemque Daren ardens agit æquore toto*, id est circo, pedestris certaminis campo, quemadmodum lib. 7 v. 781 idem poeta: *æquore campi Exercebat equos.* ¶ Hinc a planicie *æquor* appellamus mare, die see, ut *æquor Atlanticum*, Horat. lib. 1 Oda 31; *Spumosum æquor*, Lucan. 2 v. 627. *Surgunt æquora*, hoc est, fluctus attolluntur, Virg. Æn. 3 v. 196. Et cum apposito Maris vocabulo, ut *vastum maris æquor*, Æneid. 2 v. 780. *Æquora ponti*, Georgic. 1 v. 469. quæ satis arguunt, synecdochen esse, cum *æquor* mare significat.

¶ Æquoreus, marinus. zum meer gehörig, ut *genus æquoreum*, pisces, 3 Georg. v. 243. *Æquoreus rex*, id est Neptunus, Ovid. 8 Metam. v. 606. *Æquoreæ Nereo genitore puellæ*, quæ Nereides nymphæ sunt, Propert. 3 Eleg. 6.

ĀER, ἀήρ, ab ἄημι, spiro, die lufft. Cicero de nat. Deor. lib. 2 cap. 36, *Animalis spirabilisque natura, cui nomen est aër.* Vbi periphrasin adhibet, quasi fugiens vocem græcam, cui non haberet latinam respondentem. Ita Quintilianus *circumfusum nobis spiritum* pro aëre dixit lib. 12 cap. 2. *Aqua*, inquit, *piscibus, sicca terrenis, circumfusus nobis spiritus volucribus convenit.* Rursum Cicero 1 Acad. Quæst. c. 7, *Aër, (utimur enim pro latino) ignis, & aqua, & terra prima sunt.*

¶ *In aëre piscari*, est stulta conari & præpostera. Plaut. in Asin. a. 1 sc. 1, v. 86, *In aëre piscari, & in mari venari rete jaculo.* ¶ Item pro aëris qualitate aut constitutione: ut, *temperatus aër*, temperirt wetter. *Purus & tenuis aër*, Cicer. de Nat. Deor. lib. 2 cap. 16. Et Ovid. 2 Art. am. v. 315. 318,

Sæpe sub autumno, cùm formosissimus annus,
Aëre non certo corpora languor habet.

¶ 2. Aër, pro nebula: Valer. Flaccus lib. 5 v. 399,

Ille autem inceptum famula duce protinus urget,
Aëre septus iter: patitur nec regia cerni
Juno virum.

Virgilius & Horatius paullo clarius cum epitheto usi. Vt lib. 1 v. 411, *At Venus obscuro gradientes aëre sepsit.* Horat. lib. 2 Od. 7,

Sed me per hostes Mercurius celer
Denso paventem sustulit aëre.

Nebula enim definitur obscurus & condensatus aër. ¶ 3. Virgil. l. 2 Georg. v. 123, *Vbi aëra vincere summum*
Arboris haud ullæ jactu potuêre sagittæ.

Vbi Jun. Philargyrus: *Aëra arboris* nunc pro cacumine: aut eum aërem dicit, qui circa cacumen est. Jul. Cæs. Scal. l. 5 Poët. cap. 16, cum hunc ipsum locum tractat, *plebejus*, inquit, *poëta dixisset, arboris cacumen.* ¶ 4. Aër etiam dicitur tuborum cavitas, quà aëra trahunt fistulæ. Seneca lib. 3 Quæst. Nat. cap. 24, *Facere solemus dracones, milliaria, & complures formas, in quibus aëre tenui fistulas struimus.* ¶ 5. Aëres in plurali numero dixit Vitruvius lib. 1 cap. 1, *Aëres locorum, qui sunt salutares, aut pestilentes.*

¶ Aërĕus, vel aerius, in der lufft. *Aërei volatus avium atque cantus*, Cicer. Top. cap. 20, das fliegen und singen der vögel in der lufft. ¶ 2. *Aëria ulmus*, apud Virg. Ecl. 1, 59; *aëriæ Alpes* Georg. 3 v. 474; *aërii muri* apud Val. Flacc. lib. 6 v. 553 pro celsis ac altis perquam. Nam & Græci alta, & sublimi loco posita, *Aëria* vocant, quod Strabo docere potest lib. 4 p. 128, ubi Galliæ Narbonensis oppidum *Aëriam* appellari tradit διὰ τὸ ἐφ' ὕψους ἱδρῦσθαι μεγάλου, *quod situm sit loco celsissimo.* At *aërias palumbes* pro vagis Virgilius Eclog. 3 dixit, ut Scaliger interpretatur ad lib. 1 Aristotelis de Historia animal. Apotelesmate 19. Vid. Taubm. ad Virgil. p. 11. ¶ 3. *Aërium mel* Virgil. initio 4 Georg. & eum imitatus Sammonicus, dixit cap. 16. Neque enim apes mel faciunt, sed contrahunt ex rore matutino. Vide Buchnerum ad Venantii Eleg. de resurrectione Christi v. 26. ¶ *Spes aëria* est apud Arnobium lib. 2 p. 86, i. e. cassa, inanis, incerta, ut exponit Meurs. Part. 2 exerc. Crit. lib. 1 cap. 5 p. 17.

¶ Idem Virgil. & *Ærĭpĕdem cervam* per Synæresin (seu contractionem quinque syllabarum in quatuor,) dixit in 6 Æneid. v. 802 pro expedita & celere. Alii tamen, quasi compositum esset non ab *aër*, sed ab *æs*, χαλκόποδα interpretantur, id est, solidos, indefatigabiles pedes habentem. Ita Homero χαλκόποδες ἵπποι, Iliad. Θ. v. 41, & N. v. 23.

¶ Aëromantia, species magiæ, ars nempe per aërem divinandi.

Æneator, Æneolus, Æneus, vide *Æs.*

ÆRA, αἶρα, lolium, herba est inimica segetibus, trespen. Plin. lib. 18 c. 18, *Necat triticum æra.*

¶ Ærinus, a, um. Vt *farina ærina*, i. e. loliacea apud Plin. l. 22 c. 25.

ÆRA, æ, computus Annorum: Æramentum, Ærarius, Ærarium, Æratus, Æreus, vide in *Æs.*

AĔRIAS, Cypri Rex conditor & dedicator religionis Veneris Paphiæ. Tacitus Annal. 3 cap. 62, & 2 Hist. c. 3.

Ærifer, ærifere, Ærisonus, Æripes, Ærosus, quære in *Æs.*

AĔRŎPE, es, Atrei uxor, à Thyeste fratre corrupta, Hyginus Fab. 86, & Ovid. lib. 2 Trist. v. 391, *Si non Aeropen frater sceleratus amâsset,*
Aversos solis non legeremus equos.

ÆRICA, æ, piscis, alio nomine *Chalcis.* Sed *chalcidem*, qui & *Celerinus* & *Sardinia* appellatur, non sat rectè *Æricam* conversum Gesnerus indicat. Est autem *chalcis* ex harengorum genere, eine art hárings. Et *chalcidibus* cognati sunt pisces, qui à Germanis Oceani accolis, stincks, vel stinckfisch, appellantur. Adducunt ex Aristotele, *æricam* diro infestari malo, pediculis scilicet sub branchiis innatis (Albertus in ventre vermiculis infestari scripsit.) Quod accidere pisciculis notis, quos *gobiones fluviatiles* dicunt, (gründlinge oder kressen) mense Julio certum est.

ÆRO, ōnis, sporta, fiscella, ein geflochtener korb. Vulgo *eronem* dicebant, eâ consuetudine, qua diphthongos solebant negligere, & in simplicia elementa convertere, ut notum eruditis est. Donatus in Phormionem Terent. a. 1 sc. 2. *Phormio non à formula; sed* phormione *dicitur* sparteo, *quem nos* Eronem *dicimus trivialiter & pro consuetudine.* In Argumento ejusdem fabulæ *Fiscum sparteum* appellat. Vsus hâc voce & Plinius est lib. 36 cap. 14, *æronibus arenâ plenis*, ut eum locum primus restituit Cujacius; Salmasius autem in Exercitationibus Plinianis confirmavit. Nominis ratio inde est, quod aliquid eo tollitur & fertur. ἀίρειν φορτίον, *onus tollere.* Inde ἀίρων, Græcum est; & ex eo *Æro* Latinum. Vet. Gloss. *Æro*, κοῖξ.

Æruginosus, vide *Ærugo.*

ÆRVGO, inis, æris rubigo, kupfferrost, sicut ferri *ferrugo* est. Hinc est, quod *æris* vocem interdum apponant optimi scriptores, ut vis vocabuli magis eluceat. Columella lib. 7 c. 5, *Subluvies & intertrigo* (sanatur) *superfuso aceto vel æris ærugine infriata.* Prudentius Psychom. v. 602 *virides obducta ærugine nummos* dixit. Sedulius sub initium lib. 3 [al. 4] de thesauris in cœlo condendis: *Non mordax ærugo vorat, non tinea sulcat.* ¶ 2. Figurate pro invidia, maledicentia sumitur. Martialis lib. 2 Epigr. 10, *Nimiaque ærugine captus Allatras nomen quod tibi cunque datum.* Horat. 1 Satyr. 4 v. 101, *hic nigræ succus loliginis, hæc est Ærugo mera.* ¶ 2. Pro *avaritia ærugo* apud Horat. legitur in Arte Poët. v. 330, *animos ærugo & cura peculi Cùm semel imbuerit.* Sic Apulejus lib. 1 Metam. sub fin. *ærugini intentum* pro avaro dixit.

¶ Æruginosus, rostig. *Æruginosa lamella* apud Senecam de brev. vitæ cap. 12.

ÆRVMNA, æ, ærumnæ, arum, labores dicuntur onerosi, mühe und arbeit, ut *Herculis perpeti ærumnas*, Cicer. lib. 2 Fin. extr. Idem Paradoxo 2 *ærumnæ omnes te premunt.* Cicero l. 4 Tusc. cap. 8 Ærumnam *ægritudinem laboriosam* definit.

¶ Ærumnabilis, e, idem ac ærumnosus, quod sequitur. Lucret. l. 6 v. 1228. *miserandum & magnopere ærumnabile.* Et Apulej. 8 p. 205 *ærumnabilis vita.*

¶ Ærumnosus, mühselig. Plautus Epidic. 4 sc. 1 v. 32, *ærumnosam & miseri-*

miſeriarum compotem mulierem retines. & Rudente a. 1 ſc. 4 extr. *inopes, ærumnoſus, ut aliquo auxilio adjuvet.* Cicero 3 Tuſcul. c. 28 ex Euripide vertit *ærumnoſo navigantem ſalo:* & pro Cluent. cap ult. *ærumnoſiſſimus* dixit, & 3 Attic. ep. 23 *Terentiam unam omnium ærumnoſiſſimam.*

Æruſcator, Æruſco, vide *Æs.*

Æs, æris, quodvis metallum, ertʒ. *Æs Cyprium*, Plinius 33 cap. 5, kupffer. *Æs fuſum in panibus*, id eſt, maſſæ æreæ. Vide *Panis*. *Leges in æs incidere*, Cic. 3 Philipp. c. 12. Quod factum ob perennitatem, ut obſervat Rupert. ad Enchirid. Pomponii p. 80. itemque ad Flor. pag. 290. ¶ *Æs Corinthium* mixtura quædam fuit olim æris, argenti, auri. Muret. 3. Var. Lect. 5, *Super ære*, inquit, *Corinthio, quænam illius origo fuerit, varia tradita ſunt ab antiquis. Plinius caſu miſtum eſſe ait Corintho, cum caperetur, incenſa. At alii unam modò antiquis temporibus domum Corinthi arſiſſe dicunt, in quâ cùm auri argentique nonnihil ineſſet, æris autem magna vis, commiſta illa, & in eandem confuſa maſſam ex eo metallo, cujus major inerat pars, Corinthii æris nomen acceperunt. Alii etiam, quod propius ad veri ſimilitudinem accedere videtur, narrant, ærarium quendam fabrum Corinthi fuiſſe, qui cum incidiſſet in thecam auri plenam, eamque ſibi abſtuliſſet, ne id reſciretur metuens, diſſectum in minutas particulas aurum paulatim æri admiſcuerit, admirabilemque illam temperaturam effecerit, qua magnas ſibi opes poſtea comparavit.* Tertiam hanc & ſecundam expoſitionem haud dubie hauſit Muretus e libello Plutarchi, cur nunc Pythia non reddat oracula carmine. Plura de Corinthio ære ſuggerent Meller. Palmer. ſpicileg. p. 183 ed. Francof. 1580. (Tom. 4 Lamp. Grut. p. 804.) Pancirol. 1 memorab. p. 230. Biſciol. Tom. 1 ſubſeciv. lib. 15 c. 20. Vide & infrà Corinthia vaſa, in *Corinthus*. ¶ 2. Æs figurate, Poëtis cum maxime, quanquam & aliis auctoribus ſignificat multa, quæ ex ære fiunt: ut, *Arma*, Virgil. 2 Æneid. v. 734,

Ardentes clypeos atque æra micantia cerno,

ich ſehe die hellen ſchilde und blancken harniſche. *Æs* pro Galea apud Ovidium lib. 8 Metam. v. 32. Ideo autem arma ærea leguntur paſſim, quod æris uſus, quam ferri, antiquior, Cœlius Rhodiginus lib. 19 cap. 10. ¶ 3. Item pecuniam: cujus antiquiſſimum genus ex ære, quo primùm rudi uſi Romani. Nam Servius rex primus ſignavit, ut auctor eſt Plin. libr. 18 cap. 3, & lib. 33 cap. 3. Terent. Phorm. a. 3 ſc. 2 v. 26, *Ancillam ære emtam ſuo*, die er mit ſeinem gelde erkaufft hat. Hinc *Æs alienum*, χρέος, pecunia aliunde accepta, entlehnetes geld, ſchuld. P. Syrus: *Alienum æs homini ingenuo acerba eſt ſervitus. Æs alienum facere, contrahere, cogere, conflare*, apud Ciceronem paſſim & Salluſtium, ſchuld machen. vid. 2 Catil. cap. 9 &c. *Suſcipere æs alienum amicorum cauſſâ*, ſchuld auf ſich nehmen von der freunde wegen, Cicer. in offic. lib. 2 c. 16. Et, *amicos ære alieno obſtringere*, ſeine freunde in bürgſchafft ſtecken, lib. 11 Epiſt. 10. *Æs alienum diſſolvere, ære alieno exire, levare, liberare ſe ære alieno*, ſchuld ablegen, ſich der ſchuld entledigen, Cicero. Plin. lib. 7 cap. 32 inter oracula Chilonis Lacedæmonii recitat & illud, *Æris alieni atque litis comes miſeria.* ¶ *Æs grave:* nummi ærei genus, quod *as* vocabatur, & initio libralis fuerat, (vid. infra in As) cujus legitimo pondere nihil deeſt, vollwichtig. Livius lib. 4 cap. 60 *Indicibus dena millia æris gravis, quæ tum divitiæ habebantur, data.* Et lib. 5 c. 12, *Denis millibus æris gravis reos condemnavit.* Aliquando *æs grave* non nummum, ſed ſummam ex *ære* gravi ſignificat. Seneca conſolat. ad Helviam cap. 12 *Scipionis libri à Senatu tutore ſuo in dotem æs grave acceperunt*, vid. ibi Lipſium. ¶ Pro pecunia, quæ ex quæſtu vel artificio redit. Horat. ad Piſones v. 345, *Hic meret æra liber Soſiis.* ¶ Sic ſtipendium quoque ſeu mercedem annuam *æs* & *æra*, deſignant. Livius 5 cap. 4, *Annua æra habes, annuam operam ede.* Hinc *ære dirutus miles*, cui ſtipendium ademptum ignominiæ cauſſâ, Feſtus. Hoc ad elegantem jocum tranſtulit Cicero Verr. 7 cap. 13, *Aleatoris Placentini caſtra commemorabuntur: in quibus cum frequens fuiſſet, tamen ære dirutus eſt.* Exſtat hæc forma & apud Auſon. Epiſt. ad Paulum, quæ centoni præfixa. ¶ *In ære meo*, id eſt, inter meos eſt, ſive meus eſt, quaſi res & pecunia mea, apud Ciceronem lib. 13 Ep. 62 & libr. 15 Ep. 14, er iſt in meiner ſchuld, er iſt mir verpflichtet. ¶ Proprie autem *Æra* ſunt vilioris pretii nummi, quos Græci χαλκοῦς appellitant, ut eruditiſſimus Caſaubonus ad Theophraſtum περὶ ἀπονοίας obſervat, heller, pfennige. ¶ Porro & *Æra* dicebantur nummi, quibus calculones ad ſubducendas rationes utebantur, rechen-pfennige, zahl-pfennige. ¶ Vnde & data ſingula, ſeu rationum capita & ipſæ ſummæ, quæ inde conficiuntur, *Æra* πληθυντικῶς in Neutro genere appellantur. Lucilius apud Nonium: *Hæc eſt ratio; perverſa æra, ſumma eſt ſubducta improbe.* Cicero in Hortenſio apud Nonium: *Quid tu, inquam, ſoles, cum rationem a diſpenſatore accipis, ſi æra ſingula probaſti, ſummam, quæ ex his confecta ſit, non probare?*

¶ Æra, æ, fœmineum & ſingulare. Nam poſteriores Latinorum ut plura alia neutra, ſic iſtud quoque, in fœmininum converterunt, & *æras* appellarunt, quæ Cicero & Lucilius *æra* dixerant. Rufus Feſtus, ſive Sextus Rufus Præfat. Breviarii rerum geſtar. Pop. Rom. *Parebo libens præceptis, quippe cui deſit facultas latius eloquendi; ac morem ſecutus calculonum, qui ingentes ſummas æris brevioribus exprimunt, res geſtas ſignabo, non eloquar.* Nonius: *Æra, numeri nota.* Hinc *adærare* verbum, de quo infrà dicetur. ¶ Nec alia de cauſſa annorum computus, ſive numerus, *Æra* appellatus, die jahr-zahl. Quæ vox ſæpe in antiquis codicibus, & monumentis veteribus invenitur. Quare audiendus Sepulveda Hiſpanus non eſt, quem tamen nonnulli ſecuti ſunt, qui putat, ex iſtis notis A. ER. A. quas *Annus erat Auguſti* interpretatur, male interpunctis barbarum *Æræ* nomen fuiſſe conflatum. Vide Scaligerum lib. 5 de Emendat. Tempor. eo loco, quo de *Hiſpanica*, quam vocarunt, *Æra* diſputat. *Æram* præterea pro numero dato dixiſſe veteres, non uno exemplo Claudius Salmaſius Exercitationibus Plinianis eruditè oſtendit. Voſſius tamen in Etymol. fol. 11 minimè puerilem judicat Sepulvedæ opinionem, verùm ingenioſam plane, & non veriſimilem minus, quam eorum eſt, qui ab *ære* deducunt. Interim & ipſe in hanc (de *ære*) magis inclinat, quàm illam Chriſtmanni, cui Arabicum eſſe placet ab ארח arach, *ſupputare, numerare*, à quo תאריח tarich, *æra, ſupputatio.* Nam ſeculis aliquot ante Arabum in Hiſpaniam adventum vox *æra* recepta ibidem erat. Scaligeri ſententiam approbant etiam Reineſ. de ling. Punic. in epilogo; Baron. martyrolog. ad 22 Octob. p. 655.

¶ Ærāmentum, apud Plinium eſt aliquoties pro opere aut inſtrumento ex ære, ertʒwerck, vid. lib. 15 cap. 8, *decocta amurcâ ungi æramenta contra rubiginem*, & lib. 35 cap. 15, *bitumen æramentis illinitur.*

¶ Ærarius, adject. ut *ærarius lapis*, Plin. 34 cap. 13, ex quo æs excoquitur, ertʒſtein. *Æraria officina*, ibidem, ertʒ-hütten, kupfferhammer. *Ærarius faber*, ibid. cap. 8. *Æraria metalla*, kupfferbergwerck, quemadmodum *metalla* ſæpe pro fodinis ipſis ponuntur, ut trita formâ, *in metalla damnari.* Plinius 33 cap. 5 pr. *Chryſocollam laudatiorem in ærariis metallis, & proximam in argentariis fieri compertum eſt.* ¶ Sed *Tribuni ærarii*, quibus pecunia attributa erat, ut militi reddant, interprete Varrone lib. 4 de L. L. ſub finem: adde Cic. ad Attic. lib. 1 epiſt. 16.

¶ Ærarium, δημόσιον, ſchatʒ-kammer, rent-kammer, gemeine caſſe. Cicero de Aruſp. reſp. cap. 8 de ſua domo: *quam ſenatus unam poſt hanc urbem conſtitutam, ex ærario ædificandam putaret*, id quod paullo ante (extr. cap. 7) dixerat *ædificari ex auctoritate ſenatus pecuniâ publicâ.* Ejuſdem ſunt, *referre in ærarium pecuniam*, Agrar. 2 cap. 27, & *in ærario ſanctiore condere*, 6 Verrin. c. 63. Sanctiore, hoc eſt, intacto, & ex quo promere, niſi ultima neceſſitas urgeat, non eſt licitum. Livius lib. 27 cap. 10 interpres eſt: *Aurum*, inquit, *viceſimarium, quod in ſanctiore ærario ad ultimos caſus ſervabatur, promi placuit.* Tandem *præfectus ærarii* is eſt, qui vulgo rentmeiſter, cammermeiſter, appellatur. Vide omnino Rupert. ad Pompon. Enchirid. pag. 216 ſequent. ubi hos præfectos ultimis temporibus *Curatores* appellatos dicit. Ærarium & Fiſcus quid differant, vide infrà in *Fiſcus.*

¶ Ærārius ſubſtant. χαλκεύς, ein rothgieſſer, kupfferſchmid. Plin. 16 cap. 6, *Carbo latifoliæ in ærariorum tantum officinis &c.*

¶ Ærarii etiam Romæ dicebantur, qui nullum aliud habebant in curia & tribu ſua jus, quam ut pro capite ſuo tributi nomine æra penderent. Nam neque ſuffragium ferre in urbe poterant, nec foris ſtipendia facere, ut Aſconius Pedianus docet: videnturque iidem atque *Capite cenſi* fuiſſe, de quibus infra. Hinc *facere ærarium* Livius 24 cap. 18, *referri in ærarios*, Cic. pro Cluent. c. 43; *referre inter ærarios*, Val. Maximus lib. 2 cap. 9 n. 7, erat aliquem, qui civis eſſet, tribu ſuâ movere, ſive jure tribûs privare. Et contra *ex ærariis eximere*, eſt recipere in civitatis locum, quo exciderat, apud Ciceronem 2 de Orat. c. 66 extr.

¶ Ærātus, ære obductus vel munitus, mit ertʒ belegt oder beſchlagen: ut *lecti ærati, & candelabra ænea*, apud Ciceronem in Verrem 6 cap. 26. *Claſſes æratæ*, hoc eſt, ære munitæ, apud Virgil. 8 v. 675. & *æratæ naves* apud Cæſ. 2 Civil. cap. 3, de quibus Scheferus Mil. Nav. lib. 2 c. 5 legatur. ¶ 2. Æratos pro obæratis, id eſt, alieno ære obſtrictis dixit Cic. *Tribuni non tam ærarii quàm ærati*, mit ſchulden behafft, die in groſſen ſchulden ſtecken, lib 1 ad Att. epiſt. 16, ſed *nummatos* alii interpretantur. Vide quæ J. G. Grævius, vir exactiſſimus, ex Turnebo aliiſque adnotavit.

¶ Obæratus, mit ſchulden behafft, deſſen güter voll ſchulden ſind. Livius 26 cap. 40, *Quatuor millia hominum, exules obærati*, Cæſar. 1 Gall. cap. 4 *omnes clientes obæratoſque ſuos.* Comparative Tacitus 6 annal. cap. 17. *Quanto quis obæratior, ægrius diſtrahebant.*

¶ Subæratus. *Aurum ſubæratum*, faſch gold, darunter kupffer ſitʒt, apud Perſ. Sat. 5 v. 106.

¶ Adæro, are: eſt per æra & calculos ſummam colligere, ſummiren, ausrechnen. Frontinus in Fragmento Agrario apud Rigaltium: *Subjectas deinde extremitatium partes, ad rectum angulum, noſtra poſtulatione, podiſmis ſuis adæramus.* Ita hunc locum peſſime habitum vulgo, partim ex Arceriano Codice, partim ab ingenio Salmaſius reſtituit Exercitat. Plinianis. Vbi *podiſmis adærare*, nihil aliud eſt, quàm agri modum podiſmis, ſive ad menſuram pedum exigere, ſeu quot pedes ager faciat, computare: *Podiſmum colligere* id vocat alius Vetus Auctor Gromaticus apud Rigaltium pag. 23. Podiſmus enim eſt *pedalis menſura*, ut Columella vocat: alii *pedaturam* appellârunt. ¶ 2. Deinde eſt rem ære taxare: ſive *æſtimare*, quod verbum ab *ære* ducitur. *Ad æs revocare* Aggenus dixit apud Rigalt. p. 70, an geld anſchlagen, oder ſchätʒen, wie viel es am gelde werth ſey. Apud Trebellium Pollionem in Claudio legitur Epiſt. Val. Imper. ad Zoſimionem Procuratorem Syriæ, qua præcipit, quas ſpecies Claudio adhuc Tribuno Legionis Martiæ annui ſalarii nomine de privato ærario Principis erogari velit. Ibi cum multo plura expoſuiſſet, tandem ſubjicit: *Jam cætera, quæ propter minutias ſcribi nequeunt, pro moderatione præſtabis; ſed ita ut nihil adæretur. Et ſi alicubi aliquid defuerit, non præſtetur, nec in nummo exigatur.* Duo vult; primo ne quid earum rerum Zoſimio, quæ exhibendæ Claudio, ad æs revocet, & pretium potius, quàm rem ipſam præſtet: Deinde, ſi rei cujuſquam, quæ in ſalarium aſſignata, copia nulla fuerit, ut ne præſtetur potius, quàm quanti æſtimari queat, exſolvatur in nummo: quod neque poſtulare Claudio integrum relinquit. Et ita ſæpe *adærare* verbum invenitur in JCtorum libris, v. g. Lege 15 Cod. erog. mil. annon. *Annonas omnes ad ſimilitudinem militum, quibus ærariæ præbentur annonæ, adærari præcipimus.* Et Lege 28 Cod. de Theod. ejuſdem Tituli: *Species non aliter adærentur, niſi ut in foro rerum venalium diſtrahuntur.* Ammianus quoque Marcellinus lib. 31 cap. 40 (Valeſ. c. 14.) *in adærandis*, inquit, *reliquorum debitis, non moleſtus.* Reliquorum, id eſt, equi militaris &c. quorum pretia ſolvenda erant. Vide H. Valeſio notata. Adde maximorum Interpretum par, Caſaubonum & Salmaſium, ad laudati Pollionis locum. ¶ 3. In rationes referre: ita *adæratum ſalarium* dixit Eumenius pro reſtaur. ſchol. cap. 11, quemadmodum eum locum emendat, & interpretatur

Scaliger 5 de Emend. Temp. pag. 420. Quanquam vulgata lectio *adoratum* forte non ſolicitanda, firmata Livineio, atque Grutero.

¶ Adæratio, der anſchlag zu geld. Lege ult. Cod. de militari veſte: *Militaris adæratio veſtis a collatoribus exigatur ita, ut quinque ejus partes fortiſſimis militibus erogentur in pretio.* Et Cod. Theod. lege 30 de erog. mil. annon. *Si quis adærationes ſtatutas au ſus fuerit immutare.*

¶ Æreus, adject. ehrin, von ertz, ut *ærea galea*, Virg. 5 Æn. v. 490, & *clavus æreus*, Plin. 16 cap. 10 extremo. Rurſus Virgilius eodem lib. v. 198, *tremit ictibus ærea puppis*, ubi Servius *fortis* interpretatur, quia prora, non puppis; ſit ærea. Sed annon *navis* ærata συνεκδοχικῶς intelligi poteſt? Alibi dictum de navibus ferro munitis. Ferrum autem *æris* quoque nomine notari, vel ſolus Virgilii *æreus enſis* lib. 7 v. 743 argumento eſt.

¶ Æneus, idem. *Vaſa ænea* Colum. 12 cap. 20. *Candelabra ænea* Cic. 6 Verr. cap. 26. ¶ Voſſio Æneus factum ſyncopâ videtur ex *Ærineus*: Priſciano lib. 1 converſione literæ ex *Æreus*. Contra diæreſi ex *æneus* videtur *aëneus* eſſe, ut *murus aëneus eſto*, Horat. 1 Epiſt. 1, v. 60, pro quo vulgo *Aheneus* ſcribunt, quod vide in *Ahenum*.

¶ Æneolus, diminut. in Tragur. fragm. Petronii pag. 67.

¶ Æneātor, tubicen eſt, ab ænea ita tuba dictus, ein trompeter. Suetonius in Cæſ. c. 32, *inter æneatores raptâ tubâ proſiluit ad flumen.* Vide Feſt. & ibi Scal. itemque Torrentium ad Horatium lib. 2 od. 1.

¶ Ærosus, æs admixtum habens. *Ærosus lapis*, Plin. lib. 34 cap. 1, quam *cadmiam* vocant, lapis, ex quo æs fit. *Ærosum ferrum*, quod fragile, ibidem cap. 14.

¶ *Ærosum* appellaverunt antiqui inſulam Cyprum, quod in ea plurimum æris naſcatur. Vide Feſtum in hac voce.

¶ Æruſco, æruſcare, verbum vetus, ſignificat æs, id eſt, pecuniam quibuscunque artibus aucupari, petere, ac colligere, ſchachern, geld zuſammen ſcharren. Seneca lib. 2 de Clement. cap. 6, *Vultum quidem non dejiciet, nec animum, ob æruſcantis civis, aut pannoſi aridam faciem, & innixam baculo ſenectutem.* Vſus & Gellius lib. 9 cap. 2, cujus verba in *Æruſcator* invenies.

¶ Æruſcator, ein landbetrieger, der die leute ums geld betrieget. Proprie de præſtigiarum artificibus dicebatur. Ii enim cum experimenta facturi artificii ſui quæſtus cauſſa, & ut feriatos ac otioſos delectarent, cum contraxiſſent cœtum, & jam ſe ſpectatores ſeſſum recepiſſent, ordines obambulare ſolebant, & lucar, ſive mercedem exigere. Hodie id genus hominum ad fores ædium, ubi ludicra ſua edituri ſunt, conſtituunt certos homines, qui neminem intromittant ſpectatum niſi exſolutis nummis. A colligendis itaque æribus, ſive nummis æreis, quos pro mercede accipiebant, *æruſcatores* dicebantur. *Æruſcare* enim eſt æra, ſive nummos æreos colligere, quod & *Æſculari* dicebant: Vet. Gloſſ. χαλκολογῶ *Æſculor*, χαλκολόγος, *Nummularius*, *Æſculator*. Gellius lib. 14 c. 1, *Æruſcatores* interpretatur, *cibum quæſtumque ex mendaciis captantes*: atque id nominis de *Chaldæis* uſurpat: De mendicabulo lib. 9 cap. 2, *Muſonius æruſcanti cuipiam id genus, & Philoſophum ſe oſtentanti, dari juſſit mille nummûm.* Loquitur id ex perſona Herodis Attici, viri Conſularis: *ad quem adiiſſe palliatum quempiam & crinitum, barbaque prope ad pubem uſque porrectâ, ac petiiſſe æs ſibi dari εἰς ἄρτυς*, in principio capitis refert. Ergo *Æruſcare*, eſt petere, & ſic colligere æs: & *Æruſcans*, ſive, quod æquipollet, *Æruſcator*, mendicabulum vagum.

Ab *æs* ſunt & hæc apud Poëtas:

¶ Ærifer, ut *Ærifera manus*, hoc eſt, crepitacula ærea ferentes, apud Ovid. in Faſt. 3 v. 740.

¶ Ærifice. Varro apud Nonium in Duci, (ſi proba eſt lectio:) *Nihil ſunt Muſæ policis veſtræ, quas ærificè duxti.* Quem locum varie tentarunt viri docti. Mihi impensè placet Jani Rutgerſii conjectura, legentis: *Nihil ſunt Muſæ pollicis veſtri, quas cerifice duxti.* Vide ipſum lib. 1 Var. Lect. c. 2.

¶ Æripes, das füſſe von ertz hat. ut Ovid. Heroid. ep. 6 v. 32,

> *Narrat & æripedes Martis araſſe boves,*

id eſt, pedes ære munitos habentes. Heinſius tamen hîc & Epiſt. 12, 93 legit *aënipedes*. Plura vide in *aëripes* ex *Aer*.

¶ Ærisŏnus, das nach ertz klingt. Vide in *Sonus*.

ÆSĂLON, vel Æſalo, Αἰσάλων, & Æſalus, i, genus accipitris eſt, qui ſolus omni tempore apparet, cum cæteri avolent. Plin. lib. 10 cap. 8, ein ahrn, oder ſmirlin.

ÆSCHINES, Αἰσχίνης. Diogenes Laërtius octo numerat Æſchines: quorum celeberrimus fuit Athenienſis orator, Demoſthenis æmulus, cujus exſtant orationes aliquot & epiſtolæ. Primus autem Philoſophus fuit Athenienſis, auditor Socratis, de quo & dicere conſuevit Socrates: *Solus nos colere novit Æſchines*, cùm ab eo nunquam diſcederet. Idem, cùm cæteri præceptori communi Socrati afferrent plura, ſemetipſum ei donavit, quod aliud munus, quod pauper erat, non ſuppeteret. Lege Senecam lib. 1 de Beneficiis c. 8.

ÆSCHYLVS, Αἰσχύλος, & Αἴσχυλος, Poëta Athenienſis, Tragœdiarum pater: de quo Horat. in Arte Poët. v. 278,

> *Poſt hunc perſonæ pallæque repertor honeſtæ*
> *Æſchylus, & modicis inſtravit pulpita tignis,*
> *Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.*

Quintil. lib. 10 cap. 1, *Tragœdias primùm in lucem Æſchylus protulit, & ſublimis & gravis, & grandiloquus ſæpe usque ad vitium*, &c. Scripſit Tragœdias 90, de quibus 6 tantùm ſuperſunt. Eas magnarum cœnarum Homeri fruſtra eſſe dicebat ipſe, τεμάχη τῶν Ὁμήρου μεγάλων δείπνων. Et injuſtè aliquando devictus, *tempori* dixit *ſe Tragœdias ſuas deponere*, χρόνῳ ἀνατιθέναι, ut, qui intelligeret, meritum honorem ſe aliquando eſſe relaturum, quod refert Athenæus lib. 6. Primus etiam Æſchylus ebriorum aſpectum in Tragœdiam induxit, *Cabiros* ſcilicet ſuos: quam Tragœdiam ebrius quoque ſcripſit; Idem l b. 10. Mortuus eſt ictu teſtudinis capiti calvo illiſæ ab aquila, cùm ſub dio ſemper maneret, metuens fatalem quandam prædictionem, fore, ut ex ictu ſuperne proveniente exſtingueretur: Valer. Max. lib. 9 cap. 12, & Plin. lib. 10 cap. 3.

ÆSCVLĀPIVS, Ἀσκληπιὸς, Apollinis filius, quem ſic dictum volunt Grammatici, παρὰ τὸν τὰ ἀσκελῆ τῶν νοσημάτων ἤπια ποιεῖν, h. e. quod morbos vehementes & difficiles ſanaret: Reineſ. 3 Var. Lect. cap. 17 p. 645. Medicinam à Chirone didicit, cujus poſtea inventor celebratus eſt. Idem & *Epidaurius* dicitur. Epidauri enim ſi non natus, certe cultus fuit, & templum habuit. Vide *Epidaurus*. Cultus & Triccæ in Theſſalia fuit, ut Avienus indicat Arateis v. 206, ubi & fabulam habes de Hippolyto ab Æſculapio revocato in vitam. Sed & Romam traducta ejus religio, ipſique templum extructum in inſula Tiberis, quæ ea de cauſſa *Æſculapii inſula* Suetonio, Claudio cap. 25. Vide Livii Epitomam lib. 11, & Lactant. libr. 2 cap. 7. ¶ Cicero plures recenſet Æſculapios lib. 3 de nat. Deor. c. 22. ¶ Cùm in convivio, cui Alexander intereſſet, ingens patera circumferretur, *nolo*, inquit *Calliſthenes*, *bibendo committere, ut mihi Æſculapio ſit opus*, οὐ βούλομαι πιὼν Ἀσκληπιοῦ δεῖσθαι. Sed quâ voce Alexandrum oſtendit. Vid. Plutarch. lib. de cohibenda ira. Æſculapius autem ibi pro Medico ponitur per metonymiam.

¶ Æſculapium, lucus inter Berytum & Sidonem, Straboni l. 16 p. 520.

¶ Æſculapii alius lucus in Coo inſula, cujus meminit Lactant. lib. 2 cap. 7.

Æſculetum, Æſculeus, vide *Æſculus*.

ÆSCVLVS, πλατόφυλλος, hoc eſt, latifolia, arbor glandifera, dicta ab *eſu* vel *eſca*, Servio teſte. Virgil. 2 Georg. v. 290,

> *Altius ac penitus terræ defigitur arbos:*
> *Æſculus inprimis, quæ quantum vertice ad auras*
> *Æthereas, tantum radice in Tartara tendit.*

eine art von eichen, hag-eichen. Scribitur autem rectius Eſculus E ſimplici, quanquam diphthongum uſu tueatur Servius ad cit. Virg. locum.

¶ Æſculetum, nomen comprehenſivum, apud Horatium extat lib. 1 oda 22. Silva hujus arboris.

¶ Æſculeus, denominativum: ut, *Æſculea frons*, id eſt, corona, apud Ovid. 1 Metamorph. v. 449. ſed & hoc rectius Eſculeus ſcribitur.

¶ Æſculari. Vide Æruſcator in *Æs*.

ÆSERNIA, Samnitum urbs in Italiâ. Hinc

¶ Æſerninus, gentile. ¶ Fuit hoc nomine appellatus & gladiator quidam nobilis, qui cum altero non minoris famæ gladiatore Pacidiano commiſſus, locum proverbio fecit: *Æſerninus cum Pacidiano*, quo ſolemus uti, cùm duos in eodem genere artifices optimos, quorum alter ambiguam alteri palmam reddat, comparamus. Videndi Cicer. de opt. gen. Orat. c. 6. Non. Marcell. c. 4 verbo, *Spurcum*: è recentioribus Eraſm. adag. (ubi *Eſèrnium* pro Æſernio ſcribit,) Jan. Parrhaſ. de reb. per epiſt. quæſ. epiſt. 60 Tom. 1 Lamp. Grut. p. 812.

ÆSIS, civitas Vmbriæ Ptolemæo, quam Strabo *Æſium* vocat; unde Plinio lib. 3 c. 14 oppidani ſunt Æſinates. ¶ 2. Æſis eſt & fluvii nomen apud Sil. l. 8 v. 445 & 449 in mare Adriaticum ſe exonerantis, ad cujus ſiniſtram ripam oppidum, quod modo diximus, ſitum eſt, nunc *Jeſi* appellatum.

Æſius, amnis in ora Bithyniæ, Plin. lib. 5 c. 32.

ÆSON, ŏnis, Αἴσων, Jaſonis fuit pater, à quo *Æſŏnĭdes* ipſe appellatus fuit, Ovid. 7 Met. v. 60.

¶ Æsŏnĭus, gentile nomen, ut, *Auſus es Æſonia dicere cede domo*, idem in epiſt. Her. 12 v. 134. *Heros Æſonius*, idem in Metam. 7 v. 156.

ÆSŌPVS, Αἴσωπος, Philoſophus Phryx fuit, Crœſi Lydorum regis tempore, cujus vita à Planude conſcripta & fabulis præfixa, ex iisdem peti poteſt. Heraclides Ponticus de Politiis cum de Samiorum Rep. agit, Pherecydæ Philoſopho æqualem facit. Etſi vero & ante Æſopum ab Heſiodo Archilochoq; & aliis confictæ & uſurpatæ fabulæ ſint: tamen quia hoc genus ab Æſopo celebratum maxime eſt, ad eum referuntur omnes, ejusque nomine inſigniuntur cumprimis, quod Fabius lib. 5 Inſtit. cap. 11 obſervat. Priſcianus Sophiſta Præexercitamentis: *Nominantur autem ab inventoribus fabularum aliæ Æſopiæ, aliæ Cypriæ, aliæ Libycæ, aliæ Sybariticæ. Omnes autem communiter Æſopiæ: quoniam in conventibus frequenter ſolebat Æſopus fabulis uti.* Sic Phædrus fabulas ſuas *Æſopias* inſcripſit: quod ad exemplum Æſopi, non ab ipſo Æſopo, inventæ atque confictæ eſſent. Quare ad Particulonem ſcribit præf. lib. 5,

> *quoniam caperis fabulis*
> *Quas Æſopias, non Æſopi nomino*, &c.

Et in ſequenti Carmine, Æſopi nomine auctoritatis tantum cauſſa ſe uſum fuiſſe in fabulis; exemplo artificum ſui temporis, qui operibus ab ſe effectis veterum artificum nomina ſolerent inſcribere, quo majus pretium ipſis invenirent, tradit. Propie autem *Æſopeæ* fabulæ dicuntur, ubi res rationis expertes, ut arbores, feræ &c. introducuntur loquentes: quo nomine ab aliis eas non tantum diſtinguit Philoſtratus, ſed cæteris omnibus etiam præfert. Vide eum lib. 5 de vitâ Apollonii Thyanci cap. 5, & in Iconibus. Quo etiam pertinent, quæ Avienus Præfat. Fabularum extremâ ponit. Duxiſſe ex Thracibus genus & tempeſtate Pythagoræ vixiſſe *Æſopum* Heraclides in Politiis tradit pag. 989. ¶ *Ne Æſopum quidem triviſti*, locutio eſt proverbialis in vehementer ſtupidos & imperitos. Qui enim Æſopi fabellas non cognoviſſent, nihil ſcire videbantur. Exſtat in Ariſtophanis avibus. Vide Chiliad.

¶ Æſopus quidam libertus Demoſthenis memoratur à Macrob. lib. 1 Saturnal. c. 2. ¶ Æſopus alius Tragicus hiſtrio Romæ fuit, Ciceroni coævus & Roſcio, de quo ipſe Cicero lib. 7 epiſt. 1, & Plinius lib. 10 cap. 51, & Valer. Max. l. 8 c. 10 & lib. 9 c. 1. ¶ Æſopus eſt quoque anagnoſtes Mithridatis erudititiſſimus, qui & de Mithridatis laudibus ſcripſit; nec non de Helena, ut teſtatur Suidas. Porro alius orator clariſſimus eſt Laërtio Vitâ Chilonis.

¶ Æſopēus, Αἰσώπειος: ut *Æſopei logi* apud Senecam de Conſolat. ad Polyb. c. 27. At Auſon. Ep. 16 *Æſopiam dimetriam* dixit, pro Æſopicam. Sic & Phædrus procemio lib. 5, & Priſcianus principio libelli de Præexercitamentis Rhetoricæ *Æſopias fabulas* dixerunt. Sed quan-

quando corripitur tertia, ut in Ausonii versu, quem adduximus; tum alterum elementum diphthongi Græcæ abjici existimandum est, ut aliquando fieri solet.

ÆSTAS, θέρος, altera ex quatuor anni partibus, dicta ab æstu, secundum Varronem, der sommer. *Æstate ineunte*, wenn der sommer angehet, Cic. 4 ad Attic. ep. 2. *Æstate adulta*, mitten im sommer, Tacit. 2 Annal. cap. 23. *Æstate præcipite*, im ausgang des sommers, de qua dicendi ratione ex Servio mox tradituri sumus. Elegans etiam loquendi ratio est, cum ad describendum hoc tempus *æstatis* vocabulo τὸ anni adjicimus, ut apud Gell. lib. 2 c. 21. *Nox fuit, & clemens mare, & anni æstas.* Et lib. 17 cap. 5, *In Lirem terras concesseramus, æstate anni flagrantissima.* Proverbium, *Pennam æstate deterere*, est, res necessarias ante tempus prodigere. De observanda occasione discendi, rerumque gerendarum omnium utiliter Hesiodus præcipit l. 2 Oper. & D. v. 121,

> Οὐκ αἰεὶ θέρος ἐσσεῖται, ποιεῖσθε καλιάς.
> *Æstas non semper fuerit, componite nidos.*

Sed pro *ineunte æstate* dicimus & *novâ æstate*. Et hæc epitheta non circa istud tantum anni tempus, sed circa reliqua etiam usurpamus. Servius ad illud Virgilii lib. 1 Georg. v. 43, *Vere novo, gelidus canis cum montibus humor Liquitur*, scribit: VERE NOVO, *& anni initio & primâ parte veris accipiamus. Nam anni quatuor sunt tempora, divisa in ternos menses, qui ipsorum temporum talem faciunt discretionem, ut priore mense* VER NOVVM *dicatur*; secundo ADVLTVM; *tertio* PRAECEPS. *Sicut etiam Sallustius dicit ubique*, nova æstas, adulta, præceps. *Sic Autumnus novus, adultus, præceps.* *Item* hiems nova, adulta, præceps. *Vnde est, extremæ sub casum biemis.* Hæc Servius.

¶ Æstivus, adject. sommerlich. Cicero ad Att. 5 epist. 14, *æstivos menses rei militari dare, hibernos jurisdictioni.* In Verrem ult. cap. 31, *temporibus æstivis*: & mox eod. cap. *dies æstivi*. sommer-monate, sommer-zeit, sommer-tage. Ovid. de re admodum grata, Metam. 13 v. 793,

> *Solibus hibernis, æstivâ gratior umbrâ.*

¶ Æstiva, plurale tantùm, θερινά, sommer-lager. Cicer. 7 Epist. 14 ad Trebatium: *Sin æstivorum timor te debilitat.* Vell. Paterc. lib. 2 cap. 105, *Anni ejus æstiva usque in mensem Decembrem perducta.* Vt plurimum *castra* subaudiuntur, si de militia sermo est, quemadmodum expressè Tacitus annal. 1 cap. 16, *Castris æstivis tres simul legiones habebantur.* Hibernis enim opposita sunt. Licet autem aliud quoque subaudire. Curtius lib. 5 cap. 8 pr. *ea* [urbs, Ecbatana, Parthicis regibus] *æstiva agentibus sedes est*, ubi habitacula simpliciter, aut tempora potius intelligas. Virgilio stabula aut pascua sunt, aut loca, quibus pecora æstate continentur. Nam 3 Georg. v. 471 ait,

> *nec singula morbi*
> *Corpora corripiunt, sed tota æstiva repente*, &c.

ubi Servius: *Loca posuit pro animalibus*, ut metonymiam simul intelligas.

¶ Æstivè, adverbium. sommerlich, wie mans im sommer gewohnt ist. Plautus Menæch. a. 2 sc. 1 v. 29,

> *cum inspicio marsupium,*
> *Viatici hercle admodum æstive sumus.*

Vbi *æstive viaticari*, pro tenuiter admodum & parcè, dicitur: joculari tralatione ab iis, qui per æstatem leviter ac expedite ornati. quanquam aliter eum locum interpretatur Turnebus lib. 18 Advers. c. 15.

¶ Æstivalis, idem quod æstivus, Hygin. Astr. 3 cap. 24, *Virgo dextra manu circulum æstivalem tangit*, id est Tropicum Cancri.

¶ Æstivo, are, est per æstatem manere, über sommer liegen. Stat. l. 4 Sil. 4 vers. 22 & lib. 5 Theb. v. 16. ¶ 2. Æstivare, per æstatem in secessu vivere Suetonio est Galbâ cap. 4, *Tusculum, ubi æstivare consueverat, avexit.* Vespasiano c. 24, *Cutylias, ac Reatina rura, ubi æstivare quotannis solebat, petiit.* Habebant enim Romani proceres, qui prædia multa possidebant, villas suas, quo per æstatem, & alias, quo per hybernum tempus secederent, ibique pro anni sidere quam commodissime agerent. Varro 2 de R. R. cap. 1, castrensi vocabulo *hiberna* & *æstiva* vocat, ut ad Plinii Epist. 36 lib. 9 Buchnerus observat.

Æstimabilis, æstimatio, æstimator, vide mox *Æstimo*.

ÆSTĬMO, ich schätze, ich achte, taxo, censeo, perpendo, considero; ut exponit Valla. *Æstimare pecuniâ*, an ein geld anschlagen, Cic. in Verr. ult. c. 9. *Carè, carius æstimare*, theuer achten, Plancus Ciceroni 10 ep. 4. Sicut *æstimare magni, magno & permagno*, hoch achten. *Gloriosam virtutem non magno æstimare*, Cic. 3 Fin. c. 3 extr. Et idem 2 Fin. c. 17, *Pecuniam magni æstimat.* C. Nepos in Catone c. 1, *magnique ejus opera æstimata est in prælio ad Senam, quo cecidit Hasdrubal frater Hannibalis.* Ibidem: *quod non minoris æstimamus, quam quemlibet amplissimum triumphum.* Rursus Cicero Paradox. extremo: *Sic callidi rerum æstimatores prata & areas quasdam magno æstimant, quod ei generi possessionum minime quasi noceri potest: quanti est æstimanda virtus?* ¶ Æstimare aliquem, est judicium de aliquo facere. Curtius l. 10 cap. 5, *Juste æstimantibus regem, liquet bona naturæ ejus fuisse, vitia vel fortunæ, vel ætatis.* Sed *Æstimare litem*, est decernere & pronunciare, quantum in lite, qui reus convictus sit, solvere victori teneatur. Vide infra in *Lis*. ¶ Pro perpendere, considerare, & dein statuere. Trajanus apud Plin. lib. 10 Ep. 78, *Æstimabo, an debeas cognoscere*, ich wils überlegen, in bedencken nehmen.

¶ Æstimatio, schatzung oder wirderung, was es werth sey. Cicero l. 13 Epist. 8, *Albinus prædia in æstimationem accepit*, hoc est, in solutionem secundum æstimationem. Plin. lib. 7 c. 1, *Quid? quòd æstimatione nocturnæ quietis, dimidio quisque spatio vitæ suæ vivit.*

¶ Æstimator, qui æstimat, der nach dem werth schätzet und achtet. Vt *æquissimus æstimator & judex*, Cicero 3 de Fin. c. 2. Et in Orat. c. 41, *Quis tandem id justius rerum æstimator reprehenderet? Æstimator frumenti*, kornschätzer, in Pison. c. 35. *Impius æstimator muneris*, Valer. Max. 2 c. 6 n. 6, id est, ingratus, undanckbar.

¶ Æstimabilis, e, schätzbar. Cic. 3 Fin. c. 6, *Æstimabile esse dicitur id, quod aliquod pondus habeat dignum æstimatione: contraque inæstimabile, quod sit superiori contrarium.*

¶ Inæstimabilis, unschätzbar, dessen werth nicht zu ermessen, Cicer. c. l. Sic & *inæstimabile gaudium*, apud Livium 29 cap. 32.

¶ Inæstimatus, non æstimatus, ungeschätzt, nicht in anschlag gebracht. *Inæstimata prædia*, Lege 10 § 1 Dig. de Jure dotium: *Inæstimatus fundus*, ibidem lege 75.

¶ Æstimatorius, Jurisconsultorum est, ut *æstimatoria actio*, quæ de æstimato proponitur, quoties de nomine contractus alicujus ambigitur. Vide Tit Pandect. *de Æstimatoria.*

¶ Ab æstimo est *Existimo*, quod decernere aut statuere significat post æstimationem, Valla auctore lib. 5 c. 20, dafür halten, erachten. Quod vetusta tabula apud Gruterum p. 506 comprobat, qua legitur EXAESTVMAVERIT. Terent. Heaut. 2 sc. 3, 41, *Ea res tum dedit existimandi copiam qui tidianæ vitæ consuetudinis.* Cic. in 4 Verr. cap. 7, *Certissimum accipite argumentum, quo facilius de singulari ejus impudentia existimare possitis.* Nazarius Paneg. Constantini cap. 5, *Existimare de Principibus nemini fas est*, id est, censuram facere. ¶ Hinc *malè existimare de aliquo*, non raro auctoribus est, malè de aliquo sentire non tantùm, verùm & loqui, λοιδορεῖν: einem übel nachreden, zur banck hauen. Nepos Dione cap. 7, *Non æquo animo ferebat, de se ab iis male existimari, quorum paullo ante in cœlum fuerat elatus laudibus.* Seneca de ira lib. 3 cap. 22, *Quid facilius fuit Antigono, quàm duos manipulares duci jubere, qui excubantes regio tabernaculo faciebant, quod homines & periculosissime, & libentissime faciunt, ut de rege suo male existiment.* Cic. 2 in Verr. c. 3, *usque adeo de omnibus bonis male* [Verres] *existimat.* Contra, *bene existimare de aliquo*, dixit idem Cicero lib. 16 Ep. 4. von einem alles gutes reden.

¶ Existimatio, δόκησις, erachtung. Tacitus lib. 4 Histor. cap. 7, *Suffragia & existimationem Senatus reperta, ut in cujusque vitam famamque penetrarent.* Vbi *existimatio*, idem fere quod *æstimatio* sive *judicium* est, quemadmodum paullo ante vocaverat. Hinc & *existimatio* de sermone, quo, qui laudatur vel reprehenditur, usurpatur. Suetonius Tiberio c. 58, *Capitale erat, dictum ullum factumve ejus existimatione aliqua læsisse.* Vbi *existimatione lædere*, idem, ac *male existimare*, de quo supra. Item, ehr und glimpff: Nepos Agesilao c. 4, *Opulentissimo regno præposuit bonam existimationem.* Cicero 3 epist. 4, *Tua mihi existimatio & dignitas carissima est.* Et lib. 5 ep. 20, *Nihil fecit sciens, quod esset contra existimationem tuam.* Idem lib. 2 de Orat. cap. 40, *Bona existimatio pecuniis præstat.*

¶ Existimator, qui existimat. *Non stultus alieni artificii existimator*, einer, der von eines andern kunst nichts ungeschicktes urtheilet, Cicer. de Orat. 3 c. 22. Idem in Oratore c. 31, *Meminerimus, nihil nos præcipiendi caussa esse dicturos, atque ita potius acturos, ut existimatores videamur loqui, non magistri.*

Æstiva, æstivalis, Æstive, æstivo, æstivus, vide *Æstas*.

Æstuo, cum derivatis, vide mox in *Æstus*.

ÆSTVS, hujus æstûs, motus & agitatio, fervorem gignens, vel in igne, vel aqua, vel animo. hitze, das brennen. De igne videtur propriè intelligendum, unde *Æstas* etiam nomen habet tanquam ab calore vehementissimo. Nonius etiam Marcellus, *Æstus*, inquit, *solis & æstivi temporis flagrantia*, grosse sommer-hitze. Sic Virgilius Georg. 3 v. 331,

> *Æstibus at mediis umbrosam exquirere vallem.*

Idem 2 Æn. v. 759 de incendio Trojano, *furit æstus ad auras*, id est, vapor & flamma exsuperans. Etiam de febrili ardore Cicero in Catil. 1 cap. 13, *homines ægri morbo gravi, cum æstu febrique jactantur.*

¶ 2. De Mari idem lib. 3 de Orat. c. 39 ex veteri Poëta:

> *Vndique omnes venti erumpunt, sævi existunt turbines,*
> *Fervit æstu pelagus.*

Et Virgilius 1 Æneid. v. 111,

> *unda dehiscens*
> *Terram inter fluctus aperit, furit æstus arenis.*

Speciatim reciprocationem maris, hoc est accessum & recessum, ebbe und fluth, *æstus* & *marinos æstus*, scriptores vocant. Cic. 2 Nat. D. c. 53, *æstus maritimi multum accedentes & recedentes.* Plinius 2 c. 97, *Æstus maris accedere, & reciprocare, maxime mirum.* Adde Vegetium lib. 4 de Milit. c. 42. Circa caussam reciprocationis, variæ semper Physicorum fuerunt opiniones. Veterum sententias recensent Conimbric. lib. Meteor. Tract. 10 c. 5. E recentioribus ad motum terræ retulit Galilæus, eumque secutus Gualterius, Peirescio id mire probante, ut habet in ejus vitâ Gassendus lib. 4 p. 377. Sunt tamen, qui ad mutuam lunæ cum aquâ marinâ sympathiam ac consensum, Sole ac reliquis Planetis non exclusis, referre malunt. Confer Scaligerum Exercitatione 52 ad Cardanum. ¶ 3. Hoc verbum transfertur ad animum (1) iratum & tumidum: ut apud Virgilium 4 Æn. v. 532,

> *magnoque irarum fluctuat æstu.*

id est, impetu. (2) cupiditate aliqua accensum. Cicero de Clar. Orator. cap. 81, *Hunc quoque absorbuit æstus quidam gloriæ.* (3) amore correptum: Ovid. Metam. 14, 352, *Vt primum valido mentem collegit ab æstu.* (4) confusum atque sollicitum: Virgil. lib. 8 Æn. v. 19, *magno curarum fluctuat æstu.* Plin. lib. 9 epist. 34, *Explica æstum meum*, id est, solicitudinem meam. Sic *æstum frontis*, pro confusione sive pudore, eleganter dixit Paullinus Jambo ad Cytherium v. 340. In quibus omnibus *æstus* motum & turbationem aliquam significat, tralatione à maris æstu desumta.

¶ Æstuare, brausen, brennen, æstu fervere. Virgil. 4 Georg. 263,

> *Æstuat ut clausis rapidus fornacibus ignis.*

Curtius 8 cap. 9, 19, *Æstimantur purgamenta æstuantis freti pretio, quod libido constituit.* De gemmis & margaritis loquitur. Hinc tralationes elegantes, & a mari quidem, *æstuare dubitatione*, Cic. 4 in Verr. c. 30, zweiffeln, seiner meinung nicht gewiß seyn, quod Curtio *fluctuari* est 4 cap. 12 num. 21; & ab igne, ut *æstuare desiderio alicujus*, Cicer. 7 epist. 18; *Æstuare invidiâ*, id est, flagrare, Sallust. Catil. cap. 23.

¶ Æstuatio. Plin. 18 cap. 1, *relictis æstuationi suæ istis hominum turbis* Vbi vero tres MSS. libri *caustioni* habent, Harduino testante.

¶ Æstuabundus. Palladius lib. 11 cap. 17. de œnomelli: *mundo lintea tegas, per quod facile confectio æstuabunda suspiret.*

¶ Æstuo-

¶ Æstuosus, hitzig, brausend, ungestümm. Cic. ad Att. 5 Epist. 14, *Æstuosâ & pulverulentâ viâ iter conficiebam.* Sic, *Æstuosissimi dies circa canis ortum*, Plin. 34 cap. 12. *Munus inarsit æstuosius*, Horat. Epod. 3, hoc est, vestis Deianiræ ardentior ussit Herculis humeros. Vide Acronem. Sunt, qui pro Adverbio *æstuosius* habent. Idem 2 Oda 7, *freta æstuosa*; & 1 Od. 22, *Syrtes æstuosas* dixit: & Columella 7 cap. 10 *flumen aut stagnum per ortum caniculæ æstuosissimum.*

¶ Æstifer, das hitze bringt. ut *æstifer canis*, Virgil. 2 Georg. v. 353: & *Æstifer cancer*, Silius lib. 1 v. 194,

Æstifero Libye torquetur subdita Cancro.

& Stat. 3 Silv. 3 v. 91, *æstiferi quidquid terit area Nili.*

¶ Æstŭarium, per quod vapores exhalant, quod & *vaporarium* dici potest, ein lufftloch, dadurch die dünste über sich ausgehen, apud Vitruv. lib. 8 cap. 7, ubi de puteorum fossionibus agit. ¶ Æstuaria porro loca sunt marinis aquis referta ex inundationibus, die grossen sümpffe und lachen, so das ausgetretene meer gemacht. Cæs. lib. 2 bell. Gall. c. 28, *Majores natu, quos unà cum pueris mulieribusque in æstuaria ac paludes collectos dixeramus.* Plin. lib. 5 c. 1, *Effunditur huc æstuarium è mari flexuoso meatu.* Optime res ex Plinii verbis lib. 9 ep. 33 cognosci potest. *Est*, inquit, *Africa Hipponensis colonia, mari proxima: adjacet & navigabile stagnum, ex quo in modum fluminis æstuarium emergit, quod vice alterna, prout æstus aut repressit aut impulit, nunc infertur mari, nunc redditur stagno.*

Composita ab Æstuo sunt

¶ Adæstuare, Stat. 5 Theb. v. 517, *squamisque incisus adæstuat amnis.*

¶ Exæstuare. Curtius 4 c. 2 n. 16. *exæstuare semper fretum.* Mela lib. 3 cap. 2, *Oceanus exæstuans.*

¶ Inæstuare. Horat. Epod. 11 v. 23, *si meis inæstuat præcordiis Libera bilis*, descriptio iracundiæ.

¶ Interæstuare. Plinius lib. 6 epist. 16, n. 19 de avunculo: *stomachus illi natura invalidus, & angustus, & frequenter interæstuans erat*, id est, per intervalla ex cruda concoctione æstuans, uti ad illam epistolam interpretati sumus.

ÆTAS, contract. ex *ævitas*, ab *ævo*, ἡλικία. Nomen est commune omnibus partibus ætatis, ut *infantiæ, pueritiæ, adolescentiæ, juventæ, senectæ*: alter, lebens-zeit. In has enim partes ætatem Varro divisit. Nam alii aliter descripserunt, de quibus Censorinus de die Natali c. 14. De ætate aurea, argentea, cæteris, Hesiodus, & cæteri Poëtæ passim. Vid. & Serv. ad Ecl. 4 Virg. *Flos ætatis*, apud Cicer. Phil. 2 cap. 2, die schöne jugend. *Temeritas est florentis ætatis*, idem de Senect. cap. 6 extr. Terent. Adelph. act. 5 sc. 3 v. 49, *Quod illos sat ætas acuet*, die zeit wird es sie wohl lehren. *Homo id ætatis*, pro ejus, Cicer. 4 Verr. c. 14 extr. *Ita viximus, & id ætatis jam sumus*, Idem 6 epist. 20. *Ætas adulta*, erwachsen alter, männlich alter. *Adolescens ætate adulta*, Idem 5 in Verr. cap. 58. *Ætas firma*, media est inter vigoris ætatem & senectutis, wenn man bey seinen besten jahren ist. *Ætas integra*, Terent. And. 1 sc. 1 v. 4, id est, florida. *Agere ætatem*, sicut *agere vitam*. Cicero in Bruto c. 46, *Cum ætatem ageret Athenis*: perinde ac in Trinummo a 2 sc. 2, 38 Plautus, *Mihi quidem ætas acta ferme est*, ich habe meine zeit fast gelebet. *Degere ætatem* seu *tempus ætatis*. Cic. de Senect. cap. 1, *Philosophiæ qui paret, omne tempus ætatis sine molestia potest degere.* Item: *Consumere ætatem multo studio ac labore*, Quintilian. lib. 2 cap. 20, sein leben zubringen. *Ætatem totam in aliquo studio conterere*, Cic. lib. 1 de Orat. cap. 51. *Ætas ingravescens, ætas provecta, ætas decrepita*, sunt gradus senectutis, apud Cicer. de Amic. c. 10, & Tuscul. 1 c. 39. Item *ætas præcipitata*, Matius Ciceroni 11 epist. 28, wenn unser leben zu ende gehet. *Ab ineunte ætate*, Cic. 1 de Orat. c. 21, von jugend auff. Ovid. Metam. 10 v. 519,

Labitur occulte fallitque volatilis ætas.

Et lib. 6 Metamorph. v. 28, *non omnia grandior ætas,*
Quæ fugiamus, habet; seris venit usus ab annis.

Terent. Adelph. a. 5 sc. 3 v. 46, *Ad omnia ætate sapimus rectius.* Virgilius 8 Æn. v. 200, *Attulit & nobis aliquando optantibus ætas*
Auxilium adventumque Dei.

¶ Florus lib. 2 c. 17 de Numantinorum civitate: *Asseruit cum fide socios, populum orbis terrarum viribus fultum, sua manu, ætate tam longâ sustinuit.* *Ætate tam longâ*, id est, tam longo tempore, totis scilicet 14 annis; tot enim obsessa vel oppugnata fuit, ut idem Florus principio capitis refert. Ita *in ætate*, i. e. tempore, seu aliquando, apud Plautum Trinum. a. 1 sc. 2. & a. 2 sc. 4 v. 16. Quintil. lib. 1 c. 5 (al. 4) *Ut Valesii & Fusii in Valerios Furiosque venerunt: ita arbos, labos, vapos, etiam & clamos & lases ætatis fuerunt*: es ist eine zeit gewesen, da man arbos, labos, &c. (pro arbor, labor,) gesagt. ¶ Apud Horatium Epod. 16 in illo, *Altera jam teritur bellis civilibus ætas*, γενεὰ est, quæ appellatur Græcis, hoc est, tempus 30 annorum, ut Lambinus Torrentiusque demonstrant, qui consulendi. ¶ Pro seculo, sive C annis, eine zeit von hundert jahren. Ovidius 12 Metam. persona Nestoris, v. 187, *vixi*
Annos bis centum: jam tertia vivitur ætas.

Curtius lib. 8 cap. 2, *Quatuor continuis ætatibus intactum saltum fuisse constat.* Plural. *totas ætates* etiam Cicero dixit lib. 1 de Orat. cap. 51. Apud Virgil. vel annuum spatium eo nomine designatur. Ut Georg. 3 v. 190, *At tribus exactis ubi quarta accesserit ætas, Carpere mox gyrum incipiat.* Loquitur de equis, quos quarto anno ad usus belli condocefieri præcipit. ¶ Statius etiam pro die posuit Theb. 3 v. 562,

quid crastina volveret ætas,
Scire nefas homini.

¶ Pro ipsis hominibus ea ætate sive seculo natis, usus Horatius eodem loco: *Impia perdamus devoti sanguinis ætas.* Et lib. 1 Od. 35 v. 34,

quid nos dura refugimus
Ætas?

¶ In plurativo numero hac voce usus est Virg. Eccl. 7, *Amabo florentes ætatibus.* Vitruv. Præfat. lib. 9, *Qui à teneris ætatibus doctrinarum abundatia satiantur.* Ita & Cicero, & Curtius, quorum verba supra produximus.

¶ Ætatèm, adverbialiter, quasi pro perpetuò, semper. allezeit, lebenslang. Plautus Amphitr. a. 4 sc. 2, *Ut vivas ætatem miser*, daß du dein lebtag ein bettler seyst. Et ita aliis locis plurimis. Quomodo & usus Lucilius, & alii veterum, atque in iis & Terentius Plauti exemplo. Ut Heaut. a. 4 sc. 2 v. 38, *Quid, malum, me ætatem censes velle id assimularier?* ¶ Sed in Eunucho a. 4 sc. 5 v. 8, usus est pro jamdiu, jamdudum, quicum, tanquam συνωνύμῳ, etiam conjunxit. PYTHIAS: *An abiit jam à milite?* CHREMES, *Jamdudum ætatem: lites factæ sunt inter eos maximæ.* vide ibi Donatum. Non autem verè adverbium est, sed nomen subaudita præpositione *Per*, quæ continuationem significat, si temporis nominibus præfixa est.

¶ Ætatula diminut. pro teneriore ætate, apud Cicer. Plaut. alios. *Facile est hoc cernere in primis puerorum ætatulis*, Cic. de Finib. l. 5 c. 20. Et pro Sext. c. 8, *vexatores ætatulæ suæ.* Plautus Cistell. a 1 sc. 1 v. 51, *Semper istam, quam nunc habes, ætatulam obtinebis*: ubi vide Interpretes. Suetonius Claudio c. 16, *Monuit, ut aut parcius, aut cautius ætatulæ indulgeret.*

¶ Coætaneus, ejusdem ætatis, der mit einem zu gleicher zeit lebet. Apulejus 8 Miles. p. 204 [ed. Elmenh.] *Illum amicum, coætaneum, contubernalem, fratrem denique, addito nomine lugubri, ciere.* Antiquiorem, qui usus hac voce sit, vix habemus. Vid. Borrichii Cogitat. in Vossium p. 62.

Æternalis, vide mox *Æternus.*

ÆTERNUS, ἀΐδιος, per syncopen ex *æviternus*, perpetuus, fine carens, sempiternus. ewig, immerwehrend. Livius 28 cap. 28, *Urbs condita in æternum.* *Ilias opus æternum*, Ovid. lib. 3 de Arte amandi v. 83. *Æternior* comparativus occurrit apud Plin. Hist. lib. 14 cap. 1, *Nec est ligno ulli æternior natura.* ¶ Ponitur & *æternum* pro eo, quod ægre destrui potest ac solvi, & sic quam diutissime durat. Phædrus l. 2 extr.

Æsopo ingentem statuam posuere Attici,
Servumque collocarunt æterna in basi,
Patere honoris scirent ut cuncti viam,
Nec generi tribui sed virtuti gloriam.

Statius similiter de basi statuæ Colosseæ Domitiani lib. 1 Silv. 1, v. 58,

teneat quamvis æterna crepido,
Quæ superingesti portaret culmina montis.

Et lib. 5 Silv. 1 v. 188 de statua aurea Cæsari in Capit[illegible] dedicanda:

nunc quod cupis ipse videre,
Da Capitolinis æternum sedibus aurum,
Quo niteat sacri centeno pondere vultus Cæsaris.

Plinius ita ligni naturam *æternam* dixit, hoc est durabilem. Nam l. 14 cap. 1 de vite tradit: *Nec est ligno ulli æternior natura.* Ubi simul Comparationis gradum, haud passim obvium, notare diligentioribus licet. ¶ 3. Curtius lib. 4 c. 2, *Ablue corpus illuvie æternisque sordibus squalidum.* *Æternis sordibus*, i. e. quibus adhuc continue & diuturno tempore turpatus: nec enim necesse est, tot codicum & manu exaratorum & descriptorum typis fidem hîc sollicitare cum iis, qui scribi optant: *veterni sordibus*, vel *tetrisque sordibus*, vel *cæterisque.* Vide ibi Raderum fol. 119. cui tamen non displicet, *terræque sordibus.* Florus lib. 4 cap. 12, *Certa mox fides & æterna pax*, i. e. continua, vel immensa. Quemadmodum & Virgilium *æternum amorem* pro immenso & magno, in illo: *Tum pater æterno fatur devinctus amore*, dixisse lib. 13 Adversar. cap. 8 Turnebus observat. ¶ 4. Ponitur & pro eo, quod tamdiu, quam vita nostra, durat. Terent. Eun. 5 sc. 2, 32, *At nunc dehinc spero æternam inter nos gratiam fore, Thais.* Ich hoffe, wir wollen nun freunde bleiben, so lange wir leben. Plautus Captiv. a. 2 sc. 1, *Spero me ob hunc nuncium æternum adepturum cibum.*

¶ Æternalis, idem quod Æternus. Tertullianus adv. Judæos cap. 6 *lex æternalis.* Venantius Fortunatus lib. 10 carm. 10, *æternalis salus.* Inscriptio apud Grut. p. 752 n. 3, SOMNO AETERNALI SACRUM. & apud Reines. p. 649. SOMNO AETERNAL. Nec tamen alteri *Æternus*, vox *Æternalis* vel ætate vel elegantia æquiparatur.

¶ Æternabilis, idem, sed deterioris latinitatis. In Theod. Codice aliquoties visitur, ut Lege 3 de collatione donat. possess. *excepta æternabili urbe.*

¶ Æternitas, ewige zeit, ewigkeit. Cicero lib. 1 de Nat. Deor. cap. 9, *Fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla temporum circumscriptio metiebatur.* Idem lib. 1 de Divinat. c. 14, *ab omni æternitate repetitum.* ¶ Æternitatem tribuebant & Imperatoribus, quia & numen tribuebant & inter Deos computabant: Dii autem æterni sunt. Buchner. ad illud Plinii ad Trajanum 10 Epist. 50, *opera, non minus æternitate tua, quam gloriâ digna.*

¶ Æternitas Dea a veteribus culta, cujus imaginem sedemque elegantissime Claudianus lib. 2 de laudibus Stiliconis à v. 424 descripsit.

¶ Æternare, verbum antiquum, pro æternum & immortale facere, verewigen, ewig machen. Apud Nonium ex Varrone: *literis ac laudibus æternare.* Horatius lib. 4 Oda 14,

Quæ cura patrum, quæve Quiritium,
Plenis honorum muneribus tuas,
Auguste, virtutes in ævum
Per titulos memoresque fastos
Æternet?

¶ Æternò, adverb. ewig. Plinius 2 c. 107, *Viret æternò fraxinus.* Sed usitatius

¶ Æternùm, quod idem sonat, itidemque adverbium est. Virg. Æneid. 6 v. 617, *sedet æternumque sedebit.*

Idem lib. 1 Georgic. v. 398 seq. *namque omne quotannis*
Terque quaterque solum scindendum: glebaque versis
Æternùm frangenda bidentibus,

Ubi *Servius*: AETERNUM, *semper, perpetuo. Et absolute locutus est.*

¶ Coæternus, adject. proprium Theologorum est, qui in mysterio de divinis personis utuntur. v. g. Hieronymus ad Damasum epist. 57, *Sufficiat nobis dicere unam substantiam, tres personas subsistentes, perfectas,*

fectas, æquales, coæternas, gleichewig. De eodem mysterio Prudentius Apotheos. v. 271 *comperpetuus* usurpavit.

ÆTHALIA, insula Tyrrhenorum, Latinis *Ilva* dicta, inter Etruriam & Corsicam, ferri fodinis dives. Stephanus Byzant. & Apollonius Argon. 4 v. 654. Atque hoc nomine etiam insulam Lemnum vocat Polybius, teste eodem Stephano.

ÆTHALIDES, præco, Mercurii filius, inter vivos modo, modo inter mortuos existens. Apollon. Argon. lib. 1, v. 641. Eum se fuisse, gloriabatur Pythagoras, ut refert Diogenes Laert. Vita Pythagoræ.

ÆTHER, αἰθὴρ, cœlum, der himmel. sic dictum a perpetuo motu, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θεῖν. Apulejus de mundo: *Sed cœlum ipsum, stellæque cœligenæ, omnisque siderea compago Æther vocatur; non, ut quidam putant, quod ignitus sit* (ἀπὸ τοῦ αἴθειν. id est, ardere;) *& incensus: sed quod rapidis cursibus semper rotetur.* Hinc & pro Deo, ut cœlum, aliquando ponitur. Claudianus Paneg. de 6 Cons. Hon. v. 352,

tum providus Æther
Noluit humano titulos auferre labori.

Lactant. lib. 1 c. 5, *Cleanthes & Anaximenes æthera dicunt esse summum Deum.* Cicer. 1 de Nat. Deor. cap. 15, *Idemque* (Chrysippus) *disputat, æthera esse eum, quem homines Jovem appellârunt.* ¶ 2. Item Aer, die lufft. *Altus, arduus, clarus, liquidus, apertus æther*, apud poëtas. Vide Virgil. Georg. 4, 78. Æneid. 1, 591. 7, 65. 10, 102 &c. Ita λεπτότατος αἰθὴρ, pro tenuissimo aëre Philoni ponitur de mundi incorruptibilitate.

¶ Vtuntur & fœm. *Æthra*, contracto ex *æthera*, Poetæ. *Liquida æthra*, id est, aër purus, apud Sil. Ital. lib. 4 v. 103, reine lufft. Contra, *squalens æthra*, Prudent. Cathem. 9 v. 78, est aër impurus. Virgilius 12 Æn. v. 247, *Namque volans rubra fulvus Jovis ales in æthra.* Vbi Servius observat, & æthera ipsum, & ejus splendorem eo vocabulo designari.

¶ Æthereus, a, um, *Astra ætherea*, Virg. Æn. 5 v. 838; *domus ætherea*, Horat. 1 Oda 3, 29, himmlisch. Ovidius lib. 3 de Art. v. 549,

Est Deus in nobis, sunt & commercia cœli,
Sedibus æthereis spiritus ille venit.

¶ Hypæthrus & Hypæthrius vide in litera H, suo loco.

ÆTHIOPS, is, αἰθίοψ, ein mohr: quod Germanicum à Μαυρὸς, *Maurus* est, niger. Juvenal. Sat. 2 v. 23,

Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus,

id est, vide, ne vitiis illis, quæ in aliis reprehendis, ipse sis obnoxius. *Æthiopem lavas, æthiopem dealbas, æthiops non albescet*, parœmiæ sunt, in frustra conantes. Diogenes improbum monens, cùm interrogaretur, quid ageret, respondit: Αἰθίοπα σμήχω, ἵνα λευκὸν ποιήσω, id est, *Æthiopem abstergo, ut candidum faciam.* *Æthiops* porro ab αἴθω est & ὤψ, ab adusta vel cremata facie; quod Solis vicinitate torreantur Æthiopes. Præter faciem nigram auctores Æthiopibus labra tumida, capillitium crispum, crura in orbem panda tribuunt. Vide Petron. Satyrico p. 59, & ibi Interpretes. Porro *Æthiopis occursum* malum præbuisse omen, ex Plutarcho in Bruto, Floro lib. 4 cap. 7, Spartiano in Severo discimus. Vide & Brodæum lib. 4 Miscell. cap. 1. ¶ Christianos scriptores haud raro *Æthiopas* pro Diabolis dixisse C. Barthius Adversariorum Commentariis non semel observat. Victor. Vticens. de Persecut. Vandal. lib. 2, *Exstinctus est fulgor, ac tenebris succedentibus adversarius naribus natus est fœtor, omnisque illa beatorum turba expellentibus quibusdam Æthiopibus minata est foras.* *Minata*, id est, acta, expulsa. *Minare* enim ante se pellere est. Auctor hymni, cujus initium: *Laudes Christo Redemptori*, feriâ secundâ & quartâ Paschæ cantari quondam soliti: *Hæc est dies, quæ illuxit post turbida regni Æthiopum tempora.* Vbi recte Torrentius monet significari dæmones.

¶ Æthiŏpia, Αἰθιοπία, pars Africæ sub Zona torrida intra Arabiam & Ægyptum; sic dicta ab Æthiope Vulcani filio. Duplex est: altera ad Orientem sita, altera ad Occasum circa Oceanum supra Mauritaniam. Vid. Homer. Odyss. A. v. 23, & Plin. lib. 5 cap. 8.

¶ Æthiŏpĭcus, ut, *Oceanus Æthiopicus*, Plin. 6 cap. 30; *Æthiopicæ naves*, Idem lib. 5 cap. 9.

¶ Æthiŏpis, idis, Αἰθιοπὶς, herba verbasco similis, foliis hirsutis & densis, nascitur in Æthiopia & Ida Troadis, & in Messenia. Plinius lib. 27 cap. 4.

¶ Æthiopissa, eine möhrin. Hieron. Epist. 22 ad Eustoch. de custod. virg. *Non est sponsus tuus arrogans, non superbus, æthiopissam duxit uxorem.* Vsus est & interpres Bibliorum Num. 12 v. 1.

ÆTHON, Αἴθων nomen est equi Hectoris apud Homerum. ¶ 2. Et Palantis apud Virgil. 11 Æn. ¶ 3. Plutonis vero apud Claudianum Rapt. Pros. lib. 1 extr. ¶ 4. Inter Solis denique equos Æthon est. Ovid. lib. 2 Metam. v. 154, *Interea volucres, Pyroeis, Eous, & Æthon,*
Solis equi, quartusque Phlegon, &c.

¶ 5. Claudianus Lucifero tribuit de 4 Cons. Honorii v. 560.

Æthra, der himmel, vide in *Aether*.

ÆTHRA, Αἴθρα, Thesei mater. Vide Diodor. Sicul. lib. 4 cap. 61. Hinc *Nepos Æthræ*, Hippolytus, apud Ovid. in Ibin. v. 577.

ÆTHRIA, urbs quæ postea *Atria*: a qua mare *Atriaticum*, quod nunc *Adriaticum*. *Hinc & Ethruscos dictos crediderim*, inquit Hermolaus in Plin. lib. 3 c. 16.

ÆTIA, tiorum, Callimachi poëtæ liber de ritibus & caussis sacrorum; ab αἴτιον caussa. Argumentum cum fastis Romanorum conveniet. Fuit Poëma illud obscurissimum, quod & Martialis indicat hoc disticho lib. 10 Epigr. 4, *Sed non vis, Mamurra, tuos cognoscere mores;*
Nec te scire; legas Ætia Callimachi.

ÆTIOLOGIA, αἰτιολογία, figura sententiæ est, ratio scilicet dictorum caussaque subjecta. Terent. in Eun. a. 1 sc. 1 v. 34, *Sed ipsa egreditur fundi nostri calamitas. Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit.*

AËTĪTES, Ἀετίτης, lapis, qui in nidis reperitur aquilarum: quem & *Gagatem* aliqui dicunt, auctore Plin. lib. 5 cap. 3, ein adlerstein. Sine hoc lapide parere non potest aquila.

AËTIVS, Ἀέτιος, quatuor syllabis, medicus Antiochenus fuit, orthodoxus primum, sed qui postea se cum Eunomianis Arianisque conjunxit: quamobrem & Atheos, non Aëtius, dictus est. Exstant ejus de re Medica libri 16 cum epistolis aliquot: Volaterran. Petro tamen Castellano in vitis Illustrium Medicorum p. 131 similior vero videtur eorum sententia, qui Medicum Aëtium ab hæretico distinguunt, patriamque dant illi Amidam, Mesopotamiæ oppidum; cum hæreticus fuerit Antiochenus. Accedit, quod Oribasio longe posteriorem fuisse Medicum ostendi potest, cum hæreticus ille, qui Constantini principatu floruit, Julianiq; tempora attigit, fuerit Oribasio æqualis. Amidenum Aëtium Justiniani ætate celebrem ab Antiocheno distinguit etiam Jonsius lib. 4 de script. hist. Philos. p. 319. Sed utrumque medicum facit, ut adeo simul medicus, simul hæreticus fuerit alter ¶ Aëtius Labeo, poëta Persii tempore vivens. Iliada Homeri adeo obscure transtulit, ut nec sua ipse cognosceret. Gyrald. Dial 8 Hist. Poët. ¶ Alius Aëtius, Magister militum, victor Attilæ, Hunnorum regis, & servator Occidentis clarissimus. Vid. Jornand. Get. cap. 40, Procop. Vandal. lib. 1 cap. 4.

ÆTNA, æ, Αἴτνα vel Αἴτνη, mons Siciliæ, nocturnis mirus incendiis, quemadmodum Plin. inquit lib. 3 cap. 7, & poëtarum atque historicorum literis celebertimus. Vide præter Virgil. 3 Æn. & Ovid. lib. 15 Metam. descriptiones, elegans Cornelii Severi Poëma de Ætna, quod vulgo Virgilio, sed male, adscribitur. Pars ejus superior, qua flammas & cineres ejicit; ambitu stadiorum viginti *Crater* appellatur, cavernæ videlicet spiramentum, das feuerloch, der ofen. Vide *Crater*. *Ætnæ & Athônes* montes molestissima & gravissima proverbialiter dicuntur onera. Vnde & Cicero in Catone majore cap. 2 *senectutem onus Ætnâ gravius* dixit. Vide chiliad. De Catanæis fratribus, qui ex Ætnæ incendio parentes suis humeris extulerunt, diximus aliquid in *Æneas*. Addi Strabo potest lib. 6 pag. 185, & Stobæus Serm. 77.

¶ 2. Ætna oppidum Siciliæ, monti cognomini appositum. Strab. d. l. unde

¶ Ætnensis, ut, *ager Ætnensis*, Cicer. in Verr. 5 cap. 44. At a monte est

¶ Ætnæus, adject. ut, *Ætnæi Cyclopes, fratres*, apud Virg. 3 & 4 Æn. *Ætnæum fulmen*, apud Ovid. de Arte 3 v. 490.

ÆTŌLIA, Αἰτωλία, Græciæ regio, *Græciæ contenta gremio*, quemadmodum Cicero scripsit in Pisonem, cap. 37; & Livius, qui *Ætolos umbilicum Græciæ incolere* dixit lib. 35 cap. 18.

¶ Ætolia ab Ætōlo nomen accepit, Martis; secundum Homeri interpretem autem, Endymionis, filio.

Ætōlius, & Ætōlĭcus: ut, *Bellum Ætolicum* apud Livium & Flor. 2 c. 9. *Ætolius heros*, hoc est, Diomedes, Tydei, Ætōliæ regis, filius, apud Ovid. 14 Metam. v. 461. ¶ Populi Ætōli vocantur, apud Livium passim: Florum c. l. & alios.

¶ Panætolicus, totius Ætoliæ quod est. Livius lib. 35 cap. 32, *ut legatos ad Panætolicum concilium mitterent.*

Ævitas, æviternus, quære mox in *Ævum*.

ÆVVM, perpetuitas temporis, *tempus immensum, sine origine, sine fine; quod eodem modo semper fuit, & semper futurum est*, ut de eo Censorinus scribit de die Natali cap. 16, ewigkeit. Vet. Gloss. *Ævum*, αἰώνιον, αἰών. Ex Philosophorum tamen loquendi consuetudine differt ævum ab æternitate, ut *æternitas* duratio sit principii pariter & finis expers; *ævum* careat fine quidem, non perinde principio. ¶ 2. Vsurpatur & pro tempore, vel ætate ac spatio vivendi, lebenszeit. Horatius 2 Sermon. sat. 6 v. 97, *Vive memor, quàm sis ævi brevis.* Aurelius Victor in Tito: *veneno interiit anno ævi quadragesimo.* Et ita idem ille scriptor sæpius. Etiam Epitome Victoris in Constantio: *Interiit anno ævi quarto & quadragesimo.* Apulejus sub finem Apologiæ: *puer hoc ævi convivia agitat*: pro *id ætatis*. Lucretius 2 v. 14, *O miseras hominum mentes, ô pectora cæca!*
Qualibus in tenebris vitæ, quantisque periclis
Degitur hoc ævi, quodcunque est!

Horat. lib. 1 Epist. ult. *Forte meum si quis te percontabitur ævum*, id est, ætatem: fragt dich jemand, wie alt ich sey. Sequitur enim: *Me sciat undenos quater implevisse Decembres.* ¶ 3. Ævi nomine appellantur & gradus ætatis humanæ. Sic *primum ævum* adolescentia est, Val. Flaccus lib. 7 v. 338, *Occidis, heu primo potes hoc durare sub ævo?* Hinc *Primæva juventa, primævi juvenes*, ut mox in *Primævus* ostendemus. ¶ 4. Sumitur & pro longissima hominis ætate, quæ fermè annis centum definitur, & *Seculum* appellatur, ut, *ævo nostro*, hoc est, seculo vel ætate. Ovid. 1 de Pont. Eleg. 3 v. 83,

nulli datus omnibus ævis
Tam procul à patria est, horridiorve locus.

Vbi *omnibus ævis*, est, omnibus seculis.

Horatius lib. 2 Od. 9, *At non ter ævo functus amabilem*
Ploravit omnes Antilochum senex
Annos.

Loquitur de Nestore, qui trecentos annos sive tria secula vixisse traditur: unde & *trisecli senex*, à veteri Poëta apud Gellium 19 c. 7 appellatus. Ævis in plurali Ovidius dixit non tantum, verum etiam Plinius lib. 14 cap. 1, *Simulacrum in urbe Populonio ex una conspicimus tot ævis incorruptum.* Idem, lib. 36 cap. 36, *Durantque ævis tecta alta.*

¶ Ævitas pro *ætate*. Cic. lib. 3 de LL. c. 3, *Ævitatem annali lege servanto.* Ita apud Gell. lib. 20 c. 1, in antiqua lege est *ævitas*. Vsus & Arnobius lib. 5 p. 161, & Apulejus lib. de Philos. Naturali p. 8, Adde Nonium in *Ævum*.

¶ Ævĭternus, idem quod æternus. Vsus eo Apul. de Deo Socratis post principium. *Prorsus*, inquit, *& retro æviterni Dii.* Et Varro apud Priscianum extremo lib. 2, *Per æviternam hominum domum tellurem propero gradum.*

¶ Coævus, idem quod Coætaneus. Prud. hymn. Epiphaniæ de laniena Bethlehemitica: *Inter coævi sanguinis*
Fluenta solus integer [Christus.]

¶ Æquævus, ejusdem ætatis. Virgil. 2 Æn. v. 561,

Vt regem æquævum crudeli vulnere vidi
Vitam exhalantem.

Plinius 16 cap. 44, *Lotos* [arbor] *æquæva Urbi.* Seneca Agamemn. v. 639, *Æquævi gregis Astyanax ducit turmas*, id est, puerorum æqualium, ejusdem ætatis, die gleiches alters mit ihm waren.

¶ Grandævus, magno natu, hohen alters, wohlbetagt. Virg. Æn. 1 v. 125, *grandævus Alethes.* Ovidius 7 Met. 160, *grandævi patres.* Lucanus 3 v. 518, *Grandævosque senes mistis armavit ephebis.*

¶ Grandævitas, Accii & Pacuvii verbum apud Nonium, quod in obsoletis fere numeratur.

¶ Longævus, longi ævi, idem quod Grandævus, alt, wohlbetagt. *Longævos senes* Virgil. 5 Æn. v. 715. Idem dissimulato etiam substantivo sic loquitur Æneid. 2 v. 525, *Sacrâ longævum in sede locavit.* *Longævum*, i. e. Senem, den alten. Sic Ovidius 10 Metamorph. v. 462, *Longævam* dixit pro *anu.* *Cunctantem longæva manu deducit.* Ciceroni quoque hanc vocem dat Lexicon Calepini, locumque citat ex Catone Maj. cap. 19, *O miserum senem, qui mortem contemnendam in tam longævâ ætate non viderit.* Verùm in correctissimis quibusque libris, Gruteri, Grævii, Lambini, & aliis, non *longæva* ibi est, sed *longa.* Tacet hic & Nizolius. Sic vulgo ex Val. Flacci 6 v. 118, *longæva novalia* adferuntur, ubi *Lagea*, id est, Ægyptia, N. Heinsius bene restituit, quia de *centumgeminis Thebis* Ægypti sermo est.

¶ Longævitas. Macrob. 7 Saturn. 10, *Liquor vitalis longævitate siccatus est:* der lebens-safft ist wegen des hohen alters vertrocknet.

¶ Primævus, qui primi temporis, primæ ætatis est, pro diversa vocis *Ævi* notione. das andern an der zeit vorgehet. Virg. Æn. 9 v. 546, *quorum primævus Helenor*, id est, natu major, sicut Catullus sub fin. Epithalamii: *primævi funera nati*, hoc est primogeniti. ¶ 2. Juvenis est & viribus florens. Virg. 7 Æn. 162, *primævo flore juventus:* & lib. 10 v. 345, *fidens primævo corpore*, quemadmodum *primum ævum* pro adolescentia reperitur apud Valer. Flaccum lib. 5 v. 358, & 7 v. 338. Silius lib. 5 v. 424, *primævos juvenes.* Auctor Phœnicis v. 115, *Ast ubi primæva cœpit florere juventa.*

Et Arator præfatione priore:

Nam primævus adhuc senibus documenta dedisti.

Adde Rutilii Itiner. v. 172, & ibi Barthium: & Weitzium ad Valer. Flacc. 2 v. 653.

Affabilis, Affabre, Affamen, Affaniæ, Affari, quære in *fari, faber, fari, aphannæ, fari.*

AFFĂTIM, adverb. abunde, abundanter. gnug, häuffig. Id enim significabat Latinorum Veterum *Fatim:* unde & *fatiscere* est, id est, largiter, seu abundanter hiscere, ut Servius in 1 Æn. v. 123 observat. *Affatim* igitur ex *ad* & *fatim.* Et quia *fatisco* primam brevem habet; sequitur eandem & in τῷ *fatim* correptam statuendam: & ideo *affatim* acuendum in primâ, quod & Gellius docet lib. 7 Noct. Attic. cap. 7. *Affatim alicui satisfacere*, Cic. Attico lib. 2 epist. 16. Livius lib. 34 cap. 26, *auxiliorum affatim erat:* & cap. 37, *sibi copiarum affatim esse.* Plaut. in Milite 4 sc. 1 v. 33, *Tibi divitiarum affatim est.*

Affecto, Affectus, Afficio, Affinis, Affirmo cum derivatis, Afflictio, Affligo, Affrictus, Affringo, vide in *facio, finis, firmus, fligo, frico, frango.*

AFRĀNIUS, Poëta Latinus Comicus, scripsit Comœdias togatas, in quibus eum excelluisse Quintilianus censet lib. 10 cap. 1. Veteres Critici Menandro compatârunt, ex quorum mente Horatius Epist. ad Augustum, (quæ prima est libri 2 v. 57.) *Dicitur Afrani toga convenisse Menandro.* Vellejus Paterc. lib. 1 c. 17, *In Accio, circaque eum Romana Tragœdia est: dulcesque Latini leporis facetiæ per Cæcilium, Terentiumque & Afranium suppari ætate nituerunt.* Gellius hos ejus celebrat versûs, lib. 13 c. 8,

Vsus me genuit, mater peperit memoria,
Σοφίαν vocant me Graji, vos sapientiam.

Afer, vide in *Africa.*

AFRĬCA, Aphrica; sic enim Græcè ἀφρικὴ, ab α & φρίκη, quasi sine horrore, seu frigore. Solinus ab *Afro* Libyci Herculis filio dictam *Africam* putavit: Josephus autem a nepote Abrahæ ex filio Madian, *Afro* etiam appellato, hoc nomen terram eam accepisse scripsit lib. 1 Antiqu. c. 23. *Africa semper aliquid novi affert*, proverbium in eos, qui rerum novandarum sunt avidi, ex Plin. 8 c. 16. Terra frumenti admodum ferax, quod & Romanæ urbi subministrabat: ut fames metueretur ibi istac clausâ, quod Tacitus non obscure innuit lib. 1 Histor. c. 73. Et inde *Provinciarum arx* appellata Tullio Orat. pro Ligario cap. 7. Idem pro Lege Manil. c. 12 Africam, Siciliam, Sardiniam, *tria subsidia frumentaria* Reip. vocat. Vide & Varronem lib. 2 Præfat. qui caussam aperit, eccur Italia aliunde supportato frumento pascenda esset. Veterem Strabo & alii; hodiernam Thuanus descripsit initio 7 Histor.

¶ Āfer, ein Africaner. *Afri discincti*, Virg. 8, 724. *sitientes*, Idem Ecl. 1, & *diri*, Horat. 4 Oda 4, *Dirus per urbes Afer ut Italas equitavit.*

¶ Et adject. *Afer, Afra*, &c. ut, *Afra avis*, id est, Lybica, gallina Numidica, apud Horatium Epod. 2 v. 53,

Non Afra avis descendat in ventrem meum.

Idem lib. 2 Od. 16, *te bis Afro murice tinctæ vestiunt lanæ.* Et *Afra pisa* apud Pallad. Octobr. Tit. 14.

¶ Africānus, ut, *Scipio Africanus, Africanum bellum, Africani rumores*, omnia apud Cicer. pro Dejotaro cap. 7 & 9. Per antonomasiam *Africanus* usurpatur, quia non celebratur alius inter Romanos virtute præstantior Scipione, eoque vel majore, qui Hannibalem acie vicit: vel minore, majoris adoptivo nepote, qui Carthaginem delevit. Vid. Cic. passim, in Lælio præsertim & Somnio Scip. ¶ *Gallina Africana* vel *Numidica.* *Indicam* vulgo vocant, species est *Meleagridis, Pharaonis* avis, ein Indianisch oder Kalekutisch hun. Varro R.R. lib. 3 cap. 9, *Gallinæ Africanæ sunt grandes, variæ, gibberæ, quas μελεαγρίδας appellant Græci.* Adde Columell. 8 cap. 2. Hanc *Numidicam guttatam*, ab albis guttulis, inter plumas nigrantes, Martialis dixit lib. 3 Epigramm. 58, *Et picta perdix Numidicæque guttatæ.* Vide in *Gallina.* ¶ *Africanæ* absolute etiam Pantheræ dicebantur.

Ita accipienda hæc vox apud Plinium Cæcilium lib. 6 Epist. ult. & apud Plin. majorem lib. 8 Natural. Histor. cap. 17.

¶ Africus: ut, *Africa bella* apud Silium lib. 17 v. 11, & *procellæ Africæ* apud Horatium 3 Od. 29, 57.

¶ Cum substantive videtur poni vox *Africus*, ventus subauditur, *celer* Horatio lib. 1 Od. 14; *creber procellis* Virgilio 1 Æn. *pestilens* Horatio rursus lib. 3 carm. 23, qui inter Austrum & Zephyrum ab Africa spirat; *Notum* & *Liba*, νότον καὶ λίβα, à λὶψ, Græci dicunt.

AGALLOCHUM, ἀγάλλοχον, & ξυλαλόη, Xylaloe, id est, lignum aloes arboris, ex India & Arabia defertur, aloes-holtz, oder creutz-holtz.

ĂGĂMĒDES, Ἀγαμήδης, Trophonii frater; de quibus Plutarchus oratione consolatoria ad Apollonium p. 109 hæc scripsit: Τροφώνιος καὶ Ἀγαμήδης, ποιήσαντες ἐν Δελφοῖς ναὸν ᾔτουν παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος τὸν μισθόν. ὁ δὲ ἔφη, δώσειν τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ, καὶ ταύτῃ ἀπέθανον. Hoc est, *Trophonius & Agamedes, cum Delphicum templum construxissent, mercedem ab Apolline petebant, quam ille se daturum ipsis cùm promisisset septimo post die, eodem mortui sunt.* Addit ibi Plutarchus: Pindarum per Bœotios quosdam, quod homini optimum esset, sciscitatum, responsum à Pythia accepisse, an nesciret, quid Trophonio & Agamedi obtigisset? Quod si periculum facere velit, paullo post sibi fore exploratum. Ea igitur Pindarum ad obitum spectantia sic considerantem paullo post decessisse.

ĂGÀMEMNON, Ἀγαμέμνων, *Atrides*, (ab Atreo patre) Ovidio 13 Met. v. 655. *Mycenæus ductor* Virg. Æn. 11 v. 266. *Rex regum* Ciceroni loco mox indicando: rex fuit Mycenarum, imperator exercituum Græcorum ad Trojam, frater Menelai, maritus Clytemnestræ, pater Iphigeniæ. Cic. lib. 9 famil. ad Dolabellam, quæ epistola etiam inter eas legitur, quas ad Atticum scripsit lib. 14, *Non alienum est dignitate tua, quod ipsi Agamemnoni regum regi fuit honestum, habere aliquem in consiliis capiendis Nestorem.* ¶ Agamemnon exhaustis plurimis laboribus in Troja pro Græciæ dignitate expugnanda, domum reversus, veste inexplicabili involutus, interfectus est à Clytemnestra, auxiliante Ægistho adultero. Hinc nata sententia, *Pro beneficentia Agamemnonem ulti sunt Achivi*, in ingratos: pro quâ Germani dicunt, wer der gemeine dienet, der dienet einem bösen herrn. Vide chiliad.

¶ Agămemnŏnĭus, adject. Virg. 6 Æn. v. 838,

Eruet ille Argos, Agamemnoniasque Mycenas.

& lib. 3 Æn. v. 54, *Res Agamemnonias victriciaque arma secutus.*

ĂGĂNIPPE, es, Ἀγανίππη, fons in Bœotia, Apollini & Musis, quæ inde *Aganippides* dicuntur, sacer. Nam & hunc in sacris Musarum fontibus præter Poëtas Plinius 4 cap. 7, & Solinus cap. 7 [al. 12] recensent. Claudianus Paneg. Mall. Theodori v. 272,

Concinuit felix Helicon, fluxitque Aganippe
Largior.

¶ Aganippēus. Propert. lib. 2 Eleg. 3,

Par Aganippeæ ludere docta lyræ.

¶ Aganippis, ĭdis, patronym. Ovid. 5 Fast. v. 7,

Dicite, quæ fontes Aganippidos Hippocrenes
Grata Medusæi signa tenetis equi.

Vbi Hippocrene *Aganippis* cognominatur, non quod idem fons & Aganippe sit (nam manifeste distinguit Solinus c. l. & ibi Salmasius) sed quia vicini sunt; deinde ejusdem naturæ, *quod poti inspirationem facerent literarum*, ut Solinus ibidem locutus est.

AGARĒNI, populi Arabiæ; ab Agare ancilla Saræ forsan dicti, postea, ut videtur, Saraceni appellati. In Agarenos Trajani expeditionem scripsit Dion Cassius sub fin. lib. 68.

AGARICUM, fungus nascens in arboribus colore candido, Plin. lib 25 c. 9, ein schwamm an einem baum. Germanis lerchen-schwamm, quia est proprie fungus in larice, Ἀγαρικὸς, ab Agaria Sarmatiæ regione dictus Dioscoridi.

ĂGĀSO, ōnis, ex Græco, ἀγάζων, qui jumenta curat aut agit, quod & minare dicebant. Festus: *Agasones, equos agentes, id est, minantes.* ein pferdetreiber, stallknecht, &c. Livius 43 c. 5, *duo equi phalerati cum agasonibus.* Apud Horat. lib. 2 Sat. ult. & Pers. Satyr. 5, communiter pro servo ponitur. Vet. Gloss. *Agaso*, δοῦλος, κτηνίατια.

AGATHARCHIDES Cnidius, historicus, Diodoro Siculo celebratus, de quo Vossium consule lib. 1 de hist. Græc. cap. 20, ubi & eundem esse suadet, quem Plutarchus Samium citat, cùm insolens non sit, ut gemino à loco nomen geminum indatur. Vide & Jons. 2 de script. histor. Philos. 12. ¶ Agatharchus, pictor, Plutarch. in Pericle. *Ferunt, Agatharcho pictori jactanti se, quòd facilè & celeriter sua animalia pingeret, Zeuxin dixisse, sua se multo tempore elaborare. Facilitas enim & celeritas in efficiendo neque diuturnitatem, neque perfectam pulchritudinem affert.*

AGATHOS DAEMON, nomen est fluvii in inferiori Ægypto, Ptolemæo lib. 4 cap. 5, ποταμὸς καλούμενος Ἀγαθὸς δαίμων. Est & insulæ in Indico mari, Steph. ἀγαθοῦ δαίμονος νῆσος. ¶ Item nomen Alexandrini cujusdam, qui de mundo scripsit, referente Vossio H. Gr. lib. 4. & de Math. Sc. c. 42.

AGATHIAS, Scholasticus Smyrnæus; scripsit post Procopium res gestas Justiniani principis, ejusque ducum Belisarii & Narsetis: collegit in volumen diversa epigrammata Græca nobilium poëtarum.

ĂGĂTHION, juvenis fuit monstrosæ fortitudinis & castissimus, sub Hadriano Principe: de quo Philostratus lib. 2. Sophistarum in Herode. Minus bene Agathonem hunc vocat Volaterranus lib. 13 f. 286. & ex eo alii.

AGATHO, vel Agathon, Multi hoc nomine memorantur. Primo unus, filiorum Priami apud Homerum Iliad. ω. v. 249. ¶ 2. 3. Duo Poëtæ, Tragicus & Comicus, Platonis æquales, Tragicus tamen antiquior, inquit Voss. cap. 7 de Poet. Græc. pag. 50, qui & Comici Agathonis versum putat Aristoteli citatum 6 Nicom. 4, quemadmodum & alibi Agathonis testimoniis usus est, ut lib. 5 Eudem. c. 2 & 2 Rhetor. c. 19. Alios ab Athenæo servatos emendat Isaac. Voss. ad Melam p. 102. In Tragœdiis antitheta solitum frequentasse, volentique ea tollere con-

conſilio emendandi, reſtitiſſe, quod ſic in Agathone deleri Agathonem diceret, auctor eſt Ælianus 14 hiſt. Var. 13. Qui & lib. 2 cap. 21 amores in Agathonem Poëtam, (quam hunc ipſum fuiſſe tragœdum probabile eſt) Pauſaniæ & Euripidis memorat. Conf. Mich. Apoſtol. Cent. 19 prov. 74. Eraſm. Adag. 272. Ille autem Agatho, quem Plato adamavit, (Gellium vide lib. 19 c. 11 & Macrob. 2 Saturn. 2) junior & Comicus fuerit. Gyraldus Dial. 3 de Poët. hiſt. f. 99, 106, duos & ipſe Poëtas novit Agathonas, ſed alterum Tragœdias juxta & Comœdias ait ſcripſiſſe dici. ¶ 4. Fuit & Agatho tibicen, à quo proverbium: *Agathonia cantio*, *ἀγαθώνιος αὔλησις*; apud Zenobium, Diogenianum, Suidam, Apoſtolium, de oratione blandâ magis, quàm frugiferâ; ut Eraſmus Adag. interpretatur, ubi haud ſcire ſe ait, an hic ſit idem ille Agathon in Tragicorum certamine victor, in cujus epiniciis Plato celebrat illud nobile convivium.

AGĂTHŎBŪLUS, Philoſophus, cujus mentio apud Lucianum in Demonacte, Tom. 2 oper. p. 561.

AGĂTHŎCLES, Ἀγαθοκλῆς, Siciliæ Tyrannus fuit, ad regni majeſtatem ſublatus ex humili & ſordida patris figuli fortuna, quamvis apud figulum educatum tantùm, non natum, Plutarchus ſcripſerit lib. de ſua ipſius laude. Multa de eo Juſtinus lib. 22. Laudi inter cætera Agathocli hoc datur, quod, ne oblivione originis ſuæ ad inſolentiam induceretur, ex fictilibus quotidie menſæ ſuæ impoſitis cibum ceperit biberitque: quod elegantiſſimo expoſuit epigrammate Auſonius, & commemorat Plutarchus in apophthegmatis Imperatorum. Auſonii carmen ſic habet n. 8,

> *Fama eſt, fictilibus cœnâſſe Agathoclea regem,*
> *Atque abacum Samio ſæpe oneraſſe luto,*
> *Fercula gemmatis cum poneret aurea vaſis,*
> *Et miſceret opes pauperiemque ſimul.*
> *Quærenti cauſam reſpondit: Rex ego qui ſum*
> *Siciliæ, figulo ſum genitore ſatus.*
> „ *Fortunam reverenter habe, quicunque repente*
> „ *Dives ab exili progrediére loco.*

De Agathocle iſto, ejusque ingenio ac ſolertia lege & Polybium lib. 15 ſub finem. ¶ 2. Agathocles quidam Peripateticus fuit, cui cum arroganter ſe Dialecticorum & primum eſſe jactaret, & ſummum; Demonax reſpondit: *Atqui, ô Agathocles, ſi primus, non ſolus; ſin verò ſolus, non primus.* Lucian. in Demonacte.

ĂGĂTHYRSI, Ἀγάθυρσοι, Scythiæ populi, quos *pictos* appellavit Virgil. lib. 4 Æn. v. 146,

> *Creteſque Dryopeſque fremunt, pictique Agathyrſi:*

Et Avienus in Periegeſi v. 447,

> *Præcinctique ſagis ſemper pictis Agathyrſi.*

Qui verſus ex hâc Melæ deſcriptione lib. 2 cap. 1 intelligi poſſunt. *Agathyrſi*, inquit, *ora artusque pingunt: ut quisque majoribus præſtat, ita magis vel minus: cæterum iisdem omnes notis, & ſic, ut ablui nequeant.* Ab Agathyrſo Herculis filio dictos putavit Herodotus lib. 4 cap. 10.

ĂGĔ, hortandi adverbium, ex Imperativo verbi *Ago*; *ἄγε*, wohlan: quanquam (2) & corripiendi, & (3) conſentiendi interdum vim habet, ac (4) tranſitionibus etiam ſubſervit. Virg. Georg. 3 v. 43, *En age rumpe moras.* Terent. Adelph. a. 2 ſc. 2, 7, *Age ſcis quid loquar.* Item Andr. 2 ſc. 1, v. 12, *Age, age, ut lubet.* Et Heaut. a. 4 ſc. 3 extr. *Age, age, traducatur Bacchis.* Aſſumit autem alias atque alias particulas: ut, *age jam, age nunc, age porrò, age ſanè, age verò, agite verò, age dum, agite dum, age ſis.* Terent. in Eun. a. 4 ſc. 4, 27, *Agedum, hoc mihi expedi primùm.* Jungitur & plurali numero. Cicero pro Milone c. 21, *age nunc, iter expediti latronis cum Milonis impedimentis comparate.* Idem pro leg. Manil. c. 14, *Age verò, cæteris in rebus quali ſit temperantia, conſiderate.* Virg. Cir. *nunc age Divæ Præcipuè noſtro nunc adſpirate labori.* Ita & Statius, & alii. Vide & Serv. in 2 Æn. v. 707. Et cum prima perſona pluralis itidem Numeri. Pro Roſc. Amer. c. 37, *Age nunc, ex ipſius Chryſogoni judicio Roſcii factum conſideremus.*

¶ *Age ſane*, Affirmandi vim habet. Livius lib. 1 cap. 57, *incaluerant vino, age ſanè; omnes citatis equis advolant Romam.*

¶ Agite, ſecundis perſonis Imperativi ferè additur: Virg. 1 Æn. v. 627,

> *Quare agite, ô juvenes, tectis ſuccedite noſtris.*

Livius lib. 7 cap. 34, *Agitedum, ite mecum.* Vide &, quæ in *Ago* dicentur.

ĂGĔLĀDES, ſtatuarius olymp. 78 apud Plin. lib. 24 cap. 8, de quo & Columella lib. 10 de cultu hort. v. 29,

> *Neu tibi Dædaleæ quærantur munera dextræ,*
> *Nec Polycleteâ, nec Phragmonis, aut Ageladæ*
> *Arte laboretur.*

ĂGĔLASTUS, Ἀγέλαστος, Craſſi fuit cognomen, quia ſemel tantùm in vitâ riſiſſet, ut Lucilius ſcripſit. Plinius nunquam eum riſiſſe prodidit lib. 7 c. 19.

Agellus, agellulus, vide *Ager*.

ĂGĒMA, ătis, neutr. *τὸ ἄγημα*, certum agmen delectorum militum, equitum aut peditum, maxime vero equitum; in Macedonico plerumque exercitu, aut eorum, qui a Macedonibus orti erant. Curtius lib. 4 cap. 13, 26, *In dextro cornu locati ſunt equites, quos agema appellant.* Livius 37 cap. 40, *Addita his ala mille ferme equitum: agema eam vocabant.* Idem lib. 42 cap. 51, *Delecta deinde & viribus & robore ætatis ex omni cetratorum numero duo erant agemata: hanc ipſi legionem vocabant.* Vbi pedites ſignificari, non eſt, quod dubitemus. Numerus militum in agemate incertus erat. Majora millenorum vidimus: minora nunc luſtremus agemata. Diodorus Siculus lib. 19 cap. 27, *ἄγημα τῶν ἱππέων, ὄντων ἑκατὸν πεντήκοντα*, *agema equitum, CL numero.* Et cap. ſequente: *ἄγημα τριακοσίους ἔχον ἱππεῖς*, *agema trecentos habens equites.*

ĂGĒNOR, Ἀγήνωρ, rex fuit Phœnicum, Neptuni & Libyæ filius, Beli frater. Virgil. 1 Æn. 338,

> *Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris urbem,*

id eſt, Carthaginem a Phœnicibus conditam, qui &

¶ Ăgēnŏridæ dicuntur de regis ſui nomine.

¶ Ăgēnŏrĭdes, Ἀγηνορίδης, Agenoris filius Cadmus. Ovidius Metamorph. 3 v. 7,

> *Profugus patriamque iramque parentis*
> *Vitat Agenorides.*

¶ Ăgēnŏrĕus, adjectivum. Sil. Ital. lib. 1 v. 15, *Agenoreæ arces*, Carthago: & l. 17 v. 58,

> *Littora Agenoreæ tenuerunt perfida terræ.*

ĂGĒNŌRIA, Dea induſtriæ, ſic appellata, quod ad agendum excitet. Vocatur & Agerona, fanum habens in monte Aventino. Auguſtin. lib. 4 cap. 16 de Civ. Dei.

ĂGER, *ἀγρὸς*, a qua voce Latinum nomen factum eſt. Quintiliano auctore, ſignificat territorium urbi circumjectum, das gebiete, ſo viel zu einer ſtadt gehoret. Complectitur autem omnia, ut nemora, ſaltus, paſcua, montes, flumina, lacus, &c. *Ager Campanus*, Cic. in Piſon. cap. 2. *Ager Troas*, Corn. Nepot. 4, 3. 3. *Ager Falernus*, ibid. 23, 5. 1. ¶ 2. Locum deinde in rure, qui colitur, & fructum facit, nota ſignificatione *agrum* appellamus, feld, das gebauet wird, äcker, *juſtiſſima hominibus poſſeſſio*, quemadmodum Euripides dixit apud Stob. Serm. 222, *δικαιότατον κτῆμ᾽ ἐστὶν ἀνθρώποις ἀγρός.* *Agrum colere*, das feld bauen. Cic. pro S. Roſc. c. 18, *Majores noſtri ſuos agros ſtudioſe colebant, non alienos cupide appetebant.* Ovid. lib. 5 Triſt. eleg. 12,

> *Fertilis aſſiduo ſi non renovetur aratro,*
> *Nil niſi cum ſpinis gramen habebit, ager.*

Arvus ager, qui aratur ſerendis ſegetibus, gebautes land: *ager paſcuus*, trifft: *novalis*, qui ceſſat, brach-feld. *Siccatus ager* apud Suet. Claudio cap. 20, unde emiſſus lacus eſt. *Agrum proſcindere*, den äcker wenden: *iterare*, zwiebrachen: *tertiare*, zur ſaat pflügen: *exercere agrum*, die huff treiben: *conſerere agrum*, beſäen, obvia ſunt apud ruſticæ rei ſcriptores. ¶ Neque tantùm eam terræ partem notat, quæ frumentis, ſed & quæ arboribus vitibusque gignendis excolitur. Gellius l. 19 c. 12, *Cur tantam ligni atque frondium cædem faceret, percontatus eſt. Et vicinus ita reſpondit: ut ager, inquit, mundus purusque fiat, ejusque arbor ac vitis fœcundior.*

¶ Agellus, diminutivum, ein äckergen, ſtückgen landes. Terentius Adelph. a. 5 ſc. 8, 26, *Agelli hic ſub urbe eſt paullum.* Vſurpatur de tenui poſſeſſione. Corn. Nepos 19, 1. 4, *Idem hic agellus illos alet.* Plus diminutum eſt

¶ Agellulus, apud Symmach. 2 epiſt. 30, & Arnob. lib. 1 p. 12.

¶ Agrarius, ut, *Lex agraria*, id eſt, de agrorum ratione, Cicer. lib. 1 ad Att. epiſt. 14 & paſſim alibi. Vid. Sigon. de antiq. Jure Ital. lib. 2 cap. 2. ¶ Agrariæ etiam abſolute dicuntur ſtationes agrariæ, de quibus Turnebus lib. 4 adverſ. cap. 7, & Stewechius ad Vegetium lib. 3 cap. 8.

¶ Agreſtis, e, ruſticum, & quod ad agros pertinet: bäuriſch, item, was auff dem feld iſt, in der wildniß wächſet. ut, *ludere calamo agreſti*, Virg. Eclog. 1. *Poma agreſtia*, Æneid. 7 v. 111. *Falx agreſtis* Tibull. 2 Eleg. 5 v. 28. ¶ 2. Metaphorice, inhumanus & aſper. Cicer. pro Arch. cap. 7, *Animus agreſtis ac durus*, ein unfreundliches und hartes hertz. Idem de Orat 1 cap. 8, *Fera agreſtisque vita.* ¶ *Agreſtior* Comparativ. Cicer. 5 Tuſc. cap. 27, *Quæ barbaria Indiâ vaſtior aut agreſtior?* Adde in Oratore cap. 3.

¶ Subſtantive *Agreſtis* uſurpatur de homine ruſtico. ein baur. Cicero pro Muræna cap. 29, *Et quoniam non eſt nobis hæc oratio habenda aut cum imperitâ multitudine, aut in aliquo conventu agreſtium.* Virg. lib. 9 Æn. v. 11, *Collectos armat agreſtes.*

¶ Subagreſtis, ruſticus, nonnihil agreſtis, etwas bäuriſch. Cic. de Clar. Orat. c. 74, *Cotta ſonabat ſubagreſte quiddam planeque ſubruſticum.* Et Ammianus lib. 14 cap. 36, *ſubageſtre ingenium.*

¶ Semiagreſtis. Aurelius Victor in Diocletiano, n. 17 *Maximianum ſtatim fidum amicitia, quamquam ſemiagreſtem, militiæ tamen atque ingenio bonum, imperatorem jubet. Huic poſtea Herculei cognomentum acceſſit.*

¶ Agricola, ein bauersmann, ackermann. Cato lib. de re ruſt. cap. 1, *Virum bonum cum laudabant, ita laudabant, bonum agricolam, bonumque colonum: ampliſſimeque laudari exiſtimabatur, qui ita laudabatur.* Virgilius 2 Georg. v. 438,

> *O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint, agricolas.*

Agricola ſolers, qui tenet artem agriculturæ, Cornel. Nepos 24 c. 3 n. 1.

¶ Agricultura, *γεωργία*, ackerbau. Cicer. lib. 1 Offic. cap. 41, *Omnium rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil eſt agriculturâ melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius.* Sed vere duæ voces ſunt *agri cultura*: unde etiam transponi poſſunt, & numero mutari. Cic. de Senect. cap. 16, *Hominum generi univerſo cultura agrorum eſt ſalutaris.* Frequenti autem uſu factum eſt, ut ſæpius conjungerentur, & tanquam una vox *agricultura* efferretur.

¶ Agricolari, Deponens, agrum colere. Salvianus 2 contra Avarit. p. 73, *Qui militant, id ſibi pulchrum: & qui negotiantur, id ſibi utile: & qui agricolantur, id ſibi fructuoſum eſſe exiſtimant.* Capitolinus in Albino cap. 11 extr. *agricolandi peritiſſimus.*

¶ Agricolatio, pro agricultura, ſæpe Columella dixit, ut in Præfatione: & lib. 11 cap. 1. Etiam Ciceroni Senect. c. 16. hæc vox tribuitur, ſed male. Gruterus *agricultione* ibi: Grævius *agri cultione*, diviſe, quem conſulas in Not.

¶ Agrĭcŏlāris, e, Pallad. de Inſitionibus princ. *Bis ſeptem parvos, opus agricolare, libellos.*

¶ * Agroſus, agris abundans, Varro de L. L. 4 c. 1, *ſi ab agro ad agroſum & agricolam pervenero.* Grævius.

¶ Peragrare, durchwandern, durchziehen. *Agros & nemora peragrare*, Cic. Aruſp. reſp. c. 11. *provincias omnes peragrare*, 2 de Orat. c. 64. *regiones mente peragrare*, Idem 2 de Fin. c. 31. *A me Aſia tota peragrata eſt*, de Clar. Orat. c. 91. ¶ Inſolens eſt illud Plinii, cùm lib. 25 cap. 2 *magos peragratos* dixit: *Pythagoras primus volumen de earum* (herbarum) *effectu compoſuit: compoſuit & Democritus, ambo peragratis Perſidis, Arabiæ, Æthiopiæ, Ægyptique Magis.* Hoc ipſe Plin. lib. 24 c. 17 principio, ita extulerat: *Primi eas* (herbas) *in noſtro orbe celebravêre Pythagoras atque Democritus, conſectati Magos.* Suſpecta ea lectio eſt Johanni Wandalino cap. 2 diatrib. de feriâ paſſ. p. 23.

p. 23. id quidem præcipuè agenti, ne quis Arabiam faciat Magorum feracem. Itaque cogitare Criticos jubet, num pro *Magis*, substituendum sit *plagis*. Cogitent iidem etiam per nos. Putes interim, receptam Plinii lectionem Hieronymo quoque fuisse persuasam, qui Plinium videtur imitari voluisse, cùm ad Paulinum Epist. 103 cap. 1 ita scriberet: *Sic Pythagoras Memphiticos vates, sic Plato Ægyptum & Architam Tarentinum, eamque oram Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicebatur, laboriosissime peragravit.*

¶ Peragror, āri, deponens. Vellej. Paterc. lib. 2 c. 98, *Peragratusque victor omnes partes Germaniæ sine ullo detrimento commissi exercitus.*

¶ Peragranter. Ammian. lib. 14 c. 1. [Grut. c. 3.]

¶ Peragratio, durchwanderung, das durchreisen. Cicero 2 Phil. cap. 23, *Quæ fuit ejus peragratio itinerum?*

¶ Peregre, Peregrinus &c. vide in P. litera sua.

AGERATON, herba est Plin. 27 cap. 4, & Dioscoridi, fruticosa, foliis origano proximis, floribus aureis, *Gratiam Dei* Itali vocant.

AGĒSARCHUS, pater Epimenidis secundum quosdam, Laërtio teste. Ἀγιάσαρχον Suidas nominat. Sed recta opinor scriptio, quæ est apud Laërtium, Ἀγήσαρχος, ut sit ab eodem composita vox, à quo Ἀγησίλαος.

ĂGĒSĬLĀUS, Ἀγησίλαος, Archidami filius, magnus ille Spartanorum rex fuit, & juvenis quidem admodùm, creatus. Brevi fuit statura corporis, & altero pede claudus: unde illud de *regno claudicante* objectum ipsi à Leotychide Agidis filio, de regno secum contendente. Excelluit Agesilaus eximiis virtutibus, optimo imperatore dignis, animi nimirum magnitudine, prudentiâ, fide, modestiâ, (quâ in summo constitutus imperio nullo unquam usus dicitur asperiori verbo, quemadmodum ad Q. Frat. Cicero scripsit lib. 1 epist. 2 c. 2.) continentiâ præterea in cibo & potu. Vide Xenophontem peculiari libro de Agesilao, & Corn. Nep. in Vita. Apophthegmata Agesilai collegit Plutarchus libro Apophthegm. & maxime in Apophthegm. Laconicis. ¶ Agesilaus etiam Plutonis cognomen est. Lactant. lib. 1 cap. 11, *Regnum orbis ita partiti sortitique sunt, ut Orientis imperium Jovi cederet, Plutoni (cui cognomen Agesilao fuit) pars occidentis obtingeret.* Agesilaus autem Pluto cognominatus παρὰ τὸ ἄγειν τοὺς λαοὺς, quod scilicet populos agat: verba sunt Gyraldi Syntagm. 6 hist. Deor. ubi addit, esse tamen, qui apud Lactantium pro *Agesilao Agelastum* legant, quod sine risu Deus sit, luctuosus: nam & *Agelastum* Plutonem vocari, & *Agathalyum*, quod mortalium bona solvat. Sed nihil in Lactantio hic mutandum docet Cœl. Rhodig. lib. 10. Lect. antiq. cap. 18, quem sequitur & Isæus notis in Lactantium.

AGGER, σωρὸς, χῶμα. *Agger* ab aggerendo dicitur. Fit enim ex aggesta terra. Unde & Græci recentiores γέστα, item ἄγεστα appellarunt, quod Casaub. ad Polybium observat, pag. 165. ein wall, ein damm, eine schantze: ut apud Cicer. lib. 15 famil. Epist. 4, *Aggere, vineis, turribus oppugnavi.* Loquitur de obsidione Pindenissi Eleuthero-Cilicum oppidi. Similiter Cæsar de bello Gallico l. 2 c. 12, *Vineis ad oppidum actis, aggere jacto turribusque constitutis permoti legatos ad Cæsarem de deditione mittunt.* Ubi nota, *aggerem jacere*, einen wall schütten oder auffführen, quâ forma & lib. 1 de B. C. cap. 25 usus est. Alibi, ut lib. 2 de Bello Gall. cap. 30, *exstruere aggerem* dixit. *Aggerem promovere ad urbem*, nah an die stadt schantzen, Livius lib. 5 c. 7. Atque in istis quidem exemplis *agger* est moles aggestitia, exstructa oppugnandis urbium mœnibus. eine schantze, bollwerck. ¶ 2. Aliquando & *Agger* est munimentum castrorum: ein schutt. Exempla passim occurrunt. Quo Virgilius respexit, cum Alpes, altissimos montes, *aggeres*, hoc est, munimenta Italiæ dixit Æn. 6 v. 831,

Aggeribus socer Alpinis atque arce Monœci
Descendens.

Ubi Servius: *A munimentis Alpium. Hæc enim Italiæ murorum exhibent vicem.* Loquitur autem de Cæsare, contra Pompejum ex Gallia per Alpes exercitum ducente. ¶ 3. *Agger* etiam dicitur ipsa materia, ex qua exstruitur agger: glebæ puta cespitesque ac rudus. Sic *aggerem petere* Cæsar dixit lib. 2 de B. G. c. 20, *Qui paullò longius aggeris petendi caussa processerant.* Item *Cratibus ac aggere paludem explere*, lib. 7 cap. 58, *aggere vestire* lib. eodem cap. 23. Tacit. 1 Ann. c. 65. Aggerum autem materia non terra tantum & rudus erat; sed & ligna ac stipites; unde & cremari poterant, ut ex Cæsare lib. 2 de B. G. c. 14 & 15 constat. Sed de aggeribus qui plura velit, is legat Lips. lib. 2 de milit. Rom. Dial. 3. ¶ 4. Agger, pro via publica: quod hæ exaggerarentur, ut imber deflueret. Virg. lib. 5 Æn. v. 273, *Qualis sæpe viæ deprensus in aggere serpens.* Ubi Servius: *AGGER est media viæ eminentia, coaggeratis lapidibus strata.* Onomasticon vetus Petri Daniel. apud Turneb. lib. 28 Advers. c. 5, *AGGER strata via publica.* Vide eundem Turnebum & lib. 11 c. 6 pr.

¶ Aggérare, accumulare, coacervare, ad aggeris instar attollere. einen damm auffwerffen, auffhäuffen. Tacitus lib. 1 Ann. cap. 63, *Augustus is trames vastas inter paludes, & quondam à P. Domitio aggeratus.* Curtius lib. 6 cap. 6, *Ergo aggerari alias arbores jubet, & igni dare alimenta: celeriterque stipitibus cumulatis, fastigium montis æquatum est.* Ubi *Aggerare arbores*, est alias super alias cumulare sic, ut quasi agger evadat. Hinc pro *augere* usus Virgil. lib. 4 Æn. v. 197, *Incenditque animum dictis, atque aggerat iras.* ¶ 2. Aliter *Aggerare arbores* dixit Columella lib. 11 cap. 2. Est enim id, terram circa arborem effossam, cùm stercorata fuerit, aggerare ad arborem. Verba ejus sunt: *His diebus, si non opere victi sumus, eadem, quæ extremo Martio, facienda sunt: item omnes arbores circumfossæ aggerari debent.* Idem peculiari libro de arboribus: quem tamen nonnulli Gargilio Martiali tribuunt, cap. 28, *Si semen non habueris, cacumina cytisorum vere disponito, stercoratam terram circa aggerato.*

¶ Aggeratim, adverb. mit hauffen, hauffenweise. Apuleji est l. 4 Metam. p. 146, *Estur*, inquit, *ac potatur incondite, pulmentis acervatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingestis.*

¶ Aggeratio, nomen. Vitruvius lib. 10 cap. ult. *naves super aggerationem, quæ fuerat sub aqua, sederunt.* Et Justini est lib. 2 cap. 1 n. 20, *Ægyptum non posse videri hominum vetustate ultimam, quæ aggerationibus regum, sive Nili trahentis limum, recentissima videatur.* Ita Gronov. ad Senec. Herc. Oet. v. 1260, ex MSS. libris emendat, ubi alii legunt *exaggerationibus*: quidam divise *ex aggerationibus*.

¶ Adaggèrare, pro cumulare. Cato de R. R cap. 94, *terram adaggerato bene. Terram circa arborem adaggerare.* Colum. lib. 5 cap. 11. Plinius lib. 13 cap. 11, *Ægyptus adaggerata Nilo.*

¶ Circumaggerare, id est, in circuitu aggerare, rings-um auffhäuffen. Colum. 5 cap. 11, *stercoratam terram circumaggerato.* Plin. 19 cap. 5, *terra minuta fimoque circumaggerare radices.*

¶ Coaggerare. Columella 8 cap. 6, *ova fresâ fabâ coaggerant.* Adde modo data Servii Mauri verba in *Agger* n. 4.

¶ Exaggerare per metaphoram, groß machen, hoch heben, hoch anziehen: ut, *beneficium verbis exaggerare*, Cic. pro Plancio c. 29. *Exaggerare injuriam*, id est, majorem & atrociorem verbis facere, den schaden hoch auffmutzen, und grösser machen, als er an ihm selbst ist. *Auctæ exaggerateque fortunæ*, Cic. 4 Catil. c. 9.

¶ Exaggeratio, das großmachen, ausbreitung. Cicer. 2 Tuscul. cap. 26, *Amplitudo*, inquit, *animi, & quasi quædam exaggeratio quam altissima animi, maxime eminet in contemnendis & despiciendis doloribus.*

¶ Exaggerator. Hieronym. Epist. 22 cap. 12, (de cust. virgin. ad Eustoch.) *exaggerator famæ.*

¶ Superaggerare. oben auffhäuffen. Columella lib. 12 cap. 44, *Scrobs ea humo, quæ fuerat egesta, superaggeratur.*

Aggredior cum derivatis vide in *Gradus*.

ĂGĬLIS, e, ab *ago*: qui, vel quod facile agitur, seu movetur, behend, hurtig, ringfertig. Vet. Gloss. *Agilis*, γοργὸς, εὐτραφής. Seneca Medea v. 787, *Video Triviæ currus agiles.* Sic *dextram agilem, cursus agiles*, Statius dixit, illud, 5 Silv. 1 v. 10, hoc, 4 Silv. 3 v. 32. *Agilis classis* apud Livium lib. 30 cap. 10. *Remus agilis* apud Ovidium in Ep. Sapphus v. 65. ¶ 2. De homine quando dicitur, acrem, celerem, & actuosum denotat, & tardo ac remisso opponitur: der immer etwas zu thun haben will, und fertig und thätig ist. Horat. l. 1 Ep. 19 v. 89,

Oderunt hilarem tristes; tristemque jocosi;
Sedatum celeres; agilem gnavumque remissi.

Columella ex Xenophonte lib. 11 c. 1, *Malo unius agilem atque industriam, quàm decem hominum tardam ac negligentem operam.* Horatius lib. 1. Ep. 1 v. 16, *Nunc agilis fio, & mersor civilibus undis.* Seneca de Tranquillit. animi cap. 2, *Naturâ humanus animus agilis est, & pronus ad motus.* AGILIS, i. e. agendi cupidus. Ita enim paullo ante ipse Seneca: *Secreta studia pati non potest animus ad civilia erectus, agendique cupidus & natura inquietus.* Vet. Gloss. πρακτικὸς, *actuarius, efficax, agilis.*

¶ Agilitas, εὐκινησία, mobilitas, celeritas. hurtigkeit, geschwindigkeit. *Agilitas aquæ*, i. e. natura mobilis, Palladius lib. 1 cap. 17. *Agilitas navium*, Livius 26 c. 51. *Agilitas naturæ*, cùm faciles motus capit, apud Cicer. lib. 1 ad Attic. epist. 17. Palladius Præfat. libelli de Insitione: *Difficile contingit in servilibus ingeniis invenire temperiem. Ita sæpissime natura hæc vitiat commodum, si quod est; & miscet optanda contrariis. Velocitas procurrit in facinus, segnities figuram bonitatis imitatur & tantum recedit ab agilitate, quantum recessit à scelere.*

¶ Agiliter, id est, expedite, celeriter. Ammianus lib. 14 cap. 8, (Vales. c. 2) *Agiliter præterito Calycadni fluminis ponte.* Comparativo usus est Columella lib. 2 cap. 2 prope finem: *ut totum spatium bos agilius enitatur.*

AGĪNA, foramen in superiori libra, in quo vertitur æquilibrium seu trutina, das ding oben an der wage, darinn das züngling gehet. Apud Festum ita describitur: *Agina est, qua inseritur scapus trutinæ, id est, in quo foramine trutina se vertit.* Tertullianus adv. Hermogen. cap. 41, *in neutram partem pronus & præceps, mediæ, quod ajunt, aginæ æquilibrato impetu ferebatur.*

AGĪNUM, urbs Aquitaniæ præclara ad Garumnam fl. Plin. 4 c. 19. Auson. Ep. 24. Patria est Jos. Scaligeri, vocaturque Ptolemæo & Antonino *Aginnum*: aliis *Agennum*. Scripsit de *Antiquit. urbis & agri Aginnensis* integrum librum Joh. Darnoultius.

AGIS, idis, Ἆγις, Lacedæmoniorum rex ante Agesilaum fuit, qui bella cruentissima cum Atheniensibus gessit. Occisus à suis civibus in carcere est, eo quod Lycurgi leges reducere, & bona publicare conaretur, ut in Vita Plutarchus retulit, & Cicero indicat lib. 2 Offic. cap. 23, *Quam habet æquitatem*, inquit, *ut agrum multis annis aut etiam seculis antè possessum, qui nullum habuit, habeat, qui autem habuit, amittat? Ac propter hoc injuriæ genus Lacedæmonii Lysandrum Ephorum expulerunt: Agin regem, quod nunquam antea apud eos acciderat, necaverunt.* ¶ 2. Alius eodem nomine Lacedæmoniorum rex fuit, Archidami filius: qui in bello contra Macedonas strenue pugnans occubuit. De quo Diodorus, & Justinus, itemque Curtius lib. 4 cap. 1 n. 39, & Supplem. lib. 6 pr. Plures Agides, Spartanorum reges, numerant alii, eo quod commune hoc succedentibus in regia dignitate nomen esset. Pausan. lib. 3. ¶ 3. Alius Agis poëta Argivus & Alexandri adulator. Curtius lib. 8 cap. 5 n. 8.

Agitabilis, agitatio, agitator, agitatrix, agito, quære in *Ago*.

AGLAŌPHĒMUS, Ἀγλαόφημος, præceptor Pythagoræ. Aug. Steuch. 2 de perenni Philos. 9 e Proclo, Mut. Pansa cap. 66 de osc. Ethn. & Christ. Philos.

AGLAŎPHŌTIS, ἀγλαοφωτίς, ex re sic dicta, herba noctu lucens, conatosque carpere fugiens, dum locum ex loco mutat: Ælianus de Animal. lib. 14 cap. 27. Plinius lib. 24 cap. 17. Diodorus Episcopus contra fatum apud Photium Cod. 223 p. 682. ¶ 2. Apud Dioscoridem inter pæoniæ nomenclaturas idem vocabulum invenio, (inquit Gesner. Comm. de herb. lunar. p. 14) & sane ea pulcherrima herba est, nec tam pulchro nomine indigna, nullo tamen nocturno lumine nobilis.

AGLAUS PSOPHIDIUS, oraculo Apollinis judicatus ditior Gyge rege tunc amplissimo. Senior hic in angustissimo Arcadiæ angulo parvum quidem, sed anno victui large sufficiens, prædium colebat,

nunquam

nunquam ex eo egressus: atque ut è vitæ genere manifestum est, minimâ cupidine minimum in vita mali expertus. Plin. lib. 7 cap. 46, & Valer. Maximus lib. 7 cap. 1. *Aglas Areas* nominatur Juven. Scholiastæ Veteri ad Sat. 14 v. 120. Simile quid de Veronensi Sene Claudianus prædicat Epigr. 2.

AGMEN, inis; ein hauffen, heer. Servius in Æneid. 1 v. 186, *AGMEN proprie dicitur ordinata multitudo, ut est ambulantis exercitûs: neque enim in uno loco stans agmen vocamus.* Et rursus: *AGMEN est proprie exercitus ambulans. qui quid fuerit aliud, abusive dicitur.* Sane *Agmen* est quasi *agimen*: quod agitur sive ducitur. Quare de stante aut consedente exercitu hæc vox proprie usurpari haud potest. Vet. Gloss. *Agmen*, τάγμα. Cæsar lib. 1 de B. C. c. 24, *Nonnullæ cohortes in agmen Cæsaris, aliæ in equites incidunt.* Qui locus suadet vocem *agminis* de pedite maxime dici. Virg. lib. 9 Æn. v. 47, *Turnus, ut antevolans tardum præcesserat agmen.* Vbi Servius: *Tardum agmen*, inquit, *peditum dixit: qui equitum comparatione tardi sunt.* ¶ 2. Sed ipse actus etiam seu ductus exercitus aliquando, *agmen*, vocatur, zug-ordnung, march. Suet. Cæsare cap. 57, *In agmine nonnunquam equo, sæpius pedibus anteibat.* Sallustius de Metello in Jugurtha cap. 45, *ne miles gregarius in castris, neve in agmine servum aut jumentum haberet.* Et ita quoque Tacitus Agric. cap. 20. Sed *Agmen quadratum*, quod dispositum in formam aciei. Curt. 5 c. 1, 19, *Quadrato agmine, velut in aciem irent, ingredi suos jubet.* Livius 2 cap. 6, *Valerius quadrato agmine peditem ducit.* ¶ 3. A militia ad alia, & multa transfertur: ut, *agmen aquarum*, Virg. Georg. 1 v. 322, & *agmen aligerum*, id est, aves, Æn. 12 v. 249, pro multitudine, ein hauffen. Sic Livius lib. 2 cap. 40, *nunciatum est, adesse ingens mulierum agmen.* Plinius lib. 3 epist. 9 *numerosum agmen reorum.* De amicis Ovidius Trist. 1 eleg. 4 v. 30,

Agminibus comitum qui modo cinctus erat.

¶ 4. Quemadmodum autem *agmen* & motum seu incessum ipsum exercitus aliquando denotat; ita similiter ad alia quoque hæc vox transfertur; ut ad decursum actumque fluminis. Virgilius lib. 2 Æn. 782,

ubi Lydius arva
Inter opima virum leni fluit agmine Tibris:

Leni impetu, interpretatur Servius, vel *fluore*. Item ad serpentum tortus, sive volumina; Idem Virgilius de jam deficiente hujusmodi bestia lib. 3 Georg. v. 423,

Cum medii nexus extremæque agmina caudæ
Solvuntur, tardosque trahit sinus ultimus orbes.

¶ Agminalis, qui agmen sequitur, ut, *agminales equi*, qui agmen exercitus sequuntur, ad convehenda impedimenta. Lege 18 Dig. de muner. & hon. § 21, & lege 6 Cod. Theod. de Curs. publ.

¶ Agminatim, troppenweiß. Solinus c. 38 de elephantis Mauritaniæ: *oberrant agminatim.* Apulejus lib. 4 Miles. p. 146, *poculis agminatim ingestis.* Vide *Aggeratim.*

Agnatio, agnati, vide in *Nascor.*

Agnellus, agniculus, agninus, vide *Agnus.*

Agnitio, agnosco, &c. vide *Nosco.*

AGNON, scriptor quidam, Quintiliano lib. 2 cap. 18. (al. 17.) ubi disputat, Rhetoricam esse artem, nominatus, qui calamum adversus hanc disciplinam strinxerat: *Agnon quidem detraxit sibi in scriptione ipsâ fidem, quâ Rhetorices accusationem professus est.* ¶ Citat Agnonem quendam etiam Plutarchus, de solert. animal. f. 908, de elephante in Syria, qui magistri sui fraudem, à quo dimidium hordei demensum quotidie ipsi detractum fuerat, ingeniose prodidit. Tacet hunc scriptorem in Historicis suis Vossius. Itaque Paralipomenis eum Historicorum inserit Bernhardus à Mallincrot. p. 3.

AGNVS & AGNA, ἀμνὸς, ein lamb, Columella lib. 7 cap. 3, *E septo emittendi agni, ut condiscant foris pasci.* Ovid. lib. 1 Trist. el. 1. v. 77,

Non procul a stabulis audet discedere, si qua
Excussa est avidi dentibus agna lupi.

Lupo agnum eripere, postulare, proverbiale apud Plaut. in Pœnulo est, de conatu irrito. Sic enim ipse interpretatur act. 3 sc. 5 v. 31, *Lupo agnum eripere postulant: nugas agunt.* Varroni *Agni subrumi* sunt lactentes, lib. 2 cap. 1 de R. R. säuglinge: *ruma* enim mammam significat. Est apud eundem *depellere agnos à matribus*, lib. 2 de re rust. c. 2. absetzen, quod Virgil. dixit *à lacte depellere*, eclog. 7 v. 15,

Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos.

¶ Agniculus, diminutivum. ein lämmgen. Arnobius lib. 7 p. 217, *Centum cædat boves, totidemque cum agniculis suis matres.*

¶ Agnellus, idem, apud Plautum Asinar. a. 3 sc. 3 v. 77.

¶ Agnīnus, von einem lamm. ut, *agnina pellis*, lammfell. *Agnina caro*, lammfleisch. *Coagulum agninum*, Plin. 30 cap. 13. *Agninis lactibus canem alligare*, est geminam eadem re vel officio facere jacturam, Plaut. in Pseud. act. 1 sc. 3 v. 85.

ĂGO verbum, ex Ἄγω Græcorum, varia significat, sed primariò propriéque, impellere, ante se pellere est; quemadmodum *turbinem agere* Tibullus dixit lib. 1 eleg. 5. Sic *agi animus* dicitur, cùm turbatur & inquietatur. Nepos Attico cap. 9, *Naturalis bonitas, quæ nullis casibus neque agitur neque minuitur:* ¶ Maxime vero & quasi proprie de pecoribus armentisque dicitur, treiben: unde & *Agaso* est, & baculus pastoralis, *Agolum* appellatum, ut ex Festo infra docebimus. Virg. Ecl. 1,

en ipse capellas
Protenus æger ago: hanc etiam vix Tityre duco:

Ago, inquit Servius, *proprie: nam* agi *dicuntur pecora.* Ecloga 9, idem:

Tityre dum redeo, brevis est via, pasce capellas,
Et potum pastas age, Tityre, & inter agendum
Occursare capro (cornu ferit ille) caveto.

Ergo pastorum primo *agere* est, perinde ac *cogere*, de quo infra. ¶ 2. Aurigarum, qui jumenta ante se agunt gubernantque. Horatius lib. 1 Epist. 18 v. 36, *Aut olitoris ages mercede caballum.* Livius lib. 1 cap. 48, *Inhibuit frenos is, qui jumenta agebat.* Qui jumenta agit, auriga ipse ist, etiam apud Curtium lib. 5 cap. 12 extremo, quem idem simpliciter *Agentem* dixit lib. 3 cap. ult. *vehicula agentibus suis destituta.* Ita enim legendum est, quemadmodum emendavit Janus Rutgers. lib. 3 Var. Lect. c. 4. Sic *agere currus* Ovidius dixit Metam. 2 v. 62. ¶ 3. Porro sicut a curribus & re equestri multa alia ad rem nauticam transferuntur alias, ita in hoc verbo factum est. Horat. lib. 2 Ep. 1 ad Augustum v. 114, *Navem agere ignarus navis timet*, der nicht ein schiffer ist, der unternimmet sich nicht ein schiff zu regieren. ¶ 4. Vsurpatur & in bellis ac venationibus, cum instamus hostibus aut feris: denique in quovis tumultu, verfolgen, nachjagen. Virgil. lib. 5 Æn. v. 265. *Demoleus cursu palantes Troas agebat.* Idem lib. 8 v. 479 de canibus: *Vt cervum ardentes agerent.* Terentius Adelph. a. 3 sc. 2 v. 21, *Ceteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, & prosternerem.* Vbi Donatus, *persequerer, premerem*, interpretatur. *Agere ac vertere cuncta*, Tacitus dixit lib. 1 Hist. c. 2. alles ausjagen und umkehren. Sic *prædas agere*, plündern, beute machen, Plautus a. 4 sc. 2 v. 3, & Livius lib. 1 cap. 5 dixerunt. ¶ 5. De quibusvis aliis usurpatur, qui quid ante se pellunt. Nepos Datame c. 3, *Vinctum ante se Thyum agebat, ut si feram bestiam duceret*, trieb ihn vor sich her. Tacitus de Germania cap. 19, de adulterarum pœnis narrans: *Accisis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit.* *Spumas agere* Cicer. in Verr. 6 cap. 66, *scintillas agere* Lucret. 2 v. 674, utrumque est emittere, & quasi foràs propellere. ¶ 6. Neque alios tantum *agere* dicimur; sed & nosmet ipsos, quando videlicet ex loco in locum movendo concedimus. Plautus Mostell. a. 1 sc. 4 vers. 28. *Vnde agis te?* wo kommst du her? Idem a. 3 sc. 1 v. 35. *Quo tu te agis?* wo gedenckest du hin? Terent. Andr. a. 4 sc. 2 v. 25, *Quo hinc te agis?* Virgil. lib. 8 Æn. 465, *Nec minus Æneas se matutinus agebat.* Matutinus se agebat, pro *mane se agebat*: hoc est, incedebat egressurus. ¶ 7. Ac ista vis nos incitandi impellendique cum ipsam vitam constituat, (hac enim defecti morimur) idcirco *Agere* pro esse, vivere, usurpatur. Tacitus Ann. 3 c. 19, *non modo apud illos homines, qui tum agebant, etiam secutis rumoribus vario rumore jactata.* Sic eidem extremo lib. 15, *desinere inter homines agere*, est mori. Virg. lib. 5 Æn. v. 51, *Getulis agerem si Syrtibus exul*, id est, essem, ut Servius interpretatur. *Peregre agere studiorum caussa*, studirens halben sich in der frembde auffhalten, dixit Vlpianus lege Quæ Pater filio, (lege L. Dig. famil. hercisc.) Sic *in malis agere*, in unglück schweben, Quintil. procem. lib. 6 dixit. Paullinus de obitu Celsi ipso princ.

Ante puer patribus claris & nomine avito
Celsus erat, sed nunc Celsus agit merito.

Id est, nunc merito Celsus est & audit, quia in cœlum translatus. Sic eodem carm. v. 57 de Christo:

Factus enim servi forma est, qui summus agebat,

i. e. qui supra omnes erat, universi dominus & moderator. Vsitatiora illa sunt: *vitam agere, ætatem agere*, pro vivere, leben, das leben zubringen. v. g. Livius lib. 7 cap. 39, *Ruri agere vitam, procul ambitione ac foro, constituit.* Cicero 2 de Legib. cap. 1, *hîc fere* [in villa] *ætatem egit in literis.* Sed *agere animam* est, in letzten zügen liegen. Senec. Epist. 101, *Est tanti habere animam, ut agam.* Quem ad locum Lipsius: non alio fine vivere, quàm ut moriens vivam: habeam animam, ut semper emittam. ¶ 8. Porro cùm nihil fieri sine motu possit: primo animi, cum cogitamus deliberamusque rem; deinde vocis & oris, cum cogitata enunciamus; demum & corporis, cum elaboramus atque efficimus, quæ apud animum commenti sumus: idcircò & *agere* est, quod Græci πράττειν dicunt, thun, verrichten. Quæ vulgatissima verbi notio est, atque tam latè patet, quàm ipsa negotia hominum operaque diversa. Sic dicimus *agere secum aliquid*; pro cogitare ac deliberare: auff etwas sinnen, einer sache nachdencken, quod ad animum pertinet: *agere gratias*: einem danck sagen, quod in dicto consistit: *agere fabulam*, eine comödie spielen: *judicium, conventum agere*, gericht, versamlung anstellen und halten, quod in ipso facto positum est. Columella lib. 11 c. 1 sub f. *Verum est M. Catonis oraculum: nihil agendo homines male agere discunt.* Plato Epist. ad Archytam Tarentinum, ἥδιστόν ἐστιν ἐν τῷ βίῳ, τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν: *Jucundissimum vitæ genus est, sua agere.* *Acti labores jucundi*, Cicero de finibus lib. 2 cap. 32, nach gethaner arbeit ist gut feyern. *Actum agere*; est frustra laborare, apud Terent. (Quære infra post ACTVM EST.) Quanquam autem infinitum sit monere omnia, in quibus verbum hoc locum habet, præcipuos tamen & observandos maximè, nec plane vulgares ejus usus ostendemus.

¶ Ac primò igitur locum habebat in sacris: *Agere* enim (unde & AGONALIA appellata volunt,) dicebantur, qui mactabant hostiam, seu jugulabant: non quod antiquis ἄγειν fuerit *mactare*, (ut sentit Laurenbergius Antiquar. voce Agonalia, p. 18.) sed quia latissime patet agendi vocabulum generale. Popæ enim seu Victimari, sive Ministri, non nisi jussi feriebant victimas. Itaque cum jam accincti quærerent, utrumne *agere* deberent *partes*, & suo defungi munere, AGON? dicebant, ex quo diei & factum nomen. Ovidius 1 Fastorum v. 317, *Quattuor adde dies ductis ex ordine Nonis,*

Janus AGONALI luce piandus erit.
Nominis esse potest succinctus caussa minister,
Hostia cœlitibus quo feriente cadit.
Qui calido strictos tincturus sanguine cultros,
Semper AGATNE rogat, nec nisi jussus AGIT.

Vide & Varron. lib. 5 de Ling. Lat. & è recentioribus Politianum c. 60. Miscell. Alex. Neapol. 4 gen. dier. 17 p. 225. Brisson. 1 form. p. 12. Rosin. 4 antiq. 10. Porro cum Magistratus rem divinam faceret præsente populo, præco admoniturus, ut adverterent mentes ac in præsentem rem omnes animi cogitationes intenderent, clamabat, HOC AGE. Qua formula postea ad alias quoque res, quibus attentionem volebant parare, utebantur: cujusmodi exempla plura apud Brissonium habes lib. 1 Formular. Solen. Pop. Rom. p. 11, 12. Quo loco observa, pluralem etiam fuisse adhibitum numerum. Terentius Eun. a. 1 sc. 2. *Hoc agite amabo.* Vbi Donatus: *Pro adverbio*, inquit, *corripientis est positum, aut certe pro adhortatione audientiæ præbendæ. Sic Plautus: Hoc agite, sultis, spectatores.* De AGE, & AGITE,

cum adverbialiter usurpantur, dictum suprà est loco peculiari. ¶2. AGERE CVM POPVLO, est rogare aliquid populum, quod jubeat aut velit: vide Gell. lib. 13 c. 19 extr. ¶3. Juris ac Judiciorum verbum est. Nam Agi res dicitur, de qua in foro ac judicio disceptatur: & alius quidem jus suum persequitur, alius judicat. Hinc AGI dicebantur RES, cum judicia celebrarentur: wann man gerichte hielt: qui dies ἀγόραιοι dicebantur Græcis, ut eruditiss. Casaubonus ad Theophrasti Characteres observat. Plinius Nepos lib. 4 epist. 29, *Eja cum proxime res agentur, quoquo modo ad judicandum veni.* Idem lib. 9 Epist. 40, *Si agendi necessitas instat*, ubi agere pro caussas agere absolute ponitur. Hinc illud Horatii lib. 1 epist. 18, 84,

Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet.

Item Terent. Heaut. a. 3 sc. 1. v. 67, *Non nunc pecunia agitur:* es ist ietzt nicht ûms geld zu thun. Idem Phormione a. 4 sc. 3, *Non capitis res agitur, sed pecuniæ:* diese sache trifft nicht leib und leben, sondern geld an. Cicero pro Lege Man. cap. 2, *Genus* belli *est ejusmodi, in quo agitur populi Rom. gloria: agitur salus sociorum atque amicorum: aguntur certissima populi R. vectigalia, & maxima.* AGITVR, i.e. disceptatur, & in contentionem atque discrimen adducitur. Quæ omnia à foro translata sunt: in quo cum quis agit, incertum est, utrumne vincat jure, an vincatur. Vnde & illa desperatorum formula: ACTVM EST; ACTA RES est, de qua infra. *Agere caussam*, sache führen, rechten. v. gr. Varro R. R. lib. 1 cap. 7 extr. *caussam cum ageret apud censores &c.* Apud Suetonium tamen est tractare caussam. Neque enim de actore sive litigante id dicitur; sed Judice ipso. Locus est Claudio cap. 15, ubi vox ista notanda. *Agere lege*, vel *legibus:* Terent. Phorm. 5 sc. 7, 91, *Lege agito ergo*; (qua de formula consulendus Brisson. 5 form. p. 387 & 482.) *Agere pro suo jure:* Terent. Adelph. a. 1 sc. 1 v. 26, *Non necesse habeo, omnia pro meo jure agere.* Sed *agere furti; agere injuriarum*, id est, actionem furti sive injuriæ alicui intendere: einen diebstals, oder injurien wegen belangen, quorum istud est apud Cicer. 7 epist. 22; hoc apud Quintilian. lib. 3 cap. 6 p. 210. ¶ 4. In civilibus negotiis cum usurpatur, & quibus quisque muneribus præest: idem est, quod gerere, administrare, vel & tractare. Ita *Censuram agere*, apud Ovidium Fast. 6 v. 647, est exsequi ea, quæ ad Censorum partes pertinent: *Rempublicam agere*, id est, administrare: dem regiment vorstehen, das regiment verwalten, Paulus I C. lege, Qui mittuntur D. §. 8. & Vopiscus Probo c. 12. *Fiscum agere* Sueton. Domitiano cap. 12. *Agere regnum: agere potestatem*, pro getere sive administrare, Florus dixit; illud lib. 1 cap. 6, alterum c. 7 ejusdem libri: ac *forum agere*, hoc est jus dicere, gericht halten, Cicero lib. 3 epist. 6 dixit; & lib. 5 Att. ep. 17. Sic *agere Judicem, Patronum, Medicum*, id est, profiteri talem, & judicis, &c. partes fungi. ein richter, advocat, artzt seyn. *Amicum agere* similiter dixit Tacitus lib. 1 Hist. cap. 30. Neque enim potest quisquam officium suum, nisi agendo, præstare. Est etiam, cùm pro accusativo ablativus ponitur cum præpositione *Pro.* Ita Suetonius Claudio cap. 25, *pro equite se agere* dixit. *Agere principem* eodem lib. cap. 29. Sic *agere fabulam*, est repræsentare & exhibere negotium fictum: & in ipsa fabula, *partes agere*, eine person vertreten. Seneca Epist. 77 extr. *Quomodo fabula, sic & vita, non quamdiu, sed quam bene sit acta, refert.* ¶ *Id agi, ut* &c. elegans formula, qua studium, consilium & conatus significatur, præsertim clandestinus. Cicero Catil. 4 cap. 6, *qui id egerunt, ut gentem Allobrogum in vestigiis hujus urbis collocarent.* Nepos Themistocle cap. 5, *certiorem eum fecit, id agi, ut pons, quem ille in Hellesponto fecerat, dissolveretur.* man gehe damit ûm, sey vorhabens ꝛc. ¶ *Agere cum aliquo*, aut *inter se*, est colloqui: vel etiam tractare super re, atque transigere, handeln. Vlpianus L. I. §. Conventionis 3 Dig. de Pactis: *Conventionis verbum generale est, ad omnia pertinenss de quibus negotii contrahendi transigendique caussa consentiunt, qui inter se agunt.* Plautus Asinar. a. 1 sc. 3 v. 19, *Dedi, quod mecum egisti.* Hinc *bene, male cum aliquo agere*, wohl, ûbel mit einem handeln und umgehen. Hinc & in contractuum aut istiusmodi constitutionum privatarum tabulis subscribi solebat, ACTVM EST: quæ forma & hodieque durat; exempla infra adducemus.

¶ *Agentes in rebus*, quorum in Codice sæpius & alibi etiam mentio fit, officii erat genus sub imperatoribus, qui mittebantur per provincias, ut cursui publico & vehiculariæ rei, importandisque frumentis, quæ vel ex Canone, vel indictione præstabantur, præessent: rimatique secreta domorum, & speculantes omnia ad Principes, quæ reperiant, referrent: *frumentarii* dicti ante. Vide duos maximos viros, Casaubonum inquam atque Salmasium ad Spartiani Hadrianum, itemque Turnebum lib. 13 Advers. cap. 10. Cujacium ad Tit. Cod. *de agentibus* in rebus: & Pancirollum in Notit. Imper. Orient. c. 64, & e veteribus Hieronymum in Obadiam vers. 18, qui *eos*, ait, *quos nunc agentes in rebus vel veredarios appellant; veteres frumentarios nominabant.* Hosce *Curiosos* appellat Lex Cod. 13 de cursu publ. de quo infra suo loco. Augustin. 8 Confess. 6, *Erat autem ex eis, quos dicunt Agentes in rebus.* Sic & lib. 9 cap. 8. Vsus eorum & in exsequendis rescriptis imperatoriis. vide B. Ambros. de off. lib. 2 cap. 29 sub fin. ¶ *Agere* & absolute Agrimensores sive Gromatici dicuntur; qui exinde AGENTES appellati. Vetus Fragmentum de Limitibus in Collectaneis Rigaltii p. 340, *Si fuerit ergo vallis, quæ conspectum agentis exsuperet.* Hygenus de constituendis limitibus apud eundem p. 188, *Plurimum Agentibus præstat acti limitis perpetua rectura.* Sane *limitem agere, mensuram agere*, apud illos scriptores sæpius legas. Ovidius lib. 3 de arte amandi v. 557,

Nec stabiles animos annis viridemque juventam
Vt capias, idem limes agendus erit.

Tacitus de Germ. c. 29 extr. *Mox limite acto promotisque præsidiis.*

¶ Actor, πράκτωρ: qui agit sive administrat rem aliquam. der eine sache treibt, vollbringet. Cicero pro Sextio c. 28, *Dux & auctor & actor illarum rerum fuit.* Nepos in vita Attici cap. 3, *Hunc in omni procuratione Reipubl. auctorem actoremque habebant.* AVCTOR; qui suadet præcipitve rem, & rationem gerendi monstrat: ACTOR, qui administrat ac curat. Quam ob caussam & Columella villicum, *actorem* videtur vocasse lib. 1 c. 7, & lib. 12 cap. 3, quod is rem domini scilicet in villa agat ac curet. Scævola tamen in Lege Seiæ ex parte, 20 §. prædia 3. D. de fundo instructo ACTOREM à villicis separat, quem & Pignorius sequitur eruditissimo Commentario de Servis p. 270, quod Columella ipsemet quoque, si attente inspiciamus, facit. Fuêre & in urbanâ familiâ servi hoc nomine, de quibus idem Pignorius p. 154, itemque Lipsius ad 2 Annal. Taciti c. 30, ubi & docet, quis *Publicus Actor* apud Plinium in Epist. 19 lib. 3. Vide & Torrent. ad Sueton. Domit. cap. 11. ¶ Est & *Actor caussarum* δικόλογος, qui caussam agit, orator nempe. advocat, wortsprecher. Horat. de Arte v. 369, *Consultus juris, & actor caussarum mediocris.* Cic. de Cl. Orat. cap. 89, *Moloni Rhodio Romæ dedimus operam, & actori summo caussarum, & magistro.* ¶ Itemque fabularum, ὑποκριτής: Cic. ad Quint. Fratr. lib. 1 Ep. 1, *Tanquam poëtæ boni & actores industrii solent; sic tu in extrema parte ac conclusione muneris ac negotii tui diligentissimus sis.*

¶ Actrix, quæ agit, actionem instituit. Lege 41 Cod. de Liberali caussa: *Jubemus omnes epistolas actricis inanes ac vacuas esse.* Forensis vox, sicut *Actor*, qui caussam intendit, accusat.

¶ ACTVM EST, Formula indesperata re. Plautus Pseud. a. 1 sc. 1 v. 63, *Actum hodie est de me*, es ist um mich geschehen. Livius lib. 1 c. 47, *Etiam de Servio actum rati.* Sueton. Nerone c. 42, *Veste discissâ, capite converberato, actum de se pronunciavit.* Donatus ad illud Terentii Andr. a. 3 sc. 1, v. 7, *Actum est, siquidem hæc vera prædicat*, monet, hoc secundum jus civile dictum esse: quo cavetur, ne quis rem actam apud judicem repetat. Paullo clarius eo allusit idem Comicus Heaut. a. 3 sc. 3 v. 3, *Acta*, inquit, *est res: perii.* ¶ ACTVM AGERE, unnöthige händel anfangen, proverbialis sermo est, ex eodem deductus fonte, ut ibidem Donatus observat. Sim. Bosius ad 9 Epist. Cic. ad Att. 18 p. 123, Actum agere, inquit, apud hunc auctorem est, ea de re facienda cogitare, quam ante factam oportuit, & cujus gerendæ tempus jam præteriit. Idem auctor in Lælio c. 22 extr. *Præposteris enim utimur consiliis, & acta agimus, quod vetamur veteri proverbio.* ¶ ACTVM EST, solet & hodieque subscribi tabulis, quibus, quæ super re aliqua tractata constitutave sunt, comprehenduntur. In Testamento Galli Favonii Jucundi sculpto in Lapide: ACTVM VI K. QVINTILES SERV. GALBA L. AVRELIO COSS. In alio lapide Barcinonensi: ACTVM P. ROMVLIO CIT. HISPAN. PROC. ET DOMITIANO VESPAS. F. ORBI IMPERANTE.

¶ Acta, orum, πράξεις: was geschehen und vorgangen. Tacitus de Germania cap. 34, *Sanctius & reverentius visum, de actis Deorum credere quàm scire.* ¶ 2. Tabulæ seu commentarii Imperatorum, Senatus, populi: quibus perscribebantur, quæ singulis diebus acta, gesta, judicata essent: item nativitates, matrimonia, mortes &c. seges atque materia eorum, qui condituri Historias; qui horum ACTORVM non raro mentionem faciunt. His conficiendis qui erant præpositi, AB ACTIS, & ACTVARII appellati. De illis plura Justus Lipsius ad 5 Taciti Annalem. Hanc publicam diligentiam privatim quoque æmulati viri industrii ac frugi habere solebant commentarios, in quibus, quicquid per dies singulos dicerent facerentve, annotabant. Quo respicit Seneca in illo lib. 2 de Benef. cap. 9, *Beneficium in acta non mitto.* Suetonius *diurnos commentarios* Aug. cap. 64. *Diurna* Tacitus 13 Ann. c. 33. *Quotidiana* Vopiscus vocat: puta *Acta*, quod hîc subaudiendum est. Vid. Lips. Excursu A. ad Tacit. lib. 5 Annal. Bernegg. ad Suet. Cæsar. cap. 20, 1. Bœcler. de Actis civitatis.

¶ Actio, opus, studium, ein fûrnehmen, πρᾶξις. Cicer. 1 offic. c. 29, *Pueris non omnem ludendi licentiam damus, sed eam, quæ ab honestis actionibus non sit aliena.* πράττειν πράξεις, Græcorum est, atque sic locutus Aristoteles 2 Nic. 2, eâ figurâ, quam Rhetores vocant παρηγμένον. Quæ quidem nec Latinis plane insolita est: sed hîc tamen uti eâ Muretus non audet. Cujus ad eum locum (πῶς πρακτέων πράξεις) hæc verba sunt p. 173, *Hoc loco dicere non possumus*, quomodo agendæ sint actiones: *potius*, quomodo suscipiendæ, *aut* quomodo obeundæ. *Lambinus exercendas dixit, quod loquendi genus & barbarum & ineptum puto.* ¶ 2. Est & *Actio Comica, Tragica, Scenica.* Cic. in Oratore cap. 25, *Accedit actio non tragica, nec scenæ; sed modica jactatione corporis, vultu tamen multa conficiens &c.* Vbi oratoriam actionem a scenica & tragica distinguit. ¶ 3. Et *Actio Oratoris* pronunciatio ac gestus, & ipsa adeo administratio caussæ. Sueton. Cal. cap. 53, *Solebat & prosperis Oratorum actionibus rescribere.* ¶ 4. *Actio injuriarum, actio furti*, JCtorum sunt: apud quos vide plures actionum species. *Actionem alicui intendere*, eine anklage wider einen erheben. Cic. pro Milone cap. 14, *Diem mihi, credo, dixerat, multam irrogarat, actionem perduellionis intenderat.*

¶ Actito, frequent. öffters thun, handeln: sæpe etiam simpliciter *agere.* Cicero de clar. Orat. c. 70, *Poticius municeps noster multas privatas caussas actitavit.* Plura de hoc verbo, ejusque vi ac pronuntiatione, lege apud Gellium lib. 9 cap. 6.

¶ Activus, a, um, ut, *Activa Philosophia* apud Senec. Ep. 95. Sic Quintilianus 3 cap. 5, *activum* opponit *spectativo* sive theoretico. thätig, im thun bestehend.

¶ Actus, us, ui: ubi pecus agitur; via enim vehiculorum est, iter hominum. trifft, trifftweg. Vocabulum Juris, ut Servius monet. Vide Titul. Digest. & Institutionum de Servitutibus prædiorum rusticorum. ¶ 2. Actus etiam est certum agri spatium seu modus. Fragmentum Gromat. de Mensuris agrorum apud Rigalt. p. 297. ACTVS *minimus est latitudine pedum quatuor, longitudine CXX. Actus quadratus undique finitur pedibus CXX.* Quæ & Fragmentum aliud habet pag. 330. & Varr. lib. 1 de R. R. cap. 1 & Columella lib. 5 cap. 1. ¶ 3. Idem quod actio, πρᾶξις. Lucanus lib. 8 v. 807, *Adde actus tantos monumentaque maxima rerum.* Quintilianus lib. 11 cap. 1. *Etiam in cæteris actibus vitæ non idem in foro, curia, campo, theatro, domi facere convenit.* Ammian. libr. 21 cap. 28, *Ferunt theologi, in lucem*

editis

editis hominibus cunctis, salvâ firmitate fatali, hujusmodi quædam velut actûs rectura numina (Genios intelligit) *sociari*. Hieron. apol. adv. Rufin. (Tom. 3 f. 95) *Tantam habes curiositatem meorum actuum, ut quid dormiens fecerim, dixerimve discutias*. Hinc illum divinum librum Lucæ, quem *acta Apostolorum* alii, idem Hieronymus, Salvianus, Sulpicius, alii, *Actus Apostolorum* appellitant. ¶ 4. Interdum πραγματεία est, quemadmodum Gloss. Vet. interpretatur, id est, negotii gestio, sive administratio. ampt, verrichtung. Plin. 10 Epist. 37, *Quum ad pristinum actum reversus fuerit*. Actum vocat, quod modo munus dixerat. Atque vox hæc vel ipsum actoris munus sive administrationem censûs ac rationum domini significat. Scævola L. Thais 41 §. Ab heredibus, 13 D. de fideicom. libert. *Cum filius meus XVI annos impleverit, Stichum rationibus redditis manumittat. Quæro an eundem servum testator in diem usque pubertatis filii sui actum agere voluerit*, &c. Et Vlpianus L. Notionem, 99 §. Instrumentorum, 2 de V.S. *Quæ proprie sint instrumenta, propter quæ dilatio danda sit, inde dignoscimus, si in præsentiam personæ, quæ instruere possit, dilatio petatur, puta, qui actum gessit, licet in servitute; vel qui actor fuit constitutus*, &c. Inde *Removeri ab actu*, abgesetzt werden. Paullus JCtus Lege 51 Dig. de Solutionib. *Dispensatori, qui ab actu, ignorante debitore, remotus est, recte solvitur*. Tertullianus lib. 4 advers. Marcion. cap. 47 extr. *Admonens enim nos* (Dominus) *de secularibus suffragia nobis prospicere amicitiarum, secundum servi illius exemplum, qui ab actu summotus dominicos debitores deminuit*, &c. Parabolam Villici respicit, de qua Lucas cap. 16. Et ejus itaque administrationem *actum* vocat. Quamquam & de alia quavis usurpari potest. Seneca Ep. 8, *Vbi illa præcepta vestra, quæ jubent in actu mori?* Et de otio Sapientis c. 28, *Certe Stoici vestri dicunt: usque ad ultimum vitæ finem in actu erimus*. Probus Imp. apud Vopiscum in Caro: *Felix esset nostra Resp. si qualis Carus est, aut plerique vestrûm, plures haberem in actibus collocatos*. ¶ 5. Suetonio Claudio c. 15, & c. 22, itemque Nerone c. 17, & Plinio lib. 9 Ep. 25, *Actus rerum*, sunt judiciarii dies, gerichts-tage, sive cum habentur judicia, sive aguntur res: qui Græcis ἀγόραιοι: de quibus Casaub. ad Theophrasti Characteres, & Torrentius ad Suet. Aug. cap. 92. ¶ 6. Est & impulsio motus: der trieb. Vet. Gloss. ἔλασις, *Actus*. Lucanus lib. 9 v. 29,

totæ post Magni funera partes
Libertatis erant, quas ne per littora fusas
Colligeret rapido victoria Cæsaris actu,
Corcyræ secreta petit.

Et iterum eod. libro v. 471, *galeas & scuta virorum*
Pilaque contorsit violento spiritus actu,
Intentusque tulit magni per inania cæli.

Hinc pro persecutione posuit Prudentius Hymno post cibum v. 77, *Mundi impotentis actu conclusos regis, & feram repellis*. ¶ 7. Qui fabularum actus sint, notum est: ad quos eleganter Cicero alludit lib. 5 epist. 12 ad Lucejum: *Fabula rerum eventorumque nostrorum habet varios actus*. Et ad Quintum Fr. lib. 1 epist. 1 in fine: *Hortor, ut tamquam poëtæ boni & actores industrii solent; sic tu in extrema parte & conclusione muneris ac negotii tui diligentissimus sis, ut hic tertius annus imperii tui, tamquam tertius actus, perfectissimus atque ornatissimus fuisse videatur*. Idem pro Marcello ad Cæsarem cap. 9, *Hæc tibi reliqua pars est: hic restat actus*. Similiter & Varro partes doctrinæ & expositionis de re rustica *Actus* vocavit.

¶ Actualis, ut, *Actualium vigor virtutum*, Macrob. 2 Somn. Sc. cap. 17. würcklich, thätig.

¶ Actuarius, a, um; idem quod agile, sive quod agi impellive potest. Sic *actuaria navigia*, quæ aguntur remis, apud Cæsarem lib. 1 de B. C. cap. 27. Idem & *actuarias naves* dixit lib. 5 cap. 1 de bello Gallico. Livius 25 cap. 30, *In hoc tumultu actuariæ naves instructæ*. Cicero *actuarias* absolute vocat ad Att. lib. 5 ep. 9, *Actuariis minutis Patras accedere, non satis visum est decorum*. Apud quem &

¶ *Actuariolum*, ὑποκωπιδιον legas, nempe 10 Att. ep. 11, *Quid duro tempore anni actuariolo fore censes?* navigio subaudi, ut, quæ præcedunt verba, ostendunt.

¶ Actuarii, sunt scribæ publici, à conficiendis actis sic appellati; qui & *Censuales*, de quibus Lipsius ad 5 Taciti Annalem. Meminit & Suetonius & partem officii illius attingit Cæsare c. 55. Vide & Legem 5 Cod. de erogat. militaris annonæ: & Eutropium lib. 9 cap. 7; & Aurel. Victor. in Victorino imperatore, sive uno ex XXX tyrannis. Antiquum autem nomen & notionem esse, ex Senecæ epist. 33 manifestum est, ejusque verbis: *Vox actuarii vice fungitur*. ¶ 2. Sed & qui in agendis rebus & administrandis negotiis occupati, *actuarii* dicti sunt. Vet. Gloss. πρακτικὸς, *Actuarius, efficax, agilis*.

¶ Actuosus, a, um: quod in actu & motu est, & quiescenti nihilque agenti opponitur: thätig, geschäfftig. Nonius: ACTVS *modo motum corporis significat, ut histrionum & saltatorum, qui etiam ex hoc ipso actuosi dicuntur*. Seneca Epist. 39, *Quemadmodum flamma surgit in rectum, jacere & deprimi non potest, non magis quàm quiescere; ita noster animus in motu est: eò mobilior, & actuosior, quo vehementior fuerit*. Idem de tranquillitate animi cap. 2, & Val. Max. 2 cap. 1 n. 10, & lib. 8 c. 8 n. 1, *actuosam vitam* dixerunt, quæ inter negotia & rerum actus ducitur: *virtutem actuosam* Cicero 1 de Natura Deorum cap. 40, quod opere gaudet, & aliena otii est. Atque ita quieti opponit Lactantius lib. 6 cap. 17, *Vita*, inquit, *actuosa est: mors quieta*.

¶ Actuosè, adverbium, thätig, geschäfftig. Cicero lib. 3 de Oratore cap. 26, *Quàm leniter? quam remisse? quàm non-actuose?* id est, quam sine vehementiori motu corporis ac gestu. Ergò *non-actuosè*, Ciceroni *sedate* est.

¶ Agilis, e, vide supra suo loco.

¶ Agito, frequentativum aliud, easdem ferme, quas ipsum AGO, significationes recipit. ¶ 1. Nam & impellere seu incitare est; ut in Virgilii illo lib. 11 v. 770, *Spumantemque agitabat equum*, er tummelte den gaul. Cic. pro Cluent. cap. 49, *mare ventorum vi agitari atque turbari*. Idem pro Roscio c. 24, *Sua quemque fraus, & suus terror maxime vexat, suum quemque scelus agitat*. id est, infestat & terret. Idem pro Quinctio c. 2, *Æquitas multis injuriis jactata & agitata*. ¶ 2. Vivere, versari. Sallustius Jug. c. 19, *Super Numidiam Getulos accepimus partim in tuguriis, partim incultius vagos agitare*. Tacitus lib. 11 Annal. cap. 21, *Dum in oppido Adrumeto vacuis per medium diei porticibus secretus agitat, oblata ei species muliebris*. Sic *Ævum agitare*, pro vivere, Virgilius dixit lib. 4 Georg. v. 154. ¶ 3. Cogitare, reputare apud animum; nunc absolutè, nunc cum adjecto. *Agitare secum, agitare animo, cum animo*, bey sich etwas bedencken, auff etwas sinnen. Terentius Phorm. a. 4 sc. 3 v. 10, *Ego quoque id agitans mecum sedulo, inveni, opinor, remedium huic rei*. Cicero pro Fontejo cap. 6, *Vos eamdem rem animis agitare, & diutius cogitare potestis*. Sallustius 2 de Rep. ord. sub initium: *Itaque mihi multa cum animo agitanti consilium fuit*. Livius 7 cap. 35, *nunc, quæ mente agitem, audite*. Nec aliter, quam de cogitatu, capiendæ formulæ, *Agitare mœnia novæ urbis, agitare orbis terrarum imperium*, quas apud Florum lib. 1 c. 1, & lib. 2 c. 2 legas. Sic *fugam agitare*, Virgilius dixit lib. 2 Æn. v. 646, ut Servius interpretatur. *De supremis agitare*, mit sterbens-gedancken ümgehen, Tacitus l. 4 Hist. c. 59. Idem l. 1 Hist. c. 78, *Creditus etiam est de memoriâ celebrandâ Neronis agitavisse*. ¶ 4. Tractare. Cicero pro Cluentio cap. 2, *Res agitata in concionibus*. Cornel. Celsus Præfat. *Verique simile est, & Hippocratem & Erasistratum & quicunque alii non contenti febres & ulcera agitare*, (id est, de febribus atque ulceribus commentari) *rerum quoque naturam ex parte aliqua scrutati sunt, non ideò quidem medicos fuisse, verùm ideò quoque majores medicos exstitisse*. Tacitus lib. 3 Hist. cap. 1, *Illic agitavere, placeretne obstrui alpes Pannonias*. *Agitare consilia*, rathschlagen, mit gedancken ümgehen. Livius lib 28 cap. 10, *ad quæstiones habendas, qui populi defectionis ab Romanis consilia agitassent*. ¶ 5. *Agitare convivium*, Terent. Hec. a. 1 sc. 2 v. 18. *dies festos agitare*, Cic. 4 in Verr. de jurisd. Sicil. c. 46. gasteren halten, fest-tage begehen. ¶ 6. Est etiam gubernare, moderari, sensu Maroniano, id est, quo 3 Georg. v. 287, poëta dixit *Lanigeros agitare greges*. Est, inquam, sic apud Sallustium Jugurth. cap. 60, *Agitare tela*, quod *temperare* dixit Apulejus. vid. Barth. Advers. lib. 122 c. 3, & ad Stat. Thebaid. lib. 4 pag. 935.

¶ Agitatio, bewegung. Cic. 2 Divin. c. 62, *Nunquàm animus agitatione & motu vacuus esse potest*. Seneca ep. 109, *opus est sapienti agitatione virtutum*.

¶ Agitator, pro gubernatore, sive equorum curruumque rectore. Cicero 4 Academ. c. 29, *Ego ut agitator callidus, priusquam ad finem veniam, equos sustinebo*. Sic apud Virgil. 1 Georg. v. 273, *agitator aselli*. ¶ 2. Pro aurigatore Circensi, Sueton. Calig. cap. 55, vid. infrà *Auriga*.

¶ Agitatrix, eadem, mutato sexu. Apulejus de Dogm. Plat. lib. 1 p. 6, *Anima agitatrix aliorum, quæ natura sua immota sunt atque pigra*. Arnobius lib. 4 pag. 141, *Silvarum agitatrix Diana*.

¶ Agitabilis, e, das sich leichtlich bewegt: ut, *aër agitabilis*, apud Ovid. 1 Metam. v. 75.

¶ Inagitatus, a, um. Sen. ep. 75, *inagitati terroribus, incorrupti voluptatibus*.

¶ Inagitabilis. Senec. Q. Nat. lib. 5 cap. 5, *An existimas, aërem inertem, inagitabilem relictum esse?*

Ab *Ago* & *Agito* Composita.

¶ Abĭgo, hinweg treiben. *Abigere ab ædibus*, Plaut. prologo extr. Amphitr. *Abigere pecus in pascua*, das vieh auff die weide treiben, Varro R. R. 2. 1. *Abigam hunc rus*, Terent. Adelph. a. 3 sc. 3, 47. *Abigere partum*, eine todte frucht abtreiben, Cicer. pro Cluent. cap. 11. *Abigere pecus*, vieh stehlen, in Pis. c. 34. *Abactus noctu asellus*, Apulej. 8 p. 215. *Abacti magistratu*, abgesetzt, Festus. *Abacta nocte*, nachdem die nacht vorbey, Virgilius Æn. 8 v. 407. *Abigere fastidium*, Plin. H. 23, 9: 12, 17.

¶ Abactor & Abigĕus, ein pferde-dieb, de quibus vide Digest. lib. 47 Tit. 14. & Lege Aut facta 16 §. Quantitas 7 Dig. de pœnis. Vet. Gl. *Abigo, abigeus*: ἀπελαύνω, ἀπελάτης. Apulejus sub fin. 7 Metam. *Abactorem indubitatum cruentumque percussorem criminantes*.

¶ Abigator, idem. Vet. Glossæ: Ἀπελάτης, *Abigeus, Abigator, Abactor*. Ita Labbæus edidit: vulgo *Abigeator*, quod etiam in Julii Pauli sententiis lib. 4 tit. 18, secundum quosdam adjicitur; *Qui bovem vel equum errantem abduxerit: furem magis, quam abigeatorem constitui placuit*. Sed hæc verba absunt editione clariss. Leewii.

¶ Abigeatus, ûs, ipsum crimen in Digest. lege 2 de Abigeis: & lege 5 de Re milit.

¶ Abĭga, herba, vide *Ajuga*.

¶ Abactus, us, expulsio, vel abductio. Plinius Paneg. c. 20, *quum abactûs hostium exerceret*.

¶ Ădĭgo, impello, concito, mit gewalt zu etwas treiben. Terent. a. 1 sc. 2 v. 31, *Tu homo adigis me ad insaniam*, du machest mich toll. Idem in Eun. a. 2 sc. 1, v. 13, *Noctu te adigent horsum insomnia*, des nachts wirst du nicht schlaffen können, dasselbige wird dich bald wieder anher treiben. Sic *adigere verberibus ad laborem*, einen mit schlägen zur arbeit treiben. *Adigere sacramento, jurejurando*, vel *ad jusjurandum*, vel *jusjurandum*, mit einem eyde, oder auff einen eyd zwingen, qua ultima forma, quæ elliptica est, delectantur Cæsar atque Livius. Ille enim lib. 1. B. Civil. cap. 76, *Ipse*, inquit, *idem jusjurandum adigit Afranium*: & lib. 2 cap. 18, *Provinciam omnem in sua & Pompeji verba jusjurandum adigebat*. Livius lib. 43 cap. 15, *Censores, cujus nondum justa missio visa esset, ita jusjurandum adigebant* &c. in quibus singulis *Ad* subaudiendum est. Sed hæc metaphorice. Proprie autem Plinius 16 cap. 10 extremo: *in ipsam arborem clavus æreus adigatur*, einen nagel einschlagen. Et *telum in pectus adigere*, Ovid. Metam. 5 v. 70. Sed *Adigere arbitrum*, est agere quasi ad arbitrum, hoc est, ad eum adducere, qui litem ex æquo, & bono dirimat; vel *Adigere arbitrum*, est adhibere arbitrum, sive adducere ad dirimendam litem, quæ intervenit. Vid. Cicero cùm alibi, tum Topicorum c. 10. Seneca Epist. 65, *Eam partem ad te perferam, quæ in lite est: te arbitrum adegimus*. Vbi non audiendos putaverim, qui mutant.

¶ Adactio, actus adigendi. Livius l. 22 c. 38, *adactio jurisjurandi*.

¶ Trans-

¶ Transădígo, decompositum. Virg. l. 12 v. 508, *crudum*
Transadigit costas & crates pectoris ensem.

¶ Anteago. Silius lib. 4 v. 30, *Anteagitur conjux.*
nisi forte melius sejungitur.

¶ Anteactus: ut, *vita anteacta*, das vergangene oder verlauffene leben, Cicero pro Marcello cap. 1. Potest etiam separari.

¶ Ambĭgo, vide infra suo loco.

¶ Circumăgo, circumagere, idem quod circumducere, herum drehen, treiben, oder lencken. *Annus circumagit se in ipso conatu*, ut Liv. 9 c. 18. *Annus circumactus est*, 6 cap. 37. & Participio, *anno circumacto*, apud eumd. Liv. 6 cap. 1, *circumacto tempore* 27 c. 36. *Circumagere frenis equos*, idem lib. 1 cap. 24 dixit. ¶ 2. *Circumagere* pro coërcere sive compescere eleganti translatione usi auctores. Seneca controvers. 2, *Ad hæc nova & diversa imperia subitò me circumagi posse putas.* Suetonius Cæsare cap. 70, *Decumanos autem Romæ cum ingentibus minis summoque etiam Vrbis periculo, missionem & præmia flagitantes, una voce, quæ QVIRITES eos pro militibus appellarat, tam facile circumegit & flexit, ut ei milites esse, confestim responderint.* ¶ 3. Seneca Epist. 8, *Philosophiæ servias oportet, ut tibi contingat vera libertas. Non differtur in diem, qui se illi subjecit ac tradidit. Statim circumagitur*, id est, manumittitur atque in libertatem vindicatur. Antecedens pro consequente. Nam qui manumittendus erat, is prendebatur dextrâ à domino, inque orbem circumagebatur, deinde liber erat. Quod *vertiginem* Persius vocat Sat. 5 v. 76. Vbi vide Vet. Scholiasten.

¶ Circumactus, nomen, ut, *Circumactus rotarum*, apud Plin. 28 cap. 9. Ac lib. 5 c. 22, *brevi circumactu corporis.* Et lib. 8 cap. 31, *collum flecti, nisi circumactu totius corporis, nequit.* Apulejus 2 Florid. p. 348, *fulgoris circumactu.*

¶ Circumactio, idem. Gellius lib. 17 cap. 20, *Enthymema brevibus & rotundis numeris cum quadam æquabili circumactione devinctum.*

¶ Cōgo, compello, συνάγω, ich treibe zusammen. Virgilius Ecloga 3, *Cogite oves pueri.* Et iterum Ecl. 6 extr. *Cogere donec oves stabulis numerumque referre Jussit.* Terent. in Heaut. 1 sc. 1 v. 94, *Quasi ad talenta quindecim coëgi.* Cicero Verr. 5 cap. 75, *Cogere pecuniam a civitatibus*, geld auffbringen. *Cogere agmen*, einen hauffen volcks zusammen bringen, Idem ad Att. lib. 15 epist. 13. *Cogere copias in unum locum*, Cæs. lib. 6 cap. 9, quod Cicero lib. 15 epist. 4 ad Catonem ita effert: *coacto in unum locum exercitu* &c. Eodem modo Virgilius lib. 8 v. 7, *undique cogunt auxilia*, hülffs-völcker aufftreiben. *Cogere senatum*, Cicer. Fam. lib. 5 ep. 2, den rath zusammen fordern. Idem de Finib. lib. 3 cap. 2, *Cato in ipsâ curiâ solebat legere, dum senatus cogeretur.* Sed *Cogere in ordinem*, Livius lib. 43 c. 16, & Plin. lib. 1 epist. 23, i. e. eo redigere, ut officium faciat, & velut in ordine suo se contineat. einem den kopff zu rechte setzen, zu baaren bringen. ¶. 2. ἀναγκάζειν, βιάζεσθαι significat: einen zwingen und nöthigen. Virgil. 3 Æn. v. 56, *quid non mortalia pectora cogis*
Auri sacra fames?
Sic *coactis lacrymis*, pro arte expressis, idem dixit Æneid. 2 v. 196, ut Servius legit: alii, *lacrymisque coacti.* Cicero de offic. 3 cap. 13, *Num te emere coëgit, qui ne hortatus quidem est?* Vide de usu hujus verbi & Græci ἀναγκάζειν Grotium ad Lucam cap. 14 v. 23. ¶ 3. Est & disserentium verbum & aliquid ex propositis rationibus concludentium. Cicero lib. 3 de nat. Deorum cap. 13, *Innumerabilia sunt, ex quibus effici cogique possit, nihil esse, quod sensum habeat, quin id intereat.* ¶ 4. Est & σφιγγῦν, seu quod liquidius, spissum facere, solidare. Virg. 4 Georg. v. 35, *nam frigore mella*
Cogit hiems, eademque calor liquefacta remittit.
Plin. lib. 11 cap. 32, *Insecta & aliter nascuntur; atque inprimis ex rore. Insidet hic* (ros puta) *raphani folio, primo vere: & spissatus, sole in magnitudinem milii cogitur.* Et *Cogere lac*, id est, ut coeat facere, sive redigere ad crassitudinem, idem dixit lib. 23 c. 7. Ac inde etiam

¶ *Coagulum* est, quod id ipsum præstat, ut lac densetur: de quo infrà suâ litterâ. Plinius iterum lib. 11 cap. 41, *Coagulum hinulei, leporis, hœdi laudatum.*

¶ Coacte, adverb. ex participio, quod & adjectivi nominis naturam induit, gezwungen, gezwungener weise. Tertullianus de Baptismo cap. 12, *Alii plane satis coacte injiciunt, tunc* &c. id est, dicunt, objiciunt coacte. Comp. *Coactiùs.* Gellius lib. 10 c. 11, *cum significandum est, coactiùs quid & festinatius factum.* Et rursus Tertull. de Anima cap. 42, *Multo coactiùs Seneca, Post mortem, ait, omnia finiuntur, etiam ipsa.*

¶ Coactio, verbale; notat & munus cogendi pecunias, unde *Coactiones factitare*, apud Suet. Vesp. c. 1.

¶ Coactus, ûs, m. Cæs. V. Bell. Gall. cap. 27, *neque voluntate sua, sed coactu Civitatis.*

¶ Coactor; Cato de re rustica cap. 150, *Menses X ab coactore releget porcos sectarios.* Vbi *Coactor* est, qui pecus compellit. Sic *Coactores agminis* legas apud Tacitum lib. 2 Hist. cap. 68. ¶ 2. Qui cogit, & rei cujusdam nobis necessitatem imponit. Seneca Epist. 53, *Quibus non duce tantum opus est, sed adjutore, atque, ut ita dicam, coactore.* Sed cùm *ut ita dicam*, ait, non admodum invulgatam hanc vocis notionem significat. ¶ 3. Coactores dicebantur publicanorum & argentariorum ministri, quibus ad exigendas pecunias utebantur. Et istiusmodi *argentarius coactor* Horatii Flacci pater fuit, ut ipse auctor est lib. 1 Serm. Sat. 6 v. 86, ubi vide Interpretes; itemque Torrentium ad Suetonii Vespasianum cap. 1, nec non Alciatum lib. 1 Parerg. cap. 24, qui tamen non optimè *Argentarium* & *Coactorem* sejungit.

¶ Coactura, fœm. zwingung, auspressung. Columella lib. 12 cap. 50, de oleo exprimendo: *seorsum reponatur uniuscujusque diei coactura.* wie viel iedweden tag ausgepresset wird.

¶ Coacticius, idem quod coactus. Beda lib. 1 Hist. Angl. cap. 26, *Servitium Christi voluntarium, non coacticium debet esse.*

¶ Coactile, coactilia; tegumenti genus ex lanis pilisve paullo densiùs strictiusque compacti; sive coacti: filtz, mantel, kotte. Vet. Gloss. πιλωτὸν *Coactile.* Mentio *Coactilium* in lege 25 § 1 D. *de auro & arg. leg.* Cæsar lib. 3 de Bello Civili c. 44, *Subcoacta* appellat. Vbi tamen Cujacius *Coacta* potiùs legendum putavit: quod non modo in eruditissimis Semestribus probavit Faber; sed Scaliger etiam in ipsum textum recepit. Cujacii emendatio est lib. 5 Observat. cap. 11. De *Coactilibus* vide & Lipsium lib. 4 de militia, Dialogo 6.

¶ *Coactiliarius*; qui conficit ejusmodi tegumenta, quo ex genere & pilei sunt. Vet. Gloss. *Coactiliarius* πιλοποιός. Lapis Vetus: M. L. LARISCVS LANARIVS COACTILIARIVS.

¶ Coacto, are, frequentativum, Lucretius lib. 6 v. 1120,
Quâ graditur conturbat, & immutare coactat.

¶ Vulgo ex Cic. lib. 2 de Nat. Deor. cap. 55, adferunt *coagitatione pulmonum*; sed Victorius & Gruterus, fidem MSStorum secuti, legunt *contagione.*

¶ Incoactus, ungenöthiget. ut, *voluntas incoacta*, Val. Max. 4 c. 7 pr. *Omne honestum, injussum incoactumque est*, Senec. epist. 66.

¶ Exĭgo, ēgi, actum, igĕre, expellere, ἐξάγειν: austreiben. Sic, *sues pastum exigere*, Varro dixit lib. de re rust. lib. 2 cap. 4. Item vertreiben, verjagen. Livius lib. 1 extremo de pulsis exactisque Tarquiniis: *Exactis deinde liberis Regis.* Sic Cicero lib. 1 de Orat. c. 9, & Pomponius JC. L. 2 § 3 D. de Orig. Juris, *Exactos reges*, de iisdem dixerunt. Horatius lib. 4 od. ult. *non furor*
Civilis aut vis exiget otium:
Id est depellet, avertet, exturbabit, quamquam alii *eximet* legunt. *Exigere fabulas*, Terentius in Prol. Andriæ & Hecyræ dixit: quod repudiare & non admittere est. ¶ 2. Perficere, absolvere, ad finem adducere. *Exigere ætatem*, Terent. Hecyr. Prol. sein leben zu ende bringen. Hinc *exacta ætas*, senectus est Ciceroni Orat. pro Dejotaro cap. 10, *Ea tamen*, inquit, *illum cuncta, jam ætate exactâ, defecerant.* Ovid. lib. 3 Trist. Eleg. 4,
Vive sine invidia mollesque inglorius annos
Exige, amicitias & tibi junge pares.
Horatius in lib. extr. 3 Carm. *Exegi monumentum ære perennius.* Quod imitatus Ovidius Metamorphosi extremâ, dixit: *Jamque opus exegi* &c. ¶ 3. Significat & flagitare: fordern, einmahnen, ut, *Exigere pecuniam, mercedem, operam.* Plautus Asinar. a. 2 sc. 2 v. 33, *Prius quæ credidi, vix anno post exegi.* was ich zuvor ihme geborget, habe ich kaum ein jahr hernach eingemahnet. *Precario exigere*, Suet. Claud. cap. 12. ¶ 4. Virgilii verba sunt lib. 10 Æn. v. 815,
validum namque exigit ensem
Per medium Æneas juvenem, totumque recondit.
Quod idem est, ac si dixisset, *transadigit*, quo alibi usus. *Exigit*, inquit Servius, *est agit per corpus.* er jagt ihm die klinge durch den leib. Seneca Medea c. 1006. Lucanus lib. 4 v. 565, itemque Florus lib. 4 cap. 2 similiter usi hoc verbo. In quibus exemplis τὸ *Ex* αὐξητικὸν est, & auget, quemadmodum & *De*, in *decerto, deprælior, deservio*, &c. e in *Egelidus.* Itaque *Exigo*, est valde ago, adigo. ¶ 5. Vsus & hujus verbi tum alibi, tum in pensationibus & æstimationibus, de quo vide infra in *Exactor & Exagium.*

¶ Exactus, id est, expulsus: ut *Exacti Reges*, verjagte, vertriebene könige, Cicero 1 de orat. cap. 9. ¶ 2. *Exactus*, id est, finitus, prope finem adductus, ut, *exacta ætas*, Cicer. 1 Tusc. cap. 39, *exacta ætate moriuntur*, de quo supra dictum est. Sic *exactus annus, mensis, dies.* Cic. 3 Catil. c. 2, *Tertiâ fere vigiliâ exacta*, da die dritte nachtwach fast vorbey, fast verflossen. Lucanus lib. 2 v. 577,
Ante bis exactum quam Cynthia conderet orbem.
¶ 3. Vndique absolutus & perfectus; consummatus. Martialis l. 4 Ep. 42, *Nil exactius eruditiusque.* Apud Plinium Servianus *vir exactissimus* dicitur: id est, in quo nihil desiderari possit, l. 8 ep. 23.

¶ Exactè, accurate, ἀκριβῶς. Vt, *exactè dicere, perorare.* Sidonius lib. 7 epist. 9. *Vt exacte perorantibus mos est.* Comparativus etiam antiquioribus non ignotus. Gellius lib. 1 cap. 3, *Theophrastus super hac re exactiùs, quàm Cicero, disserit.* Mela lib. 1 cap. 4 de Africa, *Nunc exactiùs oras situsque dicturo inde est commodissimum incipere.*

¶ Exactor, expulsor. *Exactor regum*, apud Livium lib. 9 cap. 17. ¶ 2. Qui aliquid peragit: Columella lib. 3 cap. 13, *Opus est autem perito ac vigilante exactore.* Ibid. extrema parte capitis, *Superposita libella alterutrum ostendit, nec patitur exactorem operis decipi.* Et paullo antè dixerat: *Sed huic operi exigendo quasi quandam machinam commenti majores nostri regulam fabricaverunt.* Exigendo operi, i. e. peragendo, sive perficiendo: inde igitur *exactor.* Sic *Exactor supplicii*, qui exsequitur & sumit, apud Livium lib. 2 cap. 5. ¶ 3. Qui pecunias exigit. Cæsar lib. 3 de B. C. cap. 32, *Erat plena lictorum, & imperiorum provincia, conferta præfectis atque exactoribus.* Similiter *Exactor studiorum*, apud Quintilianum lib. 1 cap. 3, qui instat, & pensum studiorum exigit: inspector quasi & monitor: διώκτης. *Disciplinæ exactor*, apud Sueton. in Cæsare cap. 65. Apud eumdem de Illust. Grammaticis cap. 22, M. Pomponius Marcellus *Sermonis Latini exactor molestissimus* dicitur, i. e. observator: Est enim *exigere* inter alia accuratè observare, dijudicare. Quintil. lib. 1 cap. 5, *An cujuslibet auris est exigere literarum sonos? non hercle magis, quàm nervorum.* Confer, quæ jam dicentur in *Exagium.*

¶ Exactrix. Augustinus epist. 135 *Epistola, nova rescriptorum exactrix fuit.*

¶ Exagium. Idem, quod *examen*, sive examinatio libræ per pondera. Nam & *Examen* quasi *exagimen* dicitur. Vetus inscriptio Romæ: RATIO DOCVIT VTILITATE SVADENTE CONSVETVDINE MICANDI SVMMOTA, SVB EXAGIO POTIVS PECORA VENDERE. Vbi *sub exagio pecora vendere*, est, appensa ad libram pecora vendere. das fleisch nach dem gewichte verkauffen. Nam & *exigere* verbum in hac re proprium locum habet, & examinare, explorare, seu æstimare significat: sive id pondere, sive regulâ fiat. *Ad libram, ad stateram exigere*, auffziehen, wägen. *Exigere ad perpendiculum columnas*, apud Ciceronem Verr. 3 cap. 51. Hinc *opus ad vires suas exigere*, das werck gegen seine kräffte messen, oder abwägen, Ovidius dixit lib. 2 Art. Am. v. 502. Et Livius lib. 34 cap. 31, *Nolite*

ad veſtras leges & inſtituta exigere, quæ Lacedæmone fiunt. *Exigere pondus margaritarum*, apud Sueton. Cæſ. cap. 47. Et Plin. lib. 9 epiſt. 26 extrem. *deſtines diem, quo & de illis & de his coram exigere poſſimus:* i. e. deliberare, examinare, ac ponderare ſingula.

¶ Exactio, *publicæ exactiones*, einbringung der ſchatzungen, Aſin. Pollio Ciceroni lib. 10 epiſt. 32. *Exactio nominum*, ſchulden einbringung, apud Ciceron. 5 ad Att. epiſt. 1.

¶ Superexactio, exactio ultra debitum. Vide Tit. Cod. *de Superexactionibus.*

¶ Exăgito, are: expellere, inſtandoque perſequi: Cicero Verrina Frumentaria cap. 18, *Non ſolum arationes, ſed etiam ſedes ſuas patrias iſtius injuriis exagitati reliquerunt.* Nepos Themiſtocle c. 9, *Nunc ad te confugi exagitatus a cunctâ Græciâ.* Horat. lib. 2 Serm. Sat. 6 v. 54, *Dii exagitent me:* perſequantur me, ut perdant malè. De iis enim dicitur, qui infeſtis animis premunt. Propertius lib. 2 Eleg. 8, *Exagitet noſtros manes, ſectetur & umbras,*

Inſultetque rogis, calcet & oſſa mea.

Exagitare aliquem diſputationibus, concionibus, apud Ciceronem in Oratore cap. 3 eſt inſectari, ac redarguere vehementer: unde & *Exagitator*, pro *Inſectatore* apud eundem. der einen heſtig durchzieht, und gern zu ſchanden machen will. ¶ 2. Excitare, concitare, commovere: rege machen. Catullus Epithalamio Pelei v. 94, *exagitans immiti corde furores.* Sic apud Lucanum lib. 2 v. 688, *litora clamor Nauticus exagitat:* apud Statium lib. 3 v. 515. Thebaidos, *volucres alis exagitant Zephyros:* qui idem & *urbem clamoribus exagitare*, lib. 5 v. 97 ejuſdem dixit. ¶ 3. Et ex movendo crebriùs in odium adducere quid, vel gravius facere, ſive exacerbare. Cicero pro Sylla cap. 21, *Diſſenſio multos jam annos exagitata.* Idem ad Lentulum lib. 1 epiſt. 1, *Res exagitatæ & in ſummam invidiam adductæ.*

¶ Exagitator, inſectator. Cicer. in Orat. cap. 13, *exagitator omnium rhetorum.*

¶ Perăgo, ĕre, idem fere quod ago, vel ad finem ago ſive adduco, halten, vollbringen. Cæſar lib. 5 cap. 1 de B. Gall. *Conventibus Galliæ citerioris peractis*, als der land-tag gehalten war. Et lib. 6 cap. 4, *Peragit concilium Cæſar.* Claudianus Paneg. de Conſ. Mall. Theod. v. 239,

peragit tranquilla poteſtas,

Quod violenta nequit, i. e. conficit ſive perficit. Quemadmodum *votum peractum* pro impetrato confectoque Juvenalis dixit Sat. 10 v. 6. *Domum peragere*, Sueton. Othone cap. 7. *Paginam peragere*, Martialis lib. 11 Epig. 25. *Imperium peragere*, Horat. lib. 4 od. 14, *Volumina peragere*, Plinius lib. 3 epiſt. 5, & *carmina peragere*, Boethius lib. 1 de Conſol. Philoſ. Metro 1. *Opus peractum*, Statius principio Silvarum. *Poſtulata peragere*, Livius lib. 1 cap. 32. In quibus exemplis omnibus *Peragere*, conficere, ſive abſolvere ac finire eſt. ¶ 2. Hinc & pro interficere ponitur. Silius lib. 11 v. 363,

nec tantum fata dederunt

Externâ peragi dextrâ.

Martialis lib. 5 epigr. 38, *Quam peſſimorum lex avara fatorum*

Sextâ peregit hieme, nec tamen totâ.

Et lib. 7 Epig. 46, *Jamque peractus erat*, id eſt, finitus ſive mortuus. ¶ 3. *Reum peragere*, eſt agendo ſive accuſando diſceptandoque efficere, ut quis reus fiat, ſive damnetur: Plinius lib. 3 epiſt. 9, *Marium una civitas publice, multique privati reum peregerunt.* Ovid. lib. 1 Triſt. eleg. 1, v. 24, *Et peragar populi publicus oro reus.*

¶ Peractio, vollbringung, vollendung. Cicero de Senect. lib. extremo: *Senectus peractio ætatis eſt, tanquam fabulæ.*

¶ Semiperactus. Paullinus Nolan. 7 Natal. v. 305, *ſemiperactum hominem* dixit aliqua ſui parte mutilum, ſeu non integris membris natum.

¶ Perăgĭto, frequentat. Seneca lib. 1 de Ira cap. 7, *hic ſtimulus peragitavit miſitque in pericula audaces.* Vſus etiam eſt Columella 12 cap. 19, *fœniculo peragitet:* & Cæſar 1 Civ. c. 80, *vehementius peragitati ab equitatu.*

¶ Prodĭgo, prodigere, umbringen, durchbringen, verſchwenden. Plaut. Aul. 2 ſc. 9 v. 10, *Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto die egere liceat.* Claud. Mamertus Sidonio (inter Sidon. epiſtolas lib. 4 n. 2.) *Tuas opes in uſus inopum prodigis:* in bonam partem. Paſſive Lactantius lib. 6 cap. 11, *leviſſimorum hominum patrimonia in res ſupervacuas prodiguntur.*

¶ Prodigus, vide infra in P.

¶ Rĕdĭgo, Terent. Eunuch. a. 4 ſc. 4 v. 23, *Eò redigis me, ut, quid egerim, egomet neſciam*, du bringeſt mich dahin, daß ich nicht weiß, was ich gethan habe. *Redigere ſub alicujus poteſtatem*, Nepos Miltiad. cap. 1, unter eines gebiet und gewalt bringen. Vetus inſcriptio apud Grut. p. 226 n. 7, GENTES SVB IMPERIVM P. R. REDACTÆ SVNT. *Redigere in memoriam*, i. e. revocare in memoriam, erinnern, denckend machen, Terent. in Phorm. a. 2 ſc. 3 v. 36. Idem Heaut. a. 5 ſc. 1 v. 56, *Redigere ad inopiam*, zu einem bettler machen. Idem Eun. 2 ſc. 2, 7, *Hem quo redactus ſum?* ach wozu iſt mirs kommen?

¶ Redactus, ûs, proprie actus redigendi, qui varius eſt. Deinde pecunia, quæ colligitur ex rei venditione. Lege 58 § 2 Dig. de Vſufructu, & quemadm. *Sempronio delego ex redactu fructuum oleris, & porrinæ, partem ſextam.*

¶ Satagere, vide ſub S.

¶ Sŭbĭgo, ſubjicio, hinunter bringen, zwingen. *Armis ſubigere*, Cic. pro Balbo cap. 10. Virg. 1 Georg. v. 125,

Ante Jovem nulli ſubigebant arva coloni,

id eſt, colebant vel colendo exercebant. *Subigere farinam*, Cato cap. 74, kneten. *Ingenium ſubactum*, id eſt, exercitatum, Cicer. lib. 2 de Orat. cap. 30. *Ad deditionem ſubigere*, Livius dixit lib. 6 cap. 2, ubi idem ac cogere eſt. ¶ 2. Aliquando & nequius aliquid ac impudicum denotat, de quo poſt in *Subagito*, ex Auſonio.

¶ Sŭbăgĭto, are, & ſubigitare, verbum nequam & ad turpitudinem. Plautus Mercat. a. 1 ſc. 2 v. 90, *Sed ſceleſtus ſubagitare occœpit.* CH. *illamne obſecro?* Terentius Heaut. a. 3 ſc. 3 v. 6,

Nam iſtæc quidem contumelia eſt, hominem amicum ad te recipere,

Atque ejus amicam ſubagitare.

Vbi Schol. Eugraph. SVBAGITARE *ad perfectionem ipſam libidinis intelligimus.* Quod ſi eſt, per αὔξησιν graviore vocabulo uſus eſt, quam res erat. Neque enim Clitipho, de quo ſermo eſt, quicquam hactenus fecerat, quàm manum in ſinum meretricis inſeruerat, hoc eſt, nequius ipſam attrectârat. Quemadmodum & Plautus hoc verbo uſus eſt Milite Glor. a. 3 ſc. 1, v. 57. Verbo *Subigere* ad ipſam perfectionem libidinis, ut Eugraphius loquitur, uſi fuerunt milites triumphalibus in Cæſarem jocis; quos Suetonius refert in vita Cæſ. cap. 49. Item Auſonius Epigram. 142.

¶ Subactus, ûs, nomen ſubſtantivum. Plinius lib. 18 cap. 7, *Optimum frumentum eſt, quod in ſubactu congium aquæ capiat.* In ſubactu, im kneten, dum ſubigitur in paniſicio.

¶ Subactio, idem. Arnobius lib. 3 p. 107, *Subactionibus ciborum dentes trini generis habere.* Subactionibus, zum kauen und niederdrücken.

¶ Subactor, obſceno ſenſu, apud Lampridium Elagabalo cap. 5 extr. & in Commodo cap. 3.

¶ Subagitatio & (in multis codd) Subigitatio apud Plautum Captiv. epilogo v. 2, itidem obſcena notione.

¶ Subagitator, a quo fœm. *Subagitatrix* ejuſdem Plauti eſt in Perſa act. 2 ſc. 2 v. 45, pro ejus generis nequiſſima muliere, quam Græci τριβάδα appellant.

¶ Prŏsŭbigo, ere: Decompoſitum. Val. Flaccus lib. 4 v. 288,

& fulmina Cyclops

Proſubigit.

Virgilius Georg. l. 3 v. 256, *Ipſe ruit denteſque Sabellicus exacuit ſus,*

Et pede proſubigit terram.

Adde Prudentii Eulaliam v. 130, ubi Maronem eleganter imitatus eſt.

¶ Transĭgo, verhandeln, verrichten. *Tranſigere negotium, controverſiam.* Cicero pro Quint. c. 24, einen ſtreitigen handel vertragen, beylegen. Terent. Andr. a. 1 ſc. 5 v. 14, *Facta, tranſacta omnia.* Et, *Tranſigere vitam*, ſein leben hinbringen, apud Salluſtium, ut vulgati Codices habent principio Catil. Nam vera lectio eſt, *tranſire* vitam. *Tranſigere cum expeditionibus*, eleganti metaphora Tacitus dixit Agricol. cap. 34.

¶ Transactor, Cicer. 4 in Verr. cap. 28, *rerum omnium tranſactor & adminiſter.*

Transadigo, vide ſupra in *Adigo* ſub *Ago*.

AGŎLVM, paſtoralis baculus, ein hirtenſtab. Feſtus: *Agolum, paſtorale baculum, quo pecudes aguntur.*

ĂGON, onis, (ſic enim in Latinam abiit literaturam ἀγών) *ſtudium contentionis*, quemadmodum Cicero ad Attic. lib. 1 epiſt. 16 vertit, vel ipſum certamen ſive contentio. Tertullianus adv. Gnoſtic. cap. 6, *Agonas iſtos, contentioſa ſolennia, & ſuperſtitioſa certamina Græcarum & religionum & voluptatum, quanta gratia ſeculum celebret, etiam Africæ liquuit.* Frequentiſſime hoc nomine appellantur certamina ludicra, ut erant apud Græcos, Pythia, Olympia: apud Romanos, Capitolinum, Albanumque certamen, quæ Domitianus inſtituit, committendis varii generis artificibus; de quibus Suetonius ejus vitâ cap. 4 quales erant *agones* quoque *muſici*, quos idem in Nerone cap. 22 & ſeq. commemorat. ¶ *Agon* in Orationibus dicebatur contentio & pugna, ſive diſceptatio rerum controverſarum. Vide Buchnerum ad Plinii lib. 5 epiſt. 8 n. 134. ¶ *Nunc agon eſt*, proverbium Græcum de neceſſitate ingruente. Suetonius Nerone cap. 45 & ibi Caſaubonus.

¶ Agoniſticus, adjectivum, ad agonas pertinens. Tertullianus de Corona mil. c. 13, *Numquid & agoniſticæ cauſſæ diſputabuntur, quas ſtatim tituli ſui damnant?*

¶ Agōnŏthĕta, ἀγωνοθέτης, certaminis præſes & judex, Muſici ſcilicet & ſcenici. Gymnicorum enim certaminum qui præſides eſſent, *Athlothetæ* dicebantur; ἀθλοθέται, ut volunt nonnulli: nam Petrus Faber lib 1 Agoniſtici cap. 18 nihil ſeparandos docet. Spartianus in Hadriano cap. 13, *Pro agonotheta reſedit.* Tertullianus de fuga in perſec. cap. 1, *Ad eundem agonothetam pertinet certaminis arbitrium, qui invitat ad præmium.* Adverſus Gnoſtic. cap. 6 eadem voce uſus eſt. Hos agonothetas *Migiſtros certaminum* vocat Suetonius Nerone c. 12.

¶ Agones dicebantur etiam, qui victimam percutiebant; [Alio nomine victimarii, popæ, ut eſt apud Alex. Neapol. 4. Genial. Dier. 17 p. 225.] Agones autem dicti, quia prius ex more interrogabant: *agon?* (vide ſupra in *Ago*.) Proinde & in cantatores (zauderer) hæc vox quadrat, qui ſemper interrogant & deliberant, die erſt fragen, ehe ſie thun, was ihnen befohlen. Vid. Chiliad. Eraſmi.

¶ Agones etiam, item

¶ Agoniæ, victimæ olim erant vel hoſtiæ. Fides ſit penes Grammaticos veteres. Iſidorus in Gloſſis: *Agones, victimæ. Agonia, hoſtia.* Pro *Agones* (quomodo Scaliger ad Feſtum p. 12, & Meurſ. Part. 1 Exerc. Crit. ad Pœnul. c. 4 p. 205 citant) legitur quidem (in edit. Dion. Gothof.) *Agonei.* Sed *Agones* reſcribit Voſſ. etymol. fol. 15. Vnde autem hoc nominis ad victimas hoſtiaſque pervenit? *Agonias*, inquit Feſtus, *hoſtias putabant ab agendo dictas.* Aliter Meurſius d. l. *Caſci*, inquit, *illi, cum a Græcis accepiſſent hanc vocem, latius ejus notionem extenderunt, quam ipſi Græci, qui tantùm ea ita vocabant, quæ pro mortuis ſacrificarentur.* Suidas: ἐπὶ τοῖς νεκροῖς τὰ ἔντομα ἔθυον τῶν τετραπόδων, ὡς ἄγονα. Τὰ δὲ ἔνορχα τοῖς θεοῖς. *In ſacris literis quoque LXX interpretes verterunt ἀγόνους χοὰς, quæ mortuis libarentur.* Approbarunt hæc ſe & Voſſio. Atqui ne Suidæ locus (eum quære in Ἐντομίδας,) quicquam hîc habet momenti; & de ἀγόνοις χοαῖς deliberandum amplius. Suidas non *agones* aut *agonias*, habet in calamo, ſed neutro genere *agona*. Verùm hoc omitto. Non hoc vult ille, victimas iſtas vulgari nomine fuiſſe appellatas ἄγονα, ſed cauſſam reddit, cur vocarentur ἔντομα: nempe quia, quæ animalia ſunt ἔντομα (caſtrata,) eadem ſint & ἄγονα (ſine prole:) quod quidem ſacrificii genus maxime conveniat mortuis, ut qui & ipſi gignere nil queant amplius. Porro quod apud Suidam eſt,

ſacrificari eas victimas ἐπὶ τοῖς νεκροῖς, *pro mortuis*, id rectiùs eſt apud Scholiaſten Appollonii ad α. Argonaut. pag. 42, (à quo hæc talia videntur ad Lexicographos tranſiiſſe,) omiſsâ præpoſitione τοῖς νεκροῖς. Ac videtur etiam in hoc Varinus fol. 664 emendare Suidam voluiſſe. Νεκρὺς autem hac in re aliàs vocant τεθνεῶτας, κατοιχομένυς, ἥρωας, χθονίυς, ut ſignificentur, qui ex hominibus poſt mortem numerum Deorum auxerint; quibus opponunt τὺς ὀρανίυς, vel τὺς ἄνω. Vide præterea Scholiaſtas ad Homeri Iliad. α. v. 459, αὖ ἔρυσαν, & Lexicographos, & in his Æmil. Porti Dictionarium Ionicum voce ἔντομα. Sic autem diſtinguebant Grammatici quidam: quæ cœleſtibus ac ſuperis diis mactarentur victimæ, ἱερεῖα vocata fuiſſe: quæ Manibus, Inferis, Heroibus, ἔντομα. Jam certum eſt, ἔντομα ſic dici ἀπὸ τῦ ἐντέμνεσθαι, ab *incidendo*. Sed hîc in exponenda ratione, cur ea vox hæſerit ſolis inferorum ſacrificiis, ſudant iſti Grammatici. Alii enim hoc afferunt, quod iſtis victimis caput in terram amputaretur; (διὰ τὸ ἐν τῇ γῇ ἀυτῶν ἀποτέμνεσθαι τὰς κεφαλὰς, Schol. Apoll.) vel quod illis collum incideretur, (ἐντέμνεται γὰρ τύτων ὁ τράχηλος, Varin.) cùm contrà pecudum, quæ ſuperis mactabantur, capita cœlum verſus ſolerent ſtatui. Quod verum eſt quidem, (nam hoſtiæ inferis immolandæ caput inclinabant verſus terram, ſuperis, erigebant in cœlum, vide interpretes ad Homeri verſum ſuprà citatum, & Alexand. Neap. 4, 17 p. 225.) ſed hîc ineptum, (nam ne ſuperis quidem offerendæ victimæ cædem atque ἐντομὴν ſic evitabant.) Alii hoc obtendunt, fuiſſe ſacrificatas inferis quidem caſtratas pecudes, (ἔντομα, ἄγονα ſcil. τοῖς ἀγόνοις,) ſuperis vero ἔνορχα, quod equidem paullo quadrat melius, ſed fidem à nobis impetrare tùm demùm debet, ubi iſti morem hunc probaverint prius. Quid ergo tandem? Ipſa tota diſtinctio inter ἔντομα & ἱερεῖα commentum eſſe videtur, ut alia id genus plura, Græculi alicujus. Cur enim non liceat ſtatuere, ἔντομα fuiſſe nomen generale, quo ſignificarentur in ſuperorum æque ac inferorum ſacrificiis vel pecudes quævis incidendæ jugulandæque, (ſchlacht-viehe) vel exta ex fibris hoſtiarum diſſecta, eâdem ratione *proſecta*, *proſiciæ* Latinis (vide infra in Seco,) appellata. Priori interpretationi favet illud, quod habes in Lexico Rob. Conſtantini, ubi ὅρκια ταμεῖν ex Euſtathio ſic exponit; ὅρκυς ποιῆσαι διὰ τῶν ἐντόμων, ἤγυν θυσιῶν. Poſteriorem optime, niſi fallor, admittit is ipſe locus Apollonii Rhodii, qui neſcio an non ſolus, cùm in prurientes Grammaticos incideret, iſti commento dederit occaſionem. Is lib. 1 ubi narrâſſet, Argonautas ad Magneſiam & buſtum Dolopis appuliſſe, hæc ſubjungit v. 587,

> Καί μιν κυδαίνοντες ὑπὸ κνέφας ἔντομα μήλων
> Κεῖαν ὀρινομένης ἁλὸς οἴδματι. Quæ ſic reddas:
> *Et hunc* (Dolopen) *honorantes ſub veſperam, exta ovium*
> *Incendebant turbati maris æſtui.*

Senſus: Argonautas, cum Dolopem tanquam Heroem (fuit enim filius Mercurii) honoraſſent ſacrificio, tempeſtates ſibi placaviſſe incenſis ovium extis. Non longe abit illa Virgilii narratio lib. 5, ubi Æneas v. 772 ſeqq. *tempeſtatibus agnam cædere jubet, extaque ſalſos porricit in fluctûs*. Quem ad locum Cerda quoque nobis inſervit fol. 586, ex Appiano referens, quemadmodum purgante exercitum Cæſare partem ſacrorum in mare projecerint, partem altaribus impoſitam adoleverint flammis. Satis hactenus de ἐντόμοις. Venio ad Meurſii ἀγόνυς χοὰς, quas credo citius ille dabit nobis e Cœlio Rhodigino, quàm è 70 interpretibus. Verba Cœlii (Meurſio quidem non citati,) hæc ſunt lib. 18 (al. 10.) cap. 3, *In ſanctis quandoque literis obſervaſſe videmur* ἀγόνυς χοὰς, *pro iis, quæ vitâ functis prolibantur.* Quod de ſanctis literis dixerat Cœlius, id ad Interpretes 70 pertinere vir doctiſſ. credidit. At iſta ſcribenti Cœlio credibile eſt hæc Suidæ fuiſſe præ oculis: Ἀγόνων χοῶν θεολόγος (an θεῦ λόγος legit Cœlius?) φησὶ τυτέςι τῶν ἐπὶ τοῖς νεκροῖς χεομένων. Deſignatur, puto, locus aliquis Gregorii Nazianzeni, (huic enim Theologi cognomen datum novimus,) quem, niſi & ipſum videamus præcipitare ſententiam, cavebimus. Judicent interim eruditiores, rectene Meurſius *Agones*, quando victimas ea vox notat, ἀπὸ τῶν ἀγόνων derivaverit, cùm ne quidem id liquido conſtet, brevem habeat an longam penultimam. Quid enim ſi *Agoniam* hoſtiam dictam putemus τὴν ἀγώνιον θυσίαν, cui locus eſſet in certaminibus publicis? Nihil tamen affirmo. Hoc certum, ab Ovidio antepenultimam in *Agonalis*, quæ vox, ut mox patebit, judicio Feſti huic eſt cognata, produxiſſe. Verſus, quem ſupra quoque citavimus, eſt 1 Faſtor. 318,

> *Janus Agonali luce piandus erit.*

¶ Agonius, Agonium, &

¶ Agonalis dies quid ſit, e Feſto diſcendum, quanquam tranſpoſita in hujus loco multa, multa etiam corrupta videntur Scaligero: *Agonium*, inquit, *dies appellabatur, quo rex hoſtiam immolabat. Hoſtiam enim antiqui agoniam vocabant. Agonium etiam putabant Deum dici præſidentem rebus agendis. Agonalia ejus feſtivitatem ſive quia Agones dicebant montes: Agonia ſacrificia, quæ fiebant in monte. Hinc Romæ mons Quirinalis Agonus & Collina porta Agonenſis, &c.* Vid. & Varron. lib. 5 cap. 3 de Lat. Ling. voce *Dies Agonales*, & repete verſus Ovidii ſuprà in *Ago*.

AGŎRÆUS, ab ἀγορὰ factum, ἀγοραῖος. *Agoræus* Jupiter dicebatur, & Mercurius, quod eorum ſtatuæ in medio locarentur foro. ¶ 2. ἀγοραίυς dici etiam malè literatos, auctor eſt Gellius lib. 17 cap. 3, inde, ut videtur, quòd ἀγοραῖον Græci vile dicant, & circumforaneum; quemadmodum Eraſmus reddidit. ¶ 3. *Panis agoræus*, venalitius ſeu forenſis, Ruellio.

¶ Agŏranŏmus, præfectus annonæ & fori, ἀγορανόμος, itidem ab ἀγορὰ, ein marckt-meiſter. Plautus Curcul. a. 2 ſc. 3 verſ. 5, *Nec quisquam ſit tam opulentus, qui mihi obſiſtat in via, nec agoranomus, nec demarchus, nec comarchus.*

ĂGRĂGAS, antis, ἀκράγας, [nam & *Acragas* ſcribitur] Agrigentum, urbs Siciliæ. Vide ſupra in *Acragas*.

Agrarius, Agreſtis, vide in *Ager*.

AGRIA, ſcabiei ſpecies, vide in *Scabies*. Adjectivum autem eſt muliebris generis, ἀγρία, *agreſtis*, *fera*. vide Celſum lib. 5 cap. 28 n. 16.

¶ Eſt & Agria oppidum Hungariæ Superioris, valide munitum, fame nuper (1687) ad deditionem ab Cæſareis redactum. Erla. ¶ Eſt etiam arbor Agria ſempiternæ frondis, Theophraſto.

Agricola, agricolor, agricolatio, agricultura, quære in *Ager*.

AGRIFOLIUM, herba, vide ſupra *Acrifolium*.

AGRIGENTUM, oppidum Siciliæ. Vide *Acragas*. Hinc

¶ Agrigentīnus, ut, *Agrigentina civitas*, Val. Maximus lib. 4 cap. 8 extr. Lucretius lib. 1, v. 717,

> *Quorum Agrigentinus cumprimis Empedocles eſt.*

AGRIMONIA, æ, hoc nomine Itali eupatorium dicunt, odermennig. A quâ plantâ *Argemone*, ἀργεμώνη, diverſiſſima eſt, ſilveſtri papaveri ſimilis, den klapper-roſen gleich. Vide Matthiol. & infra *Argemone*.

AGRIOPE, uxor Orphei. Alii conſtanter Eurydicen vocant, ſed Agriopen Hermeſianax Poëta, verſibus, quibus Orphei deſcenſum ad inferos deſcribit apud Athenæum l. 13 f. 597. *Scripſiſſe hoc idem*, (quod nempe Orpheo uxor fuerit Agriope,) *Mimnermus citatur*, inquit Cerda ad 4 Georg. Virgil. fol. 516. Sane vero Mimnermum hîc nominant Carol. Steph. dictionario voce Agriope, & Joſ. Scalig. ad Virgilii Culicem p. 27. Sed natus error eſt ex male inſpecto Athenæo, qui proximè ante Hermeſianactem & Mimnermi mentionem injicit, ſed de re aliâ.

AGRIPPA, ἀγρίππας, Plutarcho; infans pedibus primùm, non capite editus. Plin. lib. 7 cap. 8, *In pedes procedere naſcentem contra naturam eſt, quo argumento eos appellavêre Agrippas, ut ægre partos*, die mit den füſſen erſt gebohren werden. *Sic editum M. Agrippam* idem ſcripſit *augurio præpoſtero*. Ibidem. Etiam Gellius *ab ægritudine partûs* (ita enim legendum, non *ab ægritudine & pedibus*, & titulus ipſe, ſive index capitis arguit, & Plinii adductus locus confirmat) Agrippas dictos obſervat, lib. 16 cap. 16. At Claudius Salmaſius, ſummus ac eruditiſſimus vir, & uſu & origine Græcum eſſe nomen, ἀπὸ τῦ ἀγρεῖν καὶ ἵππος, Exercitationibus Plinianis oſtendit. Agrippæ multi fuerunt.

¶ Agrippa Menenius, cognomento Lanatus, triumphavit de Sabinis. Ejus eſt Apologus de ventre & artubus humanis diſſidentibus, pueris etiam notus, ex Livio lib. 2 cap. 32, & Aurel. Victore de Viris illuſtr. p. 18.

¶ Agrippa Silvius duodecimus Latinorum ſive Albanorum rex; cui poſt 11 imperii annos ſucceſſit filius Romulus Silvius, Livius lib. 1 c. 3.

¶ Multo nobiliſſimus in Romana Hiſtoriâ eſt M. Vipſanius Agrippa, (de quo ille ipſe Plinii locus, quem paullo ante adduximus, agit) cujus conſiliis & ductu Auguſtus Cæſar bellis plurimis magnifice uſus eſt; quémque cum Mæcenate amicum intimum ob patientiam modeſtiamque habuit & ſummis honoribus affecit, quod ex Suetonio, Vellejo, Victore Juniore cognoſcitur. Adde Nepotem Attici vita c. 12.

¶ Agrippinæ duæ; altera filia Agrippæ & Juliæ, Auguſti neptis, Cæſaris Germanici uxor, C. Caligulæ mater: altera ex illa ipsâ, neptis Agrippæ, Claudii Imp. tertiis nuptiis uxor, Cl. Neronis mater, cujus auſpiciis in Vbios ducta Romanorum Colonia eſt, & ejus nomine *Colonia Agrippina* appellata, Cölln am Rhein. De iſta Tacitus annali 1 cap. 33 & alibi: de hac idem lib. 12 cap. 27; de utraque Plinius lib. 7 cap. 8, *Agrippinæ Cajum & Domitium Neronem principes genuêre, totidem faces generis humani.*

ĂGYLLA, æ, urbs Tuſciæ, Cære poſtea, ab eventu Lydii vel Theſſali reſpondentis χαῖρε, nuncupata. Hodie veſtigia vix urbis ſervat: ſed clara ſunt vicina balnea Cæretana.

¶ Ăgyllīnus, a, um, Virgil. 8 Æneid. v. 478,

> *Haud procul hinc ſaxo colitur fundata vetuſto*
> *Vrbis Agyllinæ ſedes: ubi Lydia quondam*
> *Gens, bello præclara, jugis inſedit Etruſcis.*

AH, interjectio, (pro quâ libri manu exarati interdum exhibent A, vid Scalig. in Catull. Epithalam. Juliæ & Manl. v. 46, & Achill. Stat. in Tibulli lib. 1 eleg. 9 & 10.) ab Aha per Apocopen, teſte Priſciano. Diverſis ſervit affectibus exprimendis: dolori. Virgil. eclog. 1,

> *Ah ſilice in nuda connixa reliquit.*

¶ 2. Vel ſuſpirationi. Plaut. in Mil. 4 ſc. 8 v. 48, *Ah, ah, cùm venit in mentem, mores ut mihi mutandi ſient.* ¶ 3. Vel indignationi, & reprehenſioni, & increpationi. Terent. in And. a. 3 ſc. 1, v. 12, *Ah vix tandem ſenſi ſtolidus.* Idem fabula ead. a. 1 ſc. 5 v. 17, *Nam quid ego dicam de patre? Ah tantamne rem tam negligenter agere?* Idem in Eun. a. 2 ſc. 1, v. 3, *Ah, rogitare? quaſi difficile ſiet.* ¶ 4. Vel contradictioni. Idem in Hecyr. a. 5 ſc. 1, v. 17, *Meum receptas filium ad te Pamphilum. B. ah.* Cicero de Orat. l 2 cap. 70, *Ah patres conſcripti, non ego mihi illum iniquum egero, verum omnibus.* ¶ 5. Vel deſiderio. Plaut. in Aſin. a. 3 ſc. 3, 2, *Ah, quantò amplius valerem, ſi hîc maneres.* Quamvis alii hîc legunt *aliquanto* pro *ah quanto.* ¶ 6. Vel placationi. Terent. in And. a. 5 ſc. 2, 27, *Ah ne ſævi tantopere!* Ex his exemplis perſpicitur, pro ſenſus & affectus conditione particulam hanc ſemper eſſe accipiendam.

Aheneus, ahenipes, ahenus, vide ſequens *Ahenum*.

ĂHĒNUM, χαλκεῖον, ein keſſel, caldarium, Virgil. 1 Æneid. v. 217, *Litore ahena locant alii.* Aſpiratio inter *a*, & *e*, inſeritur propter ſonum vegetiorem, Gellio teſte lib. 2 cap. 3.

¶ Ăhēnĕus & Ahēnus, poëtica ſunt, pro Æreus, Æneus, de quibus ſupra in *Æs*. Vt, *Ahenea turris*, apud Horat. lib. 3 oda 16, & *crateres aheni*, Virgil. 9 v. 165. *Fores ahenæ*, 1 Æneid. v. 453. *Corda ahena*, Stat. 3 Theb. v. 280,

> *ſcopulos & ahena precando*
> *Flectere corda paro.*

¶ Ăhēnipes ſive Aënipes, duras ungulas habens. ut, *ahenipedes boves*, Ovid. Epiſt. 6 v. 32. *Tauri*, Epiſt. 12 v. 93. Vide Heinſium ad utrumque locum. Nam vulgo *æripedes* legunt.

AIAX, Αἴας. Ajāces poëtæ duos celebrant: Primus *Telamonius*: ſeu *Telamoniades* (*Telamone creatus* Ovid. 12 Met. fin.) ex Heſione filia Laomedontis, Græcorum poſt Achillem fortiſſimus. ¶ Alter Oilei filius, fuit rex Locrenſium, a Pallade exuſtus fulmine cum ſua navi,

quod Trojâ captâ Cassandram vatem in suo templo vitiasset. Virgil. 1 Æneid. v. 43,

Pallasne exurere classem
Argivûm, atque ipsos potuit submergere ponto,
Vnius ob noxam & furias Ajacis Oilei, &c.

AIO, anomalum verbum & defectivum, dico, affirmo. Terent. Eun. a. 2 sc. 2 v. 21, *Negat quis, nego: ait, ajo:* &c. *Ajunt*, man sagt, *ut ajunt*, wie man sagt. Idem Phormione a. 2 sc. 3 v. 72, *Actum, ajunt, ne agas.* Vbi Donatus: *AIVNT dicimus, quum proverbium significamus.* Cicer. 2 de Orat. cap. 57, *Docebo sus, ut ajunt, oratorem eum.* &c. Sed *Ita ajunt*, so gehet die gemeine sage, das geschrey. *Ain* pro aisne, Terentio familiare: ut, *Ain tu tibi hoc incommodum evenisse iter?* Hecyr. 3 sc. 4 pr. *Ain tandem?* Cicer. 9 epist. 21 pr. ¶ Hoc verbo veteres philosophi affirmationes significant. Cic. 3 Offic. c. 23, *Diogenes ait, Antipater negat.* Et in Topic. cap. 11, *Negantia sunt contraria ajentibus*, id est affirmativis. Augustinus lib. 9 de Trinit. cap. 10 infinitivo, alias inusitato ita usus est: *sicut ajere & negare: esse & non esse.*

¶ Ajus Locutius, Deus, sive Deaster potiùs Romanorum, penes quem statuebant humanæ vocis initia. Varro apud Gellium lib. 16 cap. 17. Cicero lib. 2 cap. 32 de Divinat. & Livius lib. 5 cap. 50. Meminerunt & SS. Patres.

AIVGA, æ, herba, quæ & Chamæpitys. Eadem & Abiga dicitur, Hadrian. feld-cypreß.

AĪZŌON, ἀείζωον, planta; sedum videlicet majus & minus, semper vivum; quod nomen Græcam ἀειζώου vocem interpretatur, groß und klein hauß-wurtz. Vide *Sedum.*

ĀLA, πτέρυξ, proprie qua aves volant: ein fittig, flügel. Cic. lib. 2 de Divinat. cap. 26 ex Ennio: *Galli cantu plausuque premunt alas.* Ovidius l. 1 de Arte am. v. 391, *Non avis utiliter viscatis effugit alis.* Idem, *madidis Notus evolat alis*, lib. 1 Metamorph. v. 264. Sed *Alas addere, affigere*, Aristophanis formula, est in spem bonam erigere. ¶ 2. Ala, μασχάλη, quæ & axilla concavitas illa est sub brachiis. *Vitia alarum* vocat Plinius lib. 21 cap. 20 & alibi, fœtorem ex sudore sub brachiis, der stanck unter den armen. *Negligentem alarum sudorem* vocat Petronius p. 175. alii & *Hircum* dixerunt, de quo infra suo loco. ¶ 3. Alas denique per translationem usitate equitum dicimus ordines, (quanquam & de pedestribus copiis aliquando, sociorum videlicet, usurpatum inveniatur) ein squadron reuter. Erat uni legioni ala una: in una ala, turmæ decem. In acie instructa alæ equitum ab latere utroque tegebant agmen, alarum instar, unde *ala dextra & sinistra*, der rechte und lincke flügel. Cic. 2 Offic. c. 13, *Quo in bello cum te Pompejus alæ alteri præfecisset* &c. Nepos Eumene c. 13, *cum uni alæ equitum præfuisset.* Videndus & Gell. 16 c. 4. ac Lipsius lib. 2 de Militia Rom. Dial. 6 & 7. Græci ἴλας vocant. Vnde Latinum est. Virgil. 4 Æn. v. 121 etiam huc pertinet:

Dum trepidant alæ, saltúsque indagine cingunt.

Vbi Servius: *Alæ, equites, ob hoc Alæ dicti, quia tegunt pedites, alarum vice.*

¶ Hinc *Alāres* & *Alārii*, milites, qui in alis sunt. ut apud Livium lib. 10 cap. 40, *cum cohortibus alaribus:* & lib. 35 cap. 5, ac lib. 40 c. 40, *alarii equites.* Item *alariæ cohortes*, Cæsar 1 Civ. c. 73, quæ sociorum erant, & legionariis oppositæ.

¶ Sŭbālāris, e, quod sub alis sive axillis est: ut, *culcitra subalaris*, Lamprid. Elagab. cap. 19. Variè hunc locum interpungunt, ut æque *subalares plumas*, quam *culcitras*, possis intelligere. *Telum subalare*, Nepos Alcibiade cap. 10.

¶ Ālātus, alis instructus, geflügelt. Virg. 4 Æn. 259 de Mercurio: *alatis tetigit magalia plantis.* Ovid. Fast. 5 v. 666 de eodem: *alato qui pede carpis iter.* & lib. 3 Fast. v. 416 de Sole: *alatis æthera carpit equis.*

¶ Ālĭger, a, um, Virgil. 1 Æneid. v. 663,

Ergò his aligerum dictis affatur Amorem.

Idem *agmen aligerum*, περιφραστικῶς pro avibus lib. 12 Æneid. v. 249. *Serpentes aligeri* Plin. l. 12 c. 19.

¶ Ālĭpes: ut Ovid. 5 Fast. v. 100, *Alipedisque Dei*, id est Mercurii. *Alipedes equi* Virg. Æn. 12 v. 484. *Cervi*, Lucret. lib. 6 v. 765. Et quasi substantive cum epitheto Statius 11 Thebaid. v. 198,

alipedemque citum, fataliaque arma.

¶ Ālĭpīlus, qui pilos sub alis in balneis vellit. Vtitur hoc nomine Seneca in epist. 56. Meminit & Cælius lib. 16 cap. 46.

¶ Ales, id est alatus, vide mox suo loco post *Alemannus.*

¶ Axilla, diminut. ab ala, die achsel, Cicer. in Orat. cap. 45, *Quomodo vester Axilla Ala factus est, nisi fuga literæ vastioris?*

ALABANDA, æ, & Alabandæ, arum, Cariæ urbs opulentissima, & ea de caussa Juvenalis inter urbes barbaricis deliciis & luxu perditas Satyr. 3 v. 70 recenset. Nomen sortita ab *Alabando* conditore, Caris, qui gentem condidit, filio, quem Deum etiam habuêre, & religiosiùs, quàm alium quemvis Deorum nobiliorum, venerati sunt. Cicer. l. 3 de Nat. Deorum cap. 15. Optimum cannabum, & retibus aptissimum illic nasci Gratius Cynegetico significat v. 46. Videndus & Erasmus adagio *Alabanda fortunatissima.*

¶ Alabandicus, a, um. *Alabandicus carbunculus*, qui Alabandis petitus. Plin. lib. 37 c. 7.

Alabarches, vide infra in *Arabarches.*

ĂLĂBASTER, & Alabastrum, ἀλάβαστρος, ἀλάβαστρον, vasis genus sic appellatum, vel quod sine ansâ sit, μὴ ἔχων λαβὰς, ut Suidas indicio est; vel à gerendo, seu sustinendo. Nam quod in commune Græci ἀνάβαστρον, id Attici ἀλάβαστρον dixerunt. Vsus maximè erat in asservandis unguentis. Vnde Pollux recensiturus vasa unguentaria l. 6 c. 19. hæc duo, *Lecythum* & *Alabastrum* ponit. Cic. fragm. 2 Acad. apud Nonium. *Quibus etiam Alabaster plenus unguenti putere videtur.* Sic ἀλάβαστρον μύρον in Evangelio nominatur. Martialis absolute dixit lib. 11 epigr. 9,

Quod Cosmi redolent alabastra focique Deorum.

Plinii de unionibus lib. 9 c. 35 verba sunt: *Elenchos*, inquit, *appellant fastigata longitudine, alabastrorum figurâ in pleniorem orbem desinentes.* Quæ figuram alabastrorum depingunt, quæ turbinata fuit, h. e. ex pleniore orbe in acumen desinens, qualis pyrorum est. Nisi invertas: unde & *alabastri* vocabulum ad primum rosæ fructum, unde flos editur, Plinius transtulit, quia eandem figuram habet. Vide *Rosa*, & quæ mox sequuntur; Materia non una. Apud Theocritum Idyll. 15 v. 114, χρύσεα ἀλάβαστρα legimus, quare & ex auro facta. Vulgatissimè ex eo marmoris genere fiebant, quod *onychites*, vel *onyx* appellabatur: quod eam ipsam ob causam

¶ Alabastrītes ἐπιθετικῶς nominatum. Plinius cum lib. 36 c. 7, extremo de onyche marmore egisset, sequens caput his verbis inchoat: *Hunc aliqui lapidem* (Onychen puta marmor, non gemmam,) *Alabastriten vocant, quem cavant ad vasa unguentaria.* Dioscorides: ἀλαβαστρίτης, ὁ καλούμενος ὄνυξ. Hinc ubicunque *Onyx* apud Poëtas pro vase unguentario ponitur, *Alabaster* accipiendus, ut Salmasius præclarè docet. Lapis ipse (alabaster-stein) magna copia nascitur in Hercinià propè Stolbergam.

¶ Ălăbastrôn, scilicet oppidum (Ἀλαβαστρῶν, in cod. Ptolemæi Palatino) in Ægypto, cujus Plinius lib. 5 cap. 9 meminit, ab alabastris, quæ ibi magnâ copiâ ex lapide, qui in vicinis montibus cædebatur, tornarentur, appellatam idem summus vir Exercitationibus Plin. demonstrat.

ALABES, ētis, piscis Nili Straboni est lib. 17 p. 566, ἀλαβής. Plinius Alabetam dixit lib. 5 cap. 9. *Reperiuntur [in Nilo] pisces alabetæ, coracini, siluri,* &c. *Mustela* hic piscis *fluvialis* fortè est, eine ahlruppe: nisi *Lampreta* est, Gesner.

ĂLĂCER, & ālăcris, e, in quo omnes sensus vigent, ut Asconius interpretatur, lætus, & gestiens. frisch, muthig, freudig. Servius ex *acer, acris* nasci vult: ut alacris sit quasi *adacer.* Sed prosodia repugnat. Donato ad Eun. a. 2 sc 3, Alacris quasi ἄδακρυς (sine lacrymis, non tristis,) dicitur. Antiqui autem & *alacer* & *alacris*, sicut acer & acris utroque genere promiscuè dicebant. Nunc *acer* & *alacer* non nisi in masculino; *alacris* autem utroque genere dicimus: quod idem Servius observat. Cæs. lib. 3 Bell. Gall. cap. 19, *Gallorum ad bella suscipienda alacer & promtus animus*, ein freudiger und lustiger muth zu kriegen. Comparativ. *Alacrior ad tutandam remp.* Cicer. Somn. Sc. cap. 3. *Alacriores milites*, Cæsar 3 Gall. 24. Vet. Gl. *Alacer* γενναῖος, δυνατὸς, σφοδρὸς, πρόθυμος.

¶ Alacritas, φαιδρότης, hurtigkeit, freudigkeit. Cæs. 3 Civ. cap. 92, *Est quædam animi incitatio atque alacritas naturaliter innata.* Cic. 2 ad Att. ep. 7, *mira sum alacritate ad litigandum*, habe lust zu hadern. Plural. Gellius dixit lib. 19 cap. 12, *Sensus motusque animi, innexi implicatique vigoribus quibusdam mentium & alacritatibus.*

¶ Alacriter, φαιδρῶς, adverb. Vulgo citatur Plin. 20 cap. 12, *alacriter defendit*, sed libri habent *acriter.* At Ammianus Marcellinus lib. 14 cap. 8, *in certamen alacriter consurgere.*

ĂLAESA, Ἄλαισα, Straboni ac Ptolemæo; *Alesa*, Ἀλέσα, Antonino ac Diodoro; urbs est Siciliæ celebris: Ciceroni porro dicta *Halesa*, unde oppidanos Plinius vocat *Halesinos.* Memoratur & *Alesini* vel *Halesini agri fons intumescens & quasi exaltabundus ad cantus*, apud Solinum, & Priscianum in versione Dionysii Periegetæ.

ĂLĀNI, Ptolemæo populi sunt Scythiæ: sic appellati à fluvio *Alano*, vel monte ejusdem nominis, ut Eustathio Dionysii Scholiastæ ad v. 305 placet. Eorum nomen latè extensum posteà est, quippe quo finitimæ gentes Geloni, Massagetæ, Hunni, Gothi &c. etiam appellati. Vide Ammian. lib. 31 cap. 6, ubi etiam de eorum moribus tradit. Memorat & Suetonius Domit. cap. 2, ubi Asiatici procul dubio intelliguntur, ut Massagetæ, aut horum vicini. At Martialis lib. 7 epigr. 30 in Cœliam Europæos notat, *Nec te Sarmatico transit Alanus equo.* Lucanus l. 8 v. 223, *Et sequerer duros æterni Martis Alanos*, hoc est, semper pugnantes. Vid. de his Barth. ad Briton. Aremor. p. 29, 30, 31.

¶ Exstant parabolæ versibus indoctis scriptæ vetusti cujusdam auctoris *Alani*, qui cognominari solet *Insulensis*, ab Insulis, oppido Flandriæ, quod ipsi natale fuit. Etiam titulum *Doctoris Vniversalis* ipsi tribuunt, ob omnigenam eruditionem. De eo vide Henricum Gandav. de scriptoribus Ecclesiast. & ibi Miræum f. 166. Trithem. de scriptoribus Eccles. p. 99. Voss. de Poët. Latin. p. 75.

ĂLĂPA, æ, Latinum nomen, idem, quod κόλαφος, *colaphus* Græcum, ein backenstreich, maulschelle, ohrfeige. Martialis lib. 5 epigr. 62, *O quam dignus eras alapis.* Et Juvenalis Satyra 8 v. 192, *ridere* alicujus *alapas*, lachen, wenn einer ohrfeigen bekômmt. Pro eo, quod dicimus *Alapam impingere*, Glossatori veteri *Alapari* est, vox scriptoribus probis ignota. Sic autem ille: *Alapatur*, ἀλαπάζει. Vbi putes ad græcam originem hanc vocem referri. *Alapare* aliquem non dixero, inquit Vossius de Vit. serm. p. 653. sed colaphum alicui ducere vel infringere. Vsus est sequioris ævi scriptor Bonaventura voce passivâ, Part. 1 stim. div. amor. cap. 13 de Salvatore: *Sustinet alapari, qui mundum plasmaverat.* De alapâ manumissionis Barth. ad Briton. Aremor. p. 406.

Alares seu Alarii, vide *Ala.*

ĂLĂRĪCVS, Ἀλάριχος, Claud. de bello Getico v. 546,

Rumpe omnes, Alarice, moras: hoc impiger anno
Alpibus Italiæ ruptis, penetrabis ad urbem.

Nomen id fuit duobus regibus Gothicis: quorum alter Romam cepit Honorii temporibus, vide Zosimum lib. 5 c. 38, & lib. 6 cap. 7: alter in eadem Vesigothorum gente, gener Theodorici Ostrogothi, Italiæ regis, a Chlodovæo cæsus. Vide Aimonium lib. 1 cap. 20 seq.

ĂLASTOR, Ἀλάστωρ, nomen equi Plutonis apud Claudian. de Raptu lib. 1 extremo, *Armenti Ditisque notâ signatus Alastor.* ¶ 2. Fuit *Alastor* & socius Sarpedonis, regis Lyciæ, interfectus ad Trojam ab Vlysse. Ovid. 13 Met. v. 257. ¶ 3. Ἀλάστορας Græci dicunt dæmones infestos, tortores, die bösen geister, plage-teuffel. Plutarchus Vita Ciceronis p. 885, de eodem refert, quod cogitaverit domum Cæsaris clam intrare, καὶ σφάξας ἑαυτὸν ἐπὶ τῆς ἑστίας, ἀλάστορα προσβαλεῖν, *apud focum ejus se interficere, quò ultricem furiam in eum concitaret.* ¶ 4. Homines item malignos & sceleratos, ac pestes, schädliche leute

wie teuffel. Sic ab Athenæo lib. 12 cap. 10 Dionysius vocatur *ἀπάσης Σικελίας ἀλάστωρ, totius Siciliæ pestis.*

ALATA CASTRA, regia Scotiæ, Edenburg. Ptolemæo lib. 2 cap. 3 Πτερωτὸν στρατόπεδον.

Alatus, vide *Ala.*

ALATERNUS, frutex est gratus capris, quemadmodum Columella scribit lib. 7 cap. 6. Plinius nullum semen aut fructum ferre fruticem eum tradidit, & folia esse ei mediæ cujusdam inter ilicem & olivam formæ, lib. 16 c. 26.

ĂLAUDA, κορύδαλος, eine lerche. Ante Cæsarem Latinis hoc vocabulum fuit incognitum. Plinius enim hanc avem *galeritam* lib. 11 cap. 37 ineunte, & lib. 30 cap. 7. Gellius l. 2 cap. 29 *cassitam* appellat, sed postea admissum. Bernegg. ad Cæsar. Suet. c.24, 2: quem omnino vide. ¶ 2. Fuit & legionis Romanæ nomen *Alauda*. Cicero ad Att. lib. 16 ep. 8, *Antonius cum legione alaudarum ad urbem pergit.* Meminit & Suetonius Cæsare c. 24, ex cujus loco constat, vocabulum ipsum Gallicum esse, quod & Plinius de ave exponens auctor est; cujus verba nunc integra ex principio cap. 37 libri 11 apponimus: *Parvæ avi,* (ita Harduinus emendat) *quæ ab illo* [apice] *galerita appellata quondam, postea Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat alaudæ.* Adde, si lubet, Torrentium ad Suetonii locum modo citatum.

ALBA, & Alba Longa, urbs in Latio, condita ab Ascanio Æneæ filio, ab alba sue dicta, Virgilio teste 8 Æneid. v. 43. Livius lib. 1 cap.3, *Ascanius florentem jam atque opulentam urbem matri seu novercæ reliquit: novam ipse aliam sub Albano monte condidit, quæ à situ porrectæ in dorso urbis Longa Alba appellata est.*

¶ Ab hac Alba Albāni dicuntur hujus urbis incolæ. ut, *multitudo Albanorum*, Livius lib. 1 cap. 6. ¶ Et Gentile adjectivum Albanus, ut, *Albana pax*, Livius lib. 1 cap. 27. *Exercitus Albanus*, ibidem. *Albanus mons*, eod. lib. cap. 3. *Albani tumuli*, Cic. pro Milone c. 31.

¶ Sunt præterea & aliæ *Albæ* civitates tam in Italia, quam extra illam. In Italia, *Alba Fucentis*, in Marsis ad Fucinum lacum, Plin. l. 3 c. 13. & *Alba Pompeja*, in Liguria, Idem c. 5 ejusdem libri, cujus incolæ *Albenses Pompejani* apud eumdem l. 17 c. 4. ¶ Extra Italiam, in Hispania, *Alba Urgao*, Plin. l. 3 c. 1. In Pannonia, *Alba Regalis*, Stulweissenburg: & ad Mœsiæ fines *Alba Græca*, Taurunum olim, Griechischweissenburg, barbare Belgrad: in Transilvania, *Alba Julia*, Weissenburg.

ALBĀNIA, æ, Ἀλβανία, regio ab Occidente post mare Caspium in septemtrionem inter Iberiam & Mediam adsurgens. Nomen accepisse videtur vel ab *Albano* Italiæ monte: ut Justinus existimat lib. 42 c. 3, vel ab *Albano* civitate Macedoniæ, cujus partem & hodie adhuc Albani tenent: vel denique quod albo crine Albani nascantur, & canitiem, ut Solinus scripsit, auspicium habeant capillorum. In hac regione fortissimi & ferocissimi canes: adeo ut leones & elephantos dejiciant. Quales duos dono accepit ab Albaniæ Rege Alexander M. de quibus Plin. lib. 8 cap. 40. ¶ Albania hodie Macedoniæ pars occidentalis, in Illyricum & Epirum excurrens, cujus incolæ dicuntur Albaneser. Vid. Geograph.

Albarium, albarius, albatus, albedo, albeo, albesco, quære in *Albus.*

ALBĬCI, Massiliensibus vicini populi fuerunt, de quibus Cæsar 1 bell. civil. c. 34, *Albicos barbaros homines, qui in Massiliensium fide antiquitus erant, ad se vocaverant.* Hi videntur esse Strabonis Ἀλβίοικοι, lib. 4 p. 140, a quibus distinguit, ut proximos tamen, Ἀλβιεῖς, *Albienses*: utrosque locat *μετὰ τοὺς Σάλυας, post Salyes.*

Albico, albidulus, albidus, quære in *Albus.*

ALBINGAUNUM, urbs Liguriæ litoralis sub archiepiscopo Genuensi. Eliso vel omisso priori *n* apud Melam & Ptolemæum vocatur *Albigaunum*. Plene & divise *Albium Ingaunum* vocat Plinius l. 3 c. 5.

ALBĬNŎVANUS, Romanum nomen. C. Pedo Albinovanus, Poëta Heroicus, ut ex Quintiliano cognoscimus. Altioris & magni spiritûs fuisse, Ovidius innuit, qui eum *sidereum* appellavit, id est, *sublimem*, lib. 4 de Ponto Eleg. ult. Vixit enim ejus ætate, hoc est, Augusto imperante: nec alius est, ad quem elegia 10 ejusdem Libri directa est. Ex qua cognoscimus, & Thesei gesta Albinovanum præter alia scripsisse. Condidit & de navigatione Cæs. Germanici carmen; ex quo Poëmate versus aliquot Seneca Pater Suasoriâ 1 adducit. Huic & illas Elegias duas, quæ vulgo cum Ovidio edi solent; quarum altera in obitum Mæcenatis; altera de morte Drusi ad Liviam scripta est, Scaliger tribuit: repugnante tamen (de ultimâ inprimis) & multum contradicente Passeratio. Quæ lis discernenda nobis non est. ¶ Alius ab isto Celsus Albinovanus Tiberii Neronis scriba, quem Horatius familiarem habuit, ut ex Ep. 8 lib. 1 cognoscitur. Ubi operæ erit, Torrentium videre.

ALBĪNUS, quo nomine apud Romanos multi fuêre; v. g. Sp. Albinus orator, cujus Cicero meminit in Bruto c. 25. ¶ 2. Et A. Posthumius Albinus, qui res Romanas Græco sermone scripsit; cujus Cicero in Bruto c. 21, Corn. Nep. Fr. 7. Gellius lib. 11 c. 8, & Suidas meminerunt. ¶ 3. Albinus denique Imperator pessimus ex tribus, qui uno tempore de principatu contenderunt, Pythiæ oraculo judicatus; quod sic habuit: *Optimus est fuscus*, (Pescennius Niger) *bonus Afer*, (Severus) *pessimus albus*, (Albinus.) Hujus vitam nobis Capitolinus reliquit, vel secundum alios Spartianus. ¶ Est & appellativum nomen. Vide infra *Albarius* in *Albus.*

ALBION, magna Britanniæ insula, Angliæ & Scotiæ nunc regna complectens; sic dicta ab albis rupibus, quas mare alluit. Vide Plin. 4 cap. 16.

ALBIS, fluvius notissimus & celeberrimus Germaniæ, in confinio Bohemiæ atque Silesiæ, propè oppidum Schmidebergam, ex Gigantum jugis (riesen-gebirge) oriens, Bohemiæ Misniæque illatus per multas terras diffunditur, & in Oceanum denique Germanicum vasto ore propè Hamburgum, Saxoniæ urbem, evolvitur. Itaque manifestè falsus est Tacitus, qui in Hermunduris (in quibus post Marcomanos, sive Bohemos, Misnenses nostri fuerunt primi) oriri scribit, de Germaniâ, c. 41. Quem rectè Vellejus *Senonum Hermundorumque fines præterfluere* l. 2 c. 106 notat. Lucanus l. 2 v. 51,

Fundat ab extremo flavos Aquilone Suëvos
Albis, & indomitum Rheni caput.

¶ Albium, oppidorum nomen, ut, *Albii Ingauni*, quod vide in *Albingaunum*: & *Albii Intemelii*, itidem in Liguria. Plin. lib. 3 c. 5.

Albitudo, vide *Albus.*

ALBIUS Tibullus poëta; de quo Horat. 1 epist. 4. *Albi nostrorum Sermonum candide judex.* Vide *Tibullus.* ¶ Alius *Albius* est, de quo Horatius lib. 1 Sat. 4 v. 28.

Albor, vide *Albus.*

ALBŪCUM, planta; quæ & ἀσφόδελος hastula regia est. *Asphodelus* autem bulbus ipse, quem numerosissimum habet, proprie est: nam caulem *anthericum* vocant. *Albucum*, gold-wurtzel. Vide *Asphodelus.*

ALBŬLA, æ, fluvius Italiæ, qui postea Tiberis, à Tiberino ibi exstincto appellatus. Virgil. 8 Æn. v. 331,

A quo post Itali fluvium cognomine Tibrim
Diximus: amisit verum vetus Albula nomen.

Martialis lib. 12 epigr. 99, *cui rector aquarum*
Albula navigerum per freta pandit iter.

Vide Tiberis. ¶ 2. Albula, vel *Albulæ, arum*, aquæ sulphureæ & prægelidæ in Tiburtinâ planicie juxta Anienen, de quibus Plin. l. 31 cap. 2. item Strabo, & Pausan. in Messenicis. Martialis l. 4 epigr. 9, *Crudarum nebulæ quod Albularum.* Stat. lib. 1 Silv. 3 v. 75,

Illic sulphureos cupit Albula mergere crines.

Albugo, vide *Albus.*

Albulus, vide *Albus.*

Albumen, vide *Albus.*

ALBUNA, Dea, quæ in nemore quodam Tiburtino colebatur, & cui sacer *Albuneæ* fons. Hanc nonnulli Sibyllam Tiburtinam faciunt. Lactantius lib. 1 Div. Inst. cap. 6, *Decimam Sibyllam* [fuisse scriptitant] *Tiburtem, nomine Albuneam, quæ Tiburi colitur, ut dea, juxta ripas amnis Anienis.* Tibull. lib. 2 eleg. 5,

Quodque Albuna sacras Tiberis per flumina sortes
Portârit, sicco perlueritque sinu.

Adde Turneb. Advers. lib. 11 cap. 26.

¶ Albănea, fons & silva in Tiburtinis altissimis montibus. Fonti nomen est a qualitate aquæ. Virgil. 7 Æneid. v. 82,

lucosque sub alta
Consulit Albunea, nemorum quæ maxima sacro
Fonte sonat, &c. Vide ibi Servium, qui & observat ipsam Leucotheam nonnullis sic appellatam. Glossæ Cyrilli: *Albunea mater*, λευκοθέα. Ergo Albuna, Albunea, Leucothea, quæ & Matuta, eadem Dea. quod confirmant aliæ Glossæ, Philoxeni: Λευκοθέα, *Albunea Mater, Matuta.* vid. Taubm. ad Virgil. p. 764.

ALBURNUM, Plinio lib. 16 cap. 38, est mollis ac pessima pars ligni, teredini obnoxia, das weisse am holtz, zu nechst der rinden. ¶ Utitur & verbo *Exalburnare* Plin. lib. eodem, cap. 40, *robur exalburnatum*, hoc est, cui alburnum ademtum.

ALBURNUS, piscis, Auson. in Mosella v. 126,

Quis non & virides vulgi solatia Tincas
Norit? & alburnos prædam puerilibus hamis?

Alburni (generalius voce sumta) weißfische, schneiderfische, λευκίσκοι Græcis.

¶ Alburnus, Lucaniæ mons. Virgil. Georg. 3 v. 146,

Est lucos Silari circa, ilicibusque virentem
Plurimus Alburnum volitans, cui nomen asilo, &c.

¶ Similiter loci hujus Deus appellatus fuit Alburnus; Tertull. contra Marcion. lib. 1 c. 18.

ALBUS, a, um: λευκὸς, ἀλφός: ex quo *albus* est: quod *alpum* Sabini appellârunt, Festo auctore. weiß. Differt à candido, quo minus est: *album* enim ad pallorem quendam accedit: *candidum* vero multum lucis habet. Virg. 3 Georg. v. 81 de equiis docens: *honesti*

Spadices, glaucique, color deterrimus albis
Et gilvo.

Ad quem locum Servius: *Atqui*, inquit, *alibi ait*: Qui candore nives anteirent. *Sed aliud est CANDIDUM esse; id est, quâdam nitenti luce perfusum: aliud, ALBUM, quod pallori constat esse vicinum.* Cujus necessariæ observationis oblitus Julius C. Scaliger improvide scripsit, *equos candidos* à Virgilio immerito damnari, quod optimos viderit & bellatores. Locus est in commentariis ad Aristotel. Lib. 2 de animalibus Apoteles. 130, ubi historiam equorum persequitur: ad quem locum vide, quæ eruditissimus Philippus Jacobus Maussacus animadvertit. *Albus* pro pallido. Sulpicia in Satyra Domitianum perstringens:

Non trabe, sed tergo prolapsus & ingluvie albus.

Quin & pro cineritio, h. e. qui ex nigro albet colore, qualis in asinis est, album Persius dixit Satyr. 1 v. 59,

Nec manus auriculas imitata est mobilis albas.

De asini enim auribus loquitur. Cicer. Tusc. 5 cap. 39, *Democritus alba & atra discernere non poterat.* weiß und schwartz unterscheiden. ¶ 2. *Albus an ater sis nescio*, proverbiale de vehementer ignoto, Ciceronis est in Philipp. 2 cap. 16. *Alba avis: Corvo albo rarior*: hoc Juvenalis Sat. 7 v. 202; illud Ciceronis est in 7 Epist. 28, de re admodum rara & inusitata. *Albo rete aliena bona oppugnare*, nihil aliud est, quam fraudibus suis leges, jura, aliudve prætendere: Nam *retileges* notantur apud Plaut. Pers. act. 1 sc. 2, *album* vero signat εὐπρόσωπον, i. e. honesti speciem præferens: quomodo alibi ait homines se *cretâ occultare*, & Ennius Medeam *gypsatis* facit *manibus*. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 194. Aliàs *color albus* usitatus in vestitu Romanis, quâ de re Lipsius Lib. 1 Elect. c. 13. ¶ 3. Albus pro felici, læto, ac prospero; ut contra *atrum* pro tristi & noxio ponitur. Nam alterum ad superos cœlestesque pertinet; alterum inferorum naturam refert, Sic *Alba stella* felix apud Horatium l. 1 Carm. od. 12. Silius l. 15 v. 53,

Sed current albusque dies horæque serenæ.

Suidas Tom. 2 f. 29, λευκὴ ἡμέρα, ἡ ἀγαθὴ καὶ ἐπ' εὐφροσύνῃ, *Alba* vel *candida dies, bona & ad lætitiam.* ¶ 4. Pro sicco & fervido, & velut candenti Martialis posuit lib. 10 Ep. 62, *Albæ leone flammeo calent luces.*

¶ *Albas* pro unionibus Lampridius, & Venantius, & alii mediæ Latinitatis

nitatis ſcriptores abſolute dixerunt: Vide Lampridium Elagabalo c. 21, & ibi Salmaſium, qui etiam Venantii de hoc verſum adjunxit.

¶ Item pro veſtimentis talibus. Vnde & in veteri Eccleſiâ *ſeptimanam in albis* appellàrant, quæ proximè Paſchalem ſequitur. Nam baptiſandis Catechumenis Paſcha olim deſtinatum fuit: & baptiſati veſte candida induebantur.

¶ Album, abſolute pro colore albo. Virg. Ec. 2 v. 41,

Sparſis etiamnum pellibus albo.

Item Georg. 3 v. 56, *maculis inſignis & albo.* ¶ 2. Item pro albumine, ſive albugine oculi vel ovi: quod Græcis λεύκωμα eſt. Ita Celſus non ſemel, Columella & Plinius uſi. v. g. Celſus lib. 7 cap. 7 n. 13, *gutta humoris, ovi albo ſimilis.* Vet. Gloſſ. *Album*, λευκόν, λεύκωμα. das weiſſe in augen, das weiſſe im ey. ¶ 3. *Album* etiam ſubſtantivè dicebatur de albata tabula, in qua Prætores edicta, actiones, interdictaque proponebant, quo omnibus innoteſcerent, quæ & ipſa Græcis λεύκωμα appellatur. Mentio ſæpius fit in JCtorum libris. Hinc *album corrumpere*, Lege 9 Dig. de Jurisdictione. Transfertur eadem vox hac ratione ad alia etiam, & quamvis matriculam ſignificat. Sic *album judicum*, quod apud Suetonium Domit. c. 8; *album ſenatorum*, apud Tacitum annal. 4 cap. 42; λεύκωμα πολιτῶν, *album civium*, apud Jul. Pollucem lib. 8 c. 8 tmem. 23. *Albo eradere*, aus der matricul leſchen, apud Tacit. & Sueton. cc. ll. Contra *albo adſcribi*, idem Suetonius Tiber. cap. 51, eingeſchrieben werden. *Ad album ſedentes*, Senecæ Epiſt. 48 interprete Lipſio, Leguleji ſunt, circa album Prætoris & formulas occupati.

¶ Peralbus, a, um. Apul & l. 1 pr. *equus peralbus*. Et l. 5 p. 171 *avis peralba.*

¶ Albulus diminutivum. Catullus epigr. 30, *Vt albulus columbus aut Dioneus.*

¶ Albor, ōris, albedo. Vet. Gloſſ. λευκότης, *Albor, Candor.*

¶ 2. Pro ovi albumine. Scribon. Largus Compoſ. 24, *Vlcus diluitur ovi albore.* Apicius de re culin. lib. 1 cap. 1, *Ovorum trium alborem in lagenam mittas, & diutiſſime agitabis.*

¶ Albedo, λευκότης, apud veteres, Ciceronem & æquales, aut paullo minores, non reperitur. Severus demum Sulpicius lib. 1 Hiſt Sacr. cap. 16 de Manna: *glaciali albedine erat.* Onomaſt. Vet. *Albedo*, λευκότης, λευκόν.

¶ Albitudo, idem. Plautus Trinum. a. 4 ſc. 2 v. 32, *ad iſtanc capitis albitudinem*, id eſt, canos capillos.

¶ Ab inuſitato *Albare*, *Albatus* eſt, albis veſtimentis indutus. Horatius 2 Sat. 2 v. 60, *Ille repotia, natales aliosque dierum*

Albatus celebret.

¶ Dealbare, album efficere: albo colore perducere. Ciceronis eſt lib. 7 Epiſt. 29, *de una fidelia duos dealbare parietes*: de quo vide in *Fidelia.* Vide & *Calx* & *Tectorium* in Tego.

¶ Dealbatus. Auguſtinus Confeſſion. lib. 7 cap. 6, *dealbatiores vias ſeculi curſitabant.* Cic. in Verrem I c. 55, *Omnes illæ columnæ, quas dealbatas videtis.*

¶ Dealbator, Vet. Gloſſ. λευκαντὴς, *Dealbator*: Lege 1 Cod. de excuſ. artif. *ſculptores, dealbatores, cuſores &c.* Idem & *Albarius.* vide poſt.

¶ Inalbare. Apulejus lib. 10 p. 248 (ed. Elmenh.) *Cerei, præclara micantes luce, nocturnas nobis tenebras inalbabant.*

¶ Albārium opus dicebatur, cùm calce merâ inducebantur & nitori dabantur, quo ornata, lita, politaque forent, quæ *tectoria* appellabantur: wann das tünchwerck überweiſſet wird. Itaque, *Albarii operis nitore decorare*, apud Pallad. lib. 1 Tit. 40 eſt dealbare, weiſſen. *Albarium opus* quomodo fiat, Vitruvius docet lib. 7 cap. 2 & Palladius lib. 1 c. 14.

¶ Albarius, qui albarium facit: Lege 2 Cod. Theodoſ. de excuſ. artif. *Architecti, laquearii, albarii, tignarii, &c.*

¶ Albinus, idem. Vet. Gloſſ. κονιατὴς, *Dealbator, Albinus, Tector.* Conſtantinus Imp. Lege 1 Cod. de excuſationibus artif. *Albini, quos Græci* κονιατὰς *appellant.* Fit ibidem poſt & *Dealbatorum* mentio: neque ab his aliquis eos diſtinguendos putet; aut leve diſcrimen interfuiſſe cenſeat.

¶ Albeo, ēre: album eſſe Cæſar 1 Bell. Civ. c. 68, *albente cœlo.* Virg. Æn. 12 v. 36, *campique ingentes oſſibus albent.* Inde eſt

¶ Subalbēre, parum aut aliquantum albere. Caſſiodor. lib. 5 epiſt 34.

¶ Albeſcĕre, weiß werden. Virgil. 1 Georg. v. 367,

Flammarum longos a tergo albeſcere tractus.

Prudentius Hymno matutino v. 3, *Lux intrat, albeſcit polus.*

¶ Exalbeſcere, idem. Cic. 1 de Orat. c. 26, *Meipſò ſæpe experior, ut exalbeſcam in principiis dicendi.* Idem de Finib. lib. 5 cap. 11 ex veteri poeta: *exalbeſcere metu*, verblaſſen.

¶ Inalbeſcere, idem. Corn. Celſus lib. 2 cap. 7 ſub fin. *Venæ ſub lingua inalbeſcunt.* Et lib. 5 cap. 28 de ulcere carbunculi: *ſupra quoque procedens inalbeſcit.*

¶ Albico, are: weiß ausſehen, weiß ſcheinen. Hor. lib. 1 Carm. Od. 4. *Nunc prata canis albicant pruinis.* Plinius lib. 27 c. 5, *ex nigro albicat.* *Albicatur*, Varro apud Nonnium.

¶ Subalbicare: weißlich ſcheinen. Varro R. R. lib. 3 cap. 9 de gallis: *paleâ rubrâ ſubalbicanti*, &c.

¶ Interalbicare. Plin. hiſt. lib. 37 c. 10, *ſicut cryſtallus interalbicat.* Harduinus monet in MSS. legi *albicat.*

¶ Albūgo, inis: das weiſſe im auge, das weiſſe im ey. Gloſſ. Vet. λεύκωμα, *Album, Albumen, Albugo.* At Plinio *oculorum albugines* ſunt vitium & morbus in oculo, vel macula aut cicatrix. v. g. lib. 20 cap. 5, *cicatrices oculorum & albugines.* Et lib. 24 cap. 5, *cedri ſucco oculorum albugines caliginesque inunxere.*

¶ Albumen, das weiſſe im ey. Plin. 28 cap. 6, *ovorum albumine.*

¶ Albidus, a, um: aliquantulùm albus: weißlich. *Albida ſpuma*, apud Ovid. 3 Metam. v. 74. *Albidum ulcus*, apud Columell. lib. 5 c. 31. Comparativus apud Plinium lib. 8 epiſt. 20, *color cæruleo albidior.* Superl. ap. Celſum lib. 5 cap. 26 n. 20. *pus albidiſſimum.*

¶ Albidulus, diminutivum. Palladius lib. 3 cap. 25 de liquamine ex piris: *eæ carnes liquorem dimittunt ſaporis jucundi, ſed coloris albiduli.*

¶ Exalbidus, Plin. 24 cap. 19, *folia exalbida.*

¶ Subalbidus, Plin. 21 cap. 25, *folia ſubalbida.* Celſus lib. 5 c. 28 n. 15, *puſtula ſubalbida.*

ALCEA, herba eſt, quam vulgus *bismalvam* vocat, & *malvam ſilvaticam*; malvæ hortenſi ſimilis eſt; Vid. Plin. lib. 27 cap. 4.

ALCÆUS, Ἀλκαῖος, poëta Lyricus fuit, patria Mitylenæus, *bello ferox, minax, aureo ſonans plectro* dictus Horatio lib. 2 oda 13. De eo Quint. lib. 10 cap. 1, *Alcæus*, inquit, *in parte operis aureo plectro meritò donatur, quia tyrannos inſectatur: multum etiam moribus confert: in eloquendo quoque brevis, & magnificus, & diligens: Homero ſimilis: ſed in luſus, & in amores deſcendit; majoribus tamen aptior.* Cicero eum de juvenum amore ſcripſiſſe teſtatur in 4 Tuſcul. c. 33. Pauca fragmenta ejus ab Athenæo; unum a Stobæo Serm. 94 ſervatum.

¶ Alcaicum carmen, ab Alcæo ſic dictum, conſtat ex epitrito ſecundo, choriambis duobus, & Bacchio: ut,

Oderit campum patiens pulveris, atque ſolis.

Horat. lib. 1. carm. oda quæ incipit, *Lydia dic per omnes.* Eſt & aliud Tricolon genus, quod vulgo Alcaicum appellamus, v. g. illud Horatii lib. 2 Oda 3, *Æquam memento rebus in arduis*

Servare mentem, non ſecus in bonis

Ab inſolenti temperatam

Lætitia, moriture Deli.

¶ 2. Alcæus alius avus fuit Herculis, pater Amphitryonis: a quo *Alcides* ipſe Hercules. ¶ 3. Tertius denique filius Herculis ex Omphale, apud Herodot. lib. 1 c. 7.

ALCĒDO, Ἀλκυὼν, eyß-vogel, unde

¶ Alcedonia, orum; tranquilli dies illi in mari, quibus incubant alcedines. Extat apud Plautum utrumque nomen; alterum in Pœnulo a. 1 ſc. 2 v. 142, *niſi illam mihi tam tranquillam facis, quàm mare eſt olim, cum ibi alcedo pullos educit ſuos*; alterum in Caſina prolog. v. 26, *Tranquillum eſt: alcedonia ſunt circùm forum.* Vide & Halcyon.

ALCES, is, & Alce, es, ἄλκη, Plinio lib 8 c. 15, & Cæſari lib. 6 belli Gallici cap. 27, animal eſt, medium inter equum & cervum, noſtri vocant, ein elend.

ALCESTE vel Alceſtis, uxor Admeti regis Theſſaliæ fuit: qui cùm ægrotaret, & oraculum brevi eum moriturum reſpondiſſet, niſi quis amicorum morti ſe pro ipſo devoviſſet; Alceſtis, cum uterque parens, cum amici omnes recuſaſſent, promptiſſimam ſeſe obtulit. Alluſit eo Juvenal. Satyr. 6 v. 651, *ſpectant ſubeuntem fata mariti*

Alceſtim, & ſimilis, ſi permutatio detur

Morte viri, cupiant animam ſervare catellæ.

Hujus nomine inſcripta Tragœdia eſt apud Euripidem.

ALCHYMIA, Ἀλχυμία, eſt illa ars, quæ in metallis operatur, & ignobiliora in argentum aurumve commutat. Qua de cauſſa & magiſtri Græci eam τὴν τοῦ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ κατασκευὴν definierunt: ἱερὰν τέχνην, *ſacram ac divinam artem*, nominarunt iidem, longeque vetuſtiſſimam ſeculis antiquiſſimis prodiderunt. Nam illam de aureo vellere fabulam huc referunt, (quâ ratione Argonautarum tempeſtate jam tum repertam cognitamque oportuit) ejusque ſcientem fuiſſe Pythagoram, pariter tradunt. Vnde nominis ratio non in aperto ſatis eſt. Vetuſtiores omnes χημείαν, vel χημευτικὴν; infimæ Græciæ auctores, ἀρχημίαν appellant, pro ἀλχημείᾳ. Ac illud *Al* procul dubio articulus Arabum eſt; quo ea gens pleraque Græca interpolavit, quod illuſtris Scaliger ad Culicem Virgilianum p. 43 obſervat. Χημείας autem ſive χυμείας vox, quâ cœperit origine, dictu difficile. Nam cum præcipuum ejus ſit, circa metalla occupari, ἀπὸ τῶν χυμῶν, *ab humoribus*, ut videtur nonnullis, commodè ſatis ratio nominis deduci vix poteſt. Aptior derivatio, quam nec Voſſius aſpernatur Etymol. f. 17, a χῦμα, pro χεῦμα, *fuſio*, vel *fluxus*: nempe quia fundit metalla. Salmaſii conjectura eſt Exerc. Plin. p. 772, Vulcanios iſtos homines, fornaculam ſuam ſive caminum, χάμην, quod eſſet hianti ac patulo ore, nominâſſe, & inde vocabulum factum ipſi arti. Idem obſervat χύμην quendam, vel χίμην, prophetam Ægyptium memorari a Panopolita Zoſimo inter præcipuos, qui hoc repererint artis genus, ac amplificarint: nec abſurdum credere, hinc χυμείαν, ſive χιμείαν appellatam. Alii nomen artis a loco, ubi nata deducunt, Ægypto forte, quæ in Pſalmis *terra Cham* appellatur. Vid. Conring. 1 de Hermet. med. 3 pag. 18; 19.

ALCIBIADES, Ἀλκιβιάδης, imperator Athenienſis fuit, ſummo loco natus, naturæque & ingenii donis excellentibus exornatus: rurſus vero omni vitiorum genere deformatus, niſi quantum eum ab illis extraxit diſciplina Socratis, cui ſe erudiendum tradidit. Vitam ejus copioſe deſcripſit Plutarchus Græce; Latine perquàm eleganter Corn. Nepos. Hic Alcibiades in ludum quendam ingreſſus, cum apud magiſtrum Iliada Homeri poſtulatam non inveniſſet, alapam ei impegit ſatis duram; atque eum imperitum eſſe, & ſimiles ſui pueros efficere, dixit. Ælian. Var. Hiſt. lib. 13 cap. 38, & Plutarch. in apophtheg. p. 186.

ALCĬDĂMAS, antis, vel *Alcidamas*, *i*, Suidæ philoſophus eſt Eleates, diſcipulus Gorgiæ Leontini. Quintilianus vero inter oratores eum numerat lib. 3 cap. 1. Atque exſtant ejus aliquot orationes in volumine orationum Rhetorum Aldino. Scripſit laudationem mortis, quæ conſtabat ex enumeratione malorum humanorum, ut e prima Tuſc. Cicer. c. 48, ſive penultimo diſcimus. Mentionem hujus Rhetoris facit & Laërtius in Protagorâ. ¶ Apud Stat. lib. 10 Theb. v. 500 Luctatoris nomen eſt.

ALCĪDES, æ, Hercules, ab avo Alcæo; quemadmodum ſuprà dictum eſt in voce *Alcæus.* Virgil. Æn. 6 v. 801,

Nec vero Alcides tantum telluris obivit.

Et Ecloga 7 v. 61, *Populus Alcidæ gratiſſima, vitis Iaccho.*

ALCĬMĔDON, artifex cælator Virgilio eſt Ecloga 3 v. 36,

pocula ponam

Fagina, cælatum divini opus Alcimedontis.

ALCIMUS, Æaci filius, memoratur a Theocriti Scholiaſte. ¶ 2. Alcimus Rhetor, Sidonio Apollinari nominatus 5 Epiſt. 10, & lib. 8 Ep. 11. Integrum illi nomen *Latino Alcimo Alethio* fuit, qui, Voſſio teſte,

cap. 5 de Poët. Lat. p. 63, inter Professores Burdigalenses memoratur Ausonio carm. 2. & B. Hieronymo in Chronico Eusebiano laudatur ad ann. Christi CCCLX. ¶ 3. Junior eo *Alcimus* fuit *Ecdicius Avitus*, Archiepiscopus Viennensis, qui Zenonis & Anastasii temporibus claruit poëta Christianus. Vt adeo inter Alcimum Rhetorices professorem & Alcimum Episcopum ac poëtam totius sit seculi intervallum. Hujus Poëmata quære in Georgii Fabricii Poëtis Christianis. Seorsum edidit Joach. Zehnerus, & emendatissime, unà cum Epistolis ejus, Jacobus Sirmondus. ¶ Antiquiores Alcimi fuerunt, Rhetor alius, de quo Laërtius Stilponis Vitâ: & Alcimus Historicus, Siculus genere, qui, ut Athenæus auctor est lib. 10, scripsit Ἰταλικὴν, *Historiam Italicam*, cujus etiam Festus Pompejus meminit in *Roma*.

ALCĬNŎVS, Ἀλκίνοος, rex Phæacum justissimus, auctore Orpheo; diligens hortorum cultor. Virg. Georg. 2 v. 87,

Pomaque & Alcinoi silvæ. Stat. lib. 1 Silv. 3 v. 81,
Quid bifera Alcinoi laudem pomaria? vosque, &c.

¶ 2. Alcinous, Philosophus Platonicus, cujus nomine circumfertur institutio ad doctrinam Platonis. Sed hujus libelli verum parentem esse Arium Didymum, non, ut suspicabatur præfatione in Alcinoum Jac. Carpentarius, Didymum Alexandrinum, docet Theoph. Raynaud. Theol. nat. dist. 1 n. 42 p. 61.

ALCINVS, poëta fuit scenicus, scriptor Fabulæ, quæ Penelopes defensionem complectebatur: obque verbosas & plenissimas tædii nugas locum dedit proverbio: Ἀπόλογος Ἀλκίνου, *Apologus Alcini*, apud Jul. Pollucem lib. 2 c. 4 n. 26. & l. 6 c. 26. Suid. in ἀπόλογος. Pro Ἀλκίνου Erasmus cùm scriptum reperisset Ἀλκινόου, sumptum initio proverbium putavit ex Homeri Odysseâ, ubi Vlysses in convivio Alcinoi Phæacum regis prodigiosas ac deridiculas fabulas commemorat de Lotophagis, Læstrygonibus, Circe, Cyclopibus, atque id genus aliis, fretus videlicet Phæacum inscitiâ barbarieque. Ipsum vide adag. 1332. Sed idem posteà adag. 4082 agnovit, eo in proverbio *Alcinoum* (retinet enim τετρασύλλαβον,) esse nomen scriptoris. Quod tribus tamen syllabis cum Polluce & Suida scribendum est.

ALCIPPE, mulier rustica Theocrito & Virgilio Ecloga 7,

Quid facerem? neque ego Alcippen, nec Phyllida habebam.

¶ Plin. lib. 7 cap. 3, *Alcippe elephantum peperit.* Elephantum, id est, puerum cum capite elephantino, ut forte portentum illud sit, quod Livius lib. 27 cap. 11, & Valerius Max. lib. 1 cap. 6 n. 5 narrant.

¶ Est & Alcippe Martis filia, de qua Pausanias consulatur in Atticis f. 19 Gr.

¶ Alcippus, Ἄλκιππος, civis Lacedæmonius ob virtutem exilio mulctatus, de quo, & ejus uxore Democritâ, Plutarchus in Amatoriis Narrationibus.

ALCIS, Numen Naharvalis, Germanicæ genti cultum: quod Castorem ac Pollucem Romana interpretatione memorabant. Tacitus de Germania c. 43.

ALCMÆON, Amphiarai & Eriphyles filius, matris, quod ea patrem prodidisset, interfector. De quo Hyginus fabula 73. ¶ 2. Alcmæon sophista, quem Crœsus tanto auro donavit, quantum ille corpore suo efferre posset, quam lepidam historiam Herodotus scripsit libr. 6 cap. 125. ¶ 3. Alcmæon Crotoniates; (Theodoreto lib. 1 de cur. Græc. affect. f. 547 Alcman.) Pythagoræ auditor, qui primus de naturæ ratione scripsisse videtur: Laërt. in Vita ejus. Docuit animam immortalem esse, testibus Laërtio d. l. & Aristot. 1 de anim. 2. Alia ejus dogmata refert Aristoteles 1 Metaph. 5 & 1 de hist. anim. 2, ipsi aliàs parum consentiens, cùm, ut est apud Laërt. lib. 5, adversus Alcmæonis dicta librum scripserit.

¶ Alcmæonius, ab Alcmæone ductum adjectivum. *Alcmæoniæ furiæ*, Propert. lib. 3 eleg. 5, quia Alcmæon matricida furiis agitatus dicitur.

ALCMAN, ἀλκμὰν, poëta Lyricus fuit, amatorii carminis inventor. Suidas. Plutarchus in libro de fuga hoc Alcmani tribuit:

Καὶ Μώσας ἐδάην ἑλληνίδας, αἵ με τυράννων
Θῆκαν Δασκύλεω κρείσσονα καὶ Γύγεω. hoc est,
Et literas didici Græcas, quæ me regibus
Fecerunt Dascyla clariorem & Gyge.

¶ 2. Sed observa è Vossio cap. 3 de Poet. Græc. p. 13 duos hoc eodem nomine poëtas fuisse Lyricos, unum Lacedæmonium, qui linguâ scripsit Doricâ, Messenium alterum. ¶ 3. *Alcman philosophus*, qui tamen frequentiùs scribitur *Alcmæon*. De hoc supra in Alcmæon. Confundit, eum cum Alcmane poëta Dictionarium Caroli Stephani, cùm prodit eum pediculari morbo periisse. De Poëta enim diserte hoc affirmant Aristot. 5 hist. anim. 31 & Plin. 11 cap. 33. ¶ 4. *Alcman tibicen* apud Ælian. 12 Var. hist. cap. 50.

ALCMĒNA, Ἀλκμήνη, Amphitryonis uxor, Herculis mater ex Jove, Laonomes autem (teste Pindari Scholiaste) ex Amphitryone.

ALCON, ōnis, sagittarius Cretensis, quem Virgil. nominat Eclog. 5. Nisi hoc nomine θετικῶς usus est, ut quem pastorem eo designaret. Sed ille Alcon Herculis comes fuit; tam peritus sagittandi, ut positos in capitibus annulos trajiceret; sagittas sine ferro gladiis lanceisve contra positis intorqueret sic, ut in eorum mucronibus finderentur. Vide Servium ad illum Virgilii locum cæterosque interpretes.

ALĔA, κυβεία, lusus tesserarum, würffelspiel, bretspiel. Cicer. pro Archia cap. 6, *Quantum alii tribuunt tempestivis conviviis, quantum denique aleæ, quantum pilæ; tantum mihi egomet ad studia recolenda sumo*, die zeit auf spielen wenden. *Aliquem provocare in aleam*, einem spiel anbieten. Plautus Curc. 2.2 sc. 3 v. 76, *Provocat me in aleam, ut ego ludam: pono pallium: ille suum annulum opposuit.* Sic dicimus *aleâ ludere*, cum Horatio 3 oda 24, & *aleam ludere*. Sueton. Aug. c. 70, *ut vincat, ludit assidue aleam*, auffm brete spielen, würffeln. Plutarchus de Tranquillitate animi p. 467, Κυβείᾳ ὁ Πλάτων τὸν βίον ἀπείκασε, *Plato vitam humanam similem* dixit *esse alearum ludo*. Ad quod respexisse videtur Terent. in Adelph. act. 4 sc. 7, *Vitam hominum perinde* dicens *esse, quasi cum ludas tesseris, ut quod jactu non cecidit, id arte ut corrigas.* ¶ 2. *Aleam* pro fortuna etiam & periculo Latini auctores usurpant. Livius 42 cap. 59, *ne summam rerum temere in non necessariam aleam daret*, in unnothige gefahr begeben. Columella Præf. Operis sui: *An bellum perosis, maris & negotiationis alea optabilior sit.* Et Varro de R. R. lib. 1 cap. 4, *Vbi salubritas* [agri] *non est, cultura non aliud est, atque alea domini vitæ, ac rei familiaris.* Plinius itidem Præf. Op. scripsit, *Ciceronem extra omnem ingenii aleam positum*, hoc est, periculum seu dubitationem, utrum aliquis ei videatur præferendus. *Adire aleam*, sich in gefährligkeit wagen. Seneca lib. 3 de Benefic. cap. 11, *Vt æquiore animo adirent aleam.* Sic Horat. 2 carm. od. 1, *Periculosæ plenum opus aleæ*
Tractas.

Hinc *Aleam jacere*, hoc est periclitari, sein glück versuchen, seu, es wagen auf glück und unglück. Cæsar apud Sueton. c. 32, *Jacta esto alea*, es sey gewagt. ¶ 3. De aleâ & universâ ejus ratione plura collegit & observavit Salmasius ad Vopisci Proculum. Romanis legibus vetitam fuisse Horat. lib. 3 Carm. Od. 24, & Digestorum de aleatoribus Titulus ostendit. Sed festis diebus tamen, qui ludo & otio destinati, probro caruisse aleæ lusum videtur suadere Suetonii locus Domitiano c. 21. Christianis primum in commune, dein seorsim Clericis interdictam, Canon Apost. 43, & Can. 50 Syn. 6 itemque Novella Justiniani 123 docere possunt.

¶ Āleātor, & Āleo, ein spieler, spitzbube. *Domus aleatoribus referta, plena ebriorum*, Cicero in Philipp. 2 c. 27. *Nam quicunque impudicus, adulter, ganeo, aleo, manu, ventre, penè bona patria laceraverat*, Sallust. Catil. c. 14. sed editis libris *alea* Sallustius, non *aleo* habet. Nihilominus *Aleonem* Festus Pomp. ex Nævio dixit. Trochaicus vetus ex illis, qui P. Syri Mimis subjungi solent: *Aleator quantò in arte est melior, tantò est nequior.* Quem vulgo notum & tritum fuisse Joan. Sarisberiensis significat lib. 8 de Nugis Curial. c. 11.

¶ Āleātōrius, adject. ut, *Forum aleatorium*, apud Suet. Augusto c. 71. *Ritus aleatorius* ap. Gellium, lib. 18 cap. 13, spieler gewohnheit. *Damna aleatoria*, Cicero 2 Philipp. cap. 27, verlust im spielen.

¶ Aleatorium Sidonio Apollinari lib. 2 epist. 2 est locus in villis aut hortis, ubi commode alea ludi potest.

ĀLEC, ēcis, (in Libris vetustissimis *allec*; nunquam autem per aspirationem *halec*, nisi apud Nonium, scribitur) non certi alicujus piscis nomen; sed genus potiùs, sub qua minimi quique & vilissimi pisciculi continentur; quos in universum *alecareos* Theodorus Gaza appellat; quod Torrentius ad Horatium loco mox citando notat. Qui consuli potest. Qui aspirationem præponunt, ab ἅλς vel ἁλιὸς derivant, quod marinus piscis est. Vide Dausquejum. Contra membranæ, ut Torrentius testis fuit, aspirationem posthabent. ¶ Est & liquaminis genus, sed crassius, quod ex intestinis piscium conficiebatur. Effertur & Fœm. & Neutro genere. Plin. lib. 9 cap. 17, *M. Apicius ex jecore mullorum alecem excogitare provocavit.* Hinc *alecula* apud Columellam. Horat. lib. 2 Sat. 4.73, *ego fæcem primus & alec* [scilicet inveni] Plura in *Halec*.

¶ Alex idem. Plinius lib. 31 cap. 8, *Vitium hujus est alex imperfecta, nec colata fæx.*

¶ Alecula vel Allecula, diminut. Columella lib. 6 c. 8, & l. 8 sub finem.

ĀLECTO, Alectûs, Ἀληκτὼ, *atra, sata nocte, Cocytia, sæva, luctifica*, apud Virg. Æn. 7 v. 324. *Cincta facibus atris*, apud Claudian. lib. 1 adv. Rufin. v. 49. Vna est trium Furiarum, eine plag-teuffelin. Ἀληκτὼ, irrequieta ab α & λήγω quiesco, desino; quod nullum scelus prætereat inultum; quod à suppliciis sumendis de improbis nunquam cesset. Vide Furia.

ALECTORIA, æ, lapis in ventriculo galli. Ἀλέκτωρ enim *gallus* est. Plin. lib. 37 cap. 10, *Alectorias vocant in ventriculis gallinaceorum* (seu, ut Albertus indicat, gallorum castratorum) *lapides inventos, crystallina specie, magnitudine fabæ: quibus Milonem Crotoniensem usum in certaminibus, invictum fuisse videri volunt*; kapaunstein.

¶ Alectryŏnes, Legio cristatorum Carum. vid. Bernegg. ad Sueton. Cæsar 24, 2. Ἀλεκτρυὼν enim etiam *gallus* est.

ĂLĔMANNI, sive Alamanni (nam Græcis perpetuo ἀλαμανοὶ dicuntur) gentis nomen in Germania; quod postea universæ illi nationi hæsit. Nec hodie Galli, Itali, Hispani aliter Germanos, quàm *Alemannos* appellant. Alium ac diversum à Germanis populum, inde constat: quod iis victis Antonius Caracalla Alemannicus appellatus est, cùm jam tum se Germanicum ante dixisset. Et Stephanus, non Germanos, sed finitimos iis diserte tradit. Ἀλαμανοὶ, inquit, ἔθνος Γερμανοῖς πρόσχωρον. Fuit collectitia multitudo, ut ex Agathia Scholastico lib. 1 pag. 17 ed. Paris. constat; atque Gallorum quidem, si Philipp. Cluverum, virum de antiquitate patriæ clarissimè meritum, sequimur; qui nullos alios fuisse censet lib. 3 c. 4 Germ. Antiquæ, quam quos *decumates agros exercuisse, & dubiæ possessionis solum occupasse*, Tacitus in Germania tradit. Rhenanus vero Germanorum, & maxime Suevorum, miscellaneam turbam fuisse putat lib. 1 Rerum Germanicarum. Sed quoquo modo se res habet, in maximum & potentissimum nomen rebus maximis gestis excreverunt, unde universa Germanorum natio, ut dicebamus supra, *Alemanni*, & terra ipsa, *Alemannia* tandem appellata. Quando id factum primitus, haud constat. Sed Flavii Vopisci ætate, qui sub Constantino fuit, eam appellationem jam tum cœpisse indicat ipse in Proculi vitâ. De Alemannorum autem sede veteri nulla discordia est: quam inter Rhenum Danubiumque ac Mœnum fuisse consentiunt. Nomen quibusdam videtur inde esse, quod non unius generis, sed ex nominibus variis initio congregati in unum corpus coaluerunt: quasi dicas allerley mann. Consule & Mich. Beuther. cap. 2 Animadvers. ac Limn. Tom. 1 Jur. Publ. cap. 6 n. 21.

¶ Alemannicus, ut, *tentoria Alemannica*, Ammianus Marcellinus lib. 27 c. 3.

ĀLĔS, ĭtis, ab alâ, adjectivum, id est, alatus, volucris, geflügelt. Sic *Equus ales* Pegasus Ovidio dicitur lib. 3 Amor. El. 11. *Ales avis* apud Ciceron. lib. 2 de Nat. Deorum cap. 44 ex carmine Aratæo. Et *Deus ales* pro Mercurio. Ovidius 2 Metam. v. 714,

Inde revertentes Deus adspicit ales.

¶ 2. Est & ὠκὺς sive celer, ad illorum instar, quæ alas habent: geschwind. Vt apud Virgilium lib. 8 v. 430, *ales Auster*: & *currus ales* apud

apud Senecam Medeâ extremâ: *Passus ales: passu volat alite virgo*, apud Ovid. lib. 10 Metam. v. 587. *Ales arundo nervo pulsa.* Prudent. Psychom. v. 324. *Plumbum ales*, eine abgeschossene bleyerne kugel. Silius lib. 3 v. 365, *Fundâ bella gerens Balearis, & alite plumbo.*

¶ 3. Substantivè avis est, ὄρνις, ein vogel. Ac Poetis quidem *alites*, utroque genere, masculino juxta ac fœminino, omnis generis aves appellantur. Sic *Daulias ales* luscinia est, Senecæ Tragico Herc. Oet. v. 192. *Pandionis ales* pro hirundine in Panegyr. ad Pisonem v. 255. *Lucis prænuncius ales*, i. e. gallus, Ovid. Fast. 2 v. 767. *Niveis argentea pennis ales*, hoc est, alba, Idem 2 Metam. v. 536. Augures vero majores, quæ volatu faciebant augurium, *alites* appellabant: minores enim *Oscines* vocabant, quod oris cantu præberent omen. Plinius lib. 10 cap. 19, *Nunc de secundo ordine dicamus, qui in duas dividitur species, OSCINES & ALITES: illarum generi cantus oris, his magnitudo differentiam dedit.* Et Cicero lib. 2 de Naturâ Deor. cap. 64, *Aves quasdam, & alites & oscines, ut nostri augures appellant, rerum augurandarum caussa esse natas putamus.*

Alesco, quære in *Alo*.

ALEXANDER, Priami Filius, qui postea appellatus *Paris* fuit. De quo vide infra in P. ¶ 2. *Alexander Macedo*, Philippi Macedonum Regis, & Olympiæ filius, natus duabus in Græcia præstantissimis familiis, videlicet, ex Herculis & Æaci posteritate, formâ fuit humana pene augustiore: cervice celsâ; lætis oculis & illustribus; malis ad gratiam rubescentibus; reliquis vero corporis lineamentis, non sine majestate quâdam, decorus: juventutis rectoribus Aristotele & Callisthene usus. Subegit Asiam, non citeriorem modo, aut quæ Persici juris fuerat; sed Indiæ quoque magnam partem, quas ob res maximas gestas, *Magni* cognomen sortitus est, & haud sufficere ei unus orbis existimatus. Juvenalis Satyr. 10 v. 168,

Vnus Pellæo juveni non sufficit orbis.

Nec aliam ob causam Græci ἀλεξανδρώδες pro θαυμαστὸν, *admirabile*, dixerunt, quod ad lib. 13 Silii Heinsius observat. Victor omnium, inter voluptates, quas vincere non potuit, periit morbo ex vinolentia contracto, apud Babylonem, ut post Athenæum, & Senecam Solinus cap. 14 prodit. Quamquam plures sint, qui veneno extinctum sentiant. Lege Plutarch. ejus vitâ, & Curtium lib. 10 extremo. Cic. ad Att. lib. 13, *Quid tu non vides ipsum illum Aristotelis discipulum? summo ingenio, summâ modestiâ: postea quam rex appellatus sit, superbum, crudelem, immoderatum fuisse?* Interrogatus Alexander, num patrem Philippum, an Aristotelem pluris faceret? *Magistrum*, inquit: *Ille enim ut essem, hic autem, ut præclarè institutus essem, auctor fuit*, ὁ μὲν γὰρ τοῦ γενέσθαι, ὁ δὲ τοῦ καλῶς γενέσθαι αἴτιος: Recitat Stob. lib. 2 Serm. 2. Idem artifices obsoniorum aliquando dimittens, *se longè* dixit *commodiores posse secum ducere: nempe nocturnam profectionem ad prandium condiendum: ad cœnam verò prandii tenuitatem*, πρὸς μὲν ἄριστον τὴν νυκτοπορείαν, πρὸς δὲ τὸ δεῖπνον τὴν ὀλιγαριστίαν: Plutarch. lib. de tuenda valetudine. ¶ 3. *Alexander* alius, *Pheræus* cognominatus, tyrannidem exercuit apud Pheræos in Thessalia. Adversus hunc cùm bellum Pelopidas gereret, incautiùs ex ira in eum invectus peremtus est: Plutarchus, & Nepos ejus vitâ. Sed tyrannus interfectus tandem a conjuge est. Ovid. in Ibin. v. 321,

Inque tuo thalamo ritu jugulere Pheræi,
Qui datus est leto conjugis ense suæ.

¶ 4. *Alexander Epirotes*, seu Rex Epiri. De hoc aliquid in *Acheron* n. 5 dictum. ¶ 5. *Alexander Severus*, Romanorum Imperator, qui id accepit nominis, quod Arcenæ in templo Alexandro Magno dicato natus esset, ut Lampridius ejus vitâ scribit cap. 5. ¶ 6. Alexander Philosophus, Aphrodiseus à patriâ cognominatus, interpres Aristotelis fuit; non raro & reprehensor: Philosophiam professus est sub Severo & Antonino imperatoribus: ex cujus scholâ & alii prodierunt Aristotelis Commentatores: ut Themistius, Ammonius, Simplicius, Olympiodorus. ¶ 7. Eo prior fuit *Alexander Ægeus*, interpres & ipse Aristotelis, præceptor Neronis: Franc. Partic. Tom. 1 Disc. Perip. l. 3 f. 32. ¶ 8. Plures passim laudantur Alexandri, ut *Epicureus*, apud Plutarchum 2 Sympos. Q. 3. *Myndius*, scriptor ὀνειροκριτικῶν, apud Artemidorum lib. 2 c. 71, & Ælian. de Animal. lib. 3 c. 23. *Polyhistor*, apud Hieronym. Quæst. Ebr. in Genes. c. 25, de Ketura Abrahami. *Alexander Ætolus*, poëta, cujus mentionem facit Gellius lib. 15 cap. 20.

¶ Alexandra, Priami filia, quæ & Cassandra est, vide in litera C.

¶ Ālexandrīa, & Alexandrēa, (utrâque enim ratione scribi reperitur non in codicibus modo, sed marmoribus etiam ac nummis) aliquot urbium nomen est, quod maximam partem ab Alexandro Magno acceperunt, quarum apud Strabonem, Pliniumque mentio fit. Nobilissima omnium Ægypti fuit ad Nilum; scholâ literarum, & Origenis, Clementisque, qui inde Alexandrinus appellatus, natalibus celebris. Græce Ἀλεξάνδρεια. Vnde patet, penultimam vulgo malè corripi, propter Græcam Diphthongum: qui error & in *Antiochiæ* pronunciatione committitur. Æquè enim ibi penultima eandem ob rationem producenda. Propertius lib. 3 eleg. 10 v. 33,

Noxia Alexandrea, dolis aptissima tellus.

Horat. lib. 4 od. 14, *nam tibi, quo die*
Portus Alexandrea supplex
Et vacuam patefecit aulam.

Hujus urbis descriptionem vide apud Egesippum lib. 4 cap. 27. Confer, qui in laudem ejusdem plura collegit, Barth. not. ad Zachariam Mitylenæum p. 285 seqq.

¶ Alexandrīnus, qui ibi natus: & adjective, quicquid eo pertinet. *Alexandrinæ naves* apud Suetonium Aug. cap. 98, & Senecam epist. 77 pr. quæ supportando frumento maximè, quanquam & aliis mercibus in Italiam ab Augusto instituta classis fuit, de quâ Lipsius in Electis lib. 1 cap. 8. *Niliacum cataplum* Martialis vocat lib. 12 Epigr. 74. Eo interpretanda & *Pharia puppis* apud Statium lib. 5 Silv. ult. v. 66, de quo infra in *Vernilitas* tractabimus. Vide *Verna*. Lasciva autem & corruptissima voluptatibus ea natio fuit. Vnde *Alexandrina vita, atque licentia*, apud Cæsarem lib. 3 de B. Civ. cap. 110. Non ad mollitiem tamen interpretandæ *Alexandrinæ deliciæ* apud Quintil. lib. 1 cap. 2 sunt. Per *delicias* enim intelligendi ibi pueri sunt, qui dicacitate dominis in deliciis erant, ut alio loco ostendemus. Vide infra *Delicium* in *Lacio*, & Barthium rursus ad Statii Silv. pag. 107 seqq.

ĂLEXĬCĂCVS, ἀλεξίκακος, malorum depulsor, epitheton est Apollinis, & Herculis. Vide de Apolline ἀλεξικάκῳ Pausaniam in Atticis post principium. Latinis literis vocem Græcam Cœl. Rhodiginus scripsit, v. g. lib. 16 Antiq. Lect. cap. 19 &c. *Dæmones alexicaci*, qui noxas & diras amoliri existimabantur: iidemque & *apopompæi* & *apotropæi*; *Lysii quoque* & *Phryxii* appellabantur. Idem Cœlius lib. 2 cap. 10 extr.

ĂLEXIPHARMĂCVM, ἀλεξιφάρμακον, antidotus, remedium contra venena, theriack, artzney wider gifft. Plinius lib. 21 cap. 20, *Nec magis alia herba* [quam polium] *convenit medicamento, quod alexipharmacon vocant.*

ĂLEXIS, Asinii Pollionis servus. Vide Servii expositionem in Virgilii illud Ecl. 2, *Formosum pastor Corydon ardebat Alexin.*

¶ 2. Fuit & Alexis Attici Amanuensis; quemadmodum ex Ciceronis epistolis ad eundem apparet. Libro enim 7 epist. 2, *Alexidis manum*, inquit, *amabam, quod tam prope accedebat ad similitudinem tuæ literæ.*

¶ 3. Fuit & Alexis Poëta Græcus, ex quo multa Stobæus annotavit: Adde Vossium de Poëtis Græcis.

ALFĒNVS, idem & Alfinius, ex sutore Jure consultus. Vide Horatium lib. 1 Satyr. 3 v. 130, & ibi veterem Interpretem; qui integre Alfinium Varum Cremonensem vocat. Laudat etiam Gellius lib. 6 c. 5, ut *discipulum Ser. Sulpicii, rerumque antiquarum non incuriosum.* Adde Leg. 2 Dig. de Orig. Juris § 44.

Alsius, vide *Alphius*.

ALGA, herba marina nullius usus, unde *inutilis* epitheton ei Horatius tribuit l. 3 od. 17. meer-graß, meer-kraut. Idem l. 2 Serm. Sat. 5 v. 8,

Et genus & virtus, nisi cum re, vilior algâ est.

¶ Algosus, ut, *locus algosus*, id est, algâ abundans. Plin. lib. 32 c. 9, *Vivunt in algosis myaces*: ubi *locis* subaudias.

¶ Algensis, seu, quod in alga nascitur vel nutritur. Plin. 9 cap. 37, *Purpurarum genera plura, pabulo & solo discreta. Lutense putri limo, & algense enutritum alga, vilissimum utrumque.*

ALGEO, frigeo, frieren, ab ἀλγέω, *doleo*: Plinius lib. 14 cap. 2, *algentibus locis*, an kalten örtern. Et lib. eod. cap. 9, *donec bruma transeat, & consuetudo fiat algendi.* Et lib. 17 cap. 23 extr. *Talia ulcera difficile sanescunt, algendo nimis æstuandove.* Horat. de arte poëtica v. 412,

Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit fecitque puer, sudavit & alsit.

¶ 2. Per metaphoram significat negligi. Juvenalis Satyr. 1 v. 74, *probitas laudatur & alget*, id est, negligitur, non expetitur, etiamsi laudetur nec vituperari possit: frömmigkeit kan die welt nicht schelten, sie achtet ihr aber nicht, und will niemand dran.

¶ Algesco, ēre, gefrieren, kalt werden. Prudentius Apotheos. v. 142, Deus *rabiem flammarum algescere cogit.*

¶ Inalgesco, idem, Corn. Celsus lib. 3 cap. 3, *ubi extremæ partes membrorum inalgescunt.*

¶ Algidus, frigidus, kalt, ut, *nix algida*, Catull. Ep. 64. Et *saxa algida*, Prudentius Cathem. 11 v. 35.

¶ Algidus mons Latii, & oppidum *Algidum* in eo, vide deinde paullo post *Alsus*.

¶ Algor, ōris, m. die kälte. Sallustius Catilin. cap. 5, *corpus patiens inediæ, algoris, vigiliæ.* Plinius lib. 14 cap. 2, *magis æstu, quam algore* [Nomentanæ vites] *vexantur.* Pluraliter Idem lib. 15 cap. 4 pr. *oleo corpus contra algores munire.*

¶ Algosus, a, um. Plin. Hist. 32, 9: *Acervantur muricum modo, vivuntque in algosis.*

¶ Algus, i, idem, apud Lucret. lib. 3 v. 733. & *algus, us*, apud Plaut. Rud. a. 2 sc. 7 v. 24, *Tu vel suda, vel peri algu.* Quod imitatur Paullinus Nolanus ad Cytherium v. 303, *Ne sæviori fluctibus terræ dati*
Algu perirent & fame.

¶ Alsiosus, a, um: quod & naturæ frigidioris est, & facilè læditur frigore. Plinius lib 21 c. 10 de abrotono: *Seritur autem semine melius, quàm radice aut surculo; semine quoque non sine negotio plantaria transferuntur. Sic & Adonium. Vtrumque æstate, alsiosa enim admodum sunt.* sie erfrieren leichtlich. Sic *alsiosum pecus* Varrò dixit lib. 2 de re rustica c. 3.

¶ Alsius, idem, & illius origo, quamquam minus frequens. Nam ut ab *Ebrius* Ebriosus; sic ab *Alsius* Alsiosus. Lucretius l. 5 v. 1014,

Ignis enim curavit ut alsia corpora frigus
Non ita jam possent cæli sub tegmine ferre. Etiam

¶ Alsus, frigidus, cujus Comparativo aliquoties usus est Cicero. Lib. 4 ad Attic. epist. 8 de Antio oppido: *nihil quietius, nihil alsius, nihil amœnius.* Idem ad Q. frat. lib. 3 epist. 1 cap. 2, *Apodyterio nihil alsius, nihil muscosius.*

Algesco, vide *Algeo*.

ALGIDVM, oppidum Latii veteris inter Tusculum & Albanum montem. Strabo lib. 5.

¶ Algidus mons eadem regione 12 millibus passuum urbe distans, secundum Eutropium lib. 1 cap. 15. Horatius lib. 1 od. 21 *gelidum*; & lib. 3 Od. 23, *nivalem* vocat: rationem nominis quasi explicans, quia ab *algendo* dictus est.

Algidus, algor, algosus, algus, Alias, alibi, Alica, Alicubi, alicunde, Alienare, alienatio, &c. vide *algeo, alius, halica, alius, alienus*.

ĂLIĒNVS, ἀλλότριος, frembde, das eines andern ist. Terent. Eun. 2 sc. 2, 34, *Viden' otium, & cibus quid faciat alienus?* Item Andr. a 1. sc. 1, v. 125, *Alieno more vivere*, leben wie andere wollen. Cicer. in off. 1 c. 9, *Difficilis est cura rerum alienarum*: die sorge für ander leute sachen ist schwer. Plinius lib. 29 cap. 1, *Alienis pedibus ambulamus, alienis oculis agnoscimus*, id est, per lecticarios & anagnosten. Constructio

ctio hujus nominis non una. Nam & cum Genitivo jungitur Græco more. Lucret. lib. 6, v. 1063, *Nec tamen hæc ita sunt aliarum rerum aliena.* Rutilius Lupus lib. 2 de Figuris Sentent. *Sed nimirum inopinans incidi in caussam temporis hujus alienam.* Sic *alienum veritatis* dixit Cyprianus Tractatu contra Demetrianum. Non raro & Dativus apponitur. Cicero pro Cæcin. cap. 9, *Hoc illi caussæ maximè alienum est:* dieses kömmt gar von der sache ab, reimet sich zur sache gar nichts. Seneca Præfat. lib. 4 Nat. Quæst. *Scio quam sis ambitioni alienus, familiaris otio ac literis.* Tacitus lib. 2 Hist. c. 74, *Muciani animus nec Vespasiano alienus, & in Titum pronior,* der zwar dem Vespasiano nicht ungeneigt, dem Tito aber mehr beygethan. Sed frequentissime cum ablativo & præpositione construitur, ut: *homo alienus a literis,* Cicer. 4 in Verr. cap. 26, der keine lust zum studiren hat. *Esse ab aliquo alieno animo,* pro Dejotaro cap. 8. Sic, *hoc alienum est ab officio, dignitate meâ,* apud eumdem 4 epist. 7. & *alienior est a me,* lib. 2 epist. 17, ubi simul Comparativum notes, quemadmodum excellentiam gradùs in Themistocle Nepotis cap. 4, *alienissimo sibi loco conflixit,* cum tertio Casu: & cum præpositione, pro Domo cap. 27 idem, *homines alienissimi a P. Clodio.* Est &, ubi subauditur præpositio, ut, *alieniora usu,* apud Gellium lib. 19 cap. 7. *Alienum existimatione mea,* Cicer. Attico lib. 6 epist. 1. ¶ Opponitur etiam generis conjunctioni & consanguinitati. Plinius Panegyr. cap. 37, *Nisi simul cognationis jura impetrassent, alienissimi habebantur, quibus conjunctissimi fuerant.* die einem gar nichts verwand seyn.

¶ Alienare, alienum facere, ejicere, & extra familiam ponere. Terentius Heaut. a. 5 sc. 2 v. 26, *Ita nos alienavit,* so gar hat er mich verstossen, und gleich als enterbet. Nam hæc de patre filius loquitur. Plautus Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 243, *certe edepol, tu me alienabis nunquam, quin noster siem.* Cicero lib. 5 epist. 8, *quædam pestes hominum te nonnunquam a me alienarunt.* Idem lib. 3 epist. 6, *Malevoli, ignari constantiæ meæ, conabantur alienare à te voluntatem meam,* sie unterstunden sich, mich bey dir anzugeben, als wäre ich dir ungeneigt. ¶ 2. Hinc de rebellione, defectione, ut, *alienatæ insulæ,* apud Nepotem in Cimone cap. 2, quæ defecerant. Idem Amilcare cap. 2, *omnia oppida alienata restituit patriæ.* ¶ 3. de venditione. Cicero 6 in Verr. cap. 60, *pretio parvo ea, quæ accepissent a majoribus, vendidisse atque alienasse.* Idem Agrar. 2 cap. 21 pr. *venire vestras res proprias, & in perpetuum a vobis alienari.*

¶ Alienatus, participium & nomen. Sueton. Aug. cap. 100, *signum alienatæ mentis.*

¶ Inalienatus, non alienatus. Scribon. Largus Compos. 214, *Adjicitur propolis inalienatæ, sinceræ, bonæ selibra.*

¶ Abalienare, idem. Cicero 2 Philipp. c. 15, *Abalienare voluntatem alicujus a se,* einen ungeneigt machen. *Esse animo abalienato,* ad Att. lib. ep. 3. *Homines suis rebus abalienare,* Nepos Ages. cap. 2, die leute ihm und seiner sache ungünstig machen. Et Livius lib. 26 cap. 38, *abalienantur animi.* ¶ 2. Abalienata membra, abalienata morbis membra, Quintilian. Inst. Orat. 8, 3.

¶ Alienatio, disjunctio. Cic. de Amic. cap. 21, *Statim alienatio disjunctioque facienda est,* i. e. amicitia dissolvenda. Et metaphorice *Alienatio mentis,* wanwitz, unwitz, apud Plinium 21 cap. 21. & Celsum 4 cap. 2.

¶ Abalienatio, Cic. Top. c. 5 extr. ubi ex jure veteri definit.

¶ Ălĭēnigena, communis generis, id est, externus, ein ausländer. *Alienigenæ hostes,* Cicer. 4 Catil. cap. 10, & Livius lib. 26 cap. 13, *cum hostis alienigena in Italia esset.* Rursus Cicero pro Dejotaro cap. 3, *homo longinquus & alienigena:* der weit abgelegen und fremder nation ist.

¶ Vsurpatur & adjective *Alienigenus,* a, um, ut, *Studia alienigena,* Valerius Max. lib. 2 c. 1 prope fin. Et *Mulier alienigeni sanguinis,* Idem lib. 6 cap. 2 extern. 1.

Aliger, vide *Ala.*

Alimentum, alimonia, alimonium, quære in *Alo.*

Alio, alioqui, & alioquin, aliorsum, vide *Alius.*

Alipes, alipilus, vide *Ala.*

Ă L I P T E S, æ, græcum est, ἀλείπτης. Vtitur eo Cicero epist. 9 lib. 1 famil. & Celsus lib. 1 cap. 1, & Juvenalis Satyr. 2 v. 76, & Sat. 6 v. 421. Seneca item Epist. 56. Aliptæ autem vocabantur, qui palæstritas certaturos ungebant, ἀλείπτης enim unctor est. Vide Mercurialem de Gymnastica & Petr. Fabr. Agonistico. Erant aliptæ & inter balnearios servos, de quibus vide Pignorium. Victor in Commodo, *ministrum ungendi* vocat. Virium, & boni coloris caussa aliptas adhibitos, Cicero significat. Ejus enim verba supra laudato loco hæc sunt: *Sed vellem, non solum salutis meæ, quemadmodum medici: sed ut aliptæ, virium & coloris rationem habere voluissent.*

¶ Iatraliptes, ἰατραλείπτης; Medicorum genus, quorum ars *Iatraliptice,* quasi *medicina unguentaria* appellata, quam Prodicus quidam instituit, ut Plinius auctor est lib. 29 cap. 1. Plinius Junior lib. 10 epist. 4, *Proximo anno, Domine, gravissimâ valetudine usque ad periculum vitæ vexatus, iatralipten assumsi.* Meminit & ejusdem libri epist. 22.

¶ Iatraliptice, ἰατραλειπτική, illud medicinæ genus, quod extrinsecus per unguenta morbos curat. Plinius citato lib. 29 cap. 1, *Prodicus, Selymbriæ natus, è discipulis Hippocratis, instituens quam vocant Iatralepticen, reunctoribus quoque medicorum, ac mediastinis vectigal invenit.*

Aliquammultus, vide *Alius.*

Aliquammultus, Aliquando, Aliquatenus, Aliquantus, Aliquis, aliquot, aliquoties, aliter, alitura, alitus, aliversum, aliubi, aliusmodi, alumnor, āri, alumnus, vide in *alius, quando.*

Aliquando & Aliquantus vide in *Quando, Quantus.*

Aliquatenus, Aliquis, Aliquot, Aliquoties, Aliter, Alivorsum, Aliubi, Aliusmodi, vide in *Alius.*

Alitura, Alitus, Alumnor, Alumnus, vide *Alo.*

Ă L I V S, ex ἄλλος, de multis dicitur; sicut *alter* de duobus tantùm, ein anderer. Terent. Andr. a. 4 sc. 4, *Fallacia alia aliam trudit,* ein tücke jaget oder fordert die ander. Tacitus 2 Histor. cap. 95, *successere magis alii homines, quam alii mores.* Quintil. lib. 1 cap. 1, *Præstat ingenio alius alium,* es thut es einer dem andern zuvor. *Aliud ex alio,* eines nach dem andern. Terent. Eun. 5 sc. 5 v. 17, *Aliud ex alio malum,* kommt doch ein unglück über das ander. Livius *aliud super aliud* dixit lib. 30 cap. 26. *Ita alio super aliud scelere cùm haud dubie induciæ ruptæ essent.* Ita Plinius 7 Epist. 8, *Saturninus noster summas tibi apud me gratias aliis super alias epistolis agit.* Sallustio *alius post alium* placuit, Jugurth. c. 63, *Deinde ab eo magistratu alium post alium sibi peperit.* Construitur cum Quàm, Ac, Atque, anders als &c. Plinius lib. 7 epist. 15, *alia omnia, quàm quæ velis, agere.* Cicero 3 de Orat. cap. 53, *alia dicentis, ac significantis, dissimulatio.* Terentius Phorm. a. 4 sc. 4 v. 3, *Aliud mihi respondes ac rogo.* Cæsar lib. 3 Civil. c. 51, *Aliæ sunt legati partes atque imperatoris.* Idem 2 de Legib. cap. 7, *in aliis rebus aliisque sententiis versaris, atque ille.* Nec aliter cum negatione, nicht anders, als. Plinius Panegyr. c. 55, *Non alius erga te novus honor superest, quam si aliquando de te tacere audeamus.* Varro de R. R. lib. 1 cap. 4, de insalubri agro, ibi, inquit, *cultura non aliud est, atque alea domini vitæ.* Potest enim *Nisi* subjungi. Cicero pro S. Roscio cap. 52, *An vero non intelligitis, nihil aliud agi, nisi ut proscriptorum liberi tollantur?*

¶ Veteres aliquando *Alis,* & *Alid,* extrito V, solebant dicere. Catullus Eleg. 66 de coma Berenices, v. 27,

Anne bonum oblita es facinus, quod regium adepta es
Conjugium? quod non fortior aut sit alis?

Lucretius l. 1, v. 262, *Quando alid ex alio reficit natura:*
& rursus l. 3 v. 989, *Sic alid ex alio nunquam desistet oriri.*

& aliis locis pluribus. In quibus miror eruditissimum Gifanium *aliud* semper reposuisse. Nam quod ait, contra libros veteres alios *alid* substituisse, verum omnino haud est. *Alid* enim membranæ Vossii agnoverunt, ut ipsemet testis est lib. 2 de arte Grammat. cap. 29. Nam qua ratione antiqui *alis* pro *alius*; eàdem & *alid* pro *aliud* dixerunt. Dissyllabum tamen statuit, quemadmodum alibi Poëta τὸ *potius* facit. Vel exteri, inquit, debet D, quod novum non est. Lib. 6 v. 762 ait:

Janua ne potius bis orci regionibus esse
Credatur,

Vbi fateor dissyllabum esse, prima alteraque correpta: vel quia primam naturâ brevem habet, a *potis* enim est, quemadmodum primam in *occultus* eadem de caussa corripuit Plautus: (quo respectu non eo inficias, Lucretium primam potuisse corripere, quamvis contractio positionem faceret:) vel quia S veterum more elidenda. De D extrito quod adjicit, vereor an satis possit probare. Hoc scio veteres D adjecisse vocibus, quæ in vocali desinerent, ut elisionem impedirent; abjecisse, ut ei facerent locum, nescio. Nam quæ exempla alibi producit, nihil firmiter adstruunt Scribit Lucretius l. 4 v. 642,

Vt quod aliis cibus est, aliis fuat acre venenum.

& rursus l. 6 v. 1225, *Nam quod aliis dederat vitales aëris auras,*

in iis respondeo D non elidi, sed *aliis* per contractionem duarum vocalium *ii,* dissyllabum esse. Nec aliter de Plauti, atque Terentii locis existimandum.

¶ Alius pro altero Apulejus lib. 5 Miles. de duarum sororum colloquio: *Suscipit alia.* Plautum quoque non semel ita usum hac voce Casaubonus alibi observat. Cæsar de bello Gall. init. lib. 1, *Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum* unam *incolunt Belgæ,* aliam *Aquitani,* tertiam *qui ipsorum lingua Celtæ, nostra Galli appellantur.* Sic Ambros. c. 3 de Paradiso (Tom. 4 oper. f. 95.) *Quæ sunt quatuor initia virtutum, nisi* unum *prudentiæ,* aliud *temperantiæ,* tertium *fortitudinis,* quartum *justitiæ?* Hieron. ad Damasum ep. 146, *Dominus tres parabolas proposuit: è quibus* una *est nonaginta novem ovium;* alia *drachmæ;* tertia *verò duorum filiorum.* Idem ad Evagrium epist. 85, *Presbyter & episcopus, aliud ætatis, aliud dignitatis est nomen,* pro, alterum, alterum. Per copulam geminatum varietatem notat. Cic. in Oratore c. 22, *Eadem res sæpe aut probatur aut rejicitur alio atque alio elata verbo.* Plinius Paneg. Trajani cap. 7, *Itaque adoptatus es, non ut prius alius atque alius,* &c. id est, unus ac alter. Cic. 4 de fin. cap. 19, *Si in cæteris rebus esset quidquam, quod aliud alio melius esset.* ¶ 2. Aliud pro diverso aut dissimili, Terent. Andr. 1 sc. 2 v. 18, *Nunc hæc dies aliam vitam adfert, alios mores postulat,* du must viel anders werden als zuvor. Singularis etiam elegantia est, accedente adverbio *Longe.* Sallust. Catil. cap. 52, *Longe alia mihi mens est,* ich habe viel einen andern sinn. ¶ *Alium facere* est, animum alicujus immutare; persuadere aliud, & animum inducere. Plautus Trinummo act. 1 sc. 1 v. 123,

Prô Dii immortales, verbis paucis quam cito
Alium fecisti me, alius ad te veneram.

Sic histriones *alii fieri* dicebantur, cùm mutabant personas. Idem Comicus Prologo Pœni extremo: *Valete; adeste: ibo: alius nunc fieri volo.* ¶ *Alias res agere,* apud Terent. Eun. a. 2 sc. 3 v. 56. nugari est, ut Donatus interpretatur. ¶ Eleganter hoc nomen cum Ablativo jungitur. Horat. lib. 1 Ep. 16,

Neve putes alium sapiente bonoque beatum.

Idem lib. 2 Epist. ad August. v. 240,

Ne quis sese alius Lysippo duceret ære.

Sallust. Jug. cap. 81, *Aliud bello mallet,* ex Jani Melleri Palmerii emendatione, quam adfert Spicileg. in Sallust. in Face Crit. Gruteri Tom. 4 p. 649, (quanquam excusi libri *quàm bellum* habeant) Ac ita & Phædrus lib. 3 fab. 1 v. 41, *si accusator alius Sejano foret.* Agnoscas autem in his locutionibus absorptionem electivæ particulæ, illi similem, quæ in comparativis est locutionibus. Vt enim, *meliùs illo cecinit,* est *meliùs, quàm ille:* sic *alius sapiente,* est *alius quàm sapiens.* Ea nimirum vis est ablativi, ut absorbeat particulas *quàm, ac, atque.* Minus ergo bene in illo Sallustii: *aliud bello mallet,* laudatus Palmerius c. l. dandi casum agnovit: auferendi debebat.

¶ Ălìàs, adverb. tam præteriti, quàm futuri temporis: etiam sæpe indefiniti.

definiti. sonsten, ein ander mahl, auf eine andere zeit. Cicero 4 Acad. cap. 3, *Quibus de rebus & aliàs sæpe nobis multa quæsita & disputata sunt.* Idem de Divinat. lib. 2 cap. 2 extr. *Sed hæc aliàs pluribus. Nunc ad institutam disputationem revertamur.* Idem lib. 3 de Orat. cap. 7, *Itaque & illi aliàs aliud iisdem de rebus & sentiunt, & judicant.* ¶ 2. Significat & *alioqui*, vel *aliter*. Curt. lib. 8 cap. 3, *Illum debilitatum vulnere jacuisse, non aliàs,* (id est, non aliter,) *quam simulatione mortis tutiorem*: lag und stellte sich als wäre er gar todt, ander gestalt wäre er nicht sicher gewesen. ¶ 3. Item *Interdum*: quando geminatur, eine zeit so, die ander anders. Cæsar lib. 5 de bello Gall. cap. 55, *Interim prope quotidie cum omni equitatu Indutiomarus sub castris ejus vagabatur, aliàs ut situm castrorum cognosceret, aliàs colloquendi aut territandi caussa.* Idem lib. 1 de Bell. Civili cap. 59, *Illi perterriti virtute equitum minus libere, minus audacter vagabantur, aliàs non longo ab castris progressi spatio, ut celerem receptum haberent, angustiùs pabulabantur; aliàs longiore circuitu, &c.* Triplicari quoque ita potest, aut sæpius repeti. Plinius lib. 7 cap. 55, *aliàs immortalitatem animæ, aliàs transfigurationem, aliàs sensum inferis dando.* Quater repetiit Cicero lib. 1 de Invent. cap. 52, *Atque hîc licebit aliàs singillatim transire omnes argumentationes: alias ad partitiones singula genera referre: alias ab auditore, quid desideret, quærere: alias hæc facere per comparationem suarum & contrariarum argumentationum.*

¶ Ăliter, alio modo, anders. Terent. Adelph. a. 5 sc. 8, 13, *Fieri aliter non potest*, anders mag es nicht zugehen. Construitur ut *Alius*. Livius sub finem lib. 21, *Profectum clam, furtim, haud aliter, quam si exilii caussa solum vertisset.* Cicero ad Attic. 16 ep. 13, *Ne sim salvus, si aliter scribo ac sentio*, GOtt helffe mir nicht, wo ich anders schreibe, als ich es meyne. Et geminatum *aliter atque aliter*, id est, variis modis. Plinius lib. 2 cap. 93, *Quibus in rebus quid possit aliud caussæ afferre mortalium quispiam, quàm diffusæ per omne naturæ subinde aliter atque aliter numen erumpens?* ¶ Aliter est etiam *contra*. Virgil. Æneid. 2 v. 428, *Dîs aliter visum.* ¶ Pro aliter vetustissimos *Aliuta* dixisse, probat Festus Pompejus ex Numæ Pompilii lege.

¶ Ălio, anderswohin. Terent. in Eun. a. 2 sc. 2 v. 49, *fortassè tu profecturus aliò fueras*, du gedachtest vielleicht anders wohin zu gehen. Suetonius Aug. c. 98, *non aliò datam summam, quam in emptionem Alexandrinarum mercium absumturos.*

¶ Aliōqui & aliōquin, id est, præter hoc, ohne das, sonst. Livius 30 cap. 29 extr. *tumulum commodum alioqui, nisi quod longinquæ aquationis erat, cepit.* Quod vero vulgo dicitur, Alioqui ante consonas; Alioquin ante vocales poni, perpetuum non est. Sic Curt. 4 cap. 2, *alioquin potens*: & lib. 7 cap. 4, *alioquin moderatus.* Et Cicero *cæteroquin rectè*, in Oratore cap. 25, nam eadem ratio τῦ Cæteroquin & Alioquin est. Et *alioqui* ante vocalem Plinius lib. 8 epist. 11 n. 2, *alioqui in summo discrimine.*

¶ Ăliorsum pro aliò versum; in aliam partem, in aliam sententiam, andern orts, auf eine andere meynung. Terent. Eun. a. 1 sc. 2, *Vereor, ne illud gravius Phædria tulerit, neque aliorsum, atque ego feci, acceperit*, er möchte es auf eine andere meynung angenommen haben, als ich es gethan.

¶ Aliovorsum, Alioversus, idem. Plautus Aulul. a. 2 sc. 4 v. 8, *Atqui ego istuc aliovorsum dixeram.*

¶ Ălĭbi, an einem andern ort, anderswo. Terent. Hecyr. 3 sc. 1 v. 14, *Habebam alibi animum amori deditum*, ich hinge an einem andern ort in der liebe. Construitur cum Quàm & æquivalentibus. Suetonius Aug. cap. 23, *Duas omnino clades, nec alibi, quàm in Germania accepit.*

¶ Ălĭcŭbi, uspiam, irgendwo. Cicero pro Flacc. cap. 29, *Omnino mallem, hic alicubi in Crustumino, aut in Capenati,* [agros] *paravisses.* Terentius Adelph. a. 3 sc. 4 v. 7, *Vtinam hic prope adesset alicubi.*

¶ Ălĭubi pro alibi, apud Plin. 10 cap. 30, & libr. 34 cap. 14. anderswo. Geminavit Seneca epistol. 35, *aliubi & aliubi apparere*, bald da, bald dort seyn.

¶ Ăliunde, ex alio loco, anderswoher. Cicero pro Ligario cap. 1, *Cum id neque per te scires, neque aliunde scire potuisses.* Vide *unde*.

¶ Ălĭcunde, etwa her. Terent. Andr. a. 2 sc. 4 v. 3, *Venit meditatus alicunde ex solo loco*, etwa aus einem wüsten winckel heraus. Idem Adelph. a. 2 sc. 2 v. 35, *Minas decem corradet alicunde.* Quemadmodum vero *Ali* post *Si* eleganter in *Aliquis* & similibus abjicitur; ita idem quoque usu venit in *Alicunde*. Livius lib. 26 cap. 38, *Nec consul Rom. tentandis urbibus, sicunde spes aliqua se ostendisset, deerat.* Sicunde, hoc est, *si alicunde*.

¶ Ălĭusmŏdi, duo Genitivi coalescentes in unam vocem, & quasi in Adjectivum indeclinabile, auf eine andere art. Cic. Invent. lib. 2 cap. 6, *res aliusmodi est, ac putatur.*

¶ Ălĭquis, quispiam, significat personam incertam, jemand, einer. Terent. in Andr. a. 4 sc. 6 v. 18, *arbitror jam esse aliquem amicum & defensorem ei*, ich achte, sie habe schon etwa einen freund, der sich ihrer annehme. *Aliquo pacto*, etwa durch mittel und wege. ¶ 2. *Esse aliquem*, in aliquo significat esse numero. Cicer. 3 ad Att. ep. 15 extr. *Me, ut facis, velis esse aliquem: quoniam qui fui, esse non possum*, laß mich doch auch, wie du denn thust, nicht den geringsten seyn, &c. Juvenalis Sat. 1 v. 73, *Aude aliquid brevibus Gyaris & carcere dignum,*
Si vis esse aliquis.

Et ita etiam Græci. S. Lucas Act. Apost. cap. 5 vers. 36, λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν: *dicens se aliquem esse*: quâ forma & cap. 8 v. 9 usus est. Cleomedes lib. 1. κυκλικῆς Θεωρίας μετεώρων c. 1. ὅτω καὶ ἐπίκȣρος, ὡς δή τις ὤν, ἀλαζονέυεται. Cicero in Divinatione Verr. c. 15, non *aliquem esse*, sed *aliquid esse* dicit. *In dicendo aliquid remittat, ut tu aliquid esse videare.* In Juvenale quoque Manuscripti quidam Codices non *aliquis*, sed *aliquid* legunt. *Si vis esse aliquid*: quomodo & nos loquimur: wenn du was seyn wilt. S. Paulus ad Galat. c. 6. v. 3, εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναί τι, μηδὲν ὤν, ἑαυτὸν φρεναπατᾷ. *Nam si quis sibi videtur esse aliquid, cum nihil sit, semet ipsum seducit.* In his de uno sermo est. Vsurpavit etiam de pluribus Cicero 5

Tusc. c. 36, *An quicquam stultius, quam quos singulos sicut operarios barbarosque contemnas, eos aliquid putare esse universos?* ¶ *Est aliquid*, alia formula, cum aliquid non plane rejiciendum ac contemnendum significamus. Cicero iterum Divinatione: *Est tamen hoc aliquid: etiamsi non est satis.* Ovidius lib. 6 Fastor. v. 27, *Est aliquid nupsisse Jovi, Jovis esse sororem.* Catullus Epigr. 1, *Solebas Meas esse aliquid putare nugas.* Sic *aliquid dicere* perhibentur, qui non absurda penitus in medium proferunt. Cicero Tusc. 1 cap. 11, *Hic ab artificio suo non recessit: & tamen dixit aliquid.* Lactantius perpetuus æmulator Ciceronianæ orationis, lib. 3 cap. 7, *sive aliquid dicunt, nihil prosunt; seu delirant, nihil nocent.* Vbi *aliquid dicere*, & *delirare*, opposita esse vides. Ejusdem Lactantii sunt, eodem sensu, *nonnihil dicere, aliquid loqui*: cap. 8 ejusd. lib. *Si* (Zeno) *aliam mutorum, aliam hominis dicit esse naturam, quod homo ad virtutem sit genitus, nonnihil dicit.* Et c. 24, *Quid illi, qui esse contrarios vestigiis nostris Antipodas putaret, num aliquid loquuntur?* Observa obiter, quæ de Antipodibus dicuntur, somnia fuisse Lactantio habita. Cæterum huic formulæ contraria est, *nihil dicere*. Lactantius idem de opificio Dei c. 17, *Nec tamen in tantum falsos esse dicendum est, qui hæc senserunt, ut omninò nihil dixerint.* Terentius act. 1 sc. 2 v. 61, *Nec nihil, nec omnia hæc sunt, quæ dicit.* Etiam apud Græcos eâdem notione opposita sunt, λέγειν τι & μηδὲν λέγειν. Plato Hipp. Maj. f. 1256, ληρῶν καὶ προσποιȣμενός τι λέγειν, μηδὲν λέγων. Idem Phædone fol. 48, δοκεῖ τί μοι καὶ αὐτῷ λέγειν Κέβης. Et Theæteto: ἴσως δὲ ȣ̓δὲν λέγω. Aristoteli λέγειν τι & μηδὲν λέγειν ita opponuntur 3 (al. 4) Metaph. 4 satis ut ex ipso textu appareat, illud esse, proferre quid additâ ratione; hoc, absque omni ratione dicere. Ibid. lib. 1 c. 2 λέγειν τι sic effert, ut paulo post ei opponatur τὸ ψεύδεσθαι. Vicissim Platoni Lachete fol. 491, λέγειν τι est, non verum quidem, veri tamen quid simile, dicere. Ait enim: λέγει γέ τι, ȣ̓ μέντοι ἀληθές γε. ¶ 3. Aliquid pro *aliud quid*. Tacit. 1 Annal. cap. 4 *ne iis quidem annis aliquid quàm iram -- meditatum.*

¶ Aliqua, per se ablativus pronominis; vulgo habetur pro adverbio, quod *per locum* significet: ut, *si qui evasissent aliqua*, Liv. 26 cap. 27, etwa an einem ort durch entgangen, ubi *viâ* commode subauditur. ¶ 2. Et, pro *aliquo modo*, Terentius Phorm. a. 4 sc. 1, v. 19, *Vereor ne uxor aliquà hoc resciscat mea*, ubi *ratione* subintelligas. Virgil. Ecl. 3,
Et si non aliquà nocuisses, mortuus esses.

¶ Aliquammultus, aliquanto multus. Apulejus lib. 1 Metamorph. p. 113 Elmenh. *post aliquammultum temporis.* Et Apologia p. 320, *aliquammultis diebus.* Tertullianus Apologetico cap. 12, *Iidem estis, qui Senecam, aliquampluribus & amarioribus de vestra superstitione perorantem, probatis.*

¶ Aliquatenus, adverb. quantitatis, vide in *tenus*.

¶ Ăliquo, etwa hin. Terent. in Adelph. a. 3 sc. 3 v. 32, *Profugiet aliquò militatum*, er wird sich etwa hin in den krieg verlauffen.

¶ Ăliquot, nomen numeri indefiniti, plurale tantùm, generis omnis. Terent. And. a. 3 sc. 3 v. 2, *Aliquot me adiere*, es seyn etliche an mich kommen. Cicero ad Cæsar. sub ep. 11 lib. 9 ad Attic. *Aliquot sunt anni, cum vos duo* (vulgo duos) *delegi, quos præcipue colerem.*

¶ Ăliquŏties, etlich mahl. Cicer. 2 de Leg. cap. 4, *Aliquoties jam iste locus à te tactus est.* Livius 7 c. 18, *Aliquoties frustra in campum descensum.* Sed de hoc plura in *Quot*.

Allaborare, vide *Labor*, ōris.

Allecto, āre, allector, oris, vide in *Lacio*.

ALLĒGŎRIA, ἀλληγορία, eine andere oder heimliche deutung, figura est, quoties sub aliis verbis aliud intelligitur: cujusmodi est Terentii in Phorm. a. 2 sc. 1 v. 16, *Quia non rete accipitri tenditur neque milvio.* Cicero Attico suo l. 2 ep. 20, *Si erunt mihi plura ad te scribenda, allegoriis obscurabo.* At vero in melioribus libris Ciceronis Græcè ἀλληγορίαις scriptum est: Latine vero Arnobius lib. 5 p. 186, *allegoriarum explanationes.* An sit communis Troporum affectio, disputat Corvinus Dubior. Rhetor. fasciculo 7 dub. 2.

¶ Allegoricus, adjectivum, ἀλληγορικὸς, per allegoriam quod significatum est. Arnobius lib. 5 p. 183, *Lex allegorica tenebrosis ambiguitatibus explicata.* & pag. 186, *Historiæ ambagibus allegoricis scriptæ.*

¶ Allegoricè, adverbium. Tertullianus 3 adv. Marc. cap. 5 extr. *duo argumenta allegoricè cucurrisse.* Arnobius lib. 5 p. 183, *allegorice scripta.* Augustinus de Genesi ad lit. lib. 4 c. 28 pr. *figurate atque allegorice.*

ALLIA, ἀλλίας, fluvius Italiæ, qui à Crustuminis montibus defluens Tiberino miscetur amni. Ad eum magna strage affecti Romani à Gallis sunt duce Brenno. Vnde *Allia flebilis, gravis*, Ovidio de arte am. lib. 1, v. 413. & in Ibin. v. 219 appellatus. Adde Livium lib. 5 cap. 37 seq. & lib. 6 c. 1.

¶ Alliensis: ut, *Alliensis pugna*, apud Ciceronem ad Attic. lib. 9 epist. 5. *Alliensis dies*, ex clade funestus ac damnatus, 15 Kal. Sextiles, apud Livium lib. 6 cap. 1. Malo ergo omine Vitellius Alliensi die pontificatum maximum cepit, Suetonio observante in Vita cap. 11. ¶ Deinde ad alios dies lugubres & infaustos transfertur. Cenotaphio Caji Cæsaris Pisano v. 26 DIEM EVM QVO DIE C. CÆSAR OBIT, QVI DIES EST A. D. VIIII K. MARTIAS, PRO ALLIENSI LVGVBREM MEMORIÆ PRODI.

Alliaris, alliatus, Allicio, Allido, Alliensis, Allisio, Allino, vide in *Allium, lacio, lædo, allia, lædo, linio.*

ALLIVM; σκόροδον, knoblauch. Plin. lib. 19 cap. 6, *Allium ad multa medicamina prodesse creditur*, man hälts dafür, knoblauch sey zu vielen artzneyen gut. Varro Bimano apud Nonium: *Avi & atavi nostri, cùm allium ac cæpe eorum verba olerent; tamen optime animati erant.* ¶ *Allia ne comedas, & fabas*, id est, à militia & foro seu judiciis abhorre. *Ne allii quidem caput*, subaudiendum, mihi apposuit; ȣ̓δὲ σκορόδȣ κεφαλὴν δίδωσι, Aristoph. in Vespis; Locutio est proverbialis de homine supra modum parco & tenaci. Vide Erasm. Adag. Porro allium ab ἄλλεσθαι dictum videtur, quod exiliendo crescat. *Allium olet*, in rusticum dicitur, cui theriaca allium est. Taubm. ad Plautum p. 517.

¶ Alliaris ſive Alliaria, herba notiſſima, knoblauchs-kraut.

¶ Alliatus; qui ex comeſo allio olet: ut quidem Lambinus Plautinum locum Moſtell. a. 1 ſc. 1, v. 45, legendum & interpretandum putat. vid. Senec. Ep. 84 de Scordalo, quem talem facit. Sed nihil mutanda eſt Lectio. Nam *alliatum* ibi cibi genus, cui intritum allium eſt; unde & *intritum* proprie appellatur, ſicut Donatus ad Terentium obſervat, qui *moretarium alliatum* nominavit. Vide Plautinos Interpretes. Taubm. p. 517. & ad Virgil. p. 19.

ALLŎBRŎGES, plurale, Galliæ populi, hodie ſunt Sabaudienſes & Delphinates, die in Savoyen und Dauphiné. Cicero de his paſſim in 3 Catilinaria. Et de Divinatione lib. 1 cap. 12 extremo,

At clades patriæ, flamma ferroque parata,
Vocibus Allobrogum patribus populoque patebat.

Ptolemæo *Allobryges* dicuntur. Horatius ſingulariter extulit Epod. 16,

Noviſque rebus infidelis Allobrox.

Allŏphȳlus, ἀλλόφυλος, alienigena. Prudentius Latine Græcam vocem aliquoties ſcripſit, Hamartig. v. 500, & in Diptych. de Samſone. Vtrobique contra naturam Græcæ vocis corripuit penultimam, quod etiam a Paullino factum eſt Natali 8 v. 71.

Allubeſco, Allucinor, Allucita, Alludo, Alluo, alluvies, alluvio, alluvius, vide *libet, hallucinor, alucita, ludus, luo.*

ALMO, ōnis, fluvius urbi Romæ vicinus, ubi ſacra Cybeles celebrata. Ovidius 4 Faſtor. v. 337,

Eſt locus, in Tiberin qua lubricus influit Almo,
Et nomen magno perdit ab amne minor.
Illic purpurea canus cum veſte ſacerdos
Almonis Dominam ſacraque lavit aquis.

Adde Silium lib. 8 v. 364, & Lucanum lib. 1 v. 600. Prudentius in Romano v. 160 *rivulum* vocat, quod arguit, parvum & exiguum amnem eſſe. Adde Fr. Lindenbrug. ad Marcell. pag. 127. Auguſt. de C. D. lib. 2 c. 4. Weitzium ad Prud. p 609. ¶ Almo etiam deus illius fluminis, pater Laræ nymphæ, ex qua Mercurius Lares genuit. Ovidius Faſtor. lib. 2 v. 599 fabulam narravit.

ALMON, Theſſaliæ oppidum, Plin. lib. 4 cap. 8 pr. ¶ 2. Almon eſt & Bœotiæ civitas, Stephano.

ALMVS, a, um, ζείδωρος, ab *alendo*, ſecundum Feſtum, qui non modo *alens* interpretatur, ſed etiam *ſanctus, pulcher.* Tibullus lib. 1 eleg. 11 v. 67, *pax alma*, der liebe friede. Sic *alma lux*, Æneid. 1 v. 306. *Almæ Muſæ*, Horat. 3 od. 4, 42. *Parturit almus ager*, Virg. Georg. 2 v. 330. Idem Eclog. 8 v. 17,

Naſcere, præque diem veniens age lucifer almum.

Vet. Gloſſ. *Almus*, κλυτὸς, ἔνδοξος. Item: *Alma*, κλυτὴ, ἁγνὴ, ὡραῖα, θρέπτειρα.

ALNVS, αἴγειρος, arbor paluſtris, ein ellern. *Alnus alta, procera, viridis*, Alni apud poëtas epitheta ſunt, ut Virgil. eclog. 6 v. 63, *ſolo proceras erigit alnos.* Vitruvius lib. 2 cap. 9, *Alnus proxima fluminum ripis procreatur.* Vbi de uſu ejus arboris, quem in paluſtribus locis infra fundamenta ædificiorum habet, & de ejus immortalitate una legi poteſt. ¶ 2. Pro navigio: Idem 1 Georg. v. 136,

Tunc alnos primùm fluvii ſenſere cavatas,

i. e. naves. Claudianus præfat. lib. 1 de Raptu Proſ.

Qui dubiis auſus committere flatibus alnum.

¶ Alneus, ex alno quod eſt. Vitruvius lib. 3 cap. 3, *locus palis alneis configatur.*

ĂLO, τρέφω, ich unterhalte, nehre, ernehre, hege, halte, mehre. Phocion apud Nepotem cap. 1, *idem hic agellus illos alet*, puta liberos. *Artem quævis alit terra*, τὸ τέχνιόν γε πᾶσα γαῖα τρέφει: Sueton. Nerone cap. 40. Germani non diſſimile habent, ein handwerck hat einen güldenen boden. In eamdem fere ſententiam Cicero, *Studia adoleſcentiam alunt*, pro Arch. cap. 7. ¶ 2. Transfertur eleganter ad alias res: ut, *alere morbum, vulnus, vitium, audaciam, ſpem, gloriam* &c. Nepos Attico cap. 21, *Mihi ſtat, alere morbum deſinere.* Virg. 4 Æneid. ineunte: *At regina gravi jamdudum ſaucia curâ*

Vulnus alit venis.

Idem 3 Georg. v. 454, *alitur vitium, vivitque tegendo.* Cicero de Invent. lib. 1 cap. 3, *dicendi aſſiduitas aluit audaciam.* Idem in Catil. 1 cap. 12, *ſpem Catilinæ mollibus ſententiis aluerunt.* Et de Clar. Orat. cap. 8, *Iſocrates, cujus domus cunctæ Græciæ quaſi ludus quidam patuit, magnus orator & perfectus magiſter, intra parietes aluit eam gloriam.* Idem 3 Catilinar. c. 11, *Memoria veſtra noſtræ res alentur, ſermonibus creſcent* &c. Idem Offic. 1 c. 30, *Hominis mens diſcendo alitur*, id eſt, inſtruitur. Idem Tuſc. Quæſt. lib. 1 cap. 2, *Honos alit artes*, ehre erhält gute künſte. *Alere bellum*, Livius 21 cap. 15 extr.

¶ Participio format *altus*. Cic. de Clar. Orat. cap. 10 pr. *Vrbs, in qua nata & alta eſt eloquentia*, id eſt, Athenæ. Sed contractum hoc eſt ex *alitus*, quo uſus eſt Livius lib. 30 cap. 28, *alito atque educato inter arma* Hannibale. Et Val. Maximus lib. 7 cap. 2 n. 7 in Ariſtophanis ſententia: *Non oportere in urbe nutriri leonem: ſin autem ſit alitus, obſequi ei convenire.*

¶ Altilis, hoc altile, quod alitur ſaginâ; ſeu quod altum & ſaginatum eſt, ſecundum Vallam. *Anſer, avis altilis. Gallina altilis*, ein gemäſtet huhn. *Altilis par anſeribus*, Juvenal. Sat. 5 v. 115. *altiles boves, ad ſacrificia publica ſaginati*, Varro R. R. lib. 2 c. 1. *Satur altilium*, apud Horat. lib. 1 Epiſt. 7 v. 35.

¶ Altor, qui alit. Cic. 2 Nat. Deor. cap. 34, *Omnium rerum, quæ natura adminiſtrantur, ſeminator & ſator, & parens, ut ita dicam, atque educator, & altor eſt mundus.* Seneca Herc. Fur. v. 1247,

ſive me altorem vocas, ſeu tu parentem.

Lactantius lib. 1 cap. 21 diſputans, *cur altores Jovis dicantur Curetes fuiſſe*; ex Salluſtio refert: *quia principes intelligendi divina fuerunt, vetuſtatem altores Jovi celebraviſſe.*

¶ Altrix, ut, *altrix terra*, Cicer. pro Flacc. c. 26. *Altrix bellorum Numidia*, apud Silium lib. 1, v. 218, darinne leichtlich kriege entſtehen. *Patriam ut altricem amare*, Plin. Panegyr. c. 28.

¶ Ălimentum, nutrimentum, nahrung. *Alimenta corporis*, leibes-nahrung, Cicer. Vniverſ. cap. 6. ¶ Item quicquid alit: ut, *Alimentum ignis, flammæ*, das feuer hält. Ovidius 14 Metam. v. 532, *alimentaque cætera flammæ.* Adde Plin. l. 14 c. 20 extr. Sic Ovidius dixit 2 Metam. 769, *alimenta vitiorum*, was laſter häget und ſtärcket: ut *otium* &c.

¶ Alimentariæ legis, quâ liberi alere parentes ad inopiam redactos cogebantur, meminit Cælius ad Ciceronem lib. 8 famil. Epiſt. 6. Et *alimentaria invectio*, apud Symmach. lib. 4 epiſt. 54, zufuhr. ¶ In Jure *Alimentarii* appellantur, quibus legata alimenta ſunt. Vide Leg. 8 § 9, & 24 Dig. de Transaction. Capitolin. in Pio c. 8, *puellæ alimentariæ.* Gruter. Inſcript. p. 1022 n. 6, PVERI ET PVELLÆ ALIMENTAR.

¶ Alimonia, nutrimentum. Macrob. 7 Sat. cap. 4, *Alimonia ventris diſperſa per univerſos membrorum artus.* Prudentius Cathem. 5 v. 19 *picea alimonia*, facis puta ardentis. Plurativo numero uſus eſt Apulejus principio lib. 2 Metam. *non modo ſanguinis, verùm etiam alimoniarum ſocia.* Et etiam

¶ Alimonium, neutro genere, apud Varronem 3 de R. R. cap. 16,

Hæc omnia vocant a mellis alimonio.

¶ Et Alītura, pro nutricatione, apud Gell. lib. 12 c. 1. De verſu Virgiliano diſſerens (Æn. 4, 367) *Non*, inquit, *partionem ſolam, ſed alituram quoque feram & ſævam criminatus eſt.*

¶ Ălītus, ûs, idem, ſed æque rariſſimum. Donatus in Vita Virgilii: *Parentibus quotannis aurum ad abundantem alitum mittebat.*

¶ Ălumnus, alumna; non ſolum ſignificat, qui alitur, vel altus eſt, quamquam hunc præcipue; ſed & qui alit, ut docent Nonius, Servius ad Virgil. 4 Æn. v. 72. Caper in de Orthographiâ, Iſidorus lib. 10 Orig. ſub initium. Priori & obvio ſenſu Horatius lib. 1 Epiſt. 4 v. 8. *Quid voveat dulci nutricula majus alumno?* & tranſlate Cicero lib. 9 epiſt. 14, *alumnus diſciplinæ meæ*, hoc eſt, meus diſcipulus: quemadmodum Statius 6 Theb. v. 378, *pius artis alumnus*

Æthereæ.

Exemplum Fœm. *Alumnæ* habet Cicero de Clar. Or. cap. 12, *Eloquentia bene conſtitutæ civitatis quaſi alumna quædam.* Active uſurpatum in Creticis verſibus, quos Hyginus Fab. 177 citat, *ſuæ alumnæ*, id eſt, altricis. Et Plin. 3 cap. 5, *terra omnium terrarum alumna*, hoc eſt, Italia.

¶ Alumnari, pro Alere, uſus eſt Apulejus lib. 8 p. 209, [ed. Elmenh.] *quos canes ad tutelæ præſidia curioſe fuerant alumnati.*

¶ Alibilis, quod bene alit & nutrit. Varro lib. 2 de R. R. cap. 11, *lac omnium rerum, quas cibi cauſſa capimus, liquentium maxime, alibile.* Paſſive Idem lib. 3 cap. 9, *pulli alibiliores.*

¶ Ab Alo inchoativum *Aleſco* veteribus in uſu etiam fuit. Varro lib. 2 de re ruſt. c. 4, *Neque mater ſola poteſt ſufferre lac, neque congenerati aleſcendo roborari.* Vſus eodem verbo Varro lib. 1 c. 44.

¶ Eſt hinc *Coaleſco*, idem quod concreſco, cohæreo, zuſammen wachſen. Arborum proprium. Columella de Arbor. c. 27, *interpoſito triennio coaleſcet ficus olivæ.* Item de vulneribus. Plinius lib. 9 cap. 51 extr. *a partu coaleſcit vulnus.* Ad animum transfertur a Livio lib. 23 cap. 35, *Tanta concordia coaluerant omnium animi.*

¶ Coalitus, a, um, participium, idem quod concretus, confirmatus. Gellius lib. 12 cap. 1, *Intereſt, cujus ex ſanguine concretus homo & coalitus ſit.* Tacitus lib. 14. ineunte: *vetuſtate imperii coalita audacia:* Et hiſt. 4 cap. 55, *coalita libertate.*

ĂLŎE, es, ἀλόη, Indica herba amariſſima, vulgo aloe, bittere aloe. vide Plin. lib. 27 cap. 4. ¶ 2. Hinc ad rem ingratam & moleſtam tranſtulit Juvenalis Satyr. 6 v. 180. de formâ loquens ſuperbâ: *Plus aloes, quàm mellis habet*, mehr unluſt, als luſt. ¶ 3. Eſt & Americana Aloë, in Principum hortis conſpicua, quæ raro quidem, ſed caule inſigniter porrecto efflореſcit, cujus figuram ex Gizenſi horto, & deſcriptionem præbent Acta Eruditorum a Lipſienſibus collecta 1688 menſe Martio.

ALŌEVS, Ἀλωεὺς, ex Titane Terræ filius: Æetæ frater, qui Medeam genuit. Hujus Vxor Iphimedia a Neptuno compreſſa Otum & Ephialtem Gigantes edidit: qui cum cœlum paraſſent exſcindere, Apollinis ac Dianæ ſagittis confixi perierunt. Lucanus lib. 6 v. 410,

Impius hinc prolem ſuperis immiſit Aloeus, &c.

¶ Aloīdēs, æ: Virg. lib. 6 v. 582 de illo ipſo Oto & Ephialte:

Hic & Aloidas geminos immania vidi Corpora.

Vbi vide Servium.

ĂLŎGĪA, ἀλογία, Græcis ea pars animi, quæ rationis expers eſt. In Latium traduxit Seneca ludo de morte Claudii, & *alogias* pro ſtultiloquiis, ineptiis poſuit. *Citius*, inquit, *mihi verum, ne tibi alogias excutiam.* Auguſtinus invectus in beſtialem luxuriam, Epiſt. 86 ad Caſulanum presbyterum: *Quid eſt*, inquit, *alogia, quod verbum Græca lingua uſurpatum eſt, niſi cum epulis indulgetur, ut a rationis tramite devietur?*

ĂLŌPĔCIA, ἀλωπεκία, profluvium capillorum capitis, quod morbus interdum ſequitur, das haar ausfallen, davon ein platz auf dem haupt kahl wird. Differt à calvicie. Alopecia laborant frequenter vulpes, ἀλώπεκες: unde & nomen mali id accepit. Plinius ſemper in plurativo numero *Alopecias* dixit. v. g. lib. 25 cap. 2, *ſpongiolæ cinere cum melle alopecias capitis expleri.* Idem 23 cap. 6, *Cotonea cocta in vino, & illita cum cera alopeciis capillum reddunt.*

¶ Ălōpĕcūrus, ἀλωπέκουρος, herba apud Theophraſtum, & Plinium lib. 21 cap. 17, non diſſimilis vulpinæ caudæ, fuchsſchwantz: *polygonon* eſſe putant. Geſner.

ĂLŌSA, æ, & Alauſa, piſcis marinus eſt, qui in flumina tamen & fontes exſpaciari ſolet in vere & æſtate: *clupea* & *thriſſa* etiam dicitur, θρίσσα, ein alſen, elſen. Aloſa habet lucentes ſquamas argenteo fulgore, aſſus gratior eſt, capitur in Albi. Hinc Auſonius Moſellâ v. 127,

Stridenteſque focis, abſonia plebis, aloſas.

Vide ibi Freherum.

ALOSANTHVS, ἀλόσανθος, rectius Holoſanthus, flos Salis, qui & *ambra* nonnullis dicitur; colligitur in mari, ſperma ceti ſeu balænæ vulgo vocant, wollrat, quaſi baldrat; à præſenti effectu in quibusdam morbis. Sed vide Matthioli commentarium in Dioſcoridis lib. 5 cap. 83.

ALPES, ium, fœm. τὰ ἀλπεινὰ ὄρη, montes illi ſunt excelſi Italiam à Gallia & Germania ſeparantes, das alp-gebirge, die alpen. Quamquam

quam non isti montes tantum *Alpes* dicti; sed alii etiam alti cum maxime: unde & Vet. Gloss. ὄρη ὑψηλὰ interpretatur. Sidonius quoque Apollinaris de quovis monte usurpavit, v. g. de Atho, quem Xerxes perfodit, Carmine 2 v. 510,

Turgida silvosam currebant vela per Alpem.

Et Carm. 9 v. 44 de eodem:

Athonque in Athon tumente ponto,
Juxta frondiferæ cacumen Alpis
Scalptus classibus iste per cavernas.

Vbi simul singularem numerum notes, de quo mox plura dicemus. Prudentius Passione Laurentii v. 438 etiam Pyrenæos *Alpes* appellavit, quas *binas* idcirco statuit, sicut Silius lib. 2 v. 333, *geminas Alpes*. Vide quæ ibi adnotavimus. Eruditissimus Cluverius Celticum vocabulum existimat. die Alben: deinde, die Alpen: unde postea *Alpes*. Lege eum lib. 1 Germaniæ Veteris, item in peculiari libro de Vindelicia & Norico. Sed quæ Italiam Alpes sejungunt à Gallia, has cum exercitu primus Hercules Grajus transiit, unde & *Grajus saltus* appellatæ: deinde Hannibal Pœnus; qua de caussa *Pœninas* vocatas, nonnullis visum, quos redarguit Livius lib. 21 cap. 38, qui potiùs à summo montis jugo, quod *Pennium* incolæ vocabant, sic dictas asserit. De Alpium altitudine Rupert. ad Florum p. 344. Barth. ad lib. 2 Thebaid. Stat. p. 269. de nivibus Alpinis ipsisque Alpibus Polyb. lib. 3 cap. 55, Herodian. lib. 8 cap. 1. & ibi Bœclerus p. 462, sive ad lib. 2 cap. 11.

¶ Singularis Alpis invenitur apud Poëtas: ut, Ovid. lib. 3, de arte am. v. 150, *quot in Alpe feræ*: Lucan. lib. 1 v. 688, *Alpis nubiferæ colles* & lib. 3 v. 299, *nubiferam superevolat Alpem*. Claudianus Bell. Gildon. v. 82, *ruptaque emissus ab Alpe Pœnus*. Adde Juvenal. Satyr. 10, 152, & Sidonium locis modo indicatis, qui etiam Carmine 16 v. 95 dixit: *Præruptis porrectæ in rupibus Alpis*.

¶ Alpicus, qui in Alpibus colit seu habitat. C. Nepos Hannibale cap. 3, *Alpicos conantes prohibere transitum, concidit; loca patefecit.* Lambinus tamen ibi malit legere *Alpinos*. Tamen etiam Inscr. vet. apud Spon. Miscell. p. 84, PER MONTES ALPICOS.

¶ Alpīnus, ut, *Alpinæ gentes*, apud Livium lib. 21 cap. 43. *Alpina arbor*, Plin. lib. 16 cap. 18. *Alpina juga*, pro ipsis Alpibus, apud Claud. de IV. Cons. Honorii v. 105.

¶ Inalpīnus, in Alpibus habitans. Plinius lib. 3 cap. 5, *populi inalpini*. Suetonius August. c. 21, *domuit Salassos, gentes inalpinas*.

¶ Subalpinus, ut, *Italia subalpina*, Plin. lib. 16 cap. 11. & *Subalpini montes*, lib. 25 cap. 7.

¶ Cisalpīnus, ut, *Cisalpina Gallia*, Cæsar lib. 6 ineunte: pars Italiæ, a Gallis colonis habitata, de cujus limite Geographi consulantur. Apud Plinium lib. 17 c. 2, *Cisalpina Italia* legitur.

¶ Transalpīnus, ut, *Gallia transalpina*, apud Cæsarem principio lib. 7. Franckreich, Gallia propria, Alpibus separata ab Italia.

ALPHA, α, prima Græcorum littera. *Alpha penulatorum*, hoc est, primus penulatorum seu plebejorum; Sic Codrum quemdam vocat Martial. lib. 5 epigr. 27.

ALPHESĪBOEVS, pastoris nomen apud Virgilium Ecloga 8.

¶ Alphesibœa, mulier, Phegei filia; de qua Pausan. in Arcad. & Propert. lib. 1 Eleg. 17, *Alphesibœa suos ulta est pro conjuge fratres.* Ad quem Propertii locum, non inficians proprium ibi nomen esse, Muretus p. 152 etiam hoc notat, vocatas ita fuisse omnes elegantioris formæ puellas, quasi quæ *reperirent* procos, qui ipsis *boves* darent dotis nomine. Observat idem & Gilb. Cognat. adag. 327. Ἀλφεῖν reperire est, βῦς bos. Vid. & Varin. in Ἀλφεσίβοια. Suidas: Ἀλφεσίβοια εὑρετικὴ βοῶν.

ALPHĒVS, tribus syllab. ἀλφειός, Elidis est & Arcadiæ fluvius; de quo Virg. 3 Æn. *Alpheum fama est huc Elidis amnem*
Occultas egisse vias subter mare, qui nunc
Ore Arethusa tuo Siculis confunditur undis.

Longo enim cursu Alpheus in mare Peloponnesiacum infusus, atque subter mare defluens, ex Græcia in fontem Arethusam apud Syracusas Siciliæ se attollere credebatur. Vide, quibus hunc Virgilii locum Servius exposuerit, & Plinium lib. 2 cap. 103. itemque Senecam 3 Nat. Quæst. cap. 26. Barth. ad lib. 2 Thebaid. Statii p. 575. ¶ Rem naturalem fabulâ quâdam obumbrârunt Poëtæ. Fabula est: Alpheus venator fuit in Græcia, Arethusa nympha venandi studiosa. Recusavit hæc illius nuptias. Cum diu non posset, conversa a Dianâ in fontem est, ac ne sic pollueretur, per subterraneos meatus subtus mare in Siciliam emersit. Alpheus eliquatus amore in fluvium quoque versus est, & fuæ Arethusæ obtinendæ studiosus subtus mare etiam illam quæsivit, eodemque fonte erupit. Hæc ex Pausaniæ l. 1 Eliacor. p. 153. ¶ Alphei fluminis aqua gratissima Jovi existimata est: qua de caussa & Jovis Olympii statua eâ adspergebatur, & sacrificiorum abluebantur cineres, unde *Sacer Alpheus* dicitur Senecæ Medea v. 121.

¶ Alphêus, adject. Virg. 10 v. 179, *Alpheæ ab origine Pisæ.*

Alphito, vide *Acco*.

ALPHIVS, vel ut in vetustis membranis est, teste Torrentio, *Alfius*, fœneratoris nomen apud Horat. Epod. 2 extr. Qui procul dubio ille ipse est, qui, ut Columella lib. 1 de re rustica cap. 7 auctor est, dixisse fertur: *Vel optima nomina non appellando fieri mala.* *Flavi* cujusdam *Alfii* mentio fit apud Plinium lib. 9 cap. 8. Qui si vel maxime alius sit; tamen quia id nominis & ibi per F non PH scribitur; veritas scripturæ, quam Torrentii membranæ præferunt, ostenditur & stabilitur.

ALSĪNE, es, ἀλσίνη, herba, sic dicta, quod in locis, quos ἄλσεα Græci dicunt, id est, nemora & lucos, nasci gaudeat. *Anthyllion* etiam, ἀνθύλλιον, dici & ὦτα μυὸς, id est, *Auriculus muris*, Dioscorides indicat. Germanis est, hünerdarm, vogelkraut, zeisekraut.

Alsiosus, vide *Algeo*.

ALSIVM, ἄλσιον, Tusciæ oppidum ad mare; ab Aleso conditore sic appellatum. Silius 8, 475, *Nec non Argolico dilectum littus Aleso Alsium.* In villam postea redactum.

¶ Alsius, Alsiensis. Rutilius Itiner. v. 223,

Alsia prælegitur tellus, Pyrgique recedunt,
Nunc villæ grandes, oppida parva prius.

Alsius, alsiosus, alsus vide supra in *algeo*.

ALTANVS, ventus; elatio e terra consurgentis Plinio est, lib. 2 c. 43. ¶ 2. Servius flatum ripæ & pelagi quemcunque *altanum* vocat, in illud Virg. 7 Æn. v. 27, *omnisque repente resedit Flatus.*

ALTĀRE, is, βωμός. ab altitudine sic appellatur. *Altaria* enim superis tantùm ponebantur Diis: *aræ* superis juxta & inferis. Vide Servium ad illud Virg. Ecl. 5, *duoque altaria Phœbo*: & Festum, itemque Weitz. ad Prudent. pag. 453. Quære κατάχρηστικῶς sive improprie eâ voce usus Virgilius Ecl. 8 in illo, *& molli cinge hac altaria vittâ*. Nam Sacra magica describit, quæ inferis, non superis Diis fiebant. Cicero de Arusp. resp. cap. 5, *ab altaribus religiosissimis fugatus*. Livius lib. 21 cap. 1, *Annibal, novem annorum puer, admotus altaribus, sacris tactis jurejurando adactus fuit, se, quamprimum posset, hostem fore populo Romano.*

¶ Prudentius & *Altar*, pro *Altare*, posuit, [quod & Barthius observat 8 Advers. 12] ut Hymno περὶ στεφάνων, qui B. Vincentio dicatus est, v. 515, *Altar quietem debitam*
Præstat beatis ossibus.

Et Hymn. 9 [3 Heins.] vers. 211 de S. Eulalia:

Sic venerarier ossa libet,
Ossibus altar & impositum.

Quo loco tamen ultima *ar* in ea voce malè corripitur. Est enim natura longa, quod satis indicant obliqui casus; & rectus ipse adeo in nomine *altare*. Prudentium imitatus Alcuinus Poëm. 241 f. 1735,

Bartolomeus habet præsens hoc Apostolus altar.

¶ Aliquando altare est, quod aræ imponitur, hoc est, pars aræ summa, in qua exta cremantur; unde ἐπίπυρον Græci vocarunt. Solinus cap. 9 ed. Salmas. *Ara est in cacumine, Jovi dicata, cujus altaribus si qua de extis inferantur: nec dissiantur ventosis spiritibus; nec humentibus pluviis diluuntur.* Etiam Prudentius *Altare* cum ara conjungit Hymno jejunantium v. 203, *altaris aram* dicens *placabilem*: & in Romano v. 49, *Altaris aram funditus pessumdare*. Vbi Iso *aram* planiciem interpretatur. V. Gloss. *Altarium*, ἐπιβωμίς. Itaque *altare* augustius quiddam & sanctius, quàm ara est.

¶ Altarium, pro *Altare*: apud Sulpitium Severum est lib. 1 Hist. Sac. cap. 19. *Moses*, inquit, *altarium ex duodecim lapidibus sub monte constituit.* Apud alios item. Hieronymus ad Oceanum epistola 83 sub finem: *vespere in circo, mane in altario.* Anonymus, cujus homiliam Gennadio de Ecclesiast. dogm. adjecit Elmenhorstius pag. 52, *oblationes quoque, quæ in altario consecrentur, offerte.* Paul. Warnefred. 2 de gest. Longob. 13, *Altarium in honorem B. Martini confessoris constructum.* Adde Gloss. Vet. modo in Altare citatas.

Altellus, vide *Altus*.

ALTER, ἕτερος, tam de aliis, quam de duobus dici, Latinorum eruditorum exempla testantur. Quare in Veteri Gloss. ἕτερος & ἄλλος interpretatur. Sed de duobus tamen usitatissime dicitur; quemadmodum *Alius* de multis. Vt, alter consulum, alter nostrûm, einer aus beyden, der ander aus beyden. Eutropius lib. 1 c. 8, *Consules cœpere pro uno rege duo creari, ut, si unus malus esse voluisset, alter eum, habens potestatem similem, coërceret.* Quod si *alter* bis ponitur, prius nostris der eine, posterius der andere exponi solet. Cic. lib. 1 fam. ep. 7 pr. *quorum alterum mihi facere necesse est: alterum facio libenter*, das eine, das andere. ¶ Sed *alter* de duobus quando dicitur, de iis maxime dicitur, qui sunt pares. *Secundus* enim is est, qui impar atque inferior. Corn. Nepos Pelopida cap. 4, *Denique hæc fuit altera persona Thebis: sed tamen secunda, ita ut proxima esset Epaminondæ.* Eumenius Panegyr. Constantii cap. 14, *Itaque Fronto Romanæ eloquentiæ, non secundum, sed alterum decus.* ¶ 2. Nunc & exempla observentur, quibus *Alter* pro *quovis alio* ponitur, sonatque adeo idem quod *alius*. Plaut. Trucul. a. 1 sc. 2 v. 58, *Qui alterum incusat probri, eum ipsum se intueri oportet*, wer einen andern verspricht, der soll sich selbst ansehen. Cicero in 2 Tuscul. cap. 17, seu ex Hesiodo, seu ex alio quopiam: *Qui alteri exitium parat, eum scire oportet, sibi paratam pestem ut participet parem*, wer einem andern ein unglück bestellt, soll wissen, daß sein unglück auch nicht weit sey. Horat. lib. 1 Epist. 14 v. 11, *Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors*, dem eines andern stand gefället, ist seines überdrüssig. Idem lib. 2 Ep. ult. v. 174, *Permutet dominos, & cedat in altera jura.* Juvenal. Sat. 3 v. 254 *modò longa coruscat*
Sarraco veniente abies; atque altera pinum
Plaustra vehunt.

Claudianus de 4 Cons. Honorii v. 218, *Altera Romanæ longè rectoribus aulæ Conditio.* Seneca Epist. 66, *Alter adolescens decessit, alter senex: alius inter cœnandum solutus est, alterius continuata mors somno est, aliquem concubitus extinxit.* ¶ 3. *Vnus & alter*, venustè pro duobus. Cicero pro Cluent. c. 26, *Vnus & alter dies intercesserat.* Terent. Andr. a. 1 sc. 1, v. 50, *Vnus & item alter*, einer und aber einer: seu, einer nach dem andern: de numero incerto. *Alterum pedem in cymba Charontis, vel tumulo habere*, alle tage auff der gruben gehen, Luciani est formula. Vide Erasm. Chiliad. *Alter & vicesimus dies*, Cic. lib. 12 fam. ep. 25 pr. *Liberalibus literas accepi tuas, quas mihi Cornificius altero vicesimo die, ut dicebat, reddidit*, quod de vicesimo primo alii, alii de vicesimo secundo interpretantur. Vide ibi Manutium. Auctor tamen Dialogi de Oratoribus cap. 34, *alterum* & *unum* opponit in hac formula. *Vno*, inquit, *& vicesimo anno Cæsar Dolabellam; altero & vicesimo Asinius C. Catonem iis orationibus insequuti sunt* &c. Virg. Ecl. 8, *Alter ab undecimo jam tum me ceperat annus.* Super quo pariter sunt diversæ eruditorum sententiæ, cum alii duodecimum intelligendum contendant; alii tertiumdecimum. Quæ sententia non tantùm Manutii atque Scaligeri; sed ex veteribus Servii etiam est. *Alter enim*, inquit, *de duobus dicimus.* Et ita quoque Donatus, qui illud Terentii Andria a. 1 sc. 1, v. 50, *Vnus & item alter*, de tribus interpretatur. *Post unum*, inquit, *duo; ex quibus*

bus alter, ut sint tres. *Inquit enim post* [Terentius puta] NAM HI TRES TVM SIMVL AMABANT. *Vt*, ALTER AB VNDECIMO. *Ergò* ALTER *non est secundus, sed tertius.* Sed ut indubitatum est istoc Terentii loco *τὸ alter*, tertium designare; ita extra controversiam est, dari alia, ubi secundum notet. Ac sic deinceps. Cicero pro Milone c. 35, *Centesima lux est hæc ab interitu Clodii, &, ut opinor, altera.* Sic & *primus, alter, tertius.* Cicero de Partit. Orat. cap. 9 extr. *In primo conjectura valet: in altero definitio: in tertio ratio.* ¶ 4. *Alter ego, alter ipse*, de amico conjunctissimo. Cicero 7 ep. 5 ad Cæsarem: *Vide, quam mihi persuaserim, te me esse alterum*, du seyest mein hertz, &c. Idem in Lælio cap. 21, *Est is amicus quidem, qui est tamquam alter idem.* Plinius lib. 2 epist. 9 pr. de amico petitionis periculum sustinente: *quasi pro me altero patior.* ¶ 5. Alter bis positum si ad præcedentia duo referatur, equidem capi plerumque sic debet, ut eodem servato ordine prius priori, posterius respondeat posteriori. Vt Cicer. 1 Offic. cap. 26, *Philippum quidem Macedonum Regem rebus gestis & gloria superatum à filio* (Alexandro,) *facilitate & humanitate video superiorem fuisse. Itaque alter* (Philippus) *semper magnus, alter* (Alexander) *sæpe turpissimus fuit.* Plura id genus exempla passim prostant, ut ea necesse non sit cumulari. At enimvero si quis putet, ubique hoc observari, facile is poterit interpretandis auctoribus errare. Id quod Ausonio Popmæ evenit lib. 3 de diff. verb. voce *Interrogare.* Scripserat Quintil. 9 Instit. Orat. 2 post principium: *Quid enim tam commune, quam interrogare vel percontari? Nam utroque utimur indifferenter, cùm alterum* (percontari, quod quidem posteriore loco positum vides) *noscendi*, *alterum* (interrogare, quod loco priore nominatum) *arguendi gratiâ videatur adhiberi.* Certum est, interpretationem, quam hîc apposuimus, esse latine loquentium usui congruam, docebuntque hoc exempla ipsi Popmæ notata. Sed in eo lapsus est vir doctissimus, quod credidit Quintiliani doctrinam huic usui repugnare. Quod non est. Popmam illud fugerat, in hac geminandi *τὸ Alterum* ratione præcedentium duorum ordinem aliquando inverti. Similem errorem putes contigisse in historiâ Damonis & Pythiæ (seu potius Phintiæ) quam Cicero his verbis narrat 3 Offic. cap. 10, *Damonem & Pythiam Pythagoreos ferunt hoc animo inter se fuisse, ut cùm eorum alteri* (Pythiæ) *Dionysius tyrannus diem necis destinavisset, & is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum caussa postulavisset, vas factus sit alter* (Damon) *ejus sistendi, ut si ille non revertisset ad diem, moriendum esset ipsi.* Sic, ut fecimus, atque adeo mutata personarum serie, interpretandum esse, clare doceri potest è Diodoro Siculo, cujus locum vide apud Vrsin. Analect. Rhetor. pag. 171 seq. ubi & Valerii Maximi & Ambrosii de eâdem re locos habebis, sed Ciceroniano haud minus ambiguos. Ac fecit, opinor, hæc ambiguitas, ut quidam Pythiam proderent vadem Damonis, quod contra oportebat Damonem Pythiæ. Nec enim perpetuum esse, ut in hac geminatione continuetur ordo præcedens, evinci non paucis potest exemplis. Cicero 1 Offic. cap. 12, *Civiliter contendimus aliter si est inimicus, aliter si competitor. Cum altero* (competitore) *certamen honoris & dignitatis est: cum altero* (inimico) *capitis & famæ.* Ac 3 Offic. cap. 18, *M. Crassum & Q. Hortensium. alterum* (Hortensium) *amavi vivum, alterum* (Crassum) *non odi mortuum.* Et Orat. pro Quint. ab init. *Quæ res in civitate duæ plurimum possunt, hæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore: summa gratia & eloquentia. Quarum alteram* (eloquentiam) *C. Aquili, vereor; alteram* (gratiam) *metuo.* Clara interpretatio e sequentibus. Sic enim pergit Cicero: *Eloquentia Q. Hortensii ne me dicendo impediat, nonnihil commoveor; Gratia Sex. Nevii ne P. Quintio noceat, id verò non mediocriter pertimesco.* Sic pro Rosc. Com. c. 6, *Pecuniam petis Fanni à Roscio. Quam? dic audacter & aperte: utrum quæ tibi ex societate debeatur? an quæ ex liberalitate hujus promissa sit & ostentata? quorum alterum* (petere rem liberalitatis) *est gravius & odiosius; alterum* (petere rem debiti) *levius & facilius.* Varro 2 de re rust. cap. 9, *Videndum, ne à venatoribus aut laniis canes emas: alteri* (laniorum) *quod ad pecus sequendum inertes; alteri* (venatorum) *si viderint leporem aut cervum, quòd eum potius, quàm oves sequentur.* Plin. 5 Epist. 8, *Plurimum refert, ut Thucydides ait, κτῆμα sit, an ἀγώνισμα, quorum alterum* (ἀγώνισμα) *oratio; alterum* (κτῆμα) *historia est.* Vide ibi Buchnerum. Lactantius l. 5 cap. 13, *Eant Romani, & Mutio glorientur aut Regulo: quorum alter* (Regulus) *necandum se hostibus tradidit, quòd captivum puduit vivere: alter* (Mutius) *ab hostibus deprehensus quùm videret mortem se vitare non posse, manum foco injecit.* Secundum hæc dicam & exponendum esse Livii locum de duabus Vestalibus lib. 22 cap. 57, *Duæ vestales eo anno, Opimia & Floronia, stupri compertæ: & altera* (Floronia) *sub terram, ut mos est, ad portam Collinam necata fuerat, altera* (Opimia) *sibimet ipsa mortem consciverat.* Equidem Glandorpius in Onomastico Floroniam sibi mortem conscivisse asserit fol. 347. Opimiam vero defossam fol. 643, non alium autorem laudans quàm Livium. Sed inversa ratio probabilior mihi ex eo, quia solum Floroniæ stupratorem memorat Livius; quis Opimiæ illuserit, tacet. Nempe quia hoc resciſci non potuit, quum Opimia & defossionis illud supplicium, & confitendi stupratoris necessitatem voluntariâ morte occupavisset. Cæterùm similem loquendi consuetudinem apud Græcos notes in ὁ μὲν, ὁ δὲ. Nec enim semper ὁ μὲν remittit legentem ad illud, quod priore loco positum erat, sed ad illud interdum, quod posteriore. Isocr. ad Nicocl. Ἀστεῖος εἶναι πειρῶ καὶ σεμνός. Τὸ μὲν γὰρ τυραννίδι πρέπει, τὸ δὲ πρὸς τὰς συνουσίας ἁρμόττει. *Vrbanus esse stude & gravis. Nam alterum* (gravitas) *imperio dignum est, alterum* (urbanitas) *familiaribus congressibus accommodatum.* ¶ Interdum hoc casu *alter* non nisi semel ponitur, nempe cum illi narratio adjungitur prolixa; alterius autem locô vox ipsa, quæ præcesserat, repetitur. Cicer. 2 de fin. cap. 30, *Non ego jam Epaminondæ, non Leonidæ mortem hujus morti antepono. Quorum alter* (Epaminondas) *cum vicisset Lacedæmonios apud Mantineam, simulque ipse gravi vulnere exanimari se videret, ut primum dispexit, quæsivit: salvusne esset clypeus? cum salvum esse flentes sui respondissent, rogavit: essentne fusi hostes? cumque id quoque, ut cupiebat, audivisset, evelli jussit eam, quâ erat transfixus, hastam, & in victoria est mortuus. Leonidas autem* (pro: alter autem) *se in Thermopylis opposuit hostibus.* ¶ Est tandem & Pluralis ab *Alter* in eleganti usu positus, non modo cum iis nominibus, quæ carent Singulari numero, verùm etiam cum aliis. Cicero ad Attic. lib. 13 epist. 22, *Alteris jam literis nihil ad me de Attica.* Idem Tuscul. Quæst. lib. 5 extremo: *Ad Brutum nostrum hos libros alteros quinque mittemus.*

¶ Altrinsecus, adverb. ex altera parte. Plautus Mercat. a. 5 sc. 4 v. 16, *ego assistam hinc altrinsecus.* Prudentius Hymno S. Vincentii v. 53, *Respondit ille altrinsecus.*

¶ Altrovorsum, adverb. in alteram partem, nach der andern seiten. Plaut. Casin. a. 3 sc. 2 v. 25, *altrovorsum cum eam mecum rationem puto.*

¶ Alternus, adject. Alternum, quod cum quadam fit vicissitudine, seu alternis vicibus. Virgil. eclog. 4,

Alternis igitur contendere versibus ambo
Cœpêre. Idem eclog. 3,
Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ.

Alternis, subintellige vel vicibus, vel versibus, einen üm den andern, wechselweise. Virg. 1 Georg. v. 79, *Alternis facilis labor*, hoc est, agris intermissis. Et eod. lib. v. 71, *alternis cessare novales*, scilicet annis, sicut plene Cato cap. 59 dixit *alternis annis*, ein jahr üms ander. Ovid. Heroid. 4 v. 89,

Quod caret alternâ requie, durabile non est;

Wenn nicht ruhe und arbeit wechseln, hat es keinen bestand. Sed cum *vicis* vocabulo etiam recte ponitur. Plinius lib. 9 epist. 33 n. 2, *Æstuarium vice alterna nunc infertur mari, nunc redditur stagno.* Et Seneca Hippolyto v. 1028, *vicibus alternis.* ¶ 2. *Alternas ripas* Papinius Statius dixit pro *ambas*, 1 Silv. 3 v. 24,

Littus utrumque domi: nec te mitissimus amnis
Dividit, alternas servant Prætoria ripas.

Quem ad locum Gevartius 1 Lect. Papin. 24 p. 78 hanc interpretationem aliis exemplis adstruit. Vid. & Barth. ad Claudian. p. 64.

¶ Alterne, adverb. ut Alternatim, de quo mox dicemus. Plin. lib. 11 cap. 37, (sect. 51) *Supercilia homini, & pariter & alternè mobilia.*

¶ Alternare, eines üm das ander verwechseln. Virgil. 4 Æn. 287, *Hæc alternanti potior sententia visa est*, hoc est, alia atque alia apud animum tractanti, nachdem er die sache hin und her bedachte. *Arbores quædam alternant fructus*, tragen ein jahr üm das ander. Plinius lib. 16 cap. 38, *Alternant fructus, quibus siccius lignum, ut olea:* quod Columella lib. 5 cap. 9 ita circumscribit: *alternis annis fructu induuntur.* Sic *Alternare vices*, abwechseln. Ovid. 15 Metam. v 409, *Nervi cervorum & dorcadum alternati.* Plin. Hist. lib. 29 cap. 4. *Ex splendidis sordidisque* (parentibus) *alternata series.* Sen. Ep. 44.

¶ Alternatio, Festus Pomp. habet, exponitque *per vices, successio.* Apulejus in Trismegisto p. 95, *Ordo & tempus innovationem omnium rerum, quæ in mundo sunt, per alternationem faciunt.*

¶ Alternatim, alterne, ἀμοιβαίως, id est, alternis vicibus. Quadrigar. Annal. 4 apud Nonium.

¶ Alterare, pro variare, affertur ex Ovid. Fast. 1 v. 373,

Ille suam faciem transformat & alterat arte,

sed Heinsio *Alterare* Latinum vix est, qui ex melioribus libris reponit *transformis adulterat arte.* In Glossis tamen seu Onomastico veteri: *Altero*, ἑτερόω, quod etiam in Ovidii loco, quamquam dubius, tueri mavult Pincier in Otio lib. 2 cap. 50, sed parum proficit contra Codices.

¶ Nec melioris Latinitatis vox *Alteratio* est, philosophis itaque relinquenda. Exemplum enim, quod ex Quintiliani lib. 10 c. 1 adfertur, oppido falsum est, cum libri *iteratione* habeant, non *alteratione.* Verba sunt p. 731, *Lectio non cruda, sed multa iteratione mollita, & velut confecta, memoriæ imitationique tradatur.*

¶ Alterŭter, genitivo *alterutrius* & *alterius utrius*, alter è duobus, der beyden einer. Cn. Pompejus sub 8 ad Att. epistol. 12, *Duellio mandaveram, ut alteruter vestrûm ad me veniret*, daß einer aus euch zu mir kommen solte, welcher es auch wäre. Cicer. 1 Nat. Deor. c. 25, *alterutrum fieret necessarium*, der zweyen eines von nothen sey.

¶ Alteruterque, idem. Plinius lib. 20 cap. 7, *Nec ulla res in cibis aviditatem incitat, inhibetque eadem: in caussa alterutraque modus est.* Vbi male quidam legunt *alterutrinque.*

¶ Sesquialter, anderthalb. Cicero de Vnivers. c. 7, *sesquialteris intervallis.* Vsus est & Vitruvius lib. 3 c. 1.

ALTERCOR, & Alterco antique, pertinaciùs aliquid contra alterum defendo. sich zancken, in wort-streit gerathen. Terent. And. a. 4 sc. 1, *Scio, cum patre altercasti dudum.* Livius lib. 3 cap. 68, *Altercantur inter se mulierum ritu*, sie hadern mit einander, wie die weiber. Vet. Gloss. *Altercatur*, ἀνταποκρίνεται, φιλονικεῖ, διαλέγεται.

¶ Altercatio, apud Cicer. sæpe, ut 1 de Nat. Deor. cap. 7, *Oritur mihi magna de re altercatio cum Vellejo*, gerathe darüber mit dem Vellejo in wortwechsel. Livius lib. 35 cap. 17, *è disceptatione altercationem fecerunt*, haben aus dem disputiren ein gezänck gemacht.

¶ Altercator, qui altercatur, disputator. Quintil. lib. 6 cap. 4, *Bonus altercator vitio iracundiæ careat.*

Alteruter, alteruterque, vide *Alter.*

ALTHAEA, malva est silvestris, ibisch, alio nomine *hibiscus*, nominata à quibusdam a præstanti efficacia *Aristalthæa.* Plin. lib. 20 c. 21. Dicta est ab ἀλθαίνειν, quod est curare. Galen. ἀναδενδρομαλάχην vocat, hoc est, malvam arborescentem.

¶ Althæa etiam appellata Thestii filia, Oenei Calydonii regis uxor, Meleagri mater. Ovid. 8 Metam. v. 447.

Altilis, vide *Alo.*

ALTĪNVM, Italiæ oppidum supra Venetias, Aquilejam versus. Vide Plin. lib. 3 cap. 18. Maritimum fuit, juxta Silis fluvii ostium, ut ex ruinis apparet; etiam ex Tacito Hist. 3 cap. 6, & Martiale 4 epigr. 25, ubi *Altini littora* memorat. Juxta hoc oppidum L. Verus Imperator apoplexia periit, Eutrop. lib. 8 cap. 5.

¶ Altīnātes,

¶ Altīnātes, Altīni incolæ. Plinius lib. 3 epist. 2, *Altinatium principes*, id est, optimus, summis virtutibus ornatus, ut ipse se explicat.

Altisonus, Altitonans, Altitudo, Altivolans, Altivolus, vide in *Altus*, Altor, Altrix, quære in *Alo*.

ALTUS, a, um, ὑψηλός, sublimis, excelsus, hoch. Virgil. 3 Georg. v. 412, *montesque per altos*. Cic. 2 Nat. D. cap. 40 pr. *Ultimus & a domiciliis nostris altissimus omnia cingens & coercens cœli complexus*. ¶ 2. excellens, gloriosus. Cic. 3 de Fin. cap. 8, *Iste vir altus & excellens, magno animo, vere fortis, infra se omnia humana ducens*. Idem pro Cluent. cap. 55, *Altiorem gradum dignitatis assequi*; höher hinan zu ehren kommen. Idem pro Domo cap. 37, *Ex altissimo dignitatis gradu præcipitari*. Idem pro Milon. c. 8, *homo sapiens, & alta mente præditus*, mit hohem verstand begabet. Seneca in Agamemnone v. 100,

quicquid in altum
Fortuna tulit, ruitura levat:
Modicis rebus longius ævum est.

Plaut. in Pseud. prolog. v. 22, *Qui quærit alta, is malum videtur quærere*, wer nach hohen dingen trachtet, der trachtet nach seinem schaden und unglück. ¶ 3. Significat & profundum: ut Curt. 7 cap. 4, *altissima flumina*. Cicer. 3 Tuscul. cap. 6, *altæ stirpes stultitiæ*. Sic *altior pavor*, qui penitus invasit, apud Tacitum Annali 16 cap. 24, & *altior iracundia* apud eumdem lib. 2 Hist. cap. 91. Et Seneca ad Marc. cap. 5, *de quo altum silentium est*.

¶ Altiusculus, diminutivum, etwas hoch. *Altiuscula calceamenta*, Sueton. Aug. cap. 73.

¶ Altum, substantive, profundior maris pars, die tieffe, die höhe des meers. Virg. 1 Æn. v. 34, *In altum Vela dabant læti*. Silius lib. 6. v. 665 de Duillii victoria, *alto mersa Pœnorum classe*, id est, in mari Siculo. Cicer. 4 Fin. cap. 23, *Emergere ex alto*. Lactant. 6 cap. 8, *Eadem ratione hanc vitæ viam quæri oportet, quâ in alto via navibus quæritur*.

¶ Altè, adverb. hoch. tieff. Curt. 7 cap. 10, *Nihil tam altè natura constituit, quò virtus non possit eniti*. die natur hat nichts so hoch gestecket, das die tugend nicht konte erreichen. Cicero, *Proœmium altè petere*, pro Cluent. cap. 21, den eingang weit her machen, hoch anheben: Et, *altiùs repetere narrationem*, quod Virgilius dixit 4 Georg. v. 285

altiùs omnem
Expediam, prima repetens ab origine, famam.

Plin. 8 epist. 4, *ingenium altissime assurgit*.

¶ Altiuscule, Adv. Apulej. lib. 2 post princip. Adjectivum jam ex Suetonio monstratum fuit.

¶ Exstant & hæ compositiones apud poëtas:

¶ Altĭsŏnus, vide *Sonus*.

¶ Altĭtŏnans, Cic. 1 Divin. cap. 12, *Pater altitonans*.

¶ Altĭvŏlans. Cicer. 1 Div. cap. 48, in metr. *genus altivolantûm*, i. e, avium.

¶ Altĭvŏlus: ut, *Aves altivolæ*, apud Plin. 10 cap. 19.

¶ Altellus, cognomen fuit Romuli, à rerum gestarum gloria *altus*, quasi excelsus, dictus. Alii alias norunt etymologias. vid. Festus Pompejus.

¶ Altĭtūdo, sublimitas. Ut, *altitudo ædium*, Cicer. 3 Offic. cap. 16. *Altitudine montium defendi*, Idem Agrar. 2 cap. 19. ¶ 2. Profunditatis notione *altitudo fluminis*, sæpe apud Cæsarem vide 4 Gall. cap. 17 &c. Quare apud Lactantium 6 cap. 4 lectionem vetusti codicis: *ex altitudine in profundum cadere*, ita probat Isæus fol. 345, ut illam vulgatorum codicum receptam: *in altitudinem profundam cadere* non improbet, cum sæpe altitudo pro profunditate ponatur. Quid? quod Thom. Sparkius testatur in omnibus suis codicibus esse *in altitudinem profundam*. Sic etiam, *altitudo maris*, Cæsar 4 Gall. cap. 25, & epist. ad Pedium, quam Cicero 9 Att. 14 citat. Dixit etiam Cicero 6 in Verr. cap. 48, *speluncam infinita altitudine*: & 2 Nat. Deor. cap. 39, *concavas altitudines speluncarum*. Nam *Altum*, ut ait Servius ad Æneid. 1 v. 3, *& superiorem & inferiorem altitudinem significat*. ¶ 3. Metaphorice *Altitudo animi*, idem fere, quod animi magnitudo, apud Cicer. lib. 4 epist. 13, & de Partit. cap. 22.

¶ Fuisse olim & simplex verbum *Alto, altare*, ex reliquo apud Sidonium participio *altatus* lib. 2 ep. 2 pr. apparet. *Sol*, inquit, *per lineas altatus extremas, in axem Scythicum porrigitur*. Usitatius compositum

¶ Exaltare, erhöhen. Colum. 3 cap. 13, *sulcum paulatim exaltare*.

¶ Exaltatio, erhöhung. Tertullianus de Cultu fœm. cap. 3, *Exaltatio non congruit professoribus humilitatis*.

¶ Superexaltare. Augustinus Confession. lib. 3 cap. 2, *Deo superexaltato in omnia sæcula*.

¶ Inaltare, apud Paullinum Jambo ad Cytherium v. 738,

Quia, qui superbos deprimit,
Humiles inaltat.

Unde participium *inaltatus* Apulejo in Trismegisto p. 85, *Inaltata est cava mundi rotunditas in modum sphæræ*.

¶ Præaltus, a, um, valde altus. Curt. 4 c. 2, *præaltum mare*, sehr tieff. Livius lib. 10 cap. 2, *ostium fluminis præalti*. Apulej. 8 p. 211, *præaltissimus puteus*.

ALUCITA. Petronii verbum, qui in fragmentis: *Nam centum me vernales alucitæ molestabant*. Fulgentius Expos. serm. antiq. interpretatur κώνωπας, id est, *culices*: indeque verbum *alucinari* deducit. Scribitur etiam *Allucita*.

Alveare, Alveatus, Alveo, Alveolatus, Alveolus, vide *Alveus*.

ALVĔUS, continens est fluminis inter utramque ripam, das hole zwischen beyden ufern, darinn der strom gehet. *Fluere pleno alveo*, Quintil. lib. 2 cap. 1, vollufrig gehen, Virgil. Georg. 1 v. 203,

Lembum in præceps prono rapit alveus amni.

¶ 2. Utuntur & pro Navi hoc nomine poëtæ, seu pro fundo navis. Virg. 6 Æn. v. 412,

simul accipit alveo
Ingentem Æneam, gemuit sub pondere cymba.

Alveus navis, schiff-boden. Sallust. Bell. Jugurth. cap. 18 de Persis: *Hi alveos navium inversos pro tuguriis habuere*. ¶ 3. Est etiam vas ligneum concavum alveus, multen, wassertrog. Livius lib. 1 cap. 4, *quum fluitantem alveum, quo expositi erant pueri, tenuis in sicco aqua destituisset*. ¶ 4. Item solium balneare apud Capitolinum in Albino cap. 5, quod & *descensio* dicebatur. Græcis: ἐμβάσις, eine badewanne. ¶ 5. Item vas, in quo apes mellificant, ein bienenstock, bienenkorb. Plin. 11 cap. 16, *apes alveo se continent*. ¶ 6. *Alveus lusorius*, Plin. 37 cap. 2, ein bretspiel.

¶ Alveolus, diminutivum, quod & ipsum πολύσημον est. Nam 1 Fluvii *alveolus*, Curt. 6 cap. 4 n. 4. ¶ 2. Vasa minora lignea, allerley kleine höltzerne gefäßlein, Columell. 8 c. 5. ¶ 3. Eine schachtaffel, oder bretspiel, Cicer. 5 cap. 20, quod neutro genere *Alveolum* est Festo Pompejo.

¶ Alveare, is, neut. ein bienen-hauß, bienenstock. Virg. 4 Georg. v. 34, *alvearia vimine texta*, geflochtene bienen-körbe.

¶ Alveatus, in alvei modum excavatus. Cato de R. R. cap. 43, *Sulcos, si locus aquosus est, alveatos esse oportet*.

¶ Alveolatus, idem. Vitruv. lib. 3 cap. 3, de stylobata: *alveolatus oculo videbitur*.

ALŪMEN, fit *ex salsugine terræ*, quemadmodum Plinius ait lib. 35 cap. 15. Nativum est & factitium: Fossile aliud rotundum est, aliud scissile, candidum & nigrum, quo in Cypro purgatur aurum. Encel. alaun. Græcè στυπτηρία.

¶ Aluminatus, ut Plin. 31 cap. 6, *Utilis aqua aluminata paralyticis*.

¶ Exaluminatus, Plin. 9 cap. 35, *uniones exaluminati*, hoc est, præstantissimi coloris, quasi alumine infecti.

¶ Aluminosus, ut, *aluminosi fontes*, Vitruv. 8 cap. 3. *Locus aluminosus*, ibidem cap. 2 sub fin.

Aluminus, vide *Alo*.

ĀLŪTA, æ, pellis mollior ad calceos & alias res concinnata, lind leder, semisch. Cæsar lib. 3 B. Gall. cap. 13, *Pelles pro velis, alutæque tenuiter confectæ*. Ausonius ad nepotem de studio puerili:

Tu quoque ne metuas, quamvis schola verbere multo
Increpit, & truculenta senex gerat ora magister:
Quod sceptrum vibrat, ferulæ quod multa supellex
Virgea, quòd mollis scuticam prætexit alutæ, &c.

Nomen ex *alumine* est: quo subigebantur pelles & perficiebantur, ut & tenuiores fierent, & candorem clariorem acciperent. Vetus Gloss. στυπτηριακὸν δέρμα, *Aluta*. Ibidem & ipsum *alumen*, aluta est. στυπτηρία, *alumen, aluta*. Fuit autem coloris varii. Martialis lib. 2 epigr. 29,

Coccina non læsum cingit aluta pedem.

Idem lib. 7 epigram. 35, *succinctus nigra tibi servus aluta*.

¶ Aluta plural. Plinius lib. 34 cap. 16, de metallis & fodinis usurpat; vel secundum alios libros *alutia*, pro eo quod vulgo legebatur *elutia*. Vide Harduinum. Verba sunt: *Invenitur plumbum & in aurariis metallis, quæ aluta vocant*. Unde

¶ *Alutatium gummi*, itidem in aurariis metallis, apud eumdem lib. 33 cap. 4, ubi vulgo legunt *alutationem*.

¶ Alūtārius, ein weißgerber, vel, *Alutarius cerdo*. At *Coriarius* crassiorum coriorum est.

ALVUS, κοιλία, der bauch, venter inferior. Cicer. 2 de natura Deorum, cap. 54, *Alvus subjecta stomacho, cibi & potionis est receptaculum*. Et lib. 3 cap. 22, *Æsculapius primus purgationem alvi, dentisque evulsionem invenit*. *Dolores alvi*, bauchwehe. *Alvus cita, fusior, soluta*, apud Celsum passim & Plinium, durchfall. Vide illum lib. 1 cap. 3; hunc lib. 23 cap. 7 extr. Contrarium, *Alvus adstricta*, apud Celsum c. l. quæ *dura* Horatio lib. 2 Serm. Sat. 4 v. 27. *Alvum dejicere*, sich leichter machen, apud Catonem cap. 156, quod simpliciter *dejicere*, est Celso c. l. sectione de Dejectionibus. Varias hinc notes locutiones: *Alvum solvit uva*, Plin. 14 cap. 18. *Alvum movet capparis*, Idem 13 cap. 23. *Raphanus medicamenti instar ad eliciendas alvos*, Idem lib. 19 cap. 5. *Alvum molliunt fici siccæ*, Idem 23 cap. 7, & *emolliunt pepones*, lib. 20 cap. 2, laxiren, offenen leib machen. Cognata dictio est, *Alvum ducere*, apud Celsum lib. 6 cap. 14 pr. laxativ brauchen. *Inanire alvum* & *exinanire*, Plinii sunt 20 cap. 3, & lib. 33 cap. 9, & *alvum purgare*, lib. 21 cap. 19, quæ singula medicamentis adscribit, laxiren, stulgang befördern. Contra *alvum sistere*, idem dixit lib. 32 cap. 9. *Alvum fusam firmare*, Celsus lib. 1 cap. 3, & *solutam firmare*, Plin. 14 cap. 18. *Alvum adstringere*, Celsus lib. 2 cap. 30, stopffen, den durchfall stillen. ¶ 2. Pro excrementis ipsis, quæ per alvum emittuntur, Celsus dixit, cum lib. 2 cap. 3 scriberet: *Pejor cita alvus est: sedne hæc quidem terrere protinus debet, si matutinis temporibus coacta magis est, aut si procedente tempore contrahitur, & rufa est*. Cum *rufam* dicit, excrementa designat. Sic & *alvus nigra* lib. 2 cap. 9 extr. apud eumdem.

¶ In utroque genere tam fœminino quam masculino hoc nomen posuisse veteres testatur Sosipater. Ita Columell. lib. 10 de horto v. 146.

Florida quum soboles materno pullulat alvo.

¶ Alvinus, apud Plinium libr. 21 c. 27; & lib. 25 cap. 7, qui morbo aliquo alvi laborat, bauchsiech.

ĀLYATTES, Lydorum Rex, qui & Halyattes, Crœsi pater. Herodotus lib. 1 c. 16 & 26, Strabo libr. 13 p. 431.

¶ Alyatticus, a, um. Horatius tamen substantive lib. 3 Carm. ode 16 vel pro Alyatte ipso, vel filio ejus Crœso dixit;

Contracto melius parva cupidine
Vectigalia porrigam;
Quàm si Mygdoniis regnum Alyattici
Campis continuem.

Possit & aliquis legere *Alyattei*, ut Ulyssei, Achillei.

ALYPIA, æ, & Alypum, ἄλυπον, herba est fruticosa, ramulis foliisque tenuibus: officinæ album turpetum vocant, weis turbit. Plin. 27 cap. 4.

ALYSSUM, ἄλυσσον, herba Dioscoridi est lib. 3 cap. 89. Plinius *rubiam* ita videtur appellare, Aetius *sideritim*. Dicta *alyssum* hæc herba est, quod morsui canis rabidi medeatur: λύσσαν enim rabiem Græci vocant.

AM, præpositio ex illis, quæ in compositione semper inveniuntur, (inseparabiles vocamus,) ut Priscianus ait, libr. 14 p. 1002. ed. Putsch. qui & posteà docet περὶ Græcæ præpositionis (hoc est *circum*) signi-

ficandæ vim ei inesse. Sed de eo, num sit inseparabilis, dubitare nos Macrobius facit 1 Saturn. 14, qui ex originibus Catonis, *am terminum* citat, pro *circum terminum*. Rursum Scaliger ad Festum, voce *Amtermini* errare ait Macrobium, qui divulsè legat, cùm *Amtermini* (quam vocem diserte exponit Festus,) vel *Amtermines*, dicti olim fuerint, qui non essent in agro Romano, sed in vicinia. Et Scaligeri sententiam probat Vossius in Etymol. f. 21 & 516. qui tamen lib. 4 de analog. cap. 24 p. 236 separabilem hanc olim præpositionem fuisse non ex Macrobio tantum, sed & aliis assertum iverat. Quid si dicamus, ne Macrobium quidem divulsisse, sed librarium ejus? Sane si conjunctis vocibus apud eum legas: *Oratorum* (vel Oratorem) *amterminum, id est circumterminum*, nihil admiseris, quod caussa, quam ibi agit, non admittat. Tantùm enim hoc docere volebat, *am* (unde annus) esse *circum*: & mox alio exemplo id probat, *ambire*, pro *circumire*: ubi nemo ipsum divulsisse hanc præpositionem statuet. Veteres autem, ut *amterminum* vel *amterminem* (nam & *termen* nota illis vox erat) sic *circumterminum* quoque & *circumterminem* dixisse consentaneum est. Confer notas Jo. Is. Pontani ad Macrob. pag. 598. Sine dubio autem ista præpositio originem suam Græciæ debet. Nam Græcum ἀμφὶ dedit Latinis *ambi*. Quod non nisi in compositis apparet: ut in *ambedo*, *ambages*, *ambitus*, *ambarvalia*, &c. Et dicitur *ambi* κατὰ τὸ ἀντίστοιχον: quomodo *ambo* ex ἄμφω. Ex *ambi* contractum est *am*: iterum in compositis: *amputo*, *amtermini*, *amplector*, &c. Postea familiari mutatiunculà ex *am* obtigit *an* æque in compositis, ut, *anquiro*, *anfractus*, *ancæsa*. Becman. de orig. lat. ling. p. 215.

AMA, ut in antiquis libris interdum scribitur, quære in *Hama*.

Amabo, Amabilis &c. quære in *Amo*.

Amanienses, quære in *Amanus*.

ĂMALTHĒA, Ἀμαλθεία, Melissi regis Cretensis fuit filia, Jovis nutrix.
¶ 2. Vel Capella Olenia illa, quæ Jovem lacte suo nutriit. Ovid. libr. 5 Fast. v. 113, *Nascitur Oleniæ signum pluviale capellæ.*
Vide Hyginum Fab. 139, & Lactant. lib. 1 Instit. Divin. cap. 2. Hinc Jupiter αἰγίοχος. Item Eras. Chiliad. κέρας Ἀμαλθείας, hoc est, *Copiæ cornu*, de abundantià locuplete. Quare fuerunt, qui libros suos, quibus variam & miscellam, ut loquitur Gellius cap. ult. noct. Attic. & quasi confusaneam doctrinam essent complexi, inscriberent κέρας Ἀμαλθείας, quod volebant intelligi *Copiæ cornu*, ut vel lactis gallinacei sperare possis in volumine haustum, quæ hâc in re verba sunt Plinii præf. operis. Fecit hoc e veteribus Phocion Peripateticus, cujus κέρας Ἀμαλθείας memorat Gellius lib 1 cap. 8. Quem imitatus e Junioribus Nicolaus Perottus libro suo Commentariorum linguæ latinæ nomen indidit *Cornu copiæ*. Κέρας Ἀμαλθείας etiam vice nominis proprii adhibuerunt LXX Interpretes Hiobi cap. ult. vers. 14 pro quo in fontibus est *Keren hapuch*. Sic autem unam ex filiabus fortuna in melius mutata genitis nominavit Hiobus. ¶ 3. Est & Sibyllæ cujusdam nomen. Tibullus libr. 2 eleg. 5,

Quicquid Amalthea, quicquid Marpessia dixit:
Herophile Phœbo grata quod admonuit.

¶ 4. *Amalthea* item & *Amaltheum*, Bibliothecæ Attici & Ciceronis nomen fuit: Attici Amaltheæ meminit lib. 1 ad Att. epist. 13 sub fin. *Velim*, inquit, *ad me scribas, cujusmodi sit* ἀμαλθεῖον *tuum, quo ornatu, quâ* τοποθεσίᾳ, *& quæ poëmata, quasque historias de* ἀμαλθείᾳ *habes, ad me mittas.* Suæ vero lib. 2 epist. 1 ad eumdem sub fin. *Amalthea mea te exspectat, & indiget tui.*

Amanter, vide *Amo*.

AMANVENSIS, a manibus, ein copist, stulschreiber, Notarius, apud Suetonium in Ner. cap. 44, *ex cujusque familia probatissimos, ne dispensatoribus quidem, aut amanuensibus exceptis, recepit.* Et in Tito cap. 3, *comperi, notis quoque excipere velocissimè solitum, cum amanuensibus suis per ludum jocumque certantem, imitarique chirographa, quæcunque vidisset.* Ciceroni est *Servus à manu*, *manibus*, & *ad manum*, unde simul originationem intelligis.

AMĀNVS, mons, qui & Amāna, Syriam, quemadmodum ad Att. Cic. scripsit lib. 5 epist. 20, a Cilicia aquarum divortio dividens; ad quem magnum se hostium numerum cecidisse ibidem indicavit. Ad ejusdem etiam angustias se contra Parthorum copias excubuisse cum exercitu, Cœlio significat, lib. 2 famil. ep. 10. Porrecta syllaba penultima est, quod etiam ex poëtis liquet. Lucanus lib. 3 v. 244,

duri populus non cultor Amani.

¶ Amanienses, incolæ Amani. Cicero cit lib. 2 ep. 10, *Vexavi Amanienses, hostes sempiternos.*

ĂMĀRĂCVS, σάμψυχον, sampsuchum, vulgo majorana. Plinius lib. 21 cap. 5, *Amaracus acres habet odores.* Virg. 1 Æn. v. 693,

Idaliæ lucos, ubi mollis amaracus illum, &c.

¶ Ămārăcīnus, a, um: ut, *Oleum amaracinum*, sampsuchinum. Gellius in fine noctium suarum: *Vetus adagium est: Nihil graculo cum fidibus, nihil cum amaracino sui*: was soll einer suhe muscaten? Lucret. lib. 6 v. 973, *Denique amaracinum fugitat sus, & timet omne*
Vnguentum, &c
Vnguenta autem *amaracina* dicuntur pro optimis.

ĂMĂRANTVS, ἀμάραντος, ἀπὸ τοῦ μὴ μαραίνεσθαι, quod non marcescat. Palingenio itaque est,

Longum vivens amarantus in ævum,

Puniceis foliis. Imò floribus, quemadmodum & Amarantus purpureus, dicitur flos amoris, blůmichen von der liebe, tausendschön. Color ejus purpureus, flores gaudentes decerpi, & lætiores posteà renascentes, nunquam etiam marcescentes & immortales, ac postquam flores cæteri defecere omnes, immersi in aquam reviviscentes; quod eleganter Plinius descripsit lib. 21 cap. 8. Atque ita imaginem exactissimam repræsentant Ecclesiæ. De mirifico colore etiam Tibullus lib. 3 eleg. 4, 33, *contexunt amarantis alba puellæ*
Lilia.

AMARDVS, Mediæ fluvius, in mare Caspium se exonerans, apud Cadusios. Ptolem. lib. 6 cap 2.

¶ Amardi, populi ejusdem regionis juxta Caspium mare. Plin. lib. 6 cap. 13 & 17, Strabo lib. 11 p. 350.

Amaresco, Amaritas, amarities &c. vide in *Amarus*.

ĂMĀRVS, a, um, dulci contrarium. Nam vel πικρὸν austerum & triste (bitter) vel & salsum ἁλυκὸν (gesaltzen) significat. Nam & de mari Virgilius usus ecl. 10, *Doris amara suam non intermisceat undam.* Idem de terrâ, Georg. 2 v. 238,

Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara,
Frugibus infelix.

Terram amaram & Plinius lib. 17 cap. 5, & *Calices amariores*, Catullus dixit Carmine 27. ¶ 2. Cæterum ut *triste* sæpius pro *amaro* sumitur: ita *amarum* contra pro *tristi*, *ingrato*; *duro* item & quod exercitum quem habet. Quemadmodum *amarum hostem* Virgilius dixit lib. 10 v. 900, qui defatigat semper ac premit; *Amara ponti pericula*, Ovidius lib. 5 Trist. El. 2 v. 29. Idem eodem libro Eleg. 4 v. 15,

Fert tamen, ut debet, casus patienter amaros.

Prudentius περὶ στεφάνων, de Cassiano Martyre:

Doctor amarus enim discenti semper ephebo,
Nec dulcis ulla disciplina infantiæ est.

Amara risu temperare, apud Horat. lib. 2 Carm. od. 16 est, tristia lætis remittere & velut miscere. ¶ Pro incommodo, atque hostili ponitur, imitatione Græcorum: quod pluribus exemplis docet Barthius ad Script. Venat. p. 132 seq. Sic *amarissimæ leges*, Val. Maxim. lib. 7 cap. 6 pr. id est, necessitate contra voluntatem inductæ: & Tertulliano lib. 1 ad uxor. cap. 5 pr. *liberorum amarissima voluptas.* ¶ Pro moroso, & quem irrites facile atque offendas, Cicero *amarum* dixit lib. 14 ad Attic. Epistol. 24. *Amariorem*, inquit, *me senectus facit, stomachor omnia.* ¶ Senecæ *amari* sunt, qui occultius & diuturnius irascuntur, lib. 1 de Ira cap. 4, quos & ipsos πικροὺς appellat & describit Aristoteles lib. 4 Ethic. Nicom. cap. 5.

¶ Amārè, adverb. herbe, bitterlich. Superlativo *amarissime* usus Suetonius Aug. cap. 70, & Tib. cap. 54. Et Lactantius lib. 1 cap. 21, *sibi amarissime convicianem cum risu & cachinnis audivit.* Alia forma

¶ Amariter. Hieronym. ad Marcellam epist. 23 sub initium, *Petrus amariter flens*, &c.

¶ Amaresco, Palladius Januar. cap. 15, *amygdali, si rodantur, amarescunt.*

¶ Inămāresco, apud Horat. libr. 2 Serm. Satyr. 7 v. 107, *Nempe inamarescunt epulæ sine fine petitæ.*

¶ Amaro, are, verbum, amarum facere: verbittern, bitter machen. Rufus Festus Avienus Epist. ad Flavianum Myrmecium, apud Pithæum lib. 4 Collect. Epigramm. & Poëmatum veterum:

Hæc ut, amice, petam, cogunt fastidia longis
Nata malis, & quod penitus fellitus amarans
Ora sapor nil dulce meo sinit esse palato.

¶ Ămārĭties, ei, bitterkeit, pro quo in veteri Gloss. est alia forma *Amaritia*, ut mox in Amaritudo citabitur. Catullus Eleg. 69 de Venere loquens, *non est dea nescia nostri,*
Quæ dulcem curis miscet amaritiem.

¶ Ămārĭtūdo, idem. Vet. Gloss. πικρία, *Amaritia*, *Amaritudo*, *acrimonium*. Plinius lib. 21 cap. 21, *Amaritudo absinthii.* Idem sub fin. libri 22, *Lupini silvestres omni modo minores sativis, præterquam amaritudine.* ¶ Sed per translationem quamdam *Amaritudo*, conviciandi acerbitas ac petulantia est. Tertullianus de Patientia cap. 8, *Si linguæ amaritudo maledicto sive convicio eruperit.* Ibidem: *Si parum æquanimiter audiam dictum aliquod in me protervum, reddam & ipse amaritudinis vicem, aut cruciabor impatientiâ meâ.* Eodem modo πικρία, apud S. Paulum accipitur Epist. ad Roman. cap. 3 v. 13. Sic *amaritudinem carminum*, Plinius lib. 36 cap. 5. *Jamborum amaritudinem*, Auctor Dialogi de caussis corruptæ eloquentiæ c. 10 dixit. De quo ad Plinium Buchnerus lib. 5 Epist. 11, quæ vide.

¶ Ămāror, eodem sensu, Lucretianum est lib. 4 v. 225 & 6 v. 930: quod suum fecit Virgilius Georg. 2 v. 247, ut etiam Gellius 1 cap. 21 observavit: *& ora*
Tristia tentantum sensu torquebit amaror.

¶ Amaritas quoque reperitur, quamquam loco minus sano, apud Vitruvium lib. 2 cap. 9, ubi *succi amaritate* legitur. Philoxeni Glossæ: *Amaritas*, πικρία γεύσεως.

¶ Amaror, oris, bitterkeit. Lucret. lib. 4 v. 224, *dilutaque contra*
Cum tuimur, misceri absinthia, tangit amaror.
Adde lib. 6 v. 930, & Virg. Georg. 2, v. 247, *& ora*
Tristia tentantum sensu torquebit amaror.

¶ Amarulentus, valde amarus. Translate Gellius lib. 3 c. 17, *Timon amarulentus librum maledicentissimum conscripsit.* Macrob. lib. 1 Saturn. sub initium cap. 7, *erat amarulenta dicacitate.*

¶ Subamarus, a, um, aliquantum amarus. Cicero de Fato cap. 4, *In naturis hominum dissimilitudines sunt, ut alios dulcia, alios subamara delectent.*

ĂMĂRYLLIS, idis, O Amarylli, amica rustica, *formosa*, Virg. Eclog. 1. *Tenera*, Ovidio 2 Trist. v. 537, licet Heinsius ibi *tenerosque Amaryllidis ignes*, quam *tenereque*, malit, libris melioribus subnixus. ¶ Politian. lib. 1 Ep. 2 auctor est, Romam triplici nomine insignitam fuisse. Vulgato, *Romam*: arcano, *Amaryllida*: sacro vel rituali, *Anthusam* sive *Florentiam*.

AMARYNTHVS, Eubœæ insulæ oppidum, in quo colebatur Diana, *Amarysia* exinde cognominata, Pausan. in Attic. p. 30.

Amasia, vide *Amo*.

AMASIAS, sive *Amasius*, Ptolem. 2 c. 11; qui & *Amisius* Melæ 3 c. 3, & Plinio 4 c. 14, Germaniæ fluvius navigabilis est inter Rhenum & Albim. Illabitur in Oceanum Germanicum per Frisiam Orientalem, die Embs.

¶ Fuit & *Amasia* oppidum insigne Cappadociæ, patria Strabonis, sicut ipse de se scripsit lib. 12. Adde Plin. lib. 6 cap. 3.

ĂMĀSIS, Ἄμασις, Rex fuit Ægyptiorum, cujus tumulus una fuit Pyramidum illarum Ægypti celebrium. Lucan. lib. 9 v. 155,

Non mihi Pyramidum tumulis evulsus Amasis.

Hic legem condidit, ut quisque quotannis apud præsidem rationem vitæ redderet, demonstraretque, unde viveret, aut quo quæstu susten-

ſtentaretur: quod ſi præſtare quis non poſſet, morte afficeretur. Hanc legem Solon ab Ægyptiis ad Athenienſes tranſtulit. Exſtat una hodie Amaſis epiſtola elegantiſſima ad Polycraten, de expetenda fortuna non usquequaque ſecunda, ſed laboribus & moleſtiis temperata, in qua ſcribit Amaſis, οὐδένα τῷ λόγῳ οἶδα ἀκούσας, ὅστις ἐς τέλος οὐ κακῶς ἐτελεύτησε πρόῤῥιζος, εὐτυχέων τὰ πάντα. id eſt: *De nemine audire memini, qui per omnia proſperâ uſus fortunâ non funditùs tandem malè perierit.* Adde Herodot. lib. 3 cap. 40.

AMĀSIVS, ab amando, amator apud Plautum & Gellium lib. 19 cap. 9. *Miſerrimum hunc hodie ego habeo amaſium*, Plaut. in Caſin. a 3 ſc. 3 extrema. *Poëtas amaſios ac Venerios fuiſſe*, Gell. 19 cap. 9.

¶ *Amaſionem* Apulejus Mileſ. 7 p. 197, & Prudentius in Romano v. 182 dixerunt, eſtque eadem analogia, quæ in voce *Puſio*. Vide Weitz. ad Prudent. p. 455, e Giſelino.

¶ Amaſiunculus, diminut. Petronius in Fragm. Tragur. p. 25.

AMĀTA, uxor Latini regis apud Virg. 7 Æneid. v. 343,

Celſa petit, tacitumque obſedit limen Amatæ.

AMĂTHVS, untis, Ἀμαθοῦς, urbs Cypri, a quâ inſula tota *Amathuſia* dicitur. Virgil. 10 Æneid. v. 51, in oratione Veneris;

Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos, atque Cithera.

Et Ovidius 10 Metam. v. 220,

At ſi forte roges fœcundam Amathunta metalli.

¶ Ămăthuſia Venus. Tacitus lib. 3 Annal. cap. 62, *Exin Cypri tribus delubris quorum vetuſtiſſimum Paphiæ Veneri auctor Aërias; poſt filius ejus Amathus Amathuſiæ Veneri, & Jovi Salaminio Teucer, Telamonis patris ira profugus, poſuiſſent.* Ex quo loco cognoſcere eſt, & unde nomen urbi ſit, & unde religionis hujus origo. Adde Catull. 61 v. 51, & Ovid. extremo 3 Amor. a quibus Venus abſolute *Amathuſia* vocatur.

¶ Ămăthūſiacus, adjectivum. Ovidius 10 Metam. v. 227,

Lactantes vitulos Amathuſiacasve bidentes.

Aut *Amathuſiadas* ex MS. lege, Singulari *Amathuſias*, *adis*, quod Heinſio perplacuit.

Amator, amatorius, amatorculus, quære in *Amo*.

AMĀZŎNES, *Mavortiæ*, Valerio Flacco lib. 5 v. 89. *Peltiferæ*, Stat. lib. 12 v. 761. *Sevæ*, Claud. Feſcen. v. 32. Ἀμάζονες, fœminæ Scythicæ, ad Thermodoonta fluvium conſederunt, bello & imperio celebres: de quibus multi multa retulère. Extinctas eas ab Hercule & Achille Servius ſcripſit in Æn. 1, v. 490. Et ita ante eum Diodorus Siculus lib. 2 Bibliothecæ. Sic appellatæ fuerunt, quod alterâ mammâ carerent, quaſi ἄνευ μαζοῦ, unde & *unimammæ* dictæ fuerunt; eoque Virg. alluſiſſe videtur lib. 1 Æneid. de Pentheſilea v. 492,

Aurea ſubnectens exſectæ cingula mammæ.

Euſtathius à victu ſic dictas cum aliis probat, quod ſine pane, qui μάζα dicitur, lacertis, teſtudinibus atque id genus feris alerentur. Duplices, atque adeo triplices fuiſſe Amazonas oſtendi poſſit, *Libycas* nimirum, cæteris antiquiores multis ſeculis, & *Scythicas*, quas *Sauromatidas* cognominatas Mela teſtatur lib. 3 cap. 5, præter eas, quæ ad Thermodoontem conſediſſe memorantur. Cæterum Sauromatidas dexteram mammam non habere, belliſque ſtrenuas eſſe, Hippocrates prodit. Vide infra *in Sauromata*. Reginæ earum præ cæteris celebrantur *Themiſcyra*, quæ & oppidum in Aſia ſuo de nomine condidit *Themiſcyrum*; & *Pentheſilea*; item *Thaleſtris*, quæ ad Alexandrum Magnum liberorum cauſſa profecta fuit. De ea præter alios Curtius lib. 6 cap. 5, ubi & de habitu ac cultu Amazonum habes. Quo pertinet, quod Horat. lib. 4 Ode 4, *Amazoniam ſecurim* dixit. Eo enim ſignificat, hoc teli genere Amazonas uſas fuiſſe. Maſculos liberorum, ſi quos genuiſſent, claudos feciſſe ac debiles, ne ullum facinus viro forti dignum edere poſſent, Sextus Empiricus auctor eſt lib. 3 Pyrrhon. Hypoth. pag. 155. Porro de Amazonibus fabuloſe eſſe omnia, contra tot claros etiam ſcriptores, Strabo indicavit lib. 11, cujus verba adſcribimus: *Quis credat*, inquit, *ut vel exercitus, vel civitas, vel genus unquam ex ſolis conſtiterit mulieribus, & non ſolum conſtiterit, verum etiam invaſerit aliena? & non modo vicinis fuerit dominata, adeo ut usque in Ioniam proceſſerit, ſed etiam exercitum trans Pontum miſerit usque in Atticam? Hoc proinde eſt, ac ſi quis dicat, viros tunc mulieres fuiſſe, & mulieres viros*, &c. Non omnino tamen nullas fuiſſe Amazones, quamvis involuta fabulis eorum fuerit hiſtoria, contendit Goropius Becanus libro, qui Amazonica inſcribitur, & Petrus Petitus erudita diſſertatione de Amazonibus.

¶ Amazon in ſingulari Virgilius Æn. 11 v. 648,

At medias inter cædes exultat Amazon.

Et Seneca Agamemn. v. 217, *ſecurigera manu peltata Amazon.*

¶ Amāzŏnīdes, idem quod Amazones, derivativum pro primitivo, apud Virgilium 1 Æn. v. 490,

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Pentheſilea furens.

¶ Ămāzŏnĭcus, pars montis Tauri, Plinio lib. 5 cap. 27, & Melæ ſub fin. lib. 1.

¶ Ămāzŏnius, adject. ut, *Genus Amazonium*, apud Senecam Hippol. v. 232. *Amazonio auro cælatus balteus*, apud Ovid. Heroid. ult. v. 119. *Amazonio ritu*, Claudian. 1 in Eutrop. v. 499.

AMBACTVS, Gallica vox, (quamquam nonnullis ab *ambigo*, quod eſt circumago, potius dictum videtur: inter quos & ipſe Salmaſius eſt ad Vopiſci Carinum c. 16) qua Servus denotatur. Feſtus: *AMBACTVS apud Ennium linguâ Gallicâ ſervus dicitur.* Atqui non Gallis tantum, ſed & Germanis in uſu fuiſſe hoc vocabulum, Cluverius oſtendit lib. 1 German. Antiquæ cap. 8. Ennium hac voce uſum & Vetus Gloſſator auctor eſt; indicans pariter mercenarium fuiſſe hoc ſervorum genus *Ambactus*, δοῦλος, μισθωτὸς, ὡς Ἔννιος. Cæſar lib. 6 de B. G. c. 14, *Equitum* [Galliæ puta] *ut quisque eſt genere copiisque ampliſſimus: ita plurimos circa ſe ambactos clientesque habet.* Recte autem Vetus Gloſſator μισθωτοὺς interpretatus eſt, fuerunt enim conditionis liberæ, & miniſtri clientesque magis iſti Ambacti, quam ſervi, ut idem eruditiſſimus Cluverius ejusdem libri cap. 41 docet. Joſ. Scalig. ad Feſtum alios eſſe cenſet Ambactos apud Cæſarem, qui non

ſervi erant, alium Ambactum Ennii, quum ſervum ſignificet; illud Gallicum eſſe vocabulum, hoc plane Latinum. Nec alia mens Voſſio lib. 1 de vit. ſerm. cap. 2 p. 9, & Etymolog. f. 22. Huic ambactus Ennii ab *ambigendo* ita dictus eſt ex eo, quia mercedis gratiâ hâc illâc circumageretur: ein knecht, den man hin und wieder jagt und verſchickt. Cæſari autem negat hanc vocem pro ſervis conductitiis uſurpari, ſed pro viris dignitate præſtantibus, municipii alicujus aut agri præfectis: eſſe autem vocem Gallicam, & vero veteri lingua Belgica ambacht ſignare jurisdictionem. Ac ſunt, qui ex eodem fonte *Ambaſiatoris* quoque ſeu *Ambaſciatoris* vocabulum (ſequioris ævi ſcriptoribus uſurpatum) derivent, quo Legatus ſignificatur: quamquam & hîc aliud aliis placet. Vid. Voſſ. 2 de vit. ſerm. 2 p. 175. Beſold. de Legat. cap. 2 p. 9.

AMBĀGES, ſingulare & plurale, proprie & primario viarum circuitus. weite ausſchweiffende wege, da man ſich leicht verirren kan. Qua notione & *ambago, inis*; ut *indago*, invenitur. Veteres Gloſſæ: *Ambages*, πλάναι, περίοδοι. Aliæ: περιοδεύσιμος τόπος, *Amfragoſus, anfractus, ambago.* Item: περίοδος, *Amfractus, circuitus, ambago.* Manilius lib. 4 v. 304,

Et verum in cæco eſt, multaque ambagine rerum.

In cæco, id eſt, in obſcuro, in abdito. ¶ 2. Deinde per translationem περιαγωγὴν verborum & captioſam perplexitatem notat. weitſchweiffige und betriegliche reden. Ovid. 7 Heroid. v. 149.

Hos potius populos in dotem, ambage remiſſa,
Accipe.

Virgil. 1 Æn. v. 345, *longa eſt injuria, longæ Ambages.*

Quem ad locum Jac. Pontanus f. 134, Ambages, inquit, verbum poëticum eſſe arbitror, licet eo utantur Livius & Tacitus. Sed Hiſtorici amant, ut ſcimus, verba Poëtica. Cicero *circuitionem* vocat lib. 2 de Divinat. cap. 61, *Quid opus eſt*, inquit, *circuitione & anfractu?* Sic *Fatigare diſcentem per ambages*, Quintil. ſub finem lib. 3. umführen und auffhalten. *Poſitis ambagibus vera loqui*, eleganter dixit Ovid. in Metam. 10 v. 19. Et lib. 7 Metam. v. 520,

Ordine nunc repetam, neu longa ambage morer vos.

Virgil. 2 Georg. v. 45, *non hîc te carmine ficto,*
Atque per ambages & longa exorſa tenebo.

Liv. lib. 9 cap. 11 extr. *Ambages fallendæ fidei exquirere*, betriegeriſche ausflucht und umſchweiff ſuchen. Contrarium *rectâ viâ* apud Terent. Heaut. act. 4 ſc. 3 v. 28.

¶ Ambagio, onis, idem quod ambages. Varro.

¶ Ambāgiōſus, a, um, Gell. lib. 14 cap. 1, *Lubrica atque ambagioſa conjectatio.*

AMBARVĀLE ſacrificium, Ambarvales hoſtiæ, quæ fiebant pro arvis. Ejusmodi ſacrificium intelligit Maro Ecl. 3,

Cum faciam vitulâ pro frugibus, ipſe venito:

Vbi Servius: *Dicitur hoc ſacrificium* ambarvale, *quod arva ambiat victima. Sic & ipſe in Georgicis*, Terque novas circum felix eat hoſtia fruges. *Sicut* amburbale *vel* amburbium *dicitur ſacrificium, quo urbem circuit & ambit victima.* Sed

¶ *Amburbiales hoſtiæ* circum terminos urbis Romæ ducebantur, Feſt vid. Alex. Neapol. 3, 12. Vopiſcus Aureliano cap. 20, conjunxit utrumque: *Luſtrata urbs, cantata carmina, amburbium celebratum, ambarvalia promiſſa, atque ita ſolennitas, quæ jubebatur, expleta eſt.*

AMBASCIATOR, vel Ambaſiator, barbara vox. De qua tamen dictum aliquid in *Ambactus*.

AMBIANI, Ambianenſes, Galliæ Belgicæ populi ſunt Plinio, Ptolemæo, & Cæſari, quorum urbem etiam *Ambianum*, vulgo *Amiens* vocant.

Ambedere, Ambidexter, Ambifariam, & ambifarius, Ambiformis & ambiformiter, Ambigenus, vide *edo, dexter, fari, forma, genus.*

AMBĬGO. Hoc verbum ab *ago* componitur, proprieque eſt circumago. Vnde & Ambactus, quando ſervum mercenarium ſignificat, qui ſcilicet, quocunque domino placet, circumagi ſolet, nomen invenit, de quo ſupra. ¶ 2. Significat *dubitare, & diſceptare de aliquâ re. Ambigere de hæreditate*, Cic. 3 Vert. c. 45. im zweiffel und zanck ſtehen, wer der rechte erbe ſey. *Ambigere de vero*, Idem in Orat. cap 36. Terent. Heaut. act. 3 ſc. 1 v. 93, *Simus & Crito, vicini noſtri, hic ambigunt de finibus*, ſtehen im zanck der flur halben. Tacitus 1 Hiſt. cap. 24, *Speculatori de parte finium cum vicino ambigenti.* Sic *de regno ambigere*, Livius lib. 40 cap. 15. Idem, *regni certamine ambigebant fratres*, lib. 21 cap. 31. *Ambigere cum aliquo*, pro controvertere, Cicero lib. 2 de Invent. cap. 42.

¶ Ambiguus, dubius, incertus. Terent. in Hecyr. act. 4 ſc. 4, *Etſi jamdudum fuerat ambiguum id mihi*, wiewohl ich für langes daran gezweiffelt hatte. Brutus ad Cicer. lib. 11 epiſt. 11, *Ego tamen non habui ambiguum*, id eſt, non dubitavi.

¶ Ambĭgŭĭtas, ſtreitigkeit. *Ambiguitatem explicare*, was zweiffelhafftig und ſtreitig iſt, erklären, Quintil. 7 cap. 2. *Ambiguitates* Plural. Seneca dixit Epiſtol. 108.

¶ Ambigue, zweiffelhafftig, zweydeutig. Cicer. 2 de Invent. cap. 48, *ambigue aliquid ſcriptum oſtendere.* Idem in Oratore c. 32 extr. *Ambigue multa dicuntur.* Auctor de Viris illuſtr. in Pyrho: *Apollo ambigue reſpondit, Ajo te Æacida* &c.

Ambio, ambitio, ambitus, &c. vide *Eo*.

AMBIVIVS, nomen Romanum. Vt, *L. Ambivius Turpio*, Auctor Comicus, qui plerasque Terentianas fabulas egit, ut ex illarum titulis conſtat. Meminit ejus Symmachus lib. 10 Epiſt. 2.

AMBLADA, Piſidiæ urbs, Steph. & Strab. lib. 12. Hinc *Ambladenſe vinum* Straboni l. d. pag. 392.

AMBO, ambæ, ambo, [ἄμφω] nomen eſt numeri pluralis tantùm. beyde. Terent. Heaut. a. 1 ſc. 1 v. 67, *Ambo accuſandi eſtis*, ihr habt alle beyde ſchuld daran. Horat. lib. 1 Satyr. 1 v. 21, *Ambas buccas iratus inflat*, bläſet beyde backen auff. Virgil. Æn. 2 v. 710, *Vna ſalus ambobus erit.* Differt ab *uterque*; ut, *ambo fecerunt domum*, ſcilicet operis conjunctis in unius domûs ædificationem. Sed *uterque fecit domum*, ſignificat, a duobus duas domos factas. Sic & *Eteocles & Polynices ambo periêrunt.*

perierunt, scilicet unà, vel eodem conflictu. Sed non sic, *Romulus & Africanus ambo triumpharunt*, sed *uterque*, quia diverso tempore, quod recte Sosip. Charisius lib. 1. p. 49 observavit. Vbi etiam Accusativum masc. *ambo* pro *ambos* defendit, nec injuria, cum ipsum ita Tullium locutum esse ex emendatissimis libris constet. Gruterus & Grævius, viri accuratissimi, lib. 5 fam. ep. 8 ediderunt, *Quos quidem ego ambo unice diligo.* Et lib. 9 epist. 13, *Hosce igitur ambo tibi sic commendo, ut* &c. Vide de his in *Duo* plura. ¶ *Ambabus manibus* proverbiale est, pro sedulo, toto conatu, celeriter. *Ambabus manibus largiri*, hoc est, liberaliter, reichlich und willig geben. *Ambobus pedibus fugere*, vide Chil.

¶ Ambifariam & Ambifarius, vide post *Fari.*

¶ Ambiformis, ambiformiter, vide in *Forma.*

¶ Ambigenus, quære in *Gigno.*

AMBO, ōnis, ὁ ἄμβων, suggestus aut cathedra, unde verba fiunt, ut Bebelius interpretatur, de abus. ling. lat. p. 50. ein predigstul, cantzel, item: lesepult. ἀπὸ τοῦ ἀμβαίνειν, seu ἀναβαίνειν, h. e. ab adscendendo nomen accepit, Voss. etym. fol. 22. Hinc & illud Varini; Ἄμβωνες αἱ προσαναβάσεις τῶν ὀρῶν, Lex. f. 137. Vtuntur hac voce scriptores Ecclesiastici. Priscis Latinis ignota est. Ideo culpant eam Bebel. d. l. & alii. Jubent autem substituere vocem cathedræ, suggesti, pulpiti. Bebel. in facet. de sacerdote: *Cathedra illa concionatoria, (quam indocti ambonem vocant.)* Platina in Xysto 3, *Ornavit & ambonem Ecclesiæ porphyreticis lapidibus, quem nos suggestum appellamus, ubi evangelium & epistola canitur.* Add. Glossar. Caroli du Fresne.

AMBRĂCIA, Ἀμβρακία, civitas nobilis Thesprotiæ Epiri, à qua Ambracius sinus cognominatus est. Quo nihil in Epiro nobilius esse Pomponius scripsit lib. 2 cap. 3.

¶ Ambraciota, & *Ambraciensis*, qui ibi natus. ut, *Ambraciotes vinum*, Græcâ forma. Plinius lib. 14 cap. 7 extr. *Apollodorus medicus in volumine, quo suasit Ptolemæo regi, quæ vina biberet, laudavit Leucadium, Ambracioten, & Peparethium* &c. Livius lib. 38 c. 43, *legatos Ambracienses in senatum introduxit.*

¶ Ambracius, a, um. Stat. lib. 2 Silv. 2 v. 8,

> *Pulvis, ad Ambracias conversa gymnade frondes.*

AMBRŌNES, vulgo dicebantur, qui rapto malisque artibus viverent; cujusmodi gens quædam in Galliis fuit *Ambronum nomine*, vide Chiliad. & Festum voce *Ambrones*, ibique Scaligerum.

AMBRŎSIA, ἀμβροσία, immortalitas, cibus Deorum poëticus; sicut *nectar* eorum potus. Ovid. lib. 1 de Ponto Epist. ult.

> *Nectar & ambrosiam latices epulasque Deorum.*

Cicero in Tusc. 1 cap. 26, *Non Ambrosia aut nectare Deos lætari arbitror.* Catull. epigr. 100, *Ambrosia dulci dulcius.* Etiam *Ambrosia alendus*, proverbialiter a Cicerone dicitur, pro eo, qui vel immortalitate dignus, vel Diis ipsis æquandus esse videatur, præsertim cum ita dicat ipse, *ut ambrosiâ alendus esse videatur.* lib. 2 de Orat. c. 57.

¶ Ambrosiacus, a, um: ut, *Ambrosiaca uva*, apud Plinium lib. 14 c. 3.

¶ Ambrŏsius, adject. ut, *Ambrosius succus*, süsser safft. *Ambrosiæ dapes*, apud Martialem lib. 4 epigr. 8. himmelskost. Transfertur etiam ad alia. Nam & *Ambrosios pedes*, pro pulchris eximie (quales scilicet eorum sunt, qui pascuntur ambrosia) Apulejus dixit Miles. 9 & *ambrosium corpus*, lib. 8 p. 205. Item *ambrosium colorem*, lib. 10 pag. 254. Sanè & apud Virgil. Æneid. 1, v. 403, *Ambrosias comas* legimus: quas Servius *aut Ambrosia, unguento Deorum*, [nam cibum non tantum, sed & unguentum Deorum ambrosiam dici ad 12 Æneid. v. 419, etiam idem eruditissimus Grammaticus observat] *oblitas; aut abusive divinas* interpretatur. Claudianus de nuptiis Honorii ac Mariæ v. 110,

> *Ambrosioque sinu puerum complexa ferocem,*
> *Quid tantum gavisus, ait?*

Vbi similiter *ambrosius sinus*, divinus est [de Venere enim loquitur] & quasi ambrosiâ diffluens. Alia observat Barthius lib. 24 adversariorum cap. 22. ¶ 2. *Ambrosiam* etiam quibusdam herbam, botrys, trôtenkraut, dici, Plinius testatur lib. 17 cap. 4. Sed Dioscorides aliam describit *Ambrosiam* lib. 3 cap. 112, *Querculam* officinæ vocant, rabenkraut.

¶ Ambrosius, nomen Episcopi Mediolanensis, qui floruit seculo Christiano 4 temporibus Valentiniani, Gratiani, Theodosii & Honorii Imperatorum. Pueri os dormientis adhuc in cunis apes ambire sunt visæ, non sine præsagio eximiarum virtutum. Numeratur inter quatuor Patres Latinos, quos, quia cæteros antecellant, Cardinales vocamus. Tres reliqui sunt Hieronymus, Augustinus, Gregorius.

¶ Cùm Ambrosius ab Justinâ Imperatrice persecutionem pateretur, instituit hymnos & Psalmos secundum morem orientalium decantari, ne populus mœroris tædio contabesceret: Durand. lib. 5 Rational. p. 82, ex Augustin. quem vide 9 confess. 7. Ipse quoque Ambrosius, (verba Cassandri epist. dedic. in hymn. eccles.) haud paucos hymnos venustissime conscripsit: quorum hæc fere ratio est, ut quarto quoque versu sententiam absolvant, ut alternis vicibus decantari possint. Qui canendi mos mire Ecclesiis placuit. Hinc factum est, ut hymni omnes hac ratione compositi, quorum in Ecclesiis usus est,

¶ *Ambrosiani* dicantur, quemcunque tandem auctorem habeant. Tales multi sunt, qui ab nonnullis Ambrosio tribuuntur, nec vero ab illo compositi sunt, sed ab aliis ad illius modulum. v. g. qui incipit *Magnæ Deus potentiæ* &c. item *Conditor alme siderum* &c.

AMBŪBAIAE, ἀμβουβαίαι, mulieres Syriæ, quæ Romæ in circo & aliis locis ad lasciviam factis habitabant, & duplici quæstu se sustentabant. Nam & corpus prostituebant, & organa quædam pulsare norant, quæ secum ex patria attulerant. Dictæ ab *ambub*, quo vocabulo Syri αὐλὸν significant: inde *ambubaja* ἡ αὐλητρίς, ut docet Scal. Conject. ad Varron. & Comment. in Copam Virg. pag. 256, huic enim Priscianus hoc Poëmation adscribit. Aliud visum Hadr. Turnebo 11 Advers. 23, & Læv. Torrentio comm. in Suet. qui malunt *Ambubajas* dictas ab *ambu* pro *am* circum, & *Bajis*, quod circum Bajas, quarum lavacra calida delicatis hominibus studio & voluptati erant, versarentur, quæ Romam usque tandem permanârint. Sed Turnebo, licet nomen ejus dissimuler, Scaliger ad Copam, Torrentio Casaubonus ad Suetonium respondent. Horat. 1 Serm. Satyr. 2 pr.

> *Ambubajarum collegia, pharmacopolæ,*
> *Mendici, mimæ, balatrones, hoc genus omne*
> *Mœstum ac sollicitum est, cantoris morte Tigelli.*

Meminit earumdem & Suetonius Nerone cap. 27. ubi vide Casaub. qui Scaligeri & Caninii, qui puram putam Syram tradidere hanc vocem, opinionem laudat ac confirmat. Conf. Stephan. le Moyne in notis ad Varia Sacra p. 471.

AMBVBEIA, vel ambugia, cichorium vel intybus erraticus, κιχόριον, wegwart, wegweis, Plinio lib. 1 tit. 20, n. 30. Rectius autem *ambubeja* est, quam *dentem leonis* vulgo nominant, sonnenwirbel.

Ambulacrum, quære in *Ambulo.*

AMBŬLO, avi, atum, are, wandeln, spatzieren, auff und nieder gehen. Cicer. de Clar. Or. c. 53, *Adolescens delicatus in littore ambulans.* Nam de otiosis ferme usurpatur. Vide infra Ambulator. Terent. in Adelph. a. 4 sc. 6 pr. *Defessus sum ambulando*, ich hab mich müde gangen. Idem Phorm. a. 5 sc. 7, 43, *In jus ambula.* Quod Donatus, *adeamus judicem*, interpretatur: gehe mit vor gerichte. Nam *jus* ibi locum notat, ubi redditur jus. *Socrati pro foribus deambulanti contentiùs usque ad vesperam, cùm prætereuntium quispiam diceret, quid agis, Socrates? respondit ipse, quò meliùs cœnem, obsono ambulando famem:* Cicer. lib. 5 Tuscul. c. 34. Idem lib. 2 de finibus cap. 34, *Cum Xerxes tantis classibus, tantisque equestribus & pedestribus copiis, Hellesponto juncto Athoque perfosso, maria ambulavisset, terram navigasset.* Vbi nota ambulare, ἐνεργητικῶς (active) usurpari. Plinius hoc verbo & de fluminibus utitur lib. 5 cap. 9, *Nilus*, inquit, *incertis ortus fontibus, it per deserta & ardentia, & immenso longitudinis spatio ambulans*, &c.

¶ Dionysii Catonis præceptum est: *Cum bonis ambula*, i. e. conversare, ut Boxhornius in Quæst. Rom. interpretatur. Quæ ratio loquendi Veteri Bibliorum interpreti frequenter usurpata. Plane ita nos: mit einem umgehen. Similiter Seneca *cum aliquo morari* dixit, de quo suo loco.

¶ Ambulatio, ōnis, ein spatziergang, & ipse ambulandi actus; & locus deambulandi. Cicero de finibus lib. 5 ineunte: *Constituimus inter nos, ut ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia.* C. Celsus lib. 1 cap. 2, *Ambulatio plana, non utique commodior est: siquidem melius ascensus & descensus cum quadam varietate corpus moveat.* Ibid. *Ambulatio recta melior, quàm flexuosa.* Hic ipse actus declaratur. Pro loco sumitur apud Vitruv. lib. 5 cap. 9, *Circa theatra sunt porticus & ambulationes*, (spatziergänge,) & Cicer. ad Quint. Fratr. l. 3 Ep. 17, *Nihil ei restabat præter balnearia, & ambulationem, & aviarium.* Eâdem figurâ *gestatio* appellabatur locus gestationi destinatus, & *cœnatio*, ubi cœnatur; similiter *lavatio*, vas aquarium, quod lotioni servit. Buchn. ad Plin. Epist. n. 513.

¶ Ambulatiuncula, æ, ein spatziergänglein, diminut. utroque significatu apud Ciceronem reperitur: lib. 2 ad Cœlium epist. 12, *cum una mehercle ambulatiuncula atque uno sermone nostro omnes fructus provinciæ non confero.* Et 13 ad Attic. epist. 29, *tecta ambulatiuncula addenda est.*

¶ Ambulator, ōris, ein pflastertreter. Columell. lib. 1 cap. 8, *Villicus (quod ait Cato) ambulator esse non debet*, der hoffmeister soll nicht viel spatzierens treiben. Nempe *ambulare* est, otiose discurrere, sive vagari. Cato cap. 5 de Re rustica: ubi & illud habes, quod Columella allegato loco producit: *Si hoc faciet* (villicus) *minus libebit ambulare.* Hinc *ambulatoris* nomen ad circulatores, & circumforaneos translatum. Martial. lib. 1 Epigr. 42,

> *Hoc quod Transtiberinus ambulator*
> *Qui pallentia sulphurata fractis*
> *Permutat vitreis.*

¶ Ambulatrix, Cato de officio villicæ, cap. 143, *Ad cœnam ne quo eat, neve ambulatrix siet.* eine umläufferin.

¶ Ambulatorius, a, um, mobilis. ut, *turres ambulatoriæ*, Hirt. B. Alex. cap. 2. & Vitruv. lib. 10 cap. 19, quæ rotis impositæ promoveri possunt. Vsus illarum in oppugnationibus. De aliis etiam rebus dicitur. Plinius lib. 21 cap. 14, *Operculum* (alvearis) *a tergo esse ambulatorium, ut proferatur intus, si magna sit alvus, aut sterilis operatio*, hoc est, mobile sit, ut intus proferri, si opus est, ad angustandam alvum possit. hin und her gehend.

¶ Ambulatilis, mobilis. Vitruv. lib. 10 cap. 13.

¶ Ambŭlācrum, i, διάστημα, περίπατος, ein spatziergang. Gellius lib. 1 cap. 2, *propulsabamus caloris incommoda locorum umbrâ ingentium, longis ambulacris, & mollibus ædium posticum refrigerantibus lavacris nitidis.* Adde Plaut. Most. 2, 2, 69, 132.

¶ Funambùlus, vide *Funis.*

Composita:

¶ Abambulare. Festus: *abambulantes, abscedentes.* Ovid. lib. 2 Metam. v. 852, *mistusque juvencis mugit & à teneris formosus abambulat herbis.* Vbi tamen alii *obambulat* legunt.

¶ Adambulare. darbey hergehen. Apulejus lib. 8 p. 213 ed. Elmenh. *Choraula, qui foris quidem circumgestantibus Deam cornu canens adambulabat.* Et lib. 11 p. 261, *vidi asinum adambulantem cuidam seni debili.* Et Plautus Bacchid. act. 4 scena 5, *Adambulabo ad ostium*, vor eines thür herum spatzieren.

¶ Deambulare. Cic. 2 de Leg. ineunte: *satis jam deambulatum est.*

¶ Deambulatio. Terent. Heaut. a. 4 sc. 6 v. 2, *Me hæc deambulatio, quamquam non laboriosa, ad languorem dedit.*

¶ Deambulacrum. Mamertinus Panegyr. Juliani cap. 9, *fora, deambulacra, gymnasia.*

¶ Inambulare. einhergehen. Asin. Pollio Cicer. lib. 10 epist. 32, *nudis pedibus inambularet.* Livius lib. 23 cap. 43, *per muros inambulare.*

¶ Inambulatio, ad Herenn. 3 cap. 15, *Si contentio fiet, celeri porrectione brachii, inambulatione, pedis dextri rara supplausione uti oportebit.* Atque hic est actus inambulandi. Deinde locum, ubi inambulatur, significat, ein spatziergang. Plin. 14 c. 1, *Vna vitis Romæ in Liviæ porticibus subdiales inambulationes umbrosis pergulis opacat.*

¶ Obambulare. herum spatzieren. Liv. lib. 25 c. 39, *milites obambulantes ante vallum portasque.* Ovidius 14 Metam. v. 188,

fremebun-

fremebundus obambulat Ætnam.

Idem 2 Trist. v. 459, *cum solus obambulat ipse.*

¶ Obambulatio. ad Herenn. 3 cap. 19, *hominum abambulatio.*

¶ Perambulare. Plaut. Most. act. 3 sc. 2 v. 122: *Perambula ædes tanquam tuas.* Hor. Epod. 17 v. 41, *Perambulabis astra sidus aureum.*

¶ Prodeambulare, außspazieren. Terent. Adelph. a. 5 sc. 1, v. 4, *prodeambulare huc libitum est.*

¶ Redambulare, zurück spazieren. Plautus Captiv. a. 4 sc. 2 extr. *bene ambula & redambula.*

¶ Anteambulo, ōnis, qui honoris caussa aliquem præcedens comitatur, ein vorgänger, vortraber. Martialis lib. 2 epigr. 18,

Sum comes ipse tuus, tumidique anteambulo regis.

Nam qui obsequia præstabant dominis, vel amici erant sive comites; vel servi. Cæterùm procedente domino, amici, ut honoratiores, præibant; servi sequebantur: quod & in nostris aulis hodie obtinet. Vide Sueton. Vespasiano cap. 2, & Senecam Epist. 13.

Amburbāle, quære *Ambarvale* & infra *urbs.*

AMELIUS, Philosophus Platonicus. Discipulum Plotini, præceptorem Porphyrii, æqualem Origenis prodit Suidas. Verba ejus, quibus Joannem Evangelistam barbarum vocat, descripserunt Theodoretus 2 de cur. græc. affect. Lud. Viv. ad 10 Aug. de Civ. D. 29, alii.

ĂMELLUS, i, flos, quem inter eas herbas, ex quibus remedia adversus apum morbos paranda sint, Virgilius numerat, & describit eleganter l. 4 Georg. v. 271, *Est etiam flos in pratis, cui nomen amello,* &c.

tonsis in vallibus illum
Pastores, & curva legunt prope flumina Mellæ,

qui fluvius est Galliæ Cisalpinæ prope Brixiam. Vide Catull. carm. 67 v. 33. Matthiolus *astera Atticum* significari, à Virgilio existimat, ἀστέρα ἀττικὸν, sternkraut, megerkraut. *Sed reclamat,* inquit Hadrianus, *foliorum paucitas, quorum tamen in amello copiosam silvam prodit Virgilius, & stellatus vertex, cujus ille nullum facit indicium, non omissurus tam celebrem notam in tam accurata floris præter morem descriptione.*

ĂMĔNĀNUS, i, fluvius Siciliæ, Ætnæ monti propinquus, Strabo l. 5 p. 166. Eumdem rescribendum esse apud Ovidium pro *Amasenus* & *Amisenus,* evicêre dudum Fulv. Ursinus, & Phil. Cluverius. Versus est in Metamorph. 15, 279,

Nec non Sicanias volvens Amenanus arenas
Nunc fluit: interdum suppressis fontibus aret.

Ubi vulgo *Amasenus* legitur, cujus nominis in Sicilia nullus fluvius est. Sic ergo Strabo c. l. instar interpretis: καθάπερ περὶ τοῦ Αμενάνου συμβαίνειν φασὶ, τοῦ διὰ Κατάνης ῥέοντος· ἐκλέπει γὰρ ἐπὶ πολλὰ ἔτη, καὶ πάλιν ῥεῖ. *De Amenano, fluenti per Catanam, tradunt, per aliquot annos destitui aquis: iterum fluere.*

Amens, amentia, vide *Mens.*

Amentatio, amento, vide *Amentum.*

AMENTUM, i, loramentum est, quo telum regitur & emittitur, der riemen am pfeil, oder das pfeilband: Cujus generis tela nobis in usu non sunt, præter fundam. Liv. 37 cap. 41, *humor jaculorum amenta emollierat.* Silius l. 9 v. 509, *flatus Pœnorum tela secundat,*

Et, velut amento contorta hastilia, turbo
Adjuvat.

Item, quo soleæ restringuntur. Vide Festum & Servium. *Amentum* autem quasi *apimentum* ab *apere,* quod est ligare, jungere.

¶ Amentare. Ut, *amentare jaculum,* id est, amento relegare & jactui parare. Lucanus lib. 6 v. 221, *Cum jaculum parva Libys amentavit habena, Se rotat in vulnus.* ¶ Hinc *hastas amentatas* metaphorice dixit Cicero argumenta ab aliis petita, de Oratore lib. 1 c. 57, *Ab auctore aliquo amentatas hastas acceptas oratoriis lacertis viribusque torquere,* die boltzen, die ein ander gefiedert, verschiessen. Eleganter quoque Silius, ut in membranis Colon. est, ad ventum accommodat in incendii descriptione l. 14 v. 423, *pastosque bitumine torquet*

Amentante Noto Pœnorum aplustribus ignes.

¶ Amentatio sive Admentatio, actus jaculandi. Deinde jacula ipsa, sive tela. Tertullianus lib. 1 ad Nation. cap. 10, *quo machæris vestris admentationibusque cadatis.*

AMĔRIA, æ, oppidum Umbriæ, patria Roscii Amerini, quem Cicero defendit.

¶ Amerīnus, a, um, ut, *Amerina salix,* apud Plin. 24 cap. 9. Virgil. 1 Georg. v. 265, *Atque Amerina parant lentæ retinacula viti,*

hoc est, vimina, quibus vites religantur ad palos, weiden, damit man den wein hefftet.

¶ Amerina, genus pyrorum. Stat. lib. 1 Silv. ult. v. 18, *Et massis Amerina non perustis.* Plinius inter serissima pyrorum genera numerat, quem vide lib. 15 cap. 15.

AMERIAS. Grammaticus fuit antiquissimus, Athenæo & Sophocli, veteri Apollonii Scholiastæ laudatus non raro: Casaub. cap. 1 Lect. Theocr. p. 9.

AMERICA, æ, terra illa nova, ab inventore secundario *Americo Vesputio* dicta, non sine injuriâ *Christophori Coloni,* quem alii corrupta voce *Columbum* vocant. Quandoquidem is A. C. 1492 primo insulas Americæ Hispaniolam, Cubam, & Jamaicam detexit: quinquennio demum post, videlicet A. 1497 *Americus Vesputius Florentinus* ulterius est progressus, quippe janua per illum priorem patefacta, viaque monstrata. An veteribus fuerit cognita? disquirit Bernegg. quæst. ad Tacit. qu. 188. Barlæus in Brasilia p. 40, 41. Rupertus ad Val. Max. lib. 4 cap. 6 dissert. 2 p. 296 seqq. alii, qui de origine gentium Americanarum scripserunt.

Amerina, amerinus, quære in *Ameria.*

ĂMES, itis, amites, furculæ sunt, quibus in venatione retia suspenduntur, auctore Porphyrione in illud Horatii Epod. 2 v. 33,

Aut amite levi rara tendit retia turdis.

stützen, gabeln, stöcke, damit man das garn auffspannet. Sane & Festus *perticam,* seu *furcam aucupalem* interpretatur. Vet. Gloss. *Amites,* ἰξευτικοὶ κάλαμοι: item *Amites* στάλικες. Quæ in Græco-Latino Glossario στάσεις δικτύων interpretantur. *Varos* Lucanus appellat, de quo infra. ¶ Quanta prima sit, dubitatur. Plerisque tamen de doctioribus placet, brevem esse.

ĂMĔTHYSTUS, i, ἀμέθυστος, gemma coloris violacei, ein amethyst. Optima est Orientalis vel Indica. Sunt enim & Misnicæ hoc tempore. Est autem *Amethystus* sic dicta, quod ebrietati repugnet. Aristoteles enim auctor est, amethystum umbilico admotum vini vaporem primum ad se trahere, deinde eum discutere; proinde à crapula & ebrietate ferentem vindicare: Ruellius lib. 2 de gemmis. Quam opinionem tamen Plutarch. reprehendit. Varro πάπιας πάππος apud Nonium in *Margarita: Imperito nonnunquam concha videtur*

Margarita, ut amethystus, smaragdus.

¶ Ămĕthystīnus, a, um, adject. quod ex amethysto constat, aut amethysti colorem refert: ut vestimenta, quæ ea de re *Amethystina* dicta. Juvenalis Sat. 7 v. 135, *Purpura vendit*

Caussidicum, vendunt amethystina.

Hic enim color in maximo pretio, qui mistus ex purpurâ, Plin. lib. 9 cap. 41, & lib. 21 c. 8. Martial. Apophoret. Ep. 152. Inde cum Tyrio prohibitus Neroni, Suet. c. 32. De pretio violaceæ purpuræ, sive amethystini coloris Nepos apud Plin. lib. 9 c. 39.

¶ Amethystĭnātus, id est, Amethystinis indutus, apud Mart. lib. 2 Epigr. 57, *Amethystinatus media qui secat septa.*

¶ Amethystizontes carbunculi, quorum externus igniculus in Amethysti violam exit, Plin. lib. 37 cap. 7.

AMIA, Ἀμία, piscis marinus *pelamydi* vel *scombro* corporis specie, pinnis, & caudâ similis, rostro acuto, ventre crasso, caudâ tenui, in figuram Lunæ in cornua curvatæ pinnis ejus conformatis, dorso cœruleo, eoque splendente dum vivit, ventre argenteo, &c. Eberus & Peucerus *amiam* interpretantur germanice, wels. Quod si *Velsiu* piscis est, ut puto, quem recentiores aliqui *barbatum* nominant, maximus in mustelarum genere, non erit *amia,* sed *silurus* forte. Oppianus Halieut. lib. 2 v. 553, de Delphinis:

Ἀλλ' ἔμπης καὶ τοῖσιν ἀνάρσιοι ἀντιφέρονται
Ἰχθύες, οὓς ἀμίας κικλήσκομεν, οὐδ' ἀλέγουσι
Δελφίνων, μοῦναι δὲ κατάντια δηριόωνται.

Hoc est: *His hostes sunt pisces, quos Amias vocamus. Neque enim delphinos timent: sed soli contra eos feruntur* &c. Vide reliqua, quibus pugnam eorum describit.

ĂMIANTUS, lapis nascens in Creta, scissili alumini similis, imo alumen nostrum plumosum, federweiß, erdflachs, pliant salamander haar, glimmer, katzensilber, G. Agr. Encelius.

Amica, amicabilis, amicare, &c. vid. *Amicus.*

ĂMĬCIO, ire, ἀμπέχομαι, ἀπαναβάλλω, vestio, operio, ab *am* & *jacio,* kleiden, anlegen. Suetonius Vespasiano cap. 21, *Dum salutabatur, & calceabat ipse se & amiciebat,* zohe sich an. Per metaphoram Ovidius lib. 3 de Ponto El. 8, *Non hîc Pampineis amicitur vitibus ulmus.* Item Horat. lib. 1 Epist. 16 v. 3, *Pomisne & pratis, an amictâ vitibus ulmo.* Cicero de orat. lib. 3 c. 32, *Hippias gloriatus est, pallium, quo amictus, soccos, quibus indutus esset, se manu sua confecisse.*

¶ Amĭcīmen, iminis, idem quod amictus. Apulejus 11 metam. (p. 261 ed. Elmenh.) *Mulieres candido splendentes amicimine.* Et eodem libro p. 268, *linteo & rudi contectus amicimine.*

¶ Amictus, us, ἐπίβλημα, vestitus, kleidung. Horat. l. 1 Ep. 17 v. 27,

Alter purpureum non expectabit amictum.
Quidlibet indutus celeberrima per loca vadet.

¶ De cœlo, quod undique circumjectam tegit terram, usurpavit Lucretius l. 6 v. 1131, *Nec refert, utrum nos in loca deveniamus*

Nobis adversa, & cœli mutemus amictum.

Quod imitatus Virgilius *nube amictos* dixit Æn. 1 v. 516. Simile est, cùm *cœli tegmen* Lucretius & Cicero dixerunt, ille lib. 1, v. 986; hic 2 Nat. Deor. c. 44.

¶ Amictorium, amictus, Martial. tit. Epigr. 149.

¶ Amĭcŭlum, genus vestimenti, ἀναβόλαιον, περιβόλαιον, ein oberrock, oberkleid. Cicer. 3 Nat. D. c. 34, *Dionysius aureum Jovi Olympio detraxit amiculum grandi pondere, in eo etiam cavillatus, æstate grave esse aureum amiculum: hieme frigidum; eique lanium pallium injecit.*

¶ Amiculatus, a, um, amictus, vestitus, particip. passivum, bekleidet, apud Solinum c. 65 [al. 52] de India, *Pars,* inquit, *nudi: pars, obscena tantùm amiculati.*

¶ Semiamictus, a, um, halb bekleidet. Apulejus lib. 1 Metam. p. 104, *Humi sedebat scissili palliastro semiamictus.* Et lib. 7 p. 189, *centunculis disparibus & male consarcinatis semiamictus.*

ĂMĪCUS, a, um, adject. ab amando, freundlich, lieblich, angenehm, günstig: ut, *Æstas est amica frugibus. Quies amica,* Claudian. præf. 6 Conf. Hon. *Domus amica, domus optima:* οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. *Amica Musis aurora.* Cicero Planco sub 16 ad Att. ep. 16, *Alibi nemo est amicior, nec jucundior, nec charior Attico.* Apud eumdem lib. 3 Fam. Ep. 3, *Successor conjunctissimus & amicissimus,* & apud Corn. Nepot. 23, 10. 2. *Eumenes Romanis amicissimus.* Ovid. 3 Fastor v. 833 de Pallade: *Dea carminis illa est,*

Si mereor, studiis adsit amica meis.

¶ Substantivum notæ significationis est: φίλος, ein freund, gönner. *Amicus ex animo,* Cicer. Phil. 11 cap. 13, ein hertzens-freund. *Amicus usque in extremas res,* Tacito lib. 1 c. 45. Plaut. Epid. act. 3 sc. 3, *Nihil homini amico est opportuno amicius.* Cicer. de amicit. c. 21, *Is amicus est, qui est tanquam alter idem.* Horat. lib. 3 carm. ode 35,

diffugiunt cadis
Cum fæce siccatis amici
Ferre jugum pariter dolosi.

Rursus Cicero de Amic. cap. 4, *Ex omnibus seculis vix tria aut quatuor nominantur amicorum paria.* Adagia de amicis sunt plurima: tantummodo hæc notamus: *Unus Deus & plures amici;* εἷς θεὸς καὶ πολλοὶ φίλοι; man kan sich wol eines Gottes, aber nicht eines menschen nehren. Vide Chiliad. ¶ Amicum sibi esse, est bene curare curem suam, non defraudare Genium: sich wohl warten. Contra Horat. lib. 1 Sat. 2 v. 20, *vix credere possis,*

Quam sibi non sit amicus.

¶ *Amici principum*, dicebantur consiliarii Principum, eorumque domestici & familiares; geheime räthe, und hohe ministri am hof, qui assidui circa Principem vel Regem. Vide exempla in Notis Cl. V. Jo. G. Grævii ad Justin. 1 cap. 4 & ad 15 Cic. epist. 2. Hi & *Comites* appellati, a *comitando*. Quod cum faciebant, hoc est, procedenti Principi aderant officii caussa, præcedere solebant; nam servi & minus honorata ministeria sequebantur: unde & *pedissequi* dicti: Illi enim *anteambulones* [de quibus supra] item *Antepedes* appellati, ut notat observatque Salmasius ad Trebellium Pollionem. Et erant *Amici isti* seu *Comites* Principum in diversas classes distincti, pro ratione honorum, quos sustinebant: qua de re Lipsius ad Annal. 6. Tacit. not. 29. & Comm. ad Senecam de Benef. 6, 3. 3. n. 229. Salmasius ad Spartianum; Marcilius ad Horatium lib. 1 Epist. 9 videndi. ¶ Sic & ipsi patroni, & quibus præstamus obsequia, *Amici* dicuntur. Ita enim & Horatius Mæcenatem, patronum suum, & cui omnes fortunas debebat, blandissimâ appellatione salutat Epod. 1. *Ibis Liburnis inter alta navium, Amice, propugnacula.* Alibi adjunxit aliquid, discriminis caussa. Vt de eodem lib. 2 od. 18, *nec potentem amicum*

Largiora flagito.

Sic & lib. 1 epist. 18 v. 44, *tu cede potentis amici*

Lenibus imperiis.

Seneca de brevitate vitæ cap. 7, *Quot* (dies abstulit) *ille potentior amicus? Magnos amicos* Juvenalis similiter dixit Sat. 3 v. 57, & 6 v. 312.

¶ Ămīcŭlus, diminutiv. apud Horat. lib. 1 Epistol. 17 v. 3,

Disce docendus adhuc, quæ censet amiculus.

¶ Ămīca, æ, die liebste, & quæ amatur inhoneste, Ἑταῖρα, eine hure. Nam comitatis caussa meretrices honestiore nomine *amicæ* appellabantur. Horatius 1 Epist. 1, 20, *Vt nox longa, quibus mentitur amica.* Terent. a. 1 sc. 3 v. 10, *Hæc Andria, sive ista uxor, sive amica est, &c.* Plaut. in Bacchid. a. 2 sc. 2 v. 16, *Anima est amica amanti.* Eædem & *Lupæ* antiquitus & *Pellices* appellatæ: de quo vide in suis locis.

¶ Amicula, dimin. idem quod amica, ein schätzgen. Plin. lib. 3 epist. 9, *Miserat epistolas Romam ad amiculam quandam.* Sueton. Calig. cap. 33, *quoties amiculæ collum exoscularetur.* Arnob. 4 p. 141 de Jove: *Vxore contentus haud una, concubinis, pellicibus, atque amiculis delectatus, &c.*

¶ Ămīcè, amici more, ut, *Amicè facere*, Cic. de Amic. c. 2, thun wie ein freund. *Amice de quo cogitare*, Nepos Hannib. cap. 2, gutes von einem im sinn haben. Et cum Dativo. Cic. Offic. 1 cap. 26 extr. *Hæc præscripta servantem licet magnifice, graviter, animoseque vivere, atque etiam simpliciter, fideliter, vitæque hominum amice*, hoc est, ut nullius hominis inimicitiam suscipias. Superlativus *amicissime.* Vt, *Familiarissime & amicissime cum aliquo vivere*, Cicero Div. in Verr. cap. 9.

¶ Amiciter, Plautinum est, Pers. a. 2 sc. 3 v. 3.

¶ Ămīcĭtia, æ, freundschafft. Cicero Nat. D. lib. 1 extremo: *Carum ipsum verbum est amoris, ex quo amicitiæ nomen est ductum.* Idem in Lælio extr. *Vos hortor, ut, virtute excepta, nihil amicitia præstabilius esse putetis. Amicitias comparare, conglutinare*, Cic. ibidem cap. 9, *Jungere cum quo consuetudines & amicitias.* Idem pro Dejot. cap. 9. *Amicitias parere*, Corn. Nepos Alcibiade cap. 7, *Amicitiam sibi cum quibusdam Thraciæ Regibus pepererat. Amicitiam gerere*, freundschafft halten, idem in Datame dixit cap. 10, quâ formâ & Cicero usus, ut ibi Lambinus observat. Ciceronis sunt: *Colere, tueri, servare amicitiam*: freundschafft pflegen. *In alicujus amicitia esse: amicitia alicujus uti*: eines freund seyn. *Intercedit mihi cum eo amicitia. Spectata amicitia*, bewehrte freundschafft. *Fucosa, simulata, falsa amicitia*, falsche freundschafft. Ejusdem sunt etiam *dissolvere amicitiam*, in Lælio cap. 9. *Dissuere, discindere, deponere*, ibidem cap. 21. quod Nepoti in Conone cap. 2 est, *ab amicitia alicujus deficere*, die freundschafft trennen, zerreissen. *Amicitias immortales, inimicitias mortales debere esse*, vulgi dictum, & proverbii loco fuisse Livius lib. 40 c. 46 docet. Eo pertinet illud Quintiliani Declam. 257: *Non oportet immortales esse inimicitias: & ita demum tutum perpetuumque est genus humanum, si amor ac fides nullam habuerint oblivionem.* Cicero in Læl. c. 22, *Ornamentum amicitiæ verecundia.* Idem ibidem, *In amicitia pestis nulla major, quam adulatio, blanditiæ, &c.* Cicero in Offic. 1 cap. 17 extr. *Jucundissima ea est amicitia, quam similitudo conjugavit*, unter gleichen ist die anmuthigste freundschafft. Sed morum similitudine conciliari præcipue amicitias, pulchre ostendit Quintil. Declam. 307. Hieronymi istud est Epist. 41, ad Rufinum in fine: *Amicitia, quæ desinere potest, vera nunquam fuit.* ¶ 2. *Amicitia Principis*, Plin. 1 Epist. 17, gunst bey grossen herren. ¶ 3. Amicitia, cum ad plantas ac similia transfertur, συμπάθεια est. Plin. lib. 19 c. 8 de ruta: *Amicitia est ei cum fico in tantum, ut nusquam lætior proveniat, quàm sub hâc arbore.* ¶ 4. Amicitiæ in Plur. quoque dicuntur, ut in Lælio cap. 13, *fugiendas esse nimias amicitias.* Et eod. cap. *mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærunt, quam viri.*

¶ Amicitia, nomine proprio, fuit Gentium Dea. Lil. Gyrald. de Diis Gent.

¶ Amicities, antiquum, apud Lucretium legitur lib. 5 v. 1018.

¶ Ămīco, are, φιλόω, amicum reddere, zum freunde machen, versöhnen. Statius lib. 3 Thebaid. v. 470,

At prior Oeclides solita prece numen amicat.

¶ Amicabilis. Plautus Mil. a. 4 sc. 4 v. 8, *Vos modo date operam amicabilem.* Sed alii legunt *adjutabilem.* Sidonius lib. 1 epist. 3 *scamni amicabilibus deputari.* Ita Savaro: Sirmondus autem, *amicalibus.* Neutrum ergo satis certum exemplum. Vtuntur tamen Jurisconsulti. Lege ult. § ult. Cod. de legit. hæred. *per amicabilem transactionem sopire casum vel controversiam.* Gloss. Vet. φιλικὸς, *amicabilis.*

¶ Amicalis, idem. Vlpianus Lege 10 Dig. Mandati vel contra, § Si quis ea, *qui adfectionem amicalem promisit.* Apulejus de Mundo p. 75 in divinis nominibus etiam *Hospitalis*, *Amicalis* recenset. Adde Sidonium lib. 1 epist. 3, ex qua in *amicabilis* modo dictum est.

¶ *Amicarius*, & *amicosus.* Diomedes lib. 1 p. 313, *Amicarius*, qui amicam præbet; *Amicosus*, qui multas amicas habet.

¶ Inĭmīcus, a, um, adject. feindselig, entgegen. *Inimica patriæ consilia*, i. e. seditiosæ molitiones, apud Corn. Nep. 4, 3. 3. *Nec mihi inimiciorem, quam sibi, puto*, Cicer. ad Att. 9 epist. 15. *Nemo inimicior Sthenio, quam hic C. Claudius fuit*, in Verr. 4 cap. 43. *Inimicissimum quem habere*, C. Nep. 14, 5, 4. *Inimicissima oleo amurca*, Colum. 12 cap. 50.

¶ Inĭmīcus, i, ein feind, subst. *Capere inimicos omnes homines*, alle menschen zu feinden kriegen, Terent. And. a. 4 sc. 2. *Inimicissimus*, pro inimico substantive, ut Intimus, pro conjunctissimo amico, apud Nepotem in Hannibale legitur c. 12 & Cicer. pro Mil. c. 9. Vtroque loco est *inimicissimum suum* cum Pronomine.

¶ Inĭmīcitia, Sing. Cic. 4 Tusc. cap. 9, & usitatius

¶ Inimicitiæ, plur. feindschafft. *Capere inimicitias in familiam suam*, Terent. Phorm. 2 sc. 3, 23. *Suscipere inimicitias*, Cicer. 2 fam. ep. 18, & *suscipere cum quo &c.* Nepos Datame cap. 10, feindschafft auf sich laden. *Gerere inimicitias*, Nepos Attico cap. 11, 5. *Intercedunt mihi inimicitiæ cum aliquo*, Cicer. pro Cœlio cap. 13. *Erant ei veteres inimicitiæ cum Rosciis*, Idem pro Rosc. Am. c. 6, feindschafft tragen. At *deponere inimicitias*, feindschafft ablegen, pro Flacco c. 1.

¶ Inĭmīcare, veruneinigen, Horat. lib. 4 od. ult. *Non ira, quæ procudit enses, Et miseras inimicat urbes*, id est, inimicas inter se reddit. Vet. Gloss. ἐχθραίνω, *Inimico.* Item, ἐχθρὸν ποιῶ, *Inimico.* Statius lib. 2 Thebaid. v. 418, *ceu septa novus jam mœnia laxet*

Fossor, & hostiles inimicent classica turmas.

Vsus & Sidonius lib. 5 Ep. 19.

¶ Inimicè, adverb. feindselig, feindlich. Cicero pro Quint. cap. 21, *inimicissime atque infestissime contendere perseveret.* Idem lib. 1 de Nat. Deor. cap. 3, *qui admonent amice, docendi sunt: qui inimice insectantur, repellendi.*

¶ Inimicalis, inimicus. Sidonius Apollinaris lib. 1 epist. 3, *stimulis inimicalibus* [in quem] *excitari.*

AMIDA, Mesopotamiæ oppidum, cujus mentio apud Ammianum sæpe fit, qui lib. 18 cap. 14 vocat *civitatem* Romanorum *cladibus inclytam*, puta, sub Constantio. Vide Sex. Rufum cap. 27. Vnde

¶ Amidenus gentile, Amidâ oriundus.

ĂMILCAR, ăris, Ἀμίλκαρ, dux Carthaginiensis fuit facundiâ & solertia insignis; qui ingressus in castra Alexandri Magni, consilia ejus de Atheniensibus astute exploravit, exulem se simulans, & militem offerens, ut ex Trogo Justinus scripsit lib. 21 c. 6. ¶ 2. Amilcar alter, Barcas cognominatus, pater fuit Annibalis, notissimus ex vita, quam Nepos scripsit. ¶ 3. Plures hujus nominis in bellis Punicis occurrunt apud Livium & Polybium.

AMINEA regio vitifera Campaniæ. Macrobius lib. 2 Saturn. c. 16. *Vvarum ista sunt genera, Aminea scilicet a regione. Nam Aminei fuerunt, ubi nunc Falernum est.* MS. liber *Salernum* habet, pro *Falernum*, quod multis inde probabilius est, quia Virgilius 2 Georg. v. 96, 97 videtur Amineas uvas a Falernis separasse. Syllabæ hujus nominis sunt dubiæ, & in Virgilio libri quidam Ammĭneæ vites: quidam Ămīneæ repræsentant.

¶ Ămĭnēus vel Ammĭnĕus, Virgil. 2 Georg. v. 97,

Sunt & Amineæ vites, firmissima vina.

Vbi vide Interpretes, Servium inprimis, cui *vinum amineum* vinum est *sine minio*, i. e. sine rubore. De dubietate syllabarum jam diximus. Qui primam producunt, *Sunt etiam* legunt; *Sunt &* cæteri. Lege fin. Dig. de tritico, vino, oleo, *vinum Aminæum* in dulcioribus numeratur. Egregius locus est Plinii l. 14 c. 2, *Principatus datur Amminæis* (vitibus) *propter firmitatem, senioque proficientem vini ejus ubique vitam.*

AMIPSIAS, vel Amepsias, utrumque enim scribitur, cùm græcum sit Ἀμειψίας: Poëta fuit comicus, in quem & similes, ut ineptos, Aristophanes (initio Ranarum) est invectus. Meminit & Laërtius Diogenes, illumque ait in Socratem scripsisse, palliatumque ipsum in fabulâ induxisse.

Amisius, Germaniæ fluvius, vide in *Amasius.*

AMĬTA, patris mei soror, πατραδέλφη, die baase. Nepos Datam. cap. 2 *Erat mater cum Datame, amita Paphlagonis.* Et Persius Satyr. 6 v. 52, *Si mihi nulla Jam reliqua ex amitis, patruelis nulla.* Videtur tamen apud veteres secundam habuisse productam. *Amita* enim dicitur, quæ ab antiquioribus *Avita* dicebatur, quia tertia a me & avia. Vel *amita*, quod a patre meo amata, ut docent Festus & ad ipsum Scaliger. Hinc apud Propert. lib. 2 El. 6 in illo: *Me lædit, si multa tibi dedit oscula mater, Me soror, & cum quâ dormit amica simul*; pro *amica*, quidam legunt *amita*, quod est MS. Palat.

¶ *Amita magna*, avi soror, Lege 10 Dig. § 15 de Grad.

¶ Amitīni, & Amitinæ, geschwister-kinder. ibidem.

¶ Abamita, soror est abavi. &

¶ Proamita, amita magna, avi paterni soror. De hisce derivatis ab Amita, consulas Tit. Institut. de Gradibus: & legem 10 Dig. de Grad.

AMMI, ammios, ἄμμι, Ammium Plinio lib. 20 extremo, cuminum Æthiopicum est, semen habet cumino exilius, quemadmodum Dioscorides inquit, Germani amey vocant. Matth.

AMMIANVS MARCELLINVS, Historicus Latinus, Antiochia oriundus, sub Imperatoribus Gratiano & Valentiniano scripsit Historiam, a principatu Cæsaris Nervæ exorsus usque ad Valentis interitum libris 31, ex quibus posteriores 18 supersunt. v. Voss. de Hist. Græc. 2, 18 & de Hist. Lat. 2, 9.

AMMODĪTES, æ, Ἀμμοδύτης, animal viperæ simile, magnitudine cubitali, Aetio est, Serm. 13 c. 25.

AMMON, Ἄμμων, Jovis cognomen, cujus simulacrum cum capite arietino pingebatur, de quo apud Tertullianum, Minucium Felicem, & Arnobium legere est: & inde *Corniger* Poëtis appellatur. Caussam vide apud Servium in illud Virgilii lib. 4 Æneid. v. 198. *Hic Ammone satus.* Vbi & nominis rationem habes. ἄμμος Græce sabulum, sive arenam significat. Vnde appellatus hic Jupiter, quia in arena sedens inventus fuit, ut Servius narrat: vel quia in desertis & arenosis Libyæ locis colebatur. Quo illud Propertii videtur spectare l. 4 eleg. 1, v. 103,

Hoc

Hoc neque arenosum Libyci Jovis explicat antrum.

Locum ipsum & templum Lucanus lib. 9 vers. 511 cum seqq. & Curtius lib. 4 cap. 7 describunt. Et quia Græce ἄμμος juxta & ἅμμος scribitur; itaque ex æquo apud Latinos & *Ammon* & *Hammon* invenitur. Alii vero non ab arenis nominis rationem petunt; sed ἀμῶν per aphæresin proprio ab Ægyptiis vocabulo pro Θαμῶν appellatum volunt: id autem occultum sive occultationem significat: Plat. in Phædro. Conf. Voss. de Idololatr. lib. 1 c. 27 & 32. lib. 2 c. 11. Kircher. in obelisc. Pamphil. lib. 4 p. 270 & in Oedip. Ægypt. Tom. 1 Syntagm. 3. At Bochartus in Phaleg. lib. 1 cap. 1, a *Cham*, seu *Ham*, Noæ filio, deducit.

¶ Ammonia cognominata fuit & Juno, culta in Græcia ab Eleis. Pausan. in Eliac. p. 163. Eodem nomine appellata olim fuit Libyæ pars mediterranea: quin etiam tota Libya, auctore Stephano Byzant.

¶ Ammonii, populi Libyæ, colentes Jovem Ammonem. Pausanias in Lacon. p. 100, *Aphytæi colunt Ammonem non minus, quam Ammonii Libyæ*, τιμῶσιν Ἄμμωνα, οὐδὲν ἧσσον, ἢ οἱ Ἀμμώνιοι Λιβύων.

AMMŌNIACUM, Ἀμμωνιακὸν, succus est, destillans ex arbore ferulacea in Africa juxta Ammonis oraculum, ut habet Dioscorides. Officinæ vulgo *Armoniacum* vocant: sed legitimum nec habere possunt, nec exhibent.

¶ Ammoniăcus sal sub arenis in laminas concretus invenitur in Cyrenaica regione, ab ἄμμος arena: quod & Plin. ostendit, sic habens lib. 31 c. 7 de salis generibus: *Cyrenaici tractus nobilitantur Ammoniaco, & ipso, quia sub arenis inveniatur, appellato.* Vulgo *Sal Armoniacum.* Matthiol. Ovid. de Medicam. faciei v. 94,

Cumque Ammoniaco mascula thura sale.

AMMONIANUS, Grammaticus: fuit ille, cui asinus fuit sapientiæ auditor. Suidas f. 206.

AMMONITRUM, massa est ex arenâ albâ tritâ, & nitro mixtâ, ex qua deinde fit massa vitri puri & candidi. Plin. lib. 35 cap. 26.

AMMŌNIUS, Ἀμμώνιος. Tres hoc nomine Philosophi celebrantur. Quorum primus Ægyptius, Præceptor Plutarchi Chæronei, sub Nerone, cujus ipse sæpe meminit. Stoicâ se imbuerat: sed Platonicæ magis addictus fuit. ¶ 2. Secundus Ammonius nobilis ille Philosophus fuit Alexandrinus, memoratus etiam Ammiano lib. 22 cap. 42, quem inter alios Origenes & Plotinus audiêre, quod in Plotini præceptoris sui vitâ Porphyrius scripsit. Commodo imperante relictis saccis, in quibus frumenta circumferebat, philosophicæ vitæ se tradidisse, auctor est Theodoretus lib. 6 de cur. Græc. aff. Hinc videlicet cognomen ipsi factum est *Saccas*, Σακκᾶς, quomodo scribit hanc vocem & Suidas. Retulit eum inter Ecclesiasticos scriptores Hieronymus, additque, falso accusatum à Porphyrio, quod ex Christiano ethnicus fuerit, cum constet, eum usque ad extremam vitam Christianum perseverâsse. ¶ 3. Tertius Ammonius, Hermiæ filius fuit, Procli discipulus, præceptor Simplicii. Ammonios alios suggerent Martyrologia.

AMNESTIA, ex ἀμνηστίας Græco vocabulo: quo usus videtur Cicero in oratione quadam ad Senatum in æde Telluris habita de pace cum Antonio faciunda, quæ hodie non exstat. Ita enim Philipp. 1 initio scribit: *in quo templo, quantum in me fuit, jeci fundamenta pacis: Atheniensiumque renovavi exemplum: Græcum etiam verbum usurpavi, quo tum in sedandis discordiis erat usa illa civitas, atque omnem memoriam discordiarum oblivione sempiterna delendam censui.* Nam per *Græcum verbum* ἀμνηστίας vocem intelligendam plerique interpretes consentiunt: solo dissentiente Mureto lib. 2 Var. Lect. cap. 15. Corn. Nepos *Legem oblivionis* vocat, in Thrasybulo: Plutarchus Præcept. Politicis ἀμνηστίας ψήφισμα, *Decretum oblivionis.* Val. Maximus lib. 4 c. 1, *Plebiscitum ne qua præteritarum rerum mentio fieret.* Suetonius *Abolitionem facti*, Tiberio c. 4 appellat: Quamquam Torrentius verbum *facti* adulterinum suspicetur, atque delendum adeo censeat. In Claudio tamen c. 11 *Dictorum factorumque veniam & oblivionem* appellat. Plura in hanc rem Bœclerus in Dissert. de Amnestia, olim cum Vellejo editâ, & Boxhornius dissert. peculiari: & illustris Forstnerus in not. ad Tacit. Annal. 12, 19. Bosius ad Nepot. Thrasyb. cap. 3.

Ammineus, v. paulo ante *Aminea.*

Amnicola, amniculus, amnicus, vide sequens *Amnis.*

AMNIS, is, ein fluß, bach, *cæruleus, liquidus, lubricus, placidus*, Ovidio. *Purus*, Horat. 2 epist. 2 v. 120. *Rapidus*, Senecæ Medea v. 411. *Vadosus*, Virg. 7 Æn. v. 728. *Sedatus*, Ciceroni in Oratore c. 12, de Herodoto & Thucydide: *Alter sine ullis*, inquit, *salebris quasi sedatus amnis fluit, alter incitatior fertur.* Rursus Seneca Hippol. v. 16, *Mæander steriles amne maligno radit arenas.* Livius 21 cap. 5, *verticoso amni delati in hostes:* & cap. 27 ejusd. libri, *trajecto amni.* Nam utroque more sextus casus formatur.

¶ Amniculus, diminut. ein kleiner bach. Livius lib. 36 cap. 22, *ab altero amniculo Appium Claudium opposuit.*

¶ Amnensis, ad amnem situs, περιποτάμιος. Festus: *Amnenses dictæ urbes prope amnem sitæ.*

¶ Amnicola, am fluß wohnend. Ovid. 10 Metam. v. 96,

Amnicolæque simul salices, & aquatica lotos.

¶ Amnigĕnus, vide in *gigno.*

¶ Amnĭcus, a, um. *Amnica insula*, Plin. lib. 3 c. 25. Auson. Mosella v. 205, *Impubemque manum, super amnica terga vagantem Dum spectat* &c. *Amnicæ herbæ* apud Solin. cap. 20. *Amnicus liquor*, apud Prudent. Peristeph. hymn. 11 prope fin.

¶ Interamnus s. Interamnanus, a, um, quod inter duos amnes jacet. Lampridius in Alex. Sev. c. 56. *Terras interamnas s. interamnanas* vocat regionem, quæ Græcis est Mesopotamia. v. Curt. 5, 1, 15 cum Not. Freinshemii. *Spatia amplecti interamna* Solinus dixit cap. 32. vid. Salmas. ad h. l. fol. 295 & 492. Fuit & *Interamna* Civitas Italiæ, similem ob caussam haut dubie sic dicta. v. Vellej. 1, 14, 4.

AMNISUS, fluvius Cretæ insulæ, ut Callimachi Scholiastes tradit ad Hymn. Dianæ v. 15, & Byz. Stephanus ex Holstenii emendatione. Unde

¶ Amnīsiădes nymphæ eidem Stephano: sive Amnīsides, ut Callimachus c. l. brevius vocem formavit, — Ἀμνισιάδας εἴκοσι νύμφας.

ĂMO, avi, atum, amare, lieben, notum verbum. Ut, *amare ex animo*, Cic. ad Q. frat. lib. 1 ep. 1 c. 5, von hertzen lieben. *Amare se ipsum*, est, se mirari, sibi placere, viel von sich halten. *Amas te ipsum, ideo nullus tibi amicus:* vide Chil. ¶ Significat & absolute *amare*, amore captum esse. Terent. in And. a. 1 sc. 2, 20, *Omnes, qui amant, graviter sibi dari uxorem ferunt.* die dem buhlen nachhengen, gehen ungern ans weibernehmen. *Misere amare*, est infeliciter amare; h. e. kein glück bey dem buhlen haben, apud Terentium Heaut. a. 2 sc. 1, v. 16. *Efflictim amare*, est supra modum amare, ita, ut te effligas, apud Plautum & Apulejum. *Perdite amare* Terentius dixit ead. fab. a. 1, v. 45. Uno verbo id Plauto *Perire*, item *deperire* est. ¶ Majus est quàm diligo. Cicero ad Brutum Epist. 1, *Clodius Trib. pl. designatus valde me diligit, vel ut* ἐμφατικώτερον *dicam, me amat.* Idem 9 fam. epist. 14, *Quis erat, qui putaret, ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? tantum accessit, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexisse.* Factum hinc, ut *amicitia* quoque plus esse, quam *benevolentia* censeatur. Illa est amantis, hæc diligentis, inquit Auson. Popm. 1 de diff. verb. p. 31. Catullo tamen minus est *amare*, quam *bene velle.* Epigr. 72 ad Lesbiam, ubi Muretum vide p. 228 hoc explicantem, inter alia ex illo Aristotelis: *cùm bestias, tùm etiam res inanimatas, ut cibum potumque, ut signa tabulasque egregii operis* amare *dicimur, quibus tamen nemo sanus* bene velle *nos dixerit.* Nimirum hàc in comparatione *amandi* verbum latius patet, & in omnia funditur, quæ cara sunt nobis, sive nostrâ, sive ipsorum causâ: *bene velle* autem iis tantùm dicimur, quæ propter ipsa diligimus. Hûc refer, quæ de discrimine inter amorem *amicitiæ* & *benevolentiæ* disserunt Ethici. ¶ Cum autem Afranius dixit apud Nonium principio de Differentiis verborum: *Amabit sapiens, cupient cæteri*, amare ad rectæ rationis, cupere ad appetitûs sensitivi, ut cum philosophis loquamur, vim referendum est. ¶ Obtestandi formulæ sunt, *Si me amas: Ita me Dii ament: Sic me Deus amet*, als mir GOtt helffe. ¶ Græca ratio est, cum verbo *amare* pro *solere*, utimur; quod non semel Horatius fecit, ut: lib. 2 Od. 3,

Qua pinus ingens albaque populus
Umbram hospitalem consociare amant

& lib. 3 Od. 16 ad Mæcenatem:

Aurum per medios ire satellites
Et perrumpere amat saxa potentius
Ictu fulmineo.

Similiter & Catullus & alii locuti. Vide & Quintil. lib. 9 cap. 3. ¶ Civile perquam & venustissimæ urbanitatis est, eodem verbo, pro *amanter petere*, uti: Plautus Menæch. a. 2 sc. 3 v. 71, *Sed scin' quid te amabo, ut facias;* weist du, was ich bitte und begehre, daß du thun solst? & ibid. a. 3 sc. 3 v. 1,

Menechme, amare ait te multum Erotium,
Ut hoc una opera ad aurificem deferas.

Terentius Eunucho a. 3 sc. 3 extr. *Amabo te, ut illuc transeas, ubi illa est.* ¶ Est & alia forma, *amo te;* qua uti solent auctores; cum & gratiæ agendæ sunt, quod impetravimus optatum, & ostendendum est, id multo gratissimum & jucundissimum nobis esse, eaque de re ad omnia amoris & benevolentiæ officia esse obstrictos. Terentius Eunucho a. 1 sc. 2 v. 106, THAIS. *Hoc modo sine te exorem.* PHÆD. *Scilicet faciundum est, quod vis.* TH. *merito amo te: bene facis.* Similiter & Heaut. a. 2 sc. 2 v. 119. & Adelph. a. 5 sc. 8 v. 23 locutus est, ut & Plautus Mercatore: *O factum bene! merito amo te.* Idem Pœnulo a. 1 sc. 2 v. 41, AD. *Soror parce amabo*, &c.

AN. *Quiesco.* AD. *Ergo amo te.*

Cic. lib. 1 ad Attic. ep. 3, *Te multum amamus, quod ea abs Te diligenter parvoque curata sunt.* Sic & ep. 21 lib. 5, *multum Te amo, quod responderis M. Octavio.*

Apud Quintilianum lib. 6 cap. 3 locus Domitii Afri legitur, qui & ipse huc pertinet. Nam cum is, quem Domitius defenderat, conspectum ejus vitasset, ubi postea convenit, *Amas*, inquit, *me, quod te non vidi.* id est, gratum mihi fecisti.

¶ Amans, adject. liebreich, ut, *Homines amantes tui*, Cicer. Fam. 9 ep. 6. *Boni cives, amantes patriæ*, ad Attic. 9 ep. ult. *Si quem tui cognovisti amantiorem, quàm temporis*, ad Q. frat. 1 ep. 1 cap. 5. *Ad nos, amantissimos tui, veni*, Fam. 16 ep. 2. *Amantissimis verbis uti*, ibid. 5 ep. 15. ¶ Substant. *Amans* amator est, ein buhler. Ovid. Amor. 1 El. 9, *Militat omnis amans & habet sua castra cupido.* Ter. And. 3, 3, 23, *Amantium iræ amoris integratio est.*

¶ Amanter, Adverb. Cicer. Attico 2 ep. 4, *Velim amanter hoc diligenterque conficias.* Et lib. 3 epist. 6 ad Appium: *nihil potuit fieri amantius.* Et de Amic. cap. 1, *Conjunctissime & amantissime cum aliquo vivere.*

¶ Peramans, valde amans. Cicer. Attico lib. 4 epist. 8, *homo peramans nostri.*

¶ Peramanter, Cic. l. 9 ad Fam. ep. 20, *qui me perofficiose & peramanter observant.*

¶ Ămātor, ōris, Curt. 6 c. 7 n. 11, *proditor amatoris.* Horat. lib. 1 epist. 10 pr. *Urbis amator, & Ruris amatores.* Donatus ad Terent. And. 1 sc. 1, v. 49, *Amator fingere potest. Amans vere amat*, ein liebhaber, verliebter.

¶ Amatorculus, Plauti diminutivum ab Amator, Pœnulo a. 1 sc. 2 v. 27.

¶ Amatrix, īcis, fœm. eine liebhaberin, buhlerin. Plautus Asin. a. 3 sc. 1, v. 8, *dicacula amatrix.* & Pœnulo a. 5 sc. 5 v. 25, *adire ad amatricem.* Martialis lib. 7 epigr. 68,

Carmina fingentem Sappho laudarit amatrix.

¶ Ămatōrius, a, um, verliebt, buhlerisch. Cicero 4 Tusc. c. 33, *Anacreontis tota poësis est amatoria*, liebesgedichte. Sic *poculum amatorium* Julio Paullo est Recept. Sent. tit. 23 n. 8, quod vulgo *philtrum* appellamus, ein liebes-tranck.

¶ Amatorium, absolute etiam poculum, quod nominavimus, significat. Seneca Ep. 9, *Ego tibi monstrabo amatorium sine medicamento, sine herbâ, sine ullius veneficæ carmine;* SI VIS AMARI, AMA. Vet. Gl. *Amatorium*, φίλτρον.

¶ Amatoriè, adv. ut, *Epistola amatoriè scripta*, apud Ciceronem Phil. 2 c. 31.

¶ Amatio, ōnis, das lieben, buhlschafft. Plautus Captiv. epilogo: *Ad pudicos mores facta hæc fabula est, neque in hac subagitationes sunt, neque ulla amatio.*

¶ Inamatus, non amatus. Theodulfus lib. 1, v. 543, *inamati tegmina busti.*

¶ Amabilis, e, holdselig, beliebt. Cic. 5 ad Attic. ep. 19, *filiolam tuam, quam nunquam vidi, tamen & amo, & amabilem esse certo scio.* Seneca epist. 36, *Ariston ajebat, malle se adolescentem tristem, quam hilarem & amabilem turbæ.* ¶ Comp. *Amabilior* est apud Cicer. 7 epist. 20 pr. *Amabilior mihi Velia fuit.* & 9 ep. 14, *nihil amabilius virtute.* Superl. *Amabilissimum modum amicitiæ tollere*, Cic. de Amic. c. 14.

¶ Amabilitas, ātis. Plaut. Pœnul. a. 5 sc. 4 v. 1 pro amore, *qui amabilitati animum adjiceret.*

¶ Amabiliter. Antonius Ciceroni sub 14 ad Attic. ep. 13, *Si amabiliter in me cogitare vis.* & Horat. 2 ep. 1, v. 148, *Lusit amabiliter.*

¶ Ĭnămābĭlis, e, ut, *Locus inamabilis*, Ovid. lib. 5 Trist. eleg. 7 v. 43. Idem lib. 1 Epist. 6 ex Ponto:

Non cadit in mores feritas inamabilis istos.

Seneca Controvers. 20 comparative: *Nihil est inamabilius, quam diligens stultitia.*

¶ Ămābo, Interjectio blandientis, frequens apud Comicos. Terent. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 50, *Hoc agite, amabo,* lieber, thut doch das. Et v. 70, *Id, amabo, adjuta me,* lieber, hilff mir doch in diesem. Heautont. a. 1 sc. 1, v. 13, *Hiscine tu, amabo, non contra insidiabere?* Etiam Cicero lib. 7 epist. 32 sive penult. *Vrbanitatis possessionem amabo quibusvis interdictis defendamus.*

¶ Amasius, i, ein buhler, buhle. Gell. 19 cap. 9, *poëtas amasios ac Venerios fuisse.* Et Plaut. Casin. a. 3 sc. 3 extr. *Miserrimum hodie ego hunc habeo amasium.*

¶ Amasio, ōnis, idem. Apulej. lib. 7 Metam. p. 197, *festivus hic amasio.* & Prudent. Peristeph. in Romano v. 182, *Amasionum comprimuntur fraudibus*, scil. puellæ.

¶ Amasiunculus, dimin. Petron. fragm. Trag. p. 25.

¶ Amasia, æ, fœm. analogia ex virili deducitur.

¶ Amasiuncula, fœm. dimin. Fragm. eodem Petronii Tragur. p. 70.

¶ Amascus, idem quod amator. Diomed. ex Plauto.

¶ Amasco, are, amare cupio. Diomedes: *Item ab amo veteres inchoativo modo dixerunt amasco, unde & amascos amatores dicebant: ut Plaut. Truc.* [3, 1, 13] *mundulos amascos.*

¶ Adamo, are, sehr lieben. Nepos Dione c. 2, *Dion Platonem adamavit.* Senecæ hoc plus est, quàm amare: *Si virtutem*, inquit, *adamaveris, (amare enim parum est,) quicquid illâ contigerit, id tibi, qualecunque aliis videbitur, faustum felixque erit*, Epist. 71.

¶ Adamator. Tertullianus de Hab. mul. cap. 2, *Nihil ad castitatem adamatores potuerunt præstare.*

¶ Deamo, id est, valde amo. *Deamo te, Syre*, Ter. Heaut. act. 4 sc. 6 v. 21. Plautus Truc. a. 4 sc. 1,

Ad me magna nunciavit Cyamus hodiè gaudia:
Mea dona deamata, acceptaque habita apud Phronesium.

¶ Redamo, are, wieder lieb haben. Cicer. Amic. cap. 14, *Quid tam absurdum, quam animô virtute præditô, eo, qui vel amare, vel, ut ita dicam, redamare possit, non admodum delectari?*

¶ Ămor, ōris, liebe. Hic putatur a caritate differre, ut genus à specie, ut in homines tantum sit caritas; *pietas & amor in pâtriam*, Cicero pro Flacco c. 38, treu und liebe gegen das vaterland. Verùm id perpetuum non est. Cicero enim ad Plancum lib. 10 ep. 5, *Est omnino patriæ caritas, meo quidem judicio, maxima:* ubi non soli homines intelligi possunt. Et de Vnivers. cap. 5, *Mundus ipse se concordi quadam amicitia & caritate complectitur*, ubi itidem quasvis potius res, quam solos homines, liceat comprehendere. *Amor ardens*, hefftige, brünstige liebe, Cicer. 2 Tusc. c. 16. *In amore hærere apud aliquam:* in eine verliebt seyn, Plautus dixit Ep. a. 2 sc. 2 v. 7. *Meus est in te amor incredibilis*, Cicer. lib. 2 fam. ep. 1. *Amore complecti*, lieb haben, tritum est. Similiter Cic. ad Attic. lib. 7 ep. 1, *per amorem, quo me es amplexus, confer te ad eam curam, ut* &c. Est autem vehemens affectus amor, & quædam furoris species: Chrysostomus φύσεως μαγίαν appellat. vid. Barth. ad script. Venat. p. 112, 113. huc pertinet illud Hieronymi Epist. 43 extr. *Amor ordinem nescit.* Item illud Publii: *Amare & sapere vix Deo conceditur.* Quocum Propertii quoque convenit Carmen lib. 2 eleg. 14,

Scilicet insano nemo in amore sapit.

Quod de improbo potissimum & illo impuro atque illicito intelligendum est.

¶ Amores plurali numero, ut Servius etiam ad Æneid. 1, v. 350 observat, ad voluptates pertinent, buhlschafft. Virgil. ibid. *Securus amorum.* Etiam ad amicitiam conjunctiorem refertur. Cic. 6 Philipp. cap. 5, quamvis ironice: *Sed redeo ad amores deliciasque nostras L. Antonium.* Et de quovis honestiore affectu. Cic. Attico lib. 16 ep. 6 extr. *Piliæ salutem dices, & Atticæ, deliciis atque amoribus meis*, meinen hertzlich-geliebten. Est autem metonymiæ tropus, *amorem* vel *amores* dicere eos, quos impense amamus. Sic Titus Vespasianus fuit *amor ac deliciæ generis humani.* v. Suet. in ejus vita c. 1.

¶ Amor pro cupidine, Veneris filio. Propert. lib. 2 el. 12,

Quicunque ille fuit primus, qui pinxit Amorem.

Et auctor Pervigilii Veneris v. 29, *nec tamen credi potest,*
Esse Amorem feriatum, si sagittas vexerit.
Ite nymphæ, posuit arma, feriatus est Amor.

¶ Amorabundus, Laberii verbum, sed, ut Gellius lib. 11 cap. 15 censet, *inusitatiùs factum.* Propius usui dixisset *Amabundus*, ut Tentabundus, Populabundus, & similia, de quibus in locis suis dicemus.

¶ Amorifer, amorem concilians. Venantius Fortunatus Epithalamio Sigiberti regis lib. 6 carm. 2,

Torsit amoriferas arcu stridente sagittas
Forte Cupido volans.

AMOEBAEVS, a, um, græcum est, ἀμοιβαῖος, notatque mutuum, alternum, reciprocum, ἀπὸ τοῦ ἀμοίβεσθαι, à respondendo, retribuendo.

Inde carmen amœbæum est duorum quasi certantium, perque vices pari versuum numero respondentium. Exemplum e Virgilio dabit Ecloga 3. De ipso autem genere carminis Scaligerum lege lib. 1 Poët. c. 6. Servius ad dictam Virgilii Eclogam id etiam in hoc certamine requirit, ut qui respondet, aut majus, aut contrarium dicat. Quod ejus præscriptum multas & ipsius & aliorum ad Virgilianum poëma ineptas peperit interpretationes, ut merito spernendum sit nobis, cum præsertim nec id natura postulet certaminis, & reclamet usus optimorum Poëtarum, Theocriti manifeste, Virgilii non obscure. Sed hæc alium locum postulant. ¶ 2. Amœbæus, & ¶ Antamœbæus, pedes sunt pentasyllabi. Prioris exemplum est -- υυ - *incredibiles:* posterioris *υυ -- υ manifestaret.* Explicabit Diomedes lib. 3 cap. de pedibus.

¶ Amœbæus, est & nomen proprium citharœdi Atheniensis celeberrimi, apud Polyæn. lib. 4 in Antigono; Athen. lib. 14.

ĂMOENVS, a, um, aspectu jucundum, & naturali quidem delectatione, lieblich, lustig, annehmlich. De locis præcipue dicitur; iisque opacis & umbrosis. Vet. Gloss. *Amœnus*, σύσκιος τόπος, συνηρεφὴς, τερπνός. Ita, *Amœnum rus*, Horat. 1 Epist. 10 v. 6. *amœnus fons*, Lucret. 4, 1018. *fluvius*, Virg. 8 Æn. v. 31. *Prædiola nostra satis amœna*, Cicer. ad Att. 16 ep. 3. Virgil. 6 Æneid. v. 638,

Devenére locos lætos, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum.

Hinc amœnissimus Superl. ut, *amœnissimum suburbanum*, subaudi prædium, Plin. lib. 1 epist. 3. Et *amœnior villa*, Idem Panegyr. c. 50.

¶ Amœnum, was anmuthig zu sehen ist, lustreich. Rursus Virg. 5 Æn. v. 734, *amœna piorum*
Concilia, Elysiumque colo.

Plinius lib. 35 c. 10, *amœnissima parietum pictura.*

¶ Amœna, gen. neut. plur. interdum substantive usurpatur: ut, *per amœna Asiæ atque Achaiæ*, lust-örter, apud Tacit. 3 Annal. c. 7. Servius ad modo adductum Virgilii locum: *AMOENA*, inquit, *sunt loca solius voluptatis plena: quasi* AMVNIA: *unde nullus fructus exsolvitur: unde etiam nihil præstantes IMMVNES vocamus.* Itaque & Varronem & Carminium docere, idem ad lib. 6 Æneid. observat. Sic in Vet. Gl. reperimus: *Amœnia*, αἱ ἀκταί. Sed puto ibi *Amœna*, non *Amœnia* legendum. Quod & Jo. Isacio Pontano videtur placuisse ad Macrob. 2 Saturn. 12. Vossius tamen f. 25 Etym. retinet *Amœnia*, & hanc vocem etiam Apulejo it assertum.

¶ Amœnitas, ātis, lust, lieblichkeit, jucunditas & delectatio illa, quæ ex locis amœnis percipitur. Cic. 2 de leg. cap. 1, *Hoc tempore anni & amœnitatem & salubritatem hanc sequor.* Nepos Attico cap. 13, *Cujus* [domûs] *amœnitas, non ædificio, sed silvâ constabat.* Sic *Amœnitas gelidi fontis*, apud Plin. 12 cap. 1. Et apud eumdem in præfat. *Magna pars studiorum amœnitates quærimus*, [hoc est, consectamur in studiis ea, quæ delectant & jucunda sunt.] ¶ Pro munditie ac elegantia usus est Plautus Menæch. a. 2 sc. 3 v. 6,

sternite lectulos, incendite odores.
Munditia illecebra animo amantium.
Amanti amœnitas malo, nobis lucro est.

¶ Amœno, are, exhilarare est, frölich machen. Cassiod. l. 2 Epist. 40 de Musæo: *per Elysios campos, felices animas septem chordarum pulsibus amœnabat.* Cyprian. epist. 2 cap. 1, *oculos amœnamus.* Salvianus lib. 7 p. 249, *regio amœnata lucis, aut irrigata fontibus.* Sidonius l. 1 epist. 9, *Si tetrica sunt amœnanda jocularibus.* Et *Amœnare convivium* ap. Jo. Saresb. 8. Policr. 8 est, die gäste lustig machen.

¶ Amœniter, adv. lieblich, lustig, pro Amœne, dixit Gellius, lib. 20 c. 8, *hilare atque amœniter.* Comparativus ejusdem est lib. 14 cap. 1, *Favorinus ea & amœniùs, & splendidius, & profluentius exsequebatur.* Superlativo usus Plinius lib. 4 epist. 23, *habitare amœnissime.*

¶ Inamœnus, a, um, unlustig, verdrüßlich, apud Ovid. 10 Met. v. 15,

Persephonen adiit, inamœnaque regna tenentem.

Et Statius 2 Silv. 2 v. 33, *feritas inamœna viæ*, id est, via aspera: & Theb. lib. 1 v. 89, *inamœnum forte sedebat*
Cocyton juxta.

¶ Peramœnus. Tacitus Annal. lib. 4 cap. 67: *Æstas in Favonium obversa & aperto circum pelago peramœna.*

ĂMŌMVM, i, Virg. ecl. 4 v. 25, *Assyrium vulgo nascetur amomum.* Ἄμωμον, frutex est odoratus, folia habens albæ vitis, & semen uvarum racemis simile. Nequaquam autem amomum planta illa est, quam *Hiericuntham* seu *Hiericunthida*, vel rosam Hierosolymitanam seu beatæ Mariæ nominant, rosen von Hiericho, oder unser lieben frauen rosen, quam *aspalathum* judicavit esse Gesn. cui tamen reclamare videtur Matthiol. Est igitur amomum vel notum, vel explicatum nemini. Gesnerus piper hortense putat esse, ab olitorum sic dictum gente. Eruditissimus Salmasius observat, videri veteres omne aroma, sincerum & inculpatum ἄμωμον appellasse, [quod ἄμωμον Græcè sit καθαρὸν καὶ ἀκηράσιον] ut in Evangelio νάρδος πιστική, quæ sine dolo & minimè adulterata. Sic ἄμωμον λιβάνιον, *thus sincerum:* & ἄμωμον simpliciter: Sic κιννάμωμον quasi κίνναμον ἄμωμον appellitavére: unde & *amomum* pro *cinnamomo* Avienus & alii posuerunt: similiter & *cardamomum* dicitur. ¶ *Amoma* in plurali numero pro unguentis quibuslibet Persius posuit in illo Sat. 3 v. 104,

tandemque beatulus alto
Compositus lecto, crassisque lutatus amomis.

¶ Inde recentiores *Amomiam* vocaverunt illud omne, quo defunctorum corpora medicabantur & condiebantur. Quod vulgo detruncato vocabulo *momiam* vel *mumiam* appellant. Vide *Mumia.*

¶ Ămōmis, herba sine odore & fructu, quâ amomum adulterari scripsit Dioscorides lib. 1 cap. 14.

¶ Cardamomum, Cinnamomum, vide suo loco.

AMPĔLĪTIS, itis, ut, terra ampelitis, ἀμπελῖτις, bituminosa est terra, à gagate lapide non admodum differens. Dioscor. & Galen. weinstock: salbe.

AMPĔLŎLEVCE, ἄμπελος λευκὴ, vitis alba, uva Taminia, Plin. 23 c. 1, teuffelskürbs, schwartzwurtz, stickwurtz, vide Bryonia.

AMPELOPRASUM, *ἀμπελόπρασον*, porrum agreste, wildlauch, hunds-knoblauch, Plin. 24 c. 15.

AMPHĬĀRĀUS, *ἀμφιάραος*, Argivus vates, & augur: in tanto honore habitus Græcis, Deus ut haberetur, ut Cicero auctor est de Divinat. lib. 1 cap. 40. Proditus ab uxore terræ hiatu periit in bello Thebano. Ejus historiam habes apud Diod. Sicul. lib. 4 cap. 67, Pausaniam in Attic. & Statium lib. 7 Thebaidos. Cicero lib. 6 epist. 6, *Ut in fabulis Amphiaraus, sic ego prudens & sciens ad pestem ante oculos positam sum profectus.*

¶ Amphīărāĭdes, Amphiarai hujus filius Alcmæon dicitur Ovidio l. 2 Fast. v. 43, *Amphiaraides Naupactæo Acheloo.*

AMPHIBALUS, sive *Amphibalum*, vestis genus, quo exteriùs amiciebantur, apud Sulpitium Severum Dial. 2 de virtut. B. Martini cap. 1. Ἀμφίβαλος corruptum ex Ἀμφίβολος, ab ἀμφιβάλλω.

AMPHIBIUM, *ἀμφίβιον*, *anceps bestia* Ciceroni, & *in utraque sede vivens*, lib. 1 Nat. Deor. c. 37. hoc est, in terra & aqua. Floro *animal, cui aquam terramque incolendi gemina natura est*, lib. 3 cap. 6, § 6. conf. Plin. 9, 57.

AMPHIBOLIA, vel amphibolon, *ἀμφιβολία, ἀμφίβολον*, ambiguitas in scripto vel voluntate, eine zweydeutige rede: ut, *Testamento quidam jussit poni statuam auream hastam tenentem:* ubi vel de statua, vel hasta aurea dubitari potest. Amphiboliæ fuerunt oracula pleraque: ut,

Ajo te Æacida Romanos vincere posse. Item:

Crœsus Halym penetrans magnam pervertet opum vim.

Ex his primum Pyrrho, alterum Crœso datum memoratur. Utriusque Amphiboliam notat Cicero 2 de divinat. cap. 56. Adde Quintil. lib. 7 c. 9. Latinè dicitur Æquivocatio.

AMPHIBRACHYS, *ἀμφίβραχυς*, pes trisyllabus, prima constans brevi, mediâ longa, tertiâ brevi, ut ∪ - ∪ *relictus.*

AMPHICTYŎNES, Ἀμφικτύονες. Cicero 2 de Invent. cap. 23, *Accusantur apud Amphictyonas, id est, apud commune Græciæ concilium.* Commune enim judicium erat, ab Amphictyone, Deucalionis filio, in Thermopylis institutum, unde *σύνοδος Πυλαία* a Strabone lib. 9 p. 289, & in Marmore Arundelensi vers. 9, & ab Livio lib. 33 cap. 35, *conventus Pylaicus* appellatur: deinde etiam Delphis nonnunquam congregatum, ut Strabo c. l. & Pausanias in Achaicis p. 231 observant. Judicatum fuit *δὶς καθ' ἔτος*, *bis in anno*, verno & autumnali tempore, & quidem de publicis rebus ac controversiis, *ὅσαι πόλεσι πρὸς πόλεις εἰσίν*, *quæ inter civitates agitatæ fuerunt*, eodem Strabone auctore, qui etiam c. l. addit, initio duodecim tantum civitates sive populos hujus concilii participes fuisse, quos nominatim Suidas recenset; postea plures accessisse in societatem. Idem etiam Acrisio cuidam defert initium, quod alii omnes transscribunt Amphictyoni, forte quod post primum hunc auctorem Acrisius amplificator singularis & propagator concilii fuit.

¶ Amphictyonicus, a, um, adjectivum, ut, *Amphictyonicum concilium*, *σύνοδος Ἀμφικτυονική*, Dionys. Halicarn. lib. 4 p. 229. *Lites Amphictyonicæ*, *Ἀμφικτυονικαὶ δίκαι*, Strab. c. l.

AMPHĬMĂCER & amphimacrus, *ἀμφίμακρος*, pes oppositus amphibrachy, constans tribus syllabis, primâ longâ, mediâ brevi, tertiâ longâ, ut - ∪ - *Palladi:* Quintiliano *creticus* est.

Amphimallum: vide *Amphitapæ.*

AMPHĪON, Ἀμφίων, Mercurii filius, ad cujus cantum dulcissimum lapides in muros Thebanos ultro coiisse poëtæ fabulantur, eâdem, qua de Orpheo, significatione, quod eloquii nimirum suavitate homines agrestes ad mores revocarit mitiores. Horat. in arte P. v. 394,

Dictus & Amphion, Thebanæ conditor urbis,
Saxa movere sono testudinis, & prece blandâ
Ducere quo vellet: fuit hæc sapientia quondam, &c.

¶ Amphīŏnĭus, a, um; ut, *Amphionia lyra*, Propert. lib. 1 el. 9.

AMPHINŎMUS, alter ex Catanæis fratribus, qui parentes suos ex incendio Ætnæ ipsis flammis parcentibus eduxerunt: de quibus Strabo, Pausanias, Ælianus, Solinus, Val. Maximus &c. Egregio Carmine eos celebravit Claudianus Epigr. 35. Vide & Corn. Severi Ætnam extremo carm. & Senec. lib. 3 de Benef. c. 37.

¶ 2. Amphinomus fuit & unus procorum Penelopes, ab Ulyssis filio occisus, Hom. Odyss. 22.

¶ Amphinome, nympha fuit apud Hom. Iliad. Σ.

¶ Amphinome alia mater Jasonis, quæ se ipsam gladio transfixit. Natal. Com. lib. 6 c. 7.

AMPHIS, idis, Ἄμφις, poëta Græcus, cujus est illud:

οὐκ ἔστι κρεῖττον τοῦ σιωπᾶν οὐδὲ ἕν,

id est: *Nihil est quicquam præstantius, quàm tacere:*
apud Stobæum Serm. 33.

AMPHISBAENA, æ, Ἀμφισβαίνα, serpentis genus, quod terrestrium lumbricorum modo utrisque extremitatibus, capite scilicet & cauda, acuminatis gignitur, adeo ut difficillime possit caput à cauda discerni: quæ caussa fuit, ut serpentem bicipitem amphisbænam esse multi scripserint. Lucanus lib. 9 v. 719, *Et gravis in geminum surgens caput Amphisbæna.* Dicta *Amphisbæna* est, quod ex utraque parte progrediatur; Matthiol. in lib. 6 Dioscorid. cap. 48.

AMPHĬTĂPA, æ, *ἀμφίταπος* & *ἀμφίταπον*, Amphitapum; & amphimallum quidem idem; Græcis etiam *ἀμφίμαλλον* & *ἀμφιμάσχαλος*, vestis utrinque villosa, gausape seu gausapina tunica, quâ utebantur servi: brevis erat vestis & manicata. Vide Nonium ex Varrone afferentem, *dormire super amphitapa bene molli:* & ex Lucilio, *amphitapæ villis ingentibus molles.* Adde Legem 23 § 2 D. de auro & arg. leg. Hesychius: *ἀμφιτάπης χιτὼν ἑκατέρωθεν ἔχων μαλλούς*: *Amphitapa tunica utrinque villos habens.* Plin. lib. 8 cap. 48, *Gausapa patris mei memoriâ cœpere; amphimalla nostrâ.* ¶ 2. Sunt & tapetes hirsuti & villosi *ἀμφίταποι*, zottichte decken, kotzen, madratzen.

Amphĭtheātrum, & Amphitheatralis, vide *Theatrum.*

AMPHĬTHĔTUM, *ἀμφίθετον*, vel *φιάλη ἀμφίθετος* potius; sic enim apud Homerum legitur Iliad. ψ. v. 270, *ἀμφίθετον φιάλην ἀπύρωτον ἔθηκε*, hoc est, *utrinque stantem phialam novam posuit.* Intelligit autem phialam ambiguam, cujus pars altera alteri imponitur, ut nihil referat, utram substituas, quia paris sint capacitatis, ein becher, der unten und oben stehet. ¶ Apollodorus poculum esse ait *ἀμφίθετον* sine basi, aut fundo, cui insistat. ¶ Alii denique aliud intelligunt. Nos Hadriani interpretatione contenti sumus. Vide Lexica Græca. Vide & in Erasmi chiliadibus adagium, *ἀμφιθέτῳ ἔπινες*, *ex amphitheto bibisti*, de eo, qui meracius ac largius videatur potasse.

AMPHĪTRĪTE, es, *ἀμφιτρίτη*, Oceani filia, Neptuni uxor. Poëtis ponitur pro mari. Ovid. 1 Metam. v. 13, *nec brachia longo*
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

AMPHĬTRŸO, ōnis, Ἀμφιτρύων, Plauto Amphitruo [peregrinas enim literas in scripturam suam Romani vetustissimi non admittebant] Herculis fuit pater, Alcmenæ conjunx, princeps Thebanorum. Hinc

¶ Amphĭtrўōnĭādes à Poëtis Hercules dicitur. Catullus Carm. 59 ad Malium v. 112, *Audet falsiparens Amphitryoniades.*
Falsiparens autem propter fabulam Jovis Amphitryonem simulantis dicitur. Lucanus 9, 644,

Amphitryoniades vidit, cum vinceret, Hydram.

AMPHŎRA, æ, nomen est certæ mensuræ, Græcè *κεράμιον*, ein eymer, weingefässe. Continet autem tres modios: & modius 16 est sextariorum. Budæus lib. 5 de asse, *Ego*, inquit, *amphoram unam ternos modios capere dico, & duo de quinquaginta sextarios;* Et aliquanto post: *Tranquillus*, inquit, *vini amphoram, id est, octo congios, seu duodequinquaginta sextarios, uno convivio ab homine uno haustos dixit.* Sed in amphoræ mensura explicanda inter scriptores paucos convenit. Nomen ipsum Græcum est, ex *ἀμφὶ* & *φέρω*: quod utrinque ferretur duabus ansis. Latinè *Quadrantal* appellabatur, ut Festus & Volusius Mæcianus JCtus docent. Vino condendo cummaxime inserviisse ex Cicerone, Horatio, & JCtis constare potest: Vide istum pro Fontejo cap. 5, ubi *Titurium Tolosæ quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegisse* scribit; hunc lib. 3 oda 21, ubi *natam secum consule Manlio amphoram* laudat: quamquam & ad alios usus transferri, & aliud quid in his abdi potuisse, non solum Julianus L. 206 D. de V. S. significat, sed Cicero etiam 4 Verr. cap. 74, *amphoras mellis* expresse nominat. Fictiles fuisse amphoras, Horatii illud docere potest in Arte v. 21, *amphora cœpit*
Institui, currente rota cur urceus exit?

Amphora *ex onyche* apud Corn. Nep. Fragm. 25 ex Plin. 36 cap. 7 Vet. Gl. *κεράμιον*, *Orcium, amphora.*

¶ Amphoralis, e; ut, *Vas amphorale*, quod amphoram capit, apud Plinium 37 cap. 2.

¶ Amphorarius, a, um; ut, *vinum amphorarium*, quod in amphoras diffusum è dolio, L. ult. § 1 D. de tritic. vino oleoque leg.

¶ Amphorites, certamen fuit in Ægina Æaci, quo laudes Dionysii canebant, descriptum Natal. Com. lib. 5.

AMPHRŸSUS, i, Ἄμφρυσος, Thessaliæ fluvius, juxta quem Apollo regis Admeti pavit armenta. Virgil. 3 Georg. ineunte:

& te memorande canemus
Pastor ab Amphryso, &c.

¶ Amphrўsius, a, um, adject. Virg. 6 Æn. v. 398,

Quæ contra breviter fata est Amphrysia vates,

id est, Sibylla Apollinea.

¶ Amphrўsĭăcus, adject. aliud apud Statium lib. 1 Silv. 4 v. 105,

Aut Amphrysiaco pastor de gramine carpsi.

Amplector, amplexus, Amplifico, &c. ampliusculus, vide *plecto*, *amplius.*

AMPLUS, a, um, Μεγαλεῖος, *εὐρώεις*, *Amplum* proprie quod late patet. ut, *amplæ ædes*, Claudian. 6 cons. Hon. v. 3, weit umfangen. Cicer. 2 Invent. c. 56, *ampla atque potens civitas*, eine grosse und mächtige stadt. Virgil. Æn. 3 v. 353, *Illos porticibus rex accipiebat in amplis.* *Munus amplum*, eine stattliche verehrung. Ovid. 3 Trist. 8, 21, *instar mihi muneris ampli* scil. erit. *Amplior pecunia.* Plin. lib. 3 epist. 11, *pecunia illi ampliore opus erat.* Et, *Ampli, amplissimi honores.* Horat. 1 Sat. 6 v. 11, *amplis & honoribus auctus.* Cic. lib. 10 fam. ep. 10, *mihi crede, amplissimis honoribus abundabis.* Sic *amplissimas fortunas amittere*, Cicero Verr. 7 cap. 8, ein groß gut verlieren. *Amplissimus ordo*, videlicet *Senatorius*, der Rathsherren stand, Sueton. Vesp. cap. 2, & Cic. pro Mil. c. 2. ¶ Amplos, pro divitibus Horatius posuit illo, lib. 1 Ep. 3, *parvi properamus, & ampli.*
Sic *contractos* pro pauperibus, quos isto loco Flaccus *parvos* appellat, Paullinus dixit, Elegia de Celsi Obitu v. 459,

Hic cruciet me dira fames; hic turpis egestas
Contractum pannis tristibus obsideat.

¶ Peramplus. Cic. Verr. 6 c. 49, *signa pulcherrima & perampla.*

¶ Ampliusculus, diminutivum. Apulejus Apolog. p. 322, *ampliusculâ fortuna devolutus.*

¶ Ampliuscule, adverbium. Sidon. Apollinaris lib. 8 epist. 16, *Si aliquid insuper ampliuscule scribi depoposcisset.*

¶ Amplè, adverb. Cicer. 5 Tusc. cap. 8 extrem. *elate & ample loqui.* Hinc Comparativus Ampliùs, weiter, ferner. Terent. Heaut. 4 sc. 3, 39, *Pax, nihil amplius*, so viel davon, und nichts mehr. Cicero pro Mil. cap. 13, *Quid vultis amplius?* was wollet ihr mehr von ihm haben? *De Pædagogis hoc amplius dictum sit*, Quintil. lib. 1 cap. 1, will noch diß erinnern. Idem cap. 5 ejusd. libri: *Hoc amplius, ut institutum ordinem sequar*, noch eins. Construitur sæpe *ἐλλειπτικῶς*, suppressâ comparationis particula *Quàm*. Ut, *Amplius sunt sex menses*, Cic. pro Rosc. Com. c. 3, über sechs monat. & ibidem *Amplius triennio*, länger als drey jahr. Cæsar l. 3 de B. Civ. c. 99. *In deditionem venerunt amplius millia 24.* Virg. 1 Æn. v. 687, *noctem non amplius unam*
Falle dolo.

Rursus Cæsar c. l. *Non amplius CC. cives desideravit.* Et Cicer. pro Flacc. c. 26, *Lacedæmonii soli toto orbe terrarum septingentos jam annos amplius unis moribus & nunquam mutatis legibus vivunt.* ¶ Interdum additur electiva particula *quam*. Cic. 4 Verr. cap. 31, *quibus ne rejiciundi quidem amplius, quàm trium judicum præclaræ leges Corneliæ faciant potestatem.* Lactant. cap. 8 de opif. Dei, *Deus oculos neque minus neque amplius quam duos esse voluit:* i. e. nec paucio-

res,

res, nec plures. ¶ Aliquando non tempus notat, sed qualitatem. Stat. lib. 1 Silv. 1, v. 18,

exhaustis Martem non amplius armis
Bistonius portat sonipes,

i. e. non majore dignitate & amplitudine. Vbi tamen quidam *amplior* legunt. Terent. a. 1 sc. 1, v. 133, *Quàm vellem Menedemum invitatum, ut nobiscum hodie esset amplius*, i. e. lautius, & magis opiparè, quàm domi solet. B. Ambrosius oratione de obitu Fratris: *Quamquam si mihi fuisset filius, nunquam eum amplius dilexissem*, i. e. magis, largiùs, &c. ¶ NON AMPLIVS SE PETITVRVM, stipulationum Formula, de quâ Brisson. lib. 5. ¶ Alia judiciorum Formula est, cùm Judices AMPLIVS pronunciabant: significantes amplius deliberandum ea de re esse; vide & aliam similem NON LIQVET, in verbo *Liquet*. ¶ Superlat. Amplissime, ut, *omnes honores amplissime ac magnificentissime gessit*, Cicer. Verr. 4 cap. 46. *Amplissime supremo die suo efferri*, Idem Phil. 9 cap. ult. **ansehnlich begraben werden.**

¶ Est & *ampliter* aliquoties apud Plautum, ut, *Acceptus hilare atque ampliter*, Prolog. Mercat. v. 98. *Ampliter occupatus*, pro eo, quod est, *maximè*, **mit vielen geschäfften beladen**, in Cistellar. a. 2 sc. 3 v. 54. Gell. lib. 2 c. 6, *Homerus non virtutibus appellandis, sed vitiis detrahendis laudare ampliter solet.*

¶ Amplĭtudo, ĭnis, μέγεθος: quæ est spatii aut locorum; ut, *Amplitudo urbis* ap. Plin. lib. 6 c. 16. Idem lib. 12 cap. 1. *Platanos non potuisse in amplitudinem adolescere, apud auctores invenio. Amplitudine stadiorum sexaginta*, idem lib. 6 cap. 26, *Simulacrum modicâ amplitudine*, **einer mäßigen höhe oder grösse**, Cicero dixit Verr. 6 cap. 49. ¶ Item animi & dignitatis seu honorum. Cicer. in Bruto cap. 81, *ad summam amplitudinem pervenire*, **zu den höhesten ehren kommen.** Idem lib. 3 Epist. 10 ad Famil. *Cujus mihi amicitia, non solum honorifica, quæ mihi amplitudinem quandam conciliet, sed & jucunda.* Est vero *Amplitudo* hac ratione, *potentiæ aut majestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia*, ut idem Cicero lib. 2 de Invent. c. 55 describit. vid. Barth. ad Stat. Silv. p. 20.

¶ Amplio, avi, atum, are, augere, **weiter machen, vermehren.** Vt, *rem ampliare*, apud Horat. 1 Satyr. 4, 32. *Ampliato ejus solo*, Marm. Ancyran. p. 81, *Ampliare servitia*, id est, numerum servitiorum augere, Tacitus lib. 2 Hist. cap. 78. *Ampliare plagam*, id est, ampliorem facere; **die wunde erweitern**, apud Celsum lib. 7 cap. 5 n. 1. & *ampliato magis vulnere*, ibidem n. 2. *Ampliare imperium*, Sueton. Cæs. c. 44; *templum*, Idem Aug. c. 18. Vet. Gloss. *Ampliari* Δɩɩαυξῆσαι: *Ampliatus* ηὐξημένος. ¶ 2. Judiciorum verbum est, & nihil aliud, quàm *amplius pronunciare*: h. e. differre, rejicere in aliud tempus, **auffschieben.** Cicero 3 Verr. cap. 9, *Etiamsi lex ampliandi faciat potestatem.* Sic *hominem ampliare*, est ejus damnationem differre, apud Auctorem ad Herenn. lib. 4 cap. 36, *Quid est, judices, quare istum hominem nefarium ampliaveritis?* Et Livius lib. 43 cap. 2, *Bis ampliatus, tertio absolutus est reus.* Et Ausonius Epist. 11, *Sensit hoc Venus, de pulchritudinis palma diu ambiguo ampliata judicio.* Sic *Ampliare caussam*, apud Val. Max. lib. 8 cap. 1 n. 16.

¶ Ampliatio, forensis vox. Asconius in de Præt. Vrb. *ampliandi signum* NL *dabant, quo significabant Non liquere: unde ampliatio nascebatur*, **auffschub.** Apud Philosophos Ampliatio, tanquam extensio termini, opponitur restrictioni.

¶ Adampliare, idem quod ampliare, seu auctius ampliare. Vetus inscriptio apud Gruter. p. 128 num. 5, ÆDICVLAM VETVSTATE CORRVPTAM ADAMPLIAVIT.

¶ Amplificāre est augere, dilatare, **erweitern, groß machen**, ut, *Amplificare domum, urbem &c. Amplificare alicujus dignitatem*, Cicer. 2 epist. 18, *gloriam*, idem 4 Acad. c. 2. *Amplificare dicendo*, est exaggerare, Cic. 1 de Orat. c. 51.

¶ Amplificatio, ōnis, schema, cum argumenta tum verbis, tum rebus dilatantur; Vide Quintil. lib. 8 cap. 4, cui etiam interdum est ἄυξησις, Troporum affectio, lib. 2 cap. 5.

¶ Amplificator, ōris, Cicero 2 epist. 9, *amplificator dignitatis*, **ein beförderer.**

¶ Amplificè: *Vestis amplifice decorata*, apud Catull. Carm. 65, sed ibi Cl. Grævius *amplificæ* legit.

¶ Exemplum vide suo loco.

AMPVLLA, æ, λήκυθος, vas oleo acetove recipiendo, **eine bulle, öl-oder essig-krug**: quamquam potorium quoque fuisse Suetonius auctor sit Domitiano cap. 21. Materia non una fuit: cornu, lignum, corium, argentum, æs, vitrum, terra. Sed videntur vitreæ fictilesque frequentissimi usus fuisse. Vide Casaub. ad Teophrasti Characteres. Formam ita describit Apulejus Floridis, ubi de Hippia Sophista narrat: *In magno cætu prædicavit fabricatum semet sibi ampullam quoque olearıam, quam gestabat, lenticulari forma, tereti ambitu, pressula rotunditate.* Itaque exactâ rotunditate non fuere, sed oblongulâ, instar lentis; qualis visitur, quam Hier. Mercurialis in Gymnast. & Laurentius Pignorius eruditiss. Commentario de Servis depictam exhibuerunt.

¶ Cæterum quia ampulla, ventricosum vas atque inflatum quasi, ac vento plenum, idcirco verborum inanes tumores, sive inflatum illud dicendi genus, *ampullas* vocarunt, quemadmodum τῦ ληκύθυ vocabulum eadem ratione usurparunt Græci. Horat. in Arte v. 96,

Telephus & Peleus, cum pauper & exul uterque,
Projicit ampullas & sesquipedalia verba.

Id est, abstinet a verbis magnificis seu grandiloquentia, & orationis genus ad habitum fortunæ accommodat. Vide ibi interpretes. Hinc

¶ Ampullor, ari, idem est, ac verborum ampullis uti; sive loqui magnificè, **pralen.** Idem Flaccus lib. 1 Ep. 3 v. 14,

An Tragicâ desævit & ampullatur in arte?

¶ Ampullaceus, a, um: ut, *Pyra ampullacea*, i. e. ampullarum figura, apud Plinium lib. 15 cap. 15.

¶ Ampullarius, ampullarum artifex, apud Plautum Rud. a. 3 sc. 5 v. 51. Et Inscript. Grut. p. 643 num. 10, C. LVCIVS PHILOMVSVS AMPVLLARIVS.

Amputatio, amputo, quære in *Puto*.

AMPYCVS, Mopsi auguris pater, Titanoris filius. Ovidio *Ampyx* dicitur l. 12 Met. *Ampyca quid referam?*

¶ Ampycides, i. e. Mopsus Ampyci filius, Idem lib. 8 Metam. v. 316, *Ampycidesque sagax*, & lib. 12 v. 455,

Nec tu credideris tantum cecinisse futura
Ampyciden Mopsum.

AMSANCTVS, i, lacus est, sulphureas & pestilentes habens aquas, munitus undique silvis & angustiis, ut accedi ad eum facile, quemadmodum nec sine periculo salutis, ob fætorem inde exhalantem tristissimum, non possit, unde & loco nomen factum. *Amsanctus* enim, quasi ex omni parte sanctus, ut Servius docet. Cicero lib. 1 de Divinat. c. 36 in Hirpinis Amsanctum collocat: alii in Lucania. Incolæ Mephitim eum locum vocant, non procul a Fricento Italiæ. Donatus ad amnem Calorem, qui Samnitas intersecat; sed æque Hirpinos præfluit. Virgil. 7 Æn. v. 563, *Est locus Italiæ in medio sub montibus altis*
Nobilis, & fama multis memoratus in oris,
Amsancti valles, &c.

AMSTELRODAMVM, vel *Amsterodamum*, i, vulgo **Amsterdam**, urbs Belgii uniti primaria, & emporium toto orbe celeberrimum. Nomen habet ab Amstela fluvio, qui per eam labitur. Maximis navigiis frequens est, quia marinis aquis alluitur. Maximis alni lignis innituntur pleraque ejus ædificia. Miraculum mundi ob pulchritudinem opesque vocat Morerius.

ĀMVLĒTVM, i, medicamentum est, quod de collo suspenditur, aut alia quacunque ratione adhibetur, & vel circum manûs extremum, vel digitos, ad amoliendum fascinum præcipuè & morbos, **was man am halse, oder an händen trägt, für zauberey, kranckheiten, und allerley böse zufälle**, ab amoliendo dictum, unde & *amoletum* nonnulli scribunt. Vet. Gl. *Amoletum*, φυλακτήριον. Plinius lib. 25 cap. 9, *Cyclamini radicem amuletum* vocat. Et lib. 37 cap. 3. *Infantibus*, inquit, *succinum alligari amuleti ratione potest*, **es ist gut, daß man den kleinen kindern agstein anhänge.** Hujusmodi *amuleta* veterum, ac Hæreticorum imprimis ex antiquis sigillis ac gemmis exhibuit eruditissimus Pignorius in Characteribus Ægyptiis. Vide etiam infra Phylacteria. & Barth. ad script. Venat. p. 135 seq.

ĂMVLIVS, frater Numitoris & Procæ filius, qui regnum fratri vi & fraude eripuit. Vide lib. 1 Livii cap. 3 & Ovid. 3 Fast. v. 67,

Romuleoque cadit trajectus Amulius ense.

ĂMVRCA, æ, ἀμολγή, vel ἀμοργή, differt a fæce, hæc enim in olei expressione sequitur, illa præcedit, (**öltrüsen, oder unflat vom öl.**) Ita Servius ad illud 1 Georg. v. 194, *nigra profundere amurcâ.* De fæce nomen accepit. Vet. Gloss. *Amurca* ἀμολγή. ἔστιν δὲ τρὺξ ἐλαίυ. Scabiei medetur secundum Caton. de R. R. c. 96.

¶ Amurcarius, a, um. ut, *dolia amurcaria*, apud Catonem de Re rust. c. 10 in quæ amurca infunditur.

¶ Examurcare, oleum ab amurca purgare. Ad alia transfert Apulejus lib. 4 p. 149 de corio ursæ detracto: *Soli siccandum tradimus. Ac dum cælestis vaporis flammis examurcatur*, &c.

ĂMVSIVM, i, Vitruvio, (*circinatum tympanum* Plinio lib. 18 cap. 34) tabula est, ex qua ad libellam collocata deprehenduntur plagæ, unde ventorum certi flatus spirent: ita dictum fortasse, quod imperitis & amusis ingeniis eo consuleretur in explorandis ventis, **ein compaß, schiff-compaß**, Hadrian. Rectius ab amussi, de quo mox, quoniam ad libellam amussimve exigeretur, quod placet Vossio f. 27 etymol. qui & *amussium* scribi testatur in Florentina Vitruvii editione lib. 1 c. 6, quod etiam expressum est Jo. Læti emendatiore editione his integris verbis: *Collocetur ad libellam marmoreum amussium mediis mœnibus: aut locus ita expoliatur ad regulam & libellam, ut amussium non desideretur*, &c.

AMVSSIS, amussim, Festo *regula, ad quam aliquid exæquatur*: Nonio *regula fabrorum, quam architecti, quum opus probant, rubrica illinunt*, **eine richtschnur, bleywage, lineal.** In quarto casu fere solo invenitur, neque hoc nudo, sed præpositione *Ad* vel *Ex* communito, ut pro adverbio habere possis, quemadmodum Festus *amussim* interpretatur *regulariter*, **schnurgleich, richtig.** Varro apud Nonium: *si gens est adamussim.* Plautus Amphitr. a. 2 sc. 2 v. 213, *Si hæc vera loquitur, examussim est optima.* Rursus Nonius: *Examussim, examinate ad regulam.* Hinc proverbii vice, *Adamussim, Examussim factum.* Gellius lib. 1 cap. 4, *ut judicium esse factum examussim diceres.*

¶ Amussium, vide, quod modo diximus, *Amusium*.

¶ Amussitatus, a, um, exactissimus. Plautus Milite a. 3 sc. 1, v. 38, *Inest in hoc amussitata sua sibi ingenua indoles.*

¶ Examussim, ad verb. de quo modo dictum est.

Ămūsus & Amusia, vide infra *Musa*.

ĂMȲCLÆ, Ἀμύκλαι, duæ sunt urbes: una Peloponnesi, Tyndari regia, & Castoris ac Pollucis patria, quas *Ledæas* Statius cum Silio appellavit: ille Theb. 7, 163,

Parrhasiumque nemus, Ledæasque ibis Amyclas.

Et Silius lib. 2 v. 434, *Ledæis veniens victor Xantippus Amyclis.*

¶ 2. Altera in Italia est inter Cajetam & Tarracinam, à Laconibus, Castoris & Pollucis comitibus, qui ex Amyclis Laconicis nomen id ei indiderunt, condita. Has Virgilius *tacitas* dixit lib. 10 v. 563,

ditissimus agri
Qui fuit Ausonidum, & tacitis regnavit Amyclis.

Silentio enim perierunt, latâ de non nunciando hostium adventu lege. Quamquam & aliæ afferuntur caussæ, quas apud Servium legere licet ad modo productum Virgilii locum. Vide & Chiliad. proverb. *Amyclas silentium perdidit*, de iis, qui silendo damnum aliquod sibi accersunt. Vetus Poëta in Pervigilio Veneris v. 90,

Perdidi Musam tacendo, nec me Phœbus respicit:
Sic Amyclas, cum tacerent, perdidit silentium.

Vnde proverbiales locutiones: *Amyclis taciturnior*, apud Sidonium lib. 8 epist. 6; & *Amyclas vivere*, pro Amyclarum more silere, Ausonius dixit Professor. carm 15,

Taciturne, Amyclas qui silendo vixeris.

¶ Ămy-

¶ Ămyclæus. Ita Apollo dictus, ob fanum ei dicatum Amyclis in Laconia. Strabo lib. 8 p. 250, ὑπόκειται δὲ τῷ Ταϋγέτῳ ἡ Σπάρτη ἐν μεσογαίᾳ καὶ Ἀμύκλαι, ὅπου τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερὸν, h. e. *Subjacet Taygeto monti Sparta in mediterraneis, & Amyclæ, ubi delubrum est Apollinis.* Hinc *Apollineæ* illæ cognominatæ. Statius Theb. 4 v. 223,

Hujus Apollineæ currum comitantur Amyclæ.

Idem lib. 7 v. 413 alumnos hujus oppidi, Castorem & Pollucem, *Amyclæos fratres* appellat: *Vidit Amyclæos (facinus) concurrere fratres.* Virgilius Georg. 3 v. 345, *Amyclæum canem* laudat, quia Laconia æque, ac Molossis, canes præstantes gignit, uti ex ejusd. libri v. 405, & Horatio Epod. 6 est manifestum.

ĂMȲCUS, Neptuni filius, rex Bebryciorum. Virg. 5 Æneid. v. 372,

qui se
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat.

AMYGDĂLA, æ, Plinio & Columellæ; *Amygdalus, i*, Palladio; Græcis ἀμυγδαλῆ, arbor, ein mandelbaum: *Amygdala* fœm. & Palladio *Amygdalum*, sive pluraliter *Amygdala*, Græce ἀμυγδάλη, fructus, mandelkern. Vide Palladium Januario tit. 15; Columellam lib. 5 c. 9. Plinium passim. Ac fructus præter illam appellationem *Nux Græca* & *Thasia*, Macrobio 2 Saturn. cap. 14; *nucleus amygdalæ* Plinio lib. 15 c. 13 dicitur. Idem lib. 16 cap. 25, *Floret prima omnium*, inquit, *amygdala, mense Januario*, der mandelbaum rc. *Amygdalæ amaræ*, bittere mandeln. Absumunt & exsiccant amaritudine suâ humiditates, cujus rei exemplum ejusmodi Athenæus retulit lib. 2 cap. 12, *Plutarchus apud Drusum Tiberii Cæsaris filium*, inquit, *medicum quemdam fuisse scribit, qui, cùm omnes bibendo superare, priusquam biberet, quinque aut sex amygdalas amaras visus est comedisse, quibus si quando destitutus fuisset, ne minimum quidem certare potando potuit.* ¶ 2. Dicuntur & glandulæ in faucibus *amygdalæ* a chirurgorum vulgo, die mandeln, à similitudine nucis amygdalinæ: vide *Tonsilla.*

¶ Ămygdălīnus, a, um, adject. ut, *Oleum amygdalinum*, Plin. lib. 26 c. 4, mandel-öl. Serenus Samonicus Carm. 26,

Fertur, amygdalinæ succus nucis esse bibendus.

¶ Amygdalaceus, a, um, aliud adjectivum. Plin. lib. 26 cap. 11, *amygdalaceum folium.*

¶ Amygdalītes, æ, ita Plinius habet lib. 26 cap. 8, *Inter Tithymalorum genera ubi sextum*, inquit, *genus Platiphyllon vocant, alii corymbiten, alii amygdaliten à similitudine.* Dioscor. lib. 4 cap. 159, *Tithymalum masculum* vocari ab aliquibus ἀμυγδαλοειδῆ scripsit; ἀμυγδαλοειδὴς, eine art des krauts wolffsmilch.

ĂMȲLUM, i, ἄμυλον, quod sine mola, quæ μύλη Græcis est, fiat, krafftmehl, stärcke. Conficiendi ejus rationem Cato docet lib. de re rust. cap. 86.

ĂMȲMŌNE, es, Ἀμυμώνη, Danai filia, quæ aquam quærens, in cervum misso telo, Satyrum dormientem vulneravit. Qui excitatus cum in puellam ferretur ardens, a superveniente Neptuno fugatus quidem, puella tamen, ab eo indicato fonte, compressa est, quæ Nauplium deinde, Palamedis patrem, enixa. Pausan. sub finem Corinth. & Strabo lib. 8, item Propert. lib. 2 El. 26,

Testis Amymone latices cum ferret in arvis
Compressa, & Lernæ pulsa tridente palus.

ĂMYNTAS, æ, Ἀμύντας, pater Philippi Macedonis. Corn. Nep. 21, 2, 1, Fuit & plurium Macedoniæ regum & ducum Alexandri M. nomen, quod passim legitur apud Diodorum, Justinum, ac Curtium. ¶ 2. Et Pastor Virgilianus Eclog. 3. *Dulce* &c.

Lenta salix fœto pecori, mihi solus Amyntas.

ĂMȲNTOR, ŏris, pater Phœnicis apud Homer. Iliad. 9. Hinc Ovid. Metam. 8, 307, *Hippothousque Dryasque & cretus Amyntore Phœnix.* Idem Epist. 3 Heroid. v. 27,

Venerunt ad te Telamone & Amyntore nati.

¶ Item Dolopum Rector apud Ovid. Met. 12 v. 364.

ĂMYSTIS, ĭdis: potionis genus, quæ sine interspiratione uno haustu sive impetu, ut Plinius loquitur, fiebat; quod ἀμυστὶ πίνειν & ἀμυστίζειν Græci dicebant. Barbaris, & Thracibus maxime usitatum hoc bibendi genus Pollux significat, qui Θρᾳκίαν πρόποσιν dixit lib. 6 cap. 3. Et inde Horatius lib. 1 Od. 36, *Bassum Threicia vincat amystide.* Vbi vel ipsa potandi ratio, vel poculi genus ad eam aptum designatur. Nam ita & accipitur & usurpatur hæc vox, testibus Suida & Polluce. Vetus Schol. Horatii: *Amystis poculi genus apud Thracas instar phialæ, quod clausis oculis ebibebatur uno ductu.* Ratio nominis est παρὰ τὸ μὴ μύειν, quod non sugendo seu sorbillando, ut solet, fieret, sed rictu patente & simul totum ingurgitante, wenn man den becher auf einmahl und auf einen schluck aussäuffet. Videndus & Parrhasius de rebus per epistolam quæsitis, Epist. 26. (Tom. 1 Lamp. Crit. Grut. p. 754.) Tangit & Petr. Crinitus in Epistolis Politiani lib. 12 p. 501.

ĂMȲTHĀON, ŏnis, Crethei filius, Æsonis frater, Melampi genitor: qui Pyli habitavit, ut Apollodorus auctor lib. 1 Bibliothecæ. Stat. lib. 3 Thebaid. v. 452,

juxtaque Amythaone cretus
Jam senior, sed mente virens, Phœboque Melampus.
Associans passus.

¶ Ămythāŏnius, a, um. Virg. Georg. 3 extr.

Phillyrides Chiron, Amythaoniusque Melampus.

Tibullus Paneg. Messalæ lib. 4 v. 120,

Queis Amythaonius nequeat certare Melampus.

AN, adverb. est, aliàs interrogandi, aliàs dubitandi. Interrogandi, ut: Terent. in Eun. a. 4 sc. 5 v. 7, *An abiit jam a milite?* ist sie denn schon weggangen? Ovid. Heroid. 17 v. 166, *An nescis longas regibus esse manus?* weist du nicht, daß grosse herren weit greiffen? *Intellextin'? an nondum etiam?* Terent. Andr. a. 1 sc. 2 v. 30, *An non hoc dixi esse futurum?* ibid. a. 3 sc. 5 v. 15. ¶ Dubitandi, ut: *Huic uni contigit, nescio an ulli, ut &c.* Nepos Timoleontis principio: weiß nicht, ob jemanden. ¶ Eleganter præcedens habet adverbium sibi cognatum *utrum.* Terent. in Adelph. act. 2 sc. 1, v. 41, *Vide, utrum vis argentum accipere, an caussam meditari tuam.* Cic. lib. 7 fam. ep. 16, *Id utrum more Romano locutus sit, an quomodo Stoici dicunt, posteà videro*, ob solches, oder rc. Neque tantum, ubi dubitatio de duobus est, quod exempla præcedentia declarant, sed etiam, ubi de pluribus. Cic. in Pison. cap. 10, *in quo* (convivio) *nemo potest dicere, utrum iste plus biberit, an vomuerit, an effuderit.* Alicubi loco *utrum* præcedit *ne.* Cicer. in Oratore c. 61, *Quæsitum est in totone circuitu orationis, an in principiis solùm, an in extremis, an in utraque parte numerus tenendus sit? -- tum, in omnibus ne numeris æqualiter particulas deceat incidere, an facere alias breviores, alias longiores?* ¶ Reperias hìc & *utrum* vel *ne* omitti, sive de duobus sit sermo, ut: *aurum, dolo an scelere Cæpionis partum, ad emtionem agrorum convertit*, apud Script. de vir. illustr. cap. 73, sive de pluribus, ut: *postulo, mihi respondeat, quis sit iste Verrutius: mercator, an orator, an pecuarius? in Siciliâ sit, an decesserit?* apud Cicer. 4 Verr. 77. ¶ Valet in ejusmodi locutionibus *nec ne* idem, quod *an non.* Cicero de divin. lib. 1 c. 39, *Fiat, nec ne fiat, id quæritur*, pro, utrum id fiat, an non.

¶ Sive autem dubites, sive interroges, ubi de multis sermo est, cave pro *an* ponas *aut.* Germani quidem & Græci sic loquuntur, Latini non item. Ac vetuit Quintilianus diserte, lib. 1 cap. 9, (al. 5.) *Male interroges*, inquiens, *hic aut ille sit?* Vid. Laurent. Vall. lib. 2 Elegant. cap. 17. Sed quid faciemus isti loco Senecæ Epist. 52, *Quem, inquis, invocabo, hunc, aut illum?* Accusabit hìc aliquis forte culpam librarii, *aut* scribentis pro *an*: ut in illo Gellii lib. 16 c. 2, *postulo, uti respondeas desierisne facere adulterium, an non?* pro quo in edit. Basil. A. 1565 legimus, *aut non.* Sed rectius dicemus, apud Senecam *aut* esse disjungentem particulam, non interrogantem. Sensus enim est: invocabone aliquem viventium? qualis est hic aut ille. Ad quod respondens Seneca priore loco mortuos commendat magistros: *adjuvare nos possunt*, inquiens, *non tantum qui sunt, sed & qui fuerunt.* Non absimile exemplum Ciceronis est, Vallæ d. l. & Tursellino in particulis p. 39 observatum è 1 de orat. cap. 9, *An verò tibi Romulus ille aut pastores & convenas congregâsse, aut Sabinorum connubia conjunxisse, aut finitimorum vim repressisse eloquentiâ videtur: non consilio & sapientiâ singulari?* ¶ Idem Cicero ibidem cap. 38, *an* usurpavit pro *aut*: *Jactare se in causis centum viralibus, -- cùm omnino quid suum, quid alienum, quare denique civis, an peregrinus, servus an liber quispiam sit ignoret, insignis est impudentiæ.* ¶ *An* pro *an non.* Rursum Cicer. 9 epist. ad fam. 15, *est id quidem magnum, atque haud scio an maximum:* pro, an non maximum. Corn. Nepos initio Thrasybuli: *Si per se virtus sine fortunâ ponderanda sit, dubito an hunc primum omnium ponam:* pro, an non ponam.

¶ Anne, idem quod *an*, sive interroget, ut: *Anne est intus Pamphilus?* Terent. And. 5, 2, 10, sive dubitet: ut, *Etiam haud scio, anne uxorem ducat*, Ter. Heaut. act. 5 sc. 2 sub fin. (ubi Xylander p. 142 ad Satyr. Horat. παρέλκον agnoscit.) Sic locutus & Cicero: *Quærendum, utrum una species & longitudo sit earum, anne plures.* Oratore cap. 61. Idem 12 ad Att. ep. 15, *scire velim, quando dicar spopondisse? & pro patre, anne pro filio?*

Ana, vide *Anas.*

ĂNĂBĀTHRUM, i, ἀνάβαθρον, gradus scansilis, subsellium, eine stuffen, banck, oberbanck, apud Juvenalem Satyr. 7 v. 46. *Et quæ conducto pendent anabathra tigillo.* Ab ἀναβαίνειν, ascendere.

ANACARDIUM, i, ἀνακάρδιον. *Anacardia sunt fructus cujusdam arboris, avicularum corculis non dissimiles, unde & nomen, calore etiamnum cordis modo rufescente, cum scilicet ab arbore decerpuntur. Inest iis liquor mellis crassitie sub cortice residens, sanguinis modo rubicundus, sub quo est & nucleus parvæ amygdalæ effigie. Nascuntur in Siciliæ montibus, qui continuè igneas eructant flammas.* Matthiol. in Dioscoridis lib. 1 c. 141.

ANACEPHALÆOSIS, ἀνακεφαλαίωσις, brevis repetitio eorum, quæ sparsim & fusius dicta sunt, eine wiederholung und summ des gantzen handels. Quintilianus lib. 6 cap. 1 vocat *partem perorationis*, cujus præcipuum munus in Anacephalæosi consistit. Ibidem ineunte capite dixit: *Rerum repetitio & congregatio, quæ Græcè dicitur ἀνακεφαλαίωσις, à quibusdam Latinorum enumeratio; & memoriam judicis reficit, & totam simul caussam ponit ante oculos.* ¶ Vulgus imperitum *recapitulationem* vocat.

ĂNĂCHARSIS, ĭdis, Ἀνάχαρσις, philosophus Scytha fuit Solonis temporibus, *sapientiæ admirandæ*, quemadmodum scripsit Cicer. in 5 Tuscul. c. 32, *sobrius, continens, abstinens, & temperans.* Dixit, *leges telis araneorum esse similes, & vitem tres ferre botros*, quæ alibi retulimus. Item, *Corpus instrumentum esse animæ, Dei verò animam:* ψυχῆς ὄργανον τὸ σῶμα, θεοῦ δὲ ψυχή, Plutarch. in convivio sept. sapient. Item, ἐμοὶ περίβλημα χλαῖνα, δεῖπνον γάλα καὶ τυρὸς, hoc est, *Mihi indumentum est lana: cœna lac & caseus;* Clemens Alex. Strom. 1 p. 308. Conf. Diog. Laërtius in Anacharsi.

ĂNĂCHŌRĪTA, æ, ἀναχωρίτης, qui in solitudinem secedit, ein einsiedler, waldbruder, Eremita; ab ἀναχωρέω, secedo. Etiam Anachorēta a multis scribitur, quasi sit ab ἀναχωρητής. Hieronymus epist. 22 ad Eustoch. de cust. virgin. cap. 15, *Alterum* (genus monachorum Ægyptiorum) *Anachoritæ, qui soli habitant per deserta, & ab eo, quod procul ab hominibus recesserint, nuncupantur.* Fuerunt autem & *Eremitæ*, & *Anachoretæ* solitudinum incolæ; sed illi tabernacula certa habebant, & casas, quibus Anachoretæ carebant planè, ut ex Sulpitio Severo Dial. 1 de virtutibus Monach. Oriental. cap. 9, [Vorst. 15] constare potest. Pro isto igitur discrimine paullo inferius cap. 17 scribit: *Animadverti decet, iniqua illum cum eremitis, vel etiam anachoretis conditione conferri.* Et rursus cap. seq. *Laudabo anachoretas, mirabor eremitas, Martinum semper excipiam.*

ĂNĂCLINTĒRIUM, i, ἀνακλιντήριον. Legitur apud Spartianum hæc vox Latina facta in Ælio Vero cap. 5, *Lectum*, inquit, *eminentibus quatuor anaclinteriis fecerat.* Ad quem locum hæc Casaubonus: *Lectorum quatuor sunt ἐνήλατα: ad caput unum, alterum ad pedes: ad spondas interiorem & exteriorem. Illud cui incumbit caput Græci ἀνακλιντήριον vel ἀνάκλιντρον nominant. Romani fulcrum vel interdum pluteum, &c.* Vide ipsum, aut si mavis, Salmasium ad eum locum

locum Spartiani, qui aliquanto accuratius pleniusque de ratione lectorum apud veteres ibi agit.

ĂNĂCŎLŪTHON, *ἀνακόλουθον*, inconsequens, Figura est, cùm non redditur, quod superioribus respondeat. Vt si in oratione ponatur *μὲν*, & non sequatur *δὲ*, aut contra: Ita si ponatur *tot*, *quot* non præcedente; aut *tantum* sine *quantum*, aut *tamen* sine *quamquam*, &c.
Virg. 2 Æn. v. 331, *Millia quot magnis nunquam venêre Mycenis.*
Et lib. 3 v. 541, *Sed tamen idem olim curru succedere sueti.*
In his enim *Tot*, & *Quamquam* non præmittuntur. Servius.

ĂNACRĔON, ontis, *Ἀνακρέων*, Teius poëta fuit, ut eum Horatius appellat in Epod. 14, ex Teo Ionum urbe. Horat. 4 carm. od. 9,
Nec si quid olim lusit Anacreon,
Delevit ætas.
Tota ejus poësis amatoria fuit, & suavis: quod testantur odæ illius paucæ, ab Henrico Stephano cum observationibus vulgatæ. v. Plin. l. 7 c. 7. Ælian. Hist. Var. l. 9 c. 4. Voss. de Poët. Gr. c. 4.

¶ Anacreonticus, a, um; ut, *Anacreonticum carmen.* Cujus quidem varia memorantur a veteribus Grammaticis, de metro qui scripserunt, genera. Vulgatissimum, cuique adeo soli per excellentiam hoc nomen hæsit, illud est, quod primo loco jambum, spondeum vel anapæstum recipit, secundo & tertio jambum, cum syllaba remanente, ut:
Nisi Deus benigne
Fortunet acta nostra,
Labor omnis est inanis.

¶ Anacreontius, vel Anacreontēus; ut, *Anacreontium colon* apud Quintil. lib. 9 cap. 4. Diomedes quoque & Servius, cum carmina Anacreontis recensent, *Anacreontius* sive *Anacreontēum* dicunt sine C. vide illum lib. 3; hunc in Centimetro. Gellius lib. 19 cap. 9, *Ἀνακρεόντεια ἐλεγεῖα.*

ĂNĂDĒMA, ătis, *ἀνάδημα*, ornamentum capitis. Hesychio *στέμμα, ᾧ τοὺς ἱερονίκας ἀναδεσμοῦσιν*, *corona, qua sacrorum certaminum victores revinciebant.* Lucretius lib. 4 v. 1122,
Et bene parta patrum fiunt anademata mitræ.
Corruptum ergo oportet esse Philoxeni Glossarium, quo legitur: *Ἀναδέματα, redimicula*, quod *ἀναδήματα* cum Hesychio & Lucretio scribendum erat. Suidas p. 228, *Ἀναδέσμη ὅμοιόν τι διαδήματι, ἢ μίτρα κεφαλῆς.* Paullus Lege 26 Dig. de auro, argento, mundo &c. *mitræ & anademata, quamvis corpus tegant, tamen ornamentorum, non vestis esse.* Agitur autem ibi de ornamentis muliebribus.

ĂNĂDĪPLŌSIS, *ἀναδίπλωσις*, repetitio est, cum ultima prioris versus dictio in principio sequentis iteratur, ut Virg. ecl. 6 v. 20,
Addit se sociam, timidisque supervenit Ægle,
Ægle Naiadum pulcherrima, &c.
Et 10 Æn. v. 180, *sequitur pulcherrimus Astur,*
Astur equo fidens, &c.
Ovid. 2 Metam. v. 216, *silvæ cum montibus ardent:*
Ardet Athos, Taurusque, Cilix, & Tmolus, & Oete.

ĂNĂGALLIS, ĭdis, *ἀναγαλλίς*, herba est passim nota, Plinius *Corchorum* dixit, gauchheil, hünerdarm, grundheil: quod de limine vestibuli suspensa veneficia pellere credita sit. De hac Dioscorid. sic: *Duo sunt Anagallidis genera, quæ tantùm flore distant. Nam quæ cæruleo flore est, fœmina dicitur: mas, quæ Phœniceo. Frutices sunt parvi in terra jacentes*, &c.

¶ Anagallis, Grammatica Corcyræa apud Suidam, quæ *Agallis* est Athenæo, cognominis fuit herbæ huic.

ĂNĂGLȲPHA, ōrum, *ἀνάγλυφα*, vasa aspera cælaturis eminentibus, geschirr mit ausgegraben = und erhabener arbeit, apud Plinium 33 c. 11, *Nunc anaglypha in asperitatemque excisa circa linearum picturas quærimus.* Hujus generis sunt illa fagina pocula, de quibus Virgilius Ecl. 3 v. 37 seqq. videndus.

¶ Dicuntur & *Anaglypta*, (à *γλύφειν* utraque voce facta) quemadmodum in citato Plinii loco *Anaglypta* Harduinus legit. Et Martialis lib. 4 epigr. 39, *Nec mensis anaglypta de paternis.*

¶ Anaglypticus, a, um: id est, cælatus. Sidonius Epist. 9 lib. 13,
Geruli caput plicantes
Anaglyptico metallo
Epulas superbiores
Humeris ferant onustis.
Per *anaglypticum metallum* patinas anaglyptico opere, h. e. signis cælatas intelligit.

¶ Anaglyptes, æ, *ἀναγλυπτὴς*, cælator: quem

¶ *Anaglypharium* vetus Schol. Juvenalis appellat ad Satyr. 9 v. 145. Adde Car. du Fresne Glossar.

¶ Anaglyptice, *ἀναγλυπτικὴ*, ipsa scalpendi sive cælandi ars.

ANAGNIA, æ, urbs Hernicorum in Latio. Virgil. Æn. 7 v. 683,
Qui roscida rivis
Hernica saxa colunt, quos, dives Anagnia, pascis.
Conf. Sil. Ital. lib. 8 v. 393. & lib. 12 v. 533.

ANĀGNOSTES, æ, *ἀναγνώστης*, ein leser bey tische, oder unter der mahlzeit. Corn. Nep. 25, 13, 3, *In familia erant pueri litteratissimi, anagnostæ optimi.* Obtinuit apud veteres, qui in re aliqua essent, & paullo elegantiorem vivendi rationem instituissent, ut inter alia ministeria haberent pueros, qui cœnantibus legerent eruditorum hominum, quos vellent, libros: hos itaque *anagnostas* vocabant Græco vocabulo; *Lectores* ex re ipsa appellavit Suetonius Augusto cap. 78. (ex quo loco cognosces, non tantum in cœna, sed noctu etiam, cum expergefactis somnus recuperari statim non posset, fuisse adhibitos) itemque Plinius lib. 8 Epist. 1 & lib. 3 Epist. 5. Sed Græca voce utitur Cicero lib. 1 ad Attic. Epist. 12 & lib. 5 Fam. Ep. 9. Iterum Nepos in Attico cap. 14, 1, *Nemo in convivio ejus aliud acroama audivit, quam anagnosten. Neque unquam sine lectione cænatum est, ut non minus animo, quàm ventre delectarentur convivæ.* Vbi habes, quæ ratio pulcherrimi hujus instituti fuerit. Quod & Carolum Magnum tenuisse Eginhardus in vita ejus auctor est. *Inter cœnandum*, inquit, *aut aliquod acroama, aut lectorem audiebat. Legebantur ei historiæ & antiquorum Regum gesta.* Quæ ultima verba demonstrare videntur, cujus generis fuerint hæ lectiones. Sane Historiarum lectio idonea cumprimis: neque enim utilis tantùm, sed & jucunda earum auscultatio & facilis: quod præcipue illi tempori convenit, quo maximè quæritur remissio animis & honestæ studetur voluptati. Et forte hæc ratio ex illa Græcorum consuetudine manavit, qua magnorum virorum laudes ad mensam cani solitæ sunt. Clericos & Religiosos jam olim hoc usos more, B. Augustinus & Basilius docent: & laudat id in Illustrio quoque Sidonius, qui sacerdotalem vitam agebat, cum sacerdos tamen haud esset, lib. 4 Epist. 9. Severus Imperator ipse legebat in mensâ, & poëtas quidem, ut Lampridius ejus vitæ auctor est. Apud Martialem Ligurinus quidam sua ipsius poëmata in cœna legit multum aversante conviva lib. 3 Epigr. 50. Anagnostas in theatris apud Græcos legisse poëtas ex Gellii lib. 18 cap. 5 cognoscere est. vid. Pignor. de Servis. Adde Meurs. auct. philolog. cap. 4.

¶ Anagnosticum, i, secundum vim vocis, id quod legitur, *ἀναγνωστικὸν*, medii ævi scriptoribus est epistola aut scriptum. Ennodius lib. 1 epist. 4 ineunte: *Anagnostici fidem secutus* &c. ubi Sirmondus interpretatur *epistolæ tuæ*. Idem lib. 8 ep. 5, *de anagnostici prolixitate fastidium.* Adde Car. du Fresne Glossar.

ĂNĂGŌGE, es, *ἀναγωγὴ*, interpretatio erat scripturarum allegorica, quâ res ad cœlestia transferebatur.

¶ Inde *Anagogicus* sensus sacrarum literarum: ut si dicas, Hierusalem anagogice significare vitam æternam seu cœlestem. Vide in præceptis Rhetorices Philippi locum de quatuor sensibus sacrarum literarum.

Anagramma, vide *Gramma*.

ANAGYRIS, is, *ἀνάγυρις*, frutex duorum generum. *Majus* est foliis vitici proximis: flore brassicæ racemoso: fructu hortensi smilaci simili, amplioribus tamen & brevioribus paullo siliquis incluso: colore purpurascente, usque adeo duro, ut aquâ macerato, sua in pertinaci duritie consistat. *Minus* Majo & Junio mensibus grato in montibus spectaculo floret: Micat enim aureo flore, alteri omnino simili, odore tamen ingrato. Hinc cornicula prodeunt genistæ æmula, in quibus semen continetur ejusdem genistæ magnitudine, sed oblongum, phaseoli modo, colore subnigro, vomitiones vehementer ciens, Matthiol. in Dioscorid. lib. 3 cap. 149. *Anagyrim commoves*, *ἀνάγυριν κινεῖς*, locutio proverbialis est, de iis, qui sibi ipsis malorum sunt auctores. Similis illi, *κινεῖν τὴν καμαρίνην*, *movere camarinam.*

ĂNĂLECTA, ōrum, *ἀνάλεκτα*, reliquiæ sub mensa, à colligendo dictæ, auffgelesene brocken. Martial. lib. 14 epigr. 82,
In precio scopas testatur palma fuisse:
Sed precium scopis nunc analecta dabunt.
Posteriorem versum Vossius in Etymol. p. 27, cum Scriverio ita legit:
Otia sed scopis nunc analecta dabit;
Vt ita masculinum sit *analecta*, pro *analectes*, quod mox explicabitur. Nihilominus ex ejusdem poëtæ lib. 7 epigr. 19 videtur prior notio stabiliri posse, *Colligere longa turpe nec pudet dextra*
Analecta, quicquid & canes reliquerunt.
Quamvis & hoc loco cum Scriverio Vossius *τὸν ἀναλέκτην* malit, quam *τὰ ἀνάλεκτα*, agnoscere. ¶ Translate hinc inde excerpta, & in unum consarcinata librum, *Analecta* dicunt, quæ *Collectanea* sunt aliis Latino vocabulo.

¶ Ănălectes, æ, *ἀναλέκτης*, qui reliquias colligit. Ex quo vocabulo elegantem irrisionem ac jocum Satellius Quadratus in Calvisium divitem captavit, quem Seneca Ep. 27 refert. Calvisius enim Sabinus opinionem eruditionis affectabat, nullius tamen ingenii, nullius memoriæ homo. Itaque subsidio sibi parârat servos, qui, cùm Homerum, Hesiodum, Lyricos edidicissent, quærenti versûs ex tempore subministrarent. Sed hos ipsos versùs malè cum redderet, inque medio versu sæpe excideret, illudens illi Satellius Quadratus, suasit, *ut Grammaticos haberet analectas*, h. e. ut Grammaticos haberet ab hoc officio, qui verba ipsi excidentia, quasi ab orbe delapsa frusta, colligerent atque reponerent. Ita Lipsius ad eum locum, qui *Sublegulos* latinè reddit, ita Turnebus lib. 24 Advers. cap. 33 interpretantur. Wowerius tamen cap. 13 Polymath. propè fin. Analectas eosdem & *Eclogarios* facit, de quibus suo loco.

¶ Ănălectides, *ἀναλεκτίδες*, dicuntur, quibus è xylino lino aut alia quavis materia puellæ tanquam pulvillis, constipant scapulas prominentes, ut videri habitiores possint, stopff=läpgen. Ovid. lib. 3 de Arte am. v. 273, *Conveniunt tenues scapulis analectides altis.*
Vid. Cœl. Rhodig. A. L. lib. 13 cap. 31. Heinsius autem *Analectrides* legit, quem consulas velim de variis hujus loci lectionibus eruditè dissertantem.

ĂNĂLEMMA, ătis: *ἀνάλημμα*, Vox Vitruvio usurpata & explicata lib. 9 cap. 4 his verbis: *Analemma est ratio conquisita Solis cursu, & umbræ crescentis à Brumæ observatione inventa, e qua per rationes architectonicas circinique descriptiones est inventus effectus in mundo.* Bernardinus Baldus Vrbinâs brevius pressiusque sic definiri posse existimat: *Esse instrumentum ad Solis umbras in plano horologii venandas terminandasque, solarium describendorum gratia.* Vide ejus Comment. de Vitruvianorum verborum significatione: cujus emendationem expressimus in modo adducto Vitruvii loco, quippe quæ extra omnem dubitationem nobis posita est.

ANALOGIA, æ, *ἀναλογία*, quid sit, Quintilianus explicat lib. 1 cap. 6. *Consuetudo*, inquit, *certissima loquendi magistra; utendumque planè sermone ut nummo, cui publica forma est. Omnia tamen hæc exigunt acre judicium, in analogia præcipuè, quam proximè ex Græco transferentes in Latinum, proportionem vocaverunt. Ejus hæc vis est, ut id, quod dubium est, ad aliquid simile, de quo non quæritur, referat, ut incerta certis probet.* Quamobrem & *comparationem* dici posse analogiam Cicero statuit de Vnivers. cap. 4 extremo: itemque *similitudinem* 1 Tusc. cap. 32 appellavit, eine gleichheit, gleichförmigkeit, ähnligkeit. Et aliquanto post Fabius inquit: *Non cum primum fingerentur homines, analogia demissa cælo formam loquendi dedit, sed inventa est, postquam loquebantur, & notatum in sermone, quid quomodo caderet: itaque non ratione nititur, sed exemplo, nec lex est loquendi, sed observatio,*

vatio, ut ipsam analogiam nulla res alia fecerit, quam consuetudo. De Analogia vide & Senec. Epist. 120. ¶ 2. Erasmus congruentiam rei ad aliquid relatæ analogiam dixit: veluti cum dicimus: *Cicada magnas habet alas pro proportione corporis:* nam parvæ sunt, si ad alas conferantur papilionum. ¶ Analogiam autem Vitruvius etiam *proportionem* vertit, lib. 3 c. 1. Ciceronem procul dubio secutus, cujus verba lib. de Vniverso cap. 4 hæc sunt: *Quæ Græcè Analogia, Latinè comparatio proportiove dici potest.* Atqui *analogia* proportio revera non est, sed proportionum (quas Græci λόγυς appellant) similitudo seu comparatio, quod ex Euclide Bernardinus Baldus observat. Manilius *ἀναλογίας Responsus* dixit lib. 3 v. 71. Itaque ¶ 3. Est & Mathematicorum analogia, cum numeri duo aut plures, item magnitudines inter se comparantur, ad similitudinem secundæ comparationis, juxta æqualitatem, vel inæqualitatem: si dicas: *Sicut se habent quatuor ad duo, sic octo ad quatuor. Et quantò longior est pes Herculanus alterius alicujus pede, tantò item stadium, Herculano pede sexcenties commensum, longius est eo stadio, quod alterius pede transmissum est.*

¶ Analogus & Analogicus, a, um, consentaneus, proportioni respondens, gleichförmig, Philosophis usurpatur, & Germanicum ähnlich, Græcorum ἀνάλογον esse videtur.

ANALPHĂBĒTVS, ἀναλφάβητος, qui ne elementarias quidem novit litteras, Græcis est.

ANANCHĪTIS, idis, gemma Plinio est lib. 37 cap. 11.

ANANTAPŎDŎTON, ἀναντapόδοτον, schema est Græcorum, ac maxime Atticorum proprium, cum membro aliquo aut verbo, quod subaudiri oportet, oratio destituitur. Hom. Iliad. A v. 135,

> ἀλλ' εἰ μὲν δώσυσι γέρας μεγάθυμοι ἀχαιοὶ
> ἄρσαντες κατὰ θυμὸν ὅπως ἀντάξιον ἔσαι.
> εἰ δέ κε μὴ δώωσιν, &c. hoc est,
> *Sed siquidem dabunt præmium magnanimi Achivi,*
> *Componentes secundum animum, ut æquale sit.*

Deest hîc παύσομαι vel ἡσυχάσω, quiescam, desinam, so will ich zu frieden seyn. Sequitur enim,

Si autem non dabunt, &c. Tale & Ciceronis illud ad Atticum est lib. 7 epist. 16, *Responsa Pompeji grata populo, & probata concioni esse dicuntur: ita putâram; quæ quidem si ille repudiarit, tacebit, si acceperit. Vtrum igitur, inquies, mavis*, &c. Si igitur (inquit Cicero) Cæsar conditiones latas non acceperit, nihil respondebit, sed rem armis geret; sin acceperit, legatos iterum mittet. Quam clausulam, aut aliam non absimilem Cicero figuratè reticuit. Budæus.

ĂNAPAESTVS, i, ἀνάπαιςος, pes comicus ex duabus brevibus & tertiâ longâ: ut, ◡◡– *Sapiens, miseri.* Cicero etiam *Heroum* hunc pedem dixit lib. 3 de Orat. cap. 47. Vocant & *Antidactylum*, ἀντιδάκτυλον, eâdem ratione, quâ anapæstum, quod Dactylum contrarius reverberet.

¶ Anapæstus, & Anapæsticum, quasi substantive, genus carminis est: ut *Anapæstus Aristophaneus* apud Cicer. in Orat. cap. 56. qui versus est octo regionum: ut,

> *Axena ponti per freta Colchos denique delatus adhæsi:*

Qui & Anapæstus octonarius dicitur: ut,

> *Ore beato lumine volitans, qui per cælum candidus equitas:*

Auctor fragmenti, quod cum Censorino editum, c. ult. Cicer. in 3 Tuscul. c. 24, *Nec siletur illud potentissimi regis Anapæsticum, qui laudat senem, & fortunatum esse dicit, quod inglorius sit, atque ignobilis ad supremum diem perventurus.*

¶ Anapæsticus, a, um, adjectivum ex jam dicto Anapæstico, sub quo *Carmen* intelligebatur, innotuit. Vt adjectivo usus est Cicero in Oratore cap. 56, *Elegit ex multis Isocratis libris triginta fortasse versus Hieronymus, peripateticus inprimis nobilis, plerosque senarios, sed etiam anapæsticos, quo quid potest esse turpius?* puta, in prosa oratione.

ANAPHE, es, Insula Cretici pelagi sponte enata. v. Plin. lib. 2 cap. 7. Ammianus quoque, *Emerserunt*, inquit, *Delos & Hiera & Anaphe & Rhodus.* Mentionem ejus facit Ovid. Met. 7 v. 461.

ANAPHORA, æ, quæ & Epanaphora, ἀναφορὰ καὶ ἐπαναφορὰ, *relatio* est, *repetitio* Ciceroni; cum per principia plurium commatum idem verbum repetitur: ut Virgil. Eclog. 10 v. 42,

> *Hîc gelidi fontes, hîc mollia prata Lycori,*
> *Hîc nemus, hîc ipso tecum consumere ævo?*

& 4 Æneid. v. 369,

> *Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?*
> *Num lacrymas victus dedit? aut miseratus amantem est?*

Cicer. in 4 Verrina cap. 10, *Verres calumniatores apponebat, Verres adesse jubebat, Verres cognoscebat, Verres judicabat.*

¶ Anaphoricus prologus, ἀναφορικὸς. Vide Prologus.

ANĀPIS, Ἄναπις, Catanæus, Amphinomi frater. Claudianus idyll. 7 de fratribus piis, v. 41,

> *Cur non Amphinomo, cur non tibi fortis Anapi*
> *Æternum Siculus templa dicavit honos?*

Vide supra in *Amphinomus.* Apud Solinum *Anapius*, Valerio Maximo *Anapus* vocatur. Sed utrumque corruptum illustris Salmasius, & *Anapis* ex Græco restituendum censet. De quo ampliandum mihi videtur. v. Salmas. ad Solin. c. 5, f. 78.

¶ Anapus, i, fluvius est Siciliæ, de quo apud Ovidium fabula 6 lib. 5 Metam. qui ejusdem meminit Pont. l. 11 Eleg. 10,

> *Quaque suis Cyanen miscet Anapus aquis.*

Conf. Sil. Ital. lib. 14, v. 516.

ANAS, sive Ana, fluvius, qui provinciam Hispaniæ Estramaduram secat, medio spatio quasi absorbetur, & post sex Leucas sub terris actus rursus emergit. Vnde cum toto isto spatio lætissima sint pascua, inter mirabilia Hispaniæ censetur, pontem ibi esse, super quo decem millia ovium pascantur. v. Plin. lib. 3 cap. 1 & 6. lib. 4 cap. 22. lib. 8 cap. 8.

ĂNAS, ătis, fœm. avis amphibia nota, a natando appellata, ut νῆσσα vel νῆττα Græcis à νήχεσθαι, quod est natare, eine ente. Petronius p. 107, *Et pictis anas enovata pennis.* Cicero 2 Nat. Deor. c. 58, *anatum ova*, enten-eyer. Martialis lib. 13 epigr. 52,

> *Tota quidem ponatur anas, sed pectore tantùm*
> *Et cervice sapit, cætera redde coco.*

Anas mas, ein entrich oder antrach. Cicures sunt anates vel domesticæ, & feræ seu silvestres, νῆσσαι ἀγριάδες: zahme und wilde enten, diversorum & multorum generum, quæ ex Gesneri libro de avibus cognosces.

¶ Ănaticula, anas parva, aut avis aquatica quæcunque anate minor, apud Plaut. & Cic. 5 Fin. c. 15.

¶ Ănātinus, adject. apud Plaut. in Rud. act. 2 sc. 4 v. 49, 50, *Vtinam fortunâ nunc ego anatinâ uterer: Vt postquam exivissem ex aqua, arerem tamen.*

¶ Ănătārius substantive præfectus anatum, seu custos. Vet. Gloss. *Anatarius*, νηττοφύλαξ. Deinde adjective, ut, *aquila anataria*, Plin. lib. 10 cap. 3, quæ & *Clanga* seu *Planga*, & *Morphnus*, anates circa lacus persequens, ein entenstösser. Gesner.

ANASARCA, ἀνάσαρκα, hydrops toto corpore diffusus, die wassersucht, so den gantzen leib eingenommen hat.

ANASTŎMŌSIS, fœm. ἀναςόμωσις, sanguinis rejectio, ore alicujus venarum patefacto; Cels. l. 4 c. 4 meminit, & Cœl. Rhodig. l. 3 c. 14.

ANASTRŎPHE, ἀναςροφὴ, vitium inversionis, ut Quintil. vocat lib. 1 cap. 5, cum præpositio postponitur: ut, *Saxa per, & scopulos*, Virg. 3 Georg. v. 276, *furit immissis Vulcanus habenis*
Transtra per & remos, Idem 5 Æn. 662.

ANĂTHĒMA, ătis, ἀνάθημα: Diis dicatum donum. Quanquam hæc vox non de omni consecratâ re Græcis usurpatur; sed illis tantùm, quæ suspendi aut collocari in excelso & in conspectu statui poterant, ut templo ornamento essent. Vt sunt, phialæ, tripodes, acerræ, corollæ & his similia. Qua de caussa & Hesychius ἀνάθημα, κόσμημα, interpretatur, kirchen-schmuck. Julius Pollux enim lib. 1 cap. 1 n. 25, ita explicat ἀναθήματα, ut sint ςέφανοι, φιάλαι, ἐκπώματα, θυμιατήρια, χρυσίδες, ἀργυρίδες, οἰνοχόαι, ἀμφορίσκοι, *coronæ, phialæ, pocula, thuribula, aureæ argenteæque*, (subaudi vasorum aliquod genus) *cyathi, amphoræ.* Exemplum habes Græcæ hujus vocis Lucæ 21 v. 5: Et Latine scriptæ apud Prudentium Psychom. v. 540,

> *insigne legens anathema favillis.*

¶ Ănăthĕma, ătis, ἀνάθεμα, penult. correpta, ein bann, ein fluch. Rom. 9, 3. ηὐχόμην γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τῦ χριςῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μυ, *optarim enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis*, verbannet zu seyn. Ad quem locum evincere conatur Beza, inter ἀνάθημα & ἀνάθεμα nihil esse discriminis; sed contra disputat Salmasius exercitat. Plinian. p. 767, qui utriusque vocis notionem & vim eruditissimè, ut solet, explicavit. *Anathema* autem ipsa exsecratio est seu maledictio, non tantum homo maledictus aut exclusus ab Ecclesia: ut in formula, *anathematis sententia ferire*, apud Augustinum epist. 75 post princ. Et sic alii Patres Latini ἀναθεματίζειν *anathematum vinculis innodare* sæpe vertunt.

¶ Anathematizare inde formant etiam Ecclesiastici scriptores. Hieronymus epistola 75 advers. Vigilantium: *Si hæc quotidie non anathematizarem*, id est, detestarer. Augustinus dicta epistola 75, *Tota domus anathematizata est.* Salmasius in Tertull. de Pallio p. 225 testatur, in priscis libris etiam *Anathemare* & *anathematus* reperiri, pro *anathematizare* &c. quod ex Glossis & exemplis Carolus du Fresne confirmat.

ANATOCISMVS, i, ἀνατοκισμὸς, est usuræ anniversaria renovatio, ut usuræ usurarum debeantur, quod lege vetitum. zinß von zinse, jüdenzinß. Exstat in Cicer. ad Attic. lib. 5 epist. ult. *Clamare omnes qui aderant, nihil impudentius Scaptio, qui centesimis cum anatocismo contentus non esset.*

ANATŎME, es, ἀνατομή: est maxime corporum membrorumque humanorum, quam Medici faciunt. *Incisionem* cum Celso interpretari liceat, qui sæpè verbo *incidere* in istâ re usus: vel *Prosectionem* ex Tertulliano: cui *Prosector* est, qui anatomen facit, h. e. Ἀνατομικὸς, in lib. de anima c. 25, ubi & *exsecare* verbo usus. Res ipsa inventa ab Herophilo & Erasistrato est: estque in vivis quidem initio, sed nocentibus, & ultima meritis agitata, ut Celsus auctor est Præf. lib. de Medicina: approbataque ab aliis, ab aliis rejecta atque damnata. Vtriusque partis rationes & argumenta ibidem legas. Celsi vero judicium eâ de re sub finem ipsum hujusmodi exstat: *Incidere vivorum corpora & crudele & supervacuum: mortuorum corpora discentibus necessarium:* Vide & Plinii Valeriani locum de inventione Anatomes apud Barth. lib. 3 Advers. c. 4.

¶ Anatomicus, a, um, adjectivum est, sed sæpe subauditur Medicus, ut substantivi naturam induat. Macrobius lib. 7 Saturn. c. 13, *Libris anatomicorum consultis verùm reperi*, &c. Et Ammianus lib. 28 c. 26, *discissarum pecudum exta rimari cum anatomicis.*

ANAXĂGŎRAS, Ἀναξαγόρας, Philosophus fuit Clazomenius, Philosophiæ physicæ cultor adeo assiduus, ut rei tum privatæ tum publicæ curam prorsus omnem abjiceret, ac interroganti cuidam, nullane sibi patriæ saltem cura esset? responderit, *Mihi verò patriæ cura & quidem summa est*, digitum in cœlum intendens, ἐμοὶ γὰρ καὶ σφόδρα μέλει τῆς πατρίδος, δείξας τὸν ὐρανὸν: ut Laërtius refert. Idemque rogatus, cujus causa natus esset, *inspiciendi*, inquit, *cœli, & Solis, & Lunæ:* εἰς θεωρίαν ἡλίυ καὶ σελήνης, καὶ ὐρανῦ. Idem primus, *Homeri poëma de virtute & justitia compositum esse* dixit, ποίησιν ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης, Laërt. Lucret. lib. 1 v. 830,

> *Nunc & Anaxagoræ scrutemur* ὁμοιομέρειαν,

hoc est, similares particulas, eandem cum toto rationem obtinentes, quas principia esse rerum Anaxagoras docuit. Cùm è diutinâ peregrinatione patriam repetisset, possessionesque desertas vidisset, *Non essem*, inquit, *ego salvus, nisi istæ periissent:* Val. Max. l. 8 c. 7. Lampsaci diem suum obiit; ubi rogantibus eum principibus, numquid fieri mandaret, *jussisse* ferunt, *ut pueri quotannis eo, quo defecisset, mense ludere permitterentur;* quæ consuetudo Lampsaci servata diu est; Laërtius. Hic Anaxagoras ille est, qui nivem nigram probare voluit hoc argumento: *Nix aqua est: aqua autem nigra est: ergò & nix nigra:* Sextus Empiricus lib. 1 Pyrrhon. Hypotyp. cap. 13. & Lactantius l. 3

Instit. Divin. cap. 23, & lib. 5 cap. 3. In hoc etiam laudatur à Lactantio lib. 1 cap. 5, quod *Deum esse dixit infinitam mentem, quæ per se ipsum moveatur.*

ANAXANDRĪDES, æ, Ἀναξανδρίδης, poëta Græcus, ex quo quædam Stobæus retulit.

ĂNAXARCHVS, i, Ἀνάξαρχος, Philosophus Abderita fuit, Democriti sectator. Cicer. 2 Tuscul. 22, *de Anaxarcho Democritio cogitetur, qui cùm in manus Cyprii Nicocreontis regis incidisset, nullum genus supplicii deprecatus est, neque recusavit.* Ab eo enim conjectus in pilum ptisanarium, sive mortarium saxeum, quod ὅλμον Hesiodus vocat, ibique ferreis malleis concisus, adeo toleranter pertulit asperrimos illos cruciatus, ut verbum illud memorabile conduplicaverit: πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, Ἀνάξαρχον δὲ οὐ πλήττεις· *Tunde, tunde Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non tundis.* Diog. Laërt. in ejus vita. Postremo amputationem linguæ minitante tyranno, *protinus dentibus abscissam, & commanducatam linguam in os ejus ira patens exspuit.* Valer. Max. lib. 3 c. 3 n. 4 extern. Ovidius in Ibin. v. 571,

Aut ut Anaxarchus pila minuaris in alta.

ĀNAXĬMANDER, dri, Ἀναξίμανδρος, Philosophus Milesius, Thaletis sodalis, Sphæræ inventor. Laërt.

ĂNAXĬMĔNES, is, Ἀναξιμένης, Philosophus fuit, Anaximandri discipulus & successor. Primum rerum omnium principium posuit aërem. Itaque ad eum pertinet illud Claudiani de Conf. Mall. Theod. v. 70,

alius princeps rerum disponitur aër.

Vbi Barthium vide p. 93. Augustinus 10 Confess. 6, *Interrogavi auras stabiles, & inquit universus aër cum incolis suis: Fallitur Anaximenes, non sum Deus tuus.* Lactantius lib. 1 cap. 5, *Anaximenes æthera dicit esse summum Deum.* Patria Milesium fuisse, testis est Laërtius. Qui & ¶ 2. alios ejusdem nominis duos memorat, sed Lampsacenos, oratorem unum, historicum alterum, prioris e sorore nepotem: quamquam dubium est, annon prior simul historicus fuerit; qui quidem, ut è Suidâ intelliges, discipulus fuit Diogenis Cynici, præceptor Alexandri Magni. Videndus Vossius 1 de Histor. græc. 10 pag. 75.

ANCAEVS, i, Ἀγκαῖος, Samiorum rex, fuit agriculturæ studiosissimus, de quo hujusmodi narratur fabula. Cum vitem sereret, graviterque ministris instaret, urgeretque; quidam, operis tædio commotus in herum, negavit futurum, ut ex ea vite herus unquam vinum gustaret. Post ubi vitis provenisset feliciter, atque uvæ maturuissent, herus exultans ac gestiens, servum eumdem accersit, atque, ut sibi vinum infundat, jubet. Deinde jam calicem admoturus ori, servo, quæ dixisset, redegit in memoriam, quasi vanam exprobrans divinationem. At ille sententiam hanc hero respondit: *Multa cadunt inter calicem supremaque labra.* Servili sententiæ favit eventus. Nam inter loquendum, priusquam vinum hauriret, alter quidam minister ingressus nunciat, vinetum ab apro quodam immani vastari. Quibus auditis, Ancæus deposito poculo protinus in aprum fertur, à quo inter venandum percussus interiit. Vide Chiliad. & Scholiasten Lycophronis ad v. 489, qui eadem narrat, divinatorem autem non servum, sed μάντιν, *vatem*, appellat. Adagium quoque Græce produxit Gellius lib. 13 cap. 17.

ANCĀRIVS sive Ancharius, i, asinum videtur significare Lucilio apud Nonium in *Quiritare.* Verba sunt:

Hæc, inquam, rudet e rostris, atque ejulitavit,
Concursans velut ancarius clareque quiritans.

Adde Vossium in Pomp. Melam. p. 48, qui hanc vocem etiam Martiali vult restitui, de quo post paullo in *Anchialus* dicemus.

ANCEPS, ĭpĭtis: Festus: *ANCEPS*, inquit, *significare videtur id, quod ex utraque parte caput habeat*, ut securis, bipennis. *Sed magis a* capiendo, *quod ex utraque parte æque capiatur, adpellatum est.* Pro ultima ratione, quam magis probare Festus videtur, Vetus Glossator est, apud quem ipsum verbum, unde derivatur nomen, invenitur. Ita enim ibi leges: *Ancipit*, ἀμφιβάλλει. Item *Ancipiti* ἀμφιβληθέντες. *Ancipiti* scilicet pro *Ancepti*, ab *ancipior.* Sed pro priore declinatio pugnat. Quæ rationem primitivi manifeste refert. Nam sicut à *caput, capitis*; ita ab *anceps, ancipitis*, dicitur: quam formam & alia servant, quæ eâdem origine velut dimanant. Sic à *biceps, bicipitis*; à *triceps, tricipitis*; à *præceps, præcipitis* est. Et Prisciani observatio est lib. 7, *Omnia, quæ à CAPITE composita in PS desinunt, similiter habent duabus syllabis superantem genitivum:* in quibus & τὸ *anceps* connumerat, quod & lib. 6 sub. fin. facit. Contra vero quæ à CAPIO veniunt, unica tantum syllaba in obliquis crescunt: ut, *manceps, mancipis: princeps, principis: auceps, aucupis: municeps, municipis.* Nec refert, quod Livius poëta *Præcipem*; Ennius *præcipe*, pro *præcipitem, præcipite* dixerint: illi enim obliqui non à *præceps*, sed à *præcipes* sunt, secundum analogiam Nominativi, ut Priscianus recte docuit. Sane quod *præcipes* & *ancipes* veteres, id juniores *præceps* & *anceps* dixerunt: ut idem monet. Est itaque *anceps*, quod ex utraque parte idem, atque sic geminum est. Sic *ferrum anceps* in Luciniano versu apud Nonium: *anceps mucro*, qui gemina acie est, apud Lucret. lib. 2 v. 519. Prudentius Hymno ante somnum a v. 85,

Hujus manum potentem
Gladius pererrat anceps,
Et fulgurans utrinque,
Geminum minatur ictum.

Paullo post v. 91, *Ensem bis timendum* dixit; quod gemina acie esset, & bis acutus, Græci ῥομφαίαν appellant: Latini & *Frameam*, de quo infrà. Ciceroni lib. 1 de Nat. Deorum cap. 37, *ancipites bestiæ sunt*, quas ἀμφίβια Græci adpellant: hoc est, quæ in terra juxta & aquis degunt, sive, *quibus aquam terramque incolendi natura gemina est*, ut Florus describit lib. 3 cap. 6. ¶ Quin omnia, quæ dupliciter possunt cadere aut accipi atque intelligi, atque sic dubia ac incerta sunt, *ancipitia* appellantur. Vt *caussa anceps*, Cic. 2 de Orat. 44, eine ungewisse sache. *Anceps fortuna belli* apud eumdem pro Marcello cap. 5. *Disputatio anceps*, 3 de Orat. cap. 27. *Morbi ancipites* apud Plinium lib. 7 cap. 45. *Mars anceps* Liv. 21 cap. 1. *certamen anceps*, eod. lib. cap. 29. Sic *ancipitia vocabula* apud Gellium sunt lib. 12 c. 9, quæ *utroque ver*-

-su dici possunt, ut idem interpretatur: die auff zweyerley recht verstanden werden können; quemadmodum & *Jus anceps* Horatius dixit lib. 2 Sat. 5 v. 34. *Vox anceps*, id est periculosa, Tacitus lib. 1 Hist. c. 5. Glossæ Veteres: *Ancipites* ἀμφίβολοι: item: *Anceps* ἀμφίσβητον, ἀμφήριστον: Δικέφαλος, quorum ultimum pro ratione eorum est, qui à *caput* deducunt. ¶ 3. Et omnino apud Ovidium lib. 1 Fastorum *anceps* idem est, quod *biceps*, in illo v. 95,

Tum sacer ancipiti mirandus imagine Janus
Bina repente oculis obtulit ora meis.

¶ Peranceps. Ammianus lib. 29 c. 5 Vales. (Grut. c. 30.)

ANCHĔMŎLVS, Rhœti Marrubiorum regis filius: qui cùm Casperiæ novercæ intulisset stuprum, petitus ad supplicium a patre, ad Turnum in militiam profugit. Meminit Virgil. Æneid. 10 v. 389, & Servius ibidem.

ANCHIĂLE, es, Ἀγχιάλη, urbs Ciliciæ, paululum supra mare sita, quam credebant a Sardanapalo fuisse conditam, uti Strabo lib. 14 p. 462 refert. Ἀγχίαλος, *Anchialus*, eadem Arriano lib. 2 Expedit. Alex. p. 91.

¶ Anchialos Thraciæ urbs Pomponio Melæ est lib. 2 cap. 2, ad Pontum Euxinum sita. *Anchialos* vel *Anchialus* est etiam Ovidio Trist. 1 Eleg. 9 v. 36, & Ammiano lib. 22 cap. 19, & Pollioni in Claudio Gothico cap. 12; at Straboni lib. 7 p. 221 Ἀγχιάλη, *Anchiale.*

¶ Anchialus etiam nomen divinum Judæorum putatur esse apud Martialem lib. 11 epigr. 94,

Ecce negas jurasque mihi per templa Tonantis.
Non credo: jura, verpe, per Anchialum.

Scaligero Prolegom. Emend. Temp. videtur esse ex *Chai* & *Alah*, hoc est, per Deum viventem: Salmasio de Hellenist. p. 205, ex *Ha-Chai Alam*, sive per eum, qui vivit in æternum: at Isaaco Vossio ad Melam p. 48 vox hæc nihil minus, quàm Hebraica est, cujus linguæ imperitissimum fuisse Martialem oporteat. Quod ergo in antiquissimo codice *Anchalium* invenit; unius litteræ mutatione legit *Ancharium*, quo nomine asinum Lucilius signavit, ut supra in *Ancarius* ostensum fuit. Ex Petronio autem non ignotum est, male Judæos audiisse, quasi *porcinum numen* & *cilli* [asini] *auriculas* adorent. Vnde & Deum *Onochoten*, id est *asininis auribus, altero pede ungulatum*, ut Tertullianus Apolog. cap. 16 interpretatur, gentiles Christianis adfinxerunt: ubi idem Vossius mavult ὀνοχοιρίτης legi, id est, ex asino & porco compositum monstrum, ut Petroniano figmento respondeat propius. Verba enim Satyrici hæc sunt p. 211,

Judæus licet & porcinum nomen adoret,
Et cilli summas advocet auriculas.

ANCHĪSES, æ, Ἀγχίσης, *Dardanius, magnanimus, pius*, Æneæ pater, Capyos filius. Ante bellum Trojanum, nemorum latebras & solitudines coluisse fertur, gregibus & armentis intentus. His ergo quum vacaret, adamari cœpit à Venere, quæ & cum eo concubuit, exque eo concubitu gravida Æneam tandem ad Simoenta Trojæ fluvium enixa est.

¶ Anchisæus, Ἀγχισαῖος. Virgil. 5 Æn. v. 761,

Et lucus late sacer additur Anchisæo.

Anchīsiădes, æ, Æneas. Idem 6 Æn. v. 348,

Dux Anchisiade, nec me Deus æquore mersit.

ANCHŎRA, vel ancora potius, æ, ἄγκυρα, ein ancker. Dens ferreus ingenti mole, quo sistuntur ac retinentur naves. Proprie navium fundamentum est. Hinc Virg. 6 Æn. princip. *tum dente tenaci*

Anchora fundabat naves.

Jacere anchoram. Virgilius Æn. 6 extremo:

Anchora de prora jacitur, stant litore puppes.

Figere anchoram Ovidius dixit Metam. 1 v. 297. Item *pangere* Ep. 2 Heroid. v. 4, *Litoribus nostris anchora pacta tua est.*

Huic opponitur *sustollere anchoras.* Cæsar lib. 4 de B. G. cap. 23, *His dimissis, & ventum & æstum uno tempore nactus secundum, dato signo, & sublatis anchoris, circiter clↃ passuum IIX ab eo loco progressus, aperto ac plano litore naves constituit.* Item lib. 1 de B. C. c. 31 extr. *Neque affectum valetudine filium in terram exponere patitur, sed sublatis anchoris excedere eo loco jubet. Anchoras tollere*, i. e. rem institutam relinquere, quasi proverbio dixit Varro 3 R. R. c. 17. *Solvere anchoras*, Cicero dixit lib. 1 ad Attic. Epist. 10 pr. Quod si arripienda fuga esset ex instanti periculo, vel *præcidi* solebant, de quo est locus Ciceronis Verrina 7 cap. 34. *Anchora sidere* dicitur, wann er grund fasst, Plinio lib. 6 c. 22. *Subsistere*, wann er fest liegt, Cæsari 5 de B. G. c. 10, *quod neque anchoræ funesque subsisterent, neque nautæ gubernatoresque vim tempestatis pati possent.* Sed *in anchoris commorari*, Hirtius B. Afric. cap. 63, vor ancker liegen, quod Cæsar *naves in anchoris consistere* dixit 3 de B. C. cap. 28. Id *navem in anchoris tenere*, C. Nepos Themistocle dixit cap. 8. *In anchoris expectare*, Cæsar lib. 4 de B. G. cap. 23. ¶ Anchora metaphoricè ponitur pro refugio, præsidio, munimento. Ita Hecuba apud Euripid. filium suum *suæ domus anchoram* vocat. Ita non semel anchora pro fundamento apud Plinium, Apulejum & Solinum. Ita pro patrocinio amici Ovid. 5 Trist. El. 2 v. 41, *Quo ferar? unde petam lapsis solatia rebus?*

Anchora jam nostram non tenet ulla ratem.

Anchoræ jactum prævertit Deus, proverbiale est de eventu præter spem; ut & illud, *Bonum est duabus anchoris niti*, quod est, duplici præsidio munitum esse. vide Chiliad. *Sacra anchora*, ein gewisser trost, Græcorum proverbio, quod vide apud Erasmum ex Luciano aliisque. Solent nautæ validissimam anchoram, quam sacram vocant, postremo mittere. Hinc est, *ad sacram anchoram confugere*, sein eusserstes versuchen.

¶ Anchorale, is, funis est, cui anchora alligatur, das ancker-seil. Livius 22 c. 19, *ancoralia incidunt.* & lib. 37 c. 30, *ancorale tractum.*

¶ Anchorarius, a, um, adjectivum, ut, *Anchorarii funes* apud Cæsarem Comm. 2 de B. C. c. 9.

¶ Anchorago vel Ancorago nomen piscis apud Cassiodorum lib. 12 Epist. 4. Vide in *Salmo.* Idem enim esse creditur, Voss. 4 de orig. idolol. cap. 29.

ANCHŪRUS, i, Ἄγχουρος, Midæ regis filius fuit, de quo hæc Plutarchus commemorat in Parallelis p. 306, *Circa Celænon Phrygiæ oppidum terræ hiatus cum aqua domos complures ipsis cum hominibus absorpsit in profundum. Midas rex oraculo monitus, ut res eò preciosissimas conjiceret, ita enim futurum, ut terra coiret, auro & argento injecto nihil opis attulit. Anchurus igitur regis filius, cùm nihil in vita humana preciosius esse animâ secum ipse versasset, datis genitori complexibus & Timotheæ uxori, equum ascendit, inque hiantem locum concitatus est. Ac sic terra rursus coiit, & auream eo in loco Jovis Idæi aram Midas dedicavit. Hujus rei testis est Callisthenes lib. 2 Metamorphoseon.* Conjungit ibidem cum hoc, & comparat M. Curtii, equitis Romani, exemplum, ex Romanis historiis notissimum.

ANCHŪSA, æ, ἄγχουσα, herba trium est generum Dioscoridi; quæ omnia silvestres sunt buglossæ, radices habentes ad interiorem usque medullam rubentes, ochsenzung. Primum genus Onoclea etiam, & secundum Onocholes, & Alcibiadon. Porro anchusæ omne genus purpureos explicat flores, vulgari buglossæ non multum dissimiles: Diosc. Matthiol. Plinius lib. 22 c. 20 quartum quoque adjecit genus, Pseudanchusam.

ANCĪLE, is, ἀγκύλιον, scutum brevius, dictum quasi *amcisum*: i. e. undique circumcircà accisum, ut Servius docet. *Am* enim, antiqua Præpositio, *circum* notat. Ovid. Fastor. 3 v. 376,

Idque ancile vocat, quod ab omni parte recisum.

Vide & Plutarchum infra laudato loco: qui planius totam rem explicat. Virgil. Æneid. 7 v. 188,

Succinctus trabea lævaque ancile gerebat.

Idem lib. 8 v. 664, *& lapsa ancilia cœlo.*

Historiam autem sive fabulam de lapsis cœlo ancilibus, quæ eam ob caussam *cœlestia arma* Livius lib. 1 cap. 20 vocat, habes apud Dionys. Halicarn. lib. 2 Antiq. Rom. Ovid. Fast. 3 v. 372 & seq. Plutarchum Numa, Lactant. lib. 1 cap. 21 extr. & Servium ad lib. 7 Æneid. p. 474, & lib. 8 pag. 547. Vet. Gloss. *Ancilia*, Διοπετῆ. Quæ oratio integra non est, & puto desiderari vocem ὅπλα. In Gloss. Græco-Lat. Διοπετὲς ὅπλον, ἀσπιδισκάριον, *Ancile*. Hæc ancilia autem Romæ in Templo Martis asservabantur reposita, & annis singulis circumferebantur mense Martio per sacerdotes aliosque primores per urbem: dieque trigesimo demum recondebantur. Quod antequam fieret, nihil publicè feliciter fieri, superstitio tenebat. Hinc Suetonius Othonem contra religionem, nondum conditis ancilibus, inauspicato profectum scribit ejus vitâ cap. 8. Vide ad eum locum Casaubonum, qui similem superstitionem Athenis, cum Plynteria celebrarentur, obtinuisse eruditè observat. Aliter de isthoc superstitionis genere Turnebus, quem Torrentius sequitur in explicando Suetonii loco. Malè, ut ostendit Lipsius lib. 5 antiq. Lect. c. 16, Figuram eorum habes in antiquo nummo apud Guther. lib. 1 de Jure Pontificio cap. 11. Conf. Camerar. cent. 1 H. S. c. 60. & Cent. 2 p. 41.

ANCILLA, æ, παιδίσκη, δούλη, eine dienerin, magd. Terent. Andr. a. 3 sc. 1, 3, *Ab Andria est ancilla hæc.* Et Cicero pro Milone cap. 10, *cum muliebri & delicato ancillarum puerorumque comitatu.* Metaphorice Plinius lib. 2 cap. 63 de beneficiis terræ; *Terra*, inquit, *benigna, mitis, indulgens, ususque mortalium semper ancilla*, stehet den menschen zu dienst. De luxu mulierum circa alendam ancillarum multitudinem vide Lindebrogium ad Terent. Heaut. a. 2 sc. 2; De origine vocis Becmannum, qui ab ἄγκυλος deducit. Sed propius cum Salmasio ad Lampridium ab ἄγγελος, *nuncius*, derivatur. Munera bonæ ancillæ tribus versibus complexus est Plautus Mercat. act. 2 sc. 3, *Ancilla turpis*, & *ancilla honorum*, qui viri vocati, paullo post exponetur.

¶ Ancillula, æ, Terent. in Eunucho a. 1 sc. 2 v. 85, *Dixti cupere te ex Æthiopia ancillulam*, &c. Et Cicero de Orat. lib. 1 c. 55, *Juris scientiam eloquentiæ tanquam ancillulam pedissequamque adjungere.* Adde Senec. Controv. 21

¶ Ancillari: famulari, ministrare, dienen, auffwarten. Apud Nonium Marcell. c. 2, *dotibus deliniti* (viri) *ultro etiam uxoribus ancillantur.* ¶ 2. Alicui se addicere: & cum ambitione quadam merendæ aut retinendæ gratiæ servire præter dignitatem, ut ancillæ scilicet, aut adulatores solent. Vet. Gloss. *Ancillor*, κολακεύω. Porcius Latro Invect. in Sallustium sub Ciceronis persona cap. 4, *Non uni privatim ancillatus sum, neque me addixi; sed quantum quisque Reip. studuit, tantum mihi fuit aut amicus, aut inimicus.* Sane & Fufidius apud Sallust. lib. 1 Hist. c. 5, quod prensaret populum & adularetur serviliter, acerrimo convitio *ancilla turpis* à M. Æm. Lepido appellatur. *An*, inquit, *quibus prælatus in magistratibus capiundis Fufidius, ancilla turpis, honorum omnium dehonestamentum?* Quæ verba mirifice confirmant lectionem veterum Codicum, in quibus quidam Trebellii Pollionis locus ita conceptus est, in vita Claudii cap. 5, *Nam Gallus Antipater, ancilla honorum, & historicorum dehonestamentum, principium de Aureolo sic habuit.* Nemo enim non videt hæc Pollionis verba ex Sallustiano loco expressa esse. Quod neque Salmasius neque Casaubonus adverterunt; qui eam lectionem protulerunt primi: Salmasius autem præcipue interpretatus est. Ac inde etiam *Ancillarioli* appellati sunt, qui suas uxores peterent potius, quam amarent; ipsis omnia in se concederent, tantum, ut ne amore ipsarum exciderent, de quibus mox dicendum erit. ¶ Aliam etiam notionem Veteres Glossæ suggerunt, cum *Ancillare* [ita enim legendum; non *Antillare*, ut excuditur] θηλεύεσθαι, παλλακεύεσθαι, interpretantur. Itaque *ancillari*, pro *pellicem* esse etiam, & libidinis caussa se viro addicere significat. Nempe quia has vices ancillæ & famulæ sustinere solent haud raro, & suæ quod dominæ debebatur solum, id sibi etiam usurpare. Sed quid θηλεύεσθαι est? & quomodo commode interpretabimur? Vtrumne θῆλυ aut θῆλυς non fœminam tantum quamlibet; sed & aliquando *ancillam* notat? Et itaque θηλεύεσθαι est, ancillam agere, seu famulari? An pro θηλεύεσθαι, δουλεύεσθαι rescribendum?

¶ Ancillaris, e, & Ancillarius, a, um: Vet. Gloss. *Ancillarius* δουλοπρεπής: id est, illiberalis, atque ad serviendum idoneus, servilis. Sic *Ancillaris adulatio* Ammiano dicitur lib. 26 cap. 17, cum de Procopio Tyranno narrat.

¶ Ab Ancillarius, *Ancillariolus* est: quæ vox non uno modo usurpatur. Primo enim sic dicitur, qui ancillas sectatur, & neglecta uxore cum iis consuescit. Martialis lib. 12 Epigr. 58,

Ancillariolum tua te vocat uxor, & ipsa
Lecticariola est: estis Alauda pares.

Significat nempe Alaudam juxta & uxorem ejus eorumdem criminum reos: ipsum enim in ancillis libidinari; uxorem in lecticariis servis. ¶ 2. Qui ancillatur velut uxori, h. e. nimio ejus amore captus, tam promptus obsequii atque officii est, ut non tam vir ejus, quam servus ac minister videri queat, ein weiber-mann. Ita videtur accipienda hæc vox apud Senecam 1 de Benef. cap. 9, *Si quis se nulla amicâ fecit insignem, nec alienæ uxori æmulum præstat; hunc matronæ humilem, & sordidæ libidinis, & ancillariolum vocant.* Nempe significat, matronas Romanas sprevisse viros tamquam humilis animi, atque servilis, qui ita adstringi paterentur se suarum amplexibus, ut non & alias amarent, seque profiterentur illis rivales. Ergo *Ancillariolus* est, qui servit uxori humiliter, eamque sic quasi dominam veretur aut heram, quos aliàs *uxorios* appellabant. Quâ tamen voce hîc abstinuit Seneca, ut mulierum in viros contemtum magis ostenderet. Quo pertinet etiam, quod ὑποκοριστικῶς *ancillariolum* potius, quam *ancillarium* dixit.

¶ Anculi, & Anculæ, sunt Dii Deæque Ancillarum, juxta Festum.

Ancisa, quære in *Cædo*.

Ancla, anclare, vide infra in *Antlia*.

ANCŌN, ōnis, plur. Ancōnes, Vitruvio lib. 3 cap. ult. partes normæ, quæ ad instar literæ L ex duabus regulis, quasi brachiis jungitur, quemadmodum & ballistarum & catapultarum brachia *ancones* appellantur. Est autem Græcum origine; quippe ἀγκών, ῶνος, *cubitum* significat. ¶ 2. Ab isto autem normæ angulo, & sinum maris *Ancona* Lucanus dixit lib. 1, v. 421, *quem littore curvo*

Molliter admissum claudit Tarbellicus Ancon.

Nam *Ancon Tarbellicus* ille sinus maris est, qui ad Tarbellam Aquitaniæ civitatem, & Aturrum Galliæ fluvium recipit, ut docet Scal. lib. 1 Auson. Lect. cap. 5, quamquam alii malunt *æquor* pro *Ancon* legere. ¶ 3. *Ancones* apud Vitruvium lib. 4 c. 6 & mensulæ quædam sunt, volutarum instar leniter infractæ ad speciem literæ S ante ostium: Græcis προθυρίδες, prothyrides: die schnerckel an dem gesimse, krugsteine. Vide ibi Philandri interpretationem. ¶ 4. Sunt & *Ancones* ferramenta, ex quibus retia suspenduntur. Gratius Cynegetico v. 87,

Lineaque ex tritis lucent anconibus arma.

Nam *Linea arma* retia sunt. ¶ 5. *Anco* Martiali concha Neptuni est lib. Spectac. Epigr. 26,

Fuscina dente minax, nexu fluit anco recurvo.

Sic enim est qui emendet versum, cum legatur vulgo: *anchora curvo*. Vide ibi Raderum f. 63, qui & hoc observat, inter vasa tabernæ cauponariæ censeri dolia, ancones, calices, trullas: anconem item in modum cubiti seu ἀγκῶνος (unde nomen habeat,) inflecti.

¶ Ancōna, æ, urbs Italiæ ad superum mare, a littorali situ ita appellata. Mela lib. 2 cap. 4. Græca quoque formâ *Ancon* aliquoties Plinio dicta, lib. 2 cap. 71, & lib. 14 cap. 6,

Ancŏra, vide paullo ante *Anchora*.

ANCUS, i, adunco brachio homo, & exporrectu difficili, der den arm nicht kan von sich strecken, ab ἀγκών, *cubitus*. Ex quo & nomen habuit Ancus Martius, de quo sequitur. Vet. Gloss. *Ancus, mancus*, κυλλός, λορδός.

¶ Ancus Martius, quartus rex Romanorum, Numæ Pompilii ex filia nepos. Virgilius 6 Æneid. v. 815,

Quem juxta sequitur jactantior Ancus.

Horat. lib. 4 Carm. Ode 7,

Quo pius Æneas, quo Tullus dives, & Ancus?
Pulvis & umbra sumus.

ANCYLOGLŌSSUS, i, ἀγκυλόγλωσσος, cui lingua breviore membranula districta est, ut minus expedite verba facere possit, dem die zunge nicht gelößt.

¶ Vitium ipsum ἀγκυλόγλωσσον, Paulus Ægineta dixit.

ANCȲRA, æ, ἄγκυρα, Galatiæ metropolis; à qua Synodus dicitur Ancyrana, cujus frequens in scriptoribus Ecclesiasticis mentio est. Vrbem memoratam vides à Curtio lib. 3 cap. 1, & Plinio lib. 5 cap. ult.

¶ Ancyra alia Phrygiæ est, sed minus celebris, ab eodem Plinio descripta notato capite, ubi vide, quæ Harduinus ad utriusque discrimen distinctiùs intelligendum commentatus est.

¶ Ancyrānus, adjectivum gentile. Claudianus lib. 2 in Eutrop. v. 416, *Ancyranique triumphi.*

ANDĂBĂTA, æ, ἀνδαβάτης, gladiatorum genus, qui ex equis, galeâ frontem oculosque tecti, ut videre non possent, pugnabant. Vide Lips. lib. 2 Saturnal. cap. 12. Hinc proverb. *Andabatarum more pugnare*, id est, in tenebris, & temerè nullaque arte tela jaculari; de quo plura Erasmus. Cicer. ad Trebatium lib. 7 famil. ep. 10, *Quem antea ne Andabatam quidem defraudare poteramus.*

ANDALUSIA, æ, regio Hispaniæ, regno Castellæ annexa, olim *Vandalitia* dicta, cujus primaria urbs *Hispalis*. In hac provincia propter rerum ubertatem Poëtæ constituerunt campos Elysios.

ANDEGĂVI, orum, Galliæ populi, qui & *Andes* dicuntur Cæsari extremo lib. 2 de B. Gallico, inter Celtas Carnutibus & Turonibus finitimi. Plin. lib. 4 cap. 18.

¶ Andegavum, i, Andegavorum urbs præcipua, olim Juliomagus, hodie Angers.

¶ Andegavensis tractus tota dicitur provincia, sive Ducatus ille, à quo unus ex regiæ familiæ filiis est appellatus *Dux Andium*, sive *Dux Andegavensis*, der Hertzog von Anjou.

ANDES, ium, pop. ex Cæsare in Andegavis expositi.

ANDES, plur. vicus non procul à Mantua, Virgilii patria, ut Donatus in Vita Virgilii refert.

¶ Andinus, a, um, Adject. Silius lib. 8 v. 594,

Mantua Muſarum domus, atque ad ſidera cantu
Evecta Andino, id eſt, Virgiliano.

ANDOCIDES, unus ex Rhetoribus ſive Oratoribus Græciæ, in quos Harpocration Lexicon ſcripſit. Ejus & cæterorum vitas apud Plutarchum legas.

Andria, vide *Andros*.

ANDRODAS, (ſ. Androclas) æ, ſexageſimus tertius annus vitæ humanæ appellatus Ægyptiis, ut Jul. Firmicus auctor eſt. Vide infra in Climacter. Et *Androdam* quidem, prolatis Firmici verbis, ſcribit etiam Gyraldus libr. de annis & menſibus f. 602. Sed *Androclam* Rigaltius obſerv. repert. lect. ad Tertull. de Idol. f. 203, ubi & in Regia Bibliothecâ Firmici locum, qui eſt 4 Matheſ. c. 14, emendatiorem ita legi ait: *Sane extra ceteros climactеras etiam ſeptimi anni & noni, per omne vitæ tempus multiplicata ratione currentes naturali quadam & latenti ratione variis hominem periculorum diſcriminibus ſemper afficiunt. Vnde & LXIII annus, quia utriusq; numeri ſummam pariter accipit, Androclas appellatus eſt.* Et paulló poſt: *Hac ex cauſſa ab Ægyptiis Androclas dictus eſt, quod omnem viri ſubſtantiam frangat ac debilitet.* Quæ ſane lectio perſuadeat, non aliter ipſum ſcripſiſſe Firmicum, atque adeo nomen feciſſe originis Græcæ. *Virum* enim ἄνδρα vocant Græci, *frangere* κλᾷν. Latine *Viriſragum* reddit Rigaltius, annum etiam ἀνδροκλάσην vocat Antonius Meniotius defenſ. adv. Hadr. Scaurum pag. 18.

ANDRODVS, i, ſervus ille hoſpes leonis, cujus pro beneficio memoriam leo ille diu retinuit, Romæ agnovit hoſpitem illum ſuum poſt longum tempus. Vide hiſtoriam apud Gell. lib. 5 cap. 14. Et forte ad hunc ipſum narratio ſimilis pertinet apud Senec. l. 2 de Benefic. c. 19.

ANDRŎGEOS, ἀνδρόγεως, Minois Cretenſium regis filius, ab Athenienſibus & Megarenſibus occiſus; ob cujus vindictam necis pueri Athenienſes Minotauro objici cœpti ſunt. Virgil. 2 Æn. v. 370,

Primus ſe Danaûm, magnâ comitante caterva,
Androgeos offert nobis, &c.

Idem 6 Æn. v. 20, *In foribus lethum Androgeo,*

Genitivus Atticus eſt. Latino idem uſus ſic eſt lib. 2 Æneid. v. 392,

Androgei galeam, clypeique inſigne decorum
Induitur.

¶ *Androgeŏna*, accuſativum ab *Androgeon*, Propert. fecit lib. 2 eleg. 1 v. 63, *Et Deus exſtinctum Creſſis Epidaurius herbis*
Reſtituit patriis Androgeona focis.

¶ Andrŏgĕōnæus, a, um, adject. Catull. in Argonaut. v. 77,

Androgeonea pœnas exſolvere cædis.

ANDROGYNVS, i, ἀνδρόγυνος, ambigui ſexus homo, quem Hermaphroditum vulgo vocant, Livius 27 c. 11, *ambiguo inter marem & fœminam ſexu hominem*, ein zwitter, quia utroque membro genitali præditus. Gell. lib. 9 c. 4, *Gignuntur homines utriusque ſexus, quos Hermaphroditos vocamus, olim Androgynos vocatos, & in prodigiis habitos*, &c. Lucretius lib. 5 v. 837,

Androgynum inter utrum, nec utrumque, & utrinque remotum.

Quem verſum tamen Lambinus juxta atque Giphanius pro ſpurio habent. Sanè cum priore jungi non poteſt. Si Lucretii eſt, trajectum putarim, & v. 841 ſubjiciendum.

ANDRŎMĂCHE, es, Ἀνδρομάχη, & Andromacha, æ, Hectoris uxor, Virgil. 3 Æneid. v. 486,

Accipe & hæc, manuum tibi quæ monumenta mearum
Sint, puer, & longum Andromachæ teſtentur amorem.

Hinc proverbialis locutio: *Nihil ad Andromacham*, Tertullian. de Pudicitia cap. 8, das thut nichts zur ſache.

ANDRŎMĔDE, es, & Andromeda, æ, Cephei & Caſſiopes poëtis filia eſt, Perſei uxor; a quo a ceto, cui devoranda a Nymphis propter matris ſuperbiam fuerat propoſita, liberata fuit; relata inter ſidera a Minerva. Vide Hygini fab. 64. Hinc Propert. lib. 3 eleg. 21,

Non hæc Andromedæ reſonant pro matre catenæ.

ANDRON, ōnis, m. ſpacium inter duos parietes, in quo pluviæ deſcendunt, Græce ideo dictum μεσοτοίχιον, die trauffe oder ſchlippe, apud Plin. lib. 2 epiſt. 17, *Vbicunque inter domos tuas anguſtior patet via, qua velut anfractu breviore, liceat ex transverſo in patentiorem viam tranſcurrere, vocant* Andronem, *vel etiam forma deminuta*, Andronellam. Cœl. Rhod. 14. Lect. Ant. 57. ¶ 2. Sed & *Andron*, & *Andrōnītis*, ἄνδρων καὶ ἀνδρωνίτις, locus in domo, in quo viri ſoli verſantur ſine mulierum acceſſu. Vitruvius lib. 6 c. 10, *Andronas Græci vocant domos conviviorum virilium.* Et: *Hæc peryſtilia domûs Andronitides dicuntur, quod in his viri ſine interpellationibus mulierum verſentur*, das manns-zimmer, mönch-kloſter. Conf. Cælii l. c. ¶ Andron etiam nomen eſt proprium, idque viri non unius. Multos enim ſic appellatos docebunt Voſſ. 3 de hiſt. Græc. p. 321. & Jonſ. 1 de ſcript. hiſt. philoſ. p. 40 ſeqq. E quibus *Andron Alexandrinus* Chronica condidit. Alius ab eo eſt *Andron Epheſius*, qui ſcripſit inter alia de ſeptem ſapientibus. Alius quoque eſt *Andron Halicarnaſſenſis*, qui laudatur Plutarcho in Theſeo. Fuit & *Andron Tejus*, cujus περίπλυς citatur à Scholiaſte Apollonii. *Andronem Medicum* memorant Celſus, Galenus, Athenæus. *Andronem Muſicum & Geometram* M. Antonini Magiſtrum novimus ex Capitolino. *Androna Catanæum* ſcribit Theophraſtus eminentem tibiis primum omnium motiones corporis & rhythmos excogitâſſe. Cœl. Rhodig. 5 Lect. antiq. 4.

ANDRŎNĪCVS, i; Etiam hoc nomine appellati multi fuerunt. Quorum primus hic nobis eſto *Rhodius*, celeberrimi nominis Peripateticus Philoſophus, quem ab Ariſtotele undecimum Scholæ Peripateticæ Athenis præfuiſſe, ex Ammonio docet vir ſummus Herm. Conringius cap. 1 Introd. in Polit. Ariſt. p. 565. ubi mox & illud oſtendit, graviſſimas eſſe dubitandi cauſſas, ſitne hujus viri Nicomacheorum Ariſtotelis illa paraphraſis, quam ejus nomine primus & edidit & vertit Dan. Heinſius. ¶ 2. *Andronicus* cognomento *Alypius* Syriæ Regum, atque aliarum gentium, ut B. Hieronymus auctor eſt, hiſtorias eſt literis perſecutus, Voſſ. 3 de Hiſt. Græc. p. 322, & 4 p. 503. ¶ 3. *Livius Andronicus* (de quo & infrà in *Livius*,) Romanos primus fabulam docuit, Q. Claudio Cethego, Appii Cæci filio, & M. Sempronio Tuditano COSS. anno ipſo antequam natus eſt Ennius: Gyraldus Dial. 8 de Poët. Hiſtor. f. 297, ubi de hoc invenies plura. ¶ 4. Fuit & *alter Andronicus Poëta* tempore Juliani Cæſaris Imperatoris: Idem f. 298. ¶ 5. Fuit & *Grammaticus Andronicus* celebris, qui Syrus cùm eſſet, Romæ docuit, dein Cumis agens in otio vixit. Ejus vitam Suetonius eſt exſecutus cap. 8 de Illuſtr. Grammat. ubi *Pompilium Andronicum* vocat. Vid. & Voſſ. 1 de hiſtor. Lat. 10 p. 47. ¶ 6. Etiam inter Græcos Orientis Imperatores Andronici memorantur, & quidem ſeculo Chriſtianorum 12, *Andronicus* Comnenus, Alexii pueri pro tutore percuſſor, cujus vitam ſcripſit Nicetas Choniates. Tres alii ſeculo 14 ex Palæologorum gente: *Andronicus* Michaelis Palæologi filius, & hujus *nepos*, avo imperium eripiens, de quorum certaminibus Nicephorus Gregoras ſcripſit lib. 8 & 9; & tertius, minoris hujus Andronici *nepos*, Ioannis Palæologi, apud Venetos captivi, filius, patri infidus, de quo Chalcocondyles lib. 1 & 2. ¶ 7. *Andronicus Theſſalonicenſis*, inter Græcarum litterarum reſtitutores facile primus, Beſſarioni amicus; de quo Raphael Volaterr. lib. 21 Anthrop. f. 491.

ANDROS, i, quæ & Antandros, Ἄνδρος, Ἄντανδρος, inſula, cum oppido ejusdem nominis, in Ægæo mari, Eubœæ & Atticæ littoribus oppoſita, prima Cycladum. Plinius lib. 4 cap. 12 de Cycladibus: *Prima earum Andrus cum oppido, abeſt à Geræſto* [Eubœæ urbe] 10 *mill. paſſuum.* Ovidius 13 Metam. v. 661,

Et totidem natis Andros fraterna petita eſt.

¶ Andrius, a, um; ut, *Andria* ſcil. mulier, apud Terent. ſæpe: *Crito Andrius*, ibidem Andr. a. 5 ſc. 4 v. 3.

¶ Andria, æ, Terentii fabula, cui ab occaſione Andriæ cujuspiam muliérculæ nomen eſt. Exemplum eſt honeſtæ educationis & obedientiæ liberorum. Habet exempla pulcherrimarum narrationum, conſultationum, objurgationum, querelarum: quæ omnia mirâ conſtant eloquentiâ, ut verba & figuras Latini ſermonis ſuppeditare, atque ad dicendi rationem facere plurimum poſſint.

¶ Eſt & alia Andros inſula prope Britanniam, de qua Plinius conſulatur lib. 4 cap. 16.

ANDRŎSĂCES, is, Ἀνδρόσακες, herba Syriaca amara, tenues ſpargens juncos ſine foliis. Dioſcorid. lib. 3 cap. 133.

ANDRŎSAEMON, Ἀνδρόσαιμον, planta, congeneris hyperico, quemadmodum Dioſcorides teſtatur, foliorum tantùm & caulis ratione ab eo differens, eine art S. Johanns-kraut.

Anellus, vide *Annulus*.

ĂNĔMŌNE, es, Ἀνεμώνη, herba ſilveſtris & culta, folia habens Coriandro ſimilia, caulem lanuginoſum & tenuem, floremque, ut papaveris: Dioſcorid. kuchenſchell, hackelkraut, Geſner. Vocant & herbam venti, windkraut: quia flos ejus nunquam ſe aperit, niſi vento ſpirante. Poëtæ fabulam pro more admiſcent, ex Adonidis caſu. Bion Smyrnæus Idyllio 1 quod Adonidis Epitaphium vocatur:

Δάκρυον ἁ Παφίη τόσον ἐκχέει, ὅσσον Ἄδωνις
Αἷμα χέει· τὰ δὲ πάντα ποτὶ χθονὶ γίγνεται ἄνθη·
Αἷμα ῥόδον τίκτει, τὰ δὲ δάκρυα τὰν ἀνεμώναν.

Hoc eſt: *Lacrymarum tantum Venus effundit, quantum Adonis ſanguinis fundit. Hæc vero omnia in terra fiunt flores: Sanguis roſam gignit: ſed lacrymæ anemonen.*

Aneſco, quære in *Anus*.

ĂNĒTHVM, i, ἄνηθον, herba hortis omnibus frequentiſſima. Virgilius *bene olentem* dixit Ecl. 2 v. 48,

Narciſſum & florem jungit bene olentis anethi. dille.

¶ Anethum ſilveſtre vel tortuoſum, bärwurtz, Hadrian.

ANFRACTVS, ûs, περίοδος, ἀνάκαμψις, flexus viarum, & ſinuoſus reflexus, cujusmodi eſt in teſtis cochlearum, & cornibus fere arietum, die krümme des weges, umſchweiff, umweg. Corn. Nepos Eumene cap. 8, *Via, qua omnes commeabant, altero tanto longiorem habebat anfractum.* & cap. 9, *Flectit iter ſuum, & illum anfractum longiorem, copioſæ viæ, capit.* Lucanus circuitionem *anfractum* dixit l. 1, v. 605,

Dumque illi effuſam longis anfractibus urbem
Circumeunt.

Metaphorice ad alias res transfertur, ut ad prædictiones per ſomnia, de quibus Cicero lib. 2 de Divin. cap. 61, *Quid opus eſt*, inquit, *circuitione & anfractu?* & ad orationem. Idem de Partit. Orat. cap. 6, *Suave*, inquit, *genus erit dicendi, primum elegantia, & jucunditate verborum ſonantium & lenium; deinde conjunctione, quæ neque aſperos habeat concurſus, neque disjunctos atque hiantes, & ſit circumſcripta non longo anfractu, ſed ad ſpiritum vocis apto*, weitläufftiges umſchweiffen.

ANGĂRIA, æ, ἀγγαρεία, coactio, ſervitus, Perſica vox, eine poſt. Vet. Gloſſ. *Angaria*, περιεργασία, ἀκουσία, ἐργασία. Ἄγγαροι enim Perſæ regios dicebant nuncios, die poſt-reuter. Budæus: *Apud Perſas erat* ἀγγαρήϊον δρόμημα, *curſus perniciſſimus equitum, ut ſcribit Herodotus in 8, unde nomen Angariæ & Parangariæ in libris juris lectitatum manavit. Eſt enim nomen Perſicum: noſtrates Poſtas, quaſi poſitos collocatosque certis in locis & ſemper in procinctu excubantes, appellant.* V. & JCt. & Salmaſ. ad Capitol. in Pio cap. 12, nec non Stewech. ad Veget. lib. 1 cap. 3. Vſus ea voce eſt etiam Nigidius, Ciceroni æqualis, apud Gell. lib. 19 extremo.

¶ Angariare verbum, pro adigere ad aliquid & maxime ad currendum: uſus eo Vlpianus lege 4 de Veteranis, ubi *naves angariari* dicuntur. Clarius Paullinus epiſt. 37 n. 1 ad Victricium: *jumentum angariavit in vias duras.* Explicat hoc verbum Beza ad Matth. cap. 5 v. 41, & Car. du Freſne in Gloſſ. exemplis medii ævi, cujus fere proprium eſt, illuſtrat.

Angelica, angelicus, vide ſequens *Angelus*.

ANGĔLVS, i, ἄγγελος, officii vel miniſterii nomen eſt, non naturæ ſive ſubſtantiæ, ſignificans nuncium. Latine uſus eſt voce hac Seneca Epiſt. 20, *ego angelus Epicuri*, ſi ſalva ſcriptura. Vide Lipſium. Græcis autem non infrequens verbum eſt, v. g. Zoſimus lib. 2 cap. 22 de Licinio, διέπεμπεν ἀγγέλους κατὰ τὰ ἔθνη, *miſit ad ſingulas gentes nuncios.* Et lib. 3 cap. 35, κακῶν ἄγγελος, *malorum nuncius.* ¶ Inde transfer-

transfertur ad Spiritus illos bonos, interpretes voluntatis divinæ, datosque custodes humano generi; ein engel. Exempla apud ecclesiasticos scriptores sunt obvia.

¶ Angelicus, a, um; adject. englisch; ut, *Angelicæ excubiæ*, Paullinus epist. 28 n. 1. der engel-schus, *Carmen Angelicum*, Alcimus Avitus lib. 1 v. 190. Et Prudentius Tetrast. 11 de Manna:

Panibus angelicis albent tentoria patrum.

¶ Angelica, herba officinarum, angelicken-wurtzel, heilgengeists-wurtzel.

Angellus, vide in *Angulus*.

ANGĔRŌNA, æ. Ἀγγερώνη, silentii dea; cujus simulachrum os obsignatum obligatumque habebat; ad significandum, quod qui suos dolores anxietatesque dissimulant, perveniant patientiæ beneficio ad maximam voluptatem. Plin. lib. 3 cap. 5. Macrob. lib. 1 Sat. cap. 10, & lib. 3 cap. 9. Dicta & *Angeronia* est. Vet. Gloss. *Angeronia*, ἡ Θεὸς τῆς βυλῆς καὶ καιρῶν. Nominis origo, quod *angeret* os & cohiberet vulgaturis commissa. Quare & Scalig. in Conjectaneis *Angenoram* dictam maluit.

Angina, vide *Ango*.

ANGĬPORTUS, ûs, & Angĭportum, i, neutro genere, quod bis apud Terentium legitur: Vt in Adelph. act. 4 sc. 2 v. 39, *Id quidem angiportum non est pervium.* Ab angusto portu dictum Varro ostendit. Significat enim vicum angustum & flexuosum, non pervium, ein kleines enges gäßlein. Horat. 1 carm. od. 25,

Flebis in solo levis angiportu.

Vitruv. lib. 1 cap. 6 extr. *ita dirigantur plateæ & angiportorum divisiones.*

ANGITIA, æ, Æetæ regis filia, Medeæ & Circes soror, quam Solinus cap. de Italia, *vicina Fucino* [lacui] *occupavisse* tradit, *ibique salubri scientia adversus morbos resistentem, deam habitam.* Silius l. 8 v. 499,

Æetæ prolem Angitiam mala gramina primam
Monstravisse ferunt, tactuque domare venena, &c.

Conf. Virgil. Æn. 7 v. 759 ibique Servius.

ANGLIA, æ, recentius nomen insulæ, quæ Britannicarum maxima & nobilissima fuerat, & itaque κατ' ἐξοχὴν *Britannia*, sed suo proprioque nomine *Albion* appellata, ab albis petris scilicet, quas in litore subeuntibus ostentat. Engeland. *Angliæ* nomen unde sit, diversa traditio est. Sunt qui ab *Angla*, seu *Angela* quadam reginâ & duce Saxonum, qui potiti insulæ sunt, & *Anglo-Saxones* ab ea appellati, caussam nominis ducunt. Quod Saxo Grammaticus lib. 1 Hist. *Angulo*, Dani fratri, tribuit: quem gentis Anglicæ, ut Danicæ alterum, principem ac conditorem pronunciat. Simplicissima verissimaque illorum est ratio, qui ab *Anglis* Saxoniæ populis, quos subegisse Insulam constat, appellationis originem petunt. Vt sicut Franci victores Galliæ; ita Britanniæ Angli Saxones mutârint nomen, vocabulo alio ab se transscripto. Quam ob caussam & Vunnefridus Anglus *Angliam, Transmarinam Saxoniam*, Epistola ad Zachariam Pontificem, vocat, quod diligentissimus Rhenanus lib. 1 rerum Germanicarum observat. Nec Angli ipsi diffitentur, Saxonibus nostris se & patrii sermonis originem, & suos ipsorum debere natales. ¶ *Anglia nova*, vulgò neu Engeland, hodie dicitur regio Americæ Septentrionalis inter novam Franciam & novum Belgium, à Richardo Grenvilio Anglo detecta An. 1585, quam & in honorem Reginæ Elisabethæ dixerunt *Virginiam.*

¶ Angli, ōrum, Engeländer. Anglicus & Anglicanus, a, um, Engeländisch. Geographis usitatæ voces. *Anglorum* Germaniæ populorum, Tacitus in Germania sua cap. 40 meminit. Quos habitasse ad Albim ea parte, quâ Luneburgensis Ducatus pars dextræ ripæ prætenditur & Mechelburgensis pars occidentalis, Philippus Cluverius lib. 3 Germaniæ Veteris cap. 27 scribit. Cætera vide in *Britannia.*

ANGO, ĕre, ἄγχω, ängstigen, quälen, würgen, suffocare, strangulare. Diomedes, vetus Grammaticus, lib. 1 p. 361, *PRAEFOCO, præfocavi, Probus quasi novam vocem miratur. ANGIT enim veteres dicebant.* Virg. Georg. 3 v. 497, *ac faucibus angit obesis.*

Lucanus lib. 6 v. 107, *Aëre non pigro, nec inertibus angitur undis.*

Metaphorice curis premi & cruciari. Cicer. ad Qu. Frat. lib. 3 epist. 3, *Me illa cura solicitat angitque vehementer*, mich kräncket's sehr. Idem Tironi lib. 16 epist. 14, *audio te animo angi.* Idem 5 ad Att. ep. 10, *angi intimis sensibus*, im hertzen bekümmert seyn. *Angi de aliqua re*, sich um etwas bekümmern, 7 ad Attic. ep. 22.

¶ Angor, ōris, angst. *Angorem capere pro amicis*, Cic. in Læl. cap. 13. Item, *angoribus confici*, in Philipp. 2 cap. 15.

¶ Angīna, æ, συνάγχη, & κυνάγχη & λυκάγχη, quod canes & lupi hoc malum frequenter patiantur, genus est morbi acutissimi, quo fauces anguntur & strangulantur, alio nomine tonsillæ, die kehlsucht, bräune am halß. Plautus Trin. a. 2 sc. 4 v. 13, *Sues moriuntur anginâ hîc acerrima.* Vet. Gloss. *Angina*, συνάγχη, κυνάγχη. Quantitatem mediæ Serenus Samonicus perdoceat ex Carm. 16,

Verum angina sibi mistum sale poscit acetum.

Cum Demosthenes, à legatis Milesiorum pecunia corruptus, dicere contra eos, quod pridie fecerat, postridie recusasset, anginam se pati caussatus, objectum ipsi a quodam est, non συνάγχην eum, sed ἀργυράγχην, hoc est, non anginam, sed argentanginam pati. Gell. lib. 11 cap. 9.

¶ Angiportus & hoc angiportum. Vide supra.

¶ Angustus, vide infra.

Angueus, Anguicomus, Anguifer, Anguigena, vide *Anguis.*

ANGVILLA, æ, ἔγχελυς, sic dicta ab anguis forma, ut Varro putat, ein aal. Juvenal. Satyr. 5 v. 103,

Vos anguilla manet longæ cognata colubræ.

Gignitur ex limo, algarumque putredine in lacubus & fluviis, nullo coitu, nullâ fœtura, ut ait Aristoteles. Plin. lib. 9 c. 51, *Anguillæ atterunt se scopulis, ea strigmenta vivi scant, nec alia est earum procreatio.* Nicander tamen serpentem & anguillam commisceri scribit. Plautus proverbialiter dixit Pseud. a. 2 sc. 4 v. 57, *Anguilla est, elabitur:* er ist schlipffrig, entwischet leicht. Quâ figurâ etiam dicunt, *Anguillam caudâ tenere*, in eos dicitur, qui lubrica sunt fide. Vid. Chiliad.

Anguimanus, anguipedes, anguitia, vide in *Anguis.*

ANGVIS, is, ὄφις, eine schlange. secundum Servii in Æn. 2 v. 204, differentiam, aquarum est, sicut terræ serpens, & draco templorum: sed, ut ipse addit ibidem, plerumque significationis hoc discrimen confunditur. Virgilius quidem c. l. *immensis orbibus angues*

Incumbunt pelago, pariterque ad littora tendunt:

Contra idem Ecloga 3, *latet anguis in herba.* Cic. 1 de Divin. c. 33, *ab infima ara subito anguis emersit.* *Odisse æque atque angues*, Plaut. Merc. a. 4 sc. 4 v. 21. *Vitare cane pejus & angue*, Horat. lib. 1 epist. 17, spinnenfeind seyn. Proverbiale & illud est natum ex apologo quodam, *Anguem in sinu fovere*, quod est, alere & fovere eum, ex quo certum aliquando immineat tibi periculum & pernicies, sein eigen unglück hegen und halten. In fœminino genere usurpavit Ovidius de medicam. fac. v. 39, *mediæ angues finduntur*, & ita Varro, Tacitus, alii: sed plerumque est virilis generis.

¶ Anguiculus, i, diminut. ὀφίδιον, ein schlänglein. Cicer. 5 de fin. cap. 15, *Serpere anguiculos, nare anaticulas, evolare merulas, cornibus uti videmus boves.*

¶ Anguĭneus, a, um, adject. *anguineæ comæ Medusæ*, Ov. l. 4 Trist. El. 7. *Anguineus capillus Eumenidum*, Catull. Carm. 65 sive Argonaut. v. 193.

¶ Anguīnus, a, um, adject. aliud; ut, *anguina cervix*, Cicer. 2 Div. c. 64. *Anguina vernatio*, pro pelle serpentis exutâ, Plin. lib. 30 c. 3. & alibi. *Anguinum venenum*, Prudent. Psychom. v. 560,

pietatis tegmine crines
Obtegis anguinos.

¶ Angueus, a, um, rursus aliud adjectivum, sed rarioris usus. Solinus cap. 24 (vulg. 37) de Libye: *Flexuoso meatu æstuarium e mari fertur, adeo sinuosis lateribus tortuosum, ut visentibus procul lapsus angueos fracta vertigine mentiatur.* Ita etiam Salmas.

¶ Anguicomus, angues loco crinis habens. Ovidius Metam. 4 v. 698,

Gorgonis anguicomæ Perseus superator.

¶ Anguifer, a, um, adjectivum, anguem ferens. Prudentius Hamartig. v. 131, *Anguiferum caput.*

¶ Anguifer, Sidus, quod Græci ὀφιοῦχον dicunt. Columell. 11 de re rust. 2. *XI Cal. Jun. Anguifer, qui a Græcis dicitur ὀφιοῦχος, mane occidit.*

¶ Anguigĕna, æ, angue natus. Ovidius Metamorph. lib. 3 v. 531,

Quis furor, anguigenæ, proles Mavortia, vestras
Attonuit mentes?

¶ Anguitenens Ciceroni est 2 de Nat. deor. c. 42, *Anguitenens,*

Quem claro perhibent Ophiuchum nomine Graji.

¶ Anguĭmănus Elephas dicitur propter proboscidis (hæc enim ipsi pro manu,) agilitatem in quamvis partem. Lucret. lib. 2 v. 536,

Sicuti quadrupedum cumprimis esse videmus
In genere anguimanos elefantos. Et lib. 5 v. 1302,
Inde boves Lucas turrito corpore, tetros
Anguimanos, belli docuerunt vulnera Pœni
Sufferre.

¶ Anguĭpĕdes dicti Gigantes Ovidio 1 Metam. v. 184, quod anguinos pedes habere dicerentur: seu, ut cum Macrobio 1 Saturn. 20 loquamur, quod *horum pedes in draconum volumina desinebant: quod significat, nihil eos rectum, nihil superum cogitasse, totius vitæ eorum gressu atque processu in inferna mergente.*

¶ Anguitia, vel ut in nonnullis legitur *Angitia*, Medea dicta & isto in nomine pro dea Marsis ac Marrubiis culta. Solinus cap. 2 Silius lib. 8 v. 499, *Æetæ prolem Anguitiam mala gramina primùm monstravisse ferunt.* *Anguitia* autem est ἡ ἐχῖτις, ἡ Ἐχιδνοῦα: a potestate, quam in serpentes venefica haberet. Vtrumque & Angitia & Anguitia agnoscit Donatus ad Ter. Adelph. a. 4 sc. 2 Gloss. Cyrilli: *Anguicia*, Μηδεῖα.

ANGŬLUS, i, qui aut rectus est, aut obliquus, eine eck oder winckel. Vet. Gl. *Angulus*, γωνία, Κάνθος ὀφθαλμῦ. Plinius lib. 6 cap. 32, *Anguli oculorum bini sunt.* Seneca Epist. 95, *Cessat omne studium: & liberalia professi, sine ulla frequentia, desertis angulis præsident.* Translate *in angulo*, id est, in occulto, ut Plato in Gorgia dixit, βίον βιῶναι ἐν γωνίᾳ, *vitam in angulo degere.* Cicero lib. 1 de Orat. cap. 13, *Vt de his rebus omnibus in angulis, consumendi otii caussa, disserant*, id est, in umbra scholarum & gymnasiorum, non in foro ac luce reipublicæ. ¶ Pro Secessu usurpavit Horatius, de Tarenti amœnis intelligens, l. 2 od. 6,

Ille terrarum mihi præter omnes
Angulus ridet.

Et lib. 1 Epist. 14, *Angulus iste feret piper:* & Sidonius Nenia S. Abrahæ: quæ est Epist. 17 lib. 7, *Angulus iste placet paupertinusque recessus.* Etiam Florus lib. 3 c. 10, *Bruttium angulum* vocat; quem paullo ante *extrema Italiæ* appellârat.

¶ Angellus, i, diminut. Lucretius lib. 2 v. 428, *Sed magis angellis prostantibus.*

¶ Angularis, e, eckicht, ut, *Lapis angularis*, i. e. quadratus. Cato R. R. cap. 14, *pilas ex lapide angulari faciat*, ein werckstück, quadratstein. *Asses angulares*, id est extremorum ordinum, Colum. lib. 5 cap. 3.

¶ Angularius, a, um: item eckicht. Lege 69 Dig. de contrah. emtione: *emit lacum angularium.* Vet. Gl. γωνιαῖος, *Angularius.*

¶ Angulosus, a, um, das viel ecken und winckel hat. Plin. 37 c. 12, *figura angulosa.*

¶ Angulatus, a, um, habens angulos, eckicht. Cic. 1 de nat. deor. c. 24, de atomis Democriti: *corpuscula quædam levia, alia aspera; rotunda alia, partim angulata.* Verbo ipso, unde Ciceronis hæc vox descendit,

¶ Angulari, passive usus Ambrosius Epist. 42 (Tom. 3 Op. f. 144) de serpente: *tortuosis angulatur anfractibus.*

¶ Angulatim, adverb. über ecke. Apulejus 3 Metam. p. 130, *Circumductus angulatim, forum ejusque tribunal adsistuor.* Idem lib. 9 p. 237, *Angulatim cuncta sedulo perlustrari jubent*, durch alle winckel, von ecke zu ecke. Sidonius lib. 7 ep. 9, *paucis angulatim fringultientibus.*

¶ Triangulus, i, ein triangel, 2 Nat. Deor. cap. 49 Cicero: *Grues cùm maria transmittunt, trianguli efficiunt formam.* Adjective Columella lib. 5 cap. 2, *sed si triangulus disparibus fuerit lateribus ager.*

¶ Triangularis, e, dreyeckicht. Columella lib. 5 cap. 2, *triangularis agri forma.*

¶ Quadrangulus, a, um, viereckicht. Plin. 13 c. 22, *quadrangula figura.*

¶ Quadrángulum, substantivè, ein gevierdtes. Gloss. Vet. *Quadrangulum*, *τετράγωνον.*

¶ Quadrangulatus, a, um, Tertullianus de Anima cap. 17, *turris quadrangulata.*

¶ Octangulus, a, um, achteckicht. Apulejus lib. 1 de Doctrina Plat. p. 5, *Sphæram & pyramidem figuram Ignis in se habere: octangulam vero Aëris.*

¶ Multangulus, a, um, vieleckicht. Lucretius lib. 4 v. 658,

Multa rotunda, modis multis multangula quædam.

ANGVRIA, æ, cucumis Hetruscorum, cucumeris scilicet sativi species, Germani vocant gurcken, Matthiol.

ANGVSTVS, *στενὸς*, enge, gedränge, Cicer. de Legib. lib. 1 cap. 5, *In parvum & angustum locum concludi. Cogi in angustum*, Terent. in Heaut. act. 4 scen. 2 v. 2, *In angustum oppido nunc meæ coguntur copiæ*, id est, eo angustiarum redactus sum, ut cogitationum mearum exitum non videam. Tralatio a re militari est. Nam actum de exercitu est, qui in angustias coactus deditionem facere cogitur. Copiæ enim exercitum notant, quod Germanicè dicimus, die ochsen stehen am berge, vel: das wasser will über die körbe gehen. *In angustum adduci*, Cic. de amicit. c. 5. Idem 1 Off. c. 20, *Nihil est tam angusti animi, tamque parvi, quam amare divitias*, kleinmüthig. *Angusta fides*, schlecht credit. vide Fides. Horat. 2 carm. ode 10,

Rebus angustis animosus atque
Fortis appare.

Et Seneca in Thyeste v. 450,

Humi jacentem scelera non intrant casam,
Tutusque mensa capitur angustâ cibus.
Venenum in auro bibitur, expertus loquor.

Comp. Angustior. Cic. lib. 3 ep. 8, *liberalitas angustior.* Superl. Angustissimus. Curt. lib. 7 c. 4, *angustissimæ fauces.* Hirtius B. Alexand. cap. 39, *angustissimum intervallum.*

¶ Perangustus, a, um, sehr eng. Sallustius Jug. cap. 92, *perangusto aditu relicto.* Curt. lib. 7 c. 11, *semita perangusta*, i. e. valde angusta. *Via perangusta*, Livius 22 c. 4.

¶ Anguste, adverb. presse, enge. Cic. in Orat. cap. 33, *presse & anguste rem definire.* Comparativo usus Cæsar 1 Civ. c. 59, *angustius pabulabantur*: & Cic. 2 Nat. Deor. c. 7, *Quæ brevius angustiusque concluduntur, apertiora sunt ad reprehendendum.* Rursus Cæsar exsuperante gradu, 3 Civ. cap. 45, *Cæsar, ut quam angustissime Pompejum contineret.*

¶ Peranguste, sehr eng. Cic. 1 de Orat. cap. 35, *coarctavit & peranguste refersit in oratione sua.*

¶ Angustia, & Angustiæ pluraliter frequentius, eine enge. *Loci angustia*, Plin. 14 cap. 6. *Angustia conclusæ orationis*, Cicer. 2 Nat. D. cap. 7. Pluraliter Idem Agrar. 2 cap. 32, *Corinthus erat posita in angustiis atque in faucibus Græciæ.* Cæsar 1 Gall. B. cap. 39, *angustias itineris vereri, & magnitudinem silvarum.* Sic etiam *angustias temporum* Cicero dixit lib. 3 de Orat. c. ult. *Edidi, quæ potui, non ut volui, sed ut me temporis angustiæ coegerunt.* Translate idem pro Balbo cap. 27, *Senatus in angustiis ærarii victorem exercitum stipendio affecit.* Idem lib. 12 fam. ep. ult. *Incredibiles angustiæ pecuniæ publicæ*, grosser geldmangel bey der rentcammer. *In angustias adduci*, Idem pro Quint. cap. 5.

¶ Angustare, drengen, ängsten. Seneca Consol. ad Helviam c. 6, *Angustare videor vim ejus, & quicquid pessimum in se habet subtrahere* &c. Idem de Tranqu. c. 8, *Angustanda patrimonia sunt.* Alcimus Avitus l. 5 v. 521, *Angustavit humum latam stipata juventus.*

¶ Coangustare, enge einziehen, ut, *aditum ædium coangustare*, apud Vlpian. Lege 19 § 5 Dig. Locati conducti. Ante hunc usi sunt verbo ipse Cicero 3 de Leg. c. 14, *Lex dilatata in ordinem cunctum, coangustari etiam potest.* & Auctor belli Hisp. c. 5, *propter pontem coangustabantur*: & Celsus lib. 7 c. 27 extr. *fistula coangustetur.*

Anhelare, & Anhelitus, vide sub *Halare.*

Anicula, vide *Anus.*

ANIEN, ēnis, in Tiburtino agro fluvius. Vnde duplex aqua Romam perducta, vetus & nova: utriusque passim Frontinus meminit de aquæ ductibus. Oritur ex Trebanorum, sive, ut alii legunt, Trebulanorum monte, ex alto scopulo magna mole præcipitans, ut Plinius lib. 3 cap. 12. Strabo lib. 5, & Dionysius Halic. lib. 5 Rom. Antiq. c. 37 docent. Statius lib. 1. Silv. 5 v. 25,

Quas præceps Anien, atque exceptura natatus
Virgo juvat.

Ovidius 14. Metamorph. v. 334,

Quas Anienis aquæ cursuquè brevissimus Almo, &c.

Virgilius Æneid. 7 v. 682,

Quique altum Præneste viri, quique arva Gabinæ
Junonis gelidumque Anienem, & roscida rivis
Hernica saxa colunt.

¶ Anio, idem fluvius est (*Ἀνίων*) Horatio 1 Od. 7,

Et præceps Anio, & Tiburti lucus.

Propertio item 3 Eleg. 21, *Hîc Anio Tiburne fluis.*

¶ Anienus, apud Statium Papinium legitur, & quidem substantive, ut sit, interprete Holstenio ad Ortelium, deus fluminis, ut Tiberinus Tiberis. Verba sunt 1 Silv. 3 v. 70,

Illis ipse antris Anienus fonte relicto
Huc illuc fragili prosternit pectora musco.

Sunt, qui lectionem solicitant, invitis interpretibus, Barthio, Bernartio, Beraldo; quam vero Propertius etiam confirmat lib. 4 eleg. 7 v. 86, *Accessit ripæ laus, Aniene, tuæ.*

¶ Est & adjectivum *Anienus, a, um.* Nam *Aniena fluenta* Virgil. 4. Georg. v. 369. *Anienam lympham* Propertius lib. 3 eleg. 16 dixit.

¶ Ănĭēnĭcŏla, æ, apud Silium lib. 4 v. 225,

Pomifera arva creant, Anienicolæque Catilli.

Anilis, anilitas, aniliter, vide *Anus.*

ANĬMA, æ, ab ănĭmus, [quamquam contra velit Cicero Tusc. 1 cap. 8.] ut à *Dominus Domina, Herus, Hera.* Animus vero ex Græco *ἄνεμος*. Vtrumque primario spiritum, halitum, flatum significat. Plautus Asinaria a. 5 sc. 2 v. 44, *An fœtet anima uxoris?* stinckt ihr der athem? Pro quo Petronius *acere spiritum* dixit. Sic *anima fœtida*, apud Plautum Mercat. a. 3 sc. 3 v. 13. Quæ eidem & *tabida* est, si audimus Rutgers. lib. 5 Var. Lect. cap. 17. Varro apud Nonium in Anima: *Phrygio per ossa cornu liquida canit anima.* Terent. in Phorm. act. 5 sc. 6 v. 28, *Animam comprimere*, den athem an sich halten. *Tenere animam* Ovidius dixit lib. 1 Fast. v. 425. Idem lib. 8 Metamorph. v. 643 de Baucide: *Nutrit, & ad flammas animâ perducit anili*, bläset das feuer auff. Val. Max. lib. 9 c. 12 de Coma: *intra pectus inclusâ anima finem sui reperit*; hat sich selbst erstickt. Seneca de provid. extrem. *haustus ignis cursum animæ remeantis interscidit.* Cicero in Verrem 5 c. 58, *ne animum eum quidem integrum, sed ne animam quidem puram conservare potuisse*, seinen athem rein behalten, propterea quod anhelitus ejus fœtuisset: Idem 2 de Natura Deorum cap. 54, *Quæ spiritu in pulmones anima ducitur.* Vbi *anima* aër est. Quemadmodum & Virgilius hac voce usus Ecl. 6, cum de Elementis agit,

Ille canebat uti magnum per inane coacta
Semina, terrarumque animæque marisque fuissent
Et liquidi simul ignis.

Ante Virgilium manifeste Lucretius lib. 1, v. 715,

Et qui quatuor ex rebus posse omnia rentur,
Et igni, terrâ, atque anima procrescere, & imbri.

Quod hîc animam, paullo ante aëra dixerat. Nec prosæ scriptores refugêre hunc sensum. Marcus Messala apud Macrob. 1 Saturn. 9, *Qui cuncta fingit, eademque regit, aquæ terræque vim ac naturam gravem atque pronam, in profundum dilabentem, ignis atque animæ levem, immensum in sublime fugientem copulavit.* Cic. 1 Tuscul. cap. 11, *Si cor, aut sanguis, aut cerebrum est animus, certe, quoniam est corpus, interibit cum reliquo corpore; si anima* (id est, aër) *est, fortasse dissipabitur; si ignis, exstinguetur.* Quem ad locum P. Victorius in castig. p. 502, 503 observat, alibi quoque Ciceronem ita locutum non semel, si antiqua exemplaria inspiciantur, licet in vulgaribus pro *anima* legatur *aër.* Nempe aëris vocabulum, quia Græcum esset, non Latinum, de industriâ vitaverunt, (vide *aër*:) quamquam postea, quod non male suspicatur Victorius, vario multiplicique *animæ* significatu offensi, Græcâ voce maluerunt uti, cum de elemento loquendum esset. Cæterum quod pro aëre animam dixerunt, imitatione Græcorum putes factum. Nam & hi *ψυχὴν* alicubi usurpabant pro aëre: ut Heraclitus in illo apud Clem. Alexandr. 6 Strom. f. 624, *ψυχῇσι θάνατος, ὕδωρ γενέσθαι*: quo significat, aëris exitium esse generationem aquæ, quemadmodum recte exponit Philo lib. de incorrupt. mund. Fallitur enim Cerda, qui ad 1 Æneid. Virgilii v. 97, ab Heraclito dictum hoc putat, animam (hominis) aquis interire. Totus Heracliti locus de transelementatione est. ¶ Etiam *animam* pro vento dixêre. Seneca in Hippolyto v. 11, *Qua rorifera mulcens anima Zephyrus verna evocat herbas*, [ubi tamen alii *aura* pro *anima* legunt.] Sic Horatius etiam ventos: *animas Thracias* vocat lib. 4 od. 12. Quemadmodum & voce *animus* Virgil. usus lib. 1 Æn. de Æolo ventorum rege loquens: *mollitque animos & temperat iras.* Sic quibus suffocatur respirandi illa vis, [die in ohnmacht fallen,] *linqui animo* dicuntur. Vbi *animus* nihil aliud est quàm aër, quem trahimus reddimusque, & illa respirandi vis, quæ est in nobis: de quo infra erit dicendum. ¶ 2. Deinde anima dicitur *ψυχὴ* sive id, quod naturaliter movet vivum corpus; seu principium quo vivimus, sentimus, movemur & intelligimus, secundum Aristotelis definitiones. Verius autem *Anima* substantia est incorporea separabilis a corpore, & incorruptibilis, die vernünfftige seele. Ovid. 15 Metam. v. 158, *Morte carent animæ, &c.* die seele stirbt nicht. *Animam agere*, in todesnöthen liegen. Liv. lib. 26 c. 14. Lepidum hic est illud Senecæ, Ludo de morte Claudii Cæsaris: *Claudius animam agere cœpit, nec invenire exitum poterat.* Vbi Beati Rhenani scholia vide. Recte enim alludit ad morem Claudii, qui crebro solebat crepitum ventris edere, quod interdum conantem alvus adstricta frustrabatur. Anima igitur hic simul tacite *ventus* est, de quâ significatione paullo ante. Quamvis autem anima sæpius totam illam alteram & meliorem nostri partem, quæ extra casus omnes & pereundi necessitatem posita, denotat; propriè tamen illa tantum vis facultasque hac voce designatur, qua sentit corpus ac vivit, quæque nobis communis cum brutis est, quæ ex eo æque ac nos animalia appellantur; nihilque aliud, quam vita ipsa est, quæ adimi nobis & extingui potest; non autem qua sapimus, intelligimus, æterni sumus. Illa enim pars *animus* propriè & *mens* appellatur. Quamquam & *Animus* totam animam notet, non partem. Ita Cicero 1 Tusc. c. 9, duas partes, ex quibus conflati sumus, memorat, *animum & corpus*; Et alibi Virgilius *animum* pro vita dixit, ut infra monebimus. Quamvis itaque contingat, ut confundantur hæc duo vocabula, pro differentiâ tamen illa, quam notabamus, manifeste illud Lucretii est lib. 3,

Primum animum, *dico* mentem, *quem sæpe vocamus,*
In quo consilium vitæ regimenque locatum est.

Et aliquanto post:

Nunc animum *atque* animam *dico conjuncta teneri,*
Inter se atque unam naturam conficere ex se.

Vide Macrobium lib. 1 in Somn. Scipionis cap. 14. Juvenalis Sat. 15 v. 146, *Sensum a cœlesti dimissum traximus arce,*
Cujus egent prona & terram spectantia: mundi
Principio indulsit communis conditor illis
Tantum animas; *nobis* animum *quoque.*

Seneca Epist. 58 (al. 59) *Animantia quemadmodum divido? ut dicam, quædam* animum *habent, quædam tantùm* animam. Macrob. 1 in somn. Scip. 14, Animus *proprie Mens est, quam diviniorem* animâ *nemo dubitavit.*

tavit. ¶ 3. Hinc *anima* passim pro *vita*, quæ nobis cum bestiis communis, scriptoribus usurpatur. Vt apud Virgil. Æn. 6 v. 436, *Projicere animam*, sein leben dahin geben. *Amittere animam* apud Plaut. Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 85. *Deponere animam* apud Corn. Nepotem Hannib. cap. 1 pro *mori*. Et *Animam exstinguere alicui*, einem das leben nehmen, Terentius Adelph. a. 3 sc. 2 v. 16. *Animam relinquam potius, quàm illas deseram*, ich gedencke ehe leib und leben zu lassen, ibidem sc. 4 v. 52. Et in Phorm. a. 4 sc. 3 v. 56, *Animam debere*, proverb. dixit, pro *immenso ære alieno teneri*, mehr schuldig seyn, denn man mit der haut bezahlen kan. ¶ 4. Anima etiam haud raro pro homine ponitur; præcipua pars pro toto. Horat. 1 Serm. Sat. 5 a. v. 39, *namque*

Plotius & Varius Sinuessæ Virgiliusque
Occurrunt, animæ, quales neque candidiores
Terra tulit, neque queis me sit devinctior alter.

Tacitus lib. 4 Hist. cap. 32, *Vos autem Treveri & ceteræ servientium animæ.* Amat ita loqui & scriptura sacra, ut Genes. 46, 26, *Cunctæ animæ, quæ ingressæ sunt cum Jacob in Ægyptum, sexaginta sex.* Et alibi. ¶ 5. Lactantius animam etiam pro animali quovis usurpavit lib. 3 c. 8, *Ab hisne igitur præcepta vivendi petemus, qui hoc idem sentiunt, quod animæ rationis expertes?* De Aristippo loquitur, & similibus, qui summum hominis bonum ponebant in voluptate corporis. ¶ Anima quoque nobilissima cujusque rei pars est. Sic amantes *amasias, animas* suas vocant: sic *anima avari pecunia.* Barth. ad Claud. Mamert. p. 249. Hic addo, quod Goclenius lib. 3 Controv. & Schol. Grammat. p. 55 dativum & ablat. plur. *animabus* Ciceronianum esse neget; Ita enim Cicero: Tullius Terentiæ & pater Tulliolæ, *duabus animis suis.*

¶ Ănĭmŭla, æ. Sulpitius Ciceroni lib. 4 ep. 5, *In unius mulierculæ animula si jactura facta est, tantopere commoveris?* Hadriani Imp. Carmen est, quod moriens pronunciâsse, ut eruditus Princeps fuit, ab Ælio Spartiano scribitur in Vita cap. 25,

Animula vagula, blandula,
Hospes comesque corporis,
Quæ nunc abibis in loca
Pallidula, rigida, nudula.
Nec, ut soles, dabis jocos.

Qui versus, ut sunt molliculi & elegantes: ita testimonium luculentum continent, quam nihil certi tenuerint Ethnici de statu hominis, cùm decessisset vita, & animæ nostræ conditione. Quam ob caussam hic eos apponere, operæ visum est.

¶ Ănĭmābĭlis, e, ἔμψυχος: quod animam habet, ac spirat, was sich reget und lebt. Sic *aëra* Cicero *animabilem spirabilemque naturam* l. 2 de nat. Deorum c. 36 appellat.

¶ Ănĭmālis, e, idem, quo sæpe Lucretius usus legitur: Cicero 1 Tusc. cap. 17, *reliquæ duæ partes* [mundi] *una ignea, altera animalis.* (*Pars animalis* aër est.) Idem paullo post: *Quæ cum constent, perspicuum debet esse, animos cùm à corpore excesserint, sive illi sint animales, id est, spirabiles, sive ignei, sublime ferri.* ¶ Animales Dii, de quibus libros scripsit Labeo; in quibus ajebat (Servii verba sunt in lib. 3 Æneid.) esse quædam sacra, quibus animæ vertantur in Deos, qui appellantur *Animales*, quod *de animis fiant.* Conf. Herald. ad Arnob. p. 154. Salmas. Exercit. Plin. p. 64. Kirchman. de Fun. Rom. lib. 4 cap. 13.

¶ Animaliter, adverb. Augustinus lib. 1 Retractat. cap. ult. n. 67, *Quod dixi spiritaliter summos angelos vivere, infimos vero animaliter: audacius dictum est de infimis, quam ut possit vel scripturis sanctis, vel ipsis rebus ostendi.*

¶ Inanimalis, e, adjectivum, contrarium est τῷ Animalis. Apulejus in Trismeg. p. 88, *animalia omnia & inanimalia.* Macrobius lib. 4 Saturn. cap. 6, *Sermo dirigitur ad inanimalia.* Tertullianus Apolog. c. 48, *Vniversitatem ex diversitate composuit, ex vacuo & solido: ex animali & inanimali.* Adde eumdem adv. Hermogen. cap. 36 & 44.

¶ Ănĭmal, ālis: nam ut à *penetrabilis, penetrale* & *penetral*: ita ab *animalis, animale* & *animal*, quod usu receptum est. Est igitur *animal* substantia animata sensibilis, ein lebendiges thier. Ovid. 1 Metam. v. 84,

Pronaque cum spectent animalia cætera terras,
Os homini sublime dedit, cœlumque videre
Jussit, &c.

Animalium aliud est *quadrupes, terrestre, aquaticum, amphibium seu anceps, volatile, reptile.* Et usurpatur adeo hæc vox de minutissimis etiam & contemtissimis insectis. Q. Serenus Samonicus c. 13,

Si verò incautas animal penetraverit aures.

Et ita Plinius lib. 28 cap. 4, *Credimus, si quod animal aurem intraverit, & insufflatur, exire.* ¶ 2. Pro bruto usurpavit Lactantius lib. 3 c. 6, dum ab homine distinguit: *Nobis & cum Deo, & cum animalibus est aliqua communitas.* Seneca Epist. 76, *Ea, quæ timentur tamquam mala, injiciunt formidinem mentibus, & illas non aliter, quam animalia species periculi, agitant.* Gennad. de dogmat. eccles. cap. 17, *Animalium animæ non sunt substantivæ. sed cum carne ipsa carnis in nativitate nascuntur, & cum carnis morte finiuntur & moriuntur.* Sic locutus & Auctor operis de spiritu & animâ, quod Augustino tribui solet vulgo, cujus verba recitat Elmenhorstius notis ad Gennadium.

¶ Animalculum, i, ein thierlein. Vossius de vitiis L. S. lib. 3 c. 1, mavult cum classicis scriptoribus *bestiola*, vel in ratione præditis *homullus*. Ipse tamen sæpe voce hac usus est, ut de Idolol. lib. 4 c. 72, nec semel lib. 6 c. 4. Vsurpant & alii recentiorum: inque iis Cl. Salmas. in Solin. f. 177. Freinshem. Supplem. Liv. 90, 1.

¶ Animus, i, idem propriè quod *anima*: hoc est totum illud in homine, quod corpus non est: quemadmodum & Ciceronem usurpasse hanc vocem supra observavimus, ubi de *anima* dictum; ubi & alia plura habentur hic omittenda. ¶ Deinde pro diversis partibus seu facultatibus animæ ponitur: Vet. Gloss. *Animus*, λογισμὸς, θυμὸς, ψυχὴ, νοῦς. ¶ 1. Λογισμὸς in mente est, quæ νοῦς appellatur; qua divinæ naturæ imaginem repræsentamus. Quo pertinent illæ, quas supra adduximus, auctoritates, in quibus ab *animâ animus* distinguitur; quod discrimen & Servius notat. Ita usus Sallustius est Catilina cap. 51, *Omnes homines, qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira atque misericordiâ vacuos esse decet. Haud facile animus verum providet, ubi ista officiunt.* Nam ibi animus est, quod supra affectus est, τὸ ἡγεμονικὸν videlicet, in quo vis consulendi & inveniendæ veritatis inest. Hinc sæpe *animus* pro cogitationibus; item pro voluntate nostra ponitur. Plautus Prol. Amphitr. v. 58, *Teneo quid animi vestri super hac re fiet*, ich verstehe wol, was eure meynung sey. Idem Asinar. a. 1 sc. 1 v. 99,

tu tua
Oratione omnem animum ostendisti tuum.

Terentius Phorm. act. 3 sc. 1 v. 1, *Enimverò, Antipho, multis modis cum istoc animo es vituperandus?* ubi *animus* consilium, propositum, institutum notat. *Animo isto esse*, id consilii habere, apud Corn. Nepot. 18, n. 4. Sic, *animum inducere*, & *in animum inducere*, est persuaderi se pati. Terentius Hec. a. 2 sc. 3 princ. *Ita animum induxerunt. socrus omnes esse iniquas*, sie haben sich die gedancken gemacht, es wären alle schwieger-mütter böse. Plautus Asin. a. 5 sc. 1 v. 5, *Possum equidem inducere animum, ne ægre patiar, quia tecum accubat?* Et Sticho a. 2 sc. 2 v. 22, *Animum inducam, ut istuc verum te elocutum esse arbitrer.* ich will mich bereden lassen, daß ichs für wahr halte, was du vorgiebest. Cum Dativo, aliis persuadere. Terentius Andr. a 5 sc. 2 v. 15,

Per ego te deos oro, ut ne illis animum inducas credere,
Quibus id maxime utile est, illum esse quam deterrimum.

Est autem propriè locus huic phrasi, cum cogitur quasi animus, ut assentiatur vel invitus licet: quod ut præcedens Plauti locus, sic insequens ejusdem clare ostendit. Cist. a. 3 sc. unica, v. 3, *Quamquam invita te carebo, animum ego inducam tamen, ut* &c. Absolute verbo *inducere* idem similiter usus in Sticho est. Vide *induco*. Sic *cogitare cum animo suo*, erwegen, bey sich bedencken. Cicero Agrar. 2 cap. 24, *Vos id potestis cum animis vestris cogitare.* Et Terentius Adelph. a. 3 sc. 4 v. 55, *Hoc tu facito: cum animo cogites*, &c. Et eadem fabula a. 1 sc. 1 v. 5, *Quæ in te uxor dicit, & quæ in animo cogitat irata.* Quemadmodum idem paullo post v. 13, *in animum* (vel *animo*, ut alii legunt) *instituere* dixit. Quod Minucius Felix cap. 1 dixit *cum animo suo recensere.* Sic *apud animum statuere.* Livius lib. 34 cap. 2, *Atque ego vix statuere apud animum meum possum, utrum pejor ipsa res, an pejore exemplo agatur.* Brevius atque concisius Nepos Agesilao c. 4, *Hic cum animo meditaretur proficisci in Persas.* Terent. Eun. a. 4 extr. *Animus est in patinis*, die gedancken sind in der schüssel. Similiter Plautus act. 4 sc. 6 extr. *Animus in navi est meus.* Eidem & τὸ *mens* ibi usurpatur in illo Menæch. a. 4 sc. 1 v. 15, *Mens est in querelis.* Idem ead. fab. 2 sc. 1 pr. *Nulla est voluptas navitis, Messenio, major, meo animo &c.* *Meo animo*, id est, meines erachtens, quantum ego judicare possum: meâ sententiâ, ut Terentius loquitur Adelph. a. 1 sc. 1 v. 40. ¶ 2. Pro memoria ponitur in illo Virgilii Ecl. 9. (ubi notas vide Jacobi Pontani f. 200) *Omnia fert ætas, animum quoque*, id est, aufert. Dolet ibi Mæris super senectutis incommodis; præcipue quod reminiscendi vim deleat in nobis ac tollat: quod ex sequentibus facile patet. Hûc referre licet illas vulgatas rationes loquendi, *Ex animo delere; ejicere:* aus dem sinne schlagen, vergessen. Cui contrarium est, quod apud Terentium legimus Andr. act. 1 sc. 5 v. 49,

etiamnum mihi
Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis
De Glycerio.

Dicit enim se nondum oblitum eorum esse, quæ Chrysis moriens de Glycerio mandasset. Adhuc enim in animo asservari ea, velut impressa inscriptave. Similiter & Græcos locutos Franciscus Fabritius ostendit. ¶ 3. Θυμὸς est illa animæ pars, quæ impetus habet & motus [τὸ παθητικὸν] & itaque opus habet, ut regatur & imperetur à ratione; in quo significatu usus τοῦ *animus* latissimus & vulgatissimus est. Horat. lib. 1 Epist. 2,

Ira furor brevis est, animum rege: qui nisi paret,
Imperat: hunc frenis, hunc tu compesce catena.

Plautus Trinum. a. 2 sc. 2,

Qui homo inde cum animo ab ineunte ætate depugnat suo,
Vtrum id ita ne esse mavelit, ut eum animus æquum censeat:
An ita potius, ut parentes eum esse & cognati velint:
Si animus hominem perpulit, actum est: animo servivit, non sibi.
Si ipse animum perpulit, dum vivit, victor victorum cluet &c.

Sic *animum alicui dare*, vel *credere*, quorum alterum Plauti est Asinar. a. 1 sc. 3 v. 15, alterum vero Terentii Andria a. 1 sc. 5 v. 38 *amare* est. Idem Terentius altero versu post: *Quam ego animo egregie charam pro uxore habuerim. Caram animo* dixit, quia in animo est ille affectus. Et notum est illud Homeri ἐμῷ κεχαρισμένε θυμῷ. Similiter idem Eun. a. 1 sc. 2 v. 119,

hoc certò scio,
Neque me finxisse falsi quidquam, neque meo
Cordi esse quemquam cariorem hoc Phædria.

Ex quibus intelligere licet, *cor* & *animum* hîc esse synonyma. *Animi caussâ*, lusts halben: per jocum, ac voluptatem. Plautus Trin. a. 3 sc. 2 v. 52, *Rem animi caussa in deliciis perdidit*, i. e. animi recreandi caussa: ut obsequeretur libidini animi. Seneca lib. 4 de benef. c. 17, *Nec quisquam tantum à naturali lege descivit & hominem exuit, ut animi caussâ malus sit.* Sic *Animum appellere, applicare, adjungere, adjicere, adducere*, sein gemüth auff etwas richten, sich begeben. ut, *appellere animum ad scribendum*, Terent. princ. Andriæ: *applicare animum ægrotum ad partem deteriorem*, ibidem a. 1 sc. 2 v. 22. & *ad frugem animum applicare*, Plaut. Trinum. a. 2 sc. 1 v. 34. Et rursus Terentius Andr. a. 1 sc. 1 v. 29, *ut animum ad aliquod studium adjungant:* idem Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 63, *ad virginem animum adjecit.* Sic & *Animum explere suum*, Terent. Andr. a. 1 sc. 2 v. 17, seinen muth kühlen, lust büssen. *Fideli & benigno animo in aliquem esse*, Idem Hecyr. a. 3 sc. 5 v. 22, quemadmodum Quintilianus lib. 2 cap. 2 dixit: *Sumat præceptor ante omnia parentis erga discipulos suos animum*, ein getreues und gütiges hertz zu einem tragen. *Animo morem gerere*, in And. a. 4 sc. 1 v. 17. *Animo obsequi*, Idem in Adelph. a. 1 sc. 1 v. 8, seinen freyen willen haben, seiner lust und begierden nachhangen. *Ex animo facere*, id est, non coactè atque per vim; nec de composito

to ac per simulationem: aus freyem willen, ungezwungen: Quare & ei opponitur, *de industria facere*, Terent. Andr. act. 4 sc. 5 extr.

Paullum interesse censes, ex animo omnia,
Vt fert natura, facias, an de industria?

Idem Adelph. a. 1 sc. 1 v. 47, *Quem beneficio adjungas, ille ex animo facit.* Sic *ex animo dicere*, was hertzlich wolgemeinet. *Æquo animo ferre*, gedultig tragen, zu frieden seyn, in Andria a. 5 sc. 4 v. 18, & alibi. Plaut. in Trinummo a. 2 sc. 2 v. 31, *Qui animum vincunt, quàm quos animus, semper probiores.* Cicero lib. 10 epist. 5, *Omni animi impetu in aliquid incumbere*, mit gantzem ernst. *Acer & præsens animus*, de Orat. lib. 2 c. 20. ein starcker unerschrockener muth. Rursus lib. 6 ep. 14, *Tu fac animo magno fortique sis*, hab einen starcken muth, sey unverzagt. *Cadere animis*, lib. 6 famil. ep. 1, kleinmüthig werden. *Hostes concidunt animis*, Hirt. 8 B. Gall. cap. 19, id quod Quintilianus, *animum abjicere* dixit. Hinc *animus abjectus*, Cic. ad Attic. lib. 3 ep. 2, qui Cæsari lib. 1 de B. C. cap. 32, *Tenuis & infirmus animus*, ein weich und verzagtes hertz. *Animum addere*, einen muth machen, hertz einsprechen, apud Terentium Heaut. a. 3 sc. 2 v. 31. *Animos facere* in plurali numero Ovid. dixit lib. 5 Trist. El. 9. quod est *animum reddere* itidem Terentio Andr. a. 2 sc. 1 v. 33. *Sumere animum*, Ovid. 1 Fast. 147, einen muth fassen. *Tollere animos*, übermüthig und frech werden: & transitive *animos alicujus tollere*, muthig machen. Virgil. lib. 9 v. 127, *Vltro animos tollit dictis.* Cui simile illud Ciceronis videtur pro Domo cap. 55, *insolentiâ dominatûs extulerat animos*, sed in aliam & pejorem partem accipitur. Nam *animos* plurali numero de uno homine si dicimus, temeritatem sæpe, ferociam & superbiam significamus. Florus lib. 2 cap. 5 n. 3, *elatus animis ingentibus*: saltim magnitudinem animi sublimem. Seneca Troade v. 505, *spiritus magnos fuge, animosque veteres.* Sed hæc obiter. *Bonus animus in re mala dimidium est mali*, ein guter muth in unglück ist halb unglück, in Pseudolo a. 1 sc. 5 v. 37. Et illud in Captiv. a. 2 sc. 1 v. 8, *In re mala animo si bono utare, adjuvat.* Cicer. in Orat. cap. 18, *Imago animi vultus est: indices oculi*, es steht an der stirne geschrieben. ¶ 4. Ψυχὴ est, quo vivimus & spiramus, qua notione Virgilius usus voce animi est lib. 10 Æn. v. 486, *Vna eademque via sanguis animusque sequuntur*, mit dem blute entgehet ihme zugleich athem und leben. Sic *animo linqui* dicuntur, quibus repentino nuncio percussis suffocatur animus, & intra se abit quasi destituens corpus; quod ea de caussa velut tibicine suo destitutum, labitur atque concidit, wann einer in ohnmacht fällt, quod symptoma egregie Plautus depingit Amphitr. a. 5 sc. 1 v. 6. & Curc. a. 2 sc. 3. Græci λειποθυμίαν vocant. *Abesse animam* in eo affectu, iisdem locis idem dixit Poëta. Hinc *recipere animum* Terentio dicitur Adelph. a. 3 sc. 2 v. 26, der wieder athem schöpfft und zu sich kommt. Iis autem, qui λειποθυμίᾳ tentantur, *animus male esse* Plauto dicitur modo adductis locis. ¶ 5. Ad bestias quoque translatum legas animi vocabulum: *quarum animi sunt rationis expertes* Ciceroni 1 Tusc. c. 33. Apulejus de Deo Socr. *Equum ipsum nudum, & solum corpus ejus & animum contemplamur, ut sit ad speciem honestus, ad cursuram vegetus, & ad vecturam validus.* ¶ *Anime mi*, blandientis forma in alloquendo: apud Plaut. itemque Ter. Andr. act. 4 sc. 2. Eun. a. 1 sc. 2 v. 15. Heaut. a. 2 sc. 3 v. 23. ¶ Tandem *Animus* & *Mens* sæpe conjunguntur, non tandem pro λογισμῷ, verum etiam pro Voluntate. Cæsar 6 Gall. cap. 5 pr. *& mente & animo in bellum insistit.* Et B. Civ. lib. 1 cap. 21 fin. *ut in aliam partem mente atque animo traheretur.* Adde lib. 3 cap. 19 fin. & ibi Manutium. Et Virg. Æn. 1 v. 304,

Accipit in Teucros animum mentemque benignam.

¶ Animulus, i, diminut. in blanditiis amantum. Plaut. Casina 1, 1 v. 46. & Menæch. 2, 3 v. 11, *mi animule.*

¶ Animitus, hertzlich, adverb. hodie vulgare est, pro quo apud Ciceronem legitur ex animo, impense, sincere. e. g. 12 Epist. 17, *ex animo commendare.* Item 5 Epist. 11, *ab optimo sit animo.* Nonius tamen Marcellus cap. 2, ut Plautinum *oculitus* explicet, adducit *animitus*, *medullitus*. Sic Onomasticum vetus: ψυχόθεν *animitus.*

¶ Animosus, a, um. θυμοειδὴς: qui plenus animi, & magnos impetus habet: muthig, kühn, behertzt, verwegen. Nam & in malam partem usurpatur. Sic *animosus corruptor* Otho Tacito vocatur lib. 1 Histor. cap. 24. vide Salm. Exerc. Plin. In bonam partem satis sit illud Cicer. pro Milone cap. 34, *fortes & animosos, & se acriter ipsos morti offerentes servare cupimus.* Comp. Liv. lib. 3 c. 20, *Comes animosior, quàm auctor.* Seneca principio Quæst. Nat. *altior & animosior pars.* ¶ 2. Magnificus est, & munificus, ut Salmasius ad Capitolini Marcum cap. 17 docet, v. gr. Prudentius Psychom. v. 874, *Margaritum animosa Fides mercata pararat.* Quo etiam Suetonii *animosissimi*, quod mox daturi sumus, referendum esse judicat.

¶ Animose, adverb. frisch, hertzhafft; Cicer. 1 Offic. cap. 26 extr. *magnifice, graviter, animoseque vivere.* Comparative Arnobius lib. 4 p. 150, *Vt animosius consurgat audacia.* Superl. *Animosissime*, pro nimis cupide, Suetonii est Cæs. cap. 47, *Gemmas*, ait, *toreumata, signa, tabulas operis antiqui semper animosissime comparasse.* Sic *animose liceri*, allzu hitzig bieten, Paulus JCt. lege 29 D. Famil. Hercisc. Vide Torrent. ad Suet. Cæsarem c. 47.

¶ Animositas, ātis, hertzhafftigkeit. Macrobio 1 in somn. Scip. 6 illa pars animæ est, quam τὸ θυμικὸν vocant Græci. Sic Augustinus 14 de Civ. Dei cap. 2 locum Gal. 5 v. 20, 21 latine reddens *animositates* vocat, quod Apostolo sunt θυμοὶ, interpreti vulgato *iræ*. Ammianus lib. 16 cap. 30, *abjectâ resistendi animositate.* Rursus Augustinus l. 2 Retractat. cap. 33, *Hæreticus pertinacissima animositate defendit.* Qui & epistola 162 *insanissimus animositatibus suis.* Etiam Macrob. lib. 2 Somn. cap. 12 pluraliter *animositates* dixit.

¶ Exanimis, e, & exanimus, a, um, ἄψυχος todt. Virgil. 11 v. 30, *Corpus ubi exanimi positum Pallantis*, der abgeseelte leichnam. ¶ 2. Consternatus, exterritus valdè, erschrocken, halb todt für schrecken. Virgil. 4 Æn. v. 672,

Audiit exanimis trepidoque exterrita cursu.

¶ Inanimus & inanimis, idem. Cicer. 4 Acad. cap. 12, *inter inanimum & animal hoc maxime intersit, quod inanimum nihil agit: animal agit aliquid.* Sic *caro inanima*, ein todtes fleisch, apud Plin. 7 c. 1. Vetus Gloss. ἄψυχος *exanimatus, inanimis.* *Inanima castimonia*, Apulejo est Miles. ult. sub finem, ubi nihil animati editur.

¶ Inanimatus, a, um, leblos; exosa vox Lambino, dubia Vossio; defensa autem Manutio & Borrichio. Vide hujus in Vossium Cogitationes. Libri sane meliores Ciceronis, etiam castigatissimus Gruteri, hoc verbum referunt, 3 Nat. Deor. c. 16, *Stellas beluarum nomine appellas, ut Capram; ut Lupam; ut Taurum; ut Leonem; aut rerum inanimatarum, ut Argon; ut Aram; ut Coronam.* Et Top. ad Trebat. cap. 18, *Animata inanimatis anteponantur.* Est autem ab *in* & *animatus*, de quo postea.

¶ Sēmianimus & Semianimis, halb-lebend. Cic. 1 de Divin. cap. 47, de aquila ex poëta veteri

transfigens unguibus anguem
Semianimum, quasi *semanimum*, *I* absorpto.

Sic etiam Statius Theb. 10 v. 477, *semianimumque cruorem.* Livius Lib. 28 cap. 23, *in succensum rogum semianima injicerent corpora.* Forma altera *Semianimis* est apud Nepotem Pausan. cap. 5, *Hic cum semianimis de templo elatus esset.* Gloss. Vet. *Semianimis*, ἡμίπνους, ἡμίψυχος.

¶ Vnanimis & Vnanimus, qui ejusdem est cum altero animi & sententiæ, gleich gesinnet, Livius lib. 7 cap. 21, *Consules rem, quæ distinere unanimos videbatur, levare aggressi.* Catullus Epigr. 9, *Fratres unanimes.* Et *unanimi fratres*, Statius Theb. lib. 8 v. 669. Valer. Flaccus lib. 4 v. 161,

Nomenque secutus
Otreos unanimi.

¶ Vnanimitas, ātis, einmüthigkeit, Livius lib. 40 cap. 8, *Nullâ re magis quàm fraterna unanimitate regnum æquare.* Symmachus lib. 1 ep. 28, *usuram tuæ unanimitatis exspecto*, ubi Juretus plura eidem auctori exempla ex vetusto codice vindicavit.

¶ Vnanimiter, vocabulum quidem non prorsus novum est: Nam etiam Vopiscus in Tacito c. 4 scripsit: *Quod me unanimiter delegistis*: ususque eodem est S. Scripturæ interpres Act. 2, 14. Purius tamen & tutius cum Terentio Hec. act. 2 sc. 1 v. 4 dicemus, *uno animo*: cum Cicerone pro Rabir. cap. 5, *concordissimè*; cum Plauto Curcul. act. 2 sc. 2 v. 14, *concorditer*: cum aliis, *unâ mente* &c.

¶ Vnanimans, Plautinum est, idem quod *unanimis*. Trucul. a. 2 sc. 4 v. 81, *sociæ unanimantis.*

¶ Animo, avi, atum, are, animam inspirare, das leben geben. Pacuvius apud Cicer. sub finem 1 Divinat. *Quicquid est hoc, omnia animat, format, alit, auget, creat.* Et Ovidius 4 Metam. v. 619, *Quas humus exceptas varios animavit in angues.* Deinde addere animum, einen muth machen, ut *animare ad crimina*, Claudian. 3 Rapt. v. 386. *cibo potuque animare quem*, Hyginus Fab. 126.

¶ Animans gen. fœm. & neutro idem quod animal, ein thier. Cic. 2 Nat. Deor. cap. 47, *Animantium aliæ coriis tectæ sunt: aliæ villis vestitæ: aliæ spinis hirsutæ* &c. Vbi *bestiam* subaudiri oportet, quemadmodum *animal*, neutro si genere ponitur. Idem de Vnivers. c. 9, colligatis corporibus vinculis animalibus; tum animantia orta sunt. Masculino tamen etiam genere extulit Lactantius lib. 2 cap. 11 (al. 12.) *Terram ipsam humore quodam, qui esset lacti similis, exuberâsse* (ajunt) *eoque alimento animantes esse nutritos.* ¶ 2. Quodlibet corpus vivum seu animatum. Senec. Epist. 58, *Sunt quædam, quæ animam habent, nec sunt animalia: placet enim satis & arbustis animam inesse. Itaque & vivere illa & mori dicimus. Ergò animantia superiorem tenebunt locum, quia animalia in hac forma sunt, & sata.* Paullo post: *Corpus quomodo divido? Vt dicam, aut animantia sunt, aut inanimantia.* Hinc Nobilius Flaminius, recentior quidem scriptor, sed cultæ latinitatis, lib. 1 de hom. fel. cap. 9, tria constituit *animantium* genera, quæ sunt, ut mentem ejus exponamus, planta, brutum, homo.

¶ Inanimans, antis, idem, quod inanimatum, leblos. Vsus hâc voce Seneca c. l. ep. 58. Verba sunt: *corpora omnia aut animata esse, aut inanimantia.*

¶ Animatus, a, um, ἔμψυχος, animâ præditus, lebendig. Cicer. 1 Tuscul. cap. 23, *Animatum quod est, id motu cietur interiore ac suo.* ¶ 2. Διακείμενος, motu aliquo animi aut voluntatis affectus. Cicero lib. 11 Ep. 28, *Quod si aliter essem animatus, nunquam, quod facerem, negarem.* wenn ich anders gesinnet wäre &c. Idem lib. 6 ad Fam. Epist. 6, *Pompejus animatus meliùs, quàm paratus*: Macrob. 1 Saturn. 11, *Cepionem, qui in Augusti necem fuerat animatus.* Nepos in Cimone: *Benè animatas* [insulas] *confirmavit; alienatas ad officium redire coëgit. Benè animatas*, id est, qui bono adhuc & benevolo animo erga Athenienses essent.

¶ Animatio, ōnis, lebendigmachung. Cicero de Vnivers. cap. 10, *Divinæ animationis speciem faciebat ex igne.* Tertullian. de Anima cap. 19, *animatio arboris.*

¶ Animator, ōris, qui vitam dat. Tertullianus adv. Hermogenem c. 32, *Spiritus adflator & animator universitatis.* Prudentius in Romano v. 788, *Novit animator solus & factor tui.*

¶ Animatrix, icis, fœm. Tertullianus in Scorpiace sive adv. Gnostic. cap. 12, *Quam dilectionem perfectam adfirmat, nisi fugatricem timoris, & animatricem confessionis?*

¶ Exanimare, vita privare: Nepos Epaminonda cap. 9, *Ferro extracto, confestim exanimatus est*, er ist verschieden. Sic *elisi exanimatique*, apud Suet. Cæs. cap. 39. ¶ 2. Spiritum intercipere, einem den athem nehmen: quod illis solet accidere, qui se currendo affixerunt & fatigârunt. Cæsar Comment. 3 de B. C. cap. 92, *Pompejus suis prædixerat, fore, ut duplicato cursu Cæsaris milites exanimarentur, & lassitudine conficerentur.* Idem 2 Gall. c. 23, *cursu ac lassitudine exanimatos.* Terent. Andr. a. 2 sc. 2 v. 5, *Quem ego nunc credo toto me oppido exanimatum quærere.* ¶ 3. Valde percellere & consternare, confundere, perturbare. Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 104, *ibi tum exanimatus Pamphilus bene dissimulatum amorem & celatum indicat.* Et sc. 4. *Sed quidnam exanimatum Pamphilum video?* Vbi quod Donatus inter *exanimatus* & *exanimus* distinguit; & prius perturbatum, alterum mortuum notare observat, frustra est: & eum Nepotis adductus locus facile refutat. Cœlius ad Cic. lib. 8 epist. 16 pr. *Exanimatus sum tuis litteris.*

¶ Exani-

¶ Exanimatio, ōnis, *in perturbationes atque exanimationes incidere*, in ſchrecken und entſetzung fallen. Cic. 1 Offic. cap. 36.

¶ Inanimatus, vide ſupra ſub *Inanimus*.

¶ Redanimare, wieder lebendig machen. Tertullian. de reſurr. carn. cap. 13, *nec redanimari, ac reformari exiſtimentur*. Ibidem cap. 19, *redanimatus & revivificatus*.

¶ Redanimatio, ibidem cap. 38, *ad præſentem gratiam redanimationis*.

¶ Animadverto, ti, ſum, ere, gewahr werden aufmercken. Terent. in Prol. Eun. *Date operam, & cum ſilentio animadvertite*. Cicero in Catil. 1 cap. 8, *Quid eſt, Catilina, ecquid attendis? ecquid animadvertis horum ſilentium?* ¶ 2. Vnde in officio lictoris hoc proprium verbum erat, qui obvios ad honorem conſuli, vel majori magiſtratui, exhibendum admonebat. Livius lib. 24 cap. 44, *Conſul animadvertere proximum lictorem juſſit, & is inclamavit*, &c. Suetonius Cæſ. c. 80, *Quum lictor animadverti ex more juſſiſſet*. Vide Lipſii Elect. lib. 1 c. 23, & quæ nos ad Plinii Panegyr. c. 61 n. 7 de hac re notavimus. ¶ 3. Sed *animadvertere in aliquem*, eſt ſupplicium de aliquo ſumere, ſtraffen, ein einſehen haben. Cicer. 1 Cat. cap. 12, *Si in hunc animadverti [illegible]* Idem pro Roſc. Am. cap. 40, *ea ſunt animadvertenda peccata maxime, quæ difficillime præcaventur*. Salluſtius Cat. cap. 51, *verberibus animadvertebant in cives*.

¶ Animadverſio, ōnis, aufmerckung. Cicer. 2 de Orat. cap. 34, *Atque hoc totum eſt ſive artis, ſive animadverſionis, ſive conſuetudinis*. Deinde einſehen, ſtraffe. Idem 1 Offic. cap. 25, *Omnis animadverſio & caſtigatio contumeliâ vacare debet*, welchen man in ſtraff und zucht nimmt, den ſoll man nicht hönen. Idem lib. 9 epiſt. 14 ad Dolabellam: *ſumma ſeveritas animadverſionis*.

¶ Animadverſor, ōris, *Animadverſores vitiorum*. Cicer. 1 Off. cap. 41, der ein einſehen auf das böſe hat.

Anio, vide *Anien*.

ĂNĪSVM, i, ἄνισον, herba, anis. Plin. lib. 20 cap. 17, *Aniſum ipſum oris halitum jucundiorem facit, fœtoremque tollit manducatum*.

ANIVS, i, Apollinis filius ex Rhea; regem eum Delo imperaſſe, Dionyſius Halic. narrat lib. 1 Rom. Ant. Virgil. 3 Æn. v. 80,

> *Rex Anius, rex idem hominum Phœbique ſacerdos.*

Veterum more rex ſimul & ſacerdos. Plura de eo vide apud Diod. Sicul. l. 5 p. 229. Filiæ ejus ex Dorippe fuere tres, de quibus Ovid. Metam. l. 13 fab. 4.

ANNA, æ, Beli fuit filia, ſoror Didonis, cujus mentio apud Virg. 4 Æn. Hæc exacta patriâ per impotentiam Hiarbæ, mox fratrem etiam fugiens Italiam ad Æneam venit, & liberaliter ab eo excepta fuit. Mox cum in odium Laviniæ conjugis adducta eſſet, ſomnoque ut cederet monita, feneſtra exiliens ad amnem Numicium pervenit, inque eum ſe dedit præcipitem. Ex quo in Deam conſecrata eſt, & *Anna perenna* nominata Romanis. Lege Ovid. lib. 3 Faſtor. v. 546 & ſeqq. & Silium lib. 8. Meminit & Macrob. lib. 1 Saturn. cap. 12.

Annales, vide *Annus*.

ANNATAE, arum, fructus annui ex Epiſcopatibus vacantibus ad Pontificem Rom. redeuntes: Vide Jus Canon. & Interpretes.

Annellus, vide *Annulus*.

Annibal, Anno, vide *Hannibal, Hanno*.

ANNICĔRIS, idis, Ἀννίκερις, qui & Aniceris Lactantio lib. 3 cap. 25, philoſophus fuit Cyrenaicus, qui Platonem, cum Æginæ venderetur, redemit: Fuſius hoc narrat Laërtius in vita Platonis. Ab hoc dicti ¶ Annicerii Philoſophi. Nam quod ab Ariſtippo ſic nominatos ſcribit Cicero, excuſari ex eo poſſit, quod inter ſucceſſores Ariſtippi Cyrenaici & Anniceris fuit, ut ex Diogene Laërtio intelligimus in Ariſtippi vita. Hæc enim ſuccedentium ſeries fuit: Ariſtippus, Antipater Epitimedes, Paræbates, Anniceris. Ciceronis autem verba hæc ſunt 3 Offic. c. 33, *Atqui ab Ariſtippo Cyrenaici atque Annicerii Philoſophi nominati omne bonum in voluptate poſuerunt*.

Anniculus, Annifer, anniverſarius, Annona, annoſus, annotinus, Annuatim, vide *Annus*.

ANNIVS, i, nomen gentile Romanum; cujus nominis multi in Hiſtoria Romana & apud Ciceronem occurrunt.

ANNŬLVS, i, δακτύλιος, ein fingerreiff, ein ring. Eſt ab *annus*, quod circulum notat. Vide poſt. Multi *Anulus* ſcribunt, *N* ſimplici, idque Manutius in Orthographia, & Scaliger ad Varronis de L. L. librum 5 n. 2 ex antiqua conſuetudine defendunt: etiam ex alia origine, ab *Anus* nempe maſculino nomine, de quo infra. Lambinus, quem in *Annellus* citabimus, paullo aliter, ab *Anus* nempe, hoc eſt *Annus*, veteri ſcripturâ. Ovid. lib. 1 de Arte am. v. 473,

> *Ferreus aſſiduo conſumitur annulus uſu.*

Romæ *annulus aureus* inſigne erat ordinis equeſtris, Horat. lib. 2 Serm. Sat. 7 verſ. 53, *projectis inſignibus, annulo equeſtri, Romanoque habitu*. Adde Flor. 2 cap. 6 n. 18, aut Livium potius lib. 23 cap. 12. *Annulus ſignatorius*, ein pitſchierring, apud Valerium Max. 8 cap. 14, quem Vopiſcus Aureliano c. 50, *ſigillaritium* vocat. *Annulo ſigilla imprimere*, Cicer. in Acad. 4 c. 26, verſiegeln, zupitſchieren. *Annulus pronubus*, ein trauring. ¶ 2. Annuli etiam ſunt criſpati in orbem crines & ſpiratim torti. Martialis lib. 2 Epigr. 66,

> *Vnus de toto peccaverat orbe comarum*
> *Annulus, incerta non bene fixus acu.*

Vide infra *crinis*. ¶ 3. Sumitur & pro vinculis ſive compedibus. Martialis lib. 3 Ep. 29, *Has cum geminâ compede dedicat catenas, Saturne, tibi Zoilus, annulos priores*. & lib. 11 Ep. 38, *Annulus iſte tuis fuerat modo cruribus aptus*.

¶ Annularis, e, ad annulos pertinens. Gloſſ. Vet. *Anulare*, δακτυλικόν. Hinc digitum ſiniſtræ manus, qui minimo eſt proximus, *annularem* vulgo dicunt, der gold-finger, cujus rei rationem explicatam vides apud Gellium lib. 10 cap. 10, & Macrob. 7 c. 13.

¶ Annulatus, a, um, annulo vinctus, compeditus. Plautus Pœnulo a. 5 ſc. 2 v. 21, *Incedunt cum annulatis auribus*. Apulejus lib. 9 p. 222, *frontes litterati, & capillum ſemiraſi, & pedes annulati*, ubi compedes ſervorum intelliguntur, an füſſen eſeſſeit.

¶ Annellus, vel Anellus, i, δακτυλίδιον, ein ringlein, diminutivum eſt apud Horat. lib. 2 Serm. Sat. 7 v. 9, *Cum tribus annellis*. Vbi Lambinus p. 217 Quod *annellus*, inquit, impreſſum eſt, in eo conſuetudinem vulgi ſecutus ſum. Nam ſi libros veteres ſequi, & rationem audire volumus, *anulus* & *anellus* ſcribi debet uno n. *Anus, ani*, enim, ex quo anellus, dicebant veteres pro *annus, anni*. Nizolius Theſ. Cicer. & Laurenb. p. 28, Antiquar. diminutivum hoc etiam e Cicerone proferunt, 5 de Fin. cap. 1, ubi de Epicuro loquitur, *cujus imaginem non modo in tabulis noſtri familiares, ſed etiam in poculis & in annellis habent*. Sed ibi, *in annulis*, alii legunt.

¶ Annularius, annulorum artifex, apud Cicer. in 4 Acad. cap. 26. Gloſſ. Vet. *Anularius*, δακτυλιοποιός.

¶ *Annularia creta* apud Vitruvium extremo lib. 7, de qua conſule interpretes.

ANNVS, i, ein jahr, ab innovatione dictus eſt, ἀπὸ ἀνανεῦσθαι: vel potius, quod *in ſua per veſtigia volvitur*, ut Virgilius ait, & orbem veluti facit, daß es ſich ſelbſt ſchleuſt und wieder anhebt. *Anus* enim ſive *annus*, circulus: unde diminutiva *annulus, anellus*. Varro lib. 5 de L. L. n. 2, *Tempus a bruma ad brumam dum ſol redit, vocatur annus: quod, ut parvuli circuli, annuli: ſic magni dicebantur anni, unde annus*. Mathematicis eſt *Annus Solaris*, das gemeine jahr von 12 monaten. *Annus Lunaris*, 30 tage. *Annus magnus*, quem vanis relinquimus Philoſophis, Ciceroni eſt 12554 annorum, vide tamen hic Voſſ. P. 4 Inſtit. Orat. p. 196. & Winſemium ad Sir. ſuum not. pag. 101, 102. Scheffer. ad Ælian. pag. 391, *Scanſilis annus* ſeu *Climactericus*, ein ſtuffen-jahr; ſenibus fatalis, 63 annorum: vide Cenſorinum de die Natali c. 14, & Gell. lib. 15 cap. 7. Bernegg. ad Suet. Cæſar. cap. 88. doctrinam hanc multum ex vano trahere non dubitat, conf. eund. quæſt. 21 ad Tacit. *Anno ineunte*, im anfang des jahrs. *Anno exeunte*, Cicer. lib. 1 Divin. cap. 25, im ausgang des jahrs. *Nati melioribus annis*, Virgil. 6 Æneid. v. 649, die zu einer guten zeit gebohren ſind. *Natus eſt annos decem, viginti, ſexaginta*, er iſt zehen, &c. jahr alt. Cicer. de Clar. Or. cap. 64, *Vndeviginti annos natus erat eo tempore*. Et ibid. cap. 43, *Defendit Liciniam, cum annos XXVII natus eſſet*. in quibus formulis præpoſitio *ante* ſubauditur. Dicimur hac in re etiam *tot & tot annos habere*. Cic. de Clar. Or. c. 43, *Craſſus quatuor & triginta tum habebat annos*; qui aliam quoque non minus elegantem formam adjungit: *totidemque annis mihi ætate præſtabat*, war ſo viel jahr älter als ich. Nepos in vitâ Attici cap. 7, *Incidit Cæſarianum bellum, cum haberet annos circiter ſexaginta*. Vide infra in *habeo*. Idem eodem libello c. 21, *Tali modo cum VII & LXX annos compleſſet &c.* als er ſieben und ſiebenzig zurück geleget. Novum nec ita ſolens eſt illud Taciti, 1 Hiſtor. cap. 49, *Hunc exitum habuit Galba tribus & ſeptuaginta annis*: pro trium & 70 annorum. *Anno vertente*, id eſt, integro: dum in ſe convertitur ſcilicet atque abſolvitur. Cenſorinus de die natali cap 19 ANNVS VERTENS *eſt natura, dum ſol percurrens duodecim ſigna eodem, unde profectus eſt, redit*. Nepos Ageſilao: *tanta eſt uſus celeritate, ut, quod iter Xerxes anno vertente confecerat, hic tranſierit triginta diebus*: darüber Xerxes ein gantzes jahr zubracht. Vide ibi Lambinum. Phraſi hâc etiam aliquoties uſus Cicero, ut libr. 2 de Nat. Deor. cap. 20, pro Quinctio c. 12 & Philipp. 13. cap. 10, *Bonus annus*, ein gut und reich jahr. Egregie Sidonius libr. 3 Epiſt. 6 extr. dixit, *annum bonum de magnis non tam fructibus, quam poteſtatibus exiſtimandum. Nam temporum felicitas non tam ab uberi fructuum proventu, quam præſidum ac præfectorum prudentia & bonitate eſt expectanda*. Sed, ut eveniret bonus annus, publice atque ſolenni ritu apud Græcos optabatur. Apulejus Mileſ. 11, *Indidem de ſublimi ſuggeſtu, de libro, de litteris fauſta præfatus, principi magno, ſenatuique & equiti, totique Pop. Rom. renunciat ſermone rituque Græcienſi*, λαοῖς ἄφεσις: quemadmodum quidem eum locum MSStorum ope feliciſſime reſtituit maximus vir Claud. Salmaſius Exercitat. Plinianis: vulgo enim mendoſus eſt. Eſt autem ἔυετία, *bonus annus*. Porro *annus intercalaris*, ein ſchalt-jahr, Plin. 2 cap. 47 extr. *luctifer* Val. Flacc. 3 verſ. 454 trauer-jahr. *ſitiens* Plin. 13 cap. 4, dürr-jahr. Et Quintil. lib. 1 cap. 1, *tenaciſſimi ſumus eorum, quæ rudibus annis percepimus*, was wir in der jugend gelernet haben, das behalten wir. Nota *rudes annos* pro juventute dici. Adagiorum loco ſunt: *Annus producit, non ager*, zeit bringet roſen. *Annus ſuperior, ſemper melior*, man erlebt immer ärgere zeiten. Manilius l. 3 v. 526,

> *Non annis anni, non menſes menſibus usque*
> *Conveniunt, ſeque ipſe dies, aliumque relinquit,*
> *Horaque non ulli ſimilis producitur horæ.*

Horatius de Arte P. v. 175,

> *Multa ferunt anni venientes commoda ſecum,*
> *Multa recedentes adimunt.*

Idem lib. 2 carm. od. 14,

> *Eheu fugaces, Poſthume, Poſthume,*
> *Labuntur anni.*

Elegans loquendi forma eſt etiam *In annum*, auf ein jahr. Cicero pro Seſtio cap. 8, *Habebit ſenatus in hunc annum, quem ſequatur*. Idem 2 de Divin. cap. 6, *Solis defectiones, itemque Lunæ, prædicuntur in multos annos ab his, qui ſiderum curſus & motus numeris perſequuntur*. auf viel jahr hinaus. ¶ 2. Annus aliquando, Poëtis cumprimis, pro certâ anni parte ponitur: ut, *Formoſiſſimus annus* pro vere apud Virg. Eccl. 3, v. 57. *Annus hibernus*, pro hieme, ſive hiberno anni tempore apud Horat. Epod. 2. *Pruinoſum annum* Avienus vocavit Arateis v. 57. ¶ 3. Sed & *annus* proventum anni, ſive annonam ſignificat. Statius lib. 3 Silv. 2 v. 22 de frumentaria nave intelligens, quæ Ægypto venerat, -- *Pharium gravis intulit annum*. Nam *annus Pharius* Ægyptiacum frumentum eſt. Lucanus lib. 3 v. 450,

> *curvoque ſoli ceſſantis aratro*
> *Agricolæ raptis annum flevere juvencis.*

Tacitus de Germania cap. 14, *Nec arare terram, & expectare annum, tam facile perſuaſeris, quam provocare hoſtes*.

¶ Anno, adverb. vorm jahre: cui opponitur *horno*, heuer. Plautus prolog. Amphitr. v. 91, *Hiſtriones anno cum in proſcenio Jovem invocarunt.*

carunt. Et Trucul. a 2 ſc. 4 v. 38, *quaſi uxorem me habebat anno, dum hic fuit.* Vide interpretes, & præcipue Taubm. p. 15, 701 & 1415.

¶ Annalis, e, adjectivum. Varro libr. 1 de re ruſt. cap. 27, *Tempora duorum generum ſunt, unum annale, quod Sol circuitu ſuo finit; alterum menſtruum.* Sic *Annalis lex* ſæpe apud Ciceronem memoratur, quæ legitimam ad petendos magiſtratus deſcribebat ætatem, de qua Livius lib. 40 cap. 43 conſulatur. Ipſe Cicero Philipp. 5. cap. 17, *Majores noſtri, veteres illi admodum antiqui, leges annales non habebant, quas multis poſt annis attulit ambitio, ut gradus eſſent petitionis inter æquales.* Hæc lex *Annaria* Lampridio vocatur in Commodo cap. 2, & Feſto in eâ voce. Hæc Senatoriam ætatem 25, Equeſtrem 18 annis definiebat. Plura de eâ Lipſius Tractatu de Magiſtratibus Vet. Pop. Rom. cap. 4, 5, 6. & Jac. Cujacius libr. 34 obſerv. cap. 17.

¶ Annalis, & Annales rudiores Commentarii rerum annalium, hoc eſt ſingulis annis geſtarum: chronicken, geſchicht-regiſter, jahr-bücher. Quos initio Pontifices contexere ſoliti; poſt & alii cœperunt, ut Cicero lib. 2 de Oratore cap. 12 docet. Vide & Sempronii Aſellionis de annalibus, & quomodo ab hiſtoriis differant, locum apud Gell. lib. 5. cap. 18. quæque ad Gellium notat Philipp. Carol. Animadv. p. 317. quamquam non ſemper hæc duo diſtincta fuiſſe, alio *annales* vocante, quod alius *hiſtorias* nominat, e Voſſio intelliges 1. de hiſtor. Lat. 5 pag. 21. & Buchner. ad Prudent. Hymn. de natal. Chriſti p. 54, 55. Gronov. obſerv. ad ſcript. Eccleſ. cap. 9 pag. 95. laxa ſignificatione *Annales* pro quâvis hiſtoria poni aſſerit. ¶ Subaudire autem in his oportet aliquid; *Annalis*, ſcilicet *liber: annales*, nempe *libri.* Quare in allegandis Taciti libris, quos ab Auguſti fine cœpit, rectius hunc vel illum Annalem, quam hunc vel illum librum Annalium citamus; idque ad exemplum veterum. Gellius l. 2 cap. 1, *Poſuimus igitur verba ipſa Quadrigarii ex Annali ejus ſexto transſcripta.* Idem lib. 15. c. 1, *Si Annalem undeviceſimum Q. Claudii legiſſes.* Et alibi ſæpius. Plinius lib. 7 cap. 28, *Q. Ennius T. Cæcilium Teucrum fratremque ejus præcipue miratus, propter eos annalem ſextum adjecit.* Nepos Hannibale cap. 13, *Atticus M. Claudio Marcello & Q. Fabio Labeone Coſſ. mortuum* (Hannibalem) *in annali ſuo ſcriptum reliquit.* Sed hæc de uſu vocis Singularis numeri: Pluraliter *Annales & monumenta vetuſtatis*, Cicer. pro Domo cap. 32 dixit: & Virgilius Æn. 1 v. 373,

> *Si vacet annales noſtrorum audire laborum:*

& Juvenalis Sat. 2 v. 102,

> *Res memoranda novis annalibus atque recenti*
> *Hiſtoria.*

¶ Annalia, plur. puta vota ſolennia. Grut. p. 116 num. 2, AVGVSTORVM ANNALIA FELICITER. Sic Decennalia, Vicennalia dicimus.

¶ Annarius, ut Annalis adjectivum. Feſtus, *Annaria lex dicebatur ab antiquis, qua finiuntur anni magiſtratus capiendi.*

¶ Anniculus, a, um, eins jahrs alt, jährig, Adjectivum eſt, nec vero diminutum. *Anniculus filius*, Lege 6 Dig. de his, qui ſui vel alieni juris ſunt. Et Nepos Attico c. 19, *Hanc Cæſar vix anniculam Tib Claudio, privigno ſuo, deſpondit.* Varro lib. 2 de R. R. cap. 5. extr. de Tauris: *unus ſit anniculus, alter bimus.* Columella 7. cap. 9, *Quam ſalaciſſimos oportet eſſe mares, qui & ab annicula ætate commode progenerant.* Plinius 28 cap. 24 pr. *Semen optimum anniculum, bimum deterius, trimum peſſimum, ultra ſterile.*

¶ Annōtīnus, idem. Columell. libr. 4 de re ruſt. cap. 24, *ungues cuſtodum annotinos reſecato.* Sed ¶ 2. *Annotinæ naves* Cæſari libr. 5 de bello Gall. cap. 8 ſunt, quæ annonam vehunt, ut ibi Rhellicanus, & Glareanus, & Goduinus interpretantur, quos ridet Dionyſ. Voſſius: ſed bene Græcus Cæſaris interpres ad priorem ab anno ſignificationem retulit, vertens, τὰς τοῦ πρόσθεν ἔτους. Ipſa Cæſaris verba ſunt: *multitudine navium perterritæ, quæ cum annotinis, privatisque, quas ſui quisque commodi cauſſa fecerat, amplius DCCCuna erant viſæ.* Cum annotinis, id eſt, quas ſuperioris anni expeditione viderant.

¶ Annifer, a, um, per totum annum fructus ferens. Plin. 16. cap. 26, *Citreæ, & juniperus, & ilex anniferæ habentur, novusque fructus in his cum annotino pendet.*

¶ Anniverſarius, a, um, annuum ſignificat, jährlich; ut *anniverſaria ſacra*, Cicero 1 ad Att. ep. 18. *Anniverſaria viciſſitudo*, idem 2 Nat. D. cap. 38. *Anniverſarii hoſtes*, qui ſingulis annis eruptionem faciunt, & infeſtant, Flor. lib. 1 cap. 12. *Anniverſaria ſolennitate celebrare feſtos dies*, Auguſtin. epiſt. 118 cap. 1.

¶ Anniverſariè, adverb. vertente quovis anno. Idem Auguſtinus dicta epiſtola extrema: *Dies, quo cœna dominica anniverſarie celebratur.* Et lib. 2 de Doctrina Chriſtiana cap. 29, *Lunæ curſus ad paſſionem Domini anniverſarie celebrandam ſolenniter adhibetur.*

¶ Annōna, æ, εὐθηνία, σιτηρέσιον, getreide, jährliche früchte. *Quanti jam venit annona?* was gilt ietzund das korn? *Annonæ vilitas*, apud Cicer. pro Domo cap. 6. wolfeile zeit. Contra, *Annonæ difficultas*, Ciceroni c. l. cap. 5, *ſævitia*, Tacito 2 Ann. cap. 87, theure zeit. *Annona creſcit*, das getreid ſteiget, wird theuer, Cæſ. 1 Civ. cap. 52, *Annonam flagellare*, Plin. lib. 33 extr. *Incendere, & excandefacere annonam*, eadem ſunt Varroni 3 de Re ruſt. cap. 2, theurung machen. Contra *levare annonam*, Liv. 26 cap. 40; *temperare annonam*, Sueton. loco mox citando, wolfeil machen. Poſterius etiam ordinare eſt, marckt-ordnung machen. Ipſa quoque annona laxare dicitur: Livius 26 cap. 20, *annona haud multum laxaverat.* Quod eleganter lib. 2 c. 52 pr. reddiderat: *Vrbi cum pace laxior etiam annona rediit.* *Annona militaris*, proviant. Quæ frumento, oleo, vino, carne & aliis iſtiusmodi ſpeciebus cenſetur: ut diſcere licet ex Tit. Codicis Theodoſiani *de erogatione militaris annonæ.* ¶ 2. In plurali numero *annonæ* de panibus, & JCtis & Hiſtoricis Auguſtorum paſſim dicuntur, quod Salmaſius notavit. ¶ 3. *Annonam macelli* Suetonius dixit, pro eo omni, quod in macello venit, Tiber. c. 34, *Cenſuit*, inquit, *annonam macelli ſenatus arbitrio quotannis temperandam.* ¶ 4. *Annona* eſt etiam ſalarium, vid. Meurſ. auct. Philol. c. 29 p. 161.

¶ Annonarius, a, um, quod ad annonam pertinet. Veget. 3 cap. 3, *pabula, frumentum, ceteraque annonariæ ſpecies.* Trebell. Pollio de 30 tyrann. cap. 18, *Annonaria proviſio:* & cap. 24, *annonaria regio.*

¶ Annoſus, a, um, πολυετής, viel jahr alt, *Annoſa cornix* Horat. lib. 3 od. 17 v. 13. *Anus annoſa* Ovid. 2. Faſt. v. 571. *Annoſum Falernum* Martial. 6 epigr. 27, alter wein. *Annoſa quercu durior*, Ovid. 13 Metam. v. 799. *Annoſa volumina vatum*, Horat. 2 epiſt. 1, 26. Compar. *in aliquo annoſiore*, Auguſtinus lib. 1 Confeſſion. cap. 7. id eſt majoris ætatis. Superl. *annoſiſſimus vigor*, Ambroſ. de Vocatione Gent. lib. 2 cap. 8.

¶ Annuus, a, um, per annum, jährlich, ut, *annuo ſpatio* Plin. 9 cap. 10. & Horat. 4 Od. 5, 11. *Annuus curſus* Cic. 2 Leg. c. 8. *Annuum tempus conficere*, Idem Attico 15 ep. 15, ein jahr ausmachen. Et ibidem extrema epiſtola *annuus ſumptus*, jahr-koſt, jahr-geld. ¶ 2. Anniverſarius, ſtato tempore quotannis recurrens. Cic. de Nat. D. 2 cap. 39, *Aër annuas frigorum & calorum facit varietates.* Virg. 1 Georg. v. 338, *annua magnæ Sacra refer Cereri*, ein jahr-opffer, ſacrificium anniverſarium. ¶ 3. Veteri Gloſſario nova quadam ratione accipi videtur pro eo, quod *Annoſus* eſt. Ita enim ibi legis: *Annos, annua, πολυετής:* Lege *Annoſa, annua*, (ut ſi ſynonyma ſint) Item *Annua, γραῦς πολυετής.* An utrobique pro *annua*, legendum *Anus* pro vetulâ ſcilicet? Nam & hoc quoque ab *annis* eſt.

¶ *Annuum* & *Annua* ſubſtantiva quaſi ſunt, quæ alimentorum cauſſa in ſingulos annos præſtantur. Vide Leg. 10 & 14 de Annuis legatis. Sueton. Tiberio cap. 50, *Juliam peculio conceſſo a patre præbitisque annuis fraudavit.* Et Plinius lib. 10 epiſt. 40, *ut publici ſervi, annua accipiunt*, jährlichen unterhalt. Idem Sueton. Veſpaſ. cap. 18, *Rhetoribus annua centena conſtituit.*

¶ Annuātim, adverb. in Onomaſt. veteri κατ' ἔτος exponitur: ſed elegantius eſt *Quotannis*, de quo infra.

¶ Biennis, e. zweyjährig. Plin. lib. 2 cap. 82 extr. *bienni ſpatio.*

¶ Biennium, i, tempus II annorum. zwey jahr. Cicer. pro Cæcina cap. 19, *Lex uſum & auctoritatem fundi jubet eſſe biennium.* Idem 5 Philipp. cap. 3, *Tribuni pl. tulerunt de provinciis contra acta Cæſaris, ille biennii, iſte ſexennii*, id eſt, de provinciis biennium vel ſexennium retinendis.

¶ Triennium, i, zeit von drey jahren. Cicer. in Bruto cap. 43, *triennio minor, quàm Antonius.*

¶ Quadriennium, i, vier jahr. Cicer. Senect. cap. 4, *quadriennio poſt factus ſum prætor.* Flor. 2 cap. 6, *quadriennii requies.*

¶ Quinquennis, e, fünffjährig. Horat. 2 Satyr. 8 v. 47, *Vino quinquenni.* Colum. 7 cap. 6, *quinquennis caper.*

¶ Quinquennalis, e, idem. Cic. 3 de Orat. c. 32, *quinquennalis celebritas ludorum.* Livius lib. 4 c. 24, *Magiſtratus quinquennalis.* & lib. 31 cap. 9, *quinquennalia vota.* Florus 2 cap. 7 extr. *quinquennales ludi.* Quintilianus lib. 7 cap. 4 extr. *quinquennali exilio multari.*

¶ Quinquennalia abſolute, ut certamina, vel ſpectacula, vel ſimile ſubauditur. Ammianus Marcellinus lib. 21 cap. 1 de Juliano: *Quinquennalia Auguſtus jam ediderat.* Vetus inſcriptio apud Gruter. p. 116 n. 3, NERONIS QVINQVENNALIB. Confer. Sueton. c. 12.

¶ Quinquennium, i, fünff jahr. Cic. 7 ad Att. ep. 6, *quinquennium prorogabamus*, puta Cæſari in provincia. Idem lib. 3 de Legibus cap. 3 de Cenſoribus ex veteri lege: *bini ſunto, magiſtratum quinquennium habento.* Livius lib. 3 c. 30, *Quoniam ipſi quinquennium eluſi eſſent:* Ovidius Metam. 4 v. 292,

> *Is tria cum primum fecit quinquennia,*

hoc eſt, cum XV annos explevit.

¶ Sexennis, e, ſechsjährig. Plautus Pœn. a. 4 ſc. 2 v. 80, *Gnatus inde ſurreptus fere ſexennis.* Add. ibid. a. 5 ſc. 2 v. 27.

¶ Sexennium, i, tempus ſex annorum, ſechs jahr. Idem prologo Pœnuli v. 67, *Sexennio prius, quam moritur pater.* Add. Cicer. ſupra in *Biennium.*

¶ Septennis, e, ſiebenjährig. Plautus eodem prologo v. 66, *Puer ſeptennis ſurripitur Carthagine.* In multis Plauti libris ſcribitur *ſeptuennis*, antique. Conf. Plaut. Menæchm. v. 24.

¶ Septennium, i, tempus VII annorum, ſieben jahr. Prudentius Tetraſt. Vet. Teſt. 6 de Pharaonis Somnio:

> *Vberis, atque famis duo per ſeptennia tempus*
> *Inſtare.*

¶ Octennis, e, achtjährig. Ammianus lib. 18 c. 13, *liberali forma puerum, ut conjectabamus, octennem in aggeris medio vidimus ejulantem.*

¶ Decennis, e. Quintil. 8 cap. 4, *decenni bello* [Priamus] *exhauſtus.* Flor. 1 cap. 12, *decennis obſidio*, Plin. 8 c. 5, *fœmina decennis.* zehnjährig.

¶ Decennalis, e, idem. Ammianus lib. 15 cap. 29, [Valeſ. cap. 12] *decennale bellum.* Vet. Gloſſ. *decennalis*, δεκαετής. Hinc DECENNALIA. Treb. Pollio in Salino: *Decennalia Romæ ab eodem* (Gallieno) *celebrata, & poſt Decennalia Gothi ab eo victi*, i. e. annus decimus imperii feſtus & ſacer. Et VOTA DECENNALIA in nummo Treboniani Galli apud Vaillant P. 2 p. 158, de Numiſm. Impp.

¶ Decennium, i, zeit von zehn jahren. Apulejus de Deo Socrat. p. 52, *Calchas decennium* [belli Trojani] *prædixit.*

¶ Duodecennis & Duodennis, e, zwölffjährig. Sulpic. Severus Dialogo 3 c. 2, *Paterfamilias duodecennem ab utero mutam puellam Martino cœpit offerre.* Idem Dialogo 1 cap. 10, *puer duodennis*, contracto vocabulo, atque ita etiam in MS. reperiri, Jo. Vorſtius adnotavit.

¶ Vicennalis, e, unde *Vicennalia*, ludi viceſimo imperii anno celebrati. Lactantius Mort. Perſecut. c. 17, *Diocletianus perrexit Romam, ut illic vicennalium diem celebraret.* In nummo Conſtantini: VOTA VICENNALIORVM, apud Car. du Freſne Famil. Byz. pag. 27.

¶ Vicennis, e, idem. Optatianus Porphyrius Panegyr. col. 10, *Vicennia vota.*

¶ Tricennalia, ſolennitas anni triceſimi. Oroſius lib. 7 cap. 28 extr. *Tricennalibus ſuis* [Conſtantinus] *Delmatium cæſarem legit.*

¶ Annare

¶ Annare & quod usitatius

¶ Perennare, id est, in multos annos durare, immer währen. Macrob. lib. 1 Saturn. cap. 12. *Ad Annam Perennam sacrificatum itur: ut annare perennareque commode liceat.* Ovid. 3 Art. v. 42, *Arte perennat amor.* ¶ Apud Sueton. tamen Vespasiano cap. 5, *Perennare* est in annum tantum durare. Vide ibi Casaub.

¶ Perennis, e, perpetuum, quasi per annos durans, stets, ewig: ut, *Aquæ perennes*, Cicer. Verr. 6 cap. 48, quæ æstate non exsiccantur. *Fama & laus perennis*, Cicero 2 Div. cap. 30. *Fons perennis*, Hirt. 8 Gall. B. cap. 43. *Monimentum perennius ære*, dauerhaffter als ertz, Horat. dixit 3 carm. od. ultima. Thalamum Danaes, quam ferunt aheneæ turri inclusam, *saxo ferroque perennem* vocat Ovidius 3 Amor. 4, id est firmum, durabilem.

¶ Perennitas, ātis, duratio, währhafftigkeit, dauerhafftigkeit. *Fontium perennitas*, Cicer. 2 Nat. D. c. 39. Vim vocabuli non male exposuit Augustinus Serm. 186 de Tempore, Fer. 2 Pentec. *Perennitas fluminis dicitur, quia non siccatur æstate, sed per totum annum fluit, ideo* perenne, *id est, per annum: sic &* solenne, *quod solet in anno celebrari.* ¶ 2. *Perennitas* fuit etiam in titulis principum. Sextus Rufus c. 2, *ab urbe condita in ortum perennitatis vestræ*, Valentis augusti puta. Symmachus lib. 10 epist. 45 (al. 52,) *perennitas vestra.* Sed hoc est posterioris ævi.

¶ Perenniter, perpetuo, semper. Augustinus lib. 2 de Doctrina Christiana cap. 16, *Novimus arborem ipsam* [oleam] *frondere perenniter.*

¶ Perenniservus, ein ewiger sclave. Plaut. Pers. 3, 3, 16.

¶ Solennis, vide suo loco.

¶ Quotannis, in singulis annis, ut Cicero loquitur lib. 2 de Nat. D. c. 40, jährlich, alle jahr. Idem in Oratore cap. 44, *Mos est Athenis, laudari in concione eos populari oratione, qui sint in prœliis interfecti, quæ sic probata est, ut eam quotannis illo die recitari necesse sit.* Et 4 in Verr. cap. 53, *Siculi ex censu quotannis tributa conferunt.* Statius Theb. 1 v. 666,

hæc stata sacra quotannis
Solennes recolunt epulæ.

De vocis analogia, vide infra in *Quot.*

ANŌDĪNA, orum, ἀνώδινα, medicamenta, quæ somno conciliato dolorem levant, schlaffträncke, Cels. lib. 5 cap. 25 pr.

ANŌMALIA, æ, ἀνωμαλία, inæqualitas, anomalon, ἀνώμαλον, inæquale. Quæ appellationes ut Grammaticæ sunt, ita ex illa intelligi rectissime possunt.

ANŌNIS & Ononis, idis, Ἀνωνὶς, ὀνωνὶς, planta, *Remora aratri*, & *Aresta bovis* appellata vulgo, quod aratra, bubulcis invitis, in mediis sæpe sulcis remoretur spinis acutis suis, stalkraut, hau-hechel. Vid. Plin. 27 cap. 4.

ANŌNYMOS, ἀνώνυμος, sine nomine, ungenant, herba est. Plin. lib. 27 cap. 4. ¶ Anonymus, i, auctor libri, cujus nomen ignotum est: & liber anonymus, qui non est auctoris nomine inscriptus.

ANQUĪNA, æ, qua ad malum antenna constringitur, ut Isidorus interpretatur lib. 19 Orig. cap. 4, ein seegel-seil. Vetus poëta Helvius Cinna apud Isidorum c. l.

Atque anquina regit stabilem fortissima cursum.

Anquiro, anquisite, vide in *Quæro.*

ANSA, æ, λαβὴ, illud est, quo vas aut aliud quidvis manu apprehendi ac teneri solet. der henckel, die handhabe, das öhr. Virgilius eclog. 6 v. 17,

Et gravis attrita pendebat cantharus ansa.

¶ 2. Usitata autem metaphora pro occasione ponitur, & Latinas efficit formulas, quas in Chiliad. Erasmus recenset: ut, *Ansam dare*, apud Cicer. pro Sext. cap. 10, & in Lælio cap. 16. Priori loco ait: *Etiam sermonis ansas dabat, quibus reconditos ejus sensus tenere possemus.* Altero: *optare, ut quam sæpissime peccet amicus, quo plures det sibi tamquam ansas ad reprehendendum.* Sic *Ansam præbere*, *Ansam quærere*; quæ locutiones a Græcis sumptæ sunt, qui illis frequentius utuntur; παρέχειν λαβὴν, λαβὴν ζητεῖν, ursach geben, suchen. *Ansam arripere*, gelegenheit ergreiffen, &c. Vide Erasmum in Adagio, *Ansam quærere.* ¶ 3. Est & *Ansa* in Libra, in qua examen versatur, die laden. ¶ 4. Et *Ansæ* forcipes dicuntur uncinati, quibus pondus pendulum mordicus prehenditur, steinzangen, oder eiserne hacken. ¶ 5. *Ansæ ferreæ*, quibus saxa implumbata, die eiserne klammern, Vitruvio l. 2 c. 8. ¶ 6. Item in calceo die ohren, apud Tibull. 1 Eleg. 6,

Ansaque compressos colligat arcta pedes.

¶ Ansula, æ, diminutiv. Augustinus lib. 2 de Doctr. Christiana c. 20 *de struthionum ossibus ansulæ in digitis*, quod ut superstitionis genus ibi annotatur.

¶ Ansatus, a, um, ansam habens, gehenckelt. ut, *Vas ansatum* apud Colum. lib. 9 cap. 15. Jocose Plautus *ansatum* vocat, qui brachia utrique lateri sic applicavit, ut quasi ansatus appareat. In Persa act. 2 sc. 5 v. 7, *Sed quis hîc ansatus ambulat?* der die arme unterstämmet.

ANSER, ĕris, notæ significationis est, eine gans: & *domesticus* alius, *agrestis* alius seu *ferus*, eine wilde oder schnee-gans. Virg. proverb. ecl. 9 v. 35,

Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinnâ
Digna, sed argutos inter strepere anser olores.

Plin. lib. 10 cap. 22, *Est & anseri vigil cura, Capitolio testata defenso*, &c. Anseres ex Cilicia migrantes Taurum montem aquilis refertum ita transmittunt, ut ori lapidem ingentem inferant, & quasi frenum & retinaculum voci adhibentes, noctu silentes ex insidiis illis aquilarum evadant. Plutarch. lib. de garrulitate. Ælian. lib. 5 Hist. Anim. cap. 29. Eos anseres *Onocrotalos* vocant. De Anseris in cibis præstantia Lotich. not. ad Petron. p. 271. Ejus jecur præfert Martialis lib. 13 Epigr. 58. Conf. Juven. Sat. 5 vers. 113. Athenæus lib. 9 cap. 8. ex quo anseribus ipsis saginandis χηνοβοσκοὺς adhibitos discimus. Anserinum jecur & sacrificiis adhibitum, testis Ovidius lib. 1 Fast. v. 453. ¶ 2. *Anser* & Poëtæ Latini nomen apud Ovid. Trist. lib. 2. v. 435. & Propert. lib. 2. Eleg. ult. Virgilius lacessitus ab hoc æmulo non respondit. Cicero Phil. 13. c. 5, *Falerno Anseres depellantur*, id est, inquit Servius, Anser Poëta, cui M. Antonius agrum Falernum donaverat.

¶ Anserculus, i, dimin. Colum. 8 cap. 14, *Excussos anserculos enecant urticæ, si teneros pupugerint.*

¶ Anserinus, a, um, adject. *Adeps anserinus*, gänseschmaltz, apud Plinium lib. 20 cap. 6. *Sanguis anserinus*, Idem lib. 29 cap. 5.

Ansula, vide *Ansa.*

ANTAE, arum, παραστάδες, columnæ sunt quadræ, utrumque ostii latus munientes: vel *latera ostiorum*, ut Festus interpretatur, thür-pfosten, wand-seulen, Vitruv. libr. 3. cap. 1. Vide infra in *Antes* locum Servii.

¶ Et apud eundem Vitruv. lib. 10 cap. 3, *Antarius funis*: qui tamen non ab *antis* ita dicitur, sed ab ἀνταίρειν Græco verbo, quod *tollere* est, ut Bernardinus Baldus monet.

ANTAEUS, i, Ἀνταῖος, luctator ille & athleta fuit maximo corpore, ac robore insuperabilis in Libya, quem Hercules vicit. Seneca in Herc. Oet. v. 24, *Nullus Antæus Libys animam resumit.* De ejus longitudine, quam tamen fabulosam Strabo censet libr. 17, Plutarchus in Sertorio narrat p. 572. Vide & Lucan. lib. 4 v. 590 & seqq. & Silium lib. 3 v. 40, ac quæ ibi notavimus. ¶ 2. Alium Antæum memorat, & a præcedente distinguit Pindari Scholiastes ad Pyth. 9 stroph. 5, qui Libyæ civitatem Irassam incolens filiam Alcidem præmii loco proposuerit illi, qui vinceret cursu: quo pacto illa cesserit Alexidamo victori.

Antamœbæus, vide *Amœbeum.*

ANTANACLĂSIS, ἀντανάκλασις, ejusdem est verbi contraria significatio; aut cum verbum idem significatione mutatâ repetitur: Ut Euclio, Plautinus, in Aulul. a. 1 sc. 2 v. 9. *Araneas*, inquit, *mihi ego illas servari volo.* Locuta enim erat anus de inani prorsus, præter araneas, domo. At senex araneas intelligit thesaurum, qui anum latebat. ¶ Fit & in talibus Antanaclasis: *Amari jucundum est, si curetur, ne quid insit amari.* Auctor ad Herenn. lib. 4 cap. 14. Et ibidem: *Veniam ad vos, si mihi senatus det veniam.* Vide Rhetoricam.

ANTANDROS, Ἄντανδρος, urbs Phrygiæ. Virg. 3 Æneid. sub initium:

classemque sub ipsa
Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

Causam nominis reddit Mela l. 1. c. 18.

¶ Insulam *Antandrum* quære supra in *Andros*, quæ eadem est.

Antapocha, vide *Apocha.*

ANTAPŎDŎSIS, ἀνταπόδοσις, figura est ad ornatum orationis pertinens Quintiliano, qui eam *redditionem contrariam* dici ait, & accommodationem quodammodo similitudinem facere videtur. Sic enim ait: *In omni parabola aut præcedit similitudo, & res sequitur, aut præcedit res, & similitudo sequitur, sed interim libera & separata est, interim quod longe optimum est, cum re, cujus est imago, connectitur, collatione invicem respondente: quod facit redditio contraria, quæ Antapodosis dicitur. Præcedit similitudo, cujus modo feci mentionem. Inde lupi ceu raptores atra in nebula. Sequitur in primo Georgicôn post longam de bellis civilibus atque externis conquestionem.*

Ut cum carceribus sese effudere quadrigæ,
Addunt se in spacia, &c.

Sed hæc sunt sine Antapodosi. Redditio autem illa rem utramque, quam comparat, velut subjicit oculis, & pariter ostendit. Cujus præclara apud Virgilium multa reperio exempla; sed oratoriis potius utendum est. Dicit Cicero pro Murena: Ut ajunt, in Græcis artificibus eos aulœdos esse, qui cytharœdi fieri non potuerunt: sic nos videmus, qui oratores evadere non potuerunt, eos ad juris studium devenire. Hæc Quint. lib. 8. cap. 3.

Antarcticus, vide infra *Arctos* & sub eo *Arcticus.*

ANTARIUM bellum veteres appellabant, auctore Festo, quod ante urbem geritur. Bernegg. ad Suet. Aug. cap. 1. 2.

ANTE, πρὸ, πρόσθε, præpositio, temporis, loci & dignitatis descriptioni serviens. vor, für. ut, *Ante lucem*, vor tage. Serv. Sulpicius Ciceroni lib. 4 ep. 12, *paullo ante lucem Marcellum diem suum obiisse.* Terentius Eun. 4 sc. 7 v. 24: *Quæ mî ante oculos coram amatorem adduxisti tuum*, unter augen. *Videre, quod ante pedes modò est*, Idem Adelph. 3 sc. 3, 33, was vorhanden ist, vorn füssen liegt. Sed *Gloria belli ante Romanos fuisse*, Sallust. Catil. c. 53, übertreffen, vorgehen. *Ante Jovem haberi*, Curt. 8 c. 7, 13, id est præferri. Tacitus 13 c. 54, *Nullos mortalium armis aut fide ante Germanos esse exclamant.* Sic *ante omnia*, vor allen dingen. Virgil. 2. Georg. 475,

Me verò primùm dulces ante omnia Musæ
Accipiant.

Ante alios carissimus, id est, præ aliis, Nep. in Attico cap. 3. n. 3. *ante oculos civium esse*, sub oculis, idem in Chabr. c. 3, 2. *Ante barbam doces senes*, proverbiale de præcoci sapientia. ¶ In sequentibus adverbii vim habet: *Paullò ante*, kurtz zuvor, *Multo ante*, Terent. Eunuch. 4 sc. 5 v. 7. *Longe ante*, lang vorher. e. gr. Cicero 3 Tuscul. cap. 14, *Longe ante videre mala venientia*, das unglück lang zuvor sehen. ¶ In certo denotando tempore nunc cum accusativo jungitur hæc particula tanquam præpositio; nunc cum ablativo quasi adverbium: quod & in τῷ *post* fieri solet. Corn. Nepos in Datame: *Hùc Mithridates cum uno, cui maxime habebat fidem, ante aliquot dies venit*, kömmt etliche tage eher, als verlaß genommen. Cæsar libr. 1 de B. G. cap. 31, *Paucis mensibus ante.* Tacitus Agricola cap. 28, *anno ante natum filium amisit.* Cicero 1 Tusc. cap. 2, *Themistocles aliquot ante annis* &c. Nepos Miltiade sub f. *Athenienses propter Pisistrati tyrannidem, quæ paucis annis ante fuerat, omnium suorum civium potentiam extimescebant.* Plin. l. 4 c. 16, *Repertus multis ante seculis.* Notandum autem, quando particula hæc cum accusativo jungitur, tum præcedere maximè; cum ablativo conjunctam vel interponi vel postponi, ut allata exempla demonstrant. ¶ Peculiari ratione ponitur apud Cæsarem Comm. 1 de B. Civ. cap. 11, *Neque ante quem diem iturus sit, definiebat.* Nam ibi *ante diem* est, quo die. Cicero libr. 16 ad Tiron. Ep. 3, *Ante D. VIII Id. Novembr. has literas dedimus*, id est, octavo Iduum, sive ipsis idibus. Plinius libr. 15 cap. 18 de ficorum generibus: *Cum inter omnes recentem esse constaret, atqui tertium, inquit, ante diem scitote decerptum Carthagine*, id est, tertio die

ante, vel nudius tertius. Seneca Consol. ad Helviam cap. 15, *quod te ante tertium demum diem, quam percussus sum, securam nec quicquid tale metuentem regredi voluit.* Videtur autem compendiosa locutio esse, pro ante diem tertium finitum. Cic. lib. 6 ad Attic. Ep. 2, *Itaque statim dedi literas, ut ex Cypro Equites ante diem certam decederent*, id est, antequam dies data exiisset. In exprimendis diebus sæpe hæc propositio omittitur, & subintelligenda est. Vt cum dico: *tertio Calendas Januarias, vel tertio Nonas, aut Idus.* Idem enim est ac si dixissem, tertio ante Calendas, ante Nonas aut Idus. vide Priscianum libr. 18. & Manut. Epist. 8 libr. 2. ¶ Sed & alia notio hujus formulæ *ante diem*, nempe ante legitimum tempus, contra naturæ ordinem. Ovid. 1 Metam. v. 148,

Filius ante diem patrios inquirit in annos.

& Papininius Statius lib. 2 Silv. 1 v. 108,

Si tener ante diem, vultu gressuque superbo
Vicerat æquales, multumque reliquerat annos.

¶ *Exante* & *Inante*, pro ante, apud Varronem, Ciceron. Livium, Propert. Vide Varias Jacobi Rævardi, & Muretum lib. 11 Var. Lect. cap. 17. qui tamen has geminatas Præpositiones conjunctas fuisse pertendit, quum Rævardus separatim positas afferat. Mihi Mureti sententia probatur. Cicero in Catil. cap. 3, *Meministine me inante diem VIII Kal. Novembr. dicere in senatu, certo die fore in armis, qui dies futurus esset inante XII Kalend. Novembres?* Vbi observa τὸ *inante* similiter usurpari, quemadmodum paullo ante Cæsarem & Ciceronem simplici *ante* fuisse usos observabamus. Nam *inante D. XIII Kal. Novemb. & inante XII Kalend. Novembr.* est, octavo, duodecimo Kal. Nov.

¶ Anterior, anterius, der fördere. Cæsar lib. 3 de B. C. 63, *Simulque navibus circumvecti milites in anteriorem vallum tela jaciebant.* stürmeten auf die fördere schantze. Sulpitius Severus, elegans in Christianis scriptoribus auctor, lib. 1 Hist. Sacr. cap. 52 de Josia Rege loquens: *Itaque vasa omnia anteriorum Regum superstitionibus idoli consecrata cremavit. Anteriores Reges*, die könige so vor ihm gewesen. Sæpe eo usus Sidonius est: ut quidem frequentius in recentioribus, quam vetustis auctoribus hoc reperitur. V. Cellar. Antibarb. p. 101 & Cur. post. p. 174.

¶ Anteriùs, adverbialiter. Breviar. Fidei adv. Arianos, quod Sirmondus edidit, p. 82, *cessit quæstio de Patre anterius nominato*, id est priore loco seu priore ordine nominato. Onomasticon vetus, *Anterius*, ἔμπροσθεν.

¶ Antequam, ehe denn. Quod à verbo indicativo ferè aut conjunctivo excipi solet: ut, *Antequam pro Muræna dicere instituo*, Cic. pro illo cap. 1. *Antequam de Repub. dicam*, Cicer. 1. Philipp. ineunte. Et disjunctum, *Ante pudor quam te violo*, Virgil. Æn. 4 v. 27. Et 4 Georg. 306, *Ante novis rubeant quam prata coloribus.* Cicero pro Rab. *Quæ caussa ante mortua est, quàm tu natus esses.* Lucretius etiam anastrophen adhibuit lib. 3. v. 986, -- *quam nascimur ante*, pro, ante quam nascimur.

¶ Antea, hiebevor, zuvor. Cic. 15 Att. Ep. 13, *Quod ad te antea, atque adeo prius scripsi.* Cæsar 1 Gall. cap. 17, *oratione Cæsaris adductus, quod antea tacuerat, proponit.*

¶ Antehac, vor diesem. *Quod antehac fecit, nihil ad me attinet*, Terent. Andr. 1 sc. 2 v. 16. *Antehac putabam*, Cicer. 1 ep. 7.

¶ Antīcus, a, um, vorwertig. *Quæ ante nos sunt, antica, & quæ post nos sunt, postica dicuntur.* Festus. *Anticum etiam veteres pro janua posuerunt.* ¶ Antīca, æ, Fœm. ein fördertheil. Sic dicta est pars prior in templo augurali, hoc est, cœli spatio ab auguribus descripti, sicut posterior dicebatur *postica*, præter dextram & sinistram partem. Varro lib. 6 de Lat. Ling. post principium: *Cœlum, qua tuemur, dictum templum. -- Ejus templi partes quatuor: sinistra ab oriente, dextra ab occasu: antica ad meridiem, postica ad septemtrionem.* Eadem fere Servius in Eclog. 9 Virg. v. 15. & Festus in *posticum*; & Frontinus de limit. pr.

Anteactus, vide Ago.

Antecapio, vide Capio.

Antecello, quære in antiquo Cello.

Antelucanus, antelucio, anteluculo, vide in Lux.

ANTEMNAE, arum, Sabinorum oppidum in Italia. Virg. 7 Æneid. v. 631, *Ardea, Crustumerique & turrigeræ Antemnæ*, hoc est, munitæ & ad amnem positæ, Servius.

ANTENNA, æ, κεραία, lignum per transversum in malo positum, in quo velum alligatur, die segel-stange. Vet. Gloss. *Antenna*, κέρας πλοίου. Ovid. in Metam. 11 v. 483, *Antennis subnectere velum*, das segel-tuch anheften. Idem 3 Trist. 4 v. 9,

Effugit hibernas demissa antenna procellas.

Virgilius 3 Æn. v. 549,

Cornua velatarum obvertimus antennarum.

Vbi *cornua* extremitates dixit antennarum.

ANTĒNŎR, ŏris, Ἀντήνωρ, Trojanus fuit præcipua auctoritate princeps, hospes legatorum Græcorum, qui ad Helenam repetendam venerant; qui & Trojam Græcis dedidit. Virg. 1 Æn. v. 242,

Antenor potuit, mediis elapsus Achivis, &c.

Ovidius lib. 4 Trist. v. 75,

Adjice Trojanum suasorem Antenora pacis.

¶ Conditor fuit urbis *Antenoreæ* in Venetia, cujus incolæ Antēnŏrĭdæ dicti fuére: urbi postea nomen *Patavii* inditum. Virgilius e. l. v. 247 de hoc Antenore:

Hic tamen ille urbem Patavî sedesque locavit.

¶ Antēnŏrēus, a, um, adjectivum, idem ac Patavinus. Martialis lib. 1 epigr. 77 ad Val. Flaccum, Patavinum poëtam:

Flacce, Antenorei spes & alumne Laris.

Antepagmenta, antepilanus, antesignanus, antestor, vide in *pango*, in *pilus, signum, testis.*

ANTĔRĬDĒS, plur. ἀντηρίδες, sunt columnæ vel lapides eminentiores, qui interponuntur ad sustinendam structuram, ut Salmasius definit ad Solin. p. 856. Vitruvius lib. 6 cap. 11, *In frontibus anterides sive erismæ sint.* Sing. *Antĕris*, ein pfeiler.

ANTĔROS, Veneris & Martis filius. Cicer. l. 3 de Divinat. c. 33.

ANTES, ium, plurale. Vet. Gloss. *Antes*, στίχοι ἀμπέλων: & rursus: *Antes*, οἱ τῶν ἀμπέλων στίχοι: Vitium ordines. Virgilius Georg. 2 v. 417, *Jam canit extremos effætus vinitor antes.* Vbi Servius: *Alii*, inquit, *extremos vinearum ordines accipiunt: alii macerias, quibus vineta clauduntur: quæ maceriæ fiunt de assis, id est, siccis lapidibus: unde assæ tibiæ dicuntur, quibus canitur sine chori voce. Dicuntur autem* antes *a lapidibus eminentioribus, qui interponuntur ad maceriam sustinendam. Nam proprie* antes *sunt eminentes lapides vel columnæ ultimæ, quibus fabrica sustinetur: & appellantur* antes ἀπὸ τοῦ ἀντιστήκειν. Male. Nam *antes* & *antas*, de quibus supra, & *anteridas* confundit. *Antæ* enim [quæ munimenta & latera ostiorum sunt] itemque *anterides*, quæ in commune structurarum fulcimenta sunt, lapides sunt; *antes* non item. Quo nomine cujuscunque rei, non vitium tantum aut aliarum arborum ordines anteriores, & quæ frontem spectant, appellantur ab *ante*: *antæ* autem & *anterides* Græco fonte cadunt. Cato de re militari apud Servium: *Primo pedites quatuor agminibus, equites duobus antibus duces.* Et hinc in V. Gloss. *Antium*, τάξεων, ὀρχάτων. Nam τάξις cujuslibet rei ordo: sed militum maxime; ὄρχατος vitium & arborum aliarum est. Salmasium vide Exerc. Plin. f. 1216.

Antesignanus, vide Signum.

ANTHĔMIS, ĭdis, fœm. Ἀνθεμὶς, Chamæmelon, vulgò *Camomilla*, kamillen-blumen, kammer-blumen, hermeln. Plin. lib. 22 c. 21.

ANTHEVS, i, dissyllab. filius fuit Antenoris, unus e ducibus Æneæ. Virgil. Æneid. 1 v. 510,

Anthea, Sergestumque videt, fortemque Cloanthum.

ANTHIAS, æ, piscis nomen apud Plinium lib. 9 cap. 59. Ἀνθίας. Dicitur a Græcis ἱερὸς ἰχθὺς, sacer piscis, minis κάλλιχθυς, pulcher piscis, & καλλιώνυμος, pulchri nominis. Ægyptiis piscis hic hieroglyphicon est securitatis a periculorum omnium timore liberæ. Ajunt enim, quo loco Anthias est, nullam ibi belluam esse: Const. Land. in numism. p. 130. Plura Casp. Schott. lib. 10 Phys. cur. cap. 6.

ANTHRAX, ăcis, ἄνθραξ, Latine *carbo*. ¶ 2. Item abscessus quidam ex atra bile, rubore sublivido; quo ulcere non aliud pejus est, & simplex quidem est: *carbunculum* vocant, ein carfunckel, blutschwer, & malignum, eine pestilentz-drüse. vide *carbunculus* in *carbo*. ¶ 3. Vitruvio etiam *Anthrax* minii gleba est, berg-zinnober, lib. 7 cap. 8.

¶ Hinc lapidum & gemmarum nomina, *Anthracitis*, gemma scintillans Plinio lib. 37 cap. 11. eadem *Anthracias* Solino cap. 37 extr. ed. Salmasii, qui in Plinio mavult legi: *In anthracide scintillæ discurrere aliquando videntur*, pro vulgato *anthracitide*, ut sit ab ἀνθρακὶς in recto casu, quod ἴδος in gignente formet. ¶ Est & alia *Anthracitis* in Thesprotia fossilis, Plin. e l. cap. 7, inter carbunculorum genera referenda: & rursus alius hæmatites lapis *Anthracitis* dictus, eodem Plinio auctore lib. 36 cap. 20. Vid. Salmas. in d. l. Solini p. 541 ed. secund.

¶ Anthracīnus color, idem qui ater, schwartze farbe. *Anthracina vestes*, Varro apud Nonium.

ANTHRŌPŎPHĂGI, ἀνθρωποφάγοι, Scythiæ populi humanis carnibus vescentes Plinio sunt lib. 4 c. 12, & lib. 7 cap. 2, menschen-fresser. ¶ 2. Pisces etiam magni & pretiosi anthropophagi, ἀνθρωποφάγοι ἰχθῦς, Athenæo & Eustathio dicti sunt, quod lurconum & prodigorum opes absumant: quemadmodum de linguis carpionum, osculis mullorum (karpen-zünglein, und barben-mäulichen) Germani ludere consueverunt.

¶ Anthropophagia, æ, ἀνθρωποφαγία, barbara & inhumana consuetudo carnes humanas in cibum suum vertendi.

ANTHȲPŎPHŎRA, ἀνθυποφορὰ, figura sententiæ, objectio, oppositio, cùm tacite occurrimus rationi. Vt Virgil. Æn. 4 v. 603,

Verum anceps belli fuerat fortuna: fuisset.

Ovid. in epist. Penelopes principio:

Troja jacet certe, Danais invisa puellis.

Vide libellum de Schematibus.

ANTIAE, arum, προκόμιον, muliebres capilli in frontem demissi. Quod nos contra Græci ἀντὶ dicunt. Festus. haarlocken vorn an der stirn. Apulejus in Floridis de Apolline: *Jam primùm crines ejus præmulsis antiis & promulsis caproneis anteventuli & propenduli.* Vet. Gl. *Antiæ*, κόμαι διὰ τῶν κροτάφων κρεμάμεναι γυναικεῖαι.

Antīca, vide Ante.

ANTICHTHON, ŏnis, ἀντίχθων, orbis terræ, toti globo nostro oppositus in cœlo. Figmentum fuit Pythagoræorum. Qui cum ob denarii numeri perfectionem crederent decem quoque hujus universi orbes numerari oportere, neque notos tamen plures haberent, quam novem, (qui sunt videlicet septem planetarum, in quibus solem putabant mundi centrum obtinere immobilem; octavus stellarum, quas fixas vocant; nonus terræ, seu adeo elementaris naturæ,) decimum ab ingenio finxerunt, nomenque illi dederunt ἀντίχθονος, quæ terræ sit nostræ plane posita ex adverso, sicut illam visui nostro sol interpositus semper adimat. Intelligi hæc possunt ex Aristot. 2 de cœl. cap. 13. & 1 Metaph. 5. Fallitur Cœl. Rhodig. qui 22 Lect. antiq. 14 per Antichthonem eos ait intellexisse lunarem sphæram: tametsi hanc illi opinionem Simplicius præiverat (de quo vide Philos. Altorfin. pag. 470.) Quod autem Clemens Alexandrinus 5 Strom. f. 447 ed. Heins. antichthonem hanc de cœlo beatorum interpretatur, in eo mori suo est obsecutus; gentilium doctrinas flectendi ad sensum religionis Christianæ. Meminerunt ἀντίχθονος aliàs Plutarchus 3 de plac. Philos. 9 & 11, item Porphyr. in vitâ Pythag.

¶ Antichthŏnes, ἀντίχθονες, iidem qui Antipodes, de quibus infra. Sic Antichthones sunt Hispani & Indi. ¶ Sed notandum ex Isaaco Vossio observ. ad Melam p. 2, Antichthones non ita a veteribus accipi, ut vulgo pro antipodibus, sed pro omnibus illis, qui oppositam terram australem inhabitare credebantur, etiamsi in superiori nostro degerent hemisphærio. Ita semper ab Antœcis & Antipodibus distinguuntur. Vide & Schotan. Bibl. H. S. de Secundâ mund. æt. fol. 144. Pompon. Melam lib. 1 cap. 1, *Terra Zonis quinque distinguitur.*

tur. Mediam æstus infestat, frigus ultimas: reliquæ habitabiles paria agunt anni tempora, verum non pariter. Antichthones alteram: nos alteram incolimus. Plin. lib. 6 v. 22, *Taprobanen alterum orbem terrarum esse diu existimatum est, Antichthonum appellatione.* vid. infra *Antipodes.*

Anticipo, anticipatio, anticipator, vide Capio.

Anticus Festi & Varronis, vide Ante.

ANTĪCȲRA, æ, duplex est: altera in Phocide, altera in Bœotia ad sinum Maliacum, helleboro clara: de quarum utraque adagium intelligitur: *Naviget Anticyras*, apud Horat. lib. 2 Satyr. 3 v. 166, de homine parum integræ mentis. Horatii verb. ex antedicta Satyra sunt:

Verum ambitiosus & audax
Naviget Anticyram. Et ibidem v. 82,
Danda est hellebori multo pars maxima avaris,
Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.

Et in Arte Poët. v. 300, *Tribus Anticyris caput insanabile*, &c.

ANTĬDŌRUM, i, ἀντίδωρον, remuneratio. Vtitur Vlpian. in titulo de petitione hereditatis: *Si antidora acceperunt*, &c.

ANTĬDŎTUS, i, & Antidŏtum, neutrum; illud fœmininum, ἀντίδοτος, remedium contra venena. Quintil. lib. 7 cap. 2, *Ille datum ei venenum dixit, sed se antidotum daturum.* Serenus Samonicus c. 62,

Antidotus verò multis Mithridatica fertur, &c.

Vide Mithridates: & plurali *antidotos honestas* idem Serenus dixit cap. 47 sub fin. Adde Cl. Schefferum in Phædri 1 Fab. 15.

ANTĬGĬNES, pastoris incertum an chorаulæ nomen, quem amavit Virgilius. Ipse Ecl. 5, *Non tulit Antigenes, & erat tum dignus amari*, & ibi Servius.

ANTĬGĔNĬDAS, æ, Ἀντιγενίδης, Musicus fuit Thebanus, de quo Suidas, Gell. lib. 15 cap. 17; & Valer. Max. lib. 3 cap. 7, *Is discipulo Ismeniæ, cum scite canens populo minus probaretur, Mihi*, inquit, *cane & Musis; admonens, prorsus esse contemnendum imperitæ multitudinis judicium*, &c. Idem *cum esset tibicinio apprime nobilis, nihil æque se laborare & animo angi ac mente, dicebat, quam quod monumentarii ceraulæ tibicines dicerentur*, ut Apulejus Floridis lib. 1 refert: quod tamen de Ismeno Dio Chrysostomus prodidit, ut Jacob. Nicol. Loensis lib. 6 Epiphyllid. cap. 8. observat. Antigenidæ & apud Athenæum mentio fit. Plutarch. in apophth. sub Epaminonda Thebano: *Nunciante quodam, Athenienses exercitum novis armis ornatum in Peloponnesum misisse:* quid tum postea, *inquit*, an gemit Antigenidas, novas fistulas Telline nacto? *Erant autem tibicines; Antigenidas optimus, Tellis pessimus.*

ANTIGONE, es, filia Oedipi, regis Thebanorum, quæ patri cæco in exilium acto viæ dux fuit; occisa à Creonte tyranno, cum pro more fratrum suorum, Eteoclis & Polynicis, corpora cremasset; ad mortuæ tumulum amator Hæmon, Creontis filius seipsum interfecit. Propertius 2. Eleg. 7,

Quid? non Antigones tumulo Bœotius Hæmon
Corruit ipse suo saucius ense latus?

Conf. Seneca in Oedipo, Statius in Theb. lib. 12. & Sophocles Tragœdiâ cognomine.

¶ 2. Fuit & Antĭgŏne, Laomedontis filia, & soror Priami, cujus fabulam require apud Ovid. 6 Met.

ANTĬGŎNUS, i, Ἀντίγονος, dux Alexandri Magni, postea rex Asiæ, de quo multa in Eumene Nepotis. Is, pecunias acriter exigenti sibi cum quidam objecisset, talem minime fuisse Alexandrum: *Et meritò*, respondit, *is enim Asiam demetebat, ego verò spicas colligo:* ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἐθέριζε τὴν Ἀσίαν, ἐγὼ δὲ καλαμῶμαι: Plutarch. in Apophthegmat. Imperatorum. ¶ 2. Fuit & *Antigonus* alter, cognomento *Gonatas*, huic nepos ex filio Demetrio Poliorcete, rex Macedoniæ. ¶ 3. Antigonus hoc nomine tertius, Macedoniæ rex, secundi nepos, cognomento *Doson*, (quasi cunctatorem in repræsentando promisso dicas, quod subinde petentibus quippiam δώσω responderet,) tutor fuit Philippi ejus, quem Romani debellaverunt, post etiam vitricus & in regno antecessor. Hunc Antigonum *Servatorem* Græci & *Benefactorem* vocabant, multaque de eo sunt in Arato & Cleomene Plutarchi, & apud Polybium. ¶ 4. Antigonus Carystius, scriptor Græcus, cujus operâ Vossius de histor. Græc. recenset.

¶ Antigŏnēa, nomen urbium ab Antigono, vel in ejus honorem conditarum, ut in Macedonia, Plin. 4 cap. 10; in Arcadia, ibidem cap. 6; &c.

ANTIGRAPHUM, i, ἀντίγραφον, exemplar descriptum vel depictum, eine copey, abschrifft, gegenschrifft, tabula ad imitationem alterius depicta.

¶ Antigrapheus, ἀντιγραφεύς, receptor, custos scilicet pecuniarum principis ex coactione. *Custodem* enim Cicero vocat in orat. contra Rull. *Contrarotulatorem* vulgus Gallicum appellat, ein copiste, gegenschreiber. Consule Lexica Græca; & Budæi annotationes. vid. et. Wolff. annotat. ad Demosth. Tom. 5 p. 363.

ANTILEGOMENA, Ἀντιλεγόμενα, contradictiones, Plin. lib. 20 c. 8, *Petronius Diodorus, qui Antilegomena scripsit*, &c.

ANTĬLŎCHUS, i, Ἀντίλοχος, Nestoris filius, cæsus in bello Trojano à Memnone, ut Homerus retulit. Juvenal. satyr. 10 v. 252,

cum videt acris
Antilochi barbam ardentem.

Horat. 2 Carm. Ode 9, *At non ter ævo functus amabilem*
Ploravit omnes Antilochum senex.

ANTĬMĂCHUS, i, Colophonius, poëta Græcus, Ἀντίμαχος, qui auditoribus suis, cum poëma obscurum quoddam recitaret, se deserentibus, solo vero Platone manente, dixit: *Plato unus instar mihi omnium est*, seu *Plato mihi pro omnibus.* Catull. epigr. 96,

At populus tumido gaudeat Antimacho.

ANTIMONIUM, i, ita stibium appellant officinæ, spießglaß. Vide *Stibium.*

ANTINOMIA, æ, ἀντινομία, leges contrariæ. Vtitur eo nomine Quintilianus lib. 7. cap. 8. ¶ 2. Appellant ita & dogma eorum, qui negant ad Ecclesiam pertinere legis usum. Quorum superiori seculo princeps fuit Joannes Agricola Islebius. Ipsi vero appellati

¶ Antinomi, gesetzstürmer. Vide Theologorum libros.

ANTĬNŎUS, i, Princeps inter Penelopes procos; de quo multa Homerus Odyssea. ¶ 2. Alius adolescens insigni forma, & ideo Hadriano Imp. in deliciis, amatusque usque adeo, ut mortuum divinis honoribus affici jusserit, & urbem Ægypti de novo conditam ejus nomine appellârit. Vide Spartianum in ejus vita; quæque ad eam duo summi viri Casaubonus Salmasiusque annotârunt.

ANTĬŎCHUS, i, Ἀντίοχος, nomen fuit regum Syriæ, qui fuere: *Antiochus Soter, Antiochus Deus, Antiochus Magnus, Antiochus Epiphanes:* aliorum cognomina *Philopator, Grypus, Sidetes, Cyzicenus, Pius, Asiaticus* &c. Tredecim enim hujus nominis in Syriæ partibus regnaverunt. Vide Vaillantii Historiam Regum Syriæ ex numismatis expressam. Horat. 3 carm. od. 6, *ingentem cecidit*
Antiochum, Annibalemque dirum.

¶ 2. Fuit præter hos *Antiochus Ascalonita*, ex Academia vetere dicendi peritissimus, Luculli, Ciceronis & Bruti præceptor; Plutarch. in Lucullo. ¶ 3. *Antiochus Syracusanus*, Xenophanis filius, historicus, librum de Italia edidit, qui sæpe allegatur Straboni, ac Diodoro lib. 12. Vide Voss. de H. Gr. p. 456 & 504. ¶ 4. *Antiochus, litteratus* T. Pomponii Attici servus, de quo Cicero lib. 13 Ep. 33.

¶ Antiochia, æ, sive Antiochēa, Ἀντιόχεια, penultima porrecta, ut in Alexandrēa, de qua supra diximus. Plures hujus nominis sunt urbes, ab Antiochis regibus nomen ducentes. Celeberrima omnium & metropolis, *Antiochia ad Orontem* fluvium, quam Cicero quoque laudavit pro Archia cap. 3. In hac Christi sectatores primum *Christiani* appellati sunt, ut ex actibus Apostolorum cap. 11 manifestum est. Ausonius de Vrbibus:

Tertia Phœbeæ lauri domus Antiochia.

¶ 2 Alia Antiochia Pisidiæ fuit, itidem in Apostolorum actibus memorata: rursus alia πρὸς Ταύρῳ cognominata, in Syria Commagene: & alia super Mæandrum fluvium ad Cariæ fines, ut taceamus, quas Cilicia, Assyria & aliæ partes Orientis habuisse a Geographis dicuntur, quos consulas.

¶ Antiochensis, e, & Antiochēnus, a, um, gentilia. Tacitus Hist. 2 c. 82, *Apud Antiochenses aurum argentumque signatur.* Gellius l. 7 c. 19, *Antiochena pecunia*, quamquam hæc ab rege potius, quam urbe ibidem denominatur.

¶ Antiŏchis, idis, fœmineum gentile, ἀντιοχίς, Stephano Byzantio etiam proprium reginarum nomen.

ANTĬŎPA, æ, Ἀντιόπη, Lyci fuit Thebanorum regis uxor, ex qua Jupiter Zethum & Amphionem genuit; qua de re Pacuvii Tragœdia. Hinc Pers. Satyr. 1 v. 77,

Sunt quos Pacuviusque & verrucosa moretur
Antiopa, ærumnis cor luctificabile fulta.

ANTIPĂTER, tri, Ἀντίπατρος, Jolai fuit filius, e Paliura civitate Macedoniæ, discipulus Aristotelis, Alexandrique miles primùm, deinde dux, postremo successor, Suid. Plutarch. ¶ 2. Antipater alius fuit Sidonius, poëta nobilis, qui ex tempore innumerabiles pene faciebat versus, quemadmodum meminerunt Cicero de Orat. lib. 3 c. 50, & Quintilianus lib. 10 cap. 7. ¶ 3. Alius rursus Tyrius, Philosophus Stoicus, Catonis Vticensis præceptor, ut Plutarch. indicat in Catonis vita. ¶ 4. Et Hierapolitanus alius Sophista nobilis, præceptor liberorum Severi Principis, cujus res gestas scripsit, & magister epistolarum fuit, ut auctor est Philostratus. ¶ 5. Antipater denique Ascalonita Herodis fuit regis pater, vir maximus & potentia præstans.

¶ Antipatris, idis, oppidum Palæstinæ juxta mare mediterraneum, ab Antipatro, Herodis patre renovatum, inter Hierosolymam & Cæsaream situm. Vid. Actus Apost. c. 23 v. 30.

ANTIPĂTHĪA, æ, Ἀντιπάθεια, repugnantia rerum & naturarum est, hoc ipsum videlicet, quo inter se naturæ dissident: ut Sympathia (συμπάθεια,) est, quâ sibi congruunt. Plin. lib. 20 cap. 4 de hyssopo & raphano: *Hæc antipathia est.* Idem 24 cap. 9, *mirabilis antipathia.* Hanc idem cum sympathia lib. 20 præfat. *Odia, & amicitias rerum* appellat: Manilius *amorem, & odia* lib. 2 v. 518. vide infra *Sympathia.* Exempla vide in libro eruditissimo Divinationum Peuceri. De caussis Antipathias lege Sext. Empiricum lib. 1 Pyrrhon. Hypotyp. p. 10.

¶ Antĭpathes, ἀντιπαθές, corallium nigrum est Dioscoridi lib. 5. Plinio lib. 37 cap. 10, & Ctesiæ apud Stobæum, gemma contra effascinationes. Lævius Poëta vetus inter philtra recenset apud Apulejum Apologiâ p. 294, *Philtra omnia undique eruunt,*
Antipathes illud quæritur:
Trochisci, jynges, tæniæ, &c.

ANTĬPHĂNES, Ἀντιφάνης, Græcus medicinæ professor, ex quo dictum illud Clemens Alexand. lib. 2 pædagogi retulit, μία τῶν νόσων αἰτιῶν, τῶν ἐδεσμάτων ἡ πολυειδία, hoc est, *Vna morborum caussa est ciborum varietas.* ¶ 2. Alius Antiphanes, Olymp. 93 mediæ Comœdiæ Poëta: Voss. de Poët. Græc. p. 41. ¶ 3. Alius scriba equitum Alexandri Magni. Curt. lib. 7 c. 1.

ANTĬPHĂTES, Ἀντιφάτης, nothus Sarpedonis filius, de quo Virg. 9 Æn. v. 696, *Et primum Antiphaten, (is enim se primus agebat,)*
Thebanâ de gente nothum Sarpedonis alti.

¶ 2. Fuit & Læstrygonum Rex Antiphates, è posteris Lami. Vide Silium lib. 8 v. 531, & quæ ibi adnotavimus.

ANTĬPHON, ontis, Ἀντιφῶν, orator fuit Atheniensis, cujus exstant orationes aliquot Græcæ. Sciendum vero ex Hermogene lib. 2 de form. Orat. cap. 2 p. 496, cum plures fuerint Antiphontes, rhetores ex his eosdemque Athenienses duos fuisse, quamquam confundi passim eos videas. Quos Suidas distinguit, qui & tertium videtur adjicere. Ab utroque, opinor, distinguendus & ille est Antiphon, qui Philippi Magni sive Platonis ætate, (ut habet Vossius cap. 54 de scient. Mathem. pag. 327) quadraturam circuli invenire studuit. Mentio ejus apud Aristotelem 1 Soph. elench. 2, & 1 Phys. 2, fortè & 2 Phys. 1.

ANTIPHRASIS, dictio vi etymologiæ contrarium significans: ut, *bellum*, quasi minime bellum; *Manes*, quasi minime boni. *Manum* enim antiqui bonum dicebant, Servio teste; *Eumenides*, quasi minime benevolæ. Sed in exemplis caute agendum, ne antiphrasin fingamus, ubi nulla est. Ita *Lucum* sunt, qui dictum velint per antiphrasin, quod minime luceat, & in his Hieronymus Epist. 100 sub finem: quem tamen alii absque antiphrasi malunt a luce sacrificiorum ita dictum. Imo sunt eruditi, qui negent, ullum vocabulum esse per antiphrasin dictum, ut Luc. Joann. Scoppa 1 Collect. 18. Quem secutus Vossius ἀντίφρασιν vocat inane Grammaticorum commentum F. 196 Etymol. voce Lucus.

ANTĬPŎDES, um, qui & *Antichthones*, de quibus supra. *Antichthones* dicti, quod terra eorum nostræ contra posita sit ac subdita: *Antipodes*, quod adversus nos vestigia ponant. Cic. lib. 4 Acad. Quæst. cap. 39, *Nonne etiam dicitis esse e regione, e contraria parte terræ, qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis?* Non esse Antipodas, putarunt nonnulli ex veteribus, quorum rationes videre licet apud Plutarchum libro de facie in orbe Lunæ; præcipue vero Christiani. vide Lactant. lib. 3 Instit. Divin. cap. 24, (verba ejus quære in *Alius*, sub *Aliquis*.) itemque Augustinum lib. 16 de Civit. Dei c. 9. Nec mirum; quippe qui & rotundam negabant terram. V. Theophilum Antiochen. lib. 2 ad Autolycum. Sed esse Antipodes necessario, probatur ex sphæricâ figurâ terræ. Vide & Plin. lib. 2 c. 65. ¶ Festive ac lepide Seneca Ep. 122 luxuriosos homines, qui noctu potant, interdiu dormiunt, & ita cæteris, frugi qui sunt, contraria faciunt, *Antipodas* vocat: quem locum operæ pretium erit videre, ut & Cœl. Rhodig. 9 Ant. Lect. c. 13.

¶ Antipus, antipodis, Singulare, ἀντίπους.

Antiptosis, figura Syntaxeos, ἀντίπτωσις, vide *Syntaxin*.

Antiquarius, antique, antiquo &c. quære mox in *Antiquus*.

ANTĪQVVS, a, um, vetus, alt. Ennius apud Ciceronem fragm. lib. 5 de Rep. *Moribus antiquis res stat Romana virisque.*

Videtur autem *antiquum* majus; *vetus* minus esse. Nempe *veteres* sunt, qui paullo ante nos fuerunt; *antiqui*, qui & ante veteres vixerunt. Quare & Plautus Trinum. a. 2 sc. 2 v. 99, cum conjungit hæc duo, quando ait, *Historiam veterem atque antiquam hæc mea senectus sustinet*: τὸ *vetus*, ut minus priore loco; *antiquum* ut majus, postremo ponit. Gellius lib. 1 cap. 10, *Curius, & Fabricius, & Coruncanus, antiquissimi viri nostri: & his antiquiores Horatii illi trigemini.* Curtius 8 cap. 8, *antiquissimi Macedoniæ reges.* Refertur inter Periandri apophthegmata: *Legibus utere antiquis, obsoniis autem recentibus*, alte gesetz und frische kost die besten, τοῖς μὲν νόμοις παλαιοῖς χρῶν, τοῖς δ' ὄψοις προσφάτοις. ¶ *Homines antiqui*, id est, optimi & probi. Terent. in Adelph. a. 3 sc. 3 extrem. *homo antiqua virtute & fide*, einer von der alten frommen welt, ein redlicher und treuer mann. Idem in And. a. 4 sc. 6 v. 23, *Optime hospes pol Crito, antiquum obtines*, du bist noch der gute alte Crito. Hinc *antiqui*, qui moribus antiquis præditi sunt, graves, sinceri, boni, candidi, probi, sine fallaciis, & fuco, & utiles magis, quam blandi ac jucundi; aufrichtige leute, ohne falsch. Vellejus Paterculus lib. 2 c. 49, *Vir antiquus & gravis Pompeji partes laudaret magis, prudens sequeretur Cæsaris.* Cicero lib. 9 ad Attic. Ep. 15, *Quod scribis, asperius me, quam mei patiantur mores, de Dionysio scripsisse, vide quàm sim antiquorum hominum.* Ita Senecæ *antiqua* appellatur, pudicitiæ & honestatis studiosior, quam ornatûs ac cultûs, lib. 3 de Benef. cap. 16. ¶ Græci quoque ἀρχαίους vocabant homines simplices, rudes & minùs fictos ac fucatos, quod eruditiss. Maussacus ad Harpocrationem observat pag. 97. Sed & Aristoteles lib. 2 Polit. cap. 6, ἀρχαίους simplices stolidosque notat. Et ita *Antiquum* & *Prudentem* opposuit Vellejus loco supra adducto. Aliter tamen Cicero de antiquitate, ut videtur, existimavit; cujus verba 1 Tusculana cap. 12, hæc sunt: *Et primò quidem utemur omni antiquitate, quæ quo propius aberat ab ortu & divina progenie, eò melius ea fortasse, quæ erant vera, cernebat.* Ac eâ de caussa Cæcilius apud Minucium *majorum disciplinam*, ANTISTITEM VERITATIS appellat. Socrati etiam apud Platonem Theæteto verisimile videtur, qui nos ætate præcesserunt, sapientiores fuisse. Simili ratione & *Veteres* iidem dicebantur, de quo suo loco. *Eadem notione Græci usurparunt vocem παλαιὸς. Suidas in Αἰδεσία: ὁ δὲ ἁπλούστερος, καὶ ἔτι παλαιότερος, *ille vero simplicior & antiquior*; παλαιότερος, *antiquior*, id est minus fucatus & callidus. *Grævius.* ¶ Antiqui, item senes sunt & magno natu: præcipue recentioris Latinitatis Scriptoribus. V. Interpres Jobi c. 33 v. 6, *Junior sum tempore, vos autem antiquiores.* Vlpianus L. 1 D. de albo scribendo: *Inter Duumvirales antiquissimus quisquis prior.* Item *Senectus antiquior*, i. e. grandior, provectior D. Hieronymo dicta Epist. ad Paulum Concordiensem. *Antiqui senes*, *antiqui avi* apud Tibullum. ¶ *Antiquum* etiam dicebant, quod in antiquum morem fiebat. Plin. lib. 2 Epist. 11. *Jam hoc ipsum pulchrum & antiquum, Senatum nocte dimitti, triduo vocari, triduo contineri*, wie fein war es doch, und nach dem alten schlag. Buchneri notas ibi vide. ¶ *Antiquiorem locum* pro priori dictum reperias ap. Gell. 5 cap. 13, *Masurius Sabinus in libro Juris civilis III antiquiorem locum hospiti tribuit, quàm clienti.* ¶ *Antiquam patriam* apud Virgilium Servius caram interpretatur Æn. 2 v. 137, & *Antiquam terram* Æn. 1 v. 531 nobilem. ¶ *Nihil mihi antiquius aut prius*, vulgatissima formula est. Vbi *Antiquius*, carius, venerabilius, sanctius, significat. vide suo loco *prius*. *Nihil antiquius*, hoc est, *potius*. Cic. ad Atticum lib. 2 epist. 22, *Nihil sibi antiquius amicitiâ nostrâ est*, id est, nihil prius, potius aut præstantius, er achtet nichts mehr oder höher, als unsere freundschafft. Et ad fam. lib. 10 ep. ult. *Nihil antiquius communi salute judicavi.* Et in Philipp. 13 cap. 3. *Nihil antiquius vita existimare*, ihm nichts mehr lassen angelegen seyn, als sein leben. Idem Attico lib. 10 ep. 8, *Navalis apparatus ei* [Pompejo] *semper antiquissima cura fuit.*

¶ Perantiquus. Cic. in Verr. 6. c. 2, *sacrarium perantiquum.* Idem in Bruto c. 10, *Themistocles, ut apud nos perantiquus; ut apud Athenienses, non ita sane vetus.*

¶ Antiquitas, ātis, das alterthum. *Antiquitas generis*, Cic. pro Font. c. 14, das alte herkommen. *De antiquitate aliquid ab aliquo requirere*, Nepos in Attico c. 20, 2. id est, consulere aliquem, quomodo res antiquæ se habuerint. Sic Varro scripsit libros *Humanarum antiquitatum*, quos Plinius citat. l. 13. c. 13. ¶ 2. pro ipsis antiquis. Plinius lib. 12 cap. 19 pr. *fabulose narravit antiquitas* &c. ¶ Item antiqui mores. Cic. 2 de Divin. c. 33, *Errabat multis in rebus antiquitas, quam vel usu jam, vel doctrina, vel vetustate immutatam videmus.*

¶ Antīquitus, adverb. von alters her. Cæsar 2 B. Gall. c. 4, *plerosque Belgas esse ortos a Germanis, Rhenumque antiquitus transductos.* Idem lib. 6 cap. 4, *Æduorum antiquitus erat in fide civitas.* Plinius Paneg. cap. 31, *Percrebuerat antiquitus, urbem nostram, nisi opibus Ægypti, ali sustentarique non posse.*

¶ Antiquo, avi, atum, are, verb. est abrogare, abschaffen, abthun; Cic. in Offic. 2 c. 21, *Philippus legem Agrariam tulit, quam tamen antiquari passus est.* Livius 5 cap. 30, *legem una plures tribus antiquarunt.*

¶ Antique, adverb. alt, altvâterisch. Horat. 2 Epist. 1. v. 66, *nimis antique dicere.* Compar. Antiquius. Tacitus Germ. cap. 5, *simpliciùs & antiquiùs permutatione mercium utuntur.*

¶ Antiquarius, i, antiquitatis studiosus, maxime in verbis & sermone. Dial. de Orat. c. 21, *Nec quemquam adeò antiquarium puto, ut Cœlium ex ea parte laudet, qua antiquus est.* Add. Suet. Aug. c. 86. Fœm. usus Juvenal. Sat. 6 v. 453,

Ignotosque mihi tenet antiquaria versus.

¶ 2. Antiquarius est librarius, qui codices vetustos describit. Sidonius Appoll. lib. 9 epist. ult. *Licet antiquarium moraretur inficcabilis gelu pagina, & calamo durior gutta.* Et clarius Cod. Theod. Lege 2 de stud. liberal. urbis Romæ & Const [*Antiquarios ad bibliothecæ codices componendos, vel pro vetustate reparandos, quatuor Græcos & tres Latinos, scribendi peritos, legi jubemus.* Gloss. vetus: *Antiquarius*, ἀρχαιογράφος, καλλιγράφος, φιλαρχαῖος. Hieronymus in hac notione adjective usus est epist. 6 ad Florentium. *Habeo*, inquit, *alumnos, qui antiquariæ arti serviunt.* Loquitur autem de codicibus bibliothecæ describendis.

ANTIRRHINVM, ἀντίῤῥινον, anarrhinum, ἀνάῤῥινον, bucranion, βουκράνιον, quod semen hæc verba habeat vitulini capitis formam referens; Galeno, Cynocephalea & Angallis silvestris, synonyma sunt herbæ, quam Germani dicunt, orant, den alten weibern wol bekandt. Ad veneficia enim illâ utuntur, stärckkraut, streichkraut. Plin 25 c. 10.

Antisophistes, vide in *Sophista*.

Antistes & Antistita, vide *Sto*.

ANTISTHĔNES, is, Ἀντισθένης, Philosophus fuit Socraticus, Diogenis præceptor, qui adolescenti, cùm ei se in disciplinam tradere vellet, rogaretque, quibusnam rebus sibi opus esset, respondit, *libro novo, stilo novo, novaque tabella* (animum in his omnibus una significans) βιβλιαρίου καινοῦ, καὶ γραφίου καινοῦ, καὶ πινακιδίου καινοῦ, τὸν νοῦν παρεμφαίνων. [Dum καινοῦ dicebat, intelligi simul volebat divulsis syllabis, καὶ νοῦ.] Interrogatus item, quid omnium esset apud homines beatissimum? εὐτυχοῦντα, ἔφη, ἀποθανεῖν, *felicem mori.* Rursus interrogatus, quænam esset disciplina maximè necessaria? *mala*, inquit, *dediscere*: τῶν μαθημάτων ἀναγκαιότατον τὰ κακὰ ἀπομαθεῖν. Diogen. Laërt.

ANTISTOECHON, vel antistichon, ἀντίστοιχον, figura dictionis, quæ & *Antithesis* Mosellano est, quâ littera pro littera ponitur, ut, *magalia* pro *magaria*, *Olli* pro illi, *Venit & upilio*, pro *opilio*, apud Virgil.

ANTISTRŎPHE, ἀντιστροφὴ, conversio, species repetitionis, quam ex libro de Schematibus pete; cum scilicet in eamdem orationis partem membra aliquot periodi desinunt, ut, *Frumenti maximus numerus e Gallia: peditatus amplissimæ copiæ e Gallia: equites numero plurimi è Gallia.* Cicer. pro Font. Figura est contraria Epanaphoræ. Vide *Epanaphora*.

ANTITHĔTON, ἀντίθετον, sive Antithesis figura, quâ contrariis contraria opponuntur. Vt Ovid. 1 Metam. v. 19, *Frigida pugnabant calidis, humentia siccis.* Quintil. *Contra positum* vertit, & *contentionem*: ut, *Odit populus Romanus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit.* Fit plurimis modis, de quibus doctissime Quintilianus 9 cap. 3.

ANTIVM, i, oppidum vetus in Latio juxta mare, in quo templum erat Fortunæ. Horat. 1 carm. ode 36,

O diva, gratum quæ regis Antium.

Hujus navium rostris suggestus in foro Romano adornatus, templumque *Rostra* appellatum. Livius lib. 8 cap. 14.

¶ Antias, ātis: Antiādes incolæ Antii. Livius c. l. *Interdictum mari Antiati populo est.* Idem lib. 6. c. 33, *Antiates victi malis, subactique bello.*

ANTIVS Restio, legem tulit, ne quispiam foris cœnaret; quam ne contemnere videretur, nunquam ipse foris cœnare voluit; Macrob. lib. 3 Saturn. c. 17.

ANTLIA, æ, ἀντλία vel ἀντλεία, ein ziehenmer, apud Martialem est lib. 9 epigr. 19, *Curta laboratas antlia tollit aquas.*

Videtur ejusmodi esse machina, quam Saxones eine pumpe oder plumpe vocant; In *Antliam condemnari*, apud Sueton. Tiberio cap. 51 extremo, est ad exhauriendam sentinam, vel aliam aquam, damnari: de quo supplicii genere locus apud Artemidorum est lib. 1 Onirocrit. c. 50. tùm aliis eruditis ante, tùm eruditissimo Casaub. etiam ad Suetonium observatus. De re ipsa consulendus Lipsius lib. 2 Electorum c. 15, itemque Pithœus lib. 2 Advers. subsec. cap. 16.

¶ Ancla idem est, quod nomen Salmasius in Vopisci Bonosum sub finem ex veteri epigrammate probat, & *haustrum* interpretatur.

¶ Antlo, vel *anclo*, are, Græcum est ἀντλῶ, significat idem quod haurio. Vsus hoc simplici Livius est apud Festum. Vet. Gloss. *Anclare*, ἀντλῆσαι.

¶ Cæterum *exantlo, avi, atum, are*, ἐξαντλᾶν, quod & *exanclare* legitur, usitatius est, idque proprie, exhaurire, ut *vinum poculo exanclare*, apud Plautum Sticho actu 1 extremo, ausschöpffen. Deinde

pati

pati & patiendo superare. Lucilius apud Nonium: *quantas ærumnas, quantosque labores exanclâris*, id est, perpessus sis, mühe und arbeit ausstehen. Cicero quoque Tuscul. lib. 1 cap. ult. *omnes labores exantlavisse.* Et idem 4 Acad. c. 34, *Credo Clitomacho ita scribenti, Herculis quemdam laborem exantlatum à Carneade.* Item 2 de Divinat. c. 30 ex Homero convertit:

Tot nos ad Trojam belli exantlavimus annos.

sicut Ennius apud Nonium, *illum exanclavi diem.*

ANTOECI, Ἄντοικοι, ab Antipodibus differunt, ac sunt, qui trans Æquinoctialem Parallelum, æqua latitudine ab eodem distantem, nobis in hemisphærii sui conformi latere sunt siti, quibus nostri Antipodes Periœci sunt. *Antœci* autem dicuntur, quod non contrariam, ut Antipodes, sed diversam Austrini lateris terram habitent: cum quibus nobis convenit in unitate diei, imo meridiei, propter unitatem Meridiani. Verum cùm apud nos longissimus est dies, apud illos brevissimus est, propter contrariam latitudinem. Differunt & aliis temporum à nobis varietatibus: sicut autumnus fit ipsis in ariete, cùm nobis ver est; in cancro hiems, cum nobis est æstas; in primo gradu libræ veris sunt ipsius initia, cùm nobis autumni; in capricorno bruma nobis, cùm illis æstas fit.

¶ Periœci, περίοικοι, circumcolæ, qui sub eodem Parallelo, & Meridiano, per polos ducto habitant; qui simul hiemem, simul æstatem, & tempora anni reliqua, nobiscum habent; in hæc tantùm à nobis diversi, quod nec eumdem ortum, nec occasum habent noctis, & contra. Vadian. in lib. 1 Pomp. Mel.

ANTONĪNUS, i, cognomen aliquot Rom. Imperatorum. Inter quos tamen duo maxime illustres *Titus Fulvius Bojonius Antoninus*, à clementia & lenitate *Pius* appellatus; quique illi successit *M. Antoninus Philosophus*, qui *sanctitate vitæ omnibus Principibus antecelluit*, ut de eo Capitolinus scribit, qui utriusque vitam exsequutus est. Vltimus & ipse de se libros 12 Græce scripsit magna refertos sapientiâ, qui hodieque supersunt. v. Voss. de Hist. Gr. p. 226.

ANTŌNIUS, i, M. Antonius Orator, cujus familiarissimam ubique mentionem facit Cicero. Filios & nepotem habuit, Marcum, Cajum, & Lucium Antonios. Inter quos M. Antonius Triumvir, Ciceronis hostis, & parricida, homo in otio luxuriosissimus, in negocio laboriosissimus, quemadmodum de ipso dictum fuit. Captus amore Cleopatræ, post repudiatam Octaviam Augusti sororem, ad Actium navali prælio superatus ab eodem, Alexandriæ, quo confugerat, obsessus rursus ab Augusto, gladio sponte incubuit, annum agens suæ vitæ 56. Plutarchus, ex quo reliqua de hoc homine petantur. *Cajus Antonius*, Ciceronis in consulatu collega: *Lucius*, Marci frater, bello Perusino notus, de quo Florus videatur. ¶ 2. *Antonii Juliani* Rhetoris Romani Gellius meminit. ¶ 3. De *Antonio Gniphone*, Grammatico juxta ac Rhetore, cujus Scholam & Cicero ipse frequentavit, Suetonius de illustr. Grammat. cap. 7. ¶ 4. *Antonii Musæ*, Augusti Principis Medici, meminit Horat. lib. 1 Ep. 15. ubi vide Interpretes. Ei statuam æream posuisse Rom. Pop. quod opera ipsius ex ancipiti morbo convaluisset Augustus, Sueton. auctor est in vita Aug. c. 59. ¶ 5. *Antonius Eremita*, seculo tertio natus vitam ultra centesimum annum extendit. Moriens jussit corpus componi loco occulto, qui ab Ægyptiis ignoraretur, ne proni ad superstitionem ejus reliquias colerent. Ejus vita descripta tribuitur Athanasio. vid. Barth. Adversf. l. 57 c. 1. & Voss. de Hist. Gr. l. 3. c. 18.

¶ Antoniaster, diminutivum ex Antonio, ut Priscianus ex Cic. oratione pro Vareno lib. 3 sub finem refert.

¶ Antoninianus, a, um, adjectiv. ut *thermæ Antoninianæ*. Eutropius in Caracalla: *Opus egregium fecit lavacri, quæ Antoninianæ appellantur.* Sic *Antoniniani sodales* apud Capitolin. in Marco c. 15.

ANTONOMASIA, æ, ἀντονομασία, figura, quâ seu patronymicum, seu epitheton, seu aliud quodcunque pro proprio ponitur: ut *Æacides*, aut *Pelides* pro Achille, *Poeta* pro Virgilio, &c.

ANTRUM, i, ἄντρον, caverna, latibulum, vox poetis, quam aliis, usitatior, eine grube oder höhle, ein loch. Martialis lib. 13 epig. 60,

Gaudet in effossis habitare cuniculus antris. Et

Virgil. eclog. 1 v. 76, *viridi projectus in antro.*

Silius lib. 6 v. 161 de serpente apud Bagradam fluvium:

Vastatis gregibus nigro ructabat in antro.

ANŪBIS, Ἄνουβις, Anubis & Anubidis in Genitivo, Ægyptiorum Deus capite canino, Mercurius. Prudentio Apoth. v. 195 est *caniformis Anubis.* Propert. lib. 3 eleg. 11 v. 41,

Ausa Jovi nostro latrantem opponere Anubin.

Ovid. 2 Amor. Eleg. 13,

Per tua sacra precor, per Anubidis ora verendi.

ĂNUS, ûs, γραῦς, vetula, ein alt weib, dicta ab annis secundum Festum, *vel à defectu sensus*, quasi ἄνους, *Anus delira.* Cicer. de Divin. 2 cap. 68, *An tu censes ullam anum tam deliram futuram fuisse, ut somniis crederet?* Menander: *Multò deterius est irritare anum, quam canem*: πολὺ χεῖρόν ἐστιν ἐρεθίσαι γραῦν ἢ κύνα. *Chartam anum*, per catachresin quamdam Catullus epig. 69. *Amphoram anum* Martialis dixit lib. 6 Epigr. 27. Plural. *anus* apud Horat. Epod. 17, 60 & 1 Sat. 4, 38. ¶ 2. Est & anus eâdem declinatione cutis superans umbilicum, cujus rugæ senii indicium faciunt. ¶ 3. Tralate emasculatum, inutilem, deformem, ominosum & honore indignum notare ex illo Claudiani in Eutrop. lib. 1 v. 9, *trabeata per urbes*

Ostentatur anus, titulumque effœminat anni;

in commentariis Barthius observat. Et rectè *anus* vocatur, quia eunuchus Eutropius erat, cujus consulatum poëta ridet.

¶ Aneo, anēre, vetulam fieri, ejus mores imitari. Philoxeni Glossæ, γηρᾷ, *anet.* Et Flavius Caper libello de Orthogr. post princ. *Sordet, acet, anet, floret*, cetera.

¶ Anescere inde. Idem Caper, vetus grammaticus, ibidem: *Inceptiva sunt, Sordescit, acescit, anescit, florescit.*

¶ Ănĭcula, æ, diminut. apud Terentium aliquoties. ein altes mütter-gen. Vt Phorm. a. 1 sc. 2, 48, *Extra unam aniculam.* Etiam Cic. 1 Nat. D. c. 20, *aniculis fato fieri omnia videntur.*

¶ Ănīlis, e, adject. altvettelisch. Cic. 2 Nat. D. c. 28, *Aniles superstitiones*, alter weiber aberglaube. *Aniles ineptiæ*, 1 Tuscul. cap. 39. *Aniles fabulæ*, mehrgen, Apulej. lib. 4 p. 155.

¶ Anilitas, ātis, Catull. Carm. 62, *cana anilitas.*

¶ Aniliter, apud Ciceronem de natura Deor. lib. 3 c. 39, *superstitiose atque aniliter*: abergläubisch.

ĀNUS, ani, 2 declinationis, podex. Cicero Pæto lib. 9 epist. 22, de inverecundis vocabulis: *Anum appellas alieno nomine: cur non suo potius?* Celsus lib. 7 cap. 30 pr. *Ani vitia manus auxilium desiderant.* & post paullo: *ne anus ipse suppuret.* Est enim virilis generis.

ANXIUS, a, um, ἀνιώμενος, ἀχθόμενος, πεπλομέριμνος, ut in Vet. Gloss. exponitur: solicitus, bekümmert, sorgfältig. Cicer. 2 Fin. cap. 17, *Anxio & solicito animo esse.* Idem de Sen. cap. 18, *Sunt morosi & anxii, & iracundi, & difficiles senes.*

¶ Anxie, ängstlich, adverb. Plin. 11 cap. 52, *anxie quærere.* Sallust. Jug. cap. 82, *neque tam anxie laturum fuisse, si* &c. es solte ihn nicht so sehr gekräncket haben.

¶ Anxietas, ātis, schwermüthigkeit. Cicer. 4 Tusc. cap. 12, *in aliis anxietas: unde anxii.* & Plin. 7 cap. 53 extr. *anxietate mortuus.*

¶ Anxitudo, īnis, idem. Accius apud Nonium: *ubi cura est, ibi anxitudo.* Cicero 2 de Rep. apud eumdem Nonium: *anxitudo prona ad luctum.* Scribitur & quinque syllabis *Anxietudo.* Paullinus Nolanus epist. 14 ed. Paris. n. 3 ad Delphinum: *ut gravissimæ anxietudinis pœnam lucraremur.*

¶ Anxifer, a, um. Cic. 1 Divinat. c. 13,

Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.

¶ Anxiare, pro angere, anxietatem adferre, Apuleji est lib. 4 Metam. p. 155 ed. Elmenh. *tristitia animi, languore corporis, damnisque ceteris anxiatum iri* [somnia] *prædicunt.*

ANXUR, ŭris, oppidum est, de quo Festus: *Anxur vocabatur, quæ nunc Tarracina dicitur Volscæ gentis.* Plinius 3 cap. 5, *Tarracina oppidum, linguâ Volscorum Anxur dictum.* Reperias autem & masculino genere usurpatum: est enim *candidus*, item *splendidus Anxur* Martiali lib. 5 epigr. 1, & lib. 10 epigr. 51. & neutro, apud Horatium 1 Serm. Sat. 5, *Impositum saxis late candentibus Anxur.*

Scaliger ad Festum monet, in veteri editione esse *Axur*, pro *Anxur*, quæ quidem lectio ipsi placet. *Nam*, inquit, *certissimum est ex Servio, veteres ita dixisse ob Jovem imberbem, sive ἄξυρον, qui ibi colebatur. Et in nummo argenteo Pansæ, ab uno latere: JOVIS AXUR. VIBIUS C. F. C. N. ab altero Pansa.* Quare & pro

¶ Anxŭrus, quod Jovis est epitheton 7 Æneid. v. 799 in illo:

Circæumque jugum, queis Jupiter Anxurus arvis Præsidet.

Axurus dicere jubet ad illum locum Cerda f. 140. Favetque etymologiæ, quam suppeditat ibi Servius, cum ait: *Circa hunc tractum Campaniæ colebatur puer Jupiter, qui Anxurus dicebatur, quasi ἄνευ ξυροῦ, i. e. sine novaculâ, quia barbam nunquam rasisset.* Sane citius ἄξυρον dicant Græci, quam ἄγξυρον. Notum tamen illud etiam, solere sæpe vocabulis contra primam originem literam N. interponi. Sic *ansa, frango, tango* dixerunt, quod olim fuerat *asa, frago, tago.* Qualis autem ille Jupiter fuit habitus, nondum id quidem constat liquido. Tametsi enim puerum vocat Servius, unde sequitur, imberbem fuisse: barbatum tamen Jovem repræsentat numisma quoddam, cui inscriptum: JOVIS AXUR. Vnde Constantinus Landus p. 83 numism. Servium hîc deceptum suspicatur. Ac nescio, an non intonsum, (hæc enim vis in græco ἄξυρος,) rectiùs dicamus eum, qui cùm comam habeat aut barbam, non utatur tonsore; (quo sensu & Apollinem vocant intonsum,) quam glabrum, in quo nihil, quod radat, novacula reperiat. Cerda conciliatorem hîc agit, putatque, Jovem Axurum sumi modo pro puero, modo pro intonso, (h. e. grandi & barbato.) Sed merito dubites, an, qui cognomen hoc indiderunt Jovi, contrariis sensibus modo imberbem, modo barbatum significare voluerint.

ĂNȲTUS, i, Rhetor Atheniensis, qui una cum Melito & Lycone Socratem accusavit & occidi curavit, postea cum sociis morte mulctatus ab Atheniensibus. Horat. 2 Sat. 4 v. 3, *Qualia vincant Pythagoram, Anytique reum, doctumque Platona.*

Conf. Laërt. in Socrate, Ælian. var. Hist. l. 2 c. 13.

ĀŎNIA, æ, Ἀονία, pars montana Bœotiæ, in qua sunt *Aones montes*, dicti ab *Aonibus*, populis vetustis Bœotiæ. In illis est *Aganippe* fons Musis sacer, qui & *fons Aonius* dicitur. Vniversam Bœotiam *Aoniam* dictam antiquitus, Servius in Eclog. 10 v. 12 auctor est.

¶ Āŏnĭdes, um, Musæ, Juvenal. Satyr. 7 v. 58,

cupidus silvarum aptusque bibendis Fontibus Aonidum, &c.

¶ Āŏnius, a, um, Virg. 3 Georg. v. 11,

Aonio rediens deducam vertice Musas.

Et Ovidius 3 Metam. v. 339, *Aonias urbes* dixit Bœotias.

AORNUS, i, petra stupendæ altitudinis in Sogdiana, de qua Curtius lib. 8 cap. 11 legatur. ¶ 2. Lacus Campaniæ, quem Latini *Avernum* dixerunt. vide *Avernus.* Vtriusque appellatio quasi ἄορνις, quod aves illa propter altitudinem; hic propter pestiferum vaporem non ferat.

AŎUS, i, Epiri fluvius, quem Acantem alii vocant. Plin. lib. 2 cap. 23. Vide Liv. lib. 32 c. 5.

ĂPĂGE, ἄπαγε, dictio Comicis frequens: qui eâ nonnunquam absolute, ut interjectione, aliquando ut verbo utuntur, ut *Apage te, apage te a me*, apud Plautum sæpenumero: & Terentius quoque Eunuch. a. 5 sc. 2 v. 65, *apage te*, hebe dich weg von mir. Vsus & Vatinius ad Cic. lib. 5 epist. 10.

¶ Apagesis. Terent. in Eunucho a. 4 sc. 6, 19. trolle dich, bleib mit solchen worten dahinden.

*APALA OVA, weiche eyer. Marcellus Empyricus: *Statim dare debes lentem & betam coctam, vel alicam, vel ova apala, vel ungellam discoctam. Grævius.* Vnde

¶ Apalar vel Apalare, idem fere quod cochlear. Isidorus: *Apalare, cochlear.* Ausonius epistola 21 ad Paullinum:

Jam

Jam patinas implebo meas, ut parcior ille
Majorum mensis apalaria succus inundet.

Sic Salmasius legit, quem vide in Vopisci Claud. cap. 17; contracte Scaliger *applaria*. * Apalare & apalar, proprie est patina, qua ova apponuntur, postea in qua & alia obsonia sunt. *Grævius.*

APARCTIAS, æ, Ἀπαρκτίας, ventus idem, qui Septemtrio, qui à polo per meridianum spirat, der nordwind, mitternächtiger wind, Plin. lib. 2 cap. 47.

APAMĒA, æ. Plures hujus nominis urbes in Syria, Bithynia, Osroene & alibi. Vide Geograph. Sed omnium clarissima, quæ in Syria erat, nomen ab Apama regina trahens; quod de illa, quæ in Phrygia est, diserte Strabo lib. 12 p. 397 adnotavit. Hinc

¶ Apamēnus, a, um, gentile nomen. *Apamenum vinum*, Plin. lib. 14 c. 7. Et Avienus Periegeta v. 1093 de Oronte:

Præstringitque undis Apamenæ ubera glebæ.

ĂPĂTHES, sic enim Græcum imitatus Plinius est lib. 7 cap. 19, *Exit hic animi tenor in rigorem quemdam torvitatemque naturæ duram & inflexibilem, affectusque humanos adimit, quales Apathes Græci vocant &c.* ἀπαθής, qui sine affectionibus est.

¶ Apăthīa, æ, ἀπάθεια, affectuum vacuitas. Usus græca voce est Gellius 19 cap. 12, *Isti apathiæ sectatores* (Stoicos intellige,) *qui videre se esse tranquillos, & intrepidos & immobiles volunt, dum nihil cupiunt, nihil dolent, nihil irascuntur, nihil gaudent, omnibus vehementioribus animi officiis amputatis in torpore* (ita cum Lipsio n. 39 ad Taciti German. legendum pro, *corpore*,) *ignavæ & quasi enervatæ vitæ consenescunt.* Seneca Græcam vocem quomodo reddat Latine, non reperit satis, Epist. 9, *In ambiguitatem incidendum est, si exprimere* ἀπάθειαν *uno verbo scite voluerimus*, & impatientiam *dicere. Poterit enim & contrarium ei, quod significare volumus, intelligi. Nos enim cum volumus dicere, qui respuat omnis mali sensum: accipietur is, qui nullum possit ferre malum. Vide ergo num satius sit, invulnerabilem animum dicere, aut animum extra omnem patientiam positum.* Parum scite, judicio Lipsii, qui mallet *imperturbabilem animum* dici, aut uno verbo (licet enim fingere,) *imperturbationem*. Jam diu ante Lipsium sic reddiderat Hieronymus ad Ctesiph. adversus Pelag. c. 2, *Evagrius edidit librum & sententias* περὶ ἀπαθείας, *quam nos* impassibilitatem *vel* imperturbationem *possumus dicere, quando nunquam animus ullo perturbationis vitio commovetur, & ut simpliciter dicam, vel saxum vel Deus est.* Cicero ἀπαθείας *sedationes* videtur vocavisse 5 Tusc. cap. 15, *cum perturbationes animi miseram, sedationes autem vitam efficiant beatam.* Nam *indolentiæ* vox, quam alibi adhibet, ἀναλγησία est proprie, quæ tamen ab ἀπαθείᾳ non multum distat, cum eaque conjungitur a Gellio 12 cap. 5.

APATURIA, æ, cognomen fuit Veneris, apud Strabonem lib. 11 p. 341, τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν τῆς Ἀπατούρου. ¶ 2. *Apaturia*, orum, festum Atheniensium, in Bacchi honorem, quasi *Deceptionis* appellatum, eo quod Xanthius Bœotus in duello decretorio, ob fines suscepto, astu circumventus occubuerit.

¶ Apaturum, Veneris templum in Phanagoria. Plin. 6 c. 6.

ĂPĒLIŌTES, æ, Ἀπηλιώτης, ventus orientalis, qui & Subsolanus, contrarius Favonio, der ostwind. Plin. 2 c. 47. Catull. Carm. 26 v. 3, *Nec sævi Boreæ, aut Apeliotæ* scil. flatus.

ĂPELLA, æ; fictum (ut volunt interpretes quidam, & in his Acro) Horatio nomen, quo Judæum velut per sannam atque convicium appellaret: *Credat Judæus Apella, Non ego*, lib. 1 Satyr. 5 v. 100. Ut Judæus *Apella* diceretur, quasi *sine pelle*, h. e. Verpus, uti Catullo; seu *recutitus*, ut Martiali, ad irridendum compositis vocibus, nominatur. Secutus hanc interpretationem est & Alcimus Avitus lib. 5 v. 360, 361, *Jam prope centenum compleverat advena lustrum*
In regnis, Ægypte, tuis, Judæus Apella.

ut de recentioribus taceam. Etiam in onomastica res migravit, è quorum uno Becmanus de orig. p. 976 citat: *apella*, λιπόδερμος. Sed rectiùs alii *Apellam* nomen proprium statuunt, quo notus Horatii tempore Judæus quidam Romæ fuerit: Ἀπελλῆς. Nam Græcis nominibus tunc nuncupatos Judæos, vel novi fœderis tabulæ infinitis exemplis demonstrant. Vide maximum Salmasium Ossilegio Linguæ Hellenisticæ p. 384. ex interpretibus Horatii Lambinum, & Xylandrum.

ĂPELLES, is, Ἀπελλῆς, pictor ille præstantissimus & nobilissimus, qui pictores omnes prius genitos, futurosque postea (quemadmodum Plinius 35 c. 10 pronunciavit) ingenio, arte, & industria superavit. Vixit atque excelluit hoc modo omnes Olympiade centesima duodecima. Perpetua ipsi consuetudo fuit, nunquam tam occupatam agendi diem, ut non lineam ducendo exerceret artem, quod ab eo in proverbium venit, *Nulla dies sine Linea*; & cum gemitu ac dolore illud, quod si quando occupationibus impeditus a lineis ducendis abstraheretur, *Hodie nullam lineam duxi*; rursus & illa: *Manum de tabula nescit tollere Protogenes, alioqui cum eo omnia mihi paria, aut illi meliora: Ne sutor ultra crepidam: Rideri posses a pueris, qui colores terunt*: quo Alexandrum Magnum in officinam sæpius ventitantem, quod & a nullo pictorum alio pingi vellet, cum de picturis multa non sat scite disserere cœpisset, notavit. Pinxit, quæ pingi non possunt tonitrua, fulgetra, fulguraque, &c. quin & animum & ἦθη. Post Venerem vero artificiosissime a se pictam aliam inchoaverat, superaturus priorem illam. Sed invidit mors parte ejus absoluta: nec qui succederet operi ad præscripta lineamenta inventus est. Meminit Cicero lib. 1 epistolarum ad famil. epist. 9. Plin. lib. 35 cap. 10. Ovid. lib. 3 de Art. v. 401, *Si nunquam Venerem Cous pinxisset Apelles,*
Mersa sub æquoreis illa lateret aquis.

Idem cum equum pinxisset, & spumam in ore ejus exprimere voluit. Quod cùm præstare ars non posset, casus præstitit. Nam forte quamdam picturæ suæ spongiam admovens, qua infelicis penicilli colores abstergeret ac deleret; felicissime spumam assimilavit. Sextus Empiricus lib. 1 Pyrrhon. Hypoth. c. 12.

¶ Ăpellēus, a, um, adject. Stat. 5 Silv. 1,

Ut vel Apelleo vultus signata colore.

ĀPENNĪNUS, i, Ἀπέννινον ὄρος Straboni mons est ab Alpibus proficiscens, & universam Italiam in Siciliam usque dividens, per quem in Galliam exercitum suum Annibal trajecit. Ovidius 2 Metam. v. 226,

Aeriæque Alpes, & nubifer Apenninus.

Adde Livium, Melam & cæteros hujus Musæ, inprimis Lucanum lib. 2 v. 396 & seqq. plurimis, qui satis accuratè describit.

¶ Apennīnĭgĕna, æ, apud Ovidium 12 Met. v. 432,

Apenninigenæ quæ proxima Tibridis undis.

Et Claudian. 6 Cons. Hon. v. 505,

Apenninigenis cultas pastoribus aras.

¶ Āpennīnĭcŏla, æ, apud Virg. Æn. 11 v. 700,

Apenninicolæ bellator filius Auni.

Adde Silium lib. 5 v. 627.

¶ Cisapennina, &

¶ Transapennina Italia, apud Catonem in antiquitatibus.

ĂPER, apri, κάπρος, ein wildschwein. Juvenal. Sat. 1 v. 141,

Quanta est gula, quæ sibi totos
Ponit apros, animal propter convivia natum.

Apros duos uno in saltu capere, proverbialiter dixit Plaut. in Casin. 2, 2 sc. 8, 40. Germ. zween hasen aus einem busch jagen. *Aper frendens, spumans, indomitus*, epitheta sunt Poëtis familiaria.

¶ Aper etiam nomen proprium Romanis. v. g. M. Aper, *celeberrimum fori ingenium*, ut auctor Dialogi de Oratorib. c. 2 laudat, qui non infimam personam inter collocutores illos tenet. Et Apri consulis Romani in Commodo Lampridii iterum iterumque mentio facta, cap. 2, c. 12. &c.

¶ Aprugnus, a, um, adjectiv. ut, *aprugna caro*, schweinen wildpret. *Sumina aprugna*, Lamprid. in Elæagabolo c. 21. *Aprugnum callum* apud Plaut. non semel; & Plinius lib. 8 c. 51, *Catonis censoris orationes aprugnum exprobrant callum.* Vide *Callus*.

¶ Aprīnus, a, um, idem. Lucilius apud Charisium lib. 1 p. 63, *viscus aprinum.* Et Martianus Capella lib. 2 sub finem: *Ipsi præsuli nunc draconis facies, nunc rictus leonis, nunc cristæ cum aprinis dentibus videbantur.*

Aperio cum derivatis quære in *Pario*.

APES, vel apis, is, μέλισσα, insectum notum, eine biene, imme. *Apis parca, sedula*, φιλόπονος. *Apes inficientes*, quæ opus non faciunt. vide *Facio*. Plin. lib. 11 cap. 6 de apibus: *Exeunt ad opera & labores, nullusque [cùm per cælum licuit] ôtio perit dies.* Seneca in Epist. de ratione studii, quæ 84 est, *Apes debemus imitari, quæ vagantur, & flores ad mel conficiendum idoneos carpunt: deinde quicquid attulere, disponunt, ac per favos digerunt.* Hactenus verba Senecæ. *Rex apum solus aculeum non habet, aut certè non utitur: ita principem oportet esse clementissimum*: Erasmi in similibus ex Plin. lib. 11 cap. 17. Vide & Senecam lib. 1 de Clementia cap. 19. Estque *in apibus* imago perfectæ Reipubl. Plin. 11 cap. 5. Videatur de *earum generatione* Virgil. 4 Georg. &c.

¶ Apicula, æ, diminut. bienlein. Plinius lib. 7. cap. 21, *à Myrmecide fabricatam navem, quam apicula pinnis absconderet.* Plautus Curcul. a. 1 sc. 1 v. 10, *apicularum opera congestum.*

¶ Apiarium, i, Glossæ Vet. μελισσὼν & μελισσεῖον interpretantur, ein bienen-hauß. Gellius lib. 2 cap. 20, *Apiaria vulgus dicit loca; in quibus siti sunt alvei apum.* Conf. Columella lib. 9. c. 3 & 5.

¶ Apiarius, i, apibus curandis præfectus, bienenwärter. Plinius lib. 21 cap. 7, *Proventum mellis sperant apiarii, large florescente thymo.* Gloss. Vet. *Apiarius*, μελιτ7υργός, quem Varro lib. 3 cap. 16 *mellarium* appellat.

¶ Apiaster, seu potius Apiastra, æ, avis apum avida. Gaza virili genere usurpavit: fœmineo alii, ut Servius ad verba: *meropesque aliæque volucres*, Æneid. 4 v. 14, *Meropes*, inquit, *aves sunt virides, & vocantur apiastræ, quia apes comedunt.* Onomast. Vet. *Apiastra*, μελισσοφόνος, ein specht, bienenwolff.

¶ Apiastrum, i, herba apibus gratissima, melissenkraut. Varro 3 de R. R. cap. 16, *hos circum villam totam alvearium fecisse, & hortum habuisse, ac reliquum thymo & cytiso obsevisse, & apiastro, quod alii* μελίφυλλον, *alii* μελισσόφυλλον; *quidam* μέλινον *appellant.* Videri tamen poterat, non tam *Apis*, quam ab *Apium* hanc herbam nominari, quia Glossæ veteres non solum μελισσόφυλλον interpretantur, verum etiam ἱπποσέλινον & ψευδοσέλινον, nisi forsan diversa sunt genera. Sed negant Scaliger de Caus. L. L. cap. 95, & Vossius in Etymologico, quidquam apiastro commune cum apio esse, idque unice ab apibus denominari contendunt.

¶ Apiatus, quod nonnulli huc referunt, vide in *Apium*.

ĂPEX, icis, cujusque rei summitas seu eminentia, die spitze, das obertheil. Unde & Cicero Senect. cap. 17 per metaphoram, *Apicem senectutis*, auctoritatem adpellavit; quod nihil in Senectute æque excellens atque eximium, quàm auctoritas sit, quam ea ætas conferre solet. De summo vertice in homine Virg. in illo 2 Æn. 682,

Ecce levis summo de vertice visus Juli
Fundere lumen apex.

Et Æn. 10 legimus v. 270,

Ardet apex capiti, cristisque a vertice flamma
Funditur.

Ubi Servius *apicem* coni altitudinem interpretatur. *Conum* autem galeæ eminentiam vocat, ut ipse exponit ad illud lib. 12 v. 492,

apicem tamen incita summum
Hasta tulit.

Apicem falcis, qui mucro, Columella lib. 5 cap. 25: *Apicem montis* Silius 12 v. 709: *Apices volucrum*, de avium cristis Plinius lib. 11 cap. 37 dixit. *Apices litterarum* apud Quintilianum lib. 1 cap. 7 sunt accentuum & syllabarum notæ, quæ superpinguntur, maximè ad designandam vocis significationem, quæ in unâ nonnunquam diversa est. Verba ejus sunt: *Ut longis syllabis omnibus apponere apicem ineptissimum est: quia plurimæ natura ipsa verbi, quod scribitur, patent: sed interim necessarium, cùm eadem littera alium atque alium intellectum, prout correpta vel producta est, facit. Ut* malus *utrum arborem*

borem significet, an hominem non bonum, apice distinguitur. Aut flexa pro gravi, aut gravis pro apice circumducta sequatur. Hinc *apices* ipsæ aliquando litteræ sunt. Prudentius Hymno in honorem Eulaliæ v. 136,

Scribitis, ecce, mihi Domine:
Quam juvat hos apices legere,
Qui tua Christe tropæa notant!

¶* *Apices* quoque dicuntur imperatorum evocatoriæ. Sidonius Apoll. 1, 5: *Egresso mihi Rhodamisiæ nostræ mœnibus publicus cursus usui fuit utpote sacris apicibus accito.* Grævius. Etiam pro quavis epistola. Idem Sidonius lib. 6 epist. 8, *apicum oblator*, qui adfert literas.

¶ In pileo Sacerdotali *apex* virgula est, in summo pileo sursum erecta: a qua & pileus ipse, qui propriè aliàs *flammeum* dicebatur, *Apex* appellatus. A parte totum; ut recte in Varronem Scaliger docuit. Erant hi pilei ex pelle ovilla hostiæ cæsæ, in coni formam coëuntes, ut ex Dionysio, Isidoro, & aliis constat. De iis & Servius non uno loco, itemque Festus. Filum laneum, quo velabatur apex, *Apiculum* dicebatur: *Offendices*, amenta, quibus retinebatur pileus: quod se mutuo offenderent. Plura de iis Philippus Rubenius lib. 2 Elect. c. 25, & Jacobus Gutherius de Vet. Jure Pontificio lib. 1 c. 30, qui & formam ex nummis & aliis monumentis antiquis depingunt. Vet. Gloss. *Apex*, κεραία. Γράμματος ἄκρον, προσωδία, καὶ τὸ ἐπὶ πιλίῳ παράσημον. Item: *Apices*, κεραῖαι, ἄκραι συλλαβαὶ, τιάραι. Et: *Montis apex*, ἡ κορυφή. * Hinc *apex* pro Episcopatu & episcopo Sidon. Apoll. 4. *pro sui status apice*, hoc est, episcopatu Tholosano. *Grævius.*

¶ Apicatus, a, um, apice pileo tectus. Ovidius l. 3 Fast. v. 396,

His etiam conjux apicati sancta Dialis
Lucibus impexas debet habere comas.

APEXĂBO, ōnis, farciminis genus, schweiß-oder blut-wurst, intestinum sanguine & arvina fartum. Ab *apex*: quod in eo summo quiddam eminebat, ut in capite apex, Varrone auctore lib. 4 de L. L.

APHACA, æ, vel Aphace, ἀφάκη, legumen, ervum silvestre, wilde wicken, oder vogelwicken. Plinio enim lib. 27 cap. 5, *tenuia admodum folia habet, pusillo altior lenticulo est: siliquas majores fert, in quibus terna aut quaterna semina sunt nigriora & madidiora lenticula.*

APHÆA, æ, nomen Dianæ, sub quo apud Æginetas culta fuit. Virgilius, vel quisquis auctor est, in Ciri v. 301 ad Dianam:

Nunquam tam obnixe fugiens Minois amores,
Preceps aëreis specula de montibus isses,
Vnde alii fugisse ferunt, & nomen Aphææ
Virginis adsignant: alii, quo notior esses,
Dictynnam dixere tuo de nomine Lunam.

Consule, quæ Scaliger adnotavit, cui etiam hujus nominis, perperam in libris depravati, restitutionem debemus.

APHAERESIS, ἀφαίρεσις, dictionis figura, auferens aliquid principio dictionis. Virg. Æn. 6,

Discite justitiam moniti, & non temnere Divos,

pro *contemnere.*

APHANNAE, obscurum Siciliæ oppidum, χωρίον ἄσημον, unde proverbium, ἢ εἰς Ἀφάννας, *vel in Aphannas*, de obscuris & remotis usurpatum, auctore Stephano Byzantio. Hesychius quoque hunc locum πόῤῥωθεν, hoc est, in remotissimis ponit, unde Stephani proverbium illustratur, qui ἐπὶ ἐκτετοπισμένων, *de elongatis & remotis* id dici confessus est. Hinc

¶ Affaniæ, arum, id est, ineptiæ, res futiles ac nugatoriæ, eruditis viris derivantur perinde, atque *Apinæ* & *Tricæ*, hujusmodi nugæ, ab oppidis, teste Plinio, adpellantur, de quibus paullo post in *Apinæ* dicturi sumus. Apulejus lib. 9 p. 221 ed. Elmenh. *Has & alias similes affanias frustra adblaterantes.* Pricæus & Julian. Floridus paullo aliter, quod vero nihil nobis derogat: *His & aliis similibus affanils frustra obblatteratis.* Et lib. 10. p. 243, *Tunc ore semiclauso balbutiens nescio quas affanias effutire* [cœpit] *ut eum nemo prorsus a culpa vacuum merito crederet*, unnütze reden, narrentheidung. Sunt qui a *fando* deducunt Affanias, sed nos Vossium maxime in Etymologico sequuti sumus. Adde plura in *Apinæ* mox dicenda.

ĂPHIDNAE, arum, Atheniensium vicus, ab Aphidna Thesei socio sic appellatus. Vide Strab. Pausan. & Plutarchum in Theseo. Seneca Hippolyto v. 29,

parvas alius
Calcet Aphidnas.

¶ 2. Est & hoc nomine Lacedæmoniorum vicus: *Lacedæmonias Aphidnas* Avienus vocat Arat. v. 372. Adde Stephanum de Vrbibus.

APHORISMVS, i, ἀφορισμός, brevis definitio, quæ paucis verbis omnes rei proprietates complectitur. Vocant etiam Canonem, sive Axioma, & noti sunt Aphorismi Hippocratis.

APHRACTVM, i, ἄφρακτον, navigium undique apertum; quod genus Rhodiis in usu fuisse, Cicero aliquoties indicat in Epistolis ad Atticum. Vt lib. 5 epist. 13, *Navigabamus tardius propter aphractorum Rhodiorum imbecillitatem.* Adde lib. 6 epist. 8, ubi etiam *aphractus Rhodiorum* memoratur.

ĂPHRŎDĪSIA, Ἀφροδίσια, sacra Veneris, quæ Aphrodite, Ἀφροδίτη, à spumâ maris dicitur.

¶ Aphrodisius, a, um, adject. ut *juramentum aphrodisium* pro vano, & nullius momenti; *Aphrodisia opera* pro lascivis, amatoriisque. Videatur Taubm. ad Plaut. p. 1050. Scip. Gentil. ad Apolog. Apuleji pag. 400.

¶ Aphrodisium, i, Vrbs Africæ in Numidia: & Hispaniæ Promontorium, nec non Cypri. Vide Geograph.

¶ Aphrodisias, ădis, multarum urbium nomen, ut in Cilicia, Laconica, Caria, &c. quas Stephanus Byzantius recenset, quem videas.

ĂPHRŎNITRVM, i, nitri spuma, salpeter-schaum, vide *Nitrum.* Exstat vocabulum apud Plin. 24 c. 9, & Martial. epigr. 58 lib. 14,

Spuma vocor nitri, dicor & aphronitrum.

ĂPHRŎSĔLĒNVS lapis, ἀφροσέληνος, qui & Arabicus, sperglaß, spießglaß, spiegelstein. *Lapis specularis*, Plin. σπεκλάριον Græcis.

APHTHAE, arum, ἄφθαι, exulcerationes sunt in summo ore, infantibus peculiares vitio lactis calido humoris corrupti, wenn den kindern der mund oben wund wird, quamquam & adultis id mali accidit, qui inde ἄφθιφοι dicuntur; Celsus lib. 6 cap. 11.

APHTHŎNIVS, i, Ἀφθόνιος, Sophista, scripsit Progymnasmata in artem Hermogenis, quæ latinitate donata exstant.

APHYA, æ, ἀφύη, piscis genus minimum & inutile. Latini *Apuam* dicunt, vide paullo post *Apua.* Aristoteles ἀφρὸν vocat, Athenæus ἀφρίτιδα, nonnulli ἀφρύην, à spumâ maris, è quâ nascitur, meersengle, meergründle, ein stichling. *Aphya ad ignem*, ἀφύα εἰς πῦρ, proverbium est in ea, quæ celeriter vel intereunt, vel conficiuntur. Aphya enim admota igni protinus decoquitur. Item: ἀφυῶν τιμὴ ἔλαιον, *Aphyarum honor oleum.* Decoctæ enim sunt, quam primum oleum fervens contigerunt. Vide Chiliad. ein kurtzer regen ist bald getanțt. Id enim Germanorum ab hoc, *Aphya in ignem*, non abludere nimium videtur.

Apiarius, apiaster, apiastrum, vide *Apes.*

APĪCA, æ, nudo ventre ovis, Varro l. 2 de Re Rust. cap. 2. Plinius l. 8 c. 48. Et hujusmodi oves *minas* appellatas idem Varro ibidem docet. *Apica* ex Græco ἄπεικος est: id est, glabra. Nam πεῖκος & πέκος, & πόκος idem, ut in Varronianis Conjectaneis Scaliger observat p. 217.

ĂPĪCIVS, i, quo nomine tres fuerunt Romæ, omnes gulæ studio infames. Primus circa illa tempora vixit, quibus Cæsar natus est; alter sub Tiberio; ultimus sub Trajano fuit, ut Casaub. ad Athenæum lib. 1 cap. 6 observat. Juvenalis Sat. 5 initio inter parasitos Gabbam quemdam nominat; quem Vetus Scholiastes, *Apicium Gabbam* interpretatur, & sub Tiberio scurram nobilem fuisse tradit. Quod nescio, an ad secundum illum pertineat: cujus maxime gula celebrata est, quemque ob id *nepotum omnium altissimum gurgitem* Plin. lib. 10 cap. 48 vocat. Hic ille est, qui cum HS millies (duos milliones & semis) in culinam congessisset, neque plus centies HS (250000 Coronat.) de patrimonio sibi superesse intelligeret, veneno vitam finiit, metuens ne sibi esuriendum deinceps esset. Dio Cassius lib. 57. Seneca consol. ad Helv. cap. 10, & Martial. lib. 3 Epigr. 22. *Scientiam popinæ professum infecisse seculum disciplinâ suâ*, Seneca ibidem prodit. Quæ eum aliquid de Coquinaria scripsisse non obscurè arguunt. Ac sane *Relata Apicii*: id est, scripta Spartianus in Ælio Vero commemorat. Vetus Schol. Juvenalis de juscellis scripsisse ad Sat. 4 diserte notat. Extat & hodieque de re culinaria liber ipsius nomine, dignus lectione ob singularia, quæ habet; sed qui vel alterius Apicii est; vel alienis accessionibus interpolatus. Vide Casaub. ad Alexandrum Lampridii: &c. Casp. Barth. lib. 34. Advers. cap. 18, & lib. 26 cap. 16. Voss. lib. 1 de Analogia c. 14.

¶ Apicianus, a, um, adjectivum, ut *Apiciana coctura*, Plin. 19 cap. 8, & *Apiciana condimenta*, Tertullianus de anima cap. 33.

Apicula, vide *Apes.*

APĪNAE, arum, *Tricas* & *Apinas* vulgo res futiles & nugatorias dicebant, faule fisch, lose narrentheidung. Martialis Apophoretis sive lib. 14 ep. 1, *Sunt Apinæ Tricæque, & si quid vilius istis.* Vet. Gloss. *Apinæ*, ἀμολογίαι: item: *Apinæ*, σάνναι, ut summus vir Claud. Salmasius emendavit ad Pollionis Gallienos cap. 8. quamquam non invitus postea alteri sententiæ, quæ, quod in Glossis φάνναι scriptum est, ἀφάνναι substituit, nonnihil concedat. Hæc Scaligeri est in Festum p. 35 in voce *Buttubata*, qui *Apinarum* vocabulum ex ipso Græco ἀφάνναι detortum censet, in quo summo viro adsentiri non possumus. Glossæ quidem *Apinas* per φάνναι, hoc est, ut ille supplet, per ἀφάνναι interpretantur, (licet Salmasius ad cit. Pollionis locum σάνναι malit.) tamen pro more non originem vocis, sed significationis æqualitatem adferunt, quæ altera derivatione, quam ex Plinio daturi sumus, egregie confirmatur. Vt enim Aphannæ obscurus locus Siciliæ fuit, qui in proverbium abiit: ita Apina, obscurum oppidum Apuliæ, adagio persimili locum dedit. Plinii lib. 3 cap. 11, ubi de Apulia Dauniorum agit, hæc verba sunt: *Diomedes ibi delevit gentes Monadorum Dardorumque, & urbes duas, quæ in proverbii ludicrum vertêre, Apinam & Tricam.*

¶ Apinarii, ab Apinis γελωτοποιοὶ; Scurræ mimarii, qui divitum mensas sectabantur, Trebellio Pollioni in Gallienis cap. 8. possenreisser; quamquam alii *apenarii* malint. Vide Salmasium. Adde hunc locum & verbum

¶ *Apinari*, pro nugari, Casaubonus in Isidori Glossis emendat, ubi scriptum erat: *acinari, tricari, in parvo morari.*

APION, ōnis; sic enim recte scribitur, cùm ab Ægyptiorum Deo Apide nomen, perinde ut Hermapion, cujus apud Ammianum lib. 17 c. 9 mentio, invenerit. *Appionem* scribunt vulgo geminata littera, sed male. Fuit Grammaticus, Posidonii cujusdam filius, cognomine πλειστονίκης, quasi sæpe victorem dicas, item Μόχθος, ab assiduo labore. Patriâ Ægyptium alii prodiderunt, alii Cretem. Docuit Romæ sub Tiberio & Claudio Imperatoribus, Dionysii Halicarnassei æqualis. Multarum rerum notitiâ celebris & Polyhistor appellatus inde, inque nomen Homeri, quod Seneca testatur Epist. 88, ab omnibus civitatibus adoptatus, h. e. ut explicat ibi Lipsius, cognominatus passim alter Homerus. Sed loquax valde, & venditator sui usque adeo vanus, ut immortalitate a se donari scripserit, ad quos aliqua composuisset, ut Plinius auctor est, Hist. Nat. præf. Qui eumdem & a Tiberio *cymbalum mundi* vocitatum prodit, *cum publicæ famæ tympanum potius videri posset.* Contra hunc Josephus libros duos edidit. Vide & Suidam, atque inprimis eruditissimum Vossium lib. 2 de Historicis Græciæ cap. 6 pag. 190, & in addendis pag. 530, 531. Dalechamp. ad Plin. p. 7 & 1577.

¶ Apion alius rex Cyrenaicæ, & Libyæ Aridæ, hoc est Marmaricæ, Ptolemæi etiam communi nomine usus, qui Romanos testamento heredes scripsit. Epitoma Livii 70, *Ptolemæus Cyrenarum rex, cui cognomentum Apioni fuit, mortuus heredem populum Rom. reliquit.* Adde Eutropium lib. 6 cap. 9. Duos ex uno Apiones, alterum Cyrenaicæ, Libyæ alterum Siccæ regem, Sex. Rufus facit cap. 13, &, hunc forsan sequentes, Ammianus lib. 22 extremo, ac Hieronymus

in

in Chronico, inque Notis ad hoc vir ſummus Joſ. Scaliger: ſed Valeſius ad Ammianum, non modo ex Livio & Eutropio, verum etiam ex Appiano & Juſtino probat, unum fuiſſe, qui utramque regionem poſſederit, & eumdem utramque etiam Romanis teſtamento reliquiſſe.

Ăpis, bien, vide paullo ſuperius *Apes*.

ĀPIS, Apidis vel Apis, idem qui Serapis & Oſyris. Maximus Ægyptiorum Deus, & bos pro numine cultus. Lucan. 9 v. 160,

Et ſacer in Magni cineres mactabitur Apis.

Vide *Serapis*, & Auguſtinum lib. 18 de Civ. D. cap. 5, & Florid. Sabin. lib. 3 Subciſ. cap. 1. Joſephi ſymbolum Ægyptiis Apin fuiſſe, multis contendit Voſſius lib. 1 de Orig. de Idolol. cap. 29. lib. 3 cap. 74, argute magis, quam vere. Qui & cap. 14 ab hoc Api Ægyptio diſtinguit. ¶ 2. Apin Sicyonium, Argivorum tertium Regem, à multis etiam veterum confuſos.

ĂPISCOR, apiſci, vetus verbum, quo Siſenna & Lucilius apud Nonium uſi ſunt, eadem notione, quæ compoſiti *Adipiſci* eſt, hoc eſt aſſequendi, conſequendi, erlangen. Lucretius lib. 1 v. 448,

Nec ratione animi quam quisquam poſſit apiſci.

Neque vero puduit ejus cultioris ætatis ſcriptores. Catullus de nupt. Pelei & Thet. v. 145, *animus prægeſtit apiſci*. Tacitus annali 4 c. 1, *Intus ſumma apiſcendi libido*. Quin ipſi Ciceroni vindicant, ejusque æquali Ser. Sulpicio Victorius, Gruterus, Grævius. Ille enim Attico lib. 8 ep. 14, *Ait Lepidus, Domitium neſcio quo penetraſſe itineribus: occultandi ſui cauſſa, an maris apiſcendi, ne id quidem ſcit.* Vide not. Victorii. Servius autem l. 4 ep. 5 Ciceroni: *Vidimus magnam ex ea re te laudem apiſci.* Manutius autem ad h. l. notavit, omnes ſuos veteres libros, nullo diſcrepante, *adipiſci* habere.

¶ Adipiſcor, iſci, uſitatius eſt, erlangen, überkommen. Cic. pro Cluent. cap. 42, *ſummos honores a populo Rom. adeptus eſt*. Plinius 35 cap. 10, *palmam adeptus*, i. e. victoriæ præmium conſecutus, den preiß erhalten, den ruhm darvon tragen.

¶ Sunt in uſu Latinis participia, *adeptus* & *adipiſcendus*, ſignificatione paſſiva. Cicer. de Sen. cap. 2, *Senectutem ut adipiſcantur, omnes optant, eam accuſant adeptam.* Idem in off. 1 c. 21, *Sed iis, qui habent à natura adjumenta rerum gerendarum, adipiſcendi magiſtratus ſunt.* Tacitus 1 Annal. cap. 7 de Tiberio: *Litteras ad exercitum, tamquam adepto principatu miſit.* Nazarius Panegyr. ad Conſt. Aug. c. 8, *Incrementum adeptæ felicitatis eſt malorum commemorata depulſio.* Ammianus Marcellin. lib. 18 p. 132 ed. Lindebr. aut cap. 11 Grut. *Sabinianus, adeptâ repentina poteſtate ſufflatus.* Ita uſus & Venantius eſt, El. de Reſurrectione Chriſti extr. ubi plura notavit Buchnerus.

¶ Adeptio, ōnis, conſecutio, erlangung. Cic. 2 de Fin. cap. 13, *Nos beatam vitam non depulſione mali, ſed adeptione boni judicemus.* Idem Partit. Orat. c. 32, *utilitas ex adeptione alicujus commodi.*

¶ Adeptus, ûs, idem. Paullinus Nolanus epiſt. 32 ad Severum ed. Pariſ. (al. 12.) ſect. 18, *ex adeptu fidei.*

¶ Indipiſci, idem ac adipiſci. Plaut. Rud. a. 5 ſc 2 v. 28, *Largiter mercedis indipiſcar.* Gellius 12 cap. 1 extr. *copias ubertatesque verborum indipiſci.* Livius 26 cap. 39, *quam quis indeptus navem erat.*

¶ Redipiſci quoque Plautus dixit Trinum. a. 4 ſc. 3 v. 15, pro Recuperare.

¶ Aptus, a, um, quod ab apiſci eſt, idem quod adeptus. Plaut. Captiv. act. 4 ſc. 1 v. 8, *Hereditatem ſum aptus effertiſſimam.* Ita in Epitaphio Plauti apud Gellium lib. 1 c. 24,

Poſtquam eſt mortem aptus Plautus, Comœdia luget, &c.

Quamquam alii aliter legant. ¶ *Aptus* vero ab *apere* antiquo verbo, eſt colligatus, connexus: & μεταφορικῶς deinde pro eo, quem Græci ἁρμόδιον dicunt. Feſtus: *Comprehendere vincula antiqui apere dicebant.* Vnde aptus is, qui convenienter alicui junctus, füglich, geſchickt. Cic. Partit. Orat. ſub fin. *Inter ſe pleraque connexa & apta.* Idem de Vniverſo cap. 5, *Quâ ex conjunctione cælum ita aptum eſt:* id eſt, compactum connexumque. Item in 5 Tuſculana cap. 21, cum de Damocle & Dionyſio narrat: *In hoc medio apparatu*, inquit, *fulgentem gladium e lacunari ſeta equina aptum demitti juſſit, ut impenderet illius beati cervicibus.* Ammianus Marcellinus lib. 29 c. 7 ed. Grut. inter alia artificia magica noſcendis futuris ab Hilario Patricioque uſurpata & *penſilem annulum arctum ex Carpathio filo perquàm levi* commemorat. Sed pro *arctum*, *aptum* i. e. colligatum legendum eſſe inibi, Ciceronis verba ſatis evincunt, quæ hic reſpexit Marcellinus. (Vide & Nonium in *Aptus*.) Valeſius tamen reponit *ſartum*. ¶ Conſtruitur cum Dativo, & aliter cum præpoſitione *Ad*. Cic. de Clar. Or. cap. 62, *aptior auribus imperitorum.* Ibidem c. 95, *Aſiatica genera dicendi aptiora ſunt adoleſcentibus: in ſenibus gravitatem non habent.* Ovidius 3 Art. am. 121,

ego me nunc denique natum
Gratulor: hæc ætas moribus apta meis.

Frequentior tamen uſus eſt cum *Ad* & Accuſativo. Cicero 1 de Orat. c. 54, *calcei apti ad pedem.* Idem de opt. gen. Orat. c. 5, *verba ad noſtram conſuetudinem apta.* Idem Tuſcul. 1 cap. 3, *Homo aptus ad dicendum*, & de amicit. cap. 5, *Nihil tam eſt aptum, tam conveniens, ad res vel ſecundas vel adverſas, quam amicitia.* Cæſar 2 Bell. Civ. cap. 37, *Caſtra erant ad bellum ducendum aptiſſima.* Cicero de Senect. cap. 3, *Aptiſſima arma ſenectutis ſunt artes exercitationesque virtutum.*

¶ Apte, adverb. convenienter, appoſite, füglich. Cicer. Part. c. 8, *dicamus aliquid ad tempus apte.* Idem arcte. De Vniverſ. cap. 5, *cælum ita apte cohæret, ut diſſolvi nullo modo queat.* Martialis lib. 13 Epig. 26, *Aptius hæc puero, quam tibi, dono dabis.*

Rurſus Cicero in Oratore cap. 44, *aptiſſime cohæreant extrema cum primis.*

¶ Apto, avi, atum, are, ἅπτομαι, accommodo, fügen, ſchicken. Syntaxis verbi eadem, quæ nominis *Aptus* fuit. *Aptat ſe pugnæ*, Virgilius lib. 10 v. 588. *Annulum aptare digito*, Suet. Tib. c. 73. Et Cic. 3 de Orat. c. 40 extr. *Hoc verbum eſt ad id aptatum, quod ante dixerat.* ¶ Deinde eſt parare. Pomponius apud Nonium: *Heus aptate pueri munde atque ampliter convivium.* Horatius l. 2 Satyr. v. 110,

metuensque futuri
In pace, ut ſapiens, aptarit idonea bello.

¶ Aptatio, ōnis, Cyrilli Gloſſ. *Aptacio*, ἁρμογή, ἅρμοσις.

¶ Aptatus, ûs, idem. Theodulfus Aurelianenſis Carmin. lib. 2 v. 184,

Multimodo aptatu ſic datur una ſalus.

¶ Aptator, ōris, Eædem Gloſſæ: Aptator, ἁρμοστής.

¶ Adaptare, apte adjungere. Onomaſtic. Vet. *Adapto*, προσάπτω.

¶ Coaptare, apte conjungere, parare, accommodare. Prudentius Pſychom. v. 559,

Hujus ſe ſpecie mendax Bellona coaptat.

Hieronymus Epiſt. 116 ad Paullam & Euſtoch. *Maxime LXX interpretum conſuetudini me coaptavi.*

¶ Coaptatio, apta conjunctio, artliche fügung. Auguſtinus Civ. Dei lib. 22 cap. 24. *Coaptatio, quæ ἁρμονία Græce dicitur.* Idem de Trinitate lib. 4 cap. 2, *Hanc coaptationem dicere volui, quam Græci ἁρμονίαν vocant.*

¶ Ineptus, a, um, contrarium ei, quod aptum eſt, ungeſchickt, albern, qui à quovis reprehendi poteſt. Ter. in Adel. 1, 1. 38, *Veſtitu nimium indulges, nimium ineptus es.* Idem And. 1 ſc. 5 v. 22, *cauſſa inepta:* Adelph. 3 ſc. 3 v. 36, *lenitas inepta*, unzeitig. Catull. Carm. 40, *Riſu inepto res ineptior nulla eſt.* Quintil. l. 11 c. 3 de oratoris geſtu: *diſcurſare ineptiſſimum.* Perlate patet vocabuli hujus vis & ſignificatio, ut oſtendit Cicer. lib. 2 de Oratore cap. 4 & 5. & Scaliger peculiari Oratione ſuper nomine Inepti, quam operæ pretium videre, & Schottum l. 4 Tullian. quæſtion. c. 20. Horat. lib. 1 Epiſt. 17. v. 32,

Sine vivat ineptus,

id eſt, *ſtolidus*, laß dem narren ſeine weiſe. Ita *minus ineptus*, paullo prudentior, etwas verſchmitzter, apud Terent. Eun. a. 2 ſc. 1 extr. ubi & Franciſc. Fabricium potes videre. Donatus ad illud ejusdem Comici Andr. 1 ſc. 5, 23, *aut ullam cauſſam, ineptam ſaltem, falſam, iniquam;* INEPTVM interpretatur, quod a quovis reprehendi poteſt. Et ſane ita *ineptus*, Heaut. act. 3 ſc. 3. v. 17, eidem Comico dicitur, qui decori ignarus eſt, & neſcit adeo, quid apud quemque deceat. Vet. Gloſſ. ἀνόητος, *ineptus, mente captus*, μωρός, *ineptus:* Vide & Priſcianum lib. 13 cap. 6.

¶ Inepte, adverb. ungereimt, närriſcher weiſe. Plautus Moſtell. a. 2 ſc. 2 v. 74, *Interdum inepte ſtultus es.* Cic. 1 Acad. cap. 4 extr. *Inepte quisque Minervam docet.* Idem Clar. Or. cap. 82, *non inepte dicere*, id eſt bene. Superlative, *ineptiſſime fieri*, Quintilianus lib. 11 cap. 3 p. 842. *Fabula ineptiſſime ficta*, Lactant. lib. 1 cap. 12.

¶ Ineptia, æ, quod Plurale tamen uſitatius eſt, narrenpoſſen. Terentius in Phorm. a. 4 ſc. 3, 43, *Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias.* Cicer. in Tuſcul. 1 cap. 37, *Ineptiæ pene aniles.* Sing. *ineptia*, uſus Plautus eſt Mercat. prologo v. 26.

¶ Ineptiola, diminutivum. Auſonius epiſtola Grypho ſive idyllio XI præmiſſa: *Fuit ineptiolæ hujus iſta materia.*

¶ Ineptitudo. Cæcilius apud Nonium, pro ineptia, ut ipſe Nonius explicat.

¶ Ineptio, ire, verbum, ungeſchickt und närriſch ding vorgeben. Terent. Phorm. a. 2 ſc. 3 v. 73, ubi neſcio quis reſpondet, *ineptis*, ſc. talia loquendo. Eadem reſpondendi eſt forma Adelph. 5 ſc. 8 v. 11.

ĂPIVM, i, σέλινον, herba, eppich. *Apium vivax.* Horat. I. Od. 36, 16. *Virides apio ripæ*, Virg. 4 Georg. v. 121, quod vulgare eſt, & ſponte naſcens. Plura enim ejus genera, quæ Plinius recenſet lib. 19 cap. 8 pr. Et ſativum quoddam genus *defunctorum epulis feralibus dicatum*, idem lib. 20 c. 11 ſcribit. Sepulcrales coronas inde fieri ſolitas, Suidas ex Duride narrat. Inde Proverbium *Apio indigere*, de iis, qui deſperatè decumbebant: de quo idem Suid. Vide & Plutarch. Sympoſ. & vitâ Timoleontis. Horatius tamen & ad conviviorum coronas apium adhibet lib. 4 Od. 10, ubi vide interpretes. Etiam majorum certaminum ex apio præmium erat. Plinius lib. 19 c. 8 (Hard. ſect. 48) *Honos apio in Achaja, coronare victores ſacri cer t minis Nemeæ.*

¶ Apianus, a, um, adject. quaſi ſimilis apio, ut, *Vitis apiana* Plin. 14 c. 2, & *uva apiana* ibidem c. 9, & *braſſica apiana* lib. 19 cap. 8, ut Harduinus ex MS. regio legit: alii codices itidem vetuſti *braſſica apiaca*, quod Catonis quoque libri habent cap. 157, ad quem Plinius provocat Quæ ſi vera lectio eſt,

¶ Apiacus aliud adjectivum erit ejusdem notionis.

¶ Apiatus, a, um, quoque reperitur, ut, *menſæ apiatæ* apud Plinium lib. 13 cap. 15, quæ apii ſemen & grana denſe congeſta in ligni venis videbantur referre. Alii hoc adjectivum ſub *Apes* ſcribunt: ſed propius Plinio eſt, ad *apium* referre, quod etiam Harduinus in notis probavit.

¶ Apiaſtrum, herba, vide ſub *Apes*.

Apluda. Vide *Appluda*.

APLVSTRE & Apluſtrum, plural. apluſtria & apluſtra, *navium ornamenta*, ſchiffzierde. *Quæ quia erant amplius, quam eſſent neceſſaria uſu, etiam ampluſtria dicebantur*, ut tradit Feſtus. Ergo ab *amplius*, ampluſtre dictum Grammatici volunt. Sed verius ex Græco ἄφλαστον, *apluſtre* & *apluſtrum:* pro quo vetuſtiſſimi *ampluſtrum* dixerunt. Erat tabula affixa ad ſummitatem puppis ornamenti cauſſa, interdum in ſcuti aut clypei modum, de cujus apice pinnæ ac criſtæ eminebant Addebantur aliquando & tæniæ, aut vela parva. Vetus Scholiaſtes Juvenalis ad Sat. 10 v. 136, ubi *victæ triremis apluſtre* memoratur, *Tabulatum* exponit, *ad decorandam ſuperficiem navis appoſitum.* Veteres Gloſſæ: *apluſtra*, πτερὸν πλοίου. Plura Salmaſius Exercitation. Plinianis. Rutilius lib. 1 Itinerar. v. 513,

Inconcuſſa vehit tranquillus apluſtria flatus.

Silius lib. 10 v. 325, *laceroque apluſtria velo.*

APOCALYPSIS, ἀποκάλυψις, revelatio, occultorum ſive liber revelationum divinarum de ſtatu Eccleſiæ novi teſtamenti, quas Johannes Theologus accepit in inſula Pathmo. Auguſt. de S. Trinit. c. 49,

c. 49, *Apocalypsis eos laudat, in quorum ore non sit inventum mendacium* die [illegible]bahrung.

APOCARTERESIS, ἀποκαρτέρησις, est propositum & electio mortis per inediam & famem. Tertullianus Apologet. cap. 46, *Lycurgus apocarteresin optavit, quod leges ejus Lacones emendassent.* Quintilianus lib. [illegible] cap. 5, [illegible] simulare dicitur.

APOCHA, æ, ἀποχή, quæ creditori tradita, [illegible] ubi a debitore. eine quittung. Secunda Lege ult. § [illegible], Dig. de condict. indebiti: *cum post à reperiantur apochæ partis [illegible] pecuniæ.*

¶ Hinc verbum *Apochare* in Cod. Theodos. Lege 1 & 3 de Tribut. in ipsis spec. intetendis, ibi *apochandi licentia* notatur: hic *præsumptio apochandi* damnata est. Videtur autem idem esse quod spectes, alterare, pecuniam pro speciebus dare.

¶ Antapocha est, quam creditori dat debitor, eine handschrifft. Lege 19 Cod. de fide instrumentor. *antapocham suscipere:* & mox *antapocham non recepit.*

ĂPŎCOPE, ἀποκοπή, ut Ecloga 1 Virgilius:

Nec spes libertatis erat, nec cura peculi, pro *peculii*,

figura contraria paragoge.

¶ Apocopus, ἀπόκοπος, abscissus, spado, mutilus. Jul. Firmicus lib. 3 cap. 14 n. 8, *inefficaces & apocopos reddent, & qui nihil agere possint.*

APOCRISARIUS, & Apocrisiarius, i. verbum medii ævi, quo Pontificum aut episcoporum legatus [illegible]. Beda Hist. Eccl. lib. 2 c. 1, *Constantinopolim apocrisiarius ab [illegible] apostolica sede [illegible] est.* Confer [illegible] Novell. [illegible] c. 25, *Reverendissimi apocrisiarii [illegible] sanctissimæ ecclesiæ, aut ad [illegible] patriarchas, aut ad metropolitas a suis episcopis ordinati & destinati.* ¶ Aliter, & quidem in caussa militari, hoc verbum adhibetur Novell. 25 c. 1.

APOCRYPHUS, i, ἀπόκρυφος, absconditus, vox Theologis trita, qui Biblicos libros in Canonicos & Apocryphos distinguunt.

ĂPŎCYNON, ἀπόκυνον, ossiculum in sinistro latere ranæ, apud Plin. lib. 32 cap. 5. ¶ 2. Item, Brassica canina.

Ăpŏdes, vide *Apus.*

APODIOXIS, ἀποδίωξις, *Rejectio* est, cum eludimus ab adversario proposita, hâc vel simili aliquâ formulâ: *Quid attinet de his rebus dicere, cum ad præsentem caussam nihil faciant?*

ĂPŎDIXIS, ἀπόδειξις, *evidens probatio*, Quintiliano lib. 5 cap. 10, ein augenscheinlicher beweiß. Latine Petronius scripsit *apodixis.* Pag. 182 Satyrici: *Rogo te, mihi apodixin defunctoriam redde*, quod Cujacio est remissio senilis ætatis, seu liberatio: Pithœo apocha: Wouwerio libellus, quo ostendit quispiam, se defunctum esse.

ĂPŎDŎSIS, ἀπόδοσις, figura Grammatica, *Redditio*: ut in illo Terentiân And act. 1 sc. 5 v. 42, *Adeon' me ignavum putas, adeon' porrò ingratum, aut inhumanum, aut ferum, ut neque me consuetudo, neque amor, neque pudor commoveat?* &c. Hic enim feritati consuetudo, inhumanitati amor, ingratitudini pudor opponitur, Donat. ¶ Rhetorica etiam partem Exordii; item Periodi ita appellat. Opponitur ei *Protasis.*

ĂPŎDYTERIUM, i, ἀποδυτήριον, locus erat ante balnei ingressum, ubi loturi se exuebant, außziehestuben. Utitur Cic. ad Quint. Fr. lib. 3 Ep. 17, & Plin. 5 epist. 6.

APOGEUS, i. a terra veniens, ἀπόγειος. Plinius lib. 2 c. 43 extr. *Venti cum e mari redeunt, Tropæi vocantur: si pergunt, Apogei.* Apogei ergo, e terra qui oriuntur. Vide Harduin. ¶ 2. Astronomis *Apogeum* locus planetæ altissimus & a terra quam maxime disjunctus.

ĂPŎGRĂPHUM, i, ἀπόγραφον, exemplum libri, aut tabulæ, eine abschrifft. Plin. lib. 35 c. 11, *Tabulæ exemplar, quod apographum vocant.*

ĂPŎLECTUS, i. ἀπόλεκτος, delectus vel selectus. Livius 36 cap. 28, *In concilio delectorum, quos apolectos vocant*, &c. Gronov. habet *Apocletos.* ¶ 2. Est & *apolectus* piscis idem, qui Athenæo *Synodontis* est, *major* scilicet *pelamys*, ein mittelmäßiger thunin. *Thynnus* enim primùm est *Cordyla*, deinde *Pelamys*, tertio *Thunnus*, quarto *Orcynus*, postremo *cetus*, ein walthunin. Gesn.

Apollinaris, apollinarius, vide *Apollo.*

ĂPŎLIS, idis, Comm. gen. ἄπολις. Latino sermoni insertum apud Marcianum & Ulpianum legitur, ac significat peregrinantem, einen unangesessenen. Ulpian. Lege 1 § 2 Dig. de Legatis lib. 3. *Deportati nec testamenti faciendi jus habent, cum sint ἀπόλιδες.* Marcianus Lege 17 Dig. de pœnis: *quidam ἀπόλιδες sunt, hoc est sine civitate.* Ab α privativo & πόλις compositum est: nec facile Latine scriptum invenitur.

ĂPOLLO, ĭnis, *Delius, Thymbræus, Grynæus, formosus*, Ἀπόλλων, Phœbus, Φοῖβος, i. e. *Sol.* Apollini variæ fuerunt potestates. Fuit enim Musarum præses & carminis auctor; inventor Medicinæ; præses vaticinii; peritus sagittandi; atque hoc nomine Apollo dictus ἀπὸ τοῦ ἀπολλύειν, quod jaculis perderet. Eusebius de præparat. Evangelii ab ἀπελαύνειν Apollinem nuncupatum indicat, quod ab ægrotationibus homines salvet. Alii, quod solus luceat, ab α & πολλοί. Vide Macrob. lib. 1 Saturn. cap. 17, & Servium in Ecloga 5 Virgil. qui veteres observat triplicem tribuisse potestatem Apollini; eumdemque & Solem credimus apud Superos; & Liberum patrem in terris; & Apollinem apud inferos, pestilentiæ justa & salutis auctorem. Vid. Gallæus ad Lactant. pag. 38, 40. Vates quâ ratione factus sit, ex veterum fabulis Lucanus lib. 5 v. 79 & seqq. docet. *Apolline dextro, sinistro, contrario, sibi bere*, nota locutio est. Virg. 3 Æn. v. 395,

Fata viam invenient, aderitque vocatus Apollo.

Tripus Apollinis vas fuit aureum, tribus insistens pedibus, à Vulcano structum.

¶ Ăpollĭneus, a, um, adject. ut, *ars Apollinea*, pro vel medendi, vel vaticinandi arte, apud Ovid. 3 Trist. Eleg. 3 v. 10. *Prolis Apollineæ medicamine*, i. e. Æsculapii, Idem Metam. 15 v. 533. Et

Intras Apollineam sociis comitantibus urbem.

Idem Metam. 13 v. 631.

¶ Ăpollĭnāris, e, aliud, ut, *ludi Apollinares*, Cic. 2 ad Att. ep. 19, qui in cultum Apollinis celebrabantur. *Apollinaris laurea* apud Horat. 4 Od. 1 v. 9.

¶ Apollinaris etiam, &

¶ Apollinarius, propria sunt: illud aliquot celebrium doctorum & episcoporum; hoc hæreticorum, in historiis Ecclesiasticis. Inter quos Apollinaris *Sacerdotem* [illegible]. ¶ 2. Apollinaris, vel *C. Sulpitius Apollinaris*, qui argumenta fabularum Terentii paucissimis verbis exposuit. Pertinacis imperatoris præceptor fuit.

APOLLODŌRUS, i, Ἀπολλόδωρος, Atheniensis poëta Comicus, eodem quo & Menander fuit tempore, fabulas ipsius aliquot Suidas commemorat; ut & Apollodori Tarsensis Tragœdias. Apollodorum Comicum Terentius imitatus est, quemadmodum testatur ipse. ¶ 2. Fuit & alius *Apollodorus Atheniensis* Grammaticus: cujus libri bibliothecæ, sive de Origine Deorum extant, de quibus multa Salmasius Exercit. Plinian. ¶ 3. *Apollodori tyranni* mentio apud Senecam 7 de benef. 19, & 2 de irâ 4. Utrobique jungitur Phalaridi, par videlicet pari. Confule & Muret. 16 Var. Lect. 7. ¶ 4. *Apollodorus* quoque *Epicuri* discipulus celebris, κηποτύραννος dictus, quasi suo regnator in horto. Laërt. lib. 10.

APOLLONIA, æ, Ἀπολλωνία, nomen est celebrium aliquot civitatum in *Epiro*, in *Creta*, in *Syria*, & *Thracia*, Plinio teste lib. 4 & 5. Stephanus Byzant. de Urbibus, Apollonias 25 percenset. Epiri civitatem optimis legibus institutam Strabo lib. 7 prodit. Et inde eo Augustus studiorum caussa secessit, ut ex Dione & Suetonio constat.

¶ Apolloniātæ, cives Apolloniæ, qui varii sunt, prout urbes hujus nominis diversæ. Plin. lib. 5 c. 30 & alibi. *Apolloniatûm oppidum*, Idem lib. 3 cap. 11 de Epiro.

¶ Apollonis, idis, urbs Asiæ minoris Straboni lib. 13, prope Pergamum & Sardes. Unde

¶ Apollonidenses Ciceroni pro Flacco c. 29, sive Apollonidienses, ut Plinius vocat lib. 5 c. 30, dicti ab Apollonidea Lydiæ.

APOLLONIUS, i, Ἀπολλώνιος. Apollonii plurimi fuêre, magni & eruditi homines. ¶ 1. Inter eos Apollonius Rhodius, apud quem Cicero adolescens Rhodi cum admiratione & stupore ipsius declamavit, quem perperam nonnulli *Molonem* appellant, cùm potius *Molonis* appellandus sit, ut Suetonius vocat Cæs. c. 4, ubi omnino videndus Casaubonus est. Is Apollonius Romæ postea docuit. ¶ 2. Apollonius alius Alabandensis fuit, [est autem Alabanda, Cariæ oppidum in Asia] dicendi magister, summus doctor, ut eum Cicero appellat de Orat. lib. 1 cap. 28, qui cùm mercede doceret, non patiebatur tamen eos, quos oratores evadere non posse judicaret, operam apud se perdere, dimittebatque unumquemque ad quamcunque artem, cui aptus ipsi videretur, atque ad eam impellere talem & hortari solebat. *Nam qui non potest*, [inquit cap. seq. Cicero] *qui vitiose facit, quem denique non decet, hunc (ut ait Apollonius) ad id, quod facere possit, detrudendum puto.* ¶ 3. Apollonius Rhodius [quod Rhodi degeret, appellatus; nam Alexandriæ natus fuit] discipulus Callimachi, Eratosthenis Grammatici æqualis, & mox successor in præfectura Bibliothecæ apud Ptolemæum Evergeten, scripsit Argonautica, quæ exstant. ¶ 4. Apollonius Tyaneus, maximus magus & præstigiator suo tempore fuit: idque in tantâ admiratione, ut vel Christo ipsi præferrent, de quo præter Augustinum in de Civ. Dei, Lactantius lib. 5 c. 3. Stans ante Domitianum repentè non comparuit. Vid. Vossium 2 de Hist. Græc. 14 p. 228. Qui eo in opere plures Apollonios suppeditabit.

Apologatio, vide *Apologus.*

ĂPŎLŎGIA, æ, ἀπολογία, defensio sui, vel facti sui, eine verantwortung, schut-rede, ab ἀπολογεῖσθαι. Plat. in Ep. 1, πρὸς δύο διαβολὰς, διπλᾶς ποιήσασθαι τὰς ἀπολογίας, hoc est, *adversus duas calumnias duplicem defensionem.* Cur defensiones Apologiæ dictæ, vide apud Scalig. lib. 3 Poët. cap. 83.

¶ Apologeticus, a, um, quamquam & *Apologeticus* & *Apologeticum* absolute, & substantivorum forma invenias: ubi vel liber vel scriptum subintelligendum est. Qua forma, & *Panegyricus* quoque & *Panegyricum* dicitur: ut & *Satyricum.* Sed Tertullianus librum, quo Christianorum tuetur caussam, *Apologeticum* inscripsit. Exstat & B. Hieronymi *Apologeticon* ad Domnionem. Idem Epist. ad Pammach. alterius sui Apologetici meminit pro libris adversus Jovinianum. Epist. ad Magnum Orator. Rom. Aristidis *Apologeticum pro Christianis* idem commemorat.

APOLOGUS, i, ἀπόλογος, αἶνος, Hesiodo fabula, in qua animalibus brutis sermo & actiones tribuuntur, ein gedicht, mährlein. Scal. lib. 3 Poët. cap. 83, *Videtur*, inquit, *Apologus genus esse ad αἶνον & μῦθον. Est autem Apologus narratio ficta de re quapiam cum attributione πάθους aut ἤθους, vel cum Oratione, vel sine: ut ex ea aliquid ad humana commoda designetur*, &c. De eorum utilitate Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 200. Rupert. ad Florum p. 288.

¶ Apologatio, ōnis, idem: sed vulgi vocabulum: nec satis receptum, ut Quintil. indicat l. 5 c. 11.

¶ Apologare, i. e. rejicere, repudiare, ex Græco ἀπολέγειν, idem vulgi verbum & sordidum, quo tamen usus Seneca est Epist. 47, *ipse*, inquit, *illum invicem apologavit.* Vide Lipsium.

ĂPŎNUS, i, fons calidis & medicatis aquis, non procul a Patavio. Sic dictus videtur, quod sine dolore remedium afferat. Unde Claudian. idyllio 6, quod totum de hoc fonte agit:

Amissum lymphis reparant impune vigorem,

Placaturque ægro luxuriante dolor

Vid. Cassiodor. lib. 2 Var. Epist. 39. Ejus aqua non modo salubris, sed & fatidica credita. Idem Claudianus principio dicti carminis,

Fons Antenoreæ vitam qui porrigis urbi,

& v. 4 *Quum tibi* [o fons] *Phœbeus carmina* [illegible] Adde Silium lib. [illegible] v. [illegible]19. Unde consultans [illegible] Lege Suet. Tiber. c. 14. Videtur [illegible] nescio quem augurem de Pompeji clade ad Aponi fontem [illegible] facit lib. 7 v. 192. Hinc

¶ Aponinus, a, um, adject. ut, *Aponinæ fontes*, quod Cato [illegible] &

Cæterus

Gruterus legunt in Vopisci Firmo cap. 3, ubi vulgo legitur *Apenninis*: id quod idem Casaubonus etiam in Claudio Pollionis cap. 10 ad hunc modum correxit, *Quum in Aponio de se consuleret*, non Apennino; & interpretatur *in Aponi fonte*.

APOPHĂSIS, ἀπόφασις, negatio, ab ἀπόφημι, quam figuram Tropum esse negavit Quintilianus; exemplum ejus ponens ejusmodi lib. 9 cap. 2, *Non agam tecum jure summo, non dicam, quod forsitan obtinerem.* ¶2. Dicitur eodem nomine & *rerum* seu *bonorum annotatio*, quam *Inventarium* vulgo dicunt, sed ἀπογραφὴ propriè est, ein inventarium.

Apophlegmatismus, vide in *Phlegma*.

APOPHORĒTA, orum, plur. ἀποφόρητα, munera dicebantur, quæ mutuo amici Saturnalibus mittere soliti. angebinde. Sueton. in Vespas. cap. 19, *Saturnalibus dabat viris apophoreta, & Calendis Martii fœminis.* Vide & Martialis ad Lectorem Epigramma lib. 14, quo toto Apophoreta persequitur: hoc est, quæ illo nomine Saturnalibus dari solebant. ¶2. *Apophoreta* etiam dicta postea sunt, quæ quis munuscula, vel quas partes, ex convivio accipiebat ferebatque domum; ut poma, pyra, alia hujus generis: de quo Marcilius ad illud Horatii lib. 1 Ep. 8, *Non invisa feres pueris munuscula parvis.* ¶3. Apophoreta quoque dicta fuisse, quæ Ludorum aut Spectaculorum editores post ea finita mitterent amicis, docebit Lipsius 1 Saturnal. 16, e Symmachi locis quibusdam, qui & *Apophoretica* vocat.

APOPHTHEGMA, ătis, ἀπόφθεγμα, Cicer. in Offic. 1 cap. 29 interpretatur facete dictum, non cujuslibet tamen, sed Oratorum, Ducum, Legatorum, &c. ut Erasmus monet, ein nachdencklicher spruch. Vt Cato dixit: *Homines nihil agendo discunt malè agere.* Epicharmus dixit: *Sobrius esto, & memento diffidere.* Pericles Orator dixit: *Se amicum esse, sed usque ad aram*, h. e. citra violationem religionis. Augustus in ore subinde habuit, σπεῦδε βραδέως, *Festina lentè*: eile mit weile. Jul. Cæsar dixit, *Nihil neque tutius esse, neque honestius, quam ab omni contentione abesse.* Collegit Apophthegmatum ingens & utilissimum volumen Erasmus, quod studiosis literarum sedulò cognoscendum est.

APOPLANĒSIS, ἀποπλάνησις, i. e. aberratio, quæ est hujusmodi dicendi ratio, quâ differendo, obscurando, tergiversando judicem in errorem trahimus. Quod Cicero facit in caussa Cluentii, qui reus erat veneficii. Turneb. ad Quintil. lib. 2 c. 17.

APOPLEXIA, æ, ἀποπληξία, morbus ex resolutione nervorum, der schlag, cui morbo, ut cæteris morbis frigidis, *materiam præparant immeditate assiduæ crapulæ, curæque coctionem impedientes, & coacervantes in cerebro crudos & viscosos humores*; Peucer. *Ictum sanguinis* vocat Victor Junior in Antonio Vero. Hunc enim tali morbo periisse consentiunt historiarum conditores. Corn. Celsus lib. 3 cap. 26 & 27 Græce ἀποπληξίαν appellat.

¶ Est & alia forma nominis *Apoplexis*, Græce ἀπόπληξις, quæ idem sonat. Capitolinus de illo Lucio Vero in Vita cap. 9, *morbo, quem apoplexin vocant, correptus Lucius.* Et in Vita Marci cap. 14, *Lucius apoplexi arreptus periit*, ut Palatinus habet, quamvis Regius *apoplesia*, quod ex *apoplexia* est. De eodem Eutropius lib. 8 cap. 5, *subito sanguine ictus, casu morbi, quem Græci ἀπόπληξιν vocant.*

¶ Apoplecticus, den der schlag gerühret hat.

APORIOR, ari, Vulgatus 2 Corinth. 4, 8, pro ἀπορεῖσθαι dixit, unde originem habet. Vsus & Ambrosius Serm. 85 p. 384.

APOSIOPĒSIS, ἀποσιώπησις, Latine *Reticentia*, figura, qua præ affectu aut indignatione pars aliqua Orationis ad sententiam necessaria reticetur. Virg. Æneid. 1,

Quos ego. Sed motos præstat componere fluctus.

APOSPHRAGISMA, ătis, ἀποσφράγισμα, Plinius 10 Epist. 16, *Signata est annulo meo, cujus est aposphragisma quadriga.* Signum insculptum interpretatur ibi Buchnerus. das zeichen auf einem pitschier.

ĂPOSTĂTA, æ, ἀποστάτης, defector, ein abtrünniger, ein mammeluck, qualis fuit Julianus Imper. ex professione Christianâ ad ethnicismum relapsus. Vtuntur hoc nomine Christiani scriptores, ut Tertullianus lib. 5 adv. Marc. cap. 11, *apostata Marcion*: & Sedulius lib. 5 de Juda proditore:

Tunc vir apostolicus, nunc vilis apostata factus.

¶ Apostaticus, a, um, adject. ἀποστάσεως reus, aut ad apostatam pertinens. Idem Sedulius Joann. cap. 20 v. 1,

formidine rursus
Plebis apostaticæ, Dominum quæ cæca negasset.

Augustinus eleganter ad lapsum humani generis transtulit Enchirid. cap. 99, *Vniversum*, inquit, *genus humanum tum justo judicio divino in apostatica radice damnatum.*

¶ Etiam verbum *Apostatare* inde formant Cyprianus epist. 54 c. 3. & Vulg. Sirac. 19, 2.

¶ Apostasia, æ, ἀποστασία, veræ religionis desertio, der abfall. Theologis usitata vox.

APOSTĒMA, ἀπόστημα, suppuratio, ein geschwär, fit ex concursu mali humoris in certam aliquam corporis partem. Plinius lib. 20 cap. 3 de quodam cucurbitarum genere: *medetur caro ejus suppurationibus, quæ Græci vocant apostemata.* Et lib. 25. cap. ult. *Semen plantaginis apostemata sanat.* Celsus lib. 2 cap. 1 *abscessum* vocat. *Abscessus*, inquit, *corporis, quæ ἀποστήματα Græci nominant.*

APOSTŎLVS, i, ἀπόστολος, ein mundboth, gesandter; quæ prima vocabuli hujus acceptio est, ab ἀποστέλλω, mitto. ¶2. κατ' ἐξοχὴν vocamus ita illos duodecim, quos Evangelii per orbem universum prædicandi caussa Christus ablegavit: ein apostel, in vetustis canticis ein zwölff-both. ¶3. Quin & alii sic vocati, qui ad prædicandum adhiberentur, quomodo Epaphroditum Paulus Apostolum vocat Philipp. 2 v. 25. Vnde & ¶ *Apostola*, fœmina Christum prædicans. Radulphus Ardens homil. in die S. Paschæ p. 367 de fœminis, quæ Christi resurrectionem discipulis annunciare jubebantur: *istæ ipsos doctores docuerunt, unde & Apostolæ Apostolorum nuncupari possunt.* Et in veteri quodam Chronico, quod describit Silvester de Prier. in aur. ros. fer. 5 infra oct. Paschæ, Magdalena sic loquens inducitur: *Ego prædicatrix & apostola fui.* ¶4. *Apostoli* dicuntur vulgo, quos *dimissorias litteras, dimissorios libellos* aliàs vocant: de quibus exstat Titulus lib. 49 D. Modestinus JCt. Lege *Dimissoriæ* D. de verb. sign. *Dimissoriæ*, inquit, *litteræ dicuntur, quæ vulgò Apostoli dicuntur. Dimissoriæ autem dictæ, quod causa ad eum, qui appellatus est, dimittitur.*

¶ Apostolicus, a, um, adjectiv. apostolisch, ut *Symbolum Apostolicum*, Et Tertullianus ita eodem loco, ex quo mox verba proferemus, *Ecclesiam Apostolicam, & doctrinam Apostolicam* dixit. Prudentius Hamartig. 522, *Oris Apostolici testis sententia prodit.*

¶2. *Apostolici viri*, & interdum simpliciter, quasique substantive *Apostolici* vocabantur Apostolorum fideles & constantes in Evangelio prædicando discipuli, atque adjutores. Tertull. de præscr. adv. hær. cap. 32, *Evolvant ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, ut primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseveraverit, habuerit auctorem & antecessorem.* Paullo post: *Licet nullum ex Apostolis, vel Apostolicis auctorem suum proferant.* ¶3. *Apostolici* etiam hæreticorum nomen est, quod ipsi sibi indiderunt. Sed hi duorum fuere generum. Quos enim Augustinus memorat cap. 40 de hæres. vetustiores sunt. Hi *in suam communionem non recipiebant utentes conjugibus & res proprias possidentes, similes Encratitis*, quorum & propaginem eos fuisse, ad eum Augustini locum non male censet Danæus p. 109. Alii erant, in quos sua viventes ætate invehitur Bernhardus serm. 66 in Cantic. rusticanos homines & idiotas appellans, Manichæorumque dogmata quædam in iis notans. Vid. Vsser. c. 8 de Christ. Eccl. success. n. 23. ¶4. In veterum monumentis *Apostolicus* sæpe idem est, quod Papa. Crebro ita loquitur Scriptor appendicis ad Eutropium, apud Flac. Catal. test. verit. ut inter alia p. 163 (ed. Bas. 1556.) *misso Imperatoris & Apostolici.* Rad. Ardens hom. dom. 3 post Pasch. *Hoc sequens dominus Apostolicus vocat se servum servorum Dei.* ¶5. Et sicut Papæ nomen cuilibet Episcopo fuit quondam commune, ita videas & Apostolicum usurpari pro Episcopo, ut in Epitaphio Trophimi primi Arelatensium Episcopi:

Trophimus hic colitur, Arelatis præsul avitus,
Gallia quem primum sensit Apostolicum.

in itinerario Stunicæ, quod inseritur Biblioth. Hispan. p. 632. Sic Autor vitæ Lamberti Episcopi Tungrensis, apud Grets. lib. 2 de Cruce c. 20 f. 416, *Ipse dominus Apostolicus* (de hoc Lamberto sermo est) *capite & humeris, & toto corpore nive est tectus.*

¶ Apostolatus, ûs, officium apostoli, das apostel-ampt. Tertull. adv. Marcion. l. 1 c. 20, *Petrum, ceterosque, columnas Apostolatûs, a Paulo reprehensos opponunt.* Et contra eumdem lib. 5 cap. 1, *ordinato officio apostolatûs.* Sidonius lib. 7 ep. 4, *apostolatus vestri patrocinio.* Et pro officio summi Romanorum pontificis. Paulus Warnefr. lib. 4 Longob. cap. 30, *Tunc etiam beatus Gregorius migravit ad Christum, -- cujus in locum ad Apostolatus officium Sabinianus est ordinatus.*

¶ Pseudapostolus, i, ψευδαπόστολος, ein falscher lehrer. Tertull. de præscript. adv. hæret. c. 4. *Qui Pseudapostoli, nisi adulteri evangelizatores.* v. Idem de resurrect. c. 24. & contra Marcion. l. 4 c. 3.

APOSTRŎPHE, ἀποστροφὴ, conversio, sermo aversus. Virgil. Georg. 2 v. 170, *Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar*, &c.

¶2. Sermo, qui ἀποστροφὴ dicitur, in forensibus actionibus est aversa à judicis personâ oratio vel ad coronam, vel patronum diversæ partis, vel ad ipsum adversarium. Quintil. lib. 4 cap. 1.

APOSTRŎPHVS, ἀπόστροφος, aversio, semicirculus ad summum consonantis appositus, indicans vocalem abesse, ut τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν, *Sudorem posuêre Dii virtutis ad arcem.* Sic *Viden', ain', dixtin'?* pro videsne, aisne, dixitne?

APOTELESMA, ătis, ἀποτέλεσμα, Philosophis est effectus ex certis causis proveniens; & inprimis Mathematicis est omne id, quod cælum in hora natali efficit. Vnde *Astrologia Apotelesmatica* dicitur, quæ est divinatrix, & *Apotelesmatici* sunt divinatores. Vid. Vossius de Mathem. Scient. p. 203.

Apotheca, æ. vide *Theca*.

APOTHEŌSIS, ἀποθέωσις, *consecratio*, sive relatio inter divos: ut in Imperatoribus olim demortuis fiebat, quod Augustus apud Romanos instituit: cujus ritum Herodianus accurate exponit lib. 4 cap. 2. Vergötterung. Conf. Demster. ad Rosin. Antiq. Rom. lib. 3 c. 18. Barth. ad Æn. Gazæum p. 125 seqq. Alex. Neap. lib. 6 c. 4. Voss. de Idololatr. lib. 3 cap. 4, 17. Latini vocant *consecrari*, Plin. Paneg. cap. 10. *dicari cælo*, ibidem cap. 11, & *inter divos referri*, Eutrop. passim; vide in Tito, Nerva, Trajano &c. Idem *divum appellari*, ut in Augusto idem dixit. Conjungit interdum Eutropius plures appellationes, ut in Claudio: *post mortem consecratus est, divusque appellatus*; & in Antoninio Pio: *inter divos relatus est, & merito consecratus.* Quæ caussa aut ratio subfuerit huic ritui, ostendit Plinius Panegyr. cap. 11, & quem ibi advocavimus, Lactantius lib. 1 Institut. c. 15.

Appello, āre, cum derivatis, Appello, ĕre, Appendicula, appendix, appendo, Apparentia, appareo, apparitio, apparitor, vide *pello, āre, pello, ĕre, pendo, ĕre, pareo.*

APPIĀNVS, i, Alexandrinus, scriptor historiæ Romanæ de bellis civilibus, cujus exstant libri quinque de Bello Civili, præter libros Illyricum, Celticum, Libycum, Syriacum, Parthicum & Mithridaticum bellum complectentes. Vixit temporibus Hadriani Principis, quod ipse in Syriac. p. 83 ed. Car. Steph. prodidit, quum de victoribus Judæorum differens, hæc adjecit: καὶ Ἀδριανὸς αὖθις ἐπ' ἐμοῦ, *& Hadrianus mea ætate.* v. Voss. de Hist. Gr. l. 2, 13.

Appion, vide *Apion*.

APPIVS Claudius Cæcus, in veteri Romanâ historia nobilis, disturbatâ maxime cum Pyrrho pace. De quo Ovidii illud est 6 Fastor. v. 203, cum de Bellona hoc dedicata auctore verba faceret:

Appius, inquit, *est auctor: Pyrrho qui pace negata*
Multum animo vidit, lumine captus erat.

Inter priscos Oratores eum Cicero commemorat in Bruto: qui & alibi ejus mentionem fecit. vid. infra *Claudius.* ¶ Fuerunt & alii plures in gente Claudia hoc prænomine, de quibus Sueton. Tiberii vitâ prioribus capitibus 4. Nam duxit Tiberius ex hac stirpe paternum juxta atque maternum genus. ¶ *Appii os habere*, Vatinius ad Cic. lib. 5 epist. 10 dixit, id est impudentem esse. Sed incertum, de quo ibi Appio loquatur.

¶ Appietas, ficta vox Ciceronis lib. 3 epist. 7.

¶ Appia Via, lapidibus strata, a Roma ferens Capuam, & inde Brundusium usque, opus Appii Claudii Cæci. v. Liv. 9, 29. Hor. 1 Serm. 5 v. 6, *Minus est gravis Appia tardis*,
absolute *Appia*, subaudito *viæ* vocabulo. Statius 2 Silv. 2 v. 12,

Appia longarum teritur regina viarum.

¶ Appias, ădis, Patronym. Variis applicari potest. Ovidius 1 de Arte am. v. 83, *Appias expressis aëra pulsat aquis*,
ubi Aqua Appia intelligitur. Et de Remed. Amor. v. 660,

Non illas lites Appias ipsa probat,

id est Venus, cujus templum in foro C. Cæsaris fuit, juxta aquam Appiam; vel propter meretriculas Veneri sacras, in Appia Via ante portam habitantes. Ovidius lib. 3 de arte v. 451.

Has Venus e templis multo radiantibus auro
Lenta vides lites, Appiadesque Deæ.

Vbi Cœlius Rhodiginus per *Appiadas Deas* Pacem, Pallada, Concordiam, Venerem, Vestam intelligendas putat, quem vide lib. 12 Antiq. Lect. c. 1. Sed Heinsius *Appiades tuæ*, qui meretriculas intelligit.

¶ *Appiana mala* refert in aliis pomorum generibus Plinius lib. 15 c. 14, ab Appio insitore nominata.

Applico, Apploro, vide *Plico, Ploro.*

APPLŪDA, æ, (sunt &, qui Apludum scribant) milii est & panici, & sesaniæ purgamentum, quemadmodum Plinius scripsit lib. 18 c. 10. die hülsen vom hirsen und dergleichen gewächs. ¶ Nonius itemque Gellius 11 c. 7 auctores sunt, frumenti furfures rusticos veteres appludam dixisse. Nævius,

Non hercle appluda est hodie, quam tu, nequior.

Apprehendo, cum derivatis, Apprīme, apprīmo, Apprōno, āre, Appropinquo, Appulejus, Appulus, Appulsus, vide in *prehendo, prior, premo, pronus, propinquus, Apulejus, Apulus in Apulia, pello, ĕre.*

ĂPRĪCUS, a, um, soli expositus, an der sonnen gelegen, quasi ἄνευ φρίκης, h. e. horroris expers: vel ab aperiendo, quasi apericus, id est, Soli apertus, quod Salmasio placet ad Solin. f. 990. ubi simul docet, apricum vocari non omnem Soli expositum locum, sed eum demum, qui Soli tepido, leni, temperato, non torrentissimo patet. *Apricus campus*, Horat. de Arte v. 162. *Terra aprica* Virg. 6 v. 312, *colles aprici*, idem Eclog. 9, & Tibull. lib. 1 eleg. 4 v. 15,

Annus in apricis maturat collibus uvas.

Horat. lib. 1 epist. 6 v. 24,

Quicquid sub terra est, in apricum proferet ætas.

es ist nichts so klein gesponnen, es kommt endlich an die sonnen. *Aprici senes*, apud Persium Sat. 5 v. 79, die nach dem warmen kriechen. Amant enim senes appricari deficiente calore nativo: & eo fine in ædibus habebant *solaria* sive *heliocaminos* veteres. Erantque hæ ἡλιώσεις sive *insolationes* [ita enim vocabant] inter præsidia valetudinis: de quo Mercurialis in arte Gymnast. itemque eruditiss. Torrentius ad illud Horatii lib. 1 Ep. ult. v. 24,

Corporis exigui, præcanum, solibus aptum.

Graduum quoque patiens hoc adjectivum est. Columella 11 c. 3 *locis apricioribus.* Idem lib. 9 c. 14, *apricissimo die.*

¶ Ăpricor, ari, an der sonnen liegen, Cicero Tuscul. 5 c. 32, *Alexander offecerat Diogeni apricanti.* Columella lib. 8 c. 4, *Habere clausam* [gallinam] *oportet amplum vestibulum, quo prodeat, & ubi apricetur.* Paullinus Jambo ad Cytherum activâ formâ posuit, v. 311,

Martinianum suscipit fraternitas
Tectoque apricat & cibo.

Vbi nota *Apricare* pro *fovere, refocillare* dictum esse, quamvis duriusculè, ut nobis videtur. Activè *Apricare* etiam Palladius dixit lib. 1 c. 38, *Ventis frigidioribus altus paries resistat, qui locum possit defensis sedibus apricare.*

¶ Apricatio, ōnis, das liegen an der sonnen, & hoc à Cicerone 7 ad Attic. ep. 11 usurpatum. *Vnam mehercule*, inquit, *tecum apricationem in illo Lucretino tuo sole malim, quam omnia istiusmodi regna.* Sic dicere possumus, *Apricatione candefacere*, bleichen.

¶ Apricitas, ātis. Justin. lib. 36 c. 3 de balsameto Hierichuntino: *Non minor loci ejus apricitatis, quam ubertatis admiratio est: quippe cùm toto orbe regionis ejus ardentissimus sol sit, ibi tepidi aëris naturalis quædam, ac perpetua apricitas inest.* Minus enim bene codices quidam vulgati *opacitatis*, & *opacitas* hîc habent. *Apricitas diei*, apud Columell. pro calore, ein schöner warmer tag, lib. 7 c. 4.

ĂPRĪLIS, is, der aprill, mensis, quem ab aperiendo, quasi *Aperilem*, quod ver tum omnia aperiat; sive ut Varronis apud Censorinum verba sunt, *quod tunc fere cuncta gignantur, & nascendi claustra Natura aperiat*, veteres dictum voluerunt. Quod minus verisimile tamen Josepho Scaligero duabus caussis videbatur. Primùm, cùm annus initio 10 tantùm mensium fuerit, non possunt menses fixas stationes temporum habuisse, sed eos semper vagos fuisse necesse est. Quo factum, ut Aprilis semel tantùm in tempus vernum incideret, & post duodecim annos Romuleos, hoc est, Lunares decem in orbem demum rediret. Deinde, ea nomina, quæ à verbis descendunt, penultimam corripiunt; ut *probabilis, utibilis* & ex eo *utilis; facibilis* sive *facilis*: quam producunt, quæ a nomine derivantur; ut *equus equilis: ovis ovilis: caper caprilis:* exceptis tamen paucis, ut *humus humilis*, & si quæ alia sunt. His ita constitutis existimabat *Aprilem* potius ab *Apro*, hoc est, *porco* dictum fuisse. Vt enim Athenis erat ἐλαφηβολιών, hoc est *cervilis mensis*: ita *Aprilis* καπρηβολιών, sive καπροβολιών Romanis fuit. Hæc à Scaligero se accepisse Janus Rutgersius ad Horatii lib. 4 Carm. Od. 11 refert, eaque valde probata fuisse præceptori suo Gerardo Vossio, ibidem commemorat. Etiam Ovidius cum lib. 4 Fast. de nomine hujus mensis disputat, illam eorum rationem, qui ab aperiendo deducunt, non obscure rejicit; sed illos tamen sequitur, qui a Græco ἀφρὸς, spuma, dictum tradiderunt: quod scilicet mensis ille Veneri, quæ de spuma maris nata, sacer esset. Vide eum v. 61 & plurimis sequentibus ejus libri. Et est Horatius quoque in eâ opinione in illa ipsa oda 11 lib. 4 cum ait:

Qui dies mensem Veneris marinæ
Findit Aprilem.

Nam *Venus marina* Aphrodisia est, sive de spuma nata. Carolo Magno dictus hic mensis, der ostermonat: quam appellationem adhuc Saxones quidam retinent.

APSIS, vel Absis, ĭdis, ἄψις, lignum rotæ, in quo figuntur radii, der bogen am rad, die felgen, *rotæ curvatura:* ut Ovidius appellat in descriptione solaris currûs. ¶ Et curvatura fornicis ita appellatur: das gewölbe. Plinius lib. 2 ep. 17, *Annectitur angulo cubiculum in apsida curvatum.* Invenies & apud Paullinum sæpius Epist. 12, ubi Ecclesiarum structuras describit, ex quo Salmasius ad Solin. p. 853 docet, apsidem esse cameram, intra quam reliquias martyrum veteres sacraverint. Augustinus Epist. 203, *In futuro Christi judicio, nec apsides quadratæ: nec cathedræ velatæ.* ¶ Anastasio Bibliothecario *Aspida, aspide*, dicitur: qui infinitis locis eo vocabulo usus est, quod ad Spartianum Salmasius observat. ¶ Plinius in stellis *absides* vocat punctum circumferentiæ summum; quem flexa ex Arabica voce Astrologi *augem* appellant: ut lib. 2 c. 15: *Prima circulorum, quos Græci absidas in stellis vocant.* Et mox: *Ergo ab alio cuique centro absides suæ exsurgunt.* Vide Voss. 2 de vit. serm. p. 177.

APTŌTON, ἄπτωτον, indeclinatum, ut fas, nefas, &c. Charis. Sosipater lib. 1 p. 23, *Sunt quædam, quæ declinationem non admittunt, & in quibusdam casibus tantum inveniuntur, & dicuntur ἄπτωτα.*

Aptus cum Derivatis & Compositis vide in *Api, cor.*

ĂPUA, æ, pisciculi minimi genus, ein meergründel, Gesner. Vide Aphya. *Apua cobitis*, ἀφύη κωβίτης, stincks, stinckling. *Apua Phalerica*, ἀφύη φαληρική, weisfischlein. Hadrian. ¶ 2. Apuæ meerseelen dicuntur, etiam nostrates pisciculos à parvitate dictos, meerseelen, vocant meerliestchen. ¶ 3. Est & Apua oppidum Liguriæ, in Thusciæ confinio, quæ hodie *Pontremoli*; Vnde

¶ Apuani, Ligures apud Livium lib. 40. c. 41.

ĂPUD, præpos. bey; subservit nominibus localibus & personis. Localibus addita habet quamdam cum *ad* vel *prope* vel *in* cognationem: ut Cicer. 15 epist. 3, *Apud oppidum Cybistra castra feci*, &, *ad Cybistra quinque dies commoratus sum.* *Apud forum* pro *in foro*, Terent. And. 1 sc. 5 v. 20, & a. 3 sc. 1 v. 3. am marckt. Idem, *apud me domi*, pro *domi meæ*, in meinem hause. Heavt. 3, 1, 21. Sic *Apud seculum prius.* Idem Eun. 2, 2, 15. ¶ Personis addita particula interdum idem esse videtur quod *cum*; ut Cic. 1. Ep. 2. *Eo die casu apud Pompejum cœnavi.* ¶ Interdum idem quod *a*: ut Cic. Off. 2, 24. *Hæc apud majores nostros factitata.* ¶ Interdum idem quod *coram*: ut Nepos 19, 3, 3, *Causam apud regem dicere.* ¶ Peculiare est in veteri Inscriptione Romæ: VT ET EGO POSSIM DVLCIVS ET CELERIVS APVD EVM PERVENIRE. Vbi manifeste *apud* pro ad *ponitur.* ¶ Terentio frequens & illud est, *Apud se esse*, i. e. *animo præsenti & minime turbato*; quod & Germanicè dicitur, bey sich selbst seyn. Terent. And. a. 2 sc. 4 v. 5, *Proin tu face, apud te ut sies.* Vbi Donatus: *Præparatus sis. cui contrarium: Non sum apud me.* Nempe *apud se non esse* perhibentur, quibus confusus & interceptus quodammodo animus metu ac formidine aut irâ etiam est: ut contra *esse apud se*, qui recte constant sibi & fiduciam habent & quieti sunt. Idem Comicus ead. Fab. a. 5 sc. 4. v. 35, *Vix sum apud me: ita animus commotus est metu.* Et Heaut. act. 5 sc. 1, 48, *præ iracundia non sum apud me.* Conf. Phorm. 1, 4, 27. & Hecyr. 4, 4, 85. Sic *redire* dicuntur *ad se*, qui colligunt animum atque recipiunt. Idem Comicus iterum Andr. a. 3 sc. 5 v. 15,

Pam. *Quid meritus est?* Da. *crucem.*
Sed paullulum sine ad me ut redeam: jam aliquid dispiciam.

Elegans & illud est, *Apud animum cogitare, statuere, instituere*, pro *in animo*, vel *secum.* ¶ Posteriori ætate *Apud* ita urbium & regionum nominibus addi consuevit, ut nostratium *in*, vel Genitivum Latinorum exprimat. Eutropius lib. 5 cap. 4 n. 1, *Sylla Archelaum apud Piræeum obsedit*, id est in Piræeo, cujus muris inclusus erat Archelaus. Idem lib. 6 cap. 17, *Pharnaces Pompejo in auxilium apud Thessaliam fuerat:* sed Pharsalici campi in ipsa Thessalia. Et lib. 7 cap. 13 pr. *Vespasianus factus apud Palæstinam imperator.*

APVLEIVS, seu Appulejus, i. Multi hoc nomine fuerunt, quod Onomasticon Glandorpii docebit. Sed in his maxime celebris L. Apulejus Madaurensis, qui & scriptis latine libris inclaruit, in quos notas habemus Beroaldi, Stevvechii, Colvii, Elmenhorstii, Wowerii, aliorum. Floruit sub Antoninis Imperatoribus. ¶ 2. Fuit & quidam alius Tiberii ævo Apulejus Celsus, Centuripinus Siculus, medicus celebris, quem Scribonius Largus lib. de comp. medicamentorum præceptorem suum & Valentis vocat: Marcellus vero Empiricus, qui sub Theodosio Gratianoque vixit, inter medicinæ artis auctores Latinos recenset: Colvius in vit. Apul. Madaur.

ĂPŪLIA, æ, Ἀπουλία, regio Italiæ Hadriatico finitima, abundans ovibus, quarum lanæ Martialis palmam tribuit Apophoretis epigr. 155 ita scribens: *Velleribus primis Apulia, Parma secundis*
Nobilis; Altinum tertia laudat ovis.

Cicero de Divinat. lib. 1 cap. 43, *Apulia maximis terræ motibus conquassata.* Apuliæ descriptionem vide apud Plin. 3 c. 11.

¶ Apulus & Appŭlus, ein Apulier. Lucan. lib. 5 v. 380,

Apulus Hadriacas exit Garganus in undas.

¶ Apulum, Daciæ urbs, Ptolemæo lib. 3 cap. 8, quæ pluribus videtur esse Alba Julia, Siebenbürgisch Weissenburg.

ĂPUS, ŏdis, ἄπους, Apodes, ἄποδες, hirundines sunt, quæ & *Cypselli*, κύψελλοι dicuntur, propterea, quod in cistellis ex luto compactis nidificant: Pedibus non carent, sed pilosos eos & adeo minutos habent, ut carere iis putentur; circumvolitant perpetuo, nunquam consi-

dentes. Plin. l. 10 c. 39, *Plurimum volant, quæ Apodes vocantur, quia careant usu pedum.* spirschwalben Agricola interpretatur; alii geyerschwalben, reinschwalben, &c.

APYRINUS, a, um, Ἀπύρινος, ut, *malum apyrinum*; genus est dulce mali Punici, nucleis carens lignosis, eine süsse art von granat-äpffeln. Exstat apud Columell. lib. de Arbor. cap. 23, *Ea res dulcem & apyrinum fructum facit.* Et apud Senec. Epist. 85, *Apyrina dicuntur, non quibus nulla inest duritia granorum, sed quibus minor.* Et apud Martialem lib. 13 Epig. 42,

Non tibi de Lybicis tuberes & apyrina ramis.

Scribitur & Apyrēnus, penult. longa, quia Græce ἀπύρηνος & ἀπύρινος est, a πυρήν, nucleus, seu quod ligneum osseumque in pomo est. Adde Lipsium in c. l. Senecæ.

APYRON, sulphuris præstantioris genus, Plinio lib. 35 cap. 15. Celsus lib. 5 cap. 18 n. 13, in malagmate ad strumas: *sulphuris ignem non experti, quod ἄπυρον vocatur, pares portiones.*

APYROTOS, i, Ἀπύρωτος, gemma carbunculus, Plin. lib. 37 cap. 7, *Principatum habent carbunculi, à similitudine ignium appellati, cum ipsi non sentiant ignes, ob id à quibusdam Apyroti vocati*, ein carfunckelstein.

AQUA, æ, wasser. *Aqua fluvialis*, fliessend oder bach-wasser, *nivalis*, schnee-wasser, *aqua palustris*, aus einem sumpff, *pluvia* vel *cælestis*, regen-wasser, vide in Cælum; *fontana* vel *sacra*, brunn-wasser, *aqua puteana* vel *putealis*, plumpen- vel cistern-wasser. *Aqua jugis, perennis, saliens*, &c. quæ singula vide suis epithetorum locis. Sed *aqua canalibus immissa*, Columell. lib. 9 c. 5. röhr-wasser. *Aqua candens*, siedeheiß wasser, vide *Candeo*. *Aqua ad manus*, item *aqua manibus*, hand-wasser. *Aquam manualem* Tertullianus appellat Apolog. c. 39. Petronius: *Aquam poposcit ad manus.* Fabius pictor: *Aquam manibus pedibusque dato.* Vet. Gloss. *Aqua manibus*, ὕδωρ πρὸς χεῖρας. Ita nullo adjecto verbo dicere solebant veteres. Turneb. Advers. lib. 1 c. 14. Plena autem oratio est, aqua ad lavandas manus: vel, lavandis manibus atque pedibus, vel ad pedes, fuß-wasser. *Aqua intercus*, die wassersucht, Cicer. 3 Offic. c. 24. *Aqua & igni interdicere*, in die acht thun, Cæs. 6 de B. Gall. c. ult. Ad hæc Claudian. Panegyr. de 4 Cons. Honorii v. 479, *Sitiens inclusaque vallo*

Ereptas sibi quærit aquas.

De obsessis quibus adempta aquandi copia est. *Aquam a pumice postulare*, proverbialiter Plautus dixit Persa 1, 1, 42. Significat autem frustrà petere, vel ab egente, vel tenace & avaro. ¶ *Valentissimum elementum* aquam Thales dixit, ut Seneca refert 3 Nat. Quæst. c. 13. vid. & Plinius lib. 37 cap. 5. Ipse Seneca sub finem dicti libri; *Nihil est tam violentum, & incontinens sui, tam contumax infestumque retinentibus, quam magna vis undæ, &c.* ¶ Idem Thales rerum omnium principium, aquam statuit. Hinc Oceanus Deorum & hominum parens Poëtis. vid. Coquejus ad Aug. de C. D. lib. 8 c. 2 p. 717. & Barth. ad Claudian. 4 Consulat. Honor. v. 23, & ad scriptores Venaticos p. 187. Quidam nomen aquæ vere & apposite dictum volunt, quasi *a qua* omnia, & sine qua vita nostra non consisteret. vid. Becman. in Origg. l. 1 c. 2 p. 3.

¶ *Aquis perire* summum, & ultimum exitium existimatum veteribus: quippe quod non tantum vitam adimere, sed animam ipsam exstinguere crederetur. Servius ad v. 96 Æn. 1,

Extemplo Æneæ solvuntur frigore membra,
Ingemit

INGEMIT, inquit, *non propter mortem, sed propter mortis genus. Grave est enim secundum Homerum, perire naufragio: quia anima ignea est, & exstingui videtur in mari, id est, elemento contrario.* vide & Synesium Epist. 4 circa medium. ¶ *Aquam perdere*, apud Quintilianum 11 c. 3 pro perdere tempus; sumtum a clepsydris, ad quas olim dicebant Rhetores & caussarum Patroni; quæ à judicibus sive arbitris, pro ratione caussæ, vel plusculæ, vel pauciores dabantur, de quibus infra erit dicendum.

¶ Est & alius proverbialis sermo, *Aqua hæret*: cui locus est, ubi difficilis rei probatio aut explicatio est. Cicero 3 de officiis sub finem de Epicuro: *Dicit ille quidem*, inquit, *multa multis locis, sed aqua hæret, ut ajunt: nam quî potest temperantiam laudare is, qui ponat summum bonum in voluptate?* Iterum lib. 2 ad Quintum Fratrem Ep. 7, *In hâc caussa mihi aqua hæret.* i. e. nescio quid statuam, probem, sequar. Manutius hanc rationem loquendi a clepsydris ductam existimat: *in quibus*, inquit, *non semper fluebat aqua, sed interdum hærebat immobilis. Sic hærebat Cicero dubius animi, quid ageret.* Conf. Erasm adag. Ac scimus sane, quid & in nostris clepsydris usu veniat. Sed possumus etiam, nec incommode, nisi fallimur, ad judiciarias illas referre: quarum aqua inhibebatur fluere, cùm testimonia recitarentur. Apulejus Apologia: *Cedo enim experiamur, an & mihi possint in judicio litteræ meæ prodesse. Lege pauca in principio, deinde quædam de piscibus. At tu, intereà dum legit, aquam sustine.* Cum itaque necesse esset hærere aquam, cum testimoniis firmanda & demonstranda res esset; exinde, opinor, nata hæc locutio est, ut *aqua hærere* diceretur, quoties res expedita & clara non esset. Salmasius ad Solin. f. 717 metaphoram ductam existimat ab aqua, quæ in sulcis & colliciis hærebat, nec educebatur. Male enim habet, ubi aqua hæret in illis locis, unde debebat educi. Sunt autem colliciæ sulci ampliores, qui interponebantur ad educendam aquam in fossas. Atque hinc corrigere jubet & explicare locum ex Cœlii ad Cicer. ep. 5 lib. 8, *Sanè tamquam aqua in colliciâ omnia jam adhæserunt.* Editus alias: *Sane tamquam in quodam silice jam omnia adhæserunt*: quamquam & hic mira est lectionum varietas. Non multum ab hac correctione abfuerat Manutius, cùm illi placeret scribi: *in quodam incili i. e. a.* Non vero audiendus Hermannus Neuwaldus, qui in exegesi exam. Sagar. originem proverbii, *hæret aqua*, refert ad morem examinandi per aquam.

¶ *Aquam & terram poscere*, γῆν καὶ ὕδωρ αἰτεῖν, apud Græcos idem est ac bellum alicui inferre, ut ex Æschine apparet. Hinc Livius lib. 35 cap. 17, *Persæ aquam terramque a Lacedæmoniis petierunt.* vid. Chil.

¶ *Aquam petere*, itemque *sumere* verecundus & honestus sermo est; pro *ventrem* aut *vesicam exonerare*. Nam id qui fecissent, lavabant manus. Petronius: *Exoneratâ vesicâ aquam poposcit ad manus.* Vide Scalig. ad illud Propertii lib. 4 El. 3 v. 36,

Quot sine aqua Parthus millia currat eques.

Itemque Gruterum ad illud Martialis lib. 1 Ep. 109,

Deponi monet & rogat lavari.

Vbi etiam nonnihil observat de aquæ in lupanaribus usu: nam & post nequam opus lavabantur; de quo Casaubonus ad Lampridium. Hinc capiendum illud Ciceronis pro M. Cælio cap. 14, cum Appius Claud. Cæcus, Clodiam impudicam post alia ita quoque alloquitur: *Ideò aquam adduxi, ut eâ tu incestè uterere?* Adduxit enim Anienen aquam in urbem Claudius, qua illa abutebatur ad abluendum corpus impura Venere inquinatum. Quamquam & matronas à cum viris concubitu purificasse se Suetonii locus suadere videtur Aug. cap. 94. De sumendi *aquam* ritu videndus & Mercurialis 6 Var. Lect. 6, ubi quod Scaligerum ait à vero scopo aberrâsse, ad Ovidii locum referendum est 3 de arte am. v. 619,

Scilicet obstabit custos, ne scribere possis,
Sumendæ detur cum tibi tempus aquæ.

quem Scaliger de exoneratione vesicæ, Mercurialis rectius de aquæ post initam Venerem usu exponit. Conf. & T. Fab. ad prima Scal. p. 9. ¶ Neque dissimulandum illud hoc loco, falli Scaligerum & in eo, quod scribit ipsam *aquam* veteres ibi pro *urinâ* posuisse, tametsi hoc illi accredant Woverius observat. ad Petron. p. 132. Georg. Erhardus (seu Lundorpius Symb. ad eumd. pag. 665.) & Alb. Gentil. c. 13 lect. Virg. p. 119, qui & *aquam per pedes fluentem*, de qua Plinius lib. 30 c. 7 extremo, huc trahit. Certe loci, quos viri docti hic afferunt, illud minime evincunt. Nam *petere aquam* apud Petronium, cùm vesicæ exoneratio intelligitur, vim habet synecdoches, qua ponitur consequens pro antecedente, ubi aqua elementum notat, quo se abluebant ab opere isto redeuntes. Apud Plinium vero *aquam per pedes fluentem*, nihil obstat, quo minus cum Delechampio interpretemur aquam, qua sordidi pedes abluuntur. Fatebimur interim, aquam pro urinâ usurpari Germanis, ut cum dicimus, das wasser abschlagen, das wasser besehen. ¶ *In aquâ scribere*, proverbiale: cui simile *in vento scribere.* vide *Ventus.*

¶ Aquæ κατ' ἐξοχὴν de thermis. Vt *Aquæ Sextiæ*, apud Vellejum l. 1 c. 14: *quas Bajas Sextias* Sidonius dixit in Narbone, sive Carm. 23 v. 13, nam quælibet thermæ & *Bajæ* appellabantur; *Aquæ Sinuessanæ* apud Tacitum Histor. 1 c. 72.

¶ Aquula, æ, diminutivum. Plaut. Curcul. 1 sc. 3 v. 3, *suffundam aquulam.* Et Cicero 2 de Orat. c. 39, *Vbi non seclusa aliqua aquula teneatur, sed unde universum flumen erumpat.* Add. ibid. lib. 1 cap. 7.

¶ Aquæductio, ōnis, & aquæductus, us, & aquagium, i, significant aquæ deductionem, einen wassergang, wasserlauff. Conf. de his Lips. de magnit. Rom. c. 11. Aringh. T. I. Rom. Subterr. lib. 2 c. 1 § 25 seq. Sed ex his *Aquæductus* probatior ceteris est, Frontino usitatissima: perrara vox *Aquæductio* Lege 10 Dig. de aqua & aq. pluv. arc. quamquam & hic divise scripta est in melioribus libris: *Aquagium* vocabulum fere peculiare Jurisconsultorum. Festus: *Aquagium quasi aquæ agium, id est, aquæductus.* Pomponius Lege 3 § penult. Dig. de aqua quotid. *dummodo ne aquagium rivalibus deterius faciat.* Gloss. Cyrilli: *Aquagium*, ὑδραγωγεῖον.

¶ Aquālis, is, Plauto Curcul. a. 2 sc. 3, 33, vas est, ex quo aqua datur manibus, consessuris ad mensam, ein wasserfaß, handfaß, in Curcul. *datin' illi sellam, ubi adsideat cito, & aqualim cum aquâ?*

¶ *Aqualiculus*, i, hinc est quod nomen & alveum significat, id est, vas ex quo porci sorbent, ein saukübel, sautrog: & ¶ 2. Metaphorice inferiorem ventris partem, in quam sordes confluunt, der säuwanst. Persius Sat. 1 v. 57, *cum tibi, Calve,*

Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet.

Seneca & Marcellus Empiricus stomachi ventriculum, *aqualiculum* dixere. Seneca enim epist. 90, *cum pervenit* [cibus] *in ventrem, aqualiculi fervore concoquitur.* Vide Casaub. ad dictum Persii locum, & Mercurial. lib. 1 Var. lect. cap. 1. Qui & lib. 6 cap. 1 monstrabit, nonnunquam pro toto ventre accipi aqualiculum.

¶ Aquarium & aquariolum, i, Græce, ὑδροδοχεῖον, locus in culina, in quem sordida aqua jactatur. ¶ 2. Dicitur & hoc nomine locus in flumine, aut aqua alia, in quem pecudes potum aguntur, die träncke, schwemme, Cato de R. R. cap. 1.

¶ Aquārius, a, um, Adject. ut, *Aquarius sulcus*, Columell. 2 c. 8, wasser-furche, quia in agro fit ad aquas educendas. Græci hos sulcos ἕλικας vocant. ¶ Cicer. in Vatin. cap. 5, *Aquariam provinciam* dixit officium aut onús aquæ ducendæ.

¶ Aquarii in JCtorum libris etiam custodes aquarum, ὑδροφύλακας denotant, qui aliâs *Castellarii*: Lips. ad lib. 15 Ann. Tacit. p. 230, & *Curatores aquarum*, Aringh. l. c. § 29 p. 129. ¶ 2. Item qui aquam important domum, wasserträger. Juvenalis sat. 6 v. 331, *veniet conductus aquarius.* ¶ 3. Aquarii sunt aquileges, artifices. Cœlius Ciceroni lib. 8 epist. 6, *nisi ego cum tabernariis & aquariis pugnarem*, quia ædilis erat Cœlius, cui cum opificibus semper est negotium. ¶ Aquarii dicti hæretici nonnulli, quod solam aquam in sacræ cœnæ calice distribuebant. Cœl. Rhod. lib. 18 c. 46. Cypr. Ep. 63. Epiph. Hær. 46. ¶ 4. Præcipue hoc nomine adpellabantur, qui in lupanaribus impuris mulieribus aquam ministrabant, qui & *Bacariones* dicti, ut in glossario veteri: *Bacario*, πορνοδιάκονος: quamquam ibi Barthius p. 1293 ad Claudian. scribendum putat *Acario*, hoc est, *Aquario*. Idem & per diminutionem ad contemtum.

¶ Ăquārius, i, ὑδροχόος, signum Zodiaci, der wassermann. Cic. 2 Nat. Deor. c. 44. *Aquarii dextra totusque Aquarius.* Horat. Serm. 1, 1, 36, *Inversum contristat Aquarius annum.*

¶ Aquarioli. Festus: *AQVARIOLI dicebantur mulierum impudicarum*

pudicarum sordidi affeclæ. Talem designat Lampridius Commodô scribens cap. 2, *Aquam gessit, ut lenonum minister.* V. ibi Casaub. itemque Salmasium ad Vopiscum. Iidem & lenonum vices fungebantur, & conditiones meretricibus conciliabant. Tertull. Apolog. c. 43, *lenones, perductores, aquarioli*, &c. Quâ ratione & Apulejus [illegible] *uxoris suæ aquariolum* videtur vocare in Apologia p. 323. *Aquaculat*, i. e. lenocinatur, Taubmann. ad Plaut. p. 1049. Turneb. Adv. lib. 14. cap. 12. Scip. Gentil. ad Apol. Apul. p. 378, ubi lenones, aquariolos & perductores distinguit.

¶ Aquāticus, a, um, Adject. *aves aquaticæ*, wasser-vögel, Plin. 10 c. 3. *Ova pallida aquaticis*, ibidem cap. 52. Etiam de plantis & arboribus in aquis, aut juxta eas nascentibus: ut, *aquatica lotos* Ovid. 9 Metam. v. 341. *Frigidissima* [arbor] *quæcumque aquatica*, Plin. 16 c. 40.

¶ Aquātilis, e, idem. ut, *cochleæ aquatiles*, Plin. lib. 9 cap. 32. Et absolute *Aquatilia*, animalia subaudi; ut Plin. 9 cap. 8, *contra naturam aquatilium.*

¶ Aquari, verb. nach wasser gehen. Virgilius 4 Georg. v. 193, *sub mœnibus urbis aquantur:* & Cæsar 1 Civ. cap. 78, *aquabantur ægre*, sie hatten die träncke weit, oder nicht sicher.

¶ Aquatus, a, um, aquâ dilutus; ut *Potio aquata: vinum aquatissimum*, apud Augustin. lib. 6 Confess. cap. 2. Pro quo Petrus Cluniacensis 2 Mirac. 28, *adaquatum vinum* dixit, gewässerter wein. *Lac aquatius*, Plin. 28 cap. 9. *Aquatius medicamentum*, Senec. Q. Nat. lib. 1 cap. 3.

¶ Aquatio, ōnis, wasserhohlung, item träncke. Cæsar 4 Gall. cap. 11, *aquationis caussa longius procedere.* Et Hirtius B. Afric. cap. 51, *aquatione longa & angusta utebamur.* Græc. ὕδρευμα, quod docte ab ὑδρεῖον, loco aquationis, distinguit Salmas. Exercit. Pl. pag. 833 ed. alter.

¶ Aquator, ōris, wasser-führer, träncker. Cæsar 1 Civ. cap. 73, *aquatores ab equitatu premi nostro.* Livius 41 cap. 1, *ut idem aquatoribus ad fluvium esset præsidium*, die wasser-hohler und träncker zubedecken.

¶ Aquosus, a, um, wässericht, ut *aquosæ nubes*, Virgil. Æn. 8 vers. 429. *Aquosus campus*, Liv. 9 cap. 2. *Aquosior ager*, Plin. 18 cap. 17. *Aquosissimus locus*, Cato R. R. cap. 34. Rursus Plinius eodem lib. 18 c. 26, *aquosissima postremò arato.*

¶ Inaquosus, a, um, siccus, aridus. Tertullianus de Baptismo cap. 1, *Serpentes arida & inaquosa sectantur.* Cyr. Gloss. *Inaquosus*, ἄνυδρος. Adde Cyprian. Epist. 63 cap. 5.

¶ Adaquare, est irrigare, Plinio lib. 17 cap. 10 de amygdalis serendis: *Denis diebus adaquari, donec grandescant.* Et Adaquari, idem quod Aquari. Suetonius Galba cap. 7, *ad lacum, ubi jumentum adaquari solebat.* Et Hirt. 8 Bell. Gall. c. 41, *nec sine periculo possent adaquari oppidani.*

¶ Adaquatus, a, um, ut *adaquatum vinum*, de quo paullo ante in *aquatus.*

¶ Aquagium vide paullo ante in *Aquæductio.*

¶ Aquigenus, a, um, natus in aquis. Tertullianus lib. 2 adv. Marcion c. 12, *separatio pronuntiata est inter aquigena & terrigena animalia.*

¶ Ăquĭlex, aquĭlĕgis, ab aquis legendis, id est, inquirendis dictus, architectus est fontium & aquæductuum, ein brunnenmeister, röhrmeister. Plinius ad Trajanum epist. 46, *Imprimis necessarium est, mitti à te vel aquilegem, vel architectum*, &c. Plin. alter lib. 20 cap. 6 de *bechio*, id est, *tussilagine*, vom huff oder brandlattich, scribens, *Ejus duo*, inquit, *genera; silvestris ubi nascitur, subesse aquas credunt, & hoc habent signum aquileges.* Hi Columellæ lib 2 cap 2 dicuntur *indagatores aquarum:* & Lege 2 Cod. Theod. de excus. artificum *aqualibratores.* Adde ibi Leg. 3.

¶ Aquilegium, i, aquæ collectio. Onomastic. Vet. *Aquilegium* κρουνός.

¶ Aquilīces in Vet. Gloss. dicuntur οἱ τὰ ὑδραγώγια ἐργαζόμενοι, ποταμῖται, ὑδροσκόποι, ut sint iidem, qui Aquileges, & sicut hæc vox a *legendo* secundum Nonium; ita illa ab *eliciendo* aquas, suam originem habeat. ¶ Aquilices, qui aquilicia curabant sacrificia, de quibus jam dicendum erit. Vide quoque Voss. Etymolog. p. 38.

¶ Aquilicium, i, Festo Pompejo dicitur, *cum aqua pluvialis remediis quibusdam elicitur:* aut sacrificium pro impetrandis imbribus. Tertullianus Apologet. c. 40, *Aquilicia Jovi immolatis, nudipedalia populo denuntiatis, cœlum apud Capitolium quæritis, nubila de laquearibus exspectatis*, &c.

¶ Aquiminale, Aquiminalia, Lege 3 Digest. de supellectile legata recensentur, quæ vasa sunt aquatica. Glossæ Veteres: *Trulleum, Guttum, & Aquiminale*, χέρνιβον, ξεστὸν: & quia eædem, *Aquiminale* κέρνιβον, quod corruptum ex χέρνιβον; Aquiminale & Aquimanile idem videntur esse. Scribitur etiam *Aquæmanile*, & probat C. du Fresne in Gloss. Med. Latinit.

¶ Aquiminarium quoque huc referri debet, quod Vlpianus Lege 19 Dig. de auro, argento, &c. legat. § 12 Si cui, in escariis vasis numerat. Cujacius mavult *aquimanarium*, ut sit, unde aqua manat, qualia lavandis manibus vasa habemus. Vide eum lib. 10 Observ. cap. 13 & 17.

¶ Aquivergium, i, vox agrariæ rei scriptorum, notans lacunam, vel depressiorem in vallibus locum, quo aqua ex editioribus locis vergit & defluit. Innocentius de Cas. litter. lib. extrem. *Habet sub se juncina & foris aquivergium.* Alius ejus materiei, pag. 244 ed. Gœs. *terminum rariorem ostendens, & foris aquivergium.*

¶ Subaquaneus, a, um, unter dem wasser. Tertull. de anima c. 32, *Subterraneum & Subaquaneum viventia carent haustu aëris.*

AQVIFOLIA, æ, & aquifolium, i, neutr. arbor silvestris aculeatis foliis; vide *Acrifolium*, & mox, *Aquilenta.* Ab acumine dicitur quasi *acuifolium.* Vide Voss. Etym.

Aquigenus, vide *Aqua.*

AQVILA, æ, ἀετὸς, ein adler: quasi adelar, id est, *aquila nobilis.* Nomen habet à colore: vide paullò post *Aquilus.* Sex earum genera faciunt Aristoteles lib. 9 Hist. Animal. cap. 32, & Plinius lib. 10 c. 3, e quibus sunt, quæ pullos cogant adversus Solis radios intueri, & si conniventem humectantemque animadvertant, præcipitent e nidò, velut adulterinum & degenerem. Et hoc genus *Haliæeton* sive *marinam* aquilam Plinius c. l. adpellat, ex alto se in pisces marinos, prædæ caussa, librantem. Aliud genus, cujus ingenium est, testudines raptas frangere e sublimi jaciendo; quo casu Æschylus poëta interemtus est. Vide præter Plinium, etiam Ælianum Var. Hist. lib. 7 c. 16, & Val. Maximum lib. 9 cap. 12. *Morphnon* hoc genus, seu *anatariam* aquilam ibi Plinius vocat, circa stagna aquaticis avibus insidiantem. Aquila vero avis est omnium generosissima, inde Pindaro Pyth. 1 Antistr. 1. ἀρχὸς οἰωνῶν, *dux avium:* Plinio c. l. *armigera Jovis* dicta. Horatius lib. 4 carm. Od. 4,

Fortes creantur fortibus & bonis:
Est in juvencis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Acerrimam visui vim præter illos, qui animalium naturas executi, aquilæ tribuunt, Hiob. cap. 39. Horat. lib. 1 Serm. Sat. 3, itemque Apulejus in Floridis. Erat & aquila auspiciis veteribus accommodatissima: de quo Gallæus ad Lactant. p. 70, 71. ¶ *Aquilæ Senectus*, de cruda & viridi, ut Virgilius adpellat, Æn. 6, 304. Terent. Heaut. a. 3 sc. 2 v. 10. *Visa est, quod dici solet, aquilæ senectus.* Est & aliis celebrata aquilarum vivacitas: Vnde & Phile, poëta Græcus, cum de avis hujus natura disseruisset, hujusmodi votum ad Imperatorem Michaelem cap. 1 extr. subnectit:

Τούτου σὺ, βασιλεῦ, τὸν πολὺν ζώοις βίον
Ἀεὶ νεουργῶν καὶ κραταίνων τὴν φύσιν.
Vt exigas, Rex, hujus oro secula
Semper virescens integerque viribus.

De ratione autem, qua Aquilæ in juventutem se reparent, mira tradit Arator, poëta Christianus lib. 2 in Acta Apostol. v. 529 & seqq. Scribit enim, aquilam debilitatam senio prosternere, atque in sole fessum fovere corpus: sic recentato calore, ter sese mergere in fonte, & ita in juvenilem vigorem refingere ætatem. Vnde narrationem istam hauserit, non constat quidem. Sed simile quidpiam credere tamen 103 Psalmus videtur suadere: qui renovationis aquilæ in juventutem diserte meminit. Vnde & hæc avis in prisca Ecclesia regenerationis symbolum gessit. Quod illustriss. Scal. in Nummo Vetere Constantini observat, atque id auctoritate Ambrosii confirmat. Alia adagia, ut *Aquila non captat muscam*, h. e. generosus animus res humiles spernit: item *Aquilam testudo vincit*, h. e. celerem interdum tardus assequitur; in vulgus nota sunt, etiam in Chiliad. Erasmi, una cum aliis, abunde explicata. ¶ 2. Aquila est sidus cæleste ad borealem plagam intra Galaxiam, stellas habens secundum Ptolemæum & antiquiores 9. at Keplero teste 11. Cælo locavit Jupiter, quia nectare se puerum nutriverat, uti tradidit Mæro apud Nat. Com. Mythol. l. 2 c. 1. ¶ 3. Sunt & in ædificiis *Aquilæ*, summæ videlicet partes, quæ fastigium constituunt, quod aquilarum alas referant: quas & Aristophanes ἀετοὺς adpellavit: aliàs & ἀετώματα adpellabantur; Suidas & Vetus Scholiastes Aristophanis in Avibus. Tacitus 3 Histor. cap. 71, *Inde lapsus ignis in porticus oppositas ædibus: mox sustinentes fastigium aquilæ vetere ligno traxere flammam alueruntque.* Vbi & Lipsius quædam observat, quem licet videre. ¶ 4. Tandem Aquila est etiam signi militaris nomen apud Romanos, a figura ita dictum, quia hanc alitem repræsentabat, ex argento facta & perticæ præfixa. Vid. Plin. 10 c. 4. Cic. 1 Catil. c. 9, & Lips. de Mil. Rom. &c. Hæc instar numinis colebatur. Silius lib. 6 v. 37,

clausamque aquilæ infelicis adorans
Effigiem.

Qua de caussa etiam sacellum ipsi constitutum erat, uti ex dicto Ciceronis loco apparet. Herodianus lib. 4 c. 4 illustrat, νεὼς, inquit, ἔνθα τὰ σημεῖα καὶ τὰ ἀγάλματα τοῦ στρατοπέδου προσκυνεῖται, *ædicula, intra quam signa & simulacra exercitus adorantur.* Singulis legionibus una aquila erat, ut Salmasius ad Vopisci Aurelianum cap. 31 ostendit. Hinc

¶ Aquilifer, eri, signifer legionis Romanæ. Cæsar 5 bell. Gall. c. 36, *aquilifer aquilam intra vallum projecit.* & lib. 3 Civ. cap. 64, *gravi vulnere affectus aquilifer*, &c.

¶ Aquilinus, a, um, adject. *aquilinus nasus*, id est, *aduncus: aquilinæ ungulæ*, i. e. *rapaces*, klauen, die da zugreiffen, apud Plaut. Pseud. a. 3 sc. 2 v. 63. *Aquilino adspectu* Apulej. lib. 2 Metam. id est, acuto, ut aquilarum.

¶ Aquilina & Aquilegia, notissimus flos, akeley.

¶ Aquilius, Aquilia, gentis Romanæ nomen, quam Car. Patinus de Famil. R. p. 36 recenset. Vnde

¶ Aquilia lex, &

¶ Aquiliana stipulatio, de quibus jurisperiti consulantur.

Aquilegium, vide *Aqua.*

ĂQVĬLEIA, æ, urbs Carnorum in extrema Italia, Istriam & Illyricum versus, quondam perampla & nobilissima, bellis autem barbarorum ita devastata, ut pauca hodie in illa supersint ædificia. Silius Ital. lib. 8. v. 605, *Nec non cum Venetis Aquileia persurit armis.*

Et Martialis lib. 4 epigr. 26,

Et tu Ledæo felix Aquileja Timavo.

Adde Ausonium de Clar. urb. num. 7.

¶ Aquileiensis. Plin. lib. 2 cap. 103, *in Aquileiensi campo Timavus.*

AQVĬLENTA, æ, à lentore Varroni est, quam *Aquifoliam* Plinius, & Barbari *agrifolium* dicunt, ὀξυάκανθος, Theophrasti voce, stechpalmen, wald-disteln, Hadrian.

Aquilex, Aquilices, Aquilicium, vide *Aqua.*

Aquilifer, Aquilinus, Aquilius, vide *Aquila.*

ĂQVĬLO, ōnis, Βορέας, Boreas, ventus septemtrionalis, nordwind. Plin. lib. 2 cap. 18, *Saluberrimus omnium ventorum Aquilo est.* Cœlius Rhodiginus lib. 15 c. 7 dictum putat à vehementissimo & præcipiti volatu aquilæ, cum quo & Festus facit. Corn. Nepos Miltiade: *Tum id se facturos, cum ille domo navibus proficiscens, vento aquilone venisset*

veniſſet Lemnum. Hic enim ventus à ſeptemtrionibus oriens adverſum tenet Athenis proficiſcentibus. ¶ Deinde tempus anni, quo crebrior hic ventus eſt & vehementior, ſignificat. e. gr. *mediis aquilonibus*, mitten im winter. Virgil. 4 Æn. 310,

Et mediis properas aquilonibus ire per altum?

¶ Aquilonigena, æ, poëtica ſeptemtrionalium cognominatio. Auſonius Moſella v. 407,

Aut Italûm populos, aquilonigenasque Britannos.

¶ Aquilonalis, Borealis, mitternächtiſch. Cic. 2 Nat. Deor. cap. 19, *regio aquilonalis.*

¶ Aquilonaris, idem. Vitruv. 9 cap. 6, *Piſcis Aquilonaris*, de ſidere.

¶ Aquilonius, idem. Plin. lib. 28 cap. 13, *Omnes herbæ vehementiores effectu viribusque ſunt in frigidis locis, ut in Aquiloniis.* Et lib. 18 cap. 26, *Aquilonii piſcis exortu.*

¶ Aquilonia, oppidum Hirpinorum in Italia, Liv. lib. 10 cap. 38 ſeq.

ĂQVĬLVS, a, um, adject. fuſcus, ſubniger, ſchwärtzlich, braun. Vet. Gloſſ. *Aquilum*, μέλαν, ὡς Ἀκυίλλιος. Feſtus: *Aquilus color eſt fuſcus & ſubniger, à quo* aquila *dicta eſſe videtur, quamvis eam ab acute volando dictam volunt.* Aquilus *autem* color *ab aqua eſt nominatus: nam quum antiqui duos tantum naturales noſſent colores, inter album & nigrum autem intervenerit is, qui ita neutri ſimilis eſt, ut tamen ab utroque proprietatem trahat, potiſſimùm ab aquâ denominarunt, cujus incertus eſt color.* Suetonius in Auguſto cap. 79, *Naſum* [habuit] *& à ſummo eminentiorem, & ab imo deductiorem: colorem inter aquilum candidumque.* Quem quidem Caſaubonus eum putat, qui eſt in iis, quos ſolis æſtus torruit. Plautus Pœnul. a. 5 ſc. 2 v. 152, *Statura haud magna, corpore aquilo eſt.* Varro apud Nonium in *Lavit, Atque Ægeus fluctu quam lavit ante aquilo.* Hinc

¶ Aquili, Dii quidam dicti quaſi *nigri*; de quibus Arnobius lib. 3.

¶ Subaquilus, a, um, aliquantum aquilus. Trebell. Pollio in Zenobia: *Fuit vultu ſubaquilo, fuſci coloris.* Vſus & Plautus hoc verbo Rudente a. 2 ſc. 4 v. 9, ſed videtur ludere, & ad aquilæ alacritatem potius, quam colorem detorquere. Vide Interpretes.

Aquiminale, Aquiminarium, Aquimanale, vide paullo ante ſub *Aqua.*

ĂQVĪNVM, i, oppidum Latinorum. Cic. Philipp. 2 cap. 41, *Cum Romam proficiſcens ad Aquinum accederet, obviam proceſſit magna ſane multitudo.*

¶ Aquinâs, ātis, gentile, quod Aquini eſt. Silius lib. 12 v. 528,

mox & vicinus Aquinâs.

Et Tacitus Hiſt. lib. 1 cap. 88, *Dolabella in coloniam Aquinatem ſepoſitus.* Sic *Aquinatem fucum* vocat Horat. 1 Ep. 10 v. 27.

ĂQVISGRĀNVM, i, Germaniæ nobiliſſima civitas, in finibus Brabantiæ ſita, ſic dicta ſecundum Sylburgium ab *aquis Gratiani*, Caroli Magni ſepulchro, & coronatione Imperatorum, thermisque extra & intra mœnia ſcaturientibus celebris, Aach, Aken.

ĂQVITANIA, æ, Ἀκυιτανία, tertia Galliæ pars, ad fluvium Garumnam, cujus homines linguâ, quemadmodum & corporum ſtaturis ac formis, à Gallis cæteris differunt; *Gaſconia* hodie dicitur, pars illa ſc. Galliæ inter montes Pyrenæos, flumen Ligerim, mare, & Provinciam. Nomen regio habet ab ſalubribus aquis, quibus ea ſcatet. Vid. Harduin. ad Plin. 4 c. 19.

¶ Aquitanus, a, um, adject. Tibull. lib. 1 eleg. 7,

Hunc fore, Aquitanas poſſet qui vincere gentes.

Auſonius de Clar. Vrb. in *Toloſa*:

Inter Aquitanas gentes & nomen Iberum.

¶ Aquitanicus, a, um, idem. ut *Gallia Aquitanica*, Plin. lib. 6 extremo. *Sinus Aquitanicus*, Idem lib. 6 cap. 19 extremo.

Aquivergium, vide *Aqua.*

AR pro *ad* vetus eſt, unde *Arceſſo*, quod vide.

ĀRA, æ, βωμὸς, altar, dicta eſt nonnullis quaſi *ardea* ab ardendo, vel quaſi *ura* ab urendo, propter ignes videlicet ſacrificiorum, apud Genſal. ad Petron. p. 416. Vulgariter tamen à precibus, quas ἀρὰς Græci dicunt, Servio teſte. Qui inter *aram* & *altare* hoc facit diſcriminis: ut *Ara* Superis juxta & Inferis; *Altare* Superis tantùm poneretur, quem vide ad Ecl. 5. Ac dedicabantur *aræ* non in templis tantùm, ſed & plateis ac vicis, de quo Gruterus ad Plauti Aulul. act. 4 ſc. 1 v. 20, nec Principibus ſolùm, ſed privatis etiam, teſte Bernegg. ad Suet. Cæſ. cap. 1 n. 1. *Pro aris focisque certare*, Cic. 3 Nat. D. cap. ult. id eſt pro ſacris, ſeu religione, & pro patriâ, pro lege & pro grege. Δεῖ με συμπράττειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι βωμῶν [legunt & θεῶν] Hoc eſt, *Oportet me opitulari amicis, ſed usque ad aram*, id eſt, *religionem* vel *conſcientiam*, ſo weit als das gewiſſen leidet, Periclis eſt apophthegma apud Gell. lib. 1 cap. 3. ¶ Porro, præbebant aræ & delinquentibus perfugium ac tutelam: non quidem omnibus, ſed qui præter voluntatem peccâſſent, ſi Thucydidem audimus, cujus iſta verba ſunt: Τῶν ἀκουσίων ἁμαρτημάτων καταφυγή ἐστιν οἱ βωμοί, id eſt, Delictis non voluntariis refugium ſunt aræ. De ſervis paſſim exempla apud Comicos; & apud Nepot. in Pauſan. cap. 4 v. 4 & 5, *Argilius in aram confugit, & in arâ conſedit.* Atque ex eo illud Tibulli lib. 4 El. 12 v. 23,

Sed Veneris ſanctæ conſidam vinctus ad aras.
Hæc notat injuſtos, ſupplicibusque favet.

Illuſtris Scaliger præclare interpretatus eſt. Et hanc ob cauſſam *ara* ſæpe perfugium quodque atque præſidium notat: ut apud Ovid. lib. 5 Triſt. El. 8, *Quæ patuit dextræ firma ſit ara meæ.*

Florus lib. 3 cap. 20, *Prima velut ara viris mons Veſuvius placuit.* Vbi eruditiſſimus Berneggerus tamen *harena* pro *ara* malit ſubſtituere, eleganti conjectura. Cæterum ut avelli aris poſſent, qui eo confugerant, ignis admovebatur. Sic enim eos non ab hominibus, ſed Deo divelli exiſtimabant: quâ de re conſulendi Plautini Interpretes ad Moſtell. a. 5 ſc. 1 v. 64. ¶ *Nec ara illis, nec fides*, Proverbium in inſigniter perfidos: Vide Eraſm. ¶ 2. Aræ dicuntur & omnes crepidines ac eminentiæ, ut docet Scaliger Auſonianarum Lectionum lib. 2 c. 22, ut ſaxa in mari: Virg. 1 Æn. v. 108,

Tres Notus abreptas in ſaxa latentia torquet,
Saxa vocant Itali, mediis quæ in fluctibus, aras &c.

¶ 3. Ara denique ſidus cœleſte eſt Arato, ſub aculeo Scorpii prope Auſtrum: ſic enim habet Aratus.

¶ Ārŭla, æ, ὑποκοριστικῶς, pro ara parva. Tertullian. 1 ad Nation. cap. 6, *ad arulam quamdam confugere.* Arnobius lib. 3 p. 114, *niſi pecorum ſanguine delibutas ſuas conſpexerint arulas.* Prudentius Romano v. 259, *Adpone porris religioſas arulas.*

Et 1 adv. Symmach. v. 236, *poſita eſt ſua cuique ſordens Arula.*

¶ Ariolor, Ariolus, Aruſpex, vide *Hariolus* & *Haruſpex*, etſi Iſidorus ab aris deducere velit.

Ariolor, ariolus, Aruſpex vide *Hariolus* & *Haruſpex*, etſi Iſidorus ab aris deducere velit.

ARĂBARCHES, æ, Ἀραβάρχης, præfectus exigendo vectigali de pecuariis, quæ ex Arabia in Ægyptum devehebantur. Sic Cicero lib. 2 Epiſt. 17, Antonium *Arabarchen* adpellat, quaſi Ægyptium publicanum. Extorquebat enim ab Ægyptiis ingentia vectigalia, quæ poſtea prodigebat, ut eſt apud Plutarch. Vide Panciroll. lib. 2 Theſ. Var. Lect. cap. 204 ex Alciato. Lilius tamen Gyraldus dialogiſm. 29, (apud Grut. Tom. 2 Lamp. pag. 450) non Antonium notari vult eo Ciceronis loco, ſed Pompejum. Vſus ea voce eſt & Juvenalis Sat. 1 v. 129, 130, *Atque triumphales*, (ſtatuæ ſcil.) *inter quas auſus habere Neſcio quis titulos Ægyptius, aut Arabarches.*

Sed utrobique tam apud Ciceronem, quàm Juvenalem, pro *Arabarches*, *Alabarches* legendum cenſet Cujacius lib. 8 Obſervat. cap. 37, applaudentibus eruditis. Ἄλαβα enim ſcriptura eſt, ſive atramentum, quo ſcribimus. Sic Latine vectigalium ratio *Scriptura* dicta eſt: & vectigalibus præfectus, *magiſter ſcripturæ* ſive *Alabarches.* Eſt & tertia vocabuli hujus ſcriptio *Halabarches*, ἁλαβάρχης, apud Euſebium in hiſt. Eccleſ. quam vertens Latinè Ruffinus *ſalis præfectum* interpretatus eſt. Verùm hoc ſenſu ἁλιάρχης potius, quàm ἀλαβάρχης dicendum fuerat. Itaque Ruffinum minùs hic probant eruditi, & in his Fullerus 4 Miſcell. ſacr. 16. Qui cum prolixe Cujacii quoque de *Alabarcha* expoſitionem rejeciſſet, originem vocis ab Arabibus denique, Judæis ac Syris repetit: tritum quippe Syris vulgari ſermone eſſe vocabulum חִלָף, idemque Arabibus commune ab Hebræis ortum, quo ſignificetur ἀντὶ, hoc eſt, *pro*, ſive *loco* aut *vice*: a quo & celebratiſſimum, apud Arabes præſertim, vocabulum *Chalipha* ſit derivatum, quo deſignatur ſummi eorum Prophetæ Mahometi vicarius & ſucceſſor in imperio. Porro familiare quoque Syris eſſe ארכון, & in compoſitione ארכא, utrumque Græcorum ἄρχων, & in compoſitione ἄρχης reſpondens. Ex duabus igitur conflatum nomen חלפארכא eum notare, *qui vice principis fungitur, qui vicarium principatum tenet.* Idem Græce alibi, ἀλαβάρχης, alibi ἀλαβάρχης ſcribi: ſolere enim Græcos Hebræorum ח partim aſpirate, partim leniter proferre, nec non novum eſſe, ut פ in β tranſeat.

ĂRĂBIA, æ, Ἀραβία, Aſiæ regio ultra Peluſiacum oſtium, ad rubrum mare pertinens, ut Plinius deſcribit. Triplex ea eſt. Prima *Petræa* dicitur, à Petra oppido, quod *Petram deſerti* Scriptura nominat. Altera *Deſerta*, a magnis, quæ in ea ſunt, ſolitudinibus, tum alioqui non paucis oppidis, & numeroſa bellicoſaque gente habitetur. Tertia *Felix*, ſeu *beata*, εὐδαίμων Græcis, reich Arabien, quæ pluribus in locis maxime fertilis eſt, & alicubi etiam bifera, ſi Plinio credimus; ſola præterea terrarum omnium thus gignens. *Arabiam* id eſt *ſacram* appellatam Solinus ſcribit cap. 33. In quo falſum ipſum fuiſſe Salmaſius ibid. animadvertit. ¶ 2. Eſt & *Arabia* oppidum ad ſinum Arabicum Pomponio, Vadian. Quamvis autem prima in *Arabs* ſemper corripitur, in *Arabia* tamen eam produxit Propertius lib. 2 El. 10,

Et tremit intactæ te domus Arabiæ.

Ita Eleg. 3 lib. 2, uti paullo poſt apparebit.

¶ Arabs, ăbis, Ἄραψ. Virgil. Æn. 8 v. 706,

Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi.

Horat. lib. 1 Epiſt. 7 v. 35,

Nec ſomnum plebis laudo ſatur altilium, nec
Otia divitiis Arabum liberrima muto.

¶ Arabus, i, idem. Virgil. 7 Æn. v. 604,

Sive Getis inferre manu lacrymabile bellum,
Hyrcanisve Arabisve parant.

¶ Arabicus, a, um, *Sinus Arabicus*, Plin. lib. 2 cap. 67 & ſeq. Plautus Mil. a. 2 ſc. 5 v. 2, *ut Arabico fumificem odore.*

¶ Arabius, a, um, idem. Idem Plautus Pœnulo a. 5 ſc. 4. v. 6,

Arabius murrhinusque omnis odor complebat.

Et Propert. lib. 2 El. 3,

Nec ſi qua Arabio lucet bombyce puella.

hoc eſt ſerico, quod in Arabia bombyces texunt.

¶ Arabice, adverb. *Arabice olet*, id eſt, *ex odoribus Arabicis.* Feſtus Pomp. Quod niſi ipſum eſt, perſimile tamen illi Plautino fragmento, quod Diomedes, vetus Grammaticus, ſervavit lib. 1 p. 378, *Facite olant ædes Arabice*, id eſt, Arabicis odoribus.

¶ Arabis, vel Arbis juxta Plinium, fluvius Indiæ, cujus accolæ Arabitæ dicuntur. Steph. ¶ 2. Arabis Æthiopiæ vicus commemoratur Ptolemæo.

Arabilis, vide *Aro.*

ĂRACHNE, es, Lydia puella lanificii peritiſſima, mutata à Pallade in araneam. Ovid. 6 Metam. Fab. 1.

ĂRĂCYNTHVS, i, Ἀράκυνθος, mons in diverſis regionibus, ut videtur, ſitus, eodem ſemper nomine: nimirum in *Attica*, *Bœotica*, *Arcadia* & *Acarnania.* Virgil. 2 Ecl. v. 24,

Canto quæ ſolitus ſi quando armenta vocabat
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho:

Vbi memineris, O in Actæo non pati ſynalœpham, nec verſum eſſe ſpondaicum.

ĂRĂDVS, i, Ἄραδος, oppidum Phœniciæ: ſitum in inſula, haud procul à continente. Curtius 4 cap. 1 n. 6, *Aradus quoque inſula dedita regi.*

ARAGONIA, æ, regnum eſt unum ex tribus præcipuis Hiſpaniæ, pars ampla regionis Tarraconenſis, vel à Tarracone civitate ſic dicta, vel ab Aragone fluvio. Hinc

¶ Aragonii

¶ Aragonii populi, hujus regni incolæ.

ĂRĀNEA, æ, *ἀράχνη*, tela, & insectum ipsum, ein kancker, spinn, und spinnengeweb. Virgilius 4 Georg. 247,

In foribus laxos suspendit aranea casses.

Ovid. 6 Met. v. 145, *Stamen & antiquos exercet aranea casses.* Ejusdem elegantem descriptionem vide apud Drexel. in Rogo Damnator. p.g. 270. 271. *Ex se fingit ut araneus*, er saugts aus den fingern. Anacharsis Philosophus *leges aranearum telis comparabat*, Val. Max. 7 cap. 2 n. 11.

¶ Araneus, i, masc. idem. Catull. epigr. 23. Plinius 11 cap. 24. Deinde ¶ Aranea Mus, zißmauß, Plin. 8, 58, *in Italia muribus araneis venenatus est morsus.* ¶ 2. Araneus piscis, Plin. lib. 32 c. 11, qui & *Draco Marinus* vel *Dracunculus* dicitur, ein petermanche.

¶ Aranea crustacea, eine meerspinnen art. Gesn. Matthiol.

¶ Araneum, i, neutro genere, tela aranearum. Phædrus l. 2 Fab. 9. *Tollere hæc aranea quantum est laboris?* ¶ 2. Vitium est peculiare olivis & vitibus, cùm telæ veluti involvunt fructum & absumunt, Plin. lib. 17 c. 24.

¶ Ărāneŏla, æ, araneolus, i, diminut. Cicer. 2 Nat. Deor. cap. 48, *Data est quibusdam etiam bestiis machinatio quædam atque solertia, ut in araneolis aliæ quasi rete texunt, aliæ* &c. Virg. sive quisquis auctor Culicis, principio: *Atque ut araneoli tenuem formavimus orsum.*

¶ Araneosus, a, um, ut *caulis araneosus*, apud Plinium 21 c. 15, hoc est, filis minutis, cum coctus est, cujusmodi aranea sunt. Sic *fila araneosa* apud eumdem lib. 11 cap. 19, & *cera araneosa* ibidem cap. 21. vesparum scilicet & crabronum, ex araneosa materia.

¶ Araneare, unde participium, *araneantes fauces*, apud Apulejum l. 4 Metam. p. 152, id est, in quas cibus jam dudum non intraverat, atque ob id incipientes obduci aranearum telis, ut Julianus Floridus interpretatur.

ARAPENNIS, & Arapennus, & Arapenne, agri mensura; quæ & *Actus major*, itemque *quadratus* appellata finitaque undique pedibus 120 fuit; ut Gromatici veteres describunt; qui ab *arando* deducunt & Bœticam vocem pronunciant; sed Columella Gallicam agnoscit lib. 5 c. 1, *Semijugerum quoque*, inquit, *Arapennem vocant*, de Gallis loquens. Scaliger in Diras Catonis Comment. Latinum putat vocabulum, sed Gallis receptum. Cum veteres *pennere* pro *pendere* dixerint. Vetus Gloss. *Arpendia, πλέθρα.* Conf. Dalechamp. ad Plin. 18 c. 3 p. 811.

ARAR, vel Ăr̆aris, ris, fluvius Galliæ Celticæ, in Rhodanum apud Lugdunum se infundens; hodie *Saone*, die arr. Virgilius Ecl. 1 v. 63,

Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

Cæsar lib. 1 de Bell. Gall. c. 12, *Flumen*, inquit, *est Arar, quod per fines Æduorum & Sequanorum in Rhodanum influit incredibili lenitate, ita ut oculis, in utram partem fluat, judicari non possit.* Claudian. lib. 2 in Ruffin. v. 111,

Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit.

¶ Araricus, ut *Araricus nauta*, Gruter. Inscript. p. 375 n. 3.

Aratio, Arator, &c. Aratrum, vide *Aro*.

ĂRĀTUS, i, *Ἄρατος*, poëta Solensis. Scripsit, quæ exstant, *Φαινόμενα*, id est, *Apparentia*, in quibus situm, motum, ortum, occasum & numerum explicat stellarum apparentium. Quo libro adeo fuere delectati Claudius & Germanicus Cæsares, ut Latinum fecerit uterque. Vertit eum Latine & Cicero adolescens. Post hunc & Ovidius, Scaligero teste p. 25 ad Sphær. Manilii; & tandem Rufus Festus Avienus. ¶ Aratus alius fuit Sicyonius, qui Nicocle superato, oppressam a tyrannis patriam liberavit, de quo multa Cicero 2 de Offic. c. 23, & Livius l. 69 & 70.

¶ Aratēus adject. Cinna apud Isidorum lib. 6 c. 12,

Hæc tibi Arateis multum invigilata lucernis
Carmina.

ARAUSIO, ōnis, oppidum Galliæ ad Rhodanum, Secundanorum colonia, aliquot synodis ibi congregatis nobile: nunc *Orange* dictum.

¶ Arausiensis. Sponius Misc. er. antiq. p. 156 ex veteri lapide: *Geminia Titulla Arausiensis.* Etiam *Arausensis*: ibidem pag. 98, XV. VIR. ARAVSENS.

ĂRAXES, is, *Ἀράξης*, fluvius Armeniæ, unde *Armenius* Lucano lib. 7 v. 188 appellatur: qui lib. 1 v. 19 eum & *barbarum* dixit. Propert. lib. 3 eleg. 11, *Potabis galeâ fessus Araxis aquam.* Oritur ex iisdem, quibus Euphrates, locis; sed deflectens ad Orientem in mare Caspium effunditur. Herodotus lib. 6 & Plutarchus in Pompejo. ¶ 2. Araxes alius Persidis, haud longo spatio a Persepoli, primaria urbe, quem Strabo 15 p. 501, & Curtius lib. 5 cap. 4 n. 7 describunt. Quomodo ab aliis nominetur, *Aroses*, an *Roganis*, disquirit Salmasius Exerc. Plin. pag. 495 ed. secund. ¶ 3. Araxes est quoque Thessaliæ fluvius, idem qui Peneus. Steph.

¶ Araxēus inde adjectivum. Avienus Periegesi v. 30 de Tanai:

Scissus Araxeo prius æquore, jam suus unda
Effluit in Scythiam.

Sed heic aliud vel flumen vel mare Hyperboreum significari videtur.

¶ Araxæ, & Araxi, populi Illyrici memorantur Stephano.

ARBA, vel Arbe, insula & civitas est in Dalmatia seu Illyrico. Plin. l. 3 c. 21.

ARBĂCES, Medorum primus rex, Justino lib. 1 c. 3 dictus *Arbactus*, sine dubio corrupte. Vide interpretes.

ARBELA, Græcis ἡ ἀρβέλη & οἱ ἀρβέλοι, urbs Siciliæ, auctore Stephano, cujus cives tam stupidi fuerunt, ut illis facile imponeretur. Apud hos igitur, contemtus alibi, magnum aliquid esse poterat. Unde proverbium: *Quid non fies Arbelas profectus.* Erasm. in Adag. Sed ¶ Arbela, Græcis ἄρβηλα, Plur. neut. gen. Urbs quondam Assyriæ, nobilis clade Darii, Persarum regis, ab Alexandro devicti. vid. Curt. 4, 9, 9. & 5, 1, 2.

Arbina, Arbilla, vide *Arvina*.

ARBITER, tri, *διαιτητὴς*, Judex, qui à contendentibus deligitur, vel datur à magistratu extra ordinem, ut ex æquo bonoque caussam disceptet, ein mittler, schiedsmann. Terent. in Heaut. a. 3 sc. 1 v. 92, *Simus & Crito, vicini nostri, hic ambigunt de finibus, me cepere arbitrum.* Cicer. In Tusc. 5 cap. ult. *Quorum controversiam solebat tamquam honorarius arbiter judicare*, als ein wilkürlicher richter, von ehren wegen erwehlet. *Arbitrum statuere*, idem ad Att. lib. 15 ep. 1. Cæsar Comment. 3 de Bell. Civil. cap. 1, *His rebus confectis, cum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ solverentur, constituit, ut arbitri darentur: per eos fierent æstimationes possessionum & rerum.* Differebant à judicibus *arbitri*: horum enim munus, non ut illorum, legitimum, sed honorarium erat. Deinde non pronunciabant ex juris formula, sed pro arbitrio suo ex bono & æquo lites discernebant. Seneca lib. 3 de Benef. 7, *Melior videtur conditio caussæ bonæ, si ad judicem, quàm si ad arbitrum mittitur: quia illum formula includit, & certos, quos non excedat, terminos ponit; hujus libera & nullis adstricta vinculis religio: & detrahere aliquid potest, & adjicere; & sententiam suam, non prout lex aut justitia suadet, sed prout humanitas & misericordia impulit, regere.* De hoc discrimine *judicis* atque *arbitri* vide & Ciceron. Orat. pro Roscio Comœdo c. 4 & 5. Sed & *Medii* appellabantur hi arbitri, ut hodie *Mediatores*, de quo infra. Vulgo etiam *Commissarii* dicuntur. *Adigere arbitrum*, vid. *Adigo* in *Ago*. ¶ 2. In Comœdiis spectatores dicti arbitri. Taubm. ad Plaut. p. 216. 797. ¶ 3. Arbiter & inspectorem sive speculatorem significat, ein behorcher, qui venaturam auribus facit. Plaut. Mil. Glor. a. 2 sc. 2 vers. 3, *Mihi quidem jam arbitri vicini sunt, mea quid fiat domi.* Horat. lib. 1 ep. 11 v. 26, *Non locus effusi late maris arbiter aufert.*

i. e. qui mare late prospectat. Idem Epod. 5 v. 49,

ô rebus meis
Non infideles arbitræ,
Nox & Diana.

Ubi simul fœmininum hujus vocabuli notà, quod est *Arbitra*. ¶ 4. Jam quia nullum imperium sine judicio est, & gubernatio ipsa, ut Salvianus ait, judicium, & qui judicat, inspicere sive cognoscere debet; idcirco *Arbiter* & Regem seu Principem notat. Sic DEUS ipse *arbiter orbis* appellatur. Seneca in Herc. Furente v. 582 de Plutone, inferorum Rege: *Tandem noctis, ait, vincimur arbiter.* Et eleganter Horatius lib. 1 od. 3 v. 15. Notum, ventum, *arbitrum Adriæ*, quasi dominum maris Adriatici appellavit.

¶ Arbitra, fœmineum. Vide in *Arbiter* num. 3.

¶ Arbitrarius, a, um, quod arbitrio judicis relictum est, willkührlich. Festus Pomp. *Arbitrarium, cum adhuc res apud arbitrum geritur.* Plautus Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 216, *Hoc quidem profectò certu'st, non est arbitrarium.*

¶ Arbitrario, adverb. Plaut. Pœn. a. 3 sc. 5 v. 42, *Nunc pol ego perii certò, haud arbitrariò.* hoc est, non dubitanter: sive, non arbitror, sed certo scio, me periisse.

¶ Arbitralis, e, idem quod arbitrarius. *Arbitrali dijudicatione aliquid componere.* Macrob. 7 Saturn. c. 1.

¶ Arbitror, atus sum, ari, existimare, meynen, halten. Cicer. ad Brutum Epist. 1, *Non soleo, mi Brute, (quod tibi notum esse arbitror) temere affirmare de altero:* wie ich achte, daß du wol weist. Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 6 v. 9, *Primum te arbitrari, quod res est, velim.* ¶ 2. Item prospicere. Plaut. Aulular. a. 4 sc. 1 extr. *Hinc ego & huc & illuc potero, quid agant, arbitrarier.* vid. Taubman. ad Plaut. pag. 216. 797. ¶ *Fidem arbitrari* alicui, id est, habere, dixit Plaut. Bacchid. a. 3 sc. 6, & Apulejus Apolog. p. 487 ed. Juliani Floridi. ¶ Passive posuit Gellius participium lib. 1 cap. 13, *anceps quæstio & in utramque partem à prudentibus arbitrata est.* Simili figura & Plautus alibi extulit. Et futuro tempore *arbitrandus*. Ulpianus lege 8 § 10 Dig. de Transaction. *Modus pro ætate ejus, qui transigit, arbitrandus est.*

¶ Arbitratus, ûs, arbitrium. *Meo arbitratu*, meines gefallens, Cicer. de Amic. cap. 1. Idem lib. 6 epist. 1, *Quæro caussas omnes aliquando vivendi arbitratu meo*, ich trachte mein eigen herr zu seyn.

¶ Arbitrium, i, sententia arbitri, seu judicis: urtheil. Inde *Arbitria facere*, est judicare, pronunciare sententiam: Sicut & Cicero *Judicia facere* dixit. Horat. lib. 4 od. 7,

Quum semel occideris, & de te splendida Minos
Fecerit arbitria.

Nepos Arist. cap. 3, *Arbitrio ejus*, auf seine erkäntniß. ¶ 2. Deinde cujusvis alterius. Sic *ad arbitrium alicujus vivere*, Cicero dixit pro Muræn. cap. 9, *Ad arbitrium suum quem movere*, Idem dixit lib. 2 de Orat. cap. 16, nach seinem willen. ¶ 3. Imperium significat. Cicero pro Roscio Amerino cap. 45, *Nutu atque arbitrio Dei omnia reguntur.* Sueton. Cæs. c. 7, *Etiam confusum eum somnio proximæ noctis (nam visus erat per quietem matri stuprum intulisse,) conjectores ad amplissimam spem incitaverant*, arbitrium *orbis terrarum portendi interpretantes.* Seneca Thebaide v. 595, *conjugi donum datus*

Arbitria thalami dura felicis feram.

¶ 4. Electionem notat Cornel. Nep. in Conon. 4, 1, *Id arbitrium Conon negavit sui esse consilii*, & tunc libertatis epitheton quoque ferre potest, dixeruntque *liberum arbitrium* non solum Seneca 2 de Clem. cap. 7, sed Livius etiam non semel, lib. 32 c. 37, *Quintio liberum arbitrium pacis ac belli permissum*; & lib. 37 cap. 1, *Senatui liberum arbitrium de se permitterent:* & cap. 7, *permisso libero arbitrio.* ¶ 5. * *Arbitrium* est pecunia vectigalis, quam publicani solvunt reipublicæ ob jus monopolii, vel vendendi per ipsos solos. Cicero post reditum in Senatu c. 7, *Nondum palam factum erat concidisse rempublicam, cum tibi arbitria funeris solvebantur.* Liv. lib. 2, 9, *Salis vendendi arbitrium, quia impenso pretio venibat in publicum omni sumtu ademtum privatis.* vid. ad h. l. Gronovius. *Grævius.*

ARBOR, Arbos, ŏris, *δένδρος, καὶ δένδρον*, ein baum. *Arborem serere*, einen baum pflantzen. Cicer. de Sen. cap. 17, *Multæ istarum arborum mea manu sunt satæ.* Idem 2 de Orat. cap. 69, *Da mihi ex istâ arbore, quos seram surculos.* *Instituere arborem*, einen baum zeugen. Fit illud aut *semine*, aut *plantis radicis*, aut *propagine*, aut *surculo*, aut *insito ac confecto arboris trunco.* Vide Plin. lib. 17 cap. 10, & Columellam peculiari de arboribus libro. *Languescit arbor*, der baum vertrocknet. Vide *Langueo*. Plin. lib. 17 cap. 2, idem *mori* dixit. *Arefieri arborem*, Suetonius dixit in Vespas. c. 5, *Infelix arbor*, è qua quis suspendio strangu-

ſtrangulatus carmine veteris legis dicitur, apud Cicer. pro Rabir. perduell. c. 4. *De umbroſis, & ſtupendæ amplitudinis arboribus* Barth. ad lib. 4. Thebaid. Statii p. 1002 ſeq. *Everſa arbor*, ein umgeriſſener baum, apud Sueton. in Domit. c. 15. *Arbores teneras intorto ſtramento veſtire*, junge bäume mit ſtroh verbinden, Plin. dixit lib. 17 c. 2. Eidem *arboreducare poma* dicitur, cùm poſt germinationem & florem fructus formari cœpti ſunt. ¶ 2. De malo navis (maſtbaum) uſurparunt JCti. Papinianus lib. 3 D de Lege Rhodia: *Cum arbor aut aliud navis inſtrumentum, removendi communis periculi cauſſa, dejectum eſt, contributio debetur.* Paullus lib. 2 Sent. 7 § 3, *Nave, vel arbore vi tempeſtatis amiſſâ, vectores ad contributionem non tenentur, niſi ipſis arborem ſalutis cauſſa ementibus navis ſalva ſit.* *Arborem mali* Virgil. 5 Æn. v. 504 dixit: ad quem vide Erythræi Indicem, in voce *mali* ¶ 3. De remo, das ruder, Virgil. Æn. 10 v. 207, *centenâ arbore*, id eſt, centum remis. ¶ Proverbiale eſt; *Arbore dejectâ ligna quivis colligit*: δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται: wenn einer liegt, will iederman auf ihn mit füſſen gehen.

¶ Arborator, ōris, ein baum-gärtner. Colum. 11 c. 1, *Bonus arator, optimus foſſor, nec minus arborator & vinitor.* Plin. 18 c. 33. *Frondem media die, arborator, ne cædito.*

¶ Arbŏreſco, ere, hoch aufwachſen. Plin. 19 cap. 4, *Tradunt in Arabia malvas ſeptimo menſe arboreſcere.*

¶ Arbŏreus, a, um, adject. *Arborei fœtus*, baum-früchte, apud Virgil. 1 Georg. v. 55, *Arborea umbra*, baum-ſchatten, apud Ovid. 10 Metam. v. 129.

¶ Arborius, a, um, ut *Falx arboria*, i. e. cudendis arboribus apta. Cato c. 11.

¶ Arborarius, a, um, ut *proventus arborarius*, Solin. cap. 16 & 36. *Picus arborarius*, qui in arboribus nidificat. Plin. 30 c. 16.

¶ Arboretum, i, arbuſtum eſt, de quo mox dicetur. Vſus eo Cl. Quadrigar. apud Gell. 17 cap. 2. addit vero Gellius *Arboreta ignobilius verbum eſt: arbuſta celebratius.*

¶ Arbuſcula, æ, diminut. Plin. 19 cap. 10, *Infeſtant culices hortos, riguos præcipue, ſi ſint arbuſculæ aliquæ.* Culumella 9 cap. 5, *conſeri circa apiarium debent arbuſculæ incrementi parvi.* ¶ Eſt & nomen muliérculæ mimæ apud Horat. 1 Satyr. 10 v. 77.

¶ Arbuſtus, a, um; adject. cujus compar. apud Tertull. 2. cont. Marc. c. 29, *Res arbuſtiores*, i. e. ferociores.

¶ Arbuſtum, i, complectitur arbores multas, ad fructûs conſitas: ut in oliveto, avellaneto, &c. Livius 22 cap. 15, *Arbuſta vineæque, & conſita omnia magis amœnis, quam neceſſariis fructibus.* De variâ vocis acceptione Alb. Gentil. in lect. Virg. c. 10. Taubm. ad Virg. p. 10. Valla in Raudenſem; ein baum-garten, geſträuch. Præcipue ita appellatur locus arboribus conſitus, ad quas apponantur vites, quæ & arbuſtivæ appellatæ ſunt.

¶ Arbuſtivus, a, um. Columella de arboribus c. 16, *arbuſtivam vitem quàm putare tam alligare diligenter oportet.* Idem lib. 3 cap. 13, *Ex omni ſive arbuſtivo, ſive ſilveſtri loco.*

¶ Arbuſto, are, eſt arbuſto agrum conſerere. Plin. lib. 17 cap. 23, *Transpadana Italia, præter ſuprà dictas, cornu, populo, tiliâ, acere, orno, carpino, quercu arbuſtat agros.*

ARBŬTUS, i, κόμαρος, eſt arbor illa, quæ poma inſtar ceraſorum aut prunorum fert; *Arbutum* vero ipſum eſt pomum; Valla in Raud. Itali hanc arborem vocant *Albatro*, Germano, ein hag-apffel-baum: ut Hadrianus quidem indicavit. Fructus *Unedo* etiam dicitur, quod unum tantùm eſſe expediat. Plin. lib. 15 c. 24. Virg. 2 Georg. v. 69,

Inſeritur verò ex fœtu nucis arbutus horrida.

Horat. 1 Od. 1 v. 21, *Viridi membra ſub arbuto ſtratus.* Idem 1 Od. 17, 5, *Arbutos quærere latentes.*

¶ Arbuteus, a, um, adject. *Arbuteæ crates*, Virgil. Georg. 1 v. 166. *Arbutea fronde*, Ovid. Faſt. 6 v. 155. *Arbutei fœtus*, id eſt fructus, Idem 13 Metam. v. 820.

ARCA, æ, λάρναξ, ab arcendo, receptaculum variarum rerum eſt, ein kaſten, kiſt oder lade, unde & ad mortuorum loculos ſive ſarcophagos refertur. Quemadmodum hâc voce non ſemel JCti fuerunt uſi, quod & Cujacius notat lib. 11 Obſervat. cap. 21. Plinius lib. 13 cap. 13, *Caſſius Hemina prodidit, Cn. Terentium Scribam agrum ſuum in Janiculo repaſtinantem offendiſſe arcam, in quâ Numa, qui Romæ regnavit, ſitus fuiſſet.* Ruffin. 10 Hiſt. Eccleſ. 35, *trahebant longo agmine arcam martyris*, Babylæ puta, de quo ſermo eſt. *Arca veſtiaria*, ein kleider-kaſten. Cat. cap. 11. ¶ Vulgatiſſime de receptaculo nummorum ſive pecuniæ uſurpatur: unde *domini arcam exhaurire* dicitur *res*, quæ ejus pecunias conſumit, apud Columellam lib. 3 de re ruſt. cap. 3. Juvenal. Sat. 3 v. 143,

Quantum quisque ſua nummorum poſſidet arca,
Tantum habet & fidei.

¶ Hinc *arca* ſæpe idem, quod arcarium, ſeu Fiſcus eſt. B. Ambroſ. Epiſt. 1 ad Valentinianum Imp. contra Symmachum: *Quod enim jamdudum vel fiſco vel arcæ eſt vindicatum, de tuo magis conferre videbere, quàm de ſuo reddere.* Sic Eccleſiarum, Collegiorum, ac Fratriarum ταμεῖα, *arcæ* paſſim appellantur. *Arcam Numinis*, de arca Eccleſiæ Prudentius in Laurentio v. 122 dixit, plane ut nos den Gottes-kaſten appellamus. De arcis Collegiorum paſſim JCti; quæ *communes* vocantur fermè; quod communes pecuniæ ibi ſerventur: ut nobis quoque gemeine caſſa, appellantur. Apul. Mileſ. 7, *Exprompits ∞ aureis, quos in ſinu laciniæ contexerat, quosque variis viatoribus detractos, ut ajebat, pro ſua frugalitate communi conferebat arcæ.*

¶ Dicuntur & *Arcæ* fiſci pecuniarum, quæ ex certis ſpeciebus rediguntur. Sic *frumentariam & oleariam arcam* in libris Juris Civilis legimus: *arcam vinariam* apud Symmachum lib. 10 Epiſt. 42 & 47. In quibus *arca* nihil aliud eſt, quàm quod ab Italis accepto vocabulo hodie, eine caſſe, appellamus. Sic *theatralis arca*, *arca Quæſtoria*, *arca Pontificialis* apud veteres invenitur. ¶ *Arca* Gromaticis ſcriptoribus eſt ſignum limitaneum & finale, in modum arcæ conſtructum. Innocentius lib. 12 p. 221 ed. Gœſ. *arca in quadrifinio conſtituta*: & p. 224, *Arca conſtituta in trifinium.* Et auctores de Limitibus, ibid.

p. 271, *arca finalis*: item *arca marmorea.* Frontinus aliquoties cum *ripis* conjunxit, ut de Coloniis p. 119. *Adrianus ager finitur per rationem arcarum, riparum, canabularum*, &c. ¶ * *Arcam* Latini ſcriptores pro præſenti pecunia ponunt, unde *ſolvere ex arca*, cui opponitur *ſolvere e menſa.* Eſt autem arca locupletiorum, ſacculus pauperiorum. Juvenalis: *Ignorat quantum ferrata diſtat ab arca*
Sacculus. Grævius.

¶ Arcatura &

¶ Arcella, æ, Gromaticis eadem fere, quæ *Arca.* Caſſiodorus Variar. 3 ep. 52, *Miramur fuiſſe litigatum, quod aut terminis teſtibus, aut jugis montium, aut fluminum ripis, aut arcaturis conſtructis, aliisque ſignis evidentibus conſtat eſſe definitum.*

¶ Arcellatus, a, um; *Arcellatæ vites*, Colum. l. 3 c. 2.

¶ Arcifinius vide in *Finis.* Sed hæc de Gromatico *arcæ* & derivatorum uſu: uſitatiora nunc & omnibus communia perſequenda ſunt, ut

¶ Arcula, æ, Diminutiv. Cicer. lib. 2 Offic. cap. 7, *perſcrutari arculas muliebres.* Vitruvius lib. 10 cap. 13, *coagmentata arculæ ſuſtinet caput machinæ*, kiſtlein, ſchachtel. conf. Plaut. Moſt. 1, 3, 90.

¶ Arcarii, kaſten-herren, caßirer: qui accepta & expenſa arcarum tractant: *Pontificialis Arcarius* apud Symmachum lib. 1 Epiſt. 62 dicitur, qui *arcæ Pontificum præeſt*: in familia etiam ſervorum *arcarii* dicuntur, qui Domini pecunias tractant: Scævola L. 41 D de fideicom. Libert. *Stichus arcarius probante domino nomina fecit, & rationes à domino ſcriptas exhibuit.* V. Laurent. Pignorium de Servis P. 165, & Savaronium ad lib. 5 Epiſt. 7 Sidonii.

¶ Arcularius, i, qui arculas conficit & vendit, apud Plautum Aul. 3, 5, v. 45, ſchreiner, tiſchler, ſchachtelmann.

¶ Arculus, Arculum, Arculata, vide apud Feſtum expoſita p. m. 254. & apud Reineſ. 2 Var. Lect. c. 14 p. 237 ſeq.

¶ Arcanus, a, um, mox ſequitur ſeorſim.

ARCĂDIA, æ, Ἀρκαδία, regio Peloponneſi interior, à mari remota; ſic appellata ab Arcade, Jovis filio, *Parrhaſia* & *Pelasgia* quondam dicta, nec non *Lycaonia*, ut Euſtathius tradit ad Dionyſii Periegeſin v. 415. Livius lib. 1 cap. 5, *Solenne allatum ex Arcadia, ut nudi juvenes Lyceum Pana venerantes per luſum atque laſciviam currerent.*

¶ Arcadicus, Arcadius, a, um, adject. Livius lib. 1 c. 5, *Ferunt, a Pallanteo, urbe Arcadicâ, Palatium, deinde Palatinum montem appellatum.* Sic *Arcadici mores*, *Arcadicum* vel *Arcadium germen*, Ἀρκάδιον βλάστημα, *de grandibus & ignavis ſolitum dici*, groß und faul. Vide Chil. Sed *Arcadia nemora*, apud Senecam Herc. Fur. v. 229.

¶ Arcas, ădis: natus Arcadia. Arcades autem vetuſtate gentis adeo gloriari ſoliti, ut ante Solem & Lunam natos ſe dicerent. Statius lib. 4 Thebaid. v. 275,

Arcades huic veteres, aſtris Lunaque priores,
Agmina fida datis.

Ovidius lib. 2 Faſt. v. 289,

Ante Jovem genitum terras habuiſſe feruntur
Arcades, & Luna gens prior illa fuit.

Scholiaſtes Dionyſii Periegetæ ad v. 415 ex Lycophrone refert, ὅτι καὶ προσέληνοι λέγονται οἱ Ἀρκάδες, διὰ τὴν πάνυ τοῦ ἔθνους ἀρχαιότητα, *Antelunares quoque vocari Arcades propter nimiam antiquitatem.* Adde Ovid. 1 Faſt. v. 469, nec non Scholiaſten Ariſtophanis ad illud in Nebulis: Καὶ πῶς, ὦ μωρὲ σὺ, καὶ κρονίων ὄζων καὶ βεκκεσέληνε, (cujus locum, varias è variis auctoribus rationes congerentis, Rutgerſ. lib. 4 Var. Lect. cap. 18 emendat,) ut & Plutarch. de Placitis Philoſoph. lib. 1 cap. 7. Fabulæ hujus cauſam & occaſionem Cenſorinus de Die Natali cap. 19 ita refert: *Arcades*, inquit, *trimeſtrem annum primò habuiſſe dicuntur: & ob id* proſelenæ *appellati: non, ut quidam putant, quod ante ſint nati, quàm Lunæ aſtrum cælo eſſet: ſed quod prius habuerint annum, quàm is in Græcia ad Lunæ curſum conſtitueretur.* Conf. Voſſ. de Arte Hiſtoricâ pag. 33. Aliter Mauſſacus ad Plutarch. de fluv. cap. Eurotas p. 302 ſeq. his verbis: *Græcos fere omnes actiones ſuas ad Lunam dirigere ſolitos, vulgare eſt omnibus dictis. - - - Certe Lacones religioni duxere aliquid incipere ante plenilunium & novilunium. - - Arcades e contra quia ante plenilunium & novilunium ut plurimum bella, aut alia negotia ſua ſeria aggrediebantur, nec huic ſuperſtitioni dediti erant,* προσέληνοι *dicti ſunt proverbiali convicio. Quam convicii cauſam ipſi Arcades jucundâ interpretatione eluſere, & probrum in laudem converſum fuit. Nam antiquiorem illo ſidere gentem ſuam eſſe poſteà gloriati ſunt, & ad originis ſuæ vetuſtatem ſubſannationem illam retulerunt.* Vetuſtatis cauſſa iidem & βαλανηφάγοι, id eſt, glande veſcentes appellati videntur, quia *primò victum mortalium glandiferæ arbores aluerunt*, ut Plinius teſtatus loquitur lib. 16 initio. Arcades glande ſolitos veſci Artemidorus etiam obſervat lib. 2 Ὀνειροκριτικῶν cap. 25, ubi & Rigaltium videre licebit. A Muſices ſtudio Arcades Polybius laudat lib. 4 p. 289. Inde illud Virg. Ecl. 10, *Soli cantare periti*
Arcades.

ARCE & ARCANUM, nomen villæ fratris Ciceronis, paulum a Minturnis diſtans. Meminit ejus Cicero ad Att. lib. 7 epiſt. 10.

ARCĀNUS, a, um, adject. ab arceo, tam qui tacet audita & commiſſa, verſchwiegen: quam quod occultum celatumque eſt, & a conſpectu hominum arcetur: heimlich, verborgen. Plautus Trinum. a. 2 ſc. 4 v. 154 STASIMUS: *cave ſi dixeris, me tibi dixiſſe hoc.* PHILTO: *dixiſti arcano ſatis*, einem gnugſam verſchwiegenen menſchen. Sic *tabulas arcanas ſignare*, Ovidius 2 Amor. 15 dixit, quæ ſub ſigillo cuſtodiunt & tegunt inſcripta. Sed *arcana raptus e popina*, Martial. lib. 5 epigr. ult. eſt, ex ſecreto voluptatis loco. *Arcanum & occultum ſcelus*, Curt. lib. 6 cap. 10 num. 28. *Arcana cubilia* Plinius Panegyr. cap. 49.

¶ Arcanum, i, ſubſtantive, res ſecreta, heimlichkeit. *Arcanum prodere*, Juvenal. Satyr. 9 v. 115, cui contrarium eſt, quod Curtius ait lib. 4 cap. 6 n. 5, *more Perſarum, arcana regum mira celantium fide.* Idem lib. 6 c. 8 n. 11, *omnium arcanorum regis arbiter*, ein königlicher geheimer rath. Horatius lib. 1 epiſt. 18,

Arcanum neque tu ſcrutaberis ullius unquam,
Commiſſumque teges & vino tortus & irâ.

¶ Arcane & Arcanò; adverbia; Cæſ. 1 Civ. cap. 19, *Ipſe arcanò cum paucis familiaribus ſuis colloquitur*, in geheim. Plautus Trinum. a. 2 ſc. 4 v. 117, *Arcanò tibi ego hoc dico, ne ille ex te ſciat.* Comp. *Arcaniùs* Columellæ eſt, libr. 3 cap. 2 extr. *quid arcaniùs judicem, ſuo loco mox dicam.*

Arcarii, Arcella, vide *Arca.*

ARCEO, ui, ēre, proprie eſt prohibere eos, qui veniunt, ne accedant, ſecundum Vallam lib. 6. abhalten, abtreiben, ut *Arcere hoſtem urbe*, vel *ab urbe*, Cicer. in Catil. 1 cap. ult. *Tum tu, Jupiter, hunc* [Catilinam] *& hujus ſocios à tuis aris, cæteriſque templis, & tectis urbis ac mœnibus arcebis.* Ovidius Metam. 4 v. 647,

Arcebatque ſuis externos finibus omnes.

Et, *arcere incendium*, Inſcr. Grut. pag. 61. num 3, INCENDIORVM ARCENDORVM CAVSA.

Rurſus Cicero in Offic. 1 cap. 34, *Adoleſcentia à libidinibus arcenda eſt. Arcere aliquem veterno*, nicht ſchlaffen laſſen. Horat. 1 Ep. 8 verſ. 10, *Arcere* interdum eſt coercere, ut in ſecunda Tuſculana: *ergo hos quidem ut famulos vinclis & cuſtodia arcemus.* Feſtus: *arcere eſt continere.* Vnde & *arcus in ædificiis dictus eſt, quia ſeipſum continet.* Poſt: *unde coercere continere dicimus.* Grævius.

¶ Arcivus, a, um, *Avis arciva*, quæ in auſpiciis aliquid vetabat fieri. Ita legit Scaliger apud Feſtum. Vulgo legitur *arcula.*

¶ Arca, Arcanus, Arcus, Arx, etiam ab arceo derivantur; ſed de his ſeorſim agitur. Arcifinius vide in *finis.*

¶ Arcto, are, frequentativum eſt ab arceo, quod & *artare* ſcribitur, & ſignificat conſtringere, zuſammen zwingen, getrang in einander fügen. Plaut. in Capt. a. 2 ſc. 2 v. 54, *Fortuna humana fingit, artatque ut lubet.* ¶ Utebantur & in quarta *artire*, vide Non. Hinc *artita colla*, id eſt, conſtricta apud Prudent. περὶ ϛεφαν. Hymn. 1 v. 72, & præfat. ψυχομαχίας v. 33, ut quidem Jo. Weitzius, MSS. libris non vulgaribus uſus, in lucem edidit; ſed Heinſius & Chamillard *attrita* legunt.

¶ Arctatus, & Artatus, a, um, exiguus, anguſtus, knapp, enge. Ita Vellejus lib. 1 c. 16, *Artati temporis ſpatium.* Idem. l. 2 c. 10, *Vt clariſſima, ita numero artata felicitas.*

¶ Arctus, vel, ut alii ſcribunt, Artus, a, um, id eſt, adſtrictus, maximè conjunctus, enge in einander geſchoben. Cicer. ad Att. 6 ep. 2, *arctiſſima vincula amoris*, id eſt, amor vel amicitia conjunctiſſima. Et in Offic. 3 cap. 6, *Arctiſſimum vinculum ſocietatis*, freundſchafft und geſellſchafft die niemand trennen kan. *Arctus, arctior ſomnus*, ein feſter ſchlaff, apud Cicer. in Somn. Scipionis, cap. 1, *Arctior me ſomnus, quàm ſolebat, complexus eſt. Convivium arctum*, da man enge eingepreſſet ſitzet, Horat. lib. 1 Epiſt. 5 extr. ¶ *Arctæ res*, quæ & anguſtæ dictæ Horatio, miſeræ, & in magnum diſcrimen adductæ, noth. Tacitus lib. 3 Hiſt. cap. 69, *Miſſo nuntio, qui circumſideri ipſos, &, niſi ſubveniretur, res arctas nunciaret. Arctum animum* pro trepido & metu dejecto, Horatius lib. 4 Serm. Sat. 6. Idem *in arctum deſilire*, in de Poëtica verſ. 134 dixit.

¶ Arctè, adverb. hart, feſt. Cicer. in Parad. 1 cap. 4, *Illud arctè tenent, accuratèque defendunt, voluptatem eſſe ſummum bonum*, das laſſen ſie ſich nicht nehmen, und vertheidigen es fleiſſig. Idem lib 1 de Divin. cap. 28, *Arctè & graviter dormire. Arctiùs adſtringi*, Idem de Fato cap. 14 & Horat. Epod. 15, 5, *Arctiſſime diligere*, Plin. 6 epiſt. 8, *arctiſſime conſtringi*, Val. Max. 2 cap. 2 n. 8.

Compoſita:

¶ Abarcere, zurück halten, abhalten, abtreiben. Feſtus: *Abarcet, prohibet.*

¶ Coërcēre, ambire, complecti, claudere, umfangen, ſchlieſſen, wehren, einhalten. Cicer. de Nat. lib. 2 cap. 22, *Mundus omnia complexu ſuo coërcet & continet.* Idem de Clar. Orat. cap. 91, *Fluvium extra ripas effluentem coërcere.* Lucret. lib. 4 v. 552,

Extima membrorum circum textura coërcet.

Et lib. 6 v. 954, *Vndique qua circum corpus lorica coërcet.*

Virg. lib. 9 Æn. v. 28, *poſtrema coërcent*
Tyrrhidæ Juvenes.

id eſt, Claudunt agmen, ut Livius loquitur. ¶ Deinde *coërcere* eſt vi manuque aut ſtudio cohibere ſeu cogere, bändigen, zwingen, im zaum halten. *Coërcere iram, cupiditatem*, &c. Statius lib. 11 Theb. v. 669, *promptamque coërcuit iram.* Cicero lib. 1 ad Attic. ep. 18, *Ego nactus, ut mihi videbar, locum reſecandæ libidinis & coërcendæ juventutis, vehemens fui* &c. Idem Offic. 3 cap. 5, *Coërcere damno, exilio, vinculis, morte*, &c. zwingen. *Coërcere manibus procacitatem alicujus*, punire pariter, ac inhibere. Nepos Timol. cap. 5.

¶ Coërtio & Coërcitio, ōnis, zwang. Sueton. Claudio c. 38, *Coërtionem popinarum ædilibus ademit:* Vbi Torrentius obſervat in MS. libris *coërcitionem*, non *coërtionem* legi: itaque hanc vocem & in Pandectis Florentinis ferme ſcriptam inveniri. Et vero *coërcitio* integrum ac plenum eſt; *coërtio*, contractum: ut *puertia*, ex *pueritia* apud Horatium: & Salmaſ. codex expreſſe *coërcionem* refert. Cæterum *coërcitio* animadverſio ſeu caſtigatio eſt, züchtigung, beſtraffung. Sic *coërcitio ſervorum*, Senec. Brev. Vit. cap. 3, *errantium*, idem 1 de Ira cap. 15, item *Coërcitio capitalis*, Lege 200 Digeſt. de Verb. ſignificatione: *pecuniaria*, Lege 2 Dig. de public. judiciis: *morum*, Lege 15 §. 1 Dig. de ſolut. matrimonio: *delictorum*, ut Lege 131 Dig. de V. S. dicitur: *pœna generale eſt nomen, omnium delictorum coërcitio.*

¶ Coërcĭtor, ōris, qui coërcet, zuchtmeiſter. Eutropius lib. 7 cap. 13 de Veſpaſiano: *diligens coercitor diſciplinæ militaris*, der gute diſciplin hält unter ſoldaten.

¶ Coarctare, & Coartare, idem quod Arctare, contrarium verbo *Dilatare*, einziehen, engeſpannen. Cicer. 1 de Orat. cap. 35, *quæ coarctavit, & peranguſte referſit in oratione ſua, dilatet nobis atque explicet.* ¶ 2. eſt cogere. Paullus Lege 57. pr. de contrah. emt. *Coartandus eſt emtor venditionem adimplere.*

¶ Coarctatio, ōnis, die einſchlieſſung, verbale nomen. Hirt. Bell. Alex. cap. 74, *Cæſar videbat inanem oſtentationem, & eo loco militum coarctationem.* Vitruvius lib. 9 cap. 9 *laxationi opponit.*

¶ Exercere, üben, treiben. Cicer. 1 de Orat. cap. 33, *Vehementiſſimè exercere ſe in aliquare.* Idem 6 ad Att. epiſt. 1. *Pueri amant inter ſe, diſcunt, exercentur*, ſie laſſen ſich üben. *Exercere corpus, ingenium, memoriam.* Cic. de Senect. c. 7 pr. *Memoria minuitur, niſi exerceas eam.* Sic *Exercere ſtilum*, ſich im ſchreiben üben. Plin. lib. 8 Epiſt. 14, *Difficile eſt tenere, quæ acceperis, niſi exerceas.* Cicero 1 Tuſc. cap. 18, *Bene*, inquit, *illo proverbio Græcorum præcipitur: Quam quisque norit artem, in hâc ſe exerceat;* quod Græci dicunt: ἔρδοι τις, ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην. *Exercere inimicitias*, Cic. Div. in Verr. c. 4; *iracundiam*, Idem ad Brut. epiſt. 2, zorn und feindſchafft halten. Et in Tuſc. 5 cap. 1, *Fortuna me multis variiſque caſibus exercuit*, mürbe machen. Terent. in Adelph. act. 4. ſc. 2 v. 48, *I ſane, ego te exercebo hodie, ut dignus es*, id eſt, fatigabo, exagitabo, ich wil dich zu recht bringen, ich wil dirs ſauer gnug machen. Non adeo diſſimiliter Plautus, *Exercere ſcortum*, dixit Amph. a. 1 ſc. 1 v. 132. *Exercere* enim eſt non temere quieſcere ſinere: quemadmodum Terentius, *ſervos exercere*, pro, in opere faciendo perpetuo tenere, Heaut. 1, 1, 22 dixit. *Exercere remiges*, Nep. 10, 9, 1 *jumentum*, Idem 18, 5, 4. ¶ *Principem exercere*, eſt principem agere; principis vi ac poteſtate uti, apud Sueton. Tiberio, cap. 33: de qua loquendi ratione conſulendus ibi Caſaubonus eſt. ¶ Sed *exerceri* etiam dicuntur res inanimæ cùm occupamur in iis, ut inde quæſtus nobis & fructus exſtet. Sic *exercere tellurem*, Virgilius Georg. 1 v. 99: *exercere agros*, Tacitus German. cap. 29 dixit, ſich mit ackerbau nehren: *Navem, cauponam, ſtabulum exercere*, apud JCtos veteres invenitur, zu ſchiff, oder mit wirthſchafft gewerbe treiben. Et ita *officinas promercalium veſtium exercere*, Suetonius dixit de illuſtribus Grammaticis cap. 23. Eleganter Statius Epithal. Stellæ:

Exerce formam, & fugientibus utere donis:

in quo poſterius prius interpretatur: nam *exercere formam* eſt, uti formâ, ut fructum ex illa capias. ¶ Figurate Virg. lib. 10 Æneid. v. 808, *Exercere diem* dixit, pro, ſe per diem faciendo opere exercere: ut Scaliger recte interpretatur lib. 4 Poët. cap. 16. Et ita Seneca Medea v. 77, *Exercere oppidum* dixit, pro, ſe in oppido exercere. Neque enim ab editorum juxta & MSS. Codd. lectione recedendum eſt: quod voluerunt nonnulli. ¶ Apud Terent. Heaut. 1, 1. 91, *Servi opere ruſtico faciendo victum exercere*, id eſt, lucrari dicuntur hero, unde victum parare, ſive familiam alere poſſit. Antecedens enim pro conſequenti ponitur; nam exercitionem quæſtus ſeu lucrum ſequitur. B. Ambroſ. Epiſt. 18 ex alterius perſona: *Quid*, inquit, *mihi prodeſt in clero manere, ſubire injurias, labores perpeti, quaſi non poſſit ager meus me paſcere: aut ſi ager deſit, quaſi aliter ſumtum exercere nequeam?*

¶ Exercitus, a, um: geübt, verſucht. Ovid. Triſt. 5 Eleg. 5,

Scilicet adverſis probitas exercita rebus.

Etiam in comparandi gradu *exercitior.* Tertullianus adv. Valentin. cap. 18, *agendis rebus exercitior.* ¶ Item miſeriis & calamitatibus agitatus. Vide Plautinos Interpretes, itemque Caſaub. ad Sueton. pag. 137. Ita *exercitam militiam* Tacitus 1 Ann. cap. 35 dixit, aſperam & diuturnis laboribus atque miſeriis gravem.

¶ Inexercitus, a, um, non exercitatus. Macrobius lib. 7 cap. 8 pr. *Ego quoque pro virili portione Diſarium noſtrum inexercitum non relinquo.* Membranæ Frontini Strateg. lib. 2 cap. 1 n. 9, *miles inexercitus* habent, ubi editum *inexercitatus.* Vide Keuchenium ibi.

¶ Exercĭtor, ōris, qui exercet quæſtus cauſſa, ut navem, cauponam &c. Vlpianus Lege 1 § 15 Dig. de exercitoria actione: *Exercitorem eum dicimus, ad quem obventiones & reditus omnes perveniunt, ſive is dominus navis ſit, ſive a domino navem per averſionem conduxit.* Atque ita quoque de aliis rebus in quæſtuaria notione. Aliter Plautus Trinum. a. 2 ſc. 1 v. 3, *Magiſter mihi exercitor animus hinc eſt.* Græce dicitur παιδοτρίβης. Idem Trin. 4, 3, 9. *Gurgulio eſt* exercitor, is hunc hominem curſuram docet, er iſt ſein exercitien-meiſter.

¶ Exercitorius, a, um, ad exercitorem pertinens, ut, *exercitoria jacula*, id eſt luſoria, apud Tertullian. de Pœnitentia cap. ult. Sed *actio exercitoria*, contra exercitorem inſtituta, ut in Gloſſis Græcis eſt, ἡ κατὰ τοῦ ἐξερκίτορος ἀγωγή.

¶ Exercitio, onis, idem quod exercitium: ſicut *contagio*, & *contagium*; *obſidio & obſidium.* Cato apud Gellium lib. 11 c. 2, *Si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit, quàm exercitio.* Paullus Lege 15 Dig. ut legator. ſeu fid. *exercitio judicii nonnullas moras habet.* Et Ulpianus Dig. Leg. 1 § 20 de exercitor. act. *Ad ſummam reimp. navium exercitio pertinet*, gewerb mit ſchiffahrten.

¶ Exercitium, übung. ut, *Exercitia ludicra*, Gell. 6 cap. 15, *Exercitium dicendi*, idem 20 cap. 5.

¶ Exercĭtus, ûs, copiæ militum, ϛρατιὰ, eine armee, kriegsheer, ut, *ducere exercitum*, Cic. pro Mur. c. 9. eine armee führen. *conſcribere & comparare exercitum*, Idem Philipp. 5 cap. 13 werben. Facere, *conficere exercitum*, eine armee richten, complet machen. Cic. c. l. cap. 8, *Cæſar paucis diebus exercitum fecit.* Idem pro Lege Man. cap. 21, *Pompejus exercitum difficili reip. tempore confecit.* Sic autem dicitur, quia expellit hoſtes & profligat; vel, quod exercitando fit melior, ut docet Varro. Cum quo & Vegetius concinit lib. 2 cap. 1, *Exercitus*, inquiens, *ex re ipſa atque opere exercitii nomen accepit*, &c. ¶ 2. Hinc *exercitus* pro quolibet exercitio ponitur Plauto, ut Rudente a. 2 ſc. 1 v. 7, *Pro exercitu gymnaſtico & palæſtrico hoc habemus.* ¶ 3. Item pro angore & cruciatu, qui nos exercet, ut *exercitum habere*, Plaut. Ciſtell. a. 1 ſc. 1 v. 60. vide Parei Lexic. Crit.

¶ Exercitualis, e, ad exercitum pertinens, poſterior ætas formavit. Caſſiodorus præfatione Epiſt. Regiar. *Ab hac* [præfectura prætoriana] *exercituales flagitantur expenſæ*, die kriegs-koſten. Adde lib. 3 c. 40 & 41, ubi pariter *exercituales expenſæ* memorantur.

¶ Exercito, frequentativum, unde

¶ Exercĭtātus, a, um, verſucht, geübt. Cicer. ad Qu. frat. lib. 1. ep. 1 pr. *Animus maximis in rebus gerendis & ſuſtinendis exercitatus.* Idem pro Quint. cap. 1, *Homo exercitatus & verſatus in cauſſis.* Corn. Nepos 15, 5, 4 *exercitatus bello*; & n. 2. *in dicendo*: ubi promta facultas utrobique notatur. *Exercitatiores ad bene promerendum*, Ci-

cer. 2 Offic. cap. 15, *peritisſimi atque exercitatisſimi duces*, Cæſ. 3 Bell. Civ. cap. 73, *Exercitatisſimus ſcripturarum*, Tertullian. præſcr. adv. hæret. c. 17, in heiliger ſchrifft wohl geůbt.

¶ Exercitatè, adverb. cujus comparativo uſus eſt Seneca epiſt. 90, *multa facit aut peritius, aut exercitatius:* ſuperlativo Arnobius lib. 3 p. 113 [ed. Batav. 1651,] *Præcepta habeat cognita, & rationem teneat exercitatisſime comprehenſam.*

¶ Inexercitatus, a, um, ungeůbt. *Inexercitatus miles*, Cicer. 2 Tuſc. c. 16. *Inexercitati hiſtriones*, Idem de Senect. cap. 18. *Novitas rei inexercitatos movet.* Seneca Epiſt. 11.

¶ Exercitator, ōris, qui exercet alios in aliqua re: ut Athletas &c. Sic Pythagoram *Exercitatorem* Plinius dixit lib. 23 cap. 7.

¶ Exercitatrix, īcis, Quintil. lib. 2 cap. 15. Plato (ex Socratis perſona) *duas partes civilitatis corpori adſignat, medicinam, & quam interpretantur exercitatricem.*

¶ Exercitatio, ōnis, ůbung. Periander, *Exercitatio poteſt omnia; μελέτη πάντα δύναται*, fleiß vermag alles. Cicer. de clar. orat. cap. ult. *Exercitatio dicendi linguam acuit.* Idem de orat. 3 cap. 49, *cùm exercitatione, tum ſtilo formanda nobis oratio eſt.* ¶ 2. Obſervat Muretus ad 1 Nicom. Ariſtot. 7 p. 103, exercitationem non ſemper ἄσκησιν aut μελέτην ſignificare, ſed interdum etiam ἐνέργειαν. Cicer. de Offic. 1 cap. 34, *Senibus labores corporis ſunt minuendi, exercitationes animi etiam augendæ videntur.* Idem Senect. cap. 3, *aptisſima ſunt omninò arma ſenectutis, artes exercitationesque virtutum.*

¶ Exercitamentum, i, exercitatio, ůbung. Apulejus Florid. 2, *mentium documenta, corporum exercitamenta.*

¶ Præexercitamentum. Priſcianus προγυμνάσματα vertit *præexercitamenta*, in titulo libri ſui, quem ſcripſit *De Præexercitamentis Rhetoricæ ex Hermogene.*

ARCĔRA, eræ; plauſtrum tectum undique & munitum, quaſi arca quædam magna veſtimentis inſtrata: qua nimis ægri aut ſenes portari cubantes ſolebant; ut Gellius lib. 20 cap. 1 deſcribit. Varro etiam lib. 4 de L. L. hoc genus vehiculi ſic dictum cenſet, quod, ſicut arca, ex tabulis factum eſſet. Procul dubio ante lecticas in uſu fuit, & his inventis poſtea deſiit: eine ſånffte.

ARCESILAS, Laërtio vitam ejus lib. 4 deſcribenti Arceſilaus, Ἀρκεσίλαος, Philoſophus fuit, Crantoris Solenſis diſcipulus, ſecundæ ſive mediæ Academiæ conditor, quæ ἀκαταληψίαν, ut Voſſius loquitur cap. 13 de ſect. Philoſ. pag. 74, induxit, docens videlicet, nihil ſcientiâ comprehendi, ſeu ſciri poſſe. Quam ob cauſam Cicero in Lucullo ſive 4 Acad. cap. 6 judicat, eum *conſtitutam Philoſophiam evertiſſe*, & paullo poſt, *conatum eſſe clarisſimis rebus tenebras obducere.* Lactantio vero lib. 3 cap. 6, audit *ignorantiæ magiſter:* ut qui *conſtituerit novam non philoſophandi philoſophiam*, ib. cap. 4. ¶ Fuere hoc nomine & plures, quos in dictionario Caroli Stephani quære.

ARCESIVS, i, filius Jovis, pater Laërtis, avus Vlyſſis. Ita enim hic apud Ovidium Metamorph. 13 v. 144,

Nam mihi Laertes pater eſt, Arceſius illi.

ARCESSO, ivi, ītum, quod vulgo *Accerſo* ſcribitur, ſed minus bene, ut jam dicemus, & *vocandi* notionem habet, & *accuſandi*, quarum altera ex priore manat, quia, qui accuſat, *vocat* in judicium. Itaque *Arceſſere aliquem*, einen herzuruffen, herholen; item vorfordern. Cicero pro Roſc. Amer. cap. 18, *Cum ab aratro arceſſebantur conſules.* Idem pro Domo cap. 3, *cum me arceſſerent in ſenatum, non venirem?* Idem Topic. cap. 9, *Cum à genere ducetur argumentum, non erit neceſſe, id usque à capite arceſſere.* Idem Paradox. 4, *Pulſus ego civitate non ſum, quæ nulla erat: arceſſitus in civitatem ſum, cum eſſet in repub. conſul.* Hæc de prima notione. Accuſandi vim habet, cum dicitur lib. 2 Officior. cap. 14, *Ne quem unquam innocentem judicio capitis arceſſas.* Idem Cic. pro Dejotaro cap. 11, *non ficto crimine inſectari, non vitam expetere, non capitis arceſſere.* Pro Rabir. cap. 9, *Quot ex iis eodem crimine in ſummum capitis periculum arceſſas?* Sunt qui *probibendi* ſignificationem adjiciunt, quaſi ab *Arceo* ſit frequentativum; ſed perperam, & exemplis plane deſtituuntur. Non enim ab Arceo eſt, ſed ab *Ar* antiquo, id eſt Ad; & *Cio* ſive Cieo, ut idem ſit quod *accio, accire:* ut Priſcianus lib. 1 p. 559 oſtendit. Velius Longus, vetus Grammaticus, de Orthographia (ed. Putſch. 2232) erudite: *In eo, quod eſt*, ARCESSO, ACCERSO, *putaverunt quamdam differentiam eſſe, ut* Accerſo *ſit voco, tractum ab acciendo:* Arceſſo, *ſummoveo, ab arcendo tractum. Sed erraverunt.* ARCESSO *enim pro eo, quod eſt arceo, nunquam poſitum eſt.* Immo Voſſius Etymologico p. 40, *Multis*, inquit, *argumentis evincere poſſumus*, ACCERSO *per C non eſſe Latinum; ſed poſterioribus ſeculis corruptum ex* ARCESSO. Quo correctiores enim libri ſunt & antiquiores, *Arceſſo* habent, non *Accerſo.* Nec novus hic error, ſed a Chariſio, Diomede & Agrætio inculcatus, ſicut etiam Gloſſæ veteres utrumque habent *Accerſo* & *Arceſſo*, in hoc autem meliores, quam Grammatici, quia utrumque eodem ſenſu μετακαλεῖσθαι, μεταπέμπεσθαι exponunt, quem Grammatici quidam perperam diſtinguunt.

¶ *Arceſſio, ire*, dicebatur olim, cujus Infinitus modus apud Cæſarem lib. 5 B. Gall. cap. 11 ſupereſt, *alios arceſſiri jubet:* & apud Hyginum Fab. 88, pro quo Cicero 15 ad Attic. ep. 13 *arceſſi* dicit, *Baſſum*, inquit, *arceſſi narrat: Caſſium exſpectari.* At Præteritum & Supinum in *ivi, itum*, tamquam ex IV forma, ſunt etiam pro reliquo verbo Arceſſo, arceſsère, ut notum eſt, uſitatiſſima.

¶ Arceſsītus, a, um, eingeladen. Horat. 2 Serm. 3, 261, *Quo rediturus erat non arceſſitus.* Juſtin. 11, 10, 14, *Arceſſitis mox auxiliis.*

¶ Arceſsītor, ōris, qui arceſſit, Plinius lib. 5 epiſt. 6 extr. *Nemo arceſſitor ex proximo.* Apulejus lib. 8 p. 211, *Mittunt e ſuis arceſſitorem unum, qui requiſitum comitem tempeſtive viæ commonefactum reduceret.* Ammianus quoque lib. 29 cap. 10 [Valeſ. c. 1 extr.] *verba placentia arcesſitori loqui*, ubi accuſatorem, actoremque forenſem ſignificat.

¶ Arceſſitio, onis, Gloſſ. Cyrilli vulgari ſcriptura: *Accerſitio*, μεταπομπή.

¶ Eædem Gloſſæ etiam *Accerſio*, μετάκλησις.

ARCHAICVS, a, um, ex Græco ἀρχαϊκὸς, quicquid ad antiquorum ſimplicitatem factum eſt, altvåteriſch. Vt *lecti archaici*, apud Horat. lib. 1 epiſt. 5 ipſo principio. Vetus quidem interpres, *Archaici*, inquit, *lecti humiles, ab Archaico fabro, qui non magnæ ſtaturæ dicitur eſſe:* & Turnebus lib. 1 Adverſ. cap. 18, *Archiacos* legit, *ab Archia artifice ſic vocatos:* ſed Torrentius præfert vulgarem interpretationem de antiqua, hoc eſt humili brevique forma, ex ἀρχαϊκὸς, quod *antiquum* eſt: qui etiam lectionem *archaicus* ex tribus optimis codicibus confirmat. Hinc

¶ *Archaiſmus, i*, ἀρχαϊσμὸς, figura ſeu forma loquendi archaica, h. e. ſecundum antiquorum rationem, de qua Rhetores docent.

ARCHELĀVS, i, Ἀρχέλαος, Mileſius fuit, Anaxagoræ diſcipulus, & Socratis præceptor, quemadmodum Cicer. ſcripſit in Tuſcul. Phyſici habuit cognomen, quod philoſophiam phyſicam primus Athenas invexiſſet. ¶ 2. Archelaus Herodis etiam filius, & regni ſucceſſor fuit in Judæa, Matth. cap. 2. ¶ 3. Archelaus dux Mithridatis, a Sylla victus, Eutrop. lib. 5 cap. 4. ¶ 4. Archelaus rex Cappadociæ, a Tiberio dejectus, Idem lib. 7 c. 6.

Archetȳpus, vide *Typus.*

ARCHEZOSTIS, ἀρχέζωστις, hunds-kůrbis. Plinius lib. 23 c. 1, hujus herbæ virtutes exponit, ut & lib. 36 c. 15.

ARCHIAS, æ; A. Licinius Archias poëta fuit Antiochenus, Ciceroni inprimis familiaris, qui eum, cùm jus civitatis Heraclienſium, ſuâ virtute & Luculli amicitia impetratum, Gracchus quidam ipſi intervertiſſet, defendit pulcherrima oratione, in quâ de ſtudiis multa feſtiviſſime dicuntur, & hiſtoria vitæ Archiæ continetur.

ARCHIĀTRVS, vel Archiater, tri, ἀρχίατρος, qui in comitatu Principis medendi cura fungitur; (ein fůrſtlicher leib-medicus) ita JCti interpretantur ad Cod. Tit. de Comitibus & Archiatris ſacri Palatii; Contra quos tamen Marſilius Cognatus diſputavit, pertendens, non quaſi principis Medicos, ſed Medicorum quavis de cauſſa principes *Archiatros* adpellari. Atque profecto in illo Titulo Codicis, *Archiatros*, non abſolute ita vocant, ſed deſignando diſcrimini addunt, *Sacri Palatii:* item *in Sacro Palatio* militantes: ut ſi & alibi *Archiatri* eſſent. Sed pro interpretatione JCtorum etiam Caſaubonus ſtat Comment. ad 15 Strabonis librum; cui & Voſſius aſtipulatur lib. 1 de Vitiis Serm. cap. 33. & de Arte Gramm. 2, 33. Copioſè hanc rem tractat Hier. Mercurial. 4 Var. Lect. 1. qui tandem ita concludit: *Erant Archiatri Medici illi omnes, qui Principis ſumtibus conducti ejus perſonæ primum, deinde aulæ omni, poſtremò cunctis pauperibus arte propria Romæ operam præſtabant. Quorum archiatrorum princeps quidam ſenior, prudentiâ & doctrina præſtantior eligebatur, cujus ſententiâ & auctoritate omnes de re medicâ obortæ diſſenſiones ſtatim dirimebantur, isque* Comes *vocabatur, & præ cæteris maximam Principis curam gerebat, ejusque veluti imperium quoddam & poteſtatem magnam obtinebat, ut ex Casſiodori teſtimonio abundè perſpectum eſt. Nolo propter hoc omninò inficiari, quin in urbe Medicorum collegia quædam & ſcholæ inſtituerentur, quorum qui aliis præſidebat* archiatros *interdum vocaretur, ut ex inſcriptione Livii Celſi, & ex legibus colligi poteſt: verumtamen qui frequentiùs in ore hominum verſabatur* archiater, *is erat, quem deſcripſimus.* Conf. Coquejus ad Auguſt. de C. D. lib. 3 cap. 16 p. 315. Vetus inſcriptio apud Gruter. p. 632 n. 4,

M. LIVIVS. EVTYCHVS
ARCHIATROS &c.

¶ Exarchiatrus, i, qui Archiatri dignitate defunctus eſt. vide Cod. 10 tit. 52 leg. 6 de Prof.

Archidiaconus, vide *Diaconus.*

ARCHIGALLVS, i, Sacerdos, qui præerat ſacris Cybeles, magnæ matris Deorum, quem pinxit Paraſius, apud Plinium 35, 10. quemque ridet Tertull. in Apol. c. 25. & Jul. Firmicus 3, 6.

ARCHIGĔNES, is, nomen medici Romani ſub Trajano, in quem Galenus ſæpe invectus eſt. Juvenal. Sat. 6 v. 235, *Corpore ſano advocare Archigenem.*

ARCHIGĔRON, plur. *Archigerontes*, præfectorum genus, quaſi principes ſeniorum. γέρων enim *ſenex* eſt. Lege 1 Cod. Theod. de Alexandrinæ plebis primatibus: *Archigerontes & diæcetæ deligantur*, &c.

ARCHĬLŎCHVS, i, Ἀρχίλοχος, Poëta ex inſula Paro, primus inter eos, quemadmodum Quintilianus teſtatur lib. 10 cap. 1, qui Jambos ſcripſere. Horat. in Art. v. 79,

Archilochum proprio rabies armavit Iambo.

Lycamben enim ſocerum, cùm filiam ſponſam ſibi locare recuſaſſet, cum ipſa una filia, jambis petulantibus & acerbis in eos ſcriptis, ad laqueum compulit. Hæc Acron in Horat. Epod. Vixit ſub Romulo, ut in prima Tuſculana, ipſo initio, Cicero monuit. Theophilus lib. 2 contra gentes, hoc Archilocho tribuit, ἕνα ἐπίσαμαι μέγα, τὸν κακῶς δρῶντα δεινοῖς ἀνταμείβεσθαι κακοῖς. Hoc eſt, *Vnum novi, & illud quidem magnum, malefacta auctori gravisſimis compenſatum iri malis.* Archilochum Poëtam Lacones eàdem horâ, quâ eum accepiſſent, expulère, ideo quod in carminibus ſuis ſcripſiſſet, melius eſſe abjicere arma, quàm mori, ὡς κρεῖττόν ἐςι ἀποβαλεῖν τὰ ὅπλα, ἢ ἀποθανεῖν. *At caruiſſe armis, quàm morte occumbere præſtat:*

Plutarch. de Lacon. Inſtitutis p. 239. Doctrinæ laudem ei Terentianus tribuit, & Epicorum verſuum inventionem, lib. de metris p. 86.

¶ Archilochius, a, um, adject. ut *Carmen, metrum Archilochium*, apud Diomedem lib. 3, & alios veteres Grammaticos: Deinde ſcriptorum amarulentiam ſignificat, quo modo Tullius lib. 2 epiſt. 21 ad Attic. *Archilochia in Cæſarem edicta Bibuli* vocat conviciorum plena, qualia carmina ſcripſit Archilochus.

ARCHĬMĂGĪRVS, ἀρχιμάγειρος, magiſter culinæ, der oberſte kůchenmeiſter. Vſus eſt Juvenal. Sat. 9 v. 109,

Finxerunt pariter librarius, archimagiri, &c.

Et Sidon. Apollinaris lib. 2 epiſt. 9, *Ecce ab archimagiro adventans, qui tempus inſtare curandi corpora moneret.*

ARCHIMANDRĪTA, æ, ἀρχιμανδρίτης, præfectus monaſterii. Μάνδρα enim caula & ſtabulum eſt; item ſpelunca & caverna. De monachis

nachis autem notum, olim in montium cavis habitasse. Alcimus Avitus epist. 2 post principium: *Eutyches* [hæreticus] *copiosæ monachorum multitudinis præpositus fuit: cujus officii personas episcopi Orientales archimandritas appellant.* Sidonius lib. 8 epist. 14, *consequi affectant: Palæstinos archimandritas.* Lege 8 Cod. de summa Trinit. § 2, *Reverendissimi archimandritæ sanctorum monasteriorum:* ein abt. Nam *Abbas* peregrinum est, ex Syrorum lingua adsumtum: receptum vero a Latinis posteriore ævo. Sidonius lib. 7 epist. 17 extr. *Quæso, ut Abbas sit frater Auxianus supra congregationem: tu vero supra Abbatem.*

ARCHIMĒDES, is, Hieronis Syracusanorum Regis propinquus, *unicus spectator cœli & siderum*, ut Livii de eo lib. 24 cap. 34 verba sunt, *mirabilium inventor ac machinator bellicorum tormentorum fuit.* De ejus solertiâ in tuenda urbe Syracusarum contra Romanos, ejusque variis machinis, morte item seu exitu Plutarchus in Marcello, Polybius lib. 7, Zonaras 2. Annal. &c. legendi. *Hic est*, inquit Julius Firmicus lib. 6 Mathes. cap. 31, *Syracusanus Archimedes, qui Romanos exercitus mechanicis artibus sæpè prostravit. Hinc Marcellus in triumpho victoriæ constitutus, ac inter ovantes militum strepitus laureasque collocatus lugubri mærore deflevit.* Quam subtili ratione, quomodo argenti auro admisti per fraudem mensura deprehendi possit, invenerit, narrat Vitruvius lib. 9 cap. 3. & Fannius Poëta vetus de ponderibus cap. 4. De Sphærâ, quam admirabilem confecit, in qua omnes motus siderum cœlique conversiones spectabantur, Cic. lib. 1 Tusc. cap. 26, & lib. 2 de Nat. Deorum cap. 35: nec non Lactantius lib. 2 Instit. Div. cap. 5, & Claudianus Epigr. 18. De simili Posidonii sphæra apud dictum Lactantium citati libri cap. 34 habes.

¶ *Archimedius loculus*, qualis structura Carminum sit, vide apud Marium Victorinum, veterem grammaticum, lib. 3 sub initium.

Archĭmimus, vide *Mimus.*

Archĭpīrāta, vide *Pirata.*

ARCHIPPUS ac Lysis Pythagoræ auditores fuerunt, de quibus Hieron. apol. adv. Ruffin. lib. 3 cap. 10, *Archippus ac Lysis* (minùs bene impressum est Lysides,) *in Græcia, id est, Thebis scholas habuere: qui memoriter tenentes præcepta doctoris, ingenio pro libris utebantur. A quibus illud est:* φευκτέον πανταπασι καὶ ἐκκοπτέον, ἀσθένειαν μὲν τοῦ σώματος, ἀπαιδευσίαν δὲ τῆς ψυχῆς, ἀκολασίαν δὲ τῆς γαστρὸς, στάσιν δὲ τῆς πόλεως, τὴν δὲ διαφωνίαν ἀπὸ τῆς οἰκίας, καὶ κοινῇ ἀπὸ πάντων τὸ ἀκρατές. Quod in latinum ita possumus vertere: *Fuganda sunt omnibus modis & abscindenda languor à corpore, imperitia ab animo, luxuria à ventre, à civitate seditio, à domo discordia, & in commune à cunctis rebus intemperantia.* Hactenus Hieronymus. ¶ 2. Alius Archippus Poëta Comicus, de quo Voss. p. 39 de Poëtis Græcis.

Archistrategus, Architas, vide *Strategus, Archytas.*

ARCHĬTECTUS, i, princeps structorum, baumeister. Cic. 1 de Orat. c. 14, *Philo architectus Atheniensibus armamentarium fecit.* ¶ 2. Item auctor, ut, *Architectus legis*, ein gesetz-geber. Cicer. 1 Agrar. cap. 4. Translatè enim hæc vox elegantem usum habet, in iis præsertim, qui in nectendis dolis, parandis sceleribus, struendis fallaciis excellunt. *Princeps & architectus sceleris*, pro Cluent. cap. 22. *Architectus verborum*, de Clar. Orat. cap. 31. *Architectus mendaciorum*, ein lügner. Accipitur item in bonam partem. *Architectus benefactorum*, apud Plautum Prol. Amphitruonis: *beatæ vitæ* Cicer. 1 fin. cap. 10. & *Architectus simulacrorum* apud Apulejum Apologia pag. 524.

¶ Architecta, æ, fœm. Plinius lib. 10 cap. 71, *præcipua naturæ architectæ vis.* Sic ex MSS. Harduinus, quem vide.

¶ Architecton, ŏnis, idem quod architectus. Plautus Mostell. act. 3 sc. 2 v. 73, *Sibi laudasse hasce ait architectonem nescio quem, esse ædificatas has sane bene.* Solinus sub fin. cap. 32 (ed. Salm.) *Alexandriam metatus Dinocrates architecton:* ad quem locum Salmasius p. 337 ed. novæ: *Sic libri omnes nostri: nec aliter ex suis edidit Vinetus. Sic veteres loquuti ex Græco* ἀρχιτέκτων. *Atque ita melius, quam Architectus, quod Græcum est, sed formatione Latina.*

¶ Architectonice, es, ἀρχιτεκτονική, ars ædificandi, bau-kunst. Quintilianus lib. 2 cap. ult. *Aliæ quoque artes habent multiplicem materiam, velut architectonice.* ¶ Ἀρχιτεκτονικὴ Philosophia appellatur, quæ πρώτη dicta Aristoteli, seu *princeps*, quæ omnes artes tamquam satellites complectitur & universali vinculo constringit. Lege, si lubet, Joh. Wowerium Tractat. de Polymathia cap. 25 & 26.

¶ Architectonicus, a, um, ut, *rationes architectonicæ* apud Vitruv. lib. 9 cap. 4. *Parietes ad concinentiam architectonicam fabre locati*, Sidon. 8 ep. 4.

¶ *Architectura, æ*, apud Cicer. 1 Off. cap. 42, bau-kunst. De Architecturâ 10 libros M. Vitruvius Pollio ad Cæsarem Augustum scripsit: qui lib. 1 c. 1, eam definit *scientiam pluribus disciplinis & variis eruditionibus ornatam, cujus judicio probantur omnia, quæ à cæteris artibus perficiuntur, opera, ex fabrica & ratiocinatione natam.* Apud eumdem lib. 2 c. 3, partes Architecturæ tres sunt: Ædificatio, Gnomonica & Machinatio.

¶ Architector, ari, verbum, bauen, zimmern; ut, *architectari voluptates*, apud Cicer. de Finibus lib. 2 cap. 16, hoc est, rationem fruendarum voluptatum comminisci, wollust erdencken. Proprie Vitruvius lib. 7 Præf. sub finem: *In Asty Jovem Olympium architectandum Cossutius suscepisse memoratur.* Jovem Olympium, id est, Jovis Olympii ædem. Vide ibidem paullo superius. Sed passive C. Nepos in fragm. 11, 1, *Ædes Martis est architectata ab Hermodoro*, i. e. ædificata, condita.

¶ Architectio, ōnis, das bauen. Plin. lib. 10 c. 71, *in quo præcipua naturæ architectio.*

¶ Architectoricus, a, um, ut Sidon. lib. 8 ep. 4, *Parietes ad concinentiam architectoricam fabre locati.*

ARCHĪVUM, i, ex græco factum est ἀρχεῖον, *Archium* autem magistratuum ædes significat, (ex ἀρχὴ videlicet, quod est magistratus,) & regiam, & palatium, & judiciale forum. v. gr. Pausanias in Lacon. f. 92 Gr. Ἔστιν ἀγορὰ θέας ἀξία, καὶ τῆς τε γερουσίας βουλευτήριον, καὶ τῶν ἐφόρων καὶ νομοφυλάκων, καὶ καλουμένων Βιδιαίων ἀρχεῖά ἐστιν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς. hoc est: *Forum dignum spectatu est, in eoque curia, & ephororum, ac quibus legum tutela commissa est, & eorum qui Bidiæi appellantur, basilicæ.* Sylburgius in notis: οἰκίαι τῶν ἀρχῶν, *basilicæ & prætoria magistratuum, quæ Latini quoque Archiva nominant.* Ex quo factum, ut *Archium*, & interposito *v Archivum* significet cartophylacium: quia ἀρχεῖα vicina sunt chartophylaciis, quæ eadem sunt cum grammatophylaciis, vel chartophylacia potiùs eorum membra, in quibus hodie actuarii & scribæ acta publica condunt. Vid. Budæus annot. poster. in Pandect. pag. 104. Plerumque ergo vox hæc idem notat, quod Grammatophylacium sive Tabularium publicum, atque sic usus Vlpianus Lege 9 § 6, *Solent* Dig. de pœnis: *ne eo loci sedeant, quo in publico instrumenta deponantur, archio forte, vel grammatophylacio.* Tertullianus *v* interponit, etiam optima Rigaltii editione. Apologetico enim cap. 19, *Referanda antiquissimarum gentium archiva, Ægyptiorum, Chaldæorum, Phœnicum.* Et lib. 4 adv. Marc. cap. 7, *Censum Augusti*, testem fidelissimum dominicæ nativitatis, *Romana archiva custodiunt.* Trebellius quoque Pollio in Regilliano tyranno, *epistola reperta in archivis.* Sed variant hic libri, & quidam aliud verbum substituunt. Vide Gruter. & Salmasium: ein ort, da briefliche urkunden verwahret werden. ¶ 2. Pro templo, vel potius pro adyto templi, ubi congregabatur magistratus sacerdotum, usurpavit Pomponius Mela (siquidem emendationem Isaaci Vossii sequimur) lib. 3 cap. 8, de Phœnice loquens: *Cum adolevit, ossa pristini corporis inclusa myrrhâ in Ægyptum exportat, atque in urbem, quam Solis appellant, fragrantibus archio* (vulgo legunt, *nardo*) *bustis inferens sese memorando funere consecrat.* Hoc ergo Melam dicere vult clarissimus Interpres pag. 297, Phœnicem ossa parentis sui, vel potiùs sua ipsius inclusa myrrhâ in Ægyptum deportare, atque in archio, seu adyto templi Heliopolitani bustis ea fragrantibus inferre. Nescio tamen, an satis sit caussæ, cur hic à recepta lectione discedamus.

ARCHON, ontis, ἄρχων, thesmotheta, θεσμοθέτης, magistratus erat Atheniensis, præses eorum qui jus dicerent, quemadmodum apud Romanos erat prætor, seu quæstionis judex & quæsitor, der öberste richter. Cicer. de Fato cap. 9, *Morietur Epicurus, cum duos & septuaginta annos vixerit, archonte Pitharato.*

¶ Archon fuit & nomen proprium Ducis, cui Babylonia post Alexandri M. obitum cessit. Diod. lib. 18.

ARCHȲTAS, æ, Ἀρχύτας, (vulgo minus bene *Architas*,) Philosophus fuit Tarentinus, professionis Pythagoricæ, astrologus & geometra; quemadmodum eum *Maris & terræ, numeroque carentis arenæ mensorem* Horatius adpellat. Meminit ejusdem Cicero lib. 3 de Orat. cap. 34; & lib. 5 Tusc. cap. 22, *doctum hominem & plane sapientem* adpellat. Periit naufragio, sicut locum ipse indicat apud Horatium 1 Carm. od. 28,

Me quoque devexi rapidus comes Orionis
Illyricis Notus obruit undis.

Archytæ crepitaculum, proverbio dicebatur homo supra modum garrulus. Vide Chiliad. & ibidem de operibus mechanicis Archytæ. Hic enim ille Archytas est, qui ligneam columbam volatilem fecit: de quo Gellius lib. 10 cap. 12. Inter rei rusticæ scriptores Archytam istum Tarentinum & Varro & Columella nominavit. Vtrumque vide lib. 1 de re rust. cap. 1. Distinguit tamen Laërtius lib. 8, ubi quatuor Archytas numerat. Siquidem *primus* illi est Tarentinus Pythagoricus; *secundus* Mitylenæus Musicus; *tertius*, qui de agricultura scripsit; *quartus* Poëta Epigrammatum. Imo & *quintum* ait addi à plerisque architectum. Franciscus Patricius Discuss. Perip. Tom. 2 lib. 1 f. 182, duos etiam facit Archytas Tarentinos, eosque ambos de Pythagoreorum familia: quorum senior ipsum Pythagoram; junior, idemque Platoni contemporaneus, discipulos Pythagoræ audiverit.

Arcifinalis, arcifinius, Arcitĕnens, Arcto, āre, arctus, Arctophylax, quære in *finis, arcus, arceo, Arctos.*

ARCTINUS, i, Milesius, poëta & discipulus Homeri, de quo Dion. Halic. lib. 1 Cl. Alex. lib. 6 Strom. & Suidas.

ARCTOS, vel Arctus, i, Græcum est nomen sideris, ἄρκτος, der bär, [quæ & ἅμαξα, der wagen.] Arcti duæ sunt: major, quæ & Helice, der grosse wagen; & minor, quæ Cynosura dicitur. Ovid. 4 Trist. eleg. 3,

Magna minorque feræ, quarum regis altera Grajas,
Altera Sidonias, utraque sicca, rates.

Cicer. de Nat. Deor. 2 cap. 41, *Circum polum arcti duæ feruntur, nunquam occidentes*, &c. ¶ 2. *geminas Arctos*, pro noctibus duabus dixit Propert. lib. 2 Eleg. 22,

Jupiter Alcmenæ geminas requieverat Arctos,
Et cœlum noctu bis sine rege fuit.

Vbi notas Livineji vide. ¶ 3. pro populis septemtrionalibus. Claudianus 6 Cons. Hon. v. 336,

Atque indignantes in jura redegerat Arctos.

¶ Cæterùm a duabus Arctis duplex quoque Polus denominatur Astronomis.

¶ Arcticus nempe, ἀρκτικὸς, septemtrionalis, &

¶ Antarcticus, ἀνταρκτικὸς, oppositus illi meridionalis sive australis, qui terræ objectu cerni à nobis non potest. Ampelius in lib. memor. de mundo: *Circuli arcticus & antarcticus ob nimiam vim frigoris inhabitabiles sunt.* Apulejus de Mundo post principium: *Vertex antarcticus humo tegitur.*

¶ Arctous, a, um, septemtrionalis, ut, *orbis Arctous*, nordisch, mitternächtisch, apud Lucanum lib. 1 v. 53. *Arctoæ provinciæ*, Ammian. 17 cap. 12. *Sidera arctoa*, Prudent. hymn. Epiphan. v. 13.

¶ Arcturus, i, der fuhrmann; stella insignis magnitudinis inter pedes Bootæ. Frequens ejus mentio in temporum descriptionibus. Plin. 11 cap. 16, *Ab Arcturi exortu ad æquinoctium vernum*, & paullo ante: *a bruma ad Arcturi exortum diebus sexaginta.* Caussa etiam procellarum & sævæ tempestatis creditus. Idem Plin. lib. 2 cap. 39 extr. *Arcturi sidus non fermè sine procellosa grandine emergit.* Et Horat. 3 od. 1, 27, *Sævus Arcturi cadentis impetus.*

¶ Arctophylax, ăctis, idem, quasi custos ursæ, Boreale sidus juxta majorem

jorem ursam, quod etiam Bootes, & Bubulcus dicitur. Cicer. 2. Nat. Deor. cap.42, *Arctophylax, vulgo qui dicitur esse Bootes.*

ARCTUS & Arctare vide supra sub *Arceo.*

Arcularius, Arculus &c. vide sub *Arca.*

ARCUS, ûs, à quo sagittæ emittuntur, ein bogen, armbrust. Ab *arcendo* dictus, quod hostes arceat: quasi *arcitus* contracte, ut incessus, volatus, a Supino. Vide Voss. Etymologicum. *Arcum tendere*, den bogen spannen, Horat. lib. 2 od. 10. Idem in arte Poët. v.350,

Non semper feriet, quodcunque minabitur arcus.

Hinc adagium: *Arcum intensio frangit, animum remissio*: quia ingenium, ubi intenderis, valet, qui Publii Mimus est. Id vulgare dictum fuisse, Plutarchi ista suadent: Τόξον μὲν ὥς φασιν, ἐπιτεινόμενον ῥήγνυται, ψυχὴ δὲ ἀνιεμένη, Id est, *Arcus, quemadmodum ajunt, cum intenditur, rumpi solet, animus verò cum remittitur.* Plutarch. in libr. Utrum seni gerenda Respubl. ita respondisse scribit Dionysium seniorem interroganti cuidam, num aliquando otiosus esset? ¶ 2. Ab forma instrumenti militaris transfertur ad structuram & ædificii fornicem, ein gewölbe, schwibbogen. Ovidius 3 Metam. v. 30,

Efficiens humilem lapidum compagibus arcum.

Imprimis victoriæ monumenta hujus formæ exstruebantur. Tacitus 2 ann. c. 64, *Structi & arcus circum latera templi Martis Ultoris.* Et ibidem cap. 83 de Germanici morte: *Arcus additi Romæ, & apud ripam Rheni, & in monte Syriæ Amano, cum inscriptione rerum gestarum*: triumph-bogen. ¶ 3. de serpentum incessu altiore curvamine elevato, Ovid. 3 Metam. v. 42, *immensos saltu sinuatur in arcus.*

¶ 4. Arcus, μετέωρον illud est, quod *Iris* etiam adpellatur: der regenbogen. Vellej. 2, 59, 6. *Solis orbis rotundatus in colorem arcus.* vide Notas Bœcleri ibid. Virg. 1. Georg. v.380,

& bibit ingens
Arcus.

Arcum autem inter pluviæ signa Poëta refert: quo & Plauti illud a. 1 sc. 2 v.41 Curcul. de anu bibacissima spectat: *Ecce autem bibit arcus: pluet credo hercle hodie.* Hinc *imbrifer arcus* Tibullo lib. 1 el. 4. *pluvius* Horat. de Arte v. 18 appellatur. Vide Senecam lib. 1 Quæst. Nat. c. 3 & seqq. ¶ 5. Arcus etiam propagines vitium & aliarum arborum adpellantur in terram deflexæ depressæque, bogen. Virgil. 2 Georg. v.26,

aliæ pressos propaginis arcus
Exspectant & viva sua plantaria terra.

De qua ratione rei rusticæ scriptores, & Plin. libr. 17 Nat. Hist. cap.13. ¶ 6. Veteres etiam *Arquus* scribebant: & Nonius differentiam dat, ut *arquus* in cœlo sit: *arcus* fornix suspensus. Sed Vossius in Etymol. judicavit, id discrimen in antiquis libris minime observari.

¶ Arcuo, are, curvare Plin. lib. 29 cap. 6 prope fin. *Illam, quæ non arcuatur, sepa Græci vocant, alii scolopendram.* Agit de vermibus, quorum alii arcuatim repant.

¶ Arcuatus, a, um, curvatus, gekrümmet, bogen-weise gewölbet: *Arcuatum currum*, Livius dixit lib. 1 cap. 21. einen wagen mit sprügeln. *Arcuatum opus*, structura fornicata, ein schwibbogen. Plinius lib. 10. Epist. 46, *Ipse perveni ad fontem purissimum, ex quo videtur aqua deberi perduci, sicut initio tentatum erat arcuato opere, ne tantùm ad plana civitatis & humilia perveniat.* Ad quem locum vide Buchnerum. ¶ *Arcuatus* morbus, dictus a colore, arcus cœlestis æmulo, *Icterus* est, seu *morbus regius*, die geelsucht. Vide mox in *Arquatus.* Item, qui eo morbo laborat. Columell. lib. 7 c. 5, *Bilis æstivo tempore non minima pernicies potione depellitur humanæ veteris urinæ, quæ ipsa remedio est etiam pecori arcuato.*

¶ Arquatus, a, um, idem. Ovid. 11 Metam. 590,

Iris & arquato cælum curvamine signans.

Ita Heins. ex Medic. & Palat. cod. Alii *arcato*, & *arcuato*. Etiam de morbo ita Nonius: *Arquatus morbus dictus, qui Regius dicitur, quod arcus sit concolor de virore, vel quod ita stringat corpora, ut in arcum ducat.* De quo jam in Arcuatus diximus. Corn. Celsus lib. 3 cap. 24 pr. *Notus est morbus, quem interdum arquatum, interdum regium nominant.*

¶ Arcuatilis, e, idem quod arcuatus. Sidonius lib. 2 epist. 2, *Triclinium arcuatili camino sæpe ignis animatus pulla fuligine infecit.*

¶ Arcuatio, ōnis, Julius Frontinus lib. 1 de Aquæ ductibus Roman. *Anio vetus similiter suffecturus & altioribus locis Urbis, sicubi vallium submissarumque regionum conditio exigit substructionibus arcuationibusque veteres* [ductûs puta] *exigentur.* Ita idem & alibi.

¶ Arcuatim, in modum arcus, Plin. 29 cap. 6, *Millepeda animal est e vermibus terræ, pilosum, multis pedibus arcuatim repens.*

¶ Arcĭtĕnens, sagittarius. Cic. in Arat. v. 181 de cælesti sidere:

subeunt vestigia magni
Arcitenentis, & obscuræ sine nomine cedunt.

Scribitur etiam *Arquitenens.* Arnobius lib. 1 pag. 20, *Arquitenentes Diana & Apollo.* Nam & Apollo Arcitenens. Virg. Aen. 3 v. 75,

Quam pius Arcitenens &c.

ARCULUM, & INARCULUM est virgula felicis arboris in pileo flaminis & flaminicæ. Vide Festum in *Inarculum*, & Servium ad Virgilium, & Abram. in Vat. c. 9 p. 322. *Græv.*

ARDĂLUS Trœzenius, qui dedicavit Musas, *Ardalidas* adpellatas, ut Plutarchus in Convivio septem sapientum tradit, fuit Vulcani filius, in cujus ara Musis & somno rem divinam peragebant Trœzenii. v. Cæl. Rhodig. lect. ant. 14 c. 49. Fuit & alius tibicen & earumdem Musarum sacerdos eodem nomine, de quo idem Plutarchus eodem & alio libro de Musica.

ARDĔA, æ, avis, ein reiger, sive reiher, ab ἐρωδιὸς ita dicta Salmasio ad Solin. f. 92. Virgil. 1 Georg. v. 364, *altam supra volat ardea nubem.* Varia ejus genera: *pulla* sive *cinerea*, *alba*, *stellaris*, quæ punctis tamquam stellis eleganter picta distinctaque est, *palustris*, quam nostri a tubæ & bovis sonitu, ein rohrreiger, rohrdummel, moßochs, adpellant.

ARDĔA, æ, oppidum Latii, dictum quasi *Ardua* à situ, Servio teste in Virgilii illud 7 Æneid. v. 411,

locus Ardua quondam
Dictus avis, & nunc magnum tenet Ardea nomen.

Aliud tamen Xenagoræ placuit historico, nomen urbi factum scribit ab *Ardeâ*, Ulyssis & Circis filio. Retulit enim, teste Dionys. Halic lib. 1 Antiqu. 73. Ulyssis & Circes tres fuisse filios, Romum, Antiam, Ardeam, eosque conditis tribus oppidis, à se indidisse illis nomen Cæterùm ab Ardeâ oppido est

¶ Ardeas, ātis, & plur. Ardeātes, gentile, Cic. 3. Nat. D. cap. 18 *in agro Ardeati.* Livius lib. 5 cap.44, *Ardeates, veteres amici*, &c.

Ardeatinus, a, um, adject. Seneca Epist. 105. *Si tibi præciperem, qua ratione bonam valetudinem in Ardeatino tuereris*, scil. in tractu illo Latii minus salubri.

ARDĔLIO, ōnis, πολυπράγμων, homo inquietus & curiosus, alienis negotiis se immiscens, &c. ein vorwitz, hans in allen gassen. Martial. lib.4 epigr. 79,

deformius, Afer,
Omninò nihil est ardelione sene.

Idem lib. 2. epigramm. 7, *Vis dicam quid sis? magnus es ardelio.*

Mores Ardelionum ex Plauto congestis exemplis describit Emundus Richer. cap. 4. de art. Rhet. p. 143, ubi & schemati dianœas græcum *polypragmosynes*, latinum *ardelionatûs* nomen indit, quin & p. seq. *ergasilian* & *satagentiam* recte vocari posse ait, ab Ergasilo videlicet Plautino servo, cujus nomen satagentem & ardelionem significet.

ARDEO, arsi, arsum, ardēre, brennen. Horat. 1 Epist.18,

Res tua tunc agitur, paries cùm proximus ardet.

wenn deines nachbars hauß brennet, so gilt es dir auch mit. Cicer. 4. epist. 1, *Orbis terrarum ardet bello*, überall ist krieg. *Ardent oculi*, iracundiæ signum. Cic. 6 in Verr. c.66, *cum spumas ageret in ore, arderent oculi*, &c. Usitatæ metaphoræ sunt *Ardere amore*, Terent. Eun. a. 1 sc. IV. 27 *cupiditate*, Cic. 5 epist. 12 pr. *Ardere iracundiâ*, Ter. Adelph. 3 sc. 2, 12, *irâ & dolore*, Cicer. 2 ad Attic. ep. 19 extr. *Ardere flagitio*, Plaut. Casin. act. 5 sc. 3 v. 1. Sallust. Epist. 1 ad Cæsarem de ordinanda Rep. sub fin. *Ad reprehendenda aliena dicta & facta ardet omnibus animus.* ¶ Ardere etiam apud sacros, & profanos scriptores dicuntur, quæ polita sunt, & splendida. vid. Barth. ad Claudian. pag. 504. ¶ Usurpatur hoc verbum eleganter in vehementi & impotenti amore declarando. Virgilius Ecl. 2,

Formosum pastor Corydon ardebat Alexin.

Horat. lib. 4. od. 9 v. 13. *Non sola comtos arsit adulteri* *Crines.*

Idem tamen Horatius alia constructione hoc ipso verbo usus est Epod. 14, cum canit: *Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo*

Anacreonta Teium.

¶ *Ardens oratio*, eine hefftige rede. Cicer. in Orat. cap. 38. Sic *ardens precatio*, ein ernstes gebet. Virgilius 6 Æn. v. 130,

pauci quos æquus amavit
Jupiter, atque ardens evexit ad æthera virtus.

Ardens febris, ὁ πυρετὸς, das hitzige fieber. Plin. 20 cap. 20. ¶ Ardentior, Compar. ut, *ardentiore studio petere*, Cicer. 2 de Fin. cap. 19, *Ardentissimis diei horis*, Plin. 31 c. 3.

¶ Ardenter, brünstig, adverbium: ut, *ardenter cupere*, id est, vehementer. Cicer. Tusc. 4 cap. 17. *Ardentiùs sitire*, idem Tusc. 5 cap. 6, *Ardentissime diligere*, Plin. 6 epist. 4.

¶ Ardor, ōris, incendium, brunst. Stoici apud Cicer. 4 Academ. c. 37 extr. *Fore aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret*: die welt wird verbrennen, im feuer vergehen. Et Lucan. lib. 9 v. 402,

Serpens, sitis, ardor, arenæ,
Dulcia virtuti, &c. id est, laboribus & periculis virtus gaudet, quia
Lætius est magno quoties sibi constat honestum,

ut ibidem sequitur. *Ardore terra dehiscit*, die erde spaltet für hitze. Virgil. Georg. 3 v. 432. ¶ Metaphora usitatissima est, *Ardor animi, amoris, cupiditatum.* Ut, *adolescentulorum more, ardore quodam amoris*, Cic. 1. Offic. cap. 15, *Ardor animi non semper adest, isque cum consedit*, &c. Idem de Clar. Orat. c. 24. Et *Ardorem cupiditatum restinguere*, apud eundem lib. 1 de Fin. c. 13. seine lust oder begierde dämpffen.

¶ Ardesco, ere, inchoat. anheben zu brennen. Plin. lib. 37 cap. 3, *succinum celerrime ardescens* ¶ 2. Item: immer hitziger und brünstiger werden. Virg. 1 Æn. v. 717, Dido

Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo.

Mucro etiam *ardescere* dicitur, qui in acumen summum exasperatur. Tacitus Annal. 15 cap. 54, *Pugionem vetustate obtusum increpans asperari saxo, & mucronem ardescere jussit.* Sed Florent. MSt. *in mucronem* habet, quod sane prætulerim, quemadmodum etiam Bernegger. Ryckius & Pichon expresserunt.

¶ Exardescere, entbrennen, erhitzen, excandescere: ut, *Exardescere iracundia*, Cic. 1 fam. ep. 9, *Exardescere ad spem libertatis*, Philipp. 4 sub finem. *Belli civilis exarserunt initia.* Vellej. 2, 48, 1. ¶ *Exardescere pretia* dicuntur, quæ crescunt & intenduntur: wenn alles theuer wird. Suetonius Tiberio cap. 34, *Corinthiorum vasorum pretia in immensum exarsisse, tresque mullos XXX millibus nummûm venisse, graviter conquestus, adhibendum supellectili modum censuit.*

¶ Inardere, Cicer. 2 de Orat. cap. 54 extr. *Dicere ajunt Ennium, Flammam à sapiente facilius ore inardenti opprimi, quam bona dicta.*

¶ Inardescere, Virgil. 8. Æn. v. 623,

Solis inardescit radiis, longeque refulget.

Quintilianus lib. 11 cap. 3 pr. *Adfectus omnes languescant necesse est, nisi voce, vultu, totius prope habitu corporis inardescant.*

¶ Perardere. Paullinus VIII Natali Fel. v. 404. *in tugurî vicina strage perarsit*, scil. flamma.

¶ Redardescere Ovid. dixit de Remedio amoris v. 734,

Flamma redardescet, quæ modò nulla fuit.

ARDIÆUS, i, nomen Tyranni in quadam Pamphyliæ civitate, qui senem patrem & majorem natu fratrem occidit, aliaque plura impia scelera perpetravit. Auctor Plato 10 de Rep. f. 762.

Ardor, vide *Ardeo.*

ARDUENNA, æ, *Galliæ totius maxima silva, quæque ab ripis Rheni finibusque Trevirorum ad Nervios pertinet, millibusque amplius quingentis in longitudinem patet*, ut describit & æstimat Cæsar lib. 6 de

Bello

Bello Gallico cap. 29. Diversa hodie nomina habet, prout alias aliasque regiones percurrit vel attingit, der lützelburger wald, lüttiche wald &c. Nam a Campaniæ finibus per Lutzenburgensem Ducatum ad Leodicensem Episcopatum & Hannoniam pertingit.

ARDUUS, a, um, excelsum, ab aëre: unde & *ardeam* sunt, qui adpellatam esse credant: hoch, groß. Cicer. 6 Verr. cap. 23, *ipse in oppidum accedere noluit, quod erat difficili adcensu atque arduo.* Ovid. 2 Metam. in fabulâ Phaëthontis:

> *Ardua prima via est, & qua vix mane recentes*
> *Enitantur equi.*

Idem lib. 4. Trist. Eleg. 3 v. 74,

> *Ardua per præceps gloria vadit iter.*

Gradibus, *ardurior*, *arduissimus*, Cato usus est apud Priscianum lib. 3 post principium. ¶ 2. Deinde quia excelsa non nisi cum summo labore atque molestia superantur, ideo omnia difficilia, & quæ cum aliquo incommodo tractantur, *ardua* adpellantur. Seneca 3 Nat. Quæst. cap. 28, *Nec id aquis arduum est.* Sallustius Catil. c. 3, *arduum* dixit *res gestas scribere*: id est, δυσχερὲς, χαλεπὸν, ut Gellius lib. 9 cap. 15 interpretatur. Vetus Gloss. *Arduum*, Δυσχερὲς, δύσαννες, σκληρὸν, ὑψηλόν. Cicer. in Orat. cap. 10 ineunte, *Magnum opus omnino & arduum, Brute, conamur; sed nihil difficile amanti*: es ist schwer, es ist sauere müh. Ovid. 2 de Arte vers. 537,

> *Ardua molimur, sed nulla nisi ardua vincunt.*

Silius Italicus 2 v. 578, *Ardua virtutem profert via*, sicut Hesiodus dixit; *Virtus sudore paratur.*

Martialis lib. 11 epigr. 5, *Ardua res hæc est, opibus non tradere mores.*

¶ 3. Res arduæ apud Horatium pro adversis, lib. 2 Carm. od. 3,

> *Æquam memento rebus in arduis*
> *Servare mentem*, &c.

¶ Arduitas, *montium arduitas*, Varro lib. 1 de re rustica cap. 10.

¶ Perarduus, a, um. Cicer. Verr. 5 cap. 71, *mihi hoc perarduum est demonstrare.*

AREA, æ, ἅλων, solum, seu locus vacuus in urbe, ubi inædificari potest, ein lediger platz, quasi exaruerit, dictus, ut Festus notat: unde & *purum* Varro interpretatur. Horatius lib. 1. Epist. 19 v. 13,

> *Ponendæque domo quærenda est area primum.*

Florentinus JCtus L. 215 Dig. de Verborum significatione: *Locus sine ædificio in urbe AREA: ruri autem AGER adpellatur.* Columellæ tamen *areæ* adpellatio ad urbis juxta & agri vacua loca generaliter transfertur, lib. 5 cap. 1. Vbi *arearum* alias *urbanas*; alias *agrestes* facit. ¶ 2. In hortis *areæ* adpellantur, fossæ subactæque humi partes, quæ seminibus implentur, *Pulvini* alias dicti: beete, oder stücke die man besäet: in agris adpellantur *Porcæ*. Columella lib. 11 cap. 3, *Circa Idus Januarias humus refossa, in areas dividitur.* Plinius lib. 19 cap. 4, *Octo jugerum operis palari justum est: fimum tres pedes alte cum terra misceri, areis distingui, easque resupinis pulvinorum toris ambiri singulas tramitum sulcis, quò detur accessus homini, scatebrisque decursus.* ¶ 3. In prædiis rusticis *area* dicitur locus frumentis & cæteris leguminibus exprimendis factus, ut Vlpianus describit Lege 14 § 3 extr. D. de alimentis vel cibariis Legatis. Horat. lib. 1 Carm. od. 1,

> *Si proprio condidit horreo*
> *Quicquid de Libycis verritur areis.*

Idem lib. 1 Serm. Sat. 1 v. 45, *Millia frumenti tua triverit area centum*, die tenne, scheun- oder tresch-ebene. ¶ 4. In prædiis urbanis *area* dicitur locus, in quem stillicidium cadit, der hof. Ita *Jus avertendi stillicidium in tectum vel aream vicini*, Cajus dixit L. Vrbanorum Prædiorum 2 D. de servitutibus prædiorum Vrbanorum. Vide & L. Servitutes 20 D. eodem. ¶ 5. *Aream concinnare* Plauto, einen vogelherd zurichten. Asinar. act. 1 scen. 3 v. 64, *Auceps quando concinnavit aream, offundit cibum.*

¶ Areŏla, diminutivum, ein höfgen, klein beet. Onomast. Vet. *Areola*, αὐλών. Plinius lib. 5 epist. 6 in descriptione villæ suæ: *Diætarum alia areolæ illi, in qua platani quatuor, alia prato, alia vineis imminet.*

AREFACIO, vide *Areo.*

ĂRĔLAS, ātis, & Arĕlāte, & Arelatum, Galliæ civitas juxta Rhodanum amplissimo emporio insignis Straboni lib. 3 p. 125 vulgo arles. Ausonius de claris urb. cap. 8,

> *Pande, duplex Arelate, tuos, blanda hospita, portus,*
> *Gallula Roma Arelas: quam Narbo Martius, & quam*
> *Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis.*
> *Præcipitis Rhodani sic intercisa fluentis,*
> *Vt mediam facias navali ponte plateam.*

Theodulfus lib. 1 Carm. v. 147,

> *Vrbs Arelas, aliis quæ pluribus urbibus exstat*
> *Prima, gradu tamen est, Narbo, secunda tibi.*

¶ Arelatensis, qui ibi natus; aut civitatis jus consecutus est: aut quod ad eam civitatem pertinet. ut *Arelatensis ager*, Plin. lib. 10 cap. 42.

ARELLIUS cujusdam avari nomen est apud Horat. 2. Serm. 6, 78.

AREMORICA, & Armorica, æ, Galliæ regio, nunc Britannia minor, & Nortmanniæ maritima. Vid. Valesii Notit. Galliar. Antiquum autem nomen est. Cæsar lib. 5 cap. 53, *Civitates, quæ Armoricæ adpellantur.* conf. Plin. 4 c. 17, *Gentis Aremoricæ* etiam meminit Ausonius Prof. 10 v. 15. & *Aremorici ponti* Id. Epist. 9 v. 35.

ĂRĒNA, æ, quæ & *harena* scribitur, sand, grieß. Genus est istarum appellationum, *Saburra*, & *Sabulum*, de quibus vide suo loco. *Numero carens arena*, Horat. lib. 1 Oda 28, *Bibula arena* Virg. Georg. 1 v. 114, quæ humorem sorbet. *Siccis humus aret arenis*, Ovid. Metam. 15 v. 268. ¶ Κατ' ἐξοχὴν ita adpellatur Amphitheatri cavea, in quâ cum bestiis depugnabatur, & gladiatores decertabant, eo, quod strata arena esset in usum pugnæ. Vide Lipsium de Amphitheatro cap. 3. Tertullianus Apolog. cap. 38, *Nihil nobis est cum insania Circi, cum impudicitia Theatri, cum atrocitate Arenæ.* ¶ Et quia gladiatores in arena Amphitheatri decertabant, factum, ut *arena* etiam alias pugnæ & prœliorum sedes per metaphoram signaret. Florus lib. 4 cap. 2 n. 18. *Prima civilis belli arena Italia fuit, cujus arces levibus præsidiis Pompejus insederat.* Et cap. 7 n. 6 de Cassio & Bruto: *eamdem illam, quæ fatalis Cn. Pompejo fuerat, arenam insederant:* eamdem puta, ex illo errore, quem præfatione Geographiæ nostræ notavimus. In his autem ad amphitheatralem arenam historicum respexisse, ex ejusdem lib. 3 cap 20 patet, ubi de Spartacio bello, quod a gladiatoribus si non gestum, saltem inceptum fuerat, *Prima*, inquit, *VELVT arena viris mons Vesuvius placuit.* Idem Florus 3, 21, 1. dixit, *in urbe media & foro. quasi arena, gladiatorio more concurrere.* ¶ Denique etiam officii locus, aut ubicunque acriter contendendum est, *arena* adpellatur. Sic Plinius lib. 6 epist. 12, *Vectio Prisco, quantum plurimum potuero, præstabo, præsertim in arena mea, hoc est apud centum viros.* Singulis his notionibus, quæ tralaticiæ sunt, verti potest ein kampfplatz.

¶ Arenula, æ, Diminut. Plin. 30 cap. 3, *Arenulæ, quæ inveniuntur in cornibus cochlearum.*

¶ Arenarius, a, um, adjectivum, quod in arena est. *Arenaria fera*, id est, amphitheatralis, in ludis venationum interficienda, apud Ammian. Marcellin. lib. 29 cap. 7. *Arenarea theca* dici potest eine streu-sand büchse.

¶ Arenarius, i, subst. qui in arena seu amphitheatro pugnat. Lipsius dicto loco. Horum mentio fit Lege 21 § 2 D. de Testibus: & Lege 38 de oper. libert. Tertullianus de Spectacul. cap. 22 *scenicos, xysticos, arenarios* conjungit. ¶ Arenarius est etiam, qui pueros elementa numerorum docet, minor, quam Arithmeticus, sic dictus, quod numeros in abaco pulvere sive arena pleno scriberet, palimpsesti chartæve deletitiæ loco. Tertullianus de Pallio sub finem: *& primus informator litterarum, & primus edomator vocis, & primus numerorum arenarius, & grammaticus.* Vbi Salmasium audias, qui & calculos ad supputandum, *arenas* adpellatas fuisse ostendit pag. 469.

¶ Arenariæ plurale, fodinæ sunt, in quibus arena foditur; sandgruben. Cicero pro Cluentio cap. 13, *in arenarias quasdam extra portam Esquilinam perductus, occiditur.* Varro lib. 1 de R. R. c. 2. *neque lapicidinæ, neque arenariæ ad agriculturam pertinent.*

¶ Arenifodinæ, eædem, Lege 13 § 5, *Inde & quæsitum*, Digest. Vlpian.

¶ Arenosus, a, um, sandicht. *Litus arenosum Libyæ*, Æneid. 4 v. 257, *Regio arenosa*, Plin. 36 cap. 16. Comp. *arenosior.* Plin. lib. 33 cap 6 *mas* [stibii, mineralis lapidis] *minus radians & arenosior.* Superl. Plinius lib. 27 cap. 4, *lavatur, ut, quod sit arenosissimum, subsidat.*

¶ Arenatum, i, calx arena permista, abgesetzter kalck, kalck mit sande zugericht, Vitruvio 7 cap. 3, & Catoni cap. 18.

¶ Arenaceus, a, um, ut, *Arenacea marga*, sandichter mergel, Plin. 17 c. 7. *Arenaceum semen*, lib. 21 cap. 16.

¶ Exarenare, arenis purgare, vom sand reinigen, Plinius 33 cap. 3 extr. *Æs accensum restinguitur sale, aceto, alumine: postea exarenatur.*

ĀREO, ui, arēre, ξηραίνομαι, aridum & siccum esse, trocken und dürre seyn. *Arere siti*, dürsten. Seneca lib. 3 de Benef. cap. 8, *Beneficium est arentibus siti monstrare fontem.* Horat. 3 Od. 4, 31, *Arentes arenæ.* Ovid. 6 Met. v. 355, *Fauces arent, vixque est via vocis in illis*, der hals ist trucken. Idem 2 de Arte v. 606,

> *Tantalus in media garrulus aret aqua.*

¶ Āresco, ĕre, vertrocknen. Cicer. Partit. cap. 17, *Citò arescit lacryma, præsertim in alienis malis.*

¶ Arefacere, trocknen. Macrob. 5 Sat. c. 19, *Cum Siciliam sterilis annus arefecisset.*

¶ Arefactus, a, um, gedörret, ut *arefactus caulis* apud Plin. 13 c. 22.

¶ Area hinc esse videtur; vide supra.

¶ Aridus a, um, Ξηρὸς, trocken, treuge. *Aridus fons*, ein vertrockneter brunn. *Aridus viator*, durstiger wandersmann, Virg. Georg. 4, 98, *Cornu magis aridum*, Catull. Carm. 23, *Aridior minusque succosus*, Plin. 12 cap. 25 sub fin. *Cibus aridior*, Gell. lib. 16 cap. 11. *Aridissimi libri*, Dialog. de Orator. cap. 19, metaphorice. ¶ 2. Dicuntur & homines *aridi*, quorum defluxerunt carnes, qui male habiti flaccidique sunt, quales ferme senes videmus: dürre, hagere leute. Plautus Aulul. act. 2 sc. 4, *Pumex non ita æque est aridus, atque hic est senex.* Vetus Poëta in Phallicis Carm. 32, *Vvis aridior puella passis.* Terentius tales *junceas* adpellat; illisque opponit, quæ *corpore solido & succipleno sunt*, Eunucho act. 2 sc. 3. Hinc *arida oratio*, jejuna & tenuis; cui *plena* & *ampla*, & *copiosa* opponitur. Cic. 2 de Orat. cap. 38, *Genus sermonis, non liquidum, non fusum, ac profluens; sed exile, aridum, concisum ac minutum*: eine seichte rede, die weder krafft noch safft hat. ¶ 3. Aridi etiam vocantur famelici homines, qui arido victu, vel per inopiam, vel sordidè parci uti solent. Quomodo illud Terentii accipiendum videtur Heaut. act. 3 sc. 3, *Habet patrem quemdam avidum, miserum atque aridum.* *Aridum* i. e. einen hungerleider. Nam sequitur paullo post: *at quasi is divitiis abundet? Siccos* adpellavit Horatius lib. 1 epist. 17, 12, & *unctis* opposuit. Eos scilicet, qui sale & sicco pane vivunt: post quales cœnas manus lavandæ non sunt, ut eleganter Seneca describit Epist. 83. Græci ξηροφάγλας adpellant. Salvianus lib 1 & 2, *Ariditates* vocat, & cum jejuniis & abstinentia, qua ratione Christiani se exercebant, conjungit. ¶ 4. *Aridus victus*, vilis, tenuis, horridus. Cic. pro Rosc. Am. cap. 27, *in rusticis moribus, in victu arido, in hac horrida incultaque vita*, geringe bauer-kost. Idem pro P. Quintio cap. 30, *Vitam semper horridam atque aridam* opposuit *profusis sumtibus.* ¶ 5. *Aridum sonum* Lucretius lib. 6 v. 118 tonitrui tribuit: quem acutum atque horrificum Nonius recte interpretatur: wenn alles knistert. Virgil. Georg. lib: 1 v. 357 Lucretium 6, 118 imitatus *fragorem aridum* similiter dixit de eo, qui defractarum arborum est. Vid. Nonius i *Aridus.*

¶ Aridum, substantivum pro sicca terra ponitur, Cæsar lib. 4 de Bello Gallico cap. 26, *Nostri simul in arido constiterunt.* Ibidem cap. 29, *naves, quibus Cæsar exercitum transportandum curaverat, quasque in aridum subduxerat.* Vetus Interpres Bibliorum in fœminino *aridam* pro terra vertit cap. 1 Genes. v. 9.

¶ Peraridus, a, um, valde aridus. Colum. 2 cap. 19, *fœnum peraridum*, recht dürr heu.

¶ Aridu-

¶ Aridulus, a, um, diminut. Catullus de Nupt. Pel. & Thet. v. 316,
Laneaque aridulis hærebant morſa labellis.

¶ Ariditas, ātis, trockne, dürre. Plin. 11 cap. 35, *Araneus humorem abſorbens, ariditatem ampliat.* Pluraliter Arnobius lib. 2 p. 69, *imbres ariditatibus temperamenta laturi.*

¶ Aritudo, īnis, idem. Varro R. R. lib. 1 cap. 12, *beſtiolæ aritudine citò pereunt.*

Compoſita.

¶ Adarere, vel adareſcere, eintreugen. Cato cap. 98, *ubi adaruerit* ſcil. unguentum.

¶ Coarere, vel Coareſcere. Vitruvius lib. 7 cap. 11, *ab ignis vehementia conferveſcendo cum coaruerint*, zugleich austrocknen.

¶ Exareſcere, ut *amnis exareſcit*, Cicer. in Piſ. cap. 33, das waſſer trocknet aus, *Flores exareſcunt*, die blumen verwelcken. ¶ Cicer. 9 ep. 18 per Metaph. dixit, *Ipſa illa, ſi qua fuit in me facultas orationis, niſi me ad has exercitationes retuliſſem, exaruiſſet*, hätte ſich in mir verlohren.

¶ Exareſieri. Plin. 26 cap. 10 ſub fin. de herba quadam: *priusquam exareſiat.*

¶ Inareſcere, ut *Lacrymæ inareſcunt*, vertrocknen, Quintil. 6 c. 1. Et Plin. 27 cap. 8, *aquam inſpergere, quoties inareſcit.*

¶ Inarefactus, a, um, ausgedörrt, ab *Inareſio*, apud Plinium legitur lib. 32 cap. 10, *cinis inarefactus.*

¶ Interareſcere. Cicer. 5 Tuſc. 14, *Nihil interareſcere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata conſiſtit.* Vſus & Vitruvius eſt lib. 7 c. 8, & proœmio lib. 8.

¶ Obareſcere, trocken werden. Lactant. cap. 10 de opif. Dei: *Membrana illa perlucens* (oculi,) *quam ſiccari & obareſcere non oportet, niſi humore aſſiduo terſa pure niteat, obſoleſcit.* Sic quidem edd. veteres, Roman. Ald. & Parrhaſ. legunt: at MSS. Lipſ. & Goth. *areſcere.*

¶ Perareſcere. Colum. 11 c. 3, *ut perareſcat aut totum decidat.*

¶ Subareſcere. Vitruv. 7 c. 3, *trulliſatione ſubareſcente*, ein wenig trocken werden.

AREŎPĂGVS & Ariopăgus, i, ἀρειοπάγος, item ἄρειος πάγος, Athenis locus in arce, ubi de rebus capitalibus judicia exercebantur: ſic quaſi Martis pagus ſeu vicus adpellatus. Quam ob cauſſam & productam ſolent efferre penultimam; talis enim & prima ſyllaba latinis eſt in voce *păgus*. Martinus tamen Ant. Delrio Comm. in Senec. Herc. fur. p. 299, *Areopăgum* pronunciare jubet brevi penultimâ, nempe quod eamdem ſyllabam in voce πάγος corripere ſoleant Poëtæ Græci. Eſt autem πάγος Græcis collis, locus eminens, rupes, ſaxum. Vnde Voſſius f. 42 Etym. *Areopagum* interpretari mavult *Martis collem*, vel *ſaxum*, quam *vicum* aut *pagum*. Quam ad rem verſus inprimis Ennii facit à Varrone de L. L. lib. 6 adductus, & à Joſ. Scaligero ingenioſiſſime reſtitutus. vid. Conjectanea ſummi Viri. A Marte autem ideo nomen accepiſſe fertur, quia Mars, qui Græcè ἄρης dicitur, accuſatus homicidii, judicantibus ibi duodecim Diis, ſententiis ſex abſolutus fuit. In pari enim numero ſententiarum obtinebat contra damnationem abſolutio. Hæc celebratiſſima opinio eſt: quamquam aliam ſecutus ſit Varro; ut ſcilicet honori Deorum conſuleret, à quibus litigia atque judicia hujus generis aliena ducebat. Vide Auguſtinum lib. 18 de Civitate Dei cap. 10. *Arēum judicium* Tacitus 2 Ann. cap. 55 dixit. Juvenalis Latine interpretatus, *Curiam Martis* vocat Sat. 9 v. 101. ubi & Veterem Scholiaſten vide. S. Paullum in Areopago prædicaſſe B. Lucas in Actis cap. 17 auctor eſt.

¶ Arēopagita, æ, curialis & judex in Areopago. Cicer. 1 Off. cap. 22, *Solon primùm conſtituit Areopagitas.* Et lib. 13 ep. 1 extr. *decretum Areopagitarum.* Horum incorrupta ſeveritas in proverbium abiit. Cic. lib. 1 ad Attic. ep. 14, *Romanæ res ſic ſe habent: Senatus ἄρειος πάγος. Nihil conſtantius, nihil ſeverius, nihil fortius.* Simile adagium: *Areopagita taciturnior*, i. e. talis, qui commiſſum arcanum optime continet: de quo Eraſmus in Chiliad.

¶ Areopagiticus, a, um. Sidon. Apollinaris lib. 9 epiſt. 9, *gymnaſia Areopagitica.*

Areſco, vide *Areo.*

ARĔTĀLŎGVS, i, Juven. Sat. 15 v. 15, *Riſum fortaſſe quibusdam Moverat ut mendax aretalogus.* Suet. in Aug. cap. 74, *aut acroamata & hiſtriones, aut etiam triviales ex circo ludios interponebat: ac frequentius aretalogos.* Ad quem locum Caſaubonus: *Aretalogus cenſeo*, inquit, *appellatos miſeros Philoſophos, mera hominum mendicabula, ſectæ fere Cynicæ, aut Stoicæ, qui quum ſcholam & ſectatores non haberent, convivia beatorum frequentabant, & Romulidas ſaturos variis de virtute & vitio diſputationibus oblectabant. Vox eſt Romæ nata, & niſi fallor, Criſpino illi primùm attributa, de quo Horat. Sat. 1. Poſt illa in uſu remanſit & res & nomen; ſed apud Romanos tantùm, quod ſciam, etſi vocis origo Græca eſt & forma*, &c. Turnebo 10 Adverſ. 12 Aretalogus non tàm videtur a *virtute* dici, quæ ἀρετὴ vocatur, quàm ab ἀρεστὸς, id eſt, *gratus & placens*, qui narrationes & fabellas acroamataque auribus Auditorum grata loquitur. Addit, in Auſonio ἀρεταλογον ita ſe legiſſe, (locus Auſonii eſt Epiſtol. 13,) ut hoc verbum ab Arete uxore Alcinoi (de quâ paullo poſt dicemus,) deduci videatur. Nempe quia ſcriptum repererat ἀρηταλόγων, prioribus duabus ſyllabis productis. Verùm ipſe lectionem hanc de mendâ ſuſpectam habet, verſumque Auſonii ſic reformat, ut ea vox ſyllabas primas corripiat. Quare minimè cenſendus eſt hanc ab uxore Alcinoi etymologiam approbaviſſe, aut ſuam feciſſe. Id quod non animadverterunt reprehenſores ejus, Scaliger lib. 2 Auſon. lect. o. 5 p. 140, & Biſciola Tom. 1 ſubſec. lib. 6 cap. 16 f. 457. Quorum ille de cætero diſputatiunculam ſuper hâc voce ſuam ita concludit: *Propriè circulatores illos Italiæ, qui in compitis mira de ſuis pharmacis promittunt, ita vocare potes*: hic etiam Aretalogorum numero cenſendos ſuſpicatur fabuloſorum ſcriptores voluminum, ut Amadiſii ac ſimilium. Sed nominavit Auſonius Axium Paullum Epiſt. 13 ἀρεταλογον, non quod Rhetor, (quæ Scaligeri opinio eſt) ſed quod Poëta, & Mimorum quidem Scriptor eſſet. Nam inter Mimorum ſpecies & ἀρεταλόγους ad Vopiſci Aurelianum cap 42 obſervavit Salmaſius. *Delirum* ſane, quem ſcripſerat Paullus iſte, ut ex ejusdem Auſonii ad eum Epiſtolâ, quæ proſâ oratione ſcripta eſt, conſtat, *Mimum* fuiſſe nihil profecto dubito. Nomen ſane, & argumentum, quod ex nomine colligitur, ſuadent mirificè; Facit huc quoque, quod inſequenti Epiſt. 14 ad eumdem Paullum ſcribit:

Hiſtoriam, mimos, carmina, linque domi.

Nec alio, opinor, pertinet, quod in Epiſt. 11, ſe *in cavillando naturâ invenuſtum* ait: *neque de mimo planipedem, nec de Comœdiis hiſtrionem* eſſe. Significat enim, Poëtam ſe planè imparem eſſe collatum Paullo, nec tam felicem in ſcriptandis mimis, atque Comœdiis, ut eſſet ille. Nam & Comœdias, quin & Tragœdias ſcripſiſſe Paullum, ex fine Epiſtolæ 10 conſtare poteſt. Aliquoties Criſpinum quemdam nominat, & ut Poëtam ineptum perſtringit Horatius. Hunc, cum loquaciſſimus eſſet, ἀρεταλογον adpellatum ad lib. 1 Satyr. 1 extremam, Vetus Scholiaſtes obſervat. Et cum Suetonius *aretalogos* inter *Ludios* nominet, videtur non alios intellexiſſe. *Ludii* enim hiſtriones, ſeu mimi.

ĀRĒTE, es, Ἀρήτη, Phæacum regis Alcinoi uxor, Nauſicaæ mater, à qua Vlyſſes naufragus humaniter & honorifice ſuſceptus eſt. Vide Homeri Odyſſeam. ¶ 2. Alia Arēte, Ariſtippi Cyrenaici Philoſophi filia; quæ à patre edocta ſucceſſit ipſi in ſcholâ, ſucceſſorem relinquens filium ejusdem cum Avo nominis, qui quod à matre doctus eſſet μητροδίδακτος adpellari meruit. Laërtium vide in Ariſtippi vita. Meminit & Clem. Alexand. 4 Stromat. f. 381.

ĂRĔTHŪSA, æ, virgo venatrix, Dianæ comes. Virgilius 4 Georg. v. 344, *Et tandem poſitis velox Arethuſa ſagittis.*

¶ 2. Eſt & urbium trium in Græcia, Euboea, & Syria, nomen *Arethuſa.* ¶ 3. Tum vero fontis Syracuſani, de quo hæc in Verr. 4 cap. 53 Cicero, *In hac inſula* [Syracuſanam intelligens] *eſt fons aquæ dulcis, cui nomen Arethuſa eſt, incredibili magnitudine, pleniſſimus piſcium, qui fluctu aquæ totus operiretur, niſi munitione ac mole lapidum à mari disjunctus eſſet. Oritur ex Alphæo, ſubterraneis meatibus in Siciliam ſe ſubducente.* Vid. *Alphæus*: & Senecam Conſolat. ad Marciam c. 17. item lib. 3 Nat. Quæſt. c. 26, & lib. 6 cap. 8.

¶ ĂRĔTHŪSIS, ĭdis, ut *Syracuſæ Arethuſides*, apud Ovid. lib. 4 Faſt. v. 873, a fonte illo nominatæ.

¶ Arĕthuſæus, a, um, ut *latices Arethuſæi*, apud Claudian. 2 Rapt. v. 60, ex eodem fonte.

¶ Arethuſius, a, um, idem. *Arethuſia proles*, id eſt, Syracuſani, Silius lib. 14 v. 357.

ĀRĒTIVM, i, vel uti in antiquis inſcriptionibus eſt Arretium, R geminato, oppidum Tuſciæ cIↃ ſtadiorum intervallo à Roma diſtans, ut Strabo auctor eſt. Vulgo *Arezzo* ab Italis dictum. Vaſorum fictilium nobilitatem ei Plinius tribuit lib. 15 N. H. cap. 12. Laudat & Martialis lib. 1 Epigr. 53, & lib. 14 ep. 96.

¶ Ārētīnus, a, um; ut *teſtæ Aretinæ* apud Martialem 1 epigr. 54, quia ibi terra teſtis apta.

ARFERIA, æ, aqua, quæ inferis libabatur, ſive vas vini, quod ſacris adhibebatur, apud *Feſtum.*

ARGATILIS, avis apud Plinium 10 c. 33.

Argei, vide *Argos.*

ARGĔMA, ătis, ἄργεμα, augenſchwär, die röthe in den augen, exulceratio quædam eſt oculorum, cùm iridis (des augapffels) exteriora rubicunda, interiora alba adparent. Plinius lib. 20 c. 5, *Ceparum ſucco & cicatrices oculorum, & albugines, & argema inunxere*: Et cap. 19 eiusd. lib. *Papaveris ſilveſtris folia trita cum oleo argema jumentorum ſanant.*

ARGĔMŌNE, es, ἀργεμώνη, herba, cujus ſpecies eſt portentilla, wilde garben, wilder greuſing. Prior ſpecies ſilveſtri papaveri ſimilis eſt, ſed exilior, flore puniceo, herba nota, *Anſerinam* vocant, *Inguinaria* Plinio, v. lib. 24 c. 19.

ARGENON, genus Jaſpidis apud Plinium 37 c. 9.

ARGENTORĀTVM, i, Galliæ olim Belgicæ [cui Ptolemæus adnumerat] nunc Germaniæ oppidum, cùm Rhenus non amplius Galliæ atque Germaniæ limes eſt; Alſatiæ ſive Tribocum metropolis, olim *Toratum* & *Toratoburgum*: hinc *Argentoratum*, ſive ut nonnulli vocant, *Argentina*, ab argento & cenſu, à Romanis ibi collecto, & Germanicum nomen Straßburg. Ammiano Marcellino *Argentoratus* eſt, fœmineo genere, Lib. 15 cap. 27, *Prima Germania*, inquit, *ubi præter alia municipia Magontiacus eſt, & Vangiones, & Nemetes, & Argentoratus, barbaricis cladibus nota.* Prima Germania, ſcilicet provincia Ciſrhenana Romanis, in Galliæ ripa Rhenana. Vide Geograph.

¶ Argentoratenſis, e, (& Argentinenſis) gentile. Ammianus principio lib. 17, *poſt Argentoratenſem pugnam*, hoc eſt, apud Argentoratum factam, Juliano Cæſare victore.

ARGENTVM, i, ἄργυρος, metalli ab auro ſecundum genus, ſilber. *Argenti vena*, ſilbergang, *Argenti ſpuma*, ſilberſchaum, glette. Vide Plin. 33 cap. 6. Apud auctores ſæpe occurrit *argenti, infecti, facti, ſignati* mentio. Sciendum igitur eſt, *ſignatum* dici conciſum confectumque in nummos, impreſſis imaginibus ac ſignis, gepräget ſilber, hoc eſt pecuniam. Juvenalis Sat. 14 v. 291,

Conciſum argentum in titulos faciesque minutas

eleganter adpellavit. *Factum*, quod in vaſa & alias res, ut paropſides, trullas, tabulas, pelves, &c. elaboratum eſt: ſilber-geſchirr. *Infectum*, dicitur excoctum quidem, ſed quod in rudibus maſſis ſervatur: ſilber-kuchen, ſilber-ſtangen, rohe ſilber. Livius lib. 34 cap. 6, *Cautum erat, quo ne plus auri & argenti facti; quo ne plus ſignati argenti & æris domi haberemus.* Idem libr. 37 cap. 46, *Prælata ſunt in triumpho argenti infecti tria millia pondo: ſignati tetradrachmum Atticum centum tredecim millia.* His tamquam commentarium verba Iſidori addo Orig. lib. 16 cap. 17, *Tria ſunt genera argenti, & auri, & æris; ſignatum, factum, infectum.* SIGNATVM *eſt, quod in nummis eſt*: FACTVM, *quod in vaſis & ſignis*: INFECTVM, *quod in maſſis eſt, quod &* GRAVE *dicitur, id*

eſt

est massa. Invenimus & *pustulatum*, sive *pusulatum argentum*, quod & ipsum infectum, sed purgatissimum. Ratio adpellationis inde est, quod argentum merum, dum coquitur, in pusulas sive pustulas assurgere solet. Ita Turnebus explicat lib. 24 Adversar. cap. 2. itemque Cujacius lib. 7 Observ. cap. 39. vide & post in *Aurum*. *Argentum escarium: potorium*, tafel-silber, als schüsseln und becher. L. 20 § 12 & 71 D. de auro & argento leg. ¶ Argentum pro pecunia absolute sæpius ponitur: Vt cum *argentum mutuum*, Plaut. Pseud. a. 1 sc. 1 v. 78. item, *conficere argentum*, Terent. Phorm. act. 5 sc. 5, 11. & alia hujus generis dicimus. *Argentum numeratum*, baar geld. *Argentum absumere*, geld verthun, Plaut. Most. a. 5 sc. 2 v. 19. *Argentum perscribere & rescribere* quid sit, vide infra in *scribo*.

¶ Argentum Vivum, ὑδράργυρος, quecksilber, Plin. 33 cap. 6, *Est & lapis in argenti venis, cujus vomica liquoris æterni Argentum Vivum adpellatur, venenum rerum omnium.* Isidoro c. l. cap. 18 & *liquidum* dicitur, *quia percurrit*.

¶ Argenti purgamenta, λιθάργυρος, *quam nos*, inquit Isidorus c. l. *spumam argenti appellamus*.

¶ Argenti fodina, æ, ubi argentum foditur: silber-bergwerck, silber-grube. Plin. 33 c. 6, *Odor ex argenti fodinis inimicus omnibus animalibus, sed maxime canibus.* Idem lib. 33 cap. 7, *Argentaria metalla* vocat. *Argenti metalla* paullo ante c. 6 dixerat. Divise scribitur *Argenti fodinæ*, etiam apud Vitruv. 7 c. 7; tamen etiam conjuncte, ut fere apud Jurisconsultos. Vide Leg. 1 Dig. Quod cujusque univers. & Leg. 3 § ult. D. de rebus eorum &c. sicut *cretifodina* in eadem Lege extrema compositum conjunctumque sit necesse est.

¶ Argentārius, a, um. ut, *Argentarium auxilium*, Plaut. Pseud. a. 1 sc. 1 v. 103, geld-hülffe, geld-mittel. *In argentarium commeatum proficisci*, ibid. scen. 5 v. 9, geld holen wollen. Idem *argentarias elecebras metrices* dixit Menæch. a. 2 sc. 3 v. 26, & *Argentariam curam*, Terentius Phorm. a. 5 sc. 6 v. 46. & *Argentarias coactiones*, Suetonius Vespasiano cap. 1 dixit. Vbi *coactiones argentarias factitare*, Salmasius de Trapezitico fœnore, *argentarium trapezitam* esse interpretatur: malim tamen *coactorem argentarium* interpretari cum Torrentio, qui ad eum locum Suetonii videri potest.

¶ Argentaria substantive, subaudi *mensa*, sive *taberna*: ita enim vocarunt, qui plenè voluerunt loqui. Nam *tabernas argentarias* Livius lib. 26 c. 11. *Mensam tabernariam* Vlpianus L. Prætor. 4 D. de edend. dixit. Est autem *argentaria*, sive *argentaria mensa*, seu *taberna*, ubi æra usuraria solebant perscribi: τραπεζιτῶν ἐργαστήριον, wechselbanck. Plautus Epidico act. 2 sc. 2 v. 15,

Per myropolia & lanienas circumque argentarias.

Sic *Argentarias novas* Livius dixit lib. 26 cap. 27, meminit & lib. 40 c. 51, ad veterum scilicet discrimen, quas in foro Tarquinius Priscus exstruxerat, ut Livius lib. 1 c. 36, & Dionysius lib. 3 docent.

¶ Argentarii, iidem Romæ, qui & mensarii, nempe trapezitæ seu fœneratores publici erant; neque pecuniæ fœnebri tantùm, sed & vendendis quibusdam rebus, ut auri argentique speciebus, nummis veteribus, vasis celatis gemmisque operam dabant. Plura de iis Sigonius lib. 2 de antiquo Jur. Civ. Roman. cap. 11. item Salmasius Dissertatione de Trapezitico fœnore; quibus adde Torrentium ad Sueton. Neron. cap. 5.

¶ Argentatus, a, um, übersilbert. Livius 9 cap. 40, *argentati milites*, id est, scutis argento cælatis instructi. *Argentata querimonia*, Plaut. Pseud. a. 1 sc. 3 v. 78, quæ argentum una affert secum, ut penetrantior sit.

¶ Inargentatus, a, um, idem, nempe argento tectus, übersilbert. Plinius lib. 21 c. 2, *lamina ærea inaurata aut inargentata.* Et Lege 3 Dig. de supellect. leg. *lecti inargentati.*

¶ Deargentatus, a, um, idem. Orosius lib. 3 c. 22 pr. *deargentatis armis ac vestibus:* & cap. sequente: *Argyraspides ob arma deargentata sic dicti.* Et Augustinus Epist. 23 ad Bonifacium, *columna deargentata.*

¶ Deargentassere vero idem est ac argento emungere velle. Lucil. apud Nonium cap. 2, *Depeculassere aliqua sperans me ac deargentassere.*

¶ Argenteus, a, um, gantz silbern, ut, *Argenteus denarius*, Plin. 19 c. 3, *Pelves argenteæ*, Lege 3 Dig. de Supell. legata. *Argentea aquila*, Cic. 1 Catil. c. 9. Deinde *albus* significat, sive colorem argenti referens, ut *argenteus crinis*, Plin. 2 cap. 25. Item *Fons nitidis argenteus undis*, ein silber-klarer brunn, Ovid. 3 Met. v. 407. ¶ Sed *flumen Argenteum* nomen proprium est fluminis Galliæ, in Lepidi ad Ciceronem epist. 34 lib. 10. *Argenteis hastis pugnare*, Proverb. & Oraculum, ἀργυρέαις λόγχαις μάχεσθαι, mit silbern büchsen schiessen.

¶ Argentosus, a, um, cui argentum immistum est. ut, *aurum argentosum*, Plin. 33 c. 5.

¶ Argentangina. Vide superius *Angina* in derivatis verbi *Ango*.

ARGESTES, æ, ventus Occidentalis, ἀργέστης. Vitruvius lib. 1 c. 6, *Circa Favonium Argestes, & certis temporibus Etesiæ*, &c. Plinius lib. 2 c. 47, ab occasu solstitiali flare scribit.

Argi, Argivus, vide *Argos*.

ARGILLA, æ, ἄργιλος, terra tenax, ex qua fiunt vasa fictilia, terra figularis: töpffer-erde, thon, quæ Græca est appellatio χθών, id est, terra. Plinius 35 cap. 12, *lineis* [in pariete scriptis] *impressa argilla typum fecit.* Cæsar lib. 5 B. Gall. cap. 43, *ferventes fusili ex argilla glandes.* Cicer. in Pis. c. 25, *Homullus ex argilla & luto fictus.*

¶ Argillosus, a, um, klebricht, thonicht, ut, *terra argillosa* Plinius 31 c. 3. Item *colles sicci & argillosi*, Colum. de Arbor. c. 17.

¶ Argillaceus, a, um, aliud adjectivum: ut, *marga* vel *terra argillacea*, apud Plin. lib. 17 c. 7.

ARGILĒTUM, i, locus in urbe Romæ prope Palatium, ubi tabernæ opificum erant, atque inprimis bibliopolarum, unde

¶ *Argiletanas tabernas* Martialis dixit lib. 1 Epigr. 3. De loco ipso videndus Varro l. 4 de L. L. itemque Servius ad illud Virg. l. 8 v. 345,

Nec non & sacri monstrat locus Argileti, &c.

ubi & rationem appellationis cognosces.

ARGO, us, Ἀργώ, navis adpellata est, qua Jason cum 54 sociis, lectissimis Græcæ Juventutis, in Colchos navigavit ad vellus aureum avehendum. Vide Servium ad Eclog. 4 Virg. itemque Hyginum. Ex Poëtis Græcis hanc fabulam tractarunt & executi sunt Orpheus & Apollonius; ex Latinis Valerius Flaccus. Nomen vel à structore, qui *Argus* appellatus traditur; vel à velocitate accepit, ἀργὸς enim apud Græcos velocem notat. Verùm doctissimus Bochartus neutrum probat, & potius a longitudine dictum luculenter ostendit in libro suo nunquam satis laudato de Coloniis Phœnicum pag. 819, 820. Poëtæ plerique tradunt, hanc primam navem fuisse, quæ, ut Catullus loquitur, cursu suo mare rude imbuerit: sive, quæ inhospitalis hactenus ponti patefecerit vias, ut Phædri verba sunt, quod non in universum intelligendum, sed de navi longâ tantùm accipiendum est. Nam ante quoque navigatum mare fuit, sed non navibus longis. vide Plinium lib. 7 c. 54 circa finem. ¶ 2. Argo pro qualibet nobiliore navi sumitur. vid. Taubm. ad Culicem Virgil. p. 114.

¶ Argŏnautæ, ἀργοναῦται, qui cum Jasone in Argo navi Colchon profecti, quorum præcipui Castor, Pollux, Hercules fuere, qui & *Minyæ* appellati, de quo suo loco. Horat. Epod. 3 v. 9,

Vt Argonautas præter omnes candidum
Medea mirata est ducem.

Argolis, Argolicus, vide sequens *Argos*.

ARGOS, eos, τὸ ἄργος Græce, Latinis sæpius *Argi* plurale, mutato genere. Virg. 1 Æn. v. 24,

Prima quod ad Trojam pro charis gesserat Argis.

Vetus & nobilis fuit urbs Achajæ, fortissimis viris, quos edidit, celebris: quo nomine & Pindarus celebrat Nemeon Ode 10. ¶ 2. Fuit & Thessaliæ urbs. ¶ 3. Sumitur aliquando & pro tota Græcia, ut apud Lucanum lib. 10 v. 60,

Quantum impulit Argos
Iliacasque domus facie Spartana nocenti.

¶ Argei, loca erant in urbe Roma, ubi sacra fiebant, a Numa consecrata. Livius l. 1 c. 21, *Locaque sacris faciendis, quæ Argeos pontifices vocant, dedicavit*; qualia viginti septem per quatuor primas urbis partes dispersas fuisse, ex Varrone discimus, qui lib. 4 de L. L. n. 8 scribit: *Reliqua urbis loca olim discreta, ut Argeorum sacraria in 27 partes urbis sunt disposita.* Argeos *dictos putant, a principibus, qui cum Hercule Argivo venerunt Romam*, &c. Festus: *Argei* (quamvis in vulgatis sit *Argea*) *loca Romæ appellantur, quod in his sepulti essent quidam Argivorum illustres viri.* v. Gell. lib. 10 c. 15. Rosin. lib. 4 Ant. Rom. c. 5 p. 362.

¶ Argīvus, Argŏlicus, Argōus, a, um, adjectiva sunt. Virgil. 2 Æn. v. 254, *Et jam Argiva phalanx instructis navibus ibat.*

Et v. 118, *Sanguine quærendi reditus, animaque litandum*
Argolicâ, &c. Et *sinus Argolicus* Plin. lib. 4 c. 5. Horat. in Epod. 16 v. 57, *Non hùc Argoo contendit remige pinus.*

¶ Argŏlis, ĭdis, i. e. Argiva. Ovid. 9 Metam. v. 276,

at longis anxia curis
Argolis Alcmene, &c.

¶ 2. Argŏlis, idis, regio Argivorum, Pomp. Melæ lib. 2 c. 3, & Plinio lib. 4 ineunte, in qua Argi erant & Mycenæ.

Argumentum cum derivatis, vide mox in *Arguo*.

ARGUO, ui, utum, uĕre, est prodere, insimulare, crimini dare, indicare, convincere, reprehendere, überführen, beschuldigen, beweisen, tadeln, Virg. Æn. 4 v. 13, *Degeneres animos timor arguit*, &c. Horatius Epod. 11, *Languor arguit amantem.* Gratius Cyneget. v. 236, *Vt sciat occultos & signis arguat hostes.* Cicer. pro S. Roscio c. 41, *Servos ipsos neque arguo, neque purgo.* ¶ 2. Notandum autem est, *arguere* aliquando non simpliciter reprehendere esse aut insimulare, verùm punire etiam: wircklich straffen. Suetonius Calig. c. 38, *Arguebat & perperam editi census, quibus postea quacunque de caussa quicquam incrementi accessisset.* Qui in edendo censu fefellissent, aut ærarii fiebant, aut referebantur in Cæritum tabulas, aut ipsi cum bonis suis venibant. Hujusmodi quid statuisse in eos, & exegisse pœnam Caligulam, qui post editos census auxissent rem, quasi perperam edidissent census, Suetonius significat. ¶ 3. Interdum idem est ac indicare vel demonstrare, ut in illo Horatii 1 Od. 13, 7, *Humor in genas furtim labitur, arguens, quam lentis penitus maceret ignibus.*

¶ Ad constructionem quod attinet, frequentissime quidem cum genitivo jungitur: ut *arguere sceleris, facinoris*, &c. sed aliquando & ablativus, nunc solus, nunc cum præpositione additur. Nepos Pausania cap. 3, *Harum rerum nullum erat apertum crimen, quo argui posset*, id est, convinci. Cicer. Orat. 7 in Verrem c. 18, *Nunc non modò te hoc crimine arguo*, &c. Idem Orat. pro Roscio Amerino cap. 29, *De quibus quoniam verbo arguit.* Sic *de crimine arguere*, lib. 2 de Inventione cap. 11; *ex moribus, ex crimine quem arguere* Orat. pro Sylla dixit. Aliquando est Accusativus. Vellej. 2, 68, 4, *Arguunt in eo regni voluntatem.* Sic in Passivo Nominativus. Idem Vell. 2, 45, 5, *Insolentia pene argui potest.* Etiam infinitivo junctum reperias. Liv. lib. 30 c. 23, *M. Valerius Lævinus, qui bis consul fuerat, speculatores, non legatos, venisse arguebat.*

¶ Coarguere, straffen, überzeugen. Auctor ad Herenn. lib. 2 cap. 5, *Res coarguitur certioribus argumentis, & magis firma suspicione.* Ciceronis sunt, *errorem alicujus coarguere*, 1 Acad. Quæst. cap. 4. *Perfidiam*, lib. 3 epist. 8. *Mendacium*, pro Ligar. cap. 5. Idem in Verr. 6 c. 47, *Coarguere reum testibus*, mit zeugen überführen.

¶ Redarguere, cum reprehensione accusare est, schelten, widerlegen. Cic. pro domo suâ cap. 9, *In hoc inconstantiam redarguo tuam.* Idem pro Cluentio cap. 23, *Redargue me, si mentior.*

¶ Argūtus, a, um, ὀξὺς, quasi acute arguens & vestigans, ut exponit Valla lib. 1, spitzfindig, nachdencklich. Cic. in Pisonem cap. 29, *Poëma facit ita festivum, concinnum, elegans, ut nihil fieri possit argutius*, i. e. ingeniosius, venustius. artig. Ita ad Attic. 6 epist. 5, *Litteras argutissimas* dixit. Et 2 de Orat. cap. 61, *Ex ambiguo dicta, vel argutissima putantur.* Est autem hoc à celeritate ingenii: unde & nonnulli argutos dici voluerunt. Servius ad Ecl. 4 Virgilii: *Quidam*, inquit, ARGO *a celeritate dictam volunt, unde verso in Latinum verbo* argu-

tos

tos *celeres dici.* Hinc *argutam Thaliam* Horatius dixit lib. 4. Od. 6. quemadmodum *Muſam callidam* Lucretius lib. 6 v. 92. Quamquam & ad Carmina ſeu cantus reſpicere potuit: ut *arguta Thalia* ſimul ingenioſa ſit & canora. Sic *Virtus arguta* ingenioſa & diſerta Plauto dicitur Trucul. 2, 6, 13. ¶ 2. Stridulus, ſtreperus. Propertius 1 eleg. 18, *Cogor ad argutas dicere ſolus aves.*

Sic quoque *Arguta hirundo*, Virgil. 1 Georg. v. 377, *Nemus argutum*, idem eclog. 8 v. 22, *Æs argutum*, id eſt tinnulum, Silius 17 v. 18, *Argutæ lamina ſerræ*, Virg. 1 Georg. v. 143. Idem eclog. 7,

Forte ſub arguta conſederat ilice Daphnis.

Similiter loquaces & garruli homines *arguti* dicuntur. Vet. Gl. *Argutus*, λάλος. Item *Argutus* ἀδόλεσχος, φλύαρος. Plautus Trin. a. 1 ſc. 2 v. 162 de ſcurris: *Nihil eſt profectò ſtultius neque ſtolidius,*
Neque mendaciloquius atque argutum magis.

¶ 3. Argutum vocatur quicquid συμμετρίαν τινὰ ac elegantiam habet, ut ad Virgilii Ceirin Scaliger docet. Et ita eidem Poëtarum principi in boni & pulchri equi laudibus Georg. 3 v. 80 *argutum* eſſe *caput* commemoratur: h. e. concinna & modulata brevitate ſpectandum. Cicero in Bruto ſive Oratore ad Brutum cap. 12, *Datur etiam venia concinnitati ſententiarum: & arguti, certique & circumſcripti verborum ambitus conceduntur.*

¶ Argūtŭlus, diminutivum, apud Cicer. lib. 13 epiſt. 18 ad Attic. *Perfeci ſane argutulos libros ad Varronem*, ein wenig ſubtil und ſpitzfindig. ¶ 2. Subſtant. ein naſenweiſer kerl.

¶ Inargutus, a, um, unverſchmitzt. *Sententia non inarguta.* Vlpian. lege 5 de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſum.

¶ Perargutus. Cicer. de Clar. Or. cap. 45 *homo perargutus.*

¶ Subargutus, aliquantùm argutus, etwas ſubtil; unde

¶ Subargutulus, apud Gell. lib. 15 c. 30.

¶ Argutè, ſpitzig, künſtlich, *Acute arguteque reſpondere*, Cic. pro Cæl. cap. 8. Idem Clar. Orat. cap. 93, *breviter arguteque*, kurtz und gut. Et lib. 2. de Orat. cap. 4 extr. *de rebus difficillimis argutiſſime diſputare.* Nepos fragm. apud Lactant. 3, 15, *argutiſſimè in ſcholis præcipere*, de ſubtilitatibus Philoſophicis.

¶ Inargutè, non aſtute, non ſubtiliter. Gell. 12 cap. 13, *Non mehercule inargute, nec incallide oppoſuiſti hoc Tullianum.*

¶ Argūtiæ, arum, plur. ſunt acutè & ſubtiliter dicta, nachdenckliche reden. Cicer. de clar. Orat. cap. 45, *Hujus orationes multum argutiarum & urbanitatis habebant.* ¶ Et in malam partem, in Lælio ſive de Amic. cap. 13, *Nihil eſt, quod illi non perſequantur ſuis argutiis:* ſpitzfündigkeit. Plaut. Moſtell. 1, 1, v. 1. *Exi e culina, ſis foras maſtigia, qui mihi inter patinas exhibes argutias:* i. e. interprete Lambino, audaces & malitioſos ſermones.

¶ Argūtiola, diminut. apud Gell. lib. 2 cap. 7.

¶ Argūtor, ari, & Arguto, are, plaudern, klügeln. Propert. lib. 1. eleg. 6, *Illa mihi totis argutat noctibus ignes.* Novius apud Nonium: *totum diem argutatur, quaſi cicada.* Plautus Amphitruone act. 1 ſc. 1 v. 193, *Pergin' argutarier?* hälteſt du noch nicht das maul? Vid. de uſu hujus verbi Paſſerat. ad Propert. lib. 1 El. 6, & Barth. ad Stat. Silv. pag. 1[illegible].

¶ Argūtator, ōris, ein ſchwätzer, apud Gellium l. 17 c. 5 de Sophiſta Rhetorico, acutulo illo & minuto, atque in diſſerendo tamen haud impigro, ut ante deſcripſerat, invenitur.

¶ Argūtatio, ōnis, apud Catullum epigr. 6 v. 11 pro ſtrepitu, ein getöß: *Tremulique caſſa lecti argutatio.*

¶ Argūmentum, i, multa ſignificat, ut & Quintilianus docet lib. 5 Inſtit. Orat. cap. 10. Primùm, *Inventum probabile ad faciendam fidem*, ut ait Cicer. Partit. cap. 2, ein beweiß, ſchluß, grund, urſach. Cicer. Nat. D. 3 cap. 4, *Multis & gravibus argumentis Deum eſſe doces.* Idem pro Roſc. Com. cap. 12, *Graviſſimum & firmiſſimum argumentum.* Idem de Orat. lib. 1 c. 19, *Argumentis refellere*, mit gutem grund widerlegen. *Argumentum rei dicere*, beweiß führen, Plautus Trinum. a. 2 ſc. 4 v. 121. ¶ 2. Deinde Indicium, & alia multa, eine anzeigung. Cic. 3 in Catil. cap. 5, *Certiſſima argumenta & indicia ſceleris.* Hinc *argumento eſſe*, anzeigen, zum beweiß dienen. *Magno, maximo argumento eſſe* apud Cic. ¶ 3. Item Occaſionem & materiam ſcribendi. Cicer. ad Att. lib. 10 ep. 12, *Servius mihi dabit argumentum ad te epiſtolæ.* Et ibidem, *Argumentum ad ſcribendum mihi jam deeſt*, ich weiß itzt nichts zu ſchreiben. ¶ 4. Item ein inhalt. *Argumentum univerſum & ſententia concionis*, Cic. de Aruſp. cap. 4. Sic argumentum libri, epiſtolæ, fabulæ, &c. Terent. in prolog. And. *Non ita diſſimili ſunt argumento*, &c. ſie ſeynd von ſo ungleichen inhalt nicht. ¶ 5. Argumentum denique pro *Documento* citat ex Ennio Gell. lib. 2 c. 29,

Hoc erit tibi argumentum ſemper in promptu ſitum,
Ne quid expectes amicos, quod tute agere poſſis.

Verſus ſunt trochaici quadrati.

¶ Argumentor, atus ſum, ari, eſt argumentis uti ad rem probandam, ſchlieſſen, beweiß führen. Cic. Nat. Deor. 3 cap. 4, *Neque in cauſſis, ſi quid eſt evidens, de quo inter omnes conveniat, argumentari ſoleo.* Idem Attico lib. 3 ep. 12, *Tu quidem ſedulo argumentaris, quid ſit ſperandum.* Idem 2 de Invent. cap. 44, *Non oportet de ejus voluntate nos argumentari.*

¶ Argumentatio, ōnis, probatio per argumenta, ſchluß-rede, erweiſung. Cic. 3 de Nat. D. cap. 4, *Perſpicuitas argumentatione elevatur*, klare ſachen werden durch anführung der beweiſe nur verdächtig. Idem lib. 5 de Fin. cap. 4, aliquid *non modo probabili argumentatione, ſed etiam neceſſaria mathematicorum ratione concludere.*

¶ Argumentalis, e, gründlich, adject. ut *argumentalis narratio*, quæ aliquid probat, apud Aſconium Pedian. ad Divinat. in Vert. ſub initium.

¶ Argumentoſus, a, um, argumentis abundans. Cùmque vox argumenti varia ſignificet, hujus quoque adjectivi non una eſt ſignificatio. Ac [illegible] idem Quintilianus 5 c. 10, cum argumentum inter alia ſignificet omnem ad ſcribendum deſtinatam materiam, inde *paullo numeroſius opus* dici ait *argumentoſum*, ein weitläufftiges werck und ſchrifft. ¶ 2. Joanni vero Pico Mirandulæ Epiſt. 4 ad Hermol.

Barbarum, *argumentoſi homines* vocantur ſcholaſtici, quales fuêre Thomas, Scotus, Albertus, qui, ubi probandum eſt aliquid, magnam argumentorum copiam educere ſolent. Sic etiam Sidonius lib. 9 epiſt. 9, *Scripſeras plurima ardenter, plura pompoſe, - - argumentoſa diſputatorie, quædam ſevere* &c.

¶ Superargumentari. Tertullian. adv. Hermog. cap. 37, *Nunc video te ad aliam rurſus rationem reverti, - - & proinde ſuperargumentans*, &c.

ARGUS, i, Ἄργος, paſtor centum oculis, unde *ſtellatus* Ovidio 1 Met. v. 664, & Statio 6 Theb. v. 277 vocatur. Ei Juno Io in vaccam mutatam ſervandam tradidit. Plaut. in Aulul. a. 3 ſc. 6 v. 19, *Quos ſi Argus ſervet, qui oculeus totus fuit, quem quondam Ioni Juno cuſtodem addidit, is nunquam ſervet.* ¶ 2. Argus ille, qui Argo navem exſtruxit, diſtinguendus à præcedente, filio Argenoris, cùm ipſi pater fuerit Areſtor. Quamobrem Ovidium reprehendit illuſtris Scaliger caſtig. in Catull. pag. 70, quod πανόπτην Argum vocaverit Areſtoriden, quod in alterum illum potiùs fabrum Argûs competebat.

Argutus cum derivatis vide ſupra in *Arguo.*

ARGYRASPIDES, um, ἀργυράσπιδες, qui ſcuta argentea ferunt, ſoldaten mit ſilbern ſchilden, phalanx veteranorum Alexandri Magni. Curt 4 c. 13, & lib. 8 cap. 4, & adde ſis, quæ ad hæc loca notaverunt interpretes. Item Liv. 37, 40.

ARGYRĪTIS, is, fœm. ἀργυρῖτις, Plinio ſecunda ſpecies Lythargyri eſt, lib. 33 cap. 6 ſilberglett.

ARGYRŎCŎPUS, i, m. 2 ſilberſtecher, ἀργυρόκοπος.

ARGYROGNŌMON, ŏnis, ἀργυρογνώμον, pecuniæ ſpectator, & explorator, Budæo, probirer, müntzprobirer, gardin.

ARGYROTHĒCA, æ, ἀργυροθήκη, repoſitorium argenteorum vaſculorum, ein ſilber-ſchranck.

ĂRĬADNE, es, vel, æ, Ἀριάδνη, filia Minois regis Cretæ, quæ Theſea labyrinthum ingreſſurum adjuvit, eumque in patriam redeuntem ſecuta eſt. Ejus coronam Bacchus in aſtra retulit, ut Aratus finxit v. 71,

αὐτοῦ κἀκεῖνος στέφανος, τὸν ἀγαυὸν ἔθηκε,
σῆμ' ἔμεναι Διόνυσσος ἀποιχομένης Ἀριάδνης.

hoc eſt, *Ibidem*, [non procul a cauda Helices ſeu Vrſæ] *& illa corona, quam lucidum poſuit Signum eſſe Bacchus morientis Ariadnæ.* Propert. lib. 3 eleg. 16,

Te quoque enim non eſſe rudem teſtatur in aſtris,
Lyncibus in cælum vecta Ariadna tuis.

Alloquitur Bacchum. Gnoſiam coronam illam vocat Virgilius lib. 1 Georg. v. 222, *Gnoſiaque ardentis decedat ſtella coronæ;*
quia Gnoſus Cretæ urbs, in qua ſepulcrum Jovis fuit. Lactant. lib. 1 cap. 11.

¶ Ariadnæus, a, um, adject. Ovid. 5 Faſt. v. 345,

Bacchus amat flores, Baccho placuiſſe coronam,
Ex Ariadnæo ſidere noſſe potes.

ARIARĀTHES, is, Rex Cappadocum, a Perdicca victus urbem incendit, ſibique & ſuis omnibus mortem conſcivit. v. Juſtin. 13, 6. Idem autor plures ejus nominis recenſet, quorum unus in amicitiam populi Romani receptus. v. Liv. 38, 39. & lib. 42, 19.

ARĪCIA, æ, oppidum quondam, hodie caſtellum, diſtans ab urbe Roma ad decimum lapidem. Lucan. lib. 6 v. 74,

Parva Mycenææ quantum ſacrata Dianæ
Diſtat ab excelſa nemoralis Aricia Roma.

Conf. Horat. 1 Sat. 5, 1. Silio lib. 4 v. 369 vocatur *immitis Aricia*, propter Dianæ Tauricæ nefanda ſacra, quibus homines immolari fama erat. Vide, quæ ad Silium ex Strabone notat Cellarius. ¶ Eſt & Aricia mater Hippolyti Virbii ſecundi apud Virgil. Æn. 7 v. 762. quæ Ariciæ urbi nomen dediſſe dicitur.

¶ Aricīnus, ut, *Vallis Aricina*, Ovid. 15 Met. v. 488. Et *arvum Aricinum*, Horat. 2 Epiſt. 2 v. 167.

ARIDÆUS, i, Datamis, fortiſſimi viri, filius: qui contra Piſidas cum exercitu miſſus a patre, in prælio cecidit. Nepos in vita Datamis. ¶ 2. Alius Aridæus, Alexandri Magni frater, ſed ex ignobili matre, quæ Philinna fuit ſaltatricula. Vide Muret. lib. 16 Var. Lect. cap. 7. Mentio ejus apud Curtium lib. 10 cap. 11. Plutarch. Orat. 1 de fort. Alex. f. 337, &, an ſeni gerenda ſit Reſp. f. 791. De hoc Senecæ verba ſunt 4 de benef. 31, *Quid ſibi voluit providentia, quæ Aridæum regno impoſuit? Illi putas hoc datum? patri ejus datum eſt, & fratri.* Nempe rex quidem fuit Aridæus, ſed ob ignaviam atque imperitiam regendi nomen abſque re tenuit: οὐδὲ νηπίου διαφέροντα, & κωφὸν ὄνομα Plutarchus vocat.

Ariditas, Aridulus, Aridus, vide *Areo.*

ARIES, ĕtis, πολύσημον eſt, ein widder, ſchaafbock. In eo enim differt a Vervece, quod huic exſecti teſticuli ſunt; Aries mas & vir gregis. Vide Varronem lib. 4 cap. 19 de Lat. Lingua. Virgilius ecl. 3, 95 *aries nunc vellera ſiccat.* ¶ 2. Aries, machina bellica, ein mauerbrecher. *Ariete pulſare muros*, Virgil. 12 Æneid. v. 706. Plin. lib. 7 cap. 56, *Equum, qui nunc Aries appellatur, in muralibus machinis, Epeum ad Trojam ferunt inveniſſe.* Adde ſcriptores poliorceticos. Quanta moles eorum fuerit, docet ex Appiano Barth. ad Briton. Aremor. p. 125, 126. ¶ 3. Aries, ſignum Zodiaci. Cic. in Arat. v. XXX 10.

Inferior paullo eſt Aries, & flamen ad Auſtri
Inclinatior.

Vitruvius lib. 9 cap. 5, *Cum Sol arietis ſignum init.* ¶ 4. Et Piſcis, Plinio lib. 9 cap. 44, meerwidder. Graſſatur ut latro, nomine tantum cognitus. Rondel.

¶ Arietīnus, quod ex ariete eſt, ut *Teſticuli arietini*, ad Herenn. 3 cap. 20, & Plin. 30 cap. 10, *Cornua arietina*, Hygin. Aſtron. 2 cap. 20,

¶ Arieto, arietare, ſtutzen, ſtoſſen. Plaut. Trucul. act. 2 ſc. 2,

Quis illic eſt, qui tam proterve noſtras ædes arietat?

¶ 2. Item in currendo impellere atque dejicere: metaphora ab arietibus ſumta. Curtius lib. 9 cap. 7, *Amiſſo utroque telo Macedo gladium ceperat ſtringere: quem occupatum complexu pedibus repente ſubdu-*

subductis Dioxippus arietavit in terram. Sic *Aciem arietare* dixit Nazarius Paneg. Constantini cap. 23. Sæpe usus est Seneca, non una tamen ratione: Aliquando pro collidere, concutere. Sic *arietare inter se acies* lib. 2 de Ira cap. 3 dixit. Pro impingere posuit consolatione ad Marciam c.10, *Quid est homo? quodlibet quatiens vas, & quodlibet fragile: jactatu, non tempestate magnâ, ut dissiperis, opus est. Vbicunque arietaveris, solveris.* Idem de Vita B. cap. 8, *Nihil pravi, nihil lubrici superest: nihil in quo arietet, aut labet:* i. e. impingendo fluctuet, vel, ut vulgo loqui solent, cespitet: strauchelin, wancken.

¶ Arietatus, a, um, Particip. & adject. Sic idem Seneca Epist. 54, *arietata inter se arma,* & 3 de Ira cap. 4, *arietatos inter se dentes* dixit.

¶ Arietatio, ōnis, luctatio, concussio, zusammenstossung, erschütterung. Seneca lib. 5 Quæst. Nat. cap. 13, *Nonnumquam calor, quem modo Sol fecit, modo ipsa arietatio magnorum inter se corporum conglobationem nubis rumpit.*

¶ Arietarius, a, um, zum stossen; *Testudo arietaria,* das sturm-dach, & *machina arietaria,* apud Vitruvium lib. 10 c. 19.

ARIĒTHUS Tegeates, Historiarum scriptor laudatur Hygino in Poët. astron. sed *Areithoum* potius vocandum probat Vossius 3 de Hist. Græc. p. 253.

Arilator, vide *Arrilator,* in *Arrha.*

ARĬMASPI, populi monoculi Scythiæ, μόνωπες, Plin. lib. 7 cap. 2. Sed fabula hæc est, inde, ut eruditi putant, orta, quod cum ea gens, ut erat artis jaculatoriæ studiosa, alterum, ut fit, oculum, quoties dirigendus foret arcus, clauderet, uno tantum oculo diceretur uti. Muretum adi 12 Var. Lect. 8 & Rader. ad Curt. 6, 3 f. 409.

¶ Ărimaspēa, orum, ἀριμάσπεια, de hac gente libri fuerunt, scripti carmine ab Aristea, de quo infra dicemus.

ĂRĪMĬNUM, i, Ἀρίμινον, urbs Flaminiæ in Italia: seu veteris Umbriæ, ad mare superum, quæ initium dedit bello civili, *colonia Umbrorum* Straboni, Lucanus lib. 1 v. 231,

Vicinumque minax invadit Ariminum, ut ignes
Solis Lucifero fugiebant astra relicto.

¶ Ărīminensis, e, Horat. Epod. 5 v. 42.

ARINCA, æ, vetusta frumenti appellatio, rocken, spelten, nunc *Olyra,* Dioscor.

ARIOBARZANES, is, Ἀριοβαρζάνης, Rex fuit Cappadociæ afflictus & pauper, cujus in Epistolis ad Atticum subinde Cicero meminit, & his quidem verbis lib. 5 Epist. 20, *Ariobarzanes opera mea vivit, regem regnumque servavi.* Item lib. 2 Epist. 17, *Ariobarzanem, quem senatus per me regem adpellavit, mihique commendavit, iste in litteris non regem, sed regis Ariobarzanis filium adpellat.* Vbi vides, eodem nomine duos fuisse reges, Patrem & filium. Vide & Valer. Max. 5, 5. Just. lib. 38. Flor. 3 c. 5. Quater rex regno expulsus, totiesque restitutus. *Nihil* ergo *illo regno spoliatius, nihil rege egentius* &c. Cic. 6. ad Att. 1. unde & Horat. 1 Epist. 6 v. 39, *Eget æris Cappadocum rex.* ¶ 2. Alius Ariobarzanes, Lydiæ, Ioniæ, Phrygiæ præfectus apud Corn. Nep. in Datam. c. 2. n. 4. ¶ 3. Alius militiæ præfectus in Darii exercitu apud Curt. 4 c. 12. & 5 c. 3 & seq.

Ariolor, Ariolus, &c. vide *Hariolus.*

ĂRĪON, ōnis, Ἀρίων, Methymnæus, seu Lesbius fuit citharœdus, & poëta Lyricus, qui, cùm Tarento Corinthum peteret, ac videret sibi à nautis insidias strui, petiit ab iisdem, ut citharâ paullum canere liceret. Ad cujus sonum cùm Delphini convenissent, excussit se suprà unum, atque ita imminens periculum effugit. Hæc Servius in Virgilii illud Eclog. 8, *Orpheus in silvis, inter Delphinas Arion.* Vide Plin. lib. 9 cap 8. Gell. lib. 16 cap. 19. Herodot. lib 1 cap. 24. Ovidium lib. 2 Fast. v. 83 & sequentibus. Legatur & Hyginus Fabulâ 194, & Plutarchus Convivio septem Sapientum. Martial. lib 8 epigr. 51, *Sic Methymnæo gavisus Arione delphin.*
Veram historiam, non fabulam esse, Jos. Scaliger asserit Animadversionibus in Eusebium pag. 79. ¶ 2. Arion Pythagoræus, inter præceptores Platonis memoratur à Valer. Maximo lib. 8 cap. 7. *Acrionem* Cicero vocat V de finibus cap. 29. Sed alterum putem ex altero emendandum. ¶ 3. Arion Equi etiam nomen, quem princeps Oenus quidam, secundus Hercules, ab eo Adrastus Argorum Imperator habuisse traditur. Hic equus ille est, quem primum omnium ejus generis Neptunus percussa terrâ tridente produxisse fingitur: quo Claudianus respiciens Panegyr. de 4. Cons. Honorii vers. 553 canit:

Si dominus legeretur equis, tua posceret ultrò
Verbera Nereidum stabulis nutritus Arion.

Plura de eo vetus Scholiastes Statii ad lib. 4 Thebaidos v. 43, itemque Pausanias Veteris Græciæ lib. 8, sive in Arcadicis pag. 257 Gr.

¶ Ărīŏnius, a, um, adject. de superiore Arione formatum. Ovidius lib. 3 de Arte v. 326, *Piscis Arioniæ fabula nota lyræ.*

ARIOVISTUS, i, Germanorum Rex, bello clarus ac potens. De quo multa Cæsar lib. 1 de Bello Gallico; itemque Dio Cassius lib. 38. Meminit & Tacitus 4 Histor. cap. 73.

ARIS, genus herbæ Ægyptiacæ apud Plin. 24, 16.

ĂRISBA, oppidum Troadis, Mitylenæorum colonia, quam Achilles evertit. Vide Virgil. Æn. 9 v. 264. & Lucan. 3 v. 204. ¶ 2. Arisba alia civitas Bœotiæ, Suidas. ¶ 3. Alia civitas Lesbi. Steph. Byz.

¶ Arisbus, Troadis fluvius apud Strabonem.

ĂRISTA, æ, apex spicæ, dicta quod prima areat, secundum Varronem. *Spica,* die gantze ähr. *Gluma,* theca grani, der balg. *Arista,* quæ ut acus tenuis longa eminet è gluma: die spitze an der ähr. Vide paullo ante laudatum Varronem lib. 1 de re rusticâ, cap. 48, *Arista gracilis, gravida, mollis, matura,* apud Virg. eclog. 1,

Post aliquot mea regna videns mirabor aristas,

h. e. aliquot messes vel annos, Metalepsis est.

¶ Aristifer, a, um; ut, *Ager dives aristiferæ segetis,* Prudent. καθημ. hymno 3 vers. 52.

¶ Aristida, herba ab aristis dicta, alias Holcus. v. Plin. 27, 10.

ĂRISTAEUS, i, Virg. 4 Georg. v. 317,

Pastor Aristæus fugiens Peneia tempe,

Rex fuit Arcadiæ, qui primus apum & mellis usum ostendit, atque apes ex putrefacto cadavere bovis reparari docuit. Conf. Ovid. 4 Pont. 2, 8.

ĂRISTĂGŎRĂS, æ, scripsit Ægyptiaca. vid. Ælian. de anim. 11. 10. & Plin. 36. 12. Conf. Voss. 3. de Hist. Græc. p. 253. ¶ 2. Aristagoras præfectus Darii contra Græcos, de quo Herod. lib. 5. Aristagoras etiam quidam suasu Histiæi defecit. v. Polyæn. lib. 1. cap. 24.

ĂRISTANDER, dri, *peritissimus vatum,* Curt. 4, 2, 14. Sæpius ejus meminit Curtius & Plutarch. in Alexandro. Eum ostenta scriptis consignasse docet Plinius 17, 25.

ĂRISTARCHUS, i, Grammaticus fuit Alexandrinus, Olympiade 156 sub Ptolemæo Philometore, castigati judicii homo, adeo ut Homeri versus non putaretur, nisi quem ipse probâsset. v. Suidas. Ovid. 3. de Pont. 9 v. 23, *Corrigere at res est tanto magis ardua, quanto*
Magnus Aristarcho major Homerus erat.

¶ Hinc per antonomasian *Aristarchus* usurpatur pro Critico & severo censore, ein tadler. Horat. in art. Poët. v. 449,

Arguet ambigue dictum: mutanda notabit;
Fiet Aristarchus.

Cicer. lib. 1 ad Attic. epist. 14, *Locum ego varie meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere.* ¶ 2. 3. Aristarchos præterea duos memorat Suidas, alterum Tegeatem, Tragœdiarum scriptorem; alterum Ephesi monarcham. ¶ 4. Aristarchus Berenices, Ptolemæi Regis filiæ, quæ Antiocho nupsit, medicus, apud Polyæn. lib. 8 Stratag. cap. 50.

ĂRISTĔAS, æ, Ἀριστέας (Plinium corrige 7 cap. 52 ubi *Aristæus* legitur) Proconnesius, Arimaspeorum scriptor, claruit temporibus Crœsi & Cyri. Accuratè de hoc agit Voss. 1 de hist. græc. 1 pag. 6 & lib. 4, 2 pag. 347. seqq. Hic ille est, cujus animam fabulantur corpore, quoties vellet, exisse, atque idem posteà ingressam: quod præter scriptores Vossio memoratos tradit & Hesychius Illustrius περὶ σοφῶν. Maximus Tyrius Dissert. 22 ipsum hujus fabulæ inventorem narrat fuisse. Apollonius verò hist. mirab. 2 *Aristeas,* inquit, *Proconnesius, cùm esset in fullonis cujusdam officinâ in Proconneso mortuus, eâdem die atque horâ multis in Siciliâ visus est litteras docens. Quod cum eis sæpius evenisset, & per multos annos innotuisset, ac crebrius in Siciliâ se ejus imago offerret, Siculi aram ipsi posuerunt, atque ut Heroi sacrificarunt.* ¶ 2. Aristeas, qui & Aristæas vulgo scribitur, legatus à Ptolemæo Philadelpho ad Eleazarum Judæorum Pontificem, ut impetraret viros doctos, qui sacrum codicem ex Hebræo sermone transferrent in græcum, quod & ita factum est posteà. Qua de re ipsius Aristeæ nomine inscripta legitur historia. Quam germanum Aristeæ opus esse, merito ambigunt eruditi, imo vero reperti, (in his Vossius 3 de Idol. 54 f. 510.) qui plane negarent. Wowerium vide syntagm. de Bibl. interp. c. 2 p. 31.

Aristias Chius, vide *Aristo Chius.*

ĂRISTĪDES, is, Ἀριστείδης, administrator Reipublicæ Atheniensis cum Themistocle fuit, moribus Catoni similis, ὃς οὐ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι ἠθέλησε, hoc est, *Qui non videri, sed esse voluit optimus;* quemadmodum Æschyli hunc versiculum populus Atheniensis accommodavit, atque adeo δικαίου, id est, *Justi* cognomen ei tribuit. Corn. Nepos vitam ejus Latine, Plutarchus Græce descripsit, qui consuli possunt. ¶ 2. Aristides alter Sophista fuit Adrianæus, cujus extant orationes 56 græcè editæ Florentiæ, & cum versione Parisiis. ¶ 3. Aristides tertius, pictor fuit Thebanus Apellis tempore, qui omnium primus animum pinxit, & sensûs expressit, item perturbationes, Plin. lib. 35 cap. 10. ¶ 4. Meminit frequenter & Aristidis cujusdam Milesii Plutarchus in Parallelis, eumque res Persicas & Italicas scripsisse indicat. Idem & Milesiaca scripsit: quorum Ovidius lib. 2. Trist. v. 413. Plutarchus in vitâ Crassi, Lucianus in Amoribus, & Harpocration in Lexico in voce Δερμηστής meminerunt. Illud autem opus non gestas Milesiorum res, sed amatorias quasdam atque lascivas narrationes continebat. Vide infra in *Miletum.* ¶ 5. Fuit & alius Aristides Samius, Varroni in Hebdomadibus citatus, ut Gellius indicat lib. 3 noct. Att. cap. 10. ¶ 6. Aristides Atheniensis, philosophus Christianus Hadriani Imperatoris ævo, scripsit Apologeticum pro Christianis: Hieron. de script. Eccles. c. 20, & Epist. 84 ad Magnum, & Niceph. lib. 3 c. 21.

ĂRISTIPPUS, i, Ἀρίστιππος, philosophus fuit Cyrenæus, Socratis auditor; cum Epicuro de voluptate sensit. Exstat ejus vita apud Laërt. lib. 2. Eum commodum & facilem, & quod dicere solemus, *omnium horarum hominem* fuisse, h. e. cuique tempori, personæ, loco, scite se accommodare potuisse Horatius lib. 1 Epist. 17 v. 17 significat, eamque ob caussam Diogeni Cynico præferendum statuit, cùm ait: *Omnis Aristippum decuit color & status & res,* &c.

¶ 2. Nepotem ex Arete filia cognominem habuit sibi, qui Μητροδίδακτος cognominatus est. Vide supra in *Arete.* ¶ 3. De eodem vel alio Aristippo Socratico egregia plane sunt, quæ Vitruvius prœmio lib. 6 narrat, naufragio ejectum, in Rhodiensium litore geometrica schemata descripta cum animadvertisset, exclamasse, *Bene speremus: hominum vestigia video;* & in urbem ingressum, de philosophia disputantem tantis donis ornatum fuisse, ut & sibi, & comitibus, quæ necessaria erant, præstaret. Qui cum domum reversuri essent, civibus suis mandare jussisse, *eas possessiones & viatica liberis parari oportere, quæ etiam e naufragio possent una enatare.*

¶ Aristippæus, a, um; ut, *illud Aristippeum,* &c. Cicero de Finibus lib. 2 cap. 6.

ĂRISTO, ōnis, Ἀρίστων, Stoicus philosophus, patriâ Chius, Zenonis auditor. Perperam is *Aristias* vocatur Scholiastæ Aristophanis, ut Rutgersius docet 4 Var. Lect. 18 p. 435. Ab hoc, utpote Stoico, distinguendi sunt Aristones, quotquot Peripatetici celebrantur. Plures enim fuêre. Quorum primus ¶ 2. *Aristo Ceus,* (qui ob cognominis à patriâ similitudinem confundi solet interdum cum Aristone Chio Stoico, vid. Voss. 2 de hist. Græc. 4 p. 179. 180.) in Peripateticâ Scholâ successor Lyconis; qui ab Aristotele quartus fuit. Idem hic est atque Aristo *Julietes,* ut Laërtius vocat in Zenone prope finem.

Julis enim civitas est in insula Ceo. Vid. Voss. d. l. & Casaub. notis ad Laërt. Minùs autem benè pro *Juliete* Laërtii codices legunt. Ilieten. Quo factum, ut Patricius Aristonem ab Ilio, (sic enim vocat) ab Aristone Chio distingueret. Secundus inter Peripateticos ¶ 3. *Aristo* ille, quem *Critolai* discipulum fuisse scimus è Quintil. 2, 16 (al. 15.) qui Rhetoricen definiebat *scientiam videndi & agendi in quæstionibus civilibus per orationem popularis persuasionis.* Tertius Peripateticorum ¶ 4. *Aristo Cous* est, quem Strabo lib. 14 sua ætate (hoc est, ævo Augusti) vixisse indicans, auditorem atque hæredem vocat Peripatetici, h. e. ut Patricius fol. 135 demonstrat, Andronici Rhodii. Atque hunc Aristonem composuisse librum de Nilo, idem docet Strabo lib. 17, ut necesse sit falli doctissimum Vossium, quando lib. 2 c. 4, de Hist. Græc. librum istum tribuit illi Aristoni, qui Laërtio est Alexandrinus. ¶ 5. Fuit & *Aristo Pellæus*, sed qui Hadriani demum tempore, aut post vixerit, ex quo de postrema Judæorum rebellione, quæ sub Hadriano contigit, referunt Eusebius & Nicephorus. Sed hi sufficiant; plures enim inveniuntur, sed minus nobiles.

¶ Aristōnēus, a, um; *in Aristonea vitia & peccata incidere*, Cic. de Finibus 4 c. 15.

ĂRISTŎBŪLUS, i, Ἀριστόβουλος, Judæus fuit ex Paneade, Interpretum 72 sub Ptolemæo unus, secundum Euseb. ¶ 2. *Aristobulus Cassandreus* scriptor historiæ Alexandri Magni, de quo Voss. 1 de Histor. Græc. c. 10 p. 44. ¶ 3. Aristobulus rex Judæorum primus ex Maccabæis ducibus. Joseph. lib. 13 Antiq. Jud. cap. 19. ¶ 4. Aristobulus junior, illius fratre genitus, cum fratre suo Hyrcano de regno litigans, a Pompejo captus & in triumpho ductus. Joseph. 14 c. 8. Flor. lib. 3 c. 5 extr. & Eutrop. lib. 6 c. 13.

ĂRISTŎCLES, is, Nomen hoc initio Platonis fuit, antequam ex humerorum latitudine Plato vocaretur. vide Plato. ¶ 2. *Aristocles Messenius*, Philosophus Peripateticus, teste Suida, è quo fragmenta servavit Eusebius, quamquam librariorum culpâ nomen ejus interdum transiit in *Aristotelem*. Voss. 2 de Histor. Græc. 1 p. 131. & lib. 3 pag. 254.

ĂRISTŎCRĂTES, is, Atheniensium dux, Zacynthiis exulibus auxilio missus Diod. lib. 15. Polyæn. lib. 5. ¶ 2. Aristocrates alius Spartanorum rex, hostes corrumpere solitus, apud Pausaniam lib. 8. ¶ 3. Alius Hyparchi filius, historicus Græcus, apud Athenæum lib. 3 & Plutarchum in Lycurgo.

ĂRISTŎCRĂTIA, æ, ἀριστοκρατία, forma Reipubl. in qua Optimates præsunt, cujusmodi Venetiis est, **da die edlen und besten zugleich das regiment führen.** Vide Politicos.

ĂRISTŎCRĬTUS, i, historicus, scripsit Archæologiam Deorum. Schol. in Aristoph. Crabron. ¶ 2. Aristocritus alius commentarium edidit de Mileto, è quo Plinius lib. 5 c. 31 quædam tradit.

ĂRISTŎDĒMUS, i. Hoc nomine aliquos memorant onomasticorum scriptores; Nempe præter Messeniorum regem, & præter Cumarum tyrannum, Aristodemum statuarium ex Plin. 34, 8. Quibus omnino addendus Aristodemus Spartanus, quem fuerunt qui septem Græciæ Sapientibus annumerarent. Vide Schol. Pind. ad Isthm. Od. 2 & Suid. in χρήματ' ἀνήρ. Laërtius in Thalete refert, Aristodemum hunc, cùm ipsi ut sapientissimo tripus delatus fuisset, eumdem Chiloni concessisse.

ĂRISTŎGĔNES, is, Thasius, Medicus Antigoni Macedoniæ regis, ad quem complures de arte medica libros scripsit. v. Suidas & Voss. de Philos. c. 11, § 35. Ex hujus scriptis Plinius nonnulla historiæ suæ naturali inseruisse dicitur.

ĂRITOGĪTON, ŏnis, Ἀριστογείτων, orator, quem ob linguæ impudentiam *Canem* dixere Athenienses. ¶ 2. Aristogiton alius cum socio Harmodio Pisistrati tyrannidem evertit, statua ob id publica & prope divinis honoribus ornatus. Thucyd. lib. 6 f. 446. Meminit & Cicero Tusc. Quæst. lib. 1 cap. ultimo: eoque haud dubie respexit etiam pro Milone cap. 29, *Græci homines deorum honores tribuunt iis viris, qui tyrannos necaverunt. Quæ ego vidi Athenis?* & reliqua. Conf. Plin. 7, 23 & 34, 4. &c.

ĂRISTŎLĀUS, i, pictor, cujus opera commemorat Plin. 35 c. 11.

ĂRISTŎLOCHIA, æ, ἀριστολοχία, herba, **holswurtz, osterlucey**, longa est & rotunda, de qua Plin. 25 c. 8, & Cicer. de Divin. 1 c. 10, *Quid Aristolochia ad morsus serpentum possit*, &c.

ĂRISTŎMĂCHUS, i. Athenis de vini apparatu scriptor. v. Plin. 13, 24. & 14, 19. ¶ 2. Alius Solensis, qui de Melliturgia scripsit, amore apum captus duo de sexaginta annis nihil aliud egit. Id. 11 cap. 9. ¶ 3. Aristomache, soror Dionis, uxor fuit Dionysii tyranni Syracusani. v. Plut. & Nepos 10, 1, 1.

ĂRISTŎMĔNES, is, Comicus Atheniensis, qui Olymp. 88 floruit. Vide Suidam. ¶ 2. Aristomenes, Messenius, dux Atheniensium, qui Spartam calliditate mira bis ingressus, cum tertiâ id vice tentaret, pœnas tandem audaciæ luit. Diod. lib. 15 Justin. lib. 3. ¶ 3. Aristomenes & Darii dux legitur apud Curtium 4, 1, 36. qui forte idem cum Aristomede ibid. 3, 9, 3.

ĂRISTŎNĬCUS, i, Eumenis regis filius Asiam ab Attalo Romanis hereditate relictam occupare conatus & à Perperna domitus. Flor. 2 c. 20. Vellej. 2, 4. Justin. 36, 4. ¶ 2. Aristonicus Methymnæorum tyrannus. v. Curt. 4 c. 5 & 8. ¶ 3. Grammaticus Alexandrinus. v. Strabo & Suidas. ¶ 4. Historicus Tarentinus, v. Voss. de Hist. Gr. 4 pag. 408.

ĂRISTŎNĪDAS & ARISTONIDES, ille statuarius, hic pictor, celebrantur Plinio 34 c. 14. & 35 c. 11.

ĂRISTŎNỸMUS, i, Comicus sub rege Philadelpho, cujus & bibliothecæ præfectus est post Apollonium. Suidas. ¶ 2. Aristonymus, Citharœdus insignis Alexandri M. apud Plutarch. de fortit. Alex.

ĂRISTŎPHĂNES, is, Ἀριστοφάνης, Poëta Comicus, Rhodius sive Lydius genere, lege vero Atheniensis, ingenio ad omnia facili ac prompto: per excellentiam *Comœdiæ poëta* ab ipso etiam magno Persarum Rege cognominatus. In eo sunt omnia linguæ Atticæ ornamenta. Acutus est, copiosus, doctus & merus Atticus. Comœdias scripsit 54, de quibus undecim adhuc exstant. Hic veteris Comœdiæ, quæ magna libertate insectata vitia est, princeps longe, sicut novæ Menander fuit: ita tamen, ut illi adjungendi Eupolis & Cratinus sint, huic addendi comites Philemon ac Diphilus. Vellejus l. 1 c. 16, *Una ætas priscam illam & veterem sub Cratino, Aristophane, Eupolide, Comœdiam: ac novam Comicam Menandrus æqualesque ejus ætatis magis quam operis, Philemon ac Diphilus & invenere intra paucissimos annos, neque imitanda reliquêre.* Quintil. lib. 10 c. 1, *Plures ejus* [antiquæ Comœdiæ] *Auctores: Aristophanes tamen, & Eupolis Cratinusque præcipui.* Huc igitur & illud Horatii lib. 1 Sat. 4 v. 1 spectat: *Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poëtæ,*
Atque alii, quorum Comœdia prisca virorum est.
Namque & ibi tres illos tamquam præcipuos præcipuè nominandos, existimavit. Inter alios libros Plutarchi, habetur & Aristophanis atque Menandri σύγκρισις, in qua Menandrum longè præfert, & multa in Aristophane reprehendit, iniquiùs quàm debebat: quod Nicodemus Frischlinus peculiari libro, quem defendendi Aristophanis caussa adornavit, ostendit. Male profecto Aristophanem auctorem Comœdiæ veteris, ex Menandro æstimavit. Nam quæ in veteri summam laudem habent, in nova ne locum quidem habent. Aliæ igitur & diversæ planè Comœdiæ veteris, & novæ [quam Menander docuit] virtutes ac vitia sunt: quod cùm minus attenderet Plutarchus, in ἀκρισίαν quamdam necesse habuit incidere: de quo & Heinsius Aristarcho Sacro perstringit. ¶ 2. Aristophanes Byzantinus Grammaticus, auditor Callimachi, Zenodoti, &c. teste Suida. Scripta ejus laudat Athenæus lib. 9. & Diog. Laërt. in Platone & Epicuro. ¶ 3. Aristophanes Bœotus, Græcus Historicus apud Plutarchum lib. de Herodoti malign. accensendus Græcis Historicis Vossii.

¶ Aristŏphănēus, a, um, adjectivum, ut *Aristophanēus anapæstus*, apud Ciceronem in Oratore cap. 56 extr.

ĂRISTŎPHON, ŏnis, Archon quidam Atheniensis, vixit Olymp. 112. ¶ 2. Aristophon alius celebris pictor, apud Plin. lib. 35 c. 11. ¶ 3. Aristophon Comicus, cujus fragmenta quædam leges apud Athenæum lib. 6 c. 9, & lib. 13 c. 2.

ĂRISTOR, ŏris, Crotopi filius, Pater Argi centoculi; unde Argus *Aristorides* dicitur. Ovid. 1 Metam. v. 624,
Donec Aristoride servandam tradidit Argo.

ĂRISTŎTĔLES, is, Ἀριστοτέλης, summus methodi artifex: nervosus, admirabili scientiâ & copiâ in dicendo, & aureum adeò orationis flumen fundens, quod ipsi elogium Cicero dedit, Acad. Qu. 4, 38. Platonis fuit auditor per annos 20, a quo cum vivente adhuc recessisset, ludumque proprium instituisset, dicere in eum, ut ingratum, Plato consuevit: Ἀριστοτέλης ἡμᾶς ἀπελάκτισε καθάπερανεὶ τὰ πωλάρια γεννηθέντα τὴν μητέρα. hoc est: *Aristoteles in nos recalcitravit, non secus atque in matrem pulli geniti.* Meminerunt Laërtius, & Ælianus lib. 4 de Var. Hist. cap. 9. Patrem habuit Nicomachum Medicum, illustri natum loco, matrem Phæstiaden. Staturâ fuit non magnus, deformis præterea, gibbosus, & balbutiens, quod ejus vitium amici tamen, sed adulatores potius, imitati sunt: quemadmodum & humeros Platonis contractos discipuli & amici ejus exprimere didicerunt. Narrat utrumque Plutarchus in lib. de discrimine adulatoris & amici. Alexandri non familiaris tantùm, verùm etiam præceptor per decennium fuit: ex quo magnas divitias consecutus est, earumque nomine male audit, ut ex Luciano cognosci potest. Videantur hac de re Epistolæ & patris Alexandri Philippi & Aristotelis ipsius, denique & Alexandri de benevolentia in eum, ut præceptorem, cum apud alios, tum apud Gellium; Qui & Stagiram, Aristotelis patriam, a qua *Stagiriten* cum vocant, dirutam ipsius caussa restituit. Athenas, ex quibus a Philippo Macedone evocatus erat ad officium præceptoris, decennio exacto, rediit, cùm in Asiam ad res gerendas Alexander sese recepisset, ibidemque annis totis 13 in Lyceo Philosophiam professus est, de qua libri ejus multi, magni, eruditi, diserti & graves exstant. Ad descriptionem historiæ animalium contulerat ei Alexander octingenta talenta, quemadmodum Athenæus indicavit lib. 9. *Eum, quid DEUS sit, ignorasse, & in hac re secum non convenisse, imo repugnantia sibi dixisse & sensisse*, ait Lactant. lib. 1 Div. Inst. c. 5. Libri illius ab imminenti interitu quomodo servati, & tandem a Sylla Victore translati Romam, Strabo lib. 13 Geograph. & Plutarchus in vita Syllæ exponunt. Vixit Aristoteles annos 63, ut anno suo climacterico videatur, sicut magni plerumque solent viri, decessisse. Sed de mortis genere incertæ circumferuntur quorundam narrationes; inter quas vero illud de ænigmate, a piscatoribus ipsi proposito, nugamentum est & somnium. Pudore & dolore, quod naturam Euripi Chalcidensis explorare haud posset, mortuum, Justinus Martyr Parænesi ad Gentes scribit. Et profectum in Chalciden, postquam ab Eurymedonte arcessitus impietatis esset, clam, ibique obiisse diem, Diog. Laërtius, & Dionysius Halicarnassensis consentiunt; sed Dionysius morbo obiisse diserte scribit, nihil de dolore commemorans: quem tamen morbo caussam dare potuisse nemo negat. Judicium de Cicerone vide in Grotii Proleg. de jure B. & P. Plura vide apud Cic. de fin. 5, 4. in Brut. c. 31, Tusc. q. 1 c. 4. & 3 c. 28. Plin. 8, 16. August. de C. D. 8, 12 cum not. Lud. Vivis. Arnob. lib. 3 cont. gent. Gellium 20 c. 4.

¶ Aristotelicus, a, um, adjectivum vulgatissimum, pro quo semper Cicero, quantum constat,

¶ Aristotelius posuit, ut, *vis Aristotelia*, lib. 3 de Orat. c. 19, *Aristotelia pigmenta*, lib. 2 ep. 1 ad Atticum: *Commentarii Aristotelii*, lib. 3 de Finib. c. 3. Ita in optimis quibusque libris.

ĂRISTŎXĔNUS, i, Musicus idemque Philosophus Tarentinus addictus Pythagoræ, cujus & vitam condidit, quam Clemens Alexandrinus citat: Musicam docuisse Cicero lib. 3 de Oratore significat; & laudat ejus de Musica libros Plutarchus ejusdem argumenti libro. Hic statuit, animam humanam ex harmonia constare, de quo Cicero 1 Tusc. Quæst. c. 10. ¶ 2. *Aristoxenus* alius fuit patria non minus, quam philosophia *Cyrenæus*, de quo Athenæus lib. 1 c. 7 & Suidas.

ĂRISTUS, i, Salaminius, scripsit res gestas Alexandri: Voss. 1 de Hist. Græc. 10 p. 62. ¶ 2. Aristus Antiochi Ascalonitæ frater, is est, quem Vossius

Voſſius d. l. Ciceronis æqualem ac Bruti Magiſtrum vocat. De hoc aliquid diximus in *Ariſtone* ſub fin.

ARITHMĒTĬCA, æ, & arithmetice, es, & arithmetica, orum, die rechen-kunſt. Ἀριθμητική. Eſt prima inter diſciplinas Mathematicas, quæ verſatur circa quantitatem diſcretam ſive numeros. De ejus inventione vide Polyd. Virgil. 1 c. 18. & Cœl. Rhodigin. 18 c. 34, *In Arithmeticis eſſe exercitatum*, einen guten rechen-meiſter abgeben, Cic. 14 ad Att. c. 12. ¶ 2. Sequiore ætate Arithmeticæ vocabulum ad Aſtrologiam Genethliacam tractum, obſervat Savaro ad Sidon. lib. 8 ep. 12.

¶ Arithmeticus, i, ein rechen-meiſter. v. Mathemat.

Aritudo, vide *Areo*.

ARĪVS, ſive Arēus [Græcè enim Ἄρειος dicitur, non Ἄῤῥιος] Alexandrinus philoſophus fuit, ita amatus Auguſto, ut perpetuum ſibi comitem, & ſecretorum omnium conſcium haberet: quod Seneca de eo prodidit. Qui Alexandriæ urbi cùm aliis rebus perſuaſus, cùm quod Arii patria etiam eſſet, ignovit atque pepercit: Plutarchus in Antonio: qui & in Politicis & Apophthegmatis illius honorificam mentionem fecit. Vide & Dion. lib. 51, & Sueton. Aug. cap. 84. Quibus adde Senecam c. 4 de Conſol. ad Marciam, ubi præter interpretes Lipſium & Pincianum adeundus & A. Schott. 5 obſerv. 14, & I. H. Meibom. in Mœcenat. c. 18 p. 109. ¶ 2. *Areus Rhetor* Quintiliano memoratur lib. 2 c. 15. (al. 16.) *Bene Areus, dicere ſecundum virtutem orationis*, finem ſc. Rhetoricæ conſtituit. Recurrit hujus memoria & lib. 3 c. 1. Quibus addendus ¶ 3. Arīus hæreſiarcha notiſſimus, ſeculo Chriſtiano IV, quem minus bene Arrium vulgo ſcribunt. Tamen error ille non novus eſt. Arator poëta in act. Apoſt. cap. 5, *fuſâ ruit Arrius alvo.* Græci vero conſtanter Ἄρειος. Ab hoc nominantur

¶ Ariani hæretici. De quibus Auguſtinus c. 49 de hæreſ. *Ariani ab Ario in eo ſunt notiſſimi errore, quod Patrem & Filium & Spiritum S. nolunt eſſe unius & ejusdem naturæ atque ſubſtantiæ, aut, ut expreſſius dicatur, eſſentiæ, quæ οὐσία Græcè appellatur, ſed eſſe filium creaturam, Spiritum verò ſanctum creaturam creaturæ.*

¶ Arianus, adjectivum, Arii infectus hæreſi. Hieronymus adverſus Luciferianos cap. 7, *Ingemuit totus orbis, & Arianum ſe eſſe miratus eſt.*

Ariuſium, vide *Arviſia*.

ARMA, orum, plural. ὅπλα, waffen, harniſch, dicta ab armis, parte corporis, (vide infra *armus*) quibus adplicantur. Itaque gladii & tela propriè hac voce non continentur: ſed deſignantur ea tantùm, quibus tegimur; ut ad Germaniam Taciti cap. 29 recte notavit Pichena. Adde Cuperum Obſervat. lib. 1 cap. 7, ubi oſtendit, arma κατ' ἐξοχὴν apud Græcos & Latinos pro ſcutis ſumi. Livius lib. 1 cap. 42, *Arma his imperata galea, clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære: ipſa ut tegumenta corporis eſſent; tela in hoſtem, haſtaque & clypeus.* Et latiori notione Gajus lege 41 de V. S. *Armorum appellatio non utique ſcuta, & gladios, & galeas ſignificat; ſed & fuſtes, & lapides.* Sed ad vulgarem ſignificationem exemplis illuſtrandam redimus. Cicer. pro Rab. c. 7, *Pro ſalute communi arma capere.* Item, *eſſe in armis*, Cicer. Pompejo ſub 8 epiſt. 11 ad Attic. krieg führen. *Venire ad arma*, krieg anfahen. *Vocare ad arma*, aufbieten, pro Rabir. c. l. *Ferre arma adverſus aliquem*, gegen einen zu felde ziehen, Vell. Pat. 2, 87. *Ludere armis*, in waffen ſich exerciren, Vulcat. Gallican. in Avidio cap. 6, cujus verba mox in *Armiluſtrium* adferemus. Ad illa Caſaubonus: *Ludere armis dicebantur, qui ſe armis exercerent: & dies ille Armiludium, ut Armiluſtrium, quo arma luſtrabant.* Sed *perdere arma*, pro, honeſtatis rationem deſerere, Horatius dixit lib. 1 Epiſt. 16 v. 67. Flagitioſiſſimum enim habebatur, abjicere arma, vel amittere, de quo infra in *Clypeus*: Romanæ autem militiæ legibus plane habebatur capitale. Vide legem Deſertorum 3 § Miles 13 D. de re militari, & Freinsh. ad Curt. 4, 13, 13. Cornel. Nep. in Chabr. 12, 4, 3. *Arma Græciæ*, potentiam, & robur belli notant apud eumd. 2, 4, 5. *Arma pedeſtria*, quibus utuntur pedites, ibid. 11, 1, 3. Terent. in Eun. a. 4 ſc. 7 v. 19, *Omnia prius experiri verbis, quam armis, ſapientem decet.* Cicero ad Atticum 7 ep. 6, *Sentio omnia facienda, ne armis decertetur.* Idem pro Mil. cap. 4, *Silent leges inter arma.* ¶ *Ad arma*, vox concurrentium in repentino & graviore tumultu, & adhortantium invicem, ut arma capiant. Livius lib. 3 cap. 15, *Alii inter tumultum præcipites pavore in forum devolant: alternæ voces* AD ARMA, &, HOSTES IN VRBE SVNT. Sed & in militia, cum hoſtis ingrueret, ad vocem iſtam ſumebantur arma: quod *ad arma conclamare* dicebant. Cæſar 1 de Bell. Civili cap. 69, *Conclamatur ad arma, atque omnes copiæ paucis exceptis præſidio exeunt.* Livius lib. 6 c. 28, *Ingens in urbe trepidatio fuit, conclamatumque ad arma.* ¶ 2. Neque vero inſtrumenta bellorum, ſed omnium artium aliarum etiam, *arma* vocantur: geräthe. Ita Virgil. 1 Georg. v. 160 raſtra & ligones, *agreſtium*: Idem piſtoria inſtrumenta Æneid. 1 v. 177, *Cerealia arma* vocat. Ita Cic. de Sen. c. 3, *Aptiſſima omnino ſunt arma ſenectutis, artes exercitationesque virtutum.* Quin omne illud, quo nitimur, aut in quo freti conficimus aliquid, *armorum* nomine venit: Virgil. 2 Æn. v. 98,

hinc ſpargere voces
In vulgum ambiguas & quærere conſcius arma.

ARMA, i. e. præſidia, auxilia, opes. Servius ad illum locum: ARMA; *modo fraudes vel dolos. Nam* ARMA *ſunt inſtrumenta cujuslibet rei.* Sic: *Contra Borean ovis arma miniſtrat*, i. e. veſtem, Ovid. Metam. lib. 15 v. 471. *Tunc movet arma leo*, i. e. vires. Virg. Æneid. 12, 6.

¶ Armo, avi, atum, are, verb. *armis inſtruere*, rüſten, wapnen. *Armari milites Cæſar jubet, ne quam rei gerendæ facultatem dimittat.* Cæſ. B. C. 1, 28, *Aliquem facibus armare*, entzünden, Flor. 3, 12, 13. *Sagittas veneno armare*, vergifften, Juſt. 12, 10, 2. ¶ Sæpe idem eſt ac animare, beherzt machen; ut: *Pompejum ſenatus auctoritas, Cæſarem militum armavit fiducia.* Vellej. 2, 49, 3, *Regem armare & exercere adverſus Romanos*, in harniſch bringen, Nepos 23, 10, 1. Idem 10, 8, 3, *Armare ſe imprudentiâ alterius*, i. e. ſuis conſiliis ab imprudentiâ alterius robur mutuari.

¶ Armatus, a, um, Particip. gerüſtet, wehrhafft. Cic. pro Domo c. 55, *Erat incredibili armatus audacia.* Id. pro Marcell. c. 10, *Animum armatum retinere*, noch immer krieg im ſinn haben. Id. pro Cæcin. c. 21, *Armatos, ſi latine loqui volumus, quos appellare vere poſſumus? opinor eos, qui ſcutis telisque parati ornatique ſunt.* Hinc &

¶ Armati pro militibus. Nepos 10, 9, 2, *Navem triremem armatis ornat*, id eſt, *inſtruit*. Suet. Claudio cap. 10 extr. *Armatos pro concione jurare in nomen ſuum paſſus eſt.* Superlativum inde formavit Seneca lib. 5 de Benefic. cap. 4, *Tam par*, inquit, *tibi ſum, quàm multis armatiſſimis nudi, aut leviter armati.* Ciceroni quoque idem verbum exſuperante gradu tribuitur pro Cæcinna cap. 21, ubi Gruterus *ornatiſſimus* legit, non *armatiſſimus*. ¶ *Armata Venus.* Sub hoc titulo Lacedæmonii & ædem & ſimulacrum Veneri poſuerunt, cûjus cultus originem narrat Lactantius lib. 1 Div. Inſtit. c. 20. Adde de eadem Auſonii epigr. 42. ¶ *Armatæ preces* quæ dicantur, explicat ipſe Cicero verbis Platonis ad Att. 9 ep. 13, αἱ τῶν τυράννων δεήσεις, *inquit Plato*, οἶσθ' ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις, i. e. Principum preces ſcis neceſſitati admixtas eſſe. Namque his addi minas Ovidius oſtendit 2 Metam. v. 397. v. Chil. ¶ *Armites* etiam dicti armati. Philoxenus in Gloſſis, ὁπλῖται οἱ ἐν ἐσχάτῃ τάξει, *Armites*. Et Gloſſ. Latino-Gr. *Armites*, παράταξις ἔνοπλος. Vide Giſeberti Cuperi Obſervat. lib. 1 c. 7.

¶ Armator. Gloſſ. Cyrilli, *Armator*, ὁπλιστής.

¶ Armatus, ûs, rüſtung. Livius lib. 33 c. 3, *haud diſpari armatu.* Et lib. 37 cap. 40, *eodem armatu Cares & Cilices.* Et cap. 41, *toto fere gravi armatu.*

¶ Armatura, æ, rüſtung. Cic. lib. 7 fam. ep. 1, *Armatura varia peditatus & equitatus.* Et ad Attic. lib. 6 ep. 1, *Habet Dejotarus cohortes quadrigenarias noſtra armatura XXX.* ¶ 2. Nomen hoc pro militibus armatis interdum uſurpatur, ut, *Armaturæ ſimplices, Armaturæ duplices*, einfach-doppelſöldener. Vegetius lib. 2 de Re Mil. cap. 7, ARMATVRAE DVPLARES, *quæ binas conſequuntur annonas:* SIMPLARES, *quæ ſingulas*: Sic *armatura levis*, die leichte rüſtung führen, apud Corn. Nepotem Datame c. 8 n. 2. Curtium 6 c. 4, 15. & cap. 6 n. 21. Etiam Cic. Philipp. 10 c. 6, *Noſtræ ſunt legiones: noſtra levis armatura, noſtri equitatus, maximusque noſter eſt Brutus.* ¶ 3. Eſt & *armatura* militaris exercitii genus, de quo Veget. lib. 1 cap. 13.

¶ Armāmenta, orum, ἐργαλεῖα, σκευάσματα: inſtrumenta, quibus ad exercendam tuendamque rem opus eſt: allerley rüſtung und rüſtzeug. Sic *armamenta vinearum*, dixit Plinius lib. 17 c. 21 principio, perticas ſcilicet, palos, vincula, & alia hujusmodi intelligens, quæ ad colendas vineas neceſſaria ſunt. *Armamenta navium* ſimiliter dixit lib. 19 c. 1 extr. & Vlpianus Lege 1 § 3 de exercitor. actione, remos, funes, & alia hujus generis nautica deſignantes. Suetonius Auguſto cap. 17, *Navis ejus, in quâ vehebatur, fuſis armamentis, & gubernaculo diffracto.*

¶ Armamentarium, i, ὁπλοθήκη, zeug-hauß, rüſt-kammer. Cic. pro Rabir. perduell. c. 7, *Ex ædificiis armamentariisque publicis arma populo Romano, C. Mario conſule diſtribuente dantur.* Juvenalis Sat. 13 v. 83, *Quicquid habent telorum armamentaria cœli.*

¶ Armarium, i, aliud eſt ubi conduntur aſſervanturque pecuniæ, libri, alia; köte, ſchranck, behältniß. Plautus Epid. act. 2 ſc. 3,

Quin ex occluſo obſignatoque armario
Decutio argenti tantum, quantum mihi lubet.

Cicero pro Cælio cap. 21, *Tune aurum ex armario tuo promere auſa es?* Vopiſcus in Tacito cap. 8, *Habet Bibliotheca Vlpia in armario ſexto librum Elephantinum, &c.* Pro *Promptuario* poſuit Plautus, Captiv. a. 4 ſc. 4 v. 10, *Cellas refregit omnes intus, recluſitque armarium.* Hieron. ad Euſtoch. epiſt. 22 cap. 14, *At nunc plerosque videas armaria ſtipare veſtibus.*

¶ Armariolum, i, ein ſchräncklein. Plautus Trucul. a. 1 ſc. 1 v. 35, *Armariola Græca.* Sidōnius lib. 8 epiſt. 17, *per armariola & zothecula noſtras.*

Compoſita varia:

¶ Armifer, a, um, adject. ut, *Armifera dea*, Ovid. ad Liviam v. 22, *Armiferæ gentes*, Silius lib. 4 v. 45, *Armiferi gens ſacra Quirini*, Idem lib. 16 v. 76, *Armiferi labores*, id eſt, bello exhauſti, Stat. 1 Silv. 2 v. 96, *Arvum Armiferum* Senec. Medea v. 470.

¶ Armiger, i, ein ſchildknecht, waffenträger, troßbub, Cic. pro Dom. cap. 5, *Sergius armiger Catilinæ, ſtipator corporis.* ¶ 2. Adjective, ut Armifer. Silius 7 v. 87, *armiger Deus*: & lib. 10 v. 97, *armigera cohors.* Et Cicero lib. 7 epiſt. 33 ex veteri poëta, *armigerum corpus.*

¶ Armidoctor, ōris, ein fechtmeiſter, idem qui Campidoctor, quo vocabulo Vegetius lib. 1 cap. 13, & Lampridius in Alexandro cap. 53, uſi ſunt. Vet. Gloſſ. *Armiductor*, ὁπλοδιδάσκαλος. Lege *Armidoctor*, quemadmodum Vegetius d. l. *doctores armorum* memorat, qui milites tirones armaturam docent. Salmaſius ad Lamprid. d. l. ſemper *Campidoctores*, non *ductores*, ut vulgo fit, ſcribendum eſſe probavit, quamvis contrarium Vegetius ſentiat, *ductorem* ἀρχαϊκῶς *doctorem* dici.

¶ Armifactor, ōris, in Novella 85 cap. 1 legitur.

¶ Armĭpotens, tis, tapffer im waffen; ut, *Auſoniæ armipotentis alumnus*, Stat. 3 Silv. 2 v. 20. *Diva armipotens*, i. e. Pallas, Virg. 2 Æn. v. 425, *Mars armipotens*, Æn. 9 v. 718, *Pater armipotens.* Ovid. 2 Faſt. v. 481.

¶ Armipotentia, æ, kriegs-macht. *Armipotentia fretus*, Ammian. 18 cap. 20.

¶ Armĭsŏnus, a, um; ut *Pallas armiſona*, Virg. Æn. 3 v. 544.

¶ Armiluſtrium vel Armiluſtrum, i, muſterung. (nam utroque modo in vetuſtis gloſſis ſcribitur) luſtratio armorum eſt, officium boni ducis, uti Vulcatius Gallicanus de Avidio Caſſio cap. 6 tradit: *Arma militum ſeptima die ſemper reſpexit: veſtimenta etiam, & calceamenta, & ocreas.* Et poſt paullo: *Exercitium ſeptimi diei fuit omnium militum, ita, ut & ſagittas mitterent, & armis luderent.* Deinde ad religionem tractum fuit, ut *luſtrare* eſſet *expiare*. Feſtus Pompejus: *Armiluſtrium erat feſtum apud Romanos, quo res divinas armati facie-*

bant: ac dum sacrificarent, tubis canebant. Vetus Glossa: *Armilustrium*, ὁπλοκαθάρσιον; Alia: *Armilustrum*, ὅπλων κάθαρσις, ὁπλοκαθαρσία.

¶ Armistitium, pro induciis, ficta vox ad formam *solstitium, interstitium.* v. Cellarii Antibarb. p. 8.

¶ Inermis, e, & Inermus, a, um, armato contrarium, wehrlos, ungerüst. *Hostis inermis*, Propert. lib. 4 el. 1 extr. & *carmen inerme*, ibidem eleg. 6. *Vulgus inermum*, apud Virg. Æn. 12, 131. Cic. lib. 11 fam. ep. 12, *nuntiatum, cum paucis inermis fugisse Antonium.* Sic pro Cæcinna cap. 22, ubi vulgo legitur: *quod inermes armati judicarentur*, Palatinus quidam codex *inermi* habet, veteri declinatione, ut Gruterus ibi alteram illam formam vocavit.

¶ Semiermis, e, & Semermis, nur halb bewehrt, halb gewaffnet. Livius lib. 30 c. 28, *tumultuariis exercitibus ex agrestium semiermi turbâ subito collectis.* Idem lib. 22 cap. 50, *Binis in castris cum multitudo semiermis sine ducibus esset.* Et lib. 25 cap. 19, *novus miles & magna ex parte tumultuarius ac semiermis.* Et Tacitus annal. 3 cap. 39, *semermes ac palantes trucidati sunt.*

¶ Semermus a, um, idem. Tacitus idem ann. 1 cap. 68, *hostes paucos ac semermos cogitanti.* Et annal. 3 cap. 45, *statuerat in cornibus cohortes, a tergo semermos.*

¶ Dearmare, idem quod exarmare, entwaffnen. Hinc Partic.

¶ Dearmatus, a, um, wehrloß. Livius lib 4 c. 10 extremo: *Consul triumphans in urbem rediit, Cluilio Volscorum Duce ante currum ducto, prælatisque spoliis, quibus dearmatum exercitum hostium sub jugum miserat.*

¶ Exarmare est, armis exuere vel spoliare, wehrlos machen. Tacitus lib. 1 Hist. cap. 31, *milites Longinum manibus coercent, exarmantque.* Plinius lib. 3 epist. 9, *Exarmare accusationem*, est *infirmare & debilitare*, die anklag schwach und krafftlos machen. *Exarmantur serpentes*, quibus usus veneni ademtus est. Silius lib. 1 v. 411,

Nec non serpentes diro exarmare veneno
Doctus Atyr.

¶ Exarmatus, a, um; ut, *exarmata navis*, est armamentis spoliata apud Senecam Consolat. ad Helv. extremâ. ¶ *Exarmati* leones sunt armis suis, h. e. unguibus ac dentibus exuti, ut nocere nemini queant. Lamprid. Heliogab. cap. 21, *Habuit leones & leopardos exarmatos in deliciis, quos edoctos per mansuetarios subito ad secundam & tertiam mensam jubebat accumbere, ignorantibus cunctis, quòd exarmati essent, ad pavorem & ridiculum excitandum.* Quem ad locum Joh. Bapt. Egnatius *exarmatos* interpretatur *cicures.*

¶ Obarmare, contra quem armare. Horatius lib. 4 Oda 4 v. 20, *Amazonia securi dextras obarmet.* Apulejus lib. 8 p. 208, *in speciem prælii manus obarmaverant.*

¶ Obarmatus, a, um, gewaffnet. Apul. 3 Met. *Oculi ad vigilias obarmati.*

¶ Perarmo, are, wohl rüsten. Prudent. καθημ. 6 v. 85,

Hujus manum potentem
Gladius perarmat anceps.

¶ Perarmatus, a, um; Curtius lib. 4 cap. 9, 6 *Hoc modo instructo exercitu, ac perarmato.*

ARMAMAXA s. Harmamaxa, æ, lecticæ genus apud Persas mulis jungi solitum, eine senffte. v. Athenæus 5, 9 & Curtius 3, 3, 23.

ARMĔNĬA, æ, Ἀρμενία, sic ab Armenio Thessalo Jasonis comite adpellata regio est Asiæ, eaque duplex, major & minor, inter *Taurum* & *Caucasum* montes sita. Lucanus lib. 2 vers. 638,

populos utraque vagantes
Armenia.

¶ Armenii, substant. die armenier. Martial. 5 Epigr. 59,

Numquid apud Parthos Armeniosque latet.

¶ Armĕniăcus & Armĕnius, a, um, adjectiva. Virg. Ecl. 5,

Daphnis & Armenias curru subjungere tigres
Instituit.

Altera forma est in veteri inscriptione apud Gruterum p. 253 n. 2 IMP. CAESARI L. AVRELIO VERO AVG. ARMENIAC. MED. PARTHIC. Et in ejusdem nummo (apud Angeloni p. 163) L. AVREL. VERVS AVG. ARMENIACVS.

¶ *Mala Armeniaca*, quæ & *præcocia* dicuntur, St. Johanns-pfersig, morellen. Matthiol. *Lapis Armenius*, colore viridi est ad cæruleum inclinante. Foditur in argenti fodinis in compluribus Germaniæ locis; Matth.

¶ Armĕnium, i, blau schiefergrün, Agricola.

ARMENTVM, i, heerde, groß vieh, ut cameli, boves, muli, equi; item cervi apud Virgil. Æn. 1 v. 185. Differt à *grege*, qui ferè est ovium, caprarum, porcorum. Virgilius Georg. 3 v. 286,

Hoc satis armentis: superat pars altera curæ,
Lanigeros agitare greges, hirtasque capellas.

Et Ovidius 4 Metamorph. v. 634,

Mille greges illi, totidemque armenta per herbas
Errabant.

Grex tamen etiam de majori pecude dicitur. Varro lib. 2 R. R. cap. 5, *Tum tauros in gregem redigo.* ¶ De singularibus bobus *armenti* vocabulo usus est Hyginus fab. 118, cum *centum armenta* in hecatombes sacrificio *occidi* scripsit. Observat Nonius, a veteribus in fæminino genere usurpari *Armenta.* Et Festus, invenies tamen, inquit, fæmininè *Armentas* apud Ennium positum. Enimvero locus extat ex 1 Annal. ad armentas ipsius easdem.

¶ Armentalis, e, de armento; ut, *armentalis equa*, Virg. Æneid. 11 v. 571. *Lac armentale.* Symmach. 6 epist. 17. *Armentales viri*, Prudent. hymn. jejunant. v. 166. *Armentale culmen*, Idem Tetrast. 4, id est, casa. *Armentalis Camena*, Sidonius lib. 2 ep. 2 ein hirten-lied.

¶ Armentarius, i, der mit vieh umgehet, ein hirte. Virg. 3 Georg. v. 344,

Omnia secum
Armentarius Afer agit, tectumque Laremque.

Varro lib. 2 de R. R. cap. 5 extr. *Armentarium meum crebro, ut aliquid legat* [in libris de re pecuaria] *curo.* ¶ *Armentarius* etiam cognomen fuit Maximiani Galerii, Romani imperatoris, quia, ut Epitoma Aurelii Victoris c. 57 refertur, *ortus parentibus agrariis, pastor armentorum* fuerat.

¶ Armentīvus, a, um, ut Armentalis. Usus Plinius lib. 28 cap. 17, *bos armentivus.* Ubi Harduinum consulas, qui vulgarem lectionem *armentinus*, ut ineptam, repudiat.

¶ Armenticius, a, um, idem. *Armenticii greges*, Varro lib. 2 de R. R. c. 10, *Armenticium pecus*, ibidem cap. 5.

¶ Armentosus, viehreich. *Armentosissima Italia*, Gellius lib. 11 c. 1.

Armidoctor, Armifactor, Armifer, Armiger, vide in *Arma.*

Armilausa, vide in *Armus.*

Armilla, cum derivatis vide in *Armus.*

Armilustrium & Armilustrum, vide in *Arma.*

ARMINIVS, qui & Harminius, putatur enim hoc nomen idem esse, quod Herman, quasi Heermann: Germanorum Dux fortissimus, qui Varum delevit. Dio Cass. lib. 56. Plura de eo Tacitus 1 & 2 Annali, cujus fine hoc ei elogium tribuit: *Liberator haud dubiè Germaniæ, qui non primordia Rom. P. sed florentissimum imperium lacessierit: præliis ambiguus, bello non victus.* Ævo superiore historiam ejus è Plinio, Strabone, Tacito, Vellejo, Floro, Orosio, Tetmaro, Cranzio, diligenter congessit historicus minimè vulgaris, Georgius Spalatinus.

Armipotens, Armisonus, quære in *Arma.*

ARMORACIA, secundum Plin. lib. 20 cap. 4; vel Armoracea & Armoracium, juxta Columellam lib. 6 cap. 17, & lib. 12 cap. 9, raphani silvestris genus, häderich, wild rettich, heiden rettich, nascitur in segetibus. Prima hujus dictionis syllaba metathesin admittere videtur, ut & *Armoracia*, & *Ramoracia* dicatur.

Armorica. Vide *Aremorica.*

ARMVS, i, in quadrupedibus idem est, quod in hominibus humerus, schulter am vieh, förder-bug vom wild. Ut *Armus hinnuli, cervi, apri*, &c. Plinius lib 8 cap. 45 de bubus: *tubere super armos à cervicibus eminente.* Ibidem cap. 16 de leone: *colla armosque vestiunt jubæ.* Horatius lib. 2 Satyr. 4 v. 44 *leporis sectabitur armos* scilicet gulæ peritus. Virgilius 6 Æn. 681,

equi foderet calcaribus armos.

¶ Nec ita tamen propria hæc vox quadrupedibus est, ut non liceat & de hominibus usurpare. Videtur enim initio generalis appellatio fuisse, quod vel etymon suadeat. Ab ἁρμὸς enim, quod *compagem* notat seu *commissuram*, dictus est *armus.* Vossium vide f. 44 etymol. in *armillæ*, ubi patere hinc ait, nec humeros quidem κυρίως notasse, sed humerorum cum brachiis commissuram. Quo factum simul dixerim, ut ad ipsa quoque hominum brachia & ulnas significandas adhibita vox fuerit. Cujus rei nec leve hoc indicium est, tùm quod Latini *arma*, quibus videlicet ea, quam diximus, corporis nostri pars instruitur, hinc adpellavere, ut suo loco dictum est, tum quod Germanis quoque nobis *brachia* sunt, die armen. Nec destituimur exemplis auctorum. Virgilii illud de Herminio 11 Æn. v. 644,

latos huic hasta per armos
Acta tremit:

jam Vossius annotavit. Addamus nos Manilium lib. 1 vers. 794,

matrisque sub armis.
Miles Agrippa suæ:

Plane enim eo modo dictum hoc, quo à Calpurnio

Maternis causam qui lusit in ulnis,

ut observat Scalig. castig. in lib. 3 Propert. p. 250 emendans illud, quod in notis ad Manilium p. 89 minus erat assecutus, cùm *arma* non *armos* dictum à Manilio putavisset. Veteres imitatus ævi superioris Poeta clarus Euricius Cordus similiter *armos* de homine enunciavit, lib. 9 Epigr. ad Joann. Ficinum:

Suppostis columen resistit armis, i. e. humeris.

¶ Armilla, æ, Ψέλλιον, brachii ornamentum, ein kleinod am arm, ein armband. Quod ornamentum *Spinter* seu *Spinther* potius [Græcum est enim σπινθήρ] dici posse Budæus putat. His aureis juxta atque argenteis donari milites soliti ob præclara facinora edita: sicut L. Siccium Dentatum 80 armillis donatum Plinius scribit lib. 7 cap. 28. Et Livius lib. 10 cap. 44, *Papirius centuriones manipulumque hastatorum, armillis aureisque coronis donavit* &c. Et paullo post: *Equites omnes ob insignem multis locis operam, corniculis armillisque argenteis donat.* Plinius lib. 33 cap. 2, *Auxilia & externos torquibus aureis donavere, at cives non nisi argenteis: præterque, armillas civibus dedere, quas non habent externi.* Ubi simul differentiam inter torquem & armillam notes. Scripsit de armillis Bartholinus, Danus. ¶ 2. ein halsband, ut mox probatur.

¶ Armillatus, a, um, armillis ornatus. Sueton. Calig. cap. 52, *Manuleatus & armillatus in publicum processit.* Seneca de eodem, de Constantia Sapientis cap. 18, *Hæc ipse pellucidus, crepidatus, armillatus* Ubi nota hæc exprobrandæ mollitiei & parum virili cultui dici. Propert. lib. 4 Eleg. 8, *Armillatos canes* etiam dixit: i. e. collaribus revinctos: die ein halsband anhaben. Itaque *armilla* & *collare* est; ein halsband.

¶ Armillum, & Armīle, urceoli vinarii genus, ut Nonius ex Varrone interpretatur, sic adpellatum, quod armo, i. e. humero, deportetur, ut Festus auctor est. *Anus ad armillum* scilicet redit vel revolvitur, ut Apulejus mox supplebit. Proverbiale in illos, qui ad consueta & solita revertuntur. Cui simile, *Canis ad vomitum suum redit.* Usus Lucillius apud Nonium: itemque Apulejus utraque forma, lib. 6 Metamorph. *ad armile redit:* & lib. 9, *ad armillum revertit.* Ad priorem locum Julianus Floridus p. 192 AD ARMILE REDIT, *ad ingenium, ad notas artes. Proverbium est, ab anuum bibacitate tractum, quæ, sicunde vini odor nares adlatus est, eo statim currunt.*

¶ Subarmalis, e, sub armo gestabilis. De vestimenti genere, quod sub armum rejici aptum erat, plerumque usurpatur. Spartianus Severo cap. 6, *prætorianos cum subarmalibus inermes sibi jussit occurrere.* Treb. Pollio vita Claudii cap. 14, *subarmale unum cum purpura Maura.* Vopiscus Aureliano cap. 13, *Togam pictam, subarmalem*, &c. Adde Casaubon. ad Spartiani Severum c. 1.

¶ Armilausa, vestimenti genus, sagum forte militare, rubri coloris. Paullinus Nolanus Epist. 17 ad Severum (al. 13) cap 1, *Quem quidem primo*

primo minimè monachali caliga & veste mirati, ***cum præterea facie non minus quàm armilausa uteretur.*** Et Epist. 22 post initium: *Sibi ille placeat armilausam suam, & suas caligas, & suas buccas.* Memorat & Juvenalis Scholiastes ad Sat 5 v.143. Isidorus, Orig. lib. 19 cap. 22, *Armilausa vulgo vocata, quod ante atque retro divisa & aperta est, in armos tantum clausa, quasi armiclausa, C littera ablata.*

ARNA, æ. Lyciæ civitas, dicta dein Xanthus, auctore Byzantio Stephano. ¶ 2. Arna alia Vmbrorum in Italia civitas, apud Silium Ital. lib. 8 v. 457.

¶ Arna Festo est *agna*, ex Græco ἀρς, ἀρὸς, *agnus.*

ARNOBIVS, i, Afer, insignis Rhetor, Philosophus & scriptor seculi tertii Christianus, tempore Diocletiani, cujus extant libri VII adversus gentes.

ARNOGLOSSA, æ, Ἀρνόγλωσσον, plantago minor, spitzwegerich, vide *plantago.*

ARNVS, i, Tusciæ fluvius, ex Apennino oriens, Florentiam & Pisas præterfluit; De Pisana urbe Rutilius Itin. lib. 1 v. 566,

Quam cingunt geminis Arnus & Ausur aquis.

ĀRO, avi, atum, are, ἀρόω, pflügen, ackern. Virgilius 2 Georg. v. 244, *Talem dives arat Capua*, puta *terram.* Plautus Mercat. a. 2 sc. 3 v. 21, *Arare mavelim, quam sic amare.* Inde natum proverbium est, *arare litus*, pro eo, quod est operam ludere, laborem inanem sumere. Ovidius Epist. Her. 5 v. 116, *Non profecturis litora bubus aras.*

¶ 2 Transfertur ad varia, ut ad navigationem. Ovid. 3 Trist. 12, v. 36, *arare aquas.* Virgilius lib. 3 Æn. v. 495,

Vobis parta quies, nullum maris æquor arandum.

Atque ita sæpe apud poëtas. Aut ad rugas seniles, ut apud Ovidium 2 de Arte v. 118, *Jam venient rugæ, quæ tibi corpus arent.* hoc est, deforment, rugis tamquam sulcis notent. ¶ 3 Eleganter quoque de lucro, quod ex agricolatione habemus, usurpatur. Cic. in 5 Verrina c. 47, *Fieri non poterat, ut plus quàm decem medimna ex jugere ararent*, id est, perciperent, erpflügen, geniessen. Quod germanicè non ineleganter dicitur, erarnen. ¶ 4. Denique Venereum est verbum. Sic Plautus Asinar. 5, 2 v. 24 de marito qui scortabatur: *Fundum alienum arat, incultum familiarem deserit.* Conf. Id. Truc. 1, 2 v. 47.

¶ Aratus, a, um, gepflügt. ut *terra arata, agri arati*, apud Ovid. unde *Inaratus*, quod sequitur in Compositis.

¶ Araturus, a, um, der pflügen soll. Tibull. 1 Eleg. 11 v. 46,

Ducere araturos sub juga curva boves.

¶ Ărātio, ōnis, acker-arbeit, feldbau, ἄρωσις, ut: *Aratione iterata*, Plin. 18 cap. 20, *Segetum arationumque percipere usum*, Columella præfat. operis pag. 8, *Citra arationem, citra sementem*, i. e. citra studium & operam, ohn alle meine sorge, mühe und arbeit, Luciani est, ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα, & proverbii habet speciem. ¶ 2. Item *Aratio*, pflügeland, apud Ciceronem Verr. 5 cap 53, ager scilicet ad arandum idoneus, *Desertas*, inquit, *arationes, inanes agros offendi.*

¶ Aratiuncula, æ, diminut. apud Plaut. Trucul. a. 1 sc. 2.

¶ Arator, ōris, ein pflüger, ackermann. Hirt. B. Afr. c. 20, *stipendiarii aratores.* Etiam *bos arator* apud Suet. Vesp. cap. 5, *Multi sunt boum stimulatores, pauci verò terræ aratores*, Πολλοὶ βουπλῆγες, παῦροι δέ τε γῆς ἀροτῆρες, Prov. viel anreger, wenig arbeiter. Tibull. 2. Eleg. 1 v. 5,

Luce sacra requiescat humus, requiescat arator.

¶ 2. Cæterum *Aratores* dicebantur non illi magis, qui arabant suum rus, coloni pauperculi; quam opulenti homines, & ferè equestris ordinis, qui maximas arationes habebant, publico & decumano agro conducto. De iis intelligendus Suetonius est Augusto c. 42 extr. cùm ait: *Ita post hanc rem* (frumentationem) *temperavit, ut non minorem aratorum ac negotiantium, quàm populi rationem deduceret.* Sæpè Cicero in Verrinis meminit, ubi hoc hominum genus *optimum & honestissimum, & à quo summa Respublica continetur*, vocat.

¶ Ārābĭlis, e, *Campus arabilis*, das unter dem pflug dienet, Plin. 17 cap. 5 sub finem.

¶ Aratrare & artrare, idem quod iterum arare apud Plin. 18 cap. 20.

¶ Aratrum, i, ἄροτρον, pflug. Cicero pro Roscio Am. c. 18, *Ab aratro arcessebantur, qui Consules fierent*, wurden hinter dem pfluge herein geholet. *Incumbere aratro*, Virg. 1 Georg. v. 213.

¶ Veteres & *Arater* dicebant. Hyginus de limit. constit. *Mensura territorii usque fieri debet, secundum Legem D. Augusti. QVA FALX ET ARATER IERIT.* Ita & alibi.

¶ Aratorius, a, um, Adject. ad arationem pertinens. Lege 1 Cod. Theod. de Pigneribus. *Non servos aratores, aut boves aratorios pignoris caussa de possessionibus abstrahant.*

Composita.

¶ Circumarare, umpflügen, ubi extremæ circumductiones quasi circulum faciunt. Plinius lib. 18 c. 3, *Jugerum dicebant, quantum quis uno die plurimum circumaravisset.* Livius lib. 2 cap. 10 sub fin. *Agri quantum uno die circumaravit, datum.*

¶ Exarare, auspflügen, arationem perficere, unde metaphora

Quum rugis vetus

Frontem senectus exarat. Horat. in Epod. 8 v. 3.

¶ 2. *Exarare epistolam, carmen*, etc. *scribere*: Nam ut arando in agro sulci, ita in charta scribendo versus seu lineæ fiunt. Cicer. ad Att. 13, 29, *Ante lucem, cum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo & opera exaravi nescio quid ante.* ¶ 3. Arando eruere, effodere, herausackern. Aur. Vict. de Viris illustr. cap. 3 de Numa: *Mortuo solutus in Janiculo sepultus est, ubi post multos annos arcula cum libris a Terentio quodam exarata.* Hoc apud Augustinum, ubi rem eamdem narrat, est *aratro eruta*, lib. 7 de Civ. Dei cap. 5. ¶ 4. Arando metendoque colligere, erpflügen, einerndten. Cic. 5 Verrina cap. 18, *Hoc, quantum est, ex Siciliæ frumentis hominibus exaraverunt.*

¶ Exaratus, a, um, ausgeschöttet, ausgeackert. Ita Cic. 2 de div. c. 23. de Tagete repente, cum terra araretur existente: *Estne quisquam ita desipiens, qui credat exaratum esse?*

¶ Inarare, idem quod arando ingerere, einpflügen, unterpflügen. *Stercus inarare*, Columella lib. 2 cap. 16. *Lupinum aut fabam pro stercore inarare*, Varro lib. 1 de R.R. cap. 23. Sed

¶ Inaratus, a, um, ungeackert, ungebaut. Sic *terra inarata* est non arata, brach-feld, Virgil. 1 Georg. v. 83. Et sic quoque Statius Theb. 10 v. 506 [512] dixit *Pangæa inarata* i. e. inculta. Horat. Epod. 16, 43, *Tellus inarata.*

¶ Obarare, umher-überpflügen, apud Livium lib. 23 c. 19, *Cum hostes obarassent, quidquid herbidi terreni extra murum erat.*

¶ Obarator, oris; Servius l. 1 Georg. ex Fabio Pictore adducit, *Flaminem Cerealem invocasse Deum obaratorem.*

¶ Perarare, *Verbis peraratur littera blandis*, id est, exaratur, scribitur, Ovid. de Arte am. lib. 1 vers. 455. ¶ Ad navigationes hoc verbum Seneca transtulit Medea v. 650,

Ite nunc fortes, perarate pontum

Sorte timenda.

Nam sicut ager vomere: ita mare, seu unda, remis proscinditur, ut supra in *Arare* dictum.

¶ Subarare, einscharren, apud Plin. 16 cap. 27 est subtus arando terram movere, idem fere quod *ablaqueare.* De arboribus enim ibi Plinius.

¶ Subaratus, a, um, eingescharrt; Plin. 16 cap. 28, *Subarata ocyus senescunt.*

¶ Subarator, qui subarat. Plinius lib. 17 cap. 24, *Subarator imprudens luxavit radices.*

ARŌMA, ătis, ἄρωμα, rarum singulari numero Latinis. Prudentius pass. Agnetis v. 72, *tinctus aromate.* Vsitatius plurale *Aromata*, allerley gewürtz und speceren. Columella lib. 12 cap. 20, *aromata contusa & cribrata paullatim insperges.* Apulejus 4. Florid. *omnia aromatis persperja.*

¶ Aromaticus, a, um, gewürtzt, wohlriechend, ut odor, sapor aromaticus, calamus aromaticus, calmus. Sedulius in Resurrectionis historia Matth. 28,

cum munere matres

Messis aromaticæ.

¶ Substantive quasi, aut subaudito *muneris* vocabulo, *Aromaticum* in congiarii generibus erat. Spartianus in Hadriano cap. 19, *In honorem socrus suæ aromatica populo donavit.*

¶ Aromatarius, i, ein materialist, würtzkrämer.

¶ Aromatītes, ἀρωματίτης, gemma Arabica, odore myrrhaceo. Plin. lib. 37 cap. 10. Et

¶ Aromatītes, æ, puta vinum, kräuter-wein, wein von würtz, claret. Plin. lib. 14 cap. 13 de lautissimis vinis: *Quidam aromatite priscos delectatos maxime credunt.* Vsus & hac voce est cap. 16 & 17 ejusdem libri.

¶ Aromatizo, are, ἀρωματίζω, würtzen. interpr. vulg. Sirac. c. 24. 20.

¶ Aromatopōla, æ, ἀρωματοπώλης, idem quod *Aromatarius.*

¶ Aromătŏpōlium, i, ἀρωματοπωλεῖον, würtzladen.

ARON, vel aros, ari, ἄρον, arum, bulbus, quem *argon* dicimus, & kleine natterwurtz, *serpentaria minor.* Matthiol. v. Plin. 24, 16.

ARPINA, civitas Elidis. Steph.

ARPĪNVM, ἀρπῖνον, civitas Italiæ, Ciceronis, & Caji Marii patria, de quo postremo Val. Max. lib. 6 cap. 9.

¶ Arpinas, qui Arpini natus est, ut *Cicero Arpinas*, & sicut idem loquitur in orat. 3 cap. 2 de Lege Agraria, *Meus paternus avitusque fundus Arpinas.* Item 1 ad Att. 16, *Arpinates aquæ.*

ARQVATVS, vide in *Arcuatus*, sub *Arcus.*

¶ Arquites, Festo auctore, olim dicti sagittarii, ex eadem origine.

¶ Arquitenens, vide *Arcitenens* sub *Arcus.*

Arrectaria, vide *Arrigo*, sub *Rego.*

Arretium, vide supra *Aretium.*

ARRHA vel Arra, æ, &

¶ Arrăbo vel Arrhăbo, ōnis, ἀρραβών, pignus, ein mahlschatz, Gottes-pfennig, pfand, in quâ significatione hoc Plautus & Terentius utuntur. Plaut. in Mil. a. 4 sc. 1 v. 11, *Hunc arrabonem amoris a me accipe.* Terent. in Heaut. a. 3 sc. 3 v. 42, *Ea relicta huic arrhaboni est pro illo argento.* Arrha, & pignus quomodo differant, tradit Isidorus lib. 5 cap. 25. Philoxenus in Glossario, & Barth. ad Briton. Aremor. p. 132. ¶ 2. Claudius Annalium scriptor *arrhabonem* pro obsidibus posuit. Cujus locum Gellius lib. 17 Noct. Att. cap. 2 adducit: simulque admonet, *arrabonis* vocabulum in sordidis verbis haberi cœptum: ac multo sordidius *arræ* videri. ¶ 3. Est & urbis nomen *Arrabo* vel *Arrabona*, Ptolemæo *Narabo*, vulgo rab, â fluvio cognomine, qui prope urbem miscetur Danubio in Hungaria.

¶ Arralis, e, sub arra factum. Diocletianus lege 3 Cod. de action. emti & venditi, *ex arrali pacto.*

¶ Arrilator, Pompejo Festo is est, qui emturiens data arrha sibi postulat credi. Adde Scaligeri ad Festum observationes p. 23, ubi hanc scripturam laudat præ vulgata *arulator*, vel *arilator.* Invenitur etiam apud Gellium lib. 16 cap. 7 ex Laberio.

¶ Subarrare sive Subarrhare, est arrha obligare, arrham sponsalitiam dare. Ambrosius Serm. 90 pag. 39 ed. Basil. usus est, & frequens vox in Canonibus, ut Salmasius ostendit ad Capitolini Maximinum juniorem cap. 1. v. gr. Innocentius 3 cap. 14 de despons. impub. *Quidam filiam suam circiter XII annos habentem cuidam nobili desponsavit, qui subarravit eandem consensu mutuo accedente.*

Arria, vide *Arrius.*

ARRIANVS, i, Ἀῤῥιανὸς, Nicomediensis Philosophus, Epicteti discipulus fuit; scripsit de Epicteti dissertationibus, qui extant, libros quatuor. Nam plures scripsisse, ex Gellio potest constare, qui lib. 19 cap. 1 quintum laudat. Scripsit & alia, præcipue quæ ad Historiam pertinent: de quibus eruditissimus Vossius notavit, in de Historicis Græcis lib. 2 cap. 11 pag. 174.

¶ 2. Arriānus, Poëta, quem in deliciis habuit Tiberius Cæsar, ut scribit in hujus Vita Suetonius.

Arrigo, Arripio, Arrogantia, Arrogo, &c. vide in *rego, rapio, rogo.*

ARRIVS gentis Romanæ nomen: quam imprimis

¶ *Arria* nobilitavit Cæcinæ Pæti uxor. Quæ viro in periculum capitis conjecto, non modo auctor fuit, ut se subtraheret carnifici, sed exemplo præivit fodiens pectus, extractumque de vulnere pugionem porrigens viro, *Pæte*, inquit, *non dolet*: quod facinus ejus Martialis epigram-

epigrammate celebravit, quod lib 1, 14 eſt. Vide Dion. Caſſ. lib. 60, præcipue Plinium lib. 3 Epiſt. 16, qui & alia ejus refert. ¶ 2. *Arria* item fœmina fuit erudita, Philoſophiæ Platonicæ amans, Galeno laudata. Hanc eamdem eſſe, in cujus gratiam Diogenes Laërtius φιλόσοφον ἱστορίαν conſcripſerit, licet nomen ejus obticeat, Reineſius animadvertit 2 Var. Lect. 12 p. 224; ex eoque jam certi aliquid ſtatuit de tempore, quo Laërtium vixiſſe, quod non niſi παχυλῶς determinatum hactenus erat, h. e. ſub Marco & Lucio Antoninis. horum ævo & Arriam hanc & Galenum vixiſſe, planum eſt.

ARRŪGIA, æ, cuniculus ſubterraneus, quo extrahitur aurum, ein ſtollen im bergwerck, goldgrube. Vide Plin. 33 c. 4, *Cuniculis*, inquit, *per magna ſpatia actis cavantur montes ad lucernarum lumina. Arrugias id genus vocant.* Et interjectis nonnullis: *Aurum arrugia quæſitum non coquitur.*

ARS, artis, τέχνη, kunſt, handwerck. Corn. Nep. Attico c. 12, *Optimis artibus eruditus.* Et Seneca epiſt. 90 ſub finem, *Non dat natura virtutem: ars eſt bonum fieri.* Terentii interpres Donatus ad And. act. 1 ſc. 1 v. 4, *artem* ab ἀρετὴ per ſyncopen ducit. Recte. Sed initio robur tantùm & fortitudinem ſignificavit, ſicut ipſum *virtutis* vocabulum: quippe quæ à *viribus*, unde & *vir*, ſic adpellata: ut nos Scaliger docuit lib. 1 Poëtices cap. 22. Poſtea ad alias etiam virtutes tranſlata eſt vox: quemadmodum *virtus* quoque non ſolam fortitudinem deſignare cœpit. Terentii verba laudato loco hæc ſunt:

> *quid eſt,*
> *Quod tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius?*

Ars, id eſt, ſtudium ſive induſtria, ſed cum prudentia agendi ſive efficiendi aliquid conjuncta: quæ aliâs *ſolertia* adpellatur, geſchicklichkeit. Sic idem Comicus mox fidem ac taciturnitatem, *artes* vocat. Vbi Muretus & alia aliorum Auctorum exempla hujus obſervationis notavit. Certè Horat. lib. 3 od. 3, *artes* vocat juſtitiam & conſtantiam. ¶ Quamquam non *virtutes* tantùm, ſed *vitia* quoque [cum vis humani animi in utrumque valeat æque ac efficax ſit] *artium* nomine venire ſoleant: cum fere aliquid additur, ex quo diſcrimen conſtare poſſit: ut illæ, *bonæ, egregiæ, honeſtæ*; iſtæ, *malæ, pravæ, indecoræ artes* adpellentur. Tacitus 1 Hiſt. cap. 30, *Nemo unquam imperium flagitio quæſitum bonis artibus exercuit.* Et lib. 4. Hiſt. c. 1, *In turbas atque diſcordias peſſimo cuique plurima vis; pax & quies bonis artibus indigent.* Idem 14 Ann. cap. 57, *Validior indies Tigellinus & malas artes, quibus ſolis pollebat, gratiores ratus, ſi ſocietate ſcelerum Principem obſtringeret.* In quibus vides & *bonas artes* opponi improbitati atque flagitiis; & *malas* ac *ſcelera* ſynonyma eſſe. Eſt ergo vocabulum *artis* unum ex communibus, ancipitibus ſeu mediis, quorum plura vide apud Gell. lib. 12 cap. 9. Cæterùm Ariſtoteles artem ita definit ad Nicomach. lib. 6 cap. 4, ἡ μὲν οὖν τέχνη ἕξις ἐστὶ μετὰ λόγου ἀληθοῦς ποιητικὴ περὶ τὰ ἐνδεχόμενα, ὧν ἡ αἰτία ἐν τῷ ποιοῦντι. *Eſt ergò ars cum verâ ratione efficiendi habitus contingentibus, quorum cauſa in efficiente eſt.* Cornificius lib. 1 Rhetoricorum ad Herennium cap. 2, *Artem præceptionem* dicit, *quæ dat certam viam rationemque faciendi.*

¶ Sic alii quoque *artes* pro ipſis libellis, quibus breviter, citra omnem orationis ornatum, præcepta artium vel alicujus diſciplinæ traduntur, dixerunt. Quintil. lib. 2 cap. 15, *Hæc, opinor, originem ab Iſocrate (ſi tamen revera* ARS, *quæ circumfertur, ejus eſt) duxit.* Ita & libri Grammaticæ Cledonii, Auguſtini, Conſentii, &c. ARTES inſcribuntur. Sic Cicero *Artes Oratorias* dixit Topicis cap. 8. *Itaque*, inquit, *in oratoriis artibus, quæſtionis genere propoſito, quot ejus formæ ſint, ſubjungitur abſolutè.* ¶ Sunt autem aliæ artes ad neceſſitatem vitæ, aliæ ad ſuavitatem ſive jucunditatem inventæ, quod Iſocrates in Panegyrico monet. Cicero 2 de nat. Deor. c. 59, *partim ad uſum vitæ, partim ad oblectationem neceſſarias* interpretatur. Et aliæ quidem *ingenuæ* ac *liberales*; aliæ *ſordidæ*: Græci λογικὰς & βαναύσους adpellant: de quibus Cicero lib. 1 de Offic. cap. 42. Galenus Protreptico ad artes: ἔνιαι μὲν γὰρ τῶν τεχνῶν λογικαί τ' εἰσὶ καὶ σεμναί, τινὲς δὲ εὐκαταφρόνητοι, καὶ διὰ τῶν τοῦ σώματος πόνων, ἃς δὴ βαναύσους ὀνομάζουσιν, &c. *Nonnullæ ex artibus ratione utuntur, & ſunt honeſtæ: aliæ verò contemtæ & abjectæ, quæ corporis laboribus perficiuntur, quas ſedentarias appellant.* Vide & Ariſtotelem lib 4 Politic. cap. 4. Aliud diſcrimen idem Galenus, & ante eum Plato prodidit; cùm alias per ſe finem ſuum conſequi, [ut ſunt *Fabrica ſutrina* & aliæ tales] alias non ſemper ſine ſuo compotiri (ut ſunt *Oratoria, Medicina, Navigatoria*) diceret: quas στοχαστικὰς, quod conjectura, non certa ratione niterentur, adpellavit. De quibus tamen Scaliger aliter cenſet, quem lib. 1 Poëtices cap. 1 licebit videre. ¶ Ariſtophanis verſus eſt:

> ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.

Quem Cicero 1 Tuſc. c. 18, proverbialem fuiſſe ſignificat ita interpretatus: *Quam quisque novit artem, in hac ſe exerceat.*

Crœſus apud Xenophontem: *Artes ſunt fontes bonorum*, τέχναι πηγαὶ τῶν καλῶν. Hinc ſunt: *adipiſci aliquid ſtudio & artibus*, Cic. 1 ad Q. fratr. ep. 1. *Artibus & virtutibus inſtructus & ornatus*, Idem 2 de Fin. cap. 34. *Exercere artem*, Horat. 1 Epiſt. 14 extr. *Tradere artem*, id eſt docere, Cic de Orat. 2, 38. *Artes magicæ*, zauberen, Virg. 4 Æn. v. 493. *Artes ludicræ*, Colum. Præf. lib. 1. *Artes civiles*, Vellej. 2, 47, 2, quæ ibi opponuntur bellicis operibus, ſtaats klugheit. ¶ Ars, artes, de aſtu, dolis, fraudibus ſæpe dicuntur: tücke, räncke, liſt, behende griffe. Terent. Heaut. act. 2 ſc. 3 v. 125 - - - *hac arte tractabat virum*, id eſt aſtu, dolo, factis blanditiis. Tacitus 4 Hiſtor. cap. 88, *Intelligebantur artes: ſed pars obſequii erat, ne deprehenderentur.* Idem Agricola cap. 27, *At Britanni non virtutem, ſed occaſionem & artem Ducis rati, nihil ex arrogantiâ remittere.* Ita enim legendum eſt: quod & Freinshemius exiſtimavit. Senſus eſt: Britannos, quod victi hactenus eſſent, non ad virtutem ſeu fortitudinem Romanorum; ſed ad opportunitatem temporis & Ducis aſtutiam referendum putaſſe. Vegetius lib. 3 Præfatione: *Xanthippus Attilium Regulum Romanumque exercitum ſæpe victorem, cum Carthaginienſibus non virtute, ſed arte ferret auxilium, proſtratis exercitibus cepit & domuit.* Et *Ars nova*, id eſt, conſilium novum, ſeu ſingulare quoddam ad rem gerendam εὕρημα, Nep. 1, 5, 3.

¶ Artifex, ĭcis, τεχνίτης, ein meiſter, künſtler, qui artem aliquam exercet, qui arte quidpiam facit. Secundum Feſtum *Artifices* dicti, quod ſcientiam ſuam per artus exerceant, ſive quod apte opera inter ſe artent; qua ex cauſa etiam *artes* appellatas cenſet. Cic. 1 Epiſt. fam. 7, *Egregius artifex præclaris operibus ſuis lætatur.* Idem in Orat. c. 48, *Conſuetudo artifex ſuavitatis*, gewonheit macht, daß man etwas gerne thut. *Morborum artificem* pro Medico Propertius dixit lib. 2 eleg. 1. ¶ In illo Senecæ Agamem. v. 983, *ſceleris infandi artifex*, *Artifex*, auctor eſt. Cicero ipſum Deum, *artificem mundi*, i. é. auctorem adpellavit, de Vniverſitate cap. 2. ¶ Virgilius 2 Æneid. v. 135, *Artificem* abſolute pro homine vafro, mendaciorum dolorumque architecto dixit: quemadmodum & nos ejusmodi homines, tauſend-künſtler, adpellare ſolemus. Et notabamus ſuprà *Artem* pro dolo etiam atque fallacia poni. ¶ Invenitur & παθητικῶς pro eo poſitum, quod arte elaboratum & factum eſt, geſchickt, artlich; Quemadmodum Perſius Sat. 5 v. 40, *Artificem vultum*: Macrobius 1 Sat. 13, *artificem nodum*: Quintilianus, *artifices motus*, lib. 9 cap. 4 dixit. Plinius lib 10 cap. 29, *Sed ea tantæ tamque artifices argutiæ à 15 diebus paullatim deſinunt.*

¶ Artificium, i, profeſſio, ein meiſterſtück. Cicer. in Verr. 6 cap. 33, *Simulacrum ſingulari opera artificioque perfectum*, ein bild fleißig und künſtlich zugericht. ¶ 2. Der betrug. Cicer. 9 epiſt. 16, *Non jam ſatis eſt conſilio pugnare: artificium quoddam excogitandum eſt.*

¶ Artificioſus, a, um, kunſtreich, ut *Artificioſum opus divinumque*, Cicer. 2 de Nat. Deor. c. 55.

¶ Artificioſè, künſtlich, Adverb. *Artificioſe digeſta*, Cicer. 1 de Orat. c. 41, *Artificioſius aliquid efficere*, Idem 2 Nat. D. c. 22.

¶ Artificialis, e, arte factum, ſeu ad artem pertinens; ἔντεχνος. Quintil. lib. 5 cap. 1. meiſterlich.

¶ Inartificialis, e, ἄτεχνος, Idem c. l. & cap. 5, & c. 7 extr.

¶ Artificialiter, nach der kunſt, &

¶ Inartificialiter, Adverbia. Vtrumque uno loco Quintilianus tradit lib 2 cap. 17 ſub finem: *Sed nec illa omittenda ſunt, qua in re alius ſe inartificialiter, alius artificialiter gerat.*

¶ Artiſta, æ, pro Artifice ſive artium liberalium doctore, barbarum eſt. v. Voſſ. de Vit. L. L. 3, 1 p. 374. & Borrich. Cogit. p. 25.

¶ Artitus, a, um, bonis artibus inſtructus, uti Feſtus explicat, kunſt-erfahren. Gloſſ. gr. *Artitus*, πάντεχνος, δαίδαλος. Videtur eo uſus Plautus Aſin. 3, 2 v. 19, *ubi ſæpe cauſas dixeris, pendens adverſus octo artitos, audaces viros.* Sic quidem ibi Turneb. 24 c. 25. Sed conf. Voſſii Etymol. p. 46.

¶ Artidocus, a, um, kunſt-lehrend. Mantuan. 7 Silv. 2,

> *Artidocæ cultor venerande Minervæ.*

¶ Iners, tis, qui nullam artem aut novit, aut exercet: hoc eſt, indoctus & imperitus: vel ignavus & vacuus, ungeſchickt, ungelehrt. item faul und müßig. Cicer. 2 de finibus cap. 34, *Artibus qui carebant* INERTES *à majoribus appellabantur.* Feſtus INERS *ignavus, vel ſine arte.* Ita Horatius ad Piſones *verſus inertes* rudes & impolitos dixit. Terentius Andr. act. 3 ſc. 5 v. 2, *inertem & nullius conſilii* conjungit. *Inertem*, qui ſine arte, hoc eſt, prudentia ſive ſolertia eſt; nimirum vecordem & inconſultum voluit. Idem Heauton. 1 act. 5 ſc. 4 v. 10, *Gerro, iners, fraus, helluo.* Vbi INERS, vel improbum & frugis nullius [*iners* quippe qui arte ſeu virtute caret] vel ἀδρανῆ, id eſt, ignavum, ſocordem, ſegnem notat. ¶ Tibullus lib. 1 Eleg. 1 pr. canit: *Me mea paupertas vitæ traducat inerti.*

Vbi *iners vita* non ἀδρανὴς, hoc eſt, ignava ac deſes; ſed ἄπρακτος ſeu otioſa eſt: hoc eſt, quæ caret negotiis iſtiusmodi, quibus occupari ſolent, qui ad divitias atque potentiam adſpirant: nihil contra animum & aliena ſponte agit aut facit. Qualis eorum eſt, qui in ſeceſſu aut privato lare ſibi vivunt ſine munere & curâ. Quod Plinius *nihil agere, nihil eſſe* alibi in Epiſt. & vocat & optat. Nempe *vitam inertem* Poëta militiæ opponit. Comp. *Inertior* dixit Cicer. 4 Verr. extr. & *inertiſſimus* lib. 1 de Fin. c. 2, & Hirt. B. Afr. cap. 57, ac D. Brutus ad Ciceronem lib. 11 ep. 19 extrem.

¶ Inertia, æ, ſegnities, unfleiß, faulheit. Cicer. 1 Catil. c. 2, *Me ipſum inertiæ condemno.* ¶ Item imperitia, ruditas, Cic. Partit. c. 10, *quemadmodum affecti ſunt, artibus, inertiis*, &c.

¶ Inerticulus, a, um. Plin. 14, 2, illam vitem *inerticulam* vocavit, cujus vino quis non inebriatur, davon man nicht truncken oder voll wird.

¶ Solers, tis, ingenioſus, ſagax, induſtrius, prudens, witzig, ſcharffſinnig, behend, thätig, voller künſte. Terent. Eun. act. 3 ſc. 2 v. 25, *Solertem dabo.* Vbi Donatus: *Solers*, inquit, *quaſi totus ex arte conſiſtens*: ut ὅλος ἀρετή, *quod Latinis verbis, quaſi ſolus in arte ſit. Hinc INERS Contrarium.* Vet. Gloſſ. *Solers*, συνετὸς, προσοχός. *Ingenium ſolers*, Ovidius 3 Faſtor. v. 840, ein guter kopff. *Manus ſolers*, apud Tibull. lib. 1 eleg. 8 v. 29. Et, *Animo ſolerti rem novam excogitare*, Livius lib. 7 cap. 14. *Provida ſolersque natura*, Cic. lib. 2 Nat. D. cap. 51. Sic, *Solertia Ducum facta*, de Stratagematis dixit Frontinus Præfat. de Stratagem. Nepos Eumene *Callida inventa*. Comp. *Solertior.* Cic. pro Q. Roſc. c. 11, *Quò quisque eſt ſolertior & ingenioſior, hoc docet iracundius & laborioſius. Quod enim ipſe celeriter arripuit, id cum tarde percipi videt, diſcruciatur.* Superl. *Sylla ſolertiſſimus omnium factus eſt*, Salluſt. Jug. cap. 96. Et Lactantius lib. 2 Div. Inſtit. cap. 8 ſub init. *Deus ad excogitandum prudentiſſimus, ad faciendum ſolertiſſimus.*

¶ Solertia, æ, induſtria, ingenii celeritas, acumen, & dexteritas ad rem aliquam agendam, witz, behendigkeit, fleiß. Quam Græci ἀγχίνοιαν dicunt, eam *Solertiam* Latinis dici Caſaub. putat ad Theophraſtum pag. 266. Accipitur in bonam & malam partem. In bonam, Cic. de Sen. c. 17, *Dixit mirari ſe non modò diligentiam, ſed etiam ſolertiam ejus, a quo eſſent illa deſcripta.* Claud. de rapt. Proſerpin. lib. 3 v. 30, *rerumque remotas*

> *Ingenioſa vias paulatim explorat egeſtas,*
> *Vtque artes pariat ſolertia, nutriat uſus.*

¶ In

¶ In malam Cicer. 1 offic. cap. 10 extr. *Decipere hoc quidem est, non judicare. Quocirca in omni re fugienda est talis solertia*, i. e. calliditas, astutia. Illa enim ingenii vis in utramque partem valet. Itaque & alibi eum calliditate conjunxit Vitruvius præfat. lib. 7, *Sed omnibus [illegible] infinitas agimus gratias, quod egregiis ingeniorum solertiis ex ævo collatis abundantes aliis alii genere copias præparaverunt.* SOLERTIIS, i. e. inventis. Vet. Gloss. *Solertia*, [illegible].

¶ Solerter, adverbium, [illegible]. Cic. de legib. lib. 1 c. 9 pr. *Ratio naturam imitata rerum ad vitam necessariarum solerter consecuta est.* Curtius lib. 8 c. 6 n. 9, *Solerter legerant, quos in societatem sceleris adsciscerent.* Rursus Cicero lib. 2 de Nat. Deor. c. 35, *Quam multis partibus sint illa perfecta, quam hæc simulata, solertius.* Et 6 in Verr. c. 44, *solertissime perspicere.* Tacit. 5 ann. cap. 10 n. 5, *solertius interrogatus.* Apulejus sub initium Apologiæ: *Cùm tu solertissime animadvertisses.*

ARSACES, Arsăcis, qui primus Parthorum imperium condidit, & Persis successit, fuit incertæ originis, sed virtutis expertæ; solitus primo ex latrociniis vivere. Memoriæ mortui hunc tribuerunt honorem Parthi, ut omnes exinde Reges suos *Arsacis* nomine adpellarent: Strabo lib. 15 itemque Justinus lib. 41 c. 5, quem & præcedenti capite vide. ¶ 2. Alius *Arsaces* Pharnacis Ponti & Armeniæ Regis filius Straboni memoratur lib. 12.

¶ Arsăcĭdes, Arsacidæ: Arsacis, Parthorum regis, posteri seu successores: unde *Arsacidarum solium*, apud Tacitum 1 Histor. cap. 40, pro regno Parthorum. Servius ad lib. 6 Æneid. v. 763, *Albani omnes reges dicti* SYLVII *sunt ab hujus* (Silvii nimirum, Æneæ filii) *nomine: sicut hodieque Romani Imperatores* AVGVSTI *vocantur: Ægyptii* PTOLEMAEI: *Persæ*, ARSACIDAE: *Latini* MVRRANI, &c. Solet enim plerumque fieri, ut primi Regis nomen reliqui possideant, ut idem eruditissimus Grammaticus ad 12 Æneid. v. 529 observat. Notandum autem hìc *Persas* Servium, pro *Parthis* dixisse, vel solenni quodam auctorum more, confundentium populorum nomina; vel quia retinuit imperii nomen, quod invaserant Parthi, ante quos Persæ regnaverant. Ita Horatius cùm lib. 3 od. 5 initio Augustum *graves Persas*, ut ipse appellitat, adjecisse imperio scribit, de Parthis intelligendus est. Nec aliter *Persarum* capiendum vocabulum in Aurelio Victore est, cum de Augusto prodit: *Huic Persæ obsides obtulerunt, creandique regis arbitrium permiserunt.* ¶ 2. Glossarum Veterum auctor *Arsacidarum* vocabulum de universa Parthorum gente interpretatus in illo legitur: *Arsacidæ*, Πάρθοι. ¶ 3. *Arsacidæ* etiam à quibusdam adpellati *Assassini*, de quibus infra.

¶ Arsacius, a, um. Martialis lib. 9 ep. 36,

Sive quid in Arsacia Pacorus deliberat aula.

Claudianus Paneg. de 4 Consul. Honorii v. 215,

Barbarus Arsacio consurgeret ore tiaras.

ARSAMES, sub Dario ultimo, Satrapa Ciliciæ, quem deinde ab Alexandro Cariæ præfectum colligimus ex Curtii lib. 3 c. 12, & lib. 8 c. 19.

ARSANIA, æ, Armeniæ fluvius, cujus meminit Plinius 5, 24. Plut. in Lucullo, & Tacitus Ann. 15, 15, 1. ¶ Arsaniæ oppidi meminit etiam Plinius 6, 27.

ARSĔNĬCVM, i, Ἀρσενικὸν, Plinio coloris lutei species est lib. 30 c. 18, *Arsenicum* vulgo vocant, ratten-pulver, mäußgifft. ¶ 2. Est & idem quod auripigmentum, vulgo operment, estque duplex, *luteum* vel *citrinum*, goldgelb operment, & *rubrum*, roth operment, rother schwebel: Hadrian.

ARSES, Persarum rex penultimus, Ochi filius, tertio anno a Bagoa eunucho oppressus. Diodor. Sicul. lib. 17 c. 5.

ARSINOE, es, Ἀρσινόη, aliquot reginarum nomen, præsertim ex Ægyptia gente. Ex his famosissima Ptolemæi Lagidæ filia, uxor Lysimachi Thraciæ regis & Macedoniæ. Vide Justinum lib. 17 & 24. ¶ Alia regina Cyrenarum, apud eundem lib. 26 cap. ult. ¶ Alia etiam soror Cleopatræ, a Julio Cæsare in triumpho ducta, de qua pluribus verbis Dio Cassius lib. 42 & 43. & Lucanus lib. 10 v. 519 seqq.

¶ Arsinŏe etiam urbium nomen in Cyrenaica, Ægypto, Cilicia, Cypro, quæ in reginarum gratiam ita adpellatæ fuerunt. Adi Geographos.

ARSIS, is, ἄρσις, Grammaticis vocatur elevatio syllabæ, unde incipit carminis pes: ut *Thesis*, θέσις, positio, quâ finitur, ut, *arma*. Diomedes lib. 3, & Marius Victorinus lib. 1 Artis Grammat.

ARTĂBĀNVS, i, Ἀρτάβανος, ex Præfectis Xerxis, de quo Diod. Siculus, Justinus, alii. Aristoteli 5 Polit. cap. 10, *Artapanes*; Ctesiæ in Persicis *Artipanus* adpellatus.

¶ Artabanus etiam nomen est quatuor regum Parthicorum, quorum in Romana historia mentio est, & *primi* quidem apud Justinum lib. 42 cap. 2; *secundi* apud Tacitum sæpe, ut annali 1 cap. 3, & ann. 6 c. 31 & 36; *tertii* apud eundem 1. Hist. c. 2; *quartus*, in quo desiit Parthorum regnum, notabilior, a Persâ Artaxerxe vel Ardschir interfectus. Vid. Herodian. lib. 6 cap. 2.

ARTABASDES, qui & Artavasdes, Artabazes, filius Tigranis Armeniæ Regis, de quo adeundi Strabo lib. 11. Plutarchus in Crasso & Antonio, Valer. Max. lib. 9 cap. 11, cui *Sariaster* vocatur. Mithridatis filium facit Robertus Steph. in Elucid. Sed eum, credo, decepit locus Strabonis obiter inspectus, ubi paullo antè Tigranem, cujus filius Artabasdes, memoratur & Mithridates.

ARTABAZVS, i, unus ex ducibus Xerxis apud Herod. lib. 9. Nep. 4, 2, 5. ¶ 2. Alius prætor Artaxerxis apud Diodor. lib. 15. ¶ 3. Alius amicus Darii, qui post ejus interitum cum 9 filiis Alexandro se tradidit. v. Curt. 5 c. 9. & 6 c. 5, &c.

ARTACA, æ, seu Artace, es, mons insulæ Cyzicenorum, arboribus consitus. Strabo lib. 12 p. 396. ¶ 2. Artace Bithyniæ castellum apud Ptolem.

ARTĂCIA, æ, fons apud Læstrygonas, de quo Tibullus ad Messalam lib. 4 v. 60,

Nobilis Artaciæ gelidis quas irrigat unda.

ARTAVASDES, aut Artuasdes, Armeniæ majoris rex stylo clarus & sceptro. Scripsit enim Tragœdias ac Orationes, quas una cum cæde ejus vide apud Appianum in Parth. Plutarch. in Crasso, & Strab. l. 11.

ARTAXĂTA, orum, Vrbs Armeniæ ad Araxem, & caput gentis. Condita a Rege Artaxa, unde & nomen accepit, auctore Hannibale Pœno, qui & operi præfuit. Strabo lib. 6, & Plutarch. in Vitâ Luculli. Juvenal. Sat. 2 extrema: *Sic prætextatos referunt Artaxata mores.*

¶ Ab urbe ista Zenoni, Polemonis Regis Pontici filio, cùm sibi fecissent regem, Armenii imposuerunt nomen *Artaxiam* consalutantes, ut Tacitus scribit 2 Annal. cap. 56.

ARTAXERXES, is, Ἀρταξέρξης, quo nomine duo Persarum Reges in primo Persarum imperio celebrantur. v. Nepos 21 c. 1. Prior *Longimani* cognomine, Xerxis; alter *Mnemon* adpellatus, Darii filius. Hic cujusmodi fuerit ingenio, matris suæ, cui Parysatis fuit nomen, oratio indicat, quam Plutarchus scribit, allocuturos ipsum jussisse byssinis ac mollibus uti verbis, βυσσίνοις χρῆσθαι ῥήμασιν, Plutarch. in Apophthegm. Imperat. Qui & hoc de Artaxerxe retulit in lib. de valetudine tuenda, quod, cùm in fuga, rebus omnibus sibi bello infelici ereptis, ficubus siccis & pane hordeaceo vesci coactus fuisset, exclamaverit: οἵας ἡδονῆς ἄπειρος ἤμην; *Quantæ fui voluptatis inexpertus.*

¶ Tertius Artaxerxes Persarum Rex, Græcis Latinisque historicis est, quem *Ardschir* Arabes in Tarich vocant, qui Parthos imperio dejecit, de quo paulo ante in *Artabanus*.

ARTEMIDORVS, i, Ἀρτεμίδωρος, Gnidius fuit, Romæ vero linguæ Græcæ Professor, & Bruto familiaris. Libellum de conjuratione obtulit Cæsari extremo die in Senatum ingredienti, monens, ut, quantum posset, statim legeret, quod ille vero minime fecit. ¶ 2. Alius *Artemidorus* Hadriani & Antonini Pii temporibus fuit, cujus *Onirocritica* & hodieque habemus, à Nicolao Rigaltio edita & Notis illustrata. ¶ 3. Artemidorus pugil apud Pausan. Eliac. 2. De quo Jac. Nicol. Loensis 5. Epiphyll. 10 interpretatur illud Martialis 6 Epigr. 77,

Cum sis tam pauper, quam nec miserabilis Irus;
Tam juvenis, quam nec Parthenopæus erat:
Tam fortis, quam nec cùm vinceret Artemidorus:
Quid te Cappadocum sex onus esse juvat?

ARTĔMISIA, æ, Ἀρτεμισία, regina Halicarnassi, audacia & fortitudine ex bello Xerxis contra Græcos celebris, Mausoli uxor, cui sepulcrum illud, inter miracula mundi connumeratum, constituit, de quo Gellius & Plinius. Vide *Mausoleum*. ¶ 2. Etiam herba est, quæ dæmonia fugat, & incantationibus medetur. Celsus de Herb. cap. 84. Dioscorid. lib. 3 c. 127. Plin. 25 cap. 9. Barth. ad Script. Venat. p. 138. Herbarum mater, beyfuß, S. Johannis-gürtel. ¶ 3. *Artemisia* est & maximum apud Cyrenæos festum Dianæ Sacrum. Athen. lib. 12 & Pollux 1 cap. 32.

¶ Artemisium, promontorium Eubœæ. C. Nep. 2, 3, 2.

ARTĔMON, ŏnis, ἀρτέμων, ονος, velum additicium, navis dirigendæ causa, ein beysegel, *velum majus* aliis, das grosse segel im schiffe. *Artemonem*, Luth. vertit den segelbaum, Act. 26 cap. ab ἀρτάω suspendo. Lege 242 Dig. de Verb. Signif. *Malum navis esse partem: artemonem autem non esse, Labeo ait.* ¶ 2. Artemon apud Vitruv. l. 10 c. 5, trochleæ genus tractorium est, quo fune ductorio per orbiculos trajecto, & acto in gyrum, facili ductu importantur onera vel exportantur: der kloben am aufzug, die winde. v. Alex. ab Alex. 1 c. 25. Sed

¶ Artemon, ōnis, Ἀρτέμων, ωνος, nomen mechanici cujusdam, qui, quod claudus esset, lectica uteretur, inde dictus Periphoretus, Περιφόρητος: Plut. in Pericl. f. 167. Plin. lib. 33 cap. 8. ¶ 2. Artemon alius, qui Aristotelis epistolas collegit: Demetr. Phaler. περὶ ἑρμ. ¶ 3. Artemon quidam e plebe Antiocho regi Syriæ in tantum similis, ut Laodice conjux regia necato jam Antiocho mimum per eum commendationis, regnique successionis peregerit: Plin. lib. 7 c. 12.

ARTEPHIVS, i, scriptor Arabs, quem suis annumerant Chymici, vivacissimus omnium, si ipsi credimus, asserenti se mille & viginti quinque annis vixisse. Adi Jo. Franc. Pic. 2 de rer. præn. 5, & 3, 4. Kircher. Oedip. Tom. 2 part. att. class. 10 c. 6 f. 417.

ARTĒRIA, æ, ἀρτηρία: quam *spiritus semitam* Plinius lib. 11 cap. 37 sub finem vocat, die pulßader. Prudentius *venam corde abditam* dixit, Hymno ante cibum. Arteriarum enim origo cor est: ubi ebulliens humor & per calorem ex cibo confluens pulsum agit. Cæterum aliud *arteria* proprie, aliud *vena* est: ut ex Seneca lib. 3 Natural. Quæst. cap. 15, Plinio lib. 11 cap. 36 extr. itemque Gellio lib. 18 c. 10 discimus. Sed hoc discrimen non attendentes auctores *venam* sæpe pro *arteria* ponunt. Quod multis exemplis Marsilius Cognatus, Veronens. Medicus, lib. 1 Observat. cap. 16 ostendit. ¶ 2. *Arteriæ* etiam duæ illæ canaliculæ vocantur, quæ a faucibus descendunt: per quarum alteram esculenta & potulenta omnia delabuntur in stomachum, (hæc *Gula* Plinio) per alteram spiritus ab ore in pulmones, & inde rursus in os naresque commeat. *Fistulas, cibalem* alteram, alteram *spiritalem* Lactantius dixit: quam & *Gurgulionem* adpellat lib. de Opificio DEI cap. 11. Sed alii *asperam arteriam* dixerunt, die lufft-röhr: nam & Græcis τραχεῖα ἀρτηρία vocatur. Ita Lactantius dicto loco: itemque Cicero lib. 2 de Natura Deor. c. 54, & Plinius lib. 11 cap. 37. Vide & Gellium lib. 17 cap. 11. Sed cùm de ea loquantur auctores, *arterias* numero multitudinis ferè dicunt. Auctor Rhetoricorum ad Herennium lib. 3 cap. 12, *Læduntur*, inquit, *arteriæ, si ante, quam leni voce permulsæ sunt, acri clamore compleantur.* Sueton. Nerone cap. 25, *Neque quidquam serio jocove egit, nisi adstante Phonasco, qui moneret, parceret arteriis.* Sic Cato *Lienes turgere; pulmones dolere* etiam dixit. ¶ Lucretius neutro usus *asperiora arteria* vocavit lib. 4 v. 532. Quemadmodum Latini *auleum* etiam dixerunt; quod Græci αὐλαῖαν vocant.

¶ Arteriace, es, artzney der pulß-ader dienlich. Plin. 20 c. 19.

ARTHRĪTIS, ĭdis, ἀρθρῖτις, morbus articularis, tumor scilicet articuli cum dolore, das zipperle. *Dolorem articulorum* Cicer. dixit lib. 1 ad Att. epist. 5. *Morbum nervis cessantem* Horatius lib. 1 epist. 15 v. 6.

¶ Arthriticus, i, ἀρθριτικός, qui ejusmodi malo laborat. Cicer. ad Pætum lib. 9 ep. 23. *Non enim arbitror cocos etiam te arthriticum habere.* Plinius lib. 8 [illegible] p. 18, *Extortum membris fractumque* videtur vocare, der contract ist.

¶ Arthrĭsis, idem quod Arthritis. Prudentius Romani passione v. 495,
Nodosa torquet quos podagra & arthrisis.

Articulo, articulus cum derivatis. Artifex, artificiosum &c. vide *Artus, ars.*

ARTŎCŎPVS, i, ἀρτοκόπος, pistor, ein becker: utitur Juvenal. Satyr. 5 v. 53, *Salva sit artocopi reverentia.*

ARTŎCRĔAS, ātis, ἀρτόκρεας, ab ἄρτος & κρέας, cibus est pane & carne constans. Pers. Satyr. 6 v. 50,
Væ nisi connives, oleum artocreasque popello
Largior.

Artocreas, fleisch-pasteten, exposuit Junius. Veteres Glossæ Stephani *Viscerationem* interpretantur, de qua vide suo loco.

Artolaganus, vide *laganum.*

ARTOPTA, æ, ἀρτόπτης, quid propriè sit, à multis dubitatur. Plauto utensile esse videtur assandis torrendisve panibus, aut placentis potiùs, accommodum, ein kuchen-eisen, in Aulul. a. 2 sc. 9 v. 4, *Ego hinc artoptam ex proximo utendam peto.* Vide Plinium lib. 18 cap. 11, ubi versus hujus Plautini meminit, & Turneb. lib. 14 Adversar. cap. 5.

¶ *Artoptitius panis*, tostus in artopta vase, apud eumdem Plinium legitur lib. 18 cap. 9: ein pfann-kuchen.

ARTORIVS, Augusti Imp. celebris medicus, naufragio periit, de quo lege Valer. Max. lib. 1 c. 7, 1. Lactant. lib. 2 cap. 8. & Euseb. in Chron.

Artuo, quære mox in *Artus.*

ARTVRIVS, i, nomen divitis & nequissimi publicani apud Juvenal. Sat. 3 v. 29. (conf. v. 212.)
Cedamus patria: Vivant Arturius istic,
Et Catulus: maneant, qui nigra in candida vertunt.

ARTVS, uum, ubus, die glieder, gliedmassen. Singularis numerus an reperiatur, incertum est. Festus: *Artus ex Græco adpellantur, quos illi ἄρθρα dicunt: sive Artus dicti, quod membra membris artentur.* Significant autem tam membra, quam membrorum juncturas. Cic. 2 Tusc. cap. 25, *Cum audivisset, eum graviter esse ægrum, quod vehementer ejus artus laborarent.* Idem de Clar. Or. cap. 60, *multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus.* Idem lib. 1 de Orat. cap. 26, *tota mente atque omnibus artubus contremiscere.* ¶ Metaphorice Q. Cicero Petit. Conf. cap. 10, Ἐπιχάρμειον *illud teneto; nervos atque artus esse sapientiæ, non temere credere.*

¶ Artĭcŭlus, i, ἄρθρον, καρπός. *Articuli* partes minores sunt corporum, quibus connectuntur moventurque membra: gelencke, knöchel. *Nodos* adpellat Plinius lib. 11 cap. 37 sub f. Cic. 1 ad Attic. ep. 5 extr. *Terentia magnos articulorum dolores habet*, sie liegt am zipperle. Hinc ad plura alia transfertur vox. ¶ 2. Columella lib. 2 de re rustica cap. 12. *Antequam seges in articulum eat*, id est, nodum mittat, atque ex herba assurgat in culmum. Ita *sarmentorum articulos* Cicero dixit de Senect. cap. 15. ¶ 3. Plinius 37 c. 13 *montium articulos*, colles dixit, ex quibus levantur clementer & distinguuntur montium edita, quo ascensus facilior fit. ¶ 4. Est & *articulus temporis:* momentum illud scilicet, rei conficiendæ opportunum inprimis. Cicero pro Quint. cap. 5, *Vt eum suis conditionibus in ipso articulo temporis adstringeret*, augenblicklich. Terent. Adelph. a. 2 sc. 2 vers. 20, *Illud vide, ut in ipso articulo oppressit*, gerade zu rechter zeit. Plaut. Menæchm. a. 1 sc. 2 vers. 3. ME. *Non potuisses magis per tempus mihi advenire, quam advenis.* PE. *Ita ego soleo: commoditatis omnes articulos scio:* ich weiß die gelegene zeit zu treffen. ¶ 5. In rationibus *articulos* adpellari, quos Græci ἐλλόγια, h. e. titulos vocant, quibus caussæ expensæ pecuniæ breviter perscribebatur, Casaubonus ad Suetonii Cæsarem cap. 47 observat. Sed velim exemplis adprobasset. Nam de auctoritate Ciceronis frustra est. Videtur enim versiculos potius ita adpellâsse. Designat enim locum Epist. 10 lib. 9 ad Familiares: ut ex Comment. ad Theophrastum περὶ ἀλαζονείας constare potest. Vulgo tamen *articulos* dici, ibidem notat. ¶ 6. Articulum fidei pro *capite fidei* male dici, Vossius de vitiis L. L. 1 cap. 32 ostendit. Sed & *articuli* particulas & certas positiones notant in l. 142 ff. de Verb. Sign. *Non possunt omnes articuli sigillatim legibus comprehendi*, man kan nicht alle stücke und theile berühren. Arnob. lib. 7, *Ventum est ergo*, inquit, *ad ipsum articulum caussæ, ventum rei ad cardinem*, zum hauptstück. Vide omnino Borrich. Cogit. pag. 49.

¶ Articularis, e, & Articularius, a, um, adject. Vt, *morbus articularis.* Plin. 20 cap. 17 sub fin. *Lenit anisum articulares morbos.* Et *morbus articularius* apud Plinium lib. 23 procem. & lib. 32 c. 4.

¶ Substantive Plautus *Articularium* dixit, qui ex arthritide laborat, in suppositis ad Mercat. v. 17.

¶ Articulo, are, theilen, unterscheiden. Apulejus in Floridis 2, *Eo facilius verba hominis articulantur potentiore plectro & palato.* Arnobius lib. 3 p. 111 *labia habere cum dentibus, quorum instictu & mobilitate multijuga lingua sonos articulet.*

¶ Articulatus, a, um; ut, *articulata vox*, vernehmlich, deutlich, differt a sono. *Articulata verba*, Solin. cap. 65.

¶ Articulatio, ōnis, in arboribus est, cùm veluti per nodos excrescunt, wenn sie ausschlagen, und neue reißlin setzen. Plin. lib. 16 cap. 25, *Tunc cernitur excrescentium cacuminum articulatio.* Et lib. 17 cap. 21, *nasci surculos, quibus non sit articulatio arboris.* ¶ 2. Morbus etiam arborum ita dicitur: de quo Plinius lib. 17 c. 24.

¶ Exarticulatio, ōnis, Gloss. lat. gr. ἐξάρθρημα, verrenckung.

¶ Articulātim, per articulos, glied-weise. Cicer. de Nat. 3 cap. 26, *Puerum obtruncat, membraque articulatim dividit*, er würget das kind, und löset ihm ein glied nach dem andern ab. Plautus Epid. a. 3 sc. 4 v. 50, *Istic homo articulatim se concidit.* ¶ 2. Idem Cicero 1 de legibus cap. 13, *Articulatim & distinctè dicere*, vernehmlich und unterschiedlich.

¶ Articulatè, idem. *Articulate loqui*, Gell. 5 c. 9, langsam.

¶ Articulosus, a, um; ut, *partitio articulosa* apud Quintil. lib. 4 cap. 5, quæ orationem nimium multis distinctionibus afficit.

¶ Inarticulatus, a, um, non articulatus. *Vox inarticulata*, Lege 7 extr. Dig. de supellect. legata. Sic Arnobius lib. 2 p. 59 *inarticulatum nescio quid ore hiante clamabit.*

¶ Artuo, are, ab *artus*, verbum est, id est, membratim dividere sive concidere: Vnde

¶ Artuatus, a, um, in articulos resolutus laniatus. Jul. Firmic. lib. 6 cap. 30, *artuatis visceris partibus.*

¶ Artuatim, adverb. Firmicus lib. 7 cap. 1, *artuatim concisus*, zergliedert. Composita verba sunt

¶ Deartuare & ¶ Exartuare, zerstümmeln, verrencken. Plautus Captiv. a. 3 sc. 4 v. 109, *Deartuatus sum miser hujus scelesti technis:* id est, perditus planè. Et rursus sc. 5 vers. 14, *Dilaceravisti deartuastique opes.*

¶ Exartuare verbum apud Ciceronem observavit Bosius Notis in ejus ad 7 ad Att. epistol. 2.

ARVERNI Plinio 4 cap. 19. Ἀρουερνοὶ Straboni & Ptolemæo, populi Galliæ Celticæ. Eorum nomen valde celebre, apud Cæsarem cumprimis in de bello Gallico. Hi a Trojanis oriundi fraternitatis nomen cum populo Romano usurpare voluerunt. Lucan. 1 v. 427,
Arvernique ausi Latio se fingere fratres
Sanguine ab Iliaco populi.

¶ Arvernia, æ, regio Arvernorum, *Auvergne.* v. Geogr.

ARVIGA, æ, hostiarum genus. Vide Rutgersium Var. Lect. lib. 3 cap. 9, *Scribitur & Haruga.* vid. infra in *Haruspex.*

ARVĪNA, æ, λίπος, schmeer, fett, speck. Suetonio libro de vitiis corporalibus: ARVINA est *pingue durum inter cutem & viscus*, ut Servius ad illud Virgil. Æn. 7 v. 627,
& spicula lucida tergunt
Arvinâ pingui:
annotat. Alii *laridum* exposuerunt, ut idem ibidem observat. Veteri Glossatori λίπος ἄνευ σαρκός, interpretatur *arvina:* quod *Sevum* scilicet est. ¶ Initio autem videtur *arietinum sevum* notasse, ab hâc specie postea usu vocabuli ad genus ipsum migrante per synecdochen. Aries enim olim dictus *arvis*, unde *arvinus, a, um*, quèmadmodum ab *ovis, ovinus, a, um.* Pro arvina etiam *arbina* dictum, argumento est diminutivum *arbilla*, quod agnoscit Festus: *Arbilla, arvina, i.e. pinguedo corporis.* Quo facit & illud Hesychii: ἀρβίνη, κρέας σικελοί. Nempe vult esse Siculum verbum. Sed pro κρέας Scaliger ad Festum, & Meursius Glossar. pag. 59 rectè jubent scribi στέαρ, quod & Vossius probat f. 43 etymol. voce *Aries*, è quo hæc hausimus. ¶ Eleganter Prudent. Hymno 7 Καθημερ. laudes jejuniorum perstringens:
Arvina pinguem ne resudans crapulam
Obstrangulatæ mentis ingenium premat.
Nimirum hoc nobis præstare jejunia significat, ne in inutilem molem gliscat corpus, & distendatur arvinâ, quæ mentis vigorem deinceps opprimat, ut fieri in iis solet, qui sequuntur crapulam. Verè enim Heraclitus dicebat, animam siccam sapientissimam esse. Ambrosius de Noa & arca cap. 25, *Vtantur igitur, qui utuntur carne, tamquam oleribus: non ad distentionem, nec ad* ARVINAM CORPORIS, *quam epulæ carnis consueverunt facere.*

Arvipendium, vide *Arvum.*

ARVISIA vina, Virgil. Ecl. 5 v. 30 nominat: ubi rectius, *Ariusia vina*, legeris: ut & eruditiss. Victorius emendavit lib. 15 cap. 23. *Ariusia* ab *Ariusio* agro Chii insulæ, ubi id vinum proveniebat, omnium Græcanicorum optimum, ut Strabo lib. 13 observat. Athenæus quoque lib. 1 Deipnosophist. Ἀριούσιον vocat: & cùm præcipuam gratiam in Græcis Chio vino tribuat, eam gloriam tamen tueri maxime, *Ariusium* quod adpelletur, diserte scribit. Et ideo Virgilius dicto loco *novum nectar* adpellat.

Arula, vide *Ara*

ARVNCVS, i, ziegenbart. Plin. lib. 8 cap. 50 de capris: *Dependet omnium mento villus, quem aruncum vocant.*

¶ *Arunci* etiam populi Latii veteris, Rutulis vicini: meminit Virgilius Æneid. 7 v. 206 & alibi, & Plin. 3 c. 1 & 5. quos autem rectius *Auruncos* scribunt, ut suo loco dicemus.

ĂRVNDO, ĭnis, δόναξ, frutex aquaticus, canna, calamus, rohr, schilff. Vid. Plin. lib. 16 cap. 36, & ibi Dalechamp. *Arundo fluvialis*, Virgil. Georg. 2 v. 414. *procera* Ovidio Metam. 13 v. 891. Horat. 2. Serm. Sat. 3 v. 248,
Ludere par impar, equitare in arundine longa,
Si quem delectet barbatum, amentia verset.

¶ 2. Arundo, virga oblonga, unde hamus nexus pendet, quo pisces capiuntur: eine angelstang, angelruthe. Tibull. lib. 2 eleg. ult.
hæc captat arundine pisces, angeln.

¶ 3. Fistula ex arundine, eine pfeiffe. Virg. ecl. 6 v. 8,
Agrestem tenui meditabor arundine Musam.
Et Silius lib. 14 vers. 472,
Ille ubi, septena modulatus arundine carmen,
Mulcebat silvas.

¶ 4. item Telum, ein pfeil. Virg. 7, 499, *perque ilia venit arundo.* Silius lib. 5 v. 448, *Gortynia arundo*, & lib. 10 vers. 261, *Cydonéa arundo.* Vtrique Cretensis sagitta intelligitur, quia præstantissimæ sagittæ ex arundine Cretensi conficiebantur.

¶ Ărundĭnĕus, a, um, quod ex arundine est, schilffreich, ut, *Arundinea silva: Arundinei canales* apud Virg. 4 Georg. 265.

¶ Arundĭnāceus, a, um: Plinius lib. 18 cap. 7, *Frumentis folium arundinaceum* &c. arundinis foliis simile: καλαμοειδές, dem rohr gleichend.

¶ Arundinētum, locus arundinibus consitus, καλαμών, ein rohrbusch, rohrwachs. Cato R.R. cap. 6, *Sicubi locus humectus erit, ibi cacumina populorum serito, & arundinetum.* Sueton. Nerone cap. 48, *Vt ad diverticulum ventum est; dimissis equis inter fruticeta ac vepres per arundineti semitam ægre ad adversum villæ parietem evasit.* Adde Varr. R. R. lib. 1 cap. 8.

¶ Arundinosus, a, um: arundinibus abundans. Ita *Cnidum arundinosam* Catullus dixit epigr. 37.

¶ Arundifer, das viel rohr trägt. Ovid. 5 Fast. v. 637,
Tibris arundiferum medio caput extulit alveo.

¶ Arundinare, verbum, unde est

¶ Subarundinare. Dracontius Hexaemero v. 56,
Vinea pampineos subarundinat ebria campos.

id est,

id est, virgultis & arundinibus opplet.

ĀRUNS, untis; nomen proprium unius Latinorum, qui Camillam occidit, apud Virgil. Æneid. 11 v. 759 sqq. ¶ 2. Vatis Tusci apud Lucanum lib. 1 Pharsal. v. 585. ¶ 3. Filii Tarquinii Superbi, ultimi Regis Romanorum, apud Livium lib. 1 & 2.

ARUNTIUS, i, Augusti Cæsaris temporibus scripsit de bello Punico stylo Sallustiano, qua de re Seneca Ep. 114. & præf. in lib. 7 Controv. Crebra ejus mentio apud Tacitum Ann. 1 c. 8 &c. & 6 cap. 7 &c. ¶ 2. T. Aruntius diversus ab illo, cujus itidem meminit Tac. An. 3, 11, 2 ¶ 3. Aruntius Stella, Poëta celebris, inter alia Domitiani Imp. victoriam de Sarmatis carmine celebravit. In ejus & Violantillæ nuptias extat Epithalamion Statii lib. 1 Sylv. 2.

Aruspex, vide *haruspex*.

ARVUM, i, quod aratum, non satum est, ut Varro lib. 1 de re rustica cap. 24 definit: unbesäet feld. *Dumosa arva*, dornicht feld, apud Lucanum lib. 6 v. 13. Nec aliter Vetus Scholiastes Horatii ad lib. 1 Ep. 16: ARVUM, inquit, *ab arando dictum est. Ager segetis ferax & præparatus frumento seminando. Arvum pingue*, feister acker. Virgilius: *Optima putri arva solo*, feister acker ist der beste, 2 Georg. v. 262. *Arva læta*, schöne auen, idem Æn. 6 v. 744, *Numidæ pabulo pecoris magis, quam arvo student*: befleissigen sich mehr der viehezucht, als des ackerbaues, Sallust. Jugurth. cap. 90. ¶ Revera adjectivum est. Nam & *Arvas* dici, Nonius exemplis probat. Et *arvus ager*, apud Plautum & Varronem legitur. Plautus Trucul. a. 1 sc. 2 v. 47, *Non arvus hic, sed pascuus est ager.* Isidorus lib. 15 orig. cap. 13, *Omnis ager, ut Varro docet, quadrifarius dividitur. Aut enim Arvus est ager, id est, rationalis*, &c. ¶ Tralate Lucretius & verecunde *Arva muliebria* pro natura muliebri posuit lib. 4 v. 1104,

Atque in eo est Venus, ut muliebria conserat arva.

Virgilius imitatus Lucretium, lib. 3 Georg. v. 136, *Genitale arvum* dixit.

¶ *Arvales fratres*, Romuli erant sacerdotes 12 ab arvo dicti, de quibus vide Gellium lib. 6 cap. 7. Plin. 18 cap. 2. Cujacius Observ. l. 11 c. 5. Reinesius ad Inscript. vet. 1, 177. p. 180.

¶ Arvicola, æ, ein feldmann, apud Metell. Quirit. Vol. 2.

¶ Arvipendium, i, eine meß-ruthe, pertica. Glossarium vetus: *Arvipendium*, χοῖνος γεωμετρικός. Vide & Meursium Exerc. Crit. P. 2 cap. 4.

ARX, arcis, eine höhe; ab *arcendo*, ut Varro lib. de L. Lat. derivat: verius ab ἄρκος: propriè enim & primaria notione omnia ἄρκος seu summa atque excelsa *arces* vocantur. Unde sæpe hoc nominis montibus tribuitur. Virg. l. 1 Georg. v. 240,

Mundus ut ad Scythiam Riphæasque arduus arces
Assurgit.

Nam quæ Ῥιπαῖα ὄρη, Græci, *Riphæos montes* Latini adpellant, Poëta *Riphæas arces* vocat. Idem lib. 2 Georg. v. 534,

rerum facta est pulcherrima Roma
Septemque una sibi muro circumdedit arces.

Arces dixit, quæ Propertius *juga* adpellat in illo lib. 3 eleg. 11 vers. 57,

Septem Urbs alta jugis, toto quæ præsidet orbi.

Septem enim montibus superstructa Roma est, unde & *Septicollis* Fabio Pictori adpellata. Silius lib. 3 v. 496,

Primus inexpertas adiit Tirynthius arces,

id est, Alpes transcendit. Statius 1 Thebaid. v. 114,

Ut stetit abrupta qua plurimus arce Cythæron.

Valer. Flaccus lib. 4 vers. 261,

Continuo Bebryx Malcæ velut arce fragosa
Turbo rapax.

Lucanus lib. 3 v. 231, *Qualis Caucasea decurrens arduus arce*
Amphitruoniades.

Petronius: *Memento temporis in montem sudantes conscendimus, ex quo haud procul impositum arci sublimi oppidum cernimus.* Et ita pluribus locis alii etiam auctores hac voce leguntur usi. ¶ 2. Et hinc quidquid in quaque re summum esset, & velut apicem sive fastigium teneret, *arcis* nomine adpellabatur. Sic *capitis arcem* pro vertice Claudianus dixit Paneg. de 4 Consul. Honorii v. 235, *Mentis arcem* Statius 2 Silvar. v. 131, *Arcem veri* Petronius. Sidonius Paneg. Anthemii v. 172, *quodcunque Platonis*
Ingenium, quod in arce fuit.

id est, quod in summum Philosophiæ fastigium ascendit. Sic Priscian. Præfat. Gramm. Virgilium & Homerum *arcem Musicæ possedisse* scribit, cùm summum Poëticæ fastigium tenuisse, h. e. principes summosque Poëtas fuisse, significare vellet. Vide Barth. ad Claudian. p. 71, 602, 617. ¶ 4. Jam quia castella & munimenta arcendis hostibus, itemque regiæ sedes, tutelæ caussa in arcibus, hoc est, editioribus locis exstruebantur plerumque; idcirco illæ ipsæ structuræ *arces* adpellatæ fuerunt: quæ eadem de caussa ἀκροπόλεις Græcis dicuntur; festung, burg, schloß. Isidorus lib. 15 cap. 2 Etymolog. ARCES *sunt partes urbis excelsæ atque munitæ.* Sic *Arx Tarpeja*, id est, Capitolium seu templum Jovis Romæ in monte Tarpejo exstructum. Asconius Pedianus, in Divinat. Ciceronis: ARX *vel sedes tyranni dicitur, ut sæpè alibi: vel editus in civitate & munitior ad salutem civium locus; ut Virgilius* Æn. 2 v. 322,

Quo res summa loco Panthu, quam prendimus arcem,

Ergo prima spes in muris est; secunda in arce, si muros hostis irruperit. Cæsar lib. 3 de Bello Civil. cap. 66, *Minora castra inclusa majoribus castelli atque arcis locum obtinebant.* Arx propugnaculum tyrannidis; *imposita cervicibus urbis*, ut loquitur Curtius lib. 7 cap. 7, 1, & cap. 6, *Claustrum perdomitorum*, uti urbs simili de caussâ condita vocatur: Etiam *Arx* ita usurpatur apud Nep. 20, 3, 3. eine citadelle. Tacit. Agric. 15, 1. *Sedem servitutis* memorat. ¶ 4. Denique, id omne, in quo maximè nitimur, & in quo fiducia nostra atque præsidium inprimis positum est, *arx* adpellatur, das haupt-werck. Cicero lib. 1 Epist. 9 ad Fam. *Non potui magis in arcem illius caussæ invadere.* Idem 1 de Divinat. cap. 6, *Arcem tu quidem, Quinte, Stoicorum defendis.* Et ita classem, *arcem commeatuum*, quod ab eâ omnis commeatuum spes tamquam ab arce dependeat, Tacitus dixit lib. 3 Hist. cap. 13. Nec aliter Cicero Divin. in Verr. cap. 5 legem repetundarum, *arcem Sociorum*: Cotylam *arcem amicorum Antonii*; Africam, pro Lig. cap. 7, *Provinciarum arcem* dixit. Demades dixit, *Pudorem pulchritudinis arcem esse*, τὴν αἰδῶ τῆ κάλλες ἀκρόπολιν εἶναι, *id est*, hoc ipsum quod pulchritudinem commendet & muniat: scham ist die höchste schönheit. Vid. Barth. ad Claudian. pag. 71. ¶ 5. Prudentius lib. 1 contra Symmachum principio, Romam ἁπλῶς *Arcem* dixit, *Postquam*, inquit, *medicina Principis immodicos sedarat in arce dolores.* Eadem & à Cicerone in Catil. 4 cap. 6 vocatur *arx provinciarum omnium, arx terrarum*; à Nazario item Paneg. Constantini cap. 35, *arx gentium omnium.* ¶ Sic Arx Athenarum simpliciter *arx* dicitur Corn. Nep in Themist. cap. 11, 8. de quâ Meursius integro libro, quem *Cecropiam* inscripsit.

¶ Arcubiæ, qui excubabant in arce. Festus

AS, assis, [ἀσσάριον] nummi ænei genus: qui libralis initio fuit; *grave æs* sæpius ab auctoribus adpellatus, pfund von 12. untzen. Postea cum Romanus populus ære alieno premeretur, ex singulis assibus libralibus *sextantarii*, id est, *selibres*, (halbschwer) deinde *unciales*, & demum Lege Papiria *Semunciales* facti, ut Plinius docet lib. 33 cap 3. Hujusmodi igitur nummi in stipem dari solebant: unde, quod Suetonius in Vita Augusti cap. 53, *Stipem elephanto porrigere*, id Quintilianus atque Macrobius *ASSEM dare* dixerunt. Idem Suetonius eod. lib. cap. 91, *Ex nocturno visu etiam stipem quotannis die certo emendicabat à populo; cavam manum asses porrigentibus præbens.* Et eo pertinet illud Catulli epigr. 5, *Rumoresque senum severiorum*
Omnes unius æstimemus assis.

id est, non pluris æstimemus, quàm unius assis. Plinius lib. 1 Epist. 15 *ad assem impendium reddes*, du sollst mir die unkosten bey heller bey pfennig erstatten. Prov. *Nec assis facere*, pro nihili facere.

¶ Assis divisionem & partes Ulpianus Lege 50 de hæredibus instituendis, § 2 explicavit: *Hæreditas*, inquit, *plerumque dividitur in duodecim uncias, quæ ASSIS appellatione continentur. Habent autem & hæ partes propria nomina ab uncia usque ad assem, puta hæc: sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, deunx, as.* Vide singula suis locis & in *Uncia.* ¶ Assis Cajanus quid sit docebit Barth. ad Stat. Silv. p. 418. ¶ Est & *As* mensura seu pondo, quod partibus duodenis absolvitur, & *libra* aliâs adpellatur, apothecker-pfund. Fannius de Ponderibus v. 41,

Nunc dicam solidæ quæ sit divisio libræ
Sive assis: nam sic legum dixere periti.
Ex quo, quod soli capimus, perhibemur habere.

Ex quo; id est, *ex asse. Habere* enim *ex asse quid* dicimur, quod totum in nostra jura transit; quodque soli tenemus. Ita *ex asse hæres* dicitur, ἐξ ὅλε κλήρε, ad quem tota hæreditas transit: auf den das gantze erbe fällt. *Hæreditas* enim, ut Justinianus lib. 2 Institut. de instituendis hæredibus scribit, *plerumque dividitur in duodecim uncias, quæ* ASSIS *appellatione continentur.* Martial. lib. 3 epigr. 10,

Idem te moriens hæredem ex asse reliquit.

Cicero *hæredem ex libella* dixit etiam lib. 7 ad Attic. epist. 2. Vetus Scholiastes Persii ad Sat. 2 v. 59, *Fuit autem* ASSIS LIBRALIS *&* DUPONDIUS, *qui hodie in usu remansit: & solebat pensari potius, quam numerari: unde &* DISPENSATORES *dicti.*

¶ Quin *Assis* & partium ejus adpellationes tribuuntur omnibus rebus mensurandis & numerandis. Exempla in Plinio, Columella, & Livio extant. e. g. de integro jugero apud Colum. lib. 5 cap. 1 fin. *Jugerum efficit pedes 28800. hoc est As, in quo sunt scrupula 288.* ¶ *Perdere omnia ad assem.* Horat. dixit, pro *totam substantiam perdere*, gar verarmen, oder um das seine kommen, lib. 2 epist. 2 v. 27

¶ Assarium, i, τὸ ἀσσάριον, ein gewicht, zwey quentlein schwer. Assarii nummi mentio Matth. 10, 29. Luc. 12, 6.

¶ Assiduus veteribus quibusdam est ab asse; sed vide in *sedeo.*

¶ Assipondium, i, unum pondus, ἡ λίτρα, ein pfündig gewicht. Varro lib. 4 de L. L. n. 36.

¶ Tressis, is, dicitur a tribus assibus. Varro l. c. Persius Sat. 5 v. 76, *Hic Dama est non tressis agaso*, i. e. infimæ conditionis servus, nichts würdig.

¶ Octussis, octo assibus valens. Horat. 2. Sat. 3 v. 156.

¶ Nonussis, à novem assibus. Varro.

¶ Decussis, decem asses. Sed plerumque ad geometriam adplicatur. Plinius lib. 18 cap. 34 pr. *Ducantur duæ lineæ in decusses obliquæ.* Et Vitruvius lib. 10 cap. 11, *in primo decussis puncto*: & mox, *circuitiones decussium.*

¶ *Decussare* ab hoc verbum est, quod est per medium secare, vel in formam literæ X deducere, etwas in der mitten überzwerch theilen. Cicer. de Universit. cap. 7, *Longitudinem mediam decussare.* Columell. lib. 3 cap. 13, *Latitudinem in speciem Græcæ litteræ decussare.*

¶ Decussatim, Adverb. creutzweise. Colum. lib. 12 cap. 54, *decussatim ferro lunato incidito.* Vitruv. 1, 6, *circino decussatim describatur.* Augustinus lib. 2 de Doctr. Christ. c. 24, *Una figura litteræ, quæ decussatim notatur, aliud apud Græcos, aliud apud Latinos valet, non natura, sed placito & consensione significandi.* Intellige literam X.

¶ Decussatio, onis, actus decussandi, wenn man was über creutz ziehet. Vitruv. l. 1 c. 6, *per decussationem perducatur linea ad extremum.* Adde lib. 10 cap. 11.

¶ Vigessis, viginti assium, ut *Amphora vigessis*, quæ assibus viginti venditur apud Martialem l. 12 Epigr. 76.

¶ Bicessis, a duobus decussibus, 20 pfündig, &

¶ Tricessis, a tribus decussibus, format Varro l. c.

¶ Centussis, centum asses. Persius Sat. 5 extr.

Et centum Græcos curto centusse licetur.

¶ Per *Græcos* Philosophos intelligit, quos in tantum contemnit & viles habet, ut centum eorum vix centussis æstimet, h. e. singulos assis unius, kaum eines hellers werth.

¶ Semissis, dimidium assis. Apud Cicer. 5 fam. ep. 6 & 10, *Homo semissis est*, ein nichtswürdiger mensch. *Usura semissis*, quoties decentum

num-

nummis senus usuræ nomine percipitur, **wenn man von 100 fl. hauptsumm jährlich 6 fl. zinß nimmt.**

¶ Semissalis, e, Adject. i. e. semisse constans. Frontin. de Colon. p. 355, *recipere semissale.* Modest. JC. D. 50 t. 12 l. 10, *usuræ semissales*, 6 von 100.

ĂSĂRŌTUM, i, ἀσάρωτον, pavimenti genus, in quo parvis è testulis tinctisque in varios colores cœnarum reliquiæ, & alia quæ everri solent, velut relicta essent, affabre erant expressa. Dictum ab α privativo, & tertia perf. præteriti τοῦ σαρῶμαι [purgor, evertor,] σεσάρωται. Quod videlicet tamquam minus purgatum versumque adparet. Vide Plin. lib. 36 cap. 25. Stat. lib. 1 Silv. 3,

Gaudet humus superantque novæ asarota figuris.

vid. Bernegg. ad Sueton. Cæsar. cap. 46, 4, a. & Barth. ad Stat. Silv. p. 103, ubi magnum certamen inter doctos olim de capiendâ hâc voce fuisse innuit.

¶ Ăsărōticus, a, um: Sidonius Carm. 23 de Narbone:

aureasque portas
Exornas asaroticis lapillis.

id est, quales in tessellatis operibus, & asarotis adhibentur.

ASĂRUM, i, ἄσαρον, herba quæ & baccata dicitur, **haselwurtz**, nardus rustica, Vulgago Macro, νάρδος ἀγρία, id est, nardus sylvestris, Dioscoridi.

ASBESTĪNUM, i, ἀσβέστινον, lini genus, quod igne non absumitur, unde & nomen habet: Plinius lib. 19 cap. 1.

ASBESTOS, ἄσβεστος, gemmæ genus apud Plin. 37 c. 10.

ASCALABOTES, æ, ἀσκαλαβώτης, stellionis genus. Plin. 29 c. 4.

ASCĂLON, onis, Ἀσκάλων, Idumeæ sive Philistææ civitas, patria Antipatri, Herodis patris. Joseph. sub init. lib. 3 de Bell. Jud.

¶ Ascalonita, æ, ab Ascalone. Ibidem lib. 2 cap. 34 extr. οἱ Ἀσκαλωνῖται.

¶ Ascalonius, a, um, ut *Ascalonia cæpa*, apud Plin. 19 cap. 6.

ĀSCĂNĬUS, i, Æneæ filius ex Creusa, Priami regis filia, ab Ascanio Phrygiæ fluvio. Virgil. 1 Æn. v. 646,

Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.

Et eodem lib. v. 267,

At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo,
Additur, Ilus erat, dum res stetit Ilia regno.

¶ 2. *De Ascanio* fluvio idem lib. 3 Georg. v. 269,

Illas ducit amor trans Gargara, transque sonantem
Ascanium, &c.

¶ 3. *Ascania terra* super Phrygiam minorem in Bithynia fuit Bosphorum versus, & in ea *fluvius Ascanius* & *lacus Ascanius*. Plin. lib. 5 cap. ult. ¶ 4. *Ascania gens* hodieque familia Principum Anhaltinorum in Germania illustrissima, **Anhalt.** ¶ 5. *Ascania urbs*, vulgo **Aschersleben.**

ASCĂRĬDES, um, ἀσκαρίδες, vermiculi sive parvi lumbrici sunt, quibusdam etiam, ut Hermolao, tineæ, **kleine würmlein oder schaben.** v. Galenus in Lex. Hippocr.

ASCAULES, æ, ἀσκαύλης, utricularius, **ein sackpfeiffer**, quem *Pithaulem* nominat Seneca & Vopiscus, ut suo loco dicemus.

Ascella, vide *Axilla*.

Ascendo, Ascensio, &c. vide *Scando*.

ASCĒTĒRIA, plur. ἀσκητήρια, dicuntur monasteria (**klöster,**) & ipsi monachi *Ascetæ*, & moniales *Ascetriæ* (**münche und nonnen;**) ab exercitiis mentis in contemplatione rerum divinarum D. Basilio, qui & *Ascetica*, ἀσκητικὰ, id est, regulas & rationes ejusmodi exercitiorum scripsit. Porro in Ægypto *asceteria* primum cœpisse Socrates tradidit Ecclesiast. hist. lib. 4 cap. 23. Dicta ab ἀσκεῖν, quod *exercere* est. Sed ante monasteria *Ascetas* & *Ascetrias* fuisse, inque ipsis urbibus vixisse, docet Salmasius de Cæsarie & Coma p. 499 & 504. & Casaub. Exerc. 11 ad Baron. n. 13 p. 171.

ASCIA, æ, & fabri lignarii instrumentum est, & murarii: illius, quo ligna dolantur & læviganutur; hujus, quo calx maceratur. Priori notione in Legibus XII Tabb. apud Ciceronem lib. 2 de Legibus cap. 23, *Rogum ascia ne polito:* & in Plinii lib. 16 c. 40, *Tilia citissime ascias retundit.* Ideo in Glossis veteribus est, *Ascia*, σκέπαρνον, ἀξίνη. **eine zimmer-axt, beil.** Alterius significationis, aut utriusque potius exemplum præbet Vitruvius lib. 7 cap. 2, *Sumatur*, inquit, *ascia, & quemadmodum materia dolatur*, (en asciam ad ligna polienda!) *sic calx in lacu macerata asciatur. Si ad asciam offenderint calculi, non erit temperata: cumque siccum & purum ferrum educetur, indicabit eam evanidam & siticulosam: cum vero pinguis fuerit & recte macerata, circa id ferramentum, uti glutinum, hærens, omni ratione probabit se esse temperatam.* Adi Philippum a Turre in Monumentis Antiat. p. 22.

¶ *Sub ascia dedicasse*, antiqua formula, sæpe in sepulcris observata, interpretibus autem vexata admodum. Vide Gruteri Inscript. p. 418, 5, p. 424, 5; p. 428, 10, p. 464, 9, p. 482, 1. p. 539, 2 &c. Optime Raphael Fabrettus Inscript. p. 205 interpretatur, esse in hac formula *asciam* murarii instrumentum ad calcem macerandam; (**eine schauffel,**) eaque significasse in moderationis suæ testimonium, *sub ascia*, hoc est ope ac ministerio solius asciæ, non alterius λαξευτικοῦ ὀργάνου, opus consummatum esse. Figura fere eadem utriusque asciæ; at hujus hasta quodammodo longior.

¶ Ab *ascia* deducit Philippus a Turre Monum. Antiat. p. 22 diminutivum *Acisculum*, quæ vox, etiam figura, in nummis gentis Valeriæ conspicitur, (vide eundem p. 6 in Tabula) ut *Acisculus* sit quasi *asciculus*, seu parva ascia.

¶ Ascio, are, dolare, purgare est. Vitruvius enim dicto lib. 7 cap. 2, non solum *ascia materiam dolare* dixit, verum etiam *calcem* in lacu maceratam *asciare*, id est, a suis calculis & scabritie purgare. **zimmern, behauen, schauffeln.**

¶ Deasciare, idem. Hinc Participium

¶ Deasciatus, a, um, **gehobelt.** Prudentius Romano v. 381,

Deasciato supplicare stipiti.

¶ Exasciare, aliud compositum, unde itidem

¶ Exasciatus, a, um, **zugerichtet, zugeschnitten.** Plautus Asin. 2, 2, 90. *Jam hoc opus est exasciatum*, id est: hoc negotium jam inceptum est; quamvis nondum effectum. Nam *exasciare* est, ascia & rudiore opera præparare, **aus dem gröbsten arbeiten.**

ASCĪTES, is, ἀσκίτης, hydropis genus, sive tumor, quo in uterum multa aqua contrahitur, tanquam in utrem, ab ἀσκὸς uter, **die wassersucht.** v. Celsus 3 c. 21.

¶ Asciticus, a, um, adject. **wassersüchtig.**

ASCIUS, ἄσκιος, sine umbra. *Ascii* Zonæ Torridæ incolæ, quando Sol ipsis verticalis est. Tum enim meridiano tempore carent umbra. Sic Plinius lib. 2 cap. 73 *loca ascia* dixit, ubi in meridie nullam umbram projiciunt gnomones, sole vertici illorum imminente. Nam pro diversa solis umbra cadente & provinciæ & incolæ *Ascii, Heteroscii, Amphiscii, Periscii.* v. Varenii Geogr. gener. c. 27.

ASCLĒPĪA, orum, festum Æsculapii, qui Ἀσκλήπιος Græce dicitur. Pollux lib. 1 cap. 1 n. 32, Ἀσκληπιεῖα, ἀσκληπίεια καὶ ἀσκλήπια, *Æsculapii sunt Asclepiea & Asclepia.* ¶ 2. Ἀσκλήπια agones sunt in antiquis inscriptionibus Smetii p. 304 & 415.

¶ Asclēpĭădes, æ, Ἀσκληπιάδης, Prusiensis fuit genere, [fuit autem *Prusia* vel *Prusa* urbs Bithyniæ] medicorum eloquentissimus, qui sanitatem dixit constare & servari cibi potusque abstinentia, gestatione præterea, ambulatione, frictione. Vide *Medicina*. Vide porro, quæ de eo prodiderit Plinius lib. 7 cap. 37. & lib. 26 c. 3. Hic primus vino curavit morbos in tempore dando. Apulejus lib. 4 Floridorum: ASCLEPIADES *ille, inter præcipuos Medicorum, si unum Hippocratem excipias, cæteris princeps; primus etiam vino opitulari ægris repperit; sed dando scilicet in tempore, cujus rei observationem probè callebat: ut qui diligentissime animadverteret venarum pulsus incónditos vel præclaros.* Plures Asclepiadas dat Vossius 4 Hist. Græc. p. 409, quibus illum addo, quem Lactantius laudat lib. 7 cap. 4, quod de providentia scripserit ad Lactantium, cui hic vicissim alios dedicavit, teste Hieronymo de Script. Eccles.

¶ *Asclepiadeum carmen* (quisquis fuerit etiam Asclepiades ejus inventor seu celebrator) *Choriambicum carmen* dicitur; cujus exempla multa in Horatii Odis 1 & 3 lib. primi:

Mæcenas atavis edite regibus, &c. Item:
Ignoscas aliis multa, nihil tibi.

¶ Asclepias, ădis, ἀσκληπιὰς, herba etiam est apud Plinium descripta lib. 27 c. 5. **schwalbenwurtz.** ¶ Asclepion vero genus quoddam panaceæ Æsculapio adscriptum, ibid. lib. 25 c. 4.

ASCLEPIODORUS, i, sculptor apud Plin. 34 cap. 8, & pictor apud eumd. 35 c. 10.

ASCLEPIODOTUS, i, historicus sub Diocletiano. v. Vopiscus in Aurel. c. 44. Voss. de Hist. Lat. 2 c. 5.

ASCLETARIO, ōnis, Mathematicus. Hunc Domitianus Imperator *sciscitatus est, quis ipsum maneret exitus? & affirmantem fore, ut brevi laceraretur a canibus, interfici quidem sine mora, sed ad coarguendam temeritatem artis sepeliri quoque accuratissime imperavit. Quod cum fieret, evenit, ut repentina tempestate dejecto funere semiustum cadaver discerperent canes.* Auctor Sueton. Domitian. cap. 15, Ascletarionem vivum comburi jussum prodit P. Ærodius 8 rer. judic. tit. 7 c. 7 Conf. Glycam Part. 3 annal. p. 335, qui tamen Mathematici nomen non exprimit.

ASCŌLIA, orum, festa Atheniensium rusticorum in Bacchi honorem celebrata; dicta ἀπὸ τοῦ ἀσκοῦ, ab utre, seu pelle, quam capro (tamquam vitibus noxio) detractam in morem fistulæ inflarunt, atque, ceu Virgilius Georg. lib. 2 v. 384 canit, *inter pocula læti*

Mollibus in pratis unctos saliere per utres.

Unde verbum ἀσκωλιάζειν, quod Polluci lib. 9 cap. 7 non modo est altero pede elevato saltare, ut jam dicturi sumus: verum etiam τὸ ἐπιπηδᾶν ἀσκῷ κενῷ, ὑποπλέῳ πνεύματος, ἠλειμμένῳ, *utri vacuo, sed spiritu inflato, & inuncto insilire.*

¶ Ascōliasmus, i, ἀσκωλιασμὸς, ludus Empusæ, qui perficiebatur altero pede subsiliendo, & altero in aëre librato, **das hincken oder tantzen auf einem bein**, apud Pollucem lib. 2 cap. 4 n. 40, & jam citato lib. 9 cap. 7.

ASCONIUS Pedianus, nobilissimus Grammaticus, cujus Commentationes in quasdam Ciceronis orationes, quas in filiorum gratiam scripsit, egregiæ exstant. Eusebius in Chronicis sub Vespasiano floruisse, Historicumque tradit. Sed Lipsius lib. 1 Elect. cap. 17 extremo Claudii Imperatoris tempore scripsisse asserit. Ac omnino majorem fuisse Neronis imperio illud arguit, quod Julius Philargyrius ad Eclog. 3 Virgilii notat: *Asconius*, inquit, *Pedianus ait, se audisse Virgilium dicentem, in hoc loco* [designat v. 105 Eclogæ tertiæ, *Tres pateat cæli spatium* &c.] *se Grammaticis crucem fixisse.* Quod Servius etiam ad illum ipsum locum Virgilii refert. Sane inter Virgilii obitum & Vespasiani imperium anni amplius centum sunt. Bene igitur Scaliger atque præclare duos Asconios fuisse conjecit, alterum Grammaticum Criticum, alterum Historicum, quorum ille vel Augusti ævo floruerit, hic sub Vespasiano. Vide Animadversiones ejus in Eusebium, & eruditiss. Vossium lib. 1 de Historicis Latinis cap. 27. Sed *Pediani* vocabulum, non per *æ*, ut vulgo fit; sed per simplex *e* exarandum est. Quamvis enim apud Suidam παιδιανὸς [quasi à παιδίον vel παιδεία foret] adpellatur; potior tamen nobis Silii Poëtæ Romani auctoritas est: qui in hoc ipso nomine primam corripuit, & ita quoque elemento simplice scripsit: *Pedianus* enim a gente *Pedia* est. Atque in *Pedius* etiam Persius primam corripuit: ex quo de Scripturæ ratione facile potest constare.

ASCŎPĒRA, æ, ἀσκοπήρα, ab ἀσκὸς uter, & πήρα, pera. Mantica est seu pera viatoria, **ein watsack, satteltasche.** Usus est à Græcis voce hac assumta Sueton. in Nerone cap. 45.

ASCRA, æ, Ἄσκρα, Bœotiæ vicus ad radices montis Heliconis, Hesiodi patria. Qui eam ob caussam & *senex Ascræus* Virgilio vocatur Eclogâ 6 v. 71. Et Ovidius 4 de Pont. eleg. 14 v. 31,

Esset perpetuò sua quam vitabilis Ascra,
Ausa est agricolæ Musa docere senis.

Vide in Chiliad. Erasmi: *Ascra cùm hieme, tum æstate mala.*

¶ Ascræus, a, um. Virgil. Georg. 2, 176,

Ascræumque cano Romana per oppida carmen.

ASCVLVM, Apuliæ oppidum, ubi contra Pyrrhum regem feliciter dimicatum est. Florus lib. 1 cap. 18. ¶ 2. Ab hoc distinctum est *Asculum Picenum* apud eumdem lib. 1 cap. 19. de ejus autem situ Strabo lib. 5 legatur.

¶ Asculanus, a, um, gentile. Paterculus lib. 2 c. 15, *malum ab Asculanis ortum.*

¶ Asculanensis, e, idem. Ibidem c. 16, *Multum Minatii Magii, atavi mei, Asculanensis, tribuendum est memoriæ.*

ASDRVBAL, ălis. Asdrubales multi ab auctoribus celebrantur. Quorum unus Amilcaris, Annibalis patris gener fuit. ¶ 2. Alter Annibalis frater, ad Metaurum a Cl. Nerone & Livio Salinatore cæsus. ¶ 3. Tertius dux fuit, victus à Scipione Æmiliano: cujus uxor, cùm ad victorem transfugiendi potestatem ipse nullam daret, abjecit in medias sese cum filiis Vrbis flammas. Vide Livium & Plutarchum. Ovid. 6 Fast. v. 770, *Et cecidit telis Asdrubal ipse suis.*

¶ 4. Quartus Philosophus, auditor Carneadis, domo Carthaginiensis. Clitomachi tamen, quod adeptus est posteà, nomine notior. Quem Asdrubalem prius vocatum testis Plutarchus est Orat. 1 de fortun. Alex.

Asellus, Asellius, vide *Asinus.*

ĂSIA, æ, Ἀσία, tertia terrarum orbis veteris pars, magnitudine Africam æquans & Europam, sic ab Asiâ Japeti adpellata conjuge. Duplex est: major & minor. Romanis scriptoribus sæpissime citeriorem partem sive Asiam cis Taurum sonat, cujus tanta ubertas rerum omnium atque fertilitas fuit, ut omnibus terris antecellere videatur. Cicero pro Lege Manil. cap. 6, *Asia tam opima est & fertilis, ut & ubertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum, quæ exportantur, facilè omnibus terris antecellat.* Eadem Mithridates apud Justinum 38, 7, 6, concitaturus ad Asianum contra Romanos bellum milites, affirmat. Ait enim, *neque cælo Asiæ esse temperatius aliud, nec solo fertilius, nec urbium multitudine amœnius: magnamque temporis partem, non ut militiam, sed festum diem acturos.* Atque de opulentia provinciæ hujus inde etiam conjectura fieri potest, quod Sulla mulctæ nomine 20000 talentûm imposuerit; Antonius totidem uno anno abstulerit; ut Plutarchus in Lucullo & in Antonio auctor est. Hinc Tacitus vitâ Agricolæ cap. 6, *provinciam divitem & paratam peccantibus* vocat. Quod scilicet magnam & facilem peccandi materiam habeat, rerum optimarum instructa copiis, quæ & aviditatem incendere, & ad improbarum voluptatum usum invitare queant. Corn. Nepos in Themist. 5, 3, *Asia* (Asiatica vis Persarum) *succubuit Europæ* (Europæis Græcorum viribus.)

¶ Āsia etiam olim, quæ postea Mæonia adpellata, ad Caystrum flumen; cujus incolæ & *Asii* dicti, ut Strabo observat lib. 13 Geographiæ: ubi & *Asia palus* est: de qua Virg. Æn. 7 v. 701,

sonat amnis, & Asia longe
Pulsa palus.

Huc pertinet illud ejusdem principis Poëtarum 1 Georg. v. 383,

& quæ Asia circum
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.

¶ Notandum, quod hic primam producit, quæ in provinciæ nomine corripitur: ut in illo Virgilii Æn. 1, 385,

Europâ atque Asiâ pulsus.

item apud Propertium lib. 1 eleg. 6,

Atque Asiæ veteres cernere divitias.

Itaque non vana notatio Servii ad illum Georg. Virgil. locum. *De Palude*, inquit, ASIA A. *longa est: nam in provinciâ corripitur.* Sanè & Homerus cum Ἀσίῳ λειμῶνι Iliad. β. v. 461 meminit, primam produxit. Apud Catullum quoque *Asia myrtus* Epithalam. Jul. v. 22 primâ productâ legitur. Et eam interpretatur Turnebus de eâ, quæ ad Asiam paludem nata est lib. 28 Advers. cap. 22. Sed cùm apud Ovidium, *Asida terram*, item *Asiacas arces* primâ productâ, de quibus infra, legere liceat, eaque non ad Mæoniam sive Mysiam, aut paludem Asiam pertineant; prope est, ut observationem, & hoc discrimen, quod fecit Servius, & approbat Turnebus, verum haud putem, & utrobique primam indifferentem statuendam existimem.

¶ Asiānus, a, um: qui ex Asia est: aut quod ad eam pertinet. Livius lib. 31 cap. 2, *curæ Asianam rem senatui fore.* Cic. 1 ad Att. ep 17, *Asiani questi sunt in senatu.* Quintilianus Præfat. lib. 8, *Neque enim Asiani, aut quocunque alio genere corrupti, res aut non viderunt, aut non collocaverunt*, &c. Vbi *Asianos* vocat, qui genus dicendi Asiaticum sequuntur, de quo mox perstringemus: Ἀσιανὸς χαρακτὴρ Straboni vocatur lib. 13.

¶ Asiane, adverbium. Quintilianus lib. 12 cap. 10, *Rhodii neque Attice pressi, neque Asiane sunt abundantes.*

¶ Asiăcus, a, um, aliud adjectivum, apud Ovidium l. 12 Metam. v. 588,

Ecquid ubi Asiacas casuras adspicis arces.

Qui versus tamen in aliis Codd. ita legitur:

Ecquid ubi has jamjam casuras adspicit arces:

Quod probat Gifanius; & Farnabius in textum recipit: quod alterum claudicare videretur, cùm prima in *Asiacus* correpta sit. Atqui oblitus erat in *Asidis* quoque voce primam Poëtam produxisse.

¶ Asiaticus, a, um, aliud adjectivum, & usitatissimum illud quidem. Vt, *Pecunia Asiatica*, Cic. pro Lege Man. c. 7, *Asiatica hereditas*, Flor. lib. 3 cap. 12 n. 3 & 7. *Genus dicendi Asiaticum*, & *Oratores Asiatici*, hoc est, qui Asiatico genere utuntur: quod erat copiosum, tumidum & redundans: unde Petronius *ventosam & enormem loquacitatem* adpellavit. De eo Cicero in Bruto, seu de Claris Oratoribus, cap. 13 & 95. item in Oratore. Caussa Asiatici tumoris in sermone, ab ingenio & natura gentis petenda videtur: quæ ex opibus superba & vana. Legatus Rhodiorum apud Livium lib 45 cap. 13, *Non negaverim & totam Asiæ regionem inaniora parere ingenia; & nostrorum tumidiorem sermonem esse, quod excellere inter finitimas civitates videamur.* Sane *Asiaticum* dicendi genus ad Rhodios maxime pertinet. ¶ 2. Est & Asiaticus proprium Liberti Vitelliani nomen, qui plurimum apud eum principem potuit, de quo Tacitus 2 Hist. cap. 95. ¶ 3. Alius *Asiaticus* Gallorum dux eidem nominatur eadem Historia cap. 94.

¶ Asis, ĭdis, Patronymicum. Ovid. lib. 5 Metam. fab. 11 v. 648, *Jam super Europen sublimis & Asida terram.* Et rursus lib. 9 Metam. v. 447 de Mileto profecto in Asiam, & sui nominis urbem ibi constituente, verba faciens:

Ægæas metiris aquas, & in Aside terra
Mœnia constituis positoris habentia nomen.

ĂSĪLVS, i, οἶστρος, Virg. 3 Georg. v. 147, *cui nomen asilo*
Romanum est, æstron Graji vertêre vocantes.

Servius & *Tabanum* ait vulgo vocari, eine bremse, breme, roßbreme, horniß: pungit & infestat equos in æstu. Vide infra *Oestrum.*

ĂSĬNA, æ, Corneliorum cognomen, a Cn. Corn. Scipione, asinam pecunia onustam loco sponsorum producente, ad posteros propagatum. Macrob. 1 Sat. cap. 6

Asinalis, Asinarius, Asininus, vide *Asinus.*

ĂSĬNIVS, i. Plures ejus nominis occurrunt in historia Romana & inprimis apud Tacitum. Asinius Pollio, Orator fuit celebris Romæ, amicus Augusti, cui etiamsi summam diligentiam, satisque cum consilii tum animi Quintilianus tribuat, tamen longissime eum à nitore & jucunditate Ciceronis abesse censet, lib. 10 cap. 1. Scripsit & Historias, itemque carmina. Plura de eo vide apud Voss. lib. 1 de Historicis Lat. cap. 17. Fovit poëtas Horatium atque Virgilium, & hunc inprimis, quorum carminibus etiam celebratus est. ¶ 2. Asinius Gallus ejus filius, cujus Seneca meminit, qui editis libris patrem Ciceroni præferre non dubitavit. ¶ 3. Asinius Quadratus alius Historicus, de quo ibidem Vossius mentionem fecit. ¶ 4. Alius Asinius eruditione clarus docuit Romæ Pompeji Magni tempore, v. Suidas. ¶ Cæterùm Asinios ex Marrucinis, Italiæ populo, fuisse oriundos, conjicit Bernardin. Rutil. cap. 7 Decuriæ suæ.

ĂSĬNVS, i, ὄνος, ein esel. Vid. Plin. lib. 8 cap. 43 &c. Tacito Hist. 5, 3, 4, *asinus agrestis*, qui alias onager, ὄναγρος, ein wilder esel. *Asinus ad lyram*, ὄνος λύρας, proverb. in stupidos & imperitos, ein esel zum Psalter, ein ungeschickter. Varro satyræ suæ cuidam hoc nomen indidit, & ex Varronis alia satyra, cui Testamenti nomen est, proverbium hoc Gellius lib. 3 cap. 16 produxit, *filii si erunt* ὄνοι λύρας, *exhæredes sunto.* Subauditur, ἀκροαταὶ, *auditores*, quod, cum animantia quædam musices concentu adficiantur, ut de equis, avibus, serpentibus produnt: nihil prorsus asinus isto moveatur. Suidas etiam ex senario veteri supplet ὄνος λύρας ἤκουε, *asinus lyras audivit*: apud quem plura de *Asino* proverbia invenies. *Asinus machinarius* apud JCtos L. 12. Cum aurum § 10 D. *de Instructo & Instrumento legato*, dicitur, qui molam seu machinam frumentariam rotat: ein esel der die mühle treibt, ein mahl-esel. Vide Turnebum lib. 8 Adversar. cap. 9. ¶ Asini dicti etiam, qui olim in pistrino laborabant, quod idem illis incumberet labor ad trusatiles molas, qui asinis ad versatiles. Taubm. ad Plaut. p. 1. ¶ Vnde & convicium, & *asini* vox in ἀναίσθητον, qui nullo lepore, nulla elegantia capitur, stupidusque ac stultus est. Terentius Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 50,

Quis esset status, flabellum tenere te asinum tantum?

Et Heaut. a. 5 sc. 1 v. 3,

Quæ sunt dicta in stultum; caudex, stipes, asinus, plumbeus;
In illum nil potest: nam exuperat ejus stultitia omnia hæc.

ein tölpel, ungeschickter. & conf. Barth. lib. 8 Advers. cap. 14. lib. 34 cap. 6, & ad Claudian. p. 1265. Turneb. Adv. lib. 28 cap. 35. Muret. lib. 14 V. L. cap. 9. Casaub. ad Pers. p. 114. Joach. Camerar. libro de nominibus Equestribus p. 112. *Julius Bassus* dictus *Asinus albus* propter notabile vitium: id enim prodigiosum est. Vide & infra in MVLVS. ¶ Mira de Ammonii Grammatici asino Damascius apud Photium in Isidori vitâ Codice 242 tradit: qui esurire maluit, & domi adpositum pabulum relinquere, quam non sectari herum poëticas disciplinas tradentem: quasi hoc genere studii tantopere teneretur. Asino vehi, humilitatis aliquando, & ignominiæ fuisse, notat Casaubonus ad Lampridii Antonium Diadumenum. ¶ Versus Catulli Epigr. in Æmil. 98, *Et non pistrino traditur atque asino?* exercet eruditos. Cujus quidem satis clarus est sensus: solebant enim asini molas versare. Sed dictio impedita: clarior alioqui, si legas, ut in nonnullis esse codicibus Muretus in comment. pag. 251 testatur, *atque asinus*, quod est, ita ut asinus. Sed si ablativum retinemus, operosum fit exponere. Scaliger ad eum locum pag. 114 putat, jlocalariter eos, qui trusarent molas, Asinos vocatos, *tradere* autem *asino* interpretatur, facere, ut quis sit asinus pistrinarius, quo modo Juvenali *Eunucho committere* seu tradere sit εὐνουχίζειν. Vult autem hoc genus locutionis, quia non mirum, non tamen penitùs insolens est, observari à studiosis. Mureto vero lib. 8 Var. Lect. cap. 15, asinum hic videtur Catullus dixisse non animal, sed lapidem molarem videlicet imitatione Græcorum, qui & bestiam illam & molam eodem nomine adpellent: itaque Hesychius ὄνον ait esse superiorem in pistrino lapidem. Quam in sententiam ibi leges plura.

¶ Asina, æ, Fœm. eine eselin. Varro 2 de R. R. c. 8, *Ex equo & asina fit hinnus.* Conf. Colum. 6 c. 37. Plin. 8 cap. 44. Idem lib. 11 cap. 41, *Asinæ prægnantes continuo lactescunt.* Idem Plinius c. 40 lib. 11, in Dativo plur. non *asinabus*, uti Grammatici volunt, sed *asinis* posuit: *Asinis à fœtu dolent mammæ; ideo a sexto mense arcent partus.* ¶ 2. Asina nomen Romanum, de quo supra seorsim.

¶ Ăsellus, i, diminutivum; Vt, *agitator aselli*, Virg. Georg. 1 v. 273, & Ovid. 2 Amor. eleg. 7 v. 15,

Aspice, ut auritus miserandæ sortis asellus
Assiduo domitus verbere lentus eat.

Asellus quare a Lampsacenis Priapo mactatus, apud Romanos vero Vestalibus sacris panibus coronatus, exponit Lactantius lib. 1 cap. 21. ¶ 2. Est & *Asellus* piscis nomen Plinio, sic dicti à colore cinericio, Germanis zant. quibus olim præcipua auctoritas in cibis, juxta Nep.

Fr. 10, 2. ¶ 3. Sed Gesnero Asellus piscis est fustuarius, (sic enim Erasmus vocat) stockfisch, rothscher. Vide Salpa. *Asellus arefactus*, stockfisch. *Asellus albus*, lachs. Hadrian. ¶ 4. Aselli sunt & duæ stellæ in signo cancri. Plin. lib. 18 cap. 35. ¶ 5. Est & genus vasis seu amphoræ auritæ, id est utrimque ansatæ. Petronius Satyr. p. 77 *asellus Corinthius in promulsidari positus.* Sic etiam ὄνος apud Athenæum lib. 4 cap. 23 extremo sumitur, ubi ὄνους γέμοντας οἴνου dixit, id est *vini infusione plenos.* Hoc enim proprie γέμειν est. ¶ 6. Est denique Asellus nomen viri, de quo apud Cic. 2 de Orat. c. 64, *Proverbium illud Scipionis, cum Asellus omnes provincias stipendia merentem se peragrasse gloriaretur:* AGAS ASELLVM.

¶ Asella, æ, Fœm. idem quod asina. Ovid. de arte am. 3 v. 290,

Vt rudit ad scabram turpis asella molam.

¶ Asellulus, i, novum diminutivum, ab *asellus* derivatum. Arnobius lib. 3 p. 109, *Si aselluli, canes, porci humanum aliquid saperent.*

¶ Asellio Sempronius, historicus ac tribunus militum sub Scipione Æmiliano. Gellius l. 2 cap. 13. & lib. 13 cap. 3. & Cic. de leg. 1 cap. 2.

¶ Alius M. Asellio summus vir, occisus ab Imp. Severo. v. Spartiani Sev. c. 13.

¶ Asellius, i, aliud nomen Romanum, ut *M. Asellius* apud Cic. pro Cluent. c. 61. *Asellius Claudianus* apud Spartianum l. c. *Asellius Sabinus*, qui Tiberio facetum dialogum obtulit, apud Sueton. in Tib. cap. 42.

¶ Asinarius, a, um; adject. Vt *Asinaria mola* apud Catonem de re rustica cap. 10, id est, quam asinus trudit, die ein esel treibt. Sic Plauti Comœdia *Asinaria* dicta, quod de venditione asinorum ibi agitur. ¶ Substantive *Asinarius* est, qui asinos curat, agaso: ein eseltreiber, apud Suet. Aug. c. 96. Catonem cap. 10, Varronemque in de re rustica. ¶ Christiani etiam per convicium atque contemtum Asinarii a Paganis dicebantur, quod caput asininum colere crederentur, de quo Tertullianus Apologetici c. 16 & lib. 1 ad Nationes cap. 11 & 14. itemque Minucius Felix in Octavio p. 66.

¶ Asinīnus, a, um: ut, *Asininus pullus*, ein junger esel, Varr. R. R. lib. 2 cap. 8. *Asinina pruna*, roßpflaumen, Plin. 15 cap. 13. *Asininum stercus* apud Scriptores rei rusticæ. eselmist. *Lac asininum*, eselmilch, quod candori cutis conferre docet Plin. lib. 11 cap. 41. vid. & de esu carnis asininæ Meibom. in Mæcen. pag. 164 seqq.

¶ Asinalis, e, idem. *Asinalis verecundia.* Apulej. lib. 4 Metamorph. p. 153 *asinali verecundia ductus.*

ASIO, ōnis, ex noctuarum genere maximum est, cui pluma aurium instar eminet. *Otus* dicitur etiam, & *noctua aurita*, ein ohr-kautz, ohr-eule. Plin. 10 cap. 23 & 29 c. 6.

Asis, quære in *Asia.*

ASIVS, i, Hectoris socius apud Homer. Iliad. 12 v. 59, & Virgil. 10. Æn. v. 123.

ASMONIVS, i, (Grammaticus,) in arte, quam ad Constantinum Imperatorem scripsit, citatur à Prisciano lib. 10. Nominatur & ab eod. lib. de vers. comp.

ASOPODŌRVS, i, Statuarius, Polycleti discipulus. Plin. 34. c. 8.

ĀSŌPVS, i, fluvius Bœotiæ, quem poëtæ dicunt filium Oceani, insuperque fingunt a Jove exustum, ut sic ingens æstus designetur, cujus violentia fluvius exsiccatus. Strab. lib. 8. Pausan. lib. 2. qui etiam regis cognominis meminit.

¶ Asopiades, Æacus filius Æginæ, cujus pater erat Asopus. Ovid. 7, Metam. v. 484, *Huic Asopiades, petis irrita, dixit.*

ĂSŌTVS, i, ἄσωτος, prodigus, decoctor, nepos, heluo, ein bierbruder, schlemmer. Cicer. lib. 2 de finib. cap. 7, *Nolim mihi fingere asotos, qui in mensam vomant, & de conviviis auferantur, crudique postridie se rursus ingurgitent, qui solem, ut ajunt, nec occidentem unquam viderint, nec orientem; qui consumtis patrimoniis egeant. Nemo nostrûm istius generis asotos jucunde putat vivere,*

¶ Asotia, æ, ἀσωτία, das wüste leben der schlemmer. Gellius lib. 10 cap. 17, *Est enim persona divitis avari & parci, sumtum plurium* ASOTIAM*que adolescentis viri deplorantis.*

ASPALATHVS, i, ἀσπάλαθος, rhodiß-holtz. Plin. 15 cap. 7 & 24 c. 13.

ASPĂRĂGVS, i, ἀσπάραγος, herba, spargen. Ejus consideratio apud Plin. 19 l. 8 silvestris ibid. 15 c. 37, & Gallici 21, c. 15. ¶ 2. Asparagi etiam in genere dicuntur prima germina vel stirpes fruticum & herbarum, bäumlein; ut teneri illi surculi in lupulo, asparago, &c. Plin. Juvenal. Satyr 11 v. 69, *Asparagi posito quos legit villica fuso.*

Citius quam asparagi coquuntur, locutio est proverbialis, de re, quæ fit celeriter. Frequenter ea usus Augustus est, ut Suetonius refert ejus vita cap. 87. Vide Chiliad.

ASPASIA, æ, Hermotimi filia, Phocensis, omnium sui temporis formosissima habita; ideoque a Cyro primum, deinde ab Artaxerxe impense amata. *Sapientem* vocatam & *elegantem* Xenophon. lib. 1 de Expedit. Cyri sub finem scribit; atque id nominis à Cyro ipso accepisse Plutarchus in Artaxerxe significat; quem ejus consiliis feliciter usum in rebus arduis Ælianus scribit, qui prolixè ejus Historiam lib. 10 Var. Hist. cap. 1 exponit. Meminit & Justinus lib. 10 cap. 2. ¶ 2. Alia est, cujus Athenæus lib. 5 meminit; Milesia, qua Socrates in eloquentiæ studio magistra est usus, sapiens & Reipubl. etiam tractandæ callens, unde & a Pericle culta, & tanti habita à Cyro, ut carissimam pellicum vocârit *Aspasiam* ab ea, de qua modo retulimus; quippe cui nomen antea MILTO fuerit, ut Plutarchus in Pericle tradit. Vid. Voss. lib. 3 Inst. Rhetor. pag. 377. ¶ 3. Alia hoc nomine Critobuli conjux fuit, de qua Xenophon lib. 5 Hypomnem. Socratic. de re domestica administranda.

ASPENDVS, i, Pamphyliæ urbs ad Eurymedontem fluvium. Situm ejus accurate descripsit Arrianus lib. 1 Exped. Alex. pag. 74. ed. Blancard.

¶ Aspendius, i, gentile, ut *Aspendius citharœdus*, de quo ita Asconius Pedianus in Oration. Cicer. in Verrem de Prætura urbana: *Difficile autem, quod Aspendius citharista faciebat, ut non uteretur utraque manu: sed omnia*, i. e. *universam cantionem, intus & sinistrâ tantùm manu complecteretur. Vnde omnes, quotquot fures erant, à Græcis* ASPENDII CITHARISTAE *proverbio dicebantur; quod ut ille carminis, ita isti furtorum occultatores erant. Valet hoc proverbium & in eos, qui multum intestinis commodis suis consulunt præter honestatem.* Hactenus Asconius.

ASPER, a, um, quod vel visu, vel gustu, vel alio sensu ingratum & insuave est, rauh, scharff, stachlicht, sauer, ut, *asperi sentes. Rubus asper, sapor asper*, apud Virgil. Georg. 4, 277. *Vinum asperum*, scharffer, rauher wein, Terent. dixit Heaut. act. 3 sc. 1 v. 49. cui ibidem *lenius* opponitur: ut apud Ciceronem 2 de Finibus. *Piper asperum* Plinius dixit lib. 12 cap. 7, *Asperrima hiems* Vell. Paterc. 2 cap. 103. *Asper nummus* quis sit, vide in NVMMVS. ¶ 2. Transfertur hæc vox ad omnia, quæ parum voluptatis, leporis ac gratiæ habent, & gravia itaque atque injucunda molestaque sunt. Sic *victum asperum* Plautus Captiv. a. 1 sc. 2 vers. 85. *Cœnam asperam* idem in Captivis dixit a. 3 sc. 1, v. 37. Sic *asperior vox* apud Curtium 7 c. 1 n. 23, schelt- und schmäh-rede. *Asperioribus facetiis quem perstringere.* Cic. pro Planc. c. 14. Sed *terra tractatu aspera*, die schwer zu gewinnen ist, apud Plinium 17 cap. 7. *Aspera & rudia*, id est, inculta, impolita de scriptis dixit Vellejus lib. 1 cap. 17. *Aspera loca*, apud Cæsarem 3 Civ. cap. 42, quæ difficulter, nec sine magno labore superes atque pervadas. Quo respectu *levia* & *aspera* opponuntur. ¶ 3. De homine enim quando dicitur, durum, immitem ac intractabilem significat. Ita Virgil. Æneid. 1 v. 283,

quin aspera Juno,

Quæ mare nunc terrasque metu cœlumque fatigat.

Horatius in Arte v. 163 *monitoribus asper*, id est, dicto non audiens, immorigerus: widerspänstig, unbändig. Lampridius in Diadumeno sub finem: *Ex quo apparet, quàm asper futurus juvenis, si vixisset.* Claudianus in Eutrop. lib. 1 v. 181,

Asperius nihil est humili, cum surgit in altum,

hoc est, nihil superbius, intolerabilius. Horat. Epod. 6 v. 11, *In malos asperrimus parata tollo cornua.* ¶ 4. Apud Senecam Medea v. 87 Diana, *aspera virgo* dicitur, propter genus vitæ asperum & durum, quæ procul omni amœniore ac lepidiore cultu, in silvis & lustris venandi labore vitam traduceret. Quemadmodum Virg. etiam Æn. 11, v. 664 Camillam *Virginem asperam*, propter armorum & belli studium vocat. Ita enim & de Carthagine in 1 ait v. 14,

dives opum studiisque asperrima belli.

¶ 5. *Asperi* etiam dicuntur, rustici & incultis moribus homines, & sic incommodi ac molesti: grobe, ungeschickte und unhöffliche leute. Cicer. de Fin. 4 cap. 28, *Homo asper & durus oratione & moribus.* Item pro Plancio cap. 16, *Asper naturâ, & omnibus iniquus*, ein verdrießlicher unfreundlicher mann.

¶ Asper denique & inter nomina est propria. *Asperi in Virgilium & Sallustium commentarios* memorat Hieronymus apol. adv. Ruffin. epist. 67 cap. 4.

¶ Asperitas, atis: acritudo, schärffe, unannehmlichkeit. *Asperitas aceti*, apud Plinium l. 9 c. 35. *Asperitas vocis* apud Lucretium 4, 552. ¶ *Asperitas locorum*, Liv. 44 c. 7. & Curt. 7 cap. 3 n. 6. i. e. difficultas. Plinius lib. 22 cap. 24, *In lassitudine proniores sumus ad iracundiam & in siti. Ergò & hæc asperitas animi, seu potius animæ, dulciore succo mitigatur. Lenit enim transitum spiritus, & molliores facit meatus, ne scindant euntem redeuntemque.* Ex lassitudine & siti arescunt fauces, & spiritus, & exasperantur veluti: quæ res difficilem meatum spiritui, h. e. difficultatem respirandi producit. Quam *asperitatem animæ* vocat: anima enim spiritus est. ¶ Est & *asperitas*, unfreundlichkeit, gravitatis, sive severitatis excessus, hoc est, vitium illud, cui [illegible], item φιλία, quam Aristoteles vocat, contraria est: quo qui laborant, δύσκολοι, αὐθάδεις &c. adpellantur: Latine *truculenti, morosi, difficiles*, &c. qui contra ea se habent, benigni, faciles &c. dicuntur. Vide si lubet Casaubonum ad Polybium p. 131 & seqq. item ad Theophrasti Characteres cap. περὶ αὐθαδείας. Vellejus lib. 2 c. 89, *Senatus sine asperitate, non sine severitate lectus.* Corn. Nepos in vitâ Attici: *Habebat avunculum Q. Cæcilium Equitem Romanum, divitem, difficillimâ naturâ, cujus sic asperitatem veritus est, ut, quem nemo ferre posset, hujus sine offensione ad summam senectutem retinuerit benevolentiam.* Horat. lib. 1 Ep. 18 v. 18. placendi studio, & τῇ ἀρεσκείᾳ, seu assentationi opponit:

Est, inquit, *huic diversum vitio vitium prope majus*

Asperitas agrestis & inconcinna gravisque, &c.

Addit, *agrestis*, quia hoc vitium indoctis & rusticis, sive agrestibus, familiare est, Vnde & Plato τὸν αὐθάδην, ἀμαθῆ adpellat. Ovidius 1 de Ponto eleg. 6,

Artibus ingenuis, quorum tibi maxima cura est,

Pectora mollescunt asperitasque fugit.

¶ Perasper, a, um; Celsus lib. 5 cap. 28 n. 14, *subdurum & in summo perasperum.* sehr rauh.

¶ Subasper, Idem eodem cap. sub finem. ein wenig rauh.

¶ Asperè, adverb. Cicer. de orat. lib. 1 cap. 53, *M. Cato apud pop. Rom. asperè & vehementer est locutus*, er hat scharff und hefftig geredt. Idem ad Q. frat. 2 ep. 8, *Nimis aspere tractare aliquem*, mit einem gar zu streng verfahren. Comp. *Asperius* Ciceronis est 9 ad Att. ep. 15. Superl. *Asperrimè*, Senecæ 3 de Ira cap. 37; & Vellej. Pat. 2 cap. 7 n. 4 *asperrime sævire.*

¶ Asperiter pro Asperè Nævius dixit apud Nonium.

¶ Aspredo, ĭnis, &

¶ Aspritudo, inis, idem sunt, quod asperitas. Celsus 5 cap. 28 n. 2, *aspredine quadam:* & 6 cap. 6 n. 26, *ex aspritudine lippitudo fit.* Scribon. Largus Compos. 35, *caliginem & aspritudinem oculorum* dixit.

¶ Asprētum, i, locus asper, aut asperis fruticibus consitus. Livius lib. 35 cap. 28, *tabernacula statuere in aspretis, & inæquabili solo, difficile erat.* Adde lib. 9 c. 24. & Gratius in Cynegetico v. 241,

aspretis medius qua clauditur orbis.

¶ Asperūgo, ĭnis, lappago asperioribus foliis. Plin. 26, 10.

¶ Aspero, are, rauh machen. Colum. 8 cap. 3, *asserculi formatis gradibus*

gradibus asperantur, ne sint advolantibus [gallinis] *lubrici*. Virg. Æneid 3 v. 285, *Et glacialis hiems Aquilonibus asperat undas.*

¶ 2 Metaphorice Tacit. hist. 2 c 48, *Irent propere, non remanendo iram victoris asperarent.* Idem An. 1 cap. 72, *Hunc asperavere carmina incertis auctoribus vulgata.* Et Annal. lib. 2 c. 29, *Ita moderans, ne lenire, neve asperare crimina videretur.*

¶ Asperātus, a, um, gekratzt, schäbicht, ut, *Alopeciæ asperatæ*, Plin. 29 cap. 6.

¶ Aspratus, a, um, holpricht. Sidonius 4 Ep. 8, *Asprata lima poliri.* Et Carm. 2, *Baccarum profert læves asprata lapillos.*

¶ Aspratilis, e, idem; ut, *aspratilis petra, aspratilis terminus*, i. e. non perdolatus, apud Autores rei agrar. Gösii p. 228. 305 &c.

¶ Exasperare, schärffen, usitatius est. Silius 4 v. 19,

saxoque exasperat ensem.

¶ 2. Metaphorice irritare est & exacerbare. Quintil. 4 cap. 2, *Rem verbis exasperavit*, er hat die sache mit worten ärger gemacht. Curt. 8, 1, 32, *Alexander magis exasperabatur*, er wurde thörichter.

¶ Exasperatus, a, um, erbittert, ut, *exasperati animi* apud Livium 28 c. 25, *Neque convenit æstu medio exasperatas apes lacessiri.* Colum. 9 c. 15.

Aspernabilis, aspernari &c. vide *sperno*; Asplenum *splen*.

ASPHALTION, i, ἀσφάλτιον, trifolium majore folio, klee. Plin. 21 c. 17.

ASPHALTĪTES, æ, Ἀσφαλτίτης, lacus ille Palæstinæ bituminosus pestilenti fœtore, de quo multa Plinius, Solinus, Justinus, & Cornelius Tacitus. Natus est ex ruinis urbium excisarum divinitus, Sodomæ, Gomorrhæ, & ceterarum, in aquam demersis, manetque hodie in testimonium illustre iræ Dei; das todte meer; ἄσφαλτον bitumen Græci dicunt. Honterus lib. 3 Cosm.

Jordanisque sacer, geminis è fontibus ortus,
Tandem Asphaltitæ diris immergitur undis.

ASPHŎDĔLUS, i, Ἀσφόδελος, herba, quam albucum aliàs nominant, & hastulam regiam, goldwurtz, affodillen. Non est *lilium agestre*, quod *hemerocallis* dicitur sponte nascens in nemoribus. Vide *Albucum*, & Plin. 21 c. 17.

ASPILATES, æ, ἀσπιλάτης, gemma Arabica apud Plinium 37 c. 10.

ASPIS, Idis, ἀσπὶς, serpens parvus venenosissimus, cujus morsus immedicabilis est, & mortem certissimam infert, quemadmodum Nicander & Ælianus prodiderunt: eine schlange. Hinc *aspidis morsus, aspidis telum*, pro malo immedicabili. Vide Chiliades. Cicero pro Rab. Posth. cap. 9, *aspide ad corpus admota vita est privatus.* Plinius tamen lib. 8 cap. 23 auctor est, remedium ictui fore, si confestim partes contactæ amputentur. Idem prodit, hoc genus non nisi cum compare vagari, ac vivere: itaque alterutra interemta incredibilem alteri ultionis manere curam. In eodem & affectus indicia inesse ex Philarcho idem tradit lib. 10 cap. 74 extremo. Venisse scilicet aspidem ad mensam cujusdam in Ægypto, ut aleretur, assidue, enixam catulos, quorum ab uno filium hospitis interemtum: Illam reversam ad consuetudinem cibi, intellexisse culpam, & necem intulisse catulo, nec posteà in tectum id reversam. Morsu aspidis periisse Cleopatram, præter Historicos etiam Tertullianus ad Marciam cap. 4. & Galenus de theriaca ad Pisonem testantur. Ac iste quidem inibi tres aspidum species recenset, *Ptyadem, Terrestrem* sive *Chersæam*, & *Chelidoniam*. Solinus Polyhistor cap. 40 plures memorat; cæterum Cleopatram ex ea periisse, quæ *Hypnale* adpelletur, quod somno necet. Quod etiam apud Isidorum legere est lib. 12 Orig. cap. 4. Sed tota res illa de Cleopatræ morte in incertis relinquenda, ut Hist. Antiq. pag. 104 ostendit Cellarius. ¶ 2. Aspis, nom. propr. viri, qui Cataoniæ fuit dynastes apud Corn. Nep. 14, 4. 1. ¶ 3. Aspis oppidum Africæ, quod Latini *Clupeam* vocant, situm inter Carthaginem & Adrumetum. Vide ad Eutropium notata lib. 2 cap. 12. Est & Insula Lyciæ, & alia prope Cycladas. Steph.

ASPRENAS, ātis, Africæ Proconsul sub Tiberio. De Asprenatum vero familia & claritate legatur Plin. lib. 30 cap. 7. Sueton. August. cap. 43. De Asprenate Calpurnio Tac. Hist. 2 c. 9.

Assamenta, vide paullo post sub *Asser*.

ASSARĂCUS, i, Trojanus, avus Anchisæ, Trois filius, Ili frater. Vide de stirpe illa Ovid. Fast. 4 v. 33 seqq. & Servium in Aeneid. 1 v. 284,

Cum domus Assaraci &c.

Virg. Æn. 12 v. 127, *Et genus Assaraci Mnestheus & fortis Asilas.*

Assarius, vide *As*.

ASSASSINI. Genus hominum in Oriente fuisse memorant, quos plerique Historicorum *Assassinos*, Pius Papa & Nic. Gillius *Arsacidas*, Nicetas, *Chasios* nominarunt. Hi Mahumetanæ disciplinæ addicti novam sibi sectam instituerunt: Goldast. Replic. pro S. Cæs. Maj. advers. Gretf. cap. 1 ab init. Sectam hanc Mahumetanorum quintam numerat Rein. Reinecc. Meth. leg. hist. p. 46. conditore quodam *Aloadino*, qui regnum in eâ Persidis parte obtinebat, quæ Indo fl. proxima est. Eratque veluti equestris ordo, cujus Principes Aloadini Successores *seniores* & *sexmontii* nominabantur. Duravit hæc usque ad Tartarorum irruptiones. Tùm enim arce Assassinorum primariâ, Tigado, post viginti septem annorum obsidionem, (nam ita Haythoni historiâ traditum est,) captâ, prorsus deleti fuêre. Hæc Reineccius. Adi & Barth. lib. 51 Advers. cap. 2. Cæterùm cùm eâ in gente delecti juvenes, religionis quadam persuasione inducti, & nescio cujus Paradisiacæ voluptatis promisso inescati, Principi suo fidem sic obstrinxissent, ut ad imperium ejus, quoscunque Principes occisos ipse vellet, eos vi, fraude, dolo, pro re natâ, etiam cum præsente capitis sui periculo, trucidarent: factum inde, ut ¶ 2. Assassini vocentur *conductitii ad alios interimendos, præcipuè viros Principes*, ut Vossii verbis loquamur lib. 2 de vit. serm. cap. 2 pag. 176. nomine ad ipsos etiam conductores transeunte. Atque hinc &

¶ Assassinium *homicidium* est *ex pactione de danda & acceptandâ mercede commissum*, quemadmodum definit Joh. a Felde Part. 2. Elem. Jur. univ. p. 235. ein meuchelmord. De crimine ipso consulendi Juris interpretes.

ASSĔCLA, æ, commune est, & significat vel comitem, vel assistentem, vel affectatorem, ein anhänger, nachtreter. *Assecla mensarum*, ein schmarotzer, Vet. Gloss. *Assecla* παράσιτος. Sic Sallustium Cicero vel quisquis auctor illius invectivæ est, nominat, *sed tu omnium mensarum assecla*, &c. ¶ *Asseclam* pro comite dixit Nepos in Vita Attici cap. 6 cum ait: *Qui ne cum Q. quidem Cicerone voluerit ire in Asiam, cum apud eum Legati locum obtinere posset. Non enim decere se arbitrabatur, cum præturam gerere noluisset*, ASSECLAM *esse Prætoris.* Sic *Asseclæ legatorum* apud Cicer. in Verrin. 3 cap. 25. Nonius scribit c. 1 n. 280 *Asseclas ab eo, quod assint, & omnibus jussis dominorum presto sint, esse vocitatos.*

Assectari, assectatio, &c. Assentari, Assentatio, &c. Assentio, &c. Assequor, vide *sequor, sentio, sequor*.

ASSER, eris, masc. & Assis, is, fœm. Tabulæ sunt sectiles, thielen oder breter. Dicti *asseres*, veluti Festus vult, quod parietibus trabibusque *assideant*. Plaut. in Aul. a. 2 sc. 6 v. 8, *Ligna apud nos nulla sunt.* CO. *sunt asseres?* STA. *sunt pol*, &c. *Asseres pedum duodecim*, apud Cæsarem 2 Civ. cap. 2. *Roboreis assibus solum compingere*, den boden mit eichenen bretern belegen, apud Columel. 6 cap. 19. ubi & *axibus* legunt, quemadmodum & Budæus *asses* vel *axes* dicit. *Quernis assibus contabulare*, apud Plin. lib. 36. ¶ Sed revera *asseres* & *asses* idem non sunt; neque sunt *asseres* tabulæ [breter] sed *asses*: à quibus *assare* & *coassare*, & *coassatio* etiam est. *Asseres* autem trabeculæ sunt, quibus tegulæ in tectis imponuntur, latten, darauf die ziegel auf den dächern ruhen: quod illa Vitruvii verba lib. 4 cap. 2 diserte docent; *Deinde insuper sub tegulas asseres* (scilicet ponuntur) *ita prominentes uti parietes eorum projecturis tegantur.* ¶ Eaque de caussa *asseres* de sudibus, contis, longuriis etiam dicuntur, quod Hotomannus ad Cæsarem lib. 2 de Bell. Civ. cap. 2 observat. Sic *asseres lecticariorum* (stangen, daran die senfften getragen werden) Suetonius dixit in Caligula cap. 58. Vet. Gloss. *Asseres* Κόντοι, δοκοὶ, σφῆνες.

¶ Asserculus, i, diminut. apud Columel. lib. 8, *Junctis parieti modicis asserculis.* Assiculus, idem, ex antiquo Assis.

¶ Assula, diminut. Assulæ, quas Græci σχίδια, schidia, vocant, partes sunt materiæ asciâ abrasæ aut secari truncatæ, späne, schindeln. Plautus Merc. a. 1 sc. 2 v. 20, *at etiam cesso foribus hisce facere assulas*, id est, in minutos asseres discindere. Plinius lib. 29 cap. 2, *assulis tedæ subjectis.*

¶ Assulatim, adverb. minutatim, in kleine stücklein. Plaut. Capt. 4, 2, 53. *Pultando vel assulatim foribus exitium afferre.* Idem Menæch. 5, 2, 106. *Dedolare assulatim viscera alicujus.*

¶ Assulose idem. Plin. 12 cap. 22, *Calamus assulosè frangitur.*

¶ Axiculus, diminut. aliud (nam & axes, asses dicuntur) apud Columel. & Vitruv. 10 cap. 14.

¶ Asso, are, ab *assibus* verbum, h. e. contabulare, täfeln, spinden. Vitruv. 7, 1. *Cum assatum fuerit.* Unde & formant

¶ Assamentum, i, & quidem Plinii auctoritate lib. 16 cap. 40, *Rigorem fortissime servat ulmus, ob id cardinibus assamentisque portarum utilissima.* Sed Harduinus ad hunc locum notavit, omnes MSS. libros *crassamentus* habere.

¶ Coassare, Vitruv. 7, 1. idem quod *assare*.

¶ Coassationem, seu coaxationem fecit Plinius 36, 25. Vitruv. 5 cap. 1. & lib. 7 cap. 1. täfel-werck.

¶ Inasseratus. Vet. Inscript. ap. Gruter. 207, *ferroque figito, inasserato assiribus abiegnis sectilibus.* Grævius.

Assero, Assertio, &c. Asseveranter, Asseveratio, Assevero, Assideo, cum derivatis, & Assiduus, Assiduitas &c. vide *sero, severus, sedeo*: Assido vide *sido*.

Assimilis, Assimilo; Assipondius, Assis; Assĭtus, Assius lapis, Asso, āre, Associo, are; vide *similis, as, sero, ĕre, asses, asser & assius, socius*.

ASSOS Græca, & Assus Latina terminatione, proprium nomen aliquot urbium, quarum una Troadis fuit, altera Mysiæ, Lyciæ tertia, quarta Epiri. De Asso Troadis urbe celebris fuit Stratonici citharœdi sententia apud Strabonem lib. 13 p. 420,

ἄσσον ἴθ'; ὥς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι:

Vade Assum, ut citius leti confinia tangas.

Erat enim Assus naturâ & arte urbs munita, & ab ea parte, quæ mare spectat, arduum & difficilem habebat adscensum. Vid. Hadr. Jun. adag. 109, qui observat esse, qui hîc Asson Lyciæ oppidum, & pro Stratonico nominet Nicostratum. Porro ab Asso Troadis denominatur

¶ Assius, lapis, qui & sarcophagus, σαρκοφάγος adpellatur, quem Plinius scribit lib. 35 cap. 17. in Asso Troadis nasci; fissili venâ scissum, qui corpora defunctorum in eo condita intra quadragesimum diem absumat, exceptis dentibus; & quæ alia ibi de hoc lapide sequuntur. De quo præterea vide Dioscoridem lib. 5 cap. 99.

Aspredo, Aspreta & Aspritudo, vide *Asper*.

Assuesco, Assuetudo; Assula, Assultim, assulto, assultus; Assuo, vide *suesco, asser, salio, suo*.

ASSUS, a, um, quasi *arsus*, ab ardeo, idem quod *assatus*, gebraten, ut *caro assa*, quam *assaturam* cum Vopisco nonnulli dicunt, ein braten. Plaut. in Curc. act. 2 sc. 3, 88.

Hæc sunt ventri stabilimenta, panis & assa bubula:

brod und rindern gebratens halten im bauch wieder. Alia sunt *caro frixa*, in butter gebraten, *caro tosta*, geröstet ꝛc. ¶ *Assum vitulinum* in hoc Ciceronis loco lib. 9 Epist. 20 ad Pætum legunt, nec male, ut videtur, quamvis & *Vitellinum* legatur; *integram famem ad ovum affero, ita usque ad assum vitulinum opera perducitur.* Significat autem carnem vitulinam, quæ inter fercula postrema in cœnis adponebatur: Corrad. ¶ 2. significat solum, merum, ut *assâ voce canere*, i. e. solâ voce, nullis admistis musicis instrumentis: mit blosser vocal-music. Ex Catone & Varrone Nonius. Vicissim *assæ tibiæ* dicuntur, quibus canitur sine chori voce, Servio, cujus locum quære in *Antes*: blosse instrumental-music von pfeiffen. Unde & *assare* dicuntur tibicines, cùm solis tibiis canunt. Vide Nonium & Josephum Scaligerum Conjectaneis ad Varronem. *Assum autem*, inquit Nonius

nius cap. 2 n. 70, *estimandum est, ut in obsoniis sine pigmento saporis alieni, quemadmodum merum dicitur solum.* Hoc vult: Sicuti *merum*, cum initio vinum notaret, significare postea cœpit quodlibet purum, quomodo vinum (puta sibi relictum,) purum est ab aqua: sic *assa*, quod nomen primo carnis fuit ad ignem tostæ, translata est postea ad designandam eam cantilenam, quæ *sola* voce constaret absque organorum veluti condimento; nam & caro talis, secus atque elixa, nihil habet additum saporis alieni. Verum huic similitudini obstat, quod *merum* alii volunt, (& rectius, opinor) prima significatione purum, secundâ demùm vinum significare nullâ dilutum aquâ, quod Græci ἀκρατὲς vocant, cùm id olim duabus vocibus *vinum merum*, ein lauterer wein, fuisset dictum. Seposita vero ista similitudine plausibiliorem dixerim Nonii etymologiam, quàm illam aliorum apud Vossium f. 51 etym. *assi* notionem istam derivantium ab ἄσαι, quod est *canere*. Non enim ideo *assa* vox, *assa* tibia vocabantur, quia *caneret*, sed quia hoc faceret *sola*, & absque societate modulaminis alieni. Quo fere modo ¶ 3. *Assi* etiam *lapides* dicebantur sicci, i. e. qui nullo arenario conglutinati sunt; sed alius super alium positus, ut in maceriis vinearum fieri consuevit. Vide Servii locum suprà à nobis allegatum in voce *Antes*. ¶ 4. *Assas nutrices* vero ob eam proprietatem officii nuncupari censet Nonius c. 1 n. 280, quod assint iis, quos nutriant, nec vel exiguo divellantur. ¶ 5. Assa, orum, in balneis sudaria sunt (sic enim Seneca vocat) die schwitz-stube, die schwitz-banck. Cicer. ad Q. Fratrem lib. 3 ep. 1, *In balneariis assa in alterum apodyterii angulum promovi.* Ideo sic dicta, quod tantùm ibi sudent, non etiam lavent. Vide supra *Apodyterium*.

¶ Semiassus, a, um, halb gebraten. Cicero 1 Tusc. cap. 44, *relliquias semiassi regis* ex veteri poëta dixit.

¶ Asso, Assare, verbum, coquere est, & torrefacere ad ignem, braten. ¶ 2. *Assare* dicuntur tibicines, cum solis tibiis canunt; quod paullo ante monebamus. ¶ 3. *Assare* item contabulare est, vide *Asser*.

¶ Assatus, a, um, gebraten. Pro quo &

¶ Inassatus dixit Plinius lib. 30 cap. 10, *In ligneis verubus inassatum.* Quare &

¶ Inassare dici potest pro assare.

¶ Assatura, æ, gebratens. Vopisc. in Aureliano c. ult. *Convivium de assaturis maxime fuit.*

¶ Assator, ōris, in Glossis est ὀπτανεὺς & ὀπτανάριος, ein koch.

¶ Subassare, modice aut lente assare. Apicius lib. 4 cap. 2, *pisces curatos subassabis.* Conf. 2 c. 6 & 7. c. 2. c. 5 & c. 13. Id. 8 c. 2.

¶ Coassare, vide *Asser*.

Assus, oppidum, vide supra *Assos*.

ASSȲRIA, æ, Ἀσσυρία, Asiæ regio, dicta ab *Assur* filio *Sem*: veluti Augustinus testatur de Civ. Dei lib. 16 c. 3.

¶ Assyrius, a, um, adject. Lucan. lib. 4 v. 29[illegible],

Assyrii scrutator pallidus auri.

¶ Assyrii nomen pro Judæo, seu Ebræo apud Græcos interdum usurpari, Seldenus adnotavit 1 de Jur. nat. & gent. juxt. Ebr. 2 p. 18. ¶ Assyrius etiam cum *Syrus* non raro confunditur.

Ast, vide *At*.

ASTA, æ, civitas Hispaniæ Bæticæ, quæ Plinio *Regia* cognominatur l. 3 c. 1. ¶ 2. Asta alia in Liguria est, cujus ager vulgo Comitatus Astensis audit inter Pedemontium & Montferratum.

ASTACES, vel Astacenos, fluvius in Ponto, irrigans campos, in quibus pastæ nigro lacte equæ gentem alunt. Plin. 2 c. 103. ¶ 2. Astaces prætor Darii apud Curt. 4, 7, 4. Sed consule Freinshemii Comm. ad 4, 1, 28.

ASTĂCUS, i, Ἄστακος, cancer marinus, ein meer-krebs oder see-krebs, vide Grammar[illegible], & Locusta. Plin. 6 c. 31.

¶ Astacus, seu Astacum, oppidum Bithyniæ apud Strab. l. 12, & Plin. l. 5 sub finem. Unde

¶ Astacēnus, a, um; ut *sinus Astacenus*, Plinio c. l.

ASTĂPHIS, ĭdis, Ἀσταφὶς, Plinio uva passa est, rosin, weintrdublein: l. 2[illegible] c. 1, *Uva passa, quam Astaphida vocant*, &c. ¶ 2. *Astaphis agria*, sive *Staphis agria*, ἀσταφὶς ἀγρία & σταφὶς ἀγρία, herba; quæ & *uva silvestris*, & *herba pedicularis*, quod pediculos necet, & *pituitaria*, dicitur, bißmintz, Matth. speichel-kraut, läuß-kraut, Hadrian. Vide *Staphis*.

ASTARTE, Dea Syrorum: de qua vide Johannem Seldenum Syntagmate de DIs Syris: & infra in SYRIA.

ASTEISMUS, i, ἀστεϊσμὸς, tropus est, orationis scilicet urbana festivitas, aut, secundum Diomeden, quicquid simplicitate rusticâ caret, & facetâ satis urbanitate expolitum est, ut Virgilii illud ecloga 3,

Qui Bavium non odit, amet tua carmina Mævi, &c.

Item, cum decrevisset Philippus, Persas in suam redigere potestatem, & in hoc exercitum misisset, scripsit, *milites ideò à se missos, quod comperisset, Persas seditione vexari, & bonorum esse, tali tempore subvenire.*

ASTER ATTICUS, ἀστὴρ ἀττικὸς, herba, quam Amellum Virgilii putat esse Matthiolus, sed negat Hadrianus: sternkraut, bruchkraut, schartenkraut. Plin. 27 c. 5. ¶ 2. Aster Samius, genus terræ candidissimæ. v. Plin. 35 c. 16.

ASTĔRIAS, æ, 1 decl. Ἀστερίας, piscis est ex rajarum genere: raja nimirum stellaris, ein sternroche. ¶ 2. Quod tamen nomen etiam Galeis piscibus, den bunten see-hunden, ¶ 3. & inter aves accipitribus, aquilis, & ardeis tribuitur; à punctorum & macularum varietate. Gesn. ein reiger. v. Plin. 10 c. 60. ¶ 4. Est & gemma Asterias seu *Asteria*, quæ & *Astrios* & *Astroites* & *Astriobolus* dicitur. Ea conjecta in acetum vertitur in orbem. Germani nomen ei à victoria fecerunt, siegestein. Agricol. Gesner. Nomen inde indepta est, quod sole contraria candicantes radios regerit, ut Plinius auctor est lib. 37 cap. 9. ¶ 5. *Asterie* denique mulieris nomen apud Horat. 3 od. 3.

ASTERICUM, i, ἀστερικὸν, herba folio similis ocymo, nascens in tegulis parietinisque. Plin. 22 cap. 17, tag und nacht, S. Peters-kraut.

ASTĔRĬON, Cometæ fil. unus ex Argonautis, de quo Apollonius in Argon. lib. 1, v. 35 & Flaccus Argon. lib. 1, v. 356. ¶ 2. *Asterion* est & fluvius Argolidis, apud Statium Theb. 4 v. 122 & 714. ¶ 3. Porro est & Thessaliæ civitas hujus nominis, apud Homerum Iliad. B. *Asterion* denique araneus, cujus morsu genua labefactantur. Plin. 29, 4.

ASTERISCUS, i, ein sternlein, ἀστερίσκος ab ἀστὴρ, inter Notas Criticorum, quas in lectione auctorum locis certis ad distinctionem scripturarum, ut Isidorus loquitur, cera miniatula varias adpingebant; fuit stellæ figura, quâ non eodem modo iidem usi. Aristarchum asterisco cum obelo, seu virgulâ jacente [* - -] usum propriè in iis versibus, qui non suo loco positi essent, Isidorus tradit lib. 1 Orig. cap. 20. S. Hieronymus ad Augustinum Epist. 89 cap. 6, *Ubicunque virgulæ, id est obeli sunt, significatur, quod septuaginta plus dixerint, quam habetur in Ebræo: ubi autem asterisci, id est stellulæ prælucentes, ex Theodotionis editione ab Origene additum est.* Et Augustinus Epist. 10 ad Hieronymum cap. 2, *Asteriscis notasti, quæ in Ebræo sunt & in Græco desunt: obeliscis autem, quæ in Græco inveniuntur, & in Ebræo non sunt.*

ASTHMA, ătis, ἄσθμα, anhelatio seu difficultas spirandi, keichen, schwerer athem, δύσπνοια. Suspirium videtur Seneca vocâsse, vide suo loco.

¶ Asthmăticus, i, ἀσθματικὸς, qui id mali patitur, der einen kurtzen athem hat, engbrüstig ist, Plinius *suspiriosum & anhelatorem* vocat lib. 23 cap. 7, illis utilia proponit 20 c. 21 & 7. c. 26.

ASTRAEA, æ, Ἀστραῖα, dea justitiæ, quæ vitiis hominum crescentibus in cœlum subvolasse à poëtis fingitur. Vide pulcherrimum locum in Arati Phænomenis. Ovid. lib. 1 Metam. v. 149,

& virgo cæde madentes
Ultima cœlestum terras Astræa reliquit.

Quod de Pudore & Nemesi Hesiodus etiam finxit. Vide Octaviam Senecæ.

ASTRĂGĂLUS, i, ἀστράγαλος, talus est, ein knöchel oder knorren. Sed in homine esse ἀστραγάλους negavit Aristoteles; vide infra *Talus*. ¶ 2. Et *Astragala* inter torulos sunt columnarum, die ringe oder reiffen üm die seulen. Qua voce in fœminino juxta & neutro usus Vitruvius est. Vide interpretes ejus, & Bernardinum Baldum de verborum Vitruvianorum significatione: qui rem ipsam pluribus explicant. ¶ 3. Astragalus & frutex parvus est, ciceri similis, flore purpureo, radice rotunda, Dioscoridi lib. 4 cap. 47, erdmolten. vide Plin. 26 cap. 8, 12 & 14. ¶ 4. Verticillum, ein spinnwirtel. vide Vitruv. 3 cap. 3.

¶ Astragalismus, i, ἀστραγαλισμὸς, ludus, talorum jactus, das würffel-spiel.

¶ Astragalizo, are, würffeln, ἀστραγαλίζειν. Astragalizontes ex ære, Polycleti opus apud Plin. 34 c. 8.

ASTRAMPSYCHUS, i, auctor vetus. Scripsit, Suida teste, librum medicum de cura canum, itemque Onirocriticon, h. e. de somniorum interpretatione. Ac posterius hoc quidem scriptum ad nos utcunque pervenit, versibus meris jambicis exaratum. Ediderunt Josephus Scaliger, Hadr. Junius (lib. 1 animad. cap. 18) Vinc. Opsopœus (cum oraculis veteribus,) Johannes Meursius (fine Mantissæ suæ ad librum de luxu Romanorum.) Vide & Casaub. ad Suet. Cæs. cap. 7 p. 20. itemque Jo. Henr. Ursin. de Zoroastr. p. 62, qui Astrampsychum & Zoroastrem eumdem esse putat, inductus videlicet augurio nominis, cùm utrumque nomen idem sonet, *astrum* nempe *animatum*. Sed me quidem hæc ratio parum movet.

ASTRĂPE, ἀστραπὴ, fulgur. Plin. 35 c. 10, *Apelles pinxit & Astrapen.*

¶ Astrapias, æ, gemma, in qua fulminis discurrunt radii. Plin. 37 c. 11.

Astrifer, astrifugus, astrilucus, Astriobolus, Astriotes, Astroites, Astrologia, &c. Astronomia, &c. vide *Astrum* & *Asterias*.

ASTRUM, i, ἄστρον, signum stellis coactum, quod nos sidus vocamus: Macrob. lib. 1 in Som. Scip. cap. 14, ein gestirn. Nam & Zodiaci signa *astra* dixit Virgil. lib. 1 Georg. v. 231,

Idcircò certis dimensum partibus orbem
Per duodena regit mundi Sol aureus astra.

Differunt igitur a *Stella*, quæ solitaria est, *Astrum*, *sidus*, *signum*, tametsi & stellis adpellationem illam Cicero alicubi tribuat. Vide Vallam lib. 6 cap. 22. Censorinus de die natali cap. 23, *Babylonii a solis exortu ad exortum ejusdem astri diem statuerunt.* Dicitur inde *Cognitio astrorum*, stern-kunst. Cicer. de Divinat. 1 cap. 41, *Chaldæi in Syria cognitione astrorum antecellunt*, seynd berühmte stern-seher. *Tollere* aut *ferre ad astra*, in himmel heben, hoch loben. Virg. eclog. 5 v. 51, *Daphnin tollemus ad astra.* Sic *astris sese efferre*: Silius de Alexandro respondente apud inferos Scipioni, quibus artibus tantam sibi gloriam peperisset; lib. 13 v. 772,

Turpis lenti solertia Martis:
Audendo bella expedias, pigra extulit astris
Haud unquam sese virtus: tu magna gerendi
Præcipita tempus, mors atra impendet agenti.

Malo astro natus, id est, infeliciter natus, sive homo infelix, apud Petronium. ¶ 2. *Astra* pro Diis ponere aliquando, & iis maxime, qui ex hominibus consecrati ab obitu, & in Deorum numerum relati essent, ut Imperatores seu Principes, Poëtæ solent. Eorum enim animas in astra abire, opinio tenebat. Unde cum Julio Cæsari Patri Augustus ludos funebres celebraret, & medio die stella appareret, creditum fuit, animam Cæsaris esse cælo receptam, ut Suetonius refert Vita Cæsaris c. 88. Vid. & Servium ad illud Virgilii in Ecloga 9,

Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum:

Eo enim in illo carmine respexit Poëta. Vide & infra in SIDUS. Hinc declarandus etiam locus Statii lib. 1 Silv. Equo Max. Domitiani, cum sub finem carminis scribit:

huc & sub nocte silenti,
Cum superis terrena placent, tua turba relicto
Labetur cælo, miscebitque oscula juxta.
Ibit in amplexus natus, fraterque, paterque
Et soror: una locum cervix dabit omnibus astris.

Significat enim filium Domitiani, & Patrem Vespasianum, cum Tito fratre ac sorore Domitilla, lapsuros cælo, quod tamquam Dii habitent, per noctem, & omni affectu prosequuturos Domitiani Statuam omnes.

omnes. Nam cùm dicit, *Vna locum cervix dabit omnibus astris*: intelligit unam Domitiani cervicem in Statua omnium Deorum Flaviæ Gentis, quos paullo ante recensuit, amplexibus concessuram locum, sive patere.

¶ Astricus, a, um, ab *Astrum* adjectivum est: quo usus Varro in Satyra Marcipore apud Nonium in *Meridiem*:

Cùm pictus aër fervidis late ignibus
Cæli choreas astricas ostenderet.

¶ Astrosus, i, etiam ab astro dictus, quasi malo sidere natus, apud Isidorum orig. 10. A.

¶ Astrifer, a, um, gestirnt, poëticum. Statius 8 Theb. v. 83,

Astriferos inclinat Juppiter axes.

¶ Astriger, a, um, idem. Statius 10 Theb. v. 828,

Cominus astrigeros Capaneus tollendus in axes.

Et Claudianus de Bello Get. v. 245,

Qua micat astrigera senior cum conjuge Cepheus.

¶ Astrifugus. Archithren. *Sol jubare astrifugo mundum circameat.*

¶ Astrilucus, lucens ut astra, Mart. Capellæ est lib. 6 qui & lib. 2 *Astrificus* dixit.

¶ Astrolabium, i, ἀστρολάβιον, Mathematicorum Instrumentum, quo ad vestigandos stellarum aut siderum motus utuntur.

¶ Astrŏlŏgia, æ, Ἀστρολογία, die sterndeut-kunst, præclara illa scientia, quæ motus cælestes sub demonstratas rationes redigit. Cicero sane lib. 2 de Divinat. cap. 42, ita ample vocabulo usus est, ut Archelaum & Cassandrum *summos astrologos* laudet, qui *cum in ceteris astrologiæ partibus excellerent, hoc prædictionis genere usi non fuerint.* Ibidem de Scylace Halicarnasseo: *excellens in astrologia totum hoc Chaldaicum prædicendi genus repudiavit.* Omnem ergo astrorum scientiam & motuum rationes Astrologia significabat, nondum, ut hodie fit, ad angustias vanam & incertam prædicendi ex astris opinionem redacta. Postea vero præclarum hoc astrologiæ nomen contemtius significavit, quia id vanitati suæ plerumque prætexunt, qui ex certo siderum positu fata hominibus pandere præsumunt, qui & honestissimum *Mathematicorum* vocabulum sibi olim vindicarunt, ut infra monebimus. Hinc factum est, ut male audirent astrologi, & ipsius artis vocabulum in contemtioribus poneretur. Quamquam non vana tantùm; sed perniciosa etiam Reip. & impia sapientissimis quibusvis omnis ævi visa est: quippe quæ homines, dum addit spes animis, aut facit metum, in cupiditates improbas nefariaque consilia impellere valeat; tum ab religione & cultu abducere Numinis. Quare non modo hoc Astrologiæ genus & improbatum & vetitum semper Romanorum legibus; sed Patribus quoque Ecclesiæ veteris Conciliisque damnatum fuit: adeo, ut, tamquam Idololatricam artem, & ipsis a Dæmonibus inventam alienam penitus Christiano; nec cælum sibi promittere posse existimarent, cujus *radius*, ut Tertullianus loquitur, *cælo abuteretur.* *Cælo* autem *abuti* credebatur, qui inde futura prædiceret. Vide Tertullianum, ut innumeros alios prætercam, de Idololatria cap. 9. Hinc Augustinus, quod aliquando huic arti attendisset, se commisisse in eo peccatum grande, & cujus nomine DEI exoranda sibi venia esset, lib. 4 Confessionum cap. 3, & lib. 7 cap. 6 agnoscit. GENETHLIOLOGIAM Vitruvius vocat lib. 9 de Architecturâ cap. 7, ubi de origine & progressu ejus etiam breviter docet. Confer. de inventore Astrologiæ Plinium 6 c. 26 & 7 c. 56, deque ejus excellentia atque utilitate eumdem 7 c. 37 & 18. c. 28.

¶ Astrŏlŏgus, i, ἀστρολόγος, ein stern-seher, Cic. Divinat. lib. 1 cap. 39, & paullo ante citato loco hac voce usus est. Juvenalis Sat. 6 v. 552,

Chaldæis sed major erit fiducia. quicquid
Dixerit astrologus, credent a fonte relatum
Ammonis, quoniam Delphis oracula cessant.

¶ Astrŏnŏmia, æ, ἀστρονομία, sternseh-kunst. Scientia, quæ ex ratione motûs siderum aliquid colligit, & ad vitæ usum transfert: puta ad rationem temporis, dierum, mensium, anni, constituendam; item ad navigationem &c. quatenus huic scientiæ dandam operam existimabat Socrates: quamquam Xenophon Astronomiæ vocabulum ad accuratiorem illam & subtiliorem stellarum cognitionem transtulerit lib. 4 Memorabilium. Videturque *Astronomiæ* vocabulum Veteribus utramque partem fuisse complexum, & ab *Astrologia* nihil fuisse diversum. Nam & Aristoteles lib. 1 Analyt. Post. cap. 13, *Astrologiæ* nomine utrumque comprehendit. In Isidori Orig. lib. 1 c. 2, inter septem liberales disciplinas *septima* est *Astronomia, quæ continet legem astrorum.* Conf. lib. 2 c. 23 seqq.

¶ Astrŏnŏmus, i, ἀστρονόμος, ein sternseher; astrorum mensor, qui stellas stellarumque cursus & distantias contemplatur. Vide Ger. Jo. Voss. de Artibus Mathemat. & Salmas. ad Solinum p. 461.

¶ Astronomicus, a, um; *Astronomica præcepta* vel *libri* vocantur, quibus de astris agitur, quales sunt Manilii.

ASTV, ἄστυ, Vrbem significat, quo nomine urbem suam peculiariter, & ἐξοχῆς titu Athenienses adpellabant, Donato auctore. Terent. Eun. act. 5 sc. 6, *An in Astu venit?* Corn. Nepos in Themistocle: *Xerxes Thermopylis expugnatis protinus accessit ASTV: idque nullis defendentibus incendio delevit.* Ceterum eo nomine Pyræeum non continetur: in quo velut nova & peculiaris Vrbs à Themistocle instituta fuit. Quare & Athenarum nomine non comprehendit idem Nepos, cum in Cimone scriberet: *Conon cum parte navium in patriam venit, muros dirutos à Lysandro utrosque & Pyræei & Athenarum reficiendos curat.* Athenarum nomine *Astu* seu veterem illam urbem intelligit. Et inde Donatus ad supra citatum Terentii locum: IN ASTV, inquit, *de Pyræeo in urbem.* Vide & infra Stephani Byzant. locum, in *Vrbe*; itemque Savaron. ad Sidon. lib. 1 Epist. 6.

¶ Astus, ûs, πανουργία, behendigkeit, schalckheit. Terent. in Eunuch. ibid. *Quod si astu rem tractavit,* &c. im fall er listig verfahren. Plautus *astu colere quid* dixit Captiv. act. 2 sc. 1, *Doli non sunt, nisi astu colas*: i. e. fallendi & decipiendi animo. Et Recto casu Silius 16 v. 323,

Non ars, aut astus belli, vel dextera deerat.

¶ Astūtus, a, um; plenus astu, verschlagen, witzig. ¶ Est autem *astus* & *astutus* ab *asta*, quod Vrbem significat. Sunt enim urbani homines callidiores & ad fallendum magis docti: at rustici contra simpliciores & procul dolis. Asconius in Procem. Act. in Verrem: *ASTVTA, i. e. urbana: etenim urbs ἄστυ dicitur.* Horatius lib. 2 Serm. Sat. 3 v. 185,

Scilicet ut plausûs, quos fert Agrippa, feras tu,
Astuta ingenuum vulpes imitata leonem?

In quo stultitiam eorum accusat, qui, cum à natura ad fraudem dolosque nati sint, magnitudinem quamdam animi affectent, leonesque videri velint, cum sint astutæ vulpes. Itaque *astutus* est, qui fingendo & simulando aliud, quàm est, aut gerit, aut loquitur, decipit alios & circumscribit, ut sibi consulat. Vnde idem Horatius lib. 1 Serm. Sat. 3 v. 62, *fictum astutumque*: Cicero lib. 3 ad Fam. Ep. 10, *astutum* & *occultum* [qui idem & *fictus* dicitur] conjungit. Idem ead. Ep. *Quod si id est maximè astuti hominis, omnia ad suam utilitatem referre,* &c. Sic *non astutus* est apertus, apud Tacitum de Germania c. 22. *Gens,* inquit, *non astuta, nec callida, aperit secreta pectoris licentia loci.* Compar. *Astutior,* Cicer. lib. 3 epist. 8, *Quod si quis me astutiorem fingit.* Superlat. *astutissimus adversarius,* Augustin. Serm. 17 de Sanctis cap. 3, & *astutissima calliditas,* Idem de Civ. Dei lib. 21 c. 6.

¶ Astūtŭlus, diminutivum, & cum intendendi particula

¶ Perastūtŭlus, a, um, cujus fœminino usus est Apulejus lib. 9 p. 219, *Mulier callida, & ad hujusmodi flagitia perastutula.*

¶ Astūtia, æ, ab astu differt, ut ab ira, iracundia. Ipse habitus scilicet, sive perversa & nequam illa ingeniositas, quæ in inveniendis dolis atque fallaciis posita est: betrügeren, arglistigkeit. Vnde & *Sapientiæ* opponitur. Cicero supra laudata Epist. 8 lib. 3 ad Familiares: *Quæ ego omnia in expetenda amicitia tua, non ASTVTIA quadam, sed aliqua potius SAPIENTIA secutus sum.*

¶ Astutè, adverbium: callidè. Cicero ad Quint. fr. lib. 1 ep. 2, *astute reticere,* hintern berge halten. Varro lib. 9 de L. L. *Sed ne astutiùs videar posuisse, duo genera esse similitudinum sola, cum utriusque inferiores species sint plures: si de his reticuero, ut mihi relinquam latebras, repetam ab origine similitudines.* Gellius lib. 18 cap. 4, *levia inaniaque pro gravibus & veris astutissime componentes.* Et Lactantius lib. 1 cap. 22, *quod ille astutissime excogitavit.* Etiam Augustinus de Civ. Dei lib. 19 cap. 5, *astutissime fingere.*

¶ Perastute. Plaut. Truc. 2, 2, 43, *ut perastute eum injiciatis in malam fraudem.* Sic Aldus & alii: recentiores quidam aliter.

ASTVR, ŭris, sing. ut: *Astur equus,* de quo postea in *Asturco.*

¶ Astúres, Hispaniæ populus, proximus Gallæcis.

¶ Asturia, horum regio. Et

¶ Astura, fluvius ejus regionis, unde procul dubio & genti nomen: cujus, ut & gentis mentio apud Florum lib. 4 cap. 12. ¶ 2. Astura urbis quoque nomen est, ubi Cicero villam habuit maritimam. Vid. Victor. Schol. in 2 Epist. Cic. ad fam. 16.

¶ Asturco, ōnis. Asturcones, ab Asturia, sive Asturum gente Hispanica, equi sunt, quos Latini aliàs a molli & glomerato incessu, *Tolutarios* vocant: ipsi Hispani *Thieldones* dixerunt, unde nostrum ein zelter. Seneca epistola 87, *Non omnibus obesis mannis, & asturconibus, & tolutariis præferres unicum illum equum, ab ipso Catone defrictum?* Adde Plinium lib. 8 cap. 42 extremo: qui tamen Asturcones in eo distinguit, quod minori forma sint. Martialis 14 ep. 199,

Hic brevis ad numerum rapidos qui colligit ungues:
Venit ab auriferis gentibus Astur equus.

Asturio: lege *Acipenser.*

Astutia, Astutus, vide *Asta.*

ASTȲĂGES, is, Ἀστυάγης, Cyaxaris Medorum Regis filius, ultimus Assyriorum & Medorum Rex, quem Cyrus regno spoliavit, de quo Herodotus & Justinus lib. 1 c. 4 seqq.

ASTȲĂNAX, ctis, Ἀστυάναξ, quasi urbis rex, proprio enim nomine *Scamandrius* dicebatur; Hectoris fuit filius, quem in direptione Trojæ ex turri præcipitem dedit Vlysses. Vide Ovid. 13 Metam. Virgil. 3 Æneid. v. 489,

O mihi sola mei super Astyanactis imago.

¶ 2. Alius Astyanax Milesius, miri homo roboris & edacitatis, ut qui solus (uno prandio) posset octoginta placentas absumere, ut est apud Scholiasten Theocriti ad Idyll. δ. quamquam hoc Ægoni cuidam Theocritus tribuit.

ASTȲCVS, a, um, ut, *Astycì ludi* apud Sueton. Caligula cap. 20, qui Græcis instituti fuére: qualia Athenis Dionysia. Ab ἄστυ ἀστυκός est. Jos. Scaliger lib. 5 de Emendat. Temporum pag. 449. Quamvis Torrentii quoque conjectura elegans satis videatur, pro *Astycos ludos,* quod Scaliger volebat, *Actiacos* legentis: quorum supra in Tiberio cap. 6 extr. Suetonius meminerat.

ASTȲDĂMAS, antis, nomen Tragicorum duorum Atheniensium, patris & filii, de quibus Voss. p. 45 & 50 de Poët. Græc. Pater Isocratis auditor fuit, sed ab eloquentiæ studio se ad scribendam tragœdiam convertit. ¶ Astydamas histrio, Morsini filius, cui statua in theatro ponenda decreta fuit, quod in agendo Parthenopæum sese gnaviter ac scitè gessisset. Itaque titulum conscripsit, quo suas ipse laudes complectebatur. Vnde natum proverb. *Laudas teipsum Astydamæ in modum.* vid. Erasm. in adag.

ASTȲLIS, ĭdis, lactucæ genus, minima radice, latis foliis, breiter lattich. vid. Plin. 19 c. 8.

ASTȲLVS, i, unus e Centauris, qui futura prænoscens, fratribus dissuasit bellum adversus Lapithas. vid. Ovid. Metam. 12 v. 307. ¶ 2. Astylus vel Astyllus, Crotoniata, cursu & perpetua virginitate clarus apud Pausan. lib. 6 & Plat. in legg. conf. Plin. 34 c. 8.

ASTȲPĂLÆA, æ, Phœnicis filia fuisse dicitur, à qua nomen accepit

¶ Aspalæa, insula una Cycladum, unam habens urbem ejusdem nominis. Ovid. de arte 2 v. 82,

Cinctaque piscosis Astypalæa vadis.

¶ Astypaleius, a, um, adject. Idem Metam. 7 v. 461 seq. *regnà Astypaleia.*

ASVLA, æ, oppidum in agro Brixiano; unde

¶ Asulani, populi apud Plin. 3 c. 5.

ASYLA, æ, f. 1. hünerdarm, herba. Plin. lib. 25 c. 13.

ĂSȲLVM, i, ἄσυλον, ut, *in asylum confugere*. Cic. Verr. 3 cap. 33. Servius dictum putat quasi ἄσυρον, quod ex eo neminem, qui in id confugisset, liceret per vim extrahere, eine freyheit, zuflucht. Dictum ergo putavit ab α στερητικῷ & verbo σύρω, traho. Rectius a συλάω, quod non tantùm spoliare notat, sed in genere quoque lædere vel violare. Vnde & homines ἄσυλοι Græcis idem, qui Latinis inviolabiles & sacrosancti. Est ergo Asylum proprie locus, in quo neminem lædere liceret, aut violare. Cui rei quidem olim præcipue sanciebantur templa. Livius lib.35 cap. 51, *Et in fano lucoque, ea religione & eo jure sancto, quo sunt templa (asyla Græci adpellant) Menippus palatos cecîdit.* Ac tale templum libertatis primùm Athenis institutum ferunt ab Hercule, deinde & Ephesi, ut Strabo notat, & Romæ: Quod Romulus aperuit, *vetere consilio*, ut Livius lib. 1 cap. 8 scribit, *condentium urbes, qui obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem, natam e terra sibi prolem ementiebantur.* Quibus verbis putet aliquis forte Asylorum originem a Cadmo usque repeti: quasi is non ex Draconis dentibus humi sparsis, ut Poëtæ fabulantur, sed asylo acceperit cives, cum condidisset Thebarum urbem: præsertim cùm non desint, qui Romulum Cadmi exemplo condidisse suum asylum prodant, ut Alex. ab Alex. 3 gen. dier.20. Godelev. ad hunc Livii locum, Franc. Patric. 8 de regn. & reg. inst. 16. Covarruv. 2 Var. resol.20 n. 2. Cerda in 8 Æn. Virgil. v. 342. Verum, recte rem exputanti facile adparebit, ista scribentem Livium nihil de Cadmo cogitasse, (cujus quidem asylum nescio, an ullius auctoris antiqui firmari testimonio queat,) sed hoc voluisse: qui olim aperto asylo hominum obscurorum colluviem undecunque collectam ordinavissent in civitatem, eos, ut ista tegeretur ignobilitas, e terra sibi natum populum finxisse. Quæ quidem an mens ipsorum fuerit, qui primam suæ gentis originem repetebant à terrigenis, (γηγενεῖς illi sunt Græcis) ipse viderit Livius. ¶ Fuerunt & alia post Romulum in Italia instituta Asyla: quæ omnia tamen, & totum adeo Asylorum morem & jus Tiberius sustulit, cum intelligeret, eo homines ad occasiones pessimorum facinorum fermè abuti: de quo Suetonius ejus vita cap.37. Atqui antiquitus eo instituta non erant, ut sontibus quibusvis, & noxiis, sed qui non sua sponte ac quodam casu rei facti, prodessent, ut Grotius docet lib. 2 de jure Pacis ac Belli cap.21 n. 5 & 6. Apud Christianos quoque loco antiquorum templa & basilicæ Apostolorum erant, quorsum gentiles etiam confugiebant, auctore Coquejo ad August. de C. D. lib. 1 cap. 1. Sed eadem hodieque improbitatem tutam præstant, juxta Forstn. not. ad Tacit. p. 293.
¶ Asylæus Deus, cui Asylum illud suum sacrum esse dictitabat Romulus. Plutarch. in eo.

Asymbolus, vide *Symbola*.

ASYNDĔTON, ἀσύνδετον, connexio sine copulis, quam & διάλυσιν & διάλυτον dicunt, ut:

Ferte citi flammas, date vela, impellite remos, &c.

Virg. 4 Æn. v. 594. Item *abiit, excessit, evasit, erupit*, Cic. 2 in Catil. c. 1.

AT, Conjunct. adversat. notæ significationis & elegantiæ, aber: pro *saltem* vel *attamen*, frequenter legitur, ut, pro Milone cap. 34, *Si mihi republica bona frui non licuerit; at carebo mala*; doch, aber doch. Terentius Andr. a. 4 sc. 1 v.42,

At tibi Dii dignum factis exitum duint.

Vbi Donatus: AT, *principium increpationi aptum: ut Virgilius, At tibi pro scelere* &c. Et Horatius Epod. 5,

At ô Deorum quisquis in cælo regis
Terras & humanum genus.

Servius etiam non uno loco, non tam conjunctionem, quàm inceptivam, ut vocat, particulam, & ad ornatum solum pertinentem agnoscit. ¶ Conjungitur & eleganter cum *enim*. Terent. in Heaut. act. 4 sc. 3 v. 21, *At enim istoc nihil est magis, Syre, meis nuptiis adversum*: es ist aber meiner heyrath nichts mehr zuwider als dieses. *At ita ut*, ut idem in Adelph. act. 2 sc. 1 v. 7, *At ita, ut usquam fuit fide quisquam optimâ*, aber also aufrichtig, als je einer seyn mag. *Attamen*. Idem Andr. act. 5 sc. 3 v. 24, *Attamen dicat sine*, laß ihn doch sein wort reden.

¶ Ast, idem quod *At*. Hac particula pro *At* utuntur Poëtæ imprimis, brevem illam syllabam epenthesi commutantes. Vt Virg. Æn. 1 v. 46, *Ast ego, quæ divûm incedo regina* &c. Tamen & Cicero quoque ea usus est, ad Attic. lib. 6 epist. 5, *Hoc tu indaga, ut soles: ast hoc magis.* Et Livius l. 10 c. 19 antiqua formulâ: *Bellona, si hodie nobis victoriam duis, ast ego templum tibi voveo.*

¶ Atat, geminatum, interjectio est diversæ significationis. Terent. in Andr. a. 1 sc. 1 v. 98, *Atat hoc illud est*, &c. Vbi ex improviso deprehensum aliquid significatur, ach siehe da, bist du da zurissen, &c. ¶ Vel Interjectio paullatim percepti & intellecti mali, ut Donatus ad illud Terentii Eunucho act. 4 sc. 5 v.1. interpretatur:

Atat hercle verba mihi data sunt.

¶ In illo ejusdem Comici ead. fab. act. 2 sc. 1 v. 22,

atat! hic quidem est parasitus Gnato
Militis: ducit secum una virginem.

admirantis juxta atque conterriti. ¶ Sed alibi conterriti tantùm seu formidantis. Id. Eun. act. 4 sc. 6

C. Militem secum ad te quantas copias adducere?
Atat! T. num formidolosus obsecro es, mi homo?

¶ Atque, copula est, nec elegantia tamen sua caret. *Atque adeò*, und zwar. Nam fere ante vocales hac vocula utuntur Latini. Principio orationis pro Flacco ita Tullius: *Cum in maximis periculis hujus urbis atque imperii, gravissimo atque acerbissimo reip. casu, socio atque adjutore consiliorum periculorumque meorum L. Flacco* &c. ¶ 2. Sed post *alius, secus, aliter, contra, contrarius*, significationem habet particulæ, *Quàm*. Terent. in Andr. a. 3 sc. 3 v. 13, *Alium censes nunc me, atque olim, cum dabam*: meinestu, ich sey ein ander mann als vor zeiten? *Alia atque antea sentire*, Corn. Nep. Hannib. cap.2,2. Cicero de Orat. 3 cap. 30, *Paullo secus a me atque ab illo perfecta sunt.* Idem 3 Vert. cap. 46, *quod iste aliter, atque ut edixerat, decrevit*, er hat ein anders beschlossen, als er gesagt. ¶ 3. Aliquando idem quod statim, confestim, simul atque. Alsobald. Virgilius lib. 1 Georg. v.203,

Atque illum in præceps prono rapit alveus amni.

Ennius apud Nonium in hac vocula:

Atque atque ascendit muros Romana juventus.

Plautus Amph. a. 1 sc.1 v.58, *ocius occurro, ut scirem quid velit*
Atque illam geminas peperisse conspicor.

Silius l. 5 v.593, *Atque dato gemitu lacrymæ adsensere ferentum.*

Sæpe ita particulâ ista usus etiam Tacitus. Vt 1 Hist. cap.82, *Tum Otho ingredi castra ausus. Atque illum tribuni centurionesque circumsistunt.* Et lib. 2 cap.2, *Inde Syriam audentioribus spatiis petebat. Atque illum cupido incessit adeundi visendique templum Paphiæ Veneris.* Et aliis pluribus locis. conf. Gell. 10 c. ult. Hinc lex vetus: *Si in jus vocet, atque eat*, i. e. statim eat. Cic. lib. 2 de leg. c.4. ¶ 4. Non raro idem est, ac *æque ac*, vel *sicut*. C. Nepos Miltiade c. 7, *Cum totidem navibus, atque erat profectus.* In Priapeis carmine 32,

Quæ succo caret, atque petra pumex.

¶ 5. Interdum non tantum copulat, sed majus etiam ponit, & idem est, quod *præcipue, imprimis*, Cicero 1 Catilin. *Magna diis immortalibus habenda est gratia: atque huic ipsi Statori Jovi.* Idem lib.5 ad Att. Ep. 12, *Negotium magnum est navigare; atque id mense Quintili.* ¶ 6. Pro *tamen* usus Terent. Andr. act.1 sc.3, *Mihi quidem hercle non fit verisimile: atque ipsis commentum placet.* Ita enim ibi interpretatur Donatus. Simile est illud eadem Fab. a. 4 sc. 1 v.16, *Multa mala ingeram: atque aliquis dicat, nihil promoveris*, ich wil ihn weidlich ausmachen; doch möchte einer sagen, du schaffest nichts. ¶ 7. Est & asseverantis. Plautus Rud. act. 5 sc. 2. *Jam taceo hercle, atque tu Persa es*, Ennius apud Varronem: *Atque prius pariet locusta Lucam bovem.* ¶ 8. Inservit & eleganter transitionibus, & in principio periodi ponitur. Sallust. Ep. 1 ad Cæsarem. *Atque ego scio, quàm aspera hæc res in principio futura sit.* Vide Gifanium Indice Lucretiano.

¶ Atqui, Conjunctio adversativa, idem quod *Attamen, Veruntamen*, aber, aber doch. Terent. Eun. 4 sc. 6. 2, *Atqui si illam digito attigerit uno.* Sic sæpe utitur hac voce Horatius. Etiam *Atquin* vocali vel adspiratione sequente scribitur. e. g. *Atquin homo impius misertus est illis.* Lactant. de mort. persec. c. 23.

¶ Attamen, vide *tamen*.

ĂTĀBȲLVS, i, ventus Apuliæ, plantas frigore adurens, vid. Plin. 17 c. 24. Horat. 1 Sat. 5 v. 78, *quos torret Atabulus.* Ideo ventum hunc *Horatianum* vocat Gellius 2 c. 22.

ATABYRIS mons Rhodi insulæ altissimus, in quo templum Jovis fuit, inde *Atabyrii* cognominati. Strab. lib. 14 p. 430. Lactantius quoque lib. 1 cap. 22, *Jovis Atabyrii* mentionem fecit. Insula etiam Rhodus *Atabyria* dicta, ut Hesychium emendat Bochartus in Chanaan lib. 1 cap. 7, quod nomen etiam apud Plinium legas lib.5 cap. 31, licet hic ab rege potius, quam a monte, illud derivet.

ĂTĂLANTA, æ, Ἀταλάντη, Schœnei Regis in Scyro filia, cursu nobilis, & poetis cantatissima, de qua Ovid. lib. 10 Metam. ¶ 2. Alia fuit Arcadica Jasi filia, quam Ovid. lib. 1 de Arte A. *Nonacrinam* vocat. Hanc *Minalion* (aliis Melanion) duxit. Vide Propert. lib. 1 El. 1. De ea & Ælianus lib. 13 Hist. var. cap. 1.

¶ Atalantæus, a, um. Stat. Theb. v.309,

Jamque Atalantæus impleverat nuncius aures.

ATANVVIVM, i, poculi fictilis genus, quo in sacrificiis Rom. utebantur sacerdotes Potitii. Festus. vid. Reines. l. 6. lect. var. c. 14. p. 238.

ATARGATIS, Syrorum seu Assyriorum Dea, cujus nomen varie scribitur, Adagariis apud Petr. Crinit. 14 de hon. discipl. cap. 8, ac præterea Atergatis, Adergatis, Adargatis, Atargata, Adargidis, quin & Derceto, seu Derce. Quæ omnia vocabula corrupta esse ab Adirdaga (Ebraice אדיר דג est Piscis magnificus seu potens) pronunciat Selden. Syntagm. 2 de Diis Syr. cap. 3, inque hanc Deam Dagonem Deum demigrasse ostendit, simul Macrobium arguens, qui figuram hujus Deæ pingens 1 Saturnal. 23 ipsissimam Astarten Matrem Deûm, sive Deam illam Luciani Hieropolitanam delineaverit.

Atavus, vide *Avus*.

ĂTAX, ăcis, Galliæ Narbonensis fluvius, *Aude* hodie. Tibull. lib.1 Eleg. 7, *Quam tremeret forti milite victus Atax.*

Vbi tamen Scaliger *Atur* omnino legendum statuit, qui Aquitaniæ est. *Atacis* tamen & apud Plinium mentio est, qui lib. 3 cap.4, *Atax*, inquit, *e Pyrenæo Rubrensem permeans lacum.* Et Lucanus lib.1 v.403,

Mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas.

Etiam Sidonius Apollinaris carmine epistolæ 15 lib.9,

Atacem tonare cum suis oloribus.

ATE, es, ἄτη, noxa, dæmon, humano generi infensus & omnes lædens, quemadmodum Homerus scribit; qui & propterea, quod Jovem offendisset, e cælo eum deturbatum, sive naturæ suæ excellentis beneficio, sive quod verisimilius est, ex Mosis scriptis, prodidit, vide locum lib. 19 Iliad. v. 126 seq. ein plage-teufel.

ĀTELLA, æ, Oscorum urbs in Campania: ab ea dictæ

¶ Atellanæ, Latini Dramatis genus, omnium maxime jocosum & dicax. Vid. Scalig. lib. 1 Poët. cap. 7, & Turneb. lib. 3 Advers. cap. 17, & lib. 10 cap. 27. Cæterum Atellanæ extra argumentum fere exodii loco adhibebantur, ut apud Græcos Satyræ, quod Turnebus observat: & suadet Juvenal. Sat. 6 in eo:

Rusticus exodio risum movet Atellanæ
Gestibus Autonoes.

¶ Atellanus, a, um, adject. ut, *fabellæ Atellanæ*, apud Livium lib.7 c. 2. *Iuventus*, inquit, *histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactitare cœpit: quæ inde exodia postea appellata, consertaque fabellis potissimum Atellanis sunt: quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit juventus, nec ab histrionibus pollui passa est.* Mox recenset privilegia, quibus *actores Atellanarum*, sic vocat, usi sint.

¶ Atellanus, i, substant. auctor vel actor fabularum Atellanarum. Suetonius Galba cap. 13, *Atellanis notissimum canticum exorsis.*

¶ Atellanicus, a, um, adject. aliud. *Atellanicus versus* apud Cic. lib. 2 de Di-

de Divin. cap. 10, *Atellanicum exodium*, apud Sueton. in Tiberio cap. 45. kurtzweilig.

ĀTER, atra, atrum, schwartz, finster. *Nox atra*, die finstere nacht, Virg. Æn. 3, 89. *Atra tempestas*, Æn. 5 v. 693. *Panis ater* apud Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 4 v. 17, schwartz oder schimlich brod, secundum Donatum. Poëtis varie usurpatur: Ut ¶ 1. pro fœdo, turpi & odioso: quemadmodum *atrum timorem* Virgilius dixit lib. 9 Æn. v. 719. Et Horatius in Arte Poët. v. 3,

turpiter atrum
Desinat in piscem, mulier formosa superne.

Idem Virgilius & *atrum odorem* similiter potuit dixisse Æneid. 12 v. 591 pro gravi & inimico: quamquam Servius aliter interpretatur. Sed ita apud Horatium & *atras curas* legimus lib. 4 od. 3, nisi quis infelices aut sævas interpretari malit. Namque & ita τὸ *ater* usurpatur. *Atri dies*, unglückseelige tage, nefasti, Gell. lib. 5 cap. 17 ex Verrio Flacco. ¶ 2. Virgilius 3 Æn. v. 64,

Cæruleis mæsta vittis atrâque cupresso:

i. e. funesta & infelici. Erat enim Diti cupressus sacra, & ideo funebri signo ad domûs posita, ut Plinius docet. ¶ 3. Idem Virg. 4 Georg. v. 407, *Fiet enim subitò sus horridus atraque tigris:*

Atra, id est, sæva, ut Servius interpretatur: vel infesta, noxia & metuenda. Ita enim & *viperas atras* Horat. dixit lib. 3 Ode 4. ¶ 4. *Ater* etiam de Scriptoribus dicitur, qui obscuri & intellectu difficiles. Statius Epicedio in Patrem, quod lib. 5 Silvarum exstat v. 157,

tu pandere doctus
Carmina Battiadæ latebrasque Lycophronis atri.

Nam & *atra specus* apud Virgilium pro tenebricosâ, sive umbrosâ: ut & *atrum nemus* dicitur. ¶ *Albus an ater sis, nescio*; Proverbiale apud Ciceronem Philipp. 2 cap. 16, & alios, de homine prorsus ignoto. Catullus Epig. 94, *Nil nimium studeo Cæsar tibi velle placere,*
Nec scire, utrum sis albus an ater homo.

Etiam Apulejus Apolog. p. 284. *Libenter te, nuper usque, albus an ater esses, ignoravi.*

¶ Ab *ater* Comparativus *atrior* apud Plautum Pœnulo Act. 5 sc. 5 vers. 11. Vide infra *Atritas*. Et Lactantius lib. 5 Inst. Divin. cap. 3, *O cæcum*, inquit, *pectus! ô mentem Cimmeriis, ut ajunt, tenebris atriorem!*

¶ Atrātus, a, um, atri coloris, geschwärtzt, ut, *fluvius atratus sanguine*, apud Ciceronem 1 Divin. cap. 43. ¶ 2. Item qui atras, sive lugubres vestes indutus. Macrobius lib. 3 cap. 15 de Hortensio; *Murænam in piscina domus suæ mortuam atratus, tanquam filium, luxit.*

¶ Atrāmentum, i, μελαντηρία. Horat. 2 Epist. 1 v. 235, *Tractata notam labemque relinquunt atramenta*, schwartz macht schwartz; womit man umgeht, das bleibt kleben. Aliud autem *atramentum scriptorium* sive *literarium*, quo utimur ad scribendum in chartâ, dinte, aliud *atramentum tinctorium* est, quo tectores parietes inducunt, (schwärtze, derer die maurer sich gebrauchen.) Illius Cicero meminit lib. 2 Epist. penult. ad Quintum fratrem: hujus Vitruvius lib. 7 cap. 10. Est & *atramentum sutorium*, schuster-schwärtze, apud eundem Cicer. lib. 9 Epist. 21 extr. ad Famil. ¶ Atramentum etiam, *Sanguis sepiæ* a colore videlicet dicitur, apud Ciceronem 2 Nat. D. cap. 50, & Plinium lib. 9 cap. 19. Et eo Afri pro atramento ad scribendum fuerunt usi: nam ceteri ex fuligine conficiebant; de quâ ratione Vitruvius suprà laudato loco. Vetus Scholiastes Persii ad illud Sat. 3 v. 13,

Nigra quod infusa vanescat sepia lymphâ:

SEPIAM, inquit, *pro atramento à colore posuit: quamvis non ex eâ, ut Afri; sed ex fuligine ceteri conficiunt atramentum.*

¶ Atrāmentarium, i, vasculum in quo reponitur atramentum: neutra enim in ARIUM plerumque repositorium significant: dintenfaß.

¶ Atrītas, ātis, i. e. nigredo apud Plautum in Pœn. act. 5 sc. 5 v. 11, *replebo atritate, atrior multo ut fiet quam Ægyptii.*

¶ Atritudo, īnis, idem in Gloss. gr. lat. μελανία.

¶ Atror, ōris, idem Gellius lib. 2 c. 26, *Rubidus est rufus, atrore & nigrore multo mixtus.*

¶ Atricapillus, a, um, schwartzköpficht. Gloss. lat. gr. μελανόρυφος, μελάνθριξ.

¶ Atricapilla, æ, avis est magnitudine currucæ, colore cinericio, vertice nigerrimo, münch oder münchlein, avis est capite nigro, colore cinereo, ein schwartzkopff. A *Ficedula* tempore tantùm Aristoteli differt. Gesner.

¶ Atricŏlor, oris, atro colore qui est. Ausonius epist. 7 v. 52,

Pingens aridulæ subdita paginæ
Cadmi filiolis atricoloribus,

hoc est litteris atramento scriptis.

¶ Obāter, tra, trum; Plin. lib. 18 cap. 35, *Luna si cornu superiore obatro surget.*

¶ Obatrescere, schwartz werden. Jul. Firmicus præfat. Astrol. *Lacus liventibus spumis obatrescit.*

Atergatis, vide *Atargatis*.

ĂTESTE, civitas Venetorum. Plin. 17 cap. 17, *Corellius Ateste genitus.* Idem 3 c. 18 Coloniam Romanorum fuisse docet. Hinc

¶ Atestinus, a, um; ut, *Atestina Sabina* apud Martial. 10 c. 93.

ĂTHĂMAS, antis, filius Æoli, rex Thessaliæ, in furias actus ab Junone Hygin. fab. 1 & 4 & 5. Ovidius 6 Fast. v. 489,

Hinc agitur furiis Athamas, & imagine falsa.

Adde eundem 4 Metam. fab. 13.

¶ Athamantēus, a, um, adjectiv. ab Athamante. Ovid. 4 Met. v. 496, *sinûs Athamanteos pererrant.*

¶ Athămantiădes, æ, Palæmon, antea Melicerta dictus, filius Athamantis, deus marinus. Idem 13 Metam. v. 919.

¶ Athamantis, idis, Helles cognomen patronymicum ex patre Athamante. Ovidius 4 Fastor. v. 903,

Et frustra pecudem quæres Athamantidos Helles.

h. e. Arietem, Phrixi & Helles vectorem.

ATHANASIA, æ, herba officinis eadem, quæ *Tanacetum* iisdem est, *Parthenium mas* putatur esse, reinfahren. Hadrianus.

ATHANASIUS, i, Alexandrinus Episcopus celeberrimi nominis, seculo Christiano quarto vixit, imperantibus Constantino filiisque ejus, item Juliano ac Valente. Acerrimus veræ doctrinæ propugnator adversus Arianos; ab his vicissim gravissimas persecutiones passus est. Distinguendus autem ab hoc est ¶ 2. Athanasius Episcopus in Syria, auctor historiæ de imagine Christi miranda, sanguinem & aquam fundente Beryti: Baron. Martyrol. ad 9 Nov. Lambec. Bibl. Cæs. f. 125. 126.

ĂTHĒNAE, arum, Ἀθῆναι, Græciæ civitas nobilissima inter Achajam & Macedoniam, a Cecrope Ægyptio condita juxta amnem Idissum, de qua satius esse videtur silere, quàm pauca dicere, quemadmodum de Carthagine Sallustius dixit. Nomen suum Athenæ acceperunt à Pallade, quam Ἀθήνην Græci dicunt. Fruges primum ibi inventas, aut invectas Diodorus Siculus auctor est: inde *frugum parentem* Florus vocat lib. 3 cap. 5. Vide & Lucretium principio lib. 6 de rerum naturâ. Sed major laus, omnis generis literas atque doctrinas inventas ibi, & toto urbe præcipuè cultas; ut ea Urbs communis quasi magistra, & haberetur ab omnibus & celebraretur. Unde *antiquitate*, non tantùm, sed *humanitate atque doctrina omnes alias urbes præstare*, C. Nepos in vita Attici tradit c. 3 n. 3. Cicero lib. 1 de Oratore cap. 4, *Ut omittam Græciam, quæ semper eloquentiæ princeps esse voluit, atque illas* OMNIUM DOCTRINARUM INVENTRICES ATHENAS: *in quibus summa dicendi vis & inventa est & perfecta: in hâc ipsâ civitate profectò nulla unquam vehementius, quàm eloquentiæ studia viguerunt.* Vid. Barth. ad Æn. Gazæum pag. 89. Meursii Attica, Augustin. de C. D. lib. 18 cap. 9, & ibi Commentatores. Quamquam & in ea nati homines vitiis teterrimi, teste Barthio ad lib. 2 Theb. Statii 159. ¶ Ac hinc *Athenas* pro litteris Juvenalis posuit Satyrâ 15 v. 110, *Nunc totas Grajas nostrasque habet orbis Athenas*: id est, *Romanas litteras & Græcas*, ut rectè Scholiastes vetus interpretatur. De Athenarum Urbe apud Dicæarchum Lysippi Græci Comici versus extant, quos ita, paullo liberius tamen, convertimus:

Si nunquam Athenas videris, næ stipes es:
Si visa te urbs haud traxerit, asinus merus:
Si visâ abire poteris, es cantherius:
Hæc namque vere urbs Græca.

¶ 2. Translatum urbis nomen ad alias quoque doctrinæ sedes. Hinc est, quod vetus inscriptio Mediolanensis habet apud Gruter. pag. 177 AQUAE DUCTUM IN NOVIS ATHENIS COEPTUM A DIVO HADRIANO PATRE SUO CONSUMMAVIT DEDICAVITQUE. De Mediolanensium studiis Plinius l. 4 epist. 13 consulatur. Adde quæ ibi n. 3 commentati sumus.

¶ Atheniensis, e, adject. & substant. Cicero pro Flacco cap. 26, *Adsunt Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges ortæ atque in omnes terras distributæ putantur.* Hos *humanos naturâ & misericordes*, Plutarchus Pelopidâ pag. 280, eosdem *iracundos, suspicaces, facetos, suarum laudum cupidos*, Præceptis Politicis non procul à principio idem tradit: *celeres & supra vires ad conandum audaces*, legati Rhodiorum apud Livium arguunt lib. 45 cap. 23. Vide & Dicæarchum de moribus atque ingenio Atheniensium. Vanitas quoque ipsis & loquacitas objiciebatur, unde proverbium apud Sidonium est lib. 8 epist. 6, *Athenis loquacior: Amycliis taciturnior.* Ut se αὐτόχθονας esse declararent, capillum habebant congestum in conum, cui cicadas (ex auro fere) innectebant. Cicadas enim e terra procreari volunt. Taubmannus ad Plaut. pag. 17. ὐ χαλεπὸν Ἀθηναίους ἐν Ἀθήναις ἐπαινεῖν, *Athenienses Athenis laudare haudquaquam difficile.* Arist. lib. Rhetoricorum 1. Vide in Chiliad. adagii occasionem & sententiam.

¶ Varro de L. L. *Cùm trinæ fuerint Athenæ, ab una dicti Athenæi, ab altera Athenienses, à tertia Atheneopolitæ.*

¶ Ăthēnæum, i, locus erat Athenis, Minervæ dicatus, ubi studia sua professores exercebant. Hinc omnes ludi litterarii sive gymnasia hoc nomine adpellata. Capitolinus Pertinace c. 11, *Processionem ad Athenæum paraverat, ut audiret poëtam.* Lampridius in Alexandro Severo cap. 35, *Ad* ATHENAEUM *audiendorum & Græcorum & Latinorum Poëtarum, vel Rhetorum, caussa frequenter processit.* Aurel. Victor. de Hadriano: *Gymnasia doctoresque curare occepit: adeo quidem, ut etiam ludum ingeniarum artium, quod* ATHENAEUM *vocant, constitueret.*

¶ Panathenæa, orum, παναθήναια, ludi ab Atheniensium communione nuncupati, qui prius Athenæa dicebantur, & apparatius facti sunt, cum Theseus populum antea vicatim habitantem in unam civitatem coëgisset. v. Pausan. in Arcad. Singulis lustris fiebant, in quibus solenni carmine per tibicinem & præconem ludicrum indicebatur. &c. v. Alex. ab Alex. 6 c. 19. Cælius ant. lect. 11 c. 27.

¶ Panathenaicus, liber Isocratis. Cic. in Bruto cap. 12 & de senect. c. 5 & 7.

¶ Athenica etiam sunt bibliothecæ, quasi loca Athenæ, hoc est, Minervæ dicata, in quibus custodiuntur litteraria monumenta. Ideo Trebellius Pollio in xxx. tyrannis c. 10 epistolam Claudii *repertam in Athenicis, inserendam putavit.* Sed alii legunt *in archivis*. vide ibi Salmasium.

ATHĒNAEUS, i, Grammaticus Naucratita fuit M. Aurelii Antonini temporibus, si à Suida stare volumus. Sed usque ad Pertinacem, imo Severum extendisse vitam, ex ipso eruditissimus Vossius docet. Scripsit vere Philologicum opus librorum 15, quos DIPNOSOPHISTARUM adpellavit, admirabili scitu dignissimarum rerum & vocabulorum, tum historiarum ex omnium gentium scriptoribus exceptarum varietate, magni merito æstimandos. Scripsit idem de *Regibus Syriæ* etiam librum: cujus lib. 5 meminit. Nam liber ipse non exstat. ¶ Fuerunt & alii hoc nomine; unus Philosophus Peripateticus; alter Medicus, & tertius Historicus. Vide Vossium de Historicis Græcis lib. 2 c. 15.

ATHENAGŎRAS, æ, Græcus, Persico bello Darii partes amplexus & tandem proditus. v. Curt. 4, 5, 15. & 8, 5, 17. ¶ 2. Alius scripsit librum de Agricultura, teste Varrone 1, 1. ¶ 3. Alius Philosophus Christianus

inſignem Apologiam pro Chriſtianis M. Aurelio Antonino & Aurelio Commodo obtulit.

ATHENIS, idis, & Bupalus, ſtatuarii fuerunt, qui, cum Hipponactis imaginem cum ludibrio effinxiſſent, ſtilum ejus in ſe acuerunt, ut e Suida diſcimus verbo ἱππώναξ. Hinc Ovidium emendat Andr. Alciatus V Parerg. 18, apud quem in Ibin v. 523 ſic vulgo legitur:

Vtque parum ſtabili qui carmine læſit Athenas,
Invisus pereas deficiente cibo.

Parum ſtabile carmen Scazon eſt, tale enim ſcripſerat Hipponax; pro *Athenas* autem legendum *Athenin*, quod & Turnebo venit in mentem 9 Adverſ. 25, quamquam is receptam lectionem delere non audet: certius autem de emendatione hac ſtatuit Dionyſ. Salvagn. Boeſſius commentario in Ibin Ovidii. Statuarii hujus nomen etiam Plinio reddit Alciatus, e quo alias diſcimus, & Bupalum & Athenin fuiſſe filios Anthermi. Locus Plinii lib. 36 cap. 5 ab init.

ATHENOCLES, is, hiſtoricus, qui una cum Beroſo & Simaco antiquiſſimas Aſſyriorum Medorumque res conſcripſit, teſte Agathia lib. 2 Hiſt. ¶ 2. Athenocles alius dux machinarum contra oppugnantes adhibendarum peritiſſimus, memoratur Polyæno l. 6 c. 3.

ATHENODŌRVS, i, Philoſophus cum Cæſare aliquamdiu fuit, ſed copiam domum redeundi ab eo nactus, eique valedicens, hoc præceptum reliquit: *Cùm iratus fueris, nihil neque dixeris, neque feceris, priusquam XXIV litteras tecum ipſe percurreris:* ὅταν ὀργισθῇς, Καῖσαρ, μηδὲν εἴπῃς, μηδὲ ποιήσῃς πρότερον, ἢ τὰ εἴκοσι καὶ τέτταρα γράμματα διελθεῖν πρὸς ἑαυτόν. Plutarch. in Apophth. De quo Strabo lib. 14, ubi & alios Athenodoros commemorat. ¶ Meminit & Athenodori cujusdam Philoſophi Plinius lib. 7 Epiſt. 27, qui contra ſpectrum, a quo domus infeſtabatur, animum mirabiliter obfirmavit.

ĂTHĔRŌMA, ătis, ἀθέρωμα, tumor ſine dolore eſt Celſo lib. 7 cap. 6, ein ſchwär, ſchwiele, ab *athera*, ἀθήρας, quod tenuem pulticulam ſignificat, cujus ſimilem humorem atheroma continet, Idem.

ĂTHĔSIS, is, Ἄθεσις, fluvius, qui ex Tridentinis Alpibus Tridentum alluit, & per Veronam in Adriaticum labitur, die Etſch. Virgilius 9 Æn. v. 681,

Sive Padi ripis, Atheſim ſeu propter amœnum
Conſurgunt geminæ quercus, &c.

ATHEVS, i, m. 2. ὁ ἄθεος, qui ſine Deo & irreligioſus eſt, ein atheiſt, der keinen GOtt gläubet: quales Callaicos, gentem Hiſpanam, fuiſſe memorat Strabo lib. 3; qualis etiam fuit Diagoras Melius, cognomento ἄθεος, apud Cicer. lib. 1 de N. D. cap. 23. Epiphan. in hæreſi Maſſilianorum. Cicero c. l. de Diagora, Latine ſcripſit *atheos*, Græca quamvis terminatione: & Arnobius lib. 5 p. 178 caſu Latino: *Solitus ſum mirari, audere vos dicere, quemquam ex his* [Chriſtianis] *atheum, irreligioſum, ſacrilegum, qui deos eſſe omnino aut negent, aut dubitent.*

¶ Atheiſmus, i, frivolus religionis omnis contemtus & neglectus, die atheiſterey. Theoreticus alius, alius practicus; uti Theologorum ſcholæ docent. Vide mutuas Spizelii & Reiſeri de Atheiſmo Epiſtolas.

Athleta, Athletica, vide in *Athlos*.

ATHLOS, ἆθλος, certamen. Latine Hyginus ſcripſit fab. 91, *in athlo funebri.*

¶ Athlēta, æ, ἀθλητής, gladiator, ein fechter oder ringer. Cicero de Sen. cap. 9, *Cum Milo jam ſenex eſſet, athletasque ſe in curriculo exercentes videret, adſpexiſſe lacertos ſuos dicitur, illacrymansque dixiſſe: At hi quidem jam mortui ſunt.* Corn. Nepos Epamin. cap. 2, *Athletæ viribus ſerviunt.*

¶ Athlēticus, ă, um, ut, *athleticus victus*, apud Cornel. Celſum lib. 4 cap. 6 extremo, pro ſagina gladiatoria, eine fechters-diät, cum viribus firmandis ſervitur, evitatis omnibus, quæ robur corporis debilitant. Vide Lipſium Saturn. 1 cap. 14. De athletarum voracitate explicat etiam P. Faber Agoniſt. 3 c. 1. & ex eo Taubm. in Plauti Epid. a. 1 ſc. 1 p. 476. Hinc

¶ *Athletice valere* Plaut. dixit, pro *firmiter valere*, Bacchid. a. 2 ſc. 3 v. 14.

¶ Athletica, æ, die fecht-kunſt, fecht-ſchule, ars pugilum & gladiatorum, ſeu ipſum certamen atque ludi. Plinius lib. 7 cap. 56, *Ludos gymnicos in Arcadia Lycaon: funebres Acaſtus Iolco: poſt eum Theſeus in Iſthmo: Hercules Olympiæ athleticam inſtituit.*

¶ Athlothĕta, æ, ἀθλοθέτης, curator erat Gymnicorum certaminum, qui præmia certantibus proponebat. Idem & *Agonotheta*. Vide Petri Fabri Agoniſticon lib. 1 cap. 18 & cap. 23.

ĂTHOS, vel Athon, Ἄθως, *glacialis, præruptus, nivibus profundus, vaſtus*, Claudiano & Senecæ, mons eſt Thraciæ, Lemno inſulæ oppoſitus. Virgilius Æn. 12 v. 701,

Quantus Athos, aut quantus Eryx, &c.

Idem 1 Georg. v. 332,

Aut Athon, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia, &c.

Hunc perforaſſe montem Xerxes, & mare feciſſe pervium, Herodoto ſcribitur lib. 7. Quod inter celebriorum ſophiſtarum materias aſſumtum, ex Hermogene, & Luciani dialogo, ῥητόρων διδασκάλῳ, licet colligere. Pro falſo habuit Juvenalis, cum Sat. 10 v. 174 ſcriberet:

creditur olim
Velificatus Athos, & quicquid Græcia mendax
Audet in hiſtoria.

Cùm Staſicrates architectus, (ut Plutarchus refert Orat. 2 de fortun. Alex.) eum ſe montem artificio ſic tractaturum promitteret, ut imago Alexandri & eſſet & diceretur, audaciam artificis admiratus Alexander laudavit. *Tutamen*, dixit, *Atho montem intactum relinque. Satis eſt eum eſſe monumentum petulantiæ, quam unus in eum rex exercuit.*

ATILIA, fuit apud Romanos plebeja quidem, ſed eadem antiqua tamen gens, & præſtantiſſimorum quorumdam virorum ferax: etiam patricia ejusdem nominis, ex plebeja origine, ut fit, enata. Vide Patin. Famil. Rom. p. 42.

ĀTĪNA, æ, oppidum Volſcorum in extremo Latii Novi ſub Apennino. Virgilius Æn. 7 v. 630,

Tela novant Atina potens Tiburque ſuperbum.

Silius lib. 8 v. 398,

nec monte nivoſo
Deſcendens Atina aberat.

¶ Atīnas, plur. Atinātes, incolæ hujus oppidi apud Ciceronem in pro Plancio oratione, & Plinium lib. 3 cap. 5. Sed

ATĬNVM, i, Lucaniæ oppidum in dextra Tanagri ripa, hodie Atĕno, correpta media, unde pariter

¶ Atinas & Atinates, incolæ. Plinius lib. 2 cap. 103, *In Atinate campo fluvius merſus poſt* XX M. *paſſuum exit.* Tanagrum intelligit.

¶ Atinia gens plebeja Romanorum. C. Atini meminit Cicero pro domo c. 47. ¶ *Atinia lex* ab *Atinio*, Trib. pl. lata. v. Gell. 12 c. ult. & 17 c. 7. & Cic. Verr. 1 c. 47. ulmi genus, ruſtica adpellatione apud Columellam de Arborib. cap. 16.

ATIZOES, ſpecies gemmæ. v. Plin. 37 c. 10.

ĂTLAS, antis, Ἄτλας, Vrani filius, rex Mauritaniæ, Aſtronomiæ inventor; quæ occaſio fuiſſe videtur fabulæ de Atlante, cæli totius machinam humeris ſuſtentante: ut Diodorus Siculus lib. 3 cap. 5, Cic. 5 Tuſcul. cap. 3, & Vitruvius lib. 6 cap. 10 prodiderunt. Hinc Virgilius cùm 1 Æn. v. 741, Jopam de Sole, Luna & ſtellis canentem inducit, *docuit*, inquit, *quæ maximus Atlas.* Et hanc ob cauſſam Aſtrologiæ inventionem Æthiopibus Lucianus tribuit de Aſtrologia. Hanc nonnulli eumdem cum Enocho crediderunt. Vide Drusium peculiari lib. de eo Patriarcha cap. 17. ¶ 2. Servius ad 7 Æneid. annotat, tres Atlantes fuiſſe: unum Mauritaniæ, alterum Italiæ, tertium Arcadiæ regem, patrem Majæ, ex quo Mercurius natus eſt, [cujus & Dionyſ. Halicarnaſſ. mentionem fecit] qui tamen ſæpe à poëtis confunduntur. ¶ 3. Atlas Nanus quidam, & in quem luſit Martialis 6 Epigr. 77,

Non aliter ridetur Atlas cum compare mulo:

ubi Raderi notas vide f. 474 ex Politian. cap. 23 miſcell.

¶ Atlas mons primo eſt Mauritaniæ; Tingitanæ, haud procul a mari, quod inde Atlanticum adpellatur: & hic eſt *Atlas minor*, majoris pars ſive excurſus. ¶ 2. In interiore Libya, à cujus cacumine nubes nunquam recedunt; eum incolæ *columnam cæli* vocant, autor Herodotus lib. 4 c. 184.

¶ *Atlantes* Libyæ populi, degeneres humani ritus: quibus nec nominum inter ſe adpellatio; & mos præterea eſt, Solem orientem & occidentem diris imprecationibus, ut exitialem ipſis agrisque, devovere. Plin. lib. 5 cap. 8. Adde de ſomniorum defectu Ammianum lib. 15 cap. 4 extr. & Scholiaſten Dionyſii Periegetæ ad verſ. 66. Iidem neque inſomnia viſere, ut reliqui mortales, perhibentur: ſed de inſomniis quod traditur, id vero Tertullianus lib. de anima cap. 49 irridet. ¶ 2. Sunt & Atlantes, quos *Telamones* dixit Vitruvius, ſigna ſcilicet virili forma, quæ in ædificiis mutulos ſeu proceres, aut coronas, aut aliud quid ſuſtinent, die rieſen auswendig an häuſern, oder träger und ſeulen wie mannsbilder. Locus eſt lib. 6 cap. 10.

¶ Atlantiădes, æ, *Mercurii* cognomen eſt, Atlantis nepotis ex Maja filia. Ovid. 1 Metam. v. 682, *Sedit Atlantiades* &c. Idem lib. 8 v. 627,

Venit Atlantiades poſitis caducifer alis.

¶ Atlantias, ădis, ut, *Sorores Atlantiades*, apud Silium 16 v. 137.

¶ Atlantis, idis, fœm. patronymicum aliud. Tibull. 4 el. 1,

Fœcunda Atlantidos arva Calypſus,

duo ſunt genitivi Atlantidos Calypſus. ¶ 2. Atlantis Inſula, vide paullo poſt, *Atlantica inſula.*

¶ Atlantĭdes, *Vergiliæ* ſeu *Plejades*, vel Atlantis, vel fratris ejus Heſperi, filiæ. Virgil. 1 Georg. v. 221,

Ante tibi eoæ Atlantides abſcondantur,

hoc eſt, coſmice occidant ſeu matutino occaſu.

¶ Atlantēus, a, um, adject. ut, *Plejades Atlanteæ*, apud Ovid. 3 Faſt. v. 105. Horat. 1 od. 34 v. 11,

horrida Tænari
Sedes Atlanteusque finis
Concutitur.

¶ Atlantius, a, um, idem. Silius l. 15 v. 37, *Atlantia regna.* Dicimus &

¶ Atlantiacus, a, um, eodem ſenſu. Auſonius Moſella v. 144,

Talis Atlantiaco quondam balæna profundo.

Sed uſitatius eſt

¶ Atlanticus, a, um, ut, *Mare Atlanticum.* Cicero in ſom. Scip. c. 7, *Omnis terra, quæ colitur à nobis, parva quædam inſula eſt circumfuſa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum adpellatis in terris.* Horat. 1 od. 31 v. 14, *Reviſens æquor Atlanticum.*

¶ 2. Atlantica inſula, quæ & *Atlantis*, Libya ſimul & Aſia major, ſed quam ingens terræ motus, jugisque diei unius & noctis illuvio abſorpſit, ſi Platoni credimus, cujus Timæum, & Critiam, (qui Dialogus & Atlanticus vocatur) vide. Meminit & Philo prope finem libri, quod mundus ſit incorruptibilis. Adde Plin. lib. 2 c. 90. Sed hæc narratio fabulam ſapit, licet veri fortaſſe aliquid ſubſit. Plura quære apud Keckerm. contempl. de Terræmot. probl. 4. Petr. Opmeer. Chronogr. p. 13. Paul. Ben. lib. 7 in Tim. Plat. pag. 498 ſeqq. Læl. Biſciol. Tom. 1 ſubſec. lib. 19 cap. 13 fol. 1465. Gonſal. de duplici viventium terra pag. 95 ſeqq. Mallincr. Paralip. hiſtor. p. 95.

¶ Atlanticæ etiam inſulæ ſeptem dicuntur, auguſto freto divulſæ in Atlantico ſitæ, ubi & cælum clementiſſimum, & terra adeo fertilis, ut ſponte omnia gignat: unde eædem & *Fortunatæ* adpellatæ: creditumque ibi Elyſios campos eſſe, & beatarum animarum ſedes, ut Plutarchus in Sertorio auctor eſt p. 571. Vide & infrà *Fortunatæ Inſulæ* in *Fortuna.*

Atmoſphæra, vide *Sphæra.*

ĂTŎCIVM, i, Ἀτόκιον, medicamentum, fœtum conceptum pellens: artznen, ſo die frucht abtreibet. Plin. lib. 29 cap. 4.

ĂTŎMVS, i, ἄτομος, fœm generis: ſubintelligitur enim οὐσία ſive ἰδέα: quippe quod per ſe adjectivum eſt. Lactantius tamen & Laërtius uſi hoc nomine in genere Maſculino: Cicero & Plutarchus in Fœminino: Epiphanius, Suidas & Ariſtoteles in Neutro, niſi & hic τὰ σώματα quis velit intelligere, ein klein ſtäubgen. Sunt autem Atomi *corpora individua propter ſoliditatem*, Ciceroni lib. 1 de Finibus cap. 6, ſive *inſecabilia & ſolida corpora*, ut Lanctantius de Opificio DEI cap. 2 extr. adpellat: *minutiſſimæ partes, quæ τομὴν, hoc eſt, ſectionem,*

ctionem, non recipiunt, Servio in Eclogam 6. Idem Lactantius ibid. cap. 4, *minuta ſemina* vocat. Ac ſemina quidem, quod ex iis omnia, juxta Epicurum, orta. Quo illud Virgilii pertinet Eclogâ 6 v. 31,

Namque canebat, uti magnum per inane coacta
Semina [atomi ſcilicet] *terrarumque animæque mariſque fuiſſent,*
Et liquidi ſimul ignis, & his exordia primis
Omnia, & ipſe tener mundi concreverit orbis.

Vbi cum *His primis* ait, has ipſas atomos intelligit, in quibus Epicurus rerum principia ſtatuebat. *Prima* enim τὰ πρῶτα ſive *principia* ſunt. Quo nomine *atomos*, ex Epicuri mente, & ipſe Lactantius inſignit, ejusdem libri cap. 6 ſub finem. Atomorum doctrinam primus Democritus inveniſſe Ciceroni traditur in libro de Fato. Lactantius tamen lib. 3 cap. 17, & lib. de Ira DEI cap. 10, Leucippum atomorum auctorem facit, cujus auditor Democritus fuit. ¶ Ad temporis momentum tranſtulit Tertullianus lib. 3 contra Marcion. cap. ult. *demutatio in atomo in angelicam ſubſtantiam.*

Atque, Atqui, quære in *At*.

Atracis, Atracius, vide *Atrax*.

ATRĂCTȲLIS, idis, ἀτρακτυλίς, ſpina eſt cnico ſimilis, veluti Dioſcorides indicavit. Theodorus in Theophraſti verſione *Fuſum agreſtem* interpretatus eſt, quod fœminæ priſcæ fuere inde conficere ſolitæ, quod & Dioſcorides admonuit. Matthiolus ſibi nondum cognitam hanc plantam affirmat, & aliorum opiniones, qui vel *cnicum ſilveſtrem*, vel *carduum benedictum* (cardobenedicten) *atractylida* eſſe putant, refutat.

Atramentarium, Atramentum, Atratus, vide *Ater*.

ATRAX, ăcis, fluvius Ætoliæ, ¶ 2. Item urbs Theſſaliæ. Vide Geograph.

¶ Atracius, a, um. Vt, *Atracia ars*, id eſt magica, quod in Theſſalia valde viguit. Stat. lib. 1 Theb. v. 105, *qualis per nubila Phœbes*
Atracia rubet arte color.

¶ Atrăcis, patronym. Ovid. 1 Amor. el. 4 de Hippodamiâ:
Atracis ambiguos traxit in arma viros.

ATRĔBĂTES, um, cap. 3 Galliæ Belgicæ populi, apud Cæſar. 2 cap. 4 & 23, Ambianis & Morinis finitimi, in loco fere, ubi nunc eſt Arteſia. Sidon. Apollinaris Paneg. Majoriani v. 212,

Francus qua Cloio patentes
Atrebatum terras pervaſerat.

ĂTREVS, duabus ſyllab. ei, ea, Ἀτρεύς, *nefarius, truculentus*, Horatio & Senecæ, quod fratri Thyeſti filium epulandum adpoſuit. Pelopis fuit filius, & rex Mycenarum.

¶ Atrēus, tribus ſyllabis adject. apud Stat. lib. 8 Thebaid. v. 743,
I, precor, Atrei ſi quid tibi ſanguinis unquam, &c.

¶ Atrīdes, æ, Agamemnon, qui Atrei filius:
Trojæ populator Atrides,
apud Ovid. 13 Metam. v. 655.

¶ Atrīdæ, arum, *Agamemnon* & *Menelaus*, quos *ſuperbos* dixit Horat. lib. 1 Carm. od. 10. Virg. 1 Æn. v. 458,
Atridas, Priamumque & ſævum ambobus Achillem.

Atriarius, Atrienſis, vide *Atrium*.

Atricapillus, Atricapilla, vide *Ater*.

Atricolor, vide *Ater*.

Atridæ, Atrides, vide *Atreus*.

ĀTRIPLEX, plicis, herba eſt ſilveſtris & ſativa, ſeu olus potius, vulgo melden. Plin. lib. 20 cap. 20, *Atriplex accuſatum eſt a Pythagora, tamquam faceret hydropicos, morboſque regios & pallorem.* Fœminino autem genere ab aliis ſæpius effertur, ut, *Atriplex ſativa, maritima*, &c. χρυσολάχανος à Græcis dicitur, à colore viridi in luteum langueſcente, & auri æmulo. Sed & ἀτράφαξις, ἀπὸ τῦ ἀδρῶς αὔξειν, quod in altum celeriter adoleſcat. ¶ 2. *Atriplici* cognatum eſt olus alterum, quod *Spinachiam* dicunt, & *atriplicem viridem*, ſpenet und binetſch. Vide ſuo loco. *Atriplex ſilveſtris*, miſtmelden, ſchweinsmelden, quod in fimo & ſtercorum acervis naſcatur.

¶ Atriplexum, eadem herba, quæ nunc atriplex dicitur. Feſtus.

Atritas, Atror, vide *Ater*.

ĀTRIVM, i, quod proximum januæ, interiori puta, nam extra, viam verſus, veſtibulum eſt, diverſum ab atrio, ut Gellius docet lib. 16 c. 5. ſaal, vorgemach. Virgilius 2 Æn. v. 483,
Apparet domus intus, & atria longa pateſcunt.

Vnde & *primum locum ædium* Nepos vocat Præfat. *Cujus materfamilias*, inquit, *non primum locum tenet ædium, & in celebritate verſatur?* Quod eo dicit, quod Romanæ mulieres in atrio, in lecto ab adverſo ſedere & lanam facere ſolerent, ut ex Laberio, Aſconio, Arnobio & aliis Juſtus Lipſius lib. 1 Electorum cap. 17 docuit. Propriè eſt, quod *impluvium* ſive *compluvium* alias dicebatur. Hoc eſt area ſubdivalis, in quam collecta ex omni tecto pluvia deſcendit, ut Feſtus exponit: der hof, vorhof. Vetus Gloſſator: μέσαυλον *Atrium, Compluvium:* Item: αὐλὴ *Atrium*. Sane & αὐλὴ Græcis proprie locus ſub dio & vento apertus undiquè, ſive διαπνεόμενος dicitur, ut Athenæus auctor eſt lib. 5 Dipnoſophiſt. Quare & Horatius *Aulam* pro *atrio* dixit lib. 1 Epiſt. 1 v. 87, *lectus genialis in aula eſt?*
Nil ait eſſe prius, melius nil cœlibe vita.

Nam *lectus genialis* in atrio ſternebatur. Hinc patet, *atrium*, non ab *Atriatibus Tuſcis*, unde petita hæc ratio, quod Varro cenſuit; neque ab *atro*, quod ibi culina eſſet, ut Servio videbatur; ſed ab αἴθριον, Græco, dici, quia ſub *æthere*, ſeu *dio*, eſſet: Vnde Tertulliano etiam *Subdival* vocatur: quod præclare Caſaubono in mentem venit. Erat igitur *atrium* area, columnis atque porticibus cincta, ubi tablina & pinacothecæ, atque triclinia erant; Sive ſpatioſiſſima planities intra ædes, ubi congregabantur Rom. moribus optimates manè ſalutaturi clientes, ita artificiosè porticibus incluſa, ut nunquam ſole careret. Barthius ad lib. 1 Thebaid. Statii p. 44. ¶ 2. Quæ membra tamen non raro *atrii* nomine appellantur: quo Feſtus totum ædificium ante ædes complectitur. Sane Virgil. 1 Æn. v. 725 cum ait:

Fit ſtrepitus tectis vocemque per alta volutant
Atria,

Per *atria* triclinium intelligit, quod ad atrium erat. Vnde Servius: *Morem*, inquit, *tangit Romanum. Nam ut ait Cato, & in atrio & duobus ferculis epulabantur antiqui.* ¶ 3. Quin & pro toto ædificio ac tecto ſumitur. Plane ut apud Græcos αὐλαὶ pro ipſis palatiis etiam Regum & Procerum dicebantur, quod Athenæus ſupra citato loco obſervat. Ita *atria marmore tecta*,
Ovidius dixit. Vide & Caſaub. ad Suetonii Auguſtum p. 68, & Laurent. Pignorium erudito Tractatu de Servis p. 228.

¶ Atriolum, i, minus atrium, ut Vitruvius vocat lib. 6 c. 4. Cic. lib. 3 Epiſt. 1 ad Quintum Fratrem: *Quo loco in porticu te ſcribere ajunt, ut atriolum fiat, mihi, ut eſt, magis placebat, neque enim ſatis loci eſſe videbatur atriolo; neque fere ſolet, niſi in his ædificiis fieri, in quibus eſt atrium majus; nec habere poterat adjuncta cubicula & membra.*

¶ Atrienſis, ſervus cui cura & tutela atrii commiſſa erat, qui & ATRIARIVS; item AB ATRIO CVRANDO; vel AB ATRII CVRA dicebatur; eratque honeſtiore loco, & ſupra cæteros potens. Vet. Gloſſ. *Atrienſis* Διαιτάριος, Διαιτάρχης, ein pförtner, thorwärter, haußknecht. Phædrus lib. 2 Fab. 6, *Ex alticinctis unus atrienſibus.* Plin. 3 Epiſt. 19, *Sumtus atrienſium.* Vide Pignorium ſupra laudato loco, & Antonii Welſeri Epiſt. ad Hieron. Fratrem Medicum de *Zeta* & *Zetario* ſive *Diæta* & *Diætario*.

Atrocitas, Atrociter, vide *Atrox*.

ATROPHIA, æ, ἀτροφία, nutrimenti ceſſatio, cum corpus non alitur, & ſemper aliquibus decedentibus, nullis vero in eorum locum ſubeuntibus, macies oritur, quemadmodum Celſus ſcripſit lib. 3 cap. 22 ineunte: das ungedeyen, die ſchwindſucht.

¶ Atrŏphus, i, ἄτροφος, quem Plin. 28 c. 9, *Syntecticum* & *cachectam* vocat, der matt und krafftloß iſt, ſchwindſüchtig.

¶ Atrŏpha, partes quæ cibum aut nutrimentum non ſentiunt. Plin. lib. 27 c. 8, *Explent ſinus ulcerum, & atropha carnoſiora faciunt.*

ATRŎPOS, i, ἄτροπος, *ignara moveri*, Stat. 3 Thebaid. v. 67, hoc eſt, inexorabilis, una ex Parcis, deabus fatalibus, quæ finem vitæ in poteſtate habere putabantur. Idem Stat. 4 Silvar. 8 v. 18,

His ſenium longæque decus virtutis, & alba
Atropos, & patrius lauros promiſit Apollo.

Martial. lib. 10 epigr. 44,

Gaudia tu differs, at non & ſtamina differt
Atropos, atque omnis ſcribitur hora tibi.

ATROX, ōcis, ἀτρὼξ, ῶγος, proprie quod crudum & nondum maturum eſui. Nævius apud Nonium: *Simul exta porricerent atrocia miniſtratores.* Feſtus: *Atroces appellantur ex Græco, quia illi atrocia appellant, quæ cruda ſunt.* Apud Plaut. Captiv. a. 3 ſc. 4 v. 7, *Atrox aſtutia* legitur, quæ, niſi fallor, nova ac recens, & ita plena vigoris ac ſucci veluti; atque ſic cruda quaſi & viridis eſt. *Crudum* enim eſt, quod maturitate ac vetuſtate nondum exaruit: de quo infra ſuo loco. ¶ 2. Deinde *atrox* crudelis, immitis, grauſam. *Incredibilis res atque atrox*, Terent. Hecyr. a. 3 ſc. 3 v. 17. *Inimicus atrox*, Virgil. Georg. 1 v. 407. *Atrocior cædes*, Liv. lib. 24 c. 16. *Atrocior rabies*, Tacit. Hiſt. 5 cap. 25. *Atrociſſimæ litteræ*, Cic. lib. 9 epiſt. 25, ſchreckliche briefe, böſe zeitung. *Atrociſſima peſtis*, Corn. Celſ. præfatione. ¶ 3. *Atrox* etiam conſtans eſt & inflexibilis, atque in bonam partem ſumitur. Horatius lib. 2 oda 1 v. 24,

Præter atrocem animum Catonis.

Et Silius lib. 6 v. 378 de M. Atilio Regulo: *Atrox illa fides.*

¶ Atrocitas, ātis, crudelitas, grauſamkeit. Cicero 4 Catil. cap. 6, *Quod in hac cauſſa vehementior ſum, non atrocitate animi moveor; quis enim me eſt mitior? ſed* &c. Suet. Tib. c. 48, *ad mitigandam temporum atrocitatem.*

¶ Atrociter, adverb. greulich, ſcharff. *Atrociter minitari*, Cicer. 7 in Verr. cap. 62. *Atrocius accipi*, Tacit. 1 Hiſt. cap. 23, *Atrociſſime leges exercere*, Sueton. Tib. cap. 58.

ATTA, Attæ, cognomen Claudiæ gentis principi; item cuidam Togatarum ſcriptori fuit, cujus Horatius meminit lib. 2 Ep. 1 v. 79, quod iis ex pedum vitio inditum hæſit. ATTAE enim, ut Feſtus ſcribit apud Sigon. L. de nom. Rom. *appellantur, qui propter vitium crurum aut pedum plantis primis inſiſtunt, & attingunt magis terram, quàm ambulant.* Vetus Sabina vox eſt: ex Græco ἄττειν: quod ſubſilire ſignificat, & nusquam ferme pedem figere: ut Caſaubonus nos ad cap. 1 Suetonii de vita Tiberii docet. In lingua Gothica veteri Atta ſignificat patrem. Et ſane Feſtus, *Attam*, ait, *pro reverentia ſeni cuilibet dicimus, quaſi eum avi cognomine appellemus.* Conf. infra *Tata* & Reineſ. in Petron. p. 68.

ATTABAS & Numenius, latrones famoſiſſimi, adagio locum fecerunt, quoties improbus aggregatur improbo: *Convenerunt Attabas & Numenius.* v. Eraſm.

Attactus, us, vide in *tango*.

ATTĂGEN, ēnis, ἀτταγὴν, Horat. Epod. 2 v. 53,

Non Afra avis deſcendat in ventrem meum
Non Attagen Ionicus.

Apud Ariſtophanem ἀτταγᾶς, apud Athenæum ἀτταγεινὸς, apud Martialem *Attagena, æ*, vulgo *gallina corylorum*, Alberto *Bonoſa*, haſelhun, birckhun.

¶ Attagena, æ. Martialis lib. 13 epigr. 61,

Inter ſapores fertur alitum primus
Ionicarum guſtus attagenarum.

¶ Attăgēnus, ἀτταγενὸς, piſcis etiam nomen eſt lautioris apud Athenæum, qui & *Scepinus*, Σκεπονὸς dicitur. Geſnerus.

ATTĂLVS, i, Ἄτταλος. Tres hujus nominis celebrantur reges Aſiæ Pergamenæ, pater; & filius, Eumenis frater, tutor pupilli ſive Attali nepotis, Eumene geniti: & ipſe nepos Attali majoris, ſive Eumenis filius: omnes amici Romanorum adeo, ut ultimus ſive nepos, quia liberos non haberet, in teſtamento ſcriptum reliquerit: POP. ROMANVS BONORVM MEORVM HERES ESTO: quod largâ & liberali interpretatione Romani à privato inſtrumento Regis, ad regnum ipſum extenderunt: quod aliàs ſine conſenſu populi tranſire valide haud poſſit. Ideoque cum ait Horatius lib. 2 Od. 18,

nec Attali

Ignotus heres regiam occupavi:

notasse Poëtam Romanos, non jure factos hæredes Attali, vetus Scholiastes observat. ¶ 2. Alius, de quo Aristot. 5 Polit. cap. 10, *Philippum* [Regem Macedoniæ, Alexandri M. Patrem] *Pausanias ideirco interemit, quod illum contumeliis Attali vexari sineret.* ¶ 3. Alius Attalus Philosophus de Stoicorum familia, præceptor Senecæ: uti docere ipse videtur Epist. 108, qui & aliis pluribus locis ejus meminit. Seneca Pater Suasoria 2, *Virum magnæ eloquentiæ, ex Philosophis, quos sua ætas vidit, longe & subtilissimum, & facundissimum* vocat. *Solum vertit à Sejano circumscriptus.*

¶ Attalicus, a, um; adject. ut, *Attalica aulæa, Attalicæ vestes*, apud Propert. lib. 2 eleg. 32, & lib. 3 el. 17, quibus aurum intextum est. Plinius lib. 8 cap. 48, *Aurum intexere in eadem Asia invenit Attalus rex: unde nomen Attalicis.* Et lib. 33 cap. 3, *Attalicis aurum jam pridem intexitur, invento regum Asiæ:* gülden-stück. *Attalicæ conditiones* pro amplissimis & opulentissimis apud Horat. lib. 1 od. 1 v. 12. & *Attalicæ urbe* apud eundem 1 Epist. 11 v. 5.

Attamino, āre, vide in *tamino.*

ATTĬGIAE, arum, magnalia sunt vel mapalia, hoc est, Maurorum tuguria. hütte, hütten-häuslein. Juvenal. Sat. 14 v. 196,

Dirue Maurorum attegias, castella Brigantum.

Vide Salmas. in Solin. p. 311.

ATTELABVS. ὁ ἀττέλαβος, eine kleine heuschrecke. Plin. lib. 29 c. 4.

Attella, &

Attellanus, &c. Vide supra *Atella.*

Attempero, Attendo, attente, attentio, attento, Attenate, attenuatio, attenuo, Attero, Attes, Attestor, Atthin, vide *tempero, tendo, tenuis, tero, Attis, testis, Attis.*

Attes; item ¶ Atthin, vide *Attis.*

ATTHIS, vel Attis, ĭdis, quasi Attica avis, Martiali Luscinia esse videtur aut hirundo, lib. 1 epigr. 54,

Sic ubi multisona fervet sacer atthide lucus.

¶ 2. Et *Atthis* Tragœdiæ Philochori de Philomela nomen fuit.

¶ 3. *Atthis* regio Græciæ (quæ & *Attica*) Pomponio Melæ est lib. 2 cap. 3.

ATTĬCA, Ἀττικὴ, regio Græciæ inter Achajam & Macedoniam, in qua Athenæ sitæ erant: Olim Acte, seu Actica dicta; Vnde

¶ Atticus, a, um; *Attica dialectus* apud Grammaticos: & *Atticus lepos*, apud Hieronym. de Opt. gen. interp. sive Epist. 101 sub fin. Sic *Attico stilo scriptæ orationes*, Cicero de Clar. Or. cap. 45. Ibidem cap. 17 *ea subtilitas, quam Atticam appellant.* Et *Attica fides*, id est sincera, auctore Vellejo lib. 2 cap. 23. *Attica Musa* dictus fuit Xenophon a suavitate sui sermonis. *Atticus moriens porrigit manum*, er nehme sich wohl zu tode. Vide Chiliad. de inexplebili avaritia.

¶ Attici, Oratorum genus, qui Attico dicendi genere utebantur, hoc est, quod Athenis florebat: in quo nihil ineptum, absurdum, alienum, redundans: nihil subinsulsum, abjectum, inquinatum aut durum inerat, ut idem penè esset *Attice dicere* ac *optime dicere.* Cicero de Oratore c. 7, *Qui dici se desiderant Atticos, aut ipsi Attice volunt dicere.* Et cap. 9 ineunte: *Ad Atticorum aures teretes & religiosas qui se accomodant, ii sunt existimandi Attice dicere.* Ac id omnino existimandum, cum non tam Lysiæ atque Hyperidis, qui polite quidem ac eleganter, cæterum submisse atque subtiliter tantùm dixerunt; quam Demosthenis exprimitur oratio ac forma: qui non facete atque tenuiter tantum, ut illi; verùm elate quoque ac splendide dixit, quod illis defuit. Itaque Oratores illi quidem & Attici, non optimi Oratores tamen, sicut Demosthenes, fuerunt. Id enim optimum est, quod omnes laudes habet. Interim propria velut hujus characteris laus, presse & subtiliter dicere: unde etiam qui sicce ac humiliter dicebant, *Attice* dicere volebant videri. Itaque opponebantur Asiaticis Oratoribus, quorum dicendi genus pingue, tumidum atque redundans. Vide Cicer. Bruto seu de Claris Orator. cap. 82, item Orat. ad Brutum c. 26, denique de opt. genere Orator. c. 3 & 4. Quintilianus lib. 12 c. 10. *Attici limati & emuncti, nihil inane aut redundans ferebant: Asiana gens tumidior alioqui & jactantior, vaniore etiam dicendi gloria inflata est* &c. Lege plura ibidem.

¶ Fuit & Tito Pomponio, Equiti Romano, cognomen *Attici*, ad quem 17 Epistolarum libros Cicero scripsit. Datum id ei, quod & diu Athenis vixit, & Græce peritissimus fuit: ut Athenis natus videretur, quod Nepos de eo in vita ipsius Attici c. 4 prodidit. ¶ Alium sui temporis *Atticum* Martialis celebrat lib. 7 Epigr. 32, quem etiam Græce doctissimum & ejusdem gentis studiis deditum fuisse carmen ipsum arguit. Atticus Platonicus (quem tamen mixtæ Philosophiæ studiosis adnumerat Patricius Tom. 1 Discuss. Perip. lib. 10 f. 139.) fuit sub Nerva: Plutarcho Chæronensi æqualis. Egregia ejus fragmenta adfert Eusebius: Jons. 3 de script. Hist. Philos. 6 p. 240. Consule & Barth. notis ad Æneam Gaz. p. 138.

¶ Attice, adverbium, id est, more Attico. Cic. de Opt. gen. Or. c. 4 *Attice dicere.* Adde supra in *Attici.*

¶ Atticismus, i, ἀττικισμὸς, *phrasis* vel *locutio Attica.* Cicero Attico lib. 4 epist. 17, *ille Latinus ἀττικισμὸς ex intervallo regustandus.*

¶ *Atticissare*, pro curiosius & Attice eloqui, imitari Atticos, apud Plaut. in Menæchm. prolog. v. 12.

ATTĬLA, Attyla, æ, Ἀττύλας, flagellum illud DEI, rex fuit Hunnorum, vastator violentissimus *Pannoniæ, Italiæ* atque *Galliæ*; imo & Ecclesiæ persecutor immanissimus. Cum puellam duxisset, hausto largius mero vomitu sanguinis periit A. C. 554. De quo Jornandes & Marcellin. Chron

¶ Attilanus, a, um, adjectivum inde formatur. Novella 11, *Attilanis temporibus.*

ATTILVS, i, piscis, Padi solius alumnus, inter porcos fluviatiles numerari potest. *Ladanum*, vulgus Italicum vocat, eine art eines wasser- und meer-schweins. Vide descriptionem Calcagnini apud Gesner. & Plinium lib. 9 cap. 15.

ATTIN, vel Atthin, înis, qui & Attis, is, vel idos, Atys, Attys, yos,

item Attes, æ; scribi flectique solet, quod apud Catullum carm. de Berecynthia & Aty (sic enim in pletisque est vulgatis) notis ad eum Scalig. (ubi & Hispanam inscriptionem vide) Natal. Com. 2 mythol. 1, & Voss. 1 de orig. idolol. 20 deprehendes. Cum Cybele cultus fuit a Phrygibus. Historia non uno à veteribus modo narratur, ita quidem, ut Mureti judicio (ad Catull. pag. 158) infiniti, legentibusque non nimium jucundi laboris foret quæ a Diodoro, Pausania, Eusebio, Arnobio, Augustino, Ovidio, aliisque de Atti varie scripta sunt, congerere. Summa tamen, in quam & pletique fere consentiunt, hæc est; Adolescentem fuisse Phrygium, cujus amore exarserit Cybele, quam magnam Deûm matrem esse voluerunt Gentiles. Cæterum eviratum eum postea mortuumque gravissimi luctûs caussam Cybelæ fuisse, & factum inde, ut in honorem ejus nec locus esset cuiquam inter magnæ matris sacerdotes, nisi qui ejus instar fuerit eviratus, & in sacris Cybeles lugentem eam hi sacerdotes, (Galli vocabantur) ejulando pectusque palmis cædendo imitarentur. Macrobius 1 Saturn. 21 matrem Deûm terram interpretatur, Attinem solem: Mentio ejus & in oraculo quodam, quod recitat Socrates 3 hist. Eccl. 19. Scribit in Bithyniacis Arrianus, (citatus Rhodigino 11 Lect. antiq. 21 f. 594.) consuevisse Bithynos Montium cacumina conscendere, ac Jovem *Pappam* consalutare, atque item *Attin.* Huic simile, quod Diodorus Siculus lib. 3 cap. 5 *Attin* postea *Papam* dictum fuisse refert. *Atta* & *Pappa* notum est puerorum esse balbutientium vocabula, cum patrem nominare volunt.

Attineo, Attingo, Attondeo, Attonitus, attono, Attractus, attraho, attrecto, attrectatio, &c. Attremo, Attrepido, Attritus, ûs, Attubulus & Attubus, Attyla, Attyo, quære *teneo, tango, tondeo, tono, traho, tremo, trepidus, tero, Atypus, Attila, Attin.*

ATVACVTVM, i, Ἀτουάκουτον, Ptolemæo urbs est Galliæ Belgicæ, caput Tungrorum.

ATŸPVS, i, ἄτυπος, ex quo Latini primo *atubus*, mox *attubus* fecere. Est autem μογιλάλος, impeditæ homo linguæ, ein stammeler, dem die zunge nicht wohl gelöset ist. Sic enim vetus Glossarium: *Attubus*, μογιλάλος, μόγγος, ἄτυπος, apud Joseph. Scal. 2 Lect. Auson. 9. qui inde hanc vocem Ausonio reddit epist. 22,

Canus, comosus, hispidus, trux, attubus.

cum alias perperam legeretur, *artubus.* *Atypus* autem est apud Gellium & Vlpianum. Gellius lib. 4 cap. 2 hæc profert Cæcilii Sabini: *Balbus & atypus vitiosi magis, quàm morbosi sunt.* Vlpianus autem l. 10 § ult. D. de ædil. ed. ita loquitur: *Quæsitum est, an balbus & blæsus, & atypus, isque qui tardius loquitur, & varus, sanus sit?* Vbi quidem dictu mirum, quàm ea vox exercuerit eruditos, præsertim codicum accedente depravatione. Itaque *aphthiphum* alius ab aphtha, alius *alphicum* (ab alpho cutis vitio,) alius *tripheron*, vel τρυφερὸν, (ut significetur mollitie quadam blæsus,) alius *athyrophonum*, vel *athyrotum* (quod festinatam nimis in loquendo celeritatem notet,) substituendum putavere. Vid. Philipp. Carol. animadv. in Agell. p. 245. Gyrald. dialogism. 22 Alciat. 2 prætermiss. ad l. de æd. ed. Cœl. Rhodig. 16 Lect. ant. 20. Rectiùs Budæus annotat. prior. in Pand. pag. 492 e Pisanis Pandectis τὸ atypus retinens, ab etymologia vocabuli eos esse dictos atypos censet, *qui non satis expedito plectro linguæ uterentur, quasi aërem non ferientes, vel quasi non satis verba exprimentes, conformantesve*, nempe respexit ad græcum τύπτω ferio, & τύπος *forma.* Camerario Comm. utr. linguæ f. 210, ἄτυπος est *sonos confundens.* Petri vero Mosellani expositio, cui (ad Gellii locum) atypus est, *qui decenti & justa membrorum formâ carens velut monstrosus est*; minimè audienda. Planum enim, & Gellio & Vlpiano de vitio linguæ sermonem esse.

ATYS, Rex Lydorum, pater Lydi & Tyrrheni, quorum ab altero Lydi, ab altero Tyrrheni adpellati. Vid. Strabonem lib. 5. Herodot. lib. 1 c. 7 & 94. ¶ 2. Alius hoc nomine Crœsi filius, non mutus ille, (ut est in Dictionario Caroli Stephani) sed frater muti, qui dum aprum insectatur, Adrasti jaculo per imprudentiam letaliter ictus, somnii paterni fidem implevit: Idem Herod. ibid. c. 34. 43. ¶ 3. Atys, Phrygius puer, à Cybele adamatus, de quo supra in *Attin.*

AV, interjectio apud Terent. consternatæ mulieris, sive dolentis: au-weh. Vide Andr. act. 4 sc. 5 v. 12. ¶ 2. deinde & silentium injungentis, in Eun. a 4 sc. 4. *Au* vel *Heu, ne comparandus hic quidem ad illum est*, ach schweig still um Gottes willen, dieser reichete jenem das wasser nicht. Est etiam Eunuch. a. 4 sc. 3 v. 15. *Au obsecro:* & act. 5 sc. 2 v. 60. *Au, tace, obsecro*, quod à Calepino, Stephano in Foro R. & eorum exscriptoribus *Ahu* citatur. ¶ Sic & Plautus in metu & perturbatione: *Au tergo meo.* Men. 2, 2 v. 3. Mil. 2, 2 v. 62 &c.

ĂVAR, Ăvares, Scythiæ populus, Romanum imperium Justiniani temporibus & proximis infestans. Corippus de laudibus Justini lib. 3 cap. 8 v. 170, *Crudus & asper Avar dictis sic cœpit acerbis:*

Rex Avarum Cagan, debellans intima mundi, &c.

ĂVĀRVS, i, (ita dictus, quasi *avens æris*, vel *auri*) φιλάργυρος, ein geitzhals. Vid. Gell. lib. 10 cap. 5. Adjective Avarus, a, um, geitzig. Horat. 1 Epist. 2 v. 56, *Semper avarus eget.* Idem Epod. 1 v. 33,

haud paravero,

Quod aut, avarus ut Chremes, terra premam.

¶ 2. Transfertur a divitiis ad alias quascunque res, ut, *Avarus laudis*, idem Horat. 2 Epistol. 1, 179. *Avarus cædis miles*, Claudian. B. Getic, v. 606. *Avaræ adulationes* Plin. Paneg. c. 41. Comp. *Avarior.* Horat. 2 Epist. 2 v. 157,

Viveret in terris te si quis avarior uno:

Superl. Gell. l. 5 c. 5, *Satis esse credo Romanis hæc omnia, etiamsi avarissimi sunt.* Etiam Cic. Verr. 3 c. 37, *Homo avarissime, redde bona sodalis filio.*

¶ Avārĭtia, æ, *studium pecuniæ*, φιλαργυρία, πλεονεξία, geitz. Cicer. 3 Fin. c. 11, *Ardere avaritiâ*, für geitz brennen. Idem in Off. lib. 2 c. 22, *Nullum vitium est tetrius quam avaritia, præsertim in principibus & Remp. gubernantibus:* Idem in 4 Tusc. c. 11, *Illi morbo qui permanat in venas, & inhæret in visceribus, nec inveteratus evelli potest, nomen est avaritia.* Sallust. Bell. Catill. cap. 10, *Avaritia fidem, probitatem,*

ceteras-

ceterasque artes bonas subvertit. Apostolus *malorum radicem* vocat 1 Timoth. c. 5. Conf. Coquej. ad Augustin. de C.D. lib. 1 cap. 10. ¶ Pro affectu Lactantius usurpavit cap. 16 de Opificio Dei. *Quia sunt aliqui affectus, qui non cadunt in Deum, ut libido, timor, avaritia, mæror, invidia.*

¶ Avarities, idem quod avaritia. Lucretius lib. 3 v. 59,

Denique avarities & honorum cæca libido.

¶ Avarè, adverb. Cic. in Offic. 3 cap. 8, *nihil avare, nihil injusti, nihil incontinenter est faciendum.* Terent. Heautont. prologo v. 48, *Avare pretium statuere arti suæ,* arbeit theuer anschlagen. Comp. *Avarius.* Colum. 1 cap. 7, *avarius opus exigat, quam pensiones.* Superl. Seneca de Otio Sapientis c. 32, *licet horas suas avarissime servet:* keine stund vergeblich hinstreichen lassen.

¶ Avariter, apud Plautum Curcul. act. 1 sc. 2 v. 35, *Ingurgitat,* inquit, *impura in se merum avariter faucibus plenis.*

AVCEPS, aucupis, (quasi *aviceps*, ab avibus capiendis) ein vogelsteller. ὁ ὀρνιθοθήρας. Columell. 8 cap. 10, *Turdi ab aucupibus nutriti, quasi allectores sint captivorum.* ¶ Translate usus est Plautus Mil. Glor. a. 4 sc. 1 v. 9, *Circumspicito dum, ne quis nostro hic auceps sermoni sit.* Idem Stich. 1, 2. v. 45, *Nunquis hic est alienus nostris dictis auceps auribus.* Cic. de Orat. 1 c. 55, *Auceps Syllabarum,* qui quærit & captat syllabas.

¶ Aucupium, i, vogelfang. Cicer. 2 de Finib. cap. 8, *piscatu, aucupio, venatione.* ¶ 2. Pro ipsis avibus captis Seneca posuit de Providentia cap. 3, *Quid ergo? felicior esset, si in ventrem suum longinqui litoris pisces, & peregrina aucupia congereret?* Similiter *Venatio,* pro feris: sive ferinâ, quæ in cibum adponitur, dicitur; de quo infra suo loco. ¶ 3. Metaphorice apud Terentium parasitus dixit: *Hoc novum est aucupium,* dieses ist eine neue handthierung, Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 16. Plautus dixit: *Aucupium auribus facere,* die ohren spitzen, horchen. Mil. a. 4 sc. 1. extr.

¶ Aucupor, atus sum, ari, vogelfangen. Præter nativam significationem est, solertia quadam quærere & captare; quæ metaphora in verbo etiam *Venari* frequens est. Cic. 5 epist. 12, *Vereor, ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar,* mit schmeichelworten gunst suchen und erjagen wollen. Idem in Pison. cap. 24, *Levitatis est inanem aucupari rumorem, & omnes umbras etiam falsæ gloriæ consectari.* Et 2 de Oratore cap. 14, *Aucupari utilitatem,* auf den nutzen dencken. Plaut. Rudente a. 4 sc. 4 v. 49, *viden' scelestus ut aucupatur,* wie er doch forschet. ¶ *Aucupare* activa forma idem sæpe dixit, ut, *aucupare sermonem,* Asin. 5, 2. vers. 32, *Lepide aucupavi, atque ex mea sententia,* Truc. 5, 1, 73 &c. Hinc &

¶ Aucupatus, a, um, passive, aufgefangen. ut, *aucupata per rumorem,* Lactant. 5 Instit. c. 23.

¶ Aucupatio, ōnis, ipse actus aucupandi, das vogelstellen, die nachstellung. Quintilian. Declam. 13, *Multa, quæ libera fuerant, transeunt in jus occupantium, sicut venatio & aucupatio.* Ita in vet. lib. legitur: in recentibus *occupatio.*

¶ Aucupatorius, a, um, ad aucupationem pertinens. Plin. 16 c. 36 de calamis aquaticis: *cum anno permansit inundatio, proficiunt in aucupatoriam amplitudinem,* id est, crassi adeo fiunt, ut usu possint aucupio esse.

¶ Aucupabundus, a, um, nachstellerisch. Tertullianus de anima cap. 39, *Spiritus nequam, ab ipsa janua nativitatis animus aucupabundus.*

AVCHATAE, arum, Scythæ ad os Bospori, ubi Hypanis oritur. Val. Flacc. 6 vers. 132 in Sing.

Doctus & Auchates patulo vaga vincula gyro
Spargere & extremas laqueis adducere turmas.

Aucilla pro Avicula, vide *Avis.*

Auctarium, vide *Augeo.*

Auctolycus, quære *Autolycus.*

AVCTOR, ōris, ein urheber, vermehrer. Sic potius dicendum, scribendumque est, quam *Autor*, ut Valla scripsit, vel cum aspiratione *Author*, ut alii. Vide, quæ summus vir Nic. Heinsius ad Paterculi lib. 1 c. 13 notavit. Nam qui ex Græco αὐτὸς, vel αὐθέντης deducunt, nunquam mihi rationes suas hactenus potuerunt probare. Neque enim video, quâ ratione fieri id satis commode possit. Eruditissimus Vossius lib. 1 de Analogiâ cap. 27 ab *aveo* & ejus inusitato supino *avitum* & per contractionem *autum*, τὸ *autor* deduci posse existimat: sicut a *faveo*, *favitum*, & *fautum*, *fautor*, derivatur. *Nam qui fieri,* inquit, *quid avet, suadendo ejus fit* AVTOR. Sed ea conjectura acutior, ut puto, quàm verior est: quare nec ipse pro ea quidquam pertendit: imo vero postea in eruditissimo Etymologico f. 53 eam non obscure deseruit. Ab *Augeo*, *auctorem*, quomodocunque accipiatur vox, adpellari & testantur Grammatici veteres, & ipsa scribendi ratio ostendit. Neque enim aliter temere, quam per CT, in libris antiquis vetustisque Inscriptionibus exaratum invenitur. Quid? quod & Dio Cassius, cum lib. 55 explicaret, quid AVCTORITAS SENATVS diceretur, atque id una voce Græca haud posse exprimi significâsset; eamque ob caussam Latino vocabulo ipso uteretur; non αὐτώριτας aut αὐθώριτας sed ἀυκτώριτας dixit: certissimo documento, hanc vocem sic à Romanis scribi solitam, etiam cum nullam augendi vim manifestè præferret. *Mihi vero placet, ut in Latino sermone antiquitatis religio servetur:* quæ Velii Longi in simili plane negotio verba sunt. Cæterum *Auctor* ¶ 1 dicitur, qui repetit aliquid atque instituit primus: quod qui facit, utique auget. Sosipater Charisius lib. 1 AVCTOR, inquit, *propterea dicitur, quod augeret & generaret.* Sic *Auctor generis* dicitur, qui instituit stirpem, & caput sive originem sive genti sive familiæ dedit, der stamm-vater. Rutilius Numatianus lib. 1 Itinerarii v. 65,

Auctorem generis Venerem Martemque fatemur.

Virg. 6 Æn. v. 650, *Ilusque Assaracusque & Trojæ Dardanus Auctor:* AVCTOR TROIAE, id est, Conditor. Ilium enim Dardanus condidit. Vnde idem in 8 Æn. v. 134,

Dardanus Iliacæ primus pater urbis & auctor:

Lucanus Mercurium, *Auctorem citharæ*, id est, repertorem, lib. 9 v. 661 adpellat. ¶ Perinde Librorum conditores, *Auctores* vocamus. Juvenalis Satyra 7 extrema:

Vt præceptori verborum regulę constet,
Vt legat historias, auctores noverit omnes
Tamquam ungues digitosque suos. &c.

Cic. in Orat. cap. 57 extr. *Aristoteles auctor optimus.* Et 3 Offic. c. 26, *Apud Homerum, optimum auctorem, talis de Vlysse nulla suspicio est.* Et Livius lib. 2 cap. 8, *Apud quosdam veteres auctores non invenio Lucretium consulem.* Adeoque non est, quod Manutius *auctoris* vocem pro *scriptore* usurpatam, improbet. vid. Morhof. Polyh. 1 præf. & Cellar. Cur. post. p. 80. ¶ 2. Cujus auctoritate atque imperio, item consilio, operâ, impulsu, & suasu, vel & periculo atque exemplo aliquid suscipitur geriturque; anführer, vorgänger, rathgeber. Tacitus Agricola cap. 8, *Nec Agricola unquam in suam famam gestis exultavit: ad auctorem & ducem, ut minister fortunam referebat.* Suetonius lib. 2 cap. 27 Tiberium aversatum adulationes significans; *Alium*, inquit, *dicentem*, SACRAS EIVS OCCVPATIONES: *& rursus alium*, AVCTORE EO SENATVM SE ADIISSE, *verba mutare, & pro* AVCTORE SVASOREM: *pro* SACRIS LABORIOSAS *dicere coegit.* Vbi nota AVCTOREM, plus esse quam SVASOREM. Nam auctor est, qui non suadet tantùm, sed imperare etiam potest: cujusque consilia quasi jussa sunt. Tacitus 3 Histor. cap. 71, *Aderat furens miles nullo duce, sibi quisque auctor.* Terent. Prol. Andriæ: *Qui cum hunc accusant, Nævium, Plautum, Ennium*
Accusant, quos hic noster auctores habet.

id est, quorum exemplum sequutus est, idem sibi jus fore ratus, quod ipsis fuit. Sic *auctorem pacis*, der zum friede, *auctorem belli*, der zum kriege hilfft, dicimus. *Auctor ei fui*, ich habe ihm darzu gerathen. Sic Cicero loquitur ad Att. 15 ep. 11, *Auctor non sum, ut te urbi committas*, ich rathe dirs nicht. Idem ad Cæsarem sub lib. 9 ad Attic. ep. 11, *Pompejo semper & senatui pacis auctor fui:* & paucis interjectis, *non modo ipse fautor dignitatis tuæ fui, verum etiam ceteris auctor ad te adjuvandum.* Offic. 3 cap. 30, *Hujus deditionis ipse suasor & auctor fuit.* Idem lib. 10 epist. 6 ad Plancum, *Præbere se auctorem, principem & ducem senatui.* ¶ 3. Non soli primo fundatori, sed & instauratori & innovatori attribuitur. Vide Freinsh. ad Curt. lib. 5 c. 1, 24. & Barth. ad Claudian. pag. 702. 1309. ¶ 4. Franc. Hotomannus Comment. Verborum Juris: AVCTOR, inquit, *is dicitur, à quo quis auctoritatem*, id est, *jus dominii in rem quampiam accepit.* *Declinatum autem videtur verbum ab* AVCTIONIBVS, *in quibus ei, qui plurimum auget, res addicitur: & ex ea auctione atque adjectione suâ auctoritatem sibi in rem emtam comparat.* Cicero Verrina 7 cap. 21 extr. *Tum illi intellexerunt, se id, quod à malo auctore emissent, diutius obtinere non posse.* Paullus JCtus Lege Si fundo 53 D. de evict. *Si cum possit emtor auctorem denunciare, denunciasset, ideoque victus fuisset* &c. auctorem, id est, venditorem. Sic Cicero *auctorem fundi* pro Cæcina dixit cap. 10. Plautus Curcul. a. 4 sc. 2 vers. 12,

Nec vobis auctor ullus est, nec vosmet estis ulli:

Vide & Auson. August. lib. 3 c. 6.

¶ Auctrix, īcis, die urheberin, stiffterin. Antiqui quidem in utroque genere auctoris nomen efferebant; quippe quibus & reliqua verbalia in TOR communis generis erant. Quod cum durius & insolentius quibusdam videretur, fœminina in TRIX terminarunt. Quare *auctricem* Tertullianus, quam *auctorem*, in genere sequiore maluit dicere; quamquam id alii facere veriti sint. Juno apud Virgil. 12 Æn. v. 159, *Auctor ego audendi.* Ovidius Fastorum l. 5 v. 192,

Optuma tu proprii nominis auctor eris.

Seneca Medeâ v. 979, *Ipsam sceleris auctorem horridi*
Capiamus.

Tertulliani vero verba de corona militis cap. 3 ista sunt: *Harum & aliarum disciplinarum ejusmodi si legem expostules scripturarum, nullam inuenies: traditio tibi prætendetur auctrix, consuetudo confirmatrix, & fides observatrix.* Idem adversus Hermogenem cap. 5, *Neque enim potest non & materia auctrix omnium* [ex hypothesi Hermogenis, qui materiam statuebat fuisse ab æterno,] *deputari, de quâ universitas consistit.* Et cap. 7, *Quomodo ergò discernere audebit Hermogenes, atque ita subjicere Deo materiam, æternam æterno, innatam innato, auctricem auctori?* Idem lib. 2 advers. Marcion. cap. 12, *auctrice omnium bonitate.* & lib. 5 adv. eumdem cap. 10, *Anima auctrix operum carnis.* Nec dubito, eruditissimum Patrem alios auctores ejus terminationis habuisse. Vt male Servius ad dictum Virgilii 12 Æneid. versum, itemque Sosipater Charisius lib. 1 Inst. Gramm. pag. 30 ad Hel. Putsch. nec non Valerius Probus lib. 2 Gramm. inst. pag. 1452 negarint *auctricem* dici, quando videlicet principem significat, ut Valerius loquitur, seu ad auctoritatem refertur, ut Sosipater. Sic enim distinguunt hi Grammatici; quæ nomina in *tor* desinentia descendunt à verbis, horum fœminina in *trix* formari; quæ à verbis non descendunt, sub eadem terminatione genus utrumque complecti. Itaque concedunt, recte *auctricem* dici, cum ab *augendo* trahitur, ut si dicas, quod est apud Servium: *auctrix patrimonii:* eine vermehrerin. Quod ergo illi dant, accipiamus, & in rem nostram vertamus: confirmatum enim supra est, quocunque hanc vocem sensu exaudias, ab augendo duci: licet illi hoc negent. Quod autem Servius ait, eo sensu, quo Virgilius usurpat, *ab auctoritate descendere*, si hoc vult, quod Sosipatro erat *ad auctoritatem referri*, jam responsum est ipsi; sin illud, ipsum auctoris vocabulum ab auctoritate duci, manifeste fallitur. Quasi vero *auctor* & *auctrix* ab *auctoritate* potius, quàm *auctoritas* ab *auctore* descendat. *Auctrix* etiam lege 16 Cod. de Evictionibus legitur: *auctricem conveniri consequens est.*

¶ Proauctor, plus quam auctor, aut antiquior. Suetonius Claud. cap. 24, *generis proauctor*, stamm-vater; ubi *proauctorem* dixit, sicuti *proavum* dicimus.

¶ Autoritas, sive auctoritas potius, ātis, factum aliquod aut dictum, quod aliis deinceps pro consilio, exemplo, jure, aut testimonio est. Quemadmodum & Vitruvius Præfat. ad August. *Ædificiorum publicorum auctoritates egregias*, id est, exempla dixit. Cicero pro Cluentio

Cap. 50,

cap. 50, *Illa oratio potius temporis mei, quam judicii & auctoritatis fuit:* id est, ita comparata fuit, ut tempori meo inserviret potiùs, quam ulli ut præjudicium faceret, sive exemplum ad judicandum daret. Sic *auctoritatem alicujus sequi*, idem lib. 2 de Finib. cap. 13 pr. dixit. Et *aliquem ad suam auctoritatem adducere*, est suæ sententiæ, suarum partium facere: einen auf seine seite und meynung bringen, Orat. pro Dejotaro. Conjunxit etiam cum *exempli* vocabulo, Oratione pro Balbo cap. 13, *Cujus auctoritate & exemplo nunquam intermissa est largitio & communicatio civitatis.* ¶ Sic testimonia, idem sententiæ ac dicta, quibus firmamus rem, *auctoritates* passim adpellantur. Vide Franc. Flor. Sabin. lib. 1 Lect. subsec. c. 3 (p. 1026 Tom. 1 Lamp. Grut.) ubi disputat adversus Steph. Doletum, qui præfat. in librum suum de re navali barbariem vocaverat, cùm auctoritates pro exemplis vel locis adpellantur.] ¶ Quo nomine & litteræ publicæ seu instrumenta sæpius veniunt. Rursus Cicero Verr. 2 cap. 3, *Legationes cum publicis auctoritatibus ac testimoniis convenisse* dicit. Seneca pater lib. 4 Controversiarum Controversia 22, AVCTORITATIS TABELLAS adpellat, quas *emtionis* paullo ante dixerat. JCti *Instrumenta auctoritatis* vocant; quibus origo rerum & probatio juris nostri continetur. (Nam qui vendit rem; auctor adpellatur) ein kauffbrieff. ¶ Decreta etiam Senatus Romani dicebantur *auctoritates.* Nam cum Senatum penes tantùm primæ sententiæ dictio esset, ac suadendi jus; jubendi & statuendi potestas penes Populum: idcirco decreta Senatus, quæ intercedentibus Tribunis Plebis non adprobasset Populus, AVCTORITATES tantum SENATVS non SENATVS CONSVLTA adpellabantur: vide Ciceronem lib. 8 ad Familiares Epistola 8, item Dionem Cassium lib. 55. Magistratuum etiam edicta, quæ promulgantur seu proponuntur publicè, non raro *auctoritates* adpellantur apud JCtos veteres. ¶ Ad testimonia & probationes quoque refert Cicero 7 in Verr. cap. 39, *testibus, auctoritatibus convincere.* ¶ Plautus Trinummo act. 1 sc. 2 extr. *Quod si exquiratur usque ab stirpe auctoritas:* wenn man solte nachfragen, von wem es erst auskommen. De quo ita Alciatus lib. 6 Parerg. Juris c. 6. *Plautus*, inquit, *hîc* AVCTORITATEM *adpellat sententiam, quam quis primus est commentus, tametsi deinde per traduces in quamplurimos dimanaverit.* Nimirum fontem ipsum & originem, unde manavit rumor, *auctoritatem* adpellat. ¶ Apud Terentium Eunucho act. 2 sc. 3 Parmeno servus Chæreæ adolescenti efflictim amanti Pamphilam consilium dat, ut pro Eunucho ad eam se patiatur deduci: ita occasionem fore, ut puellâ potiatur. Adprobat Chærea, & ut ornetur pro eunucho & deducatur, vehementer instat. Servus perpendens secum, quid futurum de se, si id flagitii rescíscat pater, per jocum dixisse, ut dissuaderet scilicet, & plenum periculosæ aleæ opus esse, subjicit. Sed cùm pertenderet Chærea, & hanc omnino instructam vellet machinam, ait Servus:

Si certum est facere, facias. verùm ne post conferas
Culpam in me.

Respondit Chærea: *Non faciam*, tum rursus servus, *Jubesne?* Respondet Chærea: *jubeo, cogo, atque impero:*
Nunquam defugiam auctoritatem.

In quo significat, quomodocunque ceciderit, aut quemcunque res sortitura eventum sit, nullam Parmenioni præstandam culpam luendamve fore, quin omne periculum illud se recepturum in se, neque iturum unquam inficias, id suo jussu, suo imperio factum esse. Itaque *auctoritatem defugere*, est inficiari sive negare, se auctore ac impulsore quid factum esse: quemadmodum & Cicero & Plautus locuti sunt, quorum exempla Muretus ad illum Terentii locum producit.

¶ 2. Est & *auctoritas* amplitudo quædam ac vis, quæ alicui per eminentiam aliquam ex genere, ætate, meritis, opibus item & dignitate inest, ad movendum respectum, obsequium & reverentiam apud alios nonnunquam cum metu aliquo conjunctam; das ansehen. Cornel. Nepos Cimone cap. 2 n. 1, *valere auctoritate apud aliquem.* Item 13 cap. 3 n. 2, *Auctoritas est in illo.* Quocirca quod in regnantibus *Majestas* est, illud in cæteris *Auctoritas* adpellatur. Cicer. Philipp. 3 cap. 5, *Tantus autem consensus municipiorum coloniarumque Provinciæ Galliæ, ut omnes ad* AVCTORITATEM *hujus ordinis*, MAIESTATEMQVE *Pop. Romani defendendam conspirâsse videantur.* Tacitus de Germania c. 11, *Rex vel princeps, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur auctoritate suadendi magis, quàm jubendi potestate.* Interdum tamen pro *majestate* etiam ponitur. Idem Tacitus 1 Histor. cap. 29, *Auctoritas principis majoribus remediis integra servanda.* ¶ Neque vero personis tantum; verùm & rebus tribuitur *auctoritas.* Cicero pro Flacco cap. 4, *Totius bujusce rei quæ sit vis, quæ auctoritas, quod pondus, ignorant.* Vbi nota Synonyma, *vim, pondus.* Plin. lib. 12 cap. 4, *Tanta arbori auctoritas erat:* id est, tanti fiebat. Sic *in auctoritate esse*, dicuntur res, quæ in honore habentur ac pretio, die hoch und werth gehalten werden, apud eumdem lib. 34 cap. 6. Suetonius etiam de formæ specie ac dignitate voce istac usus est in Claudio cap. 30, *Auctoritas*, inquit, *dignitasque formæ non defuit vel stanti, vel sedenti.* Quod Eginhartum in Caroli Magni; Radevicum in Friderici I Vitâ imitatum Casaubonus ibi observat. Cic. de Sen. c. 18, *Non cani, non rugæ repente auctoritatem afferre solent*, graue haar und runtzeln machen so bald kein ansehen. Idem de Divinat. lib. 2 cap. 67, *dicere majori auctoritate*, also reden, daß es krafft habe und durchdringe. Et in Oratore cap. 34, *Hoc & auctoritatem orationi affert & fidem*, diß gibt zu der rede gleich ein ansehen, und macht sie beglaubet. *Auctoritate valere*, geschen seyn. Idem contra Rullum 2 cap. 17, *Homines auctoritate tenui*, leute die eines geringen oder schlechten ansehens seynd. Quintil. lib. 3 cap. 8, *Plurimùm valet in consiliis auctoritas.* ¶ 3. In Jure, AVCTORITAS etiam dicitur Jus vindicandæ rei suæ adversus eos, qui in præsenti possident. Lex Attinia apud Gellium lib. 17 cap. 7 QVOD. SVBREPTVM. ERIT. EIVS. REI. AETERNA. AVCTORITAS. ESTO. Quâ significatur, legitimum Dominum rem sibi subreptam nunquam non vindicare & usucapere posse. In Lege XII Tabulatum apud Ciceronem Topicis cap. 3, & pro Cæcinâ c. 19, VSVS, AVCTORITAS FVNDI BIENNIVM; CAETERARVM RERVM ANNVVS ESTO. Vbi *auctoritas* nihil aliud, quàm *Jus legitimi dominii* est. Cicero *Jus auctoritatis* adpellat oratione pro Domo suâ.

¶ Autorare, sive *auctorare* potius, est acceptâ mercede operam suam vendere: dicebaturque præcipue de gladiatoribus; qui, liberi cum essent, pretio tamen in ludum gladiatorium se addicebant, verbindlich machen. Tertullianus ad Nation. lib. 1 cap. 18, *Non vitæ amore gladio vos ad lanistas auctoratis, sed mortis nomen militiæ datis.* Multa de hoc verbo præter Lipsium lib. 2 Saturnal. cap. 5. Turnebus lib. 2 Advers. cap. 20, itemque Torrentius ad lib. 2 Sermon. Horatii Sat. 7 v. 59, nec non interpretes Petroniani. ¶ A gladiatoribus ad alios quoque translatum hoc verbum, qui se ad flagitiosas præcipue res conduci patiebantur: ut *proditores, sicarii* seu *percussores.* Exempla apud laudatos auctores invenies. ¶ De militibus quoque stipendio conductis (die sich haben werben lassen) usurpatum, compositum *Exauctorare* arguit: de quo infra.

¶ Auctoratus, a, um, participium, Horatius lib. 2 Satyr. 7 v. 59, *auctoratus eas*, ubi vetus Interpres; *addictus, condemnatus. Qui se vendunt ludo, auctorati vocantur*, verbunden. ¶ Tertullianus de Corona c. 2 aliter usus est, & in meliorem partem: *Delictum quod committitur in observationem suo jam vindicandam nomine, & satis auctoratam consensus patrocinio*, id est probatam, confirmatam.

¶ Auctoramentum, i, & ipse actus paciscendi, & inde nata obligatio; tum merces & commodum, quod sequitur, est. Vide prædictos auctores: verbindung, bestallung, besoldung, trinckgeld, genieß. Seneca Epist. 69, *Nullum sine auctoramento malum est: Avaritia pecuniam promittit, luxuria varias voluptates, ambitio purpuram & plausum, & ex hoc potentiam; mercede te vitia solicitant.* hoc est; Nullum est vitium, quod non aliquid utilitatis ac commodi promittat. Idem 4 de Beneficiis cap. 36, *Philippus Macedonum Rex habebat militem manu fortem, cujus in multis expeditionibus utilem expertus operam, subinde ex præda aliquid illi virtutis caussa donaverat, & hominem venalis animæ crebris auctoramentis accendebat.* Vbi *auctoramenta*, dona, præmia sunt: beschenckung, belohnung. Eodem modo Vellejus: *Auctoramento funebri ad necem irritare*, 2, 66, 3. Ipse Cicero de off. 1 c. 42, *in mercenariis ipsa merces auctoramentum servitutis.* Eleganter itaque Erasmus in loco Pauli ad Rom. 6 extr. τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος, vertit, *Etenim auctoramenta peccati mors*, der sünden sold ist der tod.

¶ Auctoratio, ōnis, *Venditio*, ut Isidorus in Glossis exponit. Veteri Horatiano Interpreti AVCTORATIO dicitur, *venditio gladiatorum cum conditione emtoris*, ad lib. 2 Satyr. 7 v. 59.

¶ Auctoraticius, a, um; Gloss. gr. lat. αὐθεντικὸν *auctoraticium.*

¶ Exauctōrare, contrarium τῷ *auctorare:* abdancken, loßgeben. Est enim *a militia removere, & castris ejicere*; ut Arrius Menander JCtus Lege 29 Dig. de Liberali caussa exponit. Vlpianus Lege 2 § 2 Dig. de his, qui notantur infamia: EXAVCTORARE, *militaria insignia detrahere*, & ad ignominiosam missionem interpretatur. Nec aliter Arrius laudata Lege & Lege 4 § 8 Dig. de re militari accipit: ubi tamen casum aliquem excipit, qui infamiam haud afferat. Sed & Livii loca, quæ hîc afferuntur, ad ignominiosam missionem respiciunt: wenn man sie mit spott und schanden ausmustert. Nec aliter Lampridius Alexandrum Severum *tumultuantes legiones exauctorasse*, ejus vita cap. 12 dixit, quemadmodum etiam Trajanus adulterii reum centurionem *exauctoravit atque etiam relegavit*, apud Plin. lib. 6 epist. 31. ¶ Lipsius tamen lib. 5 de Milit. Rom. Dial. 19 EXAVCTORATIONEM illam missionem dicit, cum expletis stipendiis solverentur militantes onere omni militiæ, nisi pugnæ in hostem. Videturque Suetonius hoc verbo ea notione usus in Tiberio cap. 30, cum ait: *Neque tam parvum quidquam, neque tam magnum publici privatique negotii fuit, de quo non ad Patres Conscr. referretur: de vectigalibus ac monopoliis, de exstruendis reficiendisve operibus: etiam de legendo vel exauctorando milite*, &c. Nec aliter, quam de honesta missione id verbum accipiendum apud Tacitum est 1 Annal. c. 36, ubi eumdem Lipsium vide: wenn man denen soldaten ehrlichen abschied giebt. Sic Alexander M. *bello inutiles exauctoravit, magnificentissimeque donatos dimisit*, apud Curtium 10, 4, 7.

¶ Exauctoratus, a, um, abgedanckt. Sic *exauctorati tribuni*, Tac. Hist. 1 c. 20. Exempla Livii sunt de honesta missione lib. 25 cap: 20, *Volonum exercitus, qui vivo Graccho summa fide stipendia fecerat, velut exauctoratus morte ducis, ab signis decessit.* Idem lib. 36 cap. 40 extr. *Postero die concione advocata de rebus ab se gestis quum disseruisset, milites exauctoratos dimisit.*

¶ Exauctoratio, ōnis, actus exauctorandi, vulgare est: pro quo

¶ Exauctoritas, atis, Lege 35 Cod. Theodos. de Cursu publico: *militans exauctoritatem subibit.*

Auctio, auctionor, auctus, &c. Aucupor, aucupium, Audacia, audax, &c. vide *augeo, auceps, audeo.*

AVDENA, Italiæ amnis, memoratus Livio lib. 41 c. 19, in sinistram Macræ ripam defluens. Ad Etruriam itaque extremam pertinet, aut Liguriam.

AVDEO, ausus sum, audēre, kühne seyn, sich unterstehen, wagen. Quod licet absolute sæpius ponatur, tamen activum existimandum: semper enim aliquid intelligitur. Tacit. 2 Histor. cap. 25, *Modica silva adhærebat, unde rursus ausi* &c. subaudi, prorumpere & integrare pugnam. Ibidem c. 71, *Ingratus Principi, ut adversus Neronem ausus:* subaudi, novas res. Ità Virgilius *Audere in prœlia*, scilicet progredi, 2 Æneid. v. 347 dixit. Integre idem Ecl. 3,

Quid domini faciant, audent cum talia fures?

Sic *pugnam, aciem, scelus*, &c. *audere* Tacitus dixit. Terent. in Eun. a. 5 sc. 5 v. 16, *Qua audacia tantum facinus audet?* Horat. Att. Poët. v. 9,

Pictoribus atque poëtis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Liv. 3 cap. 2, *audere ultima*, das eusserſte dran ſetzen. Cicer. epiſt. 16 ad Brut. *Aude negare*, biſt du kühn, ſo leugne es.

¶ Audens, tis, kühn, der es waget. Virgil. Æn. 10 v. 284, *Audentes fortuna juvat.* Idem Æn. 6 comparative v. 95,

Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito.

ſicut *oratio audentior* Dial. de Orat. cap. 14 dicitur, quæ poëtarum, quam oratorum, ſimilior eſt. Superl. uſus eſt Tacitus Agric. cap. 33, *audentiſſimi cujusque procurſu.*

¶ Auſus, a, um, Participium activæ ſignificationis, der ſich getrauet, erkühnet. Virg. Æn. 1 v. 456, *ſperare ſalutem auſus.* Horat. arte v. 287, *Veſtigia Græca auſi deſerere.* Sed in genere neutro paſſivè ut Nomen

¶ Auſum, i, factum eſt, quod quis audet, ſeu ſuſtinet aggredi, das fürnehmen, wagnüß. Virgil. Æn. 6 v. 624,

Auſi omnes immane nefas, auſoque potiti.

Ovid. Metam. 2 v. 328,

Quæ ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis.

Idem Heroid. 14 v. 49, *crudelia auſa*, greuliche thaten.

¶ Audendus, a, um, Participium paſſivum. Vellejus Paterc. lib. 2 cap. 56, *omnibus audendis paratiſſimus.* Livius 35 v. 35, *res eſt agenda audendaque.* Conf. lib. 21 c. 4, ubi tamen alii *videnda* pro *audenda* legunt. Cæterum paſſivum *auderi* occurrit etiam in Nepote 1, 4, 5.

¶ Audenter, Adv. cujus Comparativus eſt apud Tacitum 4 Ann. c. 47, *Quidam audentiùs apertis in collibus viſebantur:* & lib. 2 Hiſt. cap. 78, *audentiùs circumſiſtere.* Poſitivus eſt in Lege 29 § 14 de Lib. & Poſthum. *Audenter dicere.*

¶ Audentia, æ, Plinius lib. 8 Epiſt. 4, *Cur tibi ſimilis audentia, præſertim non delicata, ſed neceſſaria negetur?* Add. Tac. 15 cap. 53, & de Germ. c. 34.

¶ Audăcia, æ, μέσον eſt, ſignificat enim & in bonam partem fiduciam ſeu animum intrepidum, ein unverzagter, behertzter muth. Propert. lib. 2 Eleg. 10,

Quod ſi deficiant vires, audacia certe
Laus erit: in magnis & voluiſſe ſat eſt.

Sed plerumque ſignificat in malam partem, eique cognata ſunt confidentia & temeritas, verwegenheit und vermeſſenheit. *Armari audaciâ*, Cicer. c. 55 orat. pro domo ſua. *Audaciæ expertæ homo*, ein waghalß. Liv. 38 c. 25. *Audaciam* quidam ab *audentia* ita diſtinguunt, ut *audacia* temeritas ſit: *audentia* fortitudo. ¶ *Audacias* Plur. dixit Cicer. 9 Attic. ep. 7.

¶ Audax, ăcis, kühn, verwegen. Cicer. 1 de Invent. cap. 3, *cum ad gubernacula reip. temerarii atque audaces homines acceſſerant.* Idem 2 in Catil. cap. 5, *Nemo eſt in ludo gladiatorio paullò ad facinus audacior.* Et pro S. Roſc. cap. 1, *Audaciſſimus ego ex omnibus?* Claudian. 2 Rapt. v. 4, *audax animi:* & Virgil. 5 Æneid. v. 67, *viribus audax*, der ſich auf ſeinen muth oder ſtärcke verläſt.

¶ Audaculus, i, diminut. Gell. 5 cap. 21, *Reprehenſor audaculus verborum;* & lib. 15 cap. 5, *rabula audaculus.*

¶ Audaciter, & per Syncopen

¶ Audacter, kühnlich, getroſt. Quintilianus quidem 1 c. 6 reprehendit *Audaciter:* Gronovius autem Livio 22 c. 25, & 40 c. 45, non ſolum reſtituit ex vetuſtis libris; ſed auctoritate etiam utriusque Senecæ, Controv. 20 & de Provid. c. 4 comprobavit. Quid? quod Priſcianus lib. 15 ex Cic. pro S. Roſc. c. 36, *Audaciter* profert, ubi vulgo *Audacter* legunt, ſed Gruterus etiam *Audaciter* edidit. Audacter tamen uſitatius eſt, ut, *audacter quem monere*, Terent. Heaut. a. 1 ſc. 1 v. 6. ¶ Comp. Audaciùs, e. g. *Audacius exſultavit*, Cicer. in Orat. c. 8, *Audacius ſubſiſtere*, Cæſar Gall. lib. 1 cap. 15, *Dicit liberius atque audacius*, ibidem cap. 18. Summus gradus eſt apud Cæſ. 2 Gall. c. 10, *audaciſſime tranſire conantes.* Et lib. 5 cap. 15, *per medios audaciſſime proruperunt.* Et Livius lib. 30 cap. 30, *omnia audaciſſime incipere.*

¶ Auſim, ſis, ſit, ſint, defectivum pro *auſerim*, uti Voſſius monet de Analog. 3 c. 41 p. 144. Livius Præf. lib. 1, *Nec ſi ſciam, dicere auſim*, ich dürffte es auch nicht ſagen, da ich es ſchon wüſte. Virg. ecloga 3 v. 32,

De grege non auſim quicquam deponere tecum.

¶ Auſus, ûs, unternehmung. Cod. lib. 1 t. 2 l. 14, *Qui protervo auſu eccleſiaſtica prædia acquirere tentarit;* & C. lib. 8 t. 17 l. 8 auth. *Statutum auſu temerario violare.*

¶ Inaudax, id eſt, timidus, feig. Hor. lib. 2 od. 20,

Dura poſt paullo fugiens inaudax
Prælia raptor.

¶ Inauſum, quod quis non audet, ungewagt, unverſucht. Virgil. 8 Æn. v. 205,

ne quid inauſum
Aut intentatum ſceleriſque dolique fuiſſet.

Et Martial. lib. 2 epig. 14,

Nihil intentatum Selius, nil linquit inauſum.

Audientia, quære mox in *Audio.*

AVDIO, ivi, itum, ire, quaſi *auribus dare*, hören. Valla lib. 3 cap. 66, *Audivi a patre meo, & audivi ex patre meo, & audivi de patre meo, idem ſignificare inveniet, qui bonos libros evolvet: Cicero tamen ſic præcipue locutus eſt.* Cic. lib. 3 epiſt. 11, *cum de te ex ipſo audiebam.* Et lib. 5 ad Att. ep. 17, *Hoc te ex aliis audire malo.* Terentius Eunuch. a. 1 ſc. 2 v. 34, *Mercator hoc addebat, e prædonibus, unde emerat, ſe audiſſe abreptam e Sunio.* Cic. de Senect. c. 13, *Sæpe audivi à majoribus natu, qui ſe porro pueros à ſenibus audiſſe dicebant.* Idem 3 de Oratore cap. 33, *Sæpe hoc audivi de patre & de ſocero meo*, hoc eſt, *à patre* &c. Rurſus Terent. in And. a. 2 ſc. 1 v. 2, *Apud forum modo de Davo audivi*, itzund hab ich es am marckt vom Davo gehöret. ¶ 2. Audire etiam diſcentium eſt, cùm præcipienti magiſtro operas navant. aufmercken, zuhören, eines diſcipel ſeyn. Cicero 1 Nat. Deor. cap. 14, *Cleanthes Zenonem audivit.* Idem Acad. Quæſt. lib. 1 c. 9, *Jam Polemonem audiverat aſſidue Zeno & Arceſilas.* Corn. Nep. in Epam. 3, 2, *Audiendi ſtudioſus, ex hoc enim facillime diſci arbitrabatur.* Et inde *Auditor* pro *Diſcipulo* ponitur. ¶ 3. *Audire* etiam aſſentire eſt. Cicero pro Marcello c. 8, *Sæpe venit ad aures meas, te illud nimis crebrò dicere*, SATIS TE TIBI VIXISSE. *Credo: ſed tum id audirem, ſi tibi ſoli viveres, aut ſi tibi ſoli etiam natus eſſes.* Terentius Eunuch. a. 2 ſc. 3 v. 77,

PAR. *Quid ſi nunc tute fortunatus ſias?* CH. *Quâ re Parmeno?*
Reſponde. PAR. *Capias tu illius veſtem.* CH. *veſtem? quid tùm poſtea?*
PAR. *Pro illo te ducam.* CH. *Audio.* PAR. *Te eſſe illum dicam.*
CH. *Intelligo.*

Vbi Donatus: Audio, *id eſt, libenter hoc admitto & conſentio, ut in Phormione:* Audio & fateor, *& contrà:* Non audio. AVDIO & INTELLIGO *vim modò non uſitatam exprimunt, ſcilicet conſentientis immodicum affectum.* Ita nos in illis, quæ vehementer probamus: es läſt ſich wohl hören. Cic. in Tuſc. lib. 1 c. 26, *Nec Homerum audio, qui Ganymedem à Diis raptum ait*, h. e. nec aſſentior Homero, ich gläube auch dem Homero nicht. ¶ 4. Hinc audire, pro exaudire, locum precibus dare ponitur. Virgilius Æn. 9 v. 631,

Audiit, & cæli genitor de parte ſerena
Intonuit.

Cicero in Piſonem c. 19, *In quo Dii immortales preces audierunt.* Horatius lib. 4 od. 13,

Audivere Lyce, Dî mea vota: Dî
Audivere Lyce.

¶ 5. Audire etiam eſt obſequi, parére, obedire, quod ipſum ab *audio* eſt. Cic. lib. 2 ad Famil. Epiſt. 7, *tecum loquere: te adhibe in conſilium: te audi: tibi obtempera.* Terent. Phorm. a. 3 ſc. 2 pr. *Non audio*, ich thue es nicht. Sic *audiens dicto, audiens edicto*, qui obedit dicto atque edicto, Plauto & Ciceroni dicitur. Quæ ratio & aliis uſurpata. Sed hîc notandum, cùm perſona addenda eſt, cui obeditur, eam ipſam tertio caſu exprimendam. Ita enim optimi quique auctores conſueverunt loqui. Cicer. 6 in Verrem cap. 12, *Reſpondit id, quod neceſſe erat, ſcilicet dicto audientem fuiſſe Prætori.* Nepos Lyſandro c. 1, *qui quod dicto audientes imperatoribus non erant.* Idem Iphicrate c. 2, *Vt nullæ unquam in Græcia exercitatiores copiæ; neque magis dicto audientes fuerint Duci.* In Datame quidem c. 2, 3 legimus: *Is regis dicto audiens non erat.* Sed ibi Schottus ex Vltrajectino: *Is Regi* &c. malit legere. Optimè. Nam *dicto-audiens* per ὑφὲν dicitur, ut idem optime monuit, quaſi una vox eſſet: ut, *ſemper-lenitas* apud Terentium: *nunc-homines* apud Virgilium, *vitio-pater* apud Martialem. Quæ ratio non in nominibus tantùm obtinebat; verum etiam in verbis, ut ex τῷ *vitilitigare* cognoſcitur: id enim eſt *vitio-litigare.* Vt itaque *vitio-litigare*; ita & *dicto-audire* potuerunt dicere, unde *dicto-audiens* eſt. Id planè aſtruit alius Nepotis locus Ageſilao cap. 4, 2 cùm ait: *Tanta modeſtia dicto audiens fuit juſſis abſentium magiſtratuum, ut ſi privatus in comitio eſſet Spartæ.* Vid. Gronov. ad Liv. 29 cap. 20. ¶ Obſequendi notione vox hæc etiam ad res transfertur inanimatas. Claudian. de Conſul. Mal. Theod. v. 184,

Deſidis aurigæ non audit verbera currus.

Quo loco Barthius p. 156 alia ſcriptorum loca ſimilia advocat, ut illud Virgil. 1 Georg. v. 514,

Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

alterum idem Ovidii 5 Metam. v. 380,

de mille ſagittis
Vnam ſepoſuit: ſed quâ nec acutior ulla,
Nec minùs incerta eſt, nec quæ magis audiat arcum, &c.

¶ 6. *Audire bene, male*, notæ locutiones ſunt. Terent. in prolog. Phorm. *Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene*, guter gruß giebt guten danck. Cic. de Leg. 1 c. 19, *Vt bene audiant, ut rumorem bonum colligant, erubeſcunt*, daß ſie gelobet werden. Idem de finib. 3 cap. 17, *Eſt hominis ingenui velle bene audire ab omnibus*, einen guten nahmen bey jederman haben wollen. Idem 6 ad Attic. 1, *Me idcirco putant bene audire velle, ut ille male audiat.* Terent. in Phorm. a. 2 ſc. 3 v. 12, *Si herum inſimulabis avaritiæ, male audies*, man wird dich ſchelten. Corn. Nep. in Dion. 8, 3, *Inſuetus male audiendi*, ungewohnt, daß man übel von ihm redete. ¶ 7. Horat. lib. 1 Epiſt. 16 adverbiis omiſſis dicit,

Tu rectè vivis, ſi curas eſſe, quod audis,

hoc eſt, *diceris, perhiberis.* Idem eod. lib. 1 Epiſt. 7 v. 37,

rexque paterque
Audiſti.

id eſt, adpellatus es. ¶ 8. Audiri nonnunquam idem eſt, quod intelligi, ſeu, ut vulgo amant loqui, ſubaudiri. Quintil. lib. 8 cap. 5, *In eum, quem ſæpius a ludo* (laniſtarum puta, ſeu gladiatorum) *redemerat ſoror, agentem cum ea talionis, quòd ei pollicem dormienti recidiſſet:* Eras dignus, ut haberes integram manum. *Sic enim auditur:* ut depugnares. *Auditur*, es wird drunter verſtanden, intelligitur. Ponit enim Quintilianus hoc exemplum νοήματος, *quo nomine donarunt ea, quæ non dicunt, verùm intelligi volunt*, ut ipſe loquitur. Rem totam ut rectè capias, ſciendum, ſi quos pugnæ vellent olim inhabiles reddere, iis conſueviſſe pollicem recidere. Id ergo fratri ſoror fecerat optimo conſilio, ne ad laniſtas denuo recurreret, à quibus ipſum toties redemiſſet.

¶ Audiens dicto, vide paullo ante in ipſo verbo n. 5.

¶ Auditus, a, um, erhört. Horat. 3 Od. 1 v. 3, *Carmina non prius audita canto.* Vellej. 2 c. 25, *Audito crudelior*, grauſamer als man jemahls gehöret. Huc Plautina *de audito, ex audito* pertinent infra in *Auditus.* Et in his neutrum ſubſtantive ponitur. At adjectivo participii uſu notetur, non ſolum dici *re audita* vel *eo audito:* ſed & ſimpliciter *audito.* Salluſt. in fragm. hiſt. lib. 5, *Audito regem in Ciliciam tendere;* i. e. audito regis itinere in Ciliciam. Liv. 27 cap. 7, *Audito, Machanidam fama adventus ſui territum refugiſſe;* id eſt, audito Mechanidæ refugio. Conf. lib. 34 c. 9. Sic Tacitus Ann. 2, 7, 1, *Audito caſtellum Luppiæ obſideri.* Conf. Ann. 14, 7, 6. De ejusmodi participiis abſolute poſitis vide Voſſ. de Conſtruct. c. 49. & And. Borrichii Vind. Lat. p. 182.

¶ Auditio, ōnis, ein gerüchte, geſchrey. Cic. 8 Epiſt. 1, *Romam cùm veniſſem, tenuem quidem auditionem de ea re accepi.* Idem 2 Nat. D. c. 38, *Fama & auditione aliquid accipere.* Cæſ. B. G. 7 c. 42, *Illud hominum genus levem auditionem habet pro re comperta.* Idem B. G. 4 c. 5, *Rumoribus atque auditionibus permoti.* ¶ 2. Schola, Diatribe, diſſertatio, ſeu acroaſis, die lection. Gellius lib. 14 cap. 1, *Egreſſus ibi*

ex auditione propere annotavi. Seneca Suasoria 3 sub f. *meminimus ab auditione Nicetis ad Messalam venisse.* Et mox: *Ipse Messala nunquam aliter eum ab hominis auditione venientem interrogabat,* &c. Vbi *Auditio* recitatio est. Gellius rursus lib. 18 cap. 2, *Qui Romani in Græciam veneramus, quique easdem auditiones, eosdemque doctores colebamus.* Et lib. 19 cap. 8, *quando erat à magistris auditionibusque obeundis otium.* Vide & supra *Acroasis* in *Acroama.*

¶ Auditiuncula, æ, Diminut. *Auditiuncula quadam de re aliqua adspersum esse,* von einem ding gehöret haben, Gell. lib. 13 cap. 18.

¶ Audientia, æ, vulgo die audientz, gehöre. Cic. in Verrin. 1 cap. 13, *Audientiam sibi facit improbitas ejus.* Vsus & in Catone Majore est cap. 9. & Plaut. Pœn. Prol. v. 11. Sic Livius 43 cap. 16, *Audientiam facere præconem jussit.* Auctor Rhetor. ad Herennium 4 cap. 54, *Illi præco faciebat audientiam.* Vsus hac voce & elegantissimus auctor Sulp. Severus lib. 2 Histor. Sacræ, & B. Hilarius lib. ad Constantium, quem ipse Constantio tradidit, pr.

¶ Auditor, ōris, ein zuhörer, schüler. Cic. *Præbebo me tibi attentum auditorem,* ich wil dir fleißig zuhören, de Nat. Deor. 3 cap. 1. Idem 2 de Divin. cap. 42, *Eudoxus Platonis auditor.* Seneca Controvers. 25, *Initio contumeliæ caussa à deridentibus discipuli Latronis AVDITORES vocabantur: deinde in usu verbum esse cœpit, & promiscue poni pro discipulo Auditor.* Ait *contumeliæ caussa,* quasi tantummodo audiant præceptorem: nunquam autem ipsi audiantur, & se declamando exerceant.

¶ Auditorium, ī, locus est, ubi audimus præceptorem aut orantem, die hör-stube. Quintil. 2 cap. 11, *plenum sit auditorium.* Idem, vel Tacitus Orat. c. 9 n. 6, *Et domum mutuatur, & auditorium exstruit, & subsellia conducit.* vide &c. 10 n. 7 &c. ¶ 2. Atque ipse cœtus auditorum; die zuhörer. Plinius lib. 4 epist. 7, *Ipse nuper, adhibito ingenti auditorio, librum de vita filii recitavit.* Apulejus Apolog. p. 320, *Mox auditorio misso, Pontianus me adortus* &c.

¶ Auditus, us, audiendi sensus, das gehör. Plin. lib. 10 cap. 69, *Auditus cui hominum primò negatus est, huic & sermonis usus ablatus: nec sunt naturaliter surdi, ut non iidem sint & muti:* wer von natur taub ist, der kan sich auch mit der sprach nicht behelffen. Hinc Græci κωφὸν eodem vocabulo *surdum* & *mutum* dicunt. Plaut. Merc. 2. 5 sc. 2 v. 62, *De auditu nuncias,* du hast vom hören sagen. Ita Sambucus, Lambinus, Taubmannus: sed Jacobus Operarius Parisiensi editione, *de audito,* quod in simili loco Bacchid. 3 sc. 3 v. 65 (*non ex auditu arguo*) præter Operarium etiam Pareus Lex. Crit. probat, & quidem ex consensu omnium MSS. librorum.

Composita:

¶ Exaudio, ivi, itum ire, hören, erhören. Cæsar B. Gall. lib. 5 cap. 30, *Vincite, inquit, si ita vultis, Sabinus; & id clariore voce, ut magna pars militum exaudiret,* ubi simpliciter audire est; quemadmodum lib. 4 ad Attic. epist. 8. *Dic, oro te, clarius. Vix enim mihi exaudisse videor.* ¶ Contra est etiam aliquando adnuere precibus, erhören. Ovidius Metam. lib. 13 v. 856, *precesque*

Supplicis exaudi.

Adde, sis, Cellarii Curas Post. in fine: & Discuss. Append. ad eas p. 57 ed. prim. Item Ol. Borrich. Anal. p. 35 sq.

¶ Exauditus, a, um, erhört. Ovid. 11 Metam. v. 18,

Tum denique saxa
Non exauditi rubuerunt sanguine vatis.

¶ Exauditio, ōnis. Augustinus de Civ. Dei lib. 21 cap 24 pr. *Oratio exauditione Dei dignior,* erhörung.

¶ Exaudibilis, e; Idem Augustinus Soliloq. lib. 1 cap. 1, *qui nos* [Deus] *exaudibiles facis.*

¶ Inaudire, idem quod audire, vernehmen: nisi quod non nisi de rebus occultis usurpetur hoc verbum; quam observationem debemus Manutio Comment. in Cic. 6 ad Att. epist. 1 pag. 234. Cicero fragm. epist. ad Pansam apud Nonium: *Illa vox, de qua ego ex te primum inaudieram.* Plautus Mostell. act. 3 sc. 1 v. 11, *Metuo, ne de hac re quidpiam inaudierit.* Igitur &

¶ *Inauditiunculas disciplinæ Grammaticæ* apud Gellium lib. 5 cap. 21. auditiunculas sive doctrinulas, in occulto acceptas, interpretabimur, schul-fratzen, schul-possen: ubi de audaculo quodam reprehensore loquitur, qui *nonnullas* ejusmodi *inauditiunculas, quasi pulverem ob oculos, cum adortus quemque fuerat, adspergebat.* Sed

¶ Inauditus, a, um, idem quod non auditum, novum, unerhöret. *Inaudita crudelitas verborum,* Cic. pro Rab. cap. 4 nie erhörte grausame worte. ¶ 2. indicta caussa, ut, *Inauditus & indefensus,* Tac. 11 Annal. c. 77, *Claros viros, suspicione minima, inauditos condemnavit,* Suet. Galb. c. 14. unverhörter sache.

¶ Inaudibilis, e, quod nequit audiri. Censorinus cap. 13 pr. *Pythagoras prodidit, septem stellas* [planetas] *sonitus varios reddere, pro sua quamque altitudine, ita concordes, ut dulcissimam quidem concinant melodiam, sed nobis inaudibilem.*

¶ Obaudio, ire, gehorchen. Ita veteres aliquando pro *Obedio,* quod ex illo est, dixerunt. Tertullianus lib. 2 adv. Marc. cap. 2 extr. *Adam non obaudiit.* Et lib. 5 adv. eundem cap. 18, *Obaudiant parentibus filii.* Adde Indic. Apulejanum Elmenhorstii. Nam & Apulejus lib. 3 Metam. pag. 136 dixit, *secreta quibus obaudiant Manes.* Sed usitatius est

¶ Ōbēdio, ivi, itum, ire, ab *ob* & *audio,* parere est, obtemperare, gehorchen, folgen. *Obedire & parere voluntati Dei,* Cicero lib. 1 Nat. D. cap. 8, *Obedit Rex illis maximè,* i. e. horum consilio potissimum utitur. Nepos Datame cap. 5.

¶ Obediens, tis, adject. gehorsam, folgsam. Cic. 2 offic. cap. 5, *Homo naturæ obediens, homini nocere non potest.* Livius l. 8 c. 8 pr. *Fecit atrocitas pœnæ obedientiorem duci militem.* Idem lib. 7 c. 13, *imperiis obedientissimus miles.* ¶ Tralate Plinius lib. 16 c. 43, *Obedientissima quocunque in opere fraxinus,* lässet sich wohl arbeiten. ¶ Dicitur etiam secundum originem suam *Obaudiens,* v. g. Ambrosius oratione, quæ epistolæ 32 subnexa est, sub finem: *Quid obaudientius potest esse, quam ut Christi sequamur exemplum?*

¶ Obedienter, obsequenter, willig, gehorsamlich. *Obedienter imperata facere,* Livius lib. 21 cap. 34. *Obedienter venire,* Idem lib. 3 c. 39 pr. Et Superlative Augustinus Civ. Dei lib. 22 c. 8, *obedientissime paruit.*

¶ Obedientia, æ, gehorsam, quam matrem felicitatis dixit esse Æschylus, Πειθαρχία γάρ ἐστι τῆς εὐπραξίας μήτηρ. Cicero Paradox. 5 c. 1 extr. *Si servitus sit, sicut est, obedientia fracti animi, & abjecti, & arbitrio carentis suo.* Idem lib. 1 offic. c. 29, *Obedientiam relinquere & abjicere,* ungehorsam werden.

¶ Obeditio, ōnis, obedientia. Ambrosius Epist. 19 media, interpretatur Bethaniam *locum obeditionis.* Vsus est & vetus Interpres ad Romanos 5 v. 19.

¶ Inobedire, non obedire. Ambrosius Serm. 1 Epiphaniæ: *A paradiso recessistis superbiendo, inobediendo, & cibum prohibitum comedendo.* Hinc

¶ Inobediens, tis, &

¶ Inobedientia, æ, posterioris Latinitatis sunt, & fere ecclesiasticæ. Vide B. Cellar. Curas post. p. 309, quibus adjectivum ex Cassiodoro 2 epist. 14 (*inobediens filius:*) substantivum ex Hieronymi Quæst. Ebr. in 2 Reg. 1 probavit, qui Saulum *per inobedientiam suam periisse* dicit. Sed Borrich. in Vindic. p. 117 adducit locum Tertulliani 4 adv. Marcion. cap. 17, *Qui & inobedientiam illis exprobrare potest.* ungehorsam.

¶ Inobedienter, adverb. ejusdem notæ & pretii. Augustinus Civ. Dei 14 c. 17, *Adversus damnatam culpam inobedientiæ, voluntatem libido inobedienter movebat.*

¶ Peraudiendus, a, um. Plautus Mil. Glor. a. 1 sc. 1 v. 34, *auribus peraudienda sunt.*

¶ Præauditus, a, um. Vlpian. Lege 6 pr. Dig. de off. Proconf. & Legati: *Solent* [Procoss.] *custodiarum cognitionem mandare Legatis, scilicet ut præauditas custodias ad se remittant:* vorher verhört.

¶ Subaudire, sub quo intelligere, drunter verstehen. Asconius in Verrinam, quam Proœmium vocant: *ad singula subaudiendum est* &c. Idem in Verr. de Prætura urb. *Subauditur* ACCESSI ἀπὸ κοινοῦ.

¶ Subauditus, a, um, subintellectum. Vlpianus fine Legis 1 Dig. de Hæred. instituend. *Non putavit valere, quoniam deest aliquid: sed & ipsa valebit, subaudito* IVBEO. Hinc

¶ Subauditio, onis. Hieronymus Quæst. Ebr. in 2 Regum cap. 3, *Est hic defectus, & necessaria subauditio.*

ĀVE, avēto, avēte, avēre, grüssen, verbum est defectivum, idem quod χαίρειν, Græcorum. Vtebantur enim his verbis in matutinis salutationibus; ut verbo Valere, ὑγιαίνειν, in vespertinis. Suetonius Galba cap. 4, *Veterem civitatis exoletumque morem, ac tamen in domo sua hærentem, obstinatissime retinuit, ut liberti servique bis die adessent, ac mane* SALVERE [quod idem est atque AVERE] *vesperi* VALERE *singuli dicerent.* Quæ verba arguunt, illam salutandi rationem Gallæ temporibus dudum in desuetudinem abiisse, & tantùm ab eo, ut moris antiqui perquàm studioso, retentum. Martialis lib. 1 Epigram. 56,

Et matutinum portat ineptus ave, den morgen-gruß.

Lege Luciani Apologiam pro eo, qui inter salutandum verbo lapsus fuerat: item Artemidorum lib. 1 Onirocrit. cap. ult. ¶ Quamquam autem hoc verbum, ut supra monuimus, verbum defectivum sit; & præter Imperativum *ave, aveto, avete:* & infinitivum *avere,* de eo in usu nihil manserit: tamen omnino apud veteres *aveo* etiam, pro *salvus* sum, in usu fuisse necesse est, & satis indicat Mamertini locus Panegyrico Juliani cap. 29. Ibi enim ista legere licet: AVEO *plane Imperator, &* AVEBO: *neque enim eventus esse potest hujus optati ambiguus: cum his* AVERE *jubeat, qui jam facit, ut* AVEREM &c. Respicit Panegyristes salutationem Imperatoris, qui dixerat, AVE CONSVL AMPLISSIME.

¶ Aliter comparatum verbum AVEO, pro cupio, sive expeto, de quo vide paullo post.

ĀVELLĀNA, æ, nux est colurna, pontica, eine haselnuß, ab oppido Campaniæ Avellā, Silius lib. 8 vers. 45,

Et pauper sulci Cerealis Avella.

Est itaque *Avellanus* vere adjectivum: ut, cùm *Avellana* absolute dicimus, *nux* intelligatur; & integrum sit *nux Avellana:* perinde ut in CASTANEA.

ĀVĒNA, æ, βρόμος, frumentum, haber, hafer. *Avena sterilis,* αἰγίλωψ, ægilops, ægilopes, toller oder tauber haber, windhaber, vitium avenæ. Vide Vossium lib. 1 de Analogia c. 38. Virgil. 1 Georg. v. 153,

interque nitentia culta
Infelix lolium & steriles dominantur avenæ.

¶ 2. Avena pro culmo & fistula. Virgilius ecl. 1,

Silvestrem tenui Musam meditaris avena.

¶ Avenaceus, a, um; ut, *farina avenacea,* habermeel, habergrütze, apud Plin. lib. 29 cap. 6.

¶ Avenarius, a, um, das im haber ist. Plin. 11 cap. 26, *Avenaria cicada.*

Avens, Aventer, vide *Aveo.*

ĀVENTĪNVS, i, Ἀβεντῖνον ὄρος, mons Romæ adpellatus vel ab *avibus,* vel ab *Avente* fluvio, vel ab

¶ Aventino, Aboriginum Rege, Romuli Silvii filio, qui in eo monte sepultus fuit, quæ opinio Livii est lib. 2 cap. 3. Idemque ab Julio Cæsare proditum, Aurelius Victor auctor est in de Origine gentis Romanæ. ¶ Montis nomen substantivum est apud Horat. 2 Epist. 2 v. 69, *Extremo in Aventino.*

¶ Ab hoc monte nomen accepit Herculis filius, de quo Virg. Æn. 7 v. 656,

satus Hercule pulchro
Pulcher Aventinus, clypeoque insigne paternum, &c

¶ Aventīnus, a, um, adject. ut, *Aventina arx,* apud Ovid. in Fastis 6 v. 728, *Silva Aventina,* lib. 3 v. 329.

¶ Aventiniensis, e, idem. Val. Max. 7, 3, 1. *Aventiniensis Diana.*

ĀVEO, avēre, veteribus placuit pro *cupere* seu *expetere,* begierig seyn; Horat. 1 Satyr. 4 v. 87, *E quibus unus avet quavis adspergere cunctos.* Cic. 1 Offic. c. 4, *Cum sumus negotiis curisque vacui, tum avemus aliquid audire & discere.* Cic. ad Atticum 2 epist. 1, *Intellexi, quàm*

suspenso

ſuſpenſo animo ſcire averes, quid eſſet novi: & Att. ep. 15, *Valde aveo ſcire, quid agas.* Ich habe groß verlangen zu wiſſen, was du thuſt. Eſt hinc

¶ Avens, tis, pro libens, Lævius apud Gellium 19 c. 7 dixit. Inde eſt

¶ Aventer, id eſt cupide, apud Ammianum lib. 18 c. 5. & 29 c. 13 ed. Grut. & Sidon. lib. 2 epiſt. 2

¶ Ăvĭdus, a, um, adpetens, avarus, begierig. *Avidus cibi*, apud Terent. Eunuch. a. 5 ſc. 4 v. 16, freßig, hungerig. Idem Eunuch. a. 1 ſc. 2 v. 51, *Ejus frater aliquantò ad rem eſt avidior*, ſein bruder iſt etwas geldhungerig und geſchwind auf die nahrung. Cicer. Leg. Man. cap. 3 *Avidus laudis*, & pro Marcell. c. 8, *avidiſſimus gloriæ*. Plin. lib. 12 cap. 1, *Vt eſt natura hominum novitatis avida*, neugierig. *Avidior pœnæ*, Liv. lib. 39 cap. 50. ¶ 2. Lucretius nova & inſigni tralatione videtur aliquoties vocabulo *avidus*, pro vaſto, & ingenti uſus, quod avidi & avari parvis & paucis rebus non acquieſcant. Vt lib. 5 v. 202,

Inde avidam partem montes, ſilvæque ferarum
Poſſedêre, & eodem l. de cælo v. 471,
Omnia ſic avido complexu cetera ſepſit.

¶ Aviditas, ātis, begierde. Vt, *Aviditas pecuniæ*, geldgierigkeit. Cicer. Parad. 6 c. 1. Idem 3 de Finibus c. 2, *Erat in M. Catone inexhauſta aviditas legendi, nec ſatiari poterat*, eine ſtete unendliche luſt und begierigkeit zu leſen.

¶ Avidè, adverb. begierig, mit luſt. *Avide aliquid arripere*, Cic. Senect. c. 8. *Avide exſpecto litteras tuas*, ich warte mit verlangen auf dein ſchreiben, idem Att. 16 ep. 10. Gradus quoque admittit. Curt. 3 cap. 6 n. 17, *Avidius quem intueri.* Cic. 14. Phil. c. 1, *avidisſime exſpectare.* Lactant. lib. 6 cap. 23, *in affectus avidisſime ruere.*

¶ Aviditer, idem quod Avide, Arnobio lib. 5 ſub. init. *invaſiſſe aviditer dulcedine potionis captos.*

ĂVERNVS, i, plural. neut. Averna: lacus Campaniæ Plutoni dicatus, graviſſimi & exitialis fœtoris, quo & aves ſupervolantes exſtinguebantur, quem Auguſtus ſilvis, quæ circum eum eſſent, dejectis ſuſtulit, Servio teſte. e. g. *graveolens Avernus.* Virg. 6 Æn. v. 201, & *Averna ſonantia ſilvis*, lib. 3 Æneid. v. 442. Vnde nomen acceperit, nempe ab α & ὄργος, quod aves impune transvolare non poſſint; docet Lucretius lib. 6 v. 740, & Virgil. 6 Æn. v. 242. ¶ 2. Hinc pro lacu infernali à Poëtis frequenter uſurpatur, v. g. Statio 11 Theb. v. 588, *pigri ſulcator Averni*, id eſt Charon.

¶ Avernus, a, um, adjective uſus eſt Silius Ital. lib. 13 v. 601,

Conjux Junonis Avernæ,

i. e. Pluto. Juno enim *Averna* ea eſt, quam Virgilius Junonem *infernam* vocat 6 Æn. v. 138. Claudianus *profundam*, 1 de Rapt. v. 2, i. e. Proſerpina. Idem Silius lib. 15 v. 76,

Degeneres tenebris animas damnavit Avernis.

Lucretius generaliter *Averna loca*, vocat peſtilentia odore, quæ Græci χαρώνεια dixerunt. Vide ipſum lib. 6 v. 738 ſeqq.

¶ Ăvernālis, e, aliud adjectiv. *Aquæ avernales*, apud Horatium Epod. 5 v. 26. holliſch.

Averruncare, Averruncus, vide infra in *Runco.*

AVFĬDVS, i, fluvius Apuliæ in prœlii Cannenſis deſcriptione ſæpe memoratus. Horatius 3 od. 30 v. 10,

quâ violens obſtrepit Aufidus.

¶ Aufidus, a, um, etiam adjective, ut *Aufida ſtagna*, apud Silium lib. 10 v. 171

¶ Aufidius, i, nomen, quod multis tribuitur. ¶ 1. *Aufidius Baſſus*, hiſtoricus tempore Quintiliani ſcripſit de rebus Germanicis, quem forte Plinius ſignat 6 c. 9. & forte eumdem, vel filium Seneca Ep. 30. ¶ 2. *Aufidius Chius*, matronarum corruptor, de quo Juvenal. Sat. 9 v. 25. & Martial. 5 Epigr. 62. ¶ 3. *Aufidius Cnejus*, cæcus egregia opera edidit. v. Plin. 6 c. 9. & Cic. Tuſc. 5 c. 39. ¶ 4. *Aufidius Lurco*, primus pavones ſaginare aggreſſus. Plin. 10 c. 20. Ejus meminit Horat. 2 Sat. 4 v. 24. ¶ 5. *Aufidius Luſcus*, prætor. v. Horat. 1 Sat. 5 v. 34. ¶ 6. *Aufidius Modeſtus*, Grammaticus, Maronem interpretatus. v. Philargyr. 2 Georg. &c.

¶ Aufidia, æ, uxor Cervini, apud Martial. 3 Epigr. 69.

¶ Aufidianus, a, um, ut *Aufidianum nomen*, Cic. 16 fam. ep. 19.

¶ Aufidena, æ, urbs Italiæ Caracenorum. Liv. 10 c. 12.

¶ Aufidenates, populi Italiæ inter Samnites. Plin. 3 c. 12.

¶ Aufidienus Rufus, infelix caſtrorum præfectus, apud Tac. 1 Ann. cap. 20

AVGĒAS, vel Augīas, æ, Rex Eleorum ab Hercule interfectus, cujus ſtabulum uno die repurgavit flumine Alpheo ſuperinducto, ut Servius in Æneid. 8 v. 300 tradit: Pauſanias autem non Alphei, ſed Minyeji flumine peractam purgationem ſcribit lib. 1 Eliacor. poſt initium: Hyginus fab. 30 ſimpliciter *immiſſo flumine*, nomine illius haud expreſſo. *Augiæ bubile*, Αὐγείου βουστάσια. Proverb. in hominem, aut rem maximè inquinatam. Lucianus. Augiæ ſtabulum repurgare, recenſetur inter labores Herculis, den alten unflat ausfegen. Vide Chiliad. Adde, quæ ad P. Cunæi Satyram Menipp. commentatus eſt Cellarius p. 611.

AVGEO, auxi, auctum, ēre, vermehren, beſſern. *Augere quem divitiis*, reich machen, Cic. Agr. 2 c. 26. *Augere remp. agris & urbibus*, idem pro S. Roſc. c. 18. Sic Terent. Heaut. act. 4 ſc. 1, *Herus damno auctus eſt*, der Herr hat den gröſten ſchaden. *Auctus damno, ut mactus infortunio*, apud Plautum. Mactus eſt valde auctus. *Augeri liberis*, kinder bekommen, apud Cic. lib. 1 ad Att. Epiſt. 1 extr. *Honoribus augere quem*, Plin. lib. 3 epiſt. 8 n. 2, befordern. Quâ ratione & abſolutè hoc verbo utimur, quod Barthius ad Claudianum obſervavit. Plautus Menæchm. act. 3 ſc. 3 v. 27,

Dii me equidem adjuvant, augent, amant.

C. Nepos 19, 2, 3, *Augeri adjuvarique ab aliquo*, i. e. promoveri ad majora, ope conſilioque alicujus. Suet. Claudio cap. 12, *In ſemet augendo parcus atque civilis, nomine IMPERATORIS abſtinuit, nimios honores recuſavit.* IN SEMET AVGENDO, i. e. ornando, evehendo, amplificando &c. ¶ Eſt & AVGERE ſacrorum verbum. Nam cùm mola ſalſa reſpergebatur hoſtia & ſacrabatur; tùm

dicebatur, *augeri*, item *mactari*, de quo ſuo loco. Suet. Auguſto cap. 96, *Circa Peruſium ſacrificio non litantes, cùm AVGERI hoſtias juſſiſſet.* Sed hoc ambigui ſenſûs eſt. Et potiùs hic numerum hoſtiarum multiplicari voluit. Vetus Inſcriptio: SI QVIS HVIC ARAE DONVM DARE AVGEREQVE VOLET, LICETO. Nec aliunde AVGVSTI nomen, de quo infrà dicemus.

¶ Auctus, a, um, cumulatus, vermehrt. Cic. Catilin. 4 cap. 9, *Deorum benignitate auctas exaggeratasque fortunas nox una pæne delevit.* C. Nepos de Phocione c. 2 § 3, *Auctus ornatusque à Demoſthene eum gradum adſcenderat.* Apud Terent. Heaut. 4, 6 v. 50, *bene aucti*, i. e. juſtis rationibus ditati. Sic *amplis honoribus auctus*, Horat. 1 Sat. 6 v. 11. *Liberis auctus.* Plaut. Truc. 2, 6, 35. Comparativ. Apulej. Apolog. p. 283. (ed. Elmenh.) *In tumidis & globoſis ſpeculis omnia defectiora: at contra in cavis auctiora*, vergröſſert. Et Lucret. lib. 3 v. 451, *auctior eſt animi vis.* Et Livius lib. 4 c. 2, *majeſtatem auctiorem amplioremque eſſe.*

¶ Aucte, adverb. cujus comparativo uſus Apulejus lib. 4 p. 153, *puella auctius ejulans ſeſe*, &c. Quin & Horat. 2 Sat. 6 v. 11, *Auctius atque melius Dii fecere.*

¶ Auctus, ûs, ſubſt. & Auctum, i, in Neut. vermehrung, anwachs. Gellius lib. 20 cap. 8 (al. 7.) *Solum cepæ oleum omnium contra Lunæ* AVCTA *& DAMNA vices minuendi & augendi habet contrarias.* Quamquam ibi Goldaſto non diſplicet, ſi *lucra* pro *aucta* legas ad Valer. Cimel. de bon. Diſcipl. p. 58. Plin. l. 4 c. 12, *Auctu immenſo aquarum.* Lucretius l. 2 v. 480, *rurſum jam ſemina quædam*

Eſſe infinito debebant corporis auctu.

Livius 4 cap. 2, *maximis auctibus creſcere.* Vellej. 2 cap. 40, *Fortuna tantis auctibus extulit.* Seneca Epiſt. 38, *ex minimo in maximos auctus diffundi.*

¶ Auctio, ōnis, augmentum, vermehrung. ¶ 2. Eſt venditio rerum privatarum, inde appellata, quod pretio vendentem, rebus ementem augeat, ein kauffſchlag. Plaut. in Menæch. ſc. ult. v. 91, *Auctionem hic faciam, & venuam, quidquid eſt mihi*, ich will feil bieten und verkauffen, was ich habe. *Auctio* itaque dicebatur venditio, quæ haſtâ poſitâ (quamquam etiam non poſitâ) per præconem fiebat; etiam, qua damnatorum bona veniebant, quæ tamen proprie SECTIO adpellata. Ejus ratio hæc erat. Præco proclamabat diem auctionis & res venales, deſignato pretio; (Plautus Sticho a. 2 ſc. 1, *auctionem prædicare* dixit: nos ausruffen.) Tum licebant auctores, h. e. dicebant pretium, quo ſibi vellent redimere: (bothen darauf) qui plus offerebat, ei addicebatur. Vide Plautum dictis locis, & Suetonium in Caligulâ cap. 38. Item Briſſonium lib. 6 Formularum ſolemnium p. 510. *Auctionem facere*, Cic. 12 ad Att. ep. 3, *Conſtituere auctionem*, Idem Agr. 1 cap. 3. etwas zu öffentlichem kauff geben, ausruffen laſſen. Sic idem pro Quintio cap. 4, *auctionem in Gallia ſe facturum eſſe præſcribit.* Et pro S. Roſcio cap. 8, *Bona, conſtituta auctione, vendebat.*

¶ Auctionari, eſt auctionem facere vel vendere per præconem, haſtæ ſubjicere, vendere ſub corona, in propatulo vendere, laſſen öffentlich ausruffen, daß ein guth zu kauffe ſey. Cic. pro Quint. c. 3, *Hominem multis verbis deterret, ne auctionetur.*

¶ Auctionarius, a, um, quod ad auctiones pertinet. Vt *auctionariæ tabulæ*, apud Ciceronem 2 in Catil. c. 8, quas Agrar. 2 cap. 25, *auctionis tabulas* adpellat. Nam & propoſitis publice tabulis indicebantur auctiones: quod *auctiones proſcribere* idem Cicero lib. 13 ad Att. Epiſt. 5 dixit.

¶ Auctionalia, Vlpianus vocavit tabulas & inſtrumenta auctionis, Lege 1 § Officio, Dig. de Tutel. & Ration. diſtr.

¶ Aucto & Auctito, are, frequentativa ſunt. Plaut. Amph. Prol. v. 6, *Res ſuas bono atque amplo auctare lucro*, i. e. locupletare. Catullus Carm. 67 ad Januam impudicæ: *te bona Jupiter auctet ope.* Lucretius lib. 1 v. 51, *res auctet alatque.* Alterius exempla ſint, *Auctitare pecunias fœnore*, von zinſen reich werden, apud Tacitum Annal. 6 c. 16, *Potentias auctitare*, Arnob. 7 p. 218.

¶ Auctĭfico, are, apud Arnob. ſæpius, v. g. lib. 7 p. 224, *cibis novis auctificatis*: & pag. 233, *auctificat dignitates.* Ab eo

¶ Auctificus, a, um, quo uſus eſt Lucret. lib. 2 v. 571,

Nec porro rerum genitales auctificique
Motus perpetuo poſſunt ſervare creata.

¶ Auctarium, i, ἐπίμετρον, quidquid ſupra menſuram, aut pondus juſtum adjicitur, eine zugab. Plaut. Merc. a. 2 ſc. 4 v. 22, *auctarium adjicito.*

¶ Auctor: vide ſuo loco.

¶ Augeſco, ĕre, wachſen, gröſſer werden. Terent. in Heaut. a. 3 ſc. 1, *Mihi qnidem quotidie augeſcit magis de filio ægritudo*, mein betrübniß nimmt täglich zu. Cicero 2 Nat. Deor. cap. 10, *temperatione caloris oriri & augeſcere.*

¶ Augifico, are; *Augificat idem eſt quod auget*, ut ſcribit Marcellus Ennius ex Andromacha: *Tabeſne, an numeros augificat ſuos.*

¶ Augmen, ĭnis, vermehrung. Lucret. 3 v. 269,

Omnibus eſt unum perfectum corporis augmen.

Et Arnob. 7 p. 249, *Æſculapius magni augminis coluber.*

¶ Augmentum, i, zuſatz, wachsthum. Prudentius in Vincentio v. 550, *Honoris augmentum tui.* Symmachus lib. 7 epiſt. 112, *His propriis bonis etiam meæ preces in augmentum commendationis accedunt.* Et epiſt. 123, *ut illi honor teſtimonii mei conciliet apud vos amoris augmentum.* Apulejus lib. 1 Dogm. Plat. p. 6, *multiplicatis augmentis incrementisque.* Lege 31 § ult. Dig. de ſolut. matrim. *dotis augmentum.* Et lege 40 § 1 Dig. de Hæredit. petit. *augmenta hæreditatis.* Vetus Gloſſ. *Augmentum*, προσθήκη, ἐπιθεματισμὸς, πρόσοδος. ¶ Sicut Augere Sacrorum verbum erat, ut modo diximus: ita etiam nomina Augmen & Augmentum. Vtraque hac notione uſus eſt Arnobius lib. 7 p. 230, 231. [ed. cum omn. comment. Lugd. 1651.] & Varro lib. 4 de L. L. *Augmentum* vocat, *quod ex immolata hoſtia deſectum*, quod Scaliger in Conjectan. p. 48 legit *Augumentum.*

¶ Augmentare, idem quod augere, Jul. Firm. 5 cap. 6. Antiquis Latinis inauditum.

¶ Augmentarius, a, um, vermehrend. Gloss. gr. lat. αὐξητικός.
¶ Augustus, a, um, vide mox seorsim.

Composita:

¶ Adaugeo, ēre, idem quod simplex Augeo. Cic. pro Rosc. Am. cap. 11, *Hæc maleficia aliis nefariis cumulant atque adaugent.* Auctor Rhet. ad Herenn. lib. 2 cap. 25, *Hujusmodi signa adaugent suspicionem.* Add. Terent. Heaut. 3 sc. 1 v. 26.
¶ Adauctor, ōris, Tertullianus de testimonio animæ cap. 2, *Anima datorem suum novit, & tandem postremo adauctorem.*
¶ Adaugescĕre, wachsen, zunehmen. Lucretius lib. 2 v. 296,
Nam neque adaugescit quidquam, nec deperit inde.
Et Cicero 1 de Nat. Deor. cap. 7,
Ortus adaugescit scopulorum sæpe repulsu.
¶ Coaugēre, häuffen. Hinc
¶ Coauctio, ōnis, die häuffung. Cicero in Verrina Frumentaria c. 81 fin. *ex coauctione annonæ atque æstimationis.*
¶ Exaugeo, ēre, valde augere, sehr vermehren. Plautus Sticho act. 2 sc. 1 v. 9, *benefacta majorum tuorum exauge.* Item Terentius Heaut. act. 2 sc. 2 v. 2, *Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant*, die mich in meinen gedancken verstärcken.
¶ Proauctor, vide supra seorsim *Auctor.*
Augias, æ, vide *Augeas.*
Augmen, Augmento, Augmentum, vide supra in *Augeo.*
AVGVR, ŭris, divinator, qui futura prævidet, ein weissager. Ita autem dicebantur, qui ex volatu, cantu & gustatu avium de futuris pronunciabant: quamquam nomen ab garritu tantùm avium petitum videatur. Hos proximos Pontificibus, itaque secundæ dignitatis Sacerdotes inter fuisse, Gutherius ostendit lib. 1 de jure Pontificio c. 3. Summa auctoritate & potestate, Cic. lib. 2 de LL. c. 12. Quam iis ab Accii prædictionibus accessisse Livius lib. 1 c. 36 indicat. Nam cum recensuisset de dissecta à Tarquinio cote; itaque augurii ab Accio facti stetisse fidem: non modo Statuam positam Accio, memorat; verùm hoc quoque subjicit: *Auguriis certe sacerdotioque augurum tantus honos accessit, ut nihil belli domique postea, nisi AVSPICATO gereretur, consilia populi, exercitus vocati, summa rerum, ubi AVES NON ADMISISSENT, dirimerentur.* Breviter Florus in eadem narratione lib. 1 c. 5, *Inde*, inquit, *Romanis sacer auguratus.* Hinc & cum summis magistratibus conjungit Serv. Sulpicius ad Cic. lib. 4 ep. 5, *Tulliolam te patrem suum, prætorem, consulem, augurem vidisse.* Idem autem AVGVRES & AVSPICES: AVGVRIVM & AVSPICIA ERANT. Vetus Glossar. Οἰωνοσκοπία, *Augurium, Auspicium.* Item: Οἰωνοσκόπος, *Auspex, Augur*, Vide infra in AVSPEX. Cicero in Philipp. 1 cap. 10, *Dicere de futuris est augurum*, von zukünfftigen dingen sagen, stehet wahrsagern zu.
¶ Auguralis, e; ut *Vir auguralis*, (auguratu præditus, ut vir *consularis* dicitur) Cic. de Clar. Or. cap. 77. Et *auguralis cœna*; quam dabant augures in sacerdotii introitu, apud Varronem lib. 3 de re rustica c. 6, quæ & *adjicialis* dicebatur: quamquam id nominis omnibus sacerdotalibus cœnis commune erat: de quo vide infra in JACIO. *Augurales libri*, quibus auguriorum disciplina continebatur, apud Ciceronem 1 Divin. c. 33.
¶ Augurale, locus in castris, ubi auguria capiebantur sive auspicia, meminit bis Tacitus, ut 2 Annal. cap. 13 & 15 ann. cap. 30. Vide ibi Lipsium, & lib. 5 de Militiâ Rom. Dial. 5, simulque ad illum locum animadversionem Rutgersii lib. 3 Var. Lect. cap. 20. Hyginus AVGVRATORIVM vocat. Festo AVGVRACVLVM est. vide Scalig. ad Varron. de LL. p. 24. Ille locus augurii sive auspicii etiam *Templum* vocabatur, de quo suo loco. ¶ Aliud AVGVRALE apud Senecam notatur de Tranquillitate animi cap. 12, *Quæ dignitas*, inquit, *cujus non prætextam & augurale & loca patricia, & sordes comitentur & exportatio?* Ibi enim AVGVRALE insigne augurum est, ut Lituus. Nisi *auguralem* legere debeamus; ut vestis ac purpura sacerdotum intelligatur; quod Lipsio in mentem veniebat.
¶ Augŭrium, i, divinatio, oraculum: wahrsagung, zeichendeutung. Virgil. 3 Æneid. v. 89,
Da Pater augurium, atque animis illabere nostris.
Thu uns ein zeichen. Cicer. in Tuscul. 1 c. 15, *Augurium quoddam futurorum in mentibus hæret.* Homerus Iliad. μ. v. 243,
Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.
Augurium unum optimum pro patriâ pugnare:
für sein vaterland kämpffen, ist allezeit gut. Quemadmodum & apud Cic. de Senectute cap. 4. Q. Fabius Maximus ait: *Optimis auspiciis ea geri, quæ pro reipublicæ salute fiant.* Fuerunt eadem & apud Græcos, Barbarosque in pretio. ¶ *Augurium capere* dicebantur candidati, cum nocte, quæ comitia præcedebat, sub dio extra Vrbem cubantes, dein solida sella sedentes, in loco, ei rei destinato, exspectarent, dum ipsis Deus aliquid bonum signum mitteret. Vide Casaubonum ad illud Suetonii Augusto cap. 95, *Primo autem Consulatu ei augurium capienti, duodecim se vultures, ut Romulo, ostenderunt.* Captabantur autem auguria, ex *involatu avium, cantu oscinum*, & *tripudiis solistimis*, ut breviter complexus Cicero est 6 ad Famil. Epist. 6. Quid *Oscines*, item *Tripudia solistima* sint, vide suis locis. Ceterum inter *auguria auspiciaque* hoc est discriminis, quod *Auspicia* in agris: in urbe *Auguria* fierent, si Gutherium audimus lib. 3 de Vet. Jure Pontificio cap. 3. Quidam ita distinguunt: ut *auspicium* sit avium conspectio, & quod ex volatu avium, & vocibus significatur: *augurium* vero, quod rerum omnium conjecturas prudenter, ac diligenter, complectitur: & tamen *augurium* quoque ab *avibus*, ac gerendo dicitur, quasi *avigerium*, sive ab *avium garritu.*
¶ Auguro, are, & Auguror, ari, i. e. divinare, prophezeyen. Cic. 1 de Divin. c. 33, *Calchas ex passerum numero belli Trojani annos auguratus est.* Virg. lib. 7 [illegible] *si quid veri mens augurat, opto.* Vtitur Cicero & his formulis, *Augurari opinione*, pro Muræn. c. 31. *Augurari conjectura*, 1 de Orat. c. 21. *Augurari ex nomine*, 4 Verrin. c. 6, aus eines nahmen urtheilen. Ovid. 3 Pont. eleg. 4, *Contentos augurer esse DEOS.* Ich halte dafür, &c.

¶ Auguratus, a, um, passive, geweyhet. Cic. in Vatin. c. 10, *In illo augurato templo ac loco.*
¶ Augurandus, a, um, participium quoque in usu est. Cic. 2 Nat. Deor. cap. 64, *aves quasdam rerum augurandarum caussa esse natas putamus.*
¶ Auguratò, sicùt auspicatò, adverbii significatione, zu einer guten stund, mit einem glückseligen zeichen. Liv. 1 cap. 18, *Auguratò regnum adeptus est.*
¶ Auguratio, ōnis, vaticinium, wahrsagung. Cic. 2 Divin. cap. 30, *Quæ ista auguratio est ex passeribus?*
¶ Auguratus, ûs: munus auguris. Vt, *auguratu præditus*, apud Tacitum 1 Annal. cap. 62 extr. Et Plinius lib. 4 epist. 8, *Ob hoc maxime delectat auguratus meus, quod Marcus Tullius augur fuit.* Et ipse Cicero de Divinat. lib. 1 cap. 17, *Lituus clarissimum est insigne auguratûs.*
¶ Inaugurare, idem quod *augurare*, vel *augurari.* Plautus Asinar. a. 2 sc. 1 v. 11,
Impetritum, inauguratum est: quodvis admittunt aves,
Quod Plautus *inauguratum*, id Accius, simplici usus, *auguratum* dixit, in his, quos Cicero lib. 1 de divinat. c. 22 adlegat, versibus:
Nam quod dexteram
Cepit sursum ab lævâ signum præpotens, pulcherrimè
Auguratum est, rem Romanam publice summam fore.
Livius in historia Romuli c. 7 lib. 1, *Palatinum Romulus, Aventinum Remus, ad inaugurandum capiunt.* AD INAVGVRANDVM, id est, ad capiendum augurium. ¶ 2. *Inaugurare locum* est capto augurio locum rei gerendæ auspicatum deligere, einweyhen, einsegnen. Livius lib. 3 cap. 20, *Augures jussos adesse ad Regillum lacum forma exciverat: lacumque inaugurari, ubi auspicatò cum populo agi posset.* Florus lib. 1 cap. 7, *Tamen de manubiis captarum urbium Templum* [Capitolium] *erexit: quod cum inauguraretur, cedentibus ceteris diis (mira res dictu) restitere Juventus & Terminus.* Cum destinâsset Tarquinius in monte Tarpejo Jovi ædem condere, locus structuræ augurio capiendus erat. Non enim ædes sacra, nisi in *templo*, hoc est, loco augurato capto & ita consecrato, exstrui poterat. Hic cum in area futuri templi aliorum jam ante Deorum essent sacella, perque augurium consulerentur dii illi, vellentnè Jovi concedere; in reliquis addixerunt aves, sive significarunt cessuros deos; in Termini vero & Juventutis fano non admiserunt aves, ut Livius in hac ipsa re loquitur. ¶ 3. Hinc simpliciter pro *consecrare*, *dedicare* sumitur: transferturque ad homines ipsos etiam, cum in provinciam aliquam ac munus solenniter immittuntur, wenn sie in ein amt angewiesen werden. Cic. 2 Philippica c. 43, *Quid igitur cessas? cur non inauguraris? sume diem: vide qui te inauguret.* Suetonius Caligulâ cap. 22, *Deinde augur in locum fratris sui destinatus, prius quàm inauguraretur, ad Pontificatum traductus est.* Et, *Inaugurare in locum alterius aliquem*, an eines andern stelle einsetzen, Livius dixit lib. 30 cap. 26, *Augur in locum ejus inauguratus est filius.*
¶ Inauguratus, a, um, eingeweyhet, eingewiesen. Cic. de claris oratorib. [illegible] *Et cooptatum me ab eo in collegium recordabar, in quo juratus judicium dignitatis meæ fecerat & INAVGVRATVM ab eodem* &c. ¶ Inauguratus contraria notione idem est ac inauspicatus, & mali ominis. Vet. Gloss. *Inauguratus*, ἀποιωνισθείς.
¶ Inauguratio, nomen, adhuc sine auctore, sola analogia defensum, einsegnung.
¶ Inauguratò, pro auspicato, i. e. capto & impetrato augurio; sive feliciter, apud Livium legitur lib. 1 c. 44, *inaugurato consecrabant.*
¶ Exaugurare, τῷ *inaugurare* contrarium est: ex sacro facere prophanum, entweyhen, entheiligen, apud Livium lib. 1 c. 55, *exaugurare fana sacellaque statuit.* Capitolinus in Marco cap. 4, *multos inauguravit & exauguravit.*
¶ Exauguratio, ōnis, actus exaugurandi, die entweyhung, entheiligung, Livius lib. 1 cap. 55, *Quum omnium sacellorum exaugurationes admitterent aves.*
AVGVSTVS, a, um: ex quo cognomen etiam C. Cæsar Octavianus, qui Julio Cæsari successit, & principatum Imperii Romani instituit, accepit. Cæterum *Augustus*, non ab *avium* gestu gustuve dicitur, ut volunt Grammatici: sed ab AVGEO, *Augustus* est. Neque enim ultima terminalis TVS magis aliquid significat, aut aliunde habet originem, quàm in *Venustus*, *Robustus* fit: quorum alterum à *Venere*, alterum ab *robore* venit. AVGERE, verbum sacrorum fuisse, ut *immolare*, *mactare*, *adolere*, cùmque iis eamdem habuisse vim, supra annotatum nobis est. Quoniam itaque hostiæ cùm respergerentur mola salsa, quod *augeri* dicebant, consecrabantur, seu sacræ fiebant; hinc *Augustus*, sacer sanctusque & consecratus quasi est. Vet. Gloss. *Augustus* Σεβαστὸς, ἱερὸς, σεβάσμιος. Vnde Livio Præfatione operis *augustiora primordia urbium facere*, & *consecrare origines*, idem est. Ovidius 1 Fastorum v. 609,
Sancta vocant AVGVSTA patres: AVGVSTA vocantur
Templa, sacerdotum rite dicata manu.
Suetonius Augusto cap. 7, *Loca quoque religiosa, & in quibus auguratò quid consecratur*, AVGVSTA *dicuntur, ab* AVCTV: addit statim: *vel ab avium gestu, gustuve: sicut etiam Ennius docet scribens:*
Augusto augurio postquam inclyta condita Roma est.
ut adeo dubitaverit ipse Suetonius, utra sit verior etymologia Augusti, illane ab *augendo*, an hæc ab *augurio*, *aviumve gestu, gustuve.* Ac sane posterior eruditissimo Vossio se magis hic probat f. 55, 56 etymol. nisi quod simplicissimè ab augurio deducit, illudque *ustus* non nisi pro terminatione habet, perinde ut ii, quibus ab *augendo* dictus videtur Augustus. *Nam erit*, inquit, *ab augurio Augustus, quomodo (ut in conjectaneis scripsit Scaliger.) ab unco est ungustus, à fide fidustus, à veru verbustum, ut caro verbusta apud Plautum, & si Varronem sequimur, à corio corusta, & per συγκοπὴν crusta.* Vtracunque vero sententia placeat, eo tandem res abit, ut Augustus propriè sit (sive augurio, sive in modum hostiæ, molâ salsa,) consecratus. Vide Berneg. ad Sueton. Cæsar. cap. 7, 5. Octavianus itaque adpellatus AVGVSTVS

GVSTVS est, id est, sanctus, &, supra communem naturam; Diis ipsis proximus æstimandus. Dio Cassius lib. 53, cum de hac ipsa adpellatione Cæsaris agit, *ἀλλὰ*, inquit, *Αὔγουστος, ὡς καὶ πλεῖόν τι ἢ κατὰ ἀνθρώπους ὤν, ἐπεκλήθη. πάντα γὰρ τὰ ἐντιμότατα καὶ τὰ ἱερώτατα, αὔγουστα προσαγορεύεται: AVGVSTVS, quasi hominis natura amplior ipse, cognominatus est: AVGVSTA enim ea, quæ honore augustissima & sanctissima sunt, dicuntur.* Optime totam rem explicat Florus lib. 4 cap. ultimo extremo: *Tractatum etiam in senatu, an quia condidisset imperium, ROMVLVS vocaretur: sed sanctius ac venerabilius visum est nomen AVGVSTI; ut scilicet jam tum, dum colit terras, ipso nomine & titulo consecraretur.* Patet hinc eorum error, qui ab augendo, seu amplificando Imperio, id principi maximo inditum primo, & postea successoribus commune factum, existimarunt. Ex quo & hodieque Imperatores, zu allen zeiten mehrer des reichs, adpellantur. Circa quod & illud notandum est, falsos esse & hos, qui illud SEMPERAVGVSTVS, ab Accursio demum inventum factumque putaverunt. Longe enim vetustius est: quippe quod apud Symmachum lib. 2 Epist. 30 & lib. 10 in plurimarum Epistolarum præscriptionibus, nec non apud Auctorem Panegyrici Maximo & Constant Augg. inque plurimis inscriptionibus antiquis legitur. Vbi & AETERNI PRINCIPES, AETERNI IMPERATORES adpellantur. Nos hanc unam nunc adduxisse erimus contenti.

AETERNO PRINCIPI
D. N. FLAVIO CLAVDIO
IVLIANO VBIQVE VENE-
RANDO SEMPER-AVG.
BONO REIPVBL. NATO.

¶ *Augusti* nomen & Mensi datum, qui antea *Sextilis* adpellatus fuerat; quod sextus esset à Martio, qui sub Romulo principium anno dedit. Datum id fuit Augusti honori, qui Consulatum primò hoc mense inierat, & tres triumphos intulerat in urbem, finemque fecerat civilibus bellis, ut Macrobius auctor est lib. 1 Saturnal. cap. 12.

¶ *Augustæ* etiam conjuges Imperatorum adpellatæ. Tacit. 12 cap. 26 num. 1.

¶ Est & *Augusta* civitatum nomen; ut *Augusta Cæsarea*, *Augusta Emerita*, civitates sunt Hispaniæ; *Augusta* vero *Trevirorum*, Trier. *Augusta Vindelicorum*, Augspurg. *Augusta Rauracorum*, Augst bey Basel. *Augusta Taurinorum*, Turin in Piemont. De singulis, & aliis pluribus, consule Geographos. Ejusdem dignitatis erat, quæ *Sebastè*, Græco nomine, in Oriente maximè, itidem in Augusti Imperatoris honorem fuerunt adpellatæ. v. g. in Ponto, Samaritide &c. Augustus enim σεβαστὸς vertitur, ut supra dictum fuit.

¶ Adjective *Augusta* dicebantur, non sancta ac religiosa tantùm consecrataque; sed omnia, quæ specie magnificâ venerabilia erant & excellebant. Virgilius lib. Æn. 7, 170,

Tectum augustum, ingens, septem sublime columnis.

Augusta forma viri, apud Florum lib. 1 c. 1 von majestätischen, herrlichen ansehen. *Gravitas augusta*, apud Ovidium 6 Metam. v. 73. Catullus carm. de nupt. Pel. & Thet. v. 80, *augusta mœnia* dixit ex eo, quia augusto augurio (ut ex Ennii versu supra citato intelligimus) ponebantur mœnia, quomodo Scaliger ad Catull. pag. 73 interpretatur. Gradibus etiam attollitur hoc Adjectivum. Livius Præf. *augustiora primordia*: lib. 1 cap. 8, *cætero habitu se augustiorem fecit*. Sic *augustiores aræ*, Plin. Paneg. cap. 52. Idem lib. 2 epist. 11, *Dilata res in proximum senatum, cujus ipse conspectus augustissimus fuit*. Vopiscus Tacito c. 7, *vir augustissimus*. Statius 4 Silv. 3 v. 20,

Ausoniæ pater augustissimus urbis.

¶ Augustè, adverb. Cic. 3 Nat. D. c. 21, *Auguste & sancte venerari Deos*, heilig und mit andacht.

¶ Augustalis, e; ut, *Ludi Augustales*, honori memoriæque Augusti dicati, Fastisque additi, de quibus Tacitus 1 Annal. c. 15 & c. 54. Erat & sacerdotum collegium institutum honori cultuique Augusti, qui *Sacerdotes*, item *Sodales Augustales* adpellabantur, quorum Suetonius & Tacitus non semel meminerunt; qui absolute ita vocabantur. Tacitus 2 Histor. cap. 95, *Faces AVGVSTALES subdiderint: quod Sacerdotium, ut Romulus Tatio regi, ita Cæsar Tiberius Juliæ genti sacravit.* Adpellati *Augustales* & milites fuerunt, quos Ordinariis junxit Augustus, de quibus Vegetius lib. 2 de re militari cap. 7. Sic in Inscript. apud Fabrettum p. 90. M. NOMEICIVS. M. F. PAL. NOMESIANVS. MAGISTER. AVGVSTALIS. COLONIAE. & p. 118 DECVRIONES. AVGVSTALES.

¶ Augustale, substantive, tabernaculum Imperatoris adpellatur, eines grossen herrn zelt, oder zimmer. Quintilianus lib. 8 cap. 2 de abusione, seu catachresi agens. *Tertius*, inquit, *est huic diversus modus, cùm res communis pluribus, in uno aliquo nomen habet eximium: ut carmen funebre proprie* NENIA *& tabernaculum Ducis* AVGVSTALE. Quod apud Tacitum Ann. 2, 13, 1. Muretus quoque agnoscit; sed ibi *Augurale* legendum est.

¶ Augustalicus, a, um: Vetus inscriptio apud Fabrettum pag. 486,

EX. TESTAMENTO. EIVS. DECVRIONIBVS
SING. IIII. AVGVSTALICIS. III. PLEBEI
INTRA. MVRVM. HABITANTIBVS
DEDERVNT.

¶ Augustalitas, atis. Inscriptio vetus apud Gruterum p. 215 n. 2 QVI AD MVNVS AVGVSTALITATIS COMPELLENTVR. Et p. 354 n. 7 HVIC ORDO DECVRIONVM OB MERITA EIVS HONOREM AVGVSTALITATIS GRATVITVM DECREVIT.

¶ Augustianus, & Augustanus, a, um; alia adjectiva. Suetonius Nerone cap. 25, *Sequentibus*, inquit, *curru ovantium ritu plausoribus, Augustianos, militesque se triumphi ejus clamantibus.* Hos Tacitus 14 Annal. cap. 15 AVGVSTANOS adpellat.

¶ Augustinus, etiam ab Augustus est, ut à Crispus Crispinus: quo adjective usus & Suetonius Claudio cap. 11, *Circensi pompâ currum elephantorum Augustino similem decernendum curavit.* Pro quo tamen in Codd. quibusdam *Augusteo* legi, Beroaldus observat. Nam &

¶ Augusteus, a, um, in usu est apud Frontinum de Colon. ubi *limites & terminos*, rotundos in effigiem columnæ, *Augusteos* vocat.

AVGVSTINVS, i, Hipponensis Episcopus, maximæ inter Patres Latinos auctoritatis. Medio fere seculo Christiano quarto parentibus Patricio & Monicâ natus est, tenuioris fortunæ hominibus, recens ad fidem conversis. Patria ipsi Tagaste fuit, Africæ oppidum. Annum ætatis vigesimum prætervectus in Manichæos incidit, quorum erroribus per integrum fere decennium implicitus hæsit, non sine maximo Monicæ matris dolore. Quæ lacrymari ad Deum non desiit, donec filium videret reversum ad orthodoxos; non leve conversioni ejus momentum addente Ambrosio Mediolanensium Episcopo, quamquam huic non ex proposito hauriendæ veritatis, sed ex admiratione eloquentiæ aures accommodavisset. Reversus ad Christianam religionem professione Rhetorices, qua Mediolani functus erat, abiit, factus tandem Episcopus Hipponensis: qua in urbe & vivendi finem fecit anno Christi, si Baronium sequimur, 430. Inter quatuor Latinos Ecclesiæ Patres, ut vocantur, Cardinales, (ceteri sunt Hieronymus, Ambrosius, Gregorius,) magnum inprimis nomen ejus reddidit ingenii subtilitas, & in disputando robur ac solertia. Quibus quidem dotibus in gloriam Dei usus est adversum sui seculi hæreticos, Manichæos inprimis & Pelagianos, cum quibus acerrimæ ipsi contentiones fuere.

Aviarium, Avicula, vide *Avis*.

Avide, Aviditas, Avidus, vide *Aveo*.

AVIENVS Festus, poëta sub Gratiani ac Theodosii tempore vixit, de quo Servius in 10 Æn. Virg. Vertit Latine Arati Phænomena & Dionysii Periegesin.

AVIS, is, fœm. ein vogel, cujus varia apud poëtas epitheta, ut *aëria* Ovid. 1 de Arte v. 26. *Vaga* Horat. lib. 4 od. 4. *Varia plumæ versicoloris*, sprenglicht. Propert. lib. 3 eleg. 13. Avium aliæ *oscines* sunt, singende vögel, quarum è voce auguria captabantur. 2. Aliæ *altiles*; quæ & *cortales* vel *cohortales* sunt Columellæ, Plinio etiam *fartiles*, quæ saginantur, mast-vögel. 3. Aliæ *Palmipedes* Plinio, quæ & solidipedes, ut anseres, anates. 4. Aliæ *fissipedes*, die gespaltene füsse haben. 5. *Præpetes*, seu *augurales*, quæ superiorem aëris regionem tenent, hochfliegende vögel. 6. *Inferæ*, die da niedrig fliegen: ut passeres, hirundines, auctor Servius. *Avis cantrix*, ein vogel der singt. Varro lib. 3 de re rust. cap. 5, *Intra - - aves sunt omne genus: maxime cantrices, ut lusciniolæ, ac merulæ*, &c. *Avis Junonia*, [illegible] pfaue. Ovid. 1 de Arte v. 627,

Laudatas ostendit avis Junonia pennas.
Si tacitus spectes, illa recondit opes.

Laudant ut pueri Junonis avem, proverbiale de avaris, litteras laudantibus quidem, sed nullis officiis juvantibus, sumptum ex Juvenale Satyr. 7 v. 30, *Didicit laudator avarus*
Tantùm admirari, tantùm laudare disertos,
Vt pueri Junonis avem, &c.

¶ *Avis alba* de re rara & inusitata, quod de corvo extulit Juvenalis Satyr. 7 v. 202, *corvo quoque rarior albo.*

Cicero 7 epist. 28, *Quasi albam avem videntur bene sentientem civem videre.* ¶ *Bonis avibus, secundis avibus*, notæ locutiones sunt pro auspicio & omine secundo, mit einem guten zeichen, zu einer glückseligen stunde. Livius lib. 6 c. 12, *Dii, qui secundis avibus in prælium miserint.* Ovid. 1 Fastor. v. 513,

Este bonis avibus visi natoque mihique.

Huic contrarium *mala avis*. Horatius lib. 1 od. 15,

Malâ ducis avi domum,
Quem multo repetet Græcia milite.

Idem Epod. 10 principio: *Malâ soluta navis exit alite*
Ferens olentem Mævium.

Bona, mala avi; id est, *bono malove auspicio*. Inde enim petita loquendi formula est. ¶ Sermocinari aves nonnulli veterum crediderunt: earumque voces atque sermones Melampum, Tiresiam, Apollonium Tyaneum aliosque intellexisse, Porphyrius auctor est lib. 3 *περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων*. Peritiam istam cujusdam anguium generis esu parari, ex Democrito tradit Plinius lib. 10 cap. 49, & lib. 29 cap. 4, quo referenda etiam Philostrati lib. 3 de Vitâ Apollonii de incolis Pacuræ Indorum Vrbis narratio. Sed ista omnia merito fabularum loco Pisides habuit. Vide, quæ super ista re ad Venantii Fortunati Elegiam, de Resurrectione Christi observavit Buchnerus; itemque Vossius de Idololatr. pag. 961. Equidem certum est, aves loquaces, psittacos & picas, vel singula verba, vel paullo plura edoctas: Sed id arte factum, docet Greg. Nazianzenus pulcherrimis versibus, quos habes apud Causaubonum ad Persii prologum p. 22. De Psittacis vid. Athenæus l. 9 de sturno & lusciniis Cæsarum Plin. 10 cap. 42. de perdice Plutarch. in Sympos. de corvis Augustum salutantibus Macrob. 2 Saturn. c. 10. Avium volatu litteras quaqua versum delatas memorat Lipsius Saturn. lib. 2 cap. 5. Adde Plin. lib. 10 cap. 37.

¶ Avicula, æ, ein vögelein, Dimin. ex Gellio 2 c. 29.

¶ Aucilla, æ, aliud diminut. Apulej. lib. 9 Metam. *bona & satis fœcunda aucilla.* v. Meurs. part. 2 Exerc. Crit. l. 4 c. 9. Reines. 2 V. L. 8.

¶ Aviarium, i, ὀρνιθοτροφεῖον, ein vogel-hauß, vogelbauer, Colum. 8 c. 1.

¶ 2 Aviaria in plurali dixit Virgilius Georg. lib. 2 v. 430 de silvestribus arboribus, avium domiciliis, loquens:

Sanguineis inculta rubent aviaria baccis.

¶ Avitium pro multitudine avium dixit Apulejus in Floridis extremis: *tam pulchra*, inquit, *ales, quæ ex omni avitio longe præcellit*, geflügel.

¶ Aviarius, i, qui aviario præest: apud Colum. lib. 8 cap. 3. In Vet. Gloss. & ὀρνεοπώλης *Aviarius*, der mit vogeln handelt.

Avite, Avitus, vide *Avus*.

AVLA, æ, αὐλὴ, Proprie *atrium*, & locus subdialis, quo significatu sæpissimè Homerus usus voce αὐλῆς, vide supra *Atrium* der saal. ¶ Deinde regia, ein fürsten-hof, herrn-hof. Vet. Gloss. *Aula*, οἶκος βασιλικός. Lucanus lib. 8, 494, *exeat aula,*

Qui volet eſſe pius: virtus & ſumma poteſtas
Non coëunt.

Seneca in Hippol. v. 981, *Fraus ſublimi regnat in aula.*

¶ Veteres pro *olla & aulam* dicebant, quod apud Plautum non ſemel legitur. Vnde *aulicoqua exta*, quæ in aulis coquebantur, id eſt elixa, inquit Feſtus. Hinc &

¶ Aular, vel Ollar, operculum aulæ vel ollæ, eine ſtürtze. Varro de re ruſt. 3, 15, *Aular impoſitum.*

¶ Aulicus, a, um, adject. ut, *Apparatus aulicus*, Suet. Domit. cap. 4, *luctatores aulici*, idem Nerone c. 45, *reverentia domus aulicæ*, Spartian. Hadriano c. 11, *aulici miniſtri*, Capitolin. Pio c. 10, *Aulica convivia*, Sedulius lib. 1 carm. de tribus pueris in camino Babylonio:

Aulica compaſto mutans convivia fœno.

Nebucadnezarem mente captum intelligens. ¶ *Aulica ſuavitas*, vide auleticus in *Auletes.*

¶ Aulicus, i, Subſtant. vulgò ein hof=mann, hof=diener. Hoc ſubſtantivo ſignificatu cuiquam veterum uſurpatum *aulici* vocabulum, nondum liquet: *Purpurati* nomen uſitatius.

¶ Aulæum, i, & *Aulæa* pluraliter, teppiche, fürhänge, ἀυλαῖα, *Aulæa ſuperba, purpurea.* Virg. 3 Georg. v. 25, *utque*

Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.

Propert. 2 eleg. 32, *Porticus aulæis nobilis Attalicis.*

Martialis lib. 8 epigr. 28 ſunt *Babylonica picta ſuperbe*
Texta, Semiramia quæ variantur acu.

de quibus eleganter Hadrianus: *victa eſt*
Pectine Flandriaco jam Babylonis acus, &c.

Tapeten, gemahlte decken; *Vela picta* interpretatur Servius in Virg. 1 Æn. & nomen inde factum ſcribit, quod in Regis Attali aulâ primùm inventa fuerint. Quod & ad illum ſupra è 3 Georg. adductum a nobis verſum notat. Niſi potiùs ſic à Romanis dictâ hæc vela, quòd primùm in Vrbem ex aula Attali, cum ejus hæreditate creviſſet populus, allata fuerunt. Donatus de Tragœdia atque Comœdia ſub finem: *Aulæa quoque*, inquit, *in ſcena intexta ſternuntur: quæ pictus ornatus erant, ex Attalicâ Regia Romam usque perlatus: pro quibus* SIPARIA *ætas poſterior accepit. Eſt autem minimum velum, quod populo obſiſtit, dum fabularum actus commutantur.* De *Aulæo* theatrali ſeu mimico Cicero pro Cœlio cap. 28 ita meminit: *Mimi ergò eſt jam exitus, non fabulæ: in quo cum clauſula non invenitur, fugit aliquis è manibus: deinde ſcabella concrepant, aulæum tollitur.* Vbi ſingulari Orator uſus eſt.

AVLĒTES, æ, ἀυλητὴς, & *Aulœdus, i*, idem eſt, Tibicen, ein pfeiffer, ſchalmeyer. Cicero pro Muræna cap. 13, *Ajunt in Græcis artificibus eos aulœdos eſſe, citharœdi fieri non poterunt.*

¶ Auletris, idis, eine pfeifferin. Gr. ἀυλητρίς.

¶ Aulēticus, a, um, ἀυλητικὸς, ut *auleticus calamus*, apud Plinium lib. 16 cap. 36. Quam vocem non peccabit fortaſſe, ſi quis Martiano etiam Capellæ reddat lib. 9 *Ichiadas quis neſciat expelli auleticâ ſuavitate.* Vbi edit. Baſil. a. 1577 f. 209 habet *aulicâ.* Sed tamen hoc ipſum, *aulicâ*, in ſuâ quoque retinet Hugo Grotius p. 314, poſſisque defendere ex uſu Græcorum, qui ut ab ἀυλητὴς dicunt ἀυλητικὸς, ita ab ἀυλὸς, tibia, ἀυλικός.

¶ Auletes eſt & proprium cognomen regis Ægyptii, patris Cleopatræ, apud Strabonem lib. ult.

AVLIS, ĭdis, fœm. Αὐλὶς, portus ingens navium quinquaginta capax inſulæ Eubœæ, Agamemnoniæ Grajorumque claſſis in Trojam conjurantium ſtatio, quemadmodum Pomponius inquit. Virgil. 4 Æn. v. 426, *Non ego cum Danais, Trojanam exſcindere gentem*
Aulide juravi, &c.

Difficilem navibus inde egreſſum fuiſſe, Noto flante cumprimis, Strabo lib. 9 Geographiæ annotat. Hinc *iniquam claſſibus* Lucanus dixit lib. 5 v. 236.

Aulœdus, vide paullo ante in *Auletes.*

AVLON, urbs & portus Græciæ ad Adriaticum mare, e regione Saſonis inſulæ. Ptolem. Hodie Valona adpellatur. Vide Jac. Palmerii Græc. Antiq. lib. 1 cap. 32. ¶ 2. *Aulon* alia urbs Laconica eſt Stephano. ¶ 3. *Aulon*, qui & Caulon, oppidum vel mons eſt Calabriæ. *Nobilis & lanis & felix vitibus Aulon.*
ut Martialis deſcribit libr. 13 epigr. 125.

AVLVS prænomen erat Romanis familiare, quod prima tantum ſcribebatur littera, ut A. Gellius, &c. vide A.

AVRA, æ, ἄυρα, flatus levis vel ſpiratio, ventulus matutinus, gelinde und liebliche lufft. Quam alii παρὰ τὸ ἄω καὶ ῥέω, dictam volunt, quod ſit ſpiritus fluens; alii à Dorico, Ἀὼς, i. e. *Aurora.* Nam ab aurora maximè ſurgit: ut paullo poſt in *Aurora* dicemus. Suetonius Auguſto cap. 97, *De nocte ad occaſionem auræ evectus*; id eſt, ſurgentis auræ occaſione uſus: Virg. Æn. 4, v. 176 &c. *Attollere ſe in auras*, ſich in die lufft ſchwingen. ¶ 2. *Aura ſecunda*, pro ſucceſſu, a navigatione petita metaphora. Ovid. lib. 2 de Ponto epiſt. 3,

En ego non paucis quondam munitus amicis,
Dum flavit velis aura ſecunda meis, &c.

Cicero paullo dixit diverſius in Verrem 3 cap. 13, *Sperat ſibi auram aliquam poſſe afflari in hoc crimine*, id eſt, oſtendi ſpem aliquam, er hoffet, es könne ihm noch etwas zu troſt kommen in dieſer böſen ſache. Cujusmodi & illud eſt in Orat. pro Sextio cap. 47, *Quem neque periculi tempeſtas, nec honoris aura potuit unquam de ſuo curſu dimovere.* Apud Livium lib. 42 cap. 39 pr. eſt *ſpei aura*, id eſt ſpes inſtar venti adſpirans. *Perſeus*, inquit, *in interiora regni recepit ſe, levi aura ſpei objecta.* ¶ Format hæc vox pæne multas phraſes Poëticas: ut, *Carpere vitales auras, Veſci aurâ æthereâ*, pro eſſe ſuperſtitem. Virgil. Æn. 3 v. 335, *Quid puer Aſcanius? ſuperatne, & veſcitur aura?*

¶ 3. *Aura popularis*, ſignificat adplauſum vel favorem vulgi, ut *Homo popularis auræ*, pro eo, qui populo placere ſtudet, einer der dem gemeinen pöbel hofiret, deſſen gunſt ſuchet. Livius lib. 42 cap. 30, *Perſeus magis popularis auræ erat.* Idem lib. 3 cap. 33, *Adeo novum ſibi ingenium induerat, ut plebicola repente omnisque auræ popularis captator evaderet, pro truce ſævoque inſectatore plebis.* Virgil. 6 Æneid. ſub finem: *ſequitur jactantior Ancus,*
Nunc quoque jam nimium gaudens popularibus auris.

Vbi Servius: *AVRIS*, i. e. *favoribus. Vnde & AVRARII dicuntur Favitores.* Tacitus *Rumorem* vocat Hiſt. 2 cap. 91, *Omnem infimæ plebis rumorem in theatro ut ſpectator, in circo ut fautor affectabat.* ¶ 4. Idem Virgilius Æn. 6 de ramo aureo agens v. 204,

Diſcolor unde auri per ramos aura refulſit:

Vbi Servius: *AVRA AVRI ſplendor auri.* vide *Aurum.* Horatius 2 Od. 8, *tua ne retardet*
Aura maritos.

Sed poſſumus in Horatiano carmine *auram* pro rumore & celebratione accipere, qua Barine per urbem ferebatur. Ita enim & Virgilius *auram famæ* in 7 Æn. dixit v. 646,

Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura.

¶ Aurula, æ, diminut. ab Aura. Hieronym. epiſt. 141 ad Marcellam: *Græcarum litterarum quamdam aurulam ceperat.* Et Tertullianus de Anima cap. 28, *Quid ſi aliquas famæ aurulas hauſit?*

¶ Aurarius, auræ captator, vide ſupra in *Aura* n. 3.

AVRĀTA, æ, Græce χρυσόφρυς, variolus piſcis, forellen, quem omnium piſcium guſtûs ſuaviſſimi eſſe ſcripſit Athenæus. Adpellatio Germanica, forellen, videtur eſſe facta ex Latina *variolus.* Sed *variolum* eſſe *auratam*, multis certè ex rationibus dubitari poſſit, cum piſcis ille, quem *auratam* dicunt, in capite tantùm & ore aurei quiddam coloris habeat; *Variolus* autem *trutta* ſit vel *truta.* Vide ſuo loco. *Aurata* igitur, ein gülden brachſine oder ſeebrachſine. *Aurata fluviatilis*, monfiſch, goldfore. Geſner. De hac Martialis 13 epigr. 90,

Non omnis laudem pretiumque aurata meretur,
Sed cui ſolus erit concha Lucrina cibus.

Eleganter Hieronymus epiſt. 28 ad Lucinium: *Piſcator hominum, miſſo rete apoſtolico, te quoque quaſi pulcherrimum auratam inter innumera piſcium genera traxit ad littus.*

¶ Ab hoc piſce quod ei cariſſimus fuiſſet, cognomen invenit Sergius quidam, ut *Aurata* vel *Orata* (ſolebant enim veteres paſſim *o* & *au* promiſcue uſurpare; quod mox & in *aurichalcum* apparebit,) diceretur, de quo Macrobius 3 Saturn. 15, atque alii, quos in Onomaſtico citat Glandorpius f. 789.

AVRELIA, familiæ nomen, e. g. *M. Aurelius Cotta, Aurelia Oreſtilla*, Catilinæ uxor.

¶ Aurelia via, maritima, Româ Piſas ferens. Cic. 2 Catil. cap. 4, *Demonſtrabo iter: Aurelia via profectus eſt.*

¶ Aurelii plures fuerunt. Sext. Aurelius Victor, qui ſub Conſtantio floruit, Afer vulgo, & autor creditur libri de Viris illuſtribus urbis Romæ & de Cæſaribus, nec non libelli de origine gentis Romanæ. Sed alius junior ejusdem nominis Epitomen vitæ Imperatorum ſcripſiſſe dicitur. Vid. Voſſ. de Hiſt. Lat. 2 c. 8 & 15. & Hankius de Rom. rer. ſcript. l. 1 p. 151.

Aureolus, Aureus, vide in *Aurum.*

AVRĬCHALCVM, & Orĭchalcum, i, *æs cyprium* eſt, luteo infectum & mutatum colore, meſſing, ὠρόχαλκον & ὀρείχαλκον: *æs coronarium* dicunt etiam. Horatius Arte v. 202,

Tibia non ut nunc orichalco juncta tubæque
Æmula, &c.

Factum nomen creditur ex *auro*, & Græca voce χαλκὸς, quæ æs ſignificat: quod vulgo opinio teneret, id genus metalli ex *auro* & *ære* conflari terra Cadmea addita: quemadmodum electrum ex auro atque argento componebatur. Sed *Aurichalcum* ejusmodi in rerum natura inveniri negat ad Feſtum Scaliger, auctoritate Ariſtotelis maximè fretus. Nec probabile, ex Græco & Latino verbum unum conflari, ut ſimilius vero ſit, ex ὄρος *mons* eſſe priores ſyllabas, unde etiam correpta prima Horatio. Interim tamen fictitium iſtud *aurichalcum*, quamvis nusquam eſſet, quaſi eſſet tamen, pluris, quam aurum ipſum, veteres æſtimarunt. Plautus Curculione act. 1 ſc. 3 verſ. 45,

PH. *Auro contrà cedò modeſtum amatorem: a me aurum accipe.*
PA. *Cedò mihi contra aurichalco, cui ego ſane ſerviam.*

Et Pſeudolo a. 2 ſc. 3 v. 22 tamquam de re ſummi pretii, *aurichalco*, inquit, *contra carum non fuit.* Poſtea ſatis vili erat pretio. Lactantius Epitome cap. 1, *Si reperiat aliquis hominem, qui aut aurum pro aurichalco; aut argentum pro plumbo vendat per errorem*, &c. Et Suetonius Vitellio cap. 5, *pro auro & argento ſtannum & orichalcum ſuppoſuiſſe.* Sed poteſt *aurichalcum* non ab auro quidem, ſed ideo dici, quod apud Veteres O & AV mutuas operas præſtarent, & alterum pro altero poneretur. Ita enim *ploſtrum & plauſtrum, olla & aula, orea & aurea* dicebant. Vnde & Orichalcum. Nec tamen damnanda eſt ſcriptura *aurichalcum*, ſi eruditis *orichalcum* magis forte placuerit. Nam & iſtam reperire licet in Pandectis Florentinis Lege 45 de contrah. emt. & alibi. Vide Torrentium ad c. l. Suetonii.

Auricilla, Auricula, Auricularis, vide *Auris.*

Aurifex, vide *Auriga* & *Aurum.*

Aurifodina, vide *Aurum.*

AVRIGA, æ, ἡνίοχος, gubernator currûs, ein fuhrmann. Feſtus: AVREAX. *Auriga.* AVREA *enim dicebatur frenum, quod ad aures equorum religabatur. Orea, quo ora coërcebantur.* Sed ineptit Grammaticus: neque enim aliud frenum ad aures equi religatur, aliud ad coërcendum imponitur ori. Sicut igitur ςομὶς, quod frenum Græcis eſt, ἀπὸ τῦ ςόματος, ab ore dicitur: Ita Latinis ab ore, *Orea.* Et quia iisdem O ſæpe in AV commutatur, ut paullo ante monebamus, ideo *orea* & *aurea* dici cœptum eſt, ut ad Vopiſcum in Carino c. 19 recte obſervavit Salmaſius. Ovidius de Phaethonte lib. 2 Met. v. 327, *currûs auriga paterni.* Claudianus de Mall. Theod. conſ. v. 187,

Deſidis aurigæ non audit verbera currus, &c.

* *Auriga* eſt ab ἀιώρα, quod eſt vectabulum. Hoc Latini extulerunt *aura*, indeque qui curriculum hoc ageret, *aurigam*; qui faceret, *aurificem* dixerant. Quæ vox legitur in legibus Salicis Tit. IX. *Si quis majorem*

majorem, inferiorem &c. *fabrum ferrarium, aurificem sive carpentarium* &c. *occiderit.* Grævius. ¶ 2. Strictius sumitur pro iis, qui in Circensibus ludis bigis, trigis, quadrigisve decertabant, unde & *bigarii, trigarii, quadrigarii* dicti: qui alias *agitatores* adpellabantur. Suetonius Caligula cap. 54, *Sed aliorum generum artes studiosissime & diversissimas exercuit, Thrax & Auriga, idem cantor atque saltator.* Propertius lib. 4 eleg. 2,

Est etiam aurigæ species Vertumnus, & ejus
Trajicit alterno qui leve pondus equo.

In quo significat, Agitatorum genus quoddam *Vertumnos* adpellari: de quo alibi neque Scaligero neque Passeratio quicquam est lectum. Vet Gloss. *Auriga Agijur* [Lege *Agitator*] ἡνίοχος ἐλάτης. Aliæ Glossæ Græco-Latinæ, ἐλάτης ἵππων *Agitator.* Erant autem Aurigæ isti in quatuor factiones, diversorum colorum pannis viridis puta, russi, veneti seu cineritii, & albi pro quatuor anni temporibus, distincti. Singulis autem factionibus sui *Præfecti* seu *Præsides* erant: quos *Dominos* adpellatos, ex Suetonii in Vitâ Neronis cap. 5 & veteri inscriptione, quam ad eum locum Torrentius produxit, abunde potest constare. ¶ 3. Auriga, signum cæleste, Cicero 2 Nat. D. c. 43 aliàs Erichthonius. ¶ 4. Adjectivè *aurigis coloribus*, Tertullian. de Spectacul. cap. 9, *aurigamque sororem*, Virg. 12 v. 918, ad quem locum vide, quæ de la Cerda notavit.

¶ Aurigo, aurigare: ἡνιοχεῖν, kutschen, mit dem wagen oder karren fahren. Suetonius Caligulâ cap. 54, *Aurigabat exstructo plurifariam circo.* Loquitur de aurigatione Circensi. Idem ibid. cap. 18, *Edidit & circenses plurimos*, minio & chrysocolla constrato circo: nec ullis, nisi ex senatorio ordine aurigantibus. Habes idem verbum & in Nerone cap. 22 & 24.

¶ Aurigor, aurigari, deponentis forma, idem. Varro apud Nonium: *Asse vinum, asse pulmentarium: sed eo, quo natura aurigatur non necessitudo.* Vbi Nonius *aurigari*, pro *moderari, regere*, honestè positum interpretatur.

¶ Aurigatio, onis, ἡνιοχεία, das fahren, fuhrwerck. Gellius lib. 7 c. 8, *Quibus verbis delphini amantis & pueri non abhorrentis consuetudines, ludus, gestationes, aurigationes refert.*

¶ Aurigator, oris, auriga. Gloss. lat. gr. *Aurigator*, ἱπποκόμος. Avienus Phænomen. v. 405,

Aurigatorem par sit quoque cura videre.

¶ Aurigarius, i, qui aurigatur in Circo; item, qui aurigas seu agitatores instruit: ut Torrentius interpretatur ad Suetonium Nerone c. 5. ein fuhrmann, wagen-meister.

¶ * Aurifex, icis, ein wagner, qui curricula & currus facit. Vide supra in *auriga.*

AVRINIA, æ, nom. prop. Veterum Germanorum fatidica fuit olim ac sacerdos fœmina, eoque summâ ipsis in veneratione habita. Consule Tacitum lib. de mor. Germ. cap. 8. Vbi Lipsius *Aluriniam* substituit, Jornandemque citat, qui commune omnium sagarum nomen fuisse *Aliorunas*, auctor est. Sed contradicit Lipsio Cluverius 1 Germ. antiq. 24 f. 202, atque ex hoc ipso, quia commune id olim fuerit omnium sagarum nomen, cum Aurinia permutandum negat, quod videlicet non minus proprium sit, quàm alterum *Velledæ*, de qua præcesserat apud Tacitum.

Auripigmentum, vide *Aurum.*

AVRIS, is, οὖς: ein ohr. Latinum ab aura est, per quam sonos recipimus. Sed e Lactantii sententia de Opificio Dei cap. 8 auribus *est inditum nomen à vocibus hauriendis, unde Virgilius: vocemque his auribus hausi, aut quia vocem ipsam Græci αὐδὴν vocant, ab auditu per imitationem litteræ aures velut audes sunt nominatæ.* Scaliger ex Græco derivat in conjectaneis ad Varronem. Nimirum Creticè & Tarentinè est αὖς: hinc primum *ausis*, (cujus vestigium in *ausculto*,) deinde *auris.* ¶ Terent. in Andr. act. 5 sc. 4, 31, *Arrige aures Pamphile*, spitze die ohren. Auctor Rhet. ad Herenn. 4 c. 23, *Aurium sensus fastidiosissimus*, es ist ein ekeler sinn um das gehör. Id. de Orat. 1 cap. 50, *Est boni Oratoris, multa auribus accepisse*, soll viel gehöret haben. Et ad Q. Fratrem 1 ep. 1, *Regum aures patere debent querelis omnium.* Plutarchus lib. de audiendo, τὴν φύσιν ἡμῶν ἑκάστῳ λέγουσι, δύο μὲν ὦτα δοῦναι, μίαν δὲ γλῶτταν, ὡς ἐλάττονα λέγειν, ἢ ἀκούειν ὀφείλοντα. Id est; *Naturam tradunt cuilibet geminas præbuisse aures, & linguam unam; quod plura expediat hominem audire, quam loqui.* Terent. Heaut. a. 2 sc. 3 v. 101, *Dormire otiose in utramvis aurem*, ohne alle sorge schlaffen. Cicer. pro Cluent. c. 24, *Dicere aliquid auribus dignum*, &, *efficere dignum aliquid auribus hominum*; de orat. lib. 1 cap. 26, Ibidem lib. 2 cap. 84; *ferire aures*, den ohren weh thun. *Pervenire ad aures*, zu ohren kommen. Cornel. Nepos Miltiad. 3, 6, *ad aures Regis perventura consilia.* Cicero lib. 12 Epist. ad Fam. ep. 16, *Dare auribus*, zu gefallen reden, adulari. Pro quo Cæsar lib. 2 de Bell. Civili cap. 27, *servire auribus* dixit. *Aures obstruere*, Virg. 4 Æn. v. 440; nicht hören wollen. Prov. *Aures scalpere*, de maxime occupatis. *Aurem vellere*, erinnern, vermahnen, warnen. Virgil. eclog. 6 v. 3;

Cynthius aurem
Vellit & admonuit, &c. Seneca 4 de Benef. 36, *Aurem mibi pervellam*, ich will mirs hinter ein ohr schreiben. Tractum ab antestantibus, qui antestanti imam auriculam tangebant; cum hoc verbo, *Memento.* Propterea, quod auris memoriæ sacra sit, ut ad Virg. l. c. Servius annotat. Plinius lib. 11 cap. 45, *Est in aure imâ memoriæ locus, quem tangentes attestamur.* Ac vidisse se Muretus 12 Var. Lect. 15 testatur veteres nummos æreos, in quibus viri duo insculpti erant, quorum unus alteri aurem vellebat; in orbem autem scriptum erat: ΜΝΗΜΟΝΕΥΕ. ¶ Aures quoque notant judicium, ab recitatione consuetâ. Tot enim judices ibi, quot Auditores. Horatius arte Poët. v. 386,

si quid tamen olim
Scripseris, in Metii descendat judicis aures:

hoc est, ab eo probabitur. Martiali lib. 6 Epigr. 1 *Libellum aure diligenti tergere*, est penficulate examinare: *Doctæ aures*, subactum judicium, Sulpitio Severo, Dial. 3. Plura vide apud Barth. animadv. in Claud. cujus hæc est observatio pag. 63: ¶ Egregios ministros, significantes Imperatoribus, quod scitu erat opus, *Aures ac Oculos* vocitatos fuisse, ex eleganti loco Apuleji de Mund. aperit Corn. Tollius not. ad Palæph. p. 232. ¶ Aures inter Deas antiquis habitas fuisse, vult Boxhornius Embl. 9. Sed deceptum inscriptione Patavinâ, quam apud Gruterum pag. 89 legisset, indicat Reinesius Epistola quadam ad Gronovium Anno 1648 scripta, hactenus, quod sciam, nondum edita. Pro AVRIBVS enim legendum MATRIBVS.

¶ Inauris, is, ornamentum quod ab aure dependet, ein ohr-ring, ohren-gehäng. Plaut. Menæchm. act. 3 sc. 3 v. 17. Et Paullus Dig. Lege 32 § 8 de Auro, argento, mundo &c. *Quum inaures, in quibus duæ margaritæ elenchi, & smaragdi duo, legasset: & postea elenchos eisdem detraxisset: & quæreretur, an nihilominus, detractis elenchis, inaures deberentur; respondit* &c.

¶ Auricula, æ, dimin. *Auricula infima*, das ohr-läpplein. Hor. 1 Sat. 9 v. 20, *Demittere auriculas*, die ohren hängen. *Auricula infimâ mollior*, de homine lenissimo ingenio prædito, apud Ciceronem ad Q. frat. 2 epist. 14. Vsurpavit & Ammianus, ut Erasmus eo in proverbio, quod est Cent 7, 36 observat. Quin & Catullus, sed jubente versu, pro *imâ auriculâ* dixit *imulam oricillam.* Nam Oricilla, sive

¶ Auricilla, æ, est alterum ὑποκοριστικόν, seu diminutivi diminutivum. Sic autem emendavit Scaliger ad Catull. pag. 25. Nam vulgo legitur, *binnulâ tenellâ.* locus est epigr. 25 ad Thallum:

Thalle, mollior cuniculi capillo,
Vel anseris medullulâ, vel imulâ oricillâ.

Oricilla pro *auricilla* dictum, ut Celso 6, 7, *oricularius* clyster, h. e. ὠτεγχύτης, ut ibidem Scaligero adnotatum.

¶ Auricularis, e, zum ohr gehörig; ut, *Digitus auricularis*, der ohrfinger, oder der kleine finger.

¶ Auricularius, a, um, idem, pro quo Celsus etiam *Oricularius* scribit lib. 6 cap. 7 n. 3, ut jam dictum fuit. ¶ Substantivè Gloss. gr. lat. ὠτακουστής, *auricularius*, ein ohren-bläser. Item, secretus consiliator. Vulg. interpres 2 Sam. 23 v. 23, *fecitque eum David sibi auricularium.*

¶ Auriculosus, a, um, das ohren hat. Gloss. gr. lat. ὠταρός, *auriculosus.*

¶ Auritus, a, um, aures habens & arrigens; ut, *Auriti lepores*, die lange ohren haben, und leiß horen. Plaut. in Truculento act. 2 sc. 6,

Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem:
Qui audiunt, audita dicunt: qui vident, plane sciunt.

¶ Auritum substantivè pro lepore Avienus dixit Arateorum v. 788,

Auritum primis emittit gurges ab undis.

¶ *Auritulum* pro Asino Phædrum Fab. 11 dixisse doctissimus Rigaltius existimabat. Sed nihil mutandum, & illud vulgatum, *Nec auriculas*, retinendum, vere Gebhardus statuit lib. 3 Crepund. Crit. cap. 10.

¶ Inauritus, a, um, ἄωτος, das keine ohren hat, Gell. 7 cap. 6, *Quædam animalia cæca natura gignuntur, aut inora, inauritave.*

¶ Auriscalpium, i, ein ohr-löffel. Martial. 14 epigr. 23 in tit. Et Scribon. Largus Compos. 41, *medicamentum ad ulcus per lanam & auriscalpium injicitur.* Idem Compos. 56, *auriscalpium lana molli involvitur*, &c.

AVRŌRA, æ, ἠώς: diluculum, die morgenröthe. Jul. Cæs. Scaliger Exercit. 78, AVRORA, inquit, *est tota Græca vox. Cujus postrema pars adhuc in usu est Græcis ipsis ὥρα. Prior autem nobis tantùm*, AVRVM. Idem de Linguâ Lat. cap. 91, *Metallo*, inquit, [*auro*, puta] *& præviæ diei parti fulgoris nomen indutum est, Græca voce, αὐρὸν*, &c. Nec aliter Veteres: ut Varro lib. 6 de L. L. Sed potest aurora non magis ab aureo illo fulgore, quo tum aurescit aër, ut Varro loquitur; quam ab auris illis, quæ sub aurora maxime surgunt, adpellata videri. Quo eruditissimus Poëta Prudentius respicere potuit, cum Hymno ad Gallicinium scriberet:

Vt cum coruscis flatibus
Aurora cælum sparserit, &c.

Vt intelligat Auroram simul & cælum spargere lumine, & flatûs istos aperire, quos *Antelucanos* Seneca vocat lib. 5 Quæst. Nat. c. 7. Idem paullo ante cap. 3, *Nullum tempus magis, quam nebulosum, vento caret. Adjice nunc, quod è contrario venit, ut sol matutinum aëra spissum & humidum ortu suo tenuet. Tunc surgit aura, cum datum est laxamentum corporibus, & stipatio illorum ac turba resoluta est.* Hæc Seneca. In quibus caussa ipsa aurarum hujusmodi redditur. *Aurora lutea, purpurea, roscida*, poëtis adpellata. Virg. 3 Æneid. v. 521,

Jamque rubescebat stellis aurora fugatis.

Plautus in Pœnulo act. 1 sc. 2 v. 8, *Nos usque ab aurora ad hoc, quod diei est, ex industria ambæ nunquam concessavimus.*

AVRVM, i, gold, quod χρυσὸς Græce dicitur, à splendore nomen habet, à quo Poëtis etiam, *fulvum, nitidum, rutilum* adpellatur: αὐγὸς enim fulgor est; ex quo & *Aura* adpellata. Qua voce doctissimus Poëta in 6 Æn. v. 204 de auro usus est, cum ait:

Discolor unde auri per ramos aura refulsit.

Vbi Servius: AVRI AVRA, *splendor auri. Hinc & aurum dicitur à splendore, qui est in eo metallo:* Et vérè αὐρὸς ex Chaldaico OR *Lux, Lumen, Sol*, eruditiss. Vossius deducit lib. 2 de Idololatriâ cap. 27 & cap. 64. Vide & Reines. 3 Var. 13 pag. 557, *Aurum coronarium* apud Cicer. in Pis. c. 37. *Aurum textile*, gold-drat, apud Plin. 33 cap. 3 sub finem. *Aurum obryzum*, apud Plin. ibid. ubi Harduinum consule, qui quidem *obrussam* legit, alterum tamen ex Thucydidis Scholiaste simul probat, fein, rein gold. *Auri sanies*, hoc est, *Chrysocolla*, Vitriol, apud Plin. procem. lib. 33. Sed Virgil. 3 Æn. v. 57,

Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?

Et Propertius lib. 3 elegia 12,

Aurum omnes victâ jam pietate colunt;
Auro pulsa fides, auro venalia jura,
Aurum lex sequitur, &c.

Aurum rude, in massas conflatum: *Aurum factum*, in opera fusum dicitur: verarbeitet gold. *Aurum signatum*, in nummorum formas conflatum, vermünztes gold. Livius lib. 34 cap. 6, *Cautum erat, quo ne plus auri, & argenti facti, quo ne plus signati argenti, & æris domi haberemus.* Vide & supra in *Argentum.*

¶ Aurarius, a, um; ut, *metallum aurarium*, gold-ertzt, apud Plin. 34 cap. 18,

cap. 18, & lib. ult. cap. 12. *Faber aurarius*, **ein vergülder, goldschmid.** *Aurarius canon, auraria pensitatio* &c. in Legibus occurrunt. Vide Brisson. de V.S. ¶ Alia Aurarii significatio supra in *Aura* n. 3. ¶ Quas Tacitus Ann. 6 cap. 19, *Aurarias* vocat, intellige fodinas; Quæ Justinus 8, 3, 12, *Auraria* dicit, intellige metalla.

¶ Aureus, a, um: χρυσῦς, χρυσεῖος: quod ex auro est: **gülden.** Vt *aurea sella*, Cic. Philipp. 2 cap. 34, quamquam ibi aurata vel multo auro obducta intelligi debet: *aureus nummus*, Idem Philipp. 12 cap. 8. ¶ 2. Per translationem omnia eximiè pulchra ac splendida *aurea* vocantur. Nam & *aurea forma* apud Poëtas invenitur, **schöne gestalt:** & *Venerem auream* Virgilius dixit lib. 10 Æn. v. 16. Quin & Manilius ab insigni & exsplendescente candore, *olorem aureum* adpellavit lib. 5 v. 379,

Has erit & similes tribuens olor aureus artes.

Aurea cæsaries, **goldgelb haar,** Virg. Æn. 8, 659. ¶ 3. *Aurea* etiam dicuntur, quibus nihil melius, præstantius potiusque est. Quemadmodum Horatius 2 od. 10, *auream mediocritatem*; & lib. 4 Od. 2, *aureos mores*: Lucretius 3 v. 12, *aurea dicta*: Catullus *aureas horas* adpellavit Carm. 64 de Aty: sed meliores libri [vid. Græv. & If. Voss.] habent *oris aurei sol* pro *horis aureis sol* &c. quod in vulgaribus est. Sic etiam *libertas aurea, pax aurea*, sæpe legitur. Etiam Virgilius Æn. 6 v. 792, *secula aurea* de optimis & felicissimis dixit. Nec alio nomine Pythagoræ carmina *aurea* adpellantur: de quo & Hierocles monuit. Sic *ætas aurea*, quia omnia fuêre communia; cujus descriptores enumerat Winsemius in Sirio not. pag. 3. Barthius ad Stat. Silv. p. 151. Salmas. de Vsuris p. 658.

¶ Aurea Bulla, solennis & firma lex, a Carolo IV Imper. lata, cujus celebris apud Germanos memoria, quâ Electorum potissimum dignitas, salusque in solido locata est. Jac. Gothofr. diss. histor. ad L. Quisquis C. ad L. Majest. cap. 2 p. 6.

¶ Aureum vellus, nobilitatum poëtarum fabulis, per quod magnam auri vim apud Colchos â Jasone repetitam intelligunt. Nam regio Colchorum propter vicinitatem Caucasi montis abundat auro, teste Strabone l. 10, qui scribit, multos fontes ex Caucaso manare scaturientes aurea arena, eamque ab accolis colligi lanosis pellibus in aquam positis; quæ pelles subsidente in iis arena, præ se ferunt speciem aurei velleris. Atque ea est occasio fabulæ. Suidæ in Hist. col. 218 aureum vellus est liber, scriptus in pelle ovinâ, & tradens artem Chymiæ, i. e. conficiendi auri, vel transelementationis, seu transmetallationis, quando unum metallum in aliud, v. g. cuprum in aurum, transmutatur.

¶ Aureus, i, substantive nummum aureum significat, **einen goldgülden.** Plinius lib. 35 cap. 10, *Tabulæ pretium accepit aureos mensura, non numero.* Videndus Budæus de Asse, & qui de re nummariâ Veterum scripserunt.

¶ Aureolus, a, um, diminutum adjectivum, **dem gold gleich.** Varro lib. 3 de re rustica cap. 9 gallum gallinaceum describens: *rostro*, inquit, *brevi, acuto, oculis ravis aut nigris, paleâ rubrâ, subalbicanti, collo vario, aut aureolo. Areolam collum*, quod colorem auri refert.

¶ *Aureolum libellum*: *aureolam oratiunculam*, pro eximia & eleganti Cicero dixit, illud 4 Acad. cap. 44; hoc 3 de Nat. Deor. cap. 17. Sic & Hieronym. lib. 1 advers. Jovinian. cap. 28, *Fertur aureolus Theophrasti liber de nuptiis, in quo quærit, an vir sapiens ducat uxorem?* & post interposita quædam: *Pauperem alere difficile est, divitem ferre tormentum.* Atque sic plane legitur in edit. Erasmi Tom. 3 f. 23 Colon. p. 135. Nec aliter citant Vincent. Bellovac. lib. 5 Spec. Hist. c. 3. & Jo. Saresb. 8 de nug. cur. 11 p. 501. Sed pro *Aureolus Theophrasti liber*, fuisse quondam qui legerent *Aureoli T. l.* argumento est, quod apud Petr. Blesensem invenio Epist. 79 f. 36 ed. Paris. a. 1519. *Teste Hieronymo Aureolus Theophrastus in libro de nuptiis quærit, an vir sapiens ducat uxorem*, &c. Atque hinc natus est nobis ¶ 2. *Aureolus Philosophus*, qui Theophrastus vocari debebat potius; natum simul apophthegma, quod L. Domitius Brusonius lib. 7 facet. (sane enim faceta res est) & exempl. tit. 22 pag. 475, ex eoque Conr. Lycosth. apophth. tit. de uxore elig. p. 1070 ita referunt: *Aureolus Philosophus rogatus: num pauper an dives esset uxor ducenda? Pauperem, ait, alere difficile est, divitem verò ferre tormentum.* Vtque magis rideas, etiam repertus est, qui à Theophrasto, Aristotelis auditore, traheret hoc ad Theophrastum Paracelsum, seculi superioris Chymicum, qui pro Philippo Bombasto Hohenheimio Aureolum se Theophrastum Paracelsum nominavit. ¶ 3. Ac fuit quidem *Aureolus* proprium olim nomen, non tamen Philosophi Theophrasti, sed ejus, quem inter triginta *Tyrannos* decimum numerat Trebellius Pollio. ¶ Petrus quoque Aureolus unus ex antiquioribus Scholasticis fuit. ¶ 4. In illo Martialis lib. 5 epigr. 19 [al. 20.]

Qui crepat aureolos, forsitan unus erit;

Aureoli nummi sunt, aut substantive verbo accepto, aut quod verius, subintellecto *nummi* vocabulo, sicut in *Aureus* etiam fieri solet. ¶ 5. *Aureola* (subaudi corona,) Pontificiorum Theologis accidentale præmium est, essentiali hominum certorum aliquando in æternâ vitâ constitutorum beatitudini, (quam *Auream* vocant,) superaddendum.

¶ Aurefco, ĕre, **zu gold oder dem gold gleich werden.** Varro lib. 6 de Lat. Lingua: *Aurora dicitur ante solis ortum, ab eo quod ab igne solis tum aureo aër aurescit.*

¶ Aurichalcum, vide supra seorsim.

¶ Auricoctor, oris, **goldscheider.** Gloss. gr. lat. χρυσεψητὴς, *auricoctor.*

¶ Aurĭcŏlor, ōris, adjectiv. **goldfarb.** Juvencus, antiquus poëta, in Matth. 3 de baptismate Christi:

Scinditur auricolor cæli septemplicis æthra.

¶ Aurĭcŏmans, tis, idem. Auson. Edyll. 6 v. 11, *Crocus auricomans.*

¶ Aurĭcŏmus, a, um, auream comam habens. Silius lib. 3 v. 608,

Jam puer auricomo performidate Batavo,

hoc est, flavis crinibus prædito, **mit goldgelben haaren.** Val. Flacc. lib. 4 v. 92, *Sol auricomus cingentibus Horis*,

ut Weitzius cum Barthio hunc versum legit.

¶ Aurifāber, bri, faber aurarius, **ein goldschmid.**

¶ Aurĭfer, a, um, ferens aurum, **gold-schwanger,** poëticum est, ut: *Aurifer Tagus*, Catull. carm. 30 in Cæsarem: *Fons Pactoli aurifer*, Claudian. de 2 Consul. Stilic. v. 61. Vsus & Plinius est lib. 5 cap. 1, tamen in poëtica caussa de Hesperidum hortis: *nec præter oleastros aliud exstat ex narrato illo aurifero nemore.* Silius lib. 4 v. 639,

Fulvos aurifera servantes arbore ramos.

¶ Aurĭfex, ficis, **ein goldschmid, goldschläger.** Cicer. Verr. 6 cap. 25, *Aurificem jussit vocari in foro.* Conf. Plaut. Aul. 3, 5 v. 34, &c.

¶ Aurificina, æ, **goldschmids-gewölbe, werckstädt, laden.** Gloss. Cyrilli: *Aurificina*, χρυσοχοεῖον.

¶ Aurĭfŏdīna, æ, unde aurum effoditur, **gold-grube, gold-bergwerck.** Plin. 33 cap. 4. Tacito *Aurariam* dici, supra notavimus.

¶ Aurigĕna, æ. Sidonius Apollinaris Carm. 6, quæ præfatio panegyr. Avito dicti, v. 14, *filius aurigena*, **ein gold-sohn.**

¶ Auriger, a, um, idem quod aurifer; exempla sunt, *Auriger Taurus*, cæleste sidus in poëmate apud Cic. 2 de Divinat. cap. 30, & *aurigeræ caput arboris*, Val. Flacc. lib. 8 v. 110.

¶ Aurilegulus, i, qui auri grana ex arena colligit, **ein goldwäscher.** lib. 11 Cod. t. 6 de metallariis l. 5. & Gloss. lat. gr. *Aurilegulus*, χρυσεκλέκτης.

¶ Auripigmentum, i, auri colore pigmentum, ex quo Arsenicum conficitur, de quo supra; **operment.** Plin. 33 c. 4, *Aurum faciendi est etiam una ratio ex auri pigmento, quod in Syria foditur pictoribus.* Conf. Vitruv. 7 c. 11. & Isidori Orig. 19 c. 17.

¶ Auroclavatus, a, um, aureis clavis distinctus, **verbremt,** chamarrirt **mit golde.** Vopiscus in Tacito c. 11, *Auroclavatis vestibus idem interdixit.*

¶ Auro, are, idem quod deaurare, inaurare, **vergülden.** Vet. Gloss. *Auro, as*, χρυσόω. Tertull. de corona mil. c. 12, *hinc auratur lamnulis*; uti pro *inauratur* ex MSS. legit Fr. Junius in not. p. 132.

¶ Aurantia mala vulgo **pomerantzen,** quæ *mala aurea* Virg. ecl. 3 v. 71. vid. Tabernæm. p. 1366.

¶ Auratus, a, um, auro tectus aut ornatus, **vergüldet.** Cic. Parad. 6 c. 3, *aurata tecta in villis.* Idem post red. in Sen. c. 11, *equis insignibus & curru aurato reportati.* Liv. 9 cap. 40, *tunicæ auratis militibus versicolores.* Tertull. de Idolol. c. 6, *saginatiorem & auratiorem & majorem hostiam cædere.*

¶ Auratilis, e, adject. **goldfarbig.** ut, *Auratilis pulvisculus*, Solin. c. 25 [Salm. 15.] de Borysthene & Scythicis gemmis.

¶ Auratura, æ, **übergüldung, das vergülden,** exponitur. Quintil. 8 c. 6 in Hypallage, de Tectis auratis, quorum modo ex Cicerone mentionem fecimus, *pusillum*, ait, *à vero discedo, quia non est nisi pars auratura.* Sed qui recentius editi libri sunt, exhibent pars aurata.

¶ Aurator, ōris, qui inaurat, χρυσωτής, in Gloss. vet, reperitur, **ein goldmahler.**

¶ Auramentum, i, quod per χρύσωμα in Gloss. exponitur, **ein goldstück.**

¶ Aurosus, a, um, **voll gold,** ut *Aurosi pulveris lapidosa macies*, Pallad. lib. 1 cap. 5. *Aurosa arena*, Lamprid. in Heliogab. c. 31 extr. Gloss. vet. *Aurosus*, πολύχρυσος.

¶ Aurūgo, inis, Icterus, ab auri colore. Vet. Gl. ἴκτερος, *Aurugo*: **die gelbesucht.** Vulgatus Interpres Amos 4 v. 9, *Percussi vos aurugine*, ubi 70 Græci ἐν ἰκτέρῳ, & Hieronymus ibidem: *Auruginem omnes* [Græci interpretes] ἴκτερον *similiter transtulerunt absque Theodotione.* ¶ 2. Apud vulgatum interpretem Hag. 2, 18 accipitur pro vitio segetum: *percussi vos vento urente, & aurugine & grandine omnia opera manuum vestrarum.* Græci LXX pro aurugine habent, ἀνεμοφθορίαν, belg. *Honigdauw.* Grævius.

¶ Aurugĭnare, Tertull. lib. de Anima cap. 17, *Qui redundantia fellis auruginant*, hoc est ictero laborant.

¶ Auruginosus, a, um, **gelbsüchtig.** Gloss. ἰκτερικὸς, *Auruginosus*, qui laborat eo morbo, quem interdum arquatum, interdum regium nominant, uti describit Celsus 3 c. 24. Conf. Reines. l. 2 var. lect. p. 237. & Isidor. Orig. 4 c. 8.

Composita ab *Aurare*:

¶ Deauro, are, **vergülden.** Gloss. Gr. Lat. χρυσόω, *auro as, inauro, deauro.* Cod. Theodos. Lege 1 de fabricens. *bucculas tegerent argento & deaurarent.* Vnde *deaúratus* participium, ut Ps. 45, 10, *in vestitu deaurato*, apud Interpretem Vulgatum.

¶ Deaurator, oris. Lege 1 Cod. de excus. artif. *deauratores* memorantur. Gloss. vet. χρυσωταὶ *Deauratores.*

¶ Inaurare, idem quod deaurare, sed usitatius: **vergülden, übergülden, mit gold belegen.** Nam vel lamina fit, vel liquefacto auro, id quod Suetonio est *linere auro*, Nerone cap. 31. Plinius lib. 33 cap. 3, *Sua ætas de Catulo existimavit, quod tegulas aureas Capitolii inaurasset primus.*

¶ Inauratus, a, um, **vergüldet, übergüldet,** ut, *inaurata statua*, Cic. 4 Verrin. cap. 21 & 46. *Inaurati lecti* Lege 3 § 3 Dig. de Supellect. legata. Ovidius 2 de arte am. v. 494 de Apolline:

Movit inauratæ pollice fila lyræ.

Comparative *inauratior.* Tertullianus de Pallio cap. 3 pr. *omni patagio inauratior.*

¶ Inaurator, oris. Jul. Firmicus lib. 3 cap. 3 extr. *subtili artificio pollentes, aut aurifices, aut ex auro vestes pingentes, aut inauratores.* Vetus inscriptio apud Grut. p. 1074 n. 12, CONCORDIA COLLEGII BRACTEARIORVM ET INAVRATORVM.

¶ Obauratus, a, um, **starck vergüldet.** Apulejus lib. 11 p. 260, *Alius soccis inauratis, indutus serica veste.*

¶ Subauratus, a, um, deauratus. Petron. Satyrico p. 78, *Habebat in minimo digito annulum grandem subauratum*: cui ibidem opponitur *totus aureus.*

¶ Superauratus, a, um, **übergüldet.** Auctor in Fragm. Halieut. v. 106,

Et superaurata sparulus cervice refulgens.

AVRVNCA, æ, Latii civitas: a qua *Arunci*, veteres Latii populi adpellati; quorum non semel Virgilius meminit, habes de iis & apud Plinium lib. 3 cap. 5. Auruncam patriam habuit Turnus, Satyrarum Poëta,

Poëta, cujus Rutilius Numatianus sub finem lib. 1 Itinerarii meminit: quo & Juvenalis illud pertinet Sat. 1 v. 19,

Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo,
Per quem magnus equos Auruncæ flexit alumnus.

Quamquam ibi & Livius, itemque Silius, & ipsi Poëtæ Satyrici intelligi possunt: qui æque ex Aurunca fuerunt, ut vetus Scholiastes observat. Lucilium designari vult Scalig. Lect. Auson. 2 cap. 11 p. 115.

AVSCI, gens Aquitaniæ, & quidem partis ejus tertiæ, (in tot enim Augustus divisit,) Novempopulaniæ scil. seu Vasconiæ, cujus caput Augusta Auscorum, hodie *Aux*, urbs Archiepiscopalis.

AVSCVLTO, avi, atum, are, i. e. audire, quasi *aure occultare*, aufmercken, zuhören. Veteres enim & *Audes* [unde audio] & *Auses* & *Aures* dicebant. *Auscultamus* igitur, quæ in auribus velut defigimus ac condimus: h. e. quæ sedulo atque attentè audimus. Quare & majus est, quàm *audire*: nam & quæ leviter ad aures admittimus, *audire* dicimur. Cato apud Gellium lib. 1 cap. 15, *Itaque auditis, non auscultatis, tamquam pharmacopolam.* ¶ Quid? quod *auscultare* dicimur, in quibus obtemperamus, gehorchen. Varro lib. 5 de L. L. cap. 8, *Hi auscultare dicuntur, qui auditis parent. A quo dictum Poëtæ: Audio, haud ausculto.* Hactenus Varro. Suffragatur Cæcilius apud Nonium: *Audire, ignoti quod imperant, soleo, non auscultare.* Vtrumque autem dicimus, *auscultare aliquem* & *alicui*. Sed *alicui*, cùm obedimus. Terent. Andr. act. 1 sc. 3 v. 4,

Nec quid agam, certum est: Pamphilumne adjutem, an auscultem seni?

Pacuvius apud Cicer. lib. 1 de Divinat. cap. 57,

Nam istis, qui linguam avium intelligunt,
Plusque ex alieno jecore sapiunt, quàm ex suo,
Magis audiendum, quàm auscultandum censeo.

¶ Est & *Auscultare*, clàm & ex insidiis audire, atque captare aliorum sermones: horchen: Sic *auscultare ab ostio: ad fores*, Plautus dixit Mercat. a. 2 sc. 4 v. 9 & Trucul. a. 1 sc. 2 pr.

¶ Subauscultare Cicero dixit 10 ad Att. 18, *omnes κωρυκαῖοι videntur subauscultare, quæ loquor:* heimlich achtung geben. conf. Plaut. Asin. 3, 2, v. 40. & Mil. glor. 4, 2, v. 3.

¶ Auscultator, ōris, auditor, ein zuhörer. Cic. Partit. c. 3, *Auscultator est modo, qui audit.* Apul. Met. 7, *Serius mandati auscultator.*

¶ Auscultatio, ōnis, auditio, die aufmerckung. Plaut. Rud. 2, 6 v. 18, *Quid mihi scelesto tibi erat auscultatio?* Gloss. Cyrilli: *Auscultatio, ἀκρόασις.* ¶ Seneca ad vitium transtulit vocem, de quo paullo ante, de tranquillitate animi cap. 12, *Ex hoc malo dependet teterrimum vitium* AVSCVLTATIO, *& publicorum secretorumque inquisitio, & multarum rerum scientia, quæ nec tutò narrantur, nec tutò audiuntur.*

¶ Auscultatus, ûs, idem. Apulejus lib. 6 p. 178, *Nec auscultatu pœnitendo diligenter instructa illa, cessavit.* Fulgentius Virgil. Contin. p. 142, *quæ grammatici distrahunt puerilibus auscultatibus.*

Ausim, vide *Audeo*.

AVSŎNIA, æ, omnis Italia dicta est, quæ Apennino finitur, ab *Ausone* duce, Vlyssis filio & Calipsûs.

¶ Auson, Ausŏnes, Ausonii, Itali. *Terra Ausonia.* Virg. 4 Æn. 349, *Mare Ausonium*, quod pars maris est Tyrrheni, Plin. lib. 3 cap. 10 ineunte. Virgil. 5 Æneid. v. 83,

Non licuit fines Italos fataliaque arva,
Nec tecum Ausonium, quicunque est, quærere Tibrim.

¶ Ausŏnĭdæ, Ausonii. Virg. Æn. 10 vers. 563,

ditissimus agri
Qui fuit Ausonidûm. Et alibi.

Pro Romanis posuit Lucanus 9 v. 999.

¶ Ausŏnis, idis, fœm. tam de rebus, quam personis. Silius lib. 9 v. 187,

pater ipse superbus aquarum
Ausonidum Eridanus.

Et Avienus Periegesi v. 308,

Ausonis hæc duro vastavit dextera bello,
Ausonis invicti gens roboris.

¶ Ausŏnius, seu *Decius Magnus Ausonius*, medicus & Poëta, sub *Valente* & *Valentiniano* vixit Augustis, Græce & Latine fuit peritissimus. Scripsit eleganter, ingeniosè & acutè, stilo vero duriusculo, multa & varia, partim probanda, partim improbanda, quæ quia exstant, videantur. Conf. Barth. ad lib. 4 Thebaid. Stat. p. 921, ubi eum Atheismi arguit: item Crinit. lib. 5 & Voss. de Poët. Lat. c. 4.

AVSPEX, ĭcis, à speciendis, sive inspiciendis avibus dicitur: quasi *avium spex*, sive spectator: quemadmodum & *Haruspex* quasi *Harugæ spex* adpellatus, ein vogelseher. Nam & Germani divinatores, hoc est, qui futura prævident atque prædicunt, vocant seher. *Auspices* itaque dicebantur Romanis, quos Græci (ad quos hoc divinationis genus translatum à barbaris est) οἰωνοσκόπους adpellabant. Qui ex inspectione & observatione avium, earum nempe volatu & cantu, de futurarum rerum eventu consulentibus respondebant. Persuasi enim vulgo erant pagani, notitiam quamdam futurorum inesse ideo avibus, quod propiores superis essent, eoque mentem illorum intelligerent. Quam superstitionem Ovidius lib. 1 Fastorum v. 444 tangit. Prudentiores vero ad benignitatem Deorum referebant; quâ erga humanum genus affecti voces pennasque avium ita dirigerent, ut eventura quæ essent mortalibus, possent significare. De quo legendus Xenophon est initio lib. 1 de Memorabilibus Socratis; item Seneca lib. 2 Quæst. Nat. cap. 32, & Ammianus Marcellinus lib. 21 Histor. cap. 2 ed. Grut. Et cùm auspiciis istis sæpe eventus responderet, concedi facile poterat, divini aliquid intervenisse: quod omne tamen ad Dæmonas, seu malos Spiritus referendum est: qui tum dederunt operam, ut cæcos & veritatis ignorantes in superstitione detinerent. Quod & de ceteris divinationum generibus statuendum est: quibus Prudentius & Astrologiam divinatoriam accenset. Ita enim lib. 2 contra Symmachum scribit v. 891,

Illicit [Dæmon puta, de quo meminerat paullo ante]
& volucrum linguis & aruspice fallit;
Instigat bacchantis anus ambage Sibyllæ;
Involvit Mathesi, magicas impellit ad artes:
Omine sollicitat, capit augure, territat extis

Per Mathesin enim, Astrologiam, quam dicebamus, intelligit. Porro iidem *auspices* & *augures* erant. Qua de caussa Cicero *augures auspiciis præfuisse* extremo lib. 1 de natura Deorum scribit. Quorum tanta auctoritas, ut nihil majoris rei, nisi iis adhibitis, ne privatim quidem gereretur, ut Cicero lib. 1 de Divinat. cap. 16. itemque Val. Maximus lib. 2 cap. 1. & Servius ad Æn. 1, v. 349 indicant. ¶ 2. Quoniam itaque pro responsis augurum sive auspicum vel suscipiebantur ac gerebantur, vel omittebantur res; ideo *Auspicum* nomen ad omnes eos transferri est cœptum, quorum auctoritate, instinctu ac monitu aliquid inciperetur. Horatius lib. 1 Epist. 3,

Quid Titius &c. *fidibusne Latinis*
Thebanos aptare modos studet auspice Musa?

Virgilius 4 Æneid. v. 45,

Diis equidem auspicibus reor & Junone secunda
Huc cursum Iliacas vento tenuisse carinas.

Vetus Gloss. *Auspice: auctore, auctrice.* ¶ 3. Auspices etiam dicebantur, qui nubentibus aderant conciliatores atque interpretes: qui & *proxenetæ* adpellabantur & *paranymphi*: freywerber: braut und bräutigams beyständе. Quippe qui præsentiam suam commodabant sponsis, cùm consignaretur dos, & nuptiales tabulæ perscriberentur. Cicero pro Cluentio cap. 5 extr. *Nubit genero socrus nullis auspicibus, nullis auctoribus.* Vet. Gloss. *Auspex; Pronubus, παράνυμφος.* Sed *auspices*, tantum viri dicebantur. Nam fœminæ, quæ conciliandis adhibebantur nuptiis, *Pronubæ* adpellatæ; ut Hotomannus de ritu Nuptiarum cap. 2 observat. Vide & Nicolai Mercerii Animadversiones in Geniales Dies Alexandri ab Alexandro lib. 2 c. 5.

¶ Auspicium, i, ipsa actio & observatio auspicum: itemque signum seu omen, quod observanti auspici offerebatur: οἰωνοσκοπία: οἰωνισμός. Sic *bonum, lætum, secundum, felix, egregium*; & contra *malum, triste, infelix auspicium* dicebatur: ein gutes, ein böses zeichen. Cic. de Senect. c. 4, *Optimis auspiciis ea geri, quæ pro reip. salute fierent: quæ contra remp. fierent, contra auspicia fieri.* Plauto Pseud. a. 2 sc. 4 v. 72 est *Liquidum auspicium*, quod sereno puroque cælo fiebat, ita, ut nihil obscuritatis inesset: Ciceroni, *certum, promptum, facile* est. *Sinistra* & *dextra auspicia*; aliter apud Græcos, aliter apud Romanos accipiuntur. Illis dextra, auspicata; sinistra, tristia & infelicia habebantur: quæ apud Romanos contra obtinebant, de quo vide infra in SINISTER. Plura de Auspiciis eorumque sex generibus Hotomannus lib. 6 Observat. c. 11 & Polyd. Virgil. lib. 1 de Prodig. p. 103 deque eorundem vanitate Freinshem. ad Curt. 7 c. 7 n. 10, & 9 c. 4 n. 29. atque Rupertus ad Flor. p. 319. ¶ Ceterum *auspicia* non tantùm de avibus, (quamquam proprie) sed & aliis rebus petita καταχρηστικῶς dicebantur, de quovis omine. Namque & diadema alligandi vulneris causa impositum *auspicium primum regalis majestatis Lysimacho fuit.* Iustin. 15, 3, 14. Et fulminum signa, & quæ a quadrupedibus animantibus capiebantur, sic adpellari exemplis constat. Ita Darii equus hinnitu suo *felix auspicium domino primus emisit.* Iustin. 1, 10, 8. conf. Turnebi Advers. 30 cap. 29. Ita Suetonius hanc vocem ad speciem monumento insculptam, quam in itinere annotarat Nero, refert, ejus Principis vita cap. 41. Servii ad 3 Æneid. verba sunt: AVSPICIA *omnium rerum sunt; auguria certarum. Auspicari enim cuivis, etiam peregre licet; augurium agere, nisi in patriis sedibus, non licet.* Ex quibus discrimen *auguriorum auspiciorumque* patere potest. Quo pertinent, quæ Jacobus Gutherius lib. 3 de Vet. Jure Pontificio cap. 3 ad quemdam Varronis locum de Tuscis observat. Quamquam autem Cicero, quod supra notatum à nobis est, augures præfuisse auspiciis dixerit: eadem tamen & ad magistratus pertinuisse certum est: Quin latius patuisse horum in auspicando potestatem, quam ipsorum augurum: quorum auspicia diversa & minora etiam erant; de quo legendus Aldus Manutius est in per Epist. Quæsitis lib. 1 Epist. 9. Et hanc ob caussam ¶ 2. AVSPICII vox frequenter pro imperio ac potestate, quam magistratus habebant, usurpata Romanis auctoribus legitur, & post deinceps ad Imperatores ipsos ac Principes singulari quadam & profundiore ratione translata: quam omnium optimè eruditiss. Bœclerus peculiari libro, quem *de auspicio regio* inscripsit, explicavit. Hinc Glossæ veteres *auspicium* per ἀρχὴν quoque interpretantur. Quamquam Græca vox, non *imperium* tantùm; sed & *principium* significet; quâ notione & *auspicii* vox Latinis venit, ut paullo post docebimus. Virgil. 4 Æneid. v. 102,

Communem hunc ergo populum paribusque regamus
Auspiciis,

Paribus auspiciis, id est, *æquali potestate*, ut Servius interpretatur. Præcipue vero de militari imperio usurpatur vox. Plautus Amphitruone act. 1 sc. 1 vers. 36,

expugnatum est oppidum
Imperio atque auspiciis heri mei.

Et aliquanto post: *Vt gesserit Remp. ductu, imperio, auspicio suo.* Livius lib. 41 extremo: *Tiberii Gracchi Consulis imperio auspicioque Legio exercitusque Pop. Rom. Sardiniam subegit.* Quamvis autem in his & infinitis exemplis DVCTVS, IMPERIVM, AVSPICIVM tamquam synonyma conjunguntur: *auspicium* tamen quoddam majus & augustius notat, atque non raro à ceteris distinguendum est. Nam possunt imperium habere ac ductum, qui non habent auspicium; & possunt auspicio suo rem gerere, cùm ductus imperiumque penes alios est. Nempe ducendi belli & imperandi exercitibus potestatem Legati Ducesque, quos in expeditionem aliquam Princeps mittit, obtinent; at ipsum *auspicium*, hoc est, summa rerum gerendarum potestas ac dispositio (die anstalt, das ober-commando) penes Principem absentem etiam manet. Tum itaque res legatorum quidem ductu imperioque; ceterum auspicio principis geri dicitur, qui

belli gerendi auctoritatem legato dedit. Quod si ipse ad exercitum est, & administrat bellum Princeps; tum ductu, imperio, auspicio suo rem dicitur gerere. e.g. Liv. 41 cap. 17, *Ob res ductu auspicioque Tib. Sempronii prospere gestas.* Quod *per se bellum gerere*, Suetonius dixit Augusto cap. 20. & Vellej. 2, 115, 3, *aliquid propriis gerere auspiciis.* Clara res ex verbis Taciti 2 Annal. cap. 41, *Fine anni*, inquit, *arcus, propter ædem Saturni ob recepta signa cum Varo amissa, ductu Germanici, auspiciis Tiberii* &c. *dicatur.* Dicit *recepta signa* Cornelius, ductu quidem Germanici; quia Legatus imperatoris bellum duxerat, (weil er kayserlicher general lieutenant gewesen,) cæterùm *auspicio Tiberii*: quia Tiberii auctoritate consilioque suscepta res; ad quam & summa ipsa rerum pertinebat. Sic *ductu Antonii confectum bellum*, idem Tacitus 4 Hist. c. 80 dixit: quia tantum Dux erat: non ipse Imperator summus. Contrà *bellum auspiciis consiliisque Tiberii sepultum esse* dicit Vellej. 2, 129, 5. Ita Nabarzanes monet, ut Darius *auspicium & imperium alii tradat.* v. Curt. 5, 9, 4. Ita *Alexandri auspicium atque imperium secuti amici ejus*; Ibid. 9, 6, 9. *Ipse Alexander alia ductu suo, alia imperio auspicioque perdomuit*; Ibid. 6, 3, 2. conf. Freinsh. Comm. ad h. l. & Lips. de milit. Rom. 2, 12. ¶ Ad privatum cujusque statum & constituendi de rebus suis potestatem Virgilius hanc vocem transtulit, cùm sub Æneæ persona Æn. 4 v. 340 scriberet:

Me si fata meis paterentur ducere vitam
Auspiciis, & sponte mea componere curas:

hoc est, si mei arbitrii res esset, & pro liberrima animi voluntate agere mihi integrum foret, &c. so ich mein eigener herr wäre, 2c. ¶ 3. Ac quoniam neque privatæ nec quicquam publicæ rei inciperetur olim, nisi adhibitis auspiciis: idcirco *auspicii* vox pro rei cujusque initio primordiove etiam usurpari est cœpta. Claudianus principio Paneg. de 4 Cons. Honorii:

Auspiciis iterum sese regalibus annus
Induit, & nota fruitur jactantior aula.

id est, Annus iterum auspicium sive initium à consulatu Imperatoris ducit, &c. Consules enim ineunte anno, hoc est, Kalendis Januariis magistratum inibant. Sic *Castrorum auspicium* Statius dixit lib. 5 Silv. 2 v. 9. Sic *a patricidio incipere auspicia belli, auspicia regni*; Justin. 26, 2, 2. & 27, 1, 1.

¶ Auspicor, atus sum, cari, id est, auspicia captare, οἰωνοσκοπεῖν, auf die vogel acht haben. Cicero lib. 2 de Divinat. cap. 34, *Cum ita imperavit is, qui auspicatur*, DICITO, SI SILENTIVM ESSE VIDEBITVR, &c. Livius 27 c. 16, *Fabio auspicanti, prius quam egrederetur ab Tarento, aves semel atque iterum non addixerunt.* Add. Sueton. Nerone cap. 46. ¶ 2. Incipere, inchoare, anheben, anfangen. Plinius Procem. lib. 7 de miseriâ hominis conquerens: *Itaque*, inquit, *feliciter natus jacet, manibus pedibusque devinctis, flens, animal ceteris imperaturum: & a suppliciis vitam auspicatur, unam tantum ob culpam, quia natum est.* Ita *militiam auspicari* Suetonius Augusto cap. 38, *Culturarum officia auspicari*, Columella dixit lib. 11 de R. R. cap. 2. Et, *auspicari principia carminis*, idem Columella lib. 3 ineunte. ¶ Porro tenebat superstitio apud veteres, quicquid inchoarent operis anni initio, Kalendis puta Januariis, id sibi per totum annum feliciter processurum esse. Quare quisque artem suam eo die leviter & tantum boni ominis caussa tractare solebat. Ovidius 1 Fastorum v. 164,

Post ea mirabar, cur non sine litibus esset
Prima dies. Caussam percipe, Janus ait,
Tempora commisi nascentia rebus agendis,
Totus ab auspicio ne foret annus iners.
Quisque suas artes ob idem delibat agendo,
Nec plus quàm solitum testificatur opus.

Hoc igitur cùm facerent, *auspicari* dicebantur. Columella 11 c. 2, *Per hos quoque dies abstinent terrenis operibus religiosiores agricolæ: ita tamen ut ipsis Kalendis Januariis AVSPICANDI caussa omne genus operis instaurent.* Seneca Epist. 83, *Ille tantus Psychrolutes, qui Kal. Januariis in Euripum saltabam, qui anno novo, quemadmodum legere, scribere, dicere aliquid, sic* AVSPICABAR *in virginem desilire.* Neque vero Kal. Januariis tantùm leviter aliquid delibabant de suis operibus, auspicii caussa; sed & primis diebus, quibus magistratûs aut munera capiebant. Ita Drusus, præfectus urbis, *auspicandi gratia tribunal ingressus.* Tacito scribitur Annal. 4 cap. 36, ad quem locum, quæ in Commentario annotavit Lipsius, operæ pretium erit videre. Sic Vulcanalibus, quæ mense Augusto peragebantur, cum lucubrationes nocturnæ inciperent, leviter saltem & tantùm auspicii caussa tractari studia solita. Quamquam contrariam rationem avunculum suum tenuisse, & seriam operam tum dare literis solitum Plinius Secundus lib. 3 Epist. 5 prodiderit. *Lucubrare*, inquit, *à Vulcanalibus incipiebat: non auspicandi caussa, sed studendi.*

¶ Auspicare, activa forma, quoque invenitur. Gellius lib. 3 cap. 2, *auspicaverunt*: & lib. 13 cap. 14 *auspicaverint.* Semel iterumque Plautus ita usus est; ut Pers. 4, 6, 7. Stich. 2, 3, 46, & Rud. 3, 4, 12.

¶ Auspicatus, a, um, passive ex activo verbo *auspicare*, prosper, felix, consecratus. Cic. pro Rabir. cap. 4, *auspicato in loco*, an einem geheiligten, privilegirten ort. Justin. 4, 5, 3, *In bello male auspicato amplius perseverare*, den nicht wohl angefangenen krieg fortsetzen. Ibid. 18, 5, 16, *Auspicata sedes*, ein glückseeliger platz. Cum enim feliciter geri putentur, quæ secundum auspicia fiunt, *auspicatum* pro felici sæpe ponitur. Per gradus etiam ut Adjectivum movetur. Catullus Carm. 46,

Quis ullos homines beatiores
Vidit? quis Venerem auspicatiorem?

Quintilianus 10 cap. 1, *Vt apud illos Homerus, sic apud nos Virgilius auspicatissimum dederit exordium.* Et Tacitus Germ. c. 11, *Agendis rebus hoc auspicatissimum initium credunt.* Et Just. 18, 5, 7, *urbs toto orbe auspicatissima.*

¶ Auspicato, zu gutem glück. Terent. in Andr. a. 4 sc. 5 v. 12, *Haud auspicatò huc me appuli*, ich bin zu einer unglückseeligen stunde hieher kommen. Cic. pro Muræna in principio: *illo die, quo auspicatò, comitiis centuriatis, L. Murænam consulem renunciavi.* Livius lib. 1 c. 36, *Nihil belli domique postea, nisi auspicato, gereretur.* Plinius lib. 7 cap. 9, *Auspicatius enecta parente gignuntur.*

¶ Inauspicatus, a, um, unglücklich, von böser bedeutung. Superlativus est Plinii lib. 28 cap. 2, *bibente conviva mensam vel repositorium tolli, inauspicatissimum habetur.*

¶ Inauspicato, sine auspiciis, infeliciter. Cicero 1 de Divin. cap. 17, *quod inauspicatò pomœrium transgressus esset.*

¶ Auspicabilis, e, idem quod auspicatum. Arnobius 4 p. 129 *& auspicabile ducitis, & optatis.*

¶ Auspicalis, e, quod ad auspicia pertinet: sic *Auspicalem pisciculum*, pro ominoso, & qui portendit aliquid, Plinius dixit lib. 32 Nat. Hist. cap. 1. Panegyristes vetus Maximiano Aug. cap. 6, *Illum tamen primum Consulatus tui auspicalem diem tacitus præterire nullo modo possum* &c.

¶ Auspicaliter. Hyginus de Limitibus p. 153, *posita auspicaliter groma*, id est, auspicio habito.

¶ Exauspicare, id est, malo auspicio agere: &

¶ Redauspicare, hoc est, de novo auspicari, Plauti sunt Captiv. act. 3 sc. 5 extr.

Exauspicavi ex vinclis: nunc intelligo,
Redauspicandum esse in catenas denuo.

Redauspicari autem dicebantur Duces, cum male gesta re, reverterentur ad nova petenda auspicia: quod *auspicia* repetere Livius & Tacitus dixerunt: *omnia repetere*, Virg. Æn. 2 v. 178, ubi vide Servium; item Lipsium ad 3 Annal. Taciti cap. 19.

AVSTER, austri, νότος, ventus meridialis, sudwind. Varia epitheta habet, ut Ovid. Metam. 1, v. 66 *pluvius.* Cicer. ad Att. 7 ep. 2, *Ita belle nobis flavit ab Epiro lenissimus Auster & mitis.* Plautus Mercat. act. 5 sc. 2 v. 35,

Hic Favonius serenus, illic Auster imbricus:

Imbricus, quia imbres movet: unde & *Imbricitor*, quod imbres cieat, Ennio adpellatus. Hinc Aristoteles 2 Meteor. à mundi parte, quæ antarctico polo subjecta est, flare negat, quod tam procul ad nos usque flatus pervenire non possit: cum in Problem. & lib. de Mundo ad Alex. illinc flare tradat. Ovidius certe 4 eleg. 10 v. 43 ab ortu suo procul digressum, languidum accedere scribit.

¶ Australis, e, meridialis, mittägig, gegen mittag, sudwerts. Ovid. 2 Metam. v. 132, *polumque effugit australem*: & 4 de Ponto eleg. 4 v. 1, *dies australibus humida nimbis.*

¶ Austrinus, a, um, idem. *Austrinus dies*, Columell. 11 cap 2. & *Austrinus flatus*, Plin. 17, 2. *Austrini colores*, Virg. 2 Georg. v. 271. *Austrinus vertex*, Plin. 2, 68. hoc est Polus antarcticus. Idem 16 cap. 26, *etiamsi non pluat, sed fiat austrinum cælum, aut nubilum.*

¶ Transaustrinus, a, um, Martianus Capella lib. 6 cap. de Zonis: *Altera regio transaustrini halitus desertione contrahitur.*

¶ Austrifer, a, um, austrinos flatus ciens; poëtarum verbum: windig. Silius lib. 12 principio:

austrifero nebulosam vertice frontem
Immitis condebat hiems.

¶ Austroafricus, i, ventus junctus hinc inde Austro & Africo, sud-sud-west. Isidor. 13 c. 11.

¶ Austronotus, i, sphæræ cælestis motus & polus australis, qui nunquam videtur. Isidor. 3 c. 32 & 36.

AVSTĒRVS, a, um: Totum Græcum est ex ἀυςηρὸς, quod Vet. Gloss. *austerum, severum* interpretatur. Itaque suavi, & comi opponitur: streng, unlieblich, herbe. *Vinum austerum*, Cels. lib. 3 cap. 6 extr. *Gustus austerior*, apud Columellam lib. 12 cap. 12 & 39. *Vinum austerissimum*, apud Scrib. Largum Composit. 142. *Labor austerus*, id est, gravis ac molestus, apud Horat. lib. 2 Serm. Sat. 2. *Austerus homo*, id est, *severus, & acerbus*, apud Cicer. de Orat. 3 c. 25. Idem pro Cœlio cap. 14, *More austero cum aliquo agere*, unfreundlich und störrisch mit einem umgehen. ¶ *Austeri colores*, etiam dicebantur lucentes obscurius: Βαρεῖς Græci adpellant, dunckle farben: quibus opponuntur, *floridi*, eximiè fulgentes, hohe und liechte farben, ὀξεῖς vocati Græcis. Vide Plinium lib. 35 Histor. Nat. cap. 6 & quæ ad eum locum animadvertit Salmasius Exercit. Plinianis pag. 199 & seq.

¶ Austērĭtas, ātis, severitas, das sauersehen, unfreundligkeit. Quintilianus lib. 2 cap. 2 de præceptore disserens: *Non austeritas ejus tristis, non soluta sit comitas.* ¶ Plinius etiam ad colores transtulit vocem non semel.

¶ Austēre, adverb. Cic. pro Muræna c. 35, *At enim agit mecum austere & Stoice Cato.*

¶ Subausterus, a, um, nonnihil austerus, säuerlich. Celsus lib. 3 cap. 6 extremo, *vinum austerum, vel certe subausterum.* Et lib. 6 cap. 6 n. 8, *vinum bibere lene, subausterum, modice vetus.*

¶ Austerulus, a, um, diminutivum. Apulejus 4 Florid. *Ego & alias crateras Athenis bibi: poëticæ commentam, geometriæ limpidam, musicæ dulcem, dialecticæ austerulam.*

Australis, Austrifer, Austrinus, vide *Auster.*

AVSTRASIA, æ, regio Germaniæ superioris, ubi Lotharingia cum parte Alsatiæ & Palatinatus, &c. Vastum regnum Francorum fuisse dicitur, quod olim Austrasiæ regibus paruit; quo abolito Lotharii regnum ortum. Vnde Lotharingia adhuc Latine Austrasia nominatur; westrich, lothringen.

AVSTRIA, æ, oesterreich, provincia Germaniæ nobilissima, cum parte Pannoniæ superioris, sic dicta a mundi cardine orientali, qui Germanis ost dicitur.

¶ Austriacus, a, um, oesterreichisch, ut, *domus Austriaca*, quæ dedit Imperatores & reges Hispaniæ.

AVT, ἤ, conjunctio disjunctiva, entweder, oder. Horatius Arte v. 333,

Aut prodesse volunt, aut delectare poëtæ.

Sed habet ista Conjunctio & plures alias qualitates, quas Diomedes lib. 1 sub finem fusius persequitur, nos in compendio perstringemus ejus filum secuti. ¶ Ac primo quidem, si geminatur, *dubitativa* est. Virgilius 2. Æn. v. 36,

Aut pelago Danaûm insidias suspectaque dona
Præcipitare jubent, subjectisve urere flammis:
Aut terrebrare cavas uteri & tentare latebras.

¶ 2. Si

¶ 2. Si semel pronunciatur, *diminutiva* est, & gradum habet ad inferiora tendentem. Vt idem Æn. 1 v. 69,

Incute vim ventis, submersasque obrue puppes:
Aut age diversas, & disjice corpora ponto.

¶ 3. Est & *comminativa*, ut in illo Virg. Eclog. 7,

Nymphæ noster amor Libethrides, aut mihi carmen,
Quale meo Codro, concedite (proxima Phœbi
Versibus ille facit) aut (si non possumus omnes)
Hîc arguta sacrâ pendebit fistula pinu.

¶ 4. *Hortativa.* Vt Æn. 9, 495,

Aut tu, magne Pater Divûm, miserere.

¶ 5. *Conjunctiva:* Vt Æn. 1, 414,

Molirive moram, aut veniendi poscere caussas.

¶ *Copulativam* etiam Priscianus agnoscit, cum lib. 18 scribit: *γε conjunctionem illi* [Græci] *& pro γάρ, & pro γοῦν ponunt: quomodo & apud nos* AT, *&* VEL, *&* AVT *pro* ET, *& pro* SALTEM, *vel* AVTEM *etiam pro* VALDE *invenitur.* ¶ Conjungitur aliquando cum particulis *verò, etiam*, non tam sensûs, quam elegantiæ caussâ. Neque enim addere necesse est. Lucretius lib. 4 v. 937,

Propterea que fere res omnes, aut corio sunt,
Aut etiam conchis, aut callo, aut cortice factæ.

Cicero 1 de Oratore cap. 17, *Sed si quis esset, aut etiam fuisset, aut verò si posset; tu esses unus profectò*, &c.

¶ Autem, adversativa Conjunctio, quæ semper postponitur; aber, Terent. Eun. a. 5 sc. 2 v. 10, *Quid meâ autem?* was gehet es aber mich an? Ibidem sc. 5 v. 22, *Atque adeò autem, cur non egomet intrò eo?* und zwar warum gehe ich nicht selbst hinein? Idem Heaut. a. 2 sc. 3 v. 10, *Quæ res te sollicitat autem?* ¶ 2. *Ecce autem, Porro autem, Tum autem*, id est, *præterea*, zu dem. Vid. Terent. Phorm. a. 1 sc. 5 v. 34. Adelph. a. 3 sc. 3 v. 66. & Eunuch. a. 5 sc. 9 v. 7. ¶ 3. Jungitur eleganter particulæ *Et*, ac tertio vel quarto loco positum. Lucret. lib. 1 v. 1077, *Et quod inane autem est, finiri corpore cogit.*

Quintil. lib. 4 c. 1, *Et Demosthenis autem ad Æschinem orationem in prooemio convertit.* Sueton. Augusto c. 73, *Et forensia autem & calceos nunquam intra Cubiculum habuit.* ¶ 4. Neque autem: Apul. 1 Florid. prope fin. *Proconsulis tabella sententia est, quæ semel lecta neque augeri litterâ una, neque autem minui potest.* ¶ 5. Inservit sæpe connexioni. Corn. Nepos in Attico 17, 1, *De pietate autem Attici quid plura commemorem.* Dixerat de aliis ejus virtutibus: de pietate autem sic incipit.

AVTHENTA, æ, αὐθέντης, ein Fürst. Fulgent. de contin. Virg. *Ovatum Latiaris authenta.*

¶ Authenticus, a, um, glaubwürdig, αὐθεντικός, adject. *authenticum*, quod ab auctoritate conspicuis & valentibus profectum & comprobatum est; das da gilt und angenommen wird; ut, *Lex authentica, decretum authenticum.* ¶ Item primigenia scriptura, quæ exemplo, quam *Copiam* vulgo vocant, opponitur: das original, von der copey unterschieden. Vlpianus Lege 4 Dig. Famil. erciscund. *Labeo scribit, vendita hæreditate tabulas testamenti descriptas deponi oportere: hæredem enim exemplum debere dare, tabulas vero authenticas ipsum retinere, aut in æde deponere.* Hinc Tabulæ authenticæ, das original: Exemplum, abschrifft, copey.

¶ Adverbium hinc Græcum αὐθεντικῶς, in usum quoque Latinorum venit. Nam αὐθεντικῶς *loqui*, id est, cum auctoritate, Cic. ad Att. 9 epist. 14. & αὐθεντικῶς *nunciare*, lib. 10 epist. 9.

AVTHEPSA, æ, αὐθέψα, olla per se elixans, paucissimo & fere nullo igne supposito, unde ipsi nomen videtur esse factum; ἕψω enim *elixo* est; ein koch-topff. Legerunt alii *Anthepsa*: seu *Authepsæ* lectio probabilior esse videtur. Cic. pro Rosc. Amer. c. 46, *Domus referta vasis Corinthiis & Deliacis, in quibus est authepsa illa, quam tanto precio nuper mercatus est*, &c. Lamprid. in Heliogab. c. 19, *Primus authepsas argenteas habuit, primus etiam cacabos.*

Author, quod perperam scribitur, vide *Auctor.*

AVTŎCHIR, αὐτόχειρ, ein selbst-mörder; &

¶ Autochiria, αὐτοχειρία, der selbst-mord, Græca sunt, quibus vulgo cædes voluntaria & propria manu facta describitur.

AVTOCHTHŎNES, um, Αὐτόχθονες, *indigenæ, minimeque aliarum gentium adventibus & hospitiis mixti*, ut Tacitus Germ. 2, 1 describit: velut nati ex ipsa terra; land-kinder, einheimische. Cum enim persuasum esset gentilibus, homines initio passim terrarum ex ipsâ tellure, licet alios aliis seriùs, fungorum instar erupisse, (cui fabulæ nos merito sacram Geneseos historiam opponemus:) αὐτόχθονες adpellati sunt *primò* hi ipsi, quos ita crederent in quavis regione primos ex utero terræ prosiliisse. Censorin. cap. 4 *terrigenos*, itemque *indigenas* vocat. Γηγενεῖς nominant Græci & ἰθαγενεῖς. Iis *advectos* opponit Tacitus Agricolâ 11, 1, *Britanniam qui mortales initiò coluerint*, indigenæ *an* advecti, *ut inter Barbaros, parùm compertum.* Porro αὐτόχθονες etiam *Aborigines* dicti. Gloss. Vet. Αὐτόχθων; *Aborigo, Indigena.* *Gaji* quoque Latinorum (qui postea Caji,) & *Opici* ad Græcorum αὐτόχθονας alludunt. Γῆ enim & *Ops*, terra est. Vide Scal. cap. 38 de caus. Lat. ling. Voss. de vit. serm. p. 166. ¶ 2. *Postea* terrigenarum talium posteri etiam αὐτόχθονες adpellati, sed ii tantum, qui à primis illis oriundi nec mutassent patriam terram, nec alienas gentes suæ miscuissent. Et huc respicit locus ille Taciti descriptus initio. Nec alio sensu *indigenitalis* dici videtur apud Ciceronem 3 de orat. cap. 83. ut non malè censet Pet. Faber in Comm. ad eum loc. pag. 80. Tales autem censeri se inter Græcos inprimis cupiebant Athenienses, eâ ex re nobilitatem suam metientes. Vid. Auson. de claris urbibus, tit. de Athenis, & Justin. lib. 2 cap. 6. Atque hujus rei velut insigne volebant ipsi quondam esse Cicadas aureas, quas implexas capillis gerebant: nam è terra ajunt cicadas procreari. Vid. Jos. Scalig. in Cir. Virg. pag. 56. & Jan. Parrhas. apud Gruter. Tom. 1 Lamp. p. 836. ¶ 3. Per metaphoram 70 Interpretes αὐτόχθονας vocant Judæos nativos, & opponunt τοῖς γειώραις, qui aliàs & proselyti vocantur, quomodo Græcis aliàs opposita sunt αὐτόχθονες & ἐπήλυδες, Latinis *indigenæ* & *advenæ.* Locus est Exod. 12 v. 19, *Qui comederit fermentatum, peribit anima ejus de cœtu Israel*, ἔντε τοῖς γειώραις, καὶ αὐτόχθοσι τῆς γῆς: Latin. *tam de advenis, quam de indigenis terræ:* Lutherus: es sey ein frembdlinger, oder [illegible] de. De Judæorum hâc distinctione vide Hotting. thesaur. philol. p. 12 & 17.

Autographum, αὐτόγραφον, vide *Graphice.*

AVTŎLŎLAE, sive Autololes, populi Mauritaniæ, cursus celeritate celebres, quos vagos vocat Lucan. [illegible] Silius [illegible]

Nec non Autotoles levibus gens ignea p[illegible] &c.

Quia a Getulis oriundi, Getulos eos vocat Plin. 5 c. 1 & 2.

AVTŎLYCVS, i, αὐτόλυκος, Mercurii filius, & avus maternus Vlyssis, artificiis furtorum clarus. Ovidius Metam. lib. 11 v. 313,

Alipedis de stirpe Dei versuta propago
Nascitur Autolycus, furtum ingeniosus in omne:
Qui facere assuerat, patriæ non degener artis,
Candida de nigris, & de candentibus atra

Martialis lib. 8 Epigramm. 59, quod inscribitur, in Lucum furem:

Non fuit Autolyci tam piceata manus.

Corrigendus eâ in voce Servius ad 2 Æneid. Virgil. v. 79, *Auctolicus* (lege Autolycus) *quidam fur fuit, qui se varias formabat in species: Hic habuit liberos, Sisyphum, unde natus est Sinon; & Auctoliam, unde Vlysses.* Neque Auctoliam hanc, opinor, peccabit, qui reformabit in *Anticleam.* Sic enim Homerus vocat Odyss. λ. v. 85,

Αὐτολύκου θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἀντίκλεια.

AVTŎMĂTON, i, αὐτόματον, opus mechanicum, ita elaboratum subtiliter, ut suâ sponte nulla adparente caussa, moveatur: ut sunt horologia automata, uhrwercke; itemque versatiles machinæ, ut, *Veru automaton*, ein bratenwender, &c. Vlpianus Lege 41 § 11 D. de Legatis, *automataria* vocat. *Automati* vox Latinis litteris apud Suetonium exstat in Claudio cap. 44

¶ Αὐτοματίας nomine Timoleon coluit Fortunam, ad quam omnia sua referebat bene gesta, ut Plutarchus περὶ εἱμαρμένης, & Nepos ejus vitâ cap. 4 n. 4 prodiderunt. Vide Torrent ad l. 1 Serm. Horatii Sat. 7 v. 82. & Gyrald. in histor. Deor. syntagm. 16. Per αὐτοματίαν illam Lambinus intelligit casum fortuitum; sed melius Xylander fortem fortunam, quæ omnium actionum laborumque humanorum domina & moderatrix credita est, cui multa Græci Romanique monumenta consecrarunt. Conf. Selden. de diis Syr. Synt. [illegible]

¶ Autŏmatarius, a, um. Ita Vlpianus Lege 41 § 1 de Legatis & fideicommiss. lib. 1, ut observavimus, automataria dixit, i. e. intellige opera. *Automatarius faber* in veteri lapide Romæ (cujus inscriptionem Torrentius ad suprà citatum locum Suetonii produxit, etiam p. 642 Gruterus) reperitur; ein uhrmacher.

AVTŎMĔDON, ontis, αὐτομέδων, auriga Achillis. Virgil. 2 Æn. v. 477, *Equorum agitator Achillis, Armiger Automedon.* Conf. Juvenal. Sat. 1 v. 61. & Cic. pro Rosc. Am. c. 35. ¶ 2. Automedon fuit etiam Græcus auctor, cui hoc tribuitur epigramma:

Εὐδαίμων πρῶτον μὲν ὁ μηδενὶ μηδὲν ὀφείλων,
Εἶτα δ' ὁ μὴ γήμας· τὸ τρίτον, ὅστις ἄπαις.
Qui nulli debet, fortunatissimus hic est,
Proximus huic cœlebs, tertius orbus erit.

Vid. in Chiliad. Eras. *Felix qui nihil debet.* Vide etiam Plutarch. lib. περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι, ubi similis materia tractatur.

AVTOPYROS, i, αὐτόπυρος vel αὐτοπυρίτης, panis ex tritici farinâ à furfuribus non expurgatâ, grob weitzen-brod, Cicero 5 Tuscul. cap. 34, *Cibarium panem* vocat, brod das man für das gesinde speiset, dictus quasi ὅλος αὐτὸς ὁ πυρός, hoc est, totum ipsum triticum nullâ sui parte ademptâ, ut Galenus vult lib. 1 de alimentis. Conf. Plin. 22 c. 25.

Autor, Autoritas, Autoro, &c. vide *Auctor.*

AVTVMNVS seu potius *Auctumnus, i*, quarta pars anni ab accessione vel *augmento* frugum dicta, der herbst. Festus Pompejus: *Auctumnum quidam dictum existimant, quod tunc maxime augeantur hominum opes coactis agrorum fructibus.* Quod etiam Vossius Etymologico probat, quamvis usitatior litteræ *C* elisio sit. Horatius lib. 4 oda 7, *autumnum pomiferum* vocat; *gravem*, id est, noxium, morbiferum Cæsar Comm. 3 de Bello Civ. cap. 2. & Horatius lib. 2 Serm. Sat. 6 v. 19 dixit, ubi & *Libitinæ quæstum* facere adpellat ex funerum frequentia, quæ infamare hanc partem anni plerumque solet. Nam ex temporibus anni autumnus periculosissimus est; caussa tempestatum inæqualitas. Celsus lib. 2 cap. 1, *Ex tempestatibus optimæ æquales sunt, sive frigidæ, sive calidæ: pessimæ quæ variant maxime: quo fit, ut autumnus plures opprimat.* Lege ibi plura. Et Ovidius 2 Art. amandi v. 315, 318, *Sæpe sub autumno, cùm formosissimus annus,*
Aëre non certo corpora languor habet.

Pulchrorum etiam autumnus bonus est, τῶν γὰρ καλῶν καὶ τὸ μετόπωρον καλόν, de Agathone & Euripide Plutarch. Vide Chiliad. ¶ 2. Autumnus pro autumni fructibus quandoque occurrit. Martialis l. 3 Epigr. 57, *Et multa fragrat testa senibus autumnis.*

Senes autumnos vini veteris copiam dixit.

¶ Autumnus, a, um, usurpatur & adjective. Nam *autumnum frigus*, Ovidius 3 Metam. v. 728, *autumnam tempestatem*, herbst-wetter, Gellius lib. 19 cap. 7. *Autumnos dies*, Theodos. & Arcad. Impp. L. 7 C. de feriis: *autumnas pruinas*, Ausonius Eidyll. 8. *Autumnam temperiem*, Cyprianus lib. 1 contra Demetrianum dixerunt.

¶ Autumnalis, e, herbstlich; ut *Æquinoctium autumnale*, Livius lib. 31 cap. 47, wenn tag und nacht einander gleich seyn. *Autumnalia pyra*, Plinius 2 c. 41, *corna*, Ovid. 13 Metam. v. 817. *Putatio autumnalis*, Columella lib. 4 cap. 9 extr.

¶ Autumnitas, ātis, i. e. proventus autumni. Arnobius lib. 1 adversus Gentes p. 12, *Ex olivis vestris atque vinetis plenam faciant autumnitatem fundi.* Sic & Symmachus lib. 3 epist. 23, *Nos hîc in otio rusticamur, & multimodis autumnitate defruimur.* Vindemiam intelligit & vini proventum, ut, quæ sequuntur, verba ostendunt, die weinlese. ¶ 2. Pro ipso autumno sive tempore autumnali, herbst-zeit, herbst-wetter, Cato R. R. c. 155, *prima autumnitate cum pluvia est.* Idem c. 5, *circum oleas autumnitate ablaqueato.*

¶ Autumno, autumnare; ut hiemare, vernare, dicimus, apud Plinium legimus lib. 2 cap. 50, *Qua ratione*, inquit, *crebra & in Italia fulmina; quia nobilior aer mitiore hyeme & æstate nimbosa semper quodammodo vernat vel autumnat.* Idem lib. 2 c. 47, *Corus autumnat*, bringt den herbst mit sich, machet herbstwetter.

¶ Autumnesco, ĕre, sich zum herbst anlassen. Mart. Capella l. 6.

AVTŪMO, are, meynen, darfür halten. Non est ex *ab* & *æstimo*: sed idem est ac *autor sum*. Priorem derivationem Nigidii rejicit Gellius 15 c. 3 additque: *AVTVMO non solum significat* totum æstimo, *sed &* dico, *&* opinor, *&* censeo &c. Terent. Prologo Heaut. *Neque se id pigere, & deinde facturum autumat*, er saget auch, es gereue ihm nicht, und er wolte es nachmahls mehr thun. Plautus Capt. act. 4 sc. 2 v. 104, *quia enim item asperæ sunt,*

Vt tuum victum autumabas.

Et vers. 110, *Si vera autumas*, i. e. dicis, prædicas. Et sic alibi sæpius. Apulejus Apolog. p. 276, *Eum quoque Zenonem longè decorissimum fuisse, ut Plato autumat*, id est, dicit scribens, seu prodit. Vet. Gloss. *Autumat*, λέγει. ¶ Æstimandi autem vel ponderandi significatio videtur esse in illo Plauti Menæch. 5, 2, v. 7, *Res plurimas pessimas, cum advenit, adfert. Quas si autumem omnes; nimis longus sermo sit.* Idem Pœn. 1, 2, v. 32. in passivo: *Quasi salsa muriatica esse autumantur.* ¶ Nonius etiam explicat per sperare ex isto Pacuvii: *Aut hic est, aut hic adfore actutum autumo.* vid. c. 4 n. 7.

Avunculus, quære in *Avus*.

ĂVVS, i, patris matrisve pater, großvater, anherr. *Avus paternus, maternus*: Horatius lib. 1 Satyr. 6 pr.

avus tibi maternus fuit atque paternus

Olim qui magnis legionibus imperitarint.

Per catachresin ponitur pro abavo. vide Rupert. ad Pomp. Enchirid. p. 436 seq.

¶ Avia, æ, die großmutter. Cic. de Arusp. resp. cap. 11, *Illa mater dea te, Cn. Lentule, cujus ab avia manibus esset accepta, spectatorem esse voluit.* ¶ 2. Metonymice Persius Satyra 5 v. 92, *veteres avias* aniles fabulas & deliramenta adpellat.

¶ Prŏăvus, i, avi pater, des großvaters oder großmutter vater, der altvater, elter-vater. Cic. pro Cæl. c. 14, *Non avum, proavum, atavum audieras consules fuisse?*

¶ Proavia, æ, die elter-mutter, avi vel aviæ mater. Suetonius Calig. cap. 10, *in Liviæ Augustæ, proaviæ suæ, contubernio mansit.*

¶ Abavus, i, des großvaters oder großmutter großvater, der uraltvater, oder vorelter vater. Cic. de Clar. c. 58, *abavorum illustre nomen.*

¶ Abavia, æ, fœm. Institut. Iur. lib. 3 tit. 6.

¶ Ătăvus, i, abavi pater, der vater im fünfften grad, groß-elter vater. Cic. pro Cæl. c. 14. Vide *Proavus*. Et Terent. Phorm. a. 2 sc. 3 v. 48, *Progeniem vostram usque ab avo atque atavo proferens.*

¶ Trĭtăvus, i, abavi avus, der vater im sechsten glied, urelter-vater, postea dicuntur *majores*, die vorfahren.

¶ Ăvītus, a, um, quod ab avo redit, was vom großvater anstirbet oder geerbet wird, großväterlich. Cicer. in Verr. 2 cap. 5, *Avita & patria res.* Et pro Cæl. cap. 14, *bona avita.* Livius lib. 1 cap. 6, *avitum malum, regni cupido*, hoc est; non aliter certamen inter Romulum & Remum fuit de regno, quam fuerat avo horum cum fratre Amulio.

¶ Avītè, adverb. idem. Tertullianus extremo libro adv. Valentinian. *Filium hominis avite pronunciatum* dixit. Ita Frobenius, & Fr. Junius editione Franequerana: at Rigaltius *ajunt* pro *avitè*.

¶ Prŏăvītus, a, um, quod à proavo est, altväterlich; ut, *Rura proavita*, Statio lib. 4 Silv. 4 v. 83, *Proavita regna*, Ovidio 13 Metam. v. 416. Et Silius lib. 5 v. 79, *proavitæ insignia pugnæ*, de Corvini alite. Idem lib. 16 v. 253, *proavita potentia.*

¶ Ăvuncŭlus, i, μητράδελφος, matris frater, der mutter bruder, oheim. Cicer. 3 Fin. c. 2, *Eam controversiam dijudicabis, quæ mihi fuit cum avunculo tuo.* Plinius lib. 5 epist. 8, *Avunculus meus, idemque per adoptionem pater*, Plinius scilicet Veronensis, historiæ naturalis conditor, cujus soror erat mater Plinii junioris. Vide lib. 6 epist. 20 num. 10. Festus clarissime: *Avunculus, matris meæ frater, traxit adpellationem ab eo, quod æque tertius a me, ut avus est, sed non ejusdem juris, ideoque vocabuli facta diminutio est: sive avunculus adpellatur, quod avi locum obtineat, & proximitate tueatur sororis filium.* Aliquando maritus sororis matris ita adpellatur: ut apud Senecam Consol. ad Helviam cap. 17. sic *fratris* vocabulum ad patrueles etiam transfertur. ¶ *Avunculus magnus*, aviæ frater est, der großmutter bruder, Ciceroni de Clar. c. 62. Idem *Avunculus major*, Vellejo Pat. 2 cap. 59 & Suetonio vocatur Augusto cap. 7. ita enim Julium Cæsarem vocant: ex cujus sorore, Juliâ, nata fuit Atia, Augusti mater. ¶ 2. Apud JCtos *Avunculus major* proaviæ frater; qui & *Proavunculus*, Lege 1 § 7 de gradibus. *Avunculus maximus* frater abaviæ adpellatur. Vide Paullum JCt. Lege 10 § 15, 16, 17, D. eodem.

AVXILIVM, i, hülffe, militaris vox, qua denotabantur sociorum copiæ ac opes, quæ belligerantibus subsidio sunt. Varro lib. 4 de Lingua Latina, AVXILIVM, inquit, *adpellatur ab* AVCTV, *cum accesserant, qui adjumento essent, alienigenæ.* Et rectè dixit *Alienigenæ*, nam in Romanâ militiâ discrimen erat inter *Socios* atque *Auxilia*: *Socii* dicebantur Italici: *Auxilia* de gentibus externis: de quo videre licebit Lipsium lib. 1 de Militia Romana Dial. 7. Veget. lib. 2 de re milit. cap. 2, atque in hâc significatione frequentius in plurali numero usurpatur. Sallust. Jugurth. cap. 8, *Dimittere auxilia.* Sic servi dicuntur *Servitia*; legati *legationes*. ¶ 2. Hinc igitur ad quamvis opem aliam, quæ nobis præstatur, translata vox: frequenter eam, quam ægrotantibus medici ferunt. Statius lib. 1 Silv. 4 v. 111,

Adjuvat ipse DEVS, morboque valentior omni

Occupat auxilium.

Cato, melior auctor, quàm quibusdam videtur, lib. 2 Dist. 23,

Corporis auxilium medico committe fideli.

Et lib. 4 Dist. 14, *Auxilium à notis petito, si forte laboras:*

Nec quisquam est melior medicus quàm fidus amicus.

De valetudine enim Poëta loquitur: & *utiliorem Medicum amicum esse, quàm extraneum*, Celsus etiam docet Præfat. extremâ: Apud quem eâ ipsâ Præfat. *auxilia vulnerum morborumque* in principio legas. Cicero 2 Catil. c. 9, *Auxilium cui ferre contra quem.* Nepos Att. c. 11, *Auxilio cui esse*, helffen, behülfflich seyn. Idem Cicer. pro Rosc. Am. cap. 40, *Auxilium sibi adjungere*, sich hülffe schaffen. Nepos Thras. c. 3, *auxilio venire*, zu hülffe kommen. Cicer. pro Rab. c. 2, *Ope & auxilio deorum gubernantur respublicæ*, durch gnade und hülffe GOttes werden land und leute regieret. *Auxilium alicujus implorare*, um eines hülffe ansuchen. Virg. 4 Æn. v. 617.

¶ Auxĭlĭor, atus sum, ari, adjuvare, opem & auxilium ferre, helffen. Terent. Adelph. act. 2 sc. 3, *Sed hoc mihi dolet, nos penè serò scisse & pene in eum locum redisse, ut si omnes cuperent, nihil tibi possent auxiliarier.* Et Ovid. lib. 1 de Pont. eleg. 4,

Tollere nodosam nescit medicina podagram,

Nec formidatis auxiliatur aquis.

¶ Auxiliatus, us, vel Auxiliatum, i, substantive, beyhülffe: Lucret. 5 v. 1038, *Alituum porro genus alis omne videmus*

Fidere & a pennis tremulum petere auxiliatum.

¶ Auxiliator, ōris, ein helffer, beystand. De quo Statii metra paullo ante dedimus. Et Quintilianus lib. 12 cap. 3, *litigantium auxiliator egebit auxilio.* Tacitus lib. 6 cap. 37 n. 4, *haud inglorius auxiliator.* Sic Æsculapium medicinæ Deum, *auxiliatorem* Statius dixit lib. 3 Silv. 4 v. 23, *Vbi maximus ægris*

Auxiliator adest.

¶ Auxiliatrix, īcis, eine helfferin; & adjective hülffreich. Cassiodorus lib. 2 epist. 40, *Musica perniciosa odia convertit ad auxiliatricem gratiam.*

¶ Auxiliabundus, a, um, qui auxiliatur, adjectivum verbale, helffend. Apulejus de Deo Socrat. p. 48 ed. Elmenh. *Virgiliana Juturna in mediis millibus auxiliabunda fratri conversatur.*

¶ Auxiliāris, e, behülfflich. *Dea sum auxiliaris*, inquit Lucina in Ovid. Metam 9 v. 698. Apud eumdem *auxiliaria arma* sunt lib. 6 v. 424, hülffs-völcker. *Auxiliares legiones* vocat & a Romanis distinguit Vellejus 2 c. 112 n. 4. ¶ *Auxiliares* etiam absolute milites sunt auxilio ferundo à sociis missi. Cæs. 3 Bell. Gall. cap. 25, & 1 Civ. c. 78, Festus optime: *Auxiliares dicuntur in bello socii Romanorum exterarum nationum: dicti ex Græco vocabulo αὔξησις, quod nos dicimus rerum crescentium auctionem.*

¶ Auxiliarius, a, um, idem; ut, *auxiliariæ cohortes*, Cic. de Prov. cons. c. 7 & Hirt. de Alex. a. 62. *Equites auxiliarii*, Sallust. Jugurth. cap. 46. *Milites auxiliarii*, Liv. lib. 40 cap. 40, *Auxiliarius amicus*, Plaut. Truc. 2, 1, v. 6.

AVXĬMVM, i, urbs Piceni in Italia, quæ olim colonia facta Romanorum. v. Vellej. 1, 15, 3. Vitiose *Oximum* dicitur apud Liv. lib. 41 & 42. *Auximon* metri causâ est apud Lucan. 2 v. 466.

AVXO, nomen unius e Gratiis apud Pausaniam & Clementem Alexandrinum. Vide Theoph. Raynaud. Theol. nat. dist. 7 n. 31.

AXĔNVS olim dictus Pontus Euxinus, ob inhospitalitatem loci, uti indicat Ovid. 4. Trist. El. 4 v. 55. Nam ἄξενος inhospitalis est. Rationem mutati nominis vide in Bocharti Phaleg. p. 397. Quære infra *Euxinus*.

Axiculus, quære in *Axis*.

AXILLA, æ, vide *ala*. *Ascellam* etiam dixerunt ævi sequioris Auctores, ut Odo Abbas Cluniac. apud Vincent. Bellovacens. lib. 24 Spec. hist. c. 54, *Duo paralytici --- aptatis baculis sub ascellas repere magis, quàm fugere tentabant*: die achsel.

AXINOMANTIA, æ, magiæ sive divinationis species fuit, quæ per secures fiebat, Græce ἀξινομαντεία, ab ἀξίνη, *securis*. Plinius lib. 36 cap. 19 vocabulo Latino usus est. Idem lib. 30 cap. 2 ineunte vocat, *securibus divina promittere.*

AXIŌMA, ătis, ein spruch, ausspruch, lehre, regul, ἀξίωμα, Dialecticorum vox. Est autem ἀξίωμα, ut Donatus in Andriâ Terentii act. 1 sc. 1 v. 18 describit, *Sententia, vel Enunciatio uno verbo nexam continens & perfectam intelligentiam. Constat enim ex nomine & verbo.* Hinc & *Verbum* à veteribus adpellatum, idem ad Eunuch. act. 1 sc. 2 observat. Cicero lib. 1 Tusc. Quæst. cap. 7 *Pronunciatum*; in Academicis *Effatum* dixit: Varro *Profatum*; item *Proloquium*. Vide Gellium lib. 16 cap. 8. ¶ Recentiores etiam *Axioma* vocant dignationem & prærogativam honoratiorum; cum & Budæus ἀξίωμα explicet, quod proprie sit *dignitas & amplitudo propter honores gestas & magistratum, existimatio, majestas, commendatio.* Hinc

¶ Axiomatici, ἀξιωματικοί, proceres, magnates, qui sunt in dignitate aliqua & publica functione.

AXIOTHEA Phliasia, Platonis discipula, quam & Speusippus audiisse fertur: Laërt. init. lib. 4.

AXIS, is, ἄξων, die achs. *Plures*, ut Festus notat, *habet significationes: Nam & pars cæli septemtrionalis; & stipes teres, circa quem rota vertitur: & tabula sectilis AXIS adpellatur.* Media, quæ propria notio, usu probatissima. e. g. Martial. 2 epigr. 77,

Vtiiis ungendis axibus esse potes,

du kanst einen acker-studenten abgeben. ¶ Prima Festi, sive ad cælum translata, satis etiam recepta, ut ex illo Manilii lib. 4, 589 constat:

Asper ab axe ruit Boreas, venit Eurus ab ortu.

¶ Atqui non pars septemtrionalis tantùm, sed & antarctica ad axem pertinet. Nam axis cæli totus ille trajectus dicitur, qui polis duobus terminatur. Cicero de universitate cap. 10, *Jam verò terram altricem nostram quæ trajecto axi sustinetur.* Proclus de Sphæra pr. ἄξων τοῦ κόσμου, ἡ διάμετρος αὐτοῦ, περὶ τὴν στρέφεται. Prudentius de mundi interitu Hymno 11 Cathem.

Cum vasta signum buccina

Terris cremandis miserit;

Et scissus axis cardinem

Mundi ruentis solverit.

¶ Improprie vero pro quavis mundi plaga, seu climate, auctoribus, ac Poëtis maximè, usurpatur. Lucanus lib. 3 v. 259,

Quamvis Hesperium mundi properemus ad axem.

Et ita

Et ita Silius ante eum lib. 1 v. 130,

Hesperio tellus porrecta sub axe.

Immo & Ovidius 4 Metam. v. 214,

Axe sub Hesperio sunt pascua solis equorum.

¶ Sed & pro monte seu clivo *axis* dicitur. Claudianus Præfat. in Paneg. de Conf. Mallii: *Contulit alternas Pythius axis aves.* *Pythius axis*, Parnassus dicitur, Apollini Pythio & Musis sacer. Propertius lib. 4 El. 1, *Scandentisque axis consurgit vertice murus.* Vbi *vertex axis*, collis, seu clivus est, ut Scaliger interpretatur. Quamquam Passeratio facile assentior, *arcis* pro *axis*, ex veteri libro restituenti. ARX enim mons est, ut supra docuimus. Sed & in illo Juvenalis Sat 4 vers. 117,

Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes.

Axes Vetus Scholiastes *Clivum* interpretatur.

¶ Pro *asseribus*, apud Vitruvium *Axes* legimus lib. 4 cap. 2. Sic Columella lib. 2 de re rustica cap. 19, *roboreis axibus solum compingere*; *&* cap. 30, *Stabula roboreis axibus constrata* (ställe mit eichenen boolen ausgesetzt) dixit. *Axes æsculini*, *querni*, apud eumdem Vitruvium lib. 7 cap. 1. In fœminino genere *axes quernas* Palladius dixit lib. 1 de re rustica Tit. 9. Vide supra in *Asser*. Hinc

¶ Axiculus, i, diminut. der pflock oder zapffe, daran etwas ümläufft. Vitruv. 10 cap. 21, *axiculi, e quibus funes alligati, retinebunt arietem.* Adde ibidem cap. 14.

¶ Axo, sive Asso, are, Festo est nominare, ut proprie signet, ad axem, sive asserem, sive tabellam, decretum aliquod adscribere, ut publicitus innotescat. Vnde

¶ Axamenta, sive Assamenta, ab ipsa *axium* seu *assium* voce, dicebantur carmina saliaria, a saliis sacerdotibus in unum solum hominem composita. v. Fest. & Voss. Etymol. p. 59.

¶ Coaxo, sive Coasso, are, axibus sternere seu contabulare, zusammen spünden. Vitruvius lib. 7 cap. 1, *Cum coassatum fuerit, super altera coassatio transversa sternatur, clavisque fixa duplicem prabeat contignationi loricationem.*

¶ Coaxatio sive Coassatio, ōnis, die zusammen-spündung. Jam ex Vitruvio lib. 7 cap. 1 ostensum. Idem lib. 5 cap. 1, *Meniana superioribus coaxationibus collocentur*, hoc est, superioribus tabulatis, quia axes tabulæ sunt, ut modo diximus. Plinius lib. 36 cap. 25, *Necessarium binas per diversum coassationes substerni.*

¶ Axungia, æ, adeps suillus inveteratus, Plinius lib. 28 cap. 9 sect. 37, *Adipi laus est, maxime suillo*, qui *tanto utilior, quanto vetustior. Axungiam Græci etiam adpellavere in voluminibus suis*; quamvis Latinum origine vocabulum. Et hinc ipse autor pergit, paullo post: *Antiqui axibus vehiculorum perungendis ad faciliorem circumactum rotarum utebantur: unde nomen.* Vsum in medicina ibidem ostendit: schmeer, item wagenschmier. Isidor. 20 c. 2, *Axungia ab unctione vocata.*

AXIUS, i, fluvius ex Scardo monte ortus, per Mygdoniam fluit, & in Sinum Thermaicum labitur. Plin. lib. 4 c. 10. Herodot. lib. 7 c. 123.

AXŎNES, ἄξονες, leges Solonis Suidæ. Vide Lindebrogium ad Ammianum p. 47. Is enim Latine usus voce est lib. 16 cap. 5. Est autem ὁ ἄξων *axis*, unde Gellius lib. 2 c. 12, *Solonis leges axibus ligneis incisæ sunt.* conf. Bochart. Geogr. p. 494.

Axungia, vide paullo ante in *Axis*.

Axur, Axurus, vide *Anxur*.

ĀZAN, mons Arcadiæ, Cybelæ Deorum matri sacer. De eo Statius Theb. 4 v. 292, *Ideis ululatibus Azan.*

¶ Azania, pars Arcadiæ, cujus incolæ *Azanes*. Vide Steph. Byz.

AZONAX, acis, Zoroastris præceptor in magicis; Plin. 30 c. 1.

AZȲMUS, i, ἄζυμος, *non fermentatus*, ungesäuert: est enim fermentum ζύμη. ἄρτος ἄζυμος, *panis non fermentatus*, ungesäuert brod. ἄρτος ζυμίτης, *panis fermentatus*, gesäuert brod. Latine *panem azymum* Scribonius Largus scripsit Compos. 133. De pane azymo vide plura apud Clasenium in Exercitat. ad Passionem Dominic. Lib. 1 cap. 1 ubi gentes quoque eo usas ex Plin. 18 cap. 11, & Athenæo lib. 3 c. 15 docet. An panis verus sit, & sanitati aptus? ibidem disputat.

¶ Azymītæ, vox Ecclesiastica a Græcis in Latinos jacta, eo quod hi in eucharistia panibus azymis uterentur. Leo epist. ad Mich. patr. c. 29 Concil. Tom. 3.

B.

B LITTERA muta, potestatem mediam quamdam habet inter *p* & *ph*. π & φ; ut, πύξος, *Buxus*: ἄμφω, *Ambo*, θρίαμβος, θριαμβεύω, *Triumphus*, *Triumpho*, *nubo*, *scribo*, *nupsi*, *scripsi*, &c. Quintilianus etiam *Byrrhum*, pro Pyrrho, & *Belenam* pro Helena, antiquos scripsisse monuit lib. 1 cap. 4. Quin & quod βασκάνιον Græci, Latini *Fascinum* scribunt. ¶ 2. In compositione verborum in *V* interdum mutatur, ut *ab* in *aufero*, *aufugio*. ¶ 3. Sequente vero littera *f*, in eandem quoque transit, ut *Officio*, *Sufficio*, *Suffio*. Mutatur & in *c*, ut *occurro*. In *g*, ut *Suggero*. In *m*, ut *Summitto*. In *r*, ut *Surripio*. In *s*, ut *Jubeo*, *jussi*. ¶ 4. In litteris antiquis B. *Brutum* vel *Balbum* indicat. Item *Bonum*: ut B. AV. *bonis auspiciis*, seu *bonis avibus*; B. I. I. *Bonum judicis judicium*, B. F. *Bonum factum*, quâ formulâ in edictis propriè usi. v. Turneb. lib. 3 Adv. cap. 22. ¶ 5. In antiquis & manuscriptis codicibus & monumentis B pro V sæpe invenitur positum. *Albei*, *Atabi*, *Probincia*, *Serbus*, *Viba* &c. pro *Alvei*, *Atavi*, *Provincia*, *Servus*, *Viva* &c. vide Lipsium lib. 2 Var. Lect. cap. 28. ubi inter alia vidisse se affirmat Adamantii Martyris (Martyrii legit Ludov. Carrio Antiq. Lectionum pag. 32.) libellum de Affinitate V. & B. Elegans exstat Epigramma apud Martial. lib. 5 de hac littera 27,

Quod Alpha dixi, Codre, penulatorum
Te nuper, aliqua cum jocarer in chartâ:
Si forte bilem movit hic tibi versus
Dicas licebit beta me togatorum.

BA! item BAT: Interjectio est avertentis, sive ejus, qui alterius interpellationem inhibere cupit apud Plautum Pseud. 1, 3, v. 6. & Asin. 1, 1, v. 24. Charisius lib. 2 p. 213 Edit. Putsch. laudans priorem locum, ex sententia Cæsellii Vindicis ait, *sonum esse cornicinis ex ore lituum eximentis*. vide mox BABAS.

BAAL, βαὰλ, nomen fuit Idoli gentium, quo Tyrii Jovem coluere, ut tradit Augustinus Tom 4 Quæst. super Judicum, lib. 7 quæst. 16. ¶ Vocabulum Punicum est, Dominum vel dominantem significans: unde etiam Duces eorum id cognomenti loco sibi assumsere, ut, *Hanni-bal*, *Hasdru-bal* &c. Chaldæis sive Assyriis *Bel* dicebatur: Vnde Græcorum Βῆλος, & Latinorum *Belus*. Vide eruditissimum Seldenum Syntagm. 2 de Diis Syris cap. 1.

BABAE, Interjectio hominis cum admiratione adprobantis, vel negligentis, aut etiam lætè alterius dicta ferentis, apud Plautum, v.g. Pseud. a. 1 sc. 3 v. 131 &c.

BABAS, homo notissimæ fatuitatis, a βα vel *bat* voce inarticulata, infantibus, & blaesis familiari, unde βαβίζειν inarticulate loqui.

¶ Babiger, Baburnus, id est fatuus, stultus, ineptus, Glossæ Isidori: *Baburrus, babiger, stultus.* conf. Isid. orig. 12. B.

BABEGALUS vel Babæcalus, i, dicaculum videtur signare, ein schwätzer. Arnobius lib. 4 p. 141, *ut babecali adolescentes solent.* Fragm. Tragur. Petronii p. 14, *quemvis ex istis babæcalis.*

BĂBEL, ēlis, nomen civitatis Assyriæ, quod a confusione linguarum accepit. Nam cum una prius esset, pro numero gentium linguas 72 hinc ortas communis opinio est. Ioseph. Ant. jud. 1, 5. Ἑβραῖοι γὰρ τὴν σύγχυσιν Βαβὲλ καλοῦσι. Latinè *confusio* seu *commixtio*. In sacris transfertur vox mystice ad ecclesiam corruptam. vid. Hieron. c. 26. in Matth. August. de C. D. 16 c. 3 & 11., Clemens 1 Strom. & Epiphan. 1 Hæres. 39.

¶ Băbȳlon, ōnis, Βαβυλὼν, urbs maxima fuit & potentissima, *Chaldaicarum gentium caput*, quemadmodum Plinius vocat lib. 6 cap. 26. quamquam Aristoteles *gentis sive provinciæ potiùs, quàm civitatis ambitum habuisse* censet lib. 3 Polit. cap. 2. Ejus conditores traduntur varii. Nec mirum: quippe quæ à multis regibus aucta & amplificata. Initium à Nohæ posteris Nimrodoque est, qui nonnullis idem Græcorum Belus est, quem Babylonis conditorem Sidonius, antiquus Poëta Græcus, celebravit, ut Vossius lib. 1 de Idololatria cap. 24 observat, quem vide. Sed quia magnum cultum atque ornatum Semiramis addidisse creditur, idcirco & ejus auctor celebrata Propertio est, lib. 3 Eleg. 11. Nec aliter Strabo, Diodorus, Curtius, Justinus sentiunt. Vide & Augustinum lib. 16 de Civ. Dei cap. 4 & lib. 18 cap. 2; & Conring. Advers. Chronolog. cap. 8 p. 41. Ambitus ejus *trecentorum & sexaginta quinque stadiorum* fuit; muri vero alti *quinquaginta cubitos*, lati *pedes* XXXII, in iisque via tam spatiosa, ut quadrigæ mutuo sibi occurrentes pertransire facile possent, ut Curtius auctor est lib. 5 c. 1. Plinius 6 c. 26 altitudinem ducenis pedibus, latitudinem quinquagenis definit, Herodotum secutus. Vide supra nominatos auctores, itemque Philostratum lib. 1 de Vitâ Apollonii cap. 18. Florentissimum in eâ fuit regnum sub Nabuchodonosore illo, qui Syriam maximo exercitu ingressus Judæam sævissima captivitate exhausit. Capta tandem à Cyro est & Dario, regno ad Medos prius, mox ad Persas translato. Scripsit alicubi D. Hieronymus, sua ætate, hoc est, Honorio imperante, vix è ruderibus loci deserti incultique vestigia exstitisse, quæ urbis situm indicarent. Idem tamen in cap. 13 Esaiæ, quo Vates divinus excidium urbis prædicit, ex relatione quadam alterius refert, venationes regias haberi in Babylone, & omnis generis bestias murorum ejus tantum ambitu coerceri. Adde his B. Cellarii programma de ruinis illustrium rerump. quod in Fasciculo XLIX est, ubi plura in hanc rem disputavit. *Nihil urbis ejus moribus corruptius, nec ad irritandas, illiciendasque voluptates instructius fuisse* Curtius scribit lib. 5 c. 1.

¶ Babylon alia Ægypti fuit ad Nilum, è regione Memphis, cujus rudera haud longe absunt à magna urbe Cairo. Strabo, Ptolemæus, & Byz. Stephanus memorarunt.

¶ Babylonia, æ, regio circa Babylonem, Arabiæ, Mesopotamiæ & Assyriæ terminis circumscripta: aliàs *Chaldæa* vocitata. ¶ Interdum Babylonia pro Babylone ponitur. e.g. apud Justin. 1, 2, 7 &c. vide Salmas. in Solin. p. 1225.

¶ Babylonius, a, um, gentile nomen substantive & adjective usurpatur. Curt. lib. 5 cap. 1 n. 37, *Babylonii maxime in vinum, & quæ ebrietatem sequuntur, effusi sunt.* Ibidem n. 16, *Babylonii muri.* Et Lucianus lib. 6 v. 50, *Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi.*

¶ Babylōnius Tertulliano *genethliacus* est seu *Mathematicus*, ein nativität-steller. Chaldæos enim seu Babylonios magnâ curâ Astrologiam coluisse, plures auctores asserunt. Quin *ibi inventam sideralem scientiam* Plinius tradit lib. 6 cap. 26. Claudianus Panegyr. de IV. Consul. Honorii v. 145, *te sensit Etruscus*

Augur, & inspectis Babylonius horruit astris.

Idem Paneg. de VI ejusd. Consul. v. 18,

Namque velut stellas Babylonia cura salubres
Optima tum spondet mortalibus edere fata &c.

Babylonia cura, id est, Astrologorum curiositas, sive curiosa Genethliacorum ars. Hinc Horat. lib. 1 Carm. od. 11,

Tu ne quæsieris [scire nefas,] quem mihi, quem tibi
Finem Dii dederint, Leuconoë, nec Babylonios
Tentaris numeros.

Numeros enim *Babylonios*, Astrologorum rationes, seu supputationes dixit.

¶ Babylŏnĭcus, a, um, adject. aliud, ut, *Babylonica triclinaria*, Plin. 8 c. 48. *Babylonica peristromata consutaque tapetia advexit.* Plaut. Stich. a. 2 sc. 2 v. 54. ¶ Babylonicum, substantivè vestis est Babylonica. Laberius apud Petron. *Plumato amictus aureo Babylonico.* Vet. Gl. *Babylonicum*, ψιλὴ πολύμιτος. Vlpianus lege 25 § 3 de auro arg. *Stragulas & babylonica, quæ equis insterni solent, non puto vestes esse.*

¶ Babyloniensis, e, aliud gentile, quo Plautus aliquoties usus est. Trucul. a. 1 sc. 1, v. 66. & sc. 2 v. 100, *Babyloniensis miles.*

BABYS, frater Marsiæ fabulis est. Vide Proverb. in Chiliad. κάκιον Βαβὺς αὐλεῖ, *pejus Babys cantat.* Quod in eos dicitur, quorum exercitatio semper in pejus vergit, ut quidam oratores; quo longius dicunt, eo dicunt indoctius.

BACAR, ăris, vas vinarium, simile bacrioni. Festus a Baccho deducit, quasi *bacchar.* Notat & vas aquarium.

¶ Bacatio, ōnis, urceoli genus. ¶ 2. Πορνοδιάκονος, qui aquam meretricibus ministrat, ex Gloss. lat. gr.

BACCA, æ, parvus fructus est lauri, olivæ, corni, beerlein. *Baccæ lauri*, Virg. 1 Georg. v. 306, lorbeern. *Baccæ juniperi*, Plin. lib. 12 cap. 7, wacholder-beer. *Baccæ myrti*, ibid. c. 17. *Baccæ platani*, Idem lib. 15 cap. 7. Differunt *baccæ* ab acinis, quod isti proprie uvarum grana; quamquam & *acinus* pro baccis, ut sambuci & hederæ, usurpetur. Cicero de Divin. 2 cap. 6, *Agricola cum florem oleæ videt, baccam quoque se videre putat.* Mora ipsius sunt mori, & ruborum, maulbeer, *mora rubi*, brombeer, *mora dumi*, heckschleen, *mora myrti*, heidelbeer. ¶ 2. Etiam aliarum arborum fructus baccæ dicuntur. Cic. 1 divin. cap. [illegible] *terræ baccasve arborum cum utilitate ulla generi humano [illegible] natura.* Ovid. Metam. 10 v. 98,

Et bicolor myrtus, & baccis cærula tinus (al. *ficus.*)

Conf. Virg. 2 Georg. v. 183. ¶ 3. *Margaritæ* seu *uniones* baccæ dicuntur à similitudine. Virgil. in Culice v. 67,

Conchea bacca maris pretio est.

¶ 4. Transfertur vox ad pecudum stercus, ovium puta, caprarumque. Palladius lib. 2 de re rustica tit. 14, *Si caprini stercoris baccam subula subtiliter excavaveris* &c. Ita nos schaafs-lorbeern, ziegen-lorbeern, dicimus. ¶ 5. Baccæ, sive Bacæ, sunt etiam quilibet nodi, globuli, orbiculi, annuli; ut catenarum, &c. Prudentius περὶ στεφ. hymn. 1 v. 46, *Carcer illigata duris colla baccis impedit.*

Et præfatione Psychomachiæ v. 3?,

Attrita baccis colla liber erigit.

ad quem locum Nicol. Heinsium consulas.

¶ Baccula, æ, diminut. ein beerlein. Plin. lib. 25 c. 8 de Aristolochiæ generibus: *Ferunt bacculas parvas, ut capparis.*

¶ Baccalia, æ, eine art des lorbeer-baums. Plin. 15 c. 30.

¶ Baccatus, a, um; apud Virgil. est lib. 1 Æn. v. 654,

colloque monile
Baccatum,

id est, baccis seu gemmis distinctum, ein kragen mit perlen bestickt. Imitatus est Silius lib. 8 v. 134.

¶ Baccifer, a, um, adject. ut, *hedera baccifera*, apud Senecam in Oedipo v. 414. Et Silius lib. 3 v. 596, *baccifer Sabinus*, quod olivæ ferax ager Sabinorum. Et Plinius lib. 16 cap. 10, *taxus baccifera.*

¶ Baccalaureus, i, item Bacalarius & Bacularius, eruditæ militiæ tiro in Academiis, qui primum studii sui testimonium consecutus est, & ad doctoratum adspirare potest. A *bacca laurea* hoc nomen esse, Alciatus ad l. 57 de verb. signif. & alii contendunt, quia olim hujus gradus candidatis, tanquam victoriæ insigne, frondes laureæ bacciferæ, auro & argento decoratæ, sive corollæ baccis lauri nexæ, solebant offerri; qui ritus, solo nomine relicto, hodie desiit ob lauri penuriam. v. Erasmi dial. de pronunciat. p. 34 seq. Ludov. Vives, & qui ejus sententiæ suffragatur, Pontanus, Baccalaureum a militia profectum esse statuunt. Quemadmodum enim, qui castra sequi ac velitari cæpissent, semelque cum hoste conflixissent, a veteri Gallorum vocabulo *Battala*, prælium significante appellati sint *Battalarii*; ita successu temporis contigisse, ut in pervetusta Parisiorum universitate Battalariorum nomen imponeretur & illis, qui in disciplinis humanioribus rudimenta & quasi tirocinium posuissent, & disputatione publica eruditionis suæ dedissent specimen. Ignorantia vero vel consuetudine evenisse, ut voce Battalarii depravata, pro eo primum quidem *Baccalarius*, dein *Baccalaureus* latinum in sermonem induceretur. Ast huic derivationi contrariatur cum aliis B. Rhenanus in Tertull. Schol. p. 119 dum scribit, se in vetustioribus Parisiensis Academiæ codicibus legisse *Bacillarios*, a *Bacillo* scil. deducto vocabulo, qui quoddam mancipationis signum fuisset, quo ab aliis distinguerentur. Vnde & Wendelinus L. 2 Inst. Polit. p. 259 inquit: *Bacularium a baculis alii derivant, quia olim porrecto baculo, tanquam mancipationis in studium signo, primam studii auctoritatem judicabantur consecuti.* Claud. Falchetus in Antiquitatibus Gallicis prodit, apud Gallos olim Baccalarios, inferiores dignitate militibus Banneretis, dictos fuisse *Bachelier*s quasi *bas Chevaliers.* vid. Seldenus de titulis honorariis P. 2 cap. 3 n. 24.

BACCAR, ăris, neutr. gen. sive Bacchăris, fœm. βάκχαρις, radix odorata est, odore proxima cinnamomo, coronaria, reperta in Italiâ, quemadmodum scripsit Matthiolus, haselwurtz. Conf. Plin. 21 c. 6 & 19. Virgil. Ecl. 4 v. 19,

Errantes hederas passim cum baccare tellus,
Mistaque ridenti colocasia fundet acantho,

Vbi Servius: BACCAR, inquit, *herba est, quæ fascinum depellit.* Virg. Ecl. 7 v. 27,

baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua locuto.

Baccatus, vide *Bacca.*

Bacchæ, Bacchanal, Bacchanalia, Bacchiadæ, vide *Bacchus.*

BACCHIVS, i, βάκχιος, pedis nomen est, qui & *periambus* dicitur, constat syllabis tribus, priore brevi & duabus posterioribus longis, ut *Athenæ.* ¶ Opponitur ei *Palimbacchius* seu *Antibacchius*, qui pes est constans duabus longis prioribus, & brevi ultima, ut, *natura.* Vid. Quintilian. lib. 9 cap. 4, *Antibacchum* vocat Ausonius, Epist. 4 v. 91. ¶ 2. *Bacchius* etiam & *Bithus* gladiatorum sunt nomina, celebrata sub *Augusto*, Acron. Vide in Chiliad. Erasmi, *Bithus contra Bacchium*, & Horatianos interpretes lib. 1 Serm. Sat. 7 v. 20, *Compositus melius cum Bitho Bacchius.*

Bacchor, vide *Bacchus.*

BACCHVS, i, Διόνυσος, Græcis, Jovis & Semeles filius, vini non modo, verùm & zythi, ut Diodorus Siculus auctor est, inventor. Vnde ¶ 1 *Bacchus* per Metonymiam pro vino Poëtis passim ponitur. Tibullus lib. 1 eleg. 8 v. 41,

Bacchus & afflictis requiem mortalibus affert,
Crura licet dura compede pulsa sonent.

¶ 2. Pro insano ac furente. *Bacchus* enim, *Luna*, & *Ceres* furoris præsides credebantur: unde *Bacchi*, Lunatici Ceritique dicti. Plaut. *Tu Bacchus es*, du rasest: quæ verba sunt ex Amphitr. act. 4, sed ejusmodi scena, quæ suspecta eruditis est. Multa cognomina habuisse testatur Ovidius 4 Metam. v. 11 seqq.

Thuraque dant, Bacchumque vocant, Bromiumque Lyæumque,
Ignigenamque, Satumque iterumque, solumque Bimatrem.
Additur his Nyseus indetonsusque Thyoneus,
Et cum Lenæo genialis consitor uvæ.
Nyctelеusque Eleleusque parens, & Iacchus & Evan,
Et quæ præterea per Grajas plurima gentes
Nomina Liber habes.

Fingebatur juvenili specie, corpore tenero & delicato, ut Virginem referret. Vnde Poëta Phallicus carmine 36,

Trahitque Bacchus virginis tener formam.

Quam ob caussam inter Deos formosos idem connumeratur carmine alio; *Formâ*, inquit, *Mercurius potest placere,*

Formâ conspiciendus est Apollo,
Formosus quoque pingitur Lyæus [hic Bacchus est]
Formosissimus omnium Cupido.

Quæ ad hodiernam Bacchi picturam male respondent: nisi abdomen & ventrem in pulchritudinis partibus velimus censere. Vide Diodorum Siculum lib. 4 Bibliothecæ, ubi totam Bacchi historiam habes. Ejus hostiæ taurus, & hircus: colebatur etiam capite taurino, ratione reddita vel a ferocia ebriorum, vel à vetusto more ex cornibus bibendi. v. Barth. ad lib. 2 Thebaid. Statii p. 575. Vossius de Histor. Græcis p. 283. Camerar. cent. 1 Hor. Subc. c. 93 p. 436. ¶ *Bacche! jo Bacche!* vox bacchantium in Plaut. Casin. 5, 2 v. 10.

¶ Bacchæ, arum, quæ & *Mænades*, & *Thyades*, & *Mimallonides*, mulieres Bacchum in expeditione Indica comitantes, & ejus sacra portantes, Orgia tertio quoque anno magno ululatu celebrantes, volle und tolle weiber. Horat. 3 od. 25 v. 15, *Bacchæ valentes proceras manibus vertere fraxinos.* Plaut. mil. Glor. act. 4 sc. 2 v. 25 proverbialiter dixit: *Cedo signum, si harum Baccharum es.* Quarum habitum ita describit Ovid. 6 Metam. v. 592,

Vite caput tegitur, lateri cervina sinistro
Vellera dependent, humero levis incubat hasta.

¶ In singulari etiam Baccha est insana & furiosa mulier. Plaut. Amph. 2, 2 v. 71, *Bacchæ bacchanti si velis adversari, ex insana insaniorem facies.*

¶ Bacchānal, locus in quo festa Bacchi celebrantur, Plaut. Aulul. 3, 1. & festum ipsum in Bacchi honorem fieri solitum. Vnde *Bacchanal facere, Bacchanal exercere*, Plautus dixit pro furere, schwermen. Mil. Glor. act. 3 sc. 2 v. 43, *Vos in cella vinaria Bacchanal facitis.* ¶ Idem pro ganeo usurpat sæpius, Bacch. 1, 1 v. 19. Aul. 3, 1 v. 36, &c.

¶ Bacchanalia, orum, Bacchi dicebantur festa, quæ & *Dionysia*, die tollen tage, fastnacht. Eorum pompam & festivitatem breviter describit Plutarchus περὶ φιλοπλουτ. pag. 707. Conf. Barth. ad l. 2 Thebaid. Statii p. 294. De fœditate eorum Livius lib. 39 c. 8, *Vivere Bacchanalia*, apud Juvenal. Sat. 2 v. 3,

Qui Curios simulant, & Bacchanalia vivunt.

Quo versu Poëta eos reprehendit, qui continentiam simulantes aliorum vitam censebant, cum domi nihil esset ipsis luxuriosius.

¶ Bacchēĭus, a, um, adject. quatuor syllabis, ut, *Baccheia dona*, apud Virg. Georg. 2 v. 454. & Ausonius Mosella v. 153, *Baccheia munera.*

¶ Bacchéus, a, um, trisyll. idem. Ovid. 2 Fast. v. 313, *Bacchéa vineta.* Et Statius 12 Theb. v. 791,

Bacchea ad bella vocatæ
Thyades amentes.

¶ Bacchicus, a, um; possess. Ovid. 1 Trist. eleg. 6 v. 2,

Deme meis hederas Bacchica serta comis.

¶ Bacchēis, idos. Stat. lib. 2 Silv. 2 v. 34,

Qualis si subeas Ephyres Baccheidos altum
Culmen, &c.

Vbi Corinthus *Ephyres* nomine notatur, cujus epitheton *Baccheis* est, a Bacchiadibus sumtum, quos jam explicabimus. Adi interpretes Papinii.

¶ Bacchiadæ, gens vel familia Corinthiaca, quæ per CC fere annos tyrannidem in patria exercuit, a Cypselo tandem expulsa. Strab. lib. 8 p. 260. Ovidius lib. 5 Metam. v. 407,

Et qua Bacchiadæ, bimari gens orta Corintho,
Intèr inæquales posuerunt mœnia portus.

hoc est, Syracusas condiderunt.

¶ Bacchor, atus sum, ari, βακχεύειν, debacchari, furere, schwermen. Cicero de Clar. Or. cap. 80, *Nec erat, quod eos, quorum altior oratio, actioque esset ardentior, furere & bacchari arbitraretur.* ¶ 2. Statius de Poëtis usus est, cum moto ingenio, & velut furoris correpti genere, fundunt carmina, Epithalamio Stellæ sub finem, quod lib. 1 Silv. 2 v. 257 est:

tecum similes junctæque Camœnæ,
Stella, mihi, multumque pares bacchamur ad aras.

Vid. Herald. ad Arnob. p. 5. Elmenhorst. ibid. p. 12. ¶ 3. Horatius pro impotenter ac immodice lætari posuit, lib. 2 Carm. od. 7 extr.

non ego sanius
Bacchabor Edonis.

Nam

Nam cum excedit modum affectus, quodammodo in furorem tranſit. Vnde & hoc eodem loco addit: *recepto*
Dulce mihi furere eſt amico.
Cicero in Catil. 1 c. 10, *Quanta in voluptate bacchabere?*

¶ Bacchatus, a, um, paſſive uſurpavit Virgil. 2 Georg. v. 487,
Virginibus bacchata Lacænis
Taygeta.

¶ Bacchatio, ōnis, Cicero in Verr. 3 de Præt. urb. cap. 12, *nocturnæ bacchationes*, das nacht-ſchwermen.

¶ Bacchatim, adverb. βακχικῶς, more bacchantium. Apulejus lib. 1 Mileſ. p. 108, *Quin igitur, inquit, ſoror, hunc bacchatim diſcerpimus?*

¶ Bacchabundus, a, um, ſchwermend; ut, *Bacchabundum agmen inceſſit*, Curt. lib. 9 cap. 10 n. 27. & Apulejus Apolog. p. 326, *in medio foro bacchabundus.*

¶ Debacchari, valde bacchari vel furere. Terent. Adelph. a. 2 ſc. 1 v. 30, *Si ſatis jam debacchatus es Leno, audi, ſi vis, nunc jam.* SA. *Egon' debacchatus ſum autem, an tu me?* ubi vehementiorem increpationem notat. ¶ Ad inanima Horatius traxit Lib. 3 Carm. od. 3 v. 55,
Qua parte debacchentur ignes,
id eſt regio auſtralis, ſive torrida Zona.

¶ Debacchatio, immanis bacchatio. Salvianus lib. 7 de Gubern. Dei poſt princ. *fervidæ libidinis debacchatione graſſantes.*

¶ Perbacchari, idem quod debacchari. Cicero Philipp. 2 cap. 41, *At quam multos dies in ea villa turpiſſime es perbacchatus?*

BACCHYLIDES, is, poëta Græcus Lyrico carmine præcipuus; cujus pater Milo; patria Julis Ceæ inſulæ oppidum fuit. Scripſit hymnos Apopemticos, ſive Apodemicos, qui Dei cujuſpiam peregrinationem continent. Julianus imperator ejus carminibus adeo delectatus eſt, ut inde vivendi præcepta petierit. Pindaricis ea prætulit Hiero Syracuſanus. Floruiſſe dicitur circa Olympiadem 81; vid. Alex. ab Alex. lib. 5 Genial. Dierum cap. 5, Lil. Gyraldus de Poëtarum hiſtoriâ dialogo 9.

Baccifer, vide *Bacca.*

BACEOLVS, i, pro ſtulto: ficta ab Auguſto procul dubio vox, & forte ex Græco βάκηλος: Vide Suetonium ejus vita cap. 87, & ibi Caſaubonum, nec non proverbium *Baceli ſimilis* in Eraſmi Adag.

Bacillum, vide *Baculus.*

BACIS, idis, unus ex iis, quos χρησμοδὺς velut fatidicos Græci nominant: ut in Theage oſtendit Plato. χρησμολόγον oraculorum concentorem appellat Suidas. Hinc inter proverbia: Ἀληθέστερα τῶν σιβύλλης ἢ βάκιδος, *Veriora Sibyllinis aut Bacidis oraculis.* v. Chil.

BACRIO, ōnis, genus vaſis longioris manubrii; hoc alii *trullam* appellant. Feſtus.

BACTRA, orum, Βάκτρα, Provinciæ Bactrianæ, ultra Parthiam & mare Caſpium ſitæ, caput, a flumine *Bactro* ſic adpellata: Plin. lib. 6 c. 16. Virgil. 2 Georg. v. 138,
Laudibus Italiæ certent, non Bactra, neque Indi.
Curtius lib. 7 cap. 4, poſtquam terræ Bactrianæ naturam deſcripſiſſet, *Ipſa Bactra*, inquit, *regionis caput, ſita ſunt ſub monte Parapamiſo. Bactrus amnis præterit. Is urbi, & regioni dedit nomen.*

¶ Bactri ſive *Bactriani*, Bactrorum incolæ, Scythis proximi, divites omnium rerum copiâ, & ſmaragdi cumprimis nobilitate. Curtius lib. 4 cap. 6, *Sunt Bactriani inter illas gentes promtiſſimi.* Lucanus lib. 3 v. 266, *tinxere ſagittas*
Errantes Scythiæ populi, quos gurgite Bactros
Includit gelido, vaſtisque Hyrbania ſilvis.

¶ Bactrianum, i, pro regno Bactrianorum, ſive provincia, Tacitus dixit 2 Annal. cap. 60.

Bactroperitæ, vide *Pera.*

BACVLVS, i, βάκτρον, βακτηρία, ſtab, ſtecken. Effertur duobus generibus *baculus* & *baculum*: Ovidius lib. 15 Metam. v. 655,
baculumque tenens agreſte ſiniſtrâ.
Idem lib. 2 Metam. v. 789 in MSS.
baculumque capit, quod ſpinea totum
Vincula cingebant,
ubi vulgo, *quem ſpinea tortum* legunt. Et eodem lib. v. 681 ex omnibus MSS. *onusque fuit baculum ſilveſtre ſiniſtræ.*
Adi Heinſium. Silius quoque lib. 13 v. 334,
Paſtorale deo baculum, Pani ſcilicet.
Florus lib. 4 cap. 9, *Aureum in manu baculum, ad latus acinaces.* Vbi *baculum*, ſceptrum eſt. Apulejus lib. 1 Mileſ. p. 104, *Diceres dei medici baculo, quod ramulis ſemiamputatis nodoſum gerit, ſerpentem generoſum lubricis amplexibus inhærere.* Nec tamen deſerenda eſt altera & vulgaris terminatio *Baculus.* In Gloſſis enim antiquis non ſolum *Baculum* eſt, ſed etiam *Hic baculus*, ἡ βακτηρία. Quam virilem formam etiam Iſidorus 20 Origin. cap. 13 tuetur. Et Apulejus Apolog. p. 288 Elmenh. *Hoc Diogeni & Antiſtheni pera & baculus, quod regibus diadema, quod imperatoribus paludamentum.* Ita & Julian. Floridus legit. Ceterum hodiernus iſte geſtandi baculos mos receptus à politulis quibusdam, non novitius, ſed vetus admodum eſt: quippe Babyloniis etiam celebratus, ut ex Herodoti lib. 1 conſtat. Græcis quoque uſurpatum, iis quidem, qui ſupra vulgus eximium aliquid habere videri vellent, Theophraſtus in Character. Ethicis περὶ ἀρεσκείας arguit, ubi operæ pretium erit Caſaubonum videre. Baculos etiam olim geſtabant cantores & hiſtriones, de quo in *Rhapſodus.*

¶ Bacillum, i, dimin. Cic. 2 de Fin. cap. 11, *Bacillum aliud eſt inflexum & incurvatum de induſtria, aliud ita natum.* Idem lib. 1 de Divinat. cap. 17, *Qui quidem Romuli lituus, id eſt incurvum & leviter a ſummo inflexum bacillum, inventus eſt integer.* ¶ De altera & virili forma *Bacillus* ita Iſidorus 20 Orig. cap. 13, *A baculo bacillus per diminutionem.*

¶ Bacularius, ſive Baccalaureus, i, quod nomen Rhenanus a *Bacello* deducit, vide paullo ante in *Bacca.*

¶ Imbēcillis, e, & imbecillus, a, um, 3 & 2 declin. infirmus, debilis, ut qui bacillo indigeat, ſchwach. Cic. lib. 2 epiſt. 9 ad Q. frat. *Marius & valetudine, & natura imbecillior eſt*, etwas ſchwach. *Vox imbecilla*,

Quint. lib. 11 cap. 3, ſchwache ſtimme. ¶ De ægroto uſus Paterculus lib. 2 c. 114, *Nemo à nobis imbecillus fuit, cujus ſalus ac valetudo non ita ſuſtentaretur Cæſaris curâ, tamquam diſtractiſſimus ille tantorum onerum mole huic uni negotio vacaret animus.* Dicitur à *baculo imbecillis*, i. e. ſine baculo: ut *inermis*, ſine armis. Senes enim opera ſcipionis deſtituti labaſcunt, & infirmi ſunt. Hinc natura ſua ſecundam corripit. Et ita Prudentius Hymno poſt cibum v. 2,
Quem lex corporis imbecilla poſcit.
Et Cathem. 11 in Natali Domini v. 99,
Et imbecilla infantia.
Horatius tamen poſthabita origine produxit 2 Sermonum Satyr. 7 v. 39, *Imbecillus iners, ſic quid vis adde*, &c. Quem ſecutus Paullinus Eleg. de Celſi obitu v. 114,
Imbecilla quidem, ſed naturalia carnis.
Et ita Lucretius quoque lib. 3 v. 505 primam in *Vacillo* produxit, quod ipſum tamen a baculo ſive bacillo eſt, Nonio teſte. Sed forte in his τὸ C geminandum eſt. Nam contra idem Lucretius primam in *Vacillo* corripuit lib. 4 v. 1121,
Languent officia atque ægrotat fama vacillans.

¶ Comp. *imbecillior*, ut ſupra vidimus, non inuſitatus eſt. Sic etiam Cicer. de Senect. cap. 9, *Cyrus negat ſe unquam ſenſiſſe ſenectutem ſuam imbecilliorem factam.* Superl. geminus reperitur. Corn. Celſus lib. 2 c. 18, *Imbecilliſſima materia.* Ex Seneca 4 de benefic. c. 18, *Quid ſumus? præda animalium & victima, ac imbecillisſimus ac facillimus ſanguis.* Idem tamen Epiſt. 85 poſt princ. *Quantum autem ſapienti damus, ſi imbecillimis fortior eſt?*

¶ Imbecillitas, atis, infirmitas, ſchwachheit, unpäßligkeit. Cic. Att. lib. 11 epiſt. 6, *Tulliæ meæ morbus & imbecillitas corporis me exanimat*, leibs-ſchwachheit. *Imbecillitas valetudinis*, Idem lib. 7 fam. epiſt. 1, unpäßligkeit. *Humani generis imbecillitatem fragilitatemque extimeſcere*, Idem lib. 5 Tuſc. c. 1. Sen. epiſt. 7, *Ægri, quos longa imbecillitas affecit, non ſine offenſa proferuntur.* Vet. Gloſſ. *Inbecillitas*, ἀσθένεια, νόσος.

¶ Imbecilliter, adverb. languide, remiſſe, ſchwächlich, aus ſchwachheit. *Imbecillius dolorem horrere & reformidare*, Cic. 5 Tuſc. cap. 30. Et, *Imbecilliter aſſentiri*, ſchwerlich beyfallen, Idem 4 Acad. Q. c. 17, quamquam & hic *imbecillius*, comparativus, legitur.

¶ Perimbecillus, a, um, ſehr ſchwach. Cic. lib. 10 epiſt. ult. *Quod quidem eſt natum, perimbecillum eſt.* Et Varro 3 de R. R. c. 10, *Anſeribus collum perimbecillum eſt.*

Bacaudæ, vide infra *Bagaudæ.*

BADIVS, a, um, coloris nomen eſt, quem ſpadiceum vel phœnicium alias dicimus: braun, braunroth, caſtanien-braun. *Equus badius*, ein brauner. Varro ὄνος πρὸς λύραν: *Equi colore diſpares; hic badius, iſte gilvus, ille murinus.* Et Palladius Martio titul. 13, *Colores [equorum] hi præcipui, badius, aureus, albineus*, &c. Gloſſ. lat. gr. *Badius*, χελιδόνιαιος.

BADIZO, are, pure Græcum, βαδίζω, a Plauto Latine ſcriptum, Aſinar. a. 3 ſc. 3 v. 116, *Demam hercle jam hordeo, tolutim ni badizas.*
Id eſt gradi, incedere, quod Græcum ſignificat.

BAETA, æ, veſtimenti genus, vide infra in *Beta* n. 2.

BAETIS, is, fluvius Hiſpaniæ, qui nomen dedit regioni, quam percurrit. Seneca Medeâ v. 725,
Nomenque terris qui dedit Bætis ſuis
Heſperiæ pulſans maria languenti vado.
& Martialis lib. 12 epigr. 100,
Bætis oliviferâ crinem redimite corona,
Aurea qui nitidis vellera tingis aquis:
Quem Bromius, quem Pallas amat; cui rector aquarum
Albula navigerum per freta pandit iter.
Quarto caſu format Bætim & Bætin. Livius 28 cap. 30, *ad Bætim fluvium.* Statius Genethliaco Lucani (2 Silv. 7) v. 35,
Bætin Mantua provocare noli,
hoc eſt, Virgilius Lucanum. Et Claudianus Feſcenn. v. 72,
Decorent vireta Bætin,
Tagus intumeſcat auro, &c.
Atque hi omnes conſtanter per diphthongum, etiam Græci Βαῖτις, ut intoleranda Paullini Nolani licentia ſit, qua ſyllabam priorem corripuit. Nam epiſt. ad Auſonium ſive carm. 10 v. 236 canit:
Quà Betis Oceanum, Tyrrhenumque auget Iberus.

¶ Bætica, æ, provincia Hiſpaniæ auſtralis, ab Ana fluvio ad fretum Herculeum, per Bætim amnem diſſecta. Plinius lib. 3 epiſt. 9 pr. *in publica provinciæ Beticæ cauſſa.*

¶ Bæticus, a, um, ut, *Bæticus aër*, Juvenal. Satyr. 12 v. 42. ¶ 2. Bætici, quaſi ſubſtantive, provinciales ſunt. Plinius citata epiſtola: *Dictum Bæticorum non illepidum ferebatur.* Item: *Aderam Bæticis*, h. e. cauſſam illorum agebam tamquam patronus. ¶ 3. Eſt & adpellativum *Bæticus*, quo fuſci coloris genus, quem lana ovium circa Bætim fluvium habet, ſignificatur: ut *lacerna Bætica*, in titulo epigr. 133 lib. 14 Martialis.

¶ Bæticatus, a, um, hinc ejusdem notionis eſt apud eumdem Martialem lib. 1 epigr. 97, *Amator triſtium lacernarum & bæticatus.* Vtroque loco color veſtimenti lanei nativus, non tinctus, notatur, isque ſubfuſcus, qualis ovium eſt in Hiſpania Bætica.

¶ Bæticola, æ, Bætis accola, apud Silium lib. 1 v. 146,
Bæticolasque viros ſpatiis agitabat iniquis.

¶ Bætigena, æ, idem. Silius lib. 9 v. 234, *Bætigenæque viri.*

BAETYLVS, i, ſaxum iſtud faſciis involutum fuit, quod Rhea loco Jovis ſuppoſitum Saturno dedit devorandum, docente Heſychio. Varinus Phavorinus in Lexico ſuo inquit: Βαίτυλος λίθος γενόμενος κατὰ τὸν λίβανον τὸ ὄρος τῆς Ἡλιουπόλεως· οὕτως ἐκαλεῖτο ὁ δοθεὶς λίθος τῷ Κρόνῳ ἀντὶ Διός. Vocem hanc deducit Etymologus à βαίτη, quæ idem ſit, quod διφθέρα *pellis, corium*; quoniam Rhea lapidem pelle caprina faſciatum ac involutum dediſſet Saturno. Voſſius vero in ſuo Etymologico, & de Idololatria Gentili lib. 6 c. 39, originem ejus ad Jacobi Patriarchæ dormitorium & pulvinar (de quo Geneſ. 28, 18) referri

referri debere exiſtimat, cum ait: Hic lapis (Patriarchæ) magna in veneratione Iſraelitis fuit, usque dum divino coli honore a cultûs neſciis cœpit. Ab hoc lapide locoque Βαιϑὴλ dicto, Βαιτύλυς & Βαιτύλια vocarunt lapides rudes, quos ſive ſymbola Numinis crederent divini, ſive etiam animatos & verè Deos. De cujusmodi cultu vide ſis, quæ Photii Bibliotheca Codice 242 ſuggeret &c. Jul. Cæſ. Scaliger Exercit. 271 Bætylum hunc in veteribus Barbarorum myſteriis Abdir nuncupatum eſſe dicit, cujus vocis ἔτυμον laudato loco Voſſius æquè in Βαιϑὴλ quærit. A Bætylo hoc natum eſt proverbium, καὶ βαίτυλον ἂν κατέπιες. Quod ἐπὶ τῶν ἄγαν λιμβρων, *de vehementer voracibus* dici, Michael Apoſtolius centuriâ 10 Prov. 71 auctor eſt.

BAGAVDA, æ, ſive Bagoda [quamquam & *Bacauda* invenias,] vox Gallica, procul dubio: qua notabatur rebellium ruſticorum factio, qui omnia latrocinio poſteà infeſtabant. Cœpit in Gallia temporibus Diocletiani, ut ex Victore, Eutropio, Hieronymoque conſtat. Vide illuſtrem Scaligerum Animadverſ. Euſebian. p. 222 & ſeq. itemque Voſſium lib. 2 de vitiis ſerm. c. 3. Cauſſas ſeditionis & inde natæ factionis Salvianus lib. 5 de Gubernatione Dei explicat. De *Bagaudis*, inquit, *nunc mihi ſermo eſt, qui per malos judices & cruentos ſpoliati, afflicti, necati, poſtquam jus Romani nominis perdiderunt* &c. Et paullo poſt: *Quibus aliis rebus Bagaudæ facti ſunt, niſi iniquitatibus noſtris, niſi improbitatibus judicum, niſi eorum proſcriptionibus & rapinis, qui exactionis publicæ nomen in quæſtus proprii emolumenta verterant*, &c. Nam plura ſequuntur, quæ rem declarant.

¶ Bagaudicus, a, um, adjectivum, ut, *Bagaudica rebellio*, apud Eumenium Orat. pro reſtaur. ſchol. cap. 4.

BĂGŌAS, æ, & Bagous, i, Perſicum eſt vocabulum, & ſignificat *ſpadonem*. Plinius lib. 13 cap. 4, *Clariſſimæ omnium* [palmæ] *quas regias adpellant ab honore, quoniam regibus tantum Perſidis ſervabantur, Babylone natæ, uno in horto Bagoi. Ita enim vocant ſpadones, qui apud eos etiam regnavere.* Et datur id nomen ſpadonibus regiis, apud Curtium, Ælianum, Heliodorum, Achillem Tatium, & Sulpicium Severum lib. 2 Hiſt. ſacræ, cùm Judith exponit: qui tamen non *Bagoam*, ut Græci; ſed *Baguam* dixit. Suidas: Βαγώας ὄνομα κύριον, ὃς ἦν εὐνοῦχος. Ovid. lib. 2 Amor. Eleg. 2 ad Bagoum:

Quem penes eſt dominam ſervandi cura Bagoë?

Conf. Freinshem. Ind. Curtiano, & Hornius ad Sulpic. p. 323. ¶ *Bagoam aliquem* pro molli & ſpadone dixit Quintilianus 5, 12. Pro Bagoa *Bagas* ſubſtituitur in Proverbio: Βάγας ἕστηκας, id eſt, *ut Bagas conſtitiſti*, de quopiam ſtupidæ mentis & attonitæ in Plutarchi Collectaneis. v. Chil.

BĀIÆ, arum, Βαίαι, oppidum Campaniæ juxta Lucrinum ſinum, inter *Puteolos* & *Miſenum* montem; à *Baja* Vlyſſis ſocio adpellatum, Strabone auctore. Celebres Bajæ fuerunt amœniſſimo ſitu, & aquarum calidarum tum ad voluptatem, tum ad morbos ſanandos accommodatiſſimarum præſtantia. Horat. lib. 1 Epiſt. 1 v. 83,

Nullus in orbe ſinus Bajis prælucet amœnis.

Seneca epiſt. 51 *diverſorium vitiorum* vocat. Statius, *deſides*. vid. Paſſerat. ad Propert. lib. 1 Eleg. 11. Barth. ad Stat. Silv. p. 408. Rupert. ad Florum p. 357. ¶ 2. Qua de cauſſa & pro locis amœnis & voluptuariis nomen id à Cicerone uſurpatum eſt. Sic enim videntur verba Orat. pro Cœlio cap. 16 interpretanda: *Quæ* [mulier] *haberet palam decretum ſemper aliquem, cujus in hortum, domum, Bajas, jure ſuo libidines omnes commearent.* Fr. Hottomannus ibi commentatus eſt, Romanis in hortis ſuis habuiſſe delicatos lacus, ex aquæductibus derivatos, in quibus animi & deliciarum cauſſa natarent, easque *Bajas* adpellaſſe. ¶ 3. Bajæ porro dicuntur omnes aquæ calidæ. Tibul. lib. 3 El. penult. *Sacris Bajarum maxima lymphis*; ad quem loc. vide Scalig.

¶ Bajanus, a, um, ad Bajas pertinens; ut, *Sinus Bajanus*, mare Bajis vicinum, Plin. 2 cap. 103. *Murex Bajanus*, Horat. 2 Sat. 4 v. 32. Sic Martial. 1 Epigr. 60 ad Flaccum:

Dat Bajana mihi quadrantes ſportula centum;
Inter delicias quid facit iſta fames?

Bajonula, quære in *Bajulo*.

BĀIVLO, avi, atum, are, portare, tragen, oder trecken. Proprie dicitur de iis, qui onera humeris ſubeunt, hocken. Gajus JCtus Lege 235 Dig. de V. S. *Ferri proprie dicimus, quæ quis ſuo corpore bajulat: portari ea, quæ quis jumento ſecum ducit.* Plaut. in Aſin. Act. 3 ſc. 3 v. 70, *Ego bajulabo*, (ſcil. onus) *tu, ut decet dominum, ante me ito inanis.* Idem Merc. 3, 1. v. 10, *Non didici bajulare.* Vſus eo verbo etiam Quintil. eſt lib. 6 cap. 1 ſub finem, *Ego te bajulare non poſſum.*

¶ Bajulatio. Gloſſ. vet. *Hæc bajulatio*, βασταγμός.

¶ Bajulator, idem qui bajulus. Gloſſæ Cyrilli: *Bajulator*, βασταϰτής, ἀχϑοφόρος. Et Vlpianus lege 15 § 1 Dig. de uſufructu & quemadm. *Si hiſtrionem bajulatorem faciat.*

¶ Bajŭlus, i, operarius, ein träger, tagelöhner. Cicero de Clar. Or. c. 73, *Operarii aut bajuli deeſſe non poſſunt.* Gellius lib. 5 c. 3, *Protagoram ajunt adoleſcentem vecturas onerum corpore ſuo factitaviſſe, quod genus Græci βαστάζοντας vocant: Latine* BAIVLOS *adpellamus.* Horatius 2 Epiſt. 2 v. 72, *Gerulum* dixit, de quo infra in *Gero*. Symm. 5. Epiſt. 7, *Litterarum bajulus*, ein brief-träger.

¶ Bajonula, æ, eſt lectus portatilis, Iſid. lib. 20 cap. 11 ſive, ut ipſe loquitur, *qui in itinere portatur*, ein reiſebett.

BĀLAENA, æ, φάλαινα, bellua marina, quæ & cetus, ein wallfiſch. vid. Plin. 9 c. 3 & 6. Juvenal. Satyr. 10 v. 12,

Sed plures nimia congeſta pecunia cura
Strangulat, & cuncta exuperans patrimonia cenſus,
Quantò delphinis balæna Britannica major.

Et Auſonius Moſellâ v. 144,

Talis Atlantiaco quondam balæna profundo &c.

¶ Balænatus, a, um. Petron. in Satyr. *balænatam virgam gerens.* Alii legunt *ballenatiam*. Putant viri docti, fuiſſe e cartilagine balænæ confectam, cujus generis virgis athletarum ac gladiatorum certamina dirimebantur.

Balineum, vide poſt *balneum*.

BĂLĂNVS, i, fœm. βάλανος, ſignificat vel *glandem* vel *palmulam* ſeu *dactylum*, vel *nucem caſtaneam*, eine ecker, eichel, dattel. Eſt enim vox, quæ multarum fructibus arborum accommodatur, quos epithetis Dioſcorides diſcernit, & palmarum fructus adpellat φοινιϰοβαλάνυς, caſtaneas σαρδιανὰς βαλάνυς, vel διὸς βαλάνυς, & βάλανον μυρεψιϰὴν, *hoc eſt glandem unguentariam*, quam Plinius lib. 12 c. 22 vocat. ¶ 2. Myrobalanus, ſive glans unguentaria, de qua poſtea. De ea Horatius lib. 3 Od. 29 verſ. 4, *Preſſa tuis balanus capillis.* ¶ 3. Et à glandis ſimilitudine *Balanum* id vocant, quod ad ſubducendam alvum in podicem manu inditur. Vulgus *Suppoſitorium* vocat, ein zäpfflein zum ſtulgang. ¶ 4. Denique piſcis marinus *balanus*, Plinio eſt lib. 32 cap. 11, ſic adpellatus à ſimilitudine fructuum quercus ſeu glandis querneæ, auctore Athenæo. Eſt autem ex concharum genere, meer-eicheln, Geſner.

¶ Balanītis, eine runde caſtanie, die einer eichel gleichet, fœm. Plin. hiſt. lib. 15 c. 23.

¶ Bălănīnus, a, um, adject. Plin. lib. 23 cap. 4, *Balaninum oleum*, id eſt, ex balanis expreſſum.

¶ Bălānātus, a, um, id eſt, oleo balanino unctus, apud Perſ. Sat. 4 v. 37.

¶ Myrobalanus, i, μυροβάλανος, *glans unguentaria*, & glans Ægyptia, Indis tantum nota: fructus eſt arboris cujusdam myricæ ſimilis, magnitudine nucis avellanæ, Plin. lib. 12 c. 21. Dioſcor. lib. 4 *Ben*, officinis dicitur. Celſus lib. 4 cap. 12, *Fit ex unguentariis glandulis, quas* μυροβαλάνυς *Græci vocant.* ¶ Eſt & *Myrobalanum*, unguentum odoratum, quo tingebantur capilli, de quo ſic luſit in Apophoretis ſuis Martialis Epigram. 57,

Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus,
Hoc ex unguento conſtat & ex balano.

Vox enim *myrobalanum* verſum Heroicum ingredi non poteſt.

BĂLĂTRŌNES, id eſt, homines nihili, apud Varron. lib. 2 de re ruſtica c. 5, *Videbo jam vos balatrones, & huc afferam meum corium & flagra.* Nomen à *blateis* & *balatronibus*: quibus vocibus deſignabantur bullæ luti ex itineribus, aut quod de calceamentorum ſoleis deraditur, ut Feſtus auctor eſt. Tribuitur hominibus nihili, ut ſunt ſcurræ, paraſiti, & alii hujus generis: unnütze ſchwätzer, plauderer; ϰοπρολόγοι, σπερμολόγοι. Horat. lib. 2 Sat. 8 v. 64, *Balatro ſuſpendens omnia naſo.* Et lib. 1 Satyr. 2 v. 2, *Mendici, mimæ, balatrones.* Vbi Porphyrion à balatu ſeu vaniloquentia eos dictos autumat. Acron verò à Servilio Balatrone, homine luxuria perdito & profuſore, nuncupatos rectius ſentit. Vid. Franc. Luſini parerg. lib. 1 cap. 6. Nonnullis *Balatro* idem eſt qui *Barathro*, de quo infra in *Barathrum*.

BĀLAVSTIVM, i, βαλαύστιον, flos eſt mali Punici, Plin. lib. 13 cap. 19. die blüt eines granat-apffels. Eſt in *cytino*, qui primus pomi hujus partus, florere incipientis. Id Plin. lib. 23 cap. 6 prodidit.

¶ Balauſtĭnus, a, um, ut *color balauſtinus*, ſimilis flori mali Punici, Plin. 13 c. 19.

BALAX, Plinio dicuntur minuta ramenta auri. Vid. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 277. *Grævius.* * Plinii verba exſtant lib. 33 cap. 4, *iidem, quod minutum eſt, balucem vocant.* Salmaſius ſcribit *balluca*, & a βάλλειξ deducit p. 239 fin. ed. poſter.

BALBVS, a, um, ψελλὸς, qui difficulter loquitur, liſpelnd, ſtammlend. Cic. de Domoſthene lib. 1 de Orat. cap. 61, *Cum ita balbus eſſet, ut ejus ipſius artis, cui ſtuderet, primam litteram non poſſet dicere, perfecit meditando, ut nemo planius eo locutus videretur.* Eraſmus ex D. Hieronymo parœmiam citat: *Balbus balbum rectius intelligit*, ein ſtammler verſtehet den andern am beſten, h. e. ineruditis magis tum nota ſunt, tum placent inerudita. Tibullus lib. 2 Eleg. 5,

Nec tædebit avum parvo advigilare nepoti,
Balbaque cum puero dicere verba ſenem.

¶ Balbe, adverb. Nonius ex Varrone. Vnde

¶ Subbalbe, ut, *ſubbalbe canorus*, apud Spartianum in Geta c. 5.

¶ Balbūtio, ire, lallen, ſtottern, ſtammeln. Horat. lib. 1 Satyr. 3 v. 48, *balbutit Scaurum*, i. e. balbutiendo adpellat. ¶ 2. Transfertur & ad imperfectas & vix qualescunque de rebus explicationes, ut, *de maximis & rebus cæleſtibus homines vix balbutire quædam utcunque poſſunt*: von himmliſchen dingen vermögen die menſchen kaum ein wenig lallen. Cic. Acad. Quæſt. lib. 4 c. 45, *Stoicus perpauca balbutiens*; & Tuſc. Qu. lib. 5 cap. 26 extr. *Me quidem auctore etiam peripatetici, veteresque Academici balbutire aliquando deſinant.* Idem 1 de divinat. c. 3, *omnes, præter Epicurum balbutientem de natura deorum, divinationem probaverunt.*

¶ Balbuties, ei, pro *hæſitantia linguæ*, quam Cicero vocat 3 Phil. c. 6, etſi pervulgatum, tamen barbarum eſt. v. Voſſ. de vit. L. L. 3 c. 2 & Cellar. Antibarb. p. 10.

BĂLĔĀRES, ium, inſulæ duæ Hiſpanicæ in mari mediterraneo, *Gymnaſiæ*, γυμνασίαι à Græcis dictæ, quod in iis incolæ nudi æſtatis tempore fundarum jactu ſeſe exercent. *Balearium* autem nomen ἀπὸ τῦ βάλλειν, à *jaciendo*: optimi enim funditores Baleares erant. vid. Plin. 3, 5. f. & Polybius lib. 3. Narrant Hiſtorici, talem in hiſce inſulis obſervatam fuiſſe conſuetudinem, ut eſurientibus filiis, à matribus jentaculum in ſublimi trabe proponeretur, quod illi contingere non poterant, niſi prius fundis dejeciſſent. Nonnulli tamen à Baleo, Herculis comite, nomen deducunt. Liviana Epitome lib. 60. De ſumma gentis in lapidibus jaciendis peritia, & quomodo eam comparare ſibi ſoliti, lege Strabonem lib. 14. Florum lib. 3 c. 8. Vegetium lib. 1 c. 16. Hodie inſulæ *Majorica* & *Minorica*, a quantitate diſpari adpellantur.

¶ Balearis, e, adjectivum gentile, de incolis & de rebus uſurpatum. Cæſar 2 Bell. Gall. cap. 7, *Numidas & Cretas ſagittarios, & funditores Baleares ſubſidio oppidanis mittit.* Et Silius lib. 9 v. 233,

Ac torto miſcens Balearis prœlia plumbo.

Virgilius 1 Georg. v. 309, *Balearis verbera fundæ.* Et Silius lib. 7 v. 297 *telum Baleare*. Eſt enim vere adjectivum, & quando de inſulis abſolute dicitur, *inſularum* vocabulum ſubauditur.

¶ Bălĕārĭcus, a, um, idem. ut, *Balearica funda* apud Ovid. lib. 2 Metam. v.

tam. v. 727, & *mare Balearicum*, quod & Ibericum & Hispanum est, apud Plin. lib. 3 cap. 5. *Balearica vina*, ibid. 14 c. 6. *Balearica regna*, apud Manilium lib. 4 v. 638.

Balena, vide *Balæna*.

Balinĕum, vide post *Balneum*.

BALIOLVS, i, id est Afer, sic dictus peculiariter a colore balio, qui est color tritici, Plaut. Pœn. 5, 5 v. 22.

BALIS, is, herba salutifera Plin. 25, 2.

BĀLISTA, æ, seu rectius fortasse Ballista, [est enim à βάλλω, jacio] militaris machina, qua muri concutiuntur, ingentibus inde emissis saxis, ein geschütz oder maurbrecher. Cæsar 2 Civ. c. 2, *Asseres pedum 12 cuspidibus præfixi, atque hi maximis ballistis missi.* Vide Lips. lib. 3 Poliorceticωn Dialogo 3, qui duplex instrumentum eo nomine significari notat: unum, quo tela, & grandiores sagittas: alterum, quo lapides & saxa in hostes jacularentur; prius *catapultam*; posterius *Ballistam* dixere. Vnde *ballistæ lapidum* Ciceroni sunt lib. 2 Tusc. c. 24. Silius lib. 1 v. 335, *Phocais effundit vastos ballista molares.* Metaphorice *Ballista infortunii* apud Plaut. in Pœnulo a. 1 sc. 1 v. 73, & in Captiv. act. 4 sc. 2 v. 16, Ergasilus parasitus inquit: *Meus est ballista pugnus, cubitus catapulta est mihi; humerus aries.* Vim earum Lucan. l. 3 v. 465 seqq. declarat. Vide & *Catapulta*: & *Manganum*.

¶ Balistarium, i, apud Plautum Pœnul. act. 1 sc. 1 v. 74, vel pro loco balistarum, vel pro ipso tormento; zeughauß.

¶ Balistarius, i, Gloss. Vet. *Ballistrari*, σφενδονῆται, lege *Ballistarii*, sicut in iisdem Glossis *ballistra* & *ballista* scribitur. Hos idcirco pro funditoribus habet Lipsius 3 Poliorcet. Dialogo 3 extremo, quos & Vegetius lib. 2 cap. 2 in levis armaturæ militibus scribit, & cum funditoribus ac ferentariis conjungit. ¶ 2. Ballistarii numerus & ordo militaris sunt in Notitia Imperii utriusque, quo Valesius Ammianum lib 16 cap. 2 refert, qui *cataphractarios* & *ballistarios* conjungit.

¶ Balistea, sive Ballistea (a βαλλίζειν) carmina ludicra inter saltandum cantari solita, tantzlieder. Vopisc. in Aurel. c. 6, *Etiam balistea pueri & saltatiunculas in Aurelianum componebant.*

¶ Carroballista, æ, ballistarum genus carro impositum. Vegetius lib. 3 cap. 24 describit, quem vide.

¶ Exbalistare, i. e. balista expugnare, Plaut. Pseud. 2, 1 v. 10.

Balito, are, vide *balo, are.*

BALLANOTI, Scythiæ populi apud Val. Flaccum 6 v. 161.

BALLIO, ōnis, prodigiosæ nequitiæ & perfidiæ lenonis nomen in Pseudolo Plautino, deditque locum proverbio. Cicero pro Q. Roscio Comœdo cap. 7 C. Fannium Chæream hoc nomine suggillat: *Capite & superciliis semper est rasis, ne ullum pilum boni viri habere dicatur. Cujus personam præclare Roscius in scena tractare consuevit: Neque tamen pro beneficio ei par gratia refertur. Nam Ballionem illum, improbissimum & perjurissimum lenonem cum agit, agit Chæream.* Et Philippica secunda c. 6, *Hodie non descendit Antonius. Cur? dat natalitia in hortis. Cui? Neminem nominabo. Putato te eum Phormioni alicui, tum Gnathoni, tum Ballioni*: hurenwirth.

¶ Subballio, ōnis, vicarius Ballionis, jocose Plaut. Pseud. 2, 2 v. 13. HA. *Tune es Ballio? PS. Imo vero ego ejus sum Subballio.*

BALLISTA, æ, Latro fuit: cui lapidato Virgilius hoc condidisse fertur Epitaphium: *Monte sub hoc lapidum tegitur Ballista sepultus.*
Nocte, die tutum carpe viator iter.
Vide Phocam in vita Virgilii.

¶ Ballista, machina bellica, vide supra in *Balista*.

Ballonymus. Vide *Abdalonimus*.

BALLŌTE, es, βαλλωτή, herba est, quæ & *marrubium cantherinum*, & *marrubiastum*, & *marrubium nigrum*, & *ulceraria*, in officinis vulgo *prassium fœtidum*, dicitur, schwartzer andorn: Plin. 27 cap. 8.

BALLŪCA, æ, apud JCtos aurum est ex aurifodinis modo extractum, & nondum purgatum, quod distinguitur ab *obryza*, id est, auro excocto & purgatissimo l. 2 C. t. 61. 1 de Metallariis. Scribitur & *Baluca*; goldsand. Plinio 33 c. 4, *Balux*, ūcis, dicitur. Verba ejus sunt: *Hispani aurum, quod minutum est, balucem vocant.* Itaque Turnebus 30 c. 26, apud Martialem 12 Epigr. 57 corrigendum putat:
Illinc balucis malleator Hispanæ.
Vbi in vulgatis est *paludis*. Græce χρύσαμμος appellatur.

BALNEVM, i, βαλανεῖον Græcis dictum, quod anxietatem ex animo pellat, ut Eustachius ad Homeri Iliados K. observat: de quo & Augustinus lib. 9 Confess. cap. 12. Alii παρὰ τὸ τὰς βαλάνους ἄνειν ita dictum volunt. Suidas enim glandibus veteres vesci solitos fuisse, earumque putamina succendisse docet, vid. Cœl. Rhodig. Lect. Antiq. lib. 16 c. 45, ein bad. Cicero ad Attic. lib. 13 epist. ult. de Cæsare: *ambulavit in litore: post horam* VIII *in balneum.* Et pro Dejotaro cap. 6, *Huc te e balneo, priusquam accumberes, ducere volebat.* Tacitus lib. 14 cap. 64 de Octavia: *præfervidi balnei vapore enecatur.* Hæc ex Grut. Gronov. Ryckii emendatissimis libris; quod addo, quia alibi Cicero etiam *balineum*, de quo mox dicturi sumus, scripsit. *Quid cani & balneo?* vel, *Quid cani commune cum balneo?* was ist ein hund nütze im bade? proverbium est in eos, qui ad rem quampiam sunt inutiles; citat ex Luciano Erasmus, & Cœlius lib. cit. c. 43. *Senecta hominum balnea calida*, wer viel badet, wird alt, Philostrati est, γῆρας ἀνθρώπων τὰ βαλανεῖα. Ceterum promiscua olim virorum, & mulierum balnea erant, quorum turpitudo tandem legibus interdicta, mulctâ in transgressores constitutâ. Camerar. Cent. 1 Hor. subs. cap. 33. Conf. Casaubon. ad Spartian. Hadrianum p. 34.

¶ Balinĕum, i, idem quod balneum. De penultima ambigitur: sed pronius est longam esse quam corripi. Varro enim lib. 8 de Lat. Ling. p. 115, *balineum novum, & Græcum introiit in urbem.* Quod si a Græcis adsumtum, illi autem βαλανεῖον scribunt; utique *balineum*, Latinum ex Græco factum, accentum Græcorum sequitur. Cicero lib. 14 epist. 20, *labrum si in balineo non est: ut sit.* Et ad Attic. lib. 2 epist. 3, *balineum calefieri jubebo.* Sic Græv. & Gron. Et Plinius lib. 2 epist. 17, *balinei cella frigidaria*: & lib. 5 epist. 6, *apodyterium balinei*: ac lib. 7 epist. 1, *cum balineo præpararer*: & mox, *spei balinei, cui jam videbar inferri.* Atque ita fere semper scribit. Vet. Gloss. *Balineum*, βαλανεῖον.

¶ In multitudinis numero inveniuntur & *Balneæ* & *Balineæ* & *Balinea*: at *balnea dici* negabat Varro. Verba ejus lib. 7 de Ling. Lat. ista sunt: *Neque ab eo, quod dicunt balneum, habet multitudinem consuetudo* &c. Sed contrarium auctorum usus arguit: & *balnea* etiam in multitudinis numero Grammatici veteres Sosipater & Diomedes agnoscunt. Hoc autem notandum discrimen, inter *balneum* & *balnea*, sive *balneas*, est; quod *balneum* privatum esset: *balneæ* sive *balnea* publica. Varro lib. 8 de L. L. p. 114, *Dicantur multitudinis nomina* publicæ balineæ, *non*, balinea. *Contra quod privati dicunt*, unum balineum, *quod plura*, balineas, *dicant.* Putares hinc *balinea* plur. neutro non dici, sed balineæ. At ipse mox Varro: *non erant duo balinea*: & Plinius lib 2 epist. 8, *Sic concupisco, ut ægri vinum, balinea, fontes.* Et eodem lib. ep. 17, *balinea meritoria*, ubi pretium pro lotione solvendum, gemeine bad-stuben. Sed quod de publicis plurativo numero, de privato balneo singulari uterentur, hanc ibidem rationem affert Varro, *quod publicè bina essent conjuncta ædificia lavandi caussa: unum ubi viri, alterum ubi mulieres lavarentur: ab eadem ratione domi suæ*, inquit, *quisque ubi lavatur*, balineum *dixerit: & quod non erant duo*, balinea *dicere non consueverunt.* De partibus balinearum seu membris vide infra in *Cella*.

¶ Balneolum, i, diminutivum. Vsus est Juvenalis Satyra 7 v. 4,
Balneolum Gabiis, Romæ conducere furnos.
Cicero in Hortensio apud Nonium: *primus balneola suspendit: inclusit pisces.* Quod Nizolii & Gruteri opere *balneolas* fœmineo genere allegatur: Nonii Marcelli libris *balneola*, genere neutro.

¶ Balnearius, a, um; & Balnearis, e: ut, *Fur balnearius*, Catull. epigr. 33, & Vlpianus Lege 1 Dig. de Furibus balneariis: *Furtum balnearium*, Paullus ibidem Lege 3. Et *Instrumentum balnearium* Lege 17 D. de instruct. vel instrum. legato. *Vestis balnearis*, ein bade-tuch, bade-mantel. *Balnearia*, bade-zeug. Apul. l. 3, *Milonem jussit cum balnearibus assequi.* Et lege 32 § 7 Dig. de aur. arg. mund. *argentum balneare.* Sic *Vrceus balnearis*: *solium balneare*, ut Charisius observat lib. 1 pag 59.

¶ Balneatium, i, pars villæ, hoc est balneum. apud Cic. ad Att. 13 epist. 29, *balnearia majora*: & ad Q. fratr. lib. 3 ep. 1 cap. 1, *In balneariis assa in alterum apodyterii angulum promovi.* Columella lib. 1 cap. 6, *balnearia occidenti æstivo advertantur.* Et Seneca 3 Q. N. c. 24, *Quem non falli credent ii, quibus balnearia sine igne calefiunt.* Ex quibus adparet, pluraliter maxime hoc nomen in usu fuisse: singularem vel rarum, vel inauditum prorsus: ein bad-hauß, bad-stube.

¶ Balneaticum, i, pretium, quod pro lotione in balneis solvitur: bade-geld. Vet. Gl. *Balneaticum*, βαλανικόν. Vetus Scholiastes Juvenalis ad illud Sat. 2 v. 52, NISI QVI NONDVM AERE LAVANTVR, id est, infantes. *Quia pueri non dant balneaticum.*

¶ Balneātor, ōris, ein bader. Græce βαλανεύς. Cicero 13 Philipp. cap. 12, *temperantem fuisse ferunt Isauri balneatorem.* Plinius lib. 18 cap. 17, *Ajunt in Asia & Græcia balneatores, cum velint turbam pellere, carbonibus id semen* [æræ vel lolii] *injicere.* Lampridius in Commodo cap. 1, *Cum tepidius forte locus esset, balneatorem in fornacem conjici jussit.*

¶ Balneatrix, īcis, eine baderin, bade-magd, Petronius dixit apud Servium in 12 Æneid. v. 159. Ipse ibi Servius etiam communi genere *hic & hæc balneator* dici posse autumat.

¶ Balneatorius, a, um: idem quod *Balnearius.* Sic Martianus JCtus lege 17 § 2 D. de Instruct. & Instrumento Leg. æque *balneatorium & balnearium instrumentum* dixit.

¶ Observent tirones, θερμολουσίας, sive lotiones calidas, seu balnea, apud Græcos pariter atque Romanos ad voluptates luxuriamque interpretari solitas, de quo aliquid Casaubonus ad Suetonii Aug. cap. 82 observat. Et eo nomine Cajum quoque Philo perstringit Legat. ad Cajum p. 770. Romanos milites Alexander Severus apud Lampridium. Quæ causa, ut in luctu atque justitio publico clauderentur balneæ, atque lavare nefas esset: de quo Plutarch. Consolat. ad uxorem pag. 610. Tertullianus adversus Psychicos c. 17. Suetonius Calig. cap. 23 &c. Idque apud Judæos, quibus frequens lavandi usus, fieri solitum ex Nehemiæ c. 4 constare potest. Pœnitentes quoque abstinuisse balneis, illotosque fuisse, ex Tertulliano, Sozomeno & Cypriano observat Heraldus 2 Digress. cap. 4.

¶ Imbalnities, ei, wust, unflätigkeit. Lucil. 26 reliqu. ex Sat. v. 69, *Hic cruciatur fame, frigore, illuvie, imbalnitie* &c. Conf. Voss. Etym. pag. 61.

BĀLO, are, hoc verbo proprie ovium vox denotatur, blöcken. Ovid. 4 Fastor. v. 740, *Tactaque fumanti sulphure balet ovis.*
Balantes pro ipsis ovibus ponit Virg. 1 Georg. v. 272,
Balantumque gregem fluvio mersare salubri.
die schafe schwemmen. ¶ Belare etiam in usu veteribus, à bes, quod sonare ovium vox videtur, Varrone l. 2 de re rusticâ c. 1 auctore.

¶ Bālātus, us, ovium est, das geblöcke, ut *balatu pecorum*, Virgil. 3 Georg. v. 554. Et Ovidius 7 Metam. v. 541,
Lanigeris gregibus balatus dantibus ægros.

¶ Balitare. *Oves balitantes*, Plaut. Bacch. 5, 2, 20.

BALSAMVM, i, βάλσαμον, arbuscula odoratissima, in Judæa sola nascens, quemadmodum Plinius testatur lib. 12 cap. 25, *Omnibus odoribus*, inquit, *præfertur balsamum, uni terrarum Judææ concessum*, balsam gehet über alles, das wohl reucht, &c. Vide Tacitum 5 Histor. c. 6. Ex Judæa in Ægyptum translatum, & ibi adhuc perseverare, Lipsius ad Tacitum, & Barthius ad Claudianum observat. ¶ Balsamum quidem proprie de arbore, sed sæpius de lacryma sive succo arboris dicitur. Sic Claudianus in Epithal. Palladii v. 121,
Gemmatis alii per totum balsama tectum
Effudere cadis, duro quæ saucius ungue
Niliacus pingui desudat vulnere cortex.
Eodem modo Justinus 36 c. 3 n. 4, *Arbores opobalsami certo anni tempore balsamum sudant.* Balsamum idem quod *Baal schemen*, quasi *dominus olei*, seu oleum præcipuum, aut dominus aromatum. D. Geier. de Luctu Ebræorum p. 387.

¶ Balsāmīnus, a, um, von balsam: Vt, *Oleum balsaminum*, balsam-öl, apud Plin. lib. 23 c. 4.

¶ Balsameus, a, um, idem. Auctor Carm. Phœnicis, quod Lactantio a quibusdam tributum fuit, *unguine balsameo condit*, &c.

¶ Balsamina, æ, herba est, quæ & *viticella*; vide ejus egregiam descriptionem apud Matthiolum in c. 177 de vite nigrâ lib. 4 Dioscorid. balsam-kraut.

¶ Carpobalsamum, i, καρπόβαλσαμον, fructus balsami aut semen dicitur Dioscor. lib. 1 c. 18. Nam καρπὸς fructus est.

¶ Opobalsamum, i, ὀποβάλσαμον, liquor, qui manat ex arbore, quasi ὀπὸς τῦ βαλσάμυ, succus balsami, balsam-öl. vid. Plin. 12 c. 25. Diosc. l. c. & Justin. 36, 3, 1. Servius in 2 Georg. v. 219. BALSAMVM *est arbor ipsa*: OPOBALSAMVM *succus collectus ex arbore.* Statius 3 Sylv. 2 v. 141, *Candida felices sudent opobalsama virgæ.*

¶ Opobalsametum, i, locus balsamiferis arboribus consitus, balsam-bäume. Just. 36, 3, 3.

¶ Xylobalsamum, i, ξυλοβάλσαμον, balsami materia vel lignum, balsam-holtz. vide late Plinium laudato loco, & Columell. 12 c. 51.

BALTEVS, i, in masc. & Balteum, i, in neutro. Scribunt etiam *Baltheus* & *Baltheum*, sed nescio an satis recte, quod originem ejus ex Græcia, cujus est littera *TH* sive Θ, non facile aliquis asseruerit. Consule Vossium Etymolog. qui simplici *T* scribit; de *TH* nihil habet. Virg. Æneid. 5 v. 312 de pharetra:

lato quam circumamplectitur auro
Balteus, & tereti subnectit fibula gemma.

Sutilis balteus, idem 12 v. 274. conf. v. 942. Livius apud Nonium c. 3 p. 594, *auratæ vaginæ, aurata baltea illis erant.* Et Varro apud eundem: *Tragica vincula baltea sunt.* Adde ipsum Varronem lib. 4 de L. L. cap. 24. Vet. Gl. ζωστὴρ, *Cingula, Balteum, Cingulum, Balteus.* Charisius ex Plinio discrimen adfert, quod *Balteus* vinculum seu cingulum; *Balteum* lora ad ligandum apta significet. Sed id non attenderunt auctores, ut Vossius lib. 1 de Analogiâ cap. 36 observat. Recto igitur Servius in 5 Æn. BALTEVS *dicitur non tantum, quo cingimur; sed etiam a quo arma dependent*: ein gürtel, ein wehrgehenck. Ordinis equestris ornamentum & gestamen erat. Et quia plurimi dignitatis titulo & potentiæ umbraculo vitiorum ulcera velant, eo nomine principem enormi vitiorum scabie elaborantem perstringit Persius Satyra 4 v. 44, *ilia subter*

Cæcum vulnus habes, sed lato balteus auro
Prætegit: &c.

¶ 2. Sumitur pro quavis cinctura: ut, *balteus placentæ*, apud Caton. cap. 75 de re rustica. Conf. Barth. ad Nemes. Cyneget. pag. 260. 273. 383. der rand am kuchen. Manil. 1 v. 679 de Zodiaco:

Sed nitet ingenti stellatus balteus orbe.

Tertull. de spectaculis c. 3, *Vias vocant cardines balteorum per ambitum.* Ibi baltei s. baltea sunt altiores gradus, ubi honoratiores sedent. Cujusmodi balteus in amphitheatro *præcinctio* est apud Vitruv. 5 c. 3 v. Lips. de Amphith. c. 13.

¶ Balteolus, i, diminut. Capitolinus in Maximinis cap. 2, *Severus militares dabat ludos, propositis præmiis argenteis, id est armillis, torquibus, balteolis.*

BALTIA, æ, insula in mari Germanico. Volaterranus lib. 7 Geograph. ex Plin. l. 4 c. 13, & lib. 37 c. 4.

¶ Balticus, a, um, adject. ut, *Mare Balticum*, der belt, die ost-see; Melæsinus Codanus dicitur.

Baluca, & Balux, vide *Balluca*.

BAMBĂCION, i, & Bambagia, æ, βαμβάκιον καὶ βαμβακίς, καὶ βάμβαξ, lana illa est candidissima in gossipio seu xylo frutice nascens, baumwolle.

BAMBĂLIO, ōnis, vocabulum est ignominiosæ adpellationis, usurpatum his verbis à Cicerone Philipp. 3 cap. 6, *Tuæ conjugis, bonæ fæminæ, locupletis quidem certe, Bambalio quidam pater, homo nullo numero, nihil illo contemtius, qui propter hæsitantiam linguæ stuporemque cordis cognomen ex contumeliâ traxerit*: ein tölpel, einfältiger tropf. Cassiodorus de Orthographiâ in Eclogis Adamantii Martyris; *Bambum* ὀξυτόριον: *atque Bambulo* ψελλιστὴς, *quæ per B mutam scribuntur.* Vbi fortasse scribendum *Bambalio*; quod Græce sit βαμβαλίων, ex βαμβάλειν, ut, Turnebus lib. 17 Advers. c. 19 contendit: quia βαμβάλειν nihil aliud est, quam tremere, & dentibus crepitare, & labiis balbutire: quod & algentibus usu venit; & stupentibus, & ore tumultuantibus, & in loquendo colluctantibus; præsertim tamen commissione labiorum balbum elidentibus sonum: quod & βαμβαλύζειν & παμφαλίζειν dicitur. Quæ omnia per Onomatopœiam efficta, ut strepitum declarent, non secus ac βομβαλοβομβὰξ apud Aristophanem, & βόμβος. Vet. Gl. ψελλιστὴς, *Vambal.* V pro B positum: & scribendum procul dubio *Bambalo*, vel *Bambalio*. De Psellismo hoc videatur Cœl. Rhodig. lib. 7 cap. 23, ubi itidem nomen Bambalioni factum opinatur ex illo Aristophanico βομβαλοβαμβάξ.

BAMMA, ătis, idem quod Embamma, a βάπτω, *tingo*, unde & Germanorum bamme. Hinc

¶ Bambatus, a, um, (pro bammatus) eingetütscht. Colum. 12 cap. 34, *Scilliticum acetum faciunt scillæ decem bambatæ in tres amphoras* &c.

¶ Embamma, ătis, neutr. ἔμβαμμα, condimentum ex aceto, quod ad condienda sit obsonia, eine brüe, so man um schmacks willen an fleisch, fische und andere kost macht, item eine duncke, tütsche. Dictum ab ἐμβάπτειν, intingere. Legitur apud Columell. lib. 12 cap. 55, *Sinapi ad embammata non solum idoneam, sed etiam speciosum.*

BANAVSVS, i, βάναυσος, à βαῦνος, caminus, & αὔω, incendo. Denotat hæc vox proprie artificem, qui circa caminos & fornaces exercetur; deinde latius ad quasvis viliores & sordidiores operas, quæ manuum opificio victum quærunt, extenditur. Vid. Cœl. Rhodig. l. 8 c. 28, & lib. 13 c. 48.

BANCHVS, i, sed rectius fortasse *Bacchus*, quemadmodum Gesnerus censuit, piscis est ex asellorum genere, eine art stockfisches. Banchi piscis meminit Plinius lib. 32 cap. 4 & 7. ac *Myxona* etiam adpellari scripsit, μυξωνα vel μύξινον à μύξα, quæ vox mucosum, & pituitosum humorem significat, Gesn.

BANNVS, i, & Bannum, i, id est proscriptio, exilium, Germ. bann, acht; Et

¶ Bannire, id est proscribere, aqua & igne interdicere: Et

¶ Banniti, id est excommunicati, bannisirte, neoterica sunt vocabula. v. Voss. de vit. L. L. 1 c. 1 & 2 c. 3. Apud Græcos olim, qui homicidium per imprudentiam commisissent, ἀπενιαυτισμῦ h. e. annui exilii pœnam subibant, quæ latinè abannatio dicenda esset. Ab hac voce *Bannitos* dici putat Alciatus l. 2 Parerg. c. 2. Rectius Zasius & Gailius deducunt a Germanico vocabulo ban sive bahn, quod significat viam tritam, publicam & regiam, quam Bannitti amittunt cum libero rerum communium usu. Longobardi vocem cum multis aliis in Italiam invexere. ¶ 2. Bannus Turcis & Hungaris officii nomen est, præsidem vel gubernatorem regni denotans. v. Leuncl. Onomast. Turcico-Arab.

BANTIA, æ, oppidum Appuliæ pascuis abundans. Liv. 27 cap. 25. Hinc

¶ Bantinus, a, um, adject. ut *Saltus Bantini*, apud Horat. 3 Od. 4 v. 15.

BĂPHIA, æ, βαφία, officina tinctorum, ein farb-hauß, apud Lampridium in Alexandro cap. 40, *idcircò quòd Aurelius Provus præfectus baphiis id genus muricis reperisset.* Sic in Notitia Imperii utriusque, sub dispositione Comitis Sacrarum largitionum, sunt *Procuratores baphiorum*, iique varii, ut *Procurator baphii Tarentini, Salonitani, Syracusani* &c. Nam Neutro genere

¶ Baphium, i, & plur. Baphia, non semel in Cod. scriptum legitur. Lege ult. de Vest. holoser. & lege 18 Theodosiani de Murilegalis hæc exstant; *Ad baphia Phœnices per certum tempus mitti præcipimus.*

¶ Baphius, i, tinctor, ein färber, in lib. 11 C. t. 7 de Murileg. l. 2.

¶ Baphicus, a, um, ut *Coccos baphica*, κόκκος βαφική, i. e. granum infectorium, scharlach-beer, apud Dioscoridem.

¶ Dibaphus, a, um, δίβαφος, adject. bis tinctus, à βάπτω, ut: *Tyria dibapha*, apud Plinium lib. 9 cap. 39 ubi etiam subjicit: *Dibapha tunc dicebatur, quæ bis tincta esset, veluti magnifico impendio, qualiter nunc omnes pæne commodiores purpuræ tinguntur*, id est, bis tincta vel infecta purpura, purpurgewand, so zweymal durch die farbe gezogen ist. Legitur hæc vox apud Ciceronem in Epist. fam. lib 2 Epist. 16 & ad Attic. lib. 2 epist. 9. vid. Salmas. in not. ad Tertull. de Pallio cap. 3, & Oct. Ferrar. de re Vestiar. lib. 2 cap. 7.

BAPTES, æ, gemma mollis, odore excellens, sic dicta a tingendo. Est enim succinum anchusâ tinctum. Plin. lib. 37 cap. 10.

¶ Baptæ, arum, molles & effœminati Athenis erant Sacerdotes deæ Cotyttus, in quorum prodigiosam petulantiam Eupolis scripsit Comœdiam Baptas dictam. Sic adpellabantur, quod tincti fucatique sacris interessent, instar mulierum. Omnem rem exponit Juvenalis Sat. 2 v. 91 seqq.

Talia secreta coluerunt orgia tæda
Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotytto.
Ille supercilium madida fuligine tactum
Obliquâ producit acu, pingitque trementes
Attollens oculos; vitreo bibit ille Priapo, &c.

BAPTĬSMA, ătis, & Baptismus, i, βάπτισμα & βαπτισμὸς, lat. immersio, lotio à βάπτω, immergo, die tauffe. Prudent. Psychom. v. 103, *abolens baptismate labem.* Hieronymus epist. 83 ad Oceanum cap. 3, *Aquarum laudes & baptismi prædicemus.* Ecclesiasticorum fere sunt, æque ac sequentia.

¶ Baptizo, are, tauffen. Tertull. 5 cont. Marc. c. 10, *Quid facient, qui pro mortuis baptizantur?* &c. ¶ pro lavare, waschen, est in illo Prisciani l. 1 c. 21, *Vulnus ex aceto baptizare.*

¶ Baptizatus, a, um, getaufft. Bernhard. Epist. 322 de Christiano usuram exercente: *Baptizatus Iudæus.*

¶ Baptisterium, i, ecclesiastice ein tauffstein, etiam profanis usitata vox est, eine badwann, badkübel. Plin. 5 epist. 6.

¶ Baptista, æ, masc. ein tauffer. Arator in Act. Apost. c. 13,

Clamavit virtute potens baptista Ioannes.

¶ Baptizator, ōris, idem. Augustin. epist. 23 ad Bonifacium: *ad horam qua baptizatur, baptizator interrogat.* Adde epist. 165.

¶ Baptizatio. Ambrosius Serm. 17 de Tempore p. 22, *Baptizatio Christi consecratio est elementi.*

¶ Rebaptizare, wiedertauffen. Lege 2 Cod. Ne sanct. bapt. *Si quis rebaptizare quempiam de ministris catholicæ secta fuerit detectus.* August. epist. 166 ad Donatistas: *Quicumque illis accreverunt baptismo Christi, eos rebaptizaverunt.*

¶ Rebaptizator, ōris, ein wiedertäuffer. Idem August. epist. 165, *Extra Primianum baptizatores: post Primianum rebaptizatores damnarent.*

Barathro, quære in *Barathrum.*

BĂRĂTHRVM, i, βάραθρον, abyssus, vorago, eine grundlose oder bodenlose tieffe. Virg. 3 Æn. vers. 420,

Dextrum Scylla latus, &c.
Obsidet, atque imo barathri ter gurgite vastos
Sorbet in abruptum fluctus.

Vbi Servius: BARATHRVM *immensæ altitudinis nomen. Vnde sequitur*, SORBET IN ABRVPTVM. Silius de Aetnæ cratere lib. 9 v. 498, *Postquam Aetnæ mersit candente barathro.* ¶ 2. Ita vocabatur profundissima fossa in agro Attico, in quam sontes & condemnati præcipitabantur; v. Suidas. conf. Cæl. Rhodig. 17 ant. lect. cap. 19. Hinc pro inferno non semel Prudentius posuit, ut Hymno in Natali Christi v. 40, *fumido vitam barathro immerserant.* De manufactis profundissimis fossis usus est Vitruvius lib. 10 cap. ult. sub finem. ¶ 3. Quod nomen Plautus ad meretricem avaram in Bacchid. a. 1 sc. 3 vers. 41. Horatius ad hominem majorem in modum edacem ac voracem detorsit lib. 1 Epist. 15 v. 31, quem *barathrum macelli* vocavit.

¶ Barăthro, ōnis, gurges & vorago patrimonii, ein schlemmer, ein prasser. Sic dictus, quod ventri, tamquam barathro, omnia donet. Vel, quod dignus sit, qui in barathrum conjiciatur, ex Atheniensium consue-

consuetudine. Quæ Scaligeri opinio est. Acron, vetus Grammaticus, ad Horatii *balatbrones*, 1 Satyr. 2 v. 2, *Legitur*, inquit, *& Barathrones, qui bona sua lacerant, id est, in barathrum mittunt.* Conf. Rappolti Comm. p. 65.

BARBA, æ, *hominum* est & *quadrupedum*, Valla auctore lib. 6 cap. 14, ein bart. *Prima barba* dicitur tenuis illa, & primum nascens in adolescentibus lanugo a Seneca, quam consecrare Apollini, Jovi, & Veneri solebant. Barth. ad lib. 8 Theb. Statii v. 492 p. 896. *Barba promissa*, apud Cornelium Nepotem in Datame cap. 3. *Barba prolixa*, Virg. ecl. 8 v. 34, ein langer bart. Silius 13 v. 310, *propexis in pectora barbis Verrere humum*, quæ luctûs ibi descriptio est. Vide Dausquejum. *Barbam tondere*, Cic. Tuscul. 5 cap. 20, *abradere*, Plin. lib. 6 cap. 28, & *ponere*, Horat. Art. Poët. v. 297, den bart abnehmen. Ovidius 1 Art. am. v. 518, id *resecare* dixit: *Sit coma, sit doctâ barba resecta manu.* De barbis multa Camerar. cent. 1 Hor. subcis. cap. 36 p. 165. Heroes antiqui easdem subnectebant, auctore Ruperto ad Enchir. Pomponii pag. 285. ¶ Barba hirquina, ein bocks-bart, pro convicio olim est objecta. Plaut. Pseud. act. 4 sc. 2 v. 12, *Heus tu, qui cum hirquinâ barbâ stas, responde, quod rogo.* ¶ *Barbam alicui vellere*, proverbialiter ex Horat. 1 Sat. 3 v. 133 dicimus, quem per contemtum ludo jocoque habemus, einen schimpffen, höhnen: quod Græci, τὸν πώγωνα τίλλειν τινὶ, vel ὑβρίζειν εἰς τὰς ἐπὶ μῦ γενείῳ τρίχας dicunt, de quo præter Erasm. Casaubonus ad Persii Sat. 1 vers. penult. & sat. 2 v. 28. Fuit aliud Proverbium forte, *Leoni barbam vellere*, hoc est, illum afficere contumeliâ atque lacessere, qui id inultum haud sinat. Quod Martialis lepide invertit, sed in obscenum sensum intorsit lib. 10 Epigr. 90, quod ita claudit:

Quare, si pudor est, Ligella, noli
Barbam vellere mortuo leoni.

Maximo enim quondam ad Orientem ubique probro habebatur, vel unum barbæ pilum per vim evelli. Imo non ignominiosa tantùm, sed & pro pœna fuit maximorum flagitiorum, barbæ detonsio: cujus rei exempla aliquot in medium protulit Joachimus Camerarius in Chronologia Nicephori. Lacon quidam interrogatus, cur barbam perquam longam haberet, respondit, ἵνα βλέπων τὰς πολιὰς, μηδὲν ἀνάξιον αὐτῶν πράττω, hoc est, *Vt canos videns nihil indignum ipsis committam*, Plutarch. in Apopht. Juvenal. Satyr. 8 v. 165,

breve sit, quod turpiter audes.
Quædam cùm primâ resecentur crimina barbâ.

Barba tenus Philosophus dicitur, qui Philosophi nihil habet præter barbam. πωγωνοτροφία φιλόσοφον οὐ ποιεῖ, *alere barbam Philosophum non facit*, dixit Plutarchus de Iside & Osiride sub initium. Exstat in hanc sententiam Græcum Epigramma, quod hoc modo transtulit Morus:

Si promissa facit sapientem barba, quid obstat,
Barbatus possit quin caper esse Plato?

Ante barbam doces senes, Proverb. cujus non ita dissimile Germani habent, das ey will klüger seyn denn die henne. Vide Chiliad.

¶ Barbŭla, æ, diminutivo Cic. cap. 14 usus est in orat. pro Cœlio, ein bärtgen. ¶ 2. Barbulæ florum, die fäßlein mitten in den blumen. Plin. 27 c. 11. ¶ 3. Barbula hirci, planta est, τραγόπωγον & τραγοπώγων, bocks-bart, gauchbrodt.

¶ Barbus & Barbulus, vide mox in *Barbo*.

¶ Barbātus, i, bärtig, ein alter gesell. Juvenal. Sat. 13 v. 54,

Credebant hoc grande nefas & morte piandum,
Si juvenis vetulo non assurrexerat, & si
Barbato cuicunque puer: licet ipse videret
Plura domi farra & majores glandis acervos.
Tam venerabile erat præcedere quattuor annis.

¶ Barbatos pro antiquis Cicero pro Muræna cap. 12, item pro Cælio cap. 14 dixit: nam illi vetustissimi Romani intonsi erant: unde *intonsos avos* Tibullus lib. 2 eleg. 1 dixit. Posteà vero cùm radi cœpissent, aut planè ponebant barbam, aut aliquam partem servabant & *submittebant*, quod delicatuli solebant facere, ut ex Seneca Epist. 114 colligere licet. Hanc *barbulam* vocat Cicero pro Cælio, laudato loco: & inde *barbatulos juvenes* loco mox producendo.

¶ Barbata, æ, sic dicta aquila apud Plinium 10 c, 3.

¶ Barbatulus, i, diminut. Cic. 1 ad Att. 14, *concursabant barbatuli juvenes*, id est delicati. Idem Parad. 5 c. 2, *barbatulos mullos exceptantem de piscina*, barben. Contrarium ejus est *Imberbis*, de quo infra.

¶ Barbātōrium, i. e. tonstrina; sive officina tonsoris: barbier-stube. Vet. Gloss. *Barbatoria*, πωγωνοκουρία. Quod & in alio Glossario Græco-Latino legitur.

¶ Barbitium, i, idem quod barba. Apul. Milesiis Lib. 5, *Juvenis speciosus lanoso barbitio genas inumbrans.*

¶ Barbiger, a, um: barbigeræ pecudes, capellæ sunt Lucretio lib. 5 v. 897. Verba sunt:

Quippe videre licet pinguescere sæpe cicutâ
Barbigeras pecudes, homini quæ est acre venenum.

¶ Barbamentum, i, gena, das kinn. Gloss. Vet. *Barbamentum*, γένειον.

¶ Barbesco, ere, bärtig werden. Eædem Cyrilli Glossæ: *Barbesco*, γενειάζω.

¶ A Barba & *Ænobarbus*, vel *Æneobarbus*, vel *Ahenobarbus* dictus est, ab ænei coloris, h. e. rubrâ, barba, ein rotbart: *Ænobarbi* cognomen Domitiorum fuit. Sueton. in Nerone cap. 2, *In Cn. Domitium Ænobarbum Neronis atavum dixit Licinius Crassus Orator: Non esse mirandum, quod æneam barbam haberet, cui esset os ferreum, cor plumbeum.*

¶ Imberbis, e, ohne bart. Cic. pro domo c. 14, *Adolescentulus imberbis*, der noch gar glatt um den schnabel ist. Horat. de Arte v. 161,

Imberbis juvenis, tandem custode remoto,
Gaudet equis canibusque, &c.

¶ Imberbus, a, um, idem. vide Nonium c. 8 ex Lucil. lib. 30 v. 19.

¶ Imbarbescere, barbatum fieri. Festus.

Barbare, Barbaria, &c. quære in *Barbarus*.

BARBARIVS Philippus, servus fugitivus, qui tamen Romæ præturam petiit, & Prætor designatus est: Vlpianus lib. 3 *ff. de off. Prætor.* & Turnebus lib. 7 Advers. c. 7.

BARBĂRVS, a, um, βάρβαρος: *Barbaros* vocatos à Græcis initio, qui crasso atque difficili ore loquerentur, & nova præcipue ac facta recens aspere duriterque pronunciarent, Strabonis in lib. 14 de Caria exponentis sententia est. Ac ita nonnunquam acceptum vocabulum istud, arguere Ciceronis in 3 Verrin. cap. 9 videtur locus, in quo *disertum & barbarum* opponit. *Disertus* etenim est, qui facile, prompte, & expedite verba facit. *Tantam*, inquit, *habebat morum similitudo conjunctionem atque concordiam, ut Apronius, qui aliis inhumanus ac barbarus, isti uni commodus ac disertus videretur.* Ita Vellej. 2, 73, 1, *Sermone barbarus*, unberedt. ¶ Hoc oris itaque vitium, cum alienigenarum extraneorum commune ac proprium videretur, factum est, [ita ibidem censet Strabo,] ut illud nominis denique ad omnes eos, qui Græci non essent, transferretur, & quodam communi vocabulo in divisione Gentium, *Barbari*, *Græcis* opponerentur. Hinc Medea apud Senecam in sibi cognomine Tragœdia v. 127,

Si quod Pelasgæ, inquit, *si quod urbes barbaræ*
Novere facinus &c.

Simili ratione Romani, cum rerum essent potiti, omnes, qui Romani juris ac ditionis non essent, neque loquerentur Latine vel Græce, & habuerunt & vocarunt *Barbaros*, quod passim apud auctores observare licet. Ita *Barbarus*, revera haud alius, quam peregrinus atque extraneus est, qui nec intelligat, nec intelligatur. Vnde Ovidius se, qui Romanus esset, & Getice non nosset, Tomitanis, Latine loquentem non intelligentibus, *Barbarum* haberi Trist. lib. 5 Eleg. 10 queritur:

Barbarus, inquit, *hîc ego sum, quia non intelligor ulli,*
Et rident stolidi verba Latina Getæ.

¶ 3. Neque vero ad sermonem & linguam tantùm, sed ad vivendi etiam rationes, & morum compositionem istud vocabulum referebatur. Nam cùm Romani ac Græci præ ceteris plerisque gentibus ad omnem humanitatis cultum ac elegantiam morum eruditi essent, accidit, ut æque vocarentur *Barbari*, qui alia instituta vitæ sequerentur; quàm qui Latine aut Græce non intelligerent. Inde ergo inculti omnes atque agrestes, indoctique ac inhumani, *Barbari* dici cœperunt. Sic apud Ciceronem, *agrestes & barbaros servos*, pro Mil. c. 9. Et in Verr. 6 c. 51, *tam barbari lingua & natione illi, quam tu natura & moribus.* Et plura hujusmodi alia apud illum & alios legimus. Plautus Bacchidibus act. 1 sc. 2 v. 13,

nimium quam, ô Lyde, es barbarus!
Quem ego sapere nimio censui plus quàm Thalem.
Barbarus es, id est, imperitus & stultus.

Similiter apud Aristophanem in Nubibus ἀμαθὴς, & βάρβαρος conjunguntur act. 1 sc. 6. Vtrum autem hæc vox ficta à Græcis [unde acceperunt Latini] jlocaliter sit; an peregrinam originem habeat, haud temere dixerim. Vossius lib. 1 de vitiis sermonis cap. 1 ex Chaldaico *Bar*, quod *extra*, *foras*, significat, deducit. Jul. Cæsaris Scaligeri Exercitat. 51 ista verba sunt: *Soli Numidæ legitima voce Arabicâ*, Elbarbar, *quod apud eos murmur significat, nominantur. Quippe hoc est eis objectum ab Arabibus, propterea, quod utantur inculto sono. Quamquam equidem è desertis ita dictos reor.* Bar *enim Arabice* DESERTVM. Itaque agros Numidas Scaliger non tam respectu vocis, quam pro conditione loci proprio quasi nomine *Barbaros* adpellatos, videtur velle. Nam & in Theophrastum de Plantis ita scribit: *Solum in Africa subest udum, quâ arvum est. Sola nempe ora maritima fertilis: cetera vasta est. Vnde &* BARBARIA. *Quia* BAR *eorum lingua* DESERTVM *significat; more Ebræo* BARBAR, *valde desertum.* Sed si à sono incondito incultoque ab Arabibus Numidæ adpellati *Barbari* sunt, & Græcis primitùs ab oris & pronunciationis vitio *Barbari* dicti, ut Strabo sentit; non est absurdum credere, hanc vocem Græcos ab Arabibus per commerciorum consuetudinem accepisse. Vid. Hotoman. de ritu nupt. C. V. p. 469. Coquejus ad Augustin. de C. D. lib. 1 cap. 1 p. 6, & Bernegg. ad Suet. Augustum cap. 21, 3. ¶ 4. Cæterum κατ' ἐξοχὴν & proprie veluti, *barbari* à Latinis vocati *Phryges*: unde *tibia Barbara* pro Phrygiâ apud Catullum Carm. 65.

¶ *Barbarior* comparativus apud Ovidium est lib. 5 Trist. El. 1 v. 72,

Non sunt illa suo barbariora loco.

¶ Barbaria, æ, Barbarorum regio: vel ipsi Barbari. Cicer. 3 in Catil. cap. 10, *Quale bellum nulla unquam barbaria cum sua gente gessit.* Nazarius Paneg. Constantini cap. 18, *Bellicum strepunt nomina, & immanitas barbariæ in ipsis vocabulis adhibet horrorem.* Et mox: *O vere cæca barbaria, quæ in illo vultu signa Principis non videris.* ¶ 2. Cui opponitur Græcia & Italia. Cicero 2 de Finibus cap. 15, *A quo non solùm Græcia & Italia, sed etiam omnis Barbaria commota est.* ¶ 3. Phrygia, & Trojanum Regnum. Horat. lib. 1 ep. 2,

Græcia Barbariæ lento collisa duello.

¶ 4. Significat & agrestem rusticitatem vel ruditatem, grobheit. Ovid. lib. 3 Amor. eleg. 8 v. 3,

Ingenium quondam fuerat pretiosius auro,
At nunc barbaria est grandis, habere nihil.

Barbaries, ei, de ipsis Barbaris. Cic. Nat. Deor. lib. 1 c. 29, *Non Ægyptii, nec Syri, nec fere cuncta barbaries.* Ita Sturmius & Lambinus: at vero *barbaria* Gruterus. Lib. 2 Nat. D. cap. 34 idem: *Quod si in Scythiam, aut in Britanniam sphæram aliquis tulerit hanc, quam nuper effecit Posidonius, - - quis in illa barbarie dubitet, quin ea sphæra sit perfecta ratione?* Valer. Maximus lib. 5 c. 5 n. 3, *Tiberius per modo devictam barbariem, Antabagio duce solo comite contentus, evasit.* ¶ 2. De moribus barbaris. Claudianus lib. 2 in Rufin. v. 78,

ne qua in parte relinquat
Barbariem, revocat fulvas in pectora pelles &c.

hoc est, ne aliquatenus omittat morem barbarorum, septemtrionalium maxime & pellitorum. ¶ 3. De vitioso & barbaro sermone. Cic. de Clar. Or. cap. 74, *Omnes, qui nec extra urbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscaverat, recte loquebantur.*

¶ Barbarè, adverb. ut, *barbare loqui*, id est asperè & crasse, Cic. 2 de Fin. cap. 4. grob, unlieblich. ¶ 2. Rusticè, ut Horat. 1 Oda 13, *dulcia barbare lædentem oscula.*

¶ Barbarismus, i, vitium dictionis est, legem ac puritatem sermonis corrumpens. Suidæ dicitur, λέξις παρὰ τὸ ἔθος τῶν εὐδοκιμέντων: *vox præter consuetudinem probatorum scriptorum usurpata*: De eo Auctor Rhetor. ad Herenn. lib. 4 cap. 12, & Quintilianus lib. 1 cap. 5, tum Veteres Grammatici Sosipater, Diomedes, Donatus: quibus jungendus & Vossius est lib. 1 de Vitiis Sermonis cap. 1 & 2, ubi etiam habes, quid *Barbarismus* & *Solœcismus*: item *Barbarismus*, & *Barbara lexis* differant. Ille enim in voce Latina aut Græca fit, male figurata prolatave: ista, tota peregrina est, & *Glossa* etiam adpellatur, de quo infra suo loco. Martialis lib. 6 epigr. 17 in Cinnamum sic ludit:

Cinnam, Cinname, te jubes vocari.
Non est hic, rogo, Cinna, Barbarismus?
Tu si Furius ante dictus esses,
Fur istâ ratione dicereris.

Illud hoc loco monere non fuerit fortean præter rem, in notandis Barbarismis Scriptorum temperamento & cautione valde esse opus. Neque enim ut barbara deculpanda statim est vox, quæ apud Ciceronem, Terentium aut similes non exstet. Potest enim apud Vitruvium aut Columellam, aut Plinium, aut Senecam, aut alios inveniri. Hanc ipsam *Barbarismi* vocem genuinam esse, quondam dubitavit Gellius l. 13 c. 6, *Itaque id vocabulum*, inquit, *quod vulgo Barbarismus dicitur, qui ante Divi Augusti ætatem pure atque integre locuti sunt, an dixerint, nondum equidem inveni.* Eo tamen ante Augustum usus Cornificius, purissimæ Latinitatis autor, ad Herenn. loco modo citato.

¶ Barbaricus, a, um, idem quod Barbarus. e. gr. *Vestes barbaricæ*, Lucret. 2 v. 499. *Aurum barbaricum*, Virg. 2 Æn. v. 504.

¶ Barbaricum, quasi substantive positum, quamcunque regionem seu terram, quæ ditionis Romanæ haud fuerit, aliquando significat. Ammianus Marcellinus lib. 18 cap. 4 non longe à principio: *Visus*, inquit, *in barbarico miles, per Hortarii regna transibat intacta*. Similiter locuti Imperatores in Codice etiam, itemque Eutropius lib. 7 cap. 5, *Albis fluvius in barbarico longe ultra Rhenum est.* Et lib. 9 cap. 4 Decius & filius ejus, *uterque in barbarico interfecti sunt.* Id integrum est: *Barbaricum solum*. Isidorus: RHEUBARBARUM, inquit, *sive* RHEUPONTICUM: *illud, quod in solo Barbarico: Istud quod circa Ponticum colligitur, nominatum est.* ¶ 2. Barbaricum est barbare, barbarice, adverbialiter. Silius lib. 12 v. 418,

Barbaricum atque immane gemens.

¶ Barbarice, adverb. Capitolinus in L. Vero cap. 10, *barba prope barbarice demissa.*

¶ Barbaricarius, i, qui & Phrygio, ein seidensticker. Cod. Theod. lege 1 de Fabricens. & lege 2 de excusation. artific. invenitur. Donatus in Æneid. 11 v. 777, *Barbaricarii dicuntur, exprimentes ex auro & coloratis filis hominum formas, & diversorum animalium, speciemrum imitatam subtilitate veritatem.* Ita autem dicuntur, quia à barbaris, hoc est Phrygibus, illa ars pingendi & inventa & exercita maxime fuit.

¶ Semibarbarus, a, um, halb wild, fast wild. Suetonius Cæs. cap. 76, *quosdam e semibarbaris Gallorum recepit in curiam.* Eutropius lib. 1 cap. 2 de Numa: *Leges Romanis moresque constituit, qui consuetudine præliorum jam latrones ac semibarbari putabantur.* Pæanii metaphrasis ibidem: μιξοβάρβαροι.

Barbatus, Barbesco, Barbiger, vide *Barba*.

BARBITOS, i, mascul. & fœm. *barbiton* neut. perinde ut apud Græcos: ὁ καὶ ἡ βάρβιτος, καὶ τὸ βάρβιτον: citharæ genus, graviorem sonum edens; Virili genere usus est Horatius lib. 1 od. 1 v. 34,

Lesboum refugit tendere barbiton.

Et lib. 3 oda 26 v. 3, *defunctumque bello*
Barbiton hic paries habebit.

Non enim neutro genere loqui, vocandi casus lib. 1 oda 32 v. 4 ostendit, *age dic Latinum*
Barbite carmen.

Fœminea forma dixit Ovidius Epist. Sapphûs 15 v. 8,

Non facit ad lacrymas barbitos ulla meas.

Neutro Ausonius epigramm. 44 dixit:

Hoc genere & chordas, & plectra, & barbita conde.

Vulgo vertunt hackbret, aut aliud lyræ quodammodo simile, eine leyer. Dionys. Halicarnass. lib. 7 p. 476, *Lyram chordarum septem* interpretatur ex quorumdam mente: sed interposita conjunctio καὶ videtur aliud instrumentum indicare. Κιθαρισταὶ, inquit, λύρας ἑπταχόρδους ἐλεφαντίνας, καὶ τὰ λεγόμενα βάρβιτα κρέκοντες, *Citharistæ pulsantes eburneas septem fidium lyras, & quæ vocantur barbita.* Etymologus scribit vocari, quasi βαρύμιτον. Μίτους enim dictas fuisse τὰς νευρὰς, quod ante nervorum usum staminibus uterentur lineis. Neanthes apud Athenæum lib. 4 cap. 23, βάρβιτον Ἀνακρέοντος εὕρημα esse traditur. Adde Cœl. Rhodig. A. L. lib. 9 c. 4.

BARBO, ōnis, & Barbus, i, piscis, qui & mulus seu mullus, Græce τρύγλη dicitur, ein barbe, barbel, barme, quem *mullum barbatum* & *barbatulum* Epitheto dixit Cicero lib. 2 ad Att. ep. 1 & Parad. 5 cap. 2. Ausonius Mosella v. 134, *Propexique jubas imitatus gobio barbi.*

¶ Barbulus, i, piscis genus. Gloss. Vet. *Barbulus*, φάγρος, ἰχθύς. Diminutum a Barbus: nec aliud genus videtur esse.

BARCA, æ, navigii species, quæ & *phaselus*, & *scapha*, quæ onerariis inservit. Græcis ἐφόλκιον, eo quod navis eam asseclam trahat. Vide Isidorum lib. 19 c. 1. Recentius vocabulum est. Paullinus Nolanus ad Cytherium carm. 21 v. 95,

Ut mox salubri barca perfugio foret.

In Passione S. Hilariæ &c. apud Welserum: *Quæ rogaverunt descendentes de barcâ, ut se transferrent.* Gloss. Vet. *Barca*, σκάφος.

BARCE, es, βάρκη, nutrix Sichæi. Virgil. 4 Æneid. v. 632,

Tum breviter Barcen nutricem affata Sichæi.

¶ 2. Est & *Barce* Ptolemais urbs in Cyrenaica regione, Plinius lib. 5 cap. 5, *Ptolemais antiquo nomine Barce.* Idem Strabo lib. 17 tradit. Sed Scylaci & Ptolemæo diversæ sunt urbes. Harduinus ad Plinium ita conciliat, Ptolemaidem non in loco Barcæ mediterraneæ, sed, quo Barcæorum portus fuit, conditam fuisse.

A

¶ Barcæus, a, um, adject. quo etiam populus notatur Barcæorum, Virgilio Æn. 4 v. 43 memoratus, ubi nunc est regnum *Barca*.

BARCĬNO, *Barcelona* vulgo, civitas Hispaniæ Tarraconensis. Auson. epist. 24 v. 89,

Tarraco & ostrifero superaddita Barcino ponto.

BARDI, orum. Strabo lib. 4, *Apud Gallos eximio in honore sunt Bardi, Vates, Druidæ. Bardi* laudationibus rebusque Poëticis student. *Vates* autem sacrificiorum naturaliumque caussarum dediti sunt. *Druidæ* præter caussarum naturalium studia, morum disciplinam exercent. Meminit & Ammianus lib. 15 cap. 24, [Vales. cap. 9] qui, *Bardi*, inquit, *fortia virorum illustrium facta heroicis composita versibus cum dulcibus lyræ modulis cantitarunt.* Adde omninò, quæ doctissimè ibi Valesius commentatus est. Idem confirmat Festus: *Bardus*, inquit, *gallice cantor adpellatur, qui virorum fortium laudes canit, ita dictus à gente Bardorum.* Unde quicunque virorum fortium egregia facinora canerent, dicti sunt Bardi. Lucanus 1. v. 449,

Plurima securi fudistis carmina Bardi.

¶ Bardi etiam dicuntur stupidi, hebetes & tardi: tölpel, die nichts fassen, ex Græco βραδεῖς per metathesin, eodem Festo interprete. Plaut. Bacchid. a. 5 sc. 1, *Quicunque ubi sunt, qui fuere, quique futuri sunt posthac, stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones.* Cicero de fato cap. 5, *Zopyrus stupidum Socratem dixit esse & bardum*, &c. Comparativus *bardior* Tertulliani est adv. Hermogenem cap. 36, *pictor*, inquit, *te bardior non est.*

B

¶ Barditus, us, vide infrà in *Barrus*.

¶ Bardiăcus, i, Bardŏcŭcullus: eine kappe, berg-kappe; extat utrumque vocabulum apud Martialem Lib. 4 epig. 4, *Lassi bardiacus quod evocati*, ut quidem Gruterus legit, qui pro calceo accipit, motus Juvenalis loco Sat. 16 v. 13, *Bardiacus judex datur hæc punire volenti Calceus* &c.

Alii tamen legunt *Lassi Bardiacos* &c. Quam lectionem Scriverius probat, & pro servo Illyrico accipit. Vide ejus animadversiones ad dictum locum Martialis. Salmas. *Bardaicus* mavult à Bardæus, ut Archaicus ab ἀρχαῖος. Conf. Turneb. 23 c. 4. Gravem ille intelligit odorem ab excubiis castrensibus.

¶ Bardŏcŭcullus, i, de quo idem Mart. lib. 14 epigr. 128,

Gallia Santonico vestit te bardocucullo.

Bardocucullus autem vestimentum Gallicum est, quod è Santonibus & Lingonibus Romam mittebatur. Dictum ita a *Bardis*, Galliæ gente, quod hæc eo genere vestis præcipue uteretur. *Cucullus Bardaicus* vocatur Capitolino in Pertinace c. 8. Obtinuit in vilibus servis, ut docet Lips. Lib. 1 Electorum c. 25.

¶ Bardocucullatus, a, um, hinc Mantuanus fecit. Conf. Ferrar. part. 2 de re vest. p. 42.

BARGINNA, æ, homo vitiosæ gentis, uti Grammatici exponunt. Vespillones appellarunt etiam *Barginnas*, todengräber. Sic enim distincte legendum in Glossario veteri: *Barginna*, νεκροφόρος, βάρβαρος, προσφώνησις βαρβάρου. Ut adeo Vespillo sit *Barginna*, Barbarus *Barginna*, atque insuper Barbarorum acclamatio sit *Barginna*. v. Kirchmann. de fun. Rom. 2 c. 8 p. 110.

C

BĀRĪNE, es, meretrix perjurii rea apud Horat. 2 od. 8.

BĀRIS, idis, βάρις, ιος, & ιδος. navis. Est vox Ionica teste Corintho. Ægyptii cymbam ita nominabant, qua ad sepulcra cadavera vehebantur. Ejus descriptionem habes apud Herod. lib. 2 cap. 96. Usus eo est Propertius lib. 3 eleg. 10, *Baridos & contis rostra Liburna sequi.* Sed de significationibus diversis hujus vocis βάρεως consule Suidam & Lexica Græco-Latina. Unde fortassis nostrum todten-baar.

BĀRO, ōnis, barones, Bannerherren, Freyherren, magnates inferiores Comitibus; dignitas usitata. Sed in hac significatione non invenitur apud probatos auctores. Est originis Francicæ, sive Germanicæ, ex vocabulo BER, vel VAR, quod virum, & hominem liberum, item satellitem; tùm Vasallum capitalem sive majorem, itemque magnatem significabat. De quo eruditissimi Equitis Henrici Spelmanni Anglo-Britanni Diatribe in Archæologo, sive Glossario ejus, videnda est. Barthius honoris nomen esse & Heroëm notare dicit ad Briton. Arem. p. 204.

¶ Barones autem veterum nihil aliud sunt, quam homines stolidi & bardi, quâ in significatione usus hoc vocabulo Cicero 2 de Finibus c. 23, *Hæc cum loqueris, nos barones stupemus.* ¶ Item servi militum, & est Gallica vox. Vetus Schol. ad illud Persii Sat. 5,

Baro regustatum digito terebrare salinum
Contentus perages &c. *Linguâ Gallorum*, inquit, *barones vel varrones dicuntur servi militum, qui utique stultissimi sunt, servi videlicet stultorum.* Veteres Glossæ Stephani: *Baro*, βάκηλος. Id est, interpretibus Suida & Hesychio, fatuus simul & effœminatus. Vide & Petr. Pithœum lib. 1 Adversf. c. 8.

D

Barrio, Barritus, quære mox in *Barrus*.

BARRUS, i, Elephas dicitur, atque ita plerique interpretes Horatii verba Epod. 12 v. 1, *nigris dignissima barris*, exponunt. Gloss. Cyrilli: *Barrus*, ἐλέφας. ¶ Est & viri nomen apud eumdem 1 Satyr. 6, 31 &c. Ex priore notione est

¶ Barrire, quo verbo vox elephantorum notatur, brüllen. Festus: *Barrire elephanti dicuntur, sicut oves dicimus balare, utique à sono ipso vocis.* Gloss. Vet. *Barrit*, τρίζει, ἐλέφας βοᾷ.

¶ Barrītus, us, das brummen. Apul. lib. 3 Floridorum: *est taurorum gravis mugitus, luporum acutus ululatus, elephantorum tristis barritus, equorum hilaris hinnitus.* Quod nominis tamen & ¶ 2. militari clamori, qui à Romanis inituris prœlia tolli solitus, hæsit: ein feld-geschrey. Vegetius lib. 3 de re militari cap. 18, *Clamor autem, quem barritum vocant, prius non debet tolli, quàm acies utraque se junxerit.* Et nomen & ipsam rem, hoc est, quomodo solitus hic clamor fieri, Ammianus ostendit lib. 16 cap. 30 Hist. qui & alibi meminit. Tacitus de Germania c. 3, *Sunt illis hæc quoque carmina, quorum relatu, quem Barditum vocant, accendunt animos, futuræque pugnæ fortunam ipso cantu augurantur.* Ubi Lipsio *Baritum* legere placuit, à verbo Germanico *Beren* aut *Baeren* i. e. clamare, vocem tollere: quod probat Cluverius,

Cluverius, & ex hâc disciplina Germanorum, & rem, & ipsum vocabulum mutuatos Romanos lib. 1 Antiq. Germ. c. 51 censet. Sane non Romanum nomen *Barritum*; sed barbarum esse supra laudatus Ammianus arguit lib. 26 c. 22.

¶ Barrinus, a, um, pro elephantinus; ut *aures barrinæ*, Sidon. Apollinar. lib. 3 epist. 13.

BARYCA. *Barycæ* apud Vitruvium lib. 3 c. 2 sunt ædes latæ quidem, sed ob raritatem columnarum humiles, ut pondus superimpositum facilius sustineant columnæ.

¶ Barycephalæ apud eundem ibidem dicuntur ædes, quod pro columnarum paucitate satis grave onus sustineant. A βαρὺς & κεφαλὴ, quasi dicas *gravicipites*.

BARYCAE & Barycephalæ, trabium antepagmenta ebore constituta, apud Vitruv. 3 c. 2. vide Baldi Lex. Vitr. p. 16.

BASALTES, βασάλτης, marmor durissimum Plin. 36 c. 7.

BASCANIA, orum, βασκάνια, ridicula sunt. Solebant veteres ferrarii fabri ante fornaculam ridicularia quæpiam appendere, invidiæ avertendæ gratia; Ea vero dicebantur *Bascania*. v. Cæl. Rhodig. 11. Lect. ant. c. 30.

BASCAUDA, æ, vas escarium apud Britannos. Martial. 14 Epigr. 99,

Barbara de pictis veni Bascauda Britannis.

Conf. Juvenal. Sat. 12 v. 46.

Basiatio, Basiator, vide *Basium*.

BASILEA, æ, (Basilia Ammiano, & Phlegonti) Galliæ Belgicæ urbs, in Rauracis, quorum caput hodie est: quam nonnulli à Basilianâ Juliani Imperatoris matre sic adpellatam volunt, ut Josias Simlerus lib. 1 de Rep. Helvetiorum Observ. Basel.

BASĬLĬCA, æ, ex Græco βασιλικὴ, Latinitate donata vox: qua adpellabantur ædes publicæ ad judicia & negotiationes porticibus & ambulationibus magnificè extructæ, de quarum ratione Vitruvius lib. 5 c. 1. ein palast. Basilicis veterum comparandæ apud nos sunt, quæ in Emporiis illustrioribus mercatorum publicæ habentur ædes, quas *Byrsas* adpellant, tùm quas Itali *Salas* vocant. Statius lib. 1 Silv. 1 v. 29 Latina voce usus *Regiam*, quasi interpretem agens, adpellat:

hinc Julia templa tuentur,
Illinc belligeri sublimis regia Paulli.

Nam de basilica Paulli loquitur, quam inter magnifica Vrbis opera Plinius memorat lib. 36 c. 13. Solebant enim Basilicæ istæ à conditoribus suis nomina sortiri. Sic *Juliam, Porciam, Æmiliam Basilicas* legimus. Livius lib. 26 c. 27 de temporibus Macedonici belli: *Neque enim tum basilicæ* [Romæ] *erant*. Idem lib. 39 c. 44 de Catonis censura: *Cato atria duo & quatuor tabernas in publicum emit, basilicamque ibi fecit, quæ Porcia adpellata est.* De *basilica Iulia* Plinius lib. 5 epist. 21 pr. & Sueton. Calig. c. 37 consulantur. Christiani postea hoc nomen ædibus sacris, quas *Ecclesias* etiam vocabant, tribuerunt. Sulpitius Severus lib. 2 de Helena Constantini matre exponens: *Mox usa regni viribus*, Basilicam *in loco Dominicæ passionis, & resurrectionis & adscensionis constituit.* Ad quem locum Sigonius notat, *Basilicas* adpellatas majores Ecclesias, quæ aut Deo dicatæ, & nominatæ *Dominicæ*, (unde Germanicum dom, dom-kirche, stifft-kirche) aut martyribus, unde adpellatæ *Martyria* essent. Minores autem *Titulos* & *Parochias* vocatas. Vide & Onuphrii Panvinii Interpretationem Ecclesiasticarum vocum, & Coquejum ad Augustin. de C. D. lib. 1 c. 1. * In Basilicis habebantur etiam olim orationes. Vid. Sen. procem. controv. 9 Quint. 9. Inst. orat. c. 5. Plin. 6 epist. 33. & Apulejus, cujus hæc in apolog. verba sunt: *dissero aliquid postulantibus amicis publice, omnes, qui aderant, ingenti celebritate basilicam, qui locus auditorii erat, complentes*, &c. Vbi puto, qui *locus auditorii erat*, esse glossam & interpretationem. *Grævius*.

¶ Basilicula, æ, diminutivum. Paullinus Nolanus epist. 32 n. 17 (ed. Paris.) *Hanc quoque basiliculam, de benedictis apostolorum & martyrum reliquiis sacri cineres consecrabunt.*

¶ Basilicus, a, um, stattlich, königlich. Plauto *Basilicum* frequens pro splendido & regio, ut, Persa act. 1 sc. 1, *basilica accipere victu*. Et Pseudolo act. 1 sc. 5 v. 43, *Statum vide hominis quasi basilicum.* Sed *Basilicus jactus* eidem Plauto Curc. Act. 2 sc. 3 v. 80 idem est, qui *Venerius*, der beste wurff im spiele. Vid. Lips. Lect. Antiq. lib. 3 p. 106. *Basilicæ edictiones & imperiosæ*, herren-gebot, Plaut. Capt. act. 4 sc. 2 v. 21. Idem usurpat hanc vocem pro superbo & fastuoso. Talis enim ferme, qui circa reges. Rudente act. 2 sc. 4 v. 15, *At ego Basilicus sum; quem nisi oras, guttam non feres.* Adjectivè *Basilicam nucem* Plinius *juglandem* vocat lib. 15 c. 22. welsche nuß. *Basilica uva*, Isidor. Orig. lib. 17 c. 5.

¶ Basilicum, etiam vestimenti genus, haud dubie ex splendidioribus & rege dignis. Plautus Epidic. a. 2 sc. 2 vers. 48, *Tunicam rallam, tunicam spicam, - - basilicum, aut exoticum* &c. Vide ibi interpretes.

¶ Basilice, Adverb. Plautus aliquoties usus est pro magnificè, ut Pœnulo a. 3 sc. 1 extr. *Basilicè exornatus incedit.* ¶ vel 2. pro vehementer. Epidico a. 1 sc. 1. v. 54, *interii basilicè.*

¶ Subbasilicanos dixit Plautus sub basilicis inambulantes in Capt. 4 sc. 2, 35. Quos *Subrostranos* dixit Cælius Ciceroni lib. 8 epist. 1. pflastertreter, müßiggänger. ¶ 2. Ita dici possunt operarii, qui sub basilicis conductores expectant, taglöhner, die aufwarten, biß sie gedinget werden.

BASILIDES, Alexandrinus hæreticus anno Chr. 130. de quo Euseb. 4, 8. Iren. 2 c. 23 de Hæret. & Epiphan. hær. 23.

BĂSĬLINDA, æ, Βασιλίνδα, lusus, quo rex aliquis sorte lectus servis facienda præcipit, das könig-spiel, apud Pollucem lib. 9 cap. 7.

BĂSĬLISCUS, i, Βασιλίσκος, Latinè *regulus*, serpens sic dictus vel à candida maculâ, quam in capite habet diadematis instar, vel ab eo, quod sibilo suo serpentes omnes fugat, ut Plin. indicat lib. 8 cap. 21. Paria S. Hieronymus in Esaiæ cap. 14. Nasci eum ex ovo galli gallinacei novem annorum per rubetam vulgo creditur ac fertur. Negat tamen id Lev. Lemnius lib. 4 de occult. nat. miracul. cap. 12. Conf. Voëtius part. 1 disp. Theolog. p. 732. 733. Exstant Calcidii cujusdam de basilisco & fragilitate humana versus, sententiæ, quàm compositionis melioris:

Debilis heu nimium subtili pendula filo,
Mortalis vita est undique pressa malis.
Mille habet hæc hostes, quibus est sævitia leti,
Vsque adeò variis tradita plena modis.
Sibilo adest testis rauco terrens basiliscus,
Viroso afflatu proxima quæque necans.

¶ Corium basilisci in Dianæ templo hirundines arcet, ne intro volent. Scal. Exerc. 146 dist. 3 basilißken-haut.

¶ Basilisca, æ, latinè regula; est herba illis locis nascens, ubi fuerit serpens basiliscus. Ejus genera tria sunt. Vnum holochryson, capite aureo; aliud stellatum; tertium sanguineum, uti minium, & ipsum capite aureo. Vid. Apulejus de virtutibus herbarum c. ult.

BĂSĬLIUS, i, Episcopus Cæsariensis, vir celeberrimus, & ad summum omnis doctrinæ fastigium progressus, cognomento *Magnus*. Suidas. ¶ 2. Seleuciæ Isauriæ Episcopus, magni illius Chrysostomi amicus & contubernalis. Photius in Bibliotheca. ¶ 3. Basilius Imperator Græcus, qui κεφάλαια παραινετικὰ ad filium, principem futurum, scripsit. Libellus is probus, pius & dignus, quem principes legant. Lips. not. ad c. 9 lib. 1 Polit. ¶ 4. Basilius fit *Basilus* metri causa apud Poetas. e. g. de duce suppetias ferente Antonio apud Lucanum 4 v. 416 & de oratore quodam apud Juvenal. Sat. 7 v. 146 & de prætore ejus nominis ibid. Sat. 10 v. 222.

Basio, Basiolum, vide *Basium*.

BASIS, is, fœm. βάσις, sustentaculum, inferior pars columnæ: fundamentum, cui quid innititur, der grund, darauf etwas stehet und ruhet, der fuß, ut, *Basis statuæ* apud Cic. aliquoties, das postiment, darauf das bildwerck stehet. In Verr. 6 c. 34, *Hæc statua erat posita Segestæ sane excelsâ in basi.*

¶ Basella, æ, parva basis, diminut. Palladius de re rust. lib. 1 cap. 18, *basellis altioribus impositas cupas collocare.*

BĀSIUM, i, φίλημα, ein kuß. Donatus in Terent. Eunuch. a. 3 sc. 2 v. 3, *Tria sunt osculandi genera*, Osculum *scilicet*, Basium *&* Suavium; Oscula *officiorum sunt:* Basia *pudicorum affectuum:* Suavia *libidinum vel amorum.* Sed hæc discrimina non ubique custodiunt auctores. Martialis lib. 2 epigr. 10,

Basia dimidio quod das mihi Postume labro
Laudo, &c.

Sic & Catullus carm. 5, *Da mihi basia mille.* Et carm. 16, *millia multa basiorum legistis.*

¶ Basiŏlum, i, diminutivum. Apulejus lib. 10 p. 248, *qualia in lupanari solent basiola jactari.*

¶ Basio, are, osculari, küssen. Catullus carm. 8, *Quem basiabis? quæ labella mordebis?* Idem 7, *basia multa basiare.* Vsus sæpe est Martialis, etiam passive, ut lib. 12 epigr. 59, *sutor modo pelle basiatâ*, scilicet *dat tibi basia.* Idem lib. 1 epigr. 95, *basianda non es.*

¶ Basiatio, ōnis, actus basiandi, das küssen. Idem lib. 2 epigr. 23, *offendere basiationes, quæ se bene vindicare possunt.* Catullus carm. 7, *Quæris quot mihi basiationes sint satis.*

¶ Basiator, oris, ein liebkoser. Martialis lib. 11 epigr. 98,

Effugere non est, Basse, basiatores.

¶ Perbasiare. Petron. Fr. Tragur. p. 19, *puerum perbasiamus.*

BASSAREUS, ei, Bacchus dicitur Horatio lib. 1 oda 18 v. 11, à vestibus bacchantium, quas βάσσαρας Thraces adpellabant:

Non ego te, candide Bassareu,
Invitum quatiam? &c.

¶ Bassărĭcus, a, um, hoc est, Bacchicus. Propert. lib. 3 eleg. 17 v. 30,

Cinget Bassaricas Lydia mitra comas.

¶ Bassăris, idis, βάσσαρις, Bacchi sacerdos. Pers. Satyr. 1. v. 100,

Et raptum vitulo caput ablatura superbo
Bassaris.

BASSUS, i, cognomen Romanum, quod multis tribuitur. ¶ 1. *Cæsius Bassus* poeta lyricus, ad quem Persius scribit Satyra 6. ¶ 2. *Gabius Bassus*, ex cujus scriptis quædam affert Gellius 2 c. 4. & 3 c. 9 &c. conf. Voss. Hist. Lat. 1. c. 22. ¶ 3. *Julius Bassus* orator, cujus meminit Seneca in præf. l. 5 Controvers. ¶ 4. *Junius Bassus*, ob dicacitatem *Asinus albus* vocatus, teste Fabio 6 c. 3. conf. Turneb. 28 c. 35 & Voss. l. c. ¶ 5. *Salejus Bassus* sæpe memoratur Tacito.

BASTARNAE, sive Basternæ, arum, Germanica gens, *Peucini* aliàs adpellati. Tacitus de Germaniâ cap. 46. Meminit & 2 Ann. cap. 65. Et Ovidius 2 Trist. vers. 198,

Proxima Basternæ Sauromatæque tenent.

Vide Cluver. lib. 3 Antiq. Germ. cap. 43.

BASTERNA, æ, genus vehiculi muliebris & tecti, formâ nihil à lectica distans; quod à bardonibus, vel mannis, vel mulabus portabatur, eine senffte. Adpellatio à βαστὸν, quo quidquid ferendo est, adpellatur, ut docet Salmasius ad illud Lampridii Heliogabalo cap. 21, *Dedit quadrigas, equos stratos, mulos, basternas, & rhedas.* His similia esse pilenta dicit Servius in enarratione illius Maroniani Æn. 8, 666, *Pilentis matres in mollibus.* Meminit earum & Ammianus Marcellinus lib. 14 cap. 17, *Quo comitatu matronæ complures opertis capitibus & basternis per latera civitatis cuncta discurrunt.* S. Hieronymus ad Eustochium de custodia Virginitatis epist. 22 cap. 6, *Præcedit caveas basternarum, ordo semivirorum, & rubentium buccinatis farta distenditur, ut eas putes maritos non amisisse, sed quærere.* Vid. Beroaldus Comment. in Apuleji lib. 6 pag. 405 Alex. ab Alex. lib. 2 Gen. dier. c. 30.

¶ *Basternæ* etiam dicuntur populi: & contra *Bastarnæ* vehicula, nec certa in his vocalium ratio est. Vid. Cœl. Rhodig. A. L. lib. 16 cap. 3 & lib. 18 cap. 23.

¶ Basternarius, i, ein senfften-träger. Symmachus 6 Epist. 15, *Basternarios præbere alicui.*

Bat, vide supra *Ba*.

BĂTĂLUS, i, Ephesius tibicen lascivus, qui adagio locum dedit, *Batalus*

talus es, Βατάλος εἶ, de effœminatis dici solito. Vid. Cœl. Rhodig. lib. 5 Antiq. Lect. cap. 13. & VVolff. Tom. 5 Operis Demosthenici, p. 335.

¶ Vnde & βαταλίζεσθαι, h. e. turpiter atque effœminate vivere, apud Græcos factum est. Vide Chiliadas.

BĂTĀVI, orum; Cattorum initio populus; post seditione domesticâ in eas sedes transgressi, in quibus pars Romani imperii fierent, Gallisque accederent, Rheni insulam occupaverunt: die Holländer. Tacitus de Germania cap. 29 & 4 Histor. c. 12. Media syllaba dubii moduli est. Lucanus lib. 1. v. 431 corripuit:

Vangiones, Batavique truces, &c.

Produxerunt contra Silius & Martialis: ille lib. 3, 608,

Jam puer auricomo performidate Batavo.

hic lib. 8 epigram. 33, *Et mutat Latias spuma Batava comas.*

¶ Batavia, æ, Batavorum regio, Holland.

¶ Batavodurum, i, urbs antiqua in provincia Vltrajectina, cujus meminit Tacitus Hist. 5, 20, 1 & 5. hodie *Durostad.*

BĂTHYLLVS, i: Samius puer, adamatus à Polycrate, Samiorum tyranno; itemque Poëta Anacreonte; cui & carminibus celebratus, & quidem integro Odario vigesimo nono. Horatius Epod. 14 v. 9,

Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo
Anacreonta Teium.

Statuam Bathylli, à Polycrate Samio ante aram dicatam, vivis coloribus expressit elegantissime lib. 2 Floridorum Apulejus. ¶ 2. Fuit hoc nomine & Pantomimus quidam, quem in deliciis Augustus habuit, Mæcenati effuso in ejus amorem obtemperans, ut Tacitus 1 Annal. c. 54 auctor est. Hic perinde ut Pylades quamdam saltandi sectam instituit, quam celebrantes *Bathylli* omnes ab auctore adpellabantur. Vide Scaligerum Animadversionibus Eusebianis pag. 155, itemque Salmasium in Vopisci Carin. c. 19.

BĂTILLVM, i, & batillus, i, instrumentum ferreum, quo prunæ componuntur, aliàs *bama*, eine feuer-schauffel, eine feuer-zange. Plin. 33 c. 8, *Batillis ferreis candentibus ramento* [argenti] *imposito, quod candidum permaneat, probatur.* ¶ 2. Deinde batillum foculi gestatilis & ansati genus, quod prunâ plenum principibus viris præferebatur ad odores incendendos, eine feuer-pfanne. vid. Horat. 1 Sat. 5 v. 36. ¶ Atque hi omnes *batilli* ferrei, illi vero, quorum Varro lib. 1 c. 50 de re rustica meminit, è ligno erant, quibus utebantur ad demetendas fruges. Vide Casaub. ad Trebell. Pollionem in Claudio c. 14. Eidem Varroni 3 c. 6 Batillum est & aliud instrumentum rusticum, eine schippe, schauffel: *Cum batillo circumire, ac stercus tollere.* Cæterum ¶ *Batillus cubicularius* dici potest ignitabulum, in quod conjectis prunis candentibus excalefiunt lecti, eine bett-pfanne, wärm-pfanne, bett-wärmer. *Batillus mensarius*, kohl-pfanne, suffervefactorium. Bud.

¶ Băciolus, i, & Batiola, æ, τὸ βάτιον, eine schenck-kanne. Plaut. Stich. a. 5 sc. 4 v. 12, *batiolis bibunt.* Nonius c. 15 ex Plauti Colace refert *Batiolam auream.* Gloss. ποτήριον, *batiola.*

BĀTIS, vel *Battis, is*, herba, κρίθμον, *crithmum* seu *crithamum*, fœniculum marinum, empetron, herba S. Petri, meer-fenchel. Plin. 21 c. 15. Columella *olus cordum, batim sativum*, adpellatum nonnullis lib. 12 c. 13 auctor est. ¶ 2. Batis etiam inter pisces exstat apud Plin. 32 c. 11. ¶ 3. Batin inter vestimenta sacerdotalia refert Isidorus 19 c. 21.

BATRĂCHIVM, i, βατράχιον, coloris species. ¶ 2. & herba Plinio, quam *ranunculum* dici putat lib. 25 c. 13, ideo, ut videtur, quod limitibus humidis marginibusque opacis ranarum more nasci gaudeat, hanen-fuß, frosch-pfeffer, spiegel-blumen, *Flammula* ob acrimoniam. Apulejus de virt. herb. c. 8 & 9, *Sceleratam* dici putat, quod mendici flagitiosi sibi crura & lacertos hâc ipsâ dilaniare soleant. Vide *Ranunculus in Rana.* βάτραχος *rana*; βάτραχοι, comœdia Aristophanis, in qua ranæ colloquuntur.

¶ Batrăchītes, æ, βατραχίτης, genus gemmæ. Plin. 37 c. 10.

¶ βατραχομυομαχία, ranarum & murium pugna, Homeri scriptum elegans. Vid. Reines. lib. 3 Var. Lect. cap. 3. Homeri esse, dubitari ait Barth. ad Stat. Silv. p. 5. Vid. Henr. Stephanus lib. 6 Schediasm. cap. 22. Nunnesius ad Phrynichi Dictiones Atticas, der frosch-mäußler.

BATTŎLŎGIA, æ, βαττολογία, *multiloquium*, ein gewäsche, opponitur *Laconismo*, h. e. breviloquentiæ, kurtzen runden worten. *Battologia* à Batto quodam inepto Poëta, sæpius eadem repetente, dicta est. Suidas in verbo βαττολογία, ita: Βαττολογία ἡ πολυλογία, ἀπὸ Βάττου τινὸς, μακροὺς καὶ πολυστίχους ὕμνους ποιήσαντος, ταυτολογίας ἔχοντας. Vid. etiam Cæl. Rhodig. 7 ant. lect. c. 22.

BATTVS, i, nomen proprium ejus, qui Cyrenas condidit, ut Strabo auctor est lib. 17 p. 576, qui κτίσμα Βάττου Cyrenas dixit, id est à Batto conditam. ¶ 2. Alius Poëta, de quo jam dictum in *Battologia.*

¶ Battiădæ, qui ab eo oriundi, & ibi regnârunt. Silius lib. 3 v. 252,

Nec non Cyrene Pelopei stirpe nepotis
Battiadas pravos fidei stimulavit in arma.

¶ *Battiaden* quoque Callimachum Poëtam Ovidius in Ibyn, & Statius 5 Silv. 3, id est Epicedio patris v. 157 dixerunt, quod à *Batto* Cyrenes conditore se genus ducere ipse scripserit, Strabone auctore laudato loco.

BĂTVO, (al. battuo) ere, ferulis seu rudibus velitari, fechten. Sueton. in Caligulâ c. 32, *Myrmillonem in ludo rudibus secum batuentem, & sponte prostratum confodit.* ¶ 2. Sed *ulcera batuere*, Plin. 31 c. 9 est comprimere, arcte stringere. ¶ 3. percutere, abschlagen, abblauen. *Vt ius batuatur tibi os*, Plautus Cas. 2.8.60. ¶ 4. De obsceno verbi usu Cic. lib. 9 epist. 22. Hinc

¶ *Batuatores* rudibus pugnantes, klopff-fechter, marcks-brüder; Item

¶ *Batualia*, locus ubi ita pugnabant, id est, ludus vel Gymnasium, fecht-schule. Vide Scalig. Conjectan. ad Varron. p. 64, & Lips. lib. 1 Saturn. cap. 15, itemque Salmasium in Hadrianum Spartiani c. 26.

¶ Inde hodieque Gallis pugna seu prælium *Batalia* dicitur. v. Voss. de vit. sermonis l. 4 c. 2.

¶ Battuarium, i, ein stämpfel. Gloss. gr. lat. κοπανιστήριον, *battuarium.*

¶ Debatuere. Petron. Fragm. Tragur. p. 60.

BATVS, i, βάτος, genus mensuræ liquidorum apud Hebræos, continens sextarios 72, ein maß oder ohme von neun stübichen, Joseph. lib. 8 Antiq. Budæus lib. 5. Æqualis amphoræ Atticæ. Camerar.

BĀVĂRIA, æ, hodie est provincia Germaniæ, quæ quondam fuit Bojaria, a Bojis dicta, ut & Noricum; Bäyern, Bäyerland. Vnde

¶ Bavari, die Bäyern, & Bavaricus, a, um, Bäyerisch.

BAVBO, are; & *Baubor*, bari, βαΰζειν, ὑλακτεῖν. Factum verbum ex canum latratu, bellen, baffen. Vet. Gloss. *Baubantur*, ὑλακτοῦσιν: Item *Baubant, latrant*, ὑλακτοῦσιν. Lucretius lib. 5 v. 1069,

Longe alio pacto gannitu vocis adulant:
Et cùm deserti baubantur in ædibus.

BAVCALIVM, i, apud Alexand. Aphrodisæum, vel ut alii, *Caucalium* βαυκάλιον, vasculum seu poculum angusti oris. *Bocalium* Itali vocant, & Germani, ein bokalichen, ein gluckglaß. Vid. Alex. ab Alex. lib. 3 Genial. Dierum c. 10, & Cœl. Rhodig. lib. 15 c. 6.

BAVCIS, ĭdos: nomen anûs pauperculæ apud Ovid. lib. 8 Metam. v. 631, 682 &c. Apud Persium Sat. 4 v. 21, *pannucea Baucis* pro quavis paupere muliercula ponitur.

BAVLLI, orum; villæ nomen inter Misenum promontorium & Bajanum lacum. Tacitus 14 c. 4. Mentio ejus & apud Sueton. Nerone c. 34. Servius in Æn. 6 v. 107, *Baulias* vocat: nomenque deducit à bubus Geryonis abactis ab Hercule & ibi habitis, quasi Boaulia. Symmachus Epist. 1 lib. 1,

Huc Deus Alcides stabulanda armenta coëgit,
Eruta Geryonis de lare tergemini.
Inde recens ætas corrupta Boaulia Baulos
Nuncupat, occulto nominis indicio.

BĂVIVS, i, ineptissimus Poëta, ut & *Mevius*, quorum uterque Virgilio suam invidit in carminibus scribendis felicitatem. De quibus ipse Eclogâ 3,

Qui Bavium non odit, amet tua carmina Mevi.

BAXEAE, arum, pantoffelen, Plaut. in Menæchmis act. 2 sc. 3,

Quis is peniculus? qui extergentur baxeæ? &

Apul. lib. 2 Floridorum: *Vestem de textrina emere, baxeas de sutrina præstinare.* Et lib. 2 Miles. *Juvenem pedes palmeis baxeis indutum*, dixit, lib. 11, *Nec deerat, qui magistratum fascibus purpurâque luderet: Nec qui pallio baculoque, & baxeis, & hircino barbitio Philosophum fingeret.* Apud Tertullianum in sing. & *Baxa* & *Baxea* occurrit, ut de Pallio c. 4, *Cur non & in baxia tyria calciare?* & de Idolol. c. 8, *Soccus & baxa quotidie deaurantur.*

BDELLIVM, i, βδέλλιον, arbor in Bactriana Plinio, cujus gummi hodie *bdellium* vocant Aromatarii. Arbor est nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici. Plin. lib. 12 c. 9. Hanc arborem Dioscorides lib. 1. *Bdolchon* & corrupte *Bolchon* appellat. ¶ Nonnulli per *Bdellium* intelligunt lapidem pretiosum, & quidem vel Vnionem cum Latinis Patribus, vel cum LXX. Carbunculum, vel cum Hebræis, R. Salomone in c. 11 v. 7 Numer. & Kimchio ad Jes. c. 3 vers. 19 Crystallum.

Beare cum derivatis, ut Beatus, Beatitas, &c. vide infra *Beo.*

Bebriacum, vide mox in *Bedriacum.*

BEBRYCES, um, alii, Asiæ populus, in Bithynia, quæ *ante Bebrycia dicta*, Solino auctore c. 42: alii circa Pyrenæos montes in Galliæ finibus juxta Narbonem fuerunt Tzetzæ in Lycophron. vers. 1305, vel apud Iberos Europæos, hoc est Hispanos, uti Stephanus Byzantius locavit. Vide quæ de iis ad Silii lib. 3 v. 420 notavit Cellarius. Singulare *Bebryx* apud Valer. Flaccum legitur lib. 4 v. 261, 290. cujus *y* in obliquo produxit Silius lib. 3 vers. 423,

sæva Bebrycis in aula:

at in sequenti gentili nomine corripitur.

¶ Bebrycius, a, um, gentile. Rursus Flaccus dicto lib. 4 v. 99,

Proxima Bebrycii panduntur litora regni,

id est Bithynia. Silius lib. 3 v. 420 de Pyrenæis jugis:

Nomen Bebrycia duxere a virgine colles,

virgine Pyrene, ab Hercule compressa, & in montibus illis a feris direpta.

BECCESILĒNAE, nugæ antiquæ: alte fratzen. Plutarchus lib. 1 de Placitis Philos. c. 7.

¶ Inde apud Aristophanem in Nubibus Strepsiades βεκκεσέληνος adpellatur; quod per vecordiam animi olida rancidaque, nescio quæ afferret, unde & *fatuus* ibidem vocatur. Nomen compositum ex *Beccus* & *Silene.* Σελήνη autem Græcis Luna dicitur. Ratio ex eo est. Hactenus Ægyptii se antiquissimos mortalium jactaverant. Mox Psammetichus Rex rei explorandæ caussa, duos pueros recens natos in casa deserta haberi seorsim, & educari ita jussit, ne cujusquam mortalium ullam audirent vocem. Biennio facto cum introisset pastor, cui alendi pueros cura data erat, ambo infantes porrectis manibus occurrentes *beccos* clamarunt. Intellecta igitur eâ voce panes vocari Phrygibus, pronunciatum, Phryges vetustiores Ægyptiis, & itaque primos hominum fuisse. Narrat Herodotus lib. 2 initio. Vide & Aristophanis Scholiasten. Jam Arcades vel ante Lunam se natos jactâsse, supra notavi. Hujus itaque notæ fabulas & vetustate rancidas nugas, *Beccesilenas*; & qui referrent, βεκκεσελήνους adpellabant. Steph. Vinandus Pighius Hercule Prodicio pag. 2, *Ne igitur a Saturniis lemis, aut a becceselinis Belgarum originibus incipiam.*

BĒCHION, i, βήχιον, herba quæ *Tussilago* dicitur, quòd adversus tussim efficaciam habeat, Plin. lib. 26 c. 6. roßhub, hufflattich, vulgo *ungula caballina* & *Farfaria.*

BEDRIACVM, i, Tacito 2 Hist. c. 23, *vicus inter Cremonam Veronamque*, ubi victus est & vitam finiit Otho imperator. Juvenalis Satyr. 2 v. 106, & Eutropius Bebriacum scribunt: Plutarchus Othone Βητριακὸν, *Betriacum.*

¶ Bedriacensis hinc est, ut, *Campi Bedriacenses* apud eundem Tacitum 2 Hist. c. 70.

BEELZEBVB, seu Baalsebub, Deaster Acronitarum in Palæstina

2. Reg.

2 Reg. 1, 2 ſic dictus, quod in muſcas imperium haberet. Hinc Judæi principem dæmonum ſic vocarunt, & per contemtum *Beelzebul*, quod in Chaldæa lingua eſt *Dominus ſterculinus*. vide Iſidor. Orig. 8 c 11. & Tertull. 4 adv. Marc. c. 26 & Philologos ſacros.

BELENVS, i, fuit Aquilejenſium Numen tutelare olim, quod indigenæ ſumma cum veneratione coluerunt, & ipſum Apollinem eſſe crediderunt, uti prolixe ex Herodiano, Jul. Capitolino, & Inſcriptionibus antiquis id Pighius Hercule Prodicio pag. 181 docet, & Philippus a Turre ad Monum. Antiat. Tertull. Apolog. adv. gent. c. 24, *Vnicuique etiam provinciæ & civitati ſuus Deus eſt - - ut Norici Belenus.*

¶ Galli herbam, qua inungebant ſagittas, *Belenium* vocabant. V. Scalig. in not. Auſon. p. 28.

BELGA, Belgæ pluraliter, de quibus Cæſar lib. 1 B. Gall. c. 1, *Gallorum omnium fortiſſimi ſunt Belgæ*: populi nempe inter Sequanam & Rhenum late habitantes, die Niederländer, quorum regio

¶ *Belgica* adpellatur, ſubaudi Gallia: cujus tertiam partem ex veteri, vel quartam ex Auguſti diviſione provincia iſta conſtituebat. Plinius l. 4 c. 17, *A Scalde ad Sequanam Belgica*: quamquam in Rheno plures limitem ponant ultra Scaldem: die Niederlande. Vide Geographos. Hodie

¶ Belgium, i, vulgariter dicitur, ſed non ſine errore: nam *Belgium* Cæſari lib. 5 c. 24 non univerſa Belgica; ſed pars illius ſeu portio adpellatur, ut docet Cluver. l. 2 antiq. German. cap. 2.

¶ Belgicus, a, um, niederländiſch, adject. Virg. 3 Georg. v. 204,

Belgica vel molli melius feret eſſeda collo.

BELIAL, nequam & malignus ſpiritus 2 Cor. 6, 15. Iſidor. 8 c. 11, *Belial, ſine jugo. Belial hebraice Bel dicitur, idolum Ninivitarum.* Tertullianus flectit *Belias, Beliæ*; de hab. mul. c. 2, *Quod eſt commercium damnaturis cum damnandis? Opinor, quod Chriſto & Beliæ.* Proverbium apud Novarin. T. 1 Adag. Eccl. p. 395, *In animo Belial recipere, in fronte Chriſtum præferre*, den ſchalck in hertzen haben.

BELISARIVS, i, fortiſſimus & clariſſimus fuit ducum Juſtiniani Imperatoris, qui bella Perſica, & Vandalicum in Africa, feliciter geſſit. Effoſſis oculis coactum mendicare in triviis, Petrus Crinitus & Volaterranus ſcripſerunt; nulla auctoritate idonea: & contrarium ex Procopio conſtat, de quo ad ejus *ἀνέκδοτα* eruditiſſimum Alemanum vide cap. 18 principio.

Bellaria, quære in *Bellus*.

BELLEROPHON, ontis, vel Bellerophontes, Βελλεροφόντης, Glauci regis filius, a *Bellero* Corinthiorum rege, quem interfecerat, ita adpellatus, cum anteà nomen ipſi eſſet *Hipponomo*. Fingitur Pegaſo vectus, cum cælo propior veniſſet, ab Jove percuſſus equo excidiſſe. Vide Mythologos. Horatius lib. 4 oda 11 v. 26,

Exemplum grave præbet ales
Pegaſus, terrenum equitem gravatus
Bellerophontem.

Ad hoc proverbiale eſt: *Bellerophontis litteras*, ſubaudi, adfert, de Litteris commendatitiis ejusmodi, quæ contra adferentem ſunt deſcriptæ, quas vulgo *litteras Vriæ* vocant; *& Bellerophonteas litteras adferre*, Urias-briefe bringen. Vide Chiliad. Eraſmi.

¶ Bellerophonteus, a, um, ſex ſyllabarum, Propert. l. 3 Eleg. 3 pr.

Bellerophontei qua fluit humor equi,

h. e. *Pegaſi*: Intelligit autem Hippocrenem fontem, quem Pegaſus ungulâ excitaverat. De *litteris Bellerophonteis* jam dictum eſt in *Bellerophon*. Sed & *Bellerophonteus morbus* pro animi morbo ponitur, quo ſcilicet morbo Bellerophontem laboraſſe ferunt. vid. Scalig. not. ad Auſon. p. 130.

Bellicus, Bellifer, Belligero, Bello, &c. quære in *Bellum*.

BELLIS, idis, herbula cum flore coronario, trium & ſpecierum & colorum, vulgo *conſolidam minorem* vocant, flos ipſe notiſſimus eſt, maßlieben, tauſendſchön.

Bellona, dea belli, vide *Bellum*.

BELLOVACVM, i, Civitas Galliæ Belgicæ: Epiſcopalis in provincia Rhemenſi, cujus incolæ *Bellovaci*. Hodie *Beauvais*. Meminit Cæſar lib. 7 cap. 59, &c. etiam Cœlius ad Cic. lib. 8 ep. 1.

BELLVA, æ, Θηρίον, quæ & *Belua* ſcribitur, fera immanis, ein groß wild thier. Cic. 4 Tuſc. c. 20, *Vt tetra & immanis bellua, fugienda ægritudo.* Pro *elephantis* uſurpat belluas Florus l. 1 c. 18, *Jam quippe belluarum terror exoleverat, & C. Minucius quarta legionis haſtatus, unius proboſcide abſciſſa, mori poſſe belluas oſtenderat.* Sic & pro *hyæna* κατ' ἐξοχὴν, aut *equo fero* accipitur, quod docet Rupert. ad l. c. Flor. p. 264. & Weitzius Indice in Dracontium p. 48. ¶ 2. Eſt & convicium in hominem, quem maxime deteſtamur. Terent. Eun. act. 4 ſc. 4 v. 37, *age nunc, bellua, Credis huic quod dicat.*

Plaut. Moſtell. act. 3 ſc. 1 v. 78,

Neque ego tetriorem belluam
Vidiſſe me unquam quemquam, quam te, cenſeo.

Sic Cicero Piſonem, idemque Antonium *belluas* vocat.

¶ Belluinus, a, um: quod ſimile belluis, viehiſch. *Voluptates belluinæ*, apud Gell. 19 cap. 2. Et Prudentius Cathem. 7 ſive Jejunantium hymno v. 115 de Jona: *Exceptus inde belluinis faucibus.*

¶ Bellualis, e, idem. Macrobius lib. 5 Saturn. cap. 11, *Vergilius non partionem ſolam, ſed educationem quoque nutricationis, tamquam bellualem & aſperam, criminatur. Addit enim de ſuo:*

Hyrcanæque admorunt ubera tigres.

¶ Belluatus, a, um, belluis inſignitum, pictum. Vt, *Tapetia belluata*, apud Plautum Pſeudolo a. 1 ſc. 2 v. 14, de quibus conſulas velim Iſaaci Voſſii in Catullum animadverſiones p. 196.

¶ Belluoſus, a, um; belluis plenum: quemadmodum Horatius lib. 4 Ode 14, *Belluoſum oceanum* dixit: & Avienus ora maritima v. 203.

¶ Bellutus, a, um, beſtiæ ſimilis; Feſtus.

BELLVM, i, πόλεμος, armorum ſive hoſtilis diſceptatio, krieg. *Bellum* autem ex *duellum* eſt: de quo infrà in D. *Bellum inteſtinum ac domeſticum*, Cic. 2 Cat. c. 13: id eſt, *bellum civile*, uneinigkeit und aufſtehen der bürger unter ſich ſelbſt. *Bellum externum*; quod *hoſtile* Florus adpellat, & *Civili* opponit lib. 3 c. 22. *Navale*, Nep. 2, 2, 3, ſee-krieg. *Bellum movere*, krieg erregen. Virgil. Georg. 1 v. 509,

Hinc movet Euphrates: illinc Germania bellum.

Nota ex Cicerone & aliis optimis ſunt: *Bellum parare, comparare, adparare*, ſich zum krieg rüſten: *Bellum indicere, denunciare*: krieg ankündigen. *Bellum ſuſcipere*, anfangen. *Bellum inferre*, pro quo etiam *bellum alicui facere*, dixerunt Cicero pro Mil. cap. 23 & 3. Catil. cap. 9. & Nepos Dione cap. 4, mit kriege überziehen: *Bellum gerere*, krieg führen: pro quo Nepos *bellum agere*, dixit in Hannibale cap. 8 n. 3, quod paullo inſolentius eſt. Sed *gerere bellum cum aliquo*, duplici ratione dicitur. Primo enim eſt, adverſus aliquem bellum gerere. Virg. Æn. 1 v. 47, *una cum gente tot annos*
Bella gero.

Cic. 12 epiſt. 22, *Nos cum Antonio bellum gerimus.* Deinde eſt, in alicujus partibus eſſe, & contra communem hoſtem ſociata opera viribusque gerere bellum. Nepos in Chabria cap. 3, *Tum præfecti Regis Perſiæ legatos emiſerunt Athenas queſtum, quod Chabrias adverſum Regem bellum gereret cum Ægyptiis.* Chabriam enim, ut Nectanebum adjutaret, in Ægyptum profectum ex Græcia, paullo ante expoſuerat. Ad quem locum vide, quæ ex Eutropio & S. Rufo notavit Cellarius. Vellejus lib. 2 c. 104, *Immenſum exarſerat bellum: erat & ab eo quibusdam in locis geſtum, quibusdam in locis ſuſtentatum feliciter.* Vbi *gerere bellum* eſt, wenn man offenſive, ut loquimur; *ſuſtentare bellum*, wenn man nur defenſive kriegt. Vtrum alteri præſtet, vide apud Rupert. ad Florum p. 377. *Bellis diſtringi, bellis implicari*, mit kriege beladen ſeyn. *Conficere bellum*, dem kriege ein ende machen, Cic. Somn. Sc. c. 2 dixit: Nepos, *delere bellum*, in Alcibiade 8 n. 6. *Belli ſedes*, locus, quo geritur, Liv. 22 ineunte, & Tacitus Hiſt. 1, 65, 4. & 3, 32, 4. Florus lib. 2 c. 15 de bello Punico tertio ſcribit: *Atque ſi quis trium temporum momenta conſideret, primo commiſſum bellum, profligatum ſecundo, tertio verò confectum eſt.* Quod Livius l. 22 c. 38, *perficere bellum* dixit, ubi adde, quæ Jo. Fr. Gronovius adnotavit. Inſolentius eſt *patrare bellum*, hoc eſt, finire. Salluſtius Jugurth. c. 21, *Vno die inter duos reges cœptum atque patratum foret bellum.* Florus l. 2 c. 15 pr. de Punico III, *quadriennio patratum eſt.* Inſolentiam dictionis hujus, ſaltem deſuetudinem, Quintilianus quoque notavit lib. 8 cap. 3 p. 589. At *ſepelire bellum*, quod Vellejus lib. 2 c. 75 & 89 dixit, ubi & *ſopire arma* legis; & *componere bellum*, quod Nepotis eſt Alcibiade c. 8, eſt pactionibus aut intermiſſione finem bello imponere, non victoria, quod eſt *conficere & delere bellum*, licet Vellejus etiam ad confectionem videatur, improprie tamen, adhibuiſſe. Sed *bellum renovare*, Nepos Hamilcare cap. 1, den krieg aufs neue anfangen. *Belli ſummam*, pro ſummo imperio gerendi belli Nepos Pelopida extremo dixit: *Bello ſtrenuus, exercitatus*, Idem Epam. c. 5. ¶ 2. Aliquando vocabulum *belli* non totam actionem, ſed partem ejus ſignificat, & pro *pugna*, ſeu *prælio* ſumitur. Florus lib. 1 cap. 18, *Actum erat, niſi elephanti converſi in ſpectaculum belli, procurriſſent.* Idem lib. 4 c. 2, *Nec minus admirabilior ille exitus belli.* Loquitur de prœlio Pharſalico; quo victus à Cæſare Pompejus fuit. Cæſaris, Liviique exempla ad Polybium notavit Caſaubonus pag. 120. Juſtini exempla videas in Bernegeri aut Vorſtii Indice, & addas, ſi placet, Giſanii Obſervationes p. 25. & quæ Keuchenius ad Frontini Strateg. lib. 1 cap. 1 n. 8 notavit. Quare hæc ratio loquendi non demum Hieronymi ætate recepta fuit, quod Scaliger ad Euſebii Chronicon animadvertit p. 94. ¶ 3. Alia de bello ſunt: Seneca in Thebaide v. 629,

Fortuna belli ſemper ancipiti in loco eſt.

Das glück im kriege iſt allezeit ungewiß. Livius lib. 30 cap. 30, *Nusquam minus, quam in bello eventus reſpondet.* Apud Salluſtium Jugurth. c. 83, Metellus per Legatos Boccho Mauritaniæ regi indicat, *Omne bellum ſumi facile, cæterum ægerrime deſinere, nec ejusdem poteſtate initium & finem eſſe.* Livius 31 cap. 6, *bella ex bellis ſeri*, ein krieg verurſacht den andern. Contra bella, frivola maxime & injuſta, præclare Seneca Controverſ. 9, *Neque feris inter ſe bella ſunt, nec, ſi forent, eadem hominem deceant, placidum proximumque divino genus.*

¶ Bellicus, a, um, adject. ad bellum pertinens, ut, *diſciplina bellica*, Cic. 2 Nat. D. cap. 64. *virtus bellica*, idem pro Muræn. cap. 10, tapfferkeit.

¶ Bellicum, i, ſubſtant. ut, *Bellicum canere*, quod eſt ad prœlium accendere, item diſſidium excitare, urſache zu krieg und zwietracht geben, lärmen machen. Cic. pro Muræn. c. 14. Et Apulejus de Mundo p. 71, *Cum tuba bellicum cecinit, milites clangore incenſi, alius accingitur gladio, alius clypeum capit* &c.

¶ Bellicoſus, a, um, ſtreitbar. *Dalmatæ ſemper habiti ſunt bellicoſi*, Cicer. 5 epiſt. 11. Et, *Bellicoſiſſimæ gentes*, Nep. Hamilcare cap. 4. *Provinciæ*, Cæſ. 1 Civ. c. 85. *nationes*, Cic. Leg. Manil. cap 10. Comparativus in Livii verbis eſt lib. 9 cap. 6 extr. *Samnites cepiſſe non Romam, ſicut ante Gallos: ſed, quod multo bellicoſius fuerit, Romanam virtutem ferociamque.* Et lib. 10 cap. 9, *conſulatum differre in bellicoſiorem annum*, auf ein jahr, da es mehr zu kriegen giebt.

¶ Bellicoſe, adverb. tapffer, ritterlich, apud Livium.

¶ Bellicrepa, æ, ſaltatio cum armis, qualis a Romulo inſtituta eſt. v. Feſtus: ein ſchwerdt-tantz.

¶ Bellifer, a, um, &

¶ Belliger, a, um, poëtica ſunt. Claudian. lib. 1 in Eutrop. v. 429,

Quid belliferam communibus urunt
Italiam maculis?

Statius lib. 12 v. 717, *acies belligeræ.* Et Silius lib. 1 v. 38,

belliger induit iras Hannibal.

¶ Belligero, are, bellum gerere, zu felde liegen, kriegen. Cic. pro Font. cap. 12, *par alicui in belligerando.* Tacitus 4 annal. c. 46, *adverſus accolas belligerare.* Plaut. Truc. a. 1 ſc. 2 v. 81, *Qui cum geniis ſuis belligerant parcipromi*, die ihnen nichts zu gute thun.

¶ Belligerator, oris, ein kriegsmann. Gloſſ. Vet. *Belligerator*, πολεμάρχης. Venantius Vita Martini lib. 3 v. 369,

Belligeratori valeat ne fæmina jungi.

Et Avienus Periegeſi v. 55,

Belligeratores nutrit tellus Arimaſpas.

Idem

Idem v. 583, *Attica tellus*
Belligeratorum genetrix memoranda virorum.

¶ Bellipotens, tis, Martis Epitheton apud Virgil. lib. 11 v. 8. Ennius apud Cic. 2 de divin. c. 56, *Æacidæ bellipotentes magis quam sapientipotentes.*

¶ Bellisonus, a, um. Paullinus Nolanus 8 Natal. Felicis v. 423, sive sub finem carminis: *Bellisono venientes flumine pugnas*
De nostris averte locis.

¶ Bello, avi, atum, are, im kriege seyn, zu felde ziehen. Cicer. pro lege Manil. c. 12, *Fuit proprium Pop. Rom. longe à domo bellare.* C. Nepos Themistoele cap. 9, *Cum mihi necesse fuit adversus patrem tuum bellare.* Et *aliquem bellatum mittere*, einen in krieg schicken, Idem dixit in Conone cap. 2. *Cum aliquo bellare*, Cic. pro Arch. c. 11.

¶ Bellor, ari, deponens. Virgilius Æn. 11 v. 660,
& pictis bellantur Amazones armis.

¶ Bellator, ōris, ὁ πολεμιστής, ein krieger. ut, *bellator Deus*, Virg. Æn. 9 v. 722, *Nec Græci terra, nec Romanus mari bellator erat*, Liv. lib. 7, 26 extr. die Griechen waren zu land, und die Römer zur see keine gute soldaten. *Bellator ensis*, ein schlacht-schwerdt, Silius 13 v. 376.

¶ Bellatrix, īcis, Fœm. Virgil. Æneid. 1 v. 493 de Amazone. Prudent. Psychom. v. 133, *barbara bellatrix.* Interdum additur instar adjectivi. Cic. 4 Tusc. c. 24, *bellatrix iracundia*, der zum krieg geneigte zorn. Item Silius lib. 9 v. 577, *bellatrix bellua*, id est elephantus armatus.

¶ Bellatorius, a, um, streitbar, kriegerisch. Plin. 7 epist. 9, *Non ideo pugnacem & quasi bellatorium stilum suaserim.*

¶ Bellona, æ, ἐνυώ, ἐριννὺς: Martis soror, bellorum dea, unde & dicta. quare *hastata*, tradit Barth. ad lib. 2 Thebaid. Statii p. 643. Virgilius ei *sanguineum flagellum* tribuit 8 Æn. sub finem. Horatius lib. 2 Sat. 3 v. 223, *gaudentem cruentis* vocat, quia sanguine ac cædibus [hæc enim bellorum negotia sunt] delectatur. Vnde & sacerdotes ejus, qui *Bellonarii* dicebantur, strictis gladiis furibundi discurrebant, brachia & humeros saucientes, ut suo sanguine placarent Deam: de qua fanatica ratione plures meminerunt, Lucanus l. 1 v. 565. Tertullianus Apolog. c. 9. Minucius Felix p. 298. Lampridius Commodo cap. 9, & Lactantius l. 1 c. 21, qui etiam *Bellonam* & *Virtutem* eamdem habitam Romanis observat. Conf. Turneb. l. 8. Advers. c. 23. De æde ab Appio ei exstructâ Ovidius 6 Fastorum v. 201. Ante ejus templum erat columella, quæ *bellica* vocabatur; super quam hastam jaciebant; cum bellum indicebatur. Festus.

¶ Bellonarii, orum, Sacerdotes Bellonæ; de quibus in *Bellona* dictum. Adde Casaub. ad Lamprid. Vita Commodi cap. 9.

¶ Debello, are, expugnare, überwinden. Virg. 6 v. 851,
Tu regere imperio populos, Romane, memento,
Parcere subjectis, & debellare superbos.

Apud Livium *debellare* idem est, quod bello finem imponere, den krieg endigen: e. g. lib. 37 cap. 58, *uno memorabili prælio debellatum*, durch ein einiges haupt-treffen sey dem kriege ein ende gemacht worden. Et lib. 7 c. 28, *prima acie debellatum est.* Item lib. 8 c. 36, *debellari eo die cum Samnitibus potuisse*, man hätte selbigen tag mit dem Samnitischen krieg können fertig werden. Conf. Vellej. 2, 84, 1.

¶ Debellatus, a, um, victus, superatus, überwältiget. Liv. 8 cap. 10, *Vi hostis debellatus.*

¶ Debellato, vice adverbii esse dicitur apud Liv. 30 c. 8, *Velut jam debellato, quod ad Syphacem Carthaginiensesque attineret.* Sed est participium absolute positum, subintellecto nomine vel pronomine, de quo Voss. lib. de Constr. c. 49.

¶ Debellator, ōris, ein überwinder. *Debellator cruenti gurgitis*, Stat. 9 Theb. v. 545. Et Tertullianus Apolog. cap. 5, *debellator Christianorum.*

¶ Debellatrix, īcis, eine überwinderin. Idem Tertull. lib. 3 adv. Marc. cap. 13 extr. *Roma sanctorum Dei debellatrix.* Lactantius lib. 1 Instit. cap. 9, *libido pudoris ac famæ debellatrix.* Rursus Tertull. Apolog. c. 25, *Græcia Phrygiæ debellatrix*, ubi Rigaltius *debellator* mavult veterum librorum auctoritate, idque exemplis tuetur.

¶ Imbellis, e, inermis, qui bello minus idoneus, wehrloß, friedsam, ut, *Cervi imbelles*, Virgil. 3 Georg. v. 265. *Columbæ*, Horat. 4 oda 4 v. 32. *Imbellis inermisque fœminarum turba*, Livius 28 cap. 23. *Carmen imbelle*, quod nihil bellicum sonat, Stat. Theb. 10 v. 874. Inde antiquum nomen

¶ Imbellia, æ, Macrob. lib. 2 Saturn. cap. 2, procul dubio ex vetere quodam auctore: *Tunc Pœnus illudens ignaviam imbelliamque militum, preciose armatorum*, id est, imperitiam armorum & belli, wehrlosigkeit, faulheit. Ante Macrobium eadem allegavit Gellius lib. 5 c. 5.

¶ Rebellare, iterum bellum movere, sich empören. Liv. 33 cap. 12 extr. *si elapsus eo tempore Philippus foret, mox gravius eum rebellaturum.* ¶ 2. Deficere à fide & obsequio. Idem lib. 7 c. 27, *Volsci ferocior ad rebellandum, quam ad bellandum gens.*

¶ Rebellans, tis, aufrührisch, rebellisch. Liv. 19 c. 9, *bellum adversus rebellantes Æquos gestum est.*

¶ Rebellatio, ōnis, rebelliō, empörung, aufruhr. Tacit. 14, 31, *commoti ad rebellationem.* Val. Max. 7, 3, 9, *crebræ rebellationes.*

¶ Rebellator, ōris, ein aufrührer, unde fœmininum

¶ Rebellatrix, īcis; ut *Provincia rebellatrix*, Liv. lib. 40 cap. 35 extr. *Germania rebellatrix*, Ovid. 3 Trist. 12 v. 47.

¶ Rebellis, e, widersetzig. ut, *rebellis amor*, Ovid. rem. am. v. 246. *Regio rebellis*, Curt. 8, 1 n. 35.

¶ Rebellio, ōnis, fœmin. widerstrebung, aufstand. Cæsar lib. 4 cap. ult. *rebellionem fecerant.* Et Sueton. Calig. cap. 51, *audita rebellione Germaniæ.* ¶ 2. Rebellio, ōnis, masc. pro Rebellis, rebellator, ein aufrührer. Treb. Poll. in Gallieno Salonino: *fuisse & alios rebelliones sub eodem.* ita ex vet. lib. restituit Salmasius pro vulgato *alias.* Glossæ: *rebellio*, ἀποστάτης, ἀπόστασις.

¶ Rebellium, (idem quod Rebellio, fœm.) apud Livium lib. 42 cap. 21. Verba sunt: *qui pacatos ad rebellium incitasset.*

BELLVS, a, um, ὡραῖος, pulcher; fein, hübsch. Nam & Cato *Pulchralia* dixit, quæ alias *bellaria* adpellantur; Varro apud Nonium: *Bellum ita geris, ut bella omnia domum feras*, i. e. pulchra & elegantia. ¶ 2. Transfertur etiam ad morum venustatem & gratiam, ut *belli* dicantur, qui urbani ac jucundi sint; aut blandi etiam, & qui ἄρεσκοι adpellantur Græcis: qui nihil patiuntur in se, quod aliis molestum & odiosum sit. Vet. Gloss. *Bellus*, Κομψὸς, Ἡδύς. Aliud Glossar. Græco-Latinum Κομψὸς, *scitus, bellus, facetus.* Cicer. ad Attic. 6 ep. 4, *Cæciliæ bellissimæ salutem dicas.* Varro Sesquiulysse apud Nonium: *Quid enim est, quod homo masculus lubentius videre debeat, quam bellam uxorem?* Idem περὶ διαθηκῶν: *Venio nunc ad alterum genus testamenti, quod dicitur Physicon, in quo Græci belliores, quam Romani nostri.* Bellus autem diminutivum videtur ex *Benus*, h. e. *bonus.*

¶ Belle, scite, eleganter, venuste, suaviter: καλῶς, κομψῶς. Cic. ad Attic. lib. 5 epist. 11, *Cum ego me non belle haberem.* Sic dicitur, *Belle fluere*, ad Q. Fr. 3 epist. 1 ineunte: *Aquam non longe a villa, belle sane fluentem vidi.* Idem Attico 16 ep. 3, *belle ædificata prædiola.* Superlative *Bellissime navigare*, guten wind haben, Cic. 15 Fam. ep. 9. Etiam Seneca præfat. lib. 3 Excerpt. Controv. *id quod bellissime Censorinus ajebat de his, qui* &c.

¶ Perbelle, dixit ad Att. 4 ep. 4 Cicero.

¶ Bellŭlus, a, um; Plaut. Casin. act. 4 sc. 4, *Papilla bellula.*

¶ Bellule, adverb. Apulej. Met. 10, *bellule suffarcinatus.*

¶ Bellaria, orum, significant omne genus mensæ secundæ, Græci τραγήματα & πέμματα dixerunt, der nachtisch, alles was man nach der mahlzeit aufträgt von zucker, kuchen, obst, 2c. quod Gellius l. 13 c. 11 ex Varrone probavit, quem omnino consulas. Neque solum res esculentæ, sed & potulentæ ita dicebantur. Namque & *Liberi bellaria* pro vino dicebant. Vide Scaliger. ad Festum p. 29. De variis bellariorum generibus multa etiam habet Macrobius 3 Saturn. cap. 18, 19 & 20.

¶ Bellatulus, a, um, Plaut. Casin. act. 4 extr. idem quod Bellulus.

¶ Bellitudo, ĭnis, schönheit. *Bellitudinem sicut magnitudinem Verrius dixit.* Festus.

BELONE, es, βελόνη, piscis alio nomine dictus *Acus*, à rostro oblongo quod habet. Plinius lib. 32 cap. 7, *Belonæ quos aculeatos vocamus*, hornfische. Gesner.

Belua, vide supra *Bellua.*

BĒLVS, i, pater *Danai* & *Ægypti*, sub Cecrope vixit. Apollodor. lib. 2 cap. 4. Videtur Astrologica scripsisse, quæ Berosus postea interpretatus est. Vide *Berosus*, & de vocis origine vide *Baal.* ¶ 2. Belus alter pater fuit Didonis. Virg. Æn. 1 v. 621. ¶ 3. Tertius Assyriorum antiquus rex, aut Chaldæorum potius, quia Babylone ejus plura, quam apud Assyrios, vestigia, templum, religio, sepulcrum &c. fuerunt. ¶ 4. Belus est etiam amnis, qui ex palude Candabeâ juxta montis Carmeli radices oritur, & in mare profluit prope Ptolemaidem. Quo appulsâ mercatorum nitri nave, cum sparsi per litus homines epulas pararent, nec esset ad tollendas cortinas occasio lapidum, glebas nitri è nave subdiderunt: quibus accensis permista arena litoris, translucentes nobilissimi liquoris rivi fluxere, quæ *origo vitri* fuit. Plin. lib. 5 c. 19. & lib. 36 c. 26.

¶ *Beli oculus*, gemma ita adpellata, quod Belo regi sacrata esset & oculi effigiem referret; Germanicum Agricolæ est, Belokel. vide Plin. 37 c. 10. & Isidori Orig. 16 c. 10, ubi etiam *Beloculus* dicitur.

¶ Belias, ădis, Beli neptis, Danai filia. Seneca Hercule Oetæo v. 958,
Si qua respersit manus
Viri cruore, nec memor castæ facis
Stricto cruenta Belias ferro stetit.

¶ Bēlīdes, æ, Βηλίδης, patronymicum masculum, Virg. 2 Æn. v. 81,
si forte tuas pervenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis, &c.

Vbi Palameden *Beliden* vocat, quod septimo gradu à Belo originem duceret, uti ex Apollonio Servius notat.

¶ Bēlis, ĭdis, Βηλίς, patronym. fœm. Ovid. 4 Met. v. 462,
Assiduæ repetunt quas perdant Belides undas;

De pœnis, quas apud inferos dare finguntur filiæ Danai quinquaginta, quæ maritos suos prima nocte nuptiarum interfecerunt, vide in *Danaus.*

BĒNĀCVS, i, lacus Galliæ Cisalpinæ, ex quo Mincius fluvius excurrit in Padum, vulgo, Lago de Garda. Virg. 2 Georg. v. 160,
Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino.

Bene, Benedico, Benefacio, Beneficium, Benevolus, &c. vide in *Bonus.*

BĔNĔVENTVM, i, urbs Samnitum in Italia aut Campania secundum Servium, boni ominis gratia ita vocata, cum *Maleventum* prius diceretur, v. Festus. Horat. 1 Serm. satyr. 5 v. 71,
Tendimus hinc recta Beneventum, ubi sedulus hospes, &c.

Benignus, vide post *Bene* in *Bonus.*

BENNA, æ, ein karn. Cato de R. R. p. 23, *Bennæ emantur.*

¶ Bennarius, i, ein kärner. Gloss. lat. gr. *Bennarius*, σκηνάρχης.

¶ Combennones, in eadem benna sedentes. Festus in *Benna.*

BEO, avi, atum, are, beatum facere, glücklich machen, beseligen. Ter. Andriâ a. 1 sc. 1 v. 79, *O factum bene! beâsti.* Vbi nota elegantem formulam, in re læta jucundaque, quam impertitur alius. Ita Eunucho a. 2 sc. 2 v. 49, *Et quid beo te?* Num quid jucundum & gratum est, quod audis ex me & tale prorsus, ut ideo beatus & felix tibi videaris? mache ich dich nicht glückselig?

¶ Beatus, a, um, μακάριος, εὐδαίμων, cui bene est, felix, consummatus, perfectus, gesegnet, selig, glückselig. Cicero 3 Nat. Deor. cap. 33, *Civitas beatissima & opulentissima*, eine hochgesegnete und sehr reiche stadt. Idem de Somn. Scip. c. 3, *His est definitus in cælo locus, ubi beati ævo sempiterno fruuntur.* Ovid. lib. 3 Metam. v. 135 ex Sophocle & Euripide: *sed ultima semper*
Exspectanda dies homini est, dicique beatus
Ante obitum nemo supremaque funera debet.

Horat. lib. 2 od. 16, *Nihil est ab omni*
Parte beatum, nichts ist durchaus vollkommen. Cic. 5 Tusc. cap. 10, *Beati dicuntur, qui sunt in bonis nullo adjuncto malo.* Et de Nat.

Nat. Deor. lib. 1 c. 18, *Beatus esse sine virtute nemo potest.* ¶ 2. Beatus pro summe *locuplete* accipitur Plauti Pœnulo a. 1 sc. 2 v. 90, *Bonam ego, quam beatam me esse nimio dici mavolo:* ich will lieber für fromm, als reich gehalten seyn. Ovidius Amor. lib. 1 eleg. 8 v. 23,

Scis here te, mea lux, juveni placuisse beato.

Statius epithalamio Stellæ sive lib. 1 Silv. 2 v. 121,

Huic quamvis census dederim largita beatos,
Vincit opes animo.

Census beatos, id est, summas divitias, ut Barthius interpretatur. Nepos Agesilao c. 8, *Homo non beatissimus*, i. e. non admodum instructus copiis rei familiaris. Compar. in illo Ciceronis est Tusc. 5 c. 8, *Qui beatus est, non intelligo, quid requirat, ut sit beatior.* ¶ 3. Ecclesia *beatos* dicit pie vita defunctos. Vnde formula apud Hieronymum epist. 15 pr. & epist. 32 *beatæ memoriæ*, qua adhuc frequenter utimur. ¶ 4. At profani de viventibus etiam hoc verbum efferunt, principibus maxime. Gruterus Inscript. p. 283 n. 11. D. N. FL. CONSTANTINO MAXIMO BEATISSIMO &c. & pag. 284 n. 1. CONSTANTINI ET CONSTANTI BEATISSIMORVM AC FLORENTISSIMORVM PRINCIPVM.

¶ Beatulus, a, um, diminutivum, quo usus est Persius Sat. 3 v. 103,

tandemque beatulus alto
Compositus lecto.

¶ Perbeatus, a, um, sehr glücklich. Cicero principio lib. 1 de Oratore: *perbeati fuisse illi videri solent.*

¶ Beate, adverb. feliciter; ut, *Bene beateque vivere*, ein gutes und glückseliges leben führen. Cic. in Parad. 1 extr. *Nihil est aliud bene beateque vivere, nisi honeste & recte vivere.*

¶ Beātitūdo, ĭnis, &

¶ Beātĭtas, ātis, utrumque felicitas est, glückseligkeit, seligkeit. Conjunxit Cic. de Nat. Deor. lib. 1 c. 34, *At ista sive beatitas, sive beatitudo dicenda sit, (utrumque omninò durum, sed usu nobis verba mollienda sunt)* &c. conf. Quintil. inst. or. 8, 3. Apulejus de Philosoph. Morali p. 17 ed. Elmenh. *Beatitas virtutum fructus est.* Et Macrobius de Somn. Scip. lib. 1 cap. 9, *Delphici vox hæc fertur oraculi consulenti, ad beatitatem quo itinere perveniret.* Loquitur de celebri dicto, γνῶθι σεαυτόν. Altera forma sæpius Apulejus usus est, ut dicto loco: *Beatitudo est virtutum exoptatissimus fructus.* Pluraliter Augustinus C. D. lib. 22 c. 12 extr. *falsas beatitudines promittere* dixit.

¶ Beatificare, Augustini verbum, lib. 14 de Trinit. c. 14, & lib. 8 de Genesi ad lit. cap. 12. At

¶ Beatificus, a, um, antiquius est. Apulejus de Habit. Doctr. Plat. lib. 1 pag. 3 Elmenh. *Deus beatus & beatificus.*

BĔRĔCYNTHVS, i, Βερέκυνθος, mons Phrygiæ est, in quo mater deûm Cybele, quæ inde *Berecynthia* dicta fuit, priscorum ritu colebatur. Plinius lib. 5 cap. 29, *Berecynthium tractum* vocat.

¶ Berecynthius, a, um, adject. Horat. 1 Carm. ode 18,

sæva tene cum Berecynthio
Cornu tympana, id est, quo excitantur ad furorem Cybeles Berecynthiæ sacerdotes. Et rursum 3 carm. od. 19,

Cur Berecynthiæ
Cessant flamina tibiæ? hoc est, Phrygiæ, & quæ in sacris Cybeles adhibebantur, vel forsan buxeæ; in Berecynthio enim tractu plurima est buxus, teste Plin. lib. 16 cap. 16.

¶ Scribunt & *Berecyntus*, *Berecyntius*, sine adspiratione Βερέκυντος. Vide de hac re expositionem Servii in illud Virgil. Æn. 9 v. 82,

Ipsa deûm fertur genitrix Berecynthia magnum
Vocibus his affata Jovem.

¶ Berecynthiacus, a, um, aliud adjectivum, ut, *Berecynthiacus sacerdos*, Prudent. 2 adv. Symmach. v. 51.

¶ Berecynthiădes, æ, patronymica forma, apud Ovidium in Ibin. v. 508, *venator Berecynthiades.*

BĔRĔNĪCE, es, Βερενίκη, quo nomine mulieres plures fuêre. Prima Ptolemæi Lagi uxor, cujus Theocritus meminit. Quomodo hæc maritum, inter aleæ lusum ferentem sententiam de capitibus hominum temerè, corripuerit, Ælianus l. 14 Hist. Variæ c. 43 refert. Super quo loco ejus (corruptus enim ex parte est) videndus Janus Rutgersius est, lib. 1 Var. Lect. c. 6. ¶ 2. Altera Ptol. Philadelphi & Arsinoes reginæ filia, cujus capillum inter sidera Conon Mathematicus, figmento gratiam regis Evergetæ mariti aucupatus, retulit. ¶ 3. Tertia illius Herodis, qui & Agrippa major cognominatur, filia, uxor patrui sui Herodis Chalcidici, & post illius mortem, Polemonis Ciliciæ regis. Josephus lib. 20 c. 5. Hæc cum fratre, Agrippa minore, Romam venit, ubi in deliciis Tito Vespasiani filio fuit, vide Tacit. & Sueton. ejus vita c. 7. itemque Aur. Victorem, præcipue Dionem lib. 66. De ea accipiendus Juvenalis Sat. 6 v. 155 & v. 157, cum ait:

incestæ dedit hanc Agrippa sorori.

Vbi meras nugas Vetus Scholiastes affert. ¶ 4. Quarta Græcorum fuit Berenice, Callipatra, quemadmodum Pausanias scripsit, cognominata, spectatrix certaminum Gymnicorum præ reliquis omnibus mulieribus sola, quod & mater & soror & filia esset Olympionicarum, veluti Plin. retulit lib. 7 c. 41. *Pherenicen* eam dixêre Græci. ¶ 6. Porro Berenices crines sunt stellulæ ad caudam Leonis, veluti in triangulo collocatæ, numero undecim, secundum Keplerum.

¶ Bĕrĕnicēus, adject. apud Catullum Carm. 66 de Coma Berenice v. 8.

E Bereniceo vertice cæsariem.

¶ Bĕrĕnīce, vel *Beronice*, vel *Beronicis, ĭdis*, nomen est multarum civitatum, quarum una est in Libya Cyrenaica prope Syrtes, ex illis, quæ Pentapolin efficiunt. De hoc tractu Lucanus lib. 9 v. 523,

nam quicquid pulvere sicco
Separat ardentem tepida Berenicida Lepti
Ignorat frondes.

Alia hujus nominis oppida in Ægypto & Troglodytice ad Arabicum sinum recenset Plinius lib. 6 cap. 23 & 29.

BERGŎMVM, i, oppidum Italiæ Transpadanæ, Plin. lib. 3 c. 17. ¶ A quo Bergomātes, incolæ, apud eumdem c. 1.

BĔRŎE, es, altera Semeles fuit, Bacchi matris nutrix, de qua Ovid. 3 Met. v. 278, *Ipsaque erat Beroe Semeles Epidauria nutrix.*

¶ 2. Altera, de qua Virgil. 5 Æn. v. 620,

Fit Beroe Ismarii conjunx longæva Dorycli.

BĔRŌSVS, i, Βέρωσος, Chaldæus fuit Babylonicus, Astrologus celeberrimus, & rerum scriptor antiquissimarum, cui Athenienses in Gymnasio statuam posuerunt lingua inaurata, uti Plinius retulit lib. 7 c. 37. Senec. 3 Nat. Quæst. c. 29, *Belum interpretatum* tradit: hoc est, libros ejus de Astrologia, uti conjicio. vid. Voss. Hist. Græc. 1 c. 13.

BĒRYLLVS, i, βήρυλλος, gemma est una ex virentibus hædisque, nascens apud Indos, ein beryll, cujus speciem Plin. 37 c. 5 facit *Chrysoberyllum*, pallidum quidem, sed in aureum colorem exeuntem. Agricola *Choassitem* dici etiam Chrysoberyllum scribit lib. 6 fossilium, ein gelblicher beryll, *Beryllus* paullo languidior, fulgore in aurum vergente. Curtius 9, 1 n. 30, *baculam berylli distinguebant.*

BĔRȲTVS, i, antiqua Phœniciæ civitas. Hinc

¶ Berytius, a, um, ut, *Berytium vinum*, Plin. 14 c. 6. *Berytia uva*, idem 15 c. 17.

BES, bessis, octo unciæ. Festus: *Bes adpellatum est, quod bis triens sit, quamvis dura compositio fiat bessis ex triente. Bessis unciæ octo sunt.* Hæc Festus. acht theile von zwölffen. ¶ Bes quoque agrorum est in dimensione, & ibidem complectitur partes octo jugeri in duodecim partes æquales divisi. vid. Columell. lib. 5 c. 1. ¶ *Bessem bibere*, Martial. lib. 11 epigr. 37. Vide paullo post in *Bibo.*

¶ Bessalis, e, ut, *Bessalis scutula*, Martial. lib. 8 epigr. 71; & *Bessales laterculi*, qui octo pollicum longitudinem habent, apud Vitruvium lib. 5 c. 10, ziegelsteine acht zoll lang.

BESSI, orum; Thracia gens, fera & latrociniis sueta, Strabo 7. Hinc Hieronymo epist. 3, *Bessorum feritas* memorata. Paullinus ad Nicetam Dacorum Episcopum, qui Bessos ad Christianam fidem convertit, poemate 17 v. 206, *Et suâ Bessi nive duriores*

Nunc oves facti.

Et paullo post de iisdem:

Num tenent versos monachi latrones
Pacis alumnos.

Metallorum divites, & in effodiendis iis solertes admodùm fuisse, Claudianus significat Paneg. de Consul. Malli, v. 41,

Quicquid luce procul venas rimata sequaces
Abdita pallentis fodit solertia Bessi.

Idem Paullinus eodem carmine v. 213,

Nunc magis dives pretio laboris
Bessus exsultat, quod humi manuque
Ante quærebat, modò mente cælo
Colligit aurum.

Vbi habitaverint; vide apud Bernegg. ad Suet. August. cap. 3, 3.

¶ Bessĭcus, a, um; ut, *Bessica gens*, apud Ciceronem in Pison. c. 34.

BESTIA, æ, animal rationis expers, plerumque crudelis & noxia, qualis est *aper*, *lupus*, &c. nam *Bellua* magnitudinis & monstrositatis nomen est, *Fera* vero opponitur cicuri: ein böses thier. Cicer. 7 epist. 1, *Homo imbecillus à valentissima bestia laniatur*, wird von einem sehr starcken wilden thiere zerrissen. Ibidem: *Venabulo bestiam transverberare*, ein wild fangen. ¶ 2. Est tamen etiam Bestiæ nomen generale, θηρίον apud Græcos. Nam Cicero etiam ad volucres serpentesque transtulit in V. Tuscul. c. 13, *Natura alias bestias nantes, aquarum incolas esse voluit: alias volucres, cælo frui libero: serpentes quasdam, quasdam gradientes* &c. Sic Vetus Interpres *viperam*, a qua Apostolus ictus fuerat, *bestiam* vocat Act. Apost. cap. ult. vers. 4. ¶ 3. Per convicium de mala fœmina usurpatur. *Mala tu es bestia*, Plaut. Bacch. 1, 1 v. 21. conf. Pœn. 5, 5 v. 14. A bestiis nutritos, qui per divinam providentiam magnis imperiis destinati; plures docuerunt: Vid. Zevecot. & Rupert. ad Florum; illum quidem pag. 181. hunc vero p. 47. Camerar. Cent. 1 H. S. c. 75.

¶ Bestĭŏla, æ, diminutiv. ein thierlein. Quo Plinius nomine apes & similia comprehendit lib. 11 cap. 6. Cic. 2 Nat. D. c. 48, *dissimillimis bestiolis communiter cibus quæritur.*

¶ Bestialis, e, adject. viehisch. Prudentius hymno jejunantium v. 153,

Impexa villis virgo bestialibus.

Sidonius lib. 8 epist. 14, *bestiale corpus.* Et lib. 4 ep. 1 idem: *bestiales rigidæque nationes.*

¶ Bestialitas, ātis, θηριότης, vitium, quod hominem prorsus ferinum reddit & bestialem, Philosophis vocatur: viehische unzucht. Sed vox veterum auctoritate destituitur.

¶ Bestiarii, orum; Olim sic dicebantur, qui ludis publicis in amphitheatro cum bestiis depugnabant, vel mercede conducti, vel in id damnati: quamquam nonnulli & sua sponte ostentandæ virtutis caussa in arenam descenderint. Auctor est Vlpianus, eos, qui operas locaverunt, ut cum bestiis depugnarent, notari infamiâ. Cicero in Vatinium c. 17 dicit, *Milonem gladiatoribus & bestiariis obsedisse Rempublicam.* Seneca lib. 2 Benefic. c. 19, *Leonem in amphitheatro spectavimus, qui unum è bestiariis agnitum protexit ab impetu bestiarum.* Græci θηριομάχους adpellant. Vide Torrentium in Suetonii Claudium c. 34. Cœlium 8. ant. lect. cap. 8, & Alex. ab Alex. 3 c. 5.

¶ Bestiarius, a, um, adject. ut, *ludus bestiarius*, Seneca Epist. 70.

BĒTA, βῆτα, litteræ nomen apud Græcos. Juvenal. Sat. 14 v. 209,

Hoc discunt omnes ante alpha & beta puellæ.

¶ 2. Beta, æ, σκεῦτλον, herba sic dicta, auctore Columellâ, lib. 10 v. 251 & 254, quod figuram litteræ B referat:

Ceu littera proxima primæ,
Deprimitur folio viridis, pede candida, Beta.

Estque duplex: *beta nigra*, rothe rüben, seu beißkohl, mangolt, *beta alba*, weiß kohl. vid. Plin. 19 c. 8 & 30 c. 8. *Fatuas betas* in Xeniis epigr. 10 dixit Martialis;

Vt sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,
O quàm sæpe petet vina piperque cocus.

Quia sunt insipidæ, ungeschmältzter, unschmackhafftiger kohl. ¶ 2. Sed

Bæta, βαίτη, veſtimenti genus eſt apud Suidam & Pollucem; vide in Chil. *Bæta cum hieme, tum æſtate bona.*

¶ *Betiſſare*, verbum à *Beta* Auguſtus apud Sueton. c. 87 finxit, illud vulgare *lachaniſſare* veluti vertens; eſt enim id Græcæ originis. Nam λάχανον Græcis *Beta* eſt. Illo autem pro *languere* ſolebat uti. Cauſſam Torrentius explicat. Vid. Cœl. Rhodig. lib. 15 cap. 10.

BĔTO, ĕre, & Bito, ĕre, antique idem quod *Eo, ire*, gehen. Pacuvius apud Nonium: *Vos hinc defenſum patriam in pugnam betite.* Varro apud eumdem: *mulierem foras betere juſſit.* Plautinis libris *bitere* ſcriptum, ut Merc. 2, 3 v. 127, *ad portum ne bitas.*

¶ Adbetere, vel Adbitere, Plautus Captiv. a. 3 ſc. 4 v. 72, *ſi adbites propius.*

¶ Interbitere, interire. Plautus Moſtell. a. 5 ſc. 1 v. 47, *ne interbitat quæſtio*, hoc eſt, ne vana ſit, ne intereat.

¶ Perbitere, perire. Livius Andronicus: *ne fame puer perbitat.* Hoc, & plura Pacuvii, Ennii, Titinnii exempla habet Nonius in hoc verbo.

¶ Præterbitere, præterire, Plaut. Epid. 3, 4. verſ. 1 & Pœn. 5, 3. v. 40.

¶ Rebitere, vel mutata forma, Rebitare, eſt redire, Plaut. Capt. 2, 3, v. 20 & 49. & ibid. 3, 5. v. 89.

BĔTŎNĬCA, æ, herba quam *Serratulam* Itali vocant, betonien, herba innumeris utilitatibus prædita, adeo ut Itali laude maximâ aliquem extollentes, *Tu pluribus*, dicant, *virtutibus præditus es, quàm Betonica.* Dicitur & *Vettonica*, à Vettonibus Hiſpaniæ populis, qui invenerunt, Plin. l. 25 c. 8 & 9. De hâc herba exſtat peculiaris libellus, qui Antonii Muſæ, à quo ſervatus Cæſar Auguſtus fuit, nomen præſcriptum habet. Et Serenus Samonicus c. 46,

> *Betonicam ex duro prodeſt aſſumere Baccho.*

BĔTŬLA, æ, arbor illa eſt candida, terribilis magiſtratuum virgis, quemadmodum inquit Plinius lib. 16 c. 19, eine bircken, birckenbaum. Harduinus ſcribit geminato L *Betulla.*

BIÆON, i, vinum ad plurimos valetudinum uſus excogitatum, dicente Plinio 14 cap. 8. vide ibi annot. Dalech. & Rhodig. 26 c. 8. *Abion* legit Turnebus 25 c. 26. ¶ Bion vinum etiam occurrit apud Plin. 23 cap. 1.

BĬĀNOR, ŏris, cognomento Ocnus adpellatus, fuit filius Mantûs fatidicæ, & Mantuæ conditor. Vt Servius in 9 Virgilii Eclogam auctor eſt. In qua extrema Lycidas ita eſt loquens:

> *Hinc adeò media eſt nobis via, namque ſepulcrum*
> *Incipit apparere Bianoris.*

BIARCHUS, i, ὁ βίαρχος, proviantmeiſter. Lege 3 Cod. de Agent. in reb. *biarchorum nomen meritumque* memoratur. Et Hieronymus ad Pammachium epiſt. 61 cap. 5, *Ante primicerius, deinde ſenator, ducenarius, biarchus, circitor, eques.* Adde Legem 2 Cod. § 19 de officio Pr. Præt. per Afric. ubi pariter *biarchi* & *circitores* conjunguntur. Erant enim in numero agentium in rebus.

¶ Biarchia, æ, βιαρχία, officium Biarchi. Lege 1 Cod. de officio magiſtri officior. *Ad biarchiam nemo ſuffragio, ſed labore unusquisque perveniat.*

BIAS, Biantis, Teutamidæ fuit filius, patria Prienæus, de numero ſeptem ſapientum. Cùm ex patria capta fugeret, nihilque, ut cæteri, exportaret, roganti cauſſam, vulgatum illud apud Cicer. in Paradoxis reſpondit, *Omnia mea mecum porto*, eruditionem & ſapientiam intelligens. Biantis ex Stobæo multa reſtant ſapienter dicta, quæ revolvi poſſunt. Auſonius in Sapientibus ſic illa Latine reddidit:

> *Bias Prienæus dixit:* πλεῖους κακοί.
> *Latine dictum ſuſpicor: plures mali.*
> *Dixiſſe nollem, veritas odium parit:*
> *Malos, ſed imperitos dixi & barbaros,*
> *Qui jus, & æquum, & ſacros mores negligunt*, &c. Et:
> *Quænam ſumma boni? mens eſt ſibi conſcia recti.*
> *Pernicies homini quæ maxima? ſolus homo alter.*
> *Quis dives? qui nil cupiet: quis pauper? avarus.*
> *Quæ dos matronis pulcherrima? vita pudica.*
> *Quæ caſta eſt? de qua mentiri fama veretur.*
> *Quod prudentis opus? cùm poſſit, nolle nocere.*
> *Quid ſtulti proprium? non poſſe & velle nocere.*

BIBLIA, orum, κατ' ἐξοχὴν, libri ſacri, die Bibel, die bücher heiliger ſchrifft, Græcis enim βιβλίον & βιβλία, librum ac codicem quemlibet notant. Eſt autem βιβλίον a βίβλος deductum: de quo infra. Chryſoſt. κτᾶσθε βιβλία, φάρμακα τῆς ψυχῆς, τοῦτο γὰρ πάντων αἴτιον τῶν κακῶν, τὸ μὴ εἰδέναι τὰς γραφὰς, *Biblia comparate, quæ medicina animæ ſunt: hoc enim omnium malorum cauſſa eſt, ignorare ſcripturas.*

¶ Bibliŏpēgus, i, βιβλιοπηγὸς, ein buchbinder.

¶ Bibliŏpōla, æ, βιβλιοπώλης, ein buchhändler, buchführer. Plinius lib. 9 epiſt. 11, *Bibliopolas Lugduni eſſe non putabam.* Et Martialis 14 epigr. 194 de Lucani libro:

> *Sunt quidam, qui me dicunt non eſſe poëtam:*
> *Sed qui me vendit bibliopola, putat.*

¶ Bibliopolium, i, βιβλιοπωλεῖον, ein buchhandel, buchladen.

¶ Bibliothēca, æ, βιβλιοθήκη, eine librarey. Veteres ſcripſerunt etiam *Bybliotheca*, ut vides in Inſcriptionibus ſupra pag. 3 productis, cujus ſcripturæ rationem Dauſquejus reddit Parte 2 Orthogr. p. 59, quod Græci antiqui βύβλος per *Y* ſcripſerint. Vide ibi plura. Sed nitidius, eodem cenſore, per *I* ſimplex, ut vulgo receptum eſt, ſcribitur. Significantur autem hoc nomine & libri ipſi, & armaria & locus, ubi repoſiti libri aſſervantur, ut apud Vlpianum Nerva JCtus ſcribit Lege librorum 52 § Sed ſi Bibliothecam D. de Legatis 3. Conf. Gothofred. ad L. 22 D. T. r. l. 52 § 1. Feſtus quoque perſpicue: *Bibliothecæ & apud Græcos, & apud Latinos tam librorum magnus per ſe numerus, quam locus ipſe, in quo libri collocati ſunt, adpellantur.* Gellius *Librariam* vertit lib. 5 cap. 4, unde noſtrum librarey. Quamquam magis eſt, eâ voce tabernam capi, ubi libri proſtent, ein buchladen. Βιβλιοθήκη τις ἔμψυχος, καὶ περιπατοῦν μουσεῖον, *Bibliotheca ſpirans & ambulans Muſeum* à Græcis ob variæ eruditionis copiam Longinus adpellatus eſt, teſte Eunapio in Porphyrio p. 12. Quo procul dubio Hieronymus reſpexit, cum de Nepotiano noſtras, hoc eſt, Chriſtianas litteras egregie docto, Epitaphio ejus ſcriberet: *Lectione aſſidua, & meditatione diuturna pectus ſuum Bibliothecam fecerat Chriſti.* Cic. ad Curium lib. 7 Epiſt. 28, *Abdo me in Bibliothecam.* Bibliothecam Athenis primus inſtruxit Piſiſtratus Tyrannus. In Ægypto autem ſingulari cura & diligentia libros bonos conquiſiverunt Reges Ptolemæi. Alexandriæ enim Bibliothecam inſtructam habuerunt millibus voluminum ſeptingentis, ſed quæ in direptione civitatis à militibus incenſa conflagravit. Gell. lib. 6 cap. ult. Salmuth. ad Panciroll. deperdit. Tit. 22 pag. 66. Sed & Attalici Reges inſtructam egregie habuerunt Bibliothecam. Strabo lib. 13 auctor eſt, Ariſtotelem coactis libris primùm Bibliothecam compoſuiſſe, idque Ægypti docuiſſe Reges. Romæ Latinas, Græcasque Bibliothecas inſtituit Cæſar, perfecit Auguſtus, eisque præfectos ſive cuſtodes præfecit. Sueton. in Cæſ. cap. 44, & in Auguſt. cap. 29, incendio abſumtas impenſiſſime reparare curavit Domitianus, Idem in ejus vita cap. 20. Ceterum non in urbe ſolùm, haut procul à porticibus, in quibus ſapientum erant congreſſus, & in templis maximè, Bibliothecas habebant antiqui, juxta Thomaſin. de Donariis p. 29. & Gellium lib. 16 c. 7 & lib. 19 cap. 5. Sed in villis etiam & prædiis, teſte Plinio lib. 3 epiſt. 7 num. 8. Hinc Martialis lib. 7 epigram. 16,

> *Ruris bibliotheca delicati,*
> *Vicinam videt unde lector Vrbem.*

Diodorus Siculus lib. 1 cap. 49 refert de Oſymanduæ, antiquisſimi regis, Bibliothecâ in Ægypto, fuiſſe ejus inſcriptionem ψυχῆς ἰατρεῖον, *animæ medicatorium.*

¶ Bibliothecula, æ, diminut. Symmach. lib. 4 epiſt. 18, *Sume ephemeridem C. Cæſaris, decerptam bibliothecula meæ, ut tibi muneri mitteretur.*

¶ Bibliothecalis, e, ad bibliothecam pertinens. Sidon. Apollinar. 8 epiſt. 2, *Theſauris bibliothecalibus large refertus.* Martianus Capella lib. 4, *bibliothecalis copia.*

¶ Bibliothecarius, i, qui Bibliothecæ præeſt. Quod muneris Romani fere Grammaticis tribuere ſolebant. Ita Hyginus Palatinæ; Meliſſus Octaviæ Porticus Bibliothecis præfuit, ut Suetonius de Claris Grammaticis c. 20 & c. 21 prodidit. Cæſar quoque M. Varroni comparandi & digerendi Bibliothecas Græcas, Latinasque negotium dedit, eodem auctore in vita Cæſaris cap. 44. Ipſum tamen *Bibliothecarii* vocabulum videtur recentius eſſe, & quantum conſtat, nulli vel mediocriter antiquo, bono auctori uſurpatum. Tales veteribus erant *a bibliotheca alicujus*, uti ex inſcriptionibus patet. Vide ſupra pag. 4. Poſſis etiam *præfectum bibliothecæ*, aut *cuſtodem* interpretari.

¶ Biblus, i, βίβλος, planta Ægypti aquatica, quæ & *papyrus* vocatur: ex qua chartas facere inſtituêre Ægyptii: unde poſtea contexti libri etiam adpellari apud Græcos cœperunt. Lucan. lib. 3 verſ. 222,

> *Nondum flumineas Memphis contexere biblos*
> *Noverat.*

Aegyptiſch rohr, ſo an ſtatt des papiers gebraucht wurde.

¶ Bĭblīnus, a, um, ut, *Vinum biblinum*, a *Biblina*, regione Thraciæ, vel a *Biblia vite*, vel à *Bilibina* fluvio Naxi inſulæ, Heſiodus: καὶ βίβλινος οἶνος, &c.

Biblis. Vide infra *Byblis.*

BĬBO, bĭbi, ĕre, πίνειν, trincken. Cic. in Tuſcul. 5 c. 34, *Darius cùm aquam turbidam bibiſſet, negavit unquam ſe bibiſſe jucundiùs, nunquam enim ſitiens biberat.* Et cap. 41, *Mihi quidem in vita ſervanda videtur illa lex, quæ in Græcorum conviviis obtinet: Aut bibat, aut abeat.* Martialis lib. 11 epigr. 7,

> *Poſſum nil ego ſobrius: bibenti*
> *Succurrent mihi quindecim Poëtæ.*

Plaut. Stich. act. 5 ſc. 4, *bibe, ſi bibis*, trinck, wiltu trincken. Sic dixit in Pœnulo: *ite, ſi itis. Bibere nutricem*, pro ſugere, Venus eſt Apulejana lib. 2 Mileſiarum poſt principium. *Bibere nomen alicujus*, Martialis lib. 8 epigram. 51,

> *Vt jugulem curas, nomen utrumque bibam.*

Nimirum in honorem & jucundam amici aut amicæ memoriam tot bibebant cyathos, quot litteris conſtaret nomen amici. Clare id docet Martialis lib. 11 epigr. 37,

> *Quincunces & ſex cyathos, beſſemque bibamus,*
> *CAJVS ut fiat JVLIVS & PROCVLVS.*

Sed adhuc clarius lib. 1 epigr. 72,

> *Nævia ſex cyathis, ſeptem Juſtina bibatur;*
> *Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.*

Tibullus lib. 2 Eleg. 1,

> *Sed bene Meſſalam ſua quisque ad pocula dicat*
> *Nomen & abſentis ſingula verba ſonent.*

¶ 2. Metaph. Virg. Ecloga 3, *Sat prata biberunt*, die wieſen ſind genug gewäſſert. ¶ 3. Horat. 2 oda 13 verſ. 32, *aure bibere*, fleiſſig zuhören. Plura de his in *Bene.*

Bibax, ācis, Verbale, verſoffen: κυλίκων ἐρέτης, Gellius 3 cap. 12, *Bibacem ego, ut edacem, à plerisque aliis dictum lego.*

¶ Bibāculus, a, um, verſoffen. Onomaſt. vetus: *Bibaculus*, φιλοπότης. Sic dicimus, *Anus bibacula*, eine ſauffſchweſter. ¶ De L. Furio Bibaculo Prætore vid. Val. Max. 1. cap. 1 n. 9.

¶ Biberius, i, joculare eſt, quemadmodum propter nimiam vini aviditatem adpellatus Tiberius eſt, ut Suetonius prodit ejus vitâ cap. 42.

¶ Bibeſia, æ, Feſto eſt cupiditas bibendi, ſaufflust.

¶ Bibibĭlis, e, adject. das ſich trincken läſt. Gloſſ. gr. lat. πότιμον, *bibibile.*

¶ Bibĭtor, ōris, ein trincker. Sidon. 1 epiſt. 8, *Bibitor Araricus.*

¶ Bibo, ōnis, rarius quidem verbum, apud Jul. Firmicum legitur lib. 5 cap. 4 ſub fin. *epulones & bibones*, freſſer und ſäuffer.

¶ Bibonius, i, Vetus Gloſſ. *Bibonius*, πολυπότης, ein ſchlemmer.

¶ Bibōſus, a, um, verſoffen. Laberius apud Gellium l. c. lib. 3 c. 12.

¶ Bibŭlus, a, um, durſtig. ut, *Potores bibuli*, Horat. 1 Epiſt. 18. v. 91. *Arena bibula*, quæ aquam facile ſorbet, trübſand, Virg. 1 Georg. v. 114.

Aures

Aures bibulæ apud Persium Satyr. 4 extr. quæ sunt avidæ laudationis, ohren die sich gern hören loben. *Charta* seu papyrus *bibula*, lesch-papier, Plin. 8 epist. 15. In Vet. Gloss. *Bibulus Ebriosus* exponitur. ¶ De M. Bibulo Julii Cæsaris collega in consulatu, vid. Suet. Cæs. c. 20.

Composita sunt:

¶ Adbĭbo, ere, hineintrincken. Terent. in Heaut. a. 2 sc. 1 v. 8, *Is mihi, ubi adbibit plus paullo, sua quæ narrat facinora?* da er ein wenig zu viel getruncken hat. Horat. lib. 1 Epist. 2 v. 67,

nunc adbibe puro
Pectore verba puer.

¶ Combibere, zechen, einschlucken. Horat. 1 od. 37, 28, *ut atrum corpore combiberet venenum.* ¶ 2. *Combibere artes*, Cic. dixit 3 de Fin. c. 2. Metaphoricè, kunst fassen und einnehmen.

¶ Combĭbōnes, um: apud Cicer. lib. 9 epist. 25, *Epicurei combibones:* & apud Nonium ex Lucilio: zech-brüder.

¶ Debĭbere, schmecken, kosten. Solin. c. 12, *Quorum alterum si ovillum pecus debibat, pullum fieri coloris, quem induerit.*

¶ Ebibere, Terent. in Heaut. a. 2 sc. 3 v. 14, *Quid comedent? quid ebibent?* auszechen. ¶ *Fluvius ille ab alio ebibitur*, Plin. hist. lib. 5 c. 15, er ergeust sich in einen andern, fällt in denselben.

¶ Imbĭbere, eintrincken. Plin. 24 c. 15, *Is nidor per infundibulum imbibitur in vetere tussi.* ¶ 2. Constituere, in animum inducere. Cicero in Verr. 2 cap. 14, *nisi de vobis malam opinionem animo imbibisset.* Lucret. lib. 3 v. 1010,

Qui petere à populo fasces, sævasque secures
Imbibit.

¶ Interbibere, darzwischen trincken. ¶ 2. Ebibere, exsiccare, sicut intercipere, intervertere tollendi & auferendi notionem habent. Plautus Aulul. a. 3 sc. 6 v. 22 de bibacissima tibicina,

Quæ mihi interbibere sola, si vino scatet,
Corinthiensem fontem Pirenem potest.

¶ Multibibus, a, um, vide *Multus*.

¶ Obbibere huc refertur ex Cic. 1 Tuscul. Quæst. cap. 40, *Theramenes cum venenum, ut sitiens, obbibisset:* sed Victorius & Gruterus *obduxisset* ex MSS. posuerunt. Vide hujus annotationem, qua ad consensum tam Palatinorum, quam Vatican. Codd. provocat.

¶ Perbibere, aussaugen. Plautus Stich. a. 2 sc. 2 v. 16, *cui lassitudo medullam perbibit.* Illustriori metaphora Seneca epist. 36, *perbibere liberalia studia.* Et lib. 1 de Ira cap. 16, *Perbibisti nequitiam, & ita visceribus immiscuisti, ut nisi cum ipsis exire non possit.*

¶ Præbibere, zutrincken. Apulej. lib. 10, *Heus puer, lautum diligenter ecce illum aureum cantharum mulsò contempera, & offer parasito meo, simul quod ei præbiberim, commoneto.*

¶ Subbibere, aliquantulum bibere. Plaut. in Trucul. a. 4 sc. 3, 58, *Qui improbus est, sive subbibit, sive adeò caret temeto, tamen ab ingenio est improbus.* Sueton. Ner. c. 20, *si paullum subbibisset.*

¶ Superbibere, apud Plin. 23 c. 1, *Aquæ potum interponere utilissimum, itemque jugi superbibere.*

Biceps, bicolor, bicornis, bicorpor, bidens, biennis, biennium, bifer, biformis, vide *Caput, color, cornu, corpus, dens, annus, fero, forma.*

Biclinium, Biduanus, biduum, Bifariam, bifarius, Bifidus, Biforis, Biforus, quære in *clinice* sub *clino, dies, fari, findo, foris, fores.*

Bigæ, Bigatus, Bigarius, vide *Jugum.*

Bigamus, Bigamia, vide *Gamus.*

Bigemmis, quære in *Gemma.*

BIGERRI, orum, vel Bigerrones, um, populi Galliæ Aquitanicæ ad montem Pyrenæum. *Bigerri* scribuntur in Paulini Epist. 1. ad Auson. v. 143. *Bigerrones* vero apud Cæs. bell. Gall. 3 c. 27. Hinc

¶ Bigerricus, a, um, ut, *Bigerricus turbo*, in Sidonii l. 8 ep. 12.

¶ Bigerritanus, a, um, ut, *patria Bigerritana*, in Ausonii epist. 11 v. ult.

BIGERRIGA, æ, vestis nigra & grossior, sicut exponunt. Quam nonnulli à *Bigerronibus* Aquitaniæ populo; alii, quasi *bariegatam* sive *variegatam*, ex Gallico *bigare*, dictam volunt. Sed *Bigerra* est quasi *Bicirra*, hoc est, quæ ex utraque parte villosa est: ἀμφίμαλλος; ut Salmasius ad Capitolium docuit. *Circa* enim μάλλος seu *villus* est. Et inde *hirsuta bigerrica* Fortunatus dicit lib. 3. Sulpitius Severus Dialogo 2, qui de virtutibus B. Martini est: *A proximis tabernis bigerrigam vestem, brevemque atque hispidam, quinque comparatam argenteis rapit.*

Bihorium, Bijuges, vide *Hora, Jugum.*

BILBILIS, is, oppidum Hispaniæ Tarraconensis est, ad fluvium Salonem, patria Martialis, qui ejus sæpe mentionem facit. Vt lib. 12 ep. 18, *Auro Bilbilis & superba ferro.* Lib. 10 epigr. 104, *altam* adpellat. Epigr. 49 lib. 1, *equis & armis nobilem.* Lib. 10 ep. 103, *augustam:*

Municipes augusta mihi quos Bilbilis acri
Monte creat, rapidus quem Salo cingit aquis.

Et lib. 4 epigr. 55 vocat *Sævo Bilbilin optimam metallo,*
Quæ vincit Chalybasque Noricosque, &c.

BILBIO, ire, verbum fictum a similitudine sonitus, qui fit in vase. Nævius apud Festum: *Bilbit amphora.*

Bilibra, Bilibralis, Bilibris, vide *Libra.*

Bilinguis, vide *Lingua.*

BĬLIS, is, χολὴ, cholera, quæ *flava* propriè *bilis* dicitur: galle, cholerische feuchtigkeit. *Atra bilis*, melancholia est, melancholisch schwartz geblüt. Plautus Amphitr. act. 2 sc. 2 v. 95,

SOS. *Quid tibi est?* AM. *Delirat uxor.* SO. *Atrâ bili percita est.*
Nulla res tàm delirantes homines concinnat citò.

Nempe significat, nihil aliud magis deliros concinnare homines, quam atram bilem. ¶ 2. *Bilis* adpellatione pro indignatione sæpius usi poëtæ non tantùm, ut Horat. Juvenal. Persius; sed alii etiam auctores, unwillen, zorn, ungedult. *Calido sub pectore bilis intumuit*, Pers. Sat. 5, 144. er ist im harnisch, er ist voll zorn. *Effundere bilem*, Juvenal. Satyr. 5 v. 159. seinen zorn auslassen. *Bilem alicui movere*, Martial. 5 epigr. 26. entrüsten. Et Cicero ad Attic. lib. 2 epist. 7, *Si, ut scribis, bilem id commovet.* Plaut. in Amph. act. 4, *Vetus est adagium, fames & mora bilem in nasum conciunt*, hungern und harren macht ungedultig. Cicero in Tusc. 4 cap. 10, *Redundante bile morbi nascuntur;* wenn die bösen feuchtigkeiten überhand genommen, so werden kranckheiten daraus.

¶ Biliosus, a, um, gallsüchtig, zornig. *Biliosa alvus*, Cels. 2 c. 8. id est: bile abundans. Conf. 1 c. 3, de vomitu *utili biliosis.*

Bilix, bilustris, bimaris, bimembris, bimetris, binominis, binus, vide *Licium, lustrum, mare, membrum, mensis, nomen, bis.*

Bimatus, Bimulus, Bimus, vide *Bis.*

Binoctium, Binus, vide *Nox, Bis.*

BION, ōnis, Βίων, Borysthenites, philosophus & sophista fuit, cui hoc a Stobæo tributum, ἡ φιλαργυρία μητρόπολις πάσης κακίας, hoc est, *Avaritia omnis improbitatis metropolis.* Diogenes Laertius in Vita ejus hos versus protulit:

Βίωνα τὸν Βορυσθενίτην,
Ὃν ἔφυσεν ἡ Σκυθὶς χθών,
Λέγειν ἀκούομεν θεοὺς
Ὡς οὐδέν εἰσιν ὄντως.

Hoc est: *Bionem Borysthenitem Scythica tellus genuit: quem dixisse audimus, Deos revera nihil esse.* ¶ 2. Bion, ōnis, poëta græcus Smyrnæus, scripsit Idyllia, quæ sparsim una cum fragmentis extant apud Stobæum, ea omnia suo poëtarum Enchiridio inseruit Johan. Crispinus.

¶ Bĭōnēus, a, um, adjectivum, Bioni proprius, ad Bionem attinens. Horatius lib. 2 epist 2 v. 60,

Ille Bioneis sermonibus, & sale nigro &c.

Bionei sermones, amarulenti & satyrici sunt, quia hic Borysthenites philosophus & poëta neque hominibus pepercit; & in deos contumeliosus fuit

BĬPĀLIUM, i, instrumentum, quo terra foditur, ein grabscheit, spaten, karst. Cato cap. 45, *Locus bipalio subactus fiet.* Et Columell. 3 c. 5, *Ager bipalio subigi debet.*

Bipalmis, vide *Palmus.*

Bipartior, bipatens, Bipedalis, bipennis, bipes, bipinnalla, biremis, Birotum, Birota, bisextilis, bisextus, bisulcus, bivium, &c. vide *Partior, pateo, pes, penna, res, remus, rota, sex, sulcus, via,* &c.

BIRRUS, i, vestis genus, idem quod lacerna seu pœnula; à colore sic dictum; quod russum esset, vel rufum; ex Græco πυῤῥός. Vnde & *byrrus* rectè scribitur. Vide Salmasium, & Casaubonum in Historiam Augustam. Martian. Capella lib. 4 de Vnivocis: *Et birrus, & tunica nomen vestis habent.*

¶ Birretum, i, Magistrorum & Doctorum in promotionibus insigne, vide Saubert. prodrom. Philolog. sacræ p. 46.

BĬS, adverb. numerale, zweymahl. Ovid. 12 Met. v. 188, *vixi annos bis centum*, i. e. ducentos. Virgilius Æn. 1 v. 381,

Bis denis Phrygium conscendi navibus æquor.

Et Lucanus lib. 2 v. 577,

Ante bis exactum quam Cynthia conderet orbem.

Terentius Hecyr. a. 3 sc. 2 v. 8, *Bis stultè facere*, thun wie ein doppelter narr. Δὶς καὶ τρὶς, τὸ καλὸν: *Bis ac ter, quod pulchrum est*, ein gut lied mag man wohl zwey- oder dreymahl singen. *Bis pueri senes*, Varro, Plato, & alii: alte leute seyn zweymahl kinder. *Bis dat, qui cito dat;* & *Bis est gratum, quod opus est, ultro si offeras*, Publius. *Bis tanto amici sunt inter se, qui prius*, noch eins so gute freunde, Plaut. Amphitr. a. 3 sc. 2 v. 62. ¶ 2. Et latine dicitur *bis consul*, pro *iterum* consul, quod frustra quidam dubitarunt. Cicero 4 Acad. Q. c. 5, *Flaminius postea bis consul factus.* Idem de Amic. cap. 11, *bis una consules.* Et Sueton. Ner. c. 35, *Messallina Tauri, bis consulis, abneptis.* Gruterus Inscr. p. 171 n. 8, CENSOREM FECERE BIS. Sed tamen aliquid discriminis interest, quia *bis* utrumque honorem complectitur: *iterum* secundum per se respicit.

¶ Biceps, Bicolor, Bidens, Biennis, Bifariam, Bigemmis, Bilinguis, Bimaris, & alia plura cum *bis* composita inter simplicia sua potiora relata invenies.

¶ Bīmus, a, um, duorum annorum, zweyjährig. ut, *Taurus unus anniculus, alter bimus*, Varro R. R. lib. 2 cap. 5. *Merum bimum*, zweyjähriger wein, apud Horat. 1 Carm. ode 19. Cicero ad Appium lib. 3 famil. epist. 8, *De hac quoque sententia bima decedat*, hoc est, quæ censuit, ut per duos annos provinciam administrarem.

¶ Bimŭlus, a, um, diminut. Catull. Carm. 17, *Nec sapit pueri instar bimuli.*

¶ Bimātus, us, duorum annorum spatium, zwey jahr. Plin. lib. 9 c. 30, *Neque bis bimatu longior vita.* Varro R. R. lib. 2 cap. 5, *Castrare non oportet ante bimatum.* Macrobius lib. 2 Saturn. cap. 5, *Herodes rex Judæorum, pueros intra bimatum jussit interfici.*

¶ Bīni, æ, a, je zween, numerale distributivum, significans *duo* non separatim, sed conjunctim intellecta. Terent. in Phorm. a. 5 sc. 3 v. 6, *Ex his prædiis talenta argenti bina statim capiebat*, hoc est, ex unoquoque prædio talenta duo. Singulis enim duorum vel plurium conjunctorum numerum eumdem distributiva adsignant, nisi quod Poëtæ distributivis aliquando utuntur pro cardinalibus. Nonnunquam enim simpliciter accipitur pro *duobus*, & sic frequentius jungitur substantivis, singulari numero carentibus, ut, *Binas a te accepi litteras eodem exemplo*, zween brieffe gleiches lauts oder inhalts, Cic. 10 ep. 5. *Bina castra*, Val. Max. lib. 1 cap. 6. *binos codicillos*, Suet. Oth. c. 10. & *binæ hostium copiæ*, Cic. pro Lege Man. cap. 4. Hoc elegans est: non autem perpetuum. Nam etiam *binas venationes, binos tabellarios*, &c. Cicero dixit. Vide 7 epist. 1 ad Fam. & 6 epist. 1 ad Attic.

¶ Binus, a, um, sing. pro duplex, est poëtarum, doppelt, zweyfach. ut, *binus honor*, Ovid. 4. Pont. el. 9 v. 64.

¶ Binarius, i, ein gezweytes, ut ternarius, denarius &c.

¶ Biplex, icis, zweyfältig. Gloss. gr. lat. διπλοῦς, *biplex, duplex.*

¶ Combīno, are, binos conjungere, paaren, zusammenfügen. Augustinus Confession. lib. 8 cap. 6, *forte combinati spatiabantur.* Sidonius lib. 9 epist. 8, *obsequia combinans numeris æquata, non meritis.*

¶ Subbini, æ, a, ut, *subbina signa ecliptica*, i. e. alterna bina, Manil. Astron. 4 v. 839.

Bisaccium, vide *Saccus.*

BĪSALTAE, arum, Macedoniæ gens fuerunt intra *Strymonem, & Edonicum* sinum, Plin. lib. 4 cap. 10. Servius vero in illud Virg. 3 Georg. v. 461, *Bisaltæ quo more solent, acerque Gelonus.*
Bisaltas Scytharum vult esse populos, qui sanguine equino lacte permisto victitent. Sed haud dubie errat, quia Bisaltæ satis accurate in Æmilii Paulli oratione apud Livium lib. 45 c. 29 describuntur, ut non longe a Strymone abfuisse adpareat.
¶ Bisaltica, æ, illorum regio. Livius 45 cap. 29, *Trans Strymonem vergentia ad occasum, Bisalticam omnem cum Heraclea, quam Sinticen adpellant.*

BĪSON, ontis, & bisōnis, βίσων, animal è boum silvestrium genere, jubarum prolixitate deforme, cervi figurâ, cornua habens inter aures mediâ fronte, quod Sueci, eleg suâ linguâ vocant, id est, wald-esel: Peucer. & Eber. Bison minor, ein visier, major vero *bison urus* est, ein aur-ochse. Sed *Bisontes* ab *Vris* distinguit Seneca Hippolyto v. 64,
Tibi villosi terga bisontes,
Latisque feri cornibus Vri.
Vbi Poëta *Vros & Bisontes* conjungit; ut unius generis animalia: nec aliter Martialis Spectac. Libro, Epigr. 23,
Illi cesset atrox bubalus atque bison.
Nam *Bubalon* cum vulgo pro *Vro* dixit; de quo Plinius lib. 8 cap. 15. quod idoneis auctoritatibus Salmasius Exercit. Plinianis firmavit. Volunt nonnulli *Bisontem* apud Cæsarem Comment. 6 de Bello Gall. cap. 26 describi. Sed contra sunt allatæ Senecæ, Martialis, Plinii auctoritates; quibus Solinum quoque adjicere licebit cap. 20. Et illa Cæsaris descriptio plane *Alci* convenit, quam *Equicervum* Albertus Magnus adpellavit: nos vocamus, ein elend. Perperam Oppianus 2 de Venatione, *bisontum* nomen à *Bistonide* regione Thraciæ ducit. Potiùs enim est ex Celtica voce *Wesont* vel *Wisant*: *Visontes* [quod in antiquis MStis libris inveniri docti observârunt] & *Bisontes*, adpellatos: quæ conjectura Cluverii est lib. 1 Antiq. Germ. cap. 8.

Bispellio, vide in *Pellis.*

Bissextus & Bissextilis, vide in *Sex.*

BISTON, ŏnis, βίστων, Martis & Callirhoës fuit filius, Bistoniæ Vrbis Thraciæ conditor, à quâ *Thraces Bistones*, ultimi scil. Thracum, auctore Seneca in Hercule Oet. & Thracia ipsa *Bistonia*, seu *Bistonis* terra dicta fuit. Silius lib. 2 v. 76, *lunatis Bistones armis.*
¶ Bistonius, a, um, gentile, a Bistonibus ductum. Idem Silius l. 1 v. 433,
Quantus Bistoniis late Gradivus in oris.
Ovidius lib. 13 Metam. v. 430,
Est, ubi Troja fuit, Phrygiæ contraria tellus,
Bistoniis habitata viris.
¶ Bistŏnis, idis, fœm. inde formatur. Ovidius Epist. Paridis ad Hel. v. 344, *Et tuta a bello Bistonis ora fuit.*
Apud Horat. 2 od. 19 v. 20, Bacchus dicitur *nodo coërcere crines Bistonidum* (i. e. mulierum Thracicarum.)

Bisulcus, Bithymum, vide *Sulcus, Thymus.*

BITHYNIA, æ, Βιθυνία, regio minoris Asiæ, Thracum suâ terra egressorum quondam sedes. Claud. 2 in Eutrop. v. 247,
Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur.
¶ Bithynus, a, um, ut, *Bithynæ civitates*, Plin. lib. 10 epist. 109. *Bithyni equites*, Juvenal. 7 v. 15. Absolute Bithyni, populus Bithyniæ. Tacitus 12 cap. 22 extr. *accusantibus Bithynis.*
¶ Bithynicus, a, um, aliud adject. Vnde cognomen ejus, ad quem aliquot epigrammata Martialis scripsit; (Vide lib. 2 epig. 26 lib. 9 ep. 10 &c.) & Pompeji apud Festum.

Bito, idem est ac *Beto*, quod supra cum compositis vide.

BITON, Argiæ sacerdotis filius, cui frater Cleobis. Vide infra in C.

BĬTŪMEN, ĭnis, ἄσφαλτος, limus pinguis & sulfureus, (qualis in lacu Asphaltite Syriæ) liquidus tamen, feister schwefel, jüden-leim, jüdisch berg-wachs, hartz, Tac. 5 Hist. cap. 6. Vtuntur pro calce Assyrii & Chaldæi, tanta apud eos copia ex crebris fulminibus nasci creditur. Nam & Semiramis Babylonis muros bitumine struxisse scribitur. Vid. Plin. l. 35 c. 15. Vitruv. 8 c. 3. Justin. 1, 2, 7. & Servium in Ecl. 8 v. 82. qui sulphureum illud, quod ex fulminibus procreatur, Bitumen vocat.
¶ Bituminatus, a, um, ut, *aqua bituminata*, apud Plinium 31 cap. 6.
¶ Bitumineus, a, um, apud Ovid. lib. 15 v. 350 Metam. de Ætnæ incendio: *Sive bituminæ rapiunt incendia vires.*
¶ Bituminosus, a, um, ut, *Bituminosi fontes*, Vitruv. 8 cap. 3. *Carbones bituminosi*, stein-kohlen. Gesner.

BĬTŪRĬGES, um, Βιτούριγες, Galliæ Aquitanicæ sunt populi Plin. l. 4 cap. 19. Hi uno die viginti urbes incenderunt, ut Cæsarem commeatu & pabulatione prohiberent. v. Cæs. de Bell. Gall. 7 c. 15. Eorum oppidum *Avaricum* fuit, cujus ibidem Cæsar meminit. ¶ Lucanus singulariter protulit lib. 1 v. 423,
Et Biturix longisque leves Axones in armis.

BLACTĔRO, are, blöcken; Verbum est auctoris carminis de Philomela Ovidianis vulgo annexi: *Blacterat hinc aries, & pia balat ovis.*
¶ Blaterare, vide paullo post.

BLAESUS, a, um, βλαισὸς, qui difficili & impeditâ loquitur linguâ, stotternd, lispelnd. vid. Balbus. Mart. lib. 10 Epigr. 65,
Os blæsum tibi debilisque lingua est.
Cœl. Rhodiginus lib. 7 cap. 22 ex Aristotele tria vitiosæ linguæ genera observat; *ἰσχόφωνον, τραυλὸν, καὶ ψελλὸν.* Aitque Traulum sive *blæsum* dici eum, qui litteram aliquam, eamque non quamlibet, sed certam decenter pronunciare nequeat. Psellum, sive *balbum*, qui in enunciando litteram præterit, aut syllabam. *Ischophōnum* vero latinè dici hæsitantem, qui syllabæ syllabam cito connectere non possit. Quod si autem, velut in recessu oris, vox audiatur, id *Cælostomiam* nuncupari. Redit Cœlius cap. 23 ad se tandem, & ait, Blæsum a plerisque paralyticum dici: Alios blæsum accipere de eo, cui in exteriora sint obversa crura & prorsum assimilantia litteram Λ. Quo ex vitio Lamda dicta sit Eetionis uxor, Cypseli Corinthii mater. Herodotus lib. 5 Labda scribit. ¶ Est & Blæsus nomen viri apud Statium Silv. 2 v. 191. & de Junio Blæso vide Tac. 1 Hist. c. 59. &c.

Blandiloquens, Blandimentum, Blanditiæ, &c. quære in *Blandior.*

BLANDĬOR, itus sum, iri, schmeicheln, sich freundlich stellen. Cic. in Acad. lib. 4 cap. 45, *Voluptas suaviter sensibus blanditur*, thut sanfft und wohl. *Blandiri alicujus auribus*, Plinius lib. 1 epist. 2 extr. zu gefallen reden. Nec dissimiliter Quintilianus lib. 10 cap. 4, *ne nobis scripta nostra, tamquam recentes fœtus blandiantur.* Tacitus Agric. c. 16, *blandientia vitia.* Idem Hist. lib. 2 c. 12, *Blandiebatur cœptis fortuna*, das glück ließ sich anfangs sehr wohl an. De quo Publii mimus: *Fortuna cum blanditur, captatum venit.* Eleganter Suetonius Nerone cap. 20, *Paullatim & ipse meditari exercerique* [citharâ puta] *cœpit, nec enim quicquam omittere, quæ ejus generis artifices vel conservandæ vocis caussa, vel augendæ factitarent*, &c. *Donec blandiente profectu* [*quamquam exiguæ vocis & fuscæ*] *prodire in scenam concupivit.* *Blandiente profectu*, id est, suaviter invitante. Nempe significat, Neronem sibi profectu, quem in canendi arte fecisset, placuisse suaviter, atque sic gestiisse prodire in scenam & ostentare.
¶ Blanditus, a, um, adject. ἐπαγωγὸς, ut Veteres Glossæ exponunt, geschmeichelt, liebreich, gefällig, ut *peregrinatio blandita*, Plin. 10 c. 23. i. e. grata, jucunda, quæ principio abblanditur & arridet. Tibullus lib. 1 eleg. 4, *Blanditis vult esse locum Venus ipsa querelis.*
Propert. 4 eleg. 6, *Blanditæque fluant per mea colla rosæ.*
Adde utroque loco notata Scaligero.
¶ Blanditim, adverb. idem. Lucret. lib. 2 v. 173,
Vt per res Veneris blanditim secla propagent.
¶ Blandus, a, um, schmeichelhafftig, gar zu freundlich.. Vet. Gloss. *Blandus*, θυμηδὴς, θυμήρης, ἐπαγωγὸς. Quare *blandus* est, qui flectendi habet vim. & deliniendi, quos velit. Horat. lib. 1 Ode 12,
Blandum & auritas fidibus canoris
Ducere quercus.
Idem 2 Epist. 1 v. 135,
Cælestes implorat aquas doctâ prece blandus.
Plaut. Casin. a. 3 sc. 3 v. 21, *Blanda es parum*, du bist nicht ein wenig freundlich. Mantuan. 1 Parthen. *Blanda patrum indulgentia*, das verzärteln der eltern. Aristoteles 8 Nicomach. scribit ἀρέσκους vulgo adpellari, quos ipse φίλους πολιτικῶς nominare soleret, eos scilicet, qui benignè & comiter cum omnibus versantur, veram amicitiam cum nemine colunt. Nec alii sunt, quos Latini *Blandos*; & Galli *Courtisans* adpellitant. Cæterùm nonnulli blandi sunt, non quidem ut grati sint, & placeant maximê; quàm ut simplicitati aliorum illudant, qui *irrisores* adpellati. Victorinus Junior in Constantino: *Irrisor potius, quàm blandus.* Ac tales veri parasiti sunt, exemplo Gnatho Terentianus est. Vid. infrà in *Rideo, Irrisor.* Cicer. ad Attic. 12 epist. 6, *Scis me minime esse blandum*, du weist, daß ich gar nicht heucheln kan. Distinguitur ab *affabali* à Nepote 7, 1, 3. Comp. *Blandior solito*, Ovid. 2 Artis v. 411. Et Plinius lib. 1 epist. 8, *Medici salubres, sed voluptate carentes cibos, blandioribus alloquiis prosequuntur.* Superl. Ovid. Heroid. ep. 15 v. 27, *Blandissima carmina.*
¶ Blandulus, a, um, diminut. occurrit in illo Hadriani dicto: *Animula vagula, blandula*, apud Spartian. c. 25.
¶ Blande, adverb. schmeichelhafft. ut, *Amabo te, mi Attice, (videsne quam blande?) omnia nostra, quoad eris Romæ, ita gerito*, &c. Cic. Att. lib. 16 epist. 2. Comparative *Blandius petere*, idem lib. 1 de Orat. c. 24. *Blandissime quem adpellare*, pro Cluent. cap. 26.
¶ Blanditer, Plaut. Asin. act. 1 sc. 2, *compellare blanditer*; & Pseud. act. 5 sc. 2 v. 3, *Magis cogito, sæviter blanditerne alloquar.*
¶ Blandicellus, a, um, diminut. e. g. *blandicella verba*, Festus.
¶ Blandĭdĭcus, a, um, liebkosend. Plaut. Pœn. 1, 1, 10, *Nunc mihi blandidicus es.*
¶ Blandĭlŏquens, tis, *Oratio blandiloquens*, Laberius apud Macrob. 2 Saturn. cap. 7.
¶ Blandĭlŏquentia, æ, liebkosung. Cic. 3 Nat. D. c. 25 ex veteri poëta: *ut ego illis supplicarem tanta blandiloquentia.*
¶ Blandiloquentulus, a, um, diminut. est apud Plautum Trin. a. 2 sc. 1 v. 13, *ab re consulit blandiloquentulus.*
¶ Blandĭlŏquus, a, um, freundlich, ut, *Vox blandiloqua*, apud Senecam. Agamemn. v. 289 pro blanditiis. Plaut. Bacchid. a. 5 sc. 2 v. 54, *Vt blandiloqua est!* wie kan sie so gute worte geben. Conf. Paullin. lib. 5 v. 91.
¶ Blandiloquium, i, Augustinus epist. 19 cap. 4, *In litteris quæcunque posui, non me existimes insidioso blandiloquio posuisse.*
¶ Blandimentum, i, quicquid blanditur, was wohl thut und behaglich ist, Cicero pro Cœl. c. 17, *Multa nobis blandimenta natura ipsa genuit.* Livius 2 cap. 9, *blandimenta alicui dare.* Plin. lib. 2 epist. 19, *blandimentis capi.*
¶ Blandĭtiæ, arum, süsse wort, schmeichel-wort, heucheley. *Blanditias alicui dicere*, einem liebkosen. Tibullus lib. 1 Eleg. 1,
Jam subrepit iners ætas nec amare decebit,
Dicere nec cano blanditias capiti.
Cicer. de Amicit. cap. 17, *Benevolentiam civium blanditiis & assentationibus colligere turpe est.* Et ibidem cap. 25, *Sic habendum est, nullam in amicitiis pestem esse majorem, quàm adulationem, blanditias, assentationem.* *Blanditiæ verniles; tabernariæ*: vide suis locis. Seneca lib. 4 Quæstion. Natural. pr. *Habent hoc in se naturale blanditiæ: etiam cum rejiciuntur, placent: sæpe exclusæ, novissime recipiuntur.* Tacit. Hist. 1 cap. 15, *Irrumpet adulatio, blanditiæ pessimum veri affectus venenum; sua cuique utilitas.* ¶ Sed & in Singulari reperitur *blanditia*, quæ ἀρέσκεια Græcorum est, etiam apud ipsum Ciceronem, de Pet. Consul. cap. 11 & Amic. cap. 25; verbis modo citatis secundum Gruter. Priscis Latinis etiam *Placentia* adpellata & *Placor*, ut Casaubonus in Theophrastum περὶ ἀρεσκείας observat. Vide eumdem & ad Augustum Suetonii. Plaut. Bacch. 1, 1, v. 16, *viscus merus vestra est blanditia.* conf. Truc. 2, 2. vers. 63.

Composita:

¶ Abblandior, iri, anlächeln, beliebig seyn, vulgus hoc composito sæpe utitur absque autoritate.
¶ Eblandior, iri, quod est blanditiis obtinere, erschmeicheln. *Suffragia*

gia eblandiri, beyfall und bewilligung mit guten worten erhalten, rc. apud Cicer. in Orat. pro Planc. c. 4, & Capitoni suo ep. 12 lib. 16 ad Att. *Apud Plancum enitere, elabora, vel potius eblandire.*

¶ Eblanditus, a, um, erbettelt. Plinius Panegyrico Trajani cap. 70, Participio in his usus est passive: *Volo ego, qui provinciam rexerit, non tantùm codicillos amicorum, nec urbana conjuratione eblanditas preces, sed decreta coloniarum, decreta civitatum alleget.*

¶ Interblandiri. Augustinus Confession. lib. 9 cap. 12, *Obsequiis meis interblandiens adpellabat me pium.*

¶ Perblandus, a, um, valde blandus. Cicer. lib. 1 ad Quint. Fr. Epist. 2, *Successorem habes perblandum.* Et Livius lib. 23 cap. 10, *oratio perblanda ac benigna.*

¶ Perblande, adverb. Macrobius 1 Saturn. c. 2, *cum perblande salutavisset.*

¶ Præblandus, a, um; *Tenuesque fovet præblanda vicissim*
Luna comas. Strab. Gall. hort. præf.

¶ Subblandiri. Plaut. in Casin. a. 3 sc. 3 v. 22,
Non matronarum officium est, sed meretricium,
Viris alienis, mi vir, subblandirier.

BLANDŪSIA, æ, locus in agro Sabino, cujus fontem celebrat Horatius 3 Carm. od. 13.

BLAPSIGONIA, æ, βλαψιγονία, apum est morbus, quo fœtus deficiunt; wenn die jungen bienen nicht fort kommen, à βλάπτειν nocere & γόνος fœtus. Plinius lib. 11 cap. 19, *Sunt & operis morbi, cum favos non explent*, cleron *vocant, item* blapsigoniam, *si fœtum non peragant.*

BLASPHĒMIA, æ, βλασφημία, convicium, vituperatio, lästerung, gotteslästerung. ut, *capti blasphemia monstri*, apud Prudent. Psychom. v. 716. *Blasphemiam & Blasphemare* verbum in Græco etiam sermone propriè referri ad Domini injuriam, ex Menandro Comico & Hierocle Pythagoreo ostendit Grotius ad caput 9 Matth. v. 3, & *blasphemare* sive βλασφημεῖν non semper esse, *maledicere DEO*; sed *arrogare sibi, quæ DEI sunt.* Sed tam hoc, quam alia inde derivata, sunt meri usus ecclesiastici.

¶ Blasphēmus, a, um, qui blasphemat, gotteslästerlich. *Blasphemus satelles*, Prudent, Hymn. 1 Peristeph. de Calagurrit. v. 75.

¶ Blasphēmo, are, lästern. Hieronymus epist. 75 ad Vigilantium extrema: *Diabolus nunquam plus, quam per os tuum deprehenditur blasphemasse.*

¶ Blasphematio, ōnis, lästerung. Tertullianus de cultu fœmin. c. 12 pr. *Optemus, ne justæ blasphemationis caussa simus*, h. e. ne Deus propter nos in gentibus blasphemetur, & propter vitam nostram.

¶ Blasphemabilis, e, lästerlich. Tertullianus ibidem: *Quantò blasphemabile est, si, quæ sacerdotes pudicitiæ dicimini, impudicarum ritu procedatis cultæ aut expictæ?*

BLATĔRO, āre, est stulte ac percupide loqui, à Græco βλὰξ; quod & de camelis dici solet, cum vocem edunt, ut Festus auctor est: viel unnützer verdrüßlicher worte machen, plaudern. Horatius 2 Sermon. Satyr. 7 v. 35, *ecquis*
Audit, cum magno blateras clamore fugisque?

¶ Blatio, blatire, eadem notione apud Plautum est. Amph. act. 2 sc. 1 v. 79, *Nugas blatis.* Epidico, act. 3 sc. 1 v. 13, *Quippe tu mihi aliquid, aliquo modo alicunde ab aliquibus blatis*, plappern.

¶ In Veteri Glossario & *Blatto* legitur & exponitur φλυαρῶ. In alio Græco-Latino φλυαρῶ: *Arguto, Garrio, Blatto, Effutio.* Ergo & *Blatare*, sive *Blattare* dixerunt. Nisi fortean ibi pro *Blatto*, *Blatio* legendum est.

¶ Blătĕro, ōnis: Importune loquax, ein wäscher. Gellius lib. 1 cap. 15, *Nec minus insigniter veteres quoque nostri, hoc genus homines in verba provectos, Locutulejos, & BLATERONES, & Linguaces dixerunt.* Item

¶ Blato, onis. Vet. Gloss. *Blato*, ματαιολόγος. Sed posset ibi & Blatero legi.

¶ Blateratus, us, das plaudern. Sidonius Apollinaris lib. 9 epist. 11 extr. *cujus abundante blateratu.*

¶ Adblaterare, Apulejus Elmenhorstii lib. 9 p. 221, ubi Priçæus & Jul. Floridus legunt.

¶ Obblaterare. Verba vide supra in *Affaniæ* sub *Aphannæ.*

¶ Deblaterare, herplaudern, waschen. Plaut. Aul. a. 2 sc. 3 v 1, *omnibus deblaterare vicinis*, & Gell. 9 cap. 15, *deblaterare multa versuum millia.*

BLATTA, æ, insectum est lucem fugiens, ex humida materia natum; heimen. Virg. *Blattas lucifugas* vocat lib. 4 Georg. Plinius aliquot earum fecit differentias lib. 29 cap. 6. Molles: μυλοίκυς *mylœcos*, quæ circa molas nascuntur: Alias fœtore invisas: aliæ dicuntur *virides*, σίλφαι, mehlwürme, brodwürme. ¶ 2. Est & aliud genus libris & vestimentis inimicum, schaben, motten. Martial. lib. 6 epigr. 60,
Quum multi tineas pascunt blattasque diserti!
Et redimunt soli carmina docta coci!

Horatius lib. 2 Serm. Sat. 3 v. 118,
cui stragula vestis,
Blattarum ac tinearum epulæ putrescat in arca.

¶ 3. *Blatta* etiam purpura sequioris ævi scriptoribus. e.g. Sidon. Apollinar. 9 epist. 13, *Rutilas ferte blattas.* i. e. purpuram. Et Alcimus Avitus lib. 4 v. 386 de Ninivitarum rege:
Pallia blattarum spreto diffibulat auro.

¶ Blatteus, a, um, purpureus. Eutrop. 7 cap. 9 de Nerone: *blatteis funibus* [retia aurea] *extrahebat*, Lampridius Heliogab. cap. 33 vocat *funes blatta & serico & cocco intortos.* Sic *tunica blattea*, Vopisc. in Aurel. cap. 46.

¶ Blattifer, a, um, der purpur träget. Sidon. Apoll. lib. 9 ep. 16 in subjuncto carmine Sapphico: *Blattifer senatus.*

¶ Blattosericus, a, um, ut, *pallium blattosericum*, Vopisc. in Aurel. cap. 45, sicut ex prima editione legit Salmasius.

¶ Blattiarii, Cod. Theod. de Excus. artif. Lege 2 sunt purpuram tractantes.

¶ Blattaria, æ, herba. genus est verbasci. Plin. lib. 25 cap. 9 & Matthiolo, eine art des wullkrauts, schabenkraut. Vide *Verbascum.*

¶ Blattarius, a, um, voll schaben. Seneca epist. 86, *Blattaria balnea*, in quibus frequentes sunt blattæ, utpote quæ maxime humido vapore progignunur. Adde Lipsium in Senecam, qui tenebrosa interpretatur, quia blattarum genus lucem fugiat.

BLEMMYES, seu Blemmiæ, Βλέμμυες, populi fabulosi in Æthiopia Plinio sunt lib. 5 cap. 8, capitibus carentes, ore & oculis pectori affixis. Demtis fabulis de iisdem in confinio Æthiopiæ & Ægypti positis agunt Strabo lib. 17, Vopiscus in Probo c. 17, Zosimus lib. 1 c. 71.

BLEMNĪTĒS, æ, mascul. lapis est metallicus *magnus* & *parvus*, coloris cinerei, ein grosser und kleiner grauer alpschoß. *Magnus* arenam, *parvus* terram in se continet, fœtentem & non fœtentem. *Candidus blemnites* lapidem in se continet nigrum & durum, optimique est odoris, non multum differentis ab odore albi succini, gebrannter alpschoß, der wohl reucht, wenn man ihn reibet, ist in der erden verbrunnt. Hinc enim, quasi ustus esset, candet, Gesner. Reperiuntur hi *blemnitæ* omnes in fossa Hildesheimii.

BLENNUS, i, βλέννος, muccosus, rotzig. βλέννα enim muccus est. ¶ 2. Metaphoricè pro stulto usurpatur à Plauto in Bacchid. a. 5 sc. 1 v. 2, *Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones.* Festus quoque in Plauti verbis de stultitia interpretatur. Imitatur Lipsius ad Dominic. Baudium epistola (Centur. ad Germ. & Gall. ep. 51) *Proh Jupiter*, inquit, *blenni aliquot & buccones ad culmina honorum veniunt: meliora & altiora ingenia arcentur.* Blennus itaque, ein narr, fantast. ¶ 3. *Dentes blenni*, stumpffe zähne. vid. Taubmann. ad Plaut. Curc. 2, 3. v. 39. ubi J. Gruterus pro plenis legit *blennos*; quos & J. Wovverius exponit jejunio fœtentes. vide eum ad epist. 13 lib. 3 Sidonii.

BLĬTUM, i, βλίτον, oleris genus insipidi & fatui, mayer, factum putatur à Græco βλὰξ, quod stupidum significat. Plin. lib. 20 cap. 22, *Blitum iners videtur, ac sine sapore aut acrimoniâ ullâ. Unde convicium fœminis apud Menandrum faciunt mariti.* Plaut. Pseud. act. 3 sc. 2 inquit Cocus: *Non ego item cœnam condio, ut alii coqui, &c.*
Apponunt rumicem brassicam, betam, blitum.

¶ Bliteus, a, um, ungeschickt, & *Blitei*, insulsi dicuntur & stupidi, leute die weder zu sieden noch zu braten tügen, Plaut. in Trucul. a. 4 sc. 4, principio. Vide Eras. Chil.

BOA, æ, serpentis genus, a bubulo lacte, quo alitur, sic dictum, ut Plinius auctor est lib. 8 cap. 14, eine uncke. Aliter D. Hieronymus in Vita Hilarionis: *Draco*, inquit, *miræ magnitudinis, quos gentili sermone* BOAS *vocant, ab eo, quod tam grandes sint, ut boves glutire soleant, omnem late vastabat provinciam &c.* ¶ 2. Boa & *papularum morbus* dicitur Plinio eidem lib. 24 cap. 8. Nomen inde est, quod fimo bubulo tollitur, ut idem lib. 28 cap. 18 scribit: die masern, rothe hitz- und kinder-blätterlein. ¶ 3. Et tumor crurum [viæ labore collectus] *boa* dicitur. Vide Fest. & ibi Scalig.

Boarius, quære in *Bos.*

BOCCHŎRIS, is, Ægyptiorum rex, de quo Plutarchus de vitiosa taciturnitate hanc testatur jactatam fuisse fabulam, quod cum esset natura gravis & austerus, Isis illi aspidem immittere solita sit, quæ capiti circumvoluta superne hominem inumbraret, ut ostento territus non nisi de causa jam comperta & certis argumentis deprehensa judicaret. Hinc exactum judicium vulgato proverbio βοκχόρεως κρίσις appellari cœpit, de quo idem Plutarchus in vita Demetrii & Suidas.

BOCCHUS, i, seu Bocchar, ăris, nomen regum Mauritanorum, apud Livium lib. 29 cap. 30; Sallustium in Jugurthina historia, & Vellej. 2, c. 12. deque ejus sævitia Plin. 8 c. 5. Tempore civilis Pompejani belli divisum regnum erat, pars orientalis Bocchi; occidentalis Bogudis. Vide Historiam Antiquam Cellarii p. 233. Claud. Panegyr. de 4 Cons. Honorii v. 39, *rabies Maurusia ferro*
Cedit, & antiqui penetralia diruta Bocchi.

BOEBE, es, oppidum Thessaliæ & palus Cretæ Strab. l. 9.

¶ Bœbēis, ĭdis, lacus Thessaliæ ad radicem Ossæ. Lucan. 7 v. 176,
Ire per Ossæam rapidus Boebeida sanguis.
conf. Propert. 2. Eleg. 2, v. 63, & Val. Flacc. 1. v. 449.

¶ Bœbēius & Bœbicius, a, um, gentil. v. Flacc. 3. v. 543. & Lucan. 6. v. 382.

BOEDROMIA, orum, festum Athenis, ex eo institutum, quod Xuthus Atheniensibus, quo tempore sub Erechtheo rege ab Eumolpo Neptuni F. oppugnabantur, magno studio tulisset opem. v. Suidas. At Plutarchus in Theseo, ob victas a Theseo Amazones mense Boëdromeone Boëdromia celebrata scribit. Nomen est ἀπὸ τῦ βοηδρομεῖν, quod est sublato clamore, ut in pugna fieri solet, succurrere, teste Hesychio.

BOEMIA, æ; Straboni *Bojæmum*, Tacito *Bojemum*, Vellejo *Bojohæmum*; vulgo hodie Bohemia, Böhmer-land, das königreich Böhmen. Fertilissima Germaniæ pars circa Hercyniam. Quam cum occupassent *Boii*, Gallica gens, ab novis incolis accepit nomen, atque retinuit etiam post, quàm pulsis Boiis, Marcomanni; deinde Slavicæ gentes occupassent. Vid. Cluverium lib. 3 Germ. Antiq. c. 30. Quæ Cosmas in Bojemorum Chronicis de, nescio quo *Boëmo*, seniore, unde terræ nomen, refert, fabulæ sunt & meræ nugæ.

BOĒTHI, Βοηθοὶ, ab Imperatore adjutores scribarum dicuntur; gehülffen oder unterschreiber, copisten, à Βοηθεῖν, juvare. Lege 4 Cod. de Tabulariis, scribis, &c. *Boëthos, logistas medogrammateos, logographos &c. quæ vocabula publicis dicuntur subjacere necessitatibus.* Inde &

¶ Boëthius, ii, non Boëtius, quemadmodum Alciatus admonet. D. Severinus Boëthius, vel, ut in multis vetustis scriptorum ejus habetur exemplaribus, *Anicius Manlius Severinus Boëthius*, Romanus fuit ex nobilissima Torquatorum familia; Græce & Latine eruditus, qui Philosophiam cum oratoria professione & poësi conjunxit, atque honores amplissimos, Consulatum etiam gessit. Vixit sub Zenone Imp. Sed à Theodorico Gothorum rege, ob nescio quam suspicionis & delationum caussam, Ticinum in exilium expulsus, libros suos de consolatione Philosophiæ, qui ab aliis expositi hodie extant, in eo contexuit, tandem vero crescente Theodorici tyrannide ab eodem

una cum socero suo Symmacho, nobilissimo viro & consulari, supplicio supremo affectus est, anno Christi DXXIV. Vide *Theodoricus.*
¶ 2. Boëthus sulptor memoratur Plinio 33 c. 12. & 34 c. 8.

BOEŌTIA, æ, Βοιωτία, Græciæ regio inter Achaiam, Thessaliam & Euripum: dicta quondam fuit *Aonia*, & *Mesapia* & *Cadmeis*: *Ogygia* denique etiam & *Hyantis*, à regibus *Ogyge* & *Hyante*. Nomen Bœotiæ habet à Bove, quo duce Cadmus in istum locum pervenit. Testis est Ovidius lib. 3 Metam. v. 10,

Bos tibi, Phœbus ait, solis occurret in arvis,
Hac duce carpe vias, & qua requieverit herba,
Mœnia fac condas, Bœotiaque illa vocato.

¶ Bœotii, & Bœoti, incolæ ejus regionis. Cornel. Nep. 7, 11, 3. *magis firmitati corporis, quam ingenii inserviunt.* Eosdem ab Atticis crassos, stupidos, stolidos, maxime ob voracitatem vocatos Plutarchus, Bœotus ipse, auctor est, oratione 1 de usu carnium p. 995. E. Horat. 2. epist. 1. v. 244, *Bœotum in crasso jurares aëre natum.*
¶ Bœoticus, a, um, ut, *Auris Bœotica*, er hat dicke ohren, man muß ihn ins bad führen. *Sus Bœotica, ingenium Bœoticum, Ænigmata Bœotica*, &c. Vide de his omnibus Chiliad.
¶ Bœotus, & Bœotius, a, um, adjectiva alia apud Ovid. loco jam citato, & in principio 12 Metamorph.

nisi æquora sævi
Invia fecissent venti Bœotaque tellus.

Bohemia, vide paullo ante *Boemia.*

BOIAE, arum, Plautinum vocabulum, vinculi cujusdam genus notans in Asinar. a. 3 sc. 2 v. 5, *Carceres, numellas, pedicas, bojas, tortoresque acerrimos*: ketten, bande. Prudent. præfat. Psychom. v. 33,

Attrita bojis colla liber erigit.

Idem Hymno martyrum Calagurritanorum v. 46,

Carcer illigata duris colla bojis impedit.

BOII, orum, Βόϊοι, gens quondam Gallica, quæ Alpes transgressa in Cispadana regione Italiæ Gallicæ sedem occupavit, Livio auctore lib. 5 cap. 35, infesta Romanis, tandem ab eisdem subjugata. De origine gentis vid. Marcus Velserus lib. 1. rer. Boicar. Ad hanc alludit Plaut. Capt. act. 4 sc. 2 v. 108, *Bojus est, Bojam terit.* vid. ibi Taubman. Silius lib. 4 v. 159,

spissæque ruunt conferta per arma.
Vndique Bojorum sociata examina densant.

¶ 2. Germanica in Norico gens Boji, hodie Bavari, die Bayern.
¶ Boicus, a, um, adjectivum. Festus Pompejus: *Boicus ager dicitur, qui fuit Bojorum Gallorum. Is autem est in Gallia citra Alpes, quæ Togata dicitur, in qua sunt Mediolanenses.* Hæc Festus.

Boo, boare, vide *Bos.*

BOLA, æ, non ita nobile Italiæ oppidum, cujus mentio apud Virgilium fit Æn. 6 v. 775. Inde
¶ Bolanus, a, um, apud Plinium lib. 3 cap. 5.
¶ Fuit & inter cognomina Romana. Namque Horatius cujusdam Bolani mentionem facit lib. 1 Sat. 8 v. 10. Celebratus & Historicis est ¶ 2. M. Vectius Bolanus 10 legionis legatus, qui sub Corbulone militavit in Persiâ, de quo Tacitus Annal. 15 cap. 3. Deinde præfuit Britanniæ, de quo idem 2 Histor. cap. 65 & 97. it. in Agricol. cap. 8. Ejus laudes, sed nimias, & ultra verum apud Statium habes lib. 5 Silv. 2, quam ad Crispinum filium ejus scribit: ubi & Asiæ præfuisse auctor est.

BOLBITUM, i, βόλβιτον, fimus bubulus, küh-mist, apud Plin. 28 c. 17.

BŌLĒTUS, i, βωλίτης, fungus ex optimis illis, qui esui sunt; joco Neronis apud Sueton. cap. 33, Deorum cibus, ein bültz, morchen, pfifferling. *Tiberius Cæsar Asellio Sabino HS. ducenta donavit pro Dialogo, in quo boleti, & ficedulæ, & ostreæ, & turdi certamen induxerat.* Sueton. cap. 42. Boleto medicato Cæsar Claudius ab Agrippina conjuge interfectus est. Sueton. cap. 44, & Plin. lib. 22 c. 22. Martialis lib. 1 epigr. 21,

Dic mihi, quis furor est turbâ spectante vocatâ
Solus boletos, Cæciliane, voras?
Quid dignum tanto ventrique gulæque precabor?
Boletum, qualem Claudius edit, edas.

¶ Bolētar, āris, vasis genus, in quo boleti adponebantur. unde nomen. Post pro quolibet escario vase usurpari cœptum. Id quod ex Martialis epigr. 101 lib. 14 liquet:

Cum mihi boleti dederint tam nobile nomen,
Prototomis, pudet heu! servio cauliculis.

Titulus epigrammatis, *Boletaria*, pluralis numerus est, secus ac quidam pro fœminino venditant. Apicius lib. 2 cap. 1, *exinanies in boletari.* Sic ibi legendum, non *volutari*, quod nihil est. Trebellius Pollio in vita Claudii cap. 17, *Boletar halieuticum argenteum librarum XX.* Halieuticum, cui cælo insculptus piscator erat, uti Salmasius interpretatur, quem videas.

BŎLIS, ĭdis, fœm. βολίς, *cataporates* Lucilio, *linea* Plauto, perpendiculum nauticum, id est, pondus funiculo adfixum: quo profunditatem maris pertentant nautæ & explorant, bleywurff, grundkloß, das loth, dicta à βάλλειν, id est, mittendo. ¶ 2. Sunt & *Bolides* βολίδες, hastæ missiles, & trajectionum genus, lampades videlicet, non priore tantùm ardentes parte, sed integræ, brennende stäbe oder striche in der lufft, Plin. l. 2. c. 26. vide Physicos de Meteoris.

BOLONA, æ, taberna cetaria: deinde redemtor tabernæ hujusmodi. Vide quæ infra in *Cetarius*, sub *Cetus*, ex Donato & Papia traduntur. Gloss. lat. gr. *Bolonæ*, μεταπράται, παλιγκάπηλοι, marcketender.

BŎLUS, i, βῶλος, ein bissen, ein mund voll. *Bolum e faucibus eripere*, commoditatem aliquam intervertere & præripere est, Terent. in Heaut. act. 4 sc. 2 v. 6. den bissen für dem maul wegnehmen, das brod aus den zähnen reissen. *Dare alicui grandes bolos*, gute brocken mittheilen, Plautus Pers. 4, 4. v. 106. ¶ 2. Bŏlus, jactus est talorum; & retis piscatorii; a βάλλειν. Plaut. Curcul. act. 5 sc. 2, *Si vis, tribus Bolis, vel in chlamydem.* Rudente act. 2 sc. 3,

oh! Neptune lepide, salve,
Nec te aleator ullus est sapientior: profecto
Nimis lepide jecisti bolum!

Bolo aliquem tangere, est circumvenire, fallere, vervortheilen, betrügen. Plaut. Prologo Pœnuli: *tangere hominem vult bolo.* Et Truculento Argum. v. 3, *Vtique ista ingenti militem tangat bolo.* Ab hoc *Eubolin* Græci veneteum jactum dicunt, qui in aleâ felicissimus.
¶ Embŏlum cum derivatis vide infra seorsim.
¶ Eubŏlus, i, εὔβολος, jactus in alea felicissimus, alias dictus *Venereus* Cic. 1 de divinat. c. 13. der beste wurff im spiel.

Bombarda, vide *Bombus.*

BOMBAX! Interjectio hominis cum admiratione adprobantis, vel læte alterius dicta ferentis, Plaut. Pseud. 1, 3. v. 131.

BOMBUS, i, βόμβος: ficta vox, qua Homerus sonum remorum in aquas decidentium; Item ¶ 2. lapsæ de manibus galeæ expressit. ¶ 3. Frequentissime apium strepitus ea designatur. Varro lib. 3 R. R. cap. 16, *ex apibus conjecturam faciunt, si intus faciunt bombum.* Quamquam ¶ 4. tubarum etiam & instrumentorum soni. Vnde *Organariorum bombos* apud Servium legas. Catullus de nuptiis Pelei v. 263,

Multi raucisonis efflabant cornua bombis.

¶ 5. Quin & tonitrui tribuitur, ut Eustathius ad Odys. θ observat.
¶ 6. Plausuum quoque, seu faustæ acclamationis genus Nero *Bombos* vocavit, ut Suetonius auctor est ejus vita cap. 20.
¶ Bombio, īre, βομβεῖν; summen. Vet. Gloss. βομβῶ *Bombio*: inde est
¶ Bombito, are: Auctor Carminis de Philomela:

Bombitat ore legens munera mellis apis.

Ita enim legendum, non *Bombilat*, jamdudum Giphanius ad Lucretium in voce PERFICE monuit.
¶ Bombitatio, ōnis, Festus BOMBITATIO, inquit, *est sonus apum ab ipso sonitu dictus, sicut Mugitus boum; Hinnitus equorum.*
¶ Bombarda, æ, à Bombo & Ardeo, quod cum sonitu & flamma ferreos globos emittat, adpellata est; neque inepte, cum bombardarum explosio tonitru sonum, quem *bombum* adpellari supra monuimus, referat, ut Vossius censet lib. 4 Instit. Orator. cap. 13 Sect. 7, ein feuerrohr oder büchse. Lascaris τηλεβόλον vocat, id est, procul jaculantem, alii σφαιροβόλον. Non Lipsius tantum Poliorceticωn præfatione; sed Mariana etiam lib. 19 Historiæ Hispanicæ cap. 14 observat, hoc genus tormenti in Annalibus *Lombardas* vocari, non *bombardas. Fortassis*, inquit Mariana, *quod in Longobardia id genus machinæ inventum primò esset.* Bene autem dicit *Fortassis.* Neque enim Italorum, sed nostræ gentis inventum *Bombarda* est; cui & Platina Italus tribuit in vitâ Vrbani VI. *Inventa*, inquit, *tum* [id est prœlio ad Clugiam a Genuensibus Venetisque A. C. M CCCXXC commisso] *primum à quodam Teutonico* bombarda *fuit, à sono & tonitru sic dicta*, &c. Nec aliter ceteri Itali, qui *bombardarum* meminerunt: quin Galli etiam atque Anglici scriptores, qui omnes Germanis concedunt hanc laudem. Neque Laonicus Chalcocondylas Græcus dissimulavit; cum lib. 5 de rebus Turcicis earum mentionem faceret. Garcias de Silva Breviario Historiæ Hispanicæ cap. 59 inventionem hujus machinæ Hispaniensibus Arabibus tribuit, eosque, qui vel Germanis vel alii genti irent assertum, ex eo arguit, quod cum Alphonsus XI Castellæ Rex post A. C. CIↃ CCCXL Algaziras obsidere cœpisset, jam tum bombardis Agareni, qui urbem tenebant, magnas Hispanis intulerint clades. Hieronymus Magius lib. 1 Miscellaneorum cap. 1 observat, ab iis, qui res ab Alphonso XI gestas prodiderunt litteris, [procul dubio Petrum Sublacensem, quem paullo post & nominat, designat] *ignivoma dolia*, non *bombardas* vocari, quibus tum Agareni usi sint. Jam Rodericus Sanctius quoque, qui circa A. C. CIↃ CCCCLXIIX floruit, Parte 4 Histor. Hispanicæ cap. 12 de Algerizana obsidione exponens hoc tantum refert, igne calliditate Maurorum conjecto incensa Hispanorum castra. Hæc licet arguant, Algerizanos πυροβόλοις quibusdam fuisse usos, minime omnium evincunt tamen, πυροβόλα ista *bombardas* fuisse. Neque enim cum *bombardis* demum πυροβολία primùm cœpit, sed longe ante Græcis Romanisque ingeniis celebrata fuit; quamquam à bombardaria ista nostra [ut ita dicam] alia atque diversa esset. Satis id possunt testari, quæ de incendiariis telis atque tormentis, *malleolis* puta *falaricis*, & aliis hujus generis, apud Livium, Ammianum, Vegetium, Heronem, ut alios taceam, legere licet. Manet igitur genti nostræ hæc gloria: quam neque illi corrumpunt aut adimunt, qui in vetustissimo usu Sinensibus Indis hoc genus tormenti fuisse, ex Maffeii Histor. Ind. ogganniunt. Nam neque Trigautius quicquam hujus ex Riccii Commentar. de Expeditione Sinensi a Soc. Jes. suscepta meminit; & Alexander Valignandis in admirandis regni Chinensis, ut Lansius observat, diserte scribit sclopetorum usum Indos a Lusitanis accepisse. Ceterum ad Germanos ipsos quod attinet, incidit hîc controversia non una. Neque enim apud scriptores cum de auctore inventæ rei, tum & de loco & tempore convenit satis. Chymistam quidem & monachum fuisse, plerique omnes consentiunt: sed in persona & nomine dissensio est. Eruditissimus Vossius lib. 4 Instit. Oratoriarum c. 13 Sect. 7 Constantinum Anclizen Friburgensem, & Bertholdum Svarzium nominat, quorum alterutri commentum machinæ tribuendum sit. Sed de priore nihil inveni hactenus: in Bertholdo Aventinus lib. 7 Annal. itemque Münsterus Cosmographiæ lib. 5, Fabriciusque Orig. Saxon. lib. 6 p. 677 consentiunt: cum quibus Speelmannus etiam in Archæologo facit. Ceterum Huldaricus Mutius inventas Norinbergæ *bombardas* lib. 19 Germ. Chronicor. litteris prodidit. Ad tempus quod est, id Polydorus Virgilius lib. 2 de rerum inventoribus in anno Christi CIↃ CCCXXC ponit, cum ad Clodiam fossam a Venetis & Genuensibus pugnatum fuit. Procul omni dubio secutus Platinam, cujus locum supra produximus. Sed erravit Platina, si tum inventam putavit machinam demum, cum Veneti & Genuenses inter se armis disceptarent. Nam ante notas fuisse, Petrarchæ auctoritate vincit Magius. Is enim meminit: quem tamen sex ante pugnam illam Clodianam annis diem obiisse constat. Accedit, quod Paulus Langius ex Chronica [ita tum loquebantur] Rudimenti in Chronico Citizensi notat Anno Domini CIↃ CCCLX, Consistorium urbis Lübicensis per negligentiam illorum, qui pulveres pro bombardis conficiebant, combustum fuisse. Fabricius quoque supra laudato loco auctor est, hoc genus tormenti, non nisi ante his regionibus, habuisse Salzanos, cùm a

Friderico

Friderico Strenuo Thuringiæ Landgravio obsiderentur, quod Anno cIↄ CCCLXV accidit. Recte itaque Machiavellus cum de bello isto inter Venetos & Genuenses commoto ob Tenedon insulam lib. 1 Histor. Florentinæ exponeret, non tum inventas *bombardas*; sed primum omnium conspectas in Italia refert: & *recens Germanorum inventum* vocat; quod superioribus seculis res ignota fuisset. Dono datum hoc a Germanis machinæ genus accepisse Venetos Volaterranus lib. 30 Comment. Vrbanorum cap. de machinis bellicis, annotat. Ex Achillis Gastari Medici ad Sebastian. Münsterum Epistola observat Speelmannus, primum ejus usum fuisse, ad mare Danicum A. C. cIↄ CCCL, [apud Münsterum cIↄ CCCLIV legitur] non evasisse tamen celebrem, donec ad Clugiam a Venetis & Genuensibus pugnatum esset. Fabricius eodem, quem supra notavimus, loco ex annalibus refert, tormentum illud, quo usi fuerint Salzani, è plumbo fuisse conflatum: post ex compactis lignis, quibus circuli ferrei lati circumjecti erant, fieri cœpta, quam simplicitatem sua demum mutaverit ætas, artificiosè ex ære instituens fundere. Ceterum de ipsa re ita non pauci sentiunt, nihil tam execrabile & perniciosum in genus humanum excogitari ac reperiri potuisse; dignumque fuisse auctorem, qui suo ipsius artificio periret, quod tot malorum exstiterit caussa. Contra ea Huldaricus Mutius lib. 28 Germ. Chron. non contemnendum censet hoc Dei donum: nisi quis diductum canis os, & dentes ad mordendum factos damnandos putet; nisique quis cornua in bove, non bonum Creatoris opus existimet. Ostenditque, necessarium esse usum bombardarum postremo hoc tempore, quod sine eo malorum turba coërceri legibus posse haud videretur. Conf. Salmuth. ad Panciroll. noviter reperta cap. 18. Guibert. in Polyhist. cap. 9.

¶ Bombomachides, fictum imperatoris nomen, Plaut. Mil. 1, 1 v. 14.

BOMBYX, ȳcis, βόμβυξ, masculini generis, ex insectis est, ein seidenwurm. Origo ex vermiculo, sive eruca. Fit deinde, quod vocatur *Bombylius*: ex eo *necydalus*, & ex hoc rursus in sex mensibus *Bombyx*. Vide Plinium lib. 11 cap. 22 & cap. 23, tum Aristotel. lib. 5 Histor. animal. cap. 19. ¶ 2. *Bombyx* autem non modo vermiculum, qui illam lanuginem net; sed ipsam lanuginem, quæ netur ex eo, & vestem, quæ inde conficitur, notat. Sed tum in fœminino genere ponitur. Plinius lib. 11 cap. 23, *Assyria tamen bombyce adhuc fœminis cedimus.* Propertius tamen lib. 2 elegia 3 illud migravit. Ait enim:

Nec si qua Arabio lucet bombyce puella.

Vbi Bombycem vocat ipsum ὕφασμα seu textum a bombycibus, quos & in Arabia collocat, cum constet, apud Indos ipsos nasci. Ortus, & texendi artificium quando, & quomodo Græcis, Romanisque innotuerit, tradit Vossius de Histor. Græc. p. 273. ¶ 3. Salmasius in Exercitat. Plinianis observat, omnem molliorem lanæ linique lanuginem *bombycem* adpellatam: eaque voce Plinium *etiam de Gossypio* (baumwolle) usum. vide pag. 296.

¶ Bombȳcĭnus, a, um: ut, *vestis Bombycina*, ein seiden-kleid, Juvenalis Sat. 6 v. 259,

quarum
Delicias & panniculus bombycinus urit.

Id est, quarum teneris & delicatis corporibus tenuissimæ etiam levissimæque ex bombyce vestes oneri sunt. Perstringit enim Romanarum mulierum insignitam mollitiem.

¶ Bombȳcĭnum, i, seide, seiden-zeug, seiden-kleid. Nam sæpe adjectiva, tum alibi, tum in re vestiaria, cum in aliis generibus, tum frequenter in neutro substantive usurpantur per ellipsin scilicet: nam *vestimentum* subintelligitur. Martial. lib. 8 epig. 68,

Fœmineum lucet sic per bombycina corpus;
Calculus in nitidâ sic numeratur aquâ.

Vtrum vero *Bombycinum* à *Serico* differat, inter doctos controvertitur. In demonstrando discrimine multus est Justus Lipsius Comment. in 2 Annal. Taciti: contra Salmasius est tum Plinianis Exercitation. tum notis in Vopisci Aurelianum. Vbi ostendit, nihil differre *Bombycinum* à *Serico*, apud auctores respectu materiæ atque originis, quod utrumque nasceretur ex vermibus; sed nominis tantum gentisque, tum pretii etiam ratione. *Bombycina* enim vocata, quæ in Coo insula parabantur; quorum rationem Pamphilam quandam Coam mulierem reperiisse, Aristoteles Pliniusque tradunt; *Serica* vero, quæ à Seribus, gente Indica, afferebantur habebanturque præstantiora. Postea vero adeo obtinuisse *Sericorum* adpellationem promiscuè, ut ipsi vermiculi, qui dicti *Bombyces* hactenus, *Seres* adpellarentur. Vide eum indicatis locis, itemque ad Tertullianum de Pallio: ubi etiam docet, quando primum in Græciam, & inde in Italiam hoc vermium genus, qui *Sericum* sive *Bombycinum* liquant, sit invectum.

BONA DEA, quæ & *Fatua Fauna* dicebatur, cujus sacris viros interesse nefas erat. Vnde Clodius pollutorum sacrorum accusatus fuit, quod inter illas ceremonias veste muliebri penetrâsset: Sueton. Cæsare cap. 6. Sæpe meminit Cicero, ut pro Milone cap. 5 & 31. vide Plutarchum in Cæsare pag. 711. Lactant. lib. 1 cap. 22. E Junioribus Alexander Neapolitan. lib. 6 Genial. dierum cap. 8. Voss. de Hist. Græcis p. 511. & Demster. in Rosin. p. 390.

BŎNĀSUS, i, m. 2. ὁ βόνασος, animal equina juba, quod Plin. 8 c. 15 ita describit: *Tradunt in Pæonia feram, quæ Bonasus vocetur, equina juba, cetera tauro similem, cornibus ita in se flexis, ut non sint utilia pugnæ* &c. Aristoteles βόνασσος scripsit, Sigma geminato. Vide 2 Hist. Animal. cap. 1 & alibi. Sua enim Plinius de hac fera ex Aristotele hausit, de qua & Casp. Schott. Phys. cur. 8 c. 12.

BŎNUS, a, um, ἀγαθὸς, fromm, gut, unsträfflich. *Boni* enim adpellantur, in quibus nihil mali, sive vitii; & ita consummata virtus inest, quæ in justitia maxime posita: quippe quæ ceteras virtutes omnes ideo continet, quod ad aliorum commoda refert; unde & ἀλλότριον ἀγαθὸν adpellata. *Omnibus virtutibus instructos & ornatos, cum sapientes tum viros bonos dicimus*, scribit Cicero 5 Tuscul. c. 10. *Boni* itaque sunt, qui vitæ integritatem tuentur perpetuo; nec cuiquam sponte ac de industria nocent; quin contra prodesse omnibus & cupiunt & student, benefici, sinceri, & sine fraude. Cicero 3 de offic. cap. 15 extremo: *Vir bonus est is, qui prodest, quibus potest, nocet nemini.* Item pro Quinctio cap. 16, *Jugulare civem ne jure quidem quisquam bonus vult: mavult enim commemorare, se cum posset perdere, pepercisse; quàm, cùm parcere potuerit, perdidisse. Hæc in homines alienissimos, denique inimicissimos viri boni faciunt & hominum existimationis, & humanitatis caussa: ut cùm nihil alteri scientes incommodârint, nihil ipsis jure incommodi accidere possit.* Phocionem ab hac integritate vitæ BONUM adpellatum, Nepos illius vitâ auctor est. Quod Plutarchus in Vita p. 746 interpretatur de studio boni publici, cum cæterùm vir σκυθρωπὸς καὶ τραχὺς exstiterit. Publius Syrus:

Boni est viri, etiam in morte nullum fallere.

Cicer. in Offic. lib. 1 cap. 19, *Vir bonus & simplicis veritatis amicus, minimeque fallax.* Seneca de Providentia cap. 1, *Bonum virum in deliciis Deus non habet: experitur, indurat, sibi illum præparat:* der sich ehrlich und redlich hält. Idem Epist. 3, *Omnes candidatos* (in senatu productos) *bonos viros dicimus. Virum bonum à cive bono* distinguit Aristoteles 5 Ethic. cap. 2. ¶ 2. Sæpe *Boni* non tam virtutum omnium, quam unius atque alterius ratione tantum adpellantur, ut facilitatis & mansuetudinis; aut beneficentiæ ac liberalitatis. Tibullus lib. 2 Eleg. 4,

At bona, quæ nec avara fuit, centum licet annos
Vixerit, ardentem flebitur ante rogum.

Nam *bonam*, quam intelligat, mox ipse interpretatur cum, ait, *quæ nec avara fuit.* Facilem enim amicam & quæ non avaritiæ ac commodi caussa amet, designat. Rutilius Lupus lib. 2, *Demosthenes, cum quidam ei objecisset, matre Scytha natum, respondit: non miraris igitur, quod Scytha matre barbarâ natus, tam bonus & clemens evaserit:* Sic *bonæ fidei* homo vocatur, cui res tuto creditur, vel qui rem sibi creditam fideliter servat. Ovid. Trist. 5 El. 14 v. 25, de pia & fideli fœmina:

Esse bonam facile est, ubi quod vetet esse remotum est.

¶ 3. *Bonus* etiam Græcorum more, doctum in aliqua re & præstantem significat. Virgil. Ecl. 5 v. 1,

Cur non, Mopse, boni quoniam convenimus ambo,
Tu calamos inflare leves, ego dicere versus &c.

Boni inflare calamos: & *Boni versus dicere*: id est, inflandorum calamorum & dicendorum versuum periti. Sic nos: er ist gut auf der geigen, i. e. er kan wohl geigen. Tacit. l. 1 Annal. c. 3, *Agrippa militiâ bonus*, Martialis l. 1 Epigr. 69, *Verâ simplicitate bonus.* Construitur & cum Genitivo, Græcorum more, apud Poëtas. Claudian. de 4 Cons. Honorii v. 490,

notis regimur fruimurque quietis
Militiæque bonis.

¶ 4. *Boni* etiam dicuntur *nobiles*: meliores enim isti videntur aliis, tum quod ex melioribus nati sunt, tum quia liberalius educantur, quos eam ob caussam veteres & *Optimates* adpellârunt. Ita illud Flori lib. 1 cap. 7, libenter & capio & interpretor: *Ipse*, inquit, puta Tarquinius Superbus, *in Senatum cædibus, in omnes superbia, quæ crudelitate gravior est bonis, grassatus.* Nimirum major nobilibus decoris, quàm vitæ est cura: Itaque & gravior superbia est. ¶ 5. Pro divitibus non raro *bonos* posuit Cicero: Plautus autem *bonos* & *divites* conjunxit Curcul. act. 4 sc. 1 v. 14,

In foro infimo boni homines atque dites ambulant.

Vbi nota: *bonos homines* adpellari, *quos viros bonos* frequentiùs dicimus, de quo infra in HOMO. ¶ 6. Ab hominibus transfertur vox ad eas omnes res, quæ gratiam & voluptatem; aut utilitatem etiam ac commoditatem insignem habent. Sic *bonam cervicem: bonam vocem: bonum portum: bonum diem* legimus; de quibus infra in *Cervix: vox: portus: dies.* Publ. Syrus:

Bona nemini hora est, ut non alicui sit mala.

Bona hora, id est, læta & prospera, eine gute fröliche stunde. Sic *vita bona*, jucunda ac delectabilis, & in quâ nihil, quod urat, inest, apud Plautum Persâ act. 4 sc. 8 v. 4, & Casina act. 4 sc. 4 v. 17. *Bona ætas* apud Ciceronem Caton. major. cap. 14 pro juventute. *Bona mors* pro facili ac placidâ, apud Plin. lib. 6 Epist. ultimâ. Sic *bonæ aves* felices sunt, quæ boni quid nunciant. In Veteri Formula: Quod BONUM, FELIX AC FAUSTUM SIT. Virg. Ecl. 5, *Sis bonus ô felixque tuis.* Ita *Res bonæ*, quæ aliàs secundæ, lætæ & prosperæ adpellantur. Publius Syrus:

Bonarum rerum consuetudo pessima est.

Vbi *bonæ res* eæ omnes dicuntur, quæ vitam jucundam & delectabilem efficiunt: ut sunt divitiæ & voluptates. Quibus quo magis assuesces dabisque animum, eo magis dolebis & cruciabere, cum versâ fortunâ iis carendum erit. Horat. lib. 1 epist. 10 v. 30,

Quem res plus nimio delectavêre secundæ
Mutatæ quatient.

¶ Refertur etiam ad speciem & pulchritudinem corporis, ita *formam bonam* Terentius dixit Heaut. act. 3 sc. 2 v. 13.

¶ Bŏnum, i, etwas gutes, glückseligkeit, quod eum, qui possidet, felicem facit. Eorum tria genera Peripatetici faciebant: de quibus ita Cicero 5 Tuscul. cap. 30, *Tria genera bonorum*, (inquit) MAXIMA *animi*: SECUNDA *corporis*: EXTERNA *tertia, ut Peripatetici, nec multum veteres Academici secus.* EXTERNA sunt, quæ ὑπάρχοντα Græci adpellant: fortunæ seu opes. Vet. Gloss. *Bonorum*: ἀγαθῶν ὑπαρχόντων. Vid. Augustin. de C. D. lib. 1 cap. 18. & ibi Interpp. Quæ MAXIMA Cicero adpellat, frequenter SUMMA nominantur *bona*, quæ in virtute animi posita sunt: & *Sola* Stoicis habebantur *bona*: quod nunquam noceant; & per se semper prosint: quod contra in secundariis illis Peripateticorum, atque externis se habet: multis enim opes, forma, gloria, exitio fuerunt. Itaque nec bona per se, nec mala, sed μέσα, id est, prout quis iis utetur. Quo illud Comici pertinet Heaut. a. 1 sc. 2,

Quid reliqui est, quin habeat, quæ quidem in homine dicuntur bona.
Parentes, patriam incolumem, amicos, genus, prognatos, divitias?
Atque hæc perinde sunt, ut illius animus, qui eâ possidet:
Qui uti scit, ei bona; illi, qui non utitur rectè, mala.

¶ 2. Bonum, quidquid utile est, dicitur, der nutzen. Seneca Epist. 8, *Dari bonum quod potuit, auferri potest.* Vnde & *Bono esse* dicuntur, quæ prosunt. Itaque & pro beneficio accipitur. Vetus Inscriptio apud

apud Gruter. f. 787 n. 5, BAEBIVS PARDVS OMNI BONO DE SE MERITAE FECIT. *Bona pacis*, i.e. utilitates & commoda, apud Tacit. 3 Hist. cap. 81. Apud Patres nihil frequentiùs occurrit: ut, *Bonum pudicitiæ: Bonum mortis: Bonum disciplinæ*, & alia hujus generis sexcenta. ¶ 3. Quicquid jucundum est & delectat. Plaut. Casin. act. 2 sc. 8 v. 33, *Vt ego hodie Casinam deosculabor! ut mihi*
Bona multa faciam!

Id est, Quam multas voluptates mihi procurabo! was will ich mir für lust machen!

¶ Bona, orum, id est, possessiones: güter und vermögen. *Bona publicata*, Cornel. Nep. 7, 4, 5. *Bona proscriptorum vendebantur*, Idem 25, 12, 3. *Est hodie in bonis i.e. possessione bonorum Cic XIII. Ep. XIV. 2*

¶ Bonuscula, orum, diminut. gütergen. Sidonius Apollinaris lib. 9 epist. 6, *quantum de bonusculis avitis paternisque sumtuositas domesticæ charybdis abligurisset.*

¶ Perbonus, a, um, valde bonus. Cicero in Verr. 6 cap. 18, *perbona toreumata.*

¶ Septembonus, a, um, ut, *septembona brassica*, Cato de re rust. 157.

¶ Melior, us, Comparativus ille irregularis, uti vocatur, & hinc Meliusculus &c. vid. infra seorsim in M.

¶ Optimus, a, um, Superlativus itidem irregularis, & hinc Optimas &c. quæratur infra in primitivo suo *Opto.*

¶ Bŏnĭtas, ātis, benignitas, gütigkeit, frömmigkeit, erbarkeit, glimpff. *Bonitas ingenii*, hoc est, dexteritas, felicitas: ein guter kopff. Cic. in Offic. lib. 3 cap. 3, *Quæ & ingenii bonitate multi assequuntur, & progressione discendi.* Sic *bonitas soli*, id est, fœcunditas, apud Quint. 2 c. 19. fruchtbarkeit des landes. *Bonitas caussæ*, gerechte sache, Cic. Planco sub 16 ep. 11 ad Atticum. Phœdrus lib. 3 fab. 16, *Facit parentes bonitas, non necessitas:* nicht das geblüt, sondern die liebe und güte gegen die kinder, bezeuget was eltern seyn. Cic. pro Ligario Orat. extremâ: *Nihil est tam populare, quàm bonitas.* BONITAS, id est, clementia, misericordia, de qua mox sequitur. *Tam populare*; id est, tam efficax ad promerendam benevolentiam & studia populi. Nepos in Miltiade cap. 8, *Potestatem bonitate retinuit*, i. e. æquitate civilis imperii; & in vitâ Attici c. 21, *Multas hæreditates nulla alia re, quàm bonitate est consecutus.* BONITATE, id est, lenitate, modestiâ, obsequio, moderati cautique judicii constantiâ: iis enim maximè retinere hominum usum ac benevolentiam licet: quibus & Q. Cæcilium avunculum, difficillima asperaque natura hominem, ita deliniit, ut adoptaret, hæredemque scriberet; de quo supra Nepos exponit.

¶ Bĕnĕ, ab antiquo *benus* pro *bonus* adverb. καλῶς, ἀγαθῶς, wohl, gut, recht. Terent. in prolog. Eun. *Qui bene vertendo, & eas describendo malè.* Idem, *Bene cum eo actum est*, man hat ihm gütlich gethan. In Adelph. act. 2 sc. 2 v. 2. Et Cicero Offic. 3 cap. 15, *Inter bonos oportet bene agier*, mit ehrlichen muß man ehrlich handeln. Terent. in Prolog. Phorm. *Bene dictis si certasset, audisset bene*, wie es schalt in den wald, so schalt es wieder raus. Cic. de finib. 3 c. 17, *bene audire ab omnibus*, bey iederman belobt seyn. vide supra in *Audire* n. 6. Sic *Bene, optime mereri de aliquo*, locutio nota est. *Bene sit tibi*, Plaut. Terent. gehabe dich wohl. *Bene ambula, & redambula*, Plaut. Captiv. act. 4 sc. 2 extrema: glück auf den weg, komm gesund wieder. *Bene vertat tibi*, id est, bene eveniat, viel glücks darzu. Plautus Aulul. a. 4 sc. 10 v. 58, *Quæ res tibi & gnatæ tuæ bene feliciterque vortat.* Contra *Non bene vertat*, imprecantis est. Virgil. eclog. 9 v. 6,

quod nec bene vertat, mittimus hædos.

Horatius lib. 3 ode 27 v. 74, *bene ferre magnam*
Disce fortunam.

id est, rectè. ¶ Idem ode eadem v. 57, *potes hac ab orno*
Pendulum zona bene te secuta elidere collum.

Vbi *Bene* est opportune. ¶ Est & *Bene* particula αὐξητική, & pro vehementer, valde ponitur. Lucret. lib. 5 v. 706,

Donec eum contra pleno bene lumine fulsit.

Cicero lib. 5 ad Famil. Epist. 12, *Qui semel verecundiæ fines transilierit, eum bene & naviter oportet esse impudentem.* Idem 2 Tuscul. cap. 19, *Sed si est tantus dolor, quantus Philoctetæ, bene planè magnus mihi quidem videtur.* BENE PLANE dixit, id est prorsus, ut Græci εὖ & μάλα similiter conjungunt. Ita enim Moschus Epitaphio Bionis εὖ μάλα μακρὸν ὕπνον, *Benè valde magnum somnum* de morte dixit. Sic *benè potus: benè multus: bene doctus*, & alia dicimus. ¶ Bene, nota etiam adprobationis, ut Græcis suum καλῶς. Nep. in Thrasyb. 4, 2, *Bene ergo Pittacus ille*; vide infra plura. Observandæ sunt & aliquot elegantes formulæ, quas hæc particula parit. Vt, BENE HABET: cum acquiescimus in aliorum responsis ad ea, quæ rogavimus. Apud Juvenalem Sat. 10, ubi Romanorum civium super Sejani casu colloquium inducit, fingitur aliquis quærere v. 69,

sed quo cecidit sub crimine? quisnam
Delator? quibus indicibus, quo teste probavit?

Respondet alius: *Nil horum: verbosa & grandis Epistola venit*
A Capreis.

Tum ille rursus, qui prius interrogaverat:

BENE HABET, *nil plus interrogo. Sed quid Turba Remi?*

¶ Item: BENE SIT. Quæ blande aliquid abnuentium formula est: quia pro officio eorum, quo tamen uti nolint, gratias se debere significant. Plautus Pseudolo a. 2 sc. 4 v. 23,

CHAR. *Quin tu, quicquid opus est, audacter imperas?*
PS. *Jam gratiam.*

BENE SIT *Charine: nolo tibi molestos esse nos.* Tale est illud in invitationibus: BENE VOCAS: *jam gratia est*, apud Plautum Menæch. act. 2 sc. 3 v. 30. Quasi dicat: beneficii loco habeo, quod vocas: sed in præsenti ago gratias: ich erkenne es für eine sonderbare ehre und freundschafft, daß du mich zu gaste laden wollen: für dieses mahl aber bedancke ich mich. Similiter dicebant, BENIGNE: RECTE: de quibus suis locis. Græci in talibus: πάνυ καλῶς, item κάλλιστα ἐπαινῶ, dicere solebant, quod ad Diogenem Laërtium Casaubonus notat. ¶ Terent. Eun. act. 1 sc. 2 v. 105, PH. *Scilicet*
Faciundum est, quod vis. TH. *meritò amo te. Bene facis.*

Et act. 3 sc. 2 v. 9, *ehem Parmeno:*
Benè fecisti.

Vbi BENE FACIS: BENE FECISTI, Formula est laudandi & adprobandi alterius studium & operam. ¶ *Bene esse* est *bene vivere.* Plautus Trucul. act. 4 sc. 2 v. 26,

DI. *Dedi equidem hodie ei quinque argenti deferri minas,*
Præterea unam in obsonatum. AS. *Idem istos delatum scio.*
De eo BENE SVMVS *tuâ virtute.*

id est, darvon seyn wir ietzo lustig. Idem Captivis act. 4 sc. 2 ait: *Melius anno hoc mihi non fuit domi:* ich habe das gantze jahr daheime so wohl nicht gelebt. Alibi idem: *Vbi tu lepide voles esse tibi.* Petronius: *Ergo vivamus, dum licet esse bene.*

¶ *Bene meriti*, qui nobis beneficia contulere. Corn. Nep. 18, 6, 5. *Bene merentes*, passim in Inscriptionibus. Vide Gruteri & Reinesii titulos *Adfectuum*, & mox in *Beneficus.*

¶ *Bene* cum secundo & quarto Casu priscis erat hilaritatis indicium, & solemnis inter pocula bene precandi formula. Plaut. Stich. act. 5 sc. 4 v. 27,

Bene vos, bene nos, bene te, bene me, bene nostram etiam
Stephanium.

Idem Persâ act. 5 sc. 1 v. 20,

Bene mihi, bene vobis, bene amicæ meæ!
Bene omnibus nobis!
Bene ei, qui invidet mihi. Et ei, qui hoc gaudio gaudet.

Ovid. de Arte am. lib. 1 v. 600,

Et BENE *dic dominæ;* BENE, *cum quo dormiat illa.*

Et lib. 2 Fast. v. 637,

Et BENE *nos*, BENE *te, patriæ pater optime Cæsar.*

Ita autem concise loquebantur; pro eo esset: Bene vos vivere precor: Bene valere. Dixisse etiam *Bene vixis*, aut vixeris; ut Græcos ζήσειας, monet Scaliger in Culicem Virgilii. vide *Bibo.*

¶ Perbene, id est, optime: Cicero de clar. orat. c. 28, *perbene latine loqui.* Et Livius 45 c. 3, *Fortunam perbene fecisse, quando* &c.

¶ Benignus, a, um, beneficus, liberalis, gütig, milde, günstig, freundlich. *Terra benigna*, Tibull. 3 eleg. 3. *Vena ingenii benigna*, Horat. 2 ode 18. ¶ 2. Item facilis, comis, humanus. Plaut. Trin. act. 2 sc. 4 v. 58, *Benigniorem Lesbonice te mihi*
Quam nunc experior esse, confido fore.

Benigniorem, i. e. facilem magis atque humanum. *Benignus* autem à *bonus* est; ut *malignus* à *malus.* Et quia *malignitas livor* est; idcirco Plinio *Livor* & *Benignitas* opponuntur. Vide quæ ad eum notavit Buchnerus lib. 8 Epist. 12. Summo gradu *benignissimum inventum* Plinius dixit lib. 35 cap. 2.

¶ Benignè, adverb. *Benignè facere alicui*, Cic. 13 Epist. 29. gutes thun. Catullus Epigr. 74,

Omnia sunt ingrata, nihil fecisse benigne est.

Benigne attenteque audire, Cicero pro Cluent. cap. 3, günstig und fleissig anhören. *Benigne dicis*, du redest freundlich, Plaut. Truc. a. 1 sc. 2 v. 27. ¶ 2. Hoc adverbio eleganter uti licet, cum quid comiter atque urbane recusamus. Horat. lib. 1 epist. 7, cum Dialogismum Calabri cujusdam & hospitis ejus refert, ipso principio statim:

Vescere sodes:
Jam satis est: at tu quantum vis tolle. Benignè.

Petit Calaber, ut adpositis pyris vescatur hospes: respondet hic se satis gustâsse: quod si nil amplius libeat, porro Calaber, ut quid pyrorum secum ferat: recusans hospes, *Benigne* dicit, quasi agat gratias. Idem eâdem Epist. v. 60, *dic,*

Ad cœnam veniat. Non sane credere Mena:
Mirari secum tacitus: quid multa? BENIGNE,
Respondet. Negat ille mihi?

Nempe dum Mena *Benigne*, dicit: Negat se venire ad cœnam: unde Philippus, qui vocaverat, quasi indignabundus, *Negat ille mihi?* Similiter in hac re dicebant, *Bene vocas, jam gratia est:* de qua formula supra diximus. Vide Turnebum lib. 5 Adversariorum cap. 13, & Casaub. Lection. Theocritic. cap. 16. ¶ Benigniùs, Comp. ut, *Rex benignius, quam aliàs, allocutus*, Curt. 8 cap. 6 n. 19. *Benignissime promittere*, reichlich verheissen, Cicer. 4 Verrin. c. 4. *Benignissime fovere, invitare*, Val. Max. lib. 1 prologo & c. 8 n. 2.

¶ Perbenigne, idem quod Benignissime. Terent. Adelph. a. 4 sc. 5 v. 68.

¶ Benigniter, pro benigne. Nonius ex Titinn. Gemin. *Nimium te patrocinari censeo benigniter.*

¶ Benignitas, ātis, liberalitas, clementia: güte, gutwilligkeit. Cicer. in Offic. lib. 1 cap. 14, *Ne major benignitas sit, quàm facultates.* Vsurpatur & de præstito auxilio apud Nepot. Timoleonte cap. 2 n. 2, *cujus benignitatis memoriam volebat exstare.* Horat. Epod. 1 v. 31, *Satis superque me benignitas tua ditavit.*

¶ Benignor, ari, gutes thun, vulg. interpres 2 Esdr. 4 v. 39.

Composita a *Bene:*

¶ Bĕnĕdīco, xi, ctum, ere, construitur cum Dativo & in sacris significat, segnen, gutes wünschen, ut Ps. 112 v. 2, *Domui justorum benedicetur*, hoc est, Deus aderit & favebit domui justorum, & bonis omnibus eam cumulabit. *Benedicere Deo*, celebrare est, GOtt loben. Cicer. pro Sextio cap. 52, *Cui benedixit unquam bono?* welchen frommen mann hat er iemahls gelobet? Sacri Scriptores & cum Accusativo junxêre. Tertullianus de Oratione cap. 3, *Plane benedici Deum omni loco ac tempore condecet, ob debitam semper memoriam beneficiorum ejus ab omni homine.* ¶ 2. Iisdem non raro *benedicere* est factis precibus aliquid consecrare, sanctificare: quemadmodum Græci suo εὐλογεῖν pro ἁγιάζειν uti solent, de quo Casaubonus Exerc. 16 contra Baron. Theoremate 33, & Grotius in Matth. cap. 26 v. 25; Sulpitius Severus Dial. 2 de Virtutibus Martini cap. 2, *Quo quidem tempore (mira sum dicturus) cum jam altarium, sicut est solenne, benediceret, globum ignis de capite ejus vidimus emicare.* *Benedicit altarium* sacerdos, cum liturgiam ibi peragit: *sacrare, consecrare* dicunt. Sic

fontem

fontem benedicere, est aquam Baptismi consecrare apud Victorem Vitensem, lib. 2 de persecut. Vandalicâ.

¶ Benedictus, a, um, gesegnet, selig, frequens in sacris vocabulum. Sic *benedictus panis*; *benedictum oleum*, Hieron. vita Hilarionis.

¶ Benedictum, i, ein gut wort. *Benedictis certare* ex Terentio vide supra in *Bene*. conf. Cic. Brut. c. 93.

¶ Benedictio, ōnis, lob, segnung. Apulejus in Trismeg. p. 92 pro *Laude* posuit. *Deus*, inquit, *ab hominibus frequentibus laudum præconiis benedictionibusque celebretur*. At sicut apud Græcos res dedicatæ & consecratæ εὐλογίαι dicebantur: ita eædem Latinis *benedictiones* consuevere vocari. Ita enim Paullinus Nolanus Epist. 12 [ed. nov. ep. 32 n. 8.] particulam sanctæ crucis *benedictionem de cruce* appellat.

¶ Benedĭcus, a, um, χρηστολόγος, qui benedicit & laudat. Hinc adverbium

¶ Benedĭce, εὐφήμως, bonis & lenibus verbis, freundlich, lobend. Plaut. Asin. 1, 3, v. 54, *Allicere aliquem ad se blande & benedice*. conf. Aulul. 4, 10, v. 57.

¶ Bĕnĕfăcio, feci, factum, facere, wolthun, gutes thun, zu gut thun; ita etiam in usu est *bona facere*. Hinc illud hominum voluptariorum: *Multa bona mihi faciam*. vid. Taubm. ad Plaut. pag. 12, 263, *Bene facere erga aliquem*, Plaut. Trinum. a. 5 sc. 4 v. 4. einem liebe und dienst erweisen. Sic Cicer. 1 Invent. extr. *Male tractari ab iis, quibus benefecerimus*.

¶ Benefactum, i, pro beneficio apud Ennium: *Benefacta male locata malefacta arbitror*, usurpavit Cicero lib. 2 Offic. cap. 18. *Cumulare benefacta*, Plaut. Captiv. a. 2 sc. 3 v. 64.

¶ Benefactor, ōris, evergeta, vulgo in multorum ore est: apud veteres vox inaudita. Medio tandem ævo Corippus poëta de Laudibus Justini imperatoris lib. 1 cap. 12,

Communis benefactor alens &c. ein wolthäter.

¶ Bĕnĕfĭcus, a, um, wolthätig, milde. Cicer. de Amicit. cap. 9, *Benefici liberalesque sumus, non ut exigamus gratiam*. Gradus hujus adjectivi irregulares sunt, tamquam ex participio in ENS. Seneca lib. 1 de Benefic. cap. 4, *Tu me aliquod eorum doce, per quæ beneficentior gratiorque adversus bene merentes fiam*. Cicero de Amicit. c. 14, *virtute præditi liberalissimi sint & beneficentissimi*. Idem lib. 2 Nat. Deor. cap. 25, *Jupiter optimus, id est, beneficentissimus*.

¶ Beneficentia, æ, gutthätigkeit. Cicero de Nat. Deorum lib. 1 c. 43, *Quid melius & præstantius est bonitate & beneficentia?* Idem 1 Offic. c. 7, *Justitiæ conjuncta est beneficentia*.

¶ Beneficium, i, εὐποιΐα, ἐυεργεσία, wolthat. Seneca lib. 3 de Beneficiis cap. 18, *Sunt, qui ita distinguant: quædam* BENEFICIA *esse; quædam* OFFICIA; *quædam* MINISTERIA. BENEFICIUM *esse, quod alienus det. Alienus est, qui potuit sine reprehensione cessare*. OFFICIUM *esse filii, uxoris, & earum personarum, quas necessitudo suscitat & ferre opem jubet*. MINISTERIUM *esse servi, quem conditio sua eo loco posuit, ut nihil eorum, quæ præstat, imputet superiori*. Sed in sequentibus ostendit, & Servos etiam *beneficium* dare posse, quæ ibi legenda. Rutilius Lupus lib. 2 in Isocolo ex quodam veteri Oratore: *Servorum est, beneficium dare libenter & injuriam facere nolle. Nam dando beneficium extemplo benevolentiam acquirimus, non faciendo injuriam duntaxat, odium vitamus*. Idem lib. 1 de figuris sententiarum in Prosapodosi ex Demetrio Phalereo: *Quod beneficium tempori & cupienti datur, gratum est. Vilitas enim & voluntas accipiendum honorem dantis facit ampliorem. At quod serò & desideranti datur, ingratum est. Amisso enim tempore utilitatis, cadit accipiendi cupiditas*. BENEFICIUM *dare, collocare, deferre, ponere apud aliquem*: item *beneficio afficere, obligare: complecti aliquem: beneficium accipere, reddere*, Cicero & Terentius dixerunt. *Munerare alicui beneficium*, mit danck vergelten, Plautus dixit Captiv. act. 5 sc. 1 v. 15. *Eripere alicui beneficium ab alio concessum*, Suetonius dixit in Galba cap. 14. ¶ 2. Est & castrensis vox, *Beneficium*, qua promotiones ad altiores ordines ac gradus significantur. Plura hujus generis exempla observat notatque Lipsius ad 4 Histor. Taciti cap. 48, quæ vide. Hinc *beneficii ejus* dicuntur esse, à quo promoti qui sunt. Suetonius Tiberio cap. 12, *Venit in suspicionem per quosdam beneficii sui centuriones*. Tales aliàs *Beneficiarii* adpellantur, de quibus infra. Sic *aliquem sui beneficii facere*, est beneficio collato obnoxium sibi reddere. Seneca lib. 3 de Beneficiis cap. 18, *Adeo Dominis Servi beneficia possunt dare, ut ipsos sæpe beneficii sui fecerint*. Ovidius & Tacitus, *sui muneris aliquem facere*, perinde dixerunt. Vide Gruterum lib. 1 Suspicionum c. 13. ¶ 3. Aliquando *beneficium* de eo etiam dicitur, propter quod aliquid fit, sive quod rei caussam præbet. Terent. Heaut. act. 2 sc. 4 v. 14, *Hoc beneficio utrique ab utrisque vero devincimini*. Hoc BENEFICIO, hoc est, hac de caussa: nimirum qui ingenio, moribusque consimilis, de quo præcedenti versu dictum erat. Cicero lib. 13 ad Famil. Epist. 35, *Quem Cæsar, meo beneficio, in Novocomenses retulit*. MEO BENEFICIO, id est, propter me, me rogante. Ita Quintil. lib. 2 c. 11, *quia & beneficio ingenii præstantes habiti*. Et rursus lib. 3 cap. 1, *Is* (Gorgias) *beneficio longissimæ ætatis cum multis simul fuit*. ¶ 4. *Beneficium* etiam dicitur, quod Longobardis *feudum*, sive *feodum* adpellatur.

¶ Beneficiarius, i, dem wolthat erwiesen wird, ein stipendiat. ¶ 2. *Beneficiarii* dicebantur *milites beneficio tribunorum promoti*, ut Vegetius interpretatur lib. 2 cap. 7. vel ducum adparitores, satellites, corporis custodes. Cæsar 1 Civ. cap. 75, *Cum hac & prætoria cohorte cetratorum, barbarisque equitibus paucis, beneficiariis suis, quos suæ custodiæ caussa habere consueverat, improviso ad vallum advolat*. Add. Plin. 10 epist. 32. Quamquam non Tribunorum tantum, sed aliorum etiam magistratuum respectu ita adpellabantur. Nam in Lapidibus veteribus *Beneficiarios Consulum, Prætorum, Præfecti prætorio* legere licet, ut Lipsius ad Tacitum observat. Hi tales autem quia à militaribus muneribus vacabant, idcirco *munificibus* opponebantur. Qui *a faciendo munere* sic adpellati, ut Festus docet. Gruter. Inscript. pag. 51 num. 4, BENEFICIARIUS LEGATI CONSULAR. Vide & Casaubonum ad Suetonii Augustum, & Du Fresne Glossarium.

¶ Beneficiarius, a, um, adjective, ad beneficia attinens, ut, *Res beneficiaria*. Senec. epist. 90.

¶ Benesuadus, a, um, ut, *benesuada paupertas*, Apulej. Apol.

¶ Benesuasor, ōris, der wohl räth, Gloss. gr. lat. ἀγαθοσύμβουλος, *benesuasor*.

¶ Benĕvŏlens, tis, Plaut. in Mercat. act. 5 sc. 2 v. 46, *Amicus advenio, multum benevolens*, günstig, geneigt, gutwillig. *Dii benevolentes*, Idem in Milite act. 4 sc. 8 vers. 41. Augustus Epist. ad Cajum apud Gellium lib. 15 cap. 7, *Spero lætum & benevolentem celebrasse quartum & sexagesimum natalem meum*. ¶ 2. Aliquando substantive ponitur pro amico & bene cupiente. Plautus Cistell. act. 2 scen. 3 vers. 42, *Ajebat: mulierem quamdam suam benevolentem convenire*. Item Trin. act. 1 scen. 2 vers. 7,

CA. *Cujus vox prope me sonat?*
ME. *Tui benevolentis*.

¶ Bĕnĕvŏlus, a, um, günstig, wohlgeneigt. *Animus benevolus*, Cicer. 2 Verr. c. 8. *Judices benevoli*, Idem 2 de Orat. cap. 79. *Facere auditorem benevolum*, de Invent. lib. 1 cap. 15. Et Terentius in Hecyr. act. 5 sc. 1 vers. 35, *Facilem benevolumque lingua tua jam tibi me reddidit*. Rursus Cicero lib. 3 fam. epist. 12 sub fin. *benevolentior tibi, quam fui, nihil sum factus*. Et lib. 5 epist. 16 extr. *officio fungi benevolentissimi atque amicissimi*. Et Apulejus 3 Florid. *benevolentissimi principes*.

¶ Benevolè, adverbium. Cicero de finib. lib. 1 cap. 16, *Quos ergo nos amice & benevole collegisti*. Superl. Augustinus epist. 28 ad Hieronymum: *mei commemorationem benevolentissime facere dignatus es*. Idem epist. 64 ad Aurelium, *benevolentissime accipere*.

¶ Perbenevolus, a, um, Cic. lib. 14 fam. epist. 4 sub finem: *Pescennius est perbenevolus nobis*.

¶ Benevolentia, æ, gunst, gutwilligkeit, guter wille. *Benevolentia aliquem complecti*, Cic. 2 fam. epist. 6. Et, *Benevolentiam alicui præstare*, Idem 4 famil. epist. 11. guten willen erzeigen. *Benevolentiæ gratia aliquid facere*, Idem in offic. lib. 2 cap. 6. *Benevolentiam alicujus erga se perspicere*, ad Lentul. 1 famil. epist. 7. Et ibid. epist. 1, *Fidem & benevolentiam alicujus erga se experiri*, guten willen spüren. Et lib. 9 famil. ad Pætum epist. 16, *ut aurum igne, sic benevolentia fidelis periculo aliquo perspici solet*. Et, *Sempiternâ benevolentiâ colere memoriam beneficii alicujus*, Idem post redit. ad Quir. cap. 10. Et lib. 2 offic. cap. 6, *Malus custos diuturnitatis metus, contraque benevolentia fidelis vel ad perpetuitatem*. Corn. Nepos in Dione cap. 5, *Ex quo intelligi potest, nullum imperium tutum, nisi benevolentiâ munitum*.

Boo, vide *Bos*.

BŎŌTES, æ, Arctophylax, sidus septemtrionale, a βοῦς, *bos*, unde etiam *Bubulcus* vertitur. Ovidius Fast. 3 v. 405,

Sive est Arctophylax, sive est piger ille Bootes.

Idem secundo casu *Bootæ* facit lib. 2 de arte am. v. 55,

comesque Bootæ
Ensiger Orion.

At Avienus Periegesi *Bootis* format, ut v. 364, *axe Bootis*: v. 456, *plaga dura Bootis*: & v. 846, *quà riget ora Bootis*.

BOPGYRUS, i, nomen piscis marini, Plin. 32. c. ult.

BOREA, vel Boria, æ, gemma cælo autumnali similis, Jaspenstein. Plin. 37. c. 8.

BŎRĔAS, æ, Βορέας, Aquilo, nordwind, dictus vel à boatu, vel ἀπὸ τῆς βοῆς, quod sit sonorus. Virgilius Georg. 1. v. 93,

Boreæ penetrabile frigus,

quia vis frigoris à septemtrione est. *Boreâ cessante navigandum esse*, proverbiale est, ut indicat Aristoteles, de observanda oportunitate in rebus gerendis; simile illi, *Cum pluit molendum est*. ¶ Antiquæ elegantiæ est, cum Nepos in vita Miltiadis ait; *cum vento Borea profectus eò pervenisset*: Veteres enim non illibenter genus ad speciem jungere solebant. Ut cùm *hominem servum*: *hominem histrionem*: *mulierem meretricem*: *lupum piscem*, & alia hujus generis dicerent. Nepos eodem Miltiade: *Ventum Aquilonem*: & *Istrum flumen*, *Nilum flumen*, illud eodem Miltiade; istud in Eumene, dixit.

¶ Borēus, a, um, septemtrionalis, mitternächtig. Ovidius 4 Trist. 8,

Vita procul patriâ peragenda sub axe Boreo.

¶ Borealis, e, idem. Avienus Arat. v. 951, *Borealia flamina*: & v. 964,

Borealis tramite cæli.

Idem Periegesi v. 84, *Boreali fusus ab alto*; & v. 242, *Boreali rursus in Arcto*. Isidor. 3 c. 32, *Borealis motus*.

BORITH, herba saponaria, quod saponis vicem teneat, seiffe, seiffenkraut. Hac de herba Isidor. 16 c. 2, *Crepitat in aqua, quomodo calx viva, & ipsa quidem disperit, sed aquam lavationi aptam reddit*. conf. vulg. Ierem. 2 v. 22 & Mal. 3 v. 2.

BORRĀGO, ĭnis, legitimum buglossum, burretsch, ochsenzungen. Matthiol.

BORSYCITES, æ, gemmæ certa species, Plin. 37. c. 11.

BŎRYSTHĔNES, is, Βορυσθένης, Scythiæ fluvius maximus & uberrimus, de quo multa Herodotus lib. 4 c. 53.

¶ Bŏrysthĕnius, a, um, adjectivum. Ovid. 4 de Ponto Eleg. 10 v. 53,

Cumque Borysthenio liquidissimus amne Dryaspes.

¶ Bŏrysthenidæ, arum, qui ad Borysthenem habitant, quos *bibernos* Propertius dixit lib. 2 Eleg. 7,

Gloria ad hibernos lata Borysthenidas.

¶ Bŏrysthĕnītes, æ; Ita Græce gentile cognomen format Bionis, philosophi & poetæ, quem supra memoravimus, Diogenes Laertius principio Vitæ ejus: Βίων, τὸ μὲν γένος ἦν Βορυσθενίτης &c. Adde de eo supra in *Bion*.

BOS, bŏvis, βοῦς, taurum vaccamque comprehendit, ut indicat Valla lib. 4 cap. 42. ein rind, ochs oder kuh. ambigui enim generis est. *Bos forda*, eine trächtige kuh. Ovidius 4 Fastor. v. 631,

Forda ferens bos est fœcundaque dicta ferendo.

Livius quoque in fœminino genere *Bovem* non raro pro *vaccâ* posuit. Vt lib. 1 cap. 7, *Inde cùm actæ boves quædam:* & rursus: *Ibi tùm primùm bove eximiâ captâ de grege.* Item cap. 45, *Bos in Sabinis nata cuidam patrisam. miranda magnitudine ac specie.* Ita & Virgil. Ecl. 1 v. 9, *Ille meas errare boves* &c.
Tacitus de Germania cap. 40 ἀρχαϊκῶς, *Bovem fœminam* dixit. *Bos arator* Suetonio in Vespas. cap. 5. ein ochse, den man zum pflug braucht. Hunc Lege Attica nefas fuit mactare, ut Ælianus auctor est Var. Hist. lib. 5 cap. 14. De Bubus Plin. 38 cap. 45. Bovem, quem vix decem viri domarent, sacerdos fœmina sola aure prehensum ad aram deduxit. Aelian. Hist. Animal. lib. 11 cap. 4. *Bos Camurus: patulus: levus: Licinus:* qui diceretur, Junius Philargyrus ad 3 Georg. vers. 55 ita explicat: CAMVRI, inquit, *boves sunt, qui conversà introrsus cornua habent: quibus contrarii* PATVLI, [Plauto, PATALES] *qui cornua diversa habent.* LAEVI, *quorum cornua terram spectant. His contrarii* LICINI, *qui cornua sursum versum reflexa habent.* Horatius 1 epist. 14 v. 44,

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus:

hoc est, Nemo est, qui sortem suam non fastidiat, & admiretur alienam: Quod hoc modo breviter & simpliciter Terentius extulit Phorm. a. 1 sc. 3 v. 20, *Nostri nosmet pænitet*, an unserm stande haben wir kein genügen. *Si bovem non possis, asinum agas.* Vide Chiliad. *Multi sunt boum stimulatores, pauci verò terræ aratores,*

Πολλοὶ βουκένται, παῦροι δέ τε γῆς ἀροτῆρες,

Anreger genug, wenig arbeiter. Eras. in Chiliad. *Bos lassus fortius figit pedem*, müde ochsen treten übel. *Bos mortuus*, id est, taurea, ein ochsenziehmer. Prov. *Bos in linguâ:* de eo dicitur, qui pecuniâ corruptus loqui non audet. vid. Chiliad. Aliud proverbium: βοῦν ἐν γνάθοις φέρειν, *bovem in maxillis ferre*, de hominibus voracibus, qualis Hercules adeo edax, ut solidos boves uno devoraret convivio. Suidas. Dicitur etiam *Bos in civitate*, ubi quis ad novos honores evehitur præter meritum. Namque in vulgi jocum cessit, quod Lysias bovis imaginem æream collocaret in arce Athenis, cum in agris boum usus sit, non in urbibus. v. Erasm. ¶ In Dativo & Ablativo Plurali & *bubus*, & *bobus* per crasin ex *bovibus* invenitur. Itaque prima longa erit. Lucretius lib. 6 v. 1129,

Consimili ratione venit bubus quoque sæpe
Pestilitas, etiam pecubus balantibus ægror.

Horat. Epod. 2 v. 3, *Paterna rura bobus exercet suis.*
In *bobus* tamen primam Ausonius corripuit etiam Epigr. 62,

Æs veluti spirans cum bobus exagites.

Quasi non crasis ibi, sed Syncope esset. v. Poëtica Giessens. p. 47. Genitivus Plur. *boum*, ejecto V, ut, *sata læta boumque labores*, Aeneid. 2 v. 306. Adde Priscian. lib. 7.
¶ *Bos Luca* elephas dicitur ideò, quòd in Lucanis elephantes primùm vidit Italia Pyrrhi tempore. Plin. lib. 8 cap. 6. Sed Varro lib 6 de L. L. à LVCE dictos putat, quod longe relucebant propter inauratos regios clypeos, quibus turres eorum ornatæ fuerunt. Ennius apud Varronem 6 de LL.

Atque prius pariet locusta lucam bovem.

Ausonius, sæpe ἀρχαΐζων, Epist. 15,

Cur me propinquum Santonorum finibus
Declinas, & Lucas boves
Olim resumto præferoces prælio
Fugit juventus Romula.

Boves autem à domestico maximoque animali nominarunt Elephantes Romani prisci ac rudes, quod verum nomen ignorarent. Similiter Leones, *ursos Numidicos* adpellarunt. Vide Lipsium lib. 2 Electorum c. 4.
¶ Semibos, ŏvis. Ovid. 2 de Arte am. v. 24,

Semibovemque virum, semivirumque bovem.

¶ Bŏvīnus, a, um, rindern, adject. Theodorus Medicus antiquus de diæta c. 15, *Vtilior*, inquit, *omnibus probatur medulla cervina: secunda bovina, & maxime de juvenibus.*
¶ Bŏvillus, a, um, idem. Vix hujus vocis exempla suppetunt, nisi *Bovillæ*, oppidi in Latio nomen, huc arcessas: aut ex Glossis, *Bovilla*, βοοστασία.
¶ Bŏvīle, is, ein kuhstall, Phædr. lib. 2 Fab. 9, *Cervus se bovili condidit.*
¶ Bovīnor, ari, est conviciari. Festus: *Bovinatur, conviciatur.*
¶ Bovinator, ōris, Lucilio est tergiversator, & malitiosus, apud Nonium c. 2. & Gell. 11. c. 7. ein lästerer.
¶ Būbălus, i, græce βούβαλος & βούβαλις, id bovem significat silvestrem, animal & robore excellenti & velocitate, ein büffel. Martial. de Spectac. epigr. 23, *Illi cessit atrox bubalus atque bison.*
¶ Bubalīnus, a, um, adject. ut, *laridum bubalinum*, rinds-fett, Vopiscus in Probo c. 4.
¶ Bubalis, e. *Bubale frustum.* Petron. id est frustum carnis bubulæ.
¶ Bubīle, is, idem quod Bovile, ein ochsen-ein viehstall. Vsi eo vocabulo sunt scriptores de re rusticâ, Cato cap. 4, *bubilia bona*, & Columella lib. 1 cap. 6, *Domitis armentis duplicia bubilia sint.*
¶ Bubsequa, æ, bubulcus, ein ochsentreiber. Sid. Apollinar. lib. 1 epist. 6, *inter bubsequas rusticanos, & subulcos.* Apulejus 8 Metam. ineunte: *equi sones opilionesque, & bubsequæ.* Scribitur & *bobsequa.* Vide Indicem Apulej. Elmenhorstii.
¶ Būbulcus, i, ein kuh- oder ochsen-hirte. Ovid. 3 Trist. eleg. 12. v. 30,

Stridula Sauromates plaustra bubulcus agit.

Virg. Ecl. 10, *Tardi venere bubulci.* Hinc
¶ Bubulcarius, i, idem. Gloss. gr. lat. βοώτης, *bubulcarius.*
¶ Bubulcitor, ari, kuh-hirte seyn. Plaut. Mostell. act. 1 sc. 1 v. 50, *Decet me amare, & te bubulcitarier.* Nonius & hoc, & Varronis exemplum citat active *bubulcitare*, sed paragoge Plautina *bubulcitarier* repugnat. Nihilominus Apulejus lib. 1 Florid. p. 343, *Est apud illos gens, quæ nihil amplius, quam bubulcitare novere*, hoc est boves pascere. Ita Elmenhorstius & Julian. Floridus legunt.
¶ Būbŭlus, a, um, rindern, βοϊκὸς, ut, *Lac bubulum*, kühmilch, Plinius 28 cap. 13. *Caseus bubulus manu pressus*, Sueton. Augusto cap. 76. *Caro bubula*, Plin. lib. 23 cap. 7. rindfleisch. *Corium bubulum*, eine ochsen-haut, oder küh-haut, Plaut. Pœnulo a. 1 sc. 1 vers. 11: *Ad capita bubula*, Sueton. August. cap. 5, locus Vrbis sic adpellatus, quod ea capita istic seu picta seu suspensa pro insigni, zum ochsenkopff.
¶ Būcĕrus, a, um, aliud adject. rindern. Festus: *Bucerum pecus de bubus dicimus.* Lucret. lib. 6 v. 1240,

Lanigeras tamquam pecudes & bucera secla.

Ovid. lib. 6 Metam. v. 395,

armentaque bucera pavit.

Apud Lucretium lib. 2, 660,

Lanigeræ pecudes & equorum duellica proles
Buceriæque greges.

Vbi videtur per Epenthesin i. interseruisse, ut *Bucerius* dixerit pro *Bucerus:* & quemadmodum alibi *alituum* pro *alitum* dixerat: & alius Poëta vetus *Larvialis* pro *larvalis:* deinde τὸ *Grex* fœmineum fecisse, de quo suo loco.
¶ Būcētum, i, vel plur. Buceta, sunt boum pascua. Gellius lib. 11 c. 1, *buceta in ea terra* [Italia] *gigni, pascique solita sunt plurima.* Tuetur hanc lectionem Gronovius ex MSS. Quidam enim *bucera* legunt. Et Sidonius lib. 2 epist. 2, *Tityri inter tinnibulatos greges per depasta buceta reboant.* Et his antiquior Lucanus lib. 9 v. 185,

calidi lucent buceta Matini.

¶ Būcŏlicus, a, um, ut, *carmen bucolicum*, ein hirtenlied. vid. Voss. 3 Poët. Inst. p. 78, *Cæsura bucolica* vocatur, quæ in quintam regionem in carmine hexametro incidit. Ovid. lib. 2 Trist. v. 538 de Virgilio:

Bucolicis juvenis luserat ante modis.

¶ Būcŏlica, orum, hirten-gespräch, qualia sunt Theocriti Idyllia, & Virgilii Eclogæ. ¶ Bucolicon etiam herbam vocat Plinius 25 c. 4.
¶ Būculus, i, apud Columell. 6 cap. 2, *Cum deinde buculos comprehenderis, extra stabulum producito*, ein stier, junger ochs.
¶ Būcula, æ, apud Virgil. Ecl. 8 dimin. eine junge kuh, kalbe. & Arnob. lib. 7 p. 224.
¶ Boo, boare, βοᾶν, mugire ut bos, brüllen. Plautus Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 77, *boat cælum fremitu virûm.* Eleganter Apulejus lib. 3 Flor. dixit: *Tragœdi adeò, ni cotidiè proclament, claritudo arteriæ obsolescit: igitur identidem boando purgant ravim*, schreien die stimme aus. ¶ Ennii est *clamore bovantes* apud Varr. 6 de L. L.
¶ Boarius, a, um, ut, *Forum boarium*, ein viehmarckt. Plin. 28 cap. 2 & 34 c. 2, *Lappa boaria*, grosse kletten, Idem 26 c. 11.
¶ Boatus, ûs, das brüllen. Apulejus 3 Miles. post principium: *præconis amplo boatu citatus accusator.*
¶ Reboare, remugire, entgegen brüllen: *Reboant silvæ*, Virgil. 3 Georg. v. 223. Et Hieronymus Commentar. II in Epist. ad Galat. præfatione: *ad similitudinem cælestis tonitrui AMEN reboat.* Onomast. vet. *Reboo*, ἀντιβοάω.
¶ Bŏōtes, æ, vide supra suo loco.
BOSCHIS, ĭdis, rectius *boschas*, ădis, aut *boscas*, ădis, βόσκας, avis est aquatica anati similis, sed minor, eine mittel-ente, id est, mediæ magnitudinis anas. Apud Columell. lib. 8 cap. 15, *Boschides*, pro *Boschades*, legitur. Gesner.
BOSPŎRVS, i, Βόσπορος, maris angustia, sic dicta à bovis meabili transitu, eine meer-enge. Duo autem memorantur hoc nomine: alter juxta Byzantium, qui *Thracius* dicitur; & alter in introitu Mæotidos paludis, qui *Bosporus Cimmerius* adpellatur. Ovidius Trist. lib. 3 eleg. 4 vers. 49,

Bosporos & Tanais superant, Scythicæque paludes,

qui est Cimmerius Bosporus. Plinius lib. 4 cap. 12 (sect. 24) *angustiæ, Thracius Bosporus, latitudine D passuum.*
¶ Bospŏrānus, a, um, adject. ut, *Mithridates Bosporanus*, Tacit. lib. 12 c. 15, imperitans gentibus juxta Cimmerium Bosporum.
¶ Bospŏrāni, accolæ Cimmerii Bospori. Sext. Rufus cap. 16, *Pompejus Bosporanis regem imposuit.* Cicero pro Lege Manil. cap. 4, *Posteaquam se Bosporanis, finitimis suis bellum inferre simulasset*, scil. Mithridates.
¶ Bosporius, a, um, idem quod Bosporanus, adject. Ovidius lib. 2 Trist. v. 298, *Egerit Ionio Bosporioque mari.*
BOTANICVS, i, ὁ βοτανικὸς, ein kräutermann, à βοτάνη, *herba.* Vnde
¶ Botanĭce, es, βοτανική, ars herbaria, ~~species Medicinæ.~~
¶ Botanicum, i, herbarium dicitur, quod ibi herbæ notentur, Isidor. 4 c. 11.
¶ Botanismus, i, runcatio, evulsio herbarum. Plin. lib. 8 cap. 18, *pauci runcant, quod botanismon vocant.*
BŎTRVS, i, βότρυς, eine weintraube. *Botrus oppositus botro maturescit*, βότρυς πρὸς βότρυν πεπαίνεται. Adagium est de contagio consortii cum improbis. *Anacharsis Scytha* dixit, *Vitem ferre tres botros, primum voluptatis, alterum ebrietatis, tertium molestiæ.* Laërt. Plutarch.
¶ Botruosus, a, um, träublicht, voll trauben. Apul. de herb. cap. 67, *botruosum semen.*
¶ Botronatum, i, ornamentum delicatum contextum βοτρυδὸν, cujus baccæ aliæ aliis adhærent ut in botris: eine vorsteck-rose, apud Tertull. de cultu fœm. c. 10.
¶ Botrȳo, ōnis, diminut. βοτρυών. Martial. lib. 11, 28,

Nec dignam toto te botryone putat.

¶ Plinio etiam medicamentum *Botryon* est lib. 28 cap. 4.
¶ Botrys, βότρυς, herba est, raben-kraut, kröten-kraut, Matthiol. traben-kraut, forsan rectius, trauben-kraut. Sic enim Plin. *Botryn* descripsit lib. 27 cap. 4, *In ramulis semen est uvis dependentibus, odore vinoso; qua de caussa botrys à quibusdam vocatur.* Hæc herba in Phrygiâ tantæ est magnitudinis, ut currum medium disrumpat. Voss. de Histor. Græc. p. 390, nisi racemus Botri hic potius intelligendus, ut ad *Botrus* mox præced. hoc referendum.
¶ Botrytes gemma est, incipienti uvæ similis, Plinio 37. cap. 10.
¶ Aliis autem Botryites, non botrytes, cadmiæ species est in fornacibus metallicis, eine art kobalt, eaque duplex, baccata seu racemosa,

mosa, & nigra, cui bracteæ colore æris purissimi adhærent, darinn ein schön stock-kupffer, Gesn. lib. de Fossilibus.

BOTULUS, i, genus farciminis duplex. Alii enim ex ovis, nucleis, cepa & porro concisis, thure item ac pipere vino perfusis; ut Apicius lib. 2 cap. 5 describit; alii ex sanguinis viscerumque infarctis conficiebantur, quod ex Festo & Tertulliano docemur. Festus: *Botulus, genus farciminis, propter connexionem a bolis sic adpellatur.* Tertullianus Apologet. cap. 9, *botuli cruore distenti*, würste, blut-würste. Græcis à distentione φύσκος adpellatur. Vetus Glossarium: *Botulus*, φύσκος. Gellius inter sordida, quibus Laberius usus, hoc nomen refert lib. 16 cap. 7.

¶ Botellus, i, diminutivum, parvus botulus. Martialis lib. 5 epigr. 79,
Et pultem niveam premens botellus.
Sidonius Apollinaris, carmine epistolæ 11 lib. 8 inserto, *olet*
Baccas per geminas ruber botellus.

¶ Botularius, i, botulorum confector seu venditor apud Senecam Epist. 56.

BOVIANUM, i, vetus Samnii oppidum, Plin. 3 c. 12. Memoratur Livio, Straboni & aliis. Hinc

¶ Bovianius, a, um, ut, *Boviania lustra*, id est, sylvæ circa Bovianum, Sil. Ital. 8 v. 565.

Bovile, vide *Bos.*

BOVILLAE, arum, inde dictæ, quia aliquando in Albano monte ab ara fugiens taurus jam consecratus, comprehensus est in vico illo, uti ait interpres Persii ad Sat. 6. Hoc oppidum, quod non procul esset a Roma, *suburbanas Bovillas* vocant Ovidius Fast. 3 v. 667. & Propert. 4 Eleg. 1 v. 33. Conf. Plin. 3 c. 5. & Cluver. Ital. ant. lib. 3 p. 917.

Bovillus, Bovinātor, Bovinor, vide *Bos.*

BRĂBĪUM seu brābēum, i, βραβεῖον, præmium victoriæ, ein kleinod.

¶ Brābeutes, æ, & Brabeuta, βραβευτὴς, βραβεῖον, seu præmium victori decernens, apud Suetonium Nerone cap. 53. Latini *Designatorem* adpellabant, ut ex Ulpiano Lege Athletas 4 D. de his, qui notantur infamia, constare potest. Vide & Lipsium de Amphitheatro cap. 20. Petr. Fabrum lib. 1 Agonistici cap. 23. ein kampff-richter, der die gewinn austheilet.

BRABYLA, æ, herba spissandi vim habens, Plin. 27 c. 8.

BRACA, & Bracca, æ, [quibusdam & *Bracha*, lenioris, ut videtur, soni caussa] Græca vox à ῥάκος: quâ Græci Asiatici ἀναξυρίδας Persarum; deinde Massilienses Græci Gallorum vicinorum femoralia nominarunt. Diod. Siculus quidem & Hesychius Gallicam vocem existimarunt; sed contra pro Græca origine Casaubonus est, quem operæ pretium erit videre ad illud Suetonii Augusto cap. 72, *Hieme quaternis cum pingui toga tunicis, & subuculo thorace laneo, & feminalibus & tibialibus muniebatur.* *Braccæ* enim vestimentum, quo femora tegebantur maxime: bein-kleider, hosen. *Barbarum tegmen*, Tacitus vocat 2 Histor. cap. 20, quod Barbarorum proprium esset; earumque gentium, quæ in frigidioribus Arctoisque regionibus habitabant, ut Getæ, Sarmatæ, item Germani ac Galli. Persæ quoque, ut originitus Scythæ erant, ita & *braccis* fuerunt usi: unde *Persicam braccam* Ovidius dixit lib. 5 Trist. Eleg. 11. Receptæ tandem & in Italiâ fuerunt: & Romæ quidem earum usus sub Augusto cœpit: qui ita invaluit postea, ut legibus compescendus Honorio & Arcadio Impp. videretur, quod ex Theodosiano Codice constat. Indignum quippe videbatur, populum principem Barbarorum more vestiri. Vide Duumviros litterarum, Casaubonum inquam atque Salmasium ad Histor. Augustæ Scriptores: illum vero & ad Suetonium dicto loco. Licebit Philippum Cluverium quoque iis addere de antiqua Germania. *Laxæ braccæ*, Lucan. lib. 1 v. 430. bluder-hosen. vid. Bernegg. ad Sueton. Cæsar. cap. 80, 4 pag. 203, 204. & Cœl. Rhodigin. lib. 18 A. L. cap. 21.

¶ Braccarius, i, qui braccas conficit, ein schneider. Lamprid. in Alexandro cap. 24, *vectigal pulcherrimum instituit, braccariorum, linteonum & pellionum*, &c.

¶ Bracatus, vel braccatus, a, um, braccis indutus: Unde & Transalpina Gallia, *braccata* adpellata; & Cisalpinæ, quæ *Togata* nominabatur, opposita est: quod ibi Gallice *braccis*; non *togis* Romano more, ut cis alpes, vestirentur: vide Plinium lib. 3 cap. 4, & Pomponium Melam lib. 2 cap. 5. Idem eod. lib. cap. 1 de Sarmatis: *Ob sæva hiemis admodum assiduæ demersis in humum sedibus, specus, aut suffossa habitant, totum braccati corpus: &, nisi qua vident & ora, vestiti.* Ubi videtur *braccæ* ejusmodi vestimenti genus notare, quod thoracem, feminalia & tibialia uno contextu contineat: quemadmodum Suevorum rustici adhuc vestiri solent. Visiturque hoc habitu Orpheus in monumentis veteribus, quæ Roma subterranea exhibet.

BRACHIUM, i, βραχίων, proprie pars illa ab ulnâ ad cubitum descendens, der ober-arm biß an den elbogen: ab eo ad manum usque *lacertus* est. Ovid. lib. 1 Metam. de Apolline & Daphne v. 500,
laudat digitosque manusque,
Brachiaque & nudos mediâ plus parte lacertos.

Cæs. B. G. L. 1. c. xxv
4

Sic *brachia jactare*, die arme hin und wieder werffen. Virgil. 5 Æn. v. 376 - - *alternaque jactat brachia.* Et *exserere brachia*, die arme ausstrecken. Ovid. 2 Metam. v. 270,
Ter Neptunus aquis cum torvo brachia vultu
Exserere ausus erat.
Molli brachio quem objurgare, est leniter objurgare. Remittunt enim lacertorum vim & frangunt quasi, qui quem percutiunt leviter. Cicero ad Atticum lib. 2 epist. 1, *Quod me quodammodo molli brachio de familiaritate Pompeji objurgas* &c. ¶ Per metaphoram ad multa alia transfertur hæc vox. Nam ¶ 1. κέρατα, quæ vocant Græci, Latinis *cornua* maris & fluviorum, quæ *diverticula* etiam dicuntur, *brachia* adpellantur: ausflüsse des meers und der strome. Ineditus Geographus, qui penes Salmasium est, de Nilo: *Ex hinc per diversa camporum spatia, per octo brachia exiens effluit, totâ Ægyptiorum terrâ irrigata.* Nos Germani etiam vocabulo arm, ita utimur. Atque ita etiam Livius lib. 44 cap. 35 extr. *veluti per devexum in mare brachium, transitum tentaturus.* Idem lib. 22 cap. 52, *brachio fluminis objecto.* ¶ 2. Est & munitionum vocabulum. Nam projecti aggeres & fossæ, (lauffgräben) quibus junguntur castrorum opera, *brachia* adpellantur: Græcis σκέλη, *crura*, ut Casaubonus ad Polybium pag. 180 observat. Hirtius, sive Oppius de Bello Alexandrino cap. 5, *Castellum, quod Rex in primo vico non longè à suis muniverat, brachiisque cum opere castrorum conjunxerat.* Livius lib. 4 cap. 9 extr. *muro brachium injunxerat.* Lucanus lib. 3 v. 385,
fontesque & pabula campi
Amplexus fossa, densas tollentia pinnas
Cespitibus, crudaque exstruxit brachia terrâ.

¶ 3. Arborum rami *brachia* dicuntur, die äste. Apulejus lib. 11 p. 260, *arbores clementi motu brachiorum dulces strepitus obsibilabant.* Virgil. 2 Georg. de Esculo v. 296,
Tum fortes late ramos & brachia tendens.
Et rursus de vitibus v. 368, *tunc stringe comas, tunc brachia tolle.*
Die rancken. Prudentius quoque Hymno 3. Καθημ. v. 54, *Vitea brachia* de palmitibus dixit. ¶ 4. Brachium elephanti, ein elephantens rüssel.

¶ Brachiŏlum, i, βραχιόνιον, diminutiv. Catull. carm. 62 v. 181, *brachiolum teres.*

¶ Brachiālis, e: adject. Ut, *nervus brachialis*, apud Plautum in Pœnulo a. 5 sc. 4 v. 99. Et *brachialis crassitudo*, dick als ein arm, apud Plinium 13 cap. 11.

¶ Substantive *Brachiale* pro ornamento brachii. Plin. lib. 29 cap. 7, *Menstruo in lana arietis nigri argenteo brachiali incluso.* Valerianus Epist. ad Zosimionem apud Trebellium Pollionem in Claudio, in masculino *brachialem* dixit, per ellipsin: subaudi *torquem.* Vopiscus Aureliano cap. 7, *Torquem brachialem & annulum apponat.* Quamquam Gruterus & Salmasius malint *torquem* à *brachiali* ibi distinctum, quorum commentationes inspicias. In altero autem *ornamentum* subintelligendum est: ein arm-schmuck.

¶ Brachiātus, a, um: in brachia compositum, das einen weiten umfang hat. Sic *vinea brachiata*, quæ *capitatæ* opponitur, apud Columellam de re rusticâ lib. 5 c. 5.

¶ Brachiolaris, e, gehenckelt, ut, *musculi brachiolares*, Veget. 2 c. 25.

¶ Brachionarium, i, ein arm-band. Gloss. gr. lat. ψέλλιον ἀνδρὸς, *brachionarium.*

BRACHMĀNES, um, & Brachmānæ, *Indorum* dicuntur sapientes præcipui, qui primum Gymnosophistæ adpellantur, tantumque studio & contemplationi rerum cælestium dediti sunt. Futuræ vitæ tantum tribuerunt, ut validi & quieto in corpore bene habentes, vitam tamen præsentem inviti tulerint, ac non raro nullâ urgente caussa ultro sibi mortem consciverint. Strab. lib. 15. Clem. Alex. l. 1 Strom. cap. 7.

BRACHYLOGIA, βραχυλογία, *breviloquium.* Quintilianus *copulatam dissolutionem* vocat, lib. 9 c. 3, cum quid celerius & instantius dicitur; ut, *Qui indicabantur, eos vocari, custodiri, ad Senatum adduci jussi, in Senatu sunt positi* &c. Cicer.

BRACTEA, sive Brattea, æ, ἀπὸ τοῦ βρέχειν, quod est illinere: lamina tenuis est aurea, aut argentea &c. Differt subtilitate a *lamina*, quæ crassior est & armis apta. Vid. Valla lib. 4 c. 74, ein dünnes blech, geschlagen gold, silber. Plinius 37 cap. 7, *bracteæ argenteæ*: Prudentius lib. 1 adv. Symmach. v. 436, *mollis si brattea gypsum*
Texerat. Nam etiam *brattea* scribitur.
Martialis lib. 9 epigr. 62, *Et linit Hesperium bractea viva pecus.*
id est, oves ibi tam nitidam lanam habere, quasi auro obducta sit.

¶ Bracteŏla, sive Bratteola, diminutivum: ein blätlein, kleines blech.
Juvenalis Satyra 13 v. 152, *qui bracteolam de Castore ducat,*
id est, tenuem laminam de Castoris statua auferat. Arnobius lib. 6 p. 205, *bracteolis fucatus* dixit, übergüldet, mit gold-blätgen überzogen.
Et Prudentius Phychomachia v. 355,
Mirantur, dum bratteolis crepitantia lora,
Et solido ex auro pretiosi ponderis axem
Defixis inhiant obtutibus.

¶ Bractearius, i, ein plattner, goldschläger. Usus est Jul. Firmicus l. 4 c. 15 & lib. 8 cap. 26, *inauratores, bractearios, argentarios.* Add. Leg. 1 Cod. de excus. artific.

¶ Bracteator, ōris, idem, & pariter Firmici est lib. 8 cap. 16, *Aurifices, bracteatores, inauratores.*

¶ Bracteatus, a, um, vergüldet. Sidonius lib. 2 epist. 10, *bracteatum lacunar.* Translate Seneca Epist. 115, *Omnium istorum, quos incedere altos vides, bracteata felicitas est.* Et Ausonius in gratiarum actione: *O mentis aureæ dictum bracteatum.*

¶ Brattealis, vel Bractealis, e, quod ex bracteis est. Prudent. hymno Romani v. 1025, *Setasque fulgor brattealis inficit.*

¶ Bracteamentum, i, subtile figmentum, ut vetus Glossator interpretatur. Fulgentius Virgil. Continentia p. 140 ed. Munkeri, *Ascræi fontis bracteamento saturior.*

¶ Imbracteare, bracteis obducere, vergülden. Ammianus lib. 14 c. 15, *statuas auro curant imbracteari.* Et lib. 17 cap. 8 [Vales. c. 4] *facis imitamentum æreum, itidem auro imbracteatum.*

BRANCE, es, genus farris, rocken, Plin. 18 c. 7.

BRANCHIAE, arum, βράγχια, sunt in piscibus secundum cervicem follium more hiantes partes, quibus anhelitum reddere ac per vices recipere existimantur, die kipen, kiehmen oder fischohren. Vid. Plinius 9 cap. 7 & 18. Vulg. Interpres etiam singulari numero usus est Tob. 6 v. 4.

BRANCHUS, i, Apollinis filius, futurorum scientia nobilis, ideoque divinos honores consecutus. Non semel ejus Statius Thebaide meminit: pluraque de eo ex Varrone Lactantius, interpres Statii, ad Theb. 3 v. 479.

BRASMA, ătis, βράσμα; ita Græci vocant bullas aquæ scaturientis, vel etiam ferventis ac bullientis; pustulas item ab igne in pane torrido factas. Hinc Brasma piper atrophum & inane dixit Plinius 12 cap. 7.

¶ Brasmatiæ, arum, βρασματίαι, terræ motus, *qui humum molestius suscitantes*,

scitantes, sursum propellunt immanissimas moles &c. ita describit Ammianus 17 c. 7.

BRASSĪCA, æ, kohl, kraut. Brassica capitata, krauthäupt. Ejus generis tria recenset Cato: *levem* [λείαν Græci adpellant à foliorum ratione, quâ crispæ opponitur,] latis & extentis foliis, de caule magno exeuntibus: *crispam*, quam *Apianam* vocat; & *lenem*, *teneram*, minutis caulibus. Vide eum de re rustica cap. 156 & 157, ubi plura habes de miris virtutibus brassicæ: de quibus & Plinius lib. 20 cap. 9. qui tamen plura alia genera recenset, quæ apud ipsum vide lib. 19 c. 8. *Brassica Marina*, vulgo in pharmacopoliis *Soldanella*, exhibetur hydropicis, meer-kohl. *Brassica Cumana*, quam Plinius *sessili folio, capite patulo*, describit: breiter rother kohl.

BRENNVS, i, Βρέννος, dux Gallorum fuit, cujus plurimam facit mentionem Livius. Asiam is diripiens cùm Ephesum venisset, plebejam virginem adamavit, quæ proditionem Ephesi ei pollicita fuit, si mundum sibi muliebrem & manuum ornamenta traderet. Brennus igitur, ut in avarissimæ virginis sinum, aurum, quod gestarent, milites injicerent, jussit: ita factum est, ut sub magna vi auri viva obrueretur, sicuti primo rerum Gallicarum Clitophon scripsit. Plutarch. in Parall. ¶ 2. Sunt & Brenni Norici populi; Horatius 4 od. 14 vocat *Brennos veloces*. ¶ 3. Est & mons in Germania, quem Philargyrus ad Virg. 4 Georg. Brennum vocat, quomodo etiamnum à Germanis adpellatur brenner, vel prenner, ab urendo, ut putatur, dictus. Nam urere in media æstate expertum se, cum in Comitatu Tyrolensi eum aliquando superasset, scribit Ortelius in Thes. Geogr. add. Bernegg. ad Sueton. Cæs. c. 25 p. 47.

BREPHOTROPHIVM, i, βρεφοτροφεῖον, locus, quo expositi & pauperes infantes publicè aluntur. Lege 19 Cod. de Sacrosanct. Eccles. das findel-hauß.

BRĔVIS, e, quod Festus ex Græco βραχὺς deducit, kurtz. *Exiguum & breve vitæ curriculum*, kurtze lebens-zeit. Sen. de brevit. vitæ cap. 1, *Illa maximi medicorum exclamatio est, vitam brevem esse, longam artem.* Virgil. 10 Æn. v. 467,

Stat sua cuique dies, breve & irreparabile tempus
Omnibus est vitæ, sed famam extendere factis
Hoc virtutis opus.

Silius Italicus lib. 4 v. 734,

Pelle moras, brevis est magni fortuna laboris.

Juvenalis Sat. 8 v. 165, *Breve sit, quod turpiter audes.*

¶ Sed non de tempore tantùm dicitur, & longo ac diuturno opponitur; verùm ita usurpatur etiam, ut idem sit, quod parvum atque exiguum & magno ac amplo contrarium, klein. Quemadmodum *brevem censum*, parvas atque exiguas facultates Horatius lib. 2 od. 15, & *breves Gyaros*, id est, non magno spatio, Juvenalis dixit Sat. 1 v. 73. Avienus Ora maritima de Tartesso v. 270,

multa & opulens civitas
Ævo vetusto, nunc egena, nunc brevis.

Brevem opponit *multæ*, quam ante vocaverat. Multam autem frequentem, & multis incolis celebratam dicit. Ergo *brevis* est parva, & in qua pauci ac rari incolæ sunt. Claudianus de Bello Gildonico v. 107 ex personâ Romæ: *brevior duxi securius ævum,*
Ipsa nocet moles.

Palladius de re rusticâ lib. 5 Tit. 8, *Aliqui mellis brevissimum circa aquam vasculum ponunt* &c. *Brevissimum*, id est, maximè parvum. *Brevis cœna* apud Horat. lib. 1 Epist. 14 est, vel quæ raptim & celeriter sumitur; vel parca atque exigua. ¶ Trajanus apud Plin. lib. 10 epist. 49, *Modo ne existimes, brevius esse ab Vrbe mitti*: näher. ¶ *Ad breve*, subaudi *tempus*: nicht lange. Suetonius in Tiberio cap. 68, *Erat prægrandibus oculis, & qui, quod mirum esset, noctu etiam & tenebris viderent, sed ad breve.* ¶ *Brevi*, sine ablativo substantivi, quod subintelligitur, Latinis usitatum est, kurtz hernach, in kurtzen. Cic. 7 Verr. cap. 54, *Brevi postea mortuus est*, er ist kurtz darnach gestorben. ¶ 2. Est & aliquando breviter, paucis, mit wenigen. Cicero lib. 3 ad Famil. Epist. 8, *Cum tu tam multis verbis ad me improborum oratione scripsisses, faciendum mihi putavi, ut tuis litteris brevi responderem.* Idem Orat. pro Cæcina cap. 32, *Id tametsi extra caussam est, percurram tamen brevi.* Phædrus præfat. lib. 3 v. 31, *Nunc fabularum cur sit inventum genus, brevi docebo.*

¶ *Brevia* sunt vadosa loca maris, navigantibus insidiosa, quod ibi undæ *breves* sint, nec in altum assurgant, seichte örter im meer, sandbäncke. Virg. lib. 1 Æn. v. 110, *Tres Eurus ab alto*
In brevia ac Syrtes urget.

Tacitus 1 Annal. cap. 70, *Eadem freto, litori, campis facies; neque discerni poterant incerta ab solidis, brevia à profundis.* Seneca ep. 22, *Sed cum viderit brevia, in quibus volutatur, incerta, ancipitia; referet pedem, nec vertet terga, sed sensim recedet in tutum.*

¶ *Breve*, libelli genus, in quo nomina militum, vel aliorum adscripta erant, ein register, rolle. Vopiscus in Aureliano cap. 36, *Breve nominum conscripsit.* Idem in Bonoso, *dabis ei juxta breve infra scriptum omnium, quæ præcipimus.* Sed & in Masculino *Brevis* dicitur: subaudi *libellus*. Lampridius Alex. Severo cap. 21, *Milites suos sic ubique scivit, ut in cubiculo haberet* BREVES, *& numerum, & tempora militantium.* Post paullo *Pittacia* adpellat: de quibus suo loco. B. Hieronymus Epist. 6 ad Florentium: *Eos libros, quos me non habere* BREVIS SVBDITVS *edocebit, librarii manu in charta scribi jubeas*: wie aus beygefügtem zettel oder verzeichniß zu vernehmen.

¶ Brĕvĭtas, ātis, die kürtze. Cicer. Att. lib. 1 ep. 10, *Brevitate temporis tam pauca cogor scribere*, üm kürtze willen der zeit, muß ich so wenig schreiben. ¶ 2. Pro parvitate. Cæsar lib. 2 de Bello Gall. cap. 30, *Gallis*, inquit, *præ magnitudine corporum suorum, brevitas nostra contemptui est.* Claudianus Epigr. 20,

Augescit brevitas doni pietate Serenæ.

Palladius de Insitionibus v. 157,

Quin & amygdaleos subeunt pistacia ramos,
Et meritum majus de brevitate petunt.

Significat enim, quò minora pistacia amygdalis sunt, eò præstantiora etiam esse.

¶ Brĕviter, ut, *Breviter & absolute exponere*, kurtz und rund beschreiben, Auctor ad Herenn. lib. 1 cap. 10. *Breviter & in transcursu aliquid dicere*, Plin. lib. 3 cap. 5. etwas kurtz und wegfertig sagen. ¶ Vsurpatur & de tempore, & τῷ *diu* opponitur. Publius Syrus: *Iratum breviter vites, inimicum diu.* ¶ Breviùs, Comp. kürtzer. Cicer. 4 Fin. cap. 10, *Quod ego pluribus verbis: illi breviùs.* Superl. Brevissimè. Idem 2 Nat. Deor. cap. 1, *Agam, quam brevissime potero.*

¶ Breviculus, a, um, idem quod perbrevis. Apulejus lib. 1 Milef. p. 107, *Grabatulus alioqui breviculus, & uno pede mutilus*, &c.

¶ Brĕvĭlŏquens, tis, qui breviter loquitur, der nicht viel worte macht. Cic. Attico lib. 7 ep. 20 pr. *Breviloquentem me tempus ipsum facit.*

¶ Brĕvĭlŏquus. Glossarium Labbæi utrumque, Græcolatinum & Latinogræcum, vertunt βραχύλογος, *Breviloquis*, quasi tertiæ esset inflexionis: nec aliter H. Stephani Glossarium p. 413. Ex Apollonio Stobæus Serm. 133, οἱ κράτιστοι τῶν ἀνθρώπων βραχυλογώτατοι, *Optimi breviloqui.*

¶ Brevĭloquentia, æ, kürtze im reden. Cicer. apud Gell. lib. 12 cap. 2, *Breviloquentiam in dicendo colere.* Hujus quamobrem essent Lacedæmonii studiosi interrogatus Lycurgus, respondit, *quia silentio finitimum est.*

¶ Abbreviare, idem quod breviare. Vegetius prologo lib. 3, *Per diversos auctores librosque dispersa, imperator invicte, mediocritatem meam abbreviare jussisti.*

¶ Abbreviatura, æ, id est, scripturæ compendium, vox recentiorum barbara.

¶ Perbrĕvis, e, sehr kurtz. Cic. 5 in Verr. cap. 9, *Istos inter se perbrevi tempore studiorum, turpitudo similitudoque conjunxit.* Et eleganti tmesi, pro Cluentio cap. 1, *Altera pars per mihi brevis videtur.*

¶ Perbreviter. Cic. pro Domo sua cap. 15, *Quæ ego nunc perbreviter attingo.*

¶ Subbrĕvis, e, etwas kurtz, ziemlich kurtz. Plinius lib. 21 cap. 7, *Saliunca folio quidem subbrevi, & quod necti non possit.*

¶ Brĕvio, are, verbum, verkürtzen, kurtz anziehen. Quintilianus lib. 1 cap. 9, *Qua* (paraphrasi, de qua ibi agit) *& breviare quædam & exornare, salvo Poëtæ sensu, permittitur.* Manilius lib. 3 v. 461. (Scalig. pag. 70.) *Ex illa totidem per partes sic breviantur.*
Vet. Gloss. βραχύνω, *Brevio*. Lactant. Epit. 8, 6, *tunc & annus & mensis & dies breviabitur.*

¶ Brĕvĭārium, i, quod ἐπιτομὴν Græci dicunt, ein kurtzer auszug oder begriff, inhalt. Suetonius de Augusto cap. ult. *Fecit breviarium totius imperii*, er hat ein kurtz verzeichniß seines gantzen regiments gemacht. Idem in Vespas. cap. 21, *deinde perlectis epistolis, officiorumque omnium breviariis, amicos admittebat.* Vide de his plura apud Bernegg. ad Sueton. August. cap. 28. Bœcler. ad Tacit. lib. 1 Annal. cap. 11 p. 236, 237. Rupert. ad Florum p. 114 seqq. Zevecot. ad eumd. p. 197. Vulgare &, ut videtur, sordidum, nec satis Latinum Seneca habet Epist. 39 princ. *Vide*, inquit, *ne plus profectura sit oratio ordinaria, quàm hæc, quæ nunc vulgò* BREVIARIVM *dicitur: olim cum Latinè loqueremur,* SVMMARIVM *vocabatur.* Vet. Gloss. *Breviarium* ἐπιτομή. Conf. Borrich. Cogit. p. 52.

¶ Breviarius, a, um, etiam adjective invenitur, ut, *Rationes breviariæ*, Lege ult. Dig. de Peculio legato.

¶ Brĕvĭātor, ōris, P. Orosius lib. 1 hist. advers. Pagan. cap. 8, *Pompejus historicus, ejusque breviator Justinus.*

¶ Breviatio, ōnis, Augustinus epist. 80 ad Hesych. *Quod dictum est de dierum breviatione propter electos.*

BRĬĂREVS, i, Βριαρεὺς, trisyllabum, Gigas est, Cæli & Terræ filius. Custos additus est Orci vestibulo, ne Titanes ruptis vinculis vim inferis faciant. Vid. Hesiod. in Theogon. & Homer. Iliad. 1 v. 403. ubi eum ἑκατόγχειρα facit, & ab Diis quidem Briareum dici, ab hominibus autem Ægæonem, cujus descriptionem vide apud Virg. lib. 10 Æneid. v. 565, *Ægæon qualis, centum cui brachia dicunt,*
Centenasque manus, &c.

Idem 6 Æn. v. 287, *Et centumgeminus Briareus, ac bellua Lernæ.*

¶ Briārēius, a, um, adject. quinque syllabarum. Claudianus lib. 3 Rapt. Proserp. v. 188, *Appetiit centum Briareia turba lacertis.*

BRĬGANTES, um, numerosissima Britanniæ civitas, ut Tacitus vocat Agricola cap. 17. Meminit & in Annal. & Historiarum libris: Et Juvenal. Sat. 14 v. 196. ¶ 2. Brigantes, vermiculi, qui cilia arare & exulcerare solent, filtzläuse, Marcell. Emp. c. 8.

BRIGANTIA, æ, oppidum Vindelicorum ad lacum Acronium. Strabo lib. 4, *Brigantium*, Βριγάντιον, vocat. ¶ 2. Ipse lacus, cui ista urbs adposita. Ammianus lib. 15 cap. 6. (Vales. c. 4) *lacum* [Rhenus] *invadit rotundum & vastum, quem Brigantiam accola Rhætus adpellat*, den Boden-see.

¶ Brigantii, populi, accolæ illius lacus. Strab. c. l. p. 142.

¶ Brigantīnus, a, um, adject. ut, *Lacus Brigantinus*, Plinio lib. 9 c. 17, qui alias Acronius, nostris, ut modo dictum, der Boden-see, adpellatur.

BRĪMO, Βριμώ, Hecates vel Proserpinæ cognomen, ἀπὸ τοῦ βριμᾶν, hoc est, a terrendo impositum, eo quod nocturna terriculamenta immitteret. v. Cæl. Rhodig. 11 cap. 16. Stat. 2 Sylv. 3 v. 38. & Propert. 2 Eleg. 2 v. 64.

BRISA, æ, ἡ βρίσα, eine getretene traube, die man keltern will. Columella lib. 12 cap. 39, *subactam brisam prælo subjicere.*

BRĪSES & Chryses fratres fuerunt, ille Pedasum, iste Chrysam incoluit. Ab hoc derivatur patronymicum Chryseis, alias Astynome vero & genuino nomine dicta; ab isto

¶ Brīsēis, ĭdis, Βρισηΐς, alias Hippodamia adpellata, uti ex Eustachio docet Cœlius lib. 13 cap. 5 Lect. Antiq. Ea fuit Phrygia puella præstanti forma, Achilli primùm, deinde Agamemnoni in deliciis. Hom. Iliad. lib. 1. De hac Horat. 2 carm. ode 4 v. 3,

Serva Briseis niveo colore
Movit Achillem.

BRĬTANNIA, æ, insula in Oceano Septemtrionali, dicta sic a *Britone* rege. Sita est, sed maximis intervallis, adversus Germaniam, Galliam

liam & Hispaniam. Porrigitur in longum millibus passuum octingentis, in latum trecentis, Plinio auctore lib. 4 cap. 16. *Vnde maximam insularum, quas Romana notitia complectitur*, Tacitus in vitâ Agricolæ vocat. *Britanniæ* nomine plures insulæ continentur, ut Scotia, Hibernia, Orcades &c. Κατ' ἐξοχὴν tamen *Britannia* adpellata, quæ & *Albion*, nunc *Anglia* dicitur, quod Britannicarum insularum nobilissima maximaque est. Vide Plinium dicto loco: & Tacitum eo, quem laudavimus, libro cap. 10 & seqq. ubi pluribus describit. Ante Cæsarem ignota fuit. Igitur cum retexisset Julius, *novus* & *alter orbis* existimata. Florus lib. 3 cap. 10 de expeditione Cæsaris in Britanniam loquens: *Respexit Oceanum, &, quasi hic Romanus orbis non sufficeret, alterum cogitavit.* Similia apud Vellejum lib. 2 cap. 46. Plutarch. in Cæsare pag. 719, & veterem Poëtam in Catalectis Plin. 19 cap. 1, itemque Tacit. Agricol. cap. 30 & ibi Virdung. pag. 184 seq.

¶ Britannus, i, incola Britanniæ. Virgil. Ecl. 1,

Et penitus toto divisos orbe Britannos.

¶ Britannicus, a, um, adject. Juvenalis Sat. 10 v. 14,

Quantò delphinis balæna Britannica major.

¶ Britannica, æ, βρεταννική, planta est Dioscoridi. Plin. 25 cap. 3 & Apul. de herb. cap. 29. löffel-kraut.

¶ Brĭto, ŏnis: Britones iidem, qui Britanni: item Galli ad Oceanum Britannicum siti: quorum regio nunc *Bretaigne*, *Bretannia* nominatur. Gallos autem antiquissimis temporibus *Brit*, vel *Brith*, nominatos, eosque primum habuisse Britanniam, & insulæ ab se dedisse nomen, eruditissimus Cambdenus in descriptione Britanniæ idoneis rationibus & auctoritatibus adprobat. Sane Ausonio *Brito* idem qui *Britannus*, Epigr. 109 & 110,

Silvius ille Bonus, qui carmina nostra lacessit,
Nostra magis meruit disticha Brito Bonus.
Silvius hic Bonus est: quis Silvius? iste Britannus:
Aut Brito hic non est Silvius, aut malus est.

Ex quibus cognoscere licet, *Britones* olim ob perversum pravumque ingenium male audisse. Vnde idem Poëta statim sequenti Epigr. 112, *Nemo Brito bonus.*

BRĬTŎMARTIS, Charmes ex Jove filia. Quæ, cum Dianæ perpetuam virginitatem vovisset, ac se venandi currendique studio claram ac nobilem reddidisset, Minois Cretensis regis amorem erga se movit. Quem ut effugeret se consectantem, de præcipitio montis se abjecit in mare, ipse mons *Dictes & Britomartis*, à Cretensibus *Dictynna*; ab Æginetis vero *Alphæa* est adpellata. Narrant fabulam Callimachus hymno in Dianam, v. 190. Diodorus Siculus, Pausanias, Strabo: attingit quoque Virgilius in Ceiri, v. 285. Vbi vide Scaligerum. Solinus auctor est c. 11, ipsam Dianam *Britomarten* Cretensibus gentiliter adpellatam.

BRIZA, æ, Βρίζα, frumentum, quod *farraginem* & *secale* Plinius vocat; schwartzer rocken.

¶ Sed *Brisa* seu *Brissa*, uva quæ calcatur. vid. supra.

BRIZO, Βριζώ, apud Delios vaticiniorum, quæ ex somniis sumuntur, dea habita est. Athen. lib. 8. Rhodig. lib. 7 cap. 10.

BROCCVS, brochus, & broncus, i, dens eminulus, & in adversum de serie procurrens, sive exertus. Varro de equis lib. 2 de re R. cap. 8, *Cum dentes sint facti brocchi, & supercilia cana, & sub ea lacunæ, ex observatis dicunt, eum equum habere annos sedecim.* Idem eod. lib. cap. 9 probat canem *mento suppresso, & ex eo enatis duobus dentibus, paullò eminulis superioribus, directis potiùs, quàm brocchis.* ¶ 2. Plinius *Brocchos* adpellat homines ipsos ejusmodi dentibus, atque labratos improbiùs: unde iidem & *Labeones* dicti, lib. 11 cap. 37. *Broncos* Lucilius dixit apud Nonium: qui eos, *producto ore & dentibus prominentibus* interpretatur: ein blöck-zahn.

¶ Brochĭtas, ātis, ipsum vitium dentium: apud Plin. lib. 11 c. 37.

BRŎMOS, i, βρόμος, rectiùs βρῶμος, avena, habern. Plin. lib. 21 cap. 25, *Bromos semen est spicam ferentis herbæ: nascitur inter segetes avenæ genere: folio & stipulâ triticum imitatur*; & lib. 18 cap. 11, *Bromos, siligo exceptitia, & tragos, externa omnia ab oriente invecta oryzæ similia.*

BRŎMIVS, i, βρόμιος, Bacchi nomen, à βρέμειν, fremere: à fragore tonitruum scilicet, quæ in nativitate ejus excitata fuerunt. Vt Diodorus Siculus lib. 4 Bibliothecæ observat. Ovid. lib. 4 Metam. v. 11,

Thuraque dant, Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyeumque.

BRONCHOCĒLE, es, Βρογχοκήλη, morbus est, tumor nimirum gutturis & cervicis inter cutem & arteriam asperam, seu hernia gutturis, Celso lib. 7 cap. 13.

Broncus, vide *Broccus.*

BRONTES, æ, βρόντης, Cyclops, Vulcani minister. Virg. 8 Æn. v. 424,

Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro.
Brontesque Steropesque & nudus membra Pyracmon.

Brontes tonitru, *Steropes* fulgur, *Pyracmon* incus ignea. Vid. Barth. ad Stat. Silv. pag. 14.

BRONTIA, æ, gemma est Plinio lib. 37 cap. 10, *Brontia capitibus testudinum similis, & cum tonitruis cadens, fulmine icta restinguit*: ein donnerstein.

BRŎTEAS, æ, & Ammon fratres pugiles, cæstibus pugnantes. vid. Ovid. Met. 5. v. 107. ¶ Alius Broteas vel Broteus, Vulcani & Minervæ filius, propter deformitatem vultus contemtus, se in rogum ardentem conjecit. vid. Ovidii Ibis v. 517. & Gell. 22 c. 11.

BRVCHVS, i, vermiculus herbas erodens locustæ similis, sed sine alis, Sipontino, brochkefer. ¶ 2. Bruchi sunt kraut-würmer, raupen, ἀττέλαβοι, Hieronym. in Joel. 1, 4.

BRVCTĔRI, orum, populi sub *Cheruscis* & *Longobardis* fuerunt in regione Brunsuicensi sub Goslaria, ubi adhuc reliqua est adpellatio montis Bructeri, quem Melibocum dicunt adpellatione veteri, den brocken, den brocksberg. Huic explicationi favet Claudianus de 4 Consf. Honor. v. 449,

venit accola silvæ
Bructerus Hercyniæ.

Alii ad Amisiam ponunt & vicinis inferioris Germaniæ regionibus. Tacitus 4 Hist. c. 21, *Civilis universam Batavorum gentem in arma rapit. Junguntur Bructeri Tencterique.* Sed pulsos ea sede, aut excisos, narrat idem de German. cap. 33.

BRV̄MA, æ, solstitii hiemalis dies, der kürtzte tag, quo sol ingreditur primum gradum Capricorni. *Bruma* autem ex *brevima*: id est, *brevissima*: antiqui enim pro *brevissimo*, & *brevimum* dicebant. Sic ab *imbecillis & imbecillimum*, apud Senecam epist. 85, & *imbecillissimum*, apud Celsum lib. 2 cap. 18 legimus. Ex *brevima* autem contractè *Bruma*: id est, *dies brevissima*. Hinc Varro lib. 5 de L.L. BRVMA, inquit, *dicta, quod brevissimus dies.* Non itaque audiendus Festus est, qui ex Græco deducit: quod *Bruma* dicatur, quasi βραχὺ ἦμαρ. Ceterùm de tempore *Brumæ*, quo fieret sive conficeretur, non conveniebat inter Veteres. Hipparchus enim in primis Signorum partibus; Eudoxus vero & Meton aliique in octavis Solstitia fieri existimabant: de quo nonnulla notavit Cellarius ad Prudentii de Natali Domini Hymnum vers. 2. ¶ 2. Poëtis Bruma pro hieme ponitur. Martial. lib. 7 epigr. 94,

Bruma est, & riget horridus December.

Idem lib. 1 epigr. 50,

At cum December canus, & bruma impotens
Aquilone rauco mugiet.

Horat. 4 ode 7 v. 12, *mox bruma recurrit iners*, der winter kömmt bald wieder. ¶ 3. Veteres sibi persuaserant, a solstitio brumali novum annum commodissime inchoari. Vnde & est, quod Bruma pro novo accipiatur anno, ut observat Scaliger lib. 5 de emend. temp. f. 412. Hujus rei rationem quærit ex Jano Ovidius, a quo sequens accepit responsum 1 Fast. v. 163,

Bruma novi prima est, veterisque novissima solis:
Principium capiunt Phœbus & annus idem.

¶ Brumalis, e, adject. winterlich; ut, *brumale tempus*, Cic. in Arat. *Brumale frigus*, Martial. 13 epigr. 16. *Sol accedens ad brumale signum*, Cic. 3 de Orat. cap. 45.

¶ Brumalia, Festum Romanorum, (ἑορτὴ τῶν βρουμῶν, Constantino in Geoponicis nominatur; ita enim ibi legendum; non βρουκῶν, ut Cœlius Rhodiginus putabat, recte monente Rutgersio lib. 4 Var. Lect. cap. 8.) quod bis in anno celebrabatur: quod tamen ad *Brumam* haud pertinebat.

BRVNDV̄SIVM, & Brundisium, i, Βρεντήσιον, portus & urbs clarissima Calabriæ, unde tuta jam olim Romanis in Græciam via fuit. Celebris Pompeji à Cæsare obsessi fugâ, & famâ Appiæ viæ eo usque stratæ. Cretenses profugos ibi consedisse traditur: unde Lucanus lib. 5 v. 406, *Minoia tecta* vocat. Idem lib. 2 v. 608,

profugusque per Appula rura
Brundusii tutas concedit Magnus in arces.

Et Silius lib. 8 v. 576,

Nec non Brundusium, quo desinit Itala tellus.

¶ Brundusīnus, a, um, adject. *Brundusinum fœdus*, Tacit. annal. 1 c. 10, de quo Meibom. in Mæcenat. c. 9 n. 11 p. 63.

BRVSCVM, i, tuber in acere arbore Plinio lib. 16 cap. 16. ¶ 2. Plantam etiam illam, quæ *Ruscus* dicitur, officinæ *bruscum* vocant. Vide *Ruscus.*

BRVTA, æ, arbor cupresso similis, Plin. 12 c. 17.

Brutesco, vide *Brutum.*

BRVTTII, vel Brutii, orum, Italiæ populi, tractum Siciliam versus ultimum, quem nunc *Calabriam* vocant, occupant.

¶ Bruttius, a, um, adject. *Ager Bruttius*, & *Tellus Bruttia*, Silius 16 ineunte: *pix Bruttia*, Plinius 24 c. 7. Rursus Silius lib. 17 v. 437,

Sævior his Latios vastabat Bruttia signa
Lælius increpitans.

¶ Et *Bruttium*, promontorium est Italiæ, quod *Scyllæum* Ptolem. nominat, occiduæ Italiæ extimum.

¶ Bruttiani vel Brutiani, lictorum genus ex Bruttiis, qui, quod primi in Italia ad Annibalem desciverant, deinde ignominiæ causa magistratibus in provincias euntibus parere & servorum vice ministrare jussi, ut, quos illi juberent, vincirent aut verberarent, häscher. vide Gell. 10 c. 3, & Festum. Corrupta voce hodie apparitores & lictores in Italia *Bruti* & *Sbirri* dicuntur. Fulgos. lib. 9 c. 10.

BRV̄TVS, a, um, ἄλογος, quod nomen proprie terræ tribuitur, quasi quæ sine sensu immota jaceat. Horatius lib. 1 ode 34,

Quo bruta & vaga flumina.

ad quem locum Scholiastes Vetus: BRVTI, inquit, *graves, & tardi dicuntur, quod terre perpetuum est.* Similia Festus & Nonius. Ita Cicero voce *Stolidus* usus est, Topicis cap. 15, *Hujus generis caussarum, sine quo non efficitur, alia sunt quieta, nihil agentia, stolida quodammodo, ut locus, tempus.* Pacuv. citatus ad Herenn. 2 cap. 23, *Fortia bruta.* Plinius 11, 37, *Bruta existimantur animalium, quibus* [cor] *durum riget: audacia, quibus parvum est: pavida, quibus prægrande*: tumm, ohne witz.

¶ Brutum, i, substantive, pro animali rationis experte, hodie pervulgatum est, non autem ex usu veterum, quamquam facile *animal* subaudiri possit. Fuere tamen, etiam ex Christianis, qui brutis animalibus rationem attribuerunt. vide Lactant. lib. 2 Instit. Div. cap. 10.

¶ Brutesco, ĕre, brutum fieri, tumm werden, zum vieh werden. Sidonius lib. 4 epist. 1, *secundum belluas ineptit, brutescit.* ¶ 2. sensum perdere. Lactantius lib. 2 Instit. c. 5 sect. 40, *Animal, quia sensu præditum est, etiam membra ejus habent sensum: nec nisi a corpore avulsa, brutescunt.* Sic Gronovius e MS. restituit: vulgo perperam *putrescunt* legebatur.

¶ Obbrutesco, ĕre, idem. Lucret. lib. 3 v. 546, *anima obbrutescit*; & Prudent. Hamart. v. 651, *Claude meatus obbrutescentis capitis.*

¶ Brūtus, i, etiam familiæ Romanorum nomen. Brutorum primus fuit L. Junius, sororis Tarquinii filius, qui quod stultitiam simulasset, ne ab avunculo occideretur, *Bruti* nomen adeptus fuit. Ad quod Ovidius allusit Fast. lib. 2 v. 717,

Brutus erat ſtulti ſapiens imitator, ut eſſet
Tutus ab inſidiis, dire Superbe, tuis.

Vide Livium lib. 1 cap. 56, & Zevecot. ad Florum p. 202. ¶ 2. Ex hoc qui deduxerunt genus alii quoque celebrantur *Bruti*; ſed nobiliſſimus omnium *Marcus* eſt: (cujus partem 3 de Jure Civili ſcripſiſſe libros, Cicero 2 de Oratore auctor eſt,) amiciſſimus Ciceroni, cujus nomine & librum de Claris Oratoribus Tullius inſcripſit, qui eidem & alium, *de perfecto Oratore*, conſecravit; habenturque ejus ad Ciceronem, & hujus ad illum non paucæ Epiſtolæ: Plutarchus quoque peculiarem librum in parall. de vitâ ejus nobis reliquit. Vide hiſtoriam civilis belli, & cædis Cæſarianæ. Hic enim præcipuus fuit ex percuſſoribus Cæſaris.

¶ Brūtīnus, a, um. *Conſilia Brutina*, id eſt, Bruti. Cicero ad Brut. epiſt. 15.

¶ Brutianus, idem. Lactantius lib. 2 cap. 7 ſub fin. *Cæſar Auguſtus bello civili Brutiano implicitus gravi morbo*: hoc eſt, Caſſii & Bruti bello Philippenſi. Sic *Brutiana caſtra*, *Brutianæ partes*, Vellej. 2. cap. 72 & 74. ¶ De Brutianis qui ex Bruttiis erant, vide paullo ante *Bruttii*.

BRVXELLA, æ, Brüſſel, urbs Brabantiæ præcipua.

BRYA, æ, frutex gallæ ſimilem fructum ferens, Plin. 13 c. 21.

BRYON, βρύον, herba corallina, & muſcus in arboribus odoratus, in quercubus nimirum, piceis & populis albis, mooß. Plin. 27 c. 8.

¶ Bryonia, herba, quæ & vitis alba dicitur, ſtickwurtz, hundskürbs, gichtruben. ¶ 2. Eſt & Bryonia nigra, βρυωνὶς μέλαινα, ſchwartze ſtickwurtz. vid. Plin. 23 c. 1. & 24 c. 9.

BVA, æ, potio parvulorum, kinder-getränckе, ex Varrone vel Catone de liberis educandis apud Nonium c. 2.

Bubălus, Bubalinus, vide *Bos*.

BŪBASTIS, Herodoto; Bubaſtus [βούβαστος] Straboni, Ægypti civitas, ubi Diana eximio templo celebrabatur, quod & ipſum *Būbaſtis*, a Dea, (namque & illi hoc datum nominis fuit) adpellatum. Herodotus lib. 2 c. 137. Et Ovid. lib. 9. Metam. v. 692,

cum qua latrator Anubis,
Sanctaque Bubaſtis, variisque coloribus Apis.

¶ Bubaſtia, Sacra, quæ in honorem Dianæ apud Bubaſtum celebrabantur quotannis, quorum Herodotus meminit. Gratius Cynegetico v. 42,

Vix operata ſuo, ſacra ad Bubaſtia, lino
Veſtitur ſonipes æſtivi turba Canopi.

BŪBĂSVS, i, Cariæ regio, v. Plinius lib. 5 cap. 18.

¶ Bubăſis, ĭdis, Patronymicon. Ovid. lib. 9 Metam. v. 645,

Byblida non aliter latos ululaſſe per agros
Bubaſides videre nurus.

Bubaſides nurus, id eſt, Cariæ.

BŪBO, ōnis, βύας, uhu, nacht-eule, à bovis mugitu dicta, avis *monſtroſa, funebris, dira & abominata, funerea, Stygia, feralis, infanda*, [his enim à Poëtis ornatur epithetis] funeris aut alterius calamitatis ſæpè nuncia. Ovid. Metam. lib. 5 v. 550,

Ignavus bubo, dirum mortalibus omen.

Nam & conſpici frequentius & audiri ſolent, turribus, templis, aut domibus inſidentes, ante peſtes graſſaturas. Hinc *bubonem funereum* Ovid. 10 Met. v. 453 dixit, & *luctiferum* Seneca Herc. Fur. v. 687. Vnde Apulejus lib. 3 Mileſ. ſcribit, *iſtas nocturnas aves, cum penetraverint Larem quempiam, ſollicite prehenſas foribus affigi, ut, quod infauſtis volatibus familiæ minantur exitium, ſuis luant cruciatibus.* Vid. Plin. lib. 13 cap. 7. In citatis & aliis locis *Bubo* virilis generis eſt; ſoli Virgilio Æn. 4 v. 462 eſt *ſola bubo*, ſexu ſequiore: ſed *avis* ſubauditur, ut Servius ibidem obſervat. ¶ 2. Dicuntur *bubones* etiam & inguina ipſa, & ¶ 3. Inflammationes inguinum βουβῶνες, ſchlieren, beulen.

¶ Būbulo, are, βύζω. Auctor carminis de Philomela:

Bubulat horrendum ferali carmine bubo.

¶ Būbo, ĕre, ſimile verbum pro Bubonis vel Butionis voce exprimenda. Idem Philomelæ auctor:

Inque paludiferis butio bubit aquis.

Alii *buttit* legunt.

¶ Bubonium, i, Plinio lib. 27 cap. 5, herba eſt ſic dicta, quòd inguinum ſit remedium. Βουβώνιον, ἀστὴρ ἀττικὸς Græcis eſt, Aſter Atticus: ſternkraut, ſchartenkraut, wegſtro, Junio.

¶ Bubōnŏcēle, es, βουβωνοκήλη, ramex inguinum, cum ruptum aut arefactum in inguina deſcendit & ſubſidit, Herniæ ſpecies, ein bruch. Cornel. Celſ. lib. 7 cap. 18 extremo.

Bubſequa, Bubulcitor, Bubulcus, Bubulus, Bucolicus, Buculus, vide *Bos*.

Bucæda, vide in compoſitis verbi *Cædo*.

BVCARDIA, æ, gemma bubulo cordi ſimilis. Plin. 37 c. 10.

BVCCA, æ, γνάθος, proprie malarum pars, quæ inflatur. Plinius lib. 11 cap. 37, *Infra oculos malæ, homini tantùm, quas priſci GENAS vocabant, XII Tabularum interdicto radi à fœminis vetantes. Infra ea hilaritatem riſumque indicantes BVCCAE*: das weiche oder hole im backen. *Buccæ purpuriſſatæ*, Plaut. Trucul. a. 2 ſc. 2 v. 35, geſchmünckete backen. *Buccas inflare*, ſive, ut Græci loquebantur, φυσᾷν τὰς γνάθους, de ſuperbis, & faſtuoſis dici, Suidas notat: probaruntque id eruditi ex Demoſthene. Quo fere illud Perſii referri poteſt ex Satyra 5 v. 13, *tumidas intendis rumpere buccas*. Idem tamen & ad iratos pertinet. Horat. lib. 1 Serm. Sat. 1 v. 27,

Quid cauſſæ eſt, merito quin illis Jupiter ambas
Iratas buccas inflet?

Plaut. Stich. act. 4 ſc. 6, *Age, jam infla buccas*, blaſe auf. ¶ 2. *Bucca*, os, ex quo vox prodit. Cicer. ad Att. lib. 1 epiſt. 12 extremâ: *Si rem nullam habebis, quod in buccam venerit, ſcribito*, was dir einfällt, oder ins maul kömmt. Sic Martial. lib. 12 epigr. 24,

Quicquid
In buccam tibi venerit, loquaris.

Lib. 11 epigr. 7 dixerat idem in eamdem ſententiam:

Quicquid venerit obvium, loquamur
Moroſa ſine cogitatione.

Et nota locutio eſt, *Dicere, quicquid in buccam venerit*, & *Garrire, quicquid in buccam venit*. ¶ 3. Ipſi quoque, qui inflant buccas, ita vocantur poëtice. *Notæque per oppida buccæ*, Juven. Satyr. 3 v. 35, i. e. tibicines.

¶ Buccula, æ, ein bäcklein, diminutivum. Suetonius Galba cap. 4, *Conſtat, Auguſtum puero adhuc ſalutanti ſe inter æquales apprehensâ bucculâ dixiſſe* &c. Apulejus 6 Mileſ. *Tunc Jupiter perpreſſa Cupidinis bucculâ manuque ad os ſuum relatâ conſuaviat.* & lib. 3, *Tuis iſtis micantibus oculis, & rubentibus bucculis, & renidentibus crinibus, & hiantibus oſculis, & flagrantibus papillis in ſervilem modum addictum atque mancipatum teneas volentem.* Sic Arnobius dixit lib. 2 p. 73, *bucculas inflandis tibiis diſtendere.* ¶ Buccula etiam dicitur caſſidis pars, quæ buccas tegit, das viſier, der bart am helm. Juvenalis Sat. 10 v. 134, *Lorica & fractâ de caſſide buccula pendens.*

¶ Bucco, ōnis, ein paußback. Buccones amplas buccas habent: quos Phyſiognomici fatuitatis arguere ſolent. Et vero Plautus inter ejus notæ homines commemorat Bacchid. a. 5 ſc. 1 pr. Quo nomine Apulejus Apolog. pag. 325 *maccos & buccones* conjungit. vide *Maccus*. ¶ 2. Vetus Gloſſator & *Paraſitos* interpretatur. *Buccones*, παράσιτοι, βουκκίωνες. Nec mirum: namque iidem & γναθῶνες, ὰ γνάθοις ſeu buccis adpellati. Nam cum tria paraſitorum genera ſint: unum eorum, qui dictis factiſque ridiculis victum quærunt: alterum eorum, quos Plautus feſtivè *plagipatidas* vocat; tertium adulatorum ſive aſſentatorum, quod primùm inſtituiſſe Terentianus Gnatho gloriatur: *Buccones* ad alterum genus pertinent: in quibus Nicolaus apud Stobæum, γνάθον ἀκάματον εὐθὺς δυναμένην πληγὰς φέρειν, *buccam indefeſſam, quæ continuo alapas ſuſtinere poſſit*, requirit: die aufblaſen, und naſenſtüber aushalten.

¶ Bucculentus, a, um, cui tumidæ ſunt buccæ, großmäulig, paußbäckicht. Plautus Merc. act. 3 ſc. 4 v. 54.

¶ Buccea, æ, à bucca, fruſtulum alicujus rei eſui aptæ, ein mundbiſſen: ut, *panis buccea*, ein biſſen brods. Vſus eâ voce Auguſtus apud Sueton. lib. 2 cap. 76, *duas bucceas manducavi*.

¶ Buccella, æ, diminut. Onomaſt. Vet. *Buccella*, ψώμιον, ein bißlein.

¶ Buccellaris, e, adject. ut, *buccellaris farina*. Plin. Valerian. 1. cap. 6.

¶ Subſtantive Buccellare vas chymicorum eſſe videtur. Marcell. Emp. c. 23, *In buccellari decoquere*, diſtilliren.

¶ Buccellarius, i, qui eſt in familia patroni, ejusque pane enutritur, ein tiſchgenoß, koſtgänger. Item paraſitus & aſſecla, qui aliena buccea vivit. vide Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 238. Sunt & *Buccellarii* domeſtici ſtipatores, & cuſtodes corporis, leibtrabanten, einſpänniger, qui ſuis dominis adſiſtunt ſemper, l. 10. C. ad leg. Jul. de vi publ. Suidæ *Buccellarii* ſunt Gallogræci, quod illi huic potiſſimum miniſterio admoverentur. Adde Turneb. adverſ. 24 c. 16. & 26 c. 15.

¶ Buccellatum, i, panem bis coctum dixit Ammianus lib. 17 cap. 17 [Valeſ. c. 8] zwieback. Verba Ammiani: *Frumentum ad uſus diuturnitatem excoctum, buccellatum, ut vulgo adpellant, humeris impoſuit libentium militum.* Spartianus in Nigro cap. 10, *Piſtores ſequi expeditionem prohibuit, buccellato jubens milites, & omnes contentos eſſe.* Seneca epiſtola 83, *Panem ſiccum* vocat.

BVCCĬNA, æ, σάλπιγξ, à buccis, vel ſecundum Varronem de L. L. lib. 5 cap. 7 a ſono βοῦ & *cano*: inſtrumentum, quo datur ſignum in hoſtes ad pugnam; eine trompete. Item, quo vigiliæ olim committebantur, ſeu inchoabantur: quo reſpiciens Propertius dixit lib. 4 eleg. 4, *Et jam quarta canit venturam buccina lucem.*

Nam cum nox in quatuor vigilias eſſet diſtributa; ſingulæ autem vigiliæ trium horarum eſſent; idcirco quarta vigilia ſub 4 matutinam noſtram inibat, quod tempus Propertius *quartâ buccinâ* deſignat. Nam ſexta noſtra veſpertinâ prima inibat vigilia. ¶ 2. Eſt & Paſtorum *buccina* Columellæ lib. 6 cap. 23, & Varroni de R. R. lib. 2. cap. 4, ein hirtenhorn.

¶ Buccinum, i, Plinius dixit in eadem ſignificatione de apibus ad opus excitandis lib. 11 cap. 10. ¶ Quo in genere etiam conchæ minoris nomen eſt, ſic dictæ a ſimilitudine buccini, quo ſonus editur. Plin. lib. 9 cap. 36, eine ausgeſpitzte meerſchnecke.

¶ Buccino, are, blaſen, trompeten. Varro R. R. lib. 2 c. 4, *cum buccinatum eſt*. Senec. Controv. 3 præf. *Ter buccinavit.*

¶ Buccinator, ōris, trompeter. Cæſar 2 Civ. cap. 35. ¶ 2. Item prædicator, laudator, ein ausruffer, lobſprecher. per Metaphor. Cic. filius ad Tironem lib. 16 Epiſt. 21, *Quod polliceris, te buccinatorem fore exiſtimationis meæ, firmo id conſtantique animo facias licet.*

¶ Debuccino, are, ausblaſen. Tertull. de virg. vel. c. 13, *Nihil debuccinemus eorum* &c.

¶ Dibuccinare, divulgare. Velius Longus de Orthograph. pag. 2227, ubi *Dis* ante *B* in compoſitione, *Di* ſcribi, *S* abjecto, hoc exemplo probat, ut *bucinat*. nam etiam *Bucina* ſcribunt a βυκάνη. Papirianus, æque vetuſtus grammaticus, niſi prior, idem tradit de verbo *dibucinare*, p. 2294. Putſch. ed.

¶ Ebuccinare, eodem ſenſu recentiores formant, ſed absque autoritate.

Bucco, quære in *Bucca*: Bucentaurus in *Centauri*.

BŪCĔPHĂLVS, i, Βουκέφαλος, Alexandri magni equus, de quo hoc modo Plin. lib. 8 cap. 42, *Alexandri equi magna raritas contigit, Bucephalon eum vocarunt, ſive ab aſpectu torvo, ſive ab inſigni taurini capitis armo impreſſi. Sedecim talentis ferunt ex Philonici Pharſalii grege emptum. Neminem hic alium quàm Alexandrum regio inſtratus ornatu recepit in ſedem*, &c. *Sine ornamentis verò & nudus cuilibet equiſoni ſe dedit conſcendendum*, ut Plutarchus ſcripſit. Fertur & Julio Cæſari ejusmodi fuiſſe equus, qui ſeſſorem alium nullum paſſus ſit, præter Cæſarem ipſum. Gell. lib. 5 cap. 2, *Equus Alexandri regis & nomine & capite Bucephalus fuit.* Vide & Curtium libro 6 cap. 5. Neque vero Alexandri ille ſingularis equus *Bucephalus* adpellatus tantùm, ſed omnes illi id tulêre nomen, quibus taurini capitis inſigne inuſtum eſſet, ut Scholiaſtes Ariſtophanis & Heſychius

nos

nos docent. Conf. Salmas. in Exercit. Plinian. p. 893. Vossius lib. 4 Instit. Orat. pag. 132. Gronov. ad Stat. Silv. pag. 31. & Mich. Piccarti Pericul. Crit. lib. sing. c. 1. ¶ 2. *Bucephalus* c. l. dicitur urbs, quam Alexander Bucephalo equo condidit: quæ *Bucephale*, & *Bucephala*, & *Bucephalea* aliis adpellata. Vide Curtium lib. 9 c. 1 n. 6.

BVCĔRAS, atis, βȣ́κερας, herba, quam fœnum Græcum vulgo vocant, auctore Plinio lib. 24 extremo: propter semen corniculis inclusum ita adpellatum: bockshorn.

Bucĕrus, a, um, vide *Bos*.

BV̄DA, æ, forte Ptolemæi Κȣ́ρτα, Curta, Hungariæ Metropolis, capta & direpta a Turcis Anno Christi 1526, recuperata a Christianis 1686, vulgo Ofen.

BV̄FO, ōnis, mascul. Rana rubeta, veneni plena, eine kröte. Virgil. Georg. 1 v. 184, *Inventusque cavis bufo*, &c.
Dissidium bufonibus est cum araneis: sed ab his icti bufones plantagine admorsâ sibi medentur. Eras. in Dialogo de Amicitia.
¶ Bufōnītis, ĭdis, Bufonius lapis, ein kröten-stein, de cujus virtute adversus venenum Aldrov. 4 de insectis c. 4. & 5 c. 12.

BVGLOSSVS, i, βȣ́γλωσσος, fœmin. & *buglossum* neut. *lingua bubula* latine, herba est nota, *borraginem* vocant, bürretsch. Buglossum vulgare anchusa est, ochsenzung. Plin. 25 cap. 8.

BV̄GŌNES, βȣγενεῖς, apes natæ ex putrefacto bove, unde & nomen illud acceperunt. Varro lib. 2 de re rust. cap. 5, junge bienen.
¶ Bugonia, æ, die bienen-brut, das bienen-gehecke. Varro l. c.

Bulapathum, vide *Lapathum*.

BVLARCHVS, i, pictor antiquissimus, de cujus tabula auro repensa Plinius H. N. 35 c. 8.

BVLBVS, i, βολβὸς, eine kolbe am gewächs, quid sit, ignorari hodie putat Matthiolus. Fuerunt autem varia *bulborum* genera, de quibus Plinius lib. 19 cap. 5 sub finem. Excitandæ Veneri facere Ovidius lib. 2 extremo de remedio amoris significat. Vnde *salaces bulbos*, Martialis dixit lib. 3 epigr. 75. Præcipue autem de Megaricis id celebratur. Plinius lib. 20 cap. 9, *Venerem maxime Megarici stimulant.* Columella lib. 10, qui de hortorum cultu est v. 106,

Jam Megaris veniant genitalia semina bulbi.

Adde Martialis lib. 13 epigr. 34. cui *Bulbi* titulus est. ¶ 2. Alioqui *Bulbi* & *bulbuli* apud auctores idoneos dicuntur radices rotundæ vel florum vel herbarum, vel olerum, ut lilii, croci, narcissi, item arundinum, zwiebeln, die sich schälen lassen, an blumen, kräutern, &c. Plin. lib. 2 c. 5 de lilio: *Nihil est fœcundius, una radice quinquagenos sæpe emittente bulbos.* Est autem *bulbus* alius *esculentus*, βολβὸς ἐδώδιμος, eschlauch, alius *vomitorius*, ἐμετικὸς, qui & narcissus, narcissen oder rößlein: alius denique *agrestis*, qui vulgo *Hermodactylus* est, zeitlosen, herbst-blumen, Matth. Jun.
¶ Bulbăceus, a, um, kolbicht. Plin. 21 c. 26, *Radix bulbacea.*
¶ Bulbosus, à, um, idem; ut, *radix bulbosa*, so viel schalen hat, den zwiebeln gleichet. Plin. lib. 21 c. 17 & 21.
¶ Bulbine, es, etiam herba est ex bulborum genere, Plin. 19 cap. 5 & 20 cap. 9.

BVLCOLACCA, æ, vel *Burculacca*, aut *Buthrolacca*, Græcis est cadaver excommunicati, quod alio nomine τυμπανιαῖον vocant: de cujus vocis etymo vid. Leo Allatius lib. *de quorun. Græcorum opin.* § 12 p. 142. qui deinceps, quæ ipse circa talem Burculaccam contigisse vidit, recenset. Rem vero quod spectat, sciendum est, existimare Græcos, eorum, quos durante excommunicatione mors corripuit, corpora non resolvi in pulverem, sed instar tympani intumescere, ac noctu potissimum à Satana ad terrendos homines indui, neque in cineres prius resolvi, quam à vinculo excommunicationis soluta sint. Conf. Anton. Legerum apud Hotting. part. 3 Eccles. sect. 1 p. 178.

BVLE, Græca vox, βȣλὴ, qua decurionum collegium, seu senatum in Græcis civitatibus adpellabant. Plinius lib. 10 ep. 117, *solent totam bulen, atque etiam e plebe non exiguum numerum vocare.* Hinc
¶ Buleuta, æ, masc. ὁ βȣλευτὴς: quo designabantur Consiliarii publici Civitatum in Græcia Asiaque, qui latine *Decuriones* [nam Romæ *Senatores* dicebantur] adpellati. Reperitur hæc vox in libris Juris, & apud Plinium lib. 10 epist. 48, & epist. 113 ac 115. ein rathsherr.
¶ Buleutērium, βȣλευτήριον, ein rath-hauß. Plin. lib. 36 cap. 15, *Cyzici & Buleuterion vocant ædificium amplum*, &c. Cicero 4 Verr. de Sicil. jurisd. cap. 21, *in curia Syracusis, quem locum illi Buleuterium vocant.*
¶ Buleuticum, i, erat locus in theatro, ubi seniores olim Romæ sedebant, spectandorum ludorum causa; Juvenes ex *Ephebico* spectabant. v. Cæl. Rhodig. var. lect. 8 c. 8. Jul. Pollux 4. Onomast. cap. 19. Dempster. Paral. ad Rosin. 5 c. 10 p. 480.

BVLGA, æ, ein wadsack, oder sattel-tasche, crumena. Lucilius lib. 6 apud Nonium: *Cui neque jumentum est, nec servus, nec comes ullus,*
Bulgam, & quicquid habet nummorum, secum habet ipse.
Cum bulga cœnat, dormit, lavat: omnis in una
Spes hominis bulgâ, hac devincta est cetera vita.

BVLGĂRI, orum, Scythica gens, quæ Mœsiam inferiorem occupavit. Hinc
¶ Bulgaria, æ, Mœsia inferior ævo posteriori adpellata.

BVLĪMA, vel Bulimia, æ, βȣ́λιμος vel βȣλιμία, magna fames & vis ejus intolerabilis, die freß-kranckheit. v. Festus. Gellius 16 c. 3. Rhodig. 13 c. 39 & 14 c. 1.
¶ Bulīmo, are, freßig oder unersättlich seyn. Theod. Prisc. 2 cap. 29, *Edaces, bulimantes.*

BVLLA, æ, πομφόλυξ, eine wasser-blase. *Homo bulla*: de fragilitate & fugacitate vitæ humanæ proverbium. Varro lib. 1 de re rust. cap. 1, *Si est homo bulla, eo magis senex.* Eobanus in Eidyll. lib. 10,

Quam citò bulla perit, tam flos cadit ille juventæ.

¶ 2. A similitudine *Bullæ* dicebantur globi illi, quos triumphantes Romæ, puerique ingenui de collo suspensos auro conflatos gestabant. Nam libertinis *Scorteæ* erant, ut Asconius in Ciceronis Verrinam de Prætura Vrbana observat. Conf. Rupert. ad Flor. p. 361. Huc pertinet illud Juvenalis Sat. 5 v. 163,

Quis enim tàm nudus, ut illum
Bis ferat, Etruscum puero si contigit aurum,
Vel nodus tantum, & signum de paupere loro.

Nam *Etruscum aurum* bulla ista aurea est. *Etruscum* dixit, quod iste mos ab Etruscis Romam derivatus. Vetus Scholiastes: *Antiquitùs nobiliùm pueri bullas aureas habebant: pauperum de loris, signum libertatis.* Vide Plin. lib. 33 ep. 1. Macrobium lib. 1 Saturn. cap. 6, ein gülden knopff. Bullas ejusmodi, & prætextas deponebant, Laribusque consecrabant pueri ex ephebis egressi, decimo septimo ætatis anno, uti ostendit Persius Sat. 5 v. 30,

Cùm primum pavido custos mihi purpura cessit,
Bullaque succinctis Laribus donata pependit.

Videatur Hercules Prodicius Pighii pag. 424 seq. ¶ 3. *Bullæ* etiam dicebantur olim ornamenta ad Bullæ similitudinem quodammodo facta, buckeln, spangen, ut cingulorum & valvarum. vid. Sagittar. de Januis veterum p. 175. Apul. lib. 6 Miles. *bullis aureis inoculatus, veluti stellis sideriis relucet.* Virg. 9 Æneid. v. 359,

phaleras Rhamnetis, & aurea bullis
Cingula.

Et lib. 12 v. 942, *notis fulserunt cingula bullis*
Pallantis pueri.

De *Bullis*, quibus exornatæ januarum fuerunt fores, vide Collectanea Taubmanni ad Plauti Asinar. act. 2 sc. 4 v. 20. ¶ 4. Sequioris ævi scriptores, sigilla, quæ litteris, Principum maxime, adpendebantur, *bullas* vocarunt. Quo nomine & ipsæ illæ litteræ sive diplomata veniebant. Alexii Comneni Constitutione: *De monasteriorum beneficiis aureæ tres bullæ emissæ sunt.* Vnde & nobilissima illa Constitutio Caroli IV Imp. *Bulla aurea* vulgo vocatur. vide supra in *Aurum*. Colerus, qui cap. 4 Parerg. has *bullas* à Græco βȣλὴ derivat, cum Festo frustrà est. De *bullis* istis prolixe eruditissimus Kirchmannus lib. de Annulis pag. 51 seqq.
¶ Bullula, æ, ein bläßlein. Cels. lib. 2 cap. 5, *Si urina bullulas excitat.* Est a Bulla
¶ Bullatus, a, um, bulla insignitus, mit buckeln oder siegeln behangen. Juvenal. Sat. 14 v. 4,

Si damnosa senem juvat alea, ludit & hæres
Bullatus, parvoque eadem movet arma fritillo.

Bullatus hæres, id est, filius adhuc puer bullam & prætextam gestans. Germani dicunt: wie die alten sungen, so zwitzscherten die jungen. Val. Max. III cap. 1. e. 1, *statua* [pueri] *bullata*. Et apud Persium Sat. 5 v. 19, *Bullatæ nugæ:*

Non equidem, inquit, *hoc studeo, bullatis ut mihi nugis*
Pagina turgescat.

Bullatæ nugæ sunt argumenta inania, in quibus nihil frugi inest. Vbi multum verborum, nihil solidæ rei. *Nugas canoras* Horatius de arte poët. v. 322 dixit: groß geschrey, wenig wolle. In manuscriptis libris tamen non *bullatis*, sed *pullatis* legitur, ut Casaubonus observat, quem vide.
¶ Bullo, are, &
¶ Bullio, ire, verba duo activa, idem significantia. Neque enim *bullire*, fervere tantum ita liquida, ut bullas mittant; sed & *bullare*: Nec *bullare* tantùm, excitata in spumas bullasque, verùm *bullire* etiam dicuntur, aufsieden, brudeln. Plinius lib. 38 cap. 6 de urina: *mala signa rubræ, pessima nigræ: mala bullantis & crassæ.* Et lib. 28 cap. 35, *Maris ipsius tranquillus sonitus, spumæve dispersæ, aut aquæ bullantes.* Cato de re rust. cap. 105, *Vbi bullabit vinum, ignem subducito*, wann er wird kochen und blasen werffen. Celsus lib. 5 cap. 19, *Ex olei hemina & aquæ marinæ altera cocta donec bullire desinat.* Et Apicius lib. 4 cap. 4, *ubi probe bullierit*: & cap. 5, *bullire sinas*. Persius Sat. 3 v. 33,

& alto
Demersus, summa rursus non bullit in unda.

Vet. Gloss. *Bullit*, καχλᾷ, ζεῖ. ¶ Translate Apulej. 10 Met. *Indignatione bullire*, schnausen. Idem 1 Met. *Bullire spiritum*, röcheln.
¶ Bullatio, ōnis. Hoc substantivum Harduinus ex MSS. libris Plinio vindicavit lib. 34 cap. 14 sub fin. *Lapis hic & in Cantabria nascitur, non ille magnes verus, caute continua, sed sparsa bullatione, ita adpellant.* Hoc est, magneticos lapillos bullarum instar per agros spargi, non è continua rupe excidi. Vulgo *bubbatione* legitur.

BVLLĪTVS, ûs, das gebrudel, der soot. Vitruv. 8, 3, *Aquæ bullitus.*

Composita a bullare & bullire:

¶ Combullire, zusammen aufsieden. Apicius lib. 8 cap. 8, *diutius combulliant, quoad spissitudo inducatur.*
¶ Ebullare, ex Persii Sat. 2 v. 10 probant, ubi malæ mentis votum,

O si
Ebullet patrui præclarum funus!

id est erumpat, subito veniat. Alii vero legunt hoc loco *ebullit*, quasi contractum ex *ebullierit*, seu *ebulliat*.
¶ Ebullire usitatius, fervendo bullas emittere, aufwallen. Cato Re Rust. cap. 105, *ubi ebullibit vinum, ignem subducito.* Sic libri Basileæ & Coloniæ impressi: at Iunta, Gryph. & Commelin. *bullabit*. ¶ 2. Metaphorice jactare, crepare est. Cic. 3 Tusc. cap. 18, *qui si virtutes ebullire volent & sapientias.* Et lib. 5 de Finib. c. 27, *Dixerit Epicurus, Semper beatum esse sapientem: quod quidem solet ebullire nonnunquam.* ¶ 3. Alia translatione invenitur in fragm. Petronii Tragur. *animam ebullire*, id est mori. *pene*, inquit nescio quis p. 49, *animam ebullivi.*
¶ Rebullire. Apulejus lib. 5 p. 170 (Elmenh. ed.) *Lucerna fervens oleum rebullivit in ejus humerum.*

BV̄MAMMA, æ, βȣ́μαμμα, Varroni lib. 12 de Re Rust. cap. 5, & Macrobio lib. 2 Saturn. cap. ult. genus quoddam uvæ est grandioris, quod tumeat ad similitudinem mammarum bovis, grosse welsche weinbeeren. Eadem &
¶ Bumastus, i, βȣ́μαστος dicitur ex μαστὸς, quod uber sive mammam significat. v. Plin. 14 c. 3. Virgil. 2 Georg. v. 102,

Non ego te, mensis & dìis accepta secundis,
Transierim Rhodia, & tumidis Bumaste racemis.

BVMELIA, æ, Plinio fraxini Macedoniæ species est lib. 16 c. 14, eine art eines eschen-baums.

BVNIVM, i, βούνιον, Napi genus, Plin. lib. 20 cap. 4, quemadmodum & *bunias* βουνιὰς sed diversum: βουνιάδα enim napi vocant illud genus, quod rapo & raphano simile est, rettich; sed βούνια dicuntur, steckrüblein. Paul. Eberus. Napum silvestrem, *bunium* credit esse Matthiolus.

¶ Est & *Pseudobunium*, ψευδοβούνιον, Dioscoridi.

BŪPĂLVS, i, Anthermi, seu Antherini filius, Chius, marmorarius: vel ut alii volunt, plastes aut etiam pictor: qui fratrem Anthermum seu Antherinum habuit ejus artis. Hos, cum imaginem Hipponactis Poëtæ, fœditate vultus notabilis, per lasciviam proposuissent ridentium circulis, Hipponax indignatus tam amaro persecutus est carmine, ut ad laqueum compulerit. Quo Horat. Epod. 6 respiciens canit:

Qualis Lycambæ spretus infido gener
Aut acer hostis Bupalo.

Ibi enim Hipponactem poëtam circumscribit. Sed hanc de Bupalo atque Anthermo historiam, vanam arguit Plinius lib. 36 c. 5. Scribit Pausanias in Messenicis, Bupalum hunc omnium primum finxisse Fortunam, capite polum, alterâ manu Amaltheæ cornu tenentem.

BŪPHĂGVS, i, βουφάγος, ein vielfraß; Herculis epitheton, integros boves comedentis. ¶ Est & Arcadiæ fluvius, a Buphago Japeti filio dictus, quem Diana peremit. Rhodig. 14 c. 2.

BŪPHŎNIA, orum, βουφόνια, festum Atheniensium, quod post mysteria celebrabant per immolationem bovis, quo occiso, reliqua omnia a cæde libera pronuntiabant. v. Pausan. lib. 1. Ælian. 8 Var. Hist. cap. 3. & Rhodig. 7 c. 6.

BŪPHŎNVM, i, herba sic dicta, quod boves necet ab iis comesta, ἀπὸ τοῦ φόνος, *cædes, mors, &* βοῦς *bos.* Alii *Chamæleontem* vocant, alii *Ixium* seu *Ixiam* potius. Est autem *Chamæleon niger* Matthiolo, eberwurtz.

BVPHTHALMVS, i, βούφθαλμος, planta caulibus tenuibus mollibusque, foliis fœniculi, flore luteo, anthemide majore, oculi similitudine, unde nomen traxit, rindsaug, kuhtil, quod anethi folia referat. vid. Plin. 25 c. 8.

BVPLEVRVS, i, βούπλευρος, seu βούπλευρον, herba Plin. lib. 22 cap. 22. seu olus potius sponte nascens, caule cubitali, foliis multis longisque capite anethi. Græcis notum & laudatum in cibis ab Hippocrate, wilder pastinack.

BVPRESTIS, is, βούπρηστις, species est cantharidum, similis scarabæo longipedi, fallit inter herbas boves, devorataque ita inflammat, ut rumpat, unde & nomen accepit, παρὰ τοῦ πρήθειν τὰς βοῦς, hoc est, ab inflando & rumpendo boves, ein qualster, Eberus, vel grüner stinckender kefer. v. Plin. 30 c. 4. ¶ 2. Est & *Buprestis* herba inter olera, lachani species, Theophrasto lib. 7 de historia plantarum cap. 8, & Galeno: quod vero Plinium fugit lib. 22 cap. 22, ein zugemüß oder kolkraut wilder art. Quidam esse volunt auriculam leporis descriptam à Dodonæo nomine Bupleuri. Hesychio βούπρηστις olus; sed βουπρῆστις insectum notat. Vide Dalechamp. ad Plin. loc. cit.

BŪRA, æ, sive Buris, is, dicitur pars aratri posterior curvata, qua aratrum regitur, βοῦρα quasi βοὸς οὐρὰ, quod similitudinem habeat caudæ bovis, pflugstertze. Ita vulgo quidem habetur & confunditur *buris* & *stivæ* significatio, cùm pflugstertze tamen potius sit *stiva*, non *buris*, sitque buris curvamen aratri illud, quod vomerem excipit. Varro lib. 1 de re rust. cap. 19, *Sæpe fracta bura relinquunt vomeres in arvo.* Virg. 1 Georg. v. 169,

Continuò in silvis magna vi flexa domatur
In burim, & curvi formam accipit ulmus aratri.

¶ Bura, etiam urbs Achäiæ mari hausta, apud Plinium lib. 2 cap. 92. Ovid. lib. 15 Metam. fab. 5 v. 293. Pausanias in Achaicis eam dictam à Bura, Jonis & Helices filia, tradit. Buræ vero ædes est Cereris, Veneris, Liberi Patris & Lucinæ, ibid.

BVRDĔGĀLA, æ, & Burdigala, Βουρδίγαλα, Suidæ, *Burdigalla*, Straboni, Galliæ civitas est, Aquitanorum nobilissimum emporium, vulgo Bourdeaux. Ausonii patria, quam in Claris Vrbibus cap. 14 vocat

insignem Baccho, fluviisque virisque,
Moribus, ingeniisque hominum procerumque senatu.

Et epist. 24 v. 79,

Santonus ut sibi Burdigalam, mox jungit Aginnum.

¶ Burdegalensis, e. Sidonius carmine sub epist. 13 lib. 9, *coram discipulis Burdegalensibus.* Et Venantius Fortunatus lib. 1 carm. in Leontium episc. *Burdegalense præmium.*

BVRDO, ōnis, ein maulesel. Vlpianus lege 49 de Legatis & fideicommissis lib. 3, *Item* [legato continentur] *jumenta, vel lectica, vel sella, vel burdones.* Et Eugenius episcopus Toletanus carmine 22,

Burdonem sonipes generat commixtus asellæ.

Vsus & vulgatus interpres 2 Reg. 5, 17.

BVRGVS, i, vox posterioris latinitatis. Vegetius lib. 4 cap. 10, *Castellum parvulum, quem Burgum vocant.* Videtur a Græco πύργος esse, quod latine etiam scribi cœpit, ut infra dabimus, & datum Posterioribus Cellarii Curis fuit, ubi plura de *Burgus*. Inde haud dubie est nostrum burg. v. Jos. Scalig. lect. Auson. 2 c. 9 p. 112.

¶ Burgarii hinc dicuntur in hujus nominis titulo Cod. Theod. qui est 14 libri 7. Hos quondam subacta Germania Romani per castra disposuerunt. Vnde &

¶ Burgundiones, um, gentis nomen ex locis illis sumtum, postquam præsidiarii in magnam creverunt multitudinem. v. Isidor. Orig. 9 cap. 2 & 4.

BVRICVS, i, sive Burichus, mannus, mannulus, minor equus, Paullinus Nolanus epist. 29 cap. 12, *macro illam & viliore a sellis burico sedentem* &c. Vetus Horatii interpres ad Epod. 4 v. 14, *Manni equi sunt, quos vulgo burdones vel burichos nominamus.* Vetus Gloss. *Mannis*, βουρίχοις.

BVRRAE, arum, quisquiliæ. Ausonius Præfat. ad Latinum Pacatum:

At nos illepidum rudem libellum,
Burras, quisquilias, ineptiasque,
Credemus gremio cui fovendum?

Ad quem locum Scaliger: *Vsus est vocabulo Aquitanico. Nam hodie major pars Aquitanicarum nationum quisquilias vocat burras*, narrenpossen.

¶ Burrio, īre, murmeln, wimmeln. Apulejus lib. 8 p. 211, *formicarum nidificia in carioso stipite burriebant.* Ita & Pricæus expressit p. 168. Ajunt autem fictam vocem esse, quæ susurros referret formicarum, qui quod inauditi sunt, mavult idem Pricæus in Notis p. 454, secutus vestigia Oxoniensis codicis, *oberrabant*, quod propius est, quam Beroaldi *bulliebant.*

BVRRVS, i, Festo auctore antiquis erat *rufus.* Salmasius in Spartiani Hadrian. c. 3 quasi πυῤῥὸς dici vult, idemque esse quod *Byrrus* suppresso χιτῶνος nomine, de quo supra in *Birrus.* Hinc

¶ Burranica, æ, potio â rufo colore, &

¶ Burranicum, i, genus vasis, apud eumdem Festum.

BVSÈLĪNVM, i, βουσέλινον, herba non multum differens ab apio sativo. v. Plin. 12 c. 12.

BŪSĪRIS, ĭdis, Neptuni filius, Ægypti rex fuit. Qui quod Diis suis hospites immolare soleret, ab Hercule, quem ipsum quoque interficere parabat, superatus exstinctusque est. Virg. 3 Georg. v. 4,

Quis aut Eurysthea durum,
Aut illaudati nescit Busiridis aras?

Ovidius l. 1 Art. Am. illaudatum hunc *justi* titulo mactat. Sic enim a v. 649,

Cum Thrasius Busirin adit, monstratque piari
Hospitis effuso sanguine posse Jovem.
Illi Busiris: Fies Jovis hostia primus,
Inquit: & Ægypto tu dabis hospes aquam.
Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Torruit: infelix imbuit auctor opus.
Justus uterque fuit: neque enim lex æquior ulla est,
Quam necis artifices arte perire sua.

Integrâ Oratione encomium contexuit Isocrates quoque Busiridis tyranni crudelissimi, consilio haud temerario, quia ingenia nobilia hunc habent morem, ut aliquando in argumento vili, ridiculo & παραδόξῳ vires suas periclitentur, & ludo quasi seria atque ordinaria fallant.

Bustum, vide *Vro.*

BVSYCON, i, βούσυκον, ficus insignis magnitudinis, sed sapore fatuo, alio nomine *Marisca*, Fest. in *Bulima*, & Varr. de re rust. 2 c. 5.

BŪTEO, ōnis, avis infausta, quæ, Festo auctore, vastitatis est causa his locis, quæ intraverit, ut bubo. Plinio *Triorches* [τριόρχης, à testium numero] genus est accipitris, ein bußfahren, maßwey, id est, *milvus palustris*, maßhu, id est, *bubo palustris.* Saxones ein ruttelwey vocant, a milvi similitudine. Plin. lib. 10 c. 8. & lib. 11 c. 49. Sed

¶ Botaurus, [*bos taurus* Plinio] Butorius vel

¶ Butio, ōnis, ardea stellaris minor est, eine rohrdommel, wasser-ochs, de quo versum ex Auctore Philomelæ vide paullo ante in *Bubo, ere.*

¶ Subbuteo, ōnis, ὑποτριόρχης, ein habicht, Eber.

¶ Buteo est etiam familiæ Romanæ cognomen. Florus lib. 2 cap. 2, *M. Fabio Buteone Consule.* Conf. Plin. 10 c. 8.

BVTHYSIA, æ, βουθυσία; maximum sacrificium, quale hecatombe etiam fuit. Græci enim non raro particulam *Bu* præponere rerum vocabulis fuerunt soliti, quas magnas demonstrare volebant, à boum magnitudine scil. Ita enim grandes pueros βούπαιδας: & ficum mariscam, quæ grandior, βούσυκον adpellarunt, quod Festus observat in *Bulima.* Quæ ex Varrone videtur hausisse: eadem enim apud ipsum lib. 2 de re rust. cap. 5 legas. *Buthysiæ* Suetonius meminit in vita Neronis cap. 12.

Butio, vide paullo ante sub *Buteo.*

BVTRŌTVM, i, βουθρωτόν, oppidum Thesprotiorum, potissimæ Epiri gentis, Plinio colonia Epiri, non longè ab Ambracio sinu, lib. 4 cap. 1. Virg. 3 Æn. v. 292,

portuque subimus
Chaonio, & celsam Butroti ascendimus urbem.

BVTTVBĀTA, orum, nugatoria, res nullius dignationis, Festus ex Nævio vocat; unnütze zeug.

BŬTYRVM, βούτυρον, butter; Dictum inde, quod ex lacte bubulo coaguletur, teste Plin. lib. 28 c. 9. *Butyrum recens*, frische butter. Secunda aliis corripitur, aliis producitur. Sidonius Apollinaris Carm. 12 Phalæcio:

Infundens acido comam butyro,

ubi porrecta syllaba est, quemadmodum in τυρὸς, *caseus*, Odyss. Jota, v. 232, unde & vocabulo βοῦς, *bos*, compositum videtur. Corripuit Macer, herbarius poëta, hoc versu:

Cum butyro, modicoque oleo decocta tumorem,

quod ætas Macri excusare potest, quæ multa Græca contra naturam corripuit, ut *Idŏla, Ecclĕsia* apud Christianos poëtas. Vide Pincieri Parerga lib. 2 cap. 20. Henr. Stephanus in Foro R. etiam Valgii, veteris poëtæ, versum allegat,

Lac niveum butyrumque novum cum melle comedit,

sed dubitatur, an vetusti illius Valgii sit, quippe in fragmentis ejus, ab eodem Stephano editis, nequaquam conspicitur. Τυρὸς quoque correptum affertur ex Homeri Batrachom. v. 38. sed Labbæo corruptus ille versus videtur. Vide Borrichii Prosod. in hac voce, ubi simul miratur, quare prima correpta sit, si à βοῦς originem ducat.

¶ Butyraceus, a, um; ut, *vas butyraceum*, ein butter-faß.

BVXVS, i, fœm. & Buxum, i, neut. Græcè πύξος & πύξον, pro arbore & ligno, buchsbaum. Virgil. 2 Georg. v. 449,

ex torno rasile buxum.

Martialis lib. 1 epigr. 89,

Sed fragiles buxos, & opacas palmitis umbras.

¶ 2. Poëtis vero, ut Statio & Claudiano, *buxus* pro tibia buxeâ frequens est, ut lib. 3 Rapt. Pros. v. 130, *Buxos inflare*, & Ovidius 14 Metam. v. 542,

inflati murmure buxi.

Flöten von buchsbäumen holtz.

¶ Buxeus, a, um, buchsbäumern, oder dem buchsbaum gleich. Martialis lib. 2 epigr. 41,

Et tres sunt tibi, Maximina, dentes,
Sed plane piceique buxeique: schwartze und gelbe zähne.

¶ Buxosus

¶ Buxosus, a, um, idem, Plin. 12 cap. 25 de ligno balsami: *buxosum est optimum*, id est buxo simile.

¶ Buxetum, i, locus buxis consitus. Mart. lib. 3 ep. 58,
Viduâque platano tonsilique buxeto.

¶ Buxifer, a, um, apud Catull. Carm. 4 de Phasello:
Amastri Pontica, & Cytore buxifer.
Cytorus autem mons Ponticæ regionis.

¶ Buxans, tis, buxo simile. Apulejus lib. 8 pag. 211, *buxanti pallore trepidus.*

BYBLIS, idis, Βύβλις, insula parva & rotunda est cum oppido, Plinio lib. 4 cap. 12. Quam & *Melon* & *Zephyriam* & *Mallida* & *Siphum* & *Acyton* dictam, ibidem indicat. ¶ 2. Byblis & filia Mileti dicta, quæ nefando & execrabili amore in fratrem Caunum exarsit; quo cum potiri non posset, in fontem desiliit, ut Ovidius lib. 9 Metamorph. Fab. 11 narrat: quam tamen lib. 1 de Arte amandi laqueo sibi finiisse vitam scribit. Quod & Eustathius Dionysii & Scholiastes prodit.

BYBLUS, i, Βύβλος, urbs Syriæ Phœniciæ, Beryto vicina, in qua Adonidis templum fuit. Strabo lib. 16.

¶ Byblinus, a, um, ut, *Byblinum vinum*, sic dictum a montibus Byblinis ad Libanum. Athenæus 1 c. 28,
Byblina vina probo, Phœnice quæ sacra gignit.

BYNE, es, βύνη, hordeum est Ætio, quod madefactum, posteaquam germinavit, cum ligulis enatis torretur, maltz.

BYRRHUS, i, Latronis nomen apud Horat. lib. 1 Sat. 4 v. 69.

Byrrus, i, lacerna, vestis genus. vide supra *Birrus* & *Burrus*.

BYRSA, æ, Βύρσα, Arx fuit in media Carthagine, à corio bubulo sic dicta, quod & Virgil. indicavit lib. 1 Æneid. v. 371,
Mercatique solum, facti de nomine Byrsam
Taurino quantum possent circumdare tergo.

Vide in eumdem locum expositionem Servii. Florus lib. 2 cap. 15, quo bellum Punicum tertium excidiumque Carthaginis perstringit: *Operis*, inquit, *portus nudatus, & primus & sequens, jam & tertius murus: cum tamen* BYRSA, *quod nomen arci fuit, quasi altera civitas, resistebat.* BYRSAM à corio bubulo accepisse nomen, Strabo quoque lib. 17, & Justinus lib. 15 cap. 5 consentiunt. Βύρσα enim Græcis corium sive pellis est, leder. Sed aliam caussam Scaliger Animadversionibus Eusebianis affert n. 803 p. 48, qui *Bysram* [unde postea *Byrsa*] à Phœnicibus conditoribus adpellatam scribit: quod ἄκραν sive arcem, quod erat, significat. Vide eumdem Appendice Operis de Emendat. temp. sive Notis in Fragmenta Selecta Græcorum p. 28.

BYSSUS, i, βύσσος, fœm. genus lini subtilissimi, delicatissimi & pretiosissimi, subtil und köstliche leinwad. Plinius *Byssum* in deliciis fuisse mulierum memorat, & natam primùm in Achaiâ circa Elim, lib. 19 c. 1. Vid. Lud. Vives ad Augustin. de C. D. lib. 1 cap. 11 p. 40. Pausan. lib. 1. Eliacorum inter Elei agri miracula byssum numerat, atque in Achaicis, Fœminas Patris e bysso Eliacâ texendis reticulis & aliâ veste victum sibi potissimùm quærere. Fila byssi, sparteis funibus firmiora habita, Paullinus auctor Jambo ad Cytherium v. 779,
Contexta, inquit, *bysso vestis irruptam fidem*
Signat valente stamine.
Nam fila byssi fortiora & sparteis
Feruntur esse funibus.

De pretio eorum Plinius d. l. sub finem capitis. Est hinc adjectivum

¶ Byssinus, a, um, ut, *linum byssinum*, Plin. c. l. *Byssina & floride depicta vestis*, Apul. lib. 11. Lipsius ad 2 Annal. Taciti observat; *Byssina, serica* & *bombycina* non raro ab auctoribus profanis confundi: hoc autem interesse, quod *byssina* e terra nascantur, ut linum, *sericum* lana sit arborum, quam Seres in sylvis depectant; *bombycina* denique telam esse vermium: hæc ille p. 50. Sed rectius posteriora duo conjunxisset. ¶ *Verba byssina*, mollicula & blanda sunt, Germanis etiam seidene wörtlein. v. Chil. Tertull. de cultu fœm. c. 13, *Vestite vos serico probitatis, bysso sanctitatis.*

BYZANTIUM, i, Βυζάντιον, Thraciæ longe clarissima & maxime memorabilis urbs fuit, contra Asiam sita, post à Constantino Imperatore magnifice exstructa atque munita, & *Constantinopolis*, adpellata, quamquam ipse *Novam* vocari *Romam* mallet. *Byzantium* liberæ conditionis oppidum, antea *Lygos* dictum, Plinius auctor est lib. 4 cap. 11. Nomen à Byzante conditore est. Cujus & Claudianus meminit l. 2 in Eutrop. v. 83, - - *Hoc Byzas, Constantinusque videbunt.* Vide Eustathium in Dionysii περιήγησιν sive Orbis terræ descriptionem. De conditu ejusdem Tacitus Annal. 12 cap. 63. Ipsius Urbis descriptionem habes apud Dionem in Severo, quam Zonaras in suam Historiam de Constantino Magno transcripsit, quam Tomo 3 initio dedit. Celebre fuit Byzantium, non modo Imperatoribus res in Oriente gerentibus, [quorum & sedes fuit] verùm etiam Ecclesia atque Episcopis dignitate eminentibus & auctoritate præstantibus, non in Thracia solùm, sed Asia vicina & Græcia pene omni. Quo quidem honore cum multis seculis excelluisset, demum anno Christi 1453, cum Fridericus tertius imperare cœpisset, à Mahomete Turcarum principe Constantinopolis capta est, 3 Calend. Junii [alii 4 Calend. Julii] die obsidionis quinquagesima quarta. Historiam exposuit Chalcocondylas lib. 8 rerum Turcicarum. Exstat & ab aliis recitata.

¶ Byzantius, a, um, gentile. Cicer. de provinc. cons. c. 3, *urbs Byzantiorum.* Item adjectivum. Ovid. 1 Trist. 9 v. 31,
Quaque tenent ponti Byzantia litora fauces.

¶ Byzantiacus, a, um, idem. Stat. 4 Silv. 9,
Aut Byzantiacos colunt lacertos.
Phalæcius est versus. Et hoc loco lacertus piscis est genus, non dissimile scombris.

¶ Byzantinus, a, um, aliud gentile. Ausonius de Constantinopoli & Carthagine: *Ite pares, tandem memores, quod numine Divûm*
Augustas mutastis opes & nomina: tu cum
Byzantina Lygos, tu Punica Byrsa fuisti.

Byzea & Byzeni, vide *Byzia.*

BYZES & Byza, æ, lapicida Naxius, qui primus è lapidicinis pentelicis ad tegulæ formam marmor secuit; σύγχρονος fuit Aliattæ Lydi & Medi Astyagis. Ejus statuæ Naxi cum hac inscriptione fuerunt:
Naxi hæc Latoidæ fecit solertia Byzæ,
Cui primum secta est tegula de lapide.
Quam Frid. Sylburgius in Notis emendat in hunc modum:
Naxius Evergus me Latoidæ dedit, ortus
Byza, cui primum de saxo tegula fissa est.
Vid. Pausanias in Eliacis.

BYZIA, æ, castelli nomen apud Corn. Nep. Alcibiade cap. 7, 4. *Sed ibi* Ortelius, & Vossius *legunt* Bysanthen. Meminit & Plin. N. H. lib. 4 cap. 11, & Ptolemæus Byziæ, urbis Thraciæ. ¶ Commemoratur & Stephano βυζύη, *Byzea*, civitas Scythiæ; unde *Byzeni*, quibus adeo peculiare fuit intrepide loqui, ut proverbio dicatur *Byzeni libertas*, βυζήνων παρρησία, si quis audacius liberiusque loquitur, freye rede. v. Erasm. Adag.

C.

C LITTERA sic posita prænominis nota est & significat Cajus. ¶ 2. Legitur autem Servio teste per *g*, ut, *C. Julius Cæsar*, Gajus Julius, &c. vide Cajus. Cn. *Cneum* notat & legitur eodem modo per *g*, ut, *Cn. Pompejus Magnus*, Gneus Pomp. &c. Sed CAES. Cæsar, COS. Consul, CAESS. Cæsares, COSS. Consules. Sic COS. DES. Consul Designatus. ¶ 3. *Tristis* hæc littera adpellabatur, quod nota condemnandi esset. Asconius Pedianus in Divinat. Ciceron. *In divinationibus*, inquit, *& in aliis caussis majoribus universi judices in cistam tabulas simul conjiciebant suas, easque insculptas litteras habentes: A absolutionis: C condemnationis, si de alicujus capite agebatur:* N. L. *Ampliationis: his enim litteris significabatur* NON LIQUERE. Sed CD. nota est contradictionis. Vide Ærodium ad Declamat. Quintil. 254.

CĂBALLUS, i, Καβάλλης: equus, ein roß, pferd. Proprie de jumentis dossuariis; seu illis equis dicitur, qui onera gestant, aut alia caussa viles maximè essent. Et Græcis Grammaticis Καβάλλης dicitur ἀπὸ τῦ καββάλλειν, quo Dores pro καταβάλλειν uti soliti; ab injiciendis oneribus scilicet. Isidorus 12 c. 1 à cavando deducit, quod gradiens ungula impressa terram concavet. Horat. lib. 1 ep. 18 v. 36,
Thrax erit, aut olitoris aget mercede caballum;
Caballum vocat, quo hortenses copiæ vectabantur in forum. Ausonius de iis usurpavit hoc nomen, qui molas versant. Petronius: *Mollis, debilis, tamquam caballus in clivo.* Horat. lib. 1 ep. 14 v. 43,
Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.
hoc est, Nemo sua sorte contentus est.

¶ Căballīnus, a, um: adject. ut, *Caro caballina*, apud Plinium 28 c. 20, pferd-fleisch. *Caballinum fimum*, Idem lib. 29 c. 5, pferd-mist. Persius *Aganippen* seu *Hippocrenen*, *Caballinum fontem* dixit Prologo Satyr. *Nec fonte labra prolui caballino.*
Scazon Senarius. Nimirum Pegasus equus hunc Musarum fontem pede exsculpsit. Est &

¶ *Caballus* cognomentum Romanum. Nam *Sestium Caballum* apud Martialem legimus lib. 1 Epig. 41.

CABBĂLA, æ, vi vocis est doctrina oretenus tradita. In specie est scientia abstrusior rerum arcanarum, quas patres Synagogæ Judaicæ in Mosis & Prophetarum scriptis investigarunt, inprimis per litterarum & syllabarum numerum, collationem & transpositionem. v. Jo. Reuchlin. de arte Cabbalistica, & Pet. Galatinus de arcan. cath. verit. lib. 1 c. 6.

¶ Cabbalista, æ, peritus Cabbalæ.

CABĪRUS, i, numen, quod summa veneratione coluerunt Macedones. Lactant. de falsa rel. 1, 15, 8. Rhodig. 8 c. 52. Alii *Caberi* Dii, de quibus idem Rhodig. 9 c. 20.

CABURA, æ, Plin. lib. 31 cap. 3, *Unus in toto orbe traditur fons aquæ jucunde olentis in Mesopotamia Caburæ. Fabulæ rationem afferunt, quoniam eo Juno perfusa sit.*

CABUS, i, ein vierling, der vierdte theil eines scheffels, mensura Hebræorum frumentaria. Rhodig. 9 c. 20.

CĀCA, æ, Dea culta, quia fratrem Cacum furem boum Herculi prodidit. Lactant. de fals. rel. 1, 20, 36. v. infra *Cacus*.

CĂCĀBO, are, sonum edere perdicum, kaken wie ein huhn. Autor Philom. v. 19, *Cacabat hinc perdix* &c.

CĂCĂBUS, & caccabus, i, κάκκαβος & κακάβη, olla, ein kochtopff, kessel. Quo pulmentarium coquebatur: vide Legem cum de Lanienis 18 § Asinam 2 D. de instruct. & instrumento Legato. Varro lib. 4 de L. L. *Vas, ubi cibum coquebant*, CACABUM *adpellârunt.* Vet. Gloss. *Cacabum*, χύτρον. Laberius apud Petronium de Ciconia:
Pietaticultrix, gracilipes, crotalistria,
Nequitiæ nidum in cacabo feci tuo.
Perstringit luxuriam Romanorum, qui Ciconiam quoque piam illam, & bene meritam avem (quibus de causis & apud quasdam gentes, ut Plinius 10 c. 23 auctor est, capitale fuit occidere) in cibum conficiant. Hoc enim vult, nequitiam sive luxuriam effecisse, ut Ciconia in cacabo nidum faciat, h. e. in cacabum commigret, quo in cibum coquatur. Fuerunt autem cacabi & fictiles, puto & ænei; quorum mentio apud Columellam lib. 12 de R. R. cap. 46. Argenteorum mentio fit apud JCtos. Apud Siracidem cap. 13 v. 3, quod LXX χύτραν, & λέβητα dixerunt,

dixerunt, Vetus Interpres *Cacabum*, & *ollam* convertit. Nam & *ollæ* ahenæ erant.

¶ Cacabulus vel Cacabulum, i, vasis genus, apud Tertullianum Apolog. cap. 13, *Domesticos*, inquit, *Deos, quos Lares dicitis, domestica potestate tractatis, pignorando, venditando, demutando aliquando in cacabulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerva, ut quisque contritus & contusus est, dum diu colitur.* Videri sic potest diminuta forma à *Cacabus:* sed Lacerda a *cacando* derivat, ut sit vas spurcitiarum, in quod venter exoneratur, quia Saturnus ex caudice ut plurimum exsculptus fuerit. De *Cacabulis & ollulis* simul agit Arnobius p. 200.

¶ Cacabāceus, a, um, adject. rauschend. Tertull. adv. Hermog. cap. 41, *Motus non turbulentus, nec cacabaceus,* (ad ollæ undique ebullientis similitudinem) *sed compositus & temperatus.*

CACALIA, æ, κακκαλία, sive *leontice*, herba est Dioscoridi in montibus nascens, foliis albis, oleaginis similibus, reperitur in Alpibus Apennini, Matthiol. wild thümmich. v. Plin. 25 c. 9, & 26 c. 6.

Cacaturio, vide *Caco*.

CĂCEMPHĂTON, κακέμφατον & κακόφατον. ¶ Aut compositio est injucunda, ut: *numerum cum navibus æquat.* Item:

Rem repetunt regnumque petunt, vadunt solida vi,

Ennius. ¶ 2. aut detorsio sermonis vel dictionis in sensum obscenum, ut, *si qua latent, meliora putat.* Ovid. Metam. 1. v. 502. Vide libellos de vitiis & virtutibus orationis.

CACHEXIA, æ, καχεξία, Celso lib. 3 cap. 22, *malus corporis habitus est, unde omnia alimenta corrumpuntur:* fitque, cum cui longo morbo corpus non reficitur, aut malis medicamentis affectum est, aut maligno victu diutius usum est, ungesundheit des leibes, schwindsucht.

¶ Cachectes, seu Cachecta, æ, καχέκτης, qui cachexia laborat, ein schwindsüchtiger. Plinius lib. 28 cap. 9, *phthisici & cachectæ.*

¶ Cachecticus, i, idem. Itidem Plinius lib. 32 cap. 10, *cachectici, quorum corpus macie conficitur.*

CACHINNUS, i, risus solutus & immoderatus, ein groß gelächter. Sueton. Octavio cap. 98, *Cachinnum sustulit, atque in jocos effusus est*, er hat überlaut gelacht. Cicero de Clar. Orat. cap. 60, *commovere cachinnos irridentium.* Juvenal. Satyr. 3 v. 100, *cachinno concuti.*

¶ Dicitur & de undarum sono: Catullus de Nuptiis Pelei Carm. 65,

Hic qualis flatu placidum mare matutino
Horrificans Zephyrus proclives incitat undas:
Quæ tardè primùm clementi flamine pulsæ
Procedunt, leni resonant plangore cachinni.

¶ Cachinno, are, neut. & Cachinnor, ari, deponens, καγχάζειν: überlaut lachen. Cicero in Verr. 5 seu frumentaria cap. 25, *Ridere convivæ: cachinnari ipse Apronius.* Apul. lib. 3 Miles. p. 132 cum Accusandi casu extulit. *At ille non contentus, quod mihi nec adsistendi solatium perhibuit, insuper exitium meum cachinnat.* Lucretius lib. 4 v. 1169, *furtimque cachinnant.* De Mari usurpavit Accius apud Nonium in *Cachinnare:*

Simul & circum magna sonantibus
Excita saxis sæva sonando
Crepitu clangente cachinnant.

Cachinnantem sævitiam, quis dixerit, & quænam illa sit, vide in *Sævus*.

¶ Căchinnatio, ōnis, Cicer. in Tuscul 4 cap. 31, *Si ridere concessum sit, vituperetur tamen cachinnatio*, das grobe und laute lachen.

¶ Căchinno, ōnis, nomen, ein spott-vogel. Pers. Sat. 1 v. 12,

Quid faciam? Sed sum petulanti splene cachinno.

¶ Cachinnabilis, e, lächerlich. Apulejus 3 Miles. p. 132, *populus risu cachinnabili diffluens.*

¶ Decachinnare pro deridere, auslachen, Tertullianus dixit lib. 1 ad Nation. c. 19, *quò resolutius decachinnetis.* Idem Apolog. c. 47, *Gehennam si comminemur, decachinnamur.*

CACHLA, vel Calcha, æ, herba, alias Buphthalmos. Plin. 25, 8.

CACHRYS, ȳos, κάχρυς, fructus roboris, abietis &c. hyeme durans, postquam folia cecidere. Plin. 16 c. 8. Est & talis fructus rosmarini, ibid. 24 c. 11.

CĂCO, avi, atum, are; alvum dejicere, sich leichter machen, zu stuhle gehen. Martialis in luxum fœminarum sui temporis, quæ sordibus suis aurea vasa parabant, sub Bassæ persona invehitur lib 1 Epigr. 38,

Ventris onus misero, nec te pudet, excipis auro,
Bassa; bibis vitro: carius ergo cacas.

¶ Căcātus, a, um, particip. befleckt. Catull. carm. 37, *Annales, Volusi, cacata charta.*

¶ Căcatūrio, ire, nothdurfft mercken. Martial. lib. 11 epigr. 78.

Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

¶ Cacabulus, vide in *Cacabus*.

¶ Concăcare, apud Senecam de morte Claudii lusu: *Omnia certe concacavit.*

CĂCŎDÆMON, ŏnis, κακοδαίμων, dæmon noxius, genius malus, ein böser geist, teufel, Valer. Max. lib. 1 c. 1. ¶ Astrologis *Cacodæmon* duodecimus ab Horoscopo locus dicitur: de quo Jul. Firmicus lib. 2 c. 20, & c. 22 extr.

CĂCŎĒTHĔS, neut. κακόηθες, ulcus ex illo genere, ex quo est *carbunculus* aut *cancer*, ein unheilsames geschwär, erbgrind, Plin. 22 c. 25. Cels. lib. 5 cap. 27. ¶ Deinde consuetudo mala, böse gewohnheit, ex κακὸς & ἦθος. Juvenal. Sat. 7 v. 51,

tenet insanabile multos
Scribendi cacoëthes, & ægro in corde senescit.

id est, multi laborant cupiditate scribendi, ut morbo insanabili.

CĂCOSTŎMĂCHOS, i, κακοστόμαχος, qui debilitato laborat ventriculo, der einen schwachen und bösen magen hat. Græce Cicero scripsit lib. 16 epist. 6 ad Fam.

CĂCŎSYNTHĔTON, κακοσύνθετον, deformis & vitiosa compositio, male collocatum, ut apud Virgil. Æn. 9 v. 609,

Omne ævum ferro teritur, versaque juvencûm
Terga fatigamus hastâ, &c.

CĂCŎZĒLIA, æ, Κακοζηλία, mala affectatio vel imitatio, ein affen-

werck, ut si quis copiam affectans disertam, in stultam incidat loquacitatem, Quintil. lib. 8 cap. 3, *Tumidos & corruptos, & tinnulos, & quocunque alio cacozeliæ genere peccantes, certum habeo non virium, sed infirmitatis vitio laborare.* Et lib. 8 c. 3. Κακόζηλον, *id est mala affectatio per omne dicendi genus peccat.* Adde Senecam controvers. 25 sub finem.

¶ Căcŏzēlus, i, qui hoc genere vitii laborat. Suetonius Augusto cap. 86, *Cacozelos & antiquarios, ut diverso genere vitiosos, pari fastidio sprevit*, der etwas böses nachthut.

CACTUS, i, fœm. κάκτος, artischock, Plin. 21 c. 16. Hinc Tertull. de pallio c. 2, *Eradicato omni aconito hostilitatis, & cacto & rubo subdolæ familiaritatis.*

CĂCŬLA, æ, Plauto servus est militis, quasi ἀκόλουθος, ein troßbub, der auf seine junckern wartet. Trinumm. a. 3 sc. 2 v. 95, *Video caculam militarem me futurum haud longiùs.* vide *Calones*.

CĂCŪMEN, ĭnis, vertex vel summitas cujuscunque rei; der gipffel, die höhe oder spitze, ut, *cacumen montis*, Plin. lib. 6 cap. 7. *Alpium*, Idem lib. 3 cap. 16 pr. *Arborum aut ramorum præacuta cacumina*, Cæsar lib. 7 cap. 73. Sic & Plinius lib. 10 cap. 53, *Turdi in cacuminibus arborum nidificantes.* Et fine antecedentis cap. *Umbilicus ovis a cacumine inest*, das spitzige theil am ey. Elegantissime Laberius apud Macrobium lib. 2 Saturnal. cap. 7,

Si tibi erat libitum litterarum laudibus
Floris cacumen famæ nostræ frangere, &c.

¶ Căcūmĭno, are, zuspitzen, apud Ovid. 3 Metam. v. 195,

Dat spatium collo, summasque cacuminat aures.

¶ Cacumĭnātus, a, um, gespitzt, ut, *ova cacuminata*, Plin. 10 cap. 52.

¶ Decacuminare, abköppen. Columella lib. 4 cap. 7, *Si excesserit pedalem longitudinem, decacuminare conveniet.* Idem lib. 5 cap. 6, *arbor decacuminanda est.*

¶ Decacuminatio, ōnis, die abköppung. Plin. lib. 17 cap. 24, *decacuminatio cupressi, piceæ, cedri.*

CĀCUS, i. Juvenalis Sat. 5 v. 125,

Duceris planta, velut ictus ab Hercule Cacus.

Fuit Evandri nequissimus servus, & latro, vomens ignem, id est, vastans & exurens agros, Virgil. 8 Æn. v. 190, & Ovidius 1 Fastorum v. 551, & vetus, Scriptor de Origine Romana. Poëtæ tradunt, Vulcani filium fuisse, semihominem, in vasta spelunca habitantem. Livius scribit lib. 1 cap. 7, *Herculem interempto Geryone, boves mirâ specie in ea loca, ubi nunc Roma est, prope Tiberim fluvium abegisse: Cacumque accolam loci, pulchritudine boum captum, avertere eam prædam statuisse, adversosque boum pulcherrimos caudis in speluncam traxisse. Cum vero boves in speluncam actæ ad desiderium (ut fieri solet) reliquarum mugissent, Herculem ad speluncam properasse: quem cum prohibere aditu Cacus conaretur, clava ab Hercule ictum, & pastorum fidem nequicquam invocantem, occisum fuisse.* Huic soror *Caca* fuit: quæ juxta alios fratris furtum prodidit Herculi, eaque ex re divinos honores consecuta est. Lactantius lib. 1 cap. 20, & Servius in 8 Æn. Virgilianæ.

Cadaver, Cadaverinus, Cadaverosus, vide *Cado*.

Cadiscus, vide *Cadus*.

CADMĪA, æ, καδμεία, *lapis ærosus*, ungeschmeltzt ertzt, *Cobalium* vulgo vocant, cobalt. Estque duplex, nativa eaque diversorum colorum, quæ in fodinis reperitur, ut, *nigri*, schwartzer cobalt, *cineracei*, aschenfarb cobalt, & *ferruginei*, eisenfarb cobalt. *Cadmia* illa nativa non differt multum a *pyrita*, von dem kyß oder kupfferstein. *Cadmia factitia*, reperitur in officinis, ubi coquuntur metalla. Plinius lib. 34 cap. 10, *Ipse lapis, ex quo fit æs, cadmia vocatur.* Quem cap. 1 ejusd. libri *lapidem ærosum* adpellaverat. *Fit*, inquiebat, *è lapide æroso, quem vocant cadmiam.*

CADMUS, i, Κάδμος, Milesius, orationis prosæ primus auctor, secundum Plin. 5 c. 29. Scripsit historiam Milesiorum; attulit e Phœnicia litteras in Græciam; Plin. lib. 7 cap. 56. Unde Ausonio Epist. 29 litteræ vocantur *Cadmi filiolæ atricolores:* & Epistola 21 *Cadmi nigellæ filiæ.* ¶ 2. Cadmus alter, ejus progenitor, de quo Euripides in Phœnissis, Agenoris Phœnicum regis filius, conditor fuit Thebarum in Bœotia. ¶ Apud Horatium lib. 1 Sat. 6 v. 39, *Cadmus*, vel carnificis, vel lictoris nomen est, ut Vetus Scholiastes interpretatur.

¶ Cadmēa, æ, Substant. Thebarum arx: a conditore sic adpellata. C. Nepos Pelopida: *Phœbidas Lacedæmonius, cum exercitum Olynthum duceret, iterque per Thebas faceret, arcem oppidi, quæ Cadmea nominatur, occupavit.*

¶ Cadmēus, a, um, adject. ut, *Cadmea juventus*, Stat. Theb. 8 v. 601, hoc est Thebana. *Thebæ Cadmeæ*, Propert. 1 eleg. 7 ineunte. Scribitur etiam *Cadmæus*, per diphthongum, sed male, quia Καδμεῖος Græce. vide Dausq. in Silium p. 749.

¶ Cadmēïus, a, um, quadrisyllabum, idem. Statius lib. 8 Theb. v. 520,

levius Cadmeïus Æmon
Tela rotat.

¶ Cadmēis, ĭdis, patronym. fœm. a Cadmo. Ovid. 4 Metam. v. 544, *Cadmeida palmis Deplanxere domum.* Et Seneca Herc. Fur. v. 758, *impiæ Cadmeides*, i. e. Cadmi neptes.

CĂDO, cĕcĭdi, cāsum, cadere, fallen, ruere, labi. *Cadere* autem & *consistere* contraria sunt, Cic. in Orat. cap. 28, *Si semel constiteris, nunquam cadet.* Nota sunt etiam, *Cadere ex equo, ab alto:* id rursus Cicero pro Cluent. cap. 62. hoc Plinius lib. 10 c. 38 dixit. Seneca epist. 8, *Eminentis vitæ exitus cadere est.* Laberius apud Macrobium 2 Saturn. cap. 7,

Non possunt primi esse omnes omni tempore:
Summum ad gradum cum claritatis veneris,
Consistes ægre, & quamde escendas, decides.
Cecidi ego: cadet qui sequitur: laus est publica.

Quamde pro *quam*, seu quantum, ut & *tamde* pro tam dixerunt veteres: item *escendere* pro *ascendere*. Ex eo correximus, & emendavimus tertium versum: nam vulgo legitur:

& quàm descendas, decides,

absurdo sensu. Itaque *cadere* dicuntur, qui fortunas aut dignitatem suam amittunt: sicut contra felices, *stare* dicuntur. Boëthius:

Qui cecidit, stabili non fuit ille gradu.

Similiter & *cadere animus* dicitur, cum deserit, aut cum desperat. Cic. lib. 6 ad Torquat. epist. 1, *non debemus ita cadere animis*, verzagt seyn. Et *Cadit majestas*, i. e. evertitur imperium, das reich gehet zu grunde, Corn. Nep. 16, 2. 4. ¶ 2. Sæpe ad aleæ lusum transfertur hoc verbum. *Cadere* enim ibi dicitur, quod jactis tesseris prosilit: qua ratione Germani quoque verbo fallen utimur. Terentius Adelphis act. 4 sc. 7 v. 11,

Ita vita est hominum, quasi cum ludas tesseris:
Si illud, quod maximè opus est jactu, non cadit,
Illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas.

¶ Hinc alia quoque, quæ veniunt usu atque contingunt, *cadere* dicuntur. Cæsar lib. 3 de Bell. Civili cap. 73 ad illum Terentii locum non obscurè respiciens, monet suos adverso casu turbatos: *Si non omnia caderent secunda, fortunam esse industriâ sublevandam.* Nepos Miltiade cap. 2, *Etsi præter opinionem ceciderat res.* Cicero ad Atticum lib. 3 epist. 1, *Nihil mihi optatius cadere potuit*, mir hat nichts gewünschters mögen fürfallen. Id. Epist. Fam. 2, 19, *Verebar, ne ita caderet*, ich trug sorge, es möchte also gerathen. *Cadere in suspicionem*, in verdacht kommen, Nepos Pausania c. 2. ¶ 3. *Cadere in deliberationem*, in bedencken genommen werden, Cic. offic. lib. 1 c. 3. *Cadere in disceptationem*, disputirlich seyn, id. de orat. lib. 2 c. 2. ¶ 4. *Cadere caussa*, est caussæ succumbere, ut exponit Hadrianus, die sache verlieren, id. lib. 7 epist. 14. *Spes cadit in irritum*, die hoffnung fällt in den brunnen, Liv. lib. 2 cap. 6. *Non cadit in virum bonum, mentiri emolumenti sui caussa*, Cicer. in offic. 3 cap. 20. Paullo diversius Plinius lib. 35 cap. 10, *Non cadit*, dixit, *in alium tam absolutum opus*, ein solch vollkommen werck ist einem andern zu machen unmüglich. ¶ 5. Interdum pro mori accipitur: Virgil. 2 Æneid. v. 426, *Cadit & Ripheus.* Sic *cadere prælio* vel *in prælio*, Nepoti 4, 1. 2. & 14, 6. 1. *Cadere in acie*, Curtio 4, 1, 28 *est* occumbere, in der schlacht todt bleiben. *Cadere sua manu*, Tacit. 15 cap. 72, durch seine eigene hand umkommen. Plautus Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 79,

Cadunt vulneris vi & virium.

¶ 6. Obsceno intellectu sumitur in illo Plauti Pers. a. 4 sc. 4 v. 104, *Libera eris, si crebro cades*, i. e. viris succumbes. ¶ 7. *Cadere fabula*, dicitur, quæ displicet & exigitur: *Stare* contra, quæ placet & perspectatur. Vide infra STO.

¶ Casus, ûs, ein fall. Proprie apud Livium 21 cap. 35, *Fessis tædio tot malorum, nivis etiam casus, occidente jam sidere Virgiliarum, ingentem terrorem adjecit*, wenn schnee fällt. Sic etiam *Casus urbis Trojanæ*, id est ruina, Virg. Æneid. 1 v. 623. ¶ 2. Significat fortunam, inopinatum eventum, & calamitatem, ut patet ex seqq. zufall, begebenheit. Curtius 4 cap. 7 n. 13, *sive illud deorum munus, sive casus fuit*, ob solches durch schickung GOttes, oder ohngefehr geschehen. *Casus horribilis, gravis & repentinus*, Cicer. de orat. lib. 3 cap. 3. *Casus adversos sapienter ferre*, in unfall sich wissen zu schicken, lib. 2 cap. 85. Contra, *Accipere graviter casum aliquem*, sich eines unfalls allzu sehr annehmen, ibidem cap. 52. *Casu acerbo concuti*, Virgil. 5. Æneid. v. 700. *Casus fatalis*, ein sonderlich verhängniß, Cicer. in Philipp. 6 extr. Plancus Ciceroni lib. 10 epist. 8, *In eum casum me fortuna demisit*, in diesen unfall bin ich durchs widrige glück gerathen. ¶ *Rem in casum dare*, est fortunæ permittere, sive periclitari alicujus rei fortunam, es drauf wagen, wie es ablauffen werde, Tacitus 12 Annal. cap. 14. *Rem in casum dare, prælioque experiri statuit*, Idem lib. 1 Ann. cap. 47. *Non omittere caput rerum: neque se remque publicam in casum dare:* Ita locutus & Livius est lib. 42 cap. 62. Paullo ante cap. 59 extr. *In aleam se dare*, similiter dixit, hoc est periculum. Quo etiam illud Maronis pertinet Aen. 4 v. 560,

potes hoc sub casu ducere somnos?

Sallust. Jug. cap. 25, *Sperabat sese casum victoriæ inventurum*, id est occasionem. Seneca in Hercule furente v. 325,

Iniqua rarò maximis virtutibus
Fortuna parcit: nemo se tuto diu
Periculis offerre tam crebris potest:
Quem sæpe transit casus, aliquando invenit.

Quod Germani non ineleganter dicunt, der krug geht so lange zum wasser, biß ihm einmal der henckel abfällt. Cæsar lib. 1 de Bello Civ. cap. 78, *Plures casus res recipere potest*, dabey kan sich viel zutragen. Et omnia veteres aut *Deo*, aut *Casui* sive *Fortunæ* adscribebant. Virgil. Æn. 12 v. 321,

Quis tantam Rutulis laudem Casusne Deusne
Attulerit?

Cicer. lib. 16 ad Famil. Epist. 12, *In eum locum res deducta est, ut, nisi quis Deus, aut Casus aliquis subvenerit, salvi esse nequeamus.* *Magnum Casum*, Manilius dixit lib. 1 v. 530,

Sed dimensa suis consumere sidera signis
Non opus est magni Casus, sed Numinis ordo.

Nempe omnia Fortunæ Epicurei tribuebant negatâ Providentiâ: itaque iis semper erat in ore *τύραννος τύχη.* Huc respiciens, magnum Casum dixit, ex eorum opinione scilicet, qui maximam vim Fortunæ adscriberent.

¶ Casu, id est, temere, præter opinionem, præter exspectationem, forte fortuna, ohngefehr, ohn alles vermuthen. Cic. lib. 1 Fam. ep. 2, *Eo die casu apud Pompejum cœnavi.* Nepos 23, 12, 1, *Accidit casu.* Sen. epist. 7, *Casu in id incidi*, ich bin unversehens darüber kommen. Ovid. 3 Trist. Eleg. 3,

Hæc mea, si casu miraris, Epistola quare
Alterius digitis scripta sit, æger eram.

Si casu miraris, id est, si forte miraris, etwa, vielleicht. Cæsar 2 de Bello Civ. cap. 19, *Cum eò casu venisset.* Et lib. 3 cap. 3, *Ibi casu Rex erat Ptolemæus.* Huic *datâ operâ*, item *consilio*, opponitur. Phædrus lib. 5 fab. 4,

Hoc argumentum veniam mage dari docet,
Qui CASU *peccat, quàm qui* CONSILIO *est nocens.*

¶ Casualis, e, quod casu fit, sine ratione certa, zufällig; ut, *Casualis conditio*, quæ ab incerto eventu pendet, leg. ult. Cod. de necessar. serv. ¶ 2. Grammaticis Casus declinationum respicit: ut, *formæ casuales*, Priscian. lib. 5 p. 672; & *præpositiones casuales*, Probus lib. 1 p. 1427 ed. Putsch.

¶ Casualiter, adverb. zufälliger weise. Sidonius lib 9 epist. 11, *Si quid ibi vel casualiter placet.*

¶ Casabundus, a, um, taumelnd, fallend. Macrob. lib. 5 Sat. cap. 21, *Herculem fictores cum poculo fecerunt, & nonnunquam casabundum & ebrium.*

¶ Cădīvus, a, um, abfallend; ut, *Poma cadiva*, quæ suâ sponte decidunt, Plin. lib. 15 cap. 16. Propert. lib. 2 *Caduca* vocat. Ita & *Decadivus* dicitur, de quo mox infra.

¶ Cădūcus, a, um, vergänglich, hinfällig. Caducum, quod vel ruit, vel ruinæ vicinum est. Cicero in Somn. Scip. cap. 4, *Infra lunam nihil est, nisi mortale & caducum.* Idem de amicit. cap. 27, *Res humanæ fragiles caducæque sunt.* ¶ Sed & quod cecidit *Caducum* dicitur. Virgil. Æn. 6 v. 481, *Belloque caduci Dardanidæ*, die Trojaner, so im kriege umkommen sind. Ita Horatius *lignum caducum* lib. 2 od. 13, *Fulmen caducum* lib. 3 od. 4 pro jam immisso dixit. Sic *olivam caducam* Columella dixit lib. 12 cap. 50. Et Cajus JC. Silva 30 Dig. de Verb. Sign. *Glandem caducam, quæ cecidit*, interpretatur, abgefallene eicheln. Martial. lib. 7 Epigr. 64,

Sit moro coma nigrior caduco: reiffe maulbeer.

¶ *Morbus caducus*, qui hominem cadere facit, die böse kranckheit, schwere noth. vide *Epilepsia.* ¶ *Caduca hæreditas*, Cic. 10 Philipp. cap. 5. *Caduca bona*, i. e. vacua hærede suo & possessore. Cassiodorus lib. 5 epist. 24, *Caduca bona fisco nostro competere legum cauta decreverunt.* Sic Juvenalis Sat. 9 v. 87,

Jura parentis habes, propter me scriberis hæres,
Legatum omne capis nec non & dulce caducum.
Commoda præterea junguntur multa caducis: &c.

¶ Caduciter, adverb. Nonius exponit præcipitanter ex Varrone, cui *nimbi caduciter ruere* dicuntur.

¶ Caducarius, i, idem fere quod caducus, & de hominibus usurpatur. Augustinus medio libro de Beata Vita, col. 488. ed. Froben. *Isti homines caducarii sunt, quo nomine vulgo apud nos vocantur, quos comitialis morbus subvertit:* die die fallende sucht haben. ¶ 2. Apud JCtos *caducarii*, qui hæreditatem caducam adeunt.

¶ Cădāver, ĕris, a *cadendo* dictum, corpus est exstinctum, ein todter cörper, ein aaß. B. Hieronymus in cap. 24 Matth. v. 28, *Possumus autem corpus, id est πτῶμα, quod significantius latine* CADAVER, *ab eo, quod per mortem cadat, Christi passionem intelligere* &c. *Cadaver cruentum, semiustulatum*, Cicero pro Mil. cap. 13. Metaphorice, *Tot oppidorum cadavera*, Sev. Sulpicius Ciceroni lib. 4 ep. 5 verwüstete städte. *Vivum cadaver*, proverbialiter dicitur in eum, qui nihil agit vita dignum. Apulejus lib. 3 Milef. *anum quamdam gravi senio curvatam, busti cadaver extremum, & vitæ dedecus primum, & orci fastidium adpellat.*

¶ Cadaverinus, a, um, vom aaß. Tertull. de anima c. 32, *Ruminare cadaverinam & humanam*, scil. carnem.

¶ Cădāvĕrōsus, a, um: ut, *facies cadaverosa*, apud Ter. in Hecyr. act. 3 sc. 4 v. 27, der da siehet, als solte man ihn ins grab legen.

Composita à *Cado* sunt:

¶ Accĭdo, ĕre, hinzufallen, auf was fallen. Cæsar 3 B. Gall. cap. 14, *Tela* [è loco superiore] *missa gravius accidunt.* Quo pertinet etiam formula, *Accidere ad genua, vel genibus alicujus*, id est, supplicem fieri alicui, einen fußfall thun. Suet. Cæs. cap. 20, 9, *Lucullo metum injecit, ut ad genua ultro sibi accideret.* Livius lib. 44 cap. 31, *genibus prætoris accidens.* ¶ 2. Evenire, sich zutragen, begeben. Cic. lib. 3 epist. 10, *Nihil tam præter opinionem accidere potuit.* Cic. de Or. 2, 49, *Nihil mihi ad dolorem accidit acerbius.* Nepos Agesil. c. 6 pr. *Interim accidit illa calamitas Lacedæmoniis.* Rursus Cicero epistola jam laudata: *Nolim accidisset tempus, in quo* &c. Atque ita sæpe impersonaliter, etiam eleganti pleonasmo. Nepos Alcib. cap. 3, *prius quam classis exiret, accidit, ut Hermæ dejicerentur.* ¶ 3. Quadrare, convenire in quem. Terentius Andriâ act. 5 sc. 3 v. 14, *Eodem die istuc verbum vere in te accidit*, id est, quadravit in te, locum in te invenit. ¶ 4. *Eleganter de illis adhibetur, quibus aliquid gratum jucundumque fuit.* Cicero ad Att. lib. 1 epist. 5, *Mihi omnia, quæ jucunda ex humanitate alterius, & moribus, homini accidere possunt, ex illo accidebant.* Tacit. Ann. lib. 2 cap. 5, *Tiberio haud ingratum accidit.* ¶ 5. *Accidere ad aures*, zu ohren kommen, Liv. lib. 8 cap. 24. *Clamor accidit auribus nostris*, Plin. Paneg. cap. 92. §. 5.

¶ Accidentia, æ, Sing. & Fœm. Plinius lib. 32 cap. 2, *Esse vero illam naturæ accidentiam, apposito occurrit exemplo*, zufall. Et Tertullianus de Anima cap. 11, *Accidentiam spiritus passus est. Cecidit enim ecstasis super illum, sancti Spiritus vis:* entzückung.

¶ Concĭdere, niederfallen, über einen hauffen fallen. Cicer. ad Attic. 1 ep. 16, *Senatus auctoritas concidit*, ist dahin. Idem eidem lib. 7 ep. 25, *Pompejus malas caussas semper obtinuit in optimâ concidit*, da hat er verspielt.

¶ Superconcidere, drüber hinfallen. Apicius 5, 5.

¶ Decĭdere, herab fallen. Laberius, quem paullo antè laudavimus, (vide *Cado*) apud Macrobium:

Consistes ægrè; & citius, quàm ascendas, decides.

Ita enim legit Scaliger in Catalectis. *Deciderat Cassii caput*, der kopf war herunter, Vellej. 2, 70, 3. ¶ 2. *Decidere* pro *mori* Plautus dixit Trin. act. 2 sc. 4 v. 143,

Ita cuncti solstitiali morbo decidunt.

Statius de Leone 8 Thebaid. v. 125,

Si decidat hostis, Ire super satis est.

Claudianus Præfat. lib. in Ruffinum:

Phœbeo domitus Python cùm decidit arcu.

¶ Decădīvus, a, um, adject. Vetus Poëta in Pervigilio Veneris v. 17,

Et micant lacrimæ trementes decadivæ pondere.

Ita enim corruptissimum locum felicissime, ut ego quidem censeo, Lernutius restituit.

¶ Decīduus, a, um, aliud adjectivum: ut *occiduus*. Plin. 11, 37, *Cervis solida cornua, & omnibus annis decidua.* Prudentius Hymno 3 Καθημερ. v. 78, *Arbor onus tremefacta suum*
Deciduo gravis imbre pluit.

¶ Decīdium, i, der fall. Sen. ep. 30, *fortiter ferre decidium sui.*

¶ Excīdere, entfallen. Cicero Bruto epist. 10, *Excidit e manibus victoria*, entwischet aus den händen. *Excidere animo, ex animis*, aus dem sinn kommen. *Excidere è memoria*, nota sunt. Etiam absolute, posthabita *memoriæ* voce, *Excidere* ita usurpatur. Cicero lib. 5 ep. 13, *Quæ cogitatio cum mihi non omnino excidisset (etenim penitus insederat) tamen* &c. Tacitus 2 Hist. cap. 76 n. 6, *An excidit trucidatus Corbulo?* ist er schon vergessen? ¶ *Excidere aliqua re*, est non potiri, hinter etwas hingehen. Ovidius in Fab. Phaëthontis v. 328,
Quæ si non tenuit, magnis tamen excidit ausis.
Terentius Andria act. 2 sc. 5 v. 12,
Herus, quantum audio, uxore excidit, er kriegt den korb. Ita *fine excidere*, Quintil. dixit lib. 2 cap. 17.

¶ Excīdium, i, vide in *Scindo.* Huc pertinere videtur pro occasu positum apud Prudentium in Apoth. v. 627, *Rota lurida solis*
Hæret, & excidium sentit jam jamque futurum.

¶ Incīdere, einfallen, fürfallen. Cicero lib. 5 epist. 15, *Casu, nescio quo, in ea tempora nostra ætas incidit, ut, cum maxime florere nos oporteret, tum vivere etiam puderet*, wir haben böse zeiten erlebet. Idem Divin. in Verr. cap. 15 extr. *Non consulto, sed casu in eorum mentionem incidi*, ich habe ihrer ohngefehr erwehnet. *Incidere in aliquem*, einen aufstossen, begegnen: *in vituperatores alicujus*, idem lib. 7 epist. 3. *Incidere in morbum*, lib. 13 ep. 29, in eine kranckheit fallen. Hæc ex Cicerone. *Incidere in cogitationem*, Sulpicius Ciceroni lib. 4 epist. 5. *in opinionem*, Dolabella eidem lib. 9 epist. 9, auf die gedancken kommen. *Incidere in manus hostium*, Sen. epist. 4, den feinden in die hände gerathen.

¶ Superincidere, über einander fallen. Livius lib. 23 cap. 15 extr. *ruina superincidentium virorum.* Et Columella lib. 4 cap. 9, *plaga* [putandæ vitis] *obliquâ falce fit, ne si transversa fuerit cicatrix, cælestem superincidentem aquam contineat.* Alii legunt *supercidentem.*

¶ Intercīdere, darzwischen fallen, drein kommen. Livius 3 cap. 10, *quod intercidit*, was darzwischen herunter gefallen. Cicero lib. 5 ep. 8, *Si quæ interciderunt, non tam re, quam suspicione violata.* ¶ 2. Interire, verfallen, vergehen, ut, *Intercidit gratia beneficii*, Seneca 3 Benef. cap. 1. *Memoriâ intercidere*, vergessen werden. Livius lib. 2 cap. 8, *Credo, quia nulla gesta res insignem fecerit consulatum, memoriâ intercidisse.*

¶ Occidere, untergehen, item, zu boden gehen. Livius 39 c. 26, *Nondum omnium dierum sol occidit*, es ist noch nicht aller tag abend. Catullus Carm. 5, *Soles occidere & redire possunt.*
Cicer. lib. 4 epist. 1, *Aliquid opis occidenti Reipubl. ferre*, so zu grunde gehen will. ¶ *Occidi*: desperantis sermo apud Comicos, ut, *Fui; nullus sum.* Terentius Andr. act. 3 sc. 4 v. 13,
D. *Quidnam audio?* S. *gnatam ut det oro. vixque id exoro.* D. *occidi.*
Et v. 26, *Sed eccum ipsum video: Occidi.*
Plautus Casin. act. 3 sc. 5 v. 1,
Nulla sum, nulla sum: tota, tota occidi,
es ist mit mir aus. Participium *occasus* vide post paullo post nomen *occasus.*

¶ Occĭdens, tis, substant. pro eâ parte mundi, in quâ sol occidit, der abend, abend gegend, untergang. ut, *Qui has nobiscum terras ab oriente ad occidentem colunt*, Cicer. 2 Nat. D. cap. 66.

¶ Occidentalis, e, adject. gegen abend gelegen. Plin. 18, 34, *ab occidentali latere septemtrionis.*

¶ Occidualis, e, idem. Prudentius lib. 2 adv. Symmach. v. 597,
Omnibus in terris, quas distinet occidualis
Oceanus, roseoque aurora illuminat ortu.

¶ Occīduus, a, um, untergehend, ut, *Sol occiduus*, Ovid. Met. 1 v. 63. *Orbis occiduus*, die lande nach dem abend gelegen, Claudian. Præf. l. 2 Rapt. v. 38. *Senectus occidua*, apud Ovidium 15 Metam. v. 227.

¶ Inocciduus, a, um, non occidens. Lucanus lib. 8 v. 174,
qui non mergitur undis
Axis inocciduus, gemina clarissimus Arcto.
Et Statius 6 Theb. v. 277,
Spectat inocciduis stellatum visibus Argum.

¶ Occāsus, us, der untergang, de sole proprie. Cic. Nat. Deor. 2 c. 19, *alterum sidus spatiis immutabilibus ab ortu ad occasum commeans.* ¶ 2. Interitus quarumvis rerum. ut, *Totius Vrbis atque imperii occasum appropinquare dixerunt*, Cicero 3 Catil. cap. 8. ¶ 3. Pro morte & obitu etiam ponitur. C. Nepos Eumene extr. *Nemo Eumene vivo Rex adpellatus est; sed Præfectus: iidem post hujus occasum statim regium ornatum nomenque sumserunt.* Cicero 1 Acad. Quæst. cap. 2, *Post L. Ælii nostri occasum.* ¶ 4. Apud Ennium aliquoties pro occasione legitur. e. g. lib. 2 Annal. *Heic datus est occasus.* Et lib. 8 Annal. *Ast occasus ubi tempusque audere repressit.*

¶ Occāsus, a, um, particip. pass. ut, *Sol occasus*, antiquorum formula, pro *Solis occasus.* Plaut. Epidic. a. 1 sc. 2 v. 41, *ante solem occasum.* Et in Leg. XII Tabul. *Sol occasus suprema tempestas est*; apud Gellium lib. 17 cap. 2, qui ibidem etiam ex Novii Atellana adfert, *Sole occaso*, quod ait, non insuavi venustate dici. Ipse Gellius lib. 3 cap. 2, etiam ita locutus est, *post solem occasum*: & mox, *a sole occaso.* Conf. Voss. de Analogia 4 c. 13 p. 201.

¶ Occāsio, ōnis, tempus actioni opportunum, actionum anima, Græci εὐκαιρίαν dicunt, quæ omnium consilia superat, gelegenheit. Hippocrates παραγγελίας initio: χρόνος ἐστὶν, ἐν ᾧ καιρὸς, καὶ καιρὸς, ἐν ᾧ χρόνος οὐ πολύς, *Tempus est, in quo occasio: Occasio, in quo non multum temporis est.* Cæsar *temporis opportunitatem* vocat: aliquando & absolutè & κατ' ἐξοχὴν *Tempus*, de quibus infra. Rectene satis εὐκαιρία dicatur nonnullis, disputat Scaliger Exercit. 364 sect. 2. Simulacrum Occasionis pingunt Himmerius apud Photium Biblioth. Cod. 353 pag. 1127. Callistratus apud Philostratum de Statuis, & Posidippus in Anthologia, quod Epigramma Ausonius Epigr. 12 latine vertit. Qui omnes fronte capillatam, postica parte calvam fecerunt: significantes, cum adest præsto, prehendi; cum elapsa tergum vertit, reprendi haud posse. Quo illud Catonis in distichis pertinet:
Rem, tibi quam nosces aptam, dimittere noli:
Fronte capillata est, posticâ occasio calva est.
Vide & Phædrum Fab. 89, *Occasionem arripere, amplecti*, sich der gelegenheit bedienen. Plinius lib. 2 epist. 13 pr. *Tu occasiones obligandi me avidissime amplecteris.* Et, *Occasionem amplam nancisci*, Cic. 4 in Verr. 25, geraume gelegenheit überkommen. *Occasionem habere, tenere, Occasio data, oblata, ostentata*, Cicer. *Occasionem opprimere*, id est, *occupare*, Plautus dixit Asin. 2, 2 v. 15. *Occasio premenda est. Occasionem amittere*, Cic. pro Cæcin. c. 5. Et Portius Latro declamatione in Sallustium: *Num in gerendis negotiis ignoras sequendas esse temporum opportunitates. Et in occasione rerum desidiam ac tarditatem omnem quàm diligentissimè fugiendam?* ¶ 2. Interdum idem notat, quod copia vel potestas, ut, *Oleæ est rara occasio*, Colum. man kan gar selten ölbäume haben. *Ad excutiendum ignem non semper lapidis occasio est*, Plin. 16 c. 41.

¶ Occasiuncula, æ, dimin. Plaut. Trinum. a. 4 sc. 2 v. 132,
Nimis argute obrepsisti in eapse occasiuncula.

¶ Præoccīdere, vorher untergehen. Plinius lib. 18 cap. 29, *In IV Calend. Maji Canis occidit, sidus per se vehemens, & cui præoccidere Caniculam necesse sit.* Quod Salmasius in Solinum p. 305 Edit. novæ, de Canis minoris prævio occasu interpretatur: cui repugnat Jo. Harduinus in Plinium Emendatione 39, de præcedente sacrificio exponens, ut dubium sit, annon a *cædo* potius, id est macto, quam a *cado*, quo Salmasius referebat, velit derivatum.

¶ Procīdere, niederfallen. *Procidere ad alicujus pedes*, einem zu fuß fallen, Horat. Epod. 17. *Glans in alienum fundum procidens*, Plin. lib. 16 cap. 5.

¶ Procīduus, a, um, adject. vor sich fallend. Sidonius Carm. 23 v. 415,
Turpans prociduam cruore frontem.
Plinio lib. 21 cap. 20 extr. *sedes procidua* est, das herausgehen des mastdarms.

¶ Procidentia, æ, fœm. sing. die heraustretung. Plinius lib. 34 c. 18, *Vsus* [plumbi usti] *in oculorum medicamentis, & maxime contra procidentiam eorum.* Et lib. 23 cap. 9, *Vtilis* [myrtus] *procidentiæ vulvarum.*

¶ Procidentia, um, plur. neut. ex Participio, idem. Plinius lib. 23 cap. 1, *Acetum sistit procidentia sedis vulvæque.* Idem lib. 24 cap. 11, *Radix* [rorismarini] *vulnera sanat viridis imposita, & sedis procidentia, & hæmorrhoides.*

¶ Recīdere, wieder zurück fallen, zurück schlagen. *Recidere in eamdem fortunam*, Cicero pro Sext. extr. *Recidere in graviorem morbum*, Livius lib. 24 cap. 29. Idem lib. 36 cap. 29, *Prava consilia in auctoris semper caput recidunt*, untreu schlägt ihren eignen herrn. Plaut. in Menæch. a. 3 sc. 2 v. 54, *In te recident hæ contumeliæ*, diese schmähworte werden dir wiederum zu hauß und hof kommen. ¶ Translate, sed eleganter, pro reduci vel redigi, Terentius in prologo Hecyræ v. 46,
Nolite sinere, per vos artem musicam
Recidere ad paucos.

¶ Recidivus, a, um, quidquid ex casu suo restitutum, eodem modo & genere redit. Ita *recidiva Pergama*, aliquoties dixit Virgilius, quæ fiunt ab his, qui superstites sunt Trojanis periculis, sive, ut Servius in Æneid. 4 v. 344 interpretatur: *post casum restituta.* Aut Recidiva sunt caduca, rursus cadentia, ut non tam ab reditu, quam a casu adpellatio sit. Vide Caroli Ruæi in Virg. d. l. commentationem. *Recidivas febres*, Plinius dixit 30 cap. 21. quæ quum emansere aliquamdiu, redeunt, sive quia in eas recidimus. V. Auson. Pop. de differentiis Verbor. & Ruæum d. l.

¶ Recidivatus, ûs, die wiederherstellung, erstattung, quo quid post casum redit atque instauratur. Tertull. de resurr. carn. c. 18, *Scripturæ carnis recidivatum pollicentur*, die auferstehung des fleisches. Conf. ibid. c. 1. & de anima c. 28.

¶ Succīdere, sincken, niederfallen. Plaut. Curcul. act. 2 sc. 3 v. 32, *genua inediâ succidunt.* Et Curtius lib. 9 cap. 5 n. 7, *Genua labore succiderant.* Lucret. lib. 3 v. 157, *succidere artus*: & lib. 5 v. 110,
Succidere horrisono posse omnia victa fragore.

¶ Succāsus, ûs, subst. Varro apud Nonium in Calcar: *Ventus succasu vehementius sufflare.*

¶ Succīduus, a, um, sinckend, ut, *Gressus succidui*; ungewisse tritte, die da wancken und fallen wollen, apud Claudian. Rapt. 3 v. 153. Ovid. Heroid. epist. Laodamiæ 13 v. 24,
Succiduo dicor procubuisse genu.
Et Alcimus Avitus lib. 1 v. 8, *Succidua proles.*

CĀDŪCEUM, & Caduceus, i, Mercurii sceptrum sive virgula. Videtur tamen Apulejus lib. 10 p. 253 distinguere, *quem*, inquit, *caduceum & virgula Mercurium indicabant*: nisi alterum explicationis caussa adjectum esse credideris. ¶ 2. Est insigne Caduceatorum, qui legati pacis sunt, ein fried-stab, fried-scepter. Id duobus anguibus circumdatum erat: quod *sicuti illi obliti veneni sui in se coëunt: ita hostes contemptis & depositis inimicitiis in amicitiam revertantur*, ut Servius explicat in 8 Æneid. v. 138. Vide Plinium lib. 29 cap. 3 sub finem. & Corn. Nepos 23, 11, 1. Defigebatur in prora navis: quâ de re Schefferus de milit. Naval. pag. 335. *Caduceum & hastam simul mittere*, est optionem facere belli & pacis, die wahl geben, ob man friede oder krieg haben wolle, Gellius lib. 10 c. 27. ¶ Caduceus, virili forma, dixit Hyginus Astrom. cap. 7, *Nonnulli*, inquit, *faciunt caduceos, duos dracones implicatos virgula faciunt, quod initium Mercurio fuerat pacis.* ¶ Quanta penultima sit, dubitari potest. Si ex κηρύκειον deductum est, videtur porrigenda, quod certius esset, nisi Philoxenus etiam κηρύκιον scripsisset. Olaus Borrichius Prosod. in Caducifer:
Est

Est a Caduceo, Mercurii virga, penult. brevi, quia est vox Latina, carens diphthongo.

¶ Cadūceator, ōris, qui pacis petendæ caussa mittitur, ein herold, friedens-bote. Curtius 3 cap. 1, *caduceatorem præmisit* : & lib. 4 cap. 2, *caduceatores, qui ad pacem compellerent, misit.* Livius lib. 32 cap. 32, *Caduceator ab rege venerat.* Talem designat Nepos Hannibale his verbis: *Tabellarium in scapha cum caduceo mittit.*

¶ Caduceatus, a, um, i. e. caduceum ferens. Ita exstat Romæ in majori urna: ABITE HINC VESTRO CVM MERCVRIO PETASATO CADVCEATOQ. v. J. B. Ferretii Mus. lapid. p. 5. ubi Autor p. 6 Caduceum a cadendo dici existimat, quod dissensiones & bella cadere faciat.

¶ Caducifer, pro Mercurio, apud Ovidium Metam. 2 v. 710,

Hinc se sustulerat paribus caducifer alis.

Caducarius, Caducus, quære in *Cado*.

CĂDVRCVM, i, velum seu culcitra ex lino candidissimo, sic dictum à *Cadurcis*, Galliæ Narbonensis populis, ein weisses pfül oder pulster, ein weiß deckbette. Juvenalis Satyr. 7 v. 221,

Institor hibernæ tegetis niveique cadurci.

¶ 2. Item Vas, aquam ex piscina aut puteo hauriens, ein grosser kunst-eymer, Vallâ auctore in Raudensi. ¶ 3. *Cadurcum* tabernaculum institorum est, eine krämer-buden. ¶ 4. *Cadurcum* quoque oppidum est Galliæ Narbonensis, Episcopatu nobile. *Cadurci* autem populi inter Celtas, quos memorat Ptolemæus lib. 2 c. 7.

CĂDVS, i, Κάδος, vasis vinarii genus, decem congios continens, idem quod metreta, ein wein-gefäß von 30 kannen, oder ein halber eymer. ¶ 2. Vsurpatur & pro quovis vase ac mensura. Horat. lib. 1 Carm. Ode 35,

Diffugiunt cadis
Cum fece siccatis amici,
Ferre jugum pariter dolosi.

Sic, *Cadus salsamentarius*, ein faß zum einsaltzen, Plinio lib. 32 cap. 8, quam *Orcam* dixit Persius Satyr. 3 v. 76.

¶ Cadiscus, i, vasculum, quo suffragia colligebantur. Duo erant cadisci, alter κύριος, in quem Condemnationis; alter ἄκυρος, in quem Absolutionis calculos mittebant Judices: Hic καδίσκος ἐλέυ, id est, misericordiæ dicebatur, in quem αἱ σώζουσαι mittebantur, alter θανάτυ, hoc est, mortis erat, priore loco posita. Bud. ¶ Cadiscus Plinio lib. 4 c. 12, mons est Cretæ.

CADVSII, orum, gens juxta mare Caspium in Mediæ finibus. Meminit Corn. Nepos in Datame, & Plin. Hist. Nat. lib. 6 cap. 17, & Curtius lib. 4 cap. 12 n. 4.

Cæa insula, vide *Cea*.

CAECIAS, æ, Καικίας, ventus inter Aquilonem & exortum, attrahens nubes, ost-nord-ost, Gell. lib. 2 c. 22. Inde locus factus proverbio, *Mala ad se attrahit, ut Cæcias nubes*, er bindet ihm selbst eine ruthe auf seinen rücken. Item, *Pecunias ad se attrahit, ut Cæcias nubes.* Erasmus.

Cæcilius, Cæcilia, vide post *Cæcus*.

Cæcina, vide *Cecinna*; quamquam melius *Cæcina*.

Cæcitas, Cæco, are &c. vide in *Cæcus*.

CAECŬBVM, i, oppidum Campaniæ in Italiâ vino nobile, quod & ipsum *Cæcubum* adpellatur. Horatius lib. 1 Ode 37 v. 5,

Antehac nefas depromere Cæcubum
Cellis avitis.

Idem Epod. 9 extremo:

Vel, quod fluentem nauseam coërceat,
Metire nobis Cæcubum.

Martialis lib. 13 epigr. 115,

Cæcuba Fundanis generosa coquuntur Amyclis.

CAECVS, a, um, τυφλὸς, lumine captus, sine visu, blind; ut, *Appius cæcus*, quem Livius 9 c. 29, vocat *luminibus captum.* Vellejus 1 c. 5, *Homerum si quis cæcum genitum putat, omnibus sensibus orbus est.* Vocis originatio plane cæca est atque occulta, quamquam Isidorus esse putet a *carendo*, quod cæcus oculis careat; Perottus a *cædendo*, quod sit oculis concisus; & Martinius a καίειν, *urere*, quod ignis maxime & fumus visum impediat. ¶ Transfertur ad animum, & alias res temeritatis arguendas, Cicero c. 26 pro Quint. *Cæcum cupiditate & avaritia fuisse*: & cap. 15 de Amicitia: *Non solum ipsa fortuna cæca est, sed eos etiam plerumque efficit cæcos, quos complexa est.* Idem in Pison. cap. 24, *Cæcâ cupiditate rapi*, & Agr. 2 cap. 25, *Obscurâ spe & cæcâ exspectatione pendére*, im zweiffel stehen. Lucret. lib. 2 v. 14,

O miseras hominum mentes! ô pectora cæca! &c.

Quid cæco cum speculo? Id vel cæco adpareat, locutiones sunt proverb. ¶ Sic aliud Proverbium apud Græcos erat in usu: Μήτε τυφλὸν ὁδηγὸν, μήτε ἀνόητον σύμβουλον, de non adsciscendo cæco duce, nec adhibendo stulto in consilium: quo respexisse Horatius videtur lib. 1 epist. 17 v. 3,

Disce docendus adhuc, quæ censet amiculus, ut si
Cæcus iter monstrare velit.

¶ 2. Sæpissime *Cæcum* pro occulto, & quod latet ac fallit, usurpatur, quod κεκρυμμένον Græcis est. Vet. Gloss. Κεκρυμμένον, *Obductum, occultum, celatum.* Plinius lib. 4 epist. ult. *libramentum abditum & cæcum.* Manilius lib. 4 v. 300,

Et verum in cæco est, multaque ambagine rerum.

Sic *Cæcum vallum* milites Romani vocabant, quod specie ignota falleret, de quo vide Festum. Cæsar lib. 2 de Bell. Civili cap. 28, *Milites moniti à Brundusinis, ut vallum cæcum fossasque caveant, subsistunt.* Silius Italicus lib. 5 v. 3,

Silvarum anfractus cæcis insederat armis.

Et lib. 10 v. 414 Idem:

Et stilus occulitur, cæcum in vestigia telum.

Statius lib. 2 Silv. 5 v. 10, *Cæco foveæ deceptus hiatu.*

Similiter Apulejus Apologia *perniciem cæcam & inevitabilem* veneficiis tribuit: idem *cæcâ ratione tentatum aëra* dixit. Virg. 2 Æn. v. 453,

Limen erat cæcæque fores:

id est, non omnibus notæ, ut Servius interpretatur. Eidem Æn. 3 v. 200, *Cæcæ unde* fuat incertæ & incompertæ. Sic Columella lib. 1 c. 5, *cæcos morbos* vocat, *quorum caussas*, ut ipse pergens dicendo interpretatur, *ne Medici quidem perspicere queant.* Tacitus 1 Histor. cap. 82, *cæcum pavorem*, cui nec ratio, nec modus constat, dixit. Similiter & Virg. 2 Æn. v. 335, *Et cæco Marte resistunt.*

Vbi Servius: *Aut confusa pugnâ*, inquit, *aut nocturnâ: aut Epitheton Martis est, cujus exitus semper incertus est.* ¶ 3. Idem Virg. lib. 5 v. 589, *Parietes cæcos*, de Labyrintho dixit, eos intelligens, qui nullis fenestris aperti sint: quemadmodum Harmenopulus τυφλὸν τοῖχος etiam dixit, ut Cujacius observavit lib. 1 observat. cap. 31. Similiter Sallustius, *cæcum corpus*, de aversa corporis parte dixit, quod nulli ibi oculi, sicut in adversa, sive anteriore, exstent. Verba ejus ut à Lutatio Scholiis in 7 Thebaid. Statii p. 327 citantur, ista sunt: *In maximo omnium metu & nudum & cæcum corpus ad hostem vertere*; id est, quod *nec oculi, nec lorica muniebat*, ut ipse Lutatius explicat. Nam vetus consuetudo erat, ut lorica non nisi pectus tegeret, quod idem observat. Vide & Scaligerum apud Lindebruchium in Observationibus Statianis ad eumdem Poëtæ locum. Vide & infra in *Lorica*.

¶ Cæcŭlus, a, um, diminut. der ein blöd gesicht hat. Ita adpellatus Vulcani filius, Virg. Æn. 7 v. 681, & 10 v. 544. Sic *Cæcula serpens*, eine blindschleiche. Et

¶ Cæcilia, æ, serpentis genus aliud Columellæ 6 cap. 17 pr.

¶ Cæcĭtas, ātis, visus orbitas, ut, *Horribilis cæcitas*, greuliche blindheit, Cicero Tuscul. lib. 5 cap. 38. Cæcitatis laudem Passeratius scripsit. Illustris citatus locus apud Ciceronem 5 Tuscul. ubi nihil in ea mali esse ostendit. ¶ Idem Cicero ad animum retulit, pro domo c. 40, *Cæcitas mentis.* Et c. 50, *furor animi & cæcitas*, unverstand.

¶ Cæcitudo, ĭnis, idem. Gloss. gr. lat. ἀβλεψία, *cæcitudo.*

¶ Cæcĭgĕnus, a, um, qui cæcus natus, blind gebohren, Lucret. 2, 740,

Nam cum cæcigeni, solis qui lumina nunquam
Adspexere. Item Gloss. gr. lat. τυφλογενὴς, *cæcigena.*

¶ Cæco, avi, atum, are, verblenden. Cicer. pro Sest. cap 66, *Largitione cæcarunt mentes imperitorum.* Lucretius lib. 1 v. 330,

Sol etiam cæcat: contra si cernere pergas.

Die sonne blendet. ¶ 2. Pro obscurare Avienus Perieg. v. 500,

denso cæcantur stipite silvæ.

Metaphorice Palladius lib. 1 cap. 6, *cæcabitur spes vindemiæ.*

¶ Cæcatus, a, um, geblendet. *Libidinibus cæcati velut domesticis vitiis*, Cic. 1 Tusc. c. 30.

¶ Cæcūtio, ire, blintzen, blind seyn. *Oculi cæcutiunt*, die augen sehen stumpff, Varro apud Nonium. Plauto id

¶ *Cæcultare* est in Fragm. apud Festum, cujus verba sunt: CAECVLTANT, *cæcis proximi sunt, oculorum acie obtusa. Plautus: Numnam mihi oculi cæcultant? Estne hic noster Hermio?* Rursus idem Festus: *Cæcultare est cæcos imitari.* Quid? quod non nemo apud Livium invenit lib. 27 c. 3, *Inter multas magnasque res, quæ nunc secundæ, nunc adversæ, cæcultabant cogitationes hominum.*

¶ Excæco, are, blenden, verblenden, des gesichts berauben. Cicer. Acad. 4 c. 23, *Num ergo is excæcat nos, aut orbat sensibus?* ¶ Translate Ovid. 4 de Ponto eleg. 2 v. 17,

Scilicet ut limus venas excæcat in undis.

Vbi venas aquarum excæcare idem est ac oblimare, exsiccare, obstruere, verstopffen. Sic *excæcare formam* Petronius dixit: *Numquid aliquo naturali vitio formam excæco?* Plinius 17 c. 22, *Excæcare palmitem, supina falce auferendo oculos.* Hinc

¶ Excæcatus, a, um, verblendet, & impropriè iterum Ovid. Met. 15 v. 272, *Flumina prosiliunt, aut excæcata residunt.*

Simili modo Celsus 7 c. 7, dixit *excæcata itinera pituitæ*, verschleimt.

¶ Obcæcare, verdunckeln, zudecken. Cic. 2 de Orat. cap. 80, *Obscura narratio totam obcæcat orationem.* Colum. 2 c. 2, *quædam fossæ obcæcantur*, h. e. obteguntur ne pateant. Virg. in cul. v. 197,

Timor obcæcaverat artus.

¶ Obcæcatus, a, um, verblendet, eingenommen. Cic. 15 ep. fam. 1, *obcæcatus stultitia.* Colum. 6 c. 36, *Incensus & obcæcatus cupidine.* Idem 3 c. 7, *Desidia velut ignorantiæ tenebris obcæcata, luce veritatis caret.*

¶ Occæcare, idem ut obcæcare. Livius lib. 33 cap. 7 pr. *Densa caligo occæcaverat diem.* Metaphorice idem lib. 5 cap. 37, *Occæcat animos fortuna.* Sed *Occæcare semen*, i. e. occultare sive obruere terra, apud Cicer. de Senect. cap. 15. Vnde *Occare* & *Occatio* contractum videtur. Serenus apud Nonium: *Occatio occæcatio est.* Et alibi ipse Nonius: *Occæcationem ab occæcatis seminibus, qua id efficitur, dici M. Tullius voluit de Senectute.*

¶ Occæcatus, a, um, verfinstert. Cic. 1 de fin. c. 10, *Occæcati cupiditate non provident.* Plaut. Men. 1, 2 v. 67, *Solem vides, ut occæcatus præ hujus corporis candoribus.*

¶ Occæcatio, ōnis, die verblendung, vide paullo ante in *Occæcare.*

CAECĬLII, a Cæculo Vulcani fil. orti dicuntur. Quintus Cæcilius Grammaticus Romæ fuit, qui primus Virgilium & Poëtas alios discentibus proposuisse fertur, ut Suetonius tradit de illustr. Gramm. c. 16. Meminit ejus & Macrobius Sat. 2 c. 10. ¶ 2. *Cæcilius* alius *Statius* Poëta Comicus fuit, quem Cicero ad Attic. 7 ep. 3, *malum* adpellavit *Latinitatis auctorem.* Horat. lib. 2 ep. 1 v. 59,

Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte.

Fuit Ennii contubernalis. Sententias ejus aliquas Gellius & Cicero annotarunt: ut, *Is demum miser est, qui ærumnam suam nequit occultare.* Et, *Ædepol senectus si nihil quicquam aliud vitii adportet secum, cum advenit, unum id satis est, quòd diu vivendo multa, quæ non vult, videt.* Et, *Tum etiam in senecta hoc reputo miserrimum, sentire, eâ ætate esse odiosum se alteri.* Et, *Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia*; vide *Pallium.* Et, *Vivas ut possis, quando non quis, ut velis*, refert ex Cæcilii Plotio Donatus. Et, *Hi sunt inimici pessimi, fronte hilari, corde tristi.* &c. ¶ 3. Alius *Cæcilius*, *Quincti* pronomine, T. Pomponii Attici avunculus fuit, Eques Romanus difficili naturâ: Corn. Nepos Vitâ Attici cap. 6, & Val. Max. lib. 7 c. 8.

¶ Cæcilia, æ, Metelli uxor, de quâ Valerius Maximus lib. 1 cap. 5. *Cajam Cæciliam*, Tarquinii Prisci uxorem Plutarchus nominat Quæstion.

stion. Romanis. ¶ 2. *Cæciliæ familiæ claritudo*, Vellej. 2, 11, 3. ¶ 3. Cæcilia pro serpente, vide supra in *Cæcus*.

CAEDĬCVS, i, nomen cujusdam divitis apud Virg. 9 Æn. v. 362.

¶ Cædicius, judicis severissimi nomen apud Juvenal. Satyr. 13 v. 197. ¶ 2. miles Rom. Vide *Ceditius*.

CAEDO, cĕcīdi, cæsum, cædere, hauen, schlagen. Cic. Verr. 5 cap. 29, *virgis ad necem cædi*, zu tod gestrichen werden. Idem Phil. 8 cap. 8, *cum servi publici loris ceciderunt*, peitschen. Horat. 1 Satyr. 3 v. 120, *ferula cædere*. Persius Sat. 4 v. 42,

Cædimus inque vicem præbemus crura sagittis,

id est, carpimus & carpimur, ridemus & ridemur. *Cæduntur* & *arbores*: bäume oder holtz fällen. *Silvas cædere*, Cæsar 3 Gall. cap. ult. *Cædere exercitum*, erlegen, Cic. Phil. 14 principio. ¶ 2. *Cædere sermones* pro *colloqui*; de duobus enim aut pluribus sermocinantibus inter se videtur dicendum, quod Terent. Heaut. act. 2 sc. 2 v. 1 Græcanicâ phrasi dixit. Græci enim κόπτειν ῥήματα pro disserere dicunt, ut Priscianus observat lib. 18.

¶ Cædes, is, ein mord, Trucidatio sive mors ferro, aut aliâ vi illata, præsertim ab eo, qui occidere vel ferire volebat. *Cædem committere*, Ovid. 14 Epist. v. 59. *Cædes facta est*, Cic. pro Milone cap. 5. *Spectat res ad cædem*, Idem ad Attic. 15, 18. es laufft auf mord und todschlag hinaus. ¶ 2. Et quia ligna dicuntur *cædi*, idcirco etiam *ligni cædes* dicitur: ut Gell. 19, 12, *ligni atque frondium cædem facere*.

¶ Concædes, is, plur. Concædes, ium, cum multæ arbores simul cæduntur ad impediendas vias: wann man den wald verhauet. Vegetius lib. 3 de re militari cap. 22, *Multi cum ab hoste discedunt, si per silvas ituri sint, præmittunt, qui angusta vel abrupta occupent loca, ne ibidem patiantur insidias. Et rursus post se præcisis arboribus vias claudunt, quas* CONCAEDES *vocant; ut adversariis facultatem adimant persequendi.* Tacitus 1 Annal. cap. 50, *Castra in limite locat, frontem ac tergum, vallo; latera, concædibus munitus.* Et Ammianus lib. 16 cap. 25, *Concæde arborum densa undique semitis clausis.* Et lib. 17 cap. 20, *celsarum arborum obsistente concæde.* Hujus rationis meminit Cæs. lib. 3 de Bell. Gallico cap. ult. Alexandro Sulpicio apud Gregorium Turonensem lib. 2 cap. 9, *Concides* vocatur: quod & in MSS. Vegetianis Stevvechius observavit.

¶ Cæduus, a, um, das man hauet, adject. ut, *Silva cædua*, Plin. lib. 16 cap. 26, & minor lib. 5 epist. 6. ein wald darinnen man holtzet. *Arbores cæduæ*, Lege 7 Dig. de Soluto matrim. § Si fundum 12. *Frutex cæduæ naturæ*, Plin. lib. 12 cap. 19.

¶ Incæduus, a, um, ut, *Incæduus lucus*, apud Ovid. 2 Fast. vers. 435, qui non cæditur.

¶ Cæsus, a, um, geschlagen, abgehauen, ex participio nomen, unde forte superlativus *cæsissimus* apud Varronem de Lat. L. lib. 7 n. 39. Terent. Andr. 1, 2 v. 28, *Verberibus cæsum te in pistrinum, Dave, dedam.* Cic. Phil. 14 c. 1, *Exercitus hostium cæsus fugatusque.* Idem ad Att. 5, 18. *Ne quid inter cæsa & porrecta, ut ajunt, oneris mihi addatur.* Sumta est proverbialis locutio a sacrificiis, cum inter exta jam cæsa & porrecta sinistri quid accideret, ne litari posset; zur unzeit. ¶ *Ruta cæsa* in venditionibus adpellantur, quæ venditores domuum aut fundorum excipere solent, quæque terrâ aut opere structili tectoriove non continentur, was nicht erd-wied-und nagel-fest ist. Cicero Topic. extrem. *cum ædes fundumve vendiderint, rutis cæsis receptis.* Pomponius Lege 66 Dig. de contrah. emtione: *Ruta cæsa ea sunt, quæ neque ædium, neque fundi sunt.* De adpellationis ratione ita Festus: *Ruta cæsa dicuntur, quæ venditor possessionis, sui usus gratia concidit ruendoque contraxit.* Vide plura infra in *Ruo*.

¶ Cæsim, id est, *cædendo*, vel *per incisiones*, auffn hieb: cui opponitur *punctim*, auffn stoß. Livius lib. 22 cap. 46, *Hispano punctim magis, quàm cæsim assueto petere hostem.* Suetonius Caligula c. 58, *Alii tradunt alloquenti pueros a tergo Chæream cervicem gladio cæsim graviter percussisse: dehinc Cornelium Sabinum ex adverso trajecisse pectus.* Itaque Chærea *cæsim* Caligulam; Sabinus *punctim* petiit, jener hat ihm einen hieb, dieser einen stoß gegeben. ¶ Cic. in orat. c. 67, *Membratim adhuc, deinde cæsim diximus*, i. e. per incisa vel commata, abschnitts-weise.

¶ Cæsio, ōnis, apud Columellam pro incisione, der schnitt, lib. 1 c. 33.

¶ Cæso, ōnis, ein aus mutterleib geschnittener. Plin. 7 c. 9, *Primus Cæsarum a cæso matris utero dictus: qua de causa & Cæsones adpellati.* vide post paullo *Cæsar*. Ejusmodi exsectos auspicatius nasci censet Plinius.

¶ Cæsor, ōris. Hieron. Epist. 103 c. 6, *cæsores lignorum*, holtzhauer.

¶ Cæsitius, a, um, vide *Cæsius*.

¶ Cæsuræ in carmine sunt *Hemipentemimeris*, *semiquinaria*, *trochaica semiseptenaria*, & *bucolica*, de quarum singulis suis vide locis. Sed quia rationem *Cæsurarum* ex auctoribus diversis diligentissimè Fabricius de re poët. lib. 7 p. 788 exposuit, ex eo repeto & describo. *Cæsura omnis aut est usitata, & [ut vult Priscianus] necessaria: eaque vel semiquinaria; cum post duos pedes primos & simplices relinquitur semipes, ut,* Hanc tua Penelope; *vel semiseptenaria; cum post tres pedes primos & simplices relinquitur semipes, ut,* Hanc tua Penelope lento: *aut est minùs usitata; eadem quoque duplex, semiternaria, cùm post unum pedem syllaba superest, ut,* Labitur & labetur in omne volubilis ævum: *Seminovenaria; cùm post quatuor pedes syllaba superest, ut,* Evolat infelix & fœmineo ululatu: *aut plane non usitata, quæ apud Latinos Grammaticos caret nomine. Ea itidem est duplex,* μονημιμερὴς, *cùm versus à vocali incipit, quæ partem orationis includat, & cum dictio insequens à vocali inchoat, ita tamen, ut ne fiat collisio. Tibullus:* O ego ne possem tales sentire dolores! Ἐνδεχημιμερὴς, *cùm post quinque pedes remanet syllaba, quæ dictionem antecedentem claudit, & alia dictio pedem novum terminat. Horat,* Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. *Ad has cæsuras adjungunt Diomedes, Terentianus, Servius, Priscianus & cæteri artis scriptores,* 1 Bucolicam, *cùm post quatuor pedes finitur pars orationis in colo, ut,* Hanc tua Penelope lento tibi. 2 Trochaicam, *non quod in versu hexametro esse Trochæus debeat, sed quod subtracta de dactylo syllaba, trochæus ibi remaneat, vel post unum pedem, ut,* Hæc ubi dicta, *vel post duos pedes, ut,* O passi graviora, *vel post tres, ut,* Et crines flavos & membra, *vel post quatuor pedes, ut,* Omnis per muros legio sortita.

¶ Cæsuratim, adverb. Sidon. 4 epist. 3. *Dictio cæsuratim succincta.*

Composita.

¶ Abscīdo, īdi, abscīdere, abschneiden. Distinguendum est ab *Abscindo*, vel sola Præteriti quantitate, utut in vetustis etiam libris non raro misceantur *Abscindo* & *Abscido*: *Abscissus* & *Abscisus*. Vide Gronov. ad Livium 44 cap. 5. & Nic. Heins. ad versum antepenult. Apotheos. Prudentii. Exempla nostri verbi indubitata sunt. Ovid. 12 Met. v. 362, *Abscìdit jugulo pectusque humerumque sinistrum.* Martialis lib. 3 epigr. 66, *Abscidit vultus ensis uterque sacros.* Seneca Phœniss. v. 194, *vitæ bona*

Projecit atque abscidit.

Addit laudatus Gronovius ex MSS. Lucanum lib. 4 v. 503, ubi editum est *abscindit*. Prudentius Hippolyto v. 65,

Huic abscide caput: crux istum tollat in auras.

¶ Abscīsus, a, um, particip. ut, *Abscisior justitia*, id est rigidior, apud Val. Max. lib. 6 cap. 5 n. 4 extern. Idem lib. 3 cap. 8 n. 3, *absciso responso*, mit kurtzer antwort.

¶ Abscise, adverb. idem quod *breviter*. Val. Maxim. lib. 3 cap. 7 extern. 6, *Si verba numeres, breviter & abscise: si sensum æstimes, copiose & valenter.*

¶ Accīdere, verschneiden, abbruch thun. Livius 8 cap. 29, *Accidit uno prælio res Vestinorum.* Hinc

¶ Accīsus, a, um, verschnitten. Tacitus de Mor. Ger. cap. 19, *Accisis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit.* *Accisæ res*, apud Livium lib. 3 cap. 10, sunt extenuatæ, imminutæ.

¶ Ancisa, apud Lucret. lib. 3 v. 660, id est amputata: nam *an* sive *am* est *circum*. Verba sunt:

Omnia jam seorsum cernes ancisa recenti
Vulnere tortari.

¶ Bucæda, æ, qui bubulis loris cæditur. Plaut. Most. 4, 2 v. 1, *Illi bucædæ erunt potius, quam ego sim restio.*

¶ Concīdere, zerhauen, in stück zertheilen; Item, niedermachen. Nepos Dione extremo: *Nonnulli ab insciis, pro noxiis, conciduntur.* Idem Datame cap. 8 n. 3, *Quibus fretus conflixit, adversariorumque multa millia concidit.* ¶ 2. Est & convellere vel labefactare. Cicero de Orat. lib. 3 c. 1, *Cum omnem auctoritatem Senatus in conspectu populi Romani concideres.*

¶ Concisus, a, um, zerschnitten, zerstückt, item, eingeschränckt, ut, *Ligna concisa*, Ovid. 2 Fast. v. 647. *Concisus exercitus*, Cic. 1 de div. cap. 35. *Concisæ sententiæ, interdum etiam non satis apertæ*, Idem in Brut. c. 17.

¶ Concise, adverb. kurtz. *Minute & concise.* Quintil.

¶ Concisio, ōnis, ut, *concisio verborum*, die zertheilung. Cic. de Part. orat. c. 6.

¶ Concīsor, ōris, qui concîdit: ut, *concisor nemorum*, apud Crescon. Corippum lib. 4 v. 22. ein holtzhauer.

¶ Concisorium, i, ein schnittmesser. Veget. 1, 56.

¶ Concisura, æ, eine spaltung. *Concisura aquarum*, Sen. epist. 100.

¶ Superconcīdere. Apicius lib. 5 cap. 5 extr. *Coliculorum minutias superconcidito.*

¶ Circumcīdere, ümher abhauen, ümher beschneiden: ut, *vitem circumcidere*. Plinius lib. 17 cap. 15. ¶ 2. Metaphorice est superfluum removere, ad brevitatem redigere; ut, *circumcidere & amputare multitudinem sententiarum*, Cic. 4 Academ. cap. 45. ¶ 3. tollere, prohibere. Celsus lib. 6 cap. 9 pr. *In dentium dolore vinum ex toto circumcidendum est*; in zahnschmertzen soll man sich des weins gäntzlich enthalten. ¶ Sacra & ecclesiastica notio apud Patres & Theologos legatur.

¶ Circumcisus, a, um, beschnitten. *Circumcisas ad medullam arbores aliqui non inutiliter relinquunt, ut omnis humor stantibus defluat*, Plin. 16 cap. 39. *Delectationis causa, quantum juvat, ambulare debet*, (ex morbo qui convalescit) *circumcisa omni negotiosa actione*, er muß sich aller geschäffte entschlagen, C. Celsus lib. 4 extr. *Circumcisa & brevis oratio*, eine kurtz-gefaßte rede, Plin. 1 epist. 20.

¶ Intercise, adverb. Cic. de Partit. cap. 7, *deinde idem intercise*, [dicatur] *atque permisse.*

¶ Circumcise, adverbium, breviter, abjectis verborum ornamentis. Sueton. de Clar. Rhet. cap. 6, *circumcise & sordide, & tantummodo trivialibus verbis declamabat*, kurtz und schlecht.

¶ Circumcisio, ōnis, signaculum Judæorum, die beschneidung. Suetonius Domit. cap. 12 *circumsectionem* adpellat. Crebra vox sacris scriptoribus, qui dispescunt in *circumcisionem carnis & cordis*. Vide Lactant. lib. 4 cap. 17.

¶ Circumcisura, æ, circumsectio. Plin. lib. 16 cap. 40 extr. *Stantes* [arbores] *a circumcisura siccatæ, fideliores*: id est, firmiores sunt & ædificationi aptiores, si humor eo modo, quem supra in *Circumcidere* descripsit Plinius, eliciatur.

¶ Circumcæsura, æ, sic & scribitur ab Arnobio lib. 3 pag. 107, *Deos formarum*, inquit, *amplectimini mensione, filo & adterminatis humano, & terrenorum corporum circumcæsura finitis.* Videtur ex Lucretio hausisse, qui lib. 4 vers. 651,

Extima membrorum circumcæsura coërcet.

¶ Circumcidaneus, a, um, &

¶ Circumcisitius, a, um, adjectiva, de vini aut musti genere leguntur, illud apud Catonem R. R. cap. 23: hoc apud Varronem lib. 1 de R. R. cap. 54, quamquam in hoc libri variant. Vide P. Victorium.

¶ Circumcisorium, i, instrumentum chirurgicum, eine balbier-schere, oder wund-messer, Veget. 1, 26.

¶ Incircumcisus, non circumcisus. Tertullianus usus est adversus Judæos cap. 2 & 3. & Prudentius Psychomach. v. 390 de Samuele:

nec vi-

nec victum vivere regem
Incircumcisum patitur.

¶ Decīdere, abhauen. Plautus Merc. a. 2 sc. 2 v. 37, *Decide mihi collum, si falsum ad te loquar.* ¶ 2. Est & *decidere*, definire, & certum quid de re statuere: etwas verabscheiden, abhelffen, abhandeln. Sic *Quæstionem decidere*, Papinianus L. Fiscus in Quæstione D. de jure fisci dixit. Ita *caussam*, item *dubitationem decidere* reperitur. vide mox *Decisus*. ¶ 3. Hinc & pro paciscendo ac transigere sumitur: sich mit einem vergleichen, eins werden. Sic *decidere cum creditore*, est super debito transigere, sich der zahlung wegen vergleichen. Cicero Verr. 4 cap. 22, *Qui cum reo transigat, cum accusatore decidat.* Et Verr. 5 c. 28, *Conflictari malebant, quam quidquam cum isto sua voluntate decidere*, sie wolten es lieber ins recht kommen lassen, als sich gütlich vertragen. Seneca Consol. ad Helv. cap. 15, *Vt cum pertinaciâ muliebris mœroris publicâ constitutione deciderent.*

¶ Decīsus, a, um, abgehauen, abgeschnitten. Hinc *decisas pennas* Horatius lib. 2 epist. 2 v. 50. *decisas aures* Tacitus dixit annal. 12 cap. 14. ¶ Item, abgethan. Suetonius Vespasiano cap. 21, *Post decisa quæcunque obvenissent negotia, gestationi & inde quieti vacabat.* Horat. lib. 1 epist. 7 v. 58,

Gaudentem parvisque sodalibus & lare certo,
Et ludis, & post decisa negotia, campo.

Id est: post confecta negotia, nach vollbrachter arbeit.

¶ Decisio, ōnis; *Facere decisionem*, est convenire de summa aliquâ, apud Ciceron. pro Rosc. Com. c. 16. *Decisionis arbiter*, id. pro Flacco cap. 36. *Decisio caussæ*, abschied.

¶ Decīduus, a, um, umgehauen. Nonnulli legunt in illo Ovid. 8 Met. v. 758, *Contremuit, gemitumque dedit decidua quercus.*

¶ Excīdere, ausrotten. *Excidere lucum*, id est, silvam, Cic. 7 epist. 20, umhauen. *Excidere urbes hostium*, zerstören, verwüsten, idem pro Domo c. 23.

¶ Excīdio, ōnis, *Excidionem urbis a cædendo dictam manifestum est* Festo.

¶ Excīdium, i, idem: quamquam fortassis ita positum apud Poëtas non exstet: illi enim semper alteram corripiunt, ut sit ab excīdo, vel exscindo, exscīdi; vide *scindo*.

¶ Excisio, ōnis: ut, *Excisio tectorum*, Cic. pro Dom. c. 58. verwüstung, zerstörung.

¶ Incīdere, proprie einschneiden, einen schnitt in etwas thun. Plinius lib. 12 cap. 25 de balsamo: *Inciditur vitro, lapide, osseisque cultellis: ferro lædi vitalia odit.* Idem lib. 16 cap. 9, *incidere litteras cortici arboris.* De ære, scalpere sonat, ut, *Leges in æs incidere*, Cic. Philipp. 1 cap. 10, in ehrne tafeln graben. Item præsecare, verschneiden. Idem lib. 4 epist. 2 ad Atticum eleganter: *qui mihi pennas inciderant, nolunt easdem renasci*, die flügel verschneiden. *Incidere nervos populi Rom.* schwächen, lähmen. *Incidere venam*, eine ader schlagen, Tac. lib. 16 cap. 19, & ipse Cicero Arusp. Resp. c. 16. ¶ 2. Pro *Finire* Horatius posuit, lib. 1 epist. 14 v. 36,

Nec lusisse pudet, sed non incidere ludum.

¶ Incisus, a, um, eingegraben. Cic. de Sen. cap. 17, *Notum est totum carmen incisum in sepulcro. Spes incisa*, die abgeschnittene hoffnung, Liv. 3 c. 58.

¶ Incisio, ōnis, actus secandi, das schneiden, ein schnitt. Onomast. vet. *Incisio*, διακοπή. ¶ Oratoribus distinctionem membrorum significat. Cicero in Orat. cap. 61, *tamquam incisionibus disserendum est.* add. cap. 64.

¶ Incisus, ûs, idem. Plin. 16 c. 12, *ab incisu.*

¶ Incisura, æ, idem: ut, *incisuræ in manu*, Plin. 11 cap. 52, die linien in der hand. Et *mala cotonea incisuris distincta*, Idem lib. 15 c. 11.

¶ Incisum, i, κόμμα, membrum periodi minus, ein abschnitt. Cicero in Orat. cap. 62, *nescio cur, cum Græci κόμματα & κῶλα nominent, nos non recte incisa & membra dicamus.* Conf. c. 66.

¶ Incisè, & incisim, id est, per incisa. Cic. c. l. cap. 63, *quo pacto deceat incise membratimve dici.* Et mox c. 67, *Incisim, dein membratim.* Adverbia ex Participio nominascente nata.

¶ Incæduus, a, um, unabgehauen, ut, *locus incæduus*, quem incidere non licet, Ovid. Fast. 2 v. 435.

¶ Incīduus, a, um, idem quod Incæduus. Ovid. princip. 3 Amor. ubi tamen alii etiam *incædua silva* legunt.

¶ Intercīdere, dissecare, mitten entzwey schneiden, reissen. Plin. 6 epist. 22, *Corrupto scribæ servo interceperat commentarios, intercīderatque.* Et Augustinus de Civ. D. lib. 19 c. 8, *Mœstitudinem qui prohibet, intercīdit adfectum humanarum necessitudinum.* Mœstitudinem, id est luctum.

¶ Intercisus, a, um; ut, *Dies Intercisi*, sunt partim *festi*, partim *profesti*, halbe feyertage, Macrob. 1 Saturn. c. 16 pr. *Jugum intercisum*, Cæs. B. Gall. 8 c. 14.

¶ Intercīsio, ōnis. *Intercisiones stomachi*, [alii leg. *item rosiones*] apud Plinium majorem 20 cap. 14.

¶ Occīdere, morte afficere, cædem facere, tödten, erwürgen. Cic. pro Mil. cap. 3, *Negant intueri lucem esse fas ei, qui à se hominem occisum esse fateatur.* Et cap. 27, *Occīdi, occīdi non Sp. Melium &c. sed eum, cujus &c.* Liv. 3 c. 23, *ad unum omnes occidit*, er hat keinem quartier gegeben.

¶ Occisus, a, um, todtgeschlagen. *Occidione prope occisi*, Liv. 3 cap. 10. Hinc in superlativo: *Occisissimus omnium sum, qui vivunt*, ich bin gantz hin, Plaut. Cas. 3, 5 v. 52. Sic ¶ *Occisa res est*, i. e. desperata, perdita est. Plautus Captiv. act. 3 sc. 4 v. 7,

Occisa est hæc res, nisi reperio atrocem aliquam astutiam,

es ist mit der sache geschehen, wenn ich nicht einen ranck erfinde. Idem Menæchm. act. 3 sc. 2 vers. 45, *Occisa est hæc res.* Actum est de hac re.

¶ Occidio, ōnis. Tacit. Annal. 13 cap. 57, *Victores diversam aciem Marti & Mercurio sacravêre, quo voto equi, viri, cuncta victa occidioni dantur*, sie werden geschlachtet und umgebracht. Cic. lib. 15 epist. 4 ad Fam. *equitatum occidione occisum*, biß aufs haupt erleget, geschlagen. Et Justinus lib. 2 c. 14, *fama ad exercitum venit, vicisse Græcos, & Mardonii copias occidione occidisse.*

¶ Occisio, ōnis, idem. Cic. pro Cæcin. cap. 14, *Tu vim negabis esse factam, si cædes & occisio facta non erit?* Idem Philipp. 14 cap. ult. *Cum M. Pansa Antonii copias occisione occiderit.* Ita utroque loco Gruterus.

¶ Occisorius, a, um, ut, *occisoria animalia*, schlachtvieh. Tertull. de anim. c. 33.

¶ Percīdere, cædere, pertundere. Hinc

¶ Percisus, a, um, zerritzt. Martialis lib 2 epigr. 72, *Os tibi percisum.* Deinde aliquid obsceni sonabat, ut in ejusdem lib. 4 epigr. 48. *Percidi gaudes, percisus ploras*, ut Lipsius observavit ad Senecæ de Providentia cap. 5, ubi legi eodem sensu vult *percisos & professos impudicitiam*, vel saltem *præcisos*, quod alii legunt, ita explicari.

¶ Præcīdere, verkürtzen, abschneiden. *Manum gladio præcidere*, Cic. 2 Invent. cap. 20. Sic *Occasionem, spem præcidere*, abkürtzen, benehmen. Idem 3 in Verr. cap. 7, *Quum reo audaci spem judicii corrumpendi præciderem.*

¶ Præcisus, a, um, verschnitten. Cic. ad Brut. epist. 15, *Oppressa ab impiis civitas, opitulandi potestate præcisa.* Plin. 11 cap. 37, *Præcisum caput.* ¶ Præcisum substantive apud Lucil. lib. 4 v. 5 est pars viscerum, das geschlincke: *Illi præciso atque epulis capiuntur opimis.*

¶ Præcisè, adverb. kurtz, opponitur adverbiis *plane, perfecte.* Cic. ad Attic. 8 epist. 4, *Nunquam cuiquam tam præcise negavi, quam hic mihi plane sine ulla exceptione præcidit*, so kurtz und rund hab ich es noch nie einem abgeschlagen. Idem 2 de Nat. D. cap. 29, *Sed id præcise dicitur: - - plene autem & perfecte sic dici existimato.* ¶ Non autem toleranda illa notio est, quæ hodie adverbio huic adfingitur, quasi idem sit, quod accurate, diserte, puncto rei vel temporis observato.

¶ Præcisio, ōnis, abkürtzung. Cic. 3 de Orat. c. 53, & Quintilian. lib. 9 cap. 1 in ornamentis & virtutibus orationis ponunt *Præcisionem*, quum id, quod dicebamus, repente omittimus.

¶ Præcisura, æ, idem. Apic. 4, 2, *Asparagorum præcisura.*

¶ Præcīsor, ōris. Isidor. Orig. 11 cap. 1, *præcisores dentes*, qui prius incīdunt, quod accipitur, die fördern zähne.

¶ Præcidanea agna, vel porca, quæ fuerit, Festus interpretatur, quæ cædebatur ante alias.

¶ Recidere, verkürtzen. *Recidere vepres*, Cato R. R. cap. 2. dornen aushauen. *Recidere comas*, Martial. lib. 1 epigr. 32. haar verschneiden. *Ambitiosa ornamenta recidere*, Horat. Art. v. 447.

¶ Recisus, a, um, abgeschnitten, ut, *Sceptrum a stirpe recisum*, Virg. Æn. 12 v. 208. *Recisius tempus* brevius est JCto Callistrato Dig. de termino moto. *Possunt*, inquit, *ad tempus, ut cujusque patitur ætas, relegari, i. e. Si junior in longius, si senior, in recisius.*

¶ Recisamentum, i, was abgehauen, gefeilet oder geschnitten wird, spähne: *ocyssime ferruginem contrahit recisamentis in acetum additis*, Plin. hist. lib. 34 c. 11.

¶ Recisio, ōnis. Plin. hist. lib. 21 c. 4, *omnis* (de rosis loquitur) *recisione & ustione proficit.*

¶ Succīdere, ut, *Succidere arbores*, abhauen, Plin. lib. 16 cap. 12.

¶ Succisus, a, um, abgehauen, ut, *frumenta succisa*, Cæs. Bell. Gall. 4 c. 19. *Succisum nemus*, Lucan. 4 v. 138.

¶ Succisio. Sidonius lib. 1 epist. 2, *pilis, intra narium antra fruticantibus, quotidiana succisio.*

¶ Succisivus, a, um, [quamquam alii *subsecivus* malint, de quo infra in *Seco*:] ut, *Tempus succisivum*, quod a negotiis necessariis subtrahitur & succiditur, zeit die man von andern nöthigen geschäfften abbricht und gleichsam stielet. Sic *succisivæ horæ, succisivæ operæ*; quæ quasi furtivæ nobis sunt, quibusque aliquid obiter atque aliud agentes curamus, πάρεργον, quemadmodum exponit Erasmus, quem vide in proverb. *Succisiva in opera.* Cic. de Orat. lib. 2 cap. 89, *Quæ ego sero, quæ cursim arripui, quæ succisivis operis, ut ajunt; iste a puero, summo studio, summis doctoribus.* Et hîc Gruterus *subcisivis* ex Palatinis & aliis legit.

¶ Succīdia, æ, eine speckseite: sed quam non a succidendo, sed à suibus cædendis dictam putavit Varro lib. 4 de lingua latina, & lib. 2 de R. R. cap. 4.

¶ A succidere quidem dictam putant & *lanam succīdam*, id est, recens tonsam & adhuc sordidam ac nondum lotam. Sed rectius à *succo* deducitur, præcipue quum alteram correptam habeat. Quære ergo *Succidus* infra in *jugo*.

¶ Homicīda, ¶ Parricīda, ¶ Homicīdium, ¶ Parricīdium, } vide suis litteris.

¶ Tyrannicīda, Tyrannicidium, in *Tyrannus.*

¶ Infanticīda, Infanticidium, in *Infans*, sub *Fari.*

Cælamen, Cælator, Cælatura, vide *Cælo.*

CAELEBS, ĭbis, ἄγαμος, der ohne weib lebet, eheloß, tam qui uxore semper caruit, quam qui amissa eâ, nondum denuo nupsit. Martial. lib. 12 epigr. 63, *Corrumpit sine talione cælebs.*

Suetonius Galba cap. 5, *Dedit & matrimonio operam: verùm amissa uxore Lepida duobusque ex ea filiis, remansit in cælibatu, neque sollicitari ullâ conditione potuit, ne Agrippinæ quidem viduatæ morte Domitii, quæ maritum quoque adhuc, necdum cælibem Galbam, adeo omnibus sollicitaverat modis, ut inter conventum matronarum correpta jurgio atque etiam manu pulsata sit à matre Lepidâ.* Cælibem quasi cœlitem dictum, Cajus Granius sensit, quod onere gravissimo vacet: de quo Quintilianus lib. 1 cap. 6. Lege & Donatum, si lubet, ad illud Terentii Adelph. act. 1 sc. 1,

& quod fortunatum isti putant,
Vxorem nunquam habui.

Contra Ausonius Eidyll. 15 v. 6,

pœnæque graves in cælibe vitâ.

¶ Additur substantivis adjectivorum more, ut, *Platanus cælebs* Horat. 2 od. 15. *Lectus cælebs*, apud Catullum carm. 69. *Vitam agere cælibem*, Gell. 5 cap. 11. Cælibes Lycurgus à spectaculo ludorum Gymnicorum

corum prohibuit, ac omni honore, etſi ſenes eſſent, juniorum etiam reverentiâ, privavit, Plutarch. in Apophth. De pœnis cælibatus, & orbitatis apud Romanos, Lipſ. ad lib. 3 Ann. Taciti p. 60. Bernegg. ad Suet. Cæſar. cap. 20, 5.

¶ Cælĭbātus, ûs, ipſa vita & profeſſio cælibum, ein unehlich leben. Suet. Galbâ cap. 5, *Remanſit in cælibatu.* Vſus & Seneca lib. 1 Benef. c. 9, *in conſenſu vidui cælibatus.*

¶ Cælibāris, e, adject. *Cælibaris haſta*, qua caput nubentis comabatur. Feſt. vide Elmenhorſt. in Arnob. pag. 102. & Briſſon. de ritu nupt. pag. 218.

Cæleſtis, Cælicola, Cælicus, Cælifer, vide *Cælum*.

Cælimontanus, quære mox in *Cælius*.

CAELIVS, i, (quod nomen nummi & plures inſcriptiones per OE referunt, quædam tamen etiam per AE. vide Manut. Orthogr.) diſcipulus Ciceronis, Orator, notus ex Ciceronis defenſione, ſeu pro eo Oratione; *dignus*, ut Quintil. retulit lib. 10 cap. 1, *longiore vitâ & mente meliore.* Juvenis enim admodùm deceſſit. ¶ 2. Alius T. Cælius, Tarracinæ ſplendido loco natus, cùm in cubiculo quieſcens, filiis altero cubantibus lecto, peremtus in lectulo eſſet, nec eſſent alii, ad quas ſuſpicio cædis pervenire poſſet, duo fratres cauſſam dixere parricidii. Poſtquam vero conſtitit, eos inventos eſſe dormientes aperto oſtio, abſoluti ſunt, quoniam in tanto facinore veriſimile non fuisſet, eos quietem capere potuiſſe. Val. Max. 8 cap. 1. Cicero pro Roſcio Amerino cap. 23.

¶ Cælius, unius e ſeptem montibus nomen, quibus incluſa Roma fuit; eum adjecit Tullus Rex, & Regiæ ſedem, ut Livius auctor eſt lib. 1 cap. 30. Inde eſt

¶ Cælimontanus, a, um, ut, *Porta Cælimontana*, cujus Cicero in Piſon. cap. 23, & Livius lib. 35 cap. 9 meminerunt. Alii hunc montem & portam per OE ſcribunt.

CAELO, avi, atum, are, inſculpere eſt, graben, ausſtechen, bilden. *Cælare argento*, & *in argento.* Cicer. de Divin. lib. 1 cap. 36, *Hanc ſpeciem Praxiteles cælavit argento*, er hat es in ſilber geſtochen. *Cælare in poculis*, Plin. præf. lib. 33. *Cælare craterem longo argumento*, viel hiſtorien auf einen becher graben, Ovid. Metam. 13 v. 635.

¶ Cælatus, a, um, ausgegraben, ausgeſtochen. Virg. Ecl. 3 v. 37, *Cælatum opus.* Cic. 5 Tuſc. c. 21, *Aurum & argentum cælatum*, id eſt, cælata vaſa aurea & argentea, gold= und ſilber=geſchirr. Horatius 2 ep. 2 v. 92, *Cælatum novem Muſis opus* vocat poëma artificioſum & varie quaſi pictum.

¶ Cælātūra, æ, erhabene oder getriebene arbeit. Hanc *Sculpturæ* partem Quintilianus facit lib. 2 cap. ult. & utriusque diſcrimen in materiâ ponit: *Cælaturam* dicens in auro, argento, ferro, ære, hoc eſt, metallis operari tantùm; *Sculpturam* vero in ligno etiam, ebore, marmore, vitro, gemmis. Sed quia cum his ipſis quoque *cælaturam* Virgilius, Plinius, Apulejus, communicant; non inepte Aldus Manutius exiſtimavit, harum artium operumque diſcrimen non in materia, ſed forma ſtatuendum: *Cælatumque opus* dici, in quo eminent figuræ & ſigna, & de materia, quam habent ſubjectam, exſtant: *Sculptum* vero, ſive *Sculpturam*, quæ depreſſa in cavum, imagines ſolidas non exprimunt: eingegrabene arbeit. Vide ipſum Quæſitorum per epiſt. lib. 2 epiſt. 9. Vſus & Plinius *cælaturæ* verbo libro 19 cap. 4. Et Seneca epiſt. 5, *In quod ſolidi auri cælatura deſcendit*, mit gold ausgelegt. Pro eo

¶ Cælāmen, ĭnis, Ovidius dixit lib. 13 v. 291 Metam. *clypei cælamina novit.*

¶ Cælātor, ōris, qui imagines argento &c. incidit, ein bildſtecher: ut, *Argenti cælatores* Plin. 34 cap. 8. *Artifices omnes; cælatores ac vaſcularios convocari jubet*, Cic. 6 Verrin. cap. 24.

¶ Cælum, i, das grabeiſen, γλυφεῖον, *inſtrumentum cælatorum.* Quint. lib. 2 extremo: *Cælator cælum deſiderat, & pictor penicilla*, er muß grabeiſen haben. Stat. 4 Silv. 6, *Praxitelis vivunt marmora cælo.* Auſonius Epigr. 56, *Talem fecerunt ferrea cæla Deam.*

CAELVM, i, machina vel mundus ſuperior, cujus ambitu teguntur omnia, der himmel. Scribitur per *ae* & *oe*, pro diverſitate originis & derivationis. Qui *ae* amant, antiquos ſecuti, deducunt a *cælando*, quod ſideribus *cælatum* & exornatum ſit. Varro lib. 4 de L. L. n. 3, *Cælum dictum ſcribit Ælius Gallus, quod eſt cælatum.* Plinius lib. 2 cap. 4, *Cælum haud dubie cælati argumento dicimus, ut interpretatur M. Varro.* Ambroſius lib. 2 Hexaëmer. cap. 4, *Cælum Latine, quia impreſſa ſtellarum lumina velut ſigna habeat, tamquam cælatum adpellatur, ſicut argentum, quod ſignis eminentibus refulget, cælatum dicimus.* Iſidorus Origin. lib. 13 cap. 4, *Cælum vocatum eſt eo, quod tamquam cælatum vas impreſſa lumina habeat ſtellarum veluti ſigna.* Vide plura ibi. Hos ex recentibus Juſtus Lipſius & Aldus Manutius ſequuntur, atque hic in Orthograph. vetuſtos libros atque lapides laudat, quibus non aliter quàm per *AE* hoc verbum expreſſum ſit. Contra qui *OE* tuentur, à κοῖλον, hoc eſt *cavum* vel *concavum* deſumunt. Vide Voſſium in Etymologico; Dausquejum in Orthographia, & Scaligerum ad Varronem, qui OE, quam AE, in hac voce malunt, partim etiam propugnant. Exempla primæ notionis ſunt obvia, v. g. Cic. in Somn. Scip. cap. 5, *ſummus ille cæli ſtelliferi curſus.* ¶ 2. Vſitato deinde modo *cælum* etiam *Aëra* dicimus. Virg. 1 Georg. v. 51,

Et varium cæli prædiſcere morem,

id eſt, aëris: quemadmodum & in ſcriptura ſæpiſſime: ut, *volucres cæli*, die vögel oben in der lufft. Sic *cælum caliginoſum*, dunckel wetter, trübe lufft. *Cælum molle*, Flor. lib. 1 c. 16. *Nihil mollius cælo*, ſcil. Campano, cui opponitur ab eodem *Cælum atrox*, lib. 3 c. 2. *Cælum grave*, i. e. noxium, inſalubre, Sueton. Tib. cap. 36. *Cælum turbatum* eidem, cum tonat, eod. libro c. 69. *Cæli inclinatio*, i. e. clima, cæli regio, devergentia, convexio, curvamen, apud Gellium lib. 14 cap. 1. ¶ 3. Accipitur pro *Climate*, ſive regione cæli. Flor. lib. 4 cap. 12 n. 62, *Ipſe hominum color ab alio venire cælo fatebatur.* Loquitur de Indis Romam venientibus peregre. Sic Horat. 1 ep. 11 v. 27,

Cælum non animum mutant, qui trans mare currunt.

¶ *Cælo delapſi*, vel *miſſi* dicebantur, tum qui virtute ſingulari eſſent, & quaſi divinâ, tum qui inſigniter & præter ſpem, vel privatim de aliquo, vel publicè de omnibus eſſent meriti, & impendentia mala avertiſſent. Apulejus lib. 9 Mileſ. *Sed unus ex his, de cælo miſſus mihi ſoſpitator, argumentum explorandæ ſanitatis meæ tale commonſtrat ceteris.* Cic. pro Lege Maniliâ c. 14, *Itaque omnes quidem nunc in his locis Cn. Pompejum ſicut aliquem non ex hâc urbe miſſum, ſed cælo delapſum intuentur.* Sed & inopinato quosvis adparentes, cælo ſupervenire creditos dictosque Tertullianus Apologet. cap. 10 notat. Et Minucius Felix Octavio: *In hodiernum, inopinato viſos cælo miſſos; ignobiles & ignotos, terræ filios nominamus*; Juvenal. Satyr. 2 v. 40,

Tertius e cælo cecidit Cato. - -

Tibullus lib. 1 Eleg. 3,

Tunc veniam ſubitò, nec quisquam nunciet ante,
Sed videar cælo miſſus adeſſe tibi.

Plaut. Perſ. act. 2 ſc. 2 v. 5,

Quod ego non magis ſomniabam, neque opinabar, neque cenſebam,
Eam fore mihi occaſionem, ea nunc quaſi decidit de cælo.

Vid. & Barth. ad Script. Venat. p. 192. Caſſiodor. lib. 2 epiſt. 40.

¶ *Quid ſi cælum ruat?* proverbium in eos, qui putide & inaniter timent. Perſuaſi enim vulgo veteres erant, & ab æterno fuiſſe mundum, & fore perpetuo: neque venturum tempus, quó ſolveretur hæc moles: quæ Ariſtotelis quoque opinio fuit. Terentius Heaut. act. 4 ſc. 2 v. 41,

Quid ſi redeo ad illos, qui dicunt: quid ſi nunc cælum ruat?

¶ *Cælum vertice, digito*, quin *plantis* & *pedibus*, dicuntur *tangere*, qui beatiſſimi ſibi videntur. ἀράσσειν τῇ κεφαλῇ τὸν ὐρανὸν Syneſius dixit. Ovidius lib. 7 Metamorph. Fab. 1 v. 60,

quo conjuge felix
Et dîs cara ferar, & vertice ſidera tangam.

Auſonius Eidyll. 8 extremo:

Tunc ero bis Conſul, tunc tangam vertice cælum.

Propertius lib. 1 Eleg. 8,

Nunc mihi ſumma licet contingere ſidera plantis:

id eſt: cælo incedere. Ita Statius lib. 1 Silv. 2 v. 212,

Ire polo videar, nitidosque errare per axes.

Cicer. ad Att. lib. 2 ep. 1, *Noſtri autem Principes digito ſe cælum putent attingere*, i. e. beatiſſimos ſe æſtiment, *ſi mulli barbati in piſcinis ſint, qui ad manum accedant.* Idem Philipp. 4 cap. 3, *Ferre in cælum*, hoch loben. Et ad Attic. lib. 2 ep. 20, *Bibulus hominum admiratione & benevolentiâ in cælo eſt.* Item eodem lib. 2 ep. 1.

¶ Antiqui & *Cælus* in maſculino dixerunt: à *Cælo*, Saturni patre, qui DEVS cæli antiquis creditus. Quo illud Ennii pertinet: *Saturno, quem Cælu', genit. Cælu'*, pro *Cælus*: antiqui enim S. in fine elidebant. Idem Ennius apud Soſipatrum - - *Cælusque profundus.* In illo loco, *Cælus*, æther eſt. ¶ *Cæli* pluraliter: quo Lucretius uſus eſt lib. 2 v. 1096, quod ad Poëticam licentiam Voſſius interpretatur lib. 1 de Analogiâ c. 37. Adde Curas Poſterior. Cellarii p. 330. Sed Borrichius Vind. Latin. p. 26 defendit uſum ſacrum, quo dicitur *regnum cælorum, in cælis* &c.

¶ Cæleſtis, e: ὐράνιος: ut, *Cæleſtis aqua*, quæ & pluvialis, quod de cælo cadit, apud Horat. lib. 2 epiſt. 1 v. 135. Livium 4, 30. & Plinium lib. 17 cap. 2. huic *aqua viva* opponitur, quæ & *quotidiana* eſt. Vlpianus L. 1 D. de aquâ, & aquâ pluviâ arcendâ: AQVAM, inquit, PLVVIAM *dicimus, quæ de cælo cadit, atque imbre excreſcit: ſive per ſe hæc aqua cæleſtis noceat, ſive cum aliâ mixta ſit* &c. Columella lib. 3 cap. 13, *cæleſtes imbres.* Comparative uſus Seneca epiſt. 66, *Nihil eſt divino divinius: cæleſti cæleſtius.* Superlativum, ſed alia notione, mox proferemus. ¶ 2. *Cæleſtia* etiam dicebantur omnia, quæ aliqua laude atque præſtantia eximie pollerent: ſicuti & *divina* adpellari ſolebant, de quo ſuo loco. Frequentiſſime ita hac voce Vellejus eſt uſus. Vt cum *Cæleſtia præcepta: cæleſtiſſimum os Ciceronis: Cæleſtiſſima Tiberii opera* dixit. Vide lib. 2 cap. 66 cap. 94. & c. 104. Nam ſicuti principes Diis proximi, & ſic *divini* habebantur: ita omnia eorum, *divina* & *cæleſtia* adpellabantur. Quemadmodum & Neronis vocem *cæleſtem* vocavit Rom. Pop. ut Suetonius ejus vita cap. 21 refert. Quintilianus Præfatione lib. 4, *Cum verò mihi Domitianus Auguſtus ſororis ſuæ nepotum delegaverit curam, non ſatis honorem cæleſtium judiciorum intelligam, niſi ex hoc quoque oneris magnitudinem metiar.*

¶ Cæleſtes, ium, ſubſtantive, pro Diis, poſt Poëtas Valerius Maximus poſuit lib. 1 c. 1 exemplo 15, *Magnus cæleſtibus injectus eſt rubor, ulterius adverſus eam ſæviendi gentem.* Et Tacitus de Germ. cap. 9, *Nec cohibere parietibus Deos, neque in ullam humani oris ſpeciem aſſimulare, ex magnitudine cæleſtium interpretantur.* Quamquam ibi τὸ *cæleſtium, non* à *cæleſtes*, ſed à *cæleſtia* dixiſſe potuit, atque *infernis* oppoſuiſſe, ut 5 Hiſt. c. 5. *Eademque cura*, inquit, *& de infernis perſuaſio, cæleſtium contra.* Namque eodem libro præcedente cap. extremo: *Pleraque cæleſtium*, inquit, *vim ſuam & curſum ſeptimos per numeros conficiunt.*

¶ Cæleſtis, Dea Afrorum: quamquam alii Deum habuerint, ac *Cæleſtum* adpellarint. Nec mirum, cum *Luna* & *Lunus* utrâque terminatione & Dea credita & Deus: *Lunam* autem *Cæleſtis* nomine cultam plerique eruditorum conſentiunt. Lege de ea Petrum Pythæum lib. 1 Subſecivorum c. 4. Fullerum lib. 1 Miſcell. Sacrorum c. 13. Seldenum Syntagmate 2 de Diis Syris cap. 2. Lipſium Epiſtolicarum Quæſtionum Ep. 22. Notavit nonnulla de ea & Caſaubonus ad Hiſtoriam Auguſtam.

¶ Subcæleſtis, e, ut, *Hebdomas ſubcæleſtis*, Tertull. cont. Valent. c. 31.

¶ Supercæleſtis, e, ἐπυράνιος, eccleſiaſticis, quam aliis, notior vox. v. gr. Tertullian. de Anima cap. 23, *de ſupercæleſtibus ſedibus.*

¶ Cælĭcus, a, um, pro *cæleſtis*, amant hodierni verſifices: qua veterum auctoritate, ignoramus. Cum jam cecidiſſet Latinitas, Caroli Magni temporibus, crebro uſus eſt Theodulfus Aurelianenſis, ut lib. 1 Carm. v. 564, *cælica origo*: & lib. 2 v. 144, *cælica regna*: ac ibidem v. 315, *cœtus cælicus*, & alibi. Et Carmine de Nomine Jeſu, quod

Barthius

Barthius Adverſ. 34 cap. 1 vulgavit & Paullino adſcripſit, ſed poſterius videtur, v. 63, *Salve, quod omnes cælici, medii, inferi*
Nomen genu flexo audiunt.

Sed obſcura horum auctoritas eſt, &, niſi antiquior acceſſerit, improbanda.

¶ Cælites, um, Plur. ὀυράνιοι, qui cælum habitant. Cic. Somn. Sc. c. 1. *Grates tibi ago, ſumme Sol, vobisque reliqui cælites.* Horat. Epod. 16 v. 56, *Rex cælitum*, i. e. Jupiter. Vſus & Singulari Ovidius lib. 4 Pont. el. 6 v. 17, *Quale tamen potui de cælite, Brute, recenti,*
Veſtra procul poſitus carmen in ora dedi.

Atque ſic etiam adjective Paullinus Nolanus Natal. Felic. 9 v. 403, *ſub cælite menſa:* & Natali ejusd. 15 v. 25, *ope cælite præſtans:* Et Martianus Capella lib. 1 pag. 12, *convocati in aulam cælitem venere.* quemadmodum & pluraliter adjectiva forma *cælitibus regnis* Ovidius dixit lib. 1 Faſt. v. 236.

¶ Cælitus, adverb. de cælo, ὀυρανόθεν. Poſterioris ævi ſcriptores uſi ſunt; non item antiqui. Lactantius lib. 4 cap. 2, *Statuerat* Deus, *appropinquante ultimo tempore, Ducem magnum cælitus mittere.* Et Hieronymus Vita Pauli eremitæ poſt pr. *cælitus inſpiratus.* Ammianus lib. 23 cap. 22, *ignis cælitus lapſus.* Et Prudentius hymno Epiphaniæ v. 79, *Bethlem, cui contigit*
Ducem ſalutis cælitus
Incorporatum gignere.

Compoſita poëtica:

¶ Cælĭcŏla, Cælicolæ, cælites, cælum tenentes. Virg. Æn. 2 v. 641,
Me ſi cælicolæ voluiſſent ducere vitam.

Idem lib. 3 v. 21, *Cælicolûm regi*, id eſt Jovi. ¶ Etiam Cælicolæ ſecta apud Judæos, Eſſenorum portio, quo pertinet Titulus Cod. de Judæis & Cælicolis. Vid. Scalig. Elench. Trihæreſii Serrariani cap. 31. Quin & a paganis Judæi per convicium vocabantur *Cælicolæ*, cum ſæpe eos audirent cæli terræque conditorem colere. v. Barth. Adverſ. lib. 59 p. 2795.

¶ Cælifer, a, um, ut Virg. Æn. 6. v. 796, *Cælifer Atlas.* Seneca Herc. Fur. v. 528, *Monſtris exagitet cæliferam manum.*

¶ Cæligenus, a, um, cælo genitus. Apulejus de mundo poſt princ. *Cæligenæ ſtellæ.* Eſt & Saturni Epitheton.

¶ Cælilŏquus, a, um. Commodian. Inſtruct. 60, *Cæliloquus Eſaias.*

¶ Cælipŏtens. Plautus Perſ. a. 5 ſc. 1 v. 3, *Juppiter, diique alii omnes cælipotentes.* Et Prudentius Apotheoſ. v. 660, *cælipotens aquilonum conditor.*

¶ Cælispex, ĭcis, vocatur Apollo hoc nomine apud Sext. Rufum & Publ. Victor. in 2 regio orbe.

CAEMENTVM, i, plur. Cæmenta à cædendo: ſunt lapides rudes & informes, bruchſteine ſo nicht ausgehauen und polirt ſeyn, opponuntur pilaribus ſeu quadratis, quaderſteinen. Livius lib. 21 cap. 11, *Nec erat difficile murum ſubruere, quia cæmenta non calce durata erant, ſed interlita luto, ſtructuræ antiquæ genere.*

¶ Cæmentarius, i, ein mäurer. Hieronymus Paullino epiſt. 103 c. 6, *Cæmentarii, fabri metallorum, lignorumve cæſores.*

¶ Cæmentītius, a, um, ut, *Cæmentitium fundamentum*, ein ſteinern fuß oder grund, Lege 57 Dig. Locati Conducti. *Cæmentitiis ſtruibus nectere*, Solin. cap. 41. [Salm. 28.] *Cæmentitia ſtructura*, Vitruv. 2 c. 7.

CAERE, neut. indeclinab. & *Cæres, ĭtis*, & *Cæres, ētis*, oppidum fuit Tuſciæ non longe a Tarquiniis, cujus frequens apud Livium mentio fit. Virgilius 8 Æneid. v. 597,
Eſt ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem.

Idem 10 Æneid. v. 183,
Qui Cærete domo, qui ſunt Minionis in arvis.

¶ Cæretanus, a, um, ut, *Amnis Cæretanus*, apud Plin. lib. 3 cap. 5. qui oppidum præterfluit. ¶ Sed *Ceretani*, ſine diphthongo, Hiſpaniæ populus ſub Pyrenæis. Silius lib. 3 v. 357.

¶ Cærites, um, incolæ. Hos primos municipes ſine ſuffragii jure factos; & inde TABVLAS CAERITES adpellatas, in quas Cenſores referri jubebant, quos notæ cauſſa ſuffragiis privabant, Gellius obſervat lib. 16 cap. 13. Aſconius in Divinationem Ciceronis, ubi de Cenſorum notis docet: *qui plebejus*, inquit, *in tabulas cæritum referretur, etiam ærarius fieret, ac per hoc non eſſet in albo centuriæ ſuæ; ſed ad hoc eſſet civis tantùm, ut pro capite ſuo tributi nomine æra penderet.* De his intelligendus Horatius lib. 1 epiſt. 6 in illo:
cærite cera
Digni, remigium vitioſum Ithacenſis Vlyſſis.

CAERĒMONIA, æ, plur. cæremoniæ, (& in veteri lapide apud Manut. Cærimonia) ſacri ritus, kirchen-gepräng, ceremonien, ab oppido Tuſciæ Cære vel Cærite adpellatæ, ſecundum Feſtum, & Valer. Max. lib. 1 cap. 1 n. 10. Cicero pro Rab. cap. 10, *Flaccus homo in ſacerdotio cæremoniisque, quibus præerat, diligentisſimus.* Alii tamen [quos inter & Joſeph. Scaliger Caſtigat. ad Feſtum] ab antiquo *Cerus* derivant, quod *ſanctum* ſignificat, & per *E* ſcribunt. Nam ut à *ſanctus ſanctimonia*, ita à *Cerus Cerimonia* eſt. Comprehenditur hoc nomine omnis religio & cultus: unde *Cærimonias ſepulcrorum* Cicero dixit 1 Tuſculanâ cap. 12. C. Nepos Themiſtocle c. 8, *Filiam ejus parvulam arripuit, & cum eâ ſe in ſacrarium, quod ſumma colebatur cæremonia, conjecit.* Cæſar apud Sueton. lib. 1 cap. 6, *Eſt ergo in genere & ſanctitas Regum & cæremonia Deorum.* Et mox *publicas cæremonias* ibidem Suetonius publica ſacra ſive religiones publicas vocat. Cicero pro Roſcio Amerino c. 39, *Cæremoniam legationis*, pro ſanctitate & religione ſimiliter, ſicut Cæſar lib. 6 de bello Gallico *cæremoniam menſæ hoſpitalis* dixit. Vetus Gloſſator ad Cereris ſacra refert: *Cæremoniæ*, Δημήτρια, μέριψις. Nempe hæc ſacra antiquiſſima omnium & prima, ex quo *Initia* etiam adpellata. Sane & Cicero in Verrem 6 c. 49, CEREREM *antiquiſſimam, religioſisſimam principem omnium ſacrorum, quæ apud omnes gentes fiunt*, adpellat. Vt non abſurde *Ceremonias* à Cerere adpellatas putare poſſis. Conf. Ol. Borrichii Cogitat. p. 59.

¶ Cæremonialis vel Cærimonialis, e. Arnob. lib. 7 p. 237, *O Deorum ſublimitas præpotens, quam venerari, quam colere officiis omnibus cæremonialibus debeas.*

¶ Cæremonioſus, a, um. Ammianus lib. 22 cap. 37, *per ſeptem cæremonioſos dies, quibus ſacerdotes Memphi natales celebrant Apis.* Ita etiam Valeſius p. 336.

CAERVLEVS & Cærŭlus, a, um, adject. waſſer- oder himmel-blau, ut Virgil. 1 Georg. v. 453, *color cæruleus:* lib. 4 v. 482, *Angues cærulei.* Ovid. 2 Metam. c. 8, *Cæruleos habet unda deos.*

¶ Cærulus, idem, ut diximus; e. g. *Cærulus amnis*, Stat. 1 Silv. 5 v. 51. *Vada cærula*, Virg. Æn. 7 v. 198. Et Pluraliter *cærula* mare poëtæ dicunt vel maria. ut, *Cærula verrunt*, Æn. 3 v. 208. *ſpumabant cærula*, lib. 8 v. 672. ¶ Cærulus etiam & Cæruleus pro *nigro* ſumuntur, ut Pet. Dan. Huetius, vir ſummus, ad Manilii lib. 1 v. 701 probavit. v. g. Pedo ad Liviam v. 93, *cærulea morte.* Vide plura laudato loco.

¶ Cærulans, tis, bläulicht. Fulgent. 1 Myth. *Cærulante peplo.*

¶ Cæruleatus, a, um, hujusmodi colore tinctus. Vellej. Paterc. 2 c. 83, *cæruleatus & nudus, caputque redimitus arundine* &c.

¶ Subcæruleus, a, um, parum cæruleus. Celſus lib. 6 cap. 5 extr. *creta cimolia ſubcærulea.*

Cæſa, æ, haſta Gallica; vide *Gæſum*, ut ſcribi decet.

CAESAR, ăris, Καίσαρ, der Käyſer. In antiquis numiſmatibus ſcribitur Caiſar. Sic Coilius, Aimilius, & alia ejusmodi Græcâ diphthongo protulerunt antiqui, Græcam ſcribendi rationem ſecuti. v. Fulvius Vrſinus de Fam. Rom. p. 114. Fuit autem Juliæ gentis cognomen, qua clariſſimus omnium Julius Cæſar Dictator fuit, qui convertit Rempubl. jactis principatus fundamentis, quem ſucceſſor conficeret. Hunc primùm adpellatum Cæſarem, quod cæſo matris mortuæ utero natus eſſet, quod Græculi tradunt, imperitum & falſum. Nam plurimos ante ex Juliâ gente ſic adpellatos ex monumentis litterarum conſtat. Certum etiam eſt, Aureliam matrem Cæſaris adhuc vixiſſe, cum filius quinquagenario propior eſſet. Obiit Aurelia, cum Gallico bello implicitus Cæſar amiſiſſet Legionem ad Gergoviam cæſis Legatis, ut Suetonius auctor eſt. Id circa annum V. C. 700 accidit: cum 48 ætatis ageret Cæſar, quippe qui A. V. C. 652 natus fuerat. Ab eo Imperatores omnes deinceps adpellati *Cæſares*; ſicut ab *Auguſto* poſt & *Auguſti* dicti fuerunt. Solebatque hoc nominis vel teſtamento ad ſucceſſores hæredesque tranſire. Itaque Cæſaris ſummæ & eminentiſſimæ principum poteſtatis nomen proprium erat: quod poſtea tamen mutatum fuit, cùm ſecundo proximoque faſtigio hærere cœpiſſet; ita tamen, ut nihilominus quoque penes principem ipſum maneret. Nam *Cæſares* qui audiebant tantùm, non *Imperatores Cæſares Auguſti*; non ipſum imperium, ſed conſequendi illius ſpem atque jus aliquod, habebant tantùm: Candidati quidam Imperii & deſtinati hæredes: quo loco hodie *Romanorum Reges* ſunt. Spartianus in Ælio Vero c. 2, AEL. VERVS, inquit, *quem ſibi Adrianus ævo ingraveſcente morbis triſtioribus preſſus, peragrato jam orbe terrarum, adoptavit, nihil habet in ſuâ vita memorabile, niſi quod tantum* CAESAR *eſt adpellatus: non teſtamento, ut antea ſolebat, neque eo modo, quo Trajanus eſt adoptatus; ſed eo prope genere, quo noſtris temporibus à veſtra clementia Maximianus atque Conſtantinus* CAESARES *dicti ſunt: quaſi quidam Principum filii & deſignati Auguſtæ Majeſtatis hæredes.* Hinc *Cæſarem cum principe mutare*: pro, de ſecundaria dignitate Cæſarum ad ſummam principis ſeu Imperatoris majeſtatem tranſire, Claudianus dixit Paneg. de 4 Conſulatu Honorii v. 168. Vnde origo cognominis *Cæſarum* fluxerit, & qua de cauſſa acceperit ille, qui ſuam in gentem miſit poſtea, non conſtat: & variæ afferuntur rationes, quas in compendio velut executus idem Spartianus in iis eſt, quæ proxime verba ea, quæ paullo ante adduximus, conſequuntur: *Cæſarem vel ab Elephanto (qui linguâ Maurorum Cæſar dicitur) in prælio cæſo eum, qui primus ſic adpellatus eſt, doctisſimi & eruditisſimi viri putant dictum: vel quia mortuâ matre, ventre cæſo ſit natus: vel quòd cum magnis crinibus ſit utero parentis effuſus: vel quòd oculis cæſiis & ultra humanum morem viguerit.*

¶ Cæsăreus, a, um, Käyſerlich; ut, *Domus Cæſarea*, Ovid. 1 Triſt. 1 v. 70. *Numen Cæſareum*, Idem 5 Triſt. 3 v. 46. Käyſerliche Majeſtät; *Cæſarei vultus*, Ovidius 2 Pont. 8 v. 13.

¶ Cæſariānus, a, um, idem, ut, *Nomen Cæſarianum: decretum Cæſarianum*, i. e. Cæſaris; Nepos 25,7,1. *Incidit Cæſarianum civile bellum.* Martialis lib. 9 Epigr. 79,
Nemo ſuos (hæc eſt aulæ natura potentis)
Sed domini mores Cæſarianus habet.

Id. lib. 11 Epigr. 6, *Ipſe quoque infernis revocatus Ditis ab umbris*
Si Cato reddatur, Cæſarianus erit.

Id. lib. 9 Epigr. 61, *Ædibus in mediis totas amplexa penates*
Stat platanus denſis Cæſariana comis.

¶ Cæſarauguſta, æ, vel *Auguſta Cæſarea*, clariſſima Hiſpaniæ civitas [*Saragoſſa* hodie] ab Auguſto ad Iberi amnis ripam eo loco fundata, quo *Subduba* oppidum antè ſitum erat. Qui *Numantiam* ante fuiſſe putant, hos negligenter lectus Melæ de eâ locus decepit. Hæc Aurelii Prudentii Clementis, quem Chriſtianorum Poëtarum longe principem habemus, patria fuit.

¶ *Cæſarauguſtanus conventus*, Plin. lib. 3 cap. 3.

¶ Cæſarēa autem, Καισαρεία, in Mauritania fuit, alia in Cappadocia, & in Palæſtina alia. Vide Geograph.

CAESĂRIES, ei, ein zierlich ſchön haar, in qua nutrienda plurimum ſtudii poſuit antiquitas, non delectata calvitiis; quæ & deformitatem magis, quàm ornamentum conciliant, & valetudini perniciosiſſima ſunt. *Promiſſa cæſaries*, Livius lib. 28 cap. 35. ein lang manns-haar, [nam *Coma* mulierum eſt] Plaut. in Milite a. 1 ſc. 1 v. 64, *Vide Cæſaries quam decet.* Horat. 1 Od. 15, *pectere cæſariem.* Servius ad illud Virgilii: *Cæſariem nato genitrix*, lib. 1 Æn. v. 590, *A cædendo*, inquit, *dicta cæſaries: ergo tantùm virorum eſt.* De intonſo crine Coma proprie dicitur: itaque & mulierum propria eſt. Multa huc ſpectantia Salmaſius Epiſtolâ de Cæſarie, virorum & mulierum comâ. Tribuitur ſane & fœminis cæſaries a poëtis: e. g. Virg. Georg. 4 v. 337 de Nymphis:
Cæſariem effuſæ nitidam per candida colla.

¶ Cæſariatus, a, um, behaaret, apud Plautum Mil. Glor. act. 3 ſc. 1 v. 173,

Miles usque cæsariatus, i.e. egregie comatus. Apulejus de Mundo p. 67, *Videas viridantibus comis cæsariatam esse terram.*

CAESĒNA, æ, oppidum Galliæ Cispadanæ in Italia, in Senonibus, inter Ariminum & Faventiam, haud procul fluvio Rubicone: à qua
¶ Cæsenātes, &
¶ *Cæsenatia vina*, generosa Plinio lib. 14 c. 6.

Cæsim, cæsio, cæsor, vide in *Cædo.*

CAESIUS, a, um, color, quasi *cælius*, aliàs glaucus, γλαυκὸς, hell, himmelblau, blau, ut, *Cæsii oculi*, quos ingenii felicioris putant esse notas, cujusmodi & Minervæ poëtæ tribuunt, blaue augen. vide Cicer. 1 Nat. D. c. 30. *Cæsia puella*, apud Lucret. lib. 4 v. 158, & Terent. Heaut. a. 5 sc. 5. Inde *Cæsii* dicti, qui tales oculos haberent. Quam ob caussam Catullus Leones quoque *Cæsios* adpellavit Carm. 46,

Solus in Libya Indiaque tosta
Cæsio veniam obvius Leoni.

Hinc *Cæsissimus*, sine tamen Comparativo, formati, Varro auctor est lib. 7 de Lat. Ling. n. 39.

¶ Cæsitius, a, um, hell, blaugestärckt, ut, *linteolum cæsitium*, Plaut. Epid. 2, 2 v. 46. i. e. purum & candidum, & cæsii coloris. Sed Nonius c. 14. sic dictum ait, quod vel cædendo ad candorem perveniat, vel quod oras circumcisas habeat.

Cæso, ōnis, vide *cædo.*

CAESPES, ĭtis, rasen. Festus: *Cæspes est terra in modum lateris* [vel pedis] *cæsa, cum herba.* Inde diphthongus est: quamquam non minus recepta per E simplex scriptura. *Vivus cæspes*, ein grüner rasen: sic enim cum diphthongo scribunt, qui à *cædo* hanc vocem deducunt. Scribunt *cespes* alii. *Aggerere cespites*, Tacit. 1 Ann. c. 19. *Hanc demum cespes erexit*, Seneca epist. 8. Virgilius Ecl. 1 v. 69,

Tuguri congestum cæspite culmen.

Horatius lib. 3 carm. 8 v. 4,

positusque carbo in
Cæspite vivo. Conf. 1 Od. 19 v. 13.

Nam cæspites aris struendis adhibebantur. Ovid. 5 Trist. el. 5 vers. 9,

Araque gramineo viridis de cæspite fiat.

quas idcirco *gramineas aras* Silius dixit lib. 4 v. 703. Prudentius Apoth. 255, [Heins. 187.]

Ridiculosque deos venerans sale, cæspite, thure.

Lege 12 Cod. Theod. de Pagan. sacrif. & templ. *erecta effossis ara cæspitibus.* Silius lib. 16 v. 263,

exstructis cæspes surrexerat aris.

¶ Deinde cæspites etiam inserviebant Tribunali castrensi. Tacitus Ann. 1 cap. 18, *congerunt cæspites, exstruunt tribunal.* Plinius Paneg. cap. 56, *multa post secula tribunal viridi cæspite exstructum.* Adde Lipsii ad utrumque locum commentationem. ¶ Cæspes etiam Sepulcrum significat. Virg. 3 Æneid. vers. 304,

Hectoreum ad tumulum: viridi quem cæspite inanem
Sacraverat.

Hieronym. epist. 49 ad Innocentium de muliere septies icta: *Recens à clericis cæspes ostenditur*, &c. Lege 5 Cod. Theod. de Sepulcr. violat. *cæspitem vellere*, violationem illam signat. Sidonius lib. 3 epist. 12, *Jam niger cæspes ex viridi: jam supra antiquum sepulcrum glebæ recentes.* Vbi vide Savaronem. ¶ Cæspes Avieno in Periegesi sæpe tractus & regio est, ut v. 227, *Cæspite Paphiaeo prodit saxosa Carambis.*
& vers. 388, *Istius extenti sola cæspitis undique sulcant*
Gentes innumeræ.

¶ Cæspiticius, vel cespititius, a, um, adject. von rasen, ut, *Murus cæspiticius*, Capitolin. in Pio cap. 5. eine schantze: *cæspititiæ aræ*, idem Balbino c. 11. *cæspititium tribunal*, Vopisc. in Probo c. 10.

¶ Cæsposus, a, um, cæspite plenus. Columella lib. 10 v. 130,

cæsposo litore Cumæ.

¶ Cæspito, are, pro vacillare, hallucinari, offendere, straucheln, stolpern, novum est, non tamen in mere barbaris scribendum, quoniam &
¶ Cæspitator, ōtis, vel Incæspitator, equus casurus dictus est, teste Servio in Aen. 11 v. 671. Lectio enim variat.

CAESTRUM, i, instrumentum, quo ebur cavatur, Plin. lib. 35 cap. 11, grabmeissel, hohlbohrer.

Cæstus, us, vide infra *Cestus*: ita enim rectius scribitur.

Cæsura, vide *Cædo.*

CAETĔRUS, a, um, Sing. sed cæteri, æ, a, usitatiora Plurali; (etiam *Ceteri*,) andere, übrige, quamquam & Cato in singulari dixit *cæterum exercitum*, apud Gellium lib. 3 cap. 7, quod & alii postea imitati. Livius lib. 1 c. 48, *Non abhorret à cætero scelere*; & lib. 6 cap. 8, *ostentans vincentem cæteram aciem.* Sueton. Galbâ cap. 20, *Argius & hoc & cæterum truncum in privatis ejus hortis sepulturæ dedit.* Quid? quod Ciceronis sunt *cætera jurisdictio*, lib. 6 ad Attic. ep. 2. & *pro cætera ejus audacia*, Verr. 3 c. 2: *cæterum ornatum muliebrem*, lib. 1 de Invent. cap. 31, & Corn. Nepotis 4, 2, 4, *cæteram Greciam*, nec non 14, 3, 1, *ornavit cætero regio cultu*, ut de reliquis exemplis Livii l. 21 c. 7, & lib. 35 cap. 30, & Curtii 5, 9, 11. taceamus. Primo casu *cæterus ornatus*, Cato dixisse fertur R.R. cap. 22. Sed Meursius & Popma illa verba l. c. non agnoscunt, ut de genuitate illorum dubitare omnino liceat. *Cæteri*, a Græco καὶ ἕτεροι videtur esse, quamquam veteres plerumque sine diphthongo scripsisse constat. Vid. Orthogr. Manutii. Terent. Hecyrâ a. 4 sc. 2 v. 25, *Quam fortunatus cæteris sim rebus*, in andern sachen. ¶ 2. *Cætera doctus*, pro *quantum ad cætera attinet*, Græcismus est non inelegans. Livius lib. 1 cap. 35, *Virum, cætera egregium, secuta ambitio est*, sonsten, übrigens, so viel sein ander thun betrifft. Virgil. 3 Æn. v. 593, *dira illuvies, immissaque barba,*

Consertum tegmen spinis: at cætera Grajus.

Horatius de bove lib. 4 ode 2 extrema:

Quà notam duxit niveus videri
Cætera fulvus.

Suetonius Calig. c. 50, *capillo raro ac circa verticem nullo: hirsutus cætera.* Vellej. 2, 46, 2, *Crassus vir cætera sanctissimus.* ¶ 2. Solet hæc vox concise & absolute etiam in Partitionibus eleganter poni, cum post enumeratas aliquot res sermonem abrumpimus, pro quo vulgo *& cætera* dicimus. Lucretius lib. 2 v. 857,

Nec frigus, neque item calidum, tepidumque vaporem:
Cætera:

Cicero in Topicis cap. 7, *In partitione quasi membra sunt, ut corporis, caput, humeri, manus, latera, crura, pedes, cætera.* Hoc elegans, & antiquum: quamquam impressi libri vulgari more *Et cætera* referant, etiam qui a Lambino & Grutero castigati sunt.

¶ Cæterùm, adverbiale, τὸ λοιπὸν, quod reliquum est, im übrigen. Plaut. Menæch. act. 2 sc. 4 v. 6,

Elocuta sum convivas: cæterum cura.

Cæterùm, id est, quod reliquum; des übrigen halben wirstu zusehen. ¶ 2. Item, Sed, Terent. in Eun. a. 1 sc. 2 v. 7, *Cæterum de exclusione verbum nullum.* Nepos 18, 8, 5, *Via brevior, cæterum dierum erat fere decem.* ¶ 3. Item, Alioqui, aber doch sonst. Cicero ad Qu. Frat. lib. 2 ep. 14, *Ego me in Cumano & Pompejano, præterquam quod sine te, cæterùm satis commodè oblectabam.*

¶ Cætero, pro; quod reliquum est temporis, dictio Plinio valde familiaris est, ut lib. 10 cap. 58, *Palumbes fœmina incubat post meridiana in matutinum, cæterò mas.*

¶ Cæterōqui, vel Cætreōquin, pro alioqui, sonsten, apud Cic. aliquoties, de Nat. Deor. 1, 22, *cæteroqui doctus*: in Oratore c. 25, *cæteroquin recte.* Adde dicta in *Alioquin.*

CAEYX, vel potius Cēyx, Ceȳcis, Plinio avis genus, ut videtur, marinæ, lib. 32 cap. 9 de medicamentis faciei, *Fit in mari*, inquit, *halcyoneum adpellatum, ex nidis halcyonum & ceycum.* Fingitur in hoc avis genus mutatus Ceyx, Luciferi filius, postquam in mari periisset. Vide Ovid. lib. 11 Met. Fab. 41.

¶ Sunt qui marem Halcyona, *Ceyca* vocari affirment, eumdemque & *Cerylon*, Κήρυλον.

Caja, vide *Cajus.*

CAĬCUS, καϊκος, Phrygiæ aut Æoliæ fluvius est, ex Mysia veniens. Virgil. 4 Georg. v. 370,

Saxosumque sonans Hypanis Mysusque Caicus.

¶ 2. Fuit & inter socios Æneæ *Caicus.* Idem 1 Æneid. v. 183,

Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caici.

CAIĒTA, æ, urbs & portus in Latio, prope Campaniæ fines, sic à nutrice Æneæ dictus. Virg. 7 Æn. principio:

Tu quoque litoribus nostris Æneia nutrix,
Æternam moriens famam Cajeta dedisti, &c.

*CAIO, āre, apud veteres erat cohibere, coercere, compescere. Vnde *Cai* seu *Kai* in vet. Gloss. sunt cancelli.

¶ Cajata, æ, Fulgentius [Contin. Virg. p. 162] *cajeta coarctrix ætatis.*
¶ Cajatio, ōnis, puerilis cædes, die züchtigung, ibidem. De singulis vid. Scaliger lection. Auson. lib. 2 c. 22 [ad epist. 2 Ausonii versum 13] *Grævius.*

CĀIUS, & Cāīus, i. Martialis lib. 9 epigr. 93,

Caius à prima tremebundus luce salutat.

Idem Vocativum extulit lib. 2 epigr. 30,

Quod peto, da Caī, non peto consilium.

Prænomen fuit apud Romanos; sed veteres Gajus dicebant: qui multum delectati fuerunt litterâ G: ut auctor libelli de Nominibus, qui Valerio Maximo tribuitur, atque cum eo edi consuevit, observat; & nomen *Gaji*, seu *Caji* à gaudio parentum factum scribit. Nimirum a γαίω *Gaudeo*, derivatum significat. At Scaliger Pater *Cajum* ab antiquitate dictum censet: ἀπὸ τῆς γᾶς, à terra scilicet, cap. 29 de Lingua Lat. Cajum invenio in Græcorum monumentis adpellatum ab Italis & Tarentinis Mercenarium, aut etiam rudem hominem ac planè brutum, quia a γέα, quæ terra est, derivetur γέϊος, à γαῖα γάϊος, verba sunt Cœl. Rhodigini Lect. Antiq. lib. 13 cap. 5. Vtrumque autem dicebatur, *Cajus*; *Caja*: ita ut C. rectum, *Cajum*: C inversum Ɔ *Cajam* fœminam notaret. Quintilianus lib. 1 cap. 7, *Cajus C. littera notatur: quæ inversa Ɔ mulierem declarat. Quia tàm* Cajas *esse vocitatas, quàm* Cajos, *etiam ex Nuptialibus Sacris adparet.* Quod de *nuptialibus sacris* dicit, Plutarchus explicat Quæstionibus Romanis: *Cur Sponsam*, inquit, *introducentes dicere jubent*, VBI TV CAIVS, EGO CAIA? *An quia hac conditione pacta intrat, ut particeps rerum omnium & gubernandæ familiæ sit? Itaque hæc verba id significant*, VBI TV DOMINVS ERIS ET PATERFAMILIAS, EGO DOMINA ERO ET MATERFAMILIAS. *Nomine autem* Caji & Cajæ *communibus, usi sunt peculiariter: quomodo JCti* Cajum, Sejum, Lucium, Titium *nomen ei, de quo agitur, imponunt. Et Philosophi* Dianis *aut* Theonis voces *usurpant.* Hæc Plutarchus; ex quibus etiam nosce, *Caji* nomen hypotheticum fuisse, sicuti Seji, Lucii, Titii, quibus JCti, cum juris casus figurarent, ad distinguendas personas exempli gratia fuerunt usi; de quo & Scaliger ad Tibullum, nec non Cujacius lib. 2 Observat. c. 11 monuerunt. Pertinet huc & locus Ciceronis pro Muræna c. 12, quem, si lubet, ibi vide.

¶ Caja, æ, eine frau, hausmutter, pro quavis hera vide in Cic. l. c. & apud Plutarchum paullo ante in *Cajus.*

¶ Cajanus, a, um, ut, *assis Cajanus*, Statius 4 Silvarum Carm. 9 v. 22,

Emtum plus minus asse Cajano. [Est Phalæcius.]

Quem *assem Cajanum* dixerit, docet Turnebus Advers. lib. 20 cap. 32. vide supra in AS. Et Suetonius Tito cap. 1, *insignis annis Cajana nece*, id est Caligulæ.

CĀLA, æ, fœm. Κᾶλον, fustis vel vallus, ein stock oder pfal. Lucilius apud Servium ad principium 6 Æneid.

Scinde puer calam, ut caleas:

Id est, ut Servius explicat, *frange fustes & fac focum.*

CĂLĂBER, bri; Quintus Calaber, seu potius Cointhus, sic enim seipsum nominat, ut indicavit Tzetzes. Homeri Paralipomena scripsit libris quatuordecim, ab Hectoris scilicet obitu ad Vrbem usque captam & excisam.

CĂLĂBRA, æ, curia Romæ, ad quam plebi convocatæ pronunciabatur numerus dierum à Calendis ad Nonas, Macrob. Saturn. lib. 1 c. 15 a καλεῖν.

CĂLĂBRIA, æ, Καλαβρία, ora Italiæ proxima Græciæ, peninsulæ formam

mam habens, feracissima, in quâ urbes sunt celebres, *Tarentum*, *Brundusium*, *Hydrûs*.

¶ Călăber, ăbri, einer aus Calabria. Silius Italicus lib. 22 v. 396 de Ennio poëta: *Miserunt Calabri, Rudiæ genuere vetustæ.*

Et *Calabri hospitis xenia sive dona*, pro exiguis & rusticis muneribus, in proverbium abiere, quoniam Calabri pyra hospitibus affatim apponebant, cum majora non haberent, haußmanns-kost. Elegantem dialogismum inter peregrinum & Calabrum introducit Horat. 1 epist. 7 v. 14. seqq.

Non quo more pyris vesci Calaber jubet hospes &c.

Vide Chiliad. *Calabri montes*.

¶ Calabricus, a, um, adjectivum: ut, *Olea Calabrica*, apud Columellam 12 cap. 49. ¶ Calabrica etiam genus fasciarum vocatur, windeln. vid. Reines. l. 2. var. lect. c. 8. unde

¶ Calabrico, are, einwickeln, windeln. Plin. Valer. 3, 13, *Lanis involvere & calabricare.*

CALAGVRRIS, is, civitas Hispaniæ in Vasconibus. Prudent. de Cæsaraugustan. martyrio v. 31,

Nostra gestabit Calagurris ambos.

¶ Calagurritanus, i, incola ejus urbis, & gentile nomen. Valer. Maximus lib. 7 cap. 6, *Calagurritanorum exsecrabilis impietas*, ad quam extrema fame Sertoriano bello adacti fuerant. Vide plura ibidem.

CALAIS, is, Boreæ & Orithiæ filius, Zetæ frater, quos alatos Poëtæ fabulati sunt. Vide Ovid. lib. 6 Metam. Fab. ult. & Scholiastem Sophoclis.

Calamarius, Calametum, vide *Calamus*.

CĂLĂMINTHA, æ, καλαμίνθη, herba, pulegium silvestre. *Calamentum* officinæ vocant, wilder poley, vide *menta*, vel *mintha*.

CĂLĂMISTER, masc. vel Calamistrum, i, neutr. Instrumentum est vel acus, quâ calefactâ capilli ornantur & crispantur. Græce καλαμὶς vel κάλλυτρον, ein haareisen, kräuseleisen. *Calamistro crines convertere*, i. e. flectere & contorquere, apud Petronium. Quo pertinet illud Virgil. lib. 12 Æn. v. 99,

fœdare in pulvere crines,
Vibratos ferro calido, myrrhaque madentes.

¶ *Calamistros adhibere*, pro, fucatum cultum sive ornatum orationi addere, Cicero dixit in Oratore c. 23 de summisso dicendi genere præcipiens: *Tum memorabilia omnis insignis ornatus, quasi margaritarum: ne calamistri quidem adhibebuntur.* Idem *Calamistris inurere*, de Claris Oratoribus dixit cap. 75 extr.

¶ Calamistratus, a, um, gekräuselt, ut, *Calamistrata coma*, Cicero pro Sextio cap. 8. Et *calamistratus saltator*, idem Orat. post red. in Sen. cap. 6.

CĂLĂMĬTAS, ātis, proprie est labes, quæ vi tempestatis infertur segeti. Hinc Terentius Eunucho act. 1 sc. 1 v. 34,

Sed ecce ipsa egreditur fundi nostri calamitas.

Vbi Donatus: *Proprie*, inquit, *calamitatem rustici grandinum dicunt, quod comminuat calamum seu culmum ac segetem*, weil es den halm entzwey schlägt: ein wetter-schade. Cicero 3 Verr. cap. 38, *calamitosam tempestatem* adpellat, etiam Vlpianus Lege 15 Ex conducto § 1 Si vis Dig. Locati conducti. ¶ 2. Deinde calamitatem dicimus quamcunque perniciem, incommodum & miseriam, allerley schaden und unrath. Συμφορὰ, Δυστυχία. Terent. in Heaut. act. 2 sc. 4 v. 15, *Vt nulla unquam amori vestro incidere possit calamitas.* Cicero in Catil. 1 c. 5, *Videbam perniciem meam cum magnâ calamitate Reip. esse conjunctam.* Idem subinde, *Accipere calamitatem*, schaden nehmen, *Calamitate affligi*, *calamitatem inferre*. Nepos 14, 6, 6, *Magnæ esse calamitati*, viel schaden, schädlich seyn. Idem Hamilcare cap. 1 n. 3, *Calamitates belli ferre amplius patria non potest.* Apud eumdem in Timol. cap. 4, *Calamitas* pro cæcitate ponitur. Cicero pro domo sua cap. 32, *In omni vita nihil est ad laudem illustrius, quàm calamitas*, quia αἱ συμφοραὶ συστέλλουσι καὶ ποιοῦσι σωφρονεστέρους, hoc est, *Calamitates erudiunt & modestiores reddunt*, ut Isocrates dixit. Et Xenophon lib. 5 de Expeditione Cyri: ἐν μὲν πάθεσιν ἀνθρώπους παιδεύεσθαι μάλιστα ἔοικε, *Calamitatibus homines maxime prudentiores fieri verisimile est.*

¶ Călămĭtōsus, a, um, schadhafft, schädlich, qui calamitatem infert: quemadmodum *calamitosam tempestatem*, Vlpianus dixit supra laudato loco. *Si vis*, inquit, *tempestatis calamitosæ contigerit.* ¶ 2. Qui calamitati obnoxius est. Plinius 18 cap. 7, *Hordeum ex omni frumento minime calamitosum*, &c. unter allem getreide darff gersten die wenigste gefahr ausstehen. ¶ 3. *Ærumnosus*, *calamitate affectus*, arm und elend. Vellejus 2 c. 53, *Quis ullam calamitosis deberi putat gratiam?* Cicero pro Rosc. Am. cap. 28, *O rem miseram & calamitosam!* Idem epistola 21 ad Fam. lib. 6, *appropinquare exitus hujus calamitosissimi belli videbatur.* Auctor epistolæ ad Octavium, Ciceronianis subjunctæ: *Quæ non insequens hora antecedente calamitosior populo R. illuxit?* Seneca epist. 71, *calamitosissimus omnium Regulus.*

¶ Calamitosè, adverb. *Calamitose vivere*, ein unglückseliges leben führen, Cicer. 3 Offic. cap. 29.

CĂLĂMVS, i, Κάλαμος, frutex aquaticus: arundo gracilis, rohr. Hinc *calami palustres* Ovidio lib. 1 Metam. v. 706. Plinius lib. 16 cap. 36 ita describit: *Nostratibus calamis fungosior subest natura, cartilagine bibula, quæ cavo corpore intus, superne tenui inarescit ligno: fissilis præacuta semper acie: geniculata.* ¶ 2. fistula ex calamo. Virgil. Ecl. 5 v. 2, *Tu* (sc. *bonus*) *calamos inflare leves.*

Idem Ecloga 2 vers. 34,

calamo trivisse labellum. Item Ecl. 5 v. 48,
Nec calamis solum æquiparas, sed voce magistrum.

rohrpfeiffen. ¶ 3. Item virga visco illita, qua aves capiuntur, eine leim-ruthe. Martialis lib. 13 epig. 68,

Galbula decipitur calamis & retibus ales.

¶ 4. Calamus, eine schreibfeder. *Temperare calamum*, die feder schneiden, zurichten, Græci, γλύφειν, à γλυφὴ, Scalptura Vet. Gloss. *Temperat*, γλύφει κάλαμον &c. Cicero ad Attic. lib. 6 epist. 8 pr. *Cum instituissem ad te scribere, calamumque sumsissem.* Et lib. 2 epist. 15 ad Quintum Fratrem: *Calamo & atramento temperato, chartâ etiam dentatâ res agetur*; & mox: *quicunque calamus in manus meas venerit. Calamus temperatus*, est ita concinnatus & acuminatus, ut benè, expressè scribat: quales sunt recentes à scalpro. Nam usu triti & obtusi male pingunt litteras. Quid *dentata charta* hoc loco sit, vide in *Dens*. Huc pertinent Plinii verba lib. 16 cap. 36, *Chartis serviunt calami, Ægyptii maxime, cognatione quadam papyri.* Quæ illustrantur illius Persii Satyr. 3 v. 11,

Inque manus chartæ, nodosaque venit arundo.
Tum queritur, crassus calamo quod pendeat humor.

¶ 5. *Calamus aromaticus*, vel *calamus* seu *juncus odoratus*, kalmus.

¶ 6. Poëtis etiam *sagittæ* calami dicuntur. Ovid. 8 Metam. v. 30,

Imposito calamo patulos sinuaverat arcus,
Sic Phœbum sumtis jurabat stare sagittis.

¶ 7. Apud Plinium lib. 17 cap. 14, *Calamus* etiam dicitur surculus, qui ramo inseritur, ein pfropfreis; ut, *Calami exacutio medullam ne nudet.* Item: *Calamus ad corticem usque suum deprimatur.* Plura exempla dicto capite invenies. ¶ 8. Accipitur pro *stipula*, & quacunque re tereti, ac fistulosa, ad similitudinem arundinis.

¶ Fabulam *Calami*, Mæandri fluvii filii, qui in arundinales sive palustres calamos versus, Servius refert ad Virgilii Ecl. 5 v. 48.

¶ Calamārius, a, um. Vt, *theca calamaria*, apud Sueton. Claudio cap. 35. eine federbüchse, pennal.

¶ Călămētum, i, proprie ein röhrig, rohrgebüsche, locus calamorum. Ab arboribus enim & fruticibus facto in *etum* nomine loca iisdem consita signantur. ¶ 2. Fragmenta calamorum & arundinum. Columella lib. 4 cap. 27 pr. *Sic deinde ordinata vineta festinabimus emundare, sarmentisque & calametis liberare, quæ sicco tamen solo legenda sunt.* &c.

¶ Calamīta, æ, καλαμίτης, ein laubfrosch. Plin. 32 c. 4 & 6.

¶ Vnicalamus, a, um, ut, *Frumentum unicalamum*, Plinius lib. 18 cap. 8. das nur einen halm hat.

CĂLANTICA, æ, ein haartuch, haube, schleier. Vsus hac voce Cicero in Clodium apud Nonium: *Cum calanticam capiti accommodares.* Ausonius Periocha 5 Odysseæ: *Vlysses ab Ino deâ misericorde servatur: quæ calanticam capiti suo demtam natanti accommodat: cujus ille sustentatu ad usque Phæacum litus evadit.* κρήδεμνον dixerat Poëtarum Princeps Homerus Odysseæ lib. 5. Alii scribunt *Calautica*, per V, ut Vlpianus lege 25 § 10 Dig. de auro, arg. mundo: alii *Calatica*, sine V vel N. Adi Vinetum ad Auson. c. l. qui ex antiquis libris diversas scripturas protulit.

¶ Decalanticare apud Nonium est calanticam detrahere, ut explicat Turneb. lib. 29 Advers. cap. 22, quod etiam in aliarum rerum spoliatione ponitur.

CALANVS, i, Indus, ex Gymnosophistarum genere, quem Philo, *omnium ejus seculi patientissimum*, libro illo adpellat, quo docet, *Probos omnes liberos esse* pag. 680. Vbi & eruditionem ei tribuit; quem tamen Cicero indoctum vocat, (respectu ad Græcos, qui cum doctrina rerum elegantiam & eloquentiam conjungebant, quam sapientes illi spernebant) Tusc. 2 c. 22. Vide Philon. dicto loco: nec non Strabonem lib. 15. Hic se more gentis accedente morbo, quem ferre turpe existimabat, vivum comburi voluit. Qui cùm in rogum ardentem ascenderet: *O præclarum*, inquit, *discessum è vita, cùm, ut Herculi contigit, mortali corpore cremato, in lucem animus excesserit!* Refert Cicer. lib. 1 de Divinatione cap. 23. Ejus in honorem postea Alexander M. certamina Musica, equestria & pugilatus instituit. Ælianus Var. H. lib. 2 cap. 41. Arrianus de R. G. Alexandri.

CALASSIS, tunicæ genus, quod Græci καλλόπιστον dicunt. Aliis nodus est, tunicæ muliebris, quo connexa circa cervicem tunica submittitur. Festus.

CĂLĂTHVS, i, Κάλαθος, ein handkorb. Virg. Ecl. 2 v. 45,

tibi lilia plenis
Ecce ferunt Nymphæ calathis. &c.

Forma eorum, ex angusto orbe in ampliorem surgens, qualis turbinis est, sed ut supremæ partes eminulæ essent. Tales enim in vetustis monumentis visuntur.

Hinc lilio Plinius eorum formam tribuit: cujus verba lib. 21 cap. 5 ista sunt; *Candor ejus* (lilii) *eximius: foliis foris striatis, & ab angustiis in latitudinem paullatim sese laxantibus, effigie calathi, resupinis per ambitum labris* &c. Fœminarum fuit, uti ex Silii lib. 2 v. 70 manifestum, *Nec calathis adsueta manus, operataque fuso.*

¶ 2. ein milchnapff, oder käßnapff. Virgil. lib. 3 Georg. v. 400,

Quod surgente die mulsêre horisque diurnis,
Nocte premunt: quod jam tenebris, & sole cadente,
Sub lucem exportans calathis, adit oppida pastor.

¶ 3. Sane & pocula *Calathi* adpellantur, seu calices: Virg. Ecl. 5 v. 71, *Vina novum fundam calathis Arvisia nectar.* Propertius lib. 2 Eleg. 15,

At veluti folia arentes liquêre corallas,
Quæ passim calathis strata natare videt.

Martialis lib. 9 Epigr. 59,

Expendit veteres calathos, &, si qua fuerunt,
Pocula Mentoreâ nobilitata manu.

¶ Calathiscus, i, diminut. apud Catullum exstat Carm. 65 de Nupt. Pelei & Thet. v. 319,

Vellera virgati custodibant calathisci.

Calatus, & Calata Comitia, vide *Calo* & *Comitia*.

CĀLĀTIA, æ, oppidum Campaniæ. Livius lib. 9 cap. 2, *ad Calatiam consules Romanos castraque esse audiebat.* Silius lib. 8 v. 543,

nec parvis aberat Calatia muris. A

¶ Calatinus, a, um, gentile & possessivum. Livius lib. 22 cap. ult. *Defecere ad Pœnos hi populi, Atellani, Calatini, Hirpini,* &c. Eodem libro cap. 13, *per Allifanum, Calatinumque, & Calenum agrum.*

CALAVRĒA, æ, vel Calauria, Καλαυρία, insula maris mediterranei in sinu Argolico contra Trœzenium, quam in permutatione cum Latonâ Neptunus Delo neglecta habitavit. Unde origo proverbii, *Pro Delo Calauria,* in mutui beneficii memoria, similis illi, *Manus manum lavat.* Vide Chiliad. & Plin. lib. 4 cap. 12.

Calcaneus, Calcar, Calceus, &c. vide *Calx, ferse.*

CALCHAS, antis, Thestoris filius, Vates Græcorum nobilis, de quo Homerus Iliados lib. 1 v. 69 seq. Silius lib. 13 v. 38. Post expugnatam & desolatam Trojam domum itinere terrestri repetens incidit in Mopsum augurem præstantissimum prope Colophonem, superatusque artis peritia (hariolari enim, quot ficus à Mopso sibi proposita haberet caprificus, juxta Hesiodum; aut fuculos sus gravida, ex Pherecydis sententia, non poterat,) animi ægritudine vitam finivit.

Calcitro, vide *Calx.*

CALCVLVS, i, lapillus; ein sand-steinlein, diminutivum a *Calx.* Cicer. 1 de orat. cap. 61, *Demosthenes, conjectis in os calculis summa voce versus multos uno spiritu pronunciabat,* er nahm den mund voll kleiner steinlein. *Superavit enim Demosthenes impedimenta naturæ diligentiâ industriâque,* quemadmodum ibidem de eo Cicero scribit. ¶ 2. Est & ponderis nomen. Excerpta Veterum de mensuris, quæ in Gromaticorum Scriptorum corpore Rigaltius edidit: *Ponderum pars minima CALCVLVS est, constat ex granis Ciceris duobus, & apud quosdam siliqua pensante, quæ tribus granis hordei declaratur. Duo calculi CERATIVM faciunt,* &c. ¶ 3. Calculus, der stein, morbus maximis cruciatibus affligens corpora, exercitium & disciplina summorum nonnunquam virorum, ut Lutheri, Jonæ, &c. ¶ 4. Sunt & *calculi,* quos *Latrunculos* alioqui vocamus, de quo ludo plura observatu digna Salmasius ad Vopisci Proculum. ¶ 5. Et pro rationibus quidem usitate *calculi* accipiuntur, zahlpfennig, rechenpfennig, rechnung. ut, *Subducere calculos,* apud Cic. de finib. 2 cap. 19. *Ponere calculos,* apud Columell. 3, 3. & Plinium 2 epist. 19 extrema, die rechnung überschlagen. Egregie idem cap. 20 Panegyrici, *assuescat imperator calculum cum imperio ponere:* id est, rationem impensarum habere, ne reditus excedant, & imperium gravent. Apud Ciceronem de amicit. cap. 16, *Ad calculos revocare,* überrechnen, genau ausrechnen. *Altera,* inquit, *sententia est, quæ definit amicitias paribus officiis ac voluntatibus. Hoc quidem est nimis exigue & exiliter ad calculos vocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum & datorum.* Idem ad Attic. 8 ep. 12, *Ad calculos reverti.* ¶ 6. Sed & suffragia *calculis* notabantur. Hinc *Adjicere cui album calculum,* beyfallen, sein jawort darzu geben, Plin. 1 epist. 2. Cujus etiam illud est lib. 6 ep. 11, *O diem lætum notandumque mihi candidissimo calculo!* Solebant enim Thraces dies prosperos & lætos notare calculo albo in urnam conjecto, infelices verò atro, ut scirent anno exacto, quot & quos dies lætos, quos tristes habuissent. vid. Plin. lib. 7 c. 40. & Martial. lib. 12 Epigr. 34. C

¶ Calculosus, a, um, ut, *ager calculosus,* apud Columellam lib. 3 c. 11. steinichte örter. ¶ Item qui ex calculo laborat, der den stein hat, apud Plin. 21 cap. 18.

¶ Calculositas, ātis, stein-beschwerung. Gloss. gr. lat. λιθίασις, *Calculositas.*

¶ Calculo, are, rechnen, ausrechnen. Prudentius hymno Laurentii v. 131,

Nam calculanda est primitus,
Tum subnotanda est summula.

Usus etiam verbo hoc est Sidonius lib. 9 epist. 7. antiquiores non facile repereris, sicut nec majorem auctoritatem habet nomen sequens

¶ Calculatio, ōnis, die rechnung, quod est Cassiodori lib. 1 ep. 10. & Fortunati lib. 5 epist. prosa 6 ad Syagrium episcopum Augustidunensem: at

¶ Calculator, ōris, ein rechenmeister, auctorem habet Martialem lib. 10 epigr. 62, *Nec calculator, nec notarius velox.*

¶ Calculo, ōnis, etiam dicitur. Rufus Festus Breviario Rerum Rom. Præf. ad Valentem Augustum: *Morem sequutus calculonum, qui ingentes summas æris brevioribus explicant;* quamquam plures & hîc *calculatorum* legunt.

Caldarium, Caldarius, Caldus, vide *Calor.*

CALĒDONIA, æ, Καληδονία, Dioni, Britanniæ pars, Scotia hodie, de quâ non semel Tacitus in vitâ Agricolæ refert.

¶ Călēdŏnius, a, um. Martialis Spectac. 7,

Nuda Caledonio sic pectora præbuit urso. D

Calefacio, vide *Calor.*

CĂLENDAE, arum, Καλάνδαι, primi dies mensium, dictæ à convocatione popularium; καλεῖν enim vocare est; Ex quo latini veteres *Calo, Calare* fecerunt. Convocabatur autem primo quoque mensium die populus, & quæ feriæ toto mense essent futuræ, quidque in religione peragendum, significabatur. vid. Polyd. Virgil. lib. 2 c. 5. Calendis etiam pecuniæ dabantur fœnori, & iisdem cum usurâ exigebantur. Horat. lib. 1 Serm. Sat. 3 v. 87,

Cum tristes misero venêre Calendæ.

auf den zahl-tag. Ovid. 1 Fast. v. 55, *Calendas Ausonias* dicit, quia latinorum propriæ sunt, iis vero Græci carent. Unde Proverbium: *Ad Calendas Græcas,* auf den nimmers tag, quo aliquid nunquam futurum significatur: quod ab Augusto institutum est, qui, ut erat faceto ingenio, cum aliquos non soluturos, quod debebant, existimabat, *ad Kalendas Græcas* soluturos ajebat. vid. Sueton. vita c. 87.

¶ Calendaris, e, adject. *Calendarem Junonem* vocarunt, quod ei omnes Calendæ dicatæ essent. Macrob. 1 Saturn. c. 15.

¶ Calendarium, i, seu Kalendarium [ut veteres scribebant,] liber fœnebris dicebatur, id est, in quo perscribebantur usuræ in Calendas singulas petendæ & exsolvendæ, ein zins-regitter, schuld-buch. Seneca lib. 7 de Benef. cap. 10, *Quid fœnus, & kalendarium & usura, nisi humanæ cupiditatis extra naturam quæsita nomina?* Idem epist. 14, *Adjicere illis* [divitiis] *aliquid studet, dum de incremento cogitat: oblitus est usus,* [id est, quantum usus postulet] *rationes accipit, forum conterit, kalendarium versat, fit ex domino procurator.* Rursus ep. 87, *Divitem illum putas, quia aureæ supellex etiam in via eum sequitur, quia in omnibus provinciis arat, quia magnus kalendarii liber volvitur.* Ejusdem est & illud lib. 1 de Benef. cap. 2, *Beneficiorum simplex ratio est: tantùm erogatur: si reddit aliquid, lucrum est: si non reddet, damnum non est. Ego illud dedi, ut darem. Nemo beneficia in Calendario scribit.* Id est, Nemo locat beneficia, ut pecuniam collataque in Calendario scribat, ut inoblitus possit reposcere. Rectè verò hoc mox ad bonos viros tantùm restringit: nam multi comparati aliter, beneficia sua non conferunt, sed credunt, & ferunt expensa, quos & hic & supra dicta epist. 87 perstringit. Sic *pecuniam in calendarium convertere,* Lege 39 § 8 Dig. de administr. & peric. tut. Papinianus dixit, quod est geld ausleihen, in die rechnung schreiben. ¶ Calendarium etiam est Hemerologium, seu Rationarium dierum omnium distributorum per menses unius anni: qui quidem initio per Octoadas; postea vero Judæorum more, per hebdomadas ibi fuerunt descripti; quod post tempora Theodosii factum, Scaliger lib. 4 de emendatione temporum observavit; der calender, das tage-buch. Cæterùm Principalis potius, quam Pontificii muneris esse *Fastos* (quæ *Kalendaria* vulgo) *corrigere,* non ignorarunt ii, qui correctioni Kalendarii à Gregorio 13 P. M. susceptæ restiterunt, qua de re Thuanus lib. 76 Histor. ¶ *Calendariorum,* in quadam Inscriptione Veteri, quam cum ceteris in Hispania repertis Adolphus Occo Medicus Augustanus edidit, p. 2 n. 9 mentio fit: quos non alios fuisse existimo, quam qui in Theodosiano Codice lib. 12 tit. 11, *Calendarii Curatores* adpellantur, & quorum munus *Kalendarii Curatio,* Arcadio JC. L. 18 § 2 D. de muneribus & honoribus dicitur. Vetus huc Inscriptio pertinet apud Grut. p. 446 n. 7, CVRATORI CALENDARI. Vide Pithœum lib. 2 Adversf. Subsec. c. 4, & Henr. Noris Cenotaph. Pisan. p. 37. B

CALĒNVM, i, quod & *Cales* adpellatum ex Strabonis lib. 5 constat, Campaniæ oppidum, vino nobile, oppidum non semel commendat Horatius; cum alibi, tum lib. 4 Carm. Ode 12, cum ait:

Sed pressum Calibus ducere Liberum
Si gestis.

Vide Marcellum Donat. ad Taciti 4 Annal. cap. 27.

¶ Calenus, a, um. Ut, *ager Calenus,* apud Plinium 3 cap. 5, & *Vinum Calenum:* quod absolute etiam *Calenum* Horatio adpellatur: qui & *falcem Calenam* dixit lib. 1 Carm. Ode 31. ¶ Calenus, i, nomen vatis in Hetruria celeberrimi, de quo Plinius 28 c. 2.

Căleo, ui: cum derivatis vide *Calor.*

CĂLIENDRVM, i, quod vetus Glossator Κόσμιον κεφαλῆς interpretatur, *Ornatum capitis.* Horat. lib. 1 Sat. 8 extr.

at illæ currere in urbem,
Canidiæ dentes, altum Saganæ caliendrum
Excidere.

Dicit duas nobilissimas veneficas, Canidiam & Saganam, operatas in horto incantamentis, Priapi peditu ita exterritas, ut illico fugam capesserent in urbem, tanto impetu, ut alteri dentes, alteri caliendrum exciderit. Solebant vetulæ edentulæ & calvæ, ut fœditatem suam tegerent, arte factos dentes inserere, & falsam comam adponere, sive crinem hypocriticum. Hunc ergo Horatius hoc loco *Caliendri* voce significat: Unde & veteres Scholiastæ Horatii, *galericulum: capillamentum:* φενάκην sive *emititia & adulterinæ comæ suggestum* interpretantur. Male autem in Porphyrione explicante hunc locum Horatii, *altera quod gibba fuerit,* legitur: *glabra* enim legendum est, ut præclare Marsilius conjecit. Caliendri vocem & apud Arnobium observavit Turnebus lib. 7 c. 20. Exstat autem sub finem lib. 6 p. 209. Duci videtur à Græco κάλλυντρον, ornamentum, quod est a καλύνω, orno.

CĂLĬGA, æ, calceamentum militare; sicut & Dio στρατιωτικὸν ὑπόδημα vocat, soldaten-schuh, knie-stiefel. Unde & Cajus Cæsar, Germanici filius, & ab excessu Tiberii Imperator, quod natus in castris militari habitu educaretur, adpellatus est, ut idem Dio, nec non Tacitus, Suetoniusque & Victor testantur. Quod cognominis tamen postea pro convicio habuisse, videtur Senecæ, quod *cothurnatus* potius, quam *caligatus* maluit conspici, de Constantia Sapientis cap. 18. Male autem hoc nomen *Caligæ* de femoralibus, seu braccis; sive hosis nostris, acceptum est: non vulgo tantùm, verùm eruditis etiam & doctis, quos merito Casaubonus ad Suetonii Augustum, Salmasiusque ad Vopiscum redarguunt; & Julius Nigronius peculiari libro *de Caliga* confutavit infinitis auctoritatibus in id productis. Ut mirere, post illos inventos fuisse, quibus aliter videretur. Rectè Vetus Glossator: Σανδάλιον, *Caliga:* Rectè Vetus Interpres latinus Actorum cap. 12 v. 8, τὰ σανδάλια *caligas* vertit. Rursus Veteres Glossæ *Solum caligarium,* κάσσυμα. *Solum* in calceis non nescimus: at quod braccarum esse possit, velim, illi commonstrent. Vetustum admodum esse errorem, pro femoralibus accipere *Caligas,* videtur suadere D. Hieronymi locus in vita Malchi, cum de Saracenis ita est loquens: *Et ecce subitò equorum camelorumque sessores Ismaelitæ irruunt, crinitis vittatisque capitibus ac seminudo corpore; pallia & latas caligas trahentes.* Sane videntur calcei palliis male jungi; & *caligæ latæ* potius dici, quas *laxas braccas* Ovidius dixit. Altius autem muniebant pedem caligæ; ita, ut tibias etiam tegerent, stiefel. Quare & eas proficiscentes solebant sumere. Juvenalis Sat. 3 extr.

Satyrarum ego, ni pudet illas,
Adjutor gelidos veniam caligatus in agros.

Nec aliâ caussâ milites quoque, puto, utebantur, quam ad majorem pedum tutelam. *Caliga speculatoria,* Suetonius Caligulâ cap. 52. Hinc sæpe *Caliga* pro militia seu militari professione sumitur. Seneca de brevit. vitæ c. 17, *Marium,* inquit, *caliga dimisit? consulatus exercet:* hoc est, quamvis relicta militia pervenerit ad consulatum, tamen

in eo suas habet molestias. Idem 5 de benef. c. 16, *Ingratus C. Marius ad consulatum a caliga perductus*; id est, ab infimo militiæ ordine ad summam reipublicæ dignitatem adscendit. Et Inscriptio vetus:

C. OPPIO C. T. VEL
OMNIBVS OFFICIIS
IN CALIGA FVNCTO.

Hic *in caliga* perinde est ac si diceretur *in militia*.

¶ Căligārius, a, um, & Caligāris, e, ad caligas pertinens, quod utrumque apud Plinium legitur, ut, *clavi caligarii*, lib. 34 c. 14; & *caligares clavi*, lib. 9 c. 18. Clavis enim suppactum erit hoc calceamenti genus, de quo plura Nigronius, schuh-schnallen, kniebänder.

¶ Caligarius, i, substantive, qui conficit caligas, ein schuster. Lampridius Alexandro c. 33, *Corpora omnium constituit vinariorum, popinariorum, caligariorum, & omnino omnium artium.*

¶ Caligatus, a, um, caligis indutus, gestiefelt. Vt, *caligatus miles*, qui Suetonio *manipularius* sive *gregarius* dicitur: Vide Torrent. ad Vitam Aug. cap. 25, & Lipsium ad 1 Taciti Annal. cap. 41. Inscriptio sub Diocletiano apud Gruter. p. 279 n. 3, NVMERVS MILITVM CALIGATORVM. Absolute *Caligatum* pro *milite* JCtus dixit lege 6 D. de re milit. CALIGATVS *qui metu hostium languorem simulavit.* Juvenalis Sat. ult. v. 24, *offendere tot caligatos*
Millia clavorum &c.

¶ Caligula, æ, Cajus Imp. Germanici ex Agrippina filius & Tiberii nepos, sic dictus a caliga militari, qua ad conciliandos militum animos assidue usus est. vid. Dio, Suet. & Aurel. Vict. in ejus vita.

CĀLĪGO, ĭnis, obscuritas, tenebræ, dunckelheit, ἀχλὺς, ὁμίχλη. *Tenebræ tetræ & caligo*, Cicer. Agr. 2 cap. 17. Pluraliter Plinius lib. 20 cap. 7 de quodam lactucæ genere: *Sanat omnia oculorum vitia cum lacte mulierum: precipue caligines.* Quod vitium etiam singulariter ita adpellat eod. lib. cap. 23, *hominum caliginem feniculo levari.* Metaphorice Cicero pro Planc. cap. 40, *Caliginem istorum temporum vide*, blindheit und unverstand.

¶ Călīgĭnōsus, a, um, finster, ut, *Nebulosum & caliginosum cælum*, Cicero Tusc. 1 cap. 25, dunckel und trüb wetter. *Nox caliginosa*, Hor. 3 carm. od. 29 v. 29,

Prudens futuri temporis exitum
Caliginosa nocte premit Deus.

Superlativus est Augustini epist. 7, *De animæ exortu caliginosissimæ quæstionis obscuritas.*

¶ Caligineus, a, um, adject. aliud. Gratius in Cynegetico v. 56,
Vel caligineo laxanda reponito fumo.

¶ Caliginare, obscurum & inusitatum verbum, quod Fulgentio Contin. Virg. p. 162 tribuunt. Sed præstat ibi *Caligare* legere, uti mox in hoc verbo dicemus.

¶ Caligo, avi, are, cæcutire, nicht oder dunckel sehen: ut, *Oculi caligantes*, Plin. lib. 20 cap. 22, dunckele augen. *Caligantes fenestræ*, quæ parum lucis transmittunt, apud Juvenalem Satyr. 6 v. 31. Rursus Plinius lib. 11 cap. 37 sect. 53, *In morbo comitiali aperti oculi nihil cernunt, animo caligante.* Idem lib. 30 cap. 1, *ad quas* [res] *caligat humanum genus*, es ist verblendet. Sed *Caligare in Sole*, proverbiali locutione dixit Quintil. lib. 1 cap. 2, pro cæcutire in clarissima luce, in einer klaren sache irren. ¶ Posteriori ætate active significabat obscurare, caligine obducere. Petrus Chrysologus Serm. 41, *Sicut tetræ nubes caligant cælum: sic obscurant animas intemperata convivia.* Et Sermone 74, *O si tetra nubes letalis pomi speciem caligasset!* Sic & Leidensis MS. codex Fulgentii in Contin. Virg. *luculentæ sapientiæ funalia caligare:* ubi alii *caliginare* legunt.

¶ Caligatio, ōnis, idem quod caligo. Plinius lib. 29 cap. 6, *caligationes oculorum.*

CĂLIX, ĭcis, κύλιξ, ein kelch, becher. Horat. 1 ep. 5 v. 19;
Fœcundi calices quem non fecère disertum?

Alius: *Multa cadunt inter calicem supremaque labra,*
Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρυ,

unverhofft kömmt offt. Auctor hujus versiculi Alcæus Samiorum Rex Heraclidi in Politiis traditur. Simile huic latinorum illud *inter os & offam* fuisse, Gellius auctor est lib. 13 cap. 18. ¶ 2. Est & calix ea pars vel vasis vel poculi, quæ capax est humoris. ¶ 3. Et *Cochlearum calices* sunt Plin. lib. 9 cap. 56 extr. muscheln. ¶ 4. *Florum.* Idem de rosa lib. 21 cap. 4, *Germinat omnis primo incluso granoso cortice: quo mox tumescente & in virides alabastros fastigiato, paullatim rubescens dehiscit ac sese pandit, in calicis medio sui stantis complexa luteos apices.* *Calix* est depressa in medio cavitas, unde se folia rotundo ambitu explicant, & apices lutei emicant. Ausonius in Rosis sive Eidyll. 14 v. 31, *Calathum* vocat:

Nec mora, ridentis calathi patefecit honorem.
Prodens inclusi semina densa croci:

Vbi quos *luteos apices* Plinius adpellat, *semina densa croci* vocantur. Plinius de lilio etiam *calicem* dixit lib. 21 cap. 5. Quæ omnia translata sunt, ut propriorum inopiæ consuleretur.

¶ Călĭcŭlus, i, diminutiv. eine schale, schälgen, becherlein. Cato R. R. cap. 108, *In caliculum novum indito vinum* &c. Pallad. Nov. tit. 7 de pinu: *Multa semina in caliculis terra & fimo repletis obruunt.* ¶ 2. Sunt & Glandium & Castanearum caliculi, vel calyculi à calyx, quod est à καλύπτω, hoc est, abscondo, operio, hülsen. vide *Calyx*.

¶ Calicularis, e, ut, *herba calicularis*, qualis Hyoscyamos, apud Apulej. de herb. c. 4.

¶ Caliclarium, i, ein tresur, credentz-tisch. Gloss. gr. lat. ποτηριοθήκη, *Caliclarium.* v. Salmas. de J. A. & R. p. 488.

CALLAĬCVS, i: Callaici bellicosi Lusitaniæ populi, Strabo lib. 3. vide supra in *Atheus*.

¶ Callaicus, a, um, adjectivum. Ovidius 6 Fastorum v. 461,

Tum sibi Callaico Brutus cognomen ab hoste
Fecit, & Hispanam sanguine tinxit humum.

Vbi *Callaicum hostem* pro Hispano videtur dixisse: quemadmodum & Martialis lib. 10 Epigr. 16, *Callaica arva*; & Epigr. 37, *Oceanum Callaicum* pro Hispanico posuit.

CALLAIS, idis, gemma e viridi pallens, oculi figura extuberans, leviterque adhærens rupibus, nec ut agnata petris, sed ut apposita, ein türckis, Plin. 37 c. 8.

CALLARIAS, æ, piscis minor ex asellorum genere, Plin. 32, 11.

Calleo, vide *Callum*.

CALLIAS, æ, Atheniensis, quo nomine dicti fuerunt duo, alter Poëta Comicus, *Schœnion* cognominatus, quod funes ob paupertatem torqueret. ¶ 2. Alter dux Atheniensium, contra Artaxerxem missus, v. Suid. ¶ 3. Fuit & Grammaticus eopse nomine, sed Methymnæus, Strabo. vid. Gronov. Observat. lib. 4 cap. 5. ¶ 4. Callias quidam fuit, qui per luxum atque libidinem patrimonium abligurierat. In eum vulgaris jocus exstitit: Καλλίας πτεροῤῥυεῖ, i. e. *Calliæ defluunt pennæ.* Ejus meminit Athenæus Dipnos. 4 & 12.

CALLIBLĔPHĂRVM, i, καλλιβλέφαρον; medicamentum oculorum apud Plinium l. 23 c. 6, eine augen-salbe oder artzney.

CALLICIA, æ, herba, qua Pythagoras aquam glaciari tradidit. Plin. 24 cap. 17.

CALLĬCLES, is, statuarius nobilis est Plinio lib. 34 cap. 8. ¶ 2. Calliclis alterius meminit Quintil. lib. 2 cap. 16. ubi hoc ei tribuit: τὸν μέλλοντα ὀρθῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι, δίκαιον ἄρα δεῖ εἶναι καὶ ἐπιστήμονα τῶν δικαίων; id est: *Rhetorem esse volentem recte, justum quidem seu bonum esse oportet, eorumque quæ bona sunt, gnarum.* Pronunciatur autem *Callicles* media brevi.

CALLĬCRĂTES, is, Lacedæmonius, artifex in marmore sculpendo, qui formicas tanta fecit subtilitate, ut partes earum perspici non possent, Plin. lib. 16 cap. 5 extr. Idem in Sesamo distichon elegeium litteris aureis inscripsit. Ælian. V. H. lib. 1 cap. 17.

CALLICRATIDAS, æ, dux & præfectus classi Lacedæmoniorum. Cicer. lib. 1 de Offic. c. 30.

¶ Callicratides vero fuit Laco, Philosophus Pythagoræus: Eum Stobæus Serm. 68, περὶ μνηστείας καὶ γάμου allegat.

Callide, Calliditas, Callidus, vide *Callus*.

CALLĬGŎNON, i, καλλίγονον, genus herbæ, wegtritt, weggraß, Plin. 27 cap. 12.

CALLIGRAPHIA, æ, καλλιγραφία, â Grammaticis vocatur ars eleganter pingendi & scribendi litteras, die schreib-kunst; unde

¶ Calligraphus, i, ein kunst-schreiber.

CALLĬMĂCHVS, i, Καλλίμαχος, Poëta Cyrenæus fuit apud Ptolemæum Philadelphum, regiæ præfectus Bibliothecæ. Scripsit elegias, hymnos & epigrammata, quorum tamen minima pars ad nos pervenit. Quæ supersunt, post alios edidit, & quibusdam ineditis auxit, notisque eruditis illustravit Anna, Tanaquilli Fabri filia: & jam cum plenis commentariis illustris vir Ezechiel Spanhemius. ¶ Romanum Callimachum se dixit Propertius, quod & ipse Elegiarum Poëta esset, sicut Callimachus, lib. 4 eleg. 1,

Vmbria Romani patria Callimachi.

CALLĪMVS, i, κάλλιμος, lapis in alvo ætitæ lapidis, qui reperitur in nidis aquilarum. Plin. 36 c. 21.

CALLINĪCVS, i, Καλλίνικος, Sophista Syrus fuit. Docuit Athenis. Scripsit *de Cacozelia: de Rhetoricâ* ad Cleopatram, *de rebus gestis Alexandri*, & alia, Suid.

¶ Callinicus etiam cognomen Seleuci II, Syrorum quarti ab Alexandri excessu regis, cui vere, an per derisionem hoc nomen impositum fuerit, vide in Vaillantii Historia Regum *Syriæ*, ex nummis deducta, pag. 52.

CALLION, i, herba soporifera, alias Halicacabum, Plin. 21 c. 31.

CALLIŌNY̆MVS, i, Καλλιώνυμος, piscis idem qui Vranoscopos, οὐρανόσκοπος, vide *Vranoscopus*. Plin. 32 c. 4 & 7.

CALLIŎPE, es, Καλλιόπη. Lucret. lib. 6 v. 93,

Calliope requies hominum, divûmque voluptas.

Præstantissima est Musarum, quæ & *Calliopéa* dicitur. Virg. Ecl. 4,

Orphei Calliopeia, Lino formosus Apollo.

CALLIOPIVS, i, Grammaticus Criticus, qui Terentii Comœdias recensuit. Et eæ tantum admissæ fuere, quas ille probaret. Ita Jos. Scaliger Opusculo Posthumo epist. 9, nec aliter Lindebrogius Observation. Terentianis Andriâ extrema. Caspar Barthius lib. 6 Adversar. cap. 20 hunc Calliopium non alium, quàm Alcuinum fuisse conatur probare, quem vide. Eugraphius Scholiastes vetus Terentii, *Calliopium* non Criticum & recognitorem fabularum Terentii, sed recitatorem sive actorem agnoscit Andriâ extrema.

CALLIPHRON, ŏnis, saltatoriæ artis magister apud Nepotem 15, 2, 1.

CALLĬPIDAE, arum, Pomponio populi sunt Europæi ad Hypanim fluvium, Græco-Scythæ eidem, Solino vero Callipodæ.

CALLĬPĬDES, & Callippides, is, histrio Tragœdiarum fuit Agesilai tempore. ¶ 2. Vsurpatur proverbialiter pro tardo & cunctatore. vide Chil. Cicero ad Att. lib. 13 ep. 12, *Biennium præteriit, cum ille Callipides assiduo cursu cubitum nullum processerit.*

CALLIPOLIS, is, oppidum ad Hellespontum in Europa, Plin. lib. 4 cap. 11, quod hodieque nomen retinet. Conf. Sil. 14 v. 250.

CALLĬRŎĒ, es, Καλλιρόη, Stat. Theb. 12 v. 629,

Et quos Calliroë novies errantibus undis
Implicat,

Fons Atticæ est, cujus aquæ ductus vel scaturigines novem sunt: Plinius lib. 4 cap. 7, *In Attica fontes Cephissia, Calliroë Enneacrunos*, Quod a Thucydide videtur acceptum, qui lib. 2 p. 112, τῇ κρήνῃ, inquit, τῇ νῦν μὲν ἐννεακρούνῳ καλουμένῃ, τὸ δὲ πάλαι καλλιῤῥόῃ ὀνομασμένῃ, ἐχρῶντο. Quidam duos fontes faciunt Calliroen & Enneacrunon, quos confutat Harduinus ad d. l. Plinii, Emendatione 32. Adde Barthium ad d. l. Thebaidos. ¶ 2. Est & *Calliroë* fons ad Edessam, Plin. lib. 5 cap. 24, & alius in Judæa, ibidem cap. 16. ¶ 3. *Calliroë* etiam dicta Lyci crudelissima filia apud Ovid. lib. 9 Metam. fab. 10.

CALLIS, is, masc. semita, ein gang, steig. Virg. 4 Æn. v. 404,

prædamque per herbas
Convectant calle angusto.

Adpellatur ex eo, quod pecudum callo præduretur, ut explicat Servius

ad

ad h. l. Turneb. lib. 2 Adverſ. cap. 9 & lib. 3 cap. 22. Apud Curtium lib. 5 c. 4, *ſilveſtres calles*; & cap. 6, *invii*; & lib. 4 c. 16, *ignoti* &c. dicuntur.

CALLISTHĔNES, is, Καλλισθένης, philoſophus, propinquus & auditor Ariſtotelis, Alexandri comes, à quo, quod non, ut cæteri aſſentatores, adorandum eum putaviſſet, indignis modis interfectus eſt. Vide Plutarch. in Alexandro, & Curtium lib. 8 cap. 5 & 8.

CALLISTO, ûs, Καλλιςώ, Lycaonis Regis Arcadiæ filia, Dianæ comes, quæ poſtea in urſam mutata, & tandem inter ſidera relata eſt. Vide Ovid. lib. 2 Metam. & 2 Faſtorum v. 155.

CALLISTRĂTVS, i, ſtatuarius Plinio lib. 34 cap. 8. ¶ 2. Græcus Scriptor alius fuit *Calliſtratus*, cujus exſtant icones pulcherrimæ ſeu hypotypoſes, adjunctæ iconibus Philoſtrati. ¶ 3. Fuit & JCtus hoc nomine. ¶ 4. Item, Athenienſis Orator, apud Nepotem Epaminondâ c. 16.

CALLISTRVTHIAE, arum, ficorum omnium frigidisſimæ, Plin. lib. 15 cap. 18, tamen in deliciis Romanorum. Capitolin. in Albino cap. 11. Athenæus lib. 3 c. 3 p. 75.

CALLISTVS, i, unus ex comitibus expeditionis Juliani Principis, cujus hiſtoriam verſibus ſcripſit. Socrat. lib. 3 cap. 21. ¶ 2. Vnus ex potentisſimis libertis Claudii Cæſaris. Vid. Plin. lib. 36; cap. 7 extr. Tacit. 11. ann. c. 29 &c. ¶ Cognomen Nicephori, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptoris vel compilatoris.

CALLITRICHON, i, καλλίτριχον, & Callithrix, icis, καλλίθριξ, herba eadem, quæ Polytrichum, & τὸ τριχομανὲς, ſteinbrech, vide *Polytrichon*. Plin. 25 c. 11. ¶ Callithrices inter beſtias refert Iſidor. 12 c. 2.

CALLVS, & Callum, i, cutis denſior ex frequenti labore & itinere, qualis eſt in pedibus aut manibus: eine ſchwiele. Vetus Gloſſa: *Callus*, τύλος: aliæ Græco-Latinæ: τύλος, *Callum*. Suetonius Auguſto cap. 80, *Sed & callis quibusdam ex prurigine corporis, aſſiduoque & vehementi ſtrigilis uſu, plurifariam concretis, ad impetiginis formam.* ¶ 2. *Callum* in ſuibus agnoſcit Plautus Capt. act. 4 ſc. 3, quod in Perſa & Pœnulo *aprugnum* vocat. In deliciis menſarum fuiſſe, Catonis locus, Plinio lib. 8 cap. 51 citatus, indicio eſt. *Lumbum aprugnum* callum dictum eam ob cauſſam Hieronymus Mercurialis cenſuit, quod teneram ſed compactam carnem habeat, palato ac dentibus gratam, quem vide, ſi lubet, lib. 2 Var. Lectionum cap. 22. ¶ 3. Cicero Metaphorice dixit, *Callum obducere*, pro eo, quod eſt *aſſueſcere alicui labori multo exercitio*, eines dinges gewohnen, und darzu gehärtet werden, ut Quæſt. Tuſcul. 2 cap. 15 extr. *Ipſe labor quaſi callum quoddam obducit dolori*, wer viel arbeitet, der fühlet nicht, daß es ihm wehe thut.

¶ Callōſus, a, um, hart von ſchwielen, dickhäutig. ut, *Manus calloſa*, id eſt, callis obducta & durata. Auctor panegyrici ad Piſon. v. 17,

Humida callosâ cum pinſeret hordea dextra.

Sic *ulcus calloſum*, Celſ. lib. 6 cap. 3. *Calloſa ova*, Horat. l. 2. Sat. 4 v. 14 de melioribus & longis dixit: quod marem contineant, ideoque ob calorem denſioris albuginis ſint, & ſucci melioris, ut Torrentius interpretatur. Vide & Mercurialem ſupra laudato loco. Comparative, *craſſior, calloſiorque cutis in homine*, Plin. lib. 11 cap. 39 pr.

¶ Calloſitas, ātis, induratio, die härte, harthäutigkeit, ut, *calloſitas palpebrarum*, Scribon. Larg. Comp. 36. ¶ Dein conſuetudo malorum, wenn man ausgehärtet iſt. Tertullianus de Teſtimonio animæ cap. 5, ſive ſub finem libri: *exiſſe hæc in uſus communis calloſitatem*, id eſt, conſuetudinem, interprete Rigaltio.

¶ Calleo, ui, ēre, eſt callum obduxiſſe, harte und ſteiff ſeyn. Ser. Sulpicius Ciceroni lib. 4 epiſt. 5 in illis rebus *animus exercitatus callere jam debet*. ¶ 2. Multa experientia doctum eſſe; penitus quid notum habere ac intelligere, wiſſen, gelernet haben. Horat. 4 Carm. Ode 9 v. 49, *qui duram callet pauperiem pati*. Terent. in Heaut. a. 3 ſc. 2 v. 37, *Etenim quo pacto id fieri ſoleat, calleo*. Et in Adelph. a. 4 ſc. 1 v. 18, *Ego illius ſenſum pulchre calleo*, um ſeine weiſe weiß ich guten beſcheid.

¶ Callens, tis, erfahren. *Vtriusque linguæ callens*, Gellius 17 cap. 5. *Bellandi uſu diutino callentes*, Ammian. 16 c. 12.

¶ Callenter, adverbio, uſus Apulejus eſt lib. 4 de Aſino, *quorum ſatis callenter curioſos adſpectus Thraſileon noſter impetu minaci frequenter inhibebat*. Julian. Floridus interpretatur p. 119, *aſtute*.

¶ Occalleo, ēre, & Occalleſco, ĕre, harthäutig werden, gewohnen. Ovid. 14 Metam. v. 282, *Osque meum ſenſi pando occalleſcere roſtro.*

Cicer. Att. 2 epiſt. 18 extrema: *De aliis rebus angor quidem: ſed jam prorſus occallui*. Plin. l. 2 epiſt. 15, *longa patientia occallui*.

¶ Occallatus, a, um, ausgehärtet, participium ex alia forma. Seneca extremo lib. 4 Quæſt. Natur. *Fauces occallatæ cibis ardentibus*.

¶ Percallēre, & percalleſcĕre, ut, *Vſum rerum percallere*, Cic. de Orat. lib. 2 cap. 34, wohl wiſſen und verſtehen, was üblich. Et pro Milone c. 28, *Jam uſu obduruerat & percalluerat civitatis incredibilis patientia*.

¶ Callĭdus, a, um, ſciens, peritus, intelligens, doctus, ſollers, erfahren, liſtig. Lucretius lib. 6 v. 91,

Tu mihi ſupremæ præſcripta ad candida calcis
Currenti ſpatium præmonſtra callida Muſa.

Ita *teſtudinem reſonare callidam*, Horatius dixit lib. 3 Carm. Od. 11. Tacitus lib. 2 Hiſtor. 31 de Suetonio Paullino: *Quo nemo*, inquit, *eâ tempeſtate callidior rei militaris*. Columella lib. 7 c. 3, *Ariſtoteles callidiſſimus rerum naturæ*, id eſt, ſcientisſimus, prudentisſimus. Quemadmodum idem Tacitus annal. 4 cap. 33, *temporum callidos* dixit. Et inde *dementem* & *callidum* opponit Nepos; qui in Pauſania ita ſcribit cap. 3, *At ille poſt non multò ſua ſponte ad exercitum rediit, & ibi non callida, ſed dementi ratione cogitata patefecit*. Cic. 1 Tuſc. c. 20, *callidiſſimum artificium* dixit ſolertisſimâ & ſapienti perquam ratione effectum. Idem lib. 3 de natura Deorum c. 10, *Callidos adpello, quorum tamquam manus opere ſic animus uſu concalluit*. Nepos in Datam. cap. 10, 1, *Callidus vir*, id eſt, qui conſilio pollet. ¶ 2. Et quia *Callidus* μέσον vocabulum eſt, idcirco in malam etiam partem uſurpatur pro eo, qui ingenio ad fraudes dolosque abutitur. Vet. Gloſſ. *Callidus*, πανῦργος, θερμὸς. Item: πανῦργος, *Callidus, aſtutus, verſutus*, verſchlagen. Martial. lib. 5 Epigr. 43,

Callidus effractâ nummos fur auferat arca.

Florus 3 cap. 1 de Jugurtha: *rex callidiſſimus*. Cicero lib. 3 Fam. epiſt. 8, *Quid poteſt eſſe callidius?* ſic enim legendum ex MSS. eſt. Sic *callidam liberalitatem* pro inſidioſa & captatoria Nepos dixit Attici vita cap. 16. Cicer. lib. 2 de Officiis cap. 3, *Quod qui parum perſpiciunt*, [honeſtum, juſtum, utile idem eſſe] *hi ſæpe verſutos homines & callidos admirantes*, malitiam *ſapientiam judicant*. Et hinc *malitiam* & *calliditatem*, tamquam Synonyma conjungit Orat. pro Roſcio Comœdo cap. 7.

¶ Callide, adverb. *Callide noviſſe*, apud Plaut. Aſinaria a 2 ſc. 2 v. 82, id eſt, pernoviſſe. *Callidiſſime de futuris conjicere*, id eſt, perite, ſolerter, ſapienter, ut nihil lateat fugiatque, Nepos Themiſtocle dixit cap. 1, quemadmodum Terentius *callide intelligere* Andriâ a. 1 ſc. 2 v. 27. Tacitus Annal. 6 cap. 37, *Quidam callidiùs interpretabantur*.

¶ Calliditas, ātis, behendigkeit, liſtigkeit. Cicer. 1 Offic. cap. 19 ex Platone: *Scientia, quæ eſt remota ab juſtitia, calliditas potius, quam ſapientia eſt adpellanda*. Et lib. 3 cap. 32, *ſtulta calliditas, perverſe imitata prudentiam*.

¶ Incallidus, a, um, albern, einfältig. Cicero pro Cluent. cap. 16, *Servus non incallidus*. Tacit. Annal. lib. 3 c. 8, *incallidus alioqui, & facilis juventâ*.

¶ Incallide, adverb. Cic. offic. 3 cap. ult. *non incallide tergiverſantur*. Et Gellius lib. 7 cap. 3, *ea non incallide conquiſivit*: & lib. 12 cap. 13, *nec incallide oppoſuiſti hoc Tullianum*.

CĂLO, are, antiquum verbum, quod idem eſt ac vocare, ex Græco καλῶ, unde & *Calendæ* & *Curia Calabra* adpellata, ut auctor Macrobius eſt lib. 1 Sat. c. 15, quia priſcis temporibus, antequam faſti in omnium notitiam proderentur, primo cujuslibet menſis die, pontifex ad curiam Calabram calando, id eſt, aliquoties repetito verbo καλῶ toto menſe obſervanda pronunciabat. De *Calabra* & *Calendis* vid. ſeorſim. Hinc &

¶ Calatus, a, um, ausgeruffen, ut, *Calata Comitia* apud Macrob. l. c. conſule quoque Gellium 15 c. 27.

¶ Calātor, ōris, ein diener, Vet. Gloſſ. *Calatores*, ἐκβιβασταὶ ἱερέων. Iſidorus: *Calator, miniſter Sacrorum*. Vide Gutherium de Jure Pontificio lib. 1 cap. 5, & lib. 2 cap. 13 extr. ¶ Feſtus in genere omnes ſervos *Calatores* dictos putat: quia ſemper vocari poſſent ob neceſſitatem ſervitutis. Et ita Ballio Plautinus, Harpacem ſervum, ſuum *Calatorem* dicere potuit Pſeud. act. 4 ſc. 2 v. 51. Porphyrio, Scholiaſtes Horatii, ad Sat. 2 lib. 1 eum ſervum ſic dici cenſet, qui ad miniſterium alios vocet. Optima Interpretatio: Calator, qui nomina dictat domino ſuo. Inde eſt

¶ Nomenculator, ōris, apud Martialem lib. 10 epig. 30, de quo infra in *Nomenclator*.

¶ Calatorius, a, um, adject. apud Fabrettum p. 435, PERMISSV KALATORIO ET FLAMINVM.

¶ Incălo, are, pro invocare, anſchreyen; Et

¶ Incalatio, ōnis, i. e. invocatio, anſchreyung; Et

¶ Incalativè, adverb. pro Vocativè, apud Feſtum.

¶ Intercălo, are, inferre eſt, ſeu interponere, mit einſchieben, darzwiſchen einſetzen, utitur Cicer. ad Attic. extremo lib. 5, & Plinius lib. 2 c. 47 extr.

¶ Intercalatus, a, um, aufgeſchoben. Ita, *pœnas intercalatas* Livius dixit dilatas, lib. 9 cap. 9 pr.

¶ Intercalaris, e, quod interponitur, ut, *Menſis intercalaris* hodie Februarius dicitur, cui quarto quoque anno dies inſeritur. Ante Julianam Faſtorum reformationem integer menſis, ſupplemento temporum inſertus, ita vocabatur, ſive *menſis intercalarius*, ut mox ex Livio damus, cujus *calendæ* Ciceroni *intercalares* ſunt lib. 6 epiſt. 15 ad Ligarium. Vide Cenſorinum cap. 18, & Macrobium lib. 1 Saturn. c. 13, *Dies intercalaris*, ἐμβόλιμος & ἐμβολιμαῖος, dies ipſe, qui interponitur, der XXIX tag Februarii, vide *Embolismus*. *Annus intercalaris* biſextilis, das ſchaltjahr, Plin. lib. 2 c. 8, *Quinto anno unus intercalaris dies additur*, hoc eſt primo & extremo ſimul computatis. *Verſus intercalares*: qui frequenter in poëmate interponuntur, ut in Virgilii Pharmaceutria,

Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus. Et:
Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

Servius ad dictam 8 eclog. v. 21, *Dicitur hic verſus intercalaris, qui frequenter poſt aliquantulos interponitur verſus: ſicut intercalares dies & menſes vocantur, qui interponuntur, ut ratio Lunæ Solisque conveniat*.

¶ Intercalarius, a, um, ut, *Menſis intercalarius*, apud Liv. lib. 37 c. 59, *Triumphavit menſe intercalario pridie Calendas Martias*. Plin. 18 c. 25, *Intercalarius diei quadrans*. ¶ Intercalarium ſubſt. pro tempore, quod intercalatur, Cic. 2 Verr. 52, *Decreverunt intercalarium 45 dies longum*.

¶ Intercalatio, ōnis, einſchaltung. Macrob. 1 Saturn. c. 13, *Omni intercalationi menſis Februarius deputatus eſt*. Et Plinius lib. 1 cap. 47, *Per ſingulas intercalationes uno die* [venti] *anticipant*. Vide Harduinum ſcite interpretantem.

¶ Intercalator, oris, der darzwiſchen kömmt. Macrob. 1 Sat. cap. 13, *Octo intercalatores dies*.

CĀLO, ōnis, plur. Calones, militum miniſtri, a ferendis *lignis palisque* ad uſum militiæ ſic adpellati: quippe Servius ad Æn. 6 v. 1, *Calas dicebant majores noſtri fuſtes, quos portabant ſervi, ſequentes dominos ad prælium, unde etiam Calones dicebantur*: vel quia *ligneas clavas* (unde & Calvatores dicebantur) gerebant, quæ Græci κᾶλα vocant, ut Feſtus prodit, ſoldaten-jungen, troßbuben. Vetus Scholiaſtes Horatii *Calonum* vocabulum de omnibus vilioribus ſervis urbanis juxta & ruſticis, ad imitationem *Calonum*, qui in exercitu erant, interpretatur ad illud Horatii lib. 1 Satyra 6 v. 102,

ne ſolus rure peregreve
Exirem, plures calones atque caballi
Paſcendi.

Et vero hic minime poëta de militaribus ſervis ſeu *Caculis* (ita enim

& ad-

& adpellabantur) loquitur. Sed & epist. 14 lib. 1 v. 42, *Calonis voce*, qua ibi in singulari utitur, ministerium urbanum designare Torrentio videtur, quem vide. Seneca lecticarios Servos *Calones* adpellat epist. 110 sub fin. *Quoties occurrit domus splendida, cohors culta servorum, lectica formosis imposita calonibus.* In singulari etiam est apud Persium Sat. 5 v. 95, *Sambucam citius caloni aptaveris alto.*

¶ Aliam significationem pro calceamentis ligneis, vide mox ex Festo in *Calopodium*.

CĂLOPHANTA, æ, καλοφάντης, ein spottvogel. Sic in Plauti Curcul. 4, 1 v. 2 pro *Halophanta* ex MSS. legendum ducunt Pareus in animadv. & Alciatus 11 cap. 4. Parerg. & interpretantur χρηστολόγον, qui honeste quidem loquitur, sed cujus facta ab oratione discrepant.

CĂLŎPŌDIUM, i, καλοπόδιον, (Festus *calonem* vocat, *Calones*, dicens, *calcei ex ligno facti*) ein holtz-schuch, ein leisten. *Uno calcare omnes calopodio*, proverb. est in ignavos & ignaros, qui unam & eamdem rem multis accommodant. Quod Erasmus ex Galeno ita retulit, *Eumdem calceum omnium pedibus inducere*, alle schuhe über einen leisten schlagen.

CĂLOR, ōris, καῦσος, hitze, wärme, ut, *Calor solis: Calor febrium*, &c. *Maximis caloribus & anni tempore gravissimo*, Cicer. ad Quintum Fratrem lib. 2 epist. 16. Idem de Oratore extremo lib. 1, *Nunc & Scævola, quoniam in Tusculanum ire constituit, paullum requiescet, dum se calor frangat*, biß die grosse hitze vorbey. *Vitandi caloris caussa Lanuvii tres horas acquieveram*, id. ad Att. 13, 34. Pluraliter *calores fervidos* Vitruvius dixit lib. 8 cap. 2. ¶ 2. Impetus, fervor, præcipitantia, (quæ juvenilem ætatem ob copiam incalescentis sanguinis infestat maxime) vehementior cupiditas &c. Quintil. lib. 2 cap. 15, *Juvenili calore Polus inconsideratior.* Paullus JCtus L. 9 D. de Publicanis & Vectig. *Locatio vectigalium, quæ calor licitantis ultra modum solitæ conductionis inflavit, ita demum admittenda est.* Virgilius 1 Georg. v. 190,

Magnaque cum magno veniet tritura calore.

Ubi Servius: *Aut æstus animos futuros significat, cum abundantiâ frugum: aut certè per* calorem *festinationem operis significat, ut alibi: Fervet opus.* Potest & hoc significare: Magnas messes, sive magnam frugum abundantiam, quam per *magnam trituram* designat; magnum calorem, id est, laborem sudoremque allaturas. Motus terentis calorem accendit: & ex calore sudor est laboris comes.

¶ Caloratus, a, um, calidus, calefactus. Apulejus lib. 6 p. 182, *Primæ juventutis caloratos impetus fræno quodam coercendos existimavi.* Fulgentius Mytholog. lib. 3 cap. 4 extr. *Omnis caloratæ juventutis igniculus torpidæ veternositatis algescit senio.* Sed

¶ Calorificus, a, um, wärmend, hitzend. Gellius lib. 17 cap. 8, *oleum calorificum est.*

¶ Călĭdus, a, um, heiß, warm, dicimus usitatius, θερμὸς, Cicero 2 Nat. D. cap. 9, *Omne, quod est calidum & igneum, cietur & agitatur motu suo.* Plin. lib. 16 cap. 40, *Mollissima tilia: eadem videtur & calidissima.* Et Vitruvius lib. 2 cap. 1, *hiems calidissima*: ac Columella lib. 12 cap. 50, *calidissima lixivia.* Cicero 1 Tusc. cap. 18 ex hypothesi eorum, qui animam igneæ naturæ statuebant: *Calidior est, vel potius ardentior animus, quam est hic aer, quia corpora nostra terreno principiorum genere confecta ardore animi concalescunt.* ¶ 2. *Calidi* etiam dicuntur, qui facile commoventur & excandescunt, die hitzig vor der stirne seyn, bald zornig werden. Horatius lib. 3 Carm. Od. 14 extr.

Non ego hoc ferrem calidus juventâ.

Terentius Eunucho act. 2 sc. 3 v. 88, *Vide, ne nimis calidum hoc sit modo*: id est, præceps, & audax: subaudi consilium, vel institutum. Cicero lib. 1 de officiis cap. 24, *Reperies multos, quibus periculosa & calida consilia quietis cogitationibus, & splendidiora & majora videantur.* ¶ 3. *Calidum mendacium* Plautus dixit Mostell. act. 3 sc. 1, v. 135, hoc est recens ac novum. *Calidos pedes* apud Varronem veloces & concitatos Nonius interpretatur. Recte: nam calor agilitatem & impetum præstat; frigus tardat gravatque.

¶ Calidè, calidius, calidissime, adverb.

¶ Caldus, a, um, pro *Calidus* veteres per Syncopen dicebant: quamquam & apud Horatium, Juvenalem, Martialem reperiatur. Et vero Augustus *Caldum* prætulit: non quod illud non Latinum esset; sed quod hoc mollius & minus odiosum: de quo Quintilianus lib. 1 c. 10 observat. *Calda aqua* est apud Martial. 8 Epigr. 67 &c. Scholasticos declamatores quosdam *Caldos* adpellasse, auctor est Seneca Suasoria 3 sub finem. *Caldior* pro *Calidior* apud Horat. exstat, lib. 1 Sat. 3 v. 53, quamquam Varro lib. 7 de Lat. Ling. n. 39 dari *Caldius* & *Caldissimum* videatur dubitasse.

¶ Calidarius, & Caldarius, a, um, quod ad ignem liquefit ac funditur. Ut, *Maltha calidaria*, kieth, apud Palladium lib. 1 de re rust. Tit. 40. *Caldarium æs*, apud Plinium lib. 34 cap. 8 extr.

¶ Caldarius, i, substantive, qui calidam præbet. Veteres Glossæ: *Caldarius*, θερμοδότης. Aliæ Græco-Latinæ: Θερμοφόρος, *Caldaria.*

¶ Caldarium, i, Balnei pars sive membrum est. Plinius lib. 5 epist. 6, *Cellam caldariam* vocat: quam lib. 2 epist. 17, *Unctuarium hypocaustum* adpellare videtur. Vitruvius lib. 5 c. 10, *Ipsa autem caldaria tepidariaque lumen habebant ab occidente hiberno.* ¶ 2. *Caldarium* etiam ahenum est, ubi aqua calefit, apud Vitruvium eodem loco. Interpres Vulgatus 1 Samuel. 2, 14 fœminea forma *mittere in caldariam*, eodem sensu dixit. ¶ Plinius lib. 34 cap. 8 extr. cum ait; *cùm à caldario est*, vas intelligit, in quo metallum coquitur: ein schmeltz-tügel, schmeltz-ofen.

¶ Caldamentum, i, ein warmer umschlag. Marcell. Emp. cap. 5, *Caldamentis adhibitis sopiri.*

¶ Caldor, ōris, pro Calor: Varro lib. 1 de re rust. cap. 55, *Olea lecta si nimium diu fuit in acervis, caldore fracescit, & oleum fœtidum fit.* Usus & lib. 3 cap. 9. Et Arnobius lib. 7 p. 240, *lavacrorum caldoribus se refovere*, warme bäder gebrauchen.

¶ Căleo, ui, ēre: qui calorem contraxere, qui æstuant, warm oder erhitzt seyn. Virgil. Æn. 1 v. 417, *Thure calent aræ.* ¶ 2. *Calere* etiam dicuntur, qui magno studio & constantiâ in aliquid incumbunt. Auctor

Libri ad Herenn. lib. 6 cap. 15, *In re frigidissima cales, in ferventissima friges*, woran nichts gelegen, da bist du fleissig und eiferig. Ovid. 8. Metam. v. 300,

Lecta manus juvenum caluere cupidine laudis.

Sic: *Calere scribendi studio*, Horat. 2 epist. 1 v. 108. *Calent spe animi*, Curt. 4, 1, 29. ¶ 3. Calere res dicitur, quæ magnâ vi agitur seu exercetur: quemadmodum & *Fervere opus* dicitur, quod summa contentione celebratur. Tibullus lib. 1 Eleg. 11 v. 53,

Sed Veneris tunc bella calent.

Sic Cicero ad Atticum 4 epist. 16, *judicia calere* dixit. *Calere rumores*, Cœlius apud eumdem Ciceronem lib. 8 ad Famil. ep. 1. *Calent loca*, quæ frequentantur, Suet. Octav. c. 71. ¶ 4. *Calentes à pugna*, id est, recentes, Liv. 25 cap. 39. ¶ *Caletur*, Impersonaliter: calor est. Plaut. Captiv. act. 1 sc. 1 vers. 12,

Quasi, cum caletur, cochleæ, in occulto latent.

¶ Calesco, ĕre, warm werden. Terent. Eun. 1, 2 v. 5, *Accede ad ignem hunc, jam calesces plus satis.* Curt. 4 cap. 7, *aqua calescit.* Ovid. Fast. 6 v. 5, *Est Deus in nobis, agitante calescimus illo.*

¶ Calefacere, warm machen. Claudianus de bello Getico v. 515,

Sanguine quam largo Grajos calefeceris amnes.

Metaphorice ad animum transtulit Tullius ad Quintum frat. lib. 3 ep. 2, *Gabinium luculente calefecerat Memmius*, id est, exagitavit, ad iram commovit. Sæpe dicunt contractius pro eo

¶ Calefieri, warm werden. Cic. 2 Att. ep. 3, *balneum calefieri jubeo.* Etiam exercendo & agitando, ut apud Nepotem Eumene cap. 5 n. 4 de equis militaribus.

¶ Calefactus, a, um, erhitzt. Claudian. Bello Gildonico v. 182,

Ut vino calefacta Venus.

¶ Calefactio, ōnis, die einheitzung: ut, *Calefactiones thermarum*, Dig. l. 50. t. 4 l. 1.

¶ Calefactor, ōris, ein stubenheitzer.

¶ Calefactare, idem quod calefacere. Horat. 2 ep. 2, 169, *lignis calefactat ahenum.* Macrob. 7. Saturn. cap. 12, *Num oleum minus ignitum est, aut minorem vim in corporibus calefactandis habet?*

¶ Calfacere, non poëtæ modo, metri caussa, sed oratores etiam & historici usi. Ovid. Fast. 4 v. 698, *calfacit igne focum.* ¶ 2. Tralate Augustus apud Sueton. c. 71, *Lusimus per omnes dies: forum aleatorium calfecimus*, id est, assidue trivimus. ¶ 3. pro commovere, exagitare. Cic. 16 ep. 18 ad Fam. *calface hominem.*

¶ Calfactus, a, um, erhitzt. Ovid. Ibis v. 46,

Nondum calfacti Velitis hasta.

¶ Calfactus, ûs, m. Plin. 29 cap. 3, *calfactu vovere.* Lactantius Opif. Dei cap. 14, *Jecoris officium est, ut cibos concoquat amplexu & calfactu suo.*

Composita:

¶ Concalēre, Concălescĕre, erwarmen, hitzig werden. Ter. Heaut. 2, 2 v. 108, *Concaluit.* Cic. Tusc. 1 cap. 19, *ardore animi concalescunt.* Prudentius Passione Calagurritan. v. 52,

Hinc duorum cara fratrum concalescunt pectora.

Et proprie Vitruvius lib. 6 cap. 9, *frumenta concalescunt.* Et rursus Prudentius in Hamartigenia v. 190,

Viderat argillam, simulacrum & structile, flatu
Concaluisse Dei.

¶ Concalfacere, mit erwärmen. Cic. apud Nonium.

¶ Concalefieri, zugleich erwarmen. Varro de re R. 3 c. 9, *Ova æquabiliter concalefiant.* Vitruvius 4 c. 7, *concalefaciuntur* pro *concalefiunt* dixit, id quod in hujusmodi vitiis Vitruvio indulgendum.

¶ Concalefactus, a, um. Cic. Tusc. 1 cap. 18, *Democritus individuorum corporum concursionem concalefactam & spirabilem, id est, animalem esse voluit.*

¶ Concalfactorius, a, um, erwärmend. Plinius lib. 21 cap. 20, *Vis ei concalfactoria.*

¶ Decalescĕre. Gloss. Cyrilli: *Decalesco*, ἐκθερμαίνομαι.

¶ Decalefacere, wärmen. Gloss. vet. *Decalefacio*, ἐκθερμαίνω.

¶ Excaldare, calidâ perfundere, calida lavare, brühen. Vulcat. Gall. in Cassio c. 5, *Legiones totæ excaldantes se.*

¶ Excaldatus, a, um, gebrühet. Apicius 4, *Excaldatus caseus.* Marcell. Emp. c. 26, *Amygdalæ excaldatæ.*

¶ Excaldatio, onis, θερμολουσία, ablutio in calida, abbrühung, warme badung. Vulcat. l. c. & Capitol. in Albino c. 5, *Excaldationes pueriles.*

¶ Excalfacere, vehementius calfacere, erhitzen. *Ex* enim auget sive intendit. Usus Plinius lib. 24 cap. 7, *Picis natura excalfacit.* Et passive eodem capite, *cum quid siccari excalfierive opus sit.*

¶ Excalfactio, onis, die erhitzung. Plin. lib. 21 cap. 9 extremo: *Sal additur ad excalfactiones.*

¶ Excalfactorius, a, um, wärmend. Plinius lib. 23 cap. 4, *Vis olei laurini excalfactoria.* Idem lib. 25 cap. 13, *Vini natura excalfactoria.*

¶ Incalēre, incalescere, warm werden, erwarmen. Columella 2 cap. 4, *Tempore jam incalescente.* Livius 1 cap. 57, *incaluerant vino.* Sic etiam Curt. 8 c. 1 n. 22, *Rex cum multo incaluisset mero.*

¶ Incalfacere, wärmen. Ovid. Fast. lib. 4 v. 919,

si culmos Titan incalfacit udos.

¶ Obcalēre, obcalescĕre, sich um und um erhitzen. Cels. 4 c. 27; *Interest, an tumor jam etiam obcaluerit*; & brevi post: *Si tumores obcaluerunt & dolent.*

¶ Percalere, percalescere, durchwarmen. Ovid. 1 Metam. v. 417,

postquam vetus humor ab igne
Percaluit Solis.

¶ Percalefacere, sehr warm machen. Vitruvius lib. 8 cap. 3, *percalefaciendo.* Et ibidem in passivo, *percalefieri cogit aquam.*

¶ Percalfactus & percalefactus, a, um, durchwarmet. Valer. Maxim. lib. 9 cap. 12 n. 4, *multo igni percalfacto cubiculo.* [Vorst. *percalefacto.*] Vitruvius lib. 8 cap. 2, *Aër ab Sole percalefactus*: & eodem cap. extr. *aqua percalefacta.* Lucretius lib. 6 v. 176,

omnia

omnia motu
Percalefacta vides ardescere.

¶ Præcalfactus, a, um, antea calefactus. Scribonius Largus Compos. 156, *loco flammâ præcalfacto.* Et Composit. 238, *cera præcalfacta.*

¶ Præcălĭdus, a, um, valde calidus. Tac. Ann. 13 c. 16, *præcalida potio.* Prudentius lib. 2 contra Symmach. v. 320,
Sanguine præcalido fervet nervosa juventa.
Ita conjuncte *præcalido*, non divise, scribunt Fabricius, Weitzius, Heinsius, Chamillard. Et clarius præf. lib. 1 in Symm. *præcalidos igniculos sibi adolent.*

¶ Recalēre, wieder erwarmen. Ammian. 28 c. 1, *Recalebant auribus ejus parentis effata.* Conf. lib. 22 cap. ult. Virg. Æn. lib. 12 v. 35,
recalent nostro Tiberina fluenta
Sanguine adhuc. Paullinus Natal. Felic. 8 v. 397,
exstinctæ recalent vestigia flammæ.
Prudentius hymno Hippolyti v. 143,
Si quis & in sudibus recalenti adspergine sanguis
Insidet.

¶ Recalescere, wieder warm werden. Cicer. 2 Nat. D. cap. 10, *corpora motu atque exercitatione recalescunt.* Prudentius Psychom. v. 59, *recalescere flatu.* Et hymno Exequiarum v. 95,
Nec post obitum recalescens
Compago fatiscere novit.

¶ Recalfacere, wieder warm machen. Ovid. 8 Met. v. 444,
calidumque priori
Cæde recalfecit consorti sanguine telum.

¶ Recalfieri passive. Scribon. Largus Compositione ult. *rursus recalfiunt.*

CALPAR, ăris, vinum novum & genus vasis fictilis apud Festum. Nonius c. 15 n. 31 dolium vocat ex Varr. lib. 1 de vita pop. Rom. quod antequam nomen dolii prolatum esset, cum id genus vasorum *Calpar* diceretur, id vinum *Calpar* adpellatum.

CALPĒ, es, Hispaniæ promontorium ad fretum Herculeum, una ex Herculis columnis. Plin. lib. 3 præfat. & cap. 1. ¶ 2. Oppidum ad istum montem Straboni est. Vide Geograph.

CALTHA, æ, κάλθη, viola autumnalis, colore luteo. Facile putaverim eam esse, quam vocant officinæ *calendam* vel *calendulam*, ringelblumen, gold-blumen. Hæc Ruellus. Virg. eclog. 2 v. 50,
Mollia luteola pingit vaccinia caltha.
Prudentius Cathem. 5 ad incens. lucernæ v. 114 neutro genere dixit *calthaque pinguia.*

¶ Calthula, æ, vestis genus est Plauto Epidic. a. 2 sc. 2 v. 47, dictæ fortassis a colore calthæ luteo, ein gelb kleid. Conf. Nonius c. 16 n. 4.

¶ Calthularius, i, qui calthulas conficit. *Calthularios* nonnulli reponi volunt pro *Carinariis* in Plaut. Aul. 3, 5 v. 36.

CALVA, æ, idem quod calvaria, der hirnschedel. Onomast. Vet. *Calva*, κράνιον. Martialis lib. 3 epigr. 74,
Psilothro faciem lævas, & dropace calvam.
Et ibidem: *miseram traducere calvam.* Idem lib. 12 epigr. 45, *Hædina pelle nudæ verticem calvæ contegere*, mit einem ledern häubgen den kahlen kopff bedecken.

¶ Calvaria, æ, fœm. idem. Celsus lib. 8 principio: *Calvaria incipit ex interiore parte concava, extrinsecus gibba, utrimque lævis* &c. Scribon. Largus Composit. 16, *de calvaria defuncti.* Plin. lib. 28 cap. 1, *calvaria interfecti.* Sed & *Calvarium* agnoscit Glossarium Vetus. Et videtur hoc nomen vere adjectivum. *Viri senis astaphis calvaria*, ἀνδρὸς γέροντος ἀσαφὶς τὸ κράνιον, proverb. de invalidis senum viribus. Vide Chiliad.

¶ Calvariola, æ, parvus caliculus instar minoris calvariæ, ein becherlein. Vetus interpres Juv. Sat. 5, *Calices fractos vel calvariolas componere.*

¶ Calvus, a, um, kahl, ut, *Mœchum calvum adducimus*, Suet. Cæs. c. 51. *Calva Venus*, Lactant. de fals. rel. 1, 20, 27. *Calvum vellere*, proverb. de frustrata opera, rauffen da keine haar seyn. Chrysippus affectus convicio à calvo quodam, *Tibi*, inquit, *contumeliam non dico, sed capillos tuos laudabo, quod improbum caput refugerint*, σὲ μὲν οὐχ ὑβρίσω, τὰς δὲ τρίχας ἐπαινέσω, ὅτι κακὸν ἐξέφυγον κράνιον. Stob. Et Martial. lib. 10 epigr. 83, *Calvo turpius est nihil comato.*

¶ Calvus, i, proprium poëtæ nomen. Fuit ille æqualis & amicus Catulli, ad quem sic scribit in epigram. 14,
Ni te plus oculis meis amarem,
Jucundissime Calve. Horat. 1 Serm. Sat. 10 v. 19,
Nil præter Calvum, & doctus cantare Catullum.

¶ Calvaster, stri, kahl, ohne haar. Vnde

¶ Recalvaster, stri, qui fronte, non capite toto calvus est, der kahl an der stirn ist. Vsus est Interpres Vulgatus Levitic. 13 v. 41. Et Seneca epist. 66, *comatum & crispulum malis, quam recalvastrum.* Sed abest hæc apodosis ab nonnullis codicibus.

¶ Calvĭtium, i, eine kahle glatze. Accedit capiti sua sponte ex suis caussis: Sed rasura petulanter accersitur, magna cum læsione capitis, propter cranium tenuissimum & commissuras in eo molles ac subtiles. Cicero in Tuscul. 3 cap. 26, *Stultissimus Rex in luctu capillum sibi evellebat, quasi calvitio mæror levaretur.* Tertullianus ad Nation. lib. 1 cap. 10 extr. *Mercurius in calvitio pennatulus*, id est, galero pennato indutus. ¶ *Calvitium loci* Columella dixit l. 4 c. 29. Quemadmodum & cap. 33, *Castaneta calvescere* dixit: wann es kahl aussiehet, wann die gesetzten bäume aussen bleiben.

¶ Calvities, ei, idem quod calvitium. Petronius Satyr. p. 133, *superciliorum æqualis cum fronte calvities.*

¶ Calveo, ēre, kahl seyn. Plinius lib. 11 cap. 37 [Hard. 47,] *Quædam animalium naturaliter calvent.* Hinc

¶ Calvescère, kahl werden, à calvere. Plinius lib. 10 cap. 29, *Proprium his* [picis avibus] *calvescère omnibus annis.* Metaphorice Columella, ut diximus, *castaneta calvescunt*, lib. 4 cap. 33.

¶ Calvefieri, idem, apud Varronem est de R. R. lib. 1 cap. 37.

¶ Calvo, are, calvum facere; Hinc

¶ Calvatus, a, um, ut, *vinea calvata* apud Catonem cap. 33, & Plin. 17 c. 22, ein wüster weinberg ohne weinstöcke.

¶ Decalvare, kahl machen. Vegetius de re veter. 2 c. 48, *Psilothro decalvare.* Vsus & Vulg. Interpres 1 Corinth. 11 v. 5. Vet. Gloss. *Decalvo*, φαλακρόω.

¶ Decalvatus, a, um, abgeschoren. Hieron. lib. 1 adv. Jovin. c. 13 pr. *Samson à muliere decalvatus.*

¶ Præcalvus, a, um, in parte anteriore calvus. Sueton. in Galb. 21, *Caput præcalvum.*

¶ Recalvus, a, um, retro calvus, recalvaster. Plautus Rudente act. 2 sc. 2 v. 11, *ecquem recalvum ac silonem senem?*

CALVMNIA, æ, διαβολή, callida & malitiosa juris interpretatio, ad deferendos accusandosque ac evertendos alios inventa; falsche beschuldigung. Suetonius Caligulâ cap. 38, *Exhaustus atque egens ad rapinas convertit animum, vario & exquisitissimo calumniarum & auctionum & vectigalium genere.* Exempla hujusmodi *Calumniarum* ibidem in sequentibus lege. Idem Vitellio c. 7, *Creditorum turbam non nisi terrore calumnia amovit.* Sic *fiscales calumnias*, quibus fiscus augetur, Domitiano cap. 9 extr. dixit. Idem Caligulâ cap. 16, *Legata ex testamento Tiberii, quamquam abolita, cum fide ac sine calumniâ repræsentata persolvit.* SINE CALVMNIA, id est, nihil juris pro se per retinendi caussam callidè allegans. Cicero de officiis 1 cap. 10, *Existunt etiam sæpè injuriæ calumniâ quadam, & nimis callida & malitiosâ juris interpretatione. Ex quo illud*, SVMMVM IVS, SVMMA INIVRIA, *factum est.* Hæc Cicero, ubi etiam habes exempla. ¶ Sed & quævis ex falso fictoque crimine infamatio *Calumnia* est: verleumbdung, schmach, lästerrede. Priscianus lib. 10 ab inusitato Supino *Calutum* à *calvo* (de quo infra) derivat. *Calumniam ferre*, Cœlius Ciceroni 8 ep. 8 ad Fam. *calumniam effugere*, Cicer. pro Cluent. cap. 59. *Cæsar Lucullo calumniarum metum injecit*, Sueton. Cæs. c. 20, i. e. minatus est secum traducturum vel proditurum. *Calumniam jurare*, est testari juramento, se ad litem vel accusationem non accessisse calumniandi studio, schweren, daß man nicht aus fürsatz jemand zu vervortheilen, oder mit unrecht zu beleidigen, einen krieg oder anklag angefangen habe, Cœlius Ciceroni 8 epist. 8. Sic etiam Seneca Controv. 19, *se in eum juraturum calumniam.*

¶ Calumniosus, a, um, schmähhafft, verleumderisch, Jul. Paullus lib. 1 Recept. Sent. Tit. 5 Sent. 1, CALVMNIOSVS, inquit, *est, qui sciens prudensque per fraudem negotium alicui comparat.* Arnobius principio Operis: *Calumniosas dissolvere criminationes.* Superl. Augustinus epist. 152, *in qua cognitione illos calumniosissimos judicavit.*

¶ Calumniosè, adverb. Aggenus Vrbicus de Limit. c. de Aqua pluv. *calumniose fines defendere.* Et Lege 8 Dig. de Stipulat. prætor. *calumniose petere.* Et Augustinus epist. 48, *innocentem calumniose appetere.* Et epist. 152, *calumniose dixisse.*

¶ Calumnior, atus sum, ari, lästern, falsch angeben. *Me, si diutius calumniarentur, redire jussistis*, Cicer. post Red. cap. 11. *Calumniare audacter, semper aliquid hæret*: Sic dixit flagitiosissime Medius, Alexandri parasitus: admonens, ne quis metueret, quodvis crimen intendere: *Vt enim maxime sanet*, inquit, *vulnus, qui delatus est, manet tamen cicatrix.* Erasm. Apophth. lib. 8.

¶ Calumniator, ōris, ein verleumder, lästerer. Vet. Gloss. *Calumniator*, κακοπράγμων. Cicero pro Cæcin. c. 23, *scriptum sequi, calumniatoris esse; boni judicis, voluntatem scriptoris auctoritatemque defendere.* Phædrus lib. 1 Fab. 18, *Calumniator ab ove cum peteret canis*

¶ Calumniatrix, īcis; Vlpianus Lege 1 § Si ea quæ 14 Dig. de Ventre in possess. mittendo: *nisi manifesta sit calumniatrix mulier.*

CALVO, calvi, ĕre, antiquum verbum, significat decipio, frustra habeo. Terent. Adelph. act. 4 sc. 3, 16, *Propter suam impotentiam se semper credunt calvier.* vulgo *negligi.* Vide Prisc. lib. 5, & Nonium, qui c. 1 n. 20 complura exempla ex Pacuvio, Lucilio & Sallustio protulit, & a calvis mimis deduxit, quod illi sint omnibus frustratui. Inde & Gajus JCtus l. 233 de verb. signif. *Calumniatores* adpellatos ait, quia per fraudem & frustrationem alios vexarent litibus. ¶ Plautus deponenti forma extulit Cas. act. 2 sc. 3 v. 4, *ubi domi sola sum, sopor manus calvitur.* Ita & Gajus JCtus: *Si calvitur*, inquit, *& moretur & frustretur* &c. Vet. Gloss. *Calvor* ἐξαπατῶ.

¶ Calvitas, atis, deceptio, fraus, betrug. Vlpianus Dig. lib. 17 t. 1 l. 29 § 5, ut vult Haloand.

Calvus, vide *Calva.*

CALX, calcis, dubii generis, eine ferse. *Fores calcibus insultare*, Terent. in Eunucho a. 2 sc. 2 v. 54. mit den fersen wider die thür lauffen. *Calce ferire*, Quintil. lib. 2 cap. 8. *A capite ad calcem*, usitata formula est, vom anfang biß zum ende. *Contra stimulum calces*, scilicet jactare, apud Terent. in Phorm. a. 1 sc. 2 v. 28. wider den stachel lecken, πρὸς κέντρα λακτίζειν. Vide infra in *Stimulus.* *Calces remittere* equus dicitur, wann es ausschlägt, Nepoti in vita Eumenis cap. 5. Aliis *rejicere calces.* ¶ 2. Et quia calx ultima in homine, ultimum quodque *calx* dicitur: ut meta in circo. Vnde apud Ciceron. de senectute sub f. *à calce ad carceres revocari*, id est, à fine ad principium. Alii tamen *calcem* ideo pro meta poni autumant, quod meta calce, sive cretâ, notaretur: unde Lucretius 6, 91, *præscripta ad candida calcis.* Et Seneca epist. 108, *Hanc quam nunc in circo cretam vocamus, calcem antiqui dicebant.* Et Varro Attacinus:
Nemini fortuna currum, à carcere emissum intimo,
Labi inoffensum, per æquor candidum ad calcem sinit.
Ve Scaligerum ad illud Propertii lib. 4 eleg. 2,
Non moror, hæc spatiis ultima creta meis:
& Lipsium l. 5 Antiq. Lection. cap. 10. Cicer. 1 Tusc. Q. cap. 8, *Nunc video calcem, ad quam cum sit decursum, nihil sit præterea extimescendum.* Vitruvius 9 c. 2, imas partes columnæ, cui scalarum gradus adhærent, *inferiores calces scaporum* vocat, der fuß, da die treppe aufsteht. ¶ 3. Calx pro lapide & materia, vide postea seorsim.

¶ Calcāneus & calcaneum, i, idem, die ferse. Virg. in Moreto v. 36,
Continuis rimis calcanea scissa rigebant.
Hieronymus sub finem ep. 41 ad Ruffinum: *Mihi concede, ut inter sanctorum calcanea caput possim levare.* ¶ *Calcaneum camelorum* in cupediis erat Apicio & Heliogabalo. Lamprid. in hujus Vita c. 20.

Calcar

Calcar & Calceus, vide post composita a *Calco*.

¶ Calco, avi, atum, are, mit füssen treten. Juvenal. Sat. 10 v. 86,

Dum jacet in ripâ, calcemus Cæsaris hostem.

De more calcandi colla devictorum ad ostentationem perfectæ victoriæ vid. Barth. ad lib. 2 Thebaid. Statii pag. 632 seqq. *Calcare uvas*, wein treten, Varr. R. R. lib. 1 c. 54.

¶ Calcatus, a, um, getreten; Item, tritus, usitatus, gar gemein, ut, *calcata quæstio* apud Senecam. Hirtius de bell. Hisp. absolute dicit, *efferre calcatus ad fossas complendas*; subintellige *crates*, uti in pletisque exemplaribus adscriptum est ad marginem.

¶ Calcabilis, e, das sich treten läßt. Sidonius 1 epist. 5, *Agger calcabili silice crustatus.*

¶ Calcātor, ōris, qui calcat. Gloss. Vet. *Calcātor*, ληνοβάτης, πατητής, ein treter, ein kelter-treter.

¶ Calcatrix, īcis, Prudentius Psychomach. v. 589, *Calcatrix mundi.*

¶ Calcatorium, i, locus ubi calcatur. Gloss. Vet. *Calcatorium*, ληνός, die presse. Ita etiam Palladius lib. 1 cap. 18 de cella vinaria: *Calcatorium loco habeat altiore constructum*: wo die trauben zur kelter getreten oder gestampffet werden.

¶ Calcatūra, æ, die tretung. *Pinnæ rotarum, sine operarum calcatura, fluminis impulsu sunt versatæ*, Vitruv. 10, 10. Sine calcatura, i. e. ungetreten.

¶ Calcatus, ûs, idem. Pallad. jan. tit. 13, *ne calcatu assiduo terra effossa solidetur.*

¶ Calcitro, are, hinten ausschlagen. Prov. *Adversus stimulum calcitrare*, est frustra repugnare, wider den strom schwimmen. Plinius 30, 16, *Mulas non calcitrare, cum vinum biberint.* ¶ Tralate, ungehorsam seyn. Cicero pro Cœlio cap. 15, *Illum filiumfamilias patre parco ac tenaci habere tuis copiis devinctum non potes: calcitrat, respuit, non putat tua dona esse tanti.*

¶ Calcitratus, ûs, das gestrampel. Plin. 8 c. 44, *Mulæ calcitratus inhibetur vini crebriore potu.*

¶ Calcitro, ōnis, qui calcibus ferit. Gellius lib. 4 cap. 2, *Equus mordax & calcitro.* Conf. Nonius c. 1. Plautus Asin. act. 2 sc. 3 v. 10,

extemplo janitorem

Clamat, procul si quem videt ire ad se calcitronem.

¶ Calcitrosus, a, um; Columella lib. 2 c. 2, de bove recalcitrante, ein ochs der hinten ausschlägt. Vlpian. Dig. 9 t. 1 l. 1 § 4, *Si equus calcitrosus calce percusserit.*

Composita a *Calx* & *Calco*,

quorum nonnulla A in V mutant, quasi simplex esset *culco*.

¶ Circumcalco & Circumculco, are, rings umher eintreten. Columella lib. 5 cap. 6 p. 83, *Radices fimo bubulo scrobiculis deponi, ac diligenter circumculcari.* Et ibid. *Radices operiamus, & circumcalcemus ipsum seminis codicem.*

¶ Conculcare, ut, *Pedibus conculcare*, zertreten. Ovidius 12 Metam. v. 374, *Pedibusque virum conculcat equinis.*

Metaphorice Cicero Attico 8 ep. 11, *Conculcari miseram Italiam videbis proxima æstate.*

¶ Conculcatio, ōnis, die zertretung. Plin. 8 c. 18, *Bibunt cameli obturbata conculcatione prius aqua; aliter potu non gaudent.*

¶ Conculcatus, ûs, idem. Tertull. de resurr. c. 22, *Tunc erit Hierusalem conculcatui nationibus*: Jerusalem wird zertreten werden.

¶ Deculcare, niedertreten, Plinii est lib. 17 c. 10, & Avieni Arateis, in Hercule v. 193, *Tempora deculcat maculosi prona draconis.*

¶ Exculcare, austreten, ausstampffen. Plaut. Capt. 4, 2, 30, *furfures exculcare.* Cæsar 7 B. Gall. c. 73, *singuli ab imo solo pedes terra exculcabantur.* Vbi interpretes consulas. Hinc

¶ Exculcatus, a, um, metaphorice obsoletus est. Gellius lib. 11 cap. 7 principio: *Verbis uti nimis obsoletis exculcatisque.*

¶ Exculcator, ōris. In Notitia Imperii Occid. sub dispositione Magistri Peditum Præsentalis memorantur inter auxilia Palatina p. 34, *Exculcatores seniores, Exculcatores juniores, Excultatores jun. Britanniciani*, quod vocabulum etiam Vegetio lib. 2 cap. 15 restituitur. Vide Stewechium. Sunt autem iidem atque excursatores, qui incursum hostium explorabant: kundschaffer. Adde mox in *Proculcator* dicenda.

¶ Inculcare, proprie, eintreten, eindammen. Columella lib. 2 c. 20, *Area molari lapide condensetur, & rursus subjectis paleis inculcetur.* ¶ 2. Docendo imprimere, einblauen, offt vorsagen. *Animis inculcare aliquid*, Cic. 1 Nat. D. c. 39. *Græca verba inculcantes*, Id. 1 Offic. c. 31. ¶ Est etiam infarcire. Idem ad Attic. lib. 16 epist. 3, *Misi ἀρχέτυπον ipsum, crebris locis inculcatum & refectum.* ¶ 3. Vsurpatur & de iis, quæ dantur. Vbi pro *obtrudere* ponitur. Seneca de vitâ beatâ cap. 24, *Quibusdam offeram, quibusdam etiam inculcabo.*

¶ Inculcatus, a, um, eingestopfft. Vide locum Cic. modo adductum.

¶ Inculcator, ōris, qui inculcat, pedibus proculcat: ein zertreter. Tertullianus Scorpiace cap. 6, *Deus evulsum hominem de diaboli gula per fidem, jam & inculcatorem ejus voluit efficere per virtutem, ne solummodo evasisset, verum etiam evicisset inimicum.*

¶ Inculcatio, ōnis. Idem Tertullianus Apologet. cap. 39, *disciplinam præceptorum inculcationibus densamus.*

¶ Interculcare, eintreten, einstampffen. Columella lib. 12 cap. 43 sub finem: *Deorsum versus spectantes ollæ componuntur, ita distantes, ut interculcari possint vinacea.*

¶ Occulcare, idem quod conculcare, eintreten. Cato de R. R. cap. 49, (Popm. 50,) *Ponito in scrobe, aut in sulco, operitoque, & bene occulcato.*

¶ Præculcare; antea inculcare. Tertullianus de Monogamia cap. 10 pr. *Video jam hinc ad Apostolum nos provocari. Ad cujus sensum facilius perspiciendum, tanto instantius præculcandum est, mulierem magis defuncto marito teneri.*

¶ Proculcare, proterere, zertreten. Vt, *Aper proculcat segetes*, Ovid. 8 Met. v. 290. *A pecudibus legumina proculcantur*, Columella 2 c. 20.

¶ Proculcatio, ōnis, die zertretung. Plinius 8 c. 18, *obturbata proculcatione aqua*; alii legunt *conculcatione*. Seneca: *Quod regnum, cui non parata ruina & proculcatio.*

¶ Proculcator, ōris, qui proculcat. Deinde in militia idem qui procursator. Ammianus lib. 27 cap. 23, *Inveniri posse aliam viam, præter eam, quam inspexere proculcatores.* Ita Flor. & Colbert. codd. & editio Augustana, quos Valesius sequitur p. 499, quia etiam Vegetio lib. 2 cap. 15, *exculcatores*, hoc est excursores restituantur. Sunt autem *proculcatores* iidem, qui *procursatores*, (quod quidam Ammiani libri habent) qui agmen præeuntes, incursum hostium explorabant. Vide *Exculcator.*

¶ Recalx, alcis, widerspenstig. Commodian. Instr. 38, *Improbi semper & dura cervice recalces.*

¶ Recalcare, wieder betreten. Prudent. καθ. 9 v. 75, *limen recalcandum patet.* Apulejus lib. 6 Miles. p. 181 ed. Elmenh. *transito fluvio recalcans priora vestigia.* Columella lib. 2 cap. 2, *scrobibus egestam humum recondere & recalcare.*

¶ Recalcitrare, repugnare, widerspenstig seyn. Horat. 2 Sat. 1 v. 20,

Cui male si palpére, recalcitrat undique tutus.

¶ Sŭpercalcare, drauf treten. Columella lib. 12 cap. 39, *Vinum vetus conspergito: postea alterum supercalcato.* Et Prudentius Psychom. v. 257, *dejectamque supercalcare ruinam.*

* Alia Derivata a *Calx*.

¶ Calcar, āris, neut. ein sporn, quoque a *Calx*, ut pedis imam partem notat, deducitur. *Subdere calcar*, anstechen, Curt. 3 cap. 13. *Addere calcar*, est incitare, anregen, antreiben. Plin. 1 epist. 8, *Addidisti calcaria sponte currenti.* Cicer. ad Att. 6 epist. 1, *Cicerones pueri amant inter se, dicunt, exercentur, sed alter frenis indiget, alter calcaribus*, der eine ist munter, der andere faul. Ovidius lib. 4 de Ponto eleg. 2, *Excitat auditor studium, laudataque virtus*

Crescit, & immensum gloria calcar habet.

Calcaria amoris, id est, stimulos eleganti tralatione Lucretius dixit lib. 5 v. 974. & ex Varrone apud Nonium c. 6, *ventus calcar* (i. e. impetum) *admovere* dicitur.

¶ Calceus, i, ὑπόδημα à calcibus, ein schuch. *Cum calceis & toga*, Cicero Phil. 2, 30. *Calceus non liberat podagrâ*, rothe schuh helffen nicht vor das zipperle. Vsi autem Romani calceis duplicibus, *mulleolis*, & *puris* sive *peronibus*. *Mulleoli* ex alutis, *perones* ex puro corio: quâ de re prolixius Rævard. lib. 1 Var. Lect. c. 8. Phœnicum vatibus *linei* in usu erant *calcei*. Herodian. lib. 5 cap. 5 extremo: ὑποδήμασί τε λίνου πεποιημένοις ἐχρῶντο, *lineis calceamentis utebantur.* Sed *Calceos mutare*, est fieri senatorem, vel in equestrem ordinem ex plebejo transire. Cicero Philipp. 13 cap. 13, *mutavit calceos: pater conscriptus repente factus est.* Alii enim erant magistratuum ac nobilium, alii plebejorum calcei. *Forma calcei*, ein schuhleiste. vide *Forma*. Porro quod de calceo premente à Germanis proverbialiter dicitur, apud Plutarch. reperitur in præceptis connubialibus, pag. 141. Cum enim Romanus quidam ab amicis reprehensus fuisset, quod uxorem pudicam, locupletem & formosam repudiasset, calceum protendit. *Et hic*, inquit, *novus est & pulcher, sed nemo vestrum novit, ubi me premat*, ἀλλ' οὐδεὶς οἶδεν ὅπῃ με θλίβει; es weiß keiner besser, wo einen der schuch drücket, denn der ihn anhat. Hieronymus similiter lib. 1 adv. Jovinian. c. 29 sive penult. *Nemo scit, præter me, ubi me soccus premat.*

¶ Calceŏlus, i, ein schüchlein, diminut. *Calceoli repandi*, Cic. Nat. Deor. 1 cap. 29. *Ligulæ calceolorum*, Scrib. Larg. Comp. 208.

¶ Calceo, are, calceis vestire, calceos induere sive inducere, beschuhen, schuh anziehen. Suetonius Vesp. 21, *calceabat ipse sese.* Phædr. lib. 1 fab. 14, de sutore medico spurio:

Quid capita vestra non dubitatis credere,

Cui calceandos nemo commisit pedes?

Quod & ad jumenta transfertur. Sic *calceare mulas*, Suetonius dixit Vespas. cap. 23. beschlagen.

¶ Calceatus, a, um, beschuhet. Cic. pro Cœl. c. 26, *non satis commode calceati & vestiti.* Plaut. Capt. 1. 2 v. 84, *Calceati dentes*, qui scruposos cibos possunt conterere.

¶ Calceāmen, ĭnis, idem quod calceus. Plinius 19 cap. 2, de sparto Hispaniæ citerioris: *Hinc strata rusticis eorum, hinc ignes facesque, hinc calceamina & pastorum vestis.*

¶ Calceamentum, i, idem Sueton. Aug. c. 73, *Vsus est calceamentis altiusculis, ut procerior, quam erat, videretur.* Eutropius 9, 16 de Diocletiano: *ornamenta gemmarum calceamentis indidit.*

¶ Calceatus, ûs, m. usus calceorum, die tragung der schuh. Sueton. Calig. cap. 52, *Vestitu calceatuque & cætero habitu neque patrio, neque civili usus est.*

¶ Calcearium, i, pecunia quæ ad calceatum, sive ad parandos calceos datur: schuh-geld. Sueton. Vespasiano cap. 9, & Vlpianus Lege 21 Dig. de alimentis & cibariis. Similiter *vestiarium*, *vasarium* dicebatur. Vide Torrentium ad supra citatum Suetonii locum.

¶ Calcearius, i, qui calceos conficit, ein schuster. *Calceolarium* Plautus dixit Aulul. a. 3 sc. 5 v. 38.

¶ Excalceo, are, calceos detrahere, apud Suetonium Vesp. cap. 8, & Vitell. c. 2. die schuhe ausziehen.

¶ Excalceatus, a, um, der keine schuh an hat. *Excalceatos cothurnatis* opponit Seneca epist. 8, illi socio utebantur, hi cothurno. Sic &

¶ Excalceus, qui calceatus haud est. Paullinus ad Cytherium v. 321,

Qui maluisset confoveri excalceus,

Quam calceari frigidus.

¶ Discalceare, idem quod excalceare. Hinc

¶ Discalceatus, a, um, ohne schuh. Sueton. Ner. c. 51, *sine cinctu & discalceatus.*

CALX, calcis, pro materia lapidis cocti, fœm. tantùm, κονία, kalck. *Calx viva*, nondum intincta, ungeleschter kalck, ἄσβεστος, Plin. 29 cap. 3. *Calx macerata*, geleschter, eingemengter kalck, Idem 36 cap. 23.

¶ Calcaria, æ, ut, *Fornax calcaria*, ein kalck-ofen. Plin. 17 cap. 9. Et Calcaria absolute dicitur, Ammianus 27 cap. 4, *calcarias exstinguere.* Vlpianus Lege 8 de pœnis: *In calcariam quoque vel sulphurariam damnari solent; sed hæ pœnæ metalli magis sunt.* Notatur autem calcis fodina. Est enim Calcaria, ubi aut coquitur calx, aut asservatur, aut venditur, ein kalck-ofen oder kalck-hütte. De *calcaria in carbonariam*

nariam pervenire, Proverbium: de loco impuro in nihilo puriorem venire. Vſus Tertullianus de carne Chriſti cap. 6.

¶ Calcarius, i, kalck-brenner. Cato R. R. cap. 16, *Calcarius perficit, & coquit, & ex fornace calcem eximit*.

¶ Calcatus, a, um, adject. gekalcket, getünchet, ut, *paries calcatus*. Antiquis, qui & *Calex*, pro *Calx* dicebant, *calceatus* eſt. Feſtus: *Calecata ædificia calce polita*. Vide ibi Scalig.

¶ Calculus, i, diminut. cum derivatis vide ſeorſim ſupra.

¶ Decalcare, Vet. Gloſſ. κονιῶ, *decalco, albo*: weiſſen, tünchen.

CĂLȲDON, ōnis, Καλύδων, oppidum Ætoliæ, Oenei regis Meleagri patris regia. Virg. 7 Æn. v. 305, *conceſſit in iras*
Ipſe deûm antiquam genitor Calydona Dianæ.

¶ Călȳdonius, a, um: ut, *aper Calydonius*, in titulo fabulæ 4 lib. 8 Metam. Ovidianæ. *Sus Calydonius*, apud Martial. lib. 11 epigr. 19. *Calydonius heros*, Meleager, Ovid. c. l. v. 325. Male à nonnullis & *Calydonia ſilva* in Britannia ponitur: *Caledonia* enim illa ſcribenda, non *Calydonia*: eſtque ſecunda ibi producta propter η Græcum; & tertia correpta propter ο parvum; quæ hîc contra habent. Vide ſupra *Caledonia*.

¶ Călȳdōnis, ĭdis, patronym. Ovid. ibidem v. 529,
Plangunt ora ſimul matres Calydonides.

CĂLYPSO, ûs, Καλυψὼ, nympha, Oceani & Tethyos filia, cujus hoſpitio Vlyſſes utitur, & à qua difficulter dimittitur, apud Hom. lib. Odyſſeæ. Alii Atlantis filiam dixerunt. Tibull. lib. 4 eleg. 1 v. 77,
Fœcunda Atlantidos arva Calypſus.
Quintil. lib. 1 cap. 5, *Neque tamen Calypſonem dixerim, ut Junonem.* Dixit Apulejus tamen, auctor nec invenuſtus, nec ineruditus, lib. 1 Mileſ. *At ego ſcilicet Calypſonis æternam ſolitudinem flebo.*

CĂLYPTRA, æ, καλύπτρα, genus veſtimenti, quo capita operiebant, eine mütze, haube. Feſtus.

CĂLYX, ȳcis, a καλύπτω, hoc eſt, abſcondo, operio. Sunt enim Calyces oculi ſive gemmæ florum prodromi, & mox folliculi ſeminis, knoſpen, hülſen, ſchalen. Plin. 15 c. 22, *operimentum pulvinati calycis*: & c. 23, *echinato calyce vallum.*

¶ Calyculus, i, diminut. ein knöſpgen, Plin. 16 c. 44.

CĂMĂRĪNA, æ, oppidum & palus Siciliæ. *Movere Camarinam*, einen alten dreck rühren, daß er ſtincket, eſt, ſibi ipſi periculum aut malum aliquod accerſere. Stephanus Byzantius de ea adagium affert: μὴ κινεῖν Καμάριναν, ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων; *Ne moveas Camarinam, etenim non tangere præſtat.* Adde Chiliad. Eraſ. Et Virg. Æn. 3 v. 700,
fatis nunquam conceſſa moveri
Apparet Camarina procul.
Adde Servium in hunc locum. Cum Camarinæi ex vicina urbe, paludem aliò derivaturi eſſent, oraculo moniti ſunt, ne facerent; cui cum non obtemperaſſent, damnum ſibi fecerunt. ¶ Alii Camarinam fætidam ſtirpem eſſe dicunt, cujus rami agitati pejus etiam oleant. Suid. Hiſt. p. 610.

CAMBIO, Cambire, citat Priſcian. lib. 10 c. 2, ex Chariſio, ſignificat permutare, beuten, wechſeln, vertauſchen. Apulejus in Apolog. p. 284 ed. Elmenh. *tu an habeas ad agrum colendum, an ipſe mutuarias operas cum vicinis tuis cambias, neque ſcio, neque laboro.* Vide ibi Caſaub. & Andream Alciatum lib. 1 Parergon cap. 44. Cujacius comment. de pactis, officium argentariorum deſcribens: Fuit, inquit, olim in civitatibus certum corpus ſive σύστημα argentariorum, quorum erat publicum officium. Tabernas & menſas cum ære in foro poſitas habebant. Apud menſas pecuniæ deponebantur, permutabantur, emebantur, vendebantur. Quod latine eſt Cambire, græcè ἀνταμείβεσθαι. Per eos plerique pecuniam credebant, & fœnori explicabant, emebant, vendebant, auctionem & omnia negotia exercebant; deque his omnibus rationem conficiebant. Ex eorum ſcriptura naſcebatur obligatio nominum ſine ſtipulatione. Vſuræ eis debentur ex ſola præſcriptione & quidem beſſes. Eorum munia, quæ varia ſunt, variis quoque adpellationibus deſignantur. Nam & menſarii dicuntur, ſive menſularii, & Numularii & Argentarii, & argentariæ menſæ exercitores, & ἀργυροπράκται ſive argenti diſtractores, Collybiſtæ, Cermatiſtæ, coactores ſive collectarii.

¶ Campſo, are, pro *Cambire* antiquiſſimi dixerunt, ut idem Priſcianus notat l. c. Hoc verbum ἀπὸ τῦ κάμπτω, ἔκαμψα, eſſe videtur. Vnde & apud Ennium lib. 10, *Leucaten campſant*, i. e. permutant. Hinc

¶ Campſor, ōris, ein wechsler, vulgo vocatur collybiſta atque trapezita, ſive numularius. vid. Alciat. lib. 1 parerg. c. 46.

¶ Cambium, i, der geld-wechſel, pro permutatione rei ad rem, veteribus incognitum, ſed vulgi uſu nunc receptiſſimum.

¶ Cambialis, e, ut, *cambiales literæ*, wechſel-briefe; *cambiale jus*, wechſel-recht.

CAMBŎDV̄NVM, Καμβόδουνον, urbs Vindeliciæ, Ptolemæo, quæ Welſero & Cluverio videtur eſſe Kämpten.

CAMBȲSES, æ, Καμβύσης, Cyri, Perſarum regis filius, exemplum omnino ejus, quod vulgo fertur, *Heroum filii noxæ*. Falſa ſuſpicione motus fratrem interfici juſſit, ſororem ſuam duxit, ac poſtea propter fratris necem lacrymantem gravidam interfecit temulentus. Aliquanto poſt divinitùs punitus eſt. Cum enim in equum aſcenderet, decidens ex vaginâ gladius ferit ei femur, ex quo vulnere paullo poſt mortuus eſt, cùm regnaſſet annos ſeptem, menſes quinque. Laudatur unum ipſius factum, quod Herodotus narrat lib. 5 cap. 25, quamquam inhumanum & tyrannicum ſatis. Præſidem Siſamnem, qui pecuniâ corruptus injuſtam ſententiam tulerat, interfecit & toti corpori cutem detraxit, eamque inſtravit tribunali. Poſtea filium Siſamnis Otanen in eam ſedem collocavit, ac juſſit eum intuentem patris exuvias juſtè judicare, ne ſimili ſupplicio afficeretur. vid. Val. Max. lib. 6 cap. 3. & Juſtin. 1 c. 9.

CAMELAE, virgines Deæ, quibus nupturæ ſupplicabant. Feſtus.

CĂMELLA, æ, vaſis genus, ein gefäß. v. Gell. 17 c. 7. Vtitur eo Ovid. 4 Faſt. v. 779, *Tum licet, appoſita veluti cratere camella,*
Lac niveum potes, &c.

Petronius: *Infra manus meas camellam interpoſuit.*

CĂMĒLVS, i, κάμηλος, fœmin. & maſc. animal eſt grande, longo & gracili collo, capite exili, altis cruribus, amplo pectore & villoſo, tuberibus in dorſo binis, ut ephippia, eminentibus, colore fuſco [qui & *camelinus* dicitur] vergente ad flavedinem: inimicum & infenſum equis, alieniſſimumque ab inceſto coitu. Plin. 8 cap. 18 ſcribit, ſitim hoc animal tolerare poſſe quatriduo, unde & *ſitiens* à Perſio dicitur Satyra 5 v. 136, *Tolle recens primus piper è ſitiente camelo.*
ein kameel oder kameel-thier. *Camelus ſaltat*, proverbiale eſt, de indecore aliquid facientibus, die kuh geht auf ſteltzen. *Camelus deſiderans cornua, etiam aures perdidit*, Proverbium in eos, qui, dum peregrina ſectantur, ne ſua quidem tuentur, wer zu viel haben will, behält zu zeiten gar nichts. Vid. Chiliad. ¶ 2. Et Camēlus etiam funis nauticus dicitur, das dicke ſchiff-ſeil, ancker-ſeil, Lucæ 18 v. 25, εὐκοπώτερόν ἐστι, κάμηλον διὰ τρυμαλιᾶς ῥαφίδος εἰσελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τῦ Θεῦ εἰσελθεῖν. Hoc eſt, *Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm divitem intrare in regnum Dei.* Vide Roſin. Ant. Rom. 10 cap. 20 p. 988. Hackſpan. Miſcell. p. 203. Scribunt & ſic κάμιλος.

¶ Camelaſia, æ, vel *Camelaria* Ammiano & JCtis [Lege ult. Dig. de muner. & honor.] dicitur camelorum curatio & præfectura, ſive etiam pecunia, quæ pro alendis camelis datur. Notat Torrentius ad Veſpaſianum cap. 8. Ammiani locus eſt lib. 17 c. 5, ſed notat Valeſius tam à MStis, quam primitus editis hoc verbum abeſſe.

¶ Camelarius, i, qui præeſt camelis, eoſque paſcit, ein kameel-wärter, d. l. ult. ff. de muner. & hon. § 11.

¶ Camelinus, a, um, vom kameel, ut, *Lac camelinum*, Plin. 28 c. 9.

¶ Camelopardalis, is, aliud animal, ſic dictum, quod capite Camelo ſimile ſit, & ſparſo maculis corpore Pardalim referat, cui & *ovis feræ* nomen hæſit: ein greiff. Viſum eſt primùm Romæ Ludis Circenſibus, quos Cæſar Dictator exhibuit. Plinius lib. 8 cap. 18, & Dio Caſſius lib. 43. De proceritate ejus, elephantem ſuperante, nec non variis per diverſas linguas nominibus, conſule τῦ πάνυ Ludolfi Hiſtor. Æthiopicam lib. 1 cap. 10 § 33. & C. Schotti Phyſ. Cur. 8 c. 16.

¶ Hippocamelus, i, ἱπποκάμηλος, ex equo & camelo compoſitus; vel magnus aliquis camelus e montibus Caſpiis, cum in compoſitione ἵππος non ſemper equum, ſed interdum ἐπίτασιν tantum ſignificet. Auſon. epigr. 70 v. 9.

CĂMĒNAE, Muſæ, ſic dictæ à *canendo*, quaſi *Canenæ*, Macrob. lib. 2 in ſomn. Scipionis c. 3. Eadem & Varroni lib. 5 L. L. n. 7 etymologia eſt, & Feſto Pompejo. Virg. eclog. 3 v. 59,
Alternis dicetis, amant alterna Camenæ.
Singulariter Horatius lib. 1 Carm. oda 12 v. 39,
Gratus inſigni referam Camenâ.
Id. lib. 4 oda 6 v. 27, *Dauniæ defende decus Camenæ.*
Et Seneca Medeâ v. 625, *Ille vocali genitus Camenâ.*
vulgo *Camœna* ſcribunt per OE. Verum ſi Varronis, Feſti, Macrobii, & Servii in eclog. 3 etymologia ſtat, non opus diphthongo eſt. Dausquejus in contrarium nititur, ſed fruſtra ad Feſtum provocat & Varronem. Varro autem c. l. *canere* à Camena inverſo ordine ducit, quod nobis perinde eſt. Adde Voſſium Etymologico.

¶ Camenalis, e, adjectiv. Sidonius lib. 3 epiſt. 3, *nunc oratorio ſtilo, nunc etiam Camenalibus modis imbuebatur.* Avienus Phænom. v. 495 de Pegaſo: *Illiſiſſe pedem, cornuque excita repente*
Lympha Camenalem fudit procul Hippocrenen.

CĂMĔRA, æ, arcus, teſtudo, fornix, καμάρα, ein gewölbe oder gewölbte decke. Propertius lib. 3 eleg. 2 v. 11,
Quod non Tænariis domus eſt mihi fulta columnis,
Nec camera auratas inter eburna trabes.
Suetonius Nerone cap. 34, *Solutilem navem, cujus vel naufragio, vel cameræ ruina periret, commentus eſt.* Vbi *Camera*, tectum arcuatum eſt. Nomen à curvitate eſt. Nonius: CAMERVM, inquit, *obtortum: unde* CAMERAE *tecta in curvitatem format.* Cameras adpellârunt ſola culmina arcuata ſive ex lapide, ſive ex contignatione eſſent. Vitruvius lib. 5 cap. 10, diſtinctæ autem erant à lacunaribus ſive laquearibus. Salmaſio videtur eſſe vox Gallica. Thyſ. ad Sall. p. 168. vide infra & *Camers*. ¶ 2. Eſt & Navigii genus *Camera*, Dacis uſitatum: arctis lateribus, latâ alvo ſine vinculo æris aut ferri connexa: quod tumido mari, prout fluctus attollitur, tabulis augetur in ſummis partibus, donec in modum tecti claudatur, ut Tacitus 3 Hiſtor. cap. 47 deſcribit. ¶ 3. Cameras etiam vocant receſſus, vel terrâ, vel mari ſinuoſos, & ¶ 4. In ædibus reductiora conclavia, & ſeceſſus: & ita quidem fœculentior latinitas, kammern. ¶ 5. Reges quoque & populi, quibus in corpore ſuo plurimum, ſitûs & celebritatis ergo, tribuêre membris, *Camerarum* ea dignoſci, cenſerique voluerunt adpellatione. Sic Londinum, *Angliæ Regis Cameram* à vetuſtis ſeculis dictum teſtatur Seldenus lib. 2 Mar. Clauſ. cap. 22. Sic Leyda *Hollandiæ Camera*, Petr. Scriverius in Antiquit. Leydenſ.

¶ Camero, are, in curvitatem formare, unde

¶ Cameratio, ōnis, fornix. Spartianus in Caracall. c. 9, *cancelli, quibus cameratio tota concredita eſt.*

¶ Cămĕratus, a, um, gewölbt: ut, *Camerata arca.* Et hæc putatur in Lege 9 § 5 Dig. Locati conduct. inveniri, ſed meliores libri ibi habent *ærata*.

¶ Bicameratus, a, um, das zwey kammern hat. Hieronymus lib. 1 adv. Jovinian. cap. 9 extr. *Arca bicamerata.*

¶ Tricameratus, a, um. Hieronymus ibidem: *arca tricamerata.* Agit autem de arca Noæ, quæ plures manſiones & nidulos habuit.

¶ Camerarius, a, um, ut, *cameraria cucurbita*, apud Plinium lib. 19 cap. 5, quæ in cameras pergularum ſubrepit & eas umbrâ ſuâ operit, der eine laube macht.

¶ Concamerare, uſitatius quam Camerare, wölben. Plinius lib. 34 cap. 14 extr. *Dinochares architectus Alexandriæ Arſinoes templum concamerare inchoaverat.*

¶ Concameratus, a, um, gewölbt. Suetonius Aug. cap. 90, *in abditum & concameratum locum ſe recipere*, in ein gewolbe ſich begeben.

¶ Conca-

¶ Concameratio, ōnis, das wölben, gewölbe, schwiebbogen. Vitruvius lib. 2 cap. 4, *neque concamerationes recipit*. Idem lib. 6 cap. 11 pr. *Sin hypogea concamerationesque instituentur, fundationes eorum fieri debent crassiores.*

CĂMERS, tis, Camertes, Vmbriæ sunt populi incolentes montes, quibus à Picenis Vmbri separantur. ¶ 2. Apud Virgilium *Camers* & viri nomen est, Æn. 10 v. 562.

¶ Camers, adject. ut, *In agro Camerti, Piceno, Gallico*, Cicer. pro Syll. cap. 19.

¶ Cămertīnus, a, um, adjectivum aliud, ut, *Fœdus Camertinum*, apud eumdem pro Cornel. Balbo cap. 20.

CĂMILLA, æ, Καμίλλη, Volsca, venit suppetias Turno contra Latinos & Æneam, in quo etiam bello periit, Virg. 7 Æn. v. 803,

Hos super advenit Volsca de gente Camilla.

¶ Camillus, i, Romanus nobilissimus fuit, Vejorum expugnator, & post damnationem in ipso exilio bene meritus de patria sua, quippe Gallos Senones, qui tum Romam tenebant, inopinato oppressit, & omnem illis prædam eripuit. Vnde *secundus Romulus* adpellatus fuit. Vide Livium lib. 5 & Eutropium lib. 1 cap. ult. De eodem Virgil. 6 Æneid. v. 825,

Aspice Torquatum & referentem signa Camillum.

¶ 2. *Camilli* dicebantur Romæ pueri ingenui, quorum ministerio in sacrificiis utebantur. Talem Ovidius Fast. 2 v. 650 intelligit, quum ait: *Stat puer, & manibus læta canistra tenet*. Vide Festum & ibi Scaligerum. Et eumdem Conjectan. ad Varronem, item Castigat. in Propert. lib. 4, & Plin. 19 c. 18. Sane & Tusci Mercurium, quod minister Deorum esset, *Camillum* vocârunt, quod Macrobius observat lib. 3 Saturn. cap. 8. Itemque Servius ad illud Virgilii Æn. 11 v. 542,

matrisque vocavit
Nomine Casmillæ, mutata parte Camillam.

¶ Camillum, i, idem esse videtur quod Camella. Vitruv. 10 cap. 15, *Crassitudo bucculæ, quæ affigitur, vocatur Camillum, seu loculamentum.* Catillum innui Baldus suspicatur in Lex. Vitr.

CĂMĪNVS, i, Græcum est κάμινος, & Germanicum ein kamin, ofen, fornax & structura, quæ fumum excipit, frequens in Italia, ubi vaporaria, quæ nos dicimus, propterea quod officere credantur valetudini, minus in usu sunt. Virg. Æn. 6 v. 630,

Acceleremus ait, Cyclopum educta caminis
Mœnia conspicio, &c.

Cicer. lib. 7 epist. 10 ad Fam. *Valde metuo, ne frigeas in hibernis, quamobrem camino luculento utendum censeo*; ubi Manutio de caminis veterum notata legas. *Addere oleum camino*, est apud Horat. 2 Satyr. 3 v. 321 malo alicui fomentum & materiam adjicere:

Adde poëmata nunc, hoc est, oleum adde camino.

Pro eo *Flammæ oleum adjicere*, dixit Hieronymus ad Eustochiam virginem epist. 22 cap. 4, *Vinum & adolescentia*, inquit, *duplex incendium voluptatis est, quid oleum flammæ adjicimus?*

¶ Caminare, Plin. 16 cap. 6, *Acervi luto caminantur*, id est, in camini formam oblinuntur.

CAMMARVS, i, Κάμμαρος, piscis marinus Plinio, Columellæ & Varroni, ein meer-krebs. Vide Gammarus & Plin. 31 c. 8.

Camœnæ, arum. Vide supra *Camenæ*.

CAMPAGVS, i, calceamenti regii genus apud Capitol. in Maximino c. 2, *Campagos reticulos adpellavit* Gallienus, uti prodit Treb. Pollio ejus vita c. 16.

CAMPĀNA, æ, ὁ κώδων, eine glocke. Onomast. Vet. *Campana*, κώδων. Est autem campanarum usus antiquus, & varius in sacris, & profanis. Sed vox, prout hodie sumitur, veteribus incognita. Aliquid vero subintelligas necesse est, ut nola, vel simile. Nam ducitur, ut facile apparet, à *Campanus, a, um*, ab oppido Campaniæ Nola, ubi primum inventa esse creditur. jv. Junius 3 animadv. c. 11. Turneb. 23 advers. c. 6 & Middendorp. de Academ. lib. 1 cap. 2. Campanis indicebantur divinorum officiorum celebrationes, his excipiebantur Principes: aliquando etiam summæ ignominiæ caussâ sonabant: alio modo inhibebantur in ignominiam campanæ. Vid. Barth. ad Brit. Aremor. p. 729, & Hieron. Magius de Tintinnabulis.

¶ Campanula, æ, diminut. ein glöcklein, eine schelle, Hieron. ¶ 2. Herba est, Campanula silvestris, fingerhut.

CAMPĀNIA, æ, Καμπανία, Italiæ regio vini atque frumenti fertilissima, unde & *Bacchi Cererisque* vocata *Certamen*. Vide Polybium lib. 3 pag. 242. Plinium lib. 3 cap. 5. Florum lib. 1 cap. 16. Quoniam igitur abundaret voluptatibus, fertilis, amœna, salubri cælo, idcirco luxuriosi principes secessus ejus & litora petere solebant, Tiberius, Caligula &c. Lege Suet. eorum vitis. Nomen sortita a locis campestribus est, ut Livius tradit. Auson. de claris urbibus ex emendatione J. Lipsii:

Mox ut in occasum vitiis communibus acti
Corruerunt, Pœni luxu, Campania fastu.

¶ Campānus, a, um, ut, *Litus Campanum*, Statius 3 Silv. 3 v. 162. *Supellex Campana*, Horat. 1 Sat. 6 v. 118.

¶ Campanicus, a, um, ut, *Campanica peristromata*, Plaut. Pseud. 1, 2 v. 12 & Stich. 2, 3 v. 53.

¶ Campas, ātis, pro Campano molli & effœminato, apud Plautum legitur Trinum. act. 2 sc. 4 v. 144.

CAMPE, es, κάμπη, eruca, eine raupe. Columella lib. 11 sub fin. *Quæ nobis* (Latinis) *adpellantur* erucæ, Græce *κάμπαι nominantur*. Idem lib. 10, *hirsuta campe*. Sic apud Plaut. Truc. 5, 1 v. 44, *Campas dicere* est nugari.

Campester, campestratus, campidoctor, vide mox *campus*.

Campso, are, & Campsor, vide *Cambio*.

CAMPTAVLES, æ, καμπταύλης, qui inflexa canit tibia, ein zincken-bläser. Vopisc. in Carino c. 19, *Exhibuit centum Camptaulas.*

CAMPVS, i, planities terræ, spatium, feld, ebene. Nep. Hannibale cap. 5, *In campo castra ponere*; auf ebenem felde das läger schlagen.

¶ Tralate Cic. ad Att. 5 ep. 15, *Non habet satis magnum campum ille tibi non ignotus cursus animi mei*, mein fürnehmen hat nicht raum gnug. Idem pro Mur. cap. 8, *Nullum vobis sors campum dedit, in quo excurrere virtus cognoscique possit.* Idem in Acad. 4 cap. 35, *Cum sit campus, in quo possit exultare oratio, cur eam in tantas angustias compellimus?* eine reiche materie zu reden. ¶ 2. *Campi* nomine absolute non raro venit *Campus Martius* Romæ: qui initio ager Tarquiniorum, post, exactis Regibus, consecratus Marti, & inde Martius adpellatus fuit, ut Livius lib. 2 cap. 5 docet. Ibi autem Comitia haberi, item juventutem exerceri solitam, Zosimus etiam notavit lib. 2 c. 2 & 16, & Horatius 4 oda 1 extrema. Idem lib. 3 Carm. od. 1 v. 10,

hic generosior
Descendat in campum petitor.

Cicer. Orat. 1 in Catil. cap. 5, *Comitiis Consularibus me consulem in campo & competitores tuos interficere voluisti.* Vtrobique enim *Campus Martius*, per *Campum* intelligitur. Pertinet huc & illud proverbiale: *Fors domina campi*, apud Ciceron. Orat. in Pisonem cap. 2, *Omitto*, inquit, *ut si factus uterque nostrûm Consul: Sit sane fors domina campi. Magnificentius est dicere, quemadmodum gesserimus consulatum.* Innuit enim in Comitiorum suffragiis plurimum posse fortunam, quæ sæpe immeritos ad dignitates evehat, dignioribus rejectis. wer das glück hat, führet die braut heim. Sed, *Campi nota*, est repulsa in honorum petitione. Valer. Maximus lib. 6 cap. 9 n. 14, *Campi notam expertus.* ¶ 3. Campus etiam locum pugnæ, castrorum & expeditionum designat: cum sub dio ac pellibus habetur miles, wann er zu felde liegt. Ammianus lib. 20 cap. 10, *Edicto ut futura luce cuncti convenirent in campo, progressus princeps ambitiosius solito tribunal ascendit.* Petrus Chrysologus Sermone 13, *Ecce tempus, quo miles procedit ad campum*, zu felde ziehen, AD CAMPVM, id est, in expeditionem, Εἰς τὴν ὕπαιθρον, ut Casaubonus ad Polybium interpretatur pag. 122. Vide & Salmasium in Histor. Augustam. *Campum tenere*, phrasis sequiorum temporum: de quâ Barth. ad lib. 2 Theb. Statii pag. 627. ¶ 4. Campus etiam dicitur locus, ubi Tirones exercebantur, & usum armorum discebant, die rennbahne, ex quo *Campidoctores* magistri ipsi adpellati, de quibus infra. Sic *Decursio campi*; seu *campicursio*, (ut militari vocabulo dicebatur) genus militaris exercitationis, adpellata est. vide mox *Campicursio*. ¶ 5. Vti æquor pro campo & agro; ita vicissim campus pro mari etiam & aqua usurpatur. Ovid. Met. 1 v. 41 mare vocat *campum liberioris aquæ*. conf. ibid. v. 315. & lib. 11 v. 356. Sic & invenimus apud Virg. Æn. 6 v. 724, *campos liquentes*; & Æn. 10 v. 214, *campos salis*.

¶ Campester & Campestris, e, zum flachen felde gehörig, ut, *Capua à campestri agro adpellata*, Liv. 4 cap. 37. *Arma campestria*, rüstung die man zu felde braucht, apud Horat. de Arte v. 379. *Prælia campestria*, apud eumdem lib. 1 epist. 18 v. 54. *Scythæ campestres*, lib. 3 oda 24 v. 9. *Iter campestre*, apud Cæsarem lib. 1 B. Civ. c. 66.

¶ Campestre, is, pannus, quo nude exercentes ephebi pudenda velabant, quod & *Subligaculum* & *Succinctorium* dicebatur, eine schürtz um die scham. Horat. lib. 1 Epist. 11 v. 17,

Incolumi Rhodos & Mitylene pulchra facit, quod
Penula solstitio, campestre nivalibus auris.

Augustinus lib. 14 de Civit. Dei cap. 17 de nuditate primorum hominum disserens: *Confusi inobedientiâ carnis suæ, tamquam teste pœna inobedientiæ suæ, consuerunt folia fici; & fecerunt sibi* campestria: *id est*, succinctoria genitalium. *Nam quidam interpretes* succinctoria *posuerunt. Porrò autem* Campestria, *latinum quidem verbum est; sed ex eo dictum, quod juvenes, qui nudi exercebantur in campo, pudenda operiebant: unde qui ita succincti sunt*, campestratos *vulgus appellat.* Hæc Augustinus. Vsi nonnulli etiam sub vestibus: ne inter currendum aut ministrandum verenda nudarent, cum braccati haud essent. De quo Casaubonus ad Suetonium notat.

¶ Campestratus, a, um, quis dicatur, ex modo datis Augustini verbis liquet.

¶ Campicellus, i, diminut. ein klein feld, apud Innocent. de Casis inter Auct. rei agrariæ Gœsii p. 222.

¶ Campicursio, exercitatio militaris, quæ currendo fiebat. Vegetius lib. 3 cap. 4, *Campicursionem, ut ipsi appellant, assidue faciant.* conf. lib. 2 c. 22.

¶ Campidoctor, ōris, qui tirones in campo exercet, armorum usum condocens, sive *armaturam*: ita enim hoc genus meditationis vocatum Vegetius significat lib. 1 cap. 13, & lib. 2 cap. 22. Male Stevvechius *Campiductorem* apud Vegetium & cæteros, qui meminerunt, malit restitui: neque enim à *ducendo* sed à *docendo* dictos Lampridii locus in Alexand. c. 53, *campidoctores vos docuerunt*, &c. persuadet facile; & illud quoque argumento est, quod iidem & *armidoctores* & *armorum doctores* adpellati, quod illustris Salmasius ad Lampridium observat. Vet. Gloss. *Campidoctor*, ὁπλοδιδακτής. Ammianus lib. 15. Vales. cap. 3. Grut. cap. 5, *Tribunus ex campidoctore.* Vide ibi Valesium f. 71, & ad eumdem locum Lindebrogium p. 32, qui inscriptionem ex antiqua Roma profert, in qua est CAMPI DOCTOR COH. I. quam etiam Gruterus f. 80 n. 2 exhibuit: & apud eumdem Gruterum f. 565 n. 5 CAMPI DOC. COH. VII. PR.

CĂMŬRVS, a, um; curvus. Veteribus Latinis, licet proprie de cornibus dicatur, est τὸ ἐπικαμπὲς, tortum, quod anguium est proprium, krumm, gebogen. Virgil. 3 Georg. v. 55,

Pes etiam & camuris hirtæ sub cornibus aures.

Vbi Servius: CAMVRIS, *id est, curvis: unde &* Cameræ *adpellantur.* Festus: *Camura, & Camuri boves, à curvatione ex Græco* Καμπὴ *dicuntur.* Sed Nonius apud Virgilium *Cameris*, non *Camuris* legit. Vide supra & *Bos*. conf. Macrob. 6 Sat. c. 4.

CAMVS, i, κημὸς, eine halffter. Plaut. Cas. 2, 6 v. 37, *Hodie tu camum & furcam feras.* Hanc lectionem Meursius proponit; alii legunt *canem*. Vt docet Isidorus 20 c. 16, *Camus genus asperi freni est, quo caballi superbi coërceri solent.* conf. Voss. Etymol.

CANABVLA, orum, & Canabulæ, arum, loca inculta & aspera, quæ & *Novercæ* dicuntur. vide ex Frontino & aliis Rigaltii Gloss. agrimens. a Gœsio edit. p. 294. & Jan. Guil. Laurenb. Antiqu. p. 65.

CĂNĀLIS, is, eine rinne, röhre. masc. & fœm. generis; lignum exca-

cava-

cavatum, in similitudinem cannæ, per quod aqua deducitur. *Canales iligni*, eichene röhren. Virgil. Georg. 3 v. 330,

Currentem ilignis potare canalibus undam.

Vitruvius lib. 8 cap. 7 pr. *canales structiles* vocat, quos fistulis plumbeis & tubulis fictilibus ibidem opponit. ¶ 2. Canalis lignum excavatum erat, in quo fractum crus aut femur reponebatur, pro quo chirurgi nostri assulis utuntur, quos schienen vocamus. Celsus lib. 8 cap. 10 n. 5, *Vbi deligatum est* (crus vel femur,) *in canalem conjiciendum est* &c. Vbi forma ejus & structuræ modus describitur.

¶ Cānālĭcŏla, æ, ἀγοραῖος, ein müssiggänger. Sic dicti, quod in foro medio ad canalem deambularent, desiderentque & nugarentur. Gellius lib. 4 c. 20, *Qui jurabat, cavillator quidam & canalicola & ridicularius fuit.* De his Plautus Curcul. act. 4 sc. 1,

In foro infimo boni homines atque dites ambulant,
In medio, propter Canalem ibi ostentatores meri.

Festus: CANALICOLAE, *forenses: homines pauperes dicti, quod circa canalem fori consisterent.* Hujus commatis erant *Subrostrani, Subbasilicani*, de quibus Casaubonus ad Theophrastum. De *Canalicolis* vero omnium optime Salmasius ad Vopisci Carinum, haud procul principio.

¶ Canaliculus, i, diminut. mascul. forma, Vitruvius lib. 10 cap. 14 extr. *emittet per canaliculum*, ein röhrgen: quod etiam in medicina adhibuit Corn. Celsus lib. 8 cap. 20 extr. cui articulus luxatus includitur, kleine schienen. ¶ Est etiam Canaliculus cavitas exterior in columnis apud Vitruvium lib. 4 c. 3. Et

¶ Semicanaliculus, i, apud eumdem d. l. eadem notione.

¶ Canalicula, æ, fœminine, apud Gell. lib. 17 cap. 11, *esse quasi canaliculas quasdam vel fistulas.*

¶ Canaliculatim, adverb. per canaliculos quasi, wie mit röhrlein. Plin. 9 c. 33. vide Barth. in Statii Achill. p. 1609.

¶ Canaliculatus, a, um, quod Canalis figuram habet, ut planta *ad radicem canaliculata*, Plin. 27 c. 9.

¶ Canalitius, a, um, & Canaliensis, e, idem: ut, *aurum canalitium*, seu *Canaliense*, quod puteis foditur, apud eumdem 33 cap. 4.

CANARIA, æ, insula una ex Fortunatis, Plinio lib. 6 cap. 32. Fortunatæ olim dictæ, hodie omnes *Canariæ* adpellantur. vide *Fortuna*. ¶ 2. Est & herba quædam apud Plin. lib. 25 cap. 8 hundsgraß.

Cancellarius, vide sequens verbum *Cancelli*.

CANCELLI, orum, septa reticulata, seu fenestrata; sive de ligno, sive de ferro aut ære essent: nam *æreorum cancellorum*, diserte Columella meminit lib. 8 cap. 17, gegitter, gatter, schrancken. Rarissimus Singularis numerus, ut Lege 9 Dig. Quod vi aut clam: *Si serra, vel clavis, vel cancellus, vel specularium sit ablatum.* Ejusmodi *cancelli*, seu septa in foro, in circo, in tribunalibus, templis, item ædium januis, fenestris &c. ad excludendam turbam, vel ut repaguli vice essent, fuisse, jam olim notatum ab eruditissimis viris est, quos infrà, cum de *Cancellariis* nonnihil dicendum erit, indicabimus. ¶ Sed & in agris *Cancelli* pro limitibus erant: termini scilicet, seu lapides, quibus agrorum fines describebantur. Vnde & *Cancellatio* pro limitatione vel metatione; & *regio cancellata*, id est terminis suis circumscripta, apud Gromaticos invenitur. Et hinc petitæ illæ translationes; *cancellis circumscribere: cancellos circumdare*: id est, certis finibus terminisque includere. Cicero pro Quintio cap. 10, *Si extra hos cancellos egrediar, quos mihi ipse circumdedi.* Idem 1 de Oratore cap. 12, *Cancellis circumscripta scientia.* Huc pertinet Vetus Glossa, *Cancellus*, χαράδρα. χαράδρα autem *fossa* est. Nam fossas quoque finales fuisse, hoc est, ad discernendos fines factos, ex Siculo Flacco & aliis Agrimensoribus priscis constat.

¶ Cancellos etiam Cancros dici, quamquam rarenter admodum, animadvertimus. Inde scitu dignum prorepsit adagium, ut *inter orci cancros adhæsisse* dicatur, qui ita irretitus, illaqueatusque tenetur ac impeditus, ut nusquam pateat effugium, scribente Cœl. Rhodig. lib. 5 extremo, quoniam Plutonis septa & cancros transilire opis humanæ non est. Auctor ejus Adagionis sine dubio est Apulejus, qui Libro 6 Milesiarum p. 176 unam de famulatione *Veneris*, nomine *Consuetudinem*, ita *Psychæ* ogganientem introducit: *Tandem ancilla nequissima dominum habere te scire cœpisti? An pro cætera morum tuorum temeritate istud quoque nescire te fingis, quantos labores circa tuas inquisitiones sustinuerimus? Sed bene, quod meas potissimum manus incidisti, & inter Orci cancros jam ipsos adhæsisti; datura scilicet actutum contumaciæ tantæ pœnas.* Festus quoque auctor est, Cancros adpellatos veteribus, quos diminutivè Cancellos dicimus. Κιγκλίδες δρύφακτοι.

¶ Cancello, are, cancellis includere, vergittern. Columella lib. 4 cap. 2, *Hæc autem* (vitis) *quæ toto prostrata corpore, cum inferius solum quasi cancellavit atque irretivit* &c. *Cancellatum brachiorum implexum*, Plinius dixit lib. 9 cap. 51. Metaphorice idem lib. 8 cap. 10 elephantorum *cutem cancellatam* dixit. ¶ 2. Limitare; ut, *Cancellata regio*; de quo supra. ¶ 3. Apud JCtos *Cancellare* est delere, expungere: quod multis decussatim vel cancellatim lineis tractis fieri solet: wann man etwas creutz-weise durchstreicht und auslöscht. Vel plane concerpere atque concidere, scissuris in decussem scalpello factis. Vnde Isidorus in Glossis: CANCELLAT, *concidit, battuit.* Sic *Cancellare testamentum*, Lege 15 § 1 Dig. de testam. mil. *Cancellatum chirographum*, Lege 22 Cod. de Solutionibus: *Tabulæ cautionesve cancellatæ*, Lege 82 Dig. de Furtis.

¶ Cancellarius, i, ein cantzler. Cancellarii a cancellis dicti, longe alii veteribus, quàm hodie ita qui adpellantur; de quibus multa & nonnihil diversa, præter JCtos, Turnebus, Pithœus, Lazius, Casaubonus & Salmasius ad Hist. Augustam, in Vopisci Carinum principio; nec non Kirchmannus de annulis cap. 9 tradiderunt & observarunt. Attigit & Paullus Æmilius lib. 3 de gestis Francorum in Philippo primo sub finem. Vt breviter explicemus negotium; notandum, *Cancellarios* veterum duplicis generis fuisse: alios in domo Augusta procerumque, alios in tribunalibus & judicialibus, ut adpellabantur, secretis. Imperatoriæ & procerum ædes atque cubicula, quâ patebant, non vela tantùm habebant ad fores, sed & cancellos, sive *fenestratas januas*, ut Cassiodorus adpellat. His igitur qui præfecti erant, non tantùm *a velis*, *à cancellis*; sed & *Velarii* & *Cancellarii* adpellabantur: quorum munus erat, stare pro foribus & admissiones curare. Itaque nihil aliud erant, quàm *Ostiarii*, qui aut nullam, aut parvam perquam dignitatem habebant. Quam ob caussam Vopiscus in Carino rem indignissimam statuit, quod unum ex Cancellariis præfectum urbi fecisset: hoc est, publici & summi muneris dignitatem in ministerium aulicum contulisset. Codex Theodosii cum *Domesticis*, qui & *Protectores*, sive *custodes corporis principis* sunt, Σωματοφύλακες Græcis adpellati, conjungit: quorum aliquos non meros ostiarios fuisse, hoc est, admisisse & dimisisse tantum, qui Principem aut Herum conventum vellent; verum & chartas dominorum seu *tabularia* tractâsse, videtur suadere Agathiæ locus lib. 1 de imperio & gestis Justiniani, qui *cancellarios* istos vel *à cancellis*, τὰ ἀρχεῖα Narsetis curasse diserte tradit. Fuerunt itaque tales, qui nunc in aulis kammerdiener adpellantur. Sed tribunalia etiam habebant septa cancellata, quibus excludebantur turbæ, quibus & ipsis qui præpositi erant *Cancellarii* adpellati. Quorum alios puto ostiarios tantùm fuisse, & qui hodie cantzeley-diener, adpellantur; quorum erat, ingressus ad judicem curare, & exsecutioni mandare judicum responsa: alios vero, ipsius secreti judicialis gessisse curam, scribendoque navasse operam, unde Codice Theodosii *Tabellio*, *Amanuensis*, *Cancellarius* de uno atque eodem ministerio dicuntur, (copisten, cantzeley-schreiber) quorum tamen alii digniores, atque à *Scribis* sive *Notariis* distincti, edictis epistolisque dictandis signandisque navabant operam, atque eodem fungebantur munere, quod illorum hodie est, qui a *Secretis*, seu *Secretarii* adpellantur. Vnde in Edicto Turci Aproniani, *Cancellarius* ante *Scribam*, & diversus ab eo nominatur. Hodie qui hisce omnibus summa dignitate præest, κατ᾽ ἐξοχὴν *Cancellarius* adpellatur: apud Romanos olim *Quæstor Sacri-Palatii*: in Constantinopolitana Aula, ὁ μέγας Λογοθέτης nominatus fuit.

¶ Cancellaria, æ, scil. domus, ubi cancelli sunt, cantzeley; &

¶ Cancellariatus, ûs, officium cancellarii, cantzlers-dienst, nova sunt.

¶ Cancellatim, decussatim, in morem cancellorum, creutz-weiß gegittert, ut, *cancellatim reticulata*, apud Plinium 9 c. 33. Et apud Sidonium lib. 5 epist. 17, *stipitibus cancellatim pendentibus.*

¶ Cancellatus, a, um, vide supra in Verbo *cancellare*.

¶ Cancellatio, ōnis, limitatio agrorum, grentzscheidung. vid. ex Siculo Flacco & Frontino in Rigaltii Gloss. agrimens. p. 295.

CANCER, cri, Καρκῖνος, krebs, piscis genus testâ muniti: cujus species sunt *carabi*, *astaci* &c. Plinio lib. 9 c. 31 relati. Virgil. 4 Georg. v. 47, *rubentes Vre foco cancros*, siede krebse. ¶ 2. Cancer signum Zodiaci. Ovid. 1 Fast. v. 313,

Octipedis frustra quærentur brachia Cancri.

Occasus Cosmicus signatur, sole existente in XVII parte Capricorni. ¶ 3. & Morbus, ejusdem & generis & adpellationis, der krebs. Tumor est durus, inæqualis, adspectu teter, venis in ambitu turgentibus, colore livescens. Ovid. lib. 2 Metam. v. 827,

Vtque malum latè solet immedicabile cancer
Serpere, & illæsas vitiatis addere partes.

¶ 4. Cancros antiqui dixerunt, qui nobis sunt cancelli. Vide paullulum suprà *Cancelli*.

¶ Cancer, ĕris, Declin. tertiæ. Lucretius lib. 5 v. 616,

Canceris ut vertat metas ad solstitiales.

Etiam de morbo hac forma Arnobius lib. 1 p. 30, *Contumaciam canceris sævi ad subeundam cicatricem circumscriptis evaginationibus compulerunt.*

¶ Cancero, are, faulen, den krebs haben. Plin. Valer. 1 c. 10, *Si intrinsecus canceraverit auris.*

¶ Canceraticus, a, um, vom krebs. Veget. 2 c. 43, *Canceraticus fœtor.*

CANDĂCE, es, commune Reginæ Æthiopiæ nomen fuisse docet Plin. lib. 6 cap. 29 notavitque Beda ad Acta Apost. c. 8. Ab illa autem Candace, cujus in actis mentio fit, antiquitatem Christianismi hodierni jactant Æthiopes; falso, ut Scaliger lib. 7 de Emendatione temporum pag. 639 censet.

CANDACVS, a, um, i. e. suavis, lieblich, Varro de L. Lat. 6 n. 6.

CANDAVLES, is, quem Myrsilum Græci vocant, Sardium tyrannus fuit, cujus meminit Justinus lib. 1 c. 7.

Candefacio, vide *candeo*.

CANDĒLA, æ, a candore luminis, quo candet, eine kertze oder licht. Juvenal. Sat. 3 v. 286, *vel breve lumen*

Candelæ, cujus dispenso & tempero filum.

Candelas sebare, i. e. sebo vel sevo induere ellychnium, & in candelam concinnare, liechte ziehen, Columella dixit lib. 3 cap. ult. *Filum candelæ*, der tocht, ἐλλύχνιον. Juvenalis versu laudato Satyræ 3. Vbi *Filum* Vetus Scholiastes *papyrum* interpretatur: *scirpum* nempe intelligens; quod illi Ægyptiacæ plantæ, *Papyro* puta, similis esset, eumdemque usum præstaret. Plinius lib. 16 cap. 37, *Et mapalia sua Mauri* (scirpis sive sirpis) *tegunt: proximeque æstimanti hoc videantur esse, quo inferiore Nili parte* papyri *sunt usu.* Et ex medulla scirporum cera circumdatâ *candelas* factas Plinius proxime antecedentibus verbis auctor est. Prudentius Hymno ad incensum lucernæ de diversis generibus luminum agens:

Quin & fila factis scirpea floreis
Presso mella prius collita fingimus.

Vbi observa, ἐλλύχνια item *fila* adpellari. Apud Plinium lib. 13 c. 13 legimus, Cassium Heminam prodidisse litteris, in ara quadrati lapidis, vincti *candelis* quoquo versus, libros Numæ impositos durâsse annis 535 infossos. Vbi, quæ hæ *candelæ* fuerint, non temere habeo dicere. Hermolaus quidem ad eum locum scribit, quæcunque materia scirpis, tædâ, sevo, cerâ, constet, *candelam* esse. Vnde mirum non sit, libros Numæ candelis involutos tradi. Sed ego vellem auctoritatibus commodis id confirmasset.

¶ Candelābrum, i, ein leuchter, ut, *Candelabrum æneum*, apud Ci-

cer. Verr. 6 c. 26. Martialis de candelabro Corinthio lib. 14 epigrammate 43, *Nomina candelæ nobis antiqua dederunt.*
Candelabrum *Lychnuchus* etiam dicitur, λυχνȣ̃χος à λύχνος, & ἔχω. *Lychnuchus pensilis*, candelabrum est de laquearibus pendens, eine crone. Dionysius Junior Siciliæ Tyrannus in Prytaneo Tarentino Candelabrum dicavit, in quo totidem succendebantur lychni, quot in anno dies. Cœl. Rhod. lib. 6 cap. 18.

CANDEO, ui, ēre; candidum esse, λευκαίνεσθαι, weiß seyn. Vt Virg. Æn. 5 v. 61, *candens vacca.* Plin. 2 cap. 18, *candens color.* Ovidius Met. 11 v. 316, *Candida de nigris, & de candentibus atra.*
¶ 2. Item esse igneum, glüen, ut, *Ferrum candens*, Ovid. Fast. 4 v. 287, ein glüend eisen, *prunæ candentes*, glüende kohlen. Cicero lib. 2 Offic. cap. 7, *Dionysius tyrannus cultros metuens tonsorios, candente carbone sibi adimebat capillum.* ¶ Transfertur & ad alia, quæ non ignescunt quidem, ut *ferrum*, & *prunæ*; fervent tamen & liquescunt admoto igne, ut, cera, sevum, & aqua. Columella lib. 7 cap. 5, *Cum tuberculum diligenter circumcideris, candens sevum vulneri per ardentem tædam instillato:* id est, liquefactum. *Aquam candentem*, idem dixit, id est fervidam, lib. 12 cap. 53, *Sues*, inquit, *mactantur, aqua candente glabrantur.* Idem de æstuosis & vapore torridis regionibus hoc verbum usurpavit. Nam lib. 1 cap. 4 sub fin. scribit: *Sunt quædam loca, quæ solstitiis minus concalescunt; sed frigoribus hiemis intolerabiliter horrent, sicut Thebas ferunt Bœotias. Sunt quæ tepent hieme, sed æstate sævissime candent, ut affirmant Euboicam Chalcidem.* ¶ *Candentior Phœbus*, Val. Flacc. 3 v. 481. Et, *candentissimum sidus*, Solinus cap. 52. Salm.
¶ Candentia, æ, candor, der glantz, der weisse schein, ut, *Candentia Lunæ*, Vitruv. lib. 9 cap. 4.
¶ Candesco, ēre, weiß, helle werden. Ovid. 6 Metam. v. 49, *solet aër*
candescere solis ab ictu.
¶ Excandescere, propriè erhitzen, brennend oder glüend werden. Cato R. R. cap. 95, *coquito sub dio. Nam si in tecto coquas, cum bitumen & sulphur additum est, excandescet.* Et de terra ardoribus exsiccata. Plinius Panegyr. cap. 30, *magna pars terrarum* [Ægypti] *alto pulvere incanduit.* ¶ Metaphorice de ira dicitur, zornig werden. Cicer. 4 Tuscul. cap. 19, *Hæc nullam habent vim, nisi irâ excanduit fortitudo.* Et absolute Cælius Ciceroni lib. 8 Famil. epist. 12, *Id postquam rescìit, excanduit, & me caussam inimicitiarum quærere clamitavit.*
¶ Excandescentia, æ, ein behender und jäher zorn. Cicer. 4 Tusc. c. 9, *Excandescentia est ira nascens.*
¶ Incandescere, entbrennen. Ovid. 12 Metam. v. 12,
accensis incanduit ignibus ara.
Idem 2 Metam. v. 729, *Balearica plumbum*
Funda jacit: volat illud & incandescit eundo.
¶ Recandescere, wieder helle werden, wieder erwarmen. Ovid. Met. lib. 1 v. 435, *Tellus Solibus æthereis altoque recanduit æstu.*
¶ Candēfacere, weiß machen, glüend machen. *Ebur atramento candefacere*, id est, nativæ formæ inducere fucum deformantem magis, quàm ornantem, ein ding, so an sich selbst schön ist, schöner machen wollen, und damit verstellen, Plauti est in Mostell. a. 1 sc. 3 v. 102.
¶ Candefactus, a, um, ut, *Lapides candefacti*, Plin. 34 cap. 8.
¶ Candificare, idem. Augustin. C. D. lib. 21 cap. 7, *lapides coquendo candificet.*
¶ Candificus, a, um, weißmachend. Apulejus Apolog. p. 277 in carmine, *pulvisculus candificus*, quo dentes fricantur, zahn-pulver.
¶ Excandefacere. Varro 3 de R. R. cap. 2, *triumphus* [Scipionis Metelli] *& collegiorum cœnæ, quæ tunc innumerabiles, excandefaciebant annonam macelli;* machten theuerung.
¶ Percandefacere. *Ignis ardore suo percandefacit terram.* Vitruv. lib. 8 cap. 3 pr.
¶ Candicare, candidum esse, weiß seyn, gläntzen. Solinus de Taprobane cap. 53 Salmas. *candicant orbiculi lapillorum.* Et participium, *Candicans e rufo*, Plin. lib. 12 cap. 13, leibfarbin. *Superne candicans*, Plin. 16 c. 23. *nivibus candicans*, Solin. cap. 63 Salm. 49.
¶ Candicantia, æ, die gläntzung. Plin. 37 c. 13, *Candicantiam fugiunt.*
¶ Candor, ōris, weisse, Virgilius 3 Æneid. v. 537,
Quatuor hîc primum omen equos in gramine vidi
Tondentes campum late candore nivali.
Et pluraliter Arnobius lib. 4 p. 141, *Vlnarum* [Junonis] *nivei marmoreique candores.* ¶ 2. Splendor: ut, *Solis candor*, Cic. 2 Nat. D. c. 15. *cæli candor*, Idem 1 Tusc. cap. 28. Sic & de formæ pulchritudine sive splendore usurpatur. Cicero pro Cœlio cap. 15, *Candor hujus te & proceritas, vultus oculique perdiderunt.* ¶ 3. Transfertur etiam ad animum, & puritatem ejus ac simplicitatem significat, aufrichtigkeit. Ovid. lib. 2 de Ponto eleg. 5 v. 5,
Candor in hoc ævo res intermortua pene.
¶ Candidus, a, um, weiß; ut, Ovid. 1 Art. am. v. 723, *Candidus in nautâ turpis color*, klare, weisse farbe. Albus color, nativus lanæ est: Candidus proprie splendens ille, & qui est ab arte. J. Lipsius Electorum lib. 1 cap. 13. ¶ 2. Purus, clarus, intemeratus; Plautus Amphitr. act. 1 sc. 3 v. 49, *Luce clara & candidâ.* Lactantius lib. 6 Instit. Divin. cap. 2, *Qui* [Deus] *ipse in usum hominis tam claram, tam candidam lucem dedit.* Cic. in Orat. cap. 16, *Purum & candidum genus dicendi.* Sed & *candidam vocem* dixit Quintilianus 11 c. 3, quæ *fuscæ* opponitur: eine reine helle stimme. Vide infra *Vox.* ¶ 3. Sæpe & formosum & pulchrum notat: Seneca Medea v. 110 de Hymenæo:
Candida thyrsigeri proles generosa Lyæi.
Idem in Oedipo v. 508, *Candida formosi venerabimur ora Lyæi.*
Horatius de puero formoso, lib. 2 epist. 2 v. 4,
Candidus & talos a vertice pulcher ad imos.
¶ 4. Transfertur & usitate ad animi puritatem & simplicitatem, ut, *Amicus candidus*, id est, sincerus, sine fuco aut malevolentiâ, ein aufrichtiger freund, der ohne falsch ist. *Lector candidus*, apud Ovid. 4 Trist. extremo: *Jure tibi grates, candide lector, ago,*
der unverdächtig ist, und unparteyisch judiciret. Idem de Ponto lib. 4 eleg. 14 v. 43, *Tam felix utinam, quam pectore candidus essem!*

¶ 5. Transfertur & ad felicitatem ac prosperitatem significandam. Tibullus lib. 1 eleg. 7 (al. 8) extr.
At tu natalis multos celebrande per annos
Candidior semper, candidiorque redi.
Et lib. 3 eleg. 6 v. 30, *Sis felix, & sint candida fata tua.*
¶ 6. Candidus est jam canus. Virg. eclog. 1 & ibi Taubm. p. 9, *Caput candidum*, ein graues häupt. Vide suprà *Albus.* ¶ 7. De Gradibus ne dubites. Præter Tibullum modo laudatum Virgil 7 eclog. v. 38, *Candidior cygnis.* Horatius 1 Satyr. 5 v. 41, *animæ, quales neque candidiores Terra tulit.* Varro de Lat. Ling. 7, 7, *sunt discrimina propter incrementum, quod majus vel minus in his esse potest. accessit declinationum genus, ut a Candido, Candidius, Candidissimum.* Vitruvius lib. 10 c. 7, & Palladius l. 4 [Martio] c. 13, *color candidissimus.*
¶ Percandidus, a, um, sehr weiß. Cels. lib. 5 cap. 9 n. 24, *percandida compositio.* Solin. c. 50 [al. 37.] *gemma percandida.*
¶ Subcandidus, a, um, aliquantum candidus, etwas weißlich. Plinius lib. 27 c. 8 & 12, *folia subcandida.*
¶ Candidulus, a, um, diminut. *Candiduli dentes*, Cicero Tusc. 5 c. 16. *Grex candidulus*, Prudent. καθ 3, 157.
¶ Candide, adverb. aufrichtig. Cœlius Ciceroni lib. 8 Famil. epist. 6, *Cavendum tibi erit, ne parum simpliciter & candide posuisse inimicitias videaris.*
¶ Candidulè, diminutiv. Arnob. lib. 2 p. 50, *qui sermonem candidule promsit.*
¶ Candido, āre, dealbare, weiß machen. Tertullianus adv. Gnosticos cap. 12 Apostoli verba Apocal. 7 exprimens: *laverunt vestimentum suum, & candidaverunt ipsum in sanguine agni.* Et Augustinus epist. 168, *albis vestibus candidatur*, scilicet baptizatus. ¶ 2. Intransitive, candidum esse. Solinus de Sardonyche cap. de Arabia: *Medietas circumitur limite candidante.* Sic edidit ex antiquo libro illustris Salmasius, ubi vulgo legitur *candicante.*
¶ Candidatus, i, apud Plaut. pro eo, qui candida veste indutus est, weiß bekleidet, Casin. act. 2 sc. 8 v. 10. ¶ 2. Hinc a toga candidâ *Candidati* dicebantur, qui magistratum & honores petebant; die um ein amt werben. Petitores enim non contenti insito lanæ colore, cretam addebant in vestem, ut candesceret, immo splenderet. Inde enim λαμπρὰν ejusmodi vestem Græci vocant; ut Polybius, cum lib. 10 cap. 4 de Scipionis petitione Ædilitatis narrat. Vbi observat etiam, Romanos in veste hujusmodi candidâ honores petiisse. Hac ergo nota discreti à vulgo, & κατ' ἐξοχὴν *Candidati* dicti. Vide Lips. lib. 1 Electorum cap. 13. Aliquando cœptum est hunc tolli morem, invalescente ambitione. Livius lib. 4 c. 25, *Placet tollendæ ambitionis caussa tribunos legem promulgare, ne cui album in vestimentum addere petitionis caussa liceret.* Sed nihil actum esse, sequentium temporum recepta consuetudo ostendit. *Candidatus prætorius, Candidatus consulatus*, id est, præturam, consulatum petens. De Candidatis Cæsaris & Principis, deque aliis, ad quæ vox ista trahitur, agit prolixe Rhodiginus 8 lect. ant. c. 16. *Candidatus eloquentiæ*, apud Quintil. pro Eloquentiæ studioso. *Philosophiæ Candidatus*, Symmachus lib. 1 ep. 41. *Candidatus gloriæ & immortalitatis*, der nach einem ewigen nahmen und ruhm trachtet, apud Plinium Panegyrico Trajani cap. 63. Similiter Tertullianus Christianos *restitutionis candidatos* adpellat lib. 2 adv. Marcion. c. 25. Et Enochum atque Eliam *æternitatis candidatos*, de Resurrect. cap. 58. *Confiteri Candidatum*, sich als einen Candidaten angeben, Suet. Aug. cap. 4.
¶ Candidatorius, a, um, ad Candidatum pertinens. Cic. lib. 1 ad Attic. ep. 1, *Nos in omni munere candidatorio fungendo summam adhibebimus diligentiam.*
¶ Incandidare, idem quod Candidare. Jul. Firmicus de Error. Relig. profanæ p. 57, *maculas Christi sanguis incandidat.*
Pro Candeo olim &
¶ *Cando, candĕre*, dictum fuisse, ex Compositis, quæ supersunt, adparet, nempe
¶ Accendo, di, sum, ĕre, anzünden; ut, *accendere ignem*, Virg. 5 Æn. v. 4. Et Cic. de Vnivers. cap. 9, *Deus ipse solem, quasi lumen accendit.* Et in Pison. cap. 2, *Ego faces jam accensas ad hujus urbis incendium, exstinxi.* ¶ 2. Ad animum transfertur, notatque incitare, commovere; ut, *accendere animum*, Curt. lib. 7 cap. 11 n. 6. *alacritatem*, Idem lib. 4 c. 2, 20. *Desiderium humoris accensum est*, id. lib. 7 c. 5 n. 7. Construitur cum AD & IN. Vellejus Paterc. lib. 1 cap. 17, *ad consequendos, quos priores ducimus, accendimur:* begierig werden. Idem lib. 2 cap. 98, *omnibus ejus gentis nationibus in arma accensis.* Silius lib. 4 v. 169, *in prælia mentes*
Accendis.
¶ Accensus, a, um, entzündet. Vt, *Tæda accensa*, Lucret. 6 v. 881. *Accensi rogi*, Virg. Æn. 11 v. 188. Translate idem quod incitatus, ut, *Accensus Furiis*, Virg. Æn. 12 v. 946. *Accensus ira & in iram*, Plin. 17 c. 4. *Accensus odio*, Id. 17 c. 1. Plura vide in *Accendo.*
¶ Accendium, i, incendium. Solinus lib. 5 [al. 11] de Sicilia: *Si adest Deus, si sacrum probatur, sarmenta licet viridia, sponte concipiunt, & nullo inflagrante halitu, ab ipso numine fit accendium.*
¶ Accensio, ōnis, in Glossis vet. reperitur: etiam diminutivum
¶ Accensiuncula, æ, quæ ἐπιληψία, ἡ νόσος, explicatur, entzündung des geblüts. Sed dubium, an ab *Accendo* deducant, nec potius ab *Accenseo*, vulgari verbo, minus tamen probato, quod nec ipsæ Glossæ habent. Tamen in iis est
¶ Accensus, ûs, substantivum, quo ἔκκαυσιν interpretantur.
¶ Accensor, ōris, ibidem exponitur βȣ́λαρχος, εἰσαγωγεὺς, hoc est impulsor, incitator, antreiber.
¶ Accensibilis, e, entzündlich. Vulg. Interpres Hebr. 12, 18, *ad accensibilem ignem.*
¶ Accendōnes, id est instigatores, Salmasius Tertulliano cap. ult. de Pallio, ex vet. lib. restituit, pro quo vulgo erant *cerdones.* Is autem lanistas ibi intelligit, qui gladiatores ad pugnam excitant; antreger.
¶ Accensus, pro ministro, quære in *Accenseo*, sub *Censeo.*
¶ Inaccensus, a, um, non accensus, unangezündet. Silius lib. 1 v. 96,
inaccensi

inaccensi flagrant altaribus ignes.

Claudianus de Raptu Proserp. lib. 1 v. 225, *pectus inaccensum Veneri* dixit, id est amoribus intactum. Vtrumque Heinsius ex vetustis libris restituit.

¶ Redaccendĕre, wieder anzünden. Tertullian. de Anima c. 30 extr. *commeatus vitæ brevior, & facilior ante exstingui, quam redaccendi.* Et Hieronymus principio epist. 6 ad Florentium: *Redaccensus est animus Hierosolymam proficiscendi.*

¶ Incendo, di, sum, ĕre, incendium facere, inflammare, anzünden, anstecken. Vt, *urbem incendere*, Cic. 3 Catil. c. 3. *Thure odoribusque incensis*, idem 6 in Verr. c. 35. *Incendere naves*, id. 9 ad Attic. ep. 6. ¶ 2. Ad animum quoque, ut Accendo, refertur. *Incendere cupiditatem, animum* alicujus, einen begierig machen. Cic. lib. 15 fam. ep. 21, *Cum incendisses cupiditatem meam consuetudinis augendæ nostræ.* Idem Attico lib. 2 ep. 16, *Si nulla res est, quæ bonorum animos vehementius possit incendere, hæc certe est.* Idem 1 Tusc. cap. 2, *Omnes incenduntur ad studia gloriâ.* Terentius Hecyr. a. 4 sc. 1 v. 47, *Incendi ira*, zornig werden. Virgilius lib. 4 Æneid. v. 360, *Desine meque tuis incendere teque querelis*, id est, commovere, incitare. Idem lib. 9 v. 500, *Illam incendentem luctus*, id est, incitantem, augentem. Qua ratione & Varro 3 de re rust. cap. 2, *annonam* dixit *incendere*, die theurung grösser machen. Vide Joseph. Scalig. in Ætn. p. 102. Et Plaut. Trin. 3, 2 v. 49, *genus suum incendere*, i. e. celebrius reddere.

¶ Incensus, a, um, angezündet, ut, *incensa urbs*, Virg. Æn. 2 v. 327. *Incensum pectus amore*, Idem 3 v. 298. *Incensus ad rempublicam bene gerendam*, Cic. de provinc. c. 14.

¶ Incensio, ōnis, der brand, die ansteckung; ut, *Annus post Capitolii incensionem vigesimus*, Cic. 3 Catil. c. 4. Idem pro Sylla cap. 11, *incensione urbem liberavi.*

¶ Incensor, ōris, nomen, anzünder, mordbrenner. Lege 16 § penult. D. de pœnis: *messium incensores*; & Paullus lib. 5 Recept. sent. tit. 20, *messium per dolum incensores.* Et metaphorice Ammianus lib. 31 cap. 25, *peremto incensore turbarum*, aufrührer.

¶ Incensè, adverb. vehementer. Gellius lib. 10 cap. 3, *Cicero odium in Verrem detestationemque apud cives Romanos incense atque acriter atque inflammanter facit.*

¶ Incensivus, a, um, entzündend. Macer de Junipero 4, 10,

Juniperi virtus est incensivaque & acris.

¶ Incendium, i, ein brand, feuersbrunst. *Incendium restinguere*, ein feuer leschen. *Incendium facere*, Cic. in parad. 4. ¶ *Incendiis cupiditatum inflammari*, idem. Pari tralatione Virgilius, *belli incendia*, dixit Æn. 1 v. 566.

¶ Incendiarius, i, ein mordbrenner. Vtuntur Quintil. Declam. 9. Tacit. 15 cap. 67. Sueton. Vitell. cap. 17. ¶ Et adjective Incendiarius, a, um, anzündend; Ammian. 20 c. 29, *Incendiaria tela.* Plin. 10 c. 13, *Incendiaria avis.* Conf. Lamprid. Commod. c. 16.

¶ Incendiosus, a, um, hitzig. Fulgentius lib. 1 Mythol. c. 15, *Solis fervor Junio Julioque mensibus incendiosior.* Apulej. de herb. cap. 58, *Folia gustu remordentia & incendiosa.*

¶ Incendefacere, pro incendere vel incendi facere Salmasius amplectitur in Trebell. Claudio c. 8.

¶ Superincendere, decompositum. Valerius Flaccus lib. 2 v. 126,

Hanc superincendit Venus.

¶ Succendere, anzünden. *Ignibus succensis torreri*, von angelegtem feuer gebraten werden, Cicer. in Pison. cap. 18. Et Lucanus lib. 6 v. 178, *flamma crines succendit.* Metaphoram eamdem recipit, quam superiora composita. Vt, *succensus amore*, Ovid. epist. 15 v. 167. *Irâ succensus*, Silius lib. 1 v. 169. Et Seneca Herc. fur. v. 779,

Lapithæque multo in bella succensi mero.

¶ Succensus, a, um, entbrannt, vide jam dicta in *Succendere.*

¶ Succensio, ōnis, anlegung des feuers. Ammianus lib. 31 cap. 1, *lavacri succensio*: quæ lege 32 Cod. Theod. de operibus publicis, *subustio* dicitur, quia ex inferiore loco lavacra calefiebant. conf. Ammian. 25 c. 18. & Tertull. de resurr. c. 12.

CANDETVM, i, genus mensuræ agrorum. *Galli Candetum appellant in areis urbanis spatium centum pedum, quasi centetum.* Isidor. 15 c. 15. & Gœsii Auct. rei agrar. p. 292.

CĂNĒPHŎRAE, arum, κανηφόροι, Virgines Cereris sacerdotes, quæ more Attico sacra in cistulis reposita ferebant. Illæ postea à statuariis & artificibus cœptæ sunt formari è marmore, ære, vel alia materia pretiosa, locarique in ædibus & atriis ornamenti caussa. Bina capite canistra sustinuisse dicuntur, quorum in altero flores, ver simulantes; in altero spicæ erant æstatem præ se ferentes. Cicero Verrina 6 c. 3, *Erant ænea præterea duo signa, non maxima, verùm eximia venustate, virginali habitu atque vestitu, quæ manibus sublatis sacra quædam more Atheniensium virginum reposita in capitibus sustinebant. Canephoræ ipsæ vocabantur.* Et in eadem cap. 8, *Tibi habe Canephoras: deorum simulacra restitue.* Symmachus lib. 1 epist. 29, *Polycleti Canephoras rudis ejus artis hominum pars magna mirata est.*

Canesco, vide *Canus.*

CANIA, æ, urticæ silvestris genus, brennessel. Plin. 21 c. 15.

CĂNĬCAE, arum, furfures de farre, a cibo canum vocatæ, kleyen, Festus & Nonius c. 2 n. 150. Lucil. 27 v. 42, *Quanti vellet, quam canicis a pulte.*

¶ Caniceus, a, um, aus kleyen gemacht. Esse *panem caniceum*, Pacuv. hunde-brod.

CANIDIA, æ, veneficæ nomen apud Horat. Epod. 3 v. 8 &c.

CANINEFAS, Caninefates, natio Gallica: coluit partem Batavorum insulæ, origine, lingua, virtute par Batavis, numero inferior, ut Tacitus describit 4 Histor. c. 17, qui & alibi sæpius meminit.

CĂNIS, is, comm. generis, animal latrans, domesticum, κύων, ein hund. *Canis venaticus*, Nepos Pelop. c. 2, ein jagt-hund. *Canes vestigatores*, κύνες ἰχνευτικοὶ, spür-hunde. *Canis pecuarius*, Columella lib. 7 cap. 12, ein hirten-hund, schaaf-hund. *Molossi canes*, Horat. lib. 2 Satyr. 6 v. 114, grosse Englische docken. *Canis villaticus*, Columell. eodem 7 cap. 12, quod integrum caput de canibus est, eorumque officiis & generibus. *Canis rabidus*, Seneca Oedipo v. 932. ein toller hund. *Canis domesticus*, ein hauß-hund, cui opponitur extrarius. Suetonius Vespasiano cap. 5, *Prandente eo quondam, canis extrarius è trivio manum humanam intulit mensaque subjecit*, ein frembder hund. *Canis armillatus*, vide *Armilla*: *Canes ad venandum*, id est, *venatici*, jagt-hunde, Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 30. Lucretius lib. 5 v. 862,

Et levisomna canum fido cum pectore corda.

Sed vide canum fidelitatis exempla egregia multa apud Plutarch. lib. de industr. animalium; Plin. lib. 39 c. 40. Cœl. Rhodig. lib. 17 cap. 28. Alex. Neapol. lib. 3 cap. 1. & Lipsium Centuriâ 1 ad Belgas epistola 44, ubi & alia plura de canibus leges. *Vitare cane pejus & angue*, spinnen-feind seyn, Horat. 1 epist. 17 v. 30. *Canem timidum vehementius latrare, quàm mordere*, proverbialiter apud Bactrianos jactatum Curtius lib. 7 c. 4 notat. Ovid. de Remedio amoris v. 421,

Parva necat morsu spatiosum vipera taurum:
A cane non magno sæpe tenetur aper.

Seneca ludo de morte Claudii: *Tam facile homines occidebat, quam canis exta edit.* ¶ 2. Vsus hujus nominis creber in conviciis est. Vt in contemtum atque spernendum apud Terent. Eun. act. 4 sc. 7 v. 33,

CH. *Diminuam ego caput tuum hodie, nisi abis.*
GN. *ain verò Canis?*

Sic David se Sauli Regi collatum *canem*, & *mortuum* quidem, ut magis extenuaret se, 1 Reg. cap. 24 v. 15 adpellat. De impuro Plautus est usus Mostell. a. 1 sc. 1 v. 40. Et plura alia vitia notata priscis hoc nomine, Romanis juxta ac Græcis, Claudius Dausquejus ad Basil. Seleuc. Oration. 20 de Chananæâ observat. Apud Græcos hoc nomine frequenter verberabantur mulieres, notante Boxhorn. ad Plaut. Casin. p. 282. ein beißhund, böses weib. ¶ 3. *Canes* etiam adpellantur accusatores delatoresque, quibus tyranni & impotentes homines ad opprimendum optimum quemque & sibi formidolosum uti solent. Seneca Consol. ad Marciam cap. 22, *Acerrimi canes, quos ille, ut sibi uni mansuetos, omnibus feros haberet, sanguine humano pascebat, circumlatrare etiam hominem, & illum imparatum incipiunt.* Quos hîc *canes*, non semel post paullo, *accusatores* sine Schemate vocat. Cicero Verrinâ 3 c. 11, *Quid? ista cohors, quorum hominum est? Volusii haruspicis, & Cornelii medici, & horum canum, quos tribunal meum vides lambere.* ¶ 4. Sic & *Maledici* & *Obtrectatores* frequenter adpellantur *Canes.* Horatius Epod. 6,

Quod immerentes hospites vexas, canis
Ignavus adversus lupos?

Suetonius Vespasiano cap. 13, *Demetrium Cynicum obvium sibi itinere post damnationem, ac neque assurgere, nec salutare se dignantem, oblatrantem etiam nescio quid, satis habuit* CANEM *adpellare.* B. Hieronymus Præfat. 1 in Job. *Quocirca audiant* canes *mei, me laborasse in hoc volumine* &c. Quos hoc in loco *canes* vocat, hos paullo ante *Obtrectatores* dixerat. Hecubam quoque canem adpellatam Græcis, *quod mala omnia ingereret, quemquem adspexerat*, Plautus auctor est Menæchm. act. 5 sc. 1 v. 16. Vid. & Vet. Juvenalis Scholiast. ad Sat. 10 v. 271. Zoilus etiam, quod idem & sophista & obtrectator omnium foret, *Canis Rhetoricus* adpellatus est, Ælian. H. V. lib. 11 cap. 10, de quo infra suo loco. ¶ 5. In lusu talorum certus etiam jactus *Canis* adpellabatur, das Eß auf dem würffel: quem qui jecisset, perdebat: unde *damnosos canes* Propertius dixit lib. 4 eleg. 9, & Persius Sat. 3 v. 49, *damnosa canicula quantum*
Raderet.

id est, illato damno minueret rem. ¶ 6. Canis & vinculi ferrei genus fuit. Vnde apud Plautum Casina act. 2 sc. 6 v. 37, *Canem ferre* est vinctum esse. Vide ibi. ¶ 7. Sidus etiam cæleste est, der hunds-stern, alio nomine *Sirius*, de quo infra. Virgil. Georg. 1 v. 218,

averso cedens Canis occidit astro.

Horat. 1 epist. 10 v. 15, *Gratior aura lenit rabiem canis.* ¶ 8. Est denique cognomen viri. Horat. 2 Sat. 2 v. 56 de Avidieno:

Cui Canis ex vero ductum cognomen adhæret.

¶ Adnotat Varro de L. L. 6 n. 3. Canes adpellatas, quod latratu signa dent & quasi canant: Item, veteres in Sing. *Canes* pro *Canis* dixisse. Lucilius lib. 1 v. 23 de littera R:

Irritata canes quod, homo quam, planiu' dicit.

Item Ennius in fragm.

Tantidem quasi fœta canes sine dentibu' latrat.

¶ Cănīnus, a, um, hündisch; ut, *dentes canini*, die spitz-zähne, vide *Dens.* *Caninus adpetitus*, βουλιμία vel κυνώδης ὄρεξις, Medicis morbus est, ein hunds-hunger. *Prandium caninum* dicitur, in quo nihil potatur vini, quippe quo carent canes, da man gänse-wein trincket. Ita proverbiale illud, quo usus est Varro, Gellius explicat lib. 13 c. 29 extremo. *Canina facundia* dicitur, cujus omnis vis in criminando & conviciando posita est, & obtrectatoribus, accusatoribus, rabulisque forensibus tribuitur: qui non agunt caussas, sed latrant: quemadmodum Cicero alibi dixit *Latrare jam oratores quosdam, non loqui.* Primùm autem sic adpellatam ab Appio, præter Sallustium, Quintilianus lib. 12 cap. 9 suadere poterit: tùm & B. Hieronymus principio epist. 94 ad Augustinum, ubi, *Incidit*, inquit, *tempus difficillimum, quando mihi tacere melius fuit, quam loqui, ita, ut nostra studia cessarent, & juxta Appium* CANINA *exerceretur* FACVNDIA. Appii autem sententiam ab Sallustio accepit Hieronymus, ut ex Lactant. lib. 6 cap. 18 adparet. Pariter Prudentius Hamartig. v. 402,

Inde canina foro latrat facundia toto.

J. Firmicus Præf. lib. 4 Mathes. *Patrocinia*, inquit, *tractantes tenuerunt nos caussarum conflictationes, & caninæ [ut ita dicam] contentionis jurgiosa certamina*: hunde-gebeisse. Columella lib. 1 præfat. *Caninum studium locupletissimum quemque allatrandi, & contra innocentes in foro latrocinium* conjungit. Hinc Petronius in fragmentis *Cerberum forensem* pro Causidico dixit.

¶ Cătŭlus, i, plur. Catuli, junge hunde. Cic. 2 Nat. D. cap. 14, *Omnia meliora in cane, quam in Catulo.* Virg. ecl. 1 v. 23, *Sic canibus catulos similes.* Fœmineum *Catula* est Eugenii Toletani Carm. 22,

At lupus & catula formant coëundo lycisoam.

¶ 2. Mul-

¶ 2. Multorum item animalium fœtus; ut, *luporum*, *leonum*, *simiarum*, *tigridum*, *vulpium*, *quin & serpentum*, *draconum*, *viperarum*, Plinius. Vide lib. 10 c. 72 & lib. 11 cap. 37 sect. Hard. 55 &c. Sic & *felis* apud Phædrum 2 fab. 5. ¶ *Aliter catuli longe olent, aliter sues*: Proverbium in diversos ac dispares, apud Plaut. Epid. act. 4 sc. 2 v. 9.
¶ Catulus etiam nomen celebrium Romanorum. Vide infra seorsim.
¶ Catellus, i, aliud diminut. Cicero Divin. 1 c. 46, *catellus mortuus*. μελιταῖα κυνίδια, *Melitæi catelli*, qui in deliciis habentur, spiel- oder schooß-hündlein.
¶ Cătŭlīnus, a, um, vom hund: ut, *Caro catulina*, apud Plin. lib. 29 c. 4.
¶ Catulire, verbum, quo pruritus canum & libido significatur, das lauffen der hunde. Varro lib. 2 cap. 9 de R. R. *Veris principio dicuntur canes catulire, id est ostendere, velle se maritari.* Ad lupam transtulit Laberius apud Nonium c. 2, *Lupa catuliens*, eine läuffige betze.
¶ Catulitio, ōnis, nomen, pruritus canum, geilheit. Plinius lib. 16 c. 25 ex sermone rusticorum ad terrâ nascentia adplicavit.
¶ Cănīcula, æ, ein hündlein, diminutivum à *Canis*, quo cum omnes etiam significationes communes habet. *Canicula* convicium in mulierem, apud Plautum est Curcul. act. 5 sc. 1 vers. ult. ¶ 2. *Post solstitium canicula exoritur*, Cic. Divin. 2 c. 44: der hundsstern. *Flagrantis atrox hora caniculæ*, Horat. 3 Od. 13 v. 9, die hunds-tage.
¶ Canicularis, e, ut, *Dies caniculares*, die hunds-tage. Sic Sidonius lib. 2 ep. 2, *Fallis clementissimo recessu inclementiam canicularem.*
¶ Căníceps, ipitis, c. genus animalis, quod faciem caninam habet, ein hunds-kopf, de quo Plinius 7 c. 2.
¶ Canicīda, æ, qui cædit canes, ein hundeschläger.
¶ Caniformis, e, gestalt wie ein hund. Prudent. Apoth. v. 195, *Caniformem latrantemque Anubem throno cæli præponere.*

CANISTIUS, i, cursor Lacedæmonius, & Philonides Alexandri M. a Sicyone Elin uno die mille & ducenta stadia cucurrerunt. Plin. 7 cap. 20.

CĂNISTRUM, i, κάναστρον, fiscella, brod-korb. Virg. Æn. 1 v. 701. de convivio Didonis:

> *Dant manibus famuli lymphas, Cereremque canistris*
> *Expediunt*, sie legen brod auf aus den körben.

Salignis canistros fieri debere virgultis, præcipit Palladius mense Novemb. cap. 17, de oleo faciendo.
¶ Canistellum, i, diminutiv. in Gloss. Cyrilli.

Canities, vide *Canus*.

CĀNIUS, i, Romanum nomen: ut C. Canius, Eques Romanus nec inficetus, nec illiteratus, locuples præterea, ut Cicero 3 de officiis c. 14 describit: ubi & refert, quam lepide is à Pythio Argentario Siculo vendendis in hortis suis deceptus sit. ¶ 2. Q. Gellii Canii Nepos in vita Attici cap. 14 & seq. meminit. Vbi rectius tamen *Canus*, ut puto, quam *Canius* legitur. Hic enim *Canus*, ut arbitror, ille est, cujus non semel Cicero Epistolis ad Atticum mentionem facit. ¶ 3. Canius Rufus, Hispanus Poëta, æqualis & amicus Martiali, cui & aliquot Epigrammatibus celebratur. ¶ 4. Alius Julius Canius sub Caligulâ fuit: à quo cùm juberetur ad supplicium duci; *Gratias*, inquit, *ago, optime Princeps.* Id autem quo sensu dixerit, explicat Seneca, ipsumque ex eo *virum imprimis magnum* vocat, de Tranquillitate animi cap. 14. Sed ibi Lipsius tamen ex MSS. *Canus* non *Canius* legendum censet.

CANNA, æ, Κάννα, rohr, schilff, arundo degenerans, secundum Columellam. Ovid. lib. 1 de remed. amor. v. 141,

> *Quàm platanus vino gaudet, quàm populus undâ,*
> *Et quàm limosa canna palustris humo:*
> *Tam Venus otia amat*, &c.

¶ 2. eine rohr-pfeiffe. Silius 7 v. 439,

> *Arguta revocans ad roscida pascua canna.*

¶ Cannula, æ, dimin. Apul. lib. 3 post principium: *parva casula cannulis temere contecta*, ein hüttgen mit schilff gedeckt. Et quia perforata canna est instar tibiæ, etiam ad alios usus *cannula* adhibetur. Martianus Capella lib. 3 sub initium: *pulvere per cannulas* [in vulnus] *illato*.
¶ Canneus, a, um, ex canna, von schilff: ut, *canneæ tegetes*, schilff-decke, flechten, apud Columell. lib. 12 cap. 50.
¶ Cannētum, i, apud Pallad. lib. 3 cap. 23, ein röhrig, rohrbusch.
¶ Canniciæ, arum, locus cannis obsitus. Innocent. edit. Goesii p. 225, *Sub se cannicias & res palustres habet.* Apud Palladium 1 tit. 13 adjective, *Canniciæ cameræ*, ex cannis factæ.

CANNĂBIS, is, fœm. Κάνναβις, & Cannabum, i, in Neutro, hanff, σχοινοστρόφον Græci vocant cannabem sativam, eo quod texendis funibus, quos σχοίνυς dicunt, sit idonea. Plinius lib. 19 cap. 9, *Vtilissima funibus cannabis.* Varro quarto casu format *cannabim*, lib. 1 de R. R. cap. 23 sub finem: At Persius *cannabe* in sexto. Satyra enim 5 v. 146, *tibi torta cannabe fulto.* Altera forma *Cannabum* ejusdem Varronis est apud Gellium lib. 17 cap. 3. *Græci*, inquit, *naves cannabo suebant, & stupa, cæterisque sativis rebus.* Palladius Februario c. 5, *Hoc mense ultimo cannabum seris.*
¶ Cannăbīnus, a, um, ut, *cannabinus funis*, ein hänffener strick, Columell. l. 6 c. 2.
¶ Cannabius, a, um, idem, apud Gratium Cyneget. v. 47. Locum ipsum adscribere integrum placuit, ut conjecturam meam super eo in gratiam illorum, qui litteris istis aliquod ponunt pretium, explicarem. Ita igitur sese habet:

> *At pauper rigui custos Alabandicus horti*
> *Cannabias nutrit silvas, quam commoda nostro*
> *Armamenta operi: gravis est tutela sed illis.*
> *Tu licet Aemonios includas retibus ursos,*
> *Tantum ne subeat vitiorum pessimus humor*
> *Ante cave.*

Nemo, puto, non videt illud; *Gravis est tutela sed illis*, turbare admodum sensum, atque difficilem reddere. Visum itaque fuit, hunc ipsum cum insequente versu locatos male, & ita trajiciendos esse, & commutandos inter se, ut præcedat posterior, inclusus parenthesi, alter vero, qui prior hactenus fuit, consequatur, ad istum modum:

> *quam commoda nostro*
> *(Tu licet Æmonios includas retibus ursos,*
> *Armamenta operi: gravis est tutela sed illis* &c.

Dicit optimum cannabum apud Alabandas Cariæ nasci: indeque firmissima retia (licet ursos ipsos, valentissimas bestias, illis includere velis) fieri. Hæc ipsa tamen varie corrumpi: quo fieri, ut gravis eorum tutela sit: hoc est, ut sarta tectaque custodire difficile sit. Cæterùm nulla re magis vitiari, quam humore, &c. Sane ad istum modum optime, & commodissimè expediri sensus potest, ut mihi quidem videbatur. Judicet lector eruditus.
¶ Cannabētum, i, locus cannabe consitus, hanff-land. Vet. Inscriptio apud Gruter. f. 896 n. 14, VSQ. AD CANNABETVM HVIC AREAE CEDET.

Cannacus, vide infra *Nannacus*.

CANNAE, arum, vicus Apuliæ ignobilis, sed Romanorum clade, hoc est, quinquaginta millibus ab Hannibale cæsis, clarus. Florus lib. 2 cap. 6, Vbi *Capuam Annibali Cannas fuisse*, oppido scite etiam dixit, vide Plin. 15, 18.
¶ Cannensis, e, ut, *pugna Cannensis*, anno tertio secundi belli Punici ad *Cannas* pugnata, Nep. 23 cap. 5 n. 4. quam Cicero de clar. orat. c. 3, *Cannensem calamitatem* vocat.

CĂNO, cecini, cantum, canere, proprie est voce modulari, cantare, singen. *Mihi cane & Musis*, Antigenidas discipulo suo magni profectus, sed parùm feliciter populo se adprobanti dixit apud Valer. Max. lib. 3 c. 7. *Cantilenam eamdem canere*, Terent. Phorm. a. 3 sc. 2. v. 10, est idem sæpius cum molestia inculcare, immer einerley vorbringen. *Laudes heroum ac deorum ad citharam canebantur*, Quintil. 1 c. 10, in die harffe singen. *Canere ad tibiam*, Cic. Tusc. 4 c. 2. *Canere fidibus*, ibid. lib. 1 c. 2, auf säiten spielen. *Classicum canere*, Cæsar 3 Civ. cap. 82, lerm blasen. *Receptui canere*, zum abmarsch blasen. Cicero in Philipp. 12 cap. 3 extremo: *Quis enim, revocante & receptui canente Senatu, properet dimicare?* Proverbiale est, *Canere ad myrtum*, bey den gemeinen liedern bleiben, quod in conviviis ii facere cogebantur, qui citharæ & musices ignari essent: vide Erasm. Chiliad. *Canere palinodiam*, παλινῳδεῖν, wiederruffen, einen wiederruff thun. *Intus canere*, quid sit, ita Asconius explicat Orat. Ciceron. in Verrem de prætura Vrbis: *Cum canunt*, inquit, *citharistæ, utriusque manus funguntur officio. Dextra plectro utitur: & hoc est* FORIS CANERE. *Sinistra digitis chordas carpit: & hoc est* INTUS CANERE. Apul. lib. 3 Florid. *Qui pueris, adolescentibus & senibus utile carmen prompturus est, is in mediis millibus hominum canat.* Sed *sibi canere* dicitur, qui non ad alienum arbitrium facit quidpiam, sed animo obsequens suo. *Haut canit paternas cantiones*, de eo dicitur, qui à paternis moribus degenerat. ¶ 2. Sæpe hoc verbum Poëtæ sibi vindicant: Virg. ecloga 6 v. 3,

> *Cum canerem Reges & prælia, Cynthius aurem*
> *Vellit, & admonuit.*

Idem principio Æneidos: *Arma virumque cano* &c. Præcipue autem *canere* seu *cantare* dicuntur, cum in fabulis versantur. Juvenalis Sat. 4 v. 34,

> *Incipe Calliope, licet hic considere. Non est*
> *Cantandum, res vera agitur. Narrate puellæ*
> *Pierides.*

Vbi *Cantare*, fabulas conserere: *narrare*, res veras exponere, est.
¶ 3. Tribuitur & vatibus oraculisque, & nihil aliud est, quàm futura prædicere, vaticinari. Virgilius 2 Æneid. v. 124,

> *mihi jam multi crudele canebant*
> *Artificis scelus.*

Cic. 3 in Catil. c. 8, *Fulminum jactus, terræ motus, cæteraque, quæ ita multa nobis Consulibus, facta sunt, ut hæc, quæ nunc fiunt, canere Dii inmortales viderentur.* Nepos in vitâ Attici c. 16, *Non enim Cicero ea solum, quæ vivo se acciderunt, futura prædixit; sed &, quæ nunc usu veniunt, cecinit, ut vates.* Livius lib. 1 cap. 7, *Te mihi mater veridica, interpres Deûm, auctorum cælestium numerum cecinit.* Itaque hoc verbo Tacitus, Florus & alii usi. ¶ 4. Et inde, qui sanctas & venerabiles res atque divinas docendo proponunt, augustiore veluti verbo, *Canere* dicuntur, non *Dicere*. Ita Boëthius cùm lib. 3 in finem usque disputationem Philosophiæ de DEO & ejus bonitate retulisset, quartum his verbis auspicatur: *Hæc cùm Philosophia leniter suaviterque cecinisset* &c. Plutarchus de Animæ procreatione è Timæo: Βέλτιον ἦν Πλάτωνι πειθομένυς, τὸν μὲν κόσμον ὑπὸ Θεῦ γεγονέναι λέγειν καὶ ᾄδειν: *Præstat itaque Platonis sequi sententiam atque hæc dicere & canere, mundum à DEO esse factum.* ¶ 5. *Canere* etiam sive *Cantare* recitatores seu declamatores dicebantur, propter fractum pronunciationis genus, & histrionales, quos exprimebant, modos: quibus fiebat, ut orationes illæ cantari saltarique, iisque ad cantica non nisi cymbala tympanaque viderentur deesse: ut istud vitii genus Plinius lib. 2 epist. 14, & auctor Dialogi de caussis corruptæ Eloquentiæ cap. 26 perstringunt; de quo & Lucianus Ῥητόρων διδασκάλῳ, nec non Cresollius lib. 3 Theatri Rhetor. cap. 18 legi possunt. Juvenalis Sat. 10 v. 178,

> *madidis cantat quæ Sostratus alis.*

Sostratus enim ibi Declamator est, non Poëta, ut vetus Scholiastes interpretatur. ¶ 6. De cantu denique avium accipitur. Terent. Phorm. 4, 4 v. 27, *Gallina cecinit*, die henne hat gekrehet wie ein hahn, id quod pro signo inauspicato habebatur.
¶ Cantio, ōnis, ein gesang. Plaut. Stich. act. 5 sc. 5 v. 19, *lepida & suavis cantio.* Ita Lambin. edidit: Taubm. & Operarius *cantatio*. Apul. lib. 2 Florid. *Corvus & psittacus nihil aliud, quam quod didicerunt, pronunciant. Si convicia docueris; conviciabitur, diebus ac noctibus perstrepens maledictis, hoc illi carmen est, hanc putat cantionem. Vbi omnia quæ didicit maledicta percensuit, denuò repetit eamdem cantilenam.* ¶ 2. Venefica cantatio, zauberey. Cicero de clar. orat. c p. 60, *veneficiis & cantionibus Titiniæ factum esse.*
¶ Cantiuncŭla, æ, diminut. Cicero de Fin. lib. 5 cap. 18, *si cantiunculis tantus vir irretitus teneretur.* De Sirenibus loquitur.

¶ Can-

¶ Cantilēna, æ, ein lied. Cic. ad Att. lib. 1 epist. 19, *Ita tamen novis amicitiis implicati sumus, ut crebrò mihi vafer ille Siculus insusurret Epicharmus cantilenam illam suam*, νᾶφε καὶ μέμνησο ἀπιστεῖν, &c. ¶ *Cantilenas librorum* pro ineptiis & nugis Hieronymus epist. 53 extr. dixit: ad nutricum, & præficarum nugatoria cantica respiciens. Vide infra in *Nenia*.

¶ Cantilenosus, a, um, metricus, ad musicam compositus, musicalisch. Sidonius lib. 3 ep. ult. *Poëtarum stilo cantilenosæ nugæ*. Et lib. 4 epist. 1, *Si quid Lyricus cantilenosum condidit*.

¶ Canticum, i, ein lied, gesang, & speciatim ein buler-lied. Volunt enim cantionem esse lascivam. Præcipue vero recitationes Comœdorum Tragœdorumque sic vocabantur; quod ad modos musicos canerentur, ut Donatus Prolegom. in Terentium monet. Vide infra *Diverbium* in *Verbum*. Ex eo & ipsi actores & Histriones, *cantores*, dicti, de quo paullo post. Suetonius Nerone cap. 39, *Datus Atellanorum histrio in cantico quodam*, ὑγίαινε πάτερ. Idem Galba cap. 13, *Siquidem Atellani notissimum canticum exorsis* &c. Vide Diomedem lib. 3 de Orat. & ejus partibus: & Scalig. in V. Manilii. Quem contra tamen Salmasius ad Vopiscum disputat, & *Cantores* de Tragœdis tantum accipit: eoque *Cantica* etiam refert. Quamquam Suetonius eadem & Atellanis tribuat, allegatis duobus & Nerone, & Galbâ locis. Cantica proprie histrionum fuisse, inde etiam patet, quod Livius illorum originem describens, lib. 7 c. 2 histrionem *canticum egisse* ostendit. Vide mox *Cantor*.

¶ Cantus, us, ein lobgesang. Cic. de Legibus lib. 3 cap. 14, *Plato ait, musicorum cantibus mutatis mutari civitatum status*. Apul. lib. 2 Florid. *Natura quibusdam avibus brevem & temporarium cantum commodavit: hirundinibus matutinum: cicadis meridianum, noctuis serum, ululis vespertinum, bubonibus nocturnum, gallis antelucanum.*

¶ Canticŭlus, i, idem. Septimius Afer apud Terentianum:

Pinea brachia cum trepidant,
Audio canticulum Zephyri.

¶ Cantor, ōris, ein sänger, singer. Horat. lib. 1 Satyra 3 principio:

Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos
Vt nunquam inducant animum cantare rogati,
Injussi nunquam desistant.

¶ 2. Cantor pro histrione & actore comico, ein comödiante. Horat. ad Pisones v. 155, *Donec cantor, vos plaudite, dicat.*
Sane illud *Plaudite* non ad Tragœdias, sed verè Comœdias pertinet. Eodem sensu usurpat Suetonius Caligulâ cap. 54, *Aliorum generum artes studiosissime exercebat. Thrax, & auriga, idem cantor atque saltator*. Singulos gestus heroum, eosque cum canticis reddebant histriones, ut laudes ita attollerent. vide Livium lib. 7 c. 2, ubi rem ab origine habes.

¶ Cantrix, īcis, eine sängerin, Plaut. Trin. 1, 1 v. 23. *Cantrices aves*, apud Varr. lib. 3 de Re R. c. 5. Et Tertullianus 3 adv. Marcion. c. 5, *monstrosæ fabulosæque cantrices Sirenes*.

¶ Cănor, ōris, consonantia, ein lieblicher laut, ein getöhne. Ovidius lib. 3 de arte amandi v. 315,

Res est blanda canor: discant cantare puellæ.

Idem 5 Metamorph. v. 561,

Ne tamen ille canor mulcendas natus ad aures &c.

¶ Cănōrus, a, um, wohlsingend, wohlstimmend. Cic. de Cl. Orat. c. 56, *Vox suavis & canora*. Sic *aves canoræ*, Virg. 2 Georg. v. 328. *fides canoræ*, wohlklingende säiten, id. Æn. 6 v. 120.

¶ Canto, avi, atum, are, singen: ut, Virg. eclog. 10 v. 32,

soli cantare periti
Arcades.

Nepos Epamin. c. 2, *cantare ad chordarum sonum*, ins säiten-spiel singen. *Carmina cantare tibiis*, ibidem. *Ante fores alicujus cantare*, ein ständgen machen, Pers. Sat. 5 v. 166. ¶ 2. Sæpe dicere, offt vorsagen. Terent. Heaut. act. 2 sc. 1 v. 19, *Qui harum mores cantabat mihi*, h. e. sæpius mihi inculcabat. Plautus Trinum. act. 2 sc. 2 v. 10, *Hæc dies noctesque tibi canto, ut caveas*, & v. 68, *Sed civi immunifico scis quid cantari solet?* id est, vulgo & ore omnium subinde objici. ¶ 3. *Cantare* etiam pro *incantare*, sive *excantare*, i. e. magicis carminibus obligare, ponitur, beschweren, bezaubern, Virgil. Ecl. 8 v. 71,

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

¶ Cantatus, a, um, besungen, belobt. Martial. 7 Epigr. 13, *Amica cantata*. Idem 9 Epigr. 50, *Toga cantata*. Item, gehext, bezaubert. Propert. 4 Eleg. 5 v. 13, *Audax cantatæ leges imponere lunæ.*
Seneca Medeâ v. 729, *At hujus ungue secta cantato seges.*
Ovid. epist. 6 Heroid. v. 84,

Diraque cantatâ pabula falce metit.

Canta etiam pro *Cantata* posuisse veteres, testatur Festus.

¶ Cantabilis, e, das man singen kan. Vulg. Interpr. Ps. 118 v. 54.

¶ Cantāmen, ĭnis, zauber-lied. Propert. lib. 4 eleg. 4 v. 51,

O utinam magicæ nossem cantamina Musæ.

Et Prudentius lib. 2 adv. Symmach. v. 176,

Longævam perimam magico cantamine matrem.

Vterque sic alterâ incantandi notione, quam in *cantare* modo observavimus, accepit *cantamen*.

¶ Cantatus, ûs, aliud nomen. Alcimus Avitus lib. 5 Carm. v. 157 de plaga Ægyptiaca: *Ranarum fœdis texit cantatibus urbes.*

¶ Cantator, ōris, idem qui cantor. Martialis 13 epigr. 77,

Cantator cycnus funeris ipse sui.

¶ Cantatrix, īcis, sängerin. Claudianus B. Gildon. v. 448,

Imploret citharas cantatricesque choreas.

¶ 2. Ex incantandi significatione Apulejus sub finem lib. 2 Metam. *cantatrices anus*, alte hexen.

¶ Cantitare, aliud frequentativum, offt, viel singen. Cic. de Clar. Orat. cap. 19, *Vtinam exstarent illa carmina, quæ multis sæclis ante suam ætatem in epulis esse cantitata à singulis convivis de clarorum virorum laudibus, in Originibus scriptum reliquit Cato.*

¶ Cantillare, submisse canere, leiß und melich singen. Apulejus lib. 4, *Clamore ludunt, strepitu cantillant.*

¶ Canturio, ire, gern singen. Festus in Dagnades: *Dagnades*, inquit, *sunt avium genus, quas Ægyptii inter potandum cum coronis devincire soliti sunt, quæ vellicando morsicandoque & canturiendo assiduè non patiuntur dormire potantes*. Adde Scalig. ibi. Vetus Gloss. Cyrilli: *Canturit*, ψιθυρίζει.

¶ Tricinium, trium vocum cantio. Symmachus lib. 1 epist. 47 [Juret. 41] *suada Circæ pocula, & tricinium semivolucrum puellarum*, hoc est Sirenum.

¶ Sunt alia cum Nominibus composita, sed in prioribus illorum membris quærenda: ut

Cicuticen, in *Cicuta*: Docticanus, in *Doceo*: Gallicinium, in *Gallus*: Liticen, in *Lituus*: Psalmicanus & Psalmicen, in *Psallo*: Siticen, in *Situs*: Tibicen & Tibicinium, in *Tibia*: Vaticinium in *Vates*. Nos his persequimur cum Præpositione Composita; & quidem

I. Composita à *Cano* cum verbalibus:

¶ Accĭno, ĕre, anstimmen. Unde

¶ Accentus, ûs, legitima pronunciatio est, vel pronunciandi ratio, quâ Syllaba vel attollitur, vel deprimitur: suntque numero tres, acutus, gravis, & circumflexus, der thon oder accent eines worts. Vide Diomedem lib. 2 cap. de Accentibus. Ciceroni in Oratore cap. 17 extr. *sonus vocis* vocatur, itidem tripliciter distinctus. *Mira*, inquit, *est quædam natura vocis, cujus quidem è tribus omnino sonis, inflexo, acuto, gravi tanta sit & tam suavis varietas perfecta in cantibus*. Hac voce magis proprie videtur Ammianus usus lib. 16 cap. 12 secundum Valesium: aut c. 29 ed. Gruter. *Ahenatorum accentu signo dato*. Ita Valesius: at *occentu* Lindebrogius.

¶ Accentiuncula, æ, Gellius 13 cap. 6 dixit.

¶ Accentor, ōris, mitsinger, vide apud Isidorum mox in *Incentor*.

¶ Concĭnĕre, singen, zusammen singen. Cic. 1 Tusc. 44, *Hæc pressis & flebilibus modis concinuntur*. ¶ 2. Vsurpatur & de voluntate ac animo consentientibus invicem, die einig sind, und miteinander übereinstimmen. Festus: CONCINERE, *convenire est*. Cicero 1 de Nat. Deor. cap. 7, *Antiocho enim Stoici cum Peripateticis re concinere videntur, verbis discrepare*. Minutius Felix Octavio: *Cùm & ipse tanto nostri semper amore flagraverit, ut in ludicris & seriis pari mecum voluntate concineret.*

¶ Concinentia, æ, die zusammenstimmung. Martianus Capella lib. 3 de mutis litteris extr. *sub oris concinentia*. Et lib. 9 post tertium carmen, *omnium modorum concinentiam personabat*. ¶ 2. pro symmetria, qua partes omnes inter se concinunt, & quadam modulatione respondent, legitur apud Macrob. Somn. Scip. cap. 2 extr. & cap. 3 pr.

¶ Concentus, us, diversarum modulatio vocum, gesang, gleichförmigkeit, einigkeit. Cic. in Offic. lib. 1 cap. 14 extr. *Major & melior actionum, quam sonorum concentus est*, übereinstimmung. Idem lib. 3 cap. 6 de Orat. *Omnium doctrinarum quasi consensus concentusque*. Horat. 1 epist. 14 v. 31,

Nunc age quid nostrum concentum dividat, audi.

¶ Concentio, idem. Apulej. de Mundo: *Divina mens mundanas varietates ad instar unius concentionis relevat*. Ipse Cic. pro Sext. c. 55, *Caterva tota clarissima concentione concionata est.*

¶ Incĭnere, anblasen, singen. Propert. lib. 2 eleg. 22,

varios incinit ore modos.

Sic *Tibicen incinit*, apud Gellium legitur lib. 1 cap. 11.

¶ Incentor, ōris, cantor, qui incinit, Isidor. 6, 19, *Tres gradus sunt in cantando, primus succentoris, secundus incentoris, tertius accentoris*. ¶ 2. Pro auctore apud Paullinum Natali Felicis 4, *Carminis incentor Christus mihi*. Et apud eumdem epist. 29 n. 8, *incentor potius, quam consolator lacrymarum*. Ambrosius lib. 5 epist. 35, *Referebam in meo jure esse, ut non excitarem DEI manus ut mitigaret. Postremo si me incentorem putarent, jam in me vindicari oportere*. Et Ammianus principio lib. 15, *igneus turbarum incentor*, ein lärmen-bläser, urheber. Adde Symmach. lib. 5 ep. 32, & Oros. lib. 5 c. 20.

¶ Incentio, ōnis, anstimmung; ut, *incentiones tibiarum*. Item, *Incentionibus herbarumque succis facere medelarum miracula*, Gell. 16 c. 11. Vbi pro incantamentis positum est, zauberey-lieder.

¶ Incentīvus, a, um, anreitzend, ansteckend; ut, *Tibia incentiva*, Varro lib. 1 de Re Rust. c. 2. *Lues incentiva*, Prudent. Hamartig. 250. Hinc &

¶ Incentīvum, i, pro stimulo, eine anreitzung. Panegyr. dicto Constantino, Constantii F. c. 1, *Spartanæ tibiæ incentivum aliquod feruntur habuisse*. Frequens vox sequioris ævi scriptoribus. Prudentius Apotheos. v. 929, *incentivum peccaminis*. Et Hieronymus epist. 2 Nepotian. *incentiva vitiorum*. Ammianus lib. 14 c. 1, *cujus acerbitati uxor grave accesserat incentivum.*

¶ Intercinere, dazwischen singen, oder mit zusingen. Horatius de Arte Poët. v. 194, *Neu quid medios intercinat actus.*

¶ Occănĕre & Occĭnĕre, entgegen singen. Livius 6 cap. 41, *si occinuerit avis*. Sallustius lib. 1 Hist. *Jussu Metelli cornicines occanuère*, apud Priscian. lib. 10 pag. 898 ed. Putsch. qui hanc formam per A defendit æque, ac alteram per I. Tacit. Ann. 2, 81, 2, *Sentius occanere cornua tubasque jussit.*

¶ Occentus, ûs, der gesang. Val. Max. 1, 1, 5, *Occentus soricis auditus*. Ammianus lib. 16 cap. 12 pr. *Super occentu soricis peritum consulere*. Et cap. 19 de cujus diversa lectione supra in *Accentus* monuimus. At priore loco, jam indicato (*occentu soricis*) constans librorum scriptura est.

¶ Occentare, frequentativo usus est Plautus Mercat. act. 2 sc. 3 v. 73 ut, *Occentare ostium*, id est, convitium dicere ante ostium. *Bubo occentans funebria*, apud Ammian. 30 cap. 21.

¶ Præcĭnĕre, vorsingen. Cic. Tusc. 4 c. 2, *epulis fides præcinunt.*

¶ Præcănĕre, prophezeyen. Sic scripsit Tertullianus lib. 4 advers. Marc. cap. 40, *Hieremias præcanit*. Et adv. Judæos cap. 10, *Moyses præcanebat*, &c.

¶ Præcentio, ōnis, est vocum illa modulatio, quæ ante initium cantus fieri solet, quasi præludium. Cic. Arusp. Resp. c. 10. Gellius 1 c. 11.

¶ Præ-

¶ Præcentor, ŏris, vorsänger. Apulejus de Mundo sub finem: *Quod præcentor in choris, lex in urbe, dux in exercitu: hoc est in Mundo Deus.*

¶ Præcentorius, a, um: ut, *Præcentoria tibia*, Solin. cap. de Sicilia [Salmas. cap. 5 al. 11.]

¶ Præcantrix, vide in *Præcantatrix*, in Compositis ex *Canto.*

¶ Recĭnĕre, hersingen, nachsingen. Horat. lib. 1 epist. 1 v. 53,

O cives, cives, quærenda pecunia primùm est,
Virtus post nummos, &c.
Hæc recinunt juvenes dictata senesque.

¶ Scribitur etiam *Recanere* prima vocali. Plinius lib. 10 cap. 33 sub fin. *ut recanat revocetque.*

¶ Succinere, est canendo invicem respondere, auf einander singen, nachsingen. Horat. lib. 1 epist. 17 v. 46,

Indotata mihi soror est, paupercula mater,
Et fundus nec vendibilis, nec pascere firmus,
Qui dicit: clamat, victum date: succinit alter,
Et mihi dividuo findetur munere quadra.

¶ Succentor, ŏris, anfänger des lieds. Ammianus lib. 19 cap. 28, *Paullo succentore fabularum crudelium:* ubi idem est ac incentor & impulsor, ut tamen ad cantum fabularum alludatur. Vid. supra locus Isidori in *Incentor.*

¶ Succentīvus, a, um, einstimmig; ut, *Tibia ejusdem carminis succentiva*, Varro de re rust. 1 c. 2.

II. Composita ex frequentativo *Cantare.*

¶ Adcanto, are, accinere, cantare ad vel apud aliquid. Statius 4 Silv. 4 v. 35, *magni, tumulis adcanto magistri.*

¶ 2. Accento, are, einen accent machen, est in Gloss. gr. lat. τονίζω, *accento.*

¶ Antecantamentum, i, cantio solennioribus præmissa, präambel. Apulejus lib. 11 Metam. *Inter majorum antecantamenta votorum ibant & dicati magno Serapi tibicines.* Ita Jul. Flor. p. 370, cum Stewechio: & Elmenhorstius etiam *antecantamenta*, quamvis aliter in cæteris distinguat: Pricæus vero p. 245 *antecantamina*, quæ si vera lectio est, ejus auctoritate & alteram formam adponimus

¶ Antecantamen, inis; idem quod antecantamentum, quod vide.

¶ Decantare, ausruffen; Cic. 2 de Orat. cap. 17, *Nec mihi opus est Græco aliquo doctore, qui mihi pervulgata præcepta decantet.* ¶ 2. Absingen, finire cantum. Cic. 3 Tusc. cap. 22, *Sed & jam decantaverant fortasse.* Vid. Index Apulejanus Elmenhorst.

¶ Decantatus, a, um, besungen, item bezaubert. Apulejus lib. 3 Miles. p. 138, *At ego nullo decantatus carmine.*

¶ Excantare, bezaubern, beschweren, &

¶ Excantatus, a, um, bezaubert, beschworen. Nam veneficia & magicæ artes per carmina sive cantica ut plurimum exercebantur. Horat. Epod. 5 v. 45, *Quæ sidera excantata voce Thessala*
Lunamque cælo deripit.

Lucanus lib. 9 v. 931, *pestis Excantata fugit.* Et Plautus fragmento ex Bacchid. *Tu quidem cuivis excantare cor facile potes*, apud Nonium Marcellum. Adde ex XII Tabulis in *Incantare.*

¶ Incantare, idem quod excantare. Plin. 28, 2 ex XII tabularum legibus: *Qui fruges excantasset*; & alibi: *qui malum carmen incantasset.* Horatius 1 Satyr. 8 v. 49, *incantata vincula.*

¶ Incantatio, ŏnis, zauberey. Tertullian. lib. 1 cap. 2 de cultu fœminar. *Incantationum vires provulgaverant.* Firmicus lib. 5 Astrol. cap. 5 n. 4, *magicas insequentur incantationes.*

¶ Incantamentum, i, veneficium, zauberey. Plin. lib. 28 cap. 2 pr. *Quæstionis incertæ est, valeantque aliquid verba & incantamenta carminum.*

¶ Præcantare, ut Præcinere, vorsingen. Ab hoc verbo Partic. *præcantatus* reliquum apud Petronium est p. 179, sed in incantandi notione. De anicula enim agit virilitatem carminibus restituente.

¶ Præcantatio, ŏnis, zauberey. Quintilian. Declam. 14, *Virus diris carminibus & feralium præcantationum terrore permistum.* Solinus cap. de Africa: *herba præcantationibus legitimis consecrata.*

¶ Præcantator, ŏris, ein hexen-meister, zauberer, qui suis incantamentis mala ab hominibus amoliri posse creditur. vid. Gronovii Observ. p. 94. Hinc

¶ Præcantatrix, īcis, eine hexe, zauberin. Plautus Mil. a. 3 sc. 1 v. 99 conjungit conjectrici, aruspicæ. Has *præcantrices* vocat Varro apud Nonium.

¶ Recantare: παλινῳδεῖν: quod est, non *iterum cantare*: sed *contrarium canere*, widerruffen: exempli caussa, cum quis pro conviciis atque opprobriis congestis in aliquem, contrarias laudes eidem rependit. Cujusmodi Palinodias exemplum Horatius nobis reliquit fine Epod. Idem lib. 1 Carm. od. 16, *dum mihi*
Fias recantatis amica
Opprobriis, animumque reddas.

¶ 2. *Recantare* in veneficiis, est solvere aliis carminibus, quæ obligaveris excantando ante, das bezauberte auflösen. Ovidius lib. 1 de Remedio amoris v. 260, *Nulla recantatas deponent pectora curas:*
Nec fugiet vivo sulphure victus amor.

Significat enim, amorem suum neque carminibus magicis, neque ullis expiationum ritibus exstinguendum. ¶ 3. Interdum idem est ac repetere, wiederholen, nachsprechen. Martial. 2 epigr. 86, *Carmen, nusquam Græcula quod recantat Echo.*

¶ Recantatus, a, um, wiederruffen, jam adfuit in *Recantare.*

Canōbus, vide post *Canon* in *Canopus*, quod idem est.

CĂNON, ŏnis, κανὼν, regula, richtschnur, lineal. Plin. 34 cap. 8, *Fecit & quem canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut à lege quadam.* Cic. 16 fam. epist. 17, *Heus tu, qui canon esse meorum scriptorum soles.* ¶ 2. Erat & pensitationis annuæ & ordinariæ genus, quod in frumento & oleo persolvebatur, steur, zinse. De quo Asconius Divin. in Verr. & de Præt. Vrbana legatur. Spartianus in Severo c. 8, *Rei frumentariæ ita consuluit, ut excedens vitâ septem annorum canonem P. R. relinqueret.* Et sub finem: *Moriens septem annorum canonem, ita ut quotidiana septuaginta millia modiorum expendi possent, reliquit; olei verò tantum, ut per quinquennium non solùm Vrbis usibus, sed & totius Italiæ, quæ oleo indigeret, sufficeret.* ¶ 3. Certum quoque modium numerumque frumenti, quo opus esset ad alendam urbem aliquam per annuum usum, *Canonem*, dictum: & ita *Canonem Vrbis Romæ*, apud JCtos inveniri, Lipsius lib. 1 Electorum cap. 8 observat. Vide Codicem tit. de Canone frumentario Vrbis Romæ. ¶ 4. *Canon* etiam videtur dici dimensum diurnum servorum, sive cibus in unum diem, hoc est *Diarium*, ut alias adpellatur. Salvianus lib. 4 de Gub. Dei: *Servi si fures sunt, ad furandum forsitan egestate coguntur: quia etiamsi eis stipendia usitata præstentur, consuetudini hæc magis, quàm sufficientiæ satisfaciunt: & ita implent Canonem, quod non explent satietatem.* Vid. de hujus vocis significatione Architectonicâ, usu in aliis negotiis, & acceptione Ecclesiasticâ C. Ziegler. diss. de Orig. & increment. Jur. Canon. p. 1 & 2. ¶ 5. *Canon* Theologis dicitur verbum Dei, tanquam norma fidei & morum. ¶ 6. *Canon* etiam ecclesiastice & philosophice præceptum quodvis dicitur, ideo propositum, ut secundum illud statuatur atque agatur.

¶ Canonicus, a, um: ut, *Canonica Mathematicorum ratio*, apud Vitruvium lib. 5 cap. 3. Etiam Plinius 2 cap. 17, *ratio canonica fallit.* ¶ 2. Ex notione Canonis frumentarii *canonicum* est, quod ad annuam illam pensitationem pertinet. Vt, *indictio canonica*, Lege 4 Cod. de prox. sacr. scrin. Et *canonicæ pensitationes*, Lege 2 Cod. de lucr. advocator. ¶ 3. In Ecclesia *Canonici* dicuntur Clerici, non quod sub Canone, seu regulâ viverent, sed quod in Canone Ecclesiæ, sive catalogo essent adscripti, Dom-herren. Canonicorum Collegium, das Dom-capitul. Vide plura apud Salmasium de Cæsarie & Comâ p. 432 & seqq. Höpfnerum in Saxon. Evangel. p. 597 seqq. Himmelium pecul. Tract. ¶ 4. *Canonici* scripturæ sacræ libri sunt Theologis, qui canonem constituunt. Fulgent. cont. Arianos p. 72, *Scriptura canonica.* ¶ 5. *Canonicum jus* vulgo vocatur, das geistliche recht, quemadmodum jus civile, das weltliche.

¶ Canonice, es, κανονικὴ, ars metrica, apud Gell. 16 c. 18.

¶ Canonicarii JCtis sunt, qui principis nomine ac mandato canonem exigebant, steuer-einnehmer, leg. 9 Cod. de exact. tribut.

¶ Canonisatio, ŏnis, vox barbara, qua receptionem in numerum sanctorum exprimunt.

CĂNŌPUS, i, sive *Canōbus*, nomen insulæ oppidique Ægypti. Adpellatio à *Canobo* Spartano, Menelai Regis gubernatore, morsu serpentis ibi extincto, ut Strabo, Eustathiusque Dionysii Scholiastes, nec non Plinius lib. 5 cap. 31, & Tacitus 2 Annal. cap. 60 referunt. Juvenalis Sat. 15 v. 46, *Barbara famoso non cedit turba Canopo.*

Famosum canopum ob profligatam luxuriam vocat, qua populus ille male audiebat. Est illa parte fertilissima Ægyptus: quo illud Virgilii pertinet Georg. 4 v. 287, *Pellæi gens fortunata Canopi.*

Ex ea abundantia igitur lascivia & voluptatis studia sine modo vigebant: qua de caussa latinus Pacatus Theodosii panegyr. cap. 33, *mollem Canopum*; & *lascivire Canopi oram*, Statius Propemptico Metii Celeris v. 111 dixit, quod lib. 3 Silvarum legitur. Vide Strabonem lib. 17, & Senecam epist. 51. ¶ 2. Ab eo quoque *Canobus*, sive *Canopus, sidus ingens atque clarissimum*, ut Plinius adpellat, quod ibi, & in Taprobane conspicitur, adpellatum; quod Proclus in summo gubernaculo Argus navis collocat. Vide Eustathium ad Dionysium, & Plinium lib. 6 c. 22.

¶ Cănōbĭcus, & Cănōpĭcus, a, um: ut, *Ostium Nili Canopicum*, apud Plinium lib. 5 cap. 10 & Geographos.

Canor, Canorus, vide *Cano.*

CANTĂBER, bri, Hispaniæ Tarraconensis populus: ut, *Cantaber bellicosus*, Horat. 2 Od. 11 v. 1. Juvenalis Sat. 15 v. 108,
Pro vitâ facienda putat, sed Cantaber unde?

¶ Cantābrĭcus, a, um: ut, *Bellum Cantabricum*, Horat. 1 epist. 18 v. 55,
Militiam puer & Cantabrica bella tulisti.

¶ Cantabrica, æ, herba a Cantabris reperta, Plin. 25 c. 8.

CANTĂBRUM, i, pro furfure apud Apicium & Cælium Aurelianum observavit Turnebus lib. 15 Adversar. cap. 16. Adpellationem alii derivant à Cantabrorum gente; quod furfuraceus panis captivis Cantabris præberi solitus odio gentis, quæ tamdiu exercuisset Romanos; vel quod Cantabri, durum & asperum genus, hujusmodi furfuraceo & sordido pane usi sint. Alii *Cantabrum* à caninis pultibus, quasi *Canabrum* dictum volunt: vide Laurentium Pignorium de Servis pag. 258 seqq. & Reines. 2 Var. c. 14. Juvenalis Sat. 5 v. 9,
tantine injuria cænæ?
Tam jejuna fames? cum possit honestius illic
Et tremere, & sordes farris mordere canini.

Vbi Vetus Scholiastes: FARRIS CANINI: *Cantabri*, inquit, *panis sordidus canum est.* Nempe *Cantabrum*, caninum panem interpretatur. *Apludam* veteres frumenti furfurem dixisse, Gellius observat lib. 11 cap. 7, kleyen oder hunde-brod.

¶ Cantabra etiam signa, sive vexilla quædam militaria adpellata, fahnen. Tertullianus Apologet. c. 16, *Sipara vexillorum, & cantabrorum stolæ, crucum sunt.* Quibus gemella idem ad Nationes habet lib. 1 cap. 12 extr. *In cantabris atque vexillis sipara illa vestes crucum sunt.* Minucius Felix Octavio cap. 29, *Nam & signa ipsa & cantabra & vexilla castrorum, quid aliud, quam inauratæ cruces sunt & ornatæ?* Ratio nominis unde sit, in obscuro admodum est. Turnebus existimabat, non tam *Cantabra*, quam *Contabra* à *contis*, perticis puta, unde suspendebantur parva vela, in signum militibus adpellanda. Sed damnatâ mox ea conjectura, apud Tertullianum juxta atque Minucium, (ipse Arnobium vocat, pro recepto illius ætatis errore, quo hic Dialogus Arnobii libris connectebatur, ut octavum faceret) *labarorum* vocem, pro cantabris substituendam censuit, quem lib. 15 Advers. cap. 16 videre licet. Sed in antiquis Codicibus dictorum auctorum *cantabra* constanter exstare, eruditissimi viri jam olim notarunt. Cujacius etiam lib. 11 Observat. cap. 20 in Codice Theodosii

à *Cantabris*, *Cantabrarios*, pro signiferis adpellatos, observat. Vid. & Lipsius lib. Epistol. Quæst. epist. 9.

CANTHĂRIS, ĭdis, κανθαρὶς, musca viridis, ein gold-käfer, eine Spanische fliege. Est vermiculus minutorum scarabæorum formâ, in summitate ramorum fraxini aut olivæ nascens venenatissimus. Plin. lib. 11 cap. 36. Dioscor. lib. 2 & 7. Val. Max. lib. 6 cap. 2, ait, Theodorum Cyrenæum Lysimacho regi mortem sibi minitanti contemtim dixisse: *Enimverò, magnifica res tibi contigit, quia Cantharidis vim assecutus es.* Ovid. in Ibin v. 308,

Cantharidum succos dante parente bibas.

¶ 2. Plin. lib. 18 cap. 17, *Est & Cantharis dictus Scarabæus parvus, frumenta erodens.* ¶ 3. Ciceroni in Quæst. Tuscul. lib. 5 cap. 40, & lib. 9 ad famil. ep. 21 potio venenata sunt *Cantharides*, ein Welsch süpplein.

¶ Cantharias, gemma, quæ scarabæorum habet effigiem. Plin. 37 cap. 11.

CANTHĂRUS, i, κάνθαρος, eine kanne, kandel. *Plenis cantharis bibere*, Plaut. Persa act. 5 sc. 2 v. 40, zu ganzen trincken. Val. Max. lib. 3 c. 6, *Marius post Jugurthinum, Cimbricumque & Teutonicum triumphum canthàro semper potavit: quòd Liber Pater inclytum ex Asia ducens triumphum, hoc usus poculi genere ferebatur.* Vti enim *Herculis* proprium poculum *Scyphus* est, ita *Liberi Patris*, *Cantharus*, Virg. ecl. 6 v. 17, *Et gravis attrita pendebat cantharus ansa.*

¶ 2. Est & aquæ conceptabulum ludicris formis elaboratum, per quas aqua salit. Lege 41 § 11 Dig. de Legat. 1, *si qui canthari, per quos aqua saliunt, poterunt legari, maxime si impositicii sint.* Ausonius epistola Centoni sive Idyllio 13 præmissa: *Harum verticularum variis coagmentis simulantur species mille formarum: elephantus bellua, aut aper bestia, anser volans, & mirmillo in armis, subsidens venator, & latrans canis, quin & turturis, & cantharus, & alia hujusmodi innumerabilium figurarum, quæ alius alio scientius variegant.* ¶ 3. Navigii species, Macrob. lib. 5 c. 21. ¶ 4. Piscis quidam, Plin. 32 cap. 7. ¶ 5. Scarabæi pilularii nomen Cantharus est, qui nascitur in fimo, quem volvit, vermiculi primum forma, qui vere redeunte in scarabæum exit, ein roß-käfer, dreck-käfer. *Cantharus pilulam*, subaudi *volvit* vel *exercet*. Cœlius Rhodig. lib. 5 c. 5 proverbiale admonet esse in eos, qui pertinaciter fovent, quod semel arripuêre, seu ad quod naturâ & ingenio suo ducuntur, simile fortasse illi, art läßt von art nicht. ¶ 6. Marculus, i. e. malleolus pultandis foribus adpensus hoc etiam nomine indigitatur. v. Plaut. Menæch. 1, 2 v. 64. ¶ 7. Zenodotus ait, Athenis cauponem fuisse, nomine Cantharum, quem ob imposturas & maleficia capitis affecerint supplicio. Proinde vulgo receptum, ut in versutos ac impostores diceretur: *Canthàro astutior.* v. Erasm. Adag. De Cantharo Statuario, Plin. 34 c. 8.

¶ Cantharulus, i, diminut. id est, parvus cantharus, Bacchi insigne, apud Arnobium lib. 6 sub fin.

CANTHĔRIUS, i, equus castratus, ein wallach, ein münch, quasi carentarius, quod semine careat, auctoribus Catone & Varrone. Quod si est, sine adspiratione scribatur. Alii vero deducunt à κανθήλιος, jumenti genere, λ in ρ mutato. Vide Voss. Etymol. Vtroque ergo modo scriptum invenitur. *Cantherio vehi*, auf einem wallachen reiten, Senec. epist. 87. *Cantherius in fossâ*, Livius lib. 23 c. 47 proverb. de re impedita & periculosa, vide Chiliad. *Crucians cantherius*, Plaut. Captiv. 4, 2. & ibi Taubm. p. 243. ¶ 2. Est & *cantherius* sive *canterius* jugi genus Columellæ 4 c. 12, quo quiescit vinea, ein wein-gerüste, oder reben-gezelte. Vide *Jugum*, *pedamentum*. ¶ 3. Cantherii etiam dicuntur ligna tecti oblonga à culmine ad extremum tectum ducta, quæ ibi longius prominent, ac efficiunt suggrundam, id est tecti porrectiorem partem, ubi fit stillicidium; die sparren, latten. Vitruvius lib. 4 c. 2.

¶ Cantheriolus, i, diminut. pfahl, stütze. Columella lib. 11 cap. 3 de cepinis: *Cum cœperint virere, ne minus ter consarrito; deinde cum fecerint caulem, humilioribus quasi canteriolis interpositis, rigorem stilorum conservato.*

¶ Cantherīnus, a, um, adject. apud Plautum est Menæch. act. 2 sc. 3 v. 44, *Cantherino ritu somniare*, stehend schlaffen, und träumen. Equi enim stantes somniant. ¶ *Cantherinum hordeum*, apud Columellam lib. 2 cap. 9, & apud Palladium lib. 10 Septembri T. 4, & lib. 11 Tit. 1. winter-gärste. ¶ *Cantherinum marrubium*, id est, nigrum, schwartz andorn.

¶ Cantheriatus, a, um, cantheriis subnixus, gepfählt; ut, *arbusculæ*, sive *vites cantheriatæ*, apud Columellam lib. 5 c. 4.

CANTHUS, i, κανθὸς, lamina ferrea, quâ extremitates rotæ muniuntur & firmantur, das eisen üm das rad, rad-schiene. *Vertentem sese canthum*, pro ipsa rota posuit Persius Sat. 5 v. 71. ¶ 2. Canthus oculi, augenwinckel. Galen.

Canticum, Cantilena, Cantio, Canturio, vide *Cano*.

CANTIUM, i, Κάντιον, Britanniæ promontorium, vulgo Kent. ¶ 2. Regio Britanniæ juxta illud promontorium, inter fretum & Tamesin sita.

¶ Cantuaria, æ, civitas insignis ejus regionis, & Archiepiscopalis, incolis *Canterbury*: Germanis Cantelberg.

Canto, Cantor, Cantus, vide *Cano*.

CĀNUS, a, um: πολιὸς: grau. Virg. 1 Æn. v. 29,

Cana Fides & Vesta, Remo cum fratre Quirinus
Jura dabunt.

Vbi Servius: CANAM FIDEM *dixit, vel quod in canis hominibus invenitur: vel quod ei albo panno involuta manu sacrificabatur, per quod ostenditur, fidem debere esse secretam.* Nempè quod manus panno tegeretur. Cæterùm albus color sinceritatem fidei mihi videtur significasse. Possis & *canam fidem* priscam & veterem interpretari: quemadmodum & Varro *Canam veritatem Atticæ Philosophiæ alumnam* Eudæmonibus dixit. Virg. Georg. 1 v. 43, *Cani montes*, weiß von schnee. Ovid. 5 Trist. 13 v. 21, *canum absinthium*, quia alba habet folia. Idem 5 Fast. v. 57, *Magna fuit quondam capitis reverentia cani,*
Inque suo pretio ruga senilis erat.

¶ Est & *Canus* nomen Choraulæ apud Sueton. Galbâ c. 12. Vide & suprà in *Canius*.

¶ Cāni, orum, πολιοὶ, capilli candentes, graue haar. Cic. de Senect. c. 18, *Non cani, non rugæ repente auctoritatem afferre possunt.*

¶ Canōsus, a, um, idem quod Canus, adjectivum. Vopiscus in Probo ex Valeriani litteris: *mihi eo tempore credita* [illa legio] *est, quæ & me canosum, qui credebat, cum gratulatione vidit.*

¶ Canūtus, a, um, idem. Gloss. gr. lat. πολιὸς, canus, canutus.

¶ Incānus, a, um, id est, *valde canus*: IN enim h. l. αὐξητικὴ est. Virgilius Æneid. 6 v. 809, *nosco crines incanaque menta*
Regis Romani,

Loquitur de Numâ Pompilio, quem à primâ ætate canum fuisse, & eo hîc allusisse Poëtam, Servius notat. Catullus epigr. 96 de Smyrnâ Cinnæ: *Smyrnam incana diu secula pervoluent.*

Suetonius Domitiano cap. 20, *Cujusdam caput varietate capilli subrutilum & incanum*, perfusam nivem mulso *dixit*.

¶ Præcānus, a, um, vel idem quod Incanus: vel ante tempus canus. Horat. lib. 1 epist. 20 v. 24,

Corporis exigui, præcanum, solibus aptum.

¶ Semicānus, a, um, halb grau. Apulejus lib. 8 p. 212, *senex calvus quidam, cincinnis semicanis & pendulis capillatus.* Et lib. 9 p. 231, *discerptæ comæ semicanæ.*

¶ Cāneo, ēre, verb. grau seyn, weiß seyn. Virg. 3 Georg. v. 325,

Carpamus, dum mane novum, dum gramina canent.

weils graß bereifft ist. *Canens senecta*, apud eumdem 10 Æn. v. 191, & apud Silium *ramus canentis olivæ*, lib. 13 v. 69. Propertius lib. 2 eleg. 14 verbo *Canĕre* in tertia flexione usus est. Ita enim ibi canit:

Quid si jam canis ætas mea caneret annis.

¶ Cānesco, ĕre, grau werden, bereiffen. Ovid. Amor. 1 El. 8 v. 52, *Situ canescunt tecta.* ¶ Cicero eleganti metaphora *orationem* dixit *canescentem, habentemque suam quamdam maturitatem, & senectutem*, de Clar. Or. cap. 2, eine verständige, reiffe und aus langer erfahrung hergeflossene rede.

¶ Incanescere, idem. Catullus Epithalamio Pelei:

Totaque remigio spumans incanuit unda.

Virg. 2 Georg. v. 71, *ornusque incanuit albo*
Flore pyri.

¶ Cānĭties, ēi, graues haar. Plinius lib. 11 cap. 37, *Canities homini tantùm & equis.* Horat. 2 oda 11, *arida canities*: id. l. 1 od. 9, *morosa canities.* Est apud Ovidium lib. 3 de Arte v. 163, *Canitiem inficere*, hoc est, canos tinctura oculere, die grauen haare färben und verbergen. Quod in Ceo quodam sene, cum ad Lacedæmonios verba faciens caput aperuisset, canosque infectos ostendisset, reprehendit rex Lacedæmoniorum Archidamus, dicens: *Quid hic sani diceret, cujus non solum animus, verùm etiam caput fuco contaminatum est?* Ælianus lib. 8. Cæterùm in canitiem & juvenes aliquando incidisse testantur Historiæ. De Numæ festinatis canis suprà notabamus ex Servio. De Psaumide & Ergeno, Clymeni filio, eadem discere ex Pindari Ode 4 Olymp. possumus. Mature etiam Trajanum canuisse: Plinius Panegyrico ejus cap. 4 significat. Nam *festinata senectutis insignia*, quæ elegantissime ibi nominat, maturam illam, & ante tempus ei, quæ contigit, canitiem notant. De caussis canitiei legendus Aristoteles est 3 Histor. Animal. cap. 11 & lib. 5 de Generat. Animal. cap. 4.

¶ Cānitudo, ĭnis, antiquum est; Varro apud Nonium: *Sed neque vetulus Cantherius, quàm novellus melior: nec canitudini comes virtus:* alter hilfft vor thorheit nicht. Ita Plautus apud Festum: *Stultus est adversus ætatem & canitudinem*, er ist ein narr, wenn er gleich noch so alt und grau wäre.

CĂNŬSIUM, i, Κανύσιον, urbs Apuliæ, a Diomede condita, ut præter alios, Horatius quoque indicat lib. 1 Sat. 5 v. 92,

Nam Canusi, inquit, *lapidosus; aquæ non ditior urna*
Qui locus à forti Diomede est conditus olim.

Circa Canusium Tarentumque laudatissimam & nobilissimam lanam fuisse, Plinius notat lib. 8 cap. 48. Fuit autem coloris rutili, qui auxit pretium: unde *Canusinæ rufæ*: & *Canusini birri*, celebrati auctoribus inter pretiosas vestes, de quibus mox annotabimus.

¶ Cănŭsīnus, a, um, quod indidem est. Horat. 1 Serm. Sat. 10 v. 29,

patriis intermiscere petita
Verba foris malis Canusini more bilinguis;

Bilinguis, id est, qui latino sermoni Græcanica admisceat. *Birros Canusinos* pro optimis & præstantissimis lacernis rufo colore Vopiscus dixit Carino extremo. *Birri* enim lacernæ rufæ sunt. Martialis *Canusinas rufas* adpellat 14 epigr. 129. Paullinus Nolanus ad Nicetam Sapphico v. 23, *Qua Canusino medicata flagrant*
Vellera succo.

¶ Cănŭsīnatus, i, Martiali lib. 9 epigr. 22, itemque Suetonio Nerone cap. 30 dicitur, qui istiusmodi rufa veste de Canusina lana indutus est.

Capacitas, vide *Capio*.

CĂPĂNEUS, ei, tribus syllabis, καπανεὺς, unus fuit è septem ducibus, qui Thebas expugnarunt. Superbus & Deorum contemtor, ut Statio describitur. Invenit usum scalarum in urbium oppugnationibus, er hat die sturm-leitern erfunden. Cujus rei etiam meminit Vegetius lib. 4 de re militari cap. 21, *Qui scalis*, inquit, *in obsidione urbium utuntur, frequenter periculum sustinent exemplo Capanei, a quo primùm scalarum oppugnatio perhibetur esse inventa: qui tanta mole lapidum fuit obrutus à Thebanis, ut fulminibus dicatur exstinctus.* Vide Ovid. lib. 4 Trist. eleg. 3 v. 63. & Plin. 35 c. 11.

¶ Căpănēus, a, um, adject. Stat. 12 Theb. v. 764,

Capaneaque misimus umbris
Pectora.

¶ Căpănēĭus, a, um, aliud adject. quinque syllabarum, apud eumdem lib. 12 Theb. v. 545, *Ausa ante alias Capaneia conjunx.*

Capax, vide *Capio*.

CĂPĒDO, ĭnis, spatium, à capiendo, ein raum, unde *Intercapedo* est, de quo proxime dicemus. ¶ 2. Vas spatiosum & capax, eine gelte, kübel, zuber,

zuber, schrot-faß. Vsi sunt hoc vasis genere veteres in sacrificiis Deorum. Cic. Paradoxo 1 cap. 3, *minime gratas diis capedines ac fictiles urnulas fuisse, quam delicatas aliorum pateras arbitramur?* ¶ 3. Vas Samium, à capiendo vel capacitate dictum, ansatum, ut facile prehendi possit, ein irden gefäß mit handhaben.

¶ Capeduncula, æ, ein opffer-gefäß. Vsus Cicero est de N. Deor. lib. 3 cap. 17. Plinio simile quiddam est *Capis*, *Capidula* & *Capula*, de quibus paullo post.

¶ Discapedinare, voneinander thun, verbum est apud Apulejum Floridis, ubi de Hyagni tibicine agit. *Primus*, inquit, *Hyagnis manus discapedinavit*, id est, diduxit, distraxit, ut aliquod spatium intercederet, cum duas tibias simul adplicavit ori, & alteram dextrâ, alteram sinistrâ moderaretur.

¶ Intercăpĕdo, inis, spatium, vel tempus, quod intercedit, vacuum, zeit und raum, so darzwischen ist, lücke, frist. Martianus Capella in Astrologia: *Inter circulos universos quid interstitii intercapedo naturalis immiserit, æquum est explicare.* Hinc in obscenis etiam habita vox, de quo Cicero lib. 9 ad Famil. epist. 24, & Fab. Quintil. lib. 8 cap. 3, *Sine intercapedine*, i. e. intervallo, ohne unterlaß *Post longam intercapedinem*, nach langem verzug, Sueton. Aug. 38. *In vita nulla est intercapedo molestiæ*, Cic. lib. 1 de Finib. cap. 18. diß leben ist nimmer ohne mühe und arbeit. Similiter *intercapedinem scribendi*, Idem; *intercapedinem jurisdictionis* Suetonius Vespas. cap. 10 dixit, cessationem nimirum à Jure dicendo. Apulej. Apol. *Enimverò quod luto fictum, vel ære infusum, vel lapide incisum, vel cerâ inustum, vel pigmento illitum, vel alio quopiam humano artificio assimulatum est, non multâ intercapedine temporis dissimile redditur.*

¶ Intercapedinare, verbum, unde

¶ Intercapedinatus, a, um, langweilig, darzwischen kommend, apud Mart. Capellam lib. 9, *Emersa terris virgo nuptura, vanescentia intercapedinatæ prolixitatis oblivia jam supero debet vigore discutere.*

CAPELLA, æ, apud scriptores sequiorum seculorum ita vocatur fanum minus, seu Oratorium Templo majori adjunctum, eine capell. Vid. Barth. ad Briton. Aremor. p. 522. ¶ 2. Capella poëta, de quo Ovidius 4 de Ponto Eleg. 16 v. 36. ¶ 3. Martianus Capella est ætatis inclinatæ scriptor, styli barbarie & allegoriæ studio facile inter alios noscendus, non contemnendæ tamen industriæ: quo nomine Hugo Grotius adolescens recensitum edidit. Scripsit Mercurii & Philologiæ nuptias. v. Voss. de Hist. Lat. 3 p. 635. vide & Capella in *Caper*.

¶ Capellanus, i, dictus, qui Capellam curabat & a sacris ministrabat. v. Spelmanni Gloss. Archæol.

CĂPĒNA, æ, oppidum Tusciæ; hinc

¶ Capenates, populi nomen. Inde & portam *Capenam* Romæ adpellatam Servius vult: quamquam alii alias ejus adpellationis caussas adducant. Fuit non longè post Latinam, ipso principio viæ Appiæ, ut ex Frontino constat: Hodie D. SEBASTIANI adpellatur. Aquam Appiam olim Appius Claudius subterraneo rivo, substructione & arcuato opere supra terram, proxime ad portam Capenam in Vrbem duxit, ut Frontinus lib. 1 de aquæductibus memoriæ prodidit. Hûc respiciens Juvenalis scribit Satyr. 3 v. 11,

Substitit ad veteres arcus, madidamque Capenam.

Vbi Vetus Scholiastes: MADIDAM *ideò; quia supra eam aquæductus est, quem nunc adpellant* ARCVM STILLANTEM. Potest & inde Martialis carmen intelligi, cum lib. 3 Epigr. 47, ipso initio statim scribit: *Capena grandi porta qua pluit gutta,*
Phrygiumque matris Almo quà lavat ferrum.

CĂPER, capri, à carpendo dictus, τράγος, ein geschnittener bock. Nam *hircus* mas est, & integer. Martialis lib. 3 Epigr. 24,

Sic modo qui Tuscus fueras, nunc Gallus haruspex,
Dum jugulas hircum, factus es ipse caper.

Gallum cùm dixit, castratum intelligit: alludens ad *Gallos*, Matris Deûm sacerdotes, exsecti qui erant: unde & *Semiviri* adpellantur Poëtis. Sed totum legendum est Epigramma, ut clausulam istam recte intelligas. Virgilius tamen *Caprum* pro hirco in illo Eclogæ 7 v. 11,

Vir gregis ipse caper deerraverat:

ἀκύρως dixit. Nam *vir gregis*, non caper; sed hircus est. Hic enim salit. ¶ Caper etiam dicitur fœtor alarum, qui ex sudore ibi collecto inde nascitur, quod illa corporis pars vento spirituque agitari haud queat, ut Aristoteles docet. Catullus Epigr. 70 in Rufum:

Lædit te quædam mala fabula, quâ tibi fertur
Valle sub alarum trux habitare caper.

Post paullò *nasorum pestem* elegantissime vocat. Horatius Epodon 12 v. 5, *hircum*: Epist. 5 lib. 1 v. antepenult. *Capram* adpellat: der gestanck vom schweiß unter den armen.

¶ Capra, æ, eine ziege, geiß. Plinius *capras perpetua* scripsit *laborare febri*, lib. 8 c. 50, & Varro lib. 2 de re rust. c. 3. Idem Plin. loco dicto: *Solertiam ejus animalis* [capræ] *Mutianus visam sibi prodidit in ponte pertenui, duabus obviis è diverso, cum circumactum angustiæ non caperent, nec reciprocationem longitudo in exilitate cæca torrente rapido minaciter subterfluente, alteram decubuisse, atque ita alteram proculcatæ supergressam. Quod si ab hominibus in communi vitâ observaretur, minus esset contentionum, turbarum, aliorumque multiplicium incommodorum.* ¶ 2. *Capram cælestem orientem conspexerunt*, proverb. est dici solitum de iis, quibus omnia prospere succederent. Vide Chiliad. nam & inter sidera *capra* est. ¶ 3. Capra denique seu capella avis est, quæ *Vanellus* alio nomine adpellatur, ein giwitz, oder kiwitz, dicta inde, quod capræ vocem imitetur. ¶ 4. Est & *Capra* meteori igniti nomen: de cujus adpellationis ratione sibi non liquere, Seneca lib. 1 Quæst. Natural. cap. 1 ait. Quidam hanc tradunt, quod quasdam quasi barbulas in morem caprarum pendentes habeat. ¶ 5. Capram & in hirsutos fuisse convicium, Suetonius videtur significare in Vita Caligulæ cap. 50. Ammianus lib. 17 cap. 22, *Rectè consulta prospereque completa vertebant in deridiculum, talia sine modo strepentes insulse*, in odium venit cum victoriis suis Capella, non homo: *ut hirsutum Julianum carpentes.*

¶ Capella, æ, Dimin. ex Bucolicis notum, ut Virg. Ecl. 7. v. 3, *distentas lacte capellas*, eine ziege, ein ziegl ein. ¶ 2. Sidus cæleste, seu potius stella una primæ magnitudinis in sinistro humero Aurigæ. Plin. 18 cap. 26 & 31. ¶ Plures hujus vocis significationes quære supra in *Capella* seorsim posita.

¶ Capellianus, a, um; ut, *Rutæ folium capellianæ*, i. e. caprariæ, quam capreæ sectentur, Martial. 11 Epigr. 32.

¶ Capĕro, are, runtzeln; ut, *Frontem caperare*, apud Plautum Epid. a. 5 sc. 1. i. e. rugis contrahere & asperare.

¶ Caperatus, a, um, gerunțelt, runtzlicht. Apul. Metam. 9, *Insuavis & odiosi mariti caperatum supercilium perhorrescit.* Tractum à caprorum frontibus crispis, auctore Nonio. Adde Varronem L. L. 6, 6.

¶ Caprārius, i, ein ziegen-hirte, Varro lib. 2 de re rust. cap. 3. ¶ Item, der mit ziegen handelt. Vet. Gloss. *Caprarius*, αἰγοπόλος. ¶ Adjective est apud Solinum c. 6, *locatus est ad caprarios pastus a matre.*

¶ Caprasia, æ, insula, propter Italiam, à capris dicta, apud Varron. lib. 2 de re rust. cap. 3. Meminit & Rutilius Itin. lib. 1 v. 439.

¶ Caprĕæ, arum, insula juxta Neapolin: cujus secessu delectatus Tiberius est. Tacit. annal. 4 c. 67.

¶ Caprĕa, æ, ein reh. Martialis lib. 13 epigr. 99,

Pendentem summâ capream de rupe videbis,
Casuram speres: decipit illa canes.

¶ Capreŏlus, i, rehböcklin. Virg. Ecl. 2 v. 41. Columel. 9, 2. ¶ 2. Capreolus est etiam exterior auriculæ ambitus, der kreiß am ohr, ut interior *Scapha*. ¶ 3. Sunt & in vitibus *capreoli*, qui *de Capreâ* [ita enim vocabatur illa vitis pars] prodeunt, *coliculi intorti, sicut cincinni: qui ut teneant vitem, serpunt ad locum capiundum: ex quo à capiendo* Capreoli *adpellati*, ut Varro describit lib. 1 de re rust. cap. 31. die gäbelein oder zwicklein an den wein-reben, damit sie sich anhängen. ¶ 4. Inde & claviculæ illæ, quæ cantherios & columellas complectuntur, sive divaricata ligna, quæ fastigium tecti, item columellarum latera continent, *Capreoli* adpellantur, die creutz-bänder, welche das sparrwerck und die säulen zusammen halten, apud Vitruv. lib. 4 cap. 2, & lib. 10 cap. 19. Cæsar Comment. 2 de Bell. Civili c. 10 de *Musculi* forma exponens, *Duæ*, inquit, *primùm trabes in solo æque longæ, distantes inter se pedes IV collocantur: inque eis columellæ pedum in altitudinem V defiguntur: has inter se capreolis molli fastigio conjungunt, ubi tigna, quæ musculi tegendi caussa ponant, collocentur* &c. ¶ 5. *Capreolus* & ferramentum bicorne est, quo terra commovetur, apud Columellam lib. 11 de re rusticâ cap. 3. eine hacke mit 2. zincken.

¶ Capreolatim, adverb. quod Elmenhorstius *implicate* interpretatur Apulejus lib. 11 p. 268, *in modum rotæ tortuosis, capreolatimque condensis apicibus:* id est, litteris vario & inconsueto ductu in se implicatis.

¶ Caprīle, is, ziegen-stall. Colum. 7 cap. 6. Varr. lib. 2 cap. 3.

¶ Caprīnus, a, um, von ziegen, ut, *grex caprinus*, Liv. 22 c. 10. *lana caprina*, apud Horatium lib. 1 epist. 18, v. 15;

Alter rixatur de lanâ sæpe caprina:

hoc est, litem movet de re frivola: [simile illi, *Contendere de asini umbrâ.*] *Pellis caprina*, ziegen-fell, Cic. Nat. D. lib. 1 c. 19.

¶ Caprōtīnus, a, um, aliud adject. ut, *Juno caprotina*, cui sacrificabant festo ancillarum sub arbore caprifico, Macrob. 1 Sat. c. 11. Hinc & Auson. de feriis Rom. v. 9,

Festa caprotinis memorabo celebria nonis.

¶ Caprugineus, & Caprugnus, a, um, vom bock oder geiß, ut, *caprugineі lumbi*, ex Macrobio Salmas. ad Solin. p. 323.

¶ Capricornus, i, signum cæleste, steinbock, in quod Sol ingressus efficit Solstitium brumale. v. Cic. in Arateis, & Horat. 2 od. 17 v. 20.

¶ Caprificus, i, cum derivatis vide in *Ficus*.

¶ Caprĭgĕnus a, um, ziegen-art. Plaut. Epid. a. 1 sc. 1 v. 16, *Caprigenum hominum genus*, de iis, qui semper febricitant. Sic *Caprigenum pecus*, ex Cornificio & aliis Macrobius 6 c. 5, & Ausonius Epigr. 76.

¶ Caprimulgus, i, qui capras emulget. Pro convicio est Catullo Epigr. 22 ad Varrum: *bellus ille & urbanus*

Suffenus, unus Caprimulgus aut fossor
Rursus videtur.

¶ 2. Quo nomine avis etiam adpellatur ægithalus, noctu stabula intrans, & lac capris exsugens, quod cum factum est, ubera earum emoriuntur, ipsisque cæcitas oboritur. Avis est merulâ minimâ major, & cuculo minor, ein pfaff, ein nacht-rab. Apud Aristot. 4. Hist. anim. cap. 30, αἰγοθήλας nominatur. Consule Plinium 10 c. 40.

¶ Caprĭpes, pĕdis, cui pedes sunt caprini, ut, *Capripedes Satyri*, apud Horat. lib. 2 oda 19 v. 4. Et Propertius lib. 3 el. 15,

Capripedes calamo Panes hiante canent.

¶ Rupicapra, vide infra *Rupes*.

¶ Sēmĭcăper, Panis & Faunorum cognomen. Ovid. 14 Metam. v. 515, *semicaper Pan*. Et Fastor. lib. 5 v. 101,

Semicaper coleris cinctutis Faune Lupercis.

Capesso, vide in *Capio*.

CĂPHĀREVS, ei, trisyll. Mons Eubœæ altissimus Hellespontum versus: apud quem plurimum Græcorum classis afflicta est propter Palamedis necem: ex quo Virgilio lib. 11 v. 260 *ultor* adpellatur. Vide ibi Servium, ex quo addisces etiam, cur *fallax* Senecæ in Agamemnone v. 556 adpelletur.

¶ Caphāreus, a, um, quadrisyll. adject. Propert. lib. 3 Eleg. 7,

Saxa triumphales fregêre Capharea puppes.

CĂPILLVS, i, θρὶξ, πλόκαμος, est capitis pilus, haupt-haar: unde ineptiunt, qui dicunt *capitis capillus*. Neque tamen de hominibus tantùm, sed & de pilis brutorum usurpatur. Catullus Epigr. 25,

Cinæde Talle mollior cuniculi capillo.

Gellius lib. 12 cap. 1, *Si caprarum lacte hœdi, aut ovium agni alantur, constat ferme in his lanam duriorem, in illis capillum gigni tenuiorem. Capillus tener*, zartes, weiches haar: *Mollem* vocat Horatius de Arte P. v. 33, *Passus, solutus, lapsus, sparsus, fluens, fusus capillus*, freyes zu felde geschlagenes haar: cui opponitur *nexus, colligatus, vinctus, tortus, flexus*, krauß haar. *Capilli ingenio suo flexi*, die von natur krauß sind: cui *calamistrati, ornati*, opponuntur. *Demissus*

missus capillus, Ovid. Heroid. 10 v. 137, das man lang wachsen lassen. *Horrens capillus*, vel *horridus*, apud Plin. 7 epist. 27. & Cic. pro Sextio cap. 8, quem *rigidum* Ovidius 10 Met. v. 425. *Erectum* Juvenalis dixit Satyr. 11 v. 149, straubicht und in die höhe als borsten stehendes haar. *Capilli rari & cedentes*, Plin. lib. 3 epist. 6, dünne ausfallende haar. Ovidius lib. 3 de Arte amand. v. 133,

Non sint sine lege capilli.

Apul. Apologiâ: *Capillus inenodabilis diutinâ incuriâ*, verwirrte haar, juden-zöpffgen. Capillos in mortui gratiam tondebant veteres, crinesque sectos in eum conjiciebant. v. Dausquejus ad Coint. Calabr. pag. 40. Publii mimus est: *Etiam capillus unus habet umbram suam*, id est: Nihil est tam minutum, quod non possit aliquid. Apul. lib. 2 Miles. p. 118, *Si cujuslibet eximiæ pulcherrimæque fœminæ caput capillo exspoliaveris, & faciem nativâ specie nudaveris: licet illa cælo dejecta, mari edita, fluctibus educata; licet, inquam, Venus ipsa fuerit, licet omni Gratiarum choro stipata & toto cupidinum populo comitata, & baltheo suo cincta, cinnama fragrans, & balsama rorans; calva processerit; placere non poterit, nec Vulcano suo.* Et post pauca: *Tanta denique est capillamenti dignitas, ut, quamvis auro, veste, gemmis, omnique cætero mundo exornata mulier incedat; tamen nisi capillum distrinxerit, ornata non possit abire.* ¶ Capillus pro barba apud Cic. Off. 2 c. 7, *Dionysius cultros metuens tonsorios candenti carbone sibi adurebat capillum.* ¶ 2. Capillus Veneris, τὸ ἀδίαντον, maurrauten. vid. *Adiantum*, & Apul. de herb. c. 47.

¶ Capillulus, i, dimin. Lyricum, quod vulgo Corn. Gallo tributum fuit:

Pande puella, pande capillulos
Flavos, lucentes ut aurum nitidum
Productum benè candidis humeris.

¶ Căpillamentum, i, τρίχωμα, capillorum complexus. Quare & illæ fictitiæ & supposititiæ comæ hoc nomine veniunt: quarum aliæ nunc totum verticem galeæ atque operculi instar, (peruquen) aliæ cervicem tegunt, (touren.) Tertullianus de cultu fœminarum cap. 7, *Adfigitis præterea nescio quas enormitates subtilium & textilium capillamentorum, nunc in galeri modum, quasi vaginam capitis & operculum verticis, nunc in cervicem retrò suggestum*: id est, *Suggestum*. Suetonius Caligulâ c. 11, *Ganeas atque adulteria capillamento celatus & veste longâ noctibus obibat.* Polybius lib. 3 cap. 78 auctor est, Hannibalem Gallorum levitatem veritum, metuentemque, ne vitæ suæ insidiarentur, capillamenta (περιθετὰς τρίχας ipse adpellat) concinnasse omnium ætatum formis convenientia, iisque ita usum, ut alia aliis subindè mutaret, & ita falleret. Quod proculdubio recogitavit Barclajus, cum in Argenide suâ simile quoddam capillamentum latronis cujusdam fingeret lib. 1 cap. 9. Vide infra in *Galerus*. ¶ 2. Capillamenta etiam dicuntur de seminibus & radicibus, die fasen an wurtzeln und saamen. Plinius lib. 19 cap. 6, ubi de plantis agit, quæ in radices excrescunt, de radicibus capillatis hoc fert judicium: *Quæ rectam non habent radicem, statim plurimis nascuntur capillamentis.* Et Columella lib. 4 c. 11, *capillamenta seminum*.

¶ Capillor, ari, haare haben, Plin. hist. 37, 11. Hinc

¶ Căpillātus, a, um, haaricht: ut, *Occasio fronte capillata*; vide Occasio in *cado*: *Bene capillatus*, der sehr viel haar hat, apud Cic. 2 Agr. c. 22, qui ante paullo c. 5 etiam Comparativo usus erat: *capillatior, quam ante, barbaque majore.* ¶ Etiam de aliis rebus, ut, *capillatæ radices*, Plin. lib. 19 c. 6. fäsichte wurtzeln.

¶ Capillatio, ōnis, ein haar-busch, haar-zierde. Paullinus Nolan. epist. 23 n. 23 ad Severum: *honori fuit capillatio*, viel haar haben, stunde erbar.

¶ Capillatura, æ, idem. *structores capillaturæ*, Tertull. de cultu fœm. cap. 7. haar-schmücker, peruquenmacher.

¶ Capillāgo, ĭnis, capillus. Idem Tertullianus de Anima cap. 51, *pro cerebri ubertate vel affluit capillago, vel deserit.*

¶ Capillitium, i, idem. Apul. lib. 2 Miles. *Flavum & inaffectatum capillitium*, schön gelbes haar, daran nichts gekünstelt ist.

¶ Capillare, is, haar-haube, reticulum quo capilli involvuntur: aut unguentum capillorum. Martial. 3 epigr. 82.

¶ Capillaris, e, härin, adject. ut, *herba capillaris*, Apul. de herb. c. 47.

¶ *Capillaris arbor* seu *capillata*, arbor antiquissima Romæ, ad quam capillum tonsum virgines Vestales suspendebant, Deo consecrantes. Fest. Plinius lib. 10 cap. 44.

¶ Capillaceus, a, um, idem, vel tenuitatem, vel similitudinem capilli significat. *Coma capillacea*, Plin. lib. 12 c. 25. *Folium capillaceum*, Idem lib. 13 cap. 25.

¶ Capillosus, a, um, voll haar. Cæl. Aurel. 5, 4, *Capillosum sedimen.*

¶ Atricapillus, vide supra *Ater*.

CĂPIO, cēpi, captum, capere, λαμβάνειν, fahen, fangen, fassen, nehmen; verbum est fœcundissimum plurimis bonis formulis. Habet autem reciprocum quemdam usum, ut Valla admonet lib. 6, qui diligenter observandus & discernendus est. Rectum enim utrumque est, *capio voluptatem*, & *cepit me voluptas*; *capio desiderium*, & *cepit me desiderium*, ich habe verlangen, sed non eodem modo in omnibus. Nam *cepi somnum* recte dicitur, sed vix rectè dicas *captus sum somno*. Sic *cepi delectationem*, &c. Usu igitur & auctoritate Latinorum auctorum discrimen illud animadverti oportet. *Capere animo virtutem*, etwas gutes lernen, Plaut. Trin. 3, 2 v. 24. *Capere arma*, Cæsar 5, 26, zur wehr greiffen, sich rüsten. *Capere cibum*, essen, Terentius Eun. a. 2 sc. 3 v. 76. *Capere fructum*, geniessen, Cicer. epist. ad Fam. 10, 5. *Conjecturam capere*, nachdencken, abnehmen, Idem pro Mur. cap. 4. *Capere consilium*, idem epist. ad Fam. lib. 14 ep. 12, zu rath gehen, rathschlagen. *Capere inimicitiam*, feindschafft auff sich laden, Ter. Phorm. a. 2 sc. 3 v. 23. *Capere somnum*, schlafen: Cic. 4 Tusc. c. 19, *Noctu ambulabat in publico Themistocles, quod somnum capere non posset.* Sic *Capere detrimentum*, schaden nehmen. Nota formula: *Videant consules, ne quid resp. detrimenti capiat*, apud Ciceronem Catil. 1 cap. 2. Sallust. Catil. c. 29. Livium 3 cap. 4. *De aliquo exemplum capere*, einem nachschlagen, Ter. And. 4, 1 v. 27. *Capere quem sua humanitate*, i. e. afficere, einen gewinnen, Nep. 7, 9, 3. *Cepit me tædium istius rei*, Liv. 8 c. 2, ich bin des dings überdrüssig. *Capere vitium*, wandelbar werden, stinckend werden, verderben. Columella lib. 3 cap. 18 de vitibus ponendis: *torta & recurvata quum deponeretur, ceperat vitium.* Ovid. 1 Pont. Eleg. 6,

Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus,
Ut capiant vitium, ni moveantur, aquæ.

¶ 2. *Capere honores, divitias*, i. e. consequi, impetrare, zu ehren schreiten, reich werden, Nepos Attic. c. 7 n. 2. *Capere pœnam de aliquo*, punire est, Liv. lib. 2 c. 5. Sed *Portum capere*, est invehi. Cæsar lib. 4 Gall. cap. pen. *Onerariæ duæ eosdem portus capere non potuerunt.* ¶ 3. *Capere* verbum Pontificiale est, cum virginem legit, quæ Sacra Vestæ administret. Itaque cum Sacerdotio isti destinaretur virgo aliqua, tum *capi* proprie dicebatur. Prehensa enim Pontificis Maximi manu à parente, in cujus potestate erat, velut capta bello, abducebatur. Quamquam & ipsi Pontifices flaminesque ac augures *capi* dicebantur: lege Gellium lib. 1 cap. 12. Tacitus Annal. 15 cap. 22 extr. *Defunctaque virgo Vestalis Lælia, in cujus locum Cornelia ex familia Cossorum capta est.* ¶ 4. Capere est decipere, fraudare, fangen, berücken. Cicer. in Acad. 4 cap. 20, *Sapientis est cavere, ne capiatur; ne fallatur, videre.* Idem pro Cæcina cap. 29, *Æquitatem rei verbi laqueo capi non oportet.* ¶ 5. Capere pro occupare, einnehmen. Virg. Æn. 6 v. 754, *tumulum capit*, i. e. occupat. Curt. lib. 5 cap. 3, *Proinde aut quæ cepimus, amittenda sunt, aut quæ non habemus, occupanda.* Cic. pro Sext. c. 5, *Capere otii portum*, sich zur ruhe begeben. ¶ 6. Capi, id est, delectari: ut, *Capi dulcedine vocis*, Ovid. Met. 1 v. 709, belustiget werden. *Capi pictura*, vel *capit me pictura*, id est, voluptate & delectatione afficit, apud Horat. de art. poët. v. 361. ¶ 7. Capere pro continere, complecti, Terent. Heaut. act. 2 sc. 3 v. 13, *Dii boni, quid turbæ est, ædes nostræ vix capient, scio*, ein so grosser hauff geht kaum in unser hauß. Ad eumdem modum Curtius lib. 7 c. 8 n. 12, *Orbis te non caperet*, die welt würde dir zu enge seyn. Virg. Æn. 9 v. 644, *Nec te Troja capit.* Sic capere dicimur, quæ in naturam nostram, sensum & vires cadunt, quibusque comprehendendis aut sustinendis pares sumus. Curtius dicto lib. 7 cap. 8, *Concupiscis, quæ non capis.* Idem lib. 3 c. 13, *magnitudinem fortunæ non cepit.* Et lib. 9 c. 3, *Quidquid mortalitas capere poterat, implevimus.* Plinius Paneg. Trajani cap. 46, *Ex quo manifestum est, principum disciplinam capere etiam vulgus.* Capitolinus in Vitâ Veri extr. *Nota est fabula, quam Marci vita non capit*: id est, quæ non cadit in Marci vitam: quæ aliena est à secta & instituto Marci. Idem Plinius Paneg. cap. 61, *Magnus memorandusque qui tantum præmium* (de Consulatu loquitur) *cepit. Sed major qui capienti dedit.* Ubi *Capere* non est simpliciter accipere delatum; sed quatenus mensuram ejus implere potest: quatenus capax est quasi; sive dignus consulatu, & ei administrando cum laude par. Prudentius Apotheosi v. 154 de Deo intelligens:

Nec capit humanis angoribus excruciari.

Et vers. 951 ibidem:

Objicit: anne fides capit, ut substantia stante
Inspirata Deo cruciatum sentiat?

id est, Potestne hoc capere, seu intelligere fides, & persuadere sibi deinceps &c. Sic *aliquem intelligere, & capere*, eines weise wissen und verstehen, inne haben, Plinius dixit lib. 8 ep. 23. ¶ 8. Capere etiam pro eligere & destinare, erkiesen, erwehlen. Ter. Hec. 4, 1 v. 22, *De hac re locuta es, cum illum generum cepimus.* Vellej. 2, 74, 3, *Fulvia belli sedem Præneste ceperat.*

¶ Captus, a, um, particip. idem ac occupatus, victus, captivus, erobert, gefangen. Cic. 3 Catil. c. 7, *Belli duces captos jam & comprehensos tenere.* Florus 1 cap. 11, *captum oppidum, captam hostium classem, capta castra* dixit. Terentius Heaut. act. 3 sc. 3 v. 47,

dicam hanc esse captam e Caria
Ditem, nobilem.

Captam, id est, *Captivam*. Virg. 2 Æn. v. 64 de Sinone:

certantque illudere capto.

& vers. 75,

quæ sit fiducia capto.

Aurelianus epist. ad senatum apud Vopiscum in vita sua: *Cujuslibet gentis captos, quælibet animalia regia non abnuo, sed lubens effero.* Ita enim in Palatino MSto & Editione veteri invenit Salmasius. Nam vulgo *Captivos* legitur. Proverbium sapit, & translationem a venatu ferarum in illo Terentii And. 1, 1 v. 55, *Captus est, habet.* ¶ 2. Affectus, motus, bewogen, eingenommen. Sic sæpe Nepos, ut, 1, 2, 5, *Non dicto, sed secunda fortuna adversariorum capti, resistere ausi non sunt.* Idem 2, 8, 7, *Viri captus misericordia*, der ein mitleiden mit ihm hat. Idem 25, 4, 1, *Adolescentis captus & humanitate & doctrina*, i. e. delectatus & quasi constrictus. Horat. 2 od. 18 v. 36, *Auro captus*, i. e. corruptus. ¶ 3. Susceptus, electus, constitutus. Plaut. Stich. 4, 1 v. 72, *Capti consilii memor.* Idem Menæch. 1, 2 v. 54, *Captum sit collegium augurum.* Sic *captus augur, captus judex, captus arbiter.* vid. Turneb. 30 c. 29, & Meurs. Exerc. Crit. P. 1 c. 3. Festus: *Captus dicebatur locus ad sacrificandum legitime constitutus.* ¶ 4. Observa & privationis formulas: ut, *Captus mente*, Cic. 1 Offic. c. 27, & *animo captus*, Seneca Herc. Fur. v. 107, wahnwitzig. *Captus auribus & oculis*, id est, visu & auditu orbatus, Cic. Tusc. 5 cap. 40. *Luminibus captus*, id est cæcus, blind, Livius lib. 9 c. 29 extr. dixit.

¶ Captus, ûs, proprie actus capiendi, adprehensio, der begriff, die fassung; Valer. Max. lib. 3 c. 3 extr. *Virtus in captu bonorum suorum tibi ipsi pondus examinandum relinquit, ut, quantum subire animo sustinueris, tantum tecum auferas.* ¶ 2. Est vis ingenii ac mensura, sive conditio. Terentius in Adelph. a. 3 sc. 4 v. 34, *Ut captus est servulorum*, nach dem zustand der knechte, so weit sich ihr thun erstreckt. Cic. 2 Tusc. c. 27, *Græci, ut est captus hominum, satis hostem adspicere non possunt.* Apulejus Apolog. p. 277, *Ego certe pro meo captu dixerim*, nach meinem geringen verstande. Gellius lib. 1 cap. 9, *pro captu sollertia*, nachdem einer einen kopff und ingenium hat.

¶ Captūra, æ, ut, *piscium captura*, fischzug, *avium captura*, vogelfang, *ferarum captura*, wildfang. Plinius lib. 19 c. 1, *Est sua gloria & Cumano lino in Campania, ad piscium & alitum capturam.* Frontinus

lib. 3

lib 3 Strateg. cap. 3 n 6, *apros subministrabant, quos ille, tamquam ex captura, Livio offerret.* ¶ 2. *Capturæ* etiam dicebantur sordidarum & obscenarum mercedes. Suetonius Caligulâ cap. 40 de vectigalibus ab eo fœdissime & institutis & exercitis exponens: *Ex gerulorum,* inquit, *diurnis quæstibus, pars octava, ex capturis prostitutarum, quantum quæque uno concubitu mereret, exigebatur.* Vide ibi Casaubonum, & Taubm. ad Plautum pag. 1051, qui mendici etiam stipem, & mercenarii vilem mercedulam significare annotat. Sic *inhonesti lucri captura invitatus,* Val. Max. lib. 9 cap. 4 n. 1. der genuß.

¶ Captio, ōnis, ein fang: ut, *Piscium, alitum captio.* ¶ 2. Captio, deceptio est vel argutia, berückung. Cic. in Acad 4 cap. 14, *Ab iis, quæ clara per se sunt, quasi præstigiis quibusdam & captionibus depelli.* Et cap. 15, *captiones discutere,* verfängliche rancke aufdecken, wiederlegen. Idem Attico lib. 10 ep. 15, *captiones in omni sententia occurrunt,* id est, consilia periculosa sunt, ut in neutram partem exitum inveniamus.

¶ Captiuncula, æ, ein wörtgen, damit man einen fängt: diminut. Idem lib. 15 Attic. ep. 7, *Servius videtur omnes captiunculas pertimescere.* Gellius lib. 16 cap. 2, *Quid in illa captiuncula facient, in qua hærere eos necessum est, si nihil amplius, quam quod interrogati erunt, responderint:*

¶ Captiōsus, a, um: ut, *Fallax & captiosa interrogatio,* Cicer. Acad. 4 c. 15, eine betrügliche und verfängliche frage. Id. pro Q. Rosc. Com. c. 17, *Quo nihil captiosius dici potest.* Et Acad. Quæst. 4 cap. 16, *captiosissimo genere interrogationis utuntur.* Gellius lib. 16 c. 2 extr. *Non est captiosis interrogationibus respondendum.*

¶ Captiose, adverb. betrieglich. Cic. 4 Acad. Q. cap. 29, *nec captiose interroganti respondebo.*

¶ Captīvus, a, um, gefangen, und ein gefangener. *Captivi sive deditiii,* Cic. ad Brut. ep. 3, die sich ergeben haben. Et Juven. Sat. 7 v. 201,

Servis regna dabunt, captivis fata triumphos,

Iidem & *Capti* dicuntur, uti supra ostensum. *Captivos libertate atque immunitate donare,* die gefangenen pardoniren, Curt. 5, 3, 15. *Captivum aurum,* i. e. captum, das erbeutete gold, Idem 8, 7, 11. Et *ingens pecuniæ captivæ modus,* Id. 5, 6, 8.

¶ Captivitas, ātis, fœm. die gefangenschafft. Cicero pro C. Cornel. apud Asconium, *omnibus gentibus finem diuturnæ captivitatis afferre.* Seneca epist. 85, *Describe captivitatem, verbera, catenas* &c. Tacitus 3 Histor. cap. 70 n. 4 pluraliter dixit, *dum inter Vespasianum ac Vitellium prœliis legionum, captivitatibus urbium, deditionibus cohortium judicatur.*

¶ Captivo, are, captivum ducere, inferioris latinitatis est in Glossis, & apud Vulg. Interpr. Rom. 7, 23. Etiam Augustin. 1 Civ. D. cap. 1, *captivandi cupiditas.* Hinc

¶ Captivator, ōris, in eisdem Glossis Lat. Græcis, & Augustin. ep. 199, *captivatores suos & deprædatores.* Sed veteres, & quicunque elegantioris notæ sunt, tam verbum, quam derivata nomina abhorrent.

¶ Captivatio, ōnis, ejusdem census est. v. Cellarii Antib. p. 15.

¶ Captor, ōris, ein fänger, in Pseudepigraphis Petronii p. 220:

Et satur escali vulnere captor obit.

¶ Capax, ācis, fähig: ut, *Vrna, vas capax,* ein gefäß darein viel gehet. Cic in Orat. cap. 29 extrem. *Demosthenes non semper implet aures meas, ita sunt avidæ & capaces,* begierig und weit viel zu hören. *Capacissima omnis secreti uxor,* apud Plin. lib. 1 ep. 12, die heimligkeit verschweigen kan. *Cibi vinique capacissimus,* apud Liv. 9 c. 16. Compar. apud Plinium 11 cap. 37, *capaciora intestina ad alvum.* Et Ovid. 1 Met. 76, *mentis capacius altæ animal.* ¶ 2. Capax, passive, hoc est capiendus, posteriori ævo invenitur. Petrus Chrysologus Serm. 160, *universo seculo non capacem concludi corpore perpusillo.* Et Serm. 6 idem: *Deus incunabulis nostris capax.*

¶ Capacitas, ātis, amplitudo, die weite, geraumigkeit, fähigkeit. Columella 12 cap. 43, *pro capacitate vasorum.* Cicero Tuscul. 1 cap. 25, *Vtrum capacitatem aliquam in animo putamus esse, quò tamquam in aliquod vas, ea quæ meminimus, infundantur?*

¶ Capaciter, adverb. Augustinus lib. 11 de Trinit. cap. 2, *Primordia seminum efficaciter & capaciter sequuntur intentionem maternæ animæ.*

¶ Incāpax, ācis, non capax, unfähig. Prudentius in Romano v. 588,

Scio incapacem te sacramenti, impie,
Non posse cæcis sensibus mysterium
Haurire nostrum.

Ibidem v. 348, *Ædes incapax solvi,* quæ destrui nequit. Et Salvianus lib. 5 principio, *veritatis divinæ incapaces.*

¶ Incapabilis, e, unbegreifflich. Ariani ita Deum dixere tamquam incomprehensibilem. Augustin. epist. 174. Gloss. gr. lat. ἀχώρητος, *incapabilis.*

¶ Capso, is, it, &c. pro *cepero, is, it,* antiquè Plaut. Bacch. 4, 4 v. 61. Pseud. 4, 3 v. 6. Idem & Rud. 2, 1 v. 15.

¶ Căpesso, ivi, ītum, ĕre, annehmen, antreten, jungitur cum multis, cum quibus & *capio:* ut, *Capessere arma,* Virgil. 4 v. 234. *cibum,* Cic. Nat. Deor. 2 cap. 47. *magistratum, Rempubl.* sich eines amts, des regiments anmassen. Sallust. B. Catil. c. 52, *Expergiscimini aliquando, & Rempubl. capessite,* hoc est, defendite. *Libertatem capessere,* die freyheit ergreiffen, Cicer. in Philipp. 10 c. 9. *Capessere pugnam,* Livius 2 cap. 6. *Capessere fugam,* Idem lib. 1 cap. 25, die flucht nehmen. *Periculum capessere;* Livius lib. 21 cap. 4, *plurimum audaciæ ad pericula capessenda,* gefahr über sich zu nehmen. *Domum se capessere,* sich nach hause machen, Plautus Amphitr. act. 1 sc. 1 v. 106.

¶ Capto, avi, atum, are: petere est; sive quærere aut dare operam, ut capias, fangen, nachstellen. *Captare favorem,* Quintil. lib. 6 cap. 1, nach gunst trachten. *Captare plausus,* trachten, daß man einen zulauff und beyfall kriege. Cicero in Pisonem cap. 25, *Inania sunt ista, mihi crede, delectamenta pene puerorum, captare plausus, vehi per urbem, conspici velle.* Plura ad eumdem modum, ut, *captare occasionem,* gelegenheit suchen, Cicer. Arusp. resp. c. 25 &c. *Captare umbras, frigora,* nach einem kühlen ort trachten, apud Virgilium ecl. 1 v. 53. *Captare ominibus aliquid,* id est, de alicujus rei eventu omina sive præsagia colligere, apud Suetonium Tiberio cap. 14. *Captare testamenta,* Horatio lib. 2 Sat. 5 v. 23 dicitur, qui fictis obsequiis senes orbos ambit, ut in supremis testamenti tabulis aut hæres, aut inter Legatarios scribatur. Ita *Captare hæreditates, legata,* apud JCtos legimus. Juvenalis, sive quicunque alius auctor sit, Satyræ de militiæ bonis, quæ apud Juvenalem 16 est, v. 54, *Ergo Coranum,*

Signorum comitem castrorumque æra merentem
Quamvis jam tremulus captat Pater.

Vbi *Captare* absolute pro *hæreditatem petere* sive *captare* ponitur. Vnde & *Captatores* κατ' ἐξοχὴν hæredipetæ, hoc est, qui hæreditates captiosè ambiunt, adpellantur. Nempe *Captare* est callide & insidiosè petere: propriumque gladiatorum est. Vide Plautinos interpretes ad illud Mostell. act. 5 sc. 1 v. 21,

Docte atque astute mihi captandum est cum illo, ubi huc advenerit.
Non ego illi extemplò ostendam meum sensum: mittam lineam.
Dissimulabo me horum quicquam scire.

Idem Amph act. 1 sc. 1 v. 266, *Quia me captas carnifex?* was suchest du mich zu hintergehen? Et act. 2 sc. 2 v. 165, *Me captas,* du wilst mich verführen: & v. 189, *Si me impudicitiæ captas, non potes capere. Impudicitiæ,* id est, *impudicitiæ ergò.* Hoc est, si me captas, sive decipere quæris, ut impudicitiæ arguas &c. Terentius in Hecyrâ act 1 sc. 1 v. 15, *Injurium est autem, ulcisci adversarium: aut quâ viâ captent te illi, eâdem ipsos capi?* Plautus Pseud. act. 5 sc. 1 v. 6, *Vinum dolosus est luctator, pedes captat primùm.* Hinc

¶ Captatio, ōnis, prehensio, ut Cicero vocat, das trachten oder nachjagen. *Captatio testamenti,* apud Plinium lib. 20 cap. 14. *Captatio verborum,* quæ verbis fit, apud Ciceronem Partit. Orat. cap. 23.

¶ Captātor, ōris, ein laurer, der nach etwas strebet. *Captator auræ popularis,* Livius 3 cap. 33. Prudent. in Vincent. v. 19,

Captator ut vitulum lupus
Rapturus adludit prius.

¶ 2. Κατ' ἐξοχὴν & absolute *Captatores* dicuntur, qui hæreditates ac legata ambiunt, eamque ob rem senes orbos & divites sectantur, & simulato obsequio insidiosisque munusculis conciliare sibi student, omnis injuriæ non sine fœdissimâ humilitate patientes: quo nomine eos & Tertullianus perstringit lib. de Patientiâ extr. item S. Hieronymus epist. ad Nepotianum de Institutione Clericorum: namque hos ipsos scabies ista jam tum infestabat. Vide & Horat. lib. 2 Sat. 5 v. 57. & Martialem lib. 4 epigr 63. Juvenalis Sat. 10 v. 202,

Vsque adeo gravis uxori gnatisque sibique,
Vt captatori moveat fastidia Cosso.

¶ Captatrix, īcis, Apulejus Doctr. Plat. lib. 2 p. 16, *adulandi scientia, captatrix verisimilium.*

¶ Captatorius, a, um, schleicherisch, schmeichelhafft: ut, *Captatoriæ scripturæ & institutiones;* id est, subdole expressæ. Vide JCtos.

¶ Captito, are, aliud frequentativum ejusdem Apuleji de Deo Socratis p 52, *omina vulgo loquentium captitasse.*

¶ Alia derivata: ut, *Capis, Capistrum, Capsa, Capula, Capulus,* &c. paullo post singulatim exposita habebis, & *Capedo* paullo ante.

Composita à Capio & Capto:

¶ Accĭpio, cēpi, ceptum, cipĕre, nehmen, annehmen, empfangen. *Beneficium accipere, libertatem vendere est,* Publii est. *Quod dat, accipimus,* Cicero 1 epist. 1. ¶ 2. Est & disputantium verbum, cùm concedunt & velut admittunt & adprobant aliquid, quod alter posuit ante: pro quo alii & *Dare* & *Suscipere,* dicunt, de quibus infra, zugeben. Gellius lib. 18 cap. 1, cum Disputationem quamdam à Stoico & contra à Peripatetico, arbitro Phavorino, factam refert: *Rogo te, inquit,* [Peripateticus] *cum bona venia respondeas, an existimet vini amphoram, cum abest ab eâ unus congius? Hoc ubi* accepit *Stoicus: Minime, inquit, vini amphora dici potest, ex qua abest congius. Hoc ubi* accepit *Peripateticus: Vnus igitur, inquit, congius amphoram facere dici debebit* &c. Hinc & communiter huic verbo in assensu est locus. Terent. Eun. act. 3 sc. 5 v. 46 ex persona Chæreæ, qui pro Eunucho deductus erat Dori nomine: *venit una, heus tu, inquit, Dore,*

Cape hoc flabellum & ventulum huic facito, dum lavamus.
Vbi nos laverimus, si voles, lavato, accipio tristis.

Accipio; id est, annuo, tristior tamen atque invitus. Idem Heauton. act. 2 sc. 3 v. 96, *Nihil satis firmi video, quamobrem accipere hunc mihi expediat metum;* id est, quamobrem mihi expediat admittere, & adprobare hoc metu plenum consilium. Sic *accipere conditionem,* dixit Cic. 16 ad Fam. ep. 11. *Excusationem accipere,* id. 4 ep. 4. *Vrbem in deditionem accipere,* eine stadt durch übergabe einnehmen. Cæsar B. Gall. 2 cap. 13, *In deditionem Suessones accepit.* ¶ 3. Interdum Accipere idem est quod audire, intelligere, vernehmen; ut & contra *dare* pro dicere, usurpatur. Virgil. 2 Æn. v. 65,

Accipe nunc Danaûm insidias, & crimine ab uno
Disce omnes.

Terentius in Hecyr. a. 4 sc. 3 pr. *Quem cum istoc sermonem habueris, procul hinc stans accepi,* ich habe es von fern gehöret. Sic *auribus pronis aliquid accipere,* begierig anhoren. Cornel. Tacit. Hist. 1 cap. 1, *Obtrectatio & livor pronis auribus accipiuntur.* Terentius in And. a. 2 sc 3 v. 23, *Sed si te æquo animo ferre accipiet,* hoc est, animadvertet vel intelliget, wird er mercken, daß du es zu frieden seyst. Idem in Adelph. a. 4 sc. 3 v. 15, *Accipere omnia ad contumeliam,* alles vor schimpff anziehen. Et in Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 2, *Accipere aliorsum,* id est, in aliam partem interpretari, anders deuten. *Accipere aliter atque* &c. id. in Heaut. a. 2 sc. 3 v. 23. Quemadmodum & *in bonam* vel *malam accipere partem,* apud Ciceronem ad Attic. 11 ep. 7, & ad Fam. lib. 10 ep. 6, für gut oder ungut annehmen, wohl oder übel auslegen. *In eam partem accipio,* ich will es also verstanden haben, Ter. in Eun. act. 5 sc. 2 v. 37. ¶ 4. Est & invitatorum, vel hospitum, verbum, cùm vocatos aut hospites suos *bene* vel *male* dicuntur *accipere,* wohl oder übel pflegen, bewirthen. Virgil. 3 Æn. v. 353,

Illos porticibus Rex accipiebat in amplis.

Vbi Servius: ACCIPIEBAT: *Pascebat.* Vt Terentius: *Accipit homo nemo melius, neque prolixius.* Qui locus Eunucho est act. 5 sc. 3 v. 52.

v.52. Ovid. 2 Fast. v. 725, *Tarquinius juvenis socios dapibusque meroque*
Accipit.

Plautus Cistell. act. 1 sc. 1,

Ita in prandio nos lepide atque nitide
Accepisti apud te, ut semper meminerimus.

Seneca epist. 21, *Hîc hospes te polentâ excipiet, & aquam quoque largè administrabit, & dicet,* ECQVID BENE ACCEPTVS ES? A convictibus hic sermo ad mala verba & plagas ipsas etiam transfertur: quemadmodum & nos dicimus, einen übel empfangen oder bewillkommen, in quem verberibus aut maledictis sævimus. Plautus Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 129, *Ego pol te istis tuis pro dictis & malefactis furcifer accipiam.* Cic. 3 Verr. cap. 54, *Male accepit verbis Rabonium.* Ita & alibi sæpius. Nepos 18, 8, 1, *male acceptum esse* dicit, qui prælio fusus fugatusque est. Sic *accipere bene, commodè, clementer, comiter,* sich gegen einen freundlich &c. erzeigen. ¶ 5. Sicut *Dare* Medici dicuntur, cùm medicamenta exhibent; sic contra ægroti *accipere,* cùm sumunt. Quo verbo frequenter usus Plinius. Sicut & nos dicimus, artzney nehmen, oder einnehmen. Justinus lib. 12 cap. 10, *Cum moriturus jamjam videretur, per quietem regi monstrata in remedia veneni herba est, quâ in potu acceptâ, statim periculo liberatus est.* ¶ 6. Sæpe & pro consequi ponitur: ut, *accipere veniam: accipere provinciam:* & alia; überkommen. Justinus lib. 5 cap. 4, *His malis fracti, pacem petierunt: quam ne acciperent, opera eorum effectum est, quibus ea res quæstum præstabat.* NE ACCIPERENT, id est, ne consequerentur, seu impetrarent. Nepos 22, 3, 3, *Hannibal ab exercitu accepit imperium.* Idem 9, 1, 3, *Calamitatem accipere,* unglück haben. Cic. 5 Tusc. cap. 19, *Accipere, quam facere præstat injuriam.*

¶ Acceptus, a, um, idem quod gratus, lieb und angenehm. Cæsar Gall. B. lib. 1 cap. 3, *Maximè plebi acceptus erat.* Et Livius 3 cap. 69, *Raro aliàs oratio acceptior plebi.* Idem lib. 1 cap. 15 extr. *Romulus acceptissimus militum animis.* Et Juvenalis Satyr. 3 v. 58,

divitibus gens acceptissima nostris.

¶ 2. Est & elegans loquendi modus: *Acceptum referre,* quo in utramque utimur partem; ut in bonam: *Omnem tranquillitatem & quietem senectutis acceptam refert clementiæ tuæ,* Cic. pro Dejotaro cap. 13 extr. das hat er dir zu dancken. *Chœrilus retulit acceptos Philippos incultis versibus,* i. e. gloriatus est, se beneficio versuum obtinuisse. Horat. 2 epist. 1 v. 234. In malam: *Omnia denique quæ vidimus (quod autem mali non vidimus?) si rectè ratiocinabimur, uni accepta referemus Antonio,* Cicero Philipp. 2 cap. 23. Est autem hæc forma loquendi à rationibus sumta: quarum aliæ *acceptorum* sunt, aliæ *expensorum.* ¶ Acceptum enim in neutro absolute dicitur, quicquid ab aliis dono, mutuo aut alio modo accipimus. Itaque in rationibus alterum caput *acceptorum* est, (die einnahme) alterum *Expensorum* (die ausgabe) sive *Datorum:* nam & ita aliquando vocatur. Cic. de amicitia cap. 16, *Hoc quidem est nimis exigue & exiliter ad calculos revocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum & datorum.* Idem pro Roscio Comœdo *Tabulas accepti,* & *tabulas expensi* dixit principio statim. Hinc *acceptum,* sive *accepta referre;* item *expensa* sive *expensum ferre.* Cicero lib. 1 in Verrem de Prætura Vrbana cap. 39, *Homo stultissime & amentissime, tabulas cum conficeres,* (rationem puta) *& cum extraordinaria pecunia crimen subterfugere velles; satis te elapsurum omni suspicione arbitrabare, si quibus pecuniam credebas, iis expensum non referres, cum tot ibi nominibus acceptum Curtii referrent? Quid proderat tibi, te expensum illis non tulisse?* Ibid. cap. 36, *Expensa Chrysogono Servo H. S. sexcenta millia: accepta pupillo Malleolo retulit.* Et alibi sæpius. *Acceptum* autem *referre* est scribere in tabulis, te accepisse: *Expensum ferre,* similiter te expendisse sive dedisse, est scribere, ut Asconius nos docet. Nimirum cum quis credebat alteri pecuniam, summam illius cum debitoris nomine in tabulis expensi perscribebat: id dicebatur *Expensum ferre.* Cum *debitor reddidisset pecuniam creditam,* summa illa in accepti tabulis perscribebatur, idque *acceptum referre* dicebatur. Notandum autem, *acceptum referre,* sæpius dici, quam *acceptum ferre,* nec tamen hoc inauditum in Latio fuit. Val. Max. l. 2 c. 7 extern. 2, *futurum, ut spiritum pœnæ impenderent, quem pugnæ acceptum ferre dubitassent.* Et Sen. ep. 78, *Philosophiæ acceptum fero, quod surrexi.* Et Plin. l. 2 ep. 4 n. 2, *quidquid mihi pater tuus debuit, acceptum tibi ferri jubeo.* Conf. Borrich. Cogit. de LL. p. 270. Sed JCti etiam *Acceptum ferre* dicunt, unde iisdem & *Accepti latio,* sive *Acceptilatio* dicitur. Vernulejus lege ult. pr. D. quæ in fraudem creditorum &c. *Si fraudator fidejussori suo scienti acceptum tulerit.* Scævola L. 56 D. de administr. & per. tutor. *Tutor rerum & animalium pupilli venditionem facit; sed quædam animalia emtoribus pretium non solventibus reticuit, & apud se habuit: pretium idem rationibus pupilli accepto tulit.* In L. 89 D. de solutionibus &c. *Titius Mævius dico, me accepisse & habere, & accepto tulisse à Gajo Titio reliquum omne. Accepto ferre,* id est, pro accepto ferre: als empfangen verschreiben. Sed & *in acceptum ferre* & *referre* dicimus. Cicero in Verrem de Prætura Vrbana cap. 57, *opus in acceptum retulit quadriennio post, quam diem operi dixerat.* Æmilius Macer Lege 7 § 1 D. ad L. Jul. repetund. *Illud quoque cavetur, ne in acceptum feratur opus publicum faciundum.* Vbi *acceptum* ipsa ratio accepti adpellatur, sive tabulæ accepti. Nisi *in acceptum,* id est, *pro accepto* dixit. Vt Plautus Asinar. act. 3 sc. 2 v. 89, *Agesis, tu in partem nunc jam hunc delude. In partem,* id est, pro tuâ parte. Vel *in acceptum,* id est, ut pro accepto habeatur. ¶ Acceptæ, arum, in fœm. etiam absolute dicuntur agri portiones viritim assignatæ, aut quæ sortito unicuique obtigerunt. v. Rigaltii Gloss. agrimens. pag. 290. Hyginus de limit. constit. p. 190 edit. Gœsii *Acceptura* & *acceptas* distinguit.

¶ Acceptio, ōnis, die annehmung, der empfang. Cicero Topic. cap. 8 extr. *neque deditionem, neque donationem sine acceptione intelligi posse.* ¶ 2. Acceptio veteribus philosophis est propositio, quæ conceditur à respondente ex quæstione proposita; v. g. *Estne omne honestum bonum?* Propositio est: at *Omne honestum est bonum,* Acceptio. Vid. Apulej. lib. 3 doctr. Plat. p. 34. & adde supra in *Accipio* n. 2 dicta. ¶ 3. *Acceptio vocis* est interpretatio ex mente ejus, qui excipit,

der verstand, die bedeutung eines worts. Ita Siculus p. 18 ex edit. Gösii: *Acceptiones in centuriis explicandæ sunt.*

¶ Acceptor, ōris, qui accipit. Plautus a. 1 sc. 2 v. 167, *qui illorum verbis falsis acceptor fui,* i. e. adprobator. Hieronymus epist. 89 cap. 2 & Vulgatus Act. Apost. 10 v. 34, *acceptor personarum,* Græc. προσωπολήπτης.

¶ Acceptrix, īcis, quæ accipit. Plautus Trucul. act. 2 scen. 7 v. 18, *Des quantum vis, nusquam adparet, neque datori, neque acceptrici:* Meretricem intelligit, cui quæ dantur, disparent, perdita sunt.

¶ Acceptorius, a, um: ut, *Acceptorius modulus,* qui opponitur *erogatorio,* apud Frontinum de Aquæduct. lib. 1 p. 233. *Acceptorium* enim vocat, qui puteo immersus aquam haurit, *Erogatorium,* qui in altum elatus refundit.

¶ Acceptilatio, ōnis, ipsa relatio in acceptum, quemadmodum & *Expensilatio* dicitur eadem forma apud Gell. 14 c. 2. Peculiari modo nihil aliud est, quam ficta & imaginaria solutio, eine befriedigung und quittung ohne abtrag, ein frey-zettel. Ita sumitur hoc vocabulum a JCtis. vide Modest. leg. 46 D. de Acceptil. & Voss. de Vit. LL. 1 cap. 3.

¶ Accepto, avi, atum, are, idem quod accipere; ut, *Acceptare jugum,* Silius 7 v. 41. *Acceptare argentum,* Plaut. Pseud. 2, 2 v. 32.

¶ Acceptator, ōris, qui acceptat. Tertullianus de Pœnitent. cap. 2, *Deus quum auctor & defensor sit* [bonorum,] *necesse est proinde & acceptator: Si acceptator, etiam remunerator.* Adde eumdem de Jejuniis cap. 11.

¶ Acceptabilis, e, angenehm. Lactant. Epitom. c. 1 extr. *acceptabilis victima.* Conf. vulg. interpr. 2 Cor. 6, 2. Gloss. gr. lat. εὐπρόσδεκτος, *acceptabilis.*

¶ Accepso, antiquum pro accipio. Nonius c. 2 ex Pacuvii Teucro: *Haud sinam quicquam profari, priusquam accepso, quod peto.*

¶ Antĕcăpere, quo composito Sallust. delectatus fuit, prævenire, vel ante aut prius, quàm alii, occupare, zuvor kommen, vorher nehmen: ut cap. 55 Catil. B. *Consul optimum factu ratus noctem, quæ instabat, antecapere, ne quid in eo spacio novaretur.* Et ibidem cap. 13, *Non famem aut sitim, neque frigus, neque lassitudinem opperiri, sed ea omnia luxu antecapere.* Et *Tempus legatorum antecapere,* id est, legatos prævenire, den legaten zuvor kommen, Idem Jug. c. 21. Hinc

¶ Anteceptus, a, um, participium. Cic. 1 Nat. Deor. cap. 16, *Adpellat* πρόληψιν *Epicurus anteceptam animo rei quamdam informationem.* Ita meliores libri, etiam Gruteri. Quod autem ex Livii lib. 5 cap. 38 *antecaptus* producunt, id divise scribendum est, quemadmodum etiam Gruterus & Gronovius diviserunt: *non loco castris ante capto.*

¶ Antĭcĭpo, avi, atum, are, est antecapere, prævenire, προλαμβάνειν, zuvor kommen, voraus wegnehmen: nec dubium, quin ab *ante* sit & *capio.* Cicer. ad Att. lib. 8 epist. 14, *Quid igitur proficis, qui anticipes ejus rei molestiam; quam triduo sciturus sis?* beschwerung vor der zeit zu halse ziehen. *Anticipare mortem,* Sueton. Tiberio cap. 61. Ausonius epist. 4 v. 65,

Accipe congestas mysteria frivola nugas:
Quas tamen explicitis nequeas deprendere chartis,
Scillite decies si cor purgeris aceto:
Anticipesque tuo Samii Lucumonis acumen.

Loquitur de ænigmatis suis Poëta, quæ adeo obscura esse indicat, ut, ad quem hoc scribit, non intellecturus sit, si vel decies cor scillite aceto purgetur; aut ipse suo acumine Pythagoram superet. In ultimo autem versu Salmasii emendationem sequuti sumus *tuo* pro *tuum* rescribentis ad Flavii Vopisci Aurelianum. Nam Scaliger hic audiendus non est.

¶ Anticipatus, a, um, vorher gefaßt. Cic. 1 de Nat. D. c. 27, *Ita est informatum, anticipatumque mentibus nostris.* Suet. Claud. cap. 21, *ludi quasi anticipati ab Augusto, nec legitimo tempori reservati.*

¶ Anticipatio, ōnis, das vorausnehmen. Cicer. 1 Nat. Deor. cap. 16, *Quæ est gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quamdam Deorum? id est,* ut ipse explicat, *anteceptam animo informationem;* sive ut mox appellat, *prænotionem.* Arnobius lib. 1 p. 107, in pedum officiis numerat *suggerere anticipationes itionum.* ¶ 2. Et Figura eadem quæ Prolepsis, πρόληψις. Vide *Prolepsis.*

¶ Anticipator, ōris. Oratione ad Deum, quæ in Ephemeride Ausonii habetur, ab aliis Paullino Nolano tributa, v. 9,

Ipse Dei Verbum, Verbum Deus, anticipator
Mundi, quem facturus erat.

¶ Concĭpĕre, abfassen. *Spem concipere,* hoffnung schöpffen. Ovid. Fast. 1 v. 485, *Conscia mens ut cuique sua est, ita concipit intra*
Pectora pro facto spemque metumque suo.

Sic *animo concipere,* im sinn fürsetzen, Cic. Leg. 1, 22. Sic *odium in aliquem concipere,* Idem post Red. ad Quir. cap. 1. *scelus,* id. Catil. c. 4. *flagitium concipere,* id. 1 Nat. D. cap. 24. Tacitus 4 Histor. c. 31, *Cùm cætera juris jurandi verba conciperent: Vespasiani nomen hæsitantes aut levi murmure, plerique silentio, transmittebant.* ¶ 2. Concipere, empfangen, schwanger werden. *Concipere ex marito, ex mœcho,* &c. Cic. pro Cluent. cap. 11.

¶ Conceptus, a, um, gefasset, abgefasset. Cic. pro Syll. c. 24, *Furor biennio ante conceptus erupit in meo consulatu.* Idem 1 Nat. D. c. 24, *Jurare conceptis verbis,* einen eyd thun, wie er vorgeschrieben ist, und vorgelesen wird. Petronius p. 145, *Jurat Eumolpus verbis conceptissimis.* Cornelia apud Nepotem in Fragmentis: *Verbis conceptis dejerare ausim.* Val. Max. lib. 4 cap. 1 n. 10, *dixit se scire, illum verbis conceptis pejerasse.*

¶ Concepto, are, frequent. idem quod concipere. Arnob. lib. 4 pag. 141, *His in lucem prodeunt generationibus dii vestri, quibus asini, porci, canes, quibus immunda hæc omnis conceptatur & genitur terrenarum proluvies bestiarum.* Ammianus Marcellinus lib. 31 cap. 26, *majora conceptantes.*

¶ Conceptaculum, quod concipit aliquid, ὑποδοχεῖον, geburts-stätte, auffenthalt. *Conceptacula spiritus in corporibus,* Macrob. Saturn. 7 cap. 12.

cap. 12. Et Plinius lib. 11 cap. 37, *Superbia alicubi conceptaculum, sed hîc* (sc. in superciliis) *sedem habet, in corde nascitur, hîc subit, hîc pendet.* Solinus cap. 15 (al. 25) de regione aquilonali: *Damnata pars mundi, ipsisque prorsus aquilonis conceptaculis rigentissima.*

¶ Conceptus, ûs, pro ipso fœtu. Plin. lib. 20 cap. 22, *mortuo conceptu*, die leibes-frucht. Deinde actus concipiendi, Cicer. de div. lib. 1 c. 42, *Ex hominum pecudumve conceptu & satu*, die schwängerung. ¶ Philosophis *Conceptus* est assimilatio rei conceptæ in intellectu, ein concept.

¶ Conceptio, ōnis, die empfängniß. Cic. de Divin. 2 cap. 22, *Conceptio mulæ contra naturam.* Plin. 22 c. 22, *conceptionibus conferre*, id est, adjuvare illas. ¶ 2. De formulis, die abfassung, der aufsatz. Cicero de Invent. 2 cap. 19, *in jure conceptio privatorum judiciorum constituitur.* Sic *Formularum conceptio*, Paul. JCtus lege 47 de negotiis gestis.

¶ Conceptor, ōris, qui concipit. Arator in Act. Apost. cap. 16,

Peccati conceptor erat.

¶ Conceptivus, a, um, angesetzt; ut, *Conceptivæ feriæ*, quæ incertis diebus quotannis servantur. Festus; vel ut Macrobius 1 cap. 16 describit, quæ quotannis a magistratibus vel a sacerdotibus concipiuntur in dies certos vel etiam incertos.

¶ Dēcĭpĕre, fallere, betrügen. Horat. Art. Poët. v. 25, *Decipimur specie recti*, unter dem schein des guten werden wir verführet. Cic. 2 de Orat. cap. 71, *Decipere exspectationem alicujus*, vergeblich warten lassen. Terent. in Andr. a. 4 sc. 1 v. 45, *Deceptus sum, at non defatigatus*, es hat mir zwar gefehlet, ich bin sein aber noch nicht müde gemacht.

¶ Deceptus, a, um, betrogen. Vellejus 2 cap. 69, *fraude deceptus.* Horat. 1 Sat. 1 v. 61, *At bona pars hominum decepta cupidine falso.*

¶ Deceptio, ōnis, actus decipiendi, betrug. Vitruvius lib. 2 cap. 8 sub fin. *quoniam impendentis loci deceptio cogit.* Quod ostendit antiquum vocabulum esse, quamvis non crebro usurpatum. Augustinus Confession. lib. 8 cap. 2, *Philosophorum scripta plena fallaciarum & deceptionum.* Idem de Civ. Dei lib. 22 cap. 22, *deceptiones & mendacia.* Martianus Capella sub finem lib. 4 in metro:

quæ sunt fraude multa consita,
Queis falsa captos circuit deceptio.

¶ Deceptiosus, a, um, betrügerisch. Ennod. 1, 7.

¶ Deceptorius, a, um, betrüglich. Augustinus epist. 255 ad Macrobium, *deceptoria laude falli.*

¶ Deceptor, ōris, ein betrüger. Seneca Thyeste v. 139, *Proditus occidit Deceptor domini Myrtilus.* Tertullian. adv. Prax. cap. 11, *deceptor fidei.* Augustin. Serm. 67, *Deceptorem sequi, quam Deum, maluisti.*

¶ Deceptrix, īcis, betrügerin. Lactant. Epitom. cap. 6 extr. *Perniciosa est ac deceptrix adulatio.* Alcimus Avitus lib. 3 v. 111,

Nec contenta tuo deceptrix fœmina casu.

Eleganter id nominis Fortunæ Mantuanus apposuit Carmine de Pugna Virtutis & Fortunæ:

Desine deceptrix hominum Fortuna minari.

¶ Decipula, æ, eine falle. Sidon. Apollinaris 8 epist. 10, *decipula male blandientis eloquii.*

¶ Decipulum, i, idem. Usus Apulejus lib. 8 post principium: *nactus fraudium opportunum decipulum.* Et lib. 10, *fraudis extremæ lapsa decipulo*, ut ex MSS. Pricæus emendavit.

¶ Disceptare, streiten, zancken, disputiren: ut, *disceptare controversiam*, Cic. Tusc. 4 cap. 3, in einer sache handeln. *Armis de jure publico disceptare*, id est, decertare, Cic. 4 epist. 4. *Disceptare armis de controversiis*, streitige händel mit dem schwerdt ausführen, Cæs. Civ. 3 cap. 107. ¶ 2. *Disceptare caussam*, judicare sive cognoscere est, erörtern. Cicero Orat. pro Dejotaro pr. *Hanc C. Cæsar caussam si in foro dicerem, eodem audiente & disceptante te* &c.

¶ Disceptator, ōris, est rei sententiæque moderator, auctore Cicerone Partit. cap. 3, ein schiedsmann; ut, *Disceptator de pace*, Valer. Max. lib. 2 cap. 10, 4, quem vulgo Mediatorem dicunt. Livius lib. 35 c. 45, *Reconciliatore pacis & disceptatore de iis, quæ in controversia cum P. R. essent, utendum censebat.* Apulejus Florid. 2, *disceptator atque arbiter.*

¶ Disceptatrix, īcis, eine schiedsmännin. Cic. in Acad. lib. 4 cap. 28, *Dialecticam inventam esse dicitis veri & falsi quasi disceptatricem & judicem*, die was recht und unrecht ist, unterscheidet und urtheilet.

¶ Disceptatio, ōnis, überlegung, streitigkeit: ut, *Caussa in disceptatione versatur*, die sache ist noch streitig, Cic. pro Dejotaro cap. 2. Rem in dicendi disceptationem & controversiam vocare, über etwas einen discurs anstellen, Idem de orat. 2 c. 72.

¶ Disceptatiuncula, æ, diminut. kleine streit-frage. Gell. 20 cap. ult. quæ aliis Præfatio est: *tempus ad colligendas memoriarum disceptatiunculas conferre.*

¶ Excĭpĕre, aufnehmen, auffangen: Apul. lib. 1 A. A. *Sanguinis eruptionem uterculo admoto excipit diligenter.* Cicer. pro Plancio c. 23, *Maledicto nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur*, es wird nichts so leicht gesagt und aufgefangen, als ein scheltwort. Suetonius Cæsare cap. 14, *Ut Dec. Silanum Cos. non piguerit sententiam suam, quia mutare turpe erat, interpretatione lenire, velut graviùs atque ipse sensisset, exceptam*; als wäre sie übeler aufgenommen, als ers gemeinet. *Excipere vulnus*, pro accipere, idem dixit Augusto cap. 20. *Excipere invidiam*, neyd auf sich laden, Nepos 14, 5, 2. *Excipere labores*, Cic. de Clar. Or. cap. 69. *Excipere fortunam, subire vim atque injuriam*, Idem de Prov. Cons. cap. 17. ¶ 2. Excipere, ausnehmen. Cic. ad Q. Frat. lib. 1 ep. 1, *Omnes ita de tuâ virtute commemorant, ut in summis tuis laudibus unam excipiant iracundiam.* Idem ante paullo, eadem epistola 1, *Cum lex nominatim exciperet, ut liceret* &c. Tacitus Agricol. cap. 15, *Nihil jam cupiditati, nihil libidini exceptum.* Quo & formula *Excepto, quod*, pertinet. Plin. lib. 8 epist. 1 pr. *Iter commode explicui, excepto, quod quidam ex meis adversam valetudinem contraxerint.* ¶ 3. Ponitur & pro recipere, aufnehmen. Cæsar lib. 3 de

Bell. Civili cap. 11, *Qui omnes scaphis excepti refugerent.* Et cap. 101, *Sed Cassius scaphâ exceptus refugit.* ¶ 4. Sed & hospites & invitati, sicut *accipi*, ita *excipi* etiam dicuntur. Seneca epist. 21, *Hîc hospes te polentâ excipiet.* Tacitus de Germ. cap. 21, *Convictibus & hospitiis non alia gens effusius indulget. Quemcunque mortalium arcere tecto, nefas habetur: pro fortuna quisque apparatis epulis excipit*, er tractiret und bewirthet nach seinem vermögen. ¶ 5. Est & Venatorium verbum; cum ferro sistitur fera atque conficitur. Horatius lib. 3 Carm. Od. 12,

Catus idem per apertum fugientes
Agitato grege cervos jaculari, &
Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum.

Seneca lib. 1 de Irâ cap. 11, *An tu putas venatorem irasci feris, vel cum & fugientes persequitur, & venientes excipit?* Spartianus Caracallâ cap. 5, *Excepit apros frequenter, contra leonem etiam stetit. Excepit*: venabulo puta. Ita enim integra fit oratio. Seneca de Providentiâ cap. 2, *Nobis interdum voluptati est, si adolescens constantis animi irruentem feram venabulo excepit*, einen fang geben. Inde ad pugnas militares transfertur. Curt. 9, 5, 8, *Duos gladio ita excepit, ut ante ipsum exanimes procumberent.* ¶ 6. Est & incautos & imprudentes ex inopinato opprimere & capere, erhaschen, fangen. Cæsar, sive Hirtius potius de bello Gallico lib. 8 cap. 6, *Equitum turmas dimittit in omnes partes ad aliquos excipiendos, ex quibus hostium consilia cognosceret.* Idem lib. 3 de Bello Civili cap. 38, *Duas hostium turmas nacti exceperunt*, haben sie ertappet, oder angetroffen, und gefangen. Ita idem sæpius, & Curtius, & alii. Cicero quoque lib. 7 ad Atticum epist. 21, *De Pompejo scio nihil: eumque nisi in navim se contulerit, exceptum iri puto.* Celsus Præf. *Viator a latronibus exceptus.* Virgil. Ecl. 3 v. 18,

Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum
Excipere insidiis?

id est, *dolo capere*, ut Servius interpretatur: sive per insidias capere. ¶ 7. Similiter qui auscultant clanculum & aliorum captant sermones & sublegunt furto, dicuntur *excipere*, erschnappen. Cicero pro Dejotaro cap. 9, *Mittebat, qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad se referrent.* Tacitus 3 Histor. c. 73, *Fuêre qui excepto Vitellianorum signo*, (losung) *quo intra se noscebantur, ultrò rogantes respondentesve, audaciam pro latebrâ haberent.* ¶ 8. Excipere est *sequi*, folgen: ut, Cic. pro Sextio cap. 68, *Herculis vitam & virtutem immortalitas excepisse dicitur.* Livius 2 cap. 61 pr. *Turbulentior inde annus excepit.* Sic eleganter progressionis seriem exprimit Vellejus 2, 55, 2, *Excepit Cæsarem gravius bellum.* Idem 2, 15, 2, *Cum id malum ab Asculanis ortum esset, ac deinde a Marsis exceptum, in omnes penetrasset regiones*: es ist die reihe des übels an sie kommen. ¶ 9. Excipere pro *extrahere* Nonius interpretatur, & accipit in illo Ciceronis de Republ. lib. 4, *Quod insepultos reliquissent eos, quos ex mari, propter vim tempestatis, excipere non potuissent; innocentes necaverit.* Et ita τῷ *exceptare* idem usus, de quo paullo post. Sic *dentes excipere*, die zähne herausbrechen, ausreissen, Cels. 7 cap. 12. ¶ 10. Excipere denique dicuntur, qui alio dictante aliquid describunt. Sueton. de Tito: *Notis quoque excipere velocissime solitus.* Sic vulgo dicimus: *Excipere calamo*, nachschreiben. Manil. 4 v. 199,

Excipiens longas nova per compendia voces.

¶ Exceptus, a, um, particip. aufgenommen. Curt. 8, 10, 2, *Rex benigne exceptos sequi jussit.* Plura exempla apud Curtium, & paullo ante in ipso verbo invenies.

¶ Exceptio, ōnis, eine ausnahm, bedingung. Cicero 6 epist. 5, *Quotiescunque filium tuum video, polliceor ei studium quidem meum, & operam sine ulla exceptione aut laboris, aut occupationis, aut temporis.* Florus 2 c. 18 n. 12, *victoria sine exceptione.* De Numantinorum deditione tentata agit, quam nisi absolutam (auf discretion) Scipio negavit. Seneca epist. 6, *Cum hac exceptione datur*, mit dem vorbehalt.

¶ Exceptiuncula, æ, diminut. Seneca epist. 20, *Licet illam exceptiunculam non adjicias, ut rectum sit, quod velis.*

¶ Exceptor, ōris, Vita & Passio S. Genesii, quæ epistolis Paullini subjungitur, n. 2, *Cum ante tribunal exceptoris fungeretur officio.* Est autem, qui dictata excipit, der nachschreibet. Gregorius M. prologo Homiliarum in Evangelia: *Sicut a me diversis temporibus dictæ sunt: ita quoque sunt ab exceptoribus in codicibus affixæ.* Et Augustinus epist. 152 ad populum factionis Donatianæ: *ut notarii bini cum exceptoribus judicis alternarent.* Mentionem quoque *exceptoris* Ulpianus fecit Lege 19 § penult. D. Locati conducti: & Lege 5 Cod. de prox. sacr. scrin. *exceptores* in scriniorum officiis numerantur.

¶ Exceptorium, i, vas ad aliquid excipiendum. Vet. Gloss. Ἐκδοχεῖον, *exceptorium, excipulum, conceptaculum.* Vet. interp. Irenæi 4 c. 24, *Homo exceptorium bonitatis Dei.* Idem: *Homo ingratus exceptorium justi judicii Dei.*

¶ Excepto, are, extrahere capiendo: Sicut τῷ *excipere* etiam usus Cicero est, auctore Nonio, de quo paullo ante. Cic. in Paradox. 5 cap. 2, *Barbatulos mullos exceptare de piscinâ*, aus dem teiche fangen, heraus langen. ¶ 2. Ab alio quid in se recipere, übernehmen. Silius lib. 9 v. 368,

per pectora sævas
Exceptat mortes.

¶ Exceptaculum, i, exceptionis locus. Tertullianus de Spectac. cap. 2, *Non sumsimus* [i. e. accepimus] *aures ad exceptaculum maliloquii.*

¶ Exceptitius, a, um, quod excipitur, apud Plinium 18 cap. 11, *Siligo, quæ in cribro remansit, exceptitia adpellatur.*

¶ Excipulum, i, & Excipula, æ, (utroque genere in Vet. Gloss. legitur, & utrobique ἐκδοχεῖον redditur: Grævius *Excipulus*, virili genere, in ora libri adnotaverat) vas est seu utriculus, quo aliquid excipitur, liquor præsertim, ne in terram defluat, ein gefäß das man unterhält. Plinius lib. 25 cap. 7, *Vis tanta* [herbæ] *est, ut e longinquo succus excipiatur: Incisæ conto* [herbæ,] *subditis excipulis, ventriculo hædino, humor lactis videtur effluere.* ¶ 2. Est machina seu instrumentum in flumine fabricatum, aut fossa depressior in ripa, qua pisces excipiuntur, fischreussen, halter. Idem lib. 9 cap. 22, de anguillis Benaci lacus & Mincii fluvii: *hiemato lacu, fluctibus glomeratæ volvuntur,*

tur, in tantum mirabili multitudine, ut in excipulis ejus fluminis, ob hoc ipsum fabricatis, singulorum millium globi reperiantur. ¶ 3. Posse ad alia etiam adhiberi, non dubitatur: sed hæc exempla constant.

¶ Excipuus, a, um, quod excipitur, ut præcipuum, quod ante capitur.

¶ Incipere, ordiri, inchoare, anfahen, anheben. Ausonius Epigr. 81,

Incipe: dimidium facti est cœpisse.

Cic. Offic. 1 cap. 37, *Vt incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus*, wie der anfang, so soll auch der beschluß seyn. ¶ Interdum est initium habere, angehen, angefangen werden, ut in illo Virg. Æn. 3 v. 8,

Vix prima inceperat æstas.

¶ Inceptus, a, um, angefangen, angehoben. Virg. 2 Georg. v. 39, *Laborem inceptum decurrere.* Idem Æn. 8 v. 90, *Iter inceptum celerare*, die angetretene reise fortsetzen. Terent. Andr. a. 3 sc. 3 v. 7, *Amicitia, quæ incepta à parvis, cum ætate accrevit simul.*

¶ Inceptio, ōnis, unterfangung, beginnen. Cicer. 4 Acad. c. 38, *Præclari operis inceptio*, der anfang eines rühmlichen wercks. Terent. Andr. a. 1 sc. 3 v. 13,

Audire eorum est operæ pretium audaciam:
Nam inceptio est amentium, non amantium.

INCEPTIO: id est, hoc quod inceperunt: quod instituerunt facere. Infra scen. 5 princ. statim *Inceptum* vocat. Apulejus Apolog. p. 317, *inceptio patrociniorum.*

¶ Inceptum, i, das vorhaben. *Absistere incepto*, Livius 31 cap. 26. *Incepto desistere*, Virg. Æn. 1 v. 37, von seinem fürnehmen abstehen. *Incepto pari similis fortuna fuit*, Vellej. 2, 68, 2.

¶ Inceptus, us, idem. Nepos 11, 2, 5, *Epaminondæ retardavit inceptus.* Ita Schottus legit e membranis suis.

¶ Inceptivus, a, um, i. e. initialis. Diomed. Gramm. *Inceptiva litera*, ein anfangs-buchstabe.

¶ Inceptor, ōris, ein anfänger. Terent. Eun. act. 5 sc. 9 v. 4,

O Parmeno mi, ô mearum voluptatum omnium
Inventor, inceptor, perfector.

Vbi Donatus: *Invenire, sapientis est: incipere, audacis: perficere, constantis: ergò perfecta laudatio est.* Sic *Carminis inceptor mihi Jupiter*, id est, auctor, à quo auspicium sumitur, apud Avienum principio Arateor.

¶ Incepto, are, frequentativum: ut, *Inceptare facinus*, Terent. Heaut. a. 3 sc. 3 v. 39, sich einer kühnen that unterstehen. Id. Andr. a. 5 sc. 4 v. 22, *Fabulam inceptat*, er hebt ein mährlein an. Idem Eun. act. 6 sc. 8, *Quid inceptas Thraso?* Vbi Donatus: INCIPERE, inquit, *magnorum facinorum est audacia.* Et alibi: FACIMVS, ait, *mediocria:* INCIPIMVS *ingentia.* Plane ut nos coarguentes, qui periculosa & ardua audent, dicimus: was fängest du doch an?

¶ Inceps Festus interpretatur *deinceps*, quod inde compositum est. Sed etiam adjective invenitur. Apulejus 3 Florid. *de incipiti die perfecturum.*

¶ Incipisso, ut *capesso*, antique dixit Plautus, ut Capt. 3, 3, 17, *Nugas ineptiasque incipisso.* id. Trin. 4, 2, 42, *Magnum facinus incipissis petere* &c.

¶ Intercipĕre, auffangen, für dem maule hinweg nehmen. Terent. Eun. act. 1 sc. 1 extr. *quod nos capere oportet, hæc intercipit.* ¶ 2. Sed *intercipere iter*, einem den weg verlegen. Curtius 4 cap. 2 n. 9, *Præceps in salum murus pedestre interceperat iter.* (Livio 6 cap. 9 id est *interseptis itineribus*, ut Frobenius, Gruterus, Gronovius ediderunt, pro quo in Aldi Veneta, & huic æquali, Scheferi Moguntina, est *interceptis itineribus.*) *Intercipere litteras*, briefe auffangen, Cassius Ciceroni 12 epist. 12. *Intercipere pecuniam*, unterschlagen, Sueton. Domit. cap. 17. ¶ 3. Intercipere etiam *excipere*, sive incautum opprimere ac interficere est. Suetonius Augusto cap. 14, *Circa Perusium autem murum sacrificans pene interceptus est à manu gladiatorum, quæ oppido eruperat.* Sic *intercipere exercitus* est præoccupare & fundere atque delere. Tacitus Agricolà cap. 5, *Trucidati veterani, incensæ coloniæ, intercepti exercitus*, id est, deleti. Nepos Iphicrate: *Hoc exercitu moram Lacedæmoniorum intercepit*, MORAM LACEDAEMONIORVM, i. e. morantes Lacedæmonios & bellum trahentes oppressit, & fudit. Donatus enim INTERCIPERE, quasi totum capere interpretatur.

¶ Interceptus, a, um, aufgefangen, entzogen: ut, *Epistola intercepta*, Curt. 6, 9, 13. *Te interceptum fortuna servavit*, Idem 9, 6, 12. *Interceptus rex mortalitate*, Plin. 10 epist. 50.

¶ Interceptor, ōris, der etwas unternimmt, oder wegfischet: ut, *Interceptor litis alienæ*, apud Livium lib. 3 extr. *prædæ*, lib. 4 c. 50. *donativi*, Tac. Hist. 3 cap. 10.

¶ Interceptio, ōnis, die entziehung. Cic. pro Cluent. c. 60, *Interceptio poculi*, quod veneno infectum alteri aliquis daturus erat.

¶ Intercapedo, vide supra seorsim in *Capedo.*

¶ Occipere, incipere, anfangen. Terent. in Andr. act. 1 sc. 1 v. 52, *Accepit conditionem, dein quæstum occipit*, fähet das handwerck an. Idem in Adelph. a. 3 scen. 1 vers. 2, *Dolores mei tum occipiunt primum*, die rechten wehtage gehen allererst an. Sæpissime hoc verbo utitur Plautus, cujus etiam est *occepso* antique pro *occepero*, Amph. 2, 2, v. 41. &c.

¶ Occepto, are, frequent. idem. Plaut. Menæch. 5, 5 v. 18, *Jam hercle occeptat insanire.*

¶ Occupo, avi, atum, are, id est, ex adverso capere, einnehmen, überfallen, sich etwas mit gewalt anmassen. Occipere & occupare variant, ut supra antecapere & anticipare, vel ut cumbere & cubare. Sic *occupare regnum, regiam, locum, primum locum*, Cicero. *Occupare honores*, Horat. lib. 1 Oda 12. *Terror, timor occupat*; Cæsar 1 Gall. c. 39, *Tantus subito timor omnem exercitum occupavit*, furcht und schrecken hat sie betroffen. *Occupari in aliqua re*, vel, *studio*, elegans locutio est, über etwas begriffen seyn. Cicer. in Off. c. 17, *In eadem funditus delenda occupati fuerunt*, sie waren damit beschäfftiget. Terent. in Prol. Hecyr. *Populus in funambulo animum occuparat.* Et Cæs. 3 de Bello Civili cap. 109, *Quorum alter accepto vulnere occupatus, per suos pro*

occiso sublatus, alter interfectus est. OCCVPATVS vulnere, id est, oppressus; vel ante alterum, atque sic prior, dejectus est. Nam *occupare* & prævenire alium est: de quo mox sequitur. *Ne quod te ad aliud occupes negotium*, id est, prius applices, Plautus Pseud. act. 1 sc. 5 v. 135. ¶ 2. Significat & antevertere, prævenire, zuvor kommen. Plautus Mostell. act. 3 sc. 1 v. 39, *Occupabo adire.* Livius lib. 1 c. 14, *occupant bellum facere.* Et ibid. c. 30, *Occupat Tullius in agrum Sabinum transire.* Horat. lib. 2 od. 12, *Occupat rapere oscula.* Vide & Nonium. Itaque *præoccupare*, & *occupare ante*, quo Plautus usus, per pleonasmum dicitur. Quo & pertinet illud Horatii lib. 1 epist. 7,

Vultejum mane Philippus
Occupat & salvere jubet prior:

Nam τὸ *prior* addere, necesse haud erat. Inprimis elegans est formula in præveniendi notione, si dicimus: *Primus me dies supremus occupet, quàm* &c. Columella ita procemio Operis: *Vereor, ne supremus ante me dies occupet, quam universam disciplinam ruris possim cognoscere*, der tod möchte mich eher überfallen, als &c. ¶ 3. *Occupare pecuniam* eleganter dicimus, pro fœnori locare. Cicero Verrina lib. 3 cap. 36, *præterea pecunias occuparat apud populos & syngraphas fecerat.* Ausonius epist. ad Symmach. Gripho præmissa: *Improbum nummum malui occupare, quam condere*, &c. Sic *Occupatum argentum* Plautus dixit Epid. act. 2 v. 13. Contra *pecunia vacua* dicitur, quæ nullas usuras confert. Lege Q. Cæcilius 28 Dig. depositi. Neque vero *pecunia occupari* tantùm dicitur, quæ in fœnore ponitur, sed quæ impenditur etiam in promercalibus rebus, unde aliquid acquiras: wenn man geld anlegt, und damit wirbt. Columella lib. 11 c. 1, *Pecuniam domini neque in pecore, neque in aliis rebus promercalibus occupet: hæc enim res avocat villici curam & negotiatorem potius facit, quam agricolam.*

¶ Occupatus, a, um, qui negotio aliquo detentus, non potest negocio alterius operam dare. Sic Valla exponit lib. 5 c. 57, unmüssig, mit geschäfften beladen. Contrarium *otioso.* Sic Cato procemio: *in eo* [agriculturæ] *studio occupati*, beflissen. Cicero pro Cælio cap. 19, *occupatum & impeditum nunquam hunc tenuerunt amores.* Et lib. 1 de Invent. c. 22, *Animum in aliqua re occupatum habere*, zu thun haben. Et Cælius Ciceroni lib. 8 ad fam. ep. 4, *Comitiorum dies occupatiorem me habebant*, die convents-tage gaben mir etwas zu schaffen. *Nam dubito, quin occupatissimus fueris* &c. Idem ad Atticum lib. 12 ep. 38. ¶ 2. Interdum Occupatus non secus ac verbum est præventus, oppressus, überraschelt, überrumpelt. Justin. 2, 12, 21, *Græci adventu hostium occupati prælium capessunt.* Idem 5, 9, 14, *Miserunt, qui eum interciperent, a quibus occupatus, vivus in cubiculo crematus est.* Curt. 9, 7, 22, *Occupatum complexu arietavit in terram.*

¶ Occupatus, ûs, subst. est occupatio. Claud. Mamertus ad Sidonium [in hujus lib. 4 epist. 2] *Ecquo tam ex occupatu unquam uspiamve implicabere, quin illud in aliorum commoda revergat?* Sed

¶ Occupatio, ōnis, usitatius verbum, estque diligens vacatio, geschäfft, mühwaltung, verrichtung. Cic. in Orat. c. 10, *in maximis occupationibus nunquam intermittere studia doctrinæ.* Et, *Occupatione distineri*, ad Attic. lib. 2 ep. 23. *Maximis occupationibus impediri*, Idem ad fam. lib. 10 ep. 28. ¶ 2. Hostilis est invasio, eroberung, einnehmung: Cic. pro domo c. 3, *obsessio templorum, occupatio fori, oppressio curiæ.* ¶ 3. Occupatio, προκατάληψις, figura Rhetorica est, cum respondemus tacitæ objectioni, hoc est, cum ipsi animadvertentes, quid obsit nobis, prius diluimus, quam objici possit. Vide Rhetoric. ad Herenn. lib. 4 c. 27 pr.

¶ Occupatorius, a, um, in besitz genommen, &

¶ Occupaticius, a, um, adjectiva, quæ de agris dicuntur, qui deserti a cultoribus propriis, ab aliis occupantur. Vide Festum Pompejum in *Occupaticius*, & Siculum Flaccum de Condit. Agr. p. 3, ac ibi Guil. Gœsium p. 127. Adde in *Arcifinalis* sub *Finis* dicta.

¶ Occupo, ōnis, cognomentum Mercurii, quo furum ille Deus velut mitiore ac honestiore celebratus. *Occuponem propitium* scil. *opto*, Petron. fragm. p. 30. v. Schefferi not. p. 131.

¶ Anteoccupo, are, ut præoccupare, vorbauen. Cic. in Oratore cap. 40, *Vt anteoccupet, quod putat opponi.*

¶ Anteoccupatio, ōnis, præoccupatio. Cic. lib. 3 de Oratore cap. 53, *in hilaritatem impulsio, anteoccupatio.*

¶ Præoccupare, prævenire, vorher einnehmen, überschnellen, zuvor kommen. Cicer. in Philipp. 10 cap. 1, *Præoccupare alterius partes.* Cæs. lib. 6 cap. 40, *Præoccupavit animos timor.* Nepos Dione cap. 4, *ne, cum inter se timerent, alteruter alterutrum præoccuparet.* Idem Datame c. 7, *Hic ne intrare posset saltum, Datames præoccupare studet.* In quibus Pleonasmus est, ut supra monebamus. Livius lib. 21 c. 20, *Præoccupatos jam ab Hannibale Gallorum animos esse.*

¶ Præoccupatus, a, um, valde occupatus, sehr bemühet. Seneca epist. 15, *Omnes præoccupati sumus, virtutes discere.* Item, vorher eingenommen: Liv. 6, 21, *Præoccupati beneficio animi.* Vellej. 2, 69, 2, *Præoccupata Asia.*

¶ Præoccupatio, ōnis, πρόληψις, figura syntaxeos, & schema. Beda Presbyter de Schem. & Tropis, principio: πρόληψις, *præoccupatio sive præsumtio dicitur. Figura est, quando ea, quæ sequi debent, anteponuntur.*

¶ Percĭpĕre, einnehmen: ut, *Fructus uberrimos ex fundo percipere*, sehr viel früchte einsammlen. Cicer. de Senect. c. 8, *Nunquam in agro majora opera sunt, non serendis, non percipiendis fructibus, non condendis.* ¶ 2. Item, begreiffen, verstehen, ut Cic. de Orat. lib. 1 cap. 51, *Philosophia oratori necessariò percipienda est*, ein Orator muß die Philosophie nothwendig studiren. *Percipere voluptatem*, id. 1 de Fin. cap. 11. *luctus, dolores, miserias*, id. lib. 13 ep. 1. ¶ 3. Item, überfallen. Sic Terent. Eun. act. 5 sc. 6 pr. *Neque agri, neque urbis odium me unquam percipit*, ich werde dessen nicht überdrüssig. *Percipit*, quasi totum capit, ut penitus occupat, ita ut vel urbanam vitam plane detester & fugiam aversus, vel rusticam. Plautus Amphitr. act. 5 sc. 1 v. 66,

Nam mihi horror membra misero percipit dictis suis.

Lucretius lib. 5 v. 603,

Est etiam quoque, uti non magno solis ab igni
Aëra percipiat calidis fervoribus ardor.

¶ Perceptus, a, um, genossen. *Brevis est percepta voluptas*, Ovid. Item, verstanden. *Philosophorum percepta habere præcepta*, Nepos 25, 17, 3.

¶ Perceptum, i, substantivum. Cicero de Fato cap. 6, *A perceptis artis proficiscitur. Percepta appello, quæ dicuntur græce θεωρήματα.* Et Gellius lib. 14 cap. 1, *pro percepto liquere*, id est, clarissimum apparere.

¶ Inpeteeptus, seu Imperceptus, a, um, non perceptus. Gellius ibidem: *an minora majoribus imperceptiora sunt?*

¶ Perceptio, ōnis: ut, *Perceptio frugum*, Cic. 2 Offic. c. 3, die einnahm, die geniessung. ¶ 2. Item, der verstand. Cicero Acad. lib. 1 cap. 12, *Turpe est cognitioni & perceptioni, assertionem adprobationemque præcurrere*, beyfall geben, ehe man es eingenommen und verstanden hat.

¶ Perceptor, ōris, qui percipit. Augustinus Soliloquio 1 cap. 1 extr. *Jubeas me esse perfectum amatorem perceptoremque sapientiæ tuæ.*

¶ Præcipere, *præoccupare, antecapere*, vorher nehmen, zuvor bedencken. *Præcipere fata, mortem, veneno*, Flor. lib. 3 c. 9. & lib. 4 c. 12 dixit. Cic. Offic. 1 cap. 23, *Ingenii magni est, præcipere cogitatione futura*, zukünfftige dinge vor der zeit begreiffen. Tacitus Hist. 3 cap. 15, *Antonius festinato prælio victoriam præcepit.* ¶ 2. Est & *præcipere* monstrare, docere, quid faciendum discendumve sit, & magistrorum proprium est, qui inde & *Præceptores* adpellati. Horatius lib. 1 Ode 24, *Præcipe lugubres*
Cantus Melpomene.
Alloquitur enim Poëta Musam, ut magistram canendi. Idem lib. 2 Sat. 2 principio: *Nec meus hic sermo est, sed quem præcepit Ofellus:* id est, quem me Ofellus docuit. Et in epist. ad Pisones de Arte P. v. 335,
Quicquid præcipies, esto brevis: ut citò dicta
Percipiant animi dociles teneantque fideles.
Plin. Paneg. Trajani cap. 15, *Jam tunc præmonente fortunâ, ut diu penitusque perdisceres, quæ mox præcipere deberes.* Columella lib. 10 Præfat. *Quare cultus hortorum, quoniam & fructus magis in usu est, diligentiùs nobis, quàm tradiderunt majores, præcipiendus est.* Hinc & ¶ 3. *Præcipere* absolutè est, magistrum, doctorem, seu præceptorem esse. Suetonius Nerone cap. 7, *Ferunt Senecam proximâ nocte visum sibi per quietem C. Cæsari præcipere.* Idem de illustr. Grammaticis cap. 16, quo de Quinto Cæcilio exponit: *Scholam aperuit: sed ita ut paucis, & tantum adolescentibus, præciperet.* ¶ 4. Inde ad alios quosvis transfertur, qui aliquid mandant, & faciendum monent ac monstrant. Nepos Themistocle: *Reliqui Legati ut tum exirent, cum satis altitudo muri exstructa videretur, præcepit.* Cicero 3 in Catilinam cap. 5, *Orare, ut idem illi facerent, quæ Legati præcepissent.*

¶ Præceptus, a, um, vorher genossen. *Possessa præceptaque gaudia*, Ovid. Heroid. ep. 17 v. 107. Item, anbefohlen. *Præcepto tempore*, Livius lib. 1.

¶ Præceptor, ōris, ein lehrer, unterweiser, zuchtmeister. Cicero in Philipp. 2 cap. 6, *Hunc tu auctorem & præceptorem omnium consiliorum totiusque vitæ debuisses habere.* Juvenal. Satyr. 7 vers. 209,
Dî Præceptorem sancti voluere parentis
Esse loco.
Sic Alexander dicebat, *se Aristoteli præceptori non minùs debere quam patri, quod à patre vivendi, à præceptore benè vivendi initium accepisset, ὡς δι' ἐκεῖνον μὲν ζῶν, διὰ τοῦτον δὲ καλῶς ζῶν*, Plutarchus in Vita Alex. fol. 668. Rursus Juvenal. Satyr. 7 v. 230,
Vt præceptori verborum regula constet,
Vt legat historias, auctores noverit omnes
Tamquam ungues digitosque suos. &c.
Construitur etiam cum Gerundio: ut, *præceptor vivendi*, id est, morum magister. Cicero lib. 1 de Invent. cap. 25, *quos habuerit artium liberalium magistros, quos vivendi præceptores.*

¶ Præceptrix, īcis, fœm. eine lehrmeisterin. Cic. 1 de Fin. cap. 13, *Sapientia præceptrice in tranquillitate vivi potest.* Vitruvius 10 cap. 1, *præceptrice & magistra mundi versatione omnis machinatio instituta est.*

¶ Præceptio, ōnis, actus præcipiendi, die unterweisung. Cicero 1 Offic. cap. 2, *propria est ea præceptio Stoicorum.* Et 1 Nat. Deor. cap. 31, *lex est recti præceptio, pravique depulsio.*

¶ Præceptum, i, traditio, disciplina, ein gebot, eine lehre. *Tradere præcepta, dare præcepta*, unterricht thun. Cicero de Fin. 5 cap. 4, *Disserendi ab iisdem præcepta sunt tradita.* Et 2 de Orat. cap. 36, *Philosophi nulla dant præcepta dicendi.* Horat. 2 epist. 1 v. 128,
Mox etiam pectus præceptis format amicis.
¶ 2. Mandatum, jussum, imperium: befehl, ordre. Virgilius 9 Æn. v. 45,
Objiciunt portas tamen & præcepta facessunt.
Nepos Eumene cap. 9, *Quibus imperatum erat, diligenter præcepta curant.* Tacitus Agricola cap. 37, *Transvectæque præcepto Ducis equitum alæ.*

¶ Præceptivus, a, um, vox philosophica, qua Seneca epist. 95 principio usus est, philosophiæ partem παραινετικὴν vertens *præceptivam.*

¶ Præceptive, adverb. Tertulliani est adv. Marc. lib. 5 cap. 10.

¶ Præcepto, are, sæpe præcipere, ex Saliari carmine Festus.

¶ Præcĭpŭus, a, um, singulare, non vulgare, contrarium communi, a *præ & capio*, sonderlich, vor andern. Cic. lib. 4 fam. ep. ult. *Non debes aut propriam fortunam & præcipuam postulare, aut communem recusare*, was besonders vor andern. Terent. in Adelph. a. 2 sc. 3, 5, *Vnam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror*, für andern was sonderliches. *Vir in eloquentia præcipuus*, sonderlich beredt. Quintil. lib. 6 cap. 3. *Partes meæ in ea caussa præcipuæ fuerunt*, in dieser sache hab ich das beste müssen thun, Cic. pro domo sua cap. 5. *Eo prælio præcipua equitum gloria fuit*, sie hatten das gröste lob, Liv. 1 cap. 37. ¶ Apud JCtos *Præcipuum* dicitur, quod per præceptionem singularem & præter hæreditariam portionem legatum est, etwas zum voraus. Sidon. Apoll. lib. 16 epist. ad parentem: *Illud deberi tibi quodam, ut dicunt Jureconsulti, præcipui titulo, nec tuus poterit ire pudor inficias.*

¶ Præcĭpuè, adverbium, potissimum, fürnehmlich, zuförderst. *Diligentia præcipue nobis colenda est*, Cicer. de orat. lib. 2 c. 35. *Præcipue aliquem observare*, auf einen ein sonderliches auge haben, Brutus Cic. fam. 11 epist. 19.

¶ Rĕcĭpere, wieder erlangen, wieder zu sich nehmen: ut, *Tarentum recipere*, Cic. de Orat. 2 c. 67. *Res amissas recipere*, Liv. 3 c. 63. ¶ 2. *Recipere in amicitiam, familiaritatem, gratiam, fidem*, aufnehmen. Cicero 2 Philipp. c. 32, *hunc in familiaritatem libentissime recipiebat.* Et Fam. Ep. 13, 19, *Lysonem in fidem necessitudinemque tuam recipias.* Terent. Eun. act. 5 sc. 8 v. 54, *Recipite me in vestrum gregem*, nehmet mich in euere compagnie. ¶ 3. *Recipere se aliquò*, est conferre se aliquo: ut, *Domum se recipere*, Terent. Phorm. a. 5 sc. 4 v. 7, nach hauß gehen. Sic & *in urbem*. Cic. lib. 5 ad Attic. ep. 20, *ipse me Laodiceam recipiebam.* ¶ 4. *Recipere se*, militare verbum, pedem referre, sich zurück halten, sich retiriren. Cæsar lib. 1 B. Gall. c. 25, *Tandem vulneribus defessi, & pedem referre, & quod mons suberat circiter* CIↃ *passuum, eo se recipere cœperunt*, Et mox: *qui in montem sese receperant.* Idem lib. 3 de Bello Civili cap. 45, *Non recusare se*, (Pompejus dicebat) *quin nullius usus Imperator existimaretur, si sine maximo detrimento legiones Cæsaris sese recepissent inde, quo temere essent progressæ.* Et cap. seq. *Nostri vero, qui satis habebant sine detrimento discedere, compluribus interfectis, V omninò suorum amissis, quietissime se receperunt.* ¶ 5. Est & antiquum Juris verbum, & idem est, quod *Excipere*, ausnehmen und bedingen. Plautus Trin. act. 1 sc. 2 v. 157,
Porticulum hoc recepit, cum ædes vendidit:
hat das ausgezogen, als er das hauß verkaufft. Vide Nonium in *Recipere*: & Gellium lib. 16 cap. 6. & infra *Ruta Cæsa*, in *Ruo*. ¶ 6. *Recipere se ad bonam, meliorem frugem*, Cic. pro Cælio cap. 12, fromm werden, sich bessern. Est autem proverbialis locutio, ut ipse Cicero c. l. indicat. *Equidem multos*, inquit, *& vidi, & audivi, qui totam adolescentiam voluptatibus dedidissent, emersisse aliquando, & se ad frugem bonam*, VT DICITVR, *recepisse.* ¶ 7. *Recipere*, promittere cum obligatione, angeloben. Terentius Phorm. a. 5 sc. 7 v. 9, *An verebamini, ne non id facerem, quod recepissem semel?* wessen ich mich einmal erboten hätte. Plancus Ciceroni lib. 10 epist. 17, *Recipio vobis, celeriter me negotium ex sententiâ facturum*, ich sage euch zu, daß ich &c. ¶ 8. Item, promittere, inque se sive ad se recipere, es auf sich nehmen, gut darvor werden. *Tibi spondeo in meque recipio*, idem Cicero 13 epist. 17. Et Terent. Heaut. act. 5 sc. ult.
CLIT. *Pater, omnia faciam; impera.*
CH. *Vxorem ut ducas.* CLIT. *Pater.* CH. *nihil audio.*
ME. *ad me recipio:*
Faciet: dieses nehme ich auf mich, und wills verschaffen.
¶ 9. Tandem notetur gladiatoria vox *Recipere ictum*, vel *ferrum*, de qua consulas Gronovium ad Senecæ epist. 7 pag. 19.

¶ Receptus, a, um, aufgenommen. Nep. 2, 8, 4, *Majore religione se receptum tueri.* Cic. pro Rabir. c. 8, *Ex magnis inimicitiis receptus in gratiam*, ein ausgesohneter. ¶ Receptum etiam dicitur, quod usitatum est, üblich, bräuchlich. Plinius 28 c. 2, ubi de superstitionibus agit. *Quin &*, inquit, *absentes tinnitu aurium præsentire sermones de se, receptum est.* Quo sensu etiam per gradus attollitur. Tertullianus lib. 4 adv. Marc. c. 5, *auctoritas receptior.* Et Solinus præfatione, *scriptores receptissimi.*

¶ Receptum, i, subst. idem quod promissum, zusage, versprechen. *Promissum & receptum intervertere*, Cic. 2 Philipp. c. 32, ümstossen, nicht halten. *Promisso ac recepto suo satisfacere*, seinem versprechen nachkommen, id. Verrina 7 c. 53.

¶ Receptus, ûs, ipse recipiendi actus: der abzug, die retirade. Cæsar 3 de Bello Civili c. 46, *Cæsar receptui suorum timens, crates ad extremum tumulum contra hostem proferri jussit.* Hinc *Receptui canere*, Cic. Phil. 12 c. 3, zum abmarsch blasen. *Receptui signum dare*, Curtius 4 c. 6 dixit. ¶ 2. Est & *receptus* ipse locus, quo fit receptio. Plancus apud Ciceronem lib. 10 epist. 11, *Animadverti, nullum alium receptum Antonium reliquiasque, quæ cum eo essent, habere, nisi in his partibus*, keinen andern stand und ort. *Dare receptum*, retirade geben. Cæsar lib. 1 Bell. Civili c. 82, *Si prælium committeretur, propinquitas castrorum celerem superatis ex fuga receptum dabat.* ¶ 3. Nidum avium *Receptus* denotat apud Solinum c. 12, *Spineis fruticibus ac surculis receptus suos vestiunt.* conf. c. 8.

¶ Receptio, ōnis, aufnahme, behausung. Plautus Asin. a. 5 sc. 2 v. 70, *Quid tibi huc receptio ad te est meum virum?* id est, Lambino interprete, quamobrem virum meum huc ad te recipis? Verbale nomen cum casu Verbi junxit.

¶ Receptor, ōris, qui recipit, der wieder bekömmt, oder aufnimmet. Tacitus Annal. 4, 23 n. 3, *prædarum receptor.* Prudentius hymn. Epiphaniæ v. 144, *Moyses receptor civium.* Eutropius lib. 9 c. 9 de Aureliano: *receptor Orientis Occidentisque.*

¶ Receptrix, īcis, fœm. Cicero Verrina 7 c. 62, *Vrbs furtorum receptrix*, Messanam Siciliæ intelligens. Apulejus de Mundo p. 66, *receptix naturarum ad diversa tendentium.* Idem ad Asclep. sub initium: *terra omnium receptrix.*

¶ Receptorius, a, um: ut, *receptorius locus*, apud Tertull. de resurr. carn. c. 27, eine herberge. ¶ Receptorium absolute in neutro est locus, quo nos recipimus. Speciatim Sidonio lib. 5 epist. 17 in templo vel ecclesia locus pro sacerdotibus: *Nuntiatum est, hora monente, progredi episcopum de receptorio;* die sacristey.

¶ Receptibilis, e; Augustinus lib. 5 de Trinit. c. 13, *nostra scientia amissibilis est & receptibilis.* Vulg. Interpr. Sirac. 2, 5, *Homines receptibiles probantur in camino humiliationis.*

¶ Recepticius, a, um, qui receptus est. Cato apud Gellium 17 cap. 6, *recepticium servum* vocat, qui interprete Gellio, venum datus, sed redhibitus ob aliquod vitium receptusque est; puta nequam, nullius

pretii.

pretii. Sed *Dos recepticia*, Vlpiano est Lege 31 Dig. de mortis caussa don. § 2, *quam quis in mortem mulieris à marito stipulatur*, ut ipse explicat.

¶ Recepto, are, idem quod recipere. Tacit. Ann. 3 cap. 60 n. 2, *obærati adversum creditores receptabantur.* Virg. Æn. 10 v. 383,

hastamque receptat
Ossibus hærentem: i. e. retrahit.

Terent. Hecyr. a. 5 sc. 1 v. 16, *meum receptas filium ad te*, du ziehest meinen sohn an dich, hälst mir ihn vor.

¶ Receptatio, ōnis, aufnehmung. Ammianus lib. 20 sub fin. in Iridis descriptione: *Punicea tertia, quod solis obnoxia claritudini, pro receptatione spiritus fulgores ejus purissimi e regione deflorat.* Sed MSS. aliter. Vid. Vales. in hunc locum p. 259.

¶ Receptator, ōris, idem qui Receptor, ein hehler. Cic. pro Mil. c. 19, *ille latronum occultator & receptator locus.* Florus 3 c. 10 n. 9 de Rheno: *Receptator hostium atque defensor.*

¶ Receptāculum, i, ein auffenthalt, behausung. Cicero Verrina 7 c. 23, *Illud tibi oppidum receptaculum præda fuit*, in diese stadt hast du geflüchtet, was du geraubet hast. Sic *Animi receptaculum est corpus*, herberge, Cic. Tusc. 1 c. 22. Et Senec. epist. 92 extr. *Ille divinus animus egressurus hominem, quo receptaculum suum conferatur, ignis illud exurat, an feræ distrahant, an terra contegat; non magis ad se judicat pertinere, quam secundas ad editum infantem.* Bis etiam occurrit in ep. 90. Curt. 8, 2, 15, *Receptaculum exsulum.*

¶ Recipero, vide in *Paro.*

¶ Suscipere, auf sich laden, auf sich nehmen. Cicer. Offic. 3 c. 2, *Onus grave suscipere.* Offic. 1 c. 24, *Actiones periculosas suscipere. Suscipere bellum*, krieg anfahen, Curt. 4 c. 1 n. 12. *Suscipere alicujus caussam*, eines sache vertreten, Cic. 12 epist. 24. *Pro salute alicujus suscipere vota*, vor einen bitten, Vellej. 2, 48, 2. ¶ 2. *Suscipere liberos, sobolem*, est procreare, kinder zeugen. Cic. 5 epist. 16 de calamitosis reipub. temporibus: *Beatissimi sunt, qui liberos non susceperunt.* Quæ forma loquendi inde nata est, quod recens editi infantes deponerentur in terrâ: quos si probasset, & educare decrevisset pater, levabat & suscipiebat. Vnde & *Tollere liberos*, similiter procreare est; consequens pro antecedente. Vide infra in *Tollo.* ¶ Hinc Christiani etiam, *suscipere quem de fonte*, dicunt; qui in baptismo pro infantulo spondeant suscepto & elevato, die ein kind aus der tauffe heben: qui inde etiam *Susceptores* adpellati sunt: paten. Victor Vticensis de Persecutione Vandalica: *Hic* [Epiphadorus] *fuerat apud nos* [orthodoxus] *in Ecclesiâ Fausti baptisatus, quem Venerabilis Muritta Diaconus de alveo fontis susceperat.* Gregorius Papa lib. 4 Dial. c. 32, *Quidam Curialis illic sacratissimo Paschali Sabbato, juvenculam cujusdam filiam in baptismate suscepit.* ¶ 3. Est & disputantium verbum, sicut *accipere*, de quo supra. Cicero 1 Tuscul. c. 32, *Istos verò, qui, quod totâ in hac caussa difficillimum est, suscipiant, posse animum manere corpore vacantem*: die das annehmen und zugeben, ꝛc. ¶ 4. Respondere. Virgil. lib. 6 v. 723, *Suscipit Anchises*, i. e. respondendi officium in se recipit. Et Apulejus lib. 5 p. 163, *Suscipit alia: Ego vero* &c. hoc est, Altera soror respondet, aut orditur dicere ad ea, quæ soror prius disseruerat.

¶ Susceptus, a, um, übernommen: ut, *susceptum flagitium ac dedecus*, Cic. pro Muræna c. 5. ¶ 2. Item, erzeuget. Just. 11, 10, 2, *A captiva susceptum puerum Herculem vocavit.* Idem 9, 8, 3, *liberi ex variis matrimoniis suscepti*, zusammen gebrachte kinder. ¶ 3. In Codice pro *Cliente* susceptus ponitur; quod in patroni tutelam suscipiatur. Vsus & Ammianus lib. 17 c. 20, ubi vide Lindebrogium pag. 70. Servius ad illud Virg. Æn. 6 v. 609, *& fraus innexa clienti*, *Vult*, inquit, *intelligi prævaricatores, qui patroni sunt clientium, quos nunc* SVSCEPTOS *vocamus.* Adde Wowerium & Elmenhorst. ad Minuc. Felic. c. 28 n. 4. & Lindenbrog. ad Ammian. p. 70.

¶ Susceptor, ōris, qui suscipit. Apud Justinum 8, 3, 8, *Susceptores sollicitare*, est homines quærere, qui opera facienda conducunt; qui & *redemptores*, & in l. un. C. de monop. *ergolabi* dicuntur, pachter, denen etwas überhaupt verdungen wird. ¶ 2. *Susceptores* etiam sunt, qui annonis & tributis ærarii recipiendis præpositi sunt, einnehmer. vid. tit. C. de suscept. ¶ 3. Non raro sunt, qui clam aliquos suscipiunt, & parùm licite. Ita *Susceptores* dicuntur, qui aleæ, prohibitæ legibus, lusores recipiunt, & facultatem ludendi concedunt L. 1 § 2 D. de aleatoribus. ¶ 4. *Susceptorem* Erasmus dixit, qui vulgo *Compater*, item *Patrinus* adpellatur: ein pate. Ἀνάδεχος Dionysio Areopagitæ dicitur. Tertullianus de Baptismo cap. 18, *Sponsorem fidei*: Augustinus epist. 25 *Offerentem* vocat, ut Vossius observat. Vide, quæ proximè præcedunt.

¶ Susceptum, i, subst. i. e. inceptum. Ovid. 11 Metam. v. 200,

Inde novæ primum moliri mœnia Trojæ
Laomedonta videt: susceptaque magna labore
Crescere difficili.

¶ Susceptio, ōnis, auf- und annehmung; ut, *Susceptio caussæ*, Cicero pro Muræn. c. 1. *laborum dolorumque susceptio*, Idem Acad. 1 c. 6.

¶ Susceptare, frequentativ. idem fere quod suscipere, sed rarioris usus. Apulejus sub fin. lib. 2 Metam. sub finem: *vicariam pro me lanienam susceptavit.* Idem lib. 11 sub fin. *tertiam teletam susceptare*, uti Wower. restituit, quem Jul. Flor. p. 394 sequutus est. Alii *suscitare.*

¶ Insusceptus, a, um, non susceptus. Ovid. vel quicunque autor Eleg. de morte Drusi v. 197,

Dixit, & iratus vota insuscepta reliquit.

CĂPIS, idis, fœm. poculi genus, in sacris usitatum à capiendo dictum, ut Festus auctor est, ein trinck-geschirr. Livius lib. 10 cap. 7, *Cum capide ac lituo victimam cædat.* Leges & apud Plinium lib. 37 cap. 2. Vide infra & *Capula.*

CĂPISTERIVM, i, vel cribrum est, vel aliud quiddam, quo semina expurgantur, apud Columell. lib. 2 cap. 9, *Semen quod exteritur, capisterio expurgare*, ein sieb, mulde oder schwinge, darinn man den saamen feget und reiniget.

CAPISTRVM, i, vel a capiendo dictum, quod eo jumenta comprehendimus; vel a capite, ut habet Isidorus 20 c. 16, quia est capitis vinculum, quo jumenta adstringimus, ein zaum oder halffter. Varro lib. 2 R. R. c. 6 de anniculis pullis asinarum: *leniter capistris habent vinctos.* Virgil. 3 Georg. v. 399 de hædis:

Primaque ferratis præfigunt ora capistris.

¶ 2. Columella ad vincula etiam, quibus alligantur vites, (damit man den wein hefftet) traduxit. Nam lib. 4 cap. 20 ita scribit: *Cùm ad summum palum recta vitis extenta est, capistro constringitur.* Juven. Sat. 6 v. 43, *Maritale capistrum*, das eheliche band.

¶ Capistro, are, *Capistrum induere*, zäumen. Ovid. Heroid. epist. 2 v. 80, *Inque capistratis tygribus alta sedes.*

¶ Item, capistris alligare: Columella lib. 6 cap. 19, *Primis autem duobus statuminibus imponitur primùm jugum, ad quod jumenta capistrantur*, daran die rosse gehefftet werden.

¶ Capistratus, a, um, gezäumt, vide ex Ovidio in *Capistrare.*

¶ Incapistrare, verstricken. Apul. lib. 11, *Cùm me malis incapistrasset erroribus Fortis.*

Capitalis, Capitium, Capito, quære in *Caput.*

CĂPĪTŌLIVM, i, arx Romana & templum in monte Tarpejo, vel Saturnio, â capite humano, ibi, cum extrueretur, invento, sic adpellatum. Quamquam non desint, qui sic dictum volunt, à *capite Toli* cujusdam, ibidem sepulti. Omnium dæmonum consistorium vocat Herald. ad Arnob. lib. 6 pag. 234. Ejus Historiam breviter habes apud Tacitum 3 Histor. cap. 72. quam copiosius & justo ac peculiari Commentario Justus Rycquius Belga executus est. Conf. Lips. in Admirand. lib. 3 cap. 5, & Sueton. cap. 30, & ibi Bernegg. ¶ Hinc & aliarum urbium magnifica Templa arcesque *Capitolii* nomen acceperunt. Sic *Capitolium Capuæ* Suetonius memorat Calig. cap. 57, ubi Casaubonum inspicias. *Augustodunense* Eumenius Rhetor. 5. *Tolosanum* apud Sidonium lib. 9 epist. ult. in Carmine v. 67. *Narbonense* apud eumdem Carmine 23 v. 41. De Romani exstructione Livius lib. 1 decad. 1 exponit. ¶ Poëtæ etiam pluraliter *Capitolia* de uno dicunt. Ovid. 1 Trist. el. 3 v. 29,

Hanc [lunam] *ego suscipiens, & ab hac Capitolia cernens.*

Sidonius carmine Sapphico ultimæ epistolarum subjecto:

De gradu summo Capitoliorum
Præcipitatum.

¶ Căpĭtolīnus, a, um: ut, *Jupiter Capitolinus, Clivus Capitolinus.* Cic. pro Rabir. extr. *Capitolini ludi*, in honorem Jovis Capitolini pro servato Capitolio ab hostibus Gallis Senonibus instituti, & celebrati, Liv. lib. 5 cap. 50. Et *Ælia Capitolina*, in Jovis Capitolini honorem condita urbs Palæstinæ, in ruderibus fermè Hierosolymorum exstructa, apud Xiphilinum in Hadriano, & Ptolemæum lib. 8 cap. 4.

Capitosus, Capitulatim, Capitulo, &c. vide *Caput.*

CAPNVS, i, herba, latine fumaria, vulgo fumus terræ, erdrauch, taubenkropff, wilde rauten. Plin. 23 cap. 13.

¶ Capnītis, fœm. καπνῖτις, eadem herba, Plin. 34 c. 10.

¶ Capnias, æ, καπνίας, gemma ex genere Jaspidum, quodam veluti fumo infecta, unde & nomen accepit. Plin. 37 c. 9.

¶ Capnites, æ, καπνίτης, gemma pluribus spiris fumida. Plin. 37 c. 10.

¶ Capnomantes dicti divinatores ex fumo super aras. Vid. Alex. ab Alex. 4 c. 17.

¶ Capnumargos, argilla ruffa, qua arva pinguescunt, Plin. 17 c. 7, quasi fumi ruffo & tusco colore infecta.

Capo, ōnis, vide *Capus.*

CAPPA, littera Græca. *Duplex Cappa*, διπλοῦν κάππα, id est, malus vel malum, κακόν. *Tria cappa pessima*, τρία κάππα κάκιστα, videlicet *Cappadox, Cretensis & Cilix*: vel *Cornelius Sylla, Cornelius Cinna, Cornelius Lentulus*, vide Chiliad.

CAPPĂDŎCIA, æ, Καππαδοκία, Asiæ regio frumento & pecudibus abundans. Cic. 15 famil. ep. 4, *Exercitum mihi ducendum per Cappadociæ regionem putavi.* Nomen à *Cappadoce* amne est: ante *Leucosyria* adpellata, ut Plin. indicat lib. 6 cap. 3. Nepos in Datame c. 2, *Habuit provinciam Ciliciæ juxta Cappadociam, quam incolunt Leucosyri.*

¶ Cappădox, ŏcis: qui ex Cappadociâ est. Lucanus lib. 7 v. 225, *Cappadocum montana cohors.* Nobiles equitatu fuerunt olim; unde & *Equites Cappadoces* olim in comitatu Principum habiti; quod ad Suetonium Torrentius observat. Multa & inde venalia mancipia adducta Romam. Cicero post Reditum c. 6, *Cappadocem modo abreptum de grege venalium ducens.* Meminit & Persius Sat. 6 extr. & Martialis lib. 6 epigr. 77. Sane Cappadoces tam servili ingenio fuisse, Strabo lib. 12 refert, ut oblatam à Romanis libertatem recusaverint. Quis sit *egens æris Cappadocum rex* apud Horat. 1 epist. 6 v. 39, vide in *Ariobarzanes.*

¶ Cappădŏcus, a, um, adject. *Cappădŏca gens: Cappadoca lactuca*, Plin. lib. 19 cap. 8. Et Martialis lib. 10 epigr. 76,

Nec de Cappadocis eques catastis.

¶ Cappădŏcius, a, um, idem; ut, *gemma Cappadocia*, Plin. 37 c. 10.

CAPPĂRIS, is, fœm. κάππαρις, frutex ejusque fructus, vulgo kappern. Columella lib. 10 v. 118, *Capparis & tristes inulæ ferulæque minaces.* Martial. lib. 3 epigr. 77, *Capparin & putri cepas alece natantes,*
Et pulpum dubio de petasone voras.

Caprificus, caprimulgus, vide *Ficus, Caper.*

CĂPRŌNAE, arum, προκόμιον, jubæ sunt equorum in frontem propendentes, *dictæ quasi a capite pronæ*, der schopffen, ut Festus interpretatur: Nonius quippe in genere *comas, quæ ante frontem sunt*, exponit; eoque producit Lucilii versus ex lib. 7 Satyr.

Aptari caput, atque comas fluitare capronas
Altas, frontibus immissas, ut mos fuit illis.

Sane & de homine dici, Apulejus in Floridis lib. 1 ostendit, de Apollinis facie loquens; *Promulsis Capronis anteventuli* (crines) *propenduli.* Elmenhorstius *caproneis* legit. Vide & ejus Indicem. Vulgo *Antiæ*, krause haarlocken.

CAPRVNCVLVM, i, vas fictile, sic dictum, quod sit capax, ein napff. Festus.

CAPSA, æ, Κάψα, κιβώτιον, ein futteral, kasten, kiste. Cicero Div. in Verr. cap. 16, *Si te semel ad meas capsas admisero.* Horat. 2 epist. 1 v. 268, *Capsa aperta.* Conf. 1 Sat. 4 v. 22. & Sat. 6 v. 36

¶ Capsula, æ, diminut. ein schächtlein. *Totos de capsulâ*, Seneca dixit, qui ita munditiæ student, ut ne minimum relinquant, quod ad sordes neglectumque intelligi possit. Ita nos de hujusmodi hominibus dicimus: als wenn sie aus dem kästlein genommen wären. Locus est epist. 115 pr. ubi vide Lipsium.

¶ Capsella, æ, ein lädgen, kistlein. Dimin. ex Capsa. Vlpian. Lege 12 § Conservandi, Dig. de Instruct. & instrum.

¶ Capsarius, i, servus, qui nobiliorum civium filiis in ludum euntibus libros in capsula deferebat, buchträger. Vlpianus l. si collectaneus D. de manumiss. vindicta: CAPSARIVS, *id est, qui libros portat.* Suetonius in Nerone c. 36, *Constat, quosdam cum pædagogis & capsariis uno prandio pariter necatos.* Idem *librarium* adpellat in Claudio c. 35, *Serò enim ac vix remisit, ne fœminæ prætextatique pueri ac puellæ contrectarentur, & ne cuivis comiti aut librario calamariæ aut graphiariæ thecæ adimerentur.* Quem enim Nerone *Pædagogum*, hîc *comitem*; quem ibi *capsarium*, hîc *librarium* vocat: à libris scilicet, quos portabat in capsa. Juvenali 10 v. 117, est *custos capsæ*. ¶ 2. Idem quod scriniarius: ein schreiner, tischler. Tarrundenus Paternus lib. 1 Militarium ita usus est. Vide Joach. Zehneri Nomencl. c. 51. ¶ 3. Capsarii etiam, qui mercede servanda in balineis vestimenta suscipiunt, Lege 3 § 5 Dig. de off. præf. vigil.

¶ Capsàces, καψάκης, vasculum. Hieronym. epist. 10 ad Furiam, *capsaces olei*: & epist. 22 ad Eustoch. de cust. virg. c. 14, *capsace completo.*

¶ Capsus, i, est septum sudibus factum. Vellejus Paterculus lib. 1 c. 16, *clausa capso animalia*, ein stall. Græcæ est originis. Hesychius, Καψοὶ οἱ τοῖχοι. Vid. Salmas. ad Spartiani Hadrian. c. 12, & ad Vopisci Proculum. ¶ Sed & a *capiendo capsum*, ait Philander, *rhedæ partem esse, ubi qui vectantur sedent*, das wagen-kästlein, darauf man sitzt. Vitruv. 10 c. 14, *Ad capsum rhedæ loculamentum firmiter figatur.* Isidoro 20 c. 12, *Capsus est carruca undique contexta quasi capsa.*

Captivus, Captivitas, Capto, &c. vide *Capio*.

CĂPVA, æ, Καπύα & Καπύη, Stephano & Ptolemæo, urbs Campaniæ clarissima, *altera Roma*, ut eam vocat Cicero in Philipp. 12 c. 3, quæ Hannibalem victorem luxu atque otio perdidit. Quamquam eam non sine consilio petiit: quod prudentissimus scriptor Polybius explicat lib. 3 cap. 91, quem operæ pretium erit videre. Condita fuit à Tuscis seu à Trojanis. Virgil. lib. 10 Æn. v. 145,

Et Capys, hinc nomen Campanæ ducitur urbi.

Hinc Lucanus lib. 2 v. 393, circumscripturus hanc urbem:

Mœnia Dardanii petiit Campana coloni.

¶ Capuānus, a, um, Καπυανὸς. Steph. Byzant. Vide ad eum Notas Holstenii.

¶ Capuensis, e, idem. Inscript. vet. apud Gruterum p. 459 n. 1, & Sponium Misc. erud. antiq. p. 160, ORDO CAPVENSIS.

CĂPVLA, æ, diminutivum à *Capis*: poculi genus fuisse, testatur Varro apud Nonium in *Armillum*: nec aliter ipse interpretatus Nonius est de generibus vasorum & poculorum. Varro lib. 4 de Lat. Linguâ: CAPVLAE à capiendo; *quod ansatæ, ut prehendi possint*, id est, *capi. Harum figuras in vasis sacris ligneas & fictiles antiquas etiam nunc videmus.* ¶ Videtur & vas liquoribus hauriendis sic adpellatum: eine gelte: ein schöpff-topff. Inde enim verbum

¶ Capulo, āre: id est, capulis deplere: mit der schöpff-gelte abschöpffen, Cato, loco jam dicendo. Vnde

¶ Capulator, ōris, dicebatur, qui curabat & custodiebat oleum: quod inter præcipuas ejus partes esset, frequenter deplere oleum & ab amurcâ purgare, quæ oleo inimicissima est. Cato de re rust. cap. 64, *Oleum, si poteris, bis in die depleto*, &c. Id. cap. 67, ubi custodis officia recenset: *Oleum frequenter capulent.* In cap. 66 tamen *Capulatorem* à *Custode* videtur distinguere. Nam *capulator* est, qui quod factores expresserint oleum, tollit & deplet. Qui tamen ibi non *capulas* nominat, quibus hauriatur seu depleatur oleum; sed *Conchas*. Et ita Columella lib. 12 c. 50, *Conchæ ferreæ, quibus depletur oleum.* Qui ibidem & *Capulatoris* meminit his verbis: *Quod deinde primum defluxerit in rotundum labrum protinus Capulator depleat, & in fictilia labra, huic usui præparata defundat.*

¶ Decapulo, are, abschäumen. Plin. hist. lib. 15 c. 6, *oleum sæpius decapulandum*, ubi nonnulli legunt tantum *capulandum*.

CĂPŬLVS, & Capulum, i, gladii manubrium est, a capiendo, das gefäß, der griff oder hefft am degen. Virg. 2 Æn. v. 552,

dextraque coruscum
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit ensem.

biß an hefft. Apul. lib. 1 Milef. *Per jugulum sinistrum capulo tenus gladium totum ei demergit.* ¶ 2. Deinde ad alias quoque res applicatur, sicut Ovidius lib. 1 Pont. eleg. 8 v. 57, pro *stiva* posuit:

Ipse manu capulum pressi moderatus aratri.

¶ 3. Capulus etiam dicitur arca lignea, in qua efferuntur mortui: quæ & *Sandapila* adpellatur: ex Græco Κάπαλος, quod φάτνην seu præsepem significat, ut Salmasius nos ex Varrone docuit Exerc. Plin. f. 848 ed. poster. der sarck, die todtenbahr; item das grab. v. Nonius & Festus. Ideo Plautus Asin. 5, 2 v. 43, *capuli decus* dicit senem, quem *Acheronticum* vocat Merc. 2, 1 v. 19. ¶ 4. Capulus denique res est turpicula Plaut. Cas. 5, 2 v. 31. & in Priapejis.

¶ Capularis, e; ut, *Capularis senex*, qui capulo sive arcæ sepulcrali proximus: der auf der grube gehet. Apulejus Apolog. p. 317, *neque inceptio patrociniorum capulari seni congruisset.* [*Silicernium* Terentio adpellatur Adelph. 4, 2, 48.] *Capulare cadaver*, Lucil. Vide Nonium, Fulgentium, Isidorum, Grammaticos veteres, & adde Salmas. c. l.

¶ Capulo, are, a gladii capulo factum, est ferire, cædere, vulnerare. Pomp. Mela 2 cap. 5, *de pisce, qui e terra oritur, qui ubi ex alto usque penetravit, per ea foramina ictu capulantium interfectus extrahitur.*

¶ Capulatus, a, um, capulo indutus. Vet. Inscript. apud Fabrett. p. 90, A. SAL. MARTIALIS CAPVLATVS. Male Sponius in Miscell. Antiqu. 179 explicat, *Capulatum* esse idem quod sepultum, quia Nomicus vivus monumentum hoc sibi fecisse asserit; Sed *Capulalatus* est, quia capulum sive manubrium aut apicem saliaris pilei seu cassidis pro gestamine habuit, ut marmor Capitolinum p. 35, & Mediceum p. 42, inter Miranda Antiqu. ostendunt.

CĂPVS, capi, & capo, ōnis, gallus castratus, ein capaun, kaphan: quos ademta natura non solum cantillare, sed & gallinas inscendere, & adulterare quandoque scribit Elmenhorst. ad Apulej. p. 247. Inter delicias gulonum numerat Martial. lib. 13 epigr. 63 & 64. Vbi notandum, antiquos à gallis candidis, qua esum, abstinuisse, quod Mensi essent sacri, & horarum nuncii. Vid. Eras. Chiliad. 1 Cent. 1. & Columell. lib. 8 c. 2. Lotich. ad Petron. not. p. 303.

CĂPVT, ĭtis: sic adpellatum, quod hinc initium sensus & nervi *capiant*, ut Varro ad Ciceronem scribit, observante Lactantio de Opificio Dei cap. 5, κεφαλὴ, das haupt, der kopff. Sacrum olim existimatum, quia per illud jurabant, & sternutationibus ab eo factis tamquam sacris genua flectebant. Romani certe jurabant per caput suum, interdum & per caput alterius. Vlpian. in l. 3 ult. ff. de jurejurand. *Cæterum si ego detuli, ut per Deum jurares, tu per caput tuum jurasti, vel filiorum tuorum.* Ovid. 5 Trist. Eleg. 8,

Per caput ipse suum solitus jurare tuumque,
Quod scio non illi vilius esse suo.

Plura exempla congessit Brisson. de formul. l. 8 p. 709 edit. Wechel. Comprobationes præterea capitis nutu confirmabant veteres, quod & Homerus indicavit de Jove loquens:

Εἰ δ' ἄγε τοὶ κεφαλῇ ἐπινεύσομαι,

id est, *Capite tibi annuam*, Athenæus lib. 2. Sic contra abnuentes quassant caput, sie schütteln das haupt. Plautus Trinum. act. 5 sc. 2,

CA. *Sed sine me hoc abs te impetrare quod volo*, &c.
Quid quassas caput? CH. *cruciatur cor mihi.* CA.
Quidnam id est?
CH. *Cùm ille ita est, ut esse nolo, id crucior, metuo, si tibi*
Denegem, quod me oras.

Caput jactare, furiosorum est atque bacchantium. Catullus Carm. 64,

Vbi capita Mænades vi jaciunt hederigeræ.

Est autem Caput animi sedes, & rationis itemque virtutis ex mente Platonicorum. Lud. Vives ad Augustin. de C.D. lib. 1 c. 16 p. 59. Conf. Lambin. ad Horat. p. 136, 344, 345. *Capitis accusari, damnari, absolvi*: phrases usitatissimæ: ubi ad vocem *capitis* ablativum *crimine* subaudiunt. Pro *capitis damnari*, dicunt etiam *capite damnari*, ut Cic. Tusc. Q. 1 c. 61 &c. ubi ablativus *crimine* locum non habet. In his talibus *caput* significat vitam; de quo mox plura. ¶ *Aperire caput*, das haupt entblössen: quod illorum est, qui honorare alios volunt. Sen. ep. 64, *Si Consulem videro aut Prætorem, omnia, quibus honor haberi solet, faciam: equo desiliam, caput adaperiam, semitâ cedam*, quod de iter facientibus dixit, ut Lipsius observavit de Amphitheatro c. 20. Aliàs enim Romani capite nudo sive detecto, ut Suetonius Cæsare c. 22 vocat, erant: illudque non nisi delicati & molles, itemque ægroti operire solebant, ut idem ibidem Lipsius docet, quem vide. ¶ Obvolvere etiam caput solebant, qui latere vellent & fallere: vel, ut vitarent periculum, vel ut pudori consulerent. Sic apud Petronium Ascyltos operit caput, cùm in lupanar se videt adductum. Et Ergasilus Plautinus Capt. act. 3 sc. 1 profligati pudoris adolescentes arguit, quod operto capite de foro ad lenones eant. Vide eumdem & Mostell. act. 2 sc. 1 sub f. & sc. 2 v. 90. Idem Sueton. Cæsare c. 58, Nerone c. 48. Obnubere etiam caput in extremo casu constituti solebant. Suetonius Cæsare c. 82, *Vtque animadvertit undique se strictis pugionibus peti, togâ caput obvolvit.* Lucanus lib. 8 v. 613, de Pompejo sub ictu ferri posito: *ut vidit cominus enses*

Involvit vultus; atque indignatus apertum
Fortunæ præbere caput, tunc lumina pressit.

¶ Converberare caput solebant in magna confusione animi, quin desperatione ipsa positi. Suetonius Nerone c. 42, *Vtque resipuit, veste discissa, capite converberato, actum de se pronunciavit.* Augustus impotentia doloris ex amissis legionibus concepti foribus illisit caput, ut Suetonius ejus Vitâ cap. 23 refert, ubi & vide Casaubonum. ¶ *Caput uno digito scabere*, mollitiei datum fuit. Vetus Poëta in Catalectis de Pompejo:

Fasciolis qui crura ligat, digito caput uno
Qui scabit, hunc credas quid sibi velle virum?

Vide & Plutarchum in Cæsare p. 709. Sed & illorum est scabere caput, qui in meditando se torquent. Horat. lib. 1 Sat. 10 v. 70,

& in versu faciendo
Sæpe caput scaberet, vivos & roderet ungues.

¶ *Capitis vacui esse*, est, dementem & stolidum esse: quippe cui sana ratio & sensus desit: Juvenal. Satyr. 15 v. 23. ¶ 2. Aliquando *Caput* ipsum hominem vocamus. Sic *carum caput*: *dulce caput* de amicis dicimus. *Plane hoc corruptum est caput*: Ergasilus Plautinus de seipso ait cognomine Comœdiâ, act. 1 sc. 1 v. 86, & addit statim, quasi interpretaturus: *Nequam homo es, Epidice*, &c.

Horat. lib. 2 Sat. 1 v. 27, *quot capitum vivunt, totidem studiorum*
Millia

Quot capitum, i. e. quot hominum. Virg. Æn. 5 v. 61,

Bina boum vobis Trojâ generatus Acestes
Dat numero capita in naves.

Id est, *duos boves*, zwey stücke. Sic *gregem XXX capitum* de gallinaceo genere: *quinque & viginti capitum gregem* de pavonum Columella lib. 8 c. 11 dixit, einen hauffen von 25, von 30 köpffen. ¶ 3. Pro corpore seu vitâ etiam usurpatur. Horat. lib. 1 ep. 1 v. 44,

Quanto devites animi capitisque labore.

Plautus Trin. act. 4 sc. 2 v. 119,

Cui, si capitis res siet, nummum nunquam credam plumbeum.
wann er leib und leben damit retten könte, wolte ich ihm nicht einen heller leihen. Ita *Capitis res agitur:* es trifft leib und leben an. Hinc Tiberius Gracchus, cum magnam turbam circa se haberet, ob imminens vitæ periculum, idque, ut novum, mirarentur haud pauci, cum novæ rei caussam exponere non posset, manu caput tetigit: significans tuendi capitis, seu vitæ caussa id fieri. Narrat Plutarchus in Gracchis. *Capitis & famæ certamen habere cum aliquo*, Cicero in Offic. lib. 1 cap. 12, einen streit haben, so ehre, leib und leben betrifft. Sic *caput & famam alterius defendere*, idem Acad. 4 c. 38 *Judicium capitis*, Nepos Epaminonda c. 8, 5. ¶ 4. *Caput* etiam dicitur, quod in quâque re primùm est, & à quo cætera veluti fluunt. Nam & fontium origines *Capita* dicuntur, de quo infra. Terentius Andr. act. 2 sc. 6 extr. *Hem, illic est huic rei caput:* ubi Donatus: CAPVT *est origo & summa uniuscujusque rei.* Plautus Asinaria act. 3 sc. 3 v. 137, *ego caput huic argento hodie fui reperiendo.* Cicero pro Flacco c. 18, *Caput est omnium Græcorum concitandorum, qui cum accusatoribus sedet, Heraclides ille Temnites.* Terent. in Adelph. a. 4 sc. 2 v. 29 *Idem sensit quod ego, te esse huic rei caput*, er ist mit mir einer meinung, daß du dieses spiel allein angerichtet habest. *A capite ordiri*, vornen anfahen. *A primo capite usque ad extremum*, Cic. 2 Agrar. cap. 6, vom anfang biß zu ende. *A capite usque ad caput*, hoc est, autore Siculo Flacco edit. Goes. p. 6, *a fine incipiente usque ad finem deficientem*, von einer ecke zur andern. ¶ 5. Sic & quod maximum præcipuumque est, *Caput* dicitur. Sic *Caput cœnæ*, quod Alexis etiam κεφαλὴν δείπνυ vocat, dicebatur in cœnâ ferculum præcipuum atque primarium. Cic. 5 Tuscul. c. 34, *Negavit se jure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum.* Mart. lib. 10 Ep. 31,

mullus tibi quatuor emptis
Librarum Cœnæ pompa caputque fuit.

Cic. de Orat. lib. 2 cap. 82, *Ad consilium de Rep. dandum, caput est, nosse Rempubl.* es ist das fürnehmste, daß man etc. Sic alibi sæpe, *Quod caput est*, worauf das haupt-werck bestehet. Horat. 1 epist. 17 v. 45, *Caput rerum hoc erat, hic fons.* Cic. lib. 1 de Orat. c. 35 de comparanda facultate dicendi, *Caput est, quod, ut verè dicam, minime facimus, (est enim magni laboris, quem plerique fugimus) quàm plurimum scribere.* Tacitus 1 Annal. cap. 47, *Immotum fixumque Tiberio fuit, non omittere caput rerum:* id est, urbem Romam, ubi Imperii sedes; & *unde in omnia regimen*, sicut alibi describit. Idem Histor. 2 cap. 32, *Italiam & caput rerum Vrbem.* Idem 1 Hist. cap. 84 Senatum *caput imperii* vocat. Nepos in Epam. extr. *Thebæ totius Græciæ caput*, i. e. urbs domina, princeps, imperans cæteris. Florus lib. 2 cap. 9, *Caput gentis Ambracia*, id est metropolis, regia. Vellej. 2, 101, 2, *Capita imperiorum & hominum eminentissima*, i. e. rex Parthorum & C. Cæsar. Idem 2, 51, 1, *Capita reipublicæ collisa inter se*, i. e. principes, Cæsar & Pompejus. Plin. lib. 4 epist. 22 extr. *Vt in corporibus, sic in imperio, gravissimus morbus est, qui à capite diffunditur.* ¶ 6. Quin omnium rerum summitates *capita* adpellantur: Sic *Capita papaverum*, Flor. 1 cap. 7, & *capita arborum, capita montium* &c. reperimus. ¶ 7. *Capita* etiam vocantur fontium fluminumque origines. Vlpianus L. 1 § 8 D. de aqua quotidiana & æstiva. CAPVT *aquæ illud est, unde aqua nascitur.* Horat. lib. 1 Od. 1 v. 21,

nunc viridi membra sub arbuto
Stratus, nunc ad aquæ lene caput sacræ.

Lucretius lib. 6 v. 729,

Fit quoque, uti pluviæ forsan magis ad caput ejus
Tempore eo fiant,

Loquitur de Nilo. Pompon. Mela lib. 3 cap. 2, *Rhenus ab Alpibus decidens prope à capite duos lacus efficit.* Et per translationem *fontes & capita legum*, Cic. 1 de Orat. cap. 44, ubi *capita* idem quod *fontes* sunt. Aliter accipienda hæc vox in illo loco Cæsaris est, lib. 4 de Bello Gall. cap. 10, cùm Rhenum *multis capitibus in Oceanum influere* scribit, ibi enim *capita*, ostia sunt. ¶ 8. *Caput*, etiam notat pecuniæ summam, quæ occupatur, ut fœnus sive usuræ inde redeant, quæ & *Sors* adpellatur: ein stamm, ein hauptstamm, ein capital. Livius lib. 6 cap. 35, *Creati tribuni C. Licinius & L. Sestius promulgavere leges omnes adversus opes patriciorum, & pro commodis plebis: unam de* AERE ALIENO, *ut deducto eo de capite, quod usuris pernumeratum esset, id, quod superesset, triennio æquis conditionibus persolveretur.* B. Ambrosius cap. 5 de Tobiâ: *Offertur pecunia creditori. Vix, inquit, exsolvis usuram; caput debes.* Ita & Græcis τὸ κεφάλαιον, sumitur. Artemidorus lib. 1 cap. 18, Καὶ γὰρ τὰ χρήματα κεφάλαια καλεῖται. Vide ibi Rigaltium. ¶ 9. *Caput* in decumis adpellabatur frumenti summa, qua Decumani decumas civitatis alicujus coëmebant lucri faciendi caussa; ut Hotomannus apud Cicer. lib. 1 Accusat. in Verrem cap. 4 explicat. ¶ 10. *Caput* quoque adpellari antiquis videtur apiculus ulceris, quo humor concoctus in pus maturitatem suam prodit, & quærit fluere, die blüthe, da das geschwür seinen ausfluß suchet. Ita Plinius *furunculum* (est ulceris genus extuberans) *caput facere*, lib. 22 cap. 25, & lib. 26 cap. 12 dixit. ¶ 11. *Capita* quoque vocantur librorum summaria seu breviaria veteribus: nam sectiones eorum majores ita adpellari, ut receptissimum hodie est, res est novitia, ut Vossius notat lib. 1 de vitiis Sermonis cap. 26 extr. (nisi quis Ciceronis illud obvertat lib. 3 epist. 8, *Sed prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda sunt.*) Vide & Heins. Aristarchi Sacri cap. 13, & Prolegomena ejus in Exercitationes in Novum Testamentum: nec non Salmasii Prolegomena in Exercitationes Plinianas. His adde omnino Ol. Borrichii Cogit. de L. L. p. 55. In Legibus olim dicebantur *capita*, quæ hodie appellantur *paragraphi.* Quot enim quæstiones & caussas tractabat Lex, tot & Capita habebat. Quod intelligere ex iis licebit, quæ JCti veteres Scriptoresque Gromatici de Aquiliæ Maniliæque legum capitibus allegant. ¶ *Capite censi* dicebantur tenuissimi quique in plebe Romana, quod capite tantùm, & nullo, aut certè perexiguo ære censebantur; quippe quorum extremus census æris CCCLXXX fuerit: Vide Dionys. Halicarn. lib. 4, 22, & Gellium lib. 16 cap. 10. Iidem & *Ærarii* dicti, de quibus supra. ¶ *Capitis diminutio* dicitur, & *maxima* quidem, quæ libertatem, civitatem, familiam adimit: *media*, quæ Civitatem atque familiam tantùm; *minima* autem, quæ solum familiæ adimit jus, cætera vero relinquit. Paulus JCtus Lege 11 Digest. de Capite minutis.

¶ Capital, tālis, ὁ καὶ ἡ, ἄμπυξ, Linteum, quo sacrificantes utebantur. Varro de L. L. lib. 4 cap. 29, *Dictum* CAPITAL *a capite quod sacerdotulæ in capite etiam nunc solent habere.* ¶ 2. Facinus, quod capitis meretur supplicium. *Capital facere*, hoc est, facinus, quod capitis pœna luitur: ut recte exponit Festus, a quo immerito discedit Nonius, cum capitis periculum ea voce signari tradit. vid. Voss. Instit. Orat. lib. 4 cap. 12 pag. 221.

¶ Capitalis, & hoc Capitale, hauptsächlich. Sic *Capitale facinus* dicitur, quod vel capitis supplicium, vel Civitatis amissionem meretur, eine peinliche that, die da hals oder stadt verlustig ist. Cicer. in Verr. 4 cap. 39, *Rei capitalis reum facere*, einen auf den hals anklagen. Et pro Rabir. Perd. cap. 9, *Admittere fraudem capitalem*, das man mit dem schwerdt straffen solte. *Morbus capitalis*, gefährliche kranckheit. Gellius lib. 16 cap. 13, *Ex capitali morbo revaluit.* Cicero de Senectute cap. 12, *Capitalis pestis corporis voluptas est*, hochschädliche seuche. Idem lib. 1 offic. c. 13 extr. *Totius injustitiæ nulla capitalior est, quàm eorum, qui tum, cum maximè fallunt, id agunt, ut viri boni esse videantur.* Sic *Capitalis oratio*, apud Cic. lib. 2 de Offic. cap. 21, perniciosa reipublicæ est. *Capitalis ira, ut ultima dividat mors*, Horat 1. Sat. 7 v. 13. ¶ 2. *Capitalis* & ingeniosum significat. Cic. de Philistio ad Q. Fratrem lib. 2 epist. 12, *Siculus, ille capitalis, creber, acutus, brevis, pene pusillus Thucydides.* Ovid. lib. 3 Fast. v. 839,

Nominis in dubio caussa est: capitale vocamus
Ingenium solers, ingeniosa dea est.

Vide Muretum lib. 2 Var. Lect. cap. 5.

¶ Capitaliter, auf leib und leben, feindselig: ut, *capitaliter lacessere apud centumviros*, Plinius lib. 1 epist. 5. *Capitaliter animadvertere*, Veget. 2 c. 22. *Capitaliter odisse*, Ammian. lib. 21 cap. 32.

¶ Căpĭto, ōnis, ein großkopff; plur. Căpĭtōnes, βαρυκέφαλοι, die da grosse häupter haben. Cicero 1 de Nat. Deorum c. 29, *Redeo ad Deos, ecquos, si non tam strabones, at pætulos esse arbitramur? ecquos nævum habere? ecquos silos, flaccos, frontones, capitones, quæ sunt in nobis?* ¶ 2. Aliter hoc vocabulo usus est Plautus Persâ act. 1 sc. 2 v. 8 de parasitis, ubi vide Interpp. ¶ 3. Est & piscis *Capito*, qui & *Cephalus*, ein alet oder forn, Gesn.

¶ Capitosus, a, um, störrisch, obstinatus, Italis usitatum verbum & medii ævi scriptoribus. Vide Car. du Fresne Glossarium, qui & ¶ Capitose adverbium tradit.

¶ Capitulum, i, diminutivum, à *Caput*, ein köpfgen. Non raro blanditiis inservit. Plautus Asinar. act. 2 sc. 4, *Scribam huic te capitulo hodie facturum satis pro injuria.* HVIC CAPITVLO, id est, huic servulo. Terent. Eun. act. 3 sc. 3 vers. 25, *O capitulum lepidissimum.* ¶ 2. In columnis *capitulum* adpellatur apex, qui scapo imponitur diversi generis, Corinthiaci puta, Ionici, Dorici, Tuscani, & misti sive compositi. Lege Vitruvium lib. 3 cap. ult. & lib. 4 cap. 1. *Capitellum* Corippus vocat, de quo post paullo. ¶ 3. Capitulum olim etiam dicebatur pars è capite Biblico antea lecto explicata. Hieronym. Apolog. ad Pammach. cap. 7, & convenienter ad talem lectionem dixerunt, *ire ad capitulum:* tandemque ipsum locum talibus interpretationibus Theologicis deputatum adpellârunt, domum capituli, das capitel-hauß. v. Höpfner. in Saxon. Evang. p. 598. Librorum verò sectiones etiam quasvis *Capitula* dici posse, probat adversus Vossium Borrichius Cogit. de L. L. p. 55, & inter alia allegat Tertullianum, qui ita infit lib. 2 ad Vxor. *Numquid de illo capitulo sibi blandiuntur primæ ad Corinthios, ubi scriptum est*, &c. Adde Tertull. de Monog. cap. 11, *Eodem ipso capitulo, quo definit*, &c. & mox: *Hæc erit interpretatio capituli istius.* ¶ 4. Capitulum, quod minus vulgo notum, etiam est ornamentum muliebre capitis. Barth. ad Claudian. Mamert. p. 347.

¶ Capitulatus, a, um, idem quod *Capitatus*, apud Celsum lib. 8 cap. 1, & Plinium 17 cap. 21, *surculus capitulatus.*

¶ Capitulatim, id est, summatim, stück-weise. Nepos in Catone: *Atque hæc omnia capitulatim sunt dicta.* Plinius lib. 2 Histor. cap. 12 extr. *Nunc confessa de iisdem breviter atque capitulatim attingam.* Plinio Juniori *Carptim* & κατὰ κεφάλαια est lib. 5 epist. 22. *Carptim*, quod de copiâ deligatur atque excerpatur. Virgil. 1 Æn. v. 341,

longa est injuria, longa
Ambages, sed summa sequar fastigia rerum,

Id est: *summatim exponam.* Nam *Summa fastigia*, sunt *summæ*, κεφάλαια quæ Græci vocant: *Capitula* Latini.

¶ Capitēllum, i, aliud diminut. apud Plinium 24 c. 19, qui de ramorum summitatibus usus est, das häuptlein. Aliam & architectonicam notionem in illo Corippi lib. 4 v. 59,

Buxea populeis aptans capitella columnis.

¶ Capītium, i, quod malè Nonius & Isidorus de tegmine capitis interpretantur. Potior nobis Varronis auctoritas: qui pectorale id facit, & non à *Capite*, sed *capiendo* dici putat. Ita enim lib. 4 de LL. scribit: *CAPITIVM ab eo, quod capit pectus: id est, ut antiqui dicebant, indutu comprehendit*, ein brustlatz. Facit huc & alius ejus locus è lib. 5 de Vitâ pop. Romani: *Neque id ab orbita matrumfam. institutum, quod eæ pectore ac lacertis erant apertis, nec capitia habebant.* Cur non habebant *capitia?* quia *aperto* sive *detecto pectore* agebant. Et mirum est, hæc verba pro sua *Capitii* interpretatione allegare Nonium, quæ nullam mentionem capitis faciant, & plane contra sint. B. Hieronymus epist. 128 ad Fabiolam de vestitu Sacerdotum: *Reliqua*, inquit, *quatuor* (vestimenta, puta) *proprie Pontificum sunt: quorum primum est MEIL, id est, tunica talaris, tota hyacinthina, ex lateribus ejusdem coloris assutas habens manicas, & in superiori parte, qua collo induitur, aperta, quod vulgò* capitium *vocant, oris firmissimis ex se textis, ne facile rumpatur.* In quibus verbis eam partem tunicæ *capitium* adpellari putaverim, quâ pectus præcingitur:

tur: nisi sic nominari existimabimus, quod vestimento caput det: sed prius mihi magis probatur.

¶ Capitatus, a, um, quod caput habet. Sic *porrus capitatus*, qui contra *sectivum* distinguitur; apud Columellam, Plinium, Palladium: qui in caput crescit, der einen kopf bekommt. *Clavus capitatus*, ein nagel mit einem kopff. *Vinea capitata* Columellæ lib. 5 cap. 5 dicitur, ubi ita componuntur vites, ut in capita adolescant, non brachia.

¶ Capitatio, ōnis, tributi genus, quod in capita tùm personarum, tùm pecudum indicitur, kopf-steuer. Vide JCtos, & Lipsium in 1 Ann. Tacit. p. 48, & infra in *Tributum*. Adde Gellium lib. 16 c. 10. Vlpianus l. 3 D. de censibus, & qui peculiari libro de hâc materiâ scripsit Joh. Bapt. Vicecom. JCt. Mediolan. Conring. de Studiis liber. V. R. & C. p. 33, 34.

¶ Capitaneus, a, um, adjectivum, ut, *Capitaneæ literæ* in limitibus ex nominibus Sanctorum erectæ. Auctor incertus de Limitibus p. 27 ed. Gœs.

¶ Capistrum, vide supra suo loco.

¶ Capitolium quoque supra seorsim expositum est.

¶ Capillus etiam a capite est, de quo cum derivatis supra.

Composita varia.

¶ Occĭput, ipĭtis, pars capitis posterior, fronti opposita, das hinter-theil am haupt. Auson. de Occasione Epigram. 12,

Occipite es calvo? ne tenear fugiens.

¶ Occipitium, i, idem. Plaut. in Aul. a. 1 sc. 1 v. 25, *In occipitio oculos habere*, id est, versutum & circumspectum esse, verschmitzt und verschlagen seyn. Celsus lib. 4 c. 2, *cucurbitulas temporibus & occipitio admovere*. Proverbium: *Frons occipitio prior est*; Vide *Frons*.

¶ Sincĭput, ipitis, anterior capitis pars, das vordertheil des haupts, dictum quasi *semicaput*, ut Vossius Etymolog. ex Velio Longo tradit. Pareus Lex. Crit. negat anteriorem partem esse: sed potius *dimidium caput*, quasi *scinciput* a scindendo, esse contendit. ¶ 2. Item, pars capitis porcini ad edendum parata, ein halber schweins-kopf, Plinius 8 c. 51, *sincipita verrina interdicta*. Et Persius Sat. 6, 70, *fissa fumosum sinciput aure*.

¶ Anceps, ipitis, vide supra in A.

¶ Caniceps, vide *Canis*.

¶ Biceps, ipitis, adject. zwey-köpfig. Livius lib. 41 c. 21, *In Vejenti agro biceps natus puer*.

¶ Triceps, ipitis, drey-köpfig. Cicer. 1 Tusc. c. 5, *Triceps apud inferos Cerberus*. Idem in Oratore c. 48 pr. *tricipitem, non tricapitem*, scilicet dicimus.

¶ Centiceps, ipitis, centum capita habens, hundert-köpfig. Sic *bellua centiceps* vocatur Horatio Cerberus lib. 2 Od. 13 v. 34. propter serpentum turbam, quibus redimitus ipse erat, uti ibidem Horatius, & Tibullus 3 Eleg. 4 eum depingunt; nam per se τρικάρηνος tantum sive triceps erat.

¶ Præceps, de quo ejusque derivatis vide infra in P.

¶ Recapitulo, are, summa rerum capita repetere. Tertullian. lib. 5 adv. Marc. c. 17, *ut ita dixerim, sicut verbum illud in Græco sonat, recapitulare, id est ad initium redigere vel ab initio recensere*. Idem cont. Jud. c. 8, *Providens Deus & recapitulavit & dixit*. Et Augustinus de Civ. D. lib. 20 c. 14, *Recapitulando dicit, tamquam ad id rediens, quod prætererat*. Et ejusd. lib. c. 21, *Recapitulat ab initio*. Quintilianus ἀνακεφαλαιοῦν vertit *decurrere per capita*.

¶ Recapitulatio, ōnis; Ita Laur. Valla ἀνακεφαλαίωσιν latine reddidit. Sed & apud Cassiodorum divin. lect. caput 24 *Recapitulatio generalis* inscribitur.

CĂPYS, Capyos, Κάπυς, filius Assarici, Pater Anchisæ. Ovid. 4 Fast. v. 34. ¶ 2. Alius Æneæ socius, de quo Virgilius Æn. 2 v. 35 &c.

Cara, vide *Carum*.

CARABUS, i, genus cancri, κάραβος; Plin. 9 c. 31. ¶ Isidoro 19 cap. 1 Carabus est parva scapha ex vimine facta, quæ contexta crudo corio genus navigii præbet.

CARACALLA, æ, vestis Gallicæ ad talos usque demissæ genus, quod Bassianus Antoninus, Severi Imper. filius, & ipse denique Imperator, devexit Romam, & primum talare instituit, unde & *Caracalla* seu *Caracallus* adpellatus est, ut Victor, & Spartianus in Vita cap. 9 tradunt. Vide Salmasium ad Spartianum.

CARBAS, æ, κάρβας, ventus Africus sive Lybicus, süd-west-wind; Vitruv. 1 c. 6.

CARBĂSUS, i, subtilissimi lintei genus, reperti primùm in Hispania, ut Plinius auctor est lib. 19 c. 1, subtile leinwad. De genere non satis convenit inter Grammaticos. Phocas Masculinum; sed Fœmininum Caper asserit. In Fœminino usus Lucretius lib. 6 v. 108,

Carbasus ut quondam magnis intensa theatris.

In Plurali *Carbasa* in neutro dicimus, ut mox patebit: Ammianus *Carbasos* in Masculino dixit lib. 14 cap. 27, *à fundamento ipso carinæ ad summos usque carbasos*. ¶ Carbasa, plur. pro tenuissimis vestibus, quibus Indi amiciebantur, Curtius 8 cap. 9 n. 24, & Lucanus lib. 3 v. 239 dixere: Similiter Virgilius Æn. 8 v. 33 de Tiberino:

eum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus.

¶ 2. Aliàs pro velis passim *Carbasus*, & *Carbasa* veniunt, schiff-segel. Virg. 3 Æneid. v. 356,

auræ
Vela vocant, tumidoque inflatur Carbasus Austro.

Deducere carbasa, die segel nieder lassen, Ovid. Met. 11 v. 477.

¶ Carbăseus, a, um, ex carbaso, von köstlicher leinwad. Cicero 7 in Verr. c. 12, *tabernacula carbaseis intenta velis*. Virgil. lib. 11 v. 776,

chlamydemque sinusque crepantes
Carbaseos fulvo in nodum collegerat auro.

¶ Carbăsĭnus, a, um, idem. Plinius 19 c. 1, *carbasina vela in theatro*; & Apul. lib. 8 Miles. *Die sequenti variis coloribus indusiati & deformiter quisque formati facie cœnoso pigmento delitâ & oculis obunctis, graphicè prodeunt mitellis & crocotis & carbasinis & bombycinis injecti.*

¶ Carbasineus, a, um, Varronis est apud Nonium c. 14.

CARBĂTĬNAE, arum, genus calceamenti; de quo plura Politianus in Miscellaneis; ut locum Catulli Epigrammate in Victium adversus contaminatores asserat. Verba Poëtæ sunt Carm. 99,

Ista cum linguâ, si usus veniat tibi, possis
Culos, & crepidas lingere carbatinas.

In quibus quid velit, Scaliger optime explicat Castigationibus in Catullum hoc ipso loco; schuh aus ungegerbtem leder.

CARBO, ōnis, pruna extincta, eine geleschte kohle, Terent. in Adelph. a. 5 sc. 3 v. 63, *Tam excoctam reddam atque atram, quàm carbo est*. Sic *Carbo candens*, glüende kohle, apud Cicer. Off. 2 cap. 7. *Carbone notare*, est inter infelicia numerare, vel damnare. Contra *cretâ notare*, est inter auspicata & prospera reponere. vid. Horat. 2 Sat. 3 v. 246. *Carbonibus fores implere elogiorum*, paßquillen an die thür schlagen, Plaut. Merc. 2, 3. Amantium proprie, qui cum non reciperentur, titionibus famosum aliquod carmen ostio inscribebant. Vide, quæ supra de candido calculo annotata sunt. *Thesaurus carbones erant*, der schatz ist zu kohlen worden, Proverb. de expectatione frustrata. Lucianus Navigio: πάντα οἴχεται, καὶ ἄνθρακές σοι θησαυρὸς ἔσαι, *Omnia evanescent, & carbones tibi thesaurus hic erit*. Phædrus Fab. 87,

sed fato invido,
Carbonem ut ajunt, pro thesauro invenimus.

Carbones terminis subjici solitos Siculus Flaccus de condit. agrorum, & Augustinus lib. 21 de Civit. Dei c. 4 testatur, ubi & caussam habes. ¶ Celso 4 c. 4 Carbo contritus idem est ac cinis, asche; Ita vero ille: *Audio, si quis pullum hirundinis ederit, angina toto anno non periclitari: servatumque ex sale, cum is morbus urget, comburi: carbonemque ejus contritum in aquam mulsam infricari & prodesse.*

¶ Carbōnārius, i, qui carbones conficit, ein kohl-brenner, köhler. *Carbonarius* [servus] Plaut. Casin. a. 2 sc. 8 v. 2.

¶ Carbonarius, a, um, ad carbones pertinens, ut, *Carbonarium negotium exercere*, kohlen brennen, mit kohlen handeln, Aur. Vict. Vir. illustr. cap. 72. Sic *Fornax carbonaria*, ein milder, meiler. Sic Gloss. gr. lat. ἀνθρακοθήκη, *cella carbonaria*, eine kohlen-kammer.

¶ Carbonaria, æ, subst. die kohl-hütte. *De calcariâ in carbonariam*, scilicet transire, vel descendere, est à conditione laboriosa & sordida una ad aliam devolvi, von einem unglück in das ander gerathen. Usus eo ut proverbiali Tertullianus est de Carne Christi cap. 6. vid. supra in *Calx*.

¶ Carbonesco, ĕre, zur kohle werden. Aurel. Cæl. 1 Tard. c. 1, *donec materia carbonescat.*

¶ Carbunculus, i, diminut. ein köhlgen. Cornif. ad Herenn. lib. 4 cap. 6, *Ipse a vicinis, cum testa ambulans, carbunculos corrogaret.* ¶ 2. Gemma, ein carfunckelstein. Plin. 37 cap. 7 pr. *Principatum habent carbunculi, à similitudine ignium adpellati.* ¶ 3. Et ulceris biliosi ac urentis genus. Vide Celsum lib. 5 cap. 28, & Plin. 23 cap. 4, ein blutschwär, eine pestilenzialische drüse. ¶ 4. Item genus terræ, *quæ sole perfervet ita, ut radices satorum comburat*, sicut Varro describit lib. 1 de re rust. cap. 9. Hinc *Carbunculosus ager* Columellæ, vid. infra. ¶ 5. Denique & *Adustio* seu *corruptio* adurens in herbis, vitibus & arboribus, *carbunculus* dicitur, der reiff, die bereiffung, seu

¶ Carbunculatio, onis, cum teneræ plantæ a pruina adurantur, wenn sie vom reiff beschädiget stehen, als wären sie versenget, à

¶ Carbunculare vel carbunculari, quod ejusmodi vitium contrahere est, apud Plinium 12 cap. 7, & lib. 18 cap. 28. bereiffen.

¶ Carbunculosus, a, um, brandig, röthlich: ut, *ager carbunculosus*. Columell. lib. 3 c. 11 extr. *arena carbunculosa*, Plin. 31 c. 3, id est, plena lapillis rubris, tamquam carbunculis.

CARCER, ĕris, custodia, [nam & hoc pro carcere Cicero usus est] ein kercker, gefängniß. Dicitur à καρκαίρειν, tremere, & κάρκαρος, tremor. Nam, ut Livius lib. 1 refert, *Ancus Martius carcerem ad terrorem increscentis audaciæ mediâ urbe imminentem foro ædificavit.* Varroni est à coërcendo. v. de custodibus carceris Rævard. lib. 2 Var. cap. 18. Rosin. Antiquit. Rom. lib. 9 c. 31. *Conjici in carcerem*; *Emitti è carcere*, Cicer. pro Planc. c. 12. Quod *carcere laxari*, Claudianus dixit lib. 2 de Raptu v. 184. *Carcer Ditis* est infernus apud Lucanum 6 v. 797. Cum masculini generis sit, etiam in neutro invenitur apud Claudium Quadrigarium, cujus ex quarto Annali Priscianus recitat: *ne ad carcer pervenerit.* Quod forsan exemplum secutus Balth. Castilionæus, (cujus carmina plurimum commendat Scaliger 6 de re poët. p. 797) qui in Elegia sua etiam neutro genere posuit. ¶ 2. Pro homine digno carcere; & est convicium apud Comicos, ut observat Donatus ad Terent. Phorm. act. 2 sc. 2 (in aliis 3) v. 26, *Ain tandem, Carcer?* Lucilius edit. Dousæ p. 15 de homine nequam: *Carcer, vix carcere dignus*, id est, præ nequitia etiam carcere indignus. ¶ 3. *Carcer*, & usitatiùs *Carceres* in plur. Septa, ex quibus emittebantur equi ad certamina & spectacula, schrancken: ut, *equus carceribus dimissus*, apud Stat. 6 Theb. v. 522, & quod adagii instar apud Varronem est lib. 1 cap. 3 de Re Rust. *a carceribus ad metas.* Quamquam & singulari in hâc significatione utantur Poëtæ. Virg. 3 Georg. v. 104,

ruuntque effusi carcere currus.

Et Ovidius epist. 18 Leandri v. 166,

Ut celer Eleo carcere missus equus.

Auctor ad Herenn. 4 cap. 3, *Intra carcerem stare*, etiam dixit. Et quia carceres initium excurrendi erant; Hinc & ¶ 4. pro principio ponitur *Carcer*, sicut Calx pro fine: Cic. de Senect. extr. *Nec velim, quasi decurso spatio ad carceres à calce revocari.*

¶ Carcĕreus, a, um, adject. gefänglich: ut, *antrum carcereum*, apud Prudent. 2 contra Symmachum v. 468. *Carcerea catena*, apud eumd. hymno trium martyrum v. 16.

¶ Carceralis, e, idem; ut, *Carceralis cæcitas*, Prudent. in Vincentio v. 271, qui etiam post paullo v. 551 dixit:

Per vincla, flammas, ungulas,
Per carceralem stipitem.

¶ Carcerarius, a, um, idem. Plaut. Capt. act. 1 sc. 2, *Facere quæstum*

carcerarium, sitz-geld nehmen. ¶ Substantive in Gloss. lat. gr. *Carcerarius*, Φυλακίτης, ein stockmeister, kerckermeister.

¶ Carcero, are, verbo usus Salvianus lib. 2 de Providentiâ est, cùm de pœnitente loqueretur; *jejunio*, inquit, *exagitur*, *ariditate siccatur*, *fletu effunditur*, *solitudine carceratur*.

¶ Incarcerare, in carcerem compingere, gefangen setzen. Varroni tribuitur, & Sarisb. 6, 18.

¶ Incarceratus, a, um, in carcerem detrusus, eingesperrt, Livii esse dicitur.

¶ Incarceratio, ōnis, die einsperrung; Plinio adsignat Thom. de S. Quercu in Lex. Philol.

CARCHĒDONIUS, i, gemma de carbunculorum genere, καρχηδόνιος, ein carcedonier, Plin. lib. 37 c. 5 & 7.

CARCHĒSIUM, i, poculi genus, Græcis notum, ut Macrobius ait lib. 5 Saturn. c. 21, ein pocal. Formam Macrobius d. l. ita descripsit: *Patera, ut ipsum nomen indicio est, planum ac patens est: Carchesium vero procerum, & circa mediam partem compressum, ansatum mediocriter, ansis a summo ad infimum pertinentibus.* Virg. Æn. 5 v. 77,

Hîc duo rite mero libans carchesia Baccho.

Et Silius Italicus lib. 11 v. 301, *ante omnes ductor honori*
Nominis augusto libat carchesia ritu.

¶ 2. Carchesium etiam supremi mali pars est, sive foramen, per quod in summo malo funes trajiciuntur, das segelloch, secundum Nonium. Philip. Beroaldus Comment. ad Apuleji As. Aureum lib. 11 pag. 1050 ait: Summa pars veli navalis carchesium, inferior patera, media trachelon. A similitudine carchesii nautici dictum est poculum procerum, ansatum & circa mediam partem compressum, uti supra ex Macrobio descripsimus. Quod Plautus in Amphitruone scripsit pateram datam à Jove Alcumenæ pro Cœmeterio, id aureum fuisse carchesium Pherecydes tradidit. Vitruvius carchesia versatilia appellat, indicans non tam esse vela in navibus, quàm id, quod in mali fastigio collocatum circumagitur. Lucanus lib. 5 v. 418,

Hic [Aquilo ventus] *utinam summi curvet carchesia mali,*
Incumbatque furens.

¶ Est & *Carchesium* tractoria machina apud Vitruvium lib. 10 cap. 5. vide Baldi Lexicon Vitruvianum.

CARCĪNUS, i, Καρκῖνος, cancer, ein krebs. *In rebus pessimis & desperatis in honore est etiam carcinus*, in der noth muß man auch ein gering ding in ehren halten. Vid. Chiliad. ¶ Pro signo cælesti Lucanus 9 v. 536, *Carcinos ardens.* Quod inter sidera receptus fuerit beneficio Junonis, exponit Ampelius de 12 signis.

¶ Carcinetron, i, herba, quæ & πολύγονον, latine *sanguinaria* & *centinodia*, Plin. lib. 26 c. 12. Vide *Calligonon* & *Polygonon*: wegtrit.

¶ Carcinias, æ, gemma cancri marini colore, Plinio lib. 37 c. 11.

¶ Carcinōdes, καρκινώδης, vitium seu morbus serpens, ut Cancer, apud Celsum lib. 5 c. 18 n. 17, & Plin. lib. 20 c. 11.

¶ Carcinōma, ătis, Καρκίνωμα, der krebs. Morbi genus, quod in superioribus partibus circa faciem, nares, aures, labra, mammas fœminarum &c. fieri solet: quod curationem non recipit, ut Celsus lib. 5 cap. ult. auctor est. Hinc Augustus Julias suas filiam & neptem contaminatas probris omnibus & plane extra emendationis spem positas, *vomicas & carcinomata sua* solebat vocare, ut auctor Suetonius est ejus vitâ c. 65.

CARDĂCES, militis Persici genus, forte & bellicosum quidem, [unde appellatum ita est; Persis enim, ut Strabo observat, *Carda* virile & bellicosum dicitur] sed admodùm furax. Nam cum apud Persas lege permissa essent furta, qui rapto vivebant, *Cardaces* vocabantur, schnaphähne. vid. Rhodig. 18 lect. ant. c. 1. Nepos in Datame c. 8, *Habebat barbarorum equitum viginti, peditum centum millia, quos illi* CARDACES *appellant.* Ita enim legendum est, non *Cardates*, ut vulgaris lectio habet, quod pluribus auctoritatibus Schottus approbavit.

CARDĂMON, i, κάρδαμον, nasturtium, kresse; *Ede Cardamon* vel *nasturtium*, proverbiale in stupidos & ignavos, apud Aristophanem, Ἔσθιε κάρδαμον. Vide Chiliad.

¶ Cardămōmum, i, καρδάμωμον, cardamömlin. *Simile est amomo frutice & semine*, Plin. lib. 12 c. 13. Vide *Amomum*. Est enim à *Cardamum* & *Amomum*. Vide Voss. Etymologicon. *Cardamomum majus*, paradieß-körner.

CARDIA, æ, Chersonesi in Thraciâ urbs, quæ & *Cardiopolis*, & tandem *Lysimachia* vocata; Stephano auctore. Patria Eumenis fuit, qui inde

¶ Cardianus Nepoti appellatus in Vita.

CARDIĂCUS, i, morbus, Celso lib. 3 c. 19 dicitur, qui καρδιακὴ, & καρδιαλγία Græcis appellatur: affectio nempe oris ventriculi, & corporis imbecillitas, stomacho languente, & sudore ex thorace, cervicibus & capite prorumpente, magen-wehe, hertzgespan: Spiritus innati consumtio & languor, ventriculo confictante cum sudoribus, angst und bangigkeit ums hertz. καρδίαν enim orificium ventriculi veteres dixere. Suetonius in Claudio c. 31, *dolorem stomachi: rosionem stomachi* Plinius lib. 20 c. 14 vocat. Fit enim ab acri humore vellicante atque rodente.

¶ Cardiaci & appellantur, qui hoc morbo laborant: quibus maximè medicina à vino est: Plinius lib. 23 c. 1, *Cardiacorum*, inquit, *morbo unicam spem in vino esse certum est.* Eo spectat Juvenalis illud Sat. 5 v. 31,

Ipse capillato diffusum Consule potat
Cardiaco nunquam cyathum missurus amico.

Seneca epist. 5, *Bibere, & sudare, vita cardiaci est.* Neque enim morbi ejus vis potu vini magis, quàm sudore digeritur. Vid. Celsum lib. 3 c. 19. Et Horat. 2 Sat. 3 v. 161, *Non est cardiacus hic æger*, i. e. non laborat cardialgia.

Cardinalis, vide in *Cardo*.

CARDO, inis, propriè στρόφιγξ: quasi cor januæ in quo movetur, si Servium quidem audire volumus, thür-angel. Virg. 1 Æn. v. 449,

foribus cardo stridebat ahenis.

¶ 2. Hinc duo illa cæli puncta, meridiem & septemtrionem, quæ πόλους Græci appellant, Latini *Cardines* dixerunt, quod circa illa vertatur cælum. Vitruvius lib. 9 c. 7, *Vti septemtriones circa axis cardinem versantes non occidunt, neque sub terram subeunt: sic & circa meridianum cardinem, qui est propter inclinationem mundi subjectus terræ, sidera versabunda latentiaque non habent egressus orientes supra terram.* Quin terra ipsa appellata est *cardo*, quod circa eam verteretur cælum, velut circa centrum mundi. Apulejus de mundo post initium: *Mundus est ornata ordinatio, Dei munere, Deorum recta custodia: cujus* cardinem, *sic enim dixerim* centrum, *robustum & immobilem genitrix atque altrix animantium omnium habet tellus.* Et istam ob caussam Gromaticis quoque scriptoribus limes transversus in mensurâ agrorum, qui à meridie in Septemtriones currit, à mundi cardine *Cardo* appellatur. Festus: *Decumanus appellatur limes, qui fit ab ortu solis ad occasum: alter ex transverso currens appellatur* CARDO EX TRANSVERSO, id est, à meridie in septemtriones. Sed & altera duo puncta, quæ mundum rectâ lineâ æqualiter secant & dividunt, Oriens nimirum & Occidens, non raro cardinum nomine veniunt: ut *Cardines* nihil aliud sint, quàm plagæ mundi. Lucanus lib. 5 v. 71,

Hesperio tantum, quantum semotus Eoo
Cardine, Parnassus gemino petit æthera colle.

Sic idem *medium cardinem*, pro *meridie*: *occiduum* pro *occidente* dixit lib. 4 v. 672 & 673. Statius 7 Theb. v. 38 de Septemtrione:

Atque illum Arctoæ labentem cardine portæ.

¶ 3. Cæterùm, quoniam in cardine vertitur janua; idcirco in omni re id, in quo momentum maximum positum; tùm maxima ejus gerendæ opportunitas, *cardo* vocatur, das hauptwerck. Virg. 1 Æn. v. 672,

haud tanto cessabit cardine rerum.

id est, *non poterit in tanta rerum opportunitate cessare*, ut Servius interpretatur. *Vt sit de proverbio tractum*, (ita idem pergit) *quod dicitur* RES IN CARDINE EST, *hoc est, in articulo.* Sic *cardinem litium*, pro controversiæ summa Quintil. dixit lib. 12 c. 8.

¶ Cardĭnéus, a, um: adject. Septimius apud Terentianum:

Stridula cui limina, cui cardinei tumultus.

¶ Cardinea, æ, Dea à cardinibus adpellata, quibus præerat. Eamdem vitalibus humanis præesse credebant, ab eaque petebant, ut jecinora & corda, quæque sunt intrinsecus viscera, salvâ conservet. Tertullianus de Idolol. c. 15, & August. 4 de C. D. c. 8, *Cardeam* vocant; Sed *Carnam* Macrob. 1 Sat. c. 12. vide infra *Carna*.

¶ Cardinalis, e, quod ad cardinem pertinet, & præcipuum est. Vitruv. 4 c. 6, *Fores ita compingantur, uti scapi cardinales sunt ex altitudine luminis totius duodecima parte.* Servius in Virg. Æn. 1 v. 131 de ventis Euro, Zephyro; *Isti*, inquit, *sunt cardinales.* Adde Salmasium Exerc. Plin. f. 882, ubi etiam disputat, quando id nominis primoribus presbyteris & diaconis Vrbis cœperit imponi. Nam & Cardinales ecclesiæ Romanæ, die Cardinäle, sic dicti a cardine, quod sint quasi cardines illius ecclesiæ, vel primarii ac principales Pontificis ministri. v. Onufr. Panvinii lib. de Cardinal.

¶ Cardinatus, a, um, adject. vel particip. ejusdem fere notionis. Vitruvius lib. 10 c. 21, *conjuncta capitibus transversario cardinato tigno, & altero mediano inter duos scapos cardinato, & laminis ferreis religato.*

¶ Intercardinatus, a, um: Vitruvius lib. 10 c. 20, *Concludantur superne intercardinatis trabibus.*

CARDUUS, i, σκόλυμος, distel, Carduus fullonum, karten-distel. *Carduus altilis* strobilus est, welsche disteln, strobel-dorn. *Carduus beatæ Mariæ* vulgo spina alba est, Marien-disteln. *Carduus* verò *benedictus* vulgo, cardobenedict, *Atrachylis* est *hirsuta*. Virg. Georg. 1 v. 151,

horreret in arvis Carduus.

Et Columella lib. 7 c. 8, *flos agrestis cardui.*

¶ Carduētum, i, carduorum locus, ein ort, da viel disteln stehen. Pallad. lib. 4 c. 9.

¶ Carduēlis, is, distelfinck, stiglitz, à voce ποικίλος Græcis est, à colorum varietate. Plin. 10 c. 42, *Minimæ avium cardueles.*

Carectum, vide *Carex*.

CARĒNUM, i, genus dulcis vini cocti, cum tertia pars musti coquendo perditur, duæ remanent. Vide Pallad. lib. 11 c. 18. Augustinus lib. 2 de Moribus Manichæor. c. 13, *Bibat mulsum, carenum passum & pomorum expressos succos.* Apicius lib. 2 c. 1 extr. *assabis cum careno.*

¶ Carenaria, vas, in quo carenum coquitur. Pallad. lib. 8 c. 7.

CĂREO, carui, carēre, mangeln, fehlen, nicht haben. Proprie est egere eo, quod habere velis: de quo Cicer. lib. 1 Tuscul. Q. c. 36. Quod tamen auctores non servant. Sic enim *Carere febri*, Cicero ad Atticum 10 epist. 16; & ad Tironem lib. 16 epist. 15 dixit. Sic *culpâ*, *invidiâ*, *odio carere*, similiter dici reperimus. Nec negat ibidem Cicero alio etiam modo *carere* dici, *cum aliquid non habeas, & non habere te sentias, etiamsi id facile patiare.* Quo pertinent ea, quæ paullo ante exempla adduximus. *Facile carere aliqua re*, id est, non admodum opus habere, leicht entbehren, Nepos Phocione c. 1; qui & in Pelop. c. 1 extr. *Carere patria*, de exule dixit. Quid quod & ad expensa & inanimata prorsus hoc verbum transfertur. Ovidius 3 Metamorph. v. 226,

adituque carentia saxa.

Horat. Epod. 16 v. 13, *Quæque carent ventis & solibus ossa Quirini.*

Sic Horat. 2 ode 8 v. 12, *Divi morte carentes*, id est, immortales. Cicero pro Milone c. 7, *Caruit foro postea Pompejus, caruit Senatu*, er hat sich des ausgehens enthalten. Sic *carere luce forensi*, id. de clar. Orat. c. 8. Idem post reditum ad Quirites c. 1, *Amicitiæ quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi, quàm fruendo.* Adjunxit Genitivo hoc verbum semel Terent. in Heaut. act. 2 sc. 3 v. 18,

Præterquam tui carendum quod erat.

Sunt, qui ab hoc Verbo Supinum *cassum* effingunt, quibus Priscianus eatenus applaudit, ut *cassus* tamquam participium à Careo deducat lib. 9 p. 869. Verum præstat *cassus* in Nominibus numerare, quemadmodum ipse Priscianus lib. 11 p. 921 ait, *quibusdam* CASSUS *magis nomen esse videtur, ut* LASSUS; quia Futuro non *cassurus*, sed *cariturus* dixit Juvenalis Sat. 6, 39, *cariturus turture magno.*

¶ *Carendus*

¶ *Carendus* quoque passive ab hoc verbo formatur. Ovid. epist. Penelopes v. 50, *Virque mihi demto fine carendus abest.*

¶ Carentia, æ; ita delicatiores στέρησιν, ut Scaliger censet de causs. L. L. c. 69 interpretari malunt, quam cum Cicerone *privationem.* Cellar. cur. post. p. 349. In Casaubono notat Sciopp. Indic. de stylo hist. p. 210.

¶ Careor, pro Careo, deponentis forma, antiquissimos dixisse, Priscianus auctor est lib. 8 p. 797.

¶ Caresco, pro Careo, in Glossis Cyrilli est: *Caresco,* στέρομαι.

¶ Cassus autem quære infra suo loco.

CĀREX, ĭcis, herba quæ inter gramina censetur, schwerter oder riedgraß, *Spargenium.* Virgil. 3 Georg. v. 231,

Frontibus hirsutis & carice pastus acutâ.

¶ Cārectum, i, ein ort voll riedgraß. Virgil. Ecl. 3 v. 20,

Tu post carecta latebas.

¶ Cariceus, a, um, von riedgraß, apud Mantuanum:

Caricea succede casæ, dum præterit æstus.

CĀRIA, æ, Καρία, prima regio minoris Asiæ, in qua celebres multæ sunt urbes: ut *Halicarnassus, Myndus, Alabanda* &c. Meminit Cariæ hujus Cicero in orat. pro Flacco c. 27, *Si quid cum periculo experiri velis, in Caria id potissimùm esse faciendum.* ¶ Proverbiale est, *Multi duces Cariam perdiderunt,* πολλοὶ στρατηγοὶ Καρίαν ἀπώλεσαν, simile illi, οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, viel köche versaltzen den brey. Vid. Chiliad. Cariæ rex quondam fuit Mausolus, cujus monumenti (quod inter mundi miracula recenset Plinius 36 c. 5,) reliquiæ & signa quædam Halicarnassi adhuc reperiuntur.

¶ Cāres, Cārum, Cāribus, populi Cariæ, quos pugnaces fuisse & per totam Græciam militantes mercede errasse, Strabo prodit. Virg. 8 Æn. v. 725, *Hic Lelegas, Carasque, sagittiferosque Gelonos.*

Singulari *Car* Corn. Nepos usus est in Datame: *natus patre Camissare, natione Care.* Proverbium *Foras Cares,* vide in Erasmi Chiliad.

¶ Cārius & Cārĭcus, a, um, adjectiva, Steph. Byzant. *Carica victima* de macilenta hostia dicitur, quoniam Caribus mos fuit, canem immolare. Torquetur non inconcinne ad cibum, quem nemo velit attingere. Erasm. in Adag.

CĀRĬCA, æ, ficus arida, trockene feige. Ovid. 1 Fast. v. 185,

Quid vult palma sibi rugosaque carica?

Sic & peculiare genus ficuum in Syria vocatur. Plin. lib. 13 cap. 5. Mentio etiam *caricæ* fit lege fin. Dig. de trit. vin. vel oleo. Conf. Rhodig. 18 c. 9. Male per y scribi *Carycas,* quasi ἀπὸ καρύων, ἢ καρυκῶν dictas, ostendit Reinesius epist. 2 ad Daum. p. 4, ubi e Caria derivationem arcessit. ¶ *Lydorum Carycas* antiquitus appellabant, quicquid esset opiparum & variis conditum cupediis, confect. v. Erasm. in Adag.

CĂRIES, iēi, corruptio vel ligni vel aliarum rerum ex vetustate, der wurmstich, moder. Plin. lib. 16 c. 39, *Cedri oleo peruncta materies nec tineas, nec cariem sentit,* wird nicht wurmstichig. *Infestari carie,* Columell. 11 c. 2. *Recipere cariem vetustatis,* veralten und wurmstichig werden, Idem 3 c. 2. *Trahere cariem,* Plinius 23 c. 1. De muro usurpavit Ammianus lib. 16 c. 2, *Comperit* [Julianus] *Augustoduni, civitatis antiquæ, muros, spatiosi quidem ambitus, sed carie vetustatis invalidos.*

¶ Cariosus, a, um, faul, wurmstichig. Columella 4 c. 26 de pedamentis vineæ: *summovenda, quæ vel cariosa, vel justo breviora sunt.* Ovid. 1 Amor. Eleg. 12, *nisi vos cariosa senectus rodat,* id est, cariem vetustate adferens. Prudentius Cathemer. 10 v. 141, *si cariosa vetustas dissolverit ossa favillis.* Eleganter quoque Prudentius lib. 1 adv. Symmach. v. 434 sculpta idola dixit *cariosorum monstra deorum.*

¶ Cariosior comparativus. Varro lib. 1 de R. R. c. 67, *palmulæ cariosior.* Et Afranius apud Nonium: *carie cariosior.* Ita Steph. p. 55, & Gothofr. p. 494 Paris. p. 21 *curiosior.*

¶ Cario, are, faulen, unde Mart. Capella l. 1, *Cariantem tripodem* dixit.

CĂRĪNA, æ, infima pars navis, der boden im schiff. Cicero de Orat. 3 c. 46, *Quid tam in navigio necessarium, quàm latera, quam carina, quam prora, quam puppis?* Vide *Navis.* ¶ 2. *Carina* pro totâ navi frequenter apud poëtas; ut Ovid. Her. epist. 17 v. 103,

Tunc ego te vellem celeri venisse carinâ.

¶ Cărīnæ, arum, vicus in urbe Româ, regione 4. Hor. l. 1 epist. 7 v. 48,

Dum redit, atque foro nimium distare carinas
Jam grandis natu queritur.

Mira hujus vici celebritas: tum quod via sacra ibi & templum pacis: tùm quod viri principes ibi, Pompejus, Cicero, alii habitarunt. Qui quod amplissimas ibi & splendidissimas ædes haberent, ob eam rem *lautas carinas* Virg. Æn. 8 v. 361 dixit, ut Servius interpretatur. Conf. Rupert. ad Pomp. Enchirid. p. 364. De eleganti dicterio Sexti Pompeji, *in carinis suis cœnam se dare,* cum Augustum Cæs. & Antonium in navi exciperet, vide Vellej. 2, 77, 1, cum Ind. Bœcl.

¶ Carinare, auswölben wie ein schiff-boden. Plin. 9 c. 33 extrem. *Saliunt pectines* (marini) *& extra volitant, seque & ipsi carinant,* id est, ex suis testis carinam sibi parant. ¶ 2. Obtrectare, mordere, dicteriis proscindere, schmähen. Hinc *Carinantes* apud Festum, probra objectantes, qui plerumque infimæ sortis homines, sicut carina pars infima navis. Adde Servium ad Æn. 8 v. 361. Sed obstat secunda brevis, quo minus hæc vox in hac altera significatione a carina navis deducenda videatur, quam & ideo alii vel a Care derivant, vel a χαριεντίζεσθαι. Versus Ennii est:

Sed neque me decet hanc carinantibu' lædere chartis.

i. e. mordacibus. Idem apud Servium:

Et contra carinans verba atque obscena profatus.

¶ Carinatus, a, um, gekrümt, gebogen wie ein schiff. Plin. 11 cap. 37, *Pectus homini latum reliquis animalibus carinatum.*

¶ Carinarius, i, qui cerino colore vestes inficit, apud Plautum Aulul. a. 3 sc. 5 v. 36, quod vero non à *carina,* sed à καρὸς, Dorice pro κηρὸς, *cera,* deducunt; quo Ovidius 3 de arte am. v. 184 respexit:

Et sua velleribus nomina cera dedit.

CARINTHIA, æ, Kärnthen, olim Pannoniæ, hodie Germaniæ provincia, ducatus titulo insignita. vid. Geogr.

Caritas, vide *Carus.*

CARMĀNIA, æ, Καρμανία, regio Persiæ ab ortu finitima: Gedrosiæ ab occasu: in quâ sunt Ichthyophagi.

¶ Carmāni, orum, incolæ. Pompon. lib. 3 c. 8, *Carmani sine veste ac fruge, sine pecore ac sedibus, piscium cute se velant.*

CARMELVS, i, Deus & mons inter Syriam Judæamque, ut Tacitus Hist. 2 c. 78 describit. Suetonius Vespas. c. 5, *Apud Judæam Carmeli Dei oraculum consulentem, ita confirmavere sortes,* &c.

CARMEN, ĭnis, oratio ligata, numeris suis & mensurâ certâ constans, gedicht, lied. Victor de Origine Roman. vocem *carminis,* à *Carmenta* deducit, & ipsa *Carmenta* procul dubio à carminibus dicta. Vid. infra *Carmenta.* Male: est enim a *Cano: Carmen* quasi *Canimen.* Neque de toto complexu multorum versuum, sed & *de versu tantum uno aut duobus Carmen* usurpatur: Virg. Æn. 3 v. 287,

rem Carmine signo:
Æneas hæc de Danais victoribus arma.

Primum carmen pro libro primo Carminis Lucretius dixit lib. 6 v. 936,

Nunc, omnes, repetam, quàm raro corpore sint res,
Commemorare, quod in primo quoque carmine claret.

Facere, scribere carmina, passim exstat: *componere carmen,* Cicero pro Muræn. c. 12. *contexere,* pro Cœlio c. 8. *condere,* 4 Tuscul. Quæst. c. 2, verse schreiben. *Ludere carmina,* Virgil. fine Georg. Rursus Cicero in Tusculanis lib. 1 c. 26, *Poëta grave plerumque carmen, non sine cælesti aliquo mentis instinctu, fundit.* Cæterum aliquando latiùs, quandoque strictiùs sumitur, & vel Epicum, vel Lyricum carmen significat. Vet. Glossæ: *Carmen,* ἔπος. Horatius quoque libros suos, non *odarum;* sed *carminum* nomine inscripsit: quemadmodum & ab antiquis Grammaticis perpetuo citantur. Sic ipse de se lib. 4 ode 2 v. 31,

operosa parvus
Carmina fingo.

Carmina: videlicet Lyrica. ¶ 2. Hinc & pro quovis cantu *carmen* ponitur. Ovidius lib. 14 Metam. v. 435,

Carmina jam moriens canit exsequialia cygnus.

¶ 3. Carmen & vaticinium est, eine prophezeyung. Virgil. de vaticiniis Sibyllæ Æn. 6 v. 74, *foliis tantum ne carmina manda.*

Livius lib. 1 c. 45, *Et cecinêre vates, cujus civitatis eam civis immolâsset, ibi fore imperium. Idque carmen pervenerat ad antistitem fani Dianæ.* Virgil. Ecl. 4 v. 4,

Vltima Cumæi venit jam carminis ætas.

¶ 4. Carmen pro incantatione, zauberey, apud Virgilium sæpe, ut Ecl. 8 v. 69, *Carmina vel cælo possunt deducere Lunam,*

Carminibus Circe socios mutavit Vlyssis.

¶ 5. Dicitur & *Carmen* quævis verborum concepta ac solennis forma. Nam Livius lib. 1 c. 24, *Carmen* de solennibus fœderum & jurisjurandi formulis bis dixit: qui cap. 26 ejusd. libri & damnatoriam sententiam, sive capitis, *carmen* appellat: quemadmodum & Cicero pro Rabirio cap. 4 illa Judicis verba: I LICTOR COLLIGA MANVS: & Plinius Paneg. Trajani cap. 63 & 92, Comitiorum precationem solennem, *carmen* appellat. Cato etiam librum quemdam, quo morum formandorum præcepta & certas regulas dedit, *carmen de moribus* inscripsit: quamquam versu seu carmine compositum haud esset: quod satis ostendunt, quæ inde Gellius lib. 8 c. 11 adducit. Videtur huc pertinere & *carmen necessarium,* quod appellabant, edisci à pueris solitum, de quo Cicero lib. 2 de LL. cap. 23. Tale & Appii Cæci carmen a Pythagoræorum instituto non abhorrens. Hinc est apud Dionys. Catonem:

Si Deus est animus, nobis ut carmina dicunt;

id est, dicta Philosophorum brevia, quibus sententias suas de Deo, deque reliquis includebant, & ᾀδόμενα καὶ ᾄσματα, i. e. carmina dixerunt. v. Daumius in not. ad Catonis disticha p. 124.

¶ Carminicus, a, um; & Carminice adverb. inter latinitatem barbaram & incertam rejicit Cellarius cur. post. p. 346.

¶ Carmen, instrumentum textorium à *carendo* dictum, quasi *carimen,* & derivatum verbum *Carminare,* paullo post in verbo *Caro* sequitur.

CARMENTA, æ, Nympha, Evandri mater sic appellata à *carminibus,* hoc est, *oraculis* vel *responsis. Fatiloqua* enim fuit, ut Livius lib. 1 cap. 7 appellat. Solinus cap. 2 *Carmentim* vocat. Victori de Origine Romana *Carmentis* juxta & *Carmenta* nominatur: qui & *Nicostratam* appellatam denique prodit. Quomodo & in antiquis versibus nominatur de repertoribus litterarum:

Mente Phœnices sagaci condiderunt Atticas,
Quas latini scriptitamus edidit Nicostrata.

Nam litteras latinas Carmenta invenisse traditur, & filium docuisse. Vide & Plutarchum Romulo: qui ei & sacra instituta significat, ab re *Carmentalia* appellata.

¶ Carmentalis, porta Romæ, quæ & *Scelerata* posteà dicta fuit, die unglückselige pforte, quod per eam sex & trecenti Fabii cum Clientum quinque millibus egressi adversus Hetruscos omnes interfecti sunt. Vide Livium lib. 2 c. 49 seq. Virg. 8 Æn. v. 388,

Et carmentalem Romano nomine portam.

¶ Carmentalia, plur. Sosipater Charisius lib. 1 p. 21, *Matri Evandri sacrificia instituta Carmentalia appellata a nomine ipsius.*

CARNA, æ, Dea cardinum, quæ primo *Crano* appellata. Ovid. 6 Fastorum v. 101, *Prima dies tibi Carna datur: Dea cardinis hæc est:*

Numine clausa aperit, claudit aperta suo.

Vide ibi plura quæ sequuntur, & Cardinia in *Cardo.*

CARNĔĀDES, æ, Καρνεάδης, Cyrenæus fuit, novæ Academiæ princeps, Chrysippi studiosus, Zenonis confutator, de quo Gellius lib. 17 c. 15. Multa de eo passim prædicat Cicero. Fuit enim in eo magna differendi vis, magnum acumen; adeo, ut nihil non explicare posse videretur. Sed nihil certo affirmabat. Quare cùm missus ab Atheniensibus Legatus copiosè de justitia disputaret Romæ, postridie contraria disputatione omnia rursus subvertit. Vide Lactant. lib. 5 Instit. Divin. cap. 14.

Carnifex,

Carnifex, Carnificina, Carnifico, vide *Caro.*

CARNIOLA, æ, Crain, regio Germaniæ verſus Italiam & Croatiam. v. Geogr.

CARNŪTES, Galliæ populi, hodie *les Chartrains*, ſiti ſupra Ligerim, inter Pariſios & Turones.

¶ Carnūtum, vel Cornotum, i, hujus populi urbs primaria, hodie *Chartres.* Hinc

¶ Carnotenſis, e; ut, *Ivo Carnotenſis*, epiſcopus &c.

¶ Eſt & aliud *Carnūtum*, quod etiam *Carnuntum* ſcribitur, oppidum Pannoniæ ſuperioris inter Vindebonam & Poſidonium, de quo Ammianus lib. 30 cap. 17, 20 &c.

CĂRO, carnis, fleiſch, animalium eſt & piſcium. *Bubula caro*, rindfleiſch. *Ovilla*, ſchöpſenfleiſch. Sic *Vitulina, hædina*, &c. Rurſus *Caro aſſa, elixa, frixa: Caro conditanea*, pöckelfleiſch, ſicut Varro 1 de Re ruſt. cap. 24, *oleam conditaneam* dixit. *Viva caro*, Ovid. 15 Met. v. 380. *Subrancida caro*, Cic. in Piſon. cap. 27, & ibidem cap. 9 metaphorice *putida caro* pro homine ſceleſto, infami. *Ego*, inquit, *iſtius pecudis ac putidæ carnis conſilio ſcilicet aut præſidio niti volebam? Caro piſcium* eſt apud Plin. 9 cap. 17, in arboribus quid ſit, docet idem 16 cap. 38. Pluralis, quo Teutones carent, Latinis non inuſitatus eſt. Plinius lib. 23 cap. 7, *Bubulas carnes additi caules* [caprifici] *magno lignî compendio percoquunt.* Idem lib. 25 cap. 6, *Carnes cohæreſcere tradunt, ſi centaurio coquantur ſimul.* De eſu carnis ante diluvium vid. Hackſpan. Miſcell. p. 279. Curcellæus de eſu ſanguinis à pag. 7 usque ad p. 37. Kipping. ad Pappi Hiſtor. Eccleſ. pag. 190, 191. Adde de eſu carnis humanæ Barth. ad Briton. Aremor. p. 512, & Adverſarior. lib. 136 cap. 1. ¶ *Carnem* pro externo homine, ſive *corpore* dicere, amant Chriſtiani Scriptores: ita tamen & Seneca locutus eſt ep. 65 ſub f. *Quicquid*, inquit, *in me poteſt injuriam pati, hoc eſt, in hoc obnoxio domicilio: animus liber habitat. Nunquam me caro iſta compellet ad metum, nunquam ad indignam bono ſimulationem.*

¶ Carnarium, i, proprie, ubi carnes ſalitæ ſuſpenduntur & aſſervantur, fleiſch- oder rauch-kammer. Columella lib. 12 cap. 53. Plautus in Capt. act. 4 ſc. 6. Inde *è carnario* & *è macello vivere*, opponuntur Plinio lib 19 cap. 4. ¶ 2. Alibi tamen pro *macello* ponitur ſive *taberna carnaria*, ut Varro appellat, fleiſch-bäncke. Quo forte ſenſu & Plautus accepit Curcul. a. 2 ſc. 3 v. 45, *Pernam, abdomen, ſumen ſuis glandium.* CVRC. *Ain' tu omnia hæc? in carnario fortaſſe dicis.* ¶ 3. *Carnaria*, vaſa ſunt, quibus carnes aſſervantur. Plaut. Capt. a. 4 ſc. 4 v. 6.

¶ Carnarius, i, ein fleiſcher. ¶ 2. qui eſu carnis delectatur, ein fleiſch-maul. Martial. 11 epigr. 101, *Carnarius ſum: pinguiarius non ſum.*

¶ Carnarius, a, um, adjectivum per ſe eſt, unde *taberna carnaria*, Varro lib. 7 de L.L. cap. 30, fleiſchbanck.

¶ Carneus, a, um, fleiſchig, fleiſchern. Translate Prudentio Apoth. v. 370, *lex carnea* opponitur illi, *quam ſpiritus implet interior.*

¶ Carnulentus, a, um, pinguis, fleiſchig, weich; ut, *fluxi ſunt, tactu prope carnulento*, ſie ſind weich anzugreiffen, Solin. cap. 8 (al. 2) de Liguſtici maris fruticibus. *Veſtigia carnulenta*, Idem c. 62 (Salmaſ. 49) de Camelis. *Carnulenta pectora*, Prudent. Periſteph. 10 v. 372.

¶ Carnoſus, a, um, idem; ut, *carnoſus venter*, Plin. 11, 37. *atropha carnoſiora*, Idem 27, 8. *carnoſiſſimæ olivæ*, Idem Plin. 15, 3.

¶ Carnalis, e, fleiſchlich, Eccleſiaſticorum uſu trita vox; ut, *Stirps carnalis*, Prudent. Apoth. v. 987. Tertullianus de pœnit. c. 3 ait, *delictorum quædam eſſe carnalia, id eſt, corporalia, quædam verò ſpiritualia.* Et Minucius Felix cap. 32 ſect. 6, *Deum oculis carnalibus vis videre.*

¶ Carnaliter, Adverb. eorumdem eſt. Prudent. c. l. v. 368,

Poſteritas carnis, carnaliter omnia cernens.

Et Arator in cap. 2 Act. Apoſt.

Venit ad occiduas carnaliter editus oras
Humana ſub lege Deus.

Carnaliter editus, id eſt homo factus.

¶ Carnalitas, atis, Auguſtin. Serm. 186 de Tempore cap. 2, *Carnalitas vetuſtas eſt: gratia novitas eſt.*

¶ Caruncula, æ, ſtücklein fleiſch, diminut. Cic. 2 de Divin. c. 24, *caruncula vitulina.* Habet etiam Val. Max. lib. 3 cap. 7 extern. n. 6, & Celſus 2 c. 7, *Si urina craſſa carunculas quaſdam exiguas aut quaſi capillos habet;* ſäſichte ſtücklein.

¶ Carnĭfex, ficis, hencker, ſcharffrichter. Cic. 11 Philipp. cap. 3, *Ponite ante oculos vincula, verbera, eculeum, carnificem tortoremque* &c. Sueton. Tiberio cap. 54, *cum ei carnifex laqueos & uncos oſtentaret.* Item, der einen quälet und plaget. Terentius in Andr. act. 4 ſc. 1 v. 27. *Quantas hic ſuis conſiliis mihi confecit ſolicitudines meus carnifex.* Donatus in Terent. Hecyr. act. 3 ſc. 4, *CARO*, inquit, *dicta eſt eò, quod careat animâ. Et CARO proprie dicitur mortuorum. Vnde CARNIFICES dicti, quod carnes ex homine faciant. Carnes*, id eſt cadavera, *Caro* enim *Cadaver* eſt: quomodo etiam σὰρξ apud Græcos accipitur. Vide Scalig. lib. 3 Poët. cap. 86. Voſſius tamen vocabulum *caro*, non à *carere*, ſed ex Græco κρέας malit deducere lib. 4 Inſtit. Orator. cap. 13 Sect. 1. Salluſt. Catil. cap. 55, *Vindices rerum capitalium* pro carnificibus dixit. Erant olim inter apparitores Magiſtratus, ut notat Schild. ad Sueton. p. 300. Quin imo milites, Tribuni, Centuriones ipſi hoc officio fungebantur, ibid. pag. 432, 433. Lipſ. ad Tacit. pag. 23 & 190. Alicubi etiam Senatores noviſſimi, vid. Lanſii Conſult. pag. 902. De infamiâ eorum quid ſtatuendum, vid. apud Bernegg. quæſt. 37 ad Tacit. à quo diſſentit Rupert. ad Pompon. Enchirid. pag. 271; vide & Salmaſ. de Vſuris cap. 18 p. 530. ¶ 2. Adjective ponitur pro eo, quod inſtar carnificis excruciat, vel plane tollit. Ita Claudianus *Carnifices epulas*, de Bello Gildonico v. 179. *Carnifices manus*, Silius dixit lib. 1 v. 173. Martialis lib. 12 Epigr. 48,

Mullorum leporumque & ſuminis exitus hic eſt:
Sulphureusque color, carnificesque pedes.

Vbi *carnifices pedes*, podagrici ſunt, ideoque excruciantes. *Libido carnifex*, Arnob. extremo lib. 1.

¶ Carnĭfĭcīna, æ, locus ubi torquentur & excarnificantur ſontes, die marter-kammer. Livius lib. 2 cap. 23, *Ductum ſe ab creditore, non in ſervitium, ſed in ergaſtulum & carnificinam eſſe.* ¶ 2. Tormentum & cruciatus: ut, *Carnificina conſcientiarum.* Plaut. in Ciſtell. act. 2 ineunte: *Credo ego amorem primùm apud homines carnificinam commentum*, die liebe habe zu allererſt eine plage und marter den menſchen erdacht. Cicer. 3 Tuſc. cap. 13 pr. *Cum omnis perturbatio miſeria eſt, tum carnificina eſt ægritudo*, quia inſtar carnificis cruciat, laniat præcordia, lacerat animum. ¶ *Carnificinam facere*, pro, carnificis partes agere, ſich hencker-mäßig auffühven, apud Plautum legitur in Captiv. act. 1 ſc. 2 v. 29.

¶ Carnificīnus, vel Carnificus, a, um, zerfleiſcht, utroque modo legunt in Plauti Moſt. 1, 1 v. 52, *O carnificum cribrum*, de ſervo, cujus tergum a carnifice perforatum.

¶ Carnificium, i, das metzeln, die zerfleiſchung. Sariſb. 1 c. 4, *ad venatoris carnificium prolabi*, & lib. 4 cap. 3, *carnificii imaginem repræſentare.*

¶ Carnifico, are, hencker-ſtück üben. Liv. 24 cap. 15, *carnificari jacentes*, id eſt truncari, capita abſcindi.

¶ Carnĭvŏrus, a, um, carne veſcens. *Animalia carnivora*, thiere, ſo da fleiſch eſſen. Plin. 10 cap. 73, *Serratorum dentium carnivora ſunt omnia.*

¶ Concarno, are, fleiſchlich verbinden. Tertull. de carne Chr. cap. 20, *Cum quid extraneum extraneo agglutinatur, ita concarnatur & conviſceratur.*

¶ Decarnare, carnem detrahere, das fleiſch ablöſen, ſchinden, Apicius lib. 7 cap. 9.

¶ Excarnifico, are, exeruciare, zerplagen, zu tode martern. Terent. in Heaut. act. 4 ſc. 6, *Hujusmodi mihi res ſemper comminiſcere, ubi me excarnifices.* Suet. de Vitellio cap. 17, *minutiſſimis ictibus excarnificatus atque confectus eſt.*

¶ Excarnificatus, a, um, gepeiniget, Cic. 3 de nat. D. *Anaxarchus a tyranno excarnificatus.*

¶ Incarnatio, ōnis, ex Theologia notum verbum. Commentar. Vet. in Marcum cap. 1 v. 7, vulgo Hieronymo adſcriptus: *myſterium incarnationis Dei.* Theodulfus lib. 2 carm. 7 v. 545,

Chriſti incarnatio felix.

CĀRO, carēre, à Græco κείρειν, quod tondere eſt. Verbum textorium, kämmen, grempeln. Plautus Menæchmis act. 5 ſc. 2 v. 49, *Inter ancillas ſedere jubeas, lanam carere*, id eſt, lanam per pollicem trahendo purgare. Inde eſt

¶ Carmen, inis, inſtrumentum ferreum ad lanam carendam, hechel, grempel-kamm. Lucret. lib. 4 v. 376, *quaſi carmine lana trahatur.*

¶ Carmĭno, carminare, eſt pectine deducere & diſcernere, grempeln, hecheln. Varro de linguâ latinâ lib. 6, *carminari lana tum dicitur, cùm caret eo, quod in ea eſt nequam.* ¶ Translate Sidonius lib. 1 epiſt. 9, *Exeras*, inquit, *veterem Muſam, votivum quippiam vel tumultuariis fidibus carminantem.*

¶ Carminatus, a, um, gegrempelt: ut, *lana carminata*, Plin. 9 c. 28.

¶ Carminabundus, a, um, Sidonius lib. 8 epiſt. 11, *In bucolica vigilax, parcus, carminabundus.*

¶ Carminatio, ōnis, Plin. 11 cap. 23, *cogi unguium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine.*

¶ Carminarius, i, ein woll-kämmer, woll-ſchläger.

CAROCCIVM, i, vexillum Longobardorum, quod curru impoſitum in aciem produxerunt, & magna religione ad bella miſerunt, inque prælio defenderunt. v. Sigonius de regno Italiæ lib. 7 f. 178. Caroccii prolixam deſcriptionem offert Laur. Pignorius ad Hiſt. Muſſat. f. 33.

CARPAEA, æ, genus ſaltationis Perſicum, qua armati concrepantes peltis ſaltabant, ein ſchwerd-tantz. v. Xenoph. & Scalig. Poët. 1 cap. 18 p. 73.

CARPĀTHOS, Κάρπαθος, ſive Carpathus, i, inſula inter Ægyptum & Rhodum ſita, a qua

¶ Carpathius, a, um; ut, *mare Carpathium.* Horat. 1 carm. od. 35 v. 8,

laceſſit
Carpathium pelagus carina.

Carpathius leporem: Dictum in eos, qui ſibi rem noxiam accerſunt. Nam Carpathii, cum lepores non haberent, curarunt importandos aliunde, cujus animantis magna deinde vis fruges inſulæ populari cepit. Eraſm. in Adag.

CARPENTORACTE, Galliæ Narbonenſis civitas, vulgò *Carpentras.*

CARPENTVM, i, genus vehiculi, ein rollwagen, kutſche, oder kutſch-wagen. Ovid. 1 Faſt. v. 619,

Nam prius Auſonias matres carpenta vehebant,
Hæc quoque ab Evandri dicta parente reor:

Vt ſit *Carpentum*, quaſi *carmentum à Carmenta*, Evandri matre. *Carpentum velatum panno*, ein behangener wagen. Suadet autem Ovidii locus *Carpenta* mulierum fuiſſe ante. Et vero tribuit Tulliæ, Tarquinii Superbi conjugi *carpentum* Livius juxta & Florus: quin Claudiæ etiam in vitâ Tiberii c. 2, & Meſſalinæ in Claudio cap. 15 Suetonius. Tacitus Annal. lib. 12, *Suum quoque faſtigium Agrippina extollere altius, Carpento Capitolium ingreai, qui mos ſacerdotibus & ſacris antiquitùs conceſſus, venerationem augebat fœminæ.* Hinc & matronis principalibus mortuis inſtituta carpenta fuerunt, quæ in Circenſi pompa cum earum imagine transveherentur: eratque hæc divini cujusdam honoris pars: nam & Deorum imagines in thenſis (ſic appellabantur Deorum vehicula) traducebantur. Ejus ritus exempla habes apud Suetonium Claudio cap. 11, & in Caligula cap. 15, cujusmodi *carpenti* effigies in Agrippinæ nummo conſpicitur, quem ibi Torrentius exhibuit, Florus vero lib. 3 cap. 2 & cap. 10 genus vehiculi bellici facit.

¶ Carpentarius, i, qui carpenta conficit, ein wagner. Qui Lampridio in Alexandro cap. 52 eſt *artifex carpentarius.* Abſolute Lege 1 Cod. de excuſat. artif. *fullones, carpentarii, ſculptores.* Nec tantum carpentorum, quæ honeſtiſſima vehicula erant, ita dicti fuerunt artifices,

ces, ſed etiam qui quævis vehicula conficiebant: quia *carpentum* poſteriori ævo late omnis generis vehicula ſignificabat, uti Caſaubonus & Salmaſius ad dictum Lampridii locum obſervarunt. Per ſe autem adjectivum eſt

¶ Carpentarius, a, um, zum wagen gehörig. Trebell. Pollio in Zenobia: *Vſa vehiculo carpentario, raro pilento, equo ſæpius.* Sic & *equum carpentarium* poſſumus dicere, ein kutſchen-pferd.

CARPHVS, i, herba, alio nomine bucera, βύκερος. Plinius lib. 24 c. 19, *fænum Græcum* nominat, bocks-horn, fenigreck.

CARPI, orum, populus barbarus, Romanis infeſtus, qui videtur primum Carpates montes inſediſſe: deinde ad Danubium degreſſi ſunt, περὶ Ἴστρον, lib. 1 cap. 20. Eutropius lib. 9 cap. 15, *Carpis & Baſternis ſubactis.* Ptolemæus *Carpianos* vocat.

¶ Carpicus inde, quod ex victoria cognomen ſenatus Aureliano tribuit, Vopiſc. c. 30.

¶ Carpiſculum, ſeu Carpiſculus, i, genus calceamenti barbarici. Vopiſc. ibidem. ¶ 2. Vox architectonica. Ex Viennenſi lapide Salmaſius ad Vopiſcum adfert: TEGVLAS AENEAS AVRATAS CVM CARPISCVLIS ET VESTITVRIS BASIVM.

CARPĬNVS, i, arbor ex acerum genere Plinio 18 c. 11, & Columellæ lib. 5 cap. 7, ein ſpindelbaum.

¶ Carpineus, a, um: ut, *manubria carpinea*, Plin. lib. 16 cap. 43.

CARPIO, ōnis, alio nomine *Cyprinus*, piſcis notus, ein karp, qui Cyprinus quidem recte dicitur; ſed carpio trutæ Salmonatæ genus eſt in Benaco, ein grundforellen art im gardenſee. Geſn.

CARPO, carpſi, carptum, carpere, abbrechen, abnehmen. *Carpere herbas*, Colum. lib. 5 cap. 6. *flores*, Ovid. 9 Met. v. 381. *vere roſam atque autumno carpere poma*, Virgil. Georg. 4 v. 134. *Carpere penſum*, Horat. 3 oda 27 v. 63. *Furtim carpſiſſe coronas*, Idem 2 Sat. 3 v. 256. ¶ 2. Eſt & verbum militare, *carpere*. Nam cum ſe recipit hoſtis, & nos inſequimur, & iter facientes tardiùs intercipimus, ac ſic per partes concidimus, tum carpere eum dicimur, wenn man dem feinde in dem eiſen liegt, und was man ertappet, nieder macht. Cæſar. 1 Comment. de Bell. Civili cap. 63, *Relinquebatur Cæſari nihil, niſi uti equitatu agmen adverſariorum male haberet & carperet.* Tacitus Ann. 12 c. 32, *Non auſis aciem hoſtibus, vel ſi ex occulto agmen carpere tentarent, punito dolo.* Lucanus lib. 4 verſ. 155,

jamque agmina ſumma
Carpit eques.

¶ 3. Carpi, lædi eſt vel extenuari, verzehret, geſchwächet werden. Virg. 4 Æneid. principio:

Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.

Ovid. 2 de Arte v. 114, *forma ſpatio carpitur ipſa ſuo.*

¶ 4. Carpere, reprehendere ſignificat uſitate, ſeu perſtringere, tadeln, meiſtern. Cicero pro Cornel. Balbo cap. 26, *Carpere maledico dente* dixit, läſtern. Ovid. 3 Pont. 1 v. 64, *carpere facta cujus.* ¶ 5. Poëtica ſunt: *carpere iter*, reiſen, Horat. 2 Oda 17. *ſomnos carpere*, ſchlaffen, Virg. Æn. 4 v. 555 &c. ¶ 6. Carpere eſt ſcindere cibum, proprium huic muneri verbum. Ludit verbo Trimalcio Petronii p. 82 ſciſſorem ciborum, cui & nomen *Carpi* erat, alloquens, *Carpe*. Quod cum non intelligeret, qui accumbebat, alius conviva, *Vides*, inquit, *illum, qui obſonium carpit? Carpus vocatur. Itaque quotieſcunque dicit Carpe, eodem verbo & vocat, & imperat*: vorſchneiden.

¶ Carptus, a, um, gebrochen, gepflückt: ut, *lana bene carpta*, Celſus 6 c. 6.

¶ Carptor, oris: plur. Carptōres, vituperones, reprehenſores, tadler, die gerne herunter machen. Gellius lib. 19 c. 7, *Vituperones ſuos ſubducti ſupercilii carptores appellavit.* ¶ 2. Carptores etiam vocantur ciborum ſciſſores, vorſchneider. Juvenal. Sat. 9 v. 110, *archimagiri, carptores.* Vbi Vetus Scholiaſtes: *Infertores, qui illata carpunt.* Sed quomodo *Infertores* dici poſſunt, qui carpunt? Nam *infercire*, & *carpere* non conveniunt. Potius legendum puto *Inſectores* ab *inſecando*: quod ſecant, ſeu ſcindunt obſonia; zerleger. Nam & *ſciſſores* appellantur Petronii loco citato. Martialis videtur & *ſtructores* appellâſſe; de quibus vide ſuis locis, & Lipſ. l. c. p. 62, 63.

¶ Carptura, æ, die abpflückung. Varro lib. 3 de R. R. cap. 16, *Aves diſcrimen ſequuntur in carptura*, florum puta.

¶ Carptus, ûs, idem. *Trium digitorum carptu*, Plin. 24 cap. 10.

¶ Carptim, hoc eſt, ſtrictim, hinc atque illinc decerpendo. Salluſt. initio conjurationis Catilinariæ, *Statui res geſtas populi Rom. carptim, ut quæque memoria digna videbantur, perſcribere*, kürtzlich, das beſte heraus. *Carptim aggredi*, Livius lib. 44 cap. 41, hie und da zwacken. *Carptim breviterque perſtringere*, kurtz überlauffen, kurtz faſſen, apud Plin. in Paneg. cap. 25. *Carptim & κατὰ κεφάλαια agere*, apud eumdem lib. 6 epiſt. 22.

Compoſita à *Carpo*:

¶ Concerpo, ere, dilacerare, conſcindere, von einander reiſſen, in ſtücke zerreiſſen. Cic. Att. 10 epiſt. 12, *Tu eas epiſtolas, quibus aſperius de eo ſcripſi aliquando, concerpito, ne quando quid emanet: ego item tuas.*

¶ Concerptus, a, um, zerriſſen, zerſchnitten. *Concerpta linteola*, Plin. 28 c. 15.

¶ Decerpere, abbrechen. *Decerpere uvam*, Plin. 9 epiſt. 20. *flores*, Lucret. 4 v. 3. Et Ovid. 3 Pont. ep. 5,

Et magis adducto pomum decerpere ramo,
Quàm de cælatâ ſumere lance juvat.

Decerpere ex alicujus laude, Cicero pro Marcell. cap. 2. *Nihil ex cujusquam dignitate decerpſeris*, Plin. lib. 8 epiſt. 24, verkürtzen, abbruch thun.

¶ Decerptus, a, um, abgebrochen: ut, *decerpta oliva*, Horat. 1 Od. 7 v. 7. *Humanus animus decerptus ex mente divina, cum alio nullo, niſi cum ipſo Deo comparari poteſt.*

¶ Diſcerpere, dilaniare, in ſtücke zerreiſſen, zertheilen: ut, *rem in membra quaſi diſcerpere*, Cic. Topic. cap. 5. *Diſcerpitur aurum in parvas partes*, Lucret. 2 v. 828.

¶ Diſcerptus, a, um, zerriſſen, zertheilt: ut, *membra diſcerpta*, Horat. 2 Sat. 8 v. 86. *Romulum diſcerptum aliqui à ſenatu putant*, Flor. 1 cap. 1.

¶ Excerpere, heraus klauben, auszeichnen. Cicer. in off. 3 cap. 1, *Non ſolùm ex malis eligere minima oportet, ſed etiam excerpere ex his ipſis, ſi quid ineſt boni.* C. Plinius de avunculo ſuo C. Plinio Secundo lib. 3 epiſt. 5, *Nihil unquam legit, quod non excerperet; dicere etiam ſolebat, nullum eſſe librum tam malum, ut non aliquâ parte prodeſſet.* Terent. Phorm. 2. 4 ſc. 4 v. 17, *Tu id, quod boni eſt, excerpis, dicis quod mali eſt*, was gutes darinnen iſt, das nimmſtu heraus. *Cum multa percurreris excerpe*, Seneca epiſt. 2. Sed *ſe hominum conſuetudini excerpere*, ſich von leuten abſondern, Idem epiſt. 5.

¶ Excerptus, a. um, ausgezeichnet. Vocamus *Excerpta*, quæ ex libris, quos legimus, veluti floſculos quoſdam extrahimus, privatimque conſcribimus.

¶ Excerptio, ōnis, auszeichnung, pro excerptis Gellius dixit lib. 17 cap. 21, *Nunc excerptiones factas curſim digeſſimus.*

¶ Excerptor, ōris, qui excerpit. Simulacro Fortunæ Barbatæ Romano dedicatoris nomen adſcriptum: L. AVRELIVS MARCELLIANVS AVG. LIBERTVS EXCERPTOR V. S. L. M. Vid. Spon. Miſc. erud. Antiq. pag. 104.

¶ Percerpere, ex Gellii libro 2 extremo adfertur, ubi vulgo legitur: *Ariſtotelis libros percerpſimus.* At Gronovii e MSS. legunt *præcerperemus*.

¶ Præcerpere, für dem maul himweg nehmen. Cicero in Verrr. 6 c. 37, *Non præcerpo fructum officii tui.* Livius principio lib. 45, *Victoriæ nuntii præcerptam ejus rei lætitiam invenerunt*, id eſt, obſoleverat lætitia victoriæ antehac intellectæ, die zeitung war ſchon alt.

¶ Secerpere, idem quod excerpere. Auguſtinus epiſt. 28 ad Hieronym. de animar. origine: *de tertio libro locum ſecerptum his litteris inſeram.*

Carpŏbalſamum, balſami fructus ſeu ſemen, vide *balſamum*.

CARPŎPHYLLON, i, laurei fruticis ſpecies eſt Plinio lib. 15 cap. 30. Fructum fert in foliis, unde & nomen ipſi. Laurum Alexandrinam alii putant eſſe, beerblat.

CARPVS, i, καρπὸς, primæ palmæ pars, quâ brachio jungitur, das gelencke hinten an der hand. Celſus 3 cap. 6, *carpo manum admovere*, an pulß fühlen.

¶ Metacarpium, i, Μετακάρπιον, torus manus, vel tubercula, unde digiti exoriuntur, der berg in der hand.

CARRAE, arum, à Carra fluvio, urbs fuit Meſopotamiæ, celebris Craſſi clade, & nece Imperatoris Caracallæ. Lucan. lib. 1 v. 104,

miſerando funere Craſſus
Aſſyrias Latio maculavit ſanguine Carras.

Carrago, carroballiſta, carruca, carrucarius, vide *carrus* & *balliſta*.

CARRVS, & carrum, i, ein heerwagen, rüſtwagen, karn. Cæſar lib. 1 B. Gall. cap. 6, *Iter anguſtum & difficile, quo vix ſinguli carri ducerentur.* Ibidem cap. 26, *pro vallo carros objecerant*, ſie hatten ein wagenburg geſchlagen. Livius lib. 10 cap. 28 de Gallis: *eſſedis carrisque ſuperſtans armatus hoſtis ingenti ſonitu equorum rotarumque advenit.* Hirtius de bello Hiſpan. c. 6, *Pompejus carra complura, multasque balliſtas retraxit, & ad Cordubam ſe recepit.* Adde, quæ eleganter de *Carris* commentatus eſt Jo. Scheferus de Vehicularia re lib. 2 cap. 28.

¶ Carrago, ĭnis, (Græci καραγὸν vocant) munitio ex connexis carris hoſti arcendo, eine wagenburg. Vſi hâc voce Ammianus 31 cap. 20, itemque Trebellius Pollio in Gallien. cap. 13. Rei ipſius Vegetius meminit lib. 3 cap. 10, ubi vide Stevvechium, itemque Caſaubonum ad Trebellium, & Lindebrogium ad Ammianum.

¶ Carrūca, æ, rhedæ genus, kutſche, karn. Videntur autem *carrucæ* ad varios uſus adhibitæ. Nam *dormitoriam carrucam* apud Scævolam lege *uxori* 13 Dig. de auro & argento legato, legimus. Has argento auroque cælatas, item amictas ebore, atque à Senatoribus non tantùm, ſed ipſis Imperatoribus quoque uſurpatas fuiſſe, Vopiſcus in Aureliano cap. 46, Spartianus in Alexandro Severo, & Heliogabalo teſtari poſſunt. Notat & Plinius lib. 34 cap. 11, & Sueton. Nerone cap. 30. Adde Schefer. c. l. cap. 27.

¶ Carrucarius, i, qui carrucam regit, ein kärner. Vlpinianus Lege item 13 Dig. loculi conducti: *Quæritur, ſi ciſiarius, id eſt, carrucarius, dum ceteros tranſire contendit, evertit.* Quod ſi igitur *Ciſiarius* & *carrucarius* idem, neque *ciſium* & *carruca* different.

¶ Carrucarius, a, um, zum karn gehörig, adject. *Mulas carrucarias* apud Vlpianum legas Lege Ædiles 38 § Quæſitum 8 Dig. de Ædilitio edicto. Hinc eſt, quod *muliones carrucarii* Capitolino memorantur in Maximino juniore cap. 4. Ex quo cognoſcitur, *carrucas* mulis trahi ſolitas. Vnde Scævola ſupra allegato loco: *Quæſitum*, inquit, *eſt, an carruca dormitoria cum mulis, cum ſemper uxor uſa ſit, ei debeatur.* Illud præterea monendum, in Florentinis Pandectis *carrucham* & *carrucharium*, non *carrucam, carrucarium*, ſcribi. Sic *Equus carrucarius*, ein pferd, das im wagen oder kutſchen gehet, ad imitationem *mularum carrucariarum*, de quibus diximus.

¶ Carrobaliſta, vide in *Baliſta*.

CARSEOLI, orum, oppidum in via Valeria non procul à Pelignis. Ovid. 4 Faſt. v. 683,

Frigida Carſeolis, nec olivis apta ferendis
Terra.

¶ Carſeolānus, a, um, gentile. Plin. lib. 3 cap. 12.

CARTAMVS, i, idem quod *cnicus* eſt, *crocum* ſcilicet *Saracenicum*. Vide *Cnicus*.

CARTĒIA, æ, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, haud procul a Calpe promontorio. Livius lib. 28 cap. 30. Quidam eamdem putant eſſe, quæ Tarteſſus. Plin. lib. 3 cap. 1.

CARTHAEA, æ, urbs in Cea inſula, Strab. Plin.

¶ Carthæus, a, um, adject. ut, *Carthæa arva*, Ovid. Metam. 10 v. 109.

¶ Cartheïus, a, um, aliud adjectivum. Ovid. 7 Metam. v. 368,

antiquæ Cartheia mænia Ceæ.

CARTHĀGO, ĭnis, Καρχηδὼν, celeberrima Africæ Vrbs, penes quam

tantæ opes, ut orbis terrarum dominatum sperare ausa: quam ob rem & maximè terrori idem agitantibus Romanis fuit: Vnde *æmula urbs Romani Imperii* Sallust. in Bell. Catilin. c. 10, & Paterculo initio lib. 2 appellatur. Refert Plin. l. 15 c. 18, per annos 120 de terrarum orbe æmulam Carthaginem fuisse. Vtrumque nomen (lat. & gr.) ex Punico est. Pœnis enim *Carthada* vel *Carthado* dicta fuit; quod *novam urbem* significat. Ex quo θ in χ mutato, Siculorum more, Καρχηδὼν inflexum corruptumque est. Sed veram originem Græci cum ignorarent, factum est, ut alii Carthaginem quemdam, alii Carchedona, utrumque Tyrium, conditorem Vrbis tradiderint, de quo Eusebius Chronico, Numero 804, & Num. 971 indicat. Ab *Elissa*, quæ post deinde *Dido* cognominata, *Agenoris* Tyriorum Regis filia, post Trojanum bellum conditam plerique consentiunt. Quod qua occasione susceptum sit, & qua peractum ratione, ex Græcis Latinisque Scriptoribus eruditissimus Freinshemius Supplementorum Livii lib. 6 initio eleganter digessit; ubi & de Carthaginensium Republ. habes. Conditæ Vrbis tempus diversè non apud Eusebium tantum Num. 1061, & Num 1167, sed apud cæteros ideo refertur, quod tota ab uno condita non fuit. Nam *Byrsa*, quæ arx sive ἀκρόπολις fuit, ab Elissa exstructa primam sedem urbi dedit. Novam postea urbem, quæ ex re dicta *Carthada*, sive *Carthado* fuit, Jarbas adjecit. *Byrsa* autem non à corio bubulo, quod Græci commenti sunt, accepit nomen; sed quod esset arx: arx namque Pœnis *Bysra* dicitur; quod deinde in *Byrsa* per transpositionem litterarum molliùs commutatum est. Vide Scaligerum animadversionibus Eusebianis ad supra citatos Numeros; item Appendice operis de Emend. Temporum, sive Notis in selecta Græcorum Chronolog. fragmenta p. 28, nec non Salmasium Exercitationibus Plinianis pag. 322. De excellentiâ hujus Vrbis Salvianus lib. 7 videndus. Liviana Epitome lib. 51 viginti tria millia pass. in circuitu patuisse tradit, qui vero numerus suspectus est, & variis lectionibus divexatus. Vide quæ Gronovius adnotavit. Stetit annis D C C, ut in eadem Epit. Livii legimus. Nam alii pauciores numerant. *Eversa autem Romanis plus nocuit, quàm adversa*, ut Augustinus scripsit, & ut Vellejus indicat l. c. ¶ 2. Carthagines porro duæ fuêre etiam in Hispania, altera *vetus*, *nova* altera dicta, quæ & *Spartaria* appellata, cujus Plinius meminit lib. 31 c. 8, de quibus plura Ludovicus Nonius in Hispania sua.

¶ Carthaginensis, vel potius Carthaginiensis, qui de Carthagine est: quos Cicero Agrar. 2 cap. 35, *fraudulentos & mendaces* appellat: de quo illorum ingenio vide & Plutarchum præceptis politicis pag. 799. Inde *Punica fides*: *Punicæ versutiæ* proverbio celebratæ, de quo infra in *Pœnus*. Vtrum autem rectius sit *Carthaginensis*, an *Carthaginiensis*, disceptatur. Eruditissimus Vossius lib. 1 de Arte Gramm. cap. 43, pro illo ex analogia contra Aldum Manutium, *Carthaginiensis* defendentem pronunciat: eosque, qui *Carthaginiensis* scripserint, Ennii auctoritate, cujus illud est apud Ciceron. pro Balbo c. 22,

Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginiensis:

adductos monet: nec attendisse interim, Ennium metri caussâ sic per Epenthesin scripsisse, quod in Prosa & extra versum locum non habeat. Atqui non tam absurda mihi Prisciani videtur ratio, qui libro 4 derivativa, à primitivis tertiæ declinationis, à Genitivo, abjecto S deducit: qua ratione cùm I præcedens maneat; recte à *Carthagini*, adjectâ terminatione *ensis*, fit Carthaginiensis. Quid quod Epenthesis à prosa arcenda penitus haud est? Ita enim & *Atheniensis*, & *Alciensis*, non *Athenensis*, & *Alcensis*, quod Analogia suadebat, melioris soni caussa dixerunt veteres; ut idem Priscianus observat. Accedit, quod non aliter hoc nomen in plerisque melioribus Codicibus, apud Ciceronem, Livium, alios, scribitur. Item, quod apud Florum lib. 2 c. 2 similiter pro *Camerinensum*, in vetustissimis libris *Cameriniensium* legitur, ut Salmasius auctor est. Adde & eruditissimum Gronovium Not. ad Liv. 28 c. 26. Et Gruteri Inscript. p. 1063, nec non Duillii columnam antiquissimam, hodieque in Capitolio Romano visendam, ad quam inter alia provocat Ol. Borrichius Cogit. de L. L. pag. 57.

CARTHEGON, i, semen buxi Plinio 16 c. 30.

CARTIBŬLUM, i, vinaria mensa, lapidea, quadrata, oblonga, una columella, Varr. 4 de L. L. n. 26.

CARTĬLĀGO, inis, pars similaris corporis, quæ neque os est neque caro, sed medium quiddam, qualis est tota auris & nasus, das knörplichte, der knörpel. Celsus lib. 8 c. 1, *Illud ignorari non oportet, plurima ossa in cartilaginem desinere, nullum articulum non sic finiri.* Plin. 11 c. 4, *Insecta non videntur habere cartilaginem.*

¶ Cartilagineus, a, um, knorplich; ut, *Aures cartilagineæ*, Plin. lib. 11 cap. 37.

¶ Cartilaginosus, a, um, idem. Celsus lib. 8 c. 1, *Humerus incipit extremis utrinque capitibus cartilaginosus.* Ibidem c. 8, *Sunt ossa vel cartilaginosa.* Aliis quoque rebus adhibetur. Plinius lib. 12 c. 25, *galbanum cartilaginosum* dixit, quod *lignoso* oppositum.

CARUM, i, Κάρος vel Κάρον, semen notissimum, matkummich, & kin, karben. Dioscoridi lib. 3 c. 59 *Carus* est cuminum pratense, feld-kümmel, cujus radix elixa pastinacæ modo ad edendum est. Eandem herbam & radicem fuisse putant, quæ in Cæsaris Comment. de Bello civ. 3 c. 48, *Chara* vel *Cara* appellatur, qua admixto lacte exercitus diu cibi inopiam levavit. Conf. Plin. 19 c. 8.

CĀRUS, a, um, vili contrarium, theuer, kostbar. Terent. in And. a. 4 sc. 4 v. 7, *Annona cara est.* Cicer. pro domo sua c. 6, *Subitò illo ipso die carissimam annonam nec opinata vilitas consecuta est*, das korn, so zum theuersten gewesen, hat plötzlich abgeschlagen. Cic. 2 Divin. c. 27 extr. *putarem annonam in macello cariorem fore.* Plaut. Men. act. 1 sc. 1, *Neque edo, neque emo, nisi quod est carissimum.* Id. ibid. act. 3 sc. 2, *Fateor neque equidem esse me cocum carissimum: verum pro pretio facio, ut opera appareat mea*, ich bin wol theuer, aber ich mache auch etwas fürs geld. ¶ 2. Cārus deinde, quod proprie pretiosus, theuer, erat, μεταληπτικῶς *dilectus* est, lieb, werth, angenehm, Græce φιλητὸς, ἀγαπητὸς, in qua notione vulgo *Charus* cum adspiratione scribunt, vel quasi à χάρις esset, quo etymo, ut Vossius censet, nihil incertius est: vel saltem, ut ajunt, διακριτικῶς, quod æque Vossio supervacaneum videtur. Magis enim verisimile fit, *Carum* proprie notare *pretiosum*: & tropice *dilectum*, quia, quæ in pretio sunt, & care constant, gratiora nobis sunt & unice amantur. Accedit consensus lapidum & librorum veterum, de quibus Manutius in Orthographia consulatur, qui pluribus exemplis comprobavit, *Carus* veteres scripsisse, non *Charus*. Nunc significationem illustramus. Terent. Andr. act. 1 sc. 5 v. 39,

Quam ego animo egregiè caram pro uxore habuerim.

Animo caram, subaudi, *meo*. *Animo meo*, id est, mihi. Idem Eunucho act. 1 sc. 2 v. 146,

hoc certè scio,
Neque me finxisse falsi quicquam, neque meo
Cordi esse quemquam cariorem Phædria.

Plautus Epid. act. 4 sc. 1 v. 30, *Quia meo neque cara est cordi.* Et Menæchmis act. 2 sc. 1 v. 20,

Ego illum scio quam carus cordi sit meo.

Cicero lib. 1 Nat. Deor. c. ult. *Carum ipsum verbum est amoris, ex quo amicitiæ nomen est ductum*, lieb ist ein liebliches oder liebes wort. *Auro carius, luce carius, oculis carius*, locutiones Poëticæ sunt, sed quæ in prosa etiam aliquando deceant. Cic. Off. 1 c. 17, *Omnium societatum nulla est gratior, nulla carior, quàm ea, quæ cum Rep. est unicuique nostrum.* Idem pro Balbo c. 26, *diligere & carum habere*, lieb und werth halten. Et, *Frater carissimus & amantissimus*, Idem 4 in Catil. cap. 2. ¶ 3. Recentioris latinitatis auctoribus *cari* absolute pro liberis, vel amicis dicuntur. Dionys. Cato lib. 1 dist. 135,

Ne dubita, quum magna petas, impendere parva:
His etenim rebus conjungit gratia caros.

Cyprianus sermone de Mortalitate: *De excedentibus caris funebris & tristis avulsi.* Lactant. de vero cultu 6 cap. 12, *Mortem fortiter subit, cum sciat, se caros suos Deo relinquere.* Sic *carus Dei*: ut, *Caris Dei adgeniculari*; Tertullianus de Pœnitentiâ dixit cap. 11. Idem *Carissimos* similiter dixit: *Carissimorum amißiones*, de patientiâ. ¶ *Carus Diis* est felix; vide Heinsium ad Hesiodum p. 65. *Grævius.*

¶ Percārus, a, um, sehr lieb. Just. l. 12 c. 12 n. 11, *obsequiis regi percarus.*

¶ Cāritas, ātis, frumenti est, & annonæ, ut penuria vini. Valla lib. 4 c. 42. Cicero in Verr. 5 c. 93, *Biennio provinciam obtinuit, cum alter annus in vilitate, alter in summa caritate fuerit*, es war das erste jahr wohlfeile zeit: das andere grosse theurung. ¶ 2. Cāritas, liebe. Cic. Off. lib. 1 c. 17, *Cari sunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares, sed omnes omnium caritates patria una complexa est*, liebe des vaterlands gehet über alle liebe. Idem de Finib. lib. 1 c. 16, *Liberalitate qui utuntur, benevolentiam sibi conciliant, & quod aptissimum est ad quiete vivendum, caritatem*, sie machen sich beliebt. *Caritate complecti*, lieben. Cic. lib. de univers. *Mundus ipse se concordi quadam amicitia & caritate complectitur.* An Caritas differat ab Amore, vide supra *Amor*.

¶ Cārè, adverb. theuer. *Care æstimare*, theuer halten oder schätzen. Cicer. ad Brutum epist. 16, *Valde care æstimas tot annos.* Idem pro Domo c. 64, *Emit domum prope dimidio cariùs, quàm æstimabat.*

CARUS, i, proprium nomen Imperatoris Romani, qui Probo successit, sub quo Præfectus Prætorio fuerat. Quem ob virtutem tanti fecit Probus, ut ad Senatum scripserit: *Felix esset nostra Resp. si qualis Carus est, aut plerique vestrum, plures haberem in actibus collocatos.* Hunc alii fulminis casu, alii, & verius, uti videtur, morbo exstinctum tradunt. Vid. Vopiscum ejus Vitâ.

CĂRYA, æ, &

¶ Caryātis, idis, Κάρυα, Καρυάτις. Vitruvius lib. 1 c. 1, *Carya civitas Peloponnesi cum Persis hostibus contra Græciam consensit. Postea Græci per victoriam gloriose bello liberati, communi consilio Caryatibus bellum indixerunt. Itaque oppido capto, viris interfectis, civitate deleta, matronas eorum in servitutem abduxerunt, nec sunt passi stolas neque ornatus matronales deponere, ut non uno triumpho ducerentur, sed æterno servitutis exemplo gravi contumeliâ pressæ pœnas pendere pro civitate viderentur. Ideo qui tunc architecti fuerunt, ædificiis publicis designaverunt earum imagines oneri ferundo collocatas, ut etiam posteris nota pœna peccati Caryatidum memoriæ traderetur.*

¶ Caryatides, um, bilder, so man an die seulen oder balcken schnitzet, Statuæ erant muliebres; Viriles vero, quæ oneri ferundo supponuntur, *Telamones* & *Atlantes* audiunt. Vitruv. c. l.

Caryca, vide supra *Carica*.

CĂRYĪTES, itis, thymali genus Plinio lib. 26 c. 8, & Diosc. eine art wolffs-milch.

CĂRYŎN, i, κάρυον, nux juglans, eine welsche nuß. Plin. lib. 15 cap. 22, *Caryon à capitis gravedine, propter odoris gravitatem, convenit dictum.* Nec aliter Plutarch. Sympos. 3 & Dioscorides lib. 1 c. 141. Vt mirer, Salmasium hoc inter nugamenta Grammaticorum referre: qui ex eo appellari censet, quod Attici ἀκρόδρυα omnia sic appellârunt.

¶ Caryīnus, καρύϊνος, ut καρύϊνον ἔλαιον, *oleum caryinum*, nuß-öl, Plin. lib. 23 c. 4.

CĂRYŎPHYLLUM, i, καρυόφυλλον, flos altilis, neglin, nelcken. *Caryophyllum silvestre*, donner-neglin. ¶ 2. Et caryophylla semen illud acre & odoratum aromaticum sunt, neglin, vel nelcken. Scribunt & Garyophyllon. Plin. lib. 12 c. 7, *Est in India piperis grani simile, quod vocatur garyophyllon* &c. sed recte dubitant Interpretes, an notissimum aroma, quod nos hodieque ita vocamus, intellexerit Plinius. Quin potius id genus, quod *Cubebe* dicimus, notasse conjiciunt. Vid. Harduin.

¶ Caryophyllata, æ, planta alia, cujus radix caryophylli spirat odorem, benedicten-wurtzel; Geum vocant.

CARYŎPON, i, vulgo cinnamum Syriacum ex Plin. lib. 12 extremo dant: sed Harduinus ostendit, in omnibus MSS. esse *Camacum* pro Caryopon, quod Hermolaus substituerat.

CĂRYŌTA, æ, καρυωτὸς φοῖνιξ, fructus palmæ, datteln, Plin. 13 cap. 4, & Varroni de re rust. 2 c. 1. Mart. lib. 13 epigr. 27,

Aurea porrigitur Jani caryota calendis,
Sed tamen hoc munus pauperis esse solet.

¶ Dicitur & Caryotis, idis. Statius 1 Silv. 6, 20,

Præ-

Prægnantes caryotides cadebant.

CĂRYSTUS, i, urbs Eubœæ insulæ, marmore dives, de qua Plin. 36 c. 6. Tibullus lib 3 eleg. 3,

Quidve domus prodest Phrygiis innixa columnis
Tænare sive tuis, sive Caryste tuis.

¶ Carystius, a, um, adjectiv. ut, *Columnellæ Carystiæ*, hoc est ex marmore Carystio, apud Plinium lib. 6 epist. 6 n. 36. Vbi vide, quæ de marmore Carystio notavit Cellarius.

CĂSA, æ, tugurium, καλύβη, eine bauer-hütte, ein häußgen. *Straminea casa*, stramine contecta, Ovid. 2 Amor. el. 9 v. 18. Virg. in Corydone v. 28, *O tantùm libeat mecum tibi sordida rura,*
Atque humiles habitare casas, & figere cervos.

Terent. in Phorm. a. 5 sc. 2 v. 3, *Ita fugias, ne præter casam*, verlauff dich nicht zu weit, verlauff dein eigen glück nicht. Seneca in Thyeste v. 451, *Humi jacentem scelera non intrant casam,*
Tutusque mensa capitur angusta cibus.

¶ 2. Vegetius & papiliones sive tentoria militum *Casas* dicit. Ita enim lib. 2 c. 10 scribit: *Tabernacula vel casæ militum cum impedimentis omnibus, nutu ipsius* (præfecti castrorum) *curabantur.* Ovidius 3 Fastor. v. 527,

Sub Jove pars durat, pauci tentoria ponunt,
Sunt, quibus è ramis frondea facta casa est.

¶ Căsula, æ, diminutiv. Plin. lib. 35 c. 10, *Casulâ Protogenes contentus erat in hortulo suo.* Apulejus lib. 8 pag. 214, *nec paucis pererratis casulis ad quamdam villam perveniunt.* Quibus gemella habet lib. 9 post principium; ein klein hüttgen.

¶ Casaria, æ, mulier, quæ custodit casam. Fest.

¶ Casellæ, arum, JCtis sunt granaria, in quibus fructus componuntur, scheunen. Vid. l. 1 ff. de judic.

¶ Casellula, æ, aliud diminut. ein häußlein. Ennod. 9, 29.

CASALVIUM, i, locus Athenis, ubi prostabant meretriculæ, de quo Rhodig. 8 lect. ant. c. 8. & Alex. ab Alex. 4 c. 18.

¶ Casalvades, meretriculæ a loco illo dictæ, ubi volentibus faciles se præstabant. Vide Autores citatos.

CASCUS, i, casca, æ, lingua Sabinorum vetus dicitur & vetula, Varrone auctore lib. 6 de L. L. n. 3. Cicero 1 Tuscul. c. 12, *Itaque unum illud erat insitum priscis illis, quos* CASCOS *appellat Ennius, esse in morte sensum,* &c. S. Hieronymus epist. 1, *Nam & rudes illi Italiæ homines, quos* CASCOS *Ennius appellat,* &c. Varro 6 de L. Lat. *Cascus cascam ducit*, alt und alt gehöret zusammen. Vide Chiliad.

¶ Casce, adverb. vetuste, apud Gellium in lemmate lib. 1 c. 10.

CĀSEUS, i, τυρὸς, ein käse. *Caseum* neutro genere Plautum & alios formasse, auctor est Nonius. Dictus est à *coeundo* secundum Festum. Cic. de Senect. c. 16, *Villa abundat lacte, caseo, melle.* Virg. Ecl. 1,

Pinguis & ingratæ premeretur caseus urbi.

Caseum figurare, Plin. lib. 16 c. 38, käse machen. *Casei descobinati*, geriebene käse: posterior vox Varronis est apud Nonium.

¶ Cāsĕŏlus, i; ut, *Xenocratis caseolus*, in sordidos, adagium.

¶ Caseāle, käse-kammer, käse-korb. Columella lib. 2 cap. 15, *quotidie culina & caseale debent emundari.*

¶ Casearius, a, um, adject. ut, *taberna casearia*, käß-bude, ubi vel fiunt casei, vel venduntur. Vlpianus lege 8 § 5. Dig. si servit. vindic. *Aristo respondit, non putare se ex taberna casearia fumum in superiora ædificia admitti posse*; ubi locus est, quo casei fumigantur, Brissonio interpretante.

¶ Caseātus, a, um, adjectiv. von käsen. Apulejus lib. 1 de Asino sub initium: *polentæ caseatæ offula.*

CĂSIA, æ, frutex odoratus Servio in illud Virg. ecl. 2 v. 49,

Tunc casia atque aliis intexens suavibus herbis.

Suavissimi odoris herba, apibus grata & utilis. Fuit & inter funebres adhibita. Martial. lib. 11 ep. 55,

Vnguenta & casias & olentem funera myrrham
Thuraque de medio semicremata rogo;
Et quæ de stygio rapuisti cinnama lecto,
Improbe, de turpi, Zoile, redde sinu.

¶ Sed *Cassia*, in India & Arabia felici proveniens, *cinnamomo* persimilis est, zimmet oder zimmet-rörlin. *Cassia solutiva*, vulgo casse-fistel.

CASĪNA, æ, κασίνα, nomen Plautinæ fabulæ, a præcipua ejus dramatis persona tractum, quod idem significat ac scortillum; nam κάσαν scortum interpretantur.

CĂSIUS, i, mons tantæ altitudinis in Syria Seleucide prope Antiochiam, ut Sol ibi à quarta vigilia, antequam auspicetur dies, videri crederetur; Plin. lib. 5 cap. 22. In quem propterea curiosi homines adscenderunt, ut mirandam illam rem observarent; id quod de imperatore Hadriano Spartianus in Vita cap. 14 notavit, & de Juliano, quem apostatam appellant, Ammianus Marcellinus lib. 22 c. 33. ¶ Est & alius *Casius* mons altissimus in Ægypti & Arabiæ confinio prope Pelusium, ubi delubrum *Jovis Casii*, & oppidum *Casium*, & sepulcrum Pompeji. Strab. lib. 16 p. 523. Plin. 5 cap. 12. Sunt, qui utrumque vel confundunt, vel pari altitudine metiuntur, ut, quæ de sole ante ortum conspiciendo, Syriaco monti plerique tribuunt, ad Ægyptium Casium referant, ut Mela lib. 1 cap. 10, quem Casaubonus sequitur in dictum locum Spartiani, & Lucas Holstenius, in Stephanum annotationibus.

¶ Căsiōtis, idos, regio circa montem Casium, tam in Ægypto, quam in Syria. Adi Geographos.

CASNAR, ăris, senex Oscorum lingua apud Festum & Varr. de L. L. 6 n. 3. Assectator apud Quintil. lib. 1 c. 5.

CASPIUM mare seu Hyrcanum, sive lacus potius maximus, quia undique cinctus terra est, das Caspische meer in Asia. v. Horat. 2 Od. 9, 2. Sic à monte *Caspio* dictum. Errores veterum de hoc mari, quod sinum Oceani septemtrionalis esse credebant, extant apud Plin. lib. 4 c. 13. Capellam lib. 6 cap. 247. Dionys. περιηγήσει v. 47 & 727. Melam lib. 1 c. 2 & lib. 2 cap. 5, & Strabon. lib. 2. Accuratè descripsit Curtius lib. 6 c. 4, ubi inter alia & hoc tradit, cæteris maribus omnibus dulcius esse; addens quoque, quâ de caussâ id fiat. Accolentes ad illud mare & ipsi *Caspii* appellantur, Scythici generis, ut Mela docet.

¶ Caspius, a, um: ut, *Tigris Caspia*, Stat. 10 Theb. v. 288. *Regna Caspia*, Virg. 6 Æn. v. 798. *Portæ Caspiæ* pylæ sunt, sive angusti à mari transitus interruptis jugis, ita, ut vix singula meent plaustra longitudine 8 Mill. pass. toto opere manufacto, ut Plinius scribit lib. 6 cap. 14. Tacitus 1 Histor. cap. 6 absolute *Caspias* dixit: *Nero*, inquit, *electos præmissosque ad claustra Caspiarum revocaverat.*

¶ Caspiacus, a, um: ut, *Porta Caspiaca*, apud Statium 4 Silv. 4 v. 64.

¶ Caspinus, a, um, idem, si salva lectio apud Dionys. periegesi v. 881,

Caspinam late terram superabluit unda.

CASSANDRA, æ, Κάσσανδρα, Priami filia vates, quam ab Agamemnone in Græciam abductam Clytemnestra interemit. Huic Apollo vaticinandi quidem facultatem concesserat, sed ea conditione, ne quisquam ei crederet. Tryphiodorus Halosi Ilii p. 287 ed. Dausq.

τὴν γάρ Ἀπόλλων
Ἀμφότερον μάντιν τ' ἀγαθὴν καὶ ἄπιστον ἔθηκε.
Dederat huic Augur Apollo
Esse bonam vatem; sed non credenda profari.

Eò Virgilius respiciens 2 Æneidos canit v. 246,

Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora, Dei jussu non unquam credita Teucris.

Phœdrus lib. 3 fab. 11, *Cassandræ quia non creditum, ruit Ilium.*

CASSIANUS, i, martyr, studiis puerilibus præfuit in foro Cornelii sub persecutione Diocletiani, & stylis scholasticorum compunctus in confessione Christi diem suum obiit. Quam historiam luculente descripsit Prudentius in hymno de passione Cassiani.

CASSIODORUS, i, Ravennas, ingenio & eruditione clarissimus suo tempore; cæterùm Theodorico Gothorum Regi adeo carus fuit, ut ejus beneficio omnes dignitates prope fuerit emensus: Quæstor sacri Palatii (qui *Cancellarius* hodie est) Consul Ordinarius, Magister Officiorum, Præfectus Prætorio, denique in quo summa & proxima Principi dignitas fuit, Patricius. Novissime abdicatis seculi studiis atque honoribus, religiosam vitam amplexus, & Ravennatensi Cœnobio Abbas præpositus est. Scripsit varia, sacra atque profana: quorum partem & hodieque legimus. Reliquorum Catalogum Trithemius dedit. Vide & Vossium de Historicis Latinis 2 c. 19.

CASSIŎPE, es, Κασσιόπη, seu Cassiopēa, æ, Cephei fuit Regis Æthiopum uxor, mater Andromedes, relata inter sidera. Cicero lib. 2 Nat. Deor. c. 43, *Obscura specie stellarum Cassiopea.* ¶ 2. Fuit hoc nomine & quoddam Corcyræ oppidum, quod alio nomine & *Phæacia*, item *Scheria* Homero; Callimacho vero *Drepane* dicta, ut Plinius auctor est lib. 4 cap. 12. Gellius *Cassiopeiam* vocat lib. 19 cap. 1. Meminit & Suetonius Nerone cap. 22.

CASSIS, is, mascul. rete, ein netz, jäger-garn. Ovid. de art. am. lib. 2 v. 2, *Decidit in casses præda petita meos.*

Propert. lib. 4 eleg. 2 v. 33, *Cassibus impositis venor.*

¶ Cassiculum, i, reticulum, diminutiv. Festus. ¶ Aut masc. forma *Cassiculus, i*, Hieronymus lib. 3 adv. Rufin. cap. 6, *Nequaquam aranearum mihi opponas cassiculos, sed fortissimo me & solidissimo constringas reti.*

CASSIS, ĭdis, fœm. ein helm, casquet, sturmhaube. Ovid. 8 Metam. v. 25.

Minos
Seu caput abdiderat cristata casside pennis,
In galea formosus erat, &c.

Cassis cristata pennis, ein helm mit federbüschen. *Laxata cassis*, Claudian. Bell. Gild. v. 24, ein offener helm. Cassis de lamina est, galea de corio.

¶ Cassĭda, æ, fœmin. idem, aut diminutivum, factum ex accusativo cassida. Virgil. 11 Æn. v. 774,

Aureus ex humeris sonat arcus & aurea vati
Cassida.

Propertius lib. 3 eleg. 11 v. 15,

Aurea cui postquam nudavit Cassida frontem.

¶ Cassidīle, is, ein säcklein. Vulg. interpres Tob. c. 8 v. 2.

¶ Cassīta, æ, à casside, sicut galerita à galero, von dem püschlein auf dem häupt, alauda est; eine lerche, de qua vide apologum festivissimum apud Gell. lib. 2 cap. 29.

CASSITERĬDES, um, insulæ sunt Oceani post Hispaniam, plumbi feraces. Plin. lib. 4 cap. 22, κασσίτερος, stannum significat.

CASSIUS, i; Cassii multi fuerunt Romæ, eorumque insignis & amplissima familia. vide Rupert. ad Pompon. p. 449, 450. v. gr. L. Cassius tribunus pleb. quem *verissimum & sapientissimum judicem* appellat Cicero pro Roscio Amer. ¶ 2. L. Cassius Longinus, qui tempore conjurationis Catilinariæ *sibi procurationem incendendæ urbis depoposcerat*, ut ait Cicer. in 3 Invect. in Catil. Fuit corpore pinguis, unde Cicero ibid. dixit, *sibi L. Cassii adipem non esse pertimescendam.* ¶ 3. Alius C. Cassius inter percussores fuit Cæsaris, antea Crassi quæstor, qui, illo a Parthis cæso, exercitum servavit. De voluntaria ejus morte v. Vellejus 2, 70, 2. ¶ 4. Cassii Severi oratoris meminit Quintil. lib. 10. ¶ 5. Alius M. Avidius Cassius præfectus exercitus Antonini Imp. in Oriente. ¶ 6. Cassii denique, poëtæ Parmensis, meminit Horat. lib. 1 epist. 4 v. 3, *Scribere quod Cassi Parmensis opuscula vincat;*
Adde lib. 1 Satyr. 10 v. 62.

¶ Cassia via Romæ. Festus: *Cassia via à Cassio strata.* ¶ Cassia lex de ambitu coërcendo, inter leges Rom. peculiari libello P. Manutii, & Fr. Hotomanni.

¶ Cassianus, a, um, Cicer. pro Mil. cap. 12, *Illud Cassianum*, cui bono fuerit, *in his personis valeat, etsi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi sæpe parvo.* Sed *Judex Cassianus*, pro tristi ac severo dici cœpit Cicer. pro Rosc. Amerin. cap. 30, & Verr. 3 cap. 62, & *Cassianæ sententiæ* pro severis. Fuit enim L. Cassius prætor, summæ severitatis in judicando, ut *scopulus reorum diceretur*, auctore Val. Max. lib. 3 c. 7. Sic *Cassianæ partes*, apud Vellej. 2, 74, 1.

CASSUS, a, um, adject. idem quod vacuus, inanis, leer, quod à Careo multi deducunt. Vide supra in *Careo*. Alii pro nomine absoluto habent.

habent. Arbitrandum est, inquit Servius, ejus verbi proprietatem magis ab aranearum cassibus dictam, quod sint leves ac nullius ponderis. *Nux cassa*, apud Plaut. Pseud. 1, 3 v. 136. & Horat. 2 Sat. 5 v. 36, eine böse leere nuß. *Cassâ nuce non emerim*, ich gebe nicht eine taube nuß dafür. *Cassa sanguine cochlea*, Cicer. 2 Divin. c. 64, die schnecke hat kein blut. *Ire in cassum*, significat irritum esse, vergeblich seyn, apud Lucanum lib. 2 v. 263, ubi alii conjunctim *Incassum* legunt. Elegantissime Symmachus lib. 1 Ep. 37 dixit: *Cassâ fide sunt, qui jugiter blandiuntur*, fuchsschwäntzern ist nicht zu trauen. Et Silius lib. 3 v. 17, *Vulgatum, nec cassa fides*. Virgil. Æn. 2 v. 85, *cassum lumine* mortuum dixit. Lucret. 3 v. 563, *Cassum anima corpus*.

¶ Cassum, i, substant. fragmentum est Solino c. 65, *Aut palearum cassa*, (die flocken) *aut chartarum fila ad se rapit*, loquitur de gemma lychnite.

¶ Cassè, adv. frustra, vergebens. Livius 24 cap. 26, *casse ne tempus tereretur*.

¶ Casso, cassare, infimæ latinitatis verbum, aufheben, einziehen. Sidonius Apollinaris lib. 1 epist. ult. *Objecta si non improbabiliter cassaverimus*. Significat autem destruere, abrogare, evacuare. Hinc

¶ Cassatus, a, um, i. e. abrogatus, cassirt, abgethan. Cassiodorus lib. 5 c. 14, *Omnium redemtione cassata*.

¶ Cassesco, ĕre, zerstieben: ut, *Cassescere in favillas*, Solinus, ut restituit Salmasius in Exercit. f. 177.

¶ Incassum, adverb. temere, frustra, ex separatis vocibus *in cassum*. Virg. 7 Æn. v. 421,

Turne tot incassum fusos patiere labores?

Livius lib. 10 c. 29, *Incassum tela jactare*, vergebens, vor die lange weile. Plaut. Pœn. 1, 2 v. 147, *Omnia incassum cadunt*, es ist alles umsonst.

CASTĂLIUS, i, & Castalia, æ, Κασταλία, Virg. 3 Georg. v. 293,

Castaliam molli divertitur orbita clivo.

Ponitur pro fonte Castalio. Sic & Horat. 3 Od. 4 v. 61,

Qui rore puro Castaliæ lavit
Crines solutos.

Fons fuit in radicibus Parnassi, qui & *Caballinus* & *Libethrys* dictus fuit. Acron Horatii interpres in Lycia fuisse eum fontem scripsit: Probus Delphis in oraculo Apollinis, ubi abluerit aram ipsius Dei. Fuit & alius fons Castalius ex montis Antiochiæ imminentis radicibus, qui & ipse *Parnassus* dicebatur, manans; cujus Clemens, Nicephorus, Sozomenus, alii meminerunt: vide Casaub. ad Capitolinum in Hadriano: item in Antonino Philosopho. ¶ 2. Ciliciæ civitas Stephano *Castalia* est. ¶ Porro à *Castalia* virgine fontem eum appellatum traditur, quod injuriam Apollinis ipsa fugiens in eum se præcipitârit. Alii à Castalio Apollinis Delphici filio dictum putârunt.

¶ Castalides, um, Musæ. Martialis lib. 4 epigr. 14,

Castalidum decus sororum.

CASTĂNEA, æ, τὰ κάστανα, arborem significat & fructum, castanien, kesten. Virgilius ecloga 1, *Castaneæ molles*, zeitige und erlesene castanien. *Echinus*, caliculus hirsutus seu spinosus est, quo castaneæ clauduntur, die schalen. Nomen ipsum à *Castanâ* urbe Thessaliæ; unde primùm allatæ. Itaque reverâ adjectivum est. Ut cum *Castanea* absolutè dicitur, nux subintelligenda veniat: quemadmodum integrè Virgilius dixit eclog. 2,

Castaneasque nuces, mea quas Amaryllis amabat.

Vide supra in *Avellana*: item Macrob. lib. 2 Saturn. cap. 14.

¶ Castanētum, i, apud Columell. lib. 4 cap. 33, ein castanien-wald oder garten. *Sæpe*, inquit, *novella castaneta calvescunt*.

Castellum, Castellanus, &c. vide *Castra*.

CASTĒRIA, æ, locus, in quem navigatione quiescente remi & cætera instrumenta nautica reponuntur, fœm. est, eine zeug-kammer: usus eo est Plautus in Asinaria act. 5 sc. 1 v. 16. Adde Nonium, cujus interpretatio est, quam posuimus, & Turneb. 4 c. 13.

CASTĪGO, avi, atum, are, animadvertere est & objurgare, züchtigen, straffen. Cicero in Tuscul. 3 cap. 27, *Pueros matres & magistri castigare solent, nec verbis solùm, sed etiam verberibus*. Idem in Offic. 1 cap. 25, *qui punit aut verbis castigat*. ¶ 2. *Carmen castigare ad unguem*, ein carmen auskünsteln, Horatius in Arte v. 294.

¶ Castigatus, a, um, züchtig, eingezogen. Gell. lib. 4 cap. 20 pr. *Exempla castigatissimæ disciplinæ*. Augustinus Civ. D. lib. 5 cap. 24, *luxuria castigatior*.

¶ Castigate, adverb. Seneca Controvers. lib. 6 extremo: *Vixit modeste, castigate*. Augustinus lib. 4 de Doctr. Christiana c. 14, *castigatius eloquuntur*. Et Macrobius Somn. 1 cap. 6, *Hæc de monade castigatius, quam se copia suggerebat*.

¶ Castīgātor, ōris, ein bestraffer, züchtiger. Horat. art. poët. v. 174,

Censor castigatorque minorum.

Liv. lib. 1 cap. 59, *Brutus castigator lacrymarum atque inertium querelarum*. Seneca de Ira lib. 1 cap. 15, *Ad coërcitionem errantium irato castigatore non opus est*.

¶ Castigatorius, a, um, sträfflich. Sidonius lib. 4 epist. 1, *castigatoria severitas*.

¶ Castīgātio, ōnis, straffe, züchtigung. Cicero in Offic. 1 cap. 25, *Omnis & animadversio & castigatio contumeliâ vacare debet*.

¶ Castīgābilis, e, straffbar, apud Plautum in Trinum. a. 1 sc. 2 v. 6, *Admisit in se culpam castigabilem*.

¶ Incastigatus, a, um, non castigatus, ungestrafft. Horatius lib. 1 epist. 10 vers. 45, *Nec me dimittes incastigatum*.

¶ Concastīgare, zugleich straffen, Plautus Bacch. act. 3 sc. 3 v. 94, *cura & concastiga hominem probe*.

Castilia, Castimonia, Castitas, vide *Castra*, *Castus*.

CASTOR, ŏris, Κάστωρ: ἀμφίβιον est, Latine *fiber*, vel *canis ponticus*, juxta Servium ad Georg. 1 v. 59, ein biber. Plinius 32 cap. 3 pr. *Fibris, quos castores vocant, in terris & in aqua victus est*.

¶ Castŏreus, a, um: ut, *Odor castoreus*, ein starcker geruch. Plinius lib. 12 cap. 24. Frobenius quidem *odore castoreo*: at Dalechamp. & Harduin. *odore castorei*.

¶ Castoreum, i, substantivum, Κάστορος ὄρχις, hoc est, castoris testiculus, bibergeil. Plin. 32 cap. 3, *fibris, quos castores vocant, & castorea testes eorum*. Juvenalis Satyr. 12 v. 34,

decidere jactu
Cœpit cum ventis, imitatus castora, qui se
Eunuchum ipse facit, cupiens evadere damno
Testiculorum, adeò medicatum intelligit inguen.

Redimere se eâ parte, propter quam petuntur maximè, quo Juvenalis hoc carmen pertinet, præter Ælianum de animalibus aliosque, etiam Horapollo affirmat; qui lib. 2 Hieroglyph. cap. 65 Ægyptios tradit *Castorem*, sive *fibrum* pingere, cùm designare volunt hominem, qui sibi ipsi damnum inferat: quod *Castor* animal, cùm se venatione peti videt, proprios testes evulsos in prædam objiciat. Quod Sestium tamen, diligentissimum medicinæ, negâsse, Plinius lib. 32 cap. 3 prodidit. Negat & Dioscorides lib. 2 cap. 26. Conf. Solin. cap. 23, sive n. 375. Virg. Georg. 1 v. 58, *Mittit virosa pontus castorea*. Lucret. 6 v. 794,

Castoreoque gravi mulier sopita recumbit.

¶ Castorinus, a, um, vom biber; ut, *castorinum oleum*, Marc. Emp. cap. 35.

¶ Castorinatus, a, um, fibrina veste amictus. Sidonius lib. 4 epist. 7, *Incedunt pullati ad nuptias, castorinati ad litanias*. Adde quæ ibi Jacobus Sirmondus notavit.

CASTOR, ŏris, Κάστωρ, frater Pollucis, filius Tyndari & Ledæ: Vide *Pollux*. Cæterum communicatur inter Fratres Castoris nomen apud auctores. Interpres Vulgatus Act. Apost. cap. 28, *Post menses autem tres navigavimus in navi Alexandrinâ, quæ in insula hiemaverat, cui erat insigne Castorum*, Græcè, ἐν πλοίῳ παρασήμῳ Διοσκούροις. Plin. lib. 10 c. 43, *Super ædem Castorum genitus pullus in oppositam sutrinam devolavit*. Arnob. lib. 1, *Tyndaridæ Castores, equos unus domare consuetus, alter pugillator* &c. Cæterum equorum domitor *Castor*; *Pollux* bonus pugil fuit. Ovidius lib. 3 Amor. eleg. 2 v. 54,

Pollucem pugiles, Castora placet eques.

Helena de his ad Priamum Homeri Iliad. 3 v. 237,

Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα
Αὐτοκασιγνήτω, τώ μοι μία γείνατο μήτηρ.

Horatius lib. 2 Sat. 1 v. 26,

Castor gaudet equis, ovo prognatus eodem
Pugnis.

Pugnis, id est, pugillatu. Ovid. 5 Fastorum v. 700,

Tyndaridæ fratres, hic eques, ille pugil.

Sed cum Horatius Pollucem fratrem designaturus Castoris *ovo eodem prognatum* dicit, ad fabulam respicit. Finxerunt enim Poëtæ, Jovem cum Leda, uxore Tyndari, concubuisse oloris specie: illam ex eo concepisse ovum, unde Castor Polluxque nati sint. Alii vero dicunt, Ledam geminum ovum concepisse: unum ex Jove, alterum ex marito Tyndaro. Ex illo Pollucem, isto Castora natum. De cætero ita amâsse inter se fratres, ut nihil unquam iis conjunctius fuerit. Quare interfecto in pugna Castore, Pollucem à patre Jove impetrasse, ut concessam sibi ab ipso immortalitatem cum fratre communicare liceret. Inde factum, ut stellæ Castorum [recepti enim uterque inter sidera fuerunt,] orirentur alternis atque occiderent. De quo præter Mythologicos veteres Pindarus Nemeon Od. 10 Strophe 4 ad finem usque: item Homerus Odyss. lib. 10 v. 299. Huc respexit Virgilius, cum 6 Æneid. v. 121 scriberet:

Si fratrem Pollux alternâ morte redemit,
Itque reditque viam toties.

Ubi & Servium videre licet. Putati autem Castor & Pollux Gemellorum sidus constituere. ¶ 2. Est & Meteori genus, quod appellârunt *Castores*: ignes nimirum fulgoris stellarum instar, felix omen navigantibus habitum, si incidissent gemini: ob quod Polluci & Castori id Numen etiam assignârunt: qui ea de re & navigantibus invocari soliti. Lege Plinium lib. 2 cap. 38, & Senecam Natural. Quæst. 1 cap. 1 extr.

¶ Ecastor, mecastor, adverb. jurandi apud Plaut. & Terentium, quibus abstinendum Christianis. Significatur autem: *me deus Castor servet*, &c. Vide Ædepol & me hercules in *Hercules*.

¶ Castoreus, a, um: ut, *manus Castorea*, apud Senecam Hippolyto v. 810.

CASTŎRIS, ĭdis, fœm. Καστορίς & Καστόρειοι Κύνες, animal est marinum. Ad litora & saxum eminentia ululatum diritatis plenum edit, quem quicunque audit, ei mortem portendit. Ælianus lib. 9 Hist. Animal. cap. 50.

CASTRA, orum, locus, ubi in expeditione habentur exercitus & in tentoriis permanet, στρατόπεδον, παρεμβολή, ein lager. Isidorus ab eo dicta censet, quod ibi castretur libido. Et vero nefas erat Romanis legibus, in castris fœminam habere. Ex quo Virgilius 8 Æn. v. 688 pro magno crimine habet, quod Cleopatra Antonium sequeretur in castra. Ait enim *sequiturque [nefas] Ægyptia conjux*.

Castra stativa quæ dicuntur, vide infra in *Sto*: Item *hiberna*, *æstiva*, vide suis locis. *Castra nautica* de statione navium Nepos Alcib. c. 8 n. 5. Cæsar B. G. lib. 5 cap. 22, *Castra navalia* dixit. *Castra urbana*, locus ad urbem prope muros non longe à via Nomentana, ubi Prætorianus miles continebatur: unde & *Prætoriana*, item *Prætoria castra* appellantur, ut ex Suetonio Claudii vitâ cap. 21. Capitolino Balbini vitâ cap. 10. & Vet. Schol. Juvenalis ad Sat. 10 v. 95 constat. Suetonius absolute vocavit *castra* Claudio cap. 30. Nec alia intelligenda, cum in urbanis rebus horum mentio fit. Res ipsa instituta à Tiberio est consilio Sejani. Vide Tacitum Annal. 4 cap. 1, itemque Sueton. Tiberio cap. 37. Hierosolymis quoque urbana hujusmodi castra habita recipiendo præsidio S. Lucas indicat Act. Apost. cap. 21 v. 34 & 37. Ubi *castrorum* nomine procul dubio *Antonia* intelligenda: quibus pro arce usos Romanos Josephus auctor est. ¶ 2. Eruditissimus Casaubonus ad Polybium observat, *Castra* apud Latinos & totam rem bellicam designare haud raro: Itaque interpretatur illud Tibulli Panegyrico Messalæ lib. 4 el. 1 v. 39,

Nam quis te majora gerit castrisve forove?

Item Cæsaris illud de Bello Gallico lib. 1 cap. 39, *Timore paullatim etiam ii, qui magnum in castris usum habebant milites, centurionesque, quique equitatui præerant, perturbabantur. Qui magnum usum in castris habebant*, id est, *vetus & expertus belli miles*, ut Tacitus loquitur Hist. 4, 76, 2. Sic *castrensis rei peritus*, Marcellino dicitur: qui *rei militaris peritus* est. ¶ 3. Illud quoque circa hanc vocem observandum est, *castra* nonnunquam dedisse initium urbibus, & factas urbes accepto ab iis nomine, qui ibi olim habuissent castra. Quod factum, cùm ibi diutius sedit exercitus, atque per hiemem quidem: cùm necesse fuit, & diligentiùs exstruere opera & firmiùs munire. Sic *Castra Cornelia*, oppidum Africæ, non procul Vtica, cujus Cæsar lib. 2 de Bell. Civ. c. 25 & c. 27 meminit. Inde cœpit, vocatumque ita est, quod ibi Cornelius Scipio aliquando habuit castra, de quo legendus Livius lib. 29 cap. 35 est. Sic *Pyrrhi castra* appellatus locus, ubi Pyrrhus aliquando castra habuit, cujus Livius meminit lib. 35 c. 27. Augustus quoque Actiaca Castra in urbem convertit, sed quam Nicopolin appellavit, ut Dio auctor est initio lib. 51, qui rectiùs de eo, quàm Suetonius exponit, ut ibi Casaubonus etiam advertit. ¶ 4. Hinc phrases *Castra facere*, Cic. 15 ep. 4, & Pompejus Domitio sub 8, 12 ad Att. (vulg. 19) *Castra ponere*, Cæsar Oppio sub 9, 13 ad Att. & Liv. 27, 18, lâger schlagen. *Castra habere*, Cic. 15 ep. 4. *Castra movere*, Curt. lib. 5 c. 2 n. 7, aufbrechen &c. ¶ 5. Improprie etiam ad alia transfertur. Sic Seneca epist. 2, *Soleo & in aliena castra transire, non tanquam transfuga, sed tanquam explorator*, ich sehe mich auch bey andern secten um.

¶ Castrum, i, in singulari numero munimentum dicitur cum præsidio, claudendo arcendove hosti in loco editiore exstructum, siquidem amplius esset & majus: nam minus si esset ac brevius, *Castellum* dicebatur, eine schantze, fortresse, castell. Cicer. lib. 15 ad Familiares ep. 4 de obsidione Pindenissi, Eleutherocilium oppidi, loquens: *Vallo & fossa circumdedi, sex castellis castrisque maximis sepsi.* Hirtius Bell. Alex. c. 30, *Postero die Castellum (quod in proximo vico non longe a suis munierat, brachiisque cum opere castrorum conjunxerat vici obtinendi caussa) Cæsar aggressus omnibus copiis expugnat.* Tacitus Agricola cap. 16, *Sumsere universi* (Britanni) *bellum: ac sparsos per castella milites* (Romanos) *consectati expugnatis præsidiis ipsam Coloniam invaserunt. Colonia*, quam hic nominat, *Camalodunum* est: cui circumdata castella præsidiaque significat, ut firmior esset tutiorque contra hostium insultus. Sæpe *Castellorum* hujusmodi mentio fit apud Cæsarem & Livium: quorum auctoritates adscribere nimis longum foret: Satis itaque fuerit Vegetii locum libr. 3 cap. 8 extr. adscripsisse. *Inter præcipua* (inquit) *convenit Ducem providere, sive in Castris, sive in civitate consistat, ut animalium pascua, subvectio frumenti, cæterarumque specierum: aquatio, lignatio, pabulatio secura ab hostium reddatur incursu. Quod aliter non potest evenire, nisi per loca idonea, quo nostrorum ambulat exercitus, præsidia disponantur, sive illæ civitates sint, sive castra murata. Quod si non reperitur antiqua munitio*, (in vicis puta & pagis idoneis) *opportunis locis circumdata majoribus fossis tumultuaria castella firmantur. Nam à castris diminuto vocabulo sunt nuncupata castella, intra quæ in agrariis* (subaudi *Stationibus*: namque & Ammianus *Agrarias Stationes* vocat, quæ fiunt in agris,) *aliquanti pedites equitesque degentes, tutum iter commeantibus præstant.* Hæc Vegetius. Vbi *loca idonea* vocat *colles, flumina, fontes, angustias adituum*, quas recentiores Latini *Clusas* & *clusuras* vocarunt. His enim locis imponebantur castella. ¶ 2. Hinc ad oppida seu civitates & vicos, qui in limitibus securitatis caussa habebantur, *castrorum castellorumque* voces translatæ sunt: ita ut *Castrum* diceretur civitas munitionibus atque præsidio firmata: *Castellum* vero pagus seu vicus fossà murisque cinctus militeque instructus. Vetus auctor Anonymus de rebus Bellicis: *Est præterea inter commoda Reip. utilis limitum cura, ambientium ubique latus imperii, quorum tutelæ melius* Castella *prospicient; ita ut millenis interjecta passibus stabili muro firmissimis turribus erigantur* &c. Isidorus lib. 15 Orig. c. 4, CASTRUM *antiqui dicebant oppidum loco altissimo situm: quasi* casam altam: *cujus pluralis numerus* Castra, *diminutivum* Castellum *est. Sive quod castrabatur licentia inibi habitantium: sive ne passim vago hosti* (ita legendum arbitror) *pateret. Castrorum* & *Castellorum* hujus generis multa apud varios auctores mentio. Nam *Castrum Mutilum* in Bojis, *Castrum Inui, Castrum novum, Castrum Vendonense, Eborense*, &c. *Castellum Firmanum*, &c. apud Livium, Antoninum Itinerario, & alios legimus. Græci πύργυς appellabant. Livius lib. 27 cap. 34, *Eo die castra quinque millia passuum ab urbe Eleorum posuit: postero die omnes copias ad propinquum Eleorum castellum* (PYRGON *vocant*) *duxit.* Ita quæ Cæsar 3 de Bel. Civili cap. 43 *Castella* dixit, Dio cum eamdem rem narrat, πύργυς appellat: Vnde *Burgorum* appellatio est apud recentiores Latinos, de quo videndi Stevvechius ad Vegetium, Pithœus lib. 1 Advers. subseciv. cap. 14, itemque Johannes Savaro ad Sidonium Apollinarem in Burgo Leontii. Herodianus Φρέρια vocat. Vetus Gloss. *Castella*, φρέρια: item φρέριον, *Castellum.*

¶ Castellum, i, diminut. parvum castrum: item vicus munitus. Repete, quæ in *Castri* explicatione jam præmissa sunt. Isidorus supra laudato loco: *VICI, & CASTELLA, & PAGI ii sunt, qui nulla dignitate civitatis ornantur; seu vulgari hominum conventu incoluntur, & propter parvitatem suam majoribus civitatibus attribuuntur.* Vetus Gloss. Κώμη, *villa, castellum, vicus.* Ita Bethlehem, quem κώμην S. Johannes appellat, vetus Interpres *Castellum* reddit. Corn. Nepoti Milt. cap. 2 & Alcib. cap. 7, *Castella communire*, est exstruere, ut essent claustra servitutis. *Castellum montanum*, ein berg-schloß, burg oder festung. ¶ 2. *Castellum* etiam dicitur conceptaculum aquæ deductæ, unde distribuatur publice per urbem: ein wasser-häußlein. De his Castellis Vlpianus Lege 1 Dig. de aqua quotid. § 38 & seqq. Itemque Vitruvius lib. 8 c. 7, nec non Frontinus passim de aquæductibus. Vide & Festum.

¶ Castella, vel Castilia, æ, Castilien, pars regni Hispanici amplissima, a castello quodam regis Pelagii sic dicta, olim Bardulia. Dividitur in veterem & novam Castiliam, & nova etiam regnum Toletanum vocari solet. vid. Geogr.

¶ Castellanus, a, um, adject. ut, *Castellanus triumphus*, id est, de castellis captis actus, Cicero de Clar. Orat. cap. 73. *Castellanus miles*, qui stationem in castello habet, Lege 2 Cod. de Fundis & Limitrophis &c. ¶ 2. *Incola castelli*, Sallust. Jurgurth. cap. 92. *Iter castellanorum angustum admodum*, Livius 34, 27. *Castellani agreste genus*: (nam castella in agris, vicis & pagis erant, ut prædiximus,) & *Castellani agrestes*, paulo ante eodem cap. ¶ 3. Castellanus etiam nomen officii est, atque idem quod custos castri, ein burg-voigt.

¶ Castellarius, i, qui præest aquæductibus, röhrmeister, aufseher über die wasserkunst. Vetus Inscriptio apud Gruterum p. 601 n. 7, CLEMENTI CAESARUM SERVO CASTELLARIO AQUAE CLAUDIAE.

¶ Castellātim, per castella, von einem castell zum andern, apud Livium 7 c. 36. & Plin. 19 c. 6.

¶ Castellamentum, i, edulium sive farciminis genus. Arnobius lib. 2 p. 73, *ut spirulas & botulos facerent, isicia, castellamenta, lucanicas, fuminatam cum his carnem, & glaciali conditione tuceta.* Sic Wowerus ad Minuc. Fel. & Heraldus legunt, quod præfero aliorum *catillamentis*. A figura autem adpellatio.

¶ Castramētari, *facere, ponere castra*, ein lager abstecken, schlagen. Liv. 34, 28, quamvis sæpius distingaant; ut, *metari suos castra jusserat*, Curt. 3, 8 n. 19.

¶ Castramētātor, ōris, barb. ein Ingenieur, der ein lager absticht. Cicero in Philipp. 11 cap. 5 extulit distincte, *Castrorum antea metator.*

¶ Castrametatio, ōnis, feldlagerung: ut, *Castrametatio Rom.* ex Polybii lib. 6 Hist. versa olim e Græco ab A. Jano Lascari, quæ subjicitur Vegetii libris de re militari per Stewechium, in cujus Comm. p. 55 est *Castrametatio Galbæ.*

¶ Castrensis, e, kriegs-leuten gemäß und bräuchlich: ut, *Labor castrensis, Arma castrensia*, Propert. 3 eleg. 8. & *Pensa castrensia*, lib. 4 eleg. 3. *Corona castrensis*, quâ donabatur is, qui primus hostium castra pugnando ingressus fuisset, Gell. 5 cap. 6. *Castrense verbum*, apud Plin. in Præfat. lib. 1. *Ludi castrenses*, quibus milites in castris & exercebantur & delectabantur.

¶ Castrensianus, a, um: ut, *castrensiani milites*, qui in limitibus imperii contra barbaros excubabant, l. 12 Cod. de re milit.

CASTRO, avi, atum, are, schneiden, verschneiden, wallachen; vel a *Castus*, quia castrando vis libidinis extinguitur; vel quasi *castorare*, a Castore, qui ipse sibi creditur testiculos amputare. Plinius lib. 18 c. 32, *Verres, juvencos, arietes, hædos, decrescente Lunâ castrato.* Columella lib. 6 cap. 26, *castrare vitulos, dum adhuc teneri sunt.* De hominibus usus est Val. Maximus lib. 6 cap. 1 n. 13, *Carbo Accienus, item Pontius, deprehensi* [in adulterio] *castrati sunt.* ¶ 2. Metaphorice Lactantius 6 c. 15, *Stoicos*, ait, *rebus à natura insitis castrare hominem*, hoc est, affectibus privare. Et Claudian. 1 in Eutrop. v. 193 dixit, *castrare avaritiam*, i. e. auferre, coërcere. ¶ 3. Est & *castrare arbores, vites*, apud Plinium 24 cap. 8, & Caton. c. 33, quod fit, cum in imo arbores perforantur. *Alvearia castrare*, bienstöcke schneiden, Pallad. mense Junio, tit. 7.

¶ Castratus, a, um, verschnitten, geschwächt: ut, *castratus homo*, Curt. lib. 6 c. 3 n. 12. ein capaun. Tertull. de Monog. cap. 3, *Apostolus & ipse castratus continentiam mavult.* Translate Cicero, *castratam rempublicam* dixit, pro attrita, attenuata, vel orbata, de Orat. 3 cap. 41, sicut *vires castratus* Plinius ademtas dixit lib. 11 c. 17. Ejusdem est *Castrata* scil. siligo lib. 18 c. 9.

¶ Castratio, ōnis, actus castrandi, virilium amputatio, die benehmung der mannheit, ausschneidung. Columella lib. 6 cap. 26, *Optimum genus castrationum putat Mago, quod adhibetur ætati teneræ sine vulnere.* Adde Pallad. lib. 6 c. 7. & Solin. c. 62, *Desiderium coitionis castratione exsecare.* Sed & *Castratio arborum fit ramis deputatis*, Plin. 16 cap. 40.

¶ Castratura, æ, idem. Palladius ibidem: *Vulnera castraturæ cinere sarmentorum & spuma linentur argenti.*

¶ Castrator, ōris, Tertullian. lib. 1 adv. Marcion. c. 1, *castrator carnis castor.* Habet idem nomen etiam lib. 2 ad Nation. c. 13.

¶ Castratorius, a, um, ad castrationem pertinens; ut, *Castratoria ferramenta*, Pallad. lib. 1 extr.

CASTULA, æ, perizonium, ein bad-tuch, Varronis est & Nonii, qui ait c. 16, *Est palliolum præcinctui, quo nudæ (mulieres) infra papillas præcinguntur.*

CASTUS, a, um: cui libido constringitur, ne in illicitos amores æstuet, keusch, züchtig, à κέστος & Doricè κάστος (unde & *castigo* est) quod cingulum, sive vinculum notat. Virgil. 2 Georg. v. 524,

Casta pudicitiam servat domus.

Cicero Phil 3 cap. 6, *quis hoc adolescente castior?* & de Arusp. Resp. cap. 13, *matronarum castissima.* Et sunt vulgatæ hujus significationis passim infinita exempla. ¶ 2. Sumitur & aliquando generalius, & integrum & incorruptum a quavis improbitate, atque sic innocentem & sanctum notat. Inde cum Columella apum curatorem non sobrium modo, sed abstinentem a Venere designare vellet, non *Castum* simpliciter; sed *castum a rebus Veneris* esse vult; quasi ab aliis quoque rebus castus quis esse posit. Ita enim lib. 9 cap. 14 scribit: *Verùm maxime custodiendum est curatori, qui apes nutrit, ut pridiè castus sit a rebus Venereis, neve temulentus, nec nisi lotus ad eas accedat.* Sane *Castum à culpa*, Plautus dixit, pro Culpæ nullius reum, Pœnulo act. 5 sc. 4 v. 13. Horatius ad Pisones de arte Poëtica v. 206,

Quo sane populus numerabilis, utpote parvus,
Et frugi castusque verecundusque coibat.

Vbi vetus Scholiastes *castum* religiosum interpretatur. Sane & in Seculari Carmine idem Flaccus *Castum Æneam* dixit: quod idem est, ac si *sanctum* vocasset: hoc est, justum & pium; quas virtutes ei Virgilius maximè tribuit. Cicero 1 Tusc. cap. 30, *Qui se humanis vitiis conta-*

contaminassent, & se totos libidinibus dedissent, quibus cacati, velut domesticis vitiis, se inquinassent, vel Rep. violandâ fraudes inexplicabiles concepissent, iis devium quoddam iter esse, seclusum à concilio Deorum. Qui autem se integros castosque servassent, quibusque fuisset minima cum corporibus contagio, sesequе ab his semper sevocassent, essentque in corporibus humanis vitam imitati Deorum, his ad illos, à quibus essent profecti, reditum facile patere, censebat scilicet & disserebat Socrates. Vetus Gloss. *Castus*, ἁγνὸς: Item: ἁγνὸς, ὁ καθαρὸς, *Castus*.

¶ Castificus, a, um, idem quod castus, apud Poëtas. Seneca Hippolyto v. 168, *Expelle facinus mente castificâ horridum.*

¶ Castificare. Ambros. Serm. 14, *Castificemus corda nostra*, hoc est, purgemus. *Græv.* Est & *castificari* apud August. 9 Confess. 9.

¶ *Castum* etiam, vel *Castus*, *ûs*, dicebatur ille ritus, quo in Sacris Isidis, Cereris, Matris Deûm a certis cibis & Veneris usu se abstinebant. Varro apud Nonium: *Et religiones & castus id possunt, ut ex periculo eripiant nos.* Vide Conjectanea Scaligeri ad Varronem p. 148, & Theodorum Canterum lib. 2 Var. Lect. c. 21. Sic Gellius lib. 10 cap. 15 pr. *cærimoniæ & castus multiplices*: quam lectionem Gronovius ex MSS. tuetur.

¶ Caste, pudice, sancte, keusch, züchtig. Cic. 4 Fin. cap. 23, *Caste & integre vivere*, züchtig und erbar leben. Macrob. 1 Saturn. c. 2 narrat, in convivio *cibum ac potum ubertim casteque affuisse.* Livius 10 c. 7, *castiùs sacra privata facere.* Cicer. de Arusp. Resp. c. 12, *Quod* [fanum] *cum Dejotarus religione sua castissime tueretur*, id est sanctissime.

¶ Castitas, ātis, keuschheit. Cicer. de Leg. 2 c. 12, *Vestæ colendæ virgines præsint, ut advigiletur facilius ad custodiam ignis, & sentiant mulieres in naturâ omnem castitatem pati.* Horat. 3 Ode 24, *metuens alterius viri certo fœdere castitas.*

¶ Castitudo, ĭnis, idem, sed perrarum. Accius apud Nonium: *Ibi fas, ibi cunctam antiquam castitudinem.*

¶ Castimonia, æ, castitas, keuschheit, zucht. Cicer. Verr. 6 c. 45 extr. *sacra per summam castimoniam virorum ac mulierum erant.* Et de Leg. lib. 2 c. 10, *Caste jubet lex adire ad Deos: animo videlicet, in quo sunt omnia: nec tollit castimoniam corporis.*

¶ Castimonium, i, idem. Vetus Gloss. *Castimonium*, ἁγνεία. Item ἁγνεία, *Castitas*, *Castimonium*. Idem etiam quod *Castus*, de quo paullo ante: hoc est purgatio & expiatio quædam, cum per certos dies a Venere & animatis cibis se abstinebant. Vnde & Apulejus 11 Milesf. sub finem, *inanimam castimoniam* dixit, hoc est, conjunctam cum abstinentia a cibis animatis.

¶ Castimonialis, e. Palladius Februario cap 25, *castimoniale liquamen.*

¶ Incestus, a, um, non castus, honesto virginitatis vinculo soluto, unerbar, unzüchtig, blutschänderisch. Casto simpliciter opponitur apud Senecam Hippolyto 5, 1 v. 1179,

> *Morere, si casta es, viro,*
> *Si incesta, amori.* Et mox v. 1190,
> *Juvenisque castus crimine incestæ jacet.*

Sic *nuptiæ incestæ* de nuptiis honestati repugnantibus, apud Tacitum Ann. 11 c. 25 n. 7. Flagitio incesto se polluere, blutschande begehen, Cic. pro dom. c. 40. *Incestus* substantive, ein blutschänder, apud Capitolinum Macrino c. 2.

¶ Incestum, i, neut. & Incestus, ûs, masc. vulgari ex usu significat stuprum commissum cum sanguine conjuncta, eine blutschand. Cicer. pro Mil. cap. 22, *De servis nulla quæstio est in dominum, nisi de incestu.* Tacitus 12 cap. 5, *Quin & incestum metuebatur.* Et, *Incestum committere intelligitur, qui ex his, quas legibus aut moribus probibetur uxores ducere, aliquam duxerit*, ut tradit Paull. l. 39 ff. de rit. nupt. Sed & hanc vocem poni pro quovis illicito concubitu, satis arguit, quod apud Senecam in Herc. fur. v. 1157 *Incestus* vocatur Jovis cum Alcmena congressus.

¶ Inceste, adverb. leichtfertig, schändlich, blutschänderisch. Livius lib. 1 cap. 45 extr. *Quidnam tu hospes paras incestè sacrificium Dianæ facere?* Id est parum pure & caste. Sequitur enim: *quin tu ante vivo perfunderis flumine?* Hinc enim mos obtinebat, ut sacra facturi se vivo flumine ante abluerent. Hunc morem cum negligere videretur Sabinus; Romanus monet, inceste, hoc est, non rite facturum sacra. Nam *rite facere Sacra*, & *inceste facere*, ibidem Livius opponit. Cicero pro Cœlio cap. 14 extr. *inceste uti aqua*, hoc est, ad impuram Venerem abuti. Vide supra *Aqua*. Arnobius lib. 5 p. 170 de Jove matrem contaminaturo: *agit incestiùs res suas.*

¶ Incesto, are, verb. blutschande begehen. Tacit. 6 cap. 19 n. 1, *incestasse filiam.* Tralate Virg. 6 Æn. v. 150 pro Polluere, schänden:

> *Totamque incestat funere classem.*

Sic & Sidon. 3 epist. 13, *Inverecundis verbis aurium reverentiam incestare.*

¶ Incestuosus, a, um, idem quod incestus. Val. Max. 6, 3, 7, *mandavit, ut de his, qui sacris bacchanalium incestuosæ fuerant, inquirerent.*

¶ Incestificus, a, um, aliud adject. Seneca Theb. v. 223,

> *Ego vastam manum*
> *Nefandus, incestificus, execrabilis*
> *Attrecto?*

Casus, vide *Cado*.

CATABATHMOS, i, vallis devexa, Ægyptum ab Africâ dividens. Nomen *Catabathmi* à re ipsa accepit, quod in ea parte admodum declivis sit, quodque non nisi præcipiti descensu adeatur. Nam καταβαίνειν significat descendere: Vnde καταβαθμὸς, descensus. Vide Geograph.

CĂTĂBŎLVM, i, κατάβολον, Græcis, ut Suidas docet, est navale, sive emporium, eine niederlage, da man auspacket. ¶ 2. In Actis Marcelli Papæ & Martyris, per Marcellum conscriptis, pro *Catabolum* vitiose ponitur *Catabulum*, & denotat stabulum, in quo feræ vel ad mansuetudinem, vel ad crudelitatem in bestiarios erudiebantur. Vi originis a καταβάλλω, *dejicio, deorsum jacio*, est locus, ubi desuper aliquid jacitur. Hinc &

¶ Catabolensis, is, ein ablâder. Ita accipi potest in loco Cassiodori lib. 3 Var. Epist. ad Festum: *Marmora, quæ de domo Pinciana constat esse deposita, ad Ravennatem urbem per Catabolenses vestra ordinatione dirigantur.* Idem lib. 4 Epist. ad God. Sajonem: *Quinquaginta solidorum mulctam jam non veredarius, sed catabolensis incurrat.* Nondum satis constat, quo sensu vox accipi debeat in rubr. C. Theod. de pist. & Catabol. l. 14 tit. 3. vide JCtos & Voss. Etymol. p. 115.

¶ Catabolicus, a, um, καταβολικὸς, der einen niederwirfft. Tertull. de anima c. 28, *Scimus magos elicere explorandis occultis per catabolicos & paredros & pythonicos spiritus*; Vbi Turnebus 26 Advers. cap. 21, per *catabolicos* intelligit infaustos genios, sæpe eum, in quo sunt, prosternentes ac dejicientes per furorem. Conf. Voss. l. c. & Salmas. in Hist. Aug. p. 40.

CATACECAVMENE, es, κατακεκαυμένη, a κατακαίεσθαι, comburi, uti Cælius ant. lect. 4 c. 14 describit, est regio sole perusta, quam Mysi possident & Lydi, exuta arboribus omnino visitur, præter vitem. Meminit & Vitruvius lib. 11 c. 6 Spongiæ ibi nascentis. Inde

¶ Catacecaumenītes, æ, vinum generosum, quod colles in Mysia producunt, de quo & Cælius l. c. & Plinius 14 c. 7. & Vitruvius 8 c. 3.

CĂTĂCHRĒSIS, is, κατάχρησις, abusio vocabuli proprii pro non proprio. Virg. Æn. 2 v. 15, *equum divinâ Palladis arte*
Ædificant.
Et Ecloga 7 v. 7 idem: *Vir gregis ipse caper deerraverat?*
Cum hominum proprie viri sint. Vide Acyrologia. Eam interdum necessariam esse ait Quintil. lib. 8 c. 2.

CĂTĂCLYSMVS, i, κατάκλυσμος, diluvium, à κατακλύζειν, demergere, die sündfluth, ergiessung der wasser. Varro de Re rust. lib. 3 cap. 1, *Thebæ ante cataclysmon Ogygis conditæ dicuntur.* Tertullian. Apolog. c. 40, *Totum orbem cataclysmus abolevit.* Lactantius lib. 2 c. 10, *ignorant, quo tempore cataclysmus sit factus in terra*, quod paullo ante dixerat, *factum esse diluvium.* Hyginus fabula 153, *Cataclysmus, quod nos diluvium vel irrigationem dicimus.*

CĂTĂDRŎMVS, i, κατάδρομος, quem malè nonnulli decursionis stadium interpretantur, & ita Suetonium etiam accipiunt, cum in Nerone cap. 11 scribit: *Notissimus Eques Rom. elephanto supersedens per catadromum decurrit.* Catadromus enim extentus funis est, per quem funambuli sive schœnobatæ incedunt. Et per ejusmodi funem equitem R. elephanto vectum decucurrisse significat Suetonius, quemadmodum & Xiphilinus reddidit. Vide Torrentium Casaubonumque ad allegatum Suetonii locum, & Dalechamp. ad Plin. 8 c. 3.

CATADVPA, orum, locus in Æthiopiâ, quæ Ægypto jungitur, (inde enim Ægyptus incipit) ubi per præruptorum scopulorum præcipitium ingens Nilus (qui ibi demum hoc nomen sumit, variis ante adpellationibus, nunc Nigris, nunc aliter nominatus,) tanto fragore ruit in planum, ut accolæ, qui & ipsi *Catadupi* vocati, aurium sensum amiserint, & necesse fuerit aliò transferri, ut Seneca lib. 4 Natural. Quæst. cap. 2, & Ammianus Marcellinus lib. 22 cap. 34 & 36 prodiderunt. Cicero de Somnio Scipionis c. 5, *Hoc sonitu oppletæ aures obsurduerunt: nec est ullus habitior sensus in nobis; Sicut ubi Nilus ad illa, quæ* CATADVPA *nominantur, præcipitat ex altissimis montibus: ea gens, quæ illum locum accolit, propter magnitudinem sonitus, sensu audiendi caret.* De loco ipso Strabo, itemque Plinius lib. 5 c. 9, nec non Vitruvius lib. 8 cap. 2, & Macrob. somn. Scip. 2 c. 4.

CĂTĂGRĂPHA, orum, Κατάγραφα, imagines obliquæ, quæque variè formarent vultus respicientes suspicientesve & despicientes, quas Cimon Cleonæus invenit, ut Plinius auctor est lib. 35 c. 8.

CĂTĂLECTĬCVS, a, um, Καταληκτικὸς, ut, *Catalecticum* & *Catalectum carmen* dicitur, vel trimetron, vel tetrametron, cui syllaba deest. Diomedes lib. 3 p. 501, *Catalecta species, est versus minus habens metricæ constitutionis.* Priscianus Partition. post principium: *Catalecticos dicunt, quibus deest in fine aliquid: Acatalecticos, quibus nihil deest.*

¶ Acatalecticum metrum dicimus, quod pedibus legitimis absolvitur, & nec abundat, nec defectu aliquo laborat. Exempla in versibus Terentianis & Plautinis ubique obvia sunt.

¶ Hypercatalecticum metrum est, quod una seu pluribus Syllabis abundat, quod in Hexametro carmine Hypermetron dicitur.

CĂTĂLEPSIS, is, Κατάληψις, Cicero de Finibus lib. 3 c. 5, *Cognitiones, vel si hæc verba aut minus placent, aut minus intelliguntur, καταλήψεις adpellemus licet.* Idem lib. 1 Acad. c. 11 vocat καταληπτόν, das so klar ist, daß man es sehen und greiffen könte. ¶ 2. Est & *Catalepsis* malum è vehementi cerebri refrigeratione cum siccitate, à quo somnus profundior, quàm fert natura, nascitur, Lethargus, die schlaffsucht. Hadrian.

CĂTĂLŎGVS, i, κατάλογος, enumerationem significat, vel rei, quæ exponitur, ordinem, erzehlung, register. Sic *κατάλογον loqui*, est ordine loqui, Plaut. Mil. 3, 1 v. 9. Alioqui Catalogus vox castrensis est, & notat consignationem eorum, qui stipendia merent, die rolle: vid. Alex. ab Alex. 1 c. 20. Auson. Iliad. 2, *Sequitur enumeratio copiarum viritim, ut per catalogi seriem, milites, naves, duces patriæ, referantur.*

Catamidio, are, vide infra in *Catomum*.

CĂTĂMĪTVS, i, à veteribus Romanis, nec dum assuetis Græcæ linguæ, adpellatus est, qui *Ganymedes* Græcis dicebatur, & Jovi in deliciis fuisse traditur. Ita enim iidem *Alcedonem* quoque *halcyonem* dixerunt, ut Festus observat. Idem *Catamitum*, inquit, *pro Ganymede dixerunt: qui fuit Jovis concubinus.* Vet. Gloss. *Catamitus*, γανυμήδης. Arnobius lib. 5 adversus Gentes: *Alcmena, Electra, Latona, Laodamia, mille aliæ virgines, ac mille matres: cumque illis Catamitus post pudoris spoliatus est honestate.* Et Cyprianus lib 1 ep. 2, *Exprimunt in theatris, Jovem illum suum, non magis regno, quàm vitiis principem, in terrenos amores cùm ipsis suis fulminibus ardentem: nunc in plumas oloris albescere: nunc aureo imbre defluere: nunc in puerorum pubescentium raptus ministris avibus prosilire.* Lactant. divin. Institut. lib. 1 c. 11, *Rapuisse dicitur in aquila Catamitum.* Plaut.

Menæch.

Menæch. act. 1 sc. 2 v. 35, *Dic mihi, num quà tu vidisti tabulam pictam in pariete, Vbi aquila Catamitum raperet, aut ubi Venus Adoneum?* Quia ergo Jovi & in deliciis, & a poculis fuit, accipitur Catamitus ¶ 1. Pro *Amasio*. Apul. lib. 1 Miles. *Hic est, soror Panthia, carus Endymion, hic catamitus meus.* ¶ 2. Pro *Pocillatore*. Auson. Epitaph. 33,

Aut Jovis Elysii tu Catamitus eris.

Sic apud Arbitrum de Gnitone coram ministrante Eumolpus *Laudo*, dixit, *Ganymedem*. Apul. lib. 11 Miles. *Vidi*, inquit, *Simiam pileo textili crocotisque phrygiis, Catamiti pastoris specie, aureum gestantem poculum.* ¶ 3. Pro *molli & effœminato*. Cicer. Philipp. 2 c. 31, *O hominem*, inquit, *nequam! (Quid enim aliud dicam? Magis propriè nihil possum dicere,) ergo ut te Catamitum, nec opinato, cum ostendisses, præter spem mulier aspiceret*, &c.

CĂTĂNA, æ, Siciliæ oppidum, quod & *Catina* scribitur, ubi simulacrum Cereris fuit, ut Cicero in Verrinis auctor est. De eo Strabo, alii, & Plinius lib. 3 cap. 5. Inde fuêre duo fratres Amphinomus & Anapius, (quamquam alii aliter adpellant) quorum alter patrem, alter matrem sublatam in humeros ex Ætnæ montis incendio eripuit, ipsis flammis pietati eorum cedentibus. Eam Historiam præter Strabonem, Pausaniam, alios, luculentis versibus Severus Poëmate de Ætna extremo: item Claudianus peculiari carmine, eoque egregio, celebravit: quod inter Epigrammata numero 35 legitur. Meminit & Seneca lib. 3 de benef. c. 37.

¶ Catanæus, a, um, ut, *Catanæi fratres.*

CATAONIA, æ, supra Ciliciam regio, confinis Cappadociæ, ut Corn. Nepos in Datame describit. Vid. Strab. & Plin. lib. 6 c. 2.

CATAPANVS, i, nomen præfecti, missi olim a Byzantinis Imperatoribus in Apuliam & Calabriam, ut ibi, quæ sui essent imperii, administraret; unde & regio quædam *Catapanatæ* nomen invenit. v. Sigonius lib. 8 regni Ital.

CATAPETASMA, ătis, καταπέτασμα, velum, quo mulieres utuntur, ut arceant aspectum, eine masque, florkappe. Pollux l. 7 c. 22.

CATAPHRACTA, æ, καταφρακτὴ, est tegmen linteum ferreis squamis consertum, quod modo pectus, modo totum hominem & totum equum munit, ein harnisch, küris. Vegetius lib. 1 de re militari c. 20, *Ab Vrbe condita usque ad tempus Gratiani & cataphractis & galeis muniebatur pedestris exercitus. Sed cum campestris exercitatio interveniente negligentiâ desidiâque cessaret, gravia videri arma cœperunt, quæ rarò milites induebant. Itaque ab Imperatore postulatum, primò cataphractas, deinde cassides deponere: sic detectis pectoribus & capitibus congressi contra Gothos milites nostri, multitudine sagittariorum sæpe deleti sunt.* Hæc de peditum *cataphractis* Vegetius. De equitum Tacitus meminit 1 Hist. c. 79, *Sed tum humido die, & soluto gelu, neque conti, neque gladii, quos prælongos utraque manu regunt,* (de Sarmatis sermo est) *usui, lapsantibus equis, & cataphractarum pondere, id principibus & nobilissimo cuique tegmen, ferreis laminis, aut præduro corio consertum, ut adversus ictus impenetrabile, ita impetu hostium provolutis inhabile ad resurgendum.* Vsitatissima hæc armatura apud Persas fuit, qui tales Equites *Clibanarios* vocabant: sed apud Sarmatas etiam celebratam, ille Taciti locus arguit satis.

¶ Cataphractus, i, miles aut eques, aut equus cataphractâ tectus; ein kürißirer. Livius 37 c. 40, *tria millia cataphractorum equitum.* Talem Virgilius Chloreo tribuit Æn. 11 v. 770, cum ait:

Spumantemque agitabat equum, quem pellis abenis
In plumam & squamis auro conserta tegebat.

Vbi Servius: CATAPHRACTVM *eum fuisse significat. Cataphracti autem equites dicuntur, qui & ipsi ferro muniti sunt, & equos similiter munitos habent*, &c. Vide ipsum locum. Elegantissime de iis Claudianus lib. 2 in Ruffinum v. 355,

Hinc alii sævum cristato vertice nutant,
Et tremulos humeris gaudent vibrare colores,
Quos operit formatque chalybs; conjuncta per artem
Flexilis inductis hamatur lamina membris,
Horribilis visu. Credas simulacra moveri
Ferrea, cognatoque viros spirare metallo,
Par vestitus equis, &c.

Idem de 6 Cons. Honorii v. 569,

Vt chalybem indutos equites, & in ære latentes
Vidit cornipedes: quânam de gente rogabat
Ferrati venere viri: qua terra metallo
Nascentes informat equos?

Et quæ sequuntur æque venusta, ut nihil supra possit. His *Cataphractis equitibus disciplina pugnandi fuit, ut cum aciem arietassent, impressionis terrorem servarent, & immunes vulnerum* (quippe qui toti ferro tecti) *quicquid oppositum sine hæsitatione perrumperent*, ut ferme de iis Nazarius Paneg. Constantini scribit cap. 22. Sed quomodo eorum vis eludi possit, cap. seq. sub exemplo ostendit. Vid. & Heliodor. Æthiop. lib. 9.

¶ Cataphractarius, i, idem qui Cataphractus. Sic Lampridius in Alex. c. 56, & Trebell. Pollio in Claudio c. 16, *Cataphractarios* adpellant.

CĂTĂPĪRĀTES, æ, καταπειράτης, vel potius καταπειρητηρία, instrumentum, quo nautæ maris altitudinem explorant, ein bleywurff. Isidor. 19 c. 4, *Catapirates* (male *Catopirates*) *linea cum massa plumbea, qua maris altitudo tentatur.* Plaut. Aul. 4, 1, 12, *Ne pessum abeat tanquam catapirates maris.* Confer Dousam in Lucilii reliqu. incert. n. 11.

CĂTĂPLASMA, ătis, κατάπλασμα, emplastrum, pflaster, medicamentum molle e viridibus simplicibus decoctis contusisque. Celsus 3 cap. 19.

¶ Cataplasmo, are, pflaster auflegen. Vulg. interpres Esaiæ c. 38 v. 21. Cæl. Aurel. 2 Tard. 3, *Cataplasmanda exteriora.*

CĂTAPLVS, i, Græcum merum est, κατάπλους: qui proprie dicitur, cum ex alto redit navis, atque in portum, unde exierat, remeat. Inde haud raro *Cataplus* dicitur classis, quæ Alexandriam ibat, & Romam redibat, eine schifflotte, schiffahrt. Martial. lib. 12 epigr. 75, ut Turnebus legit, *Cum tibi Niliacus portet crystalla cataplus.*

Reperitur hæc vox & apud Sidonium lib. 6 epist. 8. Ausonius de claris urbibus in Narbone extremo: *toto tibi navigat orbe Cataplus.* Vide Casaub. ad Sueton pag. 120.

CĂTĂPŎTIA, orum, καταπότια, vulgo pilulæ, schluck-pillen, sic enim dicuntur a devorando, καταπίνειν. Vsus est hac voce Scribon. Largus Compos. 154 seq. & Plinius 26 cap. 8, & Celsus lib. 5 cap. 25. In colloquio senili Erasmi alter senum rogatur, quibusnam artibus & animi vigorem & corporis ad decrepitam usque senectutem retinuerit? respondet, *neque venam incidi unquam, neque devoravi catapotia.*

CĂTĂPVLTA, æ, καταπέλτης, machina bellica, quæ ligna jaculabatur, ein armbrust: *Ballistæ* enim saxa torquebant. Vide Lipsium lib. 3 Poliorceticon Dial. 2. Cæsar tamen confundit, & *catapultam* pro *ballista*: *ballistam* pro *catapulta* dixit. Exempla habes lib. 2 de Bell. Civ. c. 2 & c. 9. Sidon. Apollinaris Carm. 22 v. 123,

Non quæ stridentes torquet catapulta molares.

¶ Catapultarius, a, um. Plaut. Curcul. act. 5 sc. 3 v. 11, *pilum catapultarium*, quod ejicitur catapultâ, ein poltzen.

CĂTĂRACTA, æ, fœm. & Cataractes, (Καταράκτης,) Masculinum: à καταράττειν. Revera Adjectivum est, & tribuitur iis, quæ ex alto cum impetu ruunt. Vnde & prædatrices aves, ut sunt aquilæ atque falcones, quod ex alto ruunt in prædam, *Cataractæ* adpellantur Jubæ apud Plin. lib. 10 c. 44, ein falcke, stoßvogel. ¶ 2. Item torrentes, qui ex montibus ruunt potius, quam fluunt, & ita Græci procellam quoque καταράκτην ὄμβρον adpellant. ¶ 3. Dicuntur & fluvii *cataractæ*, qui ex montium cacuminibus in subjecta magno aquarum strepitu cadunt, ut *Nilus*, *Marsyas* &c. Quare & ipsi præcipites lapsus fluminum, *cataractæ* vocantur, wasserfälle. Plinius lib. 5 cap. 9 de Nilo: *Novissimo catarracte inter occursantes scopulos non fluere immenso fragore creditur, sed ruere.* Nilus enim inclusus montibus non uno loco *cataractes* est: novissime autem ad Catadupas Æthiopes: postea enim *lenis & confractis aquis, domitaque violentiâ*, ut idem Plinius loquitur, *multis quamvis faucibus in mare Ægyptium se evomit. Novissimo cataracte*, id est, novissimo lapsu per præcipitia. Male autem hunc locum Plinii accepit Solinus: quo *cataractas* scopulorum claustra interpretatur, per quæ æstuans Nilus eluctatur & ruit. Non enim de loco, sed de flumine ipso *novissimum cataracten* Plinius dixit: ut vere animadvertit Salmasius. Eodem errore Ammianus lib. 22 c. 36, Cataractas Nili, *præruptos scopulos* interpretatur. Lucanus quoque non aliter accepit, cum lib. 10 v. 315 & seqq. scriberet:

Quis te tam lene fluentem
Moturum tantas violenti gurgitis iras,
Nile, putet? nam cum lapsus abrupta viarum
Excepêre tuos, & præcipites cataractæ,
Ac nusquam vetitis ullas obsistere cautes
Indignaris aquis, spumâ tunc astra lacessis, &c.

Cataractas enim non de Nilo dicit, sed de loco. ¶ 4. Sunt & *Cataractæ* portæ pensiles ex ligno ferroque cancellatæ, quæ demitti ac attolli pro necessitate possunt, cujusmodi adhuc in portis vetustis oppidorum videre est, schutz-gitter oder schutz-gatter. Earum mentio apud Liv. lib. 27 cap. 28, ubi & earum usum notare licet: & apud Vegetium lib. 4 cap. 4. Nomen ideo inditum, quod repente & cum impetu decidant. ¶ 5. Refertur etiam ad moles, quibus flumina cohibentur. Plin. 10 epist. 69, *Expeditum erat, cataractis aquæ cursum temperare*; ein wâhr bauen.

¶ Cataractria, æ, aromatis seu condimenti genus, jlocaliter fictum a coquo Plauti Pseud. 3, 2 v. 47.

CĂTARRHVS, i, destillatio, à καταῤῥέω, ein inwendiger fluß des haupts, oder schnuppen. Gloss. Cyrill. *Catarrhus*, κατάῤῥυς. Vsus verbi tritus apud Medicos. v. g. *Catarrhi remedium pilulæ Aloephanginæ sunt*, haupt-pillen vertreiben den schnuppen. Marsil. Ficinus lib. 1 de conservanda Valetudine studiosorum. Leguntur in præceptis de tuenda valetudine hi versus:

Febris, pigrities, capitis dolor, atque catarrhus,
Hæc tibi proveniunt ex somno meridiano.

CĂTASCĒVE, es, est confirmatio propositæ rei, uti declarat Isidorus 2 c. 12. Anasceve autem est ejusdem refutatio.

CĂTASCŎPVS, i, explorator, ein kundschaffer, spion. Hirtius in Bello Africano c. 26, *Litteris per catascopum missis.*

¶ Catascopium, i, navem exploratoriam, ein spehe-schiff, fregatte, ex Cic. lib. 5 ad Attic. ep. 11 vulgo ostendunt: sed locus ille cubat in mendo, nec adhuc eruta vera lectio est. Vide Interpretes.

CĂTASTA, æ, pegma ligneum, in quo venales servi collocabantur cùm venderentur, aut ad venditionem pararentur, ut scilicet in eis possent omnia membra conspici, quippe qui nudi exponebantur. Suetonius de Illustribus Grammaticis c. 13, *Laberius Hiera emtus suo hero de catasta & propter litterarum studium manumissus.* Martialis lib. 10 epist. 76, *Et de Cappadocis eques catastis.*

Subaudi, *emtus*. ¶ 2. Dicuntur *Catastæ* & pegmata illa, quibus imponi solent, qui suppliciis afficiuntur, schavot. Prudent. Perist. hymn. 14 v. 467, *Emitto vocem de catasta celsior.* ¶ 3. Est & *Catasta* machina ad torquendum parata, quæ vulgo *equuleus* dicitur; aut eidem non dissimilis. Prudentius Peristeph. hymn. 1 v. 55,

Seu foret præbenda cervix ad bipennem publicam,
Verberum post vim crepantum, post catastas igneas.

Vide omnino Casaub. ad illud Persii Sat. 6 extrema:

ne sit præstantior alter
Cappadocas rigida pingues plausisse catasta.

¶ Catastus, vide infra *Catlaster*.

CĂTASTRŌMA, ătis, κατάστρωμα, pavimentum vel tabulatum in navi, à quo pugnatur. Hesychius: Καταστρώματα τῆς νεὼς μέρος, ἐν ᾧ ἑστῶτες ναυμαχοῦσιν, die streit-brücke aufm schiffe. Vid. Rosini Ant. Rom. 10 c. 20 p. 989.

CATASTROPHE, es, καταστροφὴ, conversio, qualis in fabulis illa est ad exitus insperatos & jucundos post motus & turbas. Sunt enim fabularum partes protasis, epitasis, catastrophe. Differunt autem catastrophæ Tragicæ a comicis exitu contrario, quod suis locis pueri admonentur.

monentur, das ende vom ſpiel, der ausgang. Porro *fabulæ cataſtrophen* proverbiali figura rei cujuscunque dicimus exitum, die veränderung des handels.

CATAX, antique claudus, lahm, hinckend. Feſtus. Nonius cap. 1 n. 100, *Catax dicitur, quem nunc coxonem vocant.* conf. Lucil. Sat. 2 n. 2.

CĂTĒCHĒSIS, is, Κατήχησις, inſtructio, quæ fiebat vivâ voce vel ad pueros vel ethnicos adultos, antequam ad baptismum admitterentur: tradebantur autem illis elementa fidei & doctrinæ Chriſtianæ; die kinderlehre von den artickeln des Chriſtlichen glaubens. Hieronymus epiſt. 61 c. 4 ad Pammachium: *quæ indeſinenter in eccleſia docemus, & in catecheſibus.* Idem de Scriptor. Eccleſ. in Clemente Alexandrino: κατηχήσεων *magiſter fuit.*

¶ Catechiſare ſive Catechizare, in primis fundamentis fidei erudire, unterrichten in der lehre. Tertullianus de Corona cap. 11, *Centurionem Petrus catechizat.* Et 4 adv. Marcion. cap. 29 cum caſu tertio: *aut illi catechizat.* Auguſtinus ſcripſit librum, quem hoc titulo prænotavit: *De catechizandis rudibus*: Vide lib. 2. Retractation. cap. 14.

¶ Catechiſta, æ, κατηχιστής, qui pueros vel adultos erudit & exercet in doctrina pietatis, ein catechiſmus-lehrer. Quod officium in ſchola Alexandrina primum ſuſtinuit Origenes, atque ante eum Heraclas & Demetrius, qui omnes poſtea Epiſcopi facti ſunt.

¶ Catechumĕni, κατηχούμενοι, dicebantur auditores, qui ſic imbuebantur rudimentis pietatis, & in templis tantiſper dum erudirentur, in peculiari loco conſiſtebant, ſeparati à reliquis cœtibus, catechiſmus-ſchüler, junge Chriſten. Tertullianus de Corona cap. 2, *a catechumenis usque ad confeſſores & martyras.* Hieronymus epiſt. 83 ad Oceanum cap. 2, *Catechumeni ſunt fidei candidati.* Ibidem cap. 4, *heri catechumenus, hodie pontifex.*

¶ Catechumena, æ, fœmininum. Ambroſius epiſt. 34 ad ſacras virgines: *Virgo ſanctiſſima, licet catechumena.* Auguſtinus epiſt. 169 ad Euſebium: *Eccleſiæ quidam colonus filiam ſuam, quæ apud nos fuerat catechumena,* &c.

CATEGORIA, æ, κατηγορία, accuſatio, crimen, quod reo imputatur; ¶ Item prædicamentum, quod & *Categorema* dicebatur, κατηγόρημα.

¶ Anticategoria, æ, ἀντικατηγορία, *mutua accuſatio*, ut Quintil. reddit lib. 7 cap. 2, quaſi recriminatio.

CĂTEIA, æ, ein pfeil, geſchoß: Inter tela nominat Gellius lib. 10 cap. 25. Virgil. 7 Æn. v. 740,

Et quos maliferæ deſpectant mœnia Abellæ,
Teutonico ritu ſoliti torquere catejas.

Vbi Servius: CATEIAS *tela Gallica: unde &, Teutonicum ritum, dixit:* Catejam *quidam aſſerunt, teli genus eſſe tale, quale* aclides *ſunt, ex materia quam maxime lecta, cubiti longitudine: tota fere clavis ferreis illigata, quam in hoſtem jaculantes lineis, quibus eam annexuerant, reciproca faciebant. Cajetæ autem lingua Theotiſca Haſtæ dicuntur.* Silius Italicus lib. 3 v. 277,

pandâ manus eſt armata cateja.

Panda, id eſt, recurva. Meminit & Val. Flaccus lib. 6 v. 83.

Catella, vide *Catena*: Catellus, vide *Canis*.

CĂTĒNA, æ, eine kette, vinculum captivorum. Cicer. in Verr. 7 cap. 41, *Hominibus innocentibus injici catenas jubet*, er läſt unſchuldige leute gefangen nehmen. Apud Celtas in encomion eloquentiæ Hercules pingebatur catenâ aureâ, ex lingua ipſius dependente atque ad aures circumſtantium pertingente, ita ut alligarentur, ac ſua ſponte ultro citroque ſequerentur, quoque ab Heroe ducerentur. ¶ 2. Dicuntur *catenæ* & lignea vincula, quibus aſſeres trabibus contignationis tectove affiguntur, bänder. Vide Palladium de re ruſt. lib. 1 cap. 13, & Vitruvium lib. 7 cap. 3. ¶ 3. *Catenæ* cognomentum Paulo cuidam, qui plurimos admirandis technis deferebat apud Conſtantium, inditum eſt, *eo quod in complicandis calumniarum nexibus erat indiſſolubilis,* ut relatum eſt ab Amm. Marcellino 14 c. 5, & 15 c. 3.

¶ Catēnŭla, æ, diminutivum, eine kleine kette. Onomaſt. Vet. *Catenula,* ἁλυσείδιον. Sed uſitatius

¶ Cătella, æ, ein kettlein, monile muliebre. Horat. 1 epiſt. 17 v. 55, *ſæpe catellam, ſæpe periſcelidem raptam ſibi flentis.* ¶ Erat etiam virile ornamentum, virtutis præmium. Livius 39, 31 extr. *Quintius ſuos equites catellis ac fibulis ornavit.*

¶ Cătēnārius, a, um; ut, *canis catenarius*, ein kettenhund, apud Senecam lib. 3 de ira c. 37 & controv. 20.

¶ Catēno, are, catena vincire, feſſeln. Non ſemel uſus eſt Venantius Fortunatus: v. g. lib. 8 carm. 4 v. 268,

Bractea gemmatam cycladem fila catenant.

Onomaſt. Vetus: *Cateno,* πεδέω. Hinc

¶ Catēnātus, a, um, gefeſſelt; ut, *catenatus janitor*, Columell. præfat. lib. 1. Et *catenati cultores*, id eſt vincti ſervi in villis, Flor. lib. 3 cap. 19. Et Horatius Epod. 7 v. 7,

Intactus aut Britannus ut deſcenderet
Sacra catenatus via.

¶ Catenatio, ōnis, colligatio trabium ſeu coagmentatio apud Vitruv. lib. 2 cap. 9, *firmas recipiunt catenationes.* Et lib. 10 cap. 1, *catenationibus continetur.*

¶ Concatenare, zuſammen häckeln. Lactantius lib. 3 cap. 17 de Epicuri corpuſculis atomis: *hamata eſſe oportet, ut poſſint invicem concatenari.* Ambroſius epiſt. 23 pr. *Concatenantur ſibi epiſtolæ noſtræ.* Inde

¶ Concatēnatus, a, um, an einander hangend. Minucius Felix cap. 17 ſect. 2 elementa & alia univerſitatis metaphorice dixit *cohærentia, connexa, concatenata.* Ergo non ineleganter *labores concatenati* vulgo dicuntur, qui ſe excipiunt & continue inſequuntur, ſtete mühe und arbeit. Sic enim exſtat apud Martialem lib. 1 epigr. 16 de aſſiduis & perpetuis ærumnis humanæ vitæ hoc ſenſu ſimplex *Catenatus*:

Exſpectant curæque catenatique labores,
Gaudia non remeant, ſed fugitiva volant.

¶ Concatenatio, ōnis, die zuſammenhangung. Tertull. Apolog. c. 19, *concatenationes temporum.*

CATĔNOPLIUM, i, καθενόπλιον, ſpecies fuit rhythmi carminisque, ad quod ſaltabant veteres arma quatientes, uti apud Suidam legimus. Auſon. epiſt. 10 verſ. 41,

Nobiſcum invenies catenoplia, ſi libet uti.

CĂTERVA, æ, agmen militum numeroſum. Vegetius 2 cap. 2, *Galli atque Celtiberi, pluresque barbaricæ nationes catervis utebantur in prælio; in quibus erant ſena millia armatorum*, ein troupp oder hauffen kriegs-volck zu fuß. *Conductitias catervas*, pro mercenario ſeu conducto milite Nepos dixit Chabria pr. Horatius *turmæ*, quæ equitum fuit, oppoſuit: cohortem nempe, quæ peditum, intelligens, lib. 2 epiſt. 1 v. 190,

Dum fugiunt equitum turmæ peditumque catervæ.

Cicero pro Domo cap. 42, *Forum armatis catervis poſſidere.*

¶ Catervarius, a, um; ut, *Catervarii pugiles, gladiatores*: quorum non ſinguli cum ſingulis, ſed plures cum pluribus miſtim & catervatim pugnabant. *Catervariorum pugilum* meminit Suetonius Aug. cap. 45. Vide Juſtum Lipſium lib. 2 Saturnal. c. 16.

¶ Cătervātim, adverb. mit hauffen. Plin. lib. 10 cap. 24, *Sturnorum generi proprium catervatim volare*, die ſtaren fliegen hauffenweiß. Salluſt. Jug. cap. 97, *non acie, neque ullo modo prælii, ſed catervatim, uti quosque fors conglobaverat, in noſtros incurrunt.* Virgil. 3 Georg. v. 556, *Jamque catervatim dat ſtragem*: trouppen-weiß.

¶ Concatervatus, a, um, zuſammen rottiret, dicht in einander geſtellet: Ammianus lib. 31 c. 36, (Valeſ. c. 13) *concatervatis manipulis, ut fixi nec mucronem exſerere, aut manus reducere quisquam poſſet.*

CĂTHARMA, ătis, Κάθαρμα, piaculum, hoc eſt, homo aliquis vel flagitioſus, vel miſer, qui pro peſte aliove morbo expiando diis immolabatur, quem expiandi ritum Romani uſurparunt, ein feg-opffer, ein fluch. Cujusmodi catharma fuit Jonas propheta abjectus in mare; Et de ſe ac doctoribus ſociis Paulus ſcripſit 1 Corinth. 4, Καθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, *Catharmata mundi facti ſumus*, &c. wir ſind ein fluch der welt: Quod Germanicum tamen ad originem aliam videtur reſpicere, nimirum καθαρᾶσθαι, quod ſignificat exſecrari; ¶ 2. ſed κάθαρμα à καθαρίζειν eſt, luſtrare, purgare. Ideoque & luſtramentum & purgamentum Ambroſius reddidit. Eſt inde &

¶ Catharſium, i, καθάρσιον. Catharſia autem veteres nuncupabant porculos minutulos, quibus conciones & theatra luſtrabantur. v. Cælius Rhod. 3 c. 26.

¶ Catharticus, a, um, καθαρτικός, abführend: ut, *Medicamentum catharticum* apud Celſum, quod vulgo purgans vocant aut educens, eine purgation, artzney zum ſtulgang. Sic enim lib. 2 cap. 12, *Medicamenta* [purgantia] *ſtomachum fere lædunt. Ideoque omnibus catharticis aloë miſcenda eſt.*

CĂTHĒDRA, æ, καθέδρα, ſedes, ein catheder, cantzel, lehrſtul. Horat. 1 Sat. 10 v. 91, *Diſcipularum inter cathedras.* Juvenalis de Rhetorum profeſſione & ſcholis dixit nimium vere Satyr. 7 v. 203,

Pœnituit multos vanæ ſterilisque cathedræ,
Sicut Thraſymachi probat exitus atque Secundi.

Rhetores enim illi ob precii exiguitatem a profeſſione ſua deſtiterunt. Erat altioris & honoratioris ſellæ genus operoſius ſtructæ cum ſuppedaneo, aliquando & cum umbella, ut in vetuſtis monumentis videre licet, propria Profeſſorum, deinde & Epiſcoporum; de quo non pauca ad Sidonium Savaro. Sulpitius Severus de Martino Epiſcopo, humilitatem ejus prædicans, Dialogo 2 cap. 1, *Illud non prætereibo, quod in ſecretario ſedens, nunquam cathedra uſus eſt. Nam in Eccleſia nemo unquam illum ſedentem conſpexit; ſicut quemdam nuper (teſtor Dominum) non ſine pudore meo vidi, ſublimi ſolio, quaſi regio tribunali, celsâ ſede* (cathedra) *reſidentem. Sedebat autem Martinus in ſellula ruſticana, ut eſt in uſibus ſervulorum, quas nos ruſtici Galli*, tripetias; *vos Scholaſtici, ac certe tu, qui de Græcia venis*, tripodas, *nuncupatis.* ¶ 2. Cathedræ etiam ſunt ſellæ, & quidem velatæ, quibus fœminæ geſtari per urbem ſolebant, ſenfften. Martialis lib. 12 Epigr. 38,

Hunc, qui fœmineis noctesque diesque cathedris
Incedit, tota notus in urbe nimis &c.

Calpurnius Eclog. 7 v. 27,

Inter fœmineas ſpectabat turba cathedras.

Vide Lipſium lib. 1 Elector. c. 19. Hinc

¶ Cathedralicius, a, um: ut, *miniſtri cathedralicii*, ſervi ad cathedram geſtandam deſtinati, ſenfften-träger. Martialis 10 Epigr. 13,

Cum cathedralicios portet tibi rheda miniſtros.

v. Turneb. lib. 30 Adverſ. cap. 30. Iidem & *Cathedrarii* dicti.

¶ Cathedrarius, i, der auf dem catheder ſteht. Seneca de Brevitate Vitæ cap. 10, *Solebat dicere Fabianus, non ex his Cathedrariis Philoſophis, ſed ex veris, & antiquis.* Nempe *cathedrarios Philoſophos* vocat, qui verbis atque in cathedra, non re & facto in vita philoſophantur. Idem epiſt. 11, *Cathedrarium oratorem* adpellat, qui in cathedra ſermocinatur. ¶ *Servos Cathedrarios*, quos *Cathedralicios* Martialis vocat, Sidonius dixit lib. 1 epiſt. 11. Conf. Delechamp. ad Plinii lib. 16 cap. 37.

CATHETUS, linea perpendicularis, κάθετος, vox geometris nota. Vitruvius lib. 3 cap. 3, *catheto reſpondens diametros.*

CATHOLICUS, a, um, Καθολικός, univerſalis, allgemein. *Catholica fides*, der allgemeine Chriſtliche glaube. *Catholica Eccleſia* in Symbolo Niceno. Quintilianus lib. 2 cap. 13, *Præcepta quæ* καθολικὰ *vocant, id eſt, (ut dicamus, quomodo poſſumus) univerſalia vel perpetualia.* Latinè uſi ſunt Apulejus in Triſmegiſto p. 100, *anne cæleſtes dii catholicorum dominantur, terreni incolunt ſingula?* & Beda lib. 1 Hiſt. eccleſ. cap. 10, *ſcientiæ catholicæ.*

¶ Catholicè, adverb. Tertullianus adv. Hæreticos cap. 26, *Regulam fidei ſuperinducerent, diverſam & contrariam illi, quàm catholicè in medium proferebant.* Idem de Fuga in Perſec. cap. 3, *Neceſſe eſt catholice fieri hæc.*

CATILĪNA, æ, nobili genere natus fuit, magna vi & animi & corporis, ſed ingenio malo pravoque, cui ab adoleſcentia bella inteſtina, cædes, rapinæ, diſcordia civilis, grata fuêre: corpus patiens inediæ, vigi-

vigiliæ &c. animus audax, subdolus, varius: cujuslibet rei simulator & dissimulator, alieni adpetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus, satis eloquentiæ, sapientiæ parum; qui nefario ac parricidiali scelere, senatum confodere, diripere ærarium, incendere urbem, Rempubl. tollere funditus, cum multis sui similibus conspiraverat. Et effecisset, ni Ciceronis industria prudentiaque prævertisset. Re ad arma deducta oppressus atque occisus est. Historiam eam Sallustius condidit. Vide & Florum lib. 4 c. 1. & Plutarch. in Cicerone. ¶ Juvenalis pro quovis seditioso & exitioso patriæ cive posuit Sat. 14 v. 41, cum ait,

& Catilinam
Quodlibet in populo videas, quocunque sub axe.

¶ Catilinanus, a, um: ut, *Catilinana prodigia*, apud Plinium lib. 2 c. 51. Alii *Catiliana* legunt: Harduinus autem *Catilinana*.

¶ Catilinarius, a, um; Cicero 2 Catilin. c. 10, *Catilinarium seminarium*. Et Quintilian. lib. 3 c. 8, *bellum Catilinarium*.

Catillus, quære in *Catinus*.

CĂTĪNUS, & Catinum, i, ex Siculo Κάτινος, escarium vas, & coquinarium, si fictile fuerit: quod ex Catone de re rustica cap. 84 constare potest, eine schüssel, oder tiegel. *Catinus vitreus*, apud Suetonium legitur Galba cap. 18, *Nihil invenit præter tepidam in ara favillam, atratumque juxta senem in catino vitreo thus tenentem, & in calice fictili merum.* Persius Sat. 5 v. 182, *rubrumque amplexa catinum*
Cauda natat thynni.

¶ Catillus, i, diminut. *Catillus ligneus*, eine höltzerne schüssel oder napff, Val. Max. 4 c. 3 exempl. 5. *Misturam in catillo componere*, Columella 12 c. 27. ¶ Sed *Catilla*, fœm. apud Plautum Casin. a. 3 sc. 2 v. 22, ut quidem Jac. Operarius legit, & ante hunc Gruterus; ex *catula* videtur esse diminutivum. Vide Interpretes.

¶ Catillo, ōnis, plur. *Catillones* dicti sunt liguritores, schüssel-lecker, näscher, ut Macrobius lib. 3 Saturn. cap. 12 docuit. Vet. Gloss. *Ligurius, Gulosus, Catillo*, λίχνος.

¶ Catillo, are, naschen; usus est verbo hoc Plaut. in Casin. a. 3 sc. 2 v. 22, pro *catinos lingendo alimenti aliquid sibi petere.* De varia lectione jam diximus. Hanc autem Lambinus ex Fulgentio, (cui Nonium, licet, adjicias) tuetur. Adde Commentar. Taubmanni.

¶ Catillatio, ōnis, näscherey, apud Festum.

¶ Catillamenta, orum, naschwerck, apud Arnob. lib. 2 pag. 73, ubi Heraldus & VVovverius [in Minuc. Felic. p. 116] *Castellamenta* legunt. Vide supra sub *Castellum*.

CATLASTER, stri, grandior puer, adolescentulus. Vitruvio hanc vocem restituit Turnebus Advers. lib. 24 cap. 7, pro eo, quod vulgo *catastos* legebant lib. 8 Architect. cap. 4. *Catlastri* autem forma, quam Charisius lib. 1 habet, contracta est ex *Catulaster*, quod in diminutivis Priscianus ponit lib. 3, *adulationis caussa*, ut ait, factum, *& maxime puerorum*, intellige ex Catulus. Gloss. Vet. *Catulaster*, βούπαις: & Cyrilli, *Catulaster*, πάλληξ.

¶ Catulastrum, i, inde formatum nomen ludicri puerile genus, nisi quid turpius est, videtur notare. Vsus eo Dracontius lib. 2 extremo:
Non catulastra gerit puerilia.

CĂTO, ōnis; Catōnes celebres aliquot fuere: ut M. Porcius Cato, senex, vel primus, *optimus orator, optimus imperator, optimus senator*, ut Plinius eum lib. 7 cap. 27 prædicat. *Omnium bonarum artium magister*, ut eidem lib. 25 cap. 2 vocatur. Senecæ de Tranq. cap. ult. *Virtutum viva imago*, & de Constant. sapient. cap. 2, *Certius sapientiæ exemplar, quàm Hercules & Vlysses*, dicitur. *Hostis fuit ambitus, & largitionis acerrimus.* De quo etiam Cicero: *O te felicem M. Porci, à quo rem improbam petere nemo audet.* Plinius præfat. Histor. Natural. Ejus orationes se laudare dixit idem Cicero de Clar. Orat. Scripsit Varia. Quintilianus lib. 12 cap. ult. circa finem: *Marcus Censorius Cato, idem Orator, idem Historiæ conditor, idem juris, idem rerum rusticarum peritissimus, inter tot operas militiæ, tantas domi contentiones, rudi seculo litteras Græcas ætate jam declinatâ didicit, ut esset hominibus documento, ea quoque percipi posse, quæ senes concupissent.* Vide Plutarchum & Nepotem ejus vitâ, itemque Livium 39 c. 40. Hunc *sapientis* nomen in senectute consecutum Cicero in Catone, sive de Senectute scribit: qui neque ipsum Socratem, quem Sapientissimum Apollo judicavit, ei anteponendum censet. Lege cap. 2 ejus libelli. Quo faciunt & Poetæ veteris versus in Florido:

Sperne mores transmarinos mille habent offucias.
Cive Romano per orbem nemo vivit rectius:
Quippe malo unum Catonem, quam trecentos Socrates.

¶ 2. M. Cato Vticensis, senioris pronepos, [Gell. 13 cap. 19] qui post perlectum Platonis Phædonem de animi immortalitate gladio incubuit. Fuit severis moribus, invicti animi, & continentis: unde omnes cordati, severi, & inculpati moribus *Catones* vocati: ut & Val. Maximus observat lib. 2 c. 10 n. 8 dicens: *Exiguum viri patrimonium, adstricti continentia mores, modicæ clientelæ, domus ambitioni clausa, paterni generis una imago, minima blanda frons; sed omnibus numeris perfecta virtus. Quæ quidem effecit, ut quisquis* SANCTVM ET EGREGIVM CIVEM *significare velit, sub nomine* CATONIS *definiat.* Lucanus lib. 2 v. 380,

Hi mores, hæc duri immota Catonis
Secta fuit, servare modum finemque tenere,
Naturamque sequi, patriæque impendere vitam,
Nec sibi, sed toti genitum se credere mundo.

Vide Buchner. ad lib. 4 Plinii epist. 27 p. 40. & Scalig. not. ad Auson. p. 176. Nec alia caussa aureolo illi libello de moribus versibus conscripto, qui vulgo pueris proponi solet, *Catonis* nomen indutum est: neque enim Cato ejus auctor: sed ita adpellatus est, quia de sanctitate morum præcipit, qualis in Catone fuit, quaque ille claruit. Hujus Catonis Vticensis vitam æque scripsit Plutarchus. Elogium ejus apud Senecam habes de Constantia Sapientis cap. 1 & 2. *Contenti simus hoc Catone*, Octavius Augustus dicere solitus est, cum præsentem rerum statum boni esse consulendum significare voluit: Sueton. cap. 82. ¶ 3. Valerius Cato Grammaticus fuit Romæ *Latinæ Sirenis* habens cognomen, de quo Suetonius illustribus Grammaticis

cap. 11. Catonum nomen à *Catus* est. Vide ibi infra. Eorum stemmata exhibet Gellius lib. 13 cap. 19. Rupertus ad Pompon. p. 359, 360.

¶ Catoniānus, a, um: ut, *Catonianum superciliosæ frontis arbitrium*, id est severum, grave, censorium, apud Sidonium lib. 8 epist. 9. Sic *Catonianos* dixit Cicero, qui partibus Catonis studebant. Vide paullo inferius in *Catonium*.

¶ Anticăto, ōnis, Ἀντικάτων, Cæsaris liber adpellatus fuit contra Catonem Ciceronis. Plutarch. in Cæs. & Juvenalis Satyr. 6 v. 337, *duo Cæsaris Anticatones.*

¶ Pseudocăto, ōnis, falsò Cato videri cupiens. Cic. 1 ad Att. 14. extr. *Bonis utimur tribunis plebis; Cornuto vero pseudocatone.*

CATOBLĔPAS, æ, vel catoblepon, ontis, ζῶον κάτω βλέπον, Lybica est fera, tauro similis, subtus spectans, & vi quadam venenata oculorum obvia omnia necans; Gorgon etiam dicitur. vide Gesner. & Plin. 8 c. 21.

CĂTŎCHĪTES, æ, κατοχίτης, gemma insulæ Corsicæ, impositam manum velut gummi retinens. Plin. 37 c. 10.

CĂTŌMUM, i, ex græco κατ' ὤμων. Vt, *Catomo* & *Catomis cædere*, est scapulas verberare, quod & *Catomidiare* dicebant; geisseln, zur staupe schlagen; Sæpe legitur in vetustis martyrologiis. Turnebus 1 c. 28 censet, *Catomum* esse vinculum aut catenam. Sed rectius Jos. Scaliger ad Manilium ex græco deduxit, ut sit commissura cervicis cum humeris. Quemadmodum itaque *capite cædi* ille dicitur, cui caput cæditur; sic *catomo cædi*, idem est, ac in cervice cædi plumbatis, de quo supplicio Prudentius Perist. hymn. 14 v. 116,

Tundatur, inquit, tergum crebris ictibus,
Plumboque cervix verberata extuberet.

¶ Catomidio, are, verbum est κατ' ὤμων τύπτειν, a κατωμαδὸν, hinter den nacken schlagen, stäupen, peitschen. Petronius: *Vocat cubicularios, & me jubet catomidiari.* Spartianus Adriano cap. 18, *Decoctores bonorum suorum catomidiari in amphitheatro & dimitti jussit.* Ita ex membranis placet Grutero, & Salmasio ad h. l. vide inprimis eundem in Hist. Aug. p. 48. Casaubonus tamen retinet, ut in vulgatis editum est, *Catamidiare*, atque a græco καταμυδιᾶν interpretatur, publice irrisui ac ludibrio præbere, schimpfen, auslachen.

CATŌNIUM, i, ex Græco Κάτω; inferorum locus, die hölle: vox sordida, Gellio censente lib. 16 cap. 7. Laberius:

tollet bonâ
Fide vos Orcus nudus in Catonium:

id est, in barathrum infernum. Cicero lib. 7 ad Familiares epist. 25, *Sed heus tu, manum de tabula: magister adest citius, quàm putaramus. vereor, ne in Catonium Catonianos*, id est, vereor, ne in exitium ultimum conjiciat, & orco adeo demittat nos Catonianis partibus addictos. Malè Scaliger *Catomium* legere maluit: quod Salmasius advertit in Hist. Aug. p. 49. Eum enim per *virum Magnum*, quem ibi nominat, designat. Locus Scaligeri est lib. 2 epist. 146.

CATOPTRĬCA, æ, scientia seu ars multis matheseos partibus inserviens; in universum dicitur ea, quæ de quibusvis instrumentis Mathematicis pertractat, quibus oculorum adhibitâ acie, per ipsorum pinnacidia adspectando quidpiam indagamus. Dalechamp. ad Plin. lib. 2 cap. 69 p. 110.

¶ Catoptron, κάτοπτρον, speculum, inter ornamenta muliebria posuit Pollux l. 7 c. 22.

CĂTŎPȲRĪTES, æ, κατοπυρίτης, gemma e Cappadocia proveniens, Plin. 37 v. 10.

CĂTORTHŌMA, ătis, κατόρθωμα, officium rectum & perfectum. Cicer. de finib. 3 cap. 7, *Quæ nos aut rectè facta dicamus, si placet, illi κατορθώματα adpellant, omnes numeros virtutis continent.* conf. idem Offic. 1 c. 3.

CATTA, æ, κάττα, eine katze. Martial. l. 13 Epigr. 69,
Pannonicas nobis nunquam dedit Vmbria cattas.

¶ Cattas etiam inter appellationes navium refert Gellius 10 c. 25.

Catulaster, vide superius *Catlaster*.

CĂTULLUS, i; Q. Valer. Catullus Veronensis, Poëta paullo lascivior, ideoque cautè legendus juventuti. Cæterum inaffectatæ elegantiæ affectator, ut Heinsius censuit. Qui eam ob caussam *pecten Musarum* Scaligero Patri adpellatus, ut in Burdonicæ fabulæ Confutatione filius notat. *Doctum* Martialis in illo dixit lib. 1 Epigr. 62,
Verona docti syllabas amat Vatis.

Qui etsi multa scripsit, ut ex veteribus Grammaticis satis constat, pauca tamen ad nos pervenère. Inter quæ procul dubio principem locum obtinet carmen illud, quod in nuptias Pelei & Thetidos condidit, cui vulgo *Argonauticorum* titulus falsò adscribitur. Vixit Syllæ Mariique temporibus. ¶ 2. Fuit alius *Catullus urbicarius* mimographus, de quo Juvenalis Sat. 13 v. 111,

Mimum agit ille
Vrbanus, qualem fugitivus Scurra Catulli.

Idem Sat. 8 v. 185, *Vocem, Damasippe, locasti*
Sipario, clamosum ageres quum phasma Catulli.

Vbi vide veterem Scholiast.

¶ Catullianus, a, um: ut, *Basia Catulliana*, i. e. tot millia, quod Catullus dixit, Martial. 11 Epigr. 7.

CĂTŬLUS, i, quatenus strictè notat canum fœtus recens editos, à *Canis* descendit, ut diminutivum, unde & *Catulinus*, *Catulire*, &c. vide *Canis*: At quatenus ut cognomentum impositum est viris, rectius ab antiquo nomine *Catus*, quod sagacem significat, deducitur. ¶ 1. Q. Lutatius Catulus Romanus fuit, qui contra Pœnos cum Amilcare duce profectus finem primo bello Punico imposuit, de qua re vide Polyb. lib. 1. Eutrop. 2 c. 16. ¶ 2. Catulus alter, orator & consul, cum C. Mario Cimbros fudit, sed ab eodem postea urbe occupata per dissensionem mori, frustra pro eo civibus precantibus, jussus, & in cubiculo inclusus carbonum candentium vapore suffocatus est. Meminit hujus Catuli frequenter Cicero in claris oratoribus, & Eutrop. 5 c. 1. Lucan. lib. 2 v. 173, *quid sanguine manes*
Placatos Catuli referam?

Sylla enim, Mario interfecto, Catuli necem postea ultus est. ¶ 3. Hujus Pater Q. Catulus poëta fuit; ut Cicero indicat lib. 1 de Natura Deorum, ubi ejus Epigramma in Roscium adducit. Adducit & aliud ejusdem Gellius lib. 19 cap. 9. ¶ 4. Alius Q. Catuli mentionem Cicero facit Orat. pro Lege Manilia, de quo Vellejus Paterculus etiam lib. 2 c. 32 refert.

¶ Catulianus, a, um: ut, *Catuliana Minerva*, Romæ a Q. Lut. Catulo dicata, Plin. 34 c. 8

CĂTUS, a, um, klug, fürsichtig, a *Caveo* dici maxime probatur. Nonius Marcellus *Catus* exponit *Sapiens*. Nec aliter Plinius 7 c. 31, *a sapientia*, ait, *esse imposita catorum & corculorum cognomina*. Ennius apud Ciceron. lib. 1 Tuscul. c. 9,

Egregie cordatus homo catus Ælius' Sextus.

In quo versu *catum*, *acutum* interpretatur Varro, & Sabinum vocabulum esse asserit, lib. 6 de LL. Ibidem *cata dicta* apud eumdem Ennium *acuta* exponit. Servius à καίω, *uro, ob calorem ingenii* derivat. Terent. Andr. act. 5 sc. 2 v. 14,

Nescio qui senex modo venit: ellum! confidens, catus.

Vbi Donatus: CATUS, *Callidus, doctus: ardens* παρὰ τὸ καίειν: *Ingeniorum enim igneus vigor videtur.* Sane acumen ingenii & vigor à calidiore temperamento est. Frigidi enim hebetes ac tardi: Quo Virgilius respiciens Georg. 2 v. 484 ait:

Sin has ne possim naturæ accedere partes,
Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis.

Vide de hâc voce Tiraquell. ad Alex. ab Alex. lib. 1 c. 9. Hac voce præter Ennium & Terentium, Plautus quoque Pers. 4, 4 v. 7 &c. & Horatius lib. 1 Ode 10, & lib. 3 Ode 12 usi sunt. Vet. Gloss. *Catus*, ὀξὺς: δεδηγμένος. Item: ὀξὺς, ὁ νουνεχὴς, *Catus*: ein geschwinder mensch, der sich bald findet. *A Catus, Catonum nomen* deductum Plutarchus etiam in Catone Majore assentitur. ¶ 2. Catus Subst. Felis, ὁ αἴλουρος, eine katze, kater, cui bestiæ, non minus ac cani, sagax atque acutus sensus est. ¶ 3. Catos etiam dixerunt militari usu vineas & pluteos, sub quibus miles latebat muros oppugnaturus. vid. Veget. de re mil. 4 c. 15, & Turneb. 11 advers. c. 24. Hinc Gv. Brito Philipp. 7 v. 796,

Huc faciunt reptare catum, tectique sub illo
Suffodiunt murum.

¶ Catulus, i, diminut. vide paullo ante seorsim, & supra in *Canis*.

Cavædium, vide paullo post in *Cavus*.

CAUCĂLIS, idis, fœm. Καυκαλίς, herba ex daucorum genere, *daucum silvestre*, wilde beerwurtz, rauche bibenellen, Dioscoridi, & Plinio 22 cap. 22.

CAUCĂSUS, i, Καύκασος, montium magnorum & celeberrimorum unus est prope Albaniam & Iberiam, inter Hyrcanum mare & Pontum Euxinum. Valer. Flaccus lib. 5 Argon. v. 154,

Vltimus inde sinus, sævumque cubile Promethei.
Cernitur in gelidas consurgens Caucasus Arctos.

Pars est Tauri montis, qui & ipse Caucasi nomine interdum intelligitur. Cæterùm tàm alte levatus Caucasus est, ut circa illius verticem Sol vel scindi videatur, uti Philostratus lib. 2 de hoc monte notavit. *Caucasum mente induere*, pro, supra modum indurare animum, Seneca Medeâ v. 43 dixit: *pelle fœmineos metus,*

Et inhospitalem Caucasum mente indue.

Id est, in quodvis vel inhumanum maximè facinus mentem obdura. *Caucaso abruptior*, Tertullianus dixit adv. Marc. lib. 1 c. 1 proverbialiter.

¶ Caucăseus, & Caucasius, a, um, adject. Virg. Eclog. 6 v. 42,

Caucaseasque refert volucres, &c.

Silius lib. 4 v. 333, *Caucasiis tigris se protulit antris.*

¶ Caucasigĕna, æ; ut, *Caucasigenæ Alani*, Sidonius lib. 4 epist. 1.

CAUCI, Chauci, Cauchi, item Caici vel Cayci, Germaniæ populi *majores & minores*. Sic enim duas Caucorum gentes Ptolemæus fecit. Majores ad Albim fluvium; Minores ad Visurgim fluvium, ubi Vrbs Brema, itemque Episcopatus Werdensis, die stifft-genossen: Vide Cluverium antiqua Germania lib. 3 c. 18. Et Johannem Schildium peculiari Commentario de Caucis, quem duobus libris exsecutus est.

CAUCON, i, καύκον, herba, quæ & ephedra & anabasis, Plin. 26 c. 7.

CAUCUS, i, vel Cauca, æ, patera, poculi genus, ein becher. Spartianus in Nigro c. 10, *quum milites quosdam in cauco argenteo expeditionis tempore bibere vidisset.* Vide ibi Salmasium Trebell. Poll. in Divo Claudio c. 14, *Dabis in caucos & scyphos pondo undecim.* Lege & ibi Salmas. Gl. Vet. Καῦκα, *patera*.

¶ Cauculus, i, diminutivum, unde

¶ Cauculari, & ¶ Cauculatores, i. e. præstigiatores, gauckler, de quibus Salmasium d. l. consule: de Cauculatore etiam Gloss. Vet.

CAUDA, æ, posterior pars pendens in omnibus animalibus, præterquam homine & simia, ut Plinius lib. 10 c. 50 notavit; ein schwantz. Virgil. Georg. 3 v. 59, *verrit vestigia cauda*, de bove loquitur. *Caudæ pilos equinæ paullatim vellere*, proverbialiter indicat, consilio, tempore & assiduitate id esse conficiendum, quod viribus & impetu obtineri nequit. Adagii occasionem vide in Erasmi Chiliadibus. Inter symbola denique Pythagoræ refertur, μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων, hoc est, *Ne gustaris, quibus nigra est cauda.* Quod admonet, non esse utendum consuetudine & commercio improborum eorumque, qui moribus sunt nigris & infamibus. ¶ 2. *Caudam* pro membro virili Horatius posuit 1 Serm. Sat. 2 v. 45,

Accidit, ut quidam testes caudamque salacem
Demeteret ferro.

Idem lib. 2 Sat. 7 v. 49, *turgentis verbera caudæ*

dixit. Similiter Græci οὐρὰν vocant. ¶ *Caudam jactare popello*, Persius dixit Sat. 4 v. 15, id est, venditare se apud populum speciosis actionibus; seu popularibus studiis gratiam ejus colligere: tractum à canibus, qui caudis suis adulantur heris: vel à pavonibus, qui caudæ jactatione fœminis suis placere student. ¶ *Caudam trahere*, aliud Prov. apud Horat. lib. 2 Serm. Sat. 3 v. 53 pro *deridiculo esse*: vel quia pueri eis, quos derisui esse volunt, quiddam caudæ instar adponere in tergo solent, ut Vetus Scholiastes interpretatur: vel quia pleræque quadrupedum, cum pudor tremorve invaserit, demittunt & trahunt caudam: quam contra ferocientes arrigunt & tollunt. Verba Horatii sunt: *Hoc te*

Crede modo insanum, ut nihilo sapientior ille,
Qui te deridet, caudam trahat.

Id est, ea conditione te esse dementem, persuade tibi, ut alterum, qui tuam deridet stultitiam, nihilo sapientiorem existimes, & commissurum post paullo, ut æquè derideatur ob suam dementiam. *Suus* enim *cuique*, ut Catullus ait Carm. 22, *attributus est error*: & usque quoque sapere, soli Deo conceditur.

¶ Coda, æ, antique pro *Cauda*. Varro apud Nonium c. 2, *Vt canis sine coda.* Petron. *Retro crescit ut coda vituli.* Festus, *Codeta*, inquit, *ager, in quo frutices existunt, in modum codarum equinarum.* v. Parei Lex. Crit. p. 210.

¶ Codeta etiam a *Cauda* est, de quo infra suo loco.

CĀUDEX, icis, & Cōdex, icis: ut, *plaustrum & plostrum*; *cauda & coda* dicebant: στέλεχος, sive lignum interius, quod cortex ambit; der stamm, klotz. Solinus cap. 35, *lignum caudicis* adpellat: Plinius, *vitalia arboris*, de quo infrà. *Codex inveteratus*, ein alter stamm, apud Columellam lib. 4 c. 8 extr. ¶ Est & convicium in ἀναίσθητον, & qui nihilo magis sapiat sentiatve quàm caudex. Terent. Heaut. act. 5 sc. 1 v. 4, *in me quidvis harum rerum convenit,*

Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus.

¶ A *Caudice* etiam accepit cognomen Appius Claudius Cæci frater: quod primus persuasit Romanis navem conscendere, ut Seneca de Brevitate Vitæ cap. 13 notat: vel quod primus piscatoriâ nave trajecit fretum: ut Victor in Viris Illustribus cap. 37 scribit. Nam plurium tabularum contentus *Caudex* seu *Codex* adpellabatur. Inde & publicæ tabulæ *Codices* dicuntur: & *Codicariæ*, seu *Caudicariæ naves*, de quibus post, nomen acceperunt.

¶ Caudeus, a, um, höltzern, von stämmen; ut, *caudea cistella*, Plaut. Rud. 4, 4 v. 65, 89.

¶ Caudicalis, e; ut, *Provincia caudicalis*, pro caudices tractante vel findente, apud Plaut. in Pseud. a. 1 sc. 2, 25 jlocaliter dicitur: *Te*, inquit, *cum securi caudicali præficio provinciæ*, du solst holtzhacker seyn; *caudicali provinciæ*, h. e. secandis truncis sive caudicibus.

¶ Caudicarius, vel Codicarius, a, um, was aus stämmen gemacht; ut, *Caudicaria*, seu *codicaria navis*, Senec. Brev. Vit. c. 13, quam Festus *ex crassiore tabula factam* interpretatur. Eam scilicet, ut puto, significans, quæ ex crassiore codice, seu trunco excavata est: hoc est, *caudiceus lembus*, quem Ausonius vocat, ein kahn. *Navem piscatoriam* Victor de Viris Illustribus in Appio Claudio dixit. Fortean has easdem cum *scaphis* Nonius, cum de navigationum generibus docet, facit. Nam cum de *scaphis* exposuisset, subjicit: *Codicarias naves etiam nunc* [*scaphas*, ut puto,] *adpellat eò, quod in fluminibus sint usui.* Quam rationem tamen haud capio. Tales sunt *monoxylæ lintres*, apud Plinium lib. 6 cap. 23, quas cum Livio *ex singulis arboribus cavatas* adpellare licet. ¶ 2. Sed *codicariæ* etiam videntur dictæ, quæ ex pluribus codicibus, aliis super aliis positis, & in unum corpus seu massam conjunctis, factæ temere erant: quod *codex* plurium tabularum contextus diceretur. Varro apud Nonium: *Quod antiqui plures tabulas conjunctas* CODICES *dicebant: ex quo in Tiberii naves codicarias adpellamus*, eine flösse. Quæ procul dubio respexit Seneca, cùm de Brevitate Vitæ cap. 13 ita scriberet: *Plurium tabularum contextus* Caudex *apud antiquos dicebatur: unde publicæ tabulæ* Codices *dicuntur: & naves nunc quoque, quæ ex antiquâ consuetudine per Tiberim commeatus subvehunt*, Caudicariæ *vocantur.* Plinius hujusmodi navigia designare videtur lib. 3 c. 5, cum ait: *Sed Tiberis propter aspera & confragosa, ne sic quidem, præterquam trabibus verius, quam ratibus longe meabilis fertur.*

¶ Caudicæ, arum, etiam naves sunt, ex caudicibus, sive lignis crassioribus compactæ, apud Gellium 10 c. 25.

¶ Caudicarii dicuntur ipsi nautæ, qui Tiberi annonam subvehunt, flossfahrer: notat ex Codice Theodosii Lege 9 de suar. & pecuariis, [l. 14 T. 4] & Inscriptione Veteri Lipsius ad Senecam de Brevitate Vitæ cap. 13. Conf. Demster. Paralip. ad c. 38 lib. 7 Rosini p. 736.

¶ Caudiceus, a, um: quod ex *caudice* est. Ausonius in Mosella v. 197,

Navita caudiceo fluitans super æquora lembo.

¶ Cōdex, icis, liber, & quod scriptura constat, dicitur, ein buch, eine schrifft. Antiqui enim in tabulis scribebant: & plurium tabularum contextus, ut paullo ante ex Seneca notabamus, *Codex* dicebatur antiquis: quod de Varrone procul dubio accepit, cujus locum mox adducemus. Juvenalis Sat. 10 v. 236, *codice sævo*

Hæredes vetat esse suos: bona tota feruntur
Ad Phialen.

Codice sævo, i. e. testamento inofficioso: quo liberos suos præterit sive omittit impius pater, ut bona ejus omnia ad Phialen meretricem perveniant. Namque & *Codicilli*, in quibus ultima voluntas, sed non æque solenniter, uti in testamentorum codicibus perscripta erat, dicebantur, de quo paullo post dicendum erit. *Codex* igitur dicebatur corpus, sive compages plurium tabularum, sive illæ ligneæ, sive eboreæ, (unde *eborei codices* dicti) sive membraneæ etiam essent, quarum alia super aliam structa erat; sicut & hodieque fit in nostris codicibus sive libris. Itaque differebat *Codex* à *volumine*. *Volumen* quippe dicebatur, cùm chartæ chartis in longitudinem attexuntur & conglutinantur; volvendæ circa rutulum, sive bacillum teres atque rotundum, ex quo *Volumen* adpellatur. Vide infra in *Volumen*; item Salmasium de modo Vsurarum pag. 405 & pluribus consequentibus, ubi & alia licebit discere, quæ ad notitiam Codicum veterum pertinent.

¶ Codicillus, i, parvus codex; hoc est, in quo minoris formæ tabulæ compactæ, eine kleine schrifft: sed pluralis fere tantum est numeri. Et quia litteræ sive epistolæ in hujusmodi codicibus perscribebantur; inde sæpe *Codicillorum* adpellatio litteris sive epistolis tribuitur. Cic. lib. 6 ep. 18, *Quæsivi a Balbo per codicillos, quid esset in lege.* Idem lib. 4 ep. 12, *Puer Acidini mihi obviam venit cum codicillis.* Et alibi sæpius.

sæpius. Suetonius Caligula cap. 55, *Equiti Romano tumultuanti per Centurionem denunciavit, abiret sine mora etiam, perferretque ad Ptolemæum Regem in Mauritaniam codicillos suos.* Sed *Codicilli* maxime dicuntur Epistolæ, quæ ad præsentes mittuntur. Seneca epist. 55 extr. *Video te, mi Lucili, cum maxime audio: adeo tecum sum, ut dubitem, an incipiam non epistolas,* (ut ad absentem, quod es,) *sed codicillos tibi* (tamquam præsenti) *scribere.* Notat *Lipsius Institutione Epistolica* cap. 2. ¶ 2. Quin & diplomata principum & constitutiones, *codicilli* passim adpellantur, patente. Ita Suetonius Claudio cap. 29, *codicillos officiorum* dixit; quibus officia deferebantur. Nam & *epistolæ* & *litteræ* dicebantur. Et hinc fortassis corpus illud Constitutionum Imperialium, *Codex*, adpellatus est, quod *codicillos* principum contineret. ¶ 3. *Codicilli* etiam dicebantur voluntatis ultimæ tabulæ, non æque solenniter tamen ac testamenta confectæ, de quibus videndi JCti. ¶ 4. *Codicilli*, schreib-täfeln. *Exemplum litterarum in codicillis exarare*, einen brieff entwerffen und concipiren im schreib-täfelein, Cicero lib. 9 epist. ult. ad Fam. *Hic sententias nostras in codicillis, & omnia verba referebat*, Idem in Philipp. 8 c. 10.

¶ Excodicare, umgraben, ausrotten; Palladius principio lib. 2 explicat, nempe circa vitis radicem dolabra terram aperire, & velut lacus efficere, ut solis teporibus & imbribus provocentur. Dicitur vero ita, quod codices, id est trunci & frutices fodiendo exstirpentur. Festus: *Repastinari ager dicitur, cum silvester excodicatur*, &c. Scribitur etiam *excaudicare*, Tertulliano de Pudicit. c. 16.

CAVDIVM, i, Samnitum oppidum: ad quod locus *Caudinæ Furculæ* adpellatus, ex duobus saltibus angustis silvosisque constans. vide Livium lib. 9 c. 2.

Cavea, vide in *Cavus*.

CĂVEO, cavi, cautum, cavēre, sich hüten, fürsehen. Terent. in Eunuch. act. 4 sc. 6 v. 23, *Tu quod cavere possis, stultum est admittere*, was du umgehen, und ihm vorkommen kanst, laß nicht geschehen. Cicer. ad Quir. post Red. c. 9, *Nihil credam & omnia cavebo.* Horat. lib. 2 carm. od. 13 v. 13,

> *Quod quisque vitet, nunquam homini satis*
> *Cautum est in horas.*

Cavere sibi ab aliquo, sich vor einen in acht nehmen, Terentius Eunuch. a. 5 sc. 2 v. 44. Et, *Cavere sibi à veneno*, Cic. de Finib. 5 cap. 22. *Cavere legibus*, verbieten, Curt. 6 cap. 11, 20. *Cavere testamento*, verordnen, Cic. Fin. 2 cap. 31 extr. *Cavere obsidibus de pecunia*, mit bürgen versichern, caution stellen, Cæs. B. Gall. 6 cap. 2. *Cavere concordiæ publicæ*, i. e. prospicere, consulere, rathen, rath schaffen. Vellej. 2, 48, 5. CAVEO, præsertim in Imperativo, modo cum Infinitivo, modo cum Subjunctivo, eoque vel absolute, vel cum conjunctione *ne* construitur. Vt, *Cave existimes*, Cic. 9 ep. 24. *Cavete ne*, &c. Id. pro S. Rosc. cap. 53. *Caveret id petere à P. R.* Sallust. Jug. cap. 64. *Cave præcipitare*, Ovid. 3 Pont. 1 v. 139. *Capro occursare caveto*, Virg. eclog. 9. ¶ Proprie JCti dicuntur *cavere*: cùm consulentibus respondent. Cic. 3 ad Famil. epist. 1 extr. *L. Valerium JCtum valde tibi commendo: sed ita etiam, si non est Jurisconsultus. Melius enim ei cavere volo, quàm ipse aliis solet.* Plautus Epidici act. 2 sc. 2 v. 107, *Hic poterit cavere rectè, jura qui & leges tenet.* Vide & infra in *Cavillari*. ¶ Est & passivum caveri. Cicer. ad Att. 10 ep. 16, *Cætera, quæ quidem consilio provideri poterunt, cavebuntur.*

¶ Cavendus, a, um, das zu vermeiden ist. Lucil. lib. 26 apud Nonium cap. 5 n. 62, *Quid tibi cavendum censes, quid vitandum maxime?*

¶ Cavo, is, cavere, conjugatione tertia, apud Tibullum, loco mox in *Cavillor* citando, cui adde Scaligeri commentaria in illum ipsum locum, & Servium ad Æneid. 4 v. 409, qui etiam ad Catullum provocat, sed, Scaligero judice, Tibullum voluit dicere.

¶ Cautio, ōnis, verwahrung, versicherung, auffsehen. *Adhibere cautionem & diligentiam*, fürsichtigkeit und fleiß darauf legen, Cicer. ad Attic. 1 ep. 19. *Puerum autem ne resciscat, mihi esse ab illa, cautio est*, id est, Caveo: Terent. in Andr. a. 2 sc. 3, 26. ¶ 2. Cautiones etiam dicebantur *chirographa* & *syngraphæ*; (de quibus infra suis locis,) handschrifft. Hinc Vetus Interpres illud Lucæ cap. 16 v. 6, δέξαι σου τὸ γράμμα, *Accipe cautionem tuam*, optime, ut ibi annotat Grotius, vertit. *Ita enim*, inquit, *JCti vocant, quod Græci syngrapham, aut chirographam. Eamdem* Cautionis *vocem hoc sensu usurpat Tertullianus & Salvianus.* Seneca etiam *Cautiones* obligationes seu chirographa dixit lib. 7 de Benef. cap. 10, *Video istis diplomata & syngraphas & cautiones, vacua habendi simulacra.*

¶ Cavitio, ōnis, olim dicebatur, quæ nunc *Cautio*. Festus.

¶ Cautus, a, um, fürsichtig, klug. Terentius in Phorm. a. 4 sc. 5 v. 3, *Vt cautus est, ubi nihil opus est.* Cicer. Att. 10 ep. 9, *Ero in credendo, ut mones, cautus*, ich will mich fleißig fürsehen, wem ich gläuben solle. ¶ 2. Cæterum *Cautus* non tantum is dicitur, qui cavet probe, & sibi recte prospicit: sed & cui cautum benè est, h. e. qui tutus munitusque est. Lucanus lib. 4 v. 409, *Cautus ab incursu belli*, i. e. tutus & bene munitus adversus bellicam vim. Ita contra *tutum* pro *Cauto* posuit Horat. de arte poët. v. 28, *tutus nimium, timidusque procellæ.* Idem lib. 2 epist. 1 v. 103 seqq.

> *Romæ dulce diu fuit & solenne, reclusa*
> *Mane domo vigilare, clienti promere jura*
> *Cautos nominibus certis expendere nummos.*

Cauti nummi, dagegen man eine versicherung hat. ¶ Comp. *Cautior*. Cic. pro Rosc. Am. c. 20, *peccare in eam partem, quæ est cautior.* Id. Philipp. 13 c. 3, *Sapientia cautioribus utitur consiliis.* Vetus Inscriptio Q. Fabio Maximo dicata:

DVX AETATIS SVAE CAVTISSIMVS HABITVS.

apud Gruter. f. 406 n. 7. & Ferret. Mus. lapid. p. 312. Et Augustinus Confession. lib. 7 cap. 6, *Cautissima observatione numerare.*

¶ Caute, adv. fürsichtig, behutsam. *Caute pedetentimque dicere*, Cic. pro Cluent. c. 42. *Caute & cogitate rem suam tractare*, Plaut. Trin. a. 2 sc. 2 v. 46. *Cautius efficere aliquid*, Cicer. pro Dejot. c. 6. *Cautissime navigare*, Idem Attico suo lib. 15 epist. 26. Vulgo dicimus: *disce cautius mercari*, siehe dich besser für.

¶ Cautim apud Terent. in Heaut. act. 4 sc. 8 v. 29. Idem quod caute.

¶ Cautor, ōris, qui cavet & providet, ein fürsorger, bürge, cavent. Plaut. in Capt. act. 2 sc. 2 v. 5, *Qui cavet ne decipiatur, vix cavet, cum etiam cavet, etiam cum cavisse ratus est, sæpe is cautor captus est.* Cic. pro Sext. cap. 7, *cautor alieni periculi.*

¶ Cautēla, æ, idem quod cautio, versicherung. Lege 6 Dig. de Pignorat. act. *Prius idonea cautela à debitore pro indemnitate ei præstanda.* Adde legem 15 Dig. de procurat. & defens. & ibi Gothofredi notulam. Vet. Gloss. *Cautela*, ἀσφάλισμα.

¶ Cautelitas, atis, fürsichtigkeit. Ennod. 8, 8, *An forte contra me illam tuam cautelitatem æstimas esse servandam.*

¶ Discaveo, ēre, verhüten, vorbauen. Plautus Menæch. act. 2 sc. 1 v. 24,

> *Dictum facessas doctum & discaveas malo.*

¶ Incautus, a, um, qui non cavet, unfürsichtig. *Invadere, opprimere hostem incautum*, der sein nicht wahrnimmt, Cic. Phil. 11 c. 2. *Juventâ incautior*, Livius lib. 30 c. 13 extr. *Incautissimus, quia credulus*, Sidon. Apollin. lib. 8 epist. 11.

¶ Incautè, unfürsichtig. Cicer. ad Attic. 7 ep. 10, *Stulte omnia & incaute [agi judico.]* Livius 21 cap. 7, *Dum incautiùs subit murum.* Et Augustinus de Moribus Manichæor. cap. ult. *ut se ipsos injurgando incautissime proderent.*

¶ Percautus, a, um, sehr fürsichtig. Cic. ad Quint. frat. lib. 1 ep. 1 c. 6, *percautus & diligens.*

¶ Præcavere, idem quod Cavere; ut, *Præcavere sibi ab insidiis*, sich fürsehen, verwahren und hüten, Liv. 9 c. 17. *A me præcautum atque provisum est*, Cic. ad Att. 2 epist. 1.

¶ Præcautus, ut Cautus. Petrus Chrysologus Serm. 156 ineunte: *Peritia præcauta medicorum.*

Caverna, vide *Cavus*.

CĂVILLOR, atus sum, ari, quid proprie sit, omnium optimè Scaliger ad Festum docet. *Cavillare*, inquit, à *cavendo* ὑποκοριστικῶς. Propriumque est legulejorum & moratorum verbum. Nam Jurisconsultorum Proprium CAVERE. Ovidius de Arte 1 v. 83,

> *Illo sæpe loco capitur consultus amore,*
> *Et qui aliis cavit, non cavet ipse sibi.*

Tibullus lib. 1 eleg. 4,

> *Hæc mihi quæ caverem Titio, Deus edidit ore.*

Nam & *cavo, cavis* dicebant. Vt igitur diminuerunt nomen in formulariis illis, Legulejos, non Jurisprudentes vocantes: sic & verbum professionis, cum *cavillare*, non *cavere* eos dicebant, propter tricas & morosas juris præstigias. Sane ita esse vel unus Tertullianus satis dederit, qui in libro de Corona cap. 11 ait: *omnibus modis cavillandum est, ne quid adversus Deum committatur*: Id est, *cavendum*, παντόπως περιεργαστέον. Non ergo obscurum, quare in vitium verterit hoc verbum, quum genus hoc hominum male semper audierit. Hæc illè. ¶ 2. *Cavillari*, εἰρωνεύεσθαι, dissimulando illudere, spotten, hönisch halten. Tacitus Annal. cap. 46, *Augustum fessa ætate toties in Germanias commeare potuisse, Tiberium vigentem annis sedere in Senatu verba patrum cavillantem*, hoc est, *ficta cunctatione ludificantem*, ut paullo ante locutus fuerat. ¶ 3. Est & ridendo suggillare, sive calumniari joculariter, auslachen. Apul. lib. 8 p. 213 ed. Elmenh. *Sed postquam non cervam pro virgine, sed asinum pro homine succidaneum videre, nare detorta magistrum suum varie cavillantur.* Livius lib. 2 c. 58, *A centurionibus corruptum exercitum dicere, Tribunos plebis, cavillans interdum,* VOLERONES *vocare.* Quintilianus lib. 1 c. 4, *Quo minus sunt ferendi, qui hanc artem* [Grammaticam] *ut tenuem ac jejunam cavillantur*: id est, irrident & calumniantur sive suggillant. Sic *cavillari in aliquo aliquid*, Cicero dixit. ¶ 4. Est simpliciter ludere atque jocari, procul irâ ac odio; mit einem schertzen. Cicer. lib. 2 ad Att. epist. 1, *Itaque jam familiariter cum ipso etiam cavillor ac jocor.* Vide ipsum locum. Habes enim ibi & cavillationum hujusmodi jocularium aliquot exempla. Suetonius Tito cap. 8, *Sæpe cum populo cavillatus est: verùm majestate salva.*

¶ Cavillatio, ōnis, Latinis est, quæ Græcis εἰρωνεία dicitur. Gloss. Vet. *Cavillatio*, κακοήθεια, εἰρωνεία. Vide & Casaub. ad Theophrasti Characteres περὶ εἰρωνείας; gespött, spötterey, spöttische rede. ¶ 2. Deinde etiam sic adpellatur Sophisma: quemadmodum & ipsa ars texendi sophismata, quæ Græcis Σοφιστική est; *Cavillatoria* Boëthio adpellata. Hinc Vetus Glossator *Cavillationem*, ἐνέδραν, ἀπάτην, παρέγχειρησιν interpretatur. Vlpianus L. 177 D. de verborum significat. *Natura* Cavillationis, *quam Græci* σωρίτην (pro quo Alciatus tamen σόφισμα malit legi,) *adpellaverunt*, hæc est, *ut ab evidenter veris per brevissimas mutationes disputatio ad ea, quæ evidenter falsa sunt, perducatur.* Quæ eadem & Lege 65 D. de divers. Reg. Juris repetuntur. Seneca epist. 111, *Quid vocentur latinè sophismata, quæsisti a me. Multi tentaverunt iis nomen imponere, nullum hæsit. Videlicet quia res ipsa non recipiebatur a nobis, nec in usu erat, nomini quoque repugnatum est. Aptissimum tamen videtur mihi, quo Cicero usus est:* Cavillationes *vocat, quibus quisquis se tradidit, quæstiunculas quidem vafras nectit: cæterùm ad vitam nihil proficit.* Vide infra *Sorites*. ¶ 3. *Dicteria* quoque, quæ jaciuntur in alios joculariter, *Cavillationes* vocantur. Sæpe Cicero hac voce ita usus est. Suetonius de Illustribus Grammaticis cap. 3, *Lutatium Daphniden, quem Lenæus Melissus per cavillationem nominis πανὸς ἄγημα dicit* &c. Festus: *Cavillatio est jocosa calumniatio.* Quin omnes argutiolæ facetiores hoc nomine adpellantur. Idem Suetonius Vespasiano cap. 23, *Maximè tamen dicacitatem in deformibus lucris affectabat: ut invidiam aliquâ cavillatione dilueret, transferretque ad sales*, daß er einen schertz und possen draus machete. Vbi videtur *cavillationem* ad *dicacitatem* retulisse: à qua tamen veteres distinguebant. Cicer. lib. 2 de Orat. c. 54, *Cum duo*, inquit, *genera sint facetiarum, alterum æquabiliter fusum, in omni sermone, alterum peracutum & breve: illa à veteribus superior*, Cavillatio; *hæc altera*, Dicacitas *nominata est.*

¶ Cavillum, i, idem quod *Cavillatio*. Apulejus 1 Miles. *Jam adlubentia proclivis est sermonis ac joci, & scitum est cavillum: jam dicacitas timula*, &c.

¶ Cavilla, æ, in fœminino Plautus dixit Aulul. act. 4 sc. 4 v. 10,

Pone hoc sis, aufer cavillam: non ego nunc nugas ago.

¶ Cavillatus, ûs, idem. Apul. lib. 8 p. 213, *Sed ille, cognito cavillatu, similis indignanti*, &c.

¶ Cavillator, ōris, ridicularius, ein spötter. Cicero lib. 1 ad Attic. epist. 10, *Consul autem ipse parvo animo & pravo: tantum cavillator genere illo moroso, quod etiam sine dicacitate ridetur; facie magis, quam facetiis ridiculus.* Gellius lib. 4 c. 20, *Qui jurabat, cavillator quidem & canicula, & nimis ridicularius fuit*, &c.

¶ Cavillatrix, īcis, eine spötterin. Quintilian. lib. 7 c. 3, *Dialecticorum formata conclusio, in disputationibus potius per argumenta verborum cavillatrix, quam in oratoris officio multum allatura momenti.* Vsus etiam idem est lib. 2 c. 15.

¶ Cavillabundus, a, um, höhnisch, spöttisch. Tertullianus de Anima c. 34 extr. *Menelaus statim insequitur amissam, statim repetit ereptam, decenni prœlio extorquet, non latens, non fallens, non cavillabundus.*

¶ Cavillosus, a, um, idem. Jul. Firm. lib. 5 c. 8, *astuti, callidi, cavillosi, & insidiarum pleni.*

CAVLA, æ, ovile seu quodcunque gregis receptaculum, dictum vel à *concavitate*, vel ab *ἀυλὴ*, i. e. *aula*, ein schaaf-stall. Servius in 9 Æn. v. 60, AD CAVLAS: *Monumenta & septa ovium. Est autem Græcum nomen C detracto. Nam Græci* AVLAS *vocant animalium receptacula. Vnde in sacris ædibus & in tribunalibus septa, quæ turbas prohibent*, AVLAS *vocamus.* Festus: CAVLAE *à cavo dictæ. Antiquitus enim ante usum tectorum oves in antris claudebantur.* Pro Festo videtur esse Lucretius, qui poros meatusque alios corporis non semel *caulas* à cavitate scilicet, quæ facit transitum, vocat. Vbi lib. 2 v. 948,

Donec materies omnes concussa per artus
Vitales animæ nodos è corpore solvit.
Dispersamque foras per caulas ejicit omnes.

Idem *palati caulas* lib. 4 v. 624. *ætheris caulas* lib. 6 v. 491 eadem ratione dixit. Vet. Gloss. *Caula, μάνδρα*: item: *θρεμμάτων μάνδραι, Caulæ.*

Caulesco, Caulias, Cauliodes, vide in *Caulis.*

CAVLIS, is: *Καυλὸς*, herbarum idem est quod arborum *caudex*, der stengel. *Caulis brassicæ*, ein krautstrunck. Plinius 18 cap. 7, *Fabæ caulem emittunt, nullis distinctum internodiis.* Horat. 1 Sat. 3 v. 116, *Teneros caules alieni horti frangere.* ¶ Plinius & simpliciter pro ipsa brassica posuit lib. 17 cap. 24 extr. *Odit & caulem vitis & omne olus*, kohl. Nec aliter Cicero 2 Nat. Deor. cap. 47, *Vites à caulibus brassicisque, si prope sati sint, ut à pestiferis & nocentibus, refugere dicuntur.* ¶ 2. *Caules* etiam pennarum sunt avium, kiele, federkiele, Plin. 11 c. 39.

¶ Cauliculus, i, diminutiv. ein stengelgen. Plinius lib. 19 cap. 8, *Hic est quidam ipsorum caulium delicatior, teneriorque cauliculus.* Et lib. 24 c. 13, *cauliculorum ex vino decoctum*, &c.

¶ Cauliculatus, a, um, mit stengeln: ut, *Cauliculati rami*, Apulej. de virt. herb.

¶ Caulias, æ, *καυλίας*, succus ex caule laserpitii, angelicken-safft, Plin. 19 cap. 3.

¶ Caulōdes, æ, *καυλώδης*, brassicæ species, lata habens folia a caule exeuntia, Plin. 20 c. 9.

¶ Caulesco, ere; unde

¶ Decaulescere, quod caulem emittere est, apud Plinium lib. 19 cap. 7, den stamm oder stengel setzen.

¶ Vnicaulis, e, quod in ramos non spargitur, das nur einen stengel hat. Plinius lib. 19 c. 10, *Cuminum unicaule.*

¶ Multicaulis, e, multos caules emittens, viel-stengelich. Plin. lib. 21 c. 16, *Quædam in iis multicaulia ramosaque sunt, ut carduus.*

CAVLON, ōnis, oppidum Italiæ. Virgil. 3 Æn. v. 553,

Caulonisque arces & navifragum Scylaceum.

¶ Strabo Cauloniam vocat, dictam prius Auloniam, quasi Valoniam à vicina convalle.

CAVNVS, i, oppidum Cariæ, aut Rhodiorum Peræ. Strab. lib. 14.

¶ Cauneus, a, um: ut, *Cauneæ caricæ* hinc dicuntur, de quo nomine Cicero 2 de Divin. cap. 40.

Cavo, vide *Cavus.*

CAVPO, ōnis, Masc. ein schenck oder krüger, gemeiner wirth, qui nihilo honestioris loci, quam lenones olim erant, de quo Casaubonus ad Theophrasti Characteres *περὶ ἀπονοίας.* Boxhorn. ad Plaut. pag. 147. Horat. 1 Sat. 5 v. 4, *Forum differtum cauponibus malignis.* Martial. lib. 1 epigr. 57,

Non potes, ut cuperes, vendere caupo merum.

¶ Cicero & *Copo* dixit pro Cluent. cap. 59. Quemadmodum *Copa* pro muliere dicitur, quæ cauponam exercet, *Καπηλὶς*, ut *Caupo*, *Κάπηλος.* Vet. Gl. *Κάπηλος, Cauponarius, copo.* Virgil. in Catalectis:

Copa Syrisca caput Grajâ redimita mitellâ
Crispum sub crotalo docta movere latus.

Vbi vide Scaligerum, item Conjectaneis in Varronem.

¶ Caupōna, æ, taberna vinaria, eine schencke, krug, wirthshauß. *In caupona vivere*, Horat. 1 epist. 11 v. 12. ¶ 2. Item, die wirthin. *Caupona* fœminini generis a *Caupo*, ut a *Leo Leæna*, inquit Priscianus lib. 6. *Caupona hic tamen una Syra*, Lucil. Sat. 3 n. 33 per Dousam.

¶ Cauponula, æ, diminut. eine bauer-schencke. Cic. Philipp. 2 cap. 31, *Delituit in quadam cauponula, atque ibi se occultans perpotavit ad vesperum.*

¶ Cauponius, a, um, ad cauponam pertinens. *Puer cauponius*, Plaut. Pœn. a. 5 sc. 5 v. 19, ein knecht, der in der schencke aufwartet. *Taberna cauponia*, Vlpian. lege 43 pr. D. de ritu nupt. & Paullus lege 13 D. de instruct. vel instrum. eine schencke. Priori Vlpiani lege § 9 etiam *instrumenti cauponii* fit mentio.

¶ Cauponaria, æ, ars cauponandi. Onomast. vetus: *Cauponaria: καπηλική.* Hinc vulgare, *cauponariam exercere*, wirthschafft treiben, &c.

¶ Cauponarius, caupo. Gloss. Cyrilli: *Cauponarius, κάπηλος.*

¶ Caupōnari, haudthieren. *Cauponari bellum*, Ennius apud Cic. 1 Off. c. 12,

Non cauponantes bellum, sed belligerantes;

aus dem krieg ein gewerbe machen: Non pro patria salute, sed lucri caussa bellum gerere.

CAVRVS, & Corus, i, nordwest, Occidentalis ventus, qui Japyx putatur esse, Gellius lib. 2 c. 22. Virgil. 3 Georg. v. 356,

Semper hiems, semper spirantes frigora Cauri.

Pluraliter Avienus Periegesi v. 1007, *Caurorum flabra* dixit. Adde infra *Corus.*

¶ Caurīnus, a, um, adject. nordwestisch. Gratius in Cyneg.

Verum ubi Caurino perstrinxit frigore vesper, &c.

¶ Caurio, ire, heulen wie ein panther. *Caurit panther amans*, Autor eleg. de Philom. v. 51.

CAVSA, sive Caussa, æ, quemadmodum Virgilium & Ciceronem scripsisse Fabius lib. 1 Instit. Orat. cap. 7 testatur; ursach, ursprung. Ratione originis *Causa* dicitur quasi *cauta* a *caveo*, quod Scaurus & Priscianus comprobant. Stoici duo statuebant in rerum naturâ, ex quibus omnia fierent: *Caussam* & *materiam.* *Causam* autem unam pronunciabant, DEVM videlicet, qui omnia informat & efficit. Sed Aristoteles Phys. cap. 3 & 7 v. 4 quatuor statuit: *materiam: opificem: formam: finem.* Plato & quintam addidit, *Ideam* sive *Exemplar.* Vid. Arist. lib. 1 Metaphys. c. 3, & 2 Physic. cap. 3 &c. Itemque Senecam epist. 65, qui contra Aristotelem ibi & Platonem nonnulla affert: arguens enumeratione ea caussarum aut nimis multa, aut nimis pauca comprehendisse. Plutarchus de Placitis Philosophorum cap. 11 *caussam* ita definit: *αἴτιόν*, inquit, *ἐστι ἀποτέλεσμα, ἢ δι᾽ ὃ συμβαίνει τι.* *Caussa est, cujus effectus est, aut à quâ aliquid proficiscitur.* Cicero Philipp. 2 c. 23, *Vt Helena Trojanis, sic ista Reip. caussa belli, pestis, & exilii.* Idem de Offic. lib. 2 c. 8, *Semen & caussa bellorum.* Differt *caussa* à *ratione*, quod *caussa* est impulsus ipse ad aliquid agendum: *ratio* vero, ordo gerendorum ex causâ venientium. ¶ Observa, elegantiâ venustâ quâdam post caussam poni *Quamobrem.* Terent. in Eun. act. 5 sc. 6 extr. *Aliquam caussam quærebat senex, quamobrem insigne aliquid faceret.* Et in eadem fab. act. 1 sc. 2 v. 65, *Multæ sunt caussæ, quamobrem cupio abducere*, &c. Vide Hadrian. pag. 335, *Quâ de caussâ*, aus was ursache, weswegen? *Contumeliæ caussâ*, Terent. Eunuch. a. 5 sc. 2 v. 38. *Brevitatis caussâ*, um kürtze willen. *Verbi caussâ*, id est, exempli gratiâ, als zum exempel. In quibus tamen vox *Caussâ* aliquando omittitur. Tacitus Hist. 4 cap. 25, *Tum è seditiosis unum vinciri jubet, magis usurpandi juris, quam quia unius culpa foret.* Ablativum CAVSSA non minus præponi Genitivo nominis, quam postponi, evincit Andr. Borrich. Vind. Latin. p. 25, ut, *Caussa virginis feci*, Terent. Eun. 1, 2 v. 122 &c. Sed *Meâ caussa*; *tuâ, suâ, nostrâ*, &c. *caussa*, um unsert willen. *Non tam meâ caussâ, quam Reip. nomine.* Cicer. Fam. ep. 15, 18, *Caussa gravis*, eine wichtige ursache. Idem Attic. 1 epist. 10, *Subesse nullam caussam gravem video.* Latissime patet usus vocabuli. ¶ 2. Frequenter rem sive negotium significat, de quo agitur aut disceptatur, ein handel oder sache, darüber man richtet oder recht hält. Quam enim *ὑπόθεσιν* Græci, quæ definita quæstio dicitur, eam Latine Cicero *Caussam* dicit. Terent. Phorm. a. 1 sc. 4 v. 49, *Caussa justa, vincibilis*, eine gute sache, die zu erheben und zu erhalten ist. *Caussa integra*, da noch nichts von vergeben oder verlohren ist, Cic. Fam. ep. 33, 4. *Caussam dicere*, scil. in judicio, sich verantworten; Item, recht ausführen. Cic. de Clar. Or. c. 22, *Caussam pro publicanis accurate eleganterque dixit Lælius.* Idem pro Quint. c. 8, *Caussam de capite suo dicere*, i. e. in judicio capitali. Liv. lib. 29 c. 19, *ex vinculis caussam dicere.* Hinc *caussæ dictio*, verantwortung, apud Cæsarem B. Gall. 1 c. 4. At *indictâ caussâ condemnari*, Cic. pro Rab. perduell. c. 4, unverhörter sache verdammt werden. *Ingredi in caussam*, zur sache greiffen, id. pro Planc. c. 3. Et, *caussam orare.* Terent. in Phorm. act. 2 sc. 1 v. 62, *Servum hominem caussam orare leges non sinunt.* Pro quo dicimus etiam *Caussam perorare*, sachen handeln, führen, Cic. pro Quint. c. 24. *Tradere caussam adversariis*, seinem widerpart die sache zuspielen, Terent. in Phorm. a. 2 sc. 1, 7. *Caussam deponere*, die sach fahren lassen, Cicer. in epist. 1, 5. *Cadere caussâ*, die sache verliehren. Cicer. 2 de Inventione c. 19, *Ita jus civile habemus constitutum, ut caussâ cadat is, qui non, quemadmodum oportet, egerit.* Vide supra in Verbo *Cadere.* Justinianus Imper. Instit. de Actionibus § 33, *Si quis agens intentione sua plus complexus fuerit, quàm ad eum pertineat, caussa cadebat*, id est, *rem amittebat.* Recentiores latinitatis auctores, *formula cadere*, sive *excidere* dicebant, ut Ch. Colerus Parerg. c. 9 observat. Contrarium est: *Vincere caussam*, die sache erhalten: Suetonius dixit *tenere caussam* Domitiano c. 9. *Permittit*, inquit, *ut accusatori, qui caussam non teneret, exilium pœna esset.* Nempe *teneret* pro *obtineret* dixit. *Contendere caussam*, pro disceptare, Lucretius lib. 4 v. 476 dixit,

Hinc igitur contra mittam contendere caussam.

Conjicere & consistere, sive *constituere caussam* dicitur, qui *litem*, ut JCti loquuntur, *contestatur*: hoc est, qui controversiam, apud judicem præsentibus testibus exponit: id quod actoris proprium est. Gellius lib. 5 cap. 9, *Capit consilium Protagoras, ut tùm existimabat, acutum: petere instituit ex pacto mercedem; litem cum Evathlo contestatur. Et cum ad judices conjiciendæ consistendæque caussæ gratiâ venissent, tum Protagoras sic exorsus est.* ¶ 3. Quamquam caussa, initium atque occasio, itemque prætextus diversa sint in negotiis, de quo egregie Polybius lib. 3 docet; tamen quia & comitantur caussam & juvant, caussarum nomine haud raro & ipsa veniunt. Florus lib. 2 cap. 6 de bello Punico secundo exponens: *In caussam belli*, inquit, *deleta Saguntus*; id est, ut initium & occasio belli exstaret, deleta Saguntus. Nam ipsas caussas, dolorem nempe Carthaginensium ex captis insulis, & jusjurandum Annibalis jam ante exposuerat. Terentii locum ex Eunucho act. 5 sc. 6 v. 30 vide paullo ante. Et ita Florus d. l. expositurus velut, quod ante de Sagunto in caussam belli deleta dixerat: *Annibal*, inquit, *caussas novorum motuum quærens, & suis & ipsorum manibus* [Saguntum] *evertit.* Cic. lib. 2 de Divinatione cap. 2, *Ac mihi quidem caussam explicandæ Philosophiæ attulit gravis casus Reip.* Cæsar 2 de Bell. Civili cap. 28, *Hanc nactus adpellationis caussam Quintilius*, id est, occasionem adpellandi militis. ¶ 4. Pro

prætextu

prætextu. Cæsar lib. 3 de Bello Civili cap. 76, *Equitatumque per caussam pabulandi emissum.* Et rursus cap. 87 ejusdem libri: *Annon audistis ex iis, qui per caussam valetudinis remanserunt?* Suetonius Cæsare cap. 2, *Repetita Bithynia per caussam exigendæ pecuniæ.* Et ita in Othone etiam cap. 3, itemque Vespasiano cap. 1 loquitur. Quibus locis omnibus *per caussam*, est, sub prætextu, specie, ut alii loquuntur, **unterm schein, mit dem vorgeben, vorwand, &c.** ¶ 5. *Caussa* & disceptantium partes notat. Ita enim *in caussa esse* dicuntur, qui alicujus partes secuti, caussam ejus defendunt. Cicero Orat. pro M. Marcello cap. 1, *Dolebam enim, & vehementer angebar, cum viderem virum talem, tum in eadem caussâ, in quâ ego fuissem, non in eadem esse fortuna.* Idem pró Dejotaro Rege cap. 10, *Quem memini in illâ caussâ studio & cupiditate concedere. In illa caussa*, i. e. in illis partibus, Pompejanis puta. Item, *in caussa animam profundere*, idem dicit Orat. pro Marcello circa finem cap. 10, *Ingratus*, inquit, *est injustusque civis, qui armorum periculo liberatus, animum tamen retinet armatum: ut etiam ille sit melior, qui in acie cecidit, qui in caussa animam profudit.* ¶ 6. *Caussa* etiam emolumentum significat, quod ex re percipitur. Plautus Asinaria act. 3 sc. 1 v. 17,

Vbi quiesco, omnis familiæ caussa consistit tibi.

Id est: Vbi cesso, cessat omne emolumentum & commodum, quod ex familià potest capi. Ita JCti *rem restituendam* dicunt *cum sua caussa* Nec aliter intelligendus est Digestorum titulus, *De fructibus & omni caussa.* ¶ 7. *Caussa* etiam conditionem notat. Cicer. de Lege Agraria 3 c. 2, *Soluta in meliore caussa sunt, quam obligata*, intellige prædia. Vlpianus L. 1 § 4 de public. & vectigal. *Est enim absurdum, meliorem caussam publicanorum, quàm exterorum, effectam operari.* Similiter & S. Matthæus c. 10 v. 10, *αἰτίαν τοῦ ἀνθρώπου*, *caussam hominis*, pro conditione hominis posuit, ut primùm Casaubonus, deinde & Grotius interpretati sunt ex foro Romano. ¶ 8. *Caussa* & morbum significat; quemadmodum & apud Græcos *αἰτία, νόσος*, seu morbus est. Tibullus lib. 1 eleg. 9 v. 51,

non illi sontica caussa:

Id est, *sonticus morbus.* Et inde *caussarium* idem quod morbidum, de quo infra. ¶ 9. *Caussa* etiam dicitur, quicquid purgandi & excusandi caussa affertur, **was man zu seiner entschuldigung einwendet.** Plautus Captiv. act. 3 sc. 4 v. 92,

Hoc si secus reperies, nullam caussam dico, quin mihi
Et parentum & libertatis apud te deliquio siet.

Id. Casin. act. 5 sc. 4 v. 24,

Si ego unquam adeo posthac tale admisero,
Nulla caussa est, quin pendentem me, uxor, virgis verberes.

Terent. Andr. act. 1 sc. 5 v 22,

censen, me verbum potuisse ullum proloqui?
Aut ullam caussam, ineptam saltem, falsam, iniquam? obmutui.

¶ 10. Veteris elegantiæ est, *caussam rei*, pro re ipsa ponere. Tibullus lib. 3 Eleg. 2 extrema:

Lygdamus hic situs est, dolor huic, & caussa Neæræ
Conjugis ereptæ, caussa perire fuit.

Caussa Neæræ ereptæ, id est, Neæra erepta. Nempe significat, ab erepta Neæra conjuge interitus caussam Lygdamo exstitisse: sive, dolore ob ereptam Neæram mortuum esse. Similiter apud JCtos veteres: *Caussa facti, pignoris, ordinis, bonorum* &c. pro *facto, pignore, ordine, bonis*, passim dicuntur.

¶ Caussula, æ, Diminut. **ein sächelgen.** Cic. de opt. gen. orat. cap. 3, *Lysias parvarum rerum caussulas scripsit.* Hirtius c. 54 Afric. B. *parvulam modo caussulam nactus Cæsar.*

¶ Caussor, atus sum, ari, caussas afferre pro se, **zur entschuldigung vorwenden, vorschützen.** Virgilius ecloga 9,

Caussando, nostros in longum ducis amores.

Tibullus lib. 1 Eleg. v. 17,

Aut ego sum caussatus, aves dant omnia dira.

Tacitus 3 Histor. c. 59, *Sabinus inhabilem labori & audaciæ valetudinem caussabatur.* Sueton. Calig. c. 23, *Socerum ad necem secandasque novaculâ fauces compulit, caussatus, quod se ingressum mare turbidius, non esset secutus.* Gellius lib. 18 c. 4, *Vt ne sibi invideret discere volenti, orabat. Atque ille, se jam plane illudi ratus, negotium sibi esse caussatur, & digreditur.* ¶ 2. Interdum est criminari, accusare. Horat. 1 epist. 14 v. 12, *Locum immeritum caussatur inique.* ¶ 3. Recentioris Latinitatis auctores & pro *expostulare*, item pro *quærere* usurpant: quod Græci *αἰτιᾶσθαι* & *αἰτιάζειν* dicunt. Trebell. Pollio 30 Tyrann. extremo libro: *Habes integrum numerum XXX tyrannorum: qui cum malevolis quidem, sed bono animo caussabaris.* Petrus Chrysologus Serm. 156 sub f. *Increpant desides: malos produnt, contumaces verberant, servum Domino non occurrisse, caussantur.* Salvianus de Gubern. Dei lib. 3 post initium: *Caussaris igitur, quid sit illud, quod Christiani, qui Deum credimus, omnibus miseriores sumus.* ¶ Passivè posuit Ovidius de nuce v. 124,

Caussabor, quare sit lapidosus ager.

Caussabor, i. e. in caussa esse dicar, quemadmodum quidam ibi pro *caussabor* legunt *caussa habeor.*

¶ Caussatè, adverb. unde *Caussatiùs defendere*, apud Plinium præfatione Operis: id est, meliori caussa, **mit bessern gründen, aus besseren ursachen.** Vide Harduinum, qui etiam *defendimus* hoc loco ex MSS. restituit pro adhuc vulgato *diffidimus.*

¶ Caussatio, ōnis, excusatio, **entschuldignng.** Gellius lib. 20 cap. 1, *Ne caussatio ista ægri corporis perpetuam vocationem daret fidem detrectantibus.* Palladius de re rust. lib. 1 c. 4, *Si calvo capite in pulmonibus ac thorace aut nulla aut rara caussatio est:* id est, morbus, vel querela de morbo.

¶ Caussarius, a, um, i. e. morbidum, valetudinarium: nam *Caussa* morbus est. Seneca epist. 68, *In animo nostro sunt quasi caussariæ partes, quibus adhibenda curatio est.* Idem præfat. lib. 1 Nat. Quæst. *Hoc corpus caussarium ac fluidum periturumque, nisi subinde impleatur.* CAVSSARIVM, i. e. morbis obnoxium. Hinc *Caussaria missio* in militia, & Lege 13 § 3 D. de re militari dicitur, quæ fit ob valetudinem seu morbum. Spartianus Adriano cap. 10, *Posthac profectus in Gallias, omnes caussarios liberalitatibus sublevavit.* Ita enim legendum: Vide ibi Casauboni atque Salmasii, summorum Virorum, Notas. Livius 6 c. 6, *Exercitus ex caussariis senioribus scribatur*, i. e. ex illis, qui morbo aut debilitate affecti. Eleganter apud Apulejum Lucius de se in Asinum transformato, & sarcinæ pondere oppresso, ictibusque fustium fatigato, atque etiam ungulis extritis jam claudo & titubante, lib. 4. Metam. post principium: *Rebar jam me prorsus exanimum ac debilem mereri caussariam missionem.*

¶ Caussalis, e, posteriori ævo dici cœptum. Augustinus lib. 7 de Genesi ad lit. c. 23, *Caussalis ratio:* & lib. 9 c. 1 ejusdem tractatus: *in prima caussalium rationum conditione.* ¶ *Caussalia argumenta* dicuntur, quæ ipsas rerum caussas rimantur. Barth. ad Claudian. Mamert. p. 379, *Conjunctiones caussales*, quæ caussam reddunt rei præcedentis, ut, nam, quia, quoniam &c.

¶ Caussaliter, adverb. Augustin. de Gen. ad liter. lib. 5 cap. ult. & lib. 6 c. 5.

¶ Caussativus, a, um, Philosophis frequens. Gloss. gr. lat. *αἰτιολογικὸς*, *caussativus.* & Mart. Capella lib. 5, *Caussativum litis est*, inquit, *quod facit dubitationem.*

¶ Caussidicor, ari, **fürsprechen, advociren.** Gloss. gr. lat. *δικολογῶ*, *caussidicor.*

¶ Causĭdĭcus, i, qui caussas agit, patronus, **ein fürsprecher, advocat, jurist.** Cic. in Oratore cap. 9. Suet. Claudio cap. 15. Juvenal. Sat. 7 v. 135,

purpura vendit
Caussidicum, vendunt amethystina, convenit illis
Et strepitu, & facie, majoris vivere censûs.

¶ Caussidicina, æ, ipsa ars, sive munus Caussidicorum, in Cod. Theodos. lege ult. de Cohortal. princ. cornic. & apud Ammianum Marcellinum lib. 30 cap. 16, & Symmach. lib. 5 epist. 16 & 75.

¶ Caussidicatus, ûs, idem, **die rechts-führung, advocaten-amt.** Gloss. gr. lat. *δικολογία*, *caussidicatus.*

¶ Caussificor, cari, est, tergiversari, recusare adductis caussis. Plautus Aulul. act. 4 sc. 4 v. 25,

Ergo quia sum tangere ausus, haud caussificor, quin eam
Ego habeam probissimam.

Composita a *caussa* vel *caussor*, quæ a *cudo* Priscianus derivavit.

¶ Accuso, avi, atum, are, **beschuldigen, anklagen.** *Accusare capitis*, Cic. 2 de Fin. cap. 9, **auf leib und leben anklagen.** *Accusare aliquem furti*, **einen diebstahls halben verklagen.** Jungitur & cum Ablativo. Nepos Alcibiade cap. 3, *Potius de præsenti quæstio haberetur, quàm absens invidia crimine accusaretur.* Idem Epaminondâ cap. 8, *Postquam domum reditum est, collegæ ejus hoc crimine accusabantur. Accusari capitis, conjurationis, probri, inertiæ:* tametsi & *alicujus accusare inertiam, desperationem*, Cicero dixerit, Et cum præpositione, ut, *de aliqua re:* vel *in aliqua re quem accusare.* Vtriusque formulæ exempla apud Ciceronem sunt. Neque vero *accusare apud judicem*, tantum queri de alicujus peccato est; sed apud quemvis alium, ipsum etiam, qui peccavit: cùm nihil aliud est, quàm reprehendere, culpare, objurgare. Terent. Heaut. act. 1 sc. 1 v. 49,

Quotidie accusabam: hem! tibine hæc diutius
Licere speres facere me vivo patre.

¶ Accusatus, a, um, **beklagt**; ut, *Accusatus capitis*, Nepos 4, 2, 6. *Accusatus crimine*, Idem 6, 3, 4.

¶ Accusator, ōris, **ein ankläger.** Cicer. pro Rosc. Am. cap. 20, *Accusatores multos esse in civitate utile est, ut metu contineatur audacia.*

¶ Accusatrix, īcis, **eine anklägerin.** Plin. lib. 10 epist. 67, *Notum accusatrici ejus facerem:* & Trajan. epist. seq.

¶ Accusatorius, a, um, ad morem accusantium, **klagend**; ut, *Animus accusatorius*, Cic. pro Cluent. cap. 4. *artificium accusatorium*, id. pro Rosc. Am. cap. 17.

¶ Accusatoriè, **klag-weise**, adverb. Cicero in Verr. 5 cap. 70, *Non agam tecum accusatoriè.* Vsus & Livius 40 cap. 12. Et Pedianus in Divinat. p. 23, *accusatorie vociferari.*

¶ Accusatio, ōnis, fœm. **anklage.** Cic. de Clar. Or. cap. 34, *accusationem factitavit.* Pro Cornel. 1 [fragm. apud Ascon.] *destitit accusatione.*

¶ Accusabilis, e, **klagwürdig**: ut, *Turpitudo accusabilis*, apud Cic. Tusc. 4 cap. 35.

¶ Inaccusabilis, e, **unklagbar**, Gloss. Vet. *Inaccusabilis*, *ἀνέγκλητος, ἀκατηγόρητος.*

¶ Inaccusatus, a, um, **unverklagt.** Tertullian. Apolog. cap. 49, *inaccusati & impuniti.*

¶ Subaccusare, leviter vel nonnihil accusare. Cicero pro Planc. cap. 35 pr. *Meum discessum subaccusare voluisti.*

¶ Excusare, diluere crimen objectum, purgare, **entschuldigen.** *Alicui se excusare.* Et *litterarum tarditatem excusare*, Cic. Attico 15 epist. 26. Tacitus 1 Annal. cap. 44, *Reditum Agrippinæ excusavit ob imminentem partum, & hiemem:* i. e. quod Agrippina non rediret, caussam dixit, vicinum partum hiememque instantem. ¶ 2. Eleganter & *excusari* res dicitur, unde excusationem petimus. Livius lib. 26 cap. 22 de T. Manlio demandati Consulatus veniam postulaturo: *Erectis omnibus exspectatione quidnam postulaturus esset, oculorum valetudinem excusavit:* Id est, ob oculorum valetudinem se excusavit. Idem lib. 6 cap. 22, *Exactæ jam ætatis Camillus erat, comitiisque jurare parato in verba excusandæ valetudini solita, consensus Pop. restiterat.* Suetonius Caligula c. 27, *Parentes supplicio filiorum interesse cogebat. Quorum uni valetudinem excusanti lecticam misit.* Ita locutus & idem auctor vitâ Claudii cap. 6 & cap. 15. Item Nerone cap. 40.

¶ Excusatio, ōnis, **entschuldigung.** Cic. de Senect. cap. 18, *Ea vitia habent aliquid excusationis, non illius quidem justa, sed quæ probari posse videatur*, **sie lassen sich in etwas entschuldigen.** Id. Pison. cap. 15, *facere quid vel ætatis excusatione, vel honoris.* Id. Att. 9 epist. 14, *hanc eram excusationem relicturus ad Cæsarem.*

¶ Excuſatiuncula, æ, diminut. Salvianus lib. 3 ad Eccleſ. (ſeu contra Avar.) poſt init. *Vmbra excuſatiunculæ.*

¶ Excuſator, ōris, qui excuſat. Auguſtinus Civ. Dei lib. 3 cap. 20, *Defenſores & excuſatores eorum.* Et Salvianus de Gub. Dei lib. 3 p. 96, *In aliis horrent, quod in ſe ſemper admittunt, mirum in modum & accuſatores eorumdem criminum, & excuſatores.*

¶ Excuſatus, a, um, entſchuldiget. Martial. lib. 2 Epigr. 79, *Excuſatum habeas me rogo.* Seneca lib. 1 Controv. 4 extr. *quò excuſatior ſis.* Seneca philoſophus de Vita beata ſive Otio ſapientis cap. 29, *excuſatiſſimus eſſem.*

¶ Excuſate, citra culpam, adverb. Quintil. 2 cap. 1 extr. *fieri videtur excuſate.* Juſtinus 32 cap. 2, *ſperabat ſe, ſub ſpecie tributariæ neceſſitatis, excuſatius ſacrilegia commiſſurum.*

¶ Excuſabundus, a, um. Apulej. Apolog. p. 324, *Etſi magum me dixiſſet, poſſet videri excuſabunda.*

¶ Excuſabilis, e, verantwortlich. Ovid. 4 Pont. 1 v. 1, *crimen vix excuſabile.* Et lib. 1 eleg. 7 itidem ex Ponto: *delicti pars excuſabilis.* Val. Max. 8, 11, 4, *quo excuſabilior eſt error equi.*

¶ Excuſabiliter, adverb. Paullinus Nolanus epiſt. 39 n. 4, *excuſabiliùs ille non habet ſalem.* Et Auguſtin. de Trinit. lib. 14 cap. 15 extr. *excuſabiliùs peccat.*

¶ Inexcuſabilis, e. Ovid. 7 Metam. v. 511, *inexcuſabile tempus.* Et Vlpianus Lege 50 § 1 Dig. de Judiciis & ubi, *tributis vel quibuſdam aliis inexcuſabilibus oneribus.*

¶ Incuſare, idem quod accuſare, anſchuldigen. Plaut. Trucul. act. 1 ſc. 2 v. 58, *Qui alterum incuſat probri, eum ipſum ſe intueri oportet.* ¶ 2. Queri de aliquo, über einen klagen. Terent. Heaut. act. 5 ſc. 2 v. 7. *Quid me incuſas Clitipho?* Virgilius 2 Æneid. v. 745,

Quem non incuſavi amens hominumque deorumque.

De differentia inter *accuſare* & *incuſare*, ut hoc ſit *ſuperiorem arguere*, videatur Servius ad Æn. 1 v. 410, ſed id perpetuum non eſt.

¶ Incuſatio, ōnis, accuſatio. Cic. 3 de Orat. c. 27, *vitiorum acris incuſatio.* Gloſſ. Vet. *Incuſatio*, ἔγκλησις, μέμψις.

¶ Incuſabilis, e, ut accuſabilis. Tertullianus lib. 1 ad Nation. cap. 12 comparativo uſus eſt, *Hoc quidem vos incuſabiliores*, &c.

¶ Recuſare, renuere, rejicere, abſchlagen. *Recuſare munus Legationis*, Cæſar B. Civ. lib. 1 cap. 33. *Non recuſo, quo minus mea legant*, Cic. 1 de Fin. c. 3, ich wegere mich nicht, ich laſſe geſchehen.

¶ Recuſatio, ōnis, weigerung. *Facere ſine recuſatione*, Cæſar 3 Civ. c. 98. *Sine recuſatione, ac ſine ulla mora negotium ſuſceperunt*, Cic. Catil. 3 c. 2.

¶ Recuſabilis, e. Tertull. lib. 4 contra Marc. 35, *Revelatio* [Chriſti] *prima recuſabilis: ſecunda honorabilis.* Reſpicit Lapidem, quem ædificantes rejecerunt, Pſalm. 118 v. 22.

CAVSIA, æ, καυσία & καυμασία, pileus latas oras ac margines habens ad prohibendum ſolis æſtum, ein ſchaub-oder ander hut, mit einem breiten rand. Plautus Milite Glorioſo act. 4 ſc. 4 v. 42 ad naucleri habitum refert. Valer. Maximus Macedonibus tribuit lib. 5 cap. 1 extern. 4. Suidas *genus pilei barbarici* vocat. Vid. Taubm. ad Plaut. p. 869.

Cauſidicus, Cauſificor, vide *Cauſa*.

CAVSTICVS, a, um, καυστικός. *Cauſtica medicamenta*, quæ vim habent exurendi; καυστόν, uſtile eſt. Plin. 27 cap. 9, *vis ei cauſtica eſt*; & mox: *Enneaphyllon, cauſticæ naturæ*, brennend.

Cautela, Cautio, Cautus, vide *Caveo.*

CAVTĒRIVM, i, καυτήριον, brandeiſen. *Maculam vel notam infamiæ cauterio inurere alicui*, ein ſchandmal brennen, quod militi, qui hoſpiti ingratus fuerat, Philippus Macedo fieri juſſit. Senec. de Benef. 4 cap. 37. ¶ 2. Medicamentum exſiccans & adurens. Plin. 25 cap. 8 de plantagine: *Vis mira in ſiccando denſandoque corpore, cauterii vicem obtinens.*

¶ Cauter, eris, idem: καυτὴρ Græcis, quod Latinum Tertullianus fecit de pallio cap. ult. *Adigo*, inquit, *cauterem ambitioni, qua M. Tullius quingentis millibus nummûm orbem citri emit.* Et Prudentius in Vincentio v. 229,

Arvina poſthinc igneam
Impreſſa cauterem lavit.

Et in Romano v. 490, *cremari ſtridulis cauteribus*, quod in ſuppliciis ſive tortorum artibus erat.

¶ Cautēriatus, a, um, cui nota cauterio inuſta, gebrandmalet; ut, *cauteriata conſcientia*, Vulg. Interpres 1 Tim. 4 v. 2.

¶ Cauterizo, are, cauterio urere, brennen. Veget. 3 c. 4.

CAVTES, is, fœm. fels. Cæſar Gall. 1 c. 13, *Saxa & cautes timere*, de navigantibus. Virgilius 3 Æneid. v. 699, *Hinc altas cautes radimus.* Idem 6 Æn. v. 471,

Quam ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes:

Verſus proverbialis in hominem pertinacem ſententiâ. Vide Chiliad. ¶ Cautis primo caſu, metri cauſſa, ut corripiatur, dixit Prudentius Romano verſ. 701,

Quæ cautis illud perpeti ſpectaculum;
Quis ferre poſſit æris aut ferri rigor?

CĂVVS, a, um, vacuum & inane ſignificat, hohl. Ovid. 1 Art. am. v. 520,

Inque cavâ nullus ſtet tibi nare pilus.

¶ Căvus, vel Cavum, i, ſubſtant. ein loch, eine höhle. Plautus Menæchmis act. 1 ſc. 2 v. 49,

Etiam nunc concede audacter ab leonino cavo.

Vbi *cavum leoninum*, ſive ſpeluncam leoninam vocat, locum domûs, ubi mulier habitabat, quæ inſtar leænæ immitis & ſæva; vel gravem viroſumque halitum edens. Horat. lib. 1 epiſt. 7 v. 33,

Macra cavum repetes arctum, quem macra ſubiſti.

Cato de re ruſt. cap. 28, *Ita neque aſpergo nocebit, nec cava mures facient.* Varro de glitibus lib. 3 cap. 15, *Facere his cavos oportet laxiores.* Columella lib. 12 cap. 8, *Cavum quem feceris, ſurculo obturato.* Vbi *Cavum* vocat foramen, quod terebrâ factum juxta fundum ollæ. Livius lib. 24 cap. 34, *Archimedes murum ab imo ad ſummum crebris cubitalibus fere cavis aperuit*: ſcilicet ut ubique in hoſtes tela poſſent ingeri: ſchießlöcher. *Cavum oculi*, das hohle in den augen, quos *cavos orbes* Seneca Oedipo v. 972 vocat. *Cava dentium*, hohle zähne, Plin. 20, 6. *Cava veritatis*, i. e. vacua, Claudian. Mamert. lib. 2 cap. 9 de ſtatu animæ dixit. Alioquin notandum *Cavi* voce fornacem deſignare Prudent. paſſione Vincentii v. 70. vid. Barth. ad lib. 4 Thebaid. Stat. p. 1111, & Adverſ. lib. 41 c. 9.

¶ Cavædium, i, cavum ædium, vocatur locus, qui intra parietes patulus relinquitur, ad communem omnium uſum, das vorhauß, der ſaal. v. Varro L.L. 4 n. 33. conjuncta voce protulit Plinius 2 epiſt 17. disjuncte *Cava ædium* vocat Vitruvius 6 c. 3. Cavædium duplex eſſe Varro indicat, aliud tectum, aliud ſub divo; tectum quodammodo convenit cum eo, quod vulgo vocant ein cabinet.

¶ Căvo, cavare, perforare, hohl machen, durchbohren: ut, *Cavat arbore lintres*, Virg. Georg. 1 v. 262. Κοιλαίνει πέτραν ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείῃ, hoc eſt, *Cavat petram aquæ ſtilla aſſiduitate*, legitur apud Galenum, quod Ovid. extulit lib. 1 de Arte am. v. 475,

Quid magis eſt durum ſaxo? quid mollius unda?
Dura tamen molli ſaxa cavantur aqua.

¶ Cavatus, a, um, ausgehöhlet, hohl, Participium adjective flexum; ut, *lignum cavatum*, Cic. Leg. 2 cap. 18. Comparativo uſus eſt Tertullianus adverſus Hermogenem cap. 29, *ſegregatis aquis in cavatiorem ſinum.*

¶ Cavatio, ōnis, eine aushöhlung. Varro lib. 4 Lat. Ling. ſect. 26, (Scal. p. 31) *Sinus majorem cavationem, quam pocula, habet.*

¶ Cavaticus, a, um, was in höhlen wächſt: ut, *Cochleæ cavaticæ*, Plin. 30 c. 6.

¶ Cavatura, æ, die höhle, lücke: ut, *cavatura temporum*, die ſchläfe, Veget. 1 c. 25. *Cavaturæ dentium*, hohle zähne, Marcell. Emp. c. 12.

¶ Cavāmen, ĭnis, caverna, eine höhle. Solin. cap. 14 [al. 9] de Macedonia, *In latebroſis rupium cavaminibus.*

¶ Căvator, ōris, der da hohl macht: ut, *Picus cavator arborum*, apud Plin. 10 cap. 18. Item ein ſtein-ſchneider; vid. Salmaſ. in Hiſt. Aug. p. 458.

¶ Căvōſus, a, um, pro *Cavus* poſterioris latinitatis fuit, unde Tertullianus formavit

¶ Cavoſitas, atis, lib. de Anima c. 55 pr. & de Pudicit. cap. 20.

¶ Căvĕa, æ, eine kove, ſtall, höhle, ferarum receptaculum. Martial. 9 epigr. 89,

Vt captum teneas, capto quoque munera mitte;
De cavea fugiat ne male paſtus aper.

¶ 2. Eſt & *Cavea*, qua aves clauſæ ſervantur, ein vogelbauer, käficht. Cic. Divin. 2 c. 34, *Attulit in cavea pullos is, qui ex eo nominatur pullarius. Hæ igitur ſunt aves internunciæ Jovis.* ¶ 3. Item Area in medio theatri, in qua ad ludos ſpectandos populus conſidebat, ſchau-platz. Virgil. 5 Æn. v. 340, *Hic totum caveæ* &c. Vid. omnino Taubm. pag. 13. Sic, *qui in prima cavea ſpectat, qui in ultima*, apud Ciceronem de Senect. c. 14. ¶ 4. *Caveæ* etiam ſunt alvearia, bienen-ſtöcke, Virgil. 4 Georg. v. 58. Et quævis denique loca ab acceſſu undique munita. v. Stat. 1 Sylv. 6 v. 28. Lucret. 4 v. 76.

¶ Căveŏla, æ, diminut. in Gloſſ. Vet. ζώγριον exponitur.

¶ Cavefacio, ere, hohl machen, compoſitum ad formam vacuefacere. Fortun. 8 carm. 4 v. 192,

Per tribulos gradiens ſpinæ cavefecit acumen.

¶ Căverna, æ, obſcura concavitas ſub terra, eine höhle. Virg. Æn. 2 v. 53, *Inſonuere cavæ cavernæ.* Cic. Nat. Deor. 2 c. 60, *Nos è terræ cavernis ferrum elicimus.*

¶ Cavernula, æ, dimin. Plin. 27 c. 11, *Lapilli cavernulas habent.*

¶ Căvernoſus, a, um, cavernas habens, hohl, löcherĭcht. Prudentius Hamartig. v. 319, *per cavernoſos penetrare meatus.* Plin. lib. 26 cap. 8, *radix cavernoſa*, quæ intus cavernulas habet, aut cavas partes.

¶ Caverno, are, aushöhlen: ut, *cavernare fiſtulam.* Cæl. Aurel. 4 Tard. c. 3.

¶ Cavernatim, loch-weiſe. Sidon. 5 epiſt. 4, *Aqua ſcabris pumicibus cavernatim ructata.*

Compoſita a *Cavus* & *Cavo*:

¶ Concăvus, a, um, idem quod cavus, hohl: ut, *Concavæ altitudines ſpeluncarum*, Cic. Nat. Deor. 2 c. 39. *Concava ſaxa*, Virg. Æn. 5 v. 677. *Puppis concava*, Ovid. Art. am. 1 v. 402, hohl, ausgehöhlt.

¶ Concăvo, are, hohl machen. Ovid. 2 Metam. v. 195,

in geminos ubi brachia concavat arcus
Scorpius.

¶ Excavare, aushöhlen. Plin. 10 cap. 33, *Tertium eſt earum* [hirundinum] *genus, quæ ripas excavant.*

¶ Excavatus, a, um, ausgehöhlt: ut, *trulla excavata cum manubrio aureo*, Cic. Verr. 6 c. 27.

¶ Excavatio, ōnis, die aushöhlung. Seneca Quæſt. Nat. 4 cap. 3, *Guttæ in rotundum jacent, & ſtillicidii caſus lapidem cavat, & hæc ipſa excavatio rotunda fit.*

¶ Incăvare, hohl machen. Columella lib. 4 cap. 25, *roſtro*, [falcis vinitoriæ] *incavare*, hinein bohren.

¶ Multĭcăvus, a, um, löcherĭcht, locker: ut pumex. Ovid. 8 Metam. v. 561, *Pumice multicavo.* Et Sidonius Carm. 22 ſeu Burgo Pontii, v. 222,

Vmbrat multicavus ſpatioſo circite fornix.

¶ Multĭcăvatus, a, um, idem. Varro R. R. lib. 3 cap. 16, *Favus eſt, quem fingunt* [apes] *multicavatum ex cera.*

¶ Rĕcăvus, a, um, inwendig hohl. Prudentius Pſychom. v. 423, *recavo miſceret labra palato.*

¶ Subcăvus, a, um, ſubtercavus, unten hohl. Lucret. lib. 6 v. 556, *ventus per loca ſubcava terræ collectus.*

¶ Subtercavatus, a, um, unterhöhlt. Solinus c. 8 ſub finem de Diomedeis avibus: *Cum fœtificum adeſt tempus, roſtro ſcrobes excavant: deinde ſurculis in verſum ſuperpoſitis texta cratium imitantur, & ſic contegunt ſubtercavata.*

CAYSTER, ſive Cayſtrus, i, Κάϋστρος, Aſiæ fluvius in Ionia. Virgil. 1 Georg. v. 384 de cygnis:

Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri.

¶ Cayſtrius, a, um: ut, *Ales Cayſtrius*, apud Ovid. Triſt. 5 el. 1 v. 11 pro *cygno.*

CE, adjectio syllabica jungitur casibus pronominis *Hic*: ut, *Hicce, hujusce, hisce, hosce*, &c.

CEA, æ, insula in ora Asiæ, e regione Halicarnassi, aut Cnidi potius, quæ usitatius *Cos* vel *Coos* vocatur. Vide infra. Plinius lib. 5 c. 31, *Nobilissima in eo situ Cos, - - ut plures existimant, Merope vocata; Cea, ut Staphylus.* Ita MSS. ut Harduinus observat. ¶ Cēa alia Plinio lib. 4 cap. 12 est in Cycladibus, quæ & *Ceos* dicitur, Straboni sub finem l. 10 p. 335. Κέως. Plinius d. l. in enarratione insularum Ægæi, *Dein Ceos, quam nostri quidam dixere Ceam.* Ovidius epistola 20 Acontii ad Cydippam v. 221,

Insula Corycius, quondam celeberrima nymphis,
Cingitur Ægæo nomine Cea mari.

¶ Ceus, vel Ceus, a, um, gentile: ut, *Simonides Ceus*, de quo Horat. 2 oda 1 v. 37, *Sed ne relictis Musa procax jocis*
Ceæ retractes munera næniæ.

quia Simonides primus carmen lugubre, quod ἐπικήδειον vocamus, dicitur instituisse, ut vetus interpres h. l. memorat. *Cea sedes*, i. e. Simonidis patria, Idem 4 Od. 9 v. 7.

CĔBES, ētis, Κέβης, Thebanus fuit, Philosophiæ professor, Socratisque & auditor & morum ejus imitator. Scripsit dialogos tres, ex quibus unus tantum, πίναξ Tabula, humanæ naturæ & vitæ cursum proponens, in multorum manibus est.

CEBRĒN, Κεβρὴν, fluvius Troadis, unde Cebrēnis, quæ mox sequitur. Apollodorus lib. 3 n. 5.

¶ Cebrēnis, ĭdis, patron. fœm. apud Ovid. lib. 11 Metam. v. 769,
Aspicit Hesperien patriâ Cebrenida ripâ.

Fingitur filia Cebrenis in Troade fluvii, cujus fabulam & patris & amanti, præter Ovidium dicto loco, etiam Apollodorus lib. 3 n. 5 proponit.

¶ Cebriŏnes, à quo Cebrenia nomen habere potuit, Priami filius nothus fuit, quemadmodum Homerus scripsit Iliad. π. v. 738,
Κεβριόνην νόθον υἱὸν ἀγακλῆος Πριάμοιο. Id est,
Cebrionem haud propriâ Priami de conjuge natum.

¶ Cebrēnia, æ, Κεβρηνία, vel *Cebrinia*, regio duplex, altera in *Troade*, altera in *Thracia*, Plinio lib. 5 c. 30, & Straboni lib. 13 p. 406, 410.

CECINNA, æ, vel potius *Cæcina*, ut in antiquis monumentis est. *A. Cæcina* Ciceroni familiaris fuit, ab eoque in hæreditatis quadam caussa defensus. Oratio ejus defensionis ultima est earum, quæ tomo primo continentur. Cecinnam hunc Seneca *virum* dixit, *facundum, sed Pompejanarum in bello civili partium.* Plures alii *Cæcinæ* apud Tacitum & alios leguntur.

CĔCROPS, opis, Κέκροψ, conditor & primus rex Athenarum fuit, Moysi σύγχρονος. Quippe qui, auctore Eusebio, tricesimo quinto anno Moysis regnare cœpit, annis ante captivitatem Trojæ 375. Ante Deucalionis tempora constituit matrimonium, ex quo *Bifrons* dictus est; & *Diphyes* sive ob vastitatem corporis, sive quod duas linguas Græcam & Ægyptiam calluerit. Vid. Taubm. ad Cirin. v. 3. Polyd. Virg. lib. 1 c. 4 & 6.

¶ Cecrŏpia, æ, arx Athenis & oppidum ipsum. Plinius lib. 7 cap. 56, *Oppidum Cecrops a se appellavit Cecropiam, quæ nunc est arx Athenis.* ¶ 2. Pro Attica regione. Catullus Nupt. Pel. & Th. v. 79, *Cecropiam solitam esse dapem dare Minotauro.*

¶ Cecropidæ, arum, Athenienses. Virgil. 6 Æn. v. 20,
Tum pendere pœnas
Cecropidæ jussi, &c.

Apud Lactant. lib. 1 c. 17, *Virgines Cecropidæ* dicuntur Erichthonium servasse a Minerva sibi commendatum.

¶ Cecrŏpius, a, um, Atticus: ut, *Cecropius cothurnus*, quia Cecrops Athenis primas tragœdias scripsit, Horat. 2 Od. 1 v. 12. *arx Cecropia*, Ovid. Metam. lib. 6 v. 70. *Minerva Cecropia*, Lucan. 3 v. 306. Et *mel Cecropium, apis Cecropia.* Martial. 11 epigr. 43,
Mella jubes Hyblæa tibi vel Hymettia nasci,
Et thyma Cecropiæ Corsica ponis api.

CEDITIUS, sive Cædicius, i, Tribunus militum primo bello Punico fuit, qui audaci facinore, cujus auctor actorque ac doctor fuit, Romanum servavit exercitum: Rem totam, ut gesta est, ex M. Catonis Originibus exponit Gellius lib. 3 Noct. Att. cap. 7.

CĔDO, Verbum defectivum, imperativum, idem quod dic, exhibe, porrige, frequens Terentio, ut, Andr. act. 4 sc. 5 v. 24, *Cedò, cujum puerum hîc apposuisti?* sage an. Idem Eun. a. 4 sc. 7 v. 6, *Cedò alios*, laß die andern herkommen. Et Adelph. a. 3 sc. 4 v. 38, *coram ipso cedò*, sag es für ihm selbst. *Cedò orationes*, Cic. de Clar. or. cap. 86. *Cedò mihi leges*, Idem Verr. 2 c. 42, reiche her, gieb her. Persius Sat. 2 extrema:
Hoc cedò, ut admoveam templis & farre litabo.

¶ Accommodatur & Pluralibus. Cic. de Senect. cap. 6, *Cedò, qui vestram rempubl. amisistis tam citò*, sagt ihr her, &c.

¶ Cette, significat dicite, date, ab eo quod *cedo*, Nonius cap. 2 n. 122. Ennius Medea: *Cette manus vestras measque accipite.* Plaut. Merc. 5, 4 v. 4, *Cette dextras nunc jam.*

CĒDO, cessi, cessum, cedere, abire, locum dare victori, raum geben, weichen, nachgeben, überlassen. Ovid. lib. 2 de art. v. 197,
Cede repugnanti, cedendo victor abibis.

Cic. lib. 4 epist. famil. epist. 9, *Tempori cedere, id est, necessitati parere, semper sapientis est habitum*, sich in die zeit schicken. *Cedere honore & nomine suo alteri*, Plin. in Paneg. c. 94., *Cedere loco, patriâ, urbe, domo*, das land, die stadt &c. räumen. *Cedere vitâ*, id est, *ultrò ad mortem accedere*, ut interpretatus Budæus, gern sterben, Cicer. in epist. ultimâ suâ ad Octavium. Pro quo & illud Taciti est 2 Hist. c. 55, *ut cessisse vitâ Othonem certi auctores attulerunt.* Sed perpetuum istud haud est. Nam *Cedere* etiam inviti dicuntur. Cicero antequàm iret in exilium: *Cedo invitus de Republ. cedo oppressus de fortuna.* Virgilius de Ænea 2 Æn. extremo:
Jamque jugis summæ surgebat Lucifer Idæ,
Ducebatque diem, Danaique obsessa tenebant
Limina portarum: nec spes opis ulla dabatur,
Cessi, & sublato montem genitore petivi.

CESSI inquit, an sponte & ultro? imo invitus atque coactus: nimirum quia tenente hoste omnia, nulla ferendæ opis spes erat super. Et Servius ibi notat, CEDERE proprie dici, *qui patriam relinquunt.* Quare *cedere vitâ*, malim simpliciter pro *mori* interpretari: sicut & *cedere è vitâ*, idem Cicero de claris Oratoribus cap. 1. item *Concedere, decedere vitâ*, alii dixerunt. Cicero de Senectute c. 19, *Horæ quidem cedunt & dies & menses & anni, nec præteritum tempus unquam revertitur: nec quid sequatur, sciri potest.* *Cedunt*, id est, labuntur, abeunt. *Cedere foro*, (bancam ruptam facere: *banca* enim argentariorum mensa est,) banckerot machen oder spielen. Juvenal. Sat. 11 v. 50, *Cedere de suo jure*, von seinem rechte nachlassen. Cic. 2 Off. c. 18, *Cedere iræ*, i. e. dare locum iræ, & quasi ab irâ discedere. ¶ 2. *Cedere* etiam dicitur, quod ad nos pervenit, & accidit quasi: quod obvenit atque contingit. Vt: *Cedit mihi hæreditas*, das erbe fällt mir zu. Virg. 3 Æn. v. 333, *Morte Neoptolemi regnorum reddita cessit*
Pars Heleno.

Cedunt mihi bona ea, h. e. in jus meum veniunt. ¶ 3. *Cedere benè, feliciter*: & contra; id est evenire. Quamquam & aliquando absolute *cedere*, dicuntur, quæ succedunt, & exitum sive progressum habent. Virg. 12 Æn. v. 148, *Cedere res Latio*, ubi Servius: *feliciter cuncta procedere.* Florus lib. 2 cap. 17, *si res cessisset*, wann der handel von statten gangen. Ibidem: *Si Fortuna cessisset*, wanns glück uns wohl gewolt. *Omnia ex sententiâ cedunt*, es gehet alles glücklich, de rebus gestis, secundoque eventu.

¶ Cessio, ōnis, nachgebung: ut, *cessio in jure*, Cic. Top. cap. 5.

¶ Cessionarius, i, cui fit cessio, vel creditor, in quem transfusa est obligatio. vide JCtos.

¶ Cessim, adverb. Vet. Gloss. *Cessim, gradatim.* Justin. 2 cap. 12, *ite cessim.* Et Lege 52 §. 2 Dig. ad Leg. Aquiliam, *superius plaustrum cessim ire cœpit*; zurück.

¶ Cesso, avi, atum, are, frequentativum est à *Cedo*, significat, vacare, tardare, morari, desinere, aufhören, säumen. Donatus in Terent. Eun. a. 3 sc. 1 v. 15, CESSAT *desidiosus*: REQVIESCIT *fessus.* Cic. de Senect. c. 5, *Gorgias septem & centum complevit annos, nec unquam in suo studio & opere cessavit*, er hat nie aufgehört zu studieren. Terent. in Adelph. a. 4 sc. 2 v. 49, *Æschines odiose cessat*, er macht es verdrießlich lang. Seneca epist. 12, *in nulla re cessat cura mea*, ich laß es an nichts fehlen. Virgil. Ecl. 7,
Et si quid cessare potes, requiesce sub umbra:

Id est, si quod otium tibi potes persuadere. Alloquitur enim amantem laboris. ¶ CESSARE etiam dicuntur mulieres, quæ parere hactenus desierunt. Paullinus Carm. de S. Joh. Baptista, de matre Elisabetha intelligens: v. 48, *fœcundaque viscera fecit.*
Conjugis effato, quæ jam cessavit in ævo.

Sic *agri cessare* dicuntur, qui consiti non sunt: die brach liegen, oder ruhen. Virg. 1 Georg. v. 70,
Hic sterilem exiguus ne deserat humor arenam,
Alternis idem tonsas cessare novales,
Et segnem patiere situ durescere campum.

Lucanus lib. 3 v. 451, *curvoque sibi cessantis aratro*
Agricolæ raptis annum flevere juvencis.

¶ CESSARE etiam dicuntur, qui in judicio ad dicendam caussam non comparent. Suetonius Claudio cap. 15, *Absentibus secundum præsentes facillime dabat, nullo delectu, culpane quis, an aliqua necessitate cessasset.* Id est, si contingeret, alteram partem abesse, & itaque comperendinandam caussam, pronunciasse Claudium tamen, & quidem secundum præsentes, h. e. pro præsentibus &c. ¶ Cum casu ut Cedere, Propert. lib. 1 eleg. 6 v. 21,
Nam tua non ætas unquam cessavit amori.

Cessavit, i. e. vacavit, operam dedit. Vid. Scal. ad eum locum.

¶ Cessatus, a, um, passive, nachgelassen, versäumet. Horat. lib. 1 epist. 2 v. 31, *Ad strepitum citharæ cessatum ducere curam.*
Et Silius lib. 5 v. 534, *cessata reponere avebant*
Tempora cæde virûm;

sie wolten das versäumete wieder einbringen. ¶ 2. Cessatus, was geruhet hat. Ovidius lib. 4 Fast. v. 617,
Largaque provenit cessatis messis in arvis.

Cessata arva, felder so brach gelegen, oder geruhet.

¶ Cessatio, ōnis, verzug, müßiges leben. Cic. 1 Nat. Deor. cap. 36 extr. *Epicurus nihil cessatione melius existimat*, er hält ruhe und müßig seyn vors beste. *Cessatione torpere*, ibidem c. 37 ineunte.

¶ Cessator, ōris, ein zauderer. Gell. in apologo de Cassita lib. 2 c. 29, *Amici magnam in partem cessatores sunt*, sie machen es lang, wenn sie helffen sollen. Cic. Q. fratri 3 epist. 6, *cessator esse noli.* Horatius 2 Sat. 7 v. 100, *Nequam & cessator Davus.*

¶ Cessatrix, icis; Tertullianus lib. 1 adv. Marc. c. 24, *Quomodo defenditur bonitas, ex majore parte cessatrix?*

Composita a *Cedo* & *Cesso*:

¶ Abscēdo, ĕre, recedere, discedere, abtreten, weichen, scheiden. *Abscedere ab aliquo*; ut, *Veneris & Mercurii stella nunquam longius à sole abscedunt*, Plin. 2 c. 17 pr. *Abscedere munere*, sein amt übergeben, apud Livium lib. 9 cap. 13. *Abscedere* etiam miles dicitur, cum retro fert pedem, & relinquit locum, wann er abziehet: Ita usus Nepos in Iphicrate cap. 2 & Epaminonda est cap. 9. *Abscedere incepto*, idem quod desistere, von seinem fürnehmen ablassen, Liv. 26 cap. 7. Terentius Hec. a. 5 sc. 2 v. 14, *Cito ab eo ira abscedet*, dieser zorn wird sich bald legen. Similiter *ægritudo abscedere* dicitur apud Plautum Merc. a. 1 sc. 1 v. 29. Contracte *abscessem*, pro *abscessissem*, Silius dixit lib. 8 v. 109, & *Abscessum* impersonaliter Livius 29 c. 2 extr. *Nec ante abscessum est, quam* &c. Medici etiam hoc verbo utuntur de corruptis humoribus, quando collectim in exteriores incumbunt partes, inque ulcus erumpunt. Celsus lib. 2 cap. 5, *Omnia abscedentia digerit murex combustus.* *Sub lingua aliquid abscedit*, er kriegt ein geschwüre unter der zunge, Idem lib. 7 cap. 12. Inde & *abscessus* pro ulcere, de quo infra.

¶ Abscessio,

¶ Abscessio, ōnis, abweichung. Cic. de Univers. c. 12, *Cum ad corpora necessitate accessio fieret, tum abscessio.*

¶ Abscessus, ûs, der abschied; ut, *Solis abscessus*, apud Cic. Nat. Deor. 1 c. 10, qui & *occasus* est: cui opponitur ibidem *appulsus*. ¶ 2. Abscessus, & apostema est, sive suppuratio major, ein geschwür. Celsus lib. 5 c. 17, *Si materia extrahenda est, ut in hydropico, in lateris dolore, in incipiente abscessu, in suppuratione mediocri, aptum est id, quod habet resinæ aridæ pondo.*

¶ Accēdere, advenire, appropinquare, herzukommen, zutreten. *Ad flammam accessit imprudentius*, Ter. Andr. a. 1 sc. 1 v. 103. Construitur etiam cum IN: ut, *in senatum accedere*, Cic. 7 Attic. ep. 4. *In ædes accedere*, id. pro Cæcina c. 13. ¶ 2. Deinde est addi, adjungi: ut, Ter. Andr. a. 1 sc. 3 v. 10, *Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam*, zu diesem unfall kömmt mir das auch. *Accedere ad similitudinem alicujus rei*, Cic. Att. 7 epist. 2, gleichen, ähnlich seyn. *Accedere alicujus sententiæ* est *assentiri*. Quint. 9 cap. 4 pr. *Accedam in plerisque Ciceroni*, ich will es meist mit dem Cicerone halten. *Accedit rei pretium*, Plin. 6 epist. 19. *Multum pretio accessit*, der preiß ist sehr gestiegen, Colum. lib. 3 c. 21. ¶ 3. Accedit, quod vel nude, vel cum alia voce, connexioni inservit. Cic. pro S. Rosc. c. 1, *Accedit alia caussa, quod* &c. Et Plinius lib. 8 epist. 24 n. 8, *Accedit, quod tibi certamen est tecum*, darzu kömmt noch 2c. quod etiam verti potest weiter, über diß 2c.

¶ Accessus, ûs, der zutritt. ut, Cic. 3 de Orat. c. 45, *Luna accessu & recessu suo solis lumen accipit.* Mela 3 cap. 1, *Oceanus alternis accessibus nunc in hos, nunc in illos impetu versus.* *Accessum alicui dare*, Ovid. P. 2, 2, 41. *Negare accessum*, Idem Heroid. 10, 64. Item: quà flumina & regiones transiri aut adiri possunt, päße. Sic *explorare accessus*; Florus dixit lib. 1 c. 17 n. 4, & lib. 2 c. 12.

¶ Accessio, ōnis, die hinzutretung. Propriam notionem vide supra in *Abscessio*. ¶ 2. Incrementum significat: ut, *Accessio nummorum ad sortem vel summam*, Cic. Verr. 5 c. 49. *Accessio dignitatis & fortunæ*, Idem lib. 2 ep. 1 ad Fam. besserung, vermehrung, zusatz. Frequens hæc vox à bonis auctoribus ita usurpata. v. g. Livio lib. 45 cap. 7, *Syphax rex captus accessio Punici belli fuerat, sicut Gentius Macedonici.* Plura in hanc rem collegit Nic. Heinsius ad Vell. Paterc. lib. 2 c. 25. ¶ 3. *Accessio*, quod vulgo *Paroxysmus*, cujus contrarium est *Remissio*; ut, *Accessio morbi*, Suet. Vesp. c. 23.

¶ Accessor, ōris, qui accedit. Val. Max. lib. 5 cap. 7 e. 1, *Non accessor pompæ, sed auctor spectatus est.* Sed malunt hic alii legere *Accensor.*

¶ Accessorius, a, um, hinzukommend. *Accessorium cedit principali*; Item, *Accessorium sequitur naturam sui principalis.* vide JCtos, & Instit. de rer. divis. § *si tamen.*

¶ Inaccessus, a, um, adject. ad quem non potest accedi; ut, *aditus inaccessi*, da niemand zukommen kan, Silius lib. 3 v. 516.

¶ Accessibilis, e; Glossæ Cyrilli ita εὐπρόσιτος vertunt. Tertullianus adv. Praxean cap. 15, *per accessibilem lucem.*

¶ Accessibilitas, atis, ejusdem Tertulliani est dicto loco: *ut contraria* [immortalitatis] *ipsi filio adscriberemus, mortalitatem, accessibilitatem.*

¶ Inaccessibilis, e, qui adiri nequit, inaccessus. Tertullianus eodem loco: *lucem habitat* [Deus] *inaccessibilem.* Quod etiam Vulgati Interpretis est 1 Timoth. 6, 16. & Gloss. Gr. Lat. ἀπρόσιτος, *inaccessibilis.*

¶ Accessivus, a, um, hinzugesetzt, ita vertit gloss. gr. lat. πρόσθετος.

¶ Coaccēdere. Plautus Curcul. a. 2 sc. 3 v. 65, *Pro iis decem coaccedunt minæ.*

¶ Antecēdere, idem quod præcedere, vorher gehen, zuvor kommen. Livius 2 cap. 6, *Brutus ad explorandum cum equitatu antecessit.* Cæsar 7, 33 extr. *magnis itineribus antecessit.* ¶ 2. Excellere, superare. Cic. Verr. 6 c. 62, *qui auctoritate, & ætate, & usu rerum antecedebat.*

¶ Antecedens, tis, vorhergehend. Horat. 3 Od. 2 v. 31, *Raro antecedentem scelestum deseruit pede pœna claudo.*

¶ Antecessor, ōris, ein vorgänger. Gloss. Vet. *Antecessor*, προηγούμενος. ¶ 2. In militia *antecessores* dicuntur, qui antecedunt agmen explorandi gratia, der vortrab. Hirtius de bello Africano cap. 12, *Per speculatores & antecessores equites nunciaturi, copias hostium haut longe à se visas.* Suetonius Vitellio cap. 17, *Irruperant jam agminis antecessores, ac nemine obvio rimabantur, ut fit, singula.* ¶ 3. *Antecessores* etiam jam olim dicti, qui jura ac leges profitebantur, sive docebant publice, ut Beryti, Constantinopoli, Romæ &c. ex eo, quod antecederent deducerentque discipulos in penetralia artis. *Antecessor juris*, idem quod Professor juris, l. 2 § 11 C. de vet. jur. enucl.

¶ Antecessio, ōnis, præcursio, vorhergehung. Cic. de Univers. c. 10, *in orbibus concursiones, antecessionesque.* Et Offic. 1 c. 4, *Homo principia & caussas rerum videt, earumque progressus & quasi antecessiones ignorat.*

¶ Antecessus, a, um, vorhergegangen. Petron. *Ubi antecessa latrocinia didicistis.*

¶ Antecessus, ûs, antecessum, i; ut, *in antecessum dare, solvere, accipere*, i. e. ante justum tempus, sive ante quàm dies cesserit; zum voraus, auf abschlag. Formulâ loquendi à foro & argentariis petitâ non semel usus Seneca: ut ep. 7 extr. item 118 initio: nec non de Benef. lib. 4 cap. 32. Florus lib. 4 cap. 12, *Sumserant bellum, adeò certa victoriæ spe, ut prædam in antecessum pactione diviserint.* Et lib. 3 cap. 21, *Ne multi perirent, in antecessum sanguine Senatus sibi parentabant.* Vet. Glossæ: *In antecessum*, προχρεία.

¶ Concēdere, cedere, recedere, entweichen: Terentius in Hecyr. act. 1 sc. 3 v. 11, *Hîc video esse invisam immerito, tempus est concedere*, es ist zeit, daß ich den leuten aus den augen gehe. Hinc *Concedere vitâ*, Tac. 14 cap. 51, & absolute *Concedere*, sive *concedere naturæ*, notissimo εὐφημισμῷ pro *mori* dicitur. Idem Tacitus 4 Annal. cap. 38, *Ut quandocunque concessero, cum laude & bonis recordationibus facta atque famam nominis mei prosequantur.* ¶ 2. *Concedere de suo jure*, i. e. tradere, permittere, nachlassen, Ter. Adelph. act. 2 sc. 2 v. 9. ¶ 3. Concedere, permittere, zulassen, erlauben. Cic. lib. 1 ep. 2 ad Fam. *Consules neque concedebant, neque valde repugnabant.* Idem de amicit. *Concedere amicis quicquid petant, & impetrare ab eis quicquid velimus.* ¶ *Concedere aliquem alicui* est datâ veniâ quem restituere & reddere, quem hostem habueris, propter eum, qui intercessit, perdon geben, auf freyen fuß stellen. Cic. pro Marcello pr. *Cùm M. Marcellum senatui Populoque Rom. concessisti.* Nepos Attico cap. 9, *Attici autem quies tantopere Cæsari fuit grata, ut victor cum privatis pecunias per epistolas impetraret, huic non solùm molestus non fuerit, sed & sororis & Q. Ciceronis filium ex Pompeji Castris concesserit.* Clarius est: *quem precibus alicujus concedere.* Tacitus 2 Annal. cap. 55, *Offensus urbi propriâ quoque irâ; quia Theophilum quemdam Areo judicio falsi damnatum precibus suis non concederent*; loß lassen, und ihme ausantworten. ¶ Credere, consentire, ut apud Terent. Phorm. a. 5 sc. 3 v. 22, *Nunquam hodiè concedes mihi, neque intelliges.*

¶ Concessus, a, um, zugelassen. Lucan. 2 v. 446, *Concessa pudet ire via.* Horat. 1 Sat. 4 v. 113, *Concessa Venere uti.*

¶ Inconcessus, a, um, adject. unerlaubt, verboten. *Voluptas inconcessa juvat*, Ovid. Amor. 3 el. 4 v. 31. *Inconcessi Hymenæi*, Virg. 1 Æn. 655, verbotene heyrath. *Inconcessum homini*, Quintil. 10 c. 2 p. 761.

¶ Concessus, ûs, subst. zulassung, verwilligung. Cic. pro Cœl. cap. 12, *Datur concessu omnium huic aliquis ludus ætati.* Et lib. 4 epist. 6 extr. *illius concessu & beneficio.*

¶ Concessio, ōnis, idem. Plancus Ciceroni lib. 10 ep. 8 ad Fam. *concessiones præmiorum*: & hic Attico 3 ep. 24, *nostra concessione.*

¶ Concesso, are, idem quod cessare, Plautinum est, Asinar. a. 2 sc. 2 v. 24. *Quid ego hîc properans concesso pedibus?* & Pœnulo act. 1 sc. 2 v. 9, *Ex industria ambæ nunquam concessavimus.* Et Tertull. de Monog. c. 7, *ut onera, quæ nec patres sustinere valuerunt, concessarint.*

¶ Concessatio, ōnis, pro cessatione. Columella lib. 11 cap. 1, *Naviter*, inquit, *& sine ullis concessationibus permeabit.*

¶ Decēdere, abtreten, abziehen. A mandato custodiæ suæ loco recedere. Ut *Decedere de provincia, & ex provincia*, & sine præpositione, *decedere provinciâ*, abziehen. In qua formula verbum *Decedo* propriissime ponitur, Valla auctore lib. 5 cap. 95. Corn. Nepos Attico c. 4, *Huc ex Asiâ Sylla decedens cum venisset.* Et Cic. 4 Verrin. c. 20, *de provincia decessit.* Idem pro Ligar. cap. 1, *decedens Considius provinciâ.* Dicimus etiam, *Decedere de suo jure*, weichen und nachgeben. Cic. lib. 2 off. cap. 18, *Est non modò liberale paululum nonnunquam de suo jure decedere, sed interdum etiam fructuosum*, zu zeiten etwas nachgeben. *Decedere instituto suo*, Liv. 37 cap. 54, anders thun, denn zuvor. Rursus Cic. Verr. 2 c. 10, *decedere de officio*, wider seine gebühr handeln, id est, agere contra, quam decet. *Decedere de sententiâ*, von seiner meinung abstehen. *Decedere de vitâ*, & *decedere* simpliciter, pro *mori*. Cic. ad Att. 1 epist. 12, *Puer festivus nobis decessit*, er ist gestorben. *Decedere viâ*, & *de viâ*, & absolute, *decedere*; einem aus dem wege gehen, und platz machen, quod fit, vel honoris habendi caussâ, vide *Via*, vel quod fugiamus detestati ejus concessum. Ita Cæsar 6 Comm. de Bello Gall. cap. 13, *Quibus ita interdictum*, [sacris] *ii numero impiorum ac sceleratorum habentur: iis omnes decedunt, aditumque eorum sermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodum accipiant.*

¶ Decessus, a, um, abgeschieden, passive, ex Cælio Priscianus: *Custodibus discessis multi interficiuntur.* v. Voss. de Analog. p. 200.

¶ Decessio, ōnis, abzug, abschied. *Spes maturæ decessionis*, ad Q. frat. 1 epist. 1 ineunte. Gloss. vet. *Decessiones*, διαδοχαὶ

¶ Decessus, ûs, idem. Cœlius Ciceroni 8 ep. 10, *Quod ad tuum decessum attinet.* ¶ 2. Mors. Cic. de Amic. cap. 3 extr. *amicorum decessu plerique angi solent*, i. e. obitu.

¶ Decessor, ōris, vorfahrer, qui decedit, & in cujus locum alius succedit. Tacitus Agricolâ cap. 7, *Agricolam vicesimæ legioni tarde ad sacramentum transgressæ præposuit, ubi decessor seditiose agere narrabatur. Ita successor simul & ultor electus, rarissima moderatione maluit videri invenisse bonos, quam fecisse.* Ulpianus Lege Observato 4 § Recte 4 Dig. de offic. Proc. & Leg. *Recte autem & ordine faciet, si edictum decessori suo miserit, significetque, quâ die fines sit ingressurus.*

¶ Prædecessor, ōris, antecessor, apud ætatis posterioris scriptores, Rutil. Numatian. lib. 1 Itinerar. v. 474,

Prædecessoris major amore fuit.

Usi quoque sunt Symmach. 10 epist. 45 & 54. Cassiod. 4, 44.

¶ Discēdere, abscheiden, abtreten. *Discedere ab armis*, Cicer. Philipp. 8 extr. *Discedere à vel ex vitâ*, id. Tuscul. 1 c. 34. *Discedere digitum vel unguem*, eines fingers breit weichen. Id. lib. 13 epist. 20 ad Attic. *In omni vitâ suâ quemque à recta conscientia transversum unguem non oportet discedere*, nicht eines nagels oder fingers breit. *Discedere in sententiam*, Cicer. & Liv. 28, 45, assentire est, & sententiam comprobare, beyfallen, es mit einem halten. *Discedere à sententia suâ*, Cæs. Civ. 1 c. 2, anders sinnes werden. ¶ Observa elegantissimam phrasin latinam: *Cum à te discessi, discesserim*, pro *te excepto*. Cic. lib. 1 epist. famil. ep. 9, *Sic te existimare velim, cum a vobis meæ salutis auctoribus discesserim, neminem esse, cujus officiis me tam esse devinctum, confitear*, ausgenommen euch. Et ad Att. lib. 1 epist. 17, *Amoris erga te mei, cum à fraterno amore domesticoque discessi, tibi primas defero*, nächst der bruder-liebe.

¶ Discessio, ōnis, separatio, abschied, abweichung, abzug. Terent. in And. a. 3 sc. 3 v. 36, *Si eveniat (quod Dii prohibeant) discessio*, so es (da GOtt für sey) an ein scheiden gehen solte. *Facere discessionem in aliquam sententiam*, quod fiebat post duas sententias dictas. Cic. lib. 1 epist. 2 ad Fam. & ad Att. 12 epist. 21, *in ejus sententiam est facta discessio.*

¶ Discessus, ûs, m. idem. Cic. de Divin. 1 c. 23, *O præclarum discessum è vita!* Et 2 Nat. Deor. cap. 7, *solis accessus discessusque solstitiis brumisque cognosci potest.*

¶ Excēdere, evadere, herausgehen, austreten: ut, *Excedere acie, prælio, vel ex acie, prælio*, Liv. 4, 28. *Excedere finibus*, Cæsar 4 Gall. cap. 18. Virgil. Æneid. 3 v. 60,

Omnibus idem animus scelerata excedere terra.

Excedit

Excedit è corde cura, Terent. Hecyr. act. 3 sc. 2 v. 12. *Excedere ex ephebis*, Idem And. 1, 1. *Excedere ex pueris*, Cic. pro Arch. cap. 3, zum manne werden, die kinderschue ablegen. *Excedere vitâ*, vel *è vitâ*, Cic. Off. 1 cap. 43, sterben. ¶ 2. Sed *excedere modum*, überschreiten, zu groß seyn, zu viel thun. Curtius lib. 4 c. 11 n. 8, *Navigia, quæ modum excedunt, regi nequeunt.* Idem lib. 6 cap. 9 n. 18, *modum hominis excedere*, puta divinitatis adfectatione. Plinius epist. lib. 8 extremò: *Non vereor, in amore ne modum excesserim.* Ita Vellej. 2, 68, 5, *In hoc principis ira excessit.* Idem 2, 52, 3, *Excedens humanam fidem temeritas*, unglaublich grosse verwegenheit.

¶ Excessus, ûs, eine abscheidung, hintritt; ut, *Excessus e vitâ*, Cic. Fin. 3 cap. 18. Et absolute pro morte; ut, *Excessus Augusti*, Tac. Ann. 1 cap. 14. ¶ 2. Deinde digressionem in oratione notat. Plin. lib. 9 ep. 26, *Quid audentius illo pulcherrimo ac longissimo* [Demosthenis] *excessu?* ¶ 3. Tandem & aberratio est, exceß, übermaß. Valer. Max. lib. 8 cap. 2 extr. *Verecundiam illius seculi laudemus, in quo tam minuti a pudore excessus puniebantur.*

¶ Incedere: ut, *magnificè incedere*, prächtig einher gehen, daher treten, Sallust. Jug. cap. 31, id est, cum gravitate quadam, & veluti fastu: aliàs idem quod ambulare: ut, *incedere pedes*, Liv. 28 cap. 9, zu fuß gehen. Item exsultare: Cicero lib. 2 epist. 9, *incessi omnibus lætitiis.*

¶ Incessus, ûs, der gang, der tritt. Cic. de fin. 2 cap. 24 pr. *Fingere sibi vultum & incessum, ut gravior videatur*, in geberden und gang sich tapffer stellen. Virgil. Æn. 1 v. 405, *Vera incessu patuit Dea*, am gang sahe mans. *Citus modo, modo tardus incessus*, Sallust. de Catilina c. 15 extrem. Sed *Incessus fractus*, ein weibischer tritt, apud Quintil. lib. 5 cap. 9.

¶ Incesso, ĕre, etiam est ab Incedo, & significat, anfallen, ankommen: ut, *Jaculis & saxis hostes incessere*, Liv. 8 cap. 24, zu den feinden schiessen und werffen. *Convicio quem incessere*, id est, petere, Sueton. Tiberio cap. 11, mit schmähworten einen angreiffen. *Objurgatione quem incessere*, lib. 1 cap. 2 Gellius dixit. Liv. 9 v. 8, *Incessit admiratio homines*, es nahm sie wunder, &c. Sic *cupido eum incessit*, es ist ihm die lust ankommen, Liv. 24 v. 13. Idem lib. 1 cap. 17, *Timor incessit patres, ne* &c. Et lib. 29 cap. 10, *Tanta incessit in castra vis morbi.* Sic Tacitus ann. 1 c. 55, *spes incesserat.* Et lib. 3 ann. cap. 36, *Licentia deterrimo cuique incedebat.* Et lib. eod. c. 71 n. 4, *quoties valetudo adversa Flaminem Dialem incessisset.* Virgilius Æneid. 12 v. 595,

Regina ut tectis venientem prospicit hostem,
Incessi muros.

Incessi, i. e. invadi, ut Servius interpretatur. Terent. Andr. act. 4 sc. 3 v. 15, *Nova nunc religio in te incessit.* Virg. 4 Georg. v. 67,

nam sæpe duobus
Regibus incessit magno discordia motu.

Val. Max. præfat. operis: *Neque mihi cuncta complectendi libido incessit.* Non raro & absolute ponitur. Cæsar lib. 2 de Bell. Civili cap. 29, *At in castris Curionis magnus omnium incessit timor.* Vbi malè Hotomannus *omnes* pro *omnium* malit legi. Ita enim Cæsar & lib. 3 cap. 44, *Magnus sagittarum timor incesserat.* Columella lib. 2 cap. 1, *Vbi crepusculum incesserit.* Et alibi sæpius. Tacitus 1 Annal. cap. 5, *Rumor incesserat* &c. Ac iste & verbo *incedere* ita usus est Annal. 3 cap. 26, *Postquam exui æqualitas, & pro modestia ac pudore ambitio & vis incedebat.* ¶ Est etiam idem quod *accusare.* Symmachus lib. 1 epist. 5, *Ne quicquam taciturnitatis incessimur*, i. e. accusor silentii. Et epist. 83 ejusdem libri: *Me taciturnitatis incessis, quod diu officio scriptionis abstinui.*

¶ Incessio, ōnis, ein anfall. Cic. ad Att. 12 v. 5, *Incessionum ἀρχέτυπα fugienda*, i. e. veteres tabulæ reprehensionum. Alii aliter legunt.

¶ Incessabilis, e, non cessans, non desinens, unaufhörlich: Orosius procemio lib. 7 extr. *Incessabilibus cladibus nullus finis, nulla requies fuit.*

¶ Incessabiliter, adverb. Hieronymus epist. 128 ad Fabiolam: *Philosophi suspicantur, currere mundum suo ordine, & incessabiliter, velut rotam in suo axe, torqueri.* Et Salvianus 2 de Gub. p. 52, *Incessabiliter a Deo omnia gubernari*; & Mart. Capell. l. 9 p. 303, *Superum incessabiliter pectorum arcana tenere.*

¶ Incessanter, adverb. stets, unablässig. Sidonius lib. 8 epist. 11, *Legebat incessanter auctores cum reverentia antiquos.* Adde Leg. 10 Cod. de Aquæductu: *Excubiis aquæ custodiendæ incessanter adhæreant.*

¶ Intercedere, proprie intervenire, darzwischen treten, darzwischen kommen: ut, *Vnus & alter dies intercesserat*, Cic. pro Cluent. cap. 26. *Nox nulla intercessit, interfectus est*, id. Catil. 1 c. 2. ¶ 2. Qui sententias partium, quæ discessionem fecerant, interrumpebat, *intercedere* dicebatur, sich darzwischen legen, mitten darein schlagen, verhindern. *Senatus auctoritas gravissima intercesserat*, Cic. 1 ep. ad fam. 2. Et eodem libro epist. 9, *Nullum meum minimum dictum pro Cæsare intercessit*, &c. Sic Cæsar lib. 1 Civ. c. 2, *Intercedit M. Antonius, Q. Cassius, tribuni plebis*: hoc est, opposuerunt se & impediverunt tribuni pl. quorum hoc verbum proprium erat. Hi abutebantur sæpe concessa sibi potestate, & refractarie non raro resistebant patrum sententiis. Hinc per abusum sensim declinavit τὸ *intercedere* ad designandam austeriorem contradictionem, cum per se nihil aliud notet, quam ingerere se, medium se interjicere, interponere sententiam suam, sive illud fiat *supplicando*, & modeste, sive *violenter contradicendo.* vide Ol. Borrichii Analect. p. 39. & And. Borrich. Vindic. p. 118. Est ergo *intercedere*, protestiren, widersprechen. Sed & *intercedere apud aliquem pro aliquo*, erit, einen vertreten, für einen bitten, ein gut wort einlegen. Sane apud Nizolium est *rogando impetrare*, non modo in Cic. 1 ad fam. 9, sed etiam 2 Phil. cap. 18. & 6 ad Att. ep. 1, ubi de sponsionibus sermo, & *intercedere pro aliquo pecuniam*, idem est ac spondere pro pecunia, quæ mutuo sumitur, für einen gut sagen. ¶ 3. Sunt & hæ locutiones latinæ: *Controversia mihi recens de pecuniâ cum eo intercedit*, Cic. pro Quint. c. 17, ich habe einen neuen streit geldes halben mit ihm. *Vetus mihi necessitudo cum eo intercedit*, Cic. ibidem. *Inimicitiæ mihi cum illo intercedunt*, Idem pro Cœlio cap. 13. Et, *quotidiana consuetudo mihi intercedit cum eo*, Id. lib. 13 Fam. ep. 45. Et Cæsar Gall. lib. 5 cap. 11, *Huic cum reliquis civitatibus continentia bella intercesserant.* In his omnibus *intercedere* idem est quod *esse.*

¶ Intercessor, ōris, qui intercedit, ein mittler, fürsprecher. Cic. epist. fam. 7 ep. 27, *Vtinam semper esses tribunus, intercessorem non quæreres.* Livius 4 cap. 53, *intercessores legis agrariæ*, widersprecher. ¶ 2. arbiter, proxeneta, unterhändler. Seneca epist. 119, *Nolo per intercessorem mutueris.*

¶ Intercessio, ōnis, actus intercessoris, protestirung, fürbitte, vermittelung. Cæsar Civil. 1 cap. 2, *intercessio tribunorum.* Cic. Agrar. 2 cap. 12, *Cum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit, non rem impeditura.* Idem 1 ad Att. 4, *Putamus utile esse, te aliquando jam rem transigere, mea intercessio & est & fuit parata.* Valer. Max. 6 cap. 1 e. 10, *Intercessionem suam interponere noluerunt.*

¶ Intercessus, ûs: ut, *Consulem graviter saucium intercessu suo servavit*, Val. Max. 5 cap. 4 e. 2, hoc est, interventu. Orosius 5 cap. 15, *parvo intercessu temporis.*

¶ Præcēdere, fornen gehen, fürgehen: ut, *præcedere agmen*, Virg. 9 v. 48. ¶ 2. Item præstare, übertreffen: ut, *Præcedere auctoritate*, Plin. lib. 29 c. 1. Juvenalis Sat. 13 v. 58,

Tam venerabile erat præcedere quattuor annis.

¶ Præcedaneus, sive Præcidaneus, a, um. Festus: *Porca præcidanea dicitur, quæ ante immolari solet, quod genus hostiæ, quod ante novam frugem præcideretur, præcidaneum appellabant.* Ei opponitur *Succedaneus*, quod in *Succedo* vide, ubi etiam de *Præcedanea* hostia dicetur, quæ ante Succedaneam immolatur.

¶ Præcessor, ōris, i. e. antecessor. Tertull. adv. Praxean cap. 1, *Præcessorum auctoritates defendere.* Hieronymus adv. Rufinum lib. 3 cap. 6, *qui præcessoris ejus habeas testimonium.* Rufinus Præfat. lib. Origenis περὶ ἀρχῶν, quæ est in epist. Hieronymi 63, *interpretando sequar regulam præcessorum, & ejus præcipue viri* &c.

¶ Procēdere, progredi, fortgehen, für sich gehen, fortfahren. Cic. in Tuscul. 3 cap. 22, *Dies procedens mitigat ægritudinem*, zeit lindert wehmuth. *In publicum procedere*, ausgehen. *Obviam procedere*, entgegen gehen. Cic. pro Sextio cap. 31, *Huic ad urbem venienti tota civitas obviam processit.* Idem de Senect. c. 14, *Livius usque ad adolescentiam meam processit ætate*, er hat gelebet, biß ich ꝛc. *Bene, feliciter, prospere procedere*, gerathen, gedeyhen. Terent. Adelph. a. 5 sc. 6, *Meditor esse affabilis, & bene procedit*, gehet mir wohl von statten. Cic. de Orat. lib. 1 cap. 27, *Nonnunquam summis oratoribus non satis ex sententiâ eventus dicendi procedit*, es geräth nicht nach wunsch. Sic & *procedere* dicitur, quod effectum habet. Tacitus 15 Annal. cap. 60, *Sequitur cædes Annæi Senecæ lætissima Principi, non quia conjurationis manifestum compererat, sed ut ferro grassaretur, quoniam venenum non processerat.* Sic *procedere consilia*, Livius dixit 24 c. 26. ¶ 2. Est etiam cedere. Ovid. epist. Deianiræ v. 109, *Illi procedit rerum mensura tuarum.* Sallustius Jug. cap. 85 oratione Marii sub initium: *Quippe benefacta mea reipubl. procedunt.* ¶ 3. Est in utilitatem cedere, prodesse. Cato de R. R. cap. 148, *Quot dies per dominum mora fuerit, quo minus vinum degustet, totidem dies emtori procedent.* Scipio apud Gellium lib. 5 c. 19, *filium adoptivum tam procedere, quam si se natum habeat.* Grævius.

¶ Processus, a, um, participium, zugenommen, fortgehend. Scribonius Largus Compositione 100, *in processa ætate.* Et Hirtius Afr. cap. 75, *Cæsar processus a suis castris.*

¶ Processio, ōnis: ut, *A militibus reditus magis maturus, quam processio longior quærebatur.*, Cicer. leg. Man. cap. 9, weiterer fortzug. *Cornicines canunt, quod in omnibus exercitiis & processionibus custoditur*, Veget. de re mil. 2 c. 22, marschirung.

¶ Processus, ûs, progressus, incrementum, der fortgang. *Gradus & quasi processus dicendi, vel in dicendo*, die besserung, Cic. de clar. Orat. cap. 65. Pariter Suetonius de Illustribus Grammaticis cap. 10, *Ipse* [Attejus Philologus] *ad L. Herman scripsit, se in Græcis litteris magnum processum habere.* Florus Præfat. *Si quis ergo Pop. Rom. quasi hominem consideret, totamque ejus ætatem percenseat, ut cœperit, atque adoleverit, ut quasi ad juventutæ florem pervenerit, ut postea velut consenuerit, quatuor gradus processusque ejus inveniet.*

¶ Procestria, orum, locus apertus & patulus, in quem proceditur, vel in muro, vel in ædificiis, ein austritt, altan. Festus.

¶ Recedere, zurück gehen, wieder abtreten. *Recedere ab armis*, id est, desistere, Cic. pro S. Rosc. cap. 6. *Recedere ab usitata consuetudine*, id. pro Quint. cap. 21, alte gewohnheit ändern. *Recedere ab officio*, wider gebühr thun, id. Offic. 3 cap. 4. *Recedere ab oculis*, Plin. 2 epist. 1. *Recedere de medio*, Cicer. pro Rosc. cap. 38 extr. mori est. Horat. de arte Poët. v. 175,

Multa ferunt anni venientes commoda secum,
Multa recedentes adimunt.

¶ Recessus, a, um, particip. idem quod recedens, regressus. Vitruvius lib. 5 cap. 8 comparative, *scena recessior.*

¶ Recessus, ûs, substantive, actus est recedendi, abtritt, zurückgang: ut, *Accessus & recessus Lunæ*, Cic. 3 de Orat. cap. 45, das zu- und abnehmen des mondes. *Accessus & recessus maris*, ebbe und fluth, Cic. de Divin. 2 cap. 14. *Marium accessus & recessus motu Lunæ gubernantur.* Metaphorice, *Recessus collium*, die berge, so sich weit hinter sich erstrecken, klüffte, Martial. 4 epigr. 64. Sic *latebræ & recessus in animis hominum*, pro Marcell. cap. 7. Et Quintil. lib. 1 cap. 4, *Grammatica plus habet in recessu, quàm in fronte promittat*, h. e. longè patet, & extendit se latiùs Grammaticæ utilitas, quàm primùm intuentibus appareat. ¶ 2. Remissio est, erquickung, ausruhung. Val. Maxim. lib. 3 cap. 6, *Vegeta & strenua ingenia, quo plus recessus sumunt, hoc vehementiores impetus edunt.*

¶ Recessio, ōnis, abgang, zurückweichung. Vitruvius lib. 1 cap. 6, *Ventus inclinationibus & recessionibus varietates mutatione flatus facit.*

¶ Recessim, adverb. rückwarts. Plaut. Casina act. 2 sc. 8 v. 7, *Recessim cadam ad parietem, imitabor eam.*

¶ Retrocedere, retro ire, zurück treten, weichen. Livius lib. 8 c. 8, *pede presso retrocedentes.* Possit etiam divise scribi, sed nomen, quod sequitur, arguit compositum esse.

¶ Retrocessus, ûs, zurückziehung. Apulejus lib. 1 Doctr. Plat. cap. 53, *processus & retrocessus* &c.

¶ Secedere, est seorsim ire, recedere; entweichen, beyseit gehen; ut, *Secedere de via*, Plaut. Curc. a. 2 sc. 3 v. 2. Item, *Secede huc*, id. Captiv. a. 2 sc. 1 v. 23. *Secedant improbi, secernant se à bonis*: Cic. Catil. 1 extr. ¶ 2. Est & secretum petere: quemadmodum *ad stilum secedere*, Quintil. lib. 1 cap. ult. dixit. Hinc & *secedere*, est ex urbe & celebritate hominum ire in rus. Ovid. 4 Trist. 8,

Sed modo, quos habui, vacuum secedere in hortos,
Nunc hominum visu rursus & Vrbe frui.

¶ Secessio, ōnis, ut plurimum defectionem notat, cum aliorum, tum militum maxime, abweichung, abfall. Cæsar lib. 1 de Bell. Civili cap. 20, *Divulgato Domitii consilio, milites qui erant Corfinii, secessionem faciunt*, sie trennen sich. Cic. pro Muræna cap. 24, *Etenim te inquirere videbant testem ipsum; mæstos amicos, observationes, testificationes, seductiones testium, secessionem subscriptorum animadvertebant*: Secessionem subscriptorum vocat, cùm socii litis actorem auctoremque deserunt.

¶ Secessus, ûs, discessus, abzug, wegzug: ut, *secessus avium*, Plin. lib. 10 cap. 29 pr. ¶ 2. Dicuntur & loca in litoribus & rure solitaria, a majore frequentia hominum remota, abgesonderte örter, land-güter. Tacitus Ann. 14 cap. 62, *Magna ei præmia & secessus amænos promittit.* Hinc *secessus* & *Vrbs* opponuntur. Plinius lib. 2 ep. 13, *Ille meus in Vrbe, ille in secessu contubernalis.* Suetonius Nerone cap. 33, *Submissis qui Romæ morantem litibus, & in secessu quiescentem per convicia & jocos, terrâ marique prætervehentes inquietarent.* Tertullianus, *Secessum* & *promtum* opponit, de Pallio cap. 5, *Vita*, inquit, *meliore magis in secessu fruare, quàm in promtu.* *Promtum* videlicet pro publico & celebritate posuit, *Secessum*, quod ei contrarium est: unde & Tacitus *Secretum* vocat non semel. *Sinum secretum* Servius interpretatur ad illud Virgilii 1 Æn. v. 159,

Est in secessu longo locus.

Angulum Horatius dixit lib. 2 Od. 6 v. 14, quemadmodum & nos ejusmodi reductos secretosque locos, winckel, vocamus. ¶ 3. Secessus vocatur vita, quæ in urbibus etiam à negociis officiisque forensibus aulicisque libera privataque atque in studiis maxime agitur. Suetonius Augusto cap. 94, *In secessu Apolloniæ Theogenis Mathematici pergulam comite Agrippa ascenderat.* Id est, cum Apolloniæ studiis vacaret, quorum causâ eo Augustus ab Avunculo missus erat, de quo idem Suetonius eodem libro cap. 8, & Dio lib. 45. Similiter Tacitus vitam Tiberii Rhodi actam privatim relictâ aulâ, *secessum Rhodium* vocat, 4 Annal. c. 15. *Secretum Rhodi* eodem libro cap. 57 dixit: de quo vide Suetonium vitâ Tiberii c. 11.

¶ Succedere, himunter gehen, himunter treten: ut, *Succedere umbræ*, Virg. 3 Georg. v. 464. ¶ 2. Item ingredi, ut Æneid. 8 v. 123,

nostris succede penatibus hospes.

Succedere tectis, urbi, id. Æneid. 11 v. 146, einziehen. Cic. de Orat. lib. 1 cap. 33, *Omnia sub acumen stili subeant & succedant necesse est.* Servius ad illud Virgilii Ecl. 5, *Sive antro potiùs succedimus*: SVCCEDIMVS, inquit, *& Dativo & Accusativo Casibus, secutus tam veterem, quàm nostram consuetudinem suo more, jungit*, sive sub umbras succedimus, sive antro. *Cum alibi secutus tantùm antiquos, Dativo tantùm* Succedere *junxerit, ac* nostris succedere penatibus, *&* Successitque gemens stabulis. *Sallustius tamen* succedere *Accusativo junxit. Sed ubi* prope *significat*: Cum murum hostium successisset, pœnas dederat: *hoc est, cum prope murum accessisset.* Succedere *autem idem significat, quod est* subire, id est, *penitus intrare.* Hactenus Commentator Servius. Sed quod Virgilium antiquos secutum ait, dum Dativo verbum *Succedere*: recentiores, dum Accusativo junxit, id mihi vero simile haud fit. *Vrbi, tecto succedere*, multo frequentius legitur, quippe quod recentioris elegantiæ est, *quàm Vrbem succedere*, & hujus generis alia. Et potest argumento etiam esse Sallustii adducta auctoritas: antiquarii scilicet, & multum Catonis furati verba; quæ Lenæi apud Sueton. Gram. cap. 15 in eum nota est. ¶ 3. Succedere, an eines statt kommen, auf einen folgen. Cic. Philipp. 11 extr. *Ætas succedit ætati*, eine zeit folgt auf die ander, eine welt auf die ander. Id. in Orat. c. 13, *Horum ætati successit Isocrates.* Et ad Brutum epist. 13, *in patris locum successisse.* Id. in Verrem 6 cap. 37, *Succedam ego vicarius tuo muneri, suscipiam partes*, &c. ¶ 4. Succedere est prospere cedere, wohlgerathen, glücken. Terent. And. a. 4 sc. 1 v. 46, *Hâc non successit, alia aggrediemur viâ.* Cic. ad Q. frat. 2 epist. 13, *Si ex sententia successerit, bene erit opera posita*, wenn es wohl abläufft, ist die mühe nicht umsonst. Plautus Milite act. 3 sc. 2 extr. *Lepide hoc succedit sub manûs negotium*, es gehet von statten, von der faust.

¶ Succedaneus, a, um, an die stelle tretend, ablösend, à *Succedendo*, non a *Succidendo*, quod Gellius vult lib. 4 c. 6, ut docet ad Festum Scaliger. Plautus Epid. a 1 sc. 2 v. 37,

Men' piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam?
Vt meum tergum stultitiæ tuæ subdas succedaneum.

Servius in lib. 2 Æneid. v. 140, *More antiquo hostia si effugisset*, Effugia *vocabatur: quæ autem supposita fuerat*, Succedanea *appellabatur*; adde eundem ad Æn. 8 v. 641. Sic *Asinus pro homine succedaneus*, Apul. lib. 8, ubi Beroaldus etiam de hostiis succedaneis commentans ait: *si primis hostiis litatum non erat, aliæ luendi piaculi gratiâ subdebantur & succedebant, ob id succedaneæ à succedendo nominatæ.* Eâdem ratione verbi *præcidaneæ* quoque hostiæ dicuntur, quæ ante sacrificia solennia pridie cæduntur. Quin etiam *ferias præcidaneas* dici voluerunt, quæ solennes legitimasque ferias præcederent. Vlpianus L. 3 in f. D. de administrat. Test. *Si non consentiant tutores Prætori, sed velint omnes gerere, quia fidem non habeant electo, nec patiuntur succedanei esse alieni periculi*; Hoc est, nec volunt in incommodum alieni periculi succedere, sive sustinere incommodum, quod ex alienâ culpâ in ipsos redundat. Idem Vlpianus L. 4 D. de Magist. Conv. *Magistratus quidem in omne periculum succedit: hæres ipsius dolo proximæ culpæ succedaneus est.* Justinus 38 cap. 6, *succedaneum alicui dare.*

¶ Successor, ōris, qui alicui succedit, ein nachfolger, der an eines statt kömmt. Ovid. Remed. Am. vers. 462, *Successore novo tollitur omnis amor*; wenn lieber kömmt, so ist leider aus. *Successorem alicui dare*, est imperium abrogare. vid. Spartianus in Hadriano c. 9 & 11. Capitolin. in Alexandro c. 32. Idem in Pio c. 5, *Factus imperator, nulli eorum, quos Hadrianus provexerat, successorem dedit.*

¶ Successorius, a, um, ad successionem spectans, Juris verbum; ut, *Successorium edictum*, quod gradus successionis in bonorum possessores definit. Vid. Titul. Digest. de hoc Edicto. *Seleucus cum post Alexandri Macedonis obitum successorio jure teneret regna Persidis*, Amm. Marcell. 14 c. 8.

¶ Successio, ōnis, nachfolgung. Cic. ad Brut. epist. 17, *Quid hoc mihi prodest, si merces Antonii oppressi poscitur in Antonii locum successio?*

¶ Successus, ûs, wohlfarth, glücklicher fortgang. Livius præfat. extr. de Diis suis, *successus prosperos dare*, glück und segen verleihen. Ovid. Remed. Am. vers. 624,

Successumque artes non habuere meæ.

Idem epist. Heroid. 1 v. 18, *successu carere.* Justinus 16 cap. 5, de Clearcho: *ex successu continuæ felicitatis obliviscitur se hominem.*

¶ Successus, a, um, gelungen: ut, *Successa*, quæ bene succedunt. Plaut. Prol. Pseud. *Hos fugitastis, Quirites, successis bonis.* Cic. 16 ep. 12, *Nam cum omnia mea caussa velles mihi successa, tum etiam tua.* conf. Ovid. Met. 2 v. 788 si vera lectio: *Successurum Minervæ indoluit.*

¶ Successivus, a, um, succedens, nachfolgend. Lactant. de Opif. c. 12, *Duobus sexibus maris ac feminæ copulatis, successiva proles paritur, ne omne genus viventium conditio mortalitatis exstingueret.*

¶ Successive, adverb. i. e. progressu temporis, nach und nach. Rob. Constantinus supplem. L. L. adducit locum Spartiani in Caracalla c. 8, *Sub Scævola & Severo in advocatione fisci successive.* Sed pro eo legitur *successisse.*

CĔDRVS, i, Κέδρος, arbor nota, quæ nec cariem sentit, nec vetustatem, Plin. 11 cap. 40. Freinshem. ad Curt. lib. 5 cap. 7, 5, cedern. *Loqui cedro digna*, apud Pers. Satyr. 1 v. 42, id est, digna immortalitate. Quo pacto & Horat. dixit in arte Poët. v. 331,

speramus carmina fingi
Posse linenda cedro.

Hoc est; ejusmodi, quæ sint digna, ut posteritati conserventur, die eines ewigen gedächtnüß werth seyn. Modi loquendi sumti sunt à natura ejus arboris, cujus succo res illitæ cariem non sentiunt. Hac enim arte Numæ libri chartacei ad annos durârunt 535, Plinio auctore lib. 12 c. 13. conf. Vitruv. 2 c. 9.

¶ Cedratus, a, um, illud est quod cedri succo illinitur. Plinius 13 c. 13, *libros cedratos tineas non tetigisse.* Ita vulgo editum: Harduinus autem ex MSS. *citratos* legit.

¶ Cedrĕlāte, es, cedrus magna est. Plin. 24 cap. 5, *Cedrus magna, quam Cedrelaten vocant*, &c.

¶ Cedreus, a, um, vide *Cedrium.*

¶ Cedris, ĭdis, cedri fructus. Plin. ibid. *Cedrides, hoc est fructus cedri.*

¶ Cedria, æ, Κεδρία, cedri liquor, sive resina, hartz, so vom ceder-baume fleust. Plin. lib. 29 cap. 3, *Scabiem corporum ac pruritum oleo & cedria mixtis tollunt.*

¶ Cedrium, i, cedersafft. Plin. lib. 16 cap. 11 de pice: *Hoc in Syria cedrium vocatur: cui tanta vis est, ut in Ægypto corpora hominum defunctorum eo perfusa serventur.* ¶ Scribitur etiam *Cedreum*, ubi oleum subaudiunt. Vitruvius lib. 2 cap. 9, *Ex cedro oleum, quod Cedreum dicitur, nascitur.*

¶ Cedrīnus, a, um, adject. ut, *oleum cedrinum.* Plin. 32 c. 7.

¶ Cedromēla, mala eadem, quæ citria Dioscoridi sunt.

¶ Cedrostis, bryonia est, id est vitis alba, stickwurtz. Plin. 23 c. 1.

CELAENAE, arum, urbs, caput quondam Phrygiæ Livio 38 cap. 13. Lucanus 3 vers. 206,

Lugent damnatæ Phœbo victore Celænæ.

CELAENO, ûs, Κελαινώ, Harpyjarum princeps Virgilio est lib. 3 Æneid. versu 245,

Vna in præcelsâ consedit rupe Celæno
Infelix vates.

Juvenalis Sat. 8 v. 130,

curvis
Vnguibus ire para nummos captura Celæno.

CĔLĔBRIS, & Celeber, celebris, celebre, accommodatur tam rebus quàm personis, idque passive, secundum Vall. lib. 4 cap. 96. Quod celebratur, id frequentatur, atque deserto opponitur. Ita *via celebris* Catoni cap. 1 est, qua plures semper commeant, die öffentliche strasse, die niemals leer und ohne leute. *Vrbs celebris & copiosa*, Ciceroni pro Archia cap. 3, eine volckreiche stadt, da alles zu bekommen. Ovidius 4 Fast. v. 391,

Circus erit pompa celeber numeroque Deorum.

Et Cicero pro Lege Manil. c. 12, *Portus Cajetæ celeberrimus & plenissimus navium.* ¶ 2. Idem & clarum est, fama notum, beruffen, berühmt. Plinius lib. 7 cap. 5, *Aristophani celeberrimo in arte Grammatica*; & lib. 35 cap. 10, *Fuit Arellius celeber paullo ante divum Augustum.* Sic *pugna celebris*: id est, memorabilis & clara, pluraque alia hujus generis passim leguntur. Vetus Glossar. *Celeber*, διάφημος. *Habere veteris orationis usum atque notitiam celebriorem*, Gellius 11 cap. 3. ¶ 3. Singularem in modum Ovid. 2 Amor. v. 705, *Celeberrima verba loqui*, die freundlichsten, besten worte geben, quibus scilicet amantes utuntur.

¶ Celebritas, âtis, frequentia est, & solitudini opponitur, versammlung des volcks. Nepos Præfat. *Cujus materfamilias non primum locum tenet ædium, ac in celebritate versatur*, sie ist, da viel leute seyn. Cic. 3 ad Attic. ep. 7, *Odi celebritatem, fugio homines: lucem adspicere vix possum: esset mihi ista solitudo, præsertim tam familiari in loco, non amara.* Idem. lib. 12 ad Attic. epist. 13, *Me hæc solitudo minus stimulat, quam ista celebritas.* In quibus *celebritatem* vocat, quam eodem lib. 12 epist. 40, *frequentiam* dicit, *si quis requirit, cur non sim in his meis prædiolis, quæ sunt hujus temporis: quia frequentiam illam non facile ferrem.* Tacitus 2 Hist. cap. 64, *Vitatâ Flaminiæ viæ celebritate diver-*

divertere Interamnam, atque ibi interfici jussit. Vid. Gronov. Observat. lib. 3 c. 16. ¶ 2. Dicitur & *Celebritas* solemnis conventus sacrorum, & rei alterius peragendæ gratia qui fit. Vetus Gloss. ἑορτὴ, *celebritas, festus dies.* Ita *supremi diei celebritatem*, pro solemnibus exsequiarum Cicero pro Milone cap. 32 dixit. ¶ 3. Gloria seu divulgatio nominis est, ruhm unter den leuten. Cic. 2 de Offic. cap. 13, *Si quis ab ineunte ætate habet caussam celebritatis ac nominis*, &c. Ita *celebritatem sermonis hominum consequi*, idem Somn. Scip. c. 6 dixit. Vet. Gloss. *Celebritas*, φήμη.

¶ Celebro, are, primo significat frequenter & sæpe ire: item implere frequentiâ: Cic. de Orat. lib. 1 cap. 45 extr. *Q. Mutii janua maxima quotidie civium frequentiâ celebratur*, er wurde fleißig besucht. Ovid. 4 Metam. v. 414, *Tectaque, non silvas celebrat.* ¶ 2. Replere. Hinc Vet. Gloss. *Celebrat*, πληρεῖ. Eodem sensu *Concelebrare* usurpat Lucretius loco inferius citando. ¶ 3. *Celebrari* etiam dicitur, quicquid à multis colitur, & factitatur, sive peragitur, was im schwange gehet. Tacitus 2 Hist. cap. 49, *Celebratum id genus mortis.* Tertullianus de oratione: *In nobis reprehenditur, quod apud Idola celebratur*, id est, frequenter fit. Palladius lib. 12 cap. 2, *Hoc toto mense locis calidis & siccis, vel apricis, erit vitium celebranda positio.* Et cap. 4, *Nunc putatio autumnalis celebratur in vitibus aut arboribus:* Ad quam rationem & pluribus aliis locis hoc verbo usus est. Similiter *celebrare salinas*, pro *exercere* Manilius dixit lib. 5 v. 672,

Quin etiam magnas poterunt celebrare salinas,
Et pontum coquere.

Plin. lib. 10 epist. 117, *Solent non exiguum numerum vocare, binosque denarios vel singulos dare: quod an celebrandum, & quatenus, putes, rogo scribas.* Plautus Pseudolo act. 1 sc. 2 v. 35, *Intro abite, atque hæc citò celebrate:* i. e. peragite. Sic *celebrare conventus*, apud Giceron. 1 ad Attic. ep. 19, tage halten, zusammenkunfft halten. *Celebrare ludos, convivium, ferias, memoriam alicujus*, Cicer. *Celebrare exsequias*, begängniß halten. *Celebrare nuptias*, Liv. 36 c. 11. *Celebrare nuptiarum solennia*, Tacitus 11 c. 26, 5. *Natalem alicujus celebrare*, eines geburts-tag oder jahr-zeit begehen, Plin. 10 epist. 103. *Litterarum studia celebrare*, Petron. p. 151, id est frequenter excolere. ¶ 4. Deinde honore prosequi vel laudare, celebrem reddere. Vet. Gloss. *celebrat*, φημίζει. *Scriptis celebrari*, Cic. 5 epist. 12. *Res omnium sermone celebrata*, ein ding, das jederman bekandt, und davon iederman redet, Id. pro Cluent. c. 12 extr.

¶ Celebratus, a, um, frequentatus, laudatus, bekandt, berühmt; Ut, *Celebrata regia Memnonis*, Curt. 4, 8 n. 3. Et, *Nomine, quam pretio celebratior*, Ovid. 6 Fastor. v. 349. *Celebratior supplicatio*, Livius lib 3 cap. 63. Ac *Verbum celebratius*, Gell. 17, 2 extr. *Scriptor celebratissimus*, idem Gell. cit. lib. c 4.

¶ Celebratio, ōnis, tam late sumitur, quam verbum Celebtate. Est enim frequentatio, besuchung: ut Cic. pro Sylla cap. 26, *quæ domus? quæ celebratio quotidiana? quæ familiaris dignitas?* Deinde laus est & prædicatio, hochhaltung. Plin. lib. 34 c. 5, *Equestres statuæ Romanam celebrationem habent.* Denique εὔρτασις; ut, *celebratio ludorum*, Cic. Attico lib. 15 epist. 29, pr. feyerung, solennität. *Celebratio epuli*, ein panquet, Vellej. 2, 56, 1.

¶ Celebrabilis, e, preißlich. Ammianus lib. 29 cap. 34, *ætatum ordinumque omnium celebrabili favore susceptus.*

¶ Celebresco, ere, celebrari, celebrem fieri. Accius apud Nonium c. 2 n. 158, *Et qualis fuerit, fama celebrescat tua.*

¶ Concelebro, are, idem quod celebrare, herrlich halten, feyerlich begehen. Cæsar Civ. 3 cap. 72, *fama ac litteris victoriam ejus diei concelebrabant.* Livius 8 cap. 7, *quantum militaribus studiis funus ullum concelebrari potest.* Tibullus 1 eleg. 8 v. 49,

Huc ades, & centum ludos, Geniumque choreis
Concelebra.

Et Lucret. lib. 1 v. 3 de Venere:

Quæ mare navigerum, quæ terras frugiferentes
Concelebras.

i. e. Variis animantibus fœcunde & copiose reples.

¶ Incelebris, e, non celebris. Silius 8 v. 379, *incelebri valle.* Gell. 5 cap. 14, *non incelebres libri.*

¶ Incelebratus, a, um, idem. Tacitus 6 cap. 7 extr. *ab aliis incelebrata.*

¶ Percelebris, e, valde celebris, kundbar. Pompon. Mela lib. 2 cap. 3, *templum Junonis vetustate & religione percelebre.* Et Plinius lib. 10 cap. 5, *percelebris gloria.*

¶ Percelebro, are, sehr ruchtbar machen. Cic. in Verr. 7 c. 31, *De qua muliere plurimi versus tota Sicilia percelebrantur.*

¶ Percelebratus, a, um. ut, *Res sermonibus percelebrata*, h. e. maximè divulgata, sehr ruchtbar, apud Cic. pro Cœl. cap. 29.

CELER, celeris, celere, velox, festinus, behend, schnell. Horat. 3 oda 12 v. 12, *Celer excipere aprum.* Terent. in Phorm. a. 1 sc. 4 v. 1, *Nullus es, nisi aliquod jam tibi consilium celere repereris.* Vellej. 2, 73, 1, *Celer cogitatione*, sinnreich. Cic. in Orat. c. 59, *Mente nihil celerius*, es ist nichts geschwinder als die gedancken. Sic Liv. 2, 51, *celeriora consilia.* Virgil. 12 v. 507, *fata celerrima*, geschwinder tod. Apud Ennium nonnunquam occurrit Superlativus *Celerissimus*, ut 16 Annal. *Celerissimus rumor.* Sed Charisius lib. 1 vocem illam barbarismum esse ait, qua licentia Varro & Lucretius *parvissimus* dixerunt.

¶ Celeres, um, quoque dicti sunt illi Equites à Romulo ex omni multitudine lecti, trecenti numero, à *Celere*, Remi interfectore, quique à Tarquinio Prisco ad sexcentorum numerum aucti fuerunt. Vide Livium lib. 1 cap. 16 & 36, & Festum in hac voce. Tribunus autem Celerum, qui his præfectus erat, describitur a Pomponio lege 2 § 15 de Orig. Juris.

¶ Celeritas, ātis, behendigkeit. *Celeritas ad discendum*, Cic. Acad. 1 c. *Celeritas percipiendi*, Quintil. 1, 10, fertigkeit zu lernen, und ein ding zu fassen. Plinius: *Etiam celeritas in desiderio mora est*, in grossem verlangen ist auch die eyl ein verzug. *Expedita & profluens celeritas verborum*, Cic. de Clar. Or. cap. 61. Quantum possit in bellis itinerum conficiendorum celeritas, prolixè ostendit Freinsh. ad Curtium lib. 5 c. 5, 2. Conf. Barth. ad lib. 2 Theb. Statii p. 647.

¶ Celeritudo, inis, idem. Varro de R. R. lib. 3 c. 12.

¶ Celere, adverb. eilends, hurtig. Ennius ex Satyr. lib. 1, *dum quicquid das celere.* Et Plaut. 2, 3 v. 4, *Subito, propere & celere objectum est mihi negotium.*

¶ Celeriter, adverb. idem. Publ. *Beneficium inopi bis dat, qui dat celeriter*, behende gabe ist eine zwiefache gabe. *Succurrere celeriter*, Plancus Ciceroni 10 ep. 21, eilends zu hülffe kommen. *Celeriter reperire, quæ opus:* Nepos Themistocl. cap. 1. ¶ Celerius; Cæsar B. Gall. 2, 3, *quum de improviso, celeriusque omnium opinione venisset.* ¶ Celerrime. Idem Gall. lib. 1 cap. 37, *re frumentaria, quam celerrime potuit, comparata.* Et Lentulus ad Ciceronem lib. 12 epist. 15 tam *Celerius*, quam *Celerrime* una epistola dixit. Plinius lib. 32 cap. 2, *celerrime examinari.*

¶ Celeriuscule, aliud adverb. ut, *Celeriuscule dicere*, etwas behend reden. Auctor ad Herenn lib. 3 c. 14.

¶ Celero, are, est celeriter aliquid facere, mit einem ding behend umgehen. *Gradum, fugam celerare*, Virg. Æn. 4 v. 641, & lib. 9 v. 376.

¶ Celeranter, &

¶ Celeratim, antiqua sunt apud Accium & Sisennam. Vide Nonium cap. 2 n. 140.

¶ Celeripes, ĕdis, schnell zu fuß; item, ein läuffer. Cic. ad Att. 9, 7, *Venit eo ipso die ille celeripes.* Auson. Parent. 27, *Celeripes & adeat loca tacita Erebi.* Idem epigr. 146 v. 31, *Velox manus celeripedis compendii.*

¶ Accelero, are, herzu eilen, beschleunigen. *Accelerare iter*, est properare, Cæs. B. Civ. 2, 39. *Accelerare opus*, das werck eilends fertigen, apud Stat. 6 Theb. v. 242. Et neutraliter; *Si accelerare volent, ad vesperam consequentur*, werden sie sich nicht säumen, werden sie eilen, &c. Cic. in Catil. 2 cap. 4.

¶ Acceleratio, ōnis, eilfertigkeit. Auctor ad Herenn. 3 c. 13, *Continuatio est orationis enuntiandæ acceleratio clamosa.*

¶ Perceler, is, e; valde celer. Cic. pro Cœlio cap. 24, *cujus perceleri interitu*, sehr geschwind, plötzlich.

¶ Perceleriter. Cic. 6 epist. 13, *recepit, perceleriter se ablaturum diploma*, sehr behend, sehr bald.

¶ Præceler, is, e, idem ac Perceler. Plin. lib. 9 cap. 26, *præceleri vi repente rapi.* Stat. Theb. 6 v. 550,

Sollicitat tunc ampla viros ad præmia cursu
Præceleres.

¶ Præcelerate, præverti, præcurrere, vorher eilen. Statius neutraliter 2 Theb. v. 497, *calle latenti præcelerant:* & active lib. 4 Theb. v. 799, *præcelerantque ducem.*

CĔLES, ētis, plur. Celetes, equites equo uno insidentes, à Κέλης, qui Græcis equus est, qui ab uno regitur sessore. Pausanias de ludis Olympicis sic ait; Duo certandi equis genera, *Synorides & Celetes.* Synoris erat biga e duobus equis; Celes singulari equo currebat. *Celetas* ita latine scripsit Plinius lib. 34 cap. 5, *Equestres statuæ Romanam celebrationem habent, orto sine dubio à Græcis exemplo. Sed illi Celetas tantum dicabant in sacris victores;* turnirer. Hinc &

¶ Celetizontes, κελητίζοντες, pueri equum regentes singularem. Idem Plinius lib. 34 cap. 8, *Idem* [sculptor] *& celetizontes fecit.* nam de statuis hæc vocabula usurpantur. Hesychius per ε scribit loco η, κελεθίζειν, τοῖς ἵπποις ἐπιβαίνειν, ubi θ etiam contra originem est, nisi is aliud intelligit.

CĔLEUS, duabus syllabis, proprium regis Eleusinæ, a quo Ceres hospitio excepta ei omnem agriculturæ rationem aperuit. Ejus supellex rusticana abiit in proverbium. Virg. 1 Georg. v. 165,

Virgea præterea Celei vilisque supellex.

CĔLEUSMA, ătis, clamor nautarum, quo se hortabantur facientes opus ad remos, schiff-geschrey. Martial. lib. 3 epigr. 27 de pigris nautis:

Cessatis, pueri, nihilque nôstis,
Vatreno Rasinâque pigriores,
Quorum per vada tarda navigantes
Lentos figitis ad Celeusma remos.

Idem lib. 4 epigr. 64,

Quem nec rumpere nauticum Celeusma
Nec clamor valet helciariorum.

¶ 2. Celeusma nautarum cantus erat, quem seu in prosperis, seu adversis rebus concinebant & se solabantur, freuden-lied. Asconius Pedianus in Divinat. Verr. p. 37, *Cani*, inquit, *remigibus, celeusma per symphoniacos solebat, & per assam vocem*, i. e. *ore prolatam; & ut in Argo navi per citharam:* De hoc intelligendus Censorinus est de Die Natali cap. 12 scribens: *Quò faciliùs sufferant laborem vel in navis motu, à vectore symphonia adhibetur.* Rutilius lib. 1 Itinerarii v. 369,

Hic mecum pigri solabar tædia venti,
Dum resonat variis vile celeusma modis.

Fortunatus Venantius de Vitâ S. Martini lib. 4 v. 423,

Atque petens portum vada complet nauta celeusma.

Ubi nota; *Celeusmam* in genere fœminino dixisse: quemadmodum *glaucomam* Plautus; & ipse Venantius *Pascham.* B. Hieronymus epist. 1 ad Heliodorum, de laude vitæ solitariæ, sub fin. *Sed quoniam è scopulosis locis enavigavit oratio, & inter canas spumeis fluctibus cautes, fragilis cymba in altum processit, pandenda vela sunt ventis, quæstionum scopulis transvadatis, lætantium more nautarum, epilogi celeusma cantandum est.* Christianis de cætero pro celeusmate Hymni & Psalmi fuerunt: quos sæpe repetitis vocibus *Haleluja* & *Amen* canere solebant. Paullinus ad Nicetam v. 119,

Navitæ læti solitum celeusma
Concinent, versis modulis in hymnos,
Et piis ducent comites in æquor
Vocibus auras, &c.

Sidonius lib. 2 epist. 10,

Curvorum hinc chorus helciariorum
Responsantibus Aleluja ripis
Ad Christum levat amnicum celeusma.

¶ Celeustes, æ, κελευστής, cujus erat monere remiges, cùm & faciendum opus & cùm cessandum esset, item facientes opus hortari, ut incumberent strenui, ein antreiber der ruderknechte. Ovid. 3 Metam. v. 618,
& qui requiemque modumque
Voce dabat remis, animorum hortator, Epopeus.
Latinis dicebatur *Portisculus.*

¶ Proceleusmaticus, i, προκελευσματικός, pes constans quatuor syllabis brevibus. Virg. Eclog. 3 v. 96,
Tityre pascentes à flumine rejice capellas. Et
Arietat in portas, id. Æneid. v. 890.
Sic dictus est à celeri cohortatione nautica, παρὰ τὸ προκελεύειν.

CELIA, æ, potus Hispanorum ex tritico & aqua, qualis nostra *Biera* est, weitzen-bier, weiß-bier. Meminit Plinius lib. 22 cap. ult. & Florus lib. 2 cap. 18. De ea ita Orosius lib. 5 cap. 7 de Numantinis loquens: *Vltimò omnes duabus subito portis eruperunt, larga prius potione usi, non vini, cujus ferax is locus non est; sed succo tritici per artem confecto, quem succum à calefaciendo* Celiam *vocant. Suscitatur enim ille ignea vis germinis madefactæ frugis, ac deinde siccatur, & post in farinam redacta, molli succo admiscetur, quo fermento sapor austeritatis & calor ebrietatis adjicitur.*

CELLA, æ, ein keller, gewölbe; à celando dicitur: nam quæ occulta volumus, celamus, inquit Festus. Ita autem appellabantur Apothecæ, sive œci secretiores, fornicato ut plurimum opere, atque sub terra; ubi recondebantur servabanturque variæ res: vinum puta, mel, frumentum, aliaque hujus generis; à quibus & sua cognomina accipiebant. Hinc *frumentum, cellæ nomine imperare*, aut *in cellam*, Cicero dixit Verrinâ 3 cap. 90 & 92. Idem Cicero de Senect. c. 16, *Semper boni assiduique domini referta cella vinaria, olearia, mellaria, & penaria. Promptuariam cellam*, Plautus dixit Amphitr. a. 1 sc. 1 pr. Vocatur & *Proma*, ταμεῖον: quod inde promantur, quibus usus est. Inde qui præerat, *Promus condus* appellabatur. ¶ 2. *Cellas promas* Tertull. de resurr. cap. 27 sepulcra vertit ex Esa. 26, quod ex iis corpora rursus depromenda sunt. ¶ 3. *Cellæ* etiam dicebantur meretricum fornices; Petronius: *Jam pro cella meretrix assem exegerat. Pro cella*, id est, ante cellam stans. Juvenal. Sat. 6 v. 121 de Messallina augusta meretrice: *Intravit calidum veteri centone lupanar,*
Et cellam vacuam atque suam.
Ad quem locum Vetus Scholiastes notat, cellis istis superscripta nomina meretricum fuisse, quæ ibi prostarent. Vnde *inscriptam cellam* Martialis lib. 11 epigr. 46 dixit, & mox Juvenalis de eadem Messallina:
titulum mentita Lyciscæ.
¶ 4. Familiæ etiam sive servorum cubicula *cellæ* vocabantur: quod angustiora, ut puto, reductaque essent: kämmergen. Vsus sic Seneca Controv. 21 & Cicero in Philipp. 2 c. 27 de luxu Antonii, *servorum*, inquit, *in cellis lectos stratos conchyliatis Cn. Pompeji peristromatis videres.* Ex quo Virgilius quoque ¶ 5. Cavernas favorum *cellas* dixit 1 Æn. v. 432, *aut cum liquentia mella*
Stipant & dulci distendunt nectare cellas.
bienen-häußlein. Vt & *Columbarum cellas* Columella dixit, tauben-nester, lib. 8 c. 8. Item *Cellas, in quibus anseres incubitant*, gänse-ställe, lib. 8 c. 14. *Cellarum familiæ* meminit Cato c. 14, Columella *servorum cellas*; item *bubulcorum pastorumque cellas* lib. 1 de R. R. cap. 6 nominat. *Cella ostiarii* apud Petronium legitur. ¶ 6. *Cellæ* & balnearum membra dicebantur: de quibus Palladius lib. 1 de Re R. c. 40. Et erant tres, *frigidaria, tepidaria & caldaria*: quamquam & quartæ mentio fit, quæ *cella assa* dicebatur, itemque *sudatoria*, eine schwitz-stube. De iis multa eruditissimus Salmasius ad Vopiscum observat. ¶ 7. Erant & templorum *cellæ*; quas Græci σηκὸς appellabant; adyta sive interiores partes ædis, ubi simulacra deorum posita erant, quibus ædes ipsa dicata, Hesychius: ἐνδοτέρους τόπους τοῦ ἱεροῦ interpretatur. Sic Capitolinum templum Romæ tres, ut ex Dionysio constat, ejusmodi σηκὸς sive *cellas* habebat, quorum media Jovi, dextra Minervæ, læva Junoni sacra erat. *Delubra* P. Victor in descriptione regionis 12, & Plin. lib. 35 cap. 10, alii generaliori vocabulo *ædes* appellant, eine capell, sacristey. Vide & Salmasii Exercit. Plinianas, ubi plura & singularia de iis leges. *Cella Jovis, Cella Concordiæ*, apud Livium & Ciceronem. Vid. supra *Capella.*

¶ Cellula, æ, diminut. ein kämmerlein. Terent. in Eun. a. 2 sc. 3 v. 18, *Cum in cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum.*

¶ Cellulanus, i, monachus est, in cella vitam agens, Sidonio lib. 9 ep. 3, ein münch.

¶ Cellarius, i, qui cellæ sive penori præest, esculenta poculentaque curat, ein speisemeister, kellermeister, kellner, haußvoigt. Columella lib. 11 cap. 1, *Non minor habenda erit ratio, ut cibus & potio sine fraude cellariis præbeatur.* De eorum officio idem lib. 12 cap. 4. Plautus Capt. act. 4 sc. 2 v. 113, *tu intus cura, quod opus est,*
Sume, posce, prome quidvis, te facio cellarium.

¶ Cellaria, æ, schliesserin, kellnerin. Hoc fœmininum Plauto dant, cujus in Milite act. 3 sc. 1 v. 102 sit, *Succenset cellaria.* Lambinus autem *geraria* legit: Taubmannus & Operarius *ceraria*, quorum annotationes videas. Esto autem, libros Plauti variare, non tamen dubitandum est de vocabulo & munere, quod in sequiore etiam sexu Pignorius de Servis p. 99 ex Athenæo & Horatio describit. Quid? quod adjectivum *Cellarius* est, & vel minister aut servus; vel ancilla, vel aliud subaudiri potest, ut jam dicemus.

¶ Cellarius, a, um, adjectivum: ut, *sagina cellaria*, apud Plautum Milite act. 3 sc. 2 v. 31.

¶ Cellarium, i, substantive Donato idem quod *Cella*; ita enim ad illum locum Adelphis act. 4 sc. 2,
Nam me jam in cellam aliquam cum illa concludam: id tutissimum est:
Scribit: CELLA & CELLARIVM *à reponendis celandisque rebus esculentis & poculentis dicitur*, speise-kammer, küche. Vet. Gloss. *Cellarium*, ταμεῖον. Salvianus lib. 3 de Providentia: *Sicut servi hominum divitum, aut procuratores, quibus vel supellectilia copiosa, vel cellaria opulenta creduntur, fideles absque dubio dici non queunt, si res traditas devorarent*, &c. ¶ 2. Sic dicebatur etiam, quod promebatu ex promptuariâ cellâ præter annonas, h. e. frumentum & panem; videlicet, sal, vinum, oleum, carnes, & aliæ istiusmodi species, quæ in Theodos. Codice *Cellarienses* appellantur, quas rectores provinciarum earumque comites solebant accipere: Commiss. L. 3 Cod. Theodos. de officio Judicum omn. *Neque Rectori provinciæ plus aliquid præstabit, quàm nos concessimus sine annonis & cellariis.* Sulpitius Severus elegantiss. scriptor lib. 2. Hist. Sacræ in Ariminiensis Concilii historiâ: *Acciti numeratique quadringenti & aliquantò amplius occidentales Episcopi Ariminum convenêre: quibus omnibus annonas & cellaria dari Imperator præceperat.* Vbi erudite Sigonius *annonas* & *cellaria* idem esse annotat, quod *loca lautia*, (de quibus infrà suo loco;) Romani veteres dixerunt: sed quod *Cellaria* pro hospitiis, sive cellis, ut loquitur, hospitalibus accipit, in eo vehementer fallitur. Novitius quoque editor atque interpres Sulpitii, malè *cellaria* hîc de poculentis tantùm interpretatur, atque annonas ἐδώδιμα accipit. Annonæ enim non nisi frumentum & panis: *cellarii* vero nomine ceteræ species, quas diximus, comprehenduntur: hoc est, quicquid in penu asservari solebat. A penu enim non differebat *cellarium* nisi tempore. Servius in Æneid. 1 v. 704, *Inter* PENVM, inquit, *&* CELLARIVM *hoc interest, quod cellarium est paucorum dierum: penus verò temporis longi.* S. Hieronymus in cap. 10 Matthæi: *Ex hoc præcepto arguit Philosophos, qui vulgò appellantur* bactroperitæ; *quod contemtores seculi, & omnia pro nihilo ducentes, cellarium secum vehant.* Leges & apud Augustinum lib. 9 Confess. cap. 8.

¶ Cellariolum, i, dimin. Hieronym. lib. 2 adv. Jovinian. cap. 16.

¶ Cellāris, e, adjectivum, à cella rem denominans. *Columbos cellares*, Columella dixit lib. 8 cap. 8 pr. die gemäst werden.

¶ Cellariensis, e, adjectivum aliud: ut, *cellarienses species*, Cod. Theodos. de erogatione militaris annonæ Lege 32 & Lege 16 de indulgentiis debitor.

¶ Cellatio, ōnis, cellarum constitutio, occurrit in fragm. Petronii circa finem p. 50, *domus habet cellationem.*

¶ Cellio, ōnis, idem quod Cellarius. Inscript. Grut. pag. 582 n. 10, D. M. SECVNDI NVNDINI PRIMITIVI CELLIONIS.

¶ Circumcellio, ōnis, vagabundus circa cellas, monachorum puta, quales homines Augustinus scribit permultos in Donatistis fuisse, vide epistolam ejus 169 &c. Idem epist. 255, *In tantis latrociniis circumcellionum, clericorumque vestrorum*, scil. Donatistarum.

CELLO, celsum, ĕre, ex κέλλω, id est moveo, impello, antiquum, cujus Derivata & Composita supersunt, ut:

¶ Celsus, a, um, sublimis, arduus, à Græco κέλης, secundum Festum, Isidoro quasi cælestis, a *cælo*: Vossio à *cello*, sicut excelsus ab excello; hoch, erhaben, aufgericht. Cic. de nat. deorum lib. 2 cap. 56, *Deus homines humo excitatos, celsos & erectos constituit.* Idem pro Sylla cap. 2, *Celsissima sedes honoris & dignitatis.* Val. Flaccus lib. 2 v. 547, *celsior artûs taurus.* Claudian. de bello Get. v. 430, *celsior cunctis.*

¶ Celse, adverb. Comparat. *Celsius adsurgunt*, Claudian. lib. 1 in Eutrop. v. 387.

¶ Celsitas, ātis, die höhe, hoheit; tribuitur etiam Ciceroni, quia ejus est compositum *Excelsitas*, de quo paullo post.

¶ Celsitudo, ĭnis, idem; ut, *Celsitudo corporis*, Vell. Paterc. 2, 94.

¶ Antĕcello, ui, ĕre, præ aliis levare se, superiorem esse, fürgehen, übertreffen. Adhæret *Dativo* & *Accusativo.* Cic. pro Arch. cap. 3, *Antecellere omnibus ingenii gloria.* Idem pro Muræna cap. 17, *Vir humanitate, sapientia, integritate antecellens.* Cum *Accusativo*: Cicero fragm. pro C. Cornel. *Qui eloquentiâ cæteros antecellis*, der du es andern mit beredsamkeit zuvor thust.

¶ Excello, ui, ĕre, præstare, eminere, altiora tenere, übertreffen, fürtrefflich, berühmt seyn. *Ingenio scientiaque excellere*, Cic. 4 Acad. cap. 2. *Excellere abstinentiâ*, Nepos Aristide cap. 1. *Excellere vitiis*, Cic. 1 de Leg. cap. 19. *Excellere inter omnes unum*, Idem in Oratore cap. 2. *Excellere alicui*; ut, *Zeuxis longe ceteris excellere pictoribus existimabitur*, Idem lib. 2 de Invent. sub initium.

¶ Excellens, tis, fürtrefflich, hoch. *Excellens omni genere laudis*, hoch-belobt, Cic. 1 Acad. c. 3. Et Livius lib. 2 cap. 43, *Excellentibus ingeniis citius defuerit ars, qua civem regant, quam qua hostem superent.* Comparative, *Nihil Alcibiade fuit excellentius, vel in vitiis, vel in virtutibus*, Nepos pr. Vitæ. *Vna est excellentissima virtus, justitia*, Cic. lib. 1 de Nat. Deor. cap. 2.

¶ Excellentia, æ, hoheit, fürtrefflichkeit. Cic. 1 Offic. cap. 28, *Nobis personam imposuit ipsa natura, magna cum excellentia præstantiaque animantium reliquarum.*

¶ Excellenter, fürtrefflich. *Excellenter pronunciare*, Corn. Nep. Attic. c. 1 n. 3. Et Cic. 1 Offic. cap. 18, *quæ magno animo, & fortiter excellenterque gesta sunt.* Auctor Panegyr. in Calp. Pison. v. 240,
Ipsaque nescio quid mens excellentius audet;
quamquam ibi etiam adjectivum potest esse.

¶ Excelsus, a, um, hoch, erhaben. Vt, *Mons excelsus*, Plin. 12, 14. *arces excelsæ*, Lucan. 3 v. 462. Translate, *Animus excelsus*, Cic. Offic. 1 c. 23. & absolute, *in excelso ætatem agere*, Sallust. in orat. Cæsaris B. Catil. c. 51. Comp. *Excelsior locus, planitia ex omnibus partibus subjecta*, Hirtius B. Alexand. c. 28. *Princeps omnibus excelsior*, Plin. Paneg. cap. 94. *Excelsissimo loco castra fecit*, Hirt. B. Gall. 8 cap. 33. *Excelsissima victoria*, Vellej. 2 c. 96.

¶ Excelse, adverb. cujus Comparativo usus est Columella 4 c. 1, *scandit excelsius*; & Cic. in Orat. c. 34, *excelsius dicere & sentire*: Superlativo Vell. Paterculus 1 cap. 6, *Sparta excelsissime floruit.*

¶ Excelsitas, ātis; ut, *excelsitas montium*, Plin. lib. 2 cap. 64. *Hæmi*, [montis] Idem lib. 4 cap. 1. *Atlantis*, id. lib. 5 c. 1. *Arundo in excelsitatem nascens*, id. lib. 16 cap. 36. Translate, *excelsitas animi*, Cic. 3 Off. cap. 5, id est, magnitudo.

¶ Superexcellens, tis, Salvianus lib. 3 ad Eccles. (adv. Avarit.) p. 132 [Baluz. 296,] *augmentum etiam & superexcellentem cumulum pollicetur.*

¶ Percello, perculi, perculsum, percellere, evertere est, hart stossen, umstossen,

umstossen, erlegen. Cicer. pro M. Marcello cap. 6, *Quos cives amisimus, eos Martis perculit vis.* Nepos Datame cap. 6, *Tali consilio uno tempore proditores perculit & hostes profligavit.* Et Cic. pro Domo cap. 11, *Aliquem percellere & labefactare*, einen übern hauffen werffen. *Perculeris jam tu me*, wilt du mich denn umstossen, Terent. Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 87. Plin. Paneg. cap. 66, *Erant ante oculos naufragia multorum, quos insidiosa tranquillitate profectos, improvisus turbo perculerat*, hoc est, everterat. Præteritum est *perculi*, ut Virg. Æneid. 5 v. 374,

Perculit, & fulva moribundum extendit arena.

Quod etiam Priscianus lib. 10 p. 896 confirmat. An etiam *perculsi* format? Adfirmant quidam ex Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 98, *Perculsit ilicò animum*: & Horat. lib. 1 Oda 7 v. 11, *Larissæ perculsit campus*; sed utrobique melioribus libris *percussit* legitur.

¶ Perculsus, a, um, geschlagen, erschreckt. *Plaga perculsus*, den das unglück troffen, Nepos Eumene cap. 5. *Perculsus & abjectus*, Cicer. Catilin. 2 cap. 1. *Perculsa timore civitas*, mit furcht erschreckt und zaghafft gemacht, Idem ad Brutum epist. 3.

¶ Præcellĕre, idem quod antecellere, excellere, übertreffen, fürgehen. Plin. lib. 12 cap. 3, *Malus Assyria odore præcellit foliorum.* Tacitus lib. 16 cap. 7, *claritudine generis præcellebat.* Idem annal. 3 cap. 24, *Silanus per insignem nobilitatem & eloquentiam præcellebat.*

¶ Præcellens, tis, fürtrefflich. *Juvenis præcellens robore mentis*, Silius lib. 3 v. 603. *Suavitate præcellentior*, Plin. lib. 12 cap. 6 pr. *Vir omnibus rebus præcellentissimus*, Cic. in Verrem 6 cap. 44.

¶ Præcellentia, æ, fœm. Tertullianus Apolog. cap. 23, *Vbi est ergo præcellentia divinitatis?*

¶ Præcelsus, a, um, sehr hoch. Cic. Verr. 6 cap. 48, *loco præcelso atque edito.* Statius 3 Silv. 3 v. 85, *præcelsaque toto*

Intravit fortuna gradu.

Compar. præcelsior. Salvianus lib. 6 pag. 226, *Cum sciam, in civitatibus Gallicanis omnes ferme præcelsiores viros calamitatibus suis factos esse pejores.*

¶ Procellere, idem quod percellere. In exemplo, quod in *Percello* allatum ex Plinii Paneg. c. 66, aliqui pro *perculerat* legunt *proculerat.* Servius ad 1 Æn. *Procella est vis ventorum cum pluvia, ab eo, quod omnia procellat, h. e. moveat.*

¶ Procella, æ, venti impetus in mari, fluctus, ein sturmwind, ungestümigkeit, a *procellendo* dicitur, id est, *percutiendo.* Virgil. 1 Æneid. v. 102, *stridens aquilone procella.*

Horatius lib. 2 Oda 9 v. 2, *Mare Caspium*

Vexant inæquales procellæ.

De variis generibus procellarum vide Plin. lib. 2 cap. 48. ¶ Metaphora frequens est, ut, *Temporis procella*, Cic. 2. Verr. c. 3. *Invidiarum*, id. pro Cluent. c. 56. *Iratorum procellæ*, Silius 11 v. 224. Et, *Fortunæ procella*, Seneca Agamemn. v. 589. *Equestris procella*, ingruens equitum vis, Tacitus 3 Histor. c. 53. Et Cicero 4 Catil. cap. 2, *Circumspicite omnes procellas, quæ impendent, nisi providetis.* Idem pro domo sua cap. 53, *Tu procella patriæ, turbo ac tempestas pacis atque otii*, &c.

¶ Prŏcellosus, a, um, ungestüm: ut, *Mare procellosum*, Seneca Medea v. 411. *Ver procellosum*, Liv. lib. 40 cap. 2. *Venti procellosi*, Idem lib. 28 cap. 6. *Procellosissimum pelagus*, Augustinus lib. 5 de Civ. Dei cap. 22 extr.

¶ Procellose, adverb. Augustinus Confess. lib. 13 cap. 20, *Genus humanum profunde curiosum, & procellose tumidum.*

¶ Recellere, reclinare, zurück schlagen. Livius lib. 24 cap. 34, *In naves tollenone super murum eminente, ferrea manus, firma catenæ illigata, quum injecta proræ esset, gravi libramento plumbi recellente ad solum, suspensa prora, navim in puppim statuebat.* Lucretius lib. 6 v. 572,

inclinatur enim, retroque recellit.

Active Apulejus lib. 10 p. 249, *nates recellebam.*

¶ Recelliclunīæ, meretriculæ vocatæ a Plauto apud Festum. v. Parei Lex. Crit. p. 1060.

CELMVS, i, sive Celmis, quia græce κέλμις, nutritius Jovis in adamantem conversus, quod mortalem Jovem esse dixerat. v. Ovid. Metam. 4 v. 281.

CĒLO, avi, atum, are, scribunt & cælare, est occultare, heimlich halten, verbergen, verhalten. Dicimus, *Celo aliquem*, ich verhehle vor einem. Cic. in off. 3 cap. 8, *Si omnes Deos hominesque celare possimus, nihil tamen injuste faciendum est.* Idem pro Dejot. cap. 6, *Jovis numen celare nunquam potuisset, homines fortasse celâsset.* Et cum duobus Accusativis, *Celo te hanc rem*; Terent. in Adelph. a. 1 sc. 1 v. 29,

Ea ne me celet, consuefeci filium.

Et, *Celo te de hac re*, Cic. pro Dejotaro cap. 6 extr. *De armis, de ferro, de insidiis celare te voluit*, er hat dir wollen verhalten, &c. Et, *celo tibi hoc*, cum dativo & accusativo. *Id Alcibiadi diutius celari non potuit*, Nepos 7 c. 5 v. 2. *Celatum est minus diligenter*, Idem Conone cap. 5 n. 3.

¶ Celatus, a, um, tectus, absconditus, verborgen, heimlich: ut, *bene dissimulatus & celatus amor*, Terent. And. 1, 1 v. 105. *Celata virtus*, Horat. 4 od. 9, 30. ¶ Substantive celatum, die heimlichhaltung; ut, *Celato opus est*, Terent. Adelph. act. 3 sc. 2, man muß es verbergen. *Celati indagator*, Plaut. Trin. act. 2 sc. 1.

¶ Celate, adverb. tecte, heimlich, verdeckt. Ammian. 14 cap. 7, *non celate turbidum sæviebat ingenium.*

¶ Celatim, idem, Sisenna apud Gell. 12 cap. ult.

¶ Celator, ōris, qui abscondit, ein verberger. Lucanus lib. 10 v. 286,

Qua Deus, undarum celator, Nile, tuarum,

Te mihi nosse dedit.

¶ Concelare, idem quod celare. Gellius 11 cap. 9, *non id postea concelavit*, i. e. dissimulavit. Add. 15, 2, Vbi *pudor cupiditatum errores concelare* dicitur.

CĔLOX, ōcis, Nonio navigii genus, à celeritate dictum, ein jagtschiff, rennschiff. Plaut. Capt. a. 4 sc. 2 v. 94, *in publicâ celoce.* Livius lib. 21 cap. 17, *naves longæ CLX, celoces duodecim.*

CELSVS, i, est auctoris cognomen: ut, *Aurelius Cornelius Celsus*, qui de artibus liberalibus scripsit; & præterea de re militari & rustica: item de medicina, qui libri hodieque leguntur. Quintilianus lib. 12 cap. ult. *Quid plura, cum etiam Corn. Celsus mediocri vir ingenio non solum de his omnibus conscripserit artibus, sed amplius rei militaris & rusticæ etiam medicinæ præcepta reliquerit.* De Rhetoricâ scripsisse, ex eodem Quintil. lib. 2 cap. 15, & lib. 3 cap. 6 constare potest. Libros de re rustica sæpissime laudat Columella, circa cujus tempora etiam fuit. Nam lib. 1 cap. 1 scribit: *Non minorem laudem* [inter rei rusticæ scriptores] *meruerunt nostrorum temporum viri Corn. Celsus & Julius Atticus, quippe Cornelius totum corpus disciplinæ quinque libris complexus est.* Eumdem & de Philosophia scripsisse, Quintilianus testis est lib. 10 cap. 1 sub finem. ¶ 2. Alius *Julius Celsus* fuit multo recentior, qui & de vitâ Cæsaris scripsit, & Commentarios Cæsaris recensuit ac corrupit. Vid. Voss. lib. 1 de Historicis Latin. cap. 13 & 5. Et Instit. Orator. c. 3 sect. 10, itemque Salmas. Proleg. Exercitat. Plinian. sub fin. ¶ 3. Alius *Celsus* JCtus in Digestorum libris passim laudatur.

CELTAE, arum, Κελτοὶ, populi Galliæ Belgicæ proximi, inter Sequanam & Garumnam amnes, sic dicti à *Celto* Herculis, seu, ut alii tradiderunt, Polyphemi filio. Olim communi nomine ita adpellati sunt omnes populi, qui Germaniam & Galliam occupârunt, utpote cum Galli ipsi a Celtis suam trahant originem. Herodotus scribit omnium in Europâ ad Solis occasum extremos esse, lib. 4 cap. 49. Nam antiquissimis auctoribus latissime *Celtica* patuit, ejusque nomine *Illyricum, Germania, Gallia, Hispania, insulæque Britannicæ* continebantur. Vid. Cluver. German. Antiq. lib. 1 cap. 1, 2 & 3; & Freinsh. Ind. Curtii.

¶ Celtĭca, æ, Κελτικὴ, Cæsari tertia pars Galliæ, a Garumnâ ad Sequanam & Matronam, postea, demta parte inter Garumnam & Ligerim, quæ Aquitaniæ accessit, *Lugdunensis* vocitata. Vide Cæs. lib. 1 de Bello Gall. cap. 1 & Plin. 4 c. 17.

¶ Celticus, a, um: ut, *Rura Celtica*, apud Sil. lib. 1 v. 50. *Celtica nardus.* Vide *Nardus*. *Celticum promontorium*, Plin. 4 c. 20.

¶ Celtĭbēria, æ, Celtiberorum regio, pars illa Hispaniæ circa Iberum, quo Celtæ pervenisse creduntur, assumto ad suum nomen fluvii nomine, ubi consederant. Κελτιβηρία, Latine si pronuncies, penultima brevis est. Catull. Carmine 38,

Cuniculosæ Celtiberiæ fili, &c. est Senarius.

¶ Celtĭber, era, erum: ut, *Celtiberæ urbes*, Val. Max. 5, 1, 5. *Celtiberorum* meminit Cæs. B. Civ. 1 cap. 38, & Plin. 3, 3. De iisdem Val. Max. refert 2, 6, 11, quod in acie exultarint, tanquam gloriose & feliciter vita excessuri, lamentantes in morbo, quasi turpiter & miserabiliter perituri, etiam nefas esse ducentes prælio superesse, cum is occidisset, pro cujus salute spiritum devoverant.

¶ Celtiberius, a, um, adjectivum. Catull. Carm. 40,

Nunc Celtiber in Celtiberiâ terrâ

Quod quisque minxit, hoc solet sibi mane

Dentem atque russam defricare gingivam.

De quo vid. Hier. Mercurial. Var. Lect. lib. 3 cap. 19 extr.

¶ Celtĭbēricus, a, um: ut, *Celtibericum bellum*, apud Plin. 33 c. 3.

CELTIS, is, ὁ λωτὸς, arbor Africæ baccifera, de qua Plinius 13 v. 17. ¶ 2. Celtis genus est eximiæ testudinis, sed raræ, quam Troglodytæ adorant; Plin. 9 c. 10. ¶ 3. Celtis est instrumentum aptum ad sculpendum, Vulg. Interpr. Job. 19 v. 24.

Cementum, vide *Cæmentum.*

CENAEVS, i, epitheton Jovis, qui sic dictus a Cenæo promontorio Eubœæ, ubi Hercules Jovi aram exstruxit. Ovid. Met. 9 v. 136,

Victor ab Oechalia Cenæo sacra parabat

Vota Jovi.

CENCHRIS, is, Κέγχρις, seu Cenchrus, i, Κέγχρος, & Cenchrias, æ, serpens venenosus est, qui in spiras non convolvitur. Meminit ejus Lucanus lib. 9 v. 712,

Et semper recto lapsurus limite Cenchris.

¶ Cenchris, ĭdis, fœm. accipitris genus eidem est Plinio lib. 29 cap. 6.

¶ Cenchrītes, æ, Mascul. gemma eidem lib. 37 cap. 11, dicta à granis milii, quod Κέγχρον Græci dicunt; a quo &

¶ Cenchrum, i, genus est Adamantis Plinio lib. eod. cap. 4.

¶ Cenchritæ, arum, anserum genus sunt, quod cenchro, id est, milio inescatur.

¶ Cenchreæ, arum, Κεγχρέαι, plural. oppidum in Isthmo Peloponnesi: Corinthiorum emporium. Vide Livium 32 c. 17.

¶ Cenchreensis Ecclesiæ meminit Paulus Rom. 16.

CENDEVIA, æ, palus in Phœnice ad radices montis Carmeli, unde Belus amnis profluit. Plin. 5 c. 19 & 36 c. 26.

CENOMANNI, orum, populi Galliæ inter Celtas Cæsari, de Bello Gall. 7 c. 75. Plinius & in Italia *Cenomannos* collocavit, in eorumque agro Cremonam, lib. 3 cap. 18. Vide & Strabonem.

CENOTAPHIVM, i, Κενοτάφιον, ein grabmahl. Monumentum est sine corpore, & quod honori atque memoriæ mortui tantùm exstructum est. Florentinus JCtus L. 42 D. de religiosis &c. *Monumentum generaliter res est memoriæ causâ in posterum prodita: in qua si corpus vel reliquiæ inferantur, fiet sepulcrum: si verò nihil inferatur, erit* monumentum *memoriæ caussa factum, quod Græci κενοτάφιον adpellant.* Ergo *Cenotaphium* & *monumentum* idem est, ubi nihil; *Sepulcrum*, ubi corpus ossave hominis condita fuerit, ut Vlpianus lege 2 & 5 de eodem definit. Lampridius Alexandro cap. 63, *CENOTAPHIVM in Gallia, Romæ amplissimum sepulcrum meruit.* Ibi enim ejus reliquiæ conditæ. Adde Vopiscum in Floriano cap. 2 pr. & Hygin. fab. 273 p. 322. Virgilius, Græcam vocem velut interpretatus, *inanem tumulum* vocat lib. 3 v. 304 Æn. ubi Andromachen ejusmodi monumentum Hectori exstruxisse refert. Simile honoris genus miles Germanico exhibuit: de quo exponens Suetonius in Vitâ Claudii c. 1, *honorarium tumulum* adpellat; Quod non condendis corporis reliquiis, sed honoris tantùm atque memoriæ caussa factus esset.

CENSEO, sui, sum, ēre, idem quod existimare, arbitrari, ut Nonius

cap.

cap. 4 n. 838 interpretatur, meynen, achten. Varro de Rep. eodem citante Nonio c. 12 n. 5, *Verbum* Censeo *&* arbitror *idem poterat ac valebat.* Idem de Vita pop. Romani: *Itaque quod hos arbitros instituerunt populi censores adpellârunt. Idem enim valet CENSERE & ARBITRARI.* Terent. Adelph. a. 4 sc. 2 v. 40, *Censen' hominem me esse?* ¶ 2. Proprium hoc Senatorum erat consulentium in publicum, sententiasque dicentium, erkennen, vor gut halten. Plinius lib. 9 epist. 3, *Jam CENSENDI tempus. Dicit Domitius Apollinaris consul designatus.* Lucanus lib. 3 v. 109,

sedere patres censere parati,
Si regnum, si templa petat.

Livius lib. 10 c. 12, *Bellum Samnitibus & censuêre Patres; & Populus JUSSIT.* Idem lib. 31 cap. 7, *Sulpitius consul populum concione advocatâ alloquens, quia Patres, ait, CENSUERE, vos JUBETE.* Nam cum in medium consulturi, disputassent rem, in fine dicturi sententiam, cumque, ecquid statuerent, dicendum esset, solenni quadam formulâ subjiciebant: QUAS OB RES ITA CENSEO: DE EA RE ITA CENSEO: cujus plura exempla in Ciceronis Philippicis reperire licet. Hinc nota Donati est, ad illud Terent. Eun. act. 5 sc. ult. *Militem ego rivalem recipiendum censeo: Non dixit:* inquit, *PETO; sed CENSEO: tamquam illis modò consulat, non pro milite agat.* Sed proprie senator dicebatur CENSERE, qui novam sententiam aliquam de re ad deliberandum proposita, quam sequerentur ceteri, afferebat. Nam in alterius sententiam qui transit, non tam *censere*, quàm *assentire* dicendus est. Suetonius Augusto cap. 35, *Ut perinde quisque animum intenderet: ac si censendum magis, quàm assentiendum esset:* Ubi vide Casaubonum. ¶ 3. *Censere* etiam est ἀποτιμᾶν: propriéque eorum est, qui civium & subditorum bona æstimant, & pro conditione & modo eorum tributum imponunt vel imperant, schatzen, mit einer steuer oder schatzung belegen. Cicero in Verrina 4 cap. 56, *Quinto quoque anno Sicilia tota censetur,* alle fünff jahr wird gantz Sicilien geschätzt. Idem ad Atticum lib. 1 ep. 18 extr. *ne absens censeare, curabo edicendum.* Idem pro Flacco cap. 32, *Illud quæro, sintne ista prædia censui censendo: habeant jus civile: sint, nec sint, mancipi: in qua tribu denique ipsa prædia censuisti?* CENSUI CENSENDO *prædia* dixit, antiqua formula, quæ ejus conditionis sunt, ut possint censeri: quædam enim immunia erant, sive libera: steuer-frey. Cum dicit: *In qua tribu denique prædia censuisti?* id eo censere non est censum imponere, sive imperare tributum, ut aliàs hoc verbum accipi solet, & hic interpretati paullo ante sumus; sed censum præstare, sive imperatam pecuniam solvere, versteuren. Pro quo verbo *Censeri* deponentis figura paullo post utitur Cicero: de quo infra erit dicendum. ¶ 4. Hinc qua re quid excellit, notabileque atque insigne maxime est, eo *censeri* & dicitur, hoc est, æstimari, prædicari, angesehen seyn. Val. Max. lib. 5 cap. 3. extr. 3. *Aristides, quo totius Græciæ justitia censetur, continentiæ quoque eximium specimen, patriâ excedere jussus est.* Ibidem cap. 2 extr. *Amplissimæ & speciosissimæ divitiæ sunt, feliciter erogatis beneficiis latè posse censeri.* Q. Serenus de Medicinâ c. 1,

Vel quæ septenis censentur gramina succis.

Pacatus Panegyr. Theodosii cap. 4, *Campania censetur monte Gaurano.* Apulejus Apologiâ: *Sed profecto pro studio vivendi, quo solo censetur, facilius ad eum Alexandriam vini aura quàm fumi provenisset.* Auctor Dial. de Caussis corruptæ eloquentiæ cap. 39 extr. *Itaque hercle ejusmodi libri exstant, ut ipsi quoque qui egerunt, non aliis magis orationibus censeantur.* Seneca epist. 76, *Id in quoque optimum est, cui nascitur, quo censetur,* id est, ad quod a natura factus, & in quo ea de causa plurimum potest, idque ex eo æstimatur maxime, ac clarus est. Plinius Paneg. Trajani cap. 15, *Quisquis paullo vetustior miles, hic te commilitone censetur:* id est, ex eo æstimatur, & magni fit, quod te commilitonem habuit. ¶ 5. Solet verbum *Censeo* eleganter interseri per Ironiam, quemadmodum & *puto* &c. meines halts, wie ich sehe. Cic. 4 in Catilinam cap. 6, *Vereamini, censeo, in hoc scelere tam immani atque nefario, ut nimis aliquid severe statuisse videamini.* Horat. lib. 1 epist. 14 extr.

Quam scit uterque libens, censebo, exerceat artem.

¶ Censeor, censeri, deponentis forma: pro, in censum deferre: zu versteuern anlegen. Cicer. pro Flacco cap. 32, *Census es præterea numeratæ pecuniæ centum triginta HS. millia. Eam opinor tibi numeratam non esse abs te. Sed hæc omitto. Census es mancipia Amyntæ, neque huic ullam in eo fecisti injuriam. Possidet enim ea mancipia Amyntas, ac primò quidem pertimuit, cum te audisset servos suos esse censum.* Gellius lib. 7 cap. 13, *Qui centum & viginti quinque millia æris, ampliusve censi erant.*

¶ Census, a, um, relatus in censum, geschätzt. Liv. 3 cap. 3, *Censa civium capita centum quatuor & viginti millia.* Idem 10 cap. 47, *Censa capitum millia ducenta sexaginta duo.* ¶ 2. Item, qui centum millia sestertiûm possideret. Asconius in 1 Verrinam Ciceronis: *More veterum Censi dicebantur, qui centum millia professione detulissent: Hujusmodi adeò facultates Census dicebantur.* Nimirum Asconius *censos* vocat, qui *Classici* adpellabantur: quod nomen non commune omnibus civibus, qui in classibus essent, fuit, [nam instituto Censu Servius plures classes fecerat,] sed primæ tantùm classis hominibus proprium fuit, ut Gellius scribit lib. 7 cap. 13. Qui censum hujus classis tamen centum & viginti quinque æris definit. Sed Asconius minimam ejus censûs summam, ut videtur, expressit: infra quam censum qui possideret, locum habere in ea classe haud posset. Livius lib. 1 cap. 43, cum instituti à Servio censûs historiam persequitur: *Ex iis,* inquit, *qui centum millium æris, aut majorem censum haberent, LXXX confecit centurias quadragenas seniorum & juniorum, prima classis omnes adpellati.*

¶ Censitus, a, um, etiam pro *Census* dicitur. In Monumento Ancyrano, quod Imp. Augusti Octav. res gestas continet:

QUO LUSTRO CIVIUM ROMANORUM
CENSITA SUNT CAPITA QUADRAGIES
CENTUM MILLIA ET SEXAGINTA TRIA.

In lib. 11 Cod. titulus etiam *de Agricolis, Colonis & Censitis* est. Ubi *Censiti* illi dicuntur, qui capitis censum præstabant terræ dominis, [unde & à Juliano Patricio in Novellis *capite censiti* adpellantur] eoque nomine adscripti erant in Censualibus tabulis, servili quadam conditione, ut Lege 2 C. in quibus causis Coloni censiti dominos accusare possunt, constare potest. Plura de iis JCti.

¶ Censio, ōnis, die schatzung, in quâ Censor officium suum exercet: quod cùm in æstimando partim, partim in animadvertendo, ut mox dicemus, consistebat, itaque *censio* & *æstimationem* & *animadversionem* significat. Festus: CENSIO, *æstimatio:* unde CENSORES. Rursus: CENSIONEM *facere dicebatur* CENSOR, *cùm multam Equiti irrogabat.* Hinc & *hastaria censio* dicebatur, *cum militi multæ nomine ob delictum militare interdicebatur, ut hastas daret,* (daß er das gewehr niederlegen muste,) ut idem interpretatur. Plautus Aulular. act. 4 sc. 1 v. 14,

Qui ea curabit, abstinebit censione bubulâ.

Censionem bubulam festive adpellat animadversionem, quæ fit loris bubulis, da man einen geisselt und peitschet.

¶ Censitio, ōnis, idem quod Censio. Frontinus de Coloniis in Calabria: *Vespasiani censitione & jussu.*

¶ Censitor, ōris, ex quo contractè *Censor,* ein schatzer, schatzmeister. Neque revera discrimen inter hæc duo vocabula est: nam & *Censitor* & *Censor,* æstimatorem originitus notavit, hoc est, eum, qui ageret censum, seu bona populi æstimaret, atque pro æstimatione ea tributum imponeret. Sed tamen usus obtinuit postea, ut *Censitores* & *Censores* non iidem dicerentur. Nam *Censitores* adpellabantur, qui in provinciis agebant censum, atque hoc munere interdum extra ordinem fungebantur: at qui id Romæ facerent, & præter id aliis quoque fungentes partibus, peculiarem quemdam magistratum constituerent, *Censores* soli adpellabantur: sicut & *Census* proprie maximeque ad urbem pertinuit, ut infra monebimus. Inscript. vet. apud Fabrett. pag. 29. GN. MUNATIUS. M. F. PAL. AURELIUS. BASSUS. ASTURUM. CENSITOR. CIVIUM. ROMANORUM. COLONIAE. VICTRICENSIS. Ulpianus Lege 4 § 1 de Censibus: *Si agri portio chasmate perierit, debebit per censitorem revelari.* Et mox: *nisi caussam Censitori probarit.* Vet. Gloss. *Censitor,* ἀπογραφεύς, τιμητής. Hesychius: Κηνσήτωρ ὁ τὴν γῆν μετρῶν, *Censitor terram metiens.* Hic est, qui ἐξισωτὴς Gregorio Naz. qui in Theodosiano Codice ad verbum *peræquator* dicitur: ideo quod libros censuales emendaret, & onus tributi habita ratione censûs ex æquo inter cives divideret, ut Casaubonus observat & explicat Exercit. 16 ad Annales Baronii sect. 6, qui & alibi Rufinum notat, quod in Josepho, cùm de Quirinio bonorum censum in Judæa & Syria agente loqueretur, τιμητὴν, *censorem,* verterit, cum *censitorem* debuisset: neque enim Josephus de Censoribus, qui Romæ magistratum gerebant, sed de Quirinio procuratore Judææ loquebatur, cui id extra ordinem muneris datum erat, ut censui agendo per Syriam præesset. Sic *Quæsitor* & *Quæstor* in origine nihil differunt, & tamen diversas partes significant. vide infra in *Quæro.*

¶ Censor, oris, τιμητής, ein schatz-oder zuchtmeister. Censores dicti, qui censum agerent. Hunc instituit Servius Tullius Rex, & ipse exercuit, ut Regii muneris partem. Converso regno Consules administrârunt; quippe in quos tralatæ erant Regum partes. Postea cum bellis impliciti & expeditionibus Consules ei negotio vacare non possent, peculiaris magistratus illis negotiis est datus, qui penes duos, ut Consulatus, esset. Qui quod fortunas civium censerent, seu æstimarent, ab re *Censores* adpellati sunt. Postea accessit morum disciplinæque Romanæ regimen, tanto incremento, ut senatus equitumque centuriæ, decoris dedecorisque discrimen, sub ditione censorum, publicorum jus privatorumque locorum, & vectigalia Pop. Rom. sub nutu atque arbitrio eorum essent. Vide Dionys. Halicarnass. lib. 11 extr. præcipue Livium lib. 4 cap. 8. Asconius Pedianus in divinationem Ciceronis: *Regendis moribus,* inquit, *civitatis* Censores *quinto quoque anno creari solebant. Hi prorsus cives sic notabant, ut, qui Senator esset, ejiceretur senatu: qui Eques Romanus, equum publicum perderet: qui plebejus, in Ceritum tabulas referretur, & ærarius fieret, & per hoc non esset in albo centuriæ suæ, sed ab hoc esset civis tantùm, ne pro capite suo tributi nomine æra penderet. Iidem impleto quinquennio urbem lustrabant, & Soli taurilia sacrificia, de sue, ove, tauro faciebant. Eorum notam successores plerumque solvebant.* Sed & alia ad Censorum munus pertinebant, ut addere tribus, tueri urbis templa, vias, pontes, aquarum ductus, & alia quædam publica ædificia. Habuerunt etiam potestatem leges condendi, aut abrogandi, cognoscendi de rebus certis. C. Papirius, & A. Sempronius primo hoc munere functi sunt. Vide & Trebellium Pollionem Valeriano: qui plenius aliquanto Censorii muneris partes exsequitur: & Ciceronem 3 de Legibus cap. 3. Ceterum cum in probrosos animadverterent Censores, proprie *notare* dicebantur: & ipsa animadversio eorum, *nota,* item *Censorium opus* adpellabatur. Exempla habes cùm allegato Asconii loco; tum apud Gellium lib. 4 cap. 12 & 20. itemque Sueton. Claudio cap. 16. ubi plura leges, quæ ad censuræ rationem explicandam faciant. Durârunt Censores usque ad Principes: nam cum in eo Magistratu magna vis & maxima dignitas esset, de qua Plutarchus in Catone Majore legi potest; ipsam rem ad se traduxerunt Principes, nomen vero omiserunt, cum non *Censores* se, sed *morum præfectos* adpellarent. ¶ 2. Hinc Censores adpellantur quivis alii, qui sibi de moribus alicujus aut vita censendi & judicandi potestatem sumunt. Quo & *Critici* pertinent, qui de scriptis aliorum judicium ferunt: quemadmodum usus Horatius est lib. 2 epist. 2 ad Florum v. 109,

At qui legitimum cupiet fecisse poëma,
Cùm tabulis animum Censoris sumet honesti.

Idem de Arte Poëtica ad Pisones, de senum exponens moribus v. 173,

Diffi-

Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, censor castigatorque minorum.

Sic *tetricum & asperum Censorem*, Martialis dixit lib. 12 epigr. 70.

¶ Censorius, a, um: quicquid aut pertineret ad censores, vel ab iis proficisceretur, aut decere eos atque referre posset quodammodo, richterlich, schatzend; ut, *Censoria animadversio*, Cic. pro Cluent. c. 42. *Nota sive virgula censoria: Lex censoria*, id est, *Censorum*, sive quæ à *Censoribus* lata, id. ad Q. frat. 1 ep. 1. Et lib. 2 de Oratore cap. 89, *Quid enim poterit dicere? consularem esse hominem & censorium?* Vbi *Censorius* est, qui *Censura*, sive magistratu censorum fungitur: quemadmodum *Consularis* dicitur, qui Consulatum gessit. Sic, quicquid grave ac severum erat, atque cum quâdam judicandi castigandique ratione conjunctum, qualis *Censorum* olim fuit, *Censorium* dicitur. Vt, *Censorium supercilium: censoria gravitas, severitas.* Quintil. lib. 1 cap. 2, *Mistum his omnibus judicium est: quo quidem ita severe sunt usi veteres Grammatici, ut non versus modo censoriâ virgulâ notare & libros, qui falso viderentur inscripti, tamquam subditios summovere familia permiserunt sibi; sed auctores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint munere.* Vbi *virgula censoria*, nota critica est, & damnatoria. Inscriptio Veronæ apud Gruter. p. 1052 n. 8,

D. M.
FELICIANI. VERONENS.
MIHIMET. FELICIANVS. VERONENS.
SACRVM. CONST.
QVI. INQVIETVS. VIVVS
NVNC. TANDEM. MORTVVS
NON. LVBENS. QVIESCO
SOLVS. CVR. SIM. QVAERIS
VT. IN. DIE. CENSORIO. SINE
IMPEDIMENTO. FACILIVS
RESVRGAM.

Vbi *Dies censorius* ultimus ille & decretorius dies eleganter dicitur, quo de universo hominum genere judicium Christus Dominus faciet. Omnino autem hoc dictum à pagano homine est, qui illudebat Christianis, & resurrectionis, quam credimus, sacramentum irridebat.

¶ Censorinus, i, nomen familiæ apud Romanos. Ad *Marcum Censorinum* scripsit Horatius 4 oda 8, & forte idem est, quem Vellejus 2, 102, 1, vocat *Virum demerendis hominibus genitum.* ¶ 2. Alius Censorinus post alios dignitatum gradus septem dierum Imperator ab ipsis, qui elegerant, occisus est, cujus monumento Bononiæ inscriptum: *Felix ad omnia, infelicissimus Imperator.* Vid. Treb. Pollio in 30 Tyrannis c. 32. ¶ 3. Censorinus Grammaticus Anno 238 scripsit de die natali, sive de humana origine libellum illustrem ac Chronologis ultissimum. Vid. Voss. de Hist. Lat. 2 c. 3.

¶ Censura, æ, τιμησία, officium censorum seu magistratus, das richter-amt. Exempla passim obvia sunt: Bene Ovidius 6 Fastorum v. 647, *Sic agitur censura, & sic exempla parantur,*
Cum judex, alios quod monet, ipse facit.

Quasi dicat: hoc est, vere censuram agere, sive regendis moribus præesse, cum Censor, quæ monet & præcipit, ipse facit. Plin. Paneg. Trajani cap. 45, *Perge modo Cæsar & vim effectumque Censuræ, tuum propositum, tui actus obtinebunt. Nam vita Principis censura est, eaque perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur: nec tam præcepto nobis opus est, quam exemplo.* ¶ 2. Hinc *Censura* posterioris ævi Latinis scriptoribus, pro *severitate* & *adductiore disciplina* dicebatur, schärffe, strenge. Capitolinus in M. Antonino Philosopho cap. 22, *Res etiam in Sequanis turbatas censura & auctoritate repressit.* Spartianus Nigro cap. 7, *Hic erga milites tanta fuit censurâ, ut, cum apud Ægyptum ab eo limitanei milites vinum peterent, responderet:* NILVM HABETIS ET VINVM QVAERITIS? Et eam ob caussam clementiæ aliquando opponebatur, & crudelitati habebatur proprior. M. Antonius Oratione ad senatum apud Vulcatium in vitâ Cassii cap. 12, *Vos oro atque obsecro, Patres conscripti, ut censurâ vestra depositâ, meam pietatem clementiamque servetis, imò vestram.* Idem Vulcatius, paullo post de Cassio c. 13, *Cujus ipsius mores varii semper fuerunt; sed ad censuram crudelitatemque propensiores.* Ausonius epistolâ ad Paullum Centoni præfixâ: *Meminerit autem probatissimo viro Plinio in Poëmatis lasciviam, in moribus constituisse censuram*, id est, gravitatem & sanctitatem. ¶ 3. Est & *Censura* castigatio, adnimadversio, reprehensio, bestraffung. Juven. Sat. 2 v. 63,

Dat veniam corvis, vexat censura columbas.

Trebell. Poll. in Gallien. cap. 3, *Constabat, censuram parentis eum ferre non potuisse*, id est, morum disciplinam. ¶ 4. Interdum etiam *Censura* est judicium de aliis, eine beurtheilung. Vellej. 2, 36, 3, *Censura vivorum difficilis est*, i. e. judicium de vivis.

¶ Census, ûs, descriptio ac æstimatio bonorum juxta & personarum, schatzung der häupter und güter. Vetus Gloss. *Census*, ἀπογραφὴ ὀυσίας, ἀποτίμησις. Vbi ἀποτίμησις ad personas pertinet. Ita autem agebatur census, ut quisque civis nomen, genus, annos de se, uxore, liberisque & servis, atque in his officia ac artes: dein pecunias suas & prædia profiteretur; Agri ita deferebantur, ut nomen fundi, tum civitas pagusque, quo pertineret, vicini præterea, deinde arva, vineæ, prata, silvæ, pascua deferrentur, ut ex Dionys. Halicarn. lib. 4 cap. 19 & Lege 4 de Censibus constare potest. Atque hæc omnia edebantur jurato: & si quis detrectaret aut falleret, gravissima pœna erat proposita, nimirum amissio bonorum & civitatis; Quamquam antiquitus & virgis cæderentur. Vide Dionys. dicto loco, & lib. 5 cap. 85, itemque Suetonium Caligulâ cap. 38. Institutus Romæ primùm & ordinatus census à Servio Tullio sexto Romanorum Rege fuit, ut Dionysius & Livius docent, saluberrimo consilio. Inde enim de viribus Reip. constare poterat. Ita enim discebant, quantus civium numerus esset, quanta manus bello apta, qui ad honores consequendos idonei, quantum cuique tributi nomine in sumtus bellorum gerendæque publicæ rei præstandos imponi deberet. In provinciis non ideo tantùm agebatur census, ut de cujusque facultatibus constare posset: sed ut eo modo censûs, tributa, & vectigalia imponerentur, ut Lipsius ad 1 Annal. Taciti p. 47 observat. Illustris Salmasius de modo usurarum observat: *Censum*, qui diceretur, propriè ad Vrbem Romam pertinere; nam in provinciis eam rem ἀπογραφὴν sive *professionem* adpellari. Quod discrimen tamen auctores non ita attenderunt cum cura. Vide, quæ ad Plinii lib. 10 epist. 22 olim notavit Cellar. ¶ 2. *Census* vero non ipsum negotium dicebatur tantùm, sed ita adpellabantur & libri sive tabulæ, in quibus professiones civium describebantur, qui ex eo & *censuales* vocabantur, de quibus post fiet mentio. Marcellus JC. Lege 10 Dig. de probat. & præsumt. *Census*, inquit, *& monumenta publica potiora testibus esse.* *Senatus censuit:* Theophilus clare ac diserte: Κένσος ἦν σανὶς, ἤτοι χάρτης ἔνθα Ῥωμαῖοι ἀπέγραφον τὰς οἰκίας, περὶ ὀυσίας ἐπὶ τῷ ἐυκαιρίῳ πολέμου κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἰδίας ὑποστάσεως ἕκαστον εἰσφέρειν, *Est igitur* census *tabula seu charta, in qua Romani suas scribebant facultates, ut belli tempore pro modo patrimonii sui, unusquisque conferret.* Eo pertinent: *in censum deferre: deducere in censum: dedicare in censum:* est enim nihil aliud, quàm edere & profiteri, quæ in censualibus tabulis perscribantur. ¶ 3. Et sicuti *census* in æstimatione bonorum, & facultatum maxime erat positus; ita cujusque fortunæ omnes ac universa substantia *Census* nomine non raro adpellantur scriptoribus, haab und vermögen. Ovidius lib. 1 Fastorum v. 217,

In pretio pretium nunc est: dat census honores:
Census amicitias: pauper ubique jacet.

Horat. lib. 2 Od. 15, *Privatus illis census erat brevis,*
Commune magnum.

Et in Epistolis lib. 1 epist. 7 v. 56, *Præconem tenui censu.*

Contrà *maximum censum* Suetonius dixit Tiberio cap. 49. Et Columella lib. 12 præfatione, *totis pæne censibus aliquid redimere*, all sein gut vor etwas geben. In quibus omnibus *Census* patrimonium notat, quo quis censetur. Hinc illæ formulæ: *edere censum, profiteri censum*, [quod Cicer. & absolute *profiteri*, Oratione pro Archia, dixit] *significare censum*; id est, edere, seu profiteri, quantum in bonis habeat. Sic *Census Senatorius* patrimonium Senatoris significat, cui certus modus constitutus erat. Initio enim octingentis millibus taxabantur: sed ampliavit Augustus usque ad duodecies centies. Vide Sueton. Augusto cap. 41, ad quem videndus Torrentius est. *Census equester* dicebatur patrimonium equestre, quod quadringentis Sestertiis, quæ 10000 coronatos efficiebant, æstimabatur, ut ex Suet. in Cæsare c. 33, & Plinio lib. 33 c. 1 & 2 constat. Tantum igitur in facultatibus habere oportuit, qui legi vellet in istum ordinem: qui tantum non haberet, neque allegi poterat, neque in illo locum tueri. Vnde Horat. lib. 1 epist. 1 v. 57,

Si quadringentis, sex, septem millia desunt,
Est animus tibi, sunt mores, & lingua, fidesque:
Plebs eris.

¶ Censualis, e: ut, *professiones censuales*, Lege 3 Cod. Theod. de privil. eor. qui in sacro palat. &c. *Volumina censualia*, ibidem: *libri censuales*, Lege 4 Cod. de Agricol. & censitis; suntque, in quibus census perscribebantur. Item, *Censualis forma*, ad quam census exiguntur lege 4 D. de Censibus. ¶ *Censuales* substantive dicebantur, Scribæ publici, qui *censuales tabulas* conficiebant. Inde Tit. 2 libri 8 Cod. Theodos. *de Tabulariis, Scribis, Logographis & Censualibus*, ein steuer-schreiber. Vid. Conring. de stud. liberal. V. R. & C. pag. 30 seq. Capitolinus in Gordianis cap. 12, *Senatusconsultum tacitum fieret ita, ut non scribæ, non servi publici, non censuales illis actibus interessent; senatores exciperent, senatores omnium officia censualium scribarumque complerent.*

¶ Censuus, a, um, schatzbar; ut, *Censui agri*, a censendo proprie appellati, qui & emi & venire jure civili possunt. Festus.

Composita:

¶ Accenseo, ui, sum, ēre, significat annumerare, darzu rechnen, hinzu zehlen. Nonius Marcellus in *Accensi* pag. 520, *Decuriones & Centuriones a numero, cui in militia præerant, dicebantur. Accensi, qui his accensebantur, id est, attribuebantur.* Hic ergo Grammaticus per *attribuere* interpretatur, quod ideo notamus, quia oppido rarum hoc verbum est, ut ejus fere exempla nos destituant. Tandem in tribus MSS. Lactantii lib. 5 cap. 2 sect. 15 invenimus, *religionis, cui fuerat accensus, proditor factus est*, hoc est, adscriptus.

¶ Accensus, a, um, hinzu gezehlt. Vetus Inscriptio apud Constantin. Landum in Sel. Numism. p. 18, C. OPPIVS C. L. LEONAS VI VIR ET AVG. HONORATVS IN TRIBV CL. PATRVM ET LIBERVM CLIENTIVM ACCENSVS. ¶ *Accensi milites* dicti, qui legioni jam completæ superadditi, in supplementum, si quo opus esset per ancipitia casuum; Veget. 2 de Re Milit. cap. 19, *Ad obsequia tamen judicum, vel tribunorum, nec non & principalium deputabantur milites, qui vocantur* ACCENSI: *hoc est, postea additi, quam fuisset legio completa, quos nunc* SVPERNVMERARIOS *vocant.* SVPERNVMERARII, quod super legitimum numerum legionis lecti essent. De his intelligendus locus Varronis lib. 4 de L. L. *Magister equitum*, inquit, *quòd summa potestas hujus in equites & accensos.* Meminit & Livius lib. 8 cap. 8, & Asconius Pedianus de Præt. Vrb. Eosdem & ADSCRIPTIVOS vocatos, Varro auctor est lib. 3 de Vitâ Pop. Rom. Verba ejus, ut Nonius in voce *Legio* adducit, ista sunt: *De* ADSCRIPTIVIS, *cùm erant attributi Decurionibus, & Centurionibus, qui eorum habent numerum,* ACCENSI *vocantur.* De ADSCRIPTIVIS autem Varro lib. 6 de L. Latin. n. 3 ita scribit: ADSCRIPTIVI *dicti, quod olim adscribebantur inermes, qui succederent armatis militibus: id est, si quis eorum deperisset.* De his intelligendus locus auctoris Anonymi de rebus bellicis cap. de relevando militari sumtu: *Quia*, inquit, *bellorum ruinâ, aut fastidio castrensium numerorum deserta militia, de summa integritatis intercipit, tali remedio, hujusmodi damna supplenda sunt, scil. ut C. aut L. juniores extra hos, qui in matriculis, habeantur in promtu armis exerciti, & minori, utpote tirones, stipendio sublevati, in locum amissorum, si res ita tulerit, subrogandi.* Sed

¶ Accen-

¶ Accensus, i, Minister publicus, ein gerichts-diener, ausreuter. Ex quo genere & *Lictores* ac *Viatores* fuerunt. Dicti autem *accensi*, ab *acciendo*, hoc est, advocando. Quod illorum partes sc. in vocando versarentur, quod ex Suet. Cæs. cap. 20 constat. Varro lib. 5 de Lingua Latina n. 9, *In Commentariis*, inquit, *Consulum scriptum sic inveni: Qui exercitum imperaturus erit, Accenso dicit hoc:* CALPVRNI VOCA INLICIVM OMNES QVIRITES HVC AD ME. *Accensus dicit sic:* OMNES QVIRITES INLICIVM VISITE HVC AD CONSVLES. *C. Calpurnius dicit:* VOCA AD CONVENTIONEM OMNES QVIRITES HVC AD ME. *Accensus dicit:* OMNES QVIRITES, ITE AD CONVENTIONEM HVC AD IVDICES. *Deinde Consul loquitur ad Exercitum:* IMPERO, QVA CONVENIT, AD COMITIA CENTVRIATA. *Quare hîc accenso, illic præconi dicit, hæc est caussa. In aliquot rebus idem, ut præco, accensus acciebat, à quo accensus quoque dictus est. Accensum solitum ciere Bæotia ostendit. Quam Comœdiam Ælii esse dicunt*, &c. Alibi tamen idem ab *censendo* potius dictos putat. Nam lib. 6 n. 3 ita scribit: ACCENSOS *ministratores Cato esse scribit. Potest id ab arbitrio. Nam inde ad arbitrium ejus, cujus minister. Inde*, id est, ex quo minister esse cœpit, ad ejus arbitrium se comparare debet, cui se in ministerium dedit. Ita interpretandum eum locum arbitror; quem magni viri aliàs corruptum mendosumque putârunt. Sed cùm ait; *Potest id ab arbitrio*; à *censendo*, sive *censione* id nominis duci significat. *Censio*, idem, quod *arbitrium*; sicut *Censere*, quod *arbitrari*. Varro lib. 4 de Ling. Lat. CENSOR, *ad cujus censionem, id est, arbitrium censeretur populus.* Plura Varronis loca vide paullo ante in *Censeo*. Sicut autem in urbe Accensos suos habebant Consules, ita Procoss. & Prætores in provinciis quoque iisdem utebantur. Cicero lib. 3 epist. 7, *a Pausania, Lentuli liberto, accenso meo, audivi.* Varro lib. 20 Rerum humanarum apud eumdem Nonium: *Consules ac Prætores qui sequuntur in castra*, accensi *dicti, quod ad necessarias res acciantur, velut accersiti.* Vbi nota negligentiam Varronis & securitatem, qui ab *acciendo* pariter & *accensendo accensos* adpellari tradit. Sed de Accensis enucleate Lipsius El. lib. 1 c. 23, Rosin. Antiq. Rom. lib. 7 cap. 48.

¶ Accensio, Accensiuncula, vide Accendo in *Candeo*.

¶ Incensus, a, um, qui census non est, ungeschätzt. Livius lib. 1 c. 44, *Censu perfecto, quem maturaverat metu legis de incensis latæ.* Id est, de iis latæ, qui censum detrectâssent, nomenque suum haud detulissent, inque censuales tabulas relati haud essent. Quibus quam pœnam statuerit Servius latâ Lege, supra significavimus. Cicero pro Cæcina sub f. *Cum populus incensum vendit, hoc judicat; cum is, qui in servitute justa fuerit, censu liberetur, eum, qui cum liber esset, censeri noluerit, ipsam sibi libertatem abjudicâsse.*

¶ Percensere, idem quod recensere, herrechnen, erzehlen. Cicer. ad Quir. post red. c. 1, *Percensere numerando.* Idem Agrar. 2 cap. 18, *Italiam percensuisti: perge in Siciliam.* ¶ Interdum idem quod perstringere & censoria virgula castigare, herum nehmen; ut, *orationem subtili ingenio & judicio percensere*, Gell. 7 c. 3.

¶ Recensere, recognoscere; ut, *exercitum recensere*, musterung halten, mustern, Liv. 1 c. 16. ¶ erzehlen. Ovid. Heroid. epist. 9 v. 105,

fortia gesta recense.

¶ Recensus, a, um, particip. gezehlt, gemustert. Suet. Vespas. cap. 9, *Ordines supplevit recenso senatu & equite.* Ita habet editio Sylburgii, cum recentiores *Recensito* ponant.

¶ Recensitus, a, um, idem. Suet. Cæs. c. 41, *In demortuorum locum ex his, qui recensiti non essent, subsortitio fieret.* Sic apud Frontin. de Colon. p. 332 & p. 354, *Colonia recensita.* Claudianus lib. 2 in Eutrop. v. 60, *Prisca recensitis evolvite secula fastis.*

Quamquam analogia corripere suadeat: Vt enim ab *Exerceo, exercui, exercitum*, & *exercitus*; ab *habeo, habui, habitum*, & *habitus*: ita à *recenseo, recensitus*: Sed veteres etiam *censire* in quartâ dicebant: unde & *Censitor* est secundâ producta. Ita & Prudentius passione Hippolyti v. 147, *Cumque recensitis constaret partibus ille*
Corporis integri.

¶ Recensus, ûs, recognitio, musterung, visitation; ut, *Recensum populi egit.* Sueton. Cæs. c. 41. Add. Gronov. ad Livii Epitom. 115.

¶ Recensio, ōnis, idem. Sueton. c. l. *Ac ne qui novi cœtus recensionis caussa moveri quandoque possent.* Hinc tabulæ censorum dicuntur *memoriam publicam recensionis servare*, Cic. pro Milone c. 27.

¶ Recensitio, ōnis, idem. Vlpianus Lege 3 Dig. ad exhibend. § 7, *recensitione servorum facta.*

¶ Succensēre, irasci est, ungehalten seyn; Gaudet Dativo: ut, *succenseo tibi*, ich bin übel mit dir zu frieden, bin zornig auf dich. Cicero pro Rosc. Com. c. 16, *Dii hominibus irasci & succensere consueverunt.* Terent. in And. a. 2 sc. 3 v. 2, *Si id succenseat nunc, quia non det tibi uxorem Chremes*; so er darum zürnen wolte, &c. Ovid. Heroid. 17 v. 35,

Nec tamen irascor; quis enim succenset amanti?

CENTAVRVS, i, κένταυρος, animal, cujus superior pars hominis, inferior vero equi formam refert, ein halb mensch und halb pferd, qualis Chiron & alii, de quibus mox dicetur. ¶ Hinc pluraliter Centauri, κένταυροι, populi Thessaliæ ad montem Pelion, Peletronii oppidi incolæ, Lapitharum pars: quos ex alterâ & superiore quidem homines, ex altera parte equos fuisse fabulati sunt: Vnde & *Hippocentauri* dicti. Parum venuste, qui de Centauris dixit, *equum ructare hominem, & hominem cacare equum*: quod lepidè, & urbane dictum Eustathio videtur: venustius Naso de Minotauro lib. 2 de Arte am. v. 24,

Semibovemque virum, semivirumque bovem.

Vid. Voss. lib. 5 Instit. Orat. pag. 312. Fabulæ caussa inde est; quod equum domare & insidere docuerint: unde Virg. 3 Georg. v. 115,

Frena Pelethronii Lapithæ gyrosque dederunt
Impositi dorso; atque equitem docuêre sub armis
Insultare solo.

Vbi Servius: *Peletronium*, inquit, *oppidum est Thessaliæ, ubi primùm domandorum equorum usus repertus est. Nam cùm quidam Thessalus Rex bobus œstro exagitatis satellites suos ad revocandos eos ire jussisset, illique cursu non sufficerent, ascenderunt equos, & eorum velocitate boves secuti, eos stimulis ad tecta revocârunt. Sed hi visi, aut cùm irent velociter, aut cùm eorum equi circa flumen Peneon potarent capitibus inclinatis, locum fabulæ dederunt, qui dicti sunt* Centauri, ἀπὸ τοῦ κεντεῖν τοὺς ταύρους [*à feriendis Tauris.*] hæc Servius. Quibus similia Palæphatus lib. 1 Incredibilium refert, qui Regem illum Ixiona fuisse tradit. Cæterum tauros illos correptos œstro, non revocatos à satellitibus; sed ab adolescentibus quibusdam, ex pago Neasele luculentis præmiis invitatis, interfectos. Breviter Orosius lib. 1 c. 13, *Sed Thessalos*, inquit, *Palæphatus in lib. I Incredibilium, prodit, ipsos à Lapithis creditos dictosque fuisse* centauros, *eò, quod discurrentes in bello equites veluti unum corpus equorum & hominum viderentur.* Pindarus dixit Ixionis filium ex nube [quam pro Junone stupraverat,] natum, *Centaurum* nominatum: ἀπὸ τοῦ κεντεῖν sive κεντεῖν τὴν. αὖραν, id est, νεφέλην ἀερίνην. Eum posteà consuevisse cum equis Magnesiis: inde natos posteà, qui *Hippocentauri* adpellati. Pyth. Od. 2. Sed hæc absurdè & imperite conficta Galenus lib. 3 de usu partium arguit. Lucretius quoque lib. 5 v. 877 negat unquam fuisse Centauros, nec fieri posse ullo tempore tradit, ut

duplici natura, & corpore bino
Ex alienigenis membris compacta potestas

consistat. Et est verissimum, communi lege naturæ semiferos homines istiusmodi non nasci. Interim aliquando tamen talia nasci monstra posse, quis neget penitùs? Visum à se allatum in melle centaurum ex Ægypto, affirmat Plinius lib. 7 cap. 3. Vbi & Claudium Cæsarem scripsisse prodit, *Hippocentaurum in Thessalia natum eodem die interiisse.* S. quoque Hieronymus in Vitâ Paulli Eremitæ tradit, Antonium ad illum pergentem, *conspexisse*, ut ipse loquitur, *hominem equo mistum, cui opinio Poëtarum Hippocentauri nomen indiderit.* Sed potest hoc spectrum fuisse. Et recte itaque subjungit Hieronymus: *Verùm hæc, utrum Diabolus ad terrendum simulaverit, an, ut solet, Eremus, monstruosorum animalium ferax, istam quoque gignat bestiam, incertum habemus.* Vide & Hieronymum Magium lib. 1 Miscell. cap. 10, ubi de centauris prolixe disputat. Centauri insignes fuerunt *Chiron, Eurytus, Amycus, Gryneus, Rhætus, Arneus, Licidias, Medon, Pisenor, Caumas, Mermeros*, & *Pholus*, Herculis hospes. Lucanus lib. 6 v. 391, *Hospes & Alcidæ magni Phole.*

¶ 2. Centaurus est sidus australe apud Vitruvium 9 cap. 7. Hyginum Astronom. 3 c. 38. vid. Vitalis Lex. Math. p. 99. ¶ 3. Centaurus apud Virg. 5 Æn. nomen navis est, unde & in fœminino dixit Poëta v. 122, *Centauro invehitur magna.* Adpellatio a παρασήμῳ est: inde enim nomina sortiebantur naves. Conf. ibid. v. 155 seqq. & lib. 10 v. 195.

¶ Bucentaurus, i, genus navis Venetæ. Nicolaus Erythræus Venetus auctor est, a *Centauro*, navi Virgiliana, Venetos, navem illam Ducariam, ut ipse adpellat, seu Senatoriam, multo auro sculpturisque insignibus exornatam, quam *Bucentoro* (Germanus Audebertus lib. 2 Venetiarum, *Bucetaurum* adpellat: ait enim:

I licet Hadriacam conscendunt protinus Argo
Vrbis opus, Grajo de nomine Bucetaurum;)

ipsi vocant, nominatam: qua vectus Reip. Dux mare sibi in die Ascensionis Dominicæ conjecto in illud annulo despondet. Nam ad *Centauri* vocem adjecta est particula *Bu*: ad exemplum Græcorum cum magnitudinem alicujus rei designare volunt: de quo supra in *Buthysia* diximus. Itaque *Bucentaurus* est *Centaurus magna*, ut Virgilius adpellat loco supra citato.

¶ Hippocentaurus, i, ἱπποκένταυρος, equi stimulator. Diodorus Centaurorum filios *Hippocentauros* dixit, quia equitationem primi exercuerunt. Vide *Centaurus*.

¶ Centaurēus, a, um, adject. Horat. 1 Carm. Od. 18 v. 8,

Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero:

Choriambicus est, quinque pedum.

¶ Centauricus, a, um, aliud adject. ut, *Centaurica lustra*, apud Statium 1 Achill. v. 266.

¶ Centaurion, centaurēum, i, herba a Chirone Centauro sic dicta, a quo & chironium nuncupata est. Vide Festum & Plin. 25 c. 6. Vulgo vocant, tausendgülden-kraut. ¶ 2. Item, biber-kraut, fiber-kraut, Κενταύριον, centaurium videlicet minus. Virgil. neutraliter extulit & penultimam per e scripsit & produxit lib. 4 Georg. v. 270,

Cecropiumque thymum & graveolentia centaurea.

¶ Centauromachia, æ, est pugna cum Centauris, & apud Plautum Curc. a. 3 v. 75 ipsa Thessalia.

Centiceps, Centifolium, Centimanus, &c. vide *Caput*, *Folium*, *Manus*, &c.

CENTO, ōnis, masc. κέντρων, additâ litterâ, quam Latini abjiciunt: stragulum significat crassum ex lana coacta, eine starcke zotige decke oder filtz. Est inter vestes & stragula rusticorum apud Catonem R. R. c. 2. Colum. 1 c. 8. Macrob. Sat. 1, 5. Ejus usus etiam in restinguendis incendiis, J. Cæs. B. Civ. 2 c. 10. Veget. 4 c. 15, nec non l. 12 § 18, si domus Dig. de fund. instr. ¶ 2. Vestimentum item e variis panniculis ac diversis interdum coloribus consarcinatum, ein bettlers-mantel, bettlers-rock. Juven. Satyr. 6 v. 121,

Intravit calidum veteri centone lupanar.

¶ 3. Ad cujus simulacrum *Centonem* etiam vocant carminis genus multis particulis alieni carminis conflatum. De quo ita Ausonius; *Si pateris, ut doceam, docendus ipse:* CENTO *quid sit, absolvam. Variis de locis sensibusque diversis quædam carminis structura solidatur, in unum versum ut coëant, aut cæsi duo, aut unus, & sequens cum medio. Nam duos junctim locare, ineptum est: & tres una serie, meræ nugæ. Diffunditur autem per cæsuras omnes, quas recipit versus Heroicus, convenire ut possit*, &c. Vide ibi plura. Locus est in epistola ad Paullum, quam Centoni nuptiali præfixit. ¶ *Suos centones farcire alicui*, proverbialiter pro consarcinatis sermonibus se jactare. Plaut. Epidic. act. 3 sc. 4 v. 19, *Quin tu alium quæras, cui centones farcias.* Ex pluribus venustis Poëmatis de corrupto Ecclesiæ Statu, restat & *Cento Vergilianus*, de vita Monachorum, carmen ingeniosum, elegans, atque facetum. Sic

¶ Home-

¶ Homerocentones, ſtickwerck aus dem Homero. Tertullianus de Præſcript. cap. 39, *Homerocentones vocari ſolent, qui de carminibus Homeri propria opera, more centonario, ex multis hinc inde compoſitis in unum ſarciunt corpus.* Sic &

¶ Virgiliocentones, quos exſtare teſtatur Eraſ. in Chiliad. Talis eſt & Auſonii Idyllium 13, quod *Centonem Nuptialem* inſcripſit, ex Virgilio decerptum atque contextum. Quod Julius Cæſar Scaliger lib. Poetices cap. 44, ubi de his *Centonibus* agit, *valde ingenioſum & lepidum poëma* vocat. Tertullianus de Præſcript. adv. Hæreticos cap. 39, *Vis hodie ex Virgilio, fabulam in totum aliam, componi materia ſecundum verſus, verſibus ſecundum materiam concinnatis? Denique Ovidius Geta Medeam Tragœdiam ex Virgilio planiſſime expreſſit. Meus quidam propinquus ex eodem poëta inter cætera ſtili ſui tia Pinacem Cebetis explicuit.* &c. conf. Iſidori 1 Orig. c. 38.

¶ Centunculus, i, diminut. lumpen, lappen, apud Liv. lib 7 cap. 14, *binis tantum centunculis relictis.* Apul. lib. 1 Mileſ. *Et cumlicto, ſutili centunculo faciem ſuam jamdudum punicantem præ pudore, obtexit.* Hunc paullo ante *ſciſſile palliaſtrum,* quo Socrates ſemiamictus fuit, dixerat. ¶ 2. Centunculus ſeu centunculum herba eſt Plinio lib. 26 c. 11 rohrkraut, Gnaphalium alio nomine, vulgo coronaria, herba tomentitia.

¶ Centonarius, a, um, zuſammen geſtickt, adject. Tertullianus de Præſcript. cap. 39, *more centonario,* i. e. in modum centonis.

¶ Centonarius, i, ſubſt. qui centones conficit, in obſidione neceſſarios. v. Turneb. Adverſ. 23 cap. 16. Sunt & Centonarii, qui tabernacula & caſtrenſem ſupellectilem, quos *centones* vocaverunt, ſuppeditabant. *Collegii centonariorum* fit mentio inſcriptionibus apud Sponium Miſc. E. A. p. 57, 62, 63. Fabrett. p. 485, M. IVNIVS. SABINVS. IIII. VIR. AEDILICIÆ. POTEST. E. LEGE. IVLIA. MVNICIPALI. PATRONVS. COLLEGI. CENTONARIORVM.

CENTOBRICA, æ, urbs Celtiberorum in Hiſpania. v. Val. Max. 5, 1, 5. Alii vocant *Contrebiam,* de qua infra. Hinc

¶ Centobricenſis, e: ut, *Machinæ Centobricenſes,* apud Val. Max. l. c.

CENTRINES, um, culicum ficariorum genus, natum ex fructibus caprifici, ſimile fucis apum, auctore Plin. lib. 17 c. 27.

CENTRVM, i, Κέντρον, punctum in medio circuli, à quo omnes lineæ ad circumferentiam ductæ, ſunt inter ſe æquales, das pünctlein mitten im circkel, der mittelpunct. Cic. 1 Tuſc. cap. 17, *Perſuadent Mathematici terram in medio mundi ſitam, ad univerſi cæli complexum, quaſi puncti inſtar obtinere, quod κέντρον illi vocant.* Mercurius Triſmegiſtus, *Deum Sphæram intellectualem eſſe,* dixit, *cujus centrum ſit ubique, circumferentia nusquam,* quia nusquam majeſtas DEI & immenſitas terminatur. ¶ 2. Sunt & *centra* nodi duri in arboribus & marmore, inimici ferris, die knorren und harten äſte am holtz. apud Plin. lib. 16 c. 39.

¶ Centralis, e, was mitten inne iſt: ut, *Centralis terra,* quod centrum in mundo teneat, idem lib. 2 c. 23.

¶ Centroſus, a, um: ut, *Centroſa ſcobs,* pro limaturâ durâ apud eumdem 37 c. 7.

CENTVM, numerale indeclinabile, hundert. Virgil. de Creta Æn. 3 v. 106, *Centum urbes habitant magnas uberrima regna.*

Juvenal. Satyr. 15 verſ. 6,

Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.

Centum dies, Cic. pro Mil. cap. 22.

¶ Centies, hundertmal, adverb. ut, *niſi idem dictum eſt centies,* Terent. Heaut. a. 5 ſc. 1 v. 8. *Seſtertiûm centies & octogies,* Cic. in Piſon. c. 35.

¶ Centēnārius, a, um, hundert-pfündig, hunderſt: ut, *pondera centenaria,* apud Plin. lib. 7 c. 20, quæ centum libras habent. Vetus auctor de ponderibus: *CENTENARIVS dicitur eò, quod centum libras continet,* ein centner. *Liberti centenarii,* id eſt, qui centena ſeſtertia, ſive centena millia ſeſtertium poſſiderent, L. 16 D. de Jure patronatûs. *Ætatem centenariam transgredi,* Hieronym. epiſt. 21 ad Paulum Concordienſem. *Balliſtæ centenariæ,* quæ ſaxa centum pondo jaciebant. Sic *vaſa centenaria,* Lampridius c. 19 vitæ Heliog. *Primus Heliogabalus cacabos, vaſa deinde centenaria argentea ſculpta, & nonnulla ſchematibus libidinoſiſſimis inquinata habuit.* ¶ *Porticus centenariæ,* quod centum paſſibus longæ eſſent, dictæ. Et *Cœnæ centenariæ,* a centenis ſeſtertiis adpellatæ, erant frugaliores lege Fannia imperatæ; Quam ob id Lucilius in Satyris ſatyrice & perquam lepide vocat *Centuſſem.* Vid. Pomp. Feſtum, & Crin. de H. D. lib. 16 cap. 6.

¶ Centēnus, a, um, gehundert, hunderſt, diſtributivum, ſed quo pro abſoluto frequentius Latini utuntur; ut, *centeni anni,* id eſt, centum, Plin. 7 c. 2. Et, *Centena ſeſtertia,* Cic. Paradox. 6 c. 3. Singulari numero Virgilius uſus eſt lib. 10 v. 207,

centenaque arbore fluctum

Verberat adſurgens.

Et Hieronymus epiſt. 21 ad Paulum Concordienſem: *Ecce jam centenus ætatis circulus volvitur.* Sic *Decies centena millia,* 1000000 zehen mahl hundert tauſend, Plin. 33 c. 10 pr.

¶ Centena, æ, pro gradu & dignitate militari, vide poſt paullo in *Ducena.*

¶ Centēſĭmus, a, um, ordinale, hunderſt: ut, *centeſima pars,* Plautus Milite a. 3 ſc. 1 v. 168. *Centeſimus dies,* aut *lux centeſima,* der hunderſte tag; Cic. pro Milone c. 35, *Centeſima lux eſt hæc ab interitu P. Clodii.* Sed *Centeſimam frugem terra reddit,* Plin. 5 c. 4, id eſt, centies tantum, quantum ſementi accepit. *Centeſimæ uſuræ* erant, quod centeſimo menſæ æquabant ſortem. Multa de iis Salmaſius poſt alios. ¶ 2. Fuit & vectigalis genus nummo centeſimo impoſitum, quod Auguſtus inſtituit inſtituendo ærario militari, bellis civilibus functus: Dio lib. 55, & Tacitus 1. Annal. c. 78. *Vectigal centeſimæ,* idem Annal. 2 c. 42 vocat.

¶ Centeſimo, are, id eſt, centeſimum quemque tollere, punire. Capitolinus Macrino cap. 12, *Milites ſæpius decumavit, aliquando etiam centeſimavit, quod verbum proprium ipſius eſt, quum ſe clementem diceret, quando eos centeſimaret, qui digni eſſent decumatione atque viceſimatione.*

¶ Centiceps, vide in *Caput*; & ſic multa alia Compoſita: ut, Centifidus, in *Findo*; Centifolium, in *Folium*; Centigranium, in *Granum*; Centimanus, in *Manus*; Centimeter, in *Metrum*; Centinodia, in *Nodus*; Centipeda & Centipes, in *Pes*; Centipellio, in *Pellis*; Centum geminus, in *Geminus*; Centumvir & Centumviralis, in *Vir.*

¶ Centŭplex, plĭcis, hundertfach, hundertfältig. *Centuplex fructus,* Prudent. hymno Jejunant. extr. Et Plaut. in Perſ. act. 4 ſc. 4 v. 11,

Hæc niſi inde aberunt, [vitia] *centuplex murus rebus ſervandis parum eſt.*

¶ Centuplico, are, verbum, unde

¶ Centuplicatus, a, um, idem quod centuplex. Prudentius lib. 2 adv. Symmach. v. 1050, *ſollertia centuplicatos*

Agrorum redigit fructus.

¶ Centuplicato, adverb. hundertfältig, hundertmahl mehr oder theuerer. Plinius lib. 6 cap. 23, *merces* [Indicæ] *apud nos centuplicato veneunt.*

¶ Centupondium, vide in *Pondo*; Centuſſis, in *As.*

¶ Centuria poſt Compoſita ſequitur.

Compoſita cum aliis Numeralibus.

¶ Vndecentum, neun und neuntzig. Plin. 7 c. 60, *Paruerunt ei annis undecentum.* vid. Valla l. 5 c. 14.

¶ Vndecenteſimus, a, um, ordinale, idem. Val. Max. 8, 7, ext. 11, *ad undecenteſimum annum.*

¶ Ducenti, æ, a, zweyhundert. Plin. lib. 14 cap. 4, *durant adhuc vina ducentis fere annis*; & lib. 15 cap. 45 ſub fin. *ajunt, templum Dianæ a Zacyntho advectæ cum conditoribus annis ducentis ante excidium Trojæ haberi.*

¶ Ducenarius, a, um, zwey hunderſt. Plin. lib. 7 cap. 20, *ducenaria duo pondera humeris contra ſcalas ferebat.* Sueton. Aug. 32, *Ad tres Judicum centurias quartam addixit ex inferiore cenſu, quæ* Ducenariorum *vocatur.* Vbi *Ducenarii* ſunt, qui Ducena ſeſtertia poſſiderent. Nam qui in cæteris decuriis erant, majorem cenſum poſſidebant. Idem Suetonius Claudio cap. 24, *Ducenarios procuratores* dixit: non propter cenſum tamen, quem poſſidebant; ſed propter ſtipendium, quod accipiebant ex procuratione ea in ducentis ſeſtertiis: quod ex Dione docuerunt ad eum locum Tranquilli Caſaubonus atque Torrentius, qui conſulendi: & Salmaſius in Capitolini Pertinacem. Nam JCti, qui aliter explicant, audiendi non ſunt. Confer mox *Trecenarius, Quadringenarius,* &c.

¶ Ducēni, æ, a, diſtributivum, je zweyhundert. Sed ſæpius abſolute ſumitur, ut ducenti. Liv. 9 cap. 19, *Cenſebantur ducena quinquagena millia capitum.* Idem lib. 22 cap. 28, *Erant in anfractibus cavæ rupes, ut quædam earum ducenos armatos poſſent capere.* Plinius lib. 9 cap. 38, *ducenæ libræ.*

¶ Ducēna, æ, gradus vel dignitas erat, ſicut *Centena* quoque. Lege 3 Cod. Theod. de Cohortal. princip. cornicul. *Primipilaribus poſt emeritam militiam perfectiſſimatus, vel ducenæ, vel centenæ, vel egregiatus dari dignitas poteſt.* Et Lege 20 ejusd. Cod. de Agent. in rebus: *Qui ex agentium in rebus numero, militiæ ordine ac labore decurſo ducenæ dignitatis meruerit principatum.* Sic Lege ult. Cod. Juſt. de Agent. in rebus, *ducenæ gradum meruiſſe.*

¶ Ducenties, adverb. zweyhundert mahl: ut, *ducenties ſeſtertium,* Cic. 2 Philipp. cap. 16.

¶ Tercentum, dreyhundert, non minus dicitur ac *bis centum,* &c. Virgilius Æn. 1 v. 272, *Hic jam tercentum totos regnabitur annos.* Et Corippus lib. 1 v. 23, *Juſtino vitam tercentum vocibus optant.*

¶ Tercenti, æ, a. Martial. 4 epigr. 37,

Tercenta debet Titius.

¶ Tercenteni, æ, a. Martial. 2 epigr. 1,

Tercentena quidem poteras epigrammata ferre.

¶ Trecenti, æ, a, dreyhundert. Cic. de fin. 2 cap. 30, *Leonidas ſe in Thermopylis, trecentosque eos, quos eduxerat Sparta, oppoſuit hoſtibus.*

¶ Trecenteni, æ, a, idem. Columell. 5 cap. 2 extremo.

¶ Treceni, æ, a, diſtributive; ut Livius lib. 8 cap. 8, *equitibus in ſingulis legionibus trecenis.* Scribitur nonnunquam etiam *Triceni,* a quo tamen diſtinguendum erat, ut 30 a 300; v. gr. Columella lib. 5 cap. 2 extr. *tricies triceni* [pedes] *fiunt DCCCC.*

¶ Trecenarius, a, um; ſubſt. Inſcriptio vetus apud Fabrett. p. 634, NVMISIENA A NVMISIENO GALLO TRECENARIO. Trecenarius dicitur Numiſienus armatæ ſcil. militiæ, ut cætera ejus militaria munera docent. De hoc atque *Ducenariorum* titulo plura Reineſius ad Inſcript. 39. Claſſ. 8, qui ita dictos vult, vel quod ſecundum Vegetium 2 c. 8, ducentos homines ducebant in acie, vel a ducentis ſeſtertiis in eorum ſalarium conſtitutis. Eadem in Trecenariis retenta numeri proportione locum habere poſſe videntur, donec certiora ſuppetant.

¶ Trecenteſimus, a, um, ordinale, dreyhunderſt. Val. Max. 8, 13, ext. 6, *Trecenteſimum annum cumulare.*

¶ Trecenties, adverb. dreyhundert mahl. Catullus Carm. 30 in Cæſarem: *Ducenties comeſſet aut trecenties.*

¶ Quadringenti, æ, a, vierhundert: ut, *anni quadringenti,* Cic. in Piſon. cap. 5. conf. 2 de Divin. cap. 21. Juvenalis Sat. 1 v. 105,

quinque tabernæ

Quadringenta parant,

ſcil. ſeſtertia, qui cenſus equeſtris eſt.

¶ Quadringenteſimus, a, um, vierhunderſt. Plin. lib. 8 cap. 6, *anno urbis quadringenteſimo* &c. conf. Liv. 5 c. 45.

¶ Quadringenteni, æ, a, diſtributive, je vierhundert. Plin. lib. 8 c. 43, *ſingulas quadringentena millia nummorum enixas.* Agit de reditu ex fœcunditate aſinarum in Celtiberia. conf. Vitruv. 10 cap. 14.

¶ Quadringeni, æ, a, idem. Sueton. Vitellio cap. 13, *Singuli appara-*

tus quadringenis millibus nummûm constiterunt. Et Livius lib. 8 cap. 11 extr. *Denarios nummos quadringenos, quinquagenos.*

¶ Quadringenarius, a, um. Cicer. lib. 6 ad Attic. epist. 1, *Habet cohortes quadringenarias nostra armatura XXX*, hoc est, quarum singulæ quadringenis militibus constant, ita ut illarum XXX complevernt XII millia militum. Livius quoque lib. 7 cap. 7, *Quadringenarie octo cohortes scribuntur.*

¶ Quadringenties, adverb. Cic. Philipp. 2 c. 37, *sestertium quadringenties.* conf. id. pro Rabir. Posth. c. 8 & 3. item in Verr. c. 10.

¶ Quatercenties, idem. Vitruv. 10 cap. 14, *Cum quatercenties rotæ fuerint versata.*

¶ Quingenti, æ, a, fünffhundert. Horat. lib. 2 Satyr. 7 v. 43, *quingentis emtus drachmis.*

¶ Quingentesimus, a, um, fünffhunderst. Cic. pro Flacco cap. 1, *quingentesimo anno.*

¶ Quingēni, æ, a, je fünffhundert. Cic. 16 Attic. ep. 8, *quingenos denarios dat.* Adde Sueton. Aug. cap. 42, & Curt. 5, 1, 45.

¶ Quingenarius, a, um, idem. Curtius lib. 5 cap. 2 sect. 3, *antea quingenariæ cohortes erant*, i. e. quingenis militibus constantes: Pal. legit *quinquagenariæ.* Adde cap. 1 extr.

¶ Quingenties, adverb. fünffhundert mahl. *Sestertium quingenties*, Cic. 4 in Verr. c. 38.

¶ Sexcenti, æ, a, DC. sechshundert: ut, *sexcenti equites*, Curt. lib. 6 cap. 4. ¶ 2. Hoc pro numero infinito eleganter usi sunt veteres Latini. Plaut. in Aulul. a. 2 sc. 4 v. 41, *Sexcenta sunt, quæ memorem, si sit otium*, unzehlich viel. Cic. ad Atticum 6 ep. 4, *Multa molesta, discessus noster, belli periculum, militum improbitas, sexcenta præterea.* Idem 7 fam. ep. 1, *sexcenti muli.* Terent. Phorm. a. 4 sc. 3, *Sexcentas proinde potius scribito jam mihi dicas.* Vbi Donatus: *Perspicere*, inquit, *hinc licet consuetudinem utriusque sermonis. Nam Apollodorus μυρίας dixit pro multis. Et ut apud Græcos μυρία, ita apud nos* [Latinos] Sexcenta *dicere, pro multis, usitatum est. Cicero: Sexcenta possum decreta proferre.* Hactenus Donatus.

¶ Sexcentēni, æ, a, je sechshundert. Cic. 7 Verrin. cap. 25, *certum pretium, sexcentenos nummos, nautarum missioni constituere.* Ita Gruterus: Nizolius *sexcenos.* Columella lib. 3 cap. 5, *sexcenteni malleoli pangendi sunt.*

¶ Sexcēni, æ, a, idem. Columella 3 cap. 3, *singula jugera vinearum sexcenas urnas præbuisse.* Curt. 5, 1, 45, *sexceni denarii.*

¶ Sexcentesimus, a, um, sechshunderst. Plin 8 cap. 7, *anno Vrbis sexcentesimo* &c.

¶ Sexcenties, adverb. Cic. lib. 4 ad Attic. ep. 16, *contemsimus sexcenties sestertium.*

¶ Sexcentoplagus, vide *Plaga.*

¶ Septingenti, æ, a, siebenhundert. Plinius lib. 35 c. 2, *insertis nominibus septingentorum illustrium.*

¶ Septingentesimus, a, um. Livius prœmio operis: *supra septingentesimum annum.*

¶ Septingēni, æ, a, je siebenhundert. Plin. lib. 33 cap. 3, *Auri unciæ in septingenas & quinquagenas bracteas, quaternûm utroque digitorum, spargimtur.*

¶ Septingenarius, a, um, bestehend aus 700: ut, *grex septingenarius*, in quo septingentæ oves sunt, apud Varron. R. R. lib. 2 c. 10 extr.

¶ Octingenti, æ, a, achthundert: ut, *Octingenta stadia*, Cic. 4 Acad. cap. 25. conf. idem pro Plancio c. 25.

¶ Octingenties, adverb. Martianus Capella lib. 6 cap. de circuitu terræ: *millies octingentiesque.*

¶ Octingentesimus, a, um. Livius lib. 9 c. 18, *populi jam octingentesimum bellantis annum.* conf. Cic. de senect. c. 2.

¶ Octingenarius, a, um. bestehend aus 800. *Grex ovium octingenarius*, Varr. R. R. lib. 2 cap. 10 sub fin.

¶ Nongenti, æ, a, neunhundert. Columella lib. 5 cap. 2, *pedes nongenti* Cic. pro Flacco c. 37, *emerat HS nongentis millibus.*

¶ Noningenties, adverb. Vitruvius lib. 1 cap. 6, *millies mille & noningenties mille passus.*

¶ Observa, ab his Compositis etiam reliqua, quæ inveniri non potuerunt, formari; ut, *ducentesimus, nongentesimus, septingenties, octingeni*, &c.

¶ Centŭria, æ, centum milites, eine compagnie, hundert mann. Isidorus lib. 9 Orig. cap. 3, *Legio habet sexaginta centurias: - - - Centuria est pars exercitus in centenos milites divisa.* ¶ 2. Centuriæ erant ordines & classes minores Populi Romani suffragiorum caussa institutæ a Servio Tullio. Vid. Livium lib. 1 cap. 43. Cicero pro Lege Manil. cap. 1, *Ter prætor primus centuriis cunctis renuntiatus sum.* Hinc *Centuriæ seniorum*, i. e. senes Romani, apud Horat. de arte v. 341. ¶ 3. Dicuntur etiam, præsertim apud recentes, annorum centuriæ. ¶ 4. Et librorum.

¶ Centŭrio, ōnis, Centuriæ præfectus, der hauptmann über hundert. Cic. pro M. Marc. cap. 2, & historici passim. Veteres, quia sciebant, commisso prœlio acies facile turbari, ut hoc incommodum evitarent, cohortes in centurias divisere, & singulis centuriis singulos centuriones præfecere. *Centurio* à numero *centum militum* dictus. Erant autem Sexageni in qualibet legione. Vid. Lips. lib. 2 de Militia Dial. 8, & Sigon. lib. 2 de antiquo jure provinciarum. Horat. 1 Sat. 6 v. 73, *Magnis e Centurionibus orti*, i. e. ditibus & prænobilibus parentibus.

¶ Subcentŭrio, ōnis, qui Centurioni substituitur, apud Livium 8 c. 8, ein lieutenant.

¶ Centurio, are, est in centurias distribuere, zu hunderten theilen. apud Cic. post red. ad Quir. cap. 5, *Ego cum homines in tribunali Aurelio palam conscribi centuriarique vidissem.* Livius lib. 10 cap. 21, *Nec ingenui modo aut juniores sacramento adacti, sed seniorum etiam cohortes factæ, libertinique centuriati.* ¶ 2. Hygino de limit. constit. apud Gœs. p. 195, *Centuriare agrum*, est limitibus includere.

¶ Centuriatus, a, um, in centuriam distributus, compagnie-weise eingetheilt. Liv. 22 cap. 38, *Ipsi inter se equites decuriati, centuriati pedites conjurabant.* ¶ 2. *Centuriata comitia* dicebantur, in quibus populus per centurias suffragia ferebat. v. gr. Cic. 3 de Legib. cap. 19, *ferri de singulis, nisi centuriatis comitiis, noluerunt.* Livius lib. 2 c. 2, *Brutus collegam sibi comitiis centuriatis creavit.* conf. Gell. 15 cap. 27. ¶ 3. *Centuriatus ager*, Festo est in ducenta jugera definitus, quia Romulus centenis civibus ducenta jugera tribuit. conf. Siculus Flaccus p. 23.

¶ Centuriatus, ûs, præfectura centuriæ, hauptmanns-charge. Cicero pro Lege Manilia cap. 13, *Quem enim possimus imperatorem aliquo in numero putare, cujus in exercitu veneant centuriatus atque venierint.* Vsus & Livius est lib. 22, 38. pr.

¶ Centuriatio, ōnis, eintheilung unter 100. mann. Præter alios usus hæc vox est etiam Agrimensorum. Siculus Flaccus pag. 16, *Alii* [formam agri] *dicunt perticam, alii centuriationem, alii metationem, alii limitationem.* Et Hyginus p. 206, *Deduci intra centuriationem.*

¶ Centuriātim, adverb. per centurias singulas, hundert und hundert, compagnie-weiß. Liv. 6, 20, *Cum centuriatim populus citaretur.* Cæs. Civ. lib. 1, 76, *centuriatim producti milites.* Cic. pro Flacco cap. 7, *tributim & centuriatim descriptis ordinibus.*

¶ Centurialis, e. ut, *Centuriales lapides*, quibus limites instituti in agris. Auctor de limit. apud Gœsium p. 298.

¶ Centurionus, i, olim idem, qui nunc Centurio. Festus.

¶ Centurionatus, ûs, die hauptmannschafft. v. Tacitus 1 Annal. cap. 44, ubi Marcellus Donatus, *Centurionatum* electionem novorum centurionum, qui submitterentur, interpretatur, quo & Lipsius inclinat. Sed totum locum si accuratè perpendimus, non de novorum centurionum electione, quam recensione veterum agit: quod recte post Berneggerum Freinshemius monuit.

¶ Concenturiare, id est, colligere & congregare quasi per centurias, zusammen rotten, versammlen. Plaut. jlocaliter, ut solet, Pseud. a. 1 sc. 5 extr. Item Trinummo act. 4 sc. 2 sub f. *Epistola illa concenturiat mihi metum in corde.*

¶ Excenturiatus, a, um, ex centuria expunctus: ut, *Excenturiatus miles*, ein abgedanckter soldat, Plaut. Curc. 4, 4 v. 29.

¶ Succenturiare, ablösen lassen, an des andern stelle ordnen. Translate Gellius 15 cap. 8, *Negant cœnam lautam esse, nisi quum libentissime edis, tum auferatur, & alia esca melior atque amplior succenturietur.*

¶ Succenturiatus, a, um, zum hinterhalt bestellt. Nam *succenturiati* dicuntur *milites*, qui centuriis deficientibus quasi ex insidiis succurrunt. Terent. in Phorm. a 1 sc. 4 extr. *Ego in insidiis hic ero succenturiatus, si quid deficies.* Donatus ad eum locum: *SVCCENTVRIARI dicuntur, qui explendæ centuriæ gratia subjiciunt se ad supplementum ordinum. Et est translatio a re militari.* Paria apud Festum leges.

Ceos insula, vide supra *Cea.*

CĒPE, neut. & Cēpa, æ, fœmin. zwiebel. Pers. Sat. 4 v. 30, *Tunicatum cepe*, die zwiebel, so eine haut über der andern hat. Serenus de Medic. cap. 12, *Ceparum non sine succo.* Columella 11 cap. 2, *thalli ceparum*, zwiebelstengel. Judice tamen Prisciano lib. 6, *frequentior usus HOC cepe protulit.* Nec tamen altera forma inusitata: Plin. lib. 19 cap. 6, *Cepas ter fosso solo seri jubent.* Columell. lib. 10 v. 123, *lacrymosa cepa.* Martial. lib. 12 epigr. 32, *alioque cepisque.* Proverb. *Respondere de cepis*, est respondere aliud, quam sis interrogatus, seu inepte quærenti inepte respondere. Vide Chiliades. Pro plebejo & vili cibo, qualis pauperum, Horatius posuit, & piscibus, quos delicati & divites petebant, præcipue opposuit lib. 1 epist. 12 v. 21,

Verum, inquit, *seu pisces, seu porrum & cepe trucidas.*

¶ Ceparius, i, ein zwiebel-bauer. Lucil. 5 Sat. v. 12,

Lippus edenda acri assidue ciparius cepa.

¶ Cepētum, i, locus cepis consitus, ein zwiebel-land. Gell. 20 cap. 7.

¶ Cepīna, æ, ὁ κρομμυὼς, ein zwiebel-garten. Colum. 11 c. 2.

¶ Cepitius, a, um, ex genere ceparum. Priscianus lib. 6, ubi de ambiguo genere *Hæc* & *Hoc Cepe* disputavit, addit: *Caper tamen & Cepitius, & Cepitium veteres dixisse ostendit.*

¶ Cepulla, æ, diminutivum a Cepe, vel species illius. Pallad. lib. 3 c. 24, *colitur eo more, quo allium vel cepulla.*

CĔPHĂLAEA, æ, κεφάλαια, capitis morbus inveteratus Plinio 20 c. 13, grosse langwierige hauptwehe, &

¶ Cephalalgia, æ, κεφαλαλγία, dolor in anteriori parte capitis.

¶ Cephalargicus, a, um, hauptsüchtig. Veget. 1 c. 25.

CĔPHĂLĒNIA, æ, κεφαληνία, insula maris Ionii inter Corcyram & Peloponnesum. Adi Geographos. Plinius *Melænam* etiam dictam aliquando, tradidit lib. 4 cap. 12. Dicta est a *Cephalo* Amphytrionis socio.

¶ Cephalēnes, um, populi ejus insulæ. Silius 15 v. 305,

Saxa Cephalenum & scopulosis Neriton arvis.

CĔPHĂLVS, i, Κέφαλος, piscis, quem Latini *mugilem* dicunt: eine meerasche, & in varia genera partiuntur: ut, *capitones*, a capitis amplitudine, *labrones* à labris inferioribus prominentibus dictos, Plin. lib. 9 cap. 17 & 42. ¶ Est Cĕphălus & nomen proprium viri, ab Aurora amati, de quo Ovid. Metam. 7. ¶ Item nomen principis Epirotarum apud Livium lib. 43 c. 18.

¶ Cephaleus, a, um: ut, *cephalea caro*, apud Lucilium. Vide *mugil*, & *capito*, sub derivatis à *Caput*, & Gell. 10 c. 20.

CĒPHĒNES, um, Κηφῆνες, apes imperfectæ & inutiles operi mellificationis, fœtus tamen adjuvantes, fuci alias dicti, thränen, Plin. lib. 11 c. 16. De quibus Aristot. Hist. Anim. lib. 5 c. 22.

CĒPHEVS, ei, dissyllabum, Κηφεὺς, rex Æthiopum, pater Andromedæ, socerque Persei, vide Ovidium lib. 4 Metam.

¶ Cēphēus, a, um, adject. idem Ovid. Metam. 4 v. 669,

Cepheaque conspicit arva.

CEPHIS & Cephisiodorus, duo statuarii Plinio 34 c. 8.

CĒPHĪSVS, vel Cephissus, i, fluvius Bœotiæ ex Parnasso. Ovid. 3 Metam. vers. 19,

Jam vada Cephisi Panapesque evaserat arva.

¶ Cēphīsias, iădis, &

¶ Cēphīsis, ĭdis, patronymica duo fœminina, Ovid. 1 Metam. v. 369 de Deucalione & Pyrrha:

Nulla mora est, adeunt pariter Cephisidas undas.

¶ Cephissia, æ, fons Atticæ, Plinio lib. 4 cap. 7; locus & regio juxta fontem est Gellio lib. 18 cap. 10. Immo Straboni Athenis est Cephissus fluvius, ut & aliis multis locis Græciæ: nec non fons hujus nominis juxta gymnasium Apolloniæ, quæ ad mare Adriaticum prope Dyrrachium est. Vide Strabon. lib. 9 p. 292.

CEPIONIDES, æ, & Cepites, sive Cepocapites, æ, gemmarum adpellationes sunt Plinio lib. 37 cap. 10.

CĒPŎTĀPHIVM, i, κηποτάφιον, vox duabus græcis κῆπος *hortus*, & τάφος *sepulcrum* derivata, & apud mediæ Græcitatis auctores usurpata pro sepulcro in horto. Inscript. apud Fabrett. p. 115, HOC CEPOTAPHIVM MVRO CINCTVM CVM SVO IVRE OMNI EX AVCTORITATE ET IVDICIO PONTIFICVM POSSEDERVNT.

CEPPHVS, i, Κέπφος, avis fluviatilis & palustris, ein weißmeye, wieß-meye. Vid. Cœl. Rhodig. lib. 10 cap. 6.

CĒPVRĬCVS, a, um, κηπουρικός, adject. græc. ut, *Loca cepurica & hortensia*, Firmic. 2 cap. 12. *Cepurica* substant. olera, garten-gewächse; Vnde Sabinus Tyro *librum Cepuricôn* Mœcenati dicasse dicitur. vid. Plin. 19 cap. 10.

CĒRA, æ, κηρὸς à κηρίον, favus, wachs. *Ceram auribus obdere*, die ohren zuhalten, nicht hören wollen, natum à fabula de Vlysse, vide Chiliad. *Cera miniata*, vel *miniatula*, roth wachs. Cicero lib. 15 ad Att. ep. 19, *His litteris scriptis me ad συντάξεις dedi: quæ quidem vereor, ne miniatâ cerulâ tuâ pluribus locis notandæ sint.* Rursus id. lib. 16 ep. 11, *Nostrum opus tibi probari lætor: ex quo ἄνθη ipsa posuisti: quæ mihi florentiora sunt visa judicio tuo: cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam.* Vtrobique autem significat Cicero, se Attici censuram de libris fuisse veritum. Critici enim in perlegendis libris suspecta, dubia aut improbata signare notis quibusdam solebant, atque id facere affingendis frustulis è cera, eâque miniata, unde *cerulas* & *miniatulas* Cicero dixit. Græci παραυλάσματα vocabant; ut Salmasius observat, quem vide Exercitationibus Plinianis, itemque Angelum Politianum Miscellaneorum c. 52. ¶ 2. Juvenalis *ceras* pro *imaginibus cereis*, quæ nobilitatis insignia erant, posuit, Sat. 8 v. 19,

Tota licet veteres exornent undique cera
Atria, nobilitas sola est atque unica virtus.

Nempe quia imagines istæ ex cera simulatæ erant, plastico, ut opinor, opere, *ceras* adpellavit. Vide Plin. lib. 35 c. 2. Aliâ ratione Statius Silva omnium prima v. 100 dixit:

Apellea cuperent te scribere cera.

Sensus est; si Apelles viveret, mirificè cuperet vultus tuos (loquitur de Domitiano) exprimere, sive depingere: pro eo enim *scribere* Græcorum more posuit. Sed ibi *ceræ* pro coloribus ponuntur. Has enim discolores habebant Pictores, quas inducebant postea tabulis, & insternebant, ad exprimendum quid vellent. Eas ceras inurebant postea admoto igne, lævigabantque ac exæquabant: ex quo hujusmodi opera *encaustica* adpellabantur. Hoc *ceris pingere* Plinius dixit lib. 35 c. 11, & τῷ *penicillo pingere* (nam penicilli in illo genere usus non erat,) opposuit. Huc itaque respexit Statius eo loco, & genus picturæ encausticon designavit. Quamvis enim encaustica pinxisse Apellem, haud meminerim legisse, Pamphilum tamen præceptorem ejus non pinxisse tantùm encaustica, sed docuisse etiam Pausiam, Plinius auctor est laudato loco. Itaque verisimile est, Apellem quoque non ignorasse picturæ hoc genus, quamvis fortasse haud celebrarit. ¶ 3. Et quia antiquitùs testamenta in ceratis tabulis scribebant, idcirco *cera* aliquando & pro testamento ponitur. Sueton. Cæs. cap. 83, *Novissimo testamento tres instituit heredes sororum nepotes, C. Octav. ex dodrante, & L. Pinarium & Q. Pedium ex quadrante reliquo: in ima cera C. Octav. etiam in familiam nomenque adoptavit.* IN IMA CERA, id est, ultima testamenti parte: vel extrema tabula sive pagina testamenti. Nam pro illarum quoque numerò, *cera prima, secunda, tertia* dicebatur. Idem Sueton. Nerone cap. 17, *Cautum est, ut in testamentis primæ duæ ceræ, testatorum modò nomine inscriptæ vacuæ signaturis ostenderentur.* PRIMAE DVAE CERAE, i. e. primæ tabulæ duæ, vel paginæ. Pluribus istam rem Salmasius explicat cap. 11 de modo usurarum, quem vide.

¶ Cerŭla, æ, diminut. ein stücklein wachs. Vide loca Ciceronis supra in *Cera*.

¶ Cero, are, cerâ obducere, linere, mit wachs überstreichen, wichsen. Columella lib. 12 c. 50, *Tum considerant, numquid ceram novam dolia desiderent. Nam fere sexta quaque olivitate cerari oportere antiqui dixerunt.* Cerabantur itaque sive cerâ linebantur dolia, ne oleum mitterent per rimas: quemadmodum nostra dolia hodiè picari solent. Veteres Glossæ: Κηρῶ, *Cero*. Sed & cerâ circumfundebant olim defunctorum corpora, ut servarentur à corruptione. Vide Herodot. lib. 1 cap. 140, & Corn. Nepot. Agesilao extremo: item Marcell. Donat. dilucidat. ad Liv. c. 40, & Kirchmann. de Funeribus lib. 1 cap. 8 pag. 41.

¶ Cēratus, a, um, cerâ obductus: ut, *ceratæ tabulæ*, wachs-täfelein, in quibus scribebant, apud Ciceron. Divinat. in Verr. c. 7. *Ceratæ pennæ*, apud Horat. lib. 4 od. 2 v. 2.

¶ Ceratura, æ, illa ipsa inductio ceræ, die wichsung. Columella lib. 12 c. 50, *Quemadmodum nova vasa si calefiant, liquidam ceram facile excipiunt, sic vetera non crediderim propter olei succum ceraturam pati.*

¶ Cēreus, a, um, quod ex cera est, wächsern. Cic. 3 Nat. Deor. cap. 12, *Nihil est cereum, quod commutari non possit.* ¶ 2. Quod ceræ colorem refert. Virgil. Eclog. 2 v. 53,

Addam cerea pruna, & honos erit huic quoque pomo.

Martialis lib. 10 epigr. 94,

Mittimus autumni cerea poma mei.

Cerea, ceræ instar flava: quo simul color & maturitas commendatur. Hæc enim colorem illum facit. Et *cerea pruna*, procul dubio sunt, quæ nobis spilling adpellantur. ¶ 3. *Cerea* etiam dicuntur, quæ instar ceræ tractabilia molliaque sunt. Ita *Cerea brachia*, apud Horat. lib. 1 od. 13. Servius ad 2 Virgilii Eclogam, itemque Torrentius interpretantur, ut ab agilitate commendet. Potest tamen & à colore candentis ceræ sic adpellâsse; quomodo & *cervicem roseam* paullo ante dixerat. Sed pro flexibili ductilique, ceræ instar, quæ fingentis digitos admittit cedensque sequitur, ita ut ad mores & animum pertineat, Idem dixit epistola ad Pisones, cùm Juvenum mores describit v. 163, *Cereus in vitium flecti, monitoribus asper:* der leichte verführet werden kan.

¶ Cērĕŏlus, a, um, adjectiv. diminutum, idem. Theodolfus Aurelianensis lib. 1 Carm. v. 252,

Cereolas rotulas, qui dare vellet ovans.

¶ Cēreus, i, subst. eine wachskertze. Martial. lib. 14 epigr. 42,

Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes.

¶ Cerĭnus, a, um, adject. wachsgelb. Plaut. Epidic. a. 2 sc. 2 v. 49. Nonius explicat de *ceræ colore*.

¶ Cērōsus, a, um, voll wachs. Vt, *mel cerosum*, ungeläutert oder ungeschäumet honig, id est, ceram adhuc habens admixtam, nondumque despumatam.

¶ Cerarius, i, qui ceram tractat, ein wachszieher. Gloss. gr. lat. κηροπώλης, *Cerarius*.

¶ Cerarium, i, videtur pretium, quod exigunt scribæ pro impensis ceræ, siegel-geld. Cic. Verr. 5 c. 78, *Ex omni pecunia, quam aratoribus solvere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant: primum pro spectatione & collybo: deinde pro nescio, quo cerario.* Et paucis interjectis: *cerarium vero quid vocas?*

¶ Ceratum, i, emplastri genus ex cera, wachs-salbe. Celsus 5 cap. 17 extr. Plin. 22 cap. 24 sub fin.

¶ Cerōtum, i, idem, κηρωτὸν Græcis. Martial. 11 epigr. 99, *labra pingui delibuta ceroto.*

¶ Ceratorium, i, idem. Cæl. Aurelian. 2 Tard. c. 3, *Ceratoria apponere.* Marcell. Emp. c. 35, *Ceratorium chalasticum.*

¶ Cerifice, vide *Ærifice* in *Æs*.

¶ Cerifico, are, ceram confingere. Plin. 9 cap. 38, *Cum cerificavere, fluxos habent succos.* Quædam exemplaria habent *fœtificavere*. De apibus confer Plin. 11 c. 8.

¶ Ceroferarius, & Ceriphorus, i, der die wachs-fackel trägt. Gloss. ἀκόλουθος, κηροφόρος, κηριάπτης. Vid. Isidor. Orig. 7 c. 12.

¶ Cērōma, ătis, κήρωμα, etiam à Cera est, unguentum athletarum, fechter-salbe oder schmiere; ut, *injecto ceromate brachia tendis*, Martial. lib. 7 epigr. 31. Nam pugnaturi in palæstrâ, præcipue luctâ, detractis vestibus se inungebant oleo, dein perspergebantur pulvere: posteà vero etiam cera addita fuit, unde nomen, *Ceroma*. Vide Mercurialem lib. 1 de arte Gymnastica c. 8, & Petrum Fabrum lib. 3 Agnostici c. 5. Juvenali Satyr. 6 v. 245, est etiam *fœmineum ceroma*. Hieronymus epist. 101 extr. ad Pammachium de opt. gen. interpr. *Tritum vulgi sermone proverbium: Oleum perdit & impensas, qui bovem mittit ad ceroma.*

¶ Cērōmătĭcus, a, um, gesalbt. Juvenal. Sat. 3 v. 68,

Et ceromatico fert niceteria collo.

Ceromatico collo, id est, ceromate peruncto.

¶ Cērōstrōtum, i, κηρόστρωτον, ein wachsbild. Sed genus picturæ apud Plinium lib. 11 cap. 37 commemoratum, quod interpretatur tessellatum opus ex segmentis cornuum, eingelegte arbeit von horn. Vitruvius lib. 4 cap. 6, *Ipsaque forium ornamenta non fiunt cerostrota, neque bifora, sed valvata.* Vbi Philander pro *cerostrota*, *cerostrata* legit, & ex Plinio interpretatur: qui tamen Balbo haud satisfacit, cui *clostrata* legendum videtur. Verum Turnebus 13 Advers. cap. 24, & Salmasius Exercit. Plin. p. 231, in veteribus libris Plinii non *Cerostrata*, sed *Cestrota* invenerunt: quod probant & explicant. Vide infra in *Cestron*. Salmasius tamen apud Vitruvium & retineri *cerostrota*, & ad aliud genus encaustices, quod ceris fusis instratisque inurebatur, referri posse existimabat. Cui sententiæ accedit Vossius Etymol. p. 127. Nam & hujusmodi fuisse januarum ornamenta, indicat Ausonii illud epigr. 25 in divitem quendam:

Ceris inurens januarum limina,
Et atriorum pegmata.

¶ Incerare, idem quod cerare, mit wachs bestreichen, wichsen. Juvenalis Sat. 10 v. 55, *genua incerare Deorum.*

Vbi Vet. Schol. *Incerare: In signis insignare, vota facere.* Quia vota tabellis concepta, Deorum statuis & præcipuè genubus assignabantur cera. Vide Jan. Rutgersium lib. 5 Var. Lect. cap. 5. Sic etiam Prudent. ἀποθ. v. 457, *genua incerare Dianæ.*

¶ Incēratus, a, um, ausgewichst. Celsus 8 c. 8, *ex ferula facto canaliculo, eodemque intus incerato.*

CERACHATES, æ, & Ceramites, æ, gemmæ sunt Plinio 37 c. 10.

CĔRĀMĪCVS, i, κεραμεικὸς, locus duplex Athenis, alter intra Vrbem, ubi meretrices habitabant, cujus semel ac iterum Lucianus meretriciis Dialogis meminit: alter extra urbem, ubi sepeliebantur bello cæsi & laudabantur, de quo idem in Piscatore, idem in Scythâ. Vide Suidam & Meursii librum singularem. Diogenes stipem in Ceramico a statuis petiit, & interrogatus cur id faceret, respondit, ut repulsam ferre disceret. vid. Plutarch. de vitioso pudore. Cic. 1 de fin. c. 11, *Statua est in Ceramico Chrysippi sedentis, porrecta manu.* vid. Manut. ad h. l. p. 51. Plinius lib. 35 cap. 12, *Fecit & Chalcosthenes cruda opera Athenis* [plastica,] *qui locus ab officina ejus* CERAMICVS *adpellatur.* Et hæc est significatio vocis propria, ut denotet officinam figuli.

CĔRASTES, æ, Κεράστης, Masc. serpens cornutus, octo enim in capite cornua habet, eine hörnichte schlange, Eber. Sed Gesnero eminentias in capite duas habet, cornuum similitudine. Non semel eorum Lucanus meminit: vid. lib. 6 v. 679, lib. 9 v. 716. Latina forma *Cerasta* dixit Alcimus Avitus lib. 1 v. 91,

mordax absorbuit ore cerasta.

¶ Ceraſtæ etiam de aliis, quam serpentibus dicuntur, ut, de *cervis* cornutis,

cornutis, & de *Satyris*. Vide Salmas. Exerc. Plin. f. 198 & 294 ed. poster.

CERĂSUS, i, arbor, ein kirschbaum, & Cerasum, i, fructus, eine kirsche, à Cerasunte Pontica civitate; à qua in Italiam cerasum detulit L. Lucullus. Plinius lib. 15 cap. 25. Ammianus Marcellinus lib. 22 c. 13 extr. Hieronymus ad Eustochium epist. 19, *Accepimus & canistrum cerasis refertum: talibus & tam virginali verecundiâ rubentibus, ut ea nunc a Lucullo delata existimarem. Siquidem hoc genus pomi, Ponto & Armeniâ subjugatis, de Cerasunte primus Romam pertulit. Unde & de patriâ nomen arbor accepit.* Græce κέρασος, arbor, κεράσιον, *cerasum*, vel cerasium, fructus. *Cerasorum* differentiæ multæ sunt: *Cerasa Duracina*, colore rubeo sunt ad albedinem declinante carne copiosa dulci, weisse kirschen, ammern: *Celiciana*, saure kirschen: *Actia & Actiana nigerrima*, schwartze kirschen: *Aproniana*, weichselbeer: *Cerasa silvestria*: Plin. lib. 15 cap. 25.

¶ Cerasĭnus, a, um, adjectivum, similis cerasis, colore puta, aut sapore; aut cerasis infectus. Petronius p. 73, *cerasino succinctus cingulo*, id est, rufo instar cerasorum, kirschfarb.

CERATIAS, æ, κερατίας, κερατοειδής, stella ceratia, cometa cornutus est Plinio lib. 2 c. 25, ein hörnichter comet, cujusmodi adparuisse ferunt, cùm in Græciam Xerxes trajiceret. ¶ 2. Ceratia etiam herba, uno folio, radice nodosa, Cæliacis & dysentericis medetur. Plin. 26 c. 8.

CERĂTĬNAE, arum, κεράτιναι, ambiguitates dicuntur & argumentationes insidiosæ, listige, schlüpfrige und spitzige fragen und fündlein. *Ceratinas & Crocodilinas* pro eodem Quintil. conjungit lib. 1 cap. 10. Vulgo vocantur argumenta cornuta: e. g. Quod non perdidisti, illud habes; Cornua non perdidisti; Ergo habes. Vid. Politian. Miscell. cap. 54.

CERATĪTIS, is; Ceratitim herbam silvestrem facit Plinius lib. 20 cap. 19 corneolam. Κερατῖτις μήκων enim papaver corniculatum est, gelber mohn. Ceratitim Glaucium etiam dici Plinius addit. ¶ 2. Ceratitem lapidem Medici vocant unicornu vel ebur fossile.

CERATIUM, i, κεράτιον, *siliqua Græca* Columellæ est, lib. de arboribus cap. 25. *Siliquæ* sunt, S. Johannis-brodt. ¶ 2. Est & ponderis nomen. Excerpta Vetera de mensuris apud Rigaltium: *Ponderum pars minima calculus est, qui constat ex granis ciceris duobus, & apud quosdam Siliqua pensante, quæ tribus granis hordei declaratur in pondere: Duo Calculi* Ceratium *faciunt. Quatuor calculi sive duo ceratia* obulum *reddunt*, das kleineste gewichte.

CĔRAULA, æ, κεραύλης, cornicen, ein hornbläser. Apulejus lib. 8 p. 213 ed. Elmenh. *juvenis satis corpulentus, ceraula doctissimus*. Priceus quidem p. 171 *choraulas* legit: verum Salmasius Exerc. Plinian. f. 87, etiam alibi [de Deo Socrat.] Apulejo *ceraula* pro choraula vult, restituatur. Idem Apul. 1 Floridor. *monumentarii ceraulæ*.

CĔRAUNIA, æ, (& Ceraunium, i,) gemma candida, siderum fulgorem repræsentans, Plin. lib. 37 cap. 9. *Fulva* tamen *Ceraunia* Prudentius dixit Psychom. v. 471,

Si fratris, inquit, *galeam fulvis radiare ceraunis*
Germanas vidit commilito.

Sed hîc Prudentius *ceraunium* pro carbunculo & pyropo posuit, contra quam veteres solerent. Solinus cap. 23, *Lusitanorum litus floret gemma ceraunio plurimum, quam etiam Indicis præferunt. Hujus ceraunii color est e pyropo.* Id est, æque ardet ac pyropus. Hinc *ignea ceraunia* Claudianus dixit Laud. Serenæ v. 78,

Pyreneisque sub antris
Ignea fulmineæ legêre ceraunia nymphæ.

Quando *fulmineæ Nymphæ* dixit, non obscurè ad nominis rationem alludit, de qua suprà ex Plinio monebamus. ¶ 2. Eidem Plinio & tuberis genus *ceraunium* est lib. 19 cap. 3.

¶ Ceraunia, orum, plur. & *Acroceraunia*, [de quibus supra;] montes sunt Epiri, ita adpellati, quod fulminibus infestentur. Nam κεραυνὸς fulmen est. Virgil. Æn. 3 v. 506,

Provehimur pelago vicina Ceraunia juxta.

Sunt Epiri partes extremæ ad ipsum os Ionii sinus, ut Dio lib. 41 describit. Florus *Ceraunios montes* vocat lib. 2 c. 9 extr.

¶ Ceraunus, i, quoque aliquot regum cognomen, ut Ptolemæi, qui filius erat Ptolemæi, primi Ægyptiorum ex Macedonica gente regis, invasor regni Macedonici. vid. Justin. 16 c. 5. ¶ Fuit & Syriæ Seleucus Ceraunus, Callinici filius. Dicti ita, quod in bello quasi fulminarent, quemadmodum Virgilius Scipiones dixit *duo fulmina belli*, Æneid. 6 v. 842.

¶ Ceraunŏbŏlos tabula Apellis, in qua tonitrua depinxerat. Plin. lib. 35 c. 10 ait, *pinxisse, quæ pingi non possint, tonitrua, fulgetraque: bronten, astrapen, ceraunobolon adpellant.*

CERBĔRUS, i, proprium canis infernalis Poëtici, der höllenhund. Tibull. lib. 1 eleg. ult. v. 35,

Non seges est infra, non vinea culta, sed audax
Cerberus, & Stygiæ navita turpis aquæ:

Virgil. Æneid. 6 v. 417,

Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Personat, adverso recubans immanis in antro.

Cerberus dictus, quasi κρεόβορος, hoc est, carnivorus. vid. Servius ad lib. 4 & 8 Æn. ¶ 2. A terribili, ac dirâ ejus allatratione Oratores improbi, audaces atque impudentes *cerberi* dicti. vid. Barth. ad l. 4 Thebaid. Statii p. 1120. Conf. eumd. ibid. p. 1117, 1118, ubi multa de terrificâ hâc, & tricipiti inferorum belluâ

CERCIUS, vel Circius, i, ventus Narbonensi provinciæ proprius, à turbine, vel vertigine sic dictus, Gell. lib. 2 c. 22. ἰάπυξ.

CERCŎPĬTHĒCUS, i, Κερκοπίθηκος, simia caudata, eine meerkatze, dissimilis cæteris est simiis voce, pilo asinino, nigro capite, prolixâ caudâ. Plin. lib. 8 c. 20, Conf. Casp. Schotti Phys. curios. 8 c. 22. Juvenal. de superstitionibus Ægyptiorum Sat. 15 v. 4,

Effigies sacri nitet aurea Cercopitheci.

CERCŪRUS, i, κέρκουρος, navis prægrandis Asiana vel Cypria. Plinius lib. 7 cap. 56, *Onerariam Hippus Tyrius invenit, lembum Cyrenenses, cymbam Phœnices, celocem Rhodii, cercurum Cyprii.* Adde Nonium cap. 13 n. 4. Plautus Stich. act. 2 sc. 2 v. 42 seq.

Dum percontor portitores, ecquæ navis venerit
Ex Asia: negant venisse: conspicatus sum interim
Cercurum, quo ego me majorem non vidisse censeo.

Meminit & Livius lib. 33 cap. 19 extr. Suidas: κέρκουρος νηὸς εἶδος. De derivatione vide Harduinum ad d. l. Plinii, qui Turnebum l. 29 Advers. c. 18, ex Corcyra nomen deducentem, confutat.

CERDO, ōnis, quilibet dicitur sordidus artifex, lucrum ex arte aliqua illiberali faciens, der ein unflätiges handwerck treibet, ein gerber, schuhflicker, sed quem *veteramentarium* Suetonius vocat. Juvenalis Sat. 4 extrem. de Domitiano:

Sed periit, postquam cerdonibus esse timendus
Cœperat.

hoc est, postquam sævire cœpit in plebem. Martial. 3 epigr. 16,

Ut velles corio ludere, cerdo, tuo.

Cerealis, vide *Ceres*.

CĔRĔBRUM, i, das gehirn, fons animalium actionum, ex quo nervi & spiritus animales nascuntur. Antiquis & *Cereber* dicebatur. Itaque *Cereber* & *Cerebrum*, sicut *arater* & *aratrum*. Vet. Gloss. *Cereber*, ἐγκέφαλος. Caper tamen rejicit, ut absurde fictum. Ita enim de Orthographia: *Hoc*, inquit, *Cerebrum est. Nam* CEREBER *qui dicunt, sine cerebro sunt.* Plautus Mil. glor. act. 2 sc. 2 v. 51, *Cerebro laborare*, nicht wohl bey sinnen seyn. *Caput cerebro vacuum*, proverbiale est in stupidos & ingenio carentes, ohn sinn und verstand. ¶ 2. *Cerebrum* pro bili & stomacho, sive iracundiâ Horatius dixit lib. 1 Sat. 9 v. 11,

ô te, Bollane, cerebri
Felicem, ajebam tacitus.

Prædicat enim felicem Bollanum, qui, cùm stomachosior sit, simpliciorque, nihil dissimulet, & liberè adeo castiget ineptias hominum, brevi & facilè se ab ineptè garrulis liberet, neque necesse habeat, cum magna molestia ferre diutiùs, si per ætatem forte in tales incidisset. Se contra, cum verecundior sit, nec pari animi libertate absolvere se a garrulo, à quo oppressus fuerat in via sacra, non potuisse, nisi postquam nugis ejus fractus & exanimatus prope fuisset. Aliis *cerebrum* sapientia est in eisdem poëtæ verbis: *ô te, Bollane, cerebri Felicem*, h. e. ô te beatum, ob mentem adeo præclaram ac generosam. vid. Voss. lib. 4 Inst. Orat. p. 125. ¶ Jaculariter Plautus Aul. act. 2 sc. 1 v. 28,

ME. *Heu occidi!*
EN. *Quid ita?* ME. *quia mihi misero cerebrum excutiunt*
Tua dicta, Soror! lapides loqueris.

Continetur autem cerebrum sub Cranio, hoc est, capitis osse, unter dem hirnschädel, supra quod panniculum est os totum capitis circumdans, quod περικράνιον dicitur, das fell über dem hirnschädel. *Dura mater*, membrana dicitur cerebrum ambiens, das starcke fell über dem gehirn. *Pia mater* altera cerebri est membrana tenuis cerebrum fovens. *Ventriculi* cavitates dicuntur in cerebro, suntque tres. *Infusorium* dicitur cavitas, in quam derivantur crassiores superfluitates cerebri, quæ in sputum vertuntur, aut per nares excernuntur. ¶ 3. Metaphorice *Cerebrum arboris* medulla dicitur, der kern, Plinio 13 cap. 4.

¶ Cerebellum, i, diminutivum, das gehirnlein. Ut, *cerebellum gallinaceum*, Plin. lib. 29 cap. 5. Aut ¶ 2. vocatur cerebri pars postrema, sejuncta ab altera cerebri mole.

¶ Cerebellare, is, tegumentum cerebri, eine mütze. Veget. 3 cap. 33, *Caput cerebellari communire.*

¶ Cĕrĕbrōsus, a, um, qui ex cerebro laborat, sive affectus cerebro est; der im gehirn nicht wohl verwahret: quemadmodum *cerebrosum senem* Plautus videtur dixisse Mostell. act. 4 sc. 2 v. 36. Et ita *insanum* & *cerebrosum* Lucilius conjungit apud Nonium, qui cap. 1 n. 82 CEREBROSUM, *ad insaniam facilem* interpretatur. Sed Horatius pro ὀξυχόλῳ seu bilioso, & quem *stomachosum* adpellat alibi, lib. 1 Serm. Sat. 5 v. 21,

donec cerebrosus prosilit unus,
Ac mulæ nautæque caput lumbosque saligno
Fuste dolat.

Virgilio *præceps animi* dicitur, lib. 9 v. 686, der eigensinnig ist, nicht an sich halten und wenig vertragen kan.

CEREFOLIUM, i, kerbel, Græci Pæderota vocant. Vide Apul. de herb. c. 104, & infra *Cherephyllon*.

Ceremonia, vide supra *Cæremonia*.

CĔRES, Cerĕris, Dea frugum, à gerendis frugibus dicitur; Cicerone lib. 2 Nat. Deor. cap. 26 auctore quasi *Geres*, sicut Græcè Δημήτηρ, sive Γημήτηρ, Terra mater. Servius a creando dictam putat, & inde *almam* adpellatam Virgilio Georg. lib. 1 v. 7. Tibull. lib. 2 eleg. 5 v. 83,

At laurus bona signa dedit: gaudete coloni,
Distendet spicis horrea plena Ceres.

¶ 2. Utuntur figurate Poëtæ frequentissime *Cereris* vocabulo pro segete, frumento & pane. Ovid. Amor. 3 eleg. 6 v. 31,

Carmine læsa Ceres sterilem evanescit in herbam.

Virgil. 1 Æneid. v. 177,

Tum Cererem corruptam undis Cerealiaque arma
Expediunt, &c.

Terent. in Eunuch. act. 4 sc. 5, *Sine Cerere & Libero friget Venus.* Lucanus lib. 4 v. 380,

gurgite puro
Vita redit, satis est populis fluviusque Ceresque:

bey wasser und brodt stirbt man nicht hungers. *Cereri nuptias facere*, vel *sacrificare*, Plauti est Aulul. act. 2 sc. 6, pro convivari sine vino, ideo quod in Cereris sacra nefas esset inferre vinum. Græci eodem modô ἑστίᾳ θύειν dicunt, h. e. *Lari sacrificare*. De Sacris Cereris vide infra *Eleusis*.

¶ Cĕrĕālis, e, adject. ut, *Arma cerealia*, apud Virgil. c. l. *Cerealis cœna*, h. e. pontificalis & opipara, ein herrlich mahl, apud Plautum Menæch. act. 1 sc. 1 v. 25. *Cereales ludi*, apud Livium 30, 39 fin. qui in honorem Cereris celebrantur. In his ludis repræsentabatur à matronis luctus Cereris, ob raptam Proserpinam.

¶ Cĕrĕālia,

¶ Cĕrĕālia, um, neutr. plurale tantum, ſacra dicebantur & dies feſti Cereris, Cic. ad Att. 2 epiſt. 12. Erant autem Cereris ſacra alia magna, alia parva: de quibus Auguſtin. de C. D. lib. 7 cap. 20, & ibi Vives, & Coquejus.

¶ Cererosus, a, um, wahnſinnig. Gloſſ. gr. lat. δημητρόληπτος, *Cerevoſus.*

¶ Ceritus, a, um, ſive Cerritus potius, a *Ceres* eſt: quippe quod ex *Cereritus* contractum eſt: Græci δημητριακὸν vocant. Quibus Δημήτης ſive Ceres eadem cum Erinnye eſt, ut ex Callimacho in Conjectaneis Scaliger obſervat. Ergo *Cerritus*, furioſus eſt, toll, unſinnig; ſive *larvarum plenus*: ita enim *Cerritam* Plautus interpretatur, quam paullo ante vocaverat Amphitr. act. 2 ſc. 2 v. 145. Idem Menæch. act. 5 ſc. 4, *Larvatus eſt ille, aut Cerritus.* Horat. 2 Sat. 3 v. 277,

Hellade percuſſâ Marius cum præcipitat ſe,
Cerritus fuit, an commotæ crimine mentis, &c.

Serenus Sammonicus cap. 8,

Cerritum ſæpe horrendi medicantur odores.

Vet. Gloſſ. *Ceritus*, παρεμμανὴς, παρεμφάραντος.

CĔRĒTE, es, oppidum Italiæ, unde

¶ Ceretani, qui oppido a Romanis ſolo æquato inopes per Italiam disjecti, ut ſibi vitæ neceſſaria corraderent, multarum rerum ſcientiam commenti, ac pleraque conſarcinantes, quibus apud plebem ſibi fidem doctrinæ multifariæ facerent, omnibus, qui eadem graſſantur via, celebre ad poſteros dedere nomen: marckſchreyer, zigeuner. ¶ 2. Ceretani alii ſunt populi Hiſpaniæ ſub Pyrenæis. Silius lib. 3 v. 357,

Nec Ceretani, quondam Tirinthia caſtra.

Scribuntur & *Cerretani.* Vide Plinium lib. 3 cap. 3.

CĔRĔVĪSIA, æ, potus genus ex hordeo: quod nobis bier, ex Latino *bibere* (ut Voſſio lib. 1 de Vitiis ſermonis cap. 4 extr. videtur) appellatur: Gallis tribuit Plinius lib. 22 cap. 25 extr. Meminit & Vlpianus Lege ſi quis vinum 9 Dig. de tritico, vino, oleo legato. Iſidorus lib. 20 cap. 3, *Cerevifiam* à *Cerere* i. e. fruge vocatam ſcribit. Plura de hoc potûs genere, qui aliis aliter adpellatus, Scaliger Exerc. 87, Lindebruchius ad Ammiani lib. 26 p. 166, Chriſt. Coletus Parerg. cap. 10, nec non Philippus Cluverius lib. 1 Antiq. Germaniæ cap. 17. Videatur item & Voſſius dicto loco, & peculiari Tractatu Meibomius.

CĒRIA, æ, κηρία, Hiſpanorum potus: de quo conſule proximè in *Cerevifia* allegatos auctores.

CĒRINTHA, æ, herba apibus grata. Virg. 4 Georg. v. 63,

Trita meliſphylla, & cerinthæ ignobile gramen;

bienſaugen, bienen=ſpeiſe. Plin. lib. 21 cap. 12; Qui & lib. 11 cap. 7 ſcribit, *Cerintham inveniri in apum alvearibus, cibum nimirum earum inter opera, ſed amari ſaporis.*

CERINTHUS, i, hæreticus, qui, ut Dionyſius loquitur, *affirmabat futurum regnum Chriſti volupterium, mores ſuos ſaſſus, quod gulæ luxuriæque deditus eſſet.* Ruina balnei oppreſſus eſſe dicitur. Vid. Euſeb. lib. 3, & Epiph. Hær. 22.

Cĕrites, vide ſupra *Cære*; Ceritus, vide *Ceres.*

CERNO, crevi, cretum, cernere, cribrare eſt, ſeu diſcernere, rähden, ſichten, ſieben, rollen. *Cribro tenui cernitur*, Plinius lib. 33 cap. 5, es wird durch ein eng ſieb geſiebet. Ovid. de Medicamine faciei v. 61,

Namque ubi pulvereæ fuerint confuſa farinæ,
Protinus innumeris omnia cerne cavis.

Cum dicit *innumeris cavis*, cribrum circumſcribit. Idem ibidem v. 89,

Hæc ubi contrieris, per denſa foramina cerne.

Vbi rurſus cribrum per *denſa foramina*, deſignat, ein dichte ſieb, quod *tenue cribrum*, ſupra Plinio: ad quem modum Cato, *per cribrum minutiſſime cernere.* de re ruſt. dixit cap. 107; vide mox *Cretus* & *Incretus.* Sic & *Concernere*, compoſito, Auguſtinus uſus eſt, ut mox dicemus. ¶ 2. Et quoniam omnis judicandi vis in diſcretione rerum poſita eſt, qua vera à falſis ſeparantur, idcirco *cerno* pro *judico* uſurpari cœptum eſt: quod compoſitum, *decerno, decretum* arguit: pro quo & ſimplex aliquando ponitur. Tacitus Annal. 15 cap. 14, *Illum locum tempuſque deſtinatum, quid de Armeniâ cernerent.* Atque cùm bellum & pugnæ diſceptationis quoddam genus ſint, idcirco *cernere*, & pro pugnare, ſeu dimicare poſuerunt: in cujus locum frequentativum ejus *certare*, item *decernere* compoſitum ſucceſſit, quod & Seneca obſervat epiſt. 58. Plautus Argumento Amphitr.

Pro patria Amphitruo dum cernit cum hoſtibus.

Virgilius Æneid. 12 v. 707, 709,

ſtupet ipſe Latinus
Inter ſe coiiſſe viros & cernere ferro.

Eſt enim hæc veriſſima & antiquiſſima lectio, ut Servius obſervat, notatque ſimiliter, Ennium dixiſſe:

Olli cernebant magnis de rebus agentes.

Confirmat eam & Senecæ auctoritas laudato paullo ante loco. Quemadmodum autem Græci ſuum κρίνειν cum quarto Caſu conſtruebant: ut cum dicerent, κρίνειν τὸν πόλεμον: κρίνειν τὰ ὅπλα: pro *dimicare prælio*: collatis ſignis concurrere; ita id imitati etiam Latini ſunt. Lucretius lib. 5 v. 393,

Tantum ſpirantes æquo certamine bellum
Magnis de rebus inter ſe cernere certant.

Bellum cernere, id eſt, bello ſeu armis diſceptare. Ennius apud Ciceron. 1 Offic. cap. 12,

Ferro, non auro vitam cernamus uterque.

Et rurſus in Medeâ apud Nonium in *Cernere* c. 4 n. 69,

Ter mallem ſub armis vitam cernere, quàm ſemel modo
Parere.

Cernere vitam, i. e. de vita, vel propter vitam diſceptare armis ſeu decertare. Conf. Turneb. lib. 26 Adverſ. cap. 32. ¶ 3. Frequentiſſime pro *videre* uſurpamus, quod & ipſum in diſcernendo & ſeparandis rebus poſitum eſt. Horat. lib. 1 Serm. Sat. 3 v. 25,

Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acute?

Ovid. 1 Pont. eleg. 5,

Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus,
Et vitium capiant, ni moveantur, aquæ.

Cernitur oculis, ut accipitur auribus. Nep. Timoleonte cap. 2, 2, *ut non ſolum auribus acciperetur, ſed etiam oculis cerneretur, quem & ex quanto regno, ad quam fortunam detruſiſſet.* ¶ 4. Inde ad animum transfertur, & *animadvertere* ac *intelligere* ſignificat. Cic. in Catil. 4 cap. 6, *Cerno animo ſepultam patriam*, mich dünckt, als ſehe ich für meinen augen rc. ¶ 5. *Cernere hæreditatem*, eſt adire hæreditatem. Cic. ad Att. lib. 11 epiſt. 2, *Eo ipſo die ex teſtamento crevi hæreditatem*, ich hab mich des erbtheils angemaſſet. Vide JCtos & Scalig. ad Feſtum in *Crevi.* Idem Cicero ad Dolabellam lib. 9 epiſt. 14 eleganter: *A te peto, ut me hanc quaſi falſam hæreditatem alienæ gloriæ ſinas cernere.*

¶ Cretus, a, um, gebeutelt, ausgeſiebt. *Bene cretum cinerem*, wohlgeſiebte aſche, Palladius dixit lib. 10 c. 22. ¶ Hinc & per Metatheſin *Certus, a, um*, de quo mox ſuo loco.

¶ Incretus, a, um, non cribratus, ungeſiebt. Apulejus lib. 7 pag. 194 ed. Elmenh. *furfures apponebat incretos ac ſordidos, multoque lapide ſalebroſos.*

¶ Cretio, ōnis, ſolennitas in adeundis hæreditatibus, die poſſeſs-nehmung. Cicer. ad Att. aliquoties: Lib. 11 epiſt. 12 extr. *cretio ſimplex*: lib. 13 epiſt. 46, *libera cretio.* Vide utrobique interpretes.

¶ Cretura, æ, quod cribrando rejicitur, ausgeſiebtes. Palladius lib. 1 cap. 24 inter columbarum pabula refert. *Triginta*, inquit, *columbis volantibus diurni tres ſextarii tritici ſufficient, aut creturæ.*

¶ Cernitus, a, um, idem quod cretus. Theod. Priſcian. 2 cap. 4, *Lomentum fabacium bene cernitum.* v. Reineſ. var. lect. p. 673.

¶ Cernuus, a, um, incurvatus, in terram pronus, gebückt. Arnob. lib. 7 p. 246, *pronos & cernuos ruere.* Prudent. Cathem. 7 v. 42,

Nam flendo pernox irrigatum pulverem
Humi madentis ore preſſit cernuo.

Et ipſe Virgilius Æn. 10 v. 894 de equo, *ejecto incumbit cernuus armo*; ubi *Cernuus*, inquit Servius, *qui cadit in faciem, quaſi in eam partem, qua cernimus.* Sedulius in Luc. 13 de muliere dæmonio incurvata: *deſpectans cernua terram.*

¶ Cernuo, are, in armos procidere, in caput ſe jacere pronum. Gloſſ. κυβιστᾶν, ſich zur erden bücken, aufs geſicht niederwerffen. Apulej. lib. 1 Metam. *Corpus exanimatum in flumen pæne cernuat.* Prudentius lib. 1 adv. Symmach. v. 350,

Cernuat ora ſenex barbatus & oſcula figit
Cruribus ænipedum.

¶ Cernuatus, a, um, niedergebogen, geſtürtzt. Solinus cap. 57 de equo: *Adeo ſprevit lupatos, ut de induſtria cernuatus, ruina & ſe & equitem pariter affligeret.* conf. Salmaſ. Exercit. ad h. l. p. 628.

¶ Cernulo, are, pro *cernuare* Seneca habet. Vid. Scal. ad Feſtum, & Juſt. Lipſ. ad illud Senecæ epiſt. 8, *Non evertit fortuna; ſed cernulat & allidit.*

¶ Cernŭlus, a, um, ſtürtzend. Apul. 9 Met. *Supra menſam cernulus corruens.* Gloſſæ: *Cernulus*, πεταυριστής. *Cernui*, πεταυρισταί. Ita vocabantur, qui de machina in caput ſe jaciebant. vid. Salm. Exerc. Plin. p. 149.

¶ Certo, are, frequentativum à *Cerno*, vide paullo poſt ſeorſim.

Compoſita a *Cerno*:

¶ Concerno, ĕre, quod ſupra diximus, ſignificatione propria pro *cribro cernere* ſeu *purgare*, Auguſtini eſſe; qui lib. 5 Confeſſion. cap. 10 de ſuo Manichæiſmo: *Talem naturam ejus naſci non poſſe de Maria virgine arbitrabar, niſi carni concerneretur*, unter einander ſieben, durcheinander rähden. ¶ 2. Altera autem *videndi* ſignificatio vix probari poteſt aliunde, quam ex Gloſſis, quarum eſt *Concerno*, συνθεωρῶ. ¶ Tertia notio, quæ trita hodie ac vulgaris eſt, pro *attinet ad rem*, caret auctoritate veterum exemplorum. Vide Curas Cellarii Poſteriores p. 350. & Voſſ. de vit. L.L. 4 c. 4.

¶ Decernere, quod judicare eſt, urtheilen, erkennen. Terent. Adelph. a. 4 ſc. 2 v. 5, *Quid hoc, malum, infelicitatis? nequeo ſatis decernere.* ¶ 2. Item Statuere, bey ſich ſchlieſſen. Idem in Heaut. a. 3 ſc. 1 v. 56, *Sumat, conſumat, perdat, decretum eſt pati. Decernit ſenatus*, Cic. Verr. 4 cap. 67. *Decernere alicui*, auf einen ſtimmen und ſchlieſſen. Cic. lib. 1 famil. ep. 1, *Tibi decernit, ut Regem reducas.* Seneca in Thebaid. v. 243, *Infanti quoque decreta mors eſt*, es iſt auch kindern das ende beſtimmet. ¶ 3. Sic *decernere honores, dignitatem, imperium, præfecturam, triumphum*, bewilligen, zuerkennen. *Decernere ſtatuam alicui*, Plin. 34 cap. 6. ¶ 4. De contentionibus etiam & pugnis *Decernere*, dicitur: ut, *armis decernere*, Cic. Att. 7 epiſt. 3, & rurſus ibidem lib. 10 ep. 9, *Vtinam meo ſolum capite decernerem.* Nepos Milt. 4, 4, *acie decernere*: & abſolute decernere pro prœliari, ſchlacht lieffern, apud eumd. Hannibale c. 4 n. 1, & Curt. 3 cap. 2 n. 1.

¶ Decretus, a, um, beſchloſſen, zuerkandt: ut, *decreta provincia*, Vellej. Pat. 2, 60, 5. Hinc

¶ Decrētum, i, placitum, dogma, ein ſchluß: ut, *Decreta Philoſophorum*, Philoſophiſche lehrſätze. Cicero 2 Acad. Quæſt. cap. 9, *Sapientiæ vero quid futurum eſt? quæ neque de ſeipsâ dubitare debet, neque de ſuis decretis, quæ Philoſophi vocant δόγματα.* Proprie, quicquid cognitâ cauſsâ pronunciatum: ut, *Decretum ſenatus, patrum*, ein rathſchluß, Vellej. 2, 58, 4. *Decreta facere*, apud Ciceronem poſt Red. in Sen. cap. 1, & pro Domo c. 28. Seneca Medea v. 198,

Vox conſtituto ſera decreto venit.

Id eſt, poſt cognitam cauſſam, factumque decretum, denuo ſe defendere velle, ſerum eſt. *Arminius decretis facta jungit*, bey ihm iſt rath und that, Vellej. 2, 118, 3.

¶ Decretalis, e, pendens a decreto, beſchloſſen, bewilliget. Sidonius 7 epiſt. 9, *Decretalis pagina.* Vlp. l. 1 § 7 ff de Succeſſ. edict. *Decretalis bonorum ſucceſſio.*

¶ Decretorius, a, um, κριτικὸς ſive κρίσιμος: definitivus, angeſetzt, das der ſache den ausſchlag geben kan. Plinius elegantiſſime lib. 17 c. 2, *Circa Virgilias quidem pluere inimiciſſimum viti & oleæ: quoniam tum coitus eſt earum. Hoc eſt, illud quatriduum oleis decretorium: hic*

articulus austrinus nubili spurci quod diximus. DECRETORIUM QUATRIDUUM dicit, quod eo de proventu oleæ cernitur & quasi disceptatur: ut vel proventus uber exspectandus sit, vel tenuis aut nullus. Sicut decreto judicis vel absolvitur quis vel condemnatur. Ita idem lib. 18 cap. 28, *In hoc temporis intervallo res summa vitium agitur, decretorio ruris illo sidere, quod CANICULAM appellavimus.* Firmicus quoque Climactericos numeros *decretorios* dixit, quod velut decernunt de vita hominis, & in utramque partem statuunt, vel ut servetur, vel ut perimatur. Seneca etiam fatalem & ultimam horam nostram *decretoriam* vocat epist. 102, die letzte todesstunde, qui & *decretoria arma* dixit, *lusoriisque* opposuit, quod decernant de vita, nec stringant tantùm ac feriant, sicut *lusoria*; sed saucient quoque ac perimant. Neque enim ideo sic appellata, quod hæc decreto Prætoris veluti dabantur, ut Lipsius putabat lib. 2 Saturn. cap. 19; sed eam ob caussam, quam diximus: quod scilicet iis de victoria aut vita decerneretur, ut ipse postea interpretatus est ad epist. Senecæ 117 sub finem. Idem de Clement. 1 cap. 14, *decretorium stylum* dixit ultimum, quo sententia non varianda perscribitur.

¶ Discernere, unterscheiden. *Alba & atra discernere*, Cicero Tusc. 5 cap. 39. *Gemmas veras a falsis discernendi magna difficultas*, Plinius lib. 37 cap. 12. Et Cicero pro Fontejo cap. 6, *ubi discerni stultus auditor & credulus ab religioso & sapienti judice possit.* Sed *Discernere litem*, einen hader schlichten, entscheiden. Virg. 12 v. 898.

¶ Discrētus, a, um, separatus, unterschieden. Vossius de Vitiis Sermonis: DISCRETUS, scribit, veteribus semper Passivum de iis, quæ secernantur: ut, *discreta semina.* Nunquam vero activum pro eo, qui rerum momenta discernit, quomodo dicunt *VIRUM DISCRETUM.* Quod si Plautus tamen activè *notos* pro iis dixit, qui noverunt; *suspectum* pro suspicace Dionysius Cato in Distichis; non absurdè adeo *Discretus*, pro eo, qui discernit, dici videatur? Tales tamen, h. e. qui eo habitu præditi sunt, qui *Discretio* appellatur, de quo mox etiam monebimus, *Discernentes* dici Jovianus Pontanus malit: cùm *Discretos* appellare vulgare & sordidum sit. Veteribus enim semper notat *separatus*: Vid. Lucret. 6, 790. Et Plinius lib. 4 epist. 19, *discreta velo*, durch einen vorhang abgesondert, & eleganter Statius Thebaid. 5 v. 559, *saxo discretus ager.*

¶ Discrētio: discriminatio, divisio. Augustinus lib. 2 de Genesi ad Lit. c. 8, *Discretio terrarum atque aquarum.* Prudentius Hamartig. v. 26, *cumulum discretio carpit.*

Et Avienus, præclarus poëta, Arateis v. 31,

Insociabilium discretio justa Deorum.

Et rursus versu 300, *neque jam discretio campum*
Metiri in dominos monstraverat.

¶ 2. Est & innominati habitus apud veteres, recentius nomen, à quo Discreti novo & ipso nomine, qui eo præditi, appellantur. Verum Scioppius in Infamia Famiani p. 212 & seqq. observat, Ciceronem pro eo, quod *discretionem* nonnulli hodie vocant, *delectum & discrimen*; Ulpianum vero *ingenium* dixisse. Verba JCti lege 9 §. 4 D. de Offic. Proconf. ista sunt: *Circa advocatos patientem esse oportet, sed cum ingenio, ne contemptibilis videatur*; cum INGENIO, id est, *cum discretione*, ut loquerentur hodie nonnulli.

¶ Discretor, ōris, ein richter. Vulg. Interpr. Hebr. 4 v. 12, *Discretor cogitationum.* vide & Sarisb. 2, 28.

¶ Discrete, distincte, unterschiedlich. Cic. de Invent. lib. 1 cap. 30 sub fin. *Confuse & permiste dispersimus: post discrete & electe digeremus.*

¶ Discretim, idem. Apulejus initio libri 6 Metam. *Singula Psyche curiose dividit, & discretim remota rite componit.* Idem lib. 2 Florid. *sigillatim ac discretim.* Quidam addunt Varronem ex lib. 1 R. R. cap. 3, sed libri veteres & posteriores habent *discretum*: quod bene congruit, si Scaligeri dispunctionem adhibemus.

¶ Indiscretus, a, um, minime discretus, vermenget, ohne unterscheid, gleichförmig: ut, *indiscreti fines*, ungewisse grentzen, Apulej. de mundo. Et Virgilius Æn. lib. 10 v. 392, *simillima proles, indiscreta suis*, id est, ita inter se similes gemelli, ut a parentibus discerni non possint. Celsus lib. 4 cap. 3, *indiscretis nominibus utuntur.* Varro R. R. lib. 3 c. 1, *agriculturam indiscretam habere.* Et Seneca lib. 1 de Clement. extremo: *multos occidere & indiscretos.* Prudent. Apotheos. v. 256, *Operis forma indiscreta.*

¶ Indiscrete, adverb. ununterschieden. Plin. 11 cap. 37, *Avium & animalium vocis indiscrete editur imitatio.* Capitolin. Nigro cap. 3, *quum indiscrete subsellia Circi repleta essent.* Ammianus 15 cap. 4, *pauperes & divites indiscrete.* conf. Borrichii Vind. p. 110.

¶ Discrīmen, inis, (quasi *discernimen*,) ein unterscheid. Juvenal. Satyr. 6 v. 299, *Quid enim Venus ebria curet?*

Inguinis & capitis quæ sint discrimina, nescit.

Cic. in 4 Verrina cap. 50, *Omnium rerum delectum atque discrimen pecunia sustulit.* Idem pro Planc. cap. 4, *Non est consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia.* ¶ 2. Significat & periculum, noth und gefahr. *Adducta est Respub. in maximum periculum, & extremum pæne discrimen*, Cic. in Philipp. 7 ineunte. *In discrimen devenire, vocari*, Idem de Orat. lib. 1 c. 1, & pro lege Man. cap. 5. Vetus Gloss. *discrimen*, ἀνακτένισμα, διάκρημα καὶ κίνδυνος.

¶ Discrimino, are, scheiden, theilen. Cic. Philipp. 12 cap. 9, *Hetruriam discriminat Cassia* [via.]

¶ Discriminatus, a, um, unterschieden. Livius 21 cap. 4, *vigiliarum somnique nec die nec nocte discriminata tempora.*

¶ Discriminatim, adverb. Varro 1 de R. R. cap. 7, *Non possunt vivere nisi in loco aquoso, aut etiam in aqua: & id discriminatim, ut alia in lacubus, alia in fluminibus* &c. mit unterscheid.

¶ Indiscriminatim, indifferenter, ohne unterscheid. Varro lib. 18 de Lat. Ling. apud Nonium c. 2 n. 449, *proinde ut nihil intersit, utemur indiscriminatim.*

¶ Discriminatio, ōnis, unterscheidung. Diomed. Gramm. *specialis discriminatio.*

¶ Discrīminator, ōris, qui discernit. Tertullian. lib. 1 ad Nation. cap. 10, *discriminatores impendere*, id est, judices, qui rem examinent. Apul. de mundo: *Divisor & Discriminator.*

¶ Discriminalis, e: ut, *Discriminalis acus*, apud Hieronymum advers. Rufin. lib. 3 cap. ult. eine haarnadel. Substantive neutro plur. usus est vulg. Interpr. Jes. 3 v. 20, *Discriminalia.*

¶ Discernibilis, e. Augustinus Enchiridio cap. 90, *Si hoc est in consilio creatoris, ut in effigie sua cujusque proprietas & discernibilis similitudo servetur: in cæteris autem corporis bonis æqualia cuncta reddantur.*

¶ Discerniculum, i, id est, quo capilli discernuntur, eine pfrieme, nadel oder etwas, damit man das haar von einander bricht, die scheidel macht. Ita Varro lib. 4 de L. L. n. 29, & Nonius cap. 1 n. 155. ¶ 2. Sed & quodvis aliud discrimen ita vocatur. Gellius lib. 17 cap. 15, *Comperi duas hellebori species esse, discerniculo coloris insignis, candidi & nigri.*

¶ Indiscriminabilis, e, da kein unterscheid ist. Claud. Mamert. de Stat. animæ 2 c. 10.

¶ Excernere, purgare, aussichten, auswerffen, von sich gehen lassen. Celsus Præfat. *parum, nimiumve excernere*, puta screando, ausspützen. Idem lib. 4 cap. 1, *Ima ventriculi pars portæ modo in inferiores partes ea, quæ excreturi sumus, emittit.* Colum. 2 cap. 21, *In area detrita frumenta sic sunt aggerenda, ut omni flatu possint excerni.*

¶ Excretus, a, um, ausgebeutelt, ausgeworffen. Colum. 8 cap. 4, *Furfures a farina excreti.* Idem 8 cap. 8, *Excreta tritici dantur gallinis.*

¶ Excretia, æ, pro eo quod excernitur, Vitruvius 7 cap. 6. v. Baldi Lex. p. 49.

¶ Excrementum, i, unflat, das man auswirfft: ut, *Excrementum oris*, speichel, Tacit. Hist. 4 cap. 81 n. 3. Maxime ventris sordes significat. Plinius 8 cap. 28, *Panthera excrementis hominis sibi medetur*, menschen-mist. Idem lib. 10 cap. 73 extr. *feles excrementa sua effossâ obruunt terrâ.*

¶ Incernere, sichten, beuteln, Cato R. R. cap. 48, [al. 49] *terram cribro incernito*, klare erden drauf sieben.

¶ Incerniculum, i, der beutel, dadurch das mehl stäubet. Plin. 8 cap. 44 extr.

¶ Incrētus, vide supra post *Cretus.*

¶ Recrementum, i, quod fere idem est atque Excrementum, infra ad *Cresco* relatum vide.

¶ Secernere, est separare, seligere, absondern: ut, *Secedant improbi, secernant se à bonis*, Cicero 1 Catil. cap. ult. ¶ Aliquando etiam est discernere: *E grege secernere*, aus dem hauffen lesen. Livius 35 c. 14 extr. *quod* [Hannibal] *è grege se imperatorum velut inæstimabilem secrevisset.* Cicero Nat. Deor. 2 cap. 47, *Dedit natura belluis & sensum, ut secernerent pestifera à salutaribus.*

¶ Secretus, a, um, separatus, abgesondert, allein liegend. Virg. Æn. 2 v. 299, *secreta parentis*

Anchisæ domus, arboribusque obtecta recessit.

Colum. lib. 9 cap. 4 pr. *Secretissimæ pabulationes*, abgelegene weyde, da niemand hinkommt. Sic *secretiora Germaniæ* sunt Tacito Germ. cap. 41, interiora ac remotiora loca. ¶ De hominibus, aut solitudinis notionem habet, aut arcanæ fidei, geheim. Seneca epist. 92 pr. *Invadit etiam secretissimos tumultus.* Tacitus Agric. cap. 40, *Libertus ex secretioribus ministeriis missus ad Agricolam.*

¶ Secretum, i, ein geheimniß. Quintil. lib. 11 cap. 1, *Profert mores plerumque oratio, & animi secreta detegit.* Hinc *Secretum petere*, est secreto colloquendi copiam petere. Tacitus 2 Histor. cap. 4, *Sostratus pauca in præsens, & solita respondens, petito secreto futura aperit.* Sueton. Tiberio cap. 26 extr. *Secretum petenti non nisi adhibito filio Druso dedit.* Et in Caligula cap. 23, *Aviæ Antoniæ secretum petenti denegavit, nisi ut interveniret Macro Præfectus.* Apud eumdem in Claudio cap. 10, *Secretum desiderare*, est omnino solum esse velle. Ita Othone cap. 10, *captare secretum*: Domitiano cap. 13, *Secretum sumere*, dixit. Tacitus Annal. 13 cap. 18, *Crebra cum amicis secreta habere*, puta colloquia. ¶ 2. *Secretum* etiam de secessu ruris & solitudine dicitur. Tacitus 3 Histor. cap. 63, *Per eos dies Primus ac Varus crebris nuntiis salutem & pecuniam & secreta Campaniæ offerre Vitellio, si positis armis seque ac liberos suos Vespasiano permisisset.* Idem Germ. cap. 45, *Fœcundiora igitur nemora lucosque, sicut Orientis secretis, ubi thura balsamaque sudantur, ita & occidentis insulis terrisque inesse crediderim.* Sic *Rhodi secretum: Mitylenen secretum*, pro secessibus, apud eumdem legas. *Secretum agens*, i. e. solus existens, Suet. Tib. cap. 60. *Animus etiam secretum suum sanctius faciat*, Sen. epist. 11.

¶ Secretio, ōnis, absonderung: ut, *Interitus est quasi discessus, & secretio, ac direptus earum partium, quæ ante interitum junctione aliqua tenebantur*, Cicero Tusc. 1 cap. 29.

¶ Secretò, adverb. heimlich. *Secreto colloqui*, Cic. Attic. 7 epist. 8, in geheim miteinander reden. Idem lib. 7 Famil. ep. 25, *Secretò hoc audi, tecum habeto*, laß dir das vertraulich gesagt seyn, und behalt es bey dir. Sen. epist. 10, *Secreto ambulare*, allein spatziren. Comp. *secretius.* Justinus lib. 21 cap. 4, *Senatui epulas parat, ut, poculis veneno infectis, secretius senatum & sine arbitro interficeret.* conf. Colum. 11 c. 2, & Sen. qu. nat. 5 cap. 4.

¶ Secrete, idem, apud Tertull. de Orat. cap. 1, & de Pallio c. 4.

¶ Secretim, idem, apud Ammian. Marcell. 29 c. 1.

¶ Secretarium, i, locus seductus a turba isque cancellis septus: cujusmodi conclavia in tribunalibus erant, ubi reddebatur jus, ein geheimer ort. Unde *Secretarium Prætorii* Augustinus dixit lib. 3 contra Crescon. cap. 56; ita Aviciani Comitis *Secretarium* Sulpicius dixit Dial. 3 de virtutibus B. Martini cap. 8. Idem & *Secretarii*, quod in Ecclesia esset, meminit; ut Dialogo 2; ubi thesaurus Ecclesiæ, & sacri Codices depositi erant. Paullinus epist. 12,

Hic locus est veneranda penus, quâ conditur, & qua
Promitur alma sacri pompa ministerii.

Pru-

Prudentius *Cælestis arcanum domus* in Laurentio; alibi *sacrarium* etiam vocat. Vide supra, eum de *Cancellis* & *Cancellariis* diceremus, ibique nominatos auctores; itemque Vossium de Vitiis Sermonis lib. 3 c. 48, quem redarguit Ol. Borrich. Cogit. de L. L. p. 234, ex vetusta Inscript. Romæ, & ex Apulejo, qui pæne ducentis ante Augustinum annis lib. de Mundo scripsit: *Ignes, qui terræ secretariis continentur.* Hinc

¶ Secretarius, i, & hodieque adpellatur scribarum honoratior, *Cancellarius* olim dictus, de quo vide suprà; & Vossium dicto loco.

¶ Subcernere, idem quod secernere, durchschlagen, durchsieben. Vt, *cribro succernere*, Plin. 18 cap. 11.

¶ Subcretus, vel Succretus, a, um, durchgesiebt. Cato R. R. cap. 18, *Calx cribro succreta.* Et Vitruvius lib. 2 cap. 5, *Testa tusa & subcreta.* Adde lib. 7 cap. 7 extrem.

¶ Subcerniculum, i, cribrum, ein sieb, durchschlag.

¶ Supercernere, idem quod incernere. Plin. 17 c. 10, *Terra cribris supercernitur*, man siebt erde drüber.

Cernuo, cernuus, Ceroma, cerostrotum, cerotum, Cerretanus, Cerritus, vide *cerno*, *cera*, *Cerete*, *Ceres*.

GERRVS, i, species est arborum glandiferarum Plinio lib. 24 c. 4. Pallad. 1 c. 9, ein zirnen-baum, Herculi sacer.

¶ Cerreus, a, um; ut, *Cerrea glans*, Plin. 16 cap. 6.

¶ Cerrinus, a, um, idem ac Cerreus; ut, *calix cerrinus*, Plin. 30 cap. 10 sub fin. ein eichen trinckgeschirr.

CERTO, avi, atum, are, frequentativum a *Cerno*, est altercari, contendere & dimicare, wetten, kämpffen. Jungitur Ablativo, & Præpositionibus *Cum* & *Inter*. Terent. in Phorm. prolog. *Benedictis si certasset, audisset bene*, hätte er gute worte versetzet, so hätte er sie wiederum eingenommen. *Certare jocis, dicacitate*, illud apud Horat. 2 Oda 12; hoc apud Cic. de Clar. c. 46. *Vigiliis ac labore cum altero certare*, mit einem wetten, welcher mehr wache und arbeite, Livius 34 c. 18 extr. *Certare de imperio cum aliquo*, Cic. 2 de Orat. cap. 18. & *pugnaciter certare de re aliquâ*, Idem 4 Acad. cap. 20. Mantuanus de Contemn. Morte carmine:

Certandum est, nulli veniunt sine Marte triumphi,
Et nisi certanti nulla corona datur.

Poëtæ etiam cum Dativo jungunt Græcorum more. Virg. Ecl. 5 v. 8,
Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas.

Et Ecl. 8 v. 55, *Certent & cygnis ululæ: sit Tityrus Orpheus.*

Certare mulctam dicitur populus, cum mulctam jubet, aut remittit. vid. Sigon. Disp. Patavin. Dec. 1 p. 11. *Grævius.*

¶ Certatus, a, um, darum man streitet. Tacitus Ann. 11, 10, 3, *in amnis transgressu multum certato.* Conf. id. Hist. 4, 16, 4.

¶ Certabundus, a, um, streitend. Apulejus apolog. p. 288, *Diogenes Cynicus cum Alexandro M. de veritate regni certabundus, baculo sceptri vice gloriabatur.*

¶ Certāmen, ĭnis, ein streit, kampff. Cicer. 2 de finib. c. 21, *Certamen honestum & disputatio splendida*, eine ehrliche übung und herrliche disputation. Idem 1 de Orat. cap. 1, *In certamen cum aliquo convenire.* Et 1 Acad. c. 12, *Certamen cum aliquo sibi instituere*, mit einem über etwas streiten. *Rem in certamen adducere*, ein ding streitig machen. *Ponere certamen*, den krieg hinlegen. Virg. Æn. 8 v. 639,

posito certamine reges *Stabant*, &c.

Sacra certamina apud Græcos quatuor fuére, *Nemea*, *Pythia*, *Isthmia* & *Olympia*, Alciatus ex epigrammate Græco Archiæ:

Sacra per Argivas certamina quattuor urbes
Sunt duo facta viris, & duo cælitibus:
Vt Jovis & Phœbi, Melicertæque, Archimorique;
Præmia sunt, pinus, poma, apium atque olea.

Certamen de principatu idem quod æmulatio est apud Nep. Themist. c. 6, 3. ¶ Per figuram *Certamen* pro ipso certatore Virgilius posuit in illo Ecl. 7 v. 16,

Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum.

Ad quam rationem Prudentius Hymno matutino v. 73,

Sub nocte Jacob cærulâ
Luctator audax angeli
Eò usque dum lux surgeret,
Sudavit: impar prælium.

Impar prælium, i. e. impar prœliator; nisi *Sudavit* ἐνεργητικῶς posuit, ut Claudianus & alii fecerunt. Vide infra *Sudare*.

¶ Certātio, ōnis, ein kampff, streit, wortwechsel. Terent. in Adelph. 2 sc. 2 v. 4, *Certatio inique comparata*, ein ungleicher zug oder kampff. Cicero de finib. 2 c. 14, *Virtuti cum voluptate certatio est.* Idem de Amic. cap. 9, *Inter amicos sit honesta certatio.*

¶ Certātim, id est, cum contentione seu quodam certamine, reissend, um die wette. Virgil. 7 Æn. v. 585,

Certatim regis circumstant tecta Latini.

Plin. lib 2 epist. 9, *Omnes me certatim, & tamen æqualiter amant*, es will mich ein ieder am liebsten haben. Cicero Philipp. 2 c. 46, *Certatim ad opus currere*, sich darzu dringen.

¶ Certātor, ōris, ein kämpffer, fechter. Vet. Gloss. *Certator*, ἀγωνιστής.

¶ Certatus, ûs, idem quod Certamen. Stat. lib. 3 Silv. 1 v. 152,

nudosque virorum
Certatus.

¶ Certanter, adverb. cum certamine, velociter. Paullinus Petrocor. lib. 6 v. 489, *Aut si certanter rapuissent flumina cœtus.*

Composita sunt:

¶ Concertare, idem fere, quod certare & litigare: Terent. in Adelph. a. 2 sc. 2, *Quid istuc est, quod te audio, nescio quid, concertasse cum hero?* was hast du für einen streit mit dem herrn gehabt? Cicer. ad Att. 3 ep. 12, *Verbis cum aliquo concertare*, sich mit worten mit einem einlassen.

¶ Concertatus, a, um, abgehandelt. Cic. in Partit. cap. 28, *Quæ ante, quam res in judicium venit, aut concertata, aut dijudicata, aut confecta non sunt.*

¶ Concertatio, ōnis, ut certatio, wortwechsel. Cicero de Fin. 1 cap. 8, *Pertinax in disputando concertatio*, ein hartes gezäncke.

¶ Concertator, ōris, ein mitstreiter. Tacitus Ann. 14 c. 29, 3, *Paullinus scientia militiæ, & rumore populi, Corbulonis concertator*, hoc est æmulus.

¶ Concertatorius, a, um, streitbar. Cic. de Clar. Orat. cap. 83, *Thucydides hoc forense, concertatorium, judiciale non tractavit genus.*

¶ Concertativus, a, um, mit einander streitend. Quintil. 7 c. 3, *Accusatio mutua, quam vocant concertativam*, eine gegen-klage.

¶ Decertare, idem etiam quod certare, vel valde certare, streitig seyn, rechten. Cic. de finib. lib. 5 c. 2, *Eum locum libenter invisit, ubi Demosthenes & Æschines inter se decertare soliti sunt*, mit einander im zanck liegen. Idem pro domo sua cap. 24, *vi & armis contra vim decertare.*

¶ Decertatus, a, um, bestritten. Statius Theb. 1 v. 1, *Regna decertata odiis*, i. e. perdita atque amissa concertando. Claudian. 1 laud. Stil. v. 21, *Decertati labores*, i. e. decertando peracti.

¶ Decertatio, ōnis. Cic. Phil. 11 c. 9, *Harum rerum omnium decertatio consulibus commissa & commendata.*

¶ Decertatorius, a, um: ut, *pugna decertatoria*, das haupt-treffen, damit man den streit endet. Quint. 6 c. 4.

¶ Præcertatio, ōnis, præmissa certatio, proludium certaminis. Auctor ad Herenn. lib. 4 cap. 30, *Mihi tecum præcertatio non est.*

CERTVS, a, um, clarum, indubitatum, manifestum, quasi judicatum, a *Cerno, cretum*, per metathesin, gewiß. Terent. And a. 2 sc. 2 v. 31, *Certa res est.* Cic in Pison. cap. 20, *Pœnæ certissimæ in impios constitutæ sunt.* Construitur cum Genit ut, *certus consilii*, Tacit. Hist. 2 c. 46. *Certus fugæ*, Plin lib. 6 epist 16; etiam cum eodem gerundii casu Iterum Tacitus 4 Hist. c. 14, *desciscendi certus.* Et cum præpositione Plancus Ciceroni lib. 10 epist. 23, *de hoc mihi parum certum est.* Aliæ locutiones sunt: *Dies certa*, i. e præstituta, bestimmte zeit. Livius lib. 1 cap 50, *in diem certum convenire*, auf ernennte oder angesetzte zeit. *Certi homines*, besondre leute: Cic. ad Lentul. 1 fam *Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus recte dem, non prætermittam.* Idem Att. 5 ep. 17, *Habere homines certos.* *Certi homines mittuntur*, Nep. 7, 10, 1. Idem 10, 9, 1, *præficit certos, qui* &c. de destinatione peculiari ad res obeundas. ¶ 2 Est fide dignus, cui merito credas. Cic. pro Roscio Amer. c. 19, *Id erat certi accusatoris officium.* Certi, id est, fide digni. Idem lib. 2 in Verrem de jurisd. Sicil. cap. 64, *Propter virtutem & fidem cum Androne homine honestissimo & certissimo electus est.* Plaut. Trinum. 1, 2, 57, *Tu ex amicis certis mihi es certissimus.* Contra *incertus*. In epistola Bruti ad Ciceron. in 11 ad fam. ep. 2, *genus hominum adversariorum seditiosum & incertissimum.* Grævius. ¶ 3. *Certum est mihi, tibi*, &c. id est, deliberatum & constitutum est. Terent And. a. 2 sc. 1 v. 11, *Si istuc ita certum est tibi*, hast du dir ja solches fürgesetzt, bist du ja also gesinnet. ¶ 4. *Certo certius*, hoc est, verissimum, Apul. lib. 10 Miles. extr. *Denunciant hospiti nostro, nos, quos occultaret apud se certo certius, dederet potius, quàm discrimen proprii subiret capitis.* ¶ 5. Nec minus elegans, *Pro certo dicere, pro certo habere*, für warheit sagen, Cic. de Clar. c. 3. *Pro certo credere*, Sallust. Catil. c. 15. ¶ 6. *Certiorem facere*, einem zu wissen thun, notissima locutio, Terent. in Phorm. *Quantum potes, me certiorem face*, laß michs wissen, ie ehe, ie besser. Cic. famil. 9 ep. 23, *Cum certum sciam, faciam te paulò antè certiorem.* Sed *facere certum* non dicimus, Poëtæ dicunt. Virgil. 3 Æn. v. 179,

Anchisen facio certum, remque ordine pando;

pro certiorem. ¶ 7. Virgil. 9 Æn. v. 250,

Cùm tales animos juvenum, & tam certa tulistis
Pectora.

CERTA, i. e. firma, vel fortia, ut Servius interpretatur.

¶ Incertus, a, um, ungewiß. Plautus in Pseud. a. 2 sc. 3 v. 19, *Certa amittimus, dum incerta petimus.* Ovid. 1 Amor. eleg. 11 v. 1, *Incerti crines*, struppichte haare. Suetonius Augusto cap. 19, *Deprehensus est cultro venatorio cinctus: imposne mentis, an simulatâ dementiâ, incertum.* Et ita alii passim. Quod eidem Suetonio itemque Tacito omittitur, subintelligendum. Vt Vespasiano cap. 1, *Pompejanarum partium Centurio, an evocatus:* subaudi, *incertum*. Vide ibi Casaubonum. Gradus sunt, *Incertior sum multò, quam dudum*, Terent. Phorm. a. 2 sc. 4 v. 19. *Incertissima spes*, Cic. pro Sextio cap. 22. *Incertissima pax*, Liv. lib. 8 cap. 20. ¶ Neutrum *Incertum, incerta*, substantive ponuntur non sine elegantia, qua sordidum vocabulum *Incertitudo* evitatur. Vt, *incertum belli*, Justin. lib. 38 c. 1. *maris & tempestatum*, Tacitus annal. 3 c. 54. Et *incerta fortunæ*, Plin. lib. 3 ep. 19.

¶ Perincertus, a, um, Gellius lib. 18 cap. 4 ex Sallustio: *perincertum, stolidior, an vanior.*

¶ Incertare, incertum & dubium facere. Plautus Epidico act. 4 sc. 1 v. 18, *Longa dies meum incertat animum.* Vsus & Pacuvius apud Nonium c. 2 n. 423, & Apulejus lib. 5 pag. 164, *singultu lacrimoso sermonem incertans.*

¶ Certè, adverb. confirmantis, & concedentis, fürwar, in der warheit. *Et certe is est*, er ists warlich. *Certe captus est*, ohne zweiffel ist er berücket worden, Terent. And. a. 1 sc. 1 v. 55. ¶ 2. Pro *saltem* vel *tamen* ponitur. Cic. ad Attic. 16 epist. 7, *Quamvis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certe fuisti*, id est, tamen.

¶ Incerte, adverb. ungewiß. Ennius Iphig. apud Gell. 19 c. 10, *Incertè errat animus*, es schweifft hin und her.

¶ Certò, i. e. clare, liquidò, σαφῶς, vor gewiß, eigentlich; quo sæpe usum Ter. Guyetus observat ad Heaut. act. 4 sc. 4 v. 4, Vt, *Certò comperi*, ich habe es richtig erfahren. *Certò scio*, Cic. ad Nigidium lib. 4 ep. 13, & ad Attic. 2 epist. 23.

¶ Certiōro, are, certiorem facere, vergewissern, posterioris latinitatis est, Jurisperitorum maxime. Vlpianus Lege 20 § 11 Dig. de Hæredit. petitione: *Si forte is, cui denunciatum est, eum certioraverit*; Et Lege 1 fin. Dig. de action. emti & vend. *Neque certiorari debuit, qui non ignoravit.* Vlpianus autem pro se melioris ævi testem citat Julianum Dig. 16 t. 3 l. 1 § 33, & lib. 13 Dig. t. 6 l. 5 § 8, quod monet Borrich. Vindic. p. 25.

¶ Certifico, are, gewiß machen; Et hinc

¶ Certi-

¶ Certificatio, ōnis, die versicherung; JCtis, Vlpiano & Scævole, relinquuntur.

¶ Certitudo, ĭnis, die gewißheit, vox vulgo recepta, sed latinis auribus incognita. Apud Ammian. quidem Marcell. lib. 30 post princip. in quibusdam Codd. est: *In cujus fidei certitudine mansit immobilis*: Sed abesse a MSS. Valesii fratres notarunt. Latina sunt, *Certum* vel *Certa, certa rei ratio, Exploratissima veritas*. vid. Voss. de Vit. 1 c. 6. Vorst. de Lat. susp. c. 7 p. 65. Cellar. Antib. p. 16. &c.

¶ Incertitudo, ĭnis, vox itidem barbara, pro qua classici Scriptores *Incertum* vel *Incerta* dicunt, uti præmonitum est. Conf. Parei Lex. Crit. p. 590, & Cellar. Antib. p. 51. Ipse Vulgatus verba Apostoli 1 Tim. 6 v. 17 non reddidit *in incertitudine*, sed *in incerto divitiarum*. Conf. Vechneri Hellenol. 1 c. 9 p. 123 seqq.

CĔRVCHVS, i, κερῦχος, ceruchi vel antennarum sunt cornua, ¶ 2. vel caveæ in summitate mali. ¶ 3. Seu proræ & puppis fastigia, die spitzen, ecken vorn und hinden im schiff. Lucanus lib. 8 v. 177,

Surget & instabit summis minor Vrsa ceruchis.

Κερῦχον corniculatum est. * Sunt funes, quibus antennæ ab utroque cornu alligantur malo. vid. Scalig. ad Manil. 1 p. 74, editionis ultimæ Argentorat. *Grævius.*

Cĕrvisia, vide paullo ante *Cerevisia.*

CERVIX, īcis, & Cervīces pluraliter, posterior colli pars, genicke, der nacke; ut, *jugulus* anterior, die kehle. Valla lib. 4 cap. 36, *Homo duræ cervicis*, ein unbändiger halsstarriger mensch. Cic. pro Mil. cap. 28, *Ego Clodii furores à cervicibus vestris repuli.* Idem in Catil. 3 cap. 7, *Non facile tantam molem mali à cervicibus nostris depulissem*, ein unglück vom halß abwenden. Servius in 2 Æn. v. 707, CERVIX, inquit, *cùm numero singulari dicitur*, Collum *significat: si plurali utamur, superbiam ostendimus: ut in Verrinis Cicero*, FRANGERE CERVICES. Sed hoc discrimen nullum est. Veteres tantum in plurativo numero *Cervices* dixisse videntur, si in singulari *Cervix* primus dixit Hortensius, ut diserte Varro duobus locis prodidit, lib. videlicet 7 & lib. 9 de Latina Linguâ, & Fabius Inst. Orat. 8, 3. Conf. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 18. Verum & diu ante Hortensium singulari numero usus est Pacuvius, ex quo Cic. 2 Divin. c. 64 hæc adducit:

Quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera,
Capite brevi, cervice anguina, adspectu truci.

Eodemque modo Lucretius lib. 6 v. 741,

Præcipitesque cadunt molli cervice profusæ.

Neque recentiores discrimen attenderunt, sed promiscue modo *cervicem*, modo *cervices* de collo dixerunt. Suetonius Tiberio cap. 68, *Incedebat cervice rigida & obstipa.* Idem Vespasiano cap. 5, *Procidit* [bos] *ad ipsos accumbentis pedes, cervicemque submisit.* Contra Claudio cap. 30, *Prolixo nec exili corpore erat, specie canitieque pulchrâ, opimis cervicibus.* Rursus id. Galbâ c. 11, *Iter ingressus est paludatus ac dependente à cervicibus pugione.* Item Vitellio cap. 17, *Injecto cervicibus laqueo veste discissâ seminudus in forum tractus est.* Cic. Philipp. 2 cap. 21, *Cervicesque suas ei subjecit securi.* Et quinta Verrinâ cap. 59, *Tantis cervicibus homo*, &c. ¶ *In cervicibus esse*: id est, imminere: einem auf dem halse seyn. Livius lib. 44 cap. 39, *Quanto enim facilius fuit, abire; cùm procul abessemus, quam nunc, cùm in cervicibus sumus.* Idem lib. 22 cap. 33, *In cervicibus bellum est*, der krieg ist uns nahe. Cic. lib. 12 ad Famil. epist. 23, *Quas* [legiones] *sibi conciliare pecuniâ cogitabat, easque ad urbem adducere, & in cervicibus nostris collocare.* Idem pro Muræna cap. 37, *Non enim deseruerant; sed ab illo in speculis atque insidiis relicti in capite atque in cervicibus nostris restiterunt.*

¶ Cervīcula, æ, diminutiv. der hals. Cicero in Verrina 5 cap. 19, *cerviculam jactare*, i. e. ostentare se. Apul. 2 Florid. *cervicula circulo minio cingitur.* Metaphorice Vitruvius lib. 10 cap. 13, in machinæ hydraulicæ descriptione: *Supra cerviculam ejus coagmentata arcula*, &c. Ibidem & *ligneis cervicibus conjungi.*

¶ Cervīcal, ālis, hauptküssen. Plin. 20 cap. 20, *cervicalibus aliquid subjicere.* Martial. 14 epigr. 146, *cervical olebit.*

¶ Cervicātus, a, um, obstinatus, pervicax, halsstarrig, hartnäckicht. Vulg. Interpr. Sirac. 16 v. 11.

¶ Cervicōsus, a, um, idem. *Cervicosi Judæi*, Ambros. vide Voss. de Vit. L. L. 3 c. 4 p. 396.

¶ Cervicositas, atis, die halsstarrigkeit. Sidon. 7 epist. 9, *Disciplinæ ægre subditur popularium cervicositas.*

CĒRVSSA, æ, alio nomine *psimmythium*, ψιμμύθιον, unguentum ex ramentis plumbi, bleyweiß. Plin. lib. 34 cap. 18. ¶ 2. Color, quo fucum faciunt mulieres, schmincke. Ovid. de medicamine faciei v. 73,

Nec cerussa tibi, nec nitri spuma rubentis
Desit, &c.

¶ Cerussātus, a, um, cerussa inunctus, geschmincket: ut, *cerussata cutis, cerussatæ buccæ*, apud Martialem lib. 7 epigr. 24.

CERVVS, i, ein hirsch. Varro lib. 4 de Lingua Lat. *Cervi* dicti sunt, quod *magna cornua* gerant: Virg. 3 Georg. v. 265, *Cervi imbelles*: sunt enim animalium placidissimi: etiam vivaces, die ein langes leben haben. Cicer. in Tuscul. 3 cap. 28, *Natura cervis & cornicibus vitam diuturnam dedit.* Plin. lib. 8 cap. 32, *Vita cervis in confesso longa: post centum annos aliquibus captis cum torquibus aureis, quos Alexander Magnus addiderat, adopertis, jam cute in magnâ obesitate.* Cervos frenatos & currus trahentes Martialis lib. 1 epigr. 105 memorat. Antonium Heliogabalum etiam quatuor cervis ingentibus vectum, Lampridius ejus vita cap. 28 scribit. ¶ 2. *Cervi* etiam furcæ dicuntur, quæ cæsæ ad sustentationem figuntur: quod similitudinem cervinorum cornuum referant, ut Servius ad 2 Eclog. Virgilii v. 29 interpretatur, eine gabel, stütze. Sed *Cervis* istis sive furcatis truncis vel stipitibus etiam ad impediendos hostium accessus incursusve uti in muniendis fossis operibusque solebant; palissaden. Cæsar Comment. 7 de Bello Gall. c. 72, *Post eas* [fossas] *aggerem & vallum XII pedum exstruit: huic loricam pinnasque adjecit, grandibus cervis, eminentibusque ad commissuras pluteorum atque aggeris: qui ascensum hostium tardarent.* Livius 44 cap. 11, *cervis etiam objectis, ut viam intercluderet.* Silius lib. 10 v. 414,

Cervorum ambustis imitantur cornua ramis.

Tibullus Panegyr. Messalæ v. 82,

Nam te non alius belli tenet aptius artes,
Quâ deceat tutam castris præducere fossam,
Qualiter adversos hosti defigere cervos,
Quemve locum ducto melius sit claudere vallo.

Vide & Justum Lipsium lib. 2 Poliorcet. Dial. 2.

¶ Cerva, æ, fœm. ein reh oder hindin; ut, *Cerva alba Sertorii*, Gell. 15 c. 22. *Æripes cerva*, Virg. Æn. 6 v. 802. ¶ Cervæ nomine appellantur etiam canes. vid. Colum. 8 c. 12.

¶ Cervulus, ī, diminut. In significatione obstruentis furcæ, usus est Frontinus Strateg. 1 cap. 5, 2, *Vallum*, inquit, *cervulis & alio materiæ genere constructum incendit.*

¶ Cervārius, a, um, adject. ut, *lupus cervarius*, ein luchs, vide *Lupus. Venenum cervarium*, apud Plin. lib. 27 c. 9.

¶ Cervīnus, a, um: ut, *cornu cervinum*, Varro R.R. lib. 3 cap. 9, hirschhorn. *Pellis cervina*, hirschhaut, Horat. 1 epist. 2 v. 66. *Cervinus color*, Pallad. Mart. tit. 13. Apud Homer. 1 Iliad. Achilles Agamemnoni objicit *cor cervinum*, κραδίην ἐλάφοιο, ein feiges und furchtsames hertz. Philippus Macedo: κρεῖττον εἶναι, ἔλεγε στρατόπεδον ἐλάφων, λέοντος στρατηγοῦντος, ἢ λεόντων ἐλάφου στρατηγοῦντος. *Præstantiorem dixit esse exercitum cervorum imperante leone, quàm leonum ductore cervo*, ex Stobæo.

CĒRYX, ȳcis, Κήρυξ, *præco, caduceator*, sive interpres hominum juxta atque Deorum: itemque qui sacra Cereris tractabat. Nepos in Alcibiade: *Postquam autem se capitis damnatum bonis publicatis audivit, &, id quod usu venerat, Eumolpidas & Cerycas à populo, ut se devoverent*, &c. Seneca de Tranquillitate animi cap. 2, *Non vis enim nisi Consul, aut Prytanes, aut Ceryx, aut Sufes administrare Remp.* Vide Athenæum lib. 14, & Plutarch. in Alcibiade. Vet. Gloss. Κήρυξ ὁ ὑπὲρ εἰρήνης ἀποστελλόμενος, καὶ τὸ κηρύκιον φέρων, *Caduceator.* Item Κήρυξ, *Præco.*

CESCVS, i, Pamphyliæ civitas, cujus cives ob vecordiam male audiebant, quamquam Suidas ponat in Cilicia, qui & meminit proverbii: Κέσκον οἰκεῖς, i. e. *Cescum habitas*: quod in stupidum & bardum dicebatur. Juxta Cescum fluvius erat nomine ἄνους, i. e. amens. Vnde vulgari sermone de cœtu aut conciliabulo hominum stultorum jactatum est: Κέσκος νοῦν οὐκ ἔχουσα, i. e. *Cescus civitas mentis inops.* vid. Erasm. Chil. & conf. Plin. 31 c. 2.

Cēspes, vide *Cæspes.*

Cesso, cessare, vide *Cedo.*

CESTRON, i, κέστρον; Vet. Gloss. κεστὸς, *Vertonica*: lege Κεστρὸς, *Vettonica.* Sed *Cestron* in neutro Plinius 25 c. 8, & Apulejus Musa dixerunt. ¶ Κεστρὸς etiam seu *cestrus*, teli genus, *verutum* Latinis appellatum, item *tragula.* Nam omnia acuta Græci κέστρα appellarunt. Est & hinc *Cestrosphendona* compositi teli genus: quod simul & nominat & describit Livius lib. 42 cap. 65. Sed instrumentum illud, quo in cornu encausto pingebant, *cestrum* appellatum Plinius auctor est lib. 35 cap. 11, ein grabeisen. *Encausto*, inquit, *pingendi duo fuisse antiquitus genera constat*, CERA; *& in ebore* CESTRO, *id est, vericulo. Vericulum* sive *Vericillum*, parvum verutum dixit; quod Græci κέστρον vocant. Idem ibidem paullo ante: *Laba, Cyzicena perpetuo virgo Marci Varronis juventa Romæ, & penicillo pinxit & cestro in ebore.* Hinc

¶ Cestrosphendōna, æ, κεστροσφενδόνη, telum, de quo Livius, uti diximus in *Cestron.*

¶ Cestrōtum, ī, encausticum opus cestro pictum; itaque legendum apud Plinium atque Vitruvium non *Cerostrotum*, (de quo supra in *Cera*) Turnebus atque Salmasius existimarunt. Vide illum lib. 13 Advers. cap. 24; hunc Exercitationibus Plinianis p. 231 seq.

CESTVS, sive potius Cæstus, ûs, & plur. Cæstus, pugilum arma, duplicis generis, hoc est, non modo clava, plumbeas pilas bubulis loris appensas habens: sed & laminæ ferreæ, vel annuli connexi, quibus vel alterutrum vel utrumque brachium armabatur. Cic. 2 Tusc. c. 17, *Pugiles cæstibus contusi ne ingemiscant quidem.* De altero genere Propertius lib. 3 eleg. 14, *Nunc ligat ad cæstum gaudentia brachia loris.*

Vide de iis Turneb. lib. 14 Adv. cap. 4, & Mercurialem de arte Gymnasticâ. Certamen ejusmodi describit Virgil. 5 Æn. Statius lib. 6 Thebaid. Atque ita pro pugilum armis per diphthongum *Cæstus* scribitur, quia a cædendo est. Vid. Festus, & Vossius Etymologico. Et profecto si verum fateri volumus, *Cæstus* per *æ* huc non pertinet, sed a *Cesto*, de quo sequitur, multum differt; quamvis distinctio inter *Cæstum* & *Cestum* non omnibus placeat. In quibus est Taubmannus in 5 Æneid. v. 68, ubi Virgilius:

Seu crudo fidit pugnam committere cæstu.

Vocat *crudum*, quod e corio bubulo crudo fieret; & *Cæstu* dixit, ut aperte distinguat a *Cesto* virgineo. Lege, quæ præter Turneb. & Voss. l. c. Jul. Cæs. Scaliger 1 Poët. c. 22, & Nic. Rigaltius ad Onosandri Strateg. de *Cæstu* disserunt.

¶ Cestus, i, græce κεστὸς, Dorice κασὸς, muliebris ornatus, sive baltheus, & cingulum, præcipue illa zona, qua nova nupta nuptiarum die præcingebatur à sponso solvenda, der jungfrau-gürtel. Unde illa forma: *Zonam solvere*, vide Scalig. Patrem lib. 2 Poëtic. cap. 100, Scalig. Fil. ad Catullum: Martialis lib. 14 epigr. 207,

Sume Cytheriaco medicatum nectare cestum,
Vssit amatorem baltheus iste Jovem.

Et lib. 6 epigr. 13, *Vt Martis revocetur amor, summique Tonantis,*
A te Juno petit Ceston, & ipsa Venus.

Luctatius Statii Scholiastes ad 2 Thebaidos v. 283, *Cestos dicitur cingulum Veneris, quo utimur ad honestas nuptias, & quando virgo Cadmo nupserat Harmione, ideò hoc junxit. Nam ad turpes nuptias Venus dicitur non venire. Ideò* incestum *dicitur, quod sacrato illo Veneris cingulo non fuerit vinctum.* Fuit autem Cestus cingulus iste pulcherrimus, picturatus, efficax ad illectamenta Gratiarum & amorum, quo Venus Martem sibi conciliare dicitur. Eum elegantissime Homerus describit Iliados Ξ v. 214, vocatque κεστὸν ἱμάντα,

Ποικίλον, ἔνθα δὲ οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκτο,
Ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς,
Πάρφασις, ἥ τ' ἔκλεψε νόον πύκα περιφρονεόντων.
id est: *acu pictum cingulum,*
Varium, in quo Veneris illecebræ omnes erant:
Ibi inerat Amor, & Desiderium, & Confabulatio,
Et Facundia, quæ decipit mentem vel prudentissimorum.

Coluthus v. 154 de Raptu Helenæ μελίφρονα δεσμὸν ἐρώτων, *mellitum amorum vinculum* nuncupat. Sic itaque pro Cingulo, quia à κεστὸς est, quod sonat *acu pictus*; simplici E scribendum est. Vide Vossium d. l. ¶ 3. *Cestum* veteres vetustissimum hymnum vocaverunt, quem Paris Priami filius parentum jussu, tametsi barbarorum, Græcis disciplinis institutus scripsit, quo Veneris laudes complexus est, eamque Palladi & Junoni prætulit. Ex quo hymno ajunt Poëtis datam occasionem fingendi, quæ de Paridis judicio & cesto traduntur.

¶ Cesticillus, i, diminut. *circulus, quem superponit capiti, qui aliquid est laturus in capite*, ein bund auf dem kopff, ein haupt-gürtel. Festus.

¶ Incestus & Incesto, &c. vide supra *Castus*.

Ceteri, æ, a, vide supra *Cæteri*.

CĔTHĒGUS, i, consul Romanus, eloquentiâ præstans, quemadmodum Cicero scripsit in Bruto. ¶ 2. *Cethegus* alter socius fuit conjurationis Catilinæ, de quo Sallustius, & Cicero 3 Orat. in Catil. ¶ 3. *Cinctutos Cethegos* pro Romanorum antiquioribus dixit Horatius epist. ad Pisones de Poëtica v. 50,
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis
Continget.
Cinctutos vocat, quod gentili more pro tunica cinctum, vel campestre ab umbilico ad pedes gestarent, nudi cætera: unde & *nudum Cethegum* Lucanus dixit. Idem Horat. lib. 2 epist. 2 ad Jul. Florum:
Quæ priscis memorata Catonibus atque Cethegis.

CETRA, æ, scutum est breve loreum, quo Afri utuntur & Hispani, Servio auctore ad illud Virgilii 7 v. 732, *Lævas cetra tegit.* Livius lib. 28 cap. 5, *pelta cetræ haud dissimilis est*, ein spanischer schild. Tacitus Agricolâ cap. 36 & Britannis tribuit.

¶ Cetratus, a, um, cetrâ utens. *Cetratæ cohortes*, apud Cæs. 1 de Bello Civili cap. 39. Livius lib. 31 cap. 36 pr. Macedonum peltastas quoque *cetratos* vocat. *Cetratos*, inquit, *quos peltastas vocant, loco opportuno in insidiis abdiderat.* Et ibidem: *duces cetratæ cohortis.* vid. Dempsteri Paralip. ad Rosini lib. 10 p. 1028.

Cette, defectivum, vide in *Cedo*.

CĒTUS, i, & cete, neut. plurale, à τὸ κῆτος, εος, τὰ κήτεα, κήτη, quilibet piscis major, qui animal parit, non ovum; wallfisch. Priori forma seu virili Hyginus Fab. 64, *Neptunus expostulavit, ut Andromeda ceto objiceretur.* Et Fabula 89, *Neptunus cetum misit, qui Trojam vexaret.* Plinius lib. 11 cap. 37 (sect. 75,) *In jecore est & cetis fel.* Virgil. 5 Æneid. v. 822,
Tum variæ comitum facies immania cete.
Silius lib. 7 v. 477, *Dum cete innabunt ponto, dum sidera cœlo*
Lucebunt.
Idem lib. 11 v. 482, *cete toto exsultantia ponto.*
Invenitur & in Neutro. Vet. Gloss. *Cetum crudum*, ὠμοτάριχος. Et Græca forma *cetos*, τὸ κῆτος, casu quarto Singularis numeri, Plinius lib. 32 cap. 1 extr. *Juba tradit, cetos 600 pedum longitudinis & 360 latitudinis in flumen Arabiæ intrasse, pinguique ejus mercatores negotiatos.* Singulare enim ibi *cetos* esse, pronomen arguit *pingui EIUS.* Adi ibi Harduinum.

¶ Cētaria, orum, Plur. neutr. Horatio vivarium grandiorum piscium lib. 2 Satyr. 5 v. 44, *adnabunt thynni & cetaria crescent.* Plinius 37 cap. 5, dixit muliebri genere *juxta cetarias.* Ita & Harduin. legit: ein ort da man wallfische fängt und einsaltzet; Item, ein behältniß grosser fische; Item, ein fischkrahm.

¶ Cētarius, i, qui cetos vendit, ταριχοπώλης, ein fischhändler. Terentius in Eun. act. 2 sc. 2 v. 24,
ad macellum ubi advenimus,
Concurrunt læti mî obviam cupedinarii omnes,
Cetarii, lanii, coqui, fartores, &c.
Quem locum Cicer. 1 de offic. sub f. respiciens: *Minime*, inquit, *hæ artes probandæ, quæ ministræ sunt voluptatum. Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores, ut ait Terentius, adde his si placet unguentarios, saltatores, totumque ludum talarium.* Donatus ad illum locum Terentii: CETARII, inquit, *qui cete, id est, magnos pisces, venditant, & bolonas exercent.* Vbi *bolonas* tabernas cetarias appellat: quamquam aliàs ipsi redemtores earum sic appellantur. Papias: BOLONA *redemtor Cetariarum tabernarum, in quibus salsamenta conduntur, quas tabernas vulgò* CETARIAS *vocant. Cetarios*, vilissimum genus hominum Athenis fuisse, Casaubonus ad Theophrasti Characteres cap. περὶ ἀπονοίας observat.

¶ Cetosus, a, um, adject. ut, Avienus Phænom. de Ceto pisce v. 1300,
cum primum rursus ab undis
Cetosa in superum referuntur viscera cælum.

CEV, adverbium similitudinis, Poëtis magis quàm Oratoribus familiare, significat, *quasi, velut*, gleich, als. Virg. Æn. 2 v. 416,
ceu quondam turbine venti
Confligunt, &c.
Plinius quoque non raro usus est: cæteri parcius.

CEVA, æ, vacca humilis staturæ, lactis abundans, Columellæ 6 c. 24.

CEVEO, ēre, obscene clunes movere. Vsi sunt poëtæ, Juvenalis sat. 2 v. 21, & satyr. 9 v. 40, & Martialis lib. 3 epigr. 95. ¶ Translate est adulari, quoniam canes, cum adulantur, clunes & caudam movent, vid. Persius Satyr. 1 v. 87.

Ceyx, vide supra *Cæyx*.

CHABRIAS, æ, philosophus & dux clarissimus Atheniensium, cujus sæpè meminit Cicero. Dicere solebat, *terribiliorem esse exercitum cervorum duce leone, quam leonum duce cervo*, vide *Cervus*. Vitam Chabriæ cultissimus castissimusque auctor Corn. Nepos dedit.

CHAERĒMON, ŏnis, χαιρήμων, Græcus poëta comicus fuit, cujus quædam annotavit Stobæus, quæ evolvi possunt.

CHAERĔPHON, ontis, χαιρεφῶν, philosophus fuit Atheniensis: Socratis auditor, studiis adeo deditus, ut macilentiam & pallorem contraheret & originem proverbio præberet, ὐδὲν διοίσεις χαιρεφῶντος, id est, *nihil à Chærephonte differs*, Suid.

CHAEREPHYLLON, i, χαιρέφυλλον, herba, aut olus potius, vulgo *Chærefolium*, körbel. Apulejo est *Cerefolium*, de quo supra. *Breve Chærephylon* Columella vocat in Hortis suis lib. 10 v. 110,
Est breve Chærephylum, & torpenti grata palato
Intyba.

CHAERONĒA, æ, Bœotiæ oppidum, Atheniensium clade celebre, nec minus Plutarchi gravissimi & utilissimi auctoris incunabulis nobilitatum.

Caalasis, Chalasmus, Chalasticamen, Chalasticus, vide *Chalo*.

CHALASTRA, æ, urbs Macedoniæ. Strabo. Inde

¶ Chalastricus, a, um: ut, *Chalastricum nitrum*, quod Plinio est optimum lib. 31 cap. 10, guter salpeter.

Chalatorius, a, um, vide *Chalo*.

CHALAZIAS, æ, gemma dura, & grandinis colorem habens, à χάλαζα *grando*. Plin. 37 cap. 11.

CHALCANTHUM, i, χάλκανθον, vulgo vitriolum, quod dilutum atramentum fit, vitril, kupfferwasser. *Atramentum sutorium vocant Chalcanthum*, schuster-schwärtze, Plin. lib. 34 c. 11.

CHALCĒDON, ŏnis, χαλκηδὼν, urbs Bithyniæ ad Bosporum prope Byzantium. Hîc olim magna Synodus celebrata, Symbolumque, quod vocamus *Chalcedonense*, ibi concinnatum est.

¶ Chalcedonius, i, genus gemmæ, ein chalcedonier. vid. Merbodeus de Gemmis c. 6.

CHALCEOS, i, herba, cujus meminit Plinius 21 c. 16.

CHALCETUM, i, herba etiam apud Plinium 26 c. 7.

Chalceus, a, um, vide mox *Chalcus*.

CHALCIS, ĭdos, oppidum Eubœæ, quæ & ipsa quondam sic appellata, *ære ibi primùm reperto*, ut Plinius observat. Avulsa est à Bœotia modico interfluente Euripo: quæ nobilis tamen ob miram ejus naturam, de quo suo loco. *Sævissimè eam æstate candere*, Columella lib. 1 cap. 4 scribit. Fuit in eâ portus commodissimus. Vide Appian. in Syriacis, & Plutarch. in Flaminio. Inde est, quod Chalcidem Philippus Persei pater, Corinthum, & Demetriadem Græciæ compedes vocitabat: quod vinctam quodammodo teneret Græciam, quicunque urbium illarum dominus esset.

¶ Chalcidensis, e, qui incolit; ut, *Timagoras Chalcidensis*, Plin. lib. 35 cap. 9.

¶ Chalcĭdicus, a, um, quod inde est, aut eò pertinet. Virg. Eclog. 10 v. 50, *Ibo & Chalcidico quæ sunt mihi condita versu*
Carmina, pastoris Siculi modulabor avena.
Vbi *Chalcidico versu* designare videtur Euphorionis Chalcidensis carmen, quod inscripsit HESIODUM, ut Suidas auctor est. Idem Æn. 6 v. 17, *Chalcidicaque levis tandem super astitit arce.*
Sed ibi per *Chalcidicam arcem, Cumæam*, sive *Cumarum arcem* intelligit, quod *Cumas* Campaniæ in Italia civitatem Chalcidenses condiderint. Vnde & in principio libri dixit:
Euboicis Cumarum allabitur oris.
Vbi Servium, si lubet, vide, & Voss. lib. 5 Instit. Orat. p. 396.

¶ Chalcĭdĭcum, i, pars magni ædificii, instar cœnaculi. Vitruvius lib. 5 cap. 1, *Sin autem locus erit amplior in longitudinem, chalcidica in extremis constituantur.* Pompejus Festus: *Chalcidicum genus ædificii, ab urbe Chalcide dictum.* Et Arnobius lib. 3 p. 105, *Avet animus atque ardet in chalcidicis illis magnis, atque in palatiis cæli deos deasque conspicere.* Adde ibi Elmenhorstio notata. Et lib. 4 p. 149, *Describuntur dii vestri in tricliniis cælestibus, atque in chalcidicis aureis cœnitare.*

¶ Chalcidissare, significat avidius pecuniæ invigilare, quod eleganter Græci verbo χαλκιδίζειν exprimunt, quoniam ejusmodi fuisse Chalcidenses feruntur. vid. Rhodig. 20 ant. lect. c. 23.

¶ Chalcis alia urbs Ætoliæ prope ostium Eveni: ¶ Inprimis autem celebrata *Chalcis* Cœlesyriæ, cujus regio

¶ Chalcidēne dicta. Vid. Plin. lib. 5 cap. 23.

¶ Chalcis, ĭdis, etiam venenosus serpens, ærei coloris, lineas in tergo habens, Plin. 32 c. 3. Et piscis, eidem 32 c. 11.

¶ Chalcites, æ, gemma ærei coloris, Plinio 37 c. 11.

¶ Chalciœcus, i, Minervæ cognomen, quo Spartæ dedicata & culta fuit. Suidas: Χαλκίοικος ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Σπάρτῃ, ἢ ὅτι χαλκῦν οἶκον εἶχεν, ἢ διὰ τὺς χαλκιδεῖς, τὺς ἐν Εὐβοίᾳ φυγάδας αὐτὸν κτίσαι: CHALCIOECUS *Minerva Spartana, vel, quod domum æream habebat, vel quod Chalcidenses, qui sunt in Eubœâ, exules, id templum condiderant.* Meminit Nepos in Pausania c. 5, 2, itemque Livius lib. 35 c. 36, qui tamen hoc nomen de templo ipso usurpavit; quemadmodum & e Græcis Ælianus var. hist. 9 c. 12. Contra quam Nepos, & Græci fecerunt reliqui, qui ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς τῆς χαλκιοίκυ vocant Thucyd. lib. 1. Polyænus lib. 2 c. 31. Pausan. Laconic. Polyb. lib. 4 &c.

CHALCUS, i, χαλκὸς, genus numismatis, ein alter heller, aliquanto enim plus erat, quàm ein heller: octo enim Chalci efficiebant obolum, einen Nürnbergischen fünfferling, oder fünff Meißnische pfennige. vid. Plin. 21 c 34.

¶ Chalceus, a, um, adject. küpffern, oder von meßing. Martial. 9 epigr. 96, *Chalcea donanti Chrysea dare*, vor meßing gold hingeben.

¶ Chalcophthongus, i, & Chalcosmaragdus, i, gemmæ, Plinio 37 c. 10, & c. 5.

CHALDAEA, æ, regio Orientis, Assyriam ab ortu; ab occasu Arabiam; a septentrione Mesopotamiam prospectans, quam Euphrates interluit. Ejus caput *Babylon* fuit.

¶ Chaldæus, i, ein Chaldäer. De Chaldæis sic Strabo lib. 7, *Constat, nusquam diligentiùs severiusque mathematica studia exculta fuisse, quàm apud Chaldæos.* Præcipue eam Astrologiæ partem tractârunt, & invenerunt adeo ac condiderunt primùm, quæ in prædictione versatur, hoc est, quæ ex stellarum positu, qui in nativitate fuit, de cujusque fortuna pronunciat: unde & ipsa ars Καλδαϊκὴ sive *Chaldaica*; &

qui

qui profiterentur, *Chaldæi* appellati ſunt, [illegible] de gente illa haud eſ-ſent. Cic. lib. 1 de Divinat. cap. 1, *Princ[illegible] Aſſyrii, ut ab ultimis auctoritatem repetam, propter planitiem magnitudinemque regionum, quas incolebant, cùm cælum ex omni parte pateus, atque apertum intuerentur, [illegible]jectiones motusque ſtellarum obſervaverunt: quibus notatis quid cuique ſignificaretur, memoriæ prodiderunt. Qua in natione* Chaldæi, *non ex artis, ſed ex gentis vocabulo, nominati, diuturna obſervatione ſiderum, ſcientiam putantur effeciſſe, ut prædici poſſet, quid cuique eventurum, & quo quisque fato natus eſſet.* Cum dicit, *non ex artis, ſed gentis vocabulo nominati*, non obſcure ſignificat, *Chaldæorum* nomen dupliciter ſumi, ſemel cum gentem notat, proprie puta; deinde cum artem per figuram deſignat: ut in genere omnes *Chaldæi* dicerentur, qui Chaldæorum rationes ſecuti ex natali cujusque die futura audent prædicere. Sic *Chaldæorum natalitia prædicta*, eodem libro, itemque *Chaldæorum promiſſa* dixit. *Multos*, inquit, *promiſſis ſuis fefellerunt Chaldæi.* Item 2 de Divinat. cap. 47, *Quam multa huic ipſi Cæſari à Chaldæis dicta memini.* Aliquoties *Chaldæorum* vocabulum ita Tacitus quoque poſuit: Et cum Juvenalis ſat. 10 v. 91 ſcribit:

Principis Auguſta Caprearum in rupe ſedentis
Cum grege Chaldæo:

Genethliacos iſtos intelligit. Loquitur enim de Tiberio, qui Thraſyllum Mathematicum comitem habuit, eique multum attendit. Lege Sueton. Auguſto c. 98; præcipue Tiberio cap. 14 & 62. Cæterum de Chaldæorum ſtudiis & ratione philoſophandi lege & Diodor. Siculum lib. 2. Gell. lib. 14 cap. 1.

¶ Chaldaicus, a, um: ut, *Scylax Halicarnaſſeus familiaris Panætii, excellens in Aſtrologia, idemque in regenda ſua civitate princeps, totum hoc Chaldaicum prædicendi genus repudiavit*, Cicero de Divinat. lib. 2 cap. 42. Idem 2 de Divinatione cap. 47, *Lucius quidam Tarutius Firmianus, familiaris noſter, imprimis Chaldaicis rationibus eductus.* Vbi per *Chaldaicas rationes*, γενεθλιακὴν deſignat: quam & χαλδαϊκὴν Periegenes appellavit. Ita enim apud Scholiaſten Apollonii, qui libros ejus περὶ τῆς χαλδαϊκῆς τῶν μαθηματικῶν laudat, legendum eſſe, Janus Rutgerſ. lib. 5 Var. Lect. cap. 6 præclare ac erudite obſervavit.

CHĂLO, are, χαλᾶν, remittere, relaxare. Veget. 4 cap. 23, *Centones & culcitras funibus chalant.* Atque hoc etiam verbum hodie nautis familiare eſt, qui *chalare velum* dicunt. vid. Turneb. Adverſ. 24 c. 25. Hinc &

¶ Chălăſis, is, χάλασις, vel Chalasmus, i, χαλασμὸς, &

¶ Chalaſticāmen, ĭnis, apud Medicos, relaxatio, eine erweichung. Priſcian. 2, 19, *Chalaſticaminibus relaxari.*

¶ Chalaſticus, a, um, χαλαστικὸς, erweichend, laxirend: ut, *Chalaſtica emplaſtra, adjutoria*, apud Priſcianum.

¶ Chalatorius, a, um, idem; ut, *Chalatorii funes, quibus antenna deducitur*, Veget. 5 c. 16. Nam illis antenna & attollitur & dimittitur. v. Turneb. loc. cit.

CHĂLY̆BES, um, χάλυβες, populi in Ponto juxta Paphlagoniam, ferro præſtanti celebres, quod

¶ Chalybs, y̆bis, ab iis dictum eſt, ſtahl. Polluci ςόμωμα, acies: Plinius *aciem & nucleum ferri* vocat. Silius lib. 1 v. 171, *Non ignes candensque chalybs*: ſed ibi in tortorum inſtrumentis. Ovid. 4 Faſt. v. 405,

Aes erat in pretio, chalybis jam maſſa placebat,

ubi Heinſius, *chalybeia maſſa latebat*, reſtituit, ut *Chalybeius* adjectivum ſit. Juſtino vero *Chalybs* Hiſpaniæ fluvius eſt, in quo *Chalybes*, accolæ ferrum optime temperent. Vide ipſum lib. 44 cap. 3 extr. Ipſum *Chalybis* nomen factum videtur ab Hebræa voce *Jabol*, metallum. ¶ 2. Chalybs, ut materia, pro armis & inſtrumentis chalybeiis. Seneca Thyeſte v. 364,

Non ſtrictus domuit chalybs: id eſt enſis.

Valer. Flaccus lib. 6 v. 341,

It medium per pectus & horrida nexu
Letifer æra chalybs.

hoc eſt, miſſile telum per æneum thoracem in pectus transjicitur. Quale Silio lib. 2 v. 107, *chalybs volucer.* Sic Lucanus lib. 6 v. 547, clavos, quibus in cruce pendentes affixi ſunt, vocat *inſertum manibus chalybem.* Eodem libro v. 398 de equo:

chalybem frenosque momordit.

¶ Chăly̆bēius, a, um, adjectivum, modo ex Heinſii commentariis ad locum Ovidii monſtratum fuit.

CHĂMA, Chamæ, χῆμαι, conchyliorum ſunt genus, eine art groſſer muſcheln, Geſn.

CHAMAEACTE, es, χαμαιάκτη, ebulus herba, attig oder niederholder, Matthiol. Sambucus pumila.

CHAMAECERASVS, i, frutex arbuſculis ceraſorum non impar, baccas habens ceraſis ſimiles, Helvetii *ceraſa* vocant *montana*, bergkirſchen. Vid. Plinius lib. 15 cap. 25. Ruellius lib. 1 cap. 41.

CHAMAECISSVS, i, χαμαίκισσος, herba, quam *hederam terreſtrem* vocant; folia habet hederæ ſed tenuiora, flores ſimiles violæ albæ: erdpfau, erdgräntzlein, non *hedera* illa *terreſtris*, quam gunderman, & gundelreb, vulgo vocant. Matthiol. p. 205. Plin. 24 c. 10.

CHAMAECYPARISSVS, i, quaſi *pumila cypariſſus*, cypreſſen-kraut, ab humili enim ſtaturâ hæc omnia dicuntur à χαμάδις ſeu χάμαζε vel χαμᾶζε, id ſignificat humi. v. Plin. 24 c. 15.

CHAMAEDAPHNE, es, χαμαιδάφνη, *laureolam matrem* vocant, differt à *daphnoide*, quæ *laureola* eſt, ſingulari rectoque caule, kellershals. Plin. 21 c. 11. Apul. de herb. c. 27.

CHAMAEDRYS, χαμαίδρυς, *quercula triſſago* Latinis, gamanderle, Germanis & bathengel. Vocant & vergiß mein nicht. Plin. 24 c. 15.

CHAMAELAEA, æ, χαμαιλαία, planta ſic appellata à ſimilitudine foliorum oleæ, zyland Germani dicunt, vel ſeidelbaſt. Plin. l. c.

CHAMAELEO, vel Chamæleon, ōnis, χαμαιλέων, duplex eſt, albus & niger. Chamæleonem nigrum vulgo *Carlinam* vocant, eberwurtz. Plin. 22 cap. 18.

¶ 2. Chamæleon, ontis, tametſi parum intereſt, utrum *Chamæleona* an *Chamæleonta* vel plantam dicas, vel animal hoc, quod muri, quem *rattum* dicunt, cauda & pedibus reſpondet, reliquo vero corpore lacerto, ein ratten-eider. Animal eſt pavidum, ideoque colorem mutans, Plin. lib. 22 cap. 18. Hinc *chamæleonte mutabilior* homo dicitur verſipellis, einer, der da keine farbe hält, ein tückiſcher unbeſtändiger menſch. Alciatus Chamæleontis naturam feſtivè detorſit in adulatores: carmen in emblematis ejus legitur n. 53. Plutarchus libello de adulatoris & amici diſcrimine: ὁ δὲ κόλαξ ἀτεχνῶν τὸ τοῦ χαμαιλέοντος πέπονθεν. ἐκεῖνος γὰρ ἁπάσῃ χροιᾷ πλὴν τοῦ λευκοῦ συναφομοιοῦται. καὶ ὁ κόλαξ ἐν τοῖς ἀξίοις σπουδῆς ὅμοιον ἑαυτὸν ἐξ ἀδυνάτων παρέχειν, οὐδὲν ἀπολείπει τῶν αἰσχρῶν ἀμίμητον. *Contra adulatori evenit, quod Chamæleonti. Hic enim omni colori ſe poteſt ſimilem præſtare, demto albo, & adulator in iis, quæ operæ pretium habent, ſimilem ſe præbere non valens, nihil non turpe imitando exprimit.* &c. Cæterum Chamæleonem animal eleganter deſcribit Caſſiodorus lib. 5 epiſt. 35. Eosdem rerum objectarum colores induere, item aëre vivere, quod de illis proditur, falſum obſervavit Peireſcius. Vide Gaſſendum ejus vitâ p. 479 & ſeq. Conf. Plin. lib. 8 cap. 33. Brodæum lib. 6 Miſcell. cap. 21, & Voëtium part. 1 diſp. Theolog. pag. 736.

CHAMAELEVCE, es, χαμαιλεύκη, vocant hanc herbam nonnulli *tuſſilaginem*, alii *ungulam caballinam* & *bechion*, & rectè roßhub, hufflattich, brandlattich, vide *tuſſilago*, Matthiol. & Plin. 24 cap. 15.

CHAMAEMĒLON, i, χαμαίμηλον, vulgo *camomilla*, camillen-blumen, vide ſupra *Anthemis*. Plin. 22 c. 21.

CHAMAEMYRSĪNE, es, χαμαιμυρσίνη, frutex ab aliis dictus *ruſcus*, ab aliis *myrtus ſilveſtris*. Plin. lib. 23 cap. 9. Dioſcorid. ὀξυμυρσίνην vocat, hoc eſt, *myrtum acutam.* Vide *ruſcus.*

CHAMAEPEVCE, es, χαμαιπεύκη, herba, quæ folia habet laricis foliis ſimilia. Plin. 24 c. 15.

CHAMAEPĬTYS, χαμαιπίτυς, herba, quam & *Ajugam* & *abigam* latine vocant, je länger, je lieber, Matth. Plin. 24 c. 6.

CHAMAEROPS, ŏpis, χαμαίρωψ, herba Plin. 26 c. 7 & 13.

CHAMAETĔRA, æ, χαμαιτερίς, depreſſa & humilis imago, apud Plin. legitur lib. 36 cap. 5, *Fecit Veſtam ſedentem duasque Chamæteras circa eam.*

CHAMAEZĒLON, i, herba Pentaphyllon aliàs. Plinio lib. 25 cap. 9 χαμαίζηλον, humi depreſſum ſonat; fünff-finger-kraut.

CHAMEVNIA, æ, χαμευνία, humicubatio. Hieronym. epiſt. 2 ad Nepotianum: *Omnes pæne virtutes mutantur in ſenibus, &, creſcente ſola ſapientiâ, decreſcunt cetera, jejunia, vigiliæ, eleemoſynæ, chameuniæ, &c.* Vſus idem eſt in cap. 41 Ezechielis. Gloſſæ Phavorini: χαμεύνη, ταπεινὴ κλίνη.

CHAMVLCVS, i, genus carpenti humilioris, ein rollwagen. Ammianus lib. 17 cap. 8, *coloſſus chamulcis impoſitus tractusque.* Gloſſ. Vet. *Sclodia*, καμουλκίς, ſeu potius χαμουλκὶς, ut Valeſius ad Ammianum emendat. Eſt enim a χάμαι humi.

CHAMVS, i, χάμος, frenum, ein maulkorb. Legitur lib. 4 Regum c. 19, *Ponam circulum in naribus tuis, & chamum in labiis tuis.*

CHĀŎNES, um, plurale, χάονες, primi Epiri populi, à quibus

¶ Chāŏnia, æ, dicta eſt: tametſi ſcripſerit Servius in 3 Æneid. à *Chaone* fratre Heleni eam regionem adpellatam.

¶ Chāŏnius, a, um, adject. ut, *Chaoniæ columbæ*, apud Virgil. Eclog. 9 v. 13. *Glans Chaonia*, apud eumd. 1 Georg. v. 8.

CHĂOS, χάος, indecl. ὕλη, ſive materia rerum omnium informis ac rudis, ex quâ poſtea Deus produxit creavitque mundum, paganis ſcriptoribus dicitur, qui & ab æterno extitiſſe volunt. Ovidius principio Metamorph.

Ante mare & terras, & quod tegit omnia cælum,
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere Chaos: rudis, indigeſtaque moles,
Nec quicquam, niſi pondus iners congeſtaque eodem
Non bene junctarum diſcordia ſemina rerum &c.

Quo in loco Naſonem Heraclidem Ponticum preſſo ſecutum pede Barthius lib. 40 Adverſar. cap. 3 obſervat. ὕλην vocavit Plato: Latini *ſilvam*: Ex quo ex tempore etiam ac ſine compoſitionis curâ ſcripta ruditer, *Silvæ* vocantur, de quo ſuo loco. Chalcidius in Timæum Platonis: *Poſt Chaos*, inquit, *quam Græci* ὕλην, *nos* [Latini] SILVAM, *vocamus, ſubſtitiſſe terram, docet in medietate ambitus*, &c. Vid. Gallæus ad Lactant. pag. 21, 22, & Merula in Coſmogr. lib. 1 cap. 3 p. 10. Sed & Chriſtiani Scriptores, Poëtæ maxime, hoc uſi ſunt de tenebrarum abyſſo, terraque inani & vacua, quam nominat Moſes Geneſ. principio. Hilarius Geneſi v. 17,

Omnia cum tegeret nigrum Chaos, altaque moles
Deſuper urgeret informis corpora mundi.

Paullinus ad Jovium, ſive is potius Claudianus Mamertus ad Colleam eſt:

Scribe creatarum verbo primordia rerum,
Et chaos ante diem, primique crepuſcula lucis.

Hinc Proverbium: *Chao antiquius*, de rebus antiquiſſimis apud Suidam. Nam primum omnium *Chaos* fuit. Prudentius Hymno de Epiphania v. 37,

Illuſtre quiddam cernimus,
Quod neſciat finem pati,
Sublime, celſum, interminum,
Antiquius cælo & chao.

¶ 2. Sed & tenebras ea voce deſignant. Prudent. Hymno ad incenſum lucernæ v. 3,

Merſo ſole chaos ingruit horridum:
Lucem redde tuis, Chriſte, fidelibus.

Item περὶ ςεφαν. hymno Eulaliæ v. 54,

Nocte viam face perſpicua
Præſtitit intereunte chao.

¶ 3. Pro ipſis inferis eam ob cauſſam Venantius poſuit Elegia de Reſurrectione Chriſti v. 61,

Triſtia ceſſerunt infernæ vincula legis,
Expavitque chaos luminis ore premi;

quomodo eâ voce Seneca etiam & Statius uſi, quos ibi notavit Buchnerus; die hölle. ¶ 4. Vetus interpres Bibliorum Lucæ cap. 16 v. 26 ſpatium, quod inter cælos inferosque eſt, (χάσμα Evangeliſta dixit)

Chaos appellat: quem malè in eo reprehendi, summus vir Hugo Grotius ad eum locum ostendit. Itaque hanc vocem etiam Faustus Rhegiensis usurpavit.

¶ Inchoo, avi, atum, are, (scribunt & *Incoare*) quod a *Chaos*, χάος, (id enim rerum omnium initium esse Hesiodus scripsit,) Festus deducit. Certe Servius *inchoare*, scribi debere affirmat, & a veteribus *incboare*, scribi consuevisse addit, in commentario in tertium Georgicorum; vide Gell. lib. 2 cap. 3. Cicero alicubi se, *pulcros*, *Cartaginem*, dixisse ostendit, cujus auctoritate, orthographia altera (*incoare*) defendi potest. Sed usum tamen loquendi se populo reliquisse, scientiam sibi reservasse, testatur. Est ordiri, incipere, **anfangen, fürnehmen**. Virg. 3 Georgicorum v. 42,

Te sine nil altum mens inchoat.

Horat. 1 Carm. od. 4 v. 15,

Vitæ summa brevis spem nos vetat inchoare longam.

Et Cic. de clar. or. cap. 37, *Præclare multa inchoare, sed non plane perficere.*

¶ Inchoatus, a, um, particip. **angefangen, unvollkommen.** *Perfecta anteponuntur inchoatis*, Cic. Top. cap. 18. Sic sæpe Inchoata ponuntur pro imperfectis. Cic. 1 offic. cap. 43, *Cognitio contemplatioque naturæ manca quodammodo atque inchoata sit, si nulla actio rerum consequatur.* Sueton. de Claudio cap. 3, *Portentum hominis, nec absolutum a natura, sed tantum inchoatum.* Gell. 5 c. 21, *Inauditiunculæ rudes inchoatæque.*

¶ Inchoator, ōris, **anfänger.** Prudent. Præfat. Hamart. v. 27, *mortis inchoator.* Et Augustinus de Genesi ad lit. lib. 1 c. 14, *inchoatore Deo.*

¶ Inchoatio, onis, **der anfang.** Ambrosius lib. 2 de Vocatione gentium cap. 3, *Non facile reperitur in exordio maturitas, & in inchoatione perfectio.* Et Augustinus de Genesi contra Manich. cap. 14, *Inchoatio futuri operis.* Mox eodem capite, *inchoatio noctis*, quod etiam legitur lib. 2 de Genesi ad lit. cap. 15 sub finem. Idem Augustin. epist. 222, *inchoatio cognitionis Dei.*

¶ Inchoativus, a, um: ut, *Inchoativa verba.* Grammat.

Chara, vide supra *Carum.*

CHARACIAS, æ, χαρακίας, genus tithymali Plinio lib. 26 cap. 8. Vide *tithymalus*, **wolffs-milch.**

CHĂRACTER, ēris, χαρακτὴρ, nota sive signum, quod animanti aut alii rei, ut dignosci ex eo possit, inuritur, imprimiturve, aut insculpitur: **ein merck- kenn- oder mahlzeichen.** Columella lib. 11 cap. 2, *His etiam diebus maturi agni, & reliqui fœtus pecudum, nec minus majora quadrupedia charactere signari debent.* Palladius lib. 2 de re rustica cap. 16, *Hoc mense (sicut Columella dicit) maturi agni & animalia omnia minora & majora charactere signentur.* Anacreon χαράγματα vocat: *Equi solent inustas coxis habere notas*, χαράγματα ἔχουσι. Vossius lib. 6 Instit. Orat. p. 426. Hinc vulgo dicitur, *sermo animi character est*, quod natum esse ex senario Græcis celebrato videtur, Ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται, *Hominis figura ex oratione deprehenditur.* ¶ 2. Notæ quoque & signa, figurata mirifice atque expressa, quibus occultam atque singularem vim in medicina & aliis rebus tribuebant superstitiose veteres, quorumque multus in Ægypto, & apud Valentinianos usus fuit, *Characteres* vocantur: cujusmodi plures apud Pignorium in Tabulæ Isiacæ explicatione visere licebit. Alios exhibebit & Theophrastus Paracelsus. Augustinus lib. 2 de Doctrina Christiana cap. 20, *Ad hoc genus pertinent omnes etiam ligaturæ atque remedia, quæ medicorum quoque disciplina condemnat, sive in præcantationibus, sive in quibusdam notis, quas characteres vocant.* Lege eumdem de iis & cap. 29 ejus libri. ¶ 3. Apud Rhetores & genera dicendi, de quibus Ausonius Eidyll. 11 sive Gripho v. 66,

Trium, inquit, *dicendi genus est, sublime, modestum,*
Et tenui filo,

CHARACTERES appellantur: quæ Græcis ἰδέαι: Ciceroni *formæ & genera*; Cornificio *figuræ* dicuntur: de quibus Rhetores ipsi videndi: itemque Scaliger pater lib. 4 de re Poëtica cap. 1. Varro lib. 3 de Re rusticâ cap. 2, *Nonne item L. Albutius homo [ut scitis] apprime doctus, cujus Lucilliano charactere sunt libelli, dicebat* &c. *Lucilliano charactere*, id est, genere scribendi; Satyrico puta. Gellius lib. 7 cap. 14, *Genera dicendi probabilia sunt tria, quæ Græci* χαρακτῆρας *vocant.* Cicero ad Q. Fratrem lib. 2 extremo: *Dic mihi verum, num aut res eum, aut* χαρακτὴρ *non delectat.* ¶ 4. Dicuntur & *Characteres* descriptiones, (ita vertit Cicero Topicis cap. 22) tum aliarum rerum, tum virtutum & vitiorum maxime: cum non a genere, forma & cæteris, ut Philosophi solent, sed ex actibus propriis atque negotiis ita declarantur, ut quasi imago & exemplar exactum in iis exstet. Tales Theophrastus Eresius dedit, & elegantissimum ac utilissimum eum libellum ἠθικοὺς χαρακτῆρας inscripsit, de quo plura Casaubonus ibi in Prolegomenis, quem vide. *Notationem* auctor Rhetoricorum ad Herennium dixit libro quarto: ubi & luculentum exemplum subjungit, quo ostentatorem pecuniosum χαρακτηρίζει. Characterem hominis garruli eleganter dedit Horatius lib. 1 Sat. 9. Aliis

¶ Characterismus, i, dicitur: Rutilius Lupus antiquus Rhetor, & Quintiliano vetustior, lib. 2 de Figurâ sententiarum: CHARACTERISMVS. [Lugdun. ed. *Chresterismus* prave;] *Quemadmodum pictor coloribus figuras describit: sic Orator hoc schemate, aut vitia, aut virtutes eorum, de quibus loquitur, deformat.* vide ejusdem ex Lycone exemplum. Cujusmodi Characterismi in Terentio multi sunt; Et singularis est plane Velleji Paterculi diligentia in describendis & veluti nota publica signandis hominum naturis, quod *Characteres Politici Vellejani* a Bœclero expositi demonstrant. Dicitur & Ethologia, quod nomen pro *Ætiologia* recte apud Senecam substituit Lipsius epist. 105.

¶ Charaxare, ex græco χαράσσειν characteribus signare, **ritzen, kratzen.** Prudentius hymno 10 Romano v. 557,

Charaxat ambas ungulis scribentibus
Genas, cruentis & secat faciem notis.

Apicius Æropet. 6 c. 2. *Lavas pullum coctum, & Sabano mundo siccas, charaxas, & ju... issuris infundes, ut combibat, & cum combiberit, assabis.* Hic *charaxare* est scarificare & scalpello incidere.

¶ Charagma, ătis, χάραγμα, **ein bildniß.** Avienus: *Sicut nummus habet charagma Cæsaris, sic homo habet charagma Dei.*

CHARADRIVS, i, χαραδριὸς, avis nomen est, vide *rupex.*

¶ Charadrus, i, torrens præceps, & rapidus prope Nerin, vicum Argolicum, cujus meminit Statius Theb. 4 v. 46 & 712.

CHĂRAX, acis, χάραξ, vallum significat Latinis, & vitis pedamentum, **ein weinpfal oder stütze.** Hinc Χαράκωμα, vallis fultum dicitur. Hinc

¶ Characatus, a, um, **bepfählt**: ut, *Vinea characata*, **ein besteckter weinberg**, apud Columell. lib. 5 cap. 4.

¶ Charax & urbis nomen est in extrema Susiane, ad ripam Tigris orientalem, conditæ ab Alexandro Magno: unde prius *Alexandriæ* nomen: postea ab Arabiæ quodam rege instaurata *Charax* dicebatur, a vallo, quo contra aquas fluminis munita fuit. Patria est Dionysii Periegetæ, celebris geographi & poëtæ. Vide Plin. lib. 6 cap. 27, & Voss. de Histor. Græc. in hoc *Dionysio.* Hinc

¶ Characēnus, a, um, adject. ut, *Characenorum rex*, Plin. d. l. cap. 28.

¶ Characēne, es, regio supra Characa oppidum. Ptolem. lib. 8 c. 3.

CHĂRAXES, sive Charaxus, i, χαράξης, Mitylenæus fuit, frater Sapphûs, de quo Herodotus. Ovidius in epist. Sapphûs v. 117,

Gaudet, & è nostro surgit mærore Charaxes
Frater, & ante oculos itque reditque meos.

CHARES, ētis, Χάρης, dux quidam fuit Atheniensium, honoratus, & potens, facilè & benignè promittens, sed nihil eorum, quæ promisisset, præstans. Vnde natum proverbium, *Charetis pollicitationes*, αἱ Χάρητος ὑποσχέσεις, vide Chiliad. Meminit præter Diodorum Siculum Nepos Chabriâ extremo, itemque in Timotheo c. 3, ubi vanum & temerarium arguit & calumniatorem.

CHĂRIENTISMVS, i, χαριεντισμὸς, schema, quo duriora deprecandi caussa mollioribus verbis corriguntur: ut, cum ad senis minas de pristino Davus Terentianus respondet; *Bona verba quæso.* Vide Chiliad. Eras. in Adagio: *Dulcis cubitus*, & Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 238.

CHARISIVS, i, Atticus fuit orator, cujus in Bruto Cicero meminit. ¶ 2. Flavius Sosipater Charisius, Grammaticus fuit V. R. cujus & hodieque Institutiones legimus, quæ in Grammaticorum Veterum corpore Putschii primum locum obtinent.

CHĂRISTIA, ōrum, festa erant apud veteres cognatorum & propinquorum, in quibus sacra faciebant amicis defunctis, **begängniß der verstorbenen freunde, leichen-gedächtniß.** Ovidius 2 Fast. v. 617,

Proxima cognati dixere caristia cari,
Et venit ad socios turba propinqua deos.

¶ 2. Charistia dicebantur amicorum convivia, quibus querelæ & discordiæ tollebantur. Val. Maximus lib. 2 cap. 1 n. 8, *Convivium solenne majores instituerunt, idque Charistia appellaverunt, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur, ut si qua inter necessarios querela esset orta, apud sacra mensæ, & inter hilaritatem animorum, fautoribus concordiæ adhibitis tolleretur*: **ein liebesmahl.** Est ea vox a χαρίζεσθαι, hoc est, gratificari, obsequi, largiri, condonare: χαρίζεσθαι vero est a χάρις, gratia. Vnde *Charites*, de quibus jam sequitur.

Charitas, vide *Caritas* in *Carus.*

CHARITES, um, χάριτες, Latinis *Gratiæ*, beneficiorum deæ, **holdgöttinnen.** Ausonius Eidyll. 11 sive Gripho v. 19,

Tres Charites, tria fata, triplex vox, trina elementa.

Sunt enim tres, *Aglaja* vel *Pasithea*, *Thalia*, & *Euphrosyne*, qui numerus ob exhibenda, accipienda, & referenda beneficia inventus esse putatur. Plinius lib. 36 cap. 5, *Non postferuntur & Charites in propylæo Atheniensium, quas Socrates fecit.* Pingebantur ita, ut una earum aversam faciem haberet, quasi à nobis profecta; duæ vero nos adspicerent, ut duplex nobis beneficium rependi debere ostenderent: acceptum enim beneficium cum fœnore reddendum esse censebant. Pingebantur & nudæ ac connexæ, ut admonerent, fuco debere carere beneficia, amicitiasque beneficiis initas insolubiles & perpetuas esse. Vide Senecam lib. 1 de Beneficiis cap. 4. Euripides Herc. Fur. v. 673,

οὐ παύσομαι τὰς χάριτας ταῖς μούσαις
συγκαταμιγνὺς ἡδίσταν συζυγίαν,
μὴ ζώην μετ' ἀμουσίας. id est:
Non desinam Gratias Musis
Commiscere suavissimâ conjunctione,
Ne vivam alienus à Musis.

Extat περὶ χαρίτων carmen ex Theocrito Jacobi Mycilli, in quo hi sunt versus:

At nunc immenso nemo sic vivit in orbe,
Vt Charites grato venientes limine nostras
Accipiat foveatque libens, aut munera donet,
Sed simul ac jussas aliquo mittuntur ad ædes,
Mox redeunt tristes nudo pede, multa querentes
Deque via vana de frustratoque labore, &c.

Varro scripsit, *numerum convivarum non debere minorem esse, quàm sit Gratiarum numerus, neque numerosiorem, quam Musarum*, **unter drey, und über neun, sollen keine gäste seyn.** De quo Gell. lib. 13 cap. 11. Macrob. lib. 1 Sat. cap. 7. Vide & infra in *Gratia.*

¶ Chărĭtōnius, a, um, χαριτώνιος, adject. **holdselig**: usus est Lucretius in commendatione puellæ, lib. 4 v. 1155,

Parvula, pumilio, charitonia tota, merum sal.

Charitonia, hoc est, nihil non festivitatis & gratiæ habens venale: ὤνιον enim venale significat. Sed profecto hoc ineptum & putidum est, & à Grammaticis confictum, quibus corrupta lectio imposuit. Ita enim scripsit Lucretius, & Gifanius edidit:

Parvula, pumilio, Charitum mia, tota merum sal.

Charitum mia, χαρίτων μία, *una Charitum*, ob venustatem puta ac leporem. Quod cum non intelligerent correctores, bellum illud *Charitonia* iidem commenti sunt.

¶ Charitoblepharon, i, χαριτοβλέφαρον, herba efficax in amatoriis, Plin. 13 c. ult.

CHĂRON, ontis, χάρων, nauta inferorum, per Styga & Acherontem animas transvehens, sic per antiphrasin dictus quasi *Acharon*, hoc est, tristis, austerus, quemadmodum Propertius lib. 3 eleg. 18 v. 24 expressit: *Scandenda est torvi publica cymba senis.*
Et Virgil. 6 Æneid. v. 298,

Portitor has horrendus aquas & flumina servat,
Terribili squalore Charon, &c.

Lucianus pluribus in dialogis memorat, obolum Charonti pro naulo dari solitum a defunctis, qui transvehantur. Conf. Apulej. 6 Met. cum Comment. Stewechii p. 708. Proverbialiter dicitur de senibus admodum decrepitis: *Alterum pedem in cymba Charontis habere*, mit einem fusse im grabe stehen, auf der gruben gehen. Pomponius in Pandect. de Fideicommissar. libertat. Lege apud Julianum 20, *Ego discendi cupiditate, quam solam vivendi rationem optimam in octavum & septuagesimum annum ætatis duxi, memor sum hujus sententiæ, quam dixisse fertur Julianus, & si alterum pedem in sepulcro haberem, adhuc discere quædam vellem.* Vide Chiliad. ¶ 2. Charon quoque civis Thebanus fuit, cujus mentio apud Nepot. in Pelop. c. 2, 5. ¶ 3. Per convicium & *Charontes* appellati homines terribili squalore & pravo ac corrupto animo. Apulejus Apologia de Æmiliano: *Igitur agnomenta ei duo indita:* CHARON, *ut jam dixi, ob oris & animi diritatem: & alterum, quod lubentius audit, ob Deorum contemtum*, MEZENTII.

¶ Charoneum, i, χαρωνεῖον, porta erat Athenis, qua producebantur damnati, ultimo supplicio afficiendi. *Januam Charoniam* vocat Rhodiginus 9 Antiqu. lect. c. 34. ¶ Charonéa Geographis dicuntur barathra fædos odores exhalantia. vid. Laërt. in Zenone.

¶ Charonītæ, arum, χαρωνῖται, vulgari joco dicti sunt Romæ, qui, quod perperam agebant, ex defuncti commentariis tuebantur. Sic M. Antonius arripuit Cæsaris interfecti Commentarios, iisque adscripsit, quæ libuit. Atque horum autoritate se facere simulabat, quicquid agebat, aliis tribuens magistratus; alios ab exilio revocans, alios e vinculis liberans. His omnibus, quoniam se defuncti Commentariis excusabant, Charonitarum nomen tributum est. vid. Plutarch. in vita M. Antonii.

CHARONDAS, æ, χαρώνδας, Catanensium legislator fuit. Cic. 2 de LL. cujus aliquot leges recenset Diodorus lib. 12 bibliothecæ suæ. De hujus nummo vide doctissimam epistolam Raphaelis Tricheti du Fresne, quam Petrus Seguinus Numismatis suis Selectis subjunxit.

CHARTA, æ, χάρτης, χάρτον, papier; nimirum quod ex papyro frutice primitus facta. Nam hodierna ex linteolis conficiendi ratio recentior est, Eustathii tamen scholiastæ Homeri ætate jam tum nota, ut ex quodam ejus loco viri doctissimi declarant. Ægyptiis debetur utilissimæ rei inventio: est enim *Papyrus* peculiaris Nilo Ægyptio fluminii planta. Ac apud Memphim quidem clarissimam omnium Ægypti urbem confectam primùm Lucanus significat, cum lib. 3 scribit v. 222, *Nondum flumineas Memphis contexere biblos*
Noverat.

Biblus papyrus est: ejus igitur philyras sive plagulas hîc *biblos* vocat Lucanus. Habebat enim papyrus, ut cepe, tunicas plures. Has confecturi chartam dispescebant acu, & dividebant, easque deinceps explicabant super tabulam madentem turbidâ aquâ Nili, quæ conglutinabat instratas plagulas, quod hîc *contexere biblos*, Poëta dixit. Verbo *texendi* in eadem re Cassiodorus quoque utitur lib. 11 epist. 38, *Pulcrum plane opus Memphis ingeniosa concepit, ut universa scrinia verteret, quod unius labor elegans texuisset.* Chartam Alexandri Magni victoria repertam, condita in Ægypto Alexandria; anteà non fuisse chartarum usum: sed in palmarum foliis primo scriptitatum: deinde quarumdam arborum libris: postea publica monimenta plumbeis voluminibus, mox & privata linteis confici cœpta aut coriis, Varro apud Plinium auctor est lib. 13 cap. 11. Sed quem idem mox Plinius cap. 13 ejus libri arguit luculentis exemplis atque auctoritatibus contra eum productis. Sunt, qui a χαράσσω, *sculpo*: aut Heb. *Charath*, *sculpsit*, nomen derivent; quod inscribantur in ea, & velut insculpantur litteræ. Scaliger antiquissimum nomen βίβλον seu βόβλον fuisse censet: recentius τοῦ χάρτου: atque tum natum, cum in epistolarum frontibus apponi χαίρειν est cœptum. Videtur *chartæ* nomen non pagellarum magis proprium, quàm fruticis ipsius fuisse. Atque idcirco pagellas ex eo factas perinde appellari *chartas*; quemadmodum *papyrum* & *fruticem* & *chartam* solemus vocare. Sane cum Varro apud Plinium dicto 11 cap. lib. 13, *in Sebennytico saltem omnem chartam nasci*, scribit, de *frutice*, puto, non *charta*, quæ signate sic appellatur, intelligit. Vt *Charta*, *papyrus*, *biblos*, idem significent. Quæ ratio conficiendæ chartæ antiquitùs fuerit, eodem lib. 13 Nat. Hist. cap. 12 Plinius docet: ubi & chartarum genera recenset. Nimirum *Hieraticam*, religiosis voluminibus dicatam: *Augusteam* in honorem Augusti: *Livianam* in honorem Conjugis ejus sic appellatam. *Amphitheatricam*, à confecturæ loco: quæ Romæ in Fannii officina recurata, *Fannia* nominata est. Tum *Saiticam* & *Tænioticam*, à locis Ægypti, ubi curatæ. *Emporeticam* item, quæ scribendo inutilis, involucrum mercibus præbebat. Sed omnibus his prælata *Claudia*, quam Claudius Cæsar instituit. *Macrocollam* à modulo ita nominârunt. Virtutes chartarum sunt: *Tenuitas*, *densitas*, *candor*, *lævor*: Sed duo reliqua, præter *candorem* & *densitatem*, si justa & cum modo fuerint. Nimia quippe *tenuitas*, nec sufficit tolerandis calamis, & litteras præterea transmittit. Jam in lævore caducæ fiunt litteræ. Minus quippe sorbet ex politura charta, quamquam magis splendeat. Huic contrarium vitium *Scabritia* est: aliud *lentigo* est, quæ maculas exhibet: aliud *humor*, ex quo *bibula* Plinio lib. 8 epist. 15 appellata, lesch-papier. Quæ omnia apud Plinium fusius explicavit Melchior Gvillandinus peculiari Commentario in tria illa capita Plinii de papyro, 11 nimirum 12 & 13 lib. 13, qui videri poterit: sed ut Josephi Scaligeri in illum Animadversiones adhibeantur tamen, & quæ illustris vir Claudius Salmasius post illos ad quemdam Vopisci locum in quadriga Tyrannorum de charta atque papyro eruditissimè annotavit. Adde & Vossium lib. 1 de arte Grammat. cap. 37. Quid *Ina* in chartis sit, vide suo loco; *Plagulæ chartarum* Plinio sunt lib. 18 cap. 12, quæ folia appellamus, bogen papier. *Scapus chartæ*, ein buch papier, Idem c. l. Vide etiam suo loco. *Conficere chartam*, *texere & contexere chartam*, papier machen. *In chartâ aversâ scribere*, Martial. lib. 8 epigr. 62, auf die andere seite des papiers schreiben. Sed cùm in laudem chartæ Plinius, *ejus usu humanitatem vitæ constare atque memoriam*, scribit, per *humanitatem*, παιδείαν sive eruditionem; inprimis vero historiam intelligit, præcipuam & utilissimam eruditionis partem: Ex eâ enim nos maxime noscimus homines, dum humanos actus ibi legimus. Quantum autem usum cùm in omne litterarum genus, tùm in historiam præstent chartæ, satis ab se manifestum. Harum enim beneficio & conservantur in humanæ vitæ commodum & propagantur & excoluntur. ¶ 2. *Charta* pro libro, qui ex chartis pluribus sæpe invenitur. Catullus epigr. 1 ad Cornel. Nepotem:

Jam tum, cum unus es ausus Italorum
Omne ævum tribus explicare chartis
Doctis, Jupiter, & laboriosis.

Tribus chartis, id est, tribus libris. Q. Serenus Sammonicus de medicina Carm. 40, *Tertia namque tibi simul & centesima Livî*
Charta,

id est, tertius & centesimus liber. Apud Persium Sat. 5 v. 62,

At te nocturnis juvat impallescere chartis,
Cultor enim es juvenum.

id est, legendis & evolvendis libris operam dare. Martial. lib. 10 epigr. 2,

At chartis nec fata nocent, ac secula prosunt;
Solaque non poterunt hæc monumenta mori.

Quod quidem verum est de chartis & libris, qui Genium habent, quemadmodum alibi scripsit Martial. lib. 6 epigr. 60,

Victurus Genium debet habere liber.

Ejusmodi Chartæ, auctore Venusino Oda 30 lib. 3, *monumentum* sunt *ære perennius*; *Quod non imber edax, aut Aquilo impotens*
Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series, & fuga temporum.

Cum ineptas & Genio suo destitutas fata maneant male ominata, *cacatas* ob id a Catullo dictas carmine 37, & daturas Apophoretis involucra; & cucullos, quibus casei fœtentes, aut, si bene eis bibliopola prospicit, involvantur *thus & odores*
Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis.

Horat. lib. 2 epist. 1 vers. ult. Sidonius lib. 1 epist. 11, *Temporibus Augusti Majoriani venit in medium charta comitatum, sed carens indice*, [id est, sine indicio auctoris] *plena versuum Satyricorum mordacium.* *Charta*, libellus, puta, famosus. Nam & *famosas chartas* pro famosis libellis in Codice Theodosii legi, observavit ibi Savoronius. ¶ 3. *Chartam plumbeam* pro lamina Suetonius dixit Nerone cap. 20, *Sed & chartam plumbeam supinus pectore sustinere cœpit.* Nempe *Chartam* ob similitudinem: lamina enim expansæ chartæ plurimum similis. Vide omnino ad illum locum Casaubonum. ¶ 4. *Charta nova* & *Charta deletitia*, das rein abgeschriebene und concept, opponuntur Lege 4 D. de bonor. possess. sec. tab. ¶ *Socrates interroganti, cur nihil ederet scriptorum, respondit: Quia video chartam multò pretiosiorem, quam scribenda esse*, Græce sic retulit Stobæus: Σωκράτης ἐρωτηθεὶς, διὰ τί οὐ συγγράφει; ὅτι εἶπεν ὁρῶ τὰ χάρτια πολὺ τῶν γραφησομένων τιμιώτερα. Vid. Socrates.

¶ Chartina, æ, pro Charta etiam dixerunt veteres; unde *Chartinatius*, ut patet ex Prisciani lib. 4.

¶ Chartus, i, antique pro Charta Lucilius lib. 27, *Vbi Græci, ubi nunc Socratici charti?* vid. Nonius c. 3 n. 40.

¶ Chartŭla, æ, χάρτιον, diminut. brieflein, zettlein. Cicero lib. 7 epist. 18, *Miror, quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quam hæc scribere.* Prudentius Passione Calagurritanor. v. 75,

Chartulas blasphemas olim nam satelles abstulit.

Paullinus Nolanus extrema epistola 39, *procul abjicite hanc chartulam.* Et epist. 47 ineunte: *chartulæ damnum præoptantes capessere*, quod fit, si litteræ non perferantur, vel interceptæ, vel tabellario aliorsum declinante.

¶ Chartularius, i, qui chartas tractat: crebra eorum mentio in Jure est. Vet. Gl. Χαρτογράφος, *Chartularius*. Et Χαρτοφύλαξ, *Chartularius*, ein buchhalter, registrator.

¶ Chartaceus, a, um, quod ex charta est: ut, *Codices chartacei*, apud Vlpianum Lege 52 de Legatis & fideicommiss. 3, ubi *codices membraneos* a *chartaceis* distinguit.

¶ Charteus, a, um, adjectivum aliud: Ausonius epist. 10,

Dactylicos elegos; choriambum carmen, epodos,
Socci & cothurni Musicam
Carpentis impone tuis. Nam tota supellex
Vatum piorum chartea est.

¶ Chartarius, a, um: ut, *officina chartaria*, apud Plinium lib. 18 cap. 10, eine papier-mühle. *Calamus chartarius*, Apul. Florid. 2, eine schreib-feder. ¶ Substantivè confectorem chartarum, aut venditorem significat, papiermacher, oder papierhändler. Vet. Gloss. Χαρτοπώλης, *Chartuarius*: Lego *Chartarius*: vel *Chartularius*. Vide & Diomed. lib. 1.

¶ Chartarium, i, substantive, chartophylacium, archivum. Hieronymus lib. 3 adv. Rufin. cap. 6, *Cur eam* [epistolam] *in Romanæ ecclesiæ chartario non requiris?*

¶ Chartiaticum, i, JCtis est merces, quæ officialibus solvitur pro chartis, papier-geld, schreibe-gebühr. vid. l. 6 ff. t. 20 de bon. damnat.

¶ Chartophylacium, i, χαρτοφυλάκιον, scrinium, in quo libri & scripturæ reponuntur ac asservantur. Aliàs *Archivum*: Latinis *Tabularium*, archiv, brief-schranck.

Charus & Charitas, quære supra sub *Carus*.

CHĂRYBDIS, is, χάρυβδις; De *Charybdi* & *Scylla* quid finxerint Poëtæ, obvium ubique est. Vide Virg. Æn. 3 v. 419 seqq. Natal. Com. Mythol. 8 c. 12. Descendit ἀπὸ τοῦ χάειν vel χάσκειν, ab hiando, &

ῥοῖβδην

ῥύζδην impetuose, cum vehementi strepitu. Cæterum *Charybdis* vasta profunditas in mari Siculo est, ubi vorticosum fretum, *forte illata naufragia*, ut Sallustius apud Servium scribit, *sorbens occultis gurgitibus millia sexaginta Tauromenitana ad littora trahit.* Idem & Strabo tradit lib. 6. Quod tamen nonnisi austro flante fieri, alii tradiderunt: quietam & placidam perhibentes, ab eo ii vacat. Vide Senecam Consolat. ad Marciam cap. 17, & epist. 79. Similem Charybdim sive voraginem in mari Illyrico notat describitque Lucanus lib. 4 v. 54 & sequentibus: áliam in Scythico observat Scaliger Exercit. 102 Sect. 1. Vide & Justinum in initio libri 4. Quamvis autem utrumque nomen inter propria pertineat, tamen quia locutiones interdùm proverbiales Latinis peperit, indicare volui. Cicero in Philipp. 2 c. 27, *Quæ Chàrybdis tam vorax tot res tàm citò absorbere potuisset?* Idem lib. 3 de Orat. cap. 41, *Videndum est, ne longe simile sit ductum, Syrtim patrimonii, scopulum lubentius dixerim, Charybdim bonorum, voraginem potiùs.* ¶ 3. Eodem modo & scortum vorax, & aviditatis nunquam satiatæ, Charybdim vocat Horatius lib. 1 oda 27 v. 19,

Ah misèr,
Quanta laboras in Charybdi
Digne puer meliore flammâ!

Sic & *domestica Charybdis* meretrix dicitur Sidonio lib. 9 epist. 6. Prudentius hymno ante somn. v. 107, *sanguinis Charybdem* dixit bestiam Apocàlypticam sanctorum sanguine insatiabilem. *Evitatâ Charybdi in Scyllam incidi*, hoc est, dum vitare studeo malum unum, graviùs in aliud diversum incidi; ich bin aus dem regen in die trauffe, aus dem rauch ins feuer kommen. In quam sententiam hic versiculus latinus celebratur:

Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim.
vel: *Antra Charybdis adit, qui vult evadere Scyllam.*

Et, *Inter Scyllam & Charybdim navigare*, proverbialiter dicitur, pro, esse in periculo, vide Chil.

CHASMA, ătis, χάσμα, hiatus & vorago terræ; quales in terræ motibus existunt, eine klufft, erdfall. Seneca lib. 6 Nat. Quæst. cap. 9 de terræ motu disputans, *Alii*, inquit, *in igne caussam quidem esse, sed non ob id judicant; sed quia pluribus obrutus locis ardeat & proxima quæque consumat: quæ si quando exesa ceciderint, tùm sequi motum earum partium, quæ subjectis adminiculis destitutæ labant, donec corruere, nullo occurrente, quod onus exciperet. Tunc chasmata, tunc hiatus vasti aperiuntur*, &c. Ita *Chasmate fundum perire*, Vlpianus dixit Lege 47 § fin. D. de Legatis 1. Idem Lege 4 § 1 D. de Censibus: *Si agri portio chasmate perierit.* Vet. Gloss. Χάσμα, *Hiatus, vorago, terræ fragor.* ¶ 2. Est & *Chasma* meteoron, quando ignis velut ex disrupto cælo decidere videtur. Plin. lib. 2 c. 26, *Fit & cæli ipsius hiatus, quod vocant chasma*, wenn es scheint, als thäte sich der himmel auf. Seneca lib. 1 Natural. Quæst. cap. 14, *Sunt* Chasmata, *cum aliquando cæli spatium discedit, & flammam dehiscens velut in abdito ostentat.* Servius ad illud Virgil. 9 Æn. princ.

video medium discedere cælum,
Palantesque polo stellas:

CHASMA, inquit, *dicit factum*, id est, *subitam aëris disruptionem & quendam recessum*, &c. De chasmatum coloribus, puniceo, & purpureo Aristot. Meteorolog. c. 2 & de Mundo cap. 3.

¶ Chasmatias, æ, species terræ motus apud Ammianum Marcell. lib. 17 cap. 16 [Vales. c. 7 extr.] *Chasmatiæ*, inquit, *grandiori motu patefactis subito voratrinis, terrarum partes absorbent.*

Chauci, vide supra *Cauci.*

CHĀVS, i, lupus cervarius, ita dictus, vel quia cervos infestet, vel quod maculis cervorum hinnulos imitetur; ein luchs oder thierwolff, vide *Lupus* & *Lynx.* Porro vocabulo *Chai* Plinius usus est lib. 8 c. 19, *Pompeji magni primum ludi ostenderunt chaum*, &c. Repetit idem lib. eod. cap. 22.

¶ Chaonis, ĭdis, χάονις, fœm. est, Hermolaus in Plin. locum indicatum, *Ex hoc luporum genere conceptas canes fortassè quis intelligat, quæ Chaonides quasi à Chao nominantur.*

CHĒLAE, arum, χηλαὶ, brachia sive forcipes Cancrorum & Scorpionum, krebs- oder scorpion-scheeren. Vnde Virgilius lib. 1 v. 33 Georg. de Scorpio signo cælesti:

Qua locus Erigonen inter Chelasque sequentes
Panditur, &c.

Vbi tamen *Chelas* pro *Libræ* posuit sidere, quia id cum Scorpio confunditur; immo juxta Chaldæorum doctrinam, unum sidus constituit: de quo Servius, & Hyginus lib. 4 cap. 5 Poët. Astronom. cum de circulo Æquinoctiali agit. Vide & Scaliger. ad Manilium. Etiam in Cancri sidere *chelas* posuit Hyginus lib. 3 cap. 22. ¶ 2. Rursus *Chelæ* sunt etiam excurrentes in fluvium aut mare aggeres, qui vim vorticum fluctuumque frangunt atque inhibent, ad modum chelarum in cancris extantes excipientesque aquarum impetum, wasser-damm oder wehre. Cælius Rhodig. lib. 5 c. 2.

CHĒLEVMA, ătis, χήλευμα, filum cannabinum, setis præpilatum, quo calcei consuuntur, schuster-drat.

CHĔLĪDON, ŏnis, χελιδὼν, hirundo, prænuncia veris, sub cujus adventu Rhodii circumeundo ædes canebant: ἦλθ' ἦλθε χελιδὼν, καλὰς ὥρας ἄγουσα, καὶ καλοὺς ἐνιαυτοὺς, &c. Id vero χελιδονίζειν vocabant, h. e. *Chelidoni stipem emendicare.* Athenæus 8 c. 14. Hinc

¶ Chelidŏnia, æ, χελιδόνια, ficuum genus est Plinio lib. 15 cap. 18, & Columellæ lib. 10 v. 415,

Purpureæque chelidoniæ pinguesque mariscæ,

braune feiste feigen. ¶ 2. Deinde herba χελιδόνιον, *chelidonia*, vel *chelidonium*, schwalbenkraut, schelkraut, schelwurtz, sic dicta, quod in vere florem suum excitet sub adventum hirundinum: aut quod *chelidoniam* visui saluberrimam hirundines monstravere, vexatis pullorum oculis illa medentes. Plin. lib. 8 cap. 27. ¶ 3. Cui & gemma est *Chelidonia*, lib. 36 c. 22, schwalben-stein. ¶ 4. *Chelidoniæ* denique Insulæ sunt contra *Tauri initium ad Pamphyliam*, & *Chelidonium promontorium* ibidem, Dionysio, Straboni & Plinio.

CHĔLYS, ys, χέλυς, testudo, eine schnecke, schildkröte. ¶ 2. Item *Cithara:* Citharæ enim primum ex testudine factæ. *Chelyn intendere*, die laute oder harffe stellen, stimmen. Contrarium, *Chelyn laxare*, utrumque apud Statium legitur, illud lib. 1 Silv. 5 v. 11, hoc lib. 4 Silv. 4 v. 33. Auctor Panegyrici ad Pisonem v. 154,

Sive chelyn digitis & eburno pectine pulsas.

¶ Chelonia, æ, oculus est Indicæ testudinis, gemma portentosissima magorum mendaciis, quam linguæ impositam futurorum divinationem præstare promittunt. Plin. 37 c. 10.

¶ Chelōnium, i, tegumentum testudinis, χελώνιον, der schild oder das dach einer schildkröten, die schale.

¶ Chelonia, orum, vel Chelonaria, dicuntur retinacula, in quibus *Sucula* vertitur, die löcher, darinnen eine roll oder hespel gehet, hebzeug. Vitruvius lib. 10 cap. 2, *Chelonia, in quæ conjiciuntur sucularum capita.* Adde ibi Philandrum.

¶ Chelonītis, ĭdis, gemma est Plinio lib. 37 c. 10, ein krötenstein.

¶ Chelonitides, kleine krötensteine, Agricola.

¶ Chelonophăgi, orum, in Carmania sunt, testudinum superficie casas tegentes, carnibus vescentes. Plin. lib. 6 cap. 24. Χελώνη enim testudo est.

¶ Chelydrus, i, χέλυδρος, eine natter, schlange; a χέλυ, *testudine*, id est, duritia tergi, videtur nomen habere, amphibius, forsan quod *Hydrus*, unde simul nominatur, aquatilis anguis est, si ex nomine judicare licet. *Chelydros* quasi *Chersydros* dictos putat Servius, quod in aquis & terra vivant, à χέρσον, terra, & ὕδωρ, aqua. Virg. 3 Georg. v. 414,

Disce & odoratam stabulis accendere cedrum,
Galbaneoque agitare graves nidore chelydros.

Sed Lucanus distinguit. Sic enim in 9 v. 750,

Natus & ambiguæ coleret qui Syrtidos arva
Chersydros, tractique via fumante chelydri.

Fumante, id est, gravem odorem mittente ex tractu serpentis. Vide Vossii Etymologicum.

Chemia, Chemicus, vide *Chymia.*

CHĒNISCVS, i, anserculus, Græcum diminutivum. nam χὴν *anser* est. ¶ Vocatur ita & puppis extremum, quod ornatus gratia in speciem anserini colli erat effictum. Apulejus lib. 11 Miles. p. 264, *Et puppis, intorta chenisco, bracteis aureis vestita fulgebat.* Meminit & Lucianus non semel. Figuram hujusmodi chēniscatæ navis ex veteri marmore Baysius dedit. Qui recte ornamentum puppis tantùm exposuit: non παράσημον, sive insigne navis; quod Apuleji fecerunt interpretes.

¶ Chēnālōpex, ĭcis, χηναλώπηξ. *Anserini generis sunt* CHENALOPECES, *& quibus lautiores epulas non novit Britannia* CHENEROTES, *fero ansère minores*, Plin. 10 c. 22.

¶ Chēnobosciūm, i, χηνοβοσκεῖον, locus ubi anseres pascuntur, ein gänß-stall, χὴν enim anserem significat, & βόσκω pasco. Columell. lib. 7 c. 14 ineunte.

¶ Chenomychon, i, herba, ad cujus conspectum anseres expavescunt, Plinio nominata lib. 21 c. 11, ubi & *Nyctegretum* eam herbam appellari, coloris ignei, foliis spiræ, nec a terra se attollentem scribit, & *nyctilopa*, quoniam è longinquo noctibus fulgeat. ¶ 2. Sunt, qui *Lunariam* esse censeant, noctibus cum Luna lucentem, monkraut, Gesn. lib. de Lunariis.

¶ Chēnŏpus, ŏdis, χηνόπους, herba ab effigie anserini pedis dicta, Plin. 11 c. 8.

CHERAMIDES, æ, lapis pretiosus, Plin. lib. 37 c. 10. idem qui ostracites, topffstein, Agricol.

CHERNITES, æ, lapidis genus ebori simillimum. Plin. lib. 36 cap. 17, *Mitior est servandis corporibus nec absumendis* Chernites, *ebori simillimus, in quo Darium conditum ferunt*; Idem cap. 8, & *lapis coraliticus* vocatur à fluvio *Coralio* Phrygiæ. Est autem is lapis marmor candidum, weiß marmelstein, Agricola. Ibidem c. 17 Plinius: *Pario similis candore & duritia, minus tamen ponderosus.*

CHERRŎNĒSVS, vel Chersonesus, i, fœm. χεῤῥόνησος, peninsula est, eine halbinsul. *Chersonesi* quatuor celebrantur: *Taurica* in Euxino & Mæotide: *Thracia*, quam Ægæum & Hellespontus faciunt: *Aurea*, supra Gangem Indiæ in ortum, juxta sinum, qui *magnus* Ptolemæo dicitur: & *Cimbrica*, quæ Jutlandia hodie adpellatur, cum parte Holsatiæ. Quæ Thraciæ est, Cornel. Nepoti absolute *Chersonesus* dicta, Miltiade cap. 1.

¶ Cherronensis, e, ex Chersoneso. Cic. in Pison. cap. 35, *Bœotii, Byzantii, Cherronenses.*

¶ Chersonesice, adverb. Varro lib. 4 de Ling. Lat. p. 34 ed. Scalig. *Has phancillas Chersonesice dicunt fasces.*

Chersydrus, vide *Hydra*, & supra *Chelydrus* in *Chelys.*

CHĔRVSCI, orum, populi Germaniæ; magna gens & Duce Arminio valde incluta. Itaque múlta ejus mentio apud Tacitum aliosque est, qui bella ista, quæ Romani cum majoribus nostris habuere, composuerunt. Coluere Cherusci ab Albi ultra Visurgin. Ad confluentes Albis & Salæ conterminos habuêre Hermunduros, inde meridiem versus Cattos, qui Hassi hodie sunt: sub occidentem ad Septentriones Fosios, qui Saxones sive Holsati hodie, & Chaucos, in quibus præcipue hodie Bremenses censentur. Vide Philipp. Cluverium lib. 3 Antiq. German. c. 19. Chron. Philipp. & Peuceri, *Vltra Salam ad Herciniam fuerunt Cherusci ad Northusium & Goslariam.* Et, *Cherusci Herciniæ populi sunt cum bona parte Thuringorum adjacentium Semanæ silvæ, quæ Ptolemæo Cheruscos à Suevis distinguit*, die Härtzischen, *ubi ditiones sunt Principum Anhaltinorum & aliquot Comitum, Stolbergensium, Mansfeldensium, Schwartzburgensium*, &c. Claudian. de 4 Consul. Honor. v. 451,

& ingentes Albim liquêre Cherusci.

CHILIAS, ădis, χιλιὰς, numerus qui mille continet, eine zahl von tausend: ut, *chilias militum, versuum, annorum.* vid. Gell. 1 c. 16. Erasmus *adagiorum* scripsit *Chiliadas*, opus utilissimum, atque rebus pluribus ad eruditionem pertinentibus refertissimum, ac dignum, ut & à docentibus & discentibus sedulo cognoscatur atque evolvatur. Inprimis vero studiis scholasticis accommodatum est: siquidem commentarios

tarios uberes & pro illius temporis statu exactos in omne auctorum genus complectitur.

¶ Chiliarcha, æ, χιλίαρχος, *tribunus militum mille*, ein oberster über tausend mann. Hos primum Alexander instituit, ut refert Curtius lib. 5 c. 2 n. 3.

¶ Chiliastæ, arum, qui credunt, mille annos Christum cum piis, post resurrectionem sive secundum suum adventum visibilem, in his terris regnaturum esse. Qui ex Patribus huic opinioni accesserint, enarrat Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis in Papia. Adde Lactantium lib. 7 cap. 14. Augustinus lib. 20 de Civ. D. c. 7, *Milliarios* vocat, qui alias etiam *Millenarii* vocantur.

¶ Chiliodynămis, is, χιλιοδύναμις, a Cappadocibus dicta herba propter varios in medicina usus. vid. Plin. 25 c. 6.

CHĪLO, ōnis, χίλων, Philosophus Lacedæmonius fuit, unus ex septem sapientibus Græciæ, cujus tria dicta, quæ alibi etiam retulimus, Delphis in Apollinis templo fuerunt consecrata, Plinio teste lib. 7 c. 32, nimirum *Nosce te ipsum; Nil nimium cupias; Comes æris alieni atque litis est miseria.* Cætera ejus apophthegmata exposuit Stob. Serm. 28. Tria ejus, quæ difficilia dixit esse, commemorat Laërtius, primum quidem, ἀπόῤῥητα σιωπῆσαι, *arcana reticere*: alterum σχολὴν εὖ διαθέσθαι, *otium bene collocare*: tertium, ἀδικούμενον δύνασθαι φέρειν, *injurias tolerare posse.* Laërtius & hoc ei tribuit, ἀφανὲς τὸ μέλλον, *obscurum futurum.*

¶ 2. Chīlōnes etiam dicuntur, quibus labra indecentius prominent, à χεῖλος labrum, die überhangende lippen haben. Sosipater Charisius lib. 1, CILONES, inquit, *dicuntur, quorum capita oblonga & compressa sunt: CHILONES autem cum aspiratione ex Græco à labris improbioribus, quæ illi χείλη. Unde CHILONES improbiùs labrati.* Quæ procul dubio Velius Longus respexit, cùm in de Orthographia scriberet: *Item alium esse* CILONEM, *alium* CHILONEM, [subaudi, voluerunt Grammatici] & CILONES *homines vocari angusti capitis & oblongi*: CHILONES *verò improbioribus labris homines, à Græco, παρὰ τὰ χείλη. Improbiora labra* sunt majora: *improbiùs labrati*, plus quàm decet labrati: *Improbum* enim, quod modum excedit. De CILONIBVS & CHILONIBVS paria Festus. Vide infra *Cilo.*

CHĬMAERA, æ, χίμαιρα, monstrum Poëticum triforme:

Ante leo, retroque draco, mediumque capella;

ut in versu Hesiodi est Theog. v. 323, & in Homeri Iliad. ζ v. 181. conf. Lucret. 5 v. 902, & Ovid. Met. 9 v. 646. Servius super Virgilii illud in 6 Æn. v. 288, *flammisque armata Chimæra:*
Reverâ, inquit, *mons est Chimæra Lyciæ, cujus hodie ardet cacumen, juxta quod sunt leones, media autem pascua sunt, ima verò montis serpentibus plena.* Quæ Plinii etiam 2 cap. 109 & 5 cap. 27, atque Strabonis confirmat auctoritas. ¶ Horatius meretricem ita vocat lib. 1 od. 27 v. 24 apposite sane: ac ita ferè & Fulgentius 3 Mythologiarum Chimæræ fabulam ad amorem interpretatur: qui cum venit feraliter & sicut leo invadit: nec quiescit, nisi patratâ libidine, quod capra significat, libidinosum animal; in fine autem serpentis, sive draconis instar, pœnitentiæ morsum relinquit. Tria enim dicendi genera triplici Chimæræ formâ designari putârunt nonnulli: quemadmodum & alii fabulam hanc de tribus potissimis orationis partibus, Exordio, Contentione (sub qua Propositionem comprehendunt) & Peroratione interpretati sunt: sed ea res non tantum longe arcessita, sed etiam φορτική, & insubida videtur Vossio lib. 1 Instit. Orat. c. 3 n. 3 p. 24. De fabulâ Chimæræ & ejus occasione & caussa alia apud Plutarchum leges de virtute mulierum c. 10. ¶ Chimæra etiam navis nomen apud Virg. lib. 5 v. 118. Silium 14 v. 498 ab insigni, quod habebat, ductum.

¶ Chimærifer, a, um: ut, *Chimærifera Lycia*, apud Ovid. legitur 6 Metam. vers. 338.

CHINA, sive Sina, æ, regnum Asiæ antiquissimum, maximum & excultissimum, in quo otium plus quam Spartana severitate damnatum: urbes ingentes admirabili artificio structæ: Inprimis memorabilis est murus 300 mill. Germanica extensus, quo denique perrupto Chinensium rerum Tartari potiti sunt. Summa apud incolas eruditio, absque literarum usu characteres nosse, quibus tortuosis admodum integra verba integrasque sententias exprimunt. Omnis peregrinatio extra regnum interdicta: neque olim peregrini temere admissi sunt. Ideo de rebus Chinæ Europæis parum constitit, donec Mart. Martinius historiæ Sinicæ annales ex oriente allatos, & Athan. Kircherus Chinam, memorabilium rerum monumentis & spectaculis illustratam, ediderunt. Vide & And. Mülleri disquisitionem de Chataja, quæ cum M. Pauli Veneti libris de regionibus orient. prodiit, & G. G. Leibn. Novissima Sinica.

¶ Chinensis, e, Sinesisch; Chinenses, die Sineser, inter quos percelebre dicterium, *se duos habere oculos; Europæos unum; & quod hominum est reliquum, cæcutire.* v. Lansii Consult. 1 p. 4.

CHĬŎNE, es, Nympha, à qua insulam *Chiam* (*Chios* aliis) Cleobulus & Metrodorus voluerunt adpellatam, ut Plinius lib. 5 cap. 31 auctor est. ¶ 2. Apud Martial. l. 1 epigr. 34, & aliquot aliis aliorum librorum, & Juvenalem Sat. 3, scortum ita adpellatur. Nomen à nive est, quæ Græcis χιὼν dicitur.

CHĪOS, i, χίος, maris mediterranei insula inter *Samum* & *Lesbum*, vino, ficubus & aliis bonis rebus nobilis, de quibus passim Plinius auctor est. Horatius lib. 1 epist. 11 principio:

Quid tibi visa Chios, Bullati, notaque Lesbos?
Quid concinna Samos? quid Crœsi regia Sardis?

Et rursus ibidem:

Romæ laudetur, Samos, & Chios, & Rhodos absens.

¶ Chīus, a, um, quod ex *Chio* est: ut, *Chium marmor: Chium vinum*, quod & absolute *Chium* non raro adpellatur: sicut & *Chiæ*, absolutè *ficus Chiæ* nominantur. Horat. lib. 1 Serm. Sat. 10 v. 24,

at sermo linguâ concinnus utrâque
Suavior, ut Chio nota si commista Falerni est.

Et rursus lib. 2 sat. 3 v. 115,

Si positis intus Chii veterisque Falerni
Mille cadis.

De Ficubus Martialis lib. 7 epigr. 30,

Et flavas medio vapore Chias.

Ejusdem libri epigr. 24,

Infanti melimela dato, fatuasque mariscas:
Nam mihi quæ novit pungere, Chia sapit.

Pungere dixit, propter non ingratam aciditatem, qua vini salisque saporem quodammodo refert. Vnde in Xeniis epigr. 23 sub Lemmate CHIA FICVS:

Chia seni similis Baccho, quem Setia mittit:
Ipsa merum secum portat & ipsa salem.

Et lib. 12 epigr. 98 in Zelotypam:

Chiam volo, nolo mariscam;
Ne dubites, quæ sit Chia, marisca tua est.

Calpurnius ecl. 2 vers. 81,

Mille renidenti dabimus tibi cortice Chias,
Castaneasque nuces totidem.

Observandum autem hoc loco tironibus, Horatium juxta & Martialem, (ut de cæteris non dicam) cum in his, tum in aliis exemplis, ubi de Chiis, vino aut ficubus loquuntur, primam semper producere; cum tamen in ipso insulæ nomine primam Horatius aliique corripiant. Quod fortean ad discriminandum adjectivum ab adpellativo est factum. Ac licet Cicero hoc migrarit, & primam in Chios, cùm de loco loqueretur, produxerit, ut Hugo Grotius observavit; & Avienus quoque Arateis, emendante, quem nominavimus modo, viro summo, vers. 251,

Huc falcata Chii repserunt cornua monstri.

Et rursus v. 1173, *Curva Chii cælo cum surgent brachia signi*, prima correpta, contra illorum rationem, dixerit, elementi Græci naturam secutus procul dubio; ab Horatii tamen & Martialis ac reliquorum auctoritate recedendum temere haud arbitror: Nam & in adjectivo Græco χῖος prima circumflexum habet. De *Chia terra*, quæ Samiæ instar candicat, inque medicaminibus locum habet, Dioscorides lib. 5 c. 101, & Plinius lib. 36 cap. 16. *Risus Chius*, de molli lascivoque, ex Diogeniano in Erasmi Adag. Quandoquidem & Chiorum mores taxavit vetus Comœdia.

CHĪRĂGRA, æ, χειράγρα, die gicht, oder das zipperle an den händen. Seneca epist. 78, *Podagra & chiragra, & omnis vertebrarum dolor nervorumque interquiescit.* Horat. lib. 1 epist. 1 v. 31,

Nodosâ corpus nolis prohibere chiragrâ.

In quo exemplo primam contra naturam licentia quadam Poëtarum corripuit, qui solent nonnunquam alterum Diphthongi elementum abjicere, ut brevem efficere syllabam possint. Idem lib. 2 sat. 7 v. 15,

postquam illi justa chiragra
Contudit articulos.

Perinde & Persius corripuit ejus exemplo Satyra 5 v. 58, & Martial. lib. 9 epigr. 93, *Tortorem metuis? Podagrâ Chiragraque secatur*
Caius, & mallet verbera mille pati.

¶ Chiragricus, i, qui ea laborat. Celsus lib. 4 cap. 27 princ. *Quæ in podagricis chiragricisve esse consuêrunt, ea raro vel castratos, vel pueros tentant.*

¶ Chiragricus, a, um, adjective. Sidonius lib. 3 epist. 13, *Taceo chiragricas manus, unctis cataplasmatum pannis involutas.*

CHIRAMAXIVM, i, curriculus, plostellum parvum, quod manu trahi possit: à χεὶρ, *manus*, & ἅμαξα, *currus*. Petronius p. 73, *præcedente chiramaxio, in quo deliciæ ejus ferebantur.* Pueri gestatorium Wouwerius interpretatur, ein kinder-wagen.

CHĪREMBŎLON, i, χειρέμβολον, signum, quod gubernator ex prora dat nautis, ut aliquid faciant, utque aliquem aut recipiant, aut non. Vlpian. Lege 1 § 3 Dig. Naut. Caup.

CHĪRĬDŌTA, æ, χειριδωτὸς χιτὼν, vestis longioribus manicis, quam *manuleatam* Plautus vocat; ein rock mit langen ermeln: *tunica chirodota*, Gell. lib. 7 cap. 12.

CHĪROGRĂPHVS, & chirographum, i, χειρόγραφον, handschrifft, *Cautio Chirographi*, eine schriffliche versicherung, Cic. lib. 7 Fam. epist. 18. Idem in Philipp. 2 cap. 4, *Convincere chirographo*, mit eigener hand überweisen. *Credere & fidem habere chirographo*, Plancus Ciceroni lib. 10 ep. 21. *Chirographum dare*, eine handschrifft von sich geben, Senec. 2 de Benefic. cap. 23. *Inane facere chirographum*, eine handschrifft cassiren oder zerreissen, Vlpianus dixit Lege 18 D. Ad exhibendum. *Exemplar chirographi*, abschrifft von einer handschrifft, Plancus Ciceroni epist. eadem. Recentiores Græci ἰδιόχειρα vocarunt, quæ vetustiores χειρόγραφα dixerunt. Latini autem & *Manum* pro chirographo dixerunt, de quo infra suo loco. Differebant autem *Syngraphæ* apud Veteres & *Chirographa*, de quo ita Asconius in Ciceronis Verrinam de Prætura Vrbana; *Inter* SYNGRAPHAS, inquit, *& cætera* CHIROGRAPHA *hoc interest, quod in cæteris tantum, quæ gesta sunt, scribi solent; in* SYNGRAPHIS *etiam contra fidem veritatis pactio venit, & non numerata quoque pecunia, aut non integre numerata, pro temporariâ voluntate hominum scribi solet more institutoque Græcorum: Et cæteræ tabulæ ab una parte servari solent:* SYNGRAPHAE *signatæ utriusque manu, utrique manu, utrique parti servandæ traduntur.* Hæc Asconius. Vide & Franc. Hotomannum in eum locum Asconii: itemque Salmasium de modo Vsurarum cap. 10. ¶ 2. Aliquando *Chirographum* non cautionem significat, sed ad contractum quendam pertinet, & pro cujusque manu, sive scriptura ἰδιοχείρῳ ponitur, eigene hand, eigene schreib-art. Suetonius Augusto cap. 64, *Nepotes & literas, & natare, aliaque rudimenta per se pleramque docuit: ac nihil æque laboravit, quam ut imitarentur chirographum suum*, daß sie schrieben, wie er. Idem Tito cap. 3, *E pluribus comperi, notis quoque excipere velocissime solitum, cum amanuensibus suis per ludum jocumque certantem, imitari chirographa, quæcunque vidisset*; er hat eines jeden hand nachschreiben können. Sic

proprio

proprio chirographo annotare, mit eigener hand unterschreiben, dixit Paullus JC. Lege 30 Dig. de testamentis.

¶ Chirographarius, a, um: ut, *actio chirographaria*, quæ ex chirographo nascitur. *Chirographaria pecunia*, quæ ex chirographo solo, non dato pignore debetur. *Chirographarius debitor*, qui similiter debet. *Chirographarius creditor*, qui sibi chirographo cavit. Cui *Hypothecarius* opponitur.

CHIRŎMANTĪA, æ, χειρομαντεία, divinatio ex inspectione linearum in manu, quibus arcanas quasdam temperamenti significationes natura impressisse creditur nonnullis; die zigeuner-kunst, aus den händen wahr zu sagen. Aristoteles in Problematis quærit de lineâ vitæ, quare longævi sint, qui habeant integram lineam mediæ manus.

¶ Chiromantes, æ, χειρομάντης vel χειρομάντις, der in die hände siehet: qui & χειροσκόπος Græcis, & *Manuinspex* Latinis appellatur. Vet. Gloss. χειροσκόπος, *Manuinspex*.

CHĪRON, ōnis, Centaurus, Saturni & Phillyræ filius, quamobrem & *Phillyrides* appellatus est, à Thetide custos & præceptor Achilli traditus fuit. Ovid. de Arte am. lib. 1 v. 11,

> *Phillyrides citharæ puerum præfecit Achillem*, &c.

Ausonius Protreptico ad nepotem de studio puerili Idyllio 5,

> *Sic neque Peliden terrebat Achillea Chiron*
> *Thessalico permixtus equo, nec Pinifer Atlas*
> *Amphitryoniaden puerum, sed blandus uterque*
> *Mitibus alloquiis teneros mulcebat alumnos*, &c.

Herbarum vires & medicamenta reperit, Plinio teste lib. 8 cap. 56. Vid. Polyd. Virgilius de Invent. Rer. lib. 1 c. 21.

¶ Chirōnēon, i, χειρώνειον, chironion, Plinius lib. 25 cap. 6, *Centaurea curatus dicitur Chiron, cum Herculis excepti hospitio pertractanti arma sagitta excidisset in pedem, quare aliqui Chironion vocant.* Vide *Centauria*. Tertium etiam Panaces genus *Chironion* cognominatur ab autore, Plin. 25 c. 4. Est & vitis Chironis inventum, quæ vocatur *Chironia*, ibid. & lib. 23 c. 1.

CHĪRŌNŎMVS, i, χειρονόμος, qui manibus gesticulatur, pantomimus, gauckler. Juvenalis Satyr. 6 v. 63 fœmineo genere dixit, ut solenne Græcis, de saltatrice pantomima,

> *Cheironomon Ledam molli saltante Bathyllo.*

id est, dum pantomimus in theatro repræsentat Ledam, insignem illam saltatricem.

¶ Chīrōnōmōn, ontis, qui gestu & secundum artis legem cibos scindit, ein vorschneider. Juvenal. Sat. 5 v. 121,

> *Saltantem spectes, & cheironomonta volanti*
> *Cultello.*

Sidonius lib. 4 epist. 7, *si inter Apicios epulones & Byzantinos chironomontas bucusque ructaverit.* Hunc intelligit Petronius, quum ait: *Processit statim scissor, & ad symphoniam ita gesticulatus laceravit obsonium.* Vide Petronianos interpretes, & Lips. lib. 2 Saturnal. c. 2, & Voss. lib. 5 Instit. Orat. p. 278.

¶ Chironomia, æ, χειρονομία, saltatio gesticulatrix est, ein mohren-tantz. ¶ 2. Et Chironomia lex est gestus, oratori necessaria, de qua Quintilianus præcipit lib. 1 c. 19, die weise sich zierlich zu geberden mit denen händen.

CHĪRŎTHĒCA, æ, χειροθήκη, quæ & *dactylotheca*, δακτυλοθήκη dicitur, ein handschuh. Ejus usum priscis ignotum fuisse, docet Casaubonus in Athen. 12 cap. 2.

¶ Chirothecatus, a, um, der handschuh anhat. Sarisb. 3, 3, *Chirothecatus incessit.*

¶ Chirothecarius, i, qui chirothecas conficit.

CHĪRVRGVS, i, medicus: qui manu curat, ein wundartzt, balbierer. Celsus procem. lib. 7, *Esse chirurgus debet adolescens, aut certe adolescentiæ propior, manu strenua, stabili, nec unquam intremiscente.*

¶ Chirurgia, æ, χειρουργία, ars est curandi vulnera, wundartzney. Cic. ad Att. lib. 4 ep. 3, *Ego diætâ curari incipio, chirurgiæ tædet.*

¶ Chirurgicus, a, um, adject. Hyginus fab. 274, *Chiron Centaurus Saturni filius artem medicinam chirurgicam ex herbis primus instituit.*

¶ Chirurgice, es, χειρουργική, ars chirurgorum, die balbier-kunst. Celsus procemio lib. 1 post princip. scripsit Græcis literis.

CHĪVS, i, χῖος, qui & *canis* & *canicula*, tali planicies fuit, cujus jactus damnosus fuit, ut qui unionem contineret, vide *Talus*. ¶ De insula vide in *Chios*.

CHLAENA, æ, χλαῖνα, est vestimentum hibernum, à χλιαίνειν, calefacere, quam *lænam* Latini reddunt. Inde Adagio: *Dum cucumere vescimur, chlænam texamus*, i. e. De hieme cogitandum est æstate. Turneb. lib. 17 cap. 30. vide *Læna*.

CHLĂMYS, ȳdis, χλαμύς, paludamentum, vestis militaris, quæ non totum ambiebat corpus, sed posteriora fere tantùm, præterquam ad pectus & humeros, ad quos nodo, seu fibula, colligebatur, ein reitrock. Virgilius lib. 8 v. 588,

> *chlamyde & pictis conspectus in armis.*

Statius lib. 6 Theb. v. 570, *torto chlamyden diffibulat auro.*

Eam prima Sappho nominavit, cum dixit Amorem ἐλθόντ' ἐξ οὐρανῶ πορφυρᾶν ἔχοντα προϊέμενον χλαμύδα, *venisse è cælo purpuream indutum chlamydem*, vid. Pollux. Suidas scribit, Numam Pompilium primum chlamydis usum Romæ instituisse, cum id genus vestimenti à Legato Isaurorum accepisset. Plura de ea Salmasius ad Histor. Aug. Plautus Epid. act. 3 sc. 3,

> *Sed hic quis est, quem hac advenientem conspicor:*
> *Suam qui undantem chlamydem quassando facit?*

der da wetzet, schwäntzet, i. e. qui crebro succussando corpus pallium motitat & crispat, ut gloriosi & jactabundi solent.

¶ Chlamyda, æ, idem. Apul. lib. 10, *Ephebica chlamyda sinistrum tegebat humerum.* Et lib. 11, *pretiosa chlamyda.*

¶ Chlāmydātus, a, um, χλαμυδωτός, chlamydem indutus. Cic. pro Rab. Post. cap. 10, *chlamydatus imperator.*

¶ Sagochlamys, vide *Sagum*.

CHLOE, es, χλόη, Cereris epitheton apud Pausaniam. ¶ 2. Nomen mulieris Corinthiacæ, 1 Cor. 1 v. 11. ¶ 3. Nomen puellæ, cujus crebra apud Horatium mentio, inprimis 3 od. 9 v. 9,

> *Me nunc Thressa Chloe regit,*
> *Dulces docta modos, & citharæ sciens.*

CHLŌRION, χλωρίον, avis est Plinio lutea, nescio an illa, quæ χλωρεὺς aliis est, ein wonig, aut χλωρίς, id est, *lutea*, ein zeisel, Eber. Plinius lib. 10 cap. 29, *Chlorion totus luteus est, hyeme non visus, circa solstitia procedit.* Avis est magnitudine turturis, & cum turture pugnans, vocant ein wiedewal. Sed

¶ Chloris, idis, χλωρηίς & χλωρίς, ein grünlinck, grünfinck, viridia, hirßvogel, hirßfinck. Vide *vireo*. Gesn. Ipsa etiam Luscinia Chloris dicitur, quoniam vere apparet, quum omnia virent, aut quoniam virentibus arborum frondibus sedet.

¶ Chlorītes, æ, χλωρίτης, herbacei coloris, & in motacillæ avis ventre invenienda gemma est Plinio lib. 37 cap. 10.

CHLŌRIS, idis, nympha non ignobilis, florum genitrix, quæ & *Flora*: nupsit Zephyro, à quo dotis loco accepit, ut haberet omnium florum potestatem, die blumen-göttin, de qua infra. Ovid. 5 Fastor. v. 195,

> *Chloris eram, quæ Flora vocor: corrupta Latino*
> *Nominis est nostri littera Græca sono:*
> *Chloris eram nymphe campi felicis*, &c.

Hinc *Chloridos herba*, apud Propertium lib. 4 eleg. 7,

> *Si te non totum Chloridos herba tenet.*

CHLORVS, i, flumen Ciliciæ, Plin. 5 c. 27. ¶ 2. Constantius Imp. Constantini M. pater *Chlorus* dictus ob colorem pallidum.

Choa, vide *Chus*.

CHOASPES, is, fluvius Persidis, cujus unius aquam Rex potabat, ut Herodotus auctor est lib. 1 cap. 188. Plinius lib. 31 cap. 3, *Parthorum Reges ex Choaspe & Eulæo tantùm bibunt: & ea,* [aquæ] *quamvis in longinqua, comitantur eos.* Hinc Tibullus Panegyr. Messalæ v. 140,

> *Nec qua vel Nilus, vel regia lympha Choaspes*
> *Profluit.*

Item Ausonius de claris urbibus, in Burdigala:

> *Hunc cuperes, Rex, Mede, tuis conjungere castris,*
> *Flumina consumto cum defecere meatu,*
> *Hujus fontis aquas peregrinas ferre per urbes,*
> *Vnum per cunctas solitus portare Choaspem.*

Curtio lib. 5 c. 2 n. 9, *delicatam* dicitur *aquam vehere.* ¶ 2. Est & fluvius Indiæ *Choaspes* alius, de quo Curtius videatur lib. 8 cap. 10 n. 22. Adde, quæ ibi notavit Cellarius.

¶ Choaspītes, æ, gemma a flumine dicta, fulgoris aurei, Plin. lib. 37 c. 10.

CHOATRAE, arum, populus circa Mæotin, memoratus Plinio 6 c. 7, & Lucano 3 v. 46, ubi Grotius pro *Coastris* restituit *Coatras*. Fuerunt incantatores maximi cum duce suo Choaste. Vnde Val. Flaccus 6 v. 151,

> *Centoras, & diros magico terrore Choatras.*

Et v. 155, *Maximus hos inter stygia venit arte Choastes.*

CHOENIX, īcis, χοῖνιξ, fœmin. dimensum erat diurnum, quod servis apud Græcos distribuebatur, ut apud Laërtium & Suidam legimus, ein zugemessen und bescheiden theil auf die tag-arbeit. Χοίνικι μὴ ἐπικάθησθαι, id est, *Chœnici ne insideas*, inter Pythagoræ symbola connumeratur, ac monet, non esse indulgendum otio, sed industria sibi de victu prospiciendum: Item, non esse indulgendum solicitudini de victu crastino. Vide Chiliad. itemque Gyraldum in Symbola Pythagoræ. ¶ 2. Sed *Chœnix* mensuræ nomen, Budæo *semodius* est, Camerario & Ebero mensura est *duorum sextariorum* seu *quatuor heminarum*: Sic enim legendos censet hos Rhemnii versus in carmine de ponderibus apud Priscianum Camerarius:

> *Heminas recipit geminas sextarius unus,*
> *Quis quater assumtis fit Grajo nomine Chœnix.*

Aliter vetus Auctor in excerptis apud Rigaltium: *Est autem sextarius sexta pars Congii, qui in scripturis.* Hinc *adpellatur in liquidis.* Chœnix *autem quinque sextariis adimpletur, cui si sextum addideris, fit congius.*

¶ Chœnicion, i, modiolus & ferramentum medicinale, Celso lib. 8 c. 3.

CHOERĬLVS, i, χοίριλος: quo nomine duos Poëtas Græcos fuisse, eruditissimus Gyraldus, optimum alterum, & alterum malum atque ineptum tradit. Falsum fuisse in eo, arguit Scaliger Animadversionibus Eusebianis; qui & hallucinatum Horatium censet, cùm Chœrili mentionem lib. 2 epist. 1 v. 233 faceret; unum tantum Chœrilum eumque præstantissimum Poëtam, sub Archelao fuisse contendens: alterum vero, qui post sub Alexandro, de quo Horatius, [in quo & ἀκρισίαν notat, quod de optimo Poëta pessime judicarit] planè rejiciens. Humani quid passum Heroa illustrissimum, satis evincunt auctoritates, quas de diversis Chœrilis Horatiani interpretes adducunt: & quæ ex iis contra disputavit Heinsius lib. 2 de Satyrâ Horatiana. Sane de altero illo Chœrilo, inepto Poëta, & qui secutus Alexandrum Magnum est, disertè Plutarchus Alexandri vitâ, & Curtius lib. 8 cap. 5 n. 8 his verbis testatur: *Agis*, inquit, *pessimorum carminum post Chœrilum conditor, & ex Sicilia Cleo* &c. Quæ Horatium sane & ejus crisin facile absolvunt; ac verè duos Chœrilos prodidisse Gyraldum, adstruunt satis. Sed utrum Alexander pro versibus singulis Chœrilo singulos Philippeos numeraverit, quod ait Horatius; an lapsus memoriâ Poëta Alexandro ista tribuerit, quod Archelaum in altero fecisse legimus; eam nos litem non habemus discernere. Horatii versus isti sunt lib. 2 epist. 1 v. 232,

> *Gratus Alexandro Regi Magno fuit ille*
> *Chœrilus, incultis qui versibus & male natis*
> *Rettulit acceptos, regale numisma, Philippos.*

Ausonius ad Probum præfectum Prætorium epistola 17, *Cumque eo imitatus sim vesaniam Chœrili, tu ignoscas magnanimitate Alexandri.*

CHOEROGRYLLVS, i, χοιρογρύλλιος, nomen animalis, ein caninichen. Vulg. Interpr. Levit. 11 v. 5. Vide Dilherri Exerc. T. 1 Dispp. p. 97.

CHŎLĔRA, æ, χολέρα, humor naturalis, qui & *flava bilis* dicitur, cholerische feuchtigkeit, gallsucht. ¶ 2. Item morbus, cùm bilis largiter infusa in ventriculum erumpit per vomitus & inferiora. Hunc *morbum acutum* Celsus vocat lib. 2 cap. 14, ubi etiam *cholera laborare* dixit.

¶ Cholerĭcus, a, um, qui bile abundat, gallsüchtig. Cholerici sunt fervidi

vidi, præcipites, incauti, non ſatis diligentes, aperti, iracundi, ſed facile placabiles, mutabiles. *Tormina cholerica*, das bauchweh oder grimmen im leib. Plin. lib. 20 cap. 14.

CHŌLĬAMBVS, i, χωλίαμβος, verſus Jambicus claudicans, quem & *Scazonta* dicunt; Hoc eſt, qui in penultima Jambum, in ultima pro Jambo Spondeum habet. Quales ſunt iſti Martialis de Mamerco ad Aulum lib. 5 epigr. 29,

Vt bene loquatur ſentiatque Mamercus
Efficere nullis, Aule, moribus poſſis:
Pietate fratres Curtios licet vincas,
Quiete Nervas, comitate Ruſones, &c.

CHŌLOS, i, χωλὸς, lapis ex genere Smaragdorum, Plin. 37 c. 5.

CHŌMA, ătis, χῶμα, agger aquam coërcens, ein tham oder ſchutz, ſo das waſſer aufhält, extat hæc adpellatio apud Vlpian. Lege 10 de extraordinariis criminibus: *In Ægypto qui chomata rumpit, quibus nimirum Nili aquæ coërcentur.*

CHONDRILLA, æ, χονδρίλλη, ſive Condrillon, i, herba, cichorii ſilveſtris ſpecies, wegweiß oder wegwart. Plin. lib. 22 cap. 22. Vſus ejus eſt in acetariis, ein ſalat-kraut. Vide *Cichorium* & *Condrillon*.

CHONDRIS, is, χόνδρις, herba, Pſeudodictamnum, Plin. 25 cap. 8, & 26 cap. 8.

Choragium, Choraules, vide *Chorus*.

CHORDA, æ, χορδὴ, fides, eine ſaite. *Experiri chordas*, Stat. 1 Achil. v. 187, fühlen ob die ſaiten recht gezogen ſeyn, quod Ovidius 5 Metam. v. 339 dixit: *prætentat pollice chordas.*

Sic *intentæ chordæ*, Cic. 3 de Orat. cap. 57, geſpannete, aufgezogene ſaiten. *Impellere, pulſare chordas*, ſpielen; unde Ovid. 10 Metam. v. 145,

Vt ſatis impulſas tentavit pollice chordas.

¶ *Chordâ eâdem oberrare*, apud Horat. in arte eſt v. 356, cantilenam eandem canere; *& citharœdus*
Ridetur, chordâ qui ſemper oberrat eâdem.
immer bey einem lied bleiben. Eſt & illud proverbiale apud Plutarchum, *Chordas non movendas movere*, quod eſt, movere non neceſſaria, & quæ ſine periculo moveri minime poſſunt, ἐπιθυμία, inquit, κινοῦσα χορδὰς τὰς ἀκινήτους, hoc eſt, *Cupiditas chordas movens non movendas.* ¶ Inteſtina quoque *Chordæ* dicta ſunt; Vnde

¶ Chordapſus, i, χορδαψὸς, morbus inteſtinorum, die darmgicht, Celſ. 4 cap. 16.

¶ Tetrachordum, i, quatuor chordarum inſtrumentum, eine geige. *Diſſimiles ſunt tetrachordorum diſpoſitiones*, Vitruv. 5 cap. 4. Conf. Baldi Lex. Vitr. p. 127. A muſico inſtrumento ducta ſimilitudine Varro eleganter *anni tetrachordum* pro quatuor anni temporibus dixit: *Autumnitas in anni tetrachordo menſem prætererat.* vid. Nonius c. 2 n. 22. & Turneb. 29, 3.

¶ Pentachordum, i, inſtrumentum quinque habens chordas, eine paßgeige.

¶ Hexachordos, adjective, de canone muſico, &

¶ Octochordos, eodem compoſitionis genere dixit Vitruvius lib. 10 cap. 13.

¶ Decachordum, i, ein inſtrument von zehen ſaiten, in verſione Pſalmorum occurrit.

CHORDVS, a, um, ſive Cordus, a, um, ſpät, langſam. Dicitur de omnibus tarde & ſero naſcentibus; & quidem a χορίον, id eſt, *ſecundina*, ut indicat Varronis locus de re ruſt. 2 cap. 1. *Dicuntur agni chordi*, (ſpätlinge, ſpäte lämmer,) *qui poſt tempus naſcuntur, ac remanſerunt in volvis intimis. Vocant χορίον, a quo Chordi adpellati.* Conf. Plin. 8 c. 47, qui cum aliis ſine adſpiratione ſcribit. Idem 18 c. 28, & Columella 7 c. 3, ad gramina deferunt cum ſeritatis notione, dum *fœnum autumnale cordum vocari* docent. Sic & Feſtus: *Chorda frumenta, quæ ſero matureſcunt, ut fœnum chordum*: grummet, herbſt-heu. Itaque placet quibusdam, eſſe a χόρτος, quod pro fæno accipitur. Sed & *Olus cordum* dixit Columella 12 c. 13. ¶ Etiam hominibus ſero natis id nomen tributum eſſe, clare indicat Quintil. 1 c. 4. De *Cordo Cremutio* Suet. Aug. c. 35. De *Junio Cordo* Capitol. in Gordianis c. 12 & ſeqq. De *Mutio Cordo* Aur. Vict. vir. illuſt. c. 12.

CHŎRĒVS, i, χορεῖος, pes, qui & Trochæus, & Chorius, priori Syllaba longa & altera brevi conſtans. Vide Cic. Orat. 3 c. 8.

¶ Dichoreus, i, duo Chorei ſive Trochæi, ut - *v* - *v comprobavit*, graves efficientes clauſulas, ut Cicero indicat. Sonorius enim eſt, *patris dictum ſapiens temeritas filii comprobavit*, quam, *comprobavit filii temeritas.* Ex libro Rufini de metris comicis apud Priſcianum.

CHŎRĪAMBVS, i, ex Choreo & Jambo compoſitus æquè & adpellatus pes quatuor ſyllabarum, primâ longâ, duabus mediis brevibus, & ultimâ longâ conſtans: ut *filiolus* - *v v* - Hinc

¶ Choriambicus, a, um; In quo Choriambico carminis genere multus eſt Horatius, ut lib. 1 ode 1, od. 3, &c.

CHŎRIVM, i, χορίον, (al. χωρίον) Medicis vocatur non tantum ſecundina, die affter-geburt; ſed & membrana fœtum involvens, quod inſtar circuli eum ambiat. ¶ 2. *Choria æqua craſſitudine ſtructa*, apud Vitruv. 2 cap. 8, ſunt ordines lapidum ſive laterum æqualiter aſſurgentes.

CHŌRŎBĂTES, æ, χωροβάτης, regula aquaria eſt, aut libræ aquariæ genus, eine ſchnur, damit man das waſſer miſſet, oder waſſerwage, apud Vitruv. lib. 8 cap. 6, ubi accurate hoc inſtrumentum deſcribitur.

CHOROGRAPHIA, æ, χωρογραφία, deſcriptio regionis aut loci, ort- oder land-beſchreibung. Vitruv. lib. 8 cap. 2.

¶ Chorographus, i, ein land-beſchreiber. Vitruv. l. c.

Chors vel Cors, vide infra *Cohors*.

CHŎRVS, i, χορὸς, [ἀπὸ τῆς χαρᾶς Platoni 2 de LL.] propriè cœtus canentium, ſive ſaltantium, maxime in Sacris, ein chor, eine menge der ſingenden und tantzenden. Vid. Scalig. ad Euſeb. pag. 156. Nam apud veteres nullæ feſtivitates ac ceremoniæ celebratæ fuerunt citra choreas & ſaltationes, quod Lucianus de Saltatione monet. Apul. de Mundo: *Quod eſt in triremi gubernator, in curru rector, præcentor in choris, lex in urbe, dux in exercitu: hoc eſt in mundo Deus.* Virgil. Ecl. 6 v. 66,

Vtque viro Phœbi chorus aſſurrexerit omnis.

Sueton. Calig. c. 37, *inter choros & ſymphonias.* Horat. 4 od. 7, *ducere choros*, voran tantzen, den reihen führen. Plato tres fieri Choros præcipit, *Puerilem, Virilem & Senilem*; quod ex inſtituto Laconico ſumptum videtur. Lycurgus enim inſtituerat τριχόριον Lacedæmoniorum, ubi canebant

Senes: Ἄμμες πόκ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι.
Viri: Νῦν ἄμμες ἐσμέν, αἰ δὲ λῇς, αὐγάσδεο.
Pueri: Ἄμμες δέ γ' ἐσσόμεσθα πολλῷ κάῤῥονες.
S. *Nos aliquando eramus robuſti juvenes.*
V. *Nos nunc ſumus, ſi vis, fac periculum.*
P. *Nos verò erimus longe præſtantiores.*

Chorum canentium Budæus admonet vulgo *Capellam* vocari, eine cantorey. Manſit hinc nomen choro Muſico præfectis, ut dicantur, die capell-meiſter. ¶ Deinde & aliorum quorumvis cœtus ita adpellantur. Horat. lib. 2 epiſt. 2 v. 77,

Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit urbes.

Cic. pro Mur. cap. 24, *Catilina ſtipatus choro juventutis erat*, er hatte um ſich einen hauffen junges volcks. Sic *chorus virtutum*, apud eumdem in Offic. lib. 3 cap. 33, quem in epiſt. *familiam* videtur adpellare *virtutum*, die zuſammenkunfft der tugenden. Idem de finib. lib. 1 c. 8, *Epicurum pene è philoſophorum choro ſuſtuliſti*, aus der zunfft der Philoſophen. *In alieno choro pedem ponere*, proverbialiter dicitur à Plutarcho pro eo, quod eſt, alienis ſeſe negotiis admiſcere, ſich in fremde händel mengen. vide Chiliad. De choris in Comœdiâ uſurpatis Scalig. lib. 1 poët. cap. 9. ¶ Similiter & *Chorus* de ſtellis dicitur. Tibullus lib. 2 eleg. 1 extr.

Ludite, nam nox jungit equos, currumque ſequuntur
Martis laſcivo ſidera fulva choro.

Statius lib. 1 Achilleid. v. 643, *riſit chorus omnis ab alto*
Aſtrorum.

¶ Chŏrāgus, i, χορηγὸς: quod honeſtiſſimum nomen habebatur apud Græcos, iisque tribuebatur, qui ſumtus de ſuo ad ludos ſacros ſolebant præbere. Latinis *Choragus* dicitur, qui ſcenicis hiſtrionibus ornamenta agendæ fabulæ neceſſaria, vel accepta ab Ædilibus, vel de ſua copia conductus præbet, der die comödienſpieler auskleidet. Plautus Perſa act. 1 ſc. 3 v. 78,

TO. *Ornatam adduce lepide in peregrinum modum.*
SA. *Sed πόθεν ornamenta?* TO. *abſque chorago ſumito:*
Dare debet: præbenda Ædiles locaverant.

Idem Trinummo act. 4 ſc. 2 v. 16,

Ipſe ornamenta à chorago hæc ſumſit ſuo periculo.

Vetus Poëta apud Sueton. Auguſto c. 70 de Cœna ejus δωδεκαθέῳ:

Cum primùm iſtorum conduxit menſa choragum.

¶ 2. Dux chori, ein vortäntzer, tantz-capell-meiſter.

¶ Chŏrāgium, i, ipſe adparatus ſeu inſtrumentum ſcenicum, rüſtung zum ſchauſpiel. Plinius lib. 36 cap. 15 de Scauri Theatro loquens: *Sed & reliquus adparatus tantus Attalica veſte cæteroque choragio fuit*, &c. Apulejus Apologiâ: *Quid enim ſi choragium Thymelicum poſſiderem, num ex eo argumentarere, etiam uti me conſueſſe Tragœdi ſyrmate hiſtrionis: crotalove ad trieterica Orgia aut Mimi centunculo.* Elegantiſſime auctor Rhetor. ad Herennium lib. 4 cap. 50, in Charactere oſtentatoris: *Ei dicit in aurem, aut ut domi lectuli ſternantur, aut ab avunculo rogetur Æthiops, qui ad balneas veniat, Aſturconi locus ante oſtium ſuum detur, aut aliquod fragile falſæ choragium gloriæ comparetur.* ¶ 2. *Choragium* etiam dicebatur locus in theatro ex ipſa re, quod ibi choragium ſcenicum, id eſt, veſtes ac cætera, quæ inſtruendæ ſcenæ inſerviebant, cuſtodiebantur. Vitruvius lib. 5 cap. 9, *Choragiaque laxamentum habeant ad chorum parandum*, &c.

¶ Choraliſtria, æ, eine ſängerin, täntzerin. Sic Phillis amica ob canendi & ſaltandi in choris peritiam vocatur Propert. 4 eleg. 9 v. 11. Sed alii legunt *Crotaliſtria*, de qua infra in *Crotalum*.

¶ Chŏraules, æ, χοραύλης, ein ſpielmann, proprie qui cum choro tibiâ concinebat: cum in conviviis, tum in ſcena. Martial. lib. 5 epigr. 57,

Artes diſcere vult pecunioſas?
Fac, diſcat citharœdus, aut choraules.

Et lib. 9 epigr. 78, *Quod optimum ſit, quæritis, convivium?*
In quod choraules non venit.

Hyginus Fab. 273, *His quoque ludis Pythaules, qui Pythia cantaverat, ſeptem habuit palliatos, qui voce cantaverunt: unde poſtea appellatus eſt* CHORAVLES. ¶ Item, qui ad tibias ſaltabat. Quo ſenſu Petronius: *Manu puer loquaci*
Ægyptius Choraules.

Vide Salmaſium ad Vopiſci Carinum cap. 19, & Scalig. ad Euſeb. plura p. 156. ¶ Choraula dixit terminatione latina Apul. lib. 8, *Erat quidam juvenis ſatis corpulentus, choraula doctiſſimus, collatitiâ ſtipe de menſa paratus, cornu canens.* Beroald. Commentario pag. 723 pro ſexto caſu habet, interpretatur artem tibiciniam, quam *Tibicinium* vocabulo oppido eleganti adpellavit Apulejus in Flor. lib. 1. Ab eodem Apulejo c. l. Floridorum *choraulæ* (caſtigatiores editiones legunt hîc *ceraulæ*) *monumentarii* dicti ſunt tibicines, qui ad ſepulcra jam ſitos, hoc eſt, defunctos canebant; quales priſci *ſiticines* vocant apud Gell. lib. 20 cap. 2.

¶ Chŏrēa, æ, Χορεία, convivii appendix, quemadmodum dixit Hom. Odyſſ. α. v. 152, ἀνάθημα δαιτὸς, ſaltatio, ein tantz. Ovidius 8 Metam. v. 581, *feſtas duxere choreas.*

At Virgilius 6 Æneid. v. 644 correpta penultima:

Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.

quod Horatio lib. 1 od. 4 eſt *choros ducere*, tantzen. ¶ Non ineleganter Varro Marcipore apud Nonium, *chorearum* vocabulum ad ſtellas tranſtulit, quæ certâ lege atque ad numerum veluti decurrunt, cùm tempeſtatem deſcriberet:

Repente noctis circiter meridiem,
Cum pictus aër fervidis late ignibus
Cæli choreas aſtricas oſtenderet, &c.

Idem Manilius lib. 1 v. 69,

Et quinque averso luctantia sidera mundo
Exercent varias naturæ lege choreas.

Similiter & *Chorus*, de quo supra, de iis dicitur.

¶ Chŏréus sive Chorius, & Choriambus, vide paullo ante seorsim.

¶ Chŏreuma, ătis, χόρευμα, canticum, quod a choro canitur & saltatur, ein tantz-lied, apud Platonem & Eurip. in Phœnissis.

¶ Choreutes, æ, χορευτὴς, ein täntzer. Petronius: *Manu puer loquaci Ægyptius Choreutes.*

¶ Chorocitharista, æ, ein spielmann, harffenist, qui in choro cithara canit. Exstat apud Sueton. Domitiano c. 4. vide infra *Cithara.*

¶ Chorodidascalus, i, χοροδιδάσκαλος, magister chori, ein tantz- oder capell-meister.

¶ Chorostătes, æ, χοροστάτης, idem.

CHOSROES, is, χοσρόης, Nomen aliquot, aut forte omnium cognomen Regum Persarum, qui ab Artaxerxe duxerunt genus, & nonnullorum Parthorum ante fuit, ut Casaubonus ad Capitolini Alexandrum observat. Vide, quæ Onuphrius Panvinius Comment. 3 Reip. Romanæ de Parthico Persicoque Imperio, eorumque regibus, digessit. Scribitur & *Osroes* & *Cosdroes*: sed primam *Ch* non de nihilo esse, in Histor. Antiqua Tab. Reg. Parth. probavit Cellarius.

CHRĔMES, ĕtis, χρέμης, persona senilis apud Terentium, & rustica, à χρέμπτεσθαι, quod est *exscreare.* Horat. in art. poët. v. 94,

Iratusque Chremes tumido delitigat ore.

Et lib. 1 serm. satyr. 10 v. 40,

Argutâ meretrice potes, Davoque Chremeta
Eludente senem, &c. Conf. Epod. 1 v. 33.

CHRESTŎLŎGUS, i, χρηστολόγος, verbis munificus, qui bene loquitur, & male facit, der es gut vorgiebt, da nichts hinter, Capitol. de Pertinace c. 13.

CHRESTON, i, herba, *cichorium* est Plin. lib. 20 cap. 8 species intybi, sed silvestris, hindleufft, wegwart, sonnenwirbel; vide *Seris.*

CHRĪA, æ, χρεία, dictum breve & opportunum cum auctoris allegatione: ut, Ἰσοκράτης τῆς παιδείας τὴν ῥίζαν πικρὰν ἔφη, γλυκεῖς δὲ τοὺς καρπούς, Id est, *Isocrates dixit, Radicem disciplinæ amaram esse, fructus verò ejus dulces.* Apud Xenophontem Crœsus inquit, τέχναι πηγαὶ τῶν καλῶν, *Artes fontes sunt honorum.* Demosthenes dixit, πόλεως ψυχὴν εἶναι τοὺς νόμους, *Civitatis animam esse leges.* Sententia, γνώμη, idem omnino, quod chria est, sed sine auctoris allegatione; ut, *Altius erectum gravius cadit omne superbum.* Vide Quintilianum lib. 1 cap. 14, ut & Theonem atque Aphthonium in Progymnasmatis: itemque Scalig. Comment. in Varronem. Habes & de iisdem apud Paullum Leopardum lib. 3 Emendat. cap. 7 & 9.

CHRISMA, ătis, χρίσμα, unctio, unguentum, salbung, salb-öl. Isidorus Orig. 6 c. 19, & 7 c. 2. *Christus dicitur a chrismate, quod est unctio,* Tertull. de Bapt. c. 7.

CHRISTUS, i, Χριστὸς, unctus, Dei Filius, & orbis Salvator, à χρίω, *ungo*, adpellatus: quod nescientes pagani perperam *Chrestus* pronunciarunt, quasi à χρηστὸς, *benignus, commodus, utilis.* Vide Sueton. Claud. cap. 25, & ex nostris errorem notantibus Tertullianum Apologet. c. 3, & Lactantium lib. 4 cap. 7.

¶ Christianus, i, ein Christ. Christiani dicti sunt discipuli, & auditores Apostolorum primum Antiochiæ Act. 11, 26, postea ubique, sumpta adpellatione a Capite & Domino eorum Christo, tamquam *uncti* ab *uncto.* Romanis dicebantur *Galilæi*, & *Nazaræi*, itemque *Judæi*, & per inscitiam *Chrestiani*, Lips. ad lib. 15 Ann. Tacit. p. 230. *Crucicolæ* quoque adpellati, quod Christum crucifixum colebant. Elmenhorst. ad Arnob. p. 31.

¶ Christianus, a, um, christlich. Hieronymus de optimo genere interpretandi ad Pammachium epistola 101 cap. 5, *Vir omnium nobilium christianissime, & christianissimorum nobilissime.* Et Ambrosius ad Valentinianum 2 epist. 30, *Imperator christianissime:* etiam epist. 26 pr. ad Gratianum.

¶ Christiane, adverb. Augustinus epist. 89, *Domos suas & familias christiane regunt*, christlich.

¶ Christianismus, i, das christenthum. Tertullianus lib. 4 adv. Marc. cap. 33, *Joannes constitutus inter vetera & nova, ad quem desineret Judaismus: & a quo inciperet Christianismus.* Et lib. 5 c. 4 opponit *Christianismi generositatem*, & *Judaismi servitutem.* Græco χριστιανισμὸς usus est Socrates lib. 1 Hist. Eccles. cap. 19, [ed. Rob. Steph.] ὁ χριστιανισμὸς ἐπλατύνετο; & sub finem capitis: κήρυξ τοῦ χριστιανισμοῦ γίνεται. Hoc autem nomen a verbo χριστιανίζειν est, quo non modo Christiani usi sunt, ut Sozomenus lib. 2 H. E. cap. 3 &c. sed Zosimus etiam, paganus homo, lib. 5 cap. 19 n. 8 dixit οἱ σφόδρα χριστιανίζοντες, *religiosi Christiani.*

¶ Christianitas, atis, idem. Lege 129 pr. Cod. Theod. de Decurionibus: *Christianitatis obtentu curialium se consortio separarunt.*

¶ Christianizo, are, sich als ein Christ erweisen. Tertull. 1 adv. Marc. cap. 21.

¶ Christĭcŏla, æ, Christi cultor, ein Christ. Prudentius sæpe: e. g. Cathem. 8 extremo: *cibus obsecrantum Christicolarum.*

¶ Christicŏlus, i, idem alia forma. Venantius Fortunatus lib. 2 carm. 9, (al. 8.) *Et pia Christicoli semina ferret agri.*

Alii legunt *Christicolis agris.*

¶ Christigĕnus, a, um; Prudent. Hamartig. v. 787 de Ruth,

Christigenam fœcunda domum, Davidica regna,
Edidit.

¶ Christipŏtens, tis, Prudentius 2 adv. Symmach. v. 709, *Christipotens juvenis.*

¶ Antichristus, i, ein widerchrist. Tertull. de Præscript. cap. 4, *Qui antichristi sunt, nisi Christi rebelles.* Lactant. de Mort. Persec. cap. 2 n. 8, *Antichristi præcedat adventum.*

¶ Pseudochristus, i, ein falscher Christ. Tertull. 3 adv. Marc. cap. 3, *Fides apud Pseudochristos facillima.*

CHRŌMA, ătis, χρῶμα, plur. Chromata, colores, farben. ¶ 2. Chroma genus est modulationis Vitruvio 5 c. 4. vide Baldi Lex. Vitruv. p. 27. Turneb. 19 c. 30. Rhodig. 5 c. 22.

¶ Chromatiarius, i; Vetus interpres Persii satyr. 4 v. 18, *Curata*, inquit, [cuticula] *a Chromatiariis. Nam Chromatiarii dicuntur colorarii, vel qui tota die in arena sunt, vel in sole. Antiqui enim ungebant se, & in sole erant, ut oleum corpus imbiberet.* Adde Meursii Critic. Arnob. lib. 1 cap. 4.

¶ Chromaticus, a, um, coloratus. Isidoro Orig. 10 in C. *Chromaticus, qui non confunditur, nec colorem mutat. Chromaticum melos* describit Rhodig. 5 c. 22.

¶ Chromatice, es, id est, chromaticum genus symphoniæ diversæ, describitur a Vitruvio 5 c. 5.

¶ Monochromăta, plur. μονοχρώματα, picturæ dicuntur unius coloris, gemählde von einerley farben, Plin. lib. 35 c. 8.

¶ Monochromatea, genera picturæ, adject. ibidem.

CHROMBUS, i, piscis Plinio lib. 22 cap. 11. ¶ Alius rursus Chromis eidem ibidem. Piscis est litoralis melanuro similis. Gesn.

CHRŎNOS, χρόνος, tempus, πάντ' ἀνακαλύπτων ὁ χρόνος πρὸς φῶς φέρει. Id est, *Omnia aperiens in lucem tempus profert*, es wird nichts so klein gesponnen, &c.

¶ Chrŏnica, orum, Plural. zeit- oder geschicht-bücher. Plin. 35 cap. 9 pr. *chronicorum errore non dubio.* Sing. *Chronicon* Isidor. 6 c. 1.

¶ Chronicus, a, um; ut, *Libri Chronici*, qui temporum historias continent, apud Gellium lib. 15 cap. 16 pr. & lib. 17 cap. 21. *Excerpebamus ex libris, qui chronici adpellantur.* ¶ *Chronici morbi* dicuntur diuturni, langwirige seuchen, græce χρόνια. vid. Isidor. Orig. 4 c. 5 seqq.

¶ Chrŏnŏdistĭchon, i, dicuntur duo versiculi, quorum litteris numerum significantibus exprimitur tempus sive annus. Si id fit uno versiculo aut una voce, dicitur *Chronostichon.*

¶ Chronologia, æ, descriptio temporum, die zeit-rechnung.

¶ Chronolŏgus, i, temporum vel annalium scriptor, qui rationes novit, quando gesta sit res quæque: Dicitur etiam *Chronogrăphus*, ein zeit-rechner.

CHRȲSAEĔTUS, i, χρυσάετος, genus aquilæ. vid. Casp. Schotti Phys. Curios. 9 c. 2.

CHRYSĂLIS, ĭdis, vermis ab Aristotele dictus ξυλετρόφος, ut indicat Sipontinus, holtzwurm, quamquam is ξυλόφθορος dicitur, quod lingua arrodat & corrumpat. Sed

¶ Chrysalus, i, servus Plautinus in Bacchid. qui herum auro emunxit. Aurelius latine dicendus esset, sicuti Chrysalis Aurelia ab auri colore. vid. Turneb. Advers. 30 c. 38.

CHRYSANTHĔMUM, i, χρυσάνθεμον, herba est tenera, fruticosa, leves proferens caules & folia multifida, flores luteos: Ejus caules manduntur olerum modo: non est Buphthalmus Matthiol. ex Dioscor. Römische camillen. Hadrian. Plin. 26 c. 8.

Chrysaspides, vide *Chrysoaspides.*

CHRȲSE, es, χρύση, insula extra ostia Indi Plinio est, & urbs Apollinis prope Lemnum. Ovid. 13 Metamorph. v. 174,

Me Tenedon, Chrysenque, & Cyllan Apollinis urbes,
Et Syron cepisse, &c.

¶ Sunt & plures Chrysæ, cum ab auro & argento multa loca acceperint nomina. Sic alia in Hellesponto ad Abydum, alia in Æolide. vide & mox *Chrysopolis.*

CHRȲSENDĔTA, orum, quæ auro ligantur; vasa sunt ex auro illigata, quæ torques habent ex auro nexiles. Vide Salmas. in Histor. August. ad Trebell. Claud. c. 15. Martial. lib. 11 epigr. 30,

Accipe vina, domum, pueros, chrysendeta, mensas.

CHRȲSERMUS, i, Corinthius, Historicus, cujus auctoritate sæpe utitur Plutarchus. Alius esse videtur, de quo loquitur Plinius 22 c. 22. vid. Voss. de Hist. gr. 3 p. 262.

CHRȲSES, æ, χρύσης, sacerdos Apollinis apud Homerum lib. 1 Iliad.

¶ Chrȳsēis, ĭdis, long. penult. patronym. ibidem, Chrysæ filia. Ovid. 2 Rem. Am. v. 73, *Marte suo captam Chryseida victor amabat.*

CHRȲSĔUS, a, um, aureus, gülden: ut, *Chalcea donanti Chrysea dare*, Martial. 9 epigr. 96.

CHRȲSIPPUS, i, χρύσιππος, Philosophus Asianus fuit Solensis, aut secundum alios Tarsensis, in Dialectica clarissimus, Cleanthis discipulus, & post eum scholæ Stoicorum princeps: de quo vetustas etiam hunc Homeri versum retulit:

Οἶος πέπνυται, λοιποὶ σκιαὶ ἀΐσσουσι, hoc est,
Hic solus sapit, ast alii veluti umbra feruntur.

Horatius 2 Serm. satyr. 3 v. 43,

Quem mala stultitia, & quemcunque inscitia veri
Cæcum agit, insanum Chrysippi porticus & grex
Autumat. Conf. lib. 1 epist. 2 v. 4.

Quintil. lib. 1 cap. 1, *Sapientes nutrices optabat Chrysippus.* Et cap. 3, *Cædi discipulos non improbat Chrysippus.* Persius sat. 6 extrema:

Inventus, Chrysippe, tui finitor acervi.

Quod proverbii specie de ἀδυνάτῳ elegantissimâ brevitate dicitur. Sensus enim est: *tam difficile est avaritiæ tuæ modum statuere;* quam difficile Chrysippo Soritis finem invenire, hoc est, *ubi resistendum sit, definire. Soritem* enim acervum vocat Poëta, cujus nullum finem Chrysippus invenire potuit. Vide Casaubonum ad eum locum, & Beroald. Annotat. Appendice cap. 9 tom. 1 Thes. Crit. pag. 317. Idem Historicus fuit: quippe qui *de antiquis Physicis* etiam opus scripsit, ut Laërtius testatur, Chrysippi *de rebus Italicis* quoque libros Plutarchus citat in Parallelis: quos cur Solensi (fuere enim & alii Chrysippi, ut ex Diogene Laërtio constare potest) minus tribuamus, caussa non est. Eum enim *in omni historia curiosum* fuisse, Cic. testatur 1 Tuscul. Q. cap. 40. Vixit annos 73. Vitâ defunctus est Olympiade 143. Chrysippum Carneades per παρονομασίαν dixit κρύψιππον, quia statua ejus in Ceramico ob vicinam equitis statuam vix conspicua foret. Voss. l. 5 Institut. Orat. p. 322.

CHRYSĪTES, æ, χρυσίτης, gemma Plinio lib. 37 cap. 10. Sed

¶ Chrysitis, is, χρυσῖτις, auri spuma est, gold-schaum, Plin. lib. 33 c. 6. ¶ 2. Et herba, quæ alio nomine Chrysocome à Plinio lib. 21 cap. 8 dicitur, ab aurei coloris corymbis in summis caulibus: pulegium montanum vocant.

CHRYSOASPIDES, um, χρυσοάσπιδες, ſive Chryſaſpides, milites aureis armis & clypeis ornati. Imp. Alexander Severus Alexandrum Macedonem imitaturus, imò ſuperaturus, *fecerat ſibi argyroaſpidas & chryſoaſpidas*, Lamprid. in vita c. 50. Tale quid jam priſcis reip. Rom. temporibus factum tradit Livius 9 c. 40. conf. Alex. ab Alex. 6 cap. 22.

Chryſoberyllus, vide *Beryllus*.

CHRYSŎCOLLA, æ, χρυσοκόλλα, berggrün, ſchifergrün. Chryſocolla factitia auri glutinum eſt, quod vulgo Borras dicitur, damit man das gold lòthet. Plin. lib. 33 cap. 5, *Chryſocollam aurifices ſibi vindicant agglutinando auro; & inde omnes appellatam utentes dicunt.* Κολλᾶν glutinare eſt. Addit ibidem, Neronem in ſolenni aurigatione *Circi arenam chryſocolla ſtraviſſe*. ¶ 2. Eſt & gemmæ Indicæ nomen apud eundem lib. 37 cap. 10.

CHRYSŎCŌME, es, herba, vide in *Chryſitis*, paullo ante.

¶ Chryſocŏmus, i, ut Latinorum *Auricomus*, der gold-gelb haar hat. Heſiodus Theogon. v. 947 Χρυσοκόμης format, epitheton Bacchi.

CHRYSŎGŎNVM, i, χρυσόγονον, herba eſt Dioſcoridi lib. 4 denſe fruticans, quernis foliis, flore verbaſci, ſed quam incompertam ſibi eſſe affirmat Matthiol.

¶ Chrȳsŏgŏnus, i, Cantoris Comici nomen apud Juvenal. Satyr. 6 v. 74,

> *Sunt, quæ*
> *Chryſogonum cantare vetent, Hiſpulla tragœdo*
> *Gaudet*, &c.

¶ 2. Fuit hoc nomine & Syllæ quidam Libertus, qui Erucio in accuſando Roſcio Amerino ſocius fuit: de quo Cicero Oratione pro Roſcio Amerino.

CHRYSOGRĂPHVS, & Chryſographātus, a, um, χρυσογράφος, auro pictus; ut, *Scuta Chryſographata*, i. e. inaurata vel aureis literis inſcripta, Trebell. Claud. c. 14.

CHRYSŎLĂCHĂNON, i, χρυσολάχανον, herba eadem cum atriplice Dioſcoridi, melden; Lactucæ ſimilis Plinio 27 cap. 8.

CHRYSOLAMPIS, is, gemma Æthiopica, interdiu pallens, noctu igneo colore lucens, Plin. lib. 37 cap. 10, quæ & Topacius dicitur, ein topaß. Agricola, & Solin. num. 655.

CHRYSOLECTRVM, i, gemma in colorem electri declinans. Plin. ibid. c. 10.

CHRȲSŎLĪTHVS, i, χρυσόλιθος. Plin. ibidem cap. 9, *Hiacinthos Æthiopia mittit, chryſolithos, aureo colore translucentes*; ein chryſolith. Ovid. lib. 2 Metam. in deſcriptione currus ſolaris v. 109,

> *Per juga cryſolithi poſitæque ex ordine gemmæ.*

CHRYSŎLŌRAS, æ; Manuel Chryſoloras literas græcas ante annos ducentos amplius in Italiam reduxit, veluti hoc epitaphium ſcriptum ab Ænea Silvio indicat:

> *Ille ego, qui Latium priſcas imitarier artes*
> *Exploſis docui ſermonum ambagibus, & qui*
> *Eloquium magni Demoſthenis & Ciceronis*
> *In lucem retuli Chryſoloras, nomine notus,*
> *Hic ſum poſt vitam, & peregrina in ſede quieſco,*
> *Huc me concilii deduxit cura, trium dum*
> *Pontificum Eccleſiam vexaret ſæva tyrannis.*
> *Roma meos genuit majores, me bona tellus*
> *Biſantina colit, cinerem Conſtantia ſervat.*
> *Quo moriare loco, nil refert, undique cælum*
> *Pœnarumque domus menſura diſtat eâdem.*

Adde Lambecium tom. 6 Biblioth. Vindeb. p. 276.

CHRYSOMALLVS, i, χρυσόμαλλος, aries fabuloſus, cui aureum fuit vellus. Ita divitem indoctum appellavit Diogenes. Vide in Chiliad. *Ovis* χρυσόμαλλος.

CHRYSOMĒLA, orum, χρυσόμηλα, mala aurea, Armeniaca, pomerantzen, vel quitten. Vel malum cotoneum. Hinc Adjectivum

¶ Chryſomelianus, a, um, Columella inter alia malorum genera laudat *mala chriſomeliana* lib. 5 cap. 10 ſub fin.

CHRYSOPHIS, is, gemma auro ſimilis, Plin. 37 c. 10.

CHRYSŎPHRȲS, ys, χρυσόφρυς, piſcis genus, apud Ovidium Halieut. v. 110,

> *pictæ mormyres, & auri*
> *Chryſophrys imitata decus.*

Geſnero Aurata, gold-braſme.

CHRYSOPLYSIVM, i, χρυσοπλύσιον, officina, in qua lavatur aurum, eine gold-wäſche.

¶ Chryſoplytes, artifex lavans aurum, der das gold wäſcht oder ſcheidet: à πλύνω, lavo.

CHRYSOPOLIS, is, oppidum eſt Bithyniæ, prope Chalcedonem, ita appellatum, quod ſub Perſarum imperio ibi aurum ex tributis civitatum colligeretur. Steph. Byzant. & Plin. lib. 5 extremo.

CHRYSOPRĂSVS, i, gemma eſt aurei coloris in pallidum exeuntis, *Chryſoptero* ſimilis, ſpecies ſcilicet topacii, Agricol. Nomen factum eſt à πράσον, porrum, quaſi ex auri & porri colore fulgur miſſus. Budæus *Chryſolithum*, Chryſopraſum dici putat; ein chryſopraß. v. Solin. num. 935. Plin. 37 c. 5, 8 & 10.

CHRYSOPTĔRVS, i, χρυσόπτερος, gemma ex genere topacii, Plin. 37, 10.

CHRYSORRHŎAS, æ, à χρυσὸς, *aurum*, & ῥέω, *fluo*, nomen commune quatuor fluviis aurum ferentibus, quorum primus in Bithynia eſt, (Plin. 5 c. 32) ſecundus in Lydia, non procul à Tmolo & Pactolo, tertius in regione Temiſcyra, quartus in Decapolitanâ regione Syriæ, Agricol. *Chryſorrhoas*, ein goldbach. Quo nomine etiam *Pactolum* dictum Plinius ſcripſit lib. 5 cap. 29.

CHRȲSOS, i, aurum, moneta aurea. Plaut. Bacch. 2, 3 v. 6, *Opus eſt chryſo Chryſalo.* ¶ 2. Chryſos, piſcis genus Plinio aurei coloris lib. 32 cap. 11, quod apud Ovidium unum lectum teſtatur. *Adjiciemus*, inquit, *ab Ovidio poſita nomina, quæ apud neminem alium reperiuntur: ſed fortasſis in Ponto reperiuntur - - pictas mormyras aureique coloris chryſon.* Chryſophryn ergo notat, quem Ovidius cum mormyribus loco paullo ante dicto conjunxerat. Similis piſcis capitur hodie in Viadro, quem Oderam vulgus vocat, piſcium genus, quod goldfiſch dicunt. *Chryſones* fortaſſe à præſtantia, quicunque ſint tandem piſces, nuncupari videntur.

CHRYSOSTŎMVS, i, χρυσόστομος, os habens aureum. Quod cognomen tributum fuit Joanni Epiſcopo Conſtantinopolitano ſub Arcadio. Obiit is anno Chriſti 412. Libri ejus multa habent, quæ ad pietatem Chriſtianam, & mores formandos pertinent. Cujusmodi & illud eſt, βέλτιον ἀγνοεῖν καλῶς, ἢ μανθάνειν κακῶς. *Satius eſt bene ignorare, quam diſcere male.*

CHRYSŎTHĂLES, is, χρυσοθαλὴς, herba Plin. 25 c. 13.

CHRYSVLCA, æ, Medicis eſt aqua Stygia ſolvendo auro deſtinata, ſcheidewaſſer.

CHVS, ſive Choa, χοῦς à χέειν, fundere, genus fuit menſuræ humidorum apud Atticos, continens ſex ſextarios ſeu congium, ein drey kannen maß. Fannius de ponder. & menſ. v. 70,

> *Adde duos* (ſextarios,) *Chus fit, vulgo qui congius idem.*

Et ita Budæus. Alii ſextariis quatuor æſtimant. Prov. *In triclinio choa, in cubiculo nola*, Quintil. 8 c. 6.

CHVTRA, æ, ſive chytra & chytron, χύτρα, olla, χύτρας φιλία, *ollæ amicitia*, tiſch-freundſchafft, küchen-freundſchafft. Item: ζῇ χύτρα, ζῇ φιλία, *fervet olla, vivit amicitia*, proverbiale eſt, de amicis patinam ſectantibus. Vide Chiliad.

¶ Chytrŏpus, pŏdis, inſtrumentum ferreum, cui olla imponitur, ein dreyfuß. ¶ 2. ſeu olla ipſa. Vide adag. in Chiliad. *Ne à chytropode cibum nondum ſacrificatum rapias*, id eſt, ne irreligioſè pecudum ritu ad cibum capiendum irruas.

CHȲLVS, i, ὁ χυλὸς, in genere eſt ſuccus ſive humor expreſſus vel exſudans, ausgedruckter ſafft; ut, *chylus ptiſanæ*, gerſten-ſafft, apud Hippocratem; *Chylus uvæ*, trauben-ſafft, apud Dioſcor. l. 5. Peculiariter autem Chylus Medicis eſt ſuccus in ventriculo ex coctione ciborum elaboratus, qui & *Chymus* dici ſolet, ubi ad hepar delatus ad naturam ſanguinis propius accedit, & in venas diſtributus vertitur in alimentum totius corporis. Hinc

¶ Chylificatio, onis, χυλοποίησις, converſio cibi in ſuccum, colatæ ptiſanæ cremori ſimilem; de qua Medici.

CHYMĪA, χυμεία, (quod interpolarunt Arabes poſtea, & addito ſuo *Al*, *Alchymiam* fecerunt,) ars eſt ſolvendi metalla & alias res in pulveres liquoreſque, & medicinas puriſſimas, à χύω, *fundo*, ſic appellata, ut vulgo creditur. Sed cum Scriptores Græci, qui de hac arte tradiderunt, itemque Suidas, non χυμείαν, ſed χημείαν ſcribant, aliunde origo vocis petenda eſt: quam à Chime, ſeu Chame quodam ducit Salmaſius Exercit. Plin. p. 772. Pro diverſa derivatione varie etiam ſcribitur, *Chymia*, *Chimia*, *Chemia*: quæ varietates defendi poſſunt. conf. Voſſ. Etymol. p. 17. Eam artem veteribus quoque cognitam, Gvillandinus tradidit Comment. de Papyro, Membro 6. Sed negat Scaliger Commentar. Manilianis. Si tam vetuſta non eſt, quam volunt Chymici, non tam recens tamen eadem eſt, quam putant nonnulli.

¶ Chymicus, a, um, adject. ut, *Ars Chymica*. Subſtantive Chymicus, Chimicus ſive Chemicus vocatur artifex Chymiæ; item

¶ Chymiſta, æ, qui artem eam exercet. Conf. Voet. diſp. Theol. part. 1 p. 678, 683.

¶ Alchymia, vide ſupra in A.

Chytra, Chytropus, vide *Chutra*.

Cibarius, Cibo, vide *Cibus*.

CĪBŌRIVM, i, κιβώριον, fructus fabæ Ægyptiacæ, (nam & Ægyptium nomen eſſe Heſychius teſtatur,) ut Nicander in Georgicis apud Athenæum initio lib. 3 Deipnoſoph. auctor eſt. ¶ 2. Et poculi genus in ſpeciem ciboriorum procul dubio factum; de quo idem Heſychius atque Athenæus, ein pocal, becher. Horatius lib. 2 ode 7 v. 21,

> *Oblivioſo levia Maſſico*
> *Ciboria exple.*

Ad quem locum Vetus Scholiaſtes: *CIBORIA*, inquit, *ſunt Alexandrina poma, quæ habent ſimilia colocaſiis folia: in quorum ſimilitudinem facta pocula eodem nomine appellantur. CIBORIA etiam ſunt vaſa, in quibus navigantes ſoliti ſunt ferre cibos ſuos.* Hæc ille. Sed hæc *Ciboria*, pocula, non tantùm ad ſimilitudinem ciboriorum Ægyptiacæ fabæ; ſed & ex ipſis *Ciboriis* illis fieri potuerunt. De receptaculis ciborum, quod addit: dicta itidem a ſimilitudine fuerunt *Ciboria*. *Ciboria* quippe ſive nuclei Colocaſiæ, ſeu calices multis diſtincti loculamentis ſive cellulis erant, in quibus grana fabæ continebantur: unde Dioſcorides *ciboria*, quaſi κιβώτια, id eſt, arculas ſeu capſas, interpretatur. Quod ex effigie patet, quam ex Græcia Salmaſius dedit Exercitat. Plinianis p. 925.

CĪBVS, i, alimentum, τροφὴ, βρῶμα, ſpeiſe. Cic. de Senect. cap. 11, *Tantum cibi & potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur.* Quintil. lib. 2 c. 10, *Idonei conſervandis viribus cibi ſunt.* Et rurſus Cicero de Finib. lib. 2 cap. 20, *Epicurus utebatur eo cibo, qui & ſuaviſſimus eſſet, & facillimus ad concoquendum*, liebliche und verdauliche ſpeiſe. Idem de Divinat. lib. 1 c. 29, *Nunc omnia cibo & vino perturbata & confuſa cernimus.* Plin. lib. 11 cap. 53, *Homini cibus utiliſſimus, ſimplex eſt.* Seneca epiſt. 2, *Non prodeſt cibus, nec corpori accedit, qui ſtatim ſumtus emittitur.* Idem epiſt. 8, *Cibus famem ſedet. Cibis non tantum vilibus uti, ſed tetris & horridis*, ſchlecht und ſchlimm eſſen haben, Idem epiſt. 5. *Cibum capere*, ſpeiſen, Ter. Eun. a. 2 ſc. 3 v. 76. *Cibum deducere*, das futter entziehen, halb ſatt zu eſſen geben, Terent. ibid. v. 23. Idem act. 3 ſc. 2 v. 38, *Cibum è flamma petere*, hoc eſt, cibi cauſſa quidvis facere & pati, üm des mauls willen durch ein feuer lauffen. *Cibo ſuo ſervire*, bey eigner koſt knecht ſeyn, apud Plautum in Rudente a. 1 ſc. 5 v. 25. Huic opponitur *alienus*, qui alterius ſumtu præbetur. Ter. Eunucho act. 2 ſc. 2 v. 34,

> *Viden' otium, & cibus quid faciat alienus.*

Vbi tamen alii ex antiquis libris malunt *oſſum* pro *otium* legere: quod Veteres Latini pro *os*, *oſſis*, dicebant: de quo Petrus Victorius lib. 7 Var. Lect. cap. 12. Acute & pereleganter Carolus Langius ex eo *os ſum*, pro *os ſuum* ibi malebat legi. Antiqui enim pro *ſuum*, *ſuam*, *ſuis*, dicebant, *ſum*, *ſam*, *ſis*. Et vero Gnathones iſti alieno cibo, ſive ut alius

alius Poëta loquitur, *alienâ quadrâ victitantes* nihil de proprio ad mensam, præter os & ventrem afferunt. Estque ἀντίθετον elegans: *os suum & alienus cibus.* *CIBVS firmus, solidus*, qui & *fortis*, & *validus*, adpellatur: grobe, starcke speise, quales sunt *carnes*, atque imprimis *bubulæ.* Contrarius est *levis*, *infirmus*; *ex infirmâ materiâ*: speise, die leicht zu verdauen. *Cibus acer*, scharffe speise: *Cibus lenis*, gelinde speise, qualis sorbitio ex ptisana est. Vid. Celsus lib. 2 cap. 18. *Cibus crudus*, unverdauliche speise, sicut Juvenalis Satyr. 1 v. 143 *crudum pavonem* dixit. Exempla singulorum cùm apud alios, tum apud Celsum passim exstant. Seneca de Tranquillitate animi cap. 1, *Placet cibus, quem nec parent familiæ, nec spectent: non ante multos paratus dies, nec multorum manibus ministratus: sed parabilis facilisque, nihilque habens accersiti pretiosive, ubilibet non defuturus, nec patrimonio gravis, nec corpori, nec rediturus, qua intraverat. Mendicato cibo pasci*, Ovid. 5 Trist. 8 v. 14, bettel-brod essen. *Optima, cibus invidiæ*, hoc est, Invidia pascitur rebus optimis & præstantissimis invidendo, groß gut hat neider, meminit in satellitio suo Vives.

¶ Cibo, avi, atum, are, speisen, füttern. Columell. 8 cap. 10 extr. *Ea genera, quæ intra septa villæ cibantur. fere persecuti sumus.* conf. Lucret. 1 v. 1092.

¶ Cĭbāria, orum, neut. plur. idem quod cibi seu alimenta, essende waare, kost. Cicero in Verrem 5 cap. 93, *At uberiora cibaria facta sunt caritate.* Cæsar Comment. 8 de B. G. cap. 15, *Bellovaci cum Romanos ad insequendum paratos viderent, neque pernoctare, neque diutius permanere sine cibariis eodem loco possent, tale consilium sui recipiendi inierant.* Nepos Eumene cap. 7, *Ad hanc rem conficiendam imperavit quàm plurimos utres atque etiam culeos comparari: post hæc pabulum: præterea cibaria cocta decem dierum* &c. Cic. Verr. 5 cap. 30, *Menstrua cibaria.* Horat. 1 Sat. 1 v. 32, *Congesta cibaria.* Cato de re rust. c. 60, *Cibaria annua.*

¶ Cĭbārius, a, um, adject. *Panis cibarius*, Cicer. 5 Tuscul. cap. 34, speiß-brod, hauß-brod. *Lex cibaria*, id est, sumptuaria, apud Macrob. 2 sat. c. 13, speiß-ordnung. *Vinum cibarium*, tisch-wein, Varro apud Nonium c. 2 n. 188.

¶ Cibārium, i, grob meel, farina excussa post pollinem seu florem. Plin. lib. 18 cap. 9.

¶ Cĭbātus, ûs, pro cibatione vel cibo apud scriptores rei rusticæ frequens est, & apud Plaut. in Mil. act. 2 sc. 2 v. 69, *Cibatus & commeatus*, speisung. *Cibatus gratissimus*, angenehme kost, Plin. 8 cap. 10. Idem eod. lib. cap. 55, *Leporum plura sunt genera: in Alpibus candidi, quibus hibernis mensibus pro cibatu nivem credunt esse.* add. Cat. de re rust. lib. 2 c. 4, lib. 3 c. 5. Apulejus lib. 1 Miles. p. 113, *ut prius aliquid nobis cibatui prospicerem.*

¶ Cibatio, ōnis, speisung, fütterung. Solinus cap. 40 n. 563, *solitæ cibationi diem superponunt.*

¶ Cibālis, e, ad cibum pertinens. Lactantius de Opific. Dei c. 11 sect. 5, *Quoniam duo sunt in homine receptacula, unum aeris, quod alit animam; alterum ciborum, quod alit corpus; duas esse per collum fistulas necesse est, cibalem ac spiritalem: quarum superior ab ore ad ventrem ferat, inferior, a naribus ad pulmonem.*

¶ Cibilla, æ, ein tisch, daran man speiset. Varro Lat. Ling. lib. 4 c. 25, *Mensam escariam cibillam appellabant: ea erat quadrata, ut etiam nunc in castris est. A cibo Cibilla dicta: postea rotunda facta.* Apud Festum corrupte est *Cilliba* pro *Cibilla.*

¶ Cibicida, æ, kostgänger, fresser. *Viginti domi, an triginta, vel centum cibicidas alas.* Lucil. lib. 27 apud Nonium c. 2 n. 148.

CIBYRA, æ, Vrbs Ciliciæ, Plinio 5 c. 27. Item Phrygiæ cap. 28; meminit ejusdem Cic. 13 epist. fam. 21.

¶ Cibyratæ, arum, incolæ; ut, *Cibyratæ fratres*, Cic. 4 Verr. c. 13.

¶ Cibyraticus, a, um: ut, *Cibyratica civitas*, Tac. An. 4, 13, 2. *Cibyraticum forum*, Cic. 5 ad Att. 21.

CĬCĀDA, æ, eine heuschrecke. *Cicadæ raucæ*, Virg. ecl. 2 v. 13. *Cicadæ canoræ*, Plin. 11 c. 26, ἀχέται vel ἠχέται sonoræ, die da kirren, *Grylli*, feldheimen, heuschrecken. De quibus suo loco. Μουσῶν ὄρνιν adpellat Anacreon: *Musicum animal cantilenat labores agricolarum.* Theocritus summam cantûs suavitatem illi tribuit: matutinum cantum laudat Nemesianus. Conf. Barth. ad Script. Venat. p. 180. Cicadas Athenienses ex auro fere crinibus innectebant, ut se esse αὐτόχθονας declararent. Cicadas autem e terra procreari volebant. v. Taubm. ad Plaut. p. 17. Alias *Cicadas* homines aliquando fuisse ita cantu delectari solitos, ut cibi potusque obliviscerentur, & sic perirent: cæterùm Musarum beneficio in cicadas conversos, Socrates apud Platonem in Phædro fabulatur. Quod è Pythagoræ narrationibus sumtum Dan. Heinsius observavit. Multos porro poëtas *Cicadas* dictos olim, observat Voss. l. 4 instit. Orat. p. 107.

CĬCĀTRIX, cicatrīcis, vestigium vulneris aut ulceris, eine narbe, wundmahl, quasi *circa cutem*, vel quasi *occæcutrix.* Est enim callosa caro pro cute inducta, ubi hiatus vulneris, quod jam coivit, fuerat. Cic. in Philipp. 7 cap. 6, *Luculentam plagam accepit, ut declarat cicatrix*, er hat einen weidlichen streich bekommen, wie die schramme ausweiset. Idem contra Rull. 3 cap. 2, *Refricare obductam jam Reipubl. cicatricem*, eine zugeheilete, verharschte, verwachsene wunde wieder auffkratzen. *Cicatrix coit*, Plaut. in suppos. ad a. 4 Amphitr. Et Ovid. 1 Pont. eleg. 3 v. 15, *Cicatrix ducitur*, die wunde heilet zu. Sen. epist. 2, *Non venit vulnus ad cicatricem, in quo crebro medicamenta tentantur.* Horat. 1 sat. 5 vers. 60,

At illi fœda cicatrix
Setosam lævi frontem turpaverat oris.

Auson. præfat. Eidyll. 6 ad Gregorium F. *Commendo tibi errorem meum: nævos nostros, cicatrices amamus, nec soli nostro vitio peccasse contenti, affectamus ut amentur.*

¶ Cicatricula, æ, dimin. ein schrämmichen, närblein. Celsus lib. 2 c. 10 extr. *donec valens cicatricula sit.*

¶ Cicatrīco, are, eine narben machen, zuheilen. Sidonius Apoll. lib. 6 epist. 7, *ut conscientiæ hiulca vulnera vestro saltem cicatricentur oratu.* Cæl. Aurel. 4 c. 8, *Vlcera cicatricantur.*

¶ Cicatricatus, a, um, verwundet, mit schrammen gezeichnet. Sidon. 6 epist. 7, *Cicatricatum pectus precatu levare ad veniam.*

¶ Cicatricosus, a, um, adject. voller narben, zerfetzt: Quintil. lib. 4 cap. 1, *facies cicatricosa.* Seneca lib. 2 de Ira cap. 35 Item figurat *torvam cruentamque & cicatricosam.* Columella lib. 4 cap. 37, *vitem cicatricosam* dixit, im schneiden verletzet.

CICCVM, i, dicitur ῥοᾶς ὑμὴν membrana tenuis, quæ est in malo punico cellularum discrimen, ut Varro ait L. L. 6 c. 5. ¶ 2. Vsurpatur pro *re vili & nauci.* Plaut. Rud. act. 2 sc. 7 vers. 22, *Eluas tu, an exungare, ciccum non interduim*, mir liegt nichts dran. Gloss. *Ciccum*, γρῦ, κόκκος. Quod Græci, οὐδὲ γρῦ, Latini dicunt, *nec ciccum.* Et Coccus eadem notione apud Græcos. Timon Syllographus:

πτωχὸς μὲν φρένας εἰμὶ, νόυ δέ μοι ὐκ ἔνι κόκκος.
Exsensum mihi pectus & haut hilum mihi mentis.

Lipsius Epist. Quæst. libr. 1 epist. 1 *cicum* legit; sed Taubm. ad Rudentem *ciocum* præfert.

CĪCĔLA, orum, κίκελα, In adagio legitur,

ἵππῳ γηράσκοντι τὰ μείονα κίκελ' ἐπίβαλλε.
Equo senescenti minora admove cicela,

Hoc est, *frenos.* Vide Chiliad.

CĬCER, ĕris, neut. legumen, kichern, kichererbs, ziserербsen. *Ciceris natura est gigni cum salsilagine*, Plin. lib. 18 cap. 12. *Ciceris emptorem & nucis*, Horatius in arte poëtica v. 249 proverbialiter videtur dixisse infimæ sortis hominem, einen holuncken.

¶ Cicera, æ, fœm. graue kichern, wicken. Colum. 2 cap. 11, *Cicera bubus ervi loco fresa datur.* Pallad. Martio tit. 6, *Nunc cicera seritur, quæ distat a cicercula solo colore, quo sordet & nigrior est.*

¶ Cicercula, æ, kleine kichern, Colum. 2 c. 10, & 9 c. 1 sub fin. Quaternis & inæqualibus angulis incisæ sunt, reliqua figura pisis similes. Plinius lib. 18 cap. 12, *Est & cicercula minuti ciceris, inæqualis, angulosi, veluti pisum.* Pallad. Jan. 5 & Febr. t. 4, *de cicercula serenda.*

¶ Ciceculum, i, sinopidis optimæ genus, zinnober, röthelstein, Plin. 35 cap. 6.

¶ Cicero, ōnis, cognomen Romanum a cicere ortum. Primum hoc habuisse a nasi figura instar ciceris, Plutarchus auctor est. Ab habitu faciei primum sic nominatum esse, testatur quoque Priscianus Gramm. lib. 2. Sed Plinius 18 cap. 3 ait, *Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum cognomina prima inde esse, ut quisque aliquod optime genus sereret.* ¶ Marcus Tullius Cicero princeps fuit eloquentiæ Romanæ, de quo pauca tantum monebimus. Puer primum in discendo æquales omnes ingenii magnitudine superavit. Hinc graves etiam viri, fama studiorum ejus & admiratione felicissimæ indolis adducti, ad eum visendum in ludum usque, in quo didicit, profecti sunt. Pueri vero & ipsi, ingenium divinum admirati, seu domo sua, seu ludo exeuntem medium inter se acceptum deduxerunt. Stilum exercuit mature, tum versibus scribendis, tum oratione soluta. Dicendi præcepta avidissime & orationem, ut ad quam natus sibi videretur, amplexus est. In Philosophia adeo profecit feliciter, ut in admirationem sui & stuporem Græcos omnes converterit, ut non immerito de Cicerone Plinius præfat. Operis scriptum reliquerit, eum *extra omnem ingenii aleam esse positum.* Rhodi adolescens coram Apollonio præceptore suo tanta dignitate & majestate Græce declamavit, ut attonito illum similem obmutescere coëgerit, qui paullo post, amicis judicium ejus efflagitantibus, respondit, non posse se quidem Ciceronem satis vel laudare vel admirari: protinusque exclamavit, cum dolore se videre, solam Græcis adhuc relictam dicendi gloriam per Ciceronem ad Latinos deferri, quamquam alii factum id à Posidonio, cùm is Ciceronem Athenis declamantem Græce audiisset, tradiderunt. Cum quæsturam Romæ exerceret, ac vulgi levitatem expertus esset, dixisse fertur: *O quam stultum est vulgo benefacere conari, propterea, quod præsentium tantum reminiscatur, præteritorum vero statim obliviscatur.* Paullo post, cum per honores alios atque alios ad consulatum tandem adscendisset, *patriæ pater* adpellatus est;

Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit,

Juvenalis Satyr. 8 v. 244. Pacis enim & quietis hortator erat, atque ad hominum natus utilitatem videbatur. Mox deinde, cum Philosophiæ lumen latinis literis aperuisset, atque eloquentiam ad imperii majestatem excoluisset, non patriæ solum pater, sed *eloquentiæ & literarum parens* vocatus est. Cæsari familiarissimus fuit, qui nullum solebat intermittere diem, quo non ad eum scriberet, quoque non de antiquitate ab eo aliquid requireret. Pomponium vero Atticum, quem & fratre suo cariorem & familiariorem habuit, adpellare consuevit *se alterum.* Hæc ex Plutarcho & Cornelii Nepotis indicatione. Epicharmi illud maximi fecit, & in ore frequenter habuit:

Νῆφε, καὶ μέμνασο ἀπιστεῖν ἀνέρα φρονοῦντα ταῦτα,

hoc est, *Sobrius esto, & memineris virum, qui sic sapiat, non oportere esse credulum.* Quod & alicubi sic extulit, *Nervi atque artus sapientiæ sunt, non temere credere.* Hunc vero Homeri versum a se puero adamatum fuisse, scripsit ipse ad Q. fratrem lib. 3 epist. 5,

Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων;
Semper agere optime, & præstantiorem esse aliis. Quanquam autem ingrata in eum flagitiose fuit Respubl. quemadmodum Attico ipse scripsit, *memineram me esse unum, qui pro meis maximis in Rempubl. meritis supplicia miserrima & crudelissima pertulissem*, tamen *& imprudentiam & temeritatem suam* in epistolis ad Atticum subinde accusavit, ac consiliis multis suis partim & rationibus frustratus est, partim vero fiduciæ suæ in sapientiam atque industriam suam pœnas dedit gravissimas. Hinc igitur tristes & tragicas multas ab exilio suo rescripsit voces, quæ epistolis libri tertii ad Atticum insunt: ut, *Me, mi Pomponi, valde pœnitet vivere: & odi celebritatem, fugio homines, lucem adspicere vix possum.* Et, *Hoc confirmo, neminem unquam tanta calamitate esse affectum, nemini mortem magis optandam fuisse.* Et, *Scio nos nostris peccatis in hanc ærumnam incidisse.* Et, *video nos stultitiæ nostræ gravissimas pœnas pendere.* Et, *Hæc ad te die natali meo scripsi, quo utinam susceptus non essem, aut ne quid ex eadem matre postea natum esset*, lib. 11 epist. ad Attic. Postremo quam mi-

ſer & triſtis eſt Cataſtrophes ſuæ cantus in epiſtola ultima ſua ad Octavium: *O me nunquam ſapientem, aliquando id quod non erat fruſtra exiſtimatum, quantum te, popule Romane, de me fefellit opinio! ô meam calamitoſam ac præcipitem ſenectutem! ô turpem exacta, dementique ætate canitiem!* Periit miſerrime annum ingreſſus ætatis ſuæ 64, interceptus inſidiis Antonii, in cujus ſatellitio Popilius quidam fuit, quem ab homicidio Cicero aliquando defenderat. Is manus ei & cervicem amputavit. Quod hoc modo Juvenalis, de Demoſthene & Cicerone loquens, expreſſit Satyr. 10 v. 114,

> *Eloquium ac famam Demoſthenis aut Ciceronis,*
> *Incipit optare,* &c
> *Eloquio ſed uterque perît orator, utrumque*
> *Largus & exundans leto dedit ingenii fons.*
> *Ingenio manus eſt & cervix cæſa, nec unquam*
> *Sanguine cauſſidici maduerunt roſtra puſilli.*

Quamvis autem communi velut doctorum conſenſu eloquentiæ principatus Ciceroni datus ſit, fuère tamen, qui ejus orationem minus probarint: de quo legendus auctor Dialogi de Cauſſis corruptæ eloquentiæ cap. 18, 19 & 20, & Angeli Politiani Miſcellan. cap. 53. Orationes, quæ maximam famam ei circumdederunt, ſunt, pro Milone, in Catilinam, in Verrem, in Antonium, quas Philippicas inſcripſit, ut paullo ante nobis laudatus Dialogi de cauſſis corruptæ eloquentiæ Auctor indicat cap. 37. Vulgo celebratum; *maximam quamque ejus orationem, optimam eſſe*, Plinius auctor eſt lib. 1 epiſt. 20. Livius, *natura candidiſſimus omnium magnorum ingeniorum cenſor*, ut Seneca pater eum appellat, hoc Epitaphium ei, apud iſtum ipſum Senecam Suaſoria 6, ſive, ut aliis placet, 7 reddidit: *Vixit*, inquit, *tres & ſexaginta annos, ut ſi vis adfuiſſet, ne immatura quidem mors videri poſſit: ingenium & operibus & præmiis operum felix: ipſe fortunæ diu proſperæ & in longo tenore felicitatis, magnis interim ictus vulneribus, exilio, ruina partium, pro quibus ſteterat, filiæ morte, exitu tam triſti atque acerbo, omnium adverſorum nihil, ut viro dignum erat, tulit præter mortem, quæ vere æſtimanti minus indigna videri potuit, quod a victore inimico nil crudelius paſſus erat, quam quod ejusdem fortunæ compos ipſe feciſſet. Si quis tamen virtutibus vitia penſarit, vir magnus, acer, memorabilis fuit, & in cujus laudes ſequendas Cicerone laudatore opus fuerit.* Monimentum Ciceronis noſtri, ſi diis placet, repertum eſt in inſula Zacyntho, Anno M D XLIV Calendis Decemb. cum ejusmodi inſcriptione: *M. Tulli Cicero Have, Et Tu Tertia Antonia.* Sepulcrum ipſum duas habuit urnulas vitreas, alteram cinerum, alteram lacrymarum amicorum. Vid. Fr. Fabricium Marcoduranum in vita Cicer. Conf. Aur. Vict. de Viris Illuſt. c. 81, & elogia magnifica Velleji lib. 1 c. 17, & lib. 2 c. 66.

¶ Ciceronianus, a, um, Plinius præfat. ad Veſpaſianum, *Ciceroniana ſimplicitas*: quia fatetur, quos ſequatur e Græcis. Hieronymus, ut ipſe de Cuſtodia virginitatis epiſtola 22 cap. 13 memoravit, viſus eſt aliquando, cum nimius eſſet in profanorum lectione, hanc ſibi vocem audire: *Ciceronianus es, non Chriſtianus.*

¶ Cĭcerrus, i, aliud nominis genus a *Cicere*. *Cicerrus* & *Sarmentus* duo ſcurræ, quorum facetam contentionem deſcribit Horatius 1 Sat. 5 v. 51 ſeqq.

CĬCHŎRĒA, æ, & Cichoreum, & Cichorium, i, endivien, vide ſupra *Chreſton*. Plin. *intybum erraticum* vocari cichorium ait lib. 19 cap. 8, wegwart, wegweiß, vide *Seris*. Horat. 1 carm. od. 31,

> *me paſcunt olivæ,*
> *Me cichorea leveſque malvæ.*

CICI, τὸ κίκι, εως, planta ſeu frutex parvæ fici magnitudine, quæ κρότων Græcis, Latinis *Ricinus* eſt. Hinc

¶ Cicĭnum, i, oleum Plin. 23 c. 4, ἔλαιον κίκινον Dioſcoridi eſt, öl vom wunderbaum oder credenzbaum. Vide *Ricinus*.

CICILENDRUM, i, & CICIMANDRUM, i, aromata fictitia coqui Plautini in Pſeudolo 3, 2 v. 42 & 48.

CĬCINDĒLA, æ, inſectum noctu lucens, à candela dictum, ut Græcè λαμπηρὶς ſive λαμπυρὶς, eine licht-mücke, Johannis-würmichen. Plinius lib. 18 cap. 26, *lucentes veſpere per arva cicindelas ſignum* ait *eſſe maturitatis panici & milii*. Nitedulæ vero *cicindelæ* non ſunt.

CĬCŎNES, um, Populi Thraciæ juxta Hebrum habitantes. Hujus gentis mulieres Orphea, quod ſpretæ ab eo eſſent, per ſimulata Liberi patris Orgia, diſcerpſerunt. Quo illud Virgilii pertinet ſub finem 4 Georgicorum, cum *Orphei* fabulam perſtringit,

> *ſpreta Ciconum quo munere matres*
> *Diſcerptum latè juvenem ſparſere per agros.*

Et Silius lib. 11 v. 477, *O diræ Ciconum matres, Geticique furores.*

CĬCŌNIA, æ, πελαργὸς, ab albis nigriſque pennis: πελὸν enim nigrum, ἀργὸν candidum eſt, germanicè ein ſtorch, ἀπὸ τῆς ςοργῆς. Latina vox eſſe videtur a *cicur*, ob benignam naturam. Iſidoro lib. 12 c. 7, *Ciconia* eſt quaſi *Cicania*, *a ſono quo crepitat*, vel *quem quatiente roſtro facit*. Præneſtinis *Conia* eſt pro *Ciconia*; vid. Plaut. Truc. 3, 2 v. 23. *Veris avis* dicitur in trito illo:

> Δός μοι εὐαγγέλιον, ὅτι ἔαρος ἦλθε πελαργός.
> *Da mihi læti nuncii præmium, quia veris venit Ciconia.*

Venuſte etiam apud P. Arbitrum de ea Publius Mimus:

> *Ciconia etiam grata peregrino hoſpita,*
> *Pietaticultrix, gracilipes, crotaliſtria,*
> *Avis exul hiemis, titulus tepidi temporis.*

Ab hujus avis natura tales plerumque evadere liberos, quales a parentibus inſtituantur, indicat Juvenalis Satyr. 14 v. 73,

> *Plurimum enim intererit, quibus artibus & quibus hunc tu*
> *Moribus inſtituas, ſerpente ciconia pullos*
> *Nutrit, & inventa per devia rura lacerta.*
> *Illi eadem ſumtis quærunt animalia pennis.*

Celebratur Ciconiæ pietas in nutricandis parentibus ſenio confectis à multis auctoribus. Vide Eraſmum in proverbio ἀντιπελαργεῖν, & Rhodig. 13 c. 66. Aventinus in annalibus Bojorum prolixâ probat hiſtoria, ciconiam conjugalis caſtitatis ſtudioſiſſimam eſſe, adeo ut ſociam propriam, adulteram ſi forte deprehenderit, quod ore poteſt, una cum pullis in adulterio à matre conceptis laniet ac diſcerpat. De prudentia ciconiæ in itu & reditu ad ſtati temporis articulum, agitur Jerem. c. 8 v. 7. An nefas ſit eas in cibum parare, vid. apud Voët. diſpp. Theolog. part. 1 p. 725. In deliciis ciborum fuiſſe, patet ex Nepot. Fragm. 10, 1. ¶ 2. Sannam & geſtum irriſoris notat. Perſ. ſatyr. 1 v. 58, *O Jane, a tergo quem nulla ciconia pinſit.*

Intelligit ſannam poſticam, quæ fit digitis manus dextræ collectis & inſtar roſtri ciconiarum, [Germani dicunt, einen münch ſtechen.] Hinc *manum in ciconiam incurvare*, D. Hieronymus dixit Præfatione in Sophoniam: *Qui*, inquit, *ſi ſcirent, Holdam viris tacentibus prophetâſſe, nunquam poſt tergum meum manum incurvarent in ciconiam.* Id eſt, non ſubſannarent me mei obtrectatores. Idem tamen & motu certo colli hoc ſannæ genus, quod appellabant *ciconiam*, expreſſum Epiſtola ad Ruſticum Monachum epiſt. 4, ita ſcribens ſignificat: *Ne credas laudatoribus tuis: imò irriſoribus aurem ne libenter accommodes: qui cùm te adulationibus foverint, & quodammodo impotem mentis effecerint, ſi ſubitò reſpexeris, aut ciconiarum deprehendes poſt te colla curvari: aut manu auriculas agitari aſini: aut æſtuantem canis portendi linguam.* ¶ 2. Eſt etiam *Ciconia* genus menſuræ, hoc eſt, regulæ machinula, qua menſuratur altitudo ſulci, ein acker-wag, feld-wag, Columella lib. 3 c. 13. ¶ 3. Item, machina putealis, tolleno, ein brunnſchwengel. *Hoc inſtrumentum Hiſpani Ciconiam vocant, quod imitetur ejusdem nominis avem, levantem ac deponentem roſtrum, dum clangit.* Iſidor. Orig. 20 c. 15. ¶ 4. Varum Pergæum Sophiſtam a forma naſi *Pelargum* vocabant, id eſt, *ciconiam*, eine ſtorchs-naſe. Cæl. Rhodig. 11 c. 20.

CICUMA, æ, avis nocturna, ein nacht-rabe, Feſtus. Dicta quaſi Cæcuma, quod in cæco, i. e. nocte volat.

CĬCUR, ŭris, adject. omnis generis: quod a fero diſcretum, ſeu manſuetum eſt, ut Varro interpretatur lib. 6 de LL. cap. 5. ut, *animal cicur*, ein zahmes thier, *ingenium cicur*, eine ſittſame art, apud Varronem de LL. c. l. *Quod a fero diſcretum eſt, id dicitur cicur. Id natum eſt a cieo.* Nam cieri ſeu moveri poteſt ſine periculo. Aliis dici placet a *cis* & *curo*. *Varia genera beſtiarum, vel cicurum, vel ferarum*, Cicero 2 Nat. Deor. cap. 39. ¶ Feſtus in compoſito *Incicur* monet, Cicur interdum pro ſapiente poni, ut apud Pacuvium: *Conſilium cicur.*

¶ Cicūro, avi, atum, are, manſuefacere, bändig oder zahm machen, zähmen. Varro c. l. ex Pacuvio: *Nulla res neque cicurare neque mederi potis eſt.*

¶ Cicurinus, i, cognomen Veturiæ gentis Romæ a morum ſimplicitate. vid. Varro l. c. & Sigon. de Nom. Rom.

¶ Incĭcur, adject. immanſuetus, ferus, wild, ungezähmt. Feſtus ex Pacuvio: *Reprime incicorem iracundiam.*

CĬCŪTA, æ, herba venenoſa, ſchierling. Itaque ejus ſuccum bibere Athenis cogebantur damnati. Cujusmodi poculo & Socrates periit. Plin. lib. 25 c. 13, *Cicuta*, inquit, *quoque venenum eſt, publica Athenienſium pœnâ inviſa*, &c. Idem lib. 16 c. 5, *Sicut cicuta homini venenum eſt, ſic cicutæ vinum*, de quo vid. Mercurialis Var. Lect. lib. 3 c. 4, & Scheffer. ad Ælian. p. 307. Caulis ejus levis & geniculatus, ut calami, nigricans, altior ſæpe binis cubitis, ut idem prodit. ¶ Hinc pro Cannis, ex quibus fiſtulæ contexerentur, Poëtæ *cicutas* poſuêre, rohr. Lucretius lib. 5 v. 1283,

> *Et Zephyri cava per calamorum ſibila primum*
> *Agreſtes docuêre cavas inſtare cicutas.*

Virgilius ecloga 2 v. 36,

> *Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis*
> *Fiſtula.*

¶ Per Cicutam Horatius intelligit Helleborum, aut aliud validiſſimum inſaniæ remedium lib. 2 epiſt. 2 v. 53. ¶ Eſt & Cicuta nomen avari fœneratoris apud eundem 2 ſat. 3 v. 69, & v. 175.

¶ Cicuticen, ĭnis, qui cicuta canit. Sidonius carm. 1 ſive præfat. in Panegyr. Anthemio dictum v. 15,

> *Alta cicuticines liquerunt Mænala Panes.*

CIDĂRIS, is, κίδαρις, vel etiam *Citaris* ex Polluce, non tam genus pilei eſt, quàm ornamentum pilei; tænia puta, ſeu faſcia, quâ pilei acuminati, quales Perſarum tiaræ erant, circuminducebantur: quemadmodum Turcæ & Orientales alii hodieque pileos ſuos ornare ſolent. Curtius lib. 3 cap. 3, *Cidarim Perſæ regium capitis vocabant inſigne: hoc cærulea faſcia albo diſtincta circumibat*, eine hauptzierde der Perſiſchen könige. Nimirum ſignificat inſigne iſtoc, quod *Cidarim* appellabant, quodque cæruleâ faſciâ albo diſtinctâ conſtabat, circumiiſſe caput, ſive tiaram, quâ caput regis tegebatur. Male Arriani interpres Latinus κάνδυν perpetuo *Cidarim* vertit, quod doctiſſimus Petavius ad Syneſium notat. Savaro ad Sidonium lib. 8 epiſt. 3, *Cidarim* ſacerdotalem tiaram ex Eucherio interpretatur; nec aliter pileum Pontificalem in Sacris litteris Græcus juxta Latinusque Interpres vetus verterunt. Proprie tamen *Cidaris* pileus non eſt; ſed pilei pars & ornamentum: quod & Joſephus agnoſcit ſacerdotalem illum pileum deſcribens, & ταινίαν adpellat, ut obſervavit Salmaſius epiſt. de Cæſarie pag. 110, ubi plura vide, quæ huc pertinent. Adde Camerar. Hor. Sub. cent. 1 cap. 61 pag. 274. Quamvis itaque *Cidaris* proprie pileus non eſſet: vulgo tamen ſic appellatos pileos non dubito, cùm maximam pileorum partem id ornamenti genus occuparet. Plane ut nos Turcarum pileos, ab ornamento eorum, bände, vel bünde appellamus. Ut mirum non ſit, *cidarim* ac *tiaram* Heſychio ac Polluci promiſcue ſumi. Conf. Alex. ab Alex. lib. 1 Dier. c. 28, Chriſtianos veteres, in monumentis ſuis ejusmodi pileorum formas cum Cidari pingere ſive inſculpere ſolitos, ex antiquitatibus, quas *Romæ ſubterraneæ* nomine Antonius Boſius edidit, pag. 564 conſtare poteſt. Quod idem Boſius ad Reſurrectionis ſpem interpretatur: illud Bedæ in Levitic. cap. 16 in id allegans: CIDARIS *ornatus capitis eſt: & ideò reſurrectionem ſignificat.* ¶ 2. Genus quoddam ſaltationis apud Arcadas ſimile Emmeliæ *Cidarin* dictum fuiſſe, Scalig. lib. 1 Poët. cap. 18 obſervat.

CIEO, cīvi, cĭtum, ēre, & Cio, cīvi, cītum, cire, ſola differunt quantitate

te in supinis: nam *citum* à *cieo* priorem corripit, sed à *cio* producit; unde sunt *accitus* & *excitus*, mediâ longâ. Est autem tum *Ciere*, tum *Cire* idem, quod movere, erregen: estque grave admodum verbum, ut Scaliger censet lib. 4 Poët. cap. 16. Sic *Ciere dolorem*, betrüben, zum weinen bewegen. *Ciere cruciatus*, weh thun, Cicero lib. 2 de Fin. cap. 29 ex poëta. *Ciere pugnam*, Livius 1 c. 12, & 2 c. 47 pr. *Bellum ciere*, krieg anfangen, Vellej. 2, 54, 2. & Virgil. Æn. 1 v. 541. *Ciere fletus*, Æn. 3 v. 344, weinend machen. *Alvum cire* vel *ciere*, stulgang zu wege bringen, Colum. 6 cap. 5 pr. *Ea res aut cit alvum, aut movet febrem.* ¶ 2. Est & *Ciere* vocare, inclamare, nominare, &c. Virgil. Æn. 3 v. 67,

animamque sepulcro
Condimus, & magna supremum voce ciemus.

CIEMVS, ultimo nominatim inclamamus, eique dicimus Vale: id quod ter fieri solitum, ibi Servius notat. Tacitus 3 Histor. cap. 10, *Vt quemque notum, & aliquo militari decore insignem adspexerat ad ferendam opem nomine ciens.* Idem c. 24 ejusdem lib. *Tunc ad Mœsicos conversus, principes actoresque belli ciebat*, id est, vocabat. Suetonius Nerone cap. 46, *De Mausoleo sponte foribus patefactis exaudita vox est, nomine eum cientis.* Apulejus de Mundo: *Zephyrus vero, quem Romana lingua Favonium novit, cum de æstivis occiduis partibus surgit, Japygis cieri nomine solet.* Idem circa finem: *Deus cum sit unus, pluribus nominibus cietur propter specierum multitudinem*, &c.

¶ Cĭto, avi, atum, are, frequentativum, idem est, ac ciere, vocare, ruffen, fordern. Ovidius Epist. Didûs ad Æneam v. 101,

Hinc ego me sensi noto quater ore citari.

Cornelius Nepos Præfatione, *Magnis in laudibus totâ fere Græciâ fuit, victorem Olympiæ citari*, id est, proclamari præconis voce, sive nominari. Pertinet huc proprie locus Cicer. lib. 5 epist. 12, *Præcones ludorum gymnicorum cum cæteris coronas imposuerunt victoribus, eorumque nomina magnâ voce pronunciarunt, cum ipsi ante ludorum missionem coronâ donantur, alium præconem adhibent, ne suâ voce ipsi se victores esse prædicent.* Sueton. Calig. cap. 26, *Alios cum clam interemisset, citare nihilominus, ut vivos, perseveravit.* Ita *citare testes*, Cic. 4 Verrin. cap. 59, & *citare auctores*, est nominare. ¶ 2. Translatum hoc verbum & ad judicia est, cùm *citari* dicuntur, qui vel edicto, vel præconis voce vocantur in jus, vel ad dicendam caussam jubentur adesse. Sueton. Tiberio cap. 11, *Citatum pro tribunali voce præconis convitiatorem rapi jussit.* Florus lib. 1 cap. 3 de Horatio parricidii reo memorans: *Citavere*, inquit, *leges nefas; sed abstulit virtus parricidam*, man hat ihn inhalts der rechte vor gerichte gefordert, und angeklagt des begangenen mords halben, rc. Plautus Curcul. act. 1 sc. 3 v. 6,

Vbi tu es, qui me libello Venerio citavisti? ecce me.
Sisto ego tibi me.

Neque vero rei tantùm, sed & alii, qui convocabantur, a præcone *citari* dicti. Livius lib. 1 cap. 47, *Patres in Curiam per præconem ad Tarquinium citari jussit.* ¶ 3. Significat & incitare, ut, *Citare equum*, den gaul anstechen, ut, *Pompejus equo citato Larissam contendit*, Cæs. Civ. 3 cap. 96.

¶ Citatus, a, um, Particip. & Nom. hurtig, schnell: ut, *Rhenus citatus fertur*, Cæs. Gall. 4 c. 10. *Amnis citatior imbribus*, Livius 23 c. 19. *Euro citatior*, Silius 4 v. 6. *Citatissimo agmine sese abripere*, Liv. 22 c. 6. *Citato gradu*, spornstreichs, Senect. Hippolyto act. 3 extr. Idem Hercule Fur. v. 178,

properat cursu
Vita citato volucrique die.

Idem in Thyeste v. 621, *Res DEVS nostras, celeri citatas*
turbine versat.

¶ Cĭtātim, adverb. pro celeriter, apud Hirtium legitur, *Cum expedita copia in eum locum citatim contendit*, de Bello African. c. 80. Superlativus hinc *Citatissime*. Quintil. lib. 1 cap. 1 extrem. *Non alienum fuerit, exigere ab his ætatibus*, [pueritiam intelligit] *quo sit absolutius os, & expressior sermo, ut nomina quædam versusque affectatæ difficultatis, ex pluribus asperrime coëuntibus inter se syllabis catenatos, & velut confragosos, quam citatissime volvant.*

¶ Citatio, ōnis, in jus vocatio, invitatio, forderung, vorbescheid, ladung vor gerichte. Multiplex & varius ejus usus apud JCtos.

¶ Cĭtus, a, um, adject. celer, behende. *Citus incessus*, ein behender tritt, Sallust. Catil. cap. 15. *Cita alvus*, ein unsteter leib, apud Cels. lib. 2 cap. 3. Ovid. lib. 3 de art. v. 65,

Vtendum est ætate, cito pede labitur ætas,
Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit.

Comp. *Citior*, Ovid. 2 Pont. 4 v. 25,

Longa dies citior brumali sidere,

scilicet *erit*, quanquam *citius* MSta habent. Plautus apud Festum: *Nullam ego rem citiorem apud homines esse, quam famam reor.* Superl. *Citissimus*. Quintilianus 6 cap. 4, *ex insidiis citissimo facto simillimum.*

¶ Cĭtŏ, adverb. geschwind, bald. *Sat citò, si sat benè*, nobile dictum Catonis fuit apud Hieronym. ep. 26 c. 4. Publius Mimus:

Pars beneficii est, quod petitur, si cito neges.

Alii *belle* legunt pro *cito*. Vid. ed. Cl. Thomasii. Et Terent. Adelph. act. 3 sc. 3 extrema: *antiqua homo virtute ac fide.*

Haud citò mali quid ortum ex hoc sit publice.

Id est, haud facile is mali alicujus auctor existet, ex quo respublica periclitetur. Nimirum bonum & virum & civem designat. Idem Hecyra a. 3 sc. 3 v. 4, & Horat. lib. 1 Oda 13 extrem. *Citiùs*; & Cæsar Gall. Bell. 4 c. 33, *Citissime*: etiam Plin. 20 cap. 9.

¶ Citĭpes, pedis, idem quod celeripes, ein läuffer. Et adjective apud Diomed. Gramm. lib. 3, *Citipes cursus.*

Composita cum Præposit.

¶ Accieo, ēre, & Accio, īre, idem quod *arcessere* vel *evocare*, erfordern, auffordern. Cic. Attic. 13, 48 [al. 47,] *Si accierit, accurram*; Et, *Acciri peregre*, Liv. 2 c. 6, von frembden orten aufgefordert werden. *Acciri properis literis*, durch eylende post gehohlet werden, apud Tacitum 1 Annal. cap. 5. *Aruspices acciendos ex Hetruria putaremus*, Cicer. de Arusp. cap. 12. *Ego illum probe jam oneratum acciebo*, Plaut. Mil. 3, 3 v. 61. *Accire mortem*, Flor. 4, 2, 70. & Vellej. 2, 38, 6.

¶ Accītus, a, um, erfordert, herzu gehohlt. *Acciti ibant*, Sallust. Jug. cap. 102. *Accito Milone*, Vellej. 2, 69. *Classis ex Græcia accita*, Curt. 4, 1, 36.

¶ Accītus, ûs, verbale, der beruff. Virg. 1 Æn. v. 677,

Regius accitu cari genitoris ad urbem
Sidoniam puer ire parat.

auf erforderung seines vaters. *Accitu prætoris evocari*, Cicer. in Verr. 3 cap. 28.

¶ Accensus, ab *Acciendo*, vide supra in *Censeo*.

¶ Arcesso, vel Accerso, ĕre, vide suo loco in A.

¶ Concire, & Conciēre, convocare, aufbringen, zusammenfordern. Liv. 1 cap. 8, *Obscuram atque humilem multitudinem ad se conciendo*, da er den pöbel an sich gehenget. ¶ 2. Item, commovere frequenter, erregen. In qua significatione Liv. lib. 1 c. 59 usus est: *Elatum domo Lucretiæ corpus in forum deferunt, concientque miraculo, ut fit, novæ rei, atque indignitate homines.* Terent. in Hecyr. act. 3 sc. 1 v. 33, *Iram concire*, unwillen anrichten. *Concire lites*, Plaut. Asinar. a. 4 sc. 2 v. 15. *Concire seditionem*, aufruhr machen, Livius lib. 4 cap. 48, *Quum ex composito relatum ad senatum esset de seditione, quam Mæcilius Metiliusque largitione pessimi exempli concirent.* Vellej. 2, 74, 2, *Conciens ad arma eos.*

¶ Concītor, ōris, qui concitat, ein aufwiegler. Tacitus 4 Annal. c. 28, *Missos in Galliam concitores belli judex idem & testis dicebat.* Et 1 Hist. cap. 68 extr. *In Julium Alpinum è principibus, ut concitorem belli Cæcina animadvertit.* Etiam Livius 23, 41, & 37, 45, *concitorem belli* dixit, ut Gronovius recte ex MStis restituit.

¶ Concĭtus, a, um, commotus, concitatus, bewegt; ut, *litigiosus, concitus ad rixam*, Cic. pro Cæcin. cap. 5. Et Virg. 9 v. 695,

immani concitus ira:

ut tamen est à Concio, Concītus, producitur penultima. Valer. Flaccus lib. 5 v. 576, *Ipse autem tantis concita furoribus arma*
Expetit Æsonides.

¶ Inconcĭtus, a, um, non concitus. Ammianus lib. 24 cap. 23, *leni & inconcito gradu.*

¶ Concĭto, avi, atum, are, frequent. erregen. *Seditionem ac discordiam concitare*, Cic. pro Mur. c. 39. *Invidiam alicui concitare*, Id. in Verrem 7 cap. 8, haß erwecken. *Concitare se in hostem*, Livius 8 c. 39. *Equum calcaribus concitare*, Idem 2 c. 6.

¶ Concitatus, a, um, Particip. & Nom. getrieben, wacker, behend. Vt, *Admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus*, Cic. de Cl. Orat. cap. 89. *Cæli conversio concitatior*, Id. de Somn. Scip. cap. 5. *Concitatissimos equos immittere*, Livius lib. 35 cap. 5.

¶ Concitate, adv. hefftig, hurtig. Colum. 6 c. 6, *Concitate agitur pecus.* Quintilianus lib. 12 c. 10, *dicere concitate.* Compar. usus est idem Quintilianus 9 cap. 4, *Quis dubitat, alia leniùs, alia concitatiùs esse dicenda?* Augustinus lib. 5 de Civ. Dei cap. 26 de Theodosii miranda pugna: *Cum ventus, quæcunque in hostes jaciebantur, concitatissime raperet.* Et Lactantius lib. 6 cap. 1 sect. 9, *ad mortem concitatissime properant.* Adde ejusdem lib. 5 c. 1 sect. 9.

¶ Concitatio, ōnis, erregung; Vt, *Vehementes animi concitationes*, hefftige bewegung des gemüths, Cic. ad Q. Frat. 1 epist. 1 c. 13. *Crebræ continuis diebus ex concursu multitudinis concitationes fiebant*, Cæs. Civ. 3 cap. 106.

¶ Concitator, ōris, ein anstiffter, erreger. Cicero pro domo sua cap. 5, *Seditionis stimulator & concitator tu fuisti.* Vsus & Seneca 3 de Ira cap. 2, & Cæs. sive Hirtius 8 Gall. c. 21.

¶ Concitatrix, īcis, adject. & subst. bewegend, urheberin. Plin. 26 cap. 10, *Concitatricem vim habet satyrion.* Et lib. 19 cap 8, *Eruca* [herba] *concitatrix Veneris.*

¶ Concitamentum, i, concitatio, anreitzung. Seneca de Ira 3 cap. 9, *Quis ignorat, lituos & tubas concitamenta esse?*

¶ Concio, ōnis, tria significat, quemadmodum copiosè probat Gell. lib. 18 cap. 7. ¶ 1. Cœtum convocatum vel congregatum significat. *Concio & conventus civium*, eine gemeine, versammlung. *Concio ex imperitissimis constans*, ein hauffen ungeschickter leute, Cic. de Amic. cap. 25. *Advocare concionem*, Cæs. 2 Civ. cap. 32. Quamquam & quamlibet temere confluentem turbam seu multitudinem Suetonius Vespas. cap. 7 dixit, *Extremò hortantibus amicis, palam pro concione utrumque tentavit.* Vide ibi Casaub. ¶ 2. Significat orationem, quæ ad cœtum habetur, eine rede, predigt. Apul. lib. 6, *Sic fatus, jubet Mercurium Deos omnes ad concionem protinus convocare; ac, si qui cœtu cælestium defuisset, in pœnam decem millium nummum conventum iri pronunciare.* Et Cicero 9 fam. epist. 14, *Legi concionem tuam, nihil illâ sapientius.* Et pro Flacco cap. 7, *Græcia hoc uno malo concidit, libertate immoderatâ ac licentiâ concionum.* Sic *Turbulentæ conciones*, Quintil. lib. 5 cap. 13, aufrührische reden. *Concionem habere*, für der gemeine reden, eine öffentliche rede thun, Gell. lib. 13 cap. 14. Apud Nepot. Timoleonte c. ult. *Concio populi* notat judicium publicum, quod in concione scilicet habeatur. ¶ 3. Locum ipsum, de quo concio habetur, significat, eine cantzel, predigstuhl, qui & *Suggestus* vel *Suggestum*; ut, *Ascendi in concionem, concursus est populi factus*, Cic. contra concion. Q. Metelli, apud Gellium c. l.

¶ Conciuncula, æ, dimin. eine kleine versammlung oder predigt. Cicer. 2 ad Attic. epist. 16.

¶ Concĭōnor, atus sum, ari, concionem habere, eine rede thun, predigen. *Ex alta turri concionari*, Cicer. Tusc. lib. 5 c. 20. *Concionari apud milites*, Cæs. 1 Civ. cap. 7. Id facere non licuit iis, qui infames forent, ut notat Voss. lib. 1 Instit. Orat. p. 163, 164. ¶ Concionari & pro vaticinari usurpatum Lactantio 4 c. 18 n. 19, *Hoc futurum Sibylla concionata est.*

¶ Concionabundus, a, um, rednerisch, Liv. 3 cap. 47, & 21 cap. 43, & lib. 40 cap. 27.

¶ Concĭonātor, ōris, δημοδιδάσκαλος, qui concionem publice docet, Orator, ein lehrer, redner, prediger. Non raro in deteriorem partem accipitur, idemque est, qui concitat multitudinem & ad seditionem movet. Vide Vossium de constitut. Rhetor. c. 1, & de Vit. L. L. 1 c. 27.

Sic usus Cicero 4 Catilin. cap. 5, *quid intersit inter levitatem concionatorum, & animum vere popularem.* Neque tamen alteram illam & potiorem significationem fugiendam esse, probat Ol. Borrichius de L.L. ætat. p. 69.

¶ Concĭōnālis, e, ad concionem spectans: ut, *Clamor concionalis*, qui in concionibus esse solet, Cicer. Q. frat. lib. 2 epist. 9. *Pars orationis concionalis*, Quintil. 3 c. 4. *Concionalis senex*, Liv. 3 c. ult.

¶ Concĭōnārius, a, um, idem. Cic. ad Q. fratr. lib. 3 epist. 3, *concionarius populus.* Marcellinus 27 cap. 6, *Oratio concionaria.*

¶ Concionatorius, a, um, idem; ut, *Vestis concionatoria*, quâ utuntur ad populum concionantes. Gellius lib. 1 cap. 11 memoravit *tibias concionatorias.*

¶ Concilium, &c. vide seorsim suo loco.

¶ Excière & Excire est evocare, heraus fordern. Plaut. in epid. act. 4 sc. 2 v. 1, *Quid est pater, quod me excivisti ante ædes.* Cicer. Phil. 12 c. 7, *Juventutem omnem ex Italiâ excire*, heraus ziehen. *Excire hostem ad dimicandum*, Livius lib. 2 c. 30, rausloken.

¶ Excĭtus, a, um, erweckt, ab *excieo*, secundæ conjugat. Virgil. Æn. 4 v. 301,

Commotis excita sacris.

Ab *Excio* autem quartæ fit *Excitus*. Idem 10 Æn. v. 38,

ventosque ferentes
Æoliâ excitos.

Curtius lib. 5 c. 2 n. 12, *Excita sedibus suis moles.*

¶ Inexcĭtus, a, um, non excitus. Virg. 7 v. 623,

Ardet inexcita Ausonia atque immobilis ante.

¶ Excitare, erwecken, erregen. Ovid. de Pont. lib. 4 eleg. 2,

Excitat auditor studium, laudataque virtus
Crescit, & immensum gloria calcar habet.

Cic. lib. 16 epist. 14, *Excita ex somno tuas literas.* Idem: *Excitare mortuos ab inferis*, von todten auferwecken. Idem pro M. Marcello c. 6, *Dubitare debet nemo, quin multos, si fieri posset, C. Cæsar ab inferis excitaret.* Et in Catilin. 2 cap. 9, *In tantum æs alienum inciderunt, ut, si salvi esse velint, Sylla sit iis ab inferis excitandus.* Et de Aruspic. resp. cap. 3, *Vidi ac multò ante prospexi, quanta tempestas excitaretur, quanta impenderet procella Reipubl.* Terent. Heaut. act. 5 sc. 3 vers. 10, *Non vides, quantum mali ex eâ re excites*, was du vor unglück anrichtest. Vellej. 2, 54, 2, *Excitare bellum.* Cicero de Amic. cap. 16, *Excitare animum abjectum & jacentem*, ermuntern und aufrichten. ¶ 2. Idem 2 de Leg. extr. *Excitare sepulcrum è lapide*, id est, exstruere, erigere, condere, aufbauen. Idem de Nat. Deorum lib. 2 cap. 56, *Homo humo excitatus est*, der mensch ist von erden gebildet worden. Similiter Curtius lib. 7 cap. 6 de Alexandria Vrbe ad Tanaim condita ab Alexandro: *Opus*, inquit, *tantâ celeritate perfectum est, ut decimo septimo die, quæ munimenta excitata erant, tecta quoque urbis absolverentur.* ¶ 3. Aliquando *excitare*, idem est, quod exigere, expellere. Plautus Amph. act. 1 sc. 1 v. 9,

Hæc heri immodestia coegit me, qui hoc
Noctis a portu ingratis excitavit.

Vide ibi Interpretes. *Temulentus dormiens non est excitandus*: Et, *Malum bene conditum non movendum est*, Prov. Sed

¶ Excĭto, are, I longo, ab *Excio*, frequentativum est, apud Silium lib. 5 v. 191,

ceu ductor ad arma
Excitet Tyrius.

¶ Excitatus, a, um, erwecket, aufgemuntert: ut, *excitata fortuna*, grosses glück, wolstand. Cic. lib. 2 epist. 16, *ab excitata fortuna ad inclinatam desciscere*, die schlimmere partey erwehlen. Livius lib. 4 cap. 37, *Clamor excitatior crebriorque ab hoste sublatus.* Plin. 20 c. 17, *excitatissimi odoris esse*, starcken geruch geben.

¶ Excitate, adverb. wacker, munter. Plin. 37 cap. 7 sub fin. *excitatius fulgent*, i. e. vehementius. Ammianus lib. 18 cap. 19, *excitatius clamitare.*

¶ Excitatio, ōnis, aufmunterung. Arnobius lib. 7 p. 237, *Quid sibi volunt excitationes illæ, quas canitis matutini?*

¶ Excitator, ōris, qui excitat, ein aufwecker. Prudent. Hymno 1 ad galli cantum:

Nos excitator mentium
Jam Christus ad vitam vocat.

¶ Excitabilis, e, aufmunternd: Vnde

¶ Inexcitabilis, e, unerwecklich. Seneca epist. 83, *oppressus inexcitabili somno.*

¶ Inciēre, & Incire, est movere, imprægnare. Lucret. 5 v. 960,

Et Venus in sylvis inciebat (incibat) corpora amantum.

Hinc & participium

¶ Inciens, tis, trächtig, quod Arnobii est, v. g. *scrofa inciens*, quæ fœta est & excitati uteri. Lib. 7 p. 225, *incientibus scrofis honoratur*, & pag. 227, *Telluri matri scrofa inciens immolatur & fœta.* Vide etiam, quæ ad priorem locum Elmenhorstius notavit p. 185. Et

¶ Incĭtus, a, um, ab *Incieo*, id est, motus, agitatus, rege. Lucretius lib. 1 v. 270,

Principio venti vis verberat incita Pontum.

Prudentius Hymn. 3 Καθημ. v. 91,

Quod calet halitus interior,
Corde quod abdita vena tremit,
Pulsat & incita quod resonam
Lingua sub ore latens caveam,
Laus superi Patris esto mihi.

¶ Incĭtus & immotus est: ut, *Calculi inciti*, qui redacti ad lineam ultimam, quæ *Incita* & ipsa dicebatur, cieri amplius, id est, moveri non possunt. Est autem hîc IN Præpositio στερητική. Adeoque

¶ Incita, æ: item, inciti, orum: item, incita, orum, quid sint, item illud, *ad incitas redigi*, omnium optime Scaliger docet Appendice ad Conjectan. lib. 6, *Antiqui*, inquit, *fines seu terminos, quos amplius promovere non est*, incitos *vocabant. Et qui eo rerum erant redacti, ut nullum certum rerum suarum consilium capessere possent*, ad incitas redacti *dicebantur. Vbi subaudiendum* lineas. *Metaphora enim a ludo* duodecim scruporum. *Nam quum ad ultimam lineam promoti erant calculi, tum is, cujus intererat*, ad incitas lineas redactus, *calculi vero ipsi* inciti *dicebantur. Quod annotat Isidorus. Apud Græcos alia erat tabula calculorum, quippe quinque linearum. Itaque non in ultimis lineis erant inciti calculi, sed in mediâ. Quare cùm alteruter ex lusoribus in incitam lineam cogeretur, tunc movebant calculum ab eadem mediâ lineâ, hoc dicto, κινῶ τὸν ἀφ' ἱερᾶς: nam linea illa vocabatur* ἱερὰ, &c. Isidori locus, quem hîc Scal. innuit, est lib. 18 Orig. cap. 67. Cæterum quando in neutro *incita* dicimus, subintelligendum loca, quod Joh. Livineius ad Mamertini Panegyr. Juliano Augusto dictum cap. 9 notat, ubi duo ejusmodi exempla ex Lucilio adjecit. *Inciti* autem, seu *Incitæ*, id est, immoti, immotæ, a *Cieo*, moveo. Plaut. Trin. act. 2 scen. 4 v. 136, *Ad incitas redactus est*, & Pœnulo act. 4 sc. 2 v. 85, *Ad incitas lenonem rediget, si eas abduxerit.* Lucilius apud Nonium c. 2 n. 422, *Illud ad incitas cum rediit, atque internecionem.* Idem: *Villicum corrupit, ad incitas adegit.* Apulej. lib. 3 A. A. *Ad extremas incitas deducti.* Lib. 11, *Ad ultimam salutis metam detrusus*, idem dicit, der gantz herunter kommen.

¶ Incitus, ûs, bewegung. Plin. hist. lib. 2 c. 45, *Qui sive assiduo mundi incitu, & contrario siderum occursu nascuntur.* Sic Froben. & alii: at Harduin. *incitatu.*

¶ Incĭtare, frequentativum, est impellere & instigare, anregen, reitzen, treiben, anhetzen: ut, *Cohortatione sua alicujus animum incitare*, Trebonius Ciceroni 12 epist. 16. *Exercitatio eloquendi celeritatem incitat*, Cicero de Orat. 1 cap. 20. *Incitare navem*, Cæsar dixit B. Gall. 4 cap. 25. Tacitus 3 Annal. cap. 25, *Relatum deinde de moderanda Papia Pompæa, quam senior Augustus post Julias rogationes, incitandis cælibum pœnis, augendo ærario sanxerat.* INCITANDIS, id est, intendendis. Cæsar 2 Comment. de bello Civ. cap. 14, *Nostri repentina fortuna permoti, arma, quæ possunt, arripiunt; alii ex castris se incitant*: id est, celeriter movent, & se impellunt in hostem quasi, nam sequitur: *fit in hostes impetus.* Idem Comm. 3 cap. 24, *Jam ex omnibus partibus subito Antonianæ scaphæ signo dato se in hostes incitaverunt.* ¶ *Incitare currentem*, τὸν τρέχοντα ὀτρύνειν, proverbiale est, Ciceroni familiare: est, ad id aliquem incitare, ad quod sua sponte fertur. v. g. idem in Orat. lib. 2 c. 44, *Facilius est currentem (ut ajunt) incitare, quam commovere languentem.*

¶ Incĭtatus, a, um, commotus, incensus, gereitzet, erregt, behend: ut, *ira incitatus*, Cic. Offic. 1 cap. 7, Et, *Alter* [Thucydides] *incitatior fertur*, rinnet geschwinder, quasi fluvius, ut ex contextu apparet, in Oratore c. 12. *Mundi incitatissima conversio*, apud eumdem de Somn. Scip. c. 5. *Incitari sanguinis est*, er ist hitzig, Sen. epist. 11.

¶ Incitatè, adverb. schnell, frisch. Comparativus Ciceronis est in Oratore c. 20, *Platonis & Democriti locutio incitatiùs fertur.* Et cap. 63, *Fluit numerus tum incitatiùs brevitate pedum, tum proceritate tardiùs.*

¶ Incitator, ōris, ein anreitzer. Prudentius in Romano v. 67, *ut incitator & fax omnium*, als ein aufrührer.

¶ Incitatrix, īcis, eine antreiberin, fœm. Arnob. lib. 2 p. 64, *Ista persuasio est incitatrix ad vitia.* Lactantius de Ira Dei cap. ult. *Opulentia libidinum incitatrix.*

¶ Incitatio, onis, anreitzung, antrieb. Cicer. de Orat. lib. 1 cap. 9, *languentis populi incitatio.* Et lib. 2 cap. 43 de eodem Oratore: *Potest inflammari animus acri & vehementi incitatione.* Idem de cursu Quæst. Acad. 4 cap. 26, *Sol tanta incitatione fertur, ut celeritas ejus quanta sit, ne cogitari quidem possit.*

¶ Incitamentum, i, idem, vel res, quæ incitat. *Laborum & periculorum incitamentum*, Cic. pro Arch. cap. 10. Et Tacitus lib. 6 cap. 29 extr. *Vxor incitamentum mortis, & particeps fuit.* Plinius Paneg. c. 27, *Magnum est educandi incitamentum, tollere liberos in spem alimentorum.* Afferunt etiam ex Livio 21 c. 44 extr. *incitamentum ad vincendum*: sed aliter MSS. libri, ut uterque Gronovius, pater & filius, annotaverunt.

¶ Incitābulum, i, idem quod incitamentum. Gellius lib. 15 cap. 2, *incitabulum ingenii virtutisque.*

¶ Incitatus, ûs, substantive apud Plinium legitur lib. 2 cap. 45, *Qui sive assiduo mundi incitatu*, [in quibusdam libris & *incitu* legitur, æque bene] *& contrario siderum occursu nascuntur: sive hic est ille generabilis rerum naturæ spiritus, huc illuc tanquam in utero aliquo vagus* &c. INCITATV, id est, motu, incitatione, & rotatu cæli. Atque ita etiam Harduinus. Agitur autem de ventis.

¶ Incitabilis, e, anreitzend. Gloss. gr. lat. παροξυντικός, *Incitabilis.*

¶ Percieo, ere, & Percio, ire, valde movere, Plauti & Lucretii obsoletum verbum. Ille enim Asinar. a 2 sc. 4 v. 69, *ni istum impudicum percies*, id est, subinde ac sine fine impudicum proclamas, sive prædicas; ubi futurum a *Percio* videtur esse. Lucretius autem lib. 3 v. 304 clarius: *irai fax subdita percit.* Et lib. 4 v. 567 idem:

Præterea edictum sæpe unum perciet aures,

Præsenti tempore. Adde lib. 3 v. 185. Et Præterito, eodem lib. 3 v. 28,

His ubi me rebus quædam divina voluptas
Perciit atque horror.

¶ Percĭtus, & forsan etiam Percītus, a, um, significat vehementer commotus. Terent. in Hecyr. act. 3 sc. 3 v. 17, *Incredibili re atque atroci percitus*, erschreckt und bewegt. *Animo irato & percito facere*, mit zornigem und bewegtem gemüth, Cicer. pro Milone cap. 23.

¶ Impercitus, a, um, non percitus, ex Silio adfertur lib. 9 v. 161. Sed Fr. Modius membranarum ope substituit *imperditus*. Vide Notas Cellarii ad cit. Ant.

¶ Præcia, æ, præclamator, metator, a præ & Cieo; Apul. 11 Metam. *Præciæ, qui facilem sacris viam dari prædicarent*, ausruffer. Conf. Rosini Antiq. Rom. 3 c. 31 p. 316.

¶ Procitare, i. e. prolicere, provocare, ausfordern. Festus.

¶ Recītare, clarâ voce legere de scripto, laut lesen. *Literas in Senatu recitare*, Cic. 10 epist. 26. Juvenalis sat. 8 v. 126,

Credite me vobis folium recitare Sibyllæ.

Specialem significationem, qua Plinius Junior sæpe usus est, vide in *Recitatio* & *Recitator*: v. gr. lib. 8 epist. 12 pr. *Recitaturus est Titinius Capito, quem ego audire nescio magis debeam, an cupiam.* * Male vulgo usurpari pro memoriter dicere, contendit Scioppius, sed & ita

in hac notione inveniri ostendit Schultingius not. ad præf. ad controv. lib. 1 Sen. *Grævius*.

¶ Recitatio, ōnis, Herlesung, Vortrag: ut, *recitatio literarum*, Cic. pro Domo cap. 9. Id est, lectio. Nam in judiciis cum legerentur testimonia & auctoritates, quibus utebantur actores caussarum, ille actus *recitatio* dicebatur. ¶ Deinde hoc nomen ad illas lectiones translatum quoque est, cum Scriptores & initio quidem Poëtæ, postea tamen & cæteri, poëmata & lucubrationes suas, priusquam ederent, cum privatim convocatis auditoribus, tum publice in auditorio recitabant, ut judicium atque censura de iis fieret: de quo præclaro & utilissimo instituto veterum videndus Lipsius est Centuriâ 2 ad Belgas epist. 48. Sic Plinius lib. 1 epist. 13 extr. *Possum jam repetere secessum, & scribere aliquid, quod non recitem, ne videar, quorum recitationibus affui, non auditor fuisse, sed creditor*. Adde de laudabili ritu Dialogum de Oratoribus c. 2 & 9.

¶ Recitator, oris, qui in judicio recitat, quæ allegantur ab actoribus, sive legit de libro, ein Leser. Cicero pro Cluentio cap. 51, *Cum Brutus duobus recitatoribus constitutis ex duabus ejus* [Crassi, qui contra agebat] *orationibus capita alterna, inter se contraria recitanda curasset*. Et paullo post: *Tres & ipse* [Crassus] *excitavit recitatores, cum singulis libellis, quos M. Brutus, Pater illius accusatoris de jure civili reliquit*. ¶ 2. Deinde *recitatores* sunt, qui in cœtu amicorum, aut publice scripta sua recitabant. Seneca ep. 95, *Recitator historiam ingentem attulit, minutissime scriptam, arctissime complicatam, & magna parte perlecta, DESINAM, inquit, SI VULTIS. Acclamatur, RECITA, RECITA, ab his, qui illum obmutescere illico cupiunt*. Plinius d. l. 1 epist. 13, *Subinde sibi nuntiari jubent, an jam recitator intraverit, an dixerit præfationem* &c.

¶ Irrecitabiliter, id est, ineffabiliter. Venantius Fortunatus Carmine Paschali v. 49, *Irrecitabiliter manans de corde Parentis*.
Ergo Recitabile, Irrecitabile, hujus poëtæ temporibus non penitus inauditum insitatumque fuit.

¶ Retrocitus, a, um, ultro citroque ductus, hin und her gezogen. Lucret. 4 vers. 546 de tuba:

Et reboat raucum retrocita barbara bombum.

¶ Suscitare, aufwecken, erwecken. *Somno suscitare aliquem*, Plautus Mil. act. 3 sc. 1 v. 96. Catullus epigram. 80 in Gellium:

cum te octava quiete
Et mollis longo suscitat hora die.

Sic *ignes sopitos suscitare*, Virgilius lib. 5 v. 743 dixit: Et, *bellum civile suscitare*, Brutus & Cassius ad Antonium lib. 11 epist. 3 inter Ciceronianas. Horat. lib. 2 Carm. od. 10 v. 16,

non, si male nunc & olim
Sic erit, quondam citharâ tacentem
Suscitat Musam, neque semper arcum
Tendit Apollo.

¶ Suscitator, ōris, der Wecker. Tertullianus adv. Praxeam cap. 28 extr. *Si Christus, qui est mortuus, Pater est; alius erit suscitator, quam Pater mortuus*. Et Chrysologus serm. 75 itidem de Christo: *sui suscitator*.

¶ Suscitābulum, i, die Erweckung, quod incitamentum Nonius interpretatur, eoque allegat Varronis illud ex Satyra Ὄνος λύρας:

Phonascus adsum vocis suscitabulum,
Cantantiumque gallus gallinaceus.

¶ Suscitamen, ĭnis, idem, apud Apul. Metam. lib. 1.

¶ Exsuscitare, Brutus ad Cicer. epist. 16, *Magis tu te exsuscita*. Cicero Offic. 1 cap. 4, *Cura exsuscitat animos*. Proprie, aufblasen, erwecken. Livius lib. 21 cap. 3 extr. *Parvus ignis incendium ingens exsuscitat*.

¶ Exsuscitatio, onis, die Ermunterung. Auctor ad Herenn. lib. 4 cap. 42 extr. *Si sententiam trajiciemus aut ad sermocinationem, aut ad exsuscitationem*.

¶ Resuscitāre, wieder erwecken. Ovid. 8 Metam. v. 475,

positamque resuscitat iram.

Sic *legatum resuscitari*, dicitur, quod perierat, Lege 27 Dig. de adimend. vel transf. legatis. Et, *Reliquiæ resuscitandæ*, Prudent. hymn. 6 v. 136 Peristeph. in honorem Fructuosi &c.

¶ Resuscitatio, ōnis, die Auferweckung. Tertullian. de Resurrect. c. 30, *Nulla opinor resuscitatio, si non hæc erit ipsa, quæ Ezechieli revelatur*. conf. c. 25.

¶ Resuscitator, oris, der Aufwecker. Tertullianus de Resurrect. Carn. cap. 57, *Ostendit non tantum resuscitatorem carnis, verum etiam redintegratorem*. Beda lib. 2 Hist. eccles. Angl. cap. 1, *Venerabilis pater Gregorius in tantum contra nascentem heresin novam laborare contendit, ut nullus exinde sit inventus, qui ejus resuscitator existeret*.

¶ A *cito* est & *sollicito*, de quo infra suo loco.

CIFRA, æ, eine Ziffer; Ita recentiores vocant signum numerale, de cujus antiquo usu Js. Vossius ad Melæ lib. 1 c. 12 p. 64.

CILICIA, æ, Κιλικία, regio est minoris Asiæ Syriæ proxima, à *Cilice* Phœnice, Agenoris filio, sic appellata: Straboni duplex est, *campestris* & *trachea*, id est, *aspera*. Fuit olim opulentissima Pop. Rom. provincia, clarissimaque, non prœlio modo, quo victus fugatusque ab Alexandro Darius est; verùm & Cicerone Proconsule. Ejus Metropolis *Tarsus* fuit, Pauli Apostoli patria, qui aliam maximamque illi nobilitatem circumdedit. Vulgo dicitur *Caramania*.

¶ Cilix, ĭcis, ein Cilicier. Stat. lib. 3 Silv. 3 v. 33,

tu largus Eoa
Germina, tu messes Cilicumque Arabumque superbis
Merge rogis, &c.

Λόγος ἐστὶ παλαιὸς, μὴ ῥᾳδίως ἀληθεύειν τοὺς Κίλικας. id est, *Vetus verbum est, Cilices haud facile verum dicere*, seu, re, *quod dixerunt, præstare*. Vide Chil.

¶ Cilicensis, e, apud Cicer. ad Quint. Fr. lib. 1 ep. 2, *Si te interioribus vicinis tuis Cilicensi & Syriaco anteponis, valde magnum facit*.

¶ Cilissa, æ, fœm. a Cilix, sicut a Phœnix Phœnissa. e. gr. *Terra Cilissa*. Ovid. in Ibin v. 200. Propert. lib. 4 eleg. 6 v. 73,

Vinaque fundantur prælis elisa Falernis,
Terque lavet nostras spica Cilissa comas. i. e. crocus.

¶ Cilicismus, i, idiotismus Cilicum, quem Paulo Hieronymus tribuit epist. 151 ad Algasiam, quæstione 9, de quo quid sentiendum sit, videas in eruditissimi viri Balth. Stolbergii de Solœcismis & Cilicismis Exercitatione.

CILICIUM, i, Κιλίκιον: vestis genus ex hircorum sive caprorum pilis contextum; quæ tonsura quod primùm in Cilicia instituta, facta inde appellatio est, ut Varro auctor est lib. 2 de re rust. in fine. Quo & Alcimus Avitus versu mox producendo respexit; eine Kotze, Madratze. Usus eorum potissimùm in castris, item in navibus. Quo illud Virgilii pertinet Georg. 3 v. 311,

Nec minus interea barbas, incanaque menta,
Cinyphii tondent hirci, setasque comantes
Usum in castrorum & miseris velamina nautis.

Asconius in 3 Verrin. *CILICIA, texta in castrorum usum atque nautarum*. Atque in castris quidem iis utebantur, cùm ad poliendas loricas, tum tabulata turrium tegenda, ne jactis facibus ignis possit adhærere, ut Servius ad paullo ante productos versus Virgilii annotat: quod de madefactis ciliciis accipio. Solebant eadem & tendi per propugnacula, ut cohiberent sagittarum impetum: de quo Vegetius lib. 4 cap. 6, *Velorum Ciliciorum* in domibus contra pluvias ac ventos paratorum, meminit Ulpianus Lege *Quæsitum* 12 § *Vela* 17 Dig. *de instruct. vel instrum. leg.* Lugentium & pœnitentium vestes apud Ebræos; quos LXX σάκκους appellant; Vetus Interpres Latinus sæpe *Cilicia* interpretatus est. Neque enim dubium est, hirtas & ex pilis contextas fuisse. Talia enim *Cilicia*, sive *Cilicina*, appellabantur: Quare & δέῤῥεις τριχίνας Exodi 26, idem Interpres *Saga cilicina*: & σάκκον τρίχινον, Apocalyps. cap. 6, *Saccum cilicium* vertit. Qui locus id quoque indicat, nigros fuisse hos saccos sive cilicia. Et vero hic color mœstos plangentesque maximè decet. Prudentius Hymno jejunantium de Ninivitico justitio agens:

Squalent recinctâ veste pullati patres,
Setasque plangens turba sumit textiles,
Impexa villis virgo bestialibus.

Alcimus Avitus cùm idem argumentum Ninivitarum tractat lib. 4 v. 380, *Mollibus abjectis, Cilicum dant tegmina setæ*.
id est, ciliciis induuntur. Cæterum *Sacci* à formâ, (angusti enim & minime fluctuantes erant,) *cilicia* à materiâ, pilis videlicet caprarum, dicebantur. Quare *tunica saccea*, sive *saccinea*: & *tunica cilicia*, de eadem B. Hieronymo dicitur in vitâ Hilarionis sub finem. Tali enim ille sanctus usus fuerat. Et ita fermè solebant vestiri, qui plane renunciassent seculo, propositumque severius sequerentur, qui & *ascetæ* & *monachi* appellati. Quibus maximè conveniebat hæc vestis: *cum monachus non doctoris, sed plangentis officium habeat: qui se, vel mundum lugeat, & Domini pavidus præstoletur adventum*, ut idem Hieronymus alibi scribit. Paullinus Nolanus in obitum Celsi v. 451,

Si modò lugentem gravis hirto tegmine saccus
Caprigenum setis dum teget, & stimulet.

Ubi & *saccum* & *setas* sive pilos caprinos habes, ex quibus *cilicia* contexta erant. Quamquam *Ciliciorum* nomine omnes hirtas vestes comprehendi existimem; licet de aliis etiam, quam caprinis pilis contextæ essent; ut Camelorum: qualis Johannis Baptistæ fuit. Idem discipulorum B. Martini: de quibus Severus Sulpicius de vita Martini cap. 7, *Plerique camelorum setis vestiebantur. Mollior ibi habitus pro crimine erat*. Utebantur autem Ascetæ ideo hirtis ejusmodi vestibus, atque in iis cubabant etiam, ut coërcerent carnem, & ad orationes vigilantiores essent. Unde Paullinus supra, *dum teget, & stimulet*, dixit. Et idem de Johanne Baptista v. 229,

Vestis erat, curvi setis contexta cameli,
Contra luxuriam molles duraret ut artus,
Arceretque graves compunctio corpore somnos.

Aliquando tamen non in ciliciis cubabant ascetæ, sed super iis jacebant humi stratis. Sulpicius Severus epist. 1 de S. Martino: *Quippe qui nudâ humo, uno tantum cilicio superjecto cubare consueverat*. Vide eumdem & epist. 3. Itaque in vestem stragulam etiam ciliciis utebantur. Illis enim & sternebantur sedilia. Idem Severus Dialogo 1 de virtutib. Monach. Oriental. c. 1 princ. *Jactis in terram ciliciis consedimus*. Et rursus ipso fine capitis: *Dein cilicium, cui insederat, ad me propius admovit, atque ita exorsus est*.

¶ Idem Paullinus epist. 7, *Cilices* pro *Ciliciis* dixit. *Conservuli*, inquit, *& compallidi nostri, non vestibus pictis superbi, sed horrentibus cilicibus humiles*. Nisi forte *Ciliciis* ibi rescribendum. Immo ita rescriptum est editione nova Parisiensi de anno 1685, ubi ordinem 22 epistolæ tenet, p. 117.

¶ Ciliciolum, i, diminut. ein Polster. Hieronymus epist. 27, seu Epitaphio Paulæ, cap. 7, *stratis ciliciolis*.

¶ Cilicinus, a, um, adject. ex Cilicio factus, hären. Solinus cap. 33 (al. 46) de Arabia: *Ipsa tentoria cilicina sunt*.

¶ Ciliciarius, i, qui facit aut vendit cilicia. Vetus Inscriptio apud Grut. p. 648 num. 6, RESPECTIO GRATIANO CILICIARIO CATIOLA CONIUX P. C.

¶ Conciliciatus, a, um, cilicio indutus cum aliis. Tertullianus de Pudicit. c. 13, *conciliciatus & concineratus*: de pœnitentium habitu in primitiva ecclesia loquitur.

CILIUM, i, plur. Cilia, sunt pili palpebrarum, die Augenwimpern, quorum usus est, ut vel spiritus visivos, vel radios dirigant. Nam his amissis aut retortis, oculi non possunt recte prospicere. Festus: *Cilium est folliculus, quo oculus tegitur, unde fit Supercilium*. Lactantius Opif. Dei cap. 10 pr. *Ut oculi munitiores essent ab injuria, ciliorum tegminibus occuluit*. Asinus aureus Milesiarum lib. 10 de se: *Quodque esset apprimè mirabile, verbis nutum commodare, ut, quod vellem relato, quod nollem rejecto capite, monstrarem; sitiensque, pocillatore*

tore reſpecto, ciliis alterna connivens, bibere flagitarem. Idem Apul. Apologiâ *Cilia turgentia* dixit. Ex hoc fit

¶ Ciliatus, a, um, ſchön von augenwimpern. Gloſſ. gr. lat. ἔυοφρυς, *Ciliatus.*

¶ Concilium, quod Iſidoro 6 c. 16 eſt a *Cilium*, vide infra ſuo loco.

¶ Intercilium, i, quod eſt *medium inter cilia ſine pilis*, Iſidor. lib. 9 c. 1. Gloſſ. gr. lat. μεσόφρυον, *intercilium.* Et

¶ Supercĭlium, i; Supercilia in ima fronte ſunt ſupra oculos, die augbramen. Plin. lib. 11 cap. 37, *Supercilia homini & pariter & alterne mobilia: in iis pars animi. Negamus, annuimus. Hæc maximè indicant faſtum. Superbia alubi conceptaculum, ſed hîc ſedem habet. In corde naſcitur, huc ſubit, hîc pendet.* Hinc *ſupercilium tollere*, de iis dicitur, qui ſibi videntur aliquid, & multum per arrogantiam tribuunt, die ſich viel düncken laſſen: *contrahere; adducere ſupercilium*; de triſtibus, & qui notant alios aut faſtidiunt. Hoc *nubem ſupercilii* Horatius vocat lib. 1 epiſt. 18, Græcos imitatus, ut ibi interpretes obſervant. ¶ 2. Hinc non raro *ſupercilium*, pro triſtitiâ ac ſeveritate cenſoriâ; itemque faſtu ac ſuperbiâ ponitur. Juvenalis Sat. 6 v. 167,

> *ſi cum magnis virtutibus affers*
> *Grande ſupercilium.*

Auſonius ad Lectorem ſuper Idyll. 7,

> *Carminis incomti tenuem lecture libellum*
> *Pone ſupercilium.*

Martialis lib. 1 epigr. 4 ad Cæſarem:

> *Contigeris noſtros, Cæſar, ſi forte libellos,*
> *Terrarum dominum pone ſupercilium.*

id eſt: regnatricem majeſtatem vultus imperatorii. Bene Democritus ajebat, *ſupercilium parvum aut contemtum membrum haud eſſe: poſſe quippe vitam omnem obſcurare*, ut Laërtius auctor eſt. Nimirum, quod Claudianus dixit de 4 Conſul. Honor. v. 304,

> *Inquinat egregios adjuncta ſuperbia mores.*

¶ 3. Supercilium etiam dicitur locus editus per ſimilitudinem, & unde in ſubjecta deſpectus eſt. Virgil. 1 Georg. v. 108,

> *Ecce, ſupercilio clivoſi tramitis undam*
> *Elicit.*

Vbi Servius SVPERCILIVM, *altitudinem, ſummitatem terrarum*, interpretatur. Hinc *devexitas ſupercilii*, der hang, apud Siculum Flaccum; cujus locum mox adducemus. Hirtius de Bello Africano cap. 58, *Poſtero die univerſas omnium copias de caſtris omnibus deducunt; & ſupercilium quoddam excelſum nacti, non longe a Cæſaris caſtris aciem conſtituunt. Supercilia Rheni, Nili, Moſæ*, apud Ammianum Marcellinum legas, altiores ripas deſignantem, unde in ſubjectum flumen deſpectus eſt. v. gr. lib. 14 cap. 32 pr. *Ventum eſt ad ſupercilia fluminis Rheni.* Et lib. 17 cap. 18, *munimenta ſuperciliis impoſita fluminis, Moſæ.* De mari etiam uſus eſt Mela lib. 3 cap. 3 extr. *Mare*, inquit, *anguſtum & par freto, curvansque ſubinde ſe, longo ſupercilio inflexum eſt.* Sic de cacumine montis *ſupercilium* dixit Livius 27 cap. 20, & *ſupercilium collis* B. Hieronymus in vita Hilarionis. Gromaticis ſcriptoribus non quævis ſummitas, aut quodvis faſtigium *ſupercilium* eſt, ſed quod paucorum pedum modo æſtimatur. Siculus Flaccus de Condition. agrorum: *Supercilia, de quibus mentionem habui, ſi finem facient, intuendum erit, in quantum ſpatium devexitas ſupercilii extendatur, ne mons ſupercilium ſit. Intra paucos enim pedes ſupercilia accipiunt. Quæ tamen usque in planitiem ex ſuperiori vergunt, ad ſuperiores poſſeſſores pertinent.* Spatium autem iſtud intra pedes XXX definierunt. Hyginus: *Supercilia ſunt loca ex plano in locis clivo devexo intra pedes latitudinis XXX alioqui jam collis eſt.* Ergo Agrimenſoribus *ſupercilium* à monte, colle, diſtinguebatur, iisque brevius erat, ſeu minus. Alio nomine dicebatur RIGOR. Aggenus Vrbicus Commentario in Frontinum de limitibus agrorum: RIGOR, inquit, *ſi inventus fuerit de triginta pedum latitudine, ut ne ab utroque poſſeſſore tangatur. Quod ſi plus de XXX pedibus patuerit, jam collis eſt, qui exigit, ut ſuperior poſſeſſor in planum usque deſcendat, & ſibi defendat omnem devexum locum.*

¶ Superciliōſus, a, um, qui eſt grandis ſupercilii, hochmüthig, ernſthafft; ut, *Catonianum ſuperciliosæ frontis arbitrium*, apud Sidonium lib. 7 epiſt. 9. *Triſtes & ſupercilioſi alienæ vitæ cenſores*, apud Senecam epiſt. 123. Comparativo uſus Martian. Capell. lib. 8, *Me ſupercilioſior increpabas.*

CILLIBAE, arum, menſæ rotundæ, Feſtus.

¶ Cillibantes, um, ligna quædam trium crurum ſeu tribus pedibus fulta, quibus in prælio fatigati ſcuta imponebant, ut ex Ariſtophane notat Cælius lect. antiq. 5 c. 15.

CILLICON, ōnis, Mileſius, qui, cum proditionem patriæ moliens rogaretur, quidnam eſſet facturus? reſpondit: πάντ' ἀγαθά, i. e. *omnia bona.* Vnde Proverbium: πάντ' ἀγαθά, ὡς ἔφη Κιλλικῶν, i. e. *Omnia bona, velut inquit Cillicon.* Alludit huc & Ariſtophanes ἐν εἰρήνῃ:

> Οὐδὲν πονηρὸν, ἀλλ' ὅπερ καὶ κιλλικῶν, i. e.
> *Mali nihil, verum quod inquit Cillicon.*

Interpres adjicit, quod prodita Mileto Theagenes quidam Syrius commigrarit Samum, atque ibi carnes vendens, quas empturus erat Cillicon, amputaverit machæra ſua ementis manum: Iſta, inquiens, manu non prodes alteram civitatem. Eraſm. in Adag. ex Suida & Zenodoto.

CILLO, ere, eſt movere, antique. Hinc Aſcillæ, quod ex his brachia cilluntur; hinc & oſcilla dicta, quod ora cilluntur, uti eſt apud Iſidorum 9 c. 1. Hinc furcillæ, quibus frumenta cilluntur, apud Servium 2 Georg. Videtur frequentativum eſſe a *Cieo.*

CILLVS, i, aſinus, auritum animal. De eo Petronius Arbiter Fragm. Carm. p. 211 per criminationem:

> *Judæus licet & porcinum numen adoret,*
> *Et cilli ſummas advocet auriculas.*

Vide Iſaac. Voſſii ad Melam adnotationes p. 49, & adde, quæ ſupra in *Anchialus* dicta ſunt.

CILO, ōnis, cui frons eſt eminentior, ac dextra ſiniſtraque velut reciſa videtur, cui caput eſt acuminatum, der eine hohe ſtirn hat, ein ſpitz-kopff. Cicero in Salluſt. *Cilones, impudici, parricidæ, ſacrilegi.* Quem locum Cœlius exponens, *Cilones*, inquit, *cinædi ſunt.* Flavius Caper, vetuſtiſſimus Grammaticus: CILO *eſt anguſto capite; cui hoc contingit in partu:* CHILO *dicitur, modum labrorum excedens.* Hic eſt, quem *improbius labratum* Chariſius dixit. Vide Feſtum, & ſupra in CHILO.

Cima, æ, vide *Cyma.*

CIMBRI, orum, populi ſunt poſt Saxones, a quibus *Cimbrica Cherſoneſus* appellata eſt, quæ hodierna Jutia eſt, inter Codanum ſinum Oceanumque Germanicum porrecta in anguſtum. Conf. Plin. lib. 2 cap. 67 & ibi Dalechamp. p. 108. Hi primi omnium Germanicum nomen terribile reddiderunt Romanis. Tacitus de Germania c. 37, *Eundem Germaniæ ſinum proximi Oceano Cimbri tenent: parva nunc civitas, ſed gloriâ ingens. Veterisque formæ late veſtigia manent, utraque ripa caſtra ac ſpatia, quorum ambitu nunc quoque metiaris molem manusque gentis, & tam magni exercitus fidem:* & quæ ſequuntur ibi plura, quæ legas. Cimbri, cum in Italiam trajeciſſent cum exercitu, a Q. Catulo, & C. Mario prælio victi ſunt, in quo cæſa dicuntur hominum centum quadraginta millia, capta ſexaginta, ut narrat Livius lib. 68. Plutarchus in Mario *Cimbrorum* vocabulum Germanicum tradit, quo *Latrones* ſignificentur, quod Poſidonius quoque exiſtimavit, ut ex Strabonis lib. 7 cognoſcere licet. Id, ut alia, quæ fabulati ſcriptores antiqui de Cimbris ſunt, confutat Cluverius lib. 3 Antiquæ Germaniæ cap. 22.

¶ Cimbricus, a, um, adject. ut, *Bellum Cimbricum, Cimbrica tempeſtas*, Claud. de Bell. Get. 641, & Cicero pro Domo ſua cap. 38, *Porticum poſt aliquanto Catulus de manubiis Cimbricis fecit.*

¶ Cimbrice, adverb. Quintilianus Declam. 3 p. 37 ed. Hack. *de Italiæ poſſeſſione certatur, - - - an nobis caput barbarus hoſtis excîdat, an Cimbrice loquendum ſit.*

CĪMĒLIVM, i, Κειμήλιον, ornatus aut theſaurus, qui reponitur extra uſum quotidianum, ſchmuck oder kleinod. Homeri eſt vox: ut, *Inter* Κειμήλια *ſua aſſervare*, ein ding für ſeinen ſchatz halten.

¶ Cimeliarcha, æ, κειμηλιάρχης, cuſtos vaſorum eccleſiæ, ein ſchatzmeiſter. Lege ult. Cod. de Bonis auctorit. judicis poſſid. § Sin autem, *præſente viro reverendiſſimo cimeliarcha.*

¶ Cimeliarchīum, i, κειμηλιαρχεῖον, locus, ubi cimelia adſervantur, die ſchatz-kammer. Lege eadem: *in cimeliarchio ſanctæ eccleſiæ pecunias deponere.* Etiam *Cimeliarcho*, quinque ſyllabis ſcribitur: recte an corrupte, excutiant alii.

CĪMEX, ĭcis, eine wantze. *Lectularii* ſunt & *ſilveſtres* ex herbis victitantes, Matthiol. *Cimex olidus*, Eugenius Toletanus Carm. ult. Et Martial. lib. 9 epigr. 33,

> *Nec toga, nec focus eſt, nec tritus cimice lectus.*

Horatius Pantilium, poëtam putidum vocat *Cimicem*, 1 Sat. 10 v. 78.

¶ Cimico, are, wantzen haben. Gloſſ. gr. lat. κορίζω, *Cimico.*

CIMINVS, i, mons & lacus Etruriæ. Virgilius lib. 7 v. 697,

> *Et Cimini cum monte lacum, lucosque Capenos.*

CIMMERII, orum, Κιμμέριοι, populi in Italia fuerunt ad Bajanum & Avernum ſinum, qui in ſubterraneis domiciliis habitantes, & per cuniculos commeare ſoliti, toto in illis die delituerunt, noctu tantùm ad latrocinia egreſſi, cum victum ex metallorum alioqui effoſſione, divinationum mercede, & proventibus ab rege deſignatis, quærerent, ut ex Ephoro ſcribit Strabo. Cimmeriorum eorum Italicorum etiam Homerus meminit Odyſſeæ lib. 11 v. 14 ſeqq. Sed hos interiora aliquando Aſiæ tenuiſſe, Herodotus lib. 4 ſcriptum reliquit, verum à Scythis pulſos magis occidua tandem petiiſſe. Ptolemæus tabula Aſiæ ſecunda Cimmerios montes ab eorum nomine ſupra Albaniam locat. Certum eſt, illos proximos Amazonibus fuiſſe, & ad Mæotin tandem egreſſos Boſphoro reliquiſſe cognomentum. Plin. lib. 6 c. 2.

¶ Cimbros quoque, de quibus paullo ante, *Cimmerios* appellatos Græcis, Strabo & Plutarchus laudatis ſupra locis teſtantur. Sed tu Cluverium vide.

¶ Cimmĕrius, a, um, adject. ut, *Boſporus Cimmerius* inter Aſiam & Europam, vide *Boſporus.* Et, *Cimmerii lacus*, apud Tibull. l. 3 eleg. 5 v. 24, pro *infernis & caliginoſis.* Et, *Cimmeriæ paludes*, apud Claud. lib. 1 in Eutrop. v. 249. *Cimmeriæ tenebræ*, pro obſcuritate & caligine multa, Lactant. Divin. Inſtitut. lib. 5 cap. 3, *Cum igitur talia ignorantiæ ſuæ deliramenta fudiſſet (Apollonius,) cum veritatem penitus excidere connixus eſſet, auſus eſt libros ſuos nefarios ac Dei hoſtes* φιλαληθεῖς *annotare. O cæcum pectus! ô mentem Cimmeriis, ut ajunt, tenebris atriorem! diſcipulus hic fortaſſe Anaxagoræ fuerit, cui nives atramentum fuerunt.* Ammianus Marcellinus lib. 29 cap. 11, *Ea tempeſtate velut in Cimmeriis tenebris reptabamus.* Vide Chiliad.

¶ Cimmerium, i, oppidum eſt ad Boſporum, qui inde Cimmerius dicitur, ſitum, Pomp. Melæ lib. 1 c. 19.

CĬMŌLVS, i, inſula maris Cretici, cujus meminit Ovid. Met. 7 v. 463,

> *Hinc humilem Miconon, cretoſaque rura Cimoli.*

¶ Cimolius, a, um, Adject. ut, *terra Cimolia*, Plin. 35 c. 16 & 17. *Creta Cimolia*, Celſus 2 c. ult.

CIMON, ōnis, Κίμων, Athenienſis fuit, Miltiadis filius, munificentiâ & liberalitate in pauperes maxime celebris. Vide C. Nepotem, nec non Plutarchum vitâ ejus. ¶ 2. Valerius Maximus *Cimonem* etiam eum vocat, quem in carcere filia aliquandiu lacte ſuſtentavit, lib. 5 c. 4. Sed ibi alii pro *Cimona, Conona* legunt.

CINAEDVS, i, ein gauckler, κίναιδος. Cinædi enim veteribus ſaltatores dicebantur teſte Nonio c. 1 n. 15. Plaut. in Milit. act. 3 ſc. 1 v. 73, *Ad ſaltandum non cinædus malacus æque eſt atque ego.* ¶ 2. Eſt & *Cinædus* ſcortum maſculum, apud Petronium, & multos alios, ein weichling. *Cinædus calamiſtratus*, Plaut. Aſin. 3, 3 v. 37, &c. Martialis 6 epigr. 39, in fæminino *Cinæda fronte* dixit. Catullus etiam movit per gradum, ut adjacens nomen, Carm. 10, *ut decuit cinædiorem*, id eſt, fœda libidine inſigniorem. ¶ 3. Item piſcis genus, de quo Plin. lib. 32 c. ult.

¶ Cinædias, æ, gemma; *Cinædiæ inveniuntur in cerebro piſcis ejusdem nominis*, Plin. 37 c. 10.

¶ Cinædi-

¶ Cinædicus, a, um, adject. ut, *Cinædica cantio*, ein buhlen-lied, apud Plautum Sticho a. 5 sc. 5 extr.

Cinamum & Cinamomum; vide *Cinnamum*.

CĬNĂRA, æ, Κινάρα, carduus altilis, idem quod *Scolymus* & *Strobilus*, strobeldorn, welsche garten-distel. Columella lib. 10 v. 235,

Hispida ponatur cinara, qua dulcis Iaccho
Potanti veniat &c.

Plin. lib. 8 cap. 27, *Cervus herbæ Cinaræ* [a cinaris] *venenatis pabulis resistit.* vide infra *Cynara.*

CINCIA, æ, locus erat Romæ, ubi Cinciorum monumentum fuit. Festus.

CINCINNVS, i, plur. Cincinni crines sunt intorti vel calamistrati, gekreusselte haarlocken. Cicero in Pisonem cap. 11, *Erant illis comti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ.* Plaut. Truc. act. 2 sc. 2, *Jam ego istos fictos, compositos, crispos, cincinnos tuos unguentatos usque ex cerebro evellam.* Apul. lib. 8, *Cinædum senem; calvum quidem, sed cincinnis semicanis & pendulis capillatum* dixit. Varro formosum puerum describens apud Nonium c. 15 n. 43,

Ante aures modo ex subolibus parvulis
Intorti dimittuntur sex cincinnuli.

¶ Cincinni orationis, zierligkeit der rede. Cicer. 3 de Orat. cap. 25 extr. *in oratoris aut in poëtæ cincinnis ac fuco.* Vide & infra in *Cirrus.*

¶ Cincinnulus, i, diminut. ex jam adductis Varronis verbis, ut Scaliger edidit in Fragm. Varronianis p. 130. At Nonius Merceri & Godofredi *sed cincinni:* quod nec aliter in Fragm. poët. H. Stephani expressum est p. 334.

¶ Cincinnatus, a, um, cincinnis comtus, der krause haare hat. Vet. Gloss. *Cincinnatus*, Κομήτης : εὐπλόκαμος. Plaut. Mil. Glor. act. 3 sc. 3, *Cincinnatum mœchum*, id est, capillis crispis & calamistratis comtum. *Cincinnatæ stellæ*, Cometæ, Cic. 2 Nat. D. cap. 5.

¶ Cincinnatus, i, vel L. Quintius Cincinnatus, Romanus fuit, cui aranti viator attulit Dictaturam, & nudo quidem plenoque pulveris ore, Plin. lib. 18 cap. 3. De hoc Cic. lib. 2 de finib. cap. 4, *Majores nostri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum, ut Dictator esset.* Procul dubio à cincinnis hæsit nomen, qui eâ in gente id primus accepit. Vnde & pro insigni posteri ejus cincinnis usi. Suetonius Calig. cap. 35, *Vetera familiarum insignia nobilissimo cuique ademit. Torquato torquem: Cincinnato crinem.*

¶ Cincinnatŭlus, i, dimin. ut, *cincinnatuli pueri*, Hieronymus.

¶ Cincinnalis, e, adject. wie haarlocken. Apul. de herb. c. 51, *cincinnalis herba.*

CINCLVS, i, avis, ein steinbeisser, oder steinpicker, bachsteltze, in ripis enim rostro saxa ferit, dum muscas & vermiculos petit, aliàs *Motacilla.* Proverbio autem rusticano *Cincli* pauperes dicuntur, quibus neque domus neque suum est quicquam. Vide Chiliad.

CINĔAS, æ, Pyrrhi Regis Epirotarum amicus sive consiliarius, & Romam Legatus; vir prudentissimus & summa memoria, quo nomine eum Cicero 1 Tuscul. cap. 24 commendat. Ælianus in Tacticis auctor est, hunc Cineam Æneæ [cujus librum de obsidione toleranda edidit Casaubonus] antiquissimi scriptoris Commentarios στρατηγικὰς in compendium redegisse, de quo Ciceronis locus accipiendus epist. ad Papirium Pætum 9, 25. Vide Casauboni in Æneæ librum, quem diximus, præfationem.

Cinefacio, Cineresco, vide *Cinis.*

CINĒSIAS, æ, Κινησίας, Thebanus fuit Dithyramborum scriptor, sed ob impietatem & flagitia malè audiens. Suidas.

CINGO, cinxi, cinctum, cingere, circumdare, umgûrten, umgeben. *Cingere castra vallo*, das lager verschantzen, Liv. 7 cap. 39. *Cingere urbem mœnibus*, ûm die stadt eine mauer fûhren, Cicer. Nat. D. lib. 3 cap. 40. *Cingere urbem obsidione*, belâgern, Virg. 3 Æneid. v. 52, & Justin. 9, 1, 2.

¶ Cingŭlus, i, Cingula, æ, & Cingulum, i, ein gûrtel. Cic. Somn. Sc. c. 6, *Cernis terram quasi quibusdam redimitam & circumdatam cingulis, è quibus duos maxime inter se diversos & cæli verticibus ipsis ex utraque parte subnixos obriguisse pruina vides.* Virg. 12 v. 942,

fulserunt cingula bullis.

Sed & in Fœminino *Cingula* legitur. Est enim revera adjectivum. Ovidius de Remedio amoris lib. 1 v. 237,

Aspicis, ut pressos urant juga prima juvencos,
Vt nova velocem cingula lædat equum.

¶ Cingulum olim militiæ signum erat, unde & pro militia ponitur. Hinc *sumere cingulum*; *ponere cingulum*, pro, dare militiæ nomen, eidemque valedicere, dicebant. Severus Sulpitius Dialogo 2 de Virtutib. Martini cap. 12, *Miles quidam cingulum in Ecclesia, monachum professus, abjecerat.* Servius ad illud Virgil. Æneid. 8 v. 724, *discinctos Afros*: DISCINCTOS, inquit, *inhabiles militiæ. Nam omnes qui militant, cincti sunt.* Rufinus lib. 1 Histor. Eccl. cap. 32 de Juliano: *Militiæ cingulum non dari, nisi immolantibus, jubet.* Huc respiciens eleganter Prudentius Hymno 1 περὶ στεφ. v. 32,

Milites, quos ad perenne cingulum Christus vocat.

Quod si cui ordo & dignitas militaris eriperetur, ei *cingulum* adimebatur. Imp. Marcianus Lege 4 Cod. de SS. Trin. *Igitur si Clericus erit, qui publice tractare de religione ausus fuerit, à consortio clericorum removebitur: Si vero militia præditus sit, cingulo spoliabitur.* Vide & Herodianum lib. 2 cap. 13.

¶ Cingillum, i, diminutiv. Petron. Fragm. Tragur. p. 56, *Venit galbino succincta cingillo.* Glossæ Vet. virili genere: *Cingillus*, στρόφιον, ζώνιον.

¶ Cinctus, a, um, gegûrtet: ut, *gladio cinctus*, Curt. 9, 7, 19. *Cinctus multitudine immensa*, i. e. stipatus, comitatus, Vellej. 2, 14, 1. *Provincia cincta mari*, vom meer umflossen, Cic. pro Flacc. c. 12. *Cinctus* pro armato & militiæ studioso l. 15 ff. de mil. testam. *Alte cinctus*, id est, industrius, gnavus, aufgeschûrtzt, Horat. 2 Sat. 8 v. 10. & Senec. epist. 92 extr. quod una voce

¶ *Alticinctus*, Phædrus dixit lib. 2 fab. 6.

¶ Cinctus, ûs, subst. ein gurt, gûrtel, das gûrten. Vt, *incinctus cinctu Gabino*, Liv. 8 cap. 9, & Virg. 7 v. 612, *cinctuque Gabino insignis*, quâ quid fuerit, Servius ad hunc locum interpretatur, & Isidor. 19 cap. 24. Apulejus lib. 2 Florid. principio: *Habebat cinctui balteum.*

¶ Cinctura, æ, idem. Suetonius Cæsare cap. 45, *cingeretur fluxiore cinctura.*

¶ Cinctutus, a, um, cinctus, armatus, adject. bereit, geschickt. *Cinctuti Cethegi*, Horat. de arte v. 50. Adi interpretes, & vide supra *Cethegus.* Ovid. Fast. lib. 5 v. 101,

Semicaper coleris cinctutis Faune Lupercis.

¶ Cincticulus, i, diminut. puerorum zona, ein kinder-gûrtel, apud Plaut. Bacch. 3, 3 v. 28. vid. Turneb. 2 c. 30.

¶ Cinctor, ōris, der einen gûrtet. Gloss. gr. lat. ζώστης, *Cinctor.*

¶ Cinctorius, a, um, paratus ad pugnam, gladiatorius. Plin. 7 cap. 7, *Tu cujus semper cinctoria mens.* Conf. Ter. Phorm. 5, 7 v. 71.

¶ Cinctorium, i, cingulum, & pugio de cingulo pendens. Gloss. vet. *παραζώνιον, pugio, cinctorium.* Pomponius Mela lib. 2 cap. 1 extremo: *Mars omnium* [Scytharum] *Deus: ei pro simulacris ensès & cinctoria dedicant.* Adde Salmas. in Solinum p. 133.

¶ Cinxia, æ; ita Juno dicta Arnobio lib. 4, sicuti & Minerva Zostria. vid. Elmenh. in Arnob. p. 119, & Festus in *Cinxia.*

Composita:

¶ Accingo, xi, ctum, ĕre, sich aufschûrtzen und rûsten; ut, *Accingere sese operi & ad opus*: ut, *Illi se prædæ accingunt*, Virg. Æneid. 1 v. 210, ubi Servius: ACCINGVNT, *studiose parant, ut alibi*, Accingunt operi. *Accinctos autem industrios dicimus.* Hæc Servius. Etiam pronomine ἐλλειπτικῶς suppresso, ut Æneid. 2 v. 235, *Accingunt omnes operi*, subaudi, *sese.* Livius 1 cap. 12, *In hoc discrimen, si juvat, accingere*, id est, aggredere, te para. Idem lib. 4 c. 2, *ad consulatum accingi.* Hinc absolute *accingi* est, ad bellum parari ac institui. Tacitus 4 Hist. cap. 68, *Simul Domitianus Mutianusque accingebantur, dispari animo: ille spe ac juventâ properus, hic moras nectens.*

¶ Accinctus, a, um, id est, expeditus & promtus ad obeundas partes, fertig, gerûstet. Plinius Paneg. Trajani cap. 20, *Ad hoc comitatus accinctus & parens.* Et cap. 30, *Tam velox, Cæsar, potentia tua est, tamque in omnia pariter intenta bonitas & accincta.* Sic εὔζωνον Græci *strenuum* dicunt & *expeditum.* Vet. Gloss. εὔζωνος, *Expeditus.* Comparativus est apud Ausonium in gratiarum actione: *Cujus egressus auspicatior fuit, incessus modestior, habitudo cohibitior, familiaris habitus condecentior, aut militaris accinctior?*

¶ Circumcingere, von allen seiten umgeben, und zusetzen. Silius lib. 10 ineunte: *Ceu fera, quæ telis circumcingentibus, ultrò*
Assilit in ferrum, &c.

¶ Discingere, aufgûrten, auflosen. Martial. lib. 9 epigr. 103,

Peltatam Scythico discinxit Amazona nodo.

Sidon. 2, 7, *Discingere, quæ in disceptationem veniunt.*

¶ Discinctus, a, um, iners est & negligens, quem Germani vocant liederlich, loß, id est, qui & rem & famam suam parum tuetur. Pers. sat. 3 v. 31, *Non pudet ad morem discincti vivere Nattæ?*

Nonius ex Accio hunc citat versum, quem adolescentibus commendo: *Discincta vestis, discinctus animus, ne nega.*

Hinc *discinctus nepos*, Horatio Epod. 1 v. ult. est liberius vivens, der gantz ausgelassen. ¶ Discincti, etiam dicebantur exauctorati, & missi, cum ignominia, militiâ. Talibus enim & arma & cingulum adimebatur, ut paullo ante monebamus: ubi vide. Addo exemplum ex Vulcatii Gallicani Avidio c. 6, ubi præfectus Antiochenus programma in parietibus fixit, *ut, si quis cinctus inveniretur apud Daphnen, discinctus rediret.* Vide, quæ de Daphne infra traduntur, & Cellarius ad Eutropium lib. 6 cap. 11 commentatus est.

¶ Incingere, idem quod cingere. Frequens tritumque Melæ verbum: e. g. lib. 1 cap. ult. *Corycos oppidum portu saloque incingitur.* Adde lib. 2 cap. 3, 5, 6. Ovid. Metam. 7 v. 242,

Quas [aras] *ubi verberibus silvaque incinxit agresti.*

¶ Incinctus, a, um, umgûrtet. Solin. cap. 15 [al. 25,] *capitum ossa auro incincta in poculorum tradere ministerium.* Apulej. 7 libro: *uxor pretiosissimis Zonis incincta.*

¶ Percingere, circumdare, umgeben. Columella lib. 10 v. 347,

Sæpe suas sedes percinxit vitibus albis.

¶ Præcingere, idem quod cingere, gûrten. Ovid. 2 Trist. v. 271,

Et latro & cautus præcingitur ense viator,
Ille sed insidias, hic sibi portat opem.

Silius 3 v. 243, *præcinxit litora muro.*

¶ Præcinctus, a, um, gegûrtet, aufgeschûrtzt. Macrob. lib. 2 Sat. c. 3 narrat, *Syllam Pompejum*, Suetonius vero in Cæs. cap. 43, *optimates, sæpius admonuisse de Cæsare, ut male præcinctum puerum caverent.* Vtebatur enim Cæsar laxiore vestitu, quem corpori non applicabat satis, sic ut laciniam traheret. Ex quo gestu mollitiem & improbitatem quamdam morum non obscure sibi videbatur Sylla animadvertere. Quin & Cicero post Cæsaris victoriam interrogatus, *cur in electione partis errâsset*, eodem respiciens respondit, *præcinctura me decepit.* Vide Macrob. lib. 2 Sat. c. 3.

¶ Præcinctio, ōnis, der umfang, umkreiß. Vitruvio 5 cap. 3 est divisio graduum in theatro, in orbem facta, ut Lipsius de Amphitheat. cap. 13 extr. exponit. Idem Vitruv. 2 c. 8, *Per mediam præcinctionem collis platea facta est.*

¶ Præcinctura, æ, idem. Macrobius Saturn. lib. 2 cap. 3 Ciceronis judicium de Cæsare, ut modo in *Præcinctus* diximus, refert: *Præcinctura me decepit.*

¶ Præcinctorium, i, eine schûrtze, schurtzfell. Gloss. Cyrilli: *Præcinctorium*, ὑποζώνιον. Augustinus lib. 2 de Genesi contra Manich. c. 21, *fecerunt præcinctoria de foliis fici.* Vitruv. lib. 10 c. 21, *funes præcinctoriis transversis erant religati.*

¶ Procinctus, a, um, gerûstet, Particip. Gellius lib. 1 cap. 11, *Cum procinctæ classes erant, & acies instructæ*, i. e. ad pugnandum paratæ & expeditæ.

¶ Procinctus, ûs, nomen: ut, *Stare in procinctu*, in der rûstung stehen, apud Quintil. lib. 12 cap. 9 extr. *Habere in procinctu*, zur hand und in bereitschafft

bereitschafft haben, Idem lib. 10 sub initium. Ovid. 1 Pont. 8 [al. 9] v. 10, *Hæc in procinctu carmina facta puta.*

¶ Procinctualis, e, ad procinctum pertinens: ut, *Procinctualis ornatus*, apud Cassiodorum lib. 6 epist. 22.

¶ Recingere, aufgürten. Ovidius Metam. lib. 1 v. 398,

tunicasque recingunt.

Et lib. 4 ejusdem Metamorph. vers. 510,

sumtumque recingitur anguem.

¶ Recinctus, a, um, aufgegürtet. *Tunica recincta*, Ovid. 3 Amor. 1 v. 51. *Vestis recincta*, Virg. Æn. 4 v. 518, & Prudent. Romano v. 236.

¶ Semicingere. Æthicus Cosmograph. de Gallia: *Lugdunensis Aquitanicam provinciam semicingit.*

¶ Semicinctium, i, Zonam minus latam interpretatus Meursius est, ein fürtuch. Sane cingendo fuisse, Martialis indicat lib. 14 epigr. 151, cujus inscriptio SEMICINCTIVM;

Det tunicam dives: ego te præcingere possum:
Essem si locuples, munus utrumque darem.

Et hinc pro vinculo utebantur se suspensuri. Petronius: *Suspendio vitam finire constitui: & jam semicinctio stanti ad parietem sponte me junxeram, cervicesque nodo condebam.* Procul dubio fuerunt fasciæ linteæ, ut apparet ex icunculis illis, quas Laurentius Pignorius Comment. de Servis pag. 75 dedit, quæ pueros in conviviis ministrantes effingunt. Vide & Casaubonum in Vopisci Aurelianum cap. 48.

¶ Succingere, aufschürtzen, quo Ovidius 13 Metam. v. 733 allusit:

Illa feris atram canibus succingitur alvum.

Scyllam intelligens. Nec non Cicer. 7 Verrina cap. 56, *Hoc etiam iste infestior* [quam Scylla,] *quod multo se pluribus & majoribus canibus succinxerat.* ¶ 2. Idem quod accingi, armari; ut, *Frustra se terrore succinxerit, qui septus caritate non fuerit: armis enim arma irritantur*, Plin. Paneg. cap. 49.

¶ Succinctus, a, um, Part. gegürtet, gewaffnet. *Succinctus gladio*, ad Herenn. 4 cap. 52. *pugione*, Cic. Phil. 13 cap. 16. *ferro*, Liv. 40 cap. 7. *Maximarum gentium viribus succinctus*, Justin. 6 c. 1. conf. 35 cap. 1. *Succincta Diana*, Ovid. 3 Amor. 2 v. 31. *Succincta comas pinus*, Idem 10 Met. v. 103. Compar. *Succinctiores arbores*, Plin. 16 cap. 10.

¶ Succinctim, adverb. Cl. Mamert. Præfat. p. 4, *Succinctim, atque uti digito denotare*, kurtz, fertig. Comparativo usus Ammianus lib. 15 cap. 20, *succinctius edocebo*: & Sidonius lib. 1 epist. 9, *Fabor super his aliqua succinctius.*

¶ Succinctorium, i, vide supra *Campestre* ex Augustino. Idem lib. 2 de Genesi contra Manich. cap. 15, *Fecerunt de foliis fici sibi succinctoria*, quæ eodem libro cap. 21 *præcinctoria* dixit, ut supra notavimus. Adde Irenæi interpr. 3 cap. 35, eine schürtze, schürtz-band, schürtz-tuch, schärpe.

¶ Succinctulus, a, um, ein wenig aufgeschürtzt. Apul. lib. 2 Milesf. *Ipsa linea tunicâ mundule amictâ, & russea fasciolâ prænitente altiuscule sub ipsas papillas succinctula* &c.

¶ Succingulum, i, ein wehrgeheng. Plaut. Menæch. act. 1 sc. 3 v. 17.

CINIPHES, vel, Cinifes, is, insecti genus; quo nomine Vetus Interpres reddit, quos LXX σκνῖπας Exodi 8 v. 16 & 17 & Psalm. 105 v. 31 vocarunt: quod vocabulum & Severus Sulpicius retinuit in historiâ de Pharaone & plagis ejus: *Donec*, inquit, *superductis ciniphibus terra oppleta est, Chaldæis fatentibus majestate divinâ ista fieri.* Nostra Biblia läuse vocant: sed hoc insecti genus alatum faciunt, & in culicum genere ponunt auctores. Hesychius: Κνῖψ, ζῶον πτημὸν, ὅμοιον κώνωπι. Isidorus lib. 12 Orig. cap. 8, *Ciniphes muscæ minutissimæ sunt, sed aculeis permolestæ, quibus tertia plagâ superbus populus Ægyptiorum cæsus est.* Qui novissime Sulpicium Severum nitidissime edidit, observat, Plinium hoc genus insecti, nunc *muliones culices*, nunc *arborarios* dixisse. De *mulionibus* vere quidem: in *arborariis* autem falsus est. Neque enim *muliones*, culicum genus; sed picos, *arborarios* egregius dixit auctor. Locus est lib. 31 cap. 1, *In culicum genere muliones, non amplius, quàm uno die vivere. Eosque, qui arborarii pici rostrum habeant, & mella eximant, ab apibus non attingi.*

CINIS, ĕris, m. pulvis, in quem redigitur materia usta, asche. *Verti in fumum & cinerem*, zu asche werden, Horat. 1 epist. 15 v. 39. *Incedere per ignes suppositos cineri doloso*, idem dixit lib. 2 od. 1, pro, conari aliquid, quod sine periculo certo tentari nequeat. ¶ 2. In fœminino etiam *Cinerem* dixerunt veteres: itaque Cæsarem, Catullum, Calvum, cujus illud est, *Cum jam fulva cinis fueris*: usum Nonius observat c. 3 n. 51. Et ideo Charisius communis generis facit. Catullus eleg. ad Mallium 68 v. 90,

Troja virûm ac virtutum omnium acerba cinis.

Sed & Lucretius lib. 4 v. 928,

cinere ut multâ jacet obrutus ignis,

dixit. Et Serenus Sammonicus de Medicinâ cap. 22,

Et cinis ex calido prodest epota Lyæo.

¶ 2. Pro Funerum reliquiis *Cineres* usurpantur; die asche des verbrannten cörpers. Tacit. Annal. 2 cap. 75, *Agrippina adscendit classem cum cineribus Germanici.* ¶ 4. pro Manibus, defunctis vitæ, item memoria defunctorum. Cicero pro Quint. cap. 31, *obsecravit per fratris sui mortui cinerem.* Virgil. 4 Æneid. v. 552, *Fidem servare cineri*, dem todten das verheissene halten.

¶ Ciniscŭlus, i, m. diminut. ein wenig asche. Prudentius hymno Exsequiarum: *si cariosa vetustas*

Dissolverit ossa favillis,
Fueritque ciniscŭlus arens,
Minimi mensura pugilli.

¶ Cinĕraceus, a, um, grau, aschenfarb. Plin. lib. 25 cap. 13, *Capnos cineracei coloris.* Adde lib. 17 c. 7.

¶ Cinereus, a, um, idem; ut, *color cinereus*, Plin. 14 cap. 3.

¶ Cinerarius, i, ein aschen-brödel: Cĭnĕrārii & cĭnĭflōnes iidem erant, & dicebantur, qui ab officio calamistrorum erant, acusque & veruta flando calefaciebant, quibus matronæ capillos crispabant, ut Vetus

Scholiastes explicat. Varro lib. 4 de L.L. cap. 29, *Qui calamistros calefactos in cinere ministrabat, â cinere* Cinerarius *est appellatus.* Hinc Tertullianus lib. 2 ad Vxor. cap. 8 in luxu fœminarum nobilium & *cinerarios* ministros posuit. *Vnde*, inquit, *nisi à diabolo maritum petant idoneum exhibendæ sellæ, & mulabus, & cinerariis peregrinæ proceritatis?* De quibusdam christianis mulierculis agit, quæ paganorum connubium maritorum, ut opulentius, ambiebant. Vet. Gl. *Cinerarius*, δοῦλος ἑταίρας: Item *Cinifio*, ἐμπλέκτης. Item γυναικῶν κοσμητής, *Cinifio.* Horat. lib. 1 sat. 2 v. 98,

Custodes, lectica, ciniflones, parasiti.

Meminit horum *cinerariorum* & Catullus Epith. Mallii v. 78, & Seneca de Constantiâ Sapientis cap. 14. Conf. Lambin. ad Horat. lib. 1 satyr. 2. Phil. Caroli lib. 1 Var. Lect. cap. 2 pag. 9, & Victorii lib. 9 Var. Lect. c. 5. ¶ 2. Per convicium & irrisionem Vigilantius *Cinerarios* dixit, qui cineres & reliquias Martyrum honorarent. B. Hieronymus epist. 53 ad Riparium adversus Vigilantium principio: *Ais, Vigilantium os fœtidum rursus aperire, & putorem spurcissimum contra sanctorum Martyrum proferre reliquias, & nos, qui eas suscipimus, appellare Cinerarios & idololatras, qui mortuorum hominum ossa veneremur.*

¶ Cinerarium, i, substantive, sepulcrum, cineris mortuorum conditorium. Inscriptio vetus apud Gruter. p. 850 n. 10, FRATRI OPTIMO ET PIISSIMO CINERARIVM FECIT. Adde ibidem p. 418 n. 11, & pag. 663 n. 3.

¶ Cinerosus, a, um, plenus cinerum. *Cinerosa canities*, Apulejus lib. 7 sub fin.

¶ Cineresco, ĕre, zu asche werden. Tertullianus Apolog. c. 40 de pomis Sodomiticæ regionis: *Si qua illic arborum poma conantur oculis tenus; cæterum contacta cinerescunt.*

¶ Cinefacio, ere, in cinerem redigere, zu asche verbrennen. Lucretius lib. 3 v. 920,

At nos horrifico cinefactum te prope busto
Insatiabiliter deflebimus, &c.

¶ Incinefactus, a, um, eingeäschert. Commodian. Instr. 41,

Tunc Babylon meretrix erit incinefacta favilla.

¶ Ciniflo, ōnis, qui in cineres flat; vide paullo ante explicatum in *Cinerarius*, & adde Plaut. Aulul. 3, 5 v. 35.

¶ Subcinericius, a, um, sub cineribus coctus; ut, *panis subcinericius*, in Bibliis legitur, ut 3 Reg. 17 & 14, pro pane, qui cineribus tectus inter carbones pinsebatur, & in sacrificiis proponebatur, aschen-brod, geröstet brod.

¶ Concineratus, a, um, mit asche besprengt. Tertull. de pudic. cap. 13, *Conciliciatum & concineratum prosternens*, in sack und in der asche.

CINNA, æ, Consul, Româ à Cn. Octavio collega pulsus, bellum urbi cum C. Mario intulit. In quo bello duo fratres, alter ex Pompeji, alter ex Cinnæ exercitu ignorantes concurrerunt. Et cum victor mortuum spoliaret, cognito fratre, ingenti editâ lamentatione, ac rogo extructo, se insuper cremavit. Tandem Cinna & Marius in urbem recepti, cædibus omnia complevêre, de quo prolixè Appianus. Vide & Flor. lib. 3 cap. 21, Livii Epit. lib. 77. ¶ 2. Cinna alius poëta fuit, qui Smyrnam scripsit & elimavit annis decem, cujus Virgilius meminit eclog. 9 v. 35,

Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinnâ
Digna, &c.

¶ Cinnanus, a, um: ut, *Tumultus Cinnanus*, Nepos 25 cap. 2 n. 2. *Cinnanæ partes.* ibid.

CINNABĂRIS, is, fœm. κιννάβαρις, zinnober, minium verum Matthiolo, & fossile quiddam hæmatitæ simile: Minium vero factitium Agricolæ Cinnaber. Vide Lexicon græcum. Plinius lib. 33 cap. 7, *Cinnabari veteres pingebant.* Et paucis interjectis: *Cinnabaris adulteratur sanguine caprino.*

CINNĂMVM, i, zimmet, zimmet-rinden. Plin. lib. 12 cap. 19, *Cinnami duo genera, candidius, nigriusque. Quondam præferebatur candidum: nunc contra nigrum laudatur.* Et eod. capite: *Casia juxta cinnami campos nascitur.* Poëtis frequens est in multitudinis numero. Ovidius Metam. 15 vers. 399,

Quassaque cum fulvâ substravit cinnama myrrha.

Statius 2 Silv. 6 v. 87, *Phariæque exemta volucri*
Cinnama.

Martialis lib. 4 epigr. 13,

Tam bene rara suo miscentur cinnama nardo.

¶ Cinnămĕus, a, um, adjectivum, von zimmet: Apulejus lib. 8 p. 205, *Odor cinnameus*, zimmet-geruch. Idem lib. 5 p. 164, *crines cinnamei*, wohlriechend. Et Ausonius Eidyll. 11 v. 17,

Ales cinnameo radiatus tempora nido.

¶ Cinnămōmum, i, idem quod Cinnamum, ex κίνναμον & ἄμωμον. Vid. Etymol. Vossii, & supra *Amomum.* Plinius lib. 12 cap. 19 ineunte: *Cinnamomum & casias fabulose narravit antiquitas.* Poëtæ interdum corripiunt primam pro licentia sua, eliso N. Eleganter & venustè Gabriel Lermæus lib. 7 Hebdomados Bartassianæ,

Audendum est, similis cinamomo gloria crescit,
Quod circum natura rubis vallavit acutis,
Ne faciles prædator opes populetur avarus
Injiciens impune manus, raptoque fruatur.

Dicitur enim, nasci inter vepres & rubos.

¶ Cinnamolŏgus, i, cinnama legens, avis Arabicæ vel Indicæ nomen. Plinius lib. 10 cap. 33, *In Arabia Cinnamologos avis appellatur: cinnami surculis nidificat.* Solinus cap. 33 [al. 46] idem enarrans *Cinnamolgon* contracte vocat, ex quo aliqui perperam *Cinnamulgum* fecerunt.

¶ Xylocinnamōmum, i, Cinnamomi lignum, Plin. lib. 12 c. 19. ξύλον enim lignum est.

CINNVS, i, secundum Nonium c. 1 n. 295, *commistio plurimorum*, ein mischmasch, ut Cicero in Oratore cap. 6, dicendi genus, quod medium est inter grandiloquum & tenue, *cinnum amborum* vocat. Ita Gruterus ex Nonio maculosum antea locum restituit. Verba Oratoris sunt: *Est autem quidam interjectus inter hos medius: & quasi temperatus*

peratus, nec acumine posteriorum, nec fulmine utens superiorum, ut cinnus amborum, in neutro excellens, utriusque particeps: vel utriusque (si verum quærimus) potius expers. ¶ 2. Pro capillis etiam intortis vulgo habent, & quidem Plauti in Truculento auctoritate a. 2 sc. 2 v. 32, *compositos, crispos, cinnos, unguentatos* &c. Vid. Lips. Epist. Quæst. lib. 5 epist. 12. Verum meliores libri *cincinnos* pro *cinnos* habent. ¶ 3. Cinnus quoque potionis genus ex frumento coctæ, vel, secundum Nonium cap. 1 n. 207 ex multis liquoribus confectæ. Arnobius lib. 5 p. 174, *Sitienti adoris oggerit potionem cinnum, cyceonem quam nuncupat Græcia.* Ex commistionis notione (unde etiam tertia fluit) est

¶ Concinnus, a, um, id est, bene mistus & apte compositus, nett, zierlich, füglich. Nam Nonius l. c. etiam *Concinnare* à Cinnus deducit. Sic *concinna & venusta sententia*, Cic. de Clar. Orat. c. 95. *Concinna Samus*, i. e. elegans, apud Horat. lib. 1 epist. 11 pr. Idem lib. 1 serm. 3 v. 50, *Concinnus amicis*, id est, commodus, idoneus, ad eorum factus ingenium. Corn. Nep. in Epamin. cap. 5, *concinnus in brevitate respondendi*, ubi oppositæ responsiones cum suavitate subjiciuntur. Ἀποφθεγματικὸς Græcis talis homo est. Compar. *Concinniores alii in eadem jejunitate*, Cic. in Orat. cap. 6. Plinius lib. 16 cap. 34, *folia angulosa concinnioraque*, artliche blätter. *Versus paullo concinnior*, Horat. 2 epist. 1 v. 74.

¶ Concinnis, e, idem; Apulej. 5 Met. *Lucerna concinnis.*

¶ Concinne, adverb. eleganter, compositè. *Concinne rem aliquam distribuere*, füglich und fein theilen, Cic. 2 de Orat. cap. 19. Sic *concinne vestitus*, nett gekleidet. Plautus Epidic. a. 2 sc. 2 v. 38,

Sed vestita, aurata, ornata, ut lepide, ut concinne, ut nove!

¶ Compar. *Concinnius.* Ausonius ad Gratian. cap. 8, *neque ille concinnius eloquetur.*

¶ Concinniter, idem. Gellius 18 cap. 2.

¶ Concinnitas, atis, fügligkeit, zierligkeit, elegantia, ornatus. *Verborum concinnitas*, bequeme und feine worte, Cicer. in Orat. cap. 44. *Concinnitas sententiarum*, id. Or. de Clar. c. 95. Et Plurali *concinnitates* ex Favorini verbis Gellius scripsit lib. 2 cap. 26.

¶ Concinnantia, æ, idem. Sidon. Apollin. lib. 8 epist. 4.

¶ Concinnitudo, inis; Cic. de Invent. lib. 1 cap. 18, *Exordium splendoris, & festivitatis, & concinnitudinis minimum debet habere, propterea quod ex his suspicio quædam apparationis atque artificiosæ diligentiæ nascitur.*

¶ Concinno, avi, atum, are, aptè componere, formare, fingere, fügen, zurichten. *Concinnavi tibi munusculum ex instituto meo*, ich habe dir eine kleine verehrung zusammen bracht, Treb. ad Cic. lib. 12 fam. epist. 16. Sic *Concinnare vultum*, pro componere, Petronius dixit. *Concinnare ingenium*, abrichten, Sen. epist. 7. ¶ 2. Interdum simpliciter idem est ac facere. Plautus Amphitr. a. 2 sc. 2, *Nulla res tam delirantes homines concinnat citò.* Et Captiv. act. 3 sc. 4, *me insanum verbis concinnat suis.* Et Amphitr. act. 1 sc. 3, *Lacrimantem concinnas uxorem*, machst sie weinend. In quibus *Concinnare* est ποιεῖν. ¶ 3. Significat & consentire & quasi concinere, ut multis diverse canentibus unus efficitur modus; id quod probat Nonius c. 1 n. 207 ex Cic. de fin. 4, *Cum iis, cum quibus re concinnabatur, verbis discrepare.* Et Acad. Qu. 2, *Quæ cum similitudine verbi concinnare maximè sibi videretur.*

¶ Concinnator, oris, ein zubereiter. Columella Præfat. *Capillorum concinnator*, haar-schmücker. Arnobius lib 4 p. 149, *deformitatum concinnatores atque inventores poëtæ.* Sidonius lib. 3 epist. 13, *concinnatores criminum.*

¶ Concinnatio, onis, zusammenfügung. Cato cap. 106, *Aquæ marinæ concinnatio.* Et Gloss. Vet. *Concinnatio*, συσκευή.

¶ Concinnatura, æ, idem. Vet. Gloss. Cyrilli: *Concinnatura*, κόλλησις.

¶ Concinnaticius, a, um, bequem. Apul. lib. 2 Metam. p. 119, *Concinnaticiam mensulam rogatus accubueram.*

¶ Concinnatorius, a, um, zum zurichten dienlich: ut, *Vasa concinnatoria*, l. 6 Dig. de penu legata.

¶ Inconcinnus, a, um, ineptus dicitur & absurdus, unfüglich, ungereimt. Cic. 2 de Orat. cap. 4, *qui in aliquo genere inconcinnus, aut multus est, is ineptus esse dicitur.*

¶ Inconcinniter, ineptè, ungeschickt. Gellius lib. 10 cap. 17.

¶ Inconcinnitas, atis, ineptiæ, unförmlichkeit. Sueton. Aug. cap. 86, *Genus eloquendi secutus est elegans & temperatum: vitatis sententiarum ineptiis atque inconcinnitate.*

¶ Reconcinnare, i. e. denuo concinnare seu facere, ausflicken, ausbessern. Plaut. Menæchm. a. 2 sc. 3 v. 72,

Pallam illam, quam dudum dederas, ad Phrygionem ut deferas,
Vt reconcinnetur, atque ut opera addantur, æque volo.

Cæsar 2 Bell. Civ. cap. 15, *diuturni laboris detrimentum sollertia & virtute militum brevi reconcinnatur.* Cicero ad Q. Fratrem 2, 6, *Tribus locis ædifico, cætera reconcinno.*

CĪNY̆PHUS, i, Κίνυφος, Africæ fluvius inter duas Syrtes; Hinc

¶ Cīnyphius, a, um. Virgil. 3 Georg. v. 312,

Cinyphii tondent hirci, &c.

CĪNY̆RAS, æ, Κινύρας. Cinyræ duo fuerunt, Phœniciæ rex alter, Cypri alter, a quo

¶ Cinyrēius, a, um, apud Ovid. Metam. lib. 10 v. 369,

At virgo Cinyreia pervigil igne
Carpitur indomito, &c. Vide ibidem fabulam.

Cio, civi, citum, cire; vide *Cieo.*

CIONIA, orum, ita mediæ purpurarum, buccinarumque dicuntur partes. Vide κιόνια in lexico græco. Dioscorid. lib. 2.

CIOS, Κίος, fluvii & oppidi nomen, atque emporii adeo Phrygiæ. Plin. lib. 5 cap. 32. Priscianus in Periegesi ex Dionysio:

Quâ Cius egregius decurrens murmurat undâ.

CIPPUS, i, valli genus ex trunco arboris; unde & Vet. Glossator κορμὸν, id est, *truncum*, ein stock, interpretatur. Cæsar lib. 7 de Bello Gall. c. 73, *Truncis arborum, haud admodum firmis ramis accisis atque horum*

dolabratis atque præacutis cacuminibus, perpetuæ fossæ, quinos pedes altæ ducebantur. Huc illi stipites demissi, & ab infimo revincti, ne revelli possent, ab ramis eminebant: quini erant ordines conjuncti inter se atque implicati, quo qui intraverunt, se ipsi acutissimis vallis induebant. Hos CIPPOS appellabant. Vide Lips. lib. 2 Poliorcetic. dialogo 2. ¶ 2. *Cippi* etiam dicebantur columellæ in sepulcris cum memoriâ ac titulo aliquo positæ: στῆλαι Græcis, ein grabstein. Hor. 1 serm. Sat. 8 vers. 10,

Hoc miseræ plebi stabat commune sepulcrum,
Pantolabo Scurræ Nomentanoque nepoti.
Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
Hic dabat, heredes monumentum ne sequerentur.

Vbi significat, in cippo illo sepulcrali perscriptum fuisse, quantam partem agri (veteres enim in agris suis ad viam sepeliebantur,) hereditate exceptum, hoc est, transire ad heredes nollet defunctus. Pers. sat. 1 v. 36, *nunc non cinis ille Poëta*

Felix? non levior cippus nunc imprimit ossa?

Siculus Flaccus condit. agrorum, *Inspiciendum erit & illud, ne, quoniam sepulcra in extremis finibus facere soliti sunt, & cippos ponere, aliquando cippus pro termino errorem faciat.* Nimirum si detritis literis atque consumtis constare haud possit, *cippus* ille num sepulcralis, an terminalis potius sit. ¶ 3. Nam in ponendis terminis, & finibus discernendis, *Cippis* quoque utebantur. Vet. Glossæ: *Cippus*, ὅρος λίθινος, id est, terminus lapideus. Valerius Probus de Notis: CIPP. *Cippus, id est terminus*, eine denckſäule, grentzstein. Vetus Inscriptio: TERMINAVIT. RIPAM. R. R. PROXIMO. CIPPO. Itaque *Cippus* & terminum significat. conf. Goesii Auctores Agrar. p. 88. ¶ 4. Vetus Glossator post alia, *Cippum* & ποδοστράβην interpretatur: quæ pedica sive nervus est: hoc est, vinculi lignei genus, quo pedes constringebantur. *Soleas ligneas* vocat auctor Rhetor. ad Herenn. cap. 13, & Cicero lib. 2 de Inventione cap. 2, stock, fessel.

CIRCA, præpositio, locum & tempus significat, um; ut, *Circa jecur*, Horat. 1 od. 25 v. 15. *Circa ima subsistere*, unten an bleiben, apud Quintil. procem. lib. 1. *Circa tertiam vigiliam*, Apul. Metam. 1 p. 107. *Non amplius, quam circa eum mensem visuntur*, Plinius lib. 9 cap. 18, sie werden nicht länger, als denselben monat (üm dieselbe zeit) gesehen. ¶ 2. Elegans ratio loquendi apud Suetonium Cæsare c. 27, *Omnibus vero circa eum, atque etiam parte magna Senatûs, gratuito aut levi fœnore obstrictis* &c. Et Domitiano cap. 9, *Omnes circa se liberalissime prosecutus:* CIRCA SE, qui circa se erant assidue, hoc est, quorum assidua consuetudine utebatur, die stets um ihn waren. οἱ περὶ αὐτὸν, ut Græci loquuntur, ad quorum rationem hoc dictum est. Nepos Eumene cap. 10, *Sed non passi sunt, qui circa erant*, hoc est, amici & familiares. Sic Livius lib 1 cap. 40 de comitatu Tarquinii regis: *qui circa erant.* Vid. Casaub. ad Suetonii Cæsar. cap. 27. Similiter *circum esse*, Cicero usus ad Atticum 9 ep. 9 est. Terent. Eun. act. 3 sc. 5 v. 33,

Abducit secum ancillas: paucæ, quæ circum illum essent, manent.

¶ Livius lib. 1 cap. 4, *Circa-saltus* per hyphen dixit, pro, qui circa sunt: *Venando peragrare circa-saltus.*

¶ Circiter, ad tempus refertur & numerum, *Circiter meridiem*, Cæs. 1 Gall. cap. 50, üm den mittag. *Octavam circiter horam*, Horat. 1 epist. 7 v. 47. *Ita dies circiter XV iter fecerunt*, Cæs. 1 Gall. cap. 15, in die 15 tage. ¶ 2. Interdum & adverbialiter ponitur modo cum casu, modo sine casu, ungefähr, um, bey nahe. *Circiter Kalendas*, Cic. Att. 2 ep. 4. *A. D. VI. circiter Idus Majas*, lib. eod. ep. 17. Sextus Aurelius Victor in Tacito: *Igitur tandem Senatus, mense circiter post Aureliani interitum, sexto* &c.

¶ Circum, herum, umher. Terent. Heaut. a. 2 sc. 3 v. 50, *Capillus circum caput rejectus*, um das häupt geschlagen. Cic. 1 Agrar. cap. 7, *Nunc omnes urbes, quæ circum Capuam sunt, a colonis occupabuntur.* Livius lib. 42 cap. 45 principio: *Inde legatio in Asiam circum insulas missa.*

¶ 2. *Circum*, adverbium, itidem umher. Virgil. Æn. 4 v. 416,

Anna vides toto properari littore circum.

¶ Circumcirca, rings umher, von allen seiten. Sulpit. ad Cicer. lib. 4 famil. ep. 5, *Cum ab Ægina Megaram versus navigarem, cœpi regiones circumcirca prospicere.*

¶ Sunt innumera fere cum *Circum* verba composita, in quibus videri poterat, si simpliciter inspicias, *Circum* separata vox aut adverbium esse. Sed vere conjungi atque componi, derivata inde Nomina ostendunt, ut, *Circumactio*, *Circumcisura*, *Circumsectio* &c. de quibus in Verbis, cum quibus composita sunt, agimus. Inprimis decompositum *Incircumcisus* id indubitato probat; quod vide in *Cædo*, & cæterorum cum *Circum* compositorum quodvis in suo simplici.

¶ Circare, id est, circumire, περιοδεύειν, herumgehen. Quod verbum postliminio veluti restituit Latio Scaliger, idque Propertio etiam assertum ivit lib. 4 el. 9. Vet. Gloss. *Circitat & circat*, κυκλεύει. Hinc

¶ Circator, oris; plur. Circatores, [qui & *Circitores* & *Circuitores*,] qui noctu excubias circumeunt, die runden gehen, wächter. Veget. lib. 3 cap. 8, *Idoneos tribuni & probatissimos eligunt, qui vigilias circumeant, & renuncient, si qua emerserit culpa, quos Circuitores appellabant. Nunc militiæ factus est gradus, & Circitores* [unius cod. Circatores] *vocantur.* Vide ibi Stevvechium. ¶ 2. Appellantur & *Circitores*, qui merces ad distrahendum circumferunt, hausirer. Vlpianus Lege 5 § 4 D. de institoriâ actione: *Sed etiam eos institores dicendos placuit, quibus vestiarii vel lintearii dant vestem circumferendam & distrahendam: quos vulgò* Circitores *appellamus.* Gloss. Vet. *Circitores*, περίπολοι.

¶ Circitus, us, & Circitura, æ, in eisdem Glossis leguntur, explicata Græce περιοδεία sive περιοδία.

¶ Circanea, æ, avis, quæ volans circuitum facit. Festus.

¶ Circinus; ut & Circus & Circulus, vide mox seorsim.

¶ Idcirco, quod & *Iccirco* scribitur, idem quod *eam ob rem*, von deßwegen.

wegen. Ter. Andr. act. 4 sc. 2 v. 7, *Idcirco accersor, nuptias quod mibi apparari sensit*, deßhalben werde ich gefordert. Interdum subsequitur *ut*, *ne*, vel *quia*. Cic. 6 epist. 1, *Me idcirco putant bene audire velle, ut ille male audiat.* Interdum præcedunt particulæ *quia*, *quo*, *ut*, *non si*. Cic. 12 ad Att. 21, *Quæ quia Cato extulerat in cælum, idcirco in ejus sententiam est facta discessio.* Idem 2 de Orat. c. 40, *Non si Opimium defendisti, idcirco te isti bonum civem putabunt.*

¶ Quocirca, conjunctio rationalis, significans idem, quod *quamobrem*, derhalben. *Quocirca nihil est tam detestabile tamque pestiferum, quàm voluptas*, Cicer. de Senect. c. 12.

CIRCE, es, Κίρκη, venefica Homeri, quæ Vlyssis socios transformavit in sues. Hom. Odysseæ K. Cicero in Verr. Divinatione cap. 17, *Repente ex homine tanquam aliquo Circæo poculo factus est Verres.* Apulejus Apologiâ: *Nunquam apud eum* (Homerum) *marino aliquo & pisculento medicavit, nec Protheus faciem, nec Vlysses scrobem, nec Æolus follem, nec Helena crateram, nec Circe poculum, nec Venus cingulum.* Significata est autem per Circen voluptas, qua in belluas & sues immundas homines mutantur, quemadmodum Socratem docuisse, Xenophon tradidit lib. 1 de dictis & factis Socratis. Socrates ad eos hanc retulit fabulam, qui in conviviis suadendo homines adigunt, ut bibant edantque plus, quam per sitim & famem appetant, de quo Xenophon lib. 1 Memorabil. Socratis refert. Horatius lib. 1 epist. 2 v. 23, 25 meretricem interpretatur.

¶ Circeium, i, Κιρκαῖον, & Circæum, mons seu Promontorium Latii ad mare inferum & Pomtinas paludes, quibus ex parte circumdatur. Vnde insulam esse Homerus credidit Odyss. K. v. 195, quod etiam Plinius observavit lib. 3 c. 5.

¶ Circeii, orum, urbs in monte Circeio vel Circæo, quæ in coloniis Romanis numeratur a Livio lib. 27 cap. 9, & lib. 29 cap. 15. Dionysius Halicarnass. lib. 8 p. 490 vocat Κιρκαίαν πόλιν, & lib. 4 p. 260 absolute Κιρκαίαν, ubi & de situ loci, & Circe, ejusque sede plura traduntur.

¶ Circæus, a, um, adject. ut, *Circæum poculum*, Cic. in Verr. loco supra in *Circe* adducto. Horat. epod. 1, 30, *Circæa mœnia.* Virgil. 7 Æn. v. 10, *Proxima Circææ raduntur littora terræ.*

¶ Circæa, æ, herba, describitur Plinio 27 c. 8.

Circes, ĭtis, vide mox in *Circus*.

CIRCĬNVS, i, quo circuli designantur. Gloss. Vet. *Circinus*, διαβήτης, ein circkel, circkel-instrument, ringmaaß. Plinius lib. 2 cap. 15, *Omnia hæc constant ratione circini semper indubitata.*

¶ Circĭno, are, verb. nach dem circkel machen, rund machen. Plin. 17 c. 12, *arbores, quæ in orbem ramos circinant.* ¶ 2. umgehen, Ovid. 2 Met. v. 723, *& easdem circinat auras.*

¶ Circinatus, a, um, abgecirckelt. Plin. 16 c. 23, *Circinata rotunditas.*

¶ Circinatio, ōnis, umgang des circkels. Vitruv. 3 cap. 3, *ducatur ex eo centro rotunda circinatio.* ¶ Et pro ipsa circuitione, abcirckelung, Idem lib. 9 cap. 6, *Propter eam circinationem morantur* [Mercurius & Venus] *in spatiis signorum.* Et interjectis paucis: *Hi* [planetæ,] *qui supra Solis iter circinationes peragunt.*

¶ Decircinare, abcirckeln, abmessen. Manilius lib. 1 v. 295,

Majoremque Helice major decircinat arcum,

sie macht einen grössern circkel: Et lib. 3 v. 331, *terræ*

Qua teretis natura soli dicircinat orbem
In tumidum, & mediam mundo suspendit ab omni.

Circiter, vide *Circa*.

CIRCIVS, i, ventus nulli reliquorum vehementiâ inferior, in Narbonensi præsertim provinciâ. Harduinus interpretatur nord-west-nord. Vid. Plin. 2 c. 47, Senec. 5 Quæst. Natur. c. 17, & Gell. 2 cap. 22. Strabo lib. 4 *Melamborean* vocat; aliquando tam vehemens, ut tecta abstulerit. Huic, ne Galliam rapidus infestaret, Augustus aliquando votum solvit; vide Senec. d. l. 5 Q. N. c. 17. Alex. lib. 3 c. 22 p. 95. Idem ventus apud Gellium *Cercius* vocatur, de quo supra. Conf. Is. Voss. ad Melam 2 c. 5 p. 172.

CIRCOS, Circus, i, Κίρκος, vel ἴρηξ κίρκος, accipitris genus, ein falck, Plin. lib. 10 cap 7. vid. Gesn. ¶ Item gemma, Plin. 37 c. 10.

Circulus cum derivatis; Circum, Circumactio, Circumactus; Circumaggero, Circumago, Circumaro, vide *circus*, *circa*, *ago*, *agger*, *ago*, *aro*.

Circumcellio, Circumcido, Circumcludo, Circumforaneus, Circumjectio, circumjicio, circumlaqueo, āre, Circumlinio, Circumlitio, Circumluo, vide *cella*, *cædo*, *claudo*, *forum*, *jacio*, *laqueus*, *linio*, *luo*.

Circumpadanus, circumpavio, circumretio, circumroro, circumsideo, circumsido, circumsisto, circumsitus, circumsŏno, circumspergo, vide *padus*, *pavio*, *rete*, *ros*, *sedeo*, *sido*, *sisto*, *situs*, *sono*, *spargo*.

Circumstagno, circumstipo, circumsuo, vide *stagnum*, *stipo*, *suo*.

Circumtego, circumtŏno, circumtremo, circumtueor, vide *tego*, *tono*, *tremo*, *tueor*.

CIRCVS, i, omnis dicitur ambitus vel gyrus, cujus diminutivum, (de quo infrà) *Circulus* est, ein ring, kreiß, umfang. Differt à globo: quod *circus* planities rotunda est, ut circulus: *globus* soliditas undique versum rotunda, ut est *Sphæra*. Marc. Tull. de Naturâ Deorum lib. 2 cap. 18, *Cumque duæ formæ præstantissimæ sint ex solidis globis. Sic enim Sphæram interpretari placet: ex planis autem circus aut orbis.* Hæc Nonius duobus locis: editi enim libri, etiam Gruteri & Lambini, *circulus* pro *circus* habent. ¶ 2. *Circus* etiam dicebatur locus circumseptus undique in orbem ludisque seu certaminibus equestribus destinatus, à Tarquinio Prisco institutus, inter Palatinum, & Aventinum montem, ein spielplatz, rennbahne. Liv. lib. 1 cap. 35. Vet. Gloss. *Circus*, ἱππόδρομος. Varro lib. 4 de Lat. L. c. 32, *Item* CIRCVS MAXIMVS *dictus, quod circum spectaculis ædificatus, ubi ludi fiunt, & quod ibi circum metas fertur pompa, & equi currunt.* Nimirum significat *Circum* appellatum, quod ita ædificatus sit, ut circum essent spectacula, hoc est, in orbem, sive ambitum sedilia structa, unde spectarentur ludi, cum fiunt. Deinde quod circensis pompa in orbem circum metas ferretur, & simili ratione procurreretur a certantibus. *Maximus* autem hic circus Romæ appellatus fuit, quod alius minor esset *Flamminius* puta, de quo ibidem Varro. Adde Rosin. Antiq. Rom. lib. 5 cap. 2. Fuit omnino magnificentissimum opus, & vere stupendum circus iste, quippe qui longitudine stadiorum trium, latitudine unius, sed cum ædificiis jugerum quaternum, & ad sedem CCLX millium fuerit, ut Plinius recenset, idque inter miracula Vrbis primo loco nominat lib. 36 cap. 15. Erat autem circus semper magna frequentia populi otiosi celebratus: idcirco eo convenire solebant vilissimi quique ludicrarum & curiosarum artium professores & ludiones, agyrtæ, aretalogi: præcipue vero Chaldæi sive Astrologi & somniorum conjectores, ut ex fallaciis suis quæstum apud imperitum & curiosum populum facerent. Quorum respectu præcipue *fallacem circum* Horat. dixit lib. 1 sat. 6 v. 113. Juvenalis sat. 6 v. 587,

Plebejum in circo positum est & in aggere fatum.

In quo significat plebejos & pauperes homines, qui frequentare circum, aut oberrare per vicos, viarumque aggeres solent, & parvo ære redimi possunt, consulere, ut sortes & fata accipiant. *De circo astrologos* Ennius dixit apud Cicer. lib. 1 de divin. extremo:

Non vicanos aruspices, non de circo Astrologos:
Non Isiacos conjectores, non interpretes somniûm,
Non enim sunt ii aut scientiâ aut arte divini;
Sed superstitiosi vates, impudentesque arioli:
Aut inertes, aut insani, aut quibus egestas imperat.
Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam:
Quibus divitias pollicentur, ab iis drachmam ipsi petunt.

Suetonius Augusto cap. 74, *Acroamata & histriones aut etiam triviales ex circo ludios interponebat.* *Ex circo*, id est, vilissimos atque exiguâ mercedulâ conducendos. Ad circum etiam prostibula fuisse venalia, Juvenalis testatur sat. 3 v. 65.

¶ Circensis, e, a *circo*; ut, *ludi Circenses*, qui in *circo maximo* exhibebantur, quorum septem erant, quemadmodum ex Varrone Gellius lib. 3 c. 10 notat, curricula, sieben gänge. Alii Circenses appellatos putant quasi *Circumenses*, propterea quod rudis vetustas, cum nondum loca, hujuscemodi ludis apta, ædificasset, inter enses, & flumina eos celebrabant, ut ab utraque parte esset ignaviæ præsens periculum. Nonnulli a Circe venefica derivatum contendunt illud ludicrum, quod prima omnium in honorem Solis patris sui excogitaverit. vid. Isidor. 18 c. 28. De Circo, de pompa, ludisque Circensibus vide Dionys. Halicarnass. lib. 7 cap. 66 & seqq. Attigit & Solinus cap. 45, ubi plura notavit Salmasius, quæ ad eorum explicandam Historiam pertinent. Scripsit de Circensibus ludis & peculiarem librum Casaubonus, cujus ad Suetonium & Athenæum mentionem facit; sed hactenus editus non est. ¶ Item *agitatores Circenses*, qui in quatuor factiones diversi coloris habitu, pro quadripartitis anni horis, quas temperat Sol, cui totum hoc Circi ludicrum dicatum erat, ut Tertullianus de Spectaculis, & alii docent, distincti erant: *Prasinam*, quæ panno viridi culta, *ver*: *russeam*, seu rubri panni, quæ ferventem *æstatem*: *albam*, quæ pruinosum *auctumnum*: & *venetam*, quæ cineritio panno, nubilam *biemem* repræsentabat, ut Cassiodorus lib. 3 Var. epist 51 observat. Domitianus vero duas alias addidit *aurati*, *purpureique* panni, ut Suetonius ejus vitâ cap. 7. refert. Quas tamen non durâsse arbitror. Neque enim scriptores, posteriores Domitiani temporibus, plurium quam quatuor factionum Circi meminerunt.

¶ Circes, ĭtis; ut, *Cespes*, *cespitis*, idem quod Circus vel Circulus. Festus: *Circites, circuli ex ære facti.* Nec tantum ex ære, sed quivis etiam circuli. Singulari usus est Sidonius Apollinaris carm. 22, seu Burgo Pontii, v. 222, *Vmbrat multicavus spatioso circite fornix.*

¶ Circites etiam inter olearum genera apud Columellam 5 c. 8.

¶ Circŭlus, i, idem quod *Circus*, unde & est; de quo supra diximus ex Nonio, ein circkel, umkreiß. Sen. epist. 12, *Mensis arctiore præcingitur circulo.* Per Syncopen CIRCLVM Virgilius dixit 3 Georg. v. 166, de domandis juvencis agens:

Ac primùm laxos tenui de vimine circlos
Cervici subnecte.

Vbi nota, *Circulos* pro cingulis dixisse, & quibus similes sunt, quibus dolia & vascula constringi & contineri hodie solent, reiffe. *Circulis vasa cingere*, Plin. 14 c. 21, fässer binden.

Flexilis obtorti per collum circulus auri,

eine güldene halßkette, Virg. Æn. 5 v. 559. ¶ 2. Sic & pistorium opus, quod circuli figuram referebat, hoc appellatum nomine fuit, rundgebackene schirbel-kuchen. Varro lib. 4 de L. L. c. 22, CIRCVLI, *quod mixta farina, caseo & aqua circuitum æqualiter fundebant. Circuitum*, circulum, seu circularem ambitum sive figuram vocat. *Fundebant*, id est, faciebant fundo æqualiter. De tali dulciationis genere Vopiscus Tacito c. 6, *Dulcia & circuli & quæcunque voluptas puerilis.* ¶ 3. Præcipue hoc Mathematici sibi vindicârunt vocabulum, itemque Astronomi, qui plures in cælo ambitus constituerunt, quibus certi ambitus ejus describantur finiantūrque. Varro lib. VIII de Lat. Linguâ cap. 18, *Quæ enim est pars mundi, quæ non innumerabiles babeat analogias? Cælum, an mare, an terra, an aër & cætera, quæ sunt in bis? Nonne id cælum,* [Scalig. *in cælo*] *ut ab æquinoctiali circulo ad solstitialem, & binc ad septentrionalem divisum; sit contra paribus partibus item à bruma versum contraria parte? Non, quantum polo superior, abest inferior ab eo, quem ἀνταρκτικὸν vocant Astrologi, & is ad brumalem?* [circulum puta.] Vide Hyginum lib. 1 & 4 Astronom. Poët. Veterem Scholiasten in Aratea Germanici Cæsaris princ. & Proclum de Sphærâ. Manilius lib. 1 v. 564,

Circulus ad Boream fulgentem sustinet Arcton,

Vbi *Circulus ad Boream* est Arcticus sive Septentrionalis. Prudentius de Christi Salv. Natali in principio:

Quid est, quod arctum circulum
Sol jam recurrens deserit?

Vbi de *Brumali* loquitur, sive Capricorni Tropico. Κύκλος, τὰ ἀνθρώπινα, *Circulus sunt res mortalium*, h. e. circumaguntur, sunt incertæ. Est autem Herodoti lib. 1 c. 207, Ὡς κύκλος τῶν ἀνθρωπηΐων ἐςὶ πρηγμάτων, περιφερόμενος τὲ ὐκ ἐᾷ αἰεὶ τὺς αὐτὺς ἐυτυχέειν. Id est, *Est velati circulus quidam rerum bumanarum, qui sua ratione non permittit eosdem semper agere fortunate.* ¶ 4. Dicitur & cœtus hominum

num in orbem collectus *circulus*, ein kreiß beyeinander stehender leute, eine zusammenkunfft. Cicer. ad Att. lib. 2 ep. 18, *Est in circulis & in conviviis sermo liberior.* Nepos de Epaminonda c. 3 n. 3, *Cum in circulum venisset, in quo aut de rep. disputaretur, aut de Philosophia sermo haberetur.* Apul. lib. 2 Milef. de Diophane Chaldæo: *Nam die quadam, cum frequentis populi circulo septus, coronæ circumstantium fata enodaret*, id est, arcana fatorum stipitibus emerendis ediceret in vulgus, ut paullo ante scripsit Apulejus. Idem Græcis & κύκλος valet: quod notavit Victorius lib. 8 Var. Lect. cap. 13, quem vide. Notandus hic mos, *in circulis philosophandi disserendique* Sophistis usitatus. Hi enim ubi scirent, convenire frequenter homines in foro in circulis, disputationes & ἐπιδείξεις suas recitabant. Hoc Senecæ epist. 40 & 52 est *Circulari*: de quo mox.

¶ Circellus, i, novum diminutivum, exstat pro farcimine rotundo. Apicius 2 c. 5, *Circelli isiciati.*

¶ Circulāris, e, rund, circkelweiß. Sarisb. 8 c. 21, *ambitus circularis.* Vide infra *Semicircularis.*

¶ Circulo, are, versare, quasi in circulum agere, herum drehen, herum wenden. Apul. Apol. *Circulare digitos.* Cic. de clar. orat. cap. 54, *Oscitans judex, loquens cum altero, nonnunquam etiam circulans*, i. e. caput modo huc, modo illuc circumferens. vid. P. Victorii 8 Var. Lect. cap. 13.

¶ Circulor, ari, est circuire, & cœtus sive circulos facere, zusammen lauffen, sich zusammen rottiren. Cæsar. lib. 1 de bello Civili cap. 64, *Totis verò castris milites circulari, & dolere, hostem ex manibus dimitti.* Vet. Gloss. *Circulor*, ὀχλαγωγῶ. Item ὀχλαγωγῶ, *Comitium facio, circulor.* Vbi *Comitium* pro cœtu ponitur: est enim æque à *coëundo*, unde & cœtus. ¶ 2. Est & vagari ostentandi artificii & quæstus faciendi caussa, ut agyrtæ & alii hujus generis homines facere solent, qui eam ob caussam & *circulatores*, de quibus mox dicendum erit, adpellantur; im lande herum streichen. Seneca epist. 40, *Sic itaque habe, istam vim dicendi rapidam atque abundantem, aptiorem esse circulanti, quàm agenti rem seriam ac magnam.* Idem epist. 88, *Appion Grammaticus, qui sub C. Cæsare tota circulatus est Græciâ, & in nomen Homeri ab omnibus civitatibus adoptatus.*

¶ Circulatio, ōnis, ambitus, circulandi actus, herumschweiffung. Vitruvius lib. 9 cap. 4, *Mercurii stella ita pervolitat, ut trecentesimo & sexagesimo die per signorum spatia currens perveniat ad id signum, ex quo priore circulatione cœpit facere cursum.*

¶ Circulator, ōris, qui circulos facit, in cœtus & circulos coit, aut captat circulos quæstus caussa, ut agyrtæ & alii hujus generis solent. Vetus Gl. *Circulator*, ὀχλαγωγεύς. Item: ὀχλαγωγός, *circulator.* Item, ἀγύρτης, *Circulator*, ein landfahrer, marckschreyer, quacksalber. Sen. 6 de benef. c. 11, *Apud proximum circulatorem resedit.* Conf. Sen. epist. 29. Modestinus JCtus Lege 6 § 1 D. de excusat. *Grammatici, Sophistæ, Rhetores, Medici, qui* περιοδευταὶ, *id est, circulatores vocantur.* Vbi tamen malim *circitores*, vel *circuitores* legere. Quæ honesta vocabula sunt: cum circulatores fere in deteriorem partem dicantur. Sane non de circumforaneo medico loquitur JCtus, sed de eo, qui honestè exercet artem, & decumbentibus visitans consulit. Et ita Ecclesiarum visitatores *Circuitores* adpellantur Lege 42 § 9 C. de Episcopis. Paullus JC. L. ult. D. Extraordinar. crimin. *In Circulatores, qui serpentes circumferunt, & proponunt, si cui ob eorum metum dammum datum est, pro modo admissi actio datur.* Corn. Celsus lib. 5 cap. 27, *Ideoque colubra ipsa tuto estur, ictus ejus occidit: & si stupente ea (quod per quædam medicamenta circulatores faciunt) in os digitum quis indidit, neque percussus est, nulla in ea saliva noxa est.* Vetus Interpres Juvenalis in Sat. 6 v. 590 ad sortilegos & illos de circo astrologos *Circulatorum* nomen refert, planetenleser, ꝛc.

¶ Circulatrix, īcis, eine landstreicherin. Martial. lib. 10 epigr. 3,

Vernaculorum dicta, sordidum dentem,
Et fœda lingua probra circulatricis, &c.

id est, talis, ut solet circumforaneorum esse. Et Phallicus poëta carm. 18,

Ecquando Telethusa circulatrix.

¶ Circulatorius, a, um, marckschreyerisch: ut, *circulatoria jactatio*, aufschneideren, lotterbübisch gewäsch, apud Quintil. lib. 2 cap. 4. *Circulatoria volubilitas*, in dicendo, idem lib. 10 c. 1 post initium. Et Tertullianus Apolog. c. 23, *circulatoriis præstigiis ludere*, gauckelspiel machen.

¶ Circulatim, adverb. rings ůmher. Suetonius de funere Cæsaris cap. 84, *In summo publico luctu exterarum gentium multitudo circulatim suo quæque more lamentata est.*

¶ Semicirculus, i, ein halb-circkel. Columella lib. 5 cap. 2, *semicirculi vel arcus formam exhibet.* Vsus & Cicero 5 Tusc. c. 20.

¶ Semicircularis, e, halb-rund. Lemma figuræ in dicto capite Columellæ: *Semicircularis forma agri.*

¶ Semicirculatus, a, um, idem. Celsus lib. 7 c. 26 n. 2 extr. *ferramentum in ima parte semicirculatum acutumque.*

CIRIS, vel Cirrhis, is, Κεῖρις, κιῤῥὶς, avis, in quam Scyllam mutatam Ovidius fabulatur lib. 8 Metam. v. 150,

plumis in avem mutata vocatur
Ciris, & à tonso est hoc nomen adepta capillo;

Κείρειν, tondere est. *Cirin* autem alaudam interpretes exponunt; *Ciphium* Gesnerus. Sed rectius Jul. Cæsar pater & Josephus F. Scaligeri eam avem faciunt, quæ vulgo *Egretta* vocatur, Gallis Taurinis, *Garzeta.* Vide ipsos, Patrem quidem Exoter. Exercit. 232, & ad Aristot. de Hist. Animal. lib. 2 sect. 29. Filium vero ad Carm. Virgilianum.

CIRNEA, æ, ein wein-krug, vas vinarium patens ac rotundum, quo vinum ad mensam fertur, dicta, ut videtur à κιρνᾷν, quod miscere est, seu infundere. Vtitur Plaut. in Amph. a. 1 sc. 1 v. 273, *Cadus erat vini, inde implevi cirneam.* Vt Nonius quidem observat & legit. Hodie in plerisque libris *Hirnea* legitur, quam lectionem Scaliger in Catalect. & Meursius tuentur.

CIRRHA, æ, Κίῤῥα, oppidum Phocidis, navale Delphotum, quæ inde *Parnassia Cirrha* dicitur Silio lib. 12 v. 320.

¶ Cirrhæus, a, um, adjectivum: ut, *Cirrhæa antra*, locus oraculi Delphici, apud eumdem lib. 3 v. 9. Et, *Cirrhæi Phocidis campi*, apud Plin. lib. 4 cap. 3. Adde *templa Cirrhæa*, apud Senecam Herc. Oet. v. 92.

CIRRI, orum, puerorum capilli, post primam tonsuram adpellabantur, à κείρειν, tondere, krause haarlocken. Ante enim *comæ* dicuntur. Isidorus lib. 11 cap. 1, *Comæ sunt proprie non cæsi capilli.* Nimirum ad annum septimum usque non tondebatur coma puerilis. Tum tonsus semel capillus nutriebatur rursus ad ephebiam usque. Puberes iterum tondebantur, & tum subnascens capillus, si mitteretur prolixiorque evaderet, *Cæsaries* adpellabatur. Vterque autem puerilis crinis, & coma prima, & cirri cum ponerentur, sacrari alicui Deo solebat. Varro apud Nonium in *Cirros*: *Itaque Ambraciæ primum capillum puerilem demtum, item Cirros ad Apollinem ponere solent.* *Primum capillum* vocat, qui ab infantia ad annum septimum est: *cirros*, qui post, ad ephebiam usque, cum denuo secatur. Male *cirros* intortos calamistro capillos interpretantur: hi enim *Cincinni sunt*, de quibus supra. Vide & Salmasium de Cæsarie & Coma p. 339 & seqq. ¶ 2. Item, das löcklein oder räschlein, in capite pici & alaudæ. Plin. lib. 11 c. 37, *Fulicarum generi dedit cirros: Pico quoque* &c. ¶ 3. Denique & *Ostreorum* capillamenta *cirri* dicuntur. Martial. lib. 7 epigr. 19, *Et Ostreorum rapere lividos cirros.*

¶ 4. Sunt & *Cirri* in vestibus: fimbriæ puta. Vide Salmasium in Julii Capitolini Pertinacem, nec non Ferrarium de re vestiaria part. 2 lib. 1 cap. 19. Nimirum ut *Fimbriæ* de crinibus, ita & *cirri* de vestibus dicuntur. Cicero in Pisonem cap. 11, *madentes cincinnorum fimbriæ.* Capilli enim ferro vibrati, & in cincinnos torti in extremitate cum solvuntur, fimbrias referunt, ut Ferrarius interpretatur.

¶ Cirratus, a, um, capillatus, kraußhärig. Sed illud proprie de pueris dicitur; & maxime septimum ætatis annum egressis. Vnde Persius de iis, qui in schola discunt, sat. 1 v. 29,

Ten' cirratorum centum dictata fuisse
Pro nihilo pendes?

Item Martialis lib. 9 epigr. 30,

Nec matutini cirrata caterva magistri.

CIRSIVM, i, herba, cujus folia buglosso similia, Plin. 27 c. 8.

CIRSŎCĒLE, es, κιρσοκήλη, i. e. hernia varicosa, sive morbus in scroto. vid. Celsus 7 c. 18.

CIRTA, æ, Numidiæ urbs munitissima, Masinissæ regia, & post hunc melius exculta Micipsæ opera, qui & Græcos in eam colonos duxit, Strabone teste lib. 17 f. 572. Meminit & *Cirtæ* Sallustius in Jugurthino multis locis.

CIS, præpos. idem quod *citra*, disseit. Jungitur montium & fluminum nominibus: ut, *Cis Euphratem*, Cic. 7 Attic. epist. 2. *Cis Rhenum*, Sallust. fragm. lib. 1 Hist. Et, *Cis Anienem cum rege secundo prælio conflixit*, Livius lib. 4 cap. 17. *Cis Taurum montem*, Idem 38 cap. 38. *Cis paucas tempestates*, innerhalb wenig tagen, Plaut. Truc. 2 sc. 2, 27.

¶ Cisalpīnus, disseit der Alpen; ut, *Galli Cisalpini*, apud Livium lib. 27 cap. 38. *Gallia Cisalpina*, apud Cicer. pro Lege Manil. cap. 12. Vide *Alpes.*

¶ Cisapenninus, vide *Apenninus.*

CISĬVM, i, δίτροχος: expediti vehiculi genus binis rotis instructum. Cic. pro Rosc. Amerin. cap. 7, *decem horis nocturnis L VI millia passuum pervolavit.* Vet. Gloss. *Cisium*, δίτροχον, ein karn. Atque hoc ipso distinguebatur a rheda, quæ quatuor rotis incedebat, ut Isidorus auctor est. Ac inde in Theodosiano Codice *Birota* adpellatur. Sicut & Græcorum recentiores δίκυκλον adpellant, quod ad Suetonium Casaubonus observavit.

¶ Cisiarius, i, carrucarius, qui cisium agit, ein kärner. Vlpianus Lege 13 pr. Locati conducti: *Quæritur, si cisiarius, id est, carrucarius, dum cæteros transire contendit, cisium evertit, & servum quassavit vel occidit?*

Cispadanus, Cispello, Cisrhenanus, vide *Padus*, *Pello*, *Rhenus.*

CISSANTHĔMVS, i, fœm. herba, quæ & cissophyllon & cyclaminis altera dicitur, speck-lilien, descriptionem ejus vide apud Dioscorid. lib. 2 cap. 159, & Plin. 15 cap. 9.

CISSITES, æ, gemma candida Plinio lib. 37 cap. 11.

CISSVS, i, hedera, quæ sine adminiculo subsistit, neque ullius pedamenti eget sustentaculo, Plin. 16 c. 34. Hinc

¶ Cissybium, i, vel Cissymbium, Κισσύβιον, poculum ligneum pastorale vel ex hederæ ligno, vel hedera vestitum. κισσὸν enim *hederam* Græci dicunt. Vide Macrob. lib. 5 Saturn. cap. 21. Philemon, ut retulit Athenæus lib. 11, dixit, Cissybium esse poculum una parte tantum auritum.

CISTA, æ, vas vimineum, ein korb. Columella 12 cap. 54, *In quadratam cistam vimineam, quæ neque spisse, solide tamen & crassis viminibus contexta sit, componito.* ¶ 2. Item arca lignea, in qua pecuniæ, litteræ, libri & alia reponuntur, ein kasten, kiste, lade. Horat. 1 epist. 17 v. 54, *Cistam effractam plorat.* Juven. satyr. 3 v. 206,

Namque vetus Græcos servabat cista libellos.

¶ Cistella, æ, dimin. Ter. in Eun. a. 4 sc. 6 v. 15, *Cistellam, Pythia, domo affer cum monumentis*, das kästlein mit den alten briefen.

¶ Cistellula, æ, idem, apud Plaut. in Rud. a. 2 sc. 3 v. 60.

¶ Cistŭla, æ, idem, apud Martialem lib. 4 epigr. 46, & Plautum sæpe; e. g. Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 264, *patera in cistulâ obsignata est signo Amphitruonis.*

¶ Cistellatrix, īcis, die der frauen das kästlein nachträgt, Plaut. Trinum. act. 2 sc. 1 v. 23.

¶ Cistifer, a, um; subst. ein korb-träger, apud Martial. lib. 5 epigr. 17. Vbi intelligitur is, qui sacra arcana, qualia Cereris & Bacchi erant, in cista gerebat. Tibull. lib. 1 eleg. 7,

Et levis occultis conscia cista sacris.

¶ Cistŏphŏrus, i, genus numismatis. Cic. pro domo c. 20, *In Asia cistophorum flagitare.* Cistophori dicebantur Asianorum nummi, quod in illis cistiferi sive cistigeri sculpti essent, hoc est, eorum species, qui mysticorum sacrorum arcana cistis inclusa portarent. Vide Turneb. lib. 3 adversar. cap. 5 & cap. 21, & Alex. ab Alex. 4 c. 15.

CISTERNA, æ, puteus, in quem colligitur aqua pluvia, eine cistern, oder grube, das regenwasser zu sammlen. de cisternarum construendarum ratione vid. Plin. 36 c. 23. Pallad. de R. R. 1 t. 17, & de aqua cisternarum Plin. 31 c. 3. Martial. lib. 3 epigr. 56,

Sit cisterna mihi quam vinea, malo Ravennæ.

¶ Cisternīnus, a, um, adjectivum; ut, *aqua cisternina*, fontanæ opposita, apud Columellam lib. 12 cap. 43.

CISTUS, i, & Cisthum, i, κίστος, καὶ κίσθαρον, καὶ κίσσαρον, frutex ramosus est major thymo Plinio lib. 24 c. 10. Vide Dioscorid. lib. 3.

¶ Hypocistis, ὑπόκιστις, ex cisti radicibus prosilit. Nascitur in Hetruria, maxime in Apennino. Plin. 24 c. 10, & 26 c. 8.

CITĔRIA, æ, [Κιτέρια,] adpellabatur, ut Festus scribit, *effigies quædam arguta & loquax, ridiculi gratiâ, quæ in pompa vehi solita est.* Cato in M. Cæcilium, apud eumdem: *Quid ego cum illo disertem amplius, quem ego denique credo in pompâ vectitatum iri ludis, pro citeria, atque cum spectatoribus sermocinaturum.* Vnde apparet citeriæ convicium in homines impendio loquaces jactatum esse. v. Erasm. in Adag. Possimus nos reddere, ein küntzchen, ein gauckelmännichen.

CITHĂRA, æ, Κιθάρα, eine laute, harffe. Horatius lib. 1 oda 24,

Melpomene, cui liquidam pater
Vocem cum cithara dedit.

Ejus species Isidorus lib. 3 Originum cap. 21 facit psalteria, lyras, barbita, & alias quadratâ formâ, nec non & trigonali. Nonnulla earum schemata exhibuit Pignorius Tractatu de Servis p. 86. Conf. Bulinger. de Theatro lib. 2 cap. 30.

¶ Citharœdus, i, κιθαρῳδὸς, ein harffenist, harffenschläger. Varro de re rust. lib. 2 cap. 1, *Non omnes, qui citharam habent, sunt citharœdi.* Quod Germani dicunt, es sind nicht alle köche, die lange messer tragen. *Aulœdus sit, qui citharœdus esse non possit*, Cic. pro Mur. cap. 13.

¶ Citharœda, æ, fœmininum, in Veteri Inscriptione legitur apud Gruter. f. 654 n. 2, CLAVDIAE CITHAROEDAE CONIVGI OPTIMAE &c. eine lautenschlägerin.

¶ Citharœdicus, a, um, adject. ut, *Ars citharœdica*, Sueton. Nerone cap. 40.

¶ Citharista, æ, κιθαριστὴς, idem quod citharœdus, apud Cicer. Philip. 5 cap. 6.

¶ Citharistria, æ, fidicina. Ter. in Phorm. act. 1 sc. 2 v. 32, *puella citharistria*, eine harffenspielerin.

¶ Citharizo, are, κιθαρίζειν, citharâ canere. Nepos Epaminondâ cap. 2, *Eruditus autem sic, ut nemo Thebanus magis. Nam & citharizare, & cantare ad chordarum sonum doctus est à Dionysio.*

¶ Chorocitharista, æ, & ¶ Psilocitharista, æ, sibi invicem opponuntur. Sueton. Domitiano cap. 4, *Certabant etiam & prosâ oratione Græce Latineque: ac præter citharœdos chorocitharistæ quoque & psilocitharistæ. Chorocitharistæ* sunt, qui in choro canunt, sive cum plures unà modulantur: *Psilocitharistæ*, qui vel soli canunt citharâ sine melodia vocis, ut Turnebus vult 20 Advers. c. 16, sive cum ea, uti Casaubonus ex Athenæo & Platone interpretatur.

CITHAERON, ōnis, Κιθαιρών, mons Bœotiæ, Baccho sacer. Virgil. Æn. 4 v. 302, *stimulant trieterica Baccho*

Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithæron.

Errat itaque Servius ad illud Æneid. 7 v. 641, *Pandite nunc Helicona*, cui Cithæron est jugum alterum Parnassi, montis Thessaliæ bicipitis, Baccho sacrum; alterum, *Helicon*, consecratum Apollini fuit. Neque enim Parnassus in Thessalia est, sed in Phocide: in neutra Cithæron, qui Straboni lib. 9 p. 279 in Bœotia est; & Plinius, *Datur his Thebis saltus Cithæron*, lib. 4 cap. 7. Nomen *Cithæron* a cithara Orphei, quod super eo frequenter ipse caneret, secundum Lactantium lib. 1 cap. 22. Virg. 3 Georg. v. 43,

Rumpe moras, vocat ingenti clamore Cithæron.

Monti huic in Tragicis peculiare quid tribuitur modo divinum, modo fatidicum, modo affectus &c. Vid. Barth. ad Stat. Thebaid. lib. 2 p. 305, & Taubman. ad Virgil. p. 218, 583. ¶ Scribitur etiam sine diphthongo, correpta penultima, *Citheron.* Ausonius in Gripho v. 32,

Sed Citheron totiens ternas ex ære sacravit.

Atque ita in Lactantii libris loco proxime indicato, & Hygini Fab. 7 ac 8, ubi Cl. Munkero videas notata p. 25.

Cito, citare, vide in *Cieo.*

CITRA, hieherwerts, disseits: ut, *citra flumen.* Cic. Philipp. 6 cap. 3, *ut exercitum citra flumen Rubiconem, qui finis est Galliæ, educeret.* Idem lib. 16 epist. 2 ad Tironem: *Tertio die abs te Alysiam accesseramus. Is locus est citra Leucadem stadia CXX.* Horat. 1 Serm. sat. 1 v. 107,

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit consistere rectum.

¶ In eadem significatione adverbialiter etiam ponitur: e. g. apud Livium 10 cap. 25, *paucis citra millibus lignatores ei occurrunt.* Sic & dicimus in Comparativo, *paullo citerius*, ein wenig besser her, ein wenig zurück. ¶ 2. Significat & *sine. Citra pulverem*, aut, ut Plin. lib. 35 cap. 21, *Citrà pulveris jactum*, ἀκονιτί, proverbialiter, ohne müh. *Citra commodum*, Sueton. Aug. 24. i. e sine commodo. *Citra voluntatem domini*, Quintil. 7 cap. 3. Colum. 7 c. 6, *Citra satietatem data glans.* Celsus 1 c. 2, *Lassitudo citra fatigationem fit.* Ovid. 5 Trist. 8 v. 23, *Peccavi citra scelus.* ¶ 3. Pro *ante* vel *extra* usus est Suetonius Augusto cap. 43, *Solebat etiam citra spectaculorum dies, si quando quid inusitatum dignumque cognitu advectum esset, id extra ordinem, quolibet loco publicare.*

¶ Citratus, a, um, disseitig: ut, *regio citrata, ager citratus.* vide Rigaltii Gloss. ex Hygino & aliis in Gœsii agrar. p. 156 & 268.

¶ Citĕrior, us, disseits gelegen, ab antiquo *Citer:* ut ab *Exter, exterior.* Sic *Hispaniam citeriorem*, Nepos vitâ Catonis c. 2 aliique dixerunt, pro *Tarraconensi provinciâ*, & *Vlteriori*, id est, ultra Iberum amnem sitæ opposuerunt. *Gallia citerior*, Cic. de provinc. consc. cap. 15, quam ibidem *ulteriori* opponit, sive Transalpinæ.

¶ Citĭmus, a, um, Superlativus: *Citimum* autem vel *Citumum* dicitur, quicquid proximum nobis est, das am nächsten ist. Cicero Somnio Scipionis cap. 3 de Luna: *Ex quibus erat ea minima, quæ ultima cælo, citima terris, luce lucebat aliena.* Fulgentius Astronomicis apud Pithœum: *Qua citimus limes dispescit turbida puris.*

¶ Citime, adverb. Priscianus lib. 15 p. 1016, *Citra, citerius, citime; citerior, citimus.*

¶ Citro, adverb. idem quod Citra. Jungitur fere semper cum *Vltro*, & formulam dat *ultro citroque*, hin und wieder. Exempla vide infra in *Vltro* num. 5.

CITRVS, i, arbor, quæ mala fert Medica, ein citronenbaum. Raro usu forma *citria*, pro qua Græci κιτρία dicunt, & Latini etiam *Citriâ*, Isidoro teste Origin. lib. 15 cap. 7: nisi Plinius juverit lib. 13 cap. 15, *Mons citerioris Mauretaniæ laudatissimam dedit citrum.* Ita Harduinus: Frob. *cedrum.* Alii circumscribunt: Plinius lib. 13 cap. 15 ineunte, verbis mox proferendis; & Palladius Martio, singulari de Citreis capite pr. *citri arbor*, ubi videntur fructum notare neutro genere: Macrobius lib. 2 Saturn. cap. 15, *citrea malus*, ex Oppio: qui & *Persicam* eamdem putat, quas vero distinguit Cloatius apud eumdem Macrobium. *Persica* autem & *Medica* est eadem, Athenæo lib. 3 cap. 7 ex Aristotele censente: etiam *malus Assyria*, ut Plinius vocat 12 c. 3. Sed sunt varia ejus genera. vide Isidorum.

¶ Citrum, i, neutro genere, fructus sive pomum, uti ex Palladio jam ostendimus, eine citrone. *Citri* enim *arbor* ibidem Junta, Gryph. & Hervag. constanter legunt: etiam Athenæus dicto loco dicit, Jubam μνημονεύοντα τοῦ κίτρου, quod de fructu intelligas. Virgilio est *malum felix*, lib. 2 Georg. v. 126,

Media fert tristes succos tardumque saporem
Felicis mali: quo non præsentius ullum,
Pocula si quando sævæ infecere novercæ.

Adde Macrobii dicto loco horum versuum interpretationem: qui & ab Homero Odyss. E v. 60 θύον vocari contendit. ¶ 2. Lignum hujus arboris etiam *citrum* vocatur, præsertim ex Mauretania adportatum, unde pretiosas mensas Romani conficiebant. Plinius lib. 16 c. 43, *Citrum in laminas secatur.* Et Martialis lib. 10 epigrammate 98,

Et citrum vetus, Indicosque dentes.

De mensis iterum Plinius lib. 13 cap. 15 pr. [*Confines ei* [Atlanti] *Mauri, quibus plurima arbor citri, & mensarum insania, quas fœminæ viris contra margaritas regerunt.* Adde Lucanum lib. 9 vers. 426 seqq.

¶ Citrĕus, a, um: ut, *Citrea mala*, citronen, Plin. 15 c. 28. *Mensa citrea*, Cicer. 6 Verr. cap. 17.

¶ Citrīnus, a, um: ut, *color citrinus*, citronen-farbe. Plin. lib. 19 c. 15.

¶ Citrosus, a, um; Nævius apud Macrobium d. l. *citrosa vestis.* Adde Festum cum Dacerii notatis.

¶ Citrētum, i, ein citronen-garten. Palladius lib. 3 sive Febr. cap. 24 extr. *Citreta tegumentis defenduntur a frigore.*

¶ Citrāgo, vel Citreāgo, ĭnis, herba apibus gratissima, citreum malum redolens, quæ & μελισσόφυλλον, melisse. Pallad. April. t. 8, *Vasa, quibus recipiuntur apes, perfricanda sunt citreagine.* conf. idem de R. R. 1 t. 37.

CITTA, æ, κίττα, vel κίσσα, avis gulosa, pica, quæ terræ glebas esitat. ¶ 2. Medicis sumitur pro morbo fastidientium cibos & appetentium res absurdas, das unordentliche gelüsten. v. Alexand. Aphrod. lib. 2 probl. 74. Rhodig. 3 c. 15, & 14 c. 1.

CĪVIS, is, comm. generis: legitimus oppidi incola, πολίτης, ein bürger, eine bürgers-frau. Adpellatione a coëundo est, quod & Cicero significat loco infra allegando. Ergo *Civis* quasi *Coivis.* Cic. Verr. 7 cap. 62 seqq. *Civis Romanus sum*, quæ vox juris & defensionis erat, etiam in extremis periculis & suppliciis. *Civis Romana*, Idem pro Balbo cap. 24. *Civis Attica*, Terent. Andr. a. 1 sc. 3 v. 16. Ibidem act. 5 sc. 1 v. 14, *Civis est hinc*, sie ist eines hiesigen bürgers tochter. *Civem adsciscere*, Cic. pro Arch. cap. 2, für einen bürger annehmen. Civem autem Romani opponunt municipi, ut Romam municipiis & reliquis oppidis Italiæ. Cic. Verr. 7 cap. 62, *Clamabat ille miser, se civem esse Romanum, municipem Cosanum.* ¶ 2. Civis est etiam, quem vulgo *Concivem* dicunt, ein mitbürger, landesmann aus einer stadt. Cic. pro Milone cap. 34, *Valeant, valeant, inquit, cives mei valeant.* Et idem 1 in Catil. c. 7, *Te metuant omnes cives tui.*

¶ Concivis, is, municeps, qui ejusdem civitatis jure cum aliis fruitur, ein mitbürger. Nam *Conterraneus* ejusdem terræ & regionis est, *Compatriota* ejusdem patriæ. Græcum συμπολίτης invenitur Eph. 2 v. 19. Vnde Latinum non modo Hieronymus 2 epist. 25, & alii juniores usurparunt; sed & Tertullianus 5 contr. Marc. c. 17 Paulum latine loquentem introducit: *Jam non sumus peregrini, nec advenæ, sed concives sanctorum, sed domestici Dei.* conf. And. Borrichii Vind. p. 31. Est & locus Frontini de limit. p. 310, *Exactum concivium locum primum appellatum, deinde dictum fundum.*

¶ Civitas, atis, eine gemeine, stadt, bürgerschafft. Cicer. lib. 1 de Rep. apud Nonium: *Conjunctionem tectorum, oppidum, vel urbem adpellaverunt, delubris distinctam spatiisque communibus. Omnis ergo populus, qui est talis cœtus multitudinis, qualem exposui,* CIVITAS *est.* Itaque *Civitas* proprie non in ædificiis, sed incolis, in unam societatem junctis, æstimatur. Solon apud Lucianum de Gymnasiis; πόλιν γὰρ ὑμεῖς οὐ τὰ οἰκοδομήματα ἡγούμεθα εἶναι, οἷον τείχη καὶ ἱερὰ καὶ νεωσοίκους, ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὥσπερ σώματί τι ἑδραῖον καὶ ἀκίνητον, ὑπάρχειν ἐς ὑποδοχὴν καὶ ἀσφάλειαν τῶν πολιτευομένων, τὸ δὲ πᾶν κῦρος ἐν τοῖς πολίταις τιθέμεθα. *Siquidem civitatem non ædificia illa existimamus, cujusmodi sunt, muri, delubra, & alia; sed hæc tamquam corpus quoddam firmum esse atque immobile ad receptum & securitatem hominum urbem incolentium. Omnem vero vim atque auctoritatem in civibus sitam esse arbitramur.* Liv. lib. 45 c. 23, *Nulla est civitas, quæ non improbos cives aliquando & imperitam multitudinem semper habeat.* Cicer. pro Mil. cap. 34, *Civitas bene morata.* Et Verrina 7 cap. 51, *graves civitates*, i. e. gravitate morum æstimandæ. ¶ 2. Neque vero incolarum societas uno oppido aut urbe colle-

collecta *Civitas*, sed ita & adpellantur gentes seu nationes integræ, quæ iisdem legibus vivunt, & unum reip. corpus, dispersæ licet & distinctis locis habitantes, constituunt. Cæsar lib. 1 de Bello Gallico cap. 12, *Omnis civitas Helvetiæ in quatuor pagos divisa est.* Et mox: *Pars civitatis Helvetiæ insignem calamitatem Pop. Rom. intulerat.* Sic aliis locis passim hac voce est usus. Ita *Civitatem Æduorum*, Tacitus 2 Annal. c. 61, *Hermundurorum* & *Cimbrorum*, Id. de Germania c. 37 & c. 41. *Brigantum*, Id. Agricolâ cap. 13 dixit. ¶ 3. Pro ipsa administratione reip. posuit Rhetoricorum ad Herennium auctor lib. 4 cap. 18, *Qui privatus intolerabili superbia fuerit, eum commodum & sui cognoscentem videre in civitate quis potest?* In Civitate, id est, rep. seu administratione reip. sive magistratu. Nam *in civitate esse* & *privatum esse* opposuit. ¶ 4. Non raro & ipsum civium jus hac adpellatione designatur. Hinc *quem donare civitate: in civitatem recipere: civitatem consequi:* das bürger-recht erlangen: einen in die gemeine nehmen. Vide Ciceronem pro Archia & alibi. Triplex autem hoc jus apud Romanos fuit. Summo & maximo Romana tribuebatur *civitas:* proximum erat *Latinitas:* ultimum minimumque *Italiæ jus*. Ex Latinis Romani cives fieri poterant: 1. Si magistratum gessissent domi. 2. Si migrassent Romam. 3. Nave, pistrino, ædificio. Hi jure quodam Romanam civitatem consequebantur Republica libera: sub Imperatoribus enim accipere principis beneficio quilibet poterat. Vide Sigonium de antiquo Jure Romanorum Civium cap. 1, Onufrium Panvinium Comment. 3 de Republ. Romana: Lipsium ad Plinii Panegyr. cap. 37, Torrent. ad Suetonii Cæsarem cap. 8, & in primis illust. Spanhemium in Orbe Romano. Plinius lib. 10 epist. 22 videtur suadere, peregrinum Romanæ civitatis jus haud potuisse consequi, nisi qui domi ante fuisset civis. Duarum tamen civitatum esse Romano Jure nemo poterat. Cicero pro Cæcina cap. 34. ¶ 5. Improprie *civitas*, & pro loco ponitur. Atque omnes significationes Verrius Flaccus apud Gellium his verbis collegit lib. 18 cap. 7, CIVITAS *& pro* loco, *& pro* oppido, *& pro* jure *quoque* omnium, *& pro* hominum multitudine *dicitur*. Conf. Coquejus ad Augustin. de C. D. lib. 1 cap. 15 pag. 58. Lactantio 4, 21, 2, est hæc vox pro urbe, ædificiis & munitionibus, ubi dicit: *ut civitates eorum solo æquaret.* ¶ *Civitas nostra* adpellatur, ubi vel *nati sumus*, vel *habitemus*. Vetus Schol. Juvenalis ad sat. 1 v. 51, *Venusinam adeo* [dixit,] *quia hæc fuit Civitas Horatii.* Civitas, id est, patria. Apud B. Matthæum cap. 11 v. 1 Capernaum, *ἰδία πόλις*, adpellatur, quod ibi haberet Salvator domicilium. Nam & Romano jure, ut Grotius ibi annotat, *civitas nostra* adpellatur, ubi Larem fiximus. Hannibal apud Livium lib. 30 c. 30, *Quodcumque egerimus, ratum id civitates nostræ habituræ sunt.* NOSTRAE, id est, unde quisque nostrûm est: quam quisque nostrûm patriam habet aut domum. Similiter Plinius lib. 6 epist. 8, *Oppida nostra unius diei itinere dirimuntur.* OPPIDA, ubi uterque natus erat. Seneca Consolat. ad Helviam cap. 6, *Videbis majorem partem esse, quæ relictis sedibus suis venerit in maximam quidem, & pulcherrimam urbem, non tamen suam*, i. e. non tamen patriam.

¶ Civitatula, æ, diminutivum, ein städtlein. Seneca de Morte Claudii, 853, *Hic quæstu se sustinebat, vendere civitatulas solebat.* Apulejus lib. 10 Metam. sub initium: *ad quamdam civitatulam pervenimus.*

¶ Civĭcus, a, um, bürgerlich: ut, *Corona civica*, quam civis civi, quo servatus erat in prœlio, testem vitæ salutisque perceptæ, dabat. Fiebat autem è fronde quernâ aut ilice. Vide Plin. lib. 16 cap. 4, quem locum enarrat, omniumque civicarum rationem exponit Car. Paschalius lib. 7 de Coron. c. 8 seqq. adde & Gellium lib. 5 cap. 6. Concessa hæc demum & Imperatoribus omnibus fuit, suspensaque ad fores domus, sive in vestibulo, ut à Suetonio locatur, Tiberii vitâ cap. 26, qui tamen eamdem in fastigio domus Palatinæ ponit Claudii cap. 17. *Civica jura*, stadt-recht, Horat. 1 epist. 3 v. 23. *Civicus motus*, idem 2 od. 1 v. 2. *Civica bella*, id est, civilia & intestina, apud Ovid. lib. 1 de Ponto 2 v. 126.

¶ Civilis, e, quod ad cives pertinet, bürgerlich: ut, *Civilia jura*, Horat. 1 satyr. 9, 39. *Civilia studia*, Eutrop. 8 cap. 10 n. 10. *Bella plusquam civilia*, Lucan. principio operis. ¶ Deinde *Civilis* est æquus, humanus, non superbus, communi jure cum aliis utens, ut debent inter se cives. Eutropius lib. 8 cap. 1 de Nerva: *æquissimum se & civilissimum præbuit.* Ovidius 4 Tristium eleg. 4 v. 13,

Ipse pater patriæ, quid enim civilius illo?

Sed plura de hac notione in *Civilitatis* jam vocabulo, n. 3. Interim Gronovium addas Observat. ad Scriptor. Eccles. cap. 19 p. 207. ¶ Est etiam *Civilis*, höflich, sittsam, præsertim in usu vulgari.

¶ Civilitas, atis, *πολιτική*, sive, tuendæ & conservandæ civilis societatis prudentia, die staats-klugheit. Ita hâc voce usus Quintilianus lib. 2 cap. 15. Quam enim *πολιτικὴν* adpellat Plato in Gorgia, cujusque particulæ illius, quæ de reddendo jure tractat, simulacrum Rhetorices facit; ipse civilitatem vertit. *Plerique*, inquit, *credunt, eum* [Platonem] *in hac esse opinione, ut Rhetoricen non artem, sed peritiam quamdam gratiæ ac voluptatis existimet, & alio loco, civilitatis particulæ simulacrum, & quartam partem adulationis: quod duas partes civilitatis corpori assignet, medicinam, & quam interpretantur exercitatricem: duas animo, legalem, atque justitiam: adulationem autem medicinæ, vocet coquorum artificium: & exercitatricis mangonum, qui colorem fuco & verum robur inani saginâ mentiantur: Legalis, cavillatricem* (*σοφιστικὴν*) *justitiæ, Rhetoricen* &c. ¶ 2. *Civilitas* dicitur hodie ea virtus, quæ ad convictus & consuetudines civiles pertinet, quæ omnem vultum, habitum & gestum corporis, quin orationem ipsam ad quamdam decori ac elegantiæ rationem, qua placeat probeturque, dirigit & moderatur; *rusticitati* contraria, die höflichkeit. Sed hæc recens & nova notio est, sine consensu antiquitatis. ¶ 3. Alia rursus virtus hoc adpellatur nomine, quæ non in elegantia ac venustate posita ad familiares congressus; sed ad actus & vitam publicam pertinet: atque in gravitate quadam, & modestia constituta est, superbiæque ac crudelitati opposita. Hanc *Civilitatem* Augusto Suetonius tribuit cap. 51, & cum *clementiâ* constringit; Eamdem in Trajano Plinius atque Eutropius commendant; & iste quidem cum *moderatione* copulat. Ab hac *civilem animum* Suetonius dixit in Cæsare cap. 75 extr. pro æquo & moderato: quemadmodum & Eutropius *æquitatem* cum *civilitate* conjungit, cum Nervam *æquissimum & civilissimum Principem* nominat: itemque Ammianus, cum *civile & justum imperium ad voluntatem cruentam à Cæsare Gallo conversum* lib. 14 princ. dicit. Apud Suetonium in Claudio cap. 1, *Civilis animus*, ambitioso & gloriæ cupido opponitur, ein gleichgesinnt gemüthe. Vide & Casaubonum in Augustum Suetonii cap. 51, nec non Torrentium in ejusdem Suetonii Cæsarem cap. 25, quibus etiam Bœcleri Characteres Vellejanos licebit addere cap. 4.

¶ Civiliter, adverb. tam late significat, quam Civilis & Civilitas. Livius 38 cap. 56, *magis pie, quam civiliter*, id est, ut decet civem. Gellius procemio: *vir civiliter eruditus*. Seneca Præfat. lib. 4 Excerpt. *Non civiliter tantum, sed etiam familiariter.* Plinius Paneg. cap. 39, *Nec vero ille* [Pompejus] *civiliùs, quam parens noster auctoritate, consilio, fide, reclusit vias, portus patefecit*, &c. Eutropius lib. 7 cap. 5 de Augusto: *civilissime vixit.*

¶ Incivilis, e, expers civilitatis, unbürgerlich, unhöflich. Aurel. Victor de Macrino & Diadumeno: *Horum nihil præter sævos atque inciviles animos reperimus.* Eutrop. 10 cap. 7 de Gallo: *multis incivilibus gestis.*

¶ Inciviliter, adverb. idem. Apulejus sub finem lib. 7, *An te nos tractamus inciviliter, qui nostrum asinum furatum abducis?* Et Sueton. Tito c. 6, *egit aliquanto inciviliùs & violentius.*

¶ Percivilis, e; i. e. valde civilis. Sueton. Tiber. cap. 28, *Exstat sermo ejus in senatu percivilis.*

CLABŬLA, æ, Nonio c. 4 n. 473 eadem est, quæ *talea*, hoc est, ramus ex utraque parte æqualiter præcisus. Sed Varro vocat *Clavolam* sive *Clavulam*, de qua mox in *Clava*. ¶ 2. Est & Clabula vehiculi genus. Hinc

¶ Clabularis, e: ut, *Clabularis cursus*, qui militibus concedebatur, quoties ex aliis in alia loca celeriter transferri eos oporteret, ut est in l. 22. cod. de cursu publ. *Clavularis cursus facultatem permissam* vocat Ammianus 20 cap. 4, vide ibi notam Vales. Sunt, qui malint *Caballarem* apud Luitprandum in sui temporis historia. Brissonio Clavularis cursus idem est ac vehicularis, post-fuhre.

Clacendix, genus conchæ, vide *Claxendix*.

CLĀDES, is, à *κλαδεύειν* est, quod propriè arbores infringere significat, à *κλάδος*, ramus. Itaque proprie *Clades* fit, cum vento vel nimio fructuum pondere rami franguntur: sicut *calamitas*, calamorum detritio est: Hinc transfertur vocabulum ad quamvis aliam jacturam & damnum, præcipue vero quod ex bello capimus, verlust, niederlage. Vid. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 106. *Inferre* & *afferre cladem:* illud Livii est 29 cap. 3; hoc Ciceronis de Nat. D. 2 cap. 3, at Lucretii 5 v. 49, *efficere cladem*, schaden thun. *Accipere cladem*, Curt. 4 cap. 12 n. 15. *contrahere cladem*, Livius 25 cap. 19, schaden leiden, sich zuziehen. Livius lib. 2 cap. 13, *Mucium dimissum, cui postea Scævolæ à clade dextræ manus cognomentum inditum, Legati à Porsena Romam sunt secuti.* ¶ 2. Aliquando *Clades* figurate dicitur, qui cladem infert. Virgil. 6 Æneid. vers. 842,

Quis Gracchi genus, aut geminos, duo fulmina belli,
Scipiadas, cladem Libyæ?

Nam qui multum damni ac calamitatis intulerant Africæ, *cladem Libyæ* adpellavit.

CLAM, præpos. & adverb. sed magis tamen adverbium, si Prisciano credere volumus lib. 14, heimlich, unbewust. Ter. And. 1, 5 v. 53, *Non clam te est.* Donatus inter eas præpositiones recenset, quæ cum ablativo junguntur; ut, *clam iis* Cic. 15 ad Attic. ep. 1: sed recte Servius & Cledonius monuerunt, indifferenter pro dicentis arbitrio cum ablativo & accusativo construi, *clam patre* & *clam patrem*. Vide Servium in Secund. Donati Edit. p. 1798 ed. Putsch. Plautus Casinâ act. 2 sc. 8 v. 33,

ut mihi
Bona multa faciam, clam meam uxorem.

Et Prolog. Amphitr. vers. 107,

Is amare occepit Alcumenam clàm virum.

Cum dativo Idem construit Milite act. 3 sc. 3 v. 8,

meretricem commovere,
Quam sanè magni referat, mihi clam est.

Sed ibi dativum non præpositio, sed verbum *est* regit. Et hic *clam* adverbium est, non secus ac in illo Terentii And. 2, 6, 13, *amavit, tum id clam.* *Clam* autem, docente Festo, a clavibus dictum, quod his, quæ celare volumus, claudimus.

¶ Clancŭlum, diminutivum, heimlich. Terentius Adelph. a. 1 sc. 1 v. 27,

postremò, alii clanculum
Patres quæ faciunt, quæ fert adolescentia,
Ea ne me celet, consuefeci filium.

¶ Clanculo, idem, quo sæpe Apulejus usus est, v. gr. lib. 3 Metam. *puer clanculo profugit:* & interjectis multis, *clanculo præcepit auferre.* Vide Indicem Juliani Floridi. Augustinus epist. 54, *per furtum clanculo aufertur.* Gloss. Cyrilli, *Clanculo, λάθρα.*

¶ Clanculārius, a, um, verborgen. Martial. lib. 10 epigr. 3, *Clancularius Poëta*, der etwas schreibet, dazu er sich nicht bekennt.

¶ Clandestīnus, a, um, occultus. *Clandestina colloquia cum hostibus*, Cicer. de Senect. cap. 12, heimliche gespräche mit den feinden. *Clandestina consilia*, i. e. occulta molitio, Cicer. in Orat. cap. 66. *Clandestinum fœdus*, Livius 3 c. 36, ein heimlich verbündniß. Et Silius lib. 7 v. 267,

Ceu clandestino traheretur fœdere bellum.

¶ Clandestinò, adverb. abscondite. Lucil. apud Nonium cap. 1 n. 176, *At enim dicis, clandestino tibi quod commissum foret, neu mutires, neu mysteria efferres foras.* Plaut. Mil. 4, 1 v. 10, *Hoc negotii clandestino ut agerem, mandatum est mihi.*

CLAMO, avi, atum, are, est clare admonere, schreyen, ruffen, klagen, apud Plaut. Bacch. 2, 3 v. 51. Virgil. eclog. 3 v. 19,

Et cum clamarem; quò nunc se proripit ille?
Eleganti translatione de mari & procella dicitur. Silius lib. 4 v. 526,
Spumea saxosis clamat convallibus unda.
Et lib. 9 v. 517, *clamante procella.* Adde mox in *Circumclamare.* ¶ 2. Active usus cum quarto casu construxit Plaut. Asin. a. 2 sc. 3 v. 10,
Ita hæc morata est janua: extemplo janitorem
Clamat.
Clamat, id est, cum clamore vocat: à καλεῖν. Apul. 3 Metam. *Præcone publico silentium clamante*, i. e. proclamante & imperante. Sic Virg. Æn. 4 v. 674, *morientem nomine clamat.*
Nam multa verba Neutra, & absolutam significationem habentia eam interdum mutant in Activam, & vi hujus significationis casum regunt Activorum. Vide Vechneri Hellenolexias lib. 1 c. 13. Sic
¶ Clamatus, a, um, passivè, geruffen. Ovid. 5 Fast. v. 189, *Clamata palma* (al. *verba*) *theatris.* Martial. lib. 1 epigr. 50,
Vocabitur venator, & veniet tibi
Conviva clamatus prope.
¶ Clāmātus, ûs, substantiv. ein geschrey. Paullinus Nolanus 3 Natal. Fel. v. 279, *Sed neque clamatu est, neque pulsu mobile corpus.*
¶ Clamator, ōris, ein schreyer, schreyhalß. Cic. de Orat. 3 cap. 21, *clamatores odiosi.* Interdum idem fere qui rabula. Gell. 19 cap. 9 de Juliano Rhetore, *qui clamator tantum, & facundia rabida jurgiosaque esset.*
¶ Clāmātōrius, a, um, schreyhafftig. Plin. 10 c. 14, *avis clamatoria.*
¶ Clāmĭto, are, frequentativum, multum clamare. Terent. And. a. 1 sc. 1 v. 17, *Venit Chremes postridie ad me clamitans*, &c. er führet ein groß geschrey und klage. Est & hoc transitive usus Plautus Pseudolo act. 5 sc. 1 v. 29, *Clamitant me, ut reveniam.* Cic. Divin. 2 cap. 40, *Caricas clamitare*, feigen ausruffen.
¶ Clāmor, ōris, ein geschrey. *Edere clamorem*, schreyen, Cicer. Div. 2 cap. 23. *Tollere clamorem*, quod idem est, in Verr. 6 cap. 43, & Liv. 3 cap. 62. *Clamore aliquem excipere*, Cicer. in Verr. 7 c. 36, ein freuden-geschrey über einen machen. Alacritatis est. Vid. index Freinsh. ad Curt. 8, 11, 8. & Bernegg. ad Tacit. quæst. 7. Lips. de Milit. Rom. lib. 10 c. 11. ¶ 2. Improprie, ein schall. Horat. lib. 3 Ode 29 v. 38,
non sine montium
Clamore, vicinæque silvæ,
Cum fera diluvies quietos
Irritat amnes.
¶ Clāmōsus, a, um, schreyend: ut, *altercator clamosus*, Quintil. 6 cap. 5, *actio clamosa*, ein handel der mit geschrey zugehet. *Tibia clamosa*, ein zincke. *Clamosi fori jurgia*, Senec. Herc. Fur. v. 172. *Clamosi turba theatri*, Statius 3 Silv. 5 v. 16. *Vrbs clamosa*, Idem lib. 4 Silv. 4 v. 18, id est, strepitus urbanus.
¶ Clamosè, adverb. Quintil. 11 cap. 3 p. 825 ed. Gronov. *ne dicamus omnia clamose, quod insanum est.*

Composita:

¶ Acclāmo, are, zuschreyen, zuruffen, zujauchzen. Cicer. pro Cæcin. cap. 10, *populus cum risu acclamavit.* Suetonius narrat, Julium Cæsarem in triumphis acclamari sibi jussisse, *Veni, vidi, vici.* Natus hic mos in theatris: nam cum quid ibi diceretur agereturque præclare, id magnis clamoribus prosecuti faventes laudantesque sunt. Inde in forum & tandem ipsam curiam translatus est. Vide de foro Plinium lib. 2 epist. 14 n. 4. De curia eumdem lib. 4 epist. 9 n. 18. Nam cum quis dicta sententia resideret, ejusque probaretur oratio, tum acclamari ei solebat cum multa ipsius laude. Quamquam & hoc fieri solebat surgentibus ad dicendum, si grati essent & in magnâ omnium exspectatione. Vid. Plin. lib. 4 ep. 9, & lib. 9 ep. 13. Sallust. Catil. c. 53, *Postquam Cato assedit, consulares omnes itemque senatus magna pars sententiam ejus laudant, virtutem animi ad cælum ferunt.* ¶ 2. Eadem vox sustinere potest significatum obstrependi cum indignatione. Vellej. Paterc. 2, 4, 4, *Cum omnis concio acclamasset*, i. e. reclamasset, ut ex contextu liquet. Et quamquam sint, qui vocem *occlamandi* hic præferant, tamen *ob* & *ad* inter se commutati, probant Acidalius ad h. l. & Gruterus ad illud Senecæ epist. 47, *Hoc loco acclamabit mihi tota manus delicatorum.*
¶ Acclamĭto, āre, idem. Plaut. Amph. 3, 2 v. 3, *Ea quæ sunt facta, infecta esse acclamitat.* Sed editiones mire hic variant.
¶ Acclamatio, ōnis, fere populi est, plausibili favore assentientis, ein frolockender zuruff. Præcipue invaluit hic mos, conversa Rep. datumque hoc fuit principibus inter honores cæteros, ut eorum dicta non modo cum acclamationibus exquisitis, nec sine adulandi studio, quod Plinius Paneg. cap. 71, *veræ acclamationi* opponit, exciperentur, sed publicis actibus etiam hæ ipsæ acclamationes describerentur, quod primum cœpisse Trajani imperio, idem Plinius Panegyrico ejus auctor est cap. 75. Et quoniam hæ acclamationes non sine faustis precationibus peragerentur, idcirco & ipsæ *Fausta* nominari cœperunt, de quo infra suo loco. Vide etiam, quæ de acclamandi ritu duo summi viri Justus Lipsius lib. 2 Elect. cap. 9, itemque Casaubonus ad Avidium Cassium Vulcatii Gallicani annotarunt. ¶ 2. Etiam in malam partem *Acclamatio* pro Contradictione, accepta reperitur. Cicer. de Oratore 2 cap. 83, *Vitanda est acclamatio adversa populi, quæ aut orationis peccato aliquo excitatur, si aspere, si arroganter, si turpiter, si sordide, si quoquo animi vitio dictum esse aliquid videatur: aut hominum offensione, vel invidia*, &c. Idem Quinto Fratri 2 epist. 1, *C. Cato contradixit, ut Cassius, maxima acclamatione Senatus.* Hoc fere modo Columella 7 cap. 3 sub fin. *ovibus acclamatione & baculo minari.* ¶ 3. Est & *acclamatio* post rem aliquam narratam, quæ ἐπιφώνημα dicitur: Vide *Epiphonema.*
¶ Circumclamare, umher schreyen. Sidonius Apollinaris Carm. 2 v. 506, *Sestias ora*
Hellespontiacis circumclamata procellis.
¶ Conclamare, mit einander schreyen, zusammenruffen. *Conclamare ad arma*, Livius 6, 28. In malam & in bonam partem acceptum verbum reperitur. Cæsar Gall. 3 cap. 18, *Conclamant omnes, occasionem negotii bene gerendi amittendam non esse.* Et Civil. 3 cap. 6, *conclamantibus omnibus, imperaret, quod vellet.* ¶ *Conclamare vasa*, est militibus iter indicere, jubereque, ut vasa & impedimenta colligant, den aufbruch ankündigen. Cæsar 1 Civ. cap. 66, *Quo cognito, signum dari jubet, & vasa militari more conclamari.* Quod etiam simpliciter *conclamari* dicitur cap. 67, & 3 Civ. c. 75.
¶ Conclamatus, a, um, beweint, verhaußt; in desperationis fere formulam abiit. Nam *corpora conclamata jacent*, ut est apud Lucanum 2 v. 22, ubi mortui nomine ter vocati jubentur æternum valere. Ter. Eun. 2, 3 v. 56, *Desine, jam conclamatum est.* Vbi Donatus: *Transactum ac finitum, ut conclamata corpora nihil reliqui jam habent ad vitæ officia.* Nempe solebant mortuorum cadavera servari octo diebus, & lavari calida: & conclamari per intervalla: ut, si vitalis spiritus oppressus delitesceret, excitaretur: nec nisi post ultimam conclamationem, cùm nulla vitæ spes esset super, nono demum die cremari. Vide Kirchmann. de Roman. Funer. lib. 1 cap. 13, & Servium ad illud 6 Æneid. v. 218, *Pars calidos latices*, &c. Ammianus Marcellinus sub fin. lib. 30 de Valentiniani funere: *Post conclamata Imperatoris suprema, corpusque curatum ad sepulturam, ut missum Constantinopolim inter divorum reliquias humaretur.* ¶ Sed & pro famoso ac celebri legitur, beschriehen, beruffen. Hoc fere sensu Sidonius lib. 2 epist. 2, *conclamatissimum fontium*, & lib. 6 epist. 1, *conclamatissimum primipilarem* dixit laudatissimum. Et Macrobius 7 sat. 5, *Herbæ conclamati frigoris*, i. e. extremi.
¶ Conclamitare, frequentat. Plaut. Mercat. act. 1 sc. 1 v. 51, *conclamitare tota urbe.*
¶ Conclāmātio, ōnis, ein zuruff vieler zugleich. Cæs. Civil. lib. 2 c. 26, *Curio universi exercitus conclamatione Imperator adpellatur.*
¶ Declamare, clamose contendere, rednerisch vorbringen. Cicero pro Rosc. Am. cap. 29, *quæ mihi visus est ex alia oratione declamare.* ¶ 2. Exercendi ingenii caussa argumentum fictum enarrare, sich in reden üben. Cicero de Fin. lib. 5 cap. 2, *ad fluctum, ajunt, declamare solitum Demosthenem, ut fremitum adsuesceret voce vincere.*
¶ Declāmĭtare, idem; ut, *Caussas declamitare*, Cicero in Tuscul. 1 c. 4. *Declamitare græce apud Cassium institui*, Cicero filius Tironi 16 ep. 21. *In vitam hominum declamitare*, auf der leute laster schelten.
¶ Declāmātio, ōnis, domestica exercitatio & commentatio, quo in genere pueri apud magistros exercentur, eine schul-rede. Exstant ejusmodi declamationes Senecæ & Quintiliani. Vide de utilitate declamandi caput quintum libri decimi Quintiliani. Sic *quotidiana declamatio*, Cic. fil. 16 epist. 21. *senilis*, pater Tusc. 1 cap. 4. *Exercitatio declamationis*, ad Herenn. lib. 3 cap. 11.
¶ Delamator, ōris, ein schul-redner; qui exercitii caussa declamat in umbra & ludo. Cicero in Oratore cap. 15, *Non declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, sed doctissimum & perfectissimum quærimus.* Idem pro Plancio cap. 34, *Non vobis videor cum aliquo declamatore, non caussa laboris & fori, disputare?*
¶ Declāmātorius, a, um, quod ad morem declamantium fit, rednerisch: ut, *Consuetudo declamatoria*, Quintilian. lib. 5 cap. 13. *Genus dicendi declamatorium*, apud eumdem lib. 2 cap. 10. Cicero Quinto fratri lib. 3 epist. 3, *ipse puer magis illo declamatorio genere duci & delectari videtur.*
¶ Declamatoriè, more declamantium, Hieronymo tribuitur.
¶ Exclāmāre, laut schreyen, ausruffen. Quintil. 3 cap. 8 sub fin. *initio furiosè exclamare*, schreyen wie ein unsinnig mensch. ¶ Transitive Plaut. Amphitr. act. 5 sc. 1 v. 68,
Dum hæc aguntur, voce magna exclamat uxorem tuam.
Exclamat, id est, magnâ contentione vocis; sive exclamando adpellat uxorem tuam.
¶ Exclāmātio, ōnis, die ausruffung. Schema ἐπιφώνησις est: ut, *ô tempora, ô mores!* ad Herenn. 4 cap. 15. Idem auctor lib. 3 cap. 12, *acutæ vocis exclamationes.*
¶ Inclāmāre, anschreyen, anruffen. Cicer. ad Att. lib. 2 ep. 18, *Ita te para, ut, si inclamavero, advoles.* Ovid. Dativum adjecit lib. 1 Amor. eleg. 7, *Nonne satis fuerat timidæ inclamasse puellæ?*
Etiam Livius 1 c. 25, *exercitus inclamat Curiatiis, ut opem ferant fratri.* Sed Plautus Accusativum junxit Amph. act. 5 sc. 1 v. 16, *Ibi me inclamat Alcumena*, sie rufft mich. ¶ 2. Pro *increpare* & *conviciis incessere*, anfahren, anschnarchen, schelten. Idem Cistell. act. 1 sc. 1 v. 110,
nolito acriter
Eum inclamare: utut erga me est meritus.
Nec aliter accipiendum hoc verbum in paullo ante allato Ovidii loco est. Nam & de ira præcesserat: & statim subjicit:
Nec nimium rigidas intonuisse minas.
Significat enim, ut maxime in puellam commotus omnino fuerit atque iratus; non eo usque tamen debuisse sævire, ut crines ejus involarit: satis fuisse increpare ejus contumaciam, & minas addere, quibus terreretur.
¶ Inclāmĭtare, frequentativum, idem. Plaut. Epid. sc. ult. v. 46, *Etiam inclamitor quasi servus.*
¶ Inclamatio, ōnis, die anschreyung. Tertullianus lib. 4 adv. Marcion. cap. 41 pr. de vocula VAE: *Constat imprecationis & comminationis inclamationem intelligendam.*
¶ Occlamare, vide supra in *Acclamare* n. 2. Hinc
¶ Occlāmĭtare, apud Plaut. in Curcul. a. 1 sc. 3 v. 27. Idem est quod clamitare; *Dormio*, inquit, *ne occlamites.*
¶ Perclamare, apud Plautum Truc. 1, 1, 8, in antiquis editionibus & MSS. legi, testis est Pareus & Gronovius; Alii fecerunt *pericla amanda* pro *perclamanda.*
¶ Præclamare, vorher ruffen. Paullus JC. lege 7 Dig. ad leg. Cornel. de sicariis, *Si putator ex arbore, cum ramum dejecerit, non præclamaverit, & prætereuntem occiderit; ad hujus legis coërcitionem non pertinet.*
¶ Præclamitatores, um, apud Pompejum Festum sunt, qui flaminibus, Diali, Quirinali, Martiali antecedentes exclamabant feriis publicis, ut homines se abstinerent ab opere, quia his opus facientem videre, irreligiosum erat.

¶ Proclā-

¶ Proclāmare, laut ruffen, ausruffen, apud Livium lib. 1 cap. 26, *P. Horatio patre proclamante, se filiam jure cæsam judicare.* Et Cicero in Verr. 7 cap. 42, *Adsunt, defendunt, proclamant, tuam fidem implorant.* Et Labeo JC. lege 41 Dig. de liberali caussa: *Si servus, quem emeras, ad libertatem proclamavit.*

¶ Proclāmātio, ōnis, proclamandi actus, die ausruffung; ut, *Proclamatio ad libertatem*, dicto titulo *de liberali caussa*, lege 25 § 1, & lege 34.

¶ Proclāmātor, ōris, qui proclamat, ein ausruffer. *Caussidicus, proclamator, rabula*, Cicer. de Orat. 1 cap. 46.

¶ Reclamare, repugnare, refragari, sich dawider legen, widersprechen. Cicero pro Domo cap. 4 extr. *cæptum est referri de inducendo S. C. ab universo senatu reclamatum est.* Nimirum sicut in magno assensu acclamabatur dicentibus non sine ipsorum laude, de quo paullo ante dicebamus; ita in magno dissensu contra obstrepebatur mixtis sæpe conviciis, quod ex Sallustio constat Bell. Jugurth. c. 34. Qua in re eo usque procedebatur interdum, ut Tribunorum auxilium contra implorandum esset. Vide Plinium lib. 9 epist. 13.

¶ Reclamitare, idem quod Reclamare. Cic. pro Rosc. Amerino c. 22, *Reclamitat istiusmodi suspicionibus ipsa natura.*

¶ Reclamatio, ōnis, actus reclamandi, improbatio, der widerspruch. Cicer in Philipp. 4 c. 2, *Præclara reclamatione vestra factum pulcherrimum Martialium comprobavistis.* Gloss. vet. *Reclamatio*, ἀντιλογία.

¶ Succlamare, idem quod acclamare, zuruffen. Liv. lib. 3 cap. 50, *Hæc Virginio vociferanti succlamabat multitudo*, &c. Quintil. in declamat. 19, *Omnium maledictis succlamatus*, h. e. in sermonibus publicis exagitatus est, er ist öffentlich von iederman gescholten worden.

¶ Succlamatio, ōnis, der zuruff, apud Livium lib. 40 cap. 26 sub fin. *ultro territuri succlāmationibus.*

Clanculum, Clandestinus, vide *Clam.*

CLANGO, xi, ere, κλάγζω, quod est sonum edere, klingen, schallen. Vetus Poëta carmine de Philomela, (quod male Ovidio tribuitur: quippe cujus auctorem ex fine poëmatis Christianum fuisse constat) *Clangere* aquilarum proprium tradit. Ita enim ibi legimus:

Clangunt porrò aquilæ; vultur pultare probatur.

Sed & aliis tribui posse, ex usu vocabuli *Clangoris* disci potest: de quo mox nobis agendum erit. Sane Accius, vetus Tragœdiarum poëta, *Vndas clangere*, dixit apud Nonium, cujus isti versus sunt in *Cachinnare*:

Simul & circum magna sonantibus
Excita saxis sæva sonando
Crepitu clangente cachinnant.

Val. Flacc. 3 v. 349 dixit *Luctificum clangente tuba.*

¶ Clangor, ōris, κλαγγὴ, ein schall, klang. Qui, si veterem auctorem carminis de Philomela sequimur, aquilarum crepitus proprie erit: quem alii tamen tubarum faciunt. Vet. Gloss. *Clangu* & *Clangor*, ἦχος σάλπιγγος: Item κλαγγὴ σάλπιγγος, *Clangor.* Et ita Virg. Æn. 2 v. 313, *Exoritur clamorque virûm clangorque tubarum.*

De aquilis tamen & Cicer. 2 Tusculanâ cap. 10, & Livius lib. 1 cap. 39 est usus. Sed *fulicæ* Plinius sub finem lib. 18; *anseribus* Columella lib. 8 cap. 13; *gruibus* Statius *clangorem* tribuit Theb. 12 v. 517. Igitur quivis acutior graviorque sonus, *clangor* poterit adpellari. Nam & *pennarum clangores* Suetonius dixit Domitiano cap. 6.

¶ Reclango, ĕre, wiederklingen, wiederschallen. Ammianus lib. 17 cap. 13, *reclangentibus cunctis sonitu ruinarum immenso.*

CLARANUS, i, vetus Grammaticus, cujus mentio fit apud Auson. epist. 18 ad Ursul. Grammat. p. 230, & apud Martialem 10 epigr. 21,

Scribere te, quæ vix intelligat ipse Modestus,
Et vix Claranus, quid rogo, Sexte, juvat?

Clareo, Claresco, Clarifico, Clarigo, Claritas, vide *Clarus.*

CLĀRIUS, i, Apollo sic adpellatus ἀπὸ τῆς Κλάρυ à *Claro*; quod oppidum Servius tradit in Colophoniorum finibus, ubi Apollo coleretur, ad illud Virg. Æn. v. 360, *Qui tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis.* Eustathius Scholiastes Dionysii νεώριον τῆς Κολοφῶνος, *navale Colophonis* facit: quod cùm munitum esset, procul dubio à cætera urbe separatum, *oppidi* nomine adpellare Servius potuit. Juxta Colophonem hunc locum fuisse, dubitari nequit. Namque & Strabo Apollinis Clarii lucum ante Colophona ponit: & Mela quoque Apollinis Clarii fanum cum Colophone conjungit lib. 1 cap. 17. Atque hinc Tacitus Annal. 2 cap. 4 Germanicum scribit *adpulisse Colophona, ut Clarii Apollinis oraculo uteretur.* Vide & Ælian. H. A. lib. 10 cap. 49.

CLĀRŌTAE, arum, servi Cretensium, qui in agris degebant, διὰ τὸ κληρωθῆναι, quia sors super iis missa esset, cum divideretur præda: servos autem urbanos χρυσωνήτας dixére, quasi dicas auro emptos. Vossius lib. 4 Instit. Orat. p. 190.

CLĀRUS, a, um, λαμπρὸς, ἐπιφανὴς, διάσημος, ἔνδοξος. Scaliger lib. 4 de Poët. cap. 1, CLARUS, inquit, *in celebritatibus nata vox, cùm victores per præconem calabantur: exemtâ vocali*, CLARUS, (pro *Calarus*:) *Vnde & verbum Horatianum*, CLARABIT PUGILEM; klar, hell, scheinbar. Ut, *Clarum sidus*, Horat. 4 od. 8, 31. *Sol clarissimus*, Quintil. 5 cap. 12. *Clariora sole*, Cicer. de Fin. lib. 1 c. ult. dinge, die öffentlich und am tage seyn. *Clarâ voce dicere*, Id. pro Cluent. c. 48. Et *clariore voce*, Cæs. Gall. Bell. 5 cap. 30, laut und vernehmlich reden. *Vir clarus*, i. e. excellens, insignis, ein beruffener und berühmter mann. Apul. Florid. 3, *Vir omnium, qui unquam fuerunt, aut sunt, aut etiam erunt, inter optimos clarissime, inter clarissimos optime, inter utrosque doctissime.* Cicero lib. 1 de Orat. cap. 45, *amplissimus & clarissimus.* Sic, *Clarus eruditione, virtute, genere.* ¶ Cæterum *Clarissimi* non nisi Senatores olim adpellabantur: unde signate & *claros patres* Horatius dixit lib. 4 ode 6. *Claræ* enim *personæ*, Senatores eorumque uxores habebantur, ut ex Lege 5 Dig. de Curator. &c. constat. Isidorus tamen distinguit, & tertii tantum ordinis senatores *Clarissimos* adpellatos auctor est lib. 9 cap. de Civibus. Verba ejus hæc sunt: *Primi*, inquit, *ordinis senatores dicuntur* Illustres: *secundi*, Spectabiles: *tertii*, Clarissimi. *Nam inferius quartum aliquod genus non erat.* Et sunt pro eo nonnulla Imperatorum rescripta in Codice. Quæ tamen pro ratione & consuetudine illorum temporum interpretanda putaverim. Antiquitus enim in universum senatoribus omnibus competiisse hunc titulum, ex illo potest intelligi, quod ipsi etiam Consules *Clarissimi* adpellarentur: cujus rei exemplum nobis Plinius lib. 7 epist. 33 præbet. Ubi & vide, quæ dixit Buchnerus; nimirum quod ex Ammiano, utroque Codice & aliis Casaubonus ad Lamprid. observet, etiam absolute *Clarissimum* pro Senatore, *Clarissimam* pro Senatoris uxore poni cœpisse.

¶ Clarè, hell, klar, adv. ut, *aperte loqui & clare gemere*, Cicer. Attico 2 ep. 20, laut seuffzen. *Eo clariùs adparet*, Id. Epist. Fam. 8, 14. *Clarissime lucens*, de Veneris stella, Vitruv. lib. 9 cap. 4. *Clarissime audire*, Plin. 1 cap. 70, scharff hören.

¶ Clarissimatus, ûs, id est, status seu dignitas eorum, qui *Clarissimi* adpellabantur; apud JCtos. Ammianus Marcellinus lib. 21 cap. 31, *Nec suæo dux quisquam cum clarissimatu provectus est.* Id est, provectus est, ut *clarissimatus dignitate* afficeretur, sive *clarissimi* adpellationem auferret.

¶ Claritas, ātis, klarheit. Plinius lib. 2 cap. 8 de Venere: *Magnitudine extra cuncta alia sidera est: claritatis quidem tantæ, ut unius hujus stellæ radiis umbræ reddantur.* Et, *claritas oculorum*, idem lib. 20 c. 10. Et, *claritas vocis*, Cicer. Acad. 1 c. 5. ¶ Item, dignitas, amplitudo, hoheit, herrlichkeit. Laberius apud Gell. lib. 17 cap. 14, & Macrob. lib. 2 Saturn. cap. 7,

Summum ad gradum cum claritatis veneris,
Consistes ægre, & citiùs, quàm adscendas, decides, &c.

Vide supra in *Cado.* Cic. 13 epist. 68 ad P. Servilium: *Quæ quamquam ex multis pro tua claritate audiam*, id est, pro ea, qua tu eminens dignitate. Plinius Nat. Histor. extrema: *Italia rectrix parensque mundi altera, viris, fœminis, ducibus, militibus, servitiis, artium præstantia, ingeniorum claritatibus* &c. *principatum naturæ obtinens.*

¶ Claritudo, ĭnis idem. Sallust. Jug. cap. 2, *Artes animi, quibus summa claritudo paratur*, h. e. laus, celebritas, berühmter nahme: & c. 8, *in tantam claritudinem perveniret.* Vellejus 1, 17, 2, *familiæ ejus claritudo intermissa est.* Idem 2, 130, 1, *Quidquid unquam claritudine eminuit.* Etiam Tacitus sæpe usus est, ut, *claritudo familiæ*, l. 15 c. 35; *nominis*, cap. 71; *virtutum*, cap. 65 ejusd. libri.

¶ Clāro, avi, atum, āre, id est, clarum & nobilem reddere, ansehnlich machen. Horat. lib. 4 od. 3 v. 3, *illum non labor Isthmius*
Clarabit pugilem.

¶ 2. Vel perspicuum ac clarum facere, explicare, seu declarare, erklären. Lucret. lib. 3 v. 35,

Hasce secundum res, animi natura videtur
Atque animæ claranda meis jam versibus esse.

Idem lib. 4 v. 778,

Multaque in his rebus quæruntur, multaque nobis
Clarandum est, plane si res exponere avemus.

Apulejus quoque de Deo Socrat. p. 51, *obscura clarare*, dixit. Et apud Statium 5 Theb. v. 286, idem est ac ostendere, manifestare, declarare.

Iter longæ claravit limite flammæ.

¶ Claror, ōris, pro claritudine, Plaut. Most. 3, 1 v. 112, *Ædes speculo claræ, claror merus*, lauter licht, klarheit.

¶ Clareo, ui, ēre, patere, perspicuum esse, klar, offenbar seyn. Lucret. lib. 6 v. 935,

Nunc, omnes, repetam, quam raro corpore sint res,
Commemorare, quod in primo quoque carmine claret.

id est, quod ex primo quoque libro patet & manifestum est. Tacitus 4 Histor. cap. 73, *Quo eventu Germaniæ bella tractavimus, satis claret.* Id est, satis clarum ac manifestum est. Vide & Nonium.

¶ 2. Aliter Ennius apud Ciceronem de Senectute cap. 4, in illo de Fabio carmine usus est:

Ergo postque magisque viri nunc gloria claret.

Ibi enim *clarere*, est illustrem & celebrem esse, sein ruhm ist weit erschollen.

¶ Claresco, ĕre, hell werden: ut, *luminibus clarescere*, Tacitus 15 cap. 37.

¶ 2. berühmt werden, Claudian. de Consul. Mall. v. 3, *plausu clarescere vulgi.*

¶ Clarisco, ĕre, idem. Apul. de Mundo: *Ignes pernicitate clariscentes.*

¶ Clārĭgo, are, est, ereptas negatasque res bello repetere certo ritu & clara voce: vide Plinii verba post paullo in *Clarigatio* adducenda ex lib. 22 cap. 2 extr. unde ipse ille actus sive denunciatio belli

¶ Clarigatio, ōnis, adpellata; kriegs-ankündigung; Servius ad illud Æn. 9 v. 53, *En ait; & jaculum intorquens emittit in auras,*
Principium pugnæ.

Hoc de Romana solennitate, inquit, *tractum est. Cum enim volebant bellum indicere, Pater Patratus, hoc est, princeps Fecialium, proficiscebatur ad hostium fines, & præfatus quædam solennia, clara voce dicebat, se bellum indicere propter certas caussas. Aut quia socios læserant, aut quia nec abrepta animalia, nec obnoxios redderent. Et hæc* CLARIGATIO *dicebatur à claritate vocis. Post quam clarigationem hastâ in eorum fines missâ indicebatur jam belli principium*, &c. Vide eundem etiam ad illud Æneid. 10 v. 14,

Tum certare odiis; tum res rapuisse licebit.

Item Livium lib. 1 cap. 32, ubi omnes belli indicendi ceremonias habes. Plinius lib. 22 cap. 2, *Legati cum ad hostes clarigatumque mitterentur, id est, res raptas clare repetitum, unus utique* VERBENARIUS *vocabatur.* Formulam Clarigationis exhibet Boxhorn. ad Plaut. pag. 14. Conf. Bœcler. pecul. dissert. de hac materia. ¶ 2. *Clarigatio* etiam dicebatur, quas *Repræsalias* hodie adpellamus: jus videlicet hominis aut rei alterius prætendendæ & abducendæ, eine pfändung. Justinianus in Novella 52, ἐνεχυριασμὸν dixit, Vetus Interpres, *Pignorationem* vertit. Vetus Gloss. *Clarigatio*, ἐνεχυριασμός: Item, *Clarigatio*, ἐνεχυρασία, ὁμηρία. Livius lib. 8 c. 14, *In Veliternos veteres cives Romanos, quod toties rebellassent, graviter sævitum: & muri dejecti, & senatus inde abductus, jussique trans Tiberim habitare, ut ejus, qui cis Tiberim deprehensus, usque ad mille pondo cla-*

rigatio esset, nec prius, quàm ære persoluto, is qui cepisset, extra vincula captum haberet.

¶ Claricito, are, id est, clara & alta voce citare. Lucret. 5 v. 945, ut Lambinus legit: *Claricitat late sitientia secla ferarum.*

¶ Clārifico, are, hell, klar machen. Lactantius lib. 3 cap. 18 *Cato videtur mihi caussam quæsisse moriendi, non tam ut Cæsarem fugeret, quam ut Stoicorum decretis obtemperaret, quos sectabatur; nomenque suum grandi aliquo facinore clarificaret.* Sedulius in Joann. 11,

Vox resonans venit per nubila: Clarificavi,
Clarificabo iterum.

Plinium quoque in partes vocant ex lib. 20 cap. 13, *Nasturtum clarificat visum*: sed nullum hoc testimonium est, cum Harduinus testetur, in omnibus MSS. esse *compurgat.*

¶ Clarificatio, ōnis, die verklärung. Usus hoc nomine est Cyprianus epist. 77 cap. 2, (Oxon. 76,) & Augustinus Octoginta triun quæst. 62. Medicis idem est quod purificatio, läuterung.

¶ Clarificus, a, um, hellmachend. Catull. carm. 65 v. 125,

Clarificas imo fudisse e pectore voces.

¶ Clarĭsŏnus, a, um, hellklingend. Catullus carm. 65 de nupt. Pel. v. 320, *vox clarisona.*

¶ Clarĭvĭdus, a, um, hellsehend. Marcell. Emp. 18, *Clarvidi sensus.*

Composita cum Præpositione:

¶ Acclāro, are, vel Adclarare, augurale verbum, hoc est faustò augurio adprobare. Livius lib. 1 cap. 18 extr. *Jupiter pater, uti tu signa certa adclarassis inter eos fines*, &c. Sed usitatius est, quod sequitur,

¶ Declarare, klar darthun, erklären. Cicer. ad Ligarium lib. 6 Famil. epist. 13, *Facere non possum, quin tibi & sententiam & voluntatem declarem meam.* Idem in Parad. 6 cap. 2, *Copiam declarat satietas rerum & abundantia*, id est, testatur, es weiset aus. Sed *consulem declarare*, est designare & renunciare, Cicer. pro Muræna cap. 2. Confer Gruter. ad Cicer. fragm. p. 45.

¶ Declaratus, a, um, gezeiget. Nepos 13, 11, 2, *Tabellarius ducis nave declarata suis*, i. e. demonstrata certo aliquo signo.

¶ Declaratio, ōnis, est significatio vel testificatio, die erweisung. Ut, *declaratio amoris*, Cic. lib 15 Fam. ep. ult. Et, *Declaratio animi tui, quem haberes de rep.* Idem lib. 10 ep. 5 ad Plancum.

¶ Declarativus, a, um, erklärend. Gloss. gr. lat. δηλωτικὸς, *declarativus.*

¶ Declarator, ōris, ein erklärer. Plin. Paneg. c. 92 n. 6, *ut honoribus nostris suffragator in curia, in campo declarator existeres.*

¶ Exclaro, are, illuminare, erleuchten. Vitruv. 1 c. 2, *Ea cæli regio neque exclaratur neque obscuratur solis cursu.*

¶ Inclareo, ēre, & Inclaresco, ĕre, idem quod clarescere: ut, *Docendi genere inclaruit*, Sueton. Gram. cap. 17. *Dignitate nuptiarum inclaruisse*, Plinius Panegyr. cap. 82, bekandt, berüffen werden. Sed

¶ Inclarus, a, um, non clarus, dubius. Symmach. lib. 3 epist. 4, *animi fides inclara.*

¶ Perclareo, ēre, & Perclaresco, ĕre. Alcimus Avitus lib. 6, sive ad Sororem, v. 508, *sancto cunctis perclaruit ore.*

¶ Præclārus, a, um, admodum clarus, berühmt, fürtrefflich. *Egregia & præclara indoles*, Cicer. de Orat. 1 cap. 29. Construitur varie. *Præclarus armis*, Statius Theb. 3 v. 284. Et, *Multi erant præclari in philosophia*, Cic. de Orat. lib. 1 cap. 11. Idem pro Sextio cap. 44, *Rem quæris præclaram juventuti ad discendum*: sicut loco supra dato ex 1 de Orat. c. 29, *præclara indoles ad dicendum.* Et cum secundo casu Tacitus annal. 4 cap. 34, *Titus Livius eloquentiæ ac fidei præclarus in primis.* Comparativus, *Præclarior laus*, Plin. Paneg. cap. 88. *vita præclarior*, Sallust. Jug. cap. 85, & post paullo sub Marii persona: *Id quod multo præclarius est, meamet facta mihi dicere licet.* Hirt. B. Alex. cap. 24, *patria præclarissima.* Vopiscus in Probo cap. 22, *Duces præclarissimi.*

¶ Præclare, egregie, löblich, rühmlich. *Præclare facere*, Cic. Phil. 3 cap. 10. *Præclare nobiscum agitur*, es stehet wohl und herrlich mit uns, Idem 9 epist. 24 extr. *Re præclarissime gesta*, Hirt. B. Alexandr. c. 30 & 47. *Nihil in vita nisi præclarissime fecisse*, Cicer. pro Milone cap. 35.

¶ Præclariter, idem. Quadrigarius Ann. 4, apud Nonium cap. 11 n. 56, *rebus præclariter gestis Romam revertunt.* Conf. Ennius apud Priscian. lib. 15.

¶ Præclarĭtas, atis, die fürtrefflichkeit. Vulg. Interp. Sap. 8 v. 18.

CLASSIS, is, στόλος, collectivum est, navium significans multitudinem, eine flotte, schiff-armada: A calis seu lignis, unde texuntur naves, dicta: unde & *calones* adpellati: ut Servius ad 1 Æneid. & 6 v. 1 docet. Vid. Quintil. lib. 1 cap. 5, Justus Zinzerling. Promulſ. cap. 29 pag. 93. ¶ 2. Sed & de una navi *classis* dicitur. Vide Servium laudatis locis. Paullinus Jambo ad Cytherium de Martiniani periculis v. 78,

quæ [scapha] *dehiscentem mari*
Classem annatabat cominus.

Classem ædificare, Nepos Them. c. 2, schiffe bauen. *Instruere atque ornare classem*, Cic. 7 Verr. cap. 51, eine flotte ausrüsten. *Classi præesse*, ibidem c. 50, über die flotte commandiren. *Deducere classem*, Virg. Georg. 1 v. 255, die flotte aus dem hafen führen. *Classe proficisci*, Nepos Milt. c. 1, zu schiffe reisen. ¶ 3. Usurpatur hoc nominis & de pedestri exercitu, atque equitibus maxime. Virgil. Æneid. 2 v. 30,

Classibus hîc locus; hîc acies certare solebant.

Ubi Servius: *Magis ad equites*, inquit, *debemus referre.* Idem Virgilius Æn. 7 v. 715,

quos frigida misit
Nursia, & Hortinæ classes, populique Latini.

Hortini equites, ut Servius interpretatur, *qui* CLASSES *dicuntur, unde & eorum tubas* CLASSICA *dicimus.* Vide Tanaq. Fabri lib. 1 epist. 47, ubi egregie, ut omnia solet, Livii locum lib. 4 cap. 34, ipsi auctori, ex aliorum fide referenti, incredibilem visum, illustrat & interpretatur, *classibus* nempe *ad Fidenas pugnatum esse.* ¶ 4. Denique & partes populi dicuntur *Classes*, in quas videlicet descripta est civitas: quas à *calando* seu καλεῖν adpellatas Dionysius Halicarnass. auctor est lib. 4 cap. 22. In quinque autem *classes* Populum Rom. Servius Tullius distribuit. Livius 1 cap. 43, *Prima classis* dicebantur præcipui, die reichsten und vornehmsten. *Quinta classis* homines pauperes dicebantur, & qui nullius essent auctoritatis, geringe, ungeachte und unansehnliche leute. Florus in Epitome sua, *ultimæ sortis homines*, dixit. conf. Gell. 7 c. 13. ¶ 5. Scholis *Classes* sunt ordines, in quos ratione profectuum segregandi sunt cirrati. vid. Quintil. lib. 1 c. 2.

¶ Classicula, æ, diminutivum, eine kleine flotte. Cicero lib. 16 ad Attic. ep. 2, *Cassius cum classicula sua venerat.*

¶ Classĭcus, a, um, adject. ut, *Classica bella*, Propert. lib. 2 eleg. 1 v. 28, kriege auf den schiffen, zu wasser. ¶ *Auctores classici* scriptores dicuntur primæ notæ & præstantissimi a Gellio lib. 19 cap. 8. Cujusmodi sunt Cicero, Quintilianus, Livius, Cæsar, Plinius, Virgilius, Horatius, Catullus, &c. *Classici testes*, qui & *locupletes* dicebantur, qui integræ essent fidei & irrefutabiles, non censi capite, aut proletarii, sed cives Romani. Nam qui Romani cives, omnino in classe aliquâ censebantur, zeugen, die niemand tadeln könte, glaubwürdige. De illis vide Festum.

¶ Classĭcum, i, subst. sonus tubæ dicitur, trompeten-hall, lärmen. Tibullus libri 1 principio: *Martia cui somnos classica pulsa fugent.* *Classicum canere*, aufblasen, dare signum pugnæ. Cæsar loco mox indicando. *Vocare classico ad concilium milites*, Livius lib. 5 cap. 47. *Classico silentium facere*, idem lib. 2 cap. 45. Id autem non nisi apud Imperatorem exercitûs canebatur: quippe quod inter summi imperii insignia erat. Hinc Claudianus lib. 1 in prim. consulat. Stiliconis v. 169,

Utque ducum lituos, sic mores, castra sequuntur.

Cæsar 3 de Bell. Civ. cap. 82, *Receptisque omnibus in una castra legionibus, suum* [Pompejus] *cum Scipione honorem partitur, classicumque apud eum cani, & alterum illi jubet prætorium tendi.* Vide & Vegetium lib. 2 cap. 22. ¶ In Civium suppliciis classicum cani celeberrimis urbis locis solitum, Lipsius ad 2 Annal. Taciti observat p. 95.

¶ Classicarius, i, ein trompeter zu feld. Gloss. lat. gr. *Classicarii*, σαλπισταί.

¶ Classĭārius, i, qui in classe pugnat, ein schiff-soldat. Cæs. lib. 3 Bell. Civil. cap. 100, *Per equites dispositos, aquâ probiberi classiarios instituit.* Et Nepos Miltiade cap. 7, *Classiarii regii.* Vid. Scheffer. de Milit. Naval. lib. 2 cap. 3.

CLATHRUM, i, plural. *clathri* & *clathra*, ligna sunt vel ferramenta transversa, aut ligna reticulato textu, quibus fenestræ muniuntur, hölzern- oder eiserne gitter, Græcum κλεῖθρον est, à κλείειν, *claudere.* Horat. in art. v. 473,

Objectos caveæ valuit si frangere clathros.

¶ 2. Columella hoc nomine adpellavit instrumentum hortense terræ eradicandæ, ein rechen, harcken oder ege: Sic enim lib. 10, quod ex Heroico carmine constat, v. 72 inquit:

Tu penitus clathris eradere viscera matris
Ne dubita.

¶ Clathro, are, aut clatrare, ut Budæus scribit, apud Columellam est clathris claudere, vergittern. Nam lib. 9 c. 1 dixit, *seris transversis clathrare.*

¶ Clathratus, a, um, vergittert: ut, *Clathrata fenestra*, quæ clathris est vallata, Plaut. Mil. 2, 4 v. 25.

CLĀVA, æ, eine keule, kolbe. *Clavam Herculi extorquere*, est, rem conari impossibilem. Macrob. lib. 5 Saturnal. cap. 3, tria scripsit esse ex æquo impossibilia, *vel Jovi fulmen eripere, vel Herculi extorquere clavam, vel Homero subtrahere versum.* Plaut. Rud. act. 3 sc. 5 v. 19,

I dum, Turbalio, curriculo affer
Duas clavas.

Trinodis clava, die drey knorren hat, Ovid. 1 Fast. v. 575. * ¶ 2. Erat exercitatio & lusus adolescentum. Cic. de senect. c. 16: *sibi igitur habeant arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clavam, sibi pilam, sibi natationes & cursus.* ¶ 3. Erat & philosophorum insigne, ut pallium & barba. vid. Sirmond. ad Sidon. lib. IV ep. 2. *Grævius.*

¶ Clavator, ōris, κορυνήτης, qui clavam gestat, ein häscher mit der keule. De servis clavigeris vid. Turn. lib. 13 cap. 6. Plautus loco cit. v. 25,

Eccum, clavator advenit.

¶ Clavĭger, ĕri, der eine streit-kolbe trägt. Ita Hercules dictus est ab Ovid. lib. 15 Metam. v. 284, & 1 Fastor. v. 544. Sed distinguatur à *Clavigero*, de quo in *Clavis.*

¶ Clavola, æ, pars rami, quæ in terram deponitur propagationis caussa, ein setzholtz, pfropffreiß, apud Varr. de Re rust. lib. 1 cap. 40. *Alii clavolas, alii taleas appellant.* Vide supra *Clabula*, & infra *Talea.*

¶ Clavularis, e, ex Ammiano, vide *Clabularis* in *Clabula.*

Clavarius, Clavatus, vide *Clavis.*

CLAUDIUS, i, Claudia, æ, gentis Romanæ nomen, quæ multos clarissimos utriusque sexûs tulit, è quibus sunt

¶ Appius Claudius Cæcus, orator Romanus, qui Senatum a pace cum Pyrrho ineunda revocavit. Formulam revocationis ejus Ennius expressit, apud Cicer. de Senect. c. 6,

Quo vobis mentes, rectæ quæ stare solebant
Ante hac, dementes sese flexêre ruina?

Ab hoc *Appia via* adpellata fuit, quam Brundusium usque lapidibus stravit, ut Livius narrat lib. 9 cap. 29. Qui & *Claudii Neronis* & *Claudii Pulchri*, Fratrum, Cæci filiorum meminit. Conf. supra *Appius.* ¶ 2. Claudius alius Centianus primus pro *Fusiis Furios* dixit, *r* littera in ejusmodi nomina introducta, quemadmodum Valerius indicat. ¶ 3. Claudius Nero, consul, Livii Salinatoris collega, advenientem ex Hispania cum auxilio Asdrubalem interfecit. ¶ 4. Claudius Nero præterea Tiberii principis pater fuit, a quo domus augusta Imperatorum ad Neronem usque conservata fuit. Plura Claudiorum insignium nomina apud Suetonium vide in Tiberio cap. 2. ¶ Ex hac gente etiam *Clodii* erant, quia Clodius & Claudius unum nomen est. Vide Patini Famil. Rom. ex numism. p. 75. Horum famosissimus est P. Clodius, trib. pl. inimicus Ciceronis, homo libidinibus & adulteriis adeo deditus, ut muliebri veste ad sacra, quibus virum interesse nefas esset, corrumpendæ uxoris Cæsaris caussa, irreperet. Vide Cic. lib. 1

ad

ad Attic. ep. 12 & 13, & ep. 9 lib. 1 ad Famil. ubi *furiam muliebrium religionum* adpellat. Itemque ejusdem orationem pro Milone, & Cœlio, nec non Plutarchum in Lucullo. Juvenalis satyr. 2 v. 27,

Clodius accusat mœchos, Catilina Cethegum.

Seneca epist. 97, *Omne tempus Clodios, non omne Catones fert, ad deteriora faciles sumus &c.*

¶ Claudia autem gens duas habuit familias, patriciam unam, ex qua fuerunt *Pulchri*; alteram plebejam, quæ clarior fuit, *Marcellorum.* Vide Patin. c. l. p. 72. Originem habuit à Clauso Sabinorum duce, unde etiam *tribus Claudia* & nomen & ortum habet. Virgilius 7 Æn. v. 706,

Ecce Sabinorum prisco de sanguine, magnum
Agmen agens Clausus magnique ipse agminis instar:
Claudia nunc à quo diffunditur, & tribus, & gens,
Per Latium, postquam in partem data Roma Sabinis.

Lege & Suetonium Tiberio cap. 1.

¶ Claudia, æ, virgo Vestalis Romæ, quæ navem, in quâ mater Deûm evehebatur, quum in alto stetisset, & nulla vi posset attrahi, zona imposita movit & adduxit, atque hac ratione castitatem suam, de qua dubitabatur, probavit. Silius 17 v. 34 seq. Herodian. 1 c. 11. ¶ 2. Claudia quoque urbs Norici est Plinio lib. 3 cap. 24, quam Harduinus *Clagenfurt*: Cluverius vicum *Clausen* apud Chimensem lacum interpretatur.

¶ Claudianus, a, um, adjectivum, ad Claudium vel ejus principatum pertinens; ut, *Cometa Claudianus*, qui sub Claudio visus est, Senec. Quæst. Natur. lib. 7 cap. 29.

¶ Claudianus quoque poëta à Claudiis nomen ducit. Scripsit de raptu Proserpinæ libros 4, de quibus tres tantum reliqui sunt, item Panegyricos & alios libros varii omnino argumenti. Carmen ejus non modo sonorum, elegans, volubile & valde dulce, sed & floridum est. Præcipuam vero laudem meruerunt versus, quos de laude & victoriâ principis Theodosii, sub cujus & Arcadii imperio vixit, contra Eugenium Gallorum Regem scripsit III cons. Honor. v. 93 seqq. Quid verbis opus est? Poëta maximus Claudianus est, solo argumento ignobiliori oppressus. Hic in tanto honore apud omnes fuit, ut ipsi Imperatores Arcadius & Honorius, petente Senatu, statuam ei in foro Divi Trajani, quod Vetus Inscriptio testatur, erigi collocarique jusserint. In ea Inscriptione vocatur Claudianus, TRIBVNVS: NOTARIVS: INTER CETERAS INGENTES ARTES PRAEGLORIOSISSIMVS POETARVM. Gruter. p. 391 n. 5.

¶ Claudiopolis, is, aliquot urbium nomen in Bithynia, Cappadocia, Isauria. Vide Geogr. Antiq. ¶ 2. Transilvaniæ urbs, nostris vulgo Clausenburg, incolis *Colosvvar.*

CLAVDO, clausi, clausum, claudere, pro quo & veteres *cludo* & *cludere* dicebant, κλείειν, obserare, verschliessen, versperren; cui contrarium *reserare*, *aperire*. Plinius lib. 10 cap. 22, *Domosque ipsi suas claudunt aut reserant.* Cic. 1 Philipp. cap. 10, *Forum sepietur, omnes claudentur aditus.* Apud Quintilianum declamat. 10 sub fin. *clusisse* & *cluditur* legimus: a qua forma *Clusilis* est, de quo paullo inferius; & Composita omnia. Proverbium est: *Quid juvat amisso claudere septa grege*, was nutzt es den stall zumachen, wenns pferd weg ist. *Claudere lumina alicui*, Martial. lib. 10 epigr. 63, einem die augen zudrücken. *Claudere latus*, vide *latus*. Eleganti metaphora Ter. And. act. 3 sc. 3 v. 41,

Nolo tibi ullum commodum in me claudier.

Id est, si quid in me est, quod tibi commodo esse queat, id minime tibi clausum erit, sed potiùs semper patebit usibus tuis. Similiter Eun. act. 1 sc. 2 v. 83, *nunc ubi meam*

Benignitatem sensisti in te claudier?

Id est, unquamne benignitas mea in te ita clausa & obserata fuit, ut nullus ad eam tibi pateret accessus? Pari modo Cicero lib. 2 cap. 15 de Officiis: *Nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit: nec ita reseranda, ut pateat omnibus.* Hæc simplicissima horum locorum & minimè coacta interpretatio est: quod si quis *claudier* hic non pro *claudi*, passivo: sed vero pro *claudere*, in deponentis formâ, idque pro *claudicare*, hoc est, deficere ἀρχαϊκῶς positum, quæ Scaligeri interpretatio est, lib. 2 Ausoniarum Lect. cap. 21, potius statuat, non contraibimus. Nam & Donatus passive juxta pro *claudi*, & deponentialiter, pro *claudicare*, explicari posse animadvertit. ¶ 2. Cæterum *claudere* pro *claudicare*, & hoc pro deficere, posuisse veteres, indubitata observatio est. Eoque pertinet locus Sallustii à Donato productus. Ausonius Ludo Septem Sapient. in Prol. extr.

sed si memoriâ
Rebus vetustis claudit: veniet Ludius
Edissertator harum, quas teneo minus.

Apulejus in Floridis: *Quod utinam mihi pro amplitudine auditorii prolixa oratio suppeteret: ac non hîc maxime clauderet, ubi me facundissimum cuperem!* ¶ 3. Hinc *Claudere* pro circumvenire omni parte & cingere etiam est, ne ulla elabendi copia reliqua sit; quo respectu vel militare vel venatorium verbum est. Virgilius ecl. 6 v. 55,

claudite Nymphæ,
Dictææ Nymphæ, nemorum jam claudite saltus.

Quo in loco *claudere saltus* est, quod 4 Æneid. *indagine cingere*, adpellavit, umstellen. Statius lib. 2 Thebaid. v. 553,

ut clausas indagine profert
In medium lux prima feras.

C. Nepos Datame cap. 8, *Vt inferior copiis, ita superior omnibus præliis discedebat, quod nunquam manum consereret, nisi cum adversarios locorum angustiis clausisset.* Idem in Miltiad. cap. 7, *Claudere urbem operibus*, eine stadt belagern. ¶ 4. *Claudere*, est finire, finem imponere, facere ut desinat aliquid. Nam occlusarum rerum usus nullus est, atque sic quasi desinunt esse. Inde Cicero *claudere* & *terminare*, synonyma facit. Vt Cic. in Oratore cap. 58 extr. *Comprehensio & species orationis clausa & terminata est.* Sic *claudere sententias numeris*, eidem est d. l. c. 68, numerosa dictione finire. Statius 2 Thebaid. v. 306,

Postquam regales epulas & gaudia vulgi
Bisseni clusere dies.

Bella cludere, idem dixit 11 Thebaid. v. 59.

¶ Clausus, a, um, geschlossen, particip. ut, *taberna clausa*, Horat. 1 sat. 3 v. 31. *clausum os*, Catullus carm. 55 ad Camerium v. 18; *clausus campus*, idem carm. 68 ad Manlium v. 67: & Virgilius lib. 6 v. 734,

clausæ tenebris & carcere cæco.

Idem Georg. 3 v. 214,

Aut intus clausos satura ad præsepia servant.

¶ Clausum, i, substantivum, quo aliquid includitur, ein stall. Iterum Virgil. 4 Georg. v. 303, *Sic positum in clauso linquunt.*

Et Columella lib. 12 cap. 1, *fœtus atque fructus clauso custodienda erant.*

¶ Clusus, a, um, pro Clausus, apud Val. Flaccum 1 v. 239,

Sibi clusos invenit Argos.

¶ Claustrum, i, quicquid reductum & claudi aptum, ein winckel, ein verschlossener ort. Sic cavitatem equi lignei, in quo conclusi latebant Græci, *claustra* vocat Virgil. 2 Æn. *Laxat claustra Sinon.* ¶ 2. Quin imo proprie *claustra*, vel *clostra* ipsa repagula & seræ, quibus quid cluditur, & quo ad istud aditus sunt, ein schloß. Cicer. Verr. 6 c. 23, *Revellere claustra*, die schlösser abbrechen. Vnde & à Glossatore Vetere κλειδοποιὸς, *Clostrarius* exponitur: ein schlösser. Virgil. Æneid. 7 v. 184,

Captivi pendent currus curvæque secures,
Et cristæ capitum, & portarum ingentia claustra,

Et rursus Æn. 9 v. 757,

Et si continuò victorem ea cura subisset
Rumpere claustra manu, sociosque immittere portis,
Vltimus ille dies bello populoque fuisset.

¶ 3. *Claustra* etiam dicuntur, angusti regionum accessus, sive *angustiæ adituum, quæ regionem aperiunt*, ut Curtius vocat lib. 3 cap. 4 n. 4: tum quæ ibi exstructa castella sunt, quibus adeuntes excluduntur, enge pässe, und schantzen; item, eine klause. Sic *claustra Caspiarum*, subaudi *portarum*, Tacitus dixit 1 Hist. cap. 6. *Etruriæ claustra*, apud Livium lib. 9 cap. 32. Sic idem 32 c. 21, *claustris inexpugnabilibus super Aoum amnem*; die thür und schlüssel eines königreichs. *Claustris imperii contineri*, Cicer. pro Flacco cap. 13.

¶ Clostrum, i, ein riegel oder schloß. Cato de R. R. cap. 135. Vnde etiam nostrum kloster, quod includantur ibi monachi.

¶ Clostellum, i, diminut. ein klein schloß. Petronius, *aliquid rimari per clostellum.*

¶ Claustrārius, i, vel Clostrarius, ein schlösser, de quo & supra in *Claustrum* n. 2. Lamprid. in Heliog. cap. 12, *claustrarius artifex.*

¶ Claustritimus, i, janitor, qui claustris januæ præest, der thor-schliesser. Gellius 12 c. 10.

¶ Clausura, æ, vel Clusura, castrum, burgus, præsertim in limite, apud scriptores medii ævi. Lege 2 § 4 Cod. de off. pr. pr. per Afr. *ubi antea fines & clausuræ provinciarum erant.* Et lege 4 de offic. mag. officior. *castrorum ac clausurarum cura.* Et Cassiodorus lib 2 epist. 5, *in Augustanis clausuris.* Vide Pithœi Subseciv. Lect. l. 1 c. 14, qui & aliis auctoribus restituit.

¶ Clausŭla, æ, ein beschluß: ut, *imponere clausulam vitæ*, apud Senecam est epist. 56 sub finem, das leben beschliessen. Significat enim extremam cujusque rei partem, ut, *Clausula epistolæ*, id est, conclusio, Cicer. Philipp. 13 c. 21. *Clausula fabulæ*, idem pro Cœlio c. 28, der beschluß der comödie. Sic & extremum Periodi *clausula* dicitur; ut, *Clausula numerose & jucunde cadens*, eine wohlklingende schluß-rede, Cicer. in Orat. c. 64 ineunte. ¶ 2. *Clausulam* pro capulo, Apulejum dixisse in Floridis, Salmasius ad Hist. August. observat, quem vide ad Spartiani Adrianum cap. 10.

¶ Clusāris, e, quod claudit, a *Cludo* est, schliessend: ut, *anguli clusares*, Hyginus apud Gœsium p. 181. *Portio quadrata clusaris*, ibid. p. 156.

¶ Clusarius, a, um, idem; ut, *angulus clusarius*, ibid. p. 156. *latus clusarium*, ibid. p. 183.

¶ Clusĭlis, e, quod facile clauditur, das sich in einander schleust, *Clusiles mordacesque conchæ*, Plin. lib. 9 cap. 37.

¶ Clusius, i, der schließer. Janus ita dictus, teste Ovidio 1 Fast. v. 130. Sed Macrobio sat. 1 c. 9, *Clausius* bis dicitur.

¶ Clusor, ōris, venator, qui rupes & saltus retibus cassibusque concludit, ein jagd-bedienter. Sidon. 8 epist. 6, *Clusor statarius nemora circumvenis.*

Composita:

¶ Circumcludo, ĕre, & Circumclaudere, umringen. Plinius lib. 18 cap. 35, *Si nubes solem circumcludent.* Cæsar. 3 Civ. cap. 30, *Pompejus, ne duobus circumclauderetur exercitibus, ex eo loco discedit.*

¶ Conclūdo, si, sum, ĕre, verschliessen. *Animum conclusit in corpore Deus*, Cicero de universo cap. 3. *In unum concludere diem res multas*, Terent. Eunuch. a. 5 sc. 8, 17, auf einen tag zusammen treffen lassen. ¶ 2. Finire est, beschliessen. *Concludere argumentationem*, Cic. de Invent. lib. 1 c. 40. *epistolam*, id. ad Attic. lib. 9 ep. 10, *concludis*, inquit, *epistolam quamdam hoc modo* &c. ¶ 3. Colligendo judicare, aus etwas schliessen. Cic. 2 de Finib. cap. 19 extr. *Deinde concludebas, summum malum esse dolorem; summum bonum voluptatem.*

¶ Conclusus, a, um, id est, clausus, &c. eingeschlossen. Cicer. 2 Nat. D. cap. 7, *Conclusa aqua facile corrumpitur*, stehend wasser, das nicht ablaufft. *Angustia conclusæ orationis*, ibidem. *Locus conclusus*, Horat. 1 sat. 4 v. 76. Et Comparativ. *conclusior locus*, Hyginus lib. 4 Poët. astron. c. 14, id est, angustior.

¶ Concluse, adverb. *Aliquid concluse apteque dicere*, Cic. in Oratore cap. 53, nett gefast.

¶ Conclusio, onis, proprie eine einschliessung: ut, *Pestilentia conflictari ex diutina conclusione & mutatione victus*, Cæs. Civ. 2 cap. 22, wegen langwieriger bloquade und belagerung. ¶ 2. Extremitas, perfectio. Cicero fratri Quinto lib. 1 ep. 1 extr. *Tu in extrema parte & conclusione muneris ac negotii tui diligentissimus sis.* ¶ 3. Ἐπίλογος, peroratio. Cic. 1 de Invent. c. 52, *Conclusio est exitus & determinatio totius orationis.*

¶ Conclusiuncula, æ, diminutivum. Cicero Academ. 4 cap. 24, *Aculeata*

leata sophismata. Sic adpellantur fallaces conclusiunculæ. Et Tusc. 2 cap. 18, *contortulæ ac minutæ conclusiunculæ Stoicorum.*

¶ Conclusura, æ; Vitruvius lib. 6 cap. 11, *ad centrum respondentes earum conclusuræ*, id est, cunei fornicis, schluß-steine.

¶ Conclusus, ûs, die zusammenfassung. Cæl. Aurel. Tard. 1, 4, *Conclusu corporis corrigere.*

¶ Reconcludere, mit verschliessen. *Patrem in monumento Joseph reconcludunt*, Tertull. adv. Praxean c. 16.

¶ Disclūdere, scheiden, *separare, semovere, separatim claudere.* Macrob. lib. 6 Saturn. cap. 4 novum verbum vocat. Vtuntur vero eo idonei gravesque scriptores. Cæsar de bell. Gall. lib. 7 cap. 8, *mons Cebenna Arvernos ab Helvetiis discludit.* Cic. Tusc. Quæst. 1, 10, *discludere res aliquas suis locis.* conf. Virgil. ecl. 6 v. 53. Hinc &

¶ Disclusus, a, um, abgesondert, unterschieden. Varro de R.R. 3 cap. 17, *dispares disclusos habeant pisces.* Cic. 1 Tusc. c. 33, *Perturbationes Plato semotas a mente & disclusas putat.* Virg. Georg. lib. 4 v. 147,

Hæc ipse equidem spatiis disclusus iniquis,
Prætereo.

¶ Disclusio, ōnis, absonderung, ausschliessung. Apulejus de Deo Socratis principio libri: *Fac intelligas, non modo loci disclusione, verum etiam* &c. Disclusione, i. e. separatione, discretione.

¶ Exclūdere, aussondern, ausschliessen. Terent. in Eun. act. 1 sc. 2 v. 18, *Credo, ut fit, misera præ amore exclūsti hunc foras.* Cicero de Orat. lib. 1 cap. 11, *Repelli & excludi à gubernaculis civitatum*, vom stadt-regiment abgewiesen und ausgeschlossen werden. *Excludi tempore, spatiis temporis*, est impediri, ne, quod velis, efficere per tempus possis, der zeit halben verkürtzet oder verhindert werden. Cicer. in 3 Verr. cap. 56, *Angustiis temporis excluduntur omnes.* ¶ 2. *Excludere pullos*, gallinæ vel aves dicuntur, aushecken, Cic. 2 Nat. Deor. c. 52.

¶ Exclusus, a, um, ausgeschlossen. *Regionibus exclusus*, Cic. ad Attic. 8, 15, verwiesen. *Exclusissimus* finxit Plautus Menæch. a. 4 sc. 3 extr.

Abiit intro: occlusit ædes: nunc ego sum exclusissimus.

¶ Exclūsio, ōnis, die ausschliessung: ut, *Exclusione luminis tenebras in terram refundit*, Macrob. Somn. Sc. lib. 2 cap. 20, ubi recentes libri habent *conclusione.*

¶ Exclusor, ōris, qui excludit, ein austreiber. Augustinus serm. 37 c. 2 in Lucam, de Christo: *Negavit se habere dæmonium, qui se noverat dæmoniorum exclusorem.*

¶ Exclusorius, a, um, ausschliessend. *Omnis exceptio vel replicatio exclusoria est*, l. 2 §. 2 ff. de except. Medicis *Exclusorium* est medicamentum abortivum, ein abtreibungs-mittel. Th. Priscian. 3, 6, *Exclusorium violentum.*

¶ Extraclusus, a, um, relictus, non assignatus; ut, *ager* vel *locus extraclusus*, Frontin. Gœsii edit. p. 39 & Aggen. p. 60. *Regio extraclusa*, Hygin. ibid. p. 189.

¶ Inclūdere, einschliessen: ut, *Includere in custodias*, id est, carcerem, Cic. 7 Verr. cap. 55. *Compagibus corporis includi*, Idem de Senect. cap. 21, umleibet seyn. * *Includi* simpliciter sine adjecta voce alia est in carcere compingi. vid. Schulting. ad controv. Sen. p. 232. *Grævius.*

¶ Inclusus, a, um, eingeschlossen. Vellej. 2, 69, 4, *Animus dignissimo domicilio inclusus*, scil. corporis. Sed ibid. n. 2, *Inclusum Dolabellam interfecit*, i. e. obsessum.

¶ Inclūsio, ōnis, die einschliessung, versperrung. Cicero in Vatin. cap. 10, *M. Bibulum, cujus inclusione contentus non eras, interficere volueras.*

¶ Intercludere, impedire, verhindern, verwehren. Virg. 2 Æneid. v. 110,

sæpe illos aspera ponti
Interclusit hiems, &c.

es hat sie das ungewitter zurück gehalten. *Intercludere fugam*, Cicer. Attico 7 ep. 20, & Cæs. 7 cap. 11, den weg zur flucht verlauffen. *Commeatu & frumento aliquem intercludere*, Cæs. lib. 1 B. Gall. cap. 48, die zufuhr und proviant abschneiden. *Vias omnes seditionum intercludere*, Cic. pro Rab. cap. 1.

¶ Interclusus, a, um, prohibitus, verhindert. *Interclusus spiritus*, der benommene athem, Curt. 3, 6, 14, & 7, 5, 15. *Nobis iter illud omnino interclusum videtur*, der weg ist verrennet, Cic. ad Att. 8, 11.

¶ Interclusio, onis, die versperrung. Cic. 3 de Orat. cap. 46, *Clausulas atque interpuncta verborum animæ interclusio, atque angustiæ spiritus attulerunt.*

¶ Introclūdere, verschliessen. Vet. Gloss. Introcludo, ἐγκατακλείω. Calepinus etiam Senecam allegat, locum non indicat.

¶ Occlūdere, zuschliessen. *Occludere ædes*, Plaut. Amphitr. act. 4 sc. 1. *Occludere linguam alicui*, das maul stopffen, Idem Milit. act. 3 sc. 1 v. 11. Terent. in And. a. 3 sc. 3 v. 25, *Dum ejus libido occlusa est contumeliis.*

¶ Occlusus, a, um, verschlossen. *Odium occlusum effundere*, seinen heimlichen groll auslassen, Cic. lib. 1 fam. ep. 9. Plaut. Trinum. act. 1 sc. 2 extr. *Occlusiorem habeant stultiloquentiam*, sie mögen sich der narrentheidung enthalten. *Ostium occlusissimum*, eine hart verschlossene thür, Idem Curcul. act. 1 sc. 1 v. 15.

¶ Perclūdere, verknüpffen. Vitruvius lib. 1 c. 1, *funes, qui non percluduntur, nec præligantur.*

¶ Præclūdere, verhindern, verlauffen. *Præcludere omnem orbem terrarum*, Cic. 7 Verr. cap. 65. *Iter præcluserat unda*, Ovid. 14 Metam. v. 790. Rursus Cicero pro Plancio cap. 40 extr. *Maritimos cursus præcludebat hiemis magnitudo.* Suetonius Nerone cap. 32, *Cum interdixisset usum amethystini ac Tyrii coloris, submisissetque, qui nundinarum die pauculas uncias venderet, præclusit cunctos negotiatores*, id est, claustris coërcuit, sublata abeundi facultate, er hat sie alle anhalten lassen.

¶ Præclusus, a, um, versperrt, verschlossen. *Cui omnes aditus misericordiæ præclusi sunt*, Cicero in Verr. 7 cap. extr. *Fores præclusæ*, Propert. 2 eleg. 5 v. 22,

Nec mea præclusas fregerit ira fores.

¶ Præclusio, onis, die versperrung. Vitruvius lib. 9 cap. 9, *præclusiones aquarum.*

¶ Præclusor, ōris, ein zusperrer. Tertullianus lib. 4 adv. Marc. cap. 27, *præclusores legis.*

¶ Proclūdere, verrammeln. Palladius Februar. c. 26, *curabit, ut fœtus proprios cum unaquaque* [matre] *procludat.* Ita libri, Juntæ, Hervagii, Gryphii.

¶ Reclūdere, aperire, entdecken, eröffnen: ut, *portas recludere*, Ovid. Metam. 14 v. 781. *viam*, ibidem v. 776. Horat. lib. 1 epist. 5 v. 16,

Quid non ebrietas designat, operta recludit? &c.

¶ Reclusus, a, um, apertus, geöffnet, offen. Horat. 2 epist. 1 v. 103, *reclusa domo vigilare.*

¶ Sēclūdere, excludere, beyseit setzen, wegschaffen. Virgil. 1 Æneid. v. 561,

Solvite corde metum Teucri, secludite curas.

Plaut. Rud. 1, 4, 1, *corpore vitam secludere*, sich entleiben.

¶ Seclusus, a, um, abgesondert. Cic. 7 Verr. c. 9, *A communi luce seclusus.* Idem 1 Tusc. cap. 30, *Iter seclusum a concilio Deorum.* *Seclusa sacra*, apud Festum, quæ Græci mysteria appellant. Eleganter Virg. 6 Æneid. v. 703,

videt Æneas in valle reducta
Seclusum nemus; i. e. reductum, separatum.

¶ Sēclusorium, i, ap. Varron. de R. R. lib. 3 cap. 5, ein beykämmerlein, in quo aliquid secluditur.

¶ Semiclausus, a, um, halb geschlossen. Apulejus lib. 10 p. 243, *semiclauso ore balbutiens.* Sed *semiclusus* etiam legitur in pervetusta Inscript. apud Fabrett. p. 230, SILVANE SACRA SEMICLVSE FRAXINO.

CLAVDVS, a, um, & antiq. *Clodus*, χωλὸς, hinckend, lahm: ut, *Claudus Deus*, Vulcanus, Cic. 1 Nat. D. cap. 30. Plaut. in Aul. a. 1 sc. 1 v. 34, *Quasi claudus sutor domi sedes totos dies.* Nepos Agesilao cap. 8, *claudus altero pede.* ¶ Metaphorice, *fides clauda* est vacillans, non firma, apud Silium lib. 13 v. 33. Ovidius 3 Trist. eleg. 1 v. 11,

Clauda quod alterno subsidunt carmina versu,
Vel pedis hoc ratio, vel via longa facit.

¶ Claudaster, ri, der etwas hinckt. Gloss. gr. lat. ἀγνησίχωλος, *Claudaster.*

¶ Claudeo, ēre, hincken. Cæcilius apud Priscian. *An ubi vos sitis, ibi consilium claudeat.* conf. Gell. 7 c. 1.

¶ Claudĭco, are, lahm seyn, hincken. *Claudicare ex accepto vulnere*, Cic. 2 de Orat. c. 61. ¶ 2. Vsurpatur & metaphoricè, ut, *Respublica claudicat*, Livius 22 c. 39. *Oratio claudicat*, die rede gehet nicht gleichförmig, Cicer. 3 de Orat. cap. 51. Et, *in aliquo officio claudicare*, nicht aufrichtig handeln, id. lib. 1 Offic. c. 33. Justinus 6 c. 2, *Melius est, incessu Regem, quam imperio regnum claudicare.* Claudos aliquos illustres recenset Voss. lib. 1 Instit. Orat. cap. 5 p. 78, 79.

¶ Claudicatio, onis, das hincken: ut, *in Vulcano stante atque vestito leviter adparet claudicatio non deformis*, Cic. 1 Nat. D. cap. 30. Add. Val. Max. 8 c. 11 n. 3 extr. *dissimulata claudicatio sub veste.*

¶ Clauditas, atis, idem. Plin. 8 cap. 43, *clauditatem afferre*, hinckend machen. Et Apul. lib. 3 Flor. *Vos mihi beneficio vestro non tantum clauditatem demsistis, verùm etiam pernicitatem addidistis.* Plur. *clauditates*, Plin. 28 cap. 4.

¶ Claudīgo, ĭnis, idem. Veget. 1 c. 26, *claudiginem facere*, lahm machen, lähmen.

CLĀVIS, is, κλεὶς: quod & seram ipsam, seu claustrum, (ein schloß) & instrumentum, quo reseratur seu aperitur claustrum sive sera, significat, ein schlüssel. Horatius lib. 2 od. 14,

Absumat heres Cæcuba dignior
Servata centum clavibus.

Vbi *Claves*, seræ, seu *clostra* sunt. Et illo Tibulli lib. 1 el. 6,

Quid tenera tibi conjuge opus? tua si bona nescis
Servare: ah frustra clavis inest foribus.

Sed de clavibus earumque generibus, nec non de ratione claustrorum, sive claudendi ratione apud veteres, plura Casaubonus ad Æneam Tacticum cap. 18, 19, 20. Itemque Salmasius Exercitat. Plinianis pag. 925, & pluribus insequentibus. *Clavis adultera*, ein beyschlüssel, dieterich, apud Ovid. lib. 3 de arte v. 643, quam Sallust. Jug. cap. 12, *adulterinam clavem* dixit. *Clave findere ligna & securi aperire*, est, rem præpostere gerere, die pferde hinter den wagen spannen, annotavit ex Plutarcho Erasm. in Chiliad. ¶ 2. ein riegel, Plaut. Casin. a. 5 sc. 2 v. 7, *clavem obduxi*, quod Scaligero atque Pareo est, vectim obdidi, ich habe zugeriegelt. Alii legunt, *abduxi clavem*, den schlüssel abgezogen. Sed Scaliger *clavem clausam*, qui intus aperit, foris claudit, intelligit. Auctor carminis, quod *Moretum* vocatur, v. 15,

Et reserat clausâ, quæ prævidet, ostia clavi.

Vide, quæ illustris vir in hoc carmen commentatus est p. 160.

¶ Clavĭcula, æ, dimin. ein schlüsselein. Germanicus Cæsar in Arati Cassiopea:

Qualis ferratos obicit clavicula dentes.

¶ 2. Claviculæ sunt, quibus repunt vites, die gäbelchen, damit die weinreben anfallen, und sich hefften; Cic. de Senect. cap. 15, & Plin. procœmio lib. 23 etiam adpellantur.

¶ Clavicularius, i, ein schlüssel-verwahrer. Firmicus 3, *Clavicularii aut Carceris custodes.*

¶ Clavĭger, ĕri, ein schliesser. Jani cognomen. Ovid. 1 Fast. v. 228.

¶ Conclāve, is, est à *Clavis.* Festus: *Conclavia dicuntur loca, quæ unâ clave clauduntur*, zimmer, gemächer. Quod & Glossator vetus confirmat: cujus locum paullo post adducemus. Donatus ad Terent. Eunuch. act. 3 sc. 5 v. 35, *Conclave est separatior locus in interioribus tectis*, &c. Terent. in Heaut. act. 5 sc. 1 v. 35, *Est mihi ultimis conclave in ædibus quoddam retro*, zu hinterst im hause habe ich ein sonderlich gemach. Sed ibi Guyerus metri constituendi caussa legit: *Est mihi in ultimis conclavis ædibus quædam retro.* Gloss. Vet. Stephani: οἶκος ὑπὸ μίαν κλεῖδα, *Conclavis.*

¶ Conclavium, i; Vitruvius lib. 6 cap. 5 dixit *conclaviorum altitudines*, tamquam ab alia forma. Conf. Plaut. Most. 3, 2, 155.

¶ Conclavatus, a, um: ut, *res conclavatæ*, quæ sub eadem sunt clave, Festus. Gloss. gr. lat. συγκλείω, *Conclavo.*

CLĀVVS, i, ein nagel, à claudendo dictus. *Clavum figere*, Horat. 3 oda 24. *Clavum pangere*, Livius lib. 7 cap. 3, einen nagel einschlagen. Fie-

Fiebat hoc quotannis à Prætore maximo in templi pariete, ut ex clavis illis numerus annorum colligeretur. Vid. Theand. Bignotium ad Barclaji Argenid. not. p. 195. *Clavi trabales* ſunt, quibus trabes configuntur, apud Horat. lib. 1 od. 35, ſchließnagel. Qui cum maximi atque firmiſſimi eſſent, alia quoque *trabali clavo* dicuntur *figi*, quæ firmiſſima declarantur. M. Tull. Cicero Verr. 7 cap. 21 de ſuppliciis: *Vt hoc Beneficium (quemadmodum dicitur) clavo trabali figeres:* id eſt, undique ſtabilires. Arnob. lib. 2 adverſus Gentes: *Metus ille vos habet, ne veluti trabalibus clavis affixi, corporibus hæreatis. Clavis* etiam ſubpingi calcei ſolebant: ferreis quidem ruſticorum: beatorum vero aureis; de quo, ſi lubet, vide Caſaubonum ad Theophraſti characteres περὶ ἀγροικίας. *Clavos caligares* Plinius nominat lib. 9 cap. 18, ſchnallen oder ſenckel an beinen oder ſchuhen. ¶ 2. *Clavi* etiam inter corporum morbos numerantur & arborum: ſuntque tubercula vel verrucæ, wartzen, ſchwämme, hüner-aug, leichdorn. Celſus 7 c. 7 n. 12, *Clavi vocantur calloſa in albo oculi tubercula, quibus nomen à figuræ ſimilitudine eſt*, &c. Plinius Major lib. 21 cap. 20, de crocomagmate: *Ad paronychias farinâ ejus utuntur: cùm vino, ad clavos vel verrucas.* Plinius Junior lib. 3 ep. 8 de morte Silii: *Erat*, inquit, *illi natus inſanabilis clavus, cujus tædio ad mortem irrevocabili conſtantia decurrit.* Rurſus Major lib. 17 Nat. Hiſt. cap. 24, *Olea præter vermiculationem, quam æque ac ficus ſentit, clavum etiam patitur: ſive fungum placet dici, vel patellam. Hæc eſt ſolis exuſtio.* ¶ 3. In tunicis Romanorum *clavi* appellabantur particulæ ſive plagulæ ex purpura fere de pectore demiſſæ, die knöpffe oder ſchleiffen; quibus latioribus Senatorii viri; anguſtioribus equeſtres utebantur, ut notis legitimis uterque ordo diſtingueretur. Vnde *Laticlavii* dicti, qui dignitate Senatoria erant: & *Anguſticlavii*, qui inter Equites cenſebantur. In Chriſtianorum monumentis veteribus, quæ Romæ ſubterraneæ nomine prodierunt, ſæpius clavatas tunicas hujusmodi videas utriusque generis, unde tota res optime perſpici poteſt, de qua alias multa tradiderunt viri docti. Vide Caſaub. ad Suetonii Aug. cap. 38. Torrentium ad Horat. lib. 1 ſat. 6 v. 18. Salmaſium ad Hiſtor. Aug. itemque Manut. in quæſit. per epiſt. lib. 2 q. 2. ¶ 4. *Clavus* etiam gubernaculum in navi dicitur, τὸ πηδάλιον, das ſteur-ruder. Hinc *Clavum imperii tenere*, Cicero dixit pro Sext. cap. 9, id eſt, gubernare, das regiment führen. *Dum clavum rectum teneam*, h. e. dum meo fungar officio, ſo ich das meine bey der ſache thue, proverbiale eſſe indicat Quintil. lib. 2 cap. 17. *Abjicere clavum*, eſt officium deſerere, Arnob. lib. 3 pag. 106.

¶ Clāvārium, i, dicebatur Donativum, quod parandis clavis caligaribus dabatur militibus, ſchuhſchnallen-geld. Tacitus Hiſt. 3 cap. 50, *Seditioſæ militum voces tenebant* CLAVARIVM. Vide ibi Lipſium, ſi lubet, itemque Torrent. ad Sueton. Veſpaſ. cap. 8. Caſaub. ad Theophraſt. περὶ ἀγροικίας; & Turnebi Adverſ. 3 c. 7.

¶ Clāvārius, i, qui calceos clavis figit; Item, ein nagler. Vet. Gloſſ. ἡλοκόπος, *Clavarius:* ἡλοκοπῶ, *clavo.*

¶ Clavatus, a, um, mit knöpffen beſetzt. Dicebantur tum veſtimenta, tum calceamenta *clavata*, ſecundum Feſtum, cujus verba ſunt: CLAVATA *dicuntur aut veſtimenta clavis intertexta, aut calceamenta clavis confixa.* Hinc *tunica clavata*, in litteris Aureliani apud Vopiſcum in Bonoſo: *Mantilia cocco clavata*, apud Lampridium in Alexandro c. 37. Et

¶ Auroclavatus, a, um, quod editores Auguſtæ Hiſtoriæ conjunctim ſcribunt, tamquam compoſitum vocabulum. Vopiſcus in Tacito cap. 11, *Auroclavatis veſtibus idem interdixit.* Poteſt tamen etiam ſejungi eodem ſenſu. Vide in *Aurum.*

¶ Clāvŭlus, i, eine zwecke, nägelein. Cato cap. 21, *Imbrices medias clavulis figito.* Et, *clavuli capitati*, Varr. R. R. lib. 2 cap. 9.

¶ Clavellus, i, idem. Marcell. Emp. c. 33, *Clavellis apponere.*

¶ Anguſticlavius, i, equeſtris dignitatis, ein edelmann. Sueton. Othone cap. 10, *Anguſticlavius tribunus.*

¶ Laticlavius, i, ſenatorii ordinis, ein raths-herr. Vide ſupra in *Clavus* n. 3. Exempla habet Suetonius Aug. 38, *Laticlavii bini:* Id. Nerone 26, *a quodam laticlavio cæſus:* Et Domit. 10, *laticlavius tribunus.* Et adject. *Tunica laticlavia*, Valer. Max. lib. 5 cap. 1 exempl. 7.

¶ Laticlavialis, e, idem. Inſcriptio vetus apud Gruter. p. 180 n. 3, TRIBVNVS LATICLAVIALIS.

¶ Præclavium, i, pars veſtis, quæ ante clavum texitur. Exempla ex Afranio vide apud Nonium c. 1 n. 326. Conf. Salmaſ. ad Hiſt. Aug. pag. 406.

CLAXENDIX, vel Clacendix, ĭcis, fœm. ein ſiegelnapff, concha, qua ſignum tegitur. Plautus apud Priſcianum lib. 5 p. 655, & Feſtus.

CLAZŎMĔNAE, arum, urbs Ioniæ Aſiaticæ, vicina Colophoni. Horatius 1 Serm. ſat. 7 v. 4,

> *Perſius hic permagna negotia dives habebat*
> *Clazomenis.*

¶ Clazomenius, a, um, adject. ſic oriundus ex illa urbe dicitur. Vt, *Anaxagoras Clazomenius*, Plin. lib. 2 cap. 58. Ælianus V. H. lib. 2 cap. 15. Clazomenii quidam venerant Spartam, ibique thronos Ephororum fuligine fœdaverant. Ea re Ephori cognitâ, injuriam hanc & faſtum moleſte haud tulerunt, ſed præconi publico præceperunt, ut per civitatem hæc ſaltem verba proclamaret: ἐξέστω Κλαζομενίοις ἀσχημονεῖν, *Liceat Clazomeniis indecore facere.*

CLEANTHES, is, Κλεάνθης, Philoſophus Stoicus, Crateris primùm diſcipulus, deinde Zenonis, cujus etiam ſucceſſor fuit; præceptor Chryſippi. Patria ei Aſſus, ubi & ſtatua ei dicata fuit, magnificentiæ Romani Senatus ſpecimen, ut Simplicius refert, qui & vidit. Diogenes eum φρεάντλην appellatum ſcribit, ab eo, quod noctu pro inopiâ puteos in hortis exhauriret, ut interdiu ſibi eſſet, quo ſtudia ſuſtentare poſſet. Meminit ejus rei & Seneca epiſt. 44. Cùm probro aliquando ipſi daretur, quod timidus eſſet, at ideo, reſpondit, parum pecco: Διὰ τοῦτο ὀλίγον ἁμαρτάνω. Ejus verſus, latine verſos ab ſe, producit Seneca epiſt. 107, quos diſertiſſimos appellat. Sunt autem iſti: *Duc me pater; ſummique dominator poli,*

> *Quocunque placuit, nulla parendi mora eſt:*
> *Aſſum impiger: fac nolle, comitabor gemens.*
> *Malusque patiar, quæ pati licuit bono.*

Laudat eos, ſed Senecæ quaſi auctori tribuens, Auguſtinus lib. 5 de Civ. Dei cap. 7. Græcos ipſius Cleanthis habes Epicteti Enchiridio cap. 77. Quos licet ſine auctore alleget, Cleanthis tamen eſſe, cui & Seneca tribuit, Simplicius quoque in Commentario notat. Quæ illius de Deo fuerit ſententia, tradit Lactant. lib. 1 cap. 5. Ejus lucerna in proverbium abiit, & is, *ad Cleanthis lucernam lucubrare*, dicitur, qui exquiſitam curam ſummumque ſtudium adhibet, der ein ding mit fleiß macht. vid. Chil.

¶ Cleanthēus, a, um: Perſius ſat. 5 v. 63,

> *Cultor enim juvenum: purgatas inſeris aures*
> *Fruge Cleantheâ.*

CLEARCHVS, i, Heracleæ Ponticæ Tyrannus, de quo Juſtinus 16 c. 4. ¶ 2. Alius Dux Lacedæmoniorum dixit, Imperatorem potius quam hoſtem metui debere, quod dubiam mortem timentes, certum, ſi deſerant, maneat ſupplicium. Frontin. Strat. 4 cap. 1 n. 16. ¶ 3. Alius Solenſis, Ariſtotelis diſcipulus, de quo Joſephus 1 contra Apion. & Voſſius de Hiſt. Gr. 1 c. 9.

CLĒMA, ātis, κλῆμα, herba, inter genera Polygoni, Plin. 27 c. 12.

CLĒMĂTIS, ĭdis, fœm. κληματίς, herba duorum generum Dioſcoridi: prima, *vinca pervinca* vulgo vocatur, ſingrin, todten violn: altera *clematis*, Germanis lynen oder leinen, waldreblein, Matth. vid. Plin. 24 c. 10 & 15.

¶ Clēmătītes, æ, κληματίτης, planta eſt alia, quæ & *Ariſtologia ſarmentitia* & *longâ*, quibusdam etiam *herba Saracenica*, dicitur, ſaracenen-kraut. Hadrian.

CLĒMENS, tis, ἐπιεικής, φιλάνθρωπος, πραΰς, ut Vet. Gloſſ. interpretatur: gütig, ſanfftmüthig, gnädig. *Clemens*, quaſi *colens mentem* dicitur, ſi Donatum audimus: cui is *Clemens* dicitur, qui non iraſcitur. Quod ejus maxime eſt, qui mentem colit, reſiſtit affectibus, qui mentem turbant ac vexant. CLEMENS, inquit, *eſt, qui colit mentem ſuam, nec eam vexat iraſcendo.* Et rurſus: FACILIS, inquit, *eſt, cujus ira citò ſolvitur:* CLEMENS, *qui non iraſcitur.* Sic *Clemens in diſputando*, Ciceroni eſt lib. 2 de Fin. cap. 4, qui non commovetur & effervescit, der ſich nicht entrüſtet. *Clementi animo ignoſcere*, Plautus dixit Mil. Glor. a. 4 ſc. 6 v. 37. ¶ 2. Cæterum variis rebus addi ſolet hoc epitheton. Barth. ad Script. Venat. p. 183. Transfertur eleganter non raro ad ea quoque, quæ extra hominem animumque poſita ſunt, & parum laboris, difficultatis atque moleſtiæ exhibent. Ovidius lib. 9 Metam. v. 116, - - *qua clementiſſimus amnis*, id eſt, qua minime impetuoſus atque facillimus tranſitu, ſtill, gemachſam. Curtius lib. 5 c. 3 n. 2 de Phaſi: *Accipiunt eum deinde campi: quos clementiore alveo præterit.* Gellius lib. 2 cap. 21, *Nox erat, & clemens mare, & anni æſtas, cælumque liquide ſerenum:* Vbi *clemens mare, ſævo* & *irato*, id eſt, æſtuanti opponitur. Palladius Februario tit. 12 pr. *clementiores plagas* opponit iis, quæ ſeptentrionem reſpiciunt. Et *Clemens collis, clivus* eſt non arduus, ſed adſcenſu facilis. Apulejus lib. 4 Metam. poſt princip. *clementi denique transmiſſo clivulo.* Vide plura in Adv. *Clementer.* Similiter, *vitam clementem*, pro quieta & otioſa, quæque nihil negotii exhibet, qualis illorum eſt, qui ſibi vivunt, Terentius dixit Adelph. a. 1 ſc. 1 v. 17, de qua & infra eadem fabula act. 5 ſc. 4 v. 9,

> *Vitam*, inquit, *ille ſemper egit in otio, in conviviis*
> *Clemens, placidus*, &c.

Idem *Clementem ſervitutem*, Andr. act. 1 ſc. 1 v. 9 dixit, pro æqua & moderata: cum ſcilicet dominus nonnihil de ſuo jure remittit & clementer indulget. *Clementem rumorem*, pro levi, & modico Salluſt. dixit Jugurthâ cap. 22.

¶ Clementia, æ, ἐπιείκεια, φιλανθρωπία: contraria eſt crudelitati, ac ſævitiæ, güte und gnade. *Refero hoc acceptum clementiæ tuæ*, das muß ich deiner güte dancken, Cicer. pro Dejotaro cap. 13 extr. *Violare clementiam*, Nepos in Alcibiad. cap. 10, 3. id eſt, facere quid clementiæ officio indignum, ungütig ſeyn. Hæc propria velut imperantium virtus eſt. Et vere Antoninus apud Lampridium in Commodo ſub fin. *Non quicquam eſt*, inquit, *quod Imperatorem melius commendat gentibus, quam clementia. Hæc Cæſarem Deum fecit, hæc Auguſtum conſociavit*, &c. Inde inter cæteros Imperatorum Titulos hic quoque fuit, ut CLEMENTISSIMI, ſeu, quod idem eſt, INDVLGENTISSIMI vocarentur. In appellando quoque, id vetus ac quaſi ſolenne erat: CLEMENTIA TVA, ſeu, INDVLGENTIA TVA. Spartianus Antonino Geta, princ. *Scio CONSTANTINE AVGVSTE, & multos, & clementiam tuam quæſtionem movere poſſe, cur etiam Geta Antoninus a me tradatur.* Lamprid. in Severo c. 65, *Sed quia verum ſuggerendum eſt Clementiæ tuæ ac Pietati, lecta reſerabo.* Alloquitur eumdem Imperatorem; Ita Capitolinus & alii.

¶ Lucanus lib. 8 v. 365,

> *Quicquid ad Eoos tractus, mundique teporem,*
> *Labitur; emollit gentes clementia cæli.*

Senſus eſt: Quicquid *ad Eoos tractus mundique teporem*, in orientali & tepidiore mundi parte naſcitur, (id enim ex ſuperioribus repetendum eſt;) illud *labitur*; hoc eſt, remittit animi vim; imbelle atque ignavum eſt. Nam labi atque concidere dicuntur, quibus erectus contra metum, ac obſtinatus animus haud eſt. Pro cauſſa adducit *clementiam cæli*; id eſt, mitiorem ejus & clementiorem naturam. Nam ſicut ad Septemtriones frigida ejus & aſpera conſtitutio, indurat animos audacesque atque intrepidos facit; ita contra in Aſia temperamentum ejus tepidum & blandum, animos gentium emollire ait. Nam pro diverſo cæli habitu, diverſa ingenia ſortiuntur homines, qui ibi colunt. ¶ Clementer, manſuete, humaniter, blande. *Clementer tractare liberos*, Plin. Jun. lib. 8 epiſt. ult. ſäuberlich mit den kindern verfahren. Gellius lib. 5 c. 14 de Leone: *Tum caudam more adulantium canum clementer & blande movet.* Sic *clementer acquieſcere*, Plautus Epid. act. 2 ſc. 2 v. 21, id eſt, placide, pacate, ſachte, gemachſam. ¶ 2. Modice, leniter. Tacitus Annal. 13 cap. 39, *Locum delegit, cujus pars altera colles erant, clementer aſſurgentes.* Quod hìc

clementer aſſurgere: Idem Hiſt. 4 c. 33, *leniter aſſurgere* dixit. Idem de Germania cap. 1, *Danubius molli & clementer edito montis Abnobæ jugo effuſus plures populos adit.* Vbi *clementer editum jugum* præcipiti atque abrupto opponit. Sic & clementer, pro commode, facile, & ſine labore ac moleſtia ponitur. Idem Tacitus 3 Hiſt. cap. 57, *Si qua juga Apennini clementius adirentur*: id eſt, facilius, minore labore & contentione: Idem Annal. 12 cap. 33, *Tum montibus arduis, ſi qua clementer accedi poterant*, &c. Gellius lib. 1 cap. 18, *Varro de Ælio clementiſſime ſcripſit.*

¶ Inclemens, tis, adject. contrarium, ungütig, ungnädig: ut, *Dictator inclemens*, Liv. lib. 8 c. 32, *inclementiori verbo quem appellare*, apud eumd. lib. 9 cap. 34. Et Superl. apud Macrobium lib. 1 Somn. Sc. cap. 10, *Dionyſius aulæ Siculæ inclementiſſimus incubator.*

¶ Inclementia, æ, unfreundligkeit, ungütigkeit. Virg. 2 Æn. v. 602,

verùm inclementia Divûm
Has evertit opes.

Idem Georg. 3 v. 68, *Inclementia mortis.*

¶ Inclementer, adverb. ut, *Dicere in aliquem inclementer*, Terent. in Prol. Eunuchi. Tacitus 3 Hiſt. cap. 4, *Is quoque inclementer in Vitellium invehi ſolitus*, &c. Livius 3 c. 48, *ſi quid inclementius in te ſum invectus.*

CLEŎBIS, is, Argiæ ſacerdotis filius. Cicer. Tuſcul. quæſt. 1 cap. 47, *Argiæ ſacerdotis Cleobis & Biton filii prædicantur. Nota fabula eſt. Quum enim illam ad ſolenne & ſtatum ſacrificium curru vehi jus eſſet, ſatis longe ab oppido ad fanum, morarenturque jumenta, tunc juvenes ii, quos modo nominavi, veſte poſita, corpora oleo perunxerunt, ac jugum acceſſerunt. Ita ſacerdos advecta in fanum, cum currus eſſet ductus à filiis, precata à Dea dicitur, ut illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari poſſit a Deo. Poſt epulatos cum matre adoleſcentes ſomno ſe dediſſe, mane inventos eſſe mortuos.*

CLEŎBŪLUS, i, Κλεόβουλος, Lyndius fuit; Evagoræ filius, unus è ſeptem Græciæ ſapientibus, robore, & pulchritudine corporis eximius. Filiam habuit Cleobulinam, virginem doctam, quæ verſibus hexametris ænigmata quædam ſcripſit. Deceſſit Cleobulus annos natus 70. Apophthegmata ejus apud Laërtium, & Stobæum habes: ex Auſonii Sapientibus addo:

Quantò plus liceat, tam libeat minus:
Fortunæ invidia eſt immeritus miſer:
Felix criminibus nullus erit diu;
Ignoſcas alii multa, nihil tibi, &c.

CLEOMBRŎTUS, i, adoleſcens fuit Ambraciota, [eſt autem Epiri urbs *Ambracia*, deſcripta à Livio lib. 38 cap. 4,] qui, lecto Platonis de animarum immortalitate libro, cum adverſi ei nihil accidiſſet, præcipitem ſe de muro in mare abjecit, quemadmodum Cicero in 1 Tuſcul. cap. 34 retulit, eoque Ovid. alluſit in Ibin v. 493,

Vel de præcipiti venias in tartara ſaxo,
Vt qui Socraticum de nece legit opus.

Vide & Callimachi epigramma 28.

CLEŎMĒDES, is, Aſtypalæenſis pugil, qui Cicio Epidaurio in certamine occiſo, fraudatus victoriæ præmiis, in furorem incidit; & ex Olympia Aſtypalæam reverſus, ſcholæ columna ſubruta, 60 pueros ruina ædificii oppreſſit. Cum autem ſaxis a civibus profligaretur, in templum confugit, & in ciſta, attracto operculo, ſe occluſit, cujus ligna cum tandem diſſecarentur, nemo repertus eſt. Suid.

CLEŎMĔNES, is, Lacedæmoniorum dux fuit, qui, cum ab Antigono rege victus ad Ptolemæum ſe recepiſſet, ac mutuis vulneribus in carcere cum aliis, quibuscum carceri traditus fuerat, confligens periiſſet, mortuus à Ptolemæo pelle nudatus crucique affixus eſt. Plutarch. ¶ 2. *Cleomenes* alius Siculus fuit, luxuria & nequitia Verrem imitans, cujus in 7 Verrina cap. 32 Cicero meminit.

CLĔON, ontis, dux Athenienſium fuit, Niciæ in adminiſtratione Reip. adverſarius, qui, ut Lucianus in dialogo quodam refert, quod ſero nec niſi confecto negotio ſaperet, hoc dicterium meruit: Κλέων προμηθεύς ἐστι μετὰ τὰ πράγματα, i. e. *rebus peractis Cleon eſt Prometheus.* ¶ 2. *Cleon* alius poëta ſcripſit Argonautica, a quo Apollonius Rhodius argumentum mutuatus eſt. Suidas. ¶ 3. Fuit & alius *Cleon* Poëta, ſed malus, & adulator in comitatu Alexandri Magni, de quo Curtius lib. 8 cap. 5.

CLEŌNE, es, & Cleonæ, arum, oppidum prope Argos, juxta quod leonem Hercules occidit, non procul a Nemea ſilva.

¶ Clĕōnæus, a, um; Silius lib. 3 v. 34, *eliſa leonis*
Ora Cleonæi patulo celantur hiatu.

Sidus Cleonæum, id eſt, leonis ſidus, apud Stat. 4 Silva 4 v. 28.

CLEŎNĪCION, i, κλεονίκιον, herba eadem cum Clinopodio, Plin. 24 cap. 15.

CLĔŌNŸMUS, i, Κλεώνυμος, ῥίψασπις, id eſt, deſertor ordinis, & qui clypeo abjecto fugit. Vnde Κλεωνύμου δειλότερος, hoc eſt, *Cleonymo timidior*, proverb. apud Suid. ein verzagter, feiger. Hoc enim vitio *Cleonymum* quemdam inſectatur Ariſtophanes.

CLĔŌPĂTRA, æ, Κλεοπάτρα, Ægypti regina ſuperba illa & luxurioſa, quam Antonius, ſorore Auguſti derelictâ, duxit; quamobrem bellum in ipſum Auguſtus movit, in quo Antonius & Cleopatra perierunt: Plin. 9 cap. 35. Vide & ſupra in *Aſpis.* Duo fuêre maximi uniones per omne ævum; utrumque poſſedit Cleopatra Ægypti reginarum noviſſima, per manus Orientis regum ſibi traditos. Hæc, cùm exquiſitis quotidie Antonius ſaginaretur epulis, ſuperbo ſimul ac procaci faſtu, ut regina lautitiam ejus omnem apparatumque detrectans, quærente eo, *quid aſtrui magnificentiæ poſſit*, reſpondit, *unâ ſe cœna centies ſeſtertium abſumpturam.* Cupiebat videre Antonius, ſed fieri poſſe non arbitrabatur. Ergo ſponſionibus factis poſtero die, quo judicium agebatur, magnificam aliàs cœnam, ne dies periret, ſed quotidianam Antonio appoſuit irridenti, computationemque expoſtulanti, ait illa: *corollarium id eſſe, conſumpturamque ſe eâ in cœnâ taxationem confirmans, ſolamque ſe centies ſeſtertium cœnaturam*, inferri menſam ſecundam juſſit. Ex præcepto miniſtri unum tantum vas ante eam poſuere aceti, cujus aſperitas usque in tabem margaritas

reſolvit: gerebatque auribus tum maxime ſingulare illud & vere unicum naturæ opus. Itaque ſpectante Antonio, quidnam eſſet actura, detractum alterum merſit, ac liquefactum abſorbuit. Injecit alteri manum L. Plancus judex ſponſionis ejus, eum quoque paranti ſimili modo abſumere, victumque Antonium pronunciavit. Ex Plinii lib. 9 cap. 35.

¶ Cleopatranus, a, um, adject. Trebellius Pollio in Claudio cap. 1, *Cleopatrana ſtirps.*

CLEPO, clepſi, ĕre, à κλέπτω, rapere, furari, ſtehlen. Plautus Pſeud. act. 1 ſc. 2 v. 6, *rape, clepe, tene.* Et Cicero lib. 2 de Leg. cap. 9, ex veteri lege: *Sacrum, ſacrove commendatum qui clepſerit rapſeritque, parricida eſto.* Idem ex veteri poëta lib. 3 Nat. D. c. 27, *clepere*, infinito modo habet. Et Livius lib. 22 cap. 10, ex rogatione bello Punico facta: *Si quis clepſit* [pecus vere ſacro devotum,] *ne populo ſcelus eſto, neve cui cleptum fuerit.* ¶ 2. Eſt occultare, tegere, verbergen; Seneca Medea v. 156, *qui capere conſilium poteſt, & clepere ſeſe.* Et Herc. Fur. v. 898, *ſe tegmine ingenti clepit.* Adde Prudent. Pſychomach. v. 562.

¶ Clepta, æ, κλέπτης, ein dieb. Plaut. Truc. 1, 2 v. 9, *Dum illi agunt, quod agunt, ſunt cæteri cleptæ.*

CLEPSYDRA, æ, Κλεψύδρα; vaſculum erat, unde infuſa aqua perfluebat, & furtim quaſi ſubducebatur: unde & nomen accepit. A κλέπτω enim & ὕδωρ compoſita vox eſt. Vſus clepſydrarum in judiciis, ad tempora, quæ cauſſas orantibus ad dicendum concedi à Judicibus ſolebant, determinanda: quæ pro conditione cauſſarum nunc ampliora dabantur, nunc breviora, atque hæc numero clepſydrarum definita atque deſcripta. Multa earum mentio apud Græcos ſcriptores. Et ibi quoque inventa eſt res; ſed tandem translata & ad Romanos: quod tertio conſulatu Pompeji accidit. Ad Apuleji tempora eum morem durâſſe, ipſemet auctor eſt, cum alibi, tum Apologia non uno in loco. Plinius inter Civitatis vitia refert, quem lib. 6 ep. 2 vide. Et eſt querenti propior Auctor Dialogi de Cauſſis corruptæ Eloquentiæ, cum cap. 38 Pompejum ſcribit tertio conſulatu primum adſtrinxiſſe dicendi tempora, & velut frenos impoſuiſſe eloquentiæ; cum ante id tempus nemo intra pauciſſimas horas perorare cogeretur, & liberæ comperendinationes eſſent, & modum dicendi ſibi quisque ſumeret. Non omnes ejusdem capacitatis fuiſſe, nec ſingulas horarum ſingularum aquas cepiſſe, ex Plinii loco videtur conſtare. Ita enim lib. 2 epiſt. 11 legimus: *Dixi horis pene quinque. Nam decem clepſydris quas ſpatioſiſſimas acceperam, ſunt additæ quatuor*, &c. Dicit *ſpatioſiſſimas*; ergo minus ſpatioſæ aliæ erant: dixit 14 clepſydras accepiſſe ad dicendum; ac ſe dixiſſe *horis pene quinque*; ergo quatuordecim, quas acceperat Plinius, clepſydræ, tot horas conficiebant. Formam *clepſydræ* ita deſcribit Apulejus lib. 3 Mileſ. *Præconis*, inquit, *amplo boatu citatus accuſator quidam ſenior exſurgit, & ad dicendi ſpatium vaſculo quodam in vicem coli graciliter fiſtulato, ac per hoc guttatim defluа infuſa aqua, populum ſic adorat*, &c. Conſtitit igitur *Clepſydra* vaſculo uno; quod in altera parte, in coli modum anguſtiore foramine fiſtulatum erat, unde aqua guttatim deflueret. Id autem ita comparatum erat, ut aperiri & claudi poſſet. Nam cum aut infundenda aqua, aut ſuſtinenda ſeu inhibenda eſſet, ne flueret, clauſo opus erat; aperto vero, cum mittenda. Sane cum teſtimonia audienda eſſent, inhibebatur interim aqua, ne datum ad dicendum tempus periret. Vnde illud Apuleji Apologia: *Lege pauca in principio, deinde quædam de piſcibus. At tu interim, dum legit, aquam ſuſtine.* Erant nimirum certi homines præpoſiti clepſydris, qui curarent eas, atque vel ſinerent fluere aquam, vel inhiberent. Talem igitur hîc alloquitur Apulejus, & ſiſtere interim aquam jubet. Et cum ſub finem libri rurſus ait: *At tu licebit aquam ſinas fluere. Namque optimi viri litteras ter & quater adeo quantovis temporis diſpendio lectitarem.* Decedere enim ſuo atque communi dicentium jure ſe auctor ſignificat, & nolle ſuſtineri aquam, dum Epiſtolæ Aviti leguntur. Satius enim eſſe aquam fluere, & ſibi quid temporis interim eripi, quàm illas iterum atque iterum lectitari. Ex altera parte, ubi recipiebatur aqua, vel ampliore ore patuit, vel pluribus foraminibus aperta clepſydra fuit: quod eruditiſſimo Petavio videbatur. Qui eam ob cauſſam vocabulum *Clepſydræ*, ad ea etiam vaſa arbitratur translatum, quibus ad perpluendas hortorum areolas utimur, ſpreng-krüge. Quorum æque in orificio unum foramen eſt, in fundo pluribus aqua diffluit. Vide ipſum Notis in Syneſii Dionem p. 21. Patere hinc poteſt eorum error, qui clepſydras iſtas veterum, ſimiles arenariis noſtris vitris, quibus partimur horas, putârunt: item, qui cum horologiis, quæ ex aquâ comparata erant, quæ Cteſibius Alexandrinus invenit, & primus Romæ Scipio Naſica inſtituit, confuderunt. Quippe quorum diverſiſſima ratio fuit. Vide infra in *Horologium.* ¶ Hodie pervulgatum eſt, ut Clepſydra novata ſignificatione idem ſit ac *Clepſammus*, vel *Clepſammidium*, quo nos utimur, ein ſeiger, ſand-uhr. ¶ Eſt etiam cognomen meretricis. Metyche enim ad Clepſydram Veneri ſolebat indulgere; unde *Clepſydra* dicta eſt. vid. Athen. 13 Dipnoſ. c. 8.

CLĒRUS, i, κλῆρος, vermiculus araneo ſimilis, qui parit in apum alveis, nocet favis, & facit, ut examen ægrotet, Plin. lib. 11 c. 19. ¶ 2. Sed *Clerus*, pro collegio ſacerdotum, ſive miniſtrorum Eccleſiæ, die geiſtligkeit, cleriſey. Eccleſiaſtici ſic tantummodo uſûs eſt. Tertullianus de Monogam. cap. 12, *de quo* [ordine] *allectio fiat in clerum*, i. e. in ſacerdotium cooptatio. Et

¶ Clericus, i, quoque pro *Sacerdote* novitium vocabulum eſt, ein ordens-mann, geiſtlicher. Rationem vocabuli aperit Hieronymus in epiſt. 2 ad Nepotianum ſic ſcribens: *Igitur Clericus, qui Chriſti ſervit Eccleſiæ, interpretatur primo vocabulum ſuum*, &c. *Si enim* κλῆρος *Græce, ſors Latine appellatur, propterea vocantur Clerici, vel quia de ſorte Domini ſunt, vel quia ipſe Dominus ſors, i. e. pars Clericorum eſt*, &c. Ac eam ob cauſſam legibus vetabantur hæreditates adire, avaritiæ Clericorum coërcendæ. Hieronymus eâdem Ep. ad Nepotianum: *Pudet dicere, ſacerdotes idolorum, mimi & aurigæ, & ſcorta, hæreditates capiunt: ſolis Clericis & monachis hoc lege prohibetur: & prohibetur non à perſecutoribus, ſed à principibus Chriſtianis. Nec de*

lege

lege conquerer, sed doleo, cur meruerimus hanc legem. Cauterium bonum est, sed quo mihi vulnus, ut indigeam cauterio? Provida severaque legis cautio, & tamen nec sic refrenatur avaritia. Phrasi quidem Scripturæ Sacræ vox hæc denotare videtur *Ecclesiam*, sive *fidelium cœtum*, 1 Petr. 5 v. 3. Sed apud Ecclesiasticos Scriptores paullulum deflexam esse in eam, quam supra dedimus, significationem, animadverterunt eruditi: ut ita κλῆρος, & οἱ κληρικοὶ & οἱ ἐν κλήρῳ sint illi, qui apud eosdem opponuntur τοῖς λαϊκοῖς: idque factum Tertulliani potissimum ævo, qui in confinio secundi & tertii seculi vixit. Legitur quidem etiam ea vox in scriptis, quæ Tertulliani ævum antevertere existimantur à multis, utpote in Canon. Apostol. & constituit. Clementis; verum hisce tuto fidere non licet, cum supposititia sint, & aliunde adscita.

¶ Clericatus, ûs, munus Clerici, der priester-orden. Hieronymus epist. 3 sive Epitaphio Nepotiani: *Clericatum non honorem intelligens, sed onus.* Habet etiam epist. 4 ad Rusticum, & epist. 101 de optimo gen. interpr. cap. 5.

¶ Clericālis, e, adject. priesterlich, geistlich. Sidonius lib. 6 epist. 7, *clericale tirocinium.* Et lib. 7 ep. 2, *militia in clericali potius, quam in palatino decursa comitatu.*

CLĪBĂNUS, i, κλίβανος, tegmen ferreum, sive armatura ferrea, quæ totum hominem tegit, ein küriß, qualis illorum erat, qui *Cataphracti*, (de quibus supra;) dicebantur: qui ab hac ipsa voce & *Clibanarii* appellati. Usus voce hac Leo in Tacticis cap. 6, & auctor Anonymus Latinus de rebus bellicis in expositione Thoracomachi, sive Thoracomacti, ut alii legunt. Vet. Gloss. Κλίβανος, *Clibanus.* Salmasius vocem Græcam putat, & κλίβανον quasi καλύβινον: quod hominem totum more καλύβης tegeret. Nam in Glossario Nomico pro καλυμμῆνα, καλύβινα legit. Verba Glossarii ita habent: κλιβανάριοι, ὁλοσίδηροι. Κλίβανα γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι, τὰ σιδηρᾶ καλύμματα καλοῦσιν ἀντὶ τοῦ καλυμμῆνα. Sed magis inclinat animus vocem barbaram cum Casaubono existimare, qua Græci æque ac Latini sint usi. Sane ipsum armaturæ genus, non Græcum Romanumve originitus, sed barbarum, sive Persicum. Et Alexand. Severus oratione ad Senatum post victos Persas habitâ, quam Capitolinus ejus vita refert, disertè Persis Clibanarios dictos ait, qui alias, Romanis nimirum & Græcis, *Cataphractarii* adpellarentur. *Centum*, inquit, *& viginti quinque millia equitum fudimus: cataphractarios, quos illi* (Persæ) *clibanarios vocant, decem millia in bello interemimus: eorum armis nostros armavimus.* Nec aliter Ammianus lib. 16 cap. 10, *Sparsique*, inquit, *cataphracti equites, quos clibanarios dictitant Persæ &c.* ¶ 2. Est & *Clibanus*, furni mobilis, seu vasis genus coquendo pani vel aliis rebus aggestis subjectisque prunis undique factum, ein brenn-ofen. Plin. lib. 20 cap. 9 de Scilla loquens: *Coquitur plurimis modis: in olla, quæ conjiciatur in clibanum, aut furnum: vel adipe, aut luto illata.* Columella lib. 12 cap. 15, *Oblita vasa clibano vel furno torrefaciunt.* Ubi vides, *Clibanum* à furno, seu camino distingui: quem tamen Sulpitius Severus eumdem facit ac furnum, Dial. 1 de virtutibus Monachorum Oriental. cap. 18, *Casu clibanus propter ardebat, qui multo igne succensus coquendis panibus parabatur: exundabat abruptis flamma fornacibus & intra camini illius concava totis habenis regnabat incendium.* De Clibanorum formâ ita Columella lib. 5 cap. 10, *Sed scrobis* (scrobs) *clibano similis fiat: cujus imum summo patentius est, ut laxius radices vagentur, ac minus frigoris hieme, minusque æstate vaporis per angustum os penetret, &c.*

¶ Clibanarius, i, cataphractus eques, kürassirer, de quo modò diximus in *Clibani* notione priori: Addi possunt Eutropius lib. 6 cap. 7 n. 5, Sextus Rufus [sive Rufus Festus] cap. 15 & 24.

¶ Clibanites, æ, eine torte, pastete, gebackens. *Clibanites vel testuaceus, qui in testu vel clibano, vel artoptitius, qui in artopta assabatur.* Turneb. Advers. 14 c. 5.

CLIENS, tis, comm. Clientes, qui sese in fidem patrociniumque alicujus dederunt, Gellius lib. 5 cap. 13, ein untersaß, untergebener. Correlativum ejus *patronus* est, ein schutzherr. Notandum autem, moris fuisse apud Romanos, ut provinciales, & socii P. R. in clientelam se darent proceribus Romanis, quos patronos sibi adoptabant, non modo publice, sed etiam privatim: iique ut *clientes* eorum dicerentur: inter se vero *hospites*. Ferebat autem id hujusmodi consuetudo, ut *clientes* perpetuò patronorum suorum patrocinio caput & fortunas suas tuerentur: vicissimque ipsi patronos suos omni observantia atque obsequio colerent, & venerarentur. Ovid. 1 de Arte v. 88,

Qui modò patronus, jam cupit esse cliens.

Suetonius Tiberio cap. 1, *Clientes cum patronis demigrabant.* De origine clientum vide Dionys. Halicarnass. lib. 2 cap. 9 & 10. Item Plutarchum in Romulo pag. 25. Vide & infrà in *Patronus*. *Cliens fiduciarius*, ein vasall. Sequiori ævo SUSCEPTI dicebantur, ut Ammiano lib. 17 cap. 20 de Rege Alemanorum Suomario loquenti. Vide ibi Lindebrogium, & Francisc. Jureti Miscellan. ad Symmachum lib. 5 ep. 41. Iis stipati incedebant Principes, qui nec à sedentibus aberant, auctore Barth. ad Claudian. p. 1198. ¶ 2. Pro Sectatoribus *clientes* Plautus Menæchm. a. 4 sc. 2 v. 4 dixit, in illo: *Clientes sibi omnes volunt esse multos*, sie wollen alle gerne viel diener haben.

¶ Clientulus, i, diminut. Dialogo de Orator. cap. 36 extr. *ne clientulorum loco numerarentur.*

¶ Clienta, æ, fœm. eine clientin. Auson. Parental. epigr. 24,

Nam correcturæ tibi Tarraco Ibera tribunal
Præbuit, affectans esse clienta tibi.

¶ Clientŭla, æ, diminut. Asconius in de Prætura Urb. *Plebeja quædam clientula.*

¶ Clientēla, æ, aliquando significat multitudinem clientum, qui potentem aliquem civem, principemve favore prosequuntur, & cujus dignitatem tutantur, ducti aliqua mercede, vel beneficio. Cicero Catil. 4 cap. 11, *pro clientelis hospitiisque provincialibus* &c. Idem Attico lib. 14 ep. 12, *Scis, quam diligam Siculos, & quam illam clientelam honestam judicem.* ¶ Aliquando observantiam ipsam clientum & obsequium: vulgo *homagium* vocant, die huldigung und gehorsam. Justin. 8 cap. 4 n. 8; ita usus est & antiquior multo Sallustius Jugurth. cap. 85 sub initium orationis C. Marii; & passim alii. ¶ 3. Item, defensionem & patrocinium, schutz. Terent. in Eun. act. 5 sc. 8 v. 9, *Thais patri se commendavit in clientelam & fidem.* Sueton. Augusto cap. 17, *Bononiensibus quoque publice, quod in Antoniorum clientela antiquitus erant, gratiam facit conjurandi cum totâ Italia pro partibus suis.*

CLĪMA, ătis, Græca vox à Κλίνω, inclino: Κλίμα, regio, pagus, tractu, ut in Veteri Gloss. Græco-Latino reponitur. Geometris spatium quoquo versus pedum LX. Columella lib. 5 cap. 1, *Clima*, inquit, *quoquo versus pedum est LX. actus quadratus undique finitur pedibus CXX.* ¶ 2. In cælo plaga est duobus parallelis interjecta, *Inclinatio & Declinatio* Latinis dicta, quod certo spatio inclinetur ad polum sive declinet ab æquatore, à cujus principio usque ad finem dimidiatæ horæ variatio est. Vitruvius lib. 1 cap. 1, *Disciplinam verò medicinæ nosse oportet, propter inclinationes cæli, quæ Græci* Κλίματα *dicunt.* Columella lib. 3 cap. 1, *omni pene regione, & omni declinatione mundi:* ein theil des himmels oder erdbodens. ¶ 3. Ex cælo in terram deducitur, & spatium aliquod inter duos parallelos notat, aliter quidem antiquis, recentibus itidem aliter, qui plura, quam illi, constituunt climata. Vide Geographos. Sic Apulejus in Trismeg. p. 98, *horarum & climatum distantibus punctis.* Adde Apostolum ad Roman. 15, 23.

CLIMAX, ăcis, Κλίμαξ, Scala, eine leiter; est & Schema, Gradatio, ut: Africano industria virtutem, virtus gloriam, gloria æmulos comparavit. Ovid. 3 Fastor. v. 21,

Viderat hanc, visamque cupit, potiturque cupitâ.

¶ Climăcis, ĭdis, κλιμακὶς, parva scala, eine stiege. Vitruv. 10, 17, de ballistæ partibus loquens: *Climacidos scapi longitudo foraminum XIII.*

¶ Climacides etiam dictæ Cypriæ mulieres in Syriam transmissæ, ad Artabazi Mentorisque Gynæcea, ut acclinatæ currum inscensuris regum uxoribus gradum struerent, ac velut scalam arrigerent. v. Athenæus 6 c. 6, & Plutarchus de dignosc. adulat.

¶ Climacter, ēris, Κλιμακτὴρ, *annus scansilis* vel *scalaris*, qui & *gradarius & decretorius* à medicis dicitur, senibus aut fatalis plerumque, aut alioqui periculosus, ideo, quod singulares motus efficiat virtutis corporum, ein stuffen-jahr. Colligitur autem ex septies novem annis, ut efficiatur annus ætatis LXIII, quo vitæ tempore multos magnos & mediocres homines mortuos esse, & historiæ veteres & recentes testantur. Nam & Aristoteles & Virgilius eo anno extincti sunt. Quin & ex VII multiplicatis climactericis efficitur, ut XIV. XXI. XXVIII. XXXV. XLII. XLIX. LVI. qui multos præstantes viros abstulit. Gellius lib. 15 cap. 7, *Observatum est in multa hominum memoriâ, expertumque est, in senioribus plerisque omnibus, sexagesimum tertium vitæ annum cum periculo & clade aliquâ venire, aut corporis morbique gravioris, aut vitæ interitus.* Idem & voce *climacter* lib. 3 cap. 10 usus est. Julius Firmicus lib. 4 Mathes. cap. 14, *Inter cæteros*, inquit, *diametros hoc maxime observandum est, quod septeni anni ac noveni per omne vitæ tempus multiplicatâ ratione currentes, naturali quadam & latenti ratione variis hominem periculis semper afficiunt. Unde & LXIII annus, quia utriusque numeri summam pariter excipit*, Androdas *appellatus est: novies enim septem an. LXIII fiunt: & rursus septies novem anni fiunt LXIII. Quia itaque utriusque numeri cursus in hoc anno æquatâ ratione concurrit, grande semper periculi discrimen imponit. Si enim septeni & noveni anni, qui* Hebdomatici & Enneatici *appellantur, gravia semper hominibus indicant pericula; quid annus faciet LXIIItius, qui utriusque numeri multiplicatam & invicem sibi obligatam perficit summam. Hac igitur ex caussa* Androdas *ab Ægyptiis dictus est, quod omnem vitæ substantiam frangat atque debilitet.* Hunc locum correctum a Rigaltio, qui *Androclas* legit, vide supra in *Androdas*. Alii tamen XLIX periculosiorem statuerunt; cum potentissimi omnium quadrati numeri sint. Vide Censorinum de die Natali cap. 14. Sunt, qui tradant, iis, qui LXIII superârunt, quartum annum sequentem, qui LXVIIus est, propter quaternarii numeri vim, æquè suspectum esse debere. Illum enim, quia duo media habet, ideo dissolubilem esse; & propriè ad corpus pertinere, sicut ternarius ad animum pertinet: qui indissolubilis propter mediæ unitatis indissolubile vinculum. Tota autem hæc ratio à superstitiosissima Chaldæorum Ægyptiorumque gente est: cui quid tribuendum sit, eruditissimus Salmasius peculiari commentario de annis climactericis ostendit. Etiam Justinus Martyr Quæst. 89 ad orthodoxos, negat naturæ opera pro statu temporis, qui septenario dierum, mensium, aut annorum numero sit definitus, perfici: sed omnia fieri ipsius viribus naturæ.

¶ Climactērĭcus, a, um, adjectivum: ut, *annus climactericus*, Censorin. de Die Natali cap. 14, de quo satis jam in *Climacter* dictum. Et Plin. lib. 2 epist. 20, *Habes climactericum tempus, sed evades.*

CLINICE, es, κλινικὴ, medicina, quæ victu & pharmacis medetur, leib-artzney. Plinius lib. 29 cap. 1, *Hippocrates traditur instituisse medicinam hanc, quæ Clinice vocatur.* Idem lib. 30 cap. 11, *In quartanis medicina clinice propemodum nihil pollet.* Vid. Mercurialis Var. Lect. lib. 3 c. ult. Lipsius epistol. Quæst. lib. 1 epist. 5.

¶ Clinicus, i, pro medico apud Martialem lib. 1 epigram. 31, lib. 4 epigr. 9, & lib. 9 epigr. 98. Hinc Æsculapius, qui medicinæ præses credebatur, *Clinicus Deus* Prudentio dicitur Apotheosi v. 205. Inscriptio vetus apud Gruter. p. 400 n. 7,

P. DECIMIUS. P. L. EROS
MERULA. MEDICUS
CLINICUS. CHIRURGUS
OCULARIUS VI. VIR. &c.

¶ Sed & *Clinici* appellantur, qui decumbunt ex morbo & lectis affixi sunt, bett-riesen. Κλίνη enim lectus est. Quomodo non semel usus Cyprianus est epist. ad Marsum, quo de Clinicorum, hoc est, illorum baptismate, qui in lecto atque ægroti sacramentum illud acceperant, contra eos disputat, qui pro legitimis Christianis sic baptisatos non habe-

habebant; & vero vulgo non *baptisati*, sed *perfusi* dicebantur: quod non ter mergerentur aqua, ut aliàs; sed toties tantum perfunderentur. Hier. Mercur. loco allegato, Christianos à quibusdam per contumeliam Clinicos esse appellatos, è Cypriano docet. Confer Jo. Andr. Bosii Exercit. de Clinicis Vet. Eccl. Jenæ 1657 habitam. Martial. 3 epigr. 92, *Sternatur a Coricle Clinico lectus*, ut restituit Scalig. Auson. lect. 2 c. 4 p 98.

¶ Hexaclīnon, i, ἑξάκλινον, stibadium, vel torus sex convivarum, ein gesäß oder lagerstäte für 6 gäste. Martial. 9 epigr. 60,

Et testudineum mensus quater hexaclinon.

¶ Biclinium, i, zwey sitze, Plaut. Bacch. a. 4 sc. 4 v. 69 & 102. Et

¶ Triclinium, i, drey sitze; de quibus Lips. lib. 3 Antiq. Lect. p. 95, *Circum mensam tres, ut plurimum, lecti erant, ex quo triclinii nomen. Vel duo etiam, quod Plautus Biclinium: Posterior ætas hoc aut aliquid simile Sigma vocavit.* Triclinium autem & locus, ubi cœnabatur, & lectus, in quo ad mensam accumbebant, das tafel-gemach, tisch mit drey bäncken. Veteres enim accumbentes, non sedentes ad mensam, cibum capiebant, sicut Türcæ & Orientalium plerique solent. Primum autem sic lecti appellati sunt ex eo, quod tres ad mensam sterni solebant. Inde ad ipsas quoque cœnationes translatum vocabulum est, quamquam ita sumi *Triclinii* vocem, negat Servius in 1 Æneid. v. 698, *Antiqui*, inquiens, STIBADIA *non habebant; sed stratis tribus lectis epulabantur. Vnde & Triclinium sterni dicitur. Vnde apparet, errare eos, qui* TRICLINIVM *dicant ipsam basilicam vel cœnationem.* Sed male hoc Servius. Cicer. ad Attic. lib. 13 ep. ult. *Villa ita completa militibus est, ut vix triclinium, ubi cœnaturus ipse Cæsar esset, vacaret.* Quintilianus lib. 11 cap. 2, *Vix eo limen egresso triclinium illud supra convivas corruit.* Loquitur de Simonide. Quod autem Quintil. *triclinium* vocat, id Cicero eamdem historiam narrans lib. 2 de Oratore c. 86 *conclave* appellat. Petronius: *duo Syri expilaturi lagenam triclinium intraverunt.* Etiam Plinius aliquot locis in Epistolis hac voce ita usus est. De lectis ipsis sæpe apud Ciceronem, qui *triclinium statuere, triclinium sternere, in triclinio decumbere; tricliniis accipi* &c. Varro de re rust. lib. 3 cap. 13, *Erat locus celsus, ubi triclinio posito cœnabamus.* De mensa apud Plinium H. N. 33 cap. 11.

¶ Tricliniaris, e: ut, *Lectus tricliniaris*, id est, cœnatorius, ein tisch-küssen. Plin. lib. 37 cap. 2, & Lamprid. Heliogab. c. 20.

¶ Tricliniarius, a, um, & Triclinarius, quod ad triclinium pertinet; ut, *Servus tricliniarius*, in Veteri Inscriptione apud Grut. p. 576 n. 6, ein tafeldecker. *Vestimenta tricliniaria*, Corn. Nepos apud Plin. lib. 9 cap. 39, quæ *Cænatoria* alias, Petronio *Cubitoria* dicuntur. Romanis enim alia domestica vestis, alia forensis. Inter domesticas cœnatoria erat, in qua prodire fas non erat, ut ex Martiale Lipsius observat lib. 1 Saturn. c. 2. ¶ *Tricliniaria Babylonica*, stragula erant, quibus tricliniares lecti sternebantur. Plin. lib. 8 cap. 48, sicut eodem libro cap. 58, *cubicularia stragula*, dixit.

¶ Triclinarium, i, absolute cœnatorium conclave, hoc enim subaudiendum est. Ita enim *æstiva triclinaria*, Varro lib. 1 de re rust. cap. 13 dixit. Nam pro diversis etiam anni temporibus diversas cœnationes habebant Romæ proceres divitesque, ut mutare possent *Tricliniaria* vestimenta.

¶ Tricliniarches, æ, τρικλινιάρχης, ipse præfectus triclinio, der küchen- oder speise-meister. Petronius: *Jam tricliniarches experrectus lucernis occidentibus oleum infuderat.* S. Johannes ἀρχιτρίκλινον vocat cap. 2, quam vocem & Vetus Interpres retinuit. Juvencus lib. 2 in pericope de nuptiis illis, *Summum ministrum* vocat, quod universo ministerio tricliniari præpositus esset, ut ex Athenæo Pignorius observavit. Legitur *Tricliniarchæ* nomen & in veteribus inscriptionibus, quas Wowerius ad Petronium, Stuckius in convivalibus Antiquitatibus notavit. e. gr. apud Grut. p. 474 n. 4 TRICLINIARCHAM.

¶ Architriclinus, i, idem, ἀρχιτρίκλινος, vet. Interp. Joh. 2 v. 8.

CLINO, are, suaviter submittere, neigen, biegen. vid. Barth. ad Stat. Silv. pag. 75, ex Græco κλίνω, non frequentis usus est. Lucretius lib. 2 v. 243 dixit: *paullum clinare necesse est.*

¶ Clinatus, a, um, gebogen, krumm. Cicero Arat. in Pegaso: *Clinata est ungula*: Et in Aquila: *Clinata est Aquilonis ad auras.*

¶ Clināmen, ĭnis, inclinatio, neigung. Lucret. lib. 2 v. 292, *exiguum clinamen principiorum.*

Composita sunt:

¶ Acclīno, avi, atum, are, zuneigen, sich an einen legen: ut, *seque acclinavit ad illum*, Ovid. 5 Metam. v. 72. *Acclinare se ad caussam senatus*, Liv. 4 c. 48.

¶ Acclinatus, a, um, angelehnt. *Acclinata colla*, Ovid. 10 Met. v. 268. Petronius: *Vnus ex vectoribus acclinatus lateri navis exonerabat stomachum.*

¶ Acclinis, e, adject. acclinans. Ammianus lib. 29 cap. 26, *municipium monti accline*, am berge liegend. Virgil. Æn. lib. 10 v. 834, 835,

corpusque levabat
Arboris acclinis trunco.

¶ 2. *Acclinis falsis animus*, Horat. S. 2, 2, 6, ein gemüth, das sich leichtlich durch falschheit verleiten läst. *Gravius.*

¶ Declīnare, deflectere, ablencken, sich abhalten. Cicero pro Planc. cap. 41 pr. *Vrbem mihi amicissimam declinavi.* Idem Attico 14 epist. 17, *Declinare ab aliquo loco.* Et in Oratore cap. 40, *Declinare a proposito.* Idem Attic. ib. 2 ep. 19, *Declinare contentiones*, hader umgehen und meiden. *A delictis, quæ parva videntur, est diligentiùs declinandum*, Idem 1 Offic. c. 40. *Declinare de via*, irre gehen, idem de Amic. cap. 17. Active & cum quarto casu usus Plautus Aulul. est act. 4 sc. 8 extr. *Nam ego modo declinavi paullum me extra viam.*
Et Virgilius 4 Æneid. v. 185,

dulci declinat lumina somno.

¶ Grammatica notio hujus verbi oppido nota, etiam perantiqua est. Varro lib. 7 de L. L. post principium: *recto casu accepto, in obliquos declinant.* Vide ibi plura. & Gell. 4 cap. 1, *Declinare in extremas literas nomen*

¶ Declinatus, a, um, abgewichen. *Declinata ætas*, i. e. provecta, Quintil. 12 c. ult.

¶ Declīnatio, onis, die vermeidung. *Laboris & periculi declinatio*, Cicero pro Cluentio cap. 53 extr. Opponitur appetitioni, & Græcis ἔκκλισις dicitur. Vide Simplicium in c. 1 Epicteti. Gellius lib. 14 cap. 1, *Consilia quoque hominum ipsa & arbitria & varias voluntates appetitionesque & declinationes, moveri agitarique desuper è cælo putarunt.* ¶ 2. Declinatio etiam κλίμα est, h. e. regio & spatium certum cæli & terræ; vide suprà *Clima.* Columella procemio Operis: *Qui se in hac scientia* [ruris] *perfectum volet profiteri, sit oportet rerum naturæ sagacissimus, declinationum mundi non ignarus, ut exploratum habeat, quid cuique plagæ conveniat, quid repugnet.* ¶ 3. De flexionibus nominum in casus aut alias terminationes occurrit apud Varronem lib. 7 de L. L. sub initium: *Declinatio inducta in sermones utili & necessaria de caussa.* Ibidem in eadem materia invenitur & vox

¶ Declinatus, ûs. *Novis*, inquit Varro, *nominibus adlatis in consuetudinem, sine dubitatione eorum declinatus statim omnis dicit populus.*

¶ Indeclīnābĭlis, e, quod declinari non potest, unvermeidlich. Gellius fatum vocat *sempiternam & indeclinabilem rerum seriem*, lib. 6 c. 2. Et Seneca epist. 66, *virtus animum rectum & indeclinabilem præstat.* Ammianus 25 c. 13, *indeclinabilis judex*, id est, rigidus & inexorabilis.

¶ Indeclinatus, a, um, standhafftig: ut, *Indeclinata amicitia*, id est, constans. Ovid. 4 Trist. eleg. 5 v. 24.

¶ Inclīnare, sich neigen, lencken, geneigt seyn. Justin. lib. 5 cap. 1 extr. *Quo se fortuna, eodem & favor hominum inclinat.* Aliud est apud Cæsarem lib. 1 bell. civil. c. 52, *Magna erat rerum facta commutatio, ac se fortuna inclinaverat*; das glück hat sich gewandt. ¶ 2. Eleganter de animi sententia, ac voluntate dicitur, zu etwas geneigt seyn. Livius lib. 7 cap. 9, *Inclinat animus, ut arbitrer* &c. Idem lib. 29 c. 33 extr. *Hæc animum inclinant, ut credam* &c. Idem lib. 27 cap. 46, *Multorum eo inclinabant sententiæ, ut tempus pugnandi differretur.* ¶ 3. Inclinare etiam obscenum verbum est, quo sensu usus videtur Juvenalis Satyr. 9 v. 26, & Satyr. 10 v. 224. Vide Interpretes.

¶ Inclinatus, a, um, geneigt. *Ver inclinatum in æstatem*, Senec. epist. 67. *Inclinato in postmeridianum tempus die*, Cic. 3 Tusc. cap. 3 extr. *Inclinata fortuna & prope jacens*, Idem 2 epist. 16, das zu grunde gehen will. *Inclinata res est*, Idem ad Lentul. 1 epist. 1, es geht zur neige. *Inclinata re*, Liv. 42 cap. 59, da es nicht zum besten stunde. *Inclinato statu*, Justin. 4 cap. 4. Elegantissime ad militiam transfertur, & *inclinata acies*, est fugam spectans, apud Vellejum lib. 2 c. 52, & Sueton. in Cæs. cap. 62: & *inclinatæ copiæ*, Corn. Nep. Pelopidâ extremo, & Paterc. lib. 2 cap. 55. Comparativus etiam usitatus. Cicero in Arat. *Aries ad flamen Austri inclinatior.* Et Avienus Perieg. v. 1263, *tellus in australem inclinatior axem.* Livius lib. 3 cap. 2, *inclinatioribus ad pacem animis*, & lib. 23 cap. 46, *Plebs ante inclinatior ad Pœnos fuerat.*

¶ Inclinatus, ûs, Subst. inclinatio est. Gellius eo usus lib. 3 cap. 12, *simili inclinatu*, i. e. flexione, derivatione. Sed usitatius est

¶ Inclīnatio, onis, die neigung. *Inclinatio voluntatis*, Cicer. 2 de Orat. cap. 29. *Inclinationes temporum*, veränderungen, Idem 6 ep. 10. *Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt*, Idem Phil. 5 cap. 10. ¶ 2. Item κλίμα, ut, *Sub ea inclinatione cæli*, Gell. lib. 14 cap. 1. Et Vitruvius lib. 6 cap. 1, *inclinationes cæli* dixit, die gegend des himmels.

¶ Inclinamentum, i, idem quod inclinatio aut declinatio. Gellio enim lib. 4 cap. 9 est πτῶσις, sive verborum casus. *Si omnia*, inquit, *ejusmodi* [in OSVS,] *inclinamenta nimium ac præter modum significant, & iccirco in culpas cadunt, ut Vinosus, Mulierosus, Verbosus* &c.

¶ Inclinabilis, e, beweglich. *Dubios & in pravum inclinabiles revocare ad rectum.* Sen. epist.

¶ Inclinis, e, quod inclinatur, quod cedit. Valer. Flaccus lib. 4 v. 307,

sonat omnis vulnere cervix
Inclinis ceditque malis.

Minucius Felix cap. 3 de lusus genere: *testam plano situ dignis comprehensam, inclinem atque humilem, quantum potest, super undas inrotare.* ¶ 2. ἀκλινής, inflexilis, rigidus. Manilius lib. 1 v. 596,

His eadem est via, quæ mundo pariterque rotantur
Inclines.

Inclines sive ἀκλινεῖς ὅτε ἐπινεύουσιν, οὔτε ἀπονεύουσιν.

¶ Proclinare, ut inclinare, sich sencken, beugen. Columella 7 cap. 10, *quam in partem proclinentur.* Ovid. 2 Amor. eleg. 11 v. 39, *proclinare in littora.*

¶ Proclinatus, a, um, hinfällig, das einen hang hat. Vitruv. 2 c. ult. *curvatura montis proclinata ad mare.* Idem lib. 5 cap. 12, *proclinatum latus.* * Et Cæs. ad Cic. 10 ad Attic. post ep. 8, *ne quo progredereris proclinata jam re.* Idem Cæs. B. Gall. 7 cap. 42, *adjuvare rem proclinatam.*

¶ Proclinatio, onis, ut inclinatio, die niederhangung. Vitruvius dicto lib. 5 cap. 12, *Proclinatio ea impleatur arena.*

¶ Rĕclīnare, beugen, legen. Cicer. Arat. in Cepheo: *At Cepheus caput atque humeros palmasque reclinat.* Et Plinius lib. 29 cap. 3, *pili reclinantur.* ¶ 2. Et absolute, ut, *Onus imperii in eum reclinat*, die mühe liegt auf ihm, Seneca ad Marciam cap. 2.

¶ Reclinatus, a, um, angelehnt, niedergelegt. *Solet obrepere somnus in aliquod adminiculum reclinatis*, Seneca epist. 36. *In gramine reclinatus*, Horat. 2 od. 3, 6.

¶ Reclinatorium, i, eine lagerstätt. Vulg. Interp. Cant. 3 v. 10. vide Barthii Advers. 35, 23.

¶ Rĕclīnis, adject. id est, reclinatus. Martial. lib. 9 epigr. 91,

Sic in gramine floreo reclinis,
Qua gemmantibus hinc & inde rivis
Curva calculus excitatur unda.

Tacitus 13 cap. 16 n. 5, *ille ut erat reclinis.*

¶ Re-

¶ Reclinus, a, um, etiam invenitur. Vopiſcus in Firmo cap. 4, *reclinus & reſupinus.* Vide Grut. & Salmaſ.

¶ Triclinium, &c. vide paullo ante *Clinice.*

CLĪNŎPĂLE, es, κλινοπάλη, palæſtra lecti, ein bett-kampff. Suet. de Domitiano c. 22, *Aſſiduitatem, concubitus, vel exercitationis genus, Clinopalen vocabat.*

CLINOPODION, i, κλινοπόδιον, herba, pulegium montanum, ſecundum Ruell. origanum longum, werbeltoſten. Vid. Dioſcorid. lib. 3 cap. 90. Plin. lib. 24 cap. 15.

CLĪO, Cliûs. Ovid. 1 de arte v. 27,

Non mihi ſunt viſæ Clio Cliûsque ſorores:

una eſt ex Muſis, ſic appellata à κλέος, gloria, quam litterarum cognitio & eruditio parit, mater fuit Hymenæi.

CLITARCHVS, i, hiſtoricus, qui ſcripſit res geſtas Alexandri Magni, cujus in expeditionibus comes fuit. Quint. lib. 10 c. 1, *Clitarchi probatur ingenium, fides infamatur.* Adde Curt. lib. 9 c. 5 n. 21.

CLĪTELLAE, arum, plural. ſaum-ſattel, ſellæ ſunt & ſarcinæ, quæ aſinis aut mulis imponuntur; *Muli Capuæ clitellas ponunt*, Horat. lib. 1 ſat. 5 v. 47. *Bovi clitellas imponere*, proverbialiter ſignificat, provinciam ei imponere, cui ea non conveniat, ſicut bovi non conveniunt clitellæ. Vſus eſt Cic. ad Att. lib. 5 ep. 15, & Ammianus lib. 16 c. 7, *vetus proverbium* vòcat. ¶ 2. Loca acclivia ſic dicuntur, perinde ut κανθήλια Græcis, teſte Scaligero. Κλιτὸς enim acclivitas eſt, unde Latinis Clitellæ. Peculiariter Feſto ſunt loca Romæ devexa, & in via Flaminia. ¶ 3. Eſt & genus tormenti, eodem Feſto auctore.

¶ Clītellarius, i, laſtträger: ut, *aſinus, mulus clitellarius*, ein ſaum-roß, apud Caton. c. 10, & Cic. Top. cap. 8. Figurate Plaut. in Moſtell. act. 3 ſc. 2 v. 94, *Ego homines habeo clitellarios, magni ſunt oneris, quicquid imponas, vehunt.*

CLĪTŎRIS, is, ſive clitorium, i, κλιτόριον, Arcadiæ civitas, juxta quam lacus ſeu fons *Clitorius* appellatus aquam fundit, quæ pota abſtemios facit. Vide locum in 15 Metam. Ovidii, qui incipit à v. 322,

Clitorio quicunque ſitim de fonte levârit, &c.

ac Plin. lib. 32 cap. 2.

CLĪTVMNVS, i, fluvius in Mevania, quæ Vmbriæ pars eſt, cujus aqua à pecudibus potata albos fœtus creat. Virgil. 2 Georg. v. 146,

Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus
Victima, &c.

Et Silius lib. 4 v. 547, *patulis Clitumnus in arvis*
Candentes gelido perfundit flumina tauros.

Plin. lib. 2 cap. 103. Plin. Jun. lib. 8 ep. 8 eleganter deſcribit. *Clitumni* cognomine Jovem ipſum conſecratum in Vmbria, ex Vibio Sequeſtro de fluminibus, Turnebus obſervat lib. 29 Adverſ. c. 26. ¶ Eſt & *Clitumnus* adjectivum. Statius lib. 1 Silv. 4 v. 129,

Aut præſtent niveos Clitumna novalia tauros.

CLĪVVS, i, idem eſt in colle, quod in monte jugum, Valla auctore lib. 4 c. 43, der hügel, das ſtickele den hügel herab. Sic *Clivus Capitolinus*, Cic. ad Attic. lib. 2 ep. 1, de quo Ovidius Faſtor. 1 v. 264,

Arduus in valles & fora clivus erat.

Metaphorice Silius Italicus lib. 4 v. 605,

Explorant adverſa viros, perque ardua duro
Nititur ad laudem virtus interrita clivo.

Neutro genere dixit Cato apud Nonium cap. 3 n. 28, *loca ardua & cliva depreſſa.*

¶ Clīvŭlus, i, dimin. ein hügelein. Apul. lib. 4 Mileſ. poſt princ. *Clementi denique transmiſſo clivulo, pervenimus ad locum deſtinatum.*

¶ Clīvōſus, a, um, bergicht, ſtickel, hügelicht: *Clivoſus trames*, Virgil. 1 Georg. v. 108, & *rus clivoſum*, ibid. lib. 2 v. 212.

¶ Clivius, a, um, aliud adject. ut, *Clivia auſpicia, quæ aliquid fieri prohibent. Omnia enim difficilia Clivia vocabant*, a clivis, locis arduis, Feſtus. Hinc &

¶ Clivina, æ, avis ab antiquis nominata, quæ & clamatoria dicta & prohibitoria. vid. Plin. 10 c. 14. Compoſita:

¶ Acclivis, e, & acclivus, a, um, ſtickel, bergan. Virgil. 2 Georg. v. 276, *ſolum acclive.* Cæſ. B. Gall. lib. 2 c. 29, *acclivis aditus.* Ovid. 2 Metam. v. 19, *acclivo limite.*

¶ Acclivitas, atis, die auffſteigende höhe. Cæſar B. Gall. 2 cap. 18, *ab eo flumine pari acclivitate collis naſcebatur.* Columella lib. 2 cap. 4, *Hac ratione difficultas acclivitatis infringitur.*

¶ Declivis, e, berg-unter, abhängig, abſchüßig. Cæſar 2 B. Gall. cap. 18, *Collis ab ſummo æqualiter declivis ad flumen vergebat.* Lucanus lib. 2 v. 421, *declivia montis.* Plin. 8 epiſt. 18, *ætate declivis*, id eſt, ſenex.

¶ Declivitas, ātis, die abhängige lage. Cæſar 7 Gall. 85, *Exiguum loci ad declivitatem faſtigium magnum habet momentum.*

¶ Proclīvis, e, pronus, inclinatus, geneigt. Terent. Andr. act. 1 ſc. 1 v. 50, *Ingenium eſt omnium a labore proclive ad libidinem*, zur faulheit und müßiggang mehr geneigt, als zur arbeit. *Alii ad alios morbos procliviores ſunt*, Cic. Tuſc. 4 cap. 37. *Proclivior uſus in pejora datur*, Claudian. 4 conſul. Hon. v. 261. ¶ 2. *Proclive*, & *in proclivi eſſe*, id eſt, in promptu, facile. Terent. And. 4 ſc. 2 v. 18, *Id faciam, in proclivi quod eſt*, das bald zu thun iſt. Cicer. Offic. 2 cap. 20, *dictu eſt proclive.*

¶ Proclivus, a, um, idem. Lucretius lib. 6 v. 728, *proclivus - - impetus undis.* Et Seneca de Morte Claud. p. 858, *omnia procliva ſunt, facile deſcenditur.* Et epiſt. 86, *Junius menſis eſt, jam proclivus in Julium.* Conf. Plaut. Mil. 4, 2, 27.

¶ Procliviter, adverb. leichtlich. Gellius lib. 1 cap. 6, *facile & procliviter perſuaſit.* Comp. *Proclivius peccare*, Idem 12 c. 11. *Proclivius currit oratio*, Cicer. 5 de Fin. c. 28. *Res proclivius ad perniciem labitur*, Idem de Amic. cap. 12.

¶ Proclivitas, ātis, die zuneigung. Vt, *proclivitas ad morbos, ad ægrotandum*, utrumque Ciceronis 4 Tuſcul. cap. 12. Proprie de leni montium decurſu. Hirtius Bello Afr. cap. 37, *Inde parvulam proclivitatem digreſſus, ſiniſtra parte campi propter mare legiones ducit.*

¶ Proclivium, i, der abſchuß. Frontin. 2 Strat. 2, 2, *adjuvante proclivio*, ſcil. editi loci. Claudian. 1 de laud. Stil. v. 23, *laſſant proclivia currus.*

¶ Reclivis, e, abhängig. Palladius lib. 1 cap. 6, *campo ad ſolem reclivi.* Et lib. 7 ſive Junio cap. 2, *tabulæ reclives.*

CLOĀCA, æ, à colluendo dicta Feſto, eine ſchlippe, heimlich gemach. Horat. 2 ſat. 3 v. 242,

Illud idem in rapidum flumen jaceretve cloacam.

De Cloacis publicis Romæ, quas Tarquinius Priſcus extruxit, admirabili & vere maximo opere, lege Plinium lib. 36 cap. 15, itemque Caſſiodorum lib. 3 epiſt. 30, & lib. 8 epiſt. 29, & quæ ad ea loca Lipſius diſſerit lib. 3 de Magnitudine Romana c. 13. *Cloacam* fœtidum anus ventrem vocat Plautus Curc. 1, 2 v. 29. *Arcem facere ex cloaca*, Prov. Cui ſimile eſt: *Lapidem è ſepulcro venerari pro Deo*; de iis, qui rem haud ita magnam magni faciunt, in oculis ferunt, ac mirantur. Vtroque Cicero uſus eſt Orat. pro Plancio cap. 40 pr.

¶ Cloacula, æ, diminut. Lamprid. in Heliogab. c. 17.

¶ Cloaco, are, inquinare.

¶ Cloacalis, e; ut, *Cloacale flumen*, id eſt, colluvies cloacarum, quod ex Catone Feſtus citat. Sidonius de flagitioſo lib. 3 ep. 13, *Fœculentiæ par cloacali: quæ quo plus commota, plus fœtida eſt.*

¶ Cloacarium, i, das fege-geld. Vlpian. Lege 27 § 3 Dig. de uſufr. & quemadm. *Si quid cloacarii nomine debeatur.* Subauditur *tributum.* Erant etiam inſtar pœnæ *cloacarum purgationes*, auctore Trajano ad Plin. lib. 10 epiſt. 41 extrema.

¶ Cloacina, æ, Dea apud Romanos, cujus ſimulacrum in cloaca maximâ repertum Tatius conſecravit, & quia, cujus eſſet effigies, ignorabat, ex loco illi nomen impoſuit. Lactant. lib. 1 cap. 20 n. 11, & Tertull. de Pallio c. 4, ac ibi Salmaſ. Turneb. Adv. 7 c. 20. Aliis eſt *Cluacina*: vide in *Clueo.*

Clodius, vide ſupra in *Claudius.*

CLOELIA, æ, virgo Romana, data obſes Porſenæ Hetruſcorum Regi. Vide hiſtoriam apud Livium lib. 2 c. 9, Silium lib. 10 v. 493. Meminit ejus Virgilius in fine lib. 8 Æneid.

CLOPPVS, i, lahm. Gloſſ. lat. gr. *Cloppus*, χωλός.

CLŌSMVS, i, κλωσμὸς, ſonus qui eliditur linguâ adpreſsâ palato, quo equi generoſi excitantur ad curſum, das ſchmatzen mit dem munde oder pfeiffen. Sed is ſonus poppyſmus verius eſt, quo equis nondum domitis blandimur cum attrectatione blandâ, ποππυσμὸς, de quo infra.

CLOSTRVM, i, clauſtrum, contignatio trabium, geſchloſſen holenwerck, Seneca 7 de Benefic. c. 21. ¶ 2. Septum transverſum ex compactibilibus poſtibus conſtans, ad arcendum frangendumque fluvii impetum, ein währ, Budæus. Vide ſupra in *Claudo.*

Clotho, vide *Parcæ.*

Cludo, ere, vide *Claudo.*

CLV̄DO, vel Cluden, ĭnis, gladiolus hiſtrionis, ein tantz-ſchwerdt. Apulejus Apolog. p. 324, *ſine cludine ſaltas.* Alii aliter legunt. Vide Lipſium Elect. lib. 1 c. 28.

CLVENTIVS, i, ex municipio Latino fuit, accuſatus à matre Soſſia, quod Oppianicum vitricum interfeciſſet, defenſus a Cicerone eſt Oratione longe optima, quam vide.

CLVEO, ēre, & Cluo, ĕre, a græco κλύειν, quod eſt audire, vel eſſe, dici, berühmt ſeyn, genennet werden. Plauto familiare eſt, pro perhiberi; ut, *Ita ſis, ut nomen cluet*, in Trinum. a. 2 ſc. 4 v. 95, ſey alſo, wie der name lautet. Auſon. Burdigalenſ. Profeſſ. epigr. 22 extr.

ſed quos meruiſſe deceret
Nanciſci, ut cluerent patribus ingenuis.

¶ 2. Eſt cluere, purgare. Plinius lib. 15 c. 29, *Cluere antiqui purgare dicebant.* Eoque refert *ſigna Veneris Cluacinæ.* Nam

¶ Cluacina, æ, Dea eſt purgatrix & expiatrix. Alii *Cloacina* ſcribunt, ut in nummo antiquo gentis Muſſidiæ eſt apud Patinum p. 182, quod nomen a *Cloaca* ducit Lactantius lib. 1 cap. 20. Sunt, qui Cluere *pugnare* exponunt, decepti prava lectione Plinii c. l. cui Schedius etiam de Dîs Germ. cap. 9 non nihil tribuit, ut Cluacina ſit *Venus Armata*, de quo eod. cap. Lactantius agit. Verum meliores libri omnes *purgare* ferunt, non *pugnare*, ut cluere ſit quaſi *colluere*, ſecundum Harduinum: & Salmaſius in Tertull. Pall. p. 330, ipſum *cloaca* a *clueo*, hoc eſt, *purgo*, ducit, ut quaſi *Cluaca* ſit, & Cloacina ac Cluacina eadem. Vide ſupra in *Cloaca.*

¶ Inclutus, vel Inclytus, a, um, κλυτὸς, celebris, inſignis, berühmt, hochgeacht. Seneca Herc. Oet. v. 1984, *Nunquam Stygiis mergitur undis inclyta virtus.* Et, *Inclyta juſtitia religioque*, Livius lib. 1 c. 18. *Inclytus eſt apud mulieres*, Plaut. Milite a. 4 ſc. 6 v. 12.

¶ Præclueo, ere, valde cluere. Terentianus Maurus de Metro Jambico: *Vel qui in vetuſta præcluent comœdia.*

Prudentius hymno poſt cibum v. 37,

Sic olim tua præcluens poteſtas.

CLV̄NIS, is, plur. clunes, nates dicuntur: dubium genus eſt. Græce πυγή, das hintertheil am leibe, arſchbacken. A χλούνης vel χλούνιος, aprugnus, cujus vicem clunes ſupplent: vel à κλόνος, motus arrogans, qui in clunibus reſidet. Arnob. lib. 7, *Clunibus fluctuare criſpatis.* Horatius lib. 1 ſat. 2 v. 89, *pulchræ clunes.* Juvenalis ſatyr. 11 v. 164,

Tremulo deſcendunt clune puellæ.

Vide Soſipatrum lib. 1, & Nonium cap. 3 n. 43.

¶ Cluniculus, i, dimin. Vſus Favorinus apud Gellium lib. 15 cap. 8 verba ſunt, *cluniculis avium ſaturum fieri.*

¶ Clunaclum, i, culter ſanguinarius, vel quia clunes hoſtiarum dividit; vel quia ad clunes dependet, ein ſchlacht-meſſer: Feſtus.

¶ Clunus, a, um, (quaſi clunatus,) ut, *clunæ ſimiæ*, quas a clunibus tritis ſic dictas exiſtimat Feſtus.

¶ Clunarius, a, um: ut, *lanx clunaria*, in Petronii fragm. p. 31. vide Schefferi not. p. 134.

¶ Clunifer, a, um: ut, *dorſifera & clunifera mula*, in Epitaphio mulæ P. Craſſi. vid. Ferretii Muſ. lapid. p. 344.

Cluo, idem quod *Clueo*, quod vide.

CLV̄PEA, æ, piſciculus Thynnum infeſtans & exanimans Plin. lib. 9 cap. 15. *Clupea* harengis diſſimiles non ſunt, vocant & *Thryſſas.* Geſner. Conf. Ennius in Apul. Apol. ¶ 2. *Clupea* Africæ oppidum cum portu, inter Carthaginem & Adrumetum, notum ex Punicis Romanorum

norum bellis. Vide Livium lib. 27 c. 29, &c. Polybio lib. 1 cap. 29, & alibi, Græce vocatur ἀσπὶς, hoc eſt, *clypeus*, unde etiam *Clypea* ab nonnullis ſcribitur.

CLVRA ſeu Cluria, æ, ſimia, ein aff. Gloſſ. Vet. *Clura*, πίθηκος. Et, *Cluria*, κερκοπίθηκος.

¶ Clurīnus, a, um, quod de ſimia eſt, vel ſimile ſimiæ. Plautus Truc. a. 2 ſc. 2 v. 14, *tu vero clurinum pecus*, affen-geſicht. Et Arnobius lib. 3 p. 110, *clurino cum pecore*.

Clutaris, Cluſilis, Cluſius, &c. vide *Claudo*.

CLVSIVM, i, Etruriæ oppidum. Hinc

¶ Cluſīnus, a, um: ut, *Cluſinum far*, eſt genus adoris ſive farris candidius. Colum. 2 c. 6, *Cluſini fontes*, Horat. 1 epiſt. 15 v. 9.

CLỸMĔNE, es, κλυμένη, Oceani & Tethyos filia, Heſiodo in Theogon. Virgil. 4 Georg. v. 345,

Inter quas Clymene curam narrabat inanem.

¶ 2. Ovidio Phaëthontis mater etiam *Clymene* eſt ſub finem 1 Metamorph. ¶ 3. Miniſtra denique Helenæ *Clymene* quoque eſt Homero lib. 3 Iliad.

¶ Clymĕneides ſorores Phaëthontis. Ovid. ad Liviam v. 111,

Sic flevit Clymene, ſic & Clymeneides altæ.

¶ Clymeneius, a, um; ut, *proles Clymeneia*, Phaëthon, l. 2 Metam. v. 19.

CLỸPEVS, & um, i, ein ſchild. De Neutra forma infra ſub finem hujus vocabuli. Dictus Clypeus vel à κλέπτειν, quod abſcondat vel celet corpus, juxta Servium, vel potius à γλύφειν vel γλύπτειν, hoc eſt, *ſculpendo*. Plin lib. 35 cap. 3, *Scutis, qualibus apud Trojam pugnatum eſt, continebantur imagines, unde & nomen habuere clypeorum, non ut perverſè Grammaticorum ſubtilitas voluit, à cluendo.* Vid. P. Crinitus de H. D. lib. 16 cap. 3, & Barth. ad lib. 2 Thebaid. Statii pag. 643. *Objicere clypeos ad tela*, verſetzen, Virg. 2 Æneid. v. 444. *Ictus clypeo excipere*, Ovid. 12 Met. v. 375. ¶ Inde & *Clypei* imagines in modum clypeorum factæ, appellabantur, runde bruſtbilder. Quamquam hic Grammatici diſcrimen ſtatuunt, cum ex declinandi, tum ex ſcribendi ratione. Nam cum ἀσπίδα ſignificat, & de armis dicitur, tum in Maſculino, & quidem per *y* aut I Latinum ſcribendum dicunt: cùm imaginem deſignat, in Neutro non *clypeum* aut *clipeum*, ſed *clupeum* dicendum à *Clueo* ſcilicet: ut ex Frontone & Capro, itemque Chariſio cognoſcimus. Sed audiendæ non ſunt hæ triſtes eorum ineptiæ, & taxat Plinius quoque lib. 35 cap. 3. Quin ipſe Chariſius contraria exempla iſti eorum obſervationi ex Aſinio, Livio, Pomponio adducit. De clypeis iſtis ac imaginibus vide Lipſium in 2 Annal. Taciti, itemque Caſaubonum in Neronem Suetonii cap. 16, itemque Salmaſium in Trebellii Pollionis Claudium, qui obſervat, Græcos hoc genus imaginum, & δίσκυς à forma ſcilicet appellâſſe: quæ rotunda initio, ut diſci, poſtea ad ovatam figuram traducta fuit. Vide Manutium Quæſitis per Epiſt. lib. 2. epiſt. 6, & J. Lipſium lib. 3 de Romanâ Militiâ Dial. 2. ¶ Abjicere clypeum in pugna & fugere, multo turpiſſimum & pœna dignum habebatur, ut Plutarchus Pelopidâ p. 278 teſtatur. Hinc Spartanæ mulieres in militiam dimiſſuræ filios tradito clypeo, ſolebant dicere: ἢ σὺν τύτῳ, ἢ ἐπὶ τύτυ, *Aut cum hoc, aut ſuper hoc.* Sic Chabrias perire maluit, quàm armis abjectis ſibi conſulere: de quo Nepos ejus vitâ refert ipſo fine. Vbi nonnulla in iſtam rem viri docti annotârunt. Porro, qui dedituri ſe hoſtibus erant, clypeo caput ſubjicere ſolebant: de quo infra in *Dedo*. ¶ Elegans tranſlatio eſt, cum vocabulum *Clypei* ad quodvis præſidium tutelamque noſtram transfertur, qua figura & David Rex in Pſalmis ſuis aliquando eſt uſus. Claudianus Panegyrico de 4 Conſul. Hon. v. 432,

Subnixus Stilicone tuo: quem fratribus ipſè
Diſcedens clypeum defenſoremque dediſti;

Et rurſus de eod. Stilicone 1 in Ruffin. v. 264,

his ſola pericli
Turris erat clypeusque trucem porrectus in hoſtem.

Phocas Grammaticus in vita Virgilii: *obvius ibat*
Fretus amicorum clypeo.

Scutum oblongum eſt, Clypeus rotundior: Vmbo in medio clypei pars elevatior. ¶ *Clypea inaurata*, Liv. 35, 10 extr. & 41 extr. *Clypea argentea*, idem 34, 52. Et 40, 51, *ſigna amovit, clypeaque de columnis, & ſigna militaria affixa omnis generis, demſit.* Et in hac forma ſingulariter Vitruvius lib. 5 cap. 10, *clypeum æneum catenis pendeat.* Trebell. Pollio in Claudio cap. 3, *Illi clypeus aureus, vel ut Grammatici loquuntur, clypeum aureum ſenatus totius judicio in Romana Curia collocatum eſt.*

¶ Clypeo, are, clypeo ſe protegere. Verbum Pacuvianum eſt. Sic enim in Hermione: *Chlamyde contortâ aſtu clypeat brachium.*

¶ Clypeatus, a, um, clypeo munitus, der ein ſchild trägt. Curtius 7 c. 9 n. 2, *in proris clypeatos locaverat.* Et n. 9 ejusd. c. *acies clypeata.* Claud. 4 Conſ. Honorii v. 522,

Quis decor, incedis quoties clypeatus.

Virg. 7 Æn. v. 793, *clypeataque totis*
Agmina denſantur campis.

CLYSTER, clyſtēris, maſcul. κλυστὴρ, medicamentum inferiorem purgans ventrem, ein clyſtier. *Purgare clyſtere & vomitu*, Sueton. in Nerone cap. 20, ſich unten und oben purgiren. Conf. Plin. 25 cap. 5. Dictus videtur *Clyſter* à κλύζειν, *abluere*. Clyſterum rationem ab avi, quæ *Ibis* vocatur, monſtratam, quæ aduncitate roſtri per eam partem ſe proluit, quâ reddi ciborum onera maxime ſalubre eſt, Plinius ſignificat lib. 8 cap. 27, itemque Plutarch. de Iſide & Oſiride.

¶ Clyſterio, are, ein clyſtier ſetzen. Veget. 1 cap. 42, *Clyſteriabis ex aqua calida & oleo.*

CLYTAEMNESTRA, æ, Κλυταιμνήστρα, uxor fuit Agamemnonis & Oreſtæ mater, quæ, cum Agamemnonem ab adultero interfici curâſſet, interfecta & ipſa à filio eſt Oreſte. Ovid. 1 Amor. eleg. 7 v. 9,

Et vindex in matre patris malus ultor Oreſtes.

Quadrantariam Clytæmneſtram, apud Quintil. lib. 8 cap. 6, Cœlius vocat Clodiam, P. Clodii ſororem, quam Catullus Lesbiam dixit. Cur vero Cœlius *quadrantariam*, cur item *Clytæmneſtram*, docte & eleganter declarat P. Victorius in append. Caſtigat. Ciceron. Superſ. 2

Epiſt. libri ad Metellum: ex parte etiam Nicolaus Loënſis lib. 9 Epiphyllidum cap. 21, Voſſ. lib. 4 Inſt. Orat. p. 209, 210.

CLỸTIVS, i, Homero Laomedontis filius, & frater Priami eſt lib. 20 Iliad. Virgilio Juvenis a *Cydone* adamatus lib. 10 Æn. v. 325,

Dum ſequeris Clytium infèlix, nova gaudia, Cydon.

CNĒCION, i, τὸ κνήκιον, majoran, herba, Dioſcorid.

CNEŌRON, i, κνέωρον, frutex coronarius, Plinio 21 c. 9.

CNĔPHŌSVS, a, um, tenebricoſus antiquis dicitur, dunckel. Græcis enim κνέφος eſt *Caligo*. Feſtus.

CNĒVS, i, prænomen Romanorum multorum, in quo *c* litteram, ut *g* proferebant antiqui, Priſc. teſte, vide in C. litterâ.

CNĪCVS, i, Κνίκος, wilder ſaffran, vulgo vocant *cartanum* & *crocum Saracenicum*, Galli, ſaffran baſtard; *Sativum* eſt & *agreſte*. Matthiol.

CNIDIVM, i, granum, thymeleæ gramen, vel ſemen dicitur, piper montanum vulgo in agris Ananienſibus, eine art zilandskörner, kellerhalß. Matth. Scribunt *cnidium* & *gnidium*: quidam & *coccognidum* dicunt & *Mezereon*.

CNIDVS & Gnidus, i, Cariæ urbs, dicata Veneri, de qua Strabo lib. 19. Hic illud ſignum Veneris fuit, quod, ſi Athenæo credimus, ad exemplar Phrynes ſibi unicè dilectæ, Praxiteles fecit, pulcherrimum & abſolutiſſimum opus: quod ut viderent, multi navigaverant Gnidum, ut Plinius auctor eſt: quod lib. 36 cap. 10 vide: itemque Lucianum Dialogo, qui ἔρωτες inſcribitur. Horat. lib. 1 Carm. od. 30 v. 1,

O Venus regina Cnidi Paphique. Conf. 3 od. 28 v. 13.

¶ Cnidius, a, um, ut, *Venus Cnidia*. *Cnidius ſenex*, apud Avienum Arateis v. 53 Eudoxus eſt. *Cnidia arundo*, id eſt, calamus ſcriptorius, è quibus Cnidii cæteris præſtabant, apud Auſon. epiſt. 4 & 7 ad Theonem. Vid. Voſſ. lib. 4 Inſtit. Orat. p. 207, 208.

CNISSA, æ, κνίσσα, nidor, geruch vom braten. Gloſſ. Vet. Κνίσσα, *Nidor*. Arnobius lib. 7 p. 212, *Niſi forte hoſtiarum Deus animas devorat, aut ex aris ardentibus nidorem conſectatur & fumos, paſciturque de cniſſis, quas evomunt ardentia viſcera.*

CNŌDAX, ăcis, κνώδαξ, fibula eſt ferrea. *Ferrei Cnodaces*, apud Vitruvium 10 c. 6, ſunt ferramenta torni. vide Baldi Lex. Vitr. p. 27.

CŌA, æ, ſive etiam Coa, orum, neutrum, ſubtiliſſimi veſtimenti genus ex bombyce, atque adeo tenuis, ut corpus pelluceret, ſubtile leinwad. Horat. lib. 1 ſatyr. 2 v. 101,

Altera nil obſtat, Cois tibi pene videre eſt
Vt nudam.

Ovidius lib. 2 de A. A. v. 297,

Sive erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus:
Sive erit in Cois, Coa decere puta.

Sic dicuntur a *Co* inſula. Alii *Cæos* vocant, ab inſula *Cea*. Vide ſupra. ¶ 2. Aliis *Coa* menſuræ genus eſt. Atque hoc ſenſu uſurpari in illo de Clodia, P. Clodii ſorore, gripho apud Quintil. lib. 8 cap. 6 volunt: qui ſic habet: *In triclinio coa, in cubiculo nola.* Illud, *in triclinio coa*, innuit bibacem, & coam (menſuræ id genus) uno ſpiritu exſiccantem. Ita Cœlius Rhodiginus lib. 29 c. 1. *In cubiculo nola*, ſignificat in cubiculo, ubi ſilentii uſus, garrulam, ac ſonoram inſtar tintinnabuli. Idem Rhodigin. lib. 19 c. 11. Sed jure hæc Cœliana griphi interpretatio doctis improbatur, quemadmodum & illa, quam Lilius Gyraldus affert libro de ænigmatis. Melius ejus mentem perſpexit Robortellus libro de nominibus veterum Romanorum, & Brodæus lib. 3 Miſcell. c. 24. At examuſſim optimè ſcirpum exſolvunt Andr. Alciatus lib. 2 Παρέργ. c. 12, & Janus Douza epigr. 11 lib. 4 Salinarum. Qui recte viderunt, alludi ad *nolendi* & *coëundi* voces: ut *nola* ſit, quæ συνουσιάζειν nolit; *coa*, quæ non abnuat coire. Voſſ. l. 4 Inſt. Orat. p. 210.

Coacervatio, coacervatim, coacervo, Coaceſco, Coacte, coacticius, coactile, coactio, coactura, Coæqualis, coæquo, coæqus, Coætaneus, coæternus, coævus, vide *acervus*, *aceo*, *cogo* in *ago*, *æquus*, *ætas*, *æternus*, *ævum*.

COAGMENTO, avi, atum, āre, ſecundum Nonium c. 1 n. 202 eſt a *Cogo* ſeu *Coago*. *Coagmenta*, inquit, *dictæ ſunt conjunctiones arctæ & compares, a cogendo, id eſt, ſtringendo, unde & Coagulum dicitur*: zuſammen fügen, conjungere. Cicer. de Senect. c. 20, *Opus ipſa ſuum eadem, quæ coagmentavit natura, diſſolvit.* Idem in Oratore cap. 23, *Verba verbis quaſi coagmentare.*

¶ Coagmentatus, a, um, compactus, compoſitus, aneinander geſetzt. Cic. 1 Tuſc. c. 29, *Nihil animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex.* Idem 3 de Orat. c. 43, *Neve aſper verborum concurſus, neve hiulcus ſit, ſed quodammodo coagmentatus & lævis.* Curt. 4, 7, 23, *Habitus gemmis coagmentatus.*

¶ Coagmentatio, ōnis, die zuſammenfügung. Cicero de N. Deorum lib. 2 cap. 46 extr. *Copulatio rerum, & quaſi conſentiens ad mundi incolumitatem, coagmentatio naturæ.* Et lib. 1 cap. 7, *coagmentatio non diſſolubilis.*

¶ Coagmentum, i, idem, apud Plaut. Moſtell. a. 3 ſc. 2 v. 142, *Coagmenta in foribus.* Et Vitruvius lib. 7 cap. 1, *coagmentorum compoſitio.* Ammianus lib. 20 cap. 14, *acumen arietis* [machinæ] *coagmenta fodiens lapidum recens ſtructorum*, die fuge, zuſammenfaſſung. Quod Gellius lib. 17 cap. 9 pr. eleganter ad litterarum compoſitionem transfert. *Litteræ*, inquit, *ſingulariæ, ſine coagmentis ſyllabarum.*

¶ Coagmentarius, i, ein zuſammentreiber. Gloſſ. gr. lat. ἁρμολόγος.

COĀGV̄LVM, i, quod itidem a *Cogo* ſive *Coago* eſt Nonio, ut in *Coagmentare* jam oſtenſum fuit; eſt ventriculus vituli, quo utimur ad lac denſandum, käſelab. Plin. 28 c. 10. [Vide & in *Ago*.] ¶ Tralate, ein band, verbindung. P. Syrus in Mimis: *Amicitiæ coagulum unicum eſt fides.* Ita Varro apud Nonium cap. 1 n. 115 vinum *coagulum conviviorum* dixit. Gellius 12 cap. 1, *Coagulum animi atque amoris.* Ammian. 29 c. 2, *Palladius ille coagulum omnium ærumnarum.*

¶ Coāgulo, are, conſtringere, laben. Plin. 12 cap. 25 de probatione balſami: *Summa probatio eſt, ut lac coagulet.*

¶ Coagulatus, a, um, zuſammen geronnen: ut, *Lac coagulatum*, geronnene milch. *Coagulata pix*, Plin. lib. 16 c. 11.

¶ Coagulatio, ōnis, die zuſammenrinnung. Plin. 28 cap. 10, *prima lactis coagulatio.*

Coaleſco.

Coalesco, coaleo, coalitus, Coangusto, āre, Coaptio, coapto, Coarcte, coarcto, coarctus, Coareo, coaresco, Coarguo, Coassatio, coasso, coasto, & coaxo, vide *alesco* sub *alo*, *angustus*, *aptus*, *arceo*, *areo*, *arguo*, *asser*, *assis*.

COAXO, āre, ranarum est, quacken wie die frösche. ¶ At pro *Coassare* (nam etiam Coaxare & Coaxatio scribitur) vide supra in *Asser*.

COBIO, ōnis, piscis ex Chombrorum genere, Plin. 32 cap. 5. Sed

¶ Cobion, ii, est tithymali species, Plin. 26 cap. 8.

COCCUM, i, sive Coccus, i, κόκκος, coccum infectorium, granum tinctorium. Vid. Plin. 9 cap. 41, ubi in maxima laude esse dicit, quod in Galatia, & circa Emeritam Lusitaniæ invenitur. *Rubro cocco tincta vestis*, Horat. 2 sat. 6 v. 102. *Coccos baphica*, κόκκος βαφικὴ Dioscoridi, scharlach-beer, ex frutice fullonio. Vide omnino Salmasii Exerc. Plinian. p. 192 seqq. ¶ Coccos, id est, pannus Coccineus, scharlach, Plin. lib. 9 c. 38.

¶ Coccĭneus, & Cocceus, a, um, scharlach-farbig: ut, *Coccineæ lacernæ*, Martial. 14 epigr. 131 Tit. *Coccea indumenta*, scharlachene kleider, Lamprid. Alex. cap. 42.

¶ Coccĭnus, a, um, *vestis coccina*, h. e. cocco infecta, scharlach-roth. Martial. lib. 4 epigr. 28.

¶ Coccĭnum, i, substantivum: *vestis coccina*, ein scharlach-kleid, Idem 14 epigramm. 131.

¶ Coccinatus, a, um, apud Martialem lib. 1 epigr. 97, *Qui coccinatos non putat viros esse*, in scharlach gekleidet. Suet. Domit. cap. 4, *puerulus coccinatus*.

COCCYX, ȳgis, masc. κόκκυξ, cuculus avis, kuckuck. De eo Plinius lib. 10 cap. 9.

CŎCHLEA, æ, κοχλία, testa limacis, & *limax* ipse, ein schnecken-hauß, und schnecke. Horat. 2 sat. 4 v. 59, *Potor cochleâ*. Varr. R.R. lib. 3 c. 14, *Cochleæ vita*, κοχλίου βίος, de illis dicitur, qui parce parvoque vivunt. *Cochleam tarditudine vincere*, Plaut. dixit in Pœnulo act. 1 sc. 1 v. 29. Antiquis in precio erant, hodieque quibusdam in deliciis; terrestres stomacho utiles, illarumque sanguis oculorum suffusioni medetur, ut scribit Plinius lib. 32 cap. 2. ¶ 2. Est & *cochlea* lignum in torculari spirulatim erectum, die schrauben oder spindel an der presse, Vitruv. lib. 6 cap. 9. ¶ 3. Item, structura tortilis in ædificiis, cujus scalæ *Cochlides* (quo nomine apud Plin. lib. ult. cap. 12 & genus gemmarum venit) dicuntur, ipsa scalarum rotunditas *Cochlidium*, eine wendel-treppe, schnecke. ¶ 4. Item machina, qua in hauriendis aquis utimur, ein wasser-rad, wasser-pompe, Vitruv. lib. 10 cap. 11.

¶ Cochlearium, i, locus, in quo cochleæ aluntur, apud Varronem de R. R. lib. 3 cap. 14, schnecken-korb. ¶ 2. Est & cochlearium mensura Medicorum in liquidis omnium minima, quæ habet dimidiam drachmam; i. e. scrupulum & obulum, ut Excerpta Veterum describunt. Vocatur & *Cochlear*. Plinio *mensura cochlearis* dicitur 21 cap. 27, & absolute lib. 26 cap. 8, ein loffel voll.

¶ Cochlear, vel

¶ Cochleāre, is, löffel. Martial. 14 epigr. 121,

Sum cochleis habilis, sed nec minus utilis ovis:
Numquid scis potius cur cochleare vocer?

Vnde apparet, a cochlea cochleari nomen esse. Altera forma *Cochlear* Columellæ est lib. 12 cap. 21, ubi *cochlear cumulatum* dixit, einen gehäufften loffel voll. ¶ 2. * Cochlear est etiam patina, in qua cochleæ apponuntur, postea ad alios quoque cibos transfertur. vide Salm. ad Treb. Pollion. l. 130 edit. Paris. *Gravius*.

¶ Cochleāris, e, adjectivum: ut, *cochleari mensurâ*, Plin. lib. 21 cap. 27 ein löffel voll, ut jam dictum est.

¶ Cochleāria, æ, löffel-kraut. Ita in officinis vocatur.

¶ Cochleatim, adverb. schnecken-weiß. Sidon. 4 epist. 15, *Agger cochleatim fractus*.

COCIO, ōnis, ein taudler. Plaut. Asin. a. 1 sc. 3 v. 51, *Vetus est, nihili cocio est*. (Conf. Mil. 3, 2 v. 29.) qui locus vexatus valde & varie expositus ab interpretibus est, quos allegat Taubmannus. Festus auctor est, *cociones* dici à cunctatione: quod in emendis vendendisque mercibus tarde perveniant ad justi pretii finem. Gloss. Vet. μεταπράτης, *Cocio*. Vide & Gellium lib. 16 cap. 7, & Scaligerum in Festum p. 23 in voce *Arilator*, & Rutgers. V. L. lib. 2 c. 9, ubi Gellium notavit.

¶ Cocionor, ari, cunctari in emendo, Quintil. in declam. *Diu cocionatus est*. vid. Salmas. de usur. p. 345 sq.

¶ Cocionatura, æ, der langweilige handel. Gloss. gr. lat. μετάπρασις, *Cocionatura*.

¶ Cociator, oris, idem ac Cocio. Gloss. Vet. Μεταβόλος, *Dardanarius, cociator, arillator, cocio*.

COCLES, ĭtis, qui unum tantùm haberet oculum, ab antiquis dicebatur, einäugig. Varro lib. 6 de L. L. *Ab oculo cocles, ut ocles dictus, qui unum haberet oculum*. Plin. lib. 11 cap. 37, *Qui altero lumine orbi nascerentur*, Coclites *vocantur*. Charisius lib. 1, *Cocles*, μονόφθαλμος, *unoculus*. Martial. lib. 12 epigr. 59, *defioculus*. Plaut. Curcul. a. 3 v. 22,

LY. *Vnocule salve.* CV. *quæso derideśne me?*
LY. *De Coclitum prosapiâ te esse arbitror:*
Nam ii sunt unoculi.

¶ 2. Cocles Romanus Porsenæ exercitui in ponte sublicio solus restitit. vid. Livium lib. 2 cap. 10. Virgilius 8 Æneid. v. 650,

Aspiceres, pontem auderet quod vellere Cocles.

COCTA, vasis genus, quod & *Siruscula* & *Gello* dicebatur, apud Martial. lib. 2 epigr. 85. Ita enim ibi legendum, idoneis rebus ostendit Scriverius.

Coctana, sive Coctona, vide *Cotona*.

Coctilis, Coctura, Coctus, Cocus, vide *Coquo*.

CŌCȲTUS, i, infernalis fluvius, dictus à luctu, κωκύειν, *lugere* est. Virg. 6 Æneid. v. 132,

Cocytusque sinu labens circumfluit atro.

¶ Est autem revera Cocytus amarissimæ amnis undæ non procul ab Acheronte fluens & ab Ambracio sinu; vide *Ambracia*. Ob eorum igitur fluviorum ingenium ad infernos amnes nomina translata sunt.

¶ Cōcytia, orum; Horat. in Epodis 17 v. 56,

Inultus ut tu riseris Cocytia.

Vt quidem legit Porphyrio vetus interpres, accipitque pro infernis sacris, quæ solebant facere maleficæ mulieres ad amorem conciliandum: Virgilius in Cir. *Stygialia* dixit. Vide ad eum locum Scaligerum. Alii legunt *Cotyttia*, à *Cotyttone*, Deâ impudicitiæ, de qua infra.

Coda, vide supra *Cauda*.

CŌDANONIA, æ, insula est Germaniæ, quam *Scandiam* vocat Ptolemæus, hodie *Selandia* dicitur, Seeland in Dännemarck. *Codanonia* dicta est ab ingenti & celeberrimo sinu Codano super Albim fluvium.

¶ Codania, æ, Daniæ metropolis, *Hafnia* latine, vulgo Coppenhagen.

¶ Codanus, i, sinus inter Cimbricam Chersonesum & Scandinaviam, quem & appellant *mare Balticum*; vulgo, der belt, der sund, die ostsee. vide Plinium 4 c. 13.

CŌDETA, æ, campus Romæ trans Tiberim; qui *Codetanus* Victori in de Vrbis regionibus appellatur. Nomen à virgultis habuit; quæ ad similitudinem caudarum equinarum ibi nascerentur, ut Festus auctor est. Duplicem fuisse, *majorem* alium, alium *minorem*, Suetonii locus Cæsare cap. 39 indicio est: quippe ubi *minoris codetæ* diserte fit mentio. Quod minime potuisset fieri, nisi & altera fuisset *major* appellata. Vide Turneb. Advers. lib. 24 cap. 14, & cumprimis Iron. Villiomarum (hoc est Scaliger.) in Titium animadv. 10 cap. 12, Salmuth. ad Panciroll. deperdita p. 218 m.

Cōdex, Codicillus, vide *Caudex*.

CŌDION, i, Græcè κώδιον, Theophrasto lib. 4 Hist. Plantar. flos bulbi est, Sipontino vero genus lactucæ, à corii similitudine (κώδιον enim pedem seu corium significat,) in petris nascentis, comosissimi, eine art wilder lactucen.

CODŌNES, um, κώδωνες, tintinnabula. Græcum plane est, κώδων, eine schelle oder glöcklein. ¶ Sed Codo, vide *Cudo*.

¶ Cōdōnŏphŏri, qui funebres pompas cum tintinnabulis crepitantibus antecedunt, quos anteambulones atratos & ferales præcones dicere latine possumus. Bud.

CODRUS, i, ultimus Atheniensium Rex fuit, Melandri filius: qui cum Lacedæmonii gravi bello Atticos premerent; respondissetque Pythius, *quorum Dux ab hoste esset occisus, eos futuros superiores*, depositâ veste regiâ, pastoralem cultum induit, immissusque castris hostium, de industriâ rixam ciens, interemtus est, ut Vell. Paterculus lib. 1 cap. 2 narrat: inde Horat. lib. 3 Carm. od. 9 v. 2,

Codrus pro patria non timidus mori.

Item Proverbium: *Codro generosior*. Vide & Justinum lib. 2, & Val. Maximum lib. 5 cap. 6, & Cicer. Tusc. 1 extr. ¶ 2. apud Virgilium eclog. 5 v. 11, *Codrus* pastoris nomen perinde ut *Alcon* est. Et male Servius eum locum ad Codrum Atheniensium refert, quem eo nomine jam ante Scaliger, sicut & Augustinum, qui in eo secutus Servium est, notavit Animadversionibus Eusebianis.

COELESYRIA, vel Cœlosyria, æ, Κοιλησυρία, hoc est, *Cava Syria*, tota est regio ultra Seleucidem in Ægyptum & Arabiam recedens. ¶ Sed proprie, quæ Libano terminatur, & Antilibano, nomen sortita est à concavitate, quam Græci κοιλότητα nominant; populi autem appellantur Græcè Κοιλόσυροι.

COELIĂCUS, i, κοιλιακός, morbus extremi stomachi ventriculi, quem κωλωρὸν Græci nominant; cum venter indurescit, doloreque cruciatur; & alvus adeo nihil reddit, ut ne spiritum quidem transmittat, Celsus lib. 4 cap. 12, verstopffter leib, darm-gicht. ¶ *Cœliaci* Plinio sunt, qui eo morbo affliguntur, lib. 20 cap. 14.

Cœlum, vide supra *Cælum* in CAE.

COEMĒTERIUM, i, κοιμητήριον ἀπὸ κοιμᾶν, locus sepulturæ humanorum corporum, sic dictus propter spem certam resurrectionis: latine *Dormitorium* sonat, ein schlafhauß, kirchhof. Vid. Coquæus ad August. de C. D. lib. 1 cap. 13. Hieronymus Script. Eccles. Catalogo de Ignatio: *Reliquiæ corporis ejus Antiochiæ jacent extra portam Daphniticam in cœmeterio*.

COENA, æ, à communione victûs sic dicta, διὰ τὴν κοινωνίαν, Plutarch. abend-essen, nachtmahl. *Cœna lauta, opipara, Pontificalis*, (Horatius enim *Pontificum cœnas* in primis laudat lib. 2 oda 14 extr.) ein wohl zugerichtes und köstliches mahl. *Cœna recta*, id est, legitima, eine ordentliche, vollkommene mahlzeit; *Sportulæ* enim opponitur. Suetonius Domitiano cap. 7, *Sportulas publicas sustulit, revocatâ cœnarum rectarum consuetudine*. Martial. lib. 8 epigr. 50,

Promissa est nobis sportula: recta data est.

Recta; subaudi *cœna*: hoc enim frequenter omittebant Sueton. Aug. cap. 74, *Convivabatur & assiduè, nec unquam nisi recte*. Idem Vespasiano cap. 19, *Convivabatur assiduè: & sæpius recte, ac dapsile, ut macellarios adjuvaret*. Vbi Torrentius pro *rectè*, ex MSS. *recta* legendum pronunciat. *Cœna adventitia*, quæ advenientibus peregrè solebat dari: quæ & *adventoria* & *viatica* appellabatur. Vid. Turneb. itemque Torrentium ad Sueton. Vitellio cap. 13. *Cœna subita & condita*, apud eumdem Suetonium Claudio c. 21. De *cœnis tempestivis*, & quæ dicerentur, vide infra in *Tempus* & *Tempestivus*. *Ad cœnam invitare, vocare, itare: Dare, apparare, apponere cœnam*, per se notæ sunt auctorum Latinorum locutiones. *Cœnæ honore quem dignari*, Sueton. Vespas. c. 2 extr. *Cœnam condicere*, zusagen zu kommen, idem in Tiber. cap. 42 dixit. Horat. 1 epist. 14 v. 35,

Cœna brevis juvat, & prope rivum somnus in herba.

Vide Stuck. Antiq. Convival. lib. 1 cap. 5 & 6.

¶ Cœnula, æ, dimin. *facere cœnulas*, Cicero ad Pætum 9 epist. 24.

¶ Cœno, avi, atum, are, zu nacht essen. Cic. lib. 1 ep. 3, *ego eo die casu apud Pompejum cœnavi*. Impersonaliter, *ut cœnaretur*, Suet. Tiber. cap. 42. *Cœnatum est apud Vitellios*, Livius lib. 2 cap. 4. De frugalibus Platonis cœnis Timotheus Atheniensium dux dixit: *Qui cum Platone cœnant, etiam postero die bene habent*. Ælianus lib. 2 cap. 18, Ὅτι ἄρα οἱ παρὰ Πλάτωνι δειπνοῦντες, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ καλῶς διάγουσιν. An *cœnatus sum* pro *cœnavi* latine dicatur, adversus Scioppium pro Vossio disquisivit Borrich. Cogit. de L. L. p. 279.

¶ Cœnatus, a, um, id est, secundum Nonium confectâ cœna, abge-speißt. Cicero Attico suo lib. 2 epist. 16, *Cœnato mihi, & jam dormitanti epistola est reddita.* Horat. 1 sat. 10 v. 60,

Amat scripsisse ducentos
Ante cœnam versus, totidem cœnatus.

¶ Cœnito, are, frequent. abends speisen. *Foris cœnitare*, Cicero lib. 7 epist. 16. *Solus cœnitabat*, Sueton. Aug. cap. 76.

¶ Cœnaturio, ire, begierig seyn nach dem abend-essen. Martialis lib. 11 epigr. 78 in Vaceriam gulosum.

¶ Cœnaculum, i, locus in quo cœnatur, die eß-stube, der eß-saal. Horat. 1 epist. 1, 91, *Mutare cœnacula, lectos, balnea* &c. ¶ 2. Est pars domûs superior, Valla auctore lib. 4 cap. 22. Ibi autem pauperes & viliores homines ex conducto habitare solebant, proximi tegulis. Vide Plautinos Interpretes, quos ad illud Plauti Amphitr. act. 3 sc. 1 v. 3,

In superiore qui habito cœnaculo,

Taubmannus allegat: itemque Lipsium ad Senecæ epist. 80, præcipue vero Torrentium Horatiano Comment. in lib. 1 epist. 1 v. 91. Livius lib. 39 cap. 14, *Consul rogat socrum, ut aliquam partem ædium vacuam faceret, quo Hispala immigraret, cœnaculum super ædes datum est, scalis ferentibus in publicum obseratis, aditu in ædes verso.* Suetonius quoque *Cœnaculum meritorium*, id est, mercede conductum, dixit Vitellio c. 7, eine miethe.

¶ Cœnatio, onis, locus ad cœnandum in imo. Suetonius Nerone c. 31. Plinius lib. 2 epist. 17. Vide & supra *Triclinium.*

¶ Cœnatiuncula, æ, dimin. idem, apud Plinium lib. 4 epist. ult.

¶ Cœnacularia, æ, stuben-zinß. *Exercere cœnaculariam*, apud Ulpianum legitur (Lege 5 § 1, de his qui effuderint vel dejecerint,) est autem quæstum facere ex locatione cœnaculorum, stuben und kammern vermiethen.

¶ Cœnacularius, i, ein miethmann. Gloss. gr. lat. ἐνοικιάζων ὁ τὰ ἐνοίκια τῆς οἰκίας συνάγων, *Cœnacularius. Pactio cœnacularii*, der mieth-contract, Lege 11 § 5 Dig. de pignorat. actione.

¶ Cœnator, oris; Gloss. Græco-Lat. Δειπνητής, *cœnator.* Qui cœnas amat, multisque impensis instruit, ein gasthalter.

¶ Cœnatorius, a, um, zum abend-essen gehörig: ut, *fames cœnatoria*, Sidon. 2 epist. 9. *Vestis cœnatoria*, Capitol. in Maxim. cap. 4. Et substantive

¶ Cœnatorium, i, toga triclinaris, ein leicht kleid, darinn man zu tische sitzet. Martial. lib. 10 epigr. 87, *ebriæ noctis cœnatoria.*

¶ Cœnaticus, a, um, idem. Plaut. Capt. act. 3 sc. extr.

Non ibo ad portum hinc. Est illic mihi una spes cœnatica.

¶ Cœnipeta, æ, ein gerne-gast, ungebetener, parasitus.

¶ Antecœnium, i, cibus ante cœnam: *Merenda*, vesper-brod. Usi hoc verbo sunt Isidorus Orig. lib. 20 cap. 2, qui *Merenda*, inquit, *a quibusdam antecœnia vocabantur*: & Apulejus, cujus sunt *gladiatoriæ Veneris antecœnia*, lib. 2 Metam. p. 121. Lipsius lib. 1 Miscell. epist. 65 sub fin. hæsitat, an forte utroque loco *antecœna*, quatuor syllabis, reponenda sit.

¶ Concœnatio, onis, compotatio, convivium, apud Cicer. de Senect. c. 13 extr. & lib. 9 Fam. ep. 24; eine gasterey.

¶ Incœnare, cœnare, vel intus cœnare. Suetonius Tiberio cap. 39, *Paucos post dies juxta Terracinam in Prætorio, cui speluncæ nomen erat, incœnante eo, complura & ingentia saxa fortuitò supernè delapsa sunt. Incœnante eo*, id est, cœnante in eo.

¶ Incœnatus, a, um, non cœnatus, ungessen. Cato c. 156, *cubet incœnatus.* Scribon. Largus Composit. 140, *incœnato dare medicamenta.*

¶ Incœnis, e, idem. Plaut. Cas. 4, 1, v. 18, *Cupiunt extrudere incœnem ex ædibus.*

¶ Pocœnium, i, hoc à Cœnâ Hermolaus Barbarus nomen non inelegantèr finxit pro invitatione, quæ poculis fit post cœnam, der schlaf-trunck, nacht-zeche.

¶ Subcœnare, quid significet, ex illo Galbæ apud Quintilianum lib. 6 cap. 4 p. 485 intelligitur, qui, quum pisces pridie ex parte adesi & postero die versati appositi essent, *festinemus, alii subcœnant*, inquit.

COENOBIUM, i, κοινόβιον, locus convictûs, vel vitæ communis, ein kloster. Vox Ecclesiastica. Exstat quidem etiam apud Gellium lib. 1 cap. 9 extr. Græce, sed lectio est suspecta. Cæterum in cœnobiis solis longo tempore colebantur olim, & docebantur doctrinæ omnium litterarum juxta Barth. ad Briton. Aremor. p. 745, & Hottinger. Analect. p. 22 seq.

¶ Cœnobita, æ, qui in cœnobio vivit, ein mönch. Hieronymus epist. 22 ad Eustochium de custod. Virginitatis c. 15, *Tria sunt in Ægypto genera monachorum. Primum Cœnobitæ, quod illi Sauses gentili lingua vocant; nos, In communi viventes, possumus appellare: Secundum Anachoritæ, qui soli habitant per deserta* &c.

COENUM, i, koth, unflath. Cic. Tuscul. 4 cap. 24, *Stoici dicunt, omnes stultos insanire, ut male olere omne cœnum.* Idem Attico 2 epist. 21, *cœno oblitus*, beschmitzt. Translate, Idem pro Domo c. 18, *O cœnum! ô portentum! ô scelus!* Apud Lucretium, *In tenebris & cœno volvi*, lib. 3 v. 77 legitur, pro, vitam degere humilem & sordidam, ein armseelig leben führen.

¶ Cœnosus, a, um, kothicht. Columella lib. 7 cap. 10, *Nec ulla re* [sus] *magis gaudet, quam rivis atque cœnoso lacu volutari.* Et Petrus Chrysologus serm. 1, *cœnosum pecus*, hoc est, sues. Compar. *cœnosior liquor*, apud Solinum c. 62 [Salmas. c. 49] de Camelis.

¶ Cœnositas, atis, unflåterey. Fulgentius in Virgiliana Continentia p. 156 ed. Munk. *in temporales gurgitis cœnositates morumque feculentias transit.*

¶ Cœnulentus, a, um, cœno conspersus, kothicht. Tertullian. de Pallio cap. 4, *cœnulenti pedes.*

COEPI, cœpisse, verbum defectivum, fürnehmen, anheben. Unde vulgaris versus: *Dimidium facti, qui bene cœpit, habet:*
qui desumtus videtur ex Ausonii epigr. 81,

Incipe, dimidium facti est cœpisse, superfit
Dimidium, rursum hoc incipe, & efficies.

Corn. Nep. in Pausan. cap. 4, *Tanto magis Pausanias errare cœpit*, ubi *cœpit* fere παρέλκει. Olim integrum erat, unde Plautus Truc. a. 2 sc. 1 v. 23, *quæstum cœpiat*: & in Persa a. 1 sc. 3 v. 41,

Lubido extemplò cœpere est convivium:

& Terentius Adelphis 3 sc. 3 v. 43, *sex mensibus prius olfecissem, quam ille quidquam cœperet*: quam lectionem Priscianus lib. 10 p. 879 [ed. Putsch.] tuetur. ¶ *Cœpi* autem scribendum est, non *cepi*. Est enim ab antiquo *Cœpio*, ἄρχομαι, ut recte docet Vossius lib. 1 de Art. Gramm. cap. 43, itemque Guyetus ad Terent. Heautont. act. 4 sc. 5 v. 39. Rivius ad Ter. Adelph. 3, 4 p. 100. Agrætius de Orthographia: CEPIT *de capiendo*: COEPIT *de incipiendo scribimus.* ¶ *Cœpi facere*, pro *feci*, non semel Petronius dixit. Vid. *Incipio* in *Capio*. ¶ Cœptus sum, pro cœpi, vel inceptus sum, verbaliter. Livius 21 cap. 8, *vineæ*, (machinæ,) *cœptæ agi*, & cap. 23, *per Pyrenæum saltum traduci exercitus est cœptus.* Nepos 13, 3, 1, *cœpti sunt premi.* Idem 15, 7, 1, *cœpta est desiderari diligentia ejus.*

¶ Cœptus, a, um, adject. angefangen. *Opus cœptum perficere*, Ovid. 4 Fast. v. 16. *Carmina cœpta*, Virg. ecl. 8 v. 12. *Cœptum bellum*, idem Æn. 2 v. 162.

¶ Cœptus, ûs, Subst. idem quod Cœptum, das fürnehmen, der anfang. Cic. de Fin. 4 cap. 15, *primos suos quasi cœptus appetendi fuisse.* Sed usitatius est

¶ Cœptum, i, pro re incepta. *Dii cœptis adspirate meis*, Ovid. princ. Metam. *Desistere cœpto*, Senec. Theb. v. 103, von seinem fürnehmen abstehen. *Manus ultima cœpto defuit*, Ovid. 2 Trist. v. 555, das werck war nicht gantz verfertiget.

¶ Cœpto, are, frequent. Terent. Eun. a. 5 sc. 7 v. 1, *Quid cœptas thraso?* was nimmstu seltzames dings für? quamquam alii hic *inceptas* legunt. Cicer. 5 de Fin. cap. 9, *Animal cœptat ea, quæ naturæ apta sentit, appetere.* Tacitus Ann. 1 cap. 38 n. 1, *cœptavere seditionem.* Et sine casu: Solin. c. 2, *Olympiade VII cœptante.* Ammian. 20 cap. 8, *cœptante nocte.* Passive *cœptata libertas*, Tacit. 4 Hist. cap. 44 n. 1.

¶ Occœpisse, idem quod cœpisse. Tacitus 2 Hist. cap. 16 n. 4, *ubi delectum agere Pacarius occœpit.* Ita Bernegger, Ryckius, Pichon per diphthongum scribunt. Alii scribunt in Terentio Eun. 1 sc. 2 v. 45, *qui me amare occeperat*, simplici E, quod nolim improbare, quum *Occipiunt* & *Occipit* ejusdem poëtæ sint, ut supra in *Occipio* ostensum est; vide in *Capio*. Adde Lucretium lib. 5 v. 887.

Coerceo, Coercitio, Coercitor, Coertio, vide in *Arceo*.

COETUS, ûs, à coëundo est: quippe contractum ex *coitus*: significatque quamvis connexionem sive conjunctionem, eine versammlung, zusammenkunfft. Lucret. lib. 3 v. 863,

Nil tamen hoc ad nos, qui cœtu concilioque
Corporis atque animæ consistimus uniter apti.

Sic Conjunctiones stellarum *cœtus* appellat Gellius lib. 14 cap. 1, *Nam si principes Chaldæi, qui in patentibus campis colebant, stellarum motûs & vias, & discessiones, & cœtus intuentes, quod ex iis efficeretur, observaverunt.* Et aliquanto post: *Quid præmonstraret aut cœtus stellarum, aut circuitus, aut transitus?* Coitum vocat Plin. lib. 2 cap. 13, cum de Solis & Lunæ congressu agit. ¶ 2. Pro congressu pugnantium posuit Plaut. Amph. a. 2 sc. 2 v. 25, *Primo cœtu vicimus*, wir haben sie im ersten angriff überwunden. *Cœtum* vocat, quam *coitionem* Terentius dixit Phorm. 2 sc. 2 extr. *Prima coitio acerrima est.* ¶ 3. Sed & alia conventicula & congregationes ita adpellantur. Sic *cœtûs habere*, pro, *Scholam habere*, Livius dixit lib. 1 cap. 18. *Quem* [Pythagoram] *in ultima Italiæ ora circa Metapontum & juvenum æmulantium studia cœtûs habuisse constat.* Sic, *cœtum inire*, Cic. Verr. 7 cap. ult. *In cœtum adducere*, zur gesellschafft bringen, idem 2 Fin. cap. 4. Et, *O præclarum diem, cùm ad illud divinum animorum concilium cœtumque proficiscar*, Idem de Senectute cap. ult. ¶ Non raro & *cœtus* factiosam turbam & seditioni paratam notat, quod Torrentius observat & exemplis confirmat in Cæsarem Suetonii cap. 17, itemque Heraldus in Apologeticon Tertulliani cap. 39. Tacitus Agricola cap. 27, *At Britanni nihil ex arrogantia omittere, quò minus juventutem armarent, cœtibus & sacrificiis conspirationem civitatum sancirent.*

COGITO, avi, atum, are, quod contractum ex *coagito* volunt, dencken, bedencken. Nam dum deliberat animus & rationes inquirit, quibus explicemus consilium, semetipsum agitat quasi atque persequitur, ut reperiat, quid in rem sit. Varro lib. 5 de L. L. COGITARE *a* COGENDO *dictum: mens plura in unum cogit, unde deligere possit.* Vet. Gloss. *Cogitat*, σκέπτεται, λογίζεται, ἐνθυμεῖται, μεριμνᾷ, βουλεύεται.
¶ In propria significatione pro *contrahere* posuit Publius Syrus in illo:

Unus dies pœnam affert, multi cogitant.

Terent. Eun. a. 3 sc. 3 pr. *Quanto magis magisque cogito*, je mehr ich der sachen nachdencke. Ibidem a. 4 sc. 2 v. 3, *Aliam rem ex alia cogitare*, eines aus dem andern erwegen, vel, das hunderte ins tausende: sive invenire, quæ dicenda sunt, aut scripto exponenda, h. e. commentari: quemadmodum usus Terent. Prol. Heaut. v. 14, *quantum ille potuit cogitare commodi.* Sic, *Toto animo de aliquo cogitare*, Cic. lib. 1 epist. 7 ad Lentulum, einem dinge fleißig nachdencken, alle gedancken darauf richten. Notetur singularis constructio verbi apud Terent. Andr. 1, 2 v. 11, *ut ne esset spatium cogitandi ad disturbandas nuptias.*

¶ Cogitatus, a, um, ausgesonnen. Justin. 21, 4, 4, *Plus negotii facit res cognita quam cogitata.* * *Meditatum & cogitatum scelus*, Ciceroni Phil. 2 cap. 34 est, de quo diu cogitavimus. Sueton. similiter in vita Tib. 19, *trepidatione detecta tormentis expressa confessio est cogitati facinoris*, & in Calig. 12, *Ipsum postea etsi non de perfecto, at certe de cogitato quondam parricidio professum.* Grævius.

¶ Cogitatum, i, subst. pro cogitatione, seu re cogitata. Cic. de Cl. orat. cap. 72, *Cogitata mentis præclare eloqui*, seine gedancken fein darthun und vorbringen. Idem, *Sæpe optime cogitata pessime cadunt*, die besten anschläge mißlingen. Cornel. Nepos in Datame cap. 6, cum recensuisset, qua solertia Pisidas perfugas ultus esset, subjungit: *Quo neque acutius ullius Imperatoris cogitatum, neque celerius factum usquam*

quam legimus. Prioribus verbis designat describitque id, quod Græci στρατήγημα adpellant. Conf. Vellej. 2, 13, 4.

¶ Cogitatio, ōnis, gedancke. *Cogitatione complecti, comprehendere,* fassen, ausdencken, Cicero 3 epist. 11. Idem in offic. lib. 2 c. 1, *Omnem curam cogitationemque in rem aliquam conferre,* sorgfältig nachdencken. Et Balbus Ciceroni sub 8 ad Att. ep. 15, *Curam cogitationemque suscipere.* Vlpianus Lege 18 Dig. de Pœnis: *Cogitationis pœnam nemo patitur,* gedancken seyn zollfrey. Chrysippus dixit, *Cogitationem orationis esse fontem,* wer ein ding bedenckt, kan davon reden. Horat. Art. Poët. v. 311, *Verbaque prævisam rem non invita sequentur.*

Et, *Secundæ semper cogitationes sapientiores sunt,* Eurip. in Hippolyt. αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι. ¶ 2. Pro solerter inventis, sive excogitatis, usus Vitruvius haud semel. Vt Præfat. lib. 2, *Dinocrates,* inquit, *Architectus Macedo, qui ad te cogitationes & formas affero dignas tua claritate.* Nempe *cogitationes* sunt, quas in fine ejusdem Procemii *inventiones* adpellat.

¶ Cogitāmen, ĭnis, idem. Tertull. de Trin. cap. 6, *Necessaria hæc membra* (manus, lingua, &c.) *hominibus fuerunt, non Deo,* (cui cogitare jussisse est,) *quia inefficax hominis consilium fuisset, nisi cogitamen* (i. e. cogitationem) *corpus implesset.*

¶ Cogitamentum, i, idem. Vulg. Interp. 4 Esdr. 7 v. 22. Gloss. lat. gr. *Cogitamentum,* ἐνθύμημα.

¶ Cogitatus, ûs, das nachsinnen. *Cogitatu opus est ingenii,* dicente Vitruvio. *O felicem illum, qui non adspectus tantum, sed etiam cogitatus emendat,* Sen. epist. 11. Conf. Tertull. de Idolol. c. 23, de Virg. Veland. c. 15, & de Resurr. c. 15. Et Pet. Blesensis epist. 35, *Cogitatûs tuos, & inchoatæ conversationis eventum illius committe arbitrio, qui te ad immaculati thori nuptias, & desiderabiles invitavit amplexûs.* Adhibuit etiam Interpres Ecclesiastici c. 9 v. 23 & alibi.

¶ Cogitatorium, i, receptaculum cogitationum. Tertull. de Resurr. cap. 15, *Animæ cogitatorium.* Confer de Spectac. cap. 2, & de Anima cap. 14.

¶ Cogitatè, adverb. mit bedacht. Plaut. Pœnulo a. 5 sc. 4 v. 51, *Cogitate verba facere,* bedächtig reden. Cic. pro Arch. c. 8, *Accurate cogitateque scribere,* fleißig und bedachtsam schreiben.

¶ Cogitatim pro Cogitatè Festus refert; Et

¶ Cogitato, adverb. dicitur idem esse. Vulgo profertur ex Cic. 1 de Offic. c. 8, *Permultum interest, utrum perturbatione aliqua animi, an consultò & cogitatò fiat injuria.* Sed MSS. codices plerique *cogitata injuria* habent. Adi Grævium, bona fide referentem.

¶ Cogitabilis, e, ersinnlich, erdencklich. Apulejus Apolog. p. 315, *paucis cogitabilis, nemini effabilis,* scil. Deus. Adde Sen. ep. 58.

¶ Cogitabundus, a, um, tiefsinnig, in gedancken gehend. Gellius lib. 2 cap. 1, *Stare solitus Socrates dicitur - - ore atque oculis eumdem in locum directis cogitabundus, tamquam quodam secessu mentis atque animi facto à corpore.*

¶ Excogito, āre, ausdencken. Cic. Phil. 8 c. 6, *Excogitare, quæ tua ratio sit, non possum.* ¶ Est etiam accurate cogitare. Idem 9 ad Att. epist. 6 extr. *Ad hæc igitur cogita, vel potius excogita.*

¶ Excogitatus, a, um, ausgesonnen. Vt, *ratio excogitata,* Cic. pro Cluent. c. 13. *Malitia excogitata,* Tertull. de Spect. c. 2. Hinc Superl. *excogitatissimæ hostiæ,* Sueton. Calig. c. 22.

¶ Excogitatio, ōnis, die erfindung, erdenckung. Cic. 1 Tusc. cap. 25, *Vis, quæ investigat occulta, inventio atque excogitatio dicitur.*

¶ Excogitator, ōris, ein erfinder. Quintil. Declam. 10 p. 141, *excogitator mortis.* Arnobius lib. 3 p. 119, *verborum excogitator & nominum.*

¶ Inexcogitatus, a, um, unerdacht, unausgesonnen. Plinius lib. 36 cap. 15, *inexcogitatum remedium.*

¶ Inexcogitabilis, e, unausdencklich. Lactantius lib. 1 cap. 8, de Deo differens: *qui inexcogitabilis, ineffabilis, & nulli alii satis notus, quam sibi.* Idem lib. 4 cap. 8, *inexcogitabili majestatis virtute.* Adde Tertullian. adv. Valentinianos cap. 27.

¶ Incogito, are, idem quod cogitare; vel valde cogitare, (ut *in* sit particula ἐπιτατική, non στερητική) apud Horat. lib. 2 epist. 1 v. 122,

Non fraudem socio puerove incogitat ullam.

¶ Incogitans, tis, temerarius, unbedachtsam, unachtsam. Terent. Phorm. a. 1 sc. 3 v. 3, *ni fuissem incogitans.* Ausonius in Sapientibus, in Periandro: *Incogitantes fors, non consilium regit.*

¶ Incogitandus, a, um, undencklich. *Incogitandus mæror, dolor,* Plaut. Stich. 1, 1 v. 48, & Trin. 2, 1 v. 1.

¶ Incogitatus, a, um, non cogitatus, unvermuthet, unbedächtig. Seneca epist. 57, *alacritas incogitata rediit & injussa.* Dein active pro Incogitans. Lamprid. in Alexand. c. 16, *dato spatio ad disquirendum cogitandumque, ne incogitati dicere cogerentur.* Plaut. Bacch. 4, 3 v. 1, *animo incogitato.*

¶ Incogitabilis, e, quod proprie esset *non cogitabilis*; etiam pro *Incogitans,* unbesonnen, invenitur. Lactantius dicto lib. 1 cap. 8, *Qui Deos colunt, interdum videri solent tam cæci, tam incogitabiles, tam excordes,* &c. quibus Plautum imitatus est, Milite Glor. a. 2 sc. 6 v. 63 dicentem, *scio me fuisse excordem, cæcum, incogitabilem.*

¶ Incogitantia, æ, unbesonnenheit. Plaut. Merc. a. 1 sc. 1, sive prolog. v. 27, *incogitantia, excors immodestia.*

¶ Præcogitare, vorher bedencken. Vulg. interp. Marc. 13 v. 11. Hinc

¶ Præcogitatus, a, um, vorher bedacht. Liv. 40 cap. 4, *præcogitatum facinus.*

¶ Recogitare, zurück dencken, oder wiederum bedencken. Columella in Præfat. *Sæpe secum retractare ac recogitare.* Vsus & Tertullianus lib. 1 adv. Marc. cap. 5, & lib. 1 ad Vxor. cap. 4 extr. qui inde etiam nomina format

¶ Recogitatio, ōnis, die erwegung. Tertull. Exhort. castitat. cap. 4, *recogitatio excessus sui.* Et

¶ Recogitatus, ûs, idem lib. 4 contra Marcion. c. 43 pr. *in recogitatu mulierum.* Et Apologet. cap. 22, *a recogitatu veræ dignitatis.*

Cognatio, cognatus, Cognitio, cognosco, Cohibeo, &c. vide *nascor, nosco, habeo.*

Cogo, cogere, quia ex *Coago* est, vide supra in *Ago.*

COHORS, ortis, ein troupp, ein hauff, corpus militum minus est: nam majus *Legio* erat. Constabat enim *Legio* ex cohortibus; *cohors* ex manipulis: Cæsar lib. 1 de Bell. Civili cap. 73, Cohortes *alarias* alias, alias *legionarias* nominat. Per *alarias* scilicet eas designans, quæ in sociorum alis militabant: *legionarias,* quæ in legionibus Romanorum sub signis erant. Quo respectu *cohortes* & *legiones* à Floro opponuntur lib. 3 cap. 21. Nam per *cohortes* auxiliarem militem intelligit, qui diversus à legionario sive Romano. Nec alio pertinent illæ XXX cohortes, quarum Tacitus Hist. lib. 2 cap. 89 meminit, cùm introitum Vitellii in urbem describit. Etiam Vellejus lib. 2 cap. 5, *Legionarias cohortes* constituendæ differentiæ causâ dixit: Idem cum cap. 112 ejusdem libri *præfectos cohortium* nominat, *cohortes* de alariis dixit. Illorum enim præfecti erant, ut suo loco dicendum erit. Ex pedite autem constabant cohortes. Apud Sueton. Claudio cap. 25, *Cohortes* quidem eo de equitibus interpretatur Torrentius, quod ibi *equestres militias* diserte nominat: quas tamen accipere licet, non ubi equestria stipendia fierent, sed quas equestri loco nati solerent obire; ut & Casaubonus adpendicula animadversionum est interpretatus. Quam expositionem & Lipsius admittit, licet aliter legat apud Suetonium lib. 2 de Militiâ Rom. Dial. 9. Non aliter capiendus Vellejus est, cum lib. 2 cap. 111 scribit, *Finitâ equestri militiâ designatus Prætor, nec dum Senator, æquatus Senatoribus,* &c. Per *militiam Equestrem* enim Tribunatum intelligit, item præfecturam, & Legationem, de quibus supra cap. 101 & 104 meminerat. Interim notamus apud Plin. lib. 10 epist. 107 & seq. *cohortem equestrem* & quidem *sextam* distincte adpellari. Vbi vide notas Buchneri. Vnde *cohortes* adpellatæ sint, & quibus ex partibus constitutæ; & si quæ alia hujus generis sunt, vide apud Lips. lib. 2 de Militiâ Rom. Dial. 4. De *sacrâ cohorte,* quæ Thebis ex amatoribus constabat, vide Plutarchum Pelopida p. 287 & seqq. *Cohortes auxiliares* vel *auxiliariæ,* hülffe. *Cohors prætoria,* quæ Consuli aut Prætori in provincia præsto semper erat, des obersten feld-herrn leib-guardi, dici potest. *Cohors amicorum,* vide infra in *Comes.* ¶ 2. Est & quævis multitudo & cœtus hominum cohors; ut, *Cohors amicorum,* Sueton. Nerone cap. 5. Et *Famula cohors,* Statius Theb. 11 v. 292. ¶ 3. *Cohors* denique idem est quod *Chors:* id est, septum in villa, quam Varro lib. 4 de L. L. ita dictam putat, quod circa eum locum pecus coërceatur, der hof des viehes. Sed alii non à *coërcendo,* sed ex Græco χόρτος deducunt: nec id dissimulat Varro: & approbat unice Scaliger; itemque Lipsius lib. 2 de Militia Rom. Dial. 4, *Chortes* sive *cohortes,* ut in quibusdam libris legitur, duas in villâ requirit Varro lib. 1 de R. R. cap. 13, quem ibi vide. Idem de re rust. lib. 2 cap. 1, quo de ovillo pecore præcipit: *Contra illa, in saltibus quæ pascuntur, & à tectis absunt longe, portant secum crates aut retia, quibus cohortes in solitudine faciant.* Columella lib. 7 cap. 3, *Itaque cohors clausa sublimi macerie præponi vestibulo* (stabuli) *debet, ut sit in eam tutus exitus æstivandi.* Loquitur ibi de tuendis ovibus. Etiam de bubus *cohortes* Vitruvius dixit lib. 6 cap. 9 pr. Sed & septa, quibus gallinaceum genus continetur, *chortes* sive *cohortes* adpellantur: de quibus Columella lib. 8 cap. 3, der hüner-stall. Hinc *cohortis aves,* sive *chortis,* sunt, quæ ibi habentur, hüner. Ovid. lib. 4 Fast. de vulpe v. 704,

Abstulerat multas illa cohortis aves.

Martialis lib. 7 epigr. 54,

Non porcus, non chortis aves, non ova supersunt.

¶ Cohortalis, e, vel Chortalis, e, aus dem hauffen: ut, *Cohortales aves,* Columella procem. lib. 1, & *stabula cohortalium avium,* lib. 8 cap. 1, ein hüner-hauß. Ibidem cap. 2, *ratio cohortalis:* & cap. 3, *officina cohortalis.*

¶ Cohorticula, æ, diminutivum a Cohors, ein häufflein. Militari sensu Cœlius lib. 8 ad Ciceron. epist. 6, *Bibulus in Amano nescio quid cohorticularum amisit.*

COHUM, i, Festo lorum est, quo temo buris cum jugo colligatur.

Coinquinare, vide *Inquino.*

COIX, ĭcis, κόϊξ, vas farinarium ex arborum corticibus contextum, ein mehlfaß, mehlbutte, apud Antiphanem; Sed planta est apud Theophrastum Hist. 1 c. 16.

CŎLĂPHUS, i, κόλαφος, & Colaphum, i, alapa, ein backenstreich. *Colaphos infringere,* Terent. in Adelph. a. 2 sc. 1 v. 46. *Incutere,* Juvenal. sat. 9 v. 5, & *dare,* Spartian. in Hadriano cap. 21, & *colaphis quem percutere,* Senec. de Const. Sap. cap. 14, maulschellen geben. *Colaphis in terram defigere aliquem,* einen schlagen, daß er des aufstehens vergisset, Plaut. Pers. act. 2 sc. 1 v. 22. Erat autem hæc cædes contumeliosa admodum & servilis, itaque onirocritæ imperium iis pollicentur, qui dormientes sibi videntur aliis colaphos ducere, Artemidorus lib. 2 cap. 15. Vide ibi Rigaltium; itemque Donatum ad supra laudatum Terentii locum. Vet. Gloss. Κόνδυλος, *Colaphus.*

¶ Colaphīzo, are, κολαφίζειν, mit fäusten schlagen. Vulg. Interp. 2 Cor. 12 v. 7.

CŎLAX, ăcis, Menandri fabula, in qua accuratissime, ut Athenæus lib. 6 monuit, adulatorum ingenia expressit. Eam latine verterunt Nævius & Plautus, ut Terentius auctor Eunuchi Prologo. ¶ 2. ein schmarotzer, schmeichler. Vnde parasiti nomen *Colax* in eodem Prologo v. 30; κόλαξ enim assentator, adulator est.

COLCHI, orum, populus Asiæ inter orientale litus Euxini Ponti, & Iberiam, veneficio infamis, & Medeæ ac Jasonis memoria fabularumque involucris apud Poëtas nobilitatus. vid. Horat. 4 od. 4 v. 63.

¶ Colchis, ĭdis, regio Colchorum. Val. Flaccus lib. 5 v. 505,

Vix tandem longis quæsitam Colchida votis
Contigimus.

Horatio epod. 5 v. 21 putatur hæc regio *Colchos* dici; sed alii, & rectius quidem *Jolcos* legunt, quod Thessaliæ oppidum est. Vide Torrentium. ¶ 2. Colchis, Κολχίς, gentile fœmineum, & speciatim Medeæ nomen apud Poëtas. Horat. epod. 16 v. 58,

Neque impudica Colchis intulit pedem.

Et *Gens Colchis*, pro gente Colchorum, apud Valerium Flaccum lib. 5 v. 418.

¶ Colchus, a, um, qui ex Colcho est. Horat. in arte v. 118,

Colchus an Assyrius, Thebis nutritus an Agris.

Domus Colcha, Ovid. 3 Fast. v. 875. *Colcha littora*, Idem Metam. 13 v. 24.

¶ Colchicus, a, um, adjectivum, quicquid ex Colchide. Horat. 2 od. 13 v. 8, *ille venena Colchica*

Et quicquid usquam concipitur nefas
Tractavit.

¶ Colchicum, i, κολχικὸν, bulbus est agrestis, zeitlosen, oder wilde saffran-blumen, non *Hermodactylus*; Matthiol. *Colchicum* vero inde dictum est, quod maximâ copiâ proveniat in Colchide.

¶ Colchĭăcus, a, um, aliud adject. Propert. lib. 2 eleg. 1,

Seu mihi Circæo pereundum est gramine, sive
Colchis Colchiacis urat ahena focis.

CŌLES, vel Colis, is, membrum generationis, apud Celsum lib. 6 c. 18.

¶ 2. Est & *Colis* pampinus Varroni, & caulis brassicæ, & fabæ & similium, de R. R. lib. 1 c. 31.

¶ Cōleus, i, testiculus, hoden. Cic. ad Pætum lib. 9 epist. 22 sub fin. *Testes verbum honestissimum in judicio: alio loco non nimis. At honesti colei Lanuvini; Cliternini non honesti.* Adde Manutii Commentar. Petron. in Fr. Trag. *Si coleos haberemus*, i. e. si viri essemus. vid. Scheffer. in not. p. 93.

¶ Cōliculus, i, dimin. ein kraut oder bonen-stengel. Varr. c. l. & Colum. lib. 11 cap. 2, *Si jam coliculus fabæ in quatuor altitudines creverit.*

¶ Coleatus, a, um, mit hoden. Pompon. apud Nonium, *coleata cuspis*, i. e. mentula. vid. Turneb. Advers. 6, 9. *Coleatus equus*, ibid. 17 cap. 21.

¶ Vnicoleus, i, mit einer hoden. Gloss. gr. lat. μόνορχις, *unitestis*, *unicoleus*.

Colicus, vide *Colon*: Coligo, vide *Colo*, *ĕre*.

CŎLIPHIVM, seu Colliphium, i, κωλίφιον, panis infermentatus, quo utebantur athletæ, sic dictus ἀπὸ τῦ κώλυ καὶ τῦ ἶφι, hoc est, a robore membrorum; starckbrod, krafftbrod. Martial. lib. 7 epigr. 67, *coliphia sexdecim comedit*: & Plaut. in Persa actu 1 sc. 3 v. 12, *Coliphia mihi ne incocta detis*; & Juven. satyr. 2 v. 53,

Luctantur paucæ, comedunt coliphia paucæ;

Vide Petr. Fabrum lib. 3 Agonist. cap. 3, & Mercurial. Art. Gymn. lib. 1 cap. 15.

COLLA, æ, κόλλα, gluten est, seu glutinum, & fragmentum coriorum, ex quo excoquitur colla, leim.

¶ Vsitata inde composita sunt *sarcocolla*, *ichthyocolla*, *chrysocolla*, de quibus suo vide loco.

Collactanea, Collactaneus, vide *Lac*.

COLLATIA, æ, κολλατία, oppidum prope Romam, à quo porta Romæ *Collatina* adpellata fuit, quæ & *Pintiana* nomen habuit. *Collatia* dicta fuit eo, quod ibi aliarum civitatum opes fuerint collatæ, Festus.

¶ Collatinus, a, um, adject. Plaut. in Curcul. act. 2 sc. 1 v. 16, *Collatinum ventrem* magnum & turgidum dixit, quia in eum omnia edulia congerantur; *Quis hic est homo cum collatino ventre?* &c. mit dem grossen dicken wanst oder freß-bauch. Alii tamen *Collativum* legunt.

Collectaneus, collectarius, collectivus, &c. Collega, collegium, Colliciæ, Collido, Collimitium, collimito, Collineo, Collino, ĕre, Colliquiæ, Collisio, collisus, Collucare, Colludo, vide in *lego*, *ĕre*, *lego*, *āre*, *colliquiæ*, *lædo*, *limes*, *linea*, *linio*, *liquet*, *lædo*, *lucus*, *ludo*.

COLLIS, is, κολώνη, monticulus leviter assurgens, ein hügel. e. g. Cæsar B. Gall. 2 cap. 8, *Collis, ubi castra posita erant, paullulum ex planitie editus.*

¶ Colliculus, i, diminut. ein hügelein. Onomast. vet. *Colliculus*, μικρὸς βυνός.

¶ Collīnus, a, um, adject. bergicht. *Vinea collina*, *vina collina*, utrumque apud Colum. lib. 12 cap. 21; *Aqua collina*, apud eumdem lib. 1 c. 5. *Herbæ collinæ*, Propert. 4, 5 v. 11.

¶ Collīna, æ, porta Romæ eadem, quæ & *Quirinalis*, hodie *porta Salaria* est, à via scilicet, quâ adeunda, sic adpellata. Tacitus 3 Histor. cap. 82, *Tertium agmen per Salariam Collinæ portæ propinquabat.* Juvenalis satyra 6 v. 290, *Stantes Collinæ in turre mariti*, &c.

COLLVM, i, (& Collus, apud Plaut. Captiv. a. 2 sc. 2, 107, & a. 4 sc. 3 v. 2,) der hals. *Collum procerum & tenue*, Cic. de Clar. Or. c. 91. *Collum in laqueum inserenti subvenire*, Idem 6 in Verr cap. 17, vom galgen erretten, aus der schlingen ziehen. *Alicui collum gladio secare*, einen köpfen, idem de Petit. Cons. c. 3. *Eripe colla jugo*, id est, servitutem abjice, Hor. 2 sat. 7 v. 91, reisse dich loß. Colli, sive cadaveris hostilis calcationem necessariam olim fuisse ad plenæ & perfectæ victoriæ usurpationem, probat prolixe Barth. ad lib. 2 Theb. Statii p. 632, 633. ¶ 2. Collum montis est jugum sive pars subjecta vertici, der gipffel des berges. Statius Theb. 9 v. 643, *frondea colla Parnassi.*

¶ Collāre, is, der kragen, das halsband. Nonius Marcellus c. 1 n. 162, *Collare est vinculi genus, quo collum adstringitur.* Exemplum addit ex Lucilio: *Cum manicis, catulo, collarique, ut fugitivum*
Deportem.

¶ Collarius, a, um, adjectivum, unde

¶ Collaria, subaudi catena, das halseisen, der pranger. Plautus Captiv. a. 2 sc. 2 extr. *Collus collariâ caret.* ¶ *Collarium*, subintellige vinculum, sive cingulum, Varroni adpellatur lib. 2 de R. R. cap. 9, quod significat & *Mulium* vocari. *Millum* quoque nominari Festus auctor est.

¶ Collo, are, conferre, steuern, einsamlen. Ita Bapt. Mantuan. uti observat Daumius de causs. amiss. rad. lat. c. 9, usus est:

Regibus hinc æs grande solent collare quotannis
Annua quæstores, qui vectigalia curant.

¶ Decollo, are, securi cædere, enthäupten, apud Suetonium legitur in Caligulâ cap. 32, *Miles decollandi artifex quibuscunque e custodia capita amputabat.* Quin & apud Senecam l. 4 contr. 25, *facilius in honorem ejus decollas quam judicas.* ¶ 2. Sed Plauto *decollare*, fallere & decipere est: ut Diomedes exponit. *Si ea spes decollabit*, Id. Captiv. a. 3 sc. 1 extr. Item, *si fors decollâsset*, Id. Cas. a. 2 sc. 4 v. 28. Varroni *deesse* lib. 1 de R. R. cap. 2, *Quorum si alterum decollat.* Solebant veteres de collo crumenam sibi suspendere. Quæ cum in collo ampliùs non erat, *decollare* dicebatur. Hinc *decollare*, pro deesse vel periisse, sive amissum esse dicebatur. Turnebus lib. 29 cap. 22, itemque Casaubonus ad Theophrastum περὶ ἀγροικίας extremo. ¶ 3. *Decollare* etiam est de collo deponere, ut docet Nonius c. 2 n. 222, ubi Cæcilius: *In tuo collo est, decolles cave.*

¶ Decollatio, ōnis, die enthauptung. Gloss. Vet. *Decollatio*, τραχηλοκοπία, κεφαλῆς ἀποτομή.

¶ Succollare, verbum quod propriè est levare sive tollere in collum: sive collo subire & bajulare, auf die achsel nehmen, hucken. (nam gestare, *subire humeris* Virgil. dixit;) Varro lib. 3 de R. R. cap. 16, *Apes regem suum sequuntur quocunque it, & fessum sublevant: &, si nequit volare, succollant.* De Lecticariis servis hoc verbo usus est Suetonius Claudio cap. 10, *ab his succollantibus in castra delatus est.* ¶ Commodiano Instr. 19, est collo appendere: *Succollat, quando lubet eum (Deum,) & quando, deponit.*

¶ Succollatus, a, um, gehuckt, getragen. Suet. Othone c. 6, *Sine mora succollatus.*

Collusio, Collusor, vide *Ludus*. Collutulare, vide *Lutum*.

Colluvies, vide in *Colluo*, sub *Luo*.

COLLȲBVS, i, κόλλυβος, dicitur, non illud tantùm, quod pro pecuniæ permutatione argentario solvitur, (aufgeld, lagio,) sed & ipsa pecuniæ permutatio, ἀργυρίυ ἀλλαγὴ, Polluce auctore lib. 3 cap. 9, der wechsel. Vnde *manus collybo decoloratæ*, apud Sueton. Augusto cap. 5. *Collybi* mentio & apud Ciceronem fit in Verrina 5 cap. 78, item ad Atticum 12 epist. 6.

¶ Collybistes, & Collybista, æ, κολλυβιστής, qui collybum sive rei nummariæ negotiationem exercet: qui & trapezita est, ein wechseler; Latinis *mensarius*, *nummularius*, qui majoris pretii nummis acceptis, minusculam monetam per partes reddit, aut certæ regionis pecuniam regionis alterius pecunia permutat. vid. JCtos. B. Hieronymus tamen separat, Comment. in cap. 21 Matthæi: *Excogitaverunt*, inquit, *& aliam technam, ut pro nummulariis collybistas facerent. Cujus verbi proprietatem latina Lingua non exprimit.* Collyba *dicuntur apud illos, quæ nos adpellamus* tragemata, *vel* vilia munuscula: *verbi gratia fricti ciceris, uvarumque passarum, & poma diversi generis. Igitur quia usuras accipere non poterant* [Judæi] *collybistæ, qui pecuniam fœnerati erant, pro usuris accipiebant varias species: ut quod in nummis non licebat, in his rebus exciperent, quæ nummis coëmuntur.* Sed hoc ad solos Judæos pertinet.

¶ Collybiscus, i, diminut. quod in Pœnulo Plautus proprium villici nomen fecit. Vid. a. 1 sc. 1 v. 42, &c.

COLLȲRA, æ, κολλύρα, panificii ex jure sumpti genus Polluci est lib. 6 cap. 11 pr. Habetur in Plauti Persâ a. 1 sc. 3 v. 12, *Collyra facite, ut madeant.*

¶ Collyricus, a, um; ut, *Collyricum jus*, eine mehrte, apud Plautum Pers. 1, 3 v. 15 & 17. vid. Turneb. 4 c. 1.

¶ Collyris, ĭdis, placentæ itidem genus, figura rotunda, instar umbilici in scuto, ein kuchen, küchlein. Vnde conjunxit Tertullianus de Cultu fœmin. lib. 2 cap. 7, *Collyridas & scutorum umbilicos*, ut priorem vocem Rhenanus & alii ediderunt; posteriorem Rigaltius & Le Prieur emendaverunt, cum *sputorum* alias legeretur. Sed hi pro priore habent *collyras* sive *colluras*. Tamen & Vulgatus Interpres *collyrides* memoravit. Levit. 7 v. 12, *collyridas olei admistione conspersas offerent*: & alibi. Et Augustinus lib. 8 de Genesi ad lit. cap. 5.

¶ Collyridiani, hæretici a sacrificio collyride dicti, quo mulieres in honorem B. Virginis, tanquam Deæ, utebantur. vid. Epiphan. Hæres. 78 & 79 p. 542 seq.

COLLȲRIVM, i, κολλύριον, medicamentum oculorum, augen-salbe. Horat lib. 1 Serm. sat. 5 v. 30,

Hic oculis ego nigra meis collyria lippus
Illinere. Add. Plin. 26 c. 12 & 27 c. 9.

Exstat in Parabolis Alani Classe 3 par. 12,

Lippo, non lusco, collyria nigra medentur.

Id est, non possunt vel corrigi vel tolli vitia, quæ insunt naturâ. *Eodem collyrio mederi omnibus*, vide Chiliadas. ¶ *Collyrium* etiam est in cura & medicina equorum apud Columellam 6 cap. 30, roß-artzney. Conf. omnino Salmas. ad Solin. p. 182 & 936.

¶ Collyriolum, i, ein clystier, zäpfflein. Macer 4, 12,

Vel collyriolum si supponatur in anum.

CŌLO, colare, durchseigen, durchlassen. Columella 12 cap. 11, *mel expressa aqua coletur.* Apul. 1 Florid. de Gymnosophistis: *Non illi norunt arvum colere, vel aurum colare.* Hinc

¶ Colatus, a, um, adject. durchgeseigt, rein, klar. Plin. 13 cap. 2, *colato melle.* Tertull. de Anima cap. 9, *berylli fluctuant colato nitore.* Eodem lib. c. 48, *certiora & colatiora somniari affirmant sub extimis noctibus.* * *Colatum somnium*, apud Tertullian. l. c. est liquidum, non turbulentum. Eidem *Serenitas colata* est pura. vide Gronov. observ. 2, 7 p. 266. *Grævius.*

¶ Colatorius, a, um, tolutario & asturconino gradu incedens, trabend, tröpffelnd; ut, *equi colatorii* Vegetio memorati, quos Græci σαχκιστὰς vel σαχκιστικὰς vocant, zelter-pferde, quorum gradus in ambulando perinde minutus ac creber, quasi sacco colatus esset & eliquatus. vid. Salmas. ad Capitol. in Maximinis p. 246.

¶ Colum, i, vas in prælo, per quod vinum guttatim defluit, dictum à *colando*. Apul. lib. 3 Metam. p. 130, *Vasculo quodam invicem coli graciliter fistulato.* Vbi Beroaldus: Figuratur Colum à summo patulum & satis latum, in imo autem fastigiatur in acutam gracilitatem, quasi in metæ modum, ein trichter, durchschlag. Virg. lib. 2 Georg. v. 242,

Colaque prælorum fumosis deripe tectis.

¶ 2. Et *Colum* morbi est genus, quem primum in Italiâ sensisse Tiberius Princeps dicitur, cum anteà fuisset ignotus. Plin. 26 c. 1.

¶ Percolare, idem quod colare. Colum. lib. 12 cap. 17, *junceis fiscellis, vel sparteis saccis percolant.* Seneca ventri obedientes ait Præfat. Quæst.

Quæst. Nat. *cibos & potiones percolare.* Lucret. 2 v. 474, *Humor per terras percolatur.*

¶ Percolatus, a, um, durchgeseigt. Plin. 31, c. 6, *In terra marina aqua argilla percolata dulcescit.*

¶ Percolatio, ōnis, die durchseigung. Vitruv. lib. 8 cap. 7, *uti percolationibus aquæ mutari possint.*

¶ Recolare, iterum colare, wieder durchseigen. Scribon. Larg. Comp. 268, *Recolare per linteum.*

CŎLO, colui, cultum, colĕre, verbum est ambiguum, & cum affectu alicui rei inhærere significat: ideoque pro patientis casûs diversitate ejus significatio variatur. ¶ Significat enim Venerari, σέβειν: ut, *colere Deum pietate*, Ovid. 4 Pont. 15 v. 24, GOtt dienen, GOtt ehren. *Mirifice colere aliquem & amare*, Cicero Cupiennio sub ad Attic. 16 ep. 16, einen heerhalten. *Summâ observantia colere aliquem*, viel auf einen halten, Cic. 4 Fam. ep. 4. ¶ 2. Aliquando est & deformi obsequio & per humilitatem servilem alicui deditum esse, quod θεραπεύειν Græci; Latini, *ancillari* dicunt. Suetonius Othone cap. 2, *Post patris mortem Libertinam aulicam gratiosam, quo efficacius coleret, etiam diligere simulavit, quamvis anum ac pene decrepitum.* ¶ 3. Deinde agros colimus, hoc est, excolimus vel exercemus, wir bauen das feld; & hanc propriam verbo significationem esse, docet Vlitius ad Gratium v. 69 p. 123. Virg. lib. 2 Georg. v. 412,

laudato ingentia rura,
Exiguum colito.

Inde transfertur ad animum Ovid. lib. 2 de Art. amandi v. 121,

Nec levis ingenuas pectus coluisse per artes
Cura sit, & linguas edidicisse duas.

Sic, *ager cultus, incultus, animus litteris cultus, cultissimus.* ¶ 4. Colimus urbem, ædes. Virg. ecl. 2 v. 61,

Pallas quas condidit arces,
Ipsa colat.

Ponimus & absolute *Colere*, pro incolere, vel habitare, bewohnen. Plaut. Pseud. a. 1 sc. 2, *Hunccine hinc hominem pati colere juventutem Atticam?* Apulejus lib. 1 Miles. *Primus istic perhibetur Milo, qui extra urbem totam & pomœrium colit.* Manilius lib. 1 v. 235,

Hanc (terram) *circum variæ gentes hominum atque ferarum*
Aëriæque colunt volucres.

Tacitus German. cap. 25, *Ripam Rheni colunt.* Gell. lib. 9 c. 4, *Sauromatæ ultra Borysthenem colunt.* Vnde *Coligo* & *colium*, idem quod domus. Hinc etiam veteres dixerunt *domicolium* pro domicilium. Salmas. Exerc. Plin. p. 642 ed. sec. ¶ 5. Vitam etiam colimus. Plaut. Rud. a. 1 sc. 5, *Egomet vix vitam colo.* Terent. Heaut. act. 1 sc. 1 v. 82, *Vsque dum ille vitam illam colet inopem.* ¶ 6. Coluntur amicitiæ, man hält freundschafft. Cicer. de Amic. cap. 15, *Coluntur simulatione amicitiæ, duntaxat ad tempus.* ¶ 7. *Colere aurum. Colere fidem, virtutem, pietatem, studia, litteras*, pro, *studiosum esse.* e. g. Cicer. 1 Offic. cap. 2, *Qui summum bonum sic instituit, ut nihil habeat cum virtute conjunctum; neque amicitiam colere possit, nec justitiam, nec liberalitatem.* Idem lib. 5 de Finib. cap. 19, *propter animi voluptates coli dicunt studia.* Propertius lib. 3 eleg. 13 v. 48,

Aurum omnes victâ jam pietate colunt.

¶ 8. Colere, etiam ad vestitum pertinet, & idem quod ornare significat, sich ausputzen. Tibullus lib. 1 eleg. 9 v. 67,

Ah pereant artes & mollia jura colendi:

id est, ornandi & excolendi corporis. Idem lib. 4 eleg. 2 pr.

Sulpicia est tibi culta tuis Mars magne Calendis.

¶ 9. *Coli litteris ab aliquo*, de commercio epistolarum familiarium dicitur apud Nepot. Attico c. 20 n. 4.

¶ Cultus, a, um, gebaut, geziert, geübt, &c. æque variat notionibus, ac verbum Colere. Cic. pro Quint. cap. 3, *Res rustica bene culta & fructuosa.* Id. Tuscul. 2 c. 5, *animi non omnes culti fructum ferunt.* Curtius lib. 6 c. 4 n. 20, *ad cultiora perventum est*, quæ desertis & silvestribus opponuntur. Martial. lib. 10 epigr. 98, *filia cultior*, id est, ornatior. Gellius 19 cap. 8, *Nec unquam factum est, quoties eum* [Frontonem] *vidimus, loquentemque audivimus, quin rediremus fere cultiores doctioresque.* Cic. pro Rosc. Com. cap. 12, *ager cultissimus:* Columella lib. 1 ineunte, *rus cultissimum.* Aurelii Victoris Epitome in Valentiniano, *sermone cultissimus.*

¶ Cultus, ûs, subst. σέβας, ἐπιμέλεια, θεραπεία, dienst, verehrung. Sic *cultus Deorum*, ritus & ceremoniæ, quibus honorantur dii & adorantur. Tacit. 2 Annal. cap. 58, *Ad ea Germanicus, de societate Romanorum Parthorumque magnifice, de adventu Regis & cultu sui, cum decore & modestiâ respondit. Cultu sui*, id est, reverentiâ & honore sibi habito. ¶ 2. *Cultus* habitûs sive vestitûs ratio, quem ab ornatu distinguit Tertullianus de habitu muliebri cap. 23, *Habitus fœminæ duplicem speciem circumfert* CVLTVM *&* ORNATVM. *Cultum dicimus, quem* MVNDVM *muliebrem vocant:* Ornatum, *quem* IMMVNDVM *muliebrem convenit dici. Ille in auro & argento, & gemmis & vestibus deputatur: iste in curâ capilli & cutis & earum partium corporis, qua oculos trahant.* Sueton. Nerone cap. 20, *Insignes pinguissimâ comâ & excellentissimo cultu pueri.* Florus lib. 4 cap. 11, *Cleopatra maximos cultus induta.* Petronius:

Et tot nova nomina cultûs:

neue muster und trachten. Sic, *Externus cultus*, ausländische fremde tracht, apud Tacit. 11 cap. 16. Vet. Gl. *Cultus*, σχῆμα καὶ εἶδος σχήματος. ¶ Sæpe & *Cultus* de universa vitæ ratione & consuetudine dicitur, die lebens-art. Virgil. 5 Æn. v. 730,

Gens dura atque aspera cultu.

Val. Flaccus lib. 4 v. 611,

Gens Chalibum duris patiens, cui cultus in arvis.

Ita contra *Delicatior cultus*, apud Sueton. Augusto cap. 65.

¶ Culta, orum, segetes sunt, vel agri culti: ut, *Pinguia culta*, Virg. 4 Georg. v. 372.

¶ Cultio, ōnis, bauung, bedienung; ut, *agri cultio*, apud Cic. de Senect. cap. 16, & 5 in Verr. cap. 97, ackerbau. Arnobius lib. 4 p. 146, *amplitudinis & honoris ritu, atque officio cultionis.*

¶ Cultor, ōris, qui excolit, inhabitat, veneratur, ein pfleger, liebhaber, anbeter. Cic. lib. 5 de Finib. c. 14, *cultor vitis.* Idem 1 Offic. c. 30, *veritatis cultores, fraudis inimici.* Martial. lib. 5 epigr. 5,

Sexta Palatinæ cultor facunde Minervæ.

¶ Marticultor, ōris, qui Martem colit. Inscript. vet. apud Gruter. pag. 55 n. 10,

DEO MARTI ET VICTORIAE
CONTVBERNIVM MARTCVL-
TORVM POSVERVNT.

¶ Vnicultor, ōris, unius Dei cultor. Prudentius passione Cypriani v. 90,

Edere jussus erat, quid viveret: Vnicultor, inquit,
Servo salutiferi mysteria consecrata Christi.

¶ Cultrix, īcis, quoque plura significat. Primum quæ habitat. Virg. lib. 11 Æn. v. 557,

nemorum cultrix Latonia virgo.

Phædrus lib. 2 fab. 4, *Sus cultrix nemoris.* Deinde quæ veneratur, ut, *Cultrix deorum*, Lactant. de morte persec. cap. 11. Item, quæ exercet & perpolit. Cic. de Fin. lib. 5 cap. 14, *Non est alienum, rerum, quas terra gignit, & augendarum & alendarum quamdam cultricem esse, quæ sit scientia.*

¶ Silvicultrix, īcis, id est, *cultrix nemorum*, ut Phædrus modo dixit 2, 4. Catullus Carm. 63 (al. 64 de Aty) v. 72, *cerva silvicultrix.*

¶ Cultura, æ, bauung, übung, wartung; ut, agrorum, fundi, vitium, cultura, feld-bau, &c. Cic. in Tuscul. 2 cap. 5, *Ager quamvis fertilis, sine culturâ fructuosus esse non potest.* Hinc pro disciplina animi Horatius 1 epist. 1 v. 40, *Culturæ patientem aurem commodare*, sich ziehen lassen. Deinde pro veneratione. Lactantius lib. 5 cap. 7, *Dei unici pia & religiosa cultura.* Horat. 1 epist. 18 v. 86,

Dulcis inexpertis cultura potentis amici,
Expertus metuit.

id est, periculosæ sunt amicitiæ cum potentibus, mit grossen herren ist nicht gut kirschen essen, &c.

¶ Coligo, ĭnis, domus, habitaculum, die wohnung. Arnobius lib. 2. Adde Salmas. in Tertull. de Pallio p. 430.

¶ Colōnus, i, cultor, ein bauer, ein einwohner. Virgil. ecl. 9 v. 4, *Veteres migrate coloni.* Coloni autem liberæ conditionis homines erant, & pro dominis terræ habebantur: quippe qui non pro capite, sicut *Censiti*, qui serviebant; sed pro solo dominio terræ reditus certos ac pensiones in pecunia aut speciebus præstabant. Vide Cujacium Paratitl. in C. de Agricolis. Columell. lib. 1 cap. 7. Claudianus 2 in Eutrop. v. 205,

concessoque cupit vixisse colonus,
Quam dominus rapto.

¶ 2. Colonos Romani vocabant cives suos, aut latinos, aut milites veteranos, quos ad urbem aliquam habitandam mittebant. Paterculus lib. 1 cap. 14, *Sinuessam Minturnasque missi coloni.* Nepos principio Miltiad. *colonos Chersonesum mittere.* ¶ 3. De duplici loco Athenis, qui Colonus dictus, vide mox seorsim *Colonæ.*

¶ Colōna, æ, eine bauers-frau. Ovid. 4 Fast. v. 692,

cum duro parca colona viro.

¶ Cŏlōnia, æ, civitas minor ex majori, seu metropoli, ut matre, distincta, neu-gebaute stadt. Gell. lib. 16 cap. 13, & Alex. ab Alex. 4 c. 10. Differt colonia a municipio; quia ex civitate colonia alio est traducta; municipes vero aliunde in civitatem veniunt. Erant vero coloniæ aliæ militares, aliæ a Senatu deductæ, diversis caussis, & diverso jure: quippe quarum aliæ Romanam civitatem, aliæ Latinitatem haberent tantum: atque a municipiis & præfecturis differebant: de quibus omnibus diligentissimus Onuphrius Panvinius lib. 3 de Rep. Romana copiose agit: nonnulla etiam conferet Sigonius de Jure Provinciarum cap. 10, & de antiq. jure Italiæ lib. 2 cap. 2. Henricus Valesius in Annot. ad C. Const. Porphyrog. item Welserus Rerum August. Vindelicarum Commentariis: præcipue lib. 5. De utilitate Coloniarum Lipsius in Admirandis lib. 1 cap. 6. Extat & Julii Frontini de Coloniis libellus: nonnulla de iis & apud Siculum Flaccum leges lib. de Agrorum Conditionibus. *Mittere coloniam in locum*, Cic. Divin. cap. 1. *deducere coloniam*, Id. Clar. Or. cap. 20, quæ formula celebratissima est & hujus rei quasi propria. Vide Vellejum lib. 1 c. 14, 15. Et, *coloniam constituere in loco*, Id. Agrar. 1 c. 5 extr. leute einsetzen, einweisen. *In colonias proficisci*, Cic. pro Cæcin. c. 33. *Coloniam agro alicui imponere*, Livius lib. 8 cap. 23. Et, *colonias condere*, Paterculus lib. 1 c. 15 pr. Ac vet. Inscript. apud Gruter. p. 6 n. 3,

AVSPICIIS - - TRAIANI AVGVSTI
CONDITA COLONIA
DACICA SARMIZ.

Athenarum colonias collegit, & digessit Meursius Fortun. cap. 6.

¶ Colōnĭcus, a, um, quod ad colonos pertinet; ut, *Leges colonicæ*, apud Varr. de re Rust. lib. 1 c. 2. *Oves colonicæ* dicebantur, quæ *tectis* oppositæ, apud Plin. lib. 8 cap. 47 extr. *Cohortes colonicæ*, quæ in coloniis habebantur, apud Cæsarem lib. 2 de Bello Civili cap. 19. *Decuriones colonici*, id est, coloniarum, apud Sueton. Aug. c. 46.

¶ Colonicum, i, subst. villa sive domicilium coloni, der bauer-hof. Ausonius epist. 4 v. 5,

Et tingit piceo lacrymosa palatia furno.

¶ Colonarius, a, um, i. e. colonicæ conditionis. Sidon. 5 epist. 19, *plebejam potius incipiat habere personam, quam colonariam.*

¶ Cŏlōnārium, i, subst. vectigal pro re rustica, lehr-geld. Cicero ad Att. lib. 13 ep. 6, *De aquæ ductu probe fecisti, Colonarium vide, ne nullum debeamus.* Vbi tamen & *Columnarium* legitur: Vide infra *Columna.*

A *Colo* composita cum nominibus, ut

Agricola, Amnicola, Anienicola, Apenninicola, Cælicola, Christicola, Dæmonicola, Dumicola, Gradivicola, Latebricola, Marticola, Monticola, Mutticola, Neptunicola, Nilicola, Nocticola, Paludicola, Paradisicola, Plebicola, Ruricola, Sacricola, Silvicola, Terricola, Ventricola, Viticola, &c. vide sub ipsis nominibus, in *Ager*, *Amnis*, *Anien*, &c. At Marticultor, Vnicultor, Silvicultrix, vide paullo ante post *Cultor* in *Colo.*

A *Colo* composita cum Præposit.

¶ Accolere, juxta habitare, ut, *Fluvius accolitur crebris oppidis*, Plin. Hist.

Hist. lib. 3 cap. 1. Accolit fluvium vel fluvio, auctore Prisciano lib. 18, er wohnet am wasser-fluß. Cic. in Orat. c. 45 ex Nævio: qui accolitis Istrum fluvium. Livius 28 c. 13, accolunt viam.

¶ Accŏla, æ, ein nachbar: ut, Accola Rheni, der am Rhein wohnet. Sic accola nostræ ripæ, Martial. lib. 5 epigr. 3. Accolæ atque antistites Cereris, Ennenses, Cic. in Verr. 6 cap. 51.

¶ Circumcŏlo, umher wohnen. Livius lib. 5 cap. 33, qui sinum circumcolunt maris, & lib. 31 cap. 41, qui paludem circumcolunt.

¶ Circumcŏla, æ, qui circumcolit. Tertullian. adv. Gnostic. cap. 3, reservatis gentium circumcolarum viribus.

¶ Deculto, are, verbergen, a Decŭlo, ut Occulto ab Occulo. Festus: Decultarunt, valde occultarunt.

¶ Excolere, exornare, polire, üben, ausputzen, zieren. Animum doctrinâ excolere, Cic. pro Archia cap. 6. Spoliis excolere in modum trophei.

¶ Excultus, a, um, ausgeziert. Sic excultus doctrinâ, disciplina, studiis, Cic. ad Atticum lib. 12 epist. 46 extr. Exculto animo nihil agreste, nihil inhumanum est.

¶ Inexcultus, a, um, unausgebauet, wüste. Gellius lib. 13 cap. 23 pr. villæ inexcultæ & rudes, ne tectorio quidem præditæ.

¶ Excultor, oris, ein schmücker. Tertull. de Monog. cap. 16, Habet Deum etiam florum excultorem.

¶ Extracŏla, æ, ein auswertiger. Exstat in Glossis Isidori, quæ Extracolas interpretantur foris versantes.

¶ Incŏlere, wohnen, bewohnen. Incolere urbem; Cæsar lib. 1 B. Gall. c. 1, Qui trans Rhenum incolunt. Et alibi ita sæpius.

¶ Incŏla, æ, ein bürger, einwohner. vid. infra Municeps. Vtriusque generis est. Cic. 5 Tusc. Socrates totius mundi se incolam & civem arbitrabatur. Idem Senect. c. 21, Pythagoram Pythagoreosque, incolas pene nostros. Et fœminino Phædrus de ranis lib. 1 fab. 7,

Quædam tum stagni incola.

Prudent. Hamart. v. 950, Corrupta quod incola luxu.

¶ Incŏlātus, ûs, subst. habitatio sine civitatis jure, bewohnung. Modestinus Lege 34 Dig. ad municipal. Incola jam muneribus publicis destinatus, nisi perfecto munere, incolatui renunciare non potest. Tertullianus de Anima cap. 57 pr. evocare ab inferûm incolatu. Adde Posteriores Cellarii Curas, ubi etiam antiquam ex Hadriani ævo inscriptionem produxit, OMNIA PER OPPIDA INCOLATVM EVITANT.

¶ Incultus, a, um, ungebaut, wüste; Ager incultus, Livius lib. 2 c. 34. Regio inculta, i. e. deserta, unbewohnt. Corpus incultum, id est, inornatum, Cic. 2 Agrar. cap. 5. Sic inculta oratio, horrida, diligentiâ compositionis & ornatu carens, Cic. 3 de Orat. cap. 25. Inculta & horrida vita, ein wildes grobes leben, Cic. de Clar. Or. cap. 31.

¶ Inculte, horride, inornate, adverb. Cic. in Orat. cap. 6, Incultè & horride dicere, grob, unlieblich, unhöfflich reden. Sallustius Jugurth. cap. 19, Super Numidiam Gætulos accepimus partim in tuguriis, alios incultius vagos agitare; & cap. 89, in omni Africa, quæ procul à mari incultius agebat.

¶ Incultus, ûs, subst. omissio cultûs, unflätigkeit. Sallust. Catil. c. 55, incultu, tenebris, odore fœda atque terribilis ejus [cameræ in carcere Tulliano] facies. Et Jugurth. cap. 2 extr. incultu atque socordia torpescere.

¶ Inquilinus, i, quasi Incolinus, qui incola quidem est, sed domus alienæ, hoc est, qui in alieno privato habitat, proprie tamen in conducto, sive in urbe, sive ruri, licet in proprio loco publico, h. e. in patria sua, ait Valla lib. 4 cap. 56, ein haußgenosse, miethmann, pachter. conf. Voss. Etymol. p. 149, & Isidor. 9 cap. 4, cui inquilini vocati, quasi incolentes aliena. Idem inter inquilinos & advenas distinguit, quod illi emigrent, hi permaneant. Festus, inquilinus, inquit, qui eundem colit focum, vel ejusdem loci cultor. Cicero Philipp. 2 cap. 41, Te inquilino (non enim domino) personabant omnia vocibus ebriorum. Lege 6 Cod. de agricol. &c. colonis opponuntur. Itaque erunt inquilini ibi, quos nos, häußler, adpellamus, qui ædem tantum, non & agros habent. Vide JCtos. Transfertur eleganter ad alia. Ammianus lib. 30 cap. 18; perpetui carcerum inquilini. Tertullianus de Anima cap. 38, Inquilinus carnis anima.

¶ Inquilinatus, ûs, substantivum, habitatio inquilini, die miethe. Tertullianus jam dicto loco: Inquilinus carnis anima. Desiderabit itaque inquilinus toto inquilinatus sui tempore &c.

¶ Occŭlere, ex ob & colere, i. e. abscondere, sub terra tegere, quatenus de cultura agri sermo est, verbergen, bedecken. Virg. 2 Georg. v. 346,

Quod superest, quæcunque premes virgulta per agros,
Sparge fimo pingui & multa memor occule terra.

Tibull. 1 eleg. 8 v. 24, Quibus in terris Nilus occuluit caput. Cic. ad Attic. lib. 5 epist. 15, Appii vulnera non refrico, sed apparent, nec occuli possunt.

¶ Occultus, a, um, abditus, reconditus, verborgen, heimlich. Occultum, intestinum & domesticum malum, Cic. in 3 Verr. cap. 15. Et ibidem: Nullæ sunt occultiores insidiæ, quam hæ, quæ latent in simulatione officii. Idem lib. 4 Acad. Quæst. cap. 19, Res occultissimas aperire & in lucem proferre. Et Sallust. Jugurth. c. 19, occultiora delicta. Idem Bell. Catil. cap. 23, Occultum aliquid habere, heimlich halten, verschweigen. Plaut. in Capt. act. 1 sc. 2 v. 62, Vt sæpe summa ingenia in occulto latent! Idem in Trinum. act 3 sc. 2 v. 86, Nihil ego in occulto agere soleo, meus ut animus est, eloquor, nichts unter dem hütlein spielen. Occultus homo, fictus, astutus, dissimulator, der den schalck bergen kan. Cic. lib. 3 ep. 10, Sin autem me astutum & occultum libet fingere. Tacitus 2 Histor. cap. 38, Pompejus occultior, non melior.

¶ Occultè, adverb. heimlich: ut, Neque id occulte fert, &c. Terent. in Adelph. a. 3 sc. 2 v. 30, es hat ihn kein hehl. Occultissime aliquid agere, Cic. in Verr. 2 cap. 6. Occultiùs conari, Idem pro Dejotaro c. 6. Et Gellius lib. 1 cap. 11, Stetisse in circumstantibus dicunt occultius, qui fistula brevi graviusculum sonum inspiraret. Livius lib. 9 c. 2, Castra, quam potest occultissime locat.

¶ Occultim, aliud adverb. Solin. c. 4, occultim reptare.

¶ Occulto, avi, atum, are, frequentativum, verstecken. Latebris se occultare, Cic. pro Leg. Man. cap. 3. Idem: Quæ natura occultavit, eadem omnes, qui sana mente sunt, removent ab oculis, 1 Offic. c. 35. Et, Occultare caussam alicujus rei, heimlich halten, Idem 3 Verr. c. 31.

¶ Occultatus, a, um, idem quod occultus. Cic. 4 Acad. qu. cap. 39, Latent ista omnia crassis occultata & circumfusa tenebris.

¶ Occultatio, ōnis, die verbergung. Cic. lib. 2 de Nat. Deor. cap. 50, Cornibus tauri, apri dentibus, morsu leones, aliæ (bestiæ) fuga se, aliæ occultatione tutantur.

¶ Occultator, ōris, ein verberger: ut, Occultator, & receptor latronum, locus, Idem pro Milone cap. 19.

¶ Percŏlere, idem quod excolere, exornare, auszieren. Tacitus 2 Histor. cap. 82, Multos præfecturis & procurationibus, plerosque Senatorii ordinis honore percoluit. Plin. lib. 5 epist. 6, Amo, quæ maxima ex parte ipse inchoavi, aut inchoata percolui. Solinus cap. 35 de Britannis: Deos percolunt.

¶ Percultor, oris, diligens cultor. Aurel. Victor Schotti in Augusto: doctorum, qui abunde erant, necessariorumque percultor.

¶ Præcolere, zurüsten. Hinc

¶ Præcultus, a, um, abgericht, vorbereitet. Cic. Partit. cap. 23, animi habitûs ad virtutem præculti & præparati. Statius 2 Theb. v. 298,

sacro præculta supervenit auro.

¶ Rĕcŏlere, renovare, restituere, wieder bauen, wiederum aufrichten. Livius 39 cap. 24, Metalla vetera intermissa recoluit, & nova multis locis instituit. Tacitus Annal. 3 cap. 72, avitum decus recoluit. Plinius eleganter lib. 7 epist. 9, Vt terra variis mutatisque seminibus, ita ingenia nostra nunc hac, nunc illa meditatione recoluntur. ¶ 2. Item repetere, animo retractare, wiederum fürnehmen. Recolere memoriam alicujus rei, das gedächtniß begehen. Artes inter se recolere, künste mit einander üben, Cic. lib. 1 de Orat. cap. 1.

¶ Recultus, a, um. Ovid. Met. lib. 5 v. 647, spargere humo recultæ semina.

COLŎBIVM, i, κολόβιον, vestis erat brevis, sine manicis, cujusmodi olim utebantur monachi & eremitæ, ein kurtzer leib-rock ohne ermel, ein koller. Κολοβὸν enim Græci mutilum dicunt, verstumpfft. Vtebantur Colobiis & prisci Latini: unde Turnus Æneæ Sociis manicatas tunicas objicit Æn. 9 v. 616,

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Vbi Servius: Tunicæ vestium habent manicas, quod etiam Cicero vituperat, dicens: Manicatis ac talaribus tunicis. Nam Colobiis utebantur antiqui. Vocantur & Colobii: & Colobiones, ut Salmasius ad Historiam Augustam observat. Vet. Gloss. Κολόβιον, Colobium, subucula.

CŎLŎCĀSIA, æ, faba Ægyptia, Plin. 21 c. 15, &

¶ Colocasium, i, radix colocasiæ. Virgil. in Pollione:

Mixtaque ridenti colocasia fundet acantho.

Dioscorides hoc nomine radicem fabæ Ægyptiacæ adpellari scripsit lib. 2 c. 99, die wurtzel von bohnen aus Egypten, wasser-bohne.

CŎLŎCYNTHIS, ĭdis, fœmin. κολοκύνθις, cucurbita silvestris dicitur, sativa minor, ut Plinius ait lib. 20 cap. 3, koloquinten, wilder kürbs. Quid apud Prophetam Jonam Colocyntha sit, præter recentiores, & veteres inquisiverunt. Nonnulli enim & hederam eâ voce comprehendi existimârunt. Cæterùm Basilius Seleuciens. Orat. 12 in Jonam, cucurbitam accepit, ut Dausquejus ostendit Notis Basilianis. Quâ ratione festivissimum librum de morte Claudii ἀποκολοκύνθωσιν inscripserit Seneca, Dan. Heinsius peculiari Dissertatione de eâ Satyra ostendit. Vet. Gl. Κολόκυνθα, cucurbita.

CŌLON, i, κῶλον, membrum orationis majus & perfectius, cujus partes commata dicuntur. Conf. Voss. lib. 4 Instit. Orat. pag. 60. Coli notæ sunt duo puncta: Vide Periodus. ¶ 2. Est & Colon, sive Colum, intestinum laxius, ut Celsus lib. 1 cap. 7 vocat, & crassum, das grosse eingeweide, der grosse darm, quod & Ile & alvus dicitur: der mastdarm. Gellius lib. 12 cap. 5, Videmus hominem doloribus cruciatibusque alvi, quod Græci colon dicunt, & febri simul rapidâ afflictari. Et lib. 17 cap. 11, Aridiora ex his recrementa in alvum convenire, quod Græcè κῶλον dicitur. Apud Scribon. Larg. n. 121, Colo infestari legitur pro laborare colica; ubi etiam sæpe occurrit Coli dolor. conf. supra Colum in Colo, are.

¶ Cōlĭcus, a, um, κολικὸς: ut, Colicus dolor, Colici cruciatus, qui in colo flatibus oppleto generari solent; Colica passio, Isidor. 4 cap. 7. Medicis & absolute vocatur Colica, die colick, das reissen oder grimmen im bauche. Colicum medicamentum, Celsus 4 cap. 17. Et absolute Colici, qui hoc morbo laborant, Plin. 20 cap. 4, ubi alii Cœliaci legunt.

CŎLŌNAE, arum, Corn. Nepos Pausaniâ cap. 3, Spartum redire nolebat. Colonas, qui locus in agro Troade est, se contulerat. Pausanias in Phocicis: Cycnum ajunt Neptuni filium: regnâsse eum Colonis: oppidum hoc in Troade fuit ad Leucophryn insulam, postea Tenedos dictam. Adde, quæ ad Nepotis locum dictum commentatus est Cellarius.

¶ Cŏlōnus, i, equestris locus erat Athenis Neptuno sacer, in quem equites conveniebant; ex quo Coloneus Oedipus, & Fabula Sophoclis pulcherrima dicta est, de qua Apulejus Apologiâ pag. 298, Sophocles poëta, Euripidi æmulus & superstes, vixit enim ad extremam senectam. Cùm igitur accusaretur à filio suomet dementiæ, quasi jam per ætatem desiperet: protulisse dicitur Coloneum suam peregregiam Tragœdiarum, quam forte tum in eo tempore conscribebat, eamque judicibus legisse, nec quicquam amplius pro defensione suâ addidisse, nisi ut audacter dementiæ condemnarent, si carmina senis displicerent. Ibi ego comperior, omnes judices tanto poëtæ adsurrexisse, miris laudibus eum tulisse, ob argumenti solertiam & cothurnam facundiæ &c.

¶ Porro alius locus erat Athenis ejusdem nominis juxta templum Vulcani, a foro seu mercatu dictus ἀγοραῖος. Ibi consistebant, qui mercede conducebantur; unde Adagium: Sero venisti, sed in colonum ito. Competit in eos, qui mercede quippiam facturi tardius rem

aggre-

aggrediuntur. v. Chil. (¶ De longe alia Coloni ſignificatione vide ſupra in *Colo, ere.*)

¶ Colonētæ, arum, erant Athenis operarii, qui conductorem quærebant, tagelöhner. Suidas.

CŎLŎPHON, ōnis, κολοφὼν, clariſſima Ioniæ Vrbs, inter illas ſeptem, quæ de Homeri patria inter ſe certârunt. v. Horat. 1 epiſt. 11 v. 3. ¶ 2. *Colophonem addere alicui rei*, locutio Proverbialis eſt, pro, ſummam manum rei imponere; aut id adhibere, ſine quo negotium confici non poteſt, ein ding beſchlieſſen, fertigen, zu ende bringen. Occaſio proverbii inde eſt, quod Colophonii equeſtri militia adeo excelluerunt, ut nullum propemodum prœlium ſine Colophonii equitatus ope atque auxilio confici poſſet. Vide in Chiliadibus; Τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκε.

¶ Cŏlŏphōnii, orum, incolæ, Cic. pro Archiâ cap. 8, *Homerum Colophonii civem eſſe dicunt.*

¶ Colŏphonius, a, um, adject. *Colophonia ferocitas. Colophoniam ſuffragium.* Vtrumque vide in Chiliadibus Eraſmi declaratum. *Reſina Colophonia*, Plin. lib. 14 cap. 20, geigen=hartz, vulgò calfonium, cujus nomen ab urbe Colophone eſſe, & Dioſcorides lib. 1 cap. 92 teſtatur.

¶ Colophoniacus, a, um, aliud adjectivum. Vetus poëta in Ciri v. 65,

Quæ Colophoniaco Scyllæ dicuntur Homero.

CŎLOR, ōris, antique *Colos*, farbe. Plaut. Pſeud. act. 4 ſc. 7 v. 99,

Quem ego hominem nullius coloris novi:

iſt eſt, plane non novi, nec ſcio, albusne ſit, an ater. Etiam apud Plin. 35 cap. 11 extr. *colos* legitur. *Ducere colorem*, ſich färben. Virgilius eclog. 9 v. 49 *Duceret apricis in collibus uva colorem.*

Translate Seneca epiſt. 108, *Novimus quosdam, qui multis apud philoſophum annis perſederint, & ne colorem quidem duxerint*, id eſt, nihil profecerint, præſertim in moribus. *Colorem inducere, illinere*, eine farbe anſtreichen. Plinius lib. 35 cap. 10 de Protogenis, Caunii pictoris Ialyſo: *Huic picturæ quater colorem induxit, ſubſidio injuriæ & vetuſtatis, ut decedente ſuperiore, inferior ſuccederet.* Et Cicero lib. 3 de Orat. cap. 52, *Venuſtatis non fuco illitus, ſed ſanguine diffuſus inſidere debet color.* Qui idem eſt & *Color nativus*, natürliche farbe. *Tuis te pingam coloribus*, quod Terentius *ornare* dixit *ex ſuis aliquem virtutibus*, ich will dich recht beſchreiben. *Colores teneri, floridi, auſteri, ſaturi: colorum commiſſuræ, tranſitus*, apud Plin. lib. 35 cap. 5 & 6. *Pulcherrimus eſt color, qui per verecundiam ingenuis oboritur*, dixit Pythias Ariſtotelis filia, ſchamröthe iſt die ſchönſte farbe. Πύθιας ἡ Ἀριςοτέλυς τῦ φιλοσόφυ θυγάτηρ, ἐρωτηθεῖσα, ποῖον κάλλιςον χρῶμα; ἔφη, τὸ διὰ τὴν αἰδῶ ἐλευθέροις ἐπιγιγνόμενον, Stob. ſerm. 122. ¶ 2. *Colores Rhetorum* Schemata dicuntur, orationis figuræ & ornamenta, ſeu rationes potiùs defenſionum. Specioſæ potiùs quàm veræ itemque falſæ expoſitiones, ut Quintiliano vocantur. Quâ ratione *deformibus*, id eſt, turpibus, *colorem dandum*, id eſt, honeſtatis ſpeciem, ait lib. 3 cap. 8, einen ſchein geben, bemänteln. Hinc color & pro fuco, ſive prætextu & culpæ excuſatione ponitur: Juvenal. ſatyr. 6 v. 279,

Dic aliquem, ſodes, dic, Quintiliane, colorem.

Ipſe Quintil. libr. 4 cap. 2 quædam eſſe ait, quæ colorem non recipiant, ſed tamen defendenda ſunt. Hermogenes inter genera quæſtionum inconſiſtentia ponit ἄχρωμον, id eſt, colore carens, quod tamen interdum conſiſtere idem putat Fabius. ¶ 3. *Color vitæ*, ratio atque conditio vitæ & ſtatus eſt. Horat. lib. 2 Serm. ſat. 1 v. 60,

Quisquis erit, ſcribam, vitæ color.

Idem lib. 1 epiſt. 17 v. 23,

Omnis Ariſtippum decuit color & ſtatus & res.

Statius Præfat. 2 lib. Silvar. MELIOR, *vir optime, nec minus in judicio litterarum, quàm omni vitæ colore terſiſſime*, id eſt, in omni vitæ genere & cultu. Seneca epiſt. 75, *Sed nec hic quidem contemnendus eſt color tertius, & tertium genus Philoſophiam perficientium.* Vide quæ præcedunt, itemque Barth. ad Stat. Silv. pag. 161.

¶ Cŏlōrius, & Coloreus, a, um, varii coloris, buntfarbig. Vopiſcus in Aureliano cap. 46, *Idem conceſſit, ut blatteas matronæ tunicas haberent, & cæteras veſtes, cum antea coloreas habuiſſent.* Et Paullus JC. Lege 32 § 7 Dig. de auro, arg. mundo &c. *Putavit ſibi legata ornamenta -- & veſtem tam coloriam, quam verſicoloriam.* Vbi differentiam notes inter *colorium* & *verſicolorium*. Illud varii coloris erat; hoc ſimpliciter tinctitium. Salmaſium adi, qui in d. l. Vopiſci p. 558 in hanc rem multa attulit.

¶ Cŏlōro, are, colorem inducere, färben. Propert. lib. 3 eleg. 12,

Felix Eois lex funeris una maritis,

Quos aurora ſuis rubra colorat equis.

Colorat, id eſt, fuſcos facit. Sen. epiſt. 108, *Colorari ſole*, von der ſonne verbrannt werden. Cic. lib. 2 de Orat. cap. 14, *Vt cum in ſole ambulemus, etiamſi aliam ob cauſſam ambulemus, fit naturâ tamen, ut coloremur: ſic cùm doctorum libros ſtudioſiùs legimus, ſentimus orationem noſtram illorum cantu quaſi colorari.* Sic *oratio colorata*, hoc eſt, figuris exornata, zierliche, geſchmückte rede. *Colorare* plus eſt, quam *inficere*. Seneca iterum ep. 71, *Animum non coloravit, ſed infecit.*

¶ Coloratus, a, um, cui color inductus, gefärbt, farbicht. Columell. lib. 11 cap. 2, *Coloratæ uvæ.* Tacitus Agricolâ cap. 11, *Silurum colorati vultus, & torti crines, & poſitu contra Hiſpaniam, Iberos veteres trajeciſſe, easque ſedes occupâſſe, fidem faciunt.* Nimirum Silures, Britannicam gentem, ab Hiſpanis Iberis originem ducere, duabus rebus arguit. Primo ex poſitu: deinde vultus ſimilitudine: quippe qui & ipſi perinde fuſci, ſicut Hiſpani. Virg. lib. 4 Georg. v. 293 de Nilo: *Vsque coloratis amnis devexus ab Indis.*

Vbi *colorati* fuſci ſunt ex ſolis vapore. Ita enim & verbum *colorari* in ſupra adductis locis accipiendum. Comparat. *Coloratior.* Celſus 2 cap. 2, *Si plenior aliquis & ſpecioſior, & coloratior factus eſt.* Frontinus Strateg. lib. 1 cap. 2 extr. *coloratiora hominum, ut ex via, corpora*, id eſt, ardore ſolis rubicunda.

¶ Coloratè, adverb. Quintil. Declam. 285, *Colorate adfert iſte tale patrocinium*, er vertheidiget es mit einem ſonderbaren ſchein.

¶ Colorator, ōris, ein färber, tüncher. Gloſſ. lat. gr. *Colorator*, ςιλβωτὴς, & ἰνδικοπλάςης. v. Salmaſ. Hiſt. Aug. p. 451.

¶ Colorabilis, e, das ſich färben läßt, Martian. Capella lib. 9.

Compoſita ſunt:

¶ Atricŏlor, vide *Ater.*

¶ Auricŏlor, vide *Aurum.*

¶ Bĭcŏlor, ōris, zwey=färbig. Ovid. 10 Metam. v. 98, *bicolor myrtus.*

¶ Bicolorus, a, um, formavit etiam Vopiſcus Aureliano cap. 13. Vide Salmaſ. ibi.

¶ Concŏlor, ōris, gleichfärbig. Virgil. 8 v. 82, *cum fœtu concolor albo.* Ovid. 1 Faſtor. v. 80,

Et populus feſto concolor ipſe ſuo eſt.

¶ Dēcŏlor, ōris, cujus color vitiatus eſt, unſcheinbar, heßlich, das die farbe verlohren. *Decolor ætas*, quæ à præſtantia ſua degeneravit, apud Virgil. lib. 8 v. 326.

¶ Decolorus, a, um, Prudentius dixit hymno Calagurrit. v. 113,

Algidus cum decoloros horror artus concutit.

¶ Decoloro, are, heßlich machen, übele farbe geben. Seneca 2 Quæſt. Nat. cap. 41, *Decoloratur id, cujus color vitiatur, non mutatur.* Et Celſus de re med. lib. 2 cap. 8, *ex ſuppurationibus eæ peſſimæ ſunt, quæ intus tendunt, ſic, ut exteriorem quoque cutem decolorent.* Et Horatius lib. 2 oda 1 v. 35, *quod mare Daunia*

Non decoloravere cædes?

¶ Decoloratus, a, um, verblichen, entfärbt: ut, *Decoloratum corpus mortui*, Aut. ad Herenn. lib. 2 cap. 5.

¶ Decoloratio, ōnis, die entfärbung. Cic. de Divin. lib. 2 cap. 27, *Decoloratio quædam ex contagione terrena poteſt ſanguini ſimilis eſſe.*

¶ Diſcŏlor, ōris, bunt, ſchäckicht. Cic. 2 Verr. cap. 13 extr. *diſcoloribus ſignis*, unterſchiedlicher farben.

¶ Diſcolorius, a, um, idem. Petron. cap. 57, *Diſcoloria veſtis.*

¶ Floricŏlor, vide *Flos.*

¶ Ignicolorus, vide *Ignis.*

¶ Incŏlor, ōris, bleich. Gloſſ. Vet. Gr. lat. Ἄχρωος, *Incolor, Decolor.*

¶ Incoloratus, a, um, ſine colore; unde

¶ Incolorate, adverb. ſupereſt, Lege 18 § 1 Dig. de Minoribus, *incolorate reſtitui deſiderans*, i. e. nulla allegata cauſſa.

¶ Iricŏlor, Lacticolor, Multicolor, Nocticolor, Omnicolor, Oſtricolor, Verſicolor & Verſicolorius, vide *Iris, Lac, Multus, Nox, Omnis, Oſtrum, & Verto.*

¶ Vnicŏlor, ōris, unius coloris, einfärbig. Plin. lib. 32 cap. 9, *Dulciores ſunt & unicolores.*

¶ Vnicŏlōrus, a, um, idem. Prudentius Hamartig. v. 810.

Sic animas cæli de fontibus unicoloras

Infundit natura ſolo.

COLOSSAE, arum, vel Coloſſis, ĭdis, urbs Phrygiæ, quæ cum vicina Laodicea & Hierapoli, temporibus Neronis, ut Oroſius teſtatur, per terræ motum concidit. Hinc

¶ Coloſſenſis, e, adject. & Coloſſenſes, incolæ, quos Paulus inſigni epiſtola dignatus eſt.

CŎLOSSVS, i, κολοσσὸς, ſtatua ingentis magnitudinis. Plin. lib. 34 cap. 7, *Moles excogitatas videmus ſtatuarum, quas Coloſſos vocant, turribus pares*, ein Ruland, groſſer bildſtock. Denominatas ab oculorum laſſitudine argutatur Matth. Raderus, auctore Barthio ad Stat. Silv. p. 38.

¶ Coloſsēus, a, um, ſehr groß: ut, *Coloſſea ſtatua*, Suetonius Veſp. cap. 23, & Spartianus in Vero cap. 7. Lampridius Alexandro cap. 25 *ſtatuas coloſſas* vocat, quod tuetur Gruterus: Caſaubonus autem *Coloſſeas* vult legendum. Plinius lib. 35 cap. 7, *Nerone princeps juſſerat coloſſeum ſe pingi.*

¶ Coloſſeros, ob egregiam corporis amplitudinem & ſpeciem adpellatus eſt Eſius Proculus, Suetonio auctore Calig. cap. 35.

¶ Cŏloſsĭcus, a, um, in modum coloſſi ſtatuæ: ut, *coloſſicon ſignum*, Plin. lib. 34 c. 8, Græca terminatione. Latine, *Coloſſici Apollinis in fano baſis*, Vitruv. lib. 10 cap. 6. Idem lib. 10 cap. 4 comparative *Onera Coloſſicotera* dixit, ſchwere laſten.

CŎLOSTRVM, i, & Coloſtra, æ, ac primum poſt partum, die erſte mutter=milch, dicke milch. Columella lib. 7 cap. 3, *Agnus autem cùm eſt editus, erigi debet, atque uberibus admoveri: tum etiam ejus diductum os preſſis humectare papillis, ut condiſcat maternum trahere alimentum. Sed priusquam hoc fiat, exiguum emulgendum eſt, quod paſtores* coloſtram *vocant; ea, niſi aliquatenus emittitur, nocet agno.* Eadem apud Palladium habes de Columella tranſcripta. Noſtri vocant gieß. Virg. ecl. 2 v. 22,

Lac mihi non æſtate novum, non frigore deſit.

Vbi Servius: *Lac novum, id eſt, coloſtrum* &c. Martial. lib. 13 epigr. 35,

Surripuit paſtor, quæ nondum ſtantibus hœdis

De primo matrum lacte coloſtra damus.

¶ Cŏloſtratio, onis, Plinio 11 cap. 41 malum, quod ex coloſtri potatione evenire ſolet, das reiſſen in des kindes leibe, von der erſten milch.

¶ Coloſtratus, a, um, laborans coloſtratione. *Infantes coloſtrati*, Plin. 28 cap. 9 pr.

CŎLŪBER, bri, ſerpens in aqua vivens, ſecundum Plinium 32 cap. 5 cognatus ei, qui *natrix* vel *nater* dicitur. *Tecto aſſuetus coluber*, Virg. Georg. 3 v. 418. ¶ Ovidius etiam *Colubram* fecit lib. 6 Metam. v. 559, & Juvenal. ſat. 5 v. 103,

Vos anguilla manet longæ cognata colubræ.

Imo & Horatius 1 ſat. 8 v. 42 *varias colubras* habet, qui 1 od. 17 v. 8 *virides colubros* dixit. Cæterum ſerpentum genera multa ſunt, *ſerpens, anguis*, quæ adpellationes ſunt generales, *aſpides*, ſerpentes Ægyptii, *baſiliſcus, cæcula, cenchris, ſeps, vipera, draco* &c. De quibus ſingulis ſuo vide loco.

¶ Colubrinus, a, um, von ſchlangen, ſchlangen=art. ¶ 2. Plautus Truc. 4, 3 v. 6 *colubrino ingenio eſſe*, liſtig ſeyn.

¶ Cŏlubrifer, a, um, voll ſchlangen. Ovid. 5 Metam. v. 241, *colubrifer i lumina monſtri.*

¶ Cŏlŭbrimŏdus, a, um, in modum colubrorum. Corippus Præfatione: A
Illa colubrimodis Avarum gens dura capillis.

¶ Colubrosus, a, um, schlangicht. Tertullianus adv. Valentinian. c. 4, *actu colubroso*, hoc est, detorto, curvo.

¶ Cŏlūbrina, æ, planta eadem, quæ bryonia vel vitis alba, schwartz-wurtz, hunds-kürbs, teuffels-kürbs, stick-wurtz. ¶ Hodie tormenti genus, eine feld-schlange.

Colum, vide in *Colo, -colare*, & *Colon*.

CŎLUMBUS, i, columba, æ, avis domestica nota, eine taube. *Columbâ mitiorem*, proverbialiter hominem dicimus ingenio maxime mansueto. *Felle columba caret*, eine taube ist ohne zorn und gall.

Trepidæ trepidis assident columbæ.

Δειλαὶ τοι δειλοῖσιν ἐφεδρήσσει πελειαί.

Antipatri est, simile illi, *semper graculus assidet graculo*. Columbarum aliæ *agrestes*, aliæ *domesticæ*, aliæ *miscellæ*, de quibus Varro lib. 3 de re rustica cap. 7. Horat. lib. 1 epist. 10 v. 5,

Annuimus pariter vetuli notique columbi.

Ubi nescio an per *columbos* intellexerit senes salaces. Nota enim hæc columbarum natura est: notavitque de columbarum amoribus & pudicitiâ ad Propertii lib. 2 eleg. 15 nonnulla Passeratius. *Columbus cellaris*, vide *Cellaris*.

¶ Cŏlumbārius, i, ein tauben-vogt, qui columbis curandis præest. Varr. 3 de re rust. cap. 8.

¶ Cŏlumbārium, i, tauben-hauß, tauben-nest. Varro c. l. Columell. 8, 8, & Pallad. 1 tit. 24. ¶ 2. A similitudine cavernarum, in quibus B columbi nidificant, Isidorus etiam lib. 19 cap. 2, *Columbaria* vocat loca illa concava in summis navium lateribus, per quæ eminent remi. Ὀπὰς *Græci tignorum cubilia, uti Latini ea cava nominant columbaria.* Vitruv. 4 c. 2. Idem 10 c. 9, de tympano, haustoria machina: *Secundum axem columbaria fiunt, excavata in singulis spatiis.* Sed & loculos ad ollas cinerarias adservandas Columbaria dici, ex Inscriptionibus probat Fabrettus Inscr. p. 9 seq.

¶ Columbar, āris, est genus vinculi, cui collum inseritur, apud Plautum Rud. 3, 6 v. 50. vid. Turneb. Advers. 26 cap. 2, & Salmas. de modo usur. p. 813.

¶ Cŏlumbīnus, a, um, adject. von tauben; ut, *columbinum stercus*, Plin. lib. 35 cap. 6, tauben-mist. *Pulli columbini*, junge tauben, Cicero 9 epist. 18. *Columbinum ovum*, Horat. 2 sat. 4 v. 56.

¶ Cŏlumbŭlus, i, diminut. ein täubgen, Plin. lib. 9 epist. 25.

¶ Cŏlumbātim, adverb. columbarum more, wie die tauben. Mattius apud Gell. lib. 20 cap. 8, *Columbatimque labra conserens labris*; vel ut alii legunt: *Labrisque labra conserens columbatim.* Nisi fortè, ut secundâ sede jambus sit, *Columbulatim*, à *columbulus*, rescribendum, quod Vossio videtur lib. 4 Instit. Orat. p. 21. Auctor Lyrici, quod Corn. Galli nomine circumfertur: *Da columbatim mitia basia.*

¶ Columbor, ari, verbo, pro, columbarum more oscula pangere, Mæcenas usus apud Senecam ep. 114, sich schnäbeln.

Columella, Columellares, vide mox in *Columen*.

CŎLŪMEN, ĭnis, trabs columnis suffulta, quæ fastigium domûs vel sustentat, vel, ne dilabatur, continet, ein pfeiler, stütze. Vitruvius lib. 4 C cap. 2, *Trabes supra columnas & parastatas & antas ponuntur: in contignationibus tigna & axes, sub tectis, si majora spatia sunt; columen in summo fastigio culminis, unde & columnæ dicuntur.* ¶ 2. Terent. in Phorm. a. 2 sc. 1 v. 57, & ex eo Cicero Verr. 5 cap. 76, *columen familiæ* dixit pro præsidio familiæ, ein stammhalter. *Columen Reipublicæ*, Cic. pro Sest. cap. 8, auf den sich die gantze stadt verläßt. Ita & Horatius Mæcenatem, Patronum, *suarum rerum columen* adpellat lib. 2 ode 17. Troades apud Senecam de Hectore, cognomine Trag. v. 123,

Columen patriæ, mora fatorum.

Et de ipsa Troja sub Hecubæ persona idem poëta principio Tragœdiæ: *columen eversum occidit*

Pollentis Asiæ.

¶ Cŏlumna, æ, eine seule, à *Columen* dicitur, ut Vitruvius d. l. demonstravit. Ovidius 3 Pont. epist. 2 v. 49, *vastis innixa columnis Templa.* Et Cic. 3 de Orat. cap. 46, *Columnæ & templa & porticus sustinent.* Nec vero solæ columnæ sunt, quæ portant & sustinent ædificium superstructum; sed libera etiam & vacua rerum monumenta, quomodo Cicero *exsecratam columnam* dixit Philipp. 1 cap. 2, & Suetonius *solidam columnam*, Cæs. cap. 85, quam interfecto plebs Cæsari in foro statuerat. Columnæ partes sunt, *stylobātes*, der fuß, darauf die seule steht, postea *basis* est, seu *spira*, der untertheil, deinde *scapus* columnæ corpus, id est, vel lignum vel lapis oblongus & perpetuus, supra scapum capitulum est, der knauff, Bud. Fuerunt autem D imprimis tria distincta columnarum genera apud Græcos, *Dorium*, *Ionicum*, *Corinthium*: *Tuscanum* enim, itemque *Compositum*, quod ex *Ionico*, & *Corinthio* genere mistum fuit, Italorum sunt. Vide Vitruvium, & ejus interpretes. *Columna rostratæ* Suetonius meminit Galbâ extr. Quæ qualis fuerit, ex nummis antiquis ibi ostendit Torrentius. ¶ 2. Eleganti translatione *columnæ* dicuntur illi, in quibus salutis nostræ spes rerumque præsidium maxime positum est. Horat. lib. 1 ode 35 de Cæsare Augusto:

Injurioso ne pede proruas

Stantem columnam.

Sic Pindarus Hectorem, ἄμαχον ἀστραβῆ κίονα Τροίας, *inexpugnabilem, firmam columnam Trojæ*, vocat Olymp. od. 2 strophe 5 initio. *Columnæ Herculis*, montes ad fretum Herculeum, alter in Hispania, in Africa alter. Mela lib. 1 cap. 5.

¶ Columnarium, i, tributi genus, quod pro singulis columnis pendebatur. Ejus meminit Cicero lib. 13 ad Att. ep. 6, ita enim ibi legendum, non *colonarium*. Cæsar 3 de Bello Civ. cap. 32, *Multa præterea generatim ad avaritiam excogitabantur, in capita singula servorum ac liberorum tributum imponebatur. Columnaria, ostiaria, frumentum, milites, &c.* ¶ 2. Pro æstuariis usus Vitruvius 8 cap. ult.

¶ Columnarii, viles & improbi homines Manutio, ad columnam Mæniam in judicium sæpe vocati. Cœlius ad Cicer. lib. 8 epist. 9 mentionem fecit.

¶ Columnatus, a, um, adject. mit seulen. Varro lib. 3 Re Rust. cap. 5, *tholus rotundus columnatus.*

¶ Columnatio, ōnis, ædificatio per columnas, seul-werck. Apulejus lib. 4 Florid. principio: *proscenii contabulatio, scenæ columnatio.*

¶ Columnella, æ, Cæs. 2 Civ. cap. 10, [tametsi & in Cæsaris exemplaribus lectio sit varia:] &

¶ Columella, æ, diminutiva sunt, ein seulgen. Cic. Tuscul. lib. 5 c. 23 *Animadverti columellam non multum è dumis eminentem.* Quare vero *Columella* a columna dicatur, nec potius *columnella*, disputat Vossius in Etymologico, quem consulere potes. ¶ 2. Columella Anatomicis est gurgulio, vel uvula, das zäpfflein im halß. ¶ 3. Si Donato credimus in Terent. Phorm. act. 2 sc. 1 v. 57, Columellæ apud veteres dicti servi majores domûs, quod is ex Lucilio probat, cujus versum etiam Martialis prodidit lib. 11 epigr. 91,

Lucilli columella heic situ' Metrophanes.

Dubium vero, an servi dici possint *columellæ domûs*, quod elogium supra servilem conditionem est. Placet ergo Salmasii emendatio:

Lucilli columellâ hac situ' Metrophanes,

h. e. sub hac columella. Adde Voss. c. l. & Taubm. in Plaut. p. 493.

¶ 4. Columella & proprium nomen scriptoris est, a nobis sæpenumero dilaudati. Integre dicitur *Lucius Junius Moderatus Columella*, scripsitque elegantissime, nec minus diserte de agriculturâ, tam versu, quam prosâ oratione. Nam decimus liber, qui de Hortorum cultu agit, Heroico carmine, eoque multo cultissimo, conditus est. Scripsit & contra Astrologos libros aliquot, de quo ipse testatur lib. 11 cap. 1 extr.

¶ Cŏlŭmellares, ium, plurale, ita dentes adpellantur in jumentis proximi caninis, die backenzähne an pferden, Plin. lib. 11 c. 27. Varro de re rust. lib. 2 cap. 7.

¶ Columnĭfer, a, um, Prudentius hymno Eulaliæ v. 52,

Sic habuit generosa patrum

Turba columniferum radium.

¶ Intercolumnium, i, spatium est inter columnas. Cic. ad Q. frat. lib. 3 epist. 1 cap. 2, *intercolumnia ambulationis convestit hedera.* Ade Vitruv. lib. 3 cap. 1.

CŎLŪMIS, e, hac voce Plautus usus est in Trinummo a. 3 sc. 3 v. 15, pro sano, gesund; Sed

¶ Incolumis, e, ab eo compositum magis usitatum est pro sano & salvo, qui extra omne est periculum, cujus res sunt integræ, unverletzt, gesund. Ter. in Andr. a. 3 sc. 5 v. 5, *Postbac incolumem sat scio fore me nunc, hoc si devito malum*, so ich diesem unglück entgehe, so sols keine noth haben. *Status incolumis*, Sueton. Nerone cap. 54, id est, sanitas, prosperitas, guter zustand, wenn man frisch und gesund ist. Horat. 3 carm. ode 24 v. 31, *Virtutem incolumem odimus;*

Sublatam ex oculis quærimus invidi.

Comparativ. *Incolumiores* Gellius lib. 17 cap. 2 ex Q. Claudii Annal. produxit.

¶ Incolumitas, ātis, conservatio salutis, gesundheit, wohlstand. Cic. lib. 2 de Invent. cap. 56, *Incolumitas est salutis tuta atque integra conservatio.* Adde exemplum Attici, de quo Nepos cap. 10 n. 6 tradit, *singulari prudentia ex procellis civilibus ad incolumitatem pervenisse.* Cæsar 3 Bell. Civ. cap. 28, *incolumitatem deditis pollicebatur.*

Columna cum derivatis, vide in *Columen*.

CŎLŪRI, orum, κόλουροι, duo circuli in sphæra ita dicti. vid. Macrob. in Somn. Scip. 1 c. 15, & Schotti Curs. Mathem. p. 239.

CŎLŪRIA, orum, κολούρια, semicolumnia, ab una parte in acumen desinentia, spitzige seulen. Sidonius 2 epist. 2, *Porticus rotundatis fulta coluriis.* ¶ 2. Sunt & medicamenta rotunda & oblonga. vid. Salmas. in Solin. p. 182 & 649.

CŎLURNUS, a, um, Καρύϊνος, häseln. Virg. 2 Georg. v. 396,

Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis.

Servius ibi: *quia vitibus nocet corylus*: atque ita haud obscure a Corylus deducit Colurnus. Festus autem: *Colurna bastilia ex corno arbore facta.*

CŎLUS, ûs, fœm. quarti ordinis, & Colus, i, masc. & fœm. simul, secundi, ein rocken. Ovid. lib. 3 Fast. v. 817, *lanam mollire puellæ*

Discant, & plenas exonerare colos.

Plin. lib. 9 cap. 43, *Inde factum, ut nubentes virgines comitaretur colus compta, & fusus cum stamine.* Virgil. lib. 8 v. 409, *Vitam tolerare colo*, sich mit spinnen ernehren. Ita quidem de genere & forma Grammatici. Verùm plerumque fœminei ordinis est; rarius masculini, ut, *Colus lanâ amictus*, apud Catull. de nupt. Pel. & Thet. v. 311. Addunt etiam ex Propert. 4 eleg. 10 v. 48, *feci Lydo pensa diurna colo*: sed meliores libri *Lydâ* referunt, non *Lydo*. Quartæ formæ exemplum Cicero præbet lib. 2 de Orat. cap. 68 extr. *quando ad me venis cum tuâ colu & lana.* Cæterum officia colo facta eleganter describit Catullus c. l. *Læva colum molli lanâ retinebat amictum,*

Dextera tum leviter deducens fila supinis

Formabat digitis: tum prono in pollice torquens,

Libratum tereti versabat turbine fusum.

spinnen. *Fusus*, spindel. *Spondilus* vel *verticulum*, der wirtel.

CŎLŪTEA, æ, arbor fructum ferens in siliqua magnitudine lentis, folia habet non absimilia fœno græco, ut ejus plantæ, quam *Senam* Mauritani vocant, senet, Welsche linsen, Lombardische linsen, Hadrianus. Theophrast. Vide descriptionem ejus apud Matthiolum. ¶ Est & *Colytea*, sed ab illa diversa.

COLUTHEA, orum, ut, *Coluthea apparare*, apud Plaut. Pers. 1, 3 v. 7, interpretantur bellaria & τραγήματα, obst, confect.

COLUTHUS, i, Poëta Lycopolita Thebæus fuit, ex Lycopoli, nempe civitate Thebaidis, quæ regio est Ægypti, in quâ fuit Thebe urbs maxima: præter alia Raptum Helenæ scripsit versibus elegantissimis.

CŎLYMBUS, i, κόλυμβος, piscina, natatio. Lampridius Elæagab. c. 23, *Marinæ aquæ colymbos exhibuit, in mediterraneis locis maxime eosdem & singulis amicis natantibus dimisit, & iterum piscibus implevit.* Et Prudentius passione Petri & Pauli v. 36,

Donec virenti fluctuet colymbo.

¶ Colym-

¶ Cŏlymbădes, κολυμβάδες, olivæ conditæ, **eingemachte oliven**, dictæ a κολυμβᾶν, innatare. Plin. lib. 23 cap. 3.

CŎMA, æ, κόμη: propriè capillus intonsus, nondum cæsus, qualis mulierum, & puerorum olim fuit, **zierlich haar**. Vide suprà *Cirrus*. Itemque Salmas. de Cæsarie p. 552 seq. Ovid. lib. 1 de Arte v. 517,

Nec malè deformet rigidos tonsura capillos,
Sit coma, sit docta barba resecta manu.

Comam alere, nutrire, Val. Flacc. 6 v. 664, **das haar wachsen lassen**. *Coma longa, brevis, prolixa, densa*, quæ *pinguis* Suetonio Nerone cap. 20 dicitur. Atque Torrentius quidem ibi *pinguissimam comam* interpretatur, ex eo quod idem Suetonius *pinguem togam* pro crassa Aug. c. 82, sicut Juvenalis etiam sat. 9 v. 28, *pingues lacernas* pro crassis dixerit. Casaubonus vero λιπαροπλόκαμον, quem Græci vocant, interpretatur. *Comam in gradum formare*, Sueton. Nerone cap. 51. *Suggestum comæ* Statius dixit lib. 1 silv. 2 v. 114. Vide auctoris utriusque interpretes. Lycurgus apud Spartanos edicto sanxit, ut pubertatis annos egressi comam nutrirent, quo viderentur graviores, ὅτι τοὺς μὲν καλοὺς, inquit, ἡ κόμη εὐπρεπεστέρους ποιεῖ, hoc est, *pulchros quidem coma decentiores præstat*, Plutarch. Et Nicander, quamobrem comam barbamque nutrirent Spartiatæ, interrogatus, respondit, *quod omnium pulcherrimus ac minimè sumptuosus suus esset cuique ornatus*, ὅτι πάντων κάλλιστος ἀδαπάνητος ἀνδρὶ ὁ ἴδιος κόσμος, Idem in Apophthegm. Idem fecit apud Lacedæmonios Agesilaus, qui comam nutritam ornamentum dixit esse minimo constans. Comæ encomium Dion Prusius scripsit. ¶ 2. *Coma* etiam de arborum frondibus dicitur, **das laub**. Horat. 1 od. 21 v. 5, *nemorum coma:* & l. 4 od. 7 v. 2, *redeunt gramina campis, Arboribusque comæ.* Tibullus lib. 1 eleg. 4,

Quàm citò purpureos deperdit terra colores,
Quam citò formosas populus alba comas.

¶ Comula, æ, diminut. apud Petron. Fragm. Tragur. pag. 43, & apud Commodian. Instruct. 60.

¶ Como, comare, vide in sequente Participio.

¶ Cŏmans, tis, **geschmückt mit haaren oder federn, büschlich**, participium sine verbo, ut putatur Grammaticis, quum tamen *Comare* legatur apud Tertullian. de Pallio cap. 4. Quin etiam apud Tacitum Germ. cap. 18, 3, *quibus* [muneribus] *nova nupta comatur.* Apud Poëtas frequenter legitur pro capilloso aut cristato: ut, *comans galea*, apud Virg. 2 Æn. v. 391, & lib. 12 de leone v. 6,

gaudetque comantes
Excutiens cervice toros. Id est, κομόωντας.

¶ 2. Item, pro virenti & florenti apud eumdem 4 Georg. v. 122, *Narcissus sera comans*, **der langsam blühet**.

¶ Cŏmatus, a, um, qui comam habet longiorem, **langhäricht**. Mart. lib. 10 epigr. 83, *Calvo turpius est nihil comato.* Catull. Carm. 4, *Silva comata.*

¶ Comatŭlus, i, diminutivum, Hieronymus epist. 10 ad Furiam de viduitate servanda: *Comatulos, comtos, atque lascivos domus tuæ tecta non videant.*

¶ Comatorius, a, um, **zum haar-schmuck gehörig**: ut, *acus comatoria*, **die haar-nadel**. *Acu comatoria malas alicui pungere*, Petronius sect. 21.

¶ Cometa, vide mox seorsim.

¶ Cŏmōsus, a, um, idem quod Conatus. Phallicorum Poëta:

Phœbus comosus, Hercules lacertosus.

Plinius 16 cap. 4, *arbor in orbem comosa.* Superl. *Comosissimus*, ejusdem Plinii est lib. 26 cap. 8 post med.

¶ Poëtarum usus etiam multa ex *Coma* composuit epitheta, quæ omnia sub prioribus suis nominibus quæri possunt; ut, Anguicomus, Auricomus & Auricomans, Flammicomus, Flavicomus & Flavicomans, Floricomus, Frondicomus, Ignicomus & Ignicomans, Mollicomus, Viticomus; vide *Anguis, Aurum, Flamma*, &c.

COMAGĒNA, æ, vel Comagēne Græcanica terminatione, Syriæ pars septemtrionalis, sub Tauro monte sita: Strabo & Dio lib. 36 itemque Plinius. Etiam Cœlius Ciceroni lib. 8 epist. 10 pr. *copias Parthorum profectas per Comagenem in provinciam nostram.*

¶ Comagēnus, a, um, adjectivum, ut, *Rex Antiochus Comagenus*. Cic. lib. 15 epist. 1, *Comagenum*, scil. unguentum vel medicamentum, apud Plin. 10 c. 22.

CŎMĀNA, orum, plurale, τὰ Κόμανα, urbs Cappadociæ, in Antitauri valle sita, Ciliciam versus, opulento fano atque sacerdotio Bellonæ Deæ inclyta. Strab. lib. 12 p. 369. ¶ Comana alia in Ponto, τῇ αὐτῇ θεῷ καθιερωμένα, *eidem deæ consecrata.* Strab. eod. lib. p. 383.

¶ Cŏmāni, orum, κόμανοι, sacri servi sunt Bellonæ, dicti ab ipsius deæ fano, aut ab ejusdem nominis civitate, in qua fanum illud fuit. vid. Strab. lib. 12. Gladiis mutuis se petebant, sanguinem in honorem deæ fundentes, unde Valerius in Argonaut. lib. 7 v. 636,

exsectos lacerat Bellona Comanos.

¶ Comanus quoque Segobrigiorum Rex fuit in Galliis. De quo Justin. lib. 43 cap. 4.

CŌMARCHVS, i, κώμαρχος, Vici magister, **der oberste im dorff**. Plaut. Curc. 2, 3 v. 7.

CŎMĂRVS, i, Comaron, ita unedinem Plin. vocat lib. 15 cap. 24. vide *Vnedo*. ¶ Est & Comarus portus Thesprotiæ, haud longe ab Ambracio sinu. Strab. lib. 7 p. 224.

Comassor, ari, combino, are, vide *Comissor, Bis.*

COMBRĒTVM, i, herba Plinio lib. 21 cap. 6, bacchari similis.

CŎME, es, κόμη, hoc nomine dici herbam, *barbulam hirci*, Dioscor. indicat lib. 2, **bockbart oder gauchbrod**, τραγοπώγων. vide Plin. 21 c. 15.

CŎMES, ĭtis, qui iter cum aliquo facit, qui cum aliquo simul it, **ein gefehrt, reise-gesell, begleiter**. Publ. Syrus: *Comes facundus in viâ pro vehiculo est*, **ein gesprächer gefehrt macht einem den weg leicht**. Cicero lib. 1 epist. 9, *Comitem se alicui præbere*, **einen gefehrten geben**. Vellej. 2, 53, 1, *Hos comites ei fortuna aggregavit.* Et ibid. n. 2, *fugæ comitem habet uxorem.* ¶ 2. Additur & aliis, ut, *Comes imperii, dignitatis, honoris, calamitatis, laborum, periculorum*, &c. *Grammatica est dulcis comes secretorum*, Quintil. lib. 1 cap. 4. *Eloquentia pacis est comes otiique socia*, Cic. de Clar. Or. cap. 12. Et Lucretius lib. 2 v. 580,

Ploratus mortis comites & funeris atri.

Horat. lib. 4 ode 5, *Culpam pœna premit comes*, **auf sünde folget straffe**. ¶ 3. Comitum nomine veniebant & illi proprie, qui Proconsules atque Prætores in Provincias sequebantur, consilii juxta vel operæ officiique præstandi gratiâ: qui cœtus & *amicorum cohors* dicebatur. Servi enim comitum nomine (quippe quo honestiores tantùm continebantur) exclusi erant, ut clare docet Suetonii locus Cæsare cap. 4. Horat. lib. 1 ep. 8 v. 1, *Celso gaudere & bene rem gerere Albinovano*
Musa rogata refer comiti scribæque Neronis.

Vbi operæ erit eruditiss. Torrentium legere. Vide & Sigonium lib. 2 de Antiquo Jure Provinciarum pag. 145, itemque Barth. ad lib. 10 Theb. Statii pag. 1176. A Scipione primùm introductum hunc morem Casaubonus ad Sueton. pag. 145 observat. ¶ 4. Hinc, qui circa Imperatorem postea dignitate aliqua vel militari, vel togata conspicui essent, [οἱ περὶ τὸν βασιλέα, ut Zosimus lib. 5 cap. 25 adpellat,] ut & provinciis dati essent rectores, sic adpellabantur. Hinc *Comes Palatii: Comes Consistorii: Comes stabuli: Comes sacrarum largitionum: Comes archiatrorum:* item *Comes Africæ, Illyrici*, &c. Quorum passim in utroque Codice, Notitia Imperii, apud Symmachum etiam & alios hujus generis auctores mentio fit. Conf. Salmas. ad Scriptor. Histor. August. p. 47, 48. Schild. ad Sueton. p. 344, 345, Barth. ad Rutil. Itinerar. pag. 168. Estque hic titulus ac honor à Constantino Magno institutus, ut Eusebius auctor est lib. 4 de vitâ ejus initio. Nec ex origine aliâ deducendi, qui adpellantur hodie *Comites*, sunt. Sed nunc id nominis hæreditariæ cujusdam nobilitatis gradum dominiique proprii speciem designat, quod numeris olim atque officii & delegati imperii ac potestatis fuit; **grafen**. Vide Cambdenum in Britannia: Sigismundum Gelenium in Notit. Imperii; nec non Rhenanum lib. 1 Rerum Germanicarum, & alios. ¶ 5. Sed & *Pædagogi* olim honestiore vocabulo *Comites* adpellati: qui & *monitores*, item *rectores* dicebantur. Ita Suetonius Aug. cap. 98, Thrasyllum *Tiberii comitem*; & in Tiberio cap. 12, M. Lollium, *comitem & rectorem* C. Cæsaris vocat. Item Claudio cap. 35, *Et ne cuivis comiti aut librario calamariæ aut graphiariæ thecæ adimerentur.* ¶ 6. Comites etiam dicuntur milites aliis adjuncti, apud Nepot. in Agesil. cap. 6, 3.

¶ Comitissa, æ, id est, *illustrissima comes*, **eine gräfin**, recens & minus latinum vocabulum.

¶ Comĭtatus, ûs, cœtus vel munus comitum; vel qui sequuntur aliquem, **das geleite**. *Semivir comitatus*, **weibische gesellschafft**, Virg. 4 Æn. v. 215. *Magno comitatu venire*, **mit starcker suite**, Senec. epist. 7. ¶ 2. Apud Cæsarem *Comitatus* vocari videtur numerus, sive turba collecta ex vario hominum genere, qui per dubium belli tempus simul faciunt iter, ut sibi præsidio mutuo sint, si quis incidat casus, & tuto, quo destinârunt, & in amica castra præcipue supportandorum commeatuum, aut aliarum rerum caussa perveniant; **eine convoy**. Vt lib. 1 de Bell. Civ. c. 48, *Neque civitates, quæ ad Cæsaris amicitiam accesserant, frumentum supportare: neque ii, qui pabulatum progressi erant, interclusi fluminibus reverti, neque maximi comitatus, qui ex Italia veniebant, in castra pervenire poterant.* Habes usus hujus exempla & c. 51, & c. 54 extr. ¶ 3. Vt *Comites* dicebantur, qui in Palatio Imperatoris, ut observavimus paullo ante, militabant, sic ipsa aula principis recentioris notæ Scriptoribus *Comitatus* haud raro adpellatur. Ausonius epist. 17, *Expertus es fidem meam mentis atque dictorum, dum in comitatu degimus ambo, ævi dispares.* Vbi κατ' ἐξοχὴν *comitatum* Aulam Principis vocat. Symmachus ut notam discriminis adderet, *sacrum comitatum* non semel dixit, ut lib. 9 epist. 8, & lib. 10 epist. 39. Sidonius lib. 1 ep. 11, *Temporibus Augusti Majoriani venit in medium charta comitatum, sed carens indice, versuum plena Satyricorum.* Quin ipse Tacitus quoque non aliter usus vocabulo est 2 Hist. cap. 65, *Cluvius comitatu principis adjectus, non ademta Hispania, quam rexit absens. Comitatu adjectus*, id est, in aulam assumtus. ¶ 4. Comitatus, subst. **Graffschafft**, ex vulgari usu temporum nostrorum. Hinc

¶ Comitatensis, e, adjectivum, pro eo, quod in comitatu est. Sic *munus comitatense*, Lege 38 Cod. Theod. de Decurionibus: *Comitatensis fabrica*, Ammianus lib. 18 cap. 8, (Vales. c. 4,) id est, machinatio & delatio a comitatensibus instituta: *Comitatenses excubiæ*, Ennodius lib. 8 epist. 16. *Comitatense exercitium*, Idem lib. 4 epist. 33, ad quem locum Sirmondus: *Comitatenses generaliter vocantur omnes, qui in sacro palatio militant in Principis comitatu: interdum palatini peculiariter adpellati, qui in officio erant utriusque Comitis Largitionum.* Vide ibi plura, etiam exempla utriusque notionis.

¶ Comitivus, a, um, ad comites pertinens; ut, *Comitiva dignitas*, apud Vegetium lib. 2 cap. 9. Etiam absolute *Comitiva*, pro dignitate comitis. Vid. du Fresne Glossarium.

¶ Cŏmĭto, are, activ. & frequentius Comitor, ari, deponentiale, **eines gefehrte seyn, begleiten, folgen**. *Superbia comitatur honores*, **hoffart zeucht den ehren nach**, Claudian. de consul. Mall. Theod. v. 243. Cicero etiam cum Dativo junxit. Ejus enim est illud 5 Tusc. cap. 35, *Ceteraque, quæ comitantur huic vitæ.* Sed *Comitari funus*, Nepos in Attico cap. 22, **zur leiche gehen**. Estque hoc verbum inter voces huic officio proprias, quas refert Kirchm. de Funer. lib. 2 cap. 10. Activa forma Ovidius aliquoties usus est, ut lib. 2 ex Ponto epist. 3 v. 43,

Pirithoum Theseus Stygias comitavit ad undas.

¶ Cŏmĭtatus, a, um, **begleitet**. Ovid. de Arte am. lib. 2 v. 279,

Ipse licet venias Musis comitatus, Homere.

Cic. 2 Catil. c. 2, *Illud moleste fero, quod ex urbe parum comitatus exierit.* Comparativo etiam usi sunt. Cic. 5 Tusc. cap. 39, *Asclepiadem ferunt, cum quidam quæreret, quid ei cæcitas attulisset: respondisse, ut uno puero esset comitatior.* Plinius lib. 10 cap. 37, *furto* [columbas] *comitatiores reverti.* Et Apulejus Apolog. p. 288, *Hercules neque una pelle vestitior, neque uno baculo comitatior fuit.*

¶ Comitabilis, e; Paullinus Nolanus Ausonio Carm. 10 [vet. ed. 12] v. 291, *Ipse obit, atque illi suus est comitabilis error.*

¶ Concomitari, **mit begleiten**. Hinc Philosophi Connexa vocant *Concomitantia*. Et hinc

¶ Concomitatus, a, um, mit begleitet. Plautus Mil. Glor. act. 4 ſc. 3 v. 10, *quibus concomitata recte deveniat domum.*

¶ Incŏmĭtatus, a, um, ſine comite, unbegleitet. Ovid. lib. 2 de Ponto eleg. 3 v. 35,

Judice te mercede caret, per ſeque petenda eſt
Externis virtus incomitata bonis.

Cic. lib. 1 de Orat. cap. 55, *cujus artem cum indotatam eſſe, atque incomitatam, & incomtam videres, verborum eam dote locupletaſti & ornaſti.* Virgil. 4 Æneid. v. 467,

Sola ſibi ſemper longam incomitata videtur
Ire viam.

Et Silius lib. 9 v. 101, *incomitata veſtigia.*

Comeſſor, Comeſſator, &c. vide *Comiſſor.*

CŎMĒTA, Comētes, æ, Græcè Κομήτης, Latine *Crinita* & *cincinnata ſtella*, ſecundum Ciceronem 2 de Nat. Deor. cap. 5, ein comet. Apul. de Mundo: *Ex ea parte, qua curriculis finitimi inuritur ſolis, ejaculari atque emicare & ſcintillare flammæ quædam oſtenſæ oculis noſtris videntur, quas Græci Cometas, & Docidas, & Bothynos adpellant.* An Stellæ ſint, diſputant Philoſophi. Eſſe, erudite docet Seneca lib. 7 Quæſt. Nat. Plinius certe lib. 2 cap. 25, ubi plures Cometarum ſpecies, ſuis nominibus diſtinctas, refert; *Sidus terrificum*, Cometen vocat. Vide & Servium ad 10 Æn. v. 272. Ammianus lib. 25 cap. 32, (ubi & variantes Phyſicorum rationes perſtringit) & lib. 30 c. 21, *ſidera cometarum* adpellat. *Cometæ prænuncii ſunt magnarum plerumque calamitatum*, Cicero Nat. D. c. l. cometen, böſe propheten. Tibullus lib. 2 eleg. 5 v. 71,

belli mala ſigna, cometes.

Lucanus lib. 1 v. 526,

Ignota obſcuræ viderunt ſidera noctes,
Ardentemque polum flammis cæloque volantes
Obliquas per inane faces, crinemque timendi
Sideris, & terris mutantem regna Cometen.

Valer. Flaccus lib. 6 v. 607,

iratoque vocati
Ab Jove fatales ad regna injuſta cometæ.

Contra quam opinionem eruditiſſima oratione diſſeruit Andreas Dudithius. Alii, inter quos & Chæremon Stoicus fuit, tradiderunt, Cometarum alios mala & triſtia, alios læta atque felicia ſignificare, illos nempe, qui de Jove & Venere fiant. Sic Cometa, qui in ludis Veneris Genetricis adparuit, ſalutaris Auguſto fuit, teſte Plin. lib. 2 cap. 25. Contra qui ex Matre & Saturno, diros exiſtere & infelices; ut Servius ex Avieno annotat. Quem vide ad illud Georg. 1 ſub. fin.

non diri toties arſere cometæ:

Item illud Æn. 10 v. 272,

ſi quando nocte Cometæ
Sanguinei lugubre rubent.

Comice, Comicus, vide *Comœdia.*

COMINIA, æ, genus olivæ apud Plinium 15 c. 3.

Cominus, adverb. vide in *Manus.*

CŌMIS, e, qui in omni ſermone & cultu vitæ facilis, amœnus jucundusque eſt, höflich, ſittſam, freundlich, holdſelig. Extenditur & ad liberalem atque benignum: unde Plautus & pro prodigo *comem* dixit Trinum. a. 1 ſc. 1 v. 24. Cicero orat. pro Balbo cap. 16, *Comes, benigni, faciles, ſuaves homines*, &c. Plinius lib. 35 cap. 4 extr. Tiberium *parum comem* Imperatorem vocat, id eſt, elegantiarum parum ſtudioſum, (loquitur enim de picturis eo loco) atque ſubruſticum adeo. Vet. Gloſſ. *Comis*, κόσμιος. ¶ Comp. *Comior*, apud Ciceronem pro Muræna cap. 31, *Quis*, inquit, *C. Lælio comior, quis jucundior?* Superl. vulgo profertur ex Suetonii Veſpaſ. cap. 22, *Semper aliàs comiſſimus:* ſed Gruterus ex MS. reſtituit, *ſuper aleas communiſſimus*, quod mirifice placuit Caſaubono, etiam ab accuratiſſimo editore Jo. Ge. Grævio expreſſum eſt. Legitur tamen idem gradus apud Apulejum lib. 10, *comiſſimis affatur ſermonibus.* Ita Elmenh. p. 247, & Priceæus p. 224. Et lib. 11 p. 268, [Pric. 255] *ſenex comiſſimus.*

¶ Percōmis, e, valde comis, Cicero de Clar. Orat. cap. 58 pro Superlativo uſus eſt. *Scævola*, inquit, *peritiſſimus juris, idemque percomis eſt habitus.*

¶ Comitas, ātis, ipſa virtus, à quâ perhibemur *comes:* quæ humanitatis ſpecies eſt, & eadem ferme, quæ alias appellatur *benignitas;* de quâ ſupra ex Hieronymo diximus; freundlichkeit, höflichkeit. Opponitur enim duritiæ, & ſeveritati, & tetricis moribus &c. Tacitus Agricolâ cap. 16, *Trebellius ſegnior & nullis caſtrorum experimentis comitate quadam curandi provinciam tenuit. Comitate curandi*, facilitate, lenitate. Namque & Cicero lib. 1 ad Q. Fratrem epiſt. 1, quam lenitatem in Prætore commendaverat, & ſeveritati oppoſuerat, mox *comitatem* dicit, & ab effectu *jucundam* vocat: cùm *ſeveritas* contra acerba ſit atque ingrata. Hoc eſt, quod idem Tacitus 1 Hiſtor. cap. 13, *comiter adminiſtrare provinciam*, dixit. *Cœnam exquiſitiſſimæ comitatis*, i. e. jucunditatis & hilaritatis, Suetonius dixit Othone cap. 3. Idem Auguſto cap. 98, *Caprearum quoque ſeceſſus quatriduum impendit: remisſiſſimo ad otium & omnem comitatem animo.* Et hujus *comitatis* exceſſum *petulantiam* vocat Plinius lib. 8 epiſt. 21. De *Comibus* & *comitate* plura etiam apud Pontanum leges lib. 1 de Serm. cap. 10 & cap. 28. Conf. & Vorſtii Indicem ad Corn. Nep. hac voce.

¶ Cōmĭter, adverb. ut, *conſolari comiter*, freundlich tröſten, Cic. 3 Attic. ep. 15. *Comiter aliquem adjuvare*, willig helffen, Terent. Phorm. a. 3 ſc. 3 v. 4. *Comiter & benigniter aliquem compellare*, liebreich anſprechen, Livius lib. 2 cap. 44. *In convivio jucundè ac comiter eſſe*, Cicero pro Dejotaro cap. 7, quod Livio lib. 1 cap. 22 eſt *convivium comiter celebrare. Comiter habitare*, pro, eleganter & ſplendide habitare, Plinius lib. 17 cap. 1 dixit. *Comiter alicujus majeſtatem conſervare*, quorundam fœderum formula erat, quam explicat Cicero Orat. pro Balbo cap. 16. Superl. *Comiſſime*, Plauti eſt in Milite a. 3 ſc. 3 v. 66, *Datne ab ſe mulier operam?* Reſpondet neſcio quis: *Lepidiſſime & comiſſime.*

CŌMISSOR, āri, [ita enim ſcribendum, non *comeſſari* vel *commeſſari:* quippe quod ex Græco κωμάζειν eſt] eſt a cœna bibere, & foris quidem maximè. Plautus Moſtell. a. 1 ſc. 4, *Nunc comiſſatum ibo ad Philolachen.* Horat. lib. 4 ode 1 v. 11,

tempeſtivius in domo
Paulli purpureis ales oloribus
Comiſſabere Maximi.

Livius lib. 40 cap. 7, *Hujus rei ignarus Demetrius, quin comiſſatum, inquit, ad fratrem imus.* Sueton. Domit. cap. 21, *Convivabatur non ultra ſolis occaſum, nec ut poſtea commiſſaretur.* Originem verbi reique aperit Scaliger lib. 1 de Satyrâ cap. 4 extr. & Voſſ. Etym. p. 151.

¶ Comiſſatio, ōnis, compotatio à cœna, ein ſchmauß. Sueton. Vitellio cap. 13, *Epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat, in jentacula, prandia, cœnas, comiſſationes.* Idem Tito cap. 7, *ad mediam noctem comiſſationes cum aliis extendere.* Cicer. 2 Catil. cap. 5, *comiſſationes quærere.*

¶ Comiſſator, ōris, ein ſchlemmer, ſchmaußer. Apul. de Mundo p. 74, *Ille moriturus ad ſupplicii locum ducitur; hic ad convivii repotia & veſpertinus comiſſator adventat.* Martial. lib. 9 epigr. 62,

Atque oluere Lares comiſſatore Lyæo.

Livius lib. 40 cap. 7, *Comiſſatores, tamquam ad cædem ſuam venientes, aditu januæ arcet.* Cicero ad Attic. lib. 1 ep. 16, Catilinarios vocat *comiſſatores conjurationis*, à vitæ ſtudiis, quibus deditiſſimi erant. Vid. 2 in Catil. cap. 5.

¶ Comiſſabundus, a, um; Livius lib. 9 cap. 17 de Alexandro M. *per Indiam temulento agmine comiſſabundus inceſſit.* Plinius lib. 21 cap. 3, *comiſſabundi juvenes.*

CŎMĬTIVM, i, videtur proprie quemlibet cœtum ſeu conventiculum ſignificare, à *coëundo* videlicet, unde & cœtus dicitur: *Comitium*, quaſi *Conitium*, eine verſammlung, zuſammenkunfft. Vet. Gloſſ. Ὀχλαγώγιον, *Comitium.* Item, Ὀχλαγωγῶ, *comitium facio, circulor.* Sic *Comitia amicorum*, Nep. in Attic. c. 4, in quibus agitur de amicorum dignitatibus: ad hæc ventitare, ibique petitionem amici auctoritate, & ſuffragio juvare, officii erat. ¶ 2. Comitium locus Romæ in foro juxta curiam, Livius ut indicat lib. 1 cap. 36. Ibi antiquitus diſceptabantur cauſſæ, habebanturque curiata comitia à populo: qui cum eo coiret, inde nomen accepit. Varro lib. 4 de L.L. *Comitium*, inquit, *ab eo, quod coibant eò comitiis curiatis & litium cauſſa.* Vel quod Romulus Tatiusque, cum ſociarent regnum Romæ, pangendi fœderis cauſſa ibi coierunt, ut Plutarchus in Romulo auctor eſt pag. 30. Sumebantur ibi & ſupplicia de ſontibus. Vnde *Comitium & virgas pati*, pro pœnam pati, Plinius dixit lib. 4 epiſt. 11. Vbi vide & Notas Buchneri. Multis annis *Comitium* tecto caruit, unde comitia indicta ſæpe ob tempeſtatem diſſoluta: longo tempore poſt, ubi Hannibal in Italiam venit, tectum impoſitum fuit, ut Livius lib. 27 c. 36 refert: à Cæſare poſtea reſtauratum. Cic. pro Sext. c. 35, *forum, comitium, curiam armatis hominibus occupare.* Hujusmodi locus hodie diceretur, das landhauß, parlament-hauß. ¶ 3. *Comitia* in plurali numero dicebantur conventus univerſi populi Romani, cum in Campo Martio ad Tiberim, cum creandorum Magiſtratuum, tum ferendarum legum & exercendi judicii cauſſa coibat, quæ non unius generis erant. Alia enim *Centuriata*, cum Populus per claſſium centurias ferebat ſuffragia, de quibus Cic. orat. pro domo ſuâ, & Plutarch. in Gracchis; alia *Tributa*, cum Populus tributim, ſive per Tribus deſcriptus ſuffragia ferebat; & alia *Curiata*, ſub quibus *Calata* etiam continebantur, quæ a Curiis, quas XXX inſtituit Romulus, minores Romani Pop. partes (majores enim *Tribus* appellabantur,) dicta ſunt. Vide Gellium lib. 15 cap. 27. De omnibus autem, & qua ratione, atque a quibus haberentur, peculiari opere in tres diviſo libros, eruditè & accurate Nicolaus Gruchius Rotomagenſis expoſuit DE COMITIIS ROMANORVM inſcripto. Adde Roſini Antiq. Roman. lib. 6. Porro *Conſularia Comitia* dicebantur, quæ creandorum Conſulum; *Prætoria*, quæ Prætorum; *Ædilitia*, quæ Ædilium: *Tribunitia*, quæ Tribunorum cauſſa habebantur. Apud Livium lib. 1 cap. 35, *Comitia creando Regi* etiam legas.

¶ Comitialis, e: ut, *Comitiales dies*, raths-tage, wahl-tage, quibus cum populo agi licet, ut Macrob. lib. 1 Saturnal. cap. 16 interpretatur. *Menſis comitialis*, Cicer. 4 Verrin. cap. 52. *Comitialis morbus*, qui ἐπιληψία Græcis, Latinis *Caducus* dicitur, quo homo ſubito concidit, & ſpumæ ore moventur, die böſe kranckheit, die ſchwere noth. Plinius ſic appellavit lib. 20 cap. 6, & clarius Apulejus Apologia 1 p. 306, *Sed ſi usque adeò aucta eſt, ut etiam vigilantium capiti offundatur, tum verò repentino mentis nubilo obtorpeſcunt, & moribundo corpore, ceſſante animo, cadunt. Eum noſtri non modo Majorem & Comitialem, verum etiam divinum morbum, ita ut Græci ἱερὰν νόσον vere nuncuparunt: videlicet quod animi partem rationalem, quæ longè ſanctiſſima eſt, eam violet.* Vid. P. Crinit. de H. D. lib. 25 cap. 1. Ideo ſic appellatus, quod dirimerentur comitia, ſi quis ex eo, cum haberentur, concidiſſet. Q. Serenus Sammonicus cap. 56,

Eſt ſubiti ſpecies morbi, cui nomen ab illo eſt,
Quod fieri nobis ſuffragia juſta recuſat.

Feſto eſt *morbus major* in voce *Prohibere;* & Juſtinus 13, 2, 11, *valetudinem majorem* vocat. Alii adpellant morbum caducum, Herculeum, ſacrum, &c.

¶ Comitialiter, adverb. idem ac epileptice, Plin. 21 c. 21.

¶ Comitiarius, a, um: ut, *Comitiaria ſtatio*, Livius 23 cap. 16, ſed meliores libri habent *cotidiana ſtatio.* vid. Gronov.

¶ Comitiatus, i, ſuffragiis populi in Comitiis electus: Aſconius in Prooem. Action. in Verrem: *Tribunorum militarium duo ſunt genera: Primum eorum, qui* RVTVLI *dicuntur, hi in exercitu creari ſolent: Alii ſunt* COMITIATI, *qui Romæ Comitiis deſignantur.*

¶ Comitiatus, ûs, ſubſt. comitia, conventus comitialis. Cic. 3 de Leg. cap. 19, *Lex altera de capite civis rogari, niſi maximo comitiatu, vetat.*

¶ Incomitiare, pro, in comitia vocare, Plautus poſuit Curc. act. 3 ſc. 1 v. 31. Feſtus, INCOMITIARE, inquit, *ſignificat tale convicium facere, pro quo neceſſe ſit in comitium, hoc eſt, in conventum venire:* hoc eſt, *cauſſam dicere.*

Comitivus, Comitor, vide *Comes.*

COMMA, ătis, κόμμα, *inciſio* vel *inciſum*, ut Cicero in Bruto vertit; pars periodi, perfecti nihil habens, & ſæpe una tantum voce conſtans, vide *Periodus*. ¶ 2. In Carmine *Commata* dicuntur, partes verſuum, quæ integros pedes, ſive integras regiones non habent; nam quæ habent, *cola* appellantur. Vt, *Arma virumque cano*. Comma eſt: neque enim habet tres pedes perfectos. Contra Colon eſt: *Defeciſſe videt ſua*. Sunt enim tres integri pedes. Vide Mar. Victorium itemque Atilium Fortunatianum Grammaticos, itemque Voſſ. lib. 4 Inſtit. Orat. pag. 58, 61. ¶ 3. Commata ſunt etiam aquarum emiſſaria & incilia, waſſer-fälle. ¶ 4. Comma etiam dicitur Character nummi: unde *nummi πονηρῦ κόμματος, mali commatis*, apud Ariſtophanem. Vide infra in *Nota*.

Commaſculo, āre, Commeare, Commeatus, Commendare cum derivatis, Commenſus, Commentari, Commentarius, &c. Commentitius, Commentum, Commercium, Commilitium, Commilito, Comminiſcor, Commiſerari, Commiſeratio, Commiſſarius, Commiſſio, Commiſſorius, Commiſſura, Committo, vide in *Mas*, *Meo*, *āre*, *Mando*, *āre*, *Metior*, *Mens*, *Merx*, *Miles*, *Mens*, *Miſereor*, *Mitto*.

COMMODIANUS, i, Poëta Chriſtianus, qui, ut Gennadius in Catalogo Illuſtrium Virorum de eo ſcripſit, dum inter ſeculares litteras Chriſtianorum legit, occaſionem accepit fidei; atque ipſe Inſtructiones LXXX. adverſus paganos pro Chriſtiana diſciplina exaravit, in quibus falſos gentium Deos pravosque cultus acriter perſtrinxit. Vixit ſub initia quarti a Chriſto nato ſeculi. Cujus vero civitatis fuerit, non ſatis conſtat. Rigaltius Romanum civem facit: Sed Dodwellus Afrum fuiſſe oſtendit, eo quod multa cum Cypriano communia habuerit. Vide Schurzfleiſchium in præfat. Commodiani, & Dodwelli huic annexam diſſertationem.

COMMODUS, a, um, vide in *Modus*, a quo dictum eſt, cum omnibus derivatis & decompoſitis. ¶ 2. Commodus, L. Aur. Antonius, patri M. Antonino, cui in imperio ſucceſſit, prorſus diſſimilis, & alter Nero. vid. Lamprid. in ejus vita, Eutrop. lib. 8, & Auſonii Cæſ. 18.

Communico, Communio, Communis, &c. vide *Munus*.

Como, are, vide paullo ante *Coma*.

CŌMO, compſi, comptum, comĕre, ornare, componere, ſchlichten, ſchmücken. Maximè ad cultum capitis, & capillorum pertinet, ut exempla auctorum teſtantur. Sic *Comere capillos*, *caput*, dicimus. Silius 7 v. 447, *nivea comebat fronte capillos*: Tibullus lib. 1 eleg. 8, *compſerit arte caput*. Inde ad omnem cujusque rei ornatum transfertur, & ſimpliciter *ornare* ſignificat. Inde *comptum opus*, de libro eximie & eleganter culto, Tibullus dixit lib. 3 eleg. 1 v. 14. Idem lib. 4 eleg. 6 pr. *Tota tibi eſt hodie, tibi ſe lætisſima compſit.*
Compſit, i. e. ornavit, excoluit, ſie hat ſich dir zu gefallen geputzt; Sequitur enim mox:

Illa quidem ornandi cauſſas tibi, Diva, relegat,
Sed tamen occulte eſt, cui placuiſſe velit.

Terent. Heaut. a. 2 ſc. 2 v. 10 & 11,

noſti mores mulierum;
Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt.

Martial. lib. 12 ep. 84,

Exiguos ſecto comentem dente capillos,
Dicet Achilleas diſpoſuiſſe comas.

Et Ovidius Heroid. epiſt. 4 v. 75,

Sint procul à nobis juvenes, ut fœmina, comti;
Fine coli modico forma virilis amat.

¶ Comptus, vel Comtus, a, um, geputzt, geziert: ut, *præcincti pueri comptique*, Horat. 2 ſat. 8 v. 70. *Compti capilli*, Virg. lib. 10 v. 832. *Natura comta*, Lucret. lib. 1 v. 948, id eſt ornata. Tacit. 1 Hiſt. cap. 19, *comptior ſermo*. Et Auguſtinus de Quantitate Animæ cap. 33, *animam mundiſſimam reddere & comptiſſimam*.

¶ Comptus, ûs, ſubſt. Lucretii eſt lib. 1 v. 87 pro ornatu. *Infula*, inquit, *virgineos circumdata comptûs*, ſchmuck.

¶ Comptè, vel Comtè, adverb. apud Gellium lib. 7 cap. 3 ſub finem, *Nimis compte atque modulate res acta eſt*. Et paucis interjectis: *Ea omnia diſtinctiùs numeroſiusque, ac comptius, fortaſſe dici potuerunt*.

¶ Incomtus, ſive Incomptus, a, um, inornatus, ungeputzt, unzierlich. *Capilli incomti*, Horat. lib. 1 od. 12 v. 41. *Oratio incomta*, Cic. in Orat. cap. 23. Comp. *incomtiore capillo*, Suetonius dixit Auguſt. cap. 69.

CŌMOEDIA, æ, κωμῳδία, ein ſchauſpiel, dicta vel à κώμη & ᾠδή, quod in vicis ejusmodi Poëmata decantarentur, vel à κωμάζειν & ᾄδειν, h. e. à *comiſſando* & *canendo*. Definitionem ejus vide apud Scalig. lib. 1 Poët. cap. 5. Duplex erat: *Vetus*, cujus ingens fuit invehendi in mores hominum licentia, de quâ Horat. principio ſatyræ 4 lib. 1 Sermonum:

Si quis erat dignus deſcribi, quod malus, aut fur,
Quod mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui
Famoſus, multâ cum libertate notabant.

Vide & Lucianum de Gymnaſiis pag. 849, ubi & de utilitate hujus licentiæ habes. Ejus auctores præcipui fuerunt *Eupolis*, *Cratinus* & *Ariſtophanes*, ut Horatius ibidem, itemque Quintilianus enumerant. *Nova*, quam Menander inſtituit, minus habuit libertatis & acerbitatis, plus elegantiæ: *privatæ vitæ & civilis conſuetudinis magiſtra, in qua effictos mores noſtros, expreſſamque imaginem vitæ quotidianæ videmus*, quemadmodum Cicero de ea ſcripſit. Quænam in Comœdia potisſimum ſpectanda, legere poteris apud Voſſ. lib. 4 Inſtit. orat. pag. 27. Partes habet neceſſarias *Protaſin*, *Epitaſin*, & *Cataſtrophen*, quibus Scal. lib. 1 Poët. cap. 9 addit *Cataſtaſin*, cum jam fabula eſt in vigore. Harum partium communes portiones majores *Actus*; Actuum autem portiones minores ſunt *Scenæ*. Acceſſoriæ partes ſunt *Argumentum*, *Prologus*, *Chorus*, *Mimus*. Circumſtantes denique, *titulus*, *modi*, *cantus*, *ſaltatio*, *apparatus*. A Tragœdia differt *Perſonarum conditione*, *fortunarum negotiorumque qualitate*, *exitu*. Vide Scal. de Poëtica, & Donati Prolegomena in Terent. *Agere Comœdiam*, eine comödie ſpielen, Ter. Heaut. prol. v. 5. Si cum benevolentiâ ſpectatur & probatur, dicitur *ſtare*; ſin minus, *exigi*. Terent. Prologo Hecyr. *Partim earum ſum exactus, partim vix ſteti*.

¶ Comœdus, i, ein comödiant, comödien-ſpieler, qualis fuit Roſcius, Ambivius &c. Symmachus lib. 10 epiſt. 2, *Magnis negotiis itidem ut magnis Comœdiis, edecumati apponuntur Actores. Non idem honor in pronunciandis Fabulis Publ. Pollioni, qui Ambivio fuit; neque par Æſopo & Roſcio fama proceſſit*. Hæc exempla ſunto: ipſo autem nomine *Comœdi* uſus eſt Cicero in Oratore cap. 31, *ſed & comœdum in tragœdiis, & tragœdum in comœdiis admodum placuiſſe videmus*.

¶ Comœdus, a, um, adjective, comödianten-hafftig. Juvenalis ſat. 3 v. 100, *Natio comœda eſt*.

¶ Comœdicus, a, um, aliud adjectivum. Apulejus 3 Florid. *His laudibus diu in arte comœdica nobilis*.

¶ Comœdicè, adverb. idem quod feſtive & concinne Plaut. Mil. 2, 2 v. 58.

¶ Comœdialis, e, zur comödie gehörig. Scribanius de Paſſ. Chriſt. c. 9, *Theatralis vel comœdialis ſcena*.

¶ Comicus, a, um, κωμικὸς, idem; ut, *Comica verba*, Plaut. Pſeud. 4, 6 v. 19. *Comici ſenes* pro fatuis, Idem Moſt. 5, 2 v. 30. Sic, *auctores comici*, *poëta comicus*. Cicer. in Orat. cap. 20, *Locutio Comicorum poëtarum, niſi quod verſiculi ſunt, nihil eſt aliud quotidiani diſſimile ſermonis*. ¶ Abſolute etiam *Comicus* dicitur ſcriptor comœdiarum, qualis Plautus, Terentius &c. v. Plaut. Pœn. 3, 2 v. 4, & Perſ. 4, 2 v. 4.

¶ Comicè, adv. auf comödiſche art: item, luſtig, poßirlich. Cic. 3 de Orat. cap. 8, *res tragicas comice, triſtes remiſſe tractare*. Seneca epiſt. 100, *Sit aliquid oratorie acre, tragice grande, comice exile*.

CŌMŌSIS, is, fundamentum primum operis apum, das werck, das die bienen erſtlich ſetzen, Plinius lib. 11 cap. 7.

Compactilis, compactio, compactum, compages, compago, compaginare, compagus, Comparabilis, comparare, &c. compareo, compedio, Compellare, compellatio &c. vide ſub *pango*, *par*, *pareo*, *pes*, *pello*, *āre*.

Compendium cum derivatis, Compenſatio, compenſo, Comperendinatio, comperendino, Comperio, Compernis, vide in *Pendo*, *perendie* in *dies*, *pario*, *perna*.

Compes, compeſco, Compilo, Compingo, quære in *pes*, *paſco*, *pilo*, *pango*.

COMPĬTUM, i, idem quod quadrivium, Servio auctore, ad illud Virgilii Georg. 2 v. 382, *pagos & compita circum*, ein creutz-weg, wegſcheid. *Ad compitum Anagninum*, Livius lib. 27 cap. 4. Varro etiam virili genere dixit, *Vbi compitus erat aliquis*, apud Nonium cap. 3 n. 38. Iſidoro lib. 15 cap. 2 & cap. 16 *Compita* ſunt quaſi *Competa*, quia plures viæ in ea competunt, id eſt, conveniunt.

¶ Compĭtalis, e: ut, *Lares compitales*, apud Sueton. Auguſto cap. 31. Neque enim ædibus tantùm ac focis, ſed viis publicis etiam præeſſe credebantur. Vnde *Lares viales*, apud Plautum Mercatore act. 5 ſc. 2 v. 24. Ovid. de Lare lib. 5 Faſtorum v. 140,

Compita grata Deo.

Et lib. 2 v. 616 Lares ita deſcribit:

qui compita ſervant:
Et vigilant noſtrâ ſemper in urbe Lares.

¶ Compĭtalia, orum, ſacrificia & ludi, qui Larium honori in compitis peragebantur circa Calendas Januarias quotannis. Nullum certum diem præfinitum fuiſſe his Sacris, ex loco Varronis ad Suetonium rectè obſervavit Caſaubonus, confirmatque Auſonius Idyll. 25, cùm ait:

Et nunquam certis redeuntia feſta diebus,
Cum ſua per vicos compita quisque colit.

Non longe tamen à Saturnalibus celebrata perſuadet Dionyſius lib. 4. Inſtitutio eorum à Servio Tullio eſt, ut idem Dionyſius, itemque Plinius lib. 36 extr. docet. Cic. in Piſon. cap. 4, *III Calend. Ianuarii*. Auguſtum bis celebraſſe per annum, quæ ſemel ante peragerentur tantùm, ejus vita ſignificat Suetonius cap. 31.

¶ Compĭtālĭtius, a, um. *Dies ipſi earum feſtivitatum Compitalitii* dicebantur. Cicero ad Attic. lib. 7 epiſt. 7, *Compitalitius dies eſt*. Et, *Ludi compitalitii*, Idem in Piſonem cap. 4 ineunte. ¶ Et Compitalitia, ſubſtant. apud eund. ibid. *Cum in Calendas Januarias compitalitiorum dies incidiſſet*.

Complano, Complector cum derivatis, Compleo, Complices, complico, Complodo, Comploro &c. Complutus, Compluvies, vide *planus*, *plecto*, *plenus*, *plico*, *plaudo*, *ploro*, *pluvia*.

Compos, Comprehendo, &c. Compranſor, ōris, Compresſio, comprimo &c. vide *Potis*, *Prehendo*, *Prandium*, *Premo*.

COMPSĀNI, orum, Hirpinorum populi in Italia, quorum urbs *Compſa* nunc ad regnum Neapolitanum pertinet. v. Plin. 3 cap. 11, & Vellej. 2, 68, 3.

Comptus, Compulſio &c. vide *Como*, *Pello*, *ĕre*.

CŌMUM, i, κῶμον, Galliæ Ciſalpinæ civitas juxta Larium lacum; mediocris primum fuit colonia trans Padum, ſed aucta eſt poſtea à Scipione, Pompejo & Cæſare: patria Plinii Junioris.

¶ Comenſis, e, adject. Plinius lib. 2 cap. 103, *In Comenſi agro juxta Larium lacum* &c.

¶ Novocomum, i, etiam dicitur, unde

¶ Novocomenſes, Novocomi incolæ.

CONCĂNA, æ, civitas Hiſpanica in Aſturia. Hinc

¶ Concănus, i, incola ejus civitatis, cujus potus fuit ſanguis ex equini cruris venis ſubtractus & lacti commixtus. Horat. 3 od. 4 v. 34,

Et lætum equino ſanguine Concanum.

Et Silius lib. 3 v. 361,

Cornipedis fuſa ſatiaris, Concane, vena

Concentio, concentor, vide *Concino* in *Cano*; Concerpo, vide *Carpo*.

CONCHA, æ, genus piſcis teſta contectum, κόγχη, fiſch in der muſchel; Veneri ſacra, Plin. lib. 9 cap. 35. Leviorem habet ac politiorem teſtam, *Oſtrea* vero, meer-ſchnecken, aſperiorem: ſed *Cochleæ* teſtudines & limaces terreſtres ſunt, tametſi & fluviatiles & marinæ cochleæ ſint multa-

multarum specierum. *Conchas & umbilicos legere*, Cic. de Orat. 2 cap. 6. ¶ 2. *Concham* pro *tuba* posuit Virgil. Æneid. 16 v. 171,
Sed tum forte cavâ dum personat æquora concha.
¶ 3. *Concha* est pro natura muliebri, Plaut. Rud. 3, 3 v. 42, *Te ex concha natum esse autumant; Cave tu harum conchas spernas.* ¶ 4. Est & *Concha* vasis genus, à similitudine concharum sic appellatum. Cato de Re Rust. cap. 66, *Continuo capulator, conchâ oleum quam diligentissime poterit, tollat.* Columella lib. 12 cap. 50, *Conchæ ferreæ, quibus depletur oleum*, damit man das öl abschöpffet. ¶ 5. Vascula etiam, quibus unguenta servabantur, *conchas* appellavit Horatius lib. 2 ode 7 v. 22, *funde capacibus*
Unguenta de conchis.
¶ Conchŭla, æ, diminut. perlen-muschel. Valer. Max. lib. 8 cap. 8 n. 1, *Constat, vagas litoribus conchulas & umbilicos lectitasse.* Dracontius lib. 2 v. 68, *Et generat pelagi conchula divitias.*
¶ Conchatus, a, um, in speciem conchæ curvatus, gestalt wie eine muschel; ut, *conchata caudâ*, Plin. 10 c. 20.
¶ Conchȳlium, i, Κογχύλιον, eine meer-schnecke; nomen generale omnium concharum est. Horat. lib. 2 Serm. sat. 4 v. 30,
Lubrica nascentes implent conchylia Lunæ.
¶ 2. Κατ' ἐξοχὴν ita appellatur murex, cujus sanguine purpura tingebatur: & ipse color ille, de quo Plinius lib. 21 cap. 8. Hinc Seneca epist. 7, *Lanarum conchylia quis in pristinum candorem revocet?*
¶ Conchyliātus, a, um, murice tinctus, purpureus, von purpur. Vt, *Vestis conchyliata*, apud Plin. 9 c. 39, pro veste conchylio tincta. Et *conchyliata peristromata*, Ciceroni Philipp. 2 cap. 27, quæ Plauto *Conchyliata tapetia*, Pseud. a. 1 sc. 2 v. 14 sunt, purpurfarbene tapeten. *Conchyliata supellex*, Sidon. 1 epist. 2.
¶ Conchȳlis, is, purpur-farbe. vid. Lucret. 6 v. 1072. Catullus Argonaut. sive Carm. 65 v. 49, *Indo quod dente politum*
Tincta tegit roseo conchylis purpura fuco.
Quamquam ibi Scaliger malit *conchyli*, pro Conchylii legere. Et inde forte Serenus Carm. 44, *Purpura torretur conchyli perlita fuco.*
Vbi *Fucus conchyli*, color conchylii est.
¶ Conchȳta, æ, qui conchylia piscatur in mari, Plaut. Rudente a. 2 sc. 2 v. 5, *fures maritimi, conchytæ atque hamiotæ*, muschel-fänger, perlen-fischer. ¶ Conchites etiam lapis, qui apud Megarenses in Græcia effoditur, insigni candore & mollitie, marinis conchis undique refertus. Ex quo exstructum fuit monumentum Cari, filio Phoronei, via quæ Megaris Corinthum ducit. Pausan. in Atticis.
¶ Conchylilegulus, i, idem, l. 15 Cod. t. 7 de murilegulis.
CONCHIS, is, fabæ genus, schalbohne; item edulium ex fabis. Martial. lib. 13 epigr. 7, *Si spumet rubra conchis tibi pallida testa,*
Lautorum cœnis sæpe negare potes.
i. e. si fabam folliculatam condimentis suis apparatam habes, poteris domi cœnare. Idem lib. 7 epigr. 78,
Et bene si cœnas, conchis inuncta tibi est.
Juvenal. sat. 3 v. 293, *Cujus conche tumes?*
Conchula, Conchyliatus, Conchylis, Conchylium, Conchyta, vide *Concha.*
Concīdo, vide *Cado.*
Concīdo, Concīsor, vide *Cædo.*
Concilio, conciliare cum derivatis, vide in *Concilium.*
CONCILIVM, i, conventus, synodus, deliberandi & consultandi caussa convocata à *concalando*, i. e. convocando, Festo dictum, eine versammlung. Isidorus vero lib. 6 c. 16, ubi de primis Conciliis agit, a communi intentione adeoque a ciliis oculorum deducit. Virg. lib. 10 Æneid. ineunte:
Conciliumque vocat divum pater atque hominum rex.
Vetus Terentii interpres exponit *Nundinas* & *Conciliare* per *Emere.* Proprie *Concilia* dicebantur Romanis, quando plebs tantum in concionem vocabatur a patribus, non universus Populus Romanus, de quo Lælius Felix apud Gellium lib. 15 cap. 27. Hodie conventus Ecclesiastici Episcoporum ita appellari cœpti sunt. Pro *Diœcesi* usurpari cœpit, postquam *Constantini M.* ævo, quotannis conventus civilis diœceseos in primariâ urbe agebatur. Vnde & Patriarchæ & Metropolitæ dicuntur convocâsse *Episcopos concilii sui*, i. e. diœceseos, sive provinciæ. Liberatus Breviar. c. 4, *Mandavit Andreæ, & Theodoro Episcopis concilii sui*, i. e. diœceseos suæ. Concilia œcumenica, generalia vel universalia, allgemeine kirchen-versammlungen. De quibus Calixtus in Apparatu pag. 120, 121, 123, 125, 126, 127, 129, 201, quem vide. Sic dicimus *Indicere, convocare, habere concilium.* Et, *In concilium cœtumque proficisci*, Cicer. de Senect. extr. Et lib. 2 de finib. cap. 4, *Non est necesse, voluptatem in virtutum concilium adducere.* Et, *Concilia conventusque fugere*, Cæsar lib. 1 de bello Civili cap. 19. Quæ duo ita conjunxisse videtur, ut primum ad pauciores, alterum ad plures referretur. ¶ 2. Lucretius non raro isto vocabulo pro rerum quarumlibet conjunctione ac copulâ usus est. Vt lib. 1 v. 181, *Quippe ubi nulla forent primordia, quæ genitali*
Concilio possent arceri tempore iniquo.
Et rursus eodem lib. v. 518, *Id porro nihil esse potest, nisi materiaï*
Concilium.
Arnobius lib. 2 adversus gentes: *Edunt* (animantes brutæ) *per uteros fœtus & corporalibus conciliis procreant: & nos corporum conjugationibus nascimur, & ex alvis fundimur atque emittimur matrum.* Vbi vides, *concilia & conjugationes* Synonyma esse.
¶ Conciliābulum, i, locus ubi in cœtum convenitur, versammlung. Liv. lib. 7 cap. 15, *Nundinas & conciliabula obire.* Tacitus annal. 3 c. 40, *per conciliabula & cœtus seditiosa disserebant.* Sic *Damni conciliabulum*, i. e. ubi damnum conciliatur, Plaut. Trin. act. 2 sc. 2 v. 33. vid. Gronov. ad Ann. III Tac. 41, & Rosini Ant. Rom. 10 p. 993.
¶ Concĭlio, avi, atum, are, est duos animos conjungere, & alterum alteri reddere benevolum, vereinigen. Cicero de Off. lib. 1 c. 16, *Conciliat & conjungit inter se homines ratio & oratio.* Corn. Gallus eleg. 2, *Par ætas animos conciliare solet.*
¶ Hinc ad matrimonii rem sæpe transfertur; ut apud Plautum Trinum. act. 2 sc. 2 v. 104,
Tûte ad eum adeas, tûte concilies, tûte poscas.
Concilies, i. e. adjungas tibi, quo despondeat filiam. Justin. circa finem lib. 7, *Philippus Olympiada uxorem ducit conciliante nuptias Arisbâ*; Vid. Bernegg. ad Sueton. Cæsare c. 50, 4. Hinc & ad lenocinia transfertur, estque idem, quod nos, kuppeln, appellamus: qua ratione non semel hoc verbo usus Petronius est. Sueton. Cæsare c. 50, *Existimabatur enim Serviliâ, etiam filiam suam Tertiam Cæsari conciliare.* Inde *conciliatrix*, eine kupplerin, quæ & *adductrix* dicitur; & *conciliatura* pro lenocinio, de quibus infra. Sane & *conciliare*, pro adducere Plautus dixit Captiv. act. 1 sc. 2 v. 28; quemadmodum idem & *reconciliare*, pro reducere posuit ejusdem fabulæ prologo v. 33, & act. 1 sc. 2 v. 65, *Conciliare amicitiam, benevolentiam, gratiam, amorem, favorem, conjunctionem, nuptias*, freundschafft, gunst, liebe, &c. zuwege bringen oder stifften. Quæ notæ locutiones sunt. Vid. Cic. 2 de Orat. c. 49, & lib. 4 epist. 13, &c. *Magnam alicui invidiam conciliare*, einen sehr verhaßt machen, Vellej. 2, 56, 4. ¶ Quando autem non cum re, sed cum Deo, sive homine jungitur, significat placare, & amicum facere, versöhnen. Virg. 1 Æn. v. 78, *Tu sceptra Jovemque Concilias.* Catull. ad Manlium carm. 69,
Hostia cælestes conciliasset heros.
Seneca in Herc. Oetæo v. 407,
Conciliat animos conjugum partus fere.
¶ Nonnunquam idem est quod acquirere; Nep. Timoleonte cap. 3 n. 2, *Conciliare otium regioni.* Idem Themistocle cap. 10 n. 1, *Conciliari mihi eum cupio*, i. e. amicum fieri. ¶ *Conciliare bene ac pulchre*, est vili emere: contra *malè conciliare*, carè & magno pretio. *Omnis enim Conventio est conciliatio*: quod Donatus notat Eunuch. act. 4 sc. 4 v. 2. Plaut. Epid. act. 3 sc. 4,
MI. *Estne emta mihi hæc?* PE. *Istis legibus habeas licet.*
MI. *Conciliavisti pulchrè.*
Idem *rectè conciliare* dixit Rudente act. 4 sc. 3. Conf. Turneb. ad Orat. Cic. pro leg. agrar. p. 20.
¶ Conciliatus, a, um, vereiniget. Vt, *mulier conciliata viro*, Catull. carm. 69 v. 130. Comp. *conciliatior judex*, Quintil. lib. 4 cap. 2, zur gunst bewogen. *Male conciliatus*, i. e. cum dispendio emptus, an dem man sein geld übel angelegt, Ter. Eun. 4, 4 v. 2. Plaut. Pseud. 1, 2 v. 1.
¶ Conciliatus, ûs, subst. nexus, mistio, die verknüpffung. Lucret. lib. 1 v. 575, & lib. 2 v. 99, 133, *Condenso conciliatu artari*, &c.
¶ Conciliatio, ōnis, stifftung, vereinigung. Vt, *Conciliatio gratiæ*, Cic. pro Cluent. c. 31 pr. Idem 1 Officior. cap. 41 extr. *communem totius generis hominum conciliationem & consociationem colere, tueri, servare debemus.*
¶ Concĭliator, ōris, qui conciliat, ein stiffter. Vt, *Amicitiæ conciliator*, Sueton. Aug. c. 48. *proditionis*, Liv. 27, 15 extr. *Conciliator nuptiarum*, Nepos Attico c. 12, der eine heyrath stifftet.
¶ Conciliatrix, īcis, eine stiffterin. Cic. de amic. cap. 11, *Conciliatrix amicitiæ virtutis opinio est.* Idem lib. 1 de Leg. cap. 9, *Oratio conciliatrix humanæ societatis.* ¶ 2. Item Lena, sive *adductrix*, ut Apulejus 9 Miles. appellat: h. e. sequestra stupri & adulterii internuncia, kupplerin. Plaut. Mil. Glor. act. 5 v. 16, *Viduam esse censui:*
Itaque ancilla, conciliatrix quæ erat, dicebat mihi.
Vet. Gl. *Conciliatrix*, περιξενήτρια.
¶ Concĭliatrīcula, æ, diminut. kupplerin. Cic. pro Sextio c. 9.
¶ Conciliatura, æ, pro lenocinio, ut apud Senecam epist. 97, *conciliaturas exercere*, kuppeln. Vid. Lips. ad lib. 1 Annal. Tac. pag. 18.
¶ Inconciliare, pro irritare, alienare & inimicum reddere, verhetzen. Ita usus est Plaut. Mostell. act. 3 sc. 1 v. 84, & in Trinum. act. 2 sc. 1 v. 98, pro decipere usus est, quemadmodum & Festus interpretatur.
¶ Interconciliare, quo composito bis est usus Quintil. lib. 12 cap. 10 p. 906, *interconciliandi præstare officium*; & mox: *In interconciliando lenitas esse videatur*, unterhandeln.
¶ Reconciliare, est in gratiam reducere, wieder vertragen, versöhnen: Cic. lib. 1 Fam. epist. 9 extr. *Tibi sum auctor, ut, quibus rebus possis, eum tibi ordinem aut reconcilies, aut mitiges*: Idem pro Dejotaro c. 13, *Te ut plane Dejotaro reconciliet oratio mea.*
¶ Reconciliatus, a, um, ausgesöhnt. *Infirmior fides reconciliatæ gratiæ*, Cic. pro Mil. c. 8. *Dextera reconciliati pignus animi*, Curt. 6, 10, 11.
¶ Reconciliatio, ōnis, die versöhnung. Cic. Arusp. R. c. 24, *significat, reconciliationem esse gratiæ factam.* Et 3 Catil. cap. 10, *reconciliatio concordiæ.* Et ad Quir. post red. *reconciliationes gratiarum.*
¶ Reconciliator, ōris, ein versöhner. Livius lib. 35 cap. 45, *reconciliatore pacis & disceptatore de iis, quæ in controversia cum P. R. essent, utendum censebat.* Apulejus Apolog. p. 286, *Agrippa populi reconciliator.*
¶ Irreconciliabilis, e, pro implacabilis, unversöhnlich, ut barbarum rejicitur. vid. Voss. de Vit. L. L. 3, 16 p. 484.
Concinnus cum derivatis, vide in *Cinnus.*
Concĭno, vide in *Cano.*
Concio, Concionor, Concionator, &c. vide *Cieo.*
Concipio, Concitatio, concito, &c. Conclave, Conclūdo, Concordia, concordo, concors, Concubina, concubium, Conculco, Concumbo, Concupiscentia, concupisco, Concussio, concutio, vide in *capio, cieo, clavis, claudo, cor, cubo, calx, cubo, cupio, quatio.*
CONDALIVM, i, annuli genus Festo est, quem servos digitis gestasse, Cælius auctor est, ein ringlein. Plaut. Trinum. 4, 3 v. 7 & 15.
Condemnatio, condemno, &c. Condīco, ĕre, vide *damno, dico.*
CONDIO, ivi, itum, ire, condimento aliquid ornare, & sapidum facere, schmackhafftig machen, würtzen. Plaut. Pseud. a. 3 sc. 2 v. 21, *Non ego itidem cœnam condio, ut alii coqui.* Cicer. 5 Tusc. cap. 34, *Labore in venatu, sudore, cursu, fame, siti, condiebant epulas Lacedæmonii.* ¶ 2. Idem ad Attic. lib. 12 ep. 40 per metaphor. dixit, *Hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condiebamus, in perpetuum amisi.* Et pro Cluent. c. 26 extr. *Qui ea vitia, quæ ab natura habebat, etiam studio atque artificio quodam malitiæ condivisset*, &c.
¶ Conditus, a, um, gewürtzt, eingemacht; ut, *male conditum jus apponere*, ungewürtzte brühe auffsetzen, Horat. 2 sat. 8 v. 69. *Bene coctus &*
conditus

conditus ſermo, Cicer. ad Att. lib. 13 extr. Et, *Nemo unquam urbanitate, nemo lepore, nemo ſuavitate conditior*, idem de Clar. Orat. cap. 48. Et, *feſtivitate conditior*, Idem 2 de Orat. cap. 56.

¶ Conditio, ōnis, die würtzung: ut, *Conditio ciborum*, Cic. de Nat. Deor. lib. 2 cap. 58.

¶ Conditus, ûs, ui, idem. Columell. lib. 2 cap. ult. *Vvas itemque olivas conditui legere licet*, zum einmachen.

¶ Conditor, ōris, ein zuckerbecker. Cic. poſt Redit. in Sen. c. 6, *Conditores inſtructoresque convivii*, köche.

¶ Condimentum, i, gewürtz. Cic. lib. 2 de finib. c. 28, *Audio dicentem, cibi condimentum eſſe famem, potionis ſitim*, de Socr. inter cujus apophthegmata recenſetur & illud, *Optimum condimentum fames.* Idem de Amic. cap. 18, *Condimentum amicitiæ ſuavitatem* dixit *eſſe morum & ſermonum*: &, *Facetias omnium ſermonum condimenta*, lib. 2 de orat. c. 67, es iſt gleichſam der zucker.

¶ Condimentarius, a, um, zum einmachen dienlich, apud Plin. lib. 19 c. 6, *Satureja in condimentariorum genere eſt.* ¶ *Condimentarius*, ſubſtant. qui condimenta conficit aut vendit, ein zuckerbecker, würtzkramer. Alludit huc Tertullianus, cum de Anima c. 23 dicit: *Doleo Platonem omnium hæreticorum condimentarium factum*: hoc eſt, ex philoſophia ſua hæreticis præbere, unde ſpeciem ac fucum inducere erroribus poſſint.

¶ Conditaneus, a, um, quod conditur, eingemachtes. Vt, *Piſces conditanei*, Apicius lib. 9 ineunte. Et, *oſtreæ conditaneæ*, eodem lib. c. 6. At Varro R. R. lib. 1 cap. 24 pr. dixit *oleam conditaneam ſerere*, de quo loco diſputant interpretes.

¶ Conditarius, a, um, zum einmachen bequem: ut, *Coquina conditaria*, die werckſtatt eines zuckerbeckers, Auguſt. 22 C. D. c. 8.

¶ Condititius, a, um, eingemacht: ut, *Cibaria condititia*, Columell. lib. 8 cap. 8.

¶ Conditivus, a, um, einzumachen: ut, *conditiva mala*, &c. Cato de R. R. c. 7, & Varro 1 c. 59.

¶ Conditūra, æ, die würtz, würtzung. Senec. lib. 3 de Ira c. 15, *Liberos illi epulandos appoſuit, ſubinde interrogavit, an placeret conditura.* Et epiſt. 69, *Inventæ ſunt mille conditure, quibus aviditas excitaretur.*

¶ Præcondire, ante condire. Apicius lib. 8 cap. 8, *leporem ſucco ſparſum præcondies, perinde atque hædum Tarpejanum.*

Conditio, Conditor, Condo cum derivatis & decompoſitis, vide in *Do.*

Condoceo, &c. Condoleo, &c. Condono, &c. Condormio, vide *Doceo, Doleo, Dono, Dormio.*

CONDRILLON, i, ſive *Condrille*: ita enim apud Plin. legitur lib. 22 cap. 22, & alicubi *condrilla*: quæ apud Dioſcoridem *Chondrilla*, χονδρίλλη, appellatur, ſpecies eſt cichorii, ſed gracilioribus foliis, caule, floribus, ac ſemine, klein wegwart: Dioſcor. lib. 2 cap. 126. vide ſupra *Chondrilla.*

Conduco, &c. Conduplico, Conduro, Condus, vide *Duco, Duo, Duro, Do.*

CONDYLŌMA, ătis, κονδύλωμα, plur. Condylomata, tubercula ſunt ex inflammatione nata circum anum. Plin. *Procidentiam ani & uteri* vocat, feig-blattern, geſchwer an heimlichen orten.

CONDYLUS, i, κόνδυλος, Condyli dicuntur articuli eminentes in manu in pugnum contracta, die knorren oder knöchel an händen und füſſen, nodi digitorum. Vide Lexicon Græcum. ¶ 2. Item talitrum, colaphus. Vet. Gl. Κόνδυλος, *colaphus.* Item Κόνδυλος ποδὸς ἢ χειρὸς, *hoc talitrum.*

Confabulatio & Confabulor, Confarreatio, Confectio, Confercio & confertus, Confeſſio, Confeſtim, Conficio, Confinis & confinium, Confiſcare, Confiteor, Conflictor & Confligo, Conformis, &c. Confragoſus, Confuſaneus, Confuſio, Confutatio, Confuto, Confutuo, Congero & congeries, Congerro, vide *fabula, far, facio, farcio, fateor, feſtino, facio, finis, fiſcus, fateor, fligo, forma, frango, fundo, futum, futuo, gero, gerræ.*

CONGIUS, i, menſura, ſex ſextarios continens, ein ſtübchen, drey kannen-maaß. *Decem congii*, ein halber eymer. Vſus voce Plin. lib. 14 cap. 9. Et Livius 25 c. 2, *congii olei in vicos ſingulos dati.*

¶ Congiālis, e; ut, *fidelia congialis*, quæ congium capit, ein krug von einem ſtübchen, Plaut. Aulul. a. 4 ſc. 2 v. 15. *Situli congiales*, Vitruv. 9 cap. 9.

¶ Congiārius, a, um: ut, *Congiarius cadus*, Plin. lib. 14 cap. 14. Ita vulgares libri: Harduin. *millia cadûm in cogiarium diviſit.*

¶ Congiarium, i, abſolute de vaſe, quod congium capit: quam ob cauſſam *congiaria* Paullus JCtus in cauponariæ tabernæ inſtrumento memorat L. *tabernæ* D. de Inſtr. & Inſtr. Leg. ¶ 2. Et quoniam Principes non in pecuniâ tantum, ſed aliis etiam rebus, & vino quoque liberalitates præſtare populo ſolebant, idcirco omnes eorum liberalitates, quas conferebant in populum, *congiaria* appellatæ, ſpenden, gaben. Hinc Quintilianus lib. 6 cap. 3, *Congiarii vocem, communem & menſuræ & liberalitatis*, ſcribit. *Congiarium* autem proprie ad populum pertinebat. Nam militi quod præſtabatur, *donativum* dictum fuit. Sueton. Nerone cap. 7, *Deductus in forum Tiro, populo congiarium, militi donativum propoſuit.* Adde Plin. Paneg. cap. 25 & Capitolin. in Pio c. 8. Budæus in Pand. Stewech. ad Veget. lib. 2 cap. 20. Aliquando tamen hæc confunduntur auctoribus. Curtius lib. 6 c. 2 n. 10, *millia talentûm proxima præda redacta erant: e quibus XII millia in congiarium militum abſumta.* Vides hîc *Congiarium* pro Donativo poſitum. ¶ 3. Neque vero Cæſarum tantùm, eæque in populum; ſed procerum quoque & in amicos quidem privatim collatæ liberalitates *Congiariorum* nomine veniebant. Quintilianus ſupra laudato loco: *Fabius Maximus*, inquit, *incuſans Auguſti congiariorum, quæ amicis dabantur, exiguitatem*, heminaria *eſſe dixit.* Cicero 8 Famil. epiſt. 3, *Plancus magno congiario donatus à Cæſare.* Suetonius Cæſare cap 27, *Ex reliquo quoque ordinum genere vel invitatos, vel ſponte ad ſe commeantes, uberrimo congiario proſequebatur.* Similiter uſus vocabulo & in Veſpaſiano eſt cap. 18; Nec non de Claris Rhetorib. cap. 3. Vet. Gloſſ. *Congiarium*, ἐπίδοσις, διάδοσις. Et rurſus: *Congiarium*, ἐπίδοσις ἐπὶ τῶν νομῶν, δωρεά.

Congredior cum derivatis, Congrĕgo, &c. vide in *Gradu* & *Grex.*

Congruo cum derivatis, vide in *Grus*, ſub antiquo verbo *Gruere*, quod in Gloſſis ſupereſt.

CONGRUS, i, & Conger, κόγχρος, apud Plinium 9 cap. 16 & 62. Quo nomine anguillam marinam, piſcem oblongum & lubricum, appellant, meeraal oder ſeepaling. ¶ 2. Sunt, qui pro amiâ interpretentur, einen wels, Terent. in Adelph. 3 ſc. 3, 23, *Congrum iſtum maximum in aquâ ſinito ludere pauliſper*, &c.

CONGȲLIS, is, ſic apud Columell. lib. 10 v. 421 legitur, cum Græcum ſit γογγυλίς, Lat. *rapum*, eine rübe, γογγύλον, rotundum, Columella lib. 10 v. 421, *Congylis illuſtri mittit quam Narſia campo.*

Conjectanea, Conjectare, Conjectio, Conjector, Conjectura, Conjecturare, Conjicere, vide in *Jacio.*

CŎNISCO, coniſcare, vel potius, Coniſſo, are, quo verbo uſus Lucretius de agnis laſcivientibus & cornibus inter ſe luctantibus lib. 2 v. 320,

Et ſatiati agni ludunt blandeque coniſſant, ſtutzen.

Quintil. lib. 8 cap. 3, *Caput opponis, cum eo coniſſans.* Becmannus putat, *Coniſſare*, propriè eſſe, in pulvere verſari, pulvere implere, ex Græco κονίζειν vel κονίζεσθαι. Poſtea ad luctas traduci, ut quæ non ſine pulvere, vel etiam in pulvere & arena fierent. Malim ipſe à *Cono* deducere, ſive galeâ: ſed obſtat ſyllabæ quantitas.

Coniſſo, modo dictum in *Coniſco.*

CŎNISTĒRIUM, i, locus in palæſtra, ubi pulvere poſt unctionem athletæ adſpergebantur, ut prehenſiones eſſent firmiores & non lubricæ. Vitruv. lib. 5 cap. 11 in palæſtrarum ædificatione memorat. a κόνις, *pulvis* denominatum eſt. Κονίςραν dixit Pollux & poëta quidam apud Suidam. vid. Mercurial. de Arte gymnaſt. 1 c. 8.

Conjuga, Conjugalis, Conjugare, Conjugium, vide *Jugum.*

Conjunctim, Conjunctio, quære in *Jungo.*

Conjux, vide *Jugum.*

Conniventia, Conniveo, vide *Niveo.*

CŎNON, ōnis, dux Athenienſis fuit tempore Lyſandri Lacedæmonii. Cononis filius Timotheus fuit, & ipſe clariſſimus Vir: cujus filius avito nomine *Conon* appellatus fuit. De quibus Nepos in Conone & Timotheo: Lege & Plutarchum. ¶ Fuit & Conon alius Mathematicus Ptolemæo charus, qui Berenices (fuit hæc Ptolemæi uxor) comam inter ſidera retulit, ut ex Catullo & Arati Scholiaſte diſcimus. Ejus meminit Virg. eclogâ 3 v. 40, & Propert. lib. 4 eleg. 1. Vet. Gloſſæ: *Conon*, μαθηματικὸς Σάμιος. vid. Voſſ. de Mathemat. c. 33 & 54.

CŌNŌPĒUM, κωνωπεῖον, velum ſeu papilio lineus vel bombycinus, quo Ægyptii utuntur ad arcendos culices, quos Græci κώνωπας vocant. Nam propter paludes Nili & Ægypti maritimas eorum ibi magna copia, ein umhang, decke. Penultimam Horatius & Propert. etiam per figuram abjecto diphthongi elemento altero, corripuerunt. Propert. lib. 3 eleg. 11 v. 45,

Fœdaque Tarpejo conopea tendere ſaxo.

Horat. in epodo 9 v. 16, *Interque ſigna, turpe, militaria*
Sol aſpicit Conopeum.

Juvenalis naturam diphthongi ſecutus, produxit ſatyr. 6 v. 80,

Vt teſtudineo tibi Lentule conopeio.

Ad quem locum Vetus Scholiaſtes: *Hoc eſt*, inquit, *linum tenuiſſimis maculis nauctum*, [legendum puto, diſtinctum] *quia Latini* Conopeum CULICARE *dicunt.*

CŌNOR, atus ſum, āri, eſt niti & operam dare, aut moliri, ſich bemühen, unterſtehen. *Conari manibus pedibusque*, keinen fleiß ſparen, Terent. Andr. 4 ſc. 1 v. 52. Manil. lib. 1 v. 95,

Omnia conando docilis ſolertia vincit.

Fruſtra conari, ſich umſonſt bemühen. Atticus apud Nepotem Vita ejus c. 21, *Quare a vobis peto, primò ut conſilium probetis meum: deinde, ne fruſtra dehortando conemini.* Conari aliquando eſt προσφέρεσθαι πράγματι, & ipſum actum notat: effectui rem dare. Nepos in Datam. cap. 7, *qui prius cogitare, quam conari conſueſſet.*

¶ Cōnātus, ûs, nom. ein fürnehmen, unterſtehung. Cic. pro Quint. cap. 14, *Magno conatu ſtudioque agere aliquid*, mit groſſem ernſt und fleiß ein ding fürhaben. Idem in Catilin. 1 cap. 5, *Compreſſi tuos nefarios conatus amicorum præſidio & copiis.* Idem ſeu quisquis auctor declamationis, antequam iret in exilium, *Conatibus malorum obviam ire*, böſe leute hindern. Ovidius Remed. am. v. 683,

Sed quid præcipue noſtris conatibus obſtet, Eloquar.

Egregie Hieronymus ſcripſit, *Malitia non habet tantas vires, quantos conatus*, der boßheit fehlt es am vermögen, nicht am wollen.

¶ Conāta, orum, pro conatibus dixit Nepos Dione c. 8 extr. *Verens, ne prius conſilium aperiretur ſuum, quàm conata perficeret.* Livius lib. 42 cap. 11, *Moneret ſenatum, ut Perſei conatis obviam iret.* Vellejus Paterculus lib. 2 cap. 29, *Magna auſus, magnificeque conata exſecutus.* Item cap. 42, *Longum eſt narrare, quid & quoties auſus ſit, quanto opere conata ejus, qui obtinebat Aſiam, magiſtratus P. R. metu ſuo deſtituerit.* Vid. Vorſt. Indic. ad Nepot. hâc voce.

¶ Conāmentum, i, idem. Plin. lib. 19 cap. 2, ubi *ilignea conamenta* vocat fuſtes teretes, quibus in evellendo ſparto conatus juvabatur. Vid. Harduin. hebzeug. Tamen etiam pro Conatu, ut Conamen, ſimpliciter poni poſſe, non dubitatur.

¶ Conāmen, ĭnis, Poëtarum dictio eſt, Lucretii 6 v. 325, & Ovidii 3 Metam. v. 60, *molarem magno conamine miſit.*

Conqueſtio, Conqueſtus, vide *Queror.*

Conquiniſco, Conquiro, Conquiſitio, Conſanguineus, &c. Conſarrio, Conſcendo, Conſcientia, Conſcio, Conſcius, vide *Cunæ, Quæro, Sanguis, Sarrio, Scando, Scio.*

Conſciſco, Conſecranei, conſecrare, &c. Conſectari, Conſectarium, Conſectatio, Conſecutio, vide *ſcio, ſacer, ſequor.*

Conſeminalis, conſemineus; Conſenſio, Conſenſus, Conſentio, Conſentanee, Conſentaneus; Conſepio, Conſepto, Conſeptum, vide *ſemen, ſentio, ſepes.*

Conſequentia, Conſero, Conſertio, Conſervatio, Conſervo, &c. Conſeſſus, Conſideo, conſido, & Conſidero cum derivatis, vide *ſequor, ſero, ſervo, ſedeo, ſido, ſidus.*

Consilésco, Consiligo, vide *sileo*, *siligo*.

CONSĬLĬUM, i, anschlag, rath, fürnehmen, ratio excogitata faciendi aliquid, aut non faciendi, dictum, quod silentio cogitetur. Sane à *Sileo* cum Festo deducunt aliqui, quia silentio in deliberando opus est. Aliis vero potius à *Consiliendo* dicitur, quod plures in unam sententiam consiliant quasi & conveniant; vel a *Considendo*, quasi *Considium*, quod in consessu deliberetur. *Consilium dare*, rath geben, *capere*, *captare*, *conferre*, raths pflegen, rath halten. Terent. Andr. act. 2 sc. 1 v. 9, *Facile omnes, cùm valemus, rectè consilia ægrotis damus*. Id. Heaut. a. 3 sc. 1 v. 64, *Conferunt consilia adolescentes*, sie stecken die köpffe zusammen. *Sequi alicujus consilium*: idem Adelph. act. 3 sc. 4 v. 54, *Is*, inquit, *quod mihi de hâc re dederit consilium, id sequar*. *Consilium exsequi*, dem rathe nachkommen. Idem, *Repudiare*, *abjicere*, *rejicere*, *respuere consilium*, einen anschlag verwerffen. *Consilium consumere*, Terent. And. a. 1 sc. 1 v. 132. *Explicare*, Cicero ad Terentiam lib. 14 Fam. epist. 12, *Metuo, ne id consilii ceperimus, quod non facile explicare possimus*, da wir uns nicht heraus finden können. *Consilium ab aliquo petere*, um rath ansuchen. *Consilium mutare*, anders sinnes werden. Idem lib. 11 fam. epist. 29, *In consilio capiendo prudentia, in dando fides requiritur & religio*. Idem ad Att. lib. 14 ep. 20, *Consilia temporum sunt, quæ in horas commutari vides*, den rath bringt die zeit, die alle stunden anders wird. Livius lib. 35 cap. 32, *Consilia calida & audacia, prima specie læta, tractata dura, eventu tristia sunt*. Et, *Consilium præceps & immaturum*, i. e. audax, nec satis deliberatum, Suetonius Aug. dixit cap. 8. Plauto *incoctum* est. *Mala consilia agitare*, auf lose händel umgehen, Sen. epist. 10. Elegans & hæc locutio est, *de consilii sententia pronunciare*, Cic. de clar. Or. cap. 22. Quod Terent. in Phorm. act. 3 sc. 1 v. 17 simpliciter dixit, *de ejus consilio velle se facere*, &c. nach seinem rath. Eleganter Nepos Conone cap. 4, *Id arbitrium negavit Conon sui consilii esse*, i. e. statuere de eâ re aliquid, negavit Conon, rem sui consilii esse, sive se dare regi consilium posse. Cicero lib. 3 Famil. epist. 2, *Quid in eo genere efficere possis, tui consilii est*. ¶ Consilium idem est, quod στρατήγημα, ars, prudentia, callidum, & subdolum inventum apud Nep. in Hannib. cap. 11 n. 7, quale quoque fuit Themistoclis apud eumd. in Them. cap. 6 n. 5, & Datamis in Vita cap. 6 n. 3. *Consilium novum* de singulari invento aut ex re & tempore capto consilio. ¶ *Sibi consilium capere* dicuntur, qui à reliquorum sententiâ, & rationibus discedunt, factionis & seditionis caussa, Cæsar lib. 1 de Bell. Civ. cap. 1, *Lentulus Consul Senatui Reique publ. se non defuturum pollicetur, si audacter ac fortiter sententias dicere velint; Sin Cæsarem respiciant, atque ejus gratiam sequantur, se sibi consilium capturum*. Et cap. 76, *Postulat, ut jurent omnes, se exercitum ducesque non deserturos neque proditturos, neque sibi separatim à reliquis consilium capturos*. Hesiodus Ἔργ. 264, Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη, quod ab Romanis scite versum cantatumque ita apud Gellium lib. 4 cap. 5,

Malum consilium consultori pessimum:

Untreu schlägt ihren eigenen herrn. Livius 25 cap. 28, *In rebus asperis & tenuibus fortissima quæque consilia tutissima sunt*. ¶ 2. Est & *consilium* aliquando ipse consulentum cœtus, sive qui judicibus assistunt. Cic. Verr. 7 cap. 21, *Cum consilio caussam Mamertinorum cognoscit, & de consilii sententia Mamertinis se frumentum non imperare pronunciat*. Sueton. Aug. cap. 35, *Sibi constituit consilia sortiri semestria, cum quibus de negotiis ad frequentem senatum referendis, ante tractaret*. Vide ibi Berneggerum. Idem Domitiano cap. 8, *Numarios judices cum suo quemque consilio notaret*. Vellej. 1, 8, 6, *Romulus centum Patres instar habuit consilii publici*. ¶ 3. Varia, sed elegantia sunt, Plin. lib. 5 epist. ult. *Est omnino iniquum, sed usu receptum, quod honesta consilia, vel turpia, prout malè aut prospere cedunt, ita vel probantur, vel reprehenduntur: inde plerumque eadem facta modo diligentiæ, modo levitatis, modo furoris nomen accipiunt*. Similia Cicero & Plautus dixit; quorum loca ad Plinium notavit Buchnerus. ¶ Manilius lib. 2 v. 527,

viribus amplis
Consilium est magis.

Cui illud Horatii simile lib. 3 od. 4 v. 65, *Vis consili expers mole ruit suâ*. Possis in istis *Consilium* rationem interpretari. Idem Manilius lib. 4 v. 889 de brutis animantibus, *Et quia consilium hoc est, & lingua remissa*. Vbi & Scaliger λογισμὸν ex Aristotele interpretatur. ¶ de ipsâ facultate ingenii prudentis *Consilii maximi vir*, Nep. in Dat. cap. 1, 1. *Consilii plenus*, idem in Paus. 1, 2.

¶ Consilior, atus sum, ari, pro consulere, rathen. Horat. de Art. Poët. v. 196,

Ille bonis faveatque & consilietur amicè.

Et lib. 3 ode 3 v. 17,

Gratum elocuta consiliantibus
Junone Divis.

Vsus eodem verbo & Cæsar est lib. 1 de Bell. Civili cap. 19 & 73. Tacitus 2 Hist. cap. 53, *Rediêre Bononiam rursus consiliaturi*. Epit. Livii lib. 125, *L. Antonius COS. M. Antonii frater eadem Fulviâ consiliante, Cæsari bellum intulit*. Sunt clarissimi viri, qui hoc verbum Latio abjudicant. Olaus Borrichius in Analectis, & Theod. Ryckius ad dictum locum Taciti, &c. ut de Vossio in de Vitiis Serm. taceamus. Quæ vero defensionis caussa pro rea hac voce adferri possint, Curis Cellarii Posterioribus congesta & explanata videas. Conf. Macrob. 3 Saturn. c. 12, & Parei Lex. Crit. p. 260.

¶ Consiliator, ōris, consiliarius, ein rathgeber. Plin. lib. 4 epist. 17, *ille in gerendis consiliator & rector*. Phædrus lib. 2 Fab. 7, *accessit consiliator maleficus*.

¶ Consiliatrix, īcis, fœm. rathgeberin. Apulejus lib. 5 de Asino p. 169, *Illæ quidem consiliatrices egregiæ tuæ*. Ita edidit Elmenhorstius, quamquam in Indice *conciliatrices* præferat. Tamen etiam Pricæus *consiliatrices*, idque Notis ad lib. 1 p. 32 tuetur,

¶ Consiliārius, i, ein rathgeber, rath. Cic. lib. 1 Famil. ep. 9, *Tu me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli quidem & benevolo usus esses*. Vellej. 2, 56, 3, *Consiliarii cædis*, anstiffter der mordthat. ¶ Plautus etiam adjectivo usus est: *Magis ei consiliarius hic amicus est, quam auxiliarius*, Truc. 2, 1, 6. *Senatus consiliarius*, Idem in Epidic. a. 1 sc. 2 v. 56. Et Apulejus Phil. Mor. p. 20, *consiliaria anima*.

¶ Consiliosus, a, um, id est, consilio valens, anschlägig, dixit Marcus Cato, teste A. Gellio in Noct. Attic. lib. 4 c. 9. *Consiliosissimum esse* Sidonius dixit lib. 1 epist. 1.

¶ Consŭlo, lui, ultum, lĕre, verbum diversam vim habet: prout vel absolute ponitur, vel cum diversis casibus conjungitur. Nam sine adjecto idem est, quod consultare, deliberare, sive habere consilium, rath halten, rathschlagen. Cæsar lib. 7 de Bell. Gall. cap. 83, *Repulsi Galli, quid agant, consulunt*. Sic *in medium*; *in unum consulere* pro deliberare dicimus. Lucanus lib. 5 v. 46, *Consulite in medium Patres*. Plinius lib. 9 epist. 13, *quod intermissum tamdiu morem in publicum consulendi, reduxissem*. Tacitus Hist. lib. 1 cap. 68, *in unum consulere*: & lib. 2 cap. 5, *positis odiis in medium consuluêre*. Et annal. 12 cap. 5, *domestica cura vacuus, in commune consulat*. ¶ Cum Genitivo *Boni*, *æqui consulere*, est in meliorem & æquiorem partem interpretari & accipere, wohl aufnehmen. Est vero genus loquendi Ellipticum. Quintil. lib. 1 cap. 6, *Sitne Consul a consulendo, an a judicando? nam & hoc consulere veteres appellaverunt, unde adhuc remanet illud: Rogat, boni consulas, id est, bonum judices*. Ovid. 3 Pont. epist. 8 extr.

Tu tamen hæc, quæso, consule missa boni.

Sen. epist. 9, *Vocem boni consulere*. ¶ Cum Dativo junctum, *Dare consilium*, significat. *Bene*, *male alicui consulere*, wohl, übel einem rathen. *Optime mihi consultum vult esse Pater*, Terent. in Phorm. a. 1 sc. 3 v. 1 er meynt es gut. Sic *rebus suis rectè consulere*, mit seinen sachen den besten rath treffen. *Commodis*, *dignitati*, *gloriæ alicujus consulere*, Cic. Q. frat. lib. 1 epist. 1 cap. 9, & 11 lib. fam. ep. ult. i. e. prospicere seu providere. Aliquando Dativus & circumscribitur per Præpositionem *in* cum Accusativo. Vt, *Consulere in longitudinem*, i. e. longitudini temporis, Ter. Heaut. act. 5 sc. 2 v. 10, id est, ita consulere rebus suis, ut diu sufficiant. Livius lib. 45 cap. 8, *In secundis rebus nihil in quemquam superbè ac violenter consulere decet*. Tacitus Agricola cap. 16, *Hic cùm egregius cætera, arroganter in deditos, & ut suæ quoque injuriæ ultor, duriùs consuleret*, als er hart und unbarmhertzig mit ihnen umgieng. Ac sicut hoc in loco *durius in deditos consulere*; ita id alio contra loco, *clementer deditis consulere*, in tertio casu dixit. Nam Annal. 14 cap. 38 legas: *Dissereratque, novum Legatum opperiendum esse, sine hostili ira superbiaque clementer subditis consulturum*. In his *superbe*, *arroganter*, *durius*, *clementer consulere* est, ita habere, sive cum illis agere. Nam Antecedens pro Consequenti ponitur. Primo enim deliberat animus ac statuit; deinde agit. ¶ Consulere cum Accus. est, petere consilium, rath fragen, zu rathe ziehen. *Consulere Apollinem*, Nep. in Miltiad. cap. 1, 2. *Consulere aliquem per litteras*, schrifftlich ihn rath anlangen. Sic *Jurisperitos consulere* dicimur, cum eos de jure interrogamus: Item *Chaldæos & Mathematicos*, cum de futuris quærimus. Suet. Aug. cap. 94 extr. *Apolloniæ Theogenis Mathematici pergulam comite Agripppa adscenderat, cum Agrippæ, qui prior consulebat, magna & pene incredibilia prædicarentur, reticere ipse genituram suam, nec velle edere, perseverabat*. Idem Calig. cap. 57, *Consulenti de genitura sua, Sylla Mathematicus certissimam necem adpropinquare affirmavit*. Sed & *consulere* dicimur, cum de quacunque re alios, vel ut sciamus tantum, interrogamus. Suet. Aug. cap. 98, *Versum compositum ex tempore clare pronunciavit, conversusque ad Trasyllum, Tiberii comitem, contra accubantem, & ignarum rei, interrogavit, cujusnam Poëtæ putaret esse: quo hæsitante, subjecit alium: de hoc quoque consuluit, &c.* CONSULUIT, id est, interrogavit, cujus esset. Sallust. principio Catilinarii: *Priusquam incipias, consulto, & ubi consulueris, mature facto opus est*. Aristoteles lib. 6 Ethic. cap. 9, φασὶ, πράττειν μὲν δεῖν ταχὺ τὰ βουλευθέντα, βουλεύεσθαι δὲ βραδέως, h. e. *Ajunt, celeriter quidem deliberata esse agenda, cum mora autem consulendum*.

¶ Consultus, a, um, adject. anschlägig, beschlossen, kundig, erfahren. Ovid. de A. A. 1 v. 467

Sit tibi credibilis sermo, consultaque verba;

hoc est, cauta, prudentia. Alii *Consuetaque*. Gellius 6 cap. 17, *Omnia & sponte, neque opera consulta, sed a militibus forte incensa sunt*. Horat. 1. od. 34 v. 2, *Insanientis sapientiæ consultus*. Idem de arte v. 369, *Consultus juris*, ein jurist, rechtsgelehrter; & absolute *Consultus*, pro eo qui consulitur, quique aliis consulit, Idem 2 epist. 2 v. 87 & 159. conf. Ovid. 1 Art. am. v. 83. *Consultus eloquentiæ*, Auctor de viris illustribus in Æmil. Scauro. Item, *consultissimus juris scientia*, Idem in Scip. Nasica. *Vir Consultissimus*, Liv. lib. 1 cap. 18 pr. Et Cic. de Clar. or. c. 40 de Scævola & Crasso: *consultorum alter disertissimus: disertorum alter consultissimus*.

¶ Consultus, ûs, subst. consilium, consultatio. Livius lib. 3 cap. 42, ubi adde Gronovio notata.

¶ Consultum, i, subst. decretum, ein schluß: ut, *Senatus consulta*, raths-schlüsse. vide infra Senatus in *Senex*. Horat. lib. 1 epist. 16 v. 41,

vir bonus est quis?
Qui consulta Patrum, qui leges juraque servat.

¶ Transfertur etiam vox ad dogmata placitaque Philosophorum & aliorum, qui quid præcipiunt & docent. Apulej. lib. 1 de dogmate Platonis: *Quæ autem consulta [quæ dogmata Græce licet dici,] ad utilitatem hominum, vivendique & intelligendi & loquendi rationem extulerit, hinc ordiemur*. Gellius lib. 14 c. 1, *Cursum illum temporis transvolantis, qui vix cogitatione animi comprehendi potest, quonam pacto aut consulto assequi queant?* ubi per *Consulta*, Chaldæorum decreta intelligit.

¶ Consultè, adv. prudenter, weißlich. *Cavere consultè*, Plaut. in Rudente act. 4 sc. 7 v. 14. Et Compar. Tacitus Hist. 2 cap. 24, *avidius quam consultius*. Superl. Capitolinus Pertinace cap. 7, *annonæ consultissime providit*.

¶ Consulto, cum consilio, cujus contrarium *temere*; mit rath, mit wohlbedachtem muth, Cæs. 5 Gall. cap. 36 & 50. ¶ 2. data opera, fürsetzlich, Cæsar ibid. c. 16, & Horat. 1 sat. 10 v. 14.

¶ Inconsultus, a, um, ungerathfragt. Varro de R. R. lib. 1, *inscio & inconsulto domino*. ¶ 2. & imprudens, qui sine consilio agit, unbesonnen, unbedachtsam. Quintil. Declam. 19, *O inconsultam muliebrem semper amentiam!* Livius lib. 3 cap. 21, *turba inconsulta*. Superlat. apud Salvianum est lib. 1 de Avaritia p. 18, *Inconsultissimum ac stultissimum est, id quosdam agere, ut quod adfectu ac voto volunt, id ipsum re atque*

actu

actu nolle videantur. ¶ 3. Cui non datum est consilium. Virg. 3 Æn. v. 452, *Inconsulti abeunt.*

¶ Inconsultum, i, substantive, temerarium consultum, unrath. Silius lib. 8 v. 216, *arma senatus*
Ex inconsulto posuit Tirynthius heros.

¶ Inconsultus, ûs, Plauto Trinum. act. 1 sc. 2 v. 130, *inconsultu meo*, i. e. me inconsulto, ohne mein einrathen.

¶ Inconsulte, sine consilio, unweißlich, unvorsichtig. Cic. lib. 1 Nat. Deor. cap. 16, *inconsulte ac temerè dici.* Livius lib. 4 cap. 37, *incaute inconsulteque.* Cæsar lib. 1 Civ. cap. 45, *incitati studio, inconsultiùs processerant.* Sallust. Jugurth. cap. 35, *paullo inconsultiùs Massivam aggreditur.*

¶ Inconsulto, idem. Vlpian. Lege 1 de his, quæ in testamento delentur &c. *Quæ in testamento legi possunt, ea inconsultò deleta & inducta, nihilo minus valent: consulto, non valent.*

¶ Consultor, ōris, consulens, ein rathgeber. Varro lib. 3 cap. 2 de re rust. *Opinor non solum quod dicitur: Malum consilium consultori esse pessimum, sed etiam bonum consilium ei, qui consulit, & cui consulitur, bonum habendum.* Sallust. in bello Jugurth. cap. 64, *Cupido atque ira pessimi consultores*, lust und zorn rathen das allerärgste. ¶ Est & Consultor, qui discit, & Juris consultum consulit, ein rathfrager, apud Horat. 1 sat. 1 v. 10.

¶ Consultrix, îcis, rathgeberin. Cic. lib. 2 Nat. Deor. cap. 22, *Natura non artificiosa solum, sed plane artifex, ab eodem Zenone dicitur consultrix & provida utilitatum opportunitatumque omnium.*

¶ Consulto, avi, atum, are, consilia conferre, deliberare, rathschlagen. *Omnes fere Galliæ civitates de bello consultabant*, Cæs. Gall. 5 cap. 51. *Deliberare & consultare de re aliquâ*, Cic. offic. lib. 3 c. 2.

¶ Consultatio, ōnis, berathschlagung. Terent. in Hec. a. 4 sc. 4 v. 28, *Nulla tibi, Pamphile, hic jam consultatio est*, es gilt hier nicht lange rathschlagens noch bedenckens. Sallust. Jugurth. cap. 27, *id agi, uti omnis invidia, prolatandis consultationibus, dilapsa foret:* hoc est, odium exstingui, differendo deliberationes.

¶ Consultator, ōris, qui consulit, consilium petit, ein rathfrager. Lege 2 Dig. de Orig. jur. § 35 Pomponius: *consultatoribus potius, quam discere volentibus, se præstabant.*

¶ Consultatorius, a, um, rathfragend: ut, *sacrificium* vel *hostia consultatoria* apud Macrobium lib. 3 Sat. c. 5, qua per exta voluntas Dei disquirebatur.

Consipio; Consisto, Consistio, Consistorium; Consitio, Consitor, Consitura, Consitus; Consobrinus; Consociare, &c. vide *sapio, sisto, sero, ere, sobrinus, socius.*

Consolidare; Consolor, ari, cum derivatis; Consonantia, Consono, &c. Consopio; Consors, Consortio, Consortium; Conspergo, vide *solidus, solor, sonus, sopio* sub *sopor, sors, spargo.*

Constans, Constantia, Constantinopolis, &c. Constipo; Constituo, Constitutio, &c. Constratum; Constrepo; Constricte, Constrictio, Constricto; Constructio, &c. Constupro; Consuetudo, &c. vide in *sto, stipo, statuo, sterno, strepo, stringo, struo, stuprum, suesco.*

CONSVL, ŭlis, ein bürgermeister, penes quem summum erat Reipubl. Romanæ imperium, dictus à *consulendo*, h. e. providendo & judicando, Quintil. auctore lib. 1 cap. 6. Hinc illud vetus apud Varronem de L. L. c. 4 n. 14, *Qui bene consulat, consul cluat.* Consules, die höchsten regenten zu Rom, rathsmeister, non magistri civium vel curiæ, bürgermeister, quod nomen Tribunis magis competit. Cic. in Pison. cap. 10, *Animo consulem esse oportet, consilio, fide, gravitate, vigilantiâ, curâ, toto denique munere consulatus, omni officio.* Primi fuere consules L. Junius Brutus & L. Tarquinius Collatinus, postremus fuit Bellisarius, ut testatur Cassiodor. anno à nato Christo 543. *Consulem designare, declarare, resignare*, erwehlen, abkündigen. Ciceronis locutiones sunt, *Tertium, quartum, sextum, septimum Consul*, pro tertio, quarto, &c. consul. *Agere Consulem*, regieren, das amt verwalten. Diu autem hoc nomen Romæ sanctum summi magistratus proprium fuit: tandem tamen & ad Proconsules, & municipiorum magistratus translatum est, quod Casaubonus Notis ad Apuleji Apologiam observat; & plures inscriptiones apud Gruterum confirmant. Vid. Bœcler. ad lib. 1 Annal. Tacit. cap. 2 p. 26, 27 seq. ubi plura de Consulibus, Viris Consularibus, & Exconsulibus. De *ordinariis Consulibus*, qui Calendis Januariis publicæ salutis gubernaculis admovebantur, vid. Lev. Torrent. in Suet. Domit. cap. 11 f. 1579. Turneb. 5 Adv. c. 10, & Lips. de Magistr. Rom. c. 9. ¶ 2. Consulem pro anno non Poëtæ tantum dicunt, sed Historici etiam & Oratores. Horatius lib. 3 ode 21 de amphora: *O nata mecum consule Manlio.*
Seneca epist. 114, *Vnum putas videri ventrem, cui tot consulum regionumque vina conduntur?* Tot consulum, i. e. annorum, quia consularis magistratus annuus erat. Idem epist. 4, *Inter magna bona multos consules numerare.* Hinc quoque profecta formulà, *sine die & Consule*, apud JCtos.

¶ Consŭlātus, ûs, das öberste regenten-amt zu Rom, officium, vel dignitas consulis. *Capere, consequi, inire, suscipere, obtinere, gerere consulatum. Abdicare se, abire consulatu*, quæ omnia ex Cicerone aliisque notissima sunt. Pluraliter Val. Maximus lib. 5 cap. 7 n. 1, *quinque consulatibus summa cum gloria peractis.* Vid. & Bernegg. ad Suet. Cæs. cap. 19, & Vellej. 2, 12, 3.

¶ Consŭlāris, e, bürgermeisterlich: ut, *Dignitas consularis; homo, vir consularis*, qui consul fuit, eine raths-person. *Imperium, officium consulare*, Cic. pro Rab. cap. 1. Posterioribus temporibus *Consulares* dicebantur etiam, qui alias *legati*, seu *rectores provinciarum* adpellabantur: ut, *Consularis Cretæ, Consularis Siciliæ* &c. quod Jo. Frider. Gronovius Monobiblo Observat. in Scriptor. Ecclesiast. cap. 21 observat, quem vide. *Consulare vinum*, idem ac optimum, ex eo, quod eadis nomina Consulum olim erant inscripta. v. Turneb. 25 Adv. c. 24.

¶ *Consularia*, absolute atque per ellipsin, *Consularia ornamenta* integrè dicebantur, insignia consularis dignitatis propria: quæ Principes ex gratiâ conferebant nonnullis, quos illi dignitati æquatos volebant, licet Consulatum ipsum nec gererent, neque gessissent. Non semel Tacitus & *Consularia insignia* vocat. Vellej. 2, 58, 3, *fasces atque insignia corripere consularia.* Suetonius Claud. c. 5, *Tiberius patruus petenti* [Claudio] *honores*, [i. e. Consulatum] *Consularia ornamenta detulit. Sed instantius legitimos flagitanti* [i. e. ipsum magistratum, non nuda insignia] *id solum codicillis rescripsit* &c.

¶ Consularitas, atis, das bürgermeister-amt. Theod. lib. 6 Cod. tit. 19, *Consularitatis honore functus.* Eadem vox in Inscript. apud Fabrettum p. 99 occurrit.

¶ Consulariter, adverb. bürgermeisterlich. Livius lib. 4 c. 10 extr. [al. 11] de Quintio: *quinque consulatus eodem tenore gesti, vitaque omnis consulariter acta.*

¶ Exconsul, & *Exconsule*, qui consulatu functus est, gewesener bürgermeister. Vtrumque in Pandectis legitur. Vide P. Crinit. de H. D. lib. 10 cap. 12, & Isidor. Orig. lib. 9 c. 3.

¶ Proconsul, Proconsulis: item *pro consule*, per omnes casus: in plurali *proconsules* & *pro consulibus*, an statt des bürgermeisters. Disputat Manutius in principio Commentar. in Cic. Epistolas, utrum *pro consule*, an *proconsul* melius dicatur, cui posterius plus videtur placere propter analogiam vocis *pronepos*, cui minus recte substituas *pro nepote.* Saltim hoc confirmat, bonum & purum verbum compositum *proconsul* esse, quamvis elegantissime quoque *pro consule* aliquando dicatur. Qui tum cœpere, postquam aucto amplificatoque imperio Consules, penes quos hactenus summa rerum fuerat, consulere æque partibus omnibus ac providere non possent. Itaque dicebantur *proconsules*, qui cum imperio consulari regendis tuendisque provinciis, loco Consulum, præerant. De quibus plura apud Sigonium de antiquo jure provinciarum, nec non Onuphrium in 2 Fastorum Commentario licebit legere. Sub Principibus, conversa republica, cum alia ratione, quam ante, provinciæ essent divisæ, *Proconsules* tantum dicebantur, qui in provinciis populi [namque & hic suas habebat provincias:] curabant. Nam qui Provincias Principum regebant, *Legati* aut *Rectores* adpellabantur. Aut si *Proconsules* [quod aliquando fieri solebat] dicerentur, *Imperatorum Proconsules* ad cæterorum discrimen adpellabantur. Vide Lips. in 2 Annal. Taciti: itemque Casaubonum, Salmasiumque licet ab altero dissentientem nonnihil, in Histor. Augusteam.

¶ Proconsularis, e: ut, *proconsularis dignitas, imperium, provincia.* Gell. lib. 5 cap. 14. Capitolin. in Pio cap. 4, & Vero cap. 4. Sic & Ammianus lib. 22 cap. 9, *Achaia proconsularis.*

¶ Proconsulatus, ûs, das bürgermeisterliche statthalter-amt. Plin. lib. 2 epist. 12, *summotus a proconsulatu.*

Consulo, Consultus, vide *Consilium.*

Consummare, consummatio, &c. Consumtio; vide *summa, sumo.*

CONSVS, i, consiliorum apud Romanos veteres Deus habitus, quod eum consuleret Romulus, ut testatur Augustinus de C. D. 4 cap. 11. Vnde & Arnobius lib. 3 adv. gent. Consum dictum ait, quod salutaria & fida consilia suggerat cogitationibus. Consum quidam Neptunum filium Saturni dicunt. Ausonius epigr. 69, *Proles Saturnia Consus.*

¶ Consualia, orum, feriæ & ludi, qui Consi honori celebrabantur. Plutarchus Romulo: Livius lib. 1 cap. 9, itemque Varro lib. 5 de L. L. & Festus in *Consualia.* Sic Dion. Halicarn. 1 Hist. *Dedicarunt*, inquit, *& Romani Neptuno equestri templum, atque diem illum solennem, quem Arcades Hippocratia, Consualia Romani vocant, iidem constituere, quo in die cessant ab operibus equi & muli, redimiti floribus capita.* conf. Ovid. 3 Fast. v. 199. Auson. ecl. de feriis Rom. v. 19.

Consusurro, Consutilis, Consutura, Contabefacio, Contabesco, Contabulatio, Contabulo, āre, Contactus, Contages, Contagio, &c. Contaminatio, contamino, &c. Contĕgo; Contemero, are, Contemno, Contemtibilis, &c. Contemplari, Contemplatio, & reliqua derivata, vide in *Susurrus, Suo, Tabes, Tabula, Tango, Tamino, Tego, Temere, Temno, Templum.*

Contendo, Contenebro, contente, &c. contentio, contentiosus, &c. vide in *Tendo, Tenebræ, Tendo & Teneo.*

Contero, Conterraneus, Conterreo, Contesseratio, Contessero, Contestari, Contestatio, &c. Contexo, Contexte, Contextim, Contexcio, Contextus, Conticinium, Contificium, Contifigium, vide *tero, terra, terreo, tessera, testis, texo, taceo, contus.*

Contignare, Contignatio, Contiguus, Continenter, Continentia, Contineo, Contingo, Continue, Continuitas, Continuo, Continuus, &c. Contollo, Contophori, & Contor, ari, vide *Tignus, Tango, Teneo, Tango & Tingo, Teneo, Tollo, Contus.*

Contorsio, Contorte, Contortiplico, Contortor, vide in *Torqueo.*

CONTRA, Præpositio, wider, gegen: ut, *contra officium*, wider die gebühr, Cic. 1 Offic. c. 6. *Contra naturam vivere*, ib. lib. 3 cap. 5. *Contra commodum suum facere aliquid*, ihme zu schaden, Suet. Aug. cap. 78. Quemadmodum *contra valetudinem suam* auctor librorum ad Herenn. dixit lib. 4. Vsurpatur etiam de loco, & idem est quod ex adverso, gegen über. Virgil. 3 Æneid. v. 692,
Sicanio prætenta sinu jacet insula contra
Plemmyrium.
Cæsar lib. 3 de Bell. Civ. cap. 23, *Insulamque, quæ contra Brundusinum portum est, occupavit.* Et cap. 28, *Contra Lissum in anchoris constiterunt.* Hac ratione & absolutè atque in modum adverbii usurpatur. Tacitus Agric. cap. 8, *Septemtrionalia ejus nullis contra terris.* ¶ Vetus elegantia *contra ea*, pro *contra*, vel *è contrario* dicere. Nepos præfat. *Contra ea pleraque moribus nostris sunt decora, quæ apud illos turpia putantur.* Liv. lib. 2 cap. 60 pr. *Contra ea in Æquis inter Consulem ac militem comitate ac beneficiis certatum est.* Cæsar lib. 3 de B. C. cap. 74, *Contra ea Cæsar neque satis militibus perterritis confidebat.* Sallust. Orat. 1 ad Cæsar. pr. *Contra id eniti decet, cum ipse bonus ac strenuus sis, uti quàm plurimis imperitis.* ¶ Sed cum *ac, atque, quam*, particulis idem eleganter significat, quod diversum, aliter aut secus. Cic. lib. 2 de Divin. cap. 24 extr. *Vides, omnia certe contra ac dicta sunt, evenisse*, anders als man gesagt habe. Idem in Pison. cap. 8; Vt, *Senatus contra, quam ipse censuisset, ad vestitum rediret.*

Vide Hadrianum. Apud Senecam epist. 7 absolute dicitur: *Contra est*, i. e. contrarium evenit, umgekehrt. Sic Cic. Off. 1 c. 15, *Contra fit a plerisque.* ¶ *Auro contrà carus non est*, Plaut. Epid. act. 3 sc. 3,

Næ tu habes servum graphicum, & quantivis pretii!
Non carus est auro contra.

er ist nicht mit gelde zu bezahlen. Turneb. lib. 30 cap. 29, *Mira loquendi ratio*, contra carus non est. *Illud* contra, *valere mihi videtur*, si contra adpendatur: *vel* pari pondere auri carus non esset. Vide Scalig. eruditissime, ut solet, hanc phrasin enucleantem Not. ad illud Varron. lib. 1 de re rust. cap. 2, *ubi poma veneunt contra aurum.* ¶ Aliquando ponitur pro *vicissim*, wiederum. Ter. in Adelph. act. 1 sc. 1 v. 24, *In eo me oblecto: solum id est carum mihi, ille ut item contra me habeat, facio sedulò.* Et ita Plaut. Amph. 2, 2 v. 23, *Quæ me amat, quam contra amo.* ¶ Sic & e diverso, e contrario, notat, hingegen, andern theils. Vellej. 2, 56, 3, *Jul. Cæsar Brutum non obligaverat, contra offenderat Cassium.* Et ita sæpe Cicero usus est. e. g. 4 ad fam. 4, *Tibi beati videmur: at contra nobis tu beatus.* Hoc quoque notandum h. l. est, ultimam syllabam in *contra* ab ævi sequioris Poëtis non raro correptam esse. Pro quâ observatione eruditissimus Vossius lib. 2 de art. Gramm. c. 24 hunc Manilii versum, qui lib. 2, 252 est, producit: *Contra jacet cancer paullum distentus in alvum.*
Manilium enim non Augustei ævi, sed multo recentioris; & σύγχρονον adeo Ausonii (de quo longe aliud mihi persuadeo) Poëtæ esse existimat. Sed quia alias ultimam in *contra* produxit semper, quod sciam; miror profecto, eccur hîc demum eam legem migrârit. Quin potiùs existimo, τὸ *jacet* per dialysin trisyllabum fecisse, ut eliderctur ultima littera in *contra*, primæ autem duæ in *jaceo* corriperentur. Ita: *Cōntra ĭăcĕt căncĕr*, &c.
Ita & Calpurnius ecl. 6, *genus est ut scitis equorum*
Non ĭugale mihi.
Item Seneca Hippolyto v. 287,
Si qua ferventi sŭbĭĕcta cancro, &c.

¶ Contrārius, a, um, repugnans, adversum, zuwider, entgegen. Cicer. Offic. lib. 3 sub finem: *Omnis voluptas honestati est contraria*, ist der erbarkeit zuwider. *Rapere in contrariam partem*, anders deuten als gemeynt ist. Pollio apud Cic. lib. 10 fam. epist. 33, *Verebar, ne pium consilium meum raperent in contrariam partem obtrectatores mei.* Aut. ad Herenn. 1 cap. 3, *E contrariâ parte*, idem quod *contra*; item *e regione.* ¶ *Contrarium* cum *ac*, eâdem ponitur elegantia qua *contra*, ut Cic. in Verr. 3 c. 46, *Decernit contrarium ac paullo ante decreverat*, i. e. diversum ab eo, quod paullo ante: & Cicer. in Somn. Scip. cap. 4, *Astra errantia versantur retro contrario motu, atque cælum*, dem lauff des firmaments entgegen. Hor. 1 serm. 2 v. 24,
Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.

¶ Contrariè, hergegen, deme zuwider: Cic. Partit. Orat. cap. 31, *alio se eadem de re contrarie scripto defendere.* Idem 1 de Orat. cap. 31, *in quo aut ambigue quid sit scriptum, aut contrariè.*

¶ Contrariò, idem, quo Corn. Nepos usus est Eumene cap. 1 n. 5, *At apud illos contrariò nemo ad id officium admittitur.* Vitruvius lib. 8 cap. 1 extr. *Campestribus locis contrariò non possunt haberi copiæ.* Conf. Borrich. Cogitat. p. 76.

¶ Contrariare, adversari. Postremæ Latinitatis verbum. Prosper Aquitanicus Parte 2 de Promiss. c. 33, *Qui dum sibi quasi contrariare visi essent.*

¶ Contrarietas, atis, widerwertigkeit. Macrob. Somn. Scip. 2 cap. 15, *Nunquam ex duplicatis similibus contrarietas emergit.* Et cap. 16, *Nulla est contrarietas* &c.

¶ Contraversum, im gegentheil, hergegen. Solin. c. 15 de Thracibus: *Recentem natum fletu parens excipit: Contraversum læta sunt funera.*

¶ Econtra, idem quod contra, hingegen, quo usus non semel vetus Bibliorum interpres est. Nam apud Classicos auctores vix invenitur. Cicero simpliciter *contra* habet, aut *ex contraria parte.* E junioribus tamen & eruditissimi etiam illius usu non abstinuerunt: quos Vossius notat lib. 1 de vitiis serm. cap. 24. Et putat ille quidem illud *econtra*, ex *è contrario* per compendium scripturæ, vel *& contra*, sive συνθετικῶς *eccontra* natum. Possumus conjicere ex *ea contra* contractum esse. Nam sicut *eapropter*, pro *propterea* dixerunt veteres; ita & *ea contra* pro *contra ea* dicere potuerunt. Simplicissima ratio est, ex *e* & *contra* compositum statuere. Non raro enim præpositiones componebant veteres, sive geminabant: ut in *exante*, *inante*, *propalam*, &c. factum novimus. Nonnunquam & adverbiis easdem jungebant. Ita enim *demagis*, *deforas*, *aforis*, &c. in veteribus scriptoribus & monumentis legimus. Adde, si placet, Anti-Barb. Latin. & Curas Posteriores Cellarii, ubi auctores allegantur medii ævi, qui hac vocula usi sunt, & Tacitus, cui plures editores lib. 12 cap. 47 tribuerunt, ab illa liberatur. Patronis ejus adde Alcimum Avitum epist. 4, & Servium in Æn. 6 v. 772. Impugnatoribus autem adjunge clarissimum virum, Theod. Ryckium ad d. l. Taciti.

Contractio, Contractus, Contraho; Contradico, Contravenio, vide *Traho*, *Dico*, *Venio*.

CONTREBIA, æ, urbs Hispaniæ, victoria Metelli memorabilis apud Florum 2, 17, 10. Vellej. 2, 5, 2. Aur. Vict. vir. illustr. cap. 61, & Frontin. 1, 1, 12. Dicitur & *Centobrica*, de qua supra. *Contrebiam* Livii 40 c. 33, *Complegam* Appiani esse vult Ortelius.

Contrectabilis, contrecto, &c. Contremo, Contristo, Contritio, Controversia, &c. Contrudo, Contrunco, Contubernalis, Contubernium, Contueor, contuitus, vide *Traho*, *Tremo*, *Tristis*, *Tero*, *Verto*, *Trudo*, *Truncus*, *Taberna*, *Tueor*.

Contumacia, Contŭmax, Contumelia, &c. vide *Tumeo*.

Contumulo, Contundo, Contusio, vide *Tumulus*, *Tundo*.

CONTVS, i, κοντὸς, pertica est. Vet. Gl. κοντὸς, *pertica*, *sudis*, *camax*. CAMAX autem & ipsum Græcum est. Idem Gloss. κάμαξ, *Rutica*, *pertica*, eine stör-stange, damit die fische aus den tümpffeln ins garn getrieben werden. *Ratem conto regere*, schiffen, Senec. Herc. fur. v. 768. Perticæ autem istæ, sive conti, si ferrum haberent præfixum, inter arma non modo & instrumenta nautica, sed bellica etiam erant, piquen. Virg. 5 Æn. v. 208 de Naumachia exponens:

Ferratasque sudes & acutos cuspide contos
Expediunt.

Tacit. Ann. lib. 14 cap. 5, *Verum Aceronia imprudens, dum se Agrippinam esse, & ut subveniretur matri Principis, clamitat, contis & remis, & quæ sors obtulerat, navalibus telis conficitur.* Idem Annal. 6 cap. 35 in Sarmatarum armatura & *Contos* numerat: eosque prælongos fuisse 1 Hist. cap. 39 significat. Idem cap. 44, *Præfixa contis capita gestans*, &c. *Contus* etiam inter tela, quibus in muros enitens hostis dejicitur. Ita Virgilius adpellat 9 Æneid. v. 510, & Lucan. lib. 6 v. 174. ¶ In Codice nominatur ludi genus, κύνταvος κόνταξ χωρὶς τῆς πόρπας adpellatum; quod Imperator vibrationem Quintianam interpretatur, de quo Salmasius in Exerc. Plinian. f. 726, Κόνταξ namque parvus contus est.

¶ Contatus, i, conto armatus, ein piquenirer. Vegetius lib. 3 cap. 6, *Vtrum peditibus, an equitibus; utrum contatis, an sagittariis amplius valeant, scire nos convenit.* Hi Græce dicuntur

¶ Contŏphŏri, milites longioribus hastis instructi, piquenirer. Julius Pollux lib. 1 cap. 10 sect. 5, δορατοφόροι, κοντοφόροι.

¶ Contificium, i, vel Contifigium, ut Casaubonus putat, tamquam amphitheatrale verbum, ex Vopisci Probo c. 19 affertur, ut contum vel venabulum significet, vel actum transfixionis ferarum. Editum enim est: *Addidit centum jubatos leones, qui omnes contificiis interemti sunt.* At Salmasius ex MSS. Palatino *posticis* legit, quæ quid fuerint, ibidem explicat.

¶ Contor, atus sum, ari, verbum citatur ex epistolis Cicer. ad Attic. lib. 11 epist. 10, *Cumque ex eo de me contaretur*, hoc est, *sciscitaretur*, *quæreret*, ubi exemplaria quædam legunt *percontaretur*: verùm etiam Grævius, vir accuratissimus, *contaretur* edidit. Proprie, den grund suchen. Metaph. erforschen, a conto, nautarum perticâ. Hinc

¶ Contabundus, a, um, forschend. Apulejus lib. 8 p. 203, *quem primum insiliat, contabunda* [bestia] *rimatur.*

¶ Decontari, i. e. percontari, scrutari, rarius verbum. Apulejus lib. 7 p. 198, [Pricæo 148,] *Dum in ista necis meæ decontor electione.* Vsus & lib. 10 est post principium: *unde potissimum caperet exordium, decontatur.* Sed

¶ Percontari, usitatissimum est, & promiscue a quibusdam scribitur, *Percontari* & *Percunctari*, forschen, fragen, erkundigen. Cicer. lib. 2 de Fin. cap. 1, *Socrates percontando & interrogando elicere solebat eorum opiniones, quibuscum disserebat.* Hîc *percontari*, & *interrogare*, synonyma sunt. *Percontari aliquem*, & *ex aliquo*, *aliqua de re*; Cicero Somn. Sc. cap. 1, *Ille me de Republ. nostra percontatus est*, er hat mich ausgefragt. Terentius in Hecyr. a. 5 sc. 3 v. 12, *Tua quod nihil refert, percontari desinas*, was dich nicht brennt, das lesche nicht: Idem cum Plautino in Stich. a. 2 sc. 1 v. 48, *Tua quod nihil refert, ne cures.*

¶ Percontatio, ōnis, nachfrage. Cic. de Vnivers. sub initium: *Primum tempus salutationibus, reliquum percontatione consumsimus.* Cæsar lib. 5 cap. 13, *Nihil de eo percontationibus reperiebamus.* Scribitur etiam *Percunctatio*, ut Dialog. de Oratoribus cap. 1.

¶ Percontator, ōris, nachfrager. Horat. lib. 1 epist. 18 v. 69,
Percontatorem fugito; nam garrulus idem est:
Nec retinent patulæ commissa fideliter aures.

Convalesco, Convallis, Convario, āre, Convaso, āre, Convectare, Convectio, &c. Convelo, āre, Convello, Convenæ, Conveniens, &c. Conventiculum, convento, &c. Convenusto, Converbero, Converritor, Converro; Conversare, conversari, &c. Conversio, Convertibilis, Convestio, īre, Convexare, Convexio, &c. Convibrare, quære in *Valeo*, *Vallis*, *Varius*, *a*, *um*; *Vas*, *vasis*; *Veho*, *Velum*, *Vello*, *Venio*, *Venustus*, *Verber*, *ĕris*, *Verro*, *Verto*, *Vestis*, *Vexo*, *Vibro*, *āre*.

Conviciator, Convicior, Convicium, Convictor, Convictus, Convinco, Convitium, Conviva, Convivium, &c. vide *Vox*, *Vivo*, *Vinco*, *Vitium*, *Vivo*.

Convŏco, Convŏlo, Convolvo, Convolvolus, vide *Voco*, *Volo*, *Volvo*.

CŌNVS, i, κῶνος, supremum galeæ, supra quo cristæ sunt, die spitze am helm, darauf der federbusch stehet. Virgil. 3 Æn. v. 468,
Et conum insignis galeæ, cristasque comantes.
Et Ovid. 3 Met. v. 108, *Tegmina mox capitum picto nutantia cono.*
¶ 2. Conus est figura aliqua, instar pyramidis vel metæ acuminata, etwas zugespitztes. Cicero lib. 1 de Nat. D. cap. 10, *Mihi vel cylindri forma, vel quadrati, vel coni, vel pyramidis videtur esse formosior.* Et lib. 2 de eadem N. D. cap. 18 pr. *Conum tibi ais, & cylindrum & pyramidem pulchriorem, quam sphæram videri.* Hinc est, quod ludicra instrumenta, quæ globis proruuntur, *Conos* adpellamus, kegel. ¶ 3. Coni etiam fructus abietis, pini, & cupressi dicuntur, tannzapffen, zirbelnüsse. Servius in Æn. 3 v. 680, *Conus*, inquit, *dicitur fructus cupressi, & ipsa κωνοειδὴς est. Nam a rotunditate in acumen levatur.* Hinc

¶ Cōnĭfer, a, um, &

¶ Cōnĭger, a, um, harum arborum epitheta. Virgil. lib. 3 Æn. v. 680,
Aëriæ quercus, aut coniferæ cyparissi.
Catullus de Nupt. Pel. & Thet. v. 106,
Quercum, aut conigeram sudanti cortice pinum.

¶ Cōnoīdes, κωνοειδὴς, quicquid coni habet figuram, was eine gestalt hat wie ein kegel. Vide modo adducta Servii de cupresso verba, quæ de fœmina arbore potissimum intelligenda sunt.

Convulnero, Convulsio, vide *Vulnero*, *Vello*.

CŌNȲZA, æ, κόνυζα, Theophrastus pulicariam vocat, quia substrata pulices necat, gelbe müntz, Matthiol. dürrwurtz, flöhkraut. Conf. Plin. 21 c. 9 & 10.

Coonero, Cooperator, Cooperculum, Cooperio, &c. Cooptatio, Coopto, Coorior, vide *Onus*, *Opus*, *Pario*, *Opto*, *Orior*.

CŌOS, κῶος, in ludo talorum senio sive senarius erat, ἑξίτης. Vide *Senio* sub *Sex*; Item *Canis* & *Talus*. ¶ Cŏos, Insula, vide infra *Cous*.

Copa, vide supra *Caupo*, & mox in *Copia*.

CŎPHĬNVS, i, κόφινος, sporta, corbis, ein korb, kober. Juvenal. satyr. 3 v. 13,

delubra

delubra locantur
Judæis, quorum cophinus fœnumque supellex.

Vet. Gloss. κόφινος, *Corbis, corbula, qualus.* Conf. Isidor. 20 c. 9.

CŌPIA, æ, (quasi Coopia,) Dea ubertatis ac abundantiæ apud antiquos, Fortunæ comes, de qua Luctatius, vetus Scholiastes Statii, in 4 Thebaid. v. 106. Hæc fingebatur Cornu gestare plenum uvis, malis, ac spicis: unde *Cornu Copiæ* proverbialiter quasi, de abundantia celebratur, de quo vide Chiliad. & supra *Amalthea.* Huc respexit Horat. lib. 1 od. 17 v. 14, *Hinc tibi Copia*
Manabit ad plenum benigno
Ruris honorum opulenta cornu.

Et Carmine seculari v. 59, *apparetque beata pleno*
Copia cornu.

Et lib. 1 epist. 12 v. ult. *aurea fruges*
Italiæ pleno diffudit Copia cornu.

Alii tamen hoc Cornu ipsi Fortunæ tribuunt. Vide Plutarch. de fortun. Rom. Pop. pag. 318, & Heinsium ad Hesiod. cap. 11. ¶ 2. Hinc de quavis abundantia & multitudine *Copia* dicitur, menge, überfluß: ut, *Copia librorum*, ein guter vorrath von büchern. Cicer. Attico lib. 2 epist. 6, *Libris me delecto, quorum habeo Antii festivam copiam.* Idem 1 Offic. cap. 43, *Omnium rerum copia affluit*, es ist alles vollauf. Sic & dicendi ubertas *copia.* Cicer. lib. 1 de Oratore cap. 12 pr. *quid discernes eorum ubertatem in dicendo & copiam ab exilitate?* Et in Verr. 2 cap. 4 pr. *quod est ingenium tantum? quæ tanta facultas dicendi & copia?* ¶ 3. *Copia* pro facultate & potestate. Terent. in Andr. a. 2 sc. 1 v. 20, *Neque pol auxilii locum habeo, neque consilii copiam*, ich weiß weder zu helffen noch zu rathen. Hinc *Copiam dare, facere*, gestatten, macht geben, zulassen, Ter. Heaut. Prol. v. 28, 29. Virg. 1 Æn. v. 520, *Postquam introgressi, & coram data copia fandi.*

¶ Cōpiæ, arum, plurale, exercitum significant, ein heer, kriegsvolck. Ter. in Eun. 4, 6 v. 17, *Viden' militem secum ad te quantas copias adducere?* Cicer. lib. 12 epist. 5, *Magnas Romæ Pansa copias ex delectu Italiæ comparat.* Hinc eleganti metaphora Ter. Heaut. 4, 1 v. 56, *In angustum oppidò nunc meæ coguntur copiæ*, i. e. in extremo versor discrimine, ich weiß weder aus noch ein. Sic enim laborat exercitus iniquo conclusus loco. Sed & singularis de multitudine militari usurpatur. Virgil. Æneid. 2 v. 564,
Respicio, & quæ sit me circum copia, lustro.
id est, quanta manus militum sive numerus; itaque locutum Sallustium Servius ibidem observat. Pompejus ad Lentulum apud Cicer. lib. 8 ad Att. epist. 12, *Alter in Siciliam, cum ea copia, quam Capuæ, & circa Capuam comparastis.* Et ita seq. epist. bis hac voce utitur. Ipse Cicero lib. 18 ad Att. epist. ult. *omnis armatorum copia.* Sic *levis copia*, Tac. 2 Annal. cap. 52. vide Bernegg. ad Sueton. August. cap. 21. Adde Hirtium Afric. cap. 10. ¶ 2. Copiæ & commeatus significant, hoc est, quicquid ad victum pertinet, lebens-mittel. Cicer. pro Dejot. cap. 5, *Ille exercitum Cn. Domitii suis copiis & tectis sustentavit.* Seneca ad Helviam cap. 6, *Quid tam abruptum undique, quam hoc saxum? quid ad copias respiciente jejunius?* Plinius lib. 2 epist. 17, *Suggerunt affatim ligna proximæ silvæ: ceteras copias Ostiensis colonia ministrat.* Tacit. 3 Histor. cap. 15, *Auxiliares cohortes in agrum Veronensium missæ, ut specie parandarum copiarum, civili præda miles imbueretur.*

¶ Copiolæ, dimin. ein kleiner hauff. *Extenuatissimæ copiolæ*, Brut. ad Cicer. lib. 11 famil. epist. 13.

¶ Copior, copiari, castrense verbum; quo pro *parare copias*, sicut lignari, aquari, pabulari dicebant, veteres usos, Gellius ex Quadrigario observat lib. 17 cap. 2. Vbi tamen *copiantur* passive potius, pro locupletantur ex præda, accipere malim: kriegsvolck versammlen.

¶ Copiarius, i, idem qui Parochus in Horat. 1 sat. 5 v. 46, ubi Acron: *Parochi latino vocabulo Copiarii dicti sunt, ut auctor est Porphyrius, quod omnium rerum necessariam copiam regum populorumque legatis suppeditabant:* wirthe, da man auslösung hat.

¶ Copiōsus, a, um, quod abundat copiis, häuffig, volckreich. Nepos Eumene cap. 8, *Illa autem* [via,] *qua omnes commeabant, altero tantò longiorem habebat anfractum, sed erat copiosa, omniumque rerum abundans.* Sic Cic. pro Archia cap. 3, *Vrbs copiosa*, in quâ omnium rerum est copia. Idem lib. 2 Offic. cap. 22, *Numquid copiosior L. Mummius, cum copiosissimam urbem funditus sustulisset?* & 3 de Orat. cap. 32, *copiosior orator.* Cæs. 1 de B. Gall. cap. 23, *oppidum maximum & copiosissimum.*

¶ Copiose, abundanter, überflüßig, reichlich. Cic. lib. 2 Nat. Deor. cap. 47, *Pastum animantibus large & copiose natura comparavit.* Idem in Oratore cap. 4, *copiosiùs dicere:* & lib. 1 de Orat. cap. ult. & lib. 3 cap. 32, *copiosissime dicere.*

¶ Cōpis, e, antiquum adjectivum, contractum ex *Coopis*, quasi cum ope, i. e. copiosus, dives, reichlich, voll, apud Plaut. Bacchid. 2, 3 v. 117, & Pseud. 2, 3 v. 8, & apud Pacuv. teste Nonio c. 2 n. 119.

¶ Copona, æ, *taberna*, inquit Festus, *a copiis dicta*, ein gasthof. vide supra *Caupona* in *Caupo.*

¶ Copo, ōnis, primum, postea *Caupo* dictus. Vide locum Cicer. supra in *Caupo*, & adde Martial. 3 epigr. 57.

¶ Cōpa, æ, mulier quæ cauponam exercet, eine wirthin. Sueton. Neron. cap. 27, *Disposita per litora & ripas diversoriæ tabernæ parabantur, insignes ganeæ, & matronarum institorias operas imitantium*, &c. Vide plura supra in *Caupo.* Adde Voss. lib. 1 Instit. Orat. p. 161.

¶ Percopiosus, a, um, valde copiosus, weitläufftig. Plin. lib. 9 epist. 31, *Legi, quæ de me scripsisti: in quibus quidem percopiosus fuisti.*

¶ Percopiose, auctius adverbium. Sidonius Apollinaris lib. 4 epist. 7, *percopiose me officii votivi compotem fecit.*

¶ Incopiosus, a, um, sine copia, leer. Tertullianus de Jejun. cap. 5, *solitudo incopiosa.* Contrarium fuit supra in Eumene Nepotis c. 8 n. 5.

CŌPIĀTA, æ, κοπιάτης, vespillo, ein todten-gräber. Copiatæ, quorum munus erat, cadavera mortuorum obvolvere, efferre, sepelire, clericis accensentur l. 1 God. Theod. de lustrali Collat. & l. 15 de Episc. Adde Novell. Justin. 59, & Brisson. de V. S. lib. 3.

CŎPIS, copĭdis, gladius leviter curvatus, falci similis, ein sebel. Curt. 8 cap. 14 n. 29, *Copidas vocant gladios leviter curvatos, falcibus similes.* Apulejus lib. 11 p. 260, *Illum succinctum chlamyde copides & venabula venatorem fecerant.* Ergo tam in bello, quam venatione usus illarum fuit. Græce κοπὶς, ίδος, a κόπτω. vid. Freinsh. Ind. Curtian. hac voce. Leunclav. ad Xenophont. not. p. 1036, 1037, & in Pand. Turc. cap. 172. Brisson. de Regno Persar. lib. 3 p. 258. Lips. in Analect. ad Milit. Rom. lib. 3 cap. 3, & Saturn. lib. 2 cap. 9. ¶ 2. Est etiam cœnæ Laconicæ nomen. Freinsh. ibid. & Rhodig. 14 lect. ant. c. 58.

¶ Copissare, κοπίζειν, est convivium celebrare in Titthenidiis, id est, quando nutrices pueros deferunt in Dianæ templum. vid. Rhodig. l. c.

COPREA, æ, scurra, βωμόλοχος, γελωτοποιός, ein possenreisser. Vsus Sueton. Tiber. cap. 61 extr. item Claud. cap. 8. Vide ad priorem Suetonii locum Casaubonum, Lipsium lib. 2 Elector. cap. 17, & Turneb. 22 cap. 32.

COPTA, æ, κοπτή, placenta tundendo facta & propter duritiem colaphi vice servis porrigenda. Vnde Martial. lib. 14 epigr. 68,
Peccantis famuli pugno ne percute dentes:
Clara Rhodos coptam, quam tibi misit, edat.

¶ Coptoplacenta, æ, idem. Petron. Fr. Trag. p. 12, *Porcelli ex coptoplacentis facti.* Adde Scheff. not. p. 83.

COPTVS, i, quæ nunc Cana est, Ægypti fuit urbs, cujus meminit Plin. lib. 6 cap. 23. Ælian. lib 10 cap. 23, Ἐν Κοπτῷ τῇ Αἰγυπτίᾳ τὴν Ἶσιν σέβουσιν Αἰγύπτιοι, &c. *In Copto Ægyptia urbe Isin Ægyptii colunt*

¶ Copticus, a, um, adject. Apul. lib 2 p. 127, *Miserere, per cælestia sidera, per inferna numina, per naturalia elementa, per nocturna silentia, & adyta Coptica, & per incrementa Nilotica, & arcana Memphitica & sistra Phariaca.*

¶ Coptites, æ, una ex Ægypti nomis sive præfecturis, Plin. 5 c. 9.

CŌPŬLA, æ, quicquid connectit & conjungit, ein band, & vinculum sive lorum, quo ligantur canes venatici: eine kuppel. Nepos Datame cap. 3, *Gerens in capite galeam venatoriam, dextrâ manu clavam, sinistrâ copulam, quâ vinctum ante se Thyum agebat.* Ovid lib. 7 Metam. v. 770, *Copula detrahitur canibus,*
Quod hic *detrahere copulam canibus:* id lib. seq. in Meleagri fabula v. 333, *Vinculum canibus adimere:* Vid. Casp. Barth. lib. 8. Advers. cap. 14 dixit, die hunde lösen, hoc est, vom strick loß machen. Vet. Gloss. *Copula*, χὶρ, ἀλυσίδιον μέλος, ἄρθρον χειρὸς, χειράλυσις, χειρόδεσμος. *Copula matrimonii*, ehehafftung. Horat. lib. 1 od. 13,
Felices ter & amplius,
Quos irrupta tenet copula, nec malis
Divulsus querimoniis,
Supremâ citius solvet amor die.

Copula æmulorum dicitur, qui intercedit veluti medius, ne æmulatio in obtrectationem erumpat. *Copula fuit Atticus Ciceronis, & Hortensii*, Nepos in Attic. cap. 5, 4. Sic Julia, Pompeji & Cæsaris *copula* fuit: qui enim illa necessitudine continebantur adhuc, soluto per mortem Juliæ fœdere, ad arma prorupere: *male cohærentis pignus concordiæ* Vellejo ob id dicitur lib. 2 cap. 47. *Copula* Grammaticis est particula copulativa; Logicis vinculum Subjecti & Prædicati.

¶ Cōpŭlo, avi, atum, are, colligare, conjungere, zusammen kuppeln, binden. Cicer. lib. 4 Acad. Quæst. cap. 45 extr. *Tu cum honestas in voluptate contemnenda consistat, honestatem cum voluptate, tamquam hominem cum belua copulabis?* Idem lib. 1 de Orat. cap. 51, *an hæc inter se jungi copularique possint.* Plaut. Aul. 1, 2 v. 38, *dexteras copulantur*, pro *copulant.*

¶ Copulatus, a, um, conjunctus, verknüpfft, verbunden. Cicero lib. 1 Tusc. cap. 29, *Dubitare non possumus, quin nihil sit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex.* Et 1 Offic. cap. 17, *Nihil amabilius, nec copulatius, quam morum similitudo bonorum.* Lucretius 6 v. 1086, *Inter se quædam coplata*, contracte pro *copulata.*

¶ Copulatio, ōnis, die verknüpffung. Cic. 2 Nat. D. cap. 46 extr. *copulatio rerum, & quasi consentiens ad mundi incolumitatem, coagmentatio naturæ.* Et lib. 1 de Fin. cap. 20, *primi congressus copulationesque consuetudinum.*

¶ Copulatus, ûs, idem. Arnobius lib. 1 sub init. *rationum consequentium copulatu.*

¶ Copulate, adverb. aneinander. Gell. lib. 10 cap. 24, *Die-quinti pro adverbio copulate dictum est.* Et lib. 17 cap. 7, *copulate permixteque dictum.*

¶ Copulatim, idem. Gloss. Vet. *Copulatim*, εἱρμῷ.

¶ Copulativus, a, um, verbindlich. Eædem Glossæ: *Copulativus*, συνακτικός, συμπλεκτικός.

¶ Copulator, ōris, ein kuppler, &

¶ Copulatrix, īcis, fœm. eine kupplerin. Pervigil. Veneris v. 5,
Cras amorem copulatrix inter umbras arborum
Implicat.

Ambrosius epist. 84 f. 263 ed. Froben. *Indubitanter adparet, copulatricem quamdam esse virtutem, qua sibi confœderatur & concinit multiplex sanctorum unitas.* Et Augustinus lib. 11 de Trinit. cap. 9 extremo: *Voluntas copulatrix parentis & prolis.*

¶ Concopulare, idem quod simplex Copulare. Lucret. 6 v. 1075,
Denique res auro argentum concopulat una.

CŎQVO, coxi, ctum, ĕre, kochen. Notæ verbum significationis. *Coquere panem*, backen. *Coquere cerevisiam*, brauen. *Coquere cibum*, Lucret. l. 5 v. 1101, kochen; & alia significatione pro *concoquere*, dauen: *Coquere lateres*, ziegel brennen, Cato c. 39. Tribuitur & fabris Juvenal. sat. 15 v. 165, *cum rastra & sarcula tantum*
Assueti coquere.

Coquere ferrum, est candefacere, & ita fingere ac formare. Conf. paullo post *Recoctus.* *Coquebatur ei cœna*, id est, adparabatur, Cornel. Nep. in Cim. cap. 4 n. 3. ¶ 2. *Bellum & consilia coquere*, Livius dixit pro *clanculum moliri*, lib. 8 cap. 3, *Omnibus consultationibus inter se principes Romanum coquebant bellum;* quæ & Germanis usitata metaphora

taphora est, etwas unter sich breuen, hoc est, clam struere & moliri, heimlich fürhaben. Silius ita usus est lib. 10. v. 430,

Latioque extrema coquebant
Cœpta viri.

Et lib. 16 v. 3, *In tempus posita ad renovandum bella coquebat.*

Adde quæ ad lib. 7 v. 403 ex Barthio notavit Cellarius. ¶ 3. Coquere & cura hominum dicitur, id est, macerare, affligere. Ennius apud Ciceronem de Senectute pr.

O Tite, si quid ego adjuto, curamve levasso,
Quæ nunc te coquit, & versat sub pectore fixa,
Ecquid erit præmî?

¶ Coctus, a, um, gekocht. *Coctus pavo*, Horat. 2 sat. 2 v. 28. *Cocta vendere*, Sueton. Claud. cap. 38, quod plenius Sallustius Jugurth. cap. 45 dixit *cibum coctum vendere.* Vid. Torrent. ad d. l. Suetonii. *Poma matura & cocta*, reiff obst, Cic. de Senect. cap. 19. ¶ 2. Translate pro suavi idem Cicero lib. 13 ad Attic. extremo: *bene coctus & conditus sermo*, wohl zubereitet, lieblich.

¶ Coctio, ōnis, das kochen, die däuung. Plin. lib. 20 cap. 9, *coctionem facere*, i. e. concoquere. Tres autem sunt coctiones: Prima fit in ventriculo coquente chylum, unde & χύλωσις dicitur; secunda in Hepate, in quod venæ Mesaraicæ, quod de chylo exsuxerunt, convehunt; tertia in extremis surculis venarum distributarum in membra singula nutritionis caussa. Peucer. Vide Digestio in *Digero.*

¶ Coctūra, æ, idem quod coctio. Columella lib. 12 cap. 18 extr. de vasis vindemiæ picandis: *Si quanta pars picis Bruttiæ in universam cocturam adjiciatur, utilissimum sit omni vindemiæ.* Apicius lib 6 cap. 2 pr. *dimidia coctura decoques, dum obduretur*, laß es halb einkochen. ¶ 2. Calor, quo fructus maturescunt. Plin. lib. 14 cap. 4, *Ea cæli temperies fulsit, quam cocturam vocant, solis opere*, gut reiff-wetter.

¶ Coctor, ōris, pro coquo, ein koch. Petron. Sat. *Coctores insulariique.* Apud Plautum Pœn. 3, 2 v. 9 Pareus legit, *Juris coctores, qui lites creant.* Sed Turneb. 15 cap. 7, *coctiores legit & explicat.* ¶ 2. Prodigus, ein schlemmer, prasser, quod habet Cœlius in Foro R. ex Senecæ 4 de Benef. cap. 26, ubi Gruter. & Gronov. legunt *Decoctor: Quis coctori credet pecuniam?*

¶ Coctĭlis, e, gebrannt: ut, *tegulæ coctiles*, dach-ziegel. *Lateres coctiles*, hoc est, cocti, gebackene steine, mauer-ziegel, Vall. lib. 1 cap. 8. Sic, *Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem*, lib. 4 Metam. Ovid. v. 58 dicitur. ¶ Trebellio Pollioni in Claudio cap. 14 *Coctilia* sunt, quæ Vlpianus de V. S. lege 167 *ligna cocta* vocat, *ne fumum faciant.* Vulgo, *acapna.* Non multum differebant à carbonibus: nec enim manu, ut ligna, sed batis sive batillis tractari solita, ut carbones, quod Trebellii locus indicat.

¶ Coctĭbĭlis, e; ut, *caro coctibilis*, Plin. lib. 16 cap. 6, quæ facile coquitur. Scribitur etiam *Coquibilis, e.*

¶ Coctilicius, a, um: ut, *Taberna coctilicia*, ubi coctilia venduntur, Capitolin. in Pertinace cap. 3.

¶ Coctivus, a, um, das leichtlich gar kochet. Plin. Hist. lib. 15 cap. 23, *Coctivæ castaneæ.*

¶ Cocturarius, i, ein koch. Gloss. gr. lat. ἑψητής, *Cocturarius.*

¶ Cŏcŭla, orum, ligna minuta coctioni apta, koch-holtz. ¶ 2. & vasa quædam ænea, in quibus coquitur, Festo sunt, koch-töpffe. In sing. *Coculum ahenum*, ein kessel, Cato de R. R. c. 11.

¶ Cŏquus, sive Cocus, i, ein koch, ein becker. Coquum & pistorem apud antiquos eumdem fuisse, monet Festus. v. Taubm. in Plauti Epid. p. 493. Elegans illud Martialis est lib. 14 epigr. 218,

Non satis est ars sola coco: servire palatum
Nolo: cocus domini debet habere gulam.

Significat, Cocum in adparendis cibis, non tam suam artem, quam domini palatum debere sequi: neque enim hunc servire temere, hoc est, probare maxime, quod Cocus ex præscripto artis diligentissime curaverit, sed suo pro stomacho quod maxime petat.

¶ Cŏqua, æ, eine köchin. vid. Goclen. in Probl. Gramm. 3 c. 25, & Pincier in Otio 3 c. 12.

¶ Cŏquīna, æ, vetus pro *culina*, eine küche. Sic Nonius *Colinam*, ut scribit, per *Coquinam* interpretatur. Est & apud Augustin. 22 de C. D. c. 8.

¶ Cŏquīnus, a, um, adject. ut, *forum coquinum*, Plaut. Pseud. act 3 sc. 2 pr. der koch-marckt.

¶ Cŏquīno, are, pro coquere, kochen. Ibidem v. 85 & v. 64, *An tu coquinatum te ire quoquam postulas?* hoc est, ire ad coquendum. conf. Aul. 3, 1 v. 3.

¶ Coquito, are, frequent. a coquere, Festo teste, qui interpretatur, *frequenter coquere.* Plautum posuisse ait; Sed quia nusquam apud illum hodie comparet, suspicantur eruditi, Festum legisse *Coquitare*, ubi *Coquinare* est in locis jam citatis.

¶ Coquinaris, e, adject. zur küchen gehörig. Varro apud Nonium cap. 3 n. 32, *Noctu cultro coquinari se trajecit.*

¶ Coquinarius, a, um, idem; ut, *Vasa coquinaria*, Plin. lib. 33 cap. 11, küchen-geräth, töpffe. Sic ars coquendi dicitur *Coquinaria*, die koch-kunst, Apul. de Phil.

¶ Coquinatorius, a, um, idem, pro quo *Cocinatorius* apud Jurisconsultos legitur, sicut *Cocus* pro *Coquus* veteres dixerunt. Lege 19 § 12 Dig. de Auro, argento &c. *cocinatorium instrumentum.* Etiam Lege 6 D. de Penu legat. *cocitatoria vasa*, quasi a cocitare vel coquitare frequentativo.

Composita a Coquo;

¶ Concŏquo, xi, ctum, ĕre, verdäuen. *Cibus facillimus ad concoquendum*, eine sehr däuliche speise, Cicer. 2 de Fin. cap. 20. ¶ 2. Ad Metaphoram transtulerunt Cicero ad Qu. fratr. lib. 3 extr. *Hæc odia non sorbeo solùm, sed etiam concoquo*, in sich fressen. Et Livius lib. 4 c. 15, *Quem Senatorem civitas concoquere vix posset, civem ferret*; vertragen. Et Seneca epist. 2, *Cum multa percurreris, unum excerpe, quod concoquas*

¶ Concoctus, a, um, una coctus, durcheinander gekocht. *Concocti odores*, Lucret. 2 v. 852.

¶ Concoctio, ōnis, ἡ πέψις, die verdäuung. Plin. lib. 11 cap. 37, *concoctione maturata*, nach geschehener verdauung. Idem lib. 20 cap. 5, *concoctionibus confert*, es dienet zur verdauung. Solin. cap. 40, *Si concoctio non fuerit insecuta.*

¶ Decoquere, abkochen, absieden, einkochen. Horat. lib. 2 satyr. 1 v. 74, *Decoqueretur olus.* Virg. 1 Georg. v. 295, *decoquit humorem.* Livius lib. 32 cap. 2, *quarta pars argenti decocta erat*, es war ihm abgangen im schmeltzen. ¶ 2. Tralate dicuntur *decoquere*, & *decoquere rem*, qui eam dilapidant & consumunt, verthun, durchbringen. Cicer. 2 Philipp. cap. 18, *Tenesne memoria prætextatum te decoxisse?* Similiter nos dicimus, er hat gar abgebraut, de eo, qui patrimonio suo excidit. In malam igitur partem accipitur. Aliter tamen Spartianus in Hadriano cap. 7, *Senatoribus, qui non vitio suo decoxerant, patrimonium explevit.* Ibi enim *decoquere* est per infortunium aut alium casum, non suam culpam, de rebus suis devolvi. Etiam Cicero 2 Phil. cap. 18 dixerat, *fortunæ, non suo vitio, decoxisse.* Cæterum dilapidatores ejusmodi rerum suarum, & *decoquere* dicuntur & *decoqui.* Persius sat. 5 v. 57, *hunc alea decoquit, ille in Venerem putret.* ¶ 3. Est & translatio elegans in illo Quintiliani lib. 2 cap. 4, *Materiam primo esse volo vel abundantiorem, atque ultra quàm oporteat fusam. Multum inde decoquent anni, multum ratio limabit, aliquid vel usu ipso deteretur.* Sic Claudianus lib. 2 in Eutrop. v. 349, *accensam decoquat iram*, er soll den zorn fallen lassen.

¶ Decoctus, a, um, abgekochet, ausgesotten, milde: ut, *asparagi decocti in cibo*, Plin. 23, 1. Improprie, *Suavitas dulcis & decocta*, Cic. 3 de orat. cap. 26. Hinc compar. apud Persium sat. 1 v. 125, *Si forte aliquid decoctius audis*, id est, limatius, castigatius. Nam quemadmodum aqua defæcatur, dum coquitur, ita scripta dum castigantur, & plurima de illis detrahuntur, meliora fiunt. ¶ *Decocta* absolute, gesotten wasser, Juvenal. sat. 5 v. 50,

Frigidior Geticis petitur decocta pruinis.

¶ Decoctum, i, substant. pro re aliqua decoctâ, quam decoctionem vulgo dicunt, ein abgesottener tranck. Plinius lib. 22 cap. 20, *Datur in decocto balani.* conf. lib. 23 c. 1.

¶ Decoctus, ûs, subst. die absiedung. Plin. 37 cap. 12 de gemmis: *mellis decoctu nitescunt.*

¶ Decoctor, ōris, ein schlemmer, verprasser. Cicer. 2 Catil. cap. 3, *rustici decoctores*: & Philipp. 2 cap. 18, *Lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus.*

¶ Discŏquere, wohl kochen, lange kochen lassen. Plinius 29 c. 6, *in decem sextariis olei veteris discoquunt.* Et eodem capite, multis interjectis, *discoquitur melle in vase novo.*

¶ Discoctus, a, um, ausgekocht. Idem lib. 22 cap. 25, *lens magis discocta cælesti aqua*: & mox, *ex aceto discocta.*

¶ Excŏquere, perfecte coquere, durchkochen, durchbraten. Lucret. 6 v. 962, *terram sol excoquit.* Sic & improprie, *excoquere alicui malum*, i. e. excogitare, Plaut. Pers. 1, 1 v. 53, & Mil. 2, 2 v. 53.

¶ Excoctus, a, um, ausgebrannt. Ter. Adelph. 5, 3 v. 63, *Tam excoctam reddam atque atram, quam carbo est.* Ennod. 4, 33,

Vrbanitas aulicis excocta fornacibus.

¶ Incŏquere, idem propemodum quod coquere, vel decoquere, dran kochen. Apicius lib. 2 cap. 2, *triti piperis cochleare unum incoquas*, kochen. ¶ 2. Incoquere, coquendo applicare, hoc est, deargentare vel deplumbare, glasuren. Plin. lib. 34 cap. 17, *argentum incoquere*, versilbern.

¶ Incoctus, a, um, etiam dicimus, quod coctum non est, vel crudum, ungar, ungekocht, roh. *Caro incocta*, Gellius lib. 10 cap. 15 ex Fabio Pictore. Plautus Milite a. 2 sc. 2 v. 53, *Incoctum non expromit: bene coctum dabit.* ¶ 2. Incoctum est coctum in quo, ab incoquere, in etwas gekocht. Plinius lib. 35 cap. 15, *conficiuntur oleo incocta*, & lib. 36 c. 13, *trabes spinæ oleo incoctæ*, in öl gekocht. Metaphorice Persius sat. 2 v. 74,

incoctum generoso pectus honesto,

hoc est, imbutum, tinctum.

¶ Incoctĭlis, e, überzogen. Plinius 34 cap. 17, *opera ærea incoctilia*, id est, stanno vel argento inducta aut permista.

¶ Incoctio, ōnis, die einsiedung. Cœl. Aurel. Tard. 4, 3, *Incoctio aquosi liquoris.*

¶ Percŏquere, durchkochen, reiff machen. Ovid. lib. 1 de remed. amoris v. 83, *Nam mora dat vires, teneras mora percoquit uvas.*

¶ Percoctus, a, um, durchkocht. Plinius 22 c. 25, *Lens minus percocta.* Lucret. 6 v. 722 & 1107, *nigra virûm percoctaque secla calore*; Intelligit Æthiopas calore solis perustos.

¶ Præcŏquere, apud Plinium aliquoties legitur, zuvor kochen. Vid. lib. 14 cap. 9 &c. Hinc

¶ Præcox, ŏcis, est, pro quo &

¶ Præcŏquus, a, um, dicitur, apud Martialem 13 epigr. 46, & Columellam lib. 12 cap. 37. Tertullianus lib. 4 advers. Marcionem cap. 27, *Præcoqua, imo acerba dilectio. Acerba*, id est, immatura. Est autem *Præcox*, quod ante tempus maturuit, was zu früh und vor der zeit reiff worden ist, quicquid præcoquam contraxit maturitatem, sicut Columella ait: ut, *præcox fructus*, Curt. 8 cap. 5. Sic, *poma præcocia*; *ficus, uvæ præcoces*, frühzeitig. Vide Vallam lib. 6 cap. 106, & lib. 5 c. 31. Plinius in præfatione lib. 6, *At hercule risus præcox ille & celerrimus ante quadragesimum diem nulli datur.* Quintil. lib. 1 cap. 3, *Illud ingeniorum velut præcox genus non temere unquam pervenit ad frugem*, hoc est, non fere unquam ad perfectionem, tamquam ad frugem fructumque pervenit. Huc respexit Poëta Vetus apud Apulejum Apolog. p. 328,

Odi puerulos præcoci sapientiâ.

Sicut Catonem velut ex oraculo prodidisse Plinius refert lib. 7 cap. 51, *Senilem prudentiam prematuræ mortis esse signum*, allzukluge kinder leben nicht lange. Vide & Senecam Consol. ad Marciam cap. 23 extr. Mantuan. lib. 7 Silvarum: *mors ingeniis est invida semper*
Præcocibus.

¶ Recŏquere, zum andern mal kochen, aufwärmen, umschmeltzen. Cicero Senect. cap. 23, *neque me quis tanquam Peliam recoxerit.* Quem senem

senem Medea, ut est apud Plaut. Pseud. 3, 2 v. 81, medicamento & suis venenis dicitur fecisse rursus ex sene adolescentulum; v. Taubm. ad l. c. p. 1005. ¶ 2. Metaphorice, denuo erudire. Quintil. 12 cap. 6 extr. *Dare se magistris informandum ac velut recoquendum.*

¶ Rĕcoctus, a, um, aufgewärmt, umgeschmoltzen. Apud Florum 3, 20, 6, *Ferrum recoctum* est in ignem iterum immissum, & ad alios usus formatum. Martial. 11 epigr. 53, *Massa recocta foco.* Horatius lib. 2 satyr. 5 v. 55, *sæpe recoctus*
Scriba ex Quinqueviro.
Ad quem locum quæ affert Acro, vanissima sunt. *Scriba ex Quinqueviro* est, qui ante Quinquevirali procuratione functus sit. *Recoctus*, id est, exercitatus in officiis, usuque callidus effectus. Itaque recoctus est iterum iterumque coctus, & ita percoctus. Vide Torrentium ad hunc locum.

¶ Semicoctus, a, um, halb gekocht, halb gar. Plinius lib. 18 cap. 11, *Grana tritici semicocta.* Columella lib. 8 cap. 5 pr. *hordeum semicoctum.*

Coquus, vide supra in *Coquo.*

COR, cordis, καρδία, fons caloris vitalis in corpore humano, das hertz: ut, *cor palpitat*, Cic. 2 Nat. Deor. cap. 9. *Cor emoritur novissime*, Plinius lib. 11 cap. 37 sect. 69. ¶ 2. Pro animo sæpe ponitur, quod ibi ejus sedes credita. Cic. Philipp. 3 cap. 6, *stupor cordis.* Silius lib. 8 v. 465,
Ore puer, puerique habitu, sed corde sagaci
Æquabat senium.
Pythagoræ est: *Cor ne edito*, hoc est, ne te conficias curis non necessariis, friß dein eigen hertz nicht, laß einen hund sorgen. Plautus Capt. act. 2 sc. 3 v. 26, *quod in rem recte conducat tuam*
Id petam, idque persequar corde & animo atque viribus.
id est, quanta contentione & animi & virium possum. Et v. 60, *Videas corde amare inter se*, sie haben einander hertzlich lieb. Idem Trinum. act. 3 sc. 2 v. 34 *te hæc dicta corde spernere*
Perpeti nequeo. Corde, id est, seriò, prorsus. In Vet. Inscript. SVVM MARITVM CORDE DILEXIT SVO. *Cordi esse* dicuntur, quæ chara sunt, gefällig seyn. Lucil. apud Nonium cap. 2 n. 155, *Quod tibi magnopere cordi est, mihi vehementer displicet.* Terent. Phorm. act. 5 sc. 3 v. 17, *Vterque utrique est cordi.* Gell. 20 cap. 11, *cordi habere quid*, idem. ¶ Sæpius *Cor* pro prudentiâ, sapientiâ, solertiâ & acumine ponitur. Vnde non semel Plautus dixit, *Cor habet*, id est, sapit. Martial. lib. 3 epigr. 28, *Et cor solus habes, solus & ingenium.*
Et epigrammate 27, *Et mihi cor non est, nec tibi, Galle, pudor.*
Et lib. 7 epigr. 78, *Habes nec cor, Papile, nec genium.*
Furius Bibulus de Catone Grammatico:
En cor Zenodoti! en jecur Cratetis!
Cicer. lib. 1 Tusc. Qu. cap. 9, *Aliis cor ipsum animus videtur: ex quo excordes, concordes, vecordesque dicuntur: & Nasica ille prudens, is Consul, CORCVLVM*; Et, *Egregie cordatus homo catus Aelius Sextus.* Seneca prooemio lib. 5 Controvers. *Musa Rhetor multum habuit ingenii, nihil cordis.* Conf. Voss. lib. 2 Instit. Orat. p. 125. ¶ Est & illud usitatum auctoribus, præcipue Poëtis, ut *Cor* pro ipso homine ponant. Persius satyr. 6 v. 10, *Cor jubet hoc Enni*, i. e. Ennius. Et Ennius ipse apud Gell. lib. 7 cap. 2,
quem credidit esse meum cor,
Suasorem summum, & studiosum robore belli.
Quem cor meum credidit, id est, quem ego credidi. Quæ loquendi forma & sacris litteris usitata. Virgil. 5 Æn. v. 729,
Lectos juvenes, fortissima corda,
Defer in Italiam.
Ad quantitatem syllabæ quod attinet, videbatur quidem id rectissimè produci. Est enim *Cor* à κῆρ ex κέαρ contracto. Tullius tamen corripuit: cum 3 Tusculana istud Homeri de Bellerophonte carmen latinè verteret:
Qui miser in campis mærens errabat Aleis
Ipse suum cor edens, hominum consortia vitans.
Item Ovid. lib. 1 de Ponto eleg. 4,
Confiteor misero molle cor esse mihi.
Et ita aliis pluribus locis: quem Martialis etiam, Ausoniusque secuti sunt. Et ita Paullinus de Celso v. 379,
Ergo mei fratres, mea cura, meum cor, in ista
Mærentes animos lætificate fide.
Vnus contra Ovidii versus est epist. Sapphus, ubi producitur, v. 79,
Molle meum levibus cor est violabile telis.
Et multo concinniorem hunc versum Mycilliana & aliorum emendatio reddidit, qui legunt:
Molle meum, levibusque cor est violabile telis.
Et vix est quod dubitem, Poëtam ita scripsisse. Si tamen non nemini aliter, & potius videatur, ancipitem faciendam hanc syllabam, quod & Aldus existimabat, non refragabor magnopere. Nam pro productione origo est.

¶ Corculum, i, diminut. ein hertzlein. Plautus Casin. a. 2 sc. 6 v. 9, *corculum assudassit jam ex metu*, h. e. sudet cor tuum præ timore. ¶ 2. Blandientis vox est, *meum corculum*, eadem fab. act. 4 sc. 4 v. 14. ¶ 3. Corculum est sapientia præstans, atque idem quod cautus, ein fürsichtiger kluger mann, Cicer. 1 Tusc. cap. 9 verbis modo adductis. Plin. lib. 7 cap. 31, & ibi Dalech. quo nomine Scipio Nasica Romæ cohonestatus. vid. Rupert. ad Pomp. Ench. p. 325.

¶ Cordatus, a, um, witzig, weise, behertzt. Ennius apud Ciceronem lib. 1 de Orat. cap. 45, *Egregie cordatus homo catus Ælius Sextus.*
Seneca de morte Claudii: *Cecidit pulchre*
Cordatus homo,
Quo non alius
Fuit in toto
Fortior orbe.

¶ Cordate, adverbium, hertzhafft, weißlich. Apud Plaut. Pœnul. a. 1 sc. 1 v. 3 & Mil. a. 4 sc. 2 v. 96 conjunguntur *docte* & *cordate.* vid. Borrichii Vindic. p. 45.

¶ Cordialis, e, & Cordialiter, vitiosis accensentur. v. Voss. Vit. L. L. 4 cap. 31.

¶ Cordicitus, aliud adverb. hertzlich. Sidonius 4 epist. 6, *Prudentibus cordicitus inditum est, vitare fortuita.*

¶ Cordolium, i, καρδιαλγία, a dolore cordis, hertzweh, hertzleyd. *Tibi erit cordolium, si conspexeris*, es wird dich kräncken, Plaut. Pœn. 1, 2 v. 86; conf. Cist. 1, 1 v. 67, ubi *nulla mulier cordolium habere* dicitur, quod nulla ex animo doleat. Sic & Apulejus Met. 9, *Non uxori nec ulli familiarium cordolio patefacto.*

¶ Bicors, dis, falschgesinnt. Commodianus Instr. 11 *Virginem bicordem* vocat, quæ vafra, versuta & duplici corde fuit, fefellitque amatores suos.

¶ Circumcordialis, e, was üm das hertz herum ist. Tertullian. de Anim. cap. 43, *circumcordialis calor.*

¶ Concors, dis, einig. Cicer. de legib. lib. 3 cap. 12, *Moderatus & concors civitatis status*, ein bescheidener und einträchtiger zustand der stadt. Idem pro Ligar. cap. 2, *concordissimi fratres.*

¶ Concordis, e, idem. *Comis, communis, concordis*, apud Prisc. lib. 6.

¶ Concordia, æ, consensus, eintracht, einigkeit. *Reducere in concordiam*, Balbus Ciceroni sub ad Att. lib. 8 ep. 15. *Adducere in concordiam*, Cic. Attico 7 epist. 3, vertragen, vereinigen, zur eintracht bringen. Scipio, cum deleta Numantiâ ceteras Hispaniæ gentes ordinaret, interrogavit quemdam Celtarum Principem, *qua de caussa res Numantina invicta ante steterit, nunc autem eversa sit*; ille respondit: *Concordiâ invicta: discordia exitio fuit*; ex Orosio lib. 5 cap. 8. Antisthenes fratrum, qui concordes essent, convictum quovis muro dicebat esse fortiorem, ὁμονοούντων ἀδελφῶν συμβίωσιν παντὸς τείχους ἰσχυροτέραν εἶναι, Laërt. in Antisthene. conf. Senec. epist. 94, & Spartian. in Severo cap. 21. Silius lib. 9 v. 408,
parvis dives concordia rebus.

¶ Romanis *Concordia* inter Deos habita & templo honorata fuit, de qua Ovid. lib. 1 Fast. v. 639, & lib. 6 v. 637. conf. Elmenhorst. in Arnobium p. 128.

¶ Concordium, i, pro Concordia legitur l. 27 si liberis ff. de pact. dotal. t. 4.

¶ Concorditas, ātis, etiam pro Concordia apud Nonium c. 2 n. 151 ex Pacuvio: *Concorditatem conservare.*

¶ Concorditer, adverb. einträchtig, einmüthig. *Concorditer inter se congruere*, Plaut. Curcul. act. 2 sc. 2 v. 14. Et Sueton. Tib. cap. 7, *Cum Julia primo concorditer & amore mutuo vixit.* Superlativ. Cic. pro Rabir. perduell. cap. 5, *Concordissime cum aliquo vivere.* Vetus Inscriptio apud Gruter. p. 612 n. 1

CONIVGI BENE MER. DE SE
CVM QVA CONCORDISSIME
VIX. ANN. XXII.

¶ Concordo, are, gleiches sinnes seyn, übereinkommen. Ter. in Phorm. act. 2 sc. 2 (aliis 3) v. 58, *Si concordabis cum illâ, habebis quæ tuam senectutem oblectet.* Cic. 4 Tusc. cap. 13, *Animi sanitas dicitur, cum ejus judicia opinionesque concordant.* Ovid. 10 Metam. v. 146,
Et sensit varios, quamvis diversa sonarent,
Concordare modos.

¶ Concordatus, a, um, vereinigt. *Matrimonium bene concordatum dirimere*, Papinian. JCt.

¶ Concordantia, æ, vulgo pro consensu, harmonia seu locis parallelis, concordantz. v. Voss. de Vit. L. L. 3 c. 6.

¶ Concordabilis, e, einstimmig. Censorinus de Die Nat. cap. 10, *Non promiscue voces omnes cum aliis junctæ, concordabiles in cantu reddunt effectus.*

¶ Discors, dis, uneinig, zwiespaltig. Livius lib. 2 cap. 23, *Civitas secum ipsa discors.* Vellejus lib. 2 cap. 37 n. 3, *discors patri.* Ovid. 2 Amor. eleg. 10 v. 9, *ventis discordibus acta phaselos.*
Plural. *discordia pectora*, apud Lucanum lib. 10 v. 12, & Silium lib. 2 v. 380.

¶ Discordis, e, antiquum pro discors. Pomp. *Blanda, fallax, impotens, superba, discordis.*

¶ Discordia, æ, dissensio, uneinigkeit. *Discordiam concitare*, zwietracht anrichten, Cic. pro Muræn. cap. 39. *Sedare*, stillen, Idem Philipp. 1 cap. 1. Et in offic. lib. 1 cap. 25, *Res perniciosissima in civitate seditio atque discordia.* Sallust. Jugurth. cap. 10, *Concordiâ res parvæ crescunt, discordiâ maximæ dilabuntur.* Et Justinus lib. 16 cap. 3, *Assiduum inter pares discordiæ malum.* Graphice & eleganter Discordiæ imaginem expressit Petronius Arbiter:
Intremuere tubæ ac scisso Discordia crine
Extulit ad superos stygium caput: hujus in ore
Concretus sanguis, contusaque lumina flebant:
Stabant irati scabrâ rubigine dentes;
Tabo lingua fluens, obsessa draconibus ora,
Atque inter toto laceratam pectore vestem
Sanguinea tremulam quatiebat lampada dextra.

¶ Discorditas, atis, pro Discordia Pacuv. apud Nonium: *Ex discorditate cladem importare familiæ.*

¶ Discordo, are, inter se dissidere, zwiespaltig seyn. Terent. in And. act. 3 sc. 3 v. 43, *Qui scis, eos nunc discordare inter se*, daß sie zerfallen seyn. *Discordare cum quo*, Tacit. lib. 12 cap. 28 n. 1. *A se discordans fortuna*, das unbeständige glück, Vellej. 2, 53, 3.

¶ Discordabilis, e, widersinnisch. Plaut. Captiv. a. 2 sc. 3 v. 42, *inter se esse ingenio haud discordabili*, sich wohl vertragen konnen.

¶ Discordialis, e, quod dissidium parit, haderhafftig. *Abominantur discordialem domibus*, Plin. 37 c. 10.

¶ Discordiosus, a, um, seditiosus, quieti & otio adversus, unruhig, uneinig. *Discordiosum vulgus*, Sallust. Jugurth. cap. 66. *Stilo discordiose scripta*, Cyprian. epist. 42 cap. 2. *Domus discordiosa*, Sidonius lib. 6 epist. 2 extr.

¶ Excors, dis, qui sensu communi & quasi corde caret, demens, insanus, unvernünfftig, wahnwitzig. Cic. Philipp. 5 cap. 2, *Hoc qui non videt, excors.* Horat. 1 epist. 2 v. 25, *turpis & excors.*

¶ Excordor, ari, est insanire. Commodian. Instruct. 21, *Excordaris homo, si putas, ut Dii te salutent.*

¶ Præcordia, orum, plurale, ita vocat Plinius diaphragma sive φρένας, hoc est, interstitium illud inter membra naturalia & spiritalia. Plinii verba hæc sunt lib. 11 cap. 36, *Exta hominis ab inferiore viscerum parte separantur membranis, quæ præcordia adpellant, quia cordi prætenduntur. Græci adpellaverunt phrenas*, seu potius tela cordi prætenta; das netz ums hertz: alterum enim diaphragmati convenit. *Præcordia mollia, dura*, apud Celsum lib. 3 cap. 20. ¶ Poëtæ pro ipso corde frequenter usurpant: Virgil. 2 Æneid. v. 367,

Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.

Horat. lib. 1 Serm. satyr. 4 v. 89,

Condita cum verax aperit præcordia Liber.

¶ Recordor, atus, sum, ari, quasi in cor revoco, ut Varro tradit lib. 5 LL. reminisci, bedencken, sich erinnern, besinnen. *Recordari alicujus rei*, vel *aliquam rem*, vel *de re aliqua*. Sic enim Cic. lib. 1 de Fin. c. 6 extr. *Scire velim, ecquid de te recordere*. Idem de leg. Agrar. 2 c. 27, *Est operæ pretium, diligentiam majorum recordari*. Idem Tuscul. lib. 1 cap. 24, *Socrates triduo ante, quam cicutam biberet, disputavit, discere nihil esse aliud, quam recordari.*

¶ Recordo, are, idem. Quadrig. apud Nonium cap. 7 n. 65, *Ubi patria eum recordavit.*

¶ Recordatus, a, um, eingedenck. Tac. Ann. 15, 70, 1, *Recordatus carmen, versus ipsos retulit*. Passive Sidonius 9 epist. 3, *Anima male conscia, & per horas ad recordata pœnalis vitæ debita contremiscens.*

¶ Recordatio, onis, reminiscentia, die erinnerung, das andencken. Cic. de Senect. cap. 3 extr. *Conscientia bene actæ vitæ, multorumque beneficiorum recordatio jucundissima est*. Idem lib. 5 famil. ep. 12, *Habet præteriti doloris secura recordatio delectationem*. Idem Attico lib. 12 epist. 18 pr. *Recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt.*

¶ Recordatus, ûs, subst. idem. Tertullian. de Resurr. Carn. cap. 4, *recordatui tuo ereptam*. Idem de Jejun. cap. 5, *quos recordatu Ægyptiarum copiarum ex[illegible] turbabit.*

¶ Recordabilis, e, erinnerlich. Claud. Mamertus lib. 3 de Statu Animæ cap. 14, *Memoria multitudine recordabilium distenditur.*

¶ Irrecordabilis, e, unentsinnlich. Arnobius lib. 2 p. 62, *irrecordabili obliteratione deperdere.*

¶ Sōcors, dis, & Secors apud Festum, quasi sine corde. *Cor* autem pro animo, in quo sapientia est, ponebant veteres, de quo supra. Unde & *excordes* stulti dicuntur. Itaque propriè *socors* stultus, imprudens, stupidus, sine mente, der keinen verstand hat, der sich aus nichts finden kan. Vet. Gloss. *Socors*, ἀκάρδιος, ἄφρων. Item: *socors*, ἄνως, ἀκάρδιος. Hinc *socordes* & *sapientes* opponuntur. Apul. Apolog. p. 289, *Apud socordissimos Scythas Anacharsis sapiens natus est, apud Athenienses catos Meletides fatuus*. ¶ 2. *Socors* ignavum, tardum, negligentem, incuriosum significat, nachläßig, träg, faul. Terent. in Adelph. act. 4 sc. 5 v. 61, *Nolim cæterarum rerum te socordem eodem modo*, so unachtsam. Cic. de clar. orat. c. 86, *Socors alicujus naturæ negligensque*. Similiter Tacitus 3 Histor. cap. 31, *miles futuri socors*, der sich ums künfftige wenig bekümmert. Comparat hinc eleganter Sidonius lib. 5 epist. 7, *Tiberius callidior, Cajus periculosior, Claudius socordior, Nero impurior.*

¶ Socordia, æ, (Secordia apud Festum,) propriè tarditas mentis ac stupor est: deinde ignavia, torpor, inertia, hinläßigkeit, trägheit. Vet. Gloss. *Socordia*, μωρία ἢ ἀδράνεια. Terentius Andriâ act. 1 sc. 3,

Enim verò Dave, nihil loci est segnitiæ, neque socordiæ.

Ubi Donatus: SEGNITIAE, *ad agendum:* SOCORDIAE, *ad considerandum*. Ergo *socordia* est, quæ nihil excogitare & invenire potest, quod ad rem sit: *segnities*, quæ in agendis iis remissior est, quæ provisa consultaque sunt: quamquam & ita quoque *socordiæ* vox accipitur, & *diligentiæ industriæque* opponitur. Suetonius Claudio cap. 3, *Si quem socordiæ argueret*, STULTIOREM *ajebat* FILIO *suo* CLAUDIO. Livius lib. 7 cap. 35, *Delendi exercitus fortunâ per socordiam non uti*. Et Sallust. in conjurat. Catil. cap. 52, *Vigilando, agendo, bene consulendo prosperè omnia cedunt. Ubi socordiæ te atque ignaviæ tradideris, ne quicquam Deos implores: irati infestique sunt. Rejicere socordiam*, Plaut. Asin. 2. 2 sc. 1 v. 6. *Socordiam ex pectore amovere*, Idem Pseudolo act. 1 sc. 2 v. 11.

¶ Socorditer, adverb. nachläßig. Liv. 1 cap. 22, *Ab Albanis socordius res actæ.*

¶ Tardicors, dis, vide infra *Tardus*.

¶ Vēcors, dis, idem quod excors, vesanus, ohne sinn und verstand. Vet. Gloss. *Vecors*, ἄνως. Pro ἀναισθήτῳ uterque Victor in Claudio dixit. Livius lib. 4 cap. 49, *Audita vox ejus in concione stolida, ac prope vecors*. Cic. pro Domo cap. 55, *istius vecordissimi mentem cura metuque terrebant*. Et Apulejus post principium Apolog. *vecordissimus iste.*

¶ Vēcordia, æ, unbesonnenheit. Terent. in And. 2. 4 sc. 1 v. 2, *Hoccine est credibile*, &c. *tanta vecordia innata cuiquam, ut malis gaudeat*, &c. ¶ Aliquando *Vecordia* & ἀπόνοια est. Vide Casaub. ad Theophrasti characteres.

CŌRA, æ, pupilla oculi, ex Græco κόρη. Auson. epist. 16 v. 59,

Cuique vigiles luminum
Vacare dignabunt coræ.

Coracinus, vide *Corax*.

CŌRALLIUM, i, & Cōralium, ac Cūralium, nec non Cōrallum contracte, Κοράλλιον, κωράλιον, κυράλιον, corallen. Ovid. lib. 15 Metam. v. 416,

Sic & curalium, quo primum contigit auras,
Tempore durescit, mollis fuit herba sub undis.

Ausonius Mosella v. 69, *Cum virides algas & rubra corallia nudat.*
Sidonius Carm. 11 v. 110, *Lactea puniceo sinuantur colla corallo.*
Ovid. 4 Metam. v. 749, *Nunc quoque curaliis eadem natura remansit.*
Ad quem locum Heinsii observationem de scriptura & quantitate primæ consulas. Non ineptè a mari deducitur, quasi κόρη, κώρη ἡ κῦρος ἁλός, i. e. pupilla, aut quasi quædam virguncula maris. ¶ Coraliorum autem tres sunt species, alba, rubra, quæ & lithodendra, rothe corallen, & nigra propter raritatem pretiosissima. Magnam vim habere creditur corallium ad abstergendum oculi maligni fascinum. Dioscorid. lib. 5 cap. 76. Mira quoque ejus vis in Magicis. vid. Barth. ad Script. Venat. p. 136, & Solin. c. 8 n. 188 seq.

¶ Cōrallīnus, a, um, ut, *Labra corallina*, Gallus in Lyrico.

¶ Corallis, & Coralloachates, gemmæ sunt Plinio 37 c. 10.

¶ Coraliticus lapis memoratur eidem Plinio 36 c. 8.

CŌRAM, præpos. in conspectu, in oculis. Horatius A. P. 185, *coram populo*, vor dem volck. Sen. epist. 11, *Coram pluribus*, in vieler gegenwart. Juvenalis satyr. 10 v. 22,

Cantabit vacuus coram latrone viator.

Quo sensu Tacitus *Coram* sæpius postponit, ut 3 annal. cap. 14 n. 3, *ipso Germanico coram id ausum*. Adde Indic. Freinsh. & Pichonis. ¶ 2. Coram, adverbialiter, im beyseyn, gegenwärtig, persönlich. *De his rebus coram inter nos conferemus*, Cic. 1 ad Attic. ep. 20. *Coràm in os aliquem laudare*, Terent. in Adelph. 2. 2 sc. 4 v. 5, ins gesicht loben. *Coram adducere*, Id. Andr. act. 5 sc. 3 v. 29, unter augen stellen. *Coram teneri*, Cicer. pro Cluent. c. 13, öffentlich ergriffen werden.

¶ Incoram, idem. Apulej. lib. 7, *incoram omnium*, i. e. coram omnibus.

CŌRAMBLE, es, herba oculis inimica, Columell. lib. 10 v. 178.

CŌRAX, ăcis, Κόραξ, Corvus, ein rabe. Usus est Solinus cap. 40 [al. 53.] Antisthenes dixit, κρεῖττόν ἐστιν ἐς κόρακας ἀπελθεῖν, ἢ ἐς κόλακας, hoc est, *Satius est in corvos incidere, quàm in assentatores*. vid. *Corvus*. ¶ 2. Corax machina est Vitruvio 10 c. 19. ¶ 3. Corax antiquissimus inventor artis Rhetoricæ fuisse dicitur. vid. Cic. Brut. c. 12, & de Orat. 1 c. 20, ad cujus nomen alludens lib. 3 c. 21, *Coracem*, inquit, *vestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere in nido*. Ad ejus cum discipulo Tisia pactum, quod Gellius 5 cap. 10 Protagoræ & Evathlo tribuit, refertur origo proverbii: κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν, *mali corvi malum ovum*. vid. Chiliad. & Voss. de Rhetor. c. 9 v. 10.

¶ Cŏrăcīnus, a, um, κοράκινος; Ut, *color coracinus*, pro *nigerrimo*, Vitruv. lib. 8 cap. 3, schwartz glintzernde farbe. *Coracina sacra*; vid. infra *Corvus*.

¶ Cŏrăcīnus, i, κορακῖνος, piscis niger, squamosus & latus, eine rab oder rappe, cujus generis esse videtur, ein karas, quod Germanicum ad Coracini nomen alludit. Scribunt autem, koras, karis, karutsch, & karausche. vid. Pallad. Mart. tit. 10 de ficu. Martial. lib. 13 epigr. 85,

Princeps Niliacis raperis, coracine, macellis.

CORBIS, is, Græce κόφινος, ein korb; masculinum secundum Priscianum lib. 5 p. 652: sed etiam fœmininum est. *Corbem* enim *messoriam* Cicero dixit pro Sextio cap. 38, & *corbem pabulatoriam* Columella lib. 6 cap. 3, ein futterkorb.

¶ Corbula, æ, dimin. ein körblein. *Sursum subducemus corbulis*, Plaut. Aulul. act. 2 sc. 7 v. 4. & Sueton. Nerone cap. 19, *humum effodit, & corbulæ congestam humeris extulit.*

¶ Corbicula, æ, diminut. aliud. Pallad. lib. 3 sive Febr. cap. 10, *Fit ex vimine parva corbicula*, quæ &c.

¶ Corbīta, æ, navis oneraria, ein last-schiff; Sic dicta, quod ejus malus præferat corbem in summo fastigio. vid. Gell. 10 c. 25, & Festus, & Nonius c. 13 n. 2. Plaut. in Pœnul. act. 3 sc. 1 v. 4, *Tardiores multò, quàm corbitæ insunt tranquillo mari*. Et in prologo ejusdem fabulæ, *Obsecro celocem mihi, non corbitam date*. Usus vocabulo hoc Cic. ad Atticum lib. 16 ep. 6, *Corbitâne Patras, an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum*. Sic *Corbitam cibi comesse possunt*, Plaut. Casin. act. 4 sc. 1 extr. ex Turnebi lib. 16 c. 5, & Lambini lectione, sie können ein gantz schiff ausfressen.

¶ Corbīto, are, in corbitam immittere, beladen. Unde elegantissime de mulieribus cibo se ingurgitantibus ad mensam Plautus dixit Cas. l. c. ex veteri lectione, quam Meursius retinet: *Novi estrices: Corbitant; ubi comesse possunt*. Conf. Taubm. ad h. l. p. 414.

¶ Corbītor, oris; Ubi Festus *Simpludiarea funera* describit, illis etiam *Corbitores adhibitos* dicit. Gutherius lib. 1 c. 21 de jure Manium, vult hos fuisse comestores & helluones, qui epuli reliquias in corbibus exportatas ad rogum & sepulturam pauperiorum avidius absumerent, distentoque ventre convivas scurrili saltatione oblectarent, rejectis & inversis post tergum manibus ad circuli modum caput deorsum ad pedes usque inflectentes, &c.

CORBŎNA, æ, Syriaca vox vel Hebraica, notans gazophylacium metonymice. Propriè enim δῶρον, *donum*, exponitur Marc. 7 v. 11. Ecclesiastici scriptores usi sunt. Hieronymus epitaph. Paullæ sive ep. 27 cap. 14, *in corbonam Dei æra congesta*. Adde Cyprianum apud Car. du Fresne in Gloss.

Corbula, vide *Corbis*.

CORCHŎRUS, i, κόρχορος, herba, quo nomine anagallida dici ab aliquibus Plinius scripsit lib. 25 c. 13, gauchel. ¶ 2. Idem vero inter olera Alexandrina *corchorum* numerat lib. 21 c. 22. Καὶ κόρχορος ἐν λαχάνοις, Etiam *Corchorus inter herbas*, de hominibus nullius pretii, qui in aliquo tamen numero haberi studeant.

CORCȲRA, æ, κερκύρα, insula est maris Ionii, Alcinoi & Phæacum memoriâ, tum & Ulyssis naufragio, & hortorum Alcinoi famâ clarissima; Venetorum est hodie, & *Corfu* dicitur. Lucanus lib. 9 v. 32,

Corcyræ secreta petit, ac mille carinis
Abstulit.

¶ Corcyræus, a, um, adjectivum; Cicer. ad Att. lib. 6 epist. 2 extr. *Cognovi ex epistola tua Corcyræa*. Nepos Themist. cap. 2, *bellum Corcyræum.*

CORDAX, ăcis, κόρδαξ, saltatio turpis. Vide Hesychium. Latine est in Petronii fragm. Tragur. p. 35, *Credite mihi, cordacem nemo melius ducit.*

¶ Cordācistes, æ, κορδακιστής, qui saltat Cordacem.

CORDILIO, onis, Philosophus fuit Stoicus, Pergamenus, tantæ severitatis, ut omnium regum ac principum amicitiam sperneret, quem tamen Cato Uticensis in Macedoniam cum exercitu missus exoratum in castra sua duxit. Volaterranus.

Cordolium, vide *Cor*.

CORDŬBA, æ, Κόρδυβα, Bæticæ urbs est Hispaniæ clarissima, utriusque Senecæ & Lucani patria, Martial. lib. 1 epigr. 62,

Duosque

Duosque Senecas, unicumque Lucanum
Facunda loquitur Corduba.

Silius Italicus lib. 3 v. 401,

Nec decus auriferæ cessavit Corduba terræ.

Colonia quondam Romanorum fuit, Osio episcopo, Constantini Magni tempore, celebris.

¶ Cordubensis, e; ut, *Conventus Cordubensis*, Plinius lib. 3 cap. 1.

Cordus, a, um, vide supra *Chordus*.

CORDȲLA, æ, vel Cordylla, lego & *Cordilla*, sed probate parum, rectius enim *Scordyla* vel *Cordyla*, σκορδύλη, κορδύλη, primus dicitur fœtus thunnorum ab ipsis statim ovis, ein junger thunin. Vide *Thunnus*. Martialis lib. 13 pr. *Ne toga cordylis & penula desit olivis.*

¶ Cordylus autem, sive Cordŭlus, i, κορδύλος, amphibium est pedibus gradiens. Vide Gesneri de animalibus historiam.

CORIAGESIA, æ, herba, qua a magis aquam glaciari traditur, Plin. 24 cap. 17.

Coriago, Coriarius, vide *Corium*.

CŎRIANDRUM, i, κορίον, vel κορίαννον, herba notissima, cujus semen, moderate sumptum ventriculo id præstat beneficii, ut cibus in eo rectius contineatur & perfectius concoquatur, ideo post cibos usitate sumitur, coriander: Plin. lib. 20 cap. 20. Plur. Columella lib. 10 v. 244, *famosa coriandra.*

Coriarius, vide *Corium*.

Coribas, Coribantes, vide *Corybas*.

CORICĒUM, i, *locus*, uti Mercurialis de Arte Gymn. 1 cap. 8 describit, *pro denudandis hominibus, qui vel exerceri vel lavari, vel utrumque agere volebant*, die kleider-kammer. Hæc vox legitur apud Vitruv. 5 cap. 11, ubi alii accipiunt pro loco, ubi κόραι, i. e. puellæ exercerentur; vel pro tonstrina, vel a Coryco, pilæ specie pro loco, ubi ludus talis ageretur. vid. Baldi Lex. Vitruv. p. 30.

CŎRINNA, æ, Thebana mulier, Lyrica fuit, quæ libros & epigrammata scripsit, Pindaroque dixit fabulas poëticas manu, non sacco, esse inspergendas. Plutarch. de glor. Athen. ¶ 2. Est & *Corinna* alia, Ovidio in deliciis & stilo frequens; cui & ingenium fecit, quod de sua Cynthia fatetur Propertius lib. 2 eleg. 1. Martial. lib. 8 epigr. 72,

Si dare vis nostræ vires animosque Thaliæ,
Et victura petis carmina; da, quod amem.
Cynthia te vatem fecit, lascive Properti:
Ingenium Galli pulchra Lycoris erat.
Fama est arguti Nemesis formosa Tibulli:
Lesbia dictavit, docte Catulle, tibi.
Non me Pelignus, nec spernet Mantua vatem,
Si qua Corinna mihi, si quis Alexis erit.

Observa, genuina & vera Venerum suarum nomina Poëtas plurimum dissimulasse, quod Apulejus in sua Apologia pag. 279 sequentibus ostendit: *Eâdem igitur operâ accusent C. Catullum, quod Lesbiam pro Clodia nominarit: & Ticidam similiter, quod quæ Metella erat, Perillam scripserit: & Propertium, qui Cynthiam dicat, Hostiam dissimulet: & Tibullum, quod ei sit Plautia in animo, Delia in versu.*

¶ Corinnus, i, autem Iliensis, ante Homerum Iliada scripsit belli Trojani tempore, ex quo Homerus putatur omnem hausisse sui operis materiam. Suidas.

CORINTHAS, adis, herba, quæ Menais alias dicitur. Plin. 24 c. 17.

CŎRINTHUS, i, Κόρινθος, Achajæ metropolis, & caput Apulejo lib. 10, in medio Isthmo sita inter duo maria, Ægæum, orientem versus, ubi portu Cenchræo ex Asiâ advenientes excipiebantur; & Ionium, ubi Lechæo adpellebant mercatores & nautæ. Vnde Horat. lib. 1 ode 7 v. 2, *bimarem Corinthon*, eam adpellat. Ad emporium hoc tota Asia & Europa confluebat. Eam Græciæ lumen Cicero dixit in oratione pro Pompejo, seu lege Manilia cap. 5. *Mitis, tranquilla, otiosa, opulenta*, peculiaribus titulis hæc urbs dicta, de quibus Barth. ad Stat. lib. 1 Theb. p. 105. ¶ Arcem habuit editam, quæ *Acrocorinthus* veteri nomine dicta fuit. *Non est cujuslibet, Corinthum adpellere*, οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθόν ἐσθ' ὁ πλοῦς, parœmiacωs dicitur de rebus arduis & aditu periculosis. Vnde hoc natum, docet Strabo lib. 8 pag. 261. Horatius sic extulit in epistola 17 lib. 1 v. 36,

Non cuivis homini contingit adire Corinthum.

De pulchritudine urbis Strabo lib. 10, & Cicer. Orat. 2 in Rullum cap. 32, item lib. 3 de Naturâ Deorum sub fin. Florus lib. 2 cap. 16 *decus Græciæ* adpellat. Primo *Ephyre* adpellata fuit. *Corinthi* nomen a *Corintho* Rege accepit, ut Heraclides de Politiis auctor est.

¶ Corinthia, orum, subst. vasa ex ære Corinthio, quæ maximo in pretio olim & aurum contra habita. Quare & luxus eorum coërcendus Tiberio fuit, de quo Sueton. ejus vita cap. 14. De ære Corinthio, & unde natum, & quantum ejus pretium fuerit, consule Plinium lib. 34 c. 2, Plutarch. libello, cur Pythia oracula nulla nunc reddat princ. Florum lib. 2 c. 16, & Isidor. lib. 16 c. 19. Adde, quæ supra notavimus in *Æs*. Martial. lib. 9 epigr. 60 de Mamurra:

Consuluit nares, an olerent æra Corinthon.

¶ Corinthius, a, um, adject. ut, *Vasa Corinthia*, Cic. pro S. Rosc. c. 46, & 4 in Verr. c. 72. *Æs Corinthium*, Flor. 2 cap. 16. ¶ Incolæ etiam *Corinthii* dicti, Corn. Nep. in Timol. cap. 1.

¶ Corinthiacus, a, um, idem: ut, *Corinthiacæ Cenchreæ*, Ovid. 1 Trist. eleg. 9.

¶ Corinthiensis, e, idem, apud Plautum, qui Aulul. a. 3 sc. 6 v. 23 *Corinthiensis fontis Pirenes* mentionem facit. Et Tacitus annal. 5 c. 10, *Corinthiense litus.*

¶ Corinthiarius, i; Sic Augustus dictus, quod nimis vasa æris Corinthiaci amaret. Suetonius Vita cap. 70.

CORIOLANUS, i, vir fuit illustris Romanus, alter Themistocles Ciceroni, qui ejus meminit inter claros Oratores, & in Lælio, ubi viginti Coriolanum annis ante Themistoclem celebrem fuisse indicat.

¶ Coriolani, incolæ Coriolorum oppidi in Latio, de quo Plin. lib. 3 c. 6.

CŌRION, i, ita Plinius 26 cap. 15, & Ruellius; Sed

¶ Coris, κόρις, apud Dioscoridem legitur, herba quam *Hypericon* vulgo nominant, sed quomodo ab eo differat, Matthiol. indicat. vide Plin. 26 cap. 8 & 11.

CŎRIPPUS, i, Fl. Cresconius, Grammaticus & Poëta Afer, tempore Justini II Imp. de cujus laudibus scripsit 4 libros carmine heroico. vid. Voss. de Hist. Lat. 3 c. 3, & de Poët. c. 5.

CŎRĬTUS, i, sive Cŏrĭthus, est & civitas Tusciæ, & mons, & pater Dardani Rex, ut tradit Servius ad illud Virg. lib. 10 v. 719,

Venerat antiquis Coriti de finibus Acron.

Adde Silium lib. 4 v. 722, & quæ ibi notavit Cellarius. ¶ Fuit Corithus vel Corytheus homo deformis, bardus & stupidus, unde in proverbium abiit: *Corytheo deformior*. V. Chil. *Corytus* quid sit, vid. infra.

CŎRIUM, i, pellis crassior & durior animalium, ut boum, equorum, asinorum, &c. leder. *Perficere corium*, Plin. 13 cap. 9, leder bereiten. Plautus humani corporis pellem etiam hac voce sæpius per jocum nominat. *Corium conscribam*, id est, virgis dorsum scribam, sive stylis ulmeis. Huc etiam facetè transtulit verbum *pingere* & *conscribillare*. Idem, *Detegetur corium de tergo meo*, das fell wird mir über die ohren gezogen werden, Epidic. a. 1 sc. 1 v. 63. ¶ 2. *Corium castaneæ* dixit Plin. lib. 15 cap. 28, *Putamine clauduntur nuces, corio castaneæ*; die schale. ¶ 3. Transfertur ad alia etiam. Namque & philuram, quæ ex papyro scindebatur texendæ chartæ; Itemque tectorii inductionem sic adpellatam notat Salmasius, quem vide ad Firmum Vopisci cap. 3, tünchwerck. Sic de tectoriis Palladius lib. 1 cap. 15, *Hec marmoris grani inductio cum siccari cœperit, aliud corium subtilius oportet imponi.* * Etiam Vitruvius lib. 2 c. 3 *laterum corium* dixit pro superficie & crusta tectoriorum; Item lib. 7 c. 3, *tribus coriis arenæ & marmoris solidatos parietes*. Grævius. Similiter Cato de R. R. c. 18, Calce arenato corium struere, facere, tünchen, tünch-kalck anwerffen. Conf. Baldi Lex. Vitruv. p. 31. ¶ Proverbialiter dicitur, *Canis assuetus corio*, de eo, qui illecebris vitiorum semel degustatis avocari se ab iisdem non patitur. Horat. lib. 2 Sermonum satyra 5 v. 83,

Vt canis à corio nunquam absterrebitur uncto;

an kleinen riemen lernen die hunde leder essen. Lucian. οὐδὲ κύων παύσεται, ἂν ἅπαξ σκυτοτραγεῖν μαθών, hoc est, *Neque canis desiturus est, qui semel corium edere didicerit.* Est & proverbiale, *De alieno corio ludere*, quod est, secure agere alieno periculo, von eines andern haut ist gut riemen schneiden. Plautus Milite a. 2 sc. 2 v. 80,

Herus meus elephanti corio circumtectus est,

id est, plane hebes & nullius sensus, er hat kein merckes.

¶ Corius, i, masc. idem Plauto est in Pœnulo a. 1 sc. 1 v. 11,

Tres facile corios contrivisti bubulos.

¶ Cŏriāgo, ĭnis, harthäutigkeit, boum est morbus, cum aut ex languore aliquo, aut pluviâ sub onere madefactis, pellis adeo tergori ipsorum adhæret, ut manibus apprehensa deduci a costis non possit, Colum. lib. 6 c. 13, μάραναιν Græci dicunt & μαρασμὸν, à μαραίνειν, tabefacere.

¶ Coriaginosus, a, um, harthäutig. Veget. 1 cap. 38, *Qua ex re fiunt coriaginosi, hepatici*, &c.

¶ Cŏrĭārius, i, ein gerber, ein leder-bereiter. Plin. lib. 17 cap. 9, *Coriariorum officinæ*. ¶ 2. Coriarius frutex Rhus est, sic dictus, quod eo coriorum infectores utantur, ad inspissandas pelles, Dioscorid. lib. 1 cap. 124, Plin. lib. 24 cap. 11.

¶ Coriaria, æ, officina coriarii, die gerber-hütte. Petronius: *in coriaria habitare*. vid. Salmas. de Vsuris p. 528.

¶ Corrigia, æ, a coriis Isidoro dicta, vid. *Corrigo* in *Rego*.

¶ Decorio, are, idem quod sequens Excoriare, die haut abziehen, schälen. Tertullian. de Anima cap. 33, *ut perinde juguletur, quia & ipsa jugulaverit: perinde decorietur, quia & ipsa despoliaverit.*

¶ Decoriatus, a, um, abgeschält. Palladius Januar. cap. 16 *amygdala decoriata* vocat, quæ ante paullo *corticibus spoliata* dixerat.

¶ Excoriare, das fell abziehen, schinden. Vet. Gl. *Excorio*, ἀποδέρω. ¶ 2. Medii ævi scriptoribus est virgis cædere, ställpen. V. Gloss. du Fresne.

CORNELIUS, i: Romæ plurimi fuerunt hoc nomine: ¶ 1. *Cornelius Cossus*, Tribunus militum, de quo Liv. lib. 4 c. 19. ¶ 2. *Cornelius Asina*, de quo Macrob. lib. 1 Saturn. cap. 6. ¶ 3. *Cornelius Centimalus*, Consul. ¶ 4. *Cornelius Merula Consul.* ¶ 5. *Cornelius Balbus*, genere Gaditanus, quem Cicero defendit; vide ejus orationem. ¶ 6. *Cornelius Nepos* vitas scripsit illustrium virorum, sed de quibus vita tantum Pomponii Attici hodie & alia pauca fragmenta reliqua sunt. Scripsit & excellentium Imperatorum vitas, quas habemus; sed Æmilii Probi nomine falso hactenus præscriptas. Est cultissimæ castissimæque orationis auctor, & qui cum Cicerone, Terentio, Cæsare optimè jungitur. Pueris vel adolescentulis totus ediscendus. ¶ 7. *Cornelius Gallus*, poëta eximius, ex Virgilii Bucolicis notus. Hujus nomine Aldus Manutius Elegiam & Epigrammata vulgavit; sed quæ cujusvis alterius potius, quàm Galli censenda. In iis enim pleraque inepta, trivialia, quædam non satis latina, ut apparet ex Scaligeri ad illa Notis, quæ in variis ejus opusculis posthumis exstant. Circumferuntur & aliæ elegiæ Cornelii Galli nomine inscriptæ; sed quæ ignobilis versificis Maximiani fœtus, ut ex MStis libris, qui id nomen afferunt, Gyraldus & alii monuere. In illis sæpius in leges poëticas, sæpius in latinitatem peccatum est. De vero Poëta Gallo vide Servium in Eclog. 10 Virgilii. Conf. Voss. lib. 5 Instit. Orat. p. 417. ¶ 8. Alius fuit *Cornelius Severus*, poëta Epicus, cujus Quintil. meminit lib. 10, eumque versificatorem, quam poëtam meliorem habitum scribit. Exstat apud Senecam Patrem Suasoria 6 fragmentum carminis, quo Cornelius iste Ciceronis mortem deploravit. In quo ista insignia:

Abstulit una dies civis decus, ictaque luctu
Conticuit Latiæ tristis facundia linguæ.

Atque hujus ipsius C. Severi carmen etiam illud de Ætnâ est, quod vulgo Virgilio inscribitur, & cum eo junctum editur, ut docet Scal. Comment. in illud Poëma. ¶ 9. *Cornelius Celsus* scripsit aliquot libros de Medicina, qui adhuc in eruditorum manibus versantur; diligenter pervolvendi legendique illis, qui de medicis rebus loqui latine volunt. Scripsit & plura alia. Vide supra *Celsus*.

¶ Cornelia, æ, Africani soror, mater Gracchorum fuit, cujus eloquentiam Cicero laudavit de Clar. Orat. cap. 58, & Quintil. lib. 1 cap. 1. ¶ 2. Fuit & Cornelia alia P. Sestii uxor: itemque ¶ 3. Cornelia Maximilla, virgo Vestalis, quam vivam defodere Domitianus jussit. Plin. lib. 4

lib. 4 epist. 11. Plura vide in Francisci Nannii libello peculiari de Claris Corneliis Romæ. Fuit autem amplissima, omniumque gentium nobilissima *Cornelia* ab antiquis habita, & quidem jure, & merito; familias præcipuè quatuor habuit, *Maluginensium*, *Scipionum*, *Rufinorum*, *Lentulorum*, de quibus hinc inde quædam annotata reperies.

Cornesco, Corneus, vide *Cornu*.

Cornetum, Corneus, vide *Cornus*.

Cornicor, vide *Cornix*.

CORNIFICIUS, i, poëta ingenio eleganti & lepido fuit, scripsit epigrammata. ¶ Habuit & Cornificiam sororem, cujus carmina laudantur. ¶ 2. Cornificius alter, amicus paternus & collega fuit Ciceronis, cujus ad eum multæ exstant epistolæ.

¶ Cornificia, æ, soror M. Antonini Philos. Capitolino ejus vita c. 1.

Corniger, Cornipes, vide *Cornu*.

CORNIX, îcis, avis inauspicata Plinio, quemadmodum & corvus & bubo, eine krähe. *Cornix improba*, id est, importuna, Virgilio Georgic. 1 v. 389 dicitur, *garrula* Ovidio Met. 2 v. 547. *Annosa & vetula* Horatio lib. 3 od. 16, propter prodigiosam seu fabulosam potius vivacitatem, de qua Poëta: ἐννέα τοὶ ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη:

Ter tria secla virûm transmittit garrula cornix.

Hinc *cornice vivacior*, & *cornicibus omnibus superstes*, ap. Martialem lib. 10 epigr. 67, pro vehementer vivace legitur. Vide Ciceron. 1 Tusc. cap. 31, & Juvenal. sat. 10 v. 246, *Theophrastus moriens accusasse naturam dicitur, quod corvis & cornicibus vitam diuturnam, quorum nihil interest; hominibus, quorum maximè interfuisset, tam exiguam vitam dedisset*, &c. Cic. 3 Tusc. cap. 28, *Cornicum oculos configere*, pro Muræna cap. 11, est novo quodam invento veterum eruditionem conati obscurare. ¶ 2. Est & *Cornix* annulus, quo pulsantur fores, ein ring oder hammer an der thür, damit man anklopffet: κορώνη Homero.

¶ Cornîcula, æ, dimin. eine kleine krähe. Horat. lib. 1 epist. 3 v. 19, *moveat cornicula risum.* ¶ Est & adulatoris nomen *Annii Corniculæ, qui Gallienum quasi constantem principem sua voce laudaret.* Treb. Pollio Gallien. c. 17.

¶ Cornîcor, ări, kâcken wie die krähe, pro importunè garrire, Pers. satyr. 5 v. 12, *Nescio quid tecum grave cornicaris, inepte?*
Hieronymus epist. 4 ad Rusticum: *intra se nescio quid cornicantes.*

¶ Corniscæ, arum, locus erat trans Tiberim cornicibus dicatus, quod in Junonis tutela esse putabantur. Fest. & P. Vict. de region. urb. Romæ.

CORNU, ein horn, neut. sing. indecl. dictum à curvitate secundum Varronem de L. L. 6 n. 3. plur. Cornua; ut, *animantes cornibus armatæ*, Cic. Nat. D. lib. 2 cap. 47. Cornua enim arma sunt boum, cervorum, &c. Horat. in Sermonibus lib. 1 sat. 4 v. 34,

Fœnum habet in cornu, longe fuge,

er ist gezeichnet, hüte dich für ihm. Ex his bibere olim solebant juxta Barth. ad lib. 2 Thebaid. Statii pag. 575. Petron. fr. Trag. ludit in ærumnosos, dum *illis præ mole sua cornua nasci* dicit, sie möchten vor angst hörner kriegen. v. Scheff. not. p. 81. ¶ 2. Cornu pro arcu sæpe poëtis est, der bogen. Virgil. Æn. 11 v. 773,

Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu.

Ovid. 5 Met. v. 383, *curvavit flexile cornu.*

Et Silius Italicus lib. 2 v. 109,

Crebra Cydonæo fundebat spicula cornu.

¶ 3. Cornua Lunæ, Virgil. 3 Æneid. v. 645, die ecken oder spitzen des monds. ¶ 4. Cornua fluminum dicuntur flexus & brachia præsertim ante ostia. Virgilius Georg. 4 v. 371,

Et gemino auratus taurino cornua vultu
Eridanus.

Val. Flaccus lib. 1 v. 106, *elatis cornibus amnes.*

Silius Italicus lib. 3 v. 405,

Palladio Bætes umbratus cornua ramo.

Ac Claudianus IV. Consul. Honor. v. 651,

trans Rheni cornua victor.

Pari metaphora Solinus cap. 8 de Italia, ad terrarum excursus adplicat, cum *Italiam* ait, *ubi longius processerit, in cornua duo scindi*, id est, in Calabriam & Bruttiorum agrum. ¶ 5. *Cornua in exercitu duo sunt, dextrum & sinistrum*, quod inter utrumque est, dicitur *media acies.* Terent. in Eunuch. a. 4 sc. 7 v. 4, *In medium huc agmen cum vecti Donax, tu Simalia in sinistrum cornu, tu Syrisce in dexterum.* vid. Lips. Mil. Rom. lib. 2 cap. 7, der rechte und der lincke flügel. Apul. de Mundo: *Equites cornibus præsunt.* ¶ 6. *Cornua disputationis*, Cicero firmissima dixit argumenta, & quasi armaturam disputationis, lib. 2 de divin. cap. 10, *Commovere cornua disputationis*, die stärcksten argumente angreiffen. ¶ 7. *Cornua velatarum obvertimus antennarum*, Virg. 3 Æn. v. 549. Vbi cornua sunt extremitates incurvæ. Similiter & mensæ hemicycli forma, quæ *sigma* dicebatur, extremitates vocantur *Cornua* Sidonio lib. 1 epist. 11. Tacitus quoque *tribunalis cornua* eamdem dixit ob caussam, 1 Annal. cap. 75. Et ¶ 8. Martial. lib. 11 epigr. 107,

Explicitum nobis usque ad sua cornua librum,
Et quasi perlectum, Septiciane, refers.

Vbi cornua etiam pro extremitate posuit. Raderus ad h. l. inquit: Explicitum volumen, est ita evolutum, ut umbilicus, & extremus margo appareat, qui eleganter umbilicis ex cornu factis, aliisque ornamentis poliebatur, &c. die buckeln. ¶ 9. Cornua etiam vocantur dentes elephanti apud Plinium 8 cap. 3. ¶ 10. Cornua erant tubæ veterum, quod, quæ nunc sunt ex ære, tunc fiebant ex bubulo cornu, teste Varrone de L. L. 4 c. 24. Virg. Æn. 8 v. 2,

Rauco strepuerunt cornua cantu.

conf. Horat. 1 sat. 6 v. 44. ¶ 11. Interdum cornua notant arma, vires, potentiam. Sic legitur in Scriptura sacra Thren. 2 v. 3. Psalm. 92 v. 11, & 112 v. 9. Luc. 1 v. 69 &c. Hinc Græci dicunt κεραΐζεσθαι, v. Eustath. ad Homeri Iliad. 10 v. 63, & Latini: *Cornua in aliquem vertere, tollere*, quod est impugnare, einem die hörner bieten. Plautus Pseudolo act. 4 sc. 3 v. 5, *Ne in re secunda nunc mihi obvertat cornua.* Horatius epod. 6 v. 11,

Cave, cave: namque in malos asperrimus:
Parata tollo cornua.

Apul. Apol. *Superest ea pars epistolæ, quæ similiter pro me scripta, in memet ipsum vertit cornua.* Horat. lib. 3 od. 21 v. 17 de vino:

Tu spem reducis mentibus anxiis
Viresque & addis cornua pauperi.

du machst ihm ein hertz, muth. ¶ 12. Ænigmatice dicitur: *Vulcanum in cornu conclusum gerit*, i. e. ardentem candelam in laterna cornea, er hat ein brennend licht in der latern: Plaut. Amphitr. act. 1 sc. 1 v. 185. ¶ 13. *Cornua viris uxores* dicuntur hodie *facere*, quæ impudicæ sunt, & adulterantur; quam proverbialem formulam apud veteres perinde usitatam fuisse, Artemidorus testimonio est lib. 1 Oneirocrit. c. 12. Vide & Nicetam 2 Annal. p. 160 extr. Itemque Gruterum lib. 8 Suspicion. cap. 10, Parladorium lib. 1 Rer. quotid. sub init. c. 17, Salmas. ad Tertulliani pallium pag. 238, Salmuth. ad Panciról. deperdit. Tit. 44 p. 184, Camerar. Cent. 1 Hor. Subs. p. 224, Lans. Consultat. p. 871, Freinshem. ad Curt. 5, 1, 37, & Schickard. in Tarich. prooemio p. 73. ¶ Notetur, quod secundum Priscianum & *hoc cornum*, & *hic cornus hujus cornus* reperiatur. Plin. 28 c. 11, *Cornus cervini cinis.*

¶ Cornucopia, æ, est ubertas, abundantia, überfluß, alles vollauf. *Hecce cornucopia est, ubi inest, quicquid volo*, Plaut. Pseud. 2, 3 v. 5. *Mundanam cornucopiam fortuna gestans propitia*, Ammian. 22 cap. 9. conf. 25 cap. 2. Sic divisim *Copia divite cornu*, Seneca Medeâ v. 65. *Beata pleno copia cornu*, Horat. Carm. Secul. v. 59. Vide supra *Copia.*

¶ Corniculum, i, diminutivum, ein hörnlein. Plin. lib. 11 cap. 28 extr. & Solin. cap. 57 [Salm. cap. 45] de bucephalo: *quædam exstantium corniculorum minæ protuberabant.* Colum. 7 c. 5, *Per corniculum infundere faucibus.* ¶ 2. Cornicula, inter dona militaria, virtutis ergo conferri solita fuisse, Liv. significat lib. 10 cap. 44. Fuerunt autem *Cornicula* ista galearum ornamenta, quæ cornuum speciem referebant, quod Lindebrugius ad Ammianum, & postea Salmasius Exerc. Plinianis p. 386 seq. observavit. Hinc

¶ Cornicularius, a, um, adject. & *Cornicularia* quidem appellata Plauti quædam Comœdia fuit, in qua miles cum galea istiusmodi insigni corniculis traducebatur. In Romana quoque militia veteri, honoratiores milites, tribunorumque & Centurionum beneficiarii, ab hoc insigni galearum, quo dignoscebantur à cæteris, *Cornicularii* nominabantur. Quos *corniculo merere* Suetonius dixit, cum in libello de Grammaticis cap. 9 de Orbilio exponeret. Idem dicitur de Æmilio Scauro in Aur. Vict. vir. illustr. cap. 72. Meminit & Sueton. Domitiano cap. 17 *Cornicularii.* Posteriore vero tempore *Cornicularii* nomine veniebant officiales, sive apparitores magistratuum, quorum munus *Corniculus* dicebatur, ut patet ex Lege 1 Cod. de apparit. Præfect. Prætor. Sed tamen etiam Valer. Max. lib. 6 cap. 1 exemp. 11 *Cornicularium* dixit, qui munus militare sub tribuno militum gerebat. In veteri inscriptione, apud Gruterum pag. 431, *Corniculus* pro *Corniculario* dicitur: procul dubio mendosè pro *Cornicularius*, de quo ibidem etiam Gruterus monet.

¶ Corniculans, antis, quod figuram habet cornuum, gehörnt. Solinus cap. 45 [Salm. cap. 32] dicit Apin, *insignem notæ albæ maculam, quæ dextro ejus lateri ingenita corniculantis Lunæ refert speciem.* Et Ammianus lib. 20 cap. 3, *in Lunæ corniculantis effigiem.* conf. 22 cap. 14.

¶ Corniculatus, a, um, idem. Apulejus de Deo Socratis principio, *corniculata Luna.* Fulg. 1 Myth. *corniculata Lunæ sinuatio.*

¶ Cornesco, ère, durescere, zu horn werden, verharten. Plin. lib. 11 cap. 49.

¶ Cornuo, are, krümmen; *Cornuare arcum*, den bogen spannen, Virdung. in Carm. Hinc

¶ Cornuatus, a, um, gekrümmt, gebogen: ut, *Cornuata umbra*, Varro de L. L. 6 c. 3.

¶ Cornūtus, a, um, cornibus instructus. Varr. R. R. lib. 2 cap. 7, *Ætas cognoscitur cornutarum.* In Chiliadibus est, *Cornutam bestiam petere*, sich an einen machen, der sich wehren und schaden thun kan. ¶ *Cornutus Syllogismus*, captiosus, dilemma. Hieronymus epist. 83 cap. 1 ad Oceanum: *Sustinui Romæ à viro eloquentissimo cornutum, ut dicitur, syllogismum, ut, quocunque me verterem, strictius tenerer.*

¶ Corneus, a, um, hörnin: ut, *Corneus arcus*, Ovid. 1 Met. v. 697. *Cornea rostra avium*, Cic. 1 N. Deor. cap. 36. *Cornei* quoque dicuntur, quibus naturâ concreta sunt ossa, h. e. medullâ vacua. Hinc *cornea fibra*, Pers. sat. 1 v. 47 de duris & immisericordibus. Vide ibi Casaub. *Cornea corda emolliuntur*, Sidon. 4 epist. 1. *Cornea pistatorum corpora*, Plin. lib. 31 cap. 9.

¶ Corneolus, a, um, dimin. fast wie horn, hart. Cic. de N. D. lib. 2 c. 57 de auribus loquens: *Duros & quasi corneolos habet introitus.* Petron. fr. Trag. p. 15, *Corneolus fuit.*

¶ Cornĭcen, ĭnis, qui cornu canit, horn-bläser, zincken-bläser. Livius lib. 2 cap. 64, *Cornicines tubicinesque ante vallum canere jubet.*

¶ Cornifrons, ontis, mit hörnern an der stirn. Ennius apud Nonium cap. 3 n. 3 antique: *Tu pascere cornifrontes armentas soles.*

¶ Cornĭger, a, um: ut, *Cervi cornigeri*, Ovid. 7 Metam. v. 701. *Corniger Ammon*, ibid. v. 17. *Taurus corniger*, Cic. in Arat.

¶ Cornĭpes, ĕdis, hornfüßig, mit einem huff: ut, *Equi cornipedes*, Virgil. 7 v. 779, & absolute *Cornipedes* pro equis, apud Silium lib. 7 v. 684. *Fauni cornipedes*, Ovid. 2 Fast. v. 361.

¶ Cornupĕta, æ, qui cornu petit feritque, stößig. Labbæi Glossar. ex vetere Onomast. *Cornupeta*, κορυπτίλος. Et in Gloss. Cyrilli *Cornupetit*, κορύπτει, & *Cornupeto*, κερατίζω, exponitur. Sed verbum divise scribi potest: Nomen autem certæ compositionis est.

¶ Bĭcornis, e, zweyhörnicht, zweyspitzig; ut, *Caper bicornis*, Ovid. Met. 15 v. 304. *Luna bicornis*, Horat. carm. secul. v. 35. Virg. 1 Georg. v. 264, *Exacuunt alii vallos furcasque bicornes.*

¶ Bicorniger, a, um, idem. Ovid. Heroid. 13 v. 33, *bicorniger hasta.*

¶ Tricornis, e, dreyhörnicht. Plin. lib. 8 cap. 21, *Indici boves unicornes tricornesque.*

¶ Tri-

¶ Tricorniger, a, um, idem. Ausonius Technop. cap. de litteris extremo: *Furca tricornigera specie pane ultima sum ψ.*

¶ Vnicornis, e, einhörnicht. Plin. c. l. & lib. 11 c. 46, *Vnicorne* [animal] *asinus tantum Indicus.* Nam & animal illud unum tantum in fronte gestat cornu, quemadmodum Monoceros, quod animal est pullo equino non absimile, diversum vero ab asino Indico, ein einhorn, Gesn. vide *Monoceros.* Dicitur etiam *Vnicornu*, & aliquibus *Vnicornus*, ut Barthol. Anglico 18 cap. 88. Joh. de Hese in Itiner. apud Cordov. c. 9. Nic. Perotto p. 458. Eus. Nierembergio 7 cap. 60 & aliis ex antiquo more, quem Priscianus lib. 6 notat. *Vnicornium* est Nestori Novariensi sub voc. Vnicorn. p. 102. Et Ambrosius de benedict. Patr. c. 11 p. 270 *Vnicornuus* usurpat. Et hinc fortasse antiqua Bibliorum versio in Vaticana Bibliotheca, Breviariis hac in parte consona, *Vnicornuorum* vocem flectit, prodente CL. Thom. Bartholino cap. 6 tr. de Vnicornu. Conf. Tertull. adv. Judæos c. 10 & adv. Marcion. l. 3 c. 18, ubi *cornua unicornuorum*, sive *unicornis*, de apicibus sive extimis crucis Christi explicat.

CORNVS, ûs, & i, arbor à ligni duritie sic dicta, baccas ferens olivæ modo oblongas, virentes primum, deinde per maturitatem rubescentes. Baccæ, corna dicuntur, arbor Cornus, cornelbaum, kuberbaum, & hagdorn, *baccæ*, welsche kirschen. Dioscor. lib. 1. Matthiol. Plinius lib. 28 cap. 11, *crudi cornûs farina.* ¶ Cornus non raro pro hastili apud Poëtas ponitur. Ex corno enim plerumque illa confiebant. Virgilius lib. 9 v. 698, *volat Itala cornus*
Aëra per tenuem.
Et Silius lib. 13 v. 204, *validam torquebat tertia cornum.*

¶ Cornum, i, fructus hujus arboris. Virg. 3 Æneid. v. 649,
Victum infelicem baccas lapidosaque corna
Dant rami.

¶ Corneus, a, um, vom hagdorn: ut, *Cornea venabula*, Ovid. ep. Heroid. 4 v. 83. *Cornea pyxis*, Plin. lib. 21 c. 20.

¶ Cornētum, i, ein ort da viel welsche kirschen wachsen. Vet. Gloss. *Cornetum*, κρανεών.

CŎRŌNA, æ, στέφανος, ein krantz, eine crone, *Corona laurea, myrtea, oleagina, populea, rosacea.* Erant autem in varia distinctæ genera, aliæ paci, aliæ bello militiæque inserviebant. Ac illæ quidem, aliæ lætitiæ, aliæ voluptatis caussa adhibebantur. Sane in lætitiâ publicâ sumtas coronas, præter innumera alia loca, testatur Cic. 1 Tuscul. cap. 35, Tacit. 2 Hist. cap. 55. Ad voluptatem spectabant maximè convivales, de quibus Nepos atque Plutarchus in Agesilao, & Lipsius ad Tacitum. Præter has & aliæ erant, quæ viris præpotentibus & præclare meritis honoris, reverentiæ & gratulationis ergo conferebantur: quarum passim mentio fit apud auctores. Vt apud Nepotem Alcibiade cap. 6. Thrasybulo c. 4, Pelopida c. 5. Alia exempla Petavius notat ad Synesium de Regno. Eæ plerumque *aureæ* erant: v. gr. Corn. Nep. in Hannib. cap. 7, 3. Apud Curt. 4, 2, 2 Tyrii Alexandro coronam auream donum ferebant. Sed his donati & Olympiæ victores, & in mortuorum coronis etiam *aureæ* memorantur. Conf. Kirchm. de Funer. lib. 1 cap. 11. Quin coronæ & religionis pars erant, atque in sacris funeribusque adhibebantur: de quibus nonnihil & Petrus Victorius lib. 2 Var. Lect. cap. 7. Militares rursus plura genera continebant: Alia enim *triumphalis*, alia *obsidionalis*, alia *civica*, quam civis civi, à quo in bello servatus esset, dabat, alia *muralis, castrensis, navalis*, &c. dicebatur. vide Gell. lib. 5 cap. 6. His aliud genus Caligula addidit, quas *exploratorias* appellavit, Sueton. ejus vitâ cap. 45. Conf. Car. Paschal. pecul. de Coronis libro, & Jo. Andr. Bosii Στεφανοφορίαν, Jenæ 1669 edit. Coronis quoque inducta mancipia venalia bello capta producebantur, unde, *sub coronâ venire*, servi captivi dicebantur, ut Cælius Sabinus scripto reliquit: quamquam aliam ejus rei caussam Gellius affert lib. 7 cap. 4. Brisson. de formulis solennibus. Justin. 8, 3, *sub corona vendidit*, i.e. coronatos vendidit. ¶ 2. Corona etiam obsidionis militiæ genus est, unde *Coronâ cingere*, Cæs. 7 Gall. cap. 72. *Coronâ capere*, Livius lib. 43 c. 18. *Coronam circumdare*, Hirt. Hispan. cap. 13, & Curt. 4, 6, 10. *Coronâ undique mœnia aggredi*, Liv. lib. 42 cap. 63. *Corona vallare*, Sil. Ital. 13 v. 140, & quod simile est, passim legitur. Fit, cum omni ex parte loca circumdantur copiis, ut nullus uspiam exitus obsessis detur. Vide Lipsium in Poliorceticis & Casaub. ad Polybium. ¶ 3. Corona etiam meteorum est, quod *area* alias & *Halo* appellatur. Vide Dalechamp. ad Plin. p. 85. ¶ 4. Significat & cœtum; ut, *in corona dicere*, für einem hauffen volcks reden. *Corona & turba*, Cic. pro Flacc. cap. 28. *Latior scena, corona diffusior*, Plin. lib. 7 epist. 17. *Coronam ne carpseris*, inter Pythagoræ Symbola refertur, hoc est, ne violes leges civilis societatis. ¶ 5. Poëtæ poëmata sua, in virorum illustrium laudem pacta, nonnunquam Coronas vocarunt, præsertim quod capita illorum, quos laudant, iis quasi exornant atque redimiunt, teste Mureto 8 Var. Lect. cap. 1 p. 186.

¶ Coronæ, arum, die krackſteine unterm simse am gebäude. Vitruv. lib. 2 cap. 8, *projecturæ coronarum.*

¶ Cŏrolla, æ, dimin. ein krantz. Catull. Carm. 64, *Mihi floridis corollis redimita domus est.* Propert. lib. 1 eleg. 3, *nostra de fronte corolla.*

¶ Cŏrollarium, i, quicquid supra pondus justum adjicitur, *auctarium, superpondium*, zugab. ¶ 2. Apud Suet. August. cap. 45 ita appellantur munera, quæ ultra legitima præmia scenicis dabantur, geschenck. Meminit & Cicero in Verrem 5 c. 79, Apul. lib. 1 Miles. *Sine cura sis, inquam: modò corollarium idoneum compara.* Idem Cicero Verrinâ 6 cap. 22, *Hic, quasi festivum acroama, ne sine corollario de convivio discederet, ibidem convivis inspectantibus, emblemata avellenda curavit.* vid. Rhodig. lib. 16 cap. 58. ¶ 3. Corollarium dicitur etiam πόρισμα, seu consectarium. Boëthius de Cons. Philos. lib. 3 Prosâ 10, *Super hæc*, inquit, *igitur veluti Geometræ solent, demonstratis propositis, aliquid inferre, quæ πορίσματα ipsi vocant, ita ego quoque tibi veluti Corollarium dabo.* Idem lib. 4 Prosâ 3, *Memento enim illius Corollarii, quod paullò ante præcipuum dedi.*

¶ Coronalis, e, gleich den cronen. Apul. lib. 1 Miles. p. 106, *Vt illa Medea unius diecule à Creonte impetratis induciis, totam ejus domum, filiamque cum ipso sene flammis coronalibus deusserat.*

Cŏrōnāmen, inis, bekräntzung. Apul. lib. 11 p. 261, *Mulieres candido splendentes amicimine, vario lætantes gestamine, verno florentes coronamine.*

¶ Cŏrōnāmentum, i, idem. *Coronamenta* Plinio lib. 21 ineunte flores sunt, qui in serta concinnantur, kräntz-blumen. At Tertulliano, ineunte libro de Corona, *Coronamentum* est ipsa corona. *Coronamento*, inquit, *in manu otioso.* Et cap. 7 pr. *capiti coronamentis interdicunt.*

¶ Cŏrōno, avi, atum, are, krönen, schmücken; ut, *coronari ramis arborum in sacris certaminibus*, Plin. lib. 21 cap. 2. *Coronare aditum custode*, Virgil. lib. 9 v. 381, um und um den paß verlegen. Suetonius novâ quâdam ac peculiari ratione hoc verbo usus est, pro efficere, ut aliquis coronetur, Claudio cap. 10. Vide ibi Torrentium. Apud Virg. Georg. 2 v. 528, *Cratera coronare*, est vino implere, ut instar coronæ labra poculi contingat.

¶ Coronatus, a, um, bekräntzt, gekrönt. Horat. 2 Od. 7 v. 7, *Coronatus nitentes capillos.* Curt. 9, 7, 20, *Oleo nitens & coronatus.*

¶ Coronatio, ōnis, die krönung, στεφάνωσις, Bud.

¶ Coronator, ōris, apud Anglos pervetustum nomen est judicis, qui cognoscit delicta ad coronam pertinentia. Passim occurrit apud scriptores Anglicos. v. Th. de S. Quercu Lex. Phil.

¶ Coronarius, a, um, ad coronas spectans: ut, *Coronaria herba*, Plin. 21 cap. 23. *Coronarium opus*, Idem 15 c. 30, & Vitruv. 7 c. 3 & 6, pro ornamento cameræ. *Aurum coronarium*, Cic. Agrar. 2 cap. 22 sunt coronæ triumphales, ut Gellius quidem interpretatur supra laudato loco cap. 6 lib. 5. Propriè autem sic dicebatur aurum, quod coronarum aurearum loco dono dari Imperatoribus solebat, vide Casaub. Notis ad monumentum Ancyranum pag. 135 D. & ad Spartiani Hadrianum cap. 6. Adde Capitolinum in Pio cap. 4, qui itidem hujus auri mentionem fecit. ¶ Subst. Cŏrōnarius, i, στεφανοπλόκος, ein kräntzbinder, kräntzmacher, apud Gellium 4 cap. 14. Et Coronaria, eine kräntzmacherin: ut, *Glycera coronaria*, quæ coronas venditando sustinuit paupertatem, apud Plin. 21 c. 2, & 35 c. 11.

¶ Incoronatus, a, um, ungekrönt. Apulejus lib 4 Metam. p. 155, *Cærimoniæ negliguntur; incoronata simulacra, & aræ viduæ, frigido cinere fœdatæ.*

CŎRŌNEŎLA, æ, rosa autumni tempore in rubo proveniens, herbstrose, Plinio 21 c. 4.

CŎRŌNIS, ĭdis, nymphæ nomen, quæ ab Apolline compressa Æsculapium edidit. vid. Ovid. Metamorph. lib. 2 v. 543. ¶ Coronis etiam nota Critica dicebatur: linea videlicet brevis superne aliquantum incurvata. Ejus in Dramatibus usus triplex erat: Vel cum histrionibus nonnulla locutis, ac digressis relinquebatur chorus, aut contra: vel quando transire de loco ad locum videbatur scena, ut ex Hephæstione Scholiastes Aristophanis ad Plautum act. 2 sc. 1 annotat. ¶ Eadem & in librorum finibus solebat appingi: unde & pro fine ipso accipi potest: ut, *Coronidem imponere*, i. e. finem. Martialis lib. 10 epigr. 1 *Si nimius videor, serâque coronide longus*
Esse liber; legito pauca, libellus ero.

CŎRŌNŎPVS, i, & ŏdis, κορωνόπυς, herba, krähen-fuß, non tamen pes corvinus, qui ranunculus est. Matthiolus. vide & Plin. 21 cap. 16, & 22 cap. 19.

COROPHIVM, i, piscis de genere cancrorum, Plin. 32 c. 11.

CORPVS, ŏris, σῶμα, artubus constat & membris, der leib, cörper. Cicero 1 Offic. cap. 23, *Exercendum corpus, & ita afficiendum est, ut obedire consilio rationique possit in exsequendis negotiis, & in labore tolerando.* Ovid. lib. 2 de Arte am. v. 112,
Ingenii dotes corporis adde bonis.
Corpus sine pectore, Horat. lib. 1 epist. 4 v. 6 pro homine dixit, sine ingenio & mente, ein unverständiger mensch. *Corpus solidum & succiplenum*, Terent. Eunuch. act. 2 sc. 3. *Prolixum, exile*, Suet. Claud. cap. 30. *Amplum ac robustum*, idem Tiberio c. 68. *Corpus salubre, sanum: Corpus quadratum*, vide infra in Q. & S. in nominatis vocabulis. *Corpus facere*, zunehmen, dicker werden, Phædrus lib. 3 fab. 8. Contra *amittere corpus*, abnehmen und hager werden, Lucretius dixit lib. 1 v. 937. Imo & Cicero lib. 7 epist. ad Gallum 26 extr. *Et vires*, inquit, *& corpus amisi.* Cæterum non raro ex corporis signis conjectare de animi moribus solebant. Conf. Voss. lib. 1 Instit. Orat. p. 80. Dotes autem corporis præcipuæ, sanitas, robur, agilitas. Voss. ibid. p. 69. ¶ 2. Sed & *Corpus* pro homine sive persona eleganter dicitur. Nepos Datame cap. 9, *Elegit corpus staturâ simillimum sui, eique vestitum suum dedit*, &c. Curt. 4, 11, 6, *pro tribus corporibus triginta millia talentûm auri accipias.* Idem 5, 13, 4, *In illo corpore posita est victoria.* Seneca quoque pro integro animali usus est epist. 90. ¶ 3. Est & non invenusta Periphrasis, cum *corpus* rei vel personæ, pro ipsâ persona aut re dicitur. Virgil. 7 Æneid. v. 649,
quo pulchrior alter
Non fuit excepto Laurentis corpore Turni.

CORPORE TVRNI, id est, Turno. Lucan. lib. 7 v. 671,
Sed timuit strato miles nec corpore Magni
Non fugeret, supraque ducem procumberet orbis.
Terentianus de Phalæcio p. 2424 ed. Putsch.
Qui multos legêre, negant hoc corpore metri
Romanos aliquid Veteres scripsisse Poëtas.
Hoc corpore metri, id est, hoc metro. Simili forma & Græcos usos, observat Muretus lib. 8 Var. Lect. cap. 4. ¶ 4. Transfertur ad alias res: quæcunque enim collecta in unum conflataque ex pluribus sunt, quandoque *corpora* appellantur; ut integræ gentes & civitates. Vellej. 2, 66, 5, *Dum hoc constitutum rerum naturæ corpus manebit incolume*, so lange die welt stehet. Lucret. 2 v. 471, *Neptuni corpus*, i. e. mare. Tacit. 4 Histor. cap. 69, *Redisse vos in corpus nomenque Germaniæ, communibus Diis, sed præcipuo Deorum Marti gratias agimus.* Idem de Germania cap. 39 extr. *Adjicit auctoritatem fortuna Semnonum: centum pagis habitatur: magnoque corpore efficitur,*

tur, ut se Suevorum caput credant. MAGNO CORPORE, id est, Civitate. Et ita *Civitatis corpus* Livius dixit lib. 26 c. 16. ¶ Sed & Collegia sive societates, sæpe *Corpora* appellantur: Sic *Mercatorum corpus* B. Ambros. dixit epist. 33. Ita CORPVS PISTORVM, CORPVS OLEARIORVM, CORPVS VINARIORVM: Item SVARIORVM, in monumentis antiquis legimus. Sic apud Æneam Tacticum de toleranda obsidione cap. 1 *Corpora* appellantur certorum hominum collectiones, quibus descriptæ partes & ministeria imposita sunt. ¶ 5. Sic & scriptorum opera, quæ distributa in libros plures, *corpora* appellantur. Vitruvius lib. 2 c. 1, *Cum corpus architecturæ scriberem*, &c. *Corpus* denotare librum, ex Cicerone etiam observat Gifanius. Quo refer illud lib. 5 ad fam. ep. 12, *Videtur mihi modicum quoddam corpus confici posse.* Vnde & vulgo notum, quid per *Corpus Juris civilis* & *Corpus Juris canonici* significetur. Æmil. Probus in epigrammate de volumine Vitarum Nepotis:

Corpore in hoc manus est genetricis, avique meaque, &c.

Nempe significat, hoc volumen partim matris, partim avi, partim & sua manu descriptum esse. Alteram in *meaque* produxit pro seculi ejus more. Cui enclitica *que* positionem faciebat. Cujusmodi exempla Prudentius quoque suppeditat. ¶ Notat quoque conjunctionem plurium inter se congruentium, ut Corpus Poëtarum, &c. De varia acceptione vocabuli *Corpus*: sive de divisione corporum, vide & JCtos: itemque Senecam epist. 102, & lib. 2 Quæst. Natural. cap. 2. *Corpora* pro servis in Digestis reperias. Voss. lib. 4 Inst. Orat. p. 141.

¶ Corpusculum, i, dimin. ein cörperlein. Juven. satyr. 10 v. 172,

Mors sola fatetur,
Quantula sint hominum corpuscula.

Cicero 1 de Nat. D. c. 24, *Corpuscula lævia*; Et Lactantius de Ira Dei cap. 10, *individua corpuscula*, id est, atomi. *Florum corpusculum*, pro fasciculo, apud Justin. præf. § 4.

¶ Corpulentus, a, um, starck vom leibe. *Corpulentum pectus*, Colum. lib. 6 cap. 3. Comparative, *Corpulentior & habitior*, Plaut. Epid. 1, 1 v. 8. *Crassior atque corpulentior*, Apulej. sub fin. lib. 7 p. 198. Et Augustinus de Genesi ad litter. c. 5, *usque ad humorem corpulentiorem.*

¶ Corpulentia, æ, die dicke des leibes. Plin. lib. 11 cap. 53 extr. *Somno concoquere, corpulentiæ quam firmitati utilius.*

¶ Corporalis, e, leiblich. Gell. lib. 18 cap. 1, *bona corporalia & externa.* Senec. epist. 78, *voluptates corporales morbus inhibet.* Conf. Borrichii Vind. Lat. p. 46.

¶ Corporalitas, atis, cörperliches wesen. Tertull. de Anima cap. 7 & 9.

¶ Corporaliter, adverb. Paullus JC. Lege 1 § 15 Dig. de acquirend. possess. *Servus corporaliter pignori datus.* Theologi mystico & spirituali opponunt. Tertullianus de Baptismo c. 8, *Quod corporaliter ipso felle careat columba, ideoque, Estote, inquit, simplices sicut columbæ.* Add. Ambros. serm. 69 sub fin.

¶ Corporeus, a, um, leibhafftig. Cicero de Vnivers. cap. 4, *corporeum & adspectabile.*

¶ Corporatus, a, um, idem quod corporeus. Cic. d. l. cap. 2, *Mundus est undique corporatus.* Quod est a Verbo

¶ Corporor, ari, pro, corpore indui, einen leib bekommen. Plin. lib. 7 cap. 15 de sanguine & massa, qua homo generatur: *tempore ipso animatur corporaturque.* Active Lactantius lib. 2 cap. 9 sub fin. *nec humor potest corporare, nec corpus animare.* Ita Aldus, Thysius, & recentissimus editor Cantabrigiensis: at Betulejus & Th. Spark *corporari, animari.* Tertull. de carne Chr. cap. 6, *nunquam fuit causa angelorum corporandorum.* ¶ Ennii quoque Andromeda activum habet: *Corpus contemplatur, unde corporaret vulnere.* Sed ibi, & apud Accium, ut tradit Marcellus cap. 1 n. 73, *Corporare est interficere, & quasi corpus solum sine anima relinquere*, entleiben.

¶ Corporasco, ĕre, zum leibe werden. Claud. Mamertus 1 c. 14.

¶ Corporativus, a, um; Cæl. Aurel. Tard. 1, 6, *Corporativa adjutoria.*

¶ Corporatura, æ, apud Colum. lib. 6 c. 2 extr. *humilis & modica corporatura pecoris*, leibes-maaß, leibes-statur.

¶ Corporosus, a, um, leibig. Gloss. gr. lat. ἔνσωμος, *corpulentus, corporosus.*

¶ Corporicīda, æ, ein metzger. Gloss. lat. gr. *Corporicida*, μακελλίτης.

¶ Corporecustos, ōdis, i. e. custos corporis, leib-trabant. Vet. Inscript. apud Grut. p. 600 n. 12, BASSVS. NERONIS. CAESARIS. CORPORECVSTOS. Et n. 13, HILARIVS NERONIS CAESARIS CORPORECVSTOS, &c.

¶ Accorporo, are, adjungere, einverleiben. Ammianus lib. 16 cap. 13, (Vales. c. 8,) *ut damnatorum petita bona suis accorporarent.*

¶ Bĭcorpor, ŏris, zweyleibig. Cicero 2 Tuscul. c. 9 ex Sophocle sub Herculis persona: *Hæc dextra Lernam tetram mactata excetra*
Placavit: hæc bicorporem afflixit manum.

¶ Concorporare, idem, seu in unum corpus redigere, vereinigen. Plinius lib. 22 cap. 24, *mulsum facillime cum melle concorporatur.* Idem lib. 27 cap. 12, *Polyanthemum vitiligines concorporat*, id est, delet vitiliginem, & reliquo corpori cutem reddit parem.

¶ Concorporatus, a, um, einverleibt, vereiniget. Ammian. 22 cap. 8, *Hi scopuli stetere concorporati.*

¶ Concorporatio, ōnis, die vereinigung. Tertullianus lib. 4 adv. Marc. cap. 4, *Concorporatio Legis & Prophetarum.* Adde eumdem de Baptismo cap. 8.

¶ Concorporalis, e, eines leibes. Vulg. interpr. Ephes. 3 v. 6. Subst. Concorporales, qui in eodem corpore vel societate sunt, cammeraden, spießgesellen. Ammian. lib. 28 c. 28, *ne uno quidem cædibus concorporalium superesse permisso.* Adde lib. 21 c. 22.

¶ Concorporificatus, a, um, zusammen gebracht in einen leib. Tertull. adv. Valent. c. 23, *In mundo coëlementato & concorporificato.*

¶ Incorporalis, e, ohne leib, uncörperlich. Seneca epist. 90, *à corporalibus se ad incorporalia transtulit.* Et epist. 58, *aut corporale est, aut incorporale.* Adde Tertullianum adv. Hermogenem cap. 35 sæpius hoc verbo utentem.

¶ Incorporabilis, e, idem. Tertull. adv. Marc. 3 cap. 17, *habitu incorporabili.*

¶ Incorporaliter, adverb. Claud. Mamertus 3 de Statu Anim. c. 14, *Memoria incorporaliter etiam corporalium reminiscitur.*

¶ Incorporalitas, atis, uncörperliches wesen. Macrobius lib. 1 Somn. Sc. cap. 5, *perfectio incorporalitatis in numeris.* Et cap. 11 sub fin. *Nec subitò à perfecta incorporalitate luteum corpus induitur.*

¶ Incorporeus, a, um, quod corpore caret, unleibt. Gellii ætate nova vox & ficta, (vid. lib. 5 cap. 15) post usus est Macrob. 7 Sat. cap. 15. An Cicero 3 de fin. c. 14 scripserit: *rerum incorporearum æstimatio*, adhuc dubitatur.

¶ Incorporo, are, corpori imprimere, in den leib etzen, bilden, einverleiben. Solin. cap. 35, [Salmas. c. 22 extr.] *Barbaris jam inde à pueris variæ animalium effigies incorporantur.*

¶ Incorporatus, a, um, i. e. incarnatus. Prudentius καθημ. 12 v. 80 de Filii Dei incarnatione: *Ducem salutis cælitus*
Incorporatum gignere.

¶ Incorporatio, ōnis, μετενσωμάτωσις, einleibung. Columella lib. 6 cap. 2 de bubus domandis: *custodiendum est, ne incorporatione, vel statura, vel viribus impar cum valentiore jungatur.* Vbi corporis habitum & conditionem significat.

¶ Recorporare, wieder zusammen-verleiben. Tertullian. de Resurr. Carn. cap. 7, *Figulo licet, argillam temperato ignis adflatu in materiam robustiorem recorporare.* Et de Anima cap. 35, *recorporari animas*, &c. Conf. Barthii Advers. 38, 3.

¶ Recorporatio, ōnis, die wiedervereinigung des leibes. Tertull. Resurr. carn. c. 30, *Recorporatio & readunatio ossium.*

¶ Recorporativus, a, um, wieder einverleibend. Cæl. Aurel. Tard. 1, 4, *Recorporativa curatio.* Idem Acut. 3, 16, *Helleborum est recorporativæ virtutis.*

¶ Transcorporare, vercörpern, dixit Interpres Irenæi 1 c. 24.

¶ Trĭcorpor, ŏris, & Tricorpŏrus, a, um, tria habens corpora, dreyleibig. Virgil. 6 Æn. v. 289, *& forma tricorporis umbra.*

Silius Italicus lib. 3 v. 422,

Geryonis peteret cum longa tricorporis arva.

Lucretius de eodem loquens lib. 5 v. 28,

Inde tricorpora tergemini vis Geryonai: [al. *tripectora.*]

CORRĀGO, aliis borrāgo, verum scil. & legitimum buglossum.

Correctio, Corrigo; Correpo; Correptio, Corripio; Corrideo; Corrigia; Corrivo, Corrivatio; Corrogo; Corrotundo; vide in *rego, repo rapio, rideo, rego, rivus, rogo, rotundus.*

CORRŪDA, æ, wild spargel: Silvestris asparagus Dioscoridi est, & Plin. lib. 20 c. 5. De ea Colum. lib. 10 v. 375,

Prodit & asparagi corruda simillima filo.

Corrugis, Corrugo, vide *Ruga.*

CORRŪGVS, i, flumen deductum ex montium jugis, a corrivatione sic dictum, röhr-wasser. Plin. lib. 33 cap. 4, *Flumina*, inquit, *jugis montium duxēre. Corrugos vocant, a corrivatione, credo.*

Corrumpo, Corruo, Corruptibilis, Corruptio, vide *rumpo, ruo.*

CORS, cortis; ita enim pro *chors* nonnulli, sed male, ut Lipsius censet, scribunt. Vide supra *Cohors.*

CORSA, æ, est tempus, pars capitis, quam κόρσην Græci vocant, die platte. A capite humano transfertur ad mechanica; estque prima antepagmenti in ostiis fascia, apud Vitruvium 4 cap. 6. vid. Baldi Lex. pag. 50.

¶ Corsoīdes, is, lapis canitiei hominis similis, Plin. 37 c. 10.

CORSĬCA, æ, insula est in mari Ligustico, quam Græci *Cyrnon* appellavēre; sed Tusco propior à septemtrione in meridiem projecta, inquit Plin. 3 cap. 4. Civitates XXXIII habuisse, idem testatur. Hodie unica constat metropoli, quam *Basle* jam vulgo nominant. De vastitate ejus sterili Seneca Epigrammatis in exilium suum, (eò enim relegatus fuit, ut Dio Cassius lib. 110 prodit:) de ejus incolis variis idem Consolat. ad Helviam matrem c. 8, quem librum ibi exul scripsit. Distat a Sardinia milliari Germanico: notissima est vino præstanti, & mellis copia, sed venenati, ob toxicorum in ea insula multitudinem; quo Ovidius respexit lib. 1 Amor. elegia 12,

Melle sub infami Corsica misit apis.

¶ Corsĭcus, a, um, adjectiv. ut, *Mare Corsicum.* Seneca Octav. v. 382,

Remotus inter Corsici rupes maris.

Sic Plinius lib. 37 cap. 12, *Omnes gemmæ mellis decoctu nitescunt, præcipue Corsici.* De *ape Corsica* jam ex Ovidio dictum.

¶ Corsi, orum, incolæ. Plinius lib. 15 cap. 29 extr. *Papirius Maso in monte Albano triumphavit de Corsis.*

¶ Corsicanus, a, um, idem quod Corsicus. *Mella Corsicana*, Serv. in 4 Georg. v. 101.

CORTEX, ĭcis, eine rinde, dubii generis; ut, *cortice sicco*, Ovid. 8 Met. v. 642, & *lentus cortex*, Idem lib. 9 v. 353. Ibidem v. 362,

sub eodem cortice condi.

At Virgilius ecloga 6 v. 62, *musco circumdat amaræ*
Corticis.

Et Ovidius 10 Metam. v. 512, *fissâ cortice*, ut ex pluribus MSS. Heinsius emendavit, quod vulgo editum erat *scisso* vel *fisso cortice.* Sic enim idem lib. 14 v. 630, *fissâ modo cortice virgam*
Inserit.

Adde laudatissimum Heinsium ad lib. 4 ejusdem Metamorphoseos v. 375, ubi doctissime de ambiguo verbi *Corticis* genere dissertat, & Nonium cap. 3 n. 61, ubi Varro, *Corporeum corticem relinquere*, dixit; & Parei Lex. Lucret. in *Cortex.* Cicero 2 Nat. D. c. 47, *trunci obducuntur libro aut cortice.* Est autem corticum alius *tenuis*, qui & *liber*, eine dünne rinde, cortex interior: alius *crassus*, eine starcke rinde: alius *levis*, glatte oder schlechte rinde. *Leviorem cortice* dixit Horat. hominem admodum levem atque inconstantem lib. 3 Carm. oda 9. ¶ 2. Idem & *sine cortice nare*, proverbialiter dixit lib. 1 satyr. 4 v. 120, pro eo, quod est, in regendis suis moribus non habere opus præceptore, monitore, ihm selbst können helffen und vorstehen, selbst klug genug seyn.

¶ Corticula, æ, diminut. eine kleine rinde, schale. Colum. lib. 12 c. 47, *resolutis corticulis eximimus eam.*

¶ Corti-

¶ Corticeus, a, um, **von rinden.** Prudent. Cathem. 3 v. 43, *Corticeo glutine.*

¶ Corticatus, a, um, **das rinden hat.** Pallad. lib. 4 c. 1, *corticata pars cortici novæ matris aptetur.* Quomodo *pix corticata* conficiatur, docet Columella lib. 12 cap. 23.

¶ Corticosus, a, um, **was rinde oder schalen hat.** Plin. lib. 20 cap. 19, & Solin. cap. 33 (al. 20,) de succino.

¶ Decortĭco, are, **die rinde abschälen,** Plin. 16 cap. 39, *cædi, quæ decorticentur.*

¶ Decorticatus, a, um, **abgeschält;** ut, *Abies decorticata,* Plin. lib. 16 cap. 41.

¶ Decorticatio, ōnis, **die abschälung.** Plin. lib. 17 cap. 24, *Si angusta decorticatio fuit,* &c.

¶ Excorticare, **ausschälen.** Gloss. lat. gr. *Excorticat,* λεπίζει.

CORTĪNA, æ, λέβης, lebes sive vas, in quo tingitur lana, aut decoquitur, sive recipitur aliquid, **ein kessel, dreyfuß.** Cato de re rustica c. 66, *Cortinam plumbeam in lacu ponito, quo oleum fluat.* Nomen à rotunditate deducit in Conjectaneis Scaliger, quod instar *cortis* rotundum sit. Vnde & *cortinam cæli* Ennius dixit. Varro de L. L. lib. 6 c. 3 a *corde* derivat. Conf. Voss. Etym. p. 161. Plaut. Pœn. 5, 5 v. 12, *qui cortinam ludis per circum ferunt,* i. e. vas aqua plenum, ut equos cursu defessos in ludis Circensibus frigida adspergant. ¶ Virgil. in 3 Æn. v. 92, & 6 v. 347, tripodem illum, in quo Phœbades sedentes oracula reddebant, *Cortinam* appellat. Namque & tripus vas rotundum erat. Vet. Gloss. *Cortina,* Δελφικὸς τρίπους Απόλλωνος. Prudentius tamen *Cortinam* à tripode distinguit. Ita enim Apotheosi v. 506 scribit:

Delphica damnatis tacuerunt sortibus antra,
Non tripodas cortina tegit.

Nimirum *cortinam* vocat operculum, sive mensam, in quâ sedebat vates: *tripodas* ipsum sustentaculum, cui imponebatur cortina, tribus pedibus nixum. Nempe *cortina* hic est, quod ὅλμον Pollux lib. 10 c. 23 appellat. *Cortinas tripodum,* pro operculis & Plinius dixit lib. 34 c. 3, itemque Suet. August. cap. 55. Consule ibi Casaub. & vide Peirescii vitam p. 357. Circulari forma fuisse, ex Polluce est clarum. ¶ Severus in Ætnâ v. 294, *Cortinam theatri,* de convexâ & cavâ theatri capacitate dixit: quemadmodum *cæli cortinam* Ennius dixerat ante; **der freye platz.** ¶ 2. Recentioribus auctoribus *Cortinæ,* aulæa quoque appellantur. B. Ambros. lib. 5 epist. 33, *Scissæ tamen ab illudentibus pueris cortinæ regiæ,* &c. **teppichte, fürhänge.** Isidor. Orig. 19 cap. 26, *Cortinæ sunt aulæa, id est, vela de pellibus, dictæ a coriis,* &c.

¶ Cortinŭla, æ, diminutivum. Ammianus lib. 2 cap. 7, [Vales. cap. 1 f. 553,] *cortinulis pensilem annulum librans.*

¶ Cortinale, is, locus in villâ, ubi cortinæ habebantur, in quibus decoquitur aliquid, Columell. lib. 1 cap. 6, **kessel-herd.**

¶ Cortĭnĭpŏtens, tis, **der weissagen kan.** Hac voce Lucilius Apollinem, quod Cortinæ præesset, vocasse dicitur.

CORTŌNA, æ, urbs Etruriæ prope lacum Trasimenum. Liv. lib. 22 cap. 4. Hinc

¶ Cortonensis, e; ut, *montes Cortonenses,* apud Livium c. l. & *Cortonenses incolæ,* apud Plin. lib. 3 cap. 5.

Corvinus, vide *Corvus.*

CŌRVS, i, vel Caurus, occidentalis ventus Plin. lib. 2 cap. 47, Cæs. 5 c. 7. Græcis Ἀργέστης est, & *Japyx,* **nordwest.** Lucan. 7 v. 125,

Victus violento navita coro,
Dat regimen ventis. Vide supra *Caurus.*

¶ 2. Est & *Corus* mensuræ maximæ apud Hebræos nomen, quæ continet medimnos Atticos decem, **ein maaß von zehen scheffeln,** Josepho auctore lib. 15 cap. 11.

CŎRVSCVS, a, um, **was schimmert und glåntzet:** ut, *Sol coruscus,* Virg. 1 Georg. v. 233. *Vis fulminis corusci,* Cic. 2 Tusc. c. 9. *Mucro coruscus,* Virgil. 2 Æneid. v. 333, *Oppositi stat ferri acies mucrone corusco,* **blancke schwerdter.** Servius in 2 Æneid. *CORVSCVM aliàs fulgens, aliàs tremulum est.*

¶ Cŏrusco, are, **schimmern, glåntzen, blincken.** Cic. 3 de Orat. c. 39, *Flamma inter nubes coruscat, cælum tonitru contremit.* ¶ 2. Active vibrare, **schwingen.** Virgil. Æneid. 12 v. 431, *hastamque coruscat.* Etiam lib. 10 v. 651, *strictumque coruscat mucronem.* ¶ 3. Coruscandus, itidem passivæ formæ, sed notionis, ut videtur, mediæ. Apulejus de Deo Socrat. p. 45, *vel fulminibus jaculandis, vel nubibus coruscandis.*

¶ Coruscatio, ōnis, **das glåntzen.** Solinus cap. 53, ubi de margaritis agit, *Si repente micaverit coruscatio.* Et Tertullianus lib. 4 adv. Marc. cap. 39, *in lucem coruscationis tuæ,* **deines glantzes.** Vopiscus in Caro c. 8, *ingenti exorta tempestate, immani coruscatione, immaniori tonitru, exanimatus est,* **unterm blitzen, wetterleuchten.** Et Augustinus lib. 22 de C. Dei c. 22, *coruscatione, tonitru, grandine, fulmine.*

¶ Coruscāmen, ĭnis, idem. Apul. de Deo Socr. p. 43, *rapidissimo coruscamine lumen candidum intermicare.*

¶ Coruscifer, a, um, **hell, glåntzend.** Martian. Capella: *Corusciferi laquearia cæli.*

CORVVS, i, κόραξ, **ein rab,** avis Apollini sacra, inauspicata Plinio, & Horatio, videlicet si à sinistra appareat: à dextra enim bonum augurium erat. Vide Plautum Aul. act. 4 sc. 3. Sexagenis diebus antequam ficus maturescant, sitire, Plinius scribit lib. 10 cap. 12. Caussam ejus rei ad fabulam refert Ovidius, quem vide lib. 2 Fastor. v. 249 seq. *Corvos in cruce pascere,* dixit Horatius 1 epist. 16, 18, pro, suspendio puniri, **den raben zu theil werden.** *Ad corvos,* ἐς κόρακας, **an den galgen.** Antisthenes dixit, *Præstare necessitate urgente in corvos, quàm in assentatores incidere; illos quippe mortuos, istos viventes devorare,* κρεῖττον ἔλεγεν ἐν ταῖς χρείαις εἰς κόρακας, ἢ εἰς κόλακας ἐμπεσεῖν· οἱ μὲν γὰρ νεκροὺς, οἱ δὲ ζῶντας ἐσθίουσιν. Diogen. Laert. *Mali corvi, malum ovum,* **wie der vogel ist, so legt er eyer; eine eul heckt keinen blaufuß.** *Corvi lusciniis honoratiores,* **einem schalck brennet man zwey licht, einem frommen kaum eins.** Cæterum inter aves corvos maximè superstitiosi colebant Ægyptii, unde *Coracina sacra,* quæ apud Coptum fiebant, Ambros. in cap. 1 Epist. ad Rom. ¶ 2. Corvus & machinæ genus est, quo in navalibus prœliis utebantur, quod accurate describit Polybius lib. 1 cap. 22, add. Curt. lib. 4 cap. 2. Ejus generis fuerunt & *ferreæ manus,* diversæ tamen: nam & auctores distinguunt. Vide infra *Manus.*

¶ Corvīnus, a, um, adjectivum, quod corvi vel de corvo est. *Corvina nigredo,* Apulej. lib. 2 de Asino p. 118. ¶ 2. Corvini, Romanæ familiæ cognomen, de cujus origine consulatur Livius lib. 7 c. 26.

¶ Corvito, are, corvorum more ingurgitare, **fressen wie die raben.** Sic Plautus Cas. 4, 1 extr. edit. Taubm. Malunt alii *Corbitare,* de quo supra in *Corbis.*

CŌRЎBANTES, ium, Κορύβαντες, numine & furore correpti Cybeles dicebantur sacerdotes, à κορυβαντιᾶν, id est, insanientium more caput jactare. vid. Strab. lib. 10 p. 226. Horatius lib. 1 oda 16,

Sic geminant Corybantes æra.

¶ Casu singulari Claudianus usus est de 4 Conf. Hon. v. 150,

Non te progenitum Cybeleius ære canoro
Lustravit Corybas.

Cybeles enim & Jasii filius fuit. Κορυβαντιᾶν dicuntur, qui genis apertis dormiunt, **die einen hasenschlaff thun,** Vide Erasmi Chil. *Lepus dormiens.* Præcipue Scalig. ad illud Catulli epigr. 38, *Solet hæc imaginosum.* ¶ *Corybantia æra,* Virg. 3 Æn. v. 111.

¶ Corybantiasmus, i, κορυβαντιασμὸς, est Imaginosus, scil. morbus, quem pati dicuntur, qui patentibus oculis dormiunt. Qua de re etiam Plinius, *Dormiunt,* inquit, *lepores multique hominum patentibus oculis, quod Corybantiam Græci dicunt,* lib. 11 c. 37. Quamvis Turnebus locum hunc corruptum credat lib. 13 Advers. c. 24.

CŌRЎCVS, i, Κώρυκος, qui mons Ioniæ, qua parte Chium insulam spectat, sublimis & portuosus, latrociniis olim infestissimus: unde locus proverbio datus, κωρυκαῖος ἠκροάζετο, id est, *Corycæus auscultavit,* **es ist ein verråther dabey gewest,** in eum, qui rem dissimulat & occultat, deprehensam tamen. In illo enim litore Piratæ, quo abituri essent, mercatores clanculum sciscitabantur, ac mox in altum solventes spoliabant. Lege Strabonem lib. 13 p. 443, & Erasm. Chiliad. *Corycæus Dæmon.* Cic. ad Att. lib. 10 epist. ult. *Posthac non scribam ad te, quid facturus sim, sed quid fecerim. Omnes κωρυκαῖοι videntur subauscultare, quæ loquor.* ¶ Corycus quoque Ciliciæ oppidum & portus. Plin. lib. 5 cap. 27. Ibi specus mirabilis, & croci proventu nobilissima, de qua Mela legatur lib. 1 cap. 13.

¶ Cōrўcæus, i, (quod nomen Strabo d. l. a monte Ioniæ Coryco derivavit,) qui auribus venatur, clam alios observat, **ein heimlicher aufmerker, kundschaffter, verråther.** De quo satis jam in *Corycus* dictum est.

¶ Cōrўcius, a, um, adjectivum. Curtius lib. 3 c. 4 n. 10, *Corycium nemus, ubi crocum gignitur.* Horat. 2 serm. satyr. 4 v. 68,

Corycioque croco sparsum stetit, insuper addes, &c.

¶ Cōrўcides Musæ, vel ab *antro Corycio* in Parnasso, vel à nympha *Corycia,* Ovid. 1 Met. v. 320.

CŎRYDĂLVS, i, κορυδαλὸς, alauda cristata, quæ & *cassita* & *galerita* dicitur, **ein haubelerch.** Celebratur inter Parœmias, & Simonidi tribuitur, dictum hoc a Plutarcho, Πάσῃσι κορυδαλοῖσι χρὴ λόφον ἐγγενέσθαι, hoc est, *oportet omnibus Corydalis cristam inesse;* id est, Nemo est, quem non videas alicui vitio esse obnoxium.

¶ Corydalis, herba est Galeno κορυδαλὶς, quam *fumariam* nonnulli interpretantur, **erdrauch,** Matthiolus.

CŎRЎDON, ōnis, κορυδὼν, pastor Theocrito & Virgilio. Hic eclog. 7 pr.

Compulerantque greges Corydon & Thyrsis in unum;
Thyrsis oves, Corydon distentas lacte capellas.

CŎRЎLVS, i, **eine haselstaud,** cujus fructus *avellanæ* dicuntur, **haselnuß.** *Inter densas corylos,* Virgil. eclog. 1 v. 14. Adde eclog. 5 v. 3 & 21, &c. Ob densitatem inter vites non est serenda, juxta Virg. lib. 2 Georg. v. 299. Ejus surculi bifidi, auri argentique venas detegunt. Conf. Camerar. Hor. Subs. Cent. 1 c. 73. Sed ex detritis scopis etiam & durioribus metallis pari confici successu posse ejusmodi virgulas, alii affirmant.

¶ Corylētum, i, **ein haselbusch.** Ovid. 2 Fastor. v. 587,

Illa modo in silvis inter coryleta jacebat.

Servius inde denominativum deducit *Colurnus,* in illo,

Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis,

håselne bratspieß, Virg. 2 Georg. v. 396. Festus autem *Colurnus* à *Corнus* deducit. Vide supra in *Colurnus.*

CŎRYMBVS, i, κόρυμβος, baccæ, sive uvæ hederæ, **tråublein von epheu.** Virg. eclog. 3 v. 39, *Diffusos hederâ vestit pallente corymbos.* Propert. lib. 4 eleg. 6 v. 3, *Cera Phileteis certet Romana corymbis,*

¶ 2. Corymbus ornatus capillorum in fœminis, **ein haarbusch.** Thucydidis Scholiastes: κρώβυλος εἶδος πλέγματος τῶν τριχῶν ἐκαλεῖτο δὲ τῶν μὲν ἀνδρῶν κρώβυλος, τῶν δὲ γυναικῶν κόρυμβος, &c. Videtur fuisse, cum crines in uvæ vel coni speciem ficti & fastigiati. ¶ De rosa etiam usurpatur hoc vocabulum per translationem. vide *Rosa.*

¶ Corymbium, i; Apud Petron. p. 138 *Corymbion* scribitur, & capillamentum est, sive προκόμιον πρόσθετον, ut Wowerius exponit, quem vide, & Salmas. in Hist. Aug. item de Coma.

¶ Corymbiatus, a, um, instar corymbi, **tråublicht.** Trebellius Pollio in Claudio cap. 17, *discus corymbiatus argenteus.* Vide ibi Salmas.

¶ Corymbifer, a, um, ferens seu gestans baccas corymbi. Ovid. lib. 1 Fast. v. 393, *Festa corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi.*

CŎRЎPHAEVS, i, κορυφαῖος, dux seu caput ordinis vel sectæ. Cicer. 1 Nat. D. c. 21, *Zenonem, quem Philo noster Coryphæum appellare Epicureorum solebat, cùm Athenis essem, audiebam frequenter,* **ein håupt, fürnehmste person.** Est à κορυφὴ, quod apicem significat.

¶ Coryphasia, æ, equestris Minerva dicta, vel a Coriphæ matris signo; (Nam Coriphe, Oceani filia, mater Minervæ fuisse dicitur, Cic. 3 de Nat. D. c. 23.) vel quod ex vertice summo Jovis parmam ferens emicuit, atque armorum accincta terroribus. vid. Arnob. lib. 4 p. 137. Clemens in Protrept. Messenios κορυφασίαν ἀπὸ τῆς μητρὸς denominasse scribit. Conf. Reines. 3 Lect. Var. c. 2 p. 367.

CŌRЎTVS, i, γωρυτὸς, sive χωρυτὸς, pharetra, vel theca arcus, **ein kôcher.** Virgil. lib. 10 v. 169,

Corytique leves humeris, & lethifer arcus.

Alii legunt *Corici*, item *Corisci* &c. Sed illa verissima lectio est, quam posuimus. Vide Erythræum. Ovid. lib. 5 Trist. eleg. 7,

In quibus est nemo, qui non Coryton & arcum,
Telaque vipereo lurida felle gerat.

Seneca Hercule Fur. v. 1127, *Telum Scythici leve Coryti.* Ex quibus clarum, errare eos, qui *Corytos* apud Virgilium sagittas interpretantur. Est enim τοξοθήκη, πήληκος, ut Hesychius interpretatur. Quæ significatio apertissima est in illo Statii Thebaid. 9 v. 729,

cælestibus implet
Coryton telis.

CŎRYZA, æ, ἡ κόρυζα, der schnuppen. Celsus lib. 4 c. 5 ex Hippocrate.

COS, cōtis, saxum abruptum, ein stein-felß. Virgilius eclog. 8 v. 43,

Duris in cotibus illum
Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes, &c.

¶ 2. Item, lapis acuens ferrum, ein wetzstein. Accium augurem *novacula cotem discidisse* ferunt, auctore Livio lib. 1 cap. 26. *Cos aquaria*, ein schleiffstein. Plin. lib. 18 cap. 33, *Italia aquarias cotes dedit. Novacula in cotem*, subaudi, incidit, proverbialis locutio de eo, qui nocendi cupidus in eum incidit, à quo vicissim lædi potest. Horat. Art. poët. v. 304,

Fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exsors ipsa secandi.

¶ Translate incitamentum est, eine anreitzung. Cic. 4 Tusc. cap. 19, *Iracundiam cotem fortitudinis esse dicunt.*

¶ Cōticula, æ, Lydius lapis, βάσανος, ein probierstein. Plin. lib. 33 c. 8, *Lapis quem coticulam vocant, - - alii Heraclium, alii Lydium vocant.* Proprie diminutivum à Cote.

¶ Cotaria, æ, ein wetz- und schleiff-steinbruch, locus de quo cotes eruuntur. Lege 15 Dig. de publicanis.

¶ Cotiarius, i, ein schleiffer. Vet. Gl. ἀκονητής, *Cotiarius, Acutiator.*

¶ Cotifico, are, in cotaria laborare, cotem secare. Apul. de Deo Socr. *Non pro majestate Deorum fuerit, ut eorum quispiam Accio Navio cotificet.*

Cos, insula, vide in *Cous* infrà.

COSCINOMANTIA, æ, wahrsagung durchs sieblauffen. Κόσκινον enim *cribrum* est.

COSMICVS, a, um, κοσμικὸς, mundanus, weltlich, à κόσμος, ex quo nomine, ornatum significante, vocatus est mundus. Cosmicum se Socrates esse interrogatus de patriâ, respondit, ut Cicero refert lib. 5 Tusc. cap. 37, *mundanum* vertens vocabulum Græcum: quo pertinet epigram. 41 lib. 7 apud Martial. quod explicat Turnebus lib. 25 Advers. cap. 24,

Cosmicos esse tibi, Semproni Tucca videris,
Cosmica Semproni, tam mala quam bona sunt.

¶ *Cosmicus ortus*, Astronomis est, cum stella supra Horizontem una cum Sole emergit. *Occasus cosmicus* contra est, cùm stella ex adversa cæli parte infra Horizontem descendit, oriente Sole. Vide Gasp. Schotti Curs. Mathem. p. 257.

¶ Cosmēta, æ, κοσμητής, exornator, ein schmücker; Juvenal. sat. 6 v. 476, ubi Scholiastes: *Cosmetas eos dicit, qui ornamentis præsunt.*

¶ Cosmographus, i, κοσμόγραφος, der die welt beschreibet, Messall. Corv. in principio.

¶ Cosmographia, æ, κοσμογραφία, mundi descriptio, die weltbeschreibung.

COSMVS, i, nomen unguentarii. Vetus Scholiastes ad illud Juvenalis sat. 8 v. 85,

Cænet licet ostrea centum
Gaurana, & Cosmi toto mergatur aëno.

Cosmus *luxuriosus fuit, qui solium, in quod descendebat, multis diversorumque unguentorum odoribus miscebat.* Martialis lib. 11 epigr. 9,

Quod Cosmi redolent alabastra, focique Deorum, &c.

¶ Fuit & servus Augusti hoc nomine, de quo Suetonius ejus vita cap. 67.

¶ Cosmiānum, i, unguentum, quod Cosmus invenit. Martial. lib. 12 epigr. 55,

Aut libram petet illa Cosmiani.

Cosim, vide *Coxa*.

COSSVS, i, ξυλοφθόρος, vermis arrodens ligna, ein holtzwurm. vid. Plin. 11 c. 33, & 17 c. 24. Sed ejusdem generis insecta minora *Cosses* dicuntur, kleine holtzwürmlein, cujus Sing. nominativus est *Cossis* gen. Masc. Plin. lib. 30 c. 13, *Cosses, qui in ligno nascuntur, sanant ulcera omnia.* ¶ *Cossus*, Tribunus militum, de quo Virg. 6 Æn. v. 841,

Qui te, magne Cato, tacitum, aut te, Cosse, relinquat.

Vide *Cornel. Cossus.* ¶ 2. Est & hoc nomine Captator sive hæredipeta celebratus Juvenali sat. 10 v. 202.

Cossyra, vide *Cosyra*.

COSTA, æ, eine riebe oder rippe am leibe. Virgil. 1 Æneid. v. 211,

Tergora diripiunt costis, & viscera nudant.

Idem 1 Georg. v. 173, *Costas aselli* (i. e. asellum) *onerare oleo aut pomis.* ¶ 2. *Costæ* navium latera sunt Plinio lib. 13 cap. 9; Cæsar *statumina* vocat, ligna scil. arrectaria interiore alvo, quæ navis latera suppingunt, σαμῖνα Græci vocant, die schiff-wände. Virgil. 2 Æn. v. 16,

sectâque intexunt abiete costas.

Vide Turneb. lib. 26 cap. 23.

¶ Costātus, a, um, wohlgerüst, untersatzt. Varro lib. 2 de R. R. cap. 5, *pecudes corpore amplo, bene costato, latis humeris,* &c.

COSTVS & Costum, i, κόστος, heidnisch wundkraut, herba, quæ ut peregrina paucis nota est, ita alias apud alios sortita est appellationes. Matthiolus speciem quamdam ejus affirmat esse radicem laudatam illam, quam *Angelicam* vulgo vocant, angelicken-wurtzel. *Achæmenium costum* apud Horat. legitur lib. 3 od. 1 v. 44, h. e. Persicum, ab Achæmene Rege Persiæ. Propert. lib. 4 eleg. 6 v. 5,

Costum molle date, & blandi mihi thuris honores,
Terque focum circa laneus orbis eat.

CŎSȲRA, æ, Κόσυρα, insula maris mediterranei inter Siciliam & Africam, cui vicina est *Gaulos* & *Melita*, Pomp. lib. 2 cap. 7, Plin. lib. 5 cap. 7, Ovid. 3 Fastor. v. 567,

Fertilis est Melite sterili vicina Cosyræ.

Etiam producta prima & S duplicato invenitur. Sil. lib. 14 v. 273,

Et bellare Tabas docilis Cossyraque parva.

Cotaria, vide *Cos*.

CŎTHON, ōnis, κώθων, artificialis portus est, qui aggestis fit molibus, ein gemachter, nicht natürlicher hafen. Servius ad Æn. 1 v. 427 ita Carthaginiensium fossitium portum vocat. Adde Strab. libr. 17.

CŎTHVRNVS, i, Κόθορνος, calceamentum venatorium & Tragicum, subere altius elevato, ut personæ heroum, quas in Tragœdiis inducebant, apparerent grandiores. Voss. lib. 4 Instit. Orat. pag. 230, hohe schuhe, knie-stiefel. Quintil. proverbialiter dixit lib. 6 cap. 1, *Herculis personam & cothurnos infantibus aptare*, pro eo, quod est *applicare non convenientia*, geringe dinge groß machen. ¶ 2. Porro cothurni illi, quibus Tragici utebantur, utrilibet pedi conveniebant & applicabantur. Hinc *Cothurno versatiliorem*, lubricum dicimus & inconstantem, der es itzt mit einem, bald mit dem andern hält. ¶ 3. Poëtæ cothurni nomine pro Tragico seu grandi dicendi genere usi sunt, quemadmodum *socci* pro Comœdia dicuntur. Virgil. ecl. 8 v. 10,

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

Horatius Art. Poët. v. 80,

Hunc socci cepere pedem grandesque cothurni.

Apulejus lib. 2 Flor. *Poëmata omne genus, apta virgæ, lyræ, socco, cothurno: Item Satyras & Griphos*, id est, Heroica sive epica, Lyrica, Comœdias, Tragœdias. Sic, *cothurnum facundiæ*, Apul. Apol. pag. 482, & Sidonius lib. 2 epist. 9 dixerunt: Plin. lib. 35 cap. 10 de Nicophano pictore: *Cothurnus & gravitas artis. COTHVRNVS* id est, excellentia, sublimitas, qua aliis præstabat.

¶ Cothurnatus, a, um, qui cothurnis indutus est, der hohe schuh trägt. Cothurnatos *excalceatis* opponit Seneca epist. 8. Ovid. lib. 5 Fast. v. 347,

Scena levis decet hanc: non est, mihi credite, non est
Illa cothurnatas inter habenda Deas.

Vbi μετωνυμικῶς potes graves & ab joco alienas interpretari. ¶ Item qui sublimi orationis genere utitur. Martialis lib. 5 epigr. 5,

Grande cothurnati pone Maronis opus.

Et ipsum opus sublime ac grande cothurnatum dici potest: ut, *sermo cothurnatus*: Macrobius lib. 7 cap. 5, *in voluptatem censurâ cothurnati sermonis invectus es, tamquam voluptas virtuti semper inimica sit.* ¶ Et quia tragœdiarum cothurnus nullas personas repræsentat, nisi illustres & magnificas; pro illustri & splendido etiam Cothurnatus usurpatur. Alcimus Avitus lib. 3 v. 222 divitem hominem ex parabola Lucæ XVI describens:

Ipse cothurnatus gemmis, & fulgidus auro,
Serica bis coctis mutabat tegmina blattis.

¶ Cothurnate, hochtrabend, adverbium, cujus Comparativum Valesius Ammiano Marcellino lib. 28 sub initium tuetur, *cum cothurnatius stylus procederet lacrymosus.* Vbi Lindebrogius, Boxhornius & alii ediderunt

¶ *Cothurnarius stylus.* Minus benè: & præstat Valesium sequi, virum accuratissimum.

¶ Cothurnatio, ōnis, prächtiger aufzug, apud Tertull. adv. Valent. cap. 13 legitur: *Alia trans siparium cothurnatio est.*

Cotiarius, Coticula, vide *Cos*.

Cotidie, adverb. vide *Quotidie* in *Dies*.

CŎTĪNVS, i, κότινος, genus oleastri, bresilien-holtz. Plin. 16 cap. 19. Tabernæm. p. 1459.

COTIONARI; De origine & vi verbi hujus vide, quæ scripsit ad Plaut. Asinar. act. 1 sc. 3 v. 51 Gronovius. Græcis est καπηλεύειν, quod de iis dicitur, qui in eodem foro negotiantur, h. e. emta prius lucri causa vendunt.

CŎTĪSON, Cotisōnis & Cotisontis, Regis Getarum nomen apud Sueton. in August. cap. 63. Horatius *Dacum* vocat lib. 3 od. 8 v. 18, quod Getæ à Romanis Daci appellarentur, ut Plin. auctor est lib. 4 cap. 14.

CŌTŎNA, orum, sive Coctona, seu Cottana, vel Cotana, & Coctana, ficus parvæ genus Plinio lib. 13 c. 5. Martiali lib. 7 epigr. 53,

Parvaque cum canis venerunt coctana prunis.

Juvenal. sat. 3 v. 83, *Quo pruna & coctona vento?* eine art kleiner feigen; à *Cotone* urbe Syriæ. Is. Casaub. ad Athen. lib. 3 cap. 33 exponit pruna Syriaca, vulgaribus minora. vid. Barth. ad Statii Silv. pag. 419.

COTŌNĔVM, i, vel malum Cotoneum, Græce Κυδώνιον, quod in Italiam primùm à Cydone urbe Cretæ advecta fuerint cotonea. Plin. lib. 15 cap. 11, quitten, *Struthia* vel *pyra cotonea*, grosse quitten. Adde infra *Cytonium*.

¶ Dyacydonium, i, quitten-latwerg.

COTTA, æ, Orator, cujus multa fit mentio in libris Ciceronis de Oratore: & in Bruto cap. 55, *inveniebat*, inquit, *acutè Cotta, dicebat purè ac solutè, nihil erat in ejus oratione, nisi sincerum, nihil nisi siccum atque sanum.* ¶ 2. Fuerunt eodem tempore & alii Cottæ duo: Vnus contra Mithridatem infeliciter pugnavit, Syllam Cæsari reconciliavit. Alter legatus Cæsaris in Gallia insidiis circumventus ab Ambigiorigis ducis exercitu interficitur. Ascon. Pædian. Cottæ cuidam Ovidius dedicavit epist. 8 lib. 1 & ep. 2 lib. 3 de Ponto. Cottæ poëtæ meminit idem ep. ult. lib. 4. Plures Fasti consulares nominant.

COTTĂBVS, i, sonus vini in terram elisi. Græcis enim in more erat positum, ut reliquias vini arte quâdam in terram eliderent, sono inde quodam resultante. Id κοτταβίζειν, hoc est, *Cottabum facere* vocabant, ita, ut nonnulli magis gloriarentur, quia Cottabis certare essent periti, quam quod perite jacularentur. Vide Athenæum lib. 14 & 15, & Lipsium lib. 3 Antiq. Lect. Ad hunc morem pertinet illud Ciceronis lib. 1 Tusc. cap. 40 de Theramene: *Venenum*, inquit, *ut sitiens obbibisset, reliquum sic è poculo ejicit, ut id resonaret*, &c. Facete Plaut. Trinum. act. 4 sc. 3 *cottabos bubulos* vocat, vel crepitus plagarum, quæ loris bubulis incussæ vel lora ipsa: *Caveris*, inquit, *tibi, ne bubuli cottabi in te crepent;* der klatsch eines streichs.

COTTIVS, i, Alpium Rex: a quo *Alpes Cottiæ* appellatæ. Vide Sueton. Tiber. cap. 37 & Nerone cap. 18 & ibi interpretes.

¶ Cot-

¶ Cottius & Cottianus, a, um: ut, *Alpes Cottiæ*, Sueton. Victor, & Eutrop. in Nerone: At *Alpes Cottianæ*, Tacitus Hiſt. 1 cap. 61.

CŎTŬLA, & Cŏtȳla, æ, & Cŏtȳlus, i, vaſculum quoddam ſeu poculum concavum, formâ ſcutella, κοτύλη Homero. ¶ 2. Menſura eſt, quæ & *hemina* & *acetabulum* dicitur, & mediam partem ſextarii continet, ein halb nöſel. Martialis lib. 8 epigr. 71,

Poſt hunc in cotula raſa ſelibra data eſt.

Palladius lib. 12 cap. 10 remedium ſterilis vitis dicit, *urinæ veteris humanæ quatuor cotulas circa truncum ſuffundi.* ¶ Fannius de menſur. & pond. liquidor.

Ad cotylas quas ſi placeat dixiſſe licebit,
Heminas recipit geminas ſextarius unus.

Vid. Budæus lib. 5 de Aſſe: & ſupra *Acetabulum.*

CŎTVRNIX, īcis, eine wachtel. Ovid. lib. 2 Amor. eleg. 6,

Ecce coturnices inter ſua prælia vivunt.

Græcis ὄρτυγες ſunt, unde ὀρτυγομήτραν, ortygometram, ducem avolantium coturnicum vocat Plin. lib. 10 cap. 23.

CŎTȲLĒDON, ōnis, κοτυληδὼν, herba, quæ Latinis eſt umbilicus Veneris, & acetabulum, & cymbalaria, ſeu cymbalion potius Dioſcoridis, nabelkraut, vide Plin. 25 cap. 13, & Apul. de herb. c. 43.

COTYS, yos, latina terminatione Cotus, i, Thraciæ Regum nomen. Nepos Iphicrate cap. 3, *Meneſthea filium reliquit ex Threſſa natum, Coti Regis filia.* In Timotheo *Cotyn* Græca ratione appellat. Cotum Thraciæ Regem in Pompejana militia commemorat Cæſar lib. 3 de Bello Civili cap. 4, ubi vide Ciacconium. Alius Regis Thraciæ hoc nomine mentio fit & apud Tacitum 2 Annal. cap. 64 & ſeqq. Hic ille Cotys eſt, ad quem Ovidius eleg. 9 lib. 3 de Ponto ſcripſit, exul ſcil. in ejus regno. Vide Lipſium ad eum Taciti locum. Coti Odryſarum Regis meminit Livius l. 42 c. 29, 51. Alius *Coti* Æduì Cæſar de Bello Gallico lib. 7 c. 67. *Cotyos* nomen à Dea Thraciæ eſt, quæ & *Cotytto* appellata, de qua jam ſequitur.

CŎTYTTO, us, quæ & Cotys, Dea impudicitiæ apud Thraces, Chios & Corinthios, cui nocturna ſacra peragebantur, *Cotyttia* dicta ab Horatio epod. 17 v. 56, ejus ſacerdotes *Baptæ* appellati. Juvenal. ſat. 2 v. 92,

Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotytton;

Vide interpretes Horatianos, & Angeli Politiani Miſcellanea cap. 10. Similis huic Deæ erat *Cicinnia*, quæ in veteri Gloſſario Θεὰ Κιναίδων exponitur: fortasſis quia Cinædi cincinnati, ut obſervat Scaliger in Catalecta.

¶ Cotyttia, orum, feſtum in honorem Cotyttus, de quo jam dictum. Vnde proverbium: ἁρπαγὴ κοτυττίοις, *rapina Cotyttiis*; dici ſolitum de bonis temere profuſis direptisque. Nam illo feſto placentulæ quæpiam & arborum fœtus ramis alligabantur, eaque diripienda proponebantur. vid. Plutarch. in Collectan. & Eraſm. in Adag.

CŎVĪNVS, i, Britannici & Belgici vehiculi armati genus, ex quo depugnabatur, ein ſtreit-wagen. Pomponius Mela lib. 3 c. 6 de Britannis: *Dimicant bigis & curribus, Gallice armati: covinos vocant, quorum falcatis axibus utuntur.* Lucan. lib. 1 v. 426,

Et docilis rector roſtrati Belga covini.

¶ Covinarius, i, qui ex covino pugnat, Tacitus Agric. c. 35 & 36.

CŎVS, i, ſive Cŏos, & Cos; κόος, κόως, κῶς, inſula Aſiæ, Philetæ Elegiarum poëtæ, & Apellis præſtantisſimi pictoris patria. Statius Epithalamio Stellæ v. 152,

Hunc ipſe, Coo plaudente, Philetas,
Callimachusque ſenex, Vmbroque Propertius antro,
Ambiſſent laudare diem.

Hæc etiam *Cea* dicta fuit. Plinius lib. 5 cap. 31, *Nobiliſſima in eo ſinu Cos, ab Halicarnaſſo quindecim millia paſſuum diſtans, circuitu centum: ut plures exiſtimant, Merope vocata: Cea, ut Staphylus.* Ita Harduinus ex fide MSStorum. Diverſa autem ab hac Ceâ ſive Co eſt *Ceos*, Κέως, Cycladum una, prope Naxum & Andrum, quam Strabo deſcribit ſub fin. lib. 10 p. 335, de qua ſupra in *Cea*.

¶ Cous, a, um, adject. Ovidius 3 de Art. v. 401,

Si Venerem Cous nusquam poſuiſſet Apelles.

(Sic eſt in MSS. vulgo: *nunquam pinxiſſet.*)

¶ Coa, in genere neutro, dicuntur veſtes *Coæ*; quemadmodum & *Tyria*, pro Tyriis veſtibus adpellabantur. *Coa*, ſubaudi, veſtimenta. Vnde Propertius lib. 4 el. 2 v. 23,

Indue me Cois, fiam non dura puella.

Erant veſtes iſtæ admodum tenues & ſic pellucidæ. *Coa* autem adpellat, quod in Co inſula inventa eſſent à Pamphila quadam, ut Ariſtot. lib. 6 de Hiſtor. animal. auctor eſt. Vnde Tibullus lib. 2 eleg. 6 v. 35,

Ille gerat veſtes tenues, quas femina Coa
Texuit.

Prima autem producitur, quia in adjectivo prima Syllaba ω habet, κῷος. In Adpellativo contra, eſt κόος vel κόως. Vide plura ſupra in *Coa*, & infra in *Cous*. De *Coo* ſenione in ludo talorum, vide in *Canis*, in *Senio* & *Talus*.

COXA, æ, pars ſupra femur & vertebram ipſam, das ſchloß oder die hüffte oben am ſchenckel. *Coxam frangere*, das bein verrencken. Plinius lib. 2 epiſt. 1, *per leve & lubricum pavimentum fallente veſtigio cecidit, coxamque fregit.* Celſus lib. 2 cap. 8, *in coxæ doloribus frigeſcit crus & coxa.* Idem lib. 8 cap. 2, *Ima ſpina in coxarum oſſe deſinit.* Juvenalis ſat. 10 v. 227, *Ille humero, hic lumbis, hic coxâ debilis.*

¶ In ſingulari notione reperitur Coxa apud Fabrett. Inſcript. p. 180, T. CAPELLI T. F. VINDICIS IN F. P. XXXVII. A. T. COX. S. P. XLVII. INFRA. COX. P. XXXVII. Vrſatus Marmor. Erud. Ep. 11 p. 277 adſerit, Coxam aggerem quendam fuiſſe, quo Titi Capelli monimentum circumdatum opinatus eſt. Sed ipſe Sic. Flaccus, cujus auctoritate nititur, haud obſcure, quid Coxa ſit, in agrorum menſura docet. Quemadmodum in humano corpore eſt os femoris, oſſi ſacro per vertebram adſtrictum, angulum internum in ſui flexura conſtituens: Ita in agris angulum internum ſignat, unde angulo externo opponitur a Siculo p. 6, *Poſſeſſorum termini omnibus angulis coxisque poſiti eſſe debent.* Qua etiam naturali ſimilitudine retenta, externus angulus coxam claudens CVBITVS vocatur ab incerto inter varios Auct. de Limit. p. 266.

¶ Coſſim, adverbium, quaſi coxim, i. e. in coxas: Pomponius Porcariâ apud Nonium: *Hoc ſciunt omnes, quantum eſt, qui coſſim cacant.* Apul. lib. 3 Mileſ. princ. *Complicitis denique pedibus, ac palmulis, inter alternas digitorum viciſſitudines ſuper genua connexis, ſic grabatum coſſim inſidens, ubertim flebam.*

¶ Coxendix, dīcis, hüffte, hüfft-blat. *Coxendix luxa*, eine lähme der hüfft, vide Caton. cap. 160. Serenus cap. 56,

Dilue præterea glomeramina, quæ gerit intus
Clauſa aries inter geminæ coxendicis umbras.

Lucil. apud Nonium cap. 2 n. 193, *truncus ſuſtentatur coxendicibus* &c. Suet. de Aug. cap. 80, *Coxendice, & femore, & crure ſiniſtro non perinde valebat.*

CRABRO, ōnis, inſectum affine veſpis, eine horlitz, oder hornis. Nidos ſub terra ex luto crabrones conficiunt, ſilveſtres vero in arborum degunt cavernis. Plinius auctor eſt, ter novenis crabronum punctionibus hominem interfici. *Crabrones irritare*, Plautus dixit in Amph. a. 2 ſc. 2 v. 75, pro, ad iram provocare, ins weſpen-neſt ſtören, die narren toll machen. Ovid. 15 Metam. v. 368,

Preſſus humo bellator equus crabronis origo eſt.

CRĂCENTES, antique pro graciles, geſchlanck. Ennius apud Feſtum:

Succincti gladiis media regione cracentes.

CRĂGVS, i, Κράγος, mons Lyciæ, Apollini ſacer. Ovid. 9 Metam. Fab. 11 v. 647,

Jam Cragon & Lymiram Xanthique reliquerat undas.

CRAMBE, es, κράμβη, braſſica eſt, kleiner kohl, de qua Plinius lib. 20 cap. 9. Dicta quaſi τῷ κάρῳ ἀντιβαίνουσα, quod crapulæ reſiſtat, poſtrema ſcil. in cibo ſumpta. Δὶς κράμβη θάνατος, *Crambe bis appoſita, vel recocta, mors eſt*, Proverb. de moleſtia & horrore rerum ingratarum, ſi ſæpius obtrudantur. Juvenalis de declamatione indocta ſæpe repetitâ ſatyr. 7 v. 155,

Occîdit miſeros crambe repetita magiſtros.

Sed ibi potius legendum *Cambre*, ut ex Scholiaſte conſtat, quem vide.

Crane, nympha; vide ſupra *Carna*.

CRANIVM, i, n. 2. τὸ κράνιον, die hirnſchaal. Antiqui olim mortui cranium menſæ inferebant, quod ab Ægyptio ritu vitæ vanam ſpem notat. vid. Lipſ. lib. 1 Saturn. cap. 19. Lotich. ad Petron. ¶ 2 Cranium Corinthiorum non minus celebre Gymnaſium, quam Athenienſe Lyceum, indicat Lucianus in Dialogis mortuorum, quando introducit Diogenem, qui Menippo per Pollucem renunciare jubet, ut Philoſophos in Cranio ridere quidem deſinat, ſed potius hortetur eos, & moneat a nugis, crocodilis & cornutis ſyllogismis abſtinere. Laërtius lib. 6 in vita Diogenis teſtatur, ante Corinthum fuiſſe Cranium, in quo Cynici philoſopharentur.

CRANTOR, ŏris, Κράντωρ, Solenſis fuit, Xenocratis auditor & admirator Homeri & Euripidis ob eam virtutem, quod uterque tragicè, & cum affectu miſericordiæ ſcriberet, τραγικῶς ἅμα καὶ συμπαθῶς, Diog. Laërt. Plutarchus hoc ei tribuit, τ' ἀνθρώπινα, τιμωρία, hoc eſt, *Res humanæ ſunt pœna.* Meminit ejus Horat. 1 epiſt. 2 v. 4.

CRĀPŬLA, æ, κραιπάλη, affectio & noxa quæcunque capitis facta ex vino intemperantiùs hauſto, hauptweh vom rauſch, dicta a vibrando & concutiendo capite, auctore Galeno, παρὰ τὸ κάρηνον καὶ πάλλεσθαι, quod caput vibret, daß es das haupt zerrüttet und greulich ſchwächet. Mater enim eſt crapula multorum periculoſisſimorum morborum, de quâ dicitur,

Enſè cadunt multi, perimit ſed crapula plures;

Et, *Non facit ad longam crapula multa diem,*

viel ſchlemmen dienet nicht zu langem leben. *Crapulam exhalare, edormire*, Plautus dixit, atque ex eo Cicero in Philipp. 2 cap. 12, den rauſch ausſchlaffen. *Crapulâ & capitis errore lapſare*, Flor. lib. 2 cap. 10 taumeln. Apul. lib. 1 Mileſ. *Næ meritò, inquam, medici fidi cibo & crapulâ diſtentos ſæva & gravia ſomniare autumant.* Machæra à Philippo rege temulento immerenter damnata, *Provocarem ad Philippum*, inquit, *ſed ſobrium. Excuſſit crapulam oſcitanti & præſenti animo ebrium reſipiſcere, cauſaque diligentius inſpectâ juſtiorem ſententiam ferre coëgit.* Valer. lib. 6 cap. 2.

¶ Crapulentus, a, um, id eſt, crapula gravatus, berauſcht. Ammianus lib. 29 cap. 34 [Valeſ. cap. 5] *vinoque conſultò diſtentus, & crapulentus*, &c. Ita ex Colbertino Codice Hadrian. Valeſius: Lindebrogius autem, *crapulentis*.

¶ Crapulatus, a, um, idem, quaſi a Crapulor, ari. Vulg. Interpr. Pſ. 77 v. 65, *Tanquam potens crapulatus a vino.* Improbat Voſſ. de Vit. LL. 4 cap. 4.

¶ Crapuloſus, a, um, dem trunck ergeben. Firmicus 8 cap. 20, *gulæ crapuloſis libidinibus ſerviens.*

CRAS, adverb. morgen. Horat. lib. 1 carm. od. 9,

Quid ſit futurum cras: fuge quærere, &
Quem ſors dierum cumque dabit, lucro
Appone.

Martialis lib. 5 epigr. 58 ad Poſtumum:

Cras te victurum, Cras dicis, Poſtume, ſemper.
Dic mihi Cras iſtud, Poſtume, quando venit?
Quàm longe eſt Cras iſtud? Vbi eſt? aut unde petendum?
Numquid apud Parthos Armeniosque latet?
Jam Cras iſtud habet Priami vel Neſtoris annos, &c.

¶ Craſtinus, a, um, morgend: ut, *dies craſtinus, ætas craſtina.* Cic. ad Attic. lib. 15 ep. 8 extrema: *Aliquid craſtinus dies ad cogitandum nobis de ea re*, ſcil. dabit. Et Stat. lib. 3 Thebaid. v. 562,

quid craſtina volverit ætas,
Scire nefas homini.

In craſtinum differre, biß auf morgen laſſen anſtehen. Nepos Pelopidâ cap. 3, 2, *Allata eſt Epiſtola Athenis ab Archia Hierophante Archiæ, qui tum maximum magiſtratum Thebis obtinebat: in qua omnia de profectione exulum ſcripta erant: quæ cum jam accuſanti eſſet data, ſicut erat, ſignatam in pulvinum ſubjiciens*, IN CRASTINVM, *inquit*, DIFFERO RES SEVERAS. *At illi omnes, cum jam*

nox

nox processisset, vinolenti ab exulibus, duce Pelopidâ, sunt interfecti. Et hinc proverbialiter dici cœptum, εἰς αὔριον τὰ σπουδαῖα, *in crastinum seria*, Plutarchus auctor est Pelopidæ vita. Martial. lib. 1 epigr. 16,

> *Non est, crede mihi, sapientis dicere: Vivam.*
> *Sera nimis vita est crastina, vive hodie.*

¶ Crastino, adverb. idem quod cras, morgends. Gell. 2 c. 29, *Crastino seges non metetur.*

¶ *Diecrastini*, id est, crastino, pro adverbio copulate dicebant veteres. Vide Gell. lib. 10 cap. 24, & ejus compilatorem Macrob. lib. 1 Saturn. cap. 4.

¶ Procrastino, are, in diem crastinum rejicere, von tag zu tag aufziehen. Cic. pro S. Rosc. cap. 9, *Rem differre quotidie, ac procrastinare isti cœperunt.* Id. in Verrem 6 cap. 45, *res non procrastinatur.* Græce ἀναβάλλεσθαι dicitur, unde Hesiodeum est Dier. v. 410, οὐδ' ἀναβαλλόμενος.

¶ Procrastinatus, a, um, aufgeschoben. Gell. 17 c. 10, *Quæ procrastinata sunt ab eo.*

¶ Procrastinatio, ōnis, aufschiebung. Cic. Phil. 6 c. 3, *Plerisque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est*, langsamkeit und verzögerung ist verdrüßlich.

¶ Recrastinare, idem quod procrastinare. Columella lib. 21, *propter quæ recrastinari non debet.* Plinius lib. 17 cap. 14 extr. *Punicam & ficum, quamquam alias sicca sint, recrastinare minime utile.*

CRASIS, κρᾶσις, temperamentum, die complexion, convenientia primarum qualitatum inter se.

Crassesco, Crassities, Crasso, vide *Crassus.*

CRASSUS, i; P. Licinius Crassus, Pontifex Maximus fuit Romæ. ¶ 2. Filium habuit alterum L. Crassum Oratorem, quem cum Antonio disputantem Cicero introducit in libris suis de oratore: elegantissime vero in Bruto eumdem comparat cum Antonio eodem, & Scævola, mortemque ejus multis deplorat verbis in exordio libri tertii de oratore. ¶ 3. Alterum filium habuit P. Crassum juris peritissimum. De quo Gellius lib. 1 c. 13. ¶ 4. Cujus filius M. Crassus Romanorum ditissimus locum proverbio fecit, *Crasso ditior*, vide Chiliad. Dicere is consuevit, *Neminem esse divitem, nisi qui fructibus aut reditibus suis exercitum alere posset*, ut Plutarchus ejus vita auctor est pag. 544. Plinius dictum non ad exercitum, sed Legionem restringit lib. 33 cap. 10. ¶ 5. Hujus rursus filius Ciceronis discipulus fuit, cujus in Bruto Cicero meminit, & legatus Cæsaris in bello Gallico, in Cæsarianis tandem partibus adolescens occubuit.

¶ Crassianus, a, um; Plinius lib. 6 cap. 16, *Crassiana clades.*

CRASSUS, a, um, adject. pinguis, densus, opponitur macro & liquido, feist, dick. *Sanguis crassus*, hoc est, concretus, Plin. lib. 11 cap. 38, geliefert blut. *Crassis tenebris circumfundi*, Cic. 4 Acad. c. 39 pr. in grosser blindheit stecken. *Crassâ, pingui Minervâ*, id est, rude & simpliciter, grob und ungeschickt. *Crassiore Musâ*, Quintil. lib. 1 cap. 10 de musica. *Arbor crassior quinque digitis*, Plin. lib. 17 c. 11. *Crassissimus aër*, Cic. 2 Nat. Deor. c. 6. *Crassissimus cortex*, Plin. 16 cap. 6.

¶ Crassè, grob, tölpisch. Horat. 2 epist. 1 v. 76, *crasse compositum illepideve.*

¶ Crassulus, a, um, diminutivum: unde

¶ Subcrassulus, a, um; Capitolinus in Gordian. c. 6, *corporis qualitate subcrassulus*, etwas dick und fett.

¶ Crassĭties, ēi, die dicke. Labbæus Gloss. ex vet. Onom. *Crassicies*, πάχος. Apulejus lib. 7 post princ. *pectus & venter crustatâ crassitie reluctabant.*

¶ Crassitudo, ĭnis, die dicke. Cicer. lib. 1 de Divin. c. 42, *Aëris crassitudo.* Cæs. 2 B. Civ. c. 8, *parietum crassitudo.* Columella lib. 4 c. 6, *Cacumina infringenda sunt, ut crassitudine convalescant.* Plural. *crassitudines* Vitruvius dixit lib. 3 cap. 2, & lib. 4 c. 4.

¶ Crassēdo, ĭnis, die grobheit. Fulg. de cent. virg. *Adipata crassedo ingenii.*

¶ Crassĭtas, ātis, die dicke. Apulej. *Noxia crassitate densus.*

¶ Crasso, are, crassum facere, dick machen. Apulejus lib. 3 de Asino pag. 139, *pili crassantur in setas.*

¶ Crassatus, a, um, dick gemacht. Ammian. 19 c. 4, *terrarum halitu densiore crassatus aër.* Et mox: *Exiguis imbribus disjecto concreto spiritu & crassato.*

¶ Crassāmen, ĭnis, die grundsuppe. Columella lib. 12 cap. 25, *Semper in requieta aqua crassamen aliquod in imo reperitur.*

¶ Crassamentum, i, idem. Colum. lib. 12 cap. 12, *aliquod crassamentum in imo, simile feci, reperitur.*

¶ Crassesco, ĕre, dick werden, feist werden. Plin. lib. 13 cap. 18, *Purgamentis sues crassescunt.* ¶ 2. Durescere, hart werden. Plinius lib. 33 c. 5 pr. *crassescente limo usque in duritiam pumicis.*

¶ Crassifico, are, dick machen. Cœl. Aurel. 5 c. 2, *crassificare corpus.*

¶ Crassificatio, ōnis, die dickmachung. Cœl. Aurel. 5 c. 3, *Viscosa crassificatio.*

¶ Percrassus, a, um, sehr starck und dick. Celsus lib. 5 c. 26, *meliceria percrassa.*

¶ Præcrassus, a, um, sehr dick. Plin. 16 c. 8, *cortex præcrassus.*

CRATAEOGONON, i, κραταιόγονον, herba foliis melampyro similis, multis calamis ex radice una emicantibus multorumque geniculorum, semine milii. Dioscorid. lib. 3 c. 122. *Persicariam* esse putant, flöhkraut. vid. Plin. 27 c. 8.

CRĀTER, ēris, κρατήρ, est poculum amplum, ex quo vinum bibitur, dictum vel ἀπὸ τοῦ κρατεῖν, quod est tenere, vel ἀπὸ τοῦ κεκρᾶσθαι, quod est, *mistum est*, eine trinckschale, grosser becher. Virg. 3 Æn. v. 525,

> *Tum pater Æneas magnum cratera coronâ*
> *Induit, implevitque mero.*

Crateres vasa ingentia fuisse, in medio conviviorum loco collocata, unde minoribus poculis hauriebant, Barthius ait ad lib. 2 Theb. Statii pag. 300. Vbi tamen & minutiora fuisse non negat. ¶ 2. *Crater* in monte Ætna foramen appellatur, per quod ignis cinisque evomitur, das lufftloch, die höhle. Plin. lib. 3 cap. 8, *Mons Ætna nocturnis mirus incendiis: crater ejus patet ambitu stadiorum viginti.* Atque ita etiam Græci: Diogenes Laërtius in vita Platonis: Τρὶς πέπλευκεν εἰς Σικελίαν· πρῶτον μὲν κατὰ θέαν τῆς νήσου καὶ τῶν κρατήρων, *Ter navigavit in Siciliam: primo quidem, ut insulam & crateres videret*, hoc est, ut Ætnæ naturam ac hiatus contemplaretur. ¶ 3. Sidus est, Hydræ cælesti impositum. Aratus v. 448 de Hydra:

> Μέσσῃ δὲ σπείρῃ κρητὴρ, πυμάτῃ δ' ἐπίκειται
> Εἴδωλον κόρακος.

Quod Germanicus Cæsar vertit:

> *Hic primos ortus crater premit*, &c.

Festus Avienus, itidem Arati interpres,

> *gestat cratera coruscum.*

¶ 4. Conceptaculum est aquæ salientis in fonte. Plin. lib. 5 epist. 6, *In hoc fonte crater: circa sipunculi plures miscent jucundissimum murmur*; ein brunn-kasten.

¶ Crātēra, æ, fœmininum, in latinam formam deflexum, idem quod Crater, masc. generis. Cic. 2 de Nat. D. cap. 44 edit. Gronovii: *fulgens cratera.* Horat. 2 sat. 4 v. 80, *veteri crateræ limus adhæsit.* Apulejus 4 Floridor. *Sapientis viri super mensam celebre dictum est, primam crateram pertinere ad sitim, secundam ad hilaritatem, tertiam ad voluptatem, quartam ad insaniam.*

CRATERĪTES, æ, gemma est Plinio lib. 37 cap. 10, medium quiddam referens inter Crysolithi & electri colorem.

CRATERRA, æ, vasis genus, nunc *situla* dicitur, ein zuber, wasser-eymer. Quale vasis genus, & quale hoc vocabulum, vid. apud Barth. ad lib. 2 Theb. Stat. p. 300. Nævius apud Nonium cap. 15 n. 36, *craterris sumere aquam ex fonte.* Idem Nonius huc refert versum ex Cic. 2 de Nat. D. cap. 44,

> *In medioque sinu fulgens craterra relucet.*

CRĀTĔRUS, i, statuarius: & alius pictor apud Plinium 36 cap. 5, & 35 cap. 11. ¶ 2. Alius Macedo, ex convivis Alexandri sive amicis. ¶ 3. Fuit & Medicus hoc nomine, cujus Cicero meminit lib. 12 ad Att. epist. 13, itemque Horatius lib. 2 satyr. 3 v. 161.

CRĂTES, ētis, Κράτης, Philosophus ille Thebanus fuit, qui pecunias suas omnes abjecit in mare, ut liberius philosopharetur, ceu tradidit Philostratus; sed rem aliter narrat Suidas & Laërtius. *Possibile non esse dixit inveniri, qui lapsus nunquam fuisset*: ἀδύνατον, ἀδιάπτωτον εὑρεῖν, Laërtius. *Jecur Cratetis*, i. e. sapientia. Vid. Voss. P. 4 Inst. Orat. p. 125. ¶ 2. Cratetes olim viri celebres multi fuerunt: Diog. Laërtius lib. 4 decem enumerat, quos inter septimum habet locum *Crates Mallotes*, qui ut Suetonius de illustr. Grammat. c. 11 opinatur, studium Grammaticæ in orbem intulit primus, Aristarchi æqualis. Missus ad senatum ab Attalo rege inter secundum ac tertium bellum Punicum, sub ipsam Ennii mortem, cum in regione palatii prolapsus in cloacæ foramen crus fregisset, per omne legationis simul & valetudinis tempus plurimas ἀκροάσεις subinde fecit, &c. Vnde apparet, politica ipsum etiam attigisse, & in Pergamenorum regum aula non sine dignatione esse versatum. Confer Suidam.

CRĀTES, is, sed usitatius plurale est Crates, ium, hürden, flechten, wagen-korb. Cato c. 10, *crates stercorariæ.* Livius lib. 10 c. 38, *Mediis castris locus est cratibus conseptus.* Cæsar lib. 5 cap. 40, *pinnæ loricæque ex cratibus attexuntur*, schantzkörbe. Singulari usus est Livius lib. 1 cap. 51, *Crate superne injecta*: & lib. 4 c. 50, *quos necari sub crate jusserat.* ¶ 2. Accipitur & pro *occa*, eine egen, apud Virgil. 1 Georg. v. 95; unde

¶ Cratire, Plinius dixit pro *occare*, zuegen, mit der egen unterbringen. Livius 18 c. 28 pr. *Vtilissimum simul & herbæ arare, deinde cratire, serere florem ex fenilibus*, &c. ¶ 2. mit hürden beschlagen.

¶ Cratīcula, æ, ein rost. Martialis lib. 14 epigr. 221,

> *Parva tibi curva craticula sudet ofella:*
> *Spumeus in longa cuspide fumet aper.*

¶ Craticulus, a, um, videtur etiam adjective pro Cancellatus sumi. Cato. R. R. cap. 13 in instrumentis torculario necessariis requirit *lucernas craticulas duas.* Popma quidem incidit inter *lucernas* & *craticulas*: alii vero libri omnes, ut Florentinus, Lugdunensis, Basileensis, Coloniensis, conjungunt, eine gegitterte latern.

¶ Crātītius, a, um, ut, *Cratitius paries*, geflochten, von hürden gemacht. Vitruv. lib. 2 cap. 8 sub fin. Et Orosius lib. 5 cap. 12, *rescisso cratitio pariete.*

¶ Concratitius, a, um; apud Papinianum Jureconsultum Lege 52 § 13 Dig. Pro socio, uti â Cœlio in Foro R. citatur. At in emendatissimis libris *Con* non apparet, sed simpliciter scribitur: *ut ibi cratitium parietem inter se ædificarent.*

CRĂTĪNUS, i, Κρατῖνος, Atheniensis fuit Comicus, sed veteris Comœdiæ. Horat. lib. 1 epist. 19 pr.

> *Prisco si credis, Mæcenas docte, Cratino.*

CRATIPPUS, i, Atheniensis Philosophus, præceptor filii Ciceronis, ut est in prooemio librorum de officiis.

CRATYLUS, i, Philosophus alius Atheniensis, discipulus Heracliti, Platonis, mortuo Socrate, præceptor. Diog. Laërt.

CRĒBER, crebra, um, frequens, assiduus, stetig, öffter. *Crebræ compellationes*, Cic. lib. 12 epist. 25, id est, frequentes. *Africus creber procellis*, Virgil. Æn. 1 v. 85, der offt sturm erweckt. *Litteræ crebriores*, Cic. Attico lib. 11 epist. 10, & Cæs. lib. 5 Bell. Gall. cap. 44. Supremus gradus variat. Cic. 14 Philipp. cap. 5, *Scitis, per hos dies creberrimum fuisse sermonem.* Sallust. Jugurth. c. 106, *ignes quam creberrimos fieri jubet*; & sic optimus quisque Latinorum. At Gellius lib. 2 cap. ult. *fluctus crebrissimi.*

¶ Crebre, adverbium. Vitruv. lib. 2 c. 9, *palationibus crebre fixa.*

¶ Crebro, adverb. offt, frequenter. Cic. 6 ad Att. epist. 5, *obvias mihi litteras de omnibus rebus crebrò mittas.* Id. lib. 5 Fam. epist. 6 extr. *velim litteras crebrius mittas.* Et lib. 1 de Divin. cap. 27, *creberrime commemorantur a Stoicis.*

¶ *Crebriter*, crebro, Vitruvii est lib. 8 c. 3, & lib. 10 c. 19.

¶ Crēbrĭtas, atis, vielheit, stetigkeit. Cic. lib. 3 fam. epist. 1, *Perficiam profecto, ut longi temporis usuram, quâ caruimus, intermissa consuetudine nostra & gratia, & crebritate & magnitudine officiorum meorum sarciam.*

ſarciam. Et lib. 13 ad Att. epiſt. 18, *crebritas litterarum.* Plur. *Crebritates*, Vitruv. lib. 2 cap. 1 & cap. ult.

¶ Crebro, are, crebro facere, iterare, etwas offt thun. De amatore, qui crebras noctes impetrat, Plautus Truc. 1, 1 v. 29, *Sin crebravit.* Taubmannus mavult *Increbravit.*

¶ Crēbreſco, ĕre, crebrum fieri, zunehmen. *Fama crebreſcens*, Tacit. 4 Hiſt. 12, ein gerůcht das ſtarck wird und ſich ausbreitet. Virgil. 3 Æn. v. 530, *crebreſcunt optatæ auræ.* Aliis *crebeſco* ſcribitur, quod defendit P. Manutius ad Cic. 7 fam. epiſt. 20. Sic Apulejus lib. 10 p. 247, *Jamque rumor publice crebuerat:* ut ſolet in Præterito.

¶ Increbreſcere, Plaut. Mercat. a. 5 ſc. 1 v. 9, *Mores deteriores increbreſcunt indies*, nehmen tåglich ůberhand. *Increbreſcit fama*, Livius lib. 7 cap. 12, bricht aus, und wird ſtarck. *Ventus increbreſcit*, wird ie långer ie ſtårcker, Cic. lib. 7 Famil. epiſt. 21, qui Philipp. 14 cap. 5, nec non Cæſar lib. 3 de Bello civili cap. 26 Præteritum *increbui* faciunt. Curt. 6, 2, 15, *rumor ſine auctore increbuit.* Horat. quoque lib. 2 ſat. 5 v. 93, - *Obſequio graſſare: mone, ſi increbuit aura.*

¶ Percrebreſcere, divulgari, ruchtbar und laut werden. Cic. ad Att. lib. 11 ep. 9, *Putavi pernicioſum fore, ſi ejus hoc tantum ſcelus percrebuiſſet.*

CRĒDO, credidi, creditum, ĕre, fidem habere, trauen, glauben. *Quid credas? aut cui credas?* Ter. Adelph. a. 3 ſc. 2 v. 32, was oder wem ſtehet zu glauben? Q. Cic. de Pet. Conſ. c. 10, *Epicharmion illud teneto, nervos atque artus eſſe ſapientiæ, non temere credere. Vtrumque vitium eſt, & omnibus credere & nulli*, Sen. epiſt. 3. *Non facile ad credendum inducitur*, er låßt ſich nicht leicht bereden, Nepos 9, 3, 1. Terent. Phorm. act. 1 ſc. 2 v. 90, *ad præconem abeam, credo, qui mihi*
Sic oret: nunc amitte quæſo hunc, &c.

¶ 2. Pro *confidere* Virgilius poſuit eclog. 2,
ô formoſe puer, nimium ne crede colori.

Servius: NE CREDE, *ne confide.* *Salluſtius: Virtuti ſatis credebant, i. e. confidebant.* Vid. Taubm. ad Virgil. eclog. p. 20. ¶ 3. Eſt committere, ut: *Credere ſe alicui. Credere ſuum animum*, Terent. And. act. 1 ſc. 5 v. 37, vertrauen. Cic. Catilin. 3 cap. 9, *Tanta res credita & ignotis & barbaris;* hoc eſt, Allobrogibus conjuratio concredita, vertrauet. *Credere pecuniam*, mutuo dare, geld leihen, Idem lib. 1 epiſt. 7. Eleganter Petronius & verè:
Crede ratem ventis, animum ne crede puellis:
Namque eſt fœmineâ tutior unda fide.

Credere ſolo, pro affligere, ſive projicere in ſolum, Lucanus dixit lib. 4 v. 647, & 653 ejusd. lib. *terrisque diu non credidit hoſtem.*

¶ Creditus, a, um, geglaubt, anvertraut, geliehen. Tac. Ann. 13, 30, 3, *Haud creditus ſufficere.* Cic. Off. 2 c. 24, *Fides eſſe nulla poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum.* Idem de prov. Conſul. c. 4, *de pecuniis creditis jus dicere.* Et abſolute

¶ Crēdĭtum, i, quod debetur, was man ſchuldig iſt. *Creditum ſolvere*, ſchuld bezahlen. Seneca 2 de Benef. cap. 34, *aliter beneficium, aliter creditum ſolvitur.*

¶ Crēdĭtor, ōris, ein glåubiger, einer dem man mit ſchuld verhafftet iſt: qui vel *Chirographarius* vel *pignoratitius* eſt, der auf handſchrifft, und der auf pfand leihet. Cic. Philipp. 6 cap. 4, *Audiſſe arbitror ſponſores & creditores convenire.* Et mox: *fraudare creditores.* Seneca ep. 87, *creditoribus ſolvere*, ſchuld bezahlen. Metaphorice Plinius lib. 1 ep. 13 extr. de eo, qui officium ſeu beneficium ideo præſtat, ut mutuo accipiat. *Poſſum*, inquit, *jam repetere ſeceſſum, & ſcribere aliquid, quod non recitem: ne videar, quorum recitationibus adfui, non auditor fuiſſe, ſed creditor.*

¶ Creditrix, īcis. Cyrilli Gloſſar. *Creditrix*, δανείστρια. Paullus JC. Lege 16, Qui potiores in pignore &c. *Prima creditrix ſuperata eſt à tertio creditore.*

¶ Crēdulus, a, um, der bald glåubt. *Credulum ſe præbere*, leichtglåubig ſeyn, Cic. Attic. l. 15 ep. 16. Tibull. l. 2 eleg. ultima: *credula vitam*
Spes fovet, & melius cras fore ſemper ait.

¶ Credulitas, atis, ipſa credendi facilitas, die leichtglåubigkeit, quæ *error magis, quam culpa* eſt; quemadmodum ad Cicer. Plancus ſcribit lib. 10 fam. epiſt. 23. In bonam partem Chriſtiani ſcriptores pro fide aliquando uſi ſunt. Salvian. lib. 3 de Provid. *Qui enim tam magnam credulitatis & fidei mercedem hoc ſeculo eſſe volumus, qualis credulitas & fides eſſe debeat, conſiderate.*

¶ Incredulus, a, um, unglåubig. Horat. Art. P. v. 118, *Quodcunque oſtendis mihi ſic, incredulus odi.*

¶ Incredulitas, atis, das mißtrauen. Apul. lib. 1 Metam. p. 111, *obſtinata incredulitate ſermonem ejus reſpuebat.* Vt vero Credulitas Theologis nonnunquam *fides* eſt, quæ Deo ejusque verbo debetur: ita Incredulitas contraria huic *fidei* notione apud eosdem eſt. Hieronymus Damaſo epiſt. 125 ſub fin. *Chriſtus Judæorum incredulitate compulſus, proficiſcitur in Galilæam.*

¶ Credibilis, e, veriſimile, quod ejusmodi eſt, ut credi facilè poſſit, glåublich. Cic. in Orat. cap. 36, *Narrationes* (ſint) *credibiles.* Curtius lib. 5 cap. 13 n. 22, *vix credibile dictu.*

¶ Credibiliter, adverb. idem. Cic. prò Dejot. cap. 6, *non modo non credibiliter, ſed ne ſuſpicioſe quidem.*

¶ Incredibilis, e, unglåublich. Cicero Att. lib. 5 epiſt. 16, *Incredibilem in modum concurſus fiunt ex agris. Incredibilis virtus*, Id. lib. 14 ep. 15 ad eumdem, id eſt, magna & eximia.

¶ Incredibilitas, atis, Lege 29 Dig. ad Leg. Juliam de adult. *Adumbrare patientiam prætextu incredibilitatis.*

¶ Incredibiliter, adv. ůberaus ſehr. Cic. de Senect. c. 15 pr. *Voluptatibus agricolarum incredibiliter delector.* Idem Philipp. 1 c. 15, *voluntas incredibiliter conſentiens.*

¶ Incredendus, a, um, ſic compoſitum ut intolerandus, idem eſt quod incredibilis. Apulejus 2 Metam. p. 120, *incredenda fabula.* Et lib. 2 Florid. p. 351, *Pythagoram cæremoniarum incredendas potentias* [ab Ægyptiis] *didiciſſe.*

¶ Increditus, a, um, ungeglaubt. Apul. de Deo Socr. *Incredita vaticinia Caſſandræ.*

Verba Compoſita:

¶ Adcrēdo, ĕre, idem quod credere; Lucret. 3 v. 870, *facile hoc adcredere poſſis.* Plaut. Aſin. 5, 2, 4, *Neque divini, neque humani quidquam mihi poſthac accredas, ſi*, &c. Horat. lib. 1 epiſt. 15 v. 25,
Scribere te nobis, tibi nos adcredere par eſt.

¶ Concrēdo, ĕre, pro credere, ſervandum tradere, anvertrauen, aufzuheben geben. *Fortunas, famam ſuam commendare alicui & concredere*, Cic. pro S. Roſc. c. 39. Idem pro Quintio cap. 20, *Cui tu & rem, & famam tuam commendare proficiſcens, & concredere ſolebas.*

¶ Diſcredere, non credere, nicht glauben. Aliquoties habet Commodianus, Poëta Chriſtianus in Inſtruct. adv. gentiles.

CREMBĂLVM, i, τὸ Κρέμβαλον, ein brumeiſen, maul-trommel. Athenæus lib. 14 c. 9 p. 636 de variis inſtrumentis muſicis; *quædam* ψόφυ μόνον παρασκευστικὰ, καθάπερ τὰ κρέμβαλα.

CRĔMĔRA, æ, Tuſciæ fluvius, 300 Fabiorum clade nobilitatus, de quo Cluver. Ital. Antiq. 2 c. 3. Ovid. 2 Faſt. v. 205, & Juven. 2 v. 155,
Quid Cremeræ legio & Cannis conſumpta juventus.

CRĔMO, avi, atum, are, comburere, brennen, verbrennen. Plin. lib. 20 c. 5, *Cremare in cinerem*, zu aſche brennen. Cæſ. 1 B. Gall. c. 4, *damnatum pœnam ſequi oportebat, ut igni cremaretur.* Cic. 14 Philipp. c. 13, *Humili ſepultura cremari.* Vid. Kirchm. de Fun. lib. 1 cap. 2.

¶ Crematus, a, um, verbrannt. Horat. 4 od. 4 v. 53, *Cremato fortis ab Ilio.* Idem Epod. 17 v. 79, *Crematos excitare mortuos.*

¶ Crematio, ōnis, die brennung. Plinius lib. 23 cap. 2 de vini fece: *Crematio ei multum virium adjicit.* Prudentius in Paſſione Fructuoſi, Augurii & Eulogii v. 88 de Moſe:
Non calcare ſacram cremationem,
Aut adſtare Deo prius licebat,
Quam veſtigia pura figerentur.

¶ Cremator, ōris, qui cremat. Tertullianus adv. Marcion. lib. 5 c. 16, *cremator Deus*, hoc eſt, qui flammis mundum puniturus eſt.

¶ Cremabilis, e; Gloſſ. Cyrilli: *Cremabilis*, καύσιμος.

¶ Cremia, orum, a *Cremo*, ruſticis dicta ſunt ligna tenuia, quæ facile ignem concipiunt, ut ſarmenta, &c. reißholtz. Columell. lib. 12 c. 19, *Levi primum igne, & tenuibus admodum lignis, quæ* CREMIA *ruſtici appellant, fornacem incendemus.* Auctor anonymus in Paſſione Sanctarum Hilariæ, Dignæ, Eunomiæ, &c. apud Velſerum Rer. Auguſtan. Vindelicarum Commentar. in quâ auctoritates veteres ſive teſtimonia formandæ magis dictorum fidei exhibuit: *Si videritis eas animo pertinaciore obſiſtere & nulla ratione ad ſacrificandum præbere conſenſum, implete memoriam* [cryptam ſepulcralem B. Afræ] *cremiis & ſiccis ſpinis, & claudite ſuper eas ipſam memoriam, & ita demum igni ſupponite, ut nulla ex eis evadat.* Quæ hîc *Cremia*; idem paullo poſt *Sarmenta* vocat: Scribit enim: *At ubi videbant omnes contemnere ſacrificia, impleverunt memoriam ſarmentis & ſiccis ſpinis*, &c. Gloſſ. Vet. φρύγανον, *Cremium.* Plin. 12 c. 19, *Cremia* (cinnamomi) *diſcerni ac ſponte conflagrare.* Inde

¶ Cremialis, e; ut, *cremiales arbores*, brennholtz, Lege 7 Dig. de ſolut. matrim. § 12, ubi vulgo *gremiales* legitur, tamquam a *gremio*: ſed Salmaſius Exerc. Plin. *cremiales* ſemel iterumque inculcat, & quidem a *cremando* appellatas, quæ etiam Hotomanni ſententia fuit.

Compoſita:

¶ Concrĕmo, are, verbrennen. Vt, *urbem concremare*, Seneca Phœniſſ. v. 346. Et, *urbem igni concremare*, Livius lib. 6 c. 33. De Neronis luxu Plinius lib. 12 c. 18, *Periti rerum aſſeverant, non ferre tantum* [Arabiam] *annuo fœtu, quantum Nero princeps noviſſimo Poppææ ſuæ die concremaverit.*

¶ Concrematus, a, um, eingeåſchert: ut, *Concrematæ urbes*, Sen. ep. 9.

¶ Incremare, idem quod concremare; unde

¶ Incrematus, a, um, verbrannt. Florus lib. 4 cap. 12 ſect. 24, *viginti centurionibus incrematis, hoc velut ſacramento ſumpſerant bellum.*

¶ Sēmĭcrĕmus, a, um, geſengt, halb gebrannt. Ovid. 12 Metam. v. 287,
Semicremoque novat repetitum ſtipite vulnus.

¶ Semicrématus, a, um, idem, halb verbrannt. Martialis lib. 11 epigr. 55,
Thuraque de medio ſemicremata rogo.

Et Ovidius Ibidis v. 634, *Membra feras ſtygiæ ſemicremata rati.*

¶ Flammicremus, ¶ Vrbicremus; vide *Flamma*, *Vrbs.*

CRĔMŌNA, æ, Italiæ civitas Pado propinqua; nota ex Virgil. eclog. 9 v. 28, *Mantua, væ miſeræ nimium vicina Cremonæ.*

CRĔMOR, ōris, liquor, qui ex granis exprimitur aqua maceratis; ut, *hordei, ptiſanæ*, der ausgedruckte ſafft. Cato de re ruſtica cap. 86, *ubi coctum erit, lacte addat paullatim usque adeo, donec cremor craſſus factus erit.* Celſus lib. 3 c. 7, *cremor ptiſanæ.* Ovid. de Medicam. faciei v. 95, *Ordea quem faciunt, illis infunde cremorem.*

CREMVTIVS, i; ut *A. Cremutius Cordus*, vir eloquens, ingenio, animo, manu liber, ut Seneca laudat Conſol. ad Marciam, quam pater genuerat cap. 1; de quo & cap. 22, ubi exitum ejus deſcribit. Vide & Tacitum.

CRĒNA, æ, κρήνη, inciſura, qualis in calamo ſcriptorio eſſe ſolet, eine kerbe, krinne, ſpalte, ſchlitz. ¶ 2. Sectio item illa infima ſagittæ, qua nervo inſeritur, die kerbe am holtz, ſo man auf die ſehne fůget. ¶ 3. Denique inciſuræ in utraque extremitate arcus, quibus nervus inſeritur, crenæ dicuntur. Hermol. in Plin. lib. 11 c. 37. Plinii verba, ut vulgo editum, *decreſcentibus crenis*, ſunt, isque agit de marinæ teſtudinis ſtomacho denticulato. At vero nullus MS. liber, quod Harduinus obſervavit, *crenis* legit, ſed *renis*, aut *venis*: nec aliunde facile vocem *Crena* oſtendas. Vetus tamen Onomaſticum, *Crenæ*, γλυφίδες.

CRĔO, avi, atum, are, producere aliquid ex aliquo, ſive facere, parare, &c. machen, ſchaffen, anrichten. *Creare ærumnas alicui*, Plaut. Milite a. 1 ſc. 1 v. 33. *Creare ſibi, capiti ſuo, fraudem*, ibid. a. 2 ſc. 3 v. 23. *Creare periculum alicui*, Cic. 4 Verrin. cap. 37 pr. unglůck, gefahr zurichten. Salluſt. Orat. 2 ad Cæſar. de ordinanda Rep. *Ad virtutem una & ardua via eſt: ad pecuniam, qua cuique lubet, nitimur: & malis & bonis rebus illa creatur.* Celſus præfat. *Vel ſuperans aliquid vel deficiens, adverſam valetudinem creat.* ¶ 2. Aliquando idem eſt quod gignere, & de parentibus dicitur, zeugen. Liv. lib. 1 cap. 3, *Is Æneam Silvium creat.* Horat. 4 od. 4 v. 29, *Fortes creantur fortibus.* Auſon. ludo ſeptem ſapientum in Solone:

Pulchrius multo parari, quam creari nobilem.

¶ 3. Dicuntur etiam creari, qui deliguntur per suffragia administrandis magistratibus, muneribusque publicis, erwehlen: Sic *Consules & prætores creare*, Cic. 9 Att. ep. 9. *Magistratum*, Cæsar 7 Gall. cap. 32. *Dictatorem*, Livius lib. 1 cap. 23. *Ducem gerendo bello*, ibidem. Et qui legitime ac auspicato electi non erant, dicebantur *vitio creati*. Livius lib. 8 cap. 17, & lib. 9 c. 7 exempla præbet. Id χειροτονεῖν dixerunt Græci. Vet. Gloss. *Creat*, χειροτονεῖ, γεννᾷ.

¶ Creatus, a, um, erschaffen, gebohren, erwehlt. Florus 1, 6, 1, *Matre serva creatus*. Virg. Æn. 10 v. 517, *Sulmone creatos quatuor juvenes rapit*. Ovid. 5 Metam. v. 145, *Dubio genitore creatus*, ein huren-kind. Nep. 1, 4, 4, *prætores creati*.

¶ Creator, ōris, ein vater, schöpffer. Cic. pro Balbo cap. 13, *princeps ille creator hujus urbis Romulus*. ¶ 2. qui nominat quem ad munus seu functionem publicam, ein erwehler. Vlpianus lege 2 Dig. de administr. rer. ad civit. § 7, *Si eo tempore, quo nominatus est, idoneus, postea lapsus facultatibus, damnum debitis reipublicæ dederit: quia fortuitos casus nullum humanum consilium providere potest: creator hoc nomine nihil præstare debet.*

¶ Creatrix, īcis, eine mutter. *Rerum natura creatrix*, Lucret. lib. 1 v. 622. Et Silius 15 v. 184, *bellorum dira creatrix*
Evastanda tibi tellus.

¶ Creatio, ōnis, schöpffung, erwehlung: ut, *Creatio magistratuum*, Cic. 3 de Leg. cap. 3 extr.

¶ Creatura, æ, ein geschöpff. Synecdochice pro homine ponitur, quæ loquendi ratio more Hebræo usurpatur Marc. 16, 15, & ad Coloss. 1, 13. Vsu tritissimum nomen, sed dubiæ auctoritatis. Præter enim Ecclesiasticos nemo illo usus est. His vero frequentissimum: v. g. Tertullianus Apologet. cap. 30, *Illius est ipse* [imperator,] *cujus & cælum est, & omnis creatura.* Alcimus Avitus lib. 2 v. 47,
Quique creaturæ præfulsit in ordine primus,
Primas venturo pendet sub judice pœnas.

¶ Creāmen, ĭnis, idem, seu creatio, res creata. Prudentius Hamartig. v. 505, *ex elementis*
Cuncta solubilibus, fluxoque creamine constant.

¶ Creābĭlis, e. Apulejus Trismeg. p. 85, *materia creabilis est*, i. e. creari potest. Augustin. Confession. lib. 12 cap. 19, *quidquid creabile atque formabile est*, & cap. 28, *creabilis materies.*

Composita:

¶ Procreo, avi, atum, are, zeugen, herfür bringen. Cic. de Senect. c. 15, *Terra ex minutissimis seminibus tantos truncos ramosque procreat.* Idem Rosc. Am. c. 14, *pater amens sit, qui odisset eum sine caussa, quem procrearat.*

¶ Procreatus, a, um, gezeugt, zur welt gebracht. Cic. de fin. 3 cap. 19, *Neque hæc inter se congruere possunt, ut natura & procreari vellet, & diligi procreatos non curaret.*

¶ Procreatio, ōnis, zeugung, gebährung. Cicer. 1 Tuscul. cap. 14, *procreatio liberorum.* Idem lib. 2 de Divinat. cap. 46, *Dissimilitudo locorum dissimiles hominum procreationes habet.*

¶ Procreator, ōris, ein schaffer, gebährer. Cic. de Vniverf. cap. 8, *ille procreator mundi, Deus.* Idem 4 de Finib. cap. 7, *A natura tributum est, ut hi, qui procreati essent, a procreatoribus amarentur.*

¶ Procreatrix, īcis, eine mutter, gebährerin: ut, *Procreatrix omnium artium Philosophia*, Cic. de Orat. lib. 1 cap. 3.

¶ Improcreabilis, e, unerschafflich. Apul. de Doctr. Plat. *Materia improcreabilis.*

¶ Recreo, are, proprie denuo creare est, instaurare, reparare, wieder gebähren. Vnde in Vet. Gloss. *Recreatum*, παλιγγενές: Et *Recreatio*, παλιγγενεσία exponitur. Cicer. lib. 3 de legib. cap. 8 de tribunatu plebis agens: *Cujus primum ortum, si recordari volumus, inter arma civium, & occupatis & obsessis urbis locis procreatum videmus. Deinde cum esset citò necatus* [vel *lethatus*, ut Gruterus conjiciebat] *tamquam ex XII tabulis: Insignis ad deformitatem puer; brevi tempore recreatus, multoque tetrior & fœdior natus est.* Produximus locum, uti Puteanus partim ex conjecturâ, qui pro *legatus*, *necatus* restituit; partim Giphanius ex Codice veteri emendavit. Et vero *recreare* verbo Cicer. lib. 2 de Nat. Deor. cap. 4 ita est usus. Vbi etiam *τὸ iterum*, quod additum ibi legitur, pro glossemate habeo. Quamquam minime ignoro, Pleonasmos hujus generis & Ciceroni & aliis vetustis scriptoribus frequentatos. Lucret. lib. 5 v. 757,
Solque suos etiam dimittere languidus ignes
Tempore cur certo nequeat, recreareque lumen.
Lactantius, ille Christianorum Tullius, lib. 7 Instit. Div. cap. 21, *Idem igitur divinus ignis eâdem vi & potentia & cremabit impios & recreabit*, &c. Sedulius de Lazaro reducto in vitam lib. 3 Paschal. carmin. sub f. *Postque sepulcralem tandem recreatus honorem.*
Et quoniam baptismus lavacrum regenerationis est, ut Apostolo dicitur; idcirco hoc verbum ad Sacramentum illud Christianis scriptoribus non infrequenter transfertur. Vetus Poëta Christianus de Babiani baptism. v. 40,
Vnanimam alloquitur recreato corde jugalem.
Recreato, i. e. renato per baptismum. Paullinus Nolanus ad Cytherium v. 465, *Et quos creator opere uno die condidit,*
Hos recreat uno munere.
Vnum munus baptismum vocat. Vsus ita & Arator est in Act. Apostol. v. 118. ¶ 2. *Recreari* etiam dicuntur ægroti & vulnerati, cum sanitati restituuntur. Cornel. Nepos Eumene cap. 4, *Eumenes Craterum ex acie semivivum elatum recreare studuit.* Tacit. 2 Annal. cap. 69, *Dein Piso abire Syria statuit, mox adversa valetudine Germanici detentus, ubi recreatum accepit, votaque pro incolumitate solvebantur*, &c. Stat. lib. 1 Silv. Soteriis pro Rutilio Gallico v. 63,
Ingentem recreare virum tentemus adorti.
Loquitur Poëta ex persona Apollinis adhortantis Æsculapium filium, ut in curando & restituendo valetudini pristinæ, graviter ægrotante Rutilio, mutuas operas sibi præstare velit. ¶ 3. Denique *recreare*, reficere, refocillare est, deque fessis afflictisque omnibus, qui in meliorem statum ex labore miseriaque restituuntur, dicitur, erquicken. Sic *dirutas & desertas urbes recreare*, Cicero dixit lib. 1 ad Quint. Fratr. epist. 1 c. 8. *Recreare afflictos bonorum animos*, Idem Attic. lib. 1 ep. 16. *Colligere & recreare*, idem 1 Tusc. c. 24. *Afflictam & perditam provinciam erigere & recreare*, Idem in Verr. Orat. 5 c. 91.

¶ Recreatus, a, um, relevatus, restitutus, erquickt, neubelebt. Cic. 5 Verr. cap. 61, *Cum ex illo metu mortis, ac tenebris, quasi luce libertatis, & odore aliquo legum recreatus, revixisset.* Plura percepimus in ipso Verbo.

¶ Recreatio, ōnis, refectio, stärckung, erquickung. Plin. lib. 22 cap. 23, *Ab ægritudine recreationi efficax in cibo*; item παλιγγενεσία. Vide suprà in *Recreo*.

¶ Recreator, ōris, ein wiederbringer. Tertullianus de Anima cap. 43, *somnus recreator corporum.* Add. Inscript. Grut. p. 1095 n. 7.

CREON, ontis, Κρέων, Rex Corinthiorum, Creusam, filiam Jasoni in matrimonium, Medea repulsa, dedit. ¶ 2. Creon alter Rex Thebanorum filiam suam Megaram Herculi junxit, vide Tragœdias Senecæ Medeam, & Herculem Furentem, item Phœnissas Euripidis.

CREOPHĬLVS, i, Samius, Homeri hospes, de quo Strabo lib. 6. Suid. Voss. de Hist. Gr. 3 p. 347, & de Poët. c. 2.

Crepax, Creperus, vide *Crepo*.

CRĔPĬDA, æ, genus calceamenti, quo Græci communiter utebantur: Vnde *Grajorum crepidas* Persius dixit satyr. 1 sub f. Cujusmodi fuerit, ex Gellio disces lib. 13 cap. 21 extr. Vid. & *Soccus*, ein schuch oder pantoffel. Primam corripit, quamvis ex Græco κρηπίς, κρηπῖδος veniat. Horat. 1 serm. satyr. 3 v. 127,
Chrysippus dicat, sapiens crepidas sibi nunquam,
Nec soleas fecit.
Gellius quoque l. c. *Crepidas*, inquit, *& crepidulas, prima syllaba correpta, id genus calceamentum adpellaverunt, quod Græci κρηπῖδας vocant.* Proverb. *Ne sutor ultra crepidam*, videl. *judicet*, was einer nicht versteht, davon soll er nicht urtheilen; reprehensio fuit Apellis in sutorem, inepte in picturâ alia quædam cavillantem, quam quæ in crepidarum forma sibi viderentur minus esse accurata. Vid. Plin. lib. 35 cap. 10. Simile huic est, quod fabro cuidam de Musica secum contendenti Strabonicum citharœdum objecisse, Athenæus tradidit: *Non sentis, te ultra malleum loqui.* Vide Chiliad.

¶ Crepĭdŭla, æ, diminut. modo in *Crepida* ex Gellio probatum fuit. Add. Plaut. Pers. a. 4 sc. 2 v. 3.

¶ Crepidārius, a, um, adjectivum. Idem Gellius d. lib. 13 cap. 21 extr. *crepidarius cultellus*, ein schuster-kneiff.

¶ Crepidarius, i, subst. ein schuster. Gellius ibidem: *ejus calceamenti sutores* CREPIDARIOS *dixerunt.* Ipse vero mox ex Sempronio Asello conjuncte, *crepidarius sutor*. Vt ita omnino adjectivum sit, quod, ut alia, κατ᾽ ἔλλειψιν substantive interdum ponatur.

¶ Crepidatus, a, um, qui hoc calcei genere utitur. Cicer. in Pison. c. 38, *Nocte intempesta, crepidatus, veste servili navem conscendit.*

CRĔPĪDO, ĭnis, fluminis extrema terra, quam aqua crepitans alluit, das ufer, der rand, die lehne, der tamm. Statius 9 Theb. v. 492,
Stabat gramineæ producta crepidine ripæ
Vndarum ac terræ dubio.
Curtius lib. 5 cap. 1 n. 28, *ubi flumen apposita crepidinis fastigium excessit.* ¶ 2. Extremum item putei; Valla in Raudens. ¶ 3. Et extremitas valli ad oppida & arces, quam mendici occupant, der bettler-platz, oder schlagbaum. Juven. sat. 5 v. 8,
Nulla crepido vacat, nusquam pons?
¶ 4. Oram denique, infimum continentem saxum, *crepidinem* dixit Virg. lib. 10 Æneid. v. 653,
Forte ratis celsi conjuncta crepidine saxi, &c.
der ort unten am felsen, vel *altitudo & moles saxi abrupti*, secundum Servium. ¶ 5. *Crepido dorsi*, Stat. lib. 1 Achill. v. 448. Sed *dorsum* ibi metaphorice. Verba sunt:
Rupibus expositis, longique crepidine dorsi
Euboicum scandens Aulis mare.
hoc est, Aulis longe exporrecta in mare Euboicum scopulis prominentibus.

Crepitaculum, Crepitus, vide in sequenti *Crepo*.

CRĔPO, crepui, itum, crepare, platzen, knarren. *Crepant fores*, Ter. Heaut. act. 3 extr. *Cum primum crepuerint catenæ*, sobald die ketten rasseln, Sen. epist. 9. ¶ 2. rumpi, brechen, entzwey gehen. Virg. 5 Æn. v. 205, *acuto murice remi*
Obnixi crepuêre.
¶ 3. Est & *crepare*, subinde quid habere in ore ac moleste repetere; quod queruli non tantùm, sed jactatores etiam & gloriosi facere solent, offt fürbringen. Horatius lib. 1 od. 18 v. 5,
Quis post vina gravem militiam aut pauperiem crepat?
i. e. de laboribus militiæ & onere paupertatis queritur. Lucret. lib. 2 v. 1166, *laudat fortunas sæpe parentis,*
Et crepat antiquum genus ut pietate repletum.
i. e. assiduè prædicat.

¶ Crepax, ācis, knarrend, platzend. Seneca epist. 114, *crepacem molam, focum investiunt.* Puta, in Genii festo die.

¶ Crepĕrus, a, um, idem quod dubium, zweifelhafft, mißlich, gefährlich. Symmach. lib. 1 epist. 1, *res crepera & anceps*, & epist. 13, *priusquam manifestas dies creperum noctis absolveret.* Apulejus de Deo Socr. p. 51, *rebus creperis & afflictis.* Lucret. lib. 5 v. 1295,
Exæquataque sunt creperi certamina belli.
conf. Nonium c. 1 n. 45, & Festum.

¶ Crepŭlus, a, um, idem quod crepax. Avienus Arat. in Virgine:
Sed crepula ut late vomeret convicia voce.
Et Sidonius lib. 9 epist. 13 in subnexo Anacreontico:
Date ravulos choraulas,
Quibus antra per palati
Crepulis resflanda buccis
Gemit aura tibialis.

¶ Crĕpĭto, āre, praſſeln, rauſchen, knirſchen. Virg. Æn. 5 v. 458,

multâ grandine nimbi
Culminibus crepitant.

Idem 4 Georg. v. 151, *crepitantia æra*, id eſt, cymbala, aut ſimilia inſtrumenta. Plautus Rudente act. 2 ſc. 6 v. 5, *claro crepito dentibus.* Idem Amph. a. 4 ſc. 2 ſuppoſ. v. 12, *Vacuus mihi venter crepitat,* der bauch gurret mir.

¶ Crepĭtus, ûs, βόμβος, ſonus colliſione excitatus, das platzen, knarren, der knall: ut, *Crepitus armorum*, Plin. lib. 2 cap. 57. *dentium*, Cicer. 4 Tuſc. c. 8. *plagarum*, Idem 5 Verrin. c. 62. *Emittere crepitum ventris,* eine blöhung von ſich laſſen; Claudius Imp. edictum meditatus dicitur, *quo veniam daret, flatus crepitusque ventris etiam inter epulas emittendi.* Suet. in Claud. cap. 32.

¶ Crĕpĭtācŭlum, i, eine klapper. Colum. lib. 9 cap. 12, *crepitaculis æreis terrere fugientem juventutem apium,* denen bienen klingeln. Arnobius lib. 7 p. 233, *Parvuli puſiones ab ineptis vagitibus, crepitaculis exterrentur auditis*, kinder kan man mit klappern ſchweigen. ¶ 2. Thuanus illud tormenti bellici genus, quo vi nitrati pulveris dejiciuntur refringunturque portarum clauſtra, *crepitaculum* vocat, lib. 133 Hiſtor. p. 1048, eine pedarde.

¶ Crĕpĭtacillum, i, dimin. ein kläpperlein. Lucret. lib. 5 v. 232, ſed Salmaſius, Giſanius, Pareus, & Fayus *crepitacula* legunt. Tamen Tertullianus adverſ. Judæos cap. 9, *Scilicet vagitu ad arma eſſet convocaturus infans, & ſignum belli non tuba, ſed crepitacillo daturus.* Eadem repetit lib. 3 adv. Marcion. cap. 13.

¶ Crepitulum, i, ornamentum capitis, kopf-geſchmeide. *Id enim in capitis motu crepitum facit.* Feſt. Tertull. de pallio cap. 4, *& crepitulum & caliendrum.*

¶ Crepundia, & ¶ Crepuſculum, vide mox ſeorſim.

Compoſita:

¶ Concrĕpo, ui, itum, āre, ſehr knarren, krachen. *Oſtium concrepuit,* Terentius Hec. a. 4 ſc. 1 v. 6. *Digitis concrepare*, ein klippichen ſchlagen, Plaut. Mil. Glor. act. 2 ſc. 2 v. 51. Conf. Cic. Off. 3 cap. 19. Idem pro Cœl. cap. 27 de clauſula comœdiæ: *Scabilla concrepant.*

¶ Concrepatio, ōnis, geklapper. Arnobius lib. 2 pag. 73, *concrepationes ſcabillorum.*

¶ Concrepito, are, zuſammen praſſeln. Prudent. Periſt. 11 v. 56, *Virgarum concrepitat fragor.*

¶ Decrĕpo, āre, pro, ultimum crepitum edendo exſpirare, Scaliger laudat ad Feſtum in *Decrepitus.* Hoc enim inde nomen deducit.

¶ Decrepitus, a, um, feſſus ſenio atque defectus, ſehr alt, wohlbetagt. Terent. Adelph. 5, 8, 16, *Anus decrepita.* Cic. pro Cœl. cap. 16, *triſtis ac decrepitus ſenex.* Vet. Gloſſ. *Decrepitus*, ὑπέργηρος, ἐκπεπνευκώς, ἐφθός, γέρων. Nonius cap. 1 n. 45 *ſenem in dubio vitæ conſtitutum* interpretatur, der auf der grube gehet. Vid. Voſſ. lib. 3 Theolog. Natural. p. 819. Feſtus, DECREPITVS, inquit, *eſt deſperatus crepera jam vita, ut crepuſculum extremum diei tempus.* Mox tamen & aliam rationem adducit. *Sive* DECREPITVS, inquit, *dictus, quia propter ſenectutem nec movere ſe, nec ullum facere poteſt crepitum.* Donatus: *quod ſæpe ei, ut morituro, planctu crepuerit familia.* Taubm. ad Epidicum Plauti act. 5 ſc. 2 à lucerna vel candela, quæ ultimum exſpirans crepitum edere ſolet, dici exiſtimat, idque proprie *decrepare* eſſe. Adde Gataker. in Cinno 2, 14, qui Taubmanni ſententiam pluribus illuſtrat. Eugraphio videtur ita dici ſenex, quod vix loqui poſſit amplius, & tantummodo fictis vocibus loquatur, ut quaſi quoddam crepitaculum. Lege & Kirchmann. de Fun. Rom. 1 cap. 12.

¶ Diſcrĕpo, āre, diſſonare, wider einander klingen. Cicero 1 Offic. cap. 40, *Vt in fidibus, aut in tibiis, quamvis paullum diſcrepent, tamen id à ſciente animadverti ſolet.* ¶ diſſentire, diſcordare per metaphoram. Plancus Ciceroni lib. 10 epiſt. 4, *neque, ſi facultas tui præſentis eſſet, unquam à conſiliis tuis diſcreparem.* Et Cic. ad Attic. lib. 2 ep. 1 ſub fin. *Id a tuis litteris, quas ad me de deceſſu tuo miſeras, diſcrepabat*, es kam mit den briefen nicht überein. Idem 2 de Invent. cap. 49 pr. *cum inter ſe duæ videntur leges, aut plures diſcrepare,* wenn ſie wider einander ſeyn.

¶ Diſcrĕpans, tis, particip. & adject. unterſchieden. Solinus cap. 52 Salmaſ. [al. 65] de India: *in quantum mores populorum diſſonant, habitus quoque diſcrepantiſſimus eſt.*

¶ Diſcrepantia, æ, diſſonantia, diſſenſus, unterſcheid, zwieſpalt. Cic. Topic. cap. 25, *diſcrepantia ſcripti & voluntatis.* Idem 3 de Finib. cap. 12, *Mihi nihil tam perſpicuum, quam majorem multo habere Stoicos & Peripateticos rerum omnino diſcrepantiam, quam verborum.*

¶ Diſcrepatio, onis, idem, apud Tertullianum lib. 5 adv. Marc. cap. 10, ut Froben. & Pamel. legunt, id quod in Annotationibus Fr. Junius contra Rhenani conjecturam, *diſceptationem*, (ut Rigaltius etiam expreſſit) non inerudite tuetur. Sed & apud Livium 10 cap. 18, *Ea ipſa inter conſules diſcrepatio fuit.*

¶ Diſcrĕpito, are, frequent. Lucret. lib. 2 v. 1017,

poſiturâ diſcrepitant res.

¶ Incrĕpo, are, einen knall von ſich geben, laut ſchallen. Virgil. 9 Æneid. v. 504,

At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro
Increpuit.

Diſci increpant, die teller klappen, Cic. 2 de Orat. c. 5 peræque, ſed de ludi genere dixit: *ſimul ut diſcus increpuit.* Sic *increpare* dicuntur, quæ vulgi ferri jactarique ſermonibus cœpta ſunt, was da licht und laut worden. Cic. 1 Catilin. cap. 7, *Nunc verò me totum eſſe in metu propter te unum, quicquid increpuerit: Catilinam timeri, &c. ferendum non eſt.* Ita *ſuſpicio increpuit*, Idem pro Muræna cap. 10. ¶ 2. objurgare, reprehendere, übel anfahren, ſchelten, ſtraffen: ut, *Arrogantiam, perfidiam alicujus increpare.* Suetonius Caligula cap. 39, *Modo avaritiæ ſingulos increpans*: & in Galba cap. 15, *Etiam ſævitiæ populum increpuit. Sævitiæ increpuit*, i. e. ſævitiæ nomine, ſævitiæ cauſſa. Ita *impudicitiæ notare*, Tertull. ni fallor, dixit. *Increpare in aliquem*, Livius dixit lib. 1 cap. 50 extr. & Salluſtius de ordinanda Rep. ¶ 3. Neque vero *increpare quem*, de verbis tantùm, quamquam ut plurimum, dicitur, ſed & de facto. Tibull. lib. 1 eleg. 1 v. 11,

Nec tamen interdum pudeat tenuiſſe bidentem,
Aut ſtimulo tardos increpuiſſe boves.

In quo *increpare*, ferire, pulſare, percutere eſt. Ovid. lib. 3 Amor. eleg. ult.

Corniger increpuit Thyrſo graviore Lyæus.

Horat. lib. 4 od. 15 v. 2,

Phœbus volentem prœlia me loqui
Victas & urbes, increpuit lyra.

Similiter *quem flagro admonere; ferulis objurgare*, boni auctores dixerunt, ut ſuis locis oſtendetur. Flor. lib. 1 cap. 1, *Ad tutelam novæ urbis ſufficere vallum videbatur: cujus dum irridet anguſtias Remus, idque increpat ſaltu, dubium, an juſſu fratris occiſus eſt.*

¶ Increpitus, a, um, participium, der einen verweiß bekommen. Livius lib. 23 cap. 26, *Præfecti poſt claſſem per pavorem deſertam graviter increpiti*, hoc eſt, objurgati. Suetonius Calig. cap. 44, *cæterorum increpitâ cupiditate.* Vellej. 2, 55, 3, *Increpita fortuna.*

¶ Increpatus, a, um, alia formâ participium. Prudentius Cathem. 7 v. 195, *increpata fraude.* Et Juſtinus lib. 11 cap. 3 n. 5, *legatis increpatis*: quamquam & Iunta ibi *increpitis.*

¶ Increpitus, ûs, ſubſtant. objurgatio, ſcheltung. Apulejus de Deo Socr. p. 52, *increpitu indignatus.*

¶ Increpatio, onis, idem. Vet. Gloſſ. *Increpatio*, ἐπιτίμησις, ἐπιψόφησις.

¶ Increpator, oris, in eisdem Gloſſ. vertitur ἐπιτιμητής.

¶ Increpatorius, a, um, ſcheltend. Sidonius lib. 9 epiſt. 7, *Noſtra judicia nil mordax, nihil quoque minantur increpatorium.*

¶ Increpative, adverb. idem. Sidon. 6 ep. 9, *Non increpative, ſed conſolatorie aliquem compellare.*

¶ Incrĕpĭtare, iiſdem modis, quibus *Increpare*, accipitur. Cæſ. 2 Gall. B. c. 15, *increpitare atque accuſare*, & cap. 30, *irridere ex muro, atque increpitare vocibus*, &c. loſe worte geben.

¶ Percrĕpare, erſchallen. Cic. in Verrem 7 cap. 13, *Lucus ille litoris percrepat totus mulierum vocibus*, der gantze wald ſchallet.

¶ Recrepare, wiederſchallen. Catull. de Berecynthia & Aty, Carm. 64 v. 29,

Leve tympanum remugit, cava cymbala recrepant.

CRĔPVNDIA, orum, ludicra ſive παίγνια, nec non ornamenta infantum: Item, quæ Græcis λείψανα & γνωρίσματα adpellabantur: *monumenta* Latinis & *ſigna*: h. e. litteræ, annuli, atque aliæ res, quæ cum infantibus exponi ſolebant, unde agnoſci olim poſſent. Vide Petrum Victorium lib. 2 Var. Lect. cap. 3, Caſaub. ad Theophraſti characteres περὶ ἀρεσκείας. Lindebrogium ad Terent. Eunuch. act. 4 ſc. 5 v. 16, klapperwerck, ſpiel-zeug, kinder-ſpiel. Plaut. Rudent. act. 4 ſc. 4, *Sunt crepundia, enſiculus aureolus, ſecuricula aurea, ſicula argenteola, & duæ connexæ maniculæ, & ſucula, & porculi, & bulla aurea.* Val. Max. 6 cap. 9 ext. 7, *Caduca hæc & fragilia puerilibusque conſentanea crepundiis*, puppen-zeug. Plinius lib. 11 cap. 51 pro cunabulis aut ſimili infantili adparatu poſuiſſe videtur: *Semeſtris*, inquit *locutus eſt Crœſi filius in crepundiis.*

CRĔPVSCVLVM, i, diluculum, die demmerung. Cùm illucere incipit, &, ut Apulejus loquitur, *nox it in diem.* Sic adpellatum, quod neque veræ tenebræ amplius ſint, & tamen adhuc incerta lux ac dubia veluti. Ovid. lib. 1 Amor. eleg. 5 v. 5,

Qualia ſublucent fugiente crepuſcula Phœbo:
Aut ubi nox abiit, nec tamen orta dies.

Creperum enim dubium eſt, ut Feſtus interpretatur. Serv. in 2 v. 268 Æn. de CREPVSCVLO, *quod eſt dubia lux*, [*nam* CREPERVM *dubium eſt,*] *queritur. Et licet utrique tempori* [matutino juxta ac veſpertino] *jungi poſſit, uſus tamen, ut matutino jungamus, obtinuit. Licet Lucanus dixerit:*

Longa repercuſſo nituêre crepuſcula Phœbo.

Contra Varro lib. 5 de L. L. c. 2 *Crepuſculum* de veſpertino tempore interpretatur, & ita adpellatum tradit, *quod dies etiamnum ſit, an jam nox, multis dubium.* Nam aliter Cenſorinus de die Natali cap. ult. quo noctis & diei partes exponit. Vet. Gloſſ. *Crepuſculum* ἡ ἑσπερινὴ ὥρα. Item, ἑσπέρα, *ſera veſpera, crepuſculum.* Nec aliter uſus Ovidius laudato loco. Et Plinius lib. 18 cap. 25, *mane vel crepuſculo*, quo nihil diſtinctius eſſe poteſt. Integra verba ſunt: *Quo die incipiunt adparere vel deſinunt, oriente ſole aut occidente, matutini veſpertinive cognominati, prout alterutri eorum mane vel crepuſculo contingit.* Apul. lib. 2 Mileſ. *Cum ecce crepuſculum, & nox provecta, & nox altior, & deinde concubia altior, & jam nox intempeſta.* Sed tamen aliæ Gloſſæ cum Servio conſpirant, *Crepuſculum* interpretantes ὄρθρος ὑπεώρου. Res eo redit, ut dicamus, aliud eſſe crepuſculum matutinum, aliud verſpertinum, illudque etiam diluculum vel auroram, hoc occaſum & veſperam adpellari.

¶ Crepuſculaſco, ĕre, abend werden. Sidon. 8 epiſt. 3, *Hora crepuſculaſcens*, die abend-ſtunde.

CRESCO, crevi, cretum, creſcĕre, zunehmen, wachſen, ſteigen, ſich beſſern, überhand nehmen. Ovid. 1 Faſtor. v. 211,

Creverunt & opes & opum furioſa cupido, &c.

Juvenalis ſat. 14 v. 139,

Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

Horat. lib. 3 oda 16,

Creſcentem ſequitur cura pecuniam,
Majorumque fames.

Creſcit animus, Cic. pro Lege Man. cap. 15, der muth wächſt. *Creſcit mihi materies ſcribendi*, Idem Attic. 2 epiſt. 12. *Hæc villa inter manus meas crevit*, Sen. epiſt. 12, das gut iſt zu ſtande kommen. *Creſcit labor*, Silius 3 v. 529, die arbeit nimmt zu. ¶ Eleganter & de iis dicitur, qui aut eruditionis copia, aut dignitate augentur, aut opibus, & ita ad ampliorem ſtatum adſpirant. Virg. ecl. 7 v. 25, *Creſcentem ornate Poëtam.* Terentius prologo Heaut. v. 28, *Date creſcendi copiam.* Nepos Attico cap. 21, *Cum ad extremam ſenectutem non minus dignitate, quam gratiâ fortunaque creviſſet.* ¶ * *Creſcere ex mœrore alicujus*, eleganter dicitur Ovidio, pro, fructum & gaudia ex alicujus mœrore capere: Heroid. epiſt. 15, quæ Sapphûs eſt, v. 117,

e noſtro creſcit mœrore Charaxus.

Sic & *Creſcere ex aliquo*, eſt alicujus detrimento ditiorem, potentiorem,

tiorem, celebriorem reddi, durch einen höher kommen: Cicero pro Rosc. Amer. c. 30 pr. *accusarem alios potius, ex quibus possem crescere.* Grævius. ¶ *Cresse* pro *crevisse* dixit Lucretius 2 v. 684.

¶ Cretus, a, um, creatus, propagatus, gezeugt, gewachsen. Virg. Æn. 4 v. 192, *Trojano à sanguine cretus.* Lucret. 5 v. 6, *mortali corpore cretus*, ein menschen-kind. Idem mox v. 60, *animi natura creta.*

¶ Crescentia, æ, substantivum, die zunehmung. Vitruvius lib. 9 c. 9, *Horarum brevitates aut crescentias cuneorum adjectus aut exemtus perficere cogit:* puta in horologio.

¶ Crementum, i, idem, pro quo usitatius *Incrementum* dicitur. Vet. Gloss. *Crementa*, ἀυξήσεις. Usus est Varro apud Nonium in *Suctu* cap. 2 n. 767, *Cremento corpora fierent majora.* Tertullian. Ref. carn. cap. 58, *unguium & capillorum facilia crementa.* Arator in Act. 2, *fœcundi crementa mali.*

Composita:

¶ Accresco, ĕre, zuwachsen. Cicer. 2 de Invent. cap. 31, *flumen subito accrevit.* Tacitus 1 Ann. c. 19, *Cespes jam pectori usque accreverat*, de exstructione valli aut cespiticii munimenti. *Per amicitiam*, &c. *quæ incepta à parvis cum ætate accrevit simul*, Terent. And. a. 3 sc. 3 v. 7, sie hat mit den jahren zugenommen. *Vana fides accrescit*, Livius lib. 1 cap. 54. Et, *Veteribus negotiis nova accrescunt*, Plinius lib. 2 epist. 8.

¶ Accretio, ōnis, incrementum, zuwachs. Cic. 1 Tusc. c. 27, *Accretio Lunæ & diminutio*, das zunehmen und abnehmen des monds.

¶ Accrementum, i, idem; vulgatum ex Plin. lib. 9 cap. 2; sed Harduinus ex MSS. legit *nutrimentum.*

¶ Concrescĕre, mit einander wachsen, zusammen wachsen, zusammen backen, gefrieren. *Mare concrescit glacie*, Ovid. 3 Trist. eleg. 12 v. 29. *Aqua concrescit nive pruinaque*, Cic. 2 N. Deor. c. 10. Et, *cinis in foco concrescit*, Plin. lib. 18 cap. ult.

¶ Concretus, a, um, zusammen gewachsen. Livius lib. 21 cap. 36 extr. *hærerent in durata & alte concreta glacie.* Plin. lib. 30 cap. 13, *sanguis concretus*, geronnen blut. Tacitus de German. cap. 23, & Virg. 3 Georg. v. 463, *lac concretum*, quarck. Paullinus Nol. Carm. 6 v. 310,

Qui sentosarum purgans concreta viarum;

mit dornen bewachsene wege. Cic. 1 Tusc. cap. 27 pr. *Nihil est in animis mixtum, atque concretum, aut quod ex terra natum atque fictum esse videatur.*

¶ Concretio, ōnis, die zusammenwachsung. Tertullianus de Anima cap. 52, *concretio sororum substantiarum*, i. e. animæ & corporis. Lactantius lib. 1 cap. 5, *Mens segregata ab omni concretione mortali*, quæ verba ex Cic. 1 Tuscul. cap. 27 hausit: qui & lib. Nat. Deor. c. 25 extr. *corporum concretionem* dixit.

¶ Concrementum, i, idem. Apulej. Apol. *Concrementa varii fellis.*

¶ Concrescentia, æ, subst. idem. Vitruv. lib. 8 cap. 3, *ex aquarum subsidentia in corporibus & concrescentia.*

¶ Decrescere, abnehmen. *Luna decrescens*, Plin. lib. 27 c. 9 extr. *Flumina decrescentia*, Hor. 4 od. 7. *Morbus, febris decrescit*, Celsus 3 cap. 6 & 20. *Decrescente die*, Plin. lib. 2 cap. 59, wenn der tag kürzer wird. *Decrescit metus*, Silius 7 v. 82. Eleganter Statius lib. 2 Silv. 1 v. 127,

visæ puero decrescere vestes.

die kleider verwachsen, sie werden zu klein.

¶ Decretus, a, um, abgenommen: ut, *nocte dieque decretum & auctum*, quod ex Livio, vel potius Lævio notat Vossius de Analog. 4 p. 200, & addit, quod nec idem refugisset, *luna decreta*, vel *ostreis decretis.*

¶ Decrementum, i, das abnehmen. Gellius lib. 3 cap. 10, *quasi jam mundo senescente, rerum atque hominum decrementa sunt.*

¶ Decrescentia, æ, idem: ut, *decrescentia lunæ*, Vitruv. 9, 4.

¶ Excrescĕre, in die höhe wachsen, überhand nehmen. *Cum ad semipedem* [lactucæ] *excreverint*, Plin. lib. 19 cap. 8. *Carnes excrescentes*, Idem lib. 32 cap. 7 extr. *Luxus in dies excrescit*, Idem 37 cap. 2. Lucan. lib. 4 v. 11,

lenique excrevit in altum
Pingue solum tumulo.

¶ Excretus, a, um; aufgewachsen. Virg. 3 Georg. v. 397, *Excretos hædos a matribus prohibere*, i. e. adultiores, majusculos.

¶ Excrescentia, æ, die aufwachsung; ut, *ulcerum excrescentia*, Plin. 34 cap. 18.

¶ Increscĕre, sehr zunehmen, steigen. Liv. lib. 1 cap. 33, *Carcer ad terrorem increscentis audaciæ, media urbe, imminens foro, ædificatur*, wegen der überhand nehmenden frechheit. Celsus lib. 2 c. 7, *febris interdiu levior est: noctu increscit.*

¶ Incrēmentum, i, augmentum, vermehrung, wachsthum, gedeyen. *Incrementum afferre*, Cic. 2 Fin. cap. 27. *Incrementum alicui rei dare*, Quintil. lib. 3 cap. 2. *Capere incrementum*, sich bessern, zunehmen, Colum. lib. 2 cap. 10. ¶ 2. Semen quoque, unde fit incrementum, significat. Virg. ecl. 4 v. 49, *Magnum Jovis incrementum.* Ovidius Metam. 3 v. 103,

jubet supponere terræ
Vipereos dentes, populi incrementa futuri.

¶ Incrementulum, i, diminutiv. ein kleiner zuwachs. Apulejus lib. 5 p. 164, *incrementulum uteri.*

¶ Superincrescere, drüber wachsen. Celsus 8 c. 10 fin. *Superincrevit nimius callus.*

¶ Procrescĕre, herfür wachsen. Lucretius lib. 2 v. 546, *procrescere, alique.* Et mox v. 566,

Et res progigni, & genitas procrescere posse.

Adde eundem lib. 6 v. 664.

¶ Recrescĕre, wieder wachsen. Liv. lib. 26 cap. 41 extr. *Favete milites nomini Scipionum, velut accisis recrescenti stirpibus.* Ovid. 2 Epistola Heroid. v. 5, *Luna quater latuit, toto quater orbe recrevit.*

¶ Recretus, a, um, wieder gewachsen. Paullinus Jambo ad Cytherium v. 562 de Samsone:

Licet ille fortis postea receperit
Robur, recretis crinibus.

¶ Recrementum, i, purgamentum, sordes, spreu, schlacken, unflat. Plin. 18 cap. 16, *recrementa farris.* Gellius lib. 17 cap. 11, *aridiora recrementa in alvum convenire: humidiora per renes in vesicam.*

¶ Succrescĕre, mit unterwachsen, mit zuwachsen. Proprie Columella lib. 4 cap. 14, *Frequenter solum exercendum est, nec patiantur herbam succrescere.* Tralate Plautus Trinum. a. 1 sc. 1 v. 8, *Mores mali, quasi herba irrigua, succreverunt uberrime.* Liv. lib. 10 c. 13, *gloriæ seniorum succrevisse.*

¶ Supercrescĕre, hoch über sich treten, drüber wachsen. Celsus lib. 5 cap. 28 n. 2 de carcinomate: *Si id nimium supercrevit.* Et lib. eodem cap. 22 pr. *ad carnem supercrescentem exedendam*, das wilde fleisch wegzubeitzen.

Cressa, vide in *Creta.*

CRĒTA, æ, insula in mediterraneo mari, nunc Candia dicta, olim ἑκατόμπολις. Virgil. 3 Æneid. v. 104,

Creta Jovis magni medio jacet insula Ponto,
Centum urbes habitant magnas, &c.

Hodie *Candia* vocatur à montibus ejus occiduis, qui λευκὰ, hoc est, candidi dicuntur, Strabone teste. Insula fertilissima nobilissimi est vini, quod *Creticum* dicitur, malvasier. Nobilem insulam vocat Florus lib. 3 cap. 7, quod Jupiter ibi natus crederetur.

Derivantur hinc:

¶ Cres, Crētis, plur. Crētes; ut, *Epimenides Cres*, hoc est, Cretensis, Cic. de Divinat. lib. 1 cap. 18.

¶ Cressa, æ, fœm. *Puella Cressa*, Ovid. epist. 2 v. 76. ¶ *Nota Cressa*, vide post paullo in *creta* appellativo.

¶ Cressius, a, um, Creticus. Virg. 4 Æn. v. 70,

Quam procul incautum nemora inter Cressia fixit, &c.

¶ Crētæus, a, um; ut, *Cretæa navis*, Propert. lib. 3 eleg. 19 v. 25. Et *Cretæa juga*, Avien. Perieges. v. 162.

¶ Crētis, ĭdis, patronym. fœmin. *Nymphæ Cretides*, quæ Cretam incolunt, Ovid. 3 Fast. v. 444.

¶ Cretensis, e, Κρὴς, κρηταῖος; *Cretiza cum Cretensi* πρὸς κρῆτα κρητίζειν, hoc est, *adversus mendacem mendaciis utitor*, sumtum à Cretensium vanitate, de qua Epimenidis testatur à Paulo citatus versiculus:

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri; quo Plutarchus quoque est usus in Lysandro pag. 444. Prœlia præcinente citharâ aggrediebantur, teste Gell. lib. 1 c. 11, & Mart. Capell. lib. 9.

¶ Crētĭcus, a, um: ut, *Mare Creticum*, Horat. lib. 1 od. 26. ¶ 2. Cognomen fuit Q. Metelli, qui insulam armis domuit. Flor. 3 cap. 7. Eutrop. lib. 6 c. 9. ¶ 3. Pes trisyllabus est in prosodia, quem *Creticum* adpellant, qui, definitore Cicerone lib. 3 de Orat. c. 47, *est ex longa, & brevi, & longa, ut*, Quid petam *præsidii, aut* exsequar?

CRĒTA, æ, adpellativum, *terram albam* significat, kreide. Non alba tamen tantùm, sed & viridis etiam & nigra est, grüne und schwartze kreide, Agricola. *Viridis* meminit Vitruvius lib. 7 cap. 7, & Plinius lib. 35 cap. 6. Idem alia genera aliquot eodem libro recenset cap. 17 Var. Lect. lib. 3 cap. 21. *Creta notare*, Persio approbare est; contra *Carbone notare*, damnare. *Album* enim ad boni naturam pertinere, censuit Pythagoras: *atrum* ad mali. Pers. satyr. 5 v. 107,

Quæque sequenda forent, & quæ vitanda vicissim,
Illa prius cretâ, mox hæc carbone notasti.

Hinc *Cressa nota*, pro felici & candida, qualem Creta facit, Horatius dixit lib. 1 od. 36. Quo loco videntur argui, qui *Cretam*, cum terram albam significat, à *crescendo* derivant.

¶ Crētula, æ, ein stücklein kreide. Cic. Verr. 6 c. 26 dimin. *Cum epistola allata esset, signum iste animadvertit in cretula.* Plinio 35 cap. 7 pr. est coloris genus. *Ex omnibus*, inquit, *coloribus cretulam amant.*

¶ Crētāceus, a, um, kreidicht. Plin. lib. 18 c. 9, *Siligo ponderosior cretacea*, quæ vel a colore candido ita dicta fuit, vel quod in solo nata cretoso.

¶ Crētātus, a, um, cretâ infectus, mit kreide geweisset. *Cretatæ fasciæ*, Cic. Attico 2 epist. 3. *Cretatus bos*, Juven. satyr. 9. *Cretata ambitio*, Pers. 5 Sat. v. 177.

¶ Incretare, mit kreide weiß machen. Petron. 62, *incretare faciem.*

¶ Crētōsus, a, um, kreidicht. *Locus cretosus*, Plin. lib. 15 c. 18.

¶ Cretĭfŏdīna, æ, ubi creta foditur, kreide-grube. Ulpian. Lege 7 de soluto matrim. § 14, & Lege 13 § 5 Dig. de usufr. & quemadm.

¶ Cretarius, a, um, adject. mit kreide umgehend; ut, *cretaria taberna*, Varro lib. 7 L. L. p. 94.

Cretura, æ, vide in *Cerno:* Cretus in *Cresco.*

CRĔŪSA, æ, Æneæ conjux, mater Ascanii, amissa in excidio Ilii, cum Æneas fugiens efferret patrem humeris. Virg. 2 Æn. v. 651,

Nos contra effusi lacrymis, conjunxque Creusa, &c.

¶ 2. Fuit & *Creusa* alia Creontis, Corinthiorum regis filia, vide *Creon.* De hac Propert. lib. 2 eleg. 16 v. 29,

Adspice, quid donis Eriphyla invenit amaris,
Arserit & quantis nupta Creusa malis.

Medea enim ductæ à Jasone Creusæ indignata, scriniola ei quædam dono misit, quibus apertis flamma protinus exiit, quæ Creusam cum tota regia combussit.

CRĪBRUM, i, ein sieb. *Cribrum farinarium*, Plin. lib. 17 cap. 11 sub fin. ein beutel-sieb. *Aquam cribro haurire*, frustra laborare est, vergebene arbeit thun. Plaut. in Pseud. a. 1 sc. 1 v. 100, *Non plures refert, quàm si imbrem in cribrum geras.* Et, *Cribrum carnificinum*, idem Mostell. a. 1 sc. 1 v. 52 de eo dixit, cujus pellis loris, flagris & virgis ita perforata est, ut cribri speciem exhibere videatur, quod servis alicujus facinoris compertis fiebat. Cic. 2 Divin. c. 27, *quasi quidquam intersit, mures cribra, an scuta corroserint.*

¶ Cribellum, i, diminut. ein durchschlag. Pallad. Februario cap. 24, *nitrum tritum cribello desuper spargas:* & Junio cap. 11, *cribello spisso cernere, ut grana non transeant.*

¶ Cribrare, cribro incernere est, aut succernere, sieben, sichten. Plin. lib. 25 cap. 5. Hinc *cribrata tela*, lib. 11 cap. 24

¶ Cribellare, idem, a cribello; unde Participium

¶ Cribellatus, a, um, ausgesiebt. Palladius usus est lib. 1 cap. 41, *sevum liquefactum cribellato cineri admistum.*

¶ Cribrarius, i, ein siebmacher. Gloss. gr. lat. κοσκινοποιὸς, *Cribrarius.*

Plin. 17

Plin. 17 cap. 11 sub fin. adjective utitur: *Farina cribraria, quæ in tertio remansit cribro angustissimo.*

¶ Percribrare, durchsieben, durchrädern. Scribon. Larg. compositione 87, *contunditur crocum, percribratur*, &c.

CRICĒTUS, i, animal parvum, in cavernis agrorum habitans, segetibus noxium, iracundum admodum, & mordax, ein hamster, Gesn. Agricolæ, ἀρκτομῦς, ab ursi in facie figura est.

CRĪMEN, inis, delictum, culpa, noxa, peccatum: & proprie significat id, quod per contentionem alicui objicitur, übelthat, sünde, schuld. *Dare crimini*, Cic. Verr. 7 cap. 50, übel deuten. *In crimen vocare*, ibid. schuld geben. *Esse crimini*, nachtheilig seyn, Id. pro S. Rosc. c. 29. *Esse in crimine*, Idem 6 Verr. c. 45. *Venire in crimen*, Terent. Hecyr. a. 3 sc. 1 v. 55. *Hera in crimen veniet*, hoc est, suspicionem, sie wird in verdacht kommen. *Acerba crimina objicere*, Quintil. lib. 6 cap. 3. *Criminibus convinci*, Cic. 3 Verr. cap. 9. *Repellere crimen*, Quintil. lib. 4 cap. 2, von sich abweisen. Ausonius in Sapientibus de dicto Cleobuli: *Felix criminibus nullus erit diu.*
mit sünden wird niemand lang glück haben. *Crimine quem accusare: compellare:* bezüchtigen und anklagen: *crimen alicui movere* Suetonius dixit Claudio c. 16. Eleganter infelices, *Deorum fortunæque crimina*, adpellantur. Lucanus lib. 5 v. 59,

Fortunæ Ptolemæe pudor, crimenque Deorum.

Vide Barthium ad Claudiani Paneg. de 3 Cons. Honorii v. 65, itemque Wowerium in Apulejum lib. 2 Metamorph. ¶ Crimen quoque poni videtur pro *reo*, in illo Maronis lib. 2 Æn. v. 65,

Accipe nunc Danaum insidias, & crimine ab uno
Disce omnes.

Sententia est: Ex uno Sinone disce, omnes Græcos esse insidiatores. Voss. l. 4 Instit. Orat. p. 131.

¶ Criminosus, a, um, lasterhafftig. *Criminosum hoc mihi est*, das gereicht mir zur schmach, Cicer. in Verrem 7 cap. 18. Idem pro Ligar. cap. 2, *Quod si est criminosum, necessitatis crimen est, non voluntatis.* Et pro Plancio cap. 19, *officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso.* ¶ Maledicus, mordax, lästerlich, schmähsüchtig; ut, *Jambi criminosi*, Horat. lib. 1 od. 16. *Orationibus in patres criminosis*, Livius lib. 8 c. 12. Comp. *Criminosior*, Aut. ad Herenn. 4 c. 40. Superlat. Sueton. Cæs. cap. 75, *A. Cæcinæ criminosissimo libro laceratam existimationem suam civili animo tulit.* Et Lege 4 Cod. Theod. de pœnis; *Facultas supplicandi criminosissimis patet.*

¶ Criminosè, adv. schmählich; ut, *criminose dicere*, Cic. pro S. Rosc. c. 20. *Qui suspiciosius aut criminosius diceret*, Id. Clar. Orat. c. 34 extr. *Criminosissime insectatus est*, Sueton. Tiber. c. 53, mit schmähworten, vielerley vorwurff und aufrückung.

¶ Criminor, atus sum, ari, lastern, nachreden, beschuldigen, anklagen. Terent. in Eun. act. 5 sc. 2 v. 16, *Hanc metui, ne me criminaretur tibi*, sie möchte mich bey dir übel angeben. *Invidiose potentiam alicujus criminari*, Cicer. pro Mil. cap. 5. Hyginus Astron. lib. 2 c. 18, *verita, ne se ad regem criminaretur.* ¶ Ennius apud Nonium c. 7 n. 16, *Criminare* etiam active posuit: *Non bene vult tibi, qui falso criminat apud te.*

¶ Criminatus, a, um, partic. anklagend. Livius 3, c. 9, *patrum superbiam ad plebem criminatus.* Vellej. 2, 74, 2, *Criminatus apud veteranos Cæsarem.* Hyginus loco citato etiam passive dixit, *non criminatum ab Antia, sed* &c.

¶ Criminator, ōris, ein lästerer. Tacitus annal. 4 cap. 1 n. 5, *sui obtegens, in alios criminator.*

¶ Criminatrix, īcis, eine lästerin. Vulg. Interp. Epist. ad Titum c. 2 v. 3.

¶ Criminatio, ōnis, obtrectatio, lästerung, schmachrede. *Allatas criminationes repellere*, Cic. de Amic. c. 18.

¶ Criminalis, e, adject. magnum crimen intentans, leib und leben betreffend, peinlich: ut, *accusatio criminalis*, Lege 3 Cod. de Lege Aquilia: *Caussa criminalis*, quæ pecuniariæ opponitur, Lege 15 Cod. de quæstionibus.

¶ Criminaliter, adverb. idem. Ulpianus Lege ult. Dig. de furtis: *meminisse oportebit, nunc furti plerumque criminaliter agi.* Quod opponitur τῷ agi civiliter. Sic Lege 18 Cod. de re militari § 1, *agentibus caussas tam criminaliter, quam civiliter.*

¶ Concriminor, ari, idem quod Criminari. Plaut. Mil. 2, 2 v. 87, *Si criminatus sit adversum militem vidisse*, &c.

¶ Incriminatio, ōnis, unsträfflichkeit. Tertull. de Resurr. Chr. cap. 29, *Persequor ad palmam incriminationis.*

CRIMESSUS, i, sive Crimissus, vel Crimisus, fluvius Siciliæ, cui verum locum restituit Cluverius lib. 2 Sicil. Ant. c. 2. Adde Nepotis interpretes in Timoleonte cap. 2, & Bochart. Canaan lib. 1 c. 29.

CRIMNUM, i, Κρίμνον & Κρίμνος, crassior tritici & zeæ farina, ex qua puls fit, grieß. Plin. 18 c. 8.

CRĪNIS, is, capillus, à discretione dicitur, h. e. ἀπὸ τοῦ κρίνειν, secundum Festum, das haar. *Comere crinem*, Stat. 2 Silv. 1 v. 122, kämmen. *Desecare crines*, Ovid. Trist. 2 v. 394, verschneiden. *Promittere crinem*, Tacit. ann. 2 cap. 39, das haar lang wachsen lassen. *Crinis intonsus*, Tibull. lib. 1 eleg. 4 v. 34. *Intorti crines*, Valer. Flacc. lib. 6 v. 563. *Crinis niger, crinis rutilus & æri similis*, vide suis locis. *Crispare crinem annulatim*, in annulos ponere, item *subannulare*, quid sit, & plura alia, quæ ad structuram crinium pertinent, vide apud Salmasium in Capitolini Pertinacem cap. 12. ¶ 2. Crines etiam dicuntur crinium sectæ, sive plectæ; Græcis, σειραὶ, zöpffe. De quo Salmasius de Cæsarie pag. 570 & 572. ¶ 3. Eleganti translatione *crinis* quoque de arborum fronde foliisque dicitur. Venantius de Resurrect. v. 21,

Tempore subque hiemis foliorum crine revulso.

Et Prudentius præfat. lib. 1 adv. Symmach. v. 71,

Ut concreta vagis vinea crinibus.

Adde, quæ plura in hanc rem Buchnerus congessit ad laudatam Venantii elegiam. ¶ 4. Crinem vovere se non deposituros, nisi cæde hostium patratâ, Germanis solenne fuisse, Tacitus observat de Germaniâ cap. 31. Vide eundem & 4 Histor. c. 61, & ibi Lipsium, nec non Cluverium in antiqua Germania. Solebant veteres & aliàs Diis vovere crinem, nec desecare: quod *alere, pascere* Deò crinem dicebant. Vide Censorinum de die natali cap. 1 extr. & ibi Lindebrugium.

¶ Criniculus, i, ein häärlein. Adelhelm. de Virg. c. 24, *rasi criniculi.*

¶ Crinalis, e, ad crines pertinens, vel crines habens: ut, *acus crinalis*, Apulej. lib. 8 p. 207, eine haar-nadel. *Vitta crinalis*, Ovid. Metam. 9 v. 770, eine haar-haube. Ovidius in Fragm. Halieut. v. 30 *crinale corpus* dixit, i. e. crinibus obductum, ein raucher leib.

¶ Crināle, subst. ut, *curvum crinale*, Ovidius 5 Metam. v. 53, quod etiam *discriminale* dicitur, vel *discerniculum*, eine haar-nadel, damit man das haar zieret und scheidet.

¶ Crinio, ire, seu passive Criniri, est crinibus vestiri, mit haaren umgeben. Statius 4 Theb. v. 217, *frondenti crinitur cassis oliva.* Idem lib. 4 Silv. 5 v. 10, *Crinitur arbos.* Hinc

¶ Crīnītus, a, um, mit haar bewachsen, haaricht. *Crinitus vertex*, Stat. 9 Theb. v. 129. *Galea crinita*, Virg. Æn. 7 v. 785. *Gorgonis os crinitum anguibus*, Cic. 4 Verr. c. 56. *Apollo crinitus*, idem Acad. 4 c. 28. *Stellæ, quas Græci Cometas, nostri crinitas* (vel ut emendate legitur *cincinnatas*) *vocant*, schwantz-sterne, cometen, Idem 2 Nat. Deor. cap. 5.

¶ Crinisatus, a, um, ex crinibus factus vel natus, haaricht. Sidonius Carm. 22 v. 81, *Hic & crinisatas jungebat Pegasus alas.*
ubi Sirmondi ad hunc locum adnotationem videas.

¶ Criniger, a, um, der lange haar träget. Lucan. lib. 1 v. 463, ubi Caycos, Germaniæ populos, vocat *crinigeros.*

Crinomenon, vide *Crisis.*

CRINON, i, κρίνον, lilium rubens, eine lilie, Plin. 21 c. 5.

CRIOBOLIUM, i, Κριοβόλιον, genus sacrificiorum, ab arietibus cæsis ita dictum, ut *Taurobolium* a bobus. Inscriptio aræ Romanæ apud Gruter. p. 27 n. 3, TAUROBOLIUM SIVE CRIOBOLIUM FECIT. Et alia ibidem n. 4, PERCEPTO TAUROBOLIO CRITOBOLIOQUE. Vide *Taurobolium* infra, & Ferretii Mus. lapid. p. 10.

CRISIS, is, κρίσις, judicium, nachsinnen, verstand. Item naturæ & morbi conflictus, kranckheit-wechsel.

¶ Crinomenon, i, κρινόμενον, judicatio sive judicii quæstio; in quo quasi certamen est controversiæ. vid. Cic. ad Her. 1 c. 16, Orat. c. 36, & Top. c. 25.

¶ Criticus, a, um, κριτικὸς, der da urtheilet; ut, *Criticæ notæ*, quibus Critici utuntur. Critici judices & censores erant Poëmatum, Grammatici, quales fuêre *Aristophanes* & *Aristarchus*, de quibus Quintil. lib. 10 cap. 1, qui & lib. 1 cap. 4 sub initium, eorum officium describit. Conf. Senec. epist. 108, & Ph. Caroli Var. lect. 2 cap. 13. Nam iidem Critici, qui veterum Grammatici erant. *Litteratissimus Criticus* vocatur Serv. Papirius Pætus Ciceroni lib. 9 epist. 16, qui & seipsum 9 epist. 10 *criticum antiquum* nominat. Vide Wowerium de Polymath. *Dies Critici*, κρίσιμοι, in quibus de morbi ratione judicium fieri potest, quod vel exitii vel salutis notæ adparent. Sunt autem dies impari numero, *tertius, quintus, septimus, nonus, undecimus.* Qui vero præ cæteris maxime observantur, *septimus & decimus quartus.* Vide Gellium lib. 3 Noct. Attic. cap. 10, Macrob. lib. 1 in Somn. Scip. cap. 5, Galenum de diebus decretoriis, & Censor. cap. 11.

¶ Critice, sive Critica, æ, Philologiæ pars est, quæ in emendatione auctorum & in judicio consistit. Varro apud Diomedem lib. 2.

Crispico, vide *Crispus.*

CRISPĪNUS, i, frutex nobilis; quem *spinam appendicem* Plinius 24 cap. 13 vocat: Matthiol. *Crispinum*, saurach, versich, frutex in cibaria cum acinis suis expetitus. Hadrian. *Crispinum* Matthiol. nominat, ac describit in cap. 105 lib. 1 Dioscor. de spina acuta. ¶ Est & nomen proprium Romanorum. Crispini centurionis meminit Tac. Hist. 1 c. 5. Crispinum præfectum prætorii apud Domitianum celebrat Statius in sylvis, exagitat Juvenalis sat. 4, &c.

CRISPUS, a, um, intortus, krauß. *Coma crispa*, krause haar, Silius lib. 16 v. 120. *Crispiores jubæ*, Plin. lib. 8 cap. 16. *Crispissimum folium*, Columell. lib. 11 cap. 3.

¶ Crispulus, a, um, dimin. etwas krauß. Martial. lib. 5 epigr. 62, *Crispulus iste quis est?* & Seneca epist. 66, *Comatus & crispulus.* Et epist. 95, *ne quis, cui rectior est coma, crispulis misceatur.*

¶ Crispitudo, inis, die drehung. Arnob. lib. 2 pag. 73 de lascivè saltantibus, *lumborum crispitudine fluctuare.*

¶ Crispo, are, krauß machen, kräuseln. Plin. lib. 28 cap. 8, *Ajunt, fimi [de camelo] cinere crispari capillum cum oleo.* ¶ 2. A crine transfertur ad alia. Virgil. 1 Æneid. v. 318,

Bina manu lato crispans hastilia ferro.

De quo Scaliger 4 Poët. c. 1, COLOREM, inquit, *in oratione per metaphoram intelliges nitorem illum verborum. Est enim nitidius verbum, & quasi coloratius.* CRISPARE, *quam* QUASSARE, *si id apud Virgilium significat.* CRISPUM *enim est non rectum. Quassatu hasta curvatur ac crispatur.* CRISPARI *etiam dici potest id, quod manu colligitur. Sic enim crispatur vestis limbus, cum colligendo digitis corrugatur. Sic duo hastilia veluti duæ rugæ.* Pers. sat. 3 v. 87,

Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.

¶ Crispatus, a, um, gekräuselt. Claudian. 2 de Rapt. v. 110,

denso crispata cacumine buxus.

¶ Crispico, are, idem quod crispare. Gellius lib. 18 cap. 11, *ventus mare cæruleum crispicans.* Plin. lib. 16 c. 16, *buxus raro crispicans.*

¶ Crispicapillus, a, um, kraußkopffich t. Gloss. lat. gr. *Crispicapillus*, οὐλόθριξ.

¶ Crispisulcans, tis, fladdernd, hin und her fahrend: ut, *Crispisulcans fulmen*, Cic. Topic. cap. 16.

¶ Concrispare, idem quod crispare. Ammianus lib. 16 cap. 29, *tela concrispans*, id est, vibrans. *Concrispati cincinni*, Vitruv. lib. 4 c. 1, krause haarlocken. Idem Vitruv. lib. 8 cap. 4, *humores se concrispantes.* Hinc

¶ Concrispatus, a, um, aufgekräuselt. *Capillamento concrispati cincinni*, krause haarlocken, Vitruv. 4 c. 1.

¶ Incrispare: unde

¶ Incrispatio, ōnis, auffräuselung. Augustinus epist. 112 ad Paullinam cap. 22, *ornatur capillorum incrispationibus.*

¶ Subcrispus, a, um, etwas krauß. *Subcrispus capillus*, Cic. in Verr. 4 cap. 44. *Cauda subcrispa*, Varro R. R. lib. 2 c. 7.

CRISPUS, i, Prænomen Romanum: ut Crispus Sallustius. vide *Sallustius.* ¶ Item Crispus Passienus, quo nihil se cognovisse subtilius in omnibus rebus, maxime in distinguendis curandisque vitiis, Seneca scribit præf. lib. 4 Quæst. natur.

CRISSO, are, zappeln. *Crissare* autem meretrices dicuntur, cum agitant se, atque subsultim in coitu movent corpus. Usus hoc verbo Lucilius est apud Nonium c. 1 n. 69, itemque Priapejorum Poëta, & Martial. lib. 10 epigr. 68. Vide & Donatum ad Terent. Eunuch. act. 3 sc. 1 v. 34. Et Scalig. ad Priapeja; & Poëtices lib. 1 cap. 18 p. 64 scribit: *Ex fœdis erat ῥίγνωμα. Nam ῥιγνῦσθαι est lumbis & femoribus fluctuare.* Crissare *Latini dicunt.*

CRISTA, æ, λόφος, ein federbusch: *Crista galeæ.* Virg. 7 Æn. v. 185, *cristæ capitum.* Idem lib. 6 v. 779, *gemino stant vertice cristæ.* ¶ 2. in avibus quod capiti supereminet, der kamm, oder busch auffm kopf. Plinius lib. 10 cap. 29, *Upupa cristâ visenda plicatili.* Hinc *Cristas tollere*, proverbialis est locutio pro ferociore, ac animo sibi placere, animo efferri, sich brüsten, stoltziren. Juven. satyr. 4 v. 69, *Surgebant illi cristæ*, er ließ sich etwas düncken. Cristas Germani, Gallique in galeis gestabant, ut terribiliores essent hostibus. Cluver. in Germ. Antiq. lib. 1 cap. 44. Casaub. ad Suet. Cæsar. cap. 24.

¶ Cristatus, a, um: ut, *Galea cristata*, ein helm mit einem federbusch, Liv. lib. 9 cap. 40. Et Silius lib. 1 v. 401, *cristatæ cassidis æra.* Sic *Aves cristatæ*, Martial. lib. 14 extrem. *Angues cristati*, Senec. Herc. Fur. v. 216.

¶ Cristula, æ, dimin. ein büschlein. Colum. lib. 8 cap. 2.

CRITHAMUS, i, & Crithmum, i, κρίθμον, creta marina, baticula, meer-fenchel, Planta.

CRITHE, es, κριθὴ, ein gersten-korn am aug, h. e. tuberculum, quod in palpebris in loco pilorum interdum nascitur, Corn. Cels. lib. 7 cap. 7 n. 2, κριθὴ, hordeum significat.

¶ Crithologia, æ, κριθολογία, cura hordei & frumenti colligendi. Theod. Cod. lib. 14 tit. 25, *Crithologiæ & Zygostasii munus.*

¶ Crithologi, orum, præfecti colligendis sacrificiorum primitiis, in quibus plurimus erat hordei usus, quod Crithen vocant. Rhodig. 12 cap. 1.

CRĬTIAS, æ, unus è triginta tyrannis Atheniensium. Nepos Thrasybulo cap. 2 n. 7.

Criticus, vide *Crisis.*

CRĬTO, ōnis, Atheniensis fuit, Socratis familiaris. ¶ 2. Alius Historicus fuit, scripsitque res Persicas & Macedonicas: Suidas.

CRITOBULUS, i, medicus, cujus magna fama est, *extracta Philippi regis oculo sagitta, & citra deformitatem oris curata orbitate luminis*, Plin. 7 cap. 37. Is est, qui & Alexandro vulnerato spiculum evulsit feliciter, *Critobolus* dictus Curtio 9 c. 5.

CRITOLĀUS, i, Atheniensis, nobilis Peripateticus, cujus quintâ Tusculana meminit Cicero cap. 17; *Quo loco*, inquit, *quæro, quam vim habeat libra illa Critolai, qui, cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis & externa, tantum propendere illam boni lancem putet, ut terram & maria deprimat.* Hujus Critolai rationes, quibus æternitatem mundi conatus adstruere, recenset Philo περὶ ἀφθαρσίας κόσμου, i. e. de mundi compage incorruptibili. ¶ 2. Critolaus alter Achæorum dux Corinthum evertit. Cic. N. D. lib. 3 c. 38. ¶ 3. Critolaus Tegeates, Rheximachi F. qui apud Græcos contra tergeminos Pheneatas eâdem & conditione & fortunâ pugnavit, quâ apud Romanos Horatius. Nam is quoque Demodicam sororem interemit, quod sponsum occisum lugeret. Auctor Demaratus in Arcadicis apud Plutarchum in Parallelorum libello.

CROCALLIS, is, gemma est Plinio cerasum repræsentans, lib. 37 c. 11.

Crocatus, Croceus, Crocinum, Crocinus, vide *Crocus.*

CRŎCIO, crocire, & Crocito, crocitare, corvorum est, schreyen wie ein rab. Plaut. Aulular. a. 4 sc. 3 v. 2, *Corvus voce crocitabat suâ.* al. *crocibat.*

¶ Crocītus, ûs, apud Nonium c. 1 n. 218, &

¶ Crocatio, vel si mavis, Crocitatio, onis, apud Festum, crocorum vox, raben-geschrey.

CRŎCIS, idis, κρόκις, herba, cujus tactu phalangia moriuntur, Plin. 24 cap. 17.

CROCŎDĪLUS, i, κροκόδειλος, dictus ἀπὸ τοῦ δειλιᾶσθαι κρόκον, *quod croci reformidet nidorem*, ein crocodill. Ægypti animal est quadrupes, nascitur ex ovo magnitudine ovi anserini, & excrescit in horrendam magnitudinem. Est autem duplex Crocodilus, alter fluvialis, ποτάμιος, alter χερσαῖος, terrestris. Vide Plinium lib. 7 cap. 25. Nusquam nisi in Nilo Ægypti & Indo flumine, (unde adpellatur India,) Crocodilos nasci, Philostratus auctor est lib. 6 de vitâ Apollonii cap. 1. *Crocodili lacrymæ* de iis dicuntur, qui simulant se graviter eorum dolere vicem, quibus tamen ipsi perniciem & interitum machinantur; sumtâ figurâ ex eo, quod Crocodilus homine conspecto lacrymas emittit prius, mox eumdem tamen devorat. Asterius apud Photium Cod. 271 de Crocodilis ferri scribit, eos capita hominum, quos devorârunt, deflere, & mortuorum deplorare reliquias, non facti pœnitentiâ adductos, sed dolentes, ut ipsi videtur, ipsum caput carne carere, quam devorent. Apul. Apologiâ: *Belua immanis Crocodilus ille, qui in Nilo gignitur; ea quoque, uti comperior, purgandos sibi dentes innoxio hiatu præbet. Nam quod est ore amplo, sed elingui, & plerumque in aqua recluso, multæ arundines dentibus implectuntur. Eas illi cum egressus in præripia fluminis hiavit, una ex avibus fluvialibus amica avis, injecto rostro sine noxæ periculo exscalpit.* Phædrus fab. 25 v. 4 primam produxit contra naturam elementi. Nisi ibi *Crocodilis* scribendum.

¶ Crocodilium, i, herba est Dioscoridi lib. 3, & Plinio 27 cap. 8, similitudine Chamæleontis nigri in locis silvosis nascens, & pota sanguinem per nares pellens. In Italiâ nasci Matthiol. tradit, wilde eberwurtz.

¶ Crocodilīnus, a, um, adject. *Ambiguitates Crocodilinæ*, listige, betrügliche, sophistische griffe, Quintil. lib. 1 cap. 10.

Crocomagma, Crocota, vide *Crocus.*

CRŎCOTTA, æ, vel Crocuta, quod & Corocotta dicitur, monstrosum Æthiopiæ animal, quod sermones hominum imitetur, de quo Plinius lib. 8 cap. 21 pr. & cap. 31 ejusdem libri: item Ælian. Hist. Animal. lib. 7 cap. 22, & Capitolinus in Pio cap. 10.

CROCUFANTIA, orum, in ornamentis muliebribus ponuntur lege 25 Dig. de aur. arg. mund. § 10. Gloss. vet. Philoxeni, Κροκύφαντος, *reticulus.* Atqui dicta lege conjunguntur *reticula, crocufantia.*

CRŎCUS, & Crocum, i, κρόκος, κρόκον, saffran; *Crocum* in neutro proprie, in masculino poëtice dici, auctor Luctatius Placidius est Statii scholiastes. Prima nobilitas Cilicio est, quod in monte Coryco nascitur, Plin. lib. 21 cap. 6. Isidor. lib. 14 cap. 3. Hinc *Cilicum flores*, pro Croco Corycio Statius dixit Epicedio in Glauciam lib. 2 Silv. 1 v. 160. Vbi nota luxum in funeribus, qui croco etiam rogum resperserunt. Quamquam Theatra quoque Croco (id est, liquore crocino sive croco aqua diluto) sparsa Lipsius de Amphitheatro, itemque Scaliger & Passeratius ad Propertium observant. Redeunte ex Achaja Nerone Romam sparsum per vias identidem crocum Suetonius refert Neronis vitâ cap. 25. Cereri & Eumenidibus aliàs crocus dicatus erat. Voss. lib. 1 Instit. Orat. p. 102. *Crocum silvestre*, vide *Cnicus.* ¶ 2. Plinius *crocum* etiam luteos illos apices in medio lilio vocat lib. 21 cap. 5. Ad rosas quoque hoc nomen Ausonius transtulit Edyllio 14 v. 32

Prodens inclusi semina densa croci.

¶ Croceus, a, um, gelb, saffran-farb: ut, *Chlamys crocea*, Virg. 11 v. 775. ¶ 2. quod aliquid croci refert, gesaffret: ut, *odor croceus*, Idem Georg. 1 v. 56.

¶ Crocatus, a, um, idem. Plin. lib. 16 cap. 34, *semen crocatum.*

¶ Croceatus, a, um, idem. Adelhelm. de Virg. c. 2, *Croceata genistarum cacumina.*

¶ Crŏcĭnus, a, um, idem. *Semen crocinum*, Plin. lib. 21 cap. 19.

¶ Crŏcĭnum, i, κρόκινον, genus unguenti ex croco, saffran-salbe. Propert. lib. 3 eleg. 10 v. 22,

Et crocino nares myrrheus ungat onyx.

Vnde & ipse Celsus 3 cap. 19 dicit *Crocinum unguentum.*

¶ Crocomagma, ătis, κροκόμαγμα, genus unguenti ex croco & vino dulci. Plin. lib. 21 cap. 20, *unguento crocino, quod crocomagma adpellant.*

¶ Crocia, æ, gemma, a croco dicta, Plin. 37 c. 11.

¶ Crŏcōta, æ, κροκωτὸς, vestimentum muliebre, colore croceo, ein gelbes kleid. Cic. de arusp. respons. cap. 21, *Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus soleis, &c. est factus repente popularis.* Apul. lib. 11, *Vidi & simiam pileo textili, crocotisque phrygiis, catamiti pastoris specie, aureum gestantem poculum.* Suidas: Κροκωτὸς, ἔνδυμα ἐγκύκλιον, vestimentum orbiculatum est. *Mustelæ crocoton*, scilicet, *addere*, est honorem conferre indignis. vid. Chiliad. *Feli crocotam.* Etiam Maro, cum lib. 9 Æn. v. 614 dicit:

Vobis picta croco & splendenti murice vestis,

Vestem intelligit, quam Græci κροκώτιον appellant, ut effæminatos & semiviros incessat Trojanos. v. Turneb. 29 c. 25, & 26 c. 29.

¶ Crŏcōtula, æ, dimin. idem. Plaut. Epidico act. 2 sc. 2 v. 47.

¶ Crŏcotularius, i, crocatarum vestium infector, Idem Aulul. act. 3 sc. 5.

¶ Crocotillus, a, um, valde exilis. Plaut. apud Fest. *Crocotilla crucula.*

¶ Crocotinum, i, genus operis pistorii. Festus.

CROESUS, i, Κροῖσος, Lydorum Rex opulentissimus. Cum Solonem ad se accersitum interrogâsset, utrum se feliciorem cognovisset quemquam, ille post aliquot nominatos, quos beatos quoque ipse judicaret, tandem respondit: *O Rex, cum hominis vita variis fortunæ vicibus assidue rotetur, nos Græci felicitatem adhuc obnoxiam vicissitudini temporis non solemus suspicere: si cui verò prosperitatem Deus honesto exitu confirmârit, hunc nuncupamus beatum. Spirantis enim adhuc, periculisque in vita expositi felicitas, sicut certantis præconium & corona, fluxa & vana est.* Hoc responsi tum quidem non admodum tulit patienter. Sed paullo post a Cyro in acie superatus, amissâ urbe captivus, cum ad incendium duceretur, ascendens pyram, quàm potuit altissima voce, spectantibus Cyro & cunctis, *ô Solon*, terque quaterque exclamavit. Quod cum audisset Cyrus, interrogari jussit, quis hominum deorumve esset hic, quem ultimo in supplicio tantopere efflagitasset? Qui nihil dissimulans rem ordine narravit, quibus rationibus sapientissimus ille vir eum monuisset, ut vitæ exitum metiretur; quandoquidem neminem beatum dici debere existimaret ante obitum, neque quicquam propter assiduas fortunæ vicissitudines stabile perpetuumque teneri. *Quæ cùm secundis ego*, inquit, *rebus aspernarer, triste nunc omnibus spectaculum factus, serò pœnitentiâ afficior.* Hæc cùm Cyro renunciarentur, cautior & ipse factus Crœsi periculo, ejusque sortem miseratus, non solum ab incendio eum liberavit, sed ad ultimum usque diem summo honore prosecutus est, Plutarch. vitâ Solonis. Sed de servato Crœso longe aliter narrat Nicolaus Damascenus, non verisimiliter tamen. Vide ejus fragmenta & Grotium ad Gallos epist. 110. Respexit huc Juvenal. sat. 10 v. 273,

Festino ad nostros, & regem transeo Ponti,
Et Crœsum, quem vox justi facunda Solonis
Respicere ad longæ jussit spatia ultima vitæ.

Et Ovid. lib. 3 Metamorph. v. 135,

Sed ultima semper
Expectanda dies homini est, dicique beatus
Ante obitum nemo supremaque funera debet.

Porro apud Xenophontem lib. 7 de Pædia Cyri Crœsus ipse post ingentem, quam filiorum suorum caussâ expertus fuisset aliquando, calamitatem, hoc etiam sibi ab Apolline redditum oraculum testatur:

Σαυτὸν γινώσκων εὐδαίμων Κροῖσε περάσεις,
Ipsum te noscens es felix Crœse futurus.

¶ Pro opulentis usurpatur. v. Ovid. 3 Trist. 7 v. 42. Et Martial. lib. 11 epigr. 6,

Ardua

Ardua res hæc est, opibus non tradere mores
Et cum tot Crœsos viceris, esse Numam.

CRŎNIA, orum, Κρόνια, latine Saturnalia dicuntur, Saturni scil. festa, quem κρόνον Græci dicunt. Macrob. 1 sat. c. 7.

CRŎTĂLVM, i, κρόταλον, æneum crepitaculum, quo utebantur mulieres Syræ, quæ *Ambubajæ* dicebantur; eine klapper, oder schelle. Cic. in Pison. c. 9, & Macrob. 2 Saturn. cap. 10. Quale, & unde fuerit, unicè docet Scaliger ad Copam Virgilii; Item animadvers. in Euseb. Chronicon pag. 156. Vide & Laurent. Pignorium de Servis pag. 87 & sequent. ubi & figuram exhibet optime cum verbis Apuleji, à Scaligero productis, congruentem.

¶ Crotalia, orum, margaritas collisu sonantes, quarum crepitu Græci delectabantur, Plinius vocat lib. 9 cap. 35.

¶ Crotalistria, æ, quæ Crotalum pulsat. Propert. lib. 4 eleg. 9 v. 13,

Nilotes tibicen erat, crotalistria Philis.

Vt verè emendavit Scaliger. *Crotalistria Philis*, dicitur ut *Hospes Zacyntho*, apud Plautum pro Zacynthio. Omittitur autem in talibus præpositio A vel Ab, ut integrum sit; *Crotalistria à Philis*. Vide supra in *A* & *Ab*. Philæ autem insula ad Sienen Ægypti est. Conf. Barth. ad Stat. Silv. pag. 157. Laberius apud Petronium Ciconiam avem eleganter *Crotalistriam* vocat, quod voce, quam edit, crotalorum crepitus imitetur. Sed apud Cæl. Rhodig. 13 c. 66 est *Choralistria*.

CRŎTON, ōnis, sive Crŏtōna, æ; Silius lib. 11 v. 17,

patefecit amicas
Alta Croton portas.

Κρότων, Italiæ civitas in sinu Tarentino, celebris tum ingenti numero Pythagoræorum, tum multitudine præstantium athletarum, quos inter Milo Crotoniates eminet. Justinus lib. 20 cap. 4, *Crotonam venit.* Et post paullo, *Pythagoras cum annos XX Crotone egisset.* Hinc proverbium *Crotone salubrius*, de re innoxiâ; &

μάταια τἆλλα παρὰ Κρότωνα τ' ἄστεα,
Nihil aliæ civitates ad Crotonem. Vid. Chiliad.

¶ Crŏtoniāta, æ, vel Crotoniates, civis, incola: ut, *Qui Crotoniatarum postremus est, is reliquorum Græcorum primus est.* Natum adagium inde est, quod in uno aliquando certamine *Olympico* victores omnes *Crotoniatæ* fuerunt. Consule de utroque Erasm. Chiliadas. Maximam in exercendis corporibus curam posuerunt.

¶ Crotoniensis, e, idem qui Crotoniates, Justinus dicto lib. 20 c. 4 pr.

¶ 2. Crŏton, Κρότων, Dioscoridi *ricinus* est, seu *Cici*, κίκι, planta, wunderbaum. Vide *Ricinus* infra, & Plin. 16 c. 23.

Crucifer, Crucifigo, Crucio &c. vide *Crux*.

Crudelis, Crudesco, Cruditas, vide *Crudus*.

CRV̄DVS, a, um, Græcè ἄπεπτον, incoctum dicitur, acerbum & recens, ungekocht. *Caro cruda*, quasi adhuc cruenta, roh fleisch. *Cibi crudi*, i. e. nòndum cocti, ungar. Juvenal. satyr. 1 v. 143,

crudum pavonem in balnea portas,

i. e. cibum per se difficillimæ concoctionis, & in stomacho nondum digestum. *Cruda poma*, Cicer. de Senect. cap. 19, unreiffe äpffel. ¶ 2. Crudum etiam dicitur, quod nondum ex maturitate aruit, & sole excoctum cœpit flaccescere: Sed adhuc valde viride est, frisch: quemadmodum *palmitem crudum* Lucanus dixit lib. 4 v. 317, Virgilius vero *crudum* & *viride* conjunxit, cum in 6 Æneid. v. 304 ait:

Cruda Deo viridisque senectus.

Quod suum fecit Tacitus Agricola cap. 29, *Cruda & viridis senectus* est, quam *Aquilæ senectutem* Terentius dixit: i. e. robustam, validam, integris viribus, &c. Sic *Crudum funus* Zeno Veronensis elegantissimus auctor dixit; quod acerbum aliàs, hoc est, immaturum vocabatur, Serm. de Job. *Cruda funera*, Statius 9 Theb. v. 380, frühzeitiger tod. Sic Martial. lib. 8 epigr. 63 *Crudam viro puellam* dixit pro immaturâ & nondum nubili: Varro Agathone *virginem acerbam* adpellat. ¶ 3. Et hinc pro recente *crudum* ponitur. Sic *crudum servitium*, Tacitus dixit 1 Annal. cap. 8. *Crudum vulnus*, eine frische wunde, Plin. lib. 5 epist. 21 extr. quo sensu Cassius Parmensis apud Sueton. Aug. cap. 4 supremo gradu *crudissimum pistrinum*, id est, recentissimum dixit. ¶ 4. Horat. lib. 1 sat. 5 v. 49 *Crudos* dixit, qui ἀπεψίας vitio laborant, quique cibum concoquere nequeunt.

¶ Percrudus, a, um, valde crudus, sehr unreiff. Columella lib. 12 c. 10, *pruna percruda.*

¶ Semicrudus, a, um, halb roh. *Semicruda exta*, Sueton. Aug. c. 1. *Lupini semicrudi*, Columella lib. 6 cap. 25. Et, *caro semicruda*, Florus lib. 2 cap. 18. Metaphorice Statius lib. 4 Silv. 9 v. 48,

Quid si cum bene mane semicrudus
Illatam tibi dixero salutem.

Vbi *semicrudus*, semisopitus, noch nicht ausgeschlaffen.

¶ Subcrudus, a, um, crudus aliquantulum. Corn. Celsus lib. 2 cap. 29, *Alvum movet brassica, si subcruda est.* Et lib. 6 cap. 13, *Vlcus subcrudum incidendum.*

¶ Cruditas, ātis, ἀπεψία, stomachi dicitur affectus ex difficili concoctione, studiosis plerumque inimicus, die undäuung und schwachheit des magens. Quod vitium plurimorum morborum caussa est, quemadmodum Cicero dixit de fato cap. 15. *Cruditatem contrahere*, Quintil. dixit lib. 7 cap. 3 sub fin. Columella lib. 6 cap. 25, *lumbrici fere nascuntur cruditatibus.*

¶ Crūdesco, crudui, crudescĕre, zunehmen, roh oder arg werden. Symmachus lib. 8 epist. 58, *Credo, ex vigiliis nocturnis, quarum in præsentia exiguus fuit sensus, noxa post cruduit.* Sic quoque Virgil. 3 Georg. 504,

Sin in processu cœpit crudescere morbus.

Transfertur ad alia. Tacitus 3 Hist. cap. 10, *crudescit seditio.* Justinus lib. 8 cap. 4 num. 4, *crùdescente ira.* Et Silius lib. 1 v. 432,

Fidebat magica ferrum crudescere lingua.

¶ Rĕcrūdescere, est denuo irritari, exacerbari, wieder aufbrechen, neu werden: ut, *Hoc tam gravi vulnere etiam illa, quæ consanuisse videbantur, recrudescunt*, Cic. 4 epist. 6. Et, *seditio recrudescens*, Livius lib. 6 c. 18.

¶ Crudito, are, male concoquere, vel nondum concoxisse, nicht verdauen. Tertullian. de Jejun. cap. 16, *populus carnis avidissimus usque ad choleram ortygometras cruditando.*

¶ Cruditatio, ōnis, unverdaulichkeit, Cæl. Aurel. 5 Tard. c. 2.

¶ Crudaria, æ, argenti vena in summo reperta, Plin. 33 cap. 11, ein silbergang vom gediegenen silber.

¶ Crūdēlis, e, immitis, atrox, grausam, tyrannisch, unbarmhertzig. *Bellum crudele*, Cic. Attico lib. 9 epist. 5. *Crudelior janua*, quæ supplices non admittit, Propert. lib. 1 eleg. 16. *Crudelissimi parricidæ*, Sallust. Catil. cap. 52.

¶ Crūdēlĭtas, ātis, grausamkeit. Cic. off. 3 cap. 11, *Hominum naturæ maximè inimica crudelitas est.* Idem pro Flacco cap. 11, *homo crudelitate barbarus.* Idem lib. 1 de Orat. cap. 52, *quorum crudelitas nostro sanguine non potest expleri.* Et Philipp. 11 c. 3, *ut suam insatiabilem crudelitatem exercuerit non solum in vivo, sed etiam in mortuo.*

¶ Crudeliter, grausam. Cic. 1 Catil. cap. 12, *crudeliter & regiè factum.* Curtius lib. 10 cap. 5, *ipsum Darium floruisse paulisper, ut crudeliùs possit exstingui.* Cic. pro Milone cap. 33, *crudelissime necatus.* Cæs. 1 B. Civ. c. 2, *ut quisque acerbissime crudelissimeque dixit, ita quam maxime ab inimicis Cæsaris collaudatur.*

Cruentatus, Cruento, Cruentus, vide *Cruor*.

CRV̄MA, ātis, κροῦμα, dictum a κρούειν, h. e. feriendo vel crepando, ein klapper-oder schellenwerck oder tantz-spiel. Erant autem *crumata* ex testulis sive osficulis, eisque utebantur mulieres Gaditanæ & Cantabræ, quemadmodum æneis illis crepitaculis Syræ. Dicebantur & *Scabilli*: quæ vox hodieque durat, licet aliquantum depravata. Hispani enim & Aquitani similia crepitacula *cascabillos* vocant. Vide Scaliger. ad Copam Virgilii, & paullo post *Crusina*.

CRV̀MĒNA, æ, loculus, eine tasche, beutel, a κρεμάω, pendeo, quia vel in collo vel ad femora suspensa gestatur. Nonio cap. 2 n. 76. Crumena non minus ac Bulga est *sacculus ad brachium pendens.* Dicitur & *Fundus*; item *Ventrale.* Cujacius lib. 10 Observ. cap. 26. *Crumena deficiens*, eine ledige tasche, apud Horat. lib. 1 epist. 4 v. 11, & Juvenalem satyr. 11 v. 38, *quis eum te deficiente crumena*

Et crescente gula manet exitus, ære paterno,
Ac rebus mersis in ventrem?

¶ Cupidinum crumena porri folio vincta est, vide Chiliadas.

¶ Crumenisèca, æ, ein beutelschneider.

CRVOR, ōris, geronnen oder geliefert blut. Sallust. Catilin. cap. 51, *cadaveribus, cruore, atque luctu omnia compleri.* Horat. principio lib. 2 Carm. *arma nondum expiatis uncta cruoribus.*

¶ Cruentus, a, um, blut-rünstig, blutig. *Cædes cruenta*, Senec. Herc. Fur. v. 1160. *Cadaver cruentum*, Cic. pro Mil. cap. 13. *Cruenta atque luctuosa victoria*, ein sieg, der viel bluts, und manchen tapffern mann gekostet hat, Sallust. Catil. cap. 58 extr. *Ira cruenta*, Horat. 3 oda 2 v. 11, blutgieriger zorn. Ovid. 12 Met. v. 592 de Achille:

Ille ferox, belloque cruentior ipso.

Cruentam hastam proponere, mos erat apud Romanos, si qua civitas vi subacta hostili in cursu diripienda foret. v. Alex. ab Alex. 3 cap. 16. Vellejus lib. 2 cap. 71, *Non aliud bellum cruentius cæde clarissimorum virorum fuit.* Idem c. 52, *cruentissimus Romano nomini dies.* Lactantius de Mort. Persecutor. cap. 8, *cruentissimus fiscus male partis opibus adfluebat.*

¶ Cruentè, adverb. blutig, grausam. Justinus lib. 39 cap. 3, *soror, quæ tam cruente sæviat.* Prudent. in Romano v. 1095, *si cruente puniamur, vincimus.* Seneca lib. 5 de Benefic. c. 16, *ceteri arma cruentiùs exercuerunt.* Et Vopiscus Aureliano c. 21, *cruentiùs, quæ mollius fuerant curanda, compescunt.* Et Orosius lib. 1 c. 17, *bello cruentissimè gesto.*

¶ Cruenter, idem. Apulej. Metam. 3 post princip. *civium lanienam cruenter exercuit.*

¶ Cruento, are, mit blut färben, beblutten. Cicer. Arusp. R. cap. 16, *Cruentari scelere*, mit einer übelthat befleckt werden. *Cruentare manus sanguine suorum*, Corn. Nep. Epam. cap. 10 de iis, qui se miscent bellis civilibus. Propert. lib. 4 eleg. 9 v. 39,

Imponitque notam collo, morsuque cruentat.

¶ Cruentatus, a, um, blutig, mit blut bespritzt: ut, *gladium cruentatum in vaginam recondidit*, Cic. 2 de Invent. cap. 4.

¶ Cruentifer, a, um, idem quod cruentus: ut, *cruentifera signa*, Tertull. in carmine de judicio Dom. c. 10.

¶ Incruentus, a, um, non cruentus, unblutig: ut, *incruenta victoria*, Sallust. fin. Catil. *prælium incruentum*, Liv. lib. 2 cap. 56.

¶ Incruente, adverb. ohne blut. Prud. Romano v. 1094,

Si vos sinatis, incruente vivimus.

¶ Incruentatus, a, um, non cruentatus, unverletzt. Foro Rom. Steph. Tacitus citatur ex 4 Hist. cap. 37 n. 4, sed meliores libri, ut Berneggeri, Ryckii, Pichonis &c. *incruenti* habent. Rectius certiusque Ovidio hæc vox vindicari potest 12 Metamorph. v. 496,

manet imperfossus ab omni
Inque cruentatus Cæneus Elateius ictu.

Hoc est, *incruentatusque*, eleganti tmesi.

¶ Subcruentus, a, um, i. e. cruentum aliquid habens admixtum, etwas blutig. Celsus lib. 4 cap. 18, *Descendunt pituitæ, mucisque similia, interdum etiam leviter subcruenta.*

CRVPELLARIVS, i, cui continuum ferri tegimen, ein kürißirer, geharnschter. Tac. Ann. 3, 43, 4.

CRVS, cruris, n. est a genibus ad inferiorem pedem usque, constat ex *tibiâ* & *surâ*, das schien' ein. *Tibia*, die knie-röhre. *Sura*, die waden. *Crurum gracilitas*, Suet. Calig. cap. 3. Quam equitando emendari ibid. observa, & consule simul Casaubonum. *Crus arboris*, der stamm biß an die äste, Colum. lib. 5 c. 11. *Crurum tenus*, Virg. 3 Georg. v. 53.

¶ Crusculum, i, dimin. das beinlein. Martial. lib. 3 epigr. 93,

Pectus cicadæ, crusculumque formicæ.

¶ Crurulis, e, adject. ut, *Crurules fasciæ*, socken, Fragm. Petron. Tragur. p. 18, & Vlpianus lege 25 D. § 4 de aur. arg. mund. *Fasciæ crurules pedulesque.* Alii *crurales* legunt.

¶ Crurícrepida, æ, gestiefelt an füssen. Plaut. Trin. 4, 3 v. 14.

¶ Crurifragium & Crurifrangium, i, vetus Glossar. interpretatur σκελοκοπίαν, das radbrechen. Cicero pro S. Rosc. cap. 20 *crura cui suffringere* dixit: & 13 Philipp. cap. 12, *proverbii loco dici solet, perire*

eum non posse, nisi ei crura fracta essent. Apulejus lib. 9, *crurum ei fragium obominata.* De servili hoc supplicii genere consulatur Lipsius de Cruce cap. 14, & Casaub. ad Suet. Aug. cap. 67. ¶ Plautus Pœn. a. 4 sc. 2 v. 64 *Crurifragium* servum vocat, cui crura debeant suffringi: alii ibidem *crurifragum* legunt, ut primo casu sit *crurifragus.*

CRVSMA, ătis, pulsus, ejusdem cum crumate originis: unde & Musicæ pars *Crusmatica* adpellata. Vetus Auctor fragmenti, quod cum Censorino edi consuevit cap. 11, *Musica est peritia faciendorum & canendorum modorum: ejus partes*, HARMONICA, ORGANICA, CRVSMATICA. *Crusmata pulsus decori sive carmina vocantur.* Martial. lib. 6 epigr. 71,

Edere lascivos, ad Bætica crusmata, gestus,
Et Gaditanis ludere docta modis.

CRVSTA, æ, die schalè oder rinde: ut, *Panis crustæ*, die rinde am brod. Est autem crusta superior, quam Græci ἀτλάραγον, & inferior, quam ἐψηθίαν vocant, rectius ψάθια. Eust. Athen. *Crustæ argenti cælati*, Cicer. 6 Verrin. cap. 23 extr. das erhabene bildwerck am ausgestochenen silber. *Vulnus, ulcus crustam ducit*, die wunde verharscht. ¶ 2. Sunt & parietum crustæ, das tünchwerck an wänden. Plinius lib. 36 cap. 6, *Primum Romæ parietes crusta marmoris operuisse totius domus suæ traditur Mamurra.* Hinc eleganti metaphora Seneca de Provid. cap. 6, *Non est solida & sincera felicitas: crusta est, & quidem tenuis.* Eadem est, quam *bracteatam felicitatem* epist. 115 vocavit. *Crustæ glaciales*, eis-schollen. Virg. 3 Georg. v. 360,

Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ.

Servius ad eum locum: *Notandum, quia cùm* hæc crusta *dicimus fœminino genere, lapidis aut ligni, aut gelu partem significamus. Cum verò* Crustum *dicimus, edulium aliquod significamus, partem panis vel placentæ*, &c. *Crusta ex fundo*, ein stücke erde, ein kloß, Lege 9 De damnò infecto &c. Lucretius lib. 6 v. 625,

Vnâ nocte vias quoniam persæpe videmus
Siccari mollisque luti concrescere crustas.

¶ Crustula, æ, dimin. ein rindlein: ut, *crustula ulcerum*, ein grindlein. Plinius lib. 22 cap. ult. *Lens crustulas ulcerum rumpit.*

¶ Crustum, i, ein ranfft, stück brod. Virg. Æn. 7 v. 115 per *Orbem fatalis crusti* intelligit quadram sive placentam, quæ pro patina esse consuevit. Conf. in *Crusta* locum Servii.

¶ Crustulum, i, frustum panis bene cocti, leviter melliti, ein küchlein, oblat, eisen- oder honig-kuchen. Vide Lips. ad Senecam epist. 56. Horat. lib. 1 sat. 1 v. 25, *Vt pueris olim dant crustula blandi*
Doctores, elementa velint ut discere prima.

Apulejus lib. 10 p. 244, *In cellulam solebant deportare mei domini, ille porcorum, pullorum, piscium, & ejuscemodi pulmentorum largissimas reliquias: hic panis crustula, lucunculos* &c. Seneca epist. 99, *Consolamur crustulo pueros.* Plaut. Stich. 5, 4, 9, *Crustulum comminutum*, ein bröcklein. Vetus Inscriptio apud Gruter. p. 228 n. 8, MVLSVM ET CRVSTVLA PECVNIA NOSTRA DEVOTIS OMNIBVS ET POPVLO DEDIMVS.

¶ Crustŭlārius, i, ein kuchen-becker, Seneca epist. 56.

¶ Crustulatus, a, um; ut, *perna crustulata*, i.e. crustulis ex melle & farina confectis bene apparatus, Spartian. in Vero c. 5.

¶ Crusto, avi, atum, are, crustam inducere, überziehen, tünchen. Plinius lib. 15 cap. 6, *Mala generosissima crustant gypso & cera.* Similem ferme rem in ædificiis descripturus lib. 36 cap. 6, *crustâ marmoris parietes operuisse*, dicit.

¶ Crustatus, a, um, überzogen, übertüncht: ut, *crustata domus*, quæ crustis marmoreis vestita est. Lucanus lib. 10 v. 114,

Nec summis crustata domus, sectisque nitebat
Marmoribus.

¶ *Crustata animalia*, cujusmodi sunt testudines canoræ, locustæ, & piscium genera nonnulla, thiere mit einer harten schale oder schild, schildkröten, krebse, &c. Plin. 11 cap. 37, *Porta crasso ferro crustata*, mit eisen beschlagen. Ammian. 24 c. 2.

¶ Crustarius, i, qui crustat parietes, ein tüncher, gypser. Plin. lib. 33 cap. 12, *Habuit & Teucer crustarius famam.*

¶ Crustarius, a, um, adject. ut, *Crustariæ tabernæ*, a vasis crustatis, quæ ibi venduntur, dictæ. Festus.

¶ Crustosus, a, um, rindicht. Plin. 12 cap. 9, *Facilius hoc & crustosius.*

¶ Concrustatus, a, um, verharscht. *Soliditates concrustatæ*, Ammian. 17 cap. 7. *Meatus gelidis frigoribus concrustati*, Idem 30 c. 6.

¶ Incrustare, idem quod Crustare, bekleistern. Horat. lib. 1 Serm. sat. 3 v. 55, *At nos virtutes ipsas invertimus, atque*
Sincerum cupimus vas incrustare.

¶ Incrustatio, ōnis, Lege 79 de Verborum signific. *incrustationes, loricationes, picturæ.*

CRVSTVMERIVM, i, vel Crustumeria, æ, oppidum Sabinorum, Albanorum colonia, prope Tiberim; Plin. 3 c. 5. Crustumeros vocat Virg. 7 Æn. v. 631, *Ardea, Crustumerique, & turrigeræ Antemnæ.*

CRVSTVMIVM, i, oppidum Italiæ juxta Vejos. ¶ 2. Fluvius in Flaminia ex Appennino monte ortus, de quo Lucanus 2 v. 406,

Crustumiumque rapax, & junctus Isapis Isauro.

¶ Crustuminus, a, um, adject. ut, *Pyra crustumina* ex generosissimorum genere Plinio 15 c. 15, & Columellæ 5 c. 10, Paricß-birnen.

¶ Crustumius, a, um, idem. Virg. lib. 2 Georg. v. 88,

Crustumiis Syriisque pyris gravibusque Volemis.

Vbi Servius: *Crustumia pyra sunt ex parte rubentia, ab oppido Crustumio nominata.*

CRVX, crŭcis, gabalus, patibulum, βάσανος, ein creutz, ein galgen. *In crucem tollere*, Cic. 7 Att. ep. 11. *agere*, Id. pro Cluent. cap. 67. *Cruci suffigere*, Id. in Pison. c. 18. *Cruci afficere*, Id. Verr. 3 c. 4, & Curtius 7 c. 5, creutzigen, an galgen bringen. *Corvos in cruce pascere*, Horat. 1 epist. 16, 48. ¶ 2. Generaliter *crux*, pro omni angore, cruciatu, atque interitu accipitur. Plautus Menæchm. Prologo; *Abstraxitque* [fluvius] *hominem in maximam malam crucem.* Et Rudente a. 1 sc. 2 similiter de puellâ aquis mersâ; *Sed dextraversum aversa it in malam*

crucem; Et Aulular. a. 3 sc. 5 v. 48, *Aliqua mala crux semper est, quæ aliquid petat.* Columella lib. 1 cap. 7, *Jus summum antiqui, summam dicebant esse crucem.* Terentius Eunucho a. 2 sc. 3 v. 91 *Cruces* dixit, qui affligunt & cruciant.

¶ Crúcio, avi, atum, are, cruci affigere, creutzigen. Hegesippus lib. 5 cap. 18, *Capiebantur innumeri*, [Judæi] *quingenti ferme ad diem cruciabantur.* Vet. Gloss. *Cruciat, crucifigit*, σταυροῖ. ¶ 2. *Cruciare* est quovis modo affligere, quälen, peinigen. *Cruciari dolore*, Cicer. 2 de Fin. cap. 4. *vigiliis & fame*, Idem lib. eod. cap. 20. Et Plautus Capt. act. 3 sc. 4 v. 69,

Crucior, lapidem non habere me, ut illi mastigiæ
Cerebrum excutiam: es thut mir weh, verdreust mich.

¶ Crŭciatus, ûs, quaal, marter. *Cruciatu angi*, Cic. 2 Off. c. 7. *confici*, Id. 11 Att. ep. 11. *perire*, 3 Nat. D. c. 33. *Cruciatus perferre: in cruciatum venire*, apud Cæs. lib. 1 Gall. B. cap. 31 & 32. Plur. Idem lib. 5 cap. 54, *omnibus cruciatibus affectus necatur.* non legitur hoc l. c. sed c. XLV. um cruciatu necari.

¶ Cruciamentum, i, idem. Cicero Philipp. 11 cap. 4; ut, *Cruciamenta laborum.* Arnobius 7 p. 248, *orbitatis cruciamenta sentire.* Conf. Plaut. Asin. 2, 2 v. 51, & Capt. 5, 4 v. 2.

¶ Crŭciāmen, ĭnis, idem. Prudentius hymno Exequiar. v. 90,

per cruciamina leti
Via panditur ardua justis.

¶ Crŭcĭarius, i, substantive, qui pendet in cruce; vel cruce dignus: ein schecher, gehenckter. Petron. *Cruciarii unius parentes ut viderunt nocte laxatam custodiam, detraxere pendentem.* Apul. lib. 10 post princip. *Nec tantillum cruciarius ille deterrius*, &c. Ammian. lib. 29 cap. 13, *Longum est, quæ cruciarius ille conflavit.* Isidor. lib. 10 in C, *Cruciarius, eo quod cruce dignus.*

¶ Cruciarius, a, um: quicquid cruciat, quälend, marternd. Tertull. adv. Hæretic. cap. 2 pr. *Febris per cruciarios & mortiferos exitus erogat hominem.*

¶ Cruciabilis, e, idem; greulich, ängstlich. Apulejus lib. 10 sub initium: *cruciabili silentio diutissime fatigata.* Gellius lib. 3 cap. 9, *cruciabili exitu.* Et Prudentius Psychom. v. 447, *iter ad cruciabile.*

¶ Cruciabilitas, atis, marter. *Cruciabilitates animi*, hertzeleyd, Plaut. Cist. 2, 1 v. 3.

¶ Cruciabiliter, adverb. schmertzlich, jämmerlich. Hirtius Bell. Afr. c. 46, *cruciabiliter interfecti.* Plaut. Pseud. 4, 1 v. 40, *cruciabiliter me accipito.*

¶ Cruciator, ōris, ein peiniger. Arnob. lib. 1 p. 23, *Pœnas cruciatoris perpetitur sævitate.*

¶ Cruciabundus, a, um, quälend, Cyprian. epist. 55 cap. 4.

¶ Crucius, a, um, insuavis, crucians, unangenehm, marternd; Vnde apud Festum Lucilius *vinum crucium* dixit, einen marter-tranck. Id quod & Dalechampius notat ad Plin. 14, 1, ubi Cyneas Pyrrhi legatus miratus altitudinem vitium, propter austeriorem gustum vini dixit: *Merito matrem ejus pendere in tam alta cruce.*

¶ Crucifer, ĕri, idem qui cruciarius, cruce dignus, quia damnati crucem in supplicii locum ipsi afferre cogebantur. Ita Prudentius Salvatorem alloquitur III Cathemer. principio:

O crucifer bone, lucisator, &c.

¶ Crúcĭfīgo, xi, xum, ĕre, in crucem tollere, creutzigen. Vox ecclesiasticorum non tantum & a Christianis in quosdam veteres scriptores, Suetonium maxime, inserta, uti summus vir I. G. Grævius ad Suet. Domit. c. 10 notavit; sed & vetustiorum autorum gentilis seculi. Seneca Controv. 22 lib. 3, & Excerpt. 7 Decl. 7, *Dixit, se aurum ad redemptionem tulisse, filium crucifixum esse.* Idem lib. 3 Excerpt. Contr. 9, *Cavit testamento, ut ab hæredibus crucifigeretur.* Quintil. Declam. 274 extr. *quoties noxios crucifigimus.* Hyginus fab. 194 extr. *quos rex jussit crucifigi.* Hinc &

¶ Crucifixus, a, um, gecreutziget. Seneca lib. 3 Controv. 22, *Perveniunt ad crucifixum Imperatorem.* Quintil. 7 c. 1, *Invenerunt ducem crucifixum.* Et Plinius 8 c. 16, *Polybium leones in Africa crucifixos vidisse*, scribit.

¶ Crucifixor, ōris, ein creutziger. Paullinus Nolanus epist. 18 n. 7, [vet. ed. 28,] *Christus suis crucifixoribus rogavit ignosci.*

¶ Crucisălus, i, Plauti fictum verbum Bacch. a. 2 sc. 3 v. 128, pro eo, qui salit in crucem.

Composita cum Præpos.

¶ Concrucio, are, zugleich ängstigen. Lucret. 3 v. 149, *Omni concruciari corpore.* Eleganter sic exprimitur τὸ συμπάσχειν, quo usus est Cicero ad Att. 12, 11, mitleyden haben.

¶ Discrucio, are, zermartern, zerplagen. Passive Terent. Adelph. a. 4 sc. 4 pr. *discrucior animi.* Cic. pro Q. Rosc. cap. 11, *cum tarde percipi videt, discruciatur.*

¶ Discruciatus, ûs, subst. plage, marter. Prudent. Hamartig. v. 834,

Vermibus & flammis & discruciatibus ævum
Immortale dedit.

¶ Excruciare, vehementer cruciare, sehr quälen. Cicero Terentiæ lib. 14 ep. 3, *nec me meæ miseriæ magis excruciant, quam tuæ.*

¶ Excruciabilis, e, jämmerlich. Prudent. hymno Eulaliæ v. 114,

Ecce parata ministeria
Excruciabilis exitii.

¶ Excruciatus, ûs, subst. marter, quälung. Idem Prudentius passione Agnetis v. 19, *Corpusque duris excruciatibus*
Vltro offerebat.

¶ Percruciare, idem quod excruciare. Plaut. Bacch. a. 5 sc. 1 v. 13, *Hoc est demum, quod percrucior.*

CRYPTA, æ, κρύπτη, conclave subterraneum, fornix, hypogæum, à κρύπτειν, abdere, recondere, eine grufft, ein gewölbe unter der erden. Petronius de cellâ meretriciâ: *Ego sum ancilla Quartillæ, cujus sacra ante cryptam turbastis.* De Sepulcro arcuato opere facto Prudentius usus Passione Hippolyti v. 154, *Mersa latebrosis crypta patet foveis.* Sed & perfossorum montium fauces ac transitus *cryptæ* vocantur: Vt *crypta Neapolitana*, de quâ Seneca epist. 57, & Strabo. ¶ Aliquando & *Cryptæ* dicuntur occulti atque angusti transitus etiam super

per terra: qui & *Cryptoporticus* adpellantur, Ita Suetonius vocabulo usus est Calig. cap. 58.

¶ Crypticus, a, um, verborgen, heimlich: ut, *arcus cryptici*, i. e. subterranei apud Sidonium lib. 1 epist. 5. Julius Firmicus lib. 3 Mathes. *Crypticos* vocat, homines reductos & abditos & taciturnos; qui commissa fideliter custodiunt.

¶ Cryptoporticus, ûs, ein heimlicher gang; sub terra juxta, atque in edito. Plinius lib. 2 epist. 17, & lib. 5 epist. 6.

CRYSTALLVS, i, & Crystallum, i, fœm. & neut. gemma candida, nota: fit ex gelu vehementer concreto, Plinio auctore lib. 37 cap. 7; quod tamen negat Solinus cap. 15. Malè. Vide ibi Salmasium, ein crystall, à κρύος, *gelu*, & στέλλω, *contraho*. Martial. lib. 8 epigr. 77,

Candida nigrescunt vetulo crystalla Falerno.

¶ Crystallĭnus, a, um, von crystall: ut, *cælum crystallinum*, apud veteres Philosophos. *Calices crystallini*, Capitolinus in Vero cap. 5. Et absolute

¶ Crystallĭna, orum, vasa ex crystallo. Juven. sat. 6 v. 154,

Grandia tolluntur crystallina, maxima rursus
Myrrhina, &c.

Martial. lib. 14 epigr. 111,

Frangere dum metuis, frangis crystallina, peccant
Securæ nimium sollicitæque manus.

CTESĬPHON, ontis, Κτησιφῶν, Atheniensis: decreto persuasit Atheniensibus, coronari oportere Demosthenem aureâ coronâ in theatro, probitatis & virtutis omnis gratiâ. Ob id ab Æschine, tamquam perniciosi decreti auctor, accusatus, defenditur à Demosthene præclara illa atque omnium optimâ oratione, quæ περὶ στεφάνου, i. e. *de corona*, inscribitur. ¶ 2. Oppidum vel castrum Assyriæ, Seleuciæ ad Tigridem oppositum, hiberna regum Parthorum.

Cubatus, Cubiculum, Cubile, &c. vide *Cubo*.

CŬBĬTVS, i, & Cubitum, i, der ellbogen. *Cubito inniti*, Virgil. Æn. 4 v. 690, das haupt in die hand legen. ¶ 2. Significat & Mensuram cubiti, eine elle, πῆχυν. Plinius lib. 27 cap. 9, *filices bina cubita excedentes longitudine*, & cap. 12, *binûm cubitorum in altitudine.*

¶ Cubitalis, e, ellen-lang, ellen-hoch. *Caule cubitali*, Plin. 12 cap. 12. Et Livius lib. 24 cap. 34, *Archimedes murum ab imo ad summum crebris cubitalibus fere cavis aperuit*, mit ellen-hohen schieß-löchern.

¶ Cubital, is, subst. Cubiti fulcimentum dicitur, ein polster, das man unter die arme leget. Horat. in Serm. lib. 2 sat. 3 v. 255, *Fasciolas, cubital, focalia.*

¶ Bicubitalis, e, duorum cubitorum, zwey ellen hoch. Plin. 20 c. 23 pr.

¶ Semicubitalis, e, halb ellen-groß. Livius lib. 42 c. 65, *Bipalme spiculum hastili semicubitali infixum erat, crassitudine digiti.*

CŬBO, cubui, cubitum, cubare, liegen. *Cubare in faciem*, Juvenal. sat. 3 v. 280, aufm angesicht liegen; *puerperio*, in den wochen liegen, Plaut. Trucul. a. 2 sc. 5 v. 22. ¶ 2. Cubare etiam absolute dicuntur, qui ex morbo decumbunt, sive ægrotant. Horat. lib. 1 sat. 9 v. 17,

quemdam volo visere, non tibi notum:
Trans Tiberim longè cubat is prope Cæsaris hortos.

Et lib. 2 epist. 2 v. 68, *cubat hic in colle Quirini,*
Hic extremo in Aventino; visendus uterque.

In morbo cubare, an einer kranckheit darnieder liegen, Plautus dixit Casin. Prol. v. 37. *Ægrum cubare*, Sueton. Aug. cap. 72. Idem Nerone cap. 34 extr. *Quam cum ex duritia alvi cubantem visitaret*, &c. ¶ 3. beyschlaffen. Plaut. Mil. a. 1 sc. 1 v. 65, *Ne illæ sunt fortunatæ, quæ cum isto cubant.*

¶ Cuba, æ, lectus, ein bette. *Cubam Sabini vocant, quam militares lecticam*, Fest. ¶ 2. Dea præses cubantium, non minus ac Edusa & Potina edentium ac potantium puerorum præsides apud Romanos. vid. Nonius c. 2 n. 310, & Donat. in Ter. Phorm. 1, 1.

¶ Cŭbĭto, are, frequentativum, liegen. Cic. pro Cœlio c. 15, *pusio cum majore sorore cubitavit.* Sen. epist. 90, *Diogenes in dolio cubitavit.*

¶ Cŭbĭtus, ûs, actus cubandi, das liegen: ut, *Proni cubitus, supini cubitus*, Plin. lib. 28 c. 4 sub fin. Et Cato de officio villici, de Re Rust. c. 5, *Primus cubitu surgat, postremus cubitum eat*, er soll der erste seyn aus dem bette, und der letzte nieder.

¶ Cubitio, ōnis, idem. Augustinus epist. 151, *Legi litteras tuas ad lucernam jam cœnatus: proxima erat cubitio, sed non ita etiam dormitio.*

¶ Cubitura, æ, idem. *Ad cubituram mage sum exercita*, &c. Plaut. in Fragm. Taubm. p. 1463 v. 12. Conf. Muretus 18 Var. Lect. c. 10.

¶ Cubatio, ōnis, idem. Varro Lat. Ling. lib. 7 p. 94, *a cubatione cubiculum.*

¶ Cubatus, ûs, idem. De avibus Plinius dixit lib. 10 c. 57, das brüten.

¶ Cubator, ōris, der da liegt. Paullinus epist. 21 n. 4, [vet. ed. 24,] *Joannes beati dominici pectoris cubator.*

¶ Cubitor, ōris, alia forma, idem. *Bos cubitor*, Columell. lib. 6 cap. 2, qui in opere decumbit, der sich gern niederlegt; cui vitio, quomodo obviam eatur, vide ibidem.

¶ Cubitorius, a, um; Petron. satyr. p. 76, *vestimenta cubitoria.* At Lipsius lib. 1 Saturn. cap. 2 legi vult *accubitoria*, quem plures sequuntur.

¶ Cŭbīle, is, ein lager, bettstâte, nest. Cic. Catil. 4 cap. 8, *Nulli sunt inventi, qui non cubile ac lectulum suum salvum esse velint.* Et 2 Nat. Deor. cap. 49 extr. *bestiæ in cubilibus delitescunt.*

¶ Cubiculum, i, conclave, ubi per diem manemus, præterquam, cum prandendum cœnandumque est, ein gemach, zimmer, kammer. Malè enim de dormitoriis cubiculis nonnulli hanc vocem tantùm accipiunt. Plinius certè *cubiculum noctis & somni* lib. 2 epist. 17, & *Cubiculum dormitorium* lib. 5 epist. 6 faciendi discriminis caussa disertè dixit. ¶ Suetonius Nerone cap. 12 uraniscum sive suggestum, ex quo spectare ludos Principes soliti, *Cubiculum* adpellat: ubi vide Casaubonum.

¶ Cubicularis, e, ad cubiculum pertinens, zur kammer gehörig; ut, *lectus cubicularis*, Cic. 2 divin. c. 65, & Val. Max. 9, 3, 4. *Cubicularis imago*, Suet. Aug. c. 7.

¶ Cubicularius, a, um, adject. idem: ut, *Lucerna cubicularia*, Martialis in lemmate epigr. 39 lib. 14. Adde ejusd. lib. epigr. 150.

¶ Cubicularius, i, subst. qui in cubiculo ministrat, ein kammerdiener. Hoc genus servorum & admissiones curabat & dominum defendebat, vide Pignorium de Servis p. 237. Cic. 3 Verr. c. 4, *Hunc vestri janitores, hunc cubicularii diligunt.* Frequens mentio horum cubiculariorum apud Suetonium & alios auctores: His qui præerat, *Præfectus cubiculo* adpellabatur, Suet. Domit. cap. 16. Quem tamen sequenti capite & *Decurionem cubiculariorum* nominat. Nimirum Princeps plures Cubicularios habebat, eosque in decurias, ut arbitror, distinctos, ut per vices ministrantes. Singulis decuriis præerat, qui ex re ipsâ *Decurio* adpellabatur. Hos supra omnes Præfectus erat, qui tamen aliquando *Cubicularius* simpliciter adpellabatur. Capitolinus in Pertinace cap. 4, *Commodo interfecto Lætus præfectus pretorii, & Electus cubicularius ad Pertinacem venerunt, ut eum confirmarent; atque in castra duxerunt.* Oportet summum ordinis sui fuisse, qui cum Pr. Pr. novum imperatorem constitueret.

¶ Cubiculatus, a, um, mit kammern versehen: ut, *triremes cubiculatæ*, Sen. 7 de Benef. cap. 20.

¶ Cubitissim, adverb. liegend, apud Plaut. Cas. 5, 2 v. 43.

I. Composita formam simplicis retinentia:

¶ Accŭbo, āre, beysitzen oder liegen. *Accubare in convivio*, Cicer. 4 Tusc. c. 2, zu gaste seyn, an der tafel mit sitzen. *Regie accubare*, Plautus Stich. 2, 3 v. 52, qui tricliniari hoc verbo sæpe usus est. De concubitu Idem Bacch. 1, 1 v. 39.

¶ Accubatio, ōnis. Cic. de Senect. c. 13, *accubatio epularis*, eine gasterey. Alii legunt *Accubitio*. Spartian. Vero cap. 5, *Accubationes ac mensas de rosis ac liliis fecit.*

¶ Accubitus, ûs, das sitzen. *Prior accubitus*, das obenansitzen. Sic Plinius lib. 8 c. 2, *plenis hominum tricliniis accubitu.*

¶ Accubita, orum, tisch-polster. Lamprid. Heliog. cap. 19, *Nec cubuit in accubitis facile*, &c. vide ibi Salmas. & conf. c. 25.

¶ Accubitalia, um, bettgeräthe, tischtücher. Pollio Claud. c. 14, *Accubitalium Cypriorum paria duo.*

¶ Accubitorius, a, um: ut, *accubitoria vestimenta*, kleider, darinnen man speiset, apud Petron. p. 76.

¶ Accŭbĭto, are, frequent. Sedulius principio operis:

Dignatus nostris accubitare toris.

¶ Accubuò, adverb. liegend; ad imitationem ut *assiduo* finxit Plautus Truc. 2, 4 v. 68, *Accubuò mavelim juxta me cubes.*

¶ Concubare non est in usu; Derivata vide paullo post in *Concumbo.*

¶ Excubare, vigilare, wacht halten, wachen. Cicero Philipp. 6 sub fin. *Quamobrem, Quirites, consilio, quantum potero; labore plus pene, quam potero, excubabo vigilaboque pro vobis.* Eleganter scribit Plancus ad Senat. lib. 10 fam. Cic. epist. 8, *Cura Reip. defendendæ apud nos excubat*, i. e. curam Reip. nunquam deponimus, die sorge lässet uns nicht schlaffen, lieget uns immer an.

¶ Excubatio, ōnis; Val. Max. lib. 4 cap. 7 n. 7, *amicorum perpetua excubatio*, fürsorge.

¶ Excubitus, ûs, idem, die wacht. Hirtius Hisp. B. cap. 6, *ut pedestres copiæ in statione, & in excubitu castris præsidio esse possent.*

¶ Excubitor, ōris, qui excubat, sive excubias agit, der die wacht hat: & dicitur æquè de præfectis, ac de milite. Sic *Excubitorem Tribunum* dicit Sueton. Claudio, qui pro tempore stationi excubitorum præest, cap. 42. *Excubantem Tribunum* Idem Nerone cap. 9 vocat. Apulejus lib. 2 Doctr. Plat. p. 26, *Excubitorum loco militet juventus pro utilitate cunctorum.*

¶ Excubiæ, arum, diurnæ & nocturnæ vigiliæ, die wacht, schildwacht. *Excubias agere*, Suet. Galb. c. 10; *disponere*, Tac. 2 hist. c. 44, 4.

¶ Excubialis, e, auf der wacht stehend. Sarisb. 2, 27, *Excubiale obsequium.*

¶ Incubare, drüber liegen, sitzen. *Ovis incubare*, übern nest sitzen, brüten, aushecken. Columella lib. 8 c. 8, *quæ ovis vel pullis incubant.* Quod ibidem cap. 5 absolute *incubare* dixerat. Plinius lib. 8 cap. 25 cum quarto casu, *ova incubat:* unde passive lib. 10 c. 53 extr. *ova incubanda* dixit. ¶ Ad alia plurima transfertur, nec una constructione. *Incubare pecuniis, thesauris, auro.* Martial. lib. 12 epigr. 53 in Avarum:

Largiris nihil incubasque gazæ,
Vt magnus Draco, quem canunt Poëtæ
Custodem Scythici fuisse luci.

Virg. 3 Georg. sub f. *Condit opes alius, defossoque incubat auro,* er liegt bey seinem schatz und hütet desselben. Vsurpamus & cum præpositione. Seneca de Vita Beata c. 25, *super tomentum incubabo.* Et Plaut. Casin. act. 1 sc. 1 v. 20,

Quando ego eam mecum rus uxorem adduxero,
Rure incubabo usque in præfecturâ meâ.

Idem Curcul. act. 1 sc. 1 v. 61, *leno ægrotus incubat*
In Æsculapii fano.

Act. seq. sc. 2 v. 16 *Incubare Jovi* dixit, pro, in templo Jovis incubare, sive dormire. Solebant autem veteres in templis Deorum dormire, quorum ope atque auxilio indigebant, responsa ab iis oraculave accepturi. Quos proprie *incubare* dicebant: Et qui id faciebant, *Incubatores:* vid. Suet. Vesp. c. 7, Turneb. 11 c. 7, & Henr. Meibomii exercitat. de Incubatione in fanis Deorum Helmstadii Anno 1659, etiam Virgil. 7 Æneid. v. 88,

Pellibus incubuit stratis somnosque petivit.

Vbi Servius: INCVBARE *dicuntur proprie, qui dormiunt ad accipienda responsa. Vnde est:* Ille incubat Jovi, *id est, dormit in Capitolio, ut responsa possit accipere:* Prudentius Apotheosi v. 153, & Tertull. de Corona cap. 10, *in idolis recumbere*, dixerunt. Idolum enim fanum sive templum idoli est, quemadmodum apud Prudentium & Iso interpretatur. ¶ 2. Apud JCtos *incubare* est malâ fide possidere. Namque & aliàs vi quadam & pertinacia inhærere significat: Vt, cum hostis insedit, & nullo modo depelli potest. Sic & Florus lib. 2 cap. 6, *factum est, ut inhærentem & incubantem Italiæ extorqueret Hannibalem.*

¶ Incŭbitare, frequent. brüten. Plin. 8 c. 43, *spatiosa incubitant laxitate.* Colum. 8 c. 14, *In cellis incubitant.*

¶ Incubi-

¶ Incubitatus, a, um, stupratus, geschwängert. Plaut. Pers. 2, 4 v. 13, *Video ego te jam; Incubitatus es.*

¶ Incŭbatus, ûs, die heck-zeit. Plin. lib. 10 cap. 54, *Si incubatu tonuerit, ova pereunt*, so es donnert, wenn hüner oder gänse sitzen, so werden die eyer zu nicht. Solin: c. 39, *carnes assiduo incubatu calfactæ.*

¶ Incŭbitus, ûs, das liegen, brüten. Plin. 28 cap. 4, *Facilius concoquitur dextri lateris incubitu*, i. e. si quis in dextrum latus cubat. Idem 10 cap. 54, *Citra incubitum gignere.* Solinus cap. 53, *Incubitus assiduitas.*

¶ Incubatio, onis, idem. Plin. c. 1. *Incubationi detur initium post novam lunam.* conf. ibid. c. 56. Pro injusta detentatione rei, Lege ult. Cod. Ne rei dominicæ.

¶ Incubator, oris. Macrob. lib. 1 Somn. Sc. cap. 10, *Dionysius aulæ Siculæ inclementissimus incubator.* Tertullianus de Anima cap. 49, *incubatores fanorum.*

¶ Incŭbus, i, dæmon insultor, vel morbus, caussam ex repletione & cruditate trahens, cum externa quædam vis quiescentes videtur invadere, ac pondere suo pressos gravare, das schrätle, der alp. Vide *Ephialtes*, & Becmanni Orig. L.L. in *Cubus.*

¶ Incŭbo, ōnis, idem, & certioris quoque auctoritatis. Scrib. Largus Compos. 100, *ab incubone deludi*, vom alp gedrückt werden. Tertullian. de Anima cap. 44, *genus gravioris soporis, ut de incubone præsumtio est.* Petron. Fr. Trag. *Incuboni pileum rapere*, vid. Scheff. not. p. 76.

¶ Superincubare, drüber liegen. Livius lib. 22 cap. 51, *Numida mortuo superincubanti Romano vivus naso auribusque laceratis.* Sed alii *incubanti* legunt.

¶ Occubare, darnieder liegen. Virg. Æn. lib. 5 v. 371,

Idemque ad tumulum, quo maximus occubat Hector.

¶ Prōcŭbare, pro extendi, sich hinstrecken. Virg. 3 Georg. v. 145,

Et saxea procubet umbra.

¶ Prōcŭbĭtor, ōris, ein wächter. Festus: *Procubitores dicuntur, qui noctu custodiæ caussa ante castra excubant, cum castra hostium in propinquo sunt.* Gloss. vet. *Procubitor*, Φευρός.

¶ Recŭbare, quiescere, ruhen. Cic. 3 de Orat. cap. 5, *in qua exhedra lectulo posito recubuisset.* Ovid. 2 de Arte v. 342,

Sub quâ nunc recubas arbore, virga fuit.

¶ Recubitus, ûs, das niederliegen. Plin. lib. 24 cap. 13, *ipsum per sese recubitu propius adlabi.*

¶ Sēcŭbare, alleine liegen. Apul. lib. 2 Miles. *Omnium ora & obtutus in unum quempiam angulo secubantem conferuntur.* Propertius lib. 2 eleg. 25, *Miles depositis annosus secubat armis.*

Secubare dicebantur, qui matrimonio juncti, soli tamen dormirent, & quisque seorsim cubaret religionis caussa, cum operaturi sacris in Castu essent, ut Veteres loquebantur, vel per dissidium. Liv. lib. 39 cap. 10, *Vetat eum mirari, si per aliquot dies secubuisset, religionis se caussa Bacchis initiari velle.* Suetonius Tiberio cap. 7, *Cum Julia primò concorditer, & amore mutuo vixit; mox dissedit, & aliquantò gravius, ut etiam perpetuò secubaret.* Tibull. lib. 1 eleg. 3,

Quidve, pie dum Sacra colis, pureque lavari
Te memini, & puro secubuisse toro?

Apud Græcos consuetudine quâdam viros à mulieribus seorsim cubasse perpetuo, mulieresque ad viros accessisse deinde, Meursius ex Diogene Laërtio observat Mantissâ ad lib. de Luxu Romanorum cap. 14.

¶ Secubitus, ûs, scheidung vom bette. Catull. Carm. 65 sive Argonaut. v. 379, *anxia mater discordis mœsta puellæ secubitu.*

¶ Secubatio, onis, idem. Solin. cap. 39 de ursis Numidicis: *partitis secubationibus dividuntur*, sie liegen nicht beysammen.

¶ Succŭbare, subjici, unten liegen. Apulej. lib. 1 Metam. post princip. *grabatulo succubans.*

¶ Succŭbus, i, dæmon ludificator, ein buhl-teuffel oder drache.

¶ Succuba, æ, Glossæ vet. *Succuba*, παλλακή. Ovidius etiam *succuba lecti* dixisse creditur Epist. Heroid. 6 v. 153; verùm Heinsius mavult *subnuba*, & illud vix latinum esse judicat. Habet tamen virili genere Prudentius in Romano v. 192, *florulentum subcubam*, scortum masculum intelligens.

¶ Subcuboneus, i, pro succuba positus a Titinnio apud Nonium c. 3 n. 204, *Ancillarum subcuboneum esse.*

¶ Supercubare, drauff liegen. Apulejus Metam. lib. 6, *Europam tauro supercubasse.* Columella 7 cap. 4, *ut grex supercubet.*

¶ Vnicuba, æ, Gloss. vet. *Vnicuba*, μονολεχής. *Vnius viri uxor*, ut Isidorus explicat in Gloss. Vetus Poëta Christianus Anonymus de Beliani baptismo v. 127,

Felix Apra, cui licuit terrâque poloque
Conjugis unicubæ juge tenere bonum.

II. Composita formam simplicis mutantia:

¶ Accumbo, cubui, cubitum, cumbĕre, epulis & convivio assidere, zu tische sitzen. Cic. in 3 Verr. cap. 26, *Negavit moris esse Græcorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres.* Plaut. Stich. a. 3 sc. 2, *Accumbere in summo*, obenan sitzen.

¶ Concumbĕre, beyschlaffen. *Concumbere cum uxore*, Cic. de fato cap. 13, & Senec. 4 Controv. 21. *Concumbere viro*, Ovid. 10 Metam. v. 338.

¶ Concŭbitus, ûs, das beyliegen. *Vetiti, vagi concubitus*, das unehliche, verbotene, und ungebührliche beyschlaffen. Ovid. 10 Metam. v. 355, & Horat. Art. v. 398.

¶ Concubitio, ōnis, der beyschlaff. Hygin. Astron. 2 cap. 12, *Perseus inusitato genere concubitionis natus.*

¶ Concubitor, ōris, ein beyschläffer, schlaff-gesell. Vulgatus Interpres 1 Corinth. 6 v. 10, *masculorum concubitores*, ἀρσενοκοῖται. Onomast. vet. Συγκοιμητής, *Concubitor.*

¶ Concubitalis, e, ad concubitum pertinens. Tertullian. ad Nation. lib. 2 cap. 11.

¶ Concŭbīnus, i, lecti socius, ein beyschläffer. Curtius 10, 2, 27, *pellicum concubini.* Catullus Epithalamio Mallii *Concubinum inertem* dixit v. 135, & Festus: CATAMITVM *pro Ganymede dixerunt, qui Jovis concubinus fuit.* Vide & Servium ad illud ecl. 8, *Sparge marite nuces*; & Tac. Ann. 13, 21, 5, & Plin. 8 cap. 45.

¶ Concubīna, æ, παράκοιτις: quæ pro uxore cohabitat, legitimis nuptiis tamen fœderata haud est, eine beyschläfferin. Vid. tit. Dig. de Concubin. & Leg. 144 de verborum signif. Cic. de Orat. cap. 40, *in concubinæ locum ducere.* ¶ Aliquando ita appellatur & pellex, quæ uxori legitimæ superinducitur, ein kebs-weib. Spartianus Ælio Vero cap. 5, *Jacensque cum concubinis, velamine de liliis facto se tegebat.* De quo cum conquereretur ad eum uxor, respondit: *Patere, me per alias exercere cupiditates meas: uxor enim nomen dignitatis est, non voluptatis.*

¶ Concubinatus, ûs, ein unehelich beylager, hurerey, utuntur Plaut. Pœnuli prologo v. 102, & Sueton. in Nerone cap. 28.

¶ Concubatus, ûs, pro Concubinatu legitur l. 3 ff. de Concubin.

¶ Concubinalis, e, zum beyschlaff gehörig. Sidonius lib. 9 cap. 6 extr. *concubinales illecebræ.*

¶ Concubius, a, um, beyliegend, ruhig: ut, *Concubia nox*, mitternacht, Cicer. de Divinat. lib. 1 c. 27. Tac. Ann. 1, 39, 3. Val. Max. 1, 5, 4. Sic & Livius 25 cap. 9, *Hannibal concubia nocte movit*, id est, quum cubitum itum est, wenn alles schläfft und stille ist. Plautus Trin. 4, 2, v. 44 substantive vocat *concubium noctis.* Et Gellius pro concubitu posuit lib. 9 cap. 10, *Venerandum illud concubii pudici secretum.*

¶ Decumbĕre, darnieder liegen, zu bette liegen. Colum. lib. 7 cap. 9, *si quem* [porcellum] *decumbens mater oppresserit, cubanti* [custos] *subtrahat.* ¶ 2. accumbere, zu tische sitzen. Terent. Phorm. a. 2 sc. 2 v. 28, *prior bibas, prior decumbas.* Plautus Merc. a. 1 sc. 1 v. 97, *ad cœnam vocat: venio, decumbo.* ¶ 3. mori, cadere, & sic fere de gladiatoribus accipitur. Cicero Philipp. 3 cap. 14, *Quod gladiatores faciunt, ut honeste decumbant; faciamus nos principes orbis terrarum.* Adde cumprimis 2 Tusc. c. 17.

¶ Discumbere, idem interdum quod accumbere, zu tische sitzen, sich lagern. Virg. 1 Æneidos v. 700,

stratoque super discumbitur ostro.

Sic *mensis discumbere*, Statius 5 Silv. v. 33. Sed *discubitum noctu ire*, sich schlaffen legen, Plaut. Merc. prol. v. 100.

¶ Discubitus, ûs, das tafel halten. Valer. Max. lib. 2 cap. 1 n. 9, *ne senioris adventum discubitu præcurrerent*, daß sie vor seiner ankunfft sich nicht zu tische setzeten.

¶ Incumbĕre, inniti, sich über oder auf etwas legen. Virg. 4 Æn. v. 650

Incubuitque toro, dixitque novissima verba.

Incumbere in curam, cogitationem, elegans & Ciceroni frequens locutio est, ihme eine sorge, gedancken machen: ut, lib. 10 epist. 5, *tota mente, omnique animi impetu in remp. incumbas*, strecke allen fleiß dran ꝛc. *Incumbere voluptatibus*, Lactantius dixit 2 cap. 1 v. 3. Aliquando & cum Infinitivo ad istum modum jungitur. Tacitus 2 Hist. cap. 10, *Ad hæc terrore & propria vi Crispus incubuerat delatorem fratris sui pervertere.* Cicero in Philipp. 4 cap. 5, *Incumbere in caussam*, ihme die sache lassen angelegen seyn. Est & hæc recepta formula, *Hoc negotium, hoc onus, molestiæ, &c. mihi incumbit*, es liegt auf mir. Vlpianus Lege 1 § 3 Dig. de tutel. & rationibus: *Officio tutoris incumbit.* ¶ 2. Est & incumbere idem quod incubare, quo sensu usus est Petronius, & quartum casum addidit; *Repositorium allatum est cum corte, in qua gallina erat lignea patentibus in orbem alis, quales esse solent, quæ incumbunt ova.* Est grande sonorumque & vehemens verbum, itaque sæpius usurpatum Virgilio, ut Scaliger observat lib. 4 Poët. cap. 16.

¶ Superincumbĕre, idem. Ovid. Heroid. 11 v. 57, *Superincumbens refovisti pectora nostra.* Lucanus lib. 9 v. 933,

Tunc superincumbens pallentia vulnera lambit.

¶ Occumbĕre, nieder fallen, tod bleiben. Vellej. 2, 70, 3, *Occumbere in gladium*, sich selbst erstechen. Additur sæpe *mortis* nomen vel quarto vel sexto casu. Cicero 1 Tuscul. cap. 42 extr. *ut esset, qui pro patria mortem non dubitaret occumbere.* conf. Curt. 8, 2, 8, & Suet. Aug. c. 13. Livius lib. 1 cap. 7, *morte occubuit.* Absolute Ovidius 3 de A. A. v. 17,

Fertur & ante annos occubuisse suos.

¶ Procumbĕre, auf allen vieren liegen, sich niederlegen. *Procumbere ad genua*, zu fuß fallen, Liv. lib. 25 cap. 7 pr. *in genua*, Curt. 9 cap. 5 n. 13. *lassus procubuit*, Ovid. 3 Metam. v. 414.

¶ Recumbĕre, liegen, sich strecken. Cic. de Orat. lib. 2 cap. 71, *M. Lepidus cum, ceteris exercentibus, in herba ipse recubuisset, vellem hoc esset, inquit, laborare.* ¶ 3. zu tische sitzen. Plinius lib. 4 epist. 22 n. 4, *Cœnabat Nerva cum paucis. Vejento proximus atque etiam in sinu recumbebat.* ¶ 4. Inclinare in aliquid. Ovidius lib. 10 v. 195 de moriente:

Ipsa sibi est oneri cervix, humeroque recumbit.

Et hinc eleganter de loci positione acclivi, apud Martial. lib. 4 epigr. 64,

jugera pauca Martialis
Longo Janiculi jugo recumbunt.

¶ Succumbĕre, unten liegen, gewonnen geben. *Succumbere oneri, labori, doloribus*, Cic. 1 de Fin. cap. 15, hoc est, vinci. *Cedere & succumbere fortunæ*, dem unglücke gewonnen spiel lassen, Cic. in Tusculanis 3 cap. 17.

CŪBVS, i, κύβος, figura quadrata, etwas viereckichtes. Vitruv. lib. 5 præf. *Cubus est corpus ex sex lateribus æquali latitudine planiciorum quadratum.* Inde descendit verbum *Cubo, are*, de quo supra. Confer & paullo post *Cybium.* ¶ 2. Cubi dicuntur punctis distincta ossa, quibus utuntur οἱ ταυλίζοντες, i. e. tablissantes, ut est apud Diomedem; würffel.

¶ Cubicus, a, um, viereckicht. Idem l. c. *Cubicis rationibus præcepta scribere.*

CŪCŬBO, āre, proprium noctuæ. Auctor elegiæ de Philomela:

Noctua lucifuga cucubat in tenebris.

Cuculio, vide *Cucullio* in *Cucullus.*

CŬCŪLVS, i, κόκκυξ, de genere accipitrum est, Plin. *alitem* vocat *temporarium*, ein kuckuck. Avis est timida; ideoque nec proprium sibi struit nidum, nec pullos suos excludit, sed ovum suum in alieno, ac plerum-

plerumque corrucæ deponit nido. Fœtus autem posteaquam exclusus est, pullis cæteris cibos omnes præripit, deinde una cum matre devorat, Aristotel. lib. 9 de naturâ animalium. Per convicium *Cuculi* appellantur, qui insulso ac inordinato sermone molesti sunt. Item, socordes ac desides, & qui sero ac intempestive quid faciunt: tum qui nobiles quidem, sed inertes atque degeneres; item, qui in re turpi deprehensi; denique qui ex quavis caussa digni opprobrio. Vide Torrentium & Lubinum ad Hor. lib. 1 sat. 7 v. 31, ubi ait:

magna compellans voce cuculum.

¶ Cuculos etiam vocârunt eos, qui, cum uxorem haberent domi, alias tamen amarent. v. Plaut. Asinar. act. 5 sc. 2 v. 73, & Pseud. 1, 1 v. 94. In caussâ est, quod avis ea in alieno pariat nido, ac pulli ejus ab aliis educentur avibus: quâ de re Antigon. Carystius in Narrat. Mirabil. mem. 1 & 9, 10, Gusannen-brüder. Ex Horatio & Plauto apparet, quod media in *Cuculus* producatur. Aliqui tamen corripiunt. vid. Gloneri Prosod. p. 85. Et hinc

¶ Cŭcŭlo, are, schreyen wie ein kuckuck. Autor Philomelæ:

Et cŭcŭli cŭcŭlant.

CŬCULLUS, i, masc. tegmen capitis vulgare, eine kappe, mütze, hülle. Hinc *durus cucullus* Juvenali sat. 3 v. 170, quia crassi fili erat. Idem satyr. 6 v. 118. *Sumere nocturnos meretrix augusta cucullos,* scilicet, ne nosceretur in lupanari, quo abibat. Eadem satyra v. 329,

Illa jubet sumto juvenem properare cucullo.

¶ Nec tantum capitis tegumentum *Cucullus* sive *Cucullio* erat, verum etiam aliarum rerum. Martial. lib. 3 epigr. 2 de libro: *Vel thuris piperisque sis cucullus,* id est, involucrum, quo aromata clauduntur, eine würtz-düte. Et Salmasius in Capitolini Pertinacem cap. 8 ex Notis Tironis atque Senecæ observat, fuisse etiam pedum cucullos, qui *cucullopedones* & *pedocuculli* dicebantur. Vet. Gloss. *Cuculio*, σκεπαςὸν, sive, ut Casaubonus ad Capitolini Verum cap. 4 emendat, σκεπαςρὸν, quo quodvis tegumentum generaliter significatur.

¶ Cŭculla, æ, fœm. idem. Paullinus Jambo ad Cytherium v. 389,

Donumque tunicæ, qua sodalem ornaverat,
Geminat cucullæ munere.

Ita quoque Hieronymus Vita Hilarionis sub finem: *cucullam & palliolum ei derelinquens.* Et Ambrosius extremo Sermone 92 de baptismo Augustini: *novis vestimentis cuculla nigra induimus.* Gloss. Cyr. *Cuculla*, καρακάλλιον.

¶ Cuculio sive Cucullio, ōnis, idem. Cato c. 2 de R. R. *Cum tempestates pluviæ fuerint, centones, cuculiones, familiam oportuisse sibi sarcire.* Capitolinus in Vero c. 4, *ut vagaretur nocte per tabernas ac lupanaria obtecto capite cucullione vulgari viatorio.*

¶ Cŭcullatus, a, um, cucullo tectus: item, quod cucullum habet, umhüllet, gefüttert: ut, *vestis cucullata*, apud Isidorum lib. 19 c. 24. *Saga cucullata*, Columell. lib. 11 cap. 1.

¶ Bardocucullus, vide supra *Bardi.*

CŬCŬMA, æ, ahenum aquæ faciundæ, superne angustum & cum porrecto collo. Hinc *cervix cucumulæ*, ὑποκοριςικῶς, Petronio p. 189, qui paullo ante primitivâ formâ: *cucumam ingentem foco adposuit.* Mentio fit etiam Lege 1 § 3 Dig. ad leg. Corn. de sic. ein eherner topff, küpfferne blase, pfanne. Sed synecdochice Martiali lib. 10 epigr. 79 integrum balneum est, privatum tamen & parvum, cujus calidæ vel cucuma sufficiat.

¶ Cucumula, æ, diminut. jam ex Petronio productum fuit.

¶ Cucumella, æ, aliud diminutivum, Lege 17 Dig. Si servitus vind. § 1. Sed variant ibidem libri.

CŬCŬMIS, & Cucumer, ĕris, à *curvore* dicitur, Varrone auctore. *Cucumeres*, kleine kürbse oder gurcken, macerantur & condiuntur, ut ad carnes assas esui esse possint. Virg. 4 Georgicorum v. 121,

tortusque per herbam
Cresceret in ventrem cucumis, nec sera comantem &c.

Plinius etiam hujus *cucumis, cucumi, cucumim* declinavit; exempla vide lib. 19 c. 12, & lib. 20 c. 1 & 9. ¶ 2. *Cucumis marinus*, colore & odore cucumeri terrestri similis: Plin. lib. 9 cap. 2, & lib. 32 cap. 11. Vulgo piscem intelligunt: Harduinus autem fruticem marinum.

¶ Cucumerarium, i, ein kürbs-garten. Vulg. Interpr. Esa. 1 v. 8.

CŬCURBĪTA, æ, ein kürbs. Plinius 19 c. 5, *Cucurbitarum numerosior usus.* Propertius lib. 4 eleg. 2 v. 43,

Cæruleus cucumis, tumidoque cucurbita ventre.

Proverbio *Lippire cucurbitas* dicuntur hebetes & stupidi, quemadmodum *caput cucurbitæ habere* stolidum & vecordem dixit Apulejus lib. 1 Miles. *Hem*, inquit, *& situ, alicujus facinoris tibi conscius scilicet, mori cupis: nos cucurbitæ caput non habemus, ut pro te moriamur.*

¶ Cucurbitŭla, æ, diminutivum. ¶ 2. Quo nomine & ventosam dicunt, qua in scarificatione sanguis educitur, sive vasculum, quod cuti cum flamma affigi solet, ein bader-kopff, laßkopff. *Sanguinem cucurbitulis educere*, köpffe setzen, schröpffen. Juvenal. satyr. 14 v. 57,

vacuumque cerebro
Jampridem caput hoc ventosa cucurbita quærat?

De quo versu vide Heinf. Dissert. de Apocolocynthosi Senecæ. Duplici autem cucurbitularum genere usi veteres, æreis & corneis. Vide Corn. Celsus lib. 2 cap. 11. Apud Plin. Valer. 2, 28 etiam *Cucurbitella* legitur.

¶ Cucurbitĭnus, a, um, quod cucurbitæ refert similitudinem, ut *pira cucurbitina*, Cato c. 7.

¶ Cucurbĭto, are, schröpffen. Gloss. lat. gr. *Cucurbitat*, σικυάζει. ¶ 2. Cucurbitare dominos vasalli dicuntur, qui eorumdem uxores corrumpunt. Salmuth. ad Panciroll. de perd. pag. 214, Dilher. disp. Philolog. Tom. 1 pag. 349.

¶ Cucurbitatio, ōnis, das schröpffen. Cæl. Aurel. 2 Tard. c. 1.

CŬCŪRIO, ire, glucken, locken wie ein hahn, krähen. Auctor Philomelæ: *Cucurire solet gallus, gallina gracillat.*

CUCUTIUM, i, vestimenti genus, vel, ut Casaubonus censet, cucullorum species. Treb. Pollio in Claudio cap. 17, *Cucutia villosa duo.* vid. Interpretes. Meursio *cuculia* legere placet.

CŪDO, cudi, cusum, cudĕre, schlagen, schmieden. *Cudere argentum*, müntzen. Terent. Heaut. act. 4 sc. 4 v. 15, *Argentum cudo*, i. e. comparando argento do operam. *Cudere frumenta*, dreschen, Colum. lib. 2 cap. 10. Ter. in Eun. a. 2 sc. 3 v. 89, *In me hæc cudetur faba*, das spiel wird über mich auslauffen. Vide Donatum ibi.

¶ Cūsor, ōris, qui monetas cudit, ein müntz-schläger. Liv. *Monetæ cusor.* Gloss. gr. lat. ἐλάτης χρυσοῦ ἢ ἄλλης ὕλης, *Cusor.*

Composita:

¶ Accūdo, ĕre. *Tres nummos accudere possum, ut triginta sint.* Plautus Merc. act. 2 sc. 3 v. 96.

¶ Excūdĕre, ausarbeiten, fertigen, aus was schlagen. Cic. Attic. lib. 15 ep. 27, *Tibi de gloriâ excudam aliquid, quod lateat in thesauris tuis*, i. e. componam, eine schrifft verfertigen. Quo pertinet illud Plinii lib. 1 epist. 3, *Effinge aliquid atque excude, quod sit perpetuo tuum.* Virg. 6 Æneid. v. 847,

Excudent alii spirantia mollius æra.

i. e. elaborabunt, effingent. Idem Æneid. 1 v. 174,

Ac primum silicis scintillam excudit Achates.

EXCUDIT, *feriendo elicit: quia* CUDERE *est ferire*, ad eum locum Servius scribit.

¶ Excūsor, oris, ein bild-gießer, kupfferstecher, drucker. Quintil. lib. 2 cap. 21.

¶ Incūdo, ĕre, cudendo asperare vel imprimere, einhauen, einpregen. Hinc

¶ Incusus, a, um, eingehauen, eingepregt. Pers. sat. 2 v. 52, *Incusa auro dona.* Virg. 1 Georg. v. 275,

lapidemque revertens
Incusum, aut atræ massam picis urbe reportat.

einen gepicketen oder geschärfften mühlstein.

¶ Incus, incūdis, in qua aliquid cuditur, ein amboß. Virg. 2 Georg. extr. *Impositos duris crepitare incudibus enses.*

Translate Horat. in arte poëtica v. 441,

Et male tornatos incudi reddere versus.

hoc est, denuo componere & perpolire, böse verse verbessern. Sidon. 8, 4, *Versus a meditationis incude adhuc calidi*, neue verse. Idem 4, 1, *Philosophicæ incude formatus.* Prov. *Inter malleum & incudem esse* dicuntur, qui anxietatibus & malis premuntur, im gedränge seyn; vide Chiliadas.

¶ Percūdĕre, durchhacken, durchschlagen. Columella lib. 8 cap. 5, *die undevicesimo* [aviarius] *animadvertat, an pulli rostellis ova percuderint, & auscultetur si pipiant.*

¶ Procūdĕre, probe cudere, ut Servius exponit, zurichten, schmieden. Hinc ad alia eleganter transfertur: ut, *Procudere dolos*, i. e. effingere, Plaut. Pseud. act. 2 sc. 2 v. 20, behende und listige griffe erdencken. *Procudere linguam*, die zunge schärffen. Cic. lib. 3 de Orat. cap. 30 extr. *Non enim solum acuenda nobis, nec procudenda lingua est, sed onerandum complendumque pectus maximarum rerum, & plurimarum suavitate, copiâ, varietate.* ¶ 2. Est & producere, & longius ampliusque efficere aliquid: quemadmodum fabri cudendo malleis ferrum extendunt. Lucret. lib. 5 v. 1263,

quamvis in acuta & tenuia posse
Mucronum duci fastigia procudendo.

Virg. 1 Georg. v. 261,

durum procudit arator
Vomeris obtusi dentem.

i. e. *cudendo extenuat: producit tundendo*, ut Servius interpretatur. Varro apud Nonium cap. 2 n. 677, *Legendo autem scribendo vitam procudito*, id est, producito, longiorem effice, erlängern. ¶ 3. Hinc & pro gignere ac propagare usurpatur, Lucret. lib. 2 v. 1112,

terreno corpore terra
Crescit, & ignem ignes procudunt, ætheraque æther:

Sic *procudere secla, prolem*, idem dixit lib. 5 v. 848 & v. 854.

¶ Recūdere, umschmieden. Varro: *Ut solent ii, qui vetera metalla recudunt.*

¶ Succūdĕre, subcudere, darzwischen schlagen. Varro L. L. lib. 4 c. 24, *succuderunt Galli e ferro sub id* [loricæ] *vocabulum ex annulis ferream tunicam.*

¶ Subscus, ūdis, fœm. ut Incus; id nempe quod sub, subtus vel super cuditur, ein band, riegel, klammer. Pacuvius apud Festum: *Nec ulla subscus cohibet compagem.* Cato de R. R. cap. 18, *Subscudes iligneas adindere.* Subscudes, suscudes & subcudes ligneа sunt vel ferrea retinacula, quibus duo ligna vel asseres inter se vinciuntur. *Subscudibus & securiculis compingi*, Vitruvius dixit l. 4 c. 7, mit leisten zusammen gefüget werden. Idem & *Securiculatos cardines*, id est, securiculis conjunctos & ornatos, dixit lib. 10 cap. 15. Et Arnobius lib. 6 p. 202, *Ab ruinarum casibus & dissolutionis subscudibus & catenis, uncis atque ansulis retentari.* Sed *Subscudines* plurali numero apud Augustin. legitur l. 15 de Civit. Dei. *Ferrea subscus*, Vitruvio lib. 10 c. 10, quæ molam sustinet, das mühl-eisen. Vide Baldi Lexicon Vitruvian.

CŪDON, ōnis, pellis cruda & dura, quâ capita teguntur adversus ictus vice galeæ, eine lederne bickel-haube, cujus usus etiamnum apud Hibernos durat; legunt & *Codo.* Nam græce κώδιον corium est. Silius l. 8 v. 494, *capiti cudone ferino stat cautum.* Idem lib. 16 v. 59,

Scipio contorquens hastam, cudone comantes
Disjecit crines.

CUJAS, ātis, pronomen interrogativum, cujus nationis, seu gentis, sectæ? *Cujas es?* wo bist du her? von wannen? wes landes? Respondere debet, *sum Germanus, Gallus, Italus*, &c. Cic. Tuscul. lib. 5 c. 37, *Socrates, cum interrogaretur, cujatem se esse diceret, Mundanum, inquit; totius enim mundi se incolam & civem arbitrabatur.* Apulejus lib. 1 Miles. post initium: *ut prius noritis, qui sim, & cujatis*, subaudi *gentis*: & lib. 8 p. 212, *præconem rogat, cujatis essem.*

¶ Cujus, cuja, cujum, antiquum, wessen? Terent. in And. a. 4 sc. 4 v. 24, *Cujum puerum hic apposuisti?* Nunc usitatius dicimus, *cujus puerum* &c. Virgilius ecl. 3 v. 1, *cujum pecus? an Melibœi?* Plura exempla ex Cicerone, Terentio, Plauto & aliis congessit Ol. Borrich. in Cogit. de L. L. p. 77 seq.

¶ Cujuscemodi, Cujusmodi &c. vide *Modus.*

¶ Cujusvis, Cujavis, Cujumvis, ein jeder. Apul. Apol. *Cujavis oratio.*

CVLBICIO, ōnis, veteribus dictus affectus ſtranguriæ ſimilis, die harnwinde. Gloſſ. gr. lat. ϛραγγ[illegible]ρία, *Culbicio*.

CVLCĬTA, æ, omne ſtragulum, in quo quieſcitur, dicta ab inculcando; ein banckpfül, polſter. *Culcita plumea*, Cicer. 3 Tuſc. cap. 19, ein feder-pfül. Sic Gronov. edidit: vulgo *culcitra*, invitis Criticis. Vide Manut. Orthograph. & Torrentium ad Sueton. Tiber. cap. 54, ubi Tranquillus: *Druſo adeo alimenta ſubducta, ut tomentum e culcita tentaverit mandere.* Seneca epiſt. 87, *Culcita in terra jacet, ego in culcita.* Et epiſt. 108, *Laudare ſolebat Attalus culcitam, quæ reſiſteret corpori.* Adi & Feſtum, & Plaut. Mil. 4, 4 v. 42, &c.

¶ Culcitŭla, vel Culcitella, æ, diminut. ein polſterlein. Plaut. Moſt. 4, 2 v. 14, *Suam culcitellam oportet* ſcil. *noſſe*. Eodem modo Dolabella C. Cæſarem, qui audiebat Delicium Nicomedis, appellare ſolebat *ſpondam regiæ lecticæ*. vid. Lipſ. Ant. Lect. 2 c. 9.

CŬLEVS, i, uter, ſive ſaccus coriaceus. In Gloſſ. *Culeus* & *Culleus* ſcribitur, & ἀσκὸς βόειος, item ἀσκὸς ταύρειος explicatur. *Inſui in culeum*, in einen ſack geſtecket werden. Parricidæ enim in culeum vivi inſuebantur atque in mare vel flumen dejiciebantur. Meminit Cicer. pro Roſc. Amerino cap. 11, Seneca lib. de Clement. c. 23, Sueton. Nerone c. 45, & Auguſto c. 30, ubi vide Caſaub. & Berneggerum, itemque Lipſium ad allegatum Senecæ locum, nec non Colerum. Turneb. lib. 13 Adv. c. 13. Tandem hoc mutatum eſt, cœptumque, ut darentur ad beſtias, aut vivi exurerentur. Julius Paulus lib. 5 Sentent. tit. 24. ¶ 2. *Culeus* cum utribus jungitur, inter vaſa militaria, trajiciendo amni, apud Nepot. in Eumen. 8, 7, ein ſchlauch. ¶ 3. Eſt & *Culeus* menſuræ majoris nomen continentis amphoras vicenas. vid. Dalechamp. ad Plin. lib. 14 cap. 32.

¶ Culeum, i, vel Culleum, neutr. idem quod Culeus notione tertia. Varro 1 Rei Ruſt. c. 2, *In eo agro aliquotfariam in ſingula jugera dena cullea vini fiunt.*

¶ Culeola, orum, cortices ſunt nucum viridium, grüne nußſchalen, à ſimilitudine culeorum vini. Feſtus.

¶ Culearis, e, ſechßeymerig: ut, *Dolium culeare*, quod culei capax eſt, Cato cap. 112.

¶ Cŭlullus, i, urceolus, eine weinkrauß, krug, humpe. Horat. in art. Poët. v. 434,

Reges dicuntur multis urgere culullis,
Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborant;
An ſit amicitiâ dignus. ſtarck zuſauffen.

Add. 1 od. 31 v. 11, *aureis culullis vina exſiccare*.

CŬLEX, ĭcis, vermiculus omnis alatus, eine mücke. Differentiæ eorum plures; alii enim *culices ſicarii* dicuntur, quos caprificus generat; alii *vinarii*, qui in vini fece aceſcente gignuntur, quos κώνωπες vocat Ariſtoteles, mücken die im wein wachſen; alii *muliones* dicuntur, waſſer-mücken. Plinius lib. 11 c. 2 naturam miratus, *tot*, inquit, *ſenſus collocavit in culice*. Horat. 1 ſatyr. 5 v. 14, *mali culices*, i. e. moleſti. *Culices pati rotundos*, Hadrianus dixit apud Spartianum in Vita cap. 16. Proverb. *Culicem elephanti conferre*, de iniquâ rerum minimarum cum maximis comparatione.

¶ Culiculus, i, diminut. ein mücklein. Gloſſ. Cyrilli, *Culiculus*, κωνώπιον.

¶ Culicare, is, nomen; idem quod *Conopeum*, de quo ſupra.

¶ Culiciarius Apollo in Attica colebatur, quod infeſtos culices ex agris propulſaret. vid. Alex. ab Alex. 1 c. 13 & 15.

CVLIGNA, æ, vas potorium, à græco κύλιχνος, ein trinck-geſäß, Cato cap. 132, & Feſt.

CŬLĪNA, æ, ab igne colendo; vel quaſi *calina*, à calendo dicta, quo nomine dicebatur in villa locus, ubi verſabatur familia, & ubi focus & Lares erant, die küche. Vnde & Laribus ſacra juxta Servium. Varro lib. 1 de re ruſt. c. 13, & Colum. lib. 1 c. 6. ¶ 2. Accipitur & pro latrina ſive ſeceſſu, ein abtritt, heimlich gemach. Vet. Gloſſ. ἀφεδρὼν, *Culina*. Atqui ἀφεδρὼν cloaca ſive latrina eſt. Eædem Gloſſæ: ἀπόπατος, *culina*. Iſidorus quoque *Culinam*, in Gloſſis *Latrinam*, *Seceſſum*, interpretatur. Petronius: *Qui inter hæc nutriuntur, non magis ſapere poſſunt, quàm bene olere, qui in culinâ habitant.* Varro lib. 6 de L. L. *lavatrinam* & *culinam* conjungit. *Trua*, inquit, *quæ à culinâ in lavatrinam aquam fundunt.* Deinde a coquendo *Coquina*, Sipontinus. ¶ 3. *Sunt in ſuburbanis loca publica, inopum deſtinata funeribus, quæ culinas appellant*, Aggenus in Front. de Limit. p. 60. Conf. Kirchman. de fun. Rom. 2 c. 24 p. 188.

¶ Culinarius, i, coquus, der koch. Scribon. Largus Compoſitione 230, *lixivia, qua culinarii utuntur*.

¶ Culinaria, orum, neut. küchen-geräth.

CVLIX, ĭcis, herba eſt, qua trita ſemen cucumerum maceratum ſeri jubent, ut ſine ſemine naſcantur, Plin. 19 c. 5.

CVLMEN, ĭnis, à culmis dictum, ein ſtrohdach, giebel, dachſpitze; Itaque ſignatè Virgilius eclog. 1,

Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen.

Et rurſus ibidem:

Et jam ſumma procul villarum culmina fumant.

Hinc ad alia tecta transfertur. *Culmen ædis Jovis fulmine ictum*, Livius lib. 27 c. 4. ¶ 2. Per metaphoram, pro eminentia, dignitate atque faſtigio, quo excedimus alios, dicitur, hoheit, würde. Apul. 3 Florid. *Quid ergo ſupereſt ad honoris mei tribunal & culmen, ad laudis meæ cumulum?* Ita *regale culmen* pro majeſtate regiâ apud Claudianum 6 Conſ. Honor. 64 legimus. Plin. lib. 9 c. 35, *Principium ergo culmenque omnium rerum pretii margaritæ tenent.* Sic *pervenire ad culmen*, i. e. ad ſummum, idem dixit. Virg. Æn. 2 v. 290,

ruit alto à culmine Troja:

Vbi Servius: *vel à dignitate ſuâ, vel à tectis ſuis. Nam ideo dixit culmina, tecta: quia veteres de culmo ædificia protegebant.* Vide eumdem etiam ad eclog. 1. ¶ 3. Culmen pro culmo poſuit Ovidius Faſt. 4 v. 734, *duræ culmen inane fabæ*.

CVLMVS, i, calamus frumenti, qui à radice ad ſpicam protenditur, der halm, ſtrohhalm. *Geniculato culmo erecta herba*, Cic. de ſenect. c. 15, mit einem knötigten ſtengel. Virgil. 1 Georg. v. 111,

ne gravidis procumbat culmus ariſtis,

daß ſich der halm nicht lege. Lucanus lib. 6 v. 9,

nondum ſurgentibus altam
In ſegetem culmis.

wenn das getreyde noch nicht geſchoſſet. *Homo tam bene culmo quam auro tegitur*, Sen. epiſt. 8. *E culmo ſpicam conjicere*, id eſt, ex ſenectute judicare de juventa. Vide Chiliad.

CVLPA, æ, noxa, crimen, ſchuld, mißhandlung, verſehung. Terentius Eunuch. a. 5 ſc. 6 v. 10, *Quicquid hujus factum eſt, culpâ non factum eſt meâ*, da habe ich keine ſchuld dran. Idem c. l. a. 2 ſc. 3 v. 96, *ne poſt conferas culpam in me.* *Culpam in aliquem transferre*, Idem And. a. 2 ſc. 3 v. 5, die ſchuld auf einen werffen. Cic. lib. 6 fam. epiſt. 2, *Ferenda eſt fortuna, præſertim quæ abſit à culpa*, daran man keine ſchuld hat. Et lib. 12 epiſt. 22, *Quicquid acciderit, à quo mea culpa abſit, animo forti fero.* Contra ferre ea moleſtiſſime homines dicunt, quæ ipſorum culpâ contracta ſunt. Idem pro Roſc. Amer. cap. 16 extr. *vitio & culpæ dare alicui aliquid*, einem etwas ſchuld geben. *Culpam præſtare*, ſicut *præſtare dolum, vitium*, dafür ſtehen, daß man keine ſchuld habe; hoc eſt, *non ſuſtinere culpam alicujus rei*; uſus aliquoties Cicero eſt in Epiſtolis, ut lib. 6 epiſt. 1, *Simus eâ mente, ut nihil in vitâ à nobis præſtandum putemus præter culpam.* Et lib. 9 epiſt. 16, *Video Philoſophis placuiſſe, nihil eſſe ſapientis præſtare, niſi culpam.* Vide & lib. 5 epiſt. ult. & lib. 6 epiſt. 4, & lib. 1 ad Quint. Fratr. epiſt. 1. *Commereri culpam*, eſt, contraxiſſe culpam, ideoque & caſtigationem ſive pœnam commeritum eſſe; Vſus Plaut. Aulul. act. 4 ſc. 10 v. 8, & Captiv. act. 2 ſc. 3 v. 43. Tandem Horat. lib. 4 oda 5 vere dixit:

Culpam pœna premit comes.

¶ Culpo, avi, atum, āre, tadeln, ſtraffen. Columella principio Operis: *Audio culpantes agrorum infœcunditatem.* Publius in Mimis:

Feras, non culpes, quod mutari non poteſt.

Ovid. 2 Amor. eleg. 4 v. 21,

Eſt etiam, quæ me vatem, & mea carmina culpet.

¶ Culpatus, a, um, ein beſchuldigter. Hinc Comp. *Culpatius* apud Gellium lib. 11 c. 7, *Moleſtius culpatiusque eſſe arbitror, verba nova, incognita, inaudita dicere, quam invulgata & ſordentia.*

¶ Culpatio, ōnis, die beſchuldigung. Idem Gellius lib. 10 c. 22, *ne ipſi quoque culpationes hujuſcemodi mereamur.*

¶ Culpabilis, e, ſtraffbar, tadelhafft. Apulejus Apolog. *culpabile judicandum eſt.* Et Arnobius lib. 7 p. 222, *opinio culpabilis*. Et Salvian. de Gubern. Dei lib. 4 p. 110, *Sed hoc culpabilior tu, quam ille.*

¶ Culpabiliter, adverb. idem. Symmach. lib. 9 epiſt. 43, *Nolo exiſtimes, culpabiliter ad me eſſe perlatum, quòd* &c. hoc eſt, in malam partem, cum criminatione. Auguſtin. de Geneſ. ad lit. lib. 11 c. 9, *quicquid culpabiliter eligerent.* Paullinus Nolanus epiſt. 39 [vet. ed. 30] n. 4, *nos culpabiliùs inſulſi*.

¶ Culpito, are, frequent. ſchelten. Plaut. Ciſt. 2, 1 v. 19, *ne jusjurandum noſtrum quisquam culpitet.*

¶ Deculpatus, a, um, verworffen. Gell. lib. 19 c. 10, *Dehoneſtum tibi deculpatumque hoc verbum videtur.* *Deculpatum*, id eſt, damnatum vel culpæ notis compunctum. Critici enim recenſentes libros, quod minus recte poſitum, notâ inſigniebant: quas *Culpas* vocabant. Quâ de re multa Scaliger Notis ad Varronem de re ruſticâ, itemque Wowerius de Polymathiâ cap. 17.

¶ Inculpo, are, tadeln, ſchelten. Mantuanus:

Vos ergo Inſubres Gallum inculpare poteſtis?

¶ Inculpatus, a, um, qui caret culpa, unſträfflich, untadelhafft. *Omnis culpæ privatio inculpatum facit*, Gell. lib. 1 cap. 5. *Mores inculpati*, ein wandel ohne fehl. *Vita inculpatiſſima*, idem Gellius lib. 14 c. 2.

¶ Inculpatim, adv. Lege 20 Cod. Theod. de palatin. ſacrar. largit. *qui inculpatim ad calcem terminumque militiæ pervenerint.*

¶ Inculpābilis, e, unverwerfflich, untadelich. Solin. cap. 30 [al. 43,] de Æthiopia, *Hyacinthus lapis pretioſus, ſiquidem inculpabilis inveniatur.* Prudent. Apotheoſ. v. 951, *inculpabile Numen.* Avienus in virgine Arati v. 280,

pro munere morum
Inculpabilium nomen dedit omnibus aſtris.

CVLTER, tri, m. & Cultrum, i, neutr. ein meſſer. *Acutum cultrum habeo*, Plaut. Epid. 2, 2 v. 2. *Virginius, ab lanio cultro arrepto, pectus puellæ transfigit*, Livius lib. 3 c. 48. *Sub cultro linquere*, metaphorica apud Horat. locutio eſt, in præſenti deſerere periculo, in der noth ſtecken laſſen, lib. 1 ſat. 9 v. 74,

fugit improbus, ac me
Sub cultro linquit.

Culter tonſorius, Cicer. Offic. 2 cap. 7, ein balbier- oder ſcheermeſſer. *Culter venatorius*, Suet. Aug. cap. 19, & Claudio c. 13, ein weidmeſſer, hirſchfänger. Neutro genere eſt in Gloſſ. Vet. *Cultrum*, κοπίς, ἡ μάχαιρα, σφαγίς. Addunt quidam Propertium lib. 4 eleg. 5 v. 72, ſed variant libri, & vel *clathra* vel *clauſtra* legunt. *Cultra* autem minus illi verſui conveniunt. Juvenal. ſat. 12 v. 84,

Sertaque delubris & farra imponite cultris:

Vbi Scholiaſt. inedit. *Cultrum*, inquit, *eſt genus patinæ, quæ in miniſteriis templi adhibebatur.* ¶ 2. Eſt & inſtrumentum arandi, das pflug-eiſen. *Culter vocatur, prædenſam terram ſecans*, &c. Plin. 18 cap. 18. Hinc apud Vitruv. 10 cap. 10 & 14 *in cultrum* vel *in cultro collocare*, de iis dicitur, quæ recto ſitu ad perpendiculum poſita ſunt. v. Baldi Lex. Vitruv. p. 33.

¶ Cultellus, i, dimin. ein meſſerlein. Horat. 1 epiſt. 7 v. 51, *Cultello purgare ungues.* Plin. 12 c. 25, *Inciditur vitro, lapide, oſſeisve cultellis.* Palladius lib. 1 extremo: *Præparemus cultellos curvos minores, per quos novellis arboribus ſurculi aridi aut exſtantes facilius amputentur.*

¶ Cultello, are, ad perpendiculum conſtituere, gleich richten, gleich abmeſſen. *Cultellare agrum eminentiorem, & ad planiciei redigere æqualitatem*, apud Frontin. de Limit. p. 43, idem eſt ac cogitare, clivorum inæqualitatem planam eſſe. Conf. Hygin. p. 178, & Göſii Ind. ſub voce *cultellare*. Item Borrich. Cogit. p. 79.

¶ Cultellatus, a, um, ſcharff wie ein meſſer. *Dorſa Delphinorum cultellata*, Plinius lib. 32 c. 2. *Vt palma, quæ cortice ſit cultellato, difficilis quidem eſt aſcenſu; ſed fructum habet dulciſſimum: itidem eruditio*

ditio & virtus aditum habent difficilem, sed fructum dulcissimum. Apud Hyginum Gösii p. 214 *Cultellatus lapis* est, qui pentagoni recipit rationem, ein fünffeckichter stein.

¶ Cultratus, a, um, idem. Plin. lib. 13 c. 4, *folia cultrato mucrone.*

¶ Cultrarius, i, victimarius, qui victimam immolat, Sueton. in Calig. c. 32, ein opffer-schlächter. ¶ 2. ein messer-schmid. Vet. Inscriptio apud Gruter. p. 640 n. 11,

Q. TIBVRTI. Q. L.
MENOLANI
CVLTRARI. OSSA
HEIC. SITA. SVNT.

Vbi appictos cultros vides, non dissimiles iis, quibus nostri vietores utuntur.

¶ Subcultro, are, cultello concidere, zerschneiden. Apicius 4, 2, *Subcultrare pulpas.*

¶ Subcultratus, a, um, zerschnitten. Idem 8, 8, *Thymum subcultratum.*

Cultio, Cultura, Cultus, vide *Colo.*

Cŭlullus, vide supra *Culeus.*

CV̄LVS, i, idem quod podex, a græco κῶλος, der arsch. Catull. carm. 23 v. 19, *culus purior salillo.* Vsus idem est carm. 95 & 96 ad Æmilium & Vectium, ubi vide. Sæpe & Martialis, ut, *culus macer*, 3 epigr. 98. *culus tritior*, 9 epigr. 58.

CVM, præpositio, mit, sammt, benebenst. *Facere cum caussâ*, der sachen zu gut gehn. Cic. ad Q. Frat. lib. 1 epist. 2, *Certo scio, te fecisse cum caussa.* Nepos 12 c. 3 n. 1, *quod Chabrias adversum regem bellum gereret cum Ægyptiis*, hoc est, socius & auxiliator Ægyptiorum. Cic. lib. 1 fam. epist. 1, *Esse cum imperio*, das regiment führen. *Esse cum potestate*, Idem 1 de Invent. c. 25. *Cum bona gratia aliquem dimittere*, Idem de Fato c. 4, einen in guten von sich lassen. *Cum aliquo facere*, est, ejus partes sequi. Cic. lib. 6 Att. epist. 8, *cum Cæsare Lentulum consulem facere.* Nepos in Ages. c. 2, *cum animadverteret, Deorum numen facere secum.* Elegans formula est: *Cum eo mihi omnia sunt*, i. e. tam conjunctus mihi ille est, ut nihil non rationum mearum ac consiliorum cum eo communicem. Cicer. lib. 13 epist. 1, *Cum Patrone Epicureo mihi omnia sunt; nisi quod in Philosophia vehementer ab eo dissentio.* Contra idem ad Attic. lib. 12 epist. 17, *Mihi ante ædilitatem meam nihil erat cum Cornificio.* Nempe significat, se eo familiariter haud usum, er habe keine freundschafft oder gemeinschafft mit ihm gehabt. Plaut. Casin. act. 2 scen. 2 v. 12,

Nam vicinam neminem amo merito magis, quàm te:
Nec quacum plura sunt mihi, quæ ego velim.

Plura, nempe *communia*: hoc enim in hoc Elliptico dicendi genere subaudiendum est. Ita Seneca epist. 12, *Quid tibi cum alieno?* ¶ In exceptionibus, cum restringimus aliquid ad quamdam conditionem seu legem, invenitur hæc formula *cum eo.* Cicer. lib. 6 ad Atticum epist. 1, *Sit sane, quoniam ita tu vis, sed tamen cum eo, quod sine peccato meo fiat.* Livius lib. 8 c. 14, *Laviniis civitas data, sacraque sua reddita, cum eo, ut ædes Junonis communis Laviniis cum Pop. Rom. esset. Cum eo*, mit dem bedinge. ¶ 2. Sæpe cum elegantiâ quâdam veteri additur hæc præpositio, ubi abesse poterat, Græcorum more. Catullus Epithalamio Malli, carm. 62 v. 19,

bona cum bonâ
Nubit alite virgo.

Cic. de Offic. lib. 3 c. 31, *Occurrisse Romam, & cum primâ luce Pompeji domum venisse dicitur.* Etiam Terent. Adelph. act. 5 sc. 3 v. 55, *cum primo lucu*, quod est, ἀρχαϊκῶς pro *luce*: & Sallust. Jugurth. cap. 106, *cum ortu solis.* Plinius lib. 2 epist. 19, *quæ scripsimus cum labore, etiam cum labore audiri putemus.* Imperator Procem. Inst. § 2, *Quorum utramque viam cum summis vigiliis summaque providentiâ, annuente Deo, confeci.* Vide & Indicem Lucretianum Gifanii: Itemque Scalig. lib. 4 poet. cap. 34, ubi nonnihil de Pleonasmi hoc genere meminit. ¶ 3. Aliquando idem est quod contra. Sallust. Jugurth. cap. 5, *Bellum cum Jugurtha gessit*, i. e. contra. Et ita passim in *belligerandi* formulis.

CVM, conjunctio & adverbium, wenn, indem, als, da, dieweil; scribitur & *Quum*, & *Quom*, de qua differentiâ monet quædam Quintil. lib. 1 cap. 7 de orthographia; sed probare eam non videtur. Diligenter autem discendum est, quando & quibus locutionibus præcedat Indicativum, aut Conjunctivum, quo modo familiarissime gaudet: Indicativo vero non nisi quoties *quia* aut *quod* aut *quandoquidem* significat. Cic. lib. 12 fam. epist. 25, *Tibi maximas gratias ago, cum tantum meæ litteræ potuerunt*, &c. Terent. in Phorm. act. 5 sc. 7 v. 73, *Ego redigam vos in gratiam, Chreme, hoc fretus, cum de medio excessit, unde hæc suscepta est tibi*, h. e. *quandoquidem.* Et in ejusmodi locutionibus: *Nondum sex menses sunt, cum huc commigravit*, Plaut. Persa 1 sc. 3 v. 57. Cicer. pro Cluent. c. 9, *Dies nondum decem intercesserant, cum ille alter filius necatur.* Servius ad illud Virg. 2 Æn. v. 455,

Infelix qua se, cum regna manebant,
Sæpius Andromache ferre incomitata solebat:

DVM inquit, *donec; alii tamen* CVM *legunt: Sed* cum manebant *quomodo dicimus, cum constat*, manebant, *Indicativum esse? Hoc verò sciendum est, quia quando conjunctio est, necesse est aliquid jungi aut subaudiri. Vt*: cum venirem, vidi illum: *Si autem* cum venientem *dicamus, aut modus pro modo est, hoc est, indicativus pro conjunctivo: aut etiam* CVM *non erit conjunctio, sed adverbium temporis: & significat*: tempore, quo veniebam. Hæc ille. Nepos Iphicrate 2, 4, *Cum Artaxerxes Ægyptio Regi bellum inferre voluit, Iphicratem ab Atheniensibus petivit Ducem*; id est, tempore, quo bellum inferre voluit. ¶ *Cum quidem*, pro etsi, obgleich. Nepos Thrasybulo c. 2 extr. *In secundo prælio cecidit Critias, cum quidem fortissime pugnaret.* Item Catone cap. 2, *Neque hoc per Senatum efficere potuit, cum quidem Scipio in civitate principatum obtineret.* ¶ Accipitur nonnunquam pro *Quando.* Terentius Eunuch. a. 3 sc. 3 v. 16, *quid habuisset, cum peril?* Donatus ibi: *Cum pro Quando.* ¶ Interdum pro *Ex quo.* Cicero lib. 15 epist. 14, *Multi anni sunt, cum ille in ære meo est.* Et epist. 16, *triennium est, cum virtuti nuntium remisisti.* ¶ Porro eleganter *Cum*

& *Tum*, so wohl, als; beydes, und, se invicem in eâdem clausula subsequuntur, sed cum differentiâ quadam; nimirum, ut *cum* quiddam minus, *tum* quiddam majus significet. Cic. Off. lib. 1 c. 33, *Luxuria cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est.* Hoc quoque hîc monent nonnulli, τὸ CVM, cum Indicativo construendum esse. Ac est hâc ratione non semel usus quidem Cicero, atque post eum alii etiam. Nepos Iphicrate 3, 2, *Quod cum in aliis rebus declaravit, tum maxime in Amyntæ liberis tuendis.* Plin. Panegyr. Trajan. cap. 74, *Sed cum multa illo die dicta sunt sapienter & graviter, tum vel imprimis*, CREDE NOBIS, CREDE TIBI: Interim tamen hæc observatio perpetua non est. Nam & exempla conjunctivi appositi apud Ciceronem non pauca occurrunt, uti ad Mamertini Panegyricum Maximiano Aug. dict. cap. 1 observavit notavitque Livinejus. Sed neque prima observatio procedit semper. Quod vel illud Ciceronis arguat Orat. pro Muræna, cum ait: *Siquidem eorum consilio & periculo, cum Rep. tum etiam rebus nostris perfrui possumus.* Enimvero in Republica aliquid majus est, quàm privatorum in rebus atque fortunis. ¶ Notanda etiam elegans hujus vocis & veluti transposita usurpatio, ad hunc modum apud Corn. Nepot. in Eumen. cap. 9, 1, *Dimidium spatium confecerat, cum allata est suspicio*; pro, cum dimidium spatium confecisset, allata est, & ita persæpe Curtius, & Poëtæ. ¶ Frequens est etiam genus dicendi concisum, omisso *cum.* Nepos in Vita Attici cap. 16, *Atticus adolescens seni Syllæ fuit jucundissimus, senex adolescenti Bruto*: i. e. cum esset adolescens, cum esset senex, &c.

¶ Cummaxime, compositum, vide infra in *Magis.*

¶ Cumprimis, vide in *Prior.*

CV̄MAE, arum, Κῦμαι, Campaniæ civitas in Italia, à Chalcidensibus [vide supra *Chalcis*] condita: quam Sibyllæ illustrat divinitas, cujus libris pro oraculo Romana usa est prudentia. Silius lib. 8 v. 532 singulariter extulit: *Linternum & quondam fatorum conscia Cume*, ut sit *Cume, Cumes.* Quamquam & ibi Dausquejus pluraliter *Cumæ* legat. Dictam autem *Cumas* Servius ad Æn. 3 v. 441 putavit, vel ἀπὸ τῶν κυμάτων, h. e. ab undis, vel ab auspicio mulieris prægnantis, quâ conspecta Chalcidenses prope Bajas urbem ibi posuerunt, ἔγκυον enim gravidam Græci dicunt.

¶ Cūmæus, a, um, adject. Virg. 3 Æn. v. 441,

Huc ubi delatus Cumæam accesseris urbem.

Et idem ecloga 4 v. 4,

Vltima Cumæi venit jam carminis ætas.

¶ Cumānus, a, um: ut, *Vates Cumana*, Lucan. lib. 5 v. 183. *Asinus Cumanus*, vide Chiliadas.

¶ Cumatilis, e; ut, *Cumatilis color*, cæsius sive cæruleus, himmel- oder wasser-blaue farbe; *Cymatilem* alii dicunt à κῦμα. Plaut. in Epid. act. 2 sc. 2 v. 49, *Cumatile, aut plumatile, aut cerinum.* Nonius cap. 16 n. 1 de Colore Vestimentorum: *Cumatilis, quasi fluctuum similis.*

CV̄MĔRAE, arum, plur. aut singulare Cumera, æ, vas in quo frumenta conduntur, ein korn-kasten. Horat. lib. 1 Serm. sat. 1 v. 53,

Cum tua plus laudes cumeris granaria nostris.

Festus. *Cumeram vocabant antiqui vas quoddam, quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis utensilia.* Idem *Cumerum* appellat.

CV̄MĪNVM, i, & Cyminum, κύμινον, numeratur inter optima legumina, kümmel. *Cuminum sativum*, römisch-kümmel, *Cuminum silvestre*, rittersporn, tertium genus culinis notum, quod in pratis nascitur, wiesen-kümmel, *Cuminum pratense.* Vsus ejus studiosis confert ad capitis confortationem & flatus educendos. Pers. sat. 5 v. 55,

Rugosum piper & pallentis grana cumini.

Horat. lib. 1 epist. 19 v. 18,

Pallerem casu, biberent exangue cuminum.

¶ Cuminisector, κυμινοπρίστης, parcus & sordidus. vid. Chil.

CVMMIS, is, gummi, κόμμι. Cato de R. R. c. 69. vide *Gummi.*

CV̄MV̄LVS, i, acervus, accessio, ein hauff: *Magno cumulo augere*, Cic. ad Fam. lib. 13 epist. 63, häuffig vermehren. *Jucundissimæ tuæ litteræ cumulum mihi gaudii attulerunt*, Cic. filius Tironi lib. 16 epist. 21. *Cumulus accedit*, Cic. pater 6 epist. 9. Tacit. 2 Hist. c. 19, *Super hos è Prætorio auxiliisque mille equites, cumulus prosperis, aut subsidium laborantibus, ducebantur.* Virgilius quoque ad aquam transtulit Æn. 1 v. 105, *Insequitur cumulo præruptus aquæ mons.*

Vbi Servius: CVMVLO, *exuberante fluctu, i. e. altitudine cum cumulo.* Item 2 Æneid. de exundante fluvio, v. 498,

Fertur in arva furens cumulo,

CVMVLO, i. e. augmento, exuberante fluctu. ¶ Cumulus etiam Fabio lib. 6 c. 1 Orationis est conclusio, seu epilogus.

¶ Cŭmŭlo, avi, atum, āre, coacervare, häuffen, vermehren: *Cumulare beneficia*, Plin. 3 epist. 4. *gloriam*, Cic. 1 Off. c. 32. *invidiam sibi*, Liv. lib. 3 c. 12. *Cumulari gaudio*, Cic. lib. 9 epist. 14, sehr erfreuet werden. Claudian. de bello Get. v. 208,

Gaudia præmissi cumulavit inopina dolores.

¶ Cumulatus, a, um, überhäufft, angefüllt, groß. Cic. 2 de Orat. cap. 8 extr. *omni rerum genere cumulata oratio.* Et cap. 4, *vitio cumulatus.* Idem lib. 1 c. 6, *Omni laude cumulatus orator.* Livius lib. 2 cap. 47, *Spreta in tempore gloria, interdum cumulatior redit.* Cicer. de Clar. Orat. c. 4, *Hesiodus beneficia accepta eadem aut cumulatiore adeò mensura reddi jubet.* Ita vero Græce ἔργ. 348,

Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ τ' ἀποδοῦναι,
Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον αἴκε δύνηαι.

Cumulatissimus scelerum, Plaut. Aulul. act. 5 v. 6.

¶ Cumulate, adverb. reichlich, völlig, häuffig. Vt, *cumulate publicanis satisfactum*, Cic. Attico lib. 6 epist. 3. *Cumulatiùs quid augere*, Idem in Oratore c. 17 pr. *Cumulatissime alicui satisfacere*, Idem lib. 10 fam. ep. 29. *Cumulatissimè gratiam referre*, lib. 13 epist. 4. *Cumulatissime polliceri*, epist. 42 c. 1.

¶ Cumulatim, idem. Varro R. R. lib. 3 cap. 15, *Cumulatim ponere.* Prudent. ἀποθ. v. 721,

Ambesis dapibus cumulatim adgesta redundant
Fercula.

Composita:

¶ Accŭmŭlo, āre, aufhäuffen, mehren: ut, *Accumulare acervos pecuniæ*, geld sammlen, Cic. pro Leg. Agraria 2 cap. 22. Et Lucretius lib. 6 v. 1261, *acervatim mors accumulabat.*
Ac Virgilius Æn. 6 extr. de Marcelli funere:

His saltem accumulem donis, & fungar inani
Munere.

¶ Accumulatè, mit hauffen. Superl. *Accumulatissime.* Auctor ad Herenn. lib. 1 extr. *Vt pro tuo officio, & nostro in te studio munus hoc accumulatissime tuæ largiamur voluntati.*

¶ Accumulatio, ōnis, die sammlung. Plin. lib. 17 cap. 26, ubi *accumulationem* inter arborum morbidarum remedia recenset, quæ est, cum terra circa eas aggeratur, ut tectiores sint radices.

¶ Accumulator, ōris, ein vermehrer. Tacitus ann. 3 cap. 30 n. 2, *Opum accumulator.*

¶ Concumulatus, a, um, zusammen gehäufft. Tertull. de vel. virg. c. 7, *Coma concumulata in verticem.*

CŪNAE, arum, plurale tantum, cubile mobile, in quo infantes fasciis involuti cubant, eine wiege. *Repuerascere & in cunis vagire*, Cicer. de Sen. sub fin. Singulari tamen usus est Prudentius, sive quisquis auctor Diphthychi num. 28, *præsepe jacenti Cuna erat.* Origo vocis est vel a κινεῖν, *movere*; vel a κοιτᾶν, *decubare*; vel a κοινοῦν, *polluere*; vel a κύειν, *parere*, quia ibi partus reponi solet.

¶ Cunulæ, arum, dimin. Prudent. Cathem. 7 seu hymno jejunant. v. 164, *parvulorum cunulæ.*

¶ Cūnābula, orum, & lectuli infantium, & loca, in quibus nascimur, ut tradit Servius ad Virg. ecl. 4, 23, kinder-bette, geburts-stelle. *Vsque a cunabulis sapere*, Plaut. Pseud. 2, 4 v. 48. *Cunabula avium*, Plin. 10 cap. 33, vogelnester. *Gentis cunabula nostræ*, Virg. 3 Æneid. v. 205, id est, initium, anfang und ankunfft des geschlechts. Sic Apul. lib. 3 Miles. *Solennis dies à primis cunabulis hujus urbis conditæ crastinus advenit.*

¶ Incunabula, orum, idem. Ovid. 8 Metam. v. 99, *Jovis incunabula Crete.* Peræque etiam pro initiis sumitur, ac simplex Cunabula. Cic. lib. 1 de Oratore cap. 6, *ab incunabulis nostræ veteris puerilisque doctrinæ.* Declam. in Sallustium sub Ciceronis persona, cap. 3, *rudimenta & incunabula virtutis.* Quintil. procem. lib. 1, *ab ipsis discendi velut incunabulis.*

¶ Cunina, æ, Dea quæ cunis præerat. Lactant. 1, 20, 36, *Cunina infantes in cunis tuetur, ac fascinum submovet.* Citat etiam ex Varrone Nonius cap. 2 n. 756.

¶ Cunio, ire, Festus interpretatur, stercus facere, scheissen, besudeln; quod imprimis dicendum de infantibus fascias in cunis stercore polluentibus.

¶ Ancunulentæ, arum, ab am & cunio: *fœminæ menstruo tempore appellantur, unde trahitur inquinamentum*, blutflüßig, Festus.

¶ Conquinisco, conquexi, ĕre, a cunisco, quod est a cunio, & significat inclinare se, cernuare, sich bücken, kauern. Plaut. Cist. 4, 1 v. 5, *faciundum est puerile officium, conquiniscam ad cistulam.* Idem 3, 2 v. 75, *Si conquiniscet istic, conquiniscito simul.* Præteritum *conquexi* ex Pomponii Attellana, & plura de vera significatione vocis, vide in Vossii Etym. p. 147.

¶ Ocquinisco, ere, idem, apud Nonium ex Pomponio cap. 2 n. 118 & 600.

¶ Inquino, are, quod Festus quoque a cunire deducit, vide infra suo loco.

Cunctamen, Cunctanter, Cunctatio, vide *Cunctor.*

CVNCTOR, atus sum, ari, quod quidam *contari* scribunt, (vide Orthograph.) est morari, differre, cessare, zaudern, verziehen, aufziehen, säumig seyn. Cic. lib. 10 ep. 15, *Quibus rebus cognitis cunctatus non sum in cursu bonorum consiliorum.* Ennius de Fabio Cunctatore apud Cic. de Senect. cap. 4,

Vnus homo nobis cunctando restituit rem;
Non ponebat enim rumores ante salutem.

Proprie *Contari* est quærere de aliqua re, quam agitamus: quod cum fit, suspendimus negotium, nec aggredimur statim, de quo deliberatio est, donec statui de eo possit; hinc *contari* sive *cunctari* (eadem enim sunt) pro morari dicimus. ¶ Plautus Cas. 4, 2, v. 13 activo *Cunctare* usus est: *Abi hinc: Cunctas?*

¶ Cunctatus, a, um, langsam, zaudernd. Curtius 5, 6, 2, *Rex phalangem nil cunctatus inducit*, ungesäumt. Vnde Comp. apud Plin. lib. 2 epist. 16, *Cunctatior fortasse & cautior esse deberem.* Apulejus 4 Florid. *Sum ad dicendum nimia reverentia vestri contatior.*

¶ Cunctatio, ōnis, aufschub, langsamkeit, säumung. Cic. de amic. c. 13, *Studium semper adsit, cunctatio absit.* Idem pro Sextio cap. 47, *Nonnunquam cunctatione & tarditate, dum otium volunt etiam sine dignitate retinere, utrumque amittunt.* Et Livius lib. 21 cap. 56, *inter cunctationem ingrediendi flumen ab hostibus oppressi.*

¶ Cunctāmen, inis, idem. Paullinus Carm. 23 de S. Felice v. 416,

pavida cunctamine mentis.

¶ Cunctator, ōris, tardus, segnis, ein zauderer. Cœlius Ciceroni lib. 8 ep. 10, *Nosti Marcellum, quam tardus & parum efficax sit: itemque Servium, quam cunctator.* Livius lib. 6 cap. 23, *cunctatorem ex acerrimo bellatore factum.*

¶ Cunctābundus, a, um, langsam, säumig, verzögernd. Livius lib. 6 cap. 7, *segniter arma capta, cunctabundosque & resistentes egressos castris esse.* Sic & Tacitus de Tiberio annal. 1 cap. 7, *nusquam cunctabundus, nisi cum in senatu loqueretur.*

¶ Cunctanter, adverb. idem: ut, *Facere aliquid cunctanter*, Plin. lib. 33 cap. 1. *Haud cunctanter*, Livius lib. 1 cap. 36, & lib. 3 cap. 6. Comp. *Cunctantius.* Val. Max. 9, 3, 8, *cunctantius dare.* Et Tacitus annal. 1 c. 71, *Data utrique venia: facile Segimero; cunctantius filio.*

¶ Incunctans, tis, non cunctans, ungesäumt. Paullinus Petrocorius lib. 5 v. 132, *incunctante fide*, quæ etiam legis lib. eod. v. 297, & de Visitat. nepot. v. 40.

¶ Incunctanter, sive Incontanter, unsäumig, unwegerlich. Lactantius lib. 6 cap. 12, *incunctanter ac fortiter mortem subire.* Apulejus lib. 11 post initium: *Incontanter ergo, dimotis turbulis, alacer continuare pompam*, &c.

¶ Incunctabilis, e, unstreitig. Dig. lib. 22 tit. 5 l. 21, *Illud incunctabile est, ut, si* &c.

¶ Percunctari, Percontari, est interrogare; vide supra *Contus.*

CVNCTVS, a, um, omnis, universus, gesamt, alle, gantz: ut, *cunctus populus*, Cicero lib. 3 epist. 11; *cunctus senatus*, idem 4 epist. 4. *lex dilatata in ordinem cunctum*, idem de leg. 3 c. 14. Cornel. Nepos Themistocle cap. 9, *Nunc autem ad te confugi exagitatus a cuncta Græcia.* Manilius lib. 3 v. 522,

Et subtexta malis bona sunt, lacrymæque sequuntur
Vota, nec in cunctis servat fortuna tenorem,
Vsque adeo permixta fluit, nec permanet usquam,
Amisitque fidem, variando cuncta per omnes.

Cuncta, i. e. cunctas res. Virgil. 1 Æneid. v. 233,

Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.

Horat. 2 epist. 1 v. 81, *Cuncti pene patres.*

¶ Cunctim, adverb. zusammen, miteinander. Apulejus 2 Florid. *non sigillatim ac discretim, sed cunctim & coacervatim offerre.*

¶ Cunctĭpărens, tis, parens omnium, poëticum. Prudentius Passione Agnetis sub fin. *Cui posse soli cunctiparens dedit.*
Adde eundem in Hamartig. v. 931.

¶ Cunctĭpăter, tris, omnium pater, Deus. Theodulfus lib. 1 Carm. v. 69 de Hiskia rege:

Cui tria cunctipater voluit superaddere lustra.

¶ Cunctĭpŏtens, tis, omnipotens, allmächtig. Idem Prudentius Passione Quirini v. 56, *Jesu cunctipotens.* Drepanius carm. ad Amicum pro suscepta sui defensione:

Det tibi cunctipotens cæli de rore salubri.

CŪNĔVS, i, σφὴν, instrumentum illud dicitur, quo adacta ictibus ligna finduntur: quod de ligno factum initio Virgilius indicat Georg. 1 v. 144, *Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.* PRIMI, id est, qui ante ferri usum fuere. Nam reperto ferro & cunei inde fabrefacti sunt, ein keil. B. Hieronymus in cap. 21 Matth. *Hoc est, quod vulgo dicitur, malo arboris nodo malus clavus aut cuneus insigendus est*, auf einen harten knoten gehört ein harter keil. ¶ 2. Dicuntur & in exercitu *Cunei*, pedites ita collocati, ut priores ordines angustiores, subsequentes vero latiores exeant, in cunei formam, quæ talis est, ut illa pars, quâ adigitur, latior crassiorque sit, ut fortius possit excipere ictus: altera contractior & in acumen desinens, quo facilius penetret & scindat, eine schlachtordnung, forne schmal und hinten immer breiter. Vid. Veget. lib. 3 de re milit. cap. 19. Cum Isidorus hunc militarem ordinem quasi *cuneum*, quod multitudo militaris in unum coëat, lib. 9 Etymol. cap. 3 dici putat, more suo nugatur. Tacitus de German. cap. 6, *Acies per cuneos componitur.* Et, *Cuneos perrumpere*, durch die schlachtordnung brechen. Livius lib. 8 cap. 10, *Tanta cæde perrupêre cuneos, ut vix quartam partem relinquerent hostium.* ¶ 3. Cunei sunt etiam spectatorum sedilia in theatro, die stüle und bäncke der zuseher auf'm schauplatze, Vitruvio 5 cap. 6 & aliis: Nam & isti ordines *Cuneorum* formam repræsentant quodammodo. Vide Lips. de Amphitheatr. cap. 13. Suetonius August. cap. 44, *Maritis è plebe proprios ordines assignavit: prætextatis cuneum suum.* Ita *cuneos equestris & senatorii ordinis* idem Domitiano cap. 4 vocat, in quibus Equites & Senatores spectabant. Adde Juvenal. sat. 6 v. 61. Vet. Gloss. *Cuneus*, Θεάτρου κερκὶς, ἢ σφὴν, ἢ στρατιωτῶν λόχος. ¶ 4. Cunei sunt triangulares figuræ, quæ inter quadratas & quavis specie lateratas formas in pavimentis aut picturis parietum interponi ad ornatum & decorem solent. Vitruv. 7 cap. 4 & 5.

¶ Cŭnĕŏlus, i, dimin. ein kleiner keil. Columella lib. 4 cap. 29, *adactis arundineis cuneolis arctantur*, man verkeilet sie. Et Cic. de Vnivers. cap. 13, *crebris quasi cuneolis injectis.*

¶ Cŭneo, are, σφηνόω, spalten. Quintil. lib. 4 cap. 3, *Atque eo* (exspatiandi genere) *vel maximè illustrari ornarique orationem* (confiteor) *sed si cohæret & sequitur, non si per vim cuneatur, &, quæ natura conjuncta erant, distrahit.* Loquitur de egressionibus, quas non per vim intrudi vult, ut findant quasi orationem, sed sequi sponte rem & vi quasi hærere. ¶ 2. Est aliquid cuneo simile in ea, quæ hiant, immittere, quod vacuum expleat, verzwicken, verkeilen. Plin. lib. 16 cap. 11 de CORNO: *Lignum*, inquit, *non alio pene, quam ad radios rotarum utile: aut si quid cuneandum sit in ligno; clavisque figendum.* Seneca epist. 118 sub fin. *Vnus lapis*, inquit, *fecit fornicem: ille qui latera inclinata cuneavit, & interventu suo vinxit.* In fornicati operis structura leviter acclinatos lapides, non rectos collocare oportet, quo firmius hæreant, atque in curvitatem dirigi patiantur. Cum ex utroque latere in summum processit opus, relinquitur aliquid spatii infra angustius, latius supra; hoc est, in cunei formam. Id igitur æque impleri lapide necesse est, qui claudat arcum, atque absolvat, (das schloß.) Hic igitur quando immissus est, *Cuneare inclinata latera & interventu suo vincire, & facere fornicem, sive absolvere*, Senecæ dicitur. ¶ 3. Cuneare, est formam cunei dare, zuspitzen; ut, *rotundare*, rotundum facere, sive rotundam dare figuram. Mela lib. 3 c. 6, *se in diversos angulos cuneat.* Plin. lib. 3 cap. 3 de Hispania: *cuneatur angustius inter duo maria.*

¶ Cuneatus, a, um, zugespitzt; ut, *cuneatum theatrum*, quod gradus subselliorum & ordines ex angulo in latum, modo cunei assurgant. Ausonius prologo Ludi VII Sapientum v. 21,

Cuneati crevit hæc theatri immanitas.

Et alius poëta vetus apud Lipsium de Amphitheatro c. 13,

cuneati læta theatri
Seditio.

Nisi hic *cuneatum* potius, *cuneis*, hoc est, cuneatis sedilibus instructum interpretandum videatur. Columella 5 cap. 2, *ager cuneatus.* Hinc Comp. *Cuneatior.* Livius lib. 9 cap. 40, *forma scuti ad imum cuneatior.*

¶ Cu-

¶ Cuneatio, ōnis, die Zuſpitzung. Scrib. Largus compoſ. 47, *narium cuneatione quadam.*

¶ Cuneatim, adverb. Cæſar lib. 7 bell. Gall. c. 28, *Hoſtes in foro, locis patentioribus cuneatim conſliterunt,* hauffen-weiß, klippel-dicke. Vet. Gloſſ. *Cuneatim*, κατὰ σίφη.

¶ Diſcuneatus, a, um, cuneis diffiſſus, apertus, patens, zerſpaltet. Plin. lib. 9 cap. 30, *Conchæ ſe contrahunt, ſed fruſtra, diſcuneatæ.*

¶ Excuneatus, a, um, cuneis expulſus. Hi *excuneati* dicebantur, qui extra cuneos in via ſtantes ſpectabant. Apul. 3 Met. *Extimus quisque excuneati queruntur.* v. Salmaſ. ad Solin. p. 675.

¶ Subcuneatus, a, um, verkeilt. Vitruv. 6 cap. 11, *Subcuneati poſtes.*

CVNĪCVLVS, i, κόνικλος, Athen. & Ælian. animal lepore minus, album aut varium; cætera lepori ſimile, antra quærit & excavat, & cunei inſtar findit terram, ein Kaninichen. Martial. lib. 13 epigr. 60,

Gaudet in effosſis habitare cuniculus antris,
Monſtravit tacitas hoſtibus ille vias.

Fœtus eorum, quos vel uberibus ablatos, vel ventre exſectos, in deliciis veteres habuerunt, Latini *laurices* vocarunt, Plin. lib. 8 cap. 55. ¶ 2. Cuniculus, ein heimlicher gang unter der erden, ein ſtollen. *Agere cuniculos*, Cic. 3 off. cap. 23, untergraben, miniren; Specus ſubterraneos effodere, per quos occultus in locum aliquem fiat aditus. Erat de cætero apud veteres duplex expugnationis urbium genus, quod *cuniculis* iſtiusmodi peragebatur. Primum ita habebat: aperiebatur terra fodiendo altè, & longe agebantur ſpecus ſubter, quibus immiſſus miles in mediam urbem ſurſum erumperet, & oppidanis ex improviſo ſuperveniret. Quintil. Declam. 255, *Supervacuum eſt, cuniculos fodere, & per occultos ſpecus ingenti labore exhauſtos terræ, in mediam ſubitò emergere civitatem.* Aliquando non in mediam ipſam urbem, ſed usque ad fundamenta tantùm murorum agebantur cuniculi: quo cum perventum eſſet, ſubruebatur murorum moles, ut per ruinam eam invadendi & ingrediendi obſidentibus daretur facultas. Quas rationes ab animantis natura *cuniculorum* accepiſſe nomen, Vegetius docet lib. 4 de re milit. cap. 24, & eo tendit Martialis carmen, ſupra allegatum. Sed ultimum genus cuniculorum in noſtra quoque militiâ obtinet: in hoc diverſum tamen à veteri, quod ibi tormentarii pulveris vi, concepto igne, deturbantur muri, & aperitur aditus ſubituris in urbem. Quam rationem Petrum Navarrum, ex gregario milite belli ducem, gente Hiſpanum, cum Genuenſibus militaret in Italiâ, inſtituiſſe, Guicciardinus lib. 6 Hiſtor. obſervavit. Hinc elegantes aliquot metaphoræ dicendique formulæ natæ ſunt. Vt: *aliquem oppugnare cuniculis*, Cicer. initio 1 orat. pro lege Agrar. h. e. inſidiis, dolo, fraude, hinterliſtig anfallen und betrügen. Plin. lib. 2 c. 43, *Si ulli eſſent inferi, jam profectò illos avaritiæ atque luxuriæ cuniculi refodiſſent.* ¶ 3. Idem eſt cuniculus quod canalis, eine röhre, apud Plin. 9 c. 38, *Torreri longinquæ fornacis cuniculo.*

¶ Cŭnīcŭlārius, i, qui cuniculos fodit. Conf. Barth. ad lib. 2 Thebaid. Stat. p. 494 ſeq. ein minirer. ¶ 2. Cunicularii vel cuniculatores ſunt milites, qui cuniculis ſuffoſſis improviſi emergunt, & hoſtilia munimenta invadunt. Ammianus lib. 24 cap. 15 [Valeſ. cap. 4] *ut cuniculariorum ſubito manus emergat.* Et Veget. lib. 2 cap. 11, *Vt etiam cunicularios haberent, qui ducto ſub terris cuniculo, murisque intra fundamenta perfosſis, improviſo emergerent ad urbes hoſtium capiendas.*

¶ Cuniculator, ōris, ein minirer. Lutatius in 2 Theb. Statii: *Foſſores dicuntur in exercitu cuniculatores, qui cuniculos faciunt, per quos introgreſſi milites murorum fundamenta convellunt.*

¶ Cunīcŭlōſus, a, um, cuniculis plenus, löchericht, hohl. Catull. Carm. 40 *Celtiberiam cuniculoſam* dixit.

¶ Cuniculatim, adverb. in modum cuniculi, apud Plinium lib. 9 c. 33 & 36, quamvis utrobique lectiones variantes ſint, quibus illud *Cuniculatim* tamquam per cuniculos videtur ſubrui: tamen Harduinus quoque *cuniculatim*, hoc eſt, vulgarem lectionem retinet, ſine dubio in optimis MSStis, quibus uſus fuit, repertam & expreſſam.

CV̆NĬLA, æ, herba, quam Columella *Saturejam* à ruſticis vocari ſcripſit lib. 9 cap. 4, quam appellationem etiam Germani retinent, ſaturey. ¶ 2. Dioſcorides *Origanum* quoque Heracleoticum cunilam ſcripſit lib. 3 c. 28, wolgemuth oder doſten.

¶ Cŭnīlāgo, cunila erratica eſt, Plin. lib. 19 cap. 8.

CVNNVS, i, pudendum muliebre, das weibliche glied, in Priapeis luſibus, & apud Martialem 7 epigr. 17 &c.

¶ Cunnilingus, i, qui cunnum lingit; ſpurciſſimum vocabulum ejusdem Martialis, impuri moribus poëtæ, 4 epigr. 43 &c.

CVNQVE, vel Cumque, wie es ſey. Horat. 1 od. 32 v. 15, *Mihi cunque ſalve rite vocanti.* Cic. pro Seſt. *Quod judicium cunque ſibi erat, damnabatur.* Idem 3 de leg. cap. 3, *Equitem cunque qui regat, habeto,* &c. v. Turneb. Comm. ad h. l. p. 173. Sæpius componitur cum aliis particulis, ut ſunt: *qualiscunque, quantuscunque, quicunque, utcunque* &c.

CV̆PA, æ, vas vinarium majus, ein wein-faß. Sæpè *Cuparum* fit mentio apud rei ruſticæ Scriptores. Sic Varro apud Nonium c. 2 n. 113 *Cupas vinarias* dixit. Et ibidem ex Sesquiulyſſe ejusdem: *Carneadem alteram viam virtutis deformaſſe è cupis acris aceti.* conf. Nonium cap. 15 n. 7. Iſidorus 20 cap. 6 a capiendo deducit, unde & caupones. Procul dubio hinc noſtrum: eine kuffe. Vid. Keuchen. ad Frontin. p. 160. Lucanus lib. 4 v. 420,

Namque ratem vacuæ ſuſtentant undique cuppæ,

ubi interpretes ſcaphas intelligunt propter ſimilitudinem. Tamen de veris cupis ſimile aliquid narrat Herodianus in Aquilejenſi obſidione lib. 8 cap. 4. ¶ Illud autem Ciceronis in Piſonem cap. 27, *Piſtor domi nullus, nulla cella: panis & vinum à propola atque de cupa:* huc non pertinet. Et male Turnebus lib. 1 cap. 1, *Vinum de cupa*, doliare, ſive novum, ac ideo vilius, interpretatur. *Cupa* ibi non vas eſt, ſed mulier cauponatrix: itaque *vinum de cupa*, eſt quod à *Copa* ſive *Cupa* petitur: ſeu quod in taberna venale eſt. Vinum autem è taberna petere, non de cella ſua, ad vilitatem & ſordes interpretari veteres ſolebant. Atque hanc notam Piſoni Cicero hic volebat inuſtam.

Vide Scal. Conject. & animadverſiones Caſauboni in Suetonium ad illud in Claudio cap. 15, *Deſcripſitque abundantiam veterum tabernarum, unde ſolitus eſſet vinum olim & ipſe petere.* ¶ Cæſar lib. 2 de Bell. Civ. cap. 11, *Cupas tæda & pice refertas* inter incendiaria inſtrumenta refert, pech-tonnen. ¶ 2. Vtuntur & pro Cyatho, & ex Nævio citant: *Duas cupas mero plenas exhauſit.*

¶ Cupula, æ, dimin. calix, ein kelch. Dig. l. 33 t. 6 l. 3, *in cupis ſive cupulis admitti.*

CV̆PĒDIAE, arum, & Cupedia, orum, fœmin. & neutrum plurale, cibi ſunt lautiores, lecker-bißlein, naſchwerck. Quamquam Scaliger *Cupedia* quaſi *Caupedia*, à cauponando dicta malit, ut ſint *Cupedia* lautiora, eſculenta venalia: contra tamen veteres Grammatici ſunt non nominandi. Ammianus lib. 26 cap. 18, *Cupediarum vilium mercatores.* Plautus Sticho a. 5 ſc. 4 v. 32, *nihil moror cupedia*, neutro genere & pluraliter. ¶ Cicero ſingulari uſus eſt *Cupedia*, pro cupiditate edendi, in Tuſculanis lib. 4 cap. 11.

¶ Cupedula, æ, dimin. idem. Gell. 6 c. 13, *Cupedulæ ciborum.*

¶ Cupedinarius, i, & Cupediarius, i, ein zuckerbecker, pfefferküchler. *Venditores eſculentorum & potulentorum à rebus Cupidinis, ob alimentum, CVPEDINARII appellantur*, ut exponit Donatus ad illud Terentii in Eunuch. act. 2 ſc. 2 v. 25, *Concurrunt læti mi obviam cupedinarii omnes.* Eugraphius ibidem: *CVPEDINARII ſunt, qui cupiditatibus populi ſerviunt.* Lampridius in Heliogab. cap. 30, *Pinxit ſe ut cupedinarium, ſeplaſiarium, ut popinarium.* Salmaſius ad h. l. p. 195 ſcribit *Cuppedinarius.*

¶ Cūpēdo, ĭnis, vel Cuppedo, pro Cupido, die begierde, antiquum eſt, & frequens Lucretio, ut lib. 5 v. 46,

Quantæ conſcindunt hominem cuppedinis acres
Sollicitum curæ?

Et inde *forum Cupedinis*, Romæ appellatum: quamquam alii, à *Cupe* quodam, ſive *Cupedio*, famoſo latrone, qui ante ibi ædes habuerit, dici maluerint. Vide Varronis verba ex libris humanarum rerum à Donato ad ſupra laudatum locum Terentii in Eunucho producta. Idem Varro lib. 4 de L. L. n. 32, *Ad Corneta* FORVM CVPEDINIS *a Cupedio: quod multi* FORVM CVPIDINIS *à cupiditate.* Nempe ſignificat, FORVM CVPEDINIS, ſibi à Cupedio appellatum videri, non paucis aliis tamen à Cupiditate. Vtrumque Scaligero diſplicet, qui a cauponando vocem deducit. Vide Conjectanea ejus Varroniana.

¶ Cupes, ĕdis, ein näſcher, lecker-maul, qui cupedias ſectatur, Plaut. Trinum. act. 2 ſc. 1 v. 13. Vide Feſtum, ibique Scaligerum.

¶ Cupēdĭpĕta, æ, genäſchig, leckerhafft. Budæus.

CVPELLVM, non a Cupa eſt, ſed ex κύπελλον, quod poculi genus. Palladius Febr. c. 25 ſect. de liquamine pyri: *vel in cupellis, vel in vaſculis fictilibus condiuntur.* Et Apicius lib. 1 cap. 1, *in cupellum conditi* [melirhomi] *mittito.*

Cupido, Cupidus, vide *Cupio.*

CV̆PIO, ĭvi, ĭtum, ĕre, expetere, deſiderare, avidum eſſe, begehren. *Ardenter cupere aliquid*, Cicer. 4 Tuſc. cap. 17, nach etwas verlangen. ¶ 2. Eſt & pro bene velle Latinis in uſu eleganti. Cicer. lib. 10 epiſt. 4, *Tibi, cui maxime cupio, ſatisfaciam*, dem ich zum höchſten geneigt bin. Idem lib. 2 ep. 15, *Cæſari honeſtiſſime cupio*, pro quo alii legunt: *Cæſarem honeſtum eſſe cupio.* Hinc *favere & cupere* conjungit Cæſ. lib. 1 B. Gall. c. 18, *Favere & cupere* [Dumnorigem] *Helvetiis propter eam affinitatem.* Terent. Andr. act. 5 ſc. 4 pr.

Mitte orare. Vna harum quævis cauſſa me, ut faciam, monet:
Vel tu: vel quod verum eſt, vel quod ipſi cupio Glycerio.

¶ Cupiens, tis, unde Superl. Cupientiſſimus, begierig, begehrend. Salluſt. Jug. cap. 64 extr. *Animo cupienti nihil ſatis feſtinatur.* Idem cap. 84, *Marius cupientiſſimâ plebe Conſul factus eſt*, die gemeine hat ihn zum höchſten begehret. *Cupiens nuptiarum*, Plaut. Mil. act. 4 ſc. 4 v. 29. *Cupientiſſimus legis*, fragm. Salluſtii apud Diomedem. *Dominandi ſuis, quam ſubigendi externos cupientiores*, Aur. Victor in Alex. Severo.

¶ Cupienter, begierig. Plaut. Pſeud. act. 2 ſc. 3 v. 17, *quod cupienter dari petimus nobis.* Ennius Phœnice apud Nonium: *Stultus eſt, qui cupida cupiens cupienter cupit.*

¶ Cŭpītus, a, um, gewünſcht. Ovidius 3 Faſt. v. 21,

Mars videt hanc, viſamque cupit, potiturque cupitam.

Tacitus annali 14 c. 2, *Fabius Ruſticus non Agrippinæ, ſed Neroni cupitum id memorat.* Plaut. Pœn. 5, 4 v. 88, *Cupitus atque expectatus.* Idem ibid. v. 99 abſolute pro deſiderio, *tandem cupitum contigit.*

¶ Cŭpītor, ōris, qui cupit, ein begehrer. Tacitus annal. 15, 42, 5, *incredibilium cupitor.* Idem Ann. 12, 7, 3, *cupitor matrimonii*, ein freyer. Apulejus Florid. 3, *amicitiæ cupitor.*

¶ Cŭpĭdus, a, um, begierig: ut, *cupidus ſtudiorum*, Ovid. 1 de Ponto ep. 5 v. 35. *pacis*, Hor. lib. 2 ſatyr. 1 v. 44. *vitæ*, Cicero 14 epiſt. 4. *Homo cupidus ſatisfaciendi reipub.* Plancus Ciceroni lib. 10 epiſt. 18. Et, *Græculi homines contentionis cupidiores*, Cic. de Orat. lib. 1 cap. 11. *Homo pecuniæ, quam rectè faciendi, cupidior*, Vell. Paterc. lib. 2 cap. 97. *Homo noſtri cupidiſſimus*, Cic. 1 de Orat. cap. 22. *Pecoris cupidiſſimi ſunt barbari*, Cæſ. lib. 6 cap. 34. ¶ 2. Aliquando & pro avaro, ſive divitiarum *cupido*, ponitur. Tibull. lib. 1 eleg. 1 extr.

vos ſigna, tubæque
Ite procul, cupidis vulnera ferte viris.

¶ 3. Cupidi dicuntur, qui puellarum libidine ardent; quemadmodum & Terentius uſus eſt Phorm. act. 1 ſc. 3 v. 6. Nempe omnes *cupidi* appellantur, qui cupiditate aliquâ flagrant. ¶ 4. * *Cupidus* Latinis dicitur, qui nimio partium ſtudio eſt abreptus, qui eſt, ut barbari loquuntur, *partialis.* Cic. pro Fontejo cap. 6, *cupidi teſtes*, id eſt, partibus addicti. Idem in Verr. 4 c. 56, *nemo ſuſpicari debet, me eſſe tam cupidum.* Grævius.

¶ Cŭpĭde, adv. begierlich; ut, *cupide appetere*, Cic. pro Roſc. Am. c. 18, luſt zu etwas haben. *Cupide elaboro*, i. e. vehementer ſtudeo, Nepos Ariſtide cap. 1. *Cupidius inſequi*, Cæſ. B. Gall. lib. 1 cap. 15. *inſtare*, ibid. lib. 5 c. 43. *Cupidiſſimè populi R. amicitiam appetiſſe*, iterum lib. 1

cap. 40. *queque imperarit, sese cupidissime facturos pollicentur*, Idem 1 de B. Civ. cap. 15. ¶* *Cupide agere* est nimio partium studio abreptum agere. Cic. in 16 ad Tiron. epist. 11, *Nos agimus nihil cupide, eoque est nostra pluris auctoritas.* Grævius.

¶ Cŭpīdĭtas, ātis, temperatior impetus animi cupientis, lust, begierde, affect. *Cupiditate incendi*, Nep. Hannibale c. 2. *Cupiditatem explere*, Cic. Part. Orat. cap. 27, die lust büssen; *Cupiditate flagrare*, Nep. Mil. c. 5, begierig seyn. *Cupiditates frangere*, Cic. Orat. lib. 1 cap. 19. *coercere*, ibid. cap. 43, cujus & illud est pro S. Rosc. cap. 35, *Homines cæcos reddit cupiditas & avaritia.* ¶ 2. * Est nimium partium studium, Cic. pro Fontejo c. 7, *Quarum virtuti, generi, rebus gestis fidem & auctoritatem in testimonio cupiditatis atque inimicitiarum suspicio derogavit.* Grævius.

¶ Cŭpīdo, ĭnis, fœm. vehementior impetus, begierigkeit. Ovid. 1 Fastor. v. 211,

Creverunt & opes & opum furiosa cupido.

Juven. sat. 10 v. 143, *Laudis titulique cupido.* Sallust. Jugurth. c. 64, *Cupido atque ira pessimi sunt consultores*, sie rathen das allerärgste. *Novissima gloriæ cupido sapientibus exuitur*, Tacit. Hist. 4 c. 6, die ehrsucht hält bey den weisen am längsten an. Citatur alioqui ex Philone, Φασί τινες, ὅτι ὕςατον ἀποδύσεται τὸν τῆς κενοδοξίας χιτῶνα ὁ σοφὸς, hoc est, *Dicunt quidam, inanis gloriæ vestem postremam exuere sapientem.* ¶ Invenias tamen apud probatos etiam auctores eadem significatione usurpatum in genere masculino, Horat. in sermonibus lib. 1 sat. 1 v. 61,

At bona pars hominum decepta cupidine falso.

Idem, *Sordidus cupido*, lib. 2 oda 16. Et Silius lib. 4 v. 99, *geminusque cupido laudis.*

¶ Cŭpīdo, ĭnis, masc. Deus amoris, filius Veneris; & Amor ipse, der kleine liebes-gott. A quo Amore nonnulli tamen Cupidinem ita distinguunt, ut ipse sit impetus; Amor vero judicii. Vide Nonium cap. 5 n. 1. Deorum potentissimum, & omnium victorem fingunt: unde Poëta quidam triumphum Cupidinis scripsit, de quo Lactant. lib. 1 c. 11 ineunte. Plaut. Curcul. act. 1 sc. 1 pr.

Quo Venus Cupidoque imperat, suadetque Amor.

Ovid. lib. 1 Amor. eleg. 9,

Militat omnis amans & habet sua castra Cupido.

Idem Remed. Amor. v. 139,

Otia si tollas, periêre Cupidinis arcus.

Eum *ingenuum & investem puerum* elegantissimè Apulejus lib. 5 Miles. ubi suus sibi sermo de Psyche est, hunc in modum depinxit: *Sed cum primùm luminis oblatione tori secreta claruerunt; videt Psyche omnium ferarum mitissimam bestiam ipsum illum Cupidinem, formosum Deum, formose cubantem.* Post pauca: *Jamque lassa saluteque defecta, dum sæpius divini vultus intuetur pulchritudinem, recreatur animi. Videt capitis aure genialem cæsariem ambrosiâ temulentam, cervices lacteas, genasque purpureas, pererrantes crinium globos decoriter impeditos, alios antependulos, alios retropendulos: quorum splendore nimio fulgurante, etiam ipsum lumen lucernæ vacillabat. Per humeros volatilis Dei pinnæ roscidæ micanti flore candicant; & quamvis alis quiescentibus extimæ plumulæ tenellæ, ac delicatæ tremulè resultantes inquiete lasciviunt*, &c. ¶ In plurali habet Catullus carm. 3, *Lugete o Veneres Cupidinesque.* Plures fuisse, docet Cicero de Nat. D. 3 c. 23. Arnobius lib. 4 quatuor Veneres & tres Cupidines facit. vid. August. de Civ. D. 4 c. 10, & Barth. Advers. 6 c. 16.

¶ Cŭpīdĭneus, a, um, ad Cupidinem spectans. *Sagittæ Cupidineæ*, Ovid. Remed. Am. v. 157. Prudentius Psychomach. v. 60,

Assyrium postquam thalamum cervix Holofernis
Cæsa, Cupidineo madefactum sanguine lavit.

¶ Cŭpĭdĭcænus, i, ein schmausser. Gloss. lat. gr. *Cupidicænus*, τρεχέδειπνος.

¶ Concupio, & Concupisco, ivi, ītum, ĕre, begierig seyn, sich gelüsten lassen, in familiari usu apud Latinos est. *Concupiscere mortem*, Cicer. lib. 1 de Divin. cap. 24 extr. *Vt quisquam domum aut villam concupiverat*, Sallust. Catil. cap. 51. *Si quid unquam tale concupiveris*, Horat. epod. 3 v. 19. Est a passivo

¶ Concŭpītus, a, um, verlangt. Cic. Tuscul. 4 cap. 6, *Concupitum adipisci*, erlangen, was man begehret hat. *Pecunia concupita*, ibid. cap. 11.

¶ Concupītor, ōris, ein begehrer. Jul. Firmicus lib. 8 Astronom. c. 22, *rerum alienarum concupitores.*

¶ Concupiscentia, æ, gelüstung, lust, begierde, fere ecclesiastica vox. Vide Curas posteriores Cellarii. Nam Curtii exemplum lib. 8 cap. 6 n. 18 suspectum eruditis est.

¶ Concupiscentivus, a, um, begierig. Tertull. de Anima c. 16, *Concupiscentivum, quod vocant ἐπιθυμητικὸν*, &c.

¶ Concupiscibilis, e, appetitlich. Hieronymus Quæst. Ebr. in Paralip. 1 cap. 1 nomen *Hamdam* exponit *concupiscibilis.* Ambrosius epist. 11 ad Irenæum: *concupiscibile & delectabile bonum.*

¶ Discŭpere, sehr begehren. Plaut. Trinum. a. 4 sc. 2 v. 87 pro, etiam atque etiam cupere; ut, *Discupio dicere*; & in epistolâ Cœlii ad Cicer. lib. 8 famil. epist. 15, *Te vivere & omnia intima conferre discupio.*

¶ Percŭpere, idem. Ter. Eun. a. 5 sc. 2 v. 57 valde cupere.

¶ Percŭpidus, a, um, sehr begierig. Cic. lib. 1 fam. epist. 7, *Cognovi Hortensium percupidum tui.*

¶ Præcŭpidus, a, um, idem. Sueton. Aug. cap. 70, *pretiosæ suppellectilis præcupidus.*

¶ Procupīdo, ĭnis, anteceptus amor. Minuc. Felix c. 26, *Movet etiam in nos procupidinem amoris.* Vbi Rigaltium inspicias. Meursius tamen legit: *ex qua manet in nos porro cupido amoris.* Vide & notata Cellarii.

CV̄PRESSVS, i, & ûs, *Græcè* κυπάρισσος, unde *Coniferæ cyparissi*, Virgil. 3 Æneid. v. 680, cypressen-baum. Est autem *Cupressus* secundæ & quartæ declinationis. Virgil. 3 Æn. v. 64,

Cæruleis mœstæ vittis, atraque cupresso.

Et Æneid. 6 v. 216, *ferale ante cupressos.* Et ecloga 1 v. 26, *inter viburna cupressi.* Altera forma Columella lib. 4 c. 26, *junipero, & lauru, & cupressu.* Horatio epod. 5 v. 18 *cupressus funebres* libri meliores vindicant, quamvis nec contemnendi *cupressos* tradunt. ¶ Sed frutex Germaniæ notus ejusdem nominis, cypressen, dici fortasse *Cyparissus* posset *coronaria*: Matthiolus *Cupressum pusillam* vocat, & abrotanum fœminam esse putat. *Cupressum simulare* ab Horatio de arte v. 19 proverbialiter usurpatum est in ostentatores importunos ejus, quod tenent. Diti & inferis sacra erat Cupressus, & signo funebri, ut Plin. ait lib. 16 c. 33, ad ædium ostia ponebatur, ea occasione, quod rami ejus arboris excisi nunquam renascuntur. Quamquam alii alias afferant caussas: de quibus Torrentius ad lib. 2 Horat. od. 14 v. 23. In divitum tantum ac nobiliorum funeribus locatam ante ædes cupressum, illud Lucani videtur adstruere lib. 3 v. 442,

Et non plebejos luctus testata cupressus.

Hinc *atra, funesta, funebris, feralis cupressus*, apud Poëtas.

¶ Cupressīnus, a, um, von cypressen: ut, *Oleum cupressinum*, Plin. 23 cap. 4. *Cupressinæ frondes*, Colum. lib. 2 cap. 2.

¶ Cupressēus, a, um, idem. Plinius lib. 27 cap. 37, *duo signa cupressea Junonis reginæ portabantur.* Julius Obsequens *cupressea simulacra* vocat Observ. 108. Et Vitruv. lib. 2 c. 9, *cupresseæ foliaturæ simile.*

¶ Cupressētum, i, locus cupressis consitus, ein cypressen-garten. Cato c. 151, *Quo pacto cupresseta seri oporteat.* Cicero lib. 1 de Leg. c. 5, *in cupressetis Cnosiorum.*

¶ Cupressĭfer, a, um, das cypressen trägt. Ovid. Heroid. epist. 9 v. 87,

Vt Tegeus aper cupressifero Erymantho
Incubet, &c.

Idem Fast. 5 v. 87, *Cupressiferæ Cyllenes.*

CV̄PRVM, i, κύπριον, factum sine dubio videtur ex Cyprium. siquidem metallum illud Plinius 33 c. 5 *æs* vocat *Cyprium*, kupffer. Spartianus Caracallâ cap. 9, *ex ære, vel cupro cancelli superpositi.* Vide Cur. Posterior. Cellarii.

¶ Cupreus, a, um: ut, *Vas cupreum*, Plin. 23 c. 3. Sic Frobenius: at Harduin. *in Cyprio vase*, ein küpffern gefäß.

CV̄R, adv. interrogandi, warum, locatur eleganter, sicut & *quamobrem*, post, *Est caussa: quæ caussa est*: Cicer. Att. *Erant caussæ, cur hoc tempore istic esse nollem*, Idem: *Quæ caussa est, cur hoc velit?* Et, *Quid est, cur tu in isto sedeas?* idem pro Cluentio. Aliquando significat, *propterea quod*, Horatius lib. 1 epist. 8 v. 9,

irascar amicis,
Cur me funesto properent arcere veterno.

Vbi Lambinum vide.

CV̄RA, æ, φροντὶς, μέριμνα, sollicitudo, studium, diligentia, sorge, sic dicta, quod *cor urat*, sicut *coqui curis homines*, Cicero dixit de Senect. principio. Vel a κείρω, tondeo, unde κυρὰ, tonsura, quod attondeat quasi membra. Sicuti græca vox μέριμνα est a μερίζειν, quod dividat & distrahat mentem. Etenim ut Maro habet 4 Æn. v. 285,

Cura animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc.

Illicitæ, spinosæ, sequaces, vigilantes, vigiles, pervigiles curæ Poëtis dicuntur. Virg. 1 v. 662, *Sub noctem cura recursat*, sorgen finden sich des nachts. *Curarum fomenta*, Horatius dixit lib. 1 epist. 3 v. 26, quæ curas cumulant & arcessunt. *Curam agere alicujus*, Senec. epist. 14, sorge tragen. *Curam agere sepulturæ*, Inscr. Grut. p. 555 n. 7. *Curæ sibi habere aliquid*, Nepos Attico c. 20. Et, *curam habere alicujus rei*, Ovid. 5 Trist. 2 v. 48, sich ein ding lassen angelegen seyn. *Omni cogitatione curaque in rem aliquam incumbere*, Cic. lib. 10 epist. 1. *In eam curam incumbere*, ibid. epist. 3. Et, *Injicere curam*, Ter. in Adelph. act. 4 sc. 5 v. 76, einem gedancken und sorgen machen. *Curas adimere*, Idem Phorm. a. 5 sc. 6 v. 46. *Curam abjicere*, die sorgen ausschlagen, Cicero lib. 9 epist. 24. *Distringere curam*, id est, occupare, Curtius dixit lib. 3 c. 3 n. 4. Et, *Difficilis est cura rerum alienarum*, Cicer. 1 Offic. cap. 9, es ist schwer, für anderer leute dinge sorgen sollen. *Cum cura*, pro, diligenter, non obiter ac tralatitie, Sallustiana dictio est, (vid. Jugurth. cap. 54, 66, &c.) quam & Tacitus frequentare amavit. Seneca de Tranquill. anim. cap. 14 extr. *Non raptim relinquatur magnus vir, & cum curâ dicendus.* ¶ 2. *Cura* etiam dicitur munus atque officium, sive administratio rei atque tutela cujuslibet. Tacit. 4 Histor. c. 68, *Arretinum Clementem Prætorianus præposuit, patrem ejus sub Cajo Cæsare egregiè functum eâ curâ dictitans.* Suet. Claud. cap. 25, *Provincias Achajam & Macedoniam, quas Tiberius ad curam suam transtulerat, Senatui reddidit.* ¶ 3. *Cura* quoque medicinale verbum est, quod ea scientia sibi vindicavit quasi proprium: Hinc cura pro applicatione medicinæ. vid. Barth. ad Script. Venat. p. 129.

¶ Curiosus, a, um, sorgfältig, πολυπράγμων, quod in bonam aliquando partem, in malam plerumque usurpatur. Cicero lib. 3 ineunte ad fam. *Est homo non modò prudens, verùm etiam curiosus*, id est, *solicitus*, der sich eines dinges annimmt. Idem Nat. Deor. lib. 1 cap. 20, *Curiosus & negotiis plenus*, mit geschäfften und sorgen beladen. Idem 1 Tuscul. cap. 45, *Per multa alia colligit Chrysippus, ut est in omni historia curiosus*: id est, diligens, atque indagans omnia, quorum inveniendi copia sit. Sic in bonam partem accipitur, cum idem est quod πολυμαθὴς sive Philologus: de quo ad Vopiscum observat Casaubonus, & Barthius lib. 19 Advers. c. 1. ¶ 2. Curiosus in malam partem, qui vana quadam cupiditate inquirit omnia, &, quæ sua nihil interest, scire laborat: cujusmodi hominem eleganter notat Terentius Eun. act. 2 sc. 5, item Plutarchus de curiositate pag. 519. Cicero pro domo suâ c. 12 extr. *Quid tam curiosum, quam ea scire velle, de quibus majores nostri vos solos & consuli & scire voluerunt.* Plaut. in Stich. a. 1 sc. 3 v. 45, *Curiosi sunt hîc quam plures mali, alienas res qui curant studio maximo.* Et ibidem v. 55, *Curiosus nemo est, quin sit malevolus*: quin & maledicus. Spartian. in Hadrian. cap. 11, *Erat autem curiosus non solùm domus suæ; sed etiam amicorum, ut per frumentarios occulta omnia exploraret.* *Curiosus erat*, id est, sciendi cupidus, & quid in domo suâ fieret, & quid amici agerent. Ita Capitolinus in M. Antonio Philosopho c. 20, *Erat enim famæ suæ* [id est, quid de se diceretur] *curiosissimus, & requirens ad verum, quid quisque de se diceret, emendans, quæ benè reprehensa viderentur.* Ex quo summum gradum simul cognoscimus, non inusitatum fuisse, sicut comparate Macrobius

lib. 1 Somn. Scip. c. 2, *Numenium inter philosophos occultorum curiosiorem* dixit: & Phædrus lib. 4 fab. 21, *quidam curiosior Simonide.* Sed ista curiositas Marci ad vitium interpretanda haud est: quippe quæ bonum habuit finem. ¶ 2. Sed illi ipsi observatores, qui conducti à Principibus erant, ut referrent ad se, quæ explorassent, quos ὠτακουστὰς vocabant Græci, & primus, ut Plutarchus de curiositate extremo libro observat, Darius instituit, *Curiosi* appellabantur, post=meister: quo munere fermè milites fungebantur. Vide L. 13 Cod. de Curs. Publ. & Tit. Cod. de Curios. & Stationariis. Itemque Casaubonum ad supra productum Spartiani locum, & Rigaltium ad Tertullian. de fuga in persec. c. 13. Item supra *Agentes in rebus*, in verbo AGO. Suet. August. c. 27, *Pinarium Equ. Rom. cum concionante se admissa turba paganorum apud milites subscribere, quædam animadvertisset, curiosum ac speculatorem ratus, coram se confodi imperavit.*

¶ Curiosulus, a, um, diminutivum, fürwitzig. Apulejus sub fin. lib. 10, *Curiosulus ventus laciniam reflabat.*

¶ Curiosè, adverb. Quintil. lib. 8 cap. 1, *Multos invenias, quos curiose potius loqui dixeris, quam latine.* Cicero de Claris c. 35, *conquiram ista posthac curiosiùs:* & lib. 5 de Fin. c. 15, *animadvertunt ea, quæ domi fiunt, curiosiùs.* Columella lib. 11 c. 2, *vitiaria diligenter facienda, malleolisque quam recentissimis curiosissime pangenda.*

¶ Curiositas, ātis, cura rerum ad se nil pertinentium, vitium ut teterrimum, ita tamen vulgare, fürwitz, à quo vitio digno plane quovis odio dehortari & avocare Socrates solebat hoc Homeri versu Odyss. Δ v. 392, ὅ, ττι τοι ἐν μεγάροισι κακῶν τ' ἀγαθῶν τε τέτυκται. Vide supra dicta in *Ædes.* Cic. lib. 2 epist. 12 ad Attic. *sum in curiositate* ὀξύπεινος, i. e. avidus cognoscendi. ¶ 2. Aliquando curiositas πολυμάθεια est, seu Philologia, (de quo Casaubonus Barthiusque supra laudatis locis) vel eruditio. Ita non semel usus hac voce Tertullianus est de præscriptionibus adversus hæreticos cap. 3. Idem c. 17 ejusdem: *Notata sunt etiam commercia hæreticorum cum magis quam pluri'us, circulatoribus, cum Astrologis, cum Philosophis curiositati deditis.* Ita etiam Gellius lib. 2 cap. 18 extr. *esse arcanas caussas, ad quas paucorum potuit pervenire curiositas.*

¶ Curo, avi, atum, are, sorge haben, versorgen, verschaffen, bestellen, ausrichten. Vt, *Studiose diligenterque curare*, Cic. lib. 4 fam. epist. 13, fleißig in acht nehmen. *Curare aliquem interficiendum*, Nepos Dione cap. 6 extremo, einen umbringen lassen, de auctore, & mandante usurpatur. CVRA ALIVD: elegans forma, qua securos esse alios jubemus: bekümmere dich um etwas anders. Eâ usus Plautus haud semel, & Terentius Phorm. act. 2 sc. 1 v. 5. ¶ 2. Vtimur hoc verbo & circa res vitæ ac victui necessarias, pro pascere, accipere quem, einen wohl oder übel tractiren, halten. Plaut. Pseud. act. 4 sc. 7 v. 34,

qui se suamque ætatem bene curant,
Edunt, bibunt, scortantur.

die ihrer wohl warten. Ita, *curare quem molliter*, Terent. Adelph. a. 5 sc. 1 pr. *Prolixe curare*, Apulejus dixit lib. 7 p. 194. *Curare cutem*, Horatius lib. 1 epist. 4, 15, ihme gütlich thun. Sallustius apud Nonium & Macrob. sat. 2 c. 9, *Cum ad cœnam invitaverant ultra Romanorum & mortalium etiam morem curabant, exornatis ædibus per aulæa & insignia, scenisque ad ostentationem histrionum fabricatis, simul croco sparsa humus*, &c. Ita elegantissimus auctor Sulpit. Severus lib. 2 c. 1 Sacræ Historiæ, cum de Daniele, Anania, Misaële & Azaria reddit, quem *delicatioribus cibis curare* dixit. ¶ 3. Apud Terent. in illo Andriæ act. 1 sc. 1 v. 3, *Nempe ut curentur rectè hæc:* τὸ *curare*, coquere interpretatur Donatus. ¶ 4. Interdum & adhibere medicinam significat, & sanitati restituere, gesund machen, artzneyen. *Corpora curari possunt, animorum medicina nulla*, Cic. Tusc. 3 c. 2. *Sanguinis detractione curare aliquem*, Quintil. lib. 2 cap. 10, einem helffen durch aderlassen. Et Tertull. ad Scap. cap. 3, *Qui eum per oleum aliquando curaverat.* Hinc sævus ille Neronis jocus, de quo ita Suet. ejus vita c. 37, *Mori jussis non amplius, quam horarium spatium dabat. At ne quid moræ interveniret, medicos admovebat*, QVI CVNCTANTES CONTINVO CVRARENT. *Ita enim vocabat venas mortis gratia incidere.* Verbo *procurare* similiter usus Catullus est, de quo infra. ¶ 5. Vsurpatur hoc verbum & circa cultum atque munditias. Plaut. Cistell. act. 1 sc. 1 v. 114, *cura te amabo: sicine immunda, obsecro, ibis*, lieber putze dich doch ein wenig. ¶ 6. Est & militare verbum CVRARE, idemque significat, quod præesse, regere, imperare, commendiren, ut hodie loquimur. Sallustius Jugurth. c. 46, *Ipse* (Metellus) *cum expeditis cohortibus, item funditorum & sagittariorum delecta manu apud primos erat, in postremo C. Marius Legatus cum equitibus curabat.* Et cap. 57, *Legatis imperat, ubi quisque curaret.* Neque vero in hoc significatu absolutè tantum ponitur, sed & construitur cum certo casu, vel tertio, vel quarto. Sic *curare legiones*, Tacit. Ann. 6 cap. 30. *Curare provinciam*, Idem Agricola dixit c. 16. Cum Dativo junxit Apulejus de Mundo. *Velites excursionem adornant, ordinibus principes curant, equites cornibus præsunt.* Translatum etiam ad civiles præposituras est. Namque qui scriniis præerant, *Curare scrinia* dicebantur: de quo in *scrinium* vide. Hinc & pro tueri sumitur. Ideo enim imperamus & præsumus, ut, quæ commissa nobis sunt, tueamur. Ita *secundum locum curare*, Suet. dixit Tiber. c. 11 extr. ¶ 7. Est & Sacrorum verbum denique pro expiare, placare: quamquam in hac significatione frequentior compositi *Procurare* usus est. Sic *Curare prodigia*, Livius dixit lib. 1 cap. 20. Et Tertullianus adversus Psychicos: *Officiu curantia Deum, & qui in idolis comendis, & in ornandis & ad singulas horas salutandis, adulantur*, CVRATIONEM FACERE *dicuntur.* ¶ 8. Curari pro cicurari dixit P. Nigidius apud Priscianum c. de communibus: *Feræ mansuescunt & curantur*, i. e. cicurantur & domantur. ¶ 9. * Est observare, colere, proprium verbum clientum, qui dicuntur curare patronos. Plin. 1 epist. 5, *Est locuples, factiosus, curatur a multis, timetur a pluribus.* Cic. 5 ad Att. 4, *o provincia! etiamne hic mihi curandus est.* Martial. 6 epigr. 50,

Obscenos postquam cœpit curare cinædos.

Quod Gruterus non intellexit. *Grævius.* ¶ 10. Circa constructionem hujus verbi notandum & cum Dativo jungi. Plaut. Rudent act. 1 sc. 2 v. 93, *Illis curandum censeo.* Apulej. Apolog. p. 281, *Solis hominibus & eorum paucis curare.* Item cum Ablativo & præpositione: Plaut. Pseud. act. 1 sc. 3 v. 3, *Ego pro me & te curabo.*

¶ Curatus, a, um, cum cura factus, procuratus, accuratus, verpflegt, versorgt: ut, *bene curata cute nitidus*, Hor. lib. 1 epist. 4. *Boves corpore curatiores*, Cato cap. 103. *Curatissimæ preces*, id est, accuratissimæ, Tacit. Annal. 1 cap. 13 extr.

¶ Curate, adverb. accurate, mit fleiß. Hinc Comp. apud Tac. 2 Annal. cap. 27, *curatiùs disseram:* & lib. 14 cap. 21, *ludi curatius editi.* Superl. apud Sallustium Jugurth. c. 16, *eum Jugurtha curatissime recepit*, h. e. cum cura & honore.

¶ Curātor, ōris, ein schaffner, befehlhaber, pfleger. *Curator restituendi Capitolii*, Catulus apud Gellium lib. 2 cap. 10 vocatur. *Curatores viarum, aquarum, alvei Tiberis, operum publicorum, frumento pop. dividendo*, Suet. Aug. c. 37. *Curator viæ Flaminiæ*, Cic. ad Att. lib. 1 epist. 1. *Vrbis, annonæ ludorumque*, Idem 3 de Leg. c. 3. Et, *Curator munerum ac venationum*, Sueton. Calig. c. 27. ¶ 2. ein vormund: *Curatorem præficere*, Cic. 4 Verrin. c. 59. *constituere*, Id. 2 Agrar. c. 7.

¶ Curatrix, īcis, eine pflegerin. JCt. l. 21 ff. de tut. & curat. princ. *Curatrices minoribus mulieres non creabunt.*

¶ Curatoria, æ, munus curatoris pupillorum, vormundschafft, vocabulum est juridicum. Vide Leg. 1 & 2 Dig. de Excusationibus, utramque principio.

¶ Curātio, ōnis, administratio, pflegung; proprie Medici est. Corn. Nep. in Att. cap. 21, *Tres menses sine ullis doloribus, præterquam quos ex curatione* [scil. morbi] *capiebat, consumpsit.* Donatus ad illud Terent. Andr. act. 1 sc. 1 v. 3, *Nempe ut curentur recte hæc:* CVRENTVR RECTE: *Diligenter coquantur.* CVRATIO *propria medicorum est:* CVRA *reliquorum. Sed coquina Medicinæ famulatrix est.* Vide & *Curatura* paullo post. *Adhibere curationem*, artzneymittel verordnen, brauchen; Cic. Off. 1 c. 24, *Periculosas & ancipites curationes morbis gravioribus medici adhibere coguntur.* Sed, *Curatio & administratio rerum*, Cic. 1 Nat. D. cap. 1. *Munerum regiorum curatio*, Idem lib. 6 epist. 19. Ita *Curationem hæreditatis* Paullus dixit Lege 13 de negotiis gestis.

¶ Curatūra, æ, wartung. Terent. Eunuch. act. 2 sc. 3, *Reddunt curatura junceas.* Vbi Donatus: CVRA *mentis est:* CVRATIO *Medicinæ:* CVRATVRA *diligentiæ.*

¶ Curantia, æ, idem quod curatio, fleiß, mühe. Cic. ad Quint. frat. 2 epist. 9, *quod me admones de non curantia*, i. e. de incuria; ita Gruterus & alii legunt in membranis. Sed ediderunt omnes *de nostra Vrania.*

¶ Curax, ācis, curiosus, sorgfältig. Cajus JCt. l. 18 ff. de ædilit. ed. *curacem esse.*

¶ Curīto, are, frequentative. Ita Apuleji locum, quem supra ex lib. 7 produximus, accuratissimus vir, Jo. Pricæus p. 142 expressit: *Exin me, suum sospitatorem nuncupatum, matrona prolixe curitabat.* Vbi *curabat* Elmenhorstius.

¶ Curagendarius, i, qui curam publicam agit. Cod. Theod. lib. 6 t. 29, *Hi, quos curagendarios sive curiosos provincialium consuetudo appellat.*

Composita:

¶ Accūro, āre, diligenter curare. Terent. in Hecyr. act. 5 sc. 1 v. 11, *omnes res cautius, ne temere faciam, accuro*, ich trage fleißige sorge ɔc. Plaut. Trinum. act. 1 sc. 2 v. 41,

Omnes bonos bonasque accurare addecet,
Suspicionem & culpam ut ab se segregent.

Accurare alicui prandium, einem das mittags=mahl bereiten, Plaut. Men. 1, 3 v. 25. *Accurare hospites*, gäste bedienen, bewirthen, Id. Epid. 5, 1, 55. *Pensum suum lepide accurare*, Id. Bacch. 5, 2, 33.

¶ Accūrātus, a, um, mit fleiß gemacht. *Accurata commendatio*, eine fleißige vorschrifft, Cic. lib. 13 epist. 17. *Accurata oratio*, Id. Amic. c. 7. *Accuratissima diligentia literarum*, Id. Attic. lib. 7 epist. 3 pr. *Delectum accuratiorem habere*, Livius lib. 5 cap. 37.

¶ Accuratè, adverb. *Accurate & cogitate scribere*, Cicer. pro Arch. cap. 8, fleißig und bedachtsam schreiben. *Accuratiùs ædificare*, Cæs. lib. 6 cap. 21. *Accuratissime accusare*, Nepos in Lysand. cap. 4. *Accuratissime tutari quem ejusque caussam*, Cic. lib. 5 fam. epist. 17.

¶ Accuratio, ōnis, befleißigung, sorgfalt. Cic. de Clar. Or. c. 67, *inveniendis componendisque rebus mira accuratio.*

¶ Concurare, versorgen. Plaut. Bacchid. a. 1 sc. 2 v. 23, *Hæc concuret coquus.*

¶ Concurator, ōris, qui una cum cæteris curat, ein mit=vormund. Vlpianus Lege 19 Dig. de administr. & peric. tut. *Actus sui rationem concuratori reddere non esse compellendum.*

¶ Excurare; unde

¶ Excuratus, a, um, wohl zubereitet: ut, *excuratus victus*, i. e. accurate præparatus, Plaut. Pseud. 5, 1 v. 8. *lepide excuratus*, idem Cas. 3, 6 v. 6.

¶ Incuratus, a, um, non curatus, ungeheilt. Horat. 1 epist. 16 v. 24,

Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.

Vopiscus Aureliano cap. 28, *Neque quidquam vir fortis reliquit, quod aut imperfectum videretur aut incuratum.*

¶ Incurabilis, e, unheilbar, improbat Vossius de vit. L. L. 3, 16.

¶ Incuria, æ, contrarium curæ, negligentia, unfleiß, unachtsamkeit. Cic. de Amic. c. 23 pr. *Vituperanda est rei maxime necessariæ tanta incuria.* Horat. de arte v. 352, *Incuria maculas fudit.*

¶ Incuriosus, a, um, sorgenloß, unachtsam. Tacitus Annali 2 extrem. *Vetera extollimus, recentium incuriosi.* Sic Plinius quoque lib. 8 epist. 20, *proximorum incuriosi.* Sueton. in Aug. c. 79, *in capite comendo incuriosus.*

¶ Incuriosè, adverb. idem. Livius lib. 8 cap. 38, *castra in hostico incuriose posita.* Gellius lib. 2 c. ult. *non incuriosè versus legere*, mit fleiß. Tacitus 4 Hist. cap. 28, *cæsæ cohortes, incuriosius agentes.* Apulejus Apolog. pag. 274 (ed. Elmenh.) *Vestis quanto obsoletior est, tanto incuriosius habetur.*

¶ Incurio-

¶ Incuriositas, ātis, unbedachtsamkeit. Cassiodor. lib. 7 ep. 4, *nec sub incuriositate transmittas.* Et Salvianus principio lib. 1 de Gubern. Dei: *de incuriositate ac negligentia sensisse.* Gloss. vet. *Incuriositas,* ἀπραγμοσύνη.

¶ Percurare, perfecte curare, ausheilen. Seneca lib. 3 Q. Nat. cap. 1, *inveterata & desperata à medicis vitia percurant.*

¶ Percuratus, a, um, ausgeheilt. Livius 21 cap. 57, *Vix dum satis percurato vulnere.* conf. Curt 4, 6, 21, & 7, 6, 23.

¶ Percuriosus, a, um, valde curiosus, sehr sorgsam. Cic. pro Cluent. cap. 62, *servulus percuriosus.*

¶ Prōcurare, curare, administrare, verwalten. Cicer. lib. 12 fam. ep. 24, *Is procurat rationes negotiaque Dionysii nostri,* quod vulgo fere dicunt, er ist dessen Factor. Silius lib. 6 v. 330, *stabulis* prōcurans *otia pastor.* Tibullus lib. 1 el. 5,

Ipse prōcuravi, *ne possent sæva nocere*
Somnia.

Vbi *procuravi,* expiavi est, de quo mox dicemus. Nam ¶ 2. *Procurare* sacrorum verbum erat. Sic, *sacra procurare,* munus sacerdotum, apud Nepotem Themist. c. 2 extremo. Et Apulejus lib. 9 pag. 233 Elmenh. *cælestium minas procurare hostiis.* Inde Cicero *procurare* & *expiare* conjungit 2 de Divinat. cap. 63. Idem lib. 1 cap. 2 de Divinat. *Magna vis est in monstris interpretandis ac procurandis in Aruspicum disciplina.* Sic Suetonius *fulgur procurare* dixit Galba cap. 4. ¶ 2. De valetudine pro simplici *curare* usus Catullus est epigr. 45, *Et me procuravi ocimoque & urtica.* Vbi similiter, sicut Tibullus, primam corripit: aliqui *recuravi* substituunt. ¶ 3. Pro *præesse,* sive cum potestate esse exercendi juris in alios videtur JCtus usus Lege 86 Dig. de acquirenda & amittenda hæred. *Pannonius Avitus cum in Cilicia procuraret:* id est, cum præpositus esset Ciliciæ.

¶ Procurator, ōris, servi genus, tam in villa, quam in urbana familia, qui idem cum illo fuisse videtur, qui *Actor* (de quo supra in *Ago*) etiam adpellabatur: is videlicet, qui domini sui res atque negotia ageret, rationesque administraret, ein schaffner, verwalter, anwald. Hoc suadere videtur festivum Martialis epigramma 61 libri 5. Nec alium Columella, puto, *Actorem* lib. 1 cap. 7 & 8 vocat; quàm cap. 6 quem *Procuratorem* dixerat. Alii tamen, ut Plinius, Salvianus, &c. distinguunt. Eatenus puto, quod *Procuratorum* potestas vagata aliquando latiùs fuerit: cum aliàs non nisi nomine differrent. Vide Lipsium ad 2 Tacit. Annal. p. 94 seqq. ¶ 2. Sed & cuique rei curator seu custos datus *Procurator* adpellatur. Sic, *procurator aviarii,* Varro: & *procurator apum,* Columell. qui eumdem *Custodem* & *Curatorem* adpellat lib. 9 cap. 9. Etiam in majorum rerum procuratione, ut, *procurator regni,* apud Cæsar. Bell. Civ. lib. 3 extr. ¶ 3. Habebant & principes *Procuratores* suos, in provinciis maxime: qui duorum generum erant. Alii, qui pecunias colligebant; qui *Procuratores privatæ rei* etiam dicebantur; & à tractandis rationibus tandem *Rationales:* alii, qui potestatem & jurisdictionem habebant, qui ad differentiam priorum sæpe & *Præsides* dicebantur: atque hi proprie erant, qui in minoribus provinciis curabant. Vide Lips. ad 12 Annal. Tacit. cap. 60 p. 175, itemque Salmasium ad Spartiani Hadrianum cap. 13. ¶ 4. Sed & qui aliarum rerum curæ propositi ab Imperatoribus, *Procuratores* adpellati fuerunt: ut, *Procurator ad bona damnatorum: Procurator ad prædia Gallicana: Procurator ad vicesimam: Procurator ærarii,* &c. apud Augusteæ historiæ scriptores.

¶ Subprocurator, ōris, est idem quod procurator, sed qui sub alio adhuc procuratore. Occurrit in opere Inscript. Gruteri.

¶ Procuratrix, īcis eine verwalterin. Cic. 4 Fin. cap. 7, *Sapientia totius hominis custos & procuratrix.*

¶ Procuratio, ōnis, die verwaltung: ut, *procuratio negotii publici,* Cic. pro Sextio cap. 30. *Alienorum bonorum mercenaria procuratio,* Senec. de Brev. Vit. cap. 17. ¶ 2. Expiatio. Cic. 1 Divin. cap. 45, *ut sue plena procuratio fieret, vocem ab æde Junonis ex arce exstitisse.*

¶ Procuratiuncula, æ, dimin. ein geschäfftlein. Senec. epist. 31, *Omnia* [Alpes, Syrtes, Scyllam] *transisti procuratiunculæ pretio.*

¶ Procuratorius, a, um, dem verwalter zuständig. Symmachus lib. 5 epist. 66, *Veterator quidam procuratorio nomine caput extulit.* Quod etiam Lege 7 Cod. de Procuratorib. occurrit: & Lege 3 Dig. Famil. hercisc. *procuratorio nomine agere,* cui ibid. opponitur, *agere suo nomine.*

¶ Recurare, wieder heilen. Catullus carm. 45,

Et me recuravi ocimoque & urtica.

Apulejus lib. 6 p. 183, *vulneratis domi relictis, & plagas recurantibus.*

¶ Sēcūrus, a, um, sine cura, ἀμέριμνος, sicher, sorgloß. Ovid. Metamorph. lib. 1 v. 100, *Mollia securæ peragebant otia gentes.* *Securus à metu,* Plin. lib. 28 cap. 9. *Securior ab hostibus,* Livius lib. 9 cap. 22. *Securus de bello,* Idem lib. 36 cap. 41. Et, *Animi securi esse de re aliqua,* Cic. ad Attic. lib. 12 ep. penult. Superl. *Securissimus,* posteriori ætate non infrequens. Spartianus in Severo cap. 18, *Tripolim, contusis bellicosissimis gentibus, securissimam reddidit.* Sidonius lib. 8 epist. 12, *incautissimus, securissimus.* Vsus hoc superante gradu & Tertullianus de Anima cap. 50, & Augustinus lib. 1 Retract. cap. 13, *securissima salus.* Tamen & Quintiliano Declam. 267 vindicat Borrich. Vind. p. 320. Nonnunquam absolutam felicitatem notat. Stat. 8 Theb. v. 14,

Illum & securi circumspexêre fragorem
Elysii.

Pariter de Diis suis Lucretius lib. 6 v. 57,

Nam bene qui didicere Deos securum agere ævum.

hoc est, omni fortuna, affectu, spe, metu, iracundia, curaque omni procul quietum, ut fingebantur Numina Epicuræorum, quæ salse propterea *neque caput, neque præputium habere* dixit Varro. ¶ 2. Genitivo interdum adponitur, ac significat idem, quod negligens, deses: ut, *Fortunæ virtus secura,* Claud. de cons. Mall. Th. v. 2. *Odii securus,* Tacitus Agric. cap. 43, 6. Opponitur *solicitus.* Tacitus 3 Histor. cap. 13, *Nunquam apud vos verba feci, aut pro vobis solicitior, aut pro me securior.*

¶ Securè, adverbium, frey, sicher. *Secure continere aliquid,* Vell. Paterc. lib. 2 cap. 129 n. 4. *Inter caligines securius florent,* Pallad. l. 3 c. 9. Et Seneca epist. 18, *Securius divites erimus, si scierimus, quam non sit grave pauperes esse.* Plin. lib. 2 epist. 17, *Hæc subjacens mare longius quidem, sed securius intuetur.* Et Justinus lib. 5 cap. 9 n. 10, *securius pugnare pro aliena domo.*

¶ Securitas, ātis, sicherheit, quam animi tranquillitatem & ægritudinis vacuitatem Cicero vocat. Est enim animi constitutio placida, malorum impendentium curâ vacans. Cicer. de Nat. Deor. lib. 1 cap. 20, *Nos beatam vitam in animi securitate ponimus,* wenn das hertz wohl zu frieden, und ohne sorge und furcht ist. *Securitatem præstare,* Cato ad Cicer. 15 fam. epist. 5. *Securitatem parere,* Quintil. libr. 2 cap. 2. Et Plinus Paneg. cap. 50, *Tanta temporum securitas est, ut* &c. friede und gute zeiten. Edicto Nervæ apud eumdem Plinium lib. 10 epist. 66, *me securitatem omnium quieti meæ prætulisse,* die gemeine ruhe. Sic enim latine in bonam partem semper: secus ac nostris vitium incuriæ & supinæ negligentiæ significat. Plurali usus est Plinius 23 cap. 1, *Somno ac securitatibus jamdudum vinum profuit.* ¶ *Securitates* sunt apochæ, verschreibung, versicherung, apud Ammianum 17 cap. 10, *Susceptorum vilium more securitates accipiens pro illatis.*

¶ Securo, are, & Assecurare, barbara sunt.

¶ Subcurator, ōris, qui sub alio curatore est. Lege 30 Digest. de Negot. gest. *Curator cum subcuratore experiri possit.*

Curalium, vide *Corallium.*

CVRCVLIO, vel Gurgulio, ōnis, masculinum, vermiculus, qui in excussis frumenti nascitur granis, eaque corrodit & devorat, ein kornwurm; Græci κίαακις & τρῶγα à τρώξ vocant. Virg. 1 Georg. v. 185,

populatque ingentem farris acervum
Curculio.

CVRES, ium, oppidum Sabinorum, de quo præter alios Dionys. Halicarnass. lib. 2 cap. 50. Inde accitus Numa Pompilius in regnum Romam, datus Romulo successor fuit: de quo Virgil. Æneid. 6 sub fin.

primus qui legibus urbem
Fundabit, Curibus parvis, & paupere terra
Missus in imperium magnum.

¶ Cŭrūlis, e, adject. quod Lipsius deducit, vide seorsim.

CVRĒTES, um, Cretæ sunt incolæ, seu primi ejus insulæ cultores, quemadmodum Servius in Virgil. illud 3 Æneid. v. 131 tradit,

Et tandem antiquis Curetum allabimur oris.

Vnde dicti, non convenit. Hinc triplices Curetes, Ætolicos, Phrygios, & Creticos, e Vossio producit Gallæus ad Lactant. p. 65. ¶ 2. Et Curetes Jovis fuêre Curatores in Dictæo monte Cretæ. Vid. Lactant. lib. 1 cap. 21. ¶ 3. Sacerdotes denique Cybeles, quæ & *Corybantes,* Curetes fuere. Lucret. lib. 2 v. 629 & seqq.

CVRIA, æ, à cura dicta, locus est, ubi publicas curas gerebant, inquit Festus; hoc est, sedes ac templum publici consilii, das rathhauß. Ovid. lib. 3 Amor. eleg. 8 v. 55,

Curia pauperibus clausa est, dat census honores.

¶ 2. *Curiæ* dictæ partes populi, in quas Romulus populum distribuit, quæ numero 30. Curiæ autem & tribus se habent sicut majus & minus. Romulus primo universum pòpulum in tres partes descripsit, easque tribus adpellavit: singulas verò tribus in decem Curias, &c. ¶ 3. *Curiæ* etiam antiquitùs dictæ, ubi Sacerdotes res divinas curabant; Varro lib. 3 de L. L.

¶ Cūriālis, is, ein zunfft-verwandter. *Curiales* dicebantur, qui ejusdem curiæ; sicut *tribules,* qui ejusdem tribus. ¶ 2. Quo nomine tamen & municipiorum *Decuriones* sive Senatores adpellati. Vet. Gloss. βουλευτὴς, *Decurio, Curialis.* ¶ 3. *Curialis* pro aulico, sequiorum ætatum scriptoribus ponitur: quemadmodum Jo. Sarisberiensis libros suos, quibus aulicorum vanitates perstringit, *de nugis Curialium* inscripsit: Atque iidem & *Curiam* pro aulâ dicebant. Sed & Ammianum 21 cap. 12, & 22 c. 9, nec non Symmachum 9 ep. 10, & 10 epist. 48 nomine *Curialium* intellexisse eos, quos hodie *Aulicos* appellare solenne est, ostendit Borrich. in Voss. p. 80. ¶ *Curialis Flamen,* id est, sacerdos Curiæ, qui &

¶ Curio, ōnis: ut, *maximus curio,* Liv. lib. 27 cap. 8 pr. ¶ 2. Sed & *Curio* est, qui Curiæ præfectus; ut Tribunus, qui tribui, ein zunfftmeister. ¶ 3. *Curio* etiam dicebatur præco. Martialis præfat. lib. 2 Epigram. *Epigrammata curione non egent, sed contenta sunt suâ, id est, mala lingua.* Trebellius Pollio in Gallienis: *Ille per curionem dici jussit: Taurum toties non ferire difficile est.*

¶ Curionius, a, um: ut, *Curionia sacra,* quæ in curiis fiebant, Festus. *Curionium æs,* quod dabatur curioni ob sacerdotium curionatus.

¶ Curiātus, a, um, zunfft-mäßig: ut, *Lex Curiata,* qua arrogationes fiebant, Suet. Aug. cap. 65. Tacitus lib. 1 Hist. cap. 15, & Gell. lib. 5 cap. 19. Sed *Comitia Curiata,* quæ curiatim per lictorem calabantur, id est convocabantur, Gell. lib. 15 cap. 27. In istis conciliis tractabantur ea, quæ rem militarem continerent: in Centuriatis vero consules & tribuni militares creabantur, ut docet Livius lib. 5 sub finem. Vide plura de illis apud Onuphrium Panvinium in Civitate Romana, & Gruchium de Comitiis.

¶ Cūriātim, adverbium, zunfft-weise. Gell. lib. 15 cap. 27, ut Mosellanus, Oiselius & Gronovius ediderunt: quidam legunt, *per lictorem curiatum,* atque ita etiam Proustius.

¶ Dĕcūria, æ, tabula dicebatur, in qua perscripta Judicum nomina erant, qui simul judicabant, die rolle. *Album* vocat Suet. Claud. cap. 16. Neque enim decas, aut ordo fuit, ut quidam describunt. Vide Casaub. ad Suet. August. cap. 32. ¶ Alibi tamen ordinem notat, eine zunfft, rotte. Vide infra *scriptus* in *Scribo.* Harum decuriarum initio fuerunt tres: quartam Augustus addidit, ut Sueton. dicto loco testatur. Quintam adjecit Caligula, eodem auctore in vita Calig. cap. 16. Petita à Galba & sexta est, sed negata, teste Suetonio vitâ Galbæ cap. 14. ¶ 2. Fuerunt & in militia decuriæ, φρατρίαι, ut in Vet. Gl. exponuntur, pedestri juxta atque equestri, de quibus Hermannus Hugo lib. 5 de equestr. milit. cap. 4.

¶ Decurialis, is, vel præfectus Decuriæ, vel consors, ein zunfftmeister oder zunfftgenoß. Vetus Inscript. apud Gruterum pag. 36 n. 6,

L. ARATIVS PHOEBVS
DECVRIALIS DECVR. IVLIAE.

Sic

Sic & Inscript. apud Fabrettum p. 86, Q. MARCIVS ITALICVS A DECVRIALIS NEGOTIATOR.

¶ Dĕcūrio, ōnis; qui decuriæ vel toti turmæ præest, ein zunfftmeister, rottmeister. Veget. lib. 2 cap. 14, *Quemadmodum inter pedites centuria, vel manipulus, appellatur; ita inter equites turma dicitur. Et habet una turma equites XXXII. Huic qui præest, decurio nominatur.* Vbi tamen Stevvechius legendus. Vide & Hugonem dicto loco. ¶ 2. Appellati & *Decuriones*, qui per provincias in Coloniis Romanis & municipiis consulebant in publicum, & loco Senatorum erant, raths-herren. Vnde *Decuriones municipiorum* & *Coloniarum*: & *Coloniæ Decuriones*, Suet. August. cap. 46 & cap. 100. Meminere & JCti. Nomen inde factum volunt, quod initio, cum coloniæ deducerentur, decima pars eorum, qui ducerentur, consilii publici gratiâ conscribi solita. v. Pompon. JCtus lib. 39 § 5. D. de verb. significat. Festus quoque & Nonius c. 12 n. 7 Decuriones a numero, cui in militia præerant, dictos existimant. Sed illustris Velserus sic dictos arbitratur potius, quod in decurias distributi videantur, lib. 5 Rer. Augustan. Vindelic. pag. 74 & seqq. Nam *primi singularum decuriarum decuriones dicti*, secundum Varronem de L. L. 4, 16. Egregie Isidorus 4, 9, DECVRIONES *dicti, quod sint* DE ORDINE CVRIAE. *Officium enim curiæ administrant. Vnde non est decurio, qui summam non intulit, vel curiam participavit. Curiales autem iidem & decuriones. Et dicti curiales, quia civilia munera procurant & exsequuntur.* Vet. Gloss. βυλευτὴς, *Decurio, Curialis.* Hinc Vetus Interpres Marci cap. 15 v. 43, & Luc. 23 v. 50; quem Evangelista βυλευτὴν vocat, *Decurionem* rectè & latinè reddidit. Et vero *Buleutarum* vox pro *Decurionibus* & apud Plin. legitur lib. 10 epist. 49. Horum legitimus census centum millia, eodem auctore lib. 1 epist. 19. Vet. Gloss. *Decurio*, βυλευτὴς, δεκαδάρχης. ¶ 3. Extra militiam curiamque *Decuriones* etiam dicebantur, qui aliis præessent. Ita Suet. Domitiano cap. 17, *Saturius decurio cubiculariorum* dicitur. Vbi tamen non is intelligendus, qui toti cubiculariorum corpori, sed parti præest. Nam in uno corpore plures Decuriones numerantur, ut Torrentius observat, qui & DECVRIONEM LECTICARIORVM in veteri inscriptione nominatim notat.

¶ Dĕcŭrio, are, in curias distribuere; abtheilen in classen. Cic. pro Planc. cap. 18, *doce, decuriasse Plancium, conscripsisse* &c. Hinc

¶ Decuriatus, a, um, trouppweise abgetheilt: ut, *Decuriati equites*, apud Livium lib. 22 cap. 38 pr.

¶ Decuriatus, ûs, divisio in decurias, abtheilung in rotten. Liv. lib. 22 cap. 38, *ubi ad decuriatum aut centuriatum convenissent.*

¶ Decuriatio, ōnis, idem. Cic. pro Planc. cap. 18, *decuriatio tribulium.*

¶ Decurionatus, ûs, zunfftmeister-amt. Vet. Gl. *Decurionatus*, βυλεία, δεκαδαρχία. Macrobius 2 Saturn. cap. 3, *Cicero ab hospite rogatus, ut decurionatum privigno ejus expediret.* Vlpian. Lege 2 ad municipal. pr. *Consensisse pater decurionatui filii videtur.*

¶ Decurionalis, e, senatorius, rathmännisch. Vetus inscriptio apud Sponium Misc. erud. Antiq. p. 169, EXORNATO ORNAMENTIS DECVRIONALIBVS. Et Gloss. gr. lat. βυλευτικὸς, *decurionalis.*

¶ Excūrio, are, est curia ejicere, aus dem rath stossen. Varro apud Nonium c. 1 n. 164, *Apollonium ideò excuriant, quia nihil habebat.*

CVRIO, ōnis; Q. Curio, ad quem scriptæ sunt epistolæ Ciceronis lib. 2. ¶ 2. *Curio* officii nomen, vide *Curia.*

Curiositas, Curiosus, vide *Cura.*

CVRIS, is, κύρις, Curim Sabini hastam nominabant; v. Fest. & Macrob. lib. 1 Saturn. cap. 9. ¶ Inde *Quirinus* Romulus dictus est, vide infra *Quirinus*. Ovid. 2 Fastor. v. 477 de Quirino:

Qui tenet hoc nomen, Romulus ante fuit.
Sive quod hasta Curis priscis est dicta Sabinis, &c.

¶ Cŭrītis, is; Curitim Junonem appellabant, quia eandem ferre hastam putabant. Fest.

CVRIVS, i, Dentatus, Romanus civis frugalitate, fortitudine & felicitate victoriarum clarissimus. Per omnem is vitam rapis pro cibo usus est. Quare cum aurum multum Sabini (Samnites habent alii) misissent, se non indigere auro, respondit, donec cibis hujusmodi uteretur; Οὐκ, ἔφη, δεῖσθαι χρυσῦ, ἕως ἂν τοιαῦτα δειπνῇ, Athenæus lib. 2. De eo Seneca Consol. ad Helviam cap. 10, *Scilicet minus beate vivebat Dictator noster, cum vilissimum cibum in foco ipse manu suâ versaret.* Claudian. de 4 Consul. Hon. v. 412,

Pauper erat Curius, reges quum vinceret armis.

Et per antonomasian pro frugalibus Juven. sat. 2 v. 3,

Qui Curios simulant & bacchanalia vivunt.

¶ Alius Q. Curius, vir quæstorius, aleator notissimus, inter Catilinæ socios fuit. De eo Suet. in Cæsar. cap. 17 refert, quod primus conjuratorum consilia detexerit: constituta autem publice munera non acceperit, quoniam Cæsarem inter socios Catilinæ nominasset.

CVRMI, n. 3. species cervisiæ sive potionis ex maceratis & coctis frugibus, Bier. Vlpian. in l. si quis ff. de tritic. & vin. *Et acetum, quod vini numero paterfamilias habuit, & zythum & curmi* &c. ¶ Item Curmen. Gloss. lat. gr. *Curmen*, ζῦθος ἀπὸ σίτυ.

Curo, Curare, vide *Cura.*

CVROPALĀTES, is, ita Justiniani temporibus dici cœpit *Comes aulicorum*, quod docet Alem. ad Procop. p. 95.

CVROTROPHIVM, i, n. 2. κυροτροφεῖον, domus alendis parvulis destinata; ein findel-hauß, waisen-hauß.

CVRRO, cucurri, cursum; currĕre, lauffen. Propert. lib. 3 eleg. 10 v. 21; *Nox inter pocula currit*, die nacht verläufft sich bey der gesellschafft. *Currere subsidio*, Cicer. ad Att. lib. 12 ep. 3, lauffen zu helffen. *Currentem incitare*, Id. lib. 1 ep. 1 c. ult. ad Quint. fr. quod idem est, ac τὸν τρέχοντα ὀτρύνειν, *Currenti calcar addere*, proverbialis nova locutio est. Silius lib. 15 v. 63; *currit mortalibus ævum,*
Nec nasci bis posse datur.

¶ 2. Aliquando *Currere* est in orbem agi: sicut & verbo θέειν usus Homerus est; quod Scholiastes observat. Horat. de art. v. 22,

currente rotâ cur urceus exit;

¶ 3. Navigare; Virg. 3 Æn. v. 191;

vastumque cava trabe currimus æquor.

¶ Currax, ācis, läuffig. Gratius Cynegetico v. 89,

Nam fuit & laqueis aliquis curracibus usus.

Vbi Barthius & Cajum ICtum, *curracem servum*, dixisse observat. Lex est 18 Dig. de Ædil. edicto. Gloss. gr. lat. δρόμαξ, *currax.*

¶ Currus, ûs, vehiculum, ein wagen. Plaut. Menæch. a. 5 sc. 2 v. 110, *In currum inscendere*, auf den wagen steigen. *Curru vehi*, Cic. 2 Divin. cap. 70, fahren. *Currus bovem trahit*, proverb. de negotio, quod præpostere geritur, dici solet; quemadmodum Germani dicunt, die pferde hinter den wagen spannen. Curruum appellationes aliæ sunt *Plaustrum*, ein last-wagen: *Rheda, Carpentum*, ein roll-wagen: *Petoritum, pilentum*, ein bedeckter wagen, kutschen: *Cisium*, chaise rolland. *Essedum*, streit-wagen: *Carrus*, ein karn. De quibus singulis in loco suo. *Currus arcuatus*, ein wagen mit sprügeln, Liv. lib. 1 cap. 21, cujus species in nummis antiquis sæpe visitur. *Currum* pro equis Virgil. posuit fine 1 Georg. *Fertur equis auriga, neque audit currus habenas;*
Claudian. de Cons. Mall. Theod. v. 187,

Desidis aurigæ non audit verbera currus,
Nec manus agnoscit, quam non exercuit artem.

Eodem cum superioribus curru vehi magnus olim honor. Barth. ad l. 1 Theb. Statii p. 1607. ¶ Currus synecdochice pro triumpho. Cicero lib. 15 epist. 6, *Quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem?* Et Florus 4 cap. 12 sect. 53, *Digna res lauro, digna curru senatui visa.* ¶ Poëtæ etiam navim *currum* vocant. Catullus de Nupt. Pel. & Thet. v. 9,

Ipse levi fecit volitantem flamine currum.

Vid. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. m. 88.

¶ Currĭcŭlum, i, dimin. ein kleiner wagen. *Quin in curriculum vos conjicitis*, Plaut. Merc. a. 5 sc. 2 v. 91. ¶ 2. Pro cursu: *Honestum, mediocre, breve*, &c. *vitæ curriculum*, eine lebzeit. Cic. pro Rabir. c. 10 extr. *Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumscripsit*, eine geringe zeit zu leben.

¶ Curriculus, i, aliud diminutivum, quod Charisius ab illo altero distinguit. Ita enim ille lib. 1, CVRRICVLVS *masculine diminutio est* CVRRVS: *neutraliter autem* CVRRICVLVM *spatium ad currendum aptum, vel ipsum currendi officium, ut Cicero & Varro loquuntur.* Priscianus lib. 6, *Cognatio est* CVRRVS *ad* CVRSVM, *quod diminutivum* CVRRVS CVRRICVLVM *pro* CVRSV *accipitur.*

¶ Curriculo, adv. auf frischem fuß, alsbald. *Curriculò percurre*, lauff eines lauffs, Ter. Heaut. act. 4 sc. 3 v. 11. Plautus, cum idem vellet, dixit Trinum. act. 4 sc. 4 v. 11,

Curre in Piræum, atque unum curriculum face.

Idem Pers. act. 2 sc. 2 v. 17, *Vola curriculo*: & Rudent. act. 3 sc. 5, *Curriculò affer huc duas clavas.* Ita, *curriculò ire*: *curriculò viam conficere*, Apulejus dixit in Apolog.

¶ Curso, are, frequent. rennen. Cic. de Senect. c. 6, *cum alii malos scandant, alii per foros cursent.* Et pro Rosc. Am. c. 22, *Homines cursare ultro & citro non destiterunt.*

¶ Cursĭto, are, aliud frequentativum. *Sursum deorsum cursitare*, Terent. Eun. act. 2 sc. 2 v. 47.

¶ Cursitatio, ōnis; Solinus cap. 54 de Bithynia: *solenni cursitatione lacum populus circuit.*

¶ Cursus, ûs, currendi actus, der lauff. *Cursum instituera*, Ter. Phorm. a. 5 sc. 6 v. 8, einen lauff fürnehmen, ansetzen. *Revocare à cursu*, Cicer. Top. principio. *Esse in cursu*, idem lib. 1 de Orat. cap. 32. *Conficere cursum*, den lauff vollbringen, idem de Clar. Orat. cap. 94. *Cursu superare canem*, überlauffen, Horat. 1 epist. 18 v. 51. *Cursus aquarum*, Virg. 4 Georg. v. 136. *Stellæ cursus certos & constantes habent*, Cic. 3 de Nat. D. c. 9. Idem lib. 4 ep. 2, *Perspicis, qui cursus rerum, qui exitus futuri sint*, du siehest, wie die händel lauffen, und was für einen ausgang sie gewinnen wollen. Cæterum *cursu* reges, aliique olim plurimum certarunt. Alexander Macedo ita in currendi peritiâ se exercuit, ut præter cæteros æquales suos currendi celeritate præstiterit. De Achille, Pelopidâ, Thebano, Papyrio Cursore, Mario, Pompejo, Sertorio, aliisque res nota est. Vnde Plato ad bellicas exercitationes *cursum* quoque commendavit. Hieron. Mercurial. lib. 1 cap. 10. ¶ 2. De navigatione etiam *cursus* dicitur. C. Nepos Miltiade: *Morandi tempus non habens, cursum direxit, quo tendebat.* Idem perinde & *transcurrere* pro trajicere dixit. Vid. Lambin. ad Horat. lib. 1 od. 28, & conf. Vellej. 1, 4, 1, & 2, 43, 2. ¶ *Cursus publicus* dicitur, qui & *vehicularis* adpellatur, die post. Vide *vehiculum.*

¶ Cursūra, æ, idem. Plaut. Asinat. a. 2 sc. 2 v. 61, *Ex cursura anhelitum ducere*, vom lauffen nicht können zu athem kommen. Et Varro lib. 2 R. R. cap. 7 sub finem: *Equi idonei ad cursuram.*

¶ Cursor, ōris, ein bothe, läuffer, laquey. Martial. lib. 3 extr.

Cursorem sexta tibi, Rufe, remisimus hora.

Cicero 2 Tusc. cap. 23, *in stadio cursores exclamant, quàm maxime possunt.* Paullus JC. Lege 99 § ult. Dig. de Legat. & fideicomm. 3, *Si alii vernæ, alii cursores legati sunt*, ubi servos oportet intelligi.

¶ Cursorius, a, um, lauffend, rennend. Sidonius lib. 1 epist. 5, *Ticini cursoriam (sic navigio nomen) adscendi*, jagt-schiff. Complete: *navis cursoria.* De *equis*, & *nunciis cursoriis* citissime equitantibus, & eorum ortu, Barth. ad Briton. Aremor. p. 303, post-pferde, post-reuter.

¶ Cursualis, e, idem. Cod. Theod. lib. 12 t. 11, *rheda cursualis*, ein post-wagen.

¶ Cursilitas, ātis; die lauff-begierde. Fulgent. 3 Myth. *Vagabunda cursilitas displicet.*

¶ Cursim, h. e. currendo, Valla auctore, lauffend, spornstreichs: ut, Livius lib. 27 c. 16, *Dies noctesque cursim agmine acto, festinans ad opem ferendam.* Sic *Cito & cursim aliquid agere*, Plaut. Pœn. a. 3 sc. 1 v. 64. *Cursim arripere*, Cic. 2 de Orat. cap. 89. *Cursim transire libros*, Gell. 9 cap. 4, behende durchlesen. *Cursim attingere*, Plin. lib. 1 epist. 20. *Sensim & cursim dicere*, contraria sunt apud Ciceronem in Philipp. 2 cap. 17, langsam oder mit muß, oder hingegen hurtig reden.

Composita:

¶ Accurro, accurri & accucurri, accursum, ĕre, zulauffen. Cic. 2 de

Divin.

Divin. c. 67, *Ita nobis dicto audientes sunt, ut, simul atque velimus, accurrant*, sie kommen gleich gelauffen. Idem 3 Offic. cap. 31, *accurrisse Romam dicitur*. Et lib. 15 ad Attic. cap. 3, *Accurres in Tusculanum*. Impersonaliter Tacitus Annali 1 cap. 21, *accurritur ab universis*.

¶ Accursus, ûs, der zulauff. Tacit. 1 Annali cap. 27 n. 4, *Lentulus jam lapidis ictu cruentus, & exitii certus, accursu multitudinis protectus est*. Seneca Hippolyto v. 895, *civium accursum timens*.

¶ Antecurrere, vorherlauffen, voranlauffen. *Stella solem antecurrens*, Vitruvius 9, 4.

¶ Antecursor, ōris, πρόδρομος, ein vorbote, vortraber, vorläuffer. Cæsar lib. 5 Gall. c. 45, *Hora circiter tertia, ab antecursoribus de Crassi adventu certior est factus*. Tertull. de Monog. cap. 8, *Johannes antecursor*.

¶ Campicursio, vide supra *Campus*.

¶ Circumcurrere, herumlauffen. Quintilianus lib. 1 cap. 10, *illa circumcurrens* [linea sive forma] *si efficiet orbem*. Græce περιφερής.

¶ Concurrere, zusammenlauffen. Cic. in 10 Philipp. cap. 10, *Concurritur undique ad commune incendium restinguendum*, man läufft zu von allen orten. Cæsar lib. 5 B. G. cap. 38, *Concurrere ad arma*. Ter. Heaut. a. 2 sc. 2, 3, *Concurrunt multæ opiniones*, h. e. conveniunt, ich mache mir viel gedancken. Val. Max. lib. 4 cap. 1, *Metellus cum interemptum Scipionem conclamari audisset, in publicum se prorupit, mæstoque vultu & voce confusâ, concurrite, concurrite, inquit, cives, mœnia urbis nostræ eversa sunt*. ¶ 2. Concurrere, & militare verbum, & pro congredi sive in certamen descendere ponitur: den feind anlauffen, zusammen treffen, chargiren. Et vel cum Ablativo cum præpositione; vel cum Dativo solo construitur. Sic, *hosti concurrere*, Ovid. 12 Met. v. 595. *Monstris concurrere*, Val. Flaccus lib. 3 v. 512 dixit. Virg. Æn. 1 v. 493,

gaudetque viris concurrere virgo.

Vellej. 2, 70, 1, *Cum aliquo acie concurrere*. Seneca Consolat. ad Helviam cap. 2, *Itaque ne statim cum eo* (dolore) *concurram; adero illi*, &c. Etiam cum præpositione *Inter*. Livius sub fin. lib. 26, *Tertio die sudibus inter se in modum justæ pugnæ concurrerunt: - - quinto iterum in armis concursum est*, Absolute Horat. 1 sat. 1 v. 7, *Concurritur*.

¶ Concursio, ōnis, zusammenstossung, zusammenlauff. Cicero Top. cap. 19, *concursio rerum fortuitarum*. Auctor Rhet. ad Herenn. lib. 4 cap. 12, *crebræ vocalium concursiones*.

¶ Concursus, ûs, der zulauff. Cicer. ad Att. lib. 5 epist. 16, *Ex agris concursus fiunt*. Sic, *Occupationum concursus*, i. e. turba, apud eumdem lib. 7 fam. ep. ult. ¶ 2. Congressus pugnantium, prœlium: Nepos Cimone cap. 2, *Namque hostium navibus captis, statim ex classe suas copias eduxit, barbarorumque uno concursu maximam vim prostravit*: in einem treffen. Idem 18, 4, 1, *acerrimo concursu pugnare*.

¶ Concurso, are, frequent. berennen, belauffen. *Omnes omnium domus concursare*, sic enim construitur, Cic. pro Muræn. c. 21. *Concursare circum tabernas*, Idem 4 Catil. c. 8.

¶ Concursator, ōris, qui ad concursandum expeditus est. Livius lib. 27 cap. 18, *levem & concursatorem hostem expulerunt loco*. Idem lib. 31 cap. 35 extrem. *pedes concursator, & vagus*.

¶ Concursatio, ōnis, ut concursus, eine scharmützirung. Cicer. lib. 1 fam. epist. 1, *Libonis & Hipsei non obscura concursatio contentioque*, &c. Seneca epist. 3, *exagitatæ mentis concursatio*, unruhe des gemüths.

¶ Concursatorius, a, um, zusammenstossend. Ammianus lib. 16 cap. 14, *concursatoria pugna*.

¶ Decurrere, herab lauffen. Virg. 2 Æneid. v. 41,

Laocoon ardens summâ decurrit ab arce.

Plin. lib. 3 epist. 20 extr. *Rivi ex fonte decurrunt*. Eâdem epistola, *Ad remedium aliquod decurrere*. Et Cic. 1 Tusc. c. 8, *Decurrere ad calcem*, zum ende verlauffen. *Decurrere spatium ætatis* vel *vitæ*, Cic. pro Quint. cap. ult. ¶ 2. Decurrere etiam dicitur exercitus, quando divisus bifariam, duæ concurrunt armatæ acies, & pugnæ simulacrum cient. Quod fieri apud Macedonas instructo exercitu sacrisque peractis solitum Livius narrat lib. 40 cap. 8. Itaque pars religionis militaris erat: quam ob caussam honoris ergo & in heroum funeribus idem solebat fieri, de quo Lipsius ad 2 Annal. cap. 40 pag. 83. Torrent. ad Suet. Claud. cap. 1. Itemque Stewechius ad Vegetii lib. 2 cap. 22. Aliquando tamen & aliis de caussis instituebatur. Vide Liv. lib. 29 cap. 22, & lib. 40 c. 47. Vbi id *in armis decurrere*, item *armatos decurrere* dixit. ¶ 3. Alia decursio erat, [ita enim dicebatur ipsa res] quæ exercitii tantum caussa instituebatur, cum eductus miles in campum aliquot millia passuum armatus instructusque telis pedes militari gradu ire ac redire in castra, eques etiam perinde armatus procurrere jubebatur: de quo exercitio militari Vegetius lib. 1 c. 27, & lib. 3 c. 4 *Campicursionem* vocat. *Campestrem decursionem* Suet. Galba c. 6. De eo Tacitus 2 Annal. cap. 55, *Nec Plancina se intra decora fœminis tenebat; sed exercitio equitum, decursibus cohortium interesse*. Hoc exercitationis genus ter quot mensibus ex institutione Augusti usurpari solitum, ad illum Taciti locum Lipsius notat. ¶ * Vti *succurrere* est opem ferre, ita *decurrere* opem implorare. Justinus 14, 2, *optimum visum est ad Alexandri Magni Argyraspidas, invictum exercitum & tot victoriarum præfulgentem gloria decurrere*. vid. 6, 16, & 3, 4. Grævius.

¶ Decursio, ōnis, eine ausfahrt, streifferen. Brutus Ciceroni lib. 11 epist. 10, *Antonius Apennino Alpibusque se teneat, & decursionibus per equites vastet ea loca, in quæ incurrerit*. Hic proprie descensum ex montibus notat. ¶ 2. Pro militum exercitio. Suet. Ner. cap. 7, *indicta decursio prætorianis*: & in Galb. cap. 6, *campestris decursio*. Vegetius lib. 2 cap. 22, *ad decursionem campi milites exeunt*.

¶ Decursus, ûs, der ablauff. *Decursus mei temporis*, Cic. lib. 3 famil. epist. 2. *Decursus aquæ*, Lucret. lib. 5 v. 264. Confer locum Taciti in *Decurrere*.

¶ Decursus, a, um, part. pass. verlauffen, abgelauffen. Lucret. lib. 3 sub fin. *Ipse Epicurus obit decurso lumine vitæ*.

Plaut. Mercator. act. 3 sc. 2 v. 4,

Decurso in spatio, breve quod vitæ reliquum est,
Voluptate, vino & amore delectavero.

¶ Discurrere, hinc inde, vel in diversas partes currere, hin- und her- lauffen. Plin. lib. 11 cap. 37, *Ex hoc fonte duæ grandes venæ in priora & terga discurrunt*. Liv. lib. 1 cap. 9 de raptu Sabinarum: *Signo dato, juventus Romana ad rapiendas virgines discurrit*. ¶ 2. *Discurrere* est disserere, discurriren, apud Amm. Marcell. 17 c. 6, *Super quo nunc pauca discurram*. Marcellinus, natione Græcus, cum sciret, græcum διεξελθεῖν tali significatione usurpari, latinum quoque *discurrere* eadem significatione sumi posse credidit. vid. Vorst. de latinit. mer. susp. cap. 14 p. 103.

¶ Discursus, ûs, das geläuffte, das herumlauffen. Hirt. lib. 8 de Bello Gall. cap. 29, *Multo clamore discursuque passim se fugæ mandant*. Ovid. 2 Fastor. v. 223, *latis vallem discursibus implent*.

Lucanus lib. 3 v. 640,

Discursusque animæ, diversa in membra meantis,
Interceptus aquis.

¶ *Discursus* vulgo est sermo, dissertatio, ein discurs; sed absque auctoritate veterum, nisi quod Lindebrog. in Comm. ad Ammian. 17 cap. 6 addit e Lege 1 Cod. Theod. rap. virg. *redemptique cursus pœna immineat*. Conf. Cellarii Antib. p. 155, & Cur. post. p. 325.

¶ Discursio, ōnis, idem. Lactant. Opif. Dei cap. 3, *dies discursione consumunt*.

¶ Discursare, herüm-lauffen, hin- und wieder-lauffen. Quintilianus lib. 11 cap. 3 p. 840 de oratoris gestu ac actione: *discursare ineptissimum*. De seditiosis & populum in partes cientibus usus est Florus lib. 3 c. 18, *Inde jam passim ab omni parte discursante populo*, &c.

¶ Discursatio, ōnis, das hin- und hergehen. Senec. de Brev. Vitæ c. 3, *officiosa per urbem discursatio*. Aliqui legunt *discursitatio*. Frontin. lib. 1 cap. 5 extr. *magna discursatione*.

¶ Discursator, ōris, proprie qui discurrit, ein umläuffer. Dein militum genus discursatores, quales describit Ammianus lib. 16 cap. 26, *Iisdem sparsim miscuere pedites discursatores & leves*. Et lib. 29 c. 23, *Hostem caperet discursatorem & repentinum, insidiisque potius clandestinis, quam prœliorum stabilitate confisum*.

¶ Discursim, hin und wieder. *Discursim variantibus poculis* &c. Macrob. lib. 7 Saturn. cap. 1.

¶ Excurrere, auswerts lauffen, heraus spatziren. Cic. 5 Att. epist. 15 fin. *Excurro in Pompejanum*. ¶ 2. Excurrunt milites, cum in hostium agros ex castris egressi grassantur, einfallen, einfall thun. Liv. lib. 1 cap. 15, *In fines Romanorum excurrerunt, populabundi magis, quam justi more belli*. Sic dicimus: *Ratio subductæ pecuniæ in eam summam excurrit*, belaufft sich. Et Veget. lib. 1 cap. 28, *viginti annorum, & quod excurrit, pax*, friede zwantzig jahr und drüber.

¶ Excursio, ōnis, ausstreiffung. Vt: *Excursio equitatus*, Cic. pro L. Man. cap. 6. Item: *Excursiones & latrocinia hostium*, das streiffen, rauben der feinde, Cic. pro Dejot. cap. 8. Transfert Cicero etiam ad orationem lib. 2 de Divinat. cap. 10, *Sed hæc fuerit nobis tanquam levis armaturæ prima orationis excursio*.

¶ Excursus, ûs, der auslauff. Hirt. B. Alex. cap. 19, *navigiorum excursus*. ¶ Metaphorice *excursus* in dicendo vel scribendo, est digressio, ausschweiffung, weitläufftigkeit. Plinius lib. 5 epist. 6 n. 43, *Vides, ut Aratus minutissima etiam sidera consectetur & colligat, modum tamen servat. Non enim excursus hic ejus, sed opus ipsum est*.

¶ Excursor, ōris, ein parthey gänger, der einfällt und streiffet. Cic. 4 Philipp. cap. ult. *Victori certamen est cum excursore, cum latrone*, &c. Add. Val. Max. lib. 7 cap. 3 n. 7.

¶ Excursatio, ōnis, pro militum excursione Val. Maximus lib. 2 cap. 3 n. 3 posuit. Vet. etiam Glossæ: *Excursatio*, καταδρομή.

¶ Excursator, ōris, idem quod excursor. Ammianus lib. 24 sub init. *Excursatores quingentos & mille præire jussit*.

¶ Superexcurrere, überflüßig seyn. Vlpianus Lege 1 § 2 Dig. de Arbor. cædend. *Si arbor ædibus alienis impendeat; utrum totam arborem jubeat prætor adimi, an vero id solum, quod superexcurrit, quæritur*.

¶ Incurrere, einlauffen, anlauffen, gerathen. Sic, *Incurrunt acies*, Silius lib. 4 v. 143. Et, *Incurrere & offendere in tenebris*, Cic. 9 fam. epist. 2. *Incurrere in difficultatem*, Idem lib. 4 epist. 2. *Incurrere in reprehensionem*, straffbar werden, Idem lib. 1 de Fin. ineunte. *Incurrere in oculos*, sich sehen lassen, für augen seyn. Idem lib. 2 epist. 16, *incurrit hæc nostra laurus non solum in oculos, sed etiam in voculas malevolorum*. ¶ Incidere etiam est, einfallen. Sueton. Tib. c. 26, *Natalem suum, plebejis incurrentem Circensibus, vix unius bigæ adjectione honorari passus est*. Et Cicero lib. 15 epist. 11 extr. *Navigatio incurrebat in ipsas Etesias*.

¶ Incursio, ōnis, ein einfall, anfall, ansatz; ut, *Incursio atque impetus armatorum*, Cic. pro Cæcina cap. 15. *Incursionem facere*, Livius lib. 1 cap. 11.

¶ Incursus, ûs, idem. Tacitus 3 Hist. cap. 9, *Repentino incursu stationes hostium irrupit*. Livius lib. 2 cap. 25, *primo statim incursu pulsi hostes*.

¶ Incursare, frequent. ut, *Incursare in fortunas omnium civium*, einen eingriff thun in anderer haab und güter, Auctor. lib. 4 ad Herenn. c. 39. *Volsinienses agros Romanos incursavere*, Liv. l. 5 c. 31, hinein streiffen.

¶ Incursatus, a, um, passive, angefallen, angegriffen. Livius lib. 24 c. 41, *Agmen Romanum impune incursatum ab equitibus hostium fuerat*.

¶ Incursitare, frequentativum, idem. Seneca lib. 2 de Ira cap. 35.

¶ Incursax, ācis, anfallend. Sidon. 8, 12, *Incursaces Massagetæ*.

¶ Incursim, pro celeriter, eilend. Cæcilius apud Nonium c. 2 n. 448, *rem omnem incursim perdere*.

¶ Intercurrere, darzwischen lauffen. Cic. in Philipp. 8 cap. 6, *Pugnatur acerrime, qui intercurrerent, misimus*, &c.

¶ Intercursus, ûs, die darzwischenkunfft, vermittelung. Liv. lib. 2 c. 29, *Consulum intercursu rixa sedata est*. Et lib. 34 cap. 5, *intercursu matronarum inter acies duas prœlium sedatum est*. Et lib. 37 cap. 42, *suorum intercursu*.

¶ Intercursare, frequent. ut intercurrere, darzwischen kommen. Livius lib. 21 cap. 35, *intercursantibus barbaris*. Et Plinius lib. 3 cap. 26, *æstuariis intercursantibus*.

¶ Occur-

¶ Occurrĕre, venire obviam, begegnen: ut, *Venienti occurrite morbo*, Perf. sat. 3 v. 64. *Consiliis alicujus occurrere*, Cic. Catil. 3 cap. 7, sich eines anschlägen widersetzen. Et absolute, *In mentem venire & occurrere*, fürkommen, in den sinn kommen, Cic. 4 de Fin. cap. 17.

¶ Occursus, ûs, das begegnen. Ovid. 14 Metam. v. 260,

ursique leæque
Occursu fecere metum.

Solinus cap. 57 [al. 45] pluraliter: *obviis occursibus impediri.*

¶ Occursare, frequent. entgegen gehen. Virgil. ecl. 9 v. 25, *occursare capro.* Tralate de animo & memoria. Plinius lib. 5 epist. 5, *occursat animo meo mortalitas.* Et lib. 2 epist. 3, *occursant verba*, ich erinnere mich der worte.

¶ Occursitare, aliud frequent. offt entgegen kommen. Solinus cap. 38 de elephantis: *Si confertis pecoribus occursitent*, &c.

¶ Occursatio, ōnis, occursus, coitio, besuchung, begrüssung. Cic. pro Mil. cap. 35, *vestrorum ordinum occursationes, studia, sermones, secum ablaturum esse dicit.* Id. pro Planc. c. 12, *occursatio & blanditia popularis*, i. e. studium conciliandi sibi homines.

¶ Occursator, ōris, ein besucher. Auson. Eidyll. 2 v. 25,

Non occursator, non garrulus, obvia cernens.

¶ Occursaculum, quicquid occurrit, inopinatum præsertim, & terrificum, was jehling aufstößt. Apulejus Apolog. p. 315, *noctium occursacula*, i. e. spectra, gespenster.

¶ Occursorius, a, um, adject. occurrens. Apulejus idem lib. 9 p. 227, *occursoria potio*, der willkomm, bewillkomms-trunck.

¶ Percurrĕre, lauffen, durchlauffen, überlauffen. *Properans percurro ad forum*, Ter. And. a. 2 sc. 2 v. 18. *Animo celeriter percurrere*, Auct. ad Herenn. lib. 3 c. 22 extr. *Paucis percurrere*, mit wenig worten berühren. Cic. pro Cluent. cap. 60, *Hæc ego si sic agerem, tanquam mihi crimen esset diluendum; hæc pluribus verbis dicerem, quæ nunc paucis percurrit oratio mea.* Idem passive 1 de Orat. cap. 47, *quæ valde breviter a te percursa sunt.* Hinc

¶ Percursus, a, um, perceptus, cognitus, überlegt, erwogen. Cicer. de Orat. 2, *Quæstiones animo percursas & prope decantatas habere.* Et Tacitus Ann. 4 c. 40, *suis in eum beneficiis modice percursis.*

¶ Percursor, ōris; ut, *percursor viæ*, ein wandersmann, quod in libris aliquot Lactantii est lib. 6 cap. 7 sect. 3, MSS. vero Lips. Goth. & Cantabrig. item edit. Romana, Aldi & Sparki *præcursor* expressum est.

¶ Percursio, ōnis, die erwegung, durchlauffung. Cic. 4 Tusc. cap. 13 extr. *animi multarum rerum percursio.*

¶ Percursare, durchstreiffen. Liv. 23 c. 42, *percursant nostris finibus.*

¶ Percursatio, ōnis, die durchwanderung. Cic. Phil. 2 cap. 25, *Italiæ percursatio.* Et cap. 39, *O præclaram illam percursationem tuam mense Aprili atque Majo!*

¶ Præcurrere, vorhin, vorher lauffen. Ter. in Eun. a. 3 sc. 2 v. 46, *Abi, præcurre, ut domi sint parata omnia.* Sic, *Præcurrere ætate*, an alter fürgehen, älter seyn. Cic. in Orat. cap. 52, *Horum uterque Isocratem ætate præcurrit.* Sic, *Studio aliquem præcurrere*, Idem 4 Catil. cap. 9, einem mit fleiß vorgehen. Nepos Thrasybulo cap. 1, *Sed nescio quo modo, cum eum nemo anteiret his virtutibus, multi nobilitate præcurrerunt.* Et Plinii elegans de studio & voluntate proficiendi dictum est lib. 4 epist. 15, *Amor votis suis plerumque præcurrit*, die begierde erwartet der zeit nicht, wil eher haben als wünschen.

¶ Præcursus, a, um, participium, vorhergegangen. Ammianus lib. 18 cap. 2, *rumore præcurso.* Conf. ibidem lib. 23 c. 2.

¶ Præcursio, ōnis, die vorhergehung. Cic. de Fato c. 19, *non fieri assensiones, sine præcursione visorum.* Plin. lib. 6 epist. 13, *quasi prælusio atque præcursio.*

¶ Præcursus, ûs, idem. Plin. lib. 16 c. 25 extr. *Etesiarum præcursu.*

¶ Præcursor, ōris, ein vorläuffer. Cic. 7 Verrin. cap. 41 extr. *quem præcursorem habere solebat & emissarium.* Livio lib. 26 cap. 17 extr. *præcursores* sunt die vortrouppen.

¶ Præcursorius, a, um, vorhergehend. Plin. lib. 4 epist. 13, *Interim, ne quid festinationi meæ pereat, quod sum præsens petiturus; hac quasi præcursoria epistola rogo.* Ammianus lib. 15 c. 1, *præcursorius index.*

¶ Prætercurrere, fürübergehen, vorbeypaßiren. Vegetius 3 cap. 24, *equis prætercurrentibus.*

¶ Prætercursus, a, um, pass. particip. vorbeygelassen. Ammianus lib. 22 cap. 22, [Vales. c. 9] *prætercursa Chalcedona & Libyssa.*

¶ Procurrere, herfür lauffen. *In publicum procurrere*, Livius lib. 34 cap. 2. Sic dicimus, *procurrere in aciem, in pugnam*: v. g. Cæs. lib. 5 de B. G. cap. 34, *Quoties quæque cohors procurrerat, ab ea parte magnus hostium numerus cadebat.* Idem 3 B. Civ. c. 93, *Cum milites infestis pilis procucurrissent.*

¶ Procursio, ōnis, actus procurrendi, fortschreitung. Quintilianus lib. 11 cap. 3 de actione & gestu oratoris: *Procursio opportuna* [est] *brevis, moderata, rara*: quando orator ex statione sua aliquantum in anteriora procedit. ¶ 2. Quo nomine etiam digressionem vocavit Quintil. lib. 4 cap. 3, *Non semper*, inquit, *est necessaria post narrationem illa procursio*,

¶ Procursus, ûs, idem. Livius proprie lib. 22 cap. 41 pr. *Tumultuario prœlio ac procursu magis militum, quam ex præparato aut jussu imperatorum orto.* Et Virgil. lib. 12 v. 711,

Procursu rapido conjectis eminus hastis
Invadunt Martem clypeis.

Pluraliter Statius lib. 4 Theb. v. 787, *sternit procursibus herbas.*
Et metaphorice, die ergiessung, Avienus Perieg. v. 555,

æquoris infusi procursibus.

Alia metaphora lib. 3 cap. 2 pr. *initia, procursusque virtutibus patefecimus*: der fortgang.

¶ Procursare; ut, *Procursare à stationibus*, sich aus seinem stand herfür begeben, und verlauffen: Liv. 27 cap. 2.

¶ Procursatio, ōnis, anfall, scharmützel. Liv. lib. 5 c. 19, *Procursationes multæ temere inter murum ac vallum fiebant.* Et lib. 22 cap. 44, *Hannibal dirigit aciem, lacessitque Numidarum procursatione hostes.*

¶ Procursator, ōris, ein parthey-gänger. Idem Livius lib. 42 cap. 64, *Breve certamen levis armaturæ maxime cum procursatoribus fuit.* Hi iidem sunt qui *Excursatores*, qui etiam *Proculcatores* appellabantur, de quibus Valesium vide ad Ammian. 27 cap. 10 [Grut. c. 23] f. 499.

¶ Procursorius, a, um, herfürlauffend: ut, *Procursorius index*, Ammian. lib. 31 cap. 9 Grut. (edit. Lindenbr. p. 471.) At Valesius cap. 3 p. 622, *præcursorius.*

¶ Recurrĕre, wiederkommen, zurücklauffen. *Luna recurrit ad initium*, der mond wird wiederum neu, Cic. 2 Nat. Deor. c. 19. *In Tusculanum recurram*, Idem ad Attic. 13 epist. 47.

¶ Recursus, ûs, die wiederkunfft. Ovid. Heroid. 6 v. 59, *dent modo fata recursus.* Livius lib. 26 cap. 42 extr. *ut subeunti ad mœnia urbis recursus pateret*: retirade.

¶ Recursio, ōnis, idem. Martianus Capella lib. 9 in Choriambico, *Suevit lege ratâ sacra recursio.* Adde Apul. in Asclepio.

¶ Recursare, offt zurück lauffen, wiederkommen. Virg. 1 Æn. v. 652, *sub noctem cura recursat*, des nachts finden sich die sorgen wieder. Tacit. 2 Histor. c. 78, *Recursabant animo vetera omnia*, die vorigen dinge fielen ihm wieder ein. Et sine animi mentione eodem sensu absolute Silius lib. 6 v. 555,

captæque recursat
Attonitis arcis facies.

¶ Subtercurrere, drunter hinlauffen. Vitruvius lib. 9 cap. 6, *Perseus dexterioribus subtercurrens basim Vergiliarum.*

¶ Succurrere, venire suppetias, zu hülffe kommen. Virg. lib. 11 v. 335, *Consulite in medium & rebus succurrite lapsis*, helfft rathen, und thut hülffe. Et lib. 1 Æn. v. 630 humanissime Dido inquit:

Non ignara mali, miseris succurrere disco.

Cic. pro Rab. cap. 1, *Ferre opem patriæ, succurrere saluti fortunisque communibus.* ¶ 2. *Venire in mentem*, einfallen. Cic. ad Att. lib. 14 epist. 1, *Ut quicquid succurrit, libet scribere*, was mir einfällt. *Succursum velle fortunæ alicujus adversæ*, Livius lib. 3 c. 58.

¶ Succursor seu Subcursor, ōris, Lucilius apud Gellium lib. 1 cap. 16, *Campanus sonipes subcursor.*

¶ Supercurrere, drüber lauffen. Plin. lib. 7 epist. 18, *Ager propter id, quod vectigali large supercurrit, semper dominum, à quo exerceatur, inveniet*, weil sich die einkunfft weit über den zinß oder pacht beläufft.

¶ Transcurrere, hinüber lauffen, durchlauffen. Virgil. lib. 9 v. 110,

Visus ab aurora cælum transcurrere nimbus.

¶ 2. Pro trajicere, sive navibus transire, C. Nepos usus est Eumene c. 3 n. 3, *Cum adventare dicerentur, Hellespontumque transcurrisse Antipater & Craterus* &c. [al. *transisse* legunt.] Ammianus lib. 21 cap. 14, *Euphrate ponte navali transcurso.* Et Livius lib. 25 cap. 39, *in altera transcursum castra ab Romanis est.* Cujus Participii Ablativo pro Infinitivo utitur Terentius Hecyr. act. 3 sc. 4 v. 17, *in arcem transcurso opus est.* Vide Donatum.

¶ Transcursus, ûs, eilfertigkeit, schneller lauff. *In transcursu*, id est, obiter & interea dum alia percurruntur. Plin. lib. 18 cap. 13 pr. *Nostri in transcursu ea attigere*, sie haben es beyläufftig mit berühret. Hac voce aliquoties brevitatem scripturæ signat Vellejus 2, 55, 1, & c. 86, 1. & c. 99, 4.

¶ Transcursorius, a, um, eilfertig. Scriban. in Med. Christ. *levis & transcursoria enumeratio.*

CVRRŪCA, æ, ὑπολαΐς, seu ἐπιλαΐς, ἴμος potius, avis nota, alienos excludens & pascens pullos, maximè cuculi, eine graßmücke. ¶ 2. Curruca etiam dicebatur maritus, qui pateretur uxorem suam ab aliis adulterari: quem Itali *Hircum*: nos hahnrey, appellamus: quod ex Juvenale sat. 6 v. 275 Torrentius observat ad lib. 1 Horat. sat. 8 v. 31. Vide Vet. Scholiasten Juvenal. c. l.

Currus, vide supra in *Curro.*

Cursor, Cursorius, Cursus, &c. vide *Curro.*

CVRTIVS, i, M. Curtius, adolescens eques Romanus, abrupto per medium forum ingenti specu, responsoque accepto, nobilem ex civibus aliquem id requirere, sese sponte in hiantem terram conjecit eques, suosque ex calamitate salvos reddidit. A quo *Curtius* deinde *lacus* hiatus ille appellatus est. Auctor Aristides apud Plutarchum in parallelis. Alii tamen de hoc lacu, & appellationis caussa alia afferunt. Vid. Varr. lib. 6 de L. L. itemque Dionys. Halicarnass. lib. 2, itemque Plutarchum in vita Romuli, ubi pugnam cum Sabinis exponit. In hunc lacum omnes ordines pro salute Augusti stipem jacere solitos, Suet. auctor est Augusti vita cap. 57. De quo religionis seu superstitionis genere vide ibi Casaubonum. ¶ 2. Alius Q. Curtius Rufus, Historicus nobilis, res gestas scripsit Alexandri M. Exstant ex 10 libris ejus octo, amissis prioribus, disertissime scripti. ¶ 3. Alius Curtius Rufus, proconsul Africæ, cui mira prædictio facta. Plin. lib. 7 ep. 27.

CVRTVS, a, um, kurtz, knapp, schmal. Horat. 3 Carm. od. 24 v. 64,

Curtæ nescio quid semper abest rei.

Curta res, ein geringes vermögen. Pers. satyr. 4 extr.

Tecum habita, & noris, quam sit tibi curta supellex.

i. e. domi tuam explora facultatem, & senties quàm tenuis sit. *Curtum mulum* Horat. lib. 1 satyr. 6 v. 105 pro eo dixit, cui cauda deminuta. Vide ibi Vet. Scholiasten & Torrentium. ¶ 2. Fractus, mutilus, zerbrochen: ut, *curta dolia*, Lucret. 4 v. 1020. vid. ibi Parei Ind.

¶ Curto, are, est diminuere, abkürtzen, abbrechen. Horat. lib. 2 Serm. satyr. 3 v. 124, *Quantulum enim summæ curtabit quisque dierum.*

¶ Decurtare, verkürtzen, verstümmeln. Hinc

¶ Decurtatus, a, um, abgekürtzt, verstümmelt. Cic. in Orat. cap. 53, *Mutila & decurtata.* Et Plin. lib. 25 cap. 5 [sect. 21,] *radices breves, ac velut decurtatæ.*

Curvamen, Curvatio, &c. vide *Curvus.*

CŬRŪLIS, e, adject. Ut, *Sella curulis*, cujus sæpe mentio fit apud auctores, ein thron. Ea fuit sublata gradibus eboreque & signis ornata pulchre, ut docent Lipsius ad Tacit. pag. 192, itemque de magistratibus Romanis cap. 12, nec non Casaubonus ad Suetonii August. c. 82. Fuerunt autem proprie initio Regum: deinde majorum magistratuum, ut Consulum, Prætorum, Ædilium: illorum puta, qui ex Patribus creati essent, & ideo *Ædiles Curules* appellati; non qui de plebe erant. Hinc in illo Horatii lib. 1 ep. 6 v. 53,

Cuilibet hic fasces dabit, eripietque curule,
Cui volet, importunus ebur.

Plerique interpretum *Curule ebur* ædilitatem majorem accipiunt: quamvis & de Consulatu accipere nihil impediat. Nam & Ausonius epist. 20 *Sellam Curulem* pro Consulatu posuit. Sed Consularem Curulem ad differentiam cæterorum, *majorem* Stat. lib. 1 Silv. 4 v. 82, & *summam* lib. 3 Silv. 3 v. 115, itemque Juvenal. sat. 5 v. 91 appellitant. Asconius Pedianus in Divinationem Ciceronis: *SVBSELLIA*, inquit, *sunt Tribunorum, Triumvirûm, Quæstorum & hujusmodi minora judicia exercentium, qui non in sellis curulibus, nec tribunalibus, sed in subselliis considebant.* Vnde vocis ratio non convenit satis. Alii enim à *Curia*, alii à *curru* deducebant. Quod vetus Scholiastes ad supra allegatum Horatii locum significat. Priori originationi syllabæ quantitas repugnat. Primam enim in *Curulis* omnes corripuerunt: quæ contra in *Curia* producta est. Rectius itaque à Curru *Currulis*, & altero R abjecto *Curulis*. Consules enim ac Prætores apud veteres propter itineris longinquitatem curru in forum provehebantur. Sellæ autem, quæ post eos vehebantur, quibus sedentes dicere jura solebant, à curru *Curules* sellæ sunt nominatæ. Ita Festus & Isidorus lib. 20 Orig. cap. 11, & Gellius lib. 3 c. 18. Servius quoque in 11 Æneid. ideo a *curru* deducit, quod istoc sellæ genere non nisi illi usi sunt, qui triumphali curru fuissent invecti. Sane & Sueton. August. cap. 22 *Curules triumphos* plenos & legitimos dixit, ubi currus & quadrigæ adhibebantur, & ab Ovationibus distinxit, quæ singulari equo peragi solitæ. Etiam Dionys. Halicarnass. Postumii & Menenii Consulum triumphos ita dignoscit, ut hujus majorem & honoratiorem ex eo pronunciet, quod sella regiâ curuli in urbem esset invectus, lib. 5 Antiq. cap. 46. Et *ludi curules* sunt Circenses Minucio Fel. cap. 37. vide quæ nos ibi. Lipsius à *Curibus* Sabinorum oppido deducit. Et facit quidem pro eo syllabæ ratio. Hoc tamen non satis est. Quid? ergone inventa res Curibus, an inde traducta Romam? Inventam quis credat in parvo oppido, & paupere terra? Ita Virgilius Cures describit. Et vero *Curules* cum cæteris imperii ac magistratuum insignibus, non a Sabinis, agrestibus illis atque simplicibus, sed ab Etruscis, opulenta & culta gente accepta: ut Dionys. lib. 3 Antiq. cap. 84; Sallust. Catil. in Oratione Cæsaris; Livius 1, 8, 4; Florus lib. 1, 5, 6; item Macrob. lib. 1 Saturn. c. 6 testantur. ¶ 2. Curulis pro currulis, ut, *equus curulis*, Apulejus lib. 4 Miles. post princ. Et Festus, *Curules equi quadrigales.*

CVRVVS, a, um, adject. krumm. *Curvo dignoscere rectum*, Horat. lib. 2 ep. 2 v. 44. *Curvæ falces*, gekrümmte sicheln, id est, inflexæ ac contortæ. Virg. 1 Georg. v. 508,

Et curvæ rigidum falces conflantur in ensem.

Ovid. lib. 2 de Arte am. v. 669,

Dum vires annique sinunt, tolerate labores,
Jam veniet tacito curva senecta pede.

Sic, *curva corrigere*, das krumme gleich machen. *Hic erit, qui nobis curva corriget:* proverbiale in censorios severosque homines, & qui cum rigore quodam decori justique studiosi essent. Vsus eo Seneca Ludo de morte Claudii, & Plinius lib. 5 ep. ultima.

¶ Curvo, avi, atum, are, krümmen, beugen. Statius 1 Achill. v. 487, *manu arcum curvare.* Virgil. 4 Georg. v. 299 de vitulo:

bimâ curvans jam cornua fronte.

¶ Curvatus, a, um, gekrümmt, gebogen: ut, *curvata cuspis*, Ovid. 2 Met. v. 199. *Solis orbis æqualiter curvatus*, Vellej. 2, 59, 6.

¶ Curvabilis, e, das sich beugen lässet. Pallad. lib. 12 cap. 15, *Vlmus & fraxinus curvabiles.*

¶ Curvatio, ōnis, die beugung, die krümmung. *Curvatio vitis*, Colum. lib. 4 cap. 12.

¶ Curvatūra, æ; *Curvatura rotæ*, Ovid. 2 Met. v. 108, die felgen. *Is locus est curvaturæ theatri similis*, Vitruvius 2, 8. *curvatura montis*, Idem 2, 10. *curvatura portus*, Idem 5, 1. *Foramen habet curvaturam molliter circumactam*, Idem 10, 17.

¶ Curvāmen, ĭnis, eine krümme. Silius 13 v. 29, *patulo curvamine ripæ.* Plinius lib. 9 epist. 7, *Villa sinum* [maris] *molli curvamine amplectitur.* Ovidius 2 Metam. v. 130,

Sectus in obliquum est lato curvamine limes.

¶ Curvesco, ĕre, κυρτοῦμαι, krumm werden: Auctor carminis de laudibus Domini. *Græv.*

¶ Curvifrons, tis, krumm-hälsicht, qui frontem curvatam habet, ut pecudes; Pacuv. ap. Nonium.

¶ Curvipes, ĕdis, der krumme füsse hat. Onomast. Vet. *Curvipes, ἀγκυλόπους.*

¶ Concurvare, ut curvare. Laberius Mimus apud Macrob. 2 sat. c. 7,

Non flexibilem me concurvasti, ut carperes.

¶ Incurvus, a, um, idem quod curvus. Terent. Hec. a. 2 sc. 3 v. 44, *Incurvus, tremulus, labiis demissis &c.* Plinius lib. 18 cap. 19, *Arator, nisi incurvus, prævaricatur.*

¶ Incurvare, idem quod curvare, einbeugen. Virg. 5 Æn. v. 500,

Tum validis flexos incurvant viribus arcus.

¶ Incurvatus, a, um, eingebogen. Ovid. 6 Metam. v. 246, *incurvata dolore membra.*

¶ Incurvescĕre, in die krümme wachsen, sich beugen. Cic. de Orat. 3 cap. 38, *Rami incurvescunt baccarum ubertate.*

¶ Superincurvatus, a, um, Apulejus lib. 9 p. 220 ed. Elmenh.

¶ Procurvus, a, um, vorwarts krumm: ut, *procurva falx*, Virg. Georg. 2 v. 421. Et lib. 5 Æn. v. 765, *procurva littora.*

¶ Recurvus, a, um, rückwarts gebogen. Ovid. Remed. Am. v. 210,

Abdere supremis æra recurva cibis.

Claudian. 2 in Eutrop. v. 230, *rostrum recurvum.*

¶ Recurvare, herumbeugen. Ovid. 1 Amor. eleg. 8 v. 6,

Inque caput liquidas arte recurvat aquas.

i. e. ad fontes reflectit magica arte.

¶ Recurvatus, a, um, zurück gebogen. Colum. 3 cap. 18, *materia torta & recurvata.* Celsus lib. 8 cap. 1 sub fin. *recurvatus in exteriora.*

¶ Subcurvus, a, um, etwas krumm, gebückt. Ammianus lib. 26 cap. 27 [Vales. c. 9 extr.] *corpore non indecoro, nec mediocris staturæ, subcurvus, humumque intuendo semper incedens.*

CVSCŬTA, æ, sive rectius *Cassutha*, vitium in herbis, illis sese circumvolvens, adeo ut strangulet, das unkraut, so sich um die kräuter windet, filtz-kraut, todtern, *angina* vel *podagra lini*, quemadmodum exponit Junius, qui *Cassata* scribit. Sed κασσύταν Plinii esse, dubitat Matthiolus.

CVSPIS, ĭdis, pars exacuta in gladio aut hastâ, die spitze, ein spieß: ut, *Cuspis acuta*, Virg. 5 Æn. v. 208. *curvata*, Ovid. 2 Metam. v. 199. *ærata*, ibid. lib. 5 v. 9.

¶ Cuspĭdo, are, spitzen. Plin. lib. 11 c. 37 post initium: *Alii præfixa hastilia cuspidant.*

¶ Cuspidatus, a, um, spitzig, gespitzt, zackicht: ut, *stimulus cuspidatus*, Plin. 18 c. 19.

¶ Cuspidatim, i. e. in cuspidis formam, idem. Plinius lib. 17 cap. 14, *cuspidatim decisus calamus.*

¶ Trĭcuspis, ĭdis, adject. drey-zackicht, drey-gespitzt. Ovid. 1 Met. v. 330,

positoque tricuspide telo
Mulcet aquas rector pelagi.

CVSTOS, ōdis, curator alicujus rei & tutor, ein verwahrer, hüter, aufseher. Cic. in 12 Philipp. cap. 10, *Qui multorum custodem se profitetur, eum sapientes sui primum capitis ajunt custodem esse oportere.* Idem pro Sextio cap. 24, *Custos & conservator urbis.* Idem Phil. 3 cap. 11, *ô præclarum custodem ovium, ut ajunt, lupum!* Et in Offic. lib. 2 cap. 7, *Malus custos diuturnitatis metus*, was lange währen soll, muß ohne furcht zugehen. *Custodes corporis*, σωματοφύλακες, Nepos in Datam. c. 9, 3, qui quales fuerint, explicat Curt. lib. 5 cap. 1, 42, ubi vid. Comment. Freinsh. Quod etiam composito quasi vocabulo *Corporecustos* in veteribus inscriptionibus invenitur, ut apud Reines. p. 560, MACERT GERMANICI GERMANVS CORPORECVSTOS. Adde supra in *Corpus* dicta. ¶ 2. *Custodes* sæpe dicuntur, qui præsidii tutelæque caussa loco impositi sunt, besatzung. Nepos Miltiade cap. 3 n. 1, *Pontem fecit in Istro flumine, quâ copias traduceret. Ejus pontis, dum ipse abesset, custodes reliquit principes, quos secum ex Jonia & Æolide duxerat.* Lucan. lib. 4 v. 433,

Illyricæ custos Octavius undæ.

¶ 3. Sed & prædagogi *Custodes* appellantur. Horat. ep. ad Pison. v. 161,

Imberbis juvenis tandem custode remoto,
Gaudet equis canibusque, & aprici gramine campi.

zucht- oder hofmeister. ¶ 4. Sic Suetonius *Custodes* dixit, qui observandis aliorum dictis factisque admovebantur, in vita Tiber. cap. 12, ad quem locum nonnihil & Torrentius observat. ¶ 5. *Custos* etiam resex, seu præsidiarius palmes dicitur, in trunco vitis in pollicem præcisus, Columellæ lib. 4 cap. 21. ¶ 6. Reciprocus etiam est usus *canis*, & *custodis*. Nam Æschylus Agamemnone eos, qui rerum custodias agunt, vocat κύνας sive *canes*. Ac similiter Seneca lib. 3 de Ira c. 37 janitorem prius *ostiarium*, mox appellat *catenarium*, quia nempe olim cum canes, tum custodes etiam sive janitores, in catenis erant. Vicissim Virgilius lib. 6 Æneid. de Cerbero dixit *custode sepulto*, &c. v. Voss. lib. Instit. Orat. p. 89. Plaut. Milite a. 2 sc. 2 v. 57, *Bini custodes accubant*, es liegen zween hunde da.

¶ Subcustos, ōdis, pro alio custode substitutus, ein lohn-wächter. Plaut. Mil. Glor. act. 3 sc. 2 v. 54, *hunc subcustodem suum foris ablegavit.*

¶ Custodio, ivi, itum, ire, bewahren, bewachen. *Salutem alicujus custodire*, Cic. pro Plancio cap. 1, eines leib und leben beschützen. *Memoriâ custodire*, Idem lib. 1 de Orat. cap. 28. *Custodire aliquid ab aliquo*, Nepos Hannibale cap. 9 n. 4, vor einem etwas verwahren. *Custodire quem honorate*, Tacitus 4 Histor. cap. 63. ¶ 2. Nonnunquam *custodire* est observare, & facere, quæ præcepta sunt. Plin. 8 ep. 10, *Dum quædam custodienda prægnantibus omittit, facit omittenda.* Columella lib. 9 c. 1, *Hoc igitur custodire oportet villicum, &c.* das soll er jederzeit in acht haben. Et rursus: *Jam illa, quæ in majoribus imperiis difficulter custodiuntur.* Sen. epist. 10, *Lugentem timentemque custodire solemus &c.* Vetus inscriptio: QVAE FORMA INTERDICTI ET DISPOSITIO SVB GLADII PERICVLO PERPETVO CVSTODIENDA MANDATVR. *Custodire sermones*, Tacit. 2 Hist. cap. 52, est observare ac captare sermones, auf eines rede achtung geben. *Custodire ferias*, pro observare, Plinius lib. 35 Hist. cap. 2. *Custodire literis*, Cic. lib. 2 de Orat. cap. 2, in schrifft verfassen.

¶ Custoditus, a, um, verwahret. Sueton. Tiber. cap. 7, *Vt custoditum sit, ne unquam in conspectum ejus posthac veniret. Custoditum*, id est, diligenter observatum & cautum, fleißig in acht genommen und verhütet.

¶ Custoditè, adverb. idem. Plin. lib. 11 epist. 26, *An illa custoditius pressiusque?* Subaudi *dicta*. Nam tota epistola de dicendi genere optimo agit. *Custoditè* igitur *dicere* est cum curâ & curatione dicere: behutsam reden. *Ludere custodite*, id est, inspectante pædagogo, Plin. lib. 5 epist. 16, bedachtsamlich und erbar spielen.

¶ Incustoditus, a, um, unbewahrt, ohne aufsicht. Ovid. 2 Metam. v. 686, *incustoditæ boves.* Silius lib. 5 v. 40, *incustoditum littus.* Frontinus lib. 3 cap. 2 n. 6, *urbs incustodita.* Apulej. lib. 6 p. 178, *incustodito pastu vagari.* Iterum Ovidius lib. 1 Trist. eleg. 5 v. 10,

Incustoditum captat ovile lupus.

¶ Custoditio, ōnis, die bewahrung. Festus: *Custoditio est opera ad custodiendum quid sumta.* Conf. Vulg. interpr. Sap. 6 v. 19.

¶ Custōdia, æ, verwahrung, bewachung. Liv. lib. 6 ineunte: *Literæ una custodia fidelis rerum gestarum.* ¶ 2. Custodia pro *carcere* usitatè, gefängniß. *Publicâ custodia*, Cic. 1. Divin. cap. 25. *Militaris custodia*, Tac. 3 Annal. cap. 22 n. 5. *Asservari in custodia*, Cic. 7 Verrin. cap. 30, gefänglich gehalten werden. *Dare in custodiam*, ibid. cap. 27. *Tradere*, idem 3 Catil. cap. 6. *Includere in custodiam*, Cic. 7 Verrin. cap. 55, gefänglich einziehen. *Educere ex custodia*, Cic. 1 Tusc. cap. 29. *Eripere ex custodia*, Idem ad Brutum epist. 6. *emitti e custodia, & levari vinculis*, Idem 1 Tusc. cap. 49, loßgelassen werden. *Penes quem summa imperii est custodiæ*, Corn. Nep. in Eumen. cap. 11, 3, ein stockmeister. ¶ 3. Pro iis, qui in carcere sunt, seu custodiuntur,

Suetonius dixit *cuſtodias*, Tiberio cap. 62 ſub f. & in Caligula cap. 27. Sic etiam Seneca epiſt. 5, *Eadem catena & cuſtodiam & militem copulat*; ubi cuſtodia is eſt, qui cuſtoditur. ¶ 4. *Cuſtodia libera*, de iis dicitur, qui non in carcere clauſi attinentur vinculis, ſed in urbibus, domibusque certis, ut egredi, quanquam ſub ſervatoribus, poſſent. Quod quidem in illuſtrioribus obtinebat. Salluſtius Catilinâ cap. 47, *Senatus decernit, uti abdicato magiſtratu Lentulus, itemque ceteri in liberis cuſtodiis haberentur.* Veliejus lib. 1 cap. 11, *Poſt victum captumque Perſeum, qui quadriennio poſt in liberâ cuſtodiâ deceſſit*, &c. Cicero *liberalem cuſtodiam* in Bruto cap. 96 vocat. Vide Lipſium ad illud Taciti 6 Annal. cap. 3, *Retrahitur in urbem, cuſtoditurque domibus magiſtratuum*: ubi de aliis quoque cuſtodiarum generibus docet. ¶ 5. Sæpe & de præſidiis tutelisque locorum uſurpatur hoc nomen, die wacht. Sic apud Ciceronem *Excubiæ & cuſtodiæ* junguntur, pro Marcell. cap. 10. Idem 1 in Catil. cap. 3 *præſidiis, cuſtodiis, vigiliisque locum munire* dixit. Nepos Miltiade cap. 3, *In hoc fuit tum numero Miltiades, cui illa cuſtodia* [pontis] *crederetur.* Similiter hoc vocabulo uſus eſt Cæſar lib. 1 de bello Civili cap. 17, & lib. 3 cap. 23.

¶ Cuſtodēla, æ, pro cuſtodia aliquoties dixit Apulejus: v.gr. lib. 9 ſub initium: *cuſtodelâ ſalutaris mihi gaudebam carceris.* Et lib. 10 p. 245, *Curam diligentiorem & acriorem cuſtodelam adhibebant.* Feſtus Pompejus: *Cuſtodelam dicebant antiqui, quam nunc dicimus cuſtodiam.*

¶ Cuſtodiarium, i, pro loco, ubi quid cuſtoditur, Tertullianus ad Martyres cap. 2 dixit, & adv. Judæos c. 3.

CVTHAEI, orum; Perſæ quondam ſic appellati; quod nomen eorum in ſcriptura ſacra quandoque occurrit. vid. Sam. Bochartus in Phaleg p. 254.

CŬTIS, is, pellis, corium, die haut, das fell. Perſius ſatyr. 3 v. 63, *cutis ægra tumebit*, er wird geſchwollen ſeyn. *Cutem vel cuticulam curare*, ſein wohl pflegen. Horat. epiſt. 4 lib. 1 v. 15,

In cute curanda plus æquo operata juventus.

Rurſus Perſius proverbialiter dixit ſatyr. 3 v. 30, *Ego te intus & in cute novi*, ich kenne dich auswendig und inwendig. Seneca epiſt. 9, *Aliquem intra cutem ſuam cogere*, i. e. intra ſe, in ſich ſelbſt hineintreiben. ¶ *Cutis arboris*, die rinde des baums, Plin. 12 cap. 19. *Vvæ cutis*, die hülſen, Idem lib. 15 cap. 28.

¶ Cutĭcula, æ, diminut. das häutlein. Perſ. ſatyr. 4 v. 18,

aſſiduo curata cuticula ſole.

Et Juvenalis ſatyra 11 v. 203,

Noſtra bibat vernum contracta cuticula ſolem.

¶ Intercus, ŭtis, omnis generis inteſtinum, ſeu quod inter carnem & cutem eſt, inwendig, das zwiſchen fell und fleiſch iſt: ut, *Aqua intercus*, Cic. Off. lib. 3 cap. 24. *Vitia intercutia*, gebrechen zwiſchen fell und fleiſch, Gell. lib. 13 c. 8.

¶ Recŭtītus, a, um, cui reſecta cutis eſt, quod epitheton Martialis Judæis tribuit lib. 7 epigr. 29, verſchnitten, beſchnitten. Vet. Gloſſ. *Recutiti*, ἀποσεσιρμένοι, περίτομοι.

¶ Subtercutaneus, a, um, das unter der haut iſt. Epitome Aurel. Victoris in Hadriano: *Hic morbo ſubtercutaneo, quem diu placide pertulerat, victus, dolore ardens*, &c. id eſt, aqua intercute.

CYĂMVS, i, κύαμος, herba, nobiliſſima Colocaſia, Plin. 21 cap. 15, eine bohne.

¶ Cyamēa, æ, κυάμεια, gemma, quæ fracta fabæ ſimilitudinem parit, Plin. 37 cap. 11.

CȲĂNOS, i, κύανος, gemma colore cæruleo ex jaſpidum genere Plinio 37 cap. 9, & Theophraſto, ein ſaphir. *Cyanos mas*, ein blauer ſaphir. *Cyanos fœmina*, ein weiſſer ſaphir. Agricola, κύανον, laſur. ¶ 2. *Cyanus* eſt etiam herba ſeu flos Plinio libr. 21 cap. 5 & 8, blaue korn-blume.

¶ Cȳăneus, a, um, blau; ut, *Cyaneus color*, i. e. cæruleus, Plin. 37 c. 9. Avienus Arateis v. 769 de Sirio loquens:

Alvus cyanea eſt, mento gravis effluit ardor.

¶ Cȳănéæ, arum, Κυανέαι, contra Thraciam Boſphorum inſulæ duæ parvæ, quæ & Symplegades dicuntur. Flaccus Argonaut. 4 v. 561,

Hinc iter ad Ponti caput errantesque per altum
Cyaneas, furor his medio concurrere Ponto.

CYĂTHVS, i, κύαθος, ein becher. *Stare ad cyathos*, auf die gäſte warten, und einſchencken. Auſonius in Monoſyll. cap. de Hiſtoriis:

Stat Jovis ad cyathos, genuit quem Dardanius Tros.

Plaut. Pœnul. act. 1 ſc. 2 v. 62, *Nebulæ cyatho non emam*: pro re leviſſima. ¶ 2. Eſt & menſuræ nomen *cyathus*, duodecima nim. pars ſextarii, gar ein kleines trüncklein. Sextarius enim duodecim cyathos continet. Martial. lib. 1 epigr. 72,

Nævia ſex cyathis &c. vide in *Bibo*.

¶ Cyathiſſo, are, apud Plautum eſt Menæch. act. 2 ſc. 2 v. 29, pro cyathis admetiri, mit trüncklein zumeſſen, einſchencken.

¶ Sesquicyăthus, i, anderthalb maß, Celſus 6 c. 7 & 18.

CYBEA, æ, navis onerariæ appellatio eſt, apud Cic. Orat. 7 in Verr. c. 17, *Navem verò Cybeam maximam, triremis inſtar*, &c. Eam quadratam fuiſſe, & à κύβος dictam, ſuſpicantur.

CȲBĒLE, Cybeles, vel is, κυβέλη, mater magna, mater Deûm, quæ & *Rhea* & *Ops*, & *Terra*, & *Veſta*, & *Berecynthia*, & *Pales*, & *Bellona*, & *Iſis*, & *dea Syria* dicitur. De ſemiviris ejus ſacerdotibus, vide omnino Apulejum lib. 8 Mileſ. circa fin. Martial. lib. 1 epigr. 71,

Et Cybeles picto ſtat corybante tholus.

Sed Propertius lib. 3 eleg. 17 v. 35,

Vertice turrigero juxta Dea magna Cybelle.

Ejus pompam, & ſymbola deſcribit explicatius Lucretius lib. 2 v. 598 & plurimis ſeqq. Conf. Lactant. libr. 1 cap. 17, Auguſtin. de C. D. lib. 6 cap. 7, & lib. 7 c. 16.

¶ Cybeleïus, a, um, adject. Ovid. Met. 10 v. 104, *Cybeleius Attis*.

CȲBIVM, i, Feſto eſt, cujus medium æque patet in omnes partes, quod genus a geometris κύβος, *cubus*, dicitur. ¶ 2. Cybium piſcis genus Plinio lib. 32 cap. 11, Varroni 4 de L. L. & Feſto, qui ita dictum ait, quod *piſcantes id genus piſcium velut aleam ludant.* Forſan a forma

quadrata aut cubica nomen habet. Salmaſius in Solin. p. 792 non piſcem, ſed fruſtum ſalſamenti quadratum eſſe contendit; ſed utrumque eſſe poteſt, & alterum a Plinio, Varrone, & Feſto jam approbatum eſt. Suffragatur his Oppianus, cui lib. 1 Halieut. v. 183 κυβεία dicitur. Adde Harduini Emendat. in Plin. 32 num. 29.

¶ Cybiarius, i, qui cybia vendit. Arnobius lib. 2 p. 70 *Cybiarios, ſalinatores, bolonas* conjungit. Vide Salmaſ. in Solin. p. 174 ed. nov.

CȲCEON, onis, κυκεὼν, genus potionis ex multis liquoribus confectum. Arnob. 5 p. 175, *Ebibi cyceonem*.

CYCHRĂMVS, i, avis, quæ coturnicibus trans mare redeuntibus comitatum præſtat, Plin. 10 c. 23.

CYCLĂDES, um, Κυκλάδες, inſulæ in mari mediterraneo circa Delon, clariſſimam earum, ſitæ, ſic dictæ, quod circulari figura ſitæ appareant; poſt quas *Sporades* ſunt ſparſim & ſine ordine ſitæ, unde & nomen acceperunt. Ovid. 2 Metam. v. 264,

Exſurgunt montes & ſparſas Cyclades augent.

Virgil. lib. 8 Æn. v. 692 Cleopatræ naves inuſitatæ magnitudinis his inſulis comparat. ¶ Dicitur etiam *Cyclas* ſingulariter, de una illarum inſularum. Vitruvius lib. 7 cap. 7, *Ejus vis metalli inſulæ Cycladi Melo dicitur eſſe.*

¶ Cyclas, ădis, veſtis muliebris genus, quam tenuiſſimam & ſic pellucidam, eoque parum honeſtam, Torrent. ad Sueton. Caligul. cap. 52 interpretatur. Male. Omnino enim matronarum & virginum veſtis fuit ſeu tunica, eaque ſatis honeſta per ſe, ein weiber-kleid. Ambroſius Sermone 90 de paſſione S. Agnetis p. 394, *Vident in medio noctis ſilentio exercitum virginum, quæ omnes auro textis cycladibus indutæ cum ingenti lumine præteribant.* Ex eo ſic appellata, quod limbum aureum aut purpureum ad oram extremam haberet adſutum. *Limbum* enim Græci κύκλον appellarunt. Imo & κυκλάδα, ſi Gloſſatori veteri fides: apud quem legimus κυκλὰς ἡ περὶ τὴν χλαῖναν πορφυρᾶ κύκλῳ, *Limbus*. Propert. lib. 4 eleg. 7,

auratâ cyclade verrit humum.

Vide Salmaſ. ad Vopiſci in Saturnino verba: *cyclade uxoria amictus*: & Savaronem ad Sidonium lib. 1 epiſt. 5, cujus eſt *cyclas pronuba*.

¶ Cycladatus, a, um, cycladem indutus. Sueton. Caligula cap. 52, *Sæpe depictas gemmatasque indutus penulas, manuleatus & armillatus in publicum proceſſit, aliquando ſericatus, & cycladatus.*

CYCLAMĪNVS, i, Κυκλάμινος, herba dicta vulgari nomine *Rapum terræ*, ſchwein-brod oder erd-äpffel, Matthiol. Theocritus Eidyll. 5 v. 123,

Ενθὼν τὰν κυκλάμινον ὄρυσσέ νυν ἐς τὸν Ἄλεντα.
Hinc abiens fluvio infodias Cyclaminon Halenti.

Vide Chiliad. Eraſmi.

Cyclas, Cyclicus & Cyclopædia, vide *Cyclades*, *Cyclus*.

CYCLOPS, ōpis, Κύκλωψ, à circulari dicitur oculo, quem ingentem & unum in fronte Cyclopibus Poëtæ affingunt, quemadmodum ex fabulâ de Vlyſſe & Polyphemo apud Homerum liquet. Hinc *Cyclopi excæcato ſimilem, Macedonum exercitum*, Alexandro mortuo, Demades dixit, quemadmodum Plutarchus indicat. *Saltare Cyclopa* Horatio quid ſit lib. 1 ſatyr. 5 v. 63, docet Crinitus lib. 17 de H. D. cap. 3, *Trebellius Pollio (cum Gallienus Imp. decennia variis ludis celebraret,) Cyclopem, inquit, etiam luſerunt omnes arenarii, ita ut miranda quædam & ſtupenda monſtrarent.* ¶ 2. Cyclopas impios, barbaricos & truculentos dicimus, wilde menſchen: Tales enim eſſe Polyphemus affirmat, Odyſſ. lib. 9 v. 275,

Οὐ γὰρ κύκλωπες Διὸς αἰγιόχου ἀλέγουσιν.
At non Cyclopes numen cæleſte verentur.

¶ Cyclopeus, vel Cyclopius, a, um, adject. Virg. Æn. 1 v. 205, *Cyclopea ſaxa*. Claudian. 1 Rapt. v. 97, *an forte jacentes*
Ignavosque putas, quod non Cyclopia tela
Stringimus, &c.

Idem lib. 2 in Eutrop. v. 377, *Cyclopia fames*, unerſätlicher hunger. Et Silius lib. 14 v. 33, *Cyclopia regna*. Noſtrates *Cyclopicam vitam* vocant, quæ eſt vehementer effera, ac barbara, quæ neque legibus neque diſciplina civili conſtat, neque religione numinis gubernatur, qualem Poëtæ deſcribunt ſub perſona Polyphemi.

CYCLVS, i, Κύκλος, orbis, ein circkel. Vnde

¶ Cyclicus, a, um, κυκλικὸς, ut, *Cyclicus ſcriptor*, apud Horatium de arte v. 136. Sed qui Poëtæ Cyclici fuerint, quid Cyclus Epicus olim, vide apud Caſaub. Animadv. ad Athenæum lib. 7 cap. 3, & Danielem Heinſium notis in Horat. lib. 1 od. 7 v. 7.

¶ Cyclopædia, æ, κυκλοπαιδεία, omnium ſcientiarum circulus, pro *Encyclopædia* ſcribitur a quibusdam. Verum improbatur Voſſio de Vit. L. L. 3 c. 7 p. 421.

CYCNVS, i, dux Ligurum. Virg. 10 Æneid. v. 185,

Non ego te, Ligurum ductor fortiſſime, bello
Tranſierim, Cycne, &c. Alii vero *Cinyra* heic legunt.

¶ Fuerunt & alii hoc nomine: ut Hieres filius: item alius Neptuno natus, qui hoc à patre acceperat, ut nullo ferro vulnerari poſſet. De illo Ovid. 7 Metam. fab. 13; De iſto idem lib. 12 ejusdem operis fab. 2 & ſeqq. Vterque in ſui nominis avem mutatus fingitur. ¶ De ave vide paullo poſt *Cygnus*.

CYDIAS, æ, pictor eſt. Plin. lib. 35 cap. 11, *pinxit Argonautas, quam tabulam* CXLIV HS *Hortenſius Orator mercatus eſt, eique ædem in Tuſculano ſuo fecit.*

CYDNVS, i, Ciliciæ fluvius, non ſpatio aquarum, ſed liquore memorabilis: incorruptus quippe & frigidiſſimus. Vide Curtium lib. 3 cap. 5. Ejus aquas ſalubres podagricis, merſis in iis cruribus, Vitruvius prodidit lib. 8 cap. 3.

CȲDON, ōnis, oppidum Cretæ, vel potius *Cydonia*, *æ*, ut vult Salmaſius ad Flor. lib. 3 cap. 7, qui *matrem urbium* vocat, Græcorum more. Sane *Cydonium* Plutarchus Pompejo, Dio Caſſius lib. 36 & Strabo appellat. Quocirca & apud Solinum cap. 16 pro *Cydona*, *Cydoniam* reſcribendum fortaſſean eſt. ¶ 2. *Cydon* alias & viri nomen eſt Virgilio Æneid. 10 v. 325. ¶ 3. Et Statuarii Plin. lib. 34 c. 8. ¶ Cydon Corinthius adeo inſignis fuit hoſpitalitate, ut etiam proverbio locum fe-

cerit: *Semper aliquis in Cydonis domo.* Suid. Zenodot. & Aristoph. Interpres.

¶ Cydonēus, a, um, gentile. Silius lib. 10 v. 261,
Ecce Cydonea violatus arundine.
Et Statius lib. 7 Theb. v. 339,
Cydoneas anteibunt gæsa sagittas.
Nam Cretes jaculandi arte præstabant.

¶ Cydonĭus, a, um, idem. Virgil. eclog. 10 v. 59,
Partho torquere Cydonia cornu
Spicula.

¶ A quo etiam *mala Cydonia* sunt, alias *cotonea*, quitten. Plinius lib. 15 cap. 11 pr. *Mala, quæ vocamus cotonea, & Græci cydonia, ex Creta insula advecta.* Et Serenus Samonicus cap. 25,
Aut quæ poma Cydon Cretæis misit ab oris.

¶ Cydonĭtes, æ, quitten-safft, quitten-brod, Palladius lib. 11 c. 20.

CYGNVS, i, κύκνος, cycnus, olor, ein schwan. Sæviunt Cygni in suam speciem, ipsique se inter se devorant, morituri suaviter canunt, quod ita tamen sine experimento certo aliquo de iis proditur. Martial. lib. 13 epigr. 77, *Dulcia defectâ modulatur carmina lingua*
Cantator Cygnus funeris ipse sui.
Cic. in Tuscul. lib. 1 cap. 30, *Vt Cygni prævidentes, quid in morte boni sit, cum cantu & voluptate moriuntur; sic omnibus & bonis & doctis est faciendum.* Horat. lib. 4 od. 3,
O mutis quoque piscibus
Donatura cygni, si libeat sonum.
Nec alia caussa, quam ob cantus, quem nemo audiit, suavitatem, & quod divini aliquid habere crederentur, Apollini sacri fuere cygni, ut Plato in Phædone, & ex eo Cicero refert 1 Tusc. c. 30. Vid. Thomasii de cantu cygnorum dissertat. & Voet. part. 1 Dispp. Theolog. p. 725. ¶ Cygnos pro poëtis Maro in ecloga 9 v. 29 dixit, & Horat. lib. 4 od. 2 v. 25 Pindarum vocat *Dircæum cygnum.* vid. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 107. ¶ Antiquiores καθ' ἀντίφρασιν etiam Æthiopes *Cygnos* vocabant. Vnde Juvenal. satyr. 8 v. 32,
Nanum cujusdam Atlanta vocamus:
Æthiopem cygnum. Veneti hodie similiter eos *blanco* nuncupant. Idem Voss. ibid. p. 251.

¶ Cygnēus, a, um, κύκνειος, vom schwan. Cic. de Orat. 3 c. 2 pro peculiari, *Cygnea divini hominis vox & oratio.* Sic & *Cygnēa* dicitur *cantio*, quicquid vel in eloquentia, vel doctrina alicujus senis sedatum, suave & elaboratum esse videtur, sehr und rede alter leute kurtz vor ihrem ende. Vid. *Olor* & Erasmi Prov. ¶ *Cygneam* vel *Cygneum*, vocant hodie urbem in Misniorum Variscorumque confinio, Zwickau, quæ nomen accepisse putatur à *Cygno* Herculis filio. Habetur in vetusto quodam admodum epitaphio Schuanhildis Cygni filiæ inter multa ad Cygneos oracula & illud, *Cygneorum meorum candorem solliciti servate.*

CYLINDRVS, i, κύλινδρος, lapis, seu columna teres, rotatu facilis, qua vel areæ, vel agri complanantur, eine waltze, waltzstein. Apulejus de Mundo: *Si quis sphæram, & quadratum, & cylindrum, & alias figuras per proclive simul jaciat, deferentur quidem omnia, sed non eodem genere movebuntur.* Vsus & Virg. in 1 Georg. v. 178,
Area tum primum ingenti est æquanda cylindro.
Ciceroni sæpius est res aliqua volubilis; ut de fato c. 19, *Qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit;* &c. Extat eadem vox & in Pythagoræ carminibus:
οἱ δὲ κυλίνδροις
ἄλλοθ' ἐπ' ἄλλα φέρονται, &c.
Id est, *Homines quasi per cylindros ex aliis in alia mala feruntur.* ¶ 2. Cylindros dixit etiam Plin. lib. 37 cap. 5 & 8 gemmas teretes & oblongas. Et Juvenal. sat. 2 v. 61,
Tu nube atque tace, donant arcana cylindros.

¶ Cylindrăceus, a, um, waltzicht: ut, *Siliquæ cylindraceæ*, h. e. quæ cylindri referunt formam, Plin. lib. 18 cap. 12.

CYLLĂRVS, i, equus Pollucis. Virg. 3 Georg. v. 89,
Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus.
Meminit & Claudianus de 4 Consulatu Honorii v. 557, ubi Barthium, si lubet, vide.

CYLLĒNE, es, mons Arcadiæ, in quo Maja a Jove compressa peperit Mercurium. Virgil. 8 Æneid. v. 138,
Vobis Mercurius pater est, quem candida Maja
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.

¶ Cyllenius, i, Mercurius dictus; cujus nominis plures rationes adducit Festus. Lucan. 1 v. 663, *Motuque celer Cyllenius hæret.* Conf. Ovid. Metam. 11 v. 146. Idem Mercurius & adjective *Cyllenia proles* dictus est. Virgil. 4 Æneid. v. 258,
Materno veniens ab avo Cyllenia proles.

¶ Cyllēnĕus, a, um, adject. Horatio epod. 13 v. 9 *Fides Cyllenea* est Lyra. Hanc enim Mercurius invenit.

¶ Cyllēnis, Idos, fœm. epitheton plantæ Silio lib. 16 v. 500,
credas Cyllenida plantam
Æthereo nexis cursu talaribus ire,
id est, pedes Mercurii.

CYLLO, ōnis, idem esse videtur, quod mutilus & debilis, eum enim κυλλὸν Græci dicunt. Alii cyllonem dicunt esse, qui crassa habet genitalia. Vsus eo Cicero est in Sallust. *Quicquid impudicorum cyllonum fuit,* &c. Leguntalii *Cylonum.*

CȲMA, æ, & Cyma, ătis, neutr. Isidorus *Cima* scripsit Orig. lib. 17 c. 6 & 10. Est cauliculus brassicæ tenerior & delicatior, ein jung sprößlein am kohl, ein käumlein, seu brassicæ summitas, sic enim à Columella lib. 12 propriè usurpatur. Græci κῦμα, partum dicunt. Plinius lib. 19 cap. 8, *Cymas à prima sectione præstat proximo vere transferri.* Columell. lib. 10 v. 129, *Frigoribus caules & veri cymata mittit.*

¶ Cymătilis, vide *Cumatilis.*

¶ Cymosus, a, um, sprößicht. *Stirps cymosa*, eine staude, die da käumet und ausschlägt. Colum. lib. 10 v. 137,
Quæ duri præbent cymosâ stirpe Sabelli.

¶ Cymatium, i, κυμάτιον, undula, sive parvum membrum ornatus caussa additum in architectura. Vsus est Vitruvius sæpe, v. gr. lib. 3 c. 3, *projectura cymatii* &c. Inspice Lexicon Vitruvianum.

CYMBA, æ, κύμβη, navicula, ein kahn. Ovid. 2 Trist. v. 329,
Non ideo pelago debet se credere, si qua
Audeat exiguo ludere cymba lacu.
Alterum pedem in cymbâ Charontis habere: mit einem fuß im grabe stehen. vide supra *Charon.* Propert. lib. 3 eleg. 3 v. 22,
Non est ingenii cymba gravanda tui.

¶ Cymbula, æ, dimin. ein kähnlein. Plin. in epistola 20 lib. 8.

CYMBĂLVM, i, κύμβαλον, eine cymbel. Cicero in Pison. cap. 9, *neque collegæ tui cymbala ac crotala fugi.* ¶ 2. *Cymbalum mundi* dictus fuit à Tiberio Cæsare Apion Grammaticus, Plinio auctore in præfat. Histor. Mundi. vide Chiliadas.

¶ Cymbălista, æ, der die cymbeln schwäncket. Apulej. de Deo Socr. pag. 49.

¶ Cymbalistria, æ, fœm. Petron. *intrans cymbalistria & concrepans æra, omnes excitavit.*

¶ Cymbalisso, are, auf cymbeln spielen, apud Nonium c. 2 n. 169.

¶ Cymbalicus, a, um, adjectiv. ut, *Cymbalicæ voces*, apud Fortunatum Venantium lib. 2 carm. 10.

CYMBIVM, i, κυμβίον, poculum, seu vas cymbæ similitudinem referens, ein gefäß, eine mulde. Virg. 3 Æn. v. 66,
Inferimus tepido spumantia cymbia lacte.
Conf. Dempsteri Paralip. ad Rosin. lib. 5 c. 30 p. 539. ¶ * Cymbium, est genus navis paulo longioris. Macrobius Saturn. 5, 2, *Quod* (sc. cymbium) *& apud Græcos & apud nos ab illis trahentes navigii genus est.* ¶ 2. Est poculi genus Virgilio lib. 5 v. 267. Macrobius c. l. *Hæc cymbia pocula procera & navibus similia.* Grævius. Lege 32 § 1 Dig. de aur. arg. &c. *Cymbia argentea, crustis aureis illigata.* Apulejus lib. 11 p. 261, *aureum cymbium.*

CYME, es, Cuma, Græcorum forma. Silius lib. 13 v. 494.

¶ Cymæus, a, um, Cumanus. Ibidem v. 498.

CYMINDIS, is, κύμινδις, accipitris genus, noctu tantum volans, Plin. 10 cap. 8.

Cyminum, vide *Cuminum.*

Cyminus, vide *Ciminus.*

CYMŎTHŎE, es, uxor Neptuni, cursus fluctuum, ἀπὸ τοῦ θέειν καὶ κῦμα. Servius. Virgil. 1 Æneid. v. 144,
Cymothoe simul & Triton adnixus acuto
Detrudunt naves scopulo.

CYNA, æ, κύνα, arbor Arabica, vestium materiam de se præbens, folio palmæ simili, Plinio est lib. 12 cap. 12. ¶ 2. Item pileus Lacedæmoniorum Straboni lib. 6.

CYNÆGĪRVS, i, Atheniensis, in bello Persico magna pertinacia hostes consectatus est. Nam & navem onustam dextra manu tenuit, eaque amputata, sinistram injecit, quam & ipsam cum amisisset, navem mordicus arripuit: morsuque retinuit furenti similis. Herodot. lib. 6 cap. 114. Justinus lib. 2 cap. 9. Suetonius Cæsare cap. 68.

CYNANCHE, es, κυνάγχη, der rang, morbus est faucium, sic dictus à canibus, quos infestat, ἀπὸ τοῦ κυνὸς & ἄγχω, suffoco, idem quod angina.

CYNĂRA, æ, κυνάρα & κύναρος, Cynarus, i, carduus est sativus, cujus vetustissimi quique Græci tum Poëtæ, tum oratores meminerunt, artischock. Describitur eleganter à Columella in horto v. 235,
Hispida ponatur cynara, quæ dulcis Iaccho
Potanti veniat, nec Phœbo ingrata canenti.
Hæc modo purpureo surgit glomerata corymbo:
Myrteolo modò crine viret: deflexaque collo
Nunc adoperta manet: nunc pinea vertice pungit:
Nunc similis calatho spinisque minantibus horret:
Pallida nonnunquam tortos imitatur acanthos.
¶ Didymus, Sophoclis interpres, κυνάραν κυνὸς βάτον exponit, *Cynosbatum*, butten oder hanbutten auf den hagedornen. Vide & supra *Cinara.*

CYNĔAS, æ, κυνέας, Thessalus, Pyrrhi regis legatus, qui facundia sua plures Pyrrho civitates subegit, quam armis ipse expugnavit: Demosthenis enim auditor fuerat. Plutarch. in Pyrrho. Celebratur & singulari memoria Ciceroni 1 Tuscul. cap. 24. Plutarcho non κυνέας, sed κινέας scribitur.

CYNĒGĔTICA, orum, κυνηγητικὰ, volumina de venatione, bücher von der jägerey. Cujusmodi apud Græcos scripsit Xenophon prosâ oratione; versu Oppianus. Apud Latinos Gratius, & Olympius Nemesianus carmine hexametro.

CYNICVS, a, um, hündisch; ut, *Cynica gens*, Plaut. Pers. 1, 3 v. 43. *Cynica cœna* pro vili Petronius. ¶ *Cynici* Philosophi erant, quorum principes habebantur Antisthenes & Diogenes, sic dicti vel a mordaci insectatione & castigatione vitiorum, vel a rabiosa obscœnitate & licentia sermonis, vel a Gymnasio, cui Cynosarges nomen. Cic. in Off. lib. 1 c. 42, *Cynicorum ratio tota rejicienda est.* Diogenem, *Cynicum nudum*, adpellat Juven. satyr. 14 v. 309. Idem sat. 12 v. 121,
Et qui nec Cynicos, nec stoica dogmata legit
A Cynicis tunica distantia.
Vbi Scholiast. inedit. *Cynici & Stoici iidem erant, excepto, quod Cynici nudi philosophabantur, unde & Gymnosophistæ vocati: Stoici vero vestiti; unde ait, a Cynicis tunica distantia. Cynici autem a parcitate vitæ dicti sunt.*

¶ Cynĭce, es, secta Cynicorum, Auson. epigr. 27.

¶ Cynicè, adverb. ut, *cynicè accipi*, Plaut. Stich. 5, 4 v. 22.

CYNIPS, iphis, κνίψ, musca minutissima, eine hundsmücke. Cyniphes Augustinus lib. 3 de Trinit. cap. 7 inter plagas Ægyptiacas numerat, & *musculas brevissimas* interpretatur. LXX interpretes Exodi 8 v. 17 σκνῖφες vel σκνῖπες legunt: Vulgatus, *Sciniphes*: Orosius lib. 1 c. 10 *ciniphes*, forte *cynipes*, quia mox *muscas caninas* memorat, licet distinguere ab illis videatur.

CYNŎCĔ-

CYNŎCĔPHĂLVS, i, κυνοκέφαλος, Cynocephali hominum produntur esse monstra, facie canina & latratu, apud Indos, Plin. lib. 6 cap. 30. ¶ Anubis quoque Ægyptiorum Deus, quod caput caninum haberet, sic adpellatus. Minuc. Fel. cap. 21.

¶ Cynocephalion, i, herba est Plinio lib. 30 cap. 2, & Apul. de herbis cap. 87. ¶ Dicitur & Cynocephalea & Antirrhinum, ἀντίῤῥινον, & a Galeno βουκράνιον, bucranium, propterea, quod semen ejus vitulinum caput referat. Germani orant vocant, & steckkraut, streichkraut. Matthiolus.

¶ Cynocephalæ, arum, locus tumulosus in Thessalia, de quo Polybius lib. 7. Livius 33 cap. 7. Florus lib. 2 c. 7, ubi Salmasius videri potest.

CYNOCRAMBE, es, κυνοκράμβη, herba, brassica canina, wild bingelkraut, Matthiolus.

CYNŎDONTES, ium, κυνόδοντες, spitzzähne. vid. Plin. 11 c. 37.

CYNOGLOSSA, æ, vel cynoglosson, i, κυνόγλωσσος, herba linguâ caninâ, hundszung, à foliis linguæ caninæ similitudinem habentibus.

¶ Cynoglossus, i, piscis, *solea*. Plin. lib. 25 cap. 8.

CYNOMORION, i, ita orobanchen à quibusdam dictam Plin. scribit lib. 22 c. 25, ervum necantem: vide *orobanche*; ervi angina, sommerwurtz, sic enim Cordus.

CYNŎMYIA, æ, κυνομυῖα, musca canina, eine hundsfliege. ¶ 2. Et *Cynomyam* Plin. indicat, vocari à quibusdam *Psyllion* herbam seu *pulicariam*, quod semen ejus pulicem referat, lib. 25 cap. 9, psilien-kraut.

CȲNOPS, ŏpis, κύνωψ, herbæ genus spicatum, Plin. 21 c. 17.

CȲNŎPVS, i, κυνόπους, piscis marinus, Plin. 32 c. ult.

CYNORRHŎDON, i, rosa canina, seu silvestris. Plin. lib. 25 cap. 2, wilde rosen. Hanc aliqui à *cynosbato* distinguunt, non flore roseo, quem fert utrumque, sed spongiolis, quas cynorrhodon habet, cynosbatos non habet; Gesnerus κυνόῤῥοδον.

CYNOSARGES, is, Gymnasium sive Templum Athenis extra mœnia, Herculi sacrum. Quo coire nothi solebant: quod neque Hercules justus Deus, sed nothus ex genetrice mortali esset. Plutarchus Themistocle princ. Ibi docuit Aristippus sectæ Cyrenaicæ princeps, ut Laërtius auctor est. Conf. Athen. lib. 6, & Voss. lib. 1 Instit. Orat. p. 65.

CYNOSBĂTVS, i, rubus, hagdorn, hagbutten, κυνόσβατος. Plin. lib. 24 cap. 14.

CYNOSORCHIS, is, planta, quæ testiculus Dioscoridi dicitur, Germanis; knabenkraut, Græcis, ὄρχις & κυνὸς ὄρχις, testiculus, & testiculus canis. vid. Plin. 27 c. 8.

CYNOSSĒMA, ătis, sepulcrum Hecubæ, quæ propter acerbitatem animi fingitur in canem esse conversa. vid. Plin. 4 cap. 11, & Taubm. in Plaut. Men. p. 732.

CȲNŎSVRA, æ, κυνόσουρα, ursa minor vocatur, der kleine heerwagen, index poli: major *Helice* dicitur; utraque ἄρκτος, Vrsa, der bär. Cic. ex Arato lib. 2 Nat. Deor. cap. 41,

Ex his altera apud Grajos Cynosura vocatur.

¶ Cynosūris, ĭdis, alia forma, κυνοσουρίς Græce. Ovid. lib. 5 Trist. eleg. 3 v. 7, *stellis Cynosuridos Vrsæ.*

CYNOZŎLON, i; hoc nomine Plin. ait à quibusdam vocari *chamæleonem*, seu rectius *chamæleontem nigrum*, herbam, eberwurtz. Vide *Chamæleon*, & Plin. 22 c. 18.

CYNTHVS, i, mons Deli. Virgil. 4 Æneid. v. 147,

Ipse jugis Cynthi graditur.

¶ Cynthius, a, um; ut, *Apollo Cynthius: Diana Cynthia* apud Poëtas; quod ibi nati. vid. Horat. 1 od. 21 v. 2; & 3 od. 28 v. 12.

¶ Cynthia, æ, puella amore & carmine Propertii nobilis. vide Corinna.

CȲPĂRISSVS, i, κυπάρισσος, cypreß, vide *Cupressus*. Virg. Æneid. 3 v. 680, *Coniferæ Cyparissi*. Conf. Georg. 2 v. 84. Sed

¶ Cyparissia, æ, aut Cyparissias, tithymali species, esula minor est, wolffsmilch. Dioscor. Matthiol. Dicta est *cyparissias*, παρὰ τοῦ κύειν παρίσους τοὺς ἀκρέμονας, id est, quod pariles fructus & ramos pariat.

CYPĒRVS, i, & Cyperon, i, planta, κύπειρος, juncus odoratus, wilder galgan, *Cyperus Babylonius*, galgandt. In genere neutro Petronius posuit; *Emicuere rosæ violæque & molle cyperon*, &c.
Itemque Varro lib. 3 R. R. cap. 16, & Columella lib. 12 cap. 20.

¶ Pseudocypērus, i, ocyssima frutex, Plin. 17 c. 13, & 34 c. 13.

CYPRIĀNVS, i; Cæcilius Cyprianus ante sui conversionem Rhetoricam docuit, factus deinde Episcopus Carthaginiensis, cujus vitam descripsit Pontius Diaconus. Conf. Lactant. div. instit. 5 c. 1.

CYPRĪNVS, i, piscis, carpio, ein karp. Plin. lib. 32 cap. 11. Cyprinus latus, ein brachsme, oder brassen, Gesner.

CYPROS, i, κύπρος, allium est ulpicum, kerngert. Hinc

¶ Cyprinum, i, oleum & unguentum, de quo prolixe Plinius 13 cap. 1, & 23 c. 4. Conf. Isidor. 4 Orig. c. 12. Refertur inter ea, quæ calefaciunt, apud Celsum 2 c. ult.

CYPRVS, i, insula, Macaria dicta alio nomine ob fertilitatem. Novem aliquando regnorum fuit sedes, uti Plin. scripsit lib. 5 cap. 31. De ejus divitiis ac opibus Strabo lib. 14 sub f. itemque Ammianus Marcellinus lib. 14. Eam ob rem Veneri sacram fuisse Florus tradit lib. 3 cap. 9.

¶ Cyprius, a, um; ut, *Venus Cypria*, apud poëtas, quia primum in Cypro templum ei constitutum, Fest. *Æs Cyprium*, Plin. lib. 33 c. 5, seu *Cyprium* absolute lib 36 c. 26, vulgo, cuprum, kupffer, in Cypro insula prius repertum. vid. Isidor. 16 c. 19. *Cypria hirundo*, Plin. 24 c. 11. *Bos Cyprius*, homo dicitur sordidus & impurus, ein unflat, propterea, quod boves in Cypro humanis excrementis vescerentur.

¶ Cypriacus, a, um, küpffern: ut, *Cypriaca pecunia*, kupffer-geld, Val. Max. 4, 1, 12.

CYPSĔLVS, i, quod nomen hirundinibus, quæ *Apodes* dicuntur, à quibusdam tribui Plinius scribit 10 cap. 39, κύψελοι dicti, quod in cistellis ex luto compactis ac conformatis nidificent, νεοττεύουσιν ἐν κυψελίσιν ἐκ πηλοῦ, eine mauer-schwalbe. Vide *Apodes*. *Cypselus non parit aquilam*, Proverb. apud Heldelinum, Erasm. non meminit. ¶ 2. *Cypselus* tyrannus Corinthius, Plin. 35, 3, & Cicer. de Fat. cap. 7, & Tusc. 5 cap. 37.

A CYRĒNĒ, es, κυρήνη, & Cyrenæ, arum, urbs præcipua regionis seu provinciæ Cyrenaicæ, quæ & Pentapolitana est Africæ. Lucanus lib. 9 v. 297, *Proximus in muros & mœnia Cyrenarum.*

Catull. carm. 7, *Quam magnus numerus Libyssæ arenæ*
Laserpiciferis jacet Cyrenis.

¶ Cyrenensis, e, gentile. Plautus Rud. act. 3 sc. 2 pr. *Proh! Cyrenenses populares.* Et Tacitus Ann. 3 c. 70, *Cyrenenses.*

¶ Cyrenæus, a, um, idem. Cic. 4 Acad. cap. 24, *Cyrenæi videntur mihi minime contempti Philosophi.*

¶ Cyrenaicus, a, um: ut, *Cyrenaica provincia*, Plin. lib. 2 cap. 45.

¶ Cyrenaici dicti Philosophi quidam sunt, qui summum bonum in voluptate statuebant, quod & Epicuræi asserere fuerunt conati. Ejus sectæ auctor & parens Aristippus fuit. Cicero lib. 3 de Oratore c. 17, quo omnes Philosophantium sectas ortas à Socrate memorat. *Tum ab Aristippo, quem illæ magis voluptariæ disputationes* [Socratis] *delectarant, Cyrenaica Philosophia manavit: quam ille & ejus posteri simpliciter defenderant: ii, qui nunc voluptate omnia metiuntur*, &c. Quamvis autem & Epicurus, qui Aristippo posterior fuit, & ipse summum bonum voluptatem pronunciaverit, non ei tamen cum altero plane convenit. De quo Cicero lib. 4 Academ. Quæst. cap. 42. Vide & Laërtium Aristippi vitâ.

¶ Cyrenaica, absolute pro regione seu provincia Cyrenaica, apud Plinium lib. 10 c. 29, & Geographos alios: Regio scilicet Africæ inter Syrtes & Ægyptum, ab urbibus primariis etiam *Pentapolis* dicta.

B CYRILLVS, i, Alexandrinus fuit Episcopus, cujus extant scripta. Sed de hoc videndi scriptores sunt Ecclesiastici. ¶ Fuerunt & alii *Cyrilli* diversarum religionum & professionum, de quibus historias consule Ecclesiæ.

CYRNEA, æ, f. 1. ἡ κυρνία, vas vinarium, ein legel. Nonius c. 15 n. 29.

CYRNOS, i, Κύρνος, insula eadem quæ Corsica, de qua vide supra. Plinio tamen 4 cap. 12 diversa est a Corsica. Hæc insula navigantibus olim erat inaccessa propter loci asperitatem & propter prædonum ac piratarum circa illam frequentiam. Atque hinc vulgo proverbium increbuit: κυρνία γῆ, *Cyrnia tellus*, pro regione impervia & latrociniis infesta. Erasm. in Adag.

¶ Cyrnii, incolæ, Corsi, secundum Strab. lib. 5.

¶ Cyrnæus, a, um, adject. Virg. ecloga 9 v. 30,

Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos.

Cyrrha, vide Cirrha.

CYRSĪLVS, i, Κύρσιλος, Atheniensis, propterea, quod inhonesta suasisset, lapidibus obrutus est, Cic. 3 Off. cap. 11.

CȲRVS, i, Cambysis & Mandanes filius fuit; infans ab avo Astyage Medorum rege, somnii cujusdam occasione occidendus traditus, sed pastori commissus, ab uxore ejus educatus est. Fatis tandem ita ferentibus ad regnum adspiravit, ac Monarchiam a Medis ad Persas primus ipse transtulit. Cum *Scythis* tandem post Asiam subactam bellum intulisset, infeliciter pugnans cæsus cum exercitu est. Caput

C ejus amputatum in utrem humano expletum sanguine conjici a *Scytharum* regina, quæ tum erat *Tomyris*, jussum est, cum exprobratione istâ, *Satia te sanguine, quem sitiisti, cujusque insatiabilis semper extitisti.* Herodot. lib. 1 c. 214. Justin. 1 c. 8. Xenophon contra placide *Cyrum* mortuum esse scripsit. ¶ 2. *Cyri* duo fluvii, unus Mediæ, alter Persiæ, qui & Agradatus dictus fuit. ¶ 3. Est & nescio cui hoc nomen apud Horat. lib. 1 od. 33 v. 6.

¶ Cyropædia, æ, Xenophontis liber, de vitâ & disciplinâ Cyri. De quo ita Cicero lib. 1 epist. 1 ad Quintum fratrem: *Cyrus ille a Xenophonte non ad historiæ fidem scriptus, sed ad effigiem justi imperii: cujus summa gravitas ab illo Philosopho cum singulari comitate conjungitur, quos quidem libros non sine caussa noster ille Africanus de manibus ponere non solebat: nullum est enim prætermissum officium diligentis & moderati imperii.* Diligenter lectum hunc librum a Romanis proceribus exemplum Scipionis arguit, item quod apud nostrum sequenti ad Fratrem epistola legitur. Nec non quod in de Claris Oratoribus de eo ibi commemorat, ubi de Scauro exponit, cap. 29 extr.

CȲTA, æ, & Cyte, es, κύτα, oppidum regionis Colchicæ, Medeæ patria, herbis veneficis famosa. Hinc

¶ Cytēus, a, um, adject. Valer. Flacc. 5 v. 693,

Tum juvenem terris Parcæ tenuere Cyteis.

¶ Cytāēus, a, um, aliud adject. *Cytaea Carmina* pro magicis Propertius lib. 1 eleg. 1, *Tunc ego crediderim vobis & sidera & amnes*
Posse Cytaeis ducere carminibus.

D Ita enim legendum docuit Scaliger, quem ibi vide.

¶ Cytæis, ĭdis, patronym. Propert. lib. 2 eleg. 4,

Non hic herba valet, non hic nocturna Cytæis,

id est, mulier magica, qualis Medea Colchica fuit.

CȲTHĒRA, æ, Κύθηρα, & Cythēra, orum, neut. genere: illa insula est in Sinu Laconico, hodie Cerigo dicta; hæc urbs Cypri, ad quam primum devecta Venus conchâ est, cum mari nata esset, ut Festus auctor est. Vnde & ipsa Venus Cythēre, seu Cythera: item

¶ Cythērēis, ĭdis, & Cythērea, æ, adpellata. vid. Vinet. Not. Auson. in epigr. 38 p. 219. Notandum autem, secundam modo produci, modo corripi. Virg. 1 Æn. v. 257, *Parce metu Cythĕrea*, &c. Ovidius 4 Fastor. v. 15, *Mota Cythĕreâ leviter mea tempora myrto*
Contigit, &c.

Sed hîc adjectivum est etiam MSS. *Cytheriaca*. Idem lib. 4 Metamorph. v. 288, *Mercurio puerum diva Cythĕrĕide natum.*

Producitur cum retinetur elementum Græcum H; Corripitur cum in E convertitur.

¶ Cytherēīus, a, um; ut, *Heros Cythereius*, h. e. Æneas Veneris filius, Ovid. lib. 3 Fastorum v. 611.

¶ Cytheriacus, a, um, Idem Heroid. 7 v. 60,

Nuda Cytheriacis edita fertur aquis.

Cythēron, mons. Vide *Citheron*.

CȲTHŌRVS, i, Κύθωρος, mons est Paphlagoniæ buxo abundans. Catullus carm. 4 *Buxiferum* vocat. Virg. Georg. 2 v. 437,

Et juvat undantem buxo spectare Cytorum.

¶ Cythō-

¶ Cythŏrĭăeus, a, um, idem ac buxeus. Ovid. Met. 6 v. 132,

Vtque Cythoriaco radium de monte tenebat.

¶ Cythorius, a, um, adject. ut, *Jugum Cythorium*, Catull. carm. 4.

CYTINVS, i, κύτινος, flos mali punicæ, erumpete incipiens, sed sativæ, die blůt der granatåpffel, nam silvestris punicæ flos *balaustium* est, wilde granatåpffel-blůt, Plin. lib. 23 cap. 6 dictus à tumore, qui κύτος dicitur Græcis.

CYTĬSVS, i, Κύτισος, klee, frutex est sine omni nunc controversia, & sativus quidem in Italia, pabulo pecudum, maxime vero ovium & caprarum conveniens, apibusque gratissimus. vid. Plin. 13 cap. 24. Vidi ego in Germania alicubi monstratum mihi *cytisum*, salici graciliori non absimilem, & in longitudinem mediocrem excrescentem. Virgil. eclog. 1 v. 79,

Florentem cytisum & salices carpetis amaras.

Cytisus autem à Cyntho insula una ex Cycladibus, ubi inventa primùm, in omnes deinde Cyclades, mox in omnes urbes Græcas propagata est.

CYTONIVM, i, malum Cotoneum vel Cydonium, eine quitte. Macrobius lib. 7 Saturn. cap. 6, *Ex fructibus arborum illi sunt frigidiores, quorum succus imitatur vini saporem: ut mala seu simplicia, seu granata vel cytonia, quæ cotonia vocat Cato.* Adde supra *Cotoneum*, & *Cydonium* in *Cydon*.

CYZĬCVS, i, Κύζικος, urbs Mysiæ ad Propontidem, sic appellata à rege *Cyzio*; arce olim, mœnibus, portu, turribusque marmoreis Asiaticæ plagæ littora illustravit, ut scribit Florus lib. 3 cap. 5. Ovid. lib. 1 Tristium eleg. 9 v. 30, *Cyzicon Æmoniæ nobile gentis opus.* Scripsit ejus laudem Aristides.

¶ Cyzizēni, orum, incolæ, cives Cyzici. Cic. pro Leg. Man. cap. 8, *urbs Cyzicenorum.* ¶ Cyzicenus Stater viginti octo drachmas valebat. Vide Hadrian.

D.

D LITTERA, pro integris interdum dictionibus ponitur, in propriis appellationibus maxime, quamquam & apud Romanos veteres pro appellativis; non nominibus tantùm, sed & verbis & aliis partibus. Hodie hæc adhuc tamen observantur, *D. Augustus*, *D. Junius Brutus*, pro Divus, Decius, &c. ¶ 2. In numeris, D majuscula depictum figura, *numerum* repræsentat *quinquies centenarium*, *Mille* scilicet *dimidiatum*. Verum id puerili errore accidisse ob affinitatem hujus notæ ıɔ & D. existimat Baudius, atque hinc inter litteras numerorum indices hanc minime refert Cent. 1 epist. 97. ¶ 3. Porro, quas cum aliis litteris D cognationes habeat, & in quas in verborum compositionibus transeat, pueris in *Orthographia* præcipiendum est. Mutatur enim nonnunquam in C: ut, *Accedo*, *accuso*, *acquiro*; vel F: ut, *afficio*, *affectus*, quamvis & *adficio*, *adfectus*, usitate scribitur; vel in G: ut, *Aggero*; vel in L: ut, *Alludo*, *allido*; vel in N: ut, *Annuo*; vel in R: ut, *Arrideo*, *arripio*, &c. Tamen & *Adludo*, *Adnuo*, antiquis receptum. Scribitur & *quicquid*, *quicquam*, pro *quidquid*, *quidquam*.

DAAE, arum, Δάαι, & *Dahæ*, Scythiæ sunt populi ex Nomadum genere, Servio teste in Virgilii illud 8 Æn. v. 728

Indomitique Daæ, & pontem indignatus Araxes.

Et Pomponius inter Scythicas gentes *Dahas* numerat, ubi tamen dubium est, an non vel *Sachæ*, vel *Sacæ*, vel *Sagæ* legendum videatur. Vide Vadiani in Melam commentarium.

DABŬLA, æ, palmæ genus apud Scœnitas Arabas, Plin. 13 c. 4.

DĀCIA, æ, omnis illa regio appellata est, quæ hodie Transilvania, Valachia & Moldovia censetur. Hanc Trajanus, devicto rege Decebalo, provinciam Rom. fecit. Eutrop. lib. 8 c. 2. ¶ 2. Dacia medio ævo fuit Cisdanubiana, inter utramque Mœsiam ab Aureliano instituta, quæ in Mediterraneam, Macedoniæ vicinam; & Ripensem, Danubio propinquam, divisa fuit, Vide Eutropium lib. 9 c. 9 n. 11, Sex. Rufum cap. 8, & Sirmondum ad Panegyricum Sidonii Anthemio dictum v. 272.

¶ Dācus, i, gentis ejus nomen: Antiquitus *Davorum* nomine appellatæ, ut Strabo auctor est lib. 7, vide infra. Græcorum nonnulli eosdem *Getas* dixerunt, ut in Domitiano Xiphilinus ex Dione observat. Dicuntur & *Dacæ*. *Daci* cum dicuntur, prior syllaba vocis producitur: Corripitur cum *Dacæ*, ut observatum L. Hortensio ad Lucan. p. 102. Illis olim mons, cui Cogæono nomen, sacer fuit, sacerdos autem in eo Deus habitus, ut est apud Strabonem lib. 7.

¶ Dacĭcus, a, um, gentile. Juven. satyr. 6 v. 204 *Dacicus nummus.* Claudianus 6 Cons. Hon. v. 335 *Dacica arma*; & Sidon. paneg. Anthem. v. 272 *Dacica rura.*

DACNĂDES, vel Dagnades, um, δακνάδες, avium genus, quas Ægyptii inter potandum cum coronis devincire soliti sunt, ut vellicando, morsicandoque & canturiendo assiduè, non paterentur dormire potantes. Festus. Vide supra in *Canturio* sub *Cano*. Et Gv. Panciroll. T. 2 tit. 2 de Porcellanis p. 253.

DACTŸLVS, i, δάκτυλος, digitus. ¶ 2. *Dactylus*, pes, quem *Heroum* Cicero vocat lib. 3 de Orat. c. 47. Ejus leges hoc versiculo comprehensæ: *Dactylus ex prima longa brevibusque duabus.*

¶ 3. Est & Concharum quoddam genus & Gemmæ *Dactylus*, Plin. 9 c. 61; & 37 c. 10. *Dactyli Conchæ* etiam *Solenes*, Græcis σωλῆνες, & *ungues* Latinis dicuntur, finger-muscheln oder schalen. Gesn. ¶ 4. Et *Dactyli* fructus palmæ sunt arboris, qui & palmulæ dicuntur, datteln, Plin. 24 c. 19. ¶ 5. De *Dactylis Idæis*, sive Corybantibus, matris Deûm ministris, & cur sic dictis, videndus Strabo, Diodorus Siculus & Pollux.

¶ Dactylion, i, δακτύλιον, ein fingerhut.

¶ Dactўlis, ĭdis, fingers dicke: ut, *uvæ dactylides digitali gracilitate*, Plin. 14 c. 3. ¶ Dactylidis statuarii opera refert idem 36 c. 5.

¶ Dactylicus, a, um; ut, *Numerus dactylicus*, apud Ciceronem in Oratore c. 57. *Serta texta pede dactylico*, Prudent. Perist. 3 v. 209. Sic, *versus Dactylicus*, meris dactylis constans, cujusmodi est Virg. Æn. 8 v. 596 *Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.*

¶ Dactyliotheca, æ, δακτυλιοθήκη, ein ringfutter, oder kåstlein zu fingen. Martial. lib. 11 epigr. 60

Senos Charinus omnibus digitis gerit,
Nec nocte ponit annulos;
Nec cum lavatur. Caussa quæ sit, quæritis?
Dactyliothecam non habet.

¶ 2. Pro numero & copia gemmarum. Plin. lib. 37 cap. 1 *Gemmas plures, quod peregrino appellant nomine dactyliothecam, primus omnium habuit Romæ privignus Syllæ Scaurus.* Lege 52 § 8 Dig. de Legat. III *Idem Pomponius in Dactyliotheca legata tractat, & ait, annulos quoque contineri, non solum thecam, quæ annulorum caussa parata sit.*

¶ Dactylŏthēca, æ, idem quod Dactyliotheca. Item Chirotheca, ein handschuch.

¶ Pentadactўlus, i; vel Pentadactylis, e, der fünff finger hat; ut, *cochleæ pentadactyles*, Plin. 32 c. 11.

¶ Pentadactylon, i, quod & Pentaphyllon, &c. fünffinger-kraut: Apul. de herb. cap. 2.

DAEDĂLVS, a, um, usurpatur interdum adjectivè, pro scite & affabre constructo. Virg. 4 Georg. v. 179 de favis, *Dædala tecta*, kunstreich. *Dædala rerum natura*, Lucret. lib. 5 v. 235. *Dædala tellus*, Idem lib. 1 v. 228. δαίδαλον enim Græcis ingeniosum & artificiosum est. ¶ 2. *Dædalus* proprium summi artificis nomen, qui in Sicilia multa opera fecisse dicitur; cujus fabula & Icari ex Ovidio nota est: ut 3 Trist. eleg. 4 *Quid fuit, ut tutas agitaret Dædalus alas,*
Icarus immensas nomine signet aquas;
Nempe quod hic alte, submissius ille volabat,
Nam pennas ambo non habuêre suas.

Elapsus ex manibus Minois Dædalus navigio est, cujus vela alas fabula vocat. Icarus naufragio periit, ut scribit Tzezes. *Dædali alæ* proverbium de iis, qui ex inopiâ sibi alieni aliquid adsciscunt. *Dædali opera* de egregiis artificiis. Suid. Vid. Chiliad. & Plin. lib. 7 c. 56, & 36 c. 13. Calum puerum, discipulum, & sororis filium, ob artis peritiam & nova quædam reperta ex invidia de turri præcipitem dedit. Voss. lib. 2 Instit. Orat. p. m. 278.

¶ Dædălēus, a, um, adjectivum, apud Horat. lib. 4 od. 2 v. 2 *Ceratis ope Dædalea nititur pennis.*

¶ Logodædalus, vide infra *Logus*.

DAEMON, ŏnis, δαίμων, ein geist. Dæmones, δαίμονες, à scientia, quasi δαήμονες. Plato in Cratylo pag. 398. Lactant. lib. 2 c. 14. Chalcidius in Timæum Platonis, & Lud. Viv. in August. de C. D. 9 c. 20. Dæmones genii sunt, μυσταγωγοὶ τοῦ βίου, ut Menander inquit, *domini vitæ*: *Lares* Ciceroni, aliis etiam *Manes* & *Lemures*. Genii boni, & mali qui diaboli sunt & ἀλάστορες, gute und böse engel, geister. De varia significatione hujus vocis vide Dausquejum in Basilium Seleucient. p. 62 & seqq. Generaliter Dæmon vocatur quivis Deus vel dea; sed interdum Diis contradistinguitur; de quorum distinctione Plotinus Ennead. 8 c. 3. De Dæmonibus plurima apud Voet. part. 1 dispp. Theolog. p. 906 seqq. De consuetudine colendorum Dæmonum Barth. ad Briton. Aremor. p. 661. ¶ Astrologis Dæmon undecimus locus ab horoscopo, Græcis ἀγαθοδαίμων dictus. Jul. Firmicus lib. 2 cap. 19.

¶ Dæmŏnium, i, δαιμόνιον, idem. Cic. 1 de Divin. cap. 54 *esse divinum quiddam, quod dæmonium* [Socrates] *appellat.*

¶ Dæmŏnĭăcus, a, um, teufelisch. Lactantius lib. 4 cap. 15 de Christi miraculis: *Judæi dæmoniaca fieri potentia arguebant.* Idem lib. eodem cap. 30 *dæmoniacis fraudibus irretiti*, vom teuffel verblendet. Tertullianus de Anima cap. 46 *De oraculis, apud quæ nemo dormitat, quid pronunciabimus aliud, quam dæmoniacam esse rationem.*

¶ Dæmŏnĭcus, a, um, idem. Prudentius hymno tribus martyribus sacro v. 36 *Aras dæmonicas coli jubebat.*

Sedulius in Luc. 8 *Dæmonico cuneata globo.*

¶ Dæmonicŏla, æ, ein teuffels-diener. Augustinus de Civ. Dei lib. 18 cap. 41 *Dæmonicola civitas.* Idem Confess. lib. 8 c. 2 *Offendere superbos dæmonicolas.* Licet hanc vocem benignius olim interpretati fuerint, a multis tamen jam seculis nonnisi in malam partem audiri consuevit.

¶ Agathodæmon, ŏnis, bonus genius. Lamprid. Heliog. c. 28 *Dracunculos Ægyptii agathodæmonas vocant.* Vbi Casaubonus notat, Phœnices divini aliquid attribuisse draconum & serpentum naturæ.

Dagnades, vide paullo ante *Dacnades*.

DALIVVS, i, de quo Festus: *Dalivum supinum ait esse Aurelius, Ælius stultum. Oscorum quoque lingua significat insanum. Santra vero dici putat ipsum, quem Græci δείλαιον, i. e. propter cujus fatuitatem quis misereri debeat.* Affine videtur esse Latinorum *Davus*, & Germanorum doll. vid. Voss. Etym. p. 174.

DALMĂTIA, æ, Δαλματία, regio est Illyrica ad mare Adriaticum, Liburniæ occasum versus contermina, quam *Delmatiam* potius dicendam, Velius Longus auctor est de Orthograph. pag. 102, quod veteres etiam inscriptiones & nummi confirmant.

¶ Dalmăta, æ, qui ex Dalmatia est, ein Dalmatier. Cicer. ad Vatin. lib. 5 fam. ep. 11 *Dalmatis Dii malefaciant, qui tibi molesti sunt.* Stat. 6 Silv. 7 v. 14 *Dalmatæ montes, ubi Dite viso*, &c. Sapphicum est. *Dalmatæ* autem hic adjective, pro *Dalmatici* dicuntur: Sic *Sodomita cinis*, apud Prudentium passione Vincentii v. 195.

¶ Dalmatĭcus, a, um: ut, *Dalmaticum frigus*, Ciceroni Vatinius lib. 5 epist. 10. *bellum*, Suet. Aug. 20. *metallum*, pro auro, Statius lib. 1 Silv. 2 v. 153. Vid. Flor. 4 c. 12 n. 12. Nummus Hadriani MET. DELM. id est, *metallum Delmaticum*.

¶ Dalmatica, æ, vestis olim mollium & delicatorum, postea gravissimorum

morum sanctissimorumque Episcoporum. Isidorus 19 cap. 22 *Dalmatica primum in Dalmatia provincia Græciæ texta est, tunica sacerdotalis candida cum clavis ex purpura.*

¶ Dalmaticatus, a, um, Dalmatica indutus. Lamprid. de Commodo cap. 8 *Dalmaticatus in publico processit.* vide ibi Casaub.& conf. Lamprid. de Heliog. c. 26.

¶ Dalmatensis, e; Vopiscus Claudio c. 17 *Singiliones Dalmatenses.*

DĀMA, æ, dub. gen. Damæ, gemsen, differunt a capreis solis cornibus, quæ antrorsum habent incurvata, sie haben die hörner vor sich gebogen. ¶ 2. Sed Gesnerus gemsen *Rupicapras* esse ostendit, ac *Damas* appellat, dam, dämlein, damhirtz. Martialis lib. 13 epigr. 94

Dente timetur aper, defendunt cornua cervum,
Imbelles damæ quid nisi præda sumus?

Invenitur in utroque genere. Horat. lib. 1 od 2

Et superjecto pavidæ natarunt
Æquore damæ.

Martial. lib. 3 epigr. 58 v. 28

Aut impeditam cassibus refert damam.

Contra Virg. 3 Georg. extr. *timidi damæ cervique fugaces.*

Vbi tamen Servius notat, mutasse genus Poëtam, ut ὁμοιοτέλευτον vitaret.

¶ Dămŭla, æ, diminutivum. Apulejus lib. 8 post principium: *Nec ulla caprea, nec pavens damula, nec præ cæteris feris mitior cerva*, &c. Ita Pric. & Elmenh.

DĂMĂLIO, ōnis, ein junger ochs. Lampridius in Alexand. cap. 22 *Jussit, ne quis suminatam occideret, ne quis lactantem, ne quis vaccam, ne quis damalionem.* Ad quem locum Salmasius: DAMALIO *vox Græca, quam Latini suam suo more fecerunt: τὸ δαμάλιον, Damalio, onis.*

DĂMASCVS, i, Δάμασκος, Syriæ urbs, à quo

¶ Damascēna, æ, vel Damascene, es, regio circa Libanum, hodie *terra de Damasco* nuncupatur.

¶ Damascēnus, a, um, adject. *Pruna Damascena*, Plin. lib. 15 cap. 13, zwetschken. ¶ *Joannes Damascēnus*, a patria ita dictus, floruit circa A. C. 731. Pater ecclesiæ ac Historicus, de quo Voss. de Hist. græc. 2 c. 24, & Jo. Arnd. Lex Antiq. Eccles. p. 1051. ¶ 2. *Damascius Damascenus*, Stoicus Philosophus sub Juliano sec. 6, de quo Suidas, Photius 130 & 180, & Voss. l. d. c. 22. ¶ 3. *Nicolaus Damascenus*, Historicus & Philosophus, ipsi Augusto Cæsari familiaris, de quo Voss. l. d. c. 4 p. 142.

DĂMĂSICHTHON, ŏnis, Niobes filius, cum sex fratribus ab Apolline cæsus. v. Ovid. 6 Met. v. 254 & in Ibide v. 581.

DĂMĂSIPPVS, i, Licinius, Senator, Jubam regem victorem Vticam ingredientem comitatus. v. Cæs. 2 B. Civ. c. 44, de ejus morte Hirtius B. Afric. c. 96. ¶ 2, *Damasippus*, histrio, cujus meminit Juvenal. 8 sat. v. 185. ¶ 3. *Damasippus*, signorum & vasorum antiquorum mercator apud Horat. 2 sat. 3 v. 16 & 64. Vbi Lambinus eumdem esse suspicatur, de quo agit Cicero 7 epist. fam. 23.

¶ Pseudodamasippus, i; Cic. l.c. *Aliquem Pseudodamasippum, vel cum jactura reperiemus.*

DAMIA, æ, cognomen Cybeles sive Bonæ Deæ; Vnde

¶ Damium, i, sacrificium, quod fiebat in operto in honorem Bonæ Deæ; dictum a contrarietate, quod minime esset δημόσιον, i. e. publicum. Festus.

DAMIANVS, i, Ephesius, nobilis Sophista, circa M. Antonini principis tempora. Philostratus lib. 2.

DAMNVM, i, detrimentum, jactura, à diminutione dictum est, schaden, verlust. *Damnum dare*, Terent. And. a. 1 sc. 1 v. 116, schaden thun. *Damnum facere*, pass. schaden nehmen oder leiden. Plaut. in Capt. a. 2 sc. 2 v. 77 *Est, ubi profectò damnum præstet facere, quam lucrum.* Cicero in Bruto c. 33 *Damnum Gracchi immaturo interitu res Romanæ Latinæque litteræ fecerunt.* Sed & *damnum pati* invenias apud Senecam 1 de ira c. 2, & Lucanum 8 v. 750. vid. Borrich. Cogit. adv. Sciopp. p. 292. Sic, *Damno augere*; Terent. Heaut. act. 4 sc. 1 v. 15 *Herus damno auctus est.* Et *Damno affici*, schaden haben, leiden. *Damnum infectum* JCtis dicitur, quod nondum factum est, futurum tamen veremur, ut Cajus describit Lege 2 Dig. de damno infecto. Hinc *damni infecti promittere*, & *repromittere*, quod idem est, quam cavere de damno: ut, si quod detur, præstare debeat, qui damni infecti promiserat. Cicero Topic. cap. 4 *Si quis in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit.* Est autem elliptica locutio *damni promittere*, pro, damni nomine promittere: ut, *dare dotis.* ¶ 2. * Pro multa, pignore. Cic. 3 de Offic. 5 *hoc spectant leges, hoc volunt, incolumem esse civium conjunctionem, quam qui dirimunt, eos morte, exilio, vinculis, damno coercent.* Idem 1 Philipp. 5 *quis unquam tanto damno senatorem coegit.* Liv. 4, 51 *Consuli damnum aliamve coercitionem detrectantibus militiam inhibenti.* Grævius.

¶ Damnōsus, a, um, schädlich, qui damno est, seu damnum affert. Martial. lib. 14 epigr. 18 *alea damnosa.* Sen. epist. 7 *nihil tam damnosum est bonis moribus*, es schadet nichts so sehr. Horat. lib. 3 oda 6 v. 45

Damnosa quid non imminuit dies?

Ovid. lib. 3 Amor. Eleg. 6 v. 99 ad amnem:

Damnosus pecori curris, damnosior agris.

Livius lib. 4 cap. 47 *discordia tribunorum damnosior reip. quam* &c. Idem lib. 6 cap. 11 *Erat æris alieni magna vis, re damnosissima etiam divitibus, ædificando contracta.* ¶ 2. Aliquando & παθητικῶς accipitur de eo, qui damnum facit, seu patitur. Plaut. Epid. act. 2 sc. 3 extr.

Ibo intrò, argentum accipiam à damnoso sene.

Et inde de prodigo etiam & sumtuoso usurpatur. Ter. Heaut. act. 5 sc. 4 v. 10

gerro, iners, fraus, beluo,
Ganeo, damnosus.

Sueton. Neron. cap. 13 *Non in aliâ re damnosior, quam in ædificando.* Nam mera damna impensæ sunt, quæ neque necessariæ sunt, & nihil emolumenti & fructûs afferunt.

¶ Damnosè, adverb. idem. Horat. lib. 2 satyr. 8 v. 34 *damnosè bibimus.*

¶ Damno, avi, atum, are, improbare, verdammen, verurtheilen, contrarium est verbi absolvere, loßsprechen. Proprie, quia dubio procul a *damnum* est, aliquid tamquam damnosum rejicere, als schädlich verwerffen. Silius ib. 6 v. 448 *patrios damnare penates.* Imitatur syntaxin verborum accusandi, ut, *Damnari ambitus*, Cic. in Bruto cap. 48. *proditionis*, Nep. Themist. cap. 8. *capitis*, Idem Eumene cap. 5. *veneficii.* Tac. 12 cap. 66, ubi subintelligendum *crimine* vel *nomine*: unde plenius Cicero Verr. 7 cap. 5 *nomine sceleris conjurationisque damnati.* vid. Voss. de Construct. cap. 26. Et, *damnari scelere, capite*, Cic. 1 Tusc. cap. 22 pr. & interventu præpositionis, *de repetundis damnari*, Id pro Cluent. c. 41. *de vi publica*, Tac. 4 Annal. cap. 13, 3. ¶ *Damnari voti* est, quando quis impetravit optata; & ita obnoxius factus est ad sovendum illud, quod voverat. Subintelligendum autem iterum *obligatione, persolutione.* Voss. l. c. & Brisson. de Form. lib. 1. Vide Interpretes Virgilii ad illud ecl. 5 v. 80 *tibi sic vota quotannis*

Agricolæ facient: damnabis tu quoque votis.

Vide & Perizonium ad Sanctii Minervam p. 411, ubi *Damnatus voti* dici eodem modo tradit, quo *Voti reus.* Esse autem voti reum, qui se obligavit Diis ad præstandum aliquid, si consequatur id, quod petit. Id vero ubi jam consecutus est, dicitur damnatus voti, h.e. jam damnatus ad præstandum id, quod voto promisit. Explicat ibidem, quid sit *damnari rei capitalis*, Cic de Senect. cap. 12, & *pœnæ capitalis*, Liv. lib. 42 cap. 43. Nempe subaudiri *sententiâ*, vel *subeundæ pœnæ ergo.* Adde eumdem p. 114.

¶ Damnatus, a, um, verurtheilt, verdammt, verworffen. Horat. 2 od. 14 v. 19 *damnatus longi Sisyphus laboris.* Lucret. 6 v. 1230 *Damnatus morti.* Virg. 6 Æn. v. 430 *crimine mortis.* ¶ Interdum idem quod obligatus, verbunden. Nepos 20, 5, 3, & Liv. 7 c. 28 *Voti damnatus.* conf. Erythræi Ind. Virg. in *damnabis.* Hinc comparativus *damnatior.* Cicero in Pison. cap. 40 *Quis te damnatior?*

¶ Damnâs, ex damnatus est per syncopen, nisi dictum velis ad eum modum, quo optimâs, primâs &c. Vlpianus Lege 4 § ult. de legat. & fideicom. 1 *Quisquis mihi hæres erit, dare damnâs esto*, er soll verpflichtet seyn. Etiam apud Quintilianum talis formula lib. 7 cap. 9 habetur: *Hæres meus dare illi damnâs esto omnia sua.*

¶ Damnatio, ōnis, die verurtheilung. Cic. 7 ad Att. ep. 3 *damnatione ignominiaque digni.* Idem Pison. c. 36 *reorum acerbissimæ damnationes.*

¶ Damnatus, ûs, die verdammung. Plin. 7 cap. 44 *Alieno beneficio vixit a damnatu suo.*

¶ Damnator, ōris, ein urtheils-sprecher. Tertullianus lib. 1 cap. 3 ad Nation. *Neque exquisitio damnatoribus semper consulenda.* Sedulius Carmine Epanaleptico v. 9

Frater iniquus erat, justum qui perculit olim,
Damnator Christi frater iniquus erat.

¶ Damnatorius, a, um, verdammend. Cic. 5 Verrin. cap. 22 *judicium damnatorium.* Suet. Aug. cap. 33 *damnatoria tabella.*

¶ Damnaticius, a, um, verdammt. Gloss. lat. gr. *damnaticius*, κατάδικος.

¶ Damnabilis, e, verdammlich. Trebell. Pollio XXX Tyrann. cap. 17 in Mæonio: *damnabili invidiâ ductus.* Salvianus lib. 6 Gub. Dei p. 215 *res turpes atque damnabiles.* Sidonius lib. 6 epist. 1 *Ad mea ipse verba damnabilis* [sum] *cum imperem, quæ non impleo.* Compar. *facinus damnabilius*, Salvian. lib. 4 de Gub. D. p. 133.

¶ Damnabiliter, adverbium, verdammlicher weise. *Damnabiliter indigni*, Augustin. epist. 23.

¶ Damnifico, are, in schaden setzen. Sarisb. 88 *Hoc modis omnibus agitur, ut paterfamilias, cui impensa perit & opera, damnificetur.*

¶ Damnificus, a, um, damnosus, schädlich. Plaut. Cist. a. 4 sc. 2 v. 62 *bestia damnifica.* Pallad. lib. 3 cap. 9 *Damnificum, exspectare seras maturitates.*

¶ Damnigerulus, a, um, idem. Plaut. Truc. a. 2 sc. 7 v. 1.

Composita cum præposit.

¶ Condemno, are, ejusdem pæne cum simplici tum significationis, tum structuræ. Cic. lib. 8 epist. 1 *Hoc te deprecor, ut meum hoc officium arrogantiæ condemnes*, i. e. accuses, mich nicht zu beschuldigen, daß ich damit wolte gesehen seyn. *Condemnari injuriarum*, i. e. convinci, Id. 4 Verrin. c. 8, überwiesen werden, daß man gewalt geübet habe. *Condemnari crimine*, Id. lib. 2 epist. 1. *Condemnari de alea*, Idem 2 Philipp. c. 23. *Condemnare ex criminibus*, Suet. Calig. cap. 38.

¶ Condemnatus, a, um, verdammt. Cic. 6 ad fam. 6 *nefariorum scelerum condemnati.* Titinnius Veliterna apud Nonium cap. 4 n. 111 *Nunc ejus voti condemnatus, immolavit hostiam* &c.

¶ Condemnatio, ōnis, damnatio, die verdammung: ut, *condemnatio pecuniaria*, Vlpian. Lege 5 Si ex noxali caussa ag. Et Asconius in Divinat. Verrinam: *A, absolutionis; C, condemnationis litera.*

¶ Condemnabilis, e, verdammlich, verwerfflich. Pallad. de Insit. v. 11

Est nostræ studium non condemnabile Musæ.

¶ Condemnator, ōris, i. e. accusator. Tacit. 4 Annal. cap. 66, 2 *Claudiæ condemnator.* Tertullianus 2 adv. Marc. cap. 9 extr. *delicti interdictor & condemnator.*

¶ Dedamnare, sententiam damnationis rescindere, unschuldig halten. Rarum verbum, quo Tertullianus usus est de Pudicit. cap. 15, *qui sceleris manifestum dedamnaverit.* Vide ibi Rigaltium.

¶ Indemnatus, a, um, unüberzeugt, unverurtheilet, pro non condemnatus, participii significatione Cic. in Verr. 7 cap. 6 *Vt, quam damnatis servis crucem fixeras, hanc indemnatis civibus Rom. reservares.* Plautus Curcul. a. 5 sc. 3 v. 17 *Indemnatum atque intestatum arripi.* Vellej. 2, 45, 1 *indemnatum civem interimere.*

¶ Indemnis, e, h. e. immunis à damno, schadloß, unschadhafft. Senec. de Const. Sap. cap. 5 *Stilpon se, urbe capta, non invictum tantum, sed indemnem esse testatus est.* Et epist. 9 de eodem: *illæsus & indemnis evasit*, ohne schaden, unbeschädigt.

¶ Indemnitas, atis, schadloßhaltung. Ammian. Marcell. lib. 21 cap. penult. *nec provinciarum indemnitati prospexit.* Vlpianus Lege 8 § 1 ad SC. Vellej. *si indemnitatem repromiserit.*

¶ Prædemnare, vorher verurtheilen. Etiam Prædamnare scribitur. La-

ctantius lib. 5 ineunte: *Non licet prædamnari quemquam incognita caussa.* Sueton. Aug. cap. 56 *prædamnare amicum.*

¶ Prædamnatus, a, um, vorher verdammt. Livius 4 cap. 41 extr. *culpam in prædamnatum collegam transferre*, & lib. 27 cap. 45 *Prædamnata spe dimicandi.*

¶ Prædamnatio, onis, vorurtheil. Tertull. Apol. c. 26 *desperata conditio eorum ex prædamnatione.* conf. Idem de hab. mul. c. 4.

DĀMOETAS, æ, nomen pastoris Virgil. ecl. 2 v. 37, & 3 v. 1.

DĀMON, ōnis, & Pythias, Δάμων καὶ Πυθίας, [quamquam in quibusdam codicibus Ciceronis & Valerii Maximi, *Pynthias* & *Phintias* vocetur, de quo suo loco.] Pythagoræi, hoc animo inter se fuerunt, ut, quum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinavisset, & is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum caussa postulavisset, vas factus sit alter sistendi ejus, ut, si ille non revertisset, moriendum esset ipsi: Qui cum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem Tyrannus petivit, ut, se ad amicitiam tertium adscriberent. Cic. lib. 3 Offic. cap. 10. [Cujus loci sensum exposuimus supra in *Alter n.* 5.] Meminit & Latinus Pacatus Panegyrico Theodosii cap. 17, & Ambrosius lib. 3 Officior. cap. 12, ubi cum Jephtæa virgine comparat, ita tamen, ut hanc illis longe anteponat. Adde Val. Max. 4, 7 ext. 1, & Lactant. 5 c. 18. ¶ 2. Est & præstantis Musici nomen, cujus apud Nepotem Epaminonda c. 2 mentio fit, ubi vide Lambinum, & Rhodig. 9 c. 3. ¶ 3. *Damon Cyrenæus* de Philosophis scripsit, ejusque meminit Plin. 7 c. 2. vide Voss. de Hist. Græc. 3 p. 270.

DĂNĀCE, es, δανάκη, nummus vel obolus, quem veteres mortuis dabant, ut Charonti solverent, una cum mellita placenta pro Cerbero placando. Suid. Hist. col. 211.

DĂNĂE, es, trisyllabum, Δανάη, Acrisii Argivorum regis filia, ab Jove in aurum converso vitiata. Lege Terent. Eun. 3, 5, 37, & Horat. lib. 3 ode 16 v. 1 *Inclusam Danaën turris ahenea* &c.

DĂNĂUS, i, Δαναός, Beli filius in Ægypto regnavit, cujus filiæ quinquaginta, matrimonio cum totidem filiis Ægypti regis junctæ, primâ nocte sponsos omnes interfecerunt, unâ excepta. Hygin. fab. 168.

¶ Dănăi, ab eodem Danao Græci dicuntur apud Poëtas. Virg. 2 Æn. v. 49 *Quicquid id est, timeo Danaos & dona ferentes.*

¶ Dănăĭdæ, arum, & Danaides, um, 50 filiæ Danai. Sen. Troad. v. 605
Quid agis Vlysse? Danaidæ credent tibi?

Idem Herc. v. 756 *Vrnasque frustra Danaides plenas ferunt.*

DANI, orum, Septemtrionales Germaniæ populi, die Dänen oder Dännemärcker. Procopius lib. 2 Goth. c. 15 Δανῶν τὰ ἔθνη.

¶ Dania, æ, chersonesus Cimbrica, Dännemarck.

¶ Danicus, a, um, Dänisch; ut, *regnum Danicum*, &c.

DĂNISTA, æ, fœnerator, δανειστής, ein wucherer, à Græco δανείζειν, quod mutuare significat. Plaut. in Epid. act. 1 sc. 1 v. 53 *Is danista advenit una cum eo, qui argentum petit.*

¶ Danisticus, a, um, fœneratorius, wucherhafftig. Plaut. Most. 3, 1 v. 128 *genus hominum danisticum.*

DĂNO, ĕre, antique, dare, distribuere. Plautus hoc verbo sæpe utitur: e. gr. Most. 1, 2 v. 48 *adminiculum eis danunt.* conf. Fest. & Nonius c. 2 n. 210.

¶ Danosus, a, um, pro liberali legit Pareus in Plauti Epid. 2, 3 v. 14, & Truc. 1, 1 v. 64. Sed Taubmannus ridet & *damnosus* retinet.

DANTISCUM, i, Prutenorum oppidum & emporium clarum atque opulentum, Dantzig in Preussen. Etiam *Gedanum* appellatur.

DĀNŬBIUS, i, maximus Europæ fluvius Ptolemæo & cæteris, Orientem versus fluens, ubi & *Ister* nominari solet, unde *binominis* vocatur Ovid. 1 Pont. ep. 8, die Donau. Ausonius epigr. 3
Illyricis regnator aquis, tibi Nile secundus,
Danubius lætum profero fonte caput.

Acro Horatii interpres neutro genere *Danubium* extulit. Vide *Ister.*

¶ Transdanubianus, a, um, über der Donau gelegen. Livius lib 40 c. 58 *Transdanubianam regionem repetiit.* Lactantius de Mort. Persec. c. 9 *Mater ejus Transdanubiana, instantibus Carpis in Daciam Novam, transjecto amne, confugerat.* Inscriptio apud Grut. p. 453 EX NUMERO TRANSDANUVIANOR.

DAPHNĒ, es, Δάφνη, Penei fluminis filia fuit, à Phœbo adamata & in laurum versa. De quâ Ovid. Metamorph. Inde Daphne etiam pro lauru ponitur poëtis. ¶ 2. Daphne altera Tiresiæ Thebani vatis filia fuit. ¶ 3. Daphne castellum in Mœsia Secunda, *Constantiniana Dafne* in nummo Constantini conditoris appellata, de qua Valesius legatur ad Ammiani 27 f. 485, & Gisb. Cuperus de Apotheosi Homeri p 256. Vnde sunt *Dafnenses ballistarii*, & *Constantini Dafnenses* inter militares ordines in Notitia Imperii. ¶ 4. Daphne etiam suburbium Constantinopoleos fuit, ut laudatus Cuperus c. l. ex Stephano Byzantio atque Suida ostendit. ¶ 5. Daphne suburbium Antiochiæ ad Orontem in Syria celeberrimum fuit, voluptatum illecebris quasi infame. Vide Eutropium lib. 6 cap. 11, & quæ ibidem commentatus est Cellarius ex Capitolini Marco cap. 8 & aliis, ac adde superius in *Discinctus* dicta. Vnde sunt

¶ Daphnenses, incolæ. Eutropius c. l. *aliquantum agrorum Daphnensibus dedit.* Et

¶ Daphnicus, a, um, adject. Vulcatius Gallicanus in Avidio cap. 5 *Diffluentes luxuria, & Daphnicis moribus agentes*, h. e. dissolutis & ad omnem voluptatem compositis.

¶ Daphnæus, a, um, aliud adjectivum: ut, *Daphnæi Apollinis fanum*, apud Ammianum lib. 22 cap. 12 extremo ed. Valesii, ubi imprimis vide, quæ accuratissimus vir de origine & nomine Daphnensis luci atque fani commentatus est.

¶ Daphnia, æ, gemma comitiali morbo utilis existimata, Plin. 17 c. 10.

¶ Daphnis, is, & ĭdis, puer formosissimus Poëtis est, & pastor, carminis bucolici inventor. Suidas, & Ælianus in Variis lib. 10 cap. 18. Vide & Serv. ad eclog. 2, 5 & 8 Virgilii, itemque Philarg. ad ecl. 5.

¶ Daphnon, ōnis, δαφνών, lauretum, ein lorbeer-garten, [δάφνη, laurus:] Martial. lib. 10 epigr. 79
Dispojuit Daphnona suo Torquatus in agro.

Idem lib. 12 epigrammate 50
Daphnonas, platanonas & aërias cyparissos.

¶ Daphnoïdes, æ, δαφνοειδής, planta, quam laureolam vulgò dicunt, kellerhals, vide *Chamædaphne.*

DĂPIS, dapem, dape, Plur. dapes, ium, δαῖς, δαὶς vel δαίτη, largiores sunt, & opipari ciborum apparatus, herrliche kost und speise. *Festæ dapes*, Horat. epod. 9 pr. sonntags-kost. *Dapibusque epulamur opimis*, Virgil. Æneid. 3 v. 224. Sing. *amor dapis*, Horat. lib. 4 od. 4 v. 12 &c. Primus casus *Daps* reperitur apud Festum, & dicitur certum genus epularum, sive res divina facta apud antiquos aut hiberna semente aut verna, ein kirmiß-essen.

¶ Dăpĭfer, ĕri, ein truchses. Onomast. Vet. *Dapifer*, σιτοφόρος.

¶ Dapālis, e, köstlich. Nonius c. 2 n. 200 *Dapalis cœna est amplis dapibus plena.* Vtitur auctoritate Titinnii, & Varronis. Et Ausonius epist. 9 v. 13
Nam mihi non saliare epulum, non cœna dapalis.

¶ Dăpīno, are, apud Plautum Capt. act. 4 sc. 2 extrema legitur, ad formam τοῦ *propinare* confictum; *Dapinare victum alicui*, einem zu essen geben.

¶ Dapeo, ēre, wohlleben. Gloss. lat. gr. *Dapet*, εὐωχεῖται.

¶ Dapsīlis, e, largus, sumptuosus, herrlich, stattlich. Columella lib. 4 cap. 27 *Dapsilis proventus*, ein reiches einkommen. *Dapsilis copiæ eloquutilis facundiæ*, Apulejus sub init. lib. 11. Et Plautus *Dapsiles sumptus facere* dixit in Mostell. 4, 2 v. 66. Adverbialiter Suetonius Vespasiano cap. 19 *Dapsile convivari.* conf. Nonium c. 11 n. 34.

¶ Dapsiliter, adverb. idem. Nævius in Corollar. *Meretur quamobrem ametur, ita dapsiliter suos amicos alit.* v. Charisius Instit. Gramm. 2. Apud Nonium c. 4 n. 232 Lucilius comparativo usus est, *Scito, bene longinquum morbum in vino esse, ubi quis invitavit dapsilius se.*

¶ Dapticus, a, um, idem. *Dapticum negotium* antiqui dicebant amplum & magnificum. Festus.

¶ Daptice, adverb. *Daptice se acceptos* antiqui dicebant, significantes magnifice. Idem.

DARDĂNUS, i, Δάρδανος, Jovis & Electræ filius, Virg. Æneid. 8 v. 134
Dardanus Iliacæ primus pater urbis & auctor.

¶ Dardanus, a, um, gentile nomen, estque idem quod Trojanus, Romanus: ut, *Dardanus ductor*, Silius lib. 1 v. 14.

¶ Dardania, æ, regio inter Hellespontum & Granici fontes, in regno Trojano. Mela lib. 1 cap. 18. ¶ 2. Mœsiæ superioris pars, Illyrico & Macedoniæ vicina, cujus incolæ *Dardani* dicti. Plin. lib. 3 cap. ult. De his Eutropius lib. 6 cap. 2 *Is* [Scribonius Curio] *Dardanos vicit, & usque ad Danubium penetravit.*

¶ Dardănis, ĭdis, fœm. *Matres Dardanides*, Ovid. 13 Metam. v. 413.

¶ Dardănĭdes, æ, masc. *Dardanidæ duri*, Virg. 3, 94, & lib. 5 Æn. v. 45
Dardanidæ magni, genus alto à sanguine divûm.

¶ Dardănius, a, um, adj. *Dardanias artes*, Columella in horto suo magicas dixit v. 357 *At si nulla valet medicina repellere pestem,*
Dardaniæ veniant artes,

à Dardano impurissimo & scelestissimo quodam mago.

¶ Dardanarius, i, annonæ flagellator, sive qui frumentum comprimit, ein korn-jude, auffkauffer: in libris JCtorum. Vlpianus Lege 6 Dig. de extraordin. criminib. *Præterea debebis custodire, ne dardanarii ullius mercis sint:* Vet. Gloss. παλιγκάπηλος, *Dardanarius.* Idem: *Dardanarius*, παντοπώλης, πανταμετάβολος, σιτοκάπηλος. In hoc hominum genus invehitur Ambrosius lib. 3 Offic. cap. 6.

DĂRES, ētis, apud Virg. cum Entello congreditur lib. 5 Æneid. v. 375, 456, 460. ¶ 2. Et Dares Phrygius, historicus, bello Trojano interfuit, idque descripsit lingua græca, quam in latinam transtulisse Cornel. Nepos à quibusdam putatur: sed supposititia sunt, quæ hujus nomine circumferuntur. v. Voss. de Hist. Græc. 4 c. 1.

DĂRĪUS, i, Δαρεῖος, nomen trium regum Persarum, qui fuerunt, Darius Hystaspis, Darius Nothus & Darius Codomannus ultimus. In plerisque MSS. Curtianis legitur *Dareus*, quem lectionem eruditorum plerique probant; nec tamen altera ideo in vitio est, nisi breviter pronuncietur media. Cum diphthongo enim scribitur. v. Freinsh. ad Curt. 3, 1, 7. Ovid. in Ibid. v. 315
Vtque necatorum Darei fraude secundi.

Claudian. epist. ad Hadrian. pr.
Darium famulis manibus soluisse peremptum.

DASYPUS, ŏdis, idem quod lepus, δασύπους, ab hirsutis pedibus, ein häsgen, oder caninichen. Plin. lib. 10 cap. 63 *Dasypodes omni mense pariunt, sicut lepores.* Alii errasse Plinium existimant, dum diversum à lepore dasypodem fecit. Nec satis constat, quod animal *dasypus* sit, si a lepore & cuniculo, ut apud Plinium alibi, distinguitur. Vid. Harduin. in Plin. 8 cap. 55 pag. 245. Adde Proverb. *Dasypus carmen desiderat.*

DATHUS, i, Colonia Thraciæ juxta Strymonem, opulenta ac florens, & auri venas habens. Hinc proverbium, δάθος ἀγαθῶν, *Dathus bonorum*, de conferta rerum opulentia. Suid. & Erasm.

DATIS, sive Dathis, is, & ĭdis, nomen præfecti Persici. v. Nepos 1, 4, 1, & Val. Flacc. 6 v. 65. Hic excellens in rei bellicæ gloria, græce loqui conatus, consueverat dicere: ἥδομαι, καὶ εὐφραίνομαι καὶ χαίρομαι. Hinc in vulgi jocum abiit, Δάτιδος μέλος, *cantilena Datidis*, de re sæpius & male pronunciata: Et

¶ Datismus, i, pro barbarismo usurpatur, ut habet interpres Aristophanis, eo quod χαίρομαι Datis dixit pro χαίρω. v. Erasm. in Adag.

DAUCUS, i, δαῦκος, herba, beerwurtz, Matthiol. vogelnest aliis. Plin. 25 cap. 9, & Isidor. 17 c. 9.

DĀVID, īdis, notus rex & propheta apud Hebræos, quod nomen *dilectum* significat, vel *desiderabilem.* v. Isidor. 7 c. 6.

¶ Dāvĭdicus, a, um, adject. Sedulius in Matth. 21
Tatia Davidicam post facta reliquerat urbem,
Bethaniæ vicina petens.

Idem exordio Operis: *Cur ego Davidicis adsuetus cantibus.*

Prudentius Hymno Epiphan. v. 49
Jam flos subit Davidicus
Radice Jessæa editus.

DAVLIA, æ, sive Daulis, idis, & oppidi in Phocide, & regionis circumjacentis nomen. Plinius lib. 4 cap. 3, & ibi Harduin.

¶ Daulias, æ, patronym. Albinovanus de Philomela eleg. ad Liviam v. 106 *Deflet Threicium Daulias ales Ityn.*

DAVNIA, æ, Δαυνία, Appulia, dicta fuit à Dauno fluvio, (Festus: *à Dauno Illyricæ gentis claro viro, qui eam propter domesticam seditionem excedens patriâ occupavit,*) de quo Horat. 3 carm. extrem.

Et qua pauper aquæ Daunus agrestium
Regnator populorum, &c.

¶ Daunius, a, um, adject. ut, *Regna Daunia*, Silius 8 v. 358. Et, *Camenæ Dauniæ*, Horat. 4 od. 6 v. 27.

¶ Dauniacus, a, um, idem. Silius lib. 12 v. 429

Jamque in Dauniacos perfundens agmina campos.

Ita Nic. Heinsius pro vulgato *Daunivagos.*

DĀVVS, i, antiquis idem, qui postea *Dacus*: ut ex Strabone supra notabamus in *Daciâ*. Hinc *Davus* servile in Comœdiis nomen, ut *Geta, Syrus*, &c. A natione enim Servi vulgo nominabantur. Multum etiam cognationis habet cum *Dalivus*, de quo supra. Ter. And. 1, 2, 20 *Davus sum non Oedipus*, i. e. simplex & minime astutus. Horat. art. Poët. ad Pison. v. 114

Plurimum enim intererit, Davusne loquatur an Heros.

Davus, i. e. Servus. Hanc autem lectionem etiam Donatus agnoscit. Alii vero legunt *Divusne.*

DE, præpositio, von, plurimum addit diversis loquendi formulis elegantiæ, quæ ex auctoribus latinis sedulo pueris animadvertenda est. Terent. Adelph. a. 3 sc. 3 v. 38 *De grege illo est*, er ist der gesellschafft einer. Idem Andr. act. 2 sc. 1 v. 3 *De Davo audivi*, i. e. ex Davo. Suetonius Calig. cap. 23 *Exquisiturum se vel fidiculis de Cæsonia.* Cic. Attic. lib. 13 epist. 27 *De integro*, von neuen. *De prandio*, nach dem mittagsmahl. Plautus Mostell. act. 3 sc. 2 v. 8 *Non bonus somnus est de prandio.* Et hujusmodi alia infinita exempla passim occurrunt, quorum partem ad Priapeja quoque notavit Schoppius. Hinc interpretanda tuendaque inscriptio est librorum Ovidii de Ponto, quam reprehendit Scaliger. Nam *Elegiæ de Ponto*, dicuntur ex Ponto missæ, seu *Ponticæ.* Aliquando enim adjectiva per Præpositionem ita circumloquimur. Ipse Ovidius de mundi ætatibus in Metamorphosi lib. 1 v. 127 *De duro est ultima ferro*; id est, tertia ferrea est. *Homo de schola*, i. e. scholasticus. ¶ 2. Virg. 2 Æn. v. 662

Jamque aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus.

De sanguine, i. e. à sanguine, hoc est a cæde. *De die, de nocte*, i. e. *interdiu, noctu*, vel *per diem, per noctem*, vel *in die*, &c. Horat. lib. 1 epist. 2 v. 32 *Vt jugulent homines, surgunt de nocte latrones.*

Suetonius Vespasiano cap. 21 *ac de nocte evigilabat*, i. e. adhuc durante nocte, neque dum penitus exacta, vor tags. Idem Augusto c. 97 *de nocte ad occasionem auro evectus est.* Terent. Adelph. a 5 sc. 9 v. 8 *Apparare de die convivium*, noch bey hohem tage. *De die* cum dicunt Latini, illud tempus intelligunt, quod post matutinum ad meridiem & inde ad supremum incedit, ut Salmas. Exercit. Plinian. p. 456 observat. Suet. Domit. cap. 21 *Lavabat de die, prandebatque ad satietatem*: i. e. statim à matutino. Nam ante meridiem distentum cœna solitaria Domitianum Plinius perstringit Panegyr. Trajan. cap. 49. Isaacus Vossius ad Catulli epigr. 48 *de die* in poëtæ verbis:

Vos convivia laute sumtuose
De die facitis,

exponit *statim, repente*, secutus, ut ait, Donatum ad Terentium: carpitque Porphyrionem, cui ad 13 epod. Horatii *de die* sit *primo mane.* Similiter *de tertia vigilia: de quarta vigilia: de media nocte*, &c. passim & apud Cæsarem & alios invenitur. Cic. ad Quint. Fratr. lib. 2 epist. 1 extr. *Fac, si me amas, ut considerate diligenterque naviges de mense Decembri.* In quibus & DE præpositionem abundare seu *παρέλκειν* dicere possumus: Vt in illo Symposii:

Hæc quoque Symposius de carmine lusit inepto,

Pro, hæc lusit Symposius inepto carmine. August. lib. 10 Confess. cap. 32 *Et regem nostrum non de carne, sed de pane esse tentatum*, &c. ¶ 3. Ter. in Adelph. act. 5 sc. 9 *De sententiâ*, nach willen und meynung. Liv. lib. 2 cap. 39 *De sententiâ populi lectus Imperator est.* Cic. Att. lib. 7 epist. 5 extr. *Nihil faciam, nisi de tua sententia.* Aliud est, *De sententia deduci*, von seiner meynung abgehalten oder gebracht werden. *De meo, tuo*, &c. *consilio. Facturus nihil sum, nisi de tuo consilio*, nichts, als was du mir rathen wirst; vid. Cic. 12 ad fam. 3. *De voluntate civium*, Cæsar lib. 3 de Bell. Civ. cap. 4. ¶ 4. *De pace legatos mittere*, h. e. propter pacem, um friedens und vertrags willen. Cujusmodi & Terentianum illud est Eun. act. 3 sc. 2 v. 4 *Ecquid nos amas de fidicinâ isthâc*, i. e. *propter*, ut & Donatus interpretatur. Horat. lib. 1 epist. 14 v. 7 *rapto de fratre dolentis.*

Terent. Adelph. act. 2 sc. 2 extr. *Sed Ctesiphontem video: lætus est de fidicina.* Prudent. hymn. ad incensum lucernæ v. 131

Sed terris Domini de cruce tristibus.

¶ 5. *De manu in manum tradere*, aus seiner hand lassen, und einem andern in seine befehlen und übergeben, Cic. lib. 7 epist. 5 fam. *De industria*, Id. Offic. 1 c. 7 quod vulgo dicitur *studio*, aus fürsatz. *De more*, Plin. Paneg. cap. 5, nach gewohnheit. *De nihilo*, Terent. act. 5 ineunte Hecyræ, *Nec hoc de nihilo est*, das ist nicht umsonst. *De improviso, de repente*, plötzlich. Ter. Andr. act. 2 sc. 2 v. 23 *de improviso nuptiæ.* Et Hecyr. a. 4 sc. 1 v. 3 *corripuit derepente sese tacitus.* Sed Plaut. Mercat. act. 3 sc. 1 *De lanificio neminem metuo*, i. e. quod ad lanificii laudem attinet, nemini mulieri concesserim. Idem Rudent. act. 4 sc. 7 v. 2 *De illo vidulo, si sapias, taceas*, i. e. quod illum vidulum attinet, &c. Locutus ita & Cicero lib. 14 epist. 1 ad Terentiam, *de familia, quomodo placuisse amicis scribis, faciemus*, &c. Terent. Adelph. act. 2 sc. 1 v. 50 *De argento somnium.* Vide & Plaut. Casin. act. 2 sc. 6 v. 20, & Trinum. prologo v. 16. ¶ 6. Vsus & hujus præpositionis in circumloquendis Genitivis erat, ut & comparium A & Ab. Terentius Heaut. act. 2 sc. 2 pr. *Si mihi secundæ res de amore meo essent.* DE AMORE MEO, i. e. amoris mei; & act. 4 ejusd. fab. sc. 1 v. 39 *ne expers esset partis de bonis nostris*, i. e. nostrorum bonorum.

¶ Dehinc, vide infra *Hic, hæc, hoc.*

¶ Dein, & Deinde, adverb. ordinis, darnach, hernach, nachmahls. Cæs. 1 B. Civ. cap. 74 *Primum agunt gratias*, &c. *dein de Imperatoris fide quærunt.* Ter. prolog. Heaut. v. 19 *Neque se pigere, & deinde facturum autumat.* Cic. 3 epist. fam. 7 *An ego tibi obviam non prodirem? primum Appio Claudio, deinde Imperatori, deinde more majorum, deinde (quod caput est) amico.*

¶ Deinceps, idem. Cæs. 1 B. Civ. c. 25 *His perfectis collocatisque, alias deinceps pari magnitudine rates jungebat.* Cicer. de Clar. Orat. cap. 3 *Prosperæ res deinceps multæ consecutæ sunt.*

¶ Deorsum, adverbium, pronunciandum cum aliquantulà mora in prima syllaba, quemadmodum Quintilianus monuit, herabwerts, hinabwerts. *Deorsum versus*, Terent. Adelphis act. 4 sc. 2 v. 37. Et Columella lib. 12 cap. 43 *deorsum versus spectantes.* Contrarium est *sursum*, cum quo etiam conjungi potest. Seneca de Tranquill. c. 11 *In tanta rerum sursum ac deorsum euntium versatione*, bunt über gehen. Idem de Providentia c. 5 *Non erit illi planum iter; sursum oportet ac deorsum eat, fluctuetur*, &c. Sic, *Sursum, deorsum cursitare*, Ter. Eunuch. act. 2 sc. 2 v. 47 ἄνω καὶ κάτω, auf und nieder.

¶ Deorsus, Apulejus dixit lib. 8 p. 207.

¶ Desub, unter, præpositio composita, ut *exante, incontra*, &c. Flor. lib. 2 cap. 3 n. 2 *Si desub Alpibus, id est, desub ipsis Italiæ faucibus gentes*, &c. i. e. *Sub Alpibus.*

¶ Observa, hanc præpositionem in quibusdam compositis augendi vim, in quibusdam minuendi obtinere: Augendi, ut in *deamo, deprecor, decerto*, &c. Minuendi, ut in *depleo, defundo, depilo*, &c. Aliquando & finem notat, ut in *detumere, deludere, detonare, degrandinare, defluere*, &c.

Deacinatus; Dealbator, Dealbo; Deambulatio, &c. Deamo; Dearmo; Deartuo; Deascio; Deauro; Debacchor, vide *acinus, albus, ambulo, amo, arma, artus, ascia, aurum, bacchus.*

DĒBEO, ui, itum, ēre, sollen, müssen. Cic. 2 de Orat. cap. 77 *Et principia, & cæteræ partes orationis habere hanc vim magnopere debent, ut* &c. Et cap. seq. *Principia dicendi caussarum propria esse debent.* ¶ Idem obligatum esse, schuldig, verpflichtet seyn. Nepos Attico c. 2 *Non est passus longius debere eos*, de æris alieni solvendi tempore observato. Debetur autem officium, beneficium, gratia, præmium, pecunia: & contra, mala gratia, pœna, &c. Cic. in Pison. cap. 37 *Pœna tanto facinori debetur*, auf eine so grosse übelthat gehöret eine straffe. *Animam debere*, Terentio in Phorm. act. 4 sc. 3 v. 56 significat, immodico ære alieno teneri, mehr schuldig seyn, als man bezahlen kan. Ad hanc notionem referendus etiam est usus participiorum, ut ille perrarus est. Seneca lib. 1 de Benefic. cap. 4 *Pertinax sit memoria debentium.* Et Alcimus Avitus ad Sororem v. 150

conversio fratrum
Exemplo debenda tuo.

¶ 2. Eleganter *debere* nos *ea* dicimus, quibus obnoxii sumus, quæ metuenda nobis impendent. Horat. lib. 1 od. 14 v. 15

tu, nisi ventis
Debes ludibrium, cave.

i. e. nisi vis fortunarum adire naufragium. Lambinus ad eum locum exemplis docet, eam loquendi rationem à Græcis sumtam, quem vide. Idem Horat. ad Pison. v. 63

Debemus morti nos nostraque.

Similiter *pœnas debere*, Juvenalis dixit sat. 10 v. 312, de quo Lips. lib. 4 Epist. quæst. 24. ¶ * *Debere non posse* eleganter quod præstandum. Ovid. ep. Paridis v. 103 *Nec potui debere mihi spem longius istam,*
Cærulea peterem quin mea vota via.

Cicer. ad Attic. 4, 2 *itaque oratio juventuti nostræ deberi non potest.* Grævius.

¶ Debitus, a, um, gebührend, gehörig, schuldig. Cic. Phil. 7 c. 3 *meritos alicui honores & debitos decernere.* Idem pro Flacc. c. 23 *debitam pecuniam solvere.* Idem Phil. 14 c. 12 *O fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria est reddita.* Interdum idem est ac destinatus, gewidmet. Elegans auctor Sulpitius Severus lib. 1 Histor. Sacr. cap. 94 *Interea Sedechias Rex turbæ inutilis, quamquam sine viribus, infido ingenio, & Dei immemor, qui non intelligeret, captivitatem ob delicta gentis illatam: postremis denique malis debitus, Regis animum offendit.*

¶ Dēbĭtum, i, eine schuld. *Debitum exigere*, Sen. Phœniss. v. 171, einmahnen. *Solvere debitum*, Cic. Quint. frat. 1 ep. 2, bezahlen. *In debitis residere* dicitur, quod nondum solutum est, restiren. Lege ult. Cod. de præd. Senat. *Docuit tua sublimitas, exactionem Tribunorum Senatûs non posse concurrere, adeò, ut in nonnullis provinciis Senatori Canonis medietas in debitis resederit.* Vno nomine *Reliquum* dicitur, de quo suo loco. ¶ *Debitum naturæ reddere*, i. e. mori, Corn. Nepos de Reg. c. 1 n. 5. Pari elegantia Curt. 10 c. 5 n. 3 de Alexandro morituro: *velut omni vitæ debito liberatus*, scil. fatum & mors subinde creditori, aut depositori comparantur; & vitam tamquam debitum reposcere dicuntur.

¶ Debitio, ōnis, idem. Cic. pro Planc. c. 28 *Dissimilis est pecuniæ debitio, & gratiæ*, geld und danck schuldig seyn, ist zweyerley.

¶ Debitor, ōris, ein schuldmann, schuldiger. Cic. pro Flacco cap. 20 *Fecit eadem omnia, quæ nostri debitores solent.* Ovid. de Ponto lib. 4 v. 2 *debitor vitæ suæ alicui.*

¶ Debitrix, īcis, eine schuldnerin. Vlpian. Lege 8 ad SC. Vellej. § 2 *si quasi debitrix delegata est, una sit intercessio.* Hieronymus epist. 150 ad Hebidiam, sub fin. quæst. 1 *debitricem esse te noveris.* Tertullian. de Anima cap. 35 *Si omnium facinorum debitrix anima est.*

¶ Indebitus, a, um, ungehörig, unverdient. Virg. 6 Æn. v. 66

non indebita posco
Regna meis fatis. Ovid. Heroid. 16 v. 19
Præmia magna quidem, sed non indebita posco.

¶ Indebitum, i, das man nicht schuldig ist; ut, *solutio indebiti*, Lege 25 § 4 de Probationib. & præsumtion.

¶ Indebitè, adverb. ungebührlich, nicht aus schuldigkeit. Paullus JCtus

lege jam citata, eodemque § 4 *Si cautio indebitè expoſita eſſe dicatur.* Caſſiodorus lib. 1 epiſt. 19 *indebitè detinere*; & epiſt. 22 extr. *ſi nobis indebite victoria ſuffragetur.*

DĒBĬLIS, e, infirmus, mutt, ſchwach, krafftloß, unvermöglich. *Imbecillis ac debilis ſenex*, Cic. pro Sextio c. 10. *Ferrum debile*, Virg. 12 Æn. v. 50. Præcipuè vero & proprie quaſi, reſolutum, fractum, deminutumque ac mutilatum & ita inhabilem ſeu inutilem ſignificat. Nam & *debilitatum*, inhabilem JCtus, de quo infra; & *debile* Vet. Gloſſ. ἄχρηϛον, interpretatur. Mæcenas apud Senec. ep. 101

Debilem facito manu,
Debilem pede, coxa, &c.

lahm an händen und füſſen. Tacit. 12 Annal. c. 14 Burrhum *debilem* vocat, quod *truncâ manu* eſſet, ut ipſe interpretatur. Idem 4 Hiſt. cap. 62 *Dux Claudius Sanctius effoſſo oculo, dirus ore, ingenio debilior.* Nempe *debilem* vocat, tum quod effoſſo oculo, tum quod pravo corruptoque ingenio eſſet. Victor Junior de Conſtante Imp. *Hic fuit debilis pedibus manibusque, articulorum dolore*, er iſt contract geweſen. Prudent. Hymn. Matutino, de Jacobo Patriarcha cum Angelo luctante:

Sed cum jubar clareſceret,
Luxante claudus poplite,
Femurque victus debile
Culpæ vigorem perdidit.

Femur debile, i. e. luxatum. Idem Apotheoſ. fine de reſurrectione noſtrorum corporum agens:

Qui jubet ut redeam, non reddit debile quicquam,
Nam ſi debilitas redit, inſtauratio non eſt.

Apud Matthæum cap. 15 v. 30 τὺς κυλλὺς, ſive *mancos.* Vetus interpres *Debiles* reddidit, latiniſſime, ut ibi Caſaubonus laudat. Vide ibi & Bezam. A quibus tamen nonnihil abit Grotius, qui κυλλὸν ſive *debilem, mutilum* interpretatur, non cui manus morbo aut caſu alio debilis reddita. Et ita acceptam Latinis vocem quoque *debilis*, ſupra producti de Tacito loci, item ille Prudentii Apotheoſi teſtari poſſunt. Nam & *debilitare* nonnunquam truncare eſt, de quo infra.

¶ Comp. Debilior. Claudian. lib. 1 in Ruf. v. 317 *pars una maneret debilior.* Et in Phœnice v. 45 *blando ſolem clangore ſalutat debilior.*

¶ Debīlo, ōnis, pro debili dixere veteres. Ennius apud Feſtum: *debilo homo.*

¶ Debilitas, atis, ſchwachheit. Cic. de Finib. lib. 5 cap. 28 *Bonum, integritas corporis; miſera debilitas eſt.* Vbi *integritas* dicitur, cum ſuus vigor membris, ſuus uſus integer eſt: *Debilitas*, cum ea ademta, cum perdita, ut iis uti amplius non poſſis, quod paralyticis & articulorum morbo laborantibus accidit. Sic *debilitatem* Plin. lib. 7 ep. 18 de eo dixit, qui, ut ipſe loquitur, *omnibus membris extortus & fractus*, der gantz contract. *Membris omnibus captum* Cicero vocat, & *debilem* conjungit. Locus eſt pro Rabirio perduell. cap. 7. Gellius lib. 6 c. 1 plurative, *debilitates & ægritudines corporum.*

¶ Debiliter, adverb. ſchwächlich. *Lacrymis lingua debiliter ſtupet*, Pacuv. apud Nonium c. 2 n. 228.

¶ Debĭlĭto, avi, atum, are, ſchwächen, matt machen. *Dolor me debilitat*, Cic. pro Rab. poſt. ſub fin. *Metus animum affligit & debilitat*, Id. Tuſcul. 4 c. 15. *Debilitari & frangi viribus*, Id. pro Marc. c. 3. *Frangi & debilitari moleſtiâ non oportet*, Id. ſub init. epiſt. 1 lib. 1 ad Q. frat. Et, *Invidiâ debilitari*, i. e. premi, collabefieri, Nepos Hannib. cap. 1. Propriè eſt debilem facere, iis, puta, modis, quibus Latinis vocabulum accipi diximus. Suet. Aug. cap. 43 *In hoc ludicro C. Nonium Aſprenatem lapſu debilitatum, aureo torque donavit.* Significat ſcil. membrum aliquod eo lapſu defractum illi luxatumve fuiſſe, ut recte uti amplius nequiverit. Sane & Cicero *debilitare* & *frangere* tanquam Synonyma conjungit. JCtus Lege 4 § 12 D. de re milit. *Eum, qui filium debilitavit, delectu per bellum indicto, ut inhabilis militiæ ſit, præceptum D. Trajani deportavit. Debilitavit*, i. e. mutilavit, ſive præcidit digitos. Ita enim faciebant, qui, cum delectus haberentur, detrectabant militiam, quaſi inhabiles tractandis armis: quos per jocum *Murcos* appellari ſolitos, Ammianus Marcellinus auctor eſt lib. 15, quod Cujacius notat, quem vide lib. 15 Obſerv. cap. 40. Exemplum habes apud Sueton. Auguſt. cap. 24. Vide & infra in *Murcus.*

¶ Debilitatus, a, um, geſchwächt, abgemattet. Cic. pro Quintio cap. 1 *Multis incommodis veritas debilitata, tandem æquitate talium virorum recreatur.* Curtius 8, 1, 24 *Illum debilitatum vulnere jacuiſſe.*

¶ Debilitatio, ōnis, die ſchwächung. Cic. in Piſ. c. 36 *Debilitatio atque abjectio animi.*

¶ Subdebilis, e, aliquantum debilis, etwas ſchwach; ut, *femur ſubdebile*, Sueton. Vitell. cap. 17.

¶ Subdebilitatus, a, um, ein wenig geſchwächt. Cicero ad Attic. lib. 11 epiſt. 4.

Debitor, debitus, vide *Debeo.*

Decadivus, Decido, Deciduus, vide *Cado.*

DECEATES, populus, Flor. lib. 2 cap. 3 n. 5, non Liguriæ, ut is tradit, ſed Galliæ Tranſalpinæ. Vide Græviumad h. l.

DĔCEM, δέκα, zehen, numerale indeclinabile, ut notum: ut, *Decem talenta*, Ter. And. a. 5 ſc. 4 v. 49. *Fundos decem & tres reliquit*, Cic. pro Roſc. Am. cap. 7, de quo infra in *Tredecim.*

¶ Dĕcas, ădis, δεκὰς, eine ſumma, ordnung oder rotte von zehen. Sic Liviani libri olim in *Decades* diſtributi erant.

¶ Decānus, i, ein rottmeiſter, corporal, qui decem militibus præeſt. Veget. lib. 2 cap. 8 *Erant decani denis militibus præpoſiti.* vide ad h. l. Stewechii Comment. Ex militia in cœnobia transducta vox eſt; nam novem ſemper hominibus decimus præerat, qui *Decanus* inde appellatus, de quo Hieronymus & Auguſtinus de morib. Cathol. Eccl. cap. 31. Inde in Academias etiam devenit.

¶ Decies, adverb. zehnmal. Plinius lib. 10 c. 53 *Decies anno pariunt columbæ.* Item: *Decies centena millia*, zehenmahl hundert tauſend. Plaut. Amph. 2, 1 v. 27 *Decies dixi*, i. e. ſæpe.

¶ Dècĭmus, a, um, ordinale: ut, *Hora diei decima*, Cic. Phil. 2 cap. 31. *Decimus quisque*, je der zehende, Plaut. Pſeud. 4, 2 v. 17.

¶ Decumus, a, um, idem. Plaut. Amphit. a. 1 ſc. 2 v. 19 *Alter decumo poſt menſe naſcetur puer.* Tacit. 3 Annal. c. 21 *decumum quemque fuſti necat.*

¶ Decimùm, adverb. zehendens, zum zehenden mahl. Liv. 6 c. 40 *Nos reficietis decimum tribunos.*

¶ Decimæ, & Decumæ, arum, der zehende von allerley gewächs, der dezen; ut, *Decimæ vini, olei, frugum*, &c. Vide Ciceronis Verrinam 3 de re frumentaria. Has Regibus olim & Diis libatas Victor tradit de Origin. gentis Romanæ. ¶ *Scenicis ludis decimæ datæ*, apud Suet. Calig. c. 26 ſunt miſſilia & teſſeræ, quas ſpargebat decimam bonorum ſuorum partem Diis conſecraturus. vid. Turnebi Adverſ. 18 cap. 5. *Herculi decimam vovere*, in ſingulari etiam dixit Cicero 3 de N. Deor. cap. 36. ¶ De Decima Dea Tertull. de Anima cap. 37 *Superſtitio Romana Deam finxit & Nonam & Decimam a ſollicitioribus menſibus.*

¶ Decumanus, a, um, & Decimanus, ſehr groß. *Decumanus limes* in agro dicitur, qui ſit ab ortu in occaſum. Sed limes transverſus *Cardo* dicitur, qui eſt ab auſtro in ſeptemtrionem. Plin. lib. 18 cap. 34 pr. adde ſupra in *Cardo* dicta, & Sic. Flaccum Göſii p. 14, & Hyginum p. 151 ſeqq. Sic apud Feſtum *Ova decumana*, ova dicuntur majora, quorum decimum ſemper majus cæteris naſci dicitur. *Decumana porta* patentior averſaque porta in caſtris, das gröſte thor des feldlägers, apud Cæſ. ſæpe. Vid. Lipſium ad Tacit. & de Militia. *Decumanus fluctus*, i. e. maximus, Feſtus. Talis enim eſt, qui decimus venit. Ovid. 11 Metam. v. 530

Vaſtius inſurgens decimæ ruit impetus undæ.

Et lib. 1 Triſt. eleg. 2

Qui venit hic fluctus, fluctus ſupereminet omnes:
Poſterior nono eſt, undecimoque prior.

Et Silius Italicus lib. 14 v. 123 *Boreas*

Quum ſeſe immiſit, decimoque volumine pontum
Expulit in terras.

Sic &, *Acipenſer decumanus*, Cic. 2 de Finib. cap. 8. ¶ Sed *ager decumanus* eſt, qui decimas pendit, acker, ſo den zehenden gibt, Cic. in Verr. 5 cap. 6. Cujusmodi agros *Decimales* videtur appellare Tacit. German. cap. 29. ¶ Eidem Ciceroni modo laudato loco *Decumanus* dicitur, qui exigit agrorum decimas, vel redimit, Publicanus videlicet, de quo & Aſconius. Ejus uxor, *mulier decumana*, Cicer. c. l. c. 34.

¶ Decimo, avi, atum, are, verzehenden, & den zehenden nehmen. ¶ *Decimari* etiam *milites* dicebantur, cùm ſolvendæ pœnæ cauſſâ, quam omnes debebant, decimus quisque per ſortem interficiebatur. Suet. Aug. cap. 24 *Cohortes, ſi quæ ceſſiſſent loco, decimatas hordeo pavit.* Dicit, Decimum quemque cohortis, qui loco ceſſiſſet, interfectum: cæteris in annonam non triticum, ſed hordeum datum ignominiæ cauſſâ, quippe quo gladiatores aliàs paſcerentur. Idem Galba cap. 12 *Recuſantes, atque inſuper aquilam, & ſigna pertinacius flagitantes, non modo immiſſo equite disjecit, ſed decimavit etiam.* Conf. Calig. cap. 48. Paſſim hujus *decimationis* [ita enim appellabatur hoc militaris ſupplicii genus] meminère Hiſtorici. Quomodo inſtitui ſoleret, docebit Plutarch. Anton. p. 934 B. itemque Appianus in Parthicis. Add. Henr. Savil. ad Tacit. pag. 144, 150. Forſtn. ad eumd. p. 250, ubi de juſtitiâ hujus pœnæ. Apud Romanos primùm eo uſus videtur Appius Claudius, de quo Livius lib. 2 cap. 49 extr. Statuebatur & in deditos decimatio. Exemplum habes apud Tacit. lib. 1 Hiſt. c. 37.

¶ Decimatus, a, um, vel Decumatus, decimus quisque lectus; ut, *Cohortes decimatæ*, de quibus ex Suetonio modo dictum eſt. ¶ Eſt & electus, auserleſen; ut, *Viri decumatæ honeſtatis*, Symmach. 3 epiſt. 49 & 51.

¶ Decumatio, ōnis, ſupplicium illud militare, quod in verbo *Decumare* jam deſcripſimus. Capitolinus in Macrino cap. 12 *Clementem ſe dicebat, quando eos centeſimaret, qui digni eſſent decumatione atque viceſimatione.* Adde ſupra *Centeſimare* in *Centum.*

¶ Edecumare pro deligere, excerpere, ſequiorum temporum auctores aliquando poſuêre. Symmach. lib. 5 epiſt. 83 *Equos ex Hiſpaniâ lectiſſimæ nobilitatis edecument.*

¶ Edecumatus, a, um, ſelectus, auserwehlt, auserleſen. Symmach. lib. 3 epiſt. 51 *ut unum aut alterum æquè edecumatæ honeſtatis invenias.* Id. lib. 10 epiſt. 2 *Magnis enim negotiis itidem ut magnis Comœdiis edecumati opponuntur auctores.* Ita Macrob. lib. 1 Saturn. cap. 5 *edecumatos ſodales* dixit.

¶ Decuria, Decuriare, Decurio, &c. vide ſupra in *Curia:* quandoquidem rectius hæ voces ad illam referuntur originem.

¶ Dēni, æ, a, diſtributivum, je zehen. Curtius lib. 6 cap. 8 n. 19 *ſingulos deni armigeri ſequebantur.* Virg. 11 Æn. v. 326 *bis denæ naves*, i. e. viginti.

¶ Dēnārius, a, um, gezehend; ut, *Denarius nummus*, ſic appellatus, quod X aſſibus conſtaret: quamquam denique & XVI valuerit; quod Marcellus Donatus ad Taciti Annal. 1 cap. 26 obſervat. Livius lib. 8 cap. 11 extr. *denarios nummos quadringenos.* Sæpius ſuppreſſo *nummi* vocabulo, & quaſi ſubſtantive. Cicero 3 Offic. cap. 23 *An emat denario, quod ſit mille denariûm?* Hâc nummi ſpecie tributum exigi ſolitum notat Grotius ad Matth. cap. 22 v. 19. Erat autem *Denarius Judæorum* ad noſtram monetam octava pars Joachimici. *Denarĭa Philippea* in neutro, ſubaudi numiſmata, Plautus dixit Rudente act. 5 ſc. 2 v. 27.

¶ Denariſmus, i, penſio denarii, tributi genus de agris ſive prædiis, cujus mentio fit Lege 107 & 123 Cod. Theodoſ. de Decurionibus. Adde Gloſſ. Caroli du Freſne.

I. Compoſita cum *Decem:*

¶ Decennis, Decennalis, Decennium, vide ſupra *Annus.*

¶ Decemjŭgis; Decemmodius, vide infra *Jugum, Modius.*

¶ Decempeda, Decempedator, vide *Pes.*

¶ Decemplex, plĭcis, zehnfältig. Nepos Miltiade cap. 5 *Tanto plus virtute valuerunt Athenienſes, ut decemplicem numerum hoſtium profligarent.*

¶ Decemplicatus, a, um, idem. Varro 5 de L. L. c. 5 *Heis decemplicateis conjuncto præverbio, ex uno quinque millia numero efficerent.*

¶ Decemprimus, i, unter zehen der erſte. Nomen magiſtratus municipalis,

cipalis, idem fere quod Decurio. Cicero tamen pro Rosc. Amer. cap. 9 distinguit. *Itaque*, inquit, *decurionum decretum statim fit, ut decemprimi proficiscantur ad L. Syllam.*

¶ Decemscalmus, vide *Scalmus*.

¶ Decemviri, Decemviralis, Decemviratus, vide *Vir*.

¶ Decunx, vide infra *Vncia*.

¶ Decuplus, decuplum, zehenfach. Prisci editores Livii, Aldus & Moguntinus Schefferus, lib. 39 cap. 44 vulgaverunt *decuplo tanto pluris æstimarentur*, ubi Grut. & Gronov. *decem tanto* legunt.

¶ Decuplatus, a, um, idem. Augustin. serm. 2 in fer. II Pentecost. c. 1 *decuplato numero Apostolorum.* Juvencus in Matth. 18

Sed decuplata super donentur vulnera fratri.

¶ Decussatim, Decussis &c. vide *As*.

II. Composita a δέκα.

¶ Decachordum, vide supra *Chorda*.

¶ Decalŏgus, i, δεκάλογος, decem Dei præcepta, die zehen gebot: Exod. 34 v. 28, & Devt. 4 v. 13.

¶ Dĕcarchus, i, δέκαρχος, decem militibus præfectus, ein rottmeister. v. Decurio in *Curia*.

¶ Decanummus, vide infra *Nummus*.

¶ Decapolis, is, δεκάπολις, Judææ regio decem urbium, die zehen städte. Matth. 4 ult. Vid. Geograph.

¶ Decapolitanus, a, um, Plin. lib. 5 cap. 18 *Jungitur Judææ, latere Syriæ, Decapolitana regio, à numero oppidorum.*

¶ Decastylus, quære infra *Stylus*.

¶ Decēris, is, δεκήρης, i. e. decemremis, ein zehnrudricht schiff. Pro hac voce pugnans Turnebus Advers. 22 c. 31 statuit in Suet. Calig. cap. 37 legendum esse: *Fabricavit & deceris Liburnicas.* Nam Tranquillum naves intellexisse ingentis magnitudinis; sed imperitos emendatores pretium materiæ secutos fecisse *de cedris*.

III. Composita cum aliis Numeralibus.

¶ Vndĕcim, eilff. Martial. lib. 2 epigr. 44 *Debeo undecim Phileto.*

¶ Vndecimus, a, um, der eilffte. Plinius lib. 11 extremo: *ultra undecimum diem.*

¶ Vndecies, adverb. eilffmahl. Cic. 4 in Verr. cap. 7 *Sestertium undecies perdidisse.* Martial. 5 epigr. 80

Vndecies una surrexi zoile cœna.

¶ Vndĕcēni, æ, a, undecim. Plin. lib. 36 cap. 7 extr. *undecenis pedibus.*

¶ Vndēni, æ, a, idem, aut je eilffe. Plin. lib. 8 cap. 42 *Partum undenis mensibus ferunt, duodecimo pariunt.*

¶ Vndecimviri, Vndeciremis, vide *Vir, Remus*.

¶ Duodecim, zwölff. *Pueri duodecim*, Cic. 2 de Leg. cap. 23. *Duodecim tabulæ*, Idem 1 de Leg. c. 5.

¶ Duodecimus, a, um, der zwölffte. *Duodecima legio*, Cæs. 2 B. Gall. cap. 23, & Tacit. Ann. 15 cap. 6. *Duodecimo die*, Cæs. ibid. cap. 2. Auctor vetus argum. Virgil.

Duodecimo Turnus divinis occidit armis.

¶ Duodecies, zwölffmahl. Livius lib. 38 cap. 28 *Tiberis duodecies campum Martium planaque urbis inundavit.*

¶ Duodecennis, vide supra *Annus*.

¶ Duodēni, æ, a, je zwölffe; Item, zwölff. Plin. 11 cap. 25 extr. *Pariuntur duodeni.* Virg. Georg. 1 v. 232

certis demensum partibus orbem
Per duodena regit mundi Sol aureus astra.

¶ Duodenarius, a, um, gezwölfft. Varro lib. 4 de Lat. L. cap. 4 *Multa antiqui duodenario numero finiebant.*

¶ Tredĕcim, dreyzehn. Livius lib. 36 cap. 45 *tredecim captis navibus.* Idem lib. 37 cap. 22 *tredecim suis navibus:* & eod. libro cap. 6 pr. *cum tredecim millibus peditum.* Sic Gronovius plenè exscripsit, quod Vossianæ dubitationi opponendum est. Hunc tamen etiam, & sequentes numeros, eleganter veteres diviserunt. Cic. pro Rosc. Am. cap. 7 *Fundos decem & tres reliquit.*

¶ Tredecies, dreyzehnmahl. Cic. in Verr. 5 cap. 80 *Sestertium tredecies*, Ibidem, paucis interjectis, & *terdecies* legunt; sed Grut. etiam h. l. *Tredecies*.

¶ Terdecies, dreyßigmahl. Ausonius epist. 7 v. 31. Et Vitruvius lib. 9 cap. 4 *Quem circulum Luna terdecies in duodecim mensibus percurrit.*

¶ Terdēni, æ, a, dreyßig. Virgil. 8 Æn. v. 47

Ex quo terdenis orbem redeuntibus annis.

¶ Ternideni, æ, a, idem. Plinius 18 c. 26. Distributiva hæc sunt, quibus pro Cardinalibus Poëtæ utuntur.

¶ Quatuordecim, vierzehen. Plin. lib. 2 cap. 14 *quatuordecim partes.* Florus lib. 2 cap 18 *per quatuordecim annos. Inter quatuordecim sedere*, apud Sueton. Cæsare cap. 39, est in equestribus sedere, sive equestris ordinis esse. Totidem enim gradus, sive ordines sediliorum attributi in theatro post Orchestram, in qua magistratus senatoresque spectabant, Equitibus erant lege theatrali. Vide Lipsium de Amphitheatro cap. 14.

¶ Quatuordecies, adverb. vierzehnmahl. Plin. lib. 3 cap. 7 *Quatuordecies centena passuum.* Ita Hard.

¶ Quaterdecies, est quadragies, viertzig mahl. Cic. 3 Verr. cap. 39 *sestertium quaterdecies.* Ita optimi libri, etiam Grut.

¶ Quaterdēni, i. e. quadraginta, viertzig. Ovid. 7 Metam. v. 293 *anni quaterdeni.* Idem 3 Pont. 2 v. 50

Perque quaterdenos itur in illa gradus.

Potest tamen etiam divise *quater deni* scribi.

¶ Quartadecimani, milites quartædecimæ legionis apud Tacitum 2 Hist. cap. 11 n. 2. Plures libri, iique præstantiores *Quartadecuma*, ultima vocali, ibidem exhibent, quemadmodum sæpius quoque apud Tacitum scriptum est *Quartadecuma* legio. Vide Indic. Freinsh.

¶ Quindecim, funffzehn. Plautus Pseud. a. 1 sc. 1 v. 51 *Quindecim miles minas dedit.* Martialis lib. 12 epigr. 59

Post annos modo quindecim reverso.

Pro *quindecimvirorum* eleganti tmesi Horatius Carm. Secul. v. 70

Quindecim Diana preces virorum
Curet.

¶ Quindecies, adv. funffzehnmahl. *HS Quindecies*, Cic. 4 Verr. cap. 25. Et Martial. lib. 7 epigr. 9

Dicere quindecies poteram, quid pertinet ad te?

¶ Quindeni, æ, a, sive Quinideni, distributivum, quod & pro cardinali usurpatur, je funffzehn. *Quindena agri jugera data in singulos pedites*, pro quindecim, Liv. lib. 35 cap. 40. Alii, (ut Grut. ac Gronov.) *quina dena* legunt: & Quintil. lib. 1 cap. 10 sub fin. *quinideni* scripsit, quæ genuina scriptura videtur. Plautus Mostell. a. 2 sc. 1 v. 11 *quindenis hastis corpus transfigi* dixit.

¶ Quintus decimus, der funffzehende. Gellius lib. 1 cap. 16 *in libro quintodecimo.*

¶ Quintadecimani, Legionis decimæ quintæ milites, ut ex Taciti 4 Hist. cap. 36 modo ostendimus.

¶ Sēdĕcim, vel Sexdecim, sechzehn. Terent. Eun. a. 3 sc. 3 v. 20 *annos nata est sedecim.* Hunc quoque numerum eleganter dividimus. Cic. pro Cluent. cap. 27 *Sententiis decem & sex absolutio confici poterat.* Liv. 37 cap. 4 extr. *Sexdecim elephanti.*

¶ Sēdecies, adverb. sechzehnmahl. Plin. lib. 6 cap. 29 sub fin. *sedecies centena millia passuum.* Rutilius Numat. Itiner. lib. 1 v. 135

Quamvis sedecies denis & mille peractis,
Annus præterea jam tibi nonus eat.

¶ Senideni, je sechzehen: ut, *stipendia senadena facere*, Tacit. An. 1, 36, 4.

¶ Sedecennis, e, sechzehnjährig. Auson. Epitaph. Her. tit. 32 *In tumulum sedecennis matronæ.*

¶ Septemdecim, siebenzehn. Cic. 7 Verr. cap. 47 *septemdecim populi Siciliæ.* Idem Agrar. 2 cap. 7 *per tribus septemdecim.* Et Livius lib. 38 cap. 33 *septemdecim interfecti sunt.* Ita Ciceronis verba Gruterus; Livii Gronovius, expresserunt, quod ideo observari velim, ne quis, quia quibusdam libris numeri leguntur *XVII*; hanc vocem cum ejus similibus *Octodecim, Novemdecim*, in dubium vocet. Quamquam enim & has in libris nonnullis inveniri constet; tamen plures & meliores vel numeris *XVIII* aut *XIX* notatum habent, vel divise *decem octo, decem & octo*, &c. ac optimus quisque *duodeviginti, undeviginti* pro iisdem ponunt.

¶ Octodecim, achtzehen; an latine dicatur, dubius est Vossius. Tutius cum Cicerone & aliis *duodeviginti*; aut cum Livio *decem & octo* dicere. Cic. Acad. 2 cap. 26 *Mathematici solem amplius duodeviginti partibus confirmant majorem esse, quam terram.* Florus lib. 2 cap. 6 *Punicum II bellum decem & octo annos habet.* Plura de hoc in Curis Poster. Cellarii p. 184 & in Antib. p. 124.

¶ Novemdecim, neunzehen, pro quo Classicis est *undeviginti*; e. g. Liv. 23 cap. 46. Et sic etiam Ordinale *Vndevicesimus*, Idem 10 cap. 47. *Novemdecim* quidem exstat in quibusdam libris Epit. Livianæ 119. Sed Gronovius annotavit, in MSS. haberi *decem & novem*. vid. Cellarii Cur. post. p. 361 & Antib. p. 124.

DECEMBER, bris, mensis, der Christmonat, propter sacra natalitia, quæ in hunc mensem incidunt. (Tribuitur autem hæc postrema appellatio Germanica Carolo M.) Vellej. 2. 105, 4 *Æstiva usque in mensem Decembrem perducta.* Horat. de ætate sua lib. 1 epist. ult.

Fortè meum si quis te percontabitur ævum,
Me quater undenos sciat implevisse decembres.

ich habe 44 jahr erfüllet.

¶ Decembris, e, Horat. lib. 2 sat. 7 v. 4 *Age, libertate decembri utere*, hoc est, ea libertate, quæ servis solet concedi tempore Saturnaliorum. Liv. 4 cap. 37 *Consules Idibus decembribus magistratum occœpere.*

Decennis, Decennalis &c. Decerpo, vide *Annus, Carpo*.

DĔCET, decuit, decēre, verbum, ex eorum numero, quæ nec personalia omnino sunt, nec impersonalia, ut Valla admonet lib. 3 cap. 60, quia numeros habeant, ut, *superbiæ decent res secundas.* Significat autem convenire, honestum esse, geziemen, gebühren, löblich seyn, wohl anstehen, &c. Sen. epist. 11 *Hic mire illum pudor decuit.* Ovid. 1 de Arte am. v. 509 *Forma viros neglecta decet*, &c. Cic. lib. 1 de Orat. cap. 29 *Roscium sæpe audio dicere, caput esse artis, decere.* Seneca in Octavia v. 452 *Id facere laus est, quod decet, non quod licet.* ¶ 2. Veteres etiam Dativo jungebant. Ter. Adelph. act. 3 sc. 4 v. 45 *Ita vobis decet*, so wills euch gebühren. Gell. lib. 9 cap. 15 *Præfatur arrogantius & elatius, quàm ætati ejus decebat.* Hos imitatus Alcimus Avitus, Christianus poëta, isque eximius, Consolatoriâ ad Soror. v. 130

Nunc decet attentis vitare pericula nobis.

Plura vide de hac syntaxi in Sanctii Minerva lib. 2 c. 4. ¶ 3. Eleganter & absolute ponitur. Virg. Æn. 12 v. 153

Perge, decet, forsan miseros meliora sequentur.

Idem 4 Æn. v. 597 *Tum decuit, cum sceptra dabas*, &c.

¶ Dĕcens, tis, adject. gebührlich, fein: ut, *Color decens*, Horat. 4 oda 13, 17. *Decens facies*, Ovid. 3 Trist. el. 7, 33. *Pœna decentior*, Senec. Thyest. v. 150. Et, *solito decentior*, Claudian. 6 Cons. Hon. v. 537. Etiam Seneca Controv. 10 extrema: *Decentior facies, in qua aliquis nævus.* Superl. *decentissimum sponsaliorum genus*, Senec. lib. 1 de Benef. cap. 9. ¶ 2. * Decens est, cui est dignitas formæ, & totius corporis habitus decens: hübsch, wohlgestalt. Sueton. in vita Dom. 2 *præterea pulcher & decens maxime in juventa, & quidem toto corpore.* Horat. carm. od 1, 4 *Gratiæ decentes.* Contra *indecens* apud Petronium: *Dic Chrysis, sed verum, numquid indecens sum? numquid incomta?* Grævius.

¶ Decenter, adverb. zierlich, gebührlich: ut, *lacrymare decenter*, Ovid. 3 de arte am. v. 291. *Pulsare decentiùs*, Horat. 2 epist. 2 v. 216. *Jura finium à majoribus decentissime descripta*, Cic. pro Cæcin. cap. 26.

¶ Decentia, æ, der wohlstand. Cic. 2 Nat. D. cap. 58 *Venustatem atque ordinem, &, ut ita dicam, decentiam oculi judicant.*

¶ Dĕcor, ōris, wohlstand, holdseeligkeit, zierde, schönheit. Domitianus ap. Suet. cap. 18 *Scias, nec gratius quicquam decore, nec brevius.* Ovid. lib. 2 de Pont. eleg. 3 *Ipse decor recti, facti si præmia desint,*

Non movet & gratis pœnitet esse probum.

¶ Dĕcōrus, a, um, adject. decens, conveniens, elegans, zierlich. *Crinis decorus*, Claudian. in 1 Cons. Stilic. 156. *Sermo senis decorus*, Cic. Senect. cap. 9. *Silentium parum decorum*, Horat. lib. 4 oda 1 v. 35. Summo

mo gradu Apulejus Apolog. p. 276 *Zenonem, Velia oriundum, decorissimum fuisse, Plato autumat.*

¶ Decōrum, i, πρέπον, idem quod Decor, erbarkeit, höflichkeit. ¶ 2. Item, was einem seiner person und amt nach gebührt und ziemet, id proprie dicitur πρέπον. *Servare decorum*, intellige honestum, aut honesto non adversum. Vid. Cic. 1 Off. cap. 27.

¶ Dĕcōrè, adverb. decenter; Cic. de Orat. 1 cap. 32 *Ad rerum dignitatem apte & quasi decore loqui*, zierlich reden.

¶ Decōriter, idem; Apulejus locum habes in *Cupido.*

¶ Dĕcus, ŏris, dignitas, ornamentum, ehre, zier, schmuck. Cic. ad Planc. lib. 10 fam. ep. 12 *Verum decus in virtute positum est*, der rechte schmuck ist tugend.

¶ Dĕcōro, avi, atum, are, ehren, zieren. *Laude, honoribus, præmiis decorari:* Cic. pro C. Balbo c. 6 *quem populus Rom. singularibus honoribus decorasset.* Horat. 1 epist. 6 v. 37

Et genus & formam regina pecunia donat,
Ac bene nummatum decorat Suadela Venusque.

¶ Dĕcŏratus, a, um, geschmückt, geziert. Cic. 5 Tusc. cap. 40 *Cassum quiddam & inani vocis sono decoratum.*

¶ Dĕcŏramentum, i, idem ac Decus. Tertullian. de Cultu fœmin. cap. 12 *matronalia decoramenta.*

¶ Dĕcŏrāmen, īnis, idem. Silius lib. 16 v. 268

Vittaque, majorum decoramen, fronte sine ullo
Delapsa attactu.

Et Ausonius Mosell. v. 320

Molitos celsas, fluvii decoramina, villas.

¶ Dĕcŏrōsus, a, um, wohlgestalt. Ambrosius habet de Helia & jejunio cap. 18, & de Tobia cap. 7. vid. Lex. Cyrilli p. 479. Gloss. gr. lat. εὐπρεπής, *decens, decorosus.*

Composita:

¶ Addĕcet, addecēre, idem quod decere. Plaut. Amphitr. a. 3 sc. 4 v. 21 *patris studio servire addecet.*

¶ Condecēre, geziemen, gebühren. Plaut. Amph. a. 2 sc. 2, 90 *capies, quod te condecet.*

¶ Condècens, tis, anständig. Compar. *Condecentior*, est in Ausonii grat. actione ad Imp. Gratianum: *Cujus egressus auspicatior fuit, incessus modestior, habitudo cohibitior, familiaris habitus condecentior.*

¶ Condecenter, adverb. Gell. lib. 16 cap. 12, ut Aldus & Mosellanus edidere: alii *conducenter.*

¶ Condecentia, æ, wohlstand, zierligkeit. Cic. 3 de Orat. cap. 52 *Orator verbis quidem ad aptam compositionem & condecentiam; sententiis verò ad gravitatem orationis utatur.*

¶ Condecōrus, a, um; unde adverbium

¶ Condecōre, apud Gell. 14 cap. 4 pr. zierlich.

¶ Condecŏro, are, idem ac decorare, schmücken. Plinius lib. 35 cap. 10 recitat versus in Ardeate templo picturis adscriptos:

Dignis digna loca picturis condecoravit &c.

Et Terentius prologo Hecyræ v. 37

Potestas condecorandi ludos scenicos.

¶ Dēdĕcet, dedĕcēre, non decere, übel anstehen, nicht gebühren. Cic. 1 Off. cap. 41 *Non est incommodum, ex aliis judicare, ut si quid dedeceat in aliis, vitemus & ipsi.* Ovid. 1 Amor. 7 v. 12

nec dominam dedecuere comæ.

¶ Dēdĕcus, ŏris, infamia, turpitudo, unehre, schand, schimpff. Cic. Tusc. 2 cap. 5 *Nihil videri decet pejus dedecore.* Idem Offic. lib. 1, 33 *Optima hæreditas à patribus traditur liberis gloria virtutis, cui dedecori esse, nefas judicandum est.* Sic, *Maculæ ac dedecori esse suis*, ein schandfleck seyn. Aut. ad Heren. 4 cap. 35 *Dedecori esse studiis ac litteris.* ¶ Est & extremum hominis perditi convicium. Vid. Barth. ad Claudian. p. 80 edit. in 8vo.

¶ Dēdĕcor, ŏris, garstig. Auson. epist. 9 v. 5

Quæ viridis muscus, quæ dedecor alga recondit.

¶ Dēdècorōsus, a, um, schändlich, voller schand, schmählich. Victor Junior in Diocletiano: *Suspectans necem dedecorosam, venenum dicitur hausisse.*

¶ Dēdécŏrose, adverb. idem. Nero eadem Victoris epitoma exclamat: *Dedecorose vixi, turpius peream.*

¶ Dēdècŏro, are, verunehren. Horat. lib. 4 od. 4 v. 36

Dedecorant benè nata culpæ,

was wohl gebohren ist, wird von lastern beschmitzet. *Dedecorare se flagitiis*, Sallustius Jugurth. cap. 85.

¶ Dedecorator, ōris, ein lästerer. Tertullian. Apolog. cap. 14 *Dedecorator deorum.*

¶ Dedecoratio, ōnis, schimpffung, verunehrung. Idem lib. 5 adv. Marcion. cap. 5 extr. *Carnis jam erubescentis dedecoratio.* Et de Anima cap. 34 *postrema dedecoratio.*

¶ Dedecoramentum, i, ein schandflecken. Isidorus lib. 2 Orig. cap. 21 *adolescentia senectutis dedecoramentum fuit.*

¶ Dēdĕcōrus, a, um, non decorus, schändlich, unanständig. Tacit. lib. 12 cap. 47 n. 4 *quod dedecorum barbaris.* Adde 3 Annal. cap. 32 n. 2.

¶ Indécēre, non decere. Plin. lib. 3 ep. 1 *Juvenes adhuc, confusa quædam & quasi turbata non indecent.*

¶ Indĕcens, tis, ungeziemend, garstig: ut, *risus indecens*, Suet. Claud. cap. 30. Martial. lib. 5 epigr. 14

Oculoque ludos spectat indecens uno.

Superl. *Indecentissimus*, ex Senecæ 1 de Benefic. cap. 9 producunt multi, non observantes, in castigatissimis libris scriptum esse *Decentissimus*, ut modo allegavimus, quamquam Tarvisiensis editio de A. 1478 & aliæ veteres, *Indecentissimus* habent, quod corrigendum censuit etiam Pincianus.

¶ Indecenter, adverb. idem. Quintilian. lib. 1 cap. 5 *non indecenter efferri*, sich zierlich aussprechen lassen. Et Superl. idem Quintilianus lib. 8 cap. 3 p. 590 *intersistere indecentissime.*

¶ Indecentia, æ, übelstand. *Vitium indecentiæ*, Vitruv. lib. 7 cap. 5.

¶ Indecor, vel Indĕcŏris, schändlich, unwürdig. Accius Athamante apud Nonium cap. 8 n. 43 *Cujus sit vita indecoris, mortem fugere turpem convenit.* Virg. Æneid. lib. 7 v. 231 *Non erimus regno indecores:* & lib. 12 v. 25

Sunt aliæ innuptæ Latio & Laurentibus agris,
Nec genus indecores. Conf. lib. 11 v. 845.

Claud. de laud. Stilic. lib. 2 v. 145

Non indecores æraria lassant
Impensæ.

¶ Indecorabiliter, adverb. idem. Accius apud Sosipat. *Indecorabiliter alienis alunt.*

¶ Indĕcōrus, a, um, übel anstehend. Cicer. Offic. lib. 1 cap. 27 *Injusta omnia, ut turpia, sic indecora sunt.*

¶ Indecōrè, adv. unzierlich. Cic. 1 Off. cap. 4 *Cavet, ne quid indecore, effœminatèque faciat.*

¶ Perdecōrus, a, um, sehr zierlich. Plin. lib. 3 epist. 9 *Est alioqui perdecorum, à me tamen non ideo fiet.*

Decĭdo; Decīdo; Decimæ, Decimare &c. vide *Cado, Cædo, Decem.*

DECIMIUS, i, à numero decimo nominatus. v. Sigon. lib. de Nom. Rom. Meminit C. Decimii Cic. 4 ad Att. 16. Hinc

¶ Decimianus, a, um, adject. ut, *pyra Decimiana*, nobilitantia autorem, apud Plin. 15 cap. 15. Et

¶ Pseudodecimianus, a, um, apud Plin. l. c.

Decipio, Decircino, quære in *Capio, Circinus.*

DĔCIUS. Decii Romani nobilissimi tres fuerunt, pater, filius & nepos, quemadmodum Cic. in primo Tuscul. Q. cap. 37 scripsit: *Mors si timeretur*, inquit, *non cum Latinis decertans pater Decius, cum Etruscis filius, etiam cum Pyrrho nepos, se hostium telis objecissent.* ¶ 2. Decius Rom. Imperator atrocissimus Christianorum persecutor fuit, anno Christi 253. de quo Aur. Vict. Cæs. c. 29 & Epit. c. 44. Hinc

¶ Decianus, a, um, apud Cic. pro Flacco cap. 21 & 29.

Declivis; Decollo; Decorio; Decortico; Decrementum; Decrepitus, vide in *Clivus, Collum, Corium, Cortex, Cresco, Crepo.*

Decretum; Deculco; Decumanus; Decumbo; Decurio, &c. Decus, Decussare, Decussatim, Decussis, vide *cerno, calx, decem, cubo, decem, as.*

Dedīco, are, &c. Deditio, Dedo; Defæco, are; Defamo; Defectio, Defectus &c. Defendo, &c. Defetiscentia, Defetiscor; Deficio; Definio, Definitio; Defloccare; Deformis; Destingo; Defrugo, Defrutum; Degener, Degenerare; Deglutio, vide in *dico, are, do, fæx, fama, facio, fendo, fatisco, facio, finis, floccus, forma, frango, frux, genus, gluttus.*

DĒGO, dēgi, degĕre, idem quod agere: unde & compositum est, zubringen. Sic, *degere vitam, ætatem, tempus*, passim invenies. Vide saltem Cic. pro Sex. Rosc. c. 49 & 52. *Bellum degere*, pro gerere, Lucret. dixit lib. 4 v. 965, ubi Gif. & Pareus *Degerere*, verbo ex Gerere composito legunt. Plaut. Mostell. act. 3 sc. 1 v. 3

A mane ad noctem usque in foro dego diem,
Locare argenti nemini nummum queo.

¶ 2. est detrahere. Plaut. Epid. 2. 1 sc. 1 v. 63 *Degetur corium de tergore meo*, die haut wird mir über die ohren gezogen werden; & Aulul. act. 2 sc. 1 v. 43 *Ego istum, soror, laborem degam & diminuam tibi.* Adi Nonium, utroque exemplo usum cap. 4 n. 117. (Symmachus præteritum format *degui* lib. 1 epist. 32: *In comitatu deguimus ambo ævo dispari.*)

Degŭlare; Dehisco, vide *gula, hio.*

DĒĬĀNĪRA, æ, Oenei Ætoliæ regis filia, Herculis uxor. Hæc adeò forma eminebat, ut multos haberet procos, tandem Acheloo desponsata est primo, deinde Herculi. Itaque nuptiarum gratia ortum inter eos est certamen, & superato Acheloo Herculi cessit. Ovid. 9 Metam. v. 136 *Victor ab Oechalia Cenæo sacra parabat*

Vota Jovi, quum fama loquax pervenit ad aures
Deianira tuas.

Vide *Achelous.*

DĒĬDĂMĪA, æ, Lycomedis regis Scyri filia, quam Achilles, in Gynæceo regis sub muliebri veste latens, gravidam fecit, & ex ea Pyrrhum genuit. Vide Statii Achilleida. Propert. lib. 2 el. 9 v. 15

Quando ibi nec Peleus aderat, nec cærula mater,
Scyria nec viduo Deidamia toro.

Dejectio, Dejicere; Dejero; Deificus, Deitas; Dein, Deinde, Deinceps, require in *jacio, juro, Deus, de.*

DĒĬŎPĒIA, Δηϊόπεια, nympha Junonis, Virgil. 1 Æneidos v. 72

Quarum, quæ forma pulcherrima, Deiopeiam
Connubio jungam stabili, &c.

Deiopeja, quinque syllabis.

DEIŎTĂRUS, i, tetrarcha fuit Galatiæ, Senatus Romani beneficio Rex appellatus. Cæsari amicus fuit, & tamen accusatus a Philippo quodam, quod insidias ipsi apud se divertenti struxisset, à Cicerone defensus est luculenta illa pro Dejotaro Rege oratione. Lucan. lib. 5 v. 55 *fidumque per arma*

Dejotarum & gelidæ dominum Rhasipolin oræ.

Ad Dejotarum regem senem, novam exstruentem urbem, Crassus dixit: *O rex duodecima hora ædificare incipis*, δωδεκάτης ὥρας οἰκοδομεῖν ἄρχῃ; refert Appianus in bellicis Parthicis. De filio Dejotaro Cic. Attico lib. 5 ep. 17.

DĒĬPHĬLE, es, Δηϊφίλη, Adrasti fuit filia, Tydei uxor, ex qua Diomedes natus est.

DĒĬPHŎBUS, i, Δηΐφοβος, Priami filius, Helenæ, post Paridem interfectum, maritus. Virg. Æneidos 6 v. 494

Atque hic Priamidem laniatum corpore toto
Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora, &c.

Delecto, vide *Lacto* in *Lacio.*

Delenificus, vide *Lenis.*

DĒLEO, ēvi, ētum, ēre, διαλείφω; ab antiquo *Leo*, vel quasi *Deoleo*, est extinguere, obruere, tilgen, vertilgen, ausleschen. *Delere epistolam lacrymis*, Cic. 14 epist. 3, mit thränen auswischen. *Delere litteras, imagines.* Auct. ad Herenn. 3 cap. 18 *Imagines, sicut litteræ, delentur. Delere ex animo*, Cic. pro Rosc. Am. cap. 2, aus dem sinn lassen. Cic. in Phi-

Philipp. 1 cap. 1 *Omnem memoriam discordiarum oblivione sempiterna delendam censui*, in ewiges vergessen stellen. Idem pro Dejot. cap. 13 *Hæc nulla unquam vetustas obruet, nulla delebit oblivio.* ¶ 2. *Delere urbem, Rempubl.* ut, *Scipio Numantiam delevit*, id est, evertit, Cicer. 4 Catil. c. 10, zu grunde verderben, zerstören. *Delere urbem incendio*, Nepos Themist. cap. 4 n. 1, abbrennen, mit feuer vertilgen. *Delere copias hostium*, Cic. pro Lege Man. cap. 8, schlagen, ruiniren. ¶ 3. * *Delere ingenium* est extinguere vim ingenii. Petronius in Satyr. sub init. *Non dum umbraticus doctor ingenia deleverat.* Grævius.

¶ Deletus, a, um, ausgelöscht, vertilget. Cæsar B. G. lib. 6 c. 36 *dispersis ac pæne deletis hostibus.* Deletus ergo plus est, quam fugatus. *Deletæ cohortes*, Tacit. lib. 4 Hist. cap. 18, 2.

¶ Delebilis, e, qui potest deleri, vergänglich. Martial. 7 epigr. 83

nullis delebilis annis, Vivet.

¶ Indelebilis, e, unauslöschlich. Ovid. Metam. peroratione:

nomenque erit indelebile nostrum.

¶ Deletio, ōnis, die vertilgung: ut, *deletio exercitus*, Lucil. apud Nonium cap. 2 n. 217.

¶ Deletor, ōris, ein austilger. Accius: *Scelerum deletor.*

¶ Deletrix, īcis, eine verderberin; ut, *sica deletrix*, Cicer. Arusp. R. cap. 23.

¶ Delētilis, e, quod delet; ut, *Spongia deletilis*, ein schwamm, damit man auswischt. Varro apud Nonium cap. 2 n. 212.

¶ Deletitius, a, um: ut, *Charta deletitia*, Vlpian. lege 4 D. de bonor. poss. sec. tab. darauf man auslesche kan das concept.

¶ Perdelere, exstirpare, ausrotten. Tertullianus adv. Judæos cap. 11 *interficite omnes, ut perdeleantur.* Et Vegetius 3 cap. 10 *ab adversariis perdeleri.*

Deliberatio, delibero, &c. Delibo, are, Delibutus, vide *Liber, a, um, Libo.*

Delicatus, deliciæ, vide in *Lacio.*

DĒLĬCVS, a, um, a *Lacio*, unde & *Lacti* nomen, was vom soge abgesetzt ist. Varro lib. 2 de Re rustica cap. 4 *Cum porci depulsi sunt a mamma, a quibusdam delici appellantur, neque jam lactentes dicuntur.* Gloss. vett. *Delicum* exponunt ἀπογαλακτισθέν.

¶ Deliculus, a, um, diminut. ein gewesener säugling. Cato de R. R. cap. 2 *Vendat boves vetulos, armenta delicula, oves deliculas.* Ita est in plerisque libris. Sed vett. codd. habent *Armenta reicula, oves reiculas.* vid. Voss. Etym. p. 431.

Delineatio, delineo; Delingo; Delinimentum, delinio, &c. Deliro, &c. Deliteo, delitesco, quære in *linea, lingo, lenis, lira, lateo.*

DELPHI, orum, Δελφοὶ, plurale, oppidum nobilissimum Phocidis, templo (quod Agamedes & Trophonius condidisse traduntur Ciceroni Tuscul. 1 cap. 47,) & oraculis celeberrimum. Ibi enim primo Tellus, hinc Themis, tandem Phœbus responsa dedere, teste Pausania in Phocicis. Phœbum seu Apollinem Constantinus M. ex adyto suo extraxit, tripode Constantinopolin lato. Socrates lib. 1 cap. 16 Hist. Eccl. ubi eum ævo suo fuisse scribit Priscianus lib. 1. Livius *orbis umbilicum Delphos* vocat lib. 38 cap. 48. Pindarus Pythionicarum ode 6 principio: Ἀφροδίτας ἢ χαρίτων ἄρουραν, ὀμφαλὸν ἐριβρόμου χθονός, *Veneris aut Gratiarum arvum, umbilicum horrisonæ terræ.* Et Ovid. lib. ultimo Metamorphoseos v. 630

mediamque tenentes
Orbis humum Delphos adeunt oraclaque Phœbi;

de quo in Geographiæ lib. 1 cap. 4 disputat Cellarius. *Delphis oracula jam non eduntur*, Cicer. 2 de Divin. cap. 57. Et Symmach. lib. 4 epist. 33 *Non vides, oracula olim locuta desiisse, nec ullas in antro Cumano litteras legi, nec Dodonam loqui frondibus, nec de spiraculis Delphicis ullum carmen audiri?* Deletum funditus templum Delphicum est terræ motu & fulminibus, nec postea unquam restructum. Vide de oraculo Pythio Delphis erudita multa in divinatione Peuceri. Responsa ejus intricata, & ænigmatica fuerunt, qua de re Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 210.

¶ Delphĭcus, a, um, Δελφικὸς; ut, *Delphica laurus*, Claudian. Gigantom. v. 34, quod Apollini sacra esset. *Delphicus Deus*, Apollo est. Apulejus lib. 2 Miles. pag. 125 *Et ne Deus quidem Delphicus facile discerneret, duobus nobis jacentibus, quis magis esset mortuus.* *Delphicus gladius* de re dicitur ad diversos usus accommodabili. Nam ad eum modum erat fabrefactus, ut eodem simul sacras mactarent victimas, & nocentes afficerent supplicio. vid. Erasm. in Adag.

¶ Delphiticus, a, um, aliud adject. apud Martial. 11, 22.

¶ Delphis, ĭdis, fœm. pro Sacerdote Delphica usus est Martialis lib. 9 epigr. 43 *Nec Delphis tua mentiatur ulli.*

Delphis autem masc. idem qui Delphin, quia dicatalectum Græcis. Vide Avien. Phænom. v. 700.

¶ Delphicŏla, æ, Apollo Delphis habitans. Auson. Technopægn. cap. de historiis: *Ludit & Æacidem Parnassia Delphicolæ sors.*

DELPHIN, īnis, & Delphinus, i, Δελφὶς, belua marina inter omnia animalia, terrestria & marina, velocissima, ein delphin oder meer-schwein. *Curvi delphines*, Ovid. epist. Leandri v. 131. Et Horatius in art. poët. v. 30 *Delphinum silvis, appingit fluctibus apros,*
de illis, quæ non fiunt tempestive & in loco. *Delphinum cauda ligas, Delphinum natare doces*, proverbialia sunt de operis frustratis. T. Vespasianus Imper. admodum amans utilissimi præcepti σπεῦδε βραδέως, *Festina lente*, adumbrari illud in publicis curavit numismatis figura delphini anchoram complectentis, ut delphinus festinationem, anchora quia navem sistit, tarditatem repræsentaret. Probat enim & Gellius lib. 7 cap. 8 Delphinos φιλανθρώπους, id est, hominum amantes; id quod multis ac variis probat exemplis Plutarchus in lib. de industria animalium. Quo pertinet & illa historia de delphino, quam Plinius lib. 9 epist. 33 disertissime juxta & elegantissime exponit. Apul. lib. 3 Flor. *Orpheus in silvis, inter Delphinas Arion. Quippe, si fides fabulis, Orpheus exilio desolatus, Arion navigio præcipitatus. Ille immanium bestiarum delinitor; hic misericordium belluarum obtestator. Ambo miserrimi cantores, qui non sponte ad laudem, sed necessario ad salutem nitebantur. Eos ego impensius mirarer, si hominibus potius, quàm bestiis placuissent.* ¶ 2. Delphinus sidus apud Aratum & Hyginum, quod Avieno Arati interpreti v. 700 alia forma dicitur *subit inter sidera Delphis.*

Conf. Plin. 18 c. 26 & 31, & Varr. de R. R. 2 c. 5. ¶ 3. Est & genus vasis argentei apud Plinium 33 c. 11. ¶ 4. Delphinum Galli vocant aut natu maximum Regis filium, aut si filius non sit, designatum Regem, h. e. eum, qui Regi successurus est ob generis propinquitatem: ad hunc proprie pertinet ea regio, quæ Delphinatus dicitur. Vid. Conring. de Finibus Imperii Romano-German. cap. 24, itemque Bernegg. ad Suet. Cæsar. cap. 79.

¶ Delphinium, i, Athenis forum, ubi caussa disceptabatur, si quis se occidisse aliquem fateretur, sed jure diceret occidisse; qua ratione Thesei primum in eo judicium factum est. Aliud forum erat *Palladium*, quod erat τῶν ἀκουσίων φόνων, id est, de cæde non voluntariâ. Auctor de utroque Helladius in Eclogis Photii, & Pollux lib. 8. conf. Rhodig. Lect. Ant. 8 c. 6.

DELTA, Græca littera triangulæ figuræ, Δ, ut notum est. ¶ 2. Delta propter illam figuram insula dicitur certorum fluminum, ubi in mare exeunt, ut Nili in Ægypto, Strab. 17 p. 542; Indi fluvii, Idem Strabo lib. 15 p. 482, & Arrianus lib. 5 cap. 4: & Padi, Plin. 3 cap. 16.

¶ Deltōton, δελτωτὸν, sidus sic dictum a figura litteræ Δ. Cicer. in Arato: *Andromedæ signum, Deltoton dicere Graji*
Quod soliti, simili quia formâ littera claret.

Aliis minorum siderum aliquod, quod Triangulum vocamus, inter Andromedam & Arietem, Deltoton est. Vid. Hier. Vital. Lex. Mathemat. In Cicerone autem conjunctio *Et* post *signum*, subaudienda.

DĒLV̄BRVM, i, fanum, templum, præcipue paganum, ein götzen-tempel. Barth. ad Claudian. pag. 867. Ita dictum, quod ibi Dii ponantur: sicut Candelabrum dicitur, ubi Candela ponitur. vid. Plin. 36 c. 15 pr. Cic. in Verr. 2 cap. 5 *Verres delubra sanctissima religionibus consecrata depeculatus est.* De etymo vocis alias tres opiniones habentur. Alii *delubra* à diluendo dicta ea templa volunt, quæ uno tecto plures ædiculas continerent diversis Diis consecratas; quod uno tecto à diluvio pluviarum munirentur. Alii vero ea templa *delubra* appellata statuerunt, in quibus labra sunt, ad abluenda corpora. Denique fuerunt, qui *delubra* dicerent ligna decorticata, quasi delibrata, hoc est, libro seu cortice nudata, quæ pro Diis venerabantur. Priores duas Servius affert ad 2 Æneid. v. 225. Vniversas tres Ascon. in Divinat. Cicer. in Verr. Sed ultimam improbat ac rejicit, quem Festus sequitur. Isidorus scribit Orig. 15 c. 4 *Delubra veteres dicebant templa fontes habentia, quibus ante ingressum diluebantur*, &c. Vide & Christophori Coleri Parerg. cap. 2. *Musarum delubra colere*, Cic. dixit pro Archia cap. 11.

Delumbare, Delumbis, vide *Lumbus.*

DĒLVS, i, Δῆλος, insula Cycladum clarissima, Apollinis templo celebris, dicta à repentina, posteaquam undis aliquando obruta esset, apparitione, quia δηλόω *ostendo*, δῆλον *manifestum.* Eadem & errare credita, antequam ibi Apollo nasceretur. Vnde Claudianus Paneg. de 4 Consulat. Honor. v. 133

Hæsit Apollineo Delos Latonia partu.

Vide Philonem libro de incorrupt. mundi pag. 743, ubi docet & *filiam Ponti* eâ de caussa Pindaro appellatam. Commune ærarium Græciæ aliquando fuisse, Nepos observat in Aristide cap. 3. Dicta fuit & Cynthia, & Ortygia à coturnicibus ibi primùm repertis aut visis; ὄρτυξ, *coturnix.*

¶ Dēlius, a, um, Δήλιος: ut, *Apollo Delius*, Virg. Æn. 3 v. 162: *Vates Delius*, Idem 6 v. 12. *Delia Dea*, i. e. Diana, Horat. 4 od. 6 v. 33, quæ & absolute *Delia*, Virg. eclog. 3 v. 67, & 7 v. 29. Hinc, *Delio natatore opus est*, proverbialiter de obscuris dicitur. Vide Chiliades, & Diog. Laërt. vitâ Socratis.

¶ Dēlĭăcus, a, um: ut, *vasa Deliaca*, Cic. pro S. Rosc. cap. 46. *Deliaca supellex*, Idem 4 Verrin. c. 72.

¶ Deliacum veteres & pro gallinarum curatore posuerunt. Deliaci enim valde solerter curarunt gallinarum ὀρνιθοσκεῖα, & ex iis magnos fructus perceperunt, ut docet Varro lib. 3 de R. R. cap. 9, ad quem locum v. Jos. Scaligerum. Vbi & qui apud Petronium *recisi Deliaci manu* sint, interpretatur. ¶ De navi Deliaca Plutarchus libro, an seni gerenda Resp. pag. 786 F.

Delutare, vide *Lutum.*

DĒMĂDES, is, Δημάδης, Orator Atheniensis potens, dives & luxuriosus, de quo multa Plutarchus in Demosth. Pudorem ajebat in muliere pulchritudinis arcem esse. Εἶπε τὴν αἰδῶ τοῦ κάλλους ἀκρόπολιν εἶναι, Stob. Philippum Regem, cum is aliquando victis à se impudenter & contumeliosè illuderet, libere admonuit, ac cum, o Rex, dixit, fortuna Agamemnonis personam tibi apposuerit, nonne pudore afficeris, Thersitæ actiones referens? βασιλεῦ τῆς τύχης σοὶ περιτιθείσης πρόσωπον Ἀγαμέμνονος, αὐτὸς οὐκ αἰσχύνῃ πράττων ἔργα Θερσίτου. Diod. Sicul. lib. 16.

DĒMĂRĀTVS, i, Corinthius, Tarquinii Prisci, quinti Romanorum regis pater. Liv. lib. 1 cap. 34. ¶ 2. Fuit & alius Corinthius Demaratus, de quo Plutarchus in Alexandro. ¶ 3. Et alius Lacedæmoniorum dux, cum exularet apud Xerxem, bellique contra patriam cerneret apparatus, plus se debere patriæ, quàm Persis ratus, clam certiores fecit Lacedæmonios. Justin. lib. 2 c. 10 n. 13. ¶ 4. Ex *Demarato* historico adduxit nonnulla Joan. Stobæus. vide Voss. de Hist. Græc. 3 pag. 271.

DĒMARCHVS, i, princeps populi seu Tribunus plebis, Δήμαρχος, ein obrister, apud Plaut. Curc. 2, 3 v. 7, & Spartian. Adriano c. 19.

DĒMEA, æ, persona senilis, rustica & dura, Terent. in Adelph.

Demejo, vide *Mejo.*

Demensio, Demensum, vide *Metior.*

Demens, Dementare, Dementia, Dementio, vide *Mens.*

DĒMĒTRIVS, i, Δημήτριος, Antigoni Macedoniæ Regis filius fuit, post Alexandrum præter alios Macedonas nomine & virtute clarus. ¶ 2. Demetrius alius Phalereus, Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς, fuit Theophrasti auditor, de quo multa in Bruto Cicero. Hic à Cassandro Macedoniæ rege Præfectus datus est Athenis, cum iis potitus esset, de

quo

quo Strabo lib. 9 & Diogen. Laërtius: qui & CCC statuas ei positas tradit, quarum & Nepos Miltiade cap. 6 meminit. Regem is Ptolemæum hortabatur, ut libros de regno scriptos emeret ac legeret. Primus suavitatis in dicendo studiosus fuit. Congessit Apophthegmata septem Sapientum, quæ Stobæus exposuit, & suis locis adducuntur. Extat ejus liber de Elocutione, impressus græce & latine Basileæ. Demetrium tamen Rhetorem alium esse à Phalereo, comprobat Vossius lib. 6 Instit. Orat. p. m. 433, 434. ¶ 3. Demetrius tertius Syrus fuit Ciceronis præceptor, quemadmodum ipse testatur in Bruto cap. 91, *Eodem tempore*, inquit, *Athenis apud Demetrium Syrum, veterem & non ignobilem dicendi magistrum, exerceri solebam.* ¶ 4. Alius etiam Demetrius Cynicæ sectæ Philosophus fuit, Vespasiano imperante, Sueton. Vespas. cap. 13, & Tacit. 15 Annal. cap. 34, ubi Lipsium, si placet, vide, & Voss. de Sect. Phil. lib. 2 p. 535.

Demigro, Deminuo, Demiror, Demissio, &c. Demitigo, vide *Migro, Minuo, Miror, Mitto, Mitis.*

DĒMIUM, i, sic enim apud Plin. legitur lib. 37 cap. 7 in descriptione Sardæ gemmæ: *In India trium generum, rubrum, quod &* demium *vocant à pinguedine*, &c. δημὸν, pingue Græcis est.

DĒMIURGUS, i, Δημιεργος, magistratus nomen est. Livius 38 cap. 30 *Demiurgis civitatem, qui summus est magistratus, evocantibus*, &c. Et Demostheni δημιεργοι, magistratus quidam sunt Peloponnesi. Conf. Cic. 9 ad fam. 22.

Demo, ere, vide *Emo.*

DĒMŎCHĂRES, is, Orator Atheniensis, Demosthenis Nepos ex sorore. Legatus cum aliis ad Philippum Regem ab Atheniensibus missus expositis mandatis, petenti regi, quid gratum Atheniensibus facere posset, respondit, *Suspende te.* Indignantibus ob eam rem cæteris, Rex incolumem dimisit: *Vos*, inquiens, *cæteri Atheniensibus renunciate, quosnam censeant superiores, utrum qui talia dicunt, an qui audiunt patienter.* Senec. lib. 3 de Ira c. 23.

DĒMOCLES, is, (Ciceroni *Damocles*,) adulator ille fuit, quem, quod Dionysii beatam vitam prædicasset, tyrannus regio induit habitu, & mensam copiose instructam apponi ei jussit, sed super caput ejus suspendit gladium ex tenuissimo filo dependentem, ut tyrannicam vitam miserrimam esse inde animadverteret. Cic. 5 Tuscul. c. 21.

DĒMOCRATIA, æ, δημοκρατία, gubernatio vel principatus populi, ein regiment, da die gemeine die oberhand hat. Contrarium Aristocratiæ, quæ optimatum est principatus.

DĒMOCRĪTUS, i, Abderites, diligentissimus scrutator naturæ: hic, ut omni cura liber contemplandis rebus vacare posset, fundos agrosque suos reliquit incultos, in nemora secedens, quam ob caussam civibus suis pro phrenetico habitus fuit. Ad quem curandi caussa cum missus Hippocrates, & collocutus cum eo esset, reversus, sapientissimum ipsum, dementesque illos pronunciavit, qui eum stultitiæ accusarent. Vide Hippocratis Epistolas. De instituto autem isto Democriti, præter Laërtium, Cicero lib. 5 de Finibus cap. 19, itemque Origen. lib. 2 contra Celsum pag. 46. Perstringit quoque Horatius lib. 1 epist. 12 v. 12. Idem Cicero 1 Tuscul. cap. 11, & lib. 2 de Natura Deorum sub fin. *magnum virum* appellat, quod sapientiæ studium ante divitias, honores, gloriam habuisset. Idem iste Democritus luminibus oculorum se sponte privasse traditur, ne videndi illecebris à contemplandi studio revocaretur. Quod tamen Laberius Poëta ideo factum ait:

Malis bene esse ne videret civibus,

ut ipse loquitur. Vid. Gell. lib. 10 cap. 17. Sed dubitat de eo Cicero lib. 5 de Finib. cap. 19. Plutarchus vero plane falsitatis arguit libro de Curiositate. Hoc quoque commemoratur de Democrito, irrisisse humanas res, quas Heraclitus contra deflevit perpetuo. In quo Democritum rectius, quàm alterum fecisse, statuit Seneca: cum tamen interim satius existimet, placide accipere, neque in risum excidere, neque in lacrymas. Vide ipsum de Tranquillitate animi c. 15, & de Ira 2 c. 10, adde Juven. sat. 10 v. 28 seqq. Fortuito omnia ex atomis facta asserere conatus est. vid. Lactant. lib. 1 c. 2. Democrito egregia multa Cicero tribuit: cujus & illa Stobæus annotavit, τῆς ἡσυχίης πάντες οἱ πόνοι ἡδίονες, *Otio lavores omnes jucundiores sunt.* Item: πλέονες ἐξ ἀσκήσιος ἀγαθοὶ γίγνονται, ἢ ἀπὸ φύσιος, *Plures exercitatione boni evadunt, quam naturâ.* Odore panis calidi morti propinquus vitam per triduum extraxit, cum Cereris sacris interesse soror cogeretur. Mortuus tandem placide est 109 ætatis anno, ut Hipparchus ait. Diog. Laërtius.

¶ Democrītēus, a, um; ut, *Sint sane illa Democritea vera*, &c. Cic. de Divinatione lib. 2 cap. 13. Conf. de Nat. D. 1 c. 26.

¶ Democriticus, a, um; ut, *Democritici*, scil. Philosophi, sive Physici, Cic. de Orat. 1 c. 10.

DĒMŎDŎCUS, i, δημόδοκος, citharœdus cœcus, quem apud Alcinoum in convivio cum Ulysse de Veneris & Martis adulterio, & de equo Trojano, canentem introducit Homerus lib. 8 Odyss. Vossius sub hujus personâ Homerum se ipsum depingere putat, cui ait bonum cum malo datum divinitus: nam orbatum fuisse visu, at insignem fuisse arte musica: lib. 1 Instit. Orat. p. 76. Demodoci mentio fit apud Virg. 10 Æn. v. 413, & Ovid. in Ibid. v. 272.

DĒMŎLĔUS, i, & Demoleon, ontis, Græcus aliquis ad Ilium pugnans. vide Virg. Æn. 5 v. 260 & 265. Ovid. Met. 12 v. 356 & 368.

DĒMŌNAX, actis, Philosophus fuit Hadriani Imperatoris temporibus, qui nihil prius habuit amicitiâ. Centenarius decessit, elatus publico sumtu. Lucian.

¶ Demonactes, is, præfectus Armeniæ sub Claudio, Tac. An. 11, 9, 1.

DĒMŎPHŎON, ontis, Thesei & Phædræ filius, ad quem extat Phyllidis Thraciæ reginæ epistola apud Ovidium Heroid. 2. Conf. Virgil. Æneid. 11 v. 675.

Demoror; Demorior, vide *Mora, Mors.*

DĒMOSTHĔNES, is, Δημοσθένης, Atheniensis, Oratorum Græcorum princeps. Natus fuit patre Demosthene, quem cultellos vendidisse ait Val. Max. lib. 3 cap. 4. Certe μαχαιροποιὸς vocatur ab Æschine Orat. περὶ παραπρεσβείας. Vid. Juvenal. sat. 10 v. 130. Cum Platonis studiosissimus esset, dicendi artem didicit ab Isocrate, qui duas minas, cum plures solvere per tenuitatem suam Demosthenes non posset, pretium constituit. Naturæ & ingenii beneficiis cum minus valeret, impedimenta multa diligentiâ atque industria, quemadmodum de eo Cicero scripsit, superavit. Nam & in secreto subterraneo loco se exercens, corporis gestum & vocem sibi formavit, & hæsitantiam linguæ, quâ ne primam quidem litteram ejus artis, cui studeret, proferre rectè posset, conjectis in os lapillis emendavit, ac vocem sibi currendo, scandendo, pronunciandoque adeo confirmavit, ut planius ipso loqueretur nemo. Bis in exilium pulsus, quod habuit in insula Calauria juxta Trœzenen, cum inde ad Antipatrum trahendus esset, venenum, quod in calamum, quo scribebat, clam abdiderat, suxit ac paullo post exanimem se persecutoribus suis tradidit. Ad quod non inscite allusisse Juvenalis videtur, hæc de Ciceronis & Demosthenis exitu ostendens satyr. 10 v. 118

Eloquio sed uterque perit Orator; utrumque
Largus & exundans leto dedit ingenii fons.

Athenienses statuam ei æream posuerunt cum inscriptione hac: *Si pares ingenio tibi vires fuissent, Demvsthenes, Graciæ nunquam apud Macedonas imperium fuisset.* Plutarchus.

¶ Demosthenicus, a, um; ut, *Demosthenicum illud ter primum*, Auson. Profess. Burd. 1 v. 19, i. e. quod Demosthenes dixit, in toto dicendi genere actionem esse primum, esse secundum, esse tertium. Conf. Cic. de Orat. 3 c. 56, & Brut. c. 38.

Demugio; Demulceo, vide *Mugio, Mulceo.*

DĒMUM, adverb. tandem, endlich, cum aliis junctum elegantiam habet. Videtur esse a *Demo*, quia significat id, quod demtis prioribus postremo superest. Festus: *Demum significat Post: apud Livium* (Andron.) *Demus legitur. Alii Demum pro Duntaxat posuerunt.* Terent. Adelph. act. 5 sc. 8 v. 15 *Ego novus maritus anno demum quinto & sexagesimo*, &c. allererst, nachdem ich 65 jahr auf dem halß habe. ¶ 2. *Nunc demum*, nun allererst. Terent. Heaut. a. 2 sc. 3 v. 12 *Vah nunc demum intelligo!* Cicero Attic. *Nunc demum litteris tuis rescribo, quas ad me misisti.* ¶ 3. *Tum demum*, Plaut. Mil. a. 4 sc. 8 v. 55 denn erst. ¶ 4. *Ita demum*, also erst. Quintil. declam. 10 *Ita mihi demum satisfacies*, also und damit wirst du mich erst vergnügen. ¶ 5. *Igitur demum*, pro tum demum, non semel posuit Plautus: ut, Mostell. act. 2 sc. 1 *miserum est opus, igitur demum fodere puteum, ubi sitis fauces tenet.* Id. Rudent. a. 4 sc. 2 v. 25 *Jam ubi liber ero, igitur demum instruam agrum.* ¶ 6. *Præcipue, omnino*: sæpius enim, quando jungitur cum *is, ea, id*, hanc habet significationem: *Is demum, Ea demum*: Cicer. in Sallust. *Ea demum magna voluptas est; æqualem ac parem verbis vitam agere*, hoc est, ea solum, vel omnino, das ist allererst, oder eigentlich eine grosse lust, etc. Valla lib. 6 cap. 21.

Denarius; Denarro; Denascor, vide *Decem, Narro, Nascor.*

DENDRACHĀTES, æ, δενδραχάτης, & Dendrītis, ĭdis, δενδρίτης, gemmæ sunt Plin. 37 c. 10 & 11, a δένδρον, arbor.

DENDROCISSUS, i, δενδρόκισσος, hedera arborea stans sine adminiculo, epheubaum, κίσσος, hedera, δένδρον, arbor.

DENDROIDES, æ, herba, tithymali species, eine art der wolffsmilch, in petris nascens, Dioscoridi, & Plin. 26 c. 8.

DENDROPHŎRI, orum, δενδροφόροι, collegium & corpus fuerunt, ut patet ex inscriptionibus Gruteri p. 194 n. 2, p. 444 n. 2; & Sponii p. 55, 56. Quibusdam sunt lignorum venditores: at Salmasio in Spartiani Caracall. cap. 9 de sacro seu superstitioso quodam ordine ex Lege 20 Cod. Theod. *de Paganis, sacr. & templ.* interpretatur eo, qui Dei cujusdam honori, Bacchi videlicet aut Siluani, aut similis, arbores evulsas gestabant. Adde Jac. Gothofredi in illam legem, qua inter nomina & professiones gentilitias etiam *Dendrophori* censentur.

Denego; Deni; Denicalis; Denigro, vide *Nego, Decem, Neco, Niger.*

DĒNĬQUE, adverb. ordinis, ex *dein* per Metathesin, & *que* factum, endlich, zuletzt. Collocari solet in fine sententiæ post multa enumerata; Aliquando etiam in fine orationis. Ter. Heaut. act. 1 sc. 1 v. 16

quin te in fundo conspicer
Fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique.

Neque enim ibi audiendus Rivius est, qui post τὸ *ferre* stigma ponit, & τὸ *denique* ad sequentia refert. Contra enim, ut produximus, citatur hic locus & Ciceroni 1 de Fin. c. 1, & Donato in Phormione ad illud act. 1 sc. 2 v. 71 *Quid sit denique?* Ad quem locum idem observat, morem esse Terentio, *denique* in fine sensus ponere. Ita & Hecyra act. 1 sc. 2 v. 81, & Eun. 1, 2 v. 78. Præcedente unico membro idem est ac *breviter, uno verbo.* Corn. Nep. Eumen. cap. 12, 1. Sic sæpius alii. Interim tamen aliquando & ponitur, cum nihil præcesserit. Flor. lib. 1 c. 16 *Nihil mollius cælo* [Campaniæ,] *denique bis floribus vernat.* Quam lectionem contra alias tuetur Gruterus non modo: sed & Salmas. Exercitat: notatque Freinshemius ibi, sic usum Particula Justinum quoque & Papinianum. Cæs. lib. 2 de Bell. Gall. cap. 33 *Illi, ante inito, ut intellectum est, consilio, quod deditione factâ, nostros præsidia deducturos, aut denique indiligentibus servaturos crediderant.* Nep. in Regibus cap. 2 *Minime libidinosus, non luxuriosus, non avarus, nullius rei denique cupidus*, &c. ¶ 2. Pro *tandem* usus Lucretius lib. 3 v. 764

Quare dissolvi quoque debent (animæ) *posse per artus,*
Denique ut intereant una cum corpore cuncta.

Nepos in fragmento de Corneliâ Gracchorum matre: *Denique quæ pausa erit, & quando desinet familia nostra insanire?* ¶ 3. *Nunc denique*, pro etiamnum, posuit Albinovanus elegia ad Liviam, v. 105

Talis in umbrosis mitis nunc denique silvis
Deflet Threicium Daulias ales Ityn.

¶ 4. *Tum denique*, pro tum demum, Plaut. Captiv. a. 1 sc. 2 v. 39

Tum denique omnes nostra intelligimus bona,
Cum, quæ in potestate habuimus, ea amisimus.

Denomino; Denormo; Denoto, vide *Nomen, Norma, Nota.*

DENS, dentis, plur. dentes, qui cibos conficiunt, quasi *edentes*, zähne. Horum alii dicuntur *anteriores, divisores*, τομικοὶ, & γελασινοὶ, quod in risu nudentur, die förder-zähne: quibus proximi sunt *Canini*, die spitz-zähne: ulteriores *molares* dicuntur, à Græcis γόμφιοι, die backen-

zähne: ultimi, qui poſtremi poſt annos ſeptem naſcuntur, κραντῆρες dicuntur, à Varrone *genuini*, die verborgenen backen-zähne, quos Plinius tamen poſt annum viceſimum naſci tradidit lib. 1 cap. 37. Vide & Rigaltium ad Artemid. pag. 15 & 16. *Dentes ſcabri, exigui*, Sueton. Aug. cap. 69. *Piceique buxeique*, Martiali lib. 2 epigr. 41 ſunt; *Atri ſive obſcuri dentes*, ut vocat Juvenal. ſatyr. 6 v. 144; & *nitentibus* opponit, ſchwartze zähne. Horatius tamen 1 epiſt. 18 v. 7 *atros* vocat, quos *Theoninos* alibi dixit, de quo infra. *Dentes naſcuntur*, Celſus 7 cap. 12. *Dentes ſtupent*, vide *Stupeo*. *Dentes eruere*, Plin. 28 cap. 8. *evellere*, Idem 30 cap. 3 ausreiſſen. *Dentes decidunt anno ſeptimo*, Plin. lib. 7 cap. 30 ſie fallen aus. *Omnes dentes labefecit mihi*, er hat mir ſie loß geſchlagen. Apul. Apol. pag. 278 *Exotico pulvere dentes emaculare*, mit zahn-pulver reiben und reinigen. *Dentes ſcalpere & fricare*, die zähne ſtören, Plin. 30 cap. 4. *Dentibus ſtridere*, Celſ. 2 c. 6 mit den zähnen knirſchen. *Tangere male dente ſuperbo*, id eſt, faſtidire, verſchmählich und mit eckel eſſen, Horat. 2 Serm. ſatyr. 6 v. 87. *Dente maledico carpere*, Cic. pro Balbo c. 26 läſtern und zur banck hauen. *Albis dentibus ridere*, eſt effuſius ridere, ita ut dentes denudentur, Plaut. Epid. act. 3 ſc. 3 v. 48. Et, *Dente Theonino rodere, rodi*, de maledicentia. *Dente Theonino circumrodi*, Horat. lib. 1 epiſt. 19, conviciis lacerari, formula ſumta à petulantia & maledicentia Theonis poëtæ. *Mordere genuino*, eſt clanculum obtrectare & conviciari, heimlich ſtechen, propterea, quod genuini in aliquibus vix conſpiciantur. Hieronymus *genuinum infringere*, contra Rufin. lib. 1 c. 7 dixit, ubi vide Mar. Victorii ſcholion; quo lectionem hanc contra vulgarem *infigere*, ex Perſii ſatyr. 1 v. 115 defendit. Martial. lib. 13 epigr. 2

quid dentem dente juvabit
Rodere? carne opus eſt, ſi ſatur eſſe velis.

Rurſus, *Dente morderi invido*, Horat. dixit lib. 4 carm. od. 3. Symmach. lib. 10 epiſt. 1 *Præconia virtutum tuarum preſſo dente perſtringo.* Confine illi videtur, quod lib. 1 epiſt. 6 legas: *Ille Severos, Catones, gentem Fabiam, decora Scipionum, totumque triumphalem Senatum parcâ laude perſtrinxit.* At, *dentes reſtringere*, geſtus eſt iraſcentis: labella vero ridentis. Scip. Gentil. ad Apolog. Apul. pag. 51. Barth. ad Claudian. pag. 161. *Dentium crepitus & ſtridor* metum arguit. vid. Lambin. ad Horat. lib. 1 epiſt. 18 p. 347. ¶ 2. Dens etiam ferrum notat, quo præfixum venabulum eſt, Gratio Cyneget. v. 108

Ille etiam valido primus venabula dente
Induit.

Nam, ut Nonius obſervat, Dentes non ſolum ſunt, quibus cibus atteritur, ſed omne, quo aliquid exſecari vel teneri poteſt. Sic, *dens anchoræ*, apud Virg. Æn. 6 v. 3 *tum dente tenaci*
Anchora fundabat naves.

Et, *dens vomeris* ſive *aratri* apud eumdem Georg. 2 v. 423
tellus cum dente recluditur unco.

Vnde Plinius lib. 18 cap. 18 *Inciſuras reſupinus in arando mordeat vomer.* Et Columella lib. 2 cap. 4 *Reſpuitur duritiâ ſoli dens aratri.* Venuſte quoque *falx* Virg. Georg. 2 v. 406 *dens curvus Saturni* appellatur. ¶ 3. Claves etiam olim vocabant dentes. Sic Tibull. 1 eleg. 2 v. 18 *Seu reſerat fixo dente puella fores.*

¶ Denticulus, i, dimin. ein zähnlein. Apul. Apol. p. 278 *Quæ, malum, ratio eſt, linguam mundam & lotam, vocem contra ſpurcam & tetram poſſidere? viperæ ritu, niveo denticulo atrum venenum inſpirare?*

¶ Dentio, ire, dentes emittere, zähne gewinnen. Plin. 30 cap. 3 *pueri tarde dentientes.* Celſ. 2 cap. 1 *dentientes gingivæ.*

¶ Dentitio, ōnis, das zahnhäcken. Plin. 30 cap. 15 *Ad dentitiones cerebrum pecoris utiliſſimum eſt.*

¶ Dentatus, a, um, der zähne hat. *Male dentatus*, dem die zähne ausgefallen, der wenig zähne hat, Ovid. lib. 1 de remed. amoris v. 340. ¶ 2. Dente politus, levigatus. Sic Cicero lib. 2 ad Quint. Fratr. epiſt. 14 *Dentatam chartam* dixit, ut recte interpretatus Manutius eſt. Male enim de acerbâ & mordace ſcriptura Eraſmus interpretatus eſt: de quo & ſupra monuimus in *Calamus*. ¶ 3. Exporrectus. Petronius p. 63 *Capillos ab aure deſcendentes dentata manu duxit*, i. e. manu digitis explicata. ¶ 4. Dentatus cognomen fuit M. Curii, quod cum dentibus natus fuerit. Plin. 7 cap. 16.

¶ Denticulatus, a, um, quod ad dentium formam factum eſt, zackicht, mit zähnen: ut, *Serra denticulata*, aut *dentata* potius; *falx denticulata*, Colum. lib. 2 cap. 21. *Bina brachia denticulatis forcipibus*, Plin. lib. 9 cap. 31 de cancris.

¶ Dentoſus, a, um, idem. Ovid. 6 Faſt. 5 v. 229
Dentoſa crinem depectere buxo, mit einem kamm.

¶ Dentāle, is, lignum cui vomer inſeritur, das holtz am pfluge, ſo das pflugſchar faſſet; Virg. 1 Georg. v. 172. Vid. *Aratrum*.

¶ Dentarius, a, um, zum zähnen gehörig. Gloſſ. gr. lat. ὀδοντάγρα, *forfex dentaria*. Matthiol. herba dentaria, zahn-kraut.

¶ Dentrix, īcis, piſcis pro multitudine & granditate dentium dictus Iſidoro 12 c. 6. *Dentex* eſt Plinio 37 c. 10. conf. Ælian. 11 c. 40.

¶ Dentharpăga, æ, inſtrumentum chirurgicum ad evellendos dentes, ein zahn-brecheiſen. Quas Græci ὀδοντάγρας vocant, latine ſic voluit appellari Varro apud Nonium c. 2 n. 237. *Hic bipenſiles forcipes, dentharpagæ.*

¶ Dentidūcus, a, um, das zähne auszeucht. Cæl. Aurel. 2 Tard. c. 4.

¶ Dentifrangibŭlum, i, inſtrumentum quo dentes effringuntur, ein zahnbrecher. Ita pugnos vocat Plautus non invenuſte Bacch. act. 4 ſc. 2 v. 14. ¶ Et maſculinum, *Dentifrangibulus*, ibidem v. 23.

¶ Dentifricium, i, medicamentum quodcunque, quo dentes fricantur, ut mundi fiant & candidi. Scribon. Largus compoſ. 59 *Dentifricium, quod ſplendidos facit dentes, & confirmat.* Plin. lib. 28 cap. 11 *capitis eorum* (lupi, leporis) *cinis dentifricium eſt*, zahnpulver. Apulejus Apologia pag. 277 ed. Elmenh. *Mundicinas dentium* vocat.

¶ Dentilĕgus, i, apud Plautum in Captiv. a. 4 ſc. 2 v. 18, eſt ita percuſſus, ut opus ei ſit, ſuos dentes colligere: *Dentilegos eos faciam*, ich will ihnen alle zähne ausſchlagen.

¶ Dentilŏquus, a, um, i. e. male loquens propter dentium abſentiam. Legunt aliqui apud Plaut. l. c. pro *dentilegis*.

¶ Dentiſcalpium, i, zahnſtörer, zahnſtocher. Martial. lemmate 14 epigr. 22.

¶ Edentare, id eſt, dentes excutere, die zähne ausſchlagen. Plaut. Rudente a. 3 ſc. 2 extr. *Nimis velim improbiſſimo homini malas edentaverint.*

¶ Edentatus, a, um, dem die zähne ausgeſchlagen ſind. Macrob. 7 ſat. 3 *Scommata minus aſpera, quaſi edentatæ belluæ morſus.*

¶ Edentulus, a, um, qui dentibus caret, der keine zähne hat, apud Plaut. Caſina act. 3 ſc. 2 v. 20. Vide adagium, *Edentulus veſcentium dentibus invidet.* Fœm. idem Plaut. Moſtell. act. 1 ſc. 3 v. 118 *vetulæ, edentulæ*, &c. Et Pœn. 3, 3 v. 87 *Vinum vetuſtate edentulum*, i. e. leve & fugiens, ein gelinder wein, der die ſchärffe verlohren. vid. Parei Lex. Plaut. p. 1301.

¶ Bidens, tis, maſcul. inſtrumentum foſſorum, ſic dictum à duobus dentibus, Græce δίκελλα, eine weinhacke, karſt; Colum. 4 cap. 14. Virgil. 2 Georg. v. 355 *duros jactare bidentes.*
Et ibidem v. 400
glebaque verſis
Æternum frangenda bidentibus.
Tibull. 1 eleg. 10 v. 50 *Pace bidens vomerque vigent.*
Idem 2 eleg. 3 v. 6 *Verſarem valido pingue bidente ſolum.*

¶ Bidens etiam fœm. pro *ove* ponitur. Quod ſcil. duos dentes eminulos habeat, ut putat Feſtus & vetus Scholiaſtes Horat. ad lib. 3 od. 13. At vero Nigidius apud Gell. lib. 16 cap. 6 ab ætate ſic dictas cenſet, quæ videlicet *bimæ*. Vt *bidens* ſit quaſi *biens*, h. e. binorum annorum. Videtur tamen Gellius adſtipulari Hygino, qui *bidentes* dictas cenſuit, quæ per ætatem duos dentes altiores haberent. Vide & Scalig. Caſtigat. in Feſtum. Item Conject. in Varronem. Virgil. 6 Æn. v. 39 *mactare lectas de more bidentes*: & lib. 7 v. 93 *lanigeras mactabat more bidentes*, id eſt oves. Obſervandum vero ex Gellio, non oves ſolum, ſed & tauros, verres, bidentes dici. Conf. Jani Gebhardi animadverſ. in Tibull. 1 eleg. 1 v. 19.

¶ Bidental, ālis, dicebatur τόπος κεραυνόπληξ, id eſt, locus de cælo tactus, quod in eo bidentibus ſacrificaretur. Vide Scaliger. ad Feſt. Hinc & Perſ. ſatyr. 2 v. 27 *bidental* dixit hominem fulguritum: *Triſte jaces lucis evitandumque bidental.* Vbi Scholiaſtes: *Bidental locus ſacro percuſſus fulmine, qui bidente ab aruſpicibus conſecratur, quem calcare nefas eſt.* Conf. Horat. Art. v. 471.

¶ Bidentatio, ōnis, das karſten. Gloſſ. gr. lat. σκαφελὸς, *accatio, bidentatio.*

¶ Tridens, tis, ejusdem generis quicquid tres habet dentes, was drey zacken oder ſpitzen hat. Plin. lib. 9 cap. 15 de thynnis: *ne tridente quidem in eos ſæpius jacto territi.* ¶ 2. Et ſceptrum Neptuni. Virg. 1 Georg. v. 13, & 1 Æn. v. 142.

¶ Tridentĭfer, i, Neptunus, de illo ſceptro appellatus. Ovid. 8 Metam. v. 597.

¶ Tridentiger, i, idem. Ovid. lib. 11 Metamorph. v. 203
Cumque Tridentigero tumidi genitore profundi.

¶ Tridentĭpŏtens, tis, idem Neptunus. Silius lib. 15 v. 159 *Dive Tridentipotens*, ut in MSS. eſt: ruptum vulgo *tridente potens*.

DENSUS, a, um, contrarium raro, frequens, dicke, dichte: ut, *Denſus aër*, Horat. 2 od. 7, quod Celſus præfat. dixit *cælum denſum*, idque *tenui* oppoſuit, dicke trübe lufft: *Silva denſa atque aſpera*, Cicer. Attico 12 epiſt. 15. *Denſos fertur moriturus in hoſtes*, Virgil. 2 Æn. v. 511. *Denſior his tellus*, igni & aëre, Ovid. 1 Metam. v. 29. *Denſiores ſilvæ*, Cæſ. 3 Gall. extr. *Spes denſiſſimæ*, ibid. lib. 2 cap. 22. *Denſiſſimus imber*, Virg. 1 Georg. v. 334.

¶ Densè, adv. dicht, dick, cujus Comp. uſus eſt Plin. 16 c. 37 pr. *alni cæſæ denſius innumero herede proſunt*, wachſen dichter. Ovid. 1 Pont. 9 v. 11 *Nulla tamen ſubeunt mihi tempora denſius iſtis.*
Superl. Vitruv. lib. 5 cap. ult. *bene & quam denſiſſime calcatum.*

¶ Denſitas, ātis, craſſitudo, ſpiſſitas, die dicke. Plin. 9 c. 45 extr. *denſitas ſpiſſa.* Gellius lib. 2 cap. 6 *denſitas auri.*

¶ Denſo, are, dichte an einander fügen. Virg. 1 Georg. v. 248 *denſantur nocte tenebræ.* Horat. 1 od. 28 v. 19 *denſantur funera.*

¶ Denſatus, a, um, zuſammen gedruckt, zuſammen gepreßt. Liv. 28 c. 2 *Tela denſatis ſcutis excipere.* Curt. 5, 3, 23 *Denſata agmina.* Idem 6, 1, 6 *denſati ordines.*

¶ Denſeo, densēre, dick machen, quod germanum, alterum verò *denſare* corruptum putant Lambinus ad Horat. lib. 1 od. 28, & Giphanius, Indice Lucretiano, quos vide. Interim *Denſere* Virgilio ex MSS. & auctoritate Priſciani lib. 8, vindicatur Georg. 1 v. 419, & Æneid. 12 v. 264. Plura loca Ovidio & aliis autoribus reſtituit Heinſius in Not. ad Ovid. Faſt. 3 v. 820.

¶ Denſeſco, ére, dicht, dick werden. Paullinus Petrocorius lib. 6 de vita Martini v. 234 *Vicinum doluit tenebris denſeſcere ſolem.*

¶ Denſatio, ōnis, inſpiſſatio, die dickmachung, zuſammenpreſſung. Plin. lib. 30 cap. 7 *Prima denſatio in bitumen liquidum cogitur.*

¶ Denſabilis, e, denſans, zuſammenziehend. Cæl. Aurel. 5 c. 7, & Apul. de herb. *Herba virtutis denſabilis.*

¶ Addenſo, are, idem quod denſare. Plin. 20 cap. 21 *aquam addenſari atque lacteſcere.*

¶ Addensēre, idem. Virg. Æn. 10 v. 432, denſum efficere, *Extremi addenſent acies.*

¶ Circumdenſatus, a, um, dicht an einander hangend. Juvencus lib. 3 v. 713 in Matth. 21 *cui jugera multa nitentis*
Vineti ſepes circumdenſata coercet.

¶ Condenſus, a, um, denſus; ut, *olivetum crebris arboribus condenſum*, Hirtius B. Afr. cap. 50. *Condenſæ turmæ*, ibid. cap. 14. *Condenſa acies*, Livius lib. 26 cap. 5. Et Silius lib. 13 v. 600
Harpyiæque fovent nidos, atque omnibus hærent
Condenſæ foliis.

¶ Condenſare, zuſammen preſſen. Colum. lib. 7 cap. 8 de caſeo: *ponderibus condenſatur.* Hirtius c. l. cap. 13 de acie: *levis armaturæ Numidas & ſagittarios pedites interpoſuerant, & ita condenſaverant, ut* &c.

¶ Condensēre, idem. Lucret. lib. 1 v. 392 *quia se condenseat aër.*
¶ Condensatio, ōnis, die zusammenfügung. Vet. Gloss. *Condensatio, συνάφεια.*
¶ Perdensus, a, um, sehr dicht, derb. Colum. 3 cap. 12 *perdensa humus.*
¶ Prædensus, a, um, idem. Plin. 18 cap. 18 *prædensa terra.*

Dentatus, Dentio &c. Denuo, Deorsum, vide *Dens, Novus, De.*

Depalare, Depalatio; Depalmare; Depavio; Depecisci; Depecto; Depeculor; Depello; Depetigo; Depilis, Depilo, are; Depleo; Deploro; Deplumis, Deplumo; Depontani; Depopulari cum derivatis; Depræsentiarum; Depravare, Depravatio; Deprehendo cum derivatis; Depretiare, Depretiator; Depulsio, Depulsor &c. Depuvio, vide in *palus, pali, palma, pavio, pacisci, pecten, peculium, pello, petigo, pilus, plenus, ploro, pluma, pons, populo, præsens, pravus, prehendo, pretium, pello, pavio.*

DEPSO, ere, apud Catonem cap. 90, & ex Varrone apud Nonium c. 2 n. 234 legitur pro manibus subigere, mit den händen knäten und wirken, absolutum est, à Græco δεψέω, quod est coquo seu mollio.
¶ Depsticius, a, um, geknäten. Cato cap. 74 *Panem depsticium sic facito,* &c.
¶ Condepso, ere, idem, aut multa simul depsere, einknäten. Cato R. R. cap. 41 *Hæc unà bene condepsito.*
¶ Perdepsere, Catulli est carm. 75 obsceno sensu.

DERCE, es, seu Derceto, ûs, Syrorum dea, de quâ in *Atargatis.*

DERECTARII, orum, qui malis artibus in alienas domus furandi animo se dirigunt, & scandunt. Dalechamp. ad Plin. lib. 19 cap. 4 p. 898. Cujac. lib. 10 Observat. cap. 27.

Derepente, Derepentino; Derepere; Derideo, Derisor, &c. Derivatio, Derivo; Derōgo; Deruo; Deruptus; Desero, āre; Desēro, ĕre, Desertio, &c. quære in *repens, repo, rideo, rivus, rogo, ruo, rumpo, sera, sero.*

Deses, Desideo, Desidia, &c. Desiderium, Desidero, &c. Desīdo, ĕre, Desilio; Desino; Desipientia, Desipio; Desisto; Desitudo; Desolare, Desolatio; Despectus; Desperatio, Despero, &c. Despicientia, Despicare & reliqua; Despumo; Desquamo; Destina, Destinare, &c. vide *sedeo, sidus, sido, salio, sino, sapio, sisto, sino, solus, specio, spes, spuma, squama, stino.*

Destituo, &c. Destructibilis, Destruo, &c. Desuetudo; Desultor, Desultorius; Detector, Detego; Detendo; Detentatio, Detentator, Detentio, Detento; Detergo, vide *Statuo, Struo, Suesco, Salio, Tego, Tendo, Teneo, Tergo.*

Deterior, Deteriorare; Determino, &c. Detĕro; Detestabilis, Detestari, &c. Detineo; Detondeo, Detonso; Detŏno; Detorno; Detractio, Detractor, Detraho, Detrectatio, Detrectator, Detrecto: Detrimentosus, Detrimentum; Detriumpho; Detruncatio, Detrunco; Deturbo; Deturgeo; Deturpo, vide *Tero, Terminus, Tero, Testis, Teneo, Tondeo, Tono, Tornus, Traho, Tero, Triumphus, Trunco, Turba, Turgeo, Turpis.*

Devasto, are, vide *Vastus, a, um.*

DEUCĂLION, ōnis, Δευκαλίων, Promethei filius, rex Thessaliæ, qui diluvio quodam Thessaliæ Parnassi juga petiit, atque ibi ratibus ad se confugientes benigne fovit, inde reparator humani generis à Poëtis fingitur. Vide Justinum 2 cap. 6. Fuit id diluvium annis aliquot non ita multis ante exitum Israelis ex Ægypto.
¶ Deucalionēus, a, um; adjectivum. Ovid. 7 Metamorph. v. 357
Deucalioneas effugit inobrutus undas.

Devectare, Devectio, Devĕho; Develare; Deveneror; Devenio, Devenusto; Deverbero; Devergentia, Devergo; Deverro; Deversio; Devexitas, Devexus; Deviare, Devius; Devigesco; Deunx, quære in *Veho, Velum, Veneror, Venio, Venustus, Verber, Vergo, Verro, Vestio, Vexo, āre, Via, Vigeo, Vncia.*

DĔUS, i, Θεός, GOtt. Notæ sunt etymologiæ, quas alii alias faciunt, vel à θέειν *currere*, vel à θεάομαι, *contemplor*; *Cernit Deus omnia vindex*: vel ἀπὸ τοῦ δέους, δεῖος, reverentiâ & timore, ad quam etymologiam allusisse videtur Petronius:
Primus in orbe deos fecit timor.
Gatakerus de Styl. Novi Instr. p. 33 ab Æolico Δεύς, quod pro Ζεύς dicitur, cum Junio deducit, illosque, qui a *timore* derivant, refellit. *Dii*, plural. qui vel majorum gentium, *Selecti* dicti, vel minorum, *Advenæ* & *Adscriptitii* appellati. Cic. 1 Tuscul. cap. 13 *Ipsi illi majorum gentium dii, qui habentur, hinc à nobis profecti in cælum reperientur.* Quæ verba, & iis connexa, repetit, urget, & illustrat Lactantius lib. 1 cap. 15, qui videatur. Addi potest Coquejus ad Augustin. de C. D. lib. 1 cap. 4 p. 18. *Dii meliora*, scil. dent, Cic. Philipp. 8 cap. 3, da sey GOtt für. *Si Diis placet*, ironica formula, Terentio familiaris, wills GOtt, hinter sich. *Dii bene vortant* vel vertant, da gebe GOtt seinen segen zu, Ter. Phorm. 3, 3 v. 19, & Eun. 2, 3, 98 &c. v. Brisson. de form. p. 66 & 68. Apud Cic. 2 de Leg. cap. 11 Thales dixit, *Homines existimare oportere, Deos omnia cernere, Deorum omnia esse plena.* Plaut. in Capt. act. 2 sc. 2 v. 63 *Est profectò Deus, qui quæ nos gerimus, auditque & videt.* Lucan. lib. 9 v. 575
Estque Dei sedes, ubi terra, & pontus, & aër,
Et cælum, & virtus, superos quid quærimus ultra?
Jupiter est, quodcunque vides, quocunque moveris.
Lucretius lib. 2 v. 989 *Denique cælesti sumus omnes semine nati* &c.
Manilius lib. 4 v. 893 *Exemplumque Dei quisque est in imagine parva.*
¶ Observandum, Latinos Poëtas imitatione Græcorum, quibus ὁ θεὸς καὶ ἡ θεὸς dicitur, Dei vocabulum tam viris, quam fœminis attribuisse. Ita enim Virg. lib. 2 Æneid. v. 632 *Venerem Deum*: & lib. 7 v. 497 *Junonem Deum* vocat. Similiter Quintus Catullus apud Cicer. lib. 1 de Nat. Deorum c. 28 *Mortalis visus pulchrior esse Deo,*
id est, aurora, de qua præcedit. ¶ 2. Deus interdum idem est ac genius. Ter. Phorm. 1, 2 v. 24 *Memini, relinqui me Deo irato meo*, i. e. irato genio. Attributum enim antiquitas suum cuique Deum custodem credidit, & secundas res, eo propitio, adversas irato ac infesto evenire. v. Turneb. 19 Advers. cap. 14. ¶ 3. Deus etiam pro benefico, servatore. Ter. Phorm. 2, 2 v. 31 *Non tu hunc habeas plane præsentem Deum?* Idem Adelph. 4, 1 v. 19 *Facio te apud illum Deum.* Curt. 7, 8, 26 *Si Deus es, tribuere mortalibus beneficia debes, non sua eripere.* Cic. ad Quir. post red. cap. 5 *Lentulus consul, parens, deus, salus nostræ vitæ, fortunæ.* ¶ 4. *Deus sum*, sermo illius est, qui sibi maxime felix videatur ac fortunatus. Plaut. Curcul. act. 1 sc. 3 v. 11
PHAEDRIA. *Est lepida.* PAL. *nimis lepida.*
PHAE. *Sum Deus.*
Sic Clinia apud Terentium Heaut. a. 4 sc. 2 v. 15 *Deorum vitam adepti sumus*, id est, fortunatissimi sumus. ¶ *Introite: nam & hic Dii sunt.* Heracliti Ephesii dictum apud Gellium lib. 20 cap. ult. De quo auctoris ejus loco vide Salmasium Prolegomenis in Exercit. Plin. p. 24, & Lambecii Prodromum Lucubrationum Gellianarum p. 109 seqq. ¶ *O Dee*, bis habet vocandi casu Prudentius Hamart. v. 931
O Dee cunctiparens, animæ dator, o Dee Christe.
¶ Dea, æ, eine göttin. Fœmininum hoc passim occurrit apud auctores. In Cicer. de Nat. Deor. lib. 3 cap. 18 octies positum, sexies in sing. bis in plur. Apud Virg. ecl. 4 v. ult. cum *Deus* conjungitur:
Nec Deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.
Sæpe hæ voces, *dii deæque omnes*, conjuncte leguntur. vid. Propert. 3 eleg. 12. Virg. 1 Georg. v. 21. Ter. Phorm. 4, 4 v. 6, & 5, 7 v. 83. Consule Brisson. lib. 1 de form. p. 54. *Deabus* etiam dixit Cicero pro Rab. cap. 2, ubi distinctione sexus opus erat. Alias pro eodem, ut in aliis hujus commatis, usurpatur etiam terminatio masculini. v. Voss. de Analog. 2 cap. 4. & in addendis.
¶ Indĭges, ĕtis, in diis agens, vide infra suo loco.
¶ Sēmideus, i, ein halb-gott. Ovidius in Ibin v. 80
Nymphæ, semideumque genus.
Lucanus lib. 8 v. 831 *Nos in templa tuam Romana accepimus Isin,*
Semideosque canes, hoc est, Anubin.
Statius 9 Theb. v. 376 *Hoc tibi semidei munus tribuēre parentes.*
¶ Semidea, æ, eine halb-göttin. Ausonius Gripho v. 21
Tres volucres, tres semideæ, tres semipuellæ.
¶ Deĭtas, ātis, divinitas, Gottheit, vox non antiquissimi usus. Augustinus lib. 7 de Civ. Dei c. 1 *Hanc divinitatem, vel, ut sic dixerim Deitatem; nam & hoc verbo uti jam nostros non piget, ut è Græco expressius transferant, quod illi θειότητα appellant.* Hieronymus epist. 57 ad Damasum: *In tribus personis Deitas una subsistit.*
¶ Deificus, a, um; Tertullian. Apolog. cap. 11 illum *Deum deificum* vocat, per quem gentiles credebant consecrationes fieri, seu mortales homines in numerum deorum suscipi.
¶ Dīus, a, um, δῖος, divinus, generosus, göttlich, herrlich, himmlisch. Solet epitheti loco propriis proponi: *Dia Camilla*, Virg. 11 v. 657 edel. *Dia Mosella*, Auson. Idyll. 10 v. 374. ¶ 2. & appellativis: *Dia sententia*, eine rechtschaffene meynung, Horat. 1 satyr. 2 v. 32. *Otia dia*, Lucret. lib. 5 v. 1386, edle und gewünschte ruhe. ¶ 3. Ponitur & pro Deo. *Dius Fidius*, per quem, quod fiebat sacramentum, omnium sanctissimum erat. Vid. Plaut. Asin. act. 1 sc. 1 princ. & ibi Interpretes, & infra *Fidius* in *Fides.*
¶ Dium, i, subst. das helle unter dem himmel: *Sub dio*, unter dem freyen himmel. Horat. lib. 2 od. 3
Nil interest, an pauper & infimâ
De gente sub dio moreris.
Quamquam alii *divo* legunt, quod verum putat Torrentius, non ibi tantum, sed ad Suetonii Cæsarem quoque cap. 72. Vide infra *Divum.* Columella lib. 12 cap. 12 *Aquam cælestem vasis includunt, & sub dio in sole habent*, sie distilliren regenwasser an der sonnen. Asconius in Verr. de Prætura Vrb. SVB DIO, *id est, sub cælo. CÆLVM Græci τὸν δία dicunt. Sed ita declinatur:* HOC DIVM, HVIVS DII, &c. Varro lib. 4 de L. L. c. 10 *olim* (Jupiter) DIIOVIS, & DIESPITER *dictus. Hoc est aër, & dies pater: à quo Dii dicti: qui inde & Dies & Dius, & DIVUS. Vnde sub DIO, & DIVO, & DIVS FIDIVS. Itaque inde ejus perforatum tectum, ut videatur* DIVVM, *id est, cælum.* Ex istis locis constare potest, utrumque usurpatum Veteribus *sub dio, & sub DIVO.* Pro quo quoque Virgilius dixit lib. 2 Æn. v. 512 *nudoque sub ætheris axe.* Vid. Vorstii Indicem ad Corn. Nepotem. *Dium fulgur*, pro diurno; Festus: DIVM FVLGVR *appellabant diurnum, quod putabant Jovis; ut nocturnum Summani.* Vet. Gl. κεραυνοβόλιον ἡμερινόν, *Fulgurium*: Lege cum Casaubono *fulgur dium.*
¶ Dialis, Diale, quod Jovis est, ἀπὸ τοῦ διός, dem Jovi gehörig. *Dialis sacerdos*, Sueton. Domit. cap. 4. *Diale flaminium*, Idem Aug. cap. 31. *Dialis flamen*, Vellej. 2, 43, 1. *Apex dialis*, apud Livium lib. 6 cap. 41. De ceremoniis huic Flamini impositis, vide Gellium lib. 10 cap. 15, deque ejus Sacerdotio enucleate Alex. ab Alex. lib. 6 G. D. cap. 12.
¶ 2. Vnius diei, de qua notione vide supra in *Dies.*
¶ Subdialis, e, quod sub dio est, unter freyen himmel: ut, *ambulationes subdiales*, apud Plinium lib. 14 cap. 1, quas Græca voce usus Vitruvius *hypæthras ambulationes* lib. 5 cap. 9 appellat. Scribitur etiam *Subdivalis*, de quo postea.
¶ Subdiale, is, subst. idem quod Subdival, de quo mox dicemus. Plinius lib. 36 cap. 15 *Subdialia Græci invenere.* Onomast. Vet. ὑπαίθριον, *Subdiale.*
¶ Dīvus, a, um, per consecrationem in numerum deorum relatus, vergöttert. Et substantive, qui ex hominibus pro Deo colitur, ein heiliger, ein gott, oder göttin. Discrimen ergo faciunt inter *deos*, qui immortales & æterni dicuntur, & *divos*, qui defuncti consecrantur; cujus appellationis honorem primum Cæsari contigisse, Servius observat ad eclog. 5 Virgilii. Sic, *divus Cæsar, divus Augustus.* DIVI tamen Imperatores boni & laudatiores, non nisi morte obita appellabantur. *Nam Deûm honor principi non ante habetur, quam agere inter homines desierit*, ipso fine 15 Annalium Tacitus scribit. Sed per adulationem quandoque & mali & vivi adhuc divorum nomen acceperunt. Improbat Vorstius, quod sanctos Apostolos *Divos* apppellemus, v. gr. *Divus Paulus.* Tutius dixeris, *Divinus Paulus*, sicut Cic. *divinum Platonem* vocavit, & passim *divinam virtutem.* Sic Græci: θεῖος ἀνὴρ ὅτος. Nec unquam Patres Latini *divos* apostolos aut

aut patriarchas dixere, sed *beatos*, *sanctos*, qud etiam Georg. Cassander Dedicat. Hymnor. Eccles. observavit, & in abusum seculi acerrime invectus est. ¶ Horatius tamen *Divam* pro Dea dixit, in illo lib. 1 od. 3 v. 1 *Sic te Diva potens Cypri.* Et *Divos* pro Diis posuit Cic. lib. 2 de Legibus cap. 8 *Ad Divos adeunto caste.* Vtrumque conjungit Livius 7 cap. 26 *Si divus, si diva esset, qui sibi præpetem misisset, volens propitius adesset.* ¶ Divus, adjectivum, pro Divinus, subdubium nonnullis & suspectum est. Videtur enim appositio substantivorum esse, cum *diva mater*, *diva Juno*, *divi penates* dicuntur. Alcimus tamen lib. 5 v. 64 *divæ vocis Anubem* dixit; & apud Prudent. Psychom. v. 76 est *diva caro*, ut annotat Cellarius Cur. post. p. 243. De hujus vocis usu lege plura ibid. & in Borrich. Cogit. p. 89 & 274.

¶ Divum, i, idem quod Dium. *Sub divo*, id est, aëre. Lucret. lib. 4 v. 211

Sub divo splendor aquai

Ponitur.

Vide supra in *Dius*.

¶ Divalis, e, divinus, göttlich: ut, *divale nomen*, Spartian. Carac. c. 11. Sic *divales constitutiones*, Imperatorum constitutiones, qui *Divi* nuncupabantur, Justinianus præfatione Codicis sui & alibi vocat. Symmachus lib. 7 epist. 96 *Divalia constituta* vocat. Sic, *Divale sacrum*, pro Eucharistia seu sacra Cœna Poëta incertus de Bebiani baptismo dixit. Corippus de laud. Justini sub init. lib. 1 v. 42

A magno dilecte Deo, divalis origo.

¶ Diviana, æ, Diana appellata apud Varronem 4 cap. 10.

¶ Divigĕna, æ, von Gott gebohren. Gloss. gr. lat. θεογενὴς, *divigena.*

¶ Subdivus, Subdius, a, um, serenus, heiter. Eædem Glossæ: ὕπαιθρος, *subdivus.* v. Salmas. de Pallio p. 137.

¶ Subdivalis, e, idem quod Subdialis. *Nostri pruinis subdivales moras difficile tolerabant*, Ammian. lib. 19 cap. 23 tam Lindebrog. quam Vales. editione.

¶ Subdival, is, idem quod Subdiale, pars nemque domûs sine tecto. Tertullian. adv. Judæos cap. 11 *subdival domus.* Gloss. Vet. ὑπαίθρον, *area*, *subdival*, *impluvium.* Item: ὑπαίθριον, subdiale, subdival.

¶ Dīvīnus, a, um, cælestis, ex Deo, vel ad Deum pertinens, göttlich: ut, *Animos hominum esse divinos*, Cic. de Amic. cap. 4, id est, cælestis originis. *Rem divinam facere*, des gottesdiensts pflegen, Terent. Eun. a. 3 sc. 3 v. 7. ¶ 2. Deinde *divinum* dicitur omne excellens, & communem conditionem in aliqua re excedens, übermenschlich, fürtrefflich: ut, *divina virtus*, *divina liberalitas*, Cic. post Red. ad Qu. cap. 3. Petronius de formosa puella: *Si permitteretur osculum capere, si illud cæleste & divinum pectus amplecti.* Sic, *divina tomacula* Juvenalis dixit propter gustûs suavitatem sat. 5 v. 335. Aristoteles lib. 7 Ethic. Nicom. cap. 1 observat, Lacones, quos propter virtutem maxime mirarentur, θείυς appellasse. Jamblichus quoque cap. 35 de vita Pythag. Pythagoram, tradit, à discipulis divinum sive θεῖον semper salutatum. Homero quoque tam usitatum est, homines præstantes in aliqua re θείυς vocare, ut & subulcos bonos eo dignari epitheto haud vereatur. Sane bona mens, quod Seneca dicebat, absque Deo nulla est: quem vide epist. 73 extr. & Maximum Tyrium Dissert. 22. Quid? quod & ipse S. Basilius τὺς κατ' ἀρετὴν τελείυς, plane θεὺς, appellat lib. 3 contra Eunomium. Atque ibidem Spiritus Sanctus θεοποιῶν dicitur, quos τελείυς facit. Vide & Hieron. in Matth. cap. 16, & in epist. ad Galatas cap. 1 v. 11, & Clement. Alexand. lib. 7 Strom. pag. 537 extr. ¶ 3. *Divina* appellantur, & quæ ad rerum naturam & statum mundi pertinent. Quippe quod non pauci mundum vel Deum ipsum, vel Dei partem statuerint, æternum certe & sic divinum existimarint. Senec. præfat. in Quæst. Nat. *Hoc habet argumentum divinitatis suæ animus noster, quod illum divina delectant.* DIVINA; id est, τὰ φυσικά. Sic eidem, *supra humana erigere se*, est, rerum naturam contemplari. Lege totum illud procemium. Hinc intelligendus Æthicus est præfatione Cosmographiæ, cum ait: *Plurimi, qui res divinas evidentiùs cognoverunt, duas tantum partes accipiendas suadent.* Nam *divinas res* vocat, ex quibus natura rerum constat. Idem cùm paullo post Cæsarem *divinis humanisque rebus instructum* dicit, Naturalium eum juxta & Civilium rerum his verbis peritum significat. Nempe antiqui illi Deos duplices faciebant, animales alios sive sensibiles, & intellectuales. Animales habebant Solem, Lunam, & cætera, ex quibus mundus contextus est. Quare mirum non est, τὰ φυσικὰ, divina ut habuisse, ita appellasse. Vide Apulejum de dogmate Platonis: & infra in *Sidus*. ¶ 4. *Divina* & appellabant veteres Romani, quæ ad Principes seu Imperatores pertinerent. Vide supra *Cælestis* in *Cælum*. ¶ 5. Sed & *divinus* dicitur ariolandi sive divinandi peritus, wahrsagerisch. Horat. lib. 3 od. 27 *Imbrium divina avis imminentum*, id est, præsignificatrix. Et lib. 1 sat. 9 v. 30 *Quod puero cecinit divinâ mota anus urnâ.* Et sat. 6 v. 114 *Assisto divinis*, id est, ariolis. Martial. 3, 71 *Non sum divinus, sed scio quid facias.* Ita & Manilius Astrologiam, quæ ex stellis futura prædicit, *divinas artes* dixit principio sui operis. ¶ 6. *Divinus* etiam dicitur, qui ea parte prudentiæ, quæ divinatio seu providentia dicitur, valet, rectitudine scilicet constantiaque consilii, & propositi. Nep. Attico cap. 9 n. 1, quem vide. ¶ Comp. Divinior. Cic. lib. 5 de Fin. cap. 11 *Major aliqua caussa atque divinior hanc vim ingenuit*: & cap. 13 *Ratione nihil est homine divinius.* Idem Paradox. 1 cap. 4 *Animo nihil est divinius.*

¶ Divinalis, e, idem: ut, *divinalis Astronomia*, quam describit Isidorus Orig. 2 cap. 24.

¶ Divinitas, ātis, die Gottheit, göttliche art. Cic. de Divin. lib. 2 c. 11 *Ex divinitate omnes animos haustos, aut acceptos, aut libatos habemus.* Idem in Oratore cap. 19 *Theophrastus divinitate loquendi nomen invenit.* Livius lib. 1 cap. 15 *divinitas post mortem credita.*

¶ Divinè, adv. mit hohem göttlichem verstande. Cic. lib. 10 Attic. ep. 4 *Cum cogito, me de rep. aut meruisse optime, cum potuerim: aut certe nunquam, nisi divine cogitasse.* Quintilianus lib. 1 cap. 6 *Cicero in oratione divine, ut omnia, exsequitur.*

¶ Divinītus, adverb. aliud; id est, a Deo. Cic. pro Syll. cap. 15 *Multa providi divinitus*, vom himmel herab. *Divinitus accidisse*, Idem Partit. orat. cap. 24. *Divinitus illis ingenium est*, Virg. Georg. 1 v. 415.

¶ Dīvīno, avi, atum, āre, augurari, ariolari, errathen, wahrsagen. *Divinare futura*, von zukünfftigen dingen weissagen. Ovid. 4 Trist. el. 8 v. 29 *Sic animo quondam non divinante futura.* Cicero pro Quintio cap. 19 *Neque quisquam divinare poterat, te postulaturum.* Idem 1 de Divin. cap. 23 *Est quiddam in nobis præsentiens, & divinans.*

¶ Divinatus, a, um, geweissaget, prophezeyet. Ovid. de Nuce v. 80

Vt divinatas auferat augur opes.

¶ Divinatio, ōnis, weissagung, wahrsagung. Nepos vitâ Attici cap. 16 *Sic enim omnia de studiis Principum, vitiis Ducum, ac mutationibus Reip. perscripta sunt, ut nihil in his non appareat; & facile existimari possit, prudentiam quodammodo esse divinationem.* Cic. lib. 1 de Divinat. cap. 55 *Hoc non dubitans dixerim, si unum aliquid ita sit prædictum præsensumque, ut, cum evenerit, ita cadat, ut prædictum sit, neque in eo quicquam casu & fortuito factum appareat; esse certe divinationem, idque esse omnibus confitendum.* Sunt autem divinationum genera plura, de quibus C. Peucerus pecul. Tr. Præcipuè autem duo sunt secundum Ciceronem 2 Divin. cap. 11, unum naturale, quod raptu animi & divino quodam instinctu constat: alterum artificiosum, ex conjectura, & observatione diuturna: de utroque Cic. lib. 1 & 2 de Divinat. it. l. 6. ep. 6. ¶ 2. Est & forensis quæstionis genus, cum non de facto, sed de futuro quæritur, quis accusare debeat. Asconius in Divinationem Ciceronis, quæ Verrinarum prima est: DIVINATIO *dicitur hæc Oratio, quia non de facto quæritur ex conjectura, sed de futuro, quæ est* divinatio, *uter debeat accusare. Alii ideo putant* divinationem *dictam, quod injurati Judices in hac caussa sedeant, ut quod velint præsentire, de utroque possint. Alii, quod res agatur sine testibus & sine tabulis, & his remotis argumenta sola sequantur Judices, & quasi divinent*, &c. Vide & Quintil. lib. 3 cap. 10, & Gell. lib. 2 cap. 4. Divinationis cujusdam Cæsaris ex isto genere meminit Suetonius ejus vitâ cap. 55.

¶ Divinator, ōris, qui divinat, divinus vates, ein wahrsager. Est apud Firmicum, ejusque exstat fœmininum

¶ Divinatrix, īcis, eine wahrsagerin. Tertullianus de Anima cap. 22 *Definimus animam, Dei flatu natam, immortalem, - - - dominatricem, divinatricem*, &c. Eodem libro cap. 46 *præsidia divinatricum artium & disciplinarum.*

¶ Divinilŏquus, a, um, weissagend. Mantuanus: *Diviniloquæ Sibyllæ.*

¶ Divinipŏtens, tis, in divinis potestatem habens, kunstreich. Apul. Met. 1 p. 74 *Saga, & divinipotens, cælum deponere* &c.

¶ Addivinare, ut divinare, wahrsagen. Plinius lib. 35 cap. 10 *Apion Grammaticus scriptum reliquit, quemdam ex facie hominum addivinantem, quos Metoposcopos vocant, ex iis dixisse aut futuræ mortis annos, aut præteritæ.*

¶ Prædivinus, a, um: ut, *prædivina somnia*, apud Plinium lib. 37 cap. 10 post med. quod repetit, ut solet, Solinus de Africæ gemmis cap. 40 [al. 27.]

¶ Prædivinare, præsentire, futura conjicere, zuvor wissen. Plin. lib. 11 cap. 10 de apibus: *prædivinant ventos imbresque.* Frontinus lib. 2 Strateg. cap. 5 n. 38 *quod futurum cum prædivinasset Cæsar.*

¶ Prædivinatio, ōnis, weissagung. Plin. lib. 8 cap. 25 de Crocodilo: *Parit ova, quanta anseres: eaque extra eum locum semper incubat, prædivinatione quadam, ad quem summo auctu eo anno accessurus est Nilus.*

DEVTĔRIA, æ, δευτερίας, lauer, losend. *Non possunt jure dici vina, quæ Græci deuterias appellant, Cato & nos loram, maceratis aqua vinaceis*, Plin. 14 cap. 10.

DEVTERONOMIVM, i, δευτερονόμιον, legis iteratio vel repetitio, das fünffte buch Mosis.

DEXTANS, antis, dictus quia assi desit Sextans, vide *As*. Columella lib. 5 cap. 1 *Pars dimidia & tertia pedum viginti quatuor millia, hoc est dextans, in quo sunt scrupula* 240. Gloss. Vet. *Dextans*, δεκάγγιον.

DEXTER, tra, & *dextera*; Dextrum & *dexterum*, zur rechten seiten, opponitur sinistro: *Dextrum & sinistrum cornu in acie*, Liv. lib. 3 c. 70, der rechte und lincke flügel in der schlachtordnung. Apulej. Apol. *Dextra corporis validiora.* ¶ 2. Prosper, propitius. *Dexter ades*, Ovid. 1 Fast. v. 67. Et Silius lib. 11 v. 531 *concessit dexter Deus.* Apul. lib. 2 Miles. *Sisque felix, & iter dexterum pergas.* Sic, *dexter Apollo* apud Stat. 5 Silv. 1 v. 13. Et ibidem v. 71

dextros tua vota marito

Promeruere Deos.

Item, *Cæsare tam dextro*, ibidem v. 144. *Dextera progressio*, *dexter pes*, læti ominis; lævus gradus, malum portendit. Barth. ad lib. 3 Thebaid. Statii pag. 751. *Numina dextra*, quæ favere credebantur; læva, quæ placanda, ne nocerent, ib. pag. 807. ¶ 3. Aptus, geschickt. *Quis rerum dexter modus*, Virg. 4 Æn. v. 294, wie die sachen füglich und bequem fürzunehmen seyn. ¶ Comp. *Dexterior*. Lucanus lib. 2 v. 421 *Dexteriora petens montis.* Martial. lib. 5 epigr. 62 *cubito dexteriore premit.* Plinius lib. 5 cap. 26 de Euphrate: *Dexteriore alveo Babylonem petit.* Superlat. *Dextimus*. Varro apud Nonium: *dextima via*; & Festus: *Dextimum & Sinistimum antiqui dixerunt.*

¶ Dextera, seu Dextra, æ, subst. die rechte hand. Signum erat fidei, fœderum & concordiæ. *Jungere dextram*, Virg. 1 Æn. v. 408. *porrigere*, Cic. post Red. in Sen. cap. 9. *prehendere dextram*, refertur inter Pythagoræ Symbola: *Dextram ne cuivis porrigas*, h. e. Ne quemvis in amicitiam temere admittas, sed deligas, quem diligas. Seneca Medea v. 248 *Fidemque supplex præsidis dextræ peti.*

Virg. Æn. 7 v. 266 *Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse Tyranni.* Vid. Bernegg. ad Justin. lib. 11 cap. 15, 13, 1, & Freinsh. Curt. lib. 6 cap. 4, 14. Et putabatur fides in dextris sacrata esse, de quo Livius lib. 1 cap. 21. Dexteræ etiam inter signa militaria erant, quæ mitti ad eos solebant. Vide Tacit. 1 Histor. cap. 54, item 2 Histor. cap. 8. ¶ Inaugurandis Regibus dextram imponi ab auguribus solitam, Livius arguit eodem lib. 1 cap. 18.

¶ Dextella, æ, diminutivum, parva dextra, das rechte händlein. Cic. ad Attic. lib. 14 epist. 20 *Q. filius, ut scribis, Antonii est dextella.* Hoc est: utitur eo tamquam parva dextra; ut nostri Germani dicunt; er ist seine rechte hand.

¶ Dexterè, dextre, adverb. feliciter. Livius lib. 1 cap. 34 *dextre obire officia*, das seine glücklich ausrichten. Horat. lib. 1 satyr. 9 v. 45 *Nemo dexterius fortuna est usus.*

¶ Dextĕrĭtas, atis, geschicklig keit; ut, *Dexteritas ingenii*, angebohrne fertigkeit. Livius lib. 28 cap. 18 *Tanta inerat comitas Scipioni, atque ad omnia naturalis ingenii dexteritas.* Idem lib. 37 cap. 7 extr. *Multa in eo & dexteritas, & humanitas visa.* Gellius lib. 13 c. 16 pr. Dexteritate pro *Comitate* usus est.

¶ Dextratus, a, um, zur rechten hand liegend: ut, *ager dextratus, pars dextrata*, Auct. de Limit. edit. Gösii p. 298.

¶ Dextratio, ōnis, motus, qui fit a sinistra ad dextram, die lenckung zur rechten seiten. Solin. c. 57 *Tarpejum Jovem trina dextratione lustravit.*

¶ Dextrale, is, ein arm-band. Sarisb. 8, 20 *assumere dextralia.* vid. Salmas. ad Hist. Aug. p. 248.

¶ Dextrariolum, i, ein arm-geschmeide. Vulg. Interpr. Judith. 10 v. 3.

¶ Dextrocherium, armillarum quoque genus, quod in dextro brachio gerebant. Dictum enim quasi δεξιόχειρον: & brachium quoque χειρὸς appellatione Græci aliquando complexi sunt. Vide Casaub. in Capitolinum in Maximinis. *Maximinus tàm vasto fuit pollice, ut uxoris dextrocherio uteretur pro annulo*, Capitol. cap. 6 in vita. Ambrosius sermone 90 sive passione Agnetis post princ. *Ornavit me inæstimabili dextrocherio.*

¶ Dextrorsus, Dextrorsum, & Dextrovorsum, zu, oder nach der rechten hand. Livius lib. 6 cap. 31 *M. Horatius dextrorsus maritimam oram atque Antium: Q. Servilius & L. Geganius læva ad montes pergunt.* Cic. 1 Divinat. c. 22 ex veteri poëta:

dextrorsum orbem flammeum
Radiatum solis liquier cursu novo.

Plautus Curc. act. 1 sc. 1 v. 70

Quò me vortam, nescio.
Palin. *Si deos salutas, dextrovorsum censeo.*

Nam in salutandis & precandis Diis dextrovorsum se vertere solebant. Vid. ibi Taubm.

¶ Ambidexter, tri, qui sinistra æque ut dexterâ utitur, lincks und rechts: ἀμφιδέξιος Græcis: Synesius περιδέξιον vocat, & pro ambiguo ponit Dione pag. 32. *Ambimanus* etiam appellatur. Vet. Gloss. *Ambimanus*, περιδέξιος. Symmachus *Æquimanum* dixit lib. 9 epist. 105. Add. Isidor. lib. 10 cap. 1.

¶ Prædexter, tri, idem. Gratius, Cynegeticus poëta, v. 68 de Ancæo:

Vt prædexter erat, geminisque securibus ingens.

DI, præpositio inseparabilis certæ significationis in compositione verborum: ut, *diduco, digero, dijudico, diluo, dimitto, dinumero, diverto*, &c.

DIĂBĀTHRA, æ, διαβάθρα, soleæ genus, ein pantoffel, apud Festum.

¶ Diabathrarius, i, ein pantoffelmacher, schuster. Plaut. Aululariâ act. 3 sc. 5 v. 39.

DIĂBĒTES, æ, διαβήτης, siphon, eine sprütze, springröhre, à διαβαίνειν, transire. Colum. lib. 3 cap. 10. ¶ 2. Est & morbi nomen, quo sine dilatione haustus liquor per urinam quasi per siphonem transiens egeritur, da man das wasser nicht halten kan.

DIĂBŎLVS, i, διάβολος, calumniator, à διαβάλλεσθαι, Budæus adversarium exponit, congruit enim utrumque nomen malitiæ pessimi Spiritûs. Operis nomen, non naturæ, juxta Augustinum. Tertullianus, in Norico Germaniæ cultum fuisse quoddam idolum, cui *Tibileno* nomen fuerit, in Apologetico suo cap. 24 scripsit, der tüfel oder teuffel. Laudavit eum publice Wittebergæ Joannes Brunus natione Italus.

¶ Diabolicus, a, um, teuffelisch. Ambrosius epist. 82 ad Vercellens. eccles. p. 239 ed. Frob. *Diabolico studio invident aliorum operibus bonis.* Paullinus Nol. epist. 29 [vet. ed. 10] cap. 11 *Gravi tunc seditione diabolicis facibus inflammatâ.*

DIACHETON, i, spina alba, weisser dorn, Plin. 24 c. 13.

DIACHYTON, i, dulcis vini genus, Plin. 14 c. 9.

DIACODION, i, medicamentum ex papaveris succo confectum, Plin. 20 cap. 18 & 19.

DIĂCŌNVS, i, Διάκονος, minister, ein diener und gehülff im predig-amt. Quamquam & mulieribus olim ad ministeria utebantur, quæ *Diaconissæ* appellabantur, de quibus Act. Apost. cap. 6 v. 1, ubi de illarum ac Diaconorum officio habes. Earum mentio quoque in Codice Lege 9 de Episc. & Clericis, item Ammiano Marcellino, ut & Ignatio epist. 9. Talem Phœben significat Apostolus epist. ad Rom. cap. 16 v. 1; vide Casp. Ziegleri librum integrum *de Diaconis & Diaconissis.* Adde Car. du Fresne ad Alexiæ Comnenæ lib. 15 f. 416 seqq. & in Glossar. mediæ Græcit. p. 294 seq. ubi varii Diaconorum ordines exhibentur. De Cardinalibus Diaconis adi Reines. de Palatinis Laterens. pag. 57 & 71.

¶ Diaco, ōnis, plur. Diacones, alia flexione in epist. 33 Ambrosii ad Marcellinam, post princ. *missis presbyteris & diaconibus.*

¶ Diaconissa, æ, de hac jam dictum in *Diaconus.*

¶ Archidiaconus, i, Hieronymus epist. 85 ad Evagrium, & epist. 61 ad Pammachium cap. 4. Adde Sidonium Apollin. lib. 4 epist. ult.

¶ Pseudodiaconus, i, idem Hieronymus epist. 79 ad Alipium & August.

DIACŎPI, orum, διάκοποι, in aggeribus meatus intercisi, sive incilia hiantia, per quæ rivus transmittitur in arva remotiora, wasser-gräben, Vlpian. l. pen. ff. de extraord. Crim.

DIĂDĒMA, ătis, διάδημα, insigne Regium quod capiti imponebatur, Cicer. Phil. 2 cap. 34. Fuit autem fascia candida, eine königliche binde, krone. Et confirmant Numi veteres, Jubæ & Ptolemæi Regum imagines referentes, quos Torrentius ad Suetonii Caligulam cap. 26 produxit. Hinc Momina Mithridatis uxor cum suspensura se esset, diadema pro reste corripuit, ut Plutarchus Lucullo pag. 503 refert.

Sed non uno modo se habuerunt veterum Regum diademata; vide Brissonium de regno Persico lib. 1 p. 32, & Lindebrogium ad Ammianum Marcellinum, nec non Lambinum ad Nepotis Eumenem n. 126, itemque Cœl. Rhodigin. lib. 24 cap. 6, Camerar. Cent. 1 Hor. Subc. cap. 61, Barth. ad lib. 2 Theb. Statii pag. 515. Veterum diadematum, id est, fasciarum, morem servat & hodieque gens Turcica. De Imperatorum Byzantinor. diadematibus sive σκιαδίοις, vide Goar. Observ. ad Codin. de Off. Aulæ Constantinop. cap. 3 f. 47. ¶ Erat etiam Diadema poëtarum & sacerdotum, ut præclare docet Cuperus in Consecr. Homer. p. 107, 138. ¶ Muliebri genere ἀρχαϊκῶς extulit Pomponius in satyra *Diademam*: veluti Laberius in Cancro, qui *dogmam*: Plautus Milite Glorioso act. 1 sc. 2 *glaucomam.* Eodem itaque genere usurpat Apul. l. 10 Met. *Caput stringebat diademâ candidâ.* vid. Voss. lib. 5 Instit. Orat. p. 258.

¶ Diadematus, a, um, diademate ornatus, gekrönt; ut, *Apollo diadematus*, Plin. lib. 34 cap. 8.

¶ Diadumenus, a, um, διαδούμενος, idem qui diadematus. Plinius lib. 34 cap. 8 *Polycletus diadumenum fecit molliter juvenem*, id est, diademate redimitum aut mitratum. Lampridius vita Diadumeni Cæsaris cap. 4 *Quamvis non multum abhorruerit ab illo signo diadematis nomen Diadumeni.* Vbi Salmasius: *Immo ne tantillum quidem abhorret. Nam* Diadumenus *est Græcum:* Diadematus *Latinum.*

¶ Diadumenus, i, Cæsar, filius Macrini Augusti, naturali diademate insignitus, ut Lampridius c. l. tradit, unde & nomen habuit. Dicitur etiam *Diadumenianus*, διαδουμενιανὸς, apud Herodianum lib. 5 c. 4 extr. quasi, qui antea *Diadumenus* erat, *Diadumenianus* adoptione in Antoninorum familiam fieret, sicut ex Æmilio *Æmilianus*, ex Octavio *Octavianus* post adoptionem. Vid. Casaub. in Lamprid. cap. 2.

¶ Diadēmalis, e, adject. ad diadema pertinens. Dracontius lib. 2 v. 31 de Nebucadnezare:

Tum diademalem turparunt cornua frontem.

Et Theodulfus lib. 3 carm. v. 15

Et diademali sat dignam pondere frontem
Cernere.

DIADŎCHVS, i, διάδοχος, gemma Beryllo similis, Plin. 37 c. 10.

Diadumenus, vide in *Diadema.*

DIAERĔSIS, is, διαίρεσις, divisio. Græce usus est Tullius lib. 6 ad Attic. epist. 1, *Breve edictum est propter hanc meam* διαίρεσιν, *quod duobus generibus edicendum putavi.* ¶ Et inter figuras dictionum solutio diphthongi, ut, *Aulai, pictai, aquai*, pro *aulæ, pictæ, aquæ*, &c. apud Virgil. *Aurai simplicis ignem*, Æneid. 6 v. 747.

DĬAETA, æ, δίαιτα, ratio victus seu vivendi, ordnung im essen und trincken. Cic. ad Attic. lib. 4 epist. 3 *Diætâ curari incipio*, mit einer guten diät. Ἄλλος βίος, ἄλλη δίαιτα, *Alia vita, alia diæta*, man muß eine zeit anders leben, und sich halten als die ander. ¶ 2. *Diæta* etiam cœnaculum est, tafel-gemach, tafel-stuben. Veteres Glossæ: δίαιτα, τὸ ὑπερῷον, *diæta, cœnaculum.* Et lege 32 Dig. de Donationibus: *Hospitio illo, quamdiu volueris, superioribus diætis omnibus gratuito.* ¶ 3. Item habitatio in hortis. Plin. lib. 5 epist. 17 *Contra mediam fere porticum diæta recedit, quæ quatuor platanis inumbratur.* Vbi in Cod. Palatino *Zeta.* Est enim *Zeta* idem, quod *diæta*: saltim mutatur scriptio. Ita apud Cyprianum, Paullinum & alios, *Zabolus*, pro Diabolus. Vide & Laurentium Pignorium de servis p. 572, & Antonium Velserum epist. de *Zeta*: nec non Casaubonum ad Suet. p. 172. Dalechamp. ad Plin. lib. 19 cap. 4 p. 898. ¶ 4. Apud Petronium & magistri navis cubile *diæta* dicitur: ubi vide interpretes.

¶ Diætetica, æ, διαιτητική, prima pars medicinæ, quæ victûs ratione morbos curat, das speiß-regiment, vorgeschriebene ordnung. Celsus præfat. ¶ 2. Pythagoras pro ratione vitæ posuit in aureis suis sententiis: Εἴθιζε δὲ δίαιταν ἔχειν καθάρειον, &c.

Modum vivendi assuesce habere purum, seu cum puritate & innocentiâ.

¶ Diætarius, i, in diæta serviens, ein tisch-diener. Vlpianus Lege 12 § 42 de instructo vel instrum. legato: *ostiarii, vel topiarii, diætarii, aquarii, domui tantum deservientes.* Dicti & *Zetarii*, de quibus Pignorius videatur c. l. & p. 487.

DIAGLAVCION, i, διαγλαύκιον, collyrii genus, ex glaucio herba confectum, Plin. 27, 10.

DIAGLYPHICE, es, διαγλυφική, est species artis statuariæ ad impressuram spectans, ubi contra Anaglyphice ita exsculpit, ut promineant imagines. vid. Rhodig. Ant. Lect. 29 c. 24.

DIAGŌNIOS, i, διαγώνιος, vel linea diagonalis, vel angularis, linea ab angulo ad angulum ducta, von einer eck zur andern sich erstreckend. Vitruv. lib. 9 cap. 1 *Linea ab angulo ad angulum diagonios perducatur.* Et lib. 6 cap. ult. *diagonios structum.*

¶ Diagonicus, a, um, adject. idem. Vitruvius ibidem: *Duo trigona lineâ diagonicâ fuerint designata.*

¶ Diagonalis, e, idem. Vitruv. lib. 9 c. 1 *Ad lineæ diagonalis longitudinem locus quadratus paribus lateribus describatur.*

DIAGŎRAS, æ, Διαγόρας, Philosophus fuit Milesius & poëta melicus post Pindarum & Bacchylidem, ut Suidas tradit. ¶ 2. Alium Rhodium, qui gaudio exspiraverit, Cicero 1 Tusc. cap. 46, & Gellius lib. 3 cap. 15 memorant. ¶ 3. Fuit & Diagoras alius ex Melo insula, quæ una Cycladum, qui, quod Deos negaret, ATHEVS appellatus est, Cic. lib. 1 de Nat. Deor. cap. 23, & lib. 3 c. 37. Val. Max. lib. 1 c. 1 extern. n. 7. Lactantius de ira Dei cap. 4. Meminit & Athenagoras Legatione pro Christianis. An idem ac Diagoras Atheniensis, qui sermones Phrygios scripsit, disquirit Vossius de Histor. Græcis 4 cap. 2 pag. 350.

Diagramma; Diagraphice, vide *Gramma, Graphice.*

DIALECTĬCA, æ, διαλεκτική, ars recte, ordine & perspicue dicendi, die disputier-kunst. Cicero *disceptatricem & judicem* appellat *veri & falsi*, in Acad. lib. 4 cap. 28. Jamblichus, θεὸς ἦν τις ἀληθῶς ὁ καταδείξας τὴν διαλεκτικὴν καὶ καταπέμψας ἀνθρώποις, *Revera Deus quispiam fuit, qui Dialecticam hominibus monstravit, & cœlitus demisit.* Et deinde, *Quamobrem Deorum munus nequaquam negligendum est, sed meditatione, experientiâ, & arte confirmandum.* Stobæus loco

de

de Litteris. Plato lib. 6 de Repub. *καὶ τῷ ὄντι ἐν βορβόρῳ βαρβαρικῷ τινὶ τῆς ψυχῆς ὄμμα κατορωρυγμένον, ἠρέμα ἕλκει, καὶ ἀνάγει ἄνω διαλεκτική*, id eſt, *Et revera animi oculum cœno barbari co obrutum paullatim ſurſum trahit ac ducit dialectica.* Dialectices & Rhetoricæ diſcrimen Zeno Stoicæ ſectæ conditor, manu demonſtrare ſolebat. *Nam cum compreſſerat digitos, pugnumque fecerat, Dialecticam ajebat ejusmodi eſſe: cum autem diduxerat & manum dilataverat, palmæ illius ſimilem eloquentiam eſſe dicebat*, ut Cicero exponit in Oratore cap. 32. Nimium ejus ſtudium improbatur Gellio lib. 16 cap. 8, & Senecæ epiſt. 49.

¶ Dialectica, orum, ſtudium Dialectices; Cicer. 3 Fin. cap. 12.

¶ Dialecticus, i, dialectices Profeſſor, vel qui interrogando diſputat; Cicero in Orat. cap. 32. ¶ 2. Stoicis quoque hoc attributum ita nomen, ut, cum *Dialecticus* diceretur, intelligendus Stoicus eſſet, notat Turnebus lib. 20 Adverſ. cap. 20.

¶ Dialecticus, a, um, adject. ut, *Dialecticæ captiones*, Cic. 2 de Finib. cap. 6. *Dialecticæ diſputationes*, Quintilian. ſub fin. lib. 5.

¶ Dialecticè, adverb. ut, *diſputare dialectice*, Cicer. 2 de Finib. c. 6.

¶ Dialectus, i, fœm. idioma ſermonis apud diverſos diverſum, quia unaquæque lingua aliquid peculiare habet; die ſprache, redensart. Lingua, ſi velimus accurate diſtinguere, eſt modus loquendi diverſarum gentium; Dialectus vero modus loquendi in diverſis provinciis unius gentis una lingua utentis. Sic apud Græcos alia *dialectus* eſt *Attica*, alia *Jonica*, alia *Dorica*, alia *Æolica*, alia *communis*. Sic Suet. Tiber. c. 56 *Moleſta dialectus.*

Dialis, vide *Deus*; vide etiam *Dies*.

DIALLĂGE, es, *διαλλαγὴ*, conciliatio, à *διαλλάττω*, ſchema, cum argumenta plura ad effectum unum deducuntur, ac inter ſe quaſi conciliantur. Quintilianus lib. 9 cap. 2 ſub fin.

DIĂLŎGUS, i, maſc. *διάλογος*, diſputatio, ein geſpräch. Cicero lib. 1 epiſt. 9 *Scripſi tres libros in diſputatione & dialogo*, ich habe geſchrieben drey bücher geſprächweiß. Sic libri omnes Platonis dialogorum forma ſcripti ſunt. Utrumque & *dialectica* & *dialogus* à *διαλέγεσθαι* dictum eſt. Proprium Philoſophorum Dialogum fuiſſe, Lucianus auctor eſt. Apul. lib. 2 Florid. *Poëmata omne genus apta virgæ, lyræ, ſocco, cothurno: item ſatyras ac gryphos; Item hiſtorias varias rerum, nec non orationes laudatas diſertis, nec non dialogos laudatos Philoſophis.* Vide & Scalig. lib. 1 Poët. cap. 3. De artificio eorum Himmerius apud Photium, & Sturmius lib. 4 part. Dialect. cap. 18 agunt. Eſt & peculiaris liber *de Dialogo* à Carolo Sigonio eruditè ac eleganter ſcriptus ac editus, ex quo Dialogorum ratio hauriri egregie poteſt. Phavorinus apud Diogenem Laërtium in vita Platonis auctor eſt, Platonem primum introduxiſſe Dialogos. Quod ita intelligendum eſt, non quod ante Platonem nulli omnino Dialogi fuerint, ſed quod rudes & impoliti illi fuerint: ut itaque Plato primus illis elegantiam ac perfectionem addiderit. Sanè Laërtius, cum attuliſſet, alios quoque ſcripſiſſe Dialogos, denique ſubjungit: *Cæterum Plato, meo quidem judicio, id genus* (Dialogos) *expolivit adhuc alioqui rude, atque perfecit.* Vide & Athenæum lib. 11. ¶ 2. *Dialogus* fuit cognomen Gregorii, qui illud, ut ait Cedrenus ad annum Leonis X, ob ſuas lucubrationes eſt adeptus. Is autem fuit Gregorius II, qui vixit A. C. 726.

¶ Dialogiſmus, i, *διαλογισμὸς*, Sermocinatio, ſchema eſt ſeu figura ſententiæ, quâ perſonæ alicui, quæ per narrationem introducitur, ſermo tribuitur. Vide libellos de Schematibus.

¶ Dialogiſta, æ, artis diſſerendi peritus, ein redner. Vulcat. Gallicanus in Caſſio c. 3 *Nec defuere, qui illum Catilinam vocarent, quum & ipſe ſe ita gauderet appellari, addens, futurum ſe Sergium, ſi dialogiſtam occidiſſet, Antonium hoc nomine ſignificans.* Conf. Cœl. Rhodig. 7 c. 30.

DIALȲMA, ătis, *διάλυμα*, figura ſententiæ, diviſio, quæ rem ſemovens ab re, utramque abſolvit ratione ſubjectâ: ut, *Cur ego nunc tibi quicquam objiciam? ſi probus es, non meruiſti: ſin improbus, non commoveris.* Item: *Nec probis, nec improbis relinqui aliquid oportet facultatum: quia ſi boni erunt, facultatibus nihil ipſis erit opus; ſin improbi, hæreditate erunt indigni.*

DIALȲSIS, is, & Dialyton, i, *διάλυσις, διάλυτον*, figura locutionis, quæ *ἀσύνδετον* etiam dicitur. Sed *διάλυσιν* vocant etiam parentheſin.

DIAMASTĪGŌSIS, is, *διαμαστίγωσις*, id eſt, *flagellatio, apud Lacedæmonas ſolennitas maxima*, ut eſt apud Tertullianum lib. ad Martyr. c. 4, & Apol. c. 50. In quo ſacro ante aram nobiles quoque adoleſcentes flagellis affligebantur, aſtantibus parentibus & propinquis, & uti perſeverarent, adhortantibus. Philoſtr.

Diameter, Diametrus, vide *Metrum*.

DĬĀNA, æ, Jovis ex Latonâ filia, facta ex *diva* & *Jana*, ut obſervat Scaliger lib. 2 de Emend. Temp. Conf. Voſſ. lib. 4 Inſtit. Orat. pag. 11. Apulejus lib. 11 Mileſ. poſt princ. ita de ſe loquitur: *Me primigenii Phryges Peſſinunticam nominant Deûm matrem; hinc Autochthones Attici Cecropiam Minervam; illinc fluctuantes Cyprii Paphiam Venerem; Cretes ſagittiferi Dictynnam Dianam; Siculi trilingues Stygiam Proſerpinam; Eleuſinii vetuſtam Deam Cererem: Junonem alii, Bellonam alii, Hecaten alii, Rhamnuſiam alii: Et qui naſcentis Dei Solis inchoantibus radiis illuſtrantur Æthiopes, Ariique priſcâ doctrinâ pollentes Ægyptii, ceremoniis me propriis percolentes, appellant vero nomine Reginam Iſidem.* Silvarum & venatorum Dea, unde & *Venatrix* dicitur. *Virgo*, quia innupta. Vide Callimachi Hymnum in eam, & Mytholog. De *Taurica Diana* vide infra in *Taurica*. Quam ob cauſſam illi luci omnes, quamvis & aliis Diis dicati, ſacri eſſent, vide infra in *Lucus*. Eſt quoque nautarum Dea, unde regina undarum dicitur.

¶ Dianĭus, a, um, adject. Gratius Cynegetico v. 251

Ergo ſemper eris, dum carmina, dumque manebunt
Silvarum dotes atque arma Diania terris.

Ovid. 5 Faſt. v. 141 *Exagitant & Lar & turba Diania fures:*
Ubi *turba Diania* canes ſunt. Nam ſtatim ipſe ſubjicit:

Pervigilantque Lares, pervigilantque canes.

¶ Dianium, i, pro Dianæ vel ſacris, vel templo apud Livium legitur lib. 1 cap. 48. Deſcriptionem templi *Dianæ Epheſiæ* habes apud Plin. lib. 36 cap. 14.

¶ Dianaria, æ, herba, alias *Artemiſia* dicta, Veget. 2 c. 6, beyfuß.

DIAPASMA, ătis, *διάπασμα*, ita ſicci vocantur odores Plinio lib. 21 cap. 19, quibus corpus conſpergitur, ut ſudores ſiſtant, & quibus lecti geniales reſpergebantur & veſtes conciliandæ fragrantiæ cauſſa, ein wohlriechend pulver, puder. Dictum à *διαπάσσω* eſt, quod eſt *inſpergo*. Martial. lib. 1 epigr. 88

Quid quod olet gravius miſtum diapaſmate virus.

Dioſcorides *καταπάσματα* vocat.

DIAPĀSON, *διὰ πασῶν*, meta harmoniæ, eine octav in der muſic. Hinc *δὶς διὰ πασῶν* diſtare dicuntur, quæ inter ſe ſunt ſejunctiſſima & diſſita maximè, *ἐκ διαμέτρου*. Ex ſeptem tonis conſtare, Auctor Fragmenti veteris, quod cum Cenſorino edi ſolet, cap. 12 prodit, ubi & de *Diapente*, & *Diateſſaron*, habes. Vide & Plinium lib. 2 c. 22.

DIAPENTE, *διὰ πέντε*, muſicæ menſuræ genus tribus conſtans tonis & ſemitonio minore; Macrob. in Somn. Scip. 2 cap. 1 eine quint in der muſic.

DIAPHŎRON, *διάφορον*, differens: Adiaphoron, *ἀδιάφορον*, indifferens. Sed

¶ Diaphora, æ, *διαφορὰ*, etiam ſchema eſt Oratorium, cognatum, ut videtur, Correctioni: ut, *Ærumnæ ejus commovere poſſent quemvis hominem, modo ſit homo Rutilius.*

DIAPHRAGMA, ătis, *διάφραγμα*, item *φρένες*, interſtitium inter membra naturalia & ſpiritalia, id eſt, cor, pulmonem, & viſcera inferiora, vulgo ſeptum transverſum, ſeu rectiùs, obliquum dicitur, der unterſcheid oder das blat, die leiſte des leibes, das zwerchfell, netz ums hertz. *ὑπόζωμα*, vide *præcordia*. Attamen etiam Cornel. Celſus lib. 4 c. 1 *Sub corde atque pulmone transverſum ex valida membrana ſeptum eſt.*

DIAPŎRĒSIS, is, *διαπόρησις*, addubitatio, figura, cum dubitare de aliquibus nos fingimus, ut in prooemio Orationis pro Cluentio, *Equidem quò me vertam, Judices, neſcio*, &c. Vocant *ἀπορίαν*.

Diārium, vide in *Dies*.

DIARRHOEA, æ, *διάῤῥοια*, laxitas & profluvium ventris, ſeu alvi potius, bauchfluß, durchlauff. Cicero lib. 7 famil. epiſt. 26 *Tanta me διάῤῥοια arripuit, ut hodie primum videar cœpiſſe conſiſtere.*

DIARRHYTUM, i, *διάῤῥυτον*, irriguum, aquoſum. Hoc cognomine Hipponem, Africæ Zeugitanæ oppidum ab Hippone regio, oppido Numidiæ, diſtinxerunt. vid. Hermol. Barb. ad Plin. 5 c. 4.

DIASTŎLE, es, *διαστολὴ*, ſubdiſtinctio, commatis nota:

Procubuit, viridique in litore conſpicitur ſus.

Hac enim nota non ſatis cohærentia diſcernuntur. ¶ 2. Vocant Diaſtolen etiam *Ectaſin*, Syſtolæ contrariam, vide *Ectaſis*.

Diaſtylus, vide infra *Stylus*.

DIASYRMOS, i, *διασυρμὸς*, elevatio ſive eluſio potius eorum, ad quæ reſpondere laborioſum videtur: ut, *Quid attinet ad ea reſpondere, quæ ad rem parùm faciunt*, &c. Figura ſententiæ, eine ſpott-rede.

¶ Diaſyrticus, a, um, *διασυρτικὸς*, ſpöttiſch; ut, *diaſyrticum dictum*, Spartian. Carac. c. 10.

DIATESSĂRON, *διὰ τεσσάρων*, per quatuor, intervallum Muſicum, vulgo *Quartam* vocant, alias *Seſquialteram*. vid. Vitruv. 5 cap. 4. & Bald. in Lex. Vitruv.

DIATHĒCA, æ, *διαθήκη*, pro teſtamento ponitur, & pro hæreditate, quæ teſtamento obvenit, das teſtament, die verlaſſenſchafft. Exſtat apud Martial. 12 epigr. 71. Sed alii ibi *Diatreta* legunt. vid. Turneb Adverſ. 27 cap. 31.

DIATHĔSIS, is, *διάθεσις*, diſpoſitio architectis. vid. Vitruv. 1 c. 2.

DIATHȲRUM, i, *διάθυρον*, apud Vitruvium 6 c. 10 aliis eſt antiporta, die vörder-thüre; aliis repagulum ligneum aut lapideum arcendis equis aut curribus ante ædium veſtibulum, ein eckſtein am hauſe. vid. Bald. Lex. p. 38.

Diatonus, vide infra *Tonus*.

DIATRĒTUM, i, *διάτρητον*, calix aut poculum tornatile, ein gedreheter becher, *τρέειν*, perforare eſt, drehen. Martial. lib. 12 epigr. 71

O quantum diatreta valent, &c.

¶ Diatretarius, i, tornator, qui tornata opera conficit, ein drechsler, l. 1 C. de excuſ. artif. conf. Rhodig. 22 c. 26.

DIATRĪBE, es, ſive Diatriba, æ, *ἀποτριβή*: & locus diſputationis, ſive ſchola; & diſputatio ipſa: Quemadmodum & ſcholæ vocabulum uſurpatur. Gell. lib. 1 cap. 16 *Interrogatum in Diatriba Taurum, an ſapiens iraſceretur, dabat enim ſæpè poſt quotidianas lectiones, quærendi quod quis vellet, poteſtatem.* Et lib. 17 cap. 20 *Recens in diatribam acceptus*, id eſt, novitius diſcipulus. Idem lib. 18 cap. 13 *Dialecticus quidam ex Platonis diatriba.*

DIATYPŌSIS, is, *διατύπωσις*, Oratoribus eſt figura, cum res ita exprimitur, ut non dici, ſed geri videatur. ¶ 2. Phyſicis eſt prima delineatio fœtus in utero poſt conceptionem.

DIAULUS, i, *δίαυλος*, ſpatium duorum ſtadiorum, Vitruv. 5 c. 2. ¶ 2. Vir quidam ex medico factus veſpillo apud Martialem 1 epigr. 31 & 48.

Dibaphus, a, um, vide *Baphia*.

DĬCA, æ, *δίκη*, cauſſa, judicium, ein rechts-handel. *Dicam alicui ſcribere, impingere*, apud Terentium eſt in jus vocare, actionem alicui intendere, ut Donatus interpretatur. vid. Phorm. act. 1 ſc. 2 v. 77, & a. 2 ſc. 2 v. 15, & act. 2 ſc. 3 v. 92. Idem eadem fabula act. 4 ſc. 3 v. 63 *Sexcentas proinde ſcribito dicas.* Quo in loco Nannius *Dicas* expenſarum cauſſas interpretatur lib. 2 Miſcell. cap. 16, ſine cauſſâ, ut opinor. *Dicas ſortiri*, die verhörung der ſachen überkommen, Cicer. in Verr. 4 cap. 15. ¶ Ponitur & pro Dea Juris; ſive Jurisprudentia vel Juſtitia.

¶ Dicaſtērium, i, *δικαστήριον*, locus judicii, das rathhauß, gerichte.

¶ Dicogrăphus, i, *δικόγραφος*, ein gerichts-ſchreiber. JCt.

DICAEARCHAEA, æ, & Dicæarchea, & Dicæarchia, *δικαιάρχεια*, urbs Puteoli. Poëtæ ſecundam & tertiam ſyllabam contrahunt, & pronunciant *Urbs Dicarchæa, Sinus Dicarchæi*, apud Silium lib. 13 v. 385, & Statium lib. 2 Silv. 2 v. 110.

¶ Dicæarchus, i, Siculus è Meſſana, Ariſtotelis auditor, Philoſophus, Orator & Geometra fuit, cujus multis in locis meminit Cicero.

DICAEOLOGIA, æ, *δικαιολογία*, ſchema, quo ipſi nos quaſi juſtificamus,

mus, vel rationem reddimus, nos jure quippiam fecisse: ut, *Cælius lapsus est, sed in adolescentiâ, cui nihil non est donandum.* Item, *inter tales versatus sum, inter quos potui non corrumpi.*

DICHALCVM, i, δίχαλκον, quadrans oboli, Vitruv. 3 c. 1. conf. Alex. ab Alex. G. D. 11 c. 24.

Dichoréus, vide supra *Choréus.*

DICIS caussâ, Dicis gratiâ: forma Ciceroni sæpius usurpata: idem est ac leviter, perfunctorie, non serio; sed in speciem, & quantum satis sit ad vitandam reprehensionem, nur zum schein, vor die lange weile. Vnde autem ducatur, certant eruditi: alii à *dico, are*, alii a *dico, dicere*: quidam & a *dica*, δίκη derivant. Vide Petrum Pythæum lib. 2 Advers. cap. 13, & Andream Schottum lib. 5 Observat. Humanarum cap. 23. Vet. Gloss. *Dicis caussa*, νόμου χάριν, λόγου χάριν: *Dicis gratia*, νόμου χάριν, ὡς παρὰ γαίῳ τῷ νομικῷ. Cicer. Verrin. 6 cap. 24 *ut aliquid illis nummulorum dicis caussa daret.* Vsus est & Nepos Attico cap. 8, 5. vid. ibi Indicem Vorstii, & Elmenhorst. ad Apulej. p. 38.

DICO, avi, atum, āre, nuncupare est, donare, & quasi consecrare, zueignen, ergeben, widmen. Cicer. lib. 2 epist. 6 *Huic meæ laudi tuum studium dices*, &c. Idem 2 de Legib. cap. 3 *Hunc totum diem dicamus tibi*, diesen gantzen tag wollen wir bey dir zubringen. Sic, Id. 3 de Orat. cap. 3 *dicare se alicui.* Idem epist. ad Cæsarem ex Nonio: *Balbum quanti faciam, quamque ei me totum dicaverim, ex ipso scies*, wie gar ich mich ihm zu eigen gegeben habe. Terent. Phorm. a. 1 sc. 2 v. 12 *hanc operam tibi dico*, mit diesem dienste will ich dein eigen seyn. *Dicare se alicui in clientelam*, Cæs. lib. 6 cap. 11, sich in eines schutz ergeben.

¶ Dicatus, a, um, zugeeignet, gewidmet. Cicer. in Oratore cap. 13 *Epidicticum genus gymnasiis & palæstræ dicatum.* In Veter. Inscriptionibus apud Grut. p. 258 n. 6 & 273 n. 5 &c. NVMINI MAIESTATIQ. EIVS SEMPER DICATISSIMVS. Augustinus lib. 1 Civ. D. cap. 1 *Loca Christi nomini dicatissima.*

¶ Dicatio, ōnis, die zueignung, ergebung. Cicer. pro Balbo cap. 11 *Dicatione fit civitatis mutatio*, quod proximis ante verbis dixerat: *non esse hujus civitatis civis, qui se alii civitati dicarit, potest.* Gloss. Vet. *Dicatio*, καθοσίωσις.

¶ Dicatūra, æ, idem. Plin. præf. *Nec fiducia operis hæc est, sed in dicatura*, in der zuschrifft.

Composita:

¶ Abdĭco, are, enterben, verstossen. Abdicat pater filium dum vivit; exhæredat post mortem. Nepos tamen *exheredatum* pro *abdicato* posuit, Themistocle cap. 1. Proprie Plinius lib. 6 cap. 22 *Eligi regem, liberos non habentem: & si postea gignat, abdicari, ne fiat hæreditarium regnum.* De caussa abdicationis liberorum vide Lucianum in Abdicato, Quintil. Declamat. 279 & 290, & Alciatum lib. 2 Dispunct. cap. 34. ¶ 2. *Abdicare se magistratu, consulatu, præturâ*, est deponere magistratum, &c. sein amt abdancken, aufgeben. Cicer. 3 Catil. cap. 6 *Cum se Lentulus præturâ abdicasset.* Sed, *abdicare cui magistratum*, absetzen. *Abdicare legem*, est abrogare, abschaffen, Plin. 7 cap. 30. *Abdicare cibum aliquem*, idem Plinius 20 cap. 3. *Abdicare patrem*, Curt. 4, 10, 3. *Generum abdicat*, id est, repudiat, er sagt ihm den kauff auf, Sulp. Apollinar. Perioch. Andr. Terent. v. 10.

¶ Abdicatus, a, um, abgesetzt, verworffen: ut, *abdicatus magistratus*, apud Sallust. Catil. cap. 47. Eleganter Prudentius passione Cypriani v. 52 *antra abdicata Soli.*

¶ Abdicatio, ōnis, die aufgebung: ut, *abdicatio dictaturæ*, apud Livium lib. 6 cap. 16 extr. Ejus formæ duæ, de quibus Quintilianus lib. 7 cap. 4. Solebant Græci filios suos abdicare ob delictum aliquod, atque è conspectu removere, & tum filii dicebantur ἐκπίπτειν τοῦ γένους, cum autem cum patre in gratiam redirent, ἀναλαμβάνεσθαι εἰς τὸ γένος, Casaub. ad Laërt.

¶ Abdicator, ōris, unde fœm. est

¶ Abdicatrix, īcis, Salvianus lib. 2 adv. Avarit. p. 76 *abdicatrix misericordiæ inhumanitas.*

¶ Abdicativus, a, um, verneinend: ut, *Abdicativa propositio*, quæ eadem antiquis philosophis est, quam recentes *negativam* vocant. Huic opposita affirmativa, eisdem antiquis *Dedicativa* est, de qua suo loco. De utraque vide Apulej. 3 Dogm. Platon.

¶ Dēdĭcare, heiligen, zueignen. Vet. Gloss. *Dedicat*, καθοσιοῖ, ἀφιεροῖ, ἀφοσιοῖ. Cicero pro Archia cap. 8 *Smyrnæi delubrum Homero dedicaverunt.* Sic, *templum, signum, aram dedicare*, est consecrare. Formula dedicantium aliquid Numinibus exponitur à Barth. animadv. ad lib. 2 Thebaid. Stat. p. 648. Hinc & *libellos alicui dedicare*, inscribere & consecrare veluti est, Plinius præf. in Histor. Natur. ¶ 2. Non raro idem est ac usum alicujus rei, idque ferme cum festivitate aliquâ, auspicari, einweihen. Asconius in Orat. Cic. contra Pisonem; *Hæc oratio dicta est ante paucos dies, quam Cn. Pompejus ludos faceret, quibus theatrum à se factum dedicavit.* Suet. Nerone cap. 35 *ejusmodi domum absolutam cum dedicaret.* Hoc significatu idem *dedicationem patinæ* Vitellio cap. 14 dixit. Idem Vespas. cap. 19 *Ludis per quos scena Marcelliani theatri restituta dedicatur*, &c. Plinius lib. 10 epist. 117 *Qui virilem togam sumunt, aut nuptias faciunt, vel ineunt magistratum, vel opus publicum dedicant; solent totam bulen, atque etiam è plebe non exiguum numerum vocare*, &c. Hinc ad alia eleganter transfertur. S. Hieronymus epist. 9 ad Salvinam de viduitate: *Qui primus ab Apostolis baptisatus salutem gentium dedicavit.* Idem ep. 17 sub Paullæ & Eustochii persona ad Marcellam: *Qui* (Melchisedec) *jam tunc in typo Christi panem & vinum obtulit, & mysterium Christianum in Salvatoris sanguine & corpore dedicavit.* Sic, *martyrium dedicasse Stephanum*, Petrus Chrysologus serm. 153 in Stephanum Protomartyrem scribit. Non semel ita hoc verbo de novis rebus & Tertullianus usus: ut, de pœnitentia cap. 2 *Cum rursus suam misericordiam maturavisset* (Deus,) *jam inde in semetipso pœnitentiam dedicavit.* Idem lib. 1 adversus Marcionem, *ut imperio ejus divina bonitas in terris dedicaretur*, id est, initium caperet, & primum exsereret se.

¶ Dedicatus, a, um, geweyhet, gewidmet. Cic. de N. D. 3 cap. 5 *Nonne ædem Castori & Polluci in foro dedicatam vides?* Idem 1 de Leg. c. 22 *Ingenium in se suum, sicut simulacrum aliquod, dedicatum putabit.*

¶ Dedicatio, ōnis, die einweihung: ut, *dedicatio templi*, Cicero pro Domo cap. 46. *Populus dedicationem ædis Mercurii dat M. Lætorio*, Livius lib. 2 cap. 27. Aristides Sophista: τοὺς μὲν νεὼς τοῖς θεοῖς προσήκει καθιεροῦν, τοὺς δὲ ἄνδρας τοὺς ἐλλογίμους τῇ τῶν βιβλίων ἀναθέσει τιμᾶν, *Templa Diis consecrare convenit, viros vero eximios decet librorum dedicatione honorare*, durch zuschrifft.

¶ Dedicator, ōris, Tertullian. Apolog. cap. 5 *Tali dedicatore* [Neronem putat] *damnationis nostræ etiam gloriamur*, hoc est, inchoatore, auspice.

¶ Dedicativus, a, um, idem quod vulgo affirmativus: ut, *Dedicativa propositio.* Apulej. 3 Dogm. Plat. Adde *Abdicativus*, de quo paullo ante diximus.

¶ Indīco, avi, atum, āre, ostendere, darthun, anzeigen. *Indicare apertè*, Cic. ad Brutum epist. 5. Sic, *vultus indicat mores*, Idem lib. 1 de Leg. cap. 9. *Indicare consilium suum*, Plancus Ciceroni lib. 10 fam. epist. 21, entdecken, an tag geben, offenbahren. *Res ipsa indicat*, Terent. Adelph. a. 3 sc. 2 v. 40, αὐτὸ δείξει, τὸ πρᾶγμα λέγει, es weist sich selbst aus. ¶ De mercibus est, bieten. *Indicare mercem, fundum*, bieten wie mans verkauffen wolle. Plaut. Aulul. act. 2 sc. 5 v. 3

Venio ad macellum, rogito pisces, indicant
Caros, agninam caram, caram bubulam.

Idem Persa act. 4 sc. 4 v. 25

TOX. *I sane, hanc eme atque ausculta mihi.*
DOR. *Modo ut sciam, quanti indicet.*

¶ Indicatus, a, um, angezeigt, geboten. Plin. 31 cap. 1 *Indicatus smaragdus sex aureis denariis.*

¶ Indicatio, ōnis, die anzeigung, bietung, der anschlag. Plautus Persa act. 4 sc. 4 v. 30 *tua merx est, tua indicatio est.*

¶ Indicatura, æ, idem. Vulgo ita legitur in præf. Plinii, vide supra *Dicatura.* Idem tamen lib. 37 cap. 2 *neque est hodie murrhini alterius præstantior indicatura.*

¶ Indicator, ōris, anzeiger, *Indicator naturæ Anaxagoras*, Solin. cap. 53.

¶ Index, ĭcis, ein anzeiger, angeber, weiser, register. Cic. in Orat. cap. 18 extr. *Imago animi vultus est, indices oculi.* Idem Offic. 1 c. 37 *Orationis indicem vocem habemus.* Idem 4 Catilin. cap. 3 *Hæc omnia indices detulerunt, rei confessi sunt.* Curt. lib. 5 cap. 10 n. 13 *Lacrymæ pœnitentiæ indices.*

¶ Indicŭlus, i, dimin. parvus index, ein kurtz verzeichniß. Ennodius lib. 5 epist. 24 *Divinis legibus cognationem indiculo comprehensam, in matrimonio licere sociari.* Puto ex forma virili *Indiculus* flexisse, quæ analogiæ primitivæ vocis proprior: quamquam medii ævi scriptores etiam

¶ Indiculum, i, neutro genere dicebant. Gregor. Turonens. lib. 8 cap. 28 *indiculum est repertum.*

¶ Indicium, i, die andeutung, anzeigung. *Indicio esse*, Terent. Heaut. a. 2 sc. 4 v. 4. *Indicium facere*, Idem Adelph. a. 4 sc. 4 v. 8, anzeigen. Apulej. lib. 6 Miles. p. 665 *Si quis à fuga retrahere, vel occultam demonstrare poterit Regis filiam, Veneris ancillam, nomine Psychen, conveniat retrò metas Murcias, Mercurium prædicatorem, accepturus indicii nomine ab ipsa Venere septem savia suavia, & unum blandientis appulsium linguæ longe mellitum.* Qui locus ex Moschi Idyllo, qui AMOR FVGITIVVS inscribitur, expressus videtur. Nota autem hic genus præconii, de quo & Pythæum licebit videre 1 Advers. Subsec. cap. 2.

¶ Indicīna, æ, indicatio, aut ex Elmenhorstii mente præmium, quod indici datur. Apulejus sub fin. lib. 7 *ob indicinæ præmium.* Gloss. Vet. *Indicina*, μήνυτρον.

¶ Indicabilis, e, indicans, andeutend. Cæl. Aurel. Acut. 2 cap. 3 *Signum facere indicabile lethargi.*

¶ Prædĭco, are, est palam dicere, & opponitur τῷ *tacere*, öffentlich sagen, rühmen. Terentius Eunuch. act. 3 sc. 4 v. 54 *Vtrum taceamne, an prædicem.* Videturque proprie quasi verbum de præconibus usurpatum, quando præconium facerent. Qua de caussa & Apulejus paullo ante allegato loco *Mercurium prædicatorem* dixit, quem *Præconem* significabat. Plaut. Bacch. a. 4 sc. 5 v. 16

O stulte, nescis nunc venire te,
Atque in eo ipso astas lapide, ubi prædicat.

Hinc pro quidvis commemorare ponitur, & μέσον est, ut in utramque partem usurpari possit, erzehlen, vorgeben. Terent. Andr. a. 3 sc. 1 v. 7

Quid ergo audio? actum est, siquidem hæc vera prædicat.

Et ita ille sæpius. Plaut. Amphitr. act. 1 sc. 1 v. 46 *Quod mihi prædicas vitium, id tibi est.* Nepos Agesilao cap. 4 *Itaque prædicabat, mirari, se non sacrilegorum numero haberi, qui supplicibus eorum nocuisset.* Cæsar lib. 1 de Bell. Civ. cap. 32 *Injuriam in eripiendis legionibus prædicat.* Suet. de illustrib. Grammat. cap. 23 *Tiberio & mox Claudio prædicantibus, nemini minus institutionem puerorum committendam.* Frequentissime tamen in meliorem partem sumitur, & nihil aliud, quam dilaudare est, loben. Quamquam nonnihil aliquando adjici soleat, quod id declaret. Cicer. Philipp. 11 cap. 13 *Honorifice & graviter multa de aliquo prædicare.* Idem 1 Offic. cap. 38 extr. *Deforme est, de seipso prædicare, falsa præsertim.* ¶ In sacris *Prædicare* idem est quod concionari: unde & Germanorum predigen.

¶ Prædicatus, a, um, berühmt: ut, *arbor historiis prædicata*, Plin. 16 cap. 41. ¶ In Logicis Prædicatum differt a Subjecto tanquam id, quod de Subjecto dicitur.

¶ Prædicāmentum, i, ein lob. Gloss. lat. gr. *Prædicamenta*, προκηρύγματα. Quod Logici *Prædicamenta* vocant, Quintiliano lib. 3 cap. 6 *decem elementa* sunt. *Primum*, inquit, *Aristoteles elementa decem constituit, circa quæ versari videatur omnis quæstio.*

¶ Prædicatio, ōnis, proprie præconis est, die ausruffung. Cic. 2 Agrar. cap. 18 *Ego præconi auctionem ipsam luctuosam, & acerbam prædicationem puto.* ¶ Deinde laudatio; ut, *Prædicatio beneficiorum*, Cic.

Atusp. c. 8. *Prædicationem nobilitatemque fugere*, Id. pro Arch. cap. 11, sich nicht wollen loben lassen. ¶ In sacris idem ac concio; ut, prædicatio verbi, die predigt des worts.

¶ Prædicator, ōris, qui prædicat, ein ausruffer. *Te ipso prædicatore & teste*, Cic. lib. 1 fam. epist. 9. Idem pro Balbo cap. 2 *Pompejus sui facti, sui judicii, sui beneficii voluit me esse prædicatorem*, h. e. laudatorem. ¶ 2. Qui concionatur, ein prediger. Tertull. adv. Marc. 4 c. 8 *Christus præmiserat utique digniores prædicatores.*

¶ Prædicatrix, īcis, idem. Tertullianus de Anima cap. 46 *Hæc species summarum prædicatrix potestatum.*

¶ Prædicabilis, e, preißlich, rühmlich. Cic. Tusc. 5 cap. 17 pr. *In miserâ vitâ nihil est prædicabile aut gloriandum.*

¶ Prædicativus, a, um, vox philosophica. Apulejus de Syllogismo, *Propositio prædicativa.*

¶ Prædicatorius, a, um, rühmend. Salvianus lib. 3 contra Avarit. sub fin. *prædicatoria verba*, id est, laudes.

¶ Deprædicare, decompositum perquam tritum, sed priscis inauditum, quibus *prædicare* sufficit. v. Cellar. Antib. p. 29.

¶ Vendicare videtur à *Dicare* etiam esse; sed de hoc vide suo loco.

DICO, dixi, dictum, dicĕre, reden, sagen, nennen. *Dicere in aurem*, einem ins ohr sagen, Horat. 1 satyr. 9 v. 10. *Dicere contumeliam*, unnütze worte geben, Terent. Phorm. act. 2 scen. 3 v. 29. *Jus dicere*, gericht halten, Cicer. pro Flacc. cap. 3 &c. ¶ 2. Et *dicere* est eleganter facundeque dicere, eine rede thun. *Dicere è superiore loco*, Cicer. Verr. 4 cap. 42, von der cantzel oder catheder reden. *Stylus est optimus effector & magister dicendi*, Cicero 1 de Orat. cap. 33. *Dicere ad judicem*, Id. de Clar. Or. c. 84. *Dicere pro aliquo*, Nep. in Milt. cap. 7 n. 5. *Dicere caussam*, Cic. 2 de Orat. cap. 8, sich verantworten. ¶ 3. *Dico* etiam est dicendo promitto, constituo, destino, versprechen. Ita Terentius Heautont. act. 5 sc. 1 v. 64 *Quid dotis dicam te dixisse filio?* Et v. 69 *Me mea omnia bona doti dixisse illi.* vid. Salmas. de modo usurarum cap. 16. ¶ 4. *Dicere* aliquando est laudare, celebrare. Barth. ad Script. Venat. p. 186 ex Virg. eclog. 8 v. 5 *Damonis Musam dicemus* &c. Item ecl. 10 v. 6 *Galli dicamus amores.* ¶ 5. *Dicere diem* est præstituere, sive in jus vocare & accusare, ansetzen: ut, *dicere diem alicui propter injurias*, Cicer. 1 Verr. ita & Suetonius locutus in Cæsare cap. 12. Terent. Andr. act. 1 sc. 1 v. 75 *Hic nuptiis dictus est dies*, dieser tag ist zur hochzeit bestimmet und angesetzet. Corn. Nepos Eumene cap. 2 *Hoc tempore data est Eumeni Cappadocia, sive potius dicta.* ¶ 6. Est & Curiæ ac Judiciorum verbum, & idem significat, quod sententiam dicere. Nam sententiam suam de re relata à magistratu cum juberentur patres dicere, ita nominatim appellari solebant: DIC TV &c. Plinius lib. 9 epist. 13 *Jam censendi tempus: dicit Domitius Apollinaris, consul designatus, dicit Fabricius Vejento*, &c. Cæterum jussi dicere, cum satis fecissent verborum, in fine dicere solebant, DIXI. Lege Terentii Phormion. act. 2 sc. 3. Asconius in Proœm. Act. Verrin. sub finem, *Moris*, inquit, *veterum fuit, cum satis visum esset fluxisse verborum, hanc sibi necessitatem finiendæ orationis imponere, quod dicerent ad ultimum*, DIXI. *Quod etiam ab utraque parte oratione consumta, ut in consilium dimitterentur, Prætor soleret pronunciare*, DIXERVNT. ¶ 7. *Dicere aliquid, nihil*, vide *Aliquis* in *Alius*. ¶ 8. *Dictu*, zu sagen, sæpius occurrit apud Curtium; ut, 3, 6, 18 *Haud facile dictu est.* 5, 1, 8 *speciosa dictu sequi.* 4, 7, 16 *incredibile dictu.* 4, 2, 10 *haud parva dictu res.*

¶ Dictus, a, um, gesagt, vorgestellt. Ter. And. 1, 1 v. 2 *dictum puta.* Ad eandem faciem fere idem Phorm. 3, 3 v. 8, & Plaut. Persa 4, 7 v. 19 *Dictum sapienti sat est.* Ter. Eun. prol. v. 41 *Nullum est jam dictum, quod non dictum sit prius.* Sophocles Ajace v. 727 καὶ ὐδὲν ἀναύδητον. Idem Ter. Adelph. 5, 3 v. 10 *Dictum inter nos fuit*, id est, conventum, pactum, abgeredt. ¶ *Dictum & factum*, id est, confestim, celeriter. Græce ῥεχθὲν καὶ πραχθέν. Item: ἅμ' ἔπος, ἅμ' ἔργον dicunt. Terent. Andr. act. 2 sc. 3 v. 7

Dictum ac factum invenerit
Aliquam caussam, quamobrem ejiciat domo.

Idem Heaut. act. 4 sc. 5 v. 22 *Dictum ac factum reddidi.* Et act. 5 sc. 1 v. 31 *dictum factum huc abiit.* Simile est, *dicto citius!* Horat. 2 sat. 2 v. 80.

¶ Dictum, i, substant. pro sententia sive sermone & verbo, ein spruch, ein wort, ein sprichwort. Cic. pro Flacco cap. 29 *Catonis est dictum, pedibus pecuniam compensari*, mit unverdrossenen füssen sey viel gelds zu ersparen. v. Chiliad. Terent. in And. 1, 5 v. 49 *Etiam nunc mihi scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis. Dicto audientem esse*, gehorchen. Vide in *Audio* n. 5. ¶ 2. Peculiari quadam ratione usus Ennius hoc nomine apud Ciceronem est de Claris Oratoribus, cum ait:

Versibus, quos olim Fauni Vatesque canebant,
Cum neque Musarum scopulos quisquam superarat,
Nec dicti studiosus erat.

Significat enim, tum neque Poëtam aliquem, nec Oratorem exstitisse. *Dictum* itaque ibi dicendi ratio elegans, sive eloquentia est. ¶ 3. *Dictum* & aliquando convicium sive maledictum notat. Ter. Prolog. Eunuch. v. 4

qui dictum in se inclementius
Existimavit esse, sic existimet
Responsum, non dictum esse.

Non dictum esse, i. e. non convicium esse. Vide ibi Donatum. Plaut. Pseud. act. 1 sc. 3 v. 124 *jam ego te differam dictis meis, Impudice.* Non raro & pro lepidiore facetoque sermone, seu joco usurpatur *dictum*: unde & *dicaces* appellati, de quibus infrà. Enimvero & Cicero duo facetiarum genera facit, quorum alterum æquabiliter in omni sermone funditur, quam *Cavillationem* nominat; alterum quod in celeritate & *dicto* consistit, quod peracutum & breve est, quam *dicacitatem* appellavit. Locus est lib. 2 de Orat. cap. 54. Vbi disertè etiam tradit, DICTA proprio jam nomine appellari *Sales*: & ita non semel istâ voce usus est Fabius lib. 6 cap. 4, quo de risu agit. Vid. Vossium lib. 3 Instit. Orat. p. 384. Bœcler. Chrestomath. Ter. Statius Epicedio Patris v. 250

rursusque, ubi dulce remitti,
Gratia quæ dictis?

Plautus *dicta ridicula*, Captiv. act. 3 sc. 1 v. 22. Lucanus Panegyr. Pisonis v. 103 *dicta jocorum* appellavit. Sic διακεροτομήσεις, quas milites in duces suos jaciebant, *dicta* vocari veteribus, Casaubonus ad Suetonii Cæsarem c. 49 observat.

¶ Dictio, ōnis, dicendi actus, ein vortrag, ausspruch: ut, *Jurisdictio*, de qua infra in *Jus* copiose. *Sententiæ dictio*, Cicer. 2 de Invent. c. 4. Sic, *Caussæ dictio*, verantwortung. Cicero pro Quintio cap. 10 *totam caussæ meæ dictionem in certas partes dividam.* Cæsar lib. 1 Bell. Gall. cap. 4 *die constituta caussæ dictionis.* ¶ 2. Oratorum opera, orationes, reden. Auctor de caussis corruptæ eloquentiæ cap. 34 n. 2 *Hunc sectari, hunc prosequi, hujus omnibus dictionibus interesse, sive in judiciis, sive in concionibus assuescebat.* ¶ 3. Genus & ratio dicendi, redens-art. Cicero 1 de Orat. cap. 34 *Educenda dictio ex hac domestica exercitatione, & umbratili, medium in agmen.* ¶ 4. Vocabulum, ein wort, præsertim apud Grammaticos, etiam veteres, Scaurum, Diomedem, &c. Catonis & Quintiliani testimonio utitur Ol. Borrich. Cogit. p. 87. Adde Analect. p. 12, & And. Borrich. Vind. p. 59. ¶ 5. pro Oraculo. Vetus poëta apud auctorem ad Herenn. lib. 2 c. 26

Apertè fatur dictio, si intelligas.

Livius lib. 7 c. 24 de Alexandro Epirota: *Accito ab Tarentinis in Italiam, data dictio erat*, CAVERET ACHERVSIAM AQVAM, &c.

¶ Dictionarium, i, ein wörter-buch. Improbat hanc vocem Voss. de Vit. L. L. 1 c. 17.

¶ Dictiosus, a, um, verbosus, wort-reich, Varro de L. L. 5 n. 7.

¶ Dictor, ōris, ein sprecher, nomen. Augustinus de doctr. Christiana lib. 4 c. 19 *Doctor iste debet rerum dictor esse magnarum.*

¶ Dicentarius, i, ein wort-sprecher. Gloss. gr. lat. λέκτης, *dicentarius.*

¶ Dicteria, orum, salse dicta, σκώμματα, stichelwort. Martial. lib. 6 epigr. 44

Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes,
Sic te convivam posse placere putas.

* *Dicteria* non a dico sed a δεικτήριον. Sic proprie dicebantur dicta, quæ fundebant numarii scurræ in initio fabularum ad colligenda studia spectatorum. Quæ cum essent pleraque ridicularia, hoc vocabulum in maledicæ procacitatis infamiam abiit. Vid. Scalig. ad Manil. lib. 5 p. 390. *Grævius.*

¶ Dĭcax, ācis, facetus, qui dictis alios aut tangit lepide, aut admordet, ut risum moveat, schertzhafftig. Vet. Gloss. *Dicax*, Σκώπτης καὶ εὐτράπελος. Seneca Medea v. 113

Festa dicax fundat convicia Fescenninus.

Tales in fabulis & Satyri introducebantur, unde & *Dicaces* Horatius appellat epist. ad Pisones de arte poëtica v. 225, & lib. 1 satyr. 4 v. 82

Solutos
Qui captat risus hominum famamque dicacis.

Vbi Vetus Schol. *Dicaces hic sunt, qui risum movent, dicendo male & jocis mordacibus.* De hoc ingeniorum genere vide etiam, si lubet, Barclajum Icone animorum cap. 10. *In conviviis & sermonibus multi sunt dicaces*, Quintil. lib. 6 cap. 3. Comp. *Dicacior*: Cic. 2 Orat. cap. 60 *Granio quidem nemo dicacior.*

¶ Dĭcācŭlus, a, um, diminutivum ex *Dicax*, schwatzhafftig, gewäschig. *Sermone dicaculo*, Apulej. lib. 3 Milesf. p. 135. *Puella dicacula*, Idem lib. 2 p. 118. *Dicacula amatrix*, Plaut. Asin. a. 3 sc. 1 v. 8.

¶ Dicaculè, adverb. idem. Apul. lib. 8 *Sic præco lurconem tractabat dicacule.* Id paucis interjectis lineolis explicatur hac phrasi: *Scurrilibus contra aliquem velitari jocis*, einen hetzen, hönisch halten. Idem lib. 1 Milesf. p. 106 *in eam dicacule probrum dixerat.*

¶ Dĭcācĭtas, atis, sermo cum risu alios incessens, schwatzhafftigkeit, hönerey. Quintil. lib. 6 cap. 3 *Scurrilis & scenica dicacitas*, lotterbübische spötterey. Ciceroni 2 de Orat. cap. 54 *peracutum & breve genus facetiarum dicacitas.* Et cap. 60 *Scurrilis oratori dicacitas magnopere fugienda est.*

¶ Dĭcĭbĭlis, e, dicendus, a, um, das sich reden läßt. Gloss. lat. gr. *dicibile*, λεκτόν, ῥητόν.

¶ Dĭcĭbŭlum, i, nugamentum, schertz-wort, mährlein. Tertull. adv. Valent. cap. 20 *Puerilia dicibula, in mari poma nasci & in arbore pisces.*

¶ Dicto, avi, atum, are, frequentativum, fürsagen, fürlesen, in die feder sagen. Cic. 7 ad Att. 13 *Epistolam dictavi propter lippitudinem.* Quintil. 3 cap. 4 *ratio ita dictat*, i. e. suggerit, die vernunfft lehret es also. Proprium est magistrorum sive litteratorum verbum, cum pueris discenda præcipiunt. Horat. lib. 1 sat. ult. v. 74

an tua demens
Vilibus in ludis dictari carmina malis? Hinc

¶ Dictatus, a, um, plur. dictata, quæ ad discendum proposita, das aufgegeben ist, die lection. Horat. lib. 1 epist. 1 v. 54

Hæc Janus summus ad imum (al. *ab imo*)
Perdocet: hæc recinunt juvenes dictata senesque.

Et epist. 18 v. 13

Vt puerum sævo credas dictata magistro Reddere.

Cicer. lib. 3 ad Fratr. epist. 1 *Alterum est de Calventii Marii oratione quod scribis: miror, tibi placere, me ad eam rescribere, præsertim cum illam nemo lecturus sit, si ego nihil rescripsero: mea in illum pueri omnes tamquam dictata perdiscant.* Hinc & ad Lanistas translatum. Suetonius Cæsare cap. 26 *Tirones neque in ludo, neque per lanistas, sed in domibus per equites Romanos, ac etiam per Senatores armorum peritos erudiebat: precibus enitens, quod epistolis ejus ostenditur, ut disciplinam singulorum susciperent, ipsique dictata exercentibus darent*; Lectiones geben. Vide ibi interpretes. Tertullianus ad Martyres cap. 1 *Verumtamen & gladiatores perfectissimos non tantum magistri & præpositi sui, sed & idiotæ, & supervacue quique adhortantur de longinquo, ut sæpe ab ipso populo dictata suggesta profuerint.* ¶ 2. Dictatum pro epistolâ poni Barth. observat ad Claudian. p. 1216.

¶ Dictito, are, aliud frequentativum. *Poëta dictitat*, Terent. prol. Heaut. v. 22. *Ratio dictitat*, die vernunfft giebet es. ¶ 2. Est & προφασίζεσθαι, prætextu uti. Nep. Lysandro 1 n. 4 *Cum Lacedæmonii dictitassent, hanc caussam esse belli.* Livius lib. 1 cap. 49 pr. de Tar-

Tarquinio: *cui Superbo cognomen facta indiderunt, quia socerum gener sepultura probibuit, Romulum quoque insepultum periisse dictitans.*

¶ Dictatio, ōnis, dictandi actus, die dictirung. Symmach. lib. 6 epist. 4 *dictatione properata.*

¶ Dictamen, ĭnis, idem. Gloss. *Dictamen*, φωνή.

¶ Dictātor, ōris, ein gewalthaber, befehlgeber, extraordinarius magistratus Romæ, qui non nisi in summis periculis remedii loco assumebatur, penes quem unum omnium magistratuum vis atque potestas esset, à regno non nisi tempore differens: *nam ad tempus tantum dictaturæ sumebantur*, Tacit. 1 Annal. 1, 1. Appellatus ita fuit, vel quod à consule diceretur, id est, dicendo crearetur, ut Varro tradit lib. 4 de L. L. vel quod dicto audientes ipsi omnes essent: vel quod crebro diceret ediceretque, quæ essent ex usu, quæ Dionysii Halicarnass. opinio est lib. 5; vide & Plutarch. Marcello p. 312. Dictus idem & *Magister populi*: item *Prætor Maximus* fuit: Vide Senecam ep. 108. Cicer. 3 de Finibus cap. ult. Liv. lib. 7 & Festum. Cætera vide apud eos, qui de Romanis magistratibus scripserunt: itemque Muretum ad Tacit. p. 19, nec non Bœclerum in lib. 2 Velleji c. 28 n. 2. ¶ Etiam Latinæ quædam urbes & municipia *Dictatores* vocarunt magistratus suos; ut, *Dictator Lanuvinus*, apud Cic. pro Milone cap. 10. Sic Spartianus in Hadriano cap. 19 *Per Latina oppida & dictator, & ædilis, & duumvir fuit.*

¶ Prodictator, ōris, qui extraordinariam dictaturam gerit. Liv. lib. 22 cap. 8 *Prodictatorem creare.*

¶ Dictatrix, ĭcis, eine gewalthaberin. Plaut. Pers. act. 5 sc. 1 v. 18 *Tu hîc eris dictatrix nobis.*

¶ Dictatura, æ, officium & dignitas dictatoris, die ober-gewalt; ut, *dictaturam gerere*, Cicer. 3 Offic. cap. 31. Vide Lætum & Fenestellam. Extat de eâdem accuratissimus & plenissimus locus apud Vellejum lib. 2 cap. 28 n. 2, in quem vid. prolixè Bœcler. ibid. p. 141 seq. & Zevecot. ad Flor. p. 207. 208. Erat Dictatura magistratus regius, A. V. C. 252 introductus, & in solis periculis reip. repetitus, a quo non erat provocatio, cui consules cæterique magistratus dicto audientes erant. Sex mensibus lege finiebatur; Sed propter invidiam Cæsaris, perpetui dictatoris, qui non nisi morte deposuit, lege M. Antonii consulis in perpetuum sublatus.

¶ Dictātōrius, a, um, gewaltig; ut, *gladius dictatorius*, Cicero pro Cluent. cap. 44. *Dictatoria majestas*, Liv. lib. 4 cap. 14. *Dictatoria animadversio*, Vellej. 2, 68, 5.

¶ Dicturio, ire, dicere moliri, gerne reden wollen. Macrobius 7 Sat. cap. 2 *fortiter à se facta semper dicturiunt.* Vbi jactationis laudationisque conatum significat.

¶ Benedīco, Benedictio, Benedĭcus, Blandidicus, Fatidĭcus, Hymnidicus, Maledīco, Maledictio, Maledicus, Suavidicus, Valedīco, Valedictio, &c. vide sub *Bonus, Blandus, Fatum, Hymnus, Malus, Suavis, Valeo.* Composita cum præpositione:

¶ Abdīcere, augurale verbum & rarissimum, est aversari, rejicere, zuwider seyn, nicht drein willigen, absprechen. Cic. 1 de Divin. cap. 17 *cum aves abdixissent.* Etiam de aliis rebus, sed itidem raro. Pomponius lege 2 de Orig. Jur. § 24 *Virginius cum animadvertisset, Appium Claudium contra jus vindicias filiæ suæ a se abdixisse*, daß er es ihm abgesprochen.

¶ Addīcere, in disciplina augurali est *approbare*, quod aliàs & *admittere* dicitur, de quo suo loco, zufallen, einwilligen. Livius lib. 27 c. 16 *Aves semel atque iterum non addixerunt.* Tacitus lib. 2 Annal. c. 14 *Auctus omine addicentibus auspiciis vocat Concionem.* ¶ 2. Est vendere & tradere venditum, übergeben, einräumen: *Addicere bona alicui*, Cæs. 2 Civ. cap. 18, zuschlagen. *Minimo addicere alicui aliquid*, Suet. Cæsar. cap. 5, gar um ein geringe geld überlassen. Ita idem usus hoc verbo Caligul. c. 34 extr. Horatius dixit lib. 2 satyr. 5 extr. *Nummo alicui quid addicere.* Hinc ad alia transfertur. *Addicere se alicui*, vel *rei alicui*, mancipare est, & se quasi consecrare, anheischig machen. Sic, *Addicere perpetuæ servituti*, Cæsar 7 Gall. c. 77. *Addicere corpus turpissimæ cupiditati*, Auctor ad Herenn. 4 c. 16. Et, *Addicere se in servitutem*, Livius lib. 3, cap. 56, sich einem als für eigen unterwerffen. ¶ 3. Damnare est etiam apud Festum, verurtheilen. Ita Cic. Off. lib. 3 cap. 10 *addicere morti.*

¶ Addictus, a, um, zugethan, ergeben. Cic. pro Cæl. c. 32 *addictum, deditum, obstrictum vobis ac liberis vestris habebitis.* Horat. epod. 17 v. 11 *feris alitibus atque canibus addictus*, i. e. adjudicatus atque expositus. *Addicti* etiam fuerunt, quos lex servire creditoribus, donec solverent, jubebat. vid. Quintil. 7 cap. 4. Gell. 20 cap. 1. Parei Lex. Crit. p. 33.

¶ Addicte, adverb. idem. Compar. *addictius* quidam afferunt ex Taciti Germ. cap. 43 n. 7, ubi meliores libri *adductius.*

¶ Addictio, ōnis, die übergebung, zueignung. Cic. 2 Verr. cap. 4 *Bonorum possessionumque addictio.*

¶ Antedīcere, idem quod prædicere, vorher sagen. Cic. 1 Philipp. cap. 10 *Antedicere ea, quæ vitari possint.*

¶ Condīcere, est in se recipere, zusagen, entbieten, angeloben. *Condicere operam alicui*, Plin. præfat. Operis. *Condicere cœnam, ad cœnam*, & absolute *condicere alicui*, differt ab illo, *promittere ad cœnam*, &c. *Promittit ad cœnam* invitatus: *Condicit*, qui prior & ultro denunciat, se apud alterum cœnaturum esse: quod non nisi inter familiarissimos fieri assolet, sich selbst zu gaste bitten. Hinc *condicta & subita cœna*, Sueton. Claud. cap. 21, ubi vide Torrentium. Cicer. lib. 1 Fam. epist. 9 *Crassus, ut quasi testata Pop. Romano esset nostra gratia, pæne à meis laribus in provinciam profectus est: nam cum mihi condixisset, cœnavit apud me in generi Crassipedis hortis.* At, *Foras condicere*, sich anderswo versagen, Plaut. Menæch. act. 1 sc. 2 v. 25. Scaliger in notis ad Cirin pag. 62 Condictum proprie proditorum esse contendit. Nam iis, inquit, quibus arcem aut urbem prodituri sunt, proprie condicere & constituere dicuntur. Sed refutatur a Gronovio Observ. lib. 1 p. 18, ubi plura de hoc verbo leges. ¶ Tacitus & ad consilia transtulit de Germania cap. 11 *Sic constituunt, sic condicunt.*

¶ Condictus, a, um, abgeredt, angesagt. *Condictus dies*, Plaut. Curc. 1, 1 v. 5. *Condicta loca*, Ammian. 20 c. 1. Subst. *Condictum est, quod in communi est dictum*, Festus; h. e. promissio seu pactum mutuum, genommene abrede.

¶ Condictio, ōnis, die ansagung. Festus: *Condictio in diem certum ejus rei, quæ agitur, denunciatio.* Vox frequens in Jure. vid. Brisson. de S. V.

¶ Condicticius, a, um, anklagend: ut, *Condicticia actio*, lege 7 Dig. de condict. caus. dat. Et lege 13 D. de Jurejur. § 2 *neque furti, neque condicticia tenetur.* Est autem tam condictio, quam actio condicticia, actio in personam. Consule Jurisperitos.

¶ Contrādīcere, widersprechen, sich wider etwas auflehnen. Cic. 1 ad Attic. epist. 17 *Contradixerat Metellus.*

¶ Contradictus, a, um, widersprochen; ut, *contradictum judicium*, Vlpian. JCt. ¶ Subst. Contradictum, ein gegenspruch, ut, *contradicta dissolvere*, Quintil. lib. 4.

¶ Contradictio, ōnis, widersprechung. Quintilian. lib. 2 cap. 17 *Ponuntur hæ quoque in secundo Ciceronis de oratore libro contradictiones.* Idem 5 cap. 13 *Contradictionibus respondere, occurrere.* Tac. Ann. 14, 43, 2 *aliquid crebris contradictionibus destruere.*

¶ Contradictor, ōris, qui contradicit, ein widersprecher. Orosius lib. 3 cap. 1 pr. *contradictorem pacis bello impetendum.* Et Ammian. lib. 31 cap. 40 *contradictoris copia servata.* Et Augustin. C. D. lib. 21 c. 3 *attendunt isti contradictores.*

¶ Contradictorius, a, um; ut, *oppositia contradictoria*, in Logicis, ubi e. g. sibi invicem opponuntur *homo non homo, ens non ens.*

¶ Contradicibilis, e, widersprechlich. Tertullian. de Carne Christi cap. 23 *Signum contradicibile.*

¶ Incontradicibilis, e, unwidersprechlich. Idem 4 adv. Marc. cap. 39 *Quid sapientius & incontradicibilius confessione simplici*, &c.

¶ Edīcere, gebieten, magistratuum est. Terent. Eun. a. 5 sc. 5 v. 20 *Dico, edico, nostrum esse illum herilem filium*, id est, *denuncio*, ich thu es euch kund. Cic. 3 Off. c. 20 *quod communiter* [edictum] *compositum erat, Marius solus edixit.*

¶ Edictio, ōnis, ein befehl, herren-geboth. *Basilicas edictiones habet*, Plaut. Capt. act. 4 sc. 2 v. 31, er gebietet wie ein könig oder grosser herr.

¶ Edictum, i, magistratus decretum, ein gebot, öffentlich ausschreiben. Erat Edictum olim prætorum maxime. Cic. pro Quint. c. 19 *ex edicto prætoris bona possidere.* Et mox: *Prætor ex edicto suo fieri jubebat.* Et pro Flacco c. 28 *Flaccus sanxit edicto, ne* &c. Claudian. 4 Cons. Honor. v. 299 *non sic inflectere sensus*
Humanos edicta valent, ut vita regentis.

¶ Edictare, gebieten. Plaut. Am. act. 2 sc. 2 v. 184 *Edictare alicui aliquid.*

¶ Edictalis, e, gebietend; ut, *edictalis lex*, apud JCtos. *Edictale programma*, ein patent, Cassiod. 7 var. epist. 42.

¶ Indīcere, denunciare, ansagen, ankündigen. Juris verbum est. Virg. Æn. 5 v. 758 *Indicitque forum & patribus dat jura vocatis.* Vbi vide Servium. *Indicere bellum*, Cicer. 2 Catil. cap. 6. *Diem pugnæ*, Liv. lib. 10 cap. 27. ¶ 2. Elegans est metaphora, *Indicere bellum voluptatibus*, quod est, *adversus voluptates pugnare*, wider die wollust kämpffen, Cic. de Senect. cap. 14. *Indicere nuptias*, Quintil. 7 cap. 4 sub fin. *funus*, Suet. Cæs. cap. 84. Et Ovid. lib. 6 Fast. v. 594
Si vir es, indictas exige dotis opes.
Vbi *indictas opes*, pro promissis posuisse videtur.

¶ Indictus, a, um, angekündiget; ut, *indictum argento odium*, Senec. epist. 5. ¶ Item, non dictus, ungemeldet. Virg. 7 Æn. v. 733 *carminibus indictus.* Terent. Phorm. act. 5 sc. 7 v. 58 *Quod dictum, indictum est.* Sic *Indicta caussa*, unverhorter sache: *Indictâ caussâ in aliquem animadvertere*, Cicer. lib. 5 fam. epist. 2. *In vincula duci*, Livius 3 c. 56. *Condemnari*, Cic. pro Rab. perduell. c. 4, ehe man zur verantwortung gelassen wird.

¶ Indicens, tis, non dicens, (sicut dicitur insciens, insperans) apud Livium lib. 22 cap. 39 *etiam me indicente.* Adi Gronovium egregie & explanantem, & defendentem, qui Midæ aures vocat, quibus hujusmodi elegantiæ sonent insolentes.

¶ Indicendus, a, um, unsäglich, eodem modo compositum est pro *non dicendus.* Gloss. Cyr. *Indicendus*, ἄλεκτος.

¶ Indictio, ōnis, pensitationis genus dicebatur apud Veteres, quod extra ordinem atque de novo imponebatur: & sic à *Canone* atque *Oblatione* differebat, eine schatzung, auflage. Hæc enim tria pensitationum genera recenset Asconius in 4 Verrinam. Verba Ciceronis sunt cap. 2 *Quando illa* [Sicilia] *frumentum quod deberet, non ad diem dedit? Quando id, quod opus esse putaret, non ultrò pollicita est? Quando id, quod imperaretur, recusavit?* Ad quæ Asconius: *Omne*, inquit, *genus pensationis in hoc capite positum est:* CANONIS, OBLATIONIS, INDICTIONIS. *Canon* in frumento est, & ad certum diem penditur. De eo in prima parte agit. *Oblatio* est, quod datur ultro, de ea in secunda parte agit. *Indictio*, cum quid indicitur, seu imperatur; ejus ultimo loco meminit. Plin. Panegyr. Trajani c. 29 *Nec novis indictionibus pressi ad vetera tributa deficiunt.* Lactantius de Mort. Persec. c. 7 *Vt enormitate indictionum consumtis viribus colonorum desererentur agri, & culturæ verterentur in silvam.* ¶ Est & Computi genus, qui appellatur *indictio*; & hodieque obtinet, præcipue in diplomatis & publicis instrumentis, Römer zinßzahl. Eum quindecim annis vulgo definiunt. Sed de ratione ejus & appellatione, & caussis atque origine, non consentiunt eruditi. Alii ab *indicando*, alii aliunde dici volunt. Sunt, qui à Constantino ejus originem repetunt, qui in Olympiadum locum surrogaverit: nonnulli ad Augustum, & illa Quinquennalia Imperatorum malunt referre. Alii rursus hæc omnia vocant in dubium, atque conantur refellere, ut tota hæc disputatio valdè ambitiosa perplexaque sit & infinita propemodum. Vide Onuphr. Panvinium Comment. in 2 Fastor. in A. ∞ 64. Joseph. Scalig. lib. 5 de Emendat. tempor. pag. 470, itemque Animadvers. in Euseb. & Isagog. Canonibus, nec non Petavium lib. 11 de doctrinâ temporum cap. 39 & 40, & lib. 7 Rationarii cap. 1 extr.

¶ Indi-

¶ Indictionalis, e, ad indictionem pertinens, ausgeschrieben. Ammian. 17 c. 3 *indictionale augmentum oblatum sibi humi projecit.*
¶ Indicticius, a, um, das man ansagt. Cassiodor. lib. 5 Variar. epist. 14 *indicticia onera.*
¶ Indictivus, a, um, quod per præconem indicitur, ausgeruffen: ut, *funus indictivum.* Festus.
¶ Superindīcere, extra ordinem indicere, noch mehr ansagen. JCt.
¶ Superindictus, a, um; In Codice diversi tituli sunt *de indictione* & *de superindicto.*
¶ Superindictio, ōnis, ultra solitam collationem indictio, eine außerordentliche schatzung. JCt.
¶ Interdīcere, prohibere, untersagen, verbieten. Jungitur Dativo & Ablativo frequentissime: ut, *Interdicere alicui aquâ & igni*, Cicer. Philipp. 1 c. 9, landes-verweisen. Sic, *Alteri domo interdixit*, Sueton. August. cap. 66. Jungitur & cum Accusativo. Suet. Nerone c. 33 *Cum interdixisset usum amethystini ac Tyrii coloris*, &c. Livius lib. 34 cap. 7 *fœminis duntaxat purpuræ usum interdicemus?* Add. Gronov. ad Senecæ epist. 18 p. 68. Etiam cum Infinito: Sueton. Galb. cap. 6 *interdixit commeatus peti.* ¶ Et in genere passivo, *Interdicor aqua & igni.* Item, *Interdicitur mihi aquâ & igni*, impersonaliter, mir wird alle gemeinschafft aufgesagt und verboten. D. Brutus principio lib. 11 Epistol. Cic. fam. *ut aqua & igni nobis interdicatur.* Conf. Vellej. 2, 69, 5. Primo casu Cic. pro Domo cap. 18 *ut M. Tullio aqua & ignis interdicatur.*
¶ Interdictum, i, prohibitio, ein verbot, untersagung. Cic. Attic. lib. 7 ep. ult. *Cæsaris interdicta respuentur.*
¶ Interdictio, ōnis, idem. *Interdictio tecti, aquæ & ignis*, Cicer. pro Domo cap. 30. Et Ulpianus lege 2 D. de Pœnis: *postquam deportatio in locum aquæ & ignis interdictionis successit.* Arnobius lib. 2 pag. 49 de miraculis Christi, *Quis potuit una interdictione sanare?*
¶ Interdictor, ōris, ein verbieter. Tertullian. Præscript. advers. hæret. c. 33 *interdictores nuptiarum.* Idem 2 adv. Marc. cap. 9 extr. *Non idem habendus est delicti auctor, qui invenitur interdictor, immo & condemnator.* Adde eumdem de Jejun. cap. 15.
¶ Interdictorius, a, um, verbietend. *Præceptum interdictorium*, Salvianus lib. 3 contra Avarit. p. 130.
¶ Perdīcere, ausreden. Alcimus Avitus lib. 5 v. 596

vix hæc perdixerat, illi
Prosiliunt.

Ita Fabricius, Zehnerus, Sirmondus, & Biblioth. PP. editores constanter legunt.
¶ Prædīcere, zuvor sagen, prophezeyen. Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 19 *Hoc primum in hac re prædico tibi.* Cic. 1 Divin. cap. 1 *Prædicere futura & intelligere.* Nepos vita Attici cap. 16 *Non enim Cicero ea solum, quæ vivo se acciderunt, futura prædixit; sed etiam, quæ nunc usu veniunt, cecinit ut vates.* ¶ 2. Aliquando præmittere quædam dicendo parandis animis, docendisque. Seneca epist. 102 *At nisi aliquid prædixero, intelligi non poterunt, quæ refellentur.* Et ita in sequentibus bis, *Quid est quod prædicere velim*, ait. ¶ 3. Est & adfirmatius monere, instruction geben. Corn. Nepos Themist. c. 7 *collegas suos jussit proficisci: eisque prædixit, ut ne* &c.
¶ Prædictio, ōnis, eine wahrsagung. *Hariolorum & vatum furibundæ prædictiones*, Cicer. 1 de Divin. cap. 2.
¶ Prædictum, i, idem. *Prædicta astrologorum*, Cic. 2 de Divin. c. 42.
¶ Prodicere, bestimmen. Sic Livius lib. 3 c. 57 *Tribunus ei diem prodixit.* Festus autem *prodicere diem*, explicat *prodere.*
¶ Prodictus, a, um, angesetzt. Cicer. pro Domo sua cap. 17 *ne, nisi prodicta die, quis accusetur*, i. e. ante dicta.
¶ Prodictio, ōnis, apud Festum explicatur per proditionem, quæ in præsens valeat.
¶ Superdicere, dicendo adjicere, noch mehr darzu sagen. Cic. 2 de Legib. cap. 21 *Superdicebant, quicquid cepisset, adstringi.* Ita Grut. ex MSS. Palatinis, at Lambin. & Turneb. *superiores dicebant.* ¶ Deinde Juris verbum est, & adhibetur de præcone, in suppliciis capitalibus reliquos officii sui elogio funesto admonente. e. gr. Lege 13 § ult. Dig. de Jurejurando: *Si quis juraverit in re pecuniaria, - - - & pejeraverit - - - Imperator rescripsit, fustibus eum castigandum dimittere, & ita ei SUPERDICI:* προπετῶς μὴ ὄμνυε, *PETULANTER NE IURATO.*

DICRŎTUM, i, δίκροτον, navis quæ duobus gubernaculis regitur, biremis, ein schiff mit zwey rudern. Legitur in epistolis Cicer. ad Attic. lib. 5 epist. 11 cum duabus appellationibus aliis navigiorum, *ἄφρακτα Rhodiorum, & dicrota Mitylenæorum habebam, & aliud* ἐπίκωπον; ἄφρακτα naves non munitæ: ἐπίκωπον navis non fastigata. Idem lib. 16 ad Attic. epist. 4 *ipse Domitius bona plane habet dicrota.* Memoravit & hujus generis navem Jul. Pollux lib. 1 cap. 9, ubi δικρότῳ, modo à Cicerone laudatæ, etiam mentionem fecit.

DICTĀMUS, i, vel Dictamum, scribunt & Dictamnus & Dictamnum ex Theophrasti & Galeni appellatione, ἡ δίκταμνος, pulegium silvestre vocant, inquit Dioscorides, wilder poley. Lucinæ sacrum scribunt. Vim habet adversus venena, & cervis vulneratis remedium est, quemadmodum Cicer. lib. 2 de N. D. cap. 4, Plin. lib. 8 cap. 27, & Apul. de herb. cap. 62 testantur. Tertullian. de Pœnit. cap. 11 *Cervus sagittâ transfixus, ut ferrum & immedicabiles moras citius de vulnere expellat, scit, sibi dictamno medendum.* Tam inimicam venenatis animalibus Theodorus sive Diodorus Tarsensis lib. 5 de fato apud Photium pag. 681 tradit, ut vel solo odoratu recepta nocendi omnem vim eripiat. Allusit eo Virg. 12 Æn. v. 411

Hic Venus indigno nati concussa dolore
Dictamnum genetrix Cretæâ carpit ab Idâ;
Puberibus caulem foliis, & flore comantem
Purpureo: non illa feris incognita capris
Gramina, cum tergo volucres hæsere sagittæ.

Aristot. lib. de Mirabilibus auscultationibus, αἱ ἐν κρήτῃ αἶγες ὅταν τοξευθῶσι, ζητοῦσι τὸ δίκταμνον, τὸ ἐκεῖ φυόμενον, ὅταν γὰρ φάγωσιν, εὐθὺς ἐκβάλλουσι τὰ τοξεύματα. Porro, *Dictamnum* à *Dicte* Cretensi monte appellatum videtur, quod ibi cervi vulnerati primùm offenderint.
¶ Pseudodictamnus, i, ψευδοδίκταμνος, *similis acrimoniæ dictamni*, Apulej. de herb. c. 62. *Pseudodictamnum* Plinio est lib. 25 c. 8 *multis in terris nascens*, &c. conf. lib. 26 c. 8 & 15. Est & *Pseudodictamnum* & *Dictamnum album*, in montibus Hercynicis nostris notum, vulgo diptam.

Dictator, Dictatura, &c. vide *Dico.*

DICTE, es, Δίκτη, mons Cretæ Ptolemæo est & Straboni.
¶ Dictæus, a, um, Cretensis; ut, *Antrum Dictæum*, Virgil. 4 Georg. v. 152. *Arva Dictæa*, Id. 3 Æn. v. 171. *Dictææ Nymphæ*, Id. ecl. 6 v. 56.

Dicto, are, &c. Dictum, Dicturio, vide *Dico.*

DICTYNNA, æ, Δίκτυννα, Dianæ cognomen est, à retibus, quæ invenit, & Græcis sunt δίκτυα. Statius 9 Theb. v. 632 *mitis Dictynna.* De origine nominis lege etiam Diodor. Siculum lib. 5 cap. 76.
¶ Dictynnæus, a, um; ut, *Mons Dictynnæus* Plinio 4 cap. 12, idem qui Dicte, vel Dictæus, in Creta. Vid. Harduin.

DICTYS, Cretensis fuit, qui bellum Trojanum, cui interfuit, descripsit linguâ Phœnicum. Extat ea descriptio hodie latinè, quemadmodum & Daretis Phrygii, utraque suspecta & supposititia. Vid. Voss. de Hist. Gr. 4 cap. 1 p. 342.

DIDACTRUM, i, das lehr-geld, schul-geld. Onomasticon Vetus; Δίδακτρον, *Minervale.* Minervale enim sive Minerval (ut Varro lib. 3 R. R. cap. 2 sub fin. expressit) est præmium docenti debitum. Aliter vocatur Διδασκάλιον. Plutarch. in Alexandro f. 668 καλὰ καὶ πρέποντα διδασκάλια τελέσας αὐτῷ, puta, Aristoteli.

DIDASCĂLUS, i, διδάσκαλος, magister, præceptor, ein lehrmeister, ut in versu, quem Cicero lib. 9 famil. ep. 7 citat Varroni scribens, πολλοὶ μαθηταὶ κρείσσονες διδασκάλων, *Multi discipuli præstantiores didascalis*, h. e. magistris.
¶ Didascalicus, a, um, lehrhafft. Ausonius epist. 17 *didascalicum aliquod opusculum mittere.*
¶ Chorodidascalus, vide supra *Chorus.*
¶ Hypodidascalus, i, ὑποδιδάσκαλος, qui sub Magistro aut in loco inferiori docet. Cicer. lib. 9 fam. epist. 18.

DIDIUS, i; ut T. Didius, P. Didius apud Cic. in Pis. c. 25 & pro Font. cap. 15. Idem pro Mur. cap. 8 *recentes homines* vocat. Plures etiam apud Tacitum. Hinc ¶ *Didia lex*, a Didio lata, Cic. pro Sext. c. 64, necessitatem servandæ legis sumtuariæ universæ imponens Italiæ, Macrob. 3 Saturn. cap. 17. P. Manutius de LL. Roman. p. 215.

DĪDO, ōnis, & Didûs declinat. græca, cui proprium nomen Elisa fuit, conjunx Sichæi & soror Pygmalionis, cujus scelus, quod maritum suum vi oppressisset, aversata, Tyro relictâ in Africam profugit, & Carthaginem condidit. Hiarbæ regis Mauritanorum, ad postremum nuptias fugiens, gladio vitam finivit. Nam quæ Virgilius de eâ prodidit, conficta omnia sunt. Neque enim inter se Dido & Æneas per ætatem potuerunt videre. Cum ab Ilii excidio ad natalem Carthaginis anni sint 299, vid. omnino Voss. lib. 1 Inst. Orator. p. m. 122. In quam rem extat Epigramma græcum, quod ita vertit Sleidanus:

Olim talis eram venerando splendida vultu,
Cum populis dixi regia jura meis.
Pectoribus non illa tamen mens insita nostris,
Qualem circumfert publica fama, fuit.
Æneas etenim nunquam mihi visus, & illo
Nec Libyæ campus tempore noster erat:
Ancipiti sed ego pectus mucrone peregi,
Cum fugerem lectos, improbe Jarba, tuos.

Idem & Ausonius vertit, & suo more diduxit ac fusius explicavit epigrammate 118.

Dido, ĕre, Didoron, Didrachmum, vide *Do*, *Doron*, *Drachma.*

DĬDYMĀON, ōnis, artifex armorum. Virg. 5 Æn. v. 359

Et clypeum afferri jussit, Didymaonis artes.

DĬDYMUS, i, δίδυμος, geminus. ¶ *Didymus*, Alexandrinus Grammaticus fuit, Macrobii testimonio Grammaticorum omnium instructissimus, docuit Romæ Augusti tempore; cognomen habuit ob studia indefessa χαλκεντέρου *Chalcenteri*, quod eum, cujus ænea sunt viscera, significat, χαλκὸς *æs*, ἔντερα *viscera.* Tria millia librorum scripsisse, Seneca epist. 87 retulit. Quintilian. lib. 1 cap. 13 *Didymo*, inquit, *quo nemo plura scripsit, accidisse compertum est, ut, cum historiæ cuidam, tamquam vanæ repugnaret, ipsius proferretur liber, qui eam continebat.* Meminit alicubi & Plutarchus. ¶ 2. Porro de *Didymo* Cæco, Alexandrino quoque, qui Arianis restitit, & Athanasio carus fuit, cuique Juliani interitus divinitus annunciatus fuit, consule scriptores Ecclesiasticos.
¶ Dĭdȳmēus, i, Apollinis est cognomen, quia ex uno fonte lucis, gemino sidere, tum per se, tum per Lunam nobis luceat. Macrob. lib. 1 Saturn. c. 17. ¶ 2. Sed & Solem Didymei Apollinis appellatione Romanos veneratos, Macrobius scripsit. Templum Apollinis Didymei Mileti fuit, de quo Plinius lib. 5 cap. 29, & Strabo lib. 14 p. 436.

DIES, ēi, der tag. Sen. epist. 12 *Dies* (naturalis) *tempus est viginti quatuor horarum.* Grammatici hanc vocem pro diversâ significatione diversi generis pronunciant. Asconius in 2 Verrin. DIES *fœminino genere tempus: & ideò diminutivè* diecula *dicitur, breve tempus & mora.* DIES (artificialis) *horarum XII generis masculini est, unde* Hodie *dicimus, quasi hoc die.* Et ita quoque Servius ad illud Virgil. 2 Æneid. v. 324

Venit summa dies, & ineluctabile tempus.

Quin ipse Varro apud Charisium lib. 1 Grammat. cap. *de nomine:* cujus sententiam pro illo discrimine cum retulisset, subjicit denique: *Quod nemo servavit*, Auctorum puta. Et pergens addit: *Etsi secundum hanc distinctionem dixit Virgilius*, Venit summa dies, i. e. *tempus: Et*, ille dies primus leti: *pro uno die tamen & fœminino genere diei spatium significat, cum ait:* Jamque dies infanda aderat, &c. Æn. 2 v. 132. Recte itaque Servius nostri arbitrii facit, vel fœminino, vel masculino genere talia proferre. Seneca Hercul. Furente v. 874

Thebis læta dies adest.

Vbi sane unum & certum diem designat. Et Cæsar lib. 1 de Bell. Civil. cap. 5 *Qua ex die Consulatum iniit Lentulus.* Ovidius 1 Fastor. v. 72

Nunc dicenda bonâ sunt bona verba die.

Vbi *bona dies*, festa & felix est. Horatius lib. 3 ode 21 v. 5 ad amphoram: *Quocunque lectum nomine Massicum servas, moveri digna bono die.* Seneca de vitâ beatâ cap. 23 *Sic illum afficiunt divitiæ, & exhilarant, ut navigantem secundus & ferens ventus, ut dies bonus, ut in bruma & frigore apricus locus.* Quamquam hic *dies bonus* serenus & nulla spurcus tempestate ac asper intelligi potest: quemadmodum alibi & *pius dies* dicitur. Sed *diem bonum*, & *magnum*, diem festivitate aliqua solennem, Judæis dici solitum, Casaubonus observat Exercit. 16 contra Baronium sect. 18. *Dies immotus*, ein stiller tag. vide in *Moveo. Die multo*, bonam partem acto, weit, hoch am tage. Cæsar 1 de Bell. Gall. cap. 22 *Multo denique die per exploratores cognovit*, &c. Nempe significat, non primo & ineunte die id factum, sed jam adulto. Aliter Tacit. 2 Histor. cap. 44 *Multa adhuc die vallum ingressus*, &c. Significat enim, nondum vesperascente & jam eunte in tenebras die ingressum esse, noch bey hellem tage, es war noch tag. *Dies illustris*, heller lichter tag. Curt. lib. 3 cap. 3 *Patrio more Persarum traditum est, orto sole demum procedere. Die jam illustri signum è tabernaculo Regis buccinâ dabatur.* Contra, *dubius dies* dicitur, cum nondum plene lucet, exorto sole, wenns noch nicht recht tag ist. Plin. lib. 6 epist. 20 *Jam hora diei prima; & adhuc dubius & quasi languidus dies.* Hieronym. epist. 49 ad Innocentium de muliere septies ictâ, *dubiam lucem* similiter dixit. *Dies obscurus, procellosus*, ein trüber, ungestümer tag. Suetonius Domitiano cap. 21 *Quoties otium esset, aleâ se oblectabat, etiam profestis diebus, matutinisque horis, ac lavabat de die, prandebatque ad satietatem.* Quo loco DE DIE, illud tempus significat, quod post matutinum ante meridiem est. Quamquam & illud notat, quod *ad meridiem* Censorinus dixit, & quod meridiem proximè sequebatur, & *meridie* appellabatur, ut Salmasius Exercit. Plinianis p. 648 observat. ¶ 2. *Hic meus dies est*, formula eorum, qui genio & hilaritati indulgebant: quod tempus sibi maxime impertire existimabant. Similiter nos in re eâdem dicimus: der tag soll mein seyn. Cornelius Severus apud Senecam Patrem Suasoriâ secundâ:

Stratique per herbam

HIC MEVS EST, *dixere*, DIES. Vide ipsum Senecam dicto loco. Sed & dies mortis ita significatur. Dialog. de Oratorib. cap. 13 *quandocunque fatalis & meus dies veniet.* ¶ 3. Non raro *dies* pro diurno lumine ponitur. Tacit. 3 Histor. cap. 56 *Concionanti tantum fœdarum volucrum supervolitavit, ut nube atrâ diem obtenderent:* Et 4 Histor. cap. 81 *Statim conversa ad usum manus, ac cæco reluxit dies.* Sic, *admitti dies*, dicitur Plinio lib. 9 epist. 35, quando remotis velis apertisque fenestris admittitur lux. ¶ 4. Pro æstu seu calore diei posuit Calpurnius eclog. 5 init.

Juvat humida forsan
Ripa, levatque diem vicini spiritus amnis.

Claudianus Paneg. de 4 Consul. Honor. v. 63

Cum procul insanæ traherent Phaëthonta quadrigæ,
Sæviretque dies.

Vbi tamen Barthius *Diem* Solem ipsum interpretatur. ¶ Sed solet latinis scriptoribus *diei* nomine non raro venire, quicquid per diem accidit, vel notâ aliquâ diem insignit. C. Nepos Attici vita cap. 5 *Tranquillatis autem rebus Romanis remigravit Romam, ut opinor Cotta & L. Torquato Coss. quem diem sic universa civitas Atheniensium prosecuta est, ut lacrimis desiderii futuri dolorem indicarent.* QVEM DIEM, quem discessum ejus, sive, quod discessûs ejus tempus. Neque enim opus est, cum Rutgersio *discedentem* pro *diem* legere. Seneca lib. 3 de Ira cap. 36 *Totum diem meum scrutor.* Vbi Gronovius: *Notissimo tropo DIES pro ACTIS DIEI;* & interpretatur statim: *FACTA AC DICTA MEA REMETIOR.* Addit exempla: Ciceronis 9 fam. ep. 6 ad Varronem: *Hos tuos Tusculanenses dies instar esse vitæ puto:* & Plinii lib. 3 epist. 9 *Memento, esse non epistolam longam, quæ tot dies, tot cognitiones, tot denique reos caussasque complexa sit.* Idem lib. 6 epist. 31 *quàm severi dies, quos jucundissimæ remissiones sequebantur.* Nec aliter Cicero pro Marcello cap. 4 *Hunc tu igitur diem maximis gratulationibus tuis antepones.* i. e. hanc clementiæ laudem, quam restituto Marcello consecutus es. Sic, *dies* pro pugna seu clade, quæ per diem accidit, auctoribus dicitur, quod Casaubonus notat in Suet. August. cap. 23. Vellejus lib. 2 cap. 52 *Aciem Pharsalicam & illam cruentissimam Romano nomini diem.* Vide & Berneggeri Indicem in Florum. ¶ 5. Pro summo etiam discrimine ac tempore ultimo, quin morte ipsa nonnulli *diem* dixerunt. Tacit. 3 Histor. c. 24 *Vitellius, capta urbe, per aversam palatii partem Aventinum, in domum uxoris sellula defertur, ut, si diem latebra vitavisset, Tarracinam ad cohortes fratremque perfugeret.* Lucius Florus *diem ultimum* vocat, lib. 2 cap. 6. Homerus κακὸν ἦμαρ, Odyss. κ. v. 269. vid. Barth. ad Stat. Silv. p. 173. Adde Dialog. de causs. corrupt. eloq. c. 13 n. 8, cujus verba paullo ante prodidimus. ¶ 6. Sed & pro vita *dies* ponitur; qui vivunt enim, diem vident. Ovid. lib. 5 Trist. eleg. 4 v. 44

Sive diem videat, sive tegatur humo.

Statius lib. 2 Thebaid. v. 657 *nunc arma diemque Projice.*

Avienus Periegesi v. 543

Postquam liquerunt Ismeni fluminis undam,
Hic in cæruleos mutatum membra Dracones,
Absolvêre diem, finemque dedêre labori.

Absolvêre diem, i. e. finierunt vitam, quod homines hactenus duxerant. Loquitur enim de Cadmo & Hermione, qui in Dracones mutati. ¶ 7. Notat *dies* certum quoque ac præstitutum alicui rei tempus, ad quod vi pacti, aut fidei datæ, vel ex constituto tenemur, ein termin. Sic, *pecuniarum dies*, der zins-tag, Columella lib. 1 cap. 7. *Dies stipendii*, quibus stipendium debetur. Hinc, *in diem emere*, ut solvas post aliquod tempus, Nep. Attic. cap. 9, auf tagzeiten kauffen. *Cum dies advenerit*, Phædrus lib. 1 fab. 7, wenn der termin erscheinen wird. *Diem proferre*, den termin aufschieben. *Laxiorem diem dare*, Livius 39 cap. 17, einen geraumern termin ansetzen. *Diem servare*, den termin inne halten. *Diem obire*, auf den bestimmten tag erscheinen. Cic. Attico 13 epist. 14 *Obire auctionis diem facile potuerunt: est enim III Idus.* Idem in Lælio c. 2 *Cum in hortos Bruti, commentandi gratia, proximis Nonis venissemus, tu non adfuisti, qui diligentissime illum diem, & illud munus solitus esses obire.* Quodsi vero dies intelligitur fatalis; *obire diem suum*, mori est. Servius Ciceroni lib 4 epist. 12 *Erat scriptum, paullo ante lucem Marcellum diem suum obiisse.* Et sine Pronomine Nepos extremo Dione: *Diem obiit circiter annos LV natus.* Interdum idem auctor, ut significantius scriberet, epithetum *supremi* adjunxit. Idem Miltiade c. 7 *in vincula conjectus est, ibique diem obiit supremum.* Et Dione c. 2 de Dionysio: *somno sopitus diem obiit supremum.* Sed ad diei statuti notionem, unde digressi sumus, revertimur. *Dies rerum*, i. e. agendis rebus destinatos, Tacitus 3 Histor. cap. 50 dixit. Seneca lib. 3 Quæst. Nat. cap. 1 *Nilum interim seponamus &c. Illi diem suum dabimus*, id est, præstituemus tempus, quo ejus naturam explicemus. ¶ 8. *In diem*, & *præsens* opponuntur. Terent. Phorm. act. 5 sc. 2 v. 16 *Præsens quod fuerat malum, in diem abiit*, es hat sich verweilt. Cicero pro Cœlio cap. 24 *In diem fraudis præsentis pœnas Dii reservant.* ¶ Plautus Pseudolo act. 1 sc. 3 v. 67 *Eme die cæcâ hercle olivum; id vendito oculatâ die*; ubi *dies cæca* dicitur, cum solutio differtur in diem; *oculatâ*, cum præsenti pecuniâ, ac Græca mercamur fide, ut explicat Festus Pompejus. v. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 244. ¶ In plurativo etiam numero pro tempore. Tacitus 2 Histor. cap. 46 *Turbata per eosdem dies Germania*, &c. quod etiam singulari accidit, præsertim si longum tempus est significandum. Cicero lib. 5 epist. 16 *certe nos, quod est dies allatura, id consilio anteferre debemus, neque exspectare temporis medicinam.* Et Terent. Heaut. a. 3 sc. 1 v. 13 *Dies adimit ægritudinem hominibus.* ¶ De divisione dierum vide Censorin. cap. ult. & Macrob. 1 sat. cap. 3. De superstitiosa observatione dierum apud Romanos veteres aliasque gentes, vide Plutarch. Camillo pag. 138, item in Caussis rerum Romanarum; & Dionys. Halicarnass. Præcept. Rhetoric. pag. 83. E junioribus Casaubonum ad Sueton. August. cap. 92, item in Appendicula in Othon. c. 6. ¶ *De die*, hoc est, interdiu, bey sonnenschein, des tags über. Vide supra in *De. In dies singulos*, alle tage; vide infra *Singuli*. Apulej. lib. 1 Miles. *Nox it in diem*, es wird tag. Terent. Eun. a. 3 sc. 4 v. 2 *in hunc diem*, auf diesen tag. *In dies paucos*, auf wenig tage. *In diem vivere*, Cic. 2 Philipp. cap. 24, ohne sorge leben. Idem de Orat. lib. 2 cap. 40 *Barbarorum est, in diem vivere.* At, *In diem extollere*, est differre, Plaut. Milite act. 3 sc. 2 v. 47. *Diem dicere*, Cic. de Arusp. c. 4, ernennen, ankündigen. Et, *diem operi dicere*, Idem in Verr. 3 cap. 57. Sed, *diem* alicui homini *dicere*, est accusare, in jus vocare. Cic. ad Q. frat. lib. 1 ep. 2 sub fin. *Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret.* Cæteros usus hujus verbi passim licet invenire. Sententias quasdam & formulas superaddimus. Cic. lib. 2 de finib. *Non potest dies esse sæpius, qui semel fuit*, der gestrige tag kömmt nicht wieder. Seneca in Hippol. v. 450 *Optimi dies vitæ effluunt.* Plin. lib. 7 cap. 40 *Alius de alio judicat dies, sed postremus de omnibus.* Silius Italicus lib. 3 v. 134 *Et pace & bello cunctis stat terminus ævi,*

Extremumque diem primus tulit.

Apud Horatium 2 od. 6 *diem frangere*, est potando & epulando conterere. *Diem eximere* re aliqua, est consumere, totum extrahere. Dialog. de caussis corrupt. eloq. cap. 19 n. 3 *Id ipsum laudi dabatur, si dicendo quis diem eximeret.* Plauti est Epidic. a. 3 sc. 2 v. 5 *alicui diem dare luculentum*, einem einen freuden-tag machen: unde verbo mutato est, *Diem luculentum habere*, lustig seyn. *Hilarem diem sumere*, idem est: de quo in *Sumo. Alio die*, est formula augurum, qui, cum de cælo servarent aliquid, quod rem susceptam dirimeret, duobus verbis alio die denunciabant. Exempla vide apud Brisson. de Form. lib. 1 p. 119 edit. Wechel. ¶ *Die crastini, die septimi*, &c. adverbialiter pro *die crastino, septimo*, vide supra in *Cras*.

¶ Diespiter, i. e. diei pater. Ita Horatio Jupiter dicitur, lib. 3 od. 2 v. 29

Sæpe Diespiter
Neglectus incesto addidit integrum.

Et lib. 1 od. 34 v. 5 *namque Diespiter*

Igni corusco nubila dividens. Vid. Varron. de L. L. 8 n. 46.

¶ Diecula, æ, diminut. ein kurtzer tag. Ter. in And. a. 4 sc. 2 v. 27 *Non satis habes, quod tibi dieculam addo.* Cic. ad Att. lib. 5 extr. *dieculam ducere.* Apul. lib. 1 Miles. *Et ut illa Medea, unius dieculæ à Creonte impetratis induciis, totam ejus domum filiamque &c.*

¶ Dialis, e, unius diei, auf einen tag. Otacilius Pitholaus, cum Caninus Revilius uno tantum die consul fuisset, dixit: *Ante flamines, nunc consules diales sunt:* apud Macrob. lib. 2 Saturn. cap. 2. Lusit nempe vocabuli ambiguitate, de qua in *Dius* plura supra in *Deus*.

¶ Diarius, a, um, adject. ἐφήμερος: ut, *Febris diaria*, täglich fieber, apud Medicos. Hinc

¶ Diarium, i, demensum cibi pro uno die, tags-kost. Martialis lib. 11 epigr. ult. *Sed lupus usuram puerique diaria poscunt.*

Petron. *Hodie post asellum diaria non sumo.* Vide Torrent. ad Horatii lib. 1 ep. 14, itemque Pignorium de Servis p. 160. ¶ 2. Commentarius rerum quotidianarum *Diarium* appellatur apud Gellium 5 cap. 18.

¶ Diescit; Veteres malunt *Lucescit*, *dilucescit*, &c. Rejicit Vossius de Vit. Serm. 4 c. 6 p. 704.

¶ Dietim, adverb. pro *quotidie*, vel *in dies singulos*, barbarum censetur Vossio ibid. lib. 1 c. 21 p. 108.

¶ Diu, Diutinus, &c. vide mox seorsim.

¶ Diurnus, a, um, quod unius spatio diei continetur: sicut *annuum*, quod anni, was den tag über geschiehet, täglich: ut, *diurni labores*, Cic. de Senect. c. ult. *diurna quies*, Id. 2 Agrar. c. 2. ¶ 2. *Diurnum* autem substantivum, pro dimenso Seneca posuit epist. 80, täglich futter, täglich brod, quod servis in diem dabatur. Vocabatur & *Diarium*, de quo paullo ante. ¶ 3. Dicebatur *Diurnum*, & diurnarum, seu quotidianarum rationum liber, ein tagebuch, in welchem die tägliche einnahme und ausgabe verzeichnet. Juven. sat. 6 v. 482

Et cædit, longi relegit transversa diurni.
Ibi enim *Diurnum*, Scholiastes vetus *Ratiocinium* interpretatur. Nempe *Diurnum*, Ephemeris est: Ephemeris autem Commentarius, in quo & acta & rationes quotidianæ perscribebantur. *Quotidianum diurnum* Seneca lib. 5 Controv. 33 sub. f. *Diurnos commentarios* Suetonius appellat Augusto cap. 53.

I. Composita cum Numeralibus:

¶ Bĭduum, i, duorum dierum intervallum, zwey tage. Cicer. 8 Att. epist. 14 *absunt biduum aut triduum*, & 2 Nat. D. cap. 38 *per biduum*. Ter. Eun. 1, 2 v. 107 *Rus ibo, ibi hoc me macerabo biduum*.

¶ Biduanus, a, um, zwey-tägig. Rabanus Maurus lib. 2 de Instit. Cleric. cap. 26 *Biduanus mos jejunii inde sumtus, quod Apostoli jejunaverunt illo biduo, quo Dominus passus & sepultus est*, zwey-tägig fasten.

¶ Trĭduum, i, trium dierum intervallum, drey tage. In utroque primam produxere Veteres. Terentius And. 2, 3 v. 9 *Bidui est aut tridui hæc sollicitudo*. Martial. lib. 2 epigr. 6

Si totus tibi triduo legatur.

¶ Triduanus, a, um, dreytägig, das drey tage währet. Apulej. lib. 10 p. 247 *triduanum spectaculum*. Et Hieronymus media epist. 10 ad Furiam de Viduit. serv. *Parcus cibus, & venter semper esuriens triduanis jejuniis præfertur*. De biduanis autem & triduanis Christianorum veterum jejuniis consules du Fresne Glossar. in voce utraque.

¶ Quatriduum, i, vier tage: ut, *Iter quatridui*, Lentulus lib. 12 fam. epist. 15 extr. *Triduo aut quatriduo ante hanc rem*, Cic. Bruto ep. 3.

¶ Quatriduanus, a, um, viertägig. Hieronymus Epitaphio Paullæ, sive epist. 27 cap. 11 *quatriduanus mortuus Lazarus*. Et Petrus Chrysologus serm. 81 *Nonne quatriduanum Lazarum jam fœtentem vobis coram vocavit ab inferis vox mea?*

¶ Novemdialis, e, novem dierum, auf neun tage: ut, *Novemdiale sacrum*, Livius 27 cap. 37 pr. & lib. 29 cap. 14.

¶ Nudius tertius, adverb. de tempore præterito, compositum ex *nunc* & *dies*, quasi dicas, nunc est dies tertius, vorgestern, ehegestern. *Nudius tertius dedi ad te epistolam longiorem*, Cic. ad Atticum lib. 14 epist. 11.

¶ Nudius quartus, vor vier tagen, ac sic deinceps. Plautus Mostell. act. 4 sc. 2 v. 40 *Heri & nudius tertius, quartus, quintus, sextus, usque*. Idem Trucul. act. 2 sc. 6 v. 28 *Heri nudius quintus natus ille est*, h. e. heri à quinque diebus. Quid? quod etiam *nudius tertius decimus* dixit Cicero in 5 Philipp. cap. 2, *Recordabimini, qui dies nudius tertius decimus fuerit, quantus consensu vestrum* &c. Itaque *nudius quintus decimus* dixit Perpinianus init. orat. 15, *Modestiâ singularis, qua me nudius quintus decimus audistis*.

II. Composita alia:

¶ Æquidies, Æquidialis, vide *Æquus*.

¶ Hŏdie, quasi hoc die, adverbium, heut.

Qui non est hodie, cras minus aptus erit.

Hodie mane, heut frühe, Cic. ad Attic. lib. 13 epist. 9.

¶ Hodieque, eleganter connectitur. Livius lib. 1 cap. 17 *Hodieque usurpatur idem jus*, noch heutiges tages. Adde eumdem ejusdem libri cap. 26 cum Gronovii castigatione. Et Vellejus lib. 1 cap. 4 *Vires veteres earum urbium hodieque magnitudo ostentat mœnium*.

¶ Hodiernus, a, um, adject. heutig. *Hodierno die; In hodiernum usque diem*, auf diesen heutigen tag. *Ante hodiernum diem*, Cic. 3 Catil. cap. 8 extr. *Hodierno die mane*, ibidem cap. 9. Horatius lib. 4 oda 7 v. 17

Quis scit, an adjiciant hodiernæ crastina luci
Tempora dii superi?

¶ Interdianus, a, um, bey tage, täglich. Cœl. Aurel. Tard. 3, 6 *Post interdianum cibum deambulatio adhibenda*.

¶ Interdiarius, i, idem. Gloss. lat. gr. *Interdiarius*, ἡμεροκλέπτης, cui tanquam furi diurno opponitur ἡμερόκοιτος, *dormitator, fur nocturnus*.

¶ Interdiu, adverbium, idem quod per diem, am tage, des tages über, cui *Noctu* contrarium. Auctor ad Herennium lib. 2 cap. 4 *Tempus ita quæritur, qua parte anni, qua hora, noctu an interdiu, & qua diei, & qua noctis hora factum esse dicatur*. Cato de re rust. cap. 124 *Canes interdiu clausos esse oportet, ut noctu vigilantiores & acriores sint*. Plinius lib. 18 cap. 6 *Malus paterfamilias, quisquis interdiu facit, quod noctu possit*.

¶ Interdius, antique, idem apud Plautum Asin. a. 3 sc. 3 v. 9 *negotiosus interdius*: & Aulul. a. 1 sc. 1 v. 33

Pervigilat noctes totas: tum autem interdius
Quasi claudus sutor domi sedet totos dies.

¶ Meridies, quære infra in sua litera.

¶ Perdĭus, a, um, i. e. per diem, den gantzen tag. Gell. lib. 2 cap. 1 *Stare solitus Socrates dicitur pertinaci studio perdius, & pernox*. Apul. lib. 5 p. 161 ed. Elmenh. *Hoccine mihi pollicebare Psyche mea? Quid jam de te tuus maritus expecto? quid spero? Et perdia & pernox, nec inter amplexus conjugales desinis cruciatus*. Ammianus 31 cap. 3 *pernox & perdius*.

¶ Perendie, adverbium, significans diei crastino proximum, übermorgen. Cic. ad Att. lib. 12 epist. 44 *Scies fortasse cras, summum perendie*.

¶ Pĕrendĭnus, a, um, das übermorgen ist: ut, *Dies perendinus*, abhinc tertius, Cicer. pro Muræn. cap. 12 extr. & Ascon. in Verr. de Pr. Urb. p. 76. *In perendinum*, subaudi *diem*, idque idem est ac *perendie*, Plautus extremo Trinummo: *Tu in perendinum paratus sis*, auf übermorgen.

¶ Comperendĭnus, a, um, idem: ut, *comperendinus dies*, i. e. in jus vocationi dicendoque vadimonio destinatus, apud Macrob. sat. 1 c. 16.

¶ Comperendĭno, are, procrastinare, in longum differre, von einem tage zum andern aufziehen. *Comperendinare reum*, dem beklagten frist geben, Cic. in Verrem 2 c. 11. *Comperendinare sermonem* pro differre, dixit Chrysologus homil. 149.

¶ Comperendinatus, a, um, aufgeschoben, ausgesetzt. Cic. in Verr. 1 c. 7 *Nemo istum comperendinatum, sed condemnatum judicaret*, conf. lib. 4 cap. 15.

¶ Comperendinatio, ōnis, mutua denunciatio litigatorum in tertium diem, ut Asconius d. l. definit, ausstellung auf andere zeit, aufschub von tag zu tag. Plinius lib. 6 epist. 2 *Leges tot horas, tot dies, tot comperendinationes largiuntur*. Seneca ep. 97 *intra comperendinationem*.

¶ Comperendinatus, ûs, idem. Cic. Brut. c. 22 *Unus, quasi comperendinatus, medius dies*. Idem in Verr. lib. 1 cap. 9 *Adimo comperendinatum*, ich gebe keine fernere frist.

¶ Postridie, postero die, des andern tages. *Venit Chremes postridie ad me clamitans*, &c. Terent. in Andria a. 1 sc. 1, ubi nota, alteram produci. ¶ 2. Effertur etiam cum Genitivo; *Postridie ejus diei*, Servius Ciceroni lib. 4 fam. ep. 12. ¶ 3. Cum Accusativo, Cic. ad Attic. lib. 16 ep. 4 *Venatio postridie ludos Apollinares futura est*. ¶ 4. Interdum sequente particula, *quàm*, eleganter. *Quid caussæ fuerit, postridie intellexi, quam a vobis discessi*. Idem 14 fam. epist. 7. Vide *Dies*.

¶ Postriduo, adv. idem. Plaut. Mil. a. 4 sc. 2 v. 90 *Postriduo natus sum ego, quam Jupiter ex Ope natus est*.

¶ Postriduanus, a, um, das des folgenden tages ist. Macrob. lib. 1 Saturn. cap. 16 *Dies postriduanos ad omnia majores nostri cavendos putarunt*.

¶ Pridie, priori die, des vorigen tages, einen tag vorher. *Pridie ejus diei*, Cic. 1 fam. ep. 4. *Pridie Idus*, Sueton. Cæs. cap. 81. Sic & *Nonas*, vel *Nonarum*; Et, *De his rebus pridie, quam hæc scripsi, Senatûs auctoritas intercesserat*, Cic. 1 fam. epist. 2. Vide *Dies*.

¶ Pridianus, a, um, pro hesternus, gestrig, übernächtig. Sueton. Calig. cap. 58 *pridianus cibus*. Apulejus Apologiâ: *Converritorem pridianæ reliquiæ*. Loquitur de pulvisculo defricandis dentibus. Idem lib. 7 p. 196 *pridiana pluvia*.

¶ Quotdies, adverb. täglich. Apulej. 11 Met. *Sedulum quot dies obire ministerium*.

¶ Quŏtidie, & antique Cotidie, adverb. singulis diebus, täglich. Terent. in Heaut. act. 3 sc. 1 v. 14 *Nam mihi quidem quotidie augescit magis de filio ægritudo*. Prima autem in *Quotidie*, correpta est: est enim à *quot*. Alteram producit Terentius in allegato loco. Sed & P. Syrus duobus hisce versibus: *Quotidie damnatur, qui semper timet, Quotidie est deterior posterior dies*. Martialis quoque in *Quotidianus*, cujus loca post paullo producemus. Nimirum sicut idem Terent. alteram in *postridie* produxit Andriâ act. 1 sc. 1 v. 117, *Venit Chremes postridie ad me clamitans*. Catullus tamen eamdem in *Cottidianus* corripuit, de quo post. Porro Veteres pro *Quotidie* & *Cotidie* scribebant. C enim & Q mutuas operas antiquitus præstabant. Sicuti igitur dicebant CVIS (unde cujus, & cui) & QVIS, ita & COTIDIE, & QVOTIDIE dicebant. Vide, si lubet, Vossium lib. 1 de Arte Grammatica c. 18.

¶ Quŏtidianus, a, um, täglich: ut, *Cura quotidiana*, Terent. Phorm. act. 1 sc. 3 v. 8, tägliche sorge. *Aqua necessaria est ad usum quotidianum*, Vitruvius lib. 8 cap. 1 pr. Et, *Febris quotidiana*, Ter. in Hecyr. act. 3 sc. 2 v. 22. Et, *Epistolæ quotidianæ odiosæ*, Cic. 8 ad Attic. ep. 14 pr. der briefe, so alle tage kommen, wird man müde. *Quotidiani sumtus*, tägliche unkosten, Terent. Heaut. act. 4 sc. 5 v. 7. *Victus quotidianus*, Cic. pro S. Rosc. cap. 28. Et, *Audire aliquid de te non solum usitatum, sed etiam quotidianum est*, Cic. ep. 16 pr. ad Brutum. Porro sicut *Cotidie*, & *Quotidie* veteres dicebant, de quo paullo ante monuimus: ita & *Cotidianus* dicebant. Catullus vero, ut primam, quæ natura brevis est, producere posset, *Cottidianus* dixit carm. 69 ad Malium v. 139

Conjugis in culpa flagravit cottidiana.

Nec aliter scriptum à Martiale puto lib. 10 epigr. 65

Levis dropace tu quotidiano.

Et lib. 11 epigr. 1 *Cultus sindone tu quotidiana*. Non *Quotidiano*. *Quotidiana*, ut legitur vulgo. Illud præterea in hisce Martialis versibus notandum, secundam in *Quotidianus* producte poni, contra quam Catullus fecit. Nisi συνίζησιν statuamus: quod non videtur faciendum. Nam I in talibus plerumque corripitur: ut in *Omnigenus, Unicolor, Universus*, &c. Ergo produci modo hæc syllaba, modo corripi potest. ¶ 2. Quotidianum & pro vulgari & tralatitio ponitur. Sic, *formas quotidianas*, Ter. in Eun. act. 2 sc. 3 v. 6 dixit, id est, leves & usitatas, ut Donatus interpretatur. Cic. de orat. 3 cap. 49 *Opera quotidiana & pervaga*.

¶ Quotidiano, adv. pro *quotidie* antique. Plin. 11 cap. 37 *Palpebræ in genis homini utrinque, mulieribus vero etiam infectæ quotidiano*. Cic. 6 de rep. *Quotidiano in forum mille hominum descenderent*. conf. Parei Lex. Crit. p. 1655.

¶ Semidies, ei, ein halber tag. Ausonius eclog. de ratione dierum anni vertentis v. 5 *Semidiemque duosque dies*.

¶ Subdialis, Sub dio, Sub divo, vide *Deus*.

¶ Subdiu, idem quod interdiu, bey tage. Plaut. Most. a. 3 sc. 2 v. 78

Nam subdiu sol agit hic perpetuum diem.

DIĔTĒRIS, ĭdis, eine zeit von zween jahren. Censorinus cap. 18 *Id tempus τριετηρίδα Græci appellabant, quod tertio quoque anno interkalabatur, quamvis biennii circuitus, & revera διετηρὶς esset*.

Diffamo, are; Diffarreatio; Differtus; Difficilis, Difficultas; Diffidentia, Diffido, &c. Diffindo; Diffinio, Diffinitio; Diffiteor; Diffringo; Digamia, Digamus, vide *fama, far, farcio, facilis, fido, findo, finis, fateor, frango, gamus*.

DIGAMMA, indecl. δίγαμμα, est duplex Gamma, sive F, quod figuram duplicis Gamma habet. v. Quintil. 1 cap. 4. ¶ *Digamma suum* Cic. in ep. ad Att. 9, 9 vocat Formianum, quia ab F litera incipit, quæ Æolicùm Digamma dicitur.

DIGENTIA, æ, rivi nomen Horatianæ villæ proximi: de quo ipse lib. 1 epist. 18 v. 104.

Digestio, Digestus, quære in *Gero*.

DĬGĬTUS, i, pars in manibus, pedibusque, ein finger, eine zee. *Digito attingere*, Ter. Eun. a. 4 sc. 6 v. 2. Et, *digito tenus contingere*, Apul. 9 p. 224. Et, *Digitis extremis attingere*, hoc est, leviter, gar ein wenig berühren, Cic. pro Cœl. cap. 12. Et, *Digitum transversum non excedere*,

dere, nicht eines fingers breit überſchreiten, Plaut. Aulul. a. 1 ſc. 1 v. 18. Et, *digitum à re aliquâ non diſcedere*, quod alias latum & transverſum unguem dicitur. Cic. Attic. lib. 7 epiſt. 3 *Mihi certum eſt, ab honeſtiſſimâ ſententiâ digitum nusquam*, ſubaudi *diſcedere*, ich werde im geringſten nicht von meiner meynung abtreten. *Digitum medium oſtendere*, proverbiale, quo extremus ſignificatur contemtus. Germani dicunt, die feigen weiſen. Juvenal. ſat. 10 v. 52

cum fortunæ ipſe minaci
Mandaret laqueum, mediumque oſtenderet unguem.

Vbi Vet. Schol. *Cum fortunam contemneret, nihil dicens ſe habere, ab ea quod exſpectaret: quin imò infami digito ei turpiter inſultaret. Infamem* vocat medium digitum, quod contumeliam afferat. Perſius quoque ſic appellavit ſat. 2 v. 33, ubi vide Caſaubon. ¶ *Digito uno caput ſcalpere*, mollicelli, & impudici hominis indicium. Juven. ſat. 9 v. 133. vide ibi Interpp. & Voſſ. lib. 4 Inſt. Orat. p. 159. ¶ *Digitum exerere* ſive *tollere*, eſt ſe victum fateri. Perſ. ſatyr. 5 v. 119

Nil tibi conceſſit ratio: digitum exere, peccas.

Vbi Vetus Scholiaſtes: *Digito ſublato oſtendere, victum ſe eſſe à vitiis. Tractum à gladiatoribus, qui victi, oſtenſione digiti, veniam à populo poſtulabant.* Sidonius lib. 5 epiſt. 7 *Hi ſunt, quorum comparationi digitum tollerent, Narciſſus, Aſiaticus, Maſſa*, &c. Vbi plura alia Savaro obſervat. ¶ * *Digitum proferre, exſerere, porrigere*, dicitur de actione minima. Cic. 3 de Fin. c. 17 *Chryſippus ne digitum quidem ejus cauſa porrigendum dicebat.* Idem pro Cæcinna c. 25 *Qua denique digitum proferat, non habet*, h.e. ne tantillum quidem habet, quod agat aut moliatur. *Grævius.* ¶ *Digitum tollere* dicuntur etiam in auctione, qui emptores ſunt, quoniam ſublata manu id ſignificabant. vid. Scaliger ad Manil. p. 418, & Hotom. ad act. 1 in Verr. c. 54. ¶ *Summis digitis colere*, eſt phraſis, quâ alluditur ad morem ethnicorum, res ad ſacrificandum paratas, duobus vel tribus digitis accipientium. Lactant. lib. 1 Inſtit. cap. 20, & Gallæus ibi. ¶ *Digito cælum attingere*, eſt ſumme beatum, & velut Diis proximum eſſe, Cicer. lib. 2 epiſt. 1 ad Attic. ¶ *Monſtrari digito*, eſt notabilem & inſignem eſſe, Horatio & Perſio, illi 4 od. 3 v. 22, huic ſatyr. 1 v. 28. Et auctor Dialogi de Orator. cap. 7 *Tunicatus hic populus transeuntes nomine vocat, & digito demonſtrat.* ¶ 2. Digitus pro menſurâ quatuor hordei grana ſecundum latitudinem continente, vier gerſten-körner breit.

Quattuor ex granis digitus formabitur unus.

Vide Frontinum de qualitate agrorum pag. 35, & Anonymum Gromaticum apud eumdem Rigaltium pag. 329. ¶ De ſupputandi ratione, quæ certo digitorum geſtu fiebat, vide, quæ ad Plautinum Epidicum act. 1 ſc. 1 v. 50 ex Petro Colvio in Apolog. Apuleji Taubmannus notat: quibus adde cap. 7 Woveriani Tractatûs de Polymathiâ. Conf. Beda libro de Ratione computandi per digitos, Lilius Gyrald. dial. 2. Voſſ. lib. 2 Inſt. Orat. p. 537. Mart. Capell. lib. 7 init. Herman. Lignaridus Oblectam. Academ. cap. 6 p. 58. Petr. Faber lib. 3 Semeſtr. c. 23. Scip. Gentil. in Apol. Apuleji p. 429. Bernegg. ad Sueton. Cæſar. cap. 33. Omnem ordinem à Decem usque ad Mille millia ære inſculptum expreſſit Pariſiis eleganter ad Bedæ præſcriptum An. MDXLIV Jacobus Bogardus, quam picturam in ſuis Conditoriis ſervari, Barthius Commentar. in Claudian. pag. 1116 ſcribit. Herodotus in Thaliâ vocat ἐπὶ δακτύλων συμβάλλεσθαι, unde moris antiquitas colligitur. ¶ Digitos Minervæ olim ſacros fuiſſe, notat Servius ad illud Virgil. eclog. 6 *Cynthius aurem*
Vellit.

¶ Digitorum ordo & appellationes. *Pollex*, ἀντίχειρ, ſic dictus, quod non minus, quam tota manus in officio ſit ſemper, der daume. *Index*, der zeiger; qui & *ſalutaris* appellatur. Suet. Aug. cap. 80 *Dextræ quoque manûs digitum ſalutarem tam imbecillum interdum ſentiebant*, &c. Rationem appellationis inde Beroaldus ducit, quod eo ſilentium ſuaderetur res ſaluberrima. Vide eum ad dictum locum Suetonii. *Medius*, der mittel oder längſte finger, qui & *infamis*, *impudicus*, *verpus*, dicitur. *Medicus* ſeu *Medicinalis*, ſecundum Macrobium, & *Annularis*, der goldfinger. In quo digito manus ſiniſtræ annulus ideo geſtatur, quod in anatomiis ab Ægyptiis obſervatum eſt, nervum tenuiſſimum ab eo digito ad cor, quod ex auro vires habere putatur, protendi. *Minimus*, vel *auricularis*, der kleine ohr-finger.

¶ Digitŭlus, i, dimin. ein fingerlein. Terent. in Eunuch. a. 2 ſc. 2 v. 53 *Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus*, &c.

¶ Digitellus, i, ſive Digitellum, herba eſt, quæ alio nomine ſedum, vel ſempervivum majus appellatur, haußwurtz, Plin. 18 c. 17, & 25 c. 13.

¶ Digitalis, e, quod digitorum eſt; ut, *Digitalis gracilitas*, Plin. 14 cap. 3, fingers dicke.

¶ Digitāle, is, ſubſtant. ein fingerhut, handſchuch. Varr. 1 de re ruſt. cap. 55 *Melior olea, quæ digitis nudis legitur, quam illa, quæ cum digitalibus. Duricies enim eorum non ſolum ſtringit baccam, ſed etiam ramos glubit.* Quod ſi Digitalia ſunt pellicea, aut ex corio, handſchuhe exponi noſtro ſermone poſſunt. Simile quid apud Varronem ſignificatur, ſed ex duriore materia.

¶ Digitatus, a, um, das finger hat; ut, *Digitatæ aves*, Plin. 11 c. 47 pr. vögel mit unterſchiedenen klauen.

¶ Indĭgĭto, are, anzeigen, ſunt, qui a digitis deductum volunt, ut idem ſit ac nominare & quaſi digito commonſtrare, id quod negat Voſſius de Vit. L. L. 1, 34. At pro *indicare* habet Tertull. de Jejun. cap. 16 *Cum ſtupet cælum, & aret annus, nudipedalia denunciantur, magiſtratus purpuras ponunt, faſces retro avertunt, precem indigitant, hoſtiam inſtaurant.* Vide Ol. Borrichii Cogit. p. 129, & alium hujus vocis uſum infra in *Indiges*. Hinc

¶ Indigitamentum, i, eine anzeigung. Sane Feſtus non inconvenienter *Indigitamenta* dicit *Indicia*. De alia derivatione & ſignificatione vide in *Indiges*.

¶ Sedigitus, a, um, cui digiti in manibus ſeni. Plin. 11 c. 43 *M. Curiatii filias duas ſedigitas appellatas accepimus, & Volcatium ſedigitum.*

¶ Semidigitalis, e, halben fingers breit. Vitruvius lib. 10 c. ult. *Terebratur foramen ſemidigitale, digitale, ſeſquidigitale.*

¶ Seſquidigitus, i, anderthalb finger. Vitruvius lib. 8 cap. 6 *Canalis longus pedes quinque, latus digitum, altus ſeſquidigitum.*

¶ Seſquidigitalis, e, anderthalb finger groß. Vide paullo ante in *Semidigitalis* ex Vitruvio.

Digladiari, Digladiator; Dignari, Dignatio; Dignoſcentia, Dignoſco, vide *gladius*, *dignus*, *noſco*.

DIGNUS, a, um, werth, würdig. *Dignus præmio, quovis honore*, aller ehren werth. *Facere ſe dignum*, thun was ihm gebührt, und wohl anſtehet: *Non te dignum feciſti*, Terent. Eunuch. a. 5 ſc. 2 v. 25. Sic, *Dignum exſpectatione aliorum*, etwas, das dem gemäß iſt, darauf andere gewartet haben, Planci eſt ad Cic. lib. 10 famil. ep. 7. Virg. Æn. 8 v. 364

Aude hoſpes contemnere opes, & te quoque dignum
Finge Deo, rebusque veni non aſper egenis.

Dignum perſonis ſummorum virorum, Nepos præfat. id eſt, quod ſummis viris convenit. *Tua vitâ dignior ætas*, Virg. Æn. 9 v. 212. *Nihil Thaide dignius, quod ametur*, Ter. Eun. a. 5 ſc. 8 v. 21. Et, *Vir avo, patre, majoribus ſuis digniſſimus*, Cicer. 3 Philipp. cap. 10. ¶ Conſtruitur aliquando cum Genitivo, Græcorum more. Plaut. Trinum. act. 5 ſc. 2 v. 29 *Non ego ſum dignus ſalutis*; qui & *indignus* ita conſtruxit. Sic Virgil. 12 Æneid. v. 649

Deſcendam, magnorum haud unquam indignus avorum.

Phædrus fabula 20 lib. 4

Quidquid putabit eſſe dignum memoriæ.

Priſcianus ſive Fannius de Situ Orbis v. 2

Annue Rex cæli, poſitum telluris & undæ,
In quas imperium mortalibus ipſe dediſti,
Materiæ tantæ me promere carmine digno.

¶ Plautus etiam cum Accuſativo junxit Captiv. act. 5 ſc. 2 v. 16 *Non me cenſes ſcire, quid dignus ſiem?* Poteſt tamen & Ellipſis eſſe, & ſubaudiendum *ferre*, vel *pati*. *Dignus*, i. e. commeritus. Et iterum Græcorum imitatione cum Infinitivo. Virgil. eclog. 5 extrema: *& erat tum dignus amari.* Quod nec oratores defugiunt. Plinius Paneg. cap. 7 *dignus alter eligi, alter eligere.*

¶ Dignè, adverb. *Dignè laudare*, nach würden loben, Cicer. de Senect. cap. 1. Et, *Digne de aliquo loqui*, Idem poſt Red. in Sen. cap. 8. *Digne aliquem proſequi*, id eſt, prout meritus eſt, Suet. Aug. c. 66. *Fortunam ſatis digne deflere*, Vellej. 2, 67, 1. Seneca Troad. v. 900

Celebrate Pyrrhi Troades connubia,
Celebrate dignè planctus, & gemitus ſonet.

id eſt, ut dignum eſt, ut pars eſt maxime. Horat. 2 ſatyr. 7 v. 47 *Peccat uter noſtrûm cruce dignius?*

¶ Dignitas, ātis, exiſtimatio, auctoritas, amplitudo, die würde, hoheit. *Tueri ſuam dignitatem*, ſeinen hohen ſtand und ehren vertreten, ſchützen, Cicer. 1 Off. cap. 36. *Ampliſſimos dignitatis gradus adipiſci*, Id. lib. 10 fam. ep. 6, zu hohen ehren kommen. Sic, *defendere, aſſerere, tenere dignitatem ſuam*, dicebant. In quibus omnibus nihil aliud dignitas eſt, quàm concepta hominum de alicujus virtute opinio. Nepos Attico cap. 2 *facultas pro dignitate vivendi.* Ibidem cap. 6 *Honores non petiit, cùm ei paterent propter vel gratiam, vel dignitatem.* Et mox: *Qua in re dignitati ſerviebat*, er nahm dabey ſeinen reſpect in acht. Ibidem cap. 19 *Elegantia vitæ, quâ cæteros ceperat principes, dignitate pari, fortuna humiliore.* Idem Miltiad. cap. 2 *Erat inter eos dignitate regiâ*, ubi non auctoritas modo, ſed etiam poteſtas regia indicatur. Et Attico cap. 1 *Equeſtrem obtinere dignitatem*, einen edelmann abgeben. ¶ 2. Neque vero *dignitas* tantum dicitur, quæ in opinione & exiſtimatione ſita eſt, ſed & ſpecies honeſta corporis ac pulchra ſic appellatur. Cic. lib. 1 de Offic. c. 36 *Cum pulchritudinis duo genera ſint, quorum in altero venuſtas ſit, in altero dignitas; venuſtatem muliebrem ducere debemus; dignitatem virilem.* Sic *dignitatem formæ* paullo poſt vocat, cùm ait: *Formæ autem dignitas, coloris bonitate tuenda eſt: color, exercitationibus corporis.* *Dignitas* itaque forma ſeu pulchritudo virilis. Vnde frequenter auctores hâc voce utuntur in commendandâ virorum formâ. Sic Nepos, *magnam dignitatem corporis* Dioni; *honeſtam dignitatem* Eumeni tribuit. Plin. Paneg. Trajan. cap. 4 *Jam firmitas, jam proceritas corporis, jam honor capitis & dignitas oris, nonne longè lateque Principem oſtentant?* Suet. Claud. cap. 30 *Auctoritas dignitasque formæ non defuit.* Et recte hæc duo conjungit: *dignitas* enim eam formæ pulchritudinem notat, *cui non minus auctoritatis, quàm gratiæ ineſt*, ut idem in Tito cap. 3 loquitur. Tacitus *Decorem oris cum majeſtate* vocat 2 Hiſt. cap. 1. Adde, quæ notat Caſaubonus ad illum Suetonii in Claudio locum, itemque in 1 Polybii p. 49.

¶ Dignitoſus, a, um, anſehnlich. Petron. fragm. Trag. p. 28 *Homo dignitoſus, cui pluris erat unguis, quam tu totus es.* Philoxenus: *dignitoſus*, ἀξιωματικός.

¶ Digno, are. Pacuv. apud Nonium cap. 7 n. 17 *Quis Deos infernos, quibus cæleſtes, dignet decorare honoribus?* Auſonius ep. 16 v. 59 de libro: *Cuique vigiles luminum*
Vacare dignabant κόραι.

Vbi Vinetum inſpicias.

¶ Dignor, atus ſum, ari, verbum commune, dignum habere, judicare, werth achten, würdigen. Virg. 1 Æn. v. 335

Haud equidem tali me dignor honore.

Sic, *laude dignari*, Cic. 3 de Orat. cap. 7. Et, *virtutem honore dignari*, Idem lib. 2 de Invent. cap. 39. Horatius lib. 1 epiſt. 19 v. 40

Non ego nobilium ſcriptorum auditor & ultor
Grammaticas ambire tribus & pulpita dignor.

¶ Dignatus, a, um, gewürdiget, würdig geachtet, paſſivè Virgilium uſum, notat Gellius lib. 15 cap. 13, idque probat ex Æn. 3 v. 475

Conjugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo.

Nonius c. 4 n. 123 *Dignatus, ſignificat dignus habitus*, &c. Ipſe quoque Cic. lib. 2 de Invent. cap. 53 extr. *Obſervantia eſt, per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam & honore dignantur.* Ergo & verbum vere *in communibus verbis* eſt, ut dixit c. l. Gellius.

¶ Dignanter, adverb. poſterioris ævi, würdiglich, gnädig. Vopiſcus in Tacito cap. 8 *loquentem dignanter audite.* Symmachus lib. 5 ep. 65

dignanter impertias. Sidon. lib. 4 epist. 7 *intuitu nostri dignanter admissus.*

¶ Dignatio, ōnis, dignitas, amplitudo, reverentia, veneratio, würdigung, stand, ansehen. Non raro hac voce ita usus Suetonius est, ut August. cap. 46, Caligul. cap. 24, Vespaf. c. 4, & de Illustrib. Grammat. cap. 5. Non illibenter & Tacitus utitur. Sic, *Imperatoris dignationem*, 1 Hist. cap. 52, & lib. eodem cap. 10 *dignationem Cæsaris*, alibi Magistratus, Principis, Sacerdotum, dixit. Et ante hos Vellejus 2, 52, 1 *dignatio partium*, id est, auctoritas: & cap. 69, 3 *Brutus Vatinium dignatione obruerat*: & cap. 59, 2 *dignatio conciliavit ei hanc uxorem.*

Composita:

¶ Condignus, a, um, idem quod dignus, wohl werth. Gell. lib. 3 cap. 7 *Pulchrum facinus Græcarumque facundiarum magniloquentia condignum.* Arnobius lib. 1 p. 15 *Justa & honesta & auditu ejus* (Christi) *condigna deposcimus.*

¶ Condignè, adverb. Gell. lib. 1 cap. 6 *recte atque condigne locutum esse*: & lib. 14 cap. 4 *condigne mehercle & condecore.*

¶ Dedignor, atus sum, ari, id est, indignum judicare, repudiare, unwerth achten, verschmähen. Virg. 4 Æn. v. 536

Quos ego sum toties jam dedignata maritos.

Curtius lib. 6 cap. 11, 23 *qui Philippum dedignatur patrem.* Plin. Paneg. cap. 63 *Prava ambitio, concupiscere honorem, quem dedigneris: dedignari, quem concupieris.*

¶ Dedignatio, ōnis, dedignandi actus, unwill, verachtung. Plin. Paneg. cap. 18 *contumacia & dedignatio parendi.* Quintil. lib. 1 cap. 2 extr. *tacita dedignatio.*

¶ Indignus, a, um, unwürdig, schändlich. Ter. in Adelph. a. 3 sc. 3 v. 54 *Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere indigna genere nostro?* das unserm gantzen geschlechte eine unehre ist? Idem Phorm. a. 5 sc. 8 v. 19 *Facinus indignum*, eine schändliche that, quod fieri minimè debuit. ¶ 2. unbillig. Idem Eunuch. act. 5 sc. 5 v. 4

Que futura esse exempla dicunt in eum indigna,

h. e. crudelia, schreckliche straffe. Vide ibi Donatum. Vellej. 2, 66, 2 *Nihil tam indignum fuit. Pro indignissimo habere*, vor die grösseste unbilligkeit halten. Livius lib. 1 cap. 40 *Anci filii duo pro indignissimo habuerunt, se patrio regno tutoris fraude pulsos.* Cicero pro Quint. cap. 31 *Indignum est, à pari vinci aut superiore: indignius, ab inferiore atque humiliore.* Idem in Vatin. cap. 16 *Cæsar te omni honore indignissimum judicat.* ¶ Cum Genitivo conjunxit Plautus Pœn. a. 2 v. 9 *Quoniam illa (exta) non bona aruspex dixit, Deûm esse indigna* (ita legendum) *credidi.* Vide supra *Dignus.*

¶ Indignitas, atis, indecentia, schande, ungebührlichkeit. *Indignitas rei, facti*, schande, so nicht zu leiden. Livius lib. 2 cap. 34 *Egone has indignitates diutius patiar, quam necesse est?* Cicer. pro Muræna c. 25 *Pro rei indignitate non severe satis decernere*, nach dem die sache an ihr selbst schändlich und greulich, rc. Cæs. B. Gall. 2 c. 14 *Omnes indignitates contumeliasque perferre.*

¶ Indigne, adverb. indignum in modum, inhoneste, unbillich, ungebührlich. Terent. Adelph. a. 1 sc. 2 v. 11 *Clamant omnes, indignissime factum*, es sey sünd und schand, daß er solches gethan. *Indigne ferre, pati*, i. e. moleste, sich übel üm etwas gehaben, Cicer. 7 Verr. cap. 12. *Indignius fieri*, Gell. lib. 13 cap. 8. *Indignissime aliquem luce privare*, i. e. occidere, Cic. pro S. Rosc. cap. 22 extr. *Immatura morte indignissime rapi*, Plin. lib. 6 epist. 6.

¶ Indigniter, idem. Romæ in insula Tiberina exstat in fragm. lapidis: PARCAE VITAE FINEM STATVERVNT INDIGNITER. vid. Ferretii Mus. lapid. p. 261.

¶ Perindignus, a, um, unanständig. Sidonius lib. 4 epist. 4 *quæ vos non perindignum est deliberare.*

¶ Perindigne, adverb. Sueton. Tiber. cap. 50 *Tulit perindigne, actum in senatu, ut* &c.

¶ Indignor, atus sum, ari, deponens, übel zu frieden seyn, zürnen. Serv. Sulpicius Ciceroni lib. 4 epist. 5 *Hem nos indignamur, si quis nostrûm interiit.* Additur interdum Accusativus. Quint. lib. 1 cap. 3 *Quidam indignantur imperia.* Et Virg. 8 Æn. sub fin. *pontem indignatus Araxes.* De Dativo ita censet Scioppius Infamia Fam. p. 150 *Insolentius dicitur*, indignari alicui, *cum sit usitatius*, indignari ambitionem, dictum, *aut* factum *alicujus*: indignatur parere *monitoribus.* Attamen Vlpianus lege 2 § 3 Dig. ad Leg. Jul. de adult. *contaminationi indignari* dixit. *Qui patitur*, inquit, *uxorem suam delinquere, matrimoniumque suum contemnit, quique contaminationi non indignatur, &c.*

¶ Indignans, tis, participium adjectivum, unwillig. *Verba indignantia*, Ovid. 6 Metam. v. 584. *Genus servitutis indignantissimum*, Columella lib. 8 cap. 17 de mulis.

¶ Indignatus, a, um, erzürnt, übelnehmend. Virg. 7 Æn. v. 770 *Pater indignatus.* Idem Georg. 2 v. 163 *æquor indignatum magnis stridoribus.* Idem Æn. 12 v. 786 *Venus indignata.* Et mox v. ult.

Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.

¶ Indignativus, a, um, idem. Tertull. de anima cap. 16 *Indignativum, quod appellant θυμικόν.*

¶ Indignabundus, a, um, unwillig, ungehalten. Livius lib. 38 cap. 57 *illa* (Æmilia Scipionis uxor) *muliebriter indignabunda.* Sueton. Calig. cap. 35 *ita se proripuit è spectaculis, ut calcata lacinia togæ, præceps per gradus iret indignabundus.*

¶ Indignanter, adverb. Arnob. lib. 3 p. 103 *mussitare indignanter.* Ammian. lib. 15 cap. 1 *indignanter ferre.* Ævi posterioris, ut *Dignànter.*

¶ Indignatio, ōnis, ungedult, unmuth, grimm. *Indignatio erumpens animo ac pectore*, Vellej. 2, 66, 3. *Indignatio & dolor omnibus adest*, es verdreußt alle, Idem 2, 61, 1. *Alicujus in se indignationem convertere*, Plin. lib. 9 cap. 30. Et Juvenalis satyr. 1 v. 79

Si natura negat, facit indignatio versum
Qualemcunque potest.

¶ Indignatiuncula, æ, dimin. kleiner unwill. Plin. lib. 6 epist. 17 pr. *Indignatiunculam, quam in cujusdam amici auditorio cepi, non possum mihi temperare, quo minus apud te per epistolam effundam.*

¶ Perdignus, a, um, dignus etiam atque etiam, sehr wohl werth. Cicer. lib. 13 epist. 6 famil. *Suspicor, ipsum hominem, quem tibi commendo, perdignum esse tuâ amicitiâ.*

Digredior cum derivatis, Dilabi, Dilacero, Dilamino, Dilanio, Dilapido, Dilatare, Dilatio, Dilator, vide in *Gradus, Labor, labi, Lacer, Lamina, Lanio, Lapis, Latus,* & *Differre* in *Fero.*

Dilemma, Diligens, Diligo, &c. Diluceo, Dilucidare, Dilucidus, Diluculum, Diludia, Dilutum, Diluvium, &c. quære in *Lemma, Lego, Lux, Ludus, Luo.*

DĪMĂCHAE, arum, Equitum genus, qui aliquando & pedites pugnarent, & ita duplicem pugnam committerent, equestrem pedestremque: quales sunt, qui hodie tragoner appellantur. Curt. lib. 5 cap. 13 *Itaque delectis equitum sex millibus, trecentos, quos* DIMACHAS *appellant, adjungit. Dorso hi graviora arma portabant: cæterum equis vehebantur, cum res locusque posceret, pedestris acies erat.* Vid. Maussac. ad Harpocr. p. 27 seq.

Dimensio, Dimicatio, Dimico, Dimidiatus, a, um, Dimidius, quære in *Metior, Mica, Medius.*

DĪMĪRON, vel Dimœron, i, δίμοιρον, zwey theil. vid. Vitruv. 3 c. 1 cum Baldi Lex. p. 40.

Dimissus, Dimitto, Dimotus, Dimoveo, vide *Mitto, Moveo.*

DINDȲMVS, i, δίνδυμος, plurale Dindyma, ut Mænalus, a; mons Phrygiæ, Cybelæ sacer. Virg. Æn. 9 v. 617

O verè Phrygiæ, neque enim Phryges, ite per alta
Dindyma.

¶ Dindymēne, es, Δινδυμήνη, ipsa Cybele à monte sibi sacro dicta. Martial. lib. 8 epigr. penult.

Non per mystica sacra Dindymenes
Jurat Gellia.

DINOCRĂTES, is, architectus Macedo, qui Alexandriam in Ægypto jussu Alexandri Magni condidit. Præter Plinium & Solinum vide de eo Vitruvium Præfat. lib. 2, & Ammian. Marcellin. lib. 22 c. 40.

Diobolus, vide infra *Obolus.*

DIOCLES, is; De variis hujus nominis hominibus vide Voss. de Hist. Græc. 3 p. 274. ¶ 1. *Diocles Peparethius*, primus e Græcis memoriæ prodidit originem urbis Romæ, de quo Plut. in Romulo. ¶ 2. *Diocles Carystius*, medicus, quem inter priscos maximosque medicos fuisse, dicit Celsus 7, 5, 3. Et de eo Plin. 26 c. 2 *Hippocratis certe, qui primus medendi præcepta clarissime condidit, referta herbarum mentione invenimus volumina: nec minus Dioclis Carystii, qui secundus ætate famaque exstitit.*

¶ Diocleus, a, um: ut, *Diocleus graphiscus*, apud Celsum l. c.

¶ Dioclea, æ, sive Doclea, urbs Dalmatiæ, Plin. 3 c. 23. ¶ 2. *Dioclea* mater Diocletiani Imp. Aur. Vict. Epit. c. 54.

¶ Diocletianus, i, donec imperium sumeret, Diocles appellatus, ubi orbis Romani potentiam cepit, Grajum nomen in Romanum morem convertit. vid. Aur. Vict. l. c. *Adorari se passus, appellarique uti Deum*, Vict. de Cæs. c. 38.

Diocmitæ, vel Dioconitæ, vide *Diogmitæ.*

DIŎDŌRVS, i, Διόδωρος, fuerunt hoc nomine multi: ut, 1. Diodorus Chronus, Dialecticus, Euclidis auditor, Platonis tempore, de quo Plin. 7 cap. 53, & Laërtius in ejus vita. ¶ 2. Diodori Comici fabulas Athenæus recenset. ¶ 3. Fuit & alius Diodorus Alexandrinus, temporibus Adriani. ¶ 4. Sed & sub Augusto Diodorus Siculus floruit, qui historiam orbis & regnorum omnium, resque omnes eodem tempore diversissimis mundi partibus gestas, accuratissime temporibus & annis singulis distinctis, ad Julii usque Cæsaris res gestas, ex ultimâ vetustatis repetitas memoriâ, complexus est libris 40, quos Bibliothecam inscripsit, sed de quibus omnibus supersunt tantum quindecim. vid. Voss. de Hist. Gr. 2 cap. 2. ¶ Diodotus alius est, de quo jam sequitur.

DIODOTVS, i, Stoicus, Ciceronis præceptor in Dialecticis, quemadmodum in Bruto scripsit ipse; *Eram*, inquit, *cum Stoico Diodoto, qui nuper est domi meæ mortuus, à quo cùm in aliis rebus, tum studiosissime in Dialectica exercebar.* Conf. de Nat. Deor. 1 c. 3.

DĬOECĒSIS, is, διοίκησις, administratio, a διοικεῖν gubernare, eine pflege, weichbild, stifft, gebiet. Vsus eo aliquoties Cicero est in famil. & ad Atticum Epistolis. v. g. lib. 3 epist. 8 ad Appium: *omnium diœcesium, quæ cis Taurum sunt, magistratus legationesque.* Adde lib. 13 epist. 67. Plinius lib. 5 cap. 29 pr. *jurisdictiones* vocat, i. e. tribunalia, quo minora oppida convenire necesse habebant juris petundi caussa. Constantini temporibus & insecutis Diœcesis certum numerum provinciarum complectebatur, quæ simul collectæ parebant Vicario præfecturæ prætorianæ. Vide H. Valesium ad Euseb. 4 de Vita Constant. cap. 36. ¶ Ecclesiasticis Scriptoribus ita appellatur cujuscunque territorii jurisdictio ad unius civitatis Episcopum pertinens: item *paræcia*, id est, pars Episcopalis diœceseos, ut Salmasius de Episcopis, & du Fresne in Glossario mediæ Græcitatis docet, das kirchspiel. Sulpicius Severus Dial. 2 cap. 4 *Consequenti item tempore iter cum eo, dum diœceses visitat, agebamus.* Loquitur de S. Martino Turon. Episcopo. Vid. Balsamon ad Canon. 17 Concil. Chalced. & Menzerus dissert. de Concil. Nicæno p. 5.

¶ Diœcetes, æ, διοικήτης, procurator, administrator, ein verwalter, verweser. Cicero Orat. pro Rabir. Post. cap. 8 *Diœcetes fuit regius, & quidem in custodiâ etiam fuit regiâ.* Et cap. 9 *Id facere non poterat, nisi Diœcetes: hoc enim nomine utitur, qui à rege esset constitutus.*

DIŎGĔNES, is, Διογένης, Cynicus Philosophus, patriam habuit Sinopen civitatem Ponti, vixit Alexandri Magni ætate, quem dixisse ferunt, ut Diogenes Laërtius prodidit, *nisi Alexander esset, velle sese esse Diogenem.* Didicit Athenis apud Antisthenem, habitavit in dolio, pro sectæ suæ instituto risit ac reprehendit omnia. Vnde & *Canis* appellatus est: & Canem, tituli loco, sepulchro insculptum habuit: de quo Ausonii epigramma est, Epitaphiis Heroum n. 31. Mortuus est annos natus 90 Corinthi, ubi Xeniadæ cujusdam liberorum pædagogus fuerat. Historiolam de dolio ejus, quod subinde versavit, etiam Lucianus narrat libro, *Quomodo sit scribenda Historia.* Effigiem viri

atque dolii vides apud Sponium in Miscell. sect. 4 p. 125. Laudat nimis Diogenem Bartoli in Charact. hominis litterati p. 8 seq. Irridet & exagitat Lucianus Tom. III in Auctione Vitarum. ¶ Plures hujus nominis fuisse, notat Vossius de Hist. Gr. 3 p. 275, quorum quinque etiam Laërtio memorati. Ipse autem *Diogenes Laërtius* egregios decem libros de vitis Philosophorum reliquit, quos commendat Voss. l. c. 2 cap. 13 p. 182.

¶ Dĭŏgĕnianus, i, Grammaticus fuit sub Hadriano. Suidas.

¶ Dĭŏgĕnētus, & Diognetus, i, Διογένητος καὶ Διόγνητος, scripsit itinera Alexandri, meminit ejus Plin. lib. 6 cap. 17.

DIOGMITAE, arum, levis armaturæ milites. Ammianus lib. 27 cap. 20 [Vales. c. 9] *Adbibitis semiermibus paucis, quos Diogmitas appellant.* Capitolinus in Marco cap. 21 *Armavit & diogmitas.* Scribunt & *Diocmitæ:* sed cum *G* præfert Valesius ad d. l. Ammiani, quem inspicias, & Turneb. Adv. 25 cap. 18.

DĬŎMĒDES, is, Διομήδης, Tydei filius, Rex Ætoliæ, post Achillem Græcorum fortissimus, vide Homerum. ¶ 2. Diomedes alter rex Thraciæ fuit, quem Hercules equis, quia humano eos aluisset sanguine, objecit laniandum, Diod. lib. 4 cap. 15. Palæphatus ἀνδροφάγους equos Diomedis putat, quod ἱπποτροφία facultates ejus absumserit. *Diomedis campi* in Appulia appellantur, qui ei in divisione regni, quam cum Dauno fecit, cesserunt. Festus.

¶ Dĭŏmēdēus, a, um; ut, *Equi Diomedei*, Claudianus præfat. 2 de Raptu Proserp. *Et Diomedeos gramine pavit equos.*

¶ *Insulæ Diomedeæ* in mari Adriatico, in quarum alterâ non procul à Calabriâ fuerunt *aves Diomedeæ*, ardeis [den reigern] persimiles, quæ advenas barbaros clangore infestarunt; aut certe non adierunt, quemadmodum Varinus scripsit, Græcis tantum adulantes alis explicatis tamquam manibus ad prensationem & complexum miro discrimine, velut generi Diomedes hoc tribuentes ædemque ejus, quæ in ea fuit insula, quotidie pleno gutture madentibus pennis perluerunt atque purgarunt. Vnde origo fabulæ, *Diomedis socios in earum effigies mutatos*, Plin. lib. 10 cap. 44, & Ovid. 14 Metam. fab. 10.

DIOMĔDON, ontis, Cyzicenus, quo Artaxerxes Persarum Rex ad corrumpendum Epaminondam voluit uti, nequicquam ejus abstinentiâ tentatâ. Vide C. Nepot. Epaminondæ vitâ cap. 4, itemque Plutarch. Apophtheg. Regum & Imperatorum.

DĬON, ōnis, Δίων, Syracusanus potens & dives fuit, Platonis auditor, cujus consilio & hortatu patriam suam tyrannide liberavit, Dionysio exacto, ut auctor est Plutarchus & Corn. Nepos, qui ejus vitam condiderunt. ¶ 2. Dion Cassius Niceæ in Bithyniâ natus historiam scripsit 981 annorum, ab urbe Roma condita ad annum usque Christi 231, quo ipse Dion cum imperatore Alexandro Severo consul fuit. ¶ 3. Dion Chrysostomus, Philosophus & Sophista, apud Trajanum vixit, scripsit multa & varia, quæ Suidas recensuit. Exstant ejus hodie orationes aliquot *de regno, de tyrannide, de virtutibus*, &c.

DIŌNE, es, Διώνη, Veneris mater, una ex Nymphis; non raro pro ipsâ Venere ponitur, ut apud Auson. epigr. 79.

¶ Dionæa, æ, Venus ipsa. Virg. 3 Æneid. v. 19

Sacra Dionææ matri divisque ferebam.

¶ Dionæus, a, um, adjectiv. ad Venerem pertinens. Idem eclog. 9 v. 47

Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum,

id est, Leonis signum, quod in Julio oritur, qui mensis à Cæsare nomen accepit, cum antea *Quintilis* diceretur, Cæsaris autem origo ad Venerem refertur.

DIŎNȲSVS, i, Διόνυσος, Bacchi apud poëtas, præsertim Græcos, cognomen. ¶ 2. Ptolemæi etiam Auletæ, Ægyptii regis, quod quatuor syllabis scribendum esse, non *Dionysius*, vir illustris Ezech. Spanhemius de Vsu Numism. p. 399 seq. perdocet. Regis cognomen fuit ex æmulatione Dei, ut alia apud Syros & Ægyptios: Baccho autem id nominis erat, ἀπὸ Διὸς καὶ Νύσης, *a Jove* patre, & educationis antro, sive urbe Arabiæ, *Nysa*, Diodoro Siculo auctore lib. 4 cap. 2. Macrobius autem sat. 1 cap. 18 *Dionysius*, inquit, *dictus quasi* Διὸς νοῦς, *Jovis mens.* Hinc

¶ Dĭŏnȳsia, orum, plurale, Διονύσια, Bacchi festa, quæ & *Bacchanalia* & *Liberalia* dicuntur, quæ Græci triennio quoque celebrabant, schwarmfest, fastnacht. Hesychius: Διονύσια ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἣ Διονύσῳ ἤγετο. Terent. Heaut. act. 1 sc. 1 v. 110 *Dionysia hîc sunt, hodie apud me sis volo.* Διονύσια Isaacus Casaubonus ad Theophrasti Characteres περὶ ἀδολεσχίας, duplicia facit: quorum alia verno, alia auctumni tempore celebrarentur, & *Dionysia* absolute dicta, de vernis accipienda. Scaliger vero triplicia facit, quem vid. lib. 1 de Emendat. Tempor. cum de mensibus Atticis agit.

¶ Dĭŏnȳsias, ădis, gemma nigra ac dura est, mixtis rubentibus maculis, Plinio lib. 37 cap. 10. Vocant & Dionysium lapidem, quod tritus ex aqua saporem vini & odorem faciat. vid. Isidor. 16 c. 4 & 11.

¶ Dĭŏnȳsius, i, Syracusarum tyrannus, quem solertissimum, & cum judicio audacem, Polybius lib. 15 pag. 72 dixit. ¶ 2. Cujus filius Dionysius, Secundus aut Minor dictus, regno expulsus Corinthi ludum aperuit. De quo adagium: Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ, *Dionysius Corinthi*; quod accommodari potest ad omnes, qui ex illustri loco ad tenuitatem & paupertatem extremam dejecti sunt. Ælianus lib. 9 Var. Hist. cap. 8 scripsit, eum ob extremam mendicitatem stipem ad extremum ab hominibus cogendo vitam exegisse. Conf. Justin. 21, 5, 2. Ovidius lib. 4 de Ponto epist. 3 v. 39

Ille Syracusia modo formidatus in urbe
Vix humili duram reppulit arte famem.

¶ Sunt præterea multi Dionysii, ut, *Dionysius Halicarnassensis*, Antiquitatum Romanarum scriptor, etiam Rhetorices: de quo Voss. lib. 2 de Hist. Gr. c. 3 p. 135, & *Dionysius Areopagita*, Pauli evangelio ad Christum conversus: de quo Suidas, & alii. Plinio hujus nominis memorantur, geographus 6 c. 27, medicus 20 c. 11, & 32 c. 4, pictor 35 c. 10 & 21, statuarius 36 c. 5 &c.

¶ Dionysiodōrus, i, unus geometrica scientia nobilis, Plin. 2 cap. 109. Alius pictor, 35 c. 11, statuarius, 34 c. 8, musicus, 37 c. 1.

¶ Dionysiopŏlis, is, urbs Mysiæ inferioris, vulgo *Varne*, sed *Crunos* olim, teste Plinio 4 c. 11. ¶ Galliæ quoque urbs prope Lutetiam, quæ & *Dionysii fanum*, & gallice *S. Denis* dicitur. vid. Aimon. Hist. Gall. 4 cap. 33.

¶ Dionysiopolitæ, arum, urbis incolæ apud Plin. 4 cap. 29, & Cic. ad Qu. frat. 1 epist. 2.

¶ Dionysonympha, æ, διονυσονύμφη, herba magica, Plin. 24 c. 17.

DIOPHANTVS, i, Lacedæmonius, condidit libros antiquitatum 14, teste Fulgentio, & de sacris Deorum scripsisse dicitur. ¶ 2. Alius est Diophantus Syracusanus, Philosophus Pythagoreus. ¶ 3. Alius etiam Diophantus Alexandrinus, inventor Algebræ, qui scripsit de Arithmetica libros 13. De prioribus Voss. de Hist. Gr. 3 p. 277, de posteriori idem de scient. Mathemat. c. 10 § 3 p. 37, & Addit. p. 432.

DĬOPTRA, æ, διόπτρα, instrumentum Geometricum, à perspiciendo dictum, ein instrument, dadurch man etwas absichet, distantiam scilicet & altitudinem locorum è longinquo; id enim Plinio est lib. 2 cap. 69. Generali tunc nomine omnia instrumenta mathematica, præcipue geometrica & astronomica, cujusmodi astrolabium, & regula parallactica, dioptræ dicuntur, quibus Solis, Lunæ, & astrorum intervalla cognoscuntur. vid. Dalechamp. ad Plin. lib. 2 cap. 69. ¶ 2. Vitruvio regula est ad librandas aquas, eine wasser-wage, lib. 8 cap. 6 *Libratur*, inquit, *dioptris, aut libris aquariis.*

DĬŌRES, is, a Turno interfectus. Virg. Æn. 12 v. 509, & 5 v. 297

Regius egregiâ Priami de stirpe Diores.

DĬŌRYX, diorȳgis, διῶρυξ, fossa ex alveo Nili ducta in agros, ein wasser-graben. Pompon. Mela lib. 3 cap. 8 *Manu factus amnis, quod ex Nili alveo dioryge adductus.* Strabo lib. 17 p. 542 de Nilo: διωρύγων ἐπὶ διώρυξι τμηθεισῶν, *fossis aliis super alias actis.* Ab ὀρύσσω, fodio. Fiebant dioryges propter fertilis Nili aquas in agros derivandas.

DĬOSCŎRĬDES, æ, & is, Διοσκορίδης, Pedacius Dioscorides Anazarbeus fuit, medicus M. Antonio & Cleopatræ familiaris. Scripsit de re medicâ lib. 6, qui illustrati sunt commentariis doctissimis Petri Andreæ Matthioli. Meminit autem octo librorum ejus super eodem argumento Galenus. Et feruntur, ejusdem libri duo Græci, de curatione morborum à capite ad pedes usque, latere in bibliotheca Augustana. ¶ 2. Dioscorides Cyprius, unoculus fuit, de quo Laërtius in Timon. ¶ 3. Alius Historicus de republica Lacedæmoniorum scripsit. vid. Voss. de Hist. Gr. 3 p. 272. ¶ 4. Alius Astrologus, de quo Censorinus c. 17. ¶ 5. Alius missus ad Achillem legatus à Ptolemæo, cum Serapione, interficitur, Cæs. B. Civ. 3 cap. 109. ¶ 6. Alius sculptor, Augusti coætaneus, Plin. 37 cap. 1.

DIOSCŪRI, orum, Διόσκουροι, Jovis & Ledæ filii, Castor & Pollux. Cic. 3 Nat. D. cap. 21, quamquam & alii Græcis Διόσκουροι appellati fuerunt, de quibus Idem dicto loco agit, zwillinge. Nautarum tutelares dii habebantur, Act. Apost. 28, 11, nec non certaminum equestrium & pugilatus. ¶ 2. Ignes etiam sunt seu fulgores marini, malis aut antennis omine felici prosperæ navigationis, si simul appareant, insidentes. Plinius stellas Castoris appellat lib. 2 c. 37. Græci hoc meteoron πολυδεύκεα vocant, recentiores *ignem præcedentem & sequentem.* Vide Comment. in lib. 2 Plinii Jacobi Milichii: præcipue Vossium lib. 1 Idololatriæ cap. 13.

¶ Dioscuria, æ, Colchorum urbs, quam Amphitus & Circius, aurigæ Castoris & Pollucis fabricaverunt, ex eorum nomine eam cognominantes. vid. Isidor. 15 c. 1.

DĬŌTA, æ, διώτη, vas fictile duas ansas habens, sic dictum à duabus quasi auribus, ein krug mit zweyen henckeln oder handhaben. Horat. lib. 1 ode 9 v. 8 *Deprome Sabina merum diota.*

DIOXIPPVS, i, Atheniensis, poëta comicus, cujus fabulas commemorat Suidas. Conf. Voss. de Hist. Gr. 3 p. 278. ¶ 2. Alius est *Dioxippus Hippocraticus*, vetus medicus & nobilis, Gell. 17 c. 11. ¶ 3. Alius nobilis athleta, cujus pugna cum Corrago vel Horrato provocante describitur Curtio 9 c. 7. Conf. Plin. 35 c. 11.

DIPĒCHAICE, es, διπηχαϊκή, pars est bicubitali spatio. Id enim sonat δίπηχυς. vide Vitruv. 1 c. 2, & Baldi Lex. p. 40.

DIPHĪLVS, i, architectus in perducendis ad finem operibus tardissimus, adeo ut locum fecerit proverbio: *Diphilo tardior:* usurpatum a Cic. ad Qu. fratr. 3 epist. 1 & 9. vide & Rhodig. 15 cap. 24. Plures ejusdem nominis recenset Vossius de Hist. Græc. 3 p. 278. Adde de poët. Gr. cap. 8 p. 60.

DIPHRIS, is, gemma, Plin. 37 cap. 10.

DIPHROS, i; ita appellatus ab Isocrate ephebus Cumanus, qui scholam ipsius reliquerat nullo profectu, atque ob id a patre Demophilo denuo missus fuerat, ut ab integro data mercede discipulum ageret. *Diphros* autem Græcis dicitur currus, quod duos ferat pugnantem & aurigam, quasi δίφορος. Ex vocis itaque etymologia, ἀπὸ τοῦ δὶς φέρειν, *a bis ferendo*, Isocrates captavit jocum in stupidum discipulum, qui bis mercedem solveret. vid. Erasm. Apophth. Victorio 4 Var. Lect. c. 20 verbum translatum videtur ab iis, a quibus duplicatum tributum exigitur, cum φόρον tributum valeat.

DIPHRYX, ygis, δίφρυγες, smegma metallicum, quod ex ære liquato fit atque percocto, Plinio lib. 34 cap. 13. Dioscorides aliquot ejus recenset genera, sed primum genus nativum metallicum est, materiâ constans simili Chalcanthi, Encellus. Factitium, ofenbruch, vocatur. Dicta *diphryx*, quod bis torreatur, à φρύγω.

DIPHTHĔRA, æ, διφθέρα, pellis, & ex pellibus consuta vestis, vel tabernaculum, ein beltz. vid. Polluc. lib. 7 cap. 15, & Ælian. lib. 9 Var. Histor. cap. 3. Speciatim capræ Amaltheæ, Jovis nutricis, pellis ita vocatur, unde

ὁ Ζεὺς κατεῖδε χρόνιος εἰς τὰς διφθέρας,
Serò Jupiter diphtheram inspexit,

Proverbiale in eos, qui sero quidem, sed aliquando tamen, pro malefactis suis dant pœnas. Crediderunt enim gentiles, Jovem omnia, quæ gererentur, in sua diphthera sive caprina pelle scribere, & multa quidem pro tempore dissimulare. Germani dicunt, Gott kan eine zeitlang durch die finger sehen.

¶ Diphtheria, æ, διφθερία, pro re ex diphthera seu pelle facta, v. g. pro libro & charta pergamena, pergament. Sic Cicer. 13 ad Attic. epist. 24 *Quatuor* διφθερίαι *sunt in tua potestate.* Ita meliores libri, Victorii, Gruteri,

Gruteri, Grævii: adde Bosii notas. Alii διφθέρου & hoc loco legunt, quod explicat Manutius in commentario.

DIPHTHONGUS, i, ἡ δίφθογγος, ein doppellautender. Vide Grammaticos. ¶ *Diphthongæ Syllabæ, Græco nomine dictæ, quod in eis binæ vocales junguntur: ex his apud nos veras esse scimus quatuor, æ, œ, au, eu,* Isidor. 1 cap. 15.

DIPLANGIUM, i, vas duplex. Priscian. 1 cap. 19 *Amurca diplangio cocta.* vide Reines. Var. Lect. p. 512.

DIPLE, es, διπλῆ, nota est, quam primus Leogaras Syracusanus apposuit Homericis versibus &c. vid. Isidor. 1 cap. 20.

Diplinthus, vide infra *Plinthus.*

DIPLŎIS, diploïdis, διπλοῒς, *vestis duplicata militaris, abolla,* ein gefütterter mantel, reuter-kappe. Severus Sulpitius eo vocabulo usus est lib. 1 cap. 35 in historia Davidis in spelunca latentis, quo & Saulus secesserat Rex, cum vestis oram abscidit David, LXX τὸ πτερύγιον τῆς διπλοΐδος vocant. Hieronymus *oram chlamydis* reddit. Horat. 1 epist. 17 v. 25 talem amictum *duplicem pannum* vocat. conf. Isidor. 19 cap. 24.

DIPLŌMA, ătis, δίπλωμα, litteræ patentes cum signo, codicilli, ein offener brief mit einem siegel, patent, eine bulle, ein paßport, geleits-brief. Præcipue dabantur propter cursum publicum, item ob beneficium concessum ab iis, qui Reip. præessent. Appellatio ipsa à forma est. Nam formabantur in modum duplicium tabellarum. Vide Casaubon. ad Sueton. August. pag. 87, & Buchner. ad Plinii epistol. lib. 10 epist. 14 pag. 234. Cic. lib. 6 ep. 12 *Diploma statim non est datum.* Usus etiam ad Attic. est lib. 10 ep. penult. ¶ 2. Est & *diploma* vas duplex, διπλοῦν ἀγγεῖον Galeno, quod vulgo balneum Mariæ vocant, ein distillir-glaß, gefäß oder zeug, eine brenn-kolbe.

DIPNOSOPHISTA, æ, δειπνοσοφιστὴς, qui inter cœnandum philosophatur, vel qui de rebus ad convivium pertinentibus disserit. *Dipnosophistarum libri* ab Athenæo inscripti largum eruditionis apparatum continent.

DIPOENUS, i, marmorarius, qui marmore sculpendo primus inclaruit, Plin. 36 c. 4 & 5.

Dipondiarius, Dipondium, Dipondius, vide *Pondo.*

DIPSACUS, i, vel Dipsacon, δίψακος, spina, quæ & labrum Veneris dicitur, karten-distel, oder weber-karten. *Carduum fullonum* officinæ vocant. Plin. 27 cap. 9 pr. *Sistit alvum dipsacos.*

DIPSAS, ădis, fœm. δίψας, serpens, viperæ figura, sed minor, nomen ab effectu habet: sitim enim in iis, quos sauciat & veneno suo imbuit, accendit inexplebilem, quâ velut ardenti flamma interiùs uruntur, adeo ut & rumpantur interdum, utplurimum vero consumantur. Ælianus de Historia Animalium lib. 6 cap. 51 describit copiose. Et Plinius lib. 32 cap. 5 *a dipsade percussis.* Et lib. 23 cap. 8 *Lauri folia serpentium venenis resistunt, maxime sepis, dipsadis & viperæ.* Et Silius lib. 3 v. 312 *atro rapidas effervescente veneno dipsadas* vocat.

DIPTĔRUS, a, um, δίπτερος, duas quasi alas habens, mit zwey flügeln: ut, *ædes dipteræ,* duplicem columnarum ordinem habentes, vid. Vitruv. 3 cap. 1.

¶ Pseudodipteros vocatur ædes, quæ dipteros quidem videatur, sed vere non sit, aliquo columnarum ordine sublato. v. Vitruv. 7 præf. & lib. 3 cap. 1 & 2. πτερὰ sunt ad latera ædis columnarum ordines sive porticus. v. Baldi Lex. Vitruv. p. 82.

DIPTŌTON, i, δίπτωτον, nomen duorum tantum casuum: ut, *fors, forte,* Vid. Grammat. e. g. Isidor. 1 cap. 6.

DIPTYCHON, i, δίπτυχον, duplicatum, a πτύσσω, *complico.* Sic Gifanius Prudentii Titulos V. & N. T. appellavit, quem Weitzius & Heinsius secuti sunt.

Diræ, vide mox *Dirus.*

DIRCE, es, & Dirca, æ, Δίρκη, Lyci regis Thebarum uxor, alligata tauro indomito, atque eo modo extincta à privignis Zetho & Amphione, propterea, quod à patre ducta erat, repudiatâ matre Antipâ. Propert. lib. 3 eleg. 15 v. 37 *puerique trahendam*

Vinxerunt Dircen sub trucis ora bovis.

Plaut. Pseud. act. 1 sc. 2 v. 65

Te quasi Dircam olim (ut memorant) duo
Gnati Jovis devinxere ad taurum &c.

¶ 2. Alia *Dirce Babylonia,* quæ, cum maledixisset Palladi, in piscem mutata est; Ovid. lib. 4 Metamorph. ¶ 3. *Dirce* etiam dictus fons apud Thebas, in quem mutata Dirce regis Thebarum uxor. Quo respexit Seneca Theb. v. 126, & Statius lib. 3 Thebaidos v. 204

verso quod sanguine fluxit
In subitos regina lacus.

Vetus Schol. ad eum loc. *Dircem significat, quem Amphion & Zetus, Jovis & Antiopæ filii, tauro vinxerunt, de cujus sanguine fons natus, ejus nomine decoratus.* Hinc

¶ Dircæus, a, um, id est, Thebanus: *Amphion Dircæus,* Virg. ecl. 2 v. 24. *Cygnus Dircæus,* Pindarus est Horatio lib. 4 od. 2 v. 25. *Cohors Dircæa* Thebana dicitur Lucano 4 v. 550. ¶ Ab ipso fonte *Dircæa* etiam dicta pars Bœotiæ.

Directio, Dirigo, vide *Rego.*

Direptio, &c. vide *Rapio.*

DĪRĬBO, diribĕre, aut Diribeo potius, diribēre, idem est quod distribuere, austheilen. Val. Maximus lib. 9 cap. 12 *Licinius Macer, vir Pretorius, Calvi Pater, repetundarum reus, dum sententiæ diriberentur, in Mænianum conscendit.* Plin. lib. 36 cap. 15 *Hîc hîc est ille terrarum victor & totius domitor orbis, qui gentes & regna diribet.* Cic. in Pison. cap. 40 pr. *dum de te LXXV tabellæ diribeantur.* ¶ 2. Lustrare milites, mustern. Vide mox *Diribitorium.*

¶ Diribĭtor, ōris, distributor, der etwas austheilet. *Diribitores* in judiciis & comitiis, qui tabulas ad ferenda suffragia distribuebant. Cicero post Redit. in Senat. cap. 11 *Quando illa dignitate rogatores, diribitores, custodesque vidistis?* ¶ 2. *Diribitores,* qui scindunt & dividunt epularum partes in convivas, vorschneider. Apul. lib. 2 Miles. pag. 123 *Diribitores plusculi, splendide amicti, fercula copiosa.*

¶ Diribĭtio, ōnis, austheilung, vulgo profertur ex Cic. pro Planc. c. 6, sed Gruterus tradit, & veterum editionum, & omnium mss. esse *direptionem.*

¶ Diribitorium, i, locus, ubi milites recensebantur, & stipendia iis numerabantur. Sueton. Claud. cap. 18, ein muster-platz. Adde Plin. lib. 16 cap. 40, & inprimis Dionem Cassium lib. 55 p. 553, qui dedicationem ejus operis describit, quod ipse latino nomine διριβιτώριον appellat. Fuit autem οἶκος μέγιστος τῶν πώποτε μίαν ὀροφὴν σχόντων, *domus omnium, quæ unquam uno culmine fuerunt, maxima,* quam Agrippa imperfectam reliquerat, Augustus autem absolvit & dedicavit. Adde etiam Torrentium ad d. l. Suetonii.

Dirigeo; Dirigo; Dirimo; Diripio; Dirumpo; Diruo, vide *Rigeo, Rego, Emo, Rapio, Rumpo, Ruo.*

DĪRUS, a, um, adjectivum, grausam, schrecklich. Festo *Dirus* est, *Dei ira natus.* Vossio a δεινὸς derivatur, liquidâ tantummodo commutatâ, quemadmodum in Glossis etiam per δεινὸς Græce vertitur. e. g. *Dirus cometa;* Virg. de bellis civilibus 1 Georg. v. 488

nec diri toties arsere cometæ.

Livius lib. 27 cap. 22 *dira execratio,* greuliche verfluchung. Ovid. 5 Metam. v. 550 *dirum omen.* Plinius lib. 10 cap. 12 *dirum ostentum,* ein schrecklich zeichen. Virg. Æn. 2 v. 622 *Apparent diræ facies.* Cicero lib. 2 de Divinat. cap. 15 *Quibus nihil videtur esse dirius,* &c. Varro apud Nonium cap. 2 n. 247 *Scena, quem senem Latina vidit dirissimum.*

¶ Diræ, arum, plurale tantùm, pro furiis & execrationibus. *Diras imprecari,* Tacit. Annal. 6 cap. 24, einem alle teuffel fluchen. Florus lib. 3 cap. 11, 3 *Tribunus plebis exeuntem ducem hostilibus diris devoverat,* er hatte ihn verfluchet. De vi imprecationum hujusmodi vide Plutarchum in Crasso, Appianum in Parthicis. E junioribus Marcilium ad Horat. lib. 1 od. 28. Virgil. Æn. 8 v. 700

Tela tenent: sævit medio in certamine Mavors
Cælatus ferro, tristesque ex æthere Diræ.

¶ Dirĭtas, ātis, id est, horrenda immanitas, grausamkeit. Sueton. Nerone cap. 8 *Cum ob totius diei diritatem non aliud auspicandi tempus accommodatum videretur.* DIRITATEM vocat, tristem & infelicem rationem diei, quâ fiebat, ut reliquæ omnes horæ diræ ac inauspicatæ essent. Idem Tiberio cap. 21 *Diritatem morum* appellat, quam cap. 51 *acerbitatem & intolerantiam morum* dixerat.

¶ Prædīrus, a, um, valde dirus, sehr grimmig. Ammianus lib. 31 cap. 24 (Vales. cap. 8) *Tunc erat spectare cum gemitu facta, dictu visuque prædira.*

DIS, præpositio inseparabilis, cujus significatio ex verbis, quæ cùm ea componuntur, intelligitur. Significat ¶ 1. diversitatem, ut, *dissideo,* von einander sitzen. ¶ 2. divisionem, ut, *disjungo, diffundo, dissemino, dissimulo, disturbo.* ¶ 3. auget vel intendit verbi significatum, ut, *discrucior,* quod est valde crucior; *dispereo,* male pereo.

DIS, Ditis, nomen proprium, contractum ex *Dives,* vide *Dives.*

Discapedino; Discepto; Disceus; Disciplina; Discludo, vide *Capedo, Capio, Discus, Disco, Claudo.*

DISCO, didĭci, discĕre, cognoscere, percipere, erlernen, sich berichten lassen. *Discere ab aliquo & de aliquo.* Terent. Eun. act. 2 sc. 2 v. 31

ibi homo cœpit me obsecrare,
Ut sibi liceret discere id de me.

Ubi Donatus: *Magis* de illo & de me, *veteres dicebant, quam ut nos dicimus,* a me, *aut* ab illo. Cum *Ex* usus Virgilius Æn. 12 v. 435

Disce puer virtutem ex me propriumque laborem,
Fortunam ex aliis.

Discere apud aliquem litteras, Cic. lib. 9 fam. epist. 20. Et, *Animadverti & didici ex tuis litteris,* lib. 3 ep. 5, ich habs gemerckt und verstanden aus deinem schreiben. Sic, *discere caussam,* id est, cognoscere, apud eumdem. Et Quintil. lib. 1 cap. 2 *Quod cuique discendum est, id ne serò discere incipiat.* Cicer. in Off. 1 c. 30 *Hominis mens discendo alitur,* der verstand wächst durch das lernen. Ovid. 2 Pont. epist. 9 v. 47

Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes,
Emollit mores, nec sinit esse feros.

Seneca in epist. 76 *Tamdiu discendum est, quamdiu nescias, &, si proverbio credimus, quàmdiu vivas.* Tribuit Soloni Plato in dialogo de fortitudine, Σόλων ἀξιοῖ μανθάνειν ὥσπερ ἂν ζῇ, id est, *Existimat Solon, tamdiu discendum esse, quamdiu vivitur.* Vulgaris etiam vox est: *Remum ducat, qui didicit,* wer das handwerck kan, der treibe es. ¶ Pro Intelligere. Flor. lib. 1 cap. 10 *Ipse rex Apulo equo impositus, cum subinde crapulâ & capitis errore lapsaret, captum sese vix & ægre, postquam experrectus est, didicit.* ¶ Discere absolute, est, litteras discere, erudiri litteris artibusque liberalibus, studiren. Cicero Bruto cap. 73 de M. Marcello: *Vehementer placet* (tamquam Orator) *nec sine caussa. Nam didicit, & omissis cæteris nugis id unum egit.* ¶ *Didici facere,* id est, solitus sum, Plautus Curcul. act. 4 sc. 3 v. 2, ubi vide interpretes. ¶ *Discere* & actores fabularum dicebantur; sicut Poëtæ contra ipsi *docere* aut *scribere fabulas.* Terent. Prolog. Heaut. v. 20

Nunc quamobrem has partes didicerim, paucis dabo.

Idem prolog. Hecyr. in f. *Silentium*

Date, ut lubeat scribere aliis: mihique ut discere
Novas expediat.

¶ *Disci* passive posuit Nepos de Epaminonda c. 3, 2 *Studiosus audiendi. Ex hoc enim facillime disci arbitrabatur.*

¶ Discentia, æ, discendi actus, die erlernung. Tertull. de Anima cap. 23 & 24 *Discentias reminiscentias esse vel fieri.*

¶ Discĭplīna, æ, unterweisung, zucht, kunst. *Disciplina domestica,* Cic. de Cl. Or. cap. 26, hauszucht. *Tradere in disciplinam,* Idem lib. 1 de Divin. cap. 41, & Suet. Nerone cap. 7, in die zucht und lehr übergeben. *Recipere aliquem in disciplinam,* Idem de illustrib. Grammat. cap. 13. *Disciplinam domesticam diligenter & severe regere,* Idem Cæsare cap. 48, & Aug. cap. 24. Et, *Quidam parentum disciplinâ meliores fiunt,* Cic. Offic. lib. 1 cap. 32 extr. Et Seneca epist. 2 *Severior disciplina firmat ingenium.* Prudentius in Cassiano martyre v. 28

Nec dulcis ulla disciplina infantiæ est.

Vide *Amarus.* ¶ 2. Ponitur & pro præcepto, sive præscripto, juxta quod

quod agendum eſt, die lehre. Trajanus apud Plinium lib. 10 epiſt. 82 A *Si qui autem ſe contra diſciplinam meam geſſerint, ſtatim coerceantur.* Hinc *diſciplina* & *præcepta* conjunguntur. Cæſar lib. 3 de Bell. Civ. cap. 10 *Satis ſunt magna utrinque accepta incommoda, quæ pro diſciplinâ & præceptis haberi poſſent.* ¶ 3. Aliquando idem eſt, quod mos, conſuetudo, via, ratio, ars, ſeu methodus, & quæ ἐπιςήμη Græcis dicitur, gewohnheit. Terent. Heaut. act. 2 ſc. 2 v. 59

Nam diſciplina eſt iisdem, munerarier
Ancillas, primùm ad dominas qui affectant viam.

* *Cujus villam ego contemplans, admirari ſatis non poſſum vel hominis ipſius continentiam vel temporum diſciplinam*, Cic. de Senect. c. 16. *Temporum diſciplina*, hoc eſt, temporum illorum ratio, conſuetudo & quaſi lex, quæ ab omnibus ſervabatur. Sic & Juſtinus loquitur 36, 2, de Judæis ab aliorum conſortio abhorrentibus: *quod ex cauſſa ortum paullatim in diſciplinam vertit*, hoc eſt, quod propter morbum factum paullatim in legem & rationem vivendi, quam ſequebantur & tenebant omnes Judæi, fuit converſum. *Grævius.* Tertullianus de Patientiâ cap. 2 *Obſequii verò diſciplina, morigera ſubjectio eſt. Diſciplina obſequii*, i. e. ratio præſtandi obſequii. Sic, *diſciplinam pugnandi*, Nazarius dixit Paneg. Conſtantin. cap. 23. Palladius de R. R. lib. 1 cap. 1 *Imprimis hoc ſervare conſtitui, ut eo menſe, quo ponenda ſunt ſingula, cum ſua omni exſequar diſciplina.* Idem lib. 12 cap. 17 *Secundum ſimili diſciplina fieri* [ſubaudi Græci jubent,] *ſed mole fortiori quaſſari.* Et lib. 13 cap. 3 *Et jam nunc allium, & ulpicum & cepullæ & ſinapi & cuncta ſeri poterunt, diſciplina & more, quo antea narratum eſt.* B

¶ Diſciplinabilis, e, das ſich lehren läßt, kunſt-mäßig: *Diſciplinabilis rei cujusdam ſcientia*, Auctor ad Herennium lib. 3 cap. 3, quæ digeri ex arte & certâ methodo exponi poteſt.

¶ Diſciplinaliter, adverb. nach der kunſt. Sarisb. 6, 15 *diſciplinaliter eruditus populus.*

¶ Diſciplinatus, a, um, moribus bonis diſciplinæ beneficio præditus, wohl erzogen, ſittſam. Alcimus Avitus lib. 4 v. 46 de arbore degenerante: *Diſciplinatos diſſueſcit promere fructus.*
Tertull. de fuga cap. 1 *Tunc & fides in expeditione ſolicitior & diſciplinatior in jejuniis.*

¶ Diſciplinoſus, a, um, qui facile diſcit, gelehrig. Cato apud Gellium lib. 4 c. 9 *gladiator diſciplinoſus.*

¶ Diſcĭpulus, i, qui diſcit, auditor, ein ſchüler, lernender. Debet eſſe φιλομαθὴς, Φιλήκοος, & ζητητικός. Plat. lib. 6 de Republ. *Rudes diſcipuli*, Cic. 3 Nat. D. cap. 3, ungelehrte. *Bene, melius inſtituti diſcipuli*, Quintil. lib. 2 cap. 3, wohl unterrichtete und abgerichtete. *Meliorem præſto magiſtro diſcipulum*, Juven. ſatyr. 14 v. 212. Publius in Mimis: *Diſcipulus eſt prioris poſterior dies*, wir werden alle tage klüger. ¶ 2. *Diſcipuli* quoque dicuntur illi, qui in tabernis vel officinis mercatorum ſerviunt, & qui mercenariorum diſciplinam addiſcunt, kram-jungen. *Diſcipuli coquorum*, Plaut. Pſeudolo act. 3 ſc. 2, küchen-jungen. Sane & ipſi domini, ſeu quibus locant operam ſerviuntque, *magiſtri* vocantur. Vide Julium Paullum lib. 2 Receptar. Sententiar. tit. 8 ſent. 3. C

¶ Diſcĭpŭla, æ, ſchülerin, ſchul-mägdlein. Plaut. Aulul. act. 1 ſc. 1 v. 20 *Dedam te diſcipulam cruci*, ich will dich aufhencken laſſen. *Audit diſcipula intentione magna & reddit*, Plin. lib. 10 cap. 29 de luſcinia. *Diſcipularum inter cathedras*, Horat. 1 ſat. 10 v. 91.

¶ Diſcipulatus, ûs, idem ferè quod diſciplina, die lehre, lehrzeit. Zeno Veronenſis, elegans auctor, Sermone de præcepto ATTENDE TIBI: *Vnusquisque noſtrûm, in diſcipulatum nos verbi Dei mancipavimus.* Caſſiodorus lib. 5 epiſt. 40 *Efficacisſimum diſcipulatus genus eſt, agendo potius inſtrui, quam legendo.* Et his antiquior Tertullianus Præſcr. adv. Hæret. cap. 22 de Apoſtolis: *Quis integræ mentis credere poteſt, eos aliquid ignoraſſe, quos magiſtros Dominus dedit, individuos habitos in comitatu, in diſcipulatu, in convictu.* Gloſſ. Vet. Μάθησις, *doctrina, diſcipulatus.*

Compoſita:

¶ Addiſco, addidici, ĕre, idem plerumque quod diſcere, vel addere aliquid ad ea, quæ didiceris, erlernen. Cic. 3 de Orat. cap. 23 *Velocius puer addidicerat.* Solon: Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος; quod de eo Cicero ſic retulit in libello de Senect. cap. 14 *Solon gloriari ſolebat, ſe aliquid quotidie addiſcentem ſenem fieri.*

¶ Condiſcere, idem, & ſueſcere, gewohnen. Ovid. epiſt. 4 Heroid. v. 25

Ars ſit, ubi à teneris crimen condiſcitur annis.

Horat. 3 od. 2 v. 3 *pauperiem pati puer condiſcat.* D

¶ Condiſciplinatus, ûs, ſubſt. ſchulgeſellſchafft. Auguſtinus epiſt. 34 ad Paulinum fin. *Beatiſſimus frater Severus de condiſciplinatu noſtro, Milevitanæ antiſtes eccleſiæ.*

¶ Condiſcipulus, i, ein ſchulgeſell, mitſchüler. *Æquales & condiſcipuli*, die gleich alt ſeyn und miteinander lernen, Cicero 1 Tuſc. cap. 18. *Generoſi condiſcipuli*, Nep. Attico 1.

¶ Condiſcipula, æ, ſchulgeſellin. Martial. lib. 10 epigr. 35 de Sulpitiâ:

Hac condiſcipulâ vel hac magiſtrâ
Eſſes doctior & pudica Sappho.

¶ Condiſcipulatus, ûs, ſubſtant. ſchulgemeinſchafft. Nepos vita Attici cap. 5 *Eas nuptias M. Cicero conciliarat, cum quo a condiſcipulatu vivebat conjunctiſſime.* Juſtinus lib. 12 cap. 6 de Alexandro: *Multum profuêre & Calliſthenis Philoſophi preces, condiſcipulatu apud Ariſtotelem familiaris illi.*

¶ Dediſcĕre, verlernen, vergeſſen, entwohnen. Plaut in Amphitr. act. 2 ſc. 2 v. 55 *Haud æquum facit, qui quod didicit, id dediſcit.* Seneca in Troadibus v. 633 *Dediſcit animus ſerò, quod didicit diu.* Quintil. lib. 1 cap. 1 *Non aſſueſcant pueri ſermoni, qui dediſcendus ſit.* Et apud Ovidium 5 Triſt. eleg. 12 v. 57 *dedidiciſſe latine*, das latein verlernet haben.

¶ Ediſcere, memoriæ mandare, auswendig lernen. Cic. 1 de Orat. cap. 34 *Exercenda eſt etiam memoria ediſcendis ad verbum quamplurimis & noſtris ſcriptis & alienis.* Idem in Academ. 4 cap. 44 *Aureolus & ad verbum ediſcendus libellus.* Et ad Leptam lib. 6 famil. ep. 19 *Lepta ſuaviſſimus ediſcat Heſiodum.* Ovid. lib. 2 de Art. Am. v. 121 A

Nec levis ingenuas pectus coluiſſe per artes
Cura ſit, & linguas edidiciſſe duas.

Quia vero ediſcendi labor magnus eſt, ideo à puero protinus ipſum devorandum cenſuit Quintilianus. Proconſul quidam torquebat præconem, cumque dubitaret, quodnam ſupplicii genus de ipſo eſſet ſumturus, ſuperveniens forte fortuna Polemon, jube, inquit, ediſcere ipſum veterum ſcripta: Ipſe enim Polemon multa edidicerat, ac nihil ducebat laborioſius ac moleſtius ediſcendi labore. Philoſtrat. in Sophiſt.

¶ Indiſciplinatus, a, um, ungeſchickt, ungezogen, zuchtloß. Cyprianus epiſt. 4 ed. Oxon. [62 Pamel.] aliquoties uſus eſt: & Vulgatus Interpres Sapient. 17 v. 1 *indiſciplinatæ animæ erraverunt.* conf. Commodiani Inſtruct. 30.

¶ Indiſciplinate, adverb. idem. Commodianus Inſtruct. 76 *Indiſciplinate loqueris.*

¶ Indiſciplinatio, ōnis, unartigkeit, unzientlichkeit. Caſſiodorus lib. 7 Variar. epiſt. 3 *ne qua inter conſortes indiſciplinatio naſceretur.* Vide & Sarisb. 8, 8.

¶ Indiſciplinoſus, a, um, liederlich. Vulg. Interpr. Sirac. 23 v. 7 *Indiſciplinoſa loquela.*

¶ Perdiſcĕre, perfecte diſcere, wohl und fertig lernen. *Perdiſcere & noſſe omnia jura belli*, Cicer. pro Balb. cap. 20. *Non omnis ætas ad perdiſcendum ſat eſt*, Plaut. Truc. act. 1 ſc. 1 pr.

¶ Prædiſcere, vorher lernen, erkunden. Virg. 1 Georg. v. 51 B

Ventos & varium cæli prædiſcere morem
Cura ſit.

Cicero lib. 1 de orat. cap. 32 *Quæ in foro agenda ſunt, exercitatione prædiſcere & meditari.*

Diſconvenio; Diſcordia, Diſcordo, Diſcors; Diſcrepantia, Diſcrepo, &c. Diſcretus, &c. Diſcrimen, Diſcrimino; Diſcubitus, Diſcumbo, vide *venia, cor, crepo, diſcerno in cerno, cerno, cubo.*

DISCVS, i, δίσκος, eine heb-ſchüſſel, tiſch-korb, vas, quo reliquiæ ex menſa reponuntur. Apul. lib. 2 Mileſ. p. 125 *Lucerna prægrandis, & oleum ad lucem luci ſufficiens, & calida cum œnophoris & calice, cænarumque reliquiis diſcus ornatus.* ¶ 2. ein teller. Pollux lib. 13 cap. 12 de vaſis menſæ: ὡς μὲν δίσκυς καλῦσιν, ἐξῶς κύκλυς ἀργυρῦς, ἢ γεύματα ἀργυρᾶ, ἢ πίνακας, *quos diſcos dicunt, orbes vocabis argenteos, aut lances argenteas, aut patinas.* ¶ 3. Diſcus ex ludorum inſtrumentis erat, cujus plana forma, in circulum tamen rotundata, eine wurff-ſcheibe. Heſychius: Δίσκοις, λίθοις τρογγύλοις, *Diſcis*, id eſt, *ſaxis rotundis.* Lapidei enim ut plurimum erant, interdum ænei, ut gravitas ponderis jacientis corpus exerceret. In altum enim projiciebant diſcum, qui hoc ludicro exercebantur, ut intra certum ſpatium decideret. De eo Horatius de arte poëtica v. 380

Indoctusque pilæ, diſcive, trochive quieſcit.

Diſci jaculatione Vlyſſes certat apud Phæaces, quos omnes ſuperat, uti refert Homerus lib. 8 Odyſſ. Conf. P. Fabri Agoniſt. lib. 1 cap. 4, Barthii ad lib. 6 Thebaid. Statii p. 570, & Adverſ. 35 cap. 2 p. 1590, & Hier. Mercurial. in Arte Gymn. 2 cap. 12. Exercuiſſe etiam iſtum ludum Spartanas virgines, teſtatur Alex. ab Alex. 2 cap. 25. *Diſcum, quam Philoſophum audire malle*, eſt, delectationes leviſſimas & ineptias utilitati gravisſimæ anteferre, quod apud Cic. lib. 2 de oratore cap. 5 de Philoſophorum auditoribus, Craſſus queritur. Vide Chiliadas. C

¶ Diſcēus, i, δισκεὺς, cometæ appellatio eſt, Plin. lib. 2 cap. 25, ein runder comet, a diſco, cui forma eſt rotunda, δίσκος.

¶ Diſcŏbŏlus, i, δισκοβόλος, qui diſcum in ſublime jaculatur, Germani vocant, die ſcheiben treiben. Statuam *diſcoboli* Plinius laudat lib. 34 cap. 8, cujus generis eximiam quoque, Myronis opus, prædicat Quintilianus lib. 2 cap. 13, qui *diſtortum diſcobolon* vocat, hoc eſt, niſu & jaciendi molimine membra mirifice torquentem & diſtra-

¶ Diſcŏphŏrus, i, δισκοφόρος, der eine ſchüſſel trägt. Hieronymus in hentem.
Proleg. Dan. ita Habacucum vocat.

Diſcuſſio, Diſcutio; Diſertus; Disjicio; Diſpalor; Diſpareo, vide *quatio, ſero, ĕre, jacio, palor, pareo.*

Diſpendioſus, Diſpendium, Diſpendo, Diſpenſo cum derivatis, Diſpergo, &c. vide *pendo, ſpargo.*

Diſpliceo; Diſplodo; Diſputatio, &c. vide *placeo, plaudo, puto.*

Diſſemino; Diſſenſio, Diſſenſus, Diſſentaneus, Diſſentio; Diſſepio, Diſſeptum; Diſſerenare, Diſſerere, Diſſertare, &c. Disſignare, &c. vide *ſemen, ſentio, ſepes, ſero, ſerenus, ſignum.* D

Disſipo, &c. Disſitus; Diſſociare, &c. Diſſonantia, Diſſonare, & Diſſors; Diſſulto; Diſſuo, vide *ſipo, ſitus, a, um, ſocius, ſonus, ſors, ſalio, ſuo, ĕre.*

Diſtabeſco; Diſtædet; Diſtectus; Diſtendo, Diſtenſio, Diſtentio; Diſtermino, &c. Diſtero; Diſtichon; Diſtincte, Diſtinctio, Diſtinguo; Diſtineo; Diſtorqueo, Diſtorſio, Diſtortus; Diſtractio, Diſtraho; Diſtricte, Diſtrictus; Diſtrunco; Diſturbo; Diteſco, vide in *tabes, tædet, tego, tendo, terminus, tero, ſtichus, ſtinguo, teneo, torqueo, traho, ſtringo, trunco, turba, dives.*

DITHŸRAMBVS, i, Διθύραμβος: Bacchi apud Græcos cognomen, quod datum ei volunt, vel quod in antro διθύρῳ ſeu bifori nutritus fuerit, vel quod bis natus fores tranſierit, alvum matris Semeles videlicet, & femur Jovis, ut in fabulis eſt. Cui originationi tamen quantitas ſyllabæ repugnat. Nam vocula Δι binarium numerum, ſeu iterationem denotans, primam ſemper corripit: quæ contra in *Dithyrambus* producitur. ¶ Hinc *Dithyrambus* etiam dicebatur hymni genus, quod Baccho cani ſolebat. Nam quod à quodam Thebanô, qui item *Dithyrambus* dictus fuerit, idque invenerit, dictum volunt nonnulli, approbari ſatis non poteſt. Nam ſi ſe ita haberet res, Pindarus certe inter ceteras laudes patriæ ſuæ hoc inventum non tacuisſet, quin vel magnifice extuliſſet. Nunc vero tantum abeſt, ut unquam meminerit, ut laudem & inventionem Dithyramborum potius Corinthiis diſertè aſſcribat. Erat autem hoc carminis genus ita compoſitum

poſitum, ut inventione, dictione, & numeris à caſtigata ratione abiret longius, & miram licentiam audaciamque cum tumore quodam referret, ut non tam à ſanis & ſobriis, quàm concitatis furore Bacchico videretur ſcriptum, naturamque Dei, cujus honori dedicatum erat, imitaretur. Inde Horat. lib. 4 od. 2 v. 10

Seu per audaces nova Dithyrambos
Verba devolvit, numeriſque fertur
Lege ſolutis.

Vbi vide interpretes, itemque Scalig. lib. 1 Poët. cap. 44, Schottum ad Chreſtomachian Procli, & Eraſ. Schmidium peculiari diatribe de Dithyrambis, quam Pindari Commentario ſubjunxit.

¶ Dithyrambicus, a, um; ut, *Poëma Dithyrambicum*, Cic. de opt. gener. orat. princ. *Dithyrambica dictio*, i. e. audacior, licentior.

DĬTIO, ōnis, quâ dicere jus quis poteſt, imperium, poteſtas, recht und gewalt zu herrſchen, botmäßigkeit. *Sub imperium ditionemque alicujus cadere*, Cic. pro Font. cap. 1. *Nutu alicujus ac ditione gubernari*, auctor declam. Antequam iret in exilium: *In ditione ac poteſtate alicujus eſſe*, Cic. pro Quintio c. 2. *Ditione ac numine Deorum res gerunt*, Id. 2 de Leg. cap. 7. Et, *Redigere in ditionem*, de Prov. Conſ. c. 13. Silius lib. 7 v. 506 *ditione carere virtutem*, i. e. poteſtate, jure, imperio. Curtius lib. 4 cap. 1 n. 26 *Ditioni adjicere regionem*. Vbi manifeſtum diſcrimen *ditionis & regionis*, quæ vulgo confunduntur. Diomedes, Priſcianus & plerique omnes Grammatici negant, nominativum exſtare, & tantum per quatuor caſus declinari hoc nomen. Sexto aliquoties uſus eſt Virgilius, & primam corripuit; contra rationem, ut videtur, originis, ſive ex *dictio* contractum ſit; ſive à *Dis, ditis* [quod verius] derivatur. Nam quomodo à verbo *dare*, quæ Servii opinio eſt, deduci queat, non videmus, niſi forte idem eſſe dicatur quod *deditio*. Verba ejus ad illud 1 Æneidos v. 740 *Poſt alii proceres*, &c. hæc ſunt: *Sane* PROCERES, *de his eſt, quæ nominativum non habent: ut ſupra:*

Et victor ditione tenebat.

Nam nec hoc in uſu habet nominativum, licet in compoſitione dicamus CONDITIO. Nempe putavit, ex τῷ DITIO, τὸ CONDITIO eſſe compoſitum, quo fortè ipſum induxit ſyllabæ DI ratio, quæ utrobique correpta. Sed poteſt apud Virgilium *Ditione* non quadriſyllabum, ſed vero per craſin triſyllabon eſſe, quod aliter verſus conſtare non poſſet, productâ primâ. Niſi forte dicendum, hoc nomen ex illorum genere eſſe, quæ à natura & quantitate primitivorum recedant, quorum nonnulla Voſſius recenſet lib. 2 de arte Grammat. c. 17. In Gloſſis Cyrilli *Dicio* per c ſcribitur, quaſi ſit a δίκη quod per eam jus ſive judicium exerceatur.

Dito, are, vide *Dives*.

DIU, id eſt, per dies; adverbium hoc notat continuationem dierum, lange. Terent. in Eunuch. act. 2 ſc. 3 v. 4 *Vna hæc ſpes eſt: ubi eſt, diu celari non poteſt.* Cic. pro Marcell. cap. 9 *Quid eſt hoc ipſum diu, in quo eſt aliquid extremum? Diu multumque*, ſehr lange. Idem 13 Phil. cap. 5 *Hæc ſatis diu multumque defleta ſunt.* Et pro Sylla c. 26 *Hæc diu, multum & multo labore quæſita una eripuerat hora.* Apulejus lib. 5 Mileſ. p. 167 [Pric. p. 101] *Viam, quæ ſola deducit iter ad ſalutem, diu diuque cogitatam monſtrabimus tibi.*

¶ Diutius, compar. länger. Cæſ. 2 Gall. B. c. 6 *ſe diutius ſuſtinere non poſſe.* Cic. lib. 4 fam. ep. 13 *Tibi affirmo, te in iſtis moleſtiis non diutius futurum.*

¶ Diutiſſime, ſuperl. am längſten. Cic. Senect. c. 1 *Cato diutiſſime ſenex fuit.* Cæſar lib. 6 c. 20 de Germanis: *Qui diutiſſime impuberes permanſerunt, maximam inter ſuos ferunt laudem.*

¶ Perdiu, ſehr lange. Cic. Attic. lib. 3 ep. 22 *Perdiu nihil de te audivi.*

¶ Subdiu, vide ſupra poſt *Interdiu* ſub *Dies*.

¶ Diutule, eine feine weile. Apul. principio Flor. *Socrates, cum decorum adoleſcentem, & diutule tacentem conſpicatus foret: ut te videam,* (inquit) *aliquid eloquere.* Gell. lib. 5 c. 10 *cum diutule auditor fuiſſet.*

¶ Diuſcule, legitur eodem ſenſu apud Auguſtinum lib. 11 de Trinit. c. 2 *Cum diuſcule attenderimus.*

¶ Diutĭnus, a, um, idem quod continuum vel diuturnum, langwierig. Cicer. 11 ep. 8 *Odium diutinæ ſervitutis.* Et, *Diutinus labor*, Cæſ. 2 B. Civ. 13. *Diutinum bellum*, Livius lib. 25 c. 1.

¶ Diutĭne, adverb. eben lang. Plautus Rud. a. 4 ſc. 7 v. 15

Diutine uti bene licet partum bene.

hoc eſt, diu frui recte partis. Apulejus 3 Florid. *diutine obrigui.*

¶ Diuturnus, a, um, langwierig. Cic. Off. 2 cap. 12 *Nec ſimulatum quicquam poteſt eſſe diuturnum*, es kan nicht lange beſtand haben. In quam ſententiam & lib. 7 Epiſt. ad Attic. epiſt. 1 pulcherrime dixit, *Quàm non eſt facilis virtus, quàm verò difficilis ejus diuturna ſimulatio!* Ficta enim citò ad naturam reciderint ſuam, ut in veteri eſt Mimo. ¶ *Diuturniores moleſtiæ*, Cic. lib. 6 fam. epiſt. 13. *Equi diuturniores*, Varro lib. 2 Rei R. cap. 7. *Diuturnior impunitas*, Cæſ. 1 Gall. B. c. 14. *Bellum diuturniſſimum*, Oroſius fine lib. 5.

¶ Perdiuturnus, a, um, ſehr lang. Cicero pro Sextio cap. 27 *cum Tigrane grave bellum perdiuturnumque geſſimus.* Idem de N. D. 2 c. 33 *Conjunctio ſempiterna, aut certe perdiuturna, permanens ad longinquum & immenſum pæne tempus.*

¶ Diuturne, adverb. Cicero lib. 6 fam. epiſt. 10 *Tibi iſtam acerbitatem & injuriam non diuturne fore.* Sic optimi Codd. MSS. Vulgo *diuturnam* editum.

¶ Diuturnitas, ātis, die langwierigkeit. *Diuturnitas belli*, Cæſ. 1 Gall. B. cap. 40. *Pacis*, Cic. 1 de Orat. cap. 4. *Memoriæ*, ibidem cap. 28. Idem 5 famil. ep. 16 *Diuturnitas maximos luctus vetuſtate tollit*, die länge der zeit hebt groſſe betrübnüß auf; Et 2 Off. cap. 7 *Malus cuſtos diuturnitatis metus*, furcht hat keinen beſtand. Plur. *diuturnitates* Arnob. dixit lib. 6 p. 202.

¶ Diurnus, vide ſupra *Dies*.

¶ Diurno, are, eſt diu durare, lange dauern. Gell. lib. 17 cap. 2 de Q. Claudio, vetere hiſtorico: *Neque optimum quempiam inter nos ſinunt diurnare. Inuſitate* dixit DIURNARE *pro* DIU VIVERE.

Divalis, Divaricor, Divello, Divendo, Diverbero, Diverbium, Divergium; Diverſitas, Diverſor, Diverſorium, Diverticum, &c. Divexo, are, vide *Divus, varus, vello, vendo, verber, verbum, vergo, verto, vexo.*

DĪVES, ĭtis, fortunatus, rerum copia & opibus inſtructus, affluens, reich. Varro 4 de L. L. 17 *Dives a divo, qui ut Deus nihil indigere videtur.* Hinc Plautus Trin. a. 2 ſc. 4 v. 89 *Dei divites ſunt, Deos decet opulentia.* Iſidoro lib. 10 dives eſt *diu veſcens*, vel cui *diu æs*. Sed hic luſus eſt non minus, quam ſi a *dividendi* facultate deducas. *Dives ſum ſatis*, Plaut. Aulul. a. 2 ſc. 1 v. 44, ich habe genug. *Dives pecoris*, Virgil. eclog. 2, reich an vieh. *Artium*, Horat. 4 od. 8 v. 5, an künſten. Idem de Arte poët. v. 421

Dives agris, dives poſitis in fœnore nummis.

Cic. Paradox. 6 cap. 1 *Animus hominis dives, non arca appellari ſolet.* ¶ *Dives ingenium*, Ovid. 2 Triſt. v. 335. *Dives fortuna*, Propert. 3 eleg. 2. *Gemma dives*, ibid. eleg. 5. *Dives epiſtola*, Ovid. 17 Heroid. v. 65. Rutilius Lupus lib. 2 de figur. Sentent. in Iſocolo: *Nequaquam mihi dives eſt, quamvis multa poſſideat, qui neque finem habet cupiendi, neque modum ſtatuit utendi. Nam & multum deſiderare, egentis eſt ſignum: & nihil parcere, egeſtatis eſt initium.* ¶ Divitior, comparativus, etiam in uſu eſt. Cic. 3 de Orat. cap. 48 *Divitior fluxit dithyrambus.* Ovid. 16 Heroid. v. 34 *divitiora oppida.* Martial. lib. 1 epigr. 77 *Romanum propius divitiusque forum.* Idem *divitior Criſpo, Thraſea conſtantior*, lib. 4 epigr. 54. Exſtat & apud Lucretium, Plautum, Tacitum & Corn. Nepotem, &c. Superlativo *divitiſſimus* uſus Cic. lib. 1 de Divinat. cap. 36. Itemque Nepos Alcibiade cap. 2, & Phocione c. 1. vid. Interpr. ¶ Dives quaſi ſubſtant. Ovid. lib. 3 Amor. eleg. 6 *Quid mihi fortuna tantum? quid regna ſine uſu?*

Quod niſi poſſedi dives avarus opes?

¶ Perdīves, ĭtis, valde dives, wohlhabend. Cic. lib. 6 epiſt. 1 ad Attic. *Amici regis perdivites.*

¶ Prædives, ĭtis, idem. Plin. 34 cap. 3 *teſtamentum prædives:* & Claudian. lib. 2 in Rufin. v. 142 *fores prædivitis aulæ.*

¶ Dīvĭtiæ, arum, plurale, opulentia, opes, ad legem ſcil. naturæ compoſita paupertas, quemadmodum Pompon. Attic. definit, reichthum. *Divitias parare*, Ter. Andr. a. 4 ſc. 6 v. 2, gut erwerben. *Divitiis abundare*, Idem Heaut. a. 3 ſc. 2 v. 17. *Affluere*, Lucret. 6 v. 13, viel geld und guth haben. *Craſſum divitiis ſuperare*, Cic. 1 ad Att. epiſt. 4 extr. *Crœſi divitiæ*, maximæ: quæ & *divitiæ regales*, Horat. lib. 1 epiſt. 12 v. 5

Si ventri benè, ſi lateri eſt pedibusque tuis, nil
Divitiæ poterunt regales addere majus.

geſunder leib iſt mit keinem gelde noch guth zu bezahlen. Idem lib. 2 Serm. ſat. 3 v. 94 *Omnis enim res,*

Virtus, fama, decus, divina humanaque pulchris
Divitiis parent: quas qui conſtruxerit, ille
Clarus erit, fortis, juſtus, ſapiens, etiam & rex:
Et quicquid volet.

Seneca præfat. lib. 4 Quæſt. Natur. *Demetrium egregium virum memini dicere cuidam libertino potenti: facilem ſibi eſſe ad divitias viam, quo die pœnituiſſet bonæ mentis.* Salluſt. Catil. cap. 13 *Divitiæ ludibrio luxurioſis ſunt.* Periculum a divitiis metuendum; eleganter Seneca ſignificavit epiſt. 20, *Multum eſt*, inquit, *non corrumpi divitiarum contubernio.* Idem epiſt. 2 *Divitiarum modus primus, habere quod neceſſe eſt, proximus, quod ſatis eſt.* Cicero Tuſcul. 5 divitias in bonis non numerat, quod eas quivis indignus habere poſſit. Vid. Voſſ. lib. 1 Inſt. Orat. p. 82.

¶ Divĭto, are, reich machen, ex quo per Syncopen *ditare*, quod uſitatius & receptius eſt. Illo uſus eſt Accius, cujus verſus alibi citat Cicero; Item Turpilius: *Dii me divitant.* vide Nonium c. 2 n. 201.

¶ Divitatio, ōnis, die reichmachung. *Genus divitationis ſibi non diſplicere confeſſus eſt*, Petron. 78, die manier reich zu werden.

¶ Dis, Ditis, nomen proprium, Πλούτων, divitiarum & inferorum Deus, ſic dictus per antiphraſin, quia minime ſit dives. Hæc vulgaris opinio: Sed potius exiſtimato ſic dictum, quia maxime *Dives*. *Dis* enim contractum ex *Dives*. Penes eum enim omnis terrena vis atque natura credebatur poſita, ſimulque & auctor ipſe omnibus & finitor eſſe. Vide infra *Finitor* in *Finis* & verbo *Finio*. Virg. 6 Æn. v. 126

facilis deſcenſus Averni,
Noctes atque dies patet atri janua Ditis, &c.

¶ Dis, ditis, appellativum, ditior, ditiſſimus, dives, reich. Ter. in Adelph. a. 5 ſc. 1 v. 8 *Dis quidem eſſes Demea, & rem tuam conſtabiliſſes.* Cic. de Amic. c. 16 *Ditior mihi & affluentior videtur eſſe vera amicitia*, reicher und überflüßiger. *Ditiſſimus ævi*, Silius lib. 3 v. 397, alt von jahren. *Agri*, Virgil. Æn. 1 v. 343, ſehr wohl begütert. Neutrum hujus adjectivi eſt *Dite*, quod non certo auctor Fori Rom. ex Lucretio 1 v. 414 probavit, quia poëta habet *diti de pectore*, non *dite pectus*: tutius probatur exemplo Val. Flacci, qui lib. 2 v. 296 *dite ſolum* dixit, quod Priſcianum fugit, qui lib. 6 p. 707 ait: HAEC DITIA, *cujus nominativum ſingularem in uſu non inveni: debet tamen ſecundum analogiam* HOC DITE *eſſe.*

¶ Dito, avi, atum, are, divitem facere, reich machen. Livius lib. 21 c. 60 *caſtra militem ditavére.*

¶ Ditatus, a, um, bereichert. Auctor ad Herenn. lib. 4 cap. 53 *urbs triumphis ditata.* Et Ovidius de Ponto lib. 2 epiſt. 7 v. 62

Ditata eſt ſpoliis perfida turba meis.

¶ Ditator, ōris, qui ditat, der reich macht. Auguſtin. Confeſſ. lib. 5 cap. 5 *Spiritus ſanctus conſolator & ditator fidelium.* Et Petrus Chryſologus ſerm. 9 *Venit tuus ditator in paupere.*

¶ Diteſco, ĕre, reich werden. Claudian. lib. 2 de laud. Stilic. v. 396 *Horrea diteſcunt.* Lucret. lib. 5 v. 1248 *diteſcere præda.* Plutarchus in apophthegmatis Imperatorum, Ptolemæum Lagi filium dicere conſueviſſe indicat, *Ditare, quàm diteſcere, magis eſſe regium*, τοῦ πλουτεῖν τὸ πλουτίζειν εἶναι βασιλικώτερον.

¶ Ditiſſime, adverb. ex *ditiſſimus*, ſehr prächtig. Apul. de Deo Socr. *Domos ditiſſime exornare.*

Dividia, vide in *Divido*.

DĪVĬDO, divīſi, ſum, dividĕre, partiri, ſecare, ſeparare, zertheilen, ſcheiden, trennen. Scaliger opinatur de cauſſis L. L. c. 34, eſſe a δὶς, *bis*, &

ἰδεῖν, *videre*, quia quæ divisa sunt, bis videntur. Vossius autem censet conflari ex *di* vel *dis*, & Hetrusco verbo *Iduo*, id est, partior: Vnde *Idus*, qui mensem partiuntur; unde & vidua, quæ est a marito sejuncta separataque. *Dividere in partes æqualiter*, Cic. in Orat. c. 40. *Hunc securi divisit medium*, Horat. 1 sat. 1 v. 99. ¶ 2. Distribuere, austheilen. Seneca Medeâ v. 5

Clarumque Titan dividens orbi diem.

Horat. lib. 1 carm. 36 v. 6 *Oscula dividere sodalibus*, auf der reihe herum küssen. Suet. Aug. c. 40 *Singula millia nummum à se dividebat.* Sic, *agros dividere*, est juxta partiri, distribuere, seu assignare. Suet. Aug. c. 4. Vide & Gromaticos scriptores, ubi de assignatis agris agunt. Nepos Thrasybul. c. 1 *Bona publicata inter se diviserant.*

¶ Divisus, a, um, getheilet; ut, *Divisum imperium*, apud Virgilium in Catalectis. Comp. usus est Lucret. lib. 4 v. 958

Et divisior inter se, ac distractior intus.

Ei contrarium est

¶ Indivisus, a, um, unzertheilt. Varro R. R. lib. 2 cap. 7 de equis: *indivisas ungulas habent.* Et Silius lib. 8 v. 9 *indivisus honos.*

¶ Divise, adverb. absonderlich. Gellius lib. 7 cap. 2 *versus separatim atque divise legendus.* Et lib. 1 cap. 22 *Divise pronunciandum est, ut non una pars orationis esse videatur, sed duæ.*

¶ Divisor, ōris, ein austheiler. *Divisores* dicebantur, qui pronunciatas in tribus pecunias nomine Candidatorum viritim distribuebant, Suet. Aug. cap. 3. vide Interpretes. Plautus Aulular. act. 1 sc. 2 v. 29, & act. 2 sc. 2 v. 3 *Magistros curiarum* vocat. Divisoris autem nomen criminosum fuisse, quippe tribulium in ferendo suffragio corruptoris, apparet ex Cic. Orat. pro Plancio cap. 19 m. *Quam tibi commodum est unam tribum delige tu: doce id quod debes, per quem sequestrum, quo divisore corrupta sit.* Et Id. Verrina 5 c. 69 Verres *in furis, ac divisoris disciplinâ* dicitur *educatus.*

¶ Divisio, ōnis, separatio; die zertheilung, trennung: ut, *divisio tripartita*, Cic. 3 Offic. cap. 2. *Scrupulose in partes secta divisio*, Quintilian. lib. 4 cap. 5. ¶ 2. Distributio, austheilung. Namque & sportulæ in die natali populo datæ, *divisiones* appellatæ, quod Hier. Magius observat lib. 2 Miscell. cap. 2, & Lindebrogius Observat. in Terent. Phorm. act. 1 sc. 1.

¶ Divisus, ûs, subst. idem. Livius 33 cap. 46 *Vectigalia prædæ ac divisui principum quibusdam erant.* Et lib. 45 cap. 30 *quam divisui facilis.*

¶ Divisura, æ, idem. Plin. 12 cap. 26 *platani divisura:* & lib. 14 c. 3 extr. *folio parvo & rotundo, sine divisuris.*

¶ Dividuus, a, um, separatum, divisum, vel quod divisionem admittit, theilich, getheilet, halb. Terent. in Adelph. act. 2 sc. 2 v. 33 *Potius quam venias in periculum Sannio, servesque an perdas totum, dividuum face*, erwege dich des halben theils. Sic, *coma dividua*, i. e. discreta in summo vertice, Ovid. 1 Amor. 5 v. 10. *Munus dividuum*, quod dividi potest, Horat. 1 epist. 17 v. 49. *Dividui sulci*, Claud. in Cons. Prob. & Olyb. v. 102. *Dividua ferarum viscera*, pro dissectis, Plin. 5 c. 1.

¶ Individuus, a, um, unzertrennlich, unzertheilich. Cic. lib. 1 de Fin. cap. 6 *Atomi dicuntur corpora individua.* Apul. Met. lib. 4 *individuum contubernium* dixit. vid. *Domuscula.* ¶ 2. Dialectici *Individuum* vocant, quod de uno solo prædicari potest, nec est communicabile pluribus.

¶ Dividuitas, ātis, idem quod divisio, die theilung; aliqui legunt *Dividitas*, l. 80 in fin. ff. ad leg. Falc.

¶ Individuitas, ātis, die unzertrennlichkeit. Tertull. de Orat. cap. 6 *Individuitas a corpore Christi.* Idem de Monog. cap. 5 *matrimonii individuitas.*

¶ Divisibilis, e, improbat Voss. de Vit. L. L. 3 c. 9, pro quo elegantissimus quisque *dividuus* dixit. Inde tamen est

¶ Indivisibilis, e, unzertheilich; ut, *indivisibilis materia*, apud Diomedem lib. 2 cap. de Littera, ex vetusto grammatico Scauro, ut videtur. *Anima indivisibilis*, apud Tertullian. de Anima c. 51.

¶ Indivisibiliter, adverb. idem. Tertullianus ibidem: *mors indivisibili animæ indivisibiliter accidens.*

¶ Dividia, æ, quam Festus *discordiam*, Nonius cap. 2 n. 214 & 254 *tædium* & *dissensiones* interpretatur. Sane pro molestia & dolore Plautus aliquoties posuit, verdruß, zwiespalt: ut Casin. a. 2 sc. 2 v. 10 *Sed quid est, quod tuo nunc animo ægre est? nam quod tibi est ægre, idem mihi est dividiæ;* & Bacchid. a. 4 sc. 6 pr. *Nimio illæc res est magnæ dividiæ mihi.* Fulgentius de prisco sermone n. 34. etiam per *tristitiam* exponit ex Propertio:

Dividias mentis conficit omnis amor.

¶ Dividicula, orum, sunt castella, ex quibus a rivo communi aquam quisque in suum fundum ducit, Festus.

¶ Subdivido, ĕre, hoc est, divisum magis dividere. Tertullianus adv. Judæos cap. 11 *Septem dimidiæ hebdomadarum sunt subdivisæ in abscissionem priorum hebdomadarum.* Et Augustinus lib. 3 de Trinitate, procemio: *Deinde subdivisimus, ut hæc diligentissime tractarentur.*

Divinitas, Divino, āre, Divinus, &c. vide *Deus.*

Divortium, quære in *Diverto* sub *Verto.*

Dium, Dius; Diutinus, Diuturnitas, Diuturnus; Divus, vide *Deus*, *Diu*, *Deus.*

DO, dĕdi, dătum, dăre, tribuere, conferre, exhibere, geben. Locutiones bonas infinitas cum aliis atque aliis nominibus conjunctum parit. *Da hoc mihi*, idem est, quod obsequere, gratificare; thue mir das zugefallen. Ciceroni Servius Sulpit. lib. 4 famil. ep. 5 *Da hoc illi mortuæ, da cæteris amicis ac familiaribus, da patriæ*, &c. *Facilem sese dare*, sich gutwillig erzeigen. Ovid. 1 Fastor. v. 17

Da mihi te facilem, dederis in carmina vires.

Dare se alicui, est, sui copiam facere: applicare etiam se alicui, & in ejus transire obsequium. Nepos in Att. cap. 9 *Sed etiam amici adversariis ejus se dabant, & in eo lædendo se aliquam consecuturos sperabant commoditatem.* Vbi vide Schottum. Sic, *dare se legionibus*, Tacitus dixit 1 Annal. c. 31. Terent. Eunuch. a. 3 sc. 3 v. 10 *mihi sese dare* sc. cœpit, h. e. familiariter mecum agere. ¶ Virg. 2 Æn. v. 463

qua summæ labantes
Juncturas tabulata dabant.

Vbi Servius: *Quidam* dabant, *pro* faciebant, *intelligunt.* Idem ad illud ejusdem libri v. 482 *Ingentem lato dedit ore fenestram:* DEDIT, inquit, *id est fecit. Vt Terentius: quas turbas dedit.* Terent. Eun. act. 3 sc. 2 v. 25 *Solertem dabo*; i. e. faciam, reddam, præstabo. ¶ *Dare* etiam *se* dicuntur, quæ eveniunt, & aliquem processum habent. Vt nos dicimus, es giebt sich. Virgil. 1 Georg. v. 217

Multa adeò gelidâ melius se nocte dederunt.

Gratius Cynegetico v. 143

Post ubi proceris generosa stirpibus arbor
Se dederit.

Vt res dant se, wie die sachen lauffen. Terent. in Hecyr. act. 3 sc. 3 v. 20 *Omnibus nobis ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus*, wie das glück fällt. Idem Heaut. act. 5 sc. 1 v. 43

Quot res dedere, ubi possem persentiscere?

Dedere, subaudi *se*: id est, obtulerunt. ¶ Cic. 3 Att. epist. 8 *Animum mœrori dare*, sein hertz in trauren geben. Id. de amic. c. 16 *Dare ansam*, id est, occasionem, anleitung und ursach geben. *Dare auribus*, id est, assentari & blandiri, zu liebe reden. Lib. 12 Famil. epist. 16 Trebonius Ciceroni: *Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare*; quod *auribus servire* dixit Cæsar 2 Civ. cap. 27. Sed, *aures suas alicui dare*, significat obsequi, Cic. 1 Att. epist. 5, gehorchen. *Dare beneficium*, Cicero 6 epist. 20 pro, rem gratam facere, einen dienst thun. Item, *Beneficium conferre*, ut in his Mimis:

Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter.
Beneficium dando accepit, qui digno dedit.

Dare copiam, hoc est, permittere, Ter. prol. Heaut. v. 28. Virg. Æn. 1 v. 520, erlauben. *Dare facultatem*, quod & *facere copiam*, *dare potestatem*, dicitur Terent. c. l. & Ciceroni. *Dare crimini*, id est, vitio vertere, Cic. de Cl. Orat. cap. 80, für eine sünde zumessen. *Dare damnum*, *dare malum*, schaden zufügen, utrumque apud Ter. And. act. 1 sc. 1 v. 116. Sic, *lethum dare alicui*, est interficere, Senecæ Medeâ v. 28, & *letho dare aliquem*, idem, Ovid. 3 Met. v. 120. *Dextram & fidem dare*, sancte promittere, Livius lib. 1 c. 58. *Dare fidem*, confirmare, spondere, zusagen, angeloben. *Dare dono*, Virg. eclog. 2 v. 37, verehren. *Fugæ & in fugam se dare*, est fugere, die flucht geben, flüchtig werden. Sed, *hostem in fugam dare*, fugare est, in die flucht schlagen. Exempla sunt: Cic. Verr. c. 43 *Dant sese in fugam istius præclari imperatoris nocturni milites.* Cæs. lib. 5 Bell. Gall. c. 49 *Cæsar celeriter hostes dat in fugam*; &c. *Ad terram dedit* pro abjecit Suet. Aug. 96. *Dare in terram*, *dare in lectum*, conjicere est, Lucret. 6 v. 1247. *Dare quem foras*, ejicere est. *Dare jusjurandum*, Ter. Adelph. a. 2 sc. 1 v. 11 einen eyd ablegen, schweren. *Dare manus*, est dedere se ac victum fateri, sich geben. Ita boni scriptores sæpe; Nepos 22, 1, 4. Cic. Att. 16, 3. Cæs. B. G. 5, 31. Plaut. Pers. a. 5 sc. 2 v. 72. Horat. epod. 17, 1. Aliud est, *Dare in manum.* Terent. in Phormione act. 4 sc. 3 v. 28 *Ebo dic quid velis tibi dari in manum*, was woltest du wohl heimlich nehmen, &c. & in And. act. 1 sc. 3 v. 62 *Hanc in manum dat*, sie befiehlet mir die in die hand. Vide *Manus.* *Dare tempus, diem*, est præfinire. Alia notione dicitur *tempore ad comparandum dato* Corn. Nep. 8, 2, 2, ubi *tempus dare* est tempus condere, non illico adoriri. Alia rursus notione legitur apud eumdem in Attic. cap. 2 *tempore dato adiit Regem.* *Dare mutuum*, est mutuare, leihen. *Dare negotium*, Ter. prol. Andr. befehlen, zu thun geben. *Dare nomen suum militiæ* vel *in militiam*, sich werben lassen, Livius lib. 5 c. 10. *Dare operam*, zu willen seyn, dienen. *Da mihi paullum operæ*, Ter. in Eun. a. 2 sc. 2 v. 50. Sed, *litteris discendis operam dare*, sich befleißigen. Sic, *operam stylo dare*, Sueton. Dom. cap. 20. *Dare operam præceptori*, est eum audire. Cic. 4 Acad. cap. 6 *Clitomacho* [philosopho] *Philo vester operam multos annos dedit.* *Dare palmam*, Ter. Heaut. a. 4 sc. 3 v. 31, gewonnen geben. *Dare pœnas, supplicium*, passivè, puniri, straffe leiden. Ter. Phorm. a. 4 sc. 3 v. 22 *An legibus daturum pœnas dices?* Cic. 12 Philipp. cap. 10 *Ipsi scelerati, nec dicam mihi, reipublicæ pœnas dederunt.* *Dare testimonium*; *Da mihi mutuum testimonium*, lobe mich, so will ich dich wieder loben. *Dare veniam*, zu gut halten, erlauben, Nepos 10, 2, 2. Vide *Venia.* *Dare præcipitem*, est depellere, deturbare, Ter. Andr. a. 1 sc. 3 v. 9. *Dare verba*, decipere, ibid. v. 6. *Est istuc datum*, Terent. in Eun. act. 3 sc. 1 v. 5, diese gnade hab ich von Gott: *Dare ludum pueris*, est ludendi illis potestatem facere. Vnde per metaphoram *alicui dare ludum*, dicitur pro indulgere, Plautus Bacchid. act. 4 sc. 10 v. 7 *Ego dare me ludum meo nato institui.* Ibid. eâdem scena v. 9 *dare ludum desidiæ.* Horat. lib. 3 od. 12 v. 1

Miserarum est, neque amori dare ludum,
Neque dulci mala vino lavere.

¶ 2. *Dare*, pro dicere, bonis auctoribus aliquando usurpatur, ut *accipere* pro audire. Terent. Phorm. act. 5 sc. 6 v. 38

PH. *Atque hercle ego quoque illam audivi fabulam.*
GE. *Imo etiam dabo, quo magis credas.*

Virgil. eclog. 1 *Sed tamen iste Deus qui sit, da Tityre nobis.*

Horat. lib. 2 sat. 8 v. 5 *Da, si grave non est, Quæ prima iratum ventrem placaverit esca.* Et ita hoc verbo quoque usi Ovidius, Horatius, Claudianus, &c. Sic contra *Accipe*, id est, audi, Virg. 2 Æn. v. 65. ¶ 3. *Dare* etiam disputantium verbum, cum largiuntur & concedunt aliquid, qua notione & verbo *accipio*, [vide supra in *Capio*:] item *suscipio* quandoque utimur. Cic. 1 Tusc. cap. 32 *Istos vero, qui, quod tota in hac caussa difficillimum est, suscipiant, posse animum manere corpore vacantem: illud autem, quod non modò facilè ad credendum est, sed eo concesso, quod volunt, consequens, id certe non dant.* Lucret. lib. 2 v. 1126

Nam certe fluere atque recedere corpora rebus
Multimodis dandum est.

Macrob. lib. 2 in Somn. Scipionis cap. 14 *Si damus*, ait, *& motum & quietem, necesse est, aut alia semper moveri, aut alia nunquam moveri.* ¶ 4. Sed & extra disputationes, & in commune pro *concedere* usurpatur. Plaut. Amphitr. act. 1 sc. 1 v. 54 *Neque dant, quæ petunt.* Senec. Medeâ v. 32

Da,

Da, da, per auras curribus patriis vehi.

Horat. in arte v. 53 *quid autem*

Cæcilio Plautoque dabit Romanus.

¶ 5. *Dare* & Medicorum est, cum medicamenta exhibent: ut ægrotorum contra *accipere*. Nepos Dione cap. 2 *Quo ille commotus, ne agendi cum eo esset Dioni potestas, patri soporem Medicos dare coëgit.* Nam *soporem* Nepos medicamentum soporiferum vocat. Sic, *dare medicamentum*, Curt. lib. 6 cap. 10. Medicus medicamentum dare: æger sumere dicitur. Id. lib. 10 cap. 2 *quo æger sumpto.* ¶ 6. Dare etiam Judicum est: nam *dare litem*, & *dare* absolutè, pronunciare est, sententiam ferre. Sueton. Claud. cap. 15 *Absentibus secundum præsentes dabat.* Vide ibi Torrentium & Cujacium lib. 6 Observ. cap. 27 extr. Sic, *dare ad carnificem, dare ad bestias*, est damnare. ¶ 7. Est & ludentium verbum, cum calculos ponunt, wann man einen stein giebt: ut nos etiam loquimur. Vide paullo post *Datum*. Usus ejus & in pilæ lusu est, vide infra *Dator*. ¶ 8. *Dare* etiam meretrices dicuntur, cum corporis sui copiam faciunt. Martial. lib. 9 epigr 32, quo de amica, qualem velit, agit:

Hanc volo, quæ puero jam dedit ante meo.

Et alibi. Pertinet huc quoque illud Ciceronis apud Suet. Cæsare cap. 44 *Remove isthæc, oro te: quando notum est, & quid ille tibi, & quid illi tu dederis.* Loquitur de pudicitia Cæsaris in contubernio Nicomedis illusa. ¶ pass. pro eligor. Plaut. prolog. Amphitr. v. 34

Ab justis justus sum Orator datus.

¶ Datus, a, um, gegeben. *Collegæ dati*, Nepos 7, 3, 1. *Datâ operâ*, i. e. de industria, mit fleiß, Plin 7 epist. 12 n. 6.

¶ Datum, i, plur. Data, subst. ausgab. *Ratio acceptorum & datorum.* Cic. de Amic. cap. 16 *Hoc est nimis exigue & exiliter ad calculos vocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum & datorum.* ¶ 2. Data etiam dicuntur munera, Plaut. Pseud. act. 1 sc. 3 v. 72

Non est justus quisquam amator, nisi perpetuet data.

Propertius lib. 3 eleg. 15 v. 6

Heu nullis capta Licinna datis.

Ovid. 6 Metam. v. 461 in fab. Philomelæ & Terci: *Impetus est illi* (Terco) *comitum corrumpere curam Nutricisque fidem, necnon ingentibus ipsum sollicitare datis:* ¶ Cicero Hortensio apud Nonium in SCRIPTA cap. 2 n. 781 *Itaque tibi concedo, quod in duodecim scriptis solemus, ut calculum reducas; si te alicujus dati pœnitet.*

¶ Dătio, onis, das geben, gebung. Varro lib. 3 Rei Rust. cap. 9 extr. *Remittendum in datione.* Cic. Agrar. 2 cap. 22 *Legum datio.*

¶ Datus, ûs, idem. Plaut. Trin. act. 4 sc. 2 v. 16 *Is se aurum meo datu tibi ferre ajebat.*

¶ Dător, ōris, ein geber. Virg. 1 Æn. v. 734 *lætitiæ Bacchus dator.* ¶ *Datores* in pilæ lusu dicebantur, qui mittebant primùm illam, *factores*, qui feriebant ludebantque. Plautus Curcul. act. 2 sc. 3 v. 17

Tum isti, qui ludunt, datatim servi scurrarum in via,
Et datores, & factores omnes subdam sub solum.

¶ Duim, duis, duit, duint, pro *dem, des, det, dent*, antique, a Plauto & Terentio dictum est. *At tibi Dii dignum factis exitium duint*, Ter. Andr. a. 4 sc. 1 v. 43. Exstat & apud Ciceronem ipsum. Est ex Aoristo 2 Attico Optat. δῴην, δῴης, δῴη &c. verbi δίδωμι, teste Vossio 3 de Anal. cap. 37 p. 113.

¶ Dato, datare, frequent. geben. Plautus Aulul. a. 4 sc. 4 v. 10 *te datare, credo, consuetum.* Plin. lib. 25 cap. 5 (sect. 23) *binas, non amplius, drachmas datavit.* Vide Harduin. Sidon. 5 epist. 12 *annuum tributum datare.*

¶ Datarius, a, um, das zu geben ist: ut, *Salus dataria*, Plaut. Pseud. a. 4 sc. 2 v. 13.

¶ Dativus, a, um, idem: ut, *dativi tutores, qui testamento dati sunt*, ut vult Ulpianus in fragm. tit. 11 § 14. Sed Justiniano l. ult. Cod. de legit. tut. *dativi* sunt, *qui a judice dantur*, sicuti *dativa tutela* à *testamentaria* distinguitur l. 40 Cod. de Episc. & Cler. *Dativus casus* ex Grammat. notus.

¶ Datatim, adverb. Plaut. Curcul. act. 2 sc. 3 v. 18 *Tum isti, qui ludunt, datatim servi scurrarum in viâ.* Erant enim pilâ ludendi genera, *datatim, raptim, expulsim ludere*, de quibus Turneb. lib. 7 Advers. cap. 7. Laur. Ramiresius ad Martialem, Nonius c. 2 n. 213.

I. Composita, quæ conjugationem verbi simplicis retinent:

¶ Circumdo, dĕdi, dătum, ăre, umgeben. Cicero ad Caton. lib. 15 fam. epist. 4 *Oppidum vallo & fossa circumdedi*, ich habe einen wall und graben herum geführet. *Circumdare famam inanem alicujus rei alicui*, Tacitus dixit 4 Hist. c. 11. *Portus circumdatus est mœnibus*, Nepos 2, 6, 1.

¶ Circumdătus, a, um, umgeben, eingehüllt. Virg. Æn. 9 v. 462 *Armis circumdatus in arma suscitat.* Idem 10 v. 483 *pellis tauri circumdata.* Nepos 14, 3, 2 *amiculo circumdatus.* Cic. de Divin. 2 cap. 65 *argento circumdatum aurum*, gold in silber eingefaßt.

¶ Interdo, ăre, pro quo Plautus antique habet *interduo*, Capt. a. 3 sc 5 v. 36 *dum pereas, nihil interduo.* Sic idem Rud. a. 2 sc. 7 v. 22, & Trin. a. 4 sc. 2 v. 152 *ciccum, floccum non interdare*, i. e. susque deque facere, nichts drauf geben.

¶ Interdătus, a, um, ausgetheilt. Lucret. lib. 4 v. 866 *cibus interdatus.*

¶ Pessundăre, proprie conculcare pedibus, zu boden stossen; per metaphoram, in noth und unglück bringen. Terent. in Andria act. 1 sc. 3 v. 3 *Quæ* [nuptiæ] *si non astu providentur, me aut herum pessundabunt.* Ovidius 3 Trist. eleg. 5 v. 45 *pessundare cuncta.* Plaut. Rud. a. 2 sc. 6 v. 23 *pessundedisti me blandimentis tuis.*

¶ Sătisdo, ăre, obligatione satisfacere alicui, versicherung thun, einen vorstand schaffen. Cic. pro Quint. cap. 13 post illa verba: *judicatum solvi accipiet: Quibus à me verbis satis accipiet, iisdem ipse quod peto, satisdet.* Et in ead. orat. cap. 7 *Negat æquum esse, Procuratorem satisdare, quod reus satisdare non deberet, si adesset.* Idem principio lib. 5 ad Atticum: *De satisdando te rogo, quoad eris Romæ, tu ut satisdes.*

¶ Sătisdătum, i, gethane versicherung, verbürgung. Cic. ad Attic. lib.

16 ep. 15 *Illi turpe arbitror, eo nomine quod satisdato debeat, procuratores ejus non dissolvere.* Pomponius Lege 4 Dig. de Solution. *Potius quod satisdato, quam quod sine satisdatione debeo.*

¶ Satisdatio, ōnis, genugthuung, bürgschafft, eadem est quæ satisfactio, sic enim ipsi loquuntur Jureconsulti. Pomponii verba jam vidimus: Ciceronis addo ex principio lib. 5 ad Attic. *Sunt*, inquit, *aliquot satisdationes secundum mancipium.* Vbi interpretes adeas. *Satisdationem præstare*, Vlpian. Lege 7 § *Si necessaria* Dig. Qui satisdare cogantur.

¶ Satisdātor, ōris, ein bürge, gewährmann. Gloss. gr. lat. ἱκανοδότης, *satisdator.*

¶ Superdăre, drüber thun, drauff legen. Celsus lib. 7 cap. 7 *Linamentum superdandum est.* Et ejusd. lib. cap. 2 extr. *paullum mellis infundendum, deinde glutinantia superdanda.* Conf. idem 5 cap. 28, & 7 c. 30, & 8 c. 4 &c. Et Colum. 7 c. 2 *glutinantia superdare.*

¶ Vēnundăre, vendere, venum dare, (nam & divise scribi potest) zu kauff geben, verkauffen. Vlpianus Lege 7 pr. Dig. de liberali caussa: *nisi se venundari passi sunt, ut participaverint pretium.* Tacitus lib. 14 c. 33, 5 *Capere, venundare, belli commercium.*

¶ Venundatus, a, um, verkaufft. Tac. Agricola cap. 28 *Quos per commercia venundatos, & in nostram usque ripam mutatione ementium adductos* &c. Propertius lib. 3 eleg. 19 v. 21

Tuque o Minoa venundata, Scylla, figura.

¶ Venundatio, ōnis, die verkauffung. Gloss. Cyrilli: *Venundatio*, πρᾶσις.

II. Composita quæ conjugationem mutant:

¶ Abdo, dĭdi, dĭtum, ĕre, proprie opponitur τῷ *Addere*, estque excludere, removere, a se abjungere, ut Gronovius de Sestert. lib. 4 [illegible] præclare id explicat, wegschaffen. Sic Virgilius de equo senectute confecto, Georg. 3 [illegible] schaffe es aus dem hause. quod mire interpretes torsit, qui non aliam quam occultandi notionem intellexerunt. Tibullus lib. 2 eleg. 1 v. 82 de Cupidine:

Et procul ardentes hinc, precor, abde faces.

Et Silius Italicus lib. 6 v. 21

nec magna anima puer abdere sese
Pubescente gena castris optaverat.

id est, exesse castris, ut Gronovius d. l. p. 308 interpretatur. Plautus præterea dixit, *abdere se e conspectu heri sui*, sich aus seines herrn augen machen. ¶ 2. est occultare, verbergen, verstecken. *Abdere se in interiorem partem ædium*, Cic. lib. 4 Att. ep. 3. *Abdo me in Bibliothecam*, Id. lib. 7 fam. ep. 28. *Me totum in litteras abdo*, Id. lib. eod. extr. Idem dixit, *abdere se litteris*, pro Arch. cap. 6. Et, *Abdere rem*, verstecken; ut, *abdere tabulas*, Cicer. in Pison. cap. 17.

¶ Abdĭtus, a, um, verborgen, versteckt. Horat. 1 epist. 1 v. 5 *latet abditus agro.* Vellej. 2, 110, 3 *abditus in interiora exercitus.* Livius lib. 1 cap. 58 de Lucretia, *Cultrum, quem sub veste abditum habebat, eum in corde defigit.* Idem hoc participium interdum nominascit. Plinius lib. 8 cap. 5 *in abdito*, subaudi *loco*. Horatius de Arte v. 49 *abdita rerum.* Cicero Tusc. quæst. 2, 25 *sub terram abditus.* Etiam per gradus movetur. Augustinus Confess. lib. 5 cap. 5 *quæ abditiora sunt*: & lib. 10 earumdem Confession. cap. 10 extremo: *quasi in caveis abditioribus.* Idem Augustin. Enchiridio cap. 16 *quæ abditissimis naturæ finibus occuluntur.*

¶ Abditè, adverb. occultatè, heimlich, verborgen. *Abdite latere*, Cic. 4 in Verr. cap. 75.

¶ Abditivus, a, um, qui latuit, qui abductus, amotusque fuit, vertuscht. Plautus Pœn. prol. v. 65 *filius abditivus a Patre.* Festo *abditivi* abortivi sunt, unzeitige geburten.

¶ Addere, adjungere, hinzuthun, zusetzen. Terent. in Phorm. act. 1 sc. 1 v. 7 *Quam inique comparatum est, ut hi, qui minus habent, semper aliquid addant ditioribus.* Nepos Catone: *Multas res novas in edictum addidit.* *Addere animum*, Cic. 7 Att. ep. 2, einen muth machen. *Addere calcar*, instigare, anreitzen, vide *Calcar*. Palladius lib. 1 cap. 19 extr. *Herba coniza substrata frumentis, addit ætati*, macht, daß sichs hält. Verbum hoc eleganter etiam inservit connexionibus, überdiß, worzu noch kömmt &c. Ovidius 2 de Ponto eleg. 9 v. 48

Adde, quod ingenuas didicisse fideliter artes
Emollit mores, nec sinit esse feros.

¶ Additus, a, um, hinzugethan. Horat. 2 od. 9 v. 21 *flumen gentibus additum victis.* Et 3 od. 4 v. 78 *nequitiæ additus custos.* Tac. Ann. 12, 6, 4 *Tempore addito*, pro successu temporis, mit der zeit.

¶ Additămentum, i, accessio, zusatz, zugab. Cicero pro Sextio cap. 31 *Ligus additamentum inimicorum meorum.* Seneca epist. 17 *Sapientia, ultimum vitæ instrumentum, & ut ita dicam, additamentum.* Apulejus de Deo Socr. p. 52 *quo additamento intelligas*, &c.

¶ Additio, onis, idem. Quintilianus lib. 9 cap. 3 p. 674 *Figurarum additio & abjectio.* Et Priscianus lib. 14 p. 978 de *Absque*: *Additio magis putatur* QVE. Quod addo, quia vulgaria Lexica hoc nomine carent.

¶ Additicius, a, um, beykommend. Lege 98 D. de Verbor. signif. Celsus IC. *Cato*, inquit, *putat, mensem intercalarem additicium esse.*

¶ Coaddĕre, mithinzuthun. Cato cap. 40 de R. R. [al. cap. 41] *argillam vel cretam coaddito.*

¶ Superaddere, oben drauf setzen. Virgilius ecl. 5 v. 42

tumulo superaddite carmen.

¶ Superadditus, a, um, drauf gesetzt. Virg. ecl. 3 v. 38

Lenta quibus torno facili superaddita vitis.

Et Propert. 2 eleg. 13 *laurus superaddita busto.*

¶ Condĕre, abscondere, seponere, verbergen, hinlegen, beylegen: ut, *Condere & reponere fructus*, früchte einsammlen, Cic. 2 de N. D. c. 62. Sic, *Condere frumentum*, getreyd einführen; item, korn aufschütten, Horat. 2 epist. 1 v. 140. *Condere in animum*, mercken, Seneca epist. 7.

¶ 2. Ad furtum etiam transtulit Horatius lib. 1 od. 10 de Mercurio:

Callidum, quicquid placuit jocoso
Condere furto.

¶ 3. Ponitur & pro sepelire, begraben, *In sepulcro condere*, Cicer. de

Legibus lib. 2 cap. 22. Hinc *condere*, eleganti translatione pro *finire*, posuere auctores: ut, *condere secla*, Lucretius lib. 3 extr. *Condere soles*, Virgilius eclog. 9 v. 52. *Condere diem*, Horat. lib. 4 od. 5 v. 29, & Plin. Paneg. cap. 80. *Condere lustra*, Cic. 2 de orat. c. 66 extr. Item, *Condere bella*. Male nonnulli huc trahunt illud Virgilii ecl. 6 v. 6

Namque super tibi erunt, qui dicere laudes,
Vare, tuas cupiant, & tristia condere bella.

Ibi enim *condere*, non finire est, sed componere, concelebrare carminibus, ut recte Servius interpretatur. ¶ 4. Construere, ædificare, bauen, anrichten, schaffen. *Condere urbem*, Livius 1 cap. 3. *Tyria classis Gades condidit; ab iisdem Utica condita est*, Vellej. 1, 2, 6. *Colonias condere*, idem 1, 15, 1. Et Virgil. 1 Æn. v. 37

Tantæ molis erat, Romanam condere gentem.

Idem ecl. 2 v. 61 *Pallas, quas condidit arces, Ipsa colat.* Sic, *condere carmen*, *poëma*, *historiam*, pro componere. Cic. ad Att. 1 epist. 16 *Condere alicujus laudes.* Sic &, qui primi quid invenerunt, & constituerunt, id *condidisse* perhibentur. Plin. præf. operis: *Lucilius, qui primus condidit styli nasum*, i. e. satyricum genus scribendi invenit. Sic, *Augustum condidisse imperium*, i. e. ordinasse & constituisse, Florus scribit 4, 12, 66. Apud eumdem 1, 3, 1 *Tullus Hostilius militarem disciplinam artemque bellandi condidit.* Et Justinus 36 cap. 2 de Josepho loquens: *Nam & prodigiorum sagacissimus erat, & somniorum primus intelligentiam condidit.*

¶ Condĭtus, a, um, absconditus, verdeckt, verwahrt, aufgehoben. Cic. 1 de N. Deor. cap. 60 *Agri multa ferunt, manu quæsita, quæ vel statim consumantur, vel mandentur condita vetustati.* Horat. epod. 7 v. 2 *Cur dexteris aptantur enses conditi?* i. e. absconditi vagina. Sic, *condita præcordia aperire*, sein hertz ausschütten, Idem 1 sat. 4 v. 89. *Conditum vinum*, zugespünter wein, Idem 1 od. 20 v. 3. *Pocula condita servare* aufheben. [illegible] *in conditu habere*, im vorrath haben, apud JCtos. vid. Parei Lex. Crit. p. 249. Catullus carm. 65 v. 232 *Memori tibi condita corde, Hæc vigeant mandata*, gedencke stets daran. ¶ 2. Sepultus, beerdiget. Valer. 5 Argon. v. 198 *Conditus tumulo.* ¶ 3. Comparatus, inventus, compositus, gebauet, verfertiget. Horat. 1 sat. 5 v. 92 *locus a Diomede conditus.* Virg. ecl. 10 v. 50 *Chalcidico condita versu carmina.* ¶ 4. *Conditum*, subst. & in plurali *condita* dicebantur, annonariæ species, quæ in civitatibus, aut burgis conditæ servabantur, sustinendo militi, aut comitatui Principis. *Militaria condita* Spartianus vocat Adriani vitâ cap. 11, ubi plura Casaubonus.

¶ Condĭtus, ûs, m. die erbauung. Apulejus Apolog. p. 289 de patria sua: *veteranorum militum novo conditu splendidissima colonia sumus.* Censorinus cap. 4 de Die Natali: *qui in conditu Thebarum Cadmo fuerint adjumento.*

¶ Condĭtura, æ, die verfertigung. Petronius p. 85 *Conditura vitrorum*, i. e. structura.

¶ Condĭtor, ōris, cujusque rei constructor, inventor, auctor, ein stiffter, urheber, verfertiger. *Et urbis & imperii conditor Romulus*, Florus 1, 1, 1. conf. Plin. Paneg. cap. 1. *Conditor conservatorque Romani nominis Octavius*, Vellej. 2, 60, 1. *Peripateticæ sectæ conditor Aristoteles*, Colum. 9 cap. 3 pr. *Conditor historiæ*, ein historien-schreiber, Ovid. 2 Trist. v. 416.

¶ Condĭtrix, īcis, fœm. idem. Macrobius 1 Somn. Scip. cap. 11 *Luna mortalium corporum & auctor & conditrix.* Eumenius de restaur. Schol. cap. 9 *Athenarum conditrix Minerva.* Apulejus Apolog. p. 285 *Paupertas prisca apud secula omnium civitatum conditrix.*

¶ Conditorius, a, um, zum bau gehörig. Scriban. de Pass. Christi cap. 2 *Universum solo conditorio verbo* FIAT *condere.*

¶ Conditorium, i, locus, ubi quid conditur, sive reponitur & asservatur, ein behältniß. Ita, *muralium tormentorum conditorium*, Marcellinus dixit lib. 18 Histor. cap. 22, ein zeughauß. ¶ 2. De sepulcris etiam & capulis mortuorum hæc vox scriptoribus usurpatur, ein grab. Petronius: *In conditorium etiam prosecuta est defunctum.* Suet. August. cap. 18 *Per idem tempus conditorium & corpus Magni Alexandri cum prolatum è penetrali subjecisset oculis*; Et idem Calig. cap. 52 *Gestavit interdum & magni Alexandri thoracem repetitum è conditorio ejus*, &c. Plin. 6 epist. 10 *conditoria exstruere.*

¶ Conditivus, a, um, eingelegt, aufgehoben. *Conditivis cibis sustinere pecus*, Colum. 7 cap. 9. ¶ *Conditivum* etiam subst. sepulcrum appellat Seneca epist. 60 extr. *Vivit is, qui se utitur: qui vero latitant & torpent, sic in domo sunt, tamquam in conditivo.* Rursus epist. 82 *Multum interest inter otium & conditivum.*

¶ Condĭtĭcius, a, um, was da dienet hinzulegen: ut, *Fruges conditiciæ*, *mala conditicia.* Columella lib. 8 cap. 8 pr. de columbis: *Duobus aut tribus mensibus acceptant conditicia cibaria: ceteris se ipsas pascunt seminibus agrestibus*, sie werden ein paar monat vom boden gefüttert.

¶ Condĭtīvum, i, idem; Cato, Varro & Columella. Add. Macrob. 2 sat. cap. 15, 16.

¶ Condus, i, qui condit, ut promus, qui promit conditicia. Plaut. Pseud. a. 2 sc. 2 v. 14 *Condus promus.* vid. *Promo.*

¶ Condĭtio, onis, sors, fortuna, status rerum, temporum, vitæ, gelegenheit, beschaffenheit, zustand. Cic. ad Attic. lib. 15 ep. 1 *Eâ conditione nati sumus, ut nihil, quod homini accidere possit, recusare debeamus*, darzu sind wir gebohren, und so stehet es um uns, &c. *Longe aliâ conditione sum ac ceteri*, es hat mit mir viel eine andere bewandniß. Vatinius Ciceroni ep. 10 lib. 5 fam. *Homo bonæ conditionis* dicitur, qui in bona fortuna est, h. e. qui dives est. ¶ 2. *Conditio*, ein fürschlag, bedingung, bescheid, potestas oblata eligendi. Donato definitur *pactio, certam legem in se continens*, in Andr. act. 1 sc. 1 v. 52. Terent. in Heaut. a. 2 sc. 3 v. 85 *Harum duarum conditionum nunc utram malis, vide*, welches unter diesen beyden mitteln. *Conditionem ferre, offerre, proponere, statuere*, fürschlagen, fürschlag thun. *Conditionem accipere*, einen fürschlag annehmen. Cœlius Ciceroni lib. 8 ep. 8 *Ad alterutram conditionem vult descendere Cæsar*, er will in einen der beyden fürschläge willigen. *Conditionem recusare, repudiare*, abschlagen, verwerffen. *Stare conditionibus*, darbey bleiben, halten. Contr. *fugere a conditionibus*, apud Ciceron. qui una libri 16 epist. 12 ad Tironem, omnes fere hos dicendi modos complexus est. Ejusdem quoque est, *ea conditione*, mit dem bescheid, lib. 6 epist. 7. Et, *sub ea conditione*, Plin. 4 epist. 13 n. 11. *Nullius conditionis non habuit potestatem*, Nepos in Attic. cap. 12, er konte erhalten, was er wolte. Atque ita *Conditiones* sunt etiam leges pacis, vergleichs-puncte. *Pacem fecit inter eos his conditionibus*, Nep. in Hannib. c. 6, 2 Sic, *Conditiones pacis postulare, recipere, rumpere*, Vellej. 2, 48, 5. ¶ 3. Sumitur & *Conditio* pro conjunctione sponsaliorum & nuptiarum. Hinc parentes dicebantur *liberis conditiones quærere*, i. e. nuptias. Plaut. Aulul. act. 3 sc. 5

Narravi amicis multis consilium meum
De conditione hac. Euclionis filiam
Laudant, &c.

Nepos Attico jam citato huc quoque pertinet c. 12. Sic, *conditiones circumspicere*, Suet. Augusto c. 63, &, *de conditionibus tractare*, in Claudio cap. 26 dixit. Idem Galba cap. 5 *Remansit in cælibatu: neque sollicitari ullâ conditione amplius potuit.* Habes & apud Plaut. Trin. act. 1 sc. 2 v. 22, & Quintilianum declamat. 255 in f. exempla. ¶ 4. Cicero Oratione pro Cœlio, & ad libidinosas illicitasque conjunctiones, quas vetus poëta *innuptas nuptias* appellat, traxit. *Habes*, inquit cap. 15, *hortos ad Tiberim: ac diligenter eo loco præparasti, quo omnis juventus natandi caussa venit. Hinc licet conditiones quotidie legas.* Suet. Aug. cap. 69 *Antonius objecit conditiones quæsitas per amicos* &c. ubi quidam verenda, & partes, quæ natura tegi vult, significari putant. ¶ 5. *Conditiones* etiam vocantur vocationes ad cœnam. Martial. lib. 11 epigr. 52

Cœnabis belle Juli Cerealis apud me:
Conditio est melior si tibi nulla, veni.

Apud Plaut. Capt. act. 1 sc. 2 v. 67 parasitus ab Hegione vocatus ad cœnam: *Quæ mihi atque amicis placeat conditio magis?* ¶ 6. Tandem propriam à *condendi* verbo notionem addo, ex Tertull. de habitu mulier. cap. 8, *Dei conditio est thus & merum*, id est, Dei opus, a Deo conditum, gottes-geschöpff.

¶ Conditiōnalis, e, quod ex conditione pendet, was mit beding geschicht: ut, *datio conditionalis*, Ulpian. Lege 9 Dig. de adimend. legatis, ubi *puræ* opponitur. *Venditio conditionalis*, Lege 4 pr. Dig. de in diem addictione. *Conditionalis comminatio*, Tertull. adv. Judæos cap. 13.

¶ Conditionabilis, e, idem. *Si persecutionem conditionabilem in solos Apostolos destinasset.* Tertull. adv. Gnost. cap. 11.

¶ Conditionaliter, sub conditione, adverb. bedingungs-weise. Institut. tit. de Legat. § 32. Elegantius vero est, quo exposuimus, *sub conditione*, aut *ea conditione*, quæ non modo apud antiquos Latinitatis magistros, sed veteres etiam jurisconsultos legas.

Decomposita à *Condo:*

¶ Abscondo, ĕre, i. e. penitus condere, occultare, verbergen, verstecken, vergraben. *Abscondere in latebras*, Plaut. Cistell. a. 1 sc. 1 v. 65. *Terrâ abscondere*, unter die erde vergraben; *In terram abscondere*, Columella dixit de Arbor. cap. 7. Præteritum & Supinum geminum habet, *Abscondi* & *Abscondidi*, *Absconditum* & *Absconsum*, de quibus videndus Nonius c. 2 n. 59, & Priscianus lib. 10. e. g. Silius 8 v. 191

vitreisque abscondidit antris.

Gellius lib. 17 cap. 9 *abscondisse epistolam.* Curt. 6, 6, 30 *fumus velut quadam nube absconderat cœlum.*

¶ Absconditus, a, um, & Absconsus, a, um, duplex verbale; quod a duplici supino oritur, heimlich, verborgen. Illud usitatius est: ut, *fontes absconditos aperire*, Aut. ad Herenn. lib. 4 cap. 6. Altero *Absconsus* delectatus inprimis est Julius Firmicus, qui vel uno cap. 8 libri 3 sæpius usus est, ut, *absconsarum artium magistri*; n. 4, *absconsi, subdoli*, n. 12, qui inde etiam substantivum formavit

¶ Absconsor, ōris, ein verberger. Idem Firmicus c. l. n. 5, *absconsores auri & divitiarum.*

¶ Absconditor, ōris, idem, apud eumdem Firmicum lib. 5 cap. 15 *Rerum humanarum absconditores.* Tertullianus 4 adv. Marcion. cap. 25 *Nec revelator ipse erit, qui absconditor non fuit.*

¶ Absconsio, onis, die verbergung, adfertur ex Plinii 8 cap. 16 in Lexicis: verum libri habent *abscondente.*

¶ Abscondĭtè, adverb. latenter, abstruse, heimlich. Cic. 2 de Invent. cap. 23 *non implicite & abscondite: sed patentius & expeditiùs*; add. 3 de Finib. cap. 1.

¶ Decondĕre, abscondere, deorsum condere, verstecken. Seneca ad Marciam cap. 10 *in alicujus ventrem immensæ belluæ decondet.* Quod Lipsius ex melioribus libris confirmat.

¶ Excondĕre, Tertulliani est lib. 5 adv. Marcion. cap. 18 *Verum eum & visibilem excondis præliatorem.*

¶ Incondĭtus, a, um, cujus verbum in usu Latinis non est, vel rude significat, vel inelegans, agreste, ungeschickt, ungeschaffen, unordentlich: ut, *Verba incondita*, Cic. in Orat. cap. 44. *Inconditum genus dicendi*, Idem de Clar. Orat. c. 69. *Incondita carmina*, Livius lib. 4 c. 20. *Inconditus clamor*, Curt. 3 cap. 10 n. 1. ¶ 2. insepultus. Lucan. 6 v. 101 *mista jacent incondita vivis Corpora.*

¶ Incondĭte, adverb. idem. Cic. 3 de Orat. cap. 44 *quod ille rudis incondite fundit.* Apulejus lib. 4 Metam. p. 146 *Estur & potatur incondite*, greulich, ungeheuer. Cicero de Republica apud Augustinum de Civ. D. lib. 22 c. 6 *Antiquitas recepit fabulas, fictas etiam nonnunquam incondite.*

¶ Recondĕre, seponere, beylegen, einschliessen, verwahren. *Recondere opes*, Ovid. 1 de Arte v. 628. *Gladium cruentum in vagina recondidit*, Cicer. 2 de Invent. cap. 4. *Se recondere & fores claudere*, Sen. epist. 8.

¶ Reconditus, a, um, clausum & contrarium aperto & prompto, verschlossen, verborgen; ut, *Interiores quædam & reconditæ litteræ*, nicht gemeine, heimliche künste, Cic. 3 Nat. D. c. 16. Comparat. Idem 4 Acad cap. 4 *à Lucullo reconditiora desidero*, quod Brutus ad Cicer. lib. 11 epist. 10 extr. ita circumloquitur: *Ad has litteras statim mihi rescribe*

tuorum-

tuorumque aliquem mitte, si quid reconditum magis erit. ¶ 2.* *Reconditus* interdum de eo dicitur, qui solitudinem amat, sibi vivit, domi suæ conditus, alienus a conventibus & conviviis hominum. Cic. pro Publ. Quint. cap. 18 *Naturâ tristi & reconditâ fuit: non ad solarium, non in campo, non in conviviis versatus est.* Grævius.

¶ Perreconditus, a, um, sehr geheim. Cic. 1 de Orat. cap. 30 *aut perrecondita aut valde difficilis ratio consuetudinis.*

Plura Composita a *Do*:

¶ Dēdo, ĕre, tradere est, & quasi in manus, & in perpetuum dare, zu eigen geben, ergeben. Proprie *dedere se* dicuntur, qui debellati ac capti in potestatem alterius se tradunt. Ac deprehensi quidem caput clypeo subjiciebant, si dedere se vellent. Hoc signum deditionis erat, ut Appianus lib. 2 de Bell. Civil. eo loco nos docet. quo Cæsaris contra Afranium in Hispaniâ res gestas commemorat. Victi & expugnati qua forma se traderent, Plautus ostendit Amphitr. act. 1 sc. 1 v. 71 & 102. Vide & Petr. Fabrum lib. 1 Semest. cap. 7. Hinc, *dedere se alicui*, alicui se obnoxium facere, & ita tradere est, ut plane ab ejus arbitrio pendeas. Terent. And. act. 1 sc. 1 v. 36

Cum quibus erat cunque unà, iis sese dedere,
Eorum obsequi studiis, adversus nemini.

Vbi Donatus: *Plus est dedere, quam consentire: quemadmodum in hostium potestatem hostes se dedunt.* Dedere se, est obsequi superioribus; non adversari paribus; non se præponere inferioribus. Idem Terent. Heaut. act. 4 sc. 3 v. 3 *Dedo patri me nunc jam.* Cic. *Totum se alicui dedere*; ut, *patriæ*, 2 de Leg. cap. 2. *libidinibus*, 1 Tusc. c. 30.

¶ Deditus, a, um, ergeben; ut, *Animus amori deditus*, Terent. Hecyr. a. 3 sc. 1 v. 12. *Ipse litteris a pueritia deditus cognovi*, Cicer. lib. 1 fam. ep. 7. *Animus libidini deditus*, Idem pro Cœl. cap. 19. *Deditâ operâ*; consulto, de industria, quod vulgus dicit *studiô*, aus fürsatz, Terentii est Eunuch. a. 5 sc. 2 v. 2, & Ciceronis lib. 10 ad Attic. ep. 3.

¶ Dediticius, a, um, qui se dedidit, der sich ergeben hat. Cic. ad Brutum epist. 3 extr. *interpretantur, ad tuos, sive captivos, sive dediticios pertinere.* Cæsar 1 Gall. c. 27 *in tanta multitudine dediticiorum suam fugam aut occultari, aut omnino ignorari posse.*

¶ Deditio, ōnis, die übergabe. *Deditionem facere*, Hirt. Hisp. cap. 20, sich geben. *In deditionem redigere*, Cicer. 4 Philipp. cap. 5 fin.

¶ Dīdĕre, pro distribuere, austheilen. Horat. 2 sat. 2 v. 67 *dum munia didit*, hoc est, partitur servorum officia. Et, *Diditur per agmina rumor*, Virgil. Æneid. 7 v. 144. Item, *Cibus diditur in venas*, Lucret. lib. 2 v. 1134.

¶ Dīdĭtus, a, um, herum getheilt, ausgesprengt. Lucret. 3 v. 478 *ardor vini in venas diditus.* Idem 5 v. 1092 *flammarum diditus ardor.* Virg. Æn. 8 v. 132 *tua terris didita fama.* Hinc & Silius 1 v. 186 *Fama in populos didita.*

¶ Edere, herausgeben, auslassen. *Edi in lucem*, nasci, auf die welt gebohren werden, Cic. 1 Tusc. cap. 48. *Edere clamorem*, ein geschrey anrichten, Idem 2 Divin. cap. 23. *Cædem edere*, Livius lib. 5 cap. 13. *Certamen cruentum edere*, Idem lib. 21 cap. 43. *Edere librum*, Cic. 4 Acad. cap. 4, ein buch ausgehen lassen. *Edere ludos*, *Edere nomen*, id est, præbere. *Edere rationes*, rechnung thun, berechnen, Cic. ad Atticum lib. 8 epist. 3. *Extremum spiritum edere*, seinen geist aufgeben, Idem in Philipp. 12 cap. 9. Ovidius 3 de Art. am. v. 61

Dum licet, & veros etiam nunc editis annos,
Discite, eunt anni more fluentis aquæ.

¶* *Edere* sæpe est parere, efficere. Cic. 1 de Orat. cap. 26 *Qui nihil possunt dignum hominum auribus efficere & edere.* Justin. lib. 2 cap. 2 *Hæc continentia illis morum quoque justitiam edidit*, edidit, i. e. peperit. *Grævius.*

¶ Editus, a, um, altus, erhaben, hoch. *In edito loco urbs sita*, Cæs. B. G. lib. 7 c. 69. *Locus præcelsus atque editus*, Cic. 6 Verr. c. 48. Et pluraliter *Edita* opponuntur planis. Tacitus Annal. 15 cap. 27 extr. *plana, edita, validos, invalidosque pari metu complet.* Adde eod. lib. c. 38 n. 3. Et, *edita montium*, Id. lib. 4 Ann. c. 46 n. 1. ¶ Comp. *Tumulus paullo editior*, Cæs. 1 Civ. cap. 43. *Locis editioribus occupatis*, eod. lib. cap. 7. *Editissimus locus*, Hirt. B. Alex. c. 31. Et, *editissima villa*, Tacit. Ann. 14 c. 9. ¶ 2. Gestus, exhibitus, dargestellt. Sic sæpe Vellejus; e. g. *magnificentissimo edito munere*, 2, 93. 2. *editis magnis speciosisque rebus*, 2, 76, 2. *editis haud incruentis certaminibus*, 2, 21, 6. *editis virtutum experimentis*, 2, 94, 4.

¶ Editicius, a, um, electus, erwehlt; ut, *Judex editicius*, is scil. qui ab una parte eligitur, Cic. pro Muræn. cap. 23.

¶ Editio, ōnis, die herausgebung. *Libri editionem præcipitare*, Quintil. epist. ad Tryphonem bibliopolam; quod idem vel alius Dialogo de Orator. c. 3 dixit *libri editionem festinare.* Vsus voce etiam Cicero pro Plancio cap. 16, sed alio significatu; scilicet *editio* tribuum ac judicum, ut Toxita interpretatur. *Editio* munerum & spectaculorum, Tacit. Annal. 3 c. 37 *diem editionibus, noctem conviviis trahere.*

¶ Editus, ûs, editio, ejectio. Vlpianus Lege 55 § in quibusdam 6 de Legat. lib. 3 *In quibusdam provinciis editu bubum ad hanc rem utuntur*, hoc est, stercore, excrementis.

¶ Editor, ōris, ein urheber. Lucan. lib. 2 v. 423 *nocturnæ editor auræ fluvius*, h. e. nebulas gignens. Inscriptio vetus apud Gruter. p. 345 EDITOR MVNERIS. Et Lege 18 Cod. Theod. de præt. & quæst. *editores munerum sive ludorum.*

¶ Supereditus, a, um, plus quam excelsus, drüber erhaben. Lucretius lib. 5 v. 707 *Atque oriens obitus ejus superedita vidit.*
id est, oriens Luna obitum Solis.

¶ Indere, anthun, eingeben, einpflantzen. Plaut. Menæch. a. 1 sc. 1 v. 3 *Fugitivis servis compedes indere*, id est, induere, injicere, anlegen. *Indere nomen, cognomen*, est imponere, einen nahmen auflegen, oder geben, Liv. lib. 1 cap. 34, & Gell. lib. 1 cap. 23 fin.

¶ Inditus, a, um, zugelegt, hinzugethan; ut, *inditum nomen*, Curt. 4, 9, 16. *Venenum potioni inditum*, Idem 10, 10, 17. *Affectiones primitus penitusque inditæ*, Gell. 12 cap. 5. Sic, *inditam monti urbem*, i. e. impositam, Florus lib. 3 cap. 1 sub f. liegend auf dem berge.

¶ Adindere, noch hinein thun. Cato de R. R. c. 18 *Subscudes iligneas adindito*

¶ Obdĕre, opponere, vorthun, vorschieben. Terent. in Eun. a. 3 sc. 5 v. 55 *Anus foribus obdit pessulum.* Et, *Obdere ceram auribus*, die ohren mit wachs verstopffen. Seneca epist. 31 pr. *Sapiens eris, si clauseris aures, quibus ceram parum est obdere.* Horatius lib. 1 sat. 3 v. 59

nullique malo latus obdit apertum.

¶ Perdere, amittere, quamquam hoc minus aliquanto est, gantz und gar um etwas kommen, verlieren, verderben. Seneca in Hippolyto v. 440

Quem fata cogunt, hic quidem vivat miser,
At si quis ultro se malis offert volens,
Seque ipse torquet, perdere est dignus bona,
Qui nescit uti, &c.

Oleum & operam perdere, item, *oleum & impensam perdere*, unkosten und arbeit verlieren. Cic. lib. 7 fam. epist. 1 *In quibus* [ludis] *Pompejus confitetur, se & operam & oleum perdidisse.* Vsus & Plautus Pœnulo act. 1 sc. 2 v. 119. Quæ loquendi forma de re culinaria ducta. Veteres enim ferè cibos oleo coquebant. Qui igitur coci cibum corrupissent, *oleum perdidisse* dicebantur. Etiam simpliciter, *operam perdere*, nonnunquam Tullius dixit, ut pro Muræna cap. 10, &c. *Profundere & perdere*, Cic. lib. 5 fam. ep. 5, übel anlegen, durchbringen. Terent. in Adelph. act. 1 sc. 1 v. 36 *Cur perdis adolescentem nobis?* id est, corrumpis, warum verführest du ihn? Plautus Curculione act. 1 sc. 3 v. 41 *Noli amabo verberare lapidem, ne perdas manum.*
i. e. corrumpas, vel lædas, daß du der hand nicht schaden thust. Sic, *Perdere equos*, pro corrumpere, Nepos dixit Eumene cap. 5. *Nomen perdidi*, hoc est, nomen mihi excidit, non succurrit, den nahmen habe ich vergessen, Ter. Phorm. act. 2 sc. 3 v. 39. ¶ Perdere etiam dicimus, ex quibus nullus fructus nobis redit. Sic, *Mala perdere*, eleganter dixit Seneca, quæ ita tulimus, ut nullum usum ferendi adversa inde compararemus. Locus est Consolat. ad Helviam cap. 3.

¶ Perdĭtus, a, um, profligatus, desperatus, verlohren, heilloß. *Homo perditus*, Ter. Eun. act. 3 sc. 1 v. 28 & 41, ein verdorbener, leichtfertiger mensch. *Omnia ad perniciem profligata atque perdita*, Cic. pro S. Rosc. cap. 13. Comp. Horat. 1 satyr. 2 v. 15

Quanto perditior quisque est, tantò acrius urget.

Cic. Attico lib. 8 epist. 11 *Nihil fieri potest miserius, nihil perditius.* Superl. *Omnium mortalium profligatissimus ac perditissimus*, Cicer. 5 Verrin. cap. 26.

¶ Perdite, adverb. leichtfertig, schändlich. *Perdite se gerere*, Cicer. 9 Attic. epist. 2. ¶ 2. Vehementer, valde, euserst. Terent. Heaut. a. 1 sc. 1 v. 45 *Ejus filiam ille amare cœpit perdite.* Quintilianus lib. 2 cap. 12 *conatur perdite: unde evenit nonnunquam, ut aliquid grande inveniat.*

¶ Imperdĭtus, a, um, quod perdi non potest, unverderbt. Virg. Æn. 10 v. 430 *Grajis imperdita corpora.* Quod Silius pro more imitatur lib. 10 v. 417 *imperdita corpora Pœnis.* Et Statius 3 Theb. v. 84 *imperdita Tydeo pectora*, i. e. quæ quis vel noluit, vel non potuit perdere.

¶ Perdĭtor, ōris, ein verderber. *Perditor reipublicæ*, Cic. pro Plancio cap. 36 extr. cui ibidem *servatorem* opponit. Idem in Pison. cap. 34 *vexatores ac perditores Macedoniæ.*

¶ Perditrix, īcis, idem. Tertull. Exhort. ad castit. cap. ult. *Luxuria castitatis perditrix.* Vet. Gloss. *Perditrix*, ὀλέτειρα.

¶ Perditio, ōnis, die verderbung. Plin. lib. 9 cap. 35 hoc nomine usus fertur: sed plurimi ibi MSS. libri *perdito nepotatu.* Vid. Harduinum. Alcimus Avitus lib. 4 v. 138 *perditionis iter.* Gloss. Vet. *Perditio*, ἀπώλεια.

¶ Deperdere, idem quod perdere, einbüssen. Cic. pro Font. cap. 9 *Ne quid apud vos populumque R. de existimatione sua deperderet.*

¶ Deperditus, a, um, ut perditus. Propertius lib. 1 eleg. 3 v. 11 *sensus deperditus omnes.* Phædrus lib. 1 fab. 15 *sutor inopia deperditus.*

¶ Disperdere, idem quod perdere, verderben, verthun. Cic. initio 1 Agrar. cap. 1 *Vt à majoribus nostris relictas possessiones disperdat & dissipet.* Vatinius Ciceroni lib. 5 fam. ep. 10 *cives disperdidit.* Virg. eclog. 3 v. 27 *miserum disperdere carmen.*

¶ Disperditus, a, um, verdorben. *Dii hunc disperditum lenonem volunt.* Plaut. Pœn. a. 4 sc. 2 v. 96.

¶ Disperditio, ōnis, der verlust. Cic. Philipp. 2 cap. 12 *ad disperditionem urbis venire.*

¶ Præditus, a, um, participium, cujus verbum non est in usu, angethan, begabt. Ablativo perpetuo gaudet, sed sine præpositione. Est autem *præditum esse, ornatum esse.* Vid. Valla lib. 5 cap. 15. ¶ Locutiones multas elegantes efficit. *Rectissimis studiis atque optimis artibus præditus*, Cic. pro Cœl. cap. 10, gelehrt. *Singulari virtute, constantia, gravitate, auctoritate vir præditus*, ein mann von sonderlichen tugenden, Idem pro Dom. cap. 15. Sic, *Præditus audacia, levitate, scelere*, Idem Divin. in Verr. cap. 2, & pro Flacc. cap. 3.

¶ Prodĕre, quod in formulis diversis diversa significat. Terent. in Andr. act. 2 sc. 1 v. 15 *Credo impetrabo, ut aliquot saltim nuptiis prodat dies*; in quo exemplo *prodere* idem significat, quod *porro dare*, sive *addere, ut differantur nuptiæ*, etliche tage zugeben, aufzuschieben. Vide ibi Donatum. Quomodo & apud Virg. 1 Æn. v. 251

Navibus, infandum, amissis unius ob iram
Prodimur, atque Italis longe disjungimur oris,

wir werden aufgehalten. ¶ 2. Interdum idem est, quod periculo exponere, vel perdere, quo in significatu Ennium usum hoc verbo, Festus testatur, in gefahr und noth bringen. Terent. in Adelph. a. 4 sc. 5 v. 58 *Prodidisti & te, & illam miseram, & gnatum.* Idem Heaut. act. 3 sc. 1 v. 69 *si is intellexerit,*

Prius proditurum te tuam vitam, & potius
Pecuniam omnem.

du werdest gut und blut dran setzen. ¶ 3. Idem est quod patefacere, revelare. Seneca Hippolyto v. 363 *Furor proditur vultu*, i. e. indicatur, verräth sich selbst am gesicht. ¶ 4. Item propagare Virgil. 4 Æn. v. 230 *genus alto à sanguine Teucri Proderet.* ¶ 5. Est & *prodere*, quod nos aufgeben, dicimus. Cic. 2 Divin. cap. 16 *Vrbem philosopho proditis, dum castella defenditis.* ¶ 6. Item edere, pronunciare, nominare: Liv. lib. 5 cap. 31 *interregem prodere.* Cicer. pro Mil. c. 10

Prodere Flaminem. ¶ 7. Item transmittere, monſtrare, &c. Cic. pro Flacco cap. 11 *Periculoſam exempli imitationem reliquis prodere*, böß exempel geben. Sic Id. pro Milone c. 30 extr. *prodere poſteris rem à patribus acceptam*, auf die nachkommen gelangen laſſen. Item, *Prodere memoriæ*, & *memoria*, &, *prodere litteris*, i. e. edere, herausgeben, beſchreiben. Cic. pro Milone c. 3 *Doctiſſimi homines memoriæ prodiderunt.* Et in Verrem 3 cap. 18 *quod eſt proditum memoriæ ac litteris.* At Cæſar lib. 5 cap. 12 *memoriâ proditum dicunt.*

¶ Proditus, a, um, deſertus perfidia, perfide traditus, verlaſſen, verrathen. Cic. ad Att. 3 *Ego proditus, inductus, conjectus in fraudem.* Sic *proditum* & *projectum* conjungit Cæſar lib. 1 de Bell. Civil. cap. 30. Sic, *prodita cauſſa*, perdita, Martial. lib. 8 epigr. 17. Sed, *imago ad memoriam poſteritatis prodita*, i. e. commendata, Cic. pro Rab. poſt. c. 7.

¶ Proditio, ōnis, anzeigung, verrätherey. Cicer. 5 fam. epiſt. 12 *Multorum in nos perfidiam, inſidias, proditionem notabis.* Plin. lib. 7 c. 45 fin. *Arcanorum proditio.*

¶ Proditor, ōris, deſertor, ein verräther. *Proditores patriæ*, Cic. pro Milone cap. 30. *Proditores aut deſertores ſalutis meæ*, Id. ad Quir. poſt redit. cap. 5.

¶ Proditrix, īcis, eine verrätherin. Lactant. lib. 1 Inſtitut. c. 10 *Bacchus patris proditricem, fratris interemptricem in conjugium ſibi vindicavit.* Prudent. paſſione Calagurritan. v. 11 *Fama proditrix.*

¶ Reddere, idem, frequenter quod *Dare*; ut, *reddere jus*, alias reſtituere, geben, wiedergeben, zuſtellen. *Reddere depoſitum*, ein pfand wieder zuſtellen, Cic. 1 Off. cap. 10. *Reddere beneficium*, referre, vergelten. Cic. Offic. 1 cap. 15 *Duo ſunt genera liberalitatis, unum dandi beneficii, alterum reddendi.* Ibidem: *Ea, quæ acceperis utenda, majore menſurâ jubet reddere Heſiodus. Reddere animam*, reſpirare, Id. lib. 2 de N. D. cap. 54, athem von ſich geben. *Reddere animum*, eſt confirmare, tröſten einem ein hertz machen, Ter. Andr. a. 2 ſc. 1 v. 35. Sed, *Reddere epiſtolam, litteras*, einen brieff überantworten, einhändigen, Cic. paſſim. *Reddere humorem.* Plin. 11 cap. 26, ſein waſſer laſſen. *Reddere odorem*, einen geruch von ſich geben, Idem lib. 36 cap. 19. *Ferrum acutum reddere*, ſcharff machen, Horat. Art. poët. v. 304. *Reddere rationem ſuæ vitæ*, grund und urſache ſeines wandels abſtatten. Cicer in Verr. Divin. cap. 9 *Nihil eſt, quod minus ferendum ſit, quàm rationem ab altero vitæ repoſcere eum, qui non poſſit ſuæ reddere.* Idem pro Planc. cap. 37 *Vitam reddere pro Rep.* ſein leben aufgeben, oder laſſen. *Græca Latinè reddere*, eſt interpretari, Id. 1 de Orat. c. 34. Et de opt. gen. Orat. cap. 5 *Verbum pro verbo reddere*, quod idem ſonat. *Fructum reddit ager, prædium*, das einkommen wirfft es ab, Ter. Phorm. a. 4 ſc. 3 extr. ¶ 2. *Reddere*, verbum de ſcholâ, i. e. recitare, quæ acceperis à magiſtro, ſive didiceris ac mandâris memoriæ, auffagen. Horat. lib. 4 od. 6 extr. *ego Diis amicum*
Seculo feſtas referente luces
Reddidi carmen.

Idem lib. 1 epiſt. 18 v. 13 *Credas dictata magiſtro reddere.*
Terentianus de Anacreontio choriambico:
Te genus hoc memento
Reddere, cum repoſcam.

¶ Hinc *reddere* pro narrare, exponere, referre, Tacitus ſæpe dixit; Vt 4 Hiſtor. cap. 67 *Inſigne Epponiæ uxoris exemplum reddetur ſuo loco.* Paſſim ita uterque Plinius. Manil. lib. 1 v. 563
Reſtat, ut ætherios fines tibi reddere coner.

¶ Vſurpatur & pro *dicere*, ut ſimplex *dare.* Sic, *reddere jus*, dicere eſt. ¶ Pro *reponere* uſus eſt Plaut. Moſtell. act. 1 ſc. 2 v. 27
Atque illud ſæpè fit, tempeſtas venit,
Confringit tegulas, imbricesque: ibi
Dominus indiligens reddere alias nevolt.

¶ *Reddere*, par pari referre eſt, Terent. Eun. act. 5 ſc. 7 v. 18. ¶ * *Reddere* ſæpe eſt edere. *Reddere ludos*, Terent. Andr. act. 3 ſc. 1 in fine, &, *reddere juſta*, Catoni eſt *dare juſta.* Apud Petronium *apodixim defunctoriam reddere*, eſt ſpecimen leve edere. *Grævius.*

¶ Redditus, a, um, wieder gegeben. Virg. Æn. 3 v. 40 *Vox reddita fertur ad aures.* Idem ib. 6 v. 18 *Redditus his terris.*

¶ Redditio, ōnis, die wiedergebung. Quintil. lib. 8 cap. 3 ſub finem: *Redditio illa rem velut ſubjicit oculis*; Et proximè ante hæc verba: *Similitudo cum re, cujus est imago, connectitur, collatione invicem reſpondente, quod facit redditio contraria, quæ ἀνταπόδοσις dicitur.* Et Auguſtinus Civ. D. lib. 21 cap. 7 *Redditionem rationis poſcentibus reſpondemus.*

¶ Redditor, ōris, qui reddit, ein wiedergeber. Auguſtinus epiſtola 5 *debitorum redditores.*

¶ Subdere, ſubjicere, ſubſtituere, unterlegen: ut, *ſubdere ignem*, Liv. 8 c. 30. *Ignem ad materiam ſeditioni ſubdere*, metaphorice dixit Livius lib. eodem 8 cap. 32 pro *augere*, aufruhr ſtarcken. *Subdere in alicujus locum*: Vt, Plancus Ciceroni lib. 10 epiſt. 21 extr. *Te rogo, in Hirtii locum me ſubdas*, du wolleſt mich an ſeine ſtatt verordnen und antreten laſſen. *Subdere calcar equo*, Ovid. lib. 2 de Arte am. v. 732, die ſporn geben.

¶ Subdītus, a, um, untergelegt, eingeſchoben; ut, *Subditus ignis*, Cic. 2 Nat. Deor. cap. 10. ¶ *Puer ſubditus*, i. e. ſuppoſitus, ein wechſelbalg. Terent. Heaut. act. 5 ſc. 3 v. 11 *Subditum ſe ſuſpicatur.* Et, *ſubdere filium vicini*, Argumento Plaut. Mercator. Vet. Gloſſ. *Subditus*, ὑποβολιμαῖος. Item ὑποβολιμαῖος, *ſuppoſiticius, ſubditicius.* Nam cum clam accipitur fœtus alienus, & pro vero ac legitimo venditatur, tum *ſubdi* & *ſupponi* dicuntur, cum pro veris ſubjiciuntur. Plaut. Ciſtell. act. 1 ſc. 2 v. 15 *Quæ ſæpe mecum mentionem fecerat,*
Puerum aut puellam alicundè ut reperirem tibi
Recens natum, eapſe quo ſibi ſupponeret.

Hinc *ſuppoſitus puer*, Id. Trucul. act. 1 ſc. 1 v. 70, in qua fabula ſuppoſitionis hujusmodi exemplum habes. *Subditus* ergo & *ſuppoſitus* idem.

¶ Subditus, i, ſubſtantive, ein unterthan, inauditum priſcis Latinis, qui longe aliter de iis, qui ſub ditione principum aut rerumpublicarum ſunt, loquuntur. Salluſtius Jugurth. cap. 102 *parentes abunde habemus*, wir haben unterthanen genug. Plin. Panegyr. cap. 85 n. 3 *Neque ut alia ſubjectis, ita amor imperatur.*

¶ Subditicius, a, um, ausgewechſelt; Suppoſiticius ita vocatur Gloſſatori Veteri, quem paullo ante laudabamus: *Subditicius*, inquit, ὑποβολιμαῖος. Et Plautus Pſeud. a. 2 ſc. 4 v. 62 *Subditicium fieri ego illum militis ſervum volo.* Sic & Cic. Verr. 5 c. 27 *ſubditicius archipirata* eſt fictus, ſubornatus.

¶ Subdītivus, a, um, idem Plauto Amphitr. act. 1 ſc. 2 v. 35, & act. 2 ſc. 2 v. 158. Itemque Senecæ Oedip. v. 803 *ſubditivi præmium gnati*, & Suet. Neron. c. 7 *ut ſubditivum apud patrem arguere conatus eſt.* Rurſus Gloſſator vetus: *Subditivus*, ὑποβολιμαῖος. Eleganter ad tropos & improprietatem ſermonis transfert Arnobius lib. 5 p. 179 *Non quod ſcriptum eſt, & in prima eſt poſitum verborum fronte, id ſignificatur & dicitur: ſed allegoricis ſenſibus & ſubditivis intelliguntur omnia illa ſecretis* vide ibi Elmenhorſt. p. 150.

¶ Subdīto, are, frequentativ. ex Subdere, Lucretii eſt lib. 6 v. 603
Subditat hunc ſtimulum quadam de parte timoris.

¶ Superaddere, vide paullo ante ſub *Addo.*

¶ Tradere, überantworten, übergeben. Etiam *Transdo* ſcribitur. *Arma transdere*, Cæſ. B. G. 7 c. 89. *Cauſſam adverſariis tradere*, Ter. Phorm. a. 2 ſc. 1 v. 7. Et, *provinciam alicui tradere*, Id. Heaut. a. 3 ſc. 2 v. 5. Sic, *Totum alicui ſe tradere*, Cic. lib. 16 epiſt. 1. *In diſciplinam tradere*, Id. Philipp. 2 c. 2 in die zucht und lehr übergeben. *Litteris & memoriæ tradere*, idem quod prodere litteris, &c. Martial. lib. 11 epigr. 6 *Ardua res hæc eſt, opibus non tradere mores.*
Cicero tradit, Cicero ſchreibt es. *Tradere bonas artes juventuti*, eſt docere. *Præcepta dicendi tradere*, Cicero 1 de Orat. cap. 18 extr. *artem memoriæ tradere alicui*, Idem 4 Acad. Quæſt. cap. 1. *De Deorum vi ac poteſtate diſputant & juventuti tradunt*, Cæſ. 6 Bell. Gall. cap. 13. ¶ Pro *Prodere* uſus Sedulius acroſtichide Chriſti v. 74
Tunc ille Judas Carnifex
Auſus magiſtrum tradere.

Sane & *Traditorem* pro proditore Tacitus Hiſt. 4 cap. 24 dixit, & durat hujus verbi & hodieque uſus hac notione in Idiotiſmo Italico juxta & Gallico. ¶ *Tradere aliquem alicui*, eſt fidei alicujus committere, ſeu commendare. vide mox *Traditus.* Horat. lib. 1 epiſt. 18 v. 76
Qualem commendes etiam atque etiam aſpice: ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
Fallimur, & quondam non dignum tradimus.

Et epiſt. 9 v. 3 ejusdem libri:
Scilicet ut tibi ſe laudare & tradere coner.

¶ *Tradere ſe alicui*, eſt, ad partes alicujus accedere, & ſe dedere veluti. Tacit. 2 Hiſtor. cap. 21 *Tradidêre ſe abeunti Turullius Cerealis cum compluribus claſſicis & Julius Brigantinus cum paucis equitum.*

¶ Traditus, a, um, vorgegeben, anbefohlen. *Falſa ſunt, quæ iſte tradita à magiſtro ſuo dixit*, Curt. 8, 8, 1. *Pleraque a majoribus tradita mutavit*, Idem 5, 2, 6. *Ita tradito more*, nach hergebrachter weiſe, Idem 3, 11, 23. *Traditum* & *commendatum* conjungit Cæſar lib. 3 de B. C. cap. 57. Amyntas apud Curtium lib. 7 cap. 1 *Tu Hercule (ſi verum audire vis) Rex, hujus nobis periculi cauſſa es. Quis enim alius effecit, ut ad Philotam decurrerent, qui placere vellent tibi? Ab illo traditi, ad hunc gradum amicitiæ tuæ aſcendimus.* TRADITI, id eſt, commendati. Nam paullo ante ſcripſerat Curtius, Amyntam iſtum cum Symâ omnium Philotæ amicorum cariſſimos fuiſſe, illiusque maximè ſuffragatione ad magna, & honorata miniſteria productos fuiſſe à Rege.

¶ Traditio, ōnis, die übergebung. Cic. Topic. cap. 5 extr. *Abalienatio eſt rei aut traditio, aut in jure ceſſio*, &c. ¶ 2. Doctrina, die lehre, ſatzung. *Jejuna atque arida præceptorum traditio*, Quintilianus lib. 3 cap. 1.

¶ Traditor, ōris, qui tradit, prodit, übergeber, verräther. Tacitus 4 Hiſt. cap. 24 *interfecto traditore.* Tertullianus de fuga in perſec. cap. 13 *traditorem, perſecutorem, concuſſorem* conjunxit.

¶ Contradere, apud Lucret. lib. 1 v. 401
fidem dictis contradere noſtris.
Sic Giſanius legit: alii *conradere.* Vide Th. Creechio notata.

¶ Retradere, reddere. Vlpianus Lege 9 § 7 Dig. Quod metus cauſa: *Si per vim res tradita eſt, retradatur.*

¶ Vendere etiam his compoſitis annumerant, quod nos ſub ſuam litteram rejicimus.

DOCEO, docui, doctum, docēre, erudire, inſtituere, commonefacere, unterrichten, lehren. Cic. 1 de Orat. cap. 28 *Litteras docere mercede*, um geld lehren. Seneca epiſt. 7 *Homines dum docent, diſcunt.* Rurſus epiſt. 108 *Idem & docenti & diſcenti debet eſſe propoſitum, ut ille prodeſſe velit, hic proficere.* Corn. Nep. præfat. *Docere aliquem muſicam*, die muſic beybringen. Idem, *docere lectores exemplis*, in Attic. cap. 19. Terent. Heaut. act. 4 ſc. 1 v. 35 *Male docet te mea facilitas multa*, i. e. male ſuadet facere, inducit, ut male multa facias. ¶ 2. *Docere quem fidibus*, Cicero dixit lib. 9 ad Fam. ep. 22. *Docere quem equo, armisque*, Livius lib. 29 c. 1. Quæ elliptica videntur; *Docere fidibus*, ſubaudi, *canere*: *docere equo, armisque*, ſubaudi, *uti.* Vel ſubintelligenda præpoſitio IN eſt. Quemadmodum *erudire quem in jure civili*, Cicero dixit lib. 1 de Orat. cap. 59 extr. ¶ 3. Eſt & ſignificare, exponere, narrare, certiorem facere; item, oſtendere, & declarare, demonſtrare: ut contra *diſcere* cognoſcere, andeuten, berichten. Cic lib. 3 fam epiſt. 6 *Nec litteras quidem ullas accepi, quæ me docerent, quid ageres*, die mich verſtändigten. Cæſar lib. 1 de B. C. cap. 3 *Pollicetur L. Piſo Cenſor, ſeſe iturum ad Cæſarem, item L. Roſcius Prætor, qui de his rebus eum doceant.* C. Nepos Miltiade: *Non alienum videtur, quale præmium Miltiadi ſit tributum, docere.* Et Sueton. Cæſare cap. 17 *Cum quædam ſe de conjuratione ultrò ad eum detuliſſe docuiſſet.* Sic advocati cum erudiuntur, *de cauſſa doceri* dicuntur. Plin. lib. 5 epiſt. 4 *Interrogati à Nepote, quem docuiſſent*, &c. ¶ 4. *Docere* etiam *fabulas* dicuntur earum auctores; ut *diſcere* contra actores earum; Cic. 4 Tuſcul. cap. 29 *Cum Oreſten fabulam doceret Euripides, primos tres verſus revocaſſe dicitur Socrates. Doceret*, i. e. ſcriberet aut ederet. Suet. Claud. cap. 6 *Comœdiam quoque Græcam Neapolitano certamine docuit.* Gell. lib. 17 cap. ult. *Primus omnium*

L. Livius

L. Livius Poëta fabulas docere Romæ cœpit. Vide Torrentium etiam ad supra laudatum locum Suetonii, itemque Casaub. ad Athenæum lib. 6 cap. 8, & Wowerium de Polymathia cap. 12.

¶ Doctus, a, um, gelehrt, ut eruditus, quæ duo vocabula differre tamen volunt; ut prius referatur ad disciplinas graviores, & solidam, ut ita dicam, perfectamque doctrinam; hoc ad humaniorem litteraturam, & elegantiam. Scip. Gentil. ad Apolog. Apul. p. 219. *Vir absolutè doctus,* Sueton. de Gramm. cap. 4, hochgelehrt. *Mediocriter doctus,* Idem ibidem, ziemlich gelehrt. *Doctus Græce & Latine,* ibid. cap. 7, vel, ut est apud Cicer. in Bruto cap. 46 *Litteris Græcis & Latinis doctus.* Sic, *Calamitate doctus,* gewitzigt. Cic. pro Lege Man. c. 7 *Id certe calamitate docti, memoriâ retinere debemus,* mit schaden klug gemacht. Sic, *Ora docta, Doctæ aures, Manus docta,* eine behende oder kunstreiche hand. Nam de opificibus etiam *doctrina* dicitur, ut Cl. Cuperus observavit de Apotheos. Homeri p. 116 & 186. Inscriptio vet. apud Reines. class. 17 num. 175 pag. 863

NOVERAT HIC DOCTA FABRICARE MONILIA DEXTRA.

Docti doli, geschwinde räncke, liste, Plaut. Mil. a. 2 sc. 2 v. 93. Construitur quandoque eleganter cum Casu secundo; ut, *Legum atque morum populi Rom. jurisque civilis doctus apprime,* Gell. lib. 13 c. 12. *Doctissimus Grammaticæ artis,* Plin. lib. 25 c. 2. Et cum Gerund. ut, *fandi doctissima Cymodocea,* Virg. Æn. lib. 10 v. 225. Nec inscite Catullus carm. 36 puellam *Musâ doctiorem* dixit. Et inscriptio apud Cuperum c. l. p. 116 DOCTIOR HOC NEMO FVIT. Vt non sit, quod Casaubonus in Spartiani Hadrian. cap. 15 Comparativum *doctior,* in comparatione cum aliis pro Superlativo positum [est enim ibi extremo cap. *doctiorem omnibus,*] pro idiotismo recentioris latinitatis habeat.

¶ Doctè, adverb. idem. Gell. lib. 20 cap. 1 *Philosophorum disciplinæ leges quis tam scite atque docte callet?* Martial. lib. 7 epigr. 45 *Mæonioque cupis doctius ore loqui.* Sallust. B. Jugurth. cap. 95 *doctissimè eruditus.*

¶ Dŏcilis, e, gelehrig. *Ingenium docile, puer docilis.* Quintil. lib. 1 cap. 3 *Imitatio est docilis naturæ.* Horat. 4 od. 6 *docilis modorum.* Et Silius 3 v. 233 *docilis fallendi.* Cic. 7 epist. 20 *docilis ad disciplinam.* Ac Quintil. lib. 4 c. 2 *Judex docilior & intentior.* Juvenal. sat. 14 v. 40

dociles imitandis
Turpibus ac pravis omnes sumus, & Catilinam
Quocunque in populo videas, quocunque sub axe.

Horat. lib. 2 Serm. sat. 2 v. 52

Pravi docilis Romana juventus, so das böse leicht lernet.

¶ Dociliter, adverb. idem, apud Diomedem Grammat.

¶ Dŏcīlitas, ātis, fähigkeit zu lernen. Plin. de Elephant. lib. 8 cap. 1 *Quod ad docilitatem attinet, Regem adorant.* Et Suetonius Tito cap. 3 *Docilitas ad omnes fere tum pacis tum belli artes.* Vet. Gloss. *Docilitas,* παίδευσις, ἐλλογιμότης. *Docilitas ingenii,* Nepos Attico cap. 1. Et hactenus pro discendi facultate naturali, quam natura ingenio finxit. ¶ Deinde etiam animi mansuetudo est atque lenitas. Eutropius lib. 10 cap. 4 *Constantinus ex illa favorabili animi docilitate mutavit.* Vbi doctissima Anna, Tanaquilli filia, *Animi,* inquit, *docilitas hoc loco Lenitas est.* Mox num. 9 ejusd. cap. *Affectator justi amoris, quem ab omnibus sibi & liberalitate & docilitate quæsivit.*

¶ Docibīlis, e, lehrhafft. Tertullianus de Monogam. cap. 12 ita vertit, quod in episcopi officio Paulus posuit, verbum διδακτικός, ubi Vulgatus Interpres *Doctorem* reddidit. Sic & Gloss. gr. lat. διδακτικός, *Docibilis.* Et lat. gr. *Docibilis,* εὐδίδακτος, εὐμαθής. *Docibilis, qui facile alios docet, docilis, qui facile potest doceri,* ut distinguit Scholiast. Prisciani ad lib. 4.

¶ Doctor, ōris, qui docet, ein lehrer. Cic. lib. 7 fam. epist. 19 *Libri juris civilis doctorem lumenque desiderant,* sie wollen einen lehrer und unterricht haben. *Doctores liberalium artium,* Suet. Cæsare cap. 42. ¶ 2. Poëtæ sive scriptores fabularum, qui & Græcis διδάσκαλοι dicebantur. Donatus Prolegom. Terent. *Nec deerant præmia, quibus ad scribendum doctorum provocarentur ingenia: sed & actoribus munera offerebantur,* &c. ¶ 3. Hæc vox non solum disciplinarum, artium & sapientiæ professorem notat; sed per eamdem quoque in Inscript. Fabretti p. 109 lanista significatur, qui Thraces gladiatores ad mutuam lanienam instituebat. Lanistas apud Valerium & Quintilianum *doctores* dictos, observavit Lipsius Saturn. 1 cap. 15. Applicatur & ad alia; ut p. 234 apud Fabrett. DOCTORI SAGITTAR. ubi plura vide.

¶ Campidoctor, vide supra *Campus.*

¶ Doctrix, īcis, fœm. eine lehrerin. Servius in Virg. Æn. 12 v. 159 ad verba *Auctor ego audendi* hæc commentatur: *Nomina in* TOR *exeuntia, fœminina ex se faciunt, quæ in* TRIX *terminantur, si tamen a verbo veniant, ut ab eo quod est* LEGO, *&* LECTOR *&* LECTRIX *facit:* DOCEO, DOCTOR, *&* DOCTRIX. Quidam etiam ex Apulejo de Philos. Mor. p. 14 allegant *vitiorum doctrices,* at meliores libri *ducatrices* habent. Vid. Elmenh.

¶ Doctrina, æ, lehr, kunst. *Studia doctrinæ,* die freyen künste. Cic. in Orat. cap. 10 *in maximis occupationibus nunquam intermittere studia doctrinæ.* Idem pro Arch. cap. 6 *Animum doctrina excolere,* studieren. Et in Verr. 5 cap. 88 *Omni doctrina & virtute ornatissimus homo,* ein wohlgelehrter. Item: *Ad doctrinam accedere oportet & exercitationem,* Χρὴ τῇ μαθήσει καὶ τὴν ἄσκησιν ἐπακολουθεῖν, Musonii est. Horat. lib. 4 od. 4 v. 33

Doctrina sed vim promovet insitam
Rectique cultus pectora roborant.

Cicero pro Archia cap. 7 *Sæpius ad laudem atque virtutem natura sine doctrina, quam sine natura valuit doctrina.* Glycon quispiam *doctrinam sacrum asylum,* ἱερὸν ἄσυλον dixit, referente Maximo. Non autem de gravioribus tantùm & Philosophicis *doctrina*; sed & de litteris, ut Musicâ atque Poësi dicitur; quod præter alias auctoritates & Cicero approbat 1 Tuscul. cap. 2. Sic, *Multa doctrina compares in hoc libro,* i. e. eruditio, Corn. Nep. in Catone cap. 3.

¶ Doctrinalis, e, lehrreich. Isidor. 2 cap. 24 *Philosophia doctrinalis.* Sarisb. 2, 19 *Multa sunt Mathesi doctrinali, & divinatoriæ communia.*

¶ Dŏcŭmentum, i, quod docet, exemplum, probatio, experientia, quæ nos aut doctiores reddit, aut certiores, aut prudentiores, beweiß, zeugniß, probe. Cic. pro Rab. Posth. cap. 10 *Rutilius documentum fuit hominibus nostris virtutis, antiquitatis, prudentiæ,* ein exempel der tugend, &c. Idem Philipp. 11 cap. 2 *Ex quo nimirum nos documentum capere fortuna voluit, quid esset victis extimescendum.* Et, *documenta dare,* anzeigung von sich geben. Ovid. lib. 1 Metamorph. v. 414

Inde genus durum sumus experiensque laborum,
Et documenta damus, qua simus origine nati.

¶ Documen, ĭnis, idem. Lucret. 6 v. 391 *Documen mortalibus acre.*

¶ Documentatio, ōnis, erinnerung. Gloss. lat. gr. *Documentatio,* νουθεσία.

Composita poëtica:

¶ Doctĭcănus, a, um, wohlsingend. Martianus Capella lib. 2 in Clio, musa: *Docticanis sollers ludere sensibus.*

¶ Doctilŏquus, a, um, wohlredend. Ennius apud Varronem de L. L. 6 cap. 3 *Oratores doctiloqui.* Arator in Act. 16 v. 10 *Doctiloquus convertit iter,* id est, Paulus. Et Martianus Capella lib. 9 metro 2 extr.

Doctiloquum caris juvenem complexa lacertis.

¶ Doctilŏquax, ācis, idem. Dracontius lib. 2 v. 55 *Littera doctiloquax.*

¶ Doctisŏnus, a, um, wohlklingend. Rursus Arator in Act. 17 de Paulo;

quem turba profari
Doctisonis mirata modis.

Sidonius carm. 15 v. 180 *doctisonæ artes.*

Composita cum præposit.

¶ Addŏceo, ēre, idem quod docere. Horat. lib. 1 epist. 5 de ebrietate v. 18 *Sollicitis animis onus eximit, addocet artes.*

At alii pro *addocet* legunt *ac docet.*

¶ Condŏcēre, idem. Hirtius B. Afric. cap. 19 *frenato equo uti condocuerat.*

¶ Condoctus, a, um, abgerichtet. Plaut. Pœn. a. 3 sc. 2 v. 3 *Condocta dicta ad fallaciam.* Et mox v. 4 *Condoctior sum, quam tragœdi aut comici.*

¶ Condocefacere, gewöhnen, zu etwas ziehen. Cic. 5 Tusc. Q. cap. 31 *qui animum condocefaciat, ut ea, quæ bona malave videantur, possit contemnere.*

¶ Condocefactus, a, um, gewöhnet, abgerichtet: ut, *belluæ domitæ & condocefactæ,* Cic. 2 Nat. D. cap. 64.

¶ Dedŏcere, abgewöhnen, neutrum, *dedisco* est. Quint. lib. 2 cap. 3 *Dedocendi onus gravius, quam docendi est.*

¶ Edŏcere, diligenter docere, fleissig unterrichten, anweisen. Sallust. Declam. in Cic. *Quem Minerva omnes artes edocuit.* Liv. lib. 24 c. 24 *Ordine omnia edocere.*

¶ Edoctus, a, um, angewiesen, unterrichtet. *Edoctus omnia per legatos,* Sallust. Catil. cap. 45. *Edoctus belli artes sub magistro,* Idem lib. 25 cap. 40.

¶ Edocenter, adverb. id est, utiliter ad docendum, ausführlich. Gell. lib. 16 cap. 8 *Edocenter & ad instituendum explanatè scriptum.*

¶ Indoctus, a, um, ungelehrt. Cic. Part. orat. cap. 15 *Hominum duo genera: alterum indoctum & agreste; alterum expolitum.* Horat. Art. Poët. v. 380 *indoctus pilæ.* Cicero lib. 1 Tusc. cap. 2 *Themistocles cum in epulis recusasset lyram, habitus est indoctior.* Idem lib. 2 Divin. c. 63 *ex levissimo & indoctissimo genere constant* [somniorum interpretes.] ¶ 2. Insuetus, ungewohnt. Horat. 2 od. 6 v. 2 *Cantaber indoctus juga ferre nostra.*

¶ Indoctè, adverb. idem. Cic. 2 Nat. Deor. cap. 16 *Astra qui videt, non indocte solum, verum etiam impiè faciat, qui deos esse neget.* Gellius lib. 12 cap. 5 *Dicam ego indoctius, ut ajunt, & apertiùs, quæ fuisse dicturum puto sinuosiùs atque sollertius, si quis nunc adesset Stoicorum.*

¶ Indŏcilis, e, hebes, tardus, ungeschickt, ungelehrig: ut, *Animi indociles,* Ovid. 3 Fast. v. 118. *Ingenii magnitudo non desiderat indocilem usûs disciplinam,* Cic. 4 Acad. Quæst. cap. 1. Et Silius lib. 1 v. 237

Nec Cereri terra indocilis, nec inhospita Baccho.

id est, doceri a Cerere patitur. Et lib. 11 v. 11 *indocilis quietem.*

¶ Indocibilitas, atis, die ungelehrsamkeit. Apulej. lib. 2 de Dogm. Plat. post init. *Prudentiam indocibilitas impugnat.*

¶ Perdŏcere, docere perfecte. Plaut. in Sticho act. 1 sc. 3 v. 24 *Paupertas omnes artes perdocet, ubi quem attigit,* die armuth lehret allerley kunst. *Res difficilis ad perdocendum,* Cic. pro Sext. cap. 44.

¶ Perdoctus, a, um, wohl abgerichtet. Ter. Heaut. 2, 3 v. 120 *Perdocta est probè.* Et, *Rerum varietate atque usu ipso perdoctus,* Cicero pro Cornel. Balbo cap. 27.

¶ Perdocte, adverb. sehr künstlich. Plaut. Mostell. a. 1 sc. 3 v. 122.

¶ Prædocere, ante docere, belehren. Prudentius hymno Epiphaniæ v. 72

at myrrheus
Pulvis sepulcrum prædocet.

¶ Prædoctus, a, um, belehrt. Vsus est Sallustius Jugurth. cap. 94 *prædocti a duce:* Et Plinius lib. 18 cap. 34 *prædoctus esto.*

¶ Prōdŏceo, publice, palam doceo. Horatius lib. 1 ep. 1 v. 54

hæc Janus summus ad imum
Prodocet.

¶ Semidoctus, a, um, halbgelehrt. Cic. lib. 2 de Orat. cap. 42 *Hæc ut & properans, & apud doctos, & semidoctus ipse percurro.*

¶ Subdŏcere, mit unterweisen. Cic. ad Att. lib. 8 epist. 4 *Cicerones nostros meo potius labore subdoceri, quàm me alium vis magistrum quærere.*

¶ Subdoctor, ōris, ein unterlehrer. Auson. Profess. 22 titulo: *Victorio subdoctori sive proscholo.*

DOCHIMVS, i, δόχμιος, genus pedis apud Grammaticos, & Oratores, est quinque syllabarum ᴗ – – ᴗ – *amicos tenet,* Cic. in Oratore c. 64, quem tamen inter pedes Vossius non numerat lib. 4 Instit. Orat. p. 77, cum verius sit numerus.

Docilis, Docilitas, Doctrina, Documentum, quære in *Doceo.*

DŌDĔCĂTHEON, i, δωδεκάθεον, herba, quæ alias primula veris, Plin. 25 cap. 4. ¶ *Dodecatheos* etiam cœna duodecim Deorum dicta, Sueton. Aug. cap. 70.

DŌDŌNA, æ, vel Dodone, es, urbs Chaoniæ in Epiro, juxta quam nemus fuit, in quo templum Jovis Dodonæi vetustissimo oraculo celebre. Nepos in Lysandr. cap. 3 *Dodonam adortus est*, i. e. Dodonæum oraculum corrumpere conatus. Ovid. lib. 4 Trist. eleg. 8

Hoc mihi si Delphi, Dodonaque diceret ipsa,
Esse videretur vanus uterque locus.

Symmachus lib. 4 epist. 33 *Non vides, oracula olim locuta desisse, nec ullas in antro Cumano litteras legi., Dodonam loqui frondibus, nec de spiraculis Delphicis ullum carmen audiri?* Quod autem columbas in ea silva vaticinatas fingunt, hanc habet rationem, quod mulieres fatidicas seu divinatrices linguâ suâ Thessali vocarunt πελειάδας, hoc est, columbas, Herodotus lib. 2 cap. 57. Hinc

¶ Dōdōnæus, a, um, adjectivum. *Dodonaeosque lebetes*, Virgil. Æn. 3 v. 466. Et

¶ Dōdōnius, a, um, Claudian. lib. 1 de Raptu v. 31

Cesserit inventis Dodonia quercus aristis.

¶ *Æs Dodonæum*, proverbialiter dici solet homo impense & importune garrulus, δωδωναῖον χαλκεῖον, seu τὸ ἐκ δωδώνης χαλκεῖον, v. Chiliades.

¶ Dōdōnis, ĭdis, fœm. Val. Flacc. lib. 1 v. 302 *Dodonida quercum Ingredior.*

¶ Dōdōnĭdes, um, nymphæ Δωδωνίδες. Hyginus fab. 182, qui eas nominatim quoque recenset.

DODRANS, antis, à dempto quadrante dictus, novem uncias continet, drey viertel oder neun untzen. *Ex dodrante heres*, Nepos Attic. cap. 5, ubi novem partes hæreditatis intelligit. Vid. Gronov. de pec. vet. lib. 3 cap. 10. ¶ 2. *Dodrantem* etiam σπιθαμὴν appellari, Budæus auctor est lib. 1 de asse, hoc est, mensuram duodecim digitorum, intervallum scilicet illud inter pollicem & digitum minimum diductos, seu palmum majorem, eine spanne oder viertel einer ellen. Sueton. de Augusto c. 79 *Statura ejus quinque pedum & dodrantis fuit*, fünff schuh und einer spannen hoch, aut quartæ pedis unius partis.

¶ Dodrantalis, e. Sic *crassitudinem dodrantalem* dicimus, quæ quatuor est digitorum. Plin. lib. 15 cap. 30 *Ramos spargit à radice dodrantales.* Columella lib. 5 cap. 6 *stirpem dodrantalem relinquas.*

DOGMA, ătis, δόγμα, traditionem significat, doctrinam, atque decretum, Cicerone auctore 4 Academ. c. 9.

¶ Dogmaticus, a, um, ad doctrinam aut decretum pertinens. Ausonius Idyll. 17 v. 16

Dogmaticas agitat placido certamine lites.

Dolabella, Dolabra, vide *Dolo*.

DŎLEO, ui, ĭtum, ēre, est, capere dolorem, cruciari corpore & animo, affici dolore, ægre esse, dolenter ferre, betrübt seyn, wehe thun. Cicer. pro Sext. cap. 69 *Meum casum luctumque doluerunt*, sie haben sich um meines unfalls willen bekümmert und betrübet. Sic & *Dolere de aliquo* seu *de alicujus calamitate* dicimus. Cicer. lib. 12 Attic. epist. 1 *De Atticæ febriculâ valde dolui.* Vet. Inscript. apud Grut. p. 962 n. 9 DE QVO NIHIL DOLVIT NISI MORTEM EIVS. Et apud Reinesium p. 760 DE QVA NIHIL DOLVIT, NISI MORTE. Dicimus & *pro aliquo dolere.* Seneca Consolat. ad Helv. cap. ult. *In mea tamen personâ non tantum pro te dolet.* Et, *Doleo tuam vicem*, es ist mir leid für dich. Cicer. ad Attic. 6 ep. 3 *Curionis & Pauli meorum familiarium vicem doleo.* Sic, *Id mihi vehementer dolet*, das schmertzt mich sehr, gehet mir sehr nahe, Terent. Adelph. act. 4 sc. 5 v. 48. Idem in Eunucho a. 3 sc. 1 v. 58 *Facile fit illi, quod doleat.* Cicero pro Muræna cap. 20 *Cui placet, obliviscitur; cui dolet, meminit*, id est, eorum, quæ grata sunt, ut beneficium, cito obliviscimur; iræ autem & injuriarum diu meminimus. Dicimus etiam: *Dolet caput*, Plaut. Amphitr. act. 5 sc. 1 v. 7. *Dolent oculi viro tuo*, Terent. Phorm. a. 5 sc. 8 v. 64. Et, *laude aliena dolentes*, Cic. lib. 5 fam. ep. 8, id est, invidi. Horat. de arte poët. v. 102

si vis me flere, dolendum est
Primum ipsi tibi.

¶ Dŏliens, entis, pro dolens, participium, in veteri Christianorum Inscript. apud Fabrettum p. 572 IVLIANICE PATER ET MATER DOLIENS FECERVNT. Et alia: HIC EGO SVM CORNVTVS DOLIENS CVM FILIS DVLCISSIMIS VIII. ¶ *Dolens* usitatius: *Quædam pestes hominum laude aliena dolentium*, Cic. fam. epist. 5, 8.

¶ Dolitus est, pro doluit, veteres quædam Inscriptiones apud Gruterum habent. Nam p. 793 n. 4 & 794 n. 2 legitur: DE QVA NIHIL ALIVD DOLITVS EST NISI MORTEM. Adde *Perdolitus est*, post *Perdoleo*.

¶ Dolendus, a, um, particip. passiv. apud Apulejum in Trismeg. p. 91 *Fiet*, inquit, *Deorum ab hominibus dolenda discessio*, i. e. pœnitenda, quæ dolorem afferet. Vossius Analog. 4 c. 13 p. 204 producit exemplum Ovidii: *pœna dolenda.*

¶ Dŏlenter, adv. mit schmertzen, schmertzlich. Cicero 8 Philipp. cap. 7 *Dolenter hoc dicam potius, quam contumeliose.* Val. Max. lib. 3 c. 5 n. 2 *dolenter homines ferebant.* Etiam Comparativo Cicero usus est cap. 6 pro Sext. *Dolentiùs deplorare.* Et Ovidius Metam. lib. 4 v. 246

Post Phaëthonteos vidisse dolentius ignes.

¶ Dolentia, æ, pro dolore; semel iterumque Arnobio usurpatum: Antiquissimum etiam poëtam Nævium dixisse, Gellius memorat 19 cap. 7. conf. Borrich. Cogit. de L. L. p. 91.

¶ Dolesco, ĕre, idem quod dolere. Gloss. gr. lat. ἄχθομαι, *doleo, dolesco.*

¶ Dolĭto, are, frequent. pro valde dolere. Cato de R. R. c. 156 *Omnia sana faciet, intro quæ dolitabunt.*

¶ Dŏlor, ōris, ægritudo crucians, transfertur tam ad animam, quam ad corpus, & latius patet quam *tristitia*. Differunt enim ut genus & species: omnis enim *tristitia* est *dolor*, sed non omnis *dolor* est *tristitia*: nam ægritudo illa, quæ ab externo tantum sensu nascitur, non sortitur nomen *tristitiæ*: at vero omnis ægritudo sive animi sive corporis, sive ex solo sensu externo sive ab interno proveniat, sc. phantasiâ aut ratione, verè *dolor* appellatur; wehtag, angst, schmertz, hertzeleid. *Acer doloris morsus*, Cicer. 2 Tusc. cap. 22. *Capere dolorem ex aliquo*, Idem pro Cœl. c. 14. *Accipere magnum & incredibilem dolorem*, Id. pro Dom. cap. 36, ein groß betrübniß überkommen. *Dolorem afferre cui*, Celsus lib. 5 cap. 28 n. 2. Et, *Affici dolore*, Cic. lib. 6 epist. 19. *Dolores habere articulorum*, Idem lib. 1 ad Attic. ep. 5 extr. Et, *accipere dolorem*, eadem epistola ineunte. *Dolore tabescere*, Terent. in Adelph. a. 4 sc. 3 v. 11. *Dolor vix consolabilis*, angst, die kaum trost leidet. *Dolores remittunt*, Cic. de Clar. Orat. cap. 34, die schmertzen lassen nach. *Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat*, Ser. Sulp. Ciceroni lib. 4 ep. 5, & ad Attic. lib. 3 ep. 15 *Dolores mitigantur vetustate.* Euripidis est: *Mortalis nemo est, quem non attingat dolor*, citat Cic. Tuscul. lib. 3 cap. 25. *Dolor animum desidiosissimum accendit*, Sidon. Apollin. lib. 4 epist. 11. ¶ 2. Aliquando *dolor* pro irâ ponitur. Namque & Aristoteles iram definit ὄρεξιν μετὰ λύπης: *appetitionem cum dolore.* Horatius 1 epist. 2 v. 60

dolor quod suaserit & mens.

i. e. dolor mentis, hoc est, ira. Corn. Nepos Lysandro cap. 3 *Quo dolore incensus iniit consilia, reges Lacedæmoniorum tollere.* Seneca Medeâ v. 13

ab melius dolor
Furiose loquere.

Et sub finem fabulæ:

plura non habui dolor,
Tibi quæ litarem.

¶ Dŏlōrōsus, a, um, voller schmertz, schmertzend. Veget. 4, 22 *dolorosi loci.* Cæl. Aurel. Tard. 4, 5 *Extantia resistens & dolorosa.*

¶ Dolorificus, a, um, schmertzhafft, vocabulum minus usitatum. Onomast. Vet. *Dolorificus*, ἀλγεινός.

Composita:

¶ Condŏlēre, seu Condŏlescĕre, schmertz haben, etwas wehes empfinden. Cic. in Tusc. 2 cap. 22 *Si pes condoluit, si dens, ferre non possumus*, id est, doluit. Idem 1 Acad. Qu. cap. 10 *Cum perturbationem ex homine non tollerent, naturaque & condolescere & concupiscere dicerent.* Seneca de Ira 3 cap. 10 *Vlcera ad levem tactum, deinde etiam ad suspicionem tactus condolescunt.* Horat. 1 sat. 1 v. 80 *Condoluit corpus tentatum frigore.* ¶ Observa hîc abusum vocis, quam vulgo usurpant pro συμπάσχειν, mitleiden mit einem haben, cum tamen *condolere* nihil aliud significet quam *dolere*. In illo vero sensu melius dicetur: *Vicem seu casum alicujus dolere, affici alicujus dolore vel miseria, commoveri seu perturbari malis alicujus.*

¶ Condolentia, & Condolescentia, æ, mitleiden, pessimæ notæ sunt. Purioris styli amantes aut συμπάθειαν, aut cum Cicerone *æqualem dolorem, communem calamitatem, societatem ægritudinis* &c. appellant. v. Cellar. Antib. p. 24. Apud Scriban. de Pass. Christi cap. 17 est: *Condolescentiam suam testari.*

¶ Cordolium, vide supra *Cor.*

¶ Dēdŏlēre, dolorem omnem abjecisse est, verschmertzen, seines leides vergessen. Ovidius lib. 1 de remedio amoris v. 295

Optimus ille fuit vindex, lædentia pectus
Vincula qui rupit, dedoluitque semel.

Idem Fastor. lib. 3 v. 480 *potui dedoluisse semel.*

¶ Indolēre, seu Indolescĕre, dolorem percipere, wehe und schmertzen empfinden. Cic 2 Philipp. cap. 25 *qui non indoluerit, tam sero se cognoscere.* Ovid. 2 Trist. v. 569

Non igitur nostris ullum gaudere Quiritem
Auguror, at multos indoluisse, malis.

¶ Indolescendus, a, um, bejammerns-würdig. Sidon. 2 epist. 12 *mæroris retia amicis & externis indolescenda.*

¶ Indolentia, æ, ἀναλγησία, doloris vacuitas, & perpetua voluptas est, stete freude, wollust, sicherheit, unempfindlichkeit, aliquoties Cicero; v. g. lib. 2 de Finib. cap. 4 *Num propterea idem voluptas est, quod, ut ita dicam, indolentia?* Ex quo apparet, Ciceronis ævo minus receptum vocabulum fuisse. Idem & *indoloriam* dixit, si Sidonio credimus, quamquam id analogiæ videatur repugnare. Vnde & nonnulli eruditorum Sidonium ivēre correctum, *indoloriam* in *indolentiam* mutantes. Sed illud defendit eruditiss. Savaro: quem vide ad illum Sidonii locum, qui est epist. carm. 19 præfixa. *Indolentiæ* vocabulo & Seneca usus in epist. 66 *Dolore corpus caret: quid ad hanc accedere indolentiam potest?* Et Lactantius lib. 3 cap. 8 *Corporis bona, id est, incolumitas, indolentia, valetudo.*

¶ Indŏlor, ōris, unschmertzhafft. Cæl. Aurel. Tard. 2, 4 *Indoloria medicamenta*, i. e. anodyna.

¶ Perdŏlēre, verschmertzen. Terent. in Eunuch. act. 1 sc. 2 v. 74 *Hei noster, laudo, tandem perdoluit*, id est, dolorem suum sustinere vel superare potuit. Hyginus lib. 2 Astronom. cap. 40 *Cuidam civium perdoluit inceptum Demiphontis*, ubi idem quod doluit, vel valde doluit.

¶ Perdolitus est, alia forma, pro perdoluit. Claud. Quadrigarius apud Gellium lib. 9 cap. 13 *Id subito perdolitum est cuidam T. Manlio.*

Doliaris, Doliarius, vide *Dolium*.

DOLICHUS, i, δόλιχος, legumen, phaseolus vel smilax hortensis, welsche bonen, Matthiol. vide *Phaseolus*. ¶ 2. Et Dolichus, δόλιχος, spatium est duodecim stadiorum Budæo.

DŌLIUM, i, vas vinarium, capax & ventricosum, ut Budæus ait, mensuræ tamen non certæ, eine kuffe, groß faß. Dolia autem variæ erant materiæ: fictilia *diotæ* dicebantur, a duabus ansis quasi auribus, vide *Diota*. Nec vero omnia dolia, quæ fictilia erant, ansas aut aures habebant, quod ex marmore antiquo apparet, quo Diogenis dolium ut fictile repræsentatur sine commissuris & viminibus, etiam sine diotarum auribus. Vide Jac. Sponii Miscell. Erud. Antiq. p. 125. Et hujus generis dolio Diogenem usum fuisse, etiam Juvenalis sat. 14 v. 311 suffragatur:

Sensit, inquit, *Alexander TESTA cum vidit in illa*
Magnum habitatorem, i. e. Diogenem.

Lege 26 Dig. de instructo vel instr. legato: *Dolia fictilia, item plumbea, quibus terra adgesta est, & in his viridiaria posita*, grosse blumen-äsche.

dsche. *Haurire de dolio*, Cic. de Clar. Orat. cap. 83. *In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus*, Plaut. Pseud. a. 1 sc. 3 v. 135, wir füllen ein löchericht faß. Homer. Iliad. ult. v. 527.

> Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει
> Δώρων, οἷα δίδωσι κακῶν, ἕτερος δὲ ἐάων.
> *Dolia namque Jovis duo stant in limine plena*
> *Muneribus, quæ is donat, in hoc mala sunt, bona in illo.*

Ita Erasmus. Sed Mantuan. lib. 3 Silvat. sic vertit:

> *Jupiter ante suum statuit duo dolia limen,*
> *Levum felle viret, dextrum capit aurea mella.*

¶ *Dolium inexplebile*, vel edacem nimium, vel bibacem, vel avarum dicere possumus, πίθον ἄπληστον, ein wolffs-magen.

¶ Dōliolum, i, dimin. ein fäßlein. Columell. 12 cap. 43 *Doliola nova sine pice in sole siccant.* Et Liv. lib. 5 c. 40 *condita in doliolis sacra.*

¶ Doliāris, e, wie ein faß. *Anus doliaris*, Plaut. Pseud a. 2 sc. 2 v. 64, dicke wie ein bierfaß. *Vita doliaris*, frugalis, Diogenica & sordida, ζωὴ πίθου, vide Chiliad.

¶ Doliarius, a, um, adject. zum fässern dienlich. Vetus Inscriptio apud Fabrett. p. 519 EX OFFI. DOLIARIA. ¶ Substant. ein böttger, faßbinder. Plin. lib. 3 cap. 6 de insula Pithecusa, *non a simiarum multitudine dicta, ut aliqui existimavere: sed a figlinis doliariorum.*

¶ Doliarium, i, substantivum, i. e. apotheca vel hypogeum, ein weinkeller. Lege 35 § 7 de Contrah. emt.

DŎLO, avi, atum, are, à quo verbo *Dolium* deduci volunt, est complanare, behauen, hobeln, zimmern. Cic. 2 Divinat. c. 41 *Quis robur illud cecidit? dolavit?* Translate, *aliquem fuste dolare*, Horatius dixit lib. 1 satyr. 5 v. 22. ¶ 2. *Dolare uxorem*, dixit Pomponius apud Nonium. *Vndenas dolat in die puellas*, Martial. lib. 7 epigr. 66 v. 3.

¶ Dolatus, a, um, gehobelt, gezimmert. Cicer. 4 Tusc qu. cap. 31 de homine: *Non est e saxo sculptus, aut e robore dolatus.* Et, *Dolato confisus ligno*, Juven. satyr. 12 v. 57, der sich auf ein schiff trauet, ein schiffer. ¶ *Dolitus* pro *Dolatus* Varro dixit apud Nonium 2 n. 235 *Scyphus cælo dolitus artem ostentat Mentoris.*

¶ Dlŏāmen, ĭnis, das hobeln. Apulejus principio Floridorum: *truncus dolamine effigiatus.*

¶ Dŏlātus, ûs, Subst. idem. Prudentius Psychomach. v. 837

> *Sed cava per solidum, multoque forata dolatu*
> *Gemma relucenti limen complectitur arcu.*

¶ Dolator, ōris, ein tischer, Gloss. Vet. *Dolator*, πελεκητής.

¶ Dolatorium, i, Hieronymo epist. 135 extremâ ad Suniam & Fretelam, est *ferramentum, quo lapides & ligna dolantur*, λαξευτήριον. ¶ Apud novissimos, locus in quo dolatur, officina dolatoris. Vid. Glossarium du Fresne.

¶ Dolatilis, e, quod facile dolatur, das sich hobeln oder zerhacken läßt; ut, *charta dolatilis*, apud Venant. Fortunatum. *Lapides scutanei sunt, hoc est, dolatiles*, inquit Auct. de Limit. Gösii p. 270.

¶ Dolabra, æ, ferramentum, quo cædimus aut lævigamus, eine axt, hacke, hobel. Curtius 8 cap. 4 n. 11 *dolabris silvas sternere adgressi.* Livius 9 cap. 37 *Dolabræ calonibus dividuntur ad vallum proruendum, fossasque implendas.* Curt. 9 c. 5 n. 19 *dolabris perfregere murum.*

¶ Dolabratus, a, um, behauen, behobelt. Cæsar B. Gall. lib. 7 cap. 73 *Truncis arborum aut admodum firmis ramis abscisis, atque horum dolabratis atque præacutis cacuminibus*, &c. ¶ *Secures dolabratas* simplicibus opponit Palladius lib. 1 c. ult.

¶ Dolabella, æ, dimin. à Dolabra, ein klein beil. Columella lib. 4 c. 24 *circa crus dolabellâ dimovenda terra est.* ¶ *Dolabella*, Ciceronis gener & amicus: partium Cæsaris sectator, eidem in consulatu suffectus, Asiam occupavit, & hostis judicatus, ac à Cassio Laodiceæ obsessus se ipsum interfecit. Dio Cass. lib. 45 & 47. Vellej. 2 c. 69.

¶ Dolabellianus, a, um, adject. ut, *pyra dolabelliana*, inter generosissima apud Columell. 5 c. 10.

Composita à *Dolare*:

¶ Dedŏlo, are, perfecte dolare, abhobeln. Columella lib. 4 cap. 26 *partes eorum putres dedolandæ.* Martial. lib. 11 epigr. 85 *fabrili dedolat ossa manu.* Plaut. Menæch. a. 5 sc. 2 v. 106 *Dedolare assulatim viscera.* Apul. 7 Met. p. 90 *fustium crebris ictibus persæpe dedolabar*, ich wurde offt geprügelt.

¶ Edŏlare, idem, ausarbeiten. Fabrorum est verum verbum, cum materiarum complanatur asperitas. Vsi sunt eo laudandi scriptores vetustatis, etiam ad alias fabricas rerum. Ennius dixit: *Ego unum libellum non edolem?* vid. Nonius 6 cap. 6. Cicero ad Att. 13 epist. 47 *Quod in manibus habebam, abjeci: quod jusseras, edolavi.*

¶ Circumdŏlare, umher behauen, behobeln. Plin. lib. 16 cap. 32 *Platanus circumdolatis lateribus restibilis sponte facta.*

¶ Indolatus, a, um, non dolatus, ungehobelt. Arnobius lib. 6 p. 196 *Lignum Icarios pro Diana indolatum coluisse.* Idem lib. 7 p. 253 *Lapis indolatus & asper.*

¶ Indŏlatilis, e, quod dolari nequit, das sich nicht hobeln läßt. Sidonius lib. 5 epist. 5 *corporibus ac sensibus rigidi indolatilesque.* Ita plures MSS. libri: unus *indociles.* Vide Wower.

¶ Perdŏlare, behauen, behobeln. Vitruv. lib. 2 cap. ult. *cum in materiem* [arbores illæ] *perdolantur.*

¶ Perdolatus, a, um, idem quod dolatus. Vitruv. 2 cap. 9 *Arbor præcisa alte & perdolata.* Arnob. 6 p. 209 *Fomes perdolatus in fulminis morem.*

DŎLON, ōnis, Δόλων, Trojanus, pro exploratore missus in castra Græcorum, à Diomede & Vlysse interfectus est. Homer. lib. 10 Iliad. *Dolum* Plautus vocat Pseudol. 2. 4 sc. 8.

DŎLŌN, seu Dolo, ōnis, baculus inclusum tegens ensem, vel pugionem: cujusmodi baculis monachi peregrinantes quondam utebantur, ein stab, darinn eine klinge, eine heimliche wehr, stilet, dolch. Dictus est *dolon* a *dolo*, ut Donatus auctor est ad Eunuch. Terent. act. 8 sc. 3. Virg. 7 Æn. v. 664 *Pila manu sævosque gerunt in bella dolones.* Vbi Servius: DOLO *est flagellum, intra cujus virgam latet pugio.* Hesychius, Δόλωνας ξιφίδια ἐν ξύλοις ἀποκεκρυμμένα, interpretatur. Plutarchus in Gracchis λῃστρικὸν ξιφίδιον appellat. Sueton. Claud. cap. 13 *Reperti & equestris ordinis duo in publico, cum dolone ac venatorio cultro præstolantes.* Conf. Reines. 3 Lect. Var. p. 640. ¶ 2. Phædrus *Dolonem*, pro aculeo muscæ dixit lib. 3 fab. 7 v. 3. Ita enim ibi muscam loquentem inducit:

> *Vide, ne dolone collum compungam tibi.*

¶ 3. Livius pro armamentis navalibus usus est, lib. 36 cap. 44 *Dolonibus erectis altum petere intendit:* ubi tamen velum significare videtur, minimum scilicet ad proram. Pollux lib. 1 cap. 9 ὁ ἐλάττων ἱστός, δόλων.

Dolor, Dolorificus, quære in *Doleo.*

DŎLVS, i, δόλος, fraus, deceptio, fallacia, betrug, list. *Dolus malus*, quo aliud agitur & aliud simulatur, omnis denique fallacia ad decipiendum instituta, unredliche heimliche tücke, cujus contrarium est *bona fides.* Terent. in Eunuch. act. 3 sc. 3 *Jam tum suspicio eram, dolo malo hæc fieri omnia.* Vbi Donatus: DOLVS *à lædendo dictus est, i. e. a dolando, i. e. minuendo; nam & δόλος Græcis læsio dicitur*, &c. Cicer. lib. 3 Nat. D. cap. 29 *Dolum commoliri.* Tacit. 4 Annal. c. 68 *Dolum struere*, mit betrug umgehen. Plaut. Capt. act. 2 sc. 1 *Doli non sunt doli, nisi astu colas.*

¶ Dŏlōsus, a, um, betrüglich, falsch. *Illecebræ dolosæ*, Claudian. 2 de Laud. Stil. v. 136, listige reitzung. Persius in prologo:

> *Quod si dolosi spes refulserit nummi.*

Horat. lib. 1 od. 35

> *diffugiunt cadis*
> *Cum fece siccatis amici,*
> *Ferre jugum pariter dolosi.*

¶ Dŏlōsè, adverb. betrüglich, *Agere dolose & malitiose*, Cicer. Offic. lib. 3 cap. 15.

¶ Dolositas, atis, die betrüglichkeit. Vulg. Interpr. Sirac. c. 37 v. 3.

¶ Subdŏlus, a, um, adject. fallax, arglistig, tückisch. Martial. l. 3 epigr. 58

> *Sed tendit avidis rete subdolum turdis.*

Ovid. 1 Art. am. v. 598 *subdola lingua.*

¶ Subdole, adverb. idem. *Subdole blandiri*, Plaut. in Trinum. act. 2 sc. 1 v. 12. *Subdole & versute quid invenire in caussis*, Cicer. in Bruto cap. 9.

Domabilis, Domator, vide *Domo.*

Domesticus, vide *Domus.*

Dominator, Dominium, Dominor, quære in *Dominus.*

DŎMĬNVS, i, κύριος, δεσπότης, ein herr. Origo à *domo* est. Nam domui & familiæ qui præest, ita propriè appellatur: Pater nempe familias, qui *dominus major:* nam filius ejus *dominus minor:* filia, *domina minor*, de quo & Augustinus lib. 9 Confess. cap. 8. Vide & *Herus.* Inde illud apud Ciceronem 1 de Officiis cap. 39 *Odiosum est, cum à prætereuntibus dicitur: ô domus antiqua, heu quam dispari domino dominaris!* Lege & præcedentia: quorum partem & infra in *Domus* adducemus. ¶ 2. Possessor, ein besitzer. Cic. pro Rosc. Am. cap. 8 *amplissimæ pecuniæ dominus*, der groß geld und guth hat. Idem 1 Offic. cap. 39 *Non domo dominus, sed domino domus honestanda est.* Et Virg. eclog. 3 v. 16 *Quid domini faciant, audent cum talia fures?* id est, gregis possessores. Nec amplæ tantum fortunæ debet esse, qui *dominus* appelletur; sed Apulejus quoque lib. 9 Met. p. 233 ed. Elmenh. dixit: *quidam pauper, modicæ casulæ dominus.* ¶ 3. Post ad regnantes translata vox est: à qua tamen boni principes, ne cives pro servis habere, & sic tyranni viderentur, (*Domini* enim & *Servi* Relata sunt, ut artis vocabulo utamur) abstinuerunt. Sane Augustus ut maledictum & opprobrium semper exhorruit, Suetonio auctore cap. 53. Recusavit Tiberius, ut videretur bonus. Idem in Tiberio cap. 27, & Tacitus Annal. 2 cap. 87. Alexander Severus se ita appellari vetuit, quia revera bonus erat, Lampridio teste ejus vita cap. 4 ineunte. Primus ex Romanis Imper. Caligula usurpavit hoc nominis, ut Aurel. Victor observat de Cæs. cap. 3; Eusebius hoc Domitiano tribuit. Et notum est, quod Epistolis suis ille, ut Suetonius ejus vitâ cap. 13 observat, præscribere solitus fuit: *Dominus Deus noster sic fieri jubet.* Vide Barth. ad Claudian. p. 472, Rhodium ad Scrib. Larg. p. 12 seq. & τὸν πάνυ Spanhem. de Vsu Numism. p. 729 seq. Post ita invaluit, ut *Dominum* & *Imperatorem* seu *Principem* dici idem esset propemodum. Sic apud Plinium lib. 10 Epistolarum ad Trajanum frequentissime compellatio hæc legitur, *Domine.* Antoninus Diadumenus Epist. ad Matrem apud Lampridium Diadumeno, extr. *Dominus noster* (Opilium Macrinum Imperatorem, patrem suum intelligit,) *nec te amat, nec ipsum se, qui inimicos suos servat.* Julianus desertor etiam refugit hanc appellationem, sed post ejus excessum rediit consuetudo prior. Vide & Voss. lib. 4 Instit. Orat. pag. 220. ¶ 4. Post ad alios quoque translatum, qui aliis essent præpositi. Nam & qui factionibus aurigariis præerant, *Domini factionum* appellabantur. Cujusmodi exemplum apud Suetonium habes Nerone cap. 5 & 22. Vide ibi Torrentium. Appellabantur & *domini dominæque* nonnunquam, honoris caussâ, & per blanditiam & adulationem. De adulatoribus vide Casaubonum ad Theophrasti Characteres pag. 121. Honoris caussa & per blanditiam ita frequenter se salutabant mariti invicem. Tibull. lib. 1 eleg. 2 *Janua difficilis domini*, &c. i. e. mariti, ut Scaliger exponit. Ita Suidas in illa voce præconis mulierem Athenis in jus vocantis, ASPASIA & DOMINVS EIVS CITATVR; *Dominum* maritum explicat. Ovid. lib. 3 Amor. eleg. 7 v. 11

> *Et mihi blanditias dixit*, dominumque *vocavit*,
> *Et quæ preterea publica verba juvant.*

Alia exempla notat Marcilius ad lib. 2 Horatii od. 12. Vid. Barth. ad Calpurn. p. 344, & ad Stat. Silv. pag. 47. Rittershus. ad Salvian. p. 266 seq. ¶ 5. Quin commune honoris vocabulum *Dominus*, quo promiscuè patres, fratres, obvii, per catachresin, & uxores *Dominæ* jam Senecæ temporibus &c. blandius appellabantur, ut notat Lipsius ad 2 Annal. Tacit. sub fin. In quam rem eleganti epigrammate lusit Palladas in Anthologia Græcorum epigrammatum, quod ita vertit Alciatus:

> *Munera qui dederit*, dominus fraterque *vocatur;*
> *Si quis nulla ferat, vix bene frater erit.*
> *Hæc pretio mera verba gravi venalia præstant;*
> *Ipse sed ut* dominus, *sic nec ero* dominus.

vide Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 219 & Scriverium ad Martialem lib. 1 epigr. 113. Qui & servos notat à dominis suis aliquando per ludum *dominos* appellatos ad lib. 1 epigr. 80 &c. Hæc autem ad corniora illa tempora referenda sunt; non antiqua illa atque severa; quæ quàm abominata hoc nomen sint, Seneca docet epist. 47. Sed idem epist. 3 *Obvios*, inquit, *si nomen non succurrit, dominos salutamus.* ¶ 6. Hodie communis titulus ingenuorum omnium est, ut vix liceat mediocris sortis hominem appellari nisi præmisso *dominationis* honore, contra indolem veteris latinitatis, cujus studiosi ab hisce blanditiis aut ineptiis, quantum fieri potest, temperant. ¶ 7. Deum καθ' ἐξοχὴν & absolutè appellari *Dominum*, sacrarum litterarum propria ratio est.

¶ Domina, æ, eine gewalthaberin. Cic. pro Marcell. cap. 2 *Fortuna domina est rerum humanarum.* Idem de Finibus lib. 2 cap. 12 *Dominæ rerum omnium virtutes.* Idem in Pison. cap. 2 pr. *Sit sane fors domina campi*, wer das glück hat, führet die braut heim. vide supra *Campus.* Et 2 Offic. cap. 10 *Voluptates, blandissimæ dominæ, sæpe majores partes animi à virtute detorquent.* ¶ Deinde Domina iisdem notionibus, quibus Dominus, ad varia transfertur, ut dictum supra est. Inprimis heræ, matronæ, filiæque familiarum, hoc nomine augebantur, & post annum decimum quartum ætatis Dominarum nomen puellis Romanis datum, Tiraquellus notat ad leg. 5 Connubial. c. 11, 12. Paulus Cypræus lib. 2 de Jure Connub. cap. 8. Epictet. Enchir. c. 55, eine hauß-frau, hauß-jungfer. ¶ Amasias amatores quoque *dominas* per blanditias appellabant, quod ex amatoriis poëtis, & Petronio de Quartilla, notum est. ¶ Notetur *Dominis* pro *Dominabus*, apud Curtium 3, 12, 8.

¶ Dominŭlus, i, dimin. ein herrlein, l. 41 § 4 ff. de legatis 3.

¶ Dominium, i, imperium, principatus, herrschafft, regierung. Sueton. Tiber. cap. 59 *impatientes dominii.* Val. Maximus lib. 4 c. 4 pr. *Dominium rerum collabi solet.*

¶ Dominicus, a, um, adject. ad dominum pertinens, quod domini est, dem herrn gehörig. Seneca epist. 47 *Adjice obsonatores, quibus dominici palati subtilior notitia est*, einkäuffer verstehen, was ihrem herrn schmecket. Petronius Arbiter p. 76 *vinum dominicum*: & in Tragur. fragm. p. 3 *Quisquis servus sine dominico jussu foras exierit.* Arnobius lib. 2 p. 61 *Columbæ discit manu missa revolare ad dominicas sedes.* Inscript. antiqua apud Velser. in Monum. Aug. MERVM DE APOTHECA DOMINICA. ¶ 2. Sacro usu *Dominicus* est divinus, seu quod Dei est, ad Deum pertinens: ut, *Dominicæ gratiæ visceratio*, apud Tertull. 3 adv. Marc. c. 7 extr. hoc est, dispensatio divinorum bonorum. Sic, *Dominicus dies*, (sonntag) quem religiosum haberi instituit Constantinus, ut Eusebius narrat lib. 4 de vitâ Constantini. Atqui Justini tempore, justum & religiosum habitum hunc diem, ex Apologiâ ejus secundâ constat. Itaque non sub Constantino cœpit ejus diei religio, sed peculiari & novâ constitutione sancita firmataque fuit. Vide Heraldum ad Tertulliani Apologeticum p. 153, & Barnabam Brissonium ad L. Dominico C. de feriis: itemque Riveti dissertationem de origine Sabbati cap. ult. ¶ Idem Eusebius & templa Christianorum *Dominica*, κύρια, appellata fuisse tradidit, à qua voce sine dubio hodie est, ein Dom oder Thum. Vide supra *Basilica.* D. Hilarius ad Constantinum extremo libro: *Verentes igitur illi populi judicium è Dominico ad palatium transeunt.* DOMINICVM vocat, quod paullo inferius *Ecclesiam* dixerat.

¶ Dŏmĭnor, atus sum, ari, rerum potiri & imperium gerere significat, gewalt haben, herrschen. Cicer. in Orat. cap. 65 *Vbi libido dominatur, innocentiæ leve præsidium est*, unter muthwilligen herren hat unschuld wenig schutz. Construitur varie, *alicui, in quem, inter quos, in quo.* Virg. 1 Æn. v. 285 *victis dominabitur Argis.* Claudianus lib. 1 in Rufin. v. 143 *toti dominabere mundo.* Cic. de Senect. cap. 11 *Senectus honesta dominatur in suos.* * Est hoc verborum illorum, quæ male ejecerunt, interpretatio, sed posteriorum temporum. *Dominari* enim *in suos* sub republica libera tribuebatur tantum tyrannis. Notum enim est, quam invisum fuerit vocabulum *dominari* & *dominus* in libertate. Inde nec Augustus, nec Tiberius *domini* volebant salutari. Ergo pro *dominatur in suos*, legendum, *vindicat jus suum.* Grævius. Curtius 8 c. 7 pr. *quasi in mancipia dominaris.* Cæsar 2 B. Gall. c. 31 *inter quos dominari consuessent*: ubi Metaphrasta, ὧν ἄρχειν. Ovid. 3 Amor. el. 6 v. 63 *inter dominabere Nymphas.* Quintilianus lib. 2 cap. 5 *Orator dominatur in affectibus, atque in pectora irrumpit.* Servius Ciceroni lib. 4 ep. 12 *Casus & fortuna in nobis dominantur.* Insolens & Græcanicum est, cum Tertullianus principio de Habitu mulier. divinam sententiam Genes. 3 vertit: *ille dominabitur tui.* ¶ Passive vetus poëta apud Cic. 1 Offic. cap. 39 *O domus antiqua, heu quam dispari dominare domino!*

¶ Dominans, antis, herrschend. Cic. 1 Tuscul. cap. 30 *Vetat dominans ille in nobis Deus.* Comp. *Dominantior* est Lucretii lib. 3 v. 398.

¶ Dominatus, a, um, imperium habens, herrschend. Virg. Æn. 2 v. 363

Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos.

¶ Dŏmĭnātus, ûs, imperium, herrschafft, gewalt. *Occupare dominatum*, Cicero lib. 5 Tusc. cap. 20. *Dominatu premi*: Cic. lib. 1 de Divin. cap. 25 *Vrbs à tyranno crudeli dominatu premebatur.* Prudentius Hamartig. v. 515

quorum dominatibus humidus iste
Et pigris densus nebulis obtemperat aër.

Cæterum *Dominatus* & *Principatus* differunt; *Dominatus* est imperium despoticum atque tyrannicum; *Principatus* regium, & quod cum libertate est. Vnde Plinius Panegyr. Trajani cap. 45 *Scis, ut sicut diversa natura dominatio & principatus, ita non aliis esse Principem gratiorem, quàm qui maximè Dominum graventur.* Huc dictum illud Tiberii pertinet: *Dominum se servorum, Imperatorem militum esse: cæterorum Principem.* Sic *dominatus* & *servile imperium* synonyma Donato sunt Terentii Andr. act. 1 sc. 1 v. 9. Vide infra. Conf. etiam Voss. lib. 1 Instit. Orat. pag. 39, qui δεσποτείαν, medium inter βασιλείαν, & τυραννίδα locum obtinere dicit.

¶ Dŏmĭnātor, ōris, ein regierer, herrscher; ut, *Dominator rerum Deus*, Cic. 2 Nat. D. c. 2 ex Ennio. Seneca Hippolyto v. 1159 ad Neptunum:

Profundi sæve dominator freti.

¶ Dŏmĭnātrix, īcis, eine regentin. *Dominatrix cæca & temeraria animi cupiditas*, die blinde und vermessene gebieterin, Cicer. 1 Invent. c. 2. Et rursus Seneca Hippol. v. 85

O magna vasti Creta dominatrix freti.

Ac Prudentius Apotheos. v. 88 *dominatrix rerum.*

¶ Dominatio, ōnis, gewalt zu regieren, gebiet, regiment. Cicero Attico lib. 8 ep. 11 de Pompejo & Cæsare: *Dominatio quæsita ab utroque est: non id actum, beata & honesta civitas ut esset.* Auct. ad Herenn. lib. 4 cap. 19 *Non sunt omnia committenda fortunæ, ne magnam nimis in nos habeat dominationem.* Et Asin. Pollio ad Cicer. lib. 10 epist. 31 *Vita sub dominatione misera est.* ¶ 2. Pro tyrannide & illegitima usurpatione imperii, ut *Dominatus*, de quo supra. Hinc Tacitus *Dominationes* ab *ambitione* & *vi* productas scribit 3 Annal. cap. 26. *Postquam*, inquit, *exui æqualitas, & pro modestia ac pudore ambitio & vis incedebat; provenere dominationes.* Vet. Gloss. *Dominatio*, τυραννίς, δεσποσύνη. *Nefanda dominatio*, Vellej. 2, 60, 4. *Vim dominationis experiri*, ibid. c. 68, 4.

¶ Prædominari, vulgus utitur: tu dices rectiùs *dominari aliis*, vel *præ aliis.*

DOMITIVS, i, gentis Romanæ nomen, quæ duas dedit familias, *Calvinorum* & *Ænobarborum*: ex quâ Domitius Nero natus, qui post Claudium imperium adeptus est. Vide Suetonium ejus vitâ prioribus 5 capp. ¶ *Domitius Afer* Orator fuit, quem Dio Cassius lib. 59 *eloquentissimum* vocat: libro sequenti *omnes caussarum patronos suæ ætatis superasse* scribit. Meminit ejus Auctor Dialogi de causis corruptæ eloquentiæ non semel: non infrequenter & Quintilianus, quem senem ab adolescentulo se fuisse cultum lib. 5 cap. 7 scribit. Natum Augusto Principe puto: nam sub Tiberio Claudiam Pulchram accusavit. Sub Nerone mortuus est. Vide Tacitum 4 Annal. cap. 52, & lib. 14 cap. 19. Qui cum eloquentiam ejus prædicet, mores reprehendit. Meminit & S. Hieronymus epist. 2 ad Nepotianum de Clericorum vita, eique hoc dictum refert: *Cur ego te habeam ut principem, cum tu me non habeas ut Senatorem?* Sed Quintilianus hoc L. Crasso tribuit lib. 11 c. 1. ¶ *Domitius*, Deus conjugii apud antiquos, qui adhibetur, ut in domo sit nova nupta. vid. Augustin. 6 de Civ. D. cap. 9.

¶ Domitianus, i, Flavius, Vespasiani filius, Imperator sævitia nimius, muscas captare, & stylo præacuto configere solitus, de quo Suetonius ejus vita, & Aurel. Vict. cap. 11.

¶ Domitianus, a, um, adject. idem ac stultus; ut, *Domitiana quæstio*, i. e. stulta, l. 24 ff. qui test. fac. poss.

Domitura, Domitus, vide in *Domo.*

DŎMO, domui, domĭtum, domare, δαμάζειν, zähmen, bändigen, zwingen. Ovid. lib. 2 de Arte am. v. 183

Obsequium tigresque domat tumidosque leones.

Cicer. de provinc. consul. cap. 13 *Omnes has nationes frangi domarique cupimus.* ¶ *Domare carnem ferventibus undis*, Ovid. 8 Metam. v. 650, das fleisch weich kochen.

¶ Dŏmĭtus, a, um, gezähmt, bändig. Cic. 2 Nat. D. c. 64 *belluæ domitæ & condocefactæ.* Et de Orat. 1 c. 43 *domitas habere libidines*, seiner begierden herr seyn. Idem pro Font. c. 1 *Bello domitus*, ein überwundener. Vellej. 2, 53, 3 *domitus orbis terrarum.*

¶ Domitus, ûs, subst. die bändigung, zähmung. Cic. 2 Nat. Deor. c. 60 *Efficimus domitu nostro quadrupedum vectiones.*

¶ Domitura, æ, idem. Columella lib. 6 cap. 2 de bubus domandis: *ut exiguus in domitura labor & minus sit periculi.* Plin. lib. 8 c. 45 *Domitura boum in trimatu, postea sera, antea prematura.*

¶ Dŏmĭtor, ōris, ein bändiger, bezwinger. Cicer. 1 Offic. c. 26 *Equos domitoribus tradere.* Idem pro Milone c. 13 *domitor armorum.*

¶ Dŏmĭtrix, īcis, eine bezwingerin. Virg. 3 Georg. v. 44 *domitrix Epidaurus equorum.* Seneca Troad. v. 819 *Maris vasti domitrix Iolcos*, Jasonis Argonautæ patria.

¶ Dŏmātor, ōris, alia & forte antiqua forma, pro *Domitor*, dixit Tibullus lib. 4 ad Messallam panegyrico v. 116

conversus terga domator.

¶ Domabilis, e, quod domari potest, das zu bändigen ist. Horat. 4 od. 14 *Cantaber non ante domabilis.*

¶ Domito, are, frequent. bändigen. Silius lib. 3 v. 101 *populos domitabat Iberos.* Virg. 1 Georg. v. 285 *domitare boves.* Curt. 8, 9, 17 *Elephantos in Africa domitant.*

¶ Domefieri, pro Domari. Hinc

¶ Domefactus, a, um, bezwungen. Petron. p. 59 *Terra aratro domefacta nitet.*

Composita cum præposit.

¶ Condŏmare, idem quod domare, zähmen. Prudentius Hymn. Jejunant. v. 98 *Veteresque nugas condomare ac frangere.*

¶ Dedomare, idem: unde

¶ Dedomatus, a, um, gezähmt. Commodian. Instruct. 34 *Equa primum dedomata.*

¶ Edomare, significatione simili simplici, domare. Cicero de Fato cap. 5 *Scribunt, vitiosam naturam ab eo sic edomitam, & compressam esse doctrina.* Plinius lib. 17 c. 19 arbores *meditatione curvandi domari* dixit.

¶ Edomitus, a, um, gebändiget; ut, *edomiti orbis opes possidere*, Ovid. Art. am. 3 v. 114.

¶ Edomator, ōris, idem quod Domitor. Tertull. de Pallio c. 6 *primus informator litterarum, & primus edomator vocis*, i. e. præceptor formandæ seu exercendæ vocis, qui græce φωνασκὸς dicitur.

¶ Indomitus, a, um, unbändig, wild. Columella lib. 6 c. 2 *Ex domitis bubus valentissimum cum indomito jungimus.* Cic. 3 Verr. cap. 24 pr. *indomitas cupiditates atque effrenatas habebat.* Livius lib. 21 cap. 20 *ferocia & indomita ingenia Gallorum*, harte köpffe. Plaut. Trin. a. 3 sc. 3 v. 22 *Indomitus adolescens.* Conf. Men. a. 1 sc. 2 v. 1, & Bacch. a. 4 sc. 3 v. 1.

¶ Indomabilis, e, quod vinci & domari non potest, unzähmbar. Prudent

dent. de Vincentio martyre v. 11 *testis indomabilis.* Et Plautus Cas. a. 4 sc. 3 v. 12 *indomabilis equus.*

¶ Perdŏmare, prorsus domare, gar bezwingen und unter sich bringen. Vellej. 2, 95, 2 *gentes perdomuerunt.* Liv. lib. 3 cap. 13 *Placuit ad perdomandum Latium, victorem circumducere exercitum.*

¶ Perdomitus, a, um, bezwungen. Idem Liv. lib. 9 c. 20 *Apuliâ perdomitâ in Lucanos perrectum.*

¶ Perdomitor, ōris, qui perdomat. Prudentius Cathem. 4 v. 12

Mortis perdomitor, salutis auctor.

¶ Prædŏmare, vorher bändigen. Seneca epist. 113 *Casus, antequam exciperet, meditando prædomuit.*

¶ Redŏmare, rursus domare. Cicero pro Sylla cap. 1 *Improbi ac perditi cives, redomiti atque victi.* Ita plurimi MSS. libri, Palatini maxime; & veteres quoque impressi, Grutero observante. Recentius editi *Edomiti* subdiderunt.

¶ Subdŏmare, subigere, valde domare. Plautus Asinar. a. 3 sc. 3 v. 112 *Sic isti solent superbi subdomari.*

DŎMVS, i & ûs, δόμος, δόμα, quam vocem latine extulit Hieron. lib. 1 epist. 29 ad Exuperium, ein hauß. Proprie est ædificium, constans ex parietibus & tecto, ad habitandum factum. Impropriè sumitur pro quocunque habitaculo: unde & templa, & nidi avium *domus* dicuntur. Seneca epist. 8 *Domus munimentum sit adversus infesta corpori.* Terent. Adelph. a. 4 sc. 7 v. 42 *Domus sumptuosa*, œconomia significatur, da viel aufgehet. Cicer. lib. 1 Offic. cap. 39 *Ornanda est dignitas domo, non ex domo tota quærenda: nec domo dominus, sed domino domus honestanda est.* Duos Genitivos habet, unum ratione declinationis secundæ, *domi*, alterum quartæ, *domûs*: cum priore utimur, locus significatur, in quo quis manet; posteriore autem ædificium ipsum notatur: ut, *domi* maneo, non *domûs* &c. Dativus semper quartæ declinationis est, *domui*; Ablativus secundæ, *domo*. Invenitur tamen *domu* in veteri inscriptione apud Gruter. pag. 566 n. 9 NATVS MESIA INFERIORE DOMV ESCVM. *Domos suas discedere*, Nepos Themist. cap. 4. *Domum spectare*, Cic. pro Ligar. cap. 1, heim gedencken. *Domum se convertere*, Terent. Adelph. a. 2 sc. 4 v. 22, nach hauß gehen. Id. Eun. a. 3 sc. 5 v. 62 *Domo exulo*, ich darff nicht heim. ¶ 2. *Domus* etiam patriam & habitationem significat, da man wohnt und gesessen ist. Suetonius in Vitellio cap. 11 *Cæterum P. Vitellius domo Nuceriâ*, &c. Atque ita non semel Livius. In vetustis quoque inscriptionibus legere est: DOMO PRAENESTE: DOMO CREMONA, pro *Prænestino*, *Cremonense*, &c. Virgilius Æn. 10 v. 183 *Qui Cærete domo.* Vetus inscriptio apud Grut. pag. 430 n. 4 C. TERENTIVS PHILETVS DOMO ROMA. Aliquando *domus* non patria est, sed domicilium notat tantum, Nepos Attico cap. 4 *Vt eamdem urbem & patriam haberet, & domum.* Vide & Schottum observ. lib. 3 cap. 11. ¶ 3. Ponitur & *domus* pro familia. Cicero lib. 5 epist. 8 *ut domus tua tota, me tibi amicissimum esse, cognosceret.* Idem lib. 15 epist. 11 *cum parentibus tuis, & cum tota domo.* Tacit. Agr. 19, 2 *Domum suam coërcere plerisque haud minus arduum est, quam provinciam regere.* Justin. 16, 1, 15 *Extinctor domus regiæ.* Horat. 4 od. 12 v. 6 *Cecropiæ domus*, pro familia regum Atheniensium. Virg. 2 Æn. v. 702

Dii Patrii servate domum, servate nepotem.

& alibi sæpius. Nos quoque ita dicimus, das hauß Sachsen, *domus Saxonica*, &c. ¶ 4. Græci urbes cognomines fluviis, aut iisdem vicinas *Domos fluviorum* appellarunt. Hos imitatur Horatius lib. 1 ode 7 *Domum Albuneæ resonantis* dixit, ut Heinsius observat: quem Notis Horatianis ad eum locum videbis. ¶ Apologus Græcus de testudine, ex eoque Cic. 15 Att. ep. 16

Οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. *Domus amica, domus optima.*

eigen herd, ist golds werth. Adde Chiliad.

¶ Domi, zu hauß, daheim. Terent. Heaut. a. 4 sc. 8 v. 32 *Domi ero, si quid voles.* Id. Eunuch. a. 5 sc. 2 v. 56 *Domi operiri*, zu hause eines warten. *Domi se tenere*, Nepos in Dione cap. 9, sich zu hause halten. *Domi manere oportet belle fortunatum*, wem wohl ist, der bleibe daheim. Οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα. Vide Chiliadas. *Domi meæ, tuæ, vestræ, alienæ.* Cic. lib. 13 epist. 69 *Apud eum sic fui, tamquam domi meæ.* Idem lib. 4 epist. 7 *Nonne mavis sine periculo domi tuæ esse, quam cum periculo alienæ.* Genitivi, *domi & militiæ*, absolute sive adverbialiter positi, significant in pace & bello. Terent. Adelph. a. 3 sc. 4 v. 49 *Vnà semper militiæ & domi fuimus.* Vellej. 2, 27, 1 *domi bellique fortissimus.* Justin. 5, 9, 6 *domi nobilis*, i. e. in sua civitate, ein stadt-juncker; vide quos sic appellent Sallust. Catil. 17, 5. Liv. 8, 19. Curt. 3, 13, 15. Cic. pro Cluent. cap. 23 & in Verr. 1 cap. 17 &c.

¶ Domuncula, æ, dimin. parva domus, ein häußgen, hüttchen. Symmachus lib. 5 epist. 66 *Ampelius domunculam Romæ mercatus est.* Apulej. 4 Miles. pag. 146 *Chryseros quidam numularius copiosæ pecuniæ dominus, metu officiorum ac munerum publicorum magnis artibus magnam dissimulabat opulentiam, denique solus ac solitarius parvâ, sed satis munitâ domunculâ contentus, pannosus alioquin ac sordidus, aureos folles incubabat.*

¶ Domuscula, æ, idem. Apulejus lib. 4 ib. p. 154 *Tantulo triennio major in ætate, qui mecum primis ab annis nutritus & adultus, individuo contubernio domusculæ, imò vero cubiculi torique sanctæ caritatis affectione mutuò mihi pignoratus*, &c.

¶ Domesticus, a, um, contrarium externo, häußlich, einheimisch. Cic. lib. 4 fam. ep. 8 *Nullus locus est domestica sede jucundior*, es ist nirgends besser als daheim. Idem pro Sextio cap. 45 *malis domesticis impediti*, mit hauß-creutz belegt. Plinius 35 cap. 10 *Sordent plerumque domestica*, was fremd ist, muß allein gelten. *Domestica judicia* privata sunt & revera præsumtiones. Vide Heraldum ad Apologet. Tertull. *Domestica vestis*, qua domi utimur. Vide infra in *Vestis*. Eleganter Valer. Max. 1, 6, 1 *Servio Tullio etiam tum puerulo dormienti circa caput flammam emicuisse, domestici oculi annotaverunt.* ¶ *Domestici* in Codice Theodosii lib. 1 tit. 13, & passim in historia Augusta milites dicuntur, qui circa principes sunt, eosque sequuntur, & à latere eorum nón temere recedunt, quasi custodia quædam perpetua. De quibus nonnulla eruditissimus JCtus Jacobus Gothofredus Disc. Histor. ad L. Quisquis Cod. ad L. Juliam Majestatis cap. 11. Item Salmasius ad Histor. Aug. Hinc elegantissime Tertullianus de fuga cap. 3 Christianos, *Domesticos Dei* appellat.

¶ Domestice, adverb. zu hauß. Symmachus lib. 10 epist. 36 ed. Juret. *libellus domestice confectus.*

¶ Domesticatim, id est, domi & per domesticos. Suet. Cæsare cap. 26 *Ea quæ ad epulum pertinerent, quamvis macellariis oblocata, etiam domesticatim apparabat.* Item, per varias domus, von hauß zu hauß, οἴκαδεν.

¶ Domicilium, i, die behausung, wohnung. Quod significat habitationem longi temporis. Vnde *mutare domicilium* dicuntur, qui migrant, ut aliam urbem habitent. *In cælum qui in domicilium suum pervenêre*, Cic. 1 Tusc. c. 11. *Humana figura domicilium est mentis*, Idem 1 Nat. D. cap. 27. *Domicilium imperii orbis terrarum*, de Româ urbe, Nep. vita Attici c. 3.

¶ Domicœnium, i, οἰκοσιτία, cœna domestica, hauß-mahlzeit. Martial. lib. 5 epigr. 78

Si tristi domicœnio laboras,
Turrani, potes esurire mecum.

¶ Dŏmidūca, æ, sic Juno dicebatur, quod novas nuptas in domum mariti deducendas curaret. v. Augustin. lib. 12 de Civit. Dei cap. 3, & Martianus Capella lib. 1 de Nuptiis Philolog. & Mercurii. Sed & DEVS *Domiducus* Augustino lib. 6 cap. 9 l. c. qui itinera novarum nuptarum protegeret.

¶ Dŏmĭporta, æ, φερέοικος, cochleæ epitheton est, eine schnecke. Cicer. lib. 2 de Divinat. cap. 64 *Quid me igitur mones? ut si quis medicus ægroto imperet ut sumat, terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam, potius quàm hominum more, cochleam diceret*, &c.

¶ Domisēda, æ, dicitur matrona solitudinem amans domus suæ & sibi vivens in Inscript. apud Fabrettum p. 252 HIC. SITA. EST. AMYMONE. PVLCHERRIMA. LANIFICA. PIA. PVDICA. FRVGI. CASTA. DOMISEDA.

¶ Domuitio, ōnis, & Domum itio, der heimgang. Auctor ad Herenn. lib. 3 cap. 21 poëtæ verba referens, *Jam domuitionem reges Atridæ parant.* Sic Victorius. Et Cicero lib. 1 de Divinat. cap. 32 *Rhodiorum classi propinquum reditum, ac domum itionem dari.* Sic ex MSS. Gruter. & Gronov. Et Apulej. Miles. 2 *domuitionem capessere*: & lib. 3 *domuitionem parare*, heim gehen.

¶ Domum reditio, reditus ad lares, die heimkehrung, heimreise. Convenit cum forma *domum itio*, de qua jam diximus. Cæsar B. Gall. lib. 1 cap. 5 *domum reditionis spe sublata.*

¶ Isŏdŏmos, on, ἰσόδομος, æqualiter structus, gleich gebauet; ab ἴσος, *æqualis*, & δομεῖν *struere*, unde & *Domus*: Et

¶ Pseudisodomos, on, ψευδισόδομος, inæqualiter structus. Vitruv. 11 cap. 8 *Coagmenta duobus generibus struuntur. Ex his unum Isodomum, alterum Pseudisodomum*, &c. Plin. 36 cap. 22 *Græci e lapide duro ac silice æquato construunt*, &c. *Isodomon vocant genus structuræ. At cum inæquali crassitudine structa sunt, Pseudisodomon.*

Donabilis, Donare, Donarium, vide *Donum*.

DŌNĀTVS, i, Grammaticus doctissimus, (quæ ei laus à multis tribuitur) D. Hieronymi præceptor fuit, quemadmodum ipse aliquoties scripsit. Erasmus, dubitavi, inquit, utrum is Donatus Hieronymi præceptor fuerit, qui in Terentium commentarios scripsit, aut professione Grammaticus fuerit. Quod mihi vero videtur esse veritimile; siquidem in Commentariis in Ecclesiasten Hieronymus testatur, se audivisse Donatum exponentem fabulas Terentii. Scripsit de octo partibus orationis, quèm librum emendatum operi suo Grammatico Diomedes adjunxit.

DŌNAX, acis, δόναξ, calamus seu arundo crassior, ein dick und lang rohr. Plin. lib. 16 cap. 36 *Calamus fruticosissimus, qui vocatur donax.*

DŌNEC, adverb. quoad, quousque, biß, so lange als. Terent. in Adelph. act. 4 sc. 6 v. 6 *certum obsidere est, donec domi redierit*, biß er wieder kommen ist. Ovid. lib. 1 Trist. eleg. 8 v. 5

Donec eris felix, multos numerabis amicos.

h. e. quamdiu, so lang es dir wird wohl gehen.

¶ Donicum pro *Donec* veteres, ut Plautus & Cato, etiam dixerunt. Plaut. in Capt. act. 2 sc. 2 v. 89 *Donicum ille huc redierit.* Cato c. 149 *Donicum pecuniam satisfecerit.* Corn. Nep. Hamilc. cap. 14 *Donicum fecissent, aut victi manum dedissent.* Vide Sosip. Charis. lib. 2 Inst. Grammat. p. 178, & Gifan. Ind. Lucret.

DŌNVM, i, munus, Græcis δῶρον, quod per manum seu de manu detur, δῶρον enim antiqui palmam vocabant, quemadmodum Plinius indicat lib. 30 cap. 14, eine gabe, verehrung, ein geschenck. *Philosophia donum Deorum est*, Cic. 1 Tusc. cap. 26. *Poëtæ quasi Deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videntur*, Idem pro Arch. c. 8. Sic, *dona naturæ*, Idem lib. 1 de Orat. c. 25. Terentius Eun. a. 1 sc. 2 v. 29. *Dono dare*, verehren. Claudian. de 4 Cons. Honorii v. 46

Non generis dono, non ambitione potitur.

Terent. Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 63 *Si scias, quod donum huic dono contra comparet.* Et act. 5 sc. 9 v. 27 *Quodvis donum, præmium, à me optato, id optatum feres.* Vbi Donatus observat: Proprie *donum* esse, quod Diis datur: *Præmium* virorum fortium: *Munus* hominum. Et, *Donum munusque* tam ante factum, quam post factum dari; *præmium* non nisi post factum. Et *donum* voluntarium esse, *præmium* deberi. *Donum deo dare*, Corn. Nep. in Pausan. cap. 1 n. 3, quæ formula inter solennia: sic enim scrib. D. D. vel D. P. i. e. donum dedit, donum posuit. Vid. de more toto Diis dona figendi, dicendi, Brisson. lib. 1 de Form. & Thomasin. de Donariis.

¶ Dono, avi, atum, are, munere afficere, munus dare, verehren, schencken. Sic autem utimur, *Dono tibi hoc præmium*: &, *Dono te hoc præmio*, ich thue dir diese verehrung. *Large & effuse multa alicui donare*, Cic. pro Rosc. cap. 8 extr. Idem de Legib. lib. 2 cap. 16 *Vir nemo bonus ab improbis se donari vult.* Et Livius lib. 30 cap. 44 *Masinissam Scipio urbibus agrisque donavit.* ¶ 2. *Donare* etiam dare, tribuere, impendere, concedere, geben. Quemadmodum *modum alicui donare*, Seneca dixit Medeâ v. 1016, ubi vide Gruter. Silius lib. 11 v. 407

discatque Lyæo
Imbellem donare diem.

Horat. lib. 1 epist. 15 v. 32
Quicquid quæsierat, ventri donabat avaro.

Sic, *spes ambitioni donare*, Petronius. ¶ 3. Est & veniam dare, remittere, & quod frequentius *Condonare* dicimus, verzeihen. Seneca lib. 5 Controvers. *Multa donanda ingeniis puto: sed donanda vitia, non portenta sunt.* * Justin. 32, 2 *donare filio patrem*, id est, ignoscere patri, & culpam pœnamque remittere propter filium. Idem 38, 6 *ne victum quidem memoriæ patris donarent.* Cic. 5 ad fam. ep. 4 *tuas inimicitias ut reipublicæ donares*, id est, ut propter rempublicam sive boni publici caussa exueres inimicitias, & deponeres simultates. *Grævius.*

¶ Donatus, a, um, geschenckt. Cic. de Arusp. resp. cap. 4 pr. *Homo divino quasi munere donatus reipublicæ.* Item beschenckt, begabt, Curt. 10, 4, 7 *magnificentissime donatos dimisit.* ¶ Donatus, subst. vide supra seorsim.

¶ Dōnatio, ōnis, die schenckung. Cic. Philipp. 4 cap. 4 *Quos non bonorum donatio, non agrorum assignatio satiavit.* Idem pro S. Rosc. Am. c. 9 *furta, rapinæ, donationes.*

¶ Donabilis, e, das sich schencken oder beschencken läßt. Plaut. Rud. a. 3 sc. 1 v. 40 *infortunio hominem prædicas donabilem:* id est, donandum, mactandum. Ambrosius serm. LIX *donabile donum.*

¶ Donator, ōris, qui donat, ein geber. Hieronymus adv. Pelagium ad Ctesiphontem cap. 3 *Semper largitor, semperque donator* [Deus] *est.* Beda lib. 1 Hist. Eccl. Angl. cap. 30 *Donatori omnium de satietate sua gratias agant.*

¶ Donatrix, īcis, eine geberin. Prudentius Hippolyti passione v. 171
Illa sacramenti donatrix mensa.

¶ Dōnārium, i, idem quod donum, ein kirchen-geschenck. Lucanus lib. 9 v. 515 *Non ibi Libycæ posuerunt ditia gentes*
Templa: nec Eois splendent donaria gemmis.

¶ 2. Item locus, ubi donaria sive dona Diis dicata reponuntur. Servius ad illud Virg. Georg. 3 v. 533
uris
Imparibus ductos alta ad donaria currus:

Donaria, inquit, *proprie loca sunt, in quibus dona reponuntur: abusive templa. Nam sic pulvinaria pro templis ponimus, cum sint proprie lectuli.* Vet. Gloss. *Donaria*, χαριστήρια, ναοί, τεμένη, ἱερὰ ἀναθήματα, ἀναθήματα.

¶ Donātīvum, donum Imperatoris, eine gabe, herrn-geschenck, quod militibus non uno nomine conferebatur. Nam & *unguentaria* & *calvaria* solvebantur; de quibus Lipsius ad 3 Histor. Tacit. cap. 50 agit. Suet. Nerone cap. 12 *Populo congiarium, militi donativum proposuit.* Vbi nota differentiam *congiariorum* & *donativorum.* Nam *Congiaria* populo; *Donativa* militi dabantur. Quamquam Curtius confudit, & *congiarium* pro *donativo* posuit, de quo supra suo loco. Plinius Paneg. cap. 35 *datum congiarium populo, & datum totum, cum donativi partem milites accepissent.* Et Tacit. Ann. 12 cap. 41 *additum nomine ejus* [Neronis] *donativum militi, congiarium plebi.* Et hoc plerumque pecunia erat. Alia erant, quæ *dona militaria* appellabantur, & post egregiam navatam operam in acie dari solebant, de quibus Cæsar lib. 3 de B. C. cap. 53. Item Lege 10 Dig. de re militari, &c.

¶ Donatarius, i, cui quid dono datur, der eine gabe bekömmt, l. etiam l. absent. ff. de donat. l. nec ambig. C. eod. tit.

¶ Donaticus, a, um, quod dono datur, was man schenckt: ut, *donaticæ coronæ*, quibus victores in ludis donabantur. Fest.

¶ Donosus, a, um, liberalis, freygebig. Quidam Plauto vindicant Epidic. a. 2 sc. 3 v. 14, & Truc. a. 1 sc. 1 v. 64, ubi alii *damnosus* legunt. Vide Pareum.

¶ Donifico, are, minus probatum Hygini verbum ex Fabula 112, *Ajax*, inquit, *cum Hectore donificantes discessere*, id est, dona invicem dantes. Vid. Muncker.

Composita:

¶ Condōno, are, idem quod donare, schencken. Terent. in Phorm. act. 5 sc. 7 v. 54 *Argentum quod habes, condonamus.* Cic. Offic. lib. 2 cap. 22 *Aliis adimuntur, aliis condonantur pecuniæ.* ¶ 2. Sed *condonare crimen*, Idem pro Milone cap. 2, zu gut halten, verzeihen. *Supplicium & animadversionem remittere & condonare*, Vatinius Ciceroni lib. 5 epist. 10. Terent. prolog. Eunuch. v. 17
Habeo alia multa, quæ nunc condonabuntur.

Vbi vide Interpretes. ¶ *Condonare alicui aliquem*, est propter aliquem, vel in alicujus gratiam, ignoscere alicui. Sic, *condonare aliquem reip.* est reipubl. caussa ignoscere, seu veniam dare. Dicimus & *condonare aliquid alicujus precibus.* Cæsar de B. G. lib. 1 c. 20 *Cæsar ejus dexteram prehendit, consolatus, rogat ut finem orandi faciat: tanti apud se gratiam ejus esse ostendit, uti & reip. injuriam, & suum dolorem ejus voluntati ac precibus condonet. Dumnorigem ad se vocat, fratrem* [Diviaticum] *adhibet: quæ in eo* Dumnoriges *reprehendat, ostendit: quæ ipse intelligat, quæ civitas conqueratur, proponit: monet* [Dumnorigem] *ut in reliquum tempus omnes suspiciones vitet: præterea se Diviatico fratri* [propter Diviaticum] *condonare dicit.*

¶ Condonatus, a, um, geschenckt. Cic. pro Planc. cap. 31 *Datus est tibi ille; condonatus ille.* Aurel. Vict. Vir. Illustr. cap. 4 *patriis lacrymis condonatus*, i. e. dimissus.

¶ Condonatio, ōnis, idem quod donatio, die verehrung, vergebung. Cic. 2 in Verr. cap. 4 *in jure dicendo bonorum possessionumque contra omnium instituta addictio & condonatio.*

¶ Indonatus, a, um, unbeschenckt. Lampridius Heliogabalo cap. 28 extr. *nec quemquam facile indonatum relinquebat.*

¶ Rĕdōnāre, reddere, remittere, wiedergeben. Horat. lib. 3 od. 3 v. 31
Invisum nepotem Marti redonabo. Conf. 2 od. 7 v. 3.

¶ Redōnator, ōris, ein wiederbringer. Inscript. Gruteri p. 1095 n. 7 ex ævo Constantini: REDONATOR LIBERTATIS.

DŎNȲSA, æ, Insula in mari Ægæo, in qua viride marmor nascitur. Virgil. Æneid. 3 v. 125
Bacchatamque jugis Naxon, viridemque Donysam.

DORCAS, ădis, δορκάς, eadem est quæ *caprea* seu *capreolus*, ein reh, rehbock. Martial. lib. 13 epigr. 98
Delicium parvo donabis dorcada nato.

Et lib. 10 epigr. 65 *Tam dispar aquilæ columba non est,*
Nec dorcas rigido fugax leoni.

¶ Dorceus, i, canis, persequens dorcadas; vel ab oculorum acie, ut sit *Dorceus*, δορκεύς, quasi *Derceus*, à δέρκω, perspicio. Inter canes Actæonis numeratur ab Ovidio 3 Met. v. 210.

¶ Dorcades, um, insulæ sunt maris Æthiopici, quas Gorgones habitasse feruntur.

DŌRIS, ĭdis, regio Græciæ, sub monte Oeta, Plin. 4 cap. 7 dicta a nymphâ *Doride*, Græce Δωρίς, ίδος. ¶ 2. Doris Asiæ, Cariæ implicita. Plinius lib. 5 cap. 27 *Caria mediæ Doridi circumfunditur.* ¶ 3. Doris nympha, quia maris dea est, Oceani & Tethyos filia, pro mari etiam à Poëtis usurpatur. Virgil. eclog. 10 v. 5
Doris amara suam non intermisceat undam.

¶ Dorii, sive Dores, sive Dorienses, dicti sunt a regione Græciæ, & dialectus vel lingua *Dorica.* ¶ A Doriensibus originem traxêre *Dores* etiam Asiæ populi, Cariæ regioni ad mare Carpathium vicini, quorum sæpe meminit Herodotus lib. primo.

¶ Dōrius, i; Apulej. lib. 1 Florid. *Antigenidas tibicen omnis voculæ melleus modulator, & idem omnimodis peritus modificator, seu tu velles Æolium simplex, seu Asium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum.*

¶ Dōrus, & Dōricus, a, um, adject. Virgil. 2 Æneid. v. 27 *Dorica castra.* Propert. lib. 3 eleg. 8 [al. 9] v. 44 Philetam intelligens:
Et cecinisse modis, Dore Poëta, tuis.

MSS. *dure*, unde Scalig. *pure*: Beroaldus novum *Coe* substituit. Val. Flacc. lib. 2 Argon. v. 573
Manet immotis nox Dorica lustris.

DŎRIXĂNIVM, i, flumen Indiæ aurum vehens. vid. Curt. 8, 9, 18. Hinc Propert. 4 eleg. 5 v. 21
Si te Eoa, Dorixanium, juvat aurea ripa.

DORMIO, ivi, ītum, īre, somnum capere, schlaffen. *In medios dormire dies*, Horat. lib. 1 epist. 2 v. 30. *Otiose in utramvis dormire aurem*, Ter. in Heaut. a. 2 sc. 3 v. 101, quod Plautus dixit *In oculum utrumvis conquiescere*, in Pseud. a. 1 sc. 1 v. 121. *Dormire in aurem dextram fiduciâ alterius*, Plin. lib. 4 epist. 29, sicher und ohne sorge schlaffen. ¶ 2. Otiosum esse, quietum esse, ruhen, müßig seyn. Sic Martiali 10 epigr. 62 *ferulæ, sceptra pædagogorum, cessare & dormire* dicuntur, quæ non usurpantur. Conf. Jani Gebhardi Animadv. in Propert. 3 eleg. 5 v. 34 *Noctibus illorum dormiet ipsa Venus.*

Terent. Adelph. a. 4 sc. 5 v. 59 *Quid credebas, dormienti hæc tibi confecturos Deos?* hoc est, *Ignavo & cessanti.* Plaut. Asinar. a. 2 sc. 4 v. 24
Dum reperiam, qui quæritent argentum in fœnus, hic vos dormitis interea domi.

Dormitis, i. e. nihil agitis otiosi. Terent. Heaut. a. 4 sc. 4 v. 8 *Dormiunt: pol ego istos commovebo.* At, *non omnibus dormio*, proverbium, inquit Festus, natum à Cæpio quodam, qui *Pararhenchon* dictus est, qui simularet dormientem, quo impunitius uxor mœcharetur. Vide & Plutarchum in amatorio pag. 759 extr. & Rhodig. Ant. Lect. 12 c. 16. Plaut. Rudente a. 4 sc. 2 v. 18 *Qui dormiunt libenter, sine lucro & cum malo quiescunt*, ein faullentzer wird nicht reich. *Dormientis rete trahit*, adagium de iis, quibus citra laborem obtingit, quod cupiunt, er hat mehr glück, denn recht: dictum fuit de Timotheo Atheniensium imperatore cognominato felici, cui dormienti finxerunt adstare fortunam atque urbes magnas ad rete cogere.

¶ Dormisco, ĕre, schlummern, einschlaffen. Plaut. Curcul. a. 2 sc. 3 v. 81, quamquam plures libri pro *cum dormiscit*, hîc habent composite *condormiscit.*

¶ Dormitio, ōnis, der schlaff. Varro apud Nonium cap. 2 n. 239 *Quid mihi cum somno, si dormitio tollitur?* Augustinus epist. 151 ad Nebridium post initium: *Legi litteras tuas ad lucernam, jam cœnatus; proxima erat cubitio, sed non ita etiam dormitio.* Pluraliter *Dormitiones* Arnobius dixit lib. 7 p. 233, *Quid dormitiones illæ*, inquit, *quibus bene ut valeant, auspicabili salutatione mandatis.* ¶ 2. Pio more Christiani ita mortem appellant. Hieronymus Epitaph. Paullæ cap. 7 *usque ad diem dormitionis suæ*, i. e. mortis. Et Tertullianus de Monogam. cap. 10 *offerat annuis diebus dormitionis ejus.* Et Augustinus Confess. lib. 9 c. 9 extr. de matre sua: *ante dormitionem ejus.*

¶ Dormītor, ōris, ein schläffer. Martial. lib. 10 epigr. 4
Quid tibi dormitor proderit Endymion?

¶ Dormīto, are, frequentativum vel desiderativum potius, schläffrig seyn, schlaffen. Cic. ad Att. 2 ep. 16 *Cœnato mihi, & jam dormitanti*, i. e. dormire cupienti. Idem lib. 1 de Divin. cap. 28 *Ad lucem arcte & graviter dormitare*, biß an morgen hart und fest schlaffen. Horat. de art. poëtica v. 359 *Quandoque bonus dormitat Homerus*, id est, non sat scribit diligenter, errat, er versiehet zu zeiten auch etwas. Hæc vulgaris interpretatio: accuratiorem infra quære in *Quandoque* sub *Quando.*

¶ Dormĭtātor, ōris, ein schläffer. Plaut. Trin. a. 4 sc. 2 v. 20.

¶ Dormitorius, a, um, zum schlaff gehörig: ut, *Cubiculum dormitorium*, Plin. lib. 5 epist. 6, & *dormitorium membrum*, Idem 2 ep. 17.

¶ Dormitōrium, i, subst. locus, ubi dormitur, apud Plinium majorem lib. 30 cap. 6, eine schlaff-kammer, schlaff-hauß. ¶ Sepulcrum etiam vel cœmiterium *Dormitorium* dici posset. Nam usitatus Christianis scriptoribus εὐφημισμὸς est, *obdormire, dormire*, pro mori, aut mortuum & sepultum esse: quia sanctorum mors somnus. Quin nec Ethnici videntur ab hac loquendi forma abhorruisse. Callimachus epigrammate 14

Τῇδε Σάων ὁ Δίκωνος Ἀκάνθιος ἱερὸν ὕπνον
Κοιμᾶται. θνήσκειν μὴ λέγε τοὺς ἀγαθούς.
Patre Dicone Saon sacrum Acanthius hic modo somnum
Carpit. namque bonos dicere nolo mori.

¶ Dormiturio, ire, schläffrig seyn, pro quo rectius *Dormitare.*

Composita

Composita :

¶ Addormisco, ĕre, einschlaffen, quod sic quidam legunt in Claudio Suetonii cap. 8, *Quoties post cibum addormisceret*, sed legitur in quibusdam exemplaribus *obdormisceret*.

¶ Condormire, ruhen. Hyginus fab. 125 *Cum Vlysses condormiret, socii involarunt pecus.* Adde Plaut. Most. a. 2 sc. 2 v. 55.

¶ Condormiscere, idem. Plaut. Rud. a. 2 sc. 7 v. 13 *Obsecro hospes, da mihi aliquid loci, ubi condormiscam parùm.*

¶ Edormire, ausschlaffen. *Edormire & exhalare crapulam*, den rausch verschlaffen, Cicer. in Philipp. 2 cap. 12. Item Gellius lib. 6 c. 10 *donec nocturnum omne vinum edormiant.*

¶ Edormiscere, idem. Plaut. Rud. a. 2 sc. 7 v. 28 *Edormiscere crapulam.* Terent. in Adelph. a. 5 sc. 2 *In angulum aliquò abeam, atque edormiscam hoc villi.* Absolute Cicero 4 Acad. cap. 17 *cum edormiverunt*, [vinolenti] *intelligunt*, &c.

¶ Indormis, e, schlafflos. Gloss. gr. lat. ἀκοίμητος, *insomnis, indormis.*

¶ Indormire, einschlaffen, über einem dinge schlaffen. Horat. in Sermonibus lib. 1 sat. 1 v. 70 *congestis undique saccis*
Indormis, &c.

¶ 2. Cic. in Philipp. 2 cap. 12 *indormire caussæ* dixit, pro remissè & segniter agere, die sache hinlässig handeln, gleichsam drüber einschlaffen. *Indormire sibi*, Senecæ de Vita beata cap. 10 est, Lipsio interprete, vacare sibi, publica & cætera negligere.

¶ Obdormire, somno occupari, einschlaffen. Cicer. in 1 Tuscul. c. 38 *Endymio nescio quando in Latino obdormivit, nondum, opinor, experrectus est.*

¶ Obdormiscere, entschlaffen. Idem ibidem cap. 49 *Quid melius, quam in mediis vitæ laboribus obdormiscere, & ita conniventem somno consopiri?*

¶ Obdormitare, idem. Fortun. 3 Carm. *Obdormitare graviter.*

¶ Perdormiscere, ausschlaffen, lange schlaffen. Plaut. in Menæch. a. 5 sc. 5 v. 29 *Perdormiscin' usque ad lucem?*

¶ Redormire, wiederum einschlaffen. Plin. lib. 9 epist. 36 *Paullum redormio, dein ambulo, mox orationem græcam latinamve clare & intente, non tam vocis caussa, quàm stomachi, lego.* Celsus lib. 1 cap. 2 *Si mane surgendi necessitas fuerit, redormire debet.*

¶ Redormitio, ōnis, ut apud Plin. lib. 10 extremo Frobenius ; sive

¶ Redormitatio, ōnis, uti Harduinus legit, der ander oder dritte schlaff. Verba sunt: *A vino & a cibis proxima, atque in redormitatione vana esse visa, prope convenit.*

DŌRON, i, δῶρον, palmus, eine handbreit. ¶ 2. Item *Munus*, quia manu datur. Vtrumque Plinius confirmat lib. 35 cap. 14 *Græci*, inquit, *antiqui Doron palmum vocabant, & ideo Dora munera, quia manu darentur.*

¶ Didōron, i, δίδωρον, duorum palmorum latitudo, zweyer hände breit. Plin. c. l.

¶ Tetradōron, i, τετράδωρον, quatuor palmorum, vier hände breit. Plin. c. l. qui etiam *Pentadoron* ibidem memorat.

DORSVM, i, pars corporis posterior, der rücken. Ita dicitur, *quod pars ea corporis devexa sit deorsum*, secundum Festum. Plaut. Mil. Glor. a. 2 sc. 4 v. 44 *Dorsum mihi prurit*, der buckel juckt mich, ubi *Dorsus* pro *Dorsum*, virili genere legitur. *Dorso onus subire*, Horat. 1 satyr. 9 v. 21. ¶ 2. *Dorsum* in mari nautæ vocant *Pulvinum*. Est autem durior arena compulsa & densata fluctibus, ein sandhügel im meer. Aliter *dorsa gurgitis* Paullinus Jambo ad Cytherium dixit v. 69, & Avienus Perieg. v. 217 *obliqua maris dorsa*. Intelligunt enim superficiem maris, sive *summa fluctuum*, ut Prudentius vocat. *Terga amnica* similiter dixit Ausonius, de quo suo loco. ¶ 3. *Dorsum montis*, ὑπώρειον est. Curt. lib. 3 cap 4 *Per hoc dorsum* (montis, cujus modo mentionem fecerat,) *qua maxime introrsum mari cedit, asperi tres aditus & peranguisti sunt.* Sic *dorsum Apennini* Suet. dixit Cæsare cap. 44. Quin omnis editior tractus *dorsum* appellatur. Horat. 2 satyr. 6 v. 91 *Dorsum nemoris.* Livius lib. 1 cap. 3 *Quæ ab situ porrectæ in dorso urbis*, Longa Alba *appellata est*. Sic, *Dorsum saxeum*; *Dorsum editissimum*, Plin. lib. 6 epist. 31, & lib. 9 epist. 7.

¶ Dorsualis, e, zum rücken gehörig. Apul. lib. 11 Met. *Nota dorsualis.* Solinus cap. 12 [al. 22] *Aculeatæ sunt delphini spinæ dorsuales.* Ammian. 22 c. 15 *ferarum dorsuales crustæ.*

¶ Dorsualia, orum, dicunt operimenta jumentoria, schabaracken, pferdedecken. Treb. Pollio in Gallienis cap. 8 *Dorsualibus sericis discoloribus præfulgentes.* Agit de bobus spectaculo exhibitis.

¶ Dorsuosus, a, um, bergicht, bucklicht. Solin. cap. 27 [al. 40] *Incertis motibus nunc in brevia rescinditur dorsuosa*, [Africanum mare,] *nunc æstibus inundatur inquietis.* Et Ammianus 22 cap. 20 *Pontus consurgit in brevia dorsuosa.*

¶ Dossum pro *dorsum* antiqui dicebant. Hinc

¶ Dossuarius, a, um, lastbar: ut, *Dossuaria jumenta*, quæ onera imposita dorso vehunt, a Varrone dicta sunt lib. 2 cap. 10 de R. R.

¶ Dorsifer, a, um, idem, in ridiculo epitaphio mulæ in Ferretii Mus. Lapid. p. 344 DIS. PEDIBVS. SAXVM. CINCIAE. DORSIFERAE. ET. CLVNIFERAE. P. CRASSVS. MVLAE. SVAE. CRASSAE. BENE. FERENTI. POS.

¶ Exdorsuo, are, dorsum eximere, abschälen, die haut abziehen. Plaut. Aul. a. 2 sc. 9 v. 2 *Murænam exdorsua.* Apul. Apol. *Quis enim fando audivit, ad maleficia magica desquamari & exdorsuari pisces solere?* fische reissen.

DŎRYCNIVM, i, herba ideo sic dicta, quod lancearum cuspides ea tingerentur in prælio, Plin. 22 cap. 31.

DŎRȲLAS, æ, Centaurorum unus, Ovid. 12 Met. v. 380. ¶ 2. *Dorylas* Nasamon ditissimus, Ovid. 3 Met. v. 129.

DŎRȲPETRVM, i, δορύπετρον, herba, quam & leontopodium vocant, Plin. 26 cap. 8.

DŎRȲPHŎRVS, i, δορύφορος, satelles, ein trabant, waffen-träger, Cic. de Clar. Orat. cap. 86, & Plin. lib. 34 cap. 8 δόρυ hasta. Δορυφόρους autem Mariandynos Heracleotæ, non οἰκέτας, *servos*, nominabant, ut minuerent acerbitatem nominis. Athen. lib. 6 cap. 18 p. 263.

¶ Doryphorianus, i, inde Marcellinus format sive proprium, sive officii nomen, lib. 28 cap. 12.

DOS, dōtis, fœm. est id, quod datur marito a muliere, mitgifft, morgengabe, aussteuer, heyraths-guth. Terent. in Adelph. act. 4 extr. *Vxor sine dote veniet*, das weib wird nichts zubringen. Tacit. de Germ. c. 18 *dotem non uxor marito, sed uxori maritus offert.* Sic, *Doti dicere*, Terent. Heaut. a. 5 sc. 1 v. 69, zur ehe-steuer geloben. *Dotis dare*, id est, nomine dotis. Plaut. Cistell. a. 2 sc. 3 v. 19 *Vnde tibi talenta magna viginti pater det dotis.* Duplex ellipsis in isto Terentii est Heaut. a. 4 sc. 7 v. 10 *Porro hæc talenta dotis apposcent duo.*
Talenta dotis enim dixit, dotis caussa sive nomine danda. Apul. Apologia: *Pudentilla locuples fœmina trecentis millibus dotis fuit contenta: & maritum habet, & multis sæpe & ingentibus dotibus spretis, inani nomine tantulæ dotis contentum: cæterum præter uxorem suam nihil computantem; omnem supellectilem cunctasque divitias in concordia conjugii, & mutuo amore ponentem.* Quanta dos dari à Romanis solita, vide apud Lipsium ad Tacitum 2 Annal. cap. ult. *Dotis tabulæ*, ehe-stifftung, Suet. Claud. cap. 29 sub fin. vide Torrentium. Plautus Pers. a. 3 sc. 1 v. 59 *Dum dos sit, nullum vitium vitio vertitur.*
Idem Amphitr. a. 2 sc. 2 v. 209 *Non ego illam mihi dotem esse duco, quæ dos dicitur, sed pudicitiam & pudorem*, &c. Idem Asinar. a. 1 sc. 1 v. 74 *Argentum accepi, dote imperium vendidi.* Horat. lib. 3 od. 24 v. 21
Dos est magna, parentium
Virtus, & metuens alterius viri
Certo fœdere castitas.
Ausonius in Septenis VII Sapientum, in Biante:
Quæ dos matronæ pulcherrima? vita pudica.
Terentius vero intemeratum pudorem virginis *secundam dotem* appellat Adelph. a. 3 sc. 2 v. 47. *Dotibus de ærario datis collocatæ* Aristidis filiæ, Corn. Nep. Aristid. cap. 3, 3. Vbi notandus mos, quo Resp. olim virorum bene meritorum filias pauperes ab indotatis nuptiis liberalitate suâ vindicavit, ut loquitur Val. Max. lib. 4 cap. 4, 1, ubi Romanis quoque hanc laudem effert. ¶ 2. *Ingenii, animi dotes*, bona dicuntur & beneficia, gemüths-gaben. Ovid. lib. 2 de arte v. 112
Ingenii dotes corporis adde bonis.
Idem & *oris dotes* dixit, die beredsamkeit, Metam. 5 v. 562. Et *raras dotes*, quas *natura dedit*, prædicat Trist. 3 eleg. 7 v. 13. Et Plinius lib. 9 cap. 35 de margaritis: *Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, lævore, pondere*, i. e. pretium, æstimatio. Nempe *dos* dicitur id, quo margaritas ornavit ac dotavit veluti natura. Similiter Vopisco, in Aureliano cap. 44 Clementia *Dos prima Imperatorum* appellatur. ¶ 3. Pro quovis dono & mercede invenitur in illo Velleji 2, 67, 2 *Velut in dotem invitamentumque sceleris Antonius avunculum, Lepidus fratrem proscripserant*, zum angeld.

¶ Dōtālis, e, quicquid in dotem confertur vel accipitur, eingebracht: ut, *Dotales agri*, Ovid. Fast. 5 v. 209. *Dotales ædes*, Plaut. Mil. a. 4 sc. 4 v. 30. *Dotalia prædia*, Cic. ad Att. lib. 15 epist. 20. Et, *dotalis servus*, Plaut. Asin. a. 1 sc. 1 v. 72 est, quem uxor cum dote ad maritum attulit. Hic in mariti potestate non erat, ut reliqui, sed matronæ peculiaris. vid. Taubm. ad l. c. p. 103. Gellius 17 cap. 6 *recepticium* vocat.

¶ Doto, avi, atum, are, begaben. Apulej. Apolog. *Trecentis millibus nummûm à creditore acceptis, filiam dotavit.* ¶ 2. aussteuren. Sueton. Vesp. cap. 14 *Vitellii hostis sui filiam splendidissime maritavit, dotavitque etiam & instruxit.*

¶ Dotatus, a, um, begabt, reich. Plaut. in Aulul. a. 2 sc. 2 v. 62 *Dummodò morata rectè venit, dotata est satis.* Horat. 3 oda 24 v. 19 *Dotata regit virum conjux.* Apul. in Apolog. *Virgo formosa, etsi oppido pauper, tamen abunde dotata est. Adfert quippe ad maritum novum animi indolem, pulchritudinis gratiam, floris rudimentum. Ipsa virginitatis commendatio jure meritoque omnibus maritis acceptissima est. Nam quodcunque aliud in dotem acceperis, potes, cum libuit, ut sis beneficio obstrictus, omne ut acceperas, retribuere*, &c. Superl. *dotatissima* Ovidii est lib. 11 Metam. v. 302. ¶ 2. *Vlmus vite dotata*, Plin. Hist. lib. 18 cap. 28.

¶ Indotatus, a, um, carens dote, unbegabt, arm. Terent. Adelph. a. 3 sc. 2 v. 47 *indotata est.* Horat. 1 epist. 17 v. 46 *Indotata mihi soror est.* ¶ 2. Cicer. lib. 1 de Orat. cap. 55 metaphorice dixit, *Indotatam artem dote verborum locupletare & ornare*, i. e. tenuem & jejunam artem.

Dotalis, Dotare, vide *Dos.*

Dracæna, vide *Draco.*

DRACHMA, æ, δραχμή, primum ponderis nomen est, ein quintlein, octava unciæ pars. ¶ 2. Deinde pretii, seu pecuniæ, idemque fere quod denarius, octava thaleri pars, ein halber ort. Terent. in And. a. 2 sc. 6 v. 20 *Vix drachmis obsonatus est decem*, er hat kaum für eine kron eingekaufft.

¶ Dīdrachmum, i, vel Dīdrachma, ătis, δίδραχμον vel δίδραχμα, nummus, duas drachmas continens, ein ort eines thalers. Sedulius lib. 3 v. 316 *Hamum ferre jubet, gerulum didrachmatis aurei.*
non aurei, sed argentei. Vide quæ ad hunc poëtam notavit Cellarius.

¶ Tetradrachmum, i, quatuor drachmæ, ein halber thaler, Cic. lib. 12 fam. epist. 13 *Jam ternis tetradrachmis triticum apud Dolabellam est.*

DRĂCO, ōnis, δράκων, animal venenosum, serpentis nimirum genus, ein drach. *Aligeri dracones*, Val. Flacc. lib. 7 v. 120, geflügelte drachen. Ὄφις ἢν μὴ φάγῃ, δράκων οὐ γενήσεται, *Serpens nisi devoret serpentem, non fiet draco*, id est, Potentes non crescunt, nisi damnis aliorum, wo man nicht andere schindet und aussauget, da wird man nicht reich. Vide Chiliadas. Servius super Virg. 2 Æn. v. 204 *Dracones* serpentes esse indicat templorum, mauer-schlangen, vide *Serpens.* Dracones in deliciis habitos apud veteres, Casaubonus ad Suetonium observat p. 153, & habuisse se in Misnia Draconem, scribit Georg. Agricola de animantibus sub terra viventibus, referente Barthio ad lib. 12 Thebaid. Statii p. 1430. De pugnâ eorum cum elephantis, & quomodo has enecent, Philo docet de incorruptibilitate mundi p. 744. ¶ 2. Dracones etiam inter signa & vexilla militaria fuerunt, de quibus scriptores militiæ, vid. Vegetius lib. 2 c. 13, &c. Claudianus 4 Cons. Hon. v. 543

Vix comites alæ, vix te suspensa sequuntur
Agmina, ferventesque tument post terga dracones.

Ubi Barthium consule & Pyrrhonem. Erant enim depicti aut intexti in vexillis dracones, qui ob celeriorem cursum turgebant, vento vexillis tumentibus. Ammianus lib. 16 cap. 30 *Purpureum signum draconis summitati hastæ longiori aptatum.* Adde mox in *Draconarius* dicenda. ¶ 3. *Draco* marinus piscis est litoralis, quem & *Araneum* Plin. vocat lib. 9 cap. 48. ¶ 4. Sunt & *Dracones* in vitibus palmites emeriti & multis annis durati. ¶ 5. Caput & caudam Draconis in sidere cælesti Græci συνδέσμους vocant, hunc quidem καταβιβάζοντα, illum autem ἀναβιβάζοντα. Dalechamp. ad Plin. lib. 2 c. 10.

¶ Dracæna, æ, Draco fœmina, ut *Leæna*. Servius ad illud Virgilii eclog. 3 *Torva Leæna lupum sequitur*, &c.
Leæna, inquit, *dictum, ut Dracæna*, eine drachin.

¶ Draconarius, i, signifer, qui vexillum portat dracone insignitum. Vegetius lib. 2 cap. 7 *Signiferi qui signa portant; quos nunc Draconarios vocant.* Modestus de Vocab. milit. *Dracones per singulas cohortes a Draconariis feruntur.* Ammianus lib. 20 cap. 9 *torquem, quo, ut draconarius utebatur, capiti Juliani imposuit.*

¶ Dracontarium, i, genus coronæ. Tertull. de Cor. Mil. cap. 16 *Quid caput strophiolo aut dracontario damnas?*

¶ Dracōnītes seu Dracoritas, æ, gemma colore translucido, nata è cerebro draconum, vide Plin. 37 cap. 12.

¶ Dracontion, i, δρακόντιον, seu Dracontea, herba, quæ vulgo *Arum* dicitur, Aaron oder kleine natterwurtz, & *Serpentaria minor*, Plin. lib. 24 cap. 16. ¶ 2. *Dracontium* genus vitis est Columellæ 3 c. 2.

¶ Dracuncŭlus, i, proprie diminutum a dracone. Lamprid. in Alexandro cap. 14 *Mater ejus pridie, quam pareret, somniavit, se purpureum dracunculum parere.* ¶ 2. Herba, quæ major, minor, & hortensis est, natterwurtz, Plin. c. l. ¶ 3. Etiam piscis est, quem Hermolaus Græce *dracænidem* putat nominatum Athenæo lib. 7 cap. 20 p. 322.
¶ 4. *Dracunculus* ulcus est apud Medicos.

¶ Dracōnĭgĕna, æ, a dracone natus, ein drachen-kind. Sidonius panegyr. Anthem. v. 80
Quæque draconigenæ portas non clauserat hosti.
Sic & Ovid. 3 Fast. v. 865 Thebas vocat *draconigenam urbem*, quia Cadmus in eo loco draconem interemit, ex cujus satis dentibus nati Cadmum in urbe condenda juverunt.

DRĂCO, ōnis, δράκων, antiquissimus Atheniensium legislator ante Solonem, qui Draconis leges propter severitatem, exceptis iis, quæ de cæde erant constitutæ, abrogavit, quod non atramento, sed sanguine, quemadmodum de iis Demades judicavit, scriptæ viderentur, quarumque auctoritate & desidiæ damnati & qui olera surripuissent, capite plecterentur. Inter eas enim leges fuerunt, *Otii convicti interficiantur; & omnium flagitiorum una pœna mors; Qui olera aut mollioris corticis fructus subripuerunt, ut sacrilegi & homicidæ puniantur.* Vide Gellium lib. 11 cap. ult. Rhodig. Ant. Lect. 18 cap. 19. Alex. ab Alex. 3 c. 3.

Draconites, Dracontion, Dracunculus, vide *Draco*.

DRĀMA, ătis, neutrum, δρᾶμα, actio Comœdiæ vel Tragœdiæ, ein comödien- oder tragödien-spiel, ubi poëtæ persona non admiscetur. *Proferre in scenam dramata*, Sidon.

¶ Dramaticus, a, um; ut, *Opus* vel *Poëma dramaticum*, δραματικὸν, in quo personæ solæ colloquuntur, poëta ipso excluso; cujusmodi poëmata Comœdiæ, Tragœdiæ, Idyllia & Eclogæ nonnullæ.

DRANGES, is, de quo Virg. Æn. 11 v. 335
quem gloria Turni
Obliqua invidia stimulisque agitabat amaris;
Largus opum & linguâ melior; sed frigida bello Dextera.

DRAUSI populi Thraciæ, vide *Trausi*.

DRENSO, are, vox cygnorum est, schreyen wie ein schwan. Auctor Philomelæ v. 23 *Cygni prope flumina drensant.*

DRĔPĂNUM, i, Siciliæ civitas non procul a monte Eryce trans Lilibæum. Drepani Anchises moritur apud Virg. in fine 3 Æneidos:
Hinc Drepani me portus & illætabilis ora
Accipit, &c.

¶ Drepanitani, orum, incolæ hujus oppidi. Cicero 6 in Verr. c. 17.
¶ Drepănis, is, avis ita dicta Plin. 11 cap. 47.

DRĪMY̆PHĂGIA, æ, δριμυφαγία, acrium & salsorum ciborum esus, quem adhibebant veteres vomitui excitando. Cæl. Aurel. 3 Tard. c. 1. Reines. 3 Lect. Var. p. 406.

DRINDIO, ire, wie eine wiesel schreyen. De mustela Auctor Philom. v. 61.

DRŎMAS, ădis, fœm. δρομὰς, camelus, a currendo dictus, ein cameel. Livius lib. 30 cap. 40 *Falcatæ quadrigæ & cameli, quos appellant dromadas.* conf. Vopisc. in Aurel. c. 28. vide *Camelus*. ¶ 2. Nomen canis Ovid. Metam. 3 v. 217.

¶ Dromedarius, i, idem: vel *Cameli dromedarii*, à cursu & velocitate, läuffer, oder lauffthier. S. Hieronymus in vita Malchi sub fin. *Transacta die egredimur ad vesperam, vidimusque camelos, quos ob nimiam velocitatem Dromedarios vocant*, &c. Vulg. Interpr. Esai. 60 v. 6.

¶ Drŏmon, ōnis, genus piscis, Plin. 32 cap. ult. ¶ 2. *Dromones*, naves sunt frumentariæ à celeritate dictæ, quarum meminit Cassiodorus lib. 5 epist. 17. Verba ejus sunt: *Officia jussimus præparare nautarum, ut dromones, quos industria fabricare valuisset, manus remigum provisa susciperet.* Memorantur & sequenti epistola, & Lege 2 § 2 Cod. de off. Pr. Pr. Africæ. Isidorus Orig. lib. 19 cap. 1 *Longæ naves sunt, quas dromones vocamus.* Singularis est *Dromon*, δρόμων. Zonaras in extremo Mauritio imperatore Tom. 3 p. 64 δρόμωνι ἐμβεβηκὼς μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν τέκνων ἀπέδρα. ¶ 3. *Dromones* dicti etiam, qui præerant navibus ad servandum trajectum maris, l. 2 C. de off. præf. præt. ¶ 4. *Dromo* denique servi nomen apud Terentium, ἀπὸ τοῦ δρέμειν, ein läuffer.

¶ Hemerodromus, vide in littera H.

DRŌPAX, ăcis, mascul. δρώπαξ, unguentum, ex resina seu pice ad evellendos corporis pilos adhiberi solitum. Martialis lib. 3 epigr. 74

Psilothro faciemque lavas, & dropace calvam.
Unguentum est depilatorium psilothrum, ψίλωθρον, eine salbe, davon das haar ausfällt.

¶ Drōpăcista, æ, der die haar wegnimmt. Gloss. gr. lat. δρωπακιστὴς, *dropacista, depilator.*

DRŬĪDAE, sive Dryidæ, arum, & Druides, um, Δρυΐδαι, Δρυΐδες, Magi dicebantur & religiosi seu sacerdotes Gallorum, ab eo, quod rem divinam in lucis roborum & sub arboribus facerent, quemadmodum & Germani veteres conventus habuerunt ecclesiasticos sub quercubus. Δρῦς robur seu quercum significat. Plinius lib. 16 cap. ult. *Nihil habent Druides, (ita suos appellant* [Galli] *magos,) visco & arbore, in qua gignatur (si modo sit robur) sacratius. Jam per se roborum eligunt lucos, nec ulla sacra sine eâ fronde conficiunt: ut inde appellari quoque interpretatione Græca possint* Druides *videri.* Porro de Druidibus commemorat multa Cæsar lib. 6 Belli Gallici. Vide Voss. lib. 1 de Idololatr. cap. 35 pag. 264. Cæl. Rhodiginus lib. 18 cap. 21. Dalechamp. ad Plin. lib. 16 cap. 24 *Tiberii principatus Druidas Gallorum sustulit.* Lucan. lib. 1 v. 450 & sequentib. Humanis hostiis sacrificare Mercurio soliti fuerunt, quam religionis immanitatem sustulit Claudius, ut Suetonius ejus vita auctor est cap. 25. De his nonnulla Marcellus Donatus disputat ad 14 Annal. Tacit. cap. 30. Vide & Cluverum lib. 1 Antiquæ Germaniæ cap. 24. Cæterum non virorum solùm hoc nomen: verum & fatidicarum fœminarum. Vopiscus in Aureliano cap. 44 *dicebat, quodam tempore Aurelianum Gallicanas consuluisse Druidas.*

DRUNGUS, i, globus militum, turma, ein troupp, ein hauffe. Vegetius lib. 3 cap. 16 *Scire autem dux debet, contra quos drungos, hoc est, globos hostium, quos equites oporteat poni.* Vopiscus in Probo cap. 19 *Omnium gentium drungos usque ad quinquagenos homines ante triumphum duxit.* Adde hic Salmas. & Casaubonum: ad Vegetium autem Stewechium.

¶ Drungarius, i, præfectus & ductor drungorum, apud Leonem de Bell. Apparatu, ein wachtmeister. Vid. Stewech. in c. l. Vegetii.

DRUPAE, arum, baccæ sunt oleaginæ nondum edules, unzeitige und junge oliven. ¶ 2. Baccæ lauri, auctore Hermolao in Plin. lib. 15 cap. 1. ¶ 3. Alii tamen *drupas* olivarum baccas ad maturitatem properantes vocant, wohlzeitige oliven. Græci δρυπετεῖς olivas primum nigrescentes vocant.

DRŪSUS, i, Δροῦσος, Romanus genere & eloquentia nobilis, Catonis avus. v. Vellej. 2 cap. 13 & 14, & Aur. Vict. Vir. illustr. cap. 66. ¶ 2. Alius Drusus Ciceronis sodalis fuit, cujus meminit ipse lib. 3 de N. D. Ædilis is fuit Romæ, Tribunus item plebis, & in Asia Quæstor. ¶ 3. Fuit & ante eum M. Livius Drusus, cognomento Salinator, Virgil. 6 Æneidos v. 824
Quin Decios Drusosque procul, &c.
¶ 4. Fuit & hoc nomine Liviæ Augustæ filius, cognomento *Germanicus*, qui in Germania, quam magnam partem devicerat, & inde cognomen Germanici acceperat, periit, de cujus morte exstat Ovidii, vel potius Pedonis Albinovani consolatio ad Liviam. Drusi porro istius oden laudatricem vide apud Horat. lib. 4 carm. ode 4. Ejus elogium & Seneca dedit Consolat. ad Marciam cap. 3. ¶ 5. Drusus Tiberii filius ex Vipsania, Tacit. Ann. 3, 75, 1. nimis gaudet sanguine, ibid. 1, 76, 4 &c.

¶ Drusianus, a, um, adject. ut, *Drusiana fossa*, Tacit. Ann. 2, 8, 1. Drusum Tiberii fil. petulantia insignem, immiti adeo & sanguinaria fuisse natura, scribit Dion, ut enses præacuti ab eo *Drusiani* cœperint dici. Cæl. Rhodig. 11 c. 13 ex Dionis lib. 57.

¶ Drusilla, æ, relicto priore marito Felicis nuptias secuta est, cujus mentio fit Act. 24 v. 24. ¶ 2. Alia Germanici ex Agrippina filia, Tacit. Ann. 6, 15, 4.

DRY̆ĂDES, um, silvarum Deæ vel nymphæ, ἀπὸ τῆς δρυὸς dictæ, wald- oder baum-nymphen. Calpurnius eclog. 2 v. 14
Adfuerunt sicco Dryades pede, Najades udo.

¶ Hămādry̆ădes, um, nymphæ, quæ cum arboribus nasci & occidere creditæ. Qualis illa, quam Erisichton arborem incidens simul occidit apud Ovid. lib. 8 Metam. v. 758 &c. v. Servius ad illud Virg. eclog. 10 *Jam neque Hamadryades* &c.

DRYĪTES, æ, δρυΐτης, gemma, Plin. 37 c. 11.

DRY̆ŎPES, um, Δρύοπες, populi circa Parnassum Servio sunt in illud Virgilii 4 Æneidos v. 146
Cretesque Dryopesque fremunt pictique Agathyrsi.

DRYOPHŎNON, i, δρυοφόνον, herba, Plinio lib. 27 cap. 9.

DRYOPHYTES, æ, seu dryophitus, i, δρυόφυτος, vel δρυοβάτης βάτραχος, rana per arbores incedens, vel δρυπετὴς, quasi volans per arbores, *Calamita* Plinio etiam lib. 32 cap. 7, in quo loco tamen *Diopetes* etiam in exemplaribus correctioribus legitur, id est, rana ex imbre proveniens, ein regen-fröschlein. Græci enim Διοπετὲς dicunt, quicquid ex aëre delapsum, & tamquam à Jove demissum est.

DRYOPTĔRIS, ĭdis, filix illa, quæ in quercubus nascitur, & circa quercuum caudices, Matthiol. waldfahren an den eichenbäumen, baumfahren. v. Plin. 27 c. 9.

Dubito, &c. vide *Dubius*.

DŬBIUS, a, um, incertus, anceps, zweiffelhafftig, ungewiß, gefährlich. Ter. Andr. a. 1 sc. 2 v. 1 *Non dubium est, quin uxorem nolit filius.* Cicero lib. 3 de Orat. cap. 8 *Non dubium est, quin si hoc animadvertit, possit notare.* Terentius Phorm. a. 5 sc. 2 v. 9 *Etianne id dubium est?* trägst du noch zweiffel dran? Manilius pariter lib. 4 v. 884
An dubium est habitare Deum sub pectore nostro?
Cicero 11 ad Attic. ep. 6 *De Pompeji exitu mihi dubium nunquam fuit.* Ejusdem, *sine dubio*, 2 fam. ep. 2 &c. Suetonii Ner. cap. 3 *procul dubio*, ohne zweiffel, ungezweiffelt. *In dubio esse*, im zweiffel stehen. *Anima nostra in dubio est*, Sallust. Catil. cap. 52, id est, vita nostra in ancipiti periculo est. *In dubium venire*, est, in discrimen venire, in gefahr kommen, Ter. Adelph. a. 2 sc. 2 v. 35, & pro *dubitari*, Liv. lib. 3 c. 13. *Res in dubium vocatur*, Cic. 2 de Orat. cap. 34, es stehet mißlich. *Suas fortunas in dubium devocaturus*, Cæs. B. Gall. 6 cap. 7. *Cœna dubia*,

pro ſuſpecta veneni nomine, ut Eraſmus indicat. Horat. 2 ſatyr. 2 v. 77 *vides, ut pallidus omnis*
Cœna deſurgat dubia.
Sed rectius pro laute inſtructa Acron accipit. Terent. Phorm. act. 2 ſc. 2 v. 28 *Cœna dubia apponitur.* GETA. *quid iſtuc verbi eſt?* PHORM. *ubi tu dubites, quid ſumas potiſſimum.* *Argentum dubium*, id eſt, pecunia de cujus pondere & bonitate dubitatur. *Res dubiæ*, id eſt, adverſæ & cum periculis conjunctæ, gefahr und noth: Plaut. in Epidic. a. 1 ſc. 2 v. 10 *Is amicus eſt, qui in re dubia juvat, ubi re opus eſt.* Tacitus lib. 12 cap. 5 *Conjux proſperis dubiiſque ſocia*; id eſt, periculis. Statius 3 Theb. v. 6 *Peſſimus in dubiis augur timor*, i.e. male conſulit. *Dubius dies* quis dicatur, vide ſupra in *Dies*. Similiter *Dubia ſidera* appellantur, quæ adventante luce malignè apparent, Juven. ſat. 5 v. 22. Sermo enim eſt de matutino crepuſculo. His *certa* opponuntur. Horat. 2 od. 16 v. 3 *neque certa fulgent*
Sidera nautis.

¶ Dubioſus, a, um, idem. Gell. lib. 5 cap. 10 *Tum judices dubioſum hoc inexplicabileque eſſe rati.*

¶ Dubie, adverb. zweiffelhafftig. Cic. 1 de Divin. cap. 55 *ſignum dubie datum.* Livius *haud dubie*, ohne zweiffel, innumeris locis poſuit.

¶ Dubietas, atis, dubitatio, die zweiffelhafftigkeit, apud ſcriptores ævi poſterioris: Eutropium lib. 6 cap. 16 n. 2 *ſine dubietate*: Ammianum Marcellinum lib. 20 cap. 6 *abſentia magiſtri equitum faciente dubietatem*: & alios horum æquales.

¶ Dŭbĭto, avi, atum, are, dubium eſſe, zweiffeln, ungewiß ſeyn. Terent. Andr. a. 2 ſc. 4 v. 2 *Hic nunc non dubitat, quin te ducturum neges.* Cic. Capitoni, ſub ult. ad Attic. *Non dubito, quin mirere, quid tecum de eadem re ſæpius agam.* Idem in Verr. *Dubitare, utrum ſit utilius.* Nota: Ciceronem verbo *Non dubitare* particulam *quin* ſubjicere, pro quâ Corn. Nepos infinitivum ſubſtituit; ut in præfat. *Non dubito, fore pleroſque Attice* &c. ubi vide Lambinum. Singularis & notabilis ſyntaxis eſt, cum poſt *Dubitandi* verba, ſine *Non*, ſed interrogative poſita (ut æquiparentur negationi) *Quin* ſubjicitur: v. g. Cic. pro Lege Man. cap. 15 pr. *Et quiſnam dubitabit, quin huic tantum bellum hoc tranſmittendum ſit?* Idem pro Roſc. Am. cap. 37 *Num ergo dubium eſt, quin ii obtulerint hanc prædam Chryſogono?* Aliàs ſi negativa oratio non fuit, nec interrogativa, *An*, *Num*, *Vtrum*, vel Infinitivus ſequitur. Claudian. de 4 Conſ. Honor. v. 184
Stella die dubitanda nihil:
id eſt, clare videnda, de qua nihil dubitare oculi poſſint. ¶ 2. Idem eſt ac vereri, non audere, ſich ſcheuen. Is enim eſt elegans hujus verbi uſus. Plaut. Epidic. act. 2 ſc. 2 v. 75 *Quid iſtud dubitas dicere?* hoc eſt, quid times, quid vereris? *Non dubitat mandare Lentulum vinculis*, Cic. Catil. 4 cap. 5, er hat kein bedencken. ¶ 3. Renuere, ſich weigern. Ovid. 2 Met. v. 461 *Dubitanti veſtis ademta eſt.* ¶ 4. * Cogitare, deliberare. Juſtin. 21, 1 *Diu dubitavit, an imperium deponeret, an bello reſiſteret.* Sueton. in Claud. cap. 33 *Dubitavit adhibitis principibus, an obtemperarem.* Virg. 9 Æneid. v. 190 *percipe porro,*
Quid dubitem, & quæ nunc animo ſententia ſurgat. Grævius.

¶ Dubitatus, a, um, gezweiffelt, in zweiffel gezogen. Ovid. Met. 2 v. 20
Intravit dubitati tecta parentis.

¶ Dŭbĭtātio, ōnis, zweiffel, zweiffelung. *In ea cauſſa dubitatio nulla eſt*, Cic. pro Cluent. cap. 7, in der ſache iſt nichts ſtreitig oder zweiffelhafftig. *In dubitationem adducere*, in zweiffel ſetzen, Idem lib. 3 fam. ep. 5. *Dubitationem afferre*, Idem lib. 1 Offic. cap. 41. *Tollere omnem dubitationem alicui*, Idem lib. 12 ad Att. ep. 6, allen zweiffel einem benehmen. *Scrupulus injectus & dubitatio*, Idem pro Cluent. cap. 28.

¶ Dubitator, ōris, ein zweiffeler. Tertullian. adv. Hæretic. cap. 33 *negatores & dubitatores reſurrectionis.*

¶ Dubitanter, adverb. mit zweiffel. Aſinius ad Cic. lib. 10 famil. epiſt. 31 *Plane pericula non dubitanter adii*, ohne alle furcht und bedencken. Cic. 2 de Invent. cap. 3 *ſine ulla affirmatione, dubitanter unumquodque dicemus.*

¶ Dubitabilis, e, zweiffelhafft. Ovid. lib. 1 Metam. v. 223
nec erit dubitabile verum.
Prudentius active, ἀποθεωσ. v. 580
Credentes nam Chriſtus amat: dubitabile pectus,
Sub titubante fide, refugo contemnit honore.

¶ Dubitativus, a, um, zweiffelnd, oder damit man zweiffelt: ut, *Conjunctio dubitativa* apud Diomed. Gramm.

Compoſita:

¶ Addŭbĭto, are, aliquantulum dubitare, etwas zweiffeln. Cic. in Orat. cap. 40 *Addubito, quid potius aut quomodo dicam.* Idem lib. 7 fam. ep. 32 pr. *Primum addubitavi, num* &c. Et Livius lib. 8 cap. 10 *Manlius paulliſper addubitavit, an tempus eſſet* &c. vide & Horat. 1 ſat. 4 v. 125.

¶ Addubitatus, a, um, zweiffelhafftig. Cic. 1 Off. cap. 24 *Si plus adipiſcare re explicata boni quam addubitata mali.*

¶ Addubitatio, ōnis, ut dubitatio. Nizolius ex Cic. 3 Offic. cap. 4 producit: *Quid eſt, quod nonnunquam addubitationem afferre ſoleat?* Atque ita nonnulli libri, ſed caſtigatiores Lambini & Gruteri, *dubitationem* exhibent.

¶ Indŭbitare, pro dubitare. Statius lib. 3 Silv. extrem. *tuis moribus indubito.* Sed

¶ Indubitatus, a, um, certum dicimus, gewiß, ungezweiffelt: ut, *Indubitata ſpes*, Plin. lib. 31 cap. 3. *Indubitata cubilia*, Stat. Achill. 2 v. 73. Pro quo

¶ Indubius, a, um, Tacitus dixit Ann. lib. 14 c. 45 *plurimorum indubia innocentia*; & Quintilianus lib. 5 cap. 13 *exempla indubia.*

¶ Indubitate, adv. ſonder zweiffel, unfehlbar. Liv. lib. 33 cap. 11 extr. *quæ indubitate Lyſimachi erant.* Et lege 4 D. de Lege Rhodia ſub fin. *Indubitate utrumque onus pati non debet.* Vellej. 2, 60, 3 *indubitate corrupti Commentarii.* Superl. *indubitatiſſime*, Oroſii eſt lib. 3 extr.

¶ Indubitanter, idem, ungezweiffelt. Plinii exemplum, quod vulgo dant ex lib. 18 cap. 11, eſt falſum, legendumque *indubitata.* Sed tamen

Auguſtinus de vera religione cap. 46 pr. *indubitanter invictus eſt.* Et Salvianus lib. 2 Gub. poſt initium: *indubitanter agnoſce.*

¶ Indubitandus, a, um, idem. Auguſtin. epiſt. 19 c. 2 *ut veritas indubitanda perſiſtat.*

¶ Indubitabilis, e, unzweiffelhafft, gewiß. Statius 11 Theb. v. 64 *ſignum indubitabile.* Quintil. lib. 4 cap. 1 *Indubitabile genus cauſſæ*: & Declamat. 9 ſub fin. *indubitabile ſeculi decus.* Arnobius lib. 7 p. 241 *indubitabili aſſeveratione juramus.*

¶ Indubitabiliter, adv. ungezweiffelt. Arnob. lib. 5 p. 183 *cunctis indubitabiliter notum eſt.*

¶ Subdubitare, nonnihil dubitare, etlicher maſſen im zweiffel ſtehen Cic. ad Attic. lib. 14 ep. 15 *Jam dico meum; antea, crede mihi, ſubdubitabam.*

Dŭcenti, cum derivatis, vide *Centum.*

DŪCO, duxi, ductum, ducĕre, führen, bringen, leiten; differt à *trahere*: ducuntur etiam volentes. *Ducunt volentem fata, nolentem trahunt*, Senec. epiſt. 107. Et Terent. in Andr. a. 4 ſc. 6 extr. *Duc me ad eam, quando huc veni, ut videam.* Idem Eunuch. a. 4 ſc. 6 v. 30 *In jus ducere*, für gerichte laden, klagen. Idem Phorm. a. 1 ſc. 2 v. 36 *in ludum ducere & reducere*, in die ſchule führen. *Maximas copias ducit ad Trojam*, Cic. 1 Tuſc. cap. 41. *Ducere agmen*, Plin. lib. 10 cap. 44, vorangehen. *Exercitum ducere*, Cæſ. 1 Gall. cap. 11, eine armee führen. *Initium ducere ex aliquo*, ſeinen anfang, urſprung haben. Cic. 2 Agr. c. 7 *initium rerum ac legum ſuarum hinc duxit.* *Ducere rationem*, die rechnung machen, bedencken. *Ducere rationem officii*, Cicer. pro Quinct. cap. 16. *Spiritum, vitam ducere*, vivere, Cicer. pro Leg. Man. cap. 12. ¶ 2. Auferre, ſive accipere notat: ut, *præmia ducere*, apud Ovid. 10 Metam. v. 680 *duxit ſua præmia victor.* ¶ 3. Lucanus lib. 10 v. 124
Cocta diu virus non uno duxit aheno.
Duxit, id eſt, hauſit. Nam & *ducere* pro haurire vel bibere ſumitur. Horat. lib. 1 od. 17 v. 21 *Hic innocentis pocula Lesbii*
Duces ſub umbra.
Et Juvenal. ſat. 15 v. 52 *De Corcyræa temetum duxerat urna.*
Similiter & τῷ trahere utebantur. Vide & infra *Educere.* ¶ 4. Eſt in carcerem ducere, Liv. infinitis locis. Tibull. lib. 2 eleg. 3
Ducite: ad imperium dominæ ſulcabimus agros:
Non ego me vinclis verberibuſque nego.
item ad ſupplicium. Sueton. Calig. cap. 27 *A calvo ad calvum duci imperavit.* Plin. lib. 10 epiſt. 97 *perſeverantes duci juſſi.* Et aliquoties Seneca lib. 1 de Ira cap. 16 de Cn. Piſone, & de Tranqu. animi cap. 14. Etiam Lactantius de Mort. perſ. cap. 40 *innocentes duci jubentur.* ¶ 5. Integre, *ad ſupplicium ducere*, Suetonius uſus eſt Tiber. cap. 57, & Cic. Catilin. 1 princ. Sic Nepos 19, 4, 2 *ad mortem duci.* ¶ 6. Sed & quum in auctione mancipium addictum eſſet, dicebant DVCAS LICET. Cic. de Orat. lib. 3 cap. 63 *Quanti addictus? mille nummûm: nihil addo*, DVCAS LICET. Quo reſpexit & Seneca in Ludo de morte Claudii: *Ad ſummum tria verba Silo dicat & ſervum me ducat.* ¶ 7. *Ducere*, & *uxorem ducere*, propriè de viris dicitur, ut nubere de mulieribus. Claudian. lib. 1 in Eutrop. v. 223
nubas ducaſve licebit
Nunquam mater eris, nunquam pater.
¶ 8. *Ducere*, umführen, mit der naſen umführen. *Phaleratis dictis ducere*, Ter. Phorm. a. 3 ſc. 2 v. 15. Et, *dictis ſuis quem ducere*, Idem in Andr. act. 4 ſc. 1 v. 20. *Duci falſo gaudio*, ibid. a. 1 ſc. 2 v. 9. Propert. lib. 3 eleg. 13 *Mentiri noctem, promiſſis ducere amantem*,
id eſt, circumducere. Plaut. Captiv. act. 4 ſc. 3 v. 6 *Hic ille eſt ſenex ductus, cui verba data ſunt.* Alibi *ductare quem* dixit. ¶ 9. *Duci gloriâ*, eſt gloriam ſpectare, ehr und ruhms halben etwas thun. Cicer. pro Arch. cap. 11 *Trahimur omnes laudis ſtudio, & optimus quiſque maxime gloria ducitur.* Item, *duci mercede, præmio, quæſtu & lucro, odio, &c.* ¶ 10. *Ducere bellum*, eſt protrahere, langweilig krieg führen. Cicero lib. 7 fam. epiſt. 3 *ſuadere inſtitui, ut bellum duceret.* Nepos Alcib. cap. 8 n. 1 *in eo occupatus, ut bellum quam diutiſſime duceret.* Cæſ. 1 B. Civ. c. 61 *Ducere bellum in hiemem.* Quo pertinet, *diem ex die ducere*, verzögern, aufſchub ſuchen. Cæſar 1 Gall. c. 16 *Diem ex die ducere Ædui, conferri, comportari, adeſſe dicere. Vbi ſe diutius duci Cæſar intellexit*, &c. ¶ 11. *Ducere* pro exiſtimare, habere, dafür halten. Cicer. de Finib. lib. 3 cap. 3 *Nihil ducere in bonis præter virtutem*, für güter und ſchätze achten. Corn. Nepos Ageſ. cap. 3 extr. *Vt opinione omnium victor duceretur.* Aliquando *animô* additur. Virg. 6 Æn. v. 690 *Sic equidem ducebam animo*, &c. Nepos præf. n. 4 *Laudi ducere*, für tugend rechnen, wohl ſprechen. Terent. in prolog. Adelph. v. 4 *Vos eritis judices, laudine, an vitio duci factum oporteat.* ¶ 12. *Ducere ex ære*, in ertz bilden oder conterfeyen. *Alexandri effigiem ſolus Polycletus ære duceret*, Apul. 1 Florid. *Ducere de marmore vultus*, Virgil. 6 Æneid. v. 848. ¶ 13. *Ducere ſervo pugnum*, eine maulſchelle geben, Paullus JCtus Lege 4 de injuriis & famoſ. libell. ¶ 14. *Ducere lanam*, eſt facere lanam, vel potius nere, Ovid. 4 Metam. v. 33, hecheln oder ſpinnen. Vnde tralatio: *verſus, carmen ducere*, Ovid. 5 Triſt. el. 12 v. 63, quamquam verſus ſuſpectus eſt τῷ πάνυ Heinſio. Et, *ducere aliquid*, pro, carmine dicere, celebrare. Propert. lib. 1 el. 7
Dum tibi Cadmeæ ducuntur Pontice Thebæ.
Claudian. Paneg. de 4 Conſ. Honorii v. 648
O mihi ſi liceat thalamis intendere carmen
Connubiale tuis! ſi te jam ducere patrem:
Sed Heinſius hìc *dicere.* ¶ 15. *Ducere ſe aliquo*, id eſt, conferre. Plaut. Amphitr. act. 4 ſc. 3 v. 8 *Ad regem rectâ me ducam.* Ex quo formatur lectio loci Aulul. act. 4 ſc. 8 v. 7
Vbi ille abiit, ego me deorſum duco ab arbore.
Non enim audiendus Schoppius eſt, qui ibi pro *Duco, duo*, id eſt, *Do* legit. *Duco*, id eſt, demitto me ſenſim, deſcendo, ich mache mich herab. ¶ 16. *Ducere aliquem in errorem*, eſt, falſa opinione deludere, Nep. 23 cap. 9 n. 3.

¶ Ductus, a, um, geleitet, geführt, bewogen. Cic. 2 de N.D. c. 55 *Succus permanat per quaſdam ab inteſtino uſque ad jecur ductas & directas vias.*

Nepos

Nepos 5, 1, 2 *Non magis amore quam more ductus.* Idem 7, 5, 1 *caritate patriæ ductus.* Idem 10, 10, 1 *falsa suspicione ducti.*

¶ Ductus, ûs, ui, nomen, significat deductionem, die führung, leitung: ut, *Aquæ, aquarum ductus*, id est, derivatio, wassergang, Cic. 2 Off. c. 4. *Litterarum ductus*, sunt formæ & tractus litterarum, Plin. 8 cap. 3, die züge der buchstaben. *Ductu suo vel alterius aliquid facere, instituere*, Cicer. Arusp. Resp. c. 2, auf seines oder eines andern rath und anleitung. Cic. lib. 3 fam. ep. 11 *Omnes vires civitatis se ad Pompeji ductum applicaverunt.* Idem pro Lege Man. cap. 21 *Pompejus rem optime ductu suo gessit.* Nam & de officio ducis bellici usurpatur, ut tamen discrimen sit inter *ductu suo* rem gerere, & *auspicio suo*. Vide supra in *Auspicium*. Sic Nepos 4, 1, 3 *Suo ductu barbaros esse deletos*, unter seinem commando. Idem 14, 5, 4 *quorum ductu res male gesta*, Conf. Vellej. 2, 78, 1, & 79, 4 &c.

¶ Ductio, ōnis, idem. Vitruvius lib. 10 cap. 19 *Ductio, reductio rudentum.* Idem lib. 1 cap. 1 *aquarum ductiones*, wasserleitung. Idem lib. 8 cap. 7 *Non poterunt avertere* [aquas,] *cum habeant a capitibus proprias ductiones.* Et Cels. lib. 4 cap. 27 extr. *alvi ductione uti*, ein laxativ brauchen.

¶ Ductor, ōris, dux, ein führer. Virg. 2 Æn. v. 14 *Ductores Danaûm.* Et Statius extremo lib. 3 Silvar. *ductor aquarum Tiberis.*

¶ Ductrix, īcis, fœm. eine führerin. Lege 1 § 12 Dig. de exercit. action. *Vectorum ductrices* naves explicantur ἐπιβαληγοί.

¶ Ductĭlis, e, geschmeidig, das man ziehen kan; ut, *æs ductile*, Plin. lib. 34 cap. 8 sub fin. id est, quod potest duci, & extendi. *Ductile flumen*, id est, Aquæductus, Martial. lib. 12 epigr. 31.

¶ Ducticius, a, um, idem; ut, *ferrum ducticium*, drat, Quintil. lib. 6.

¶ Ductim, adv. nach dem zug, gemachsam. Columella lib. 4 cap. 25 *Major pars operis in vineam ductim potius, quam cæsim facienda.*

¶ Ducto, are, frequent. sæpius ducere, huc illuc ducere, zerren, ziehen. Plaut. Capt. a. 3 sc. 4 v. 109 *Dolis aliquem ductare*, mit räncken ümführen. Terent. Phorm. a. 3 sc. 2 v. 15 *Ductare amicam*, sich mit seiner liebsten schleppen. Id. Adelph. a. 4 sc. 7 v. 34 *Tu inter eas restim ductans saltabis*, du wirst mit ihnen am reihen gehen. *Ductare exercitum*, Sallustius Catil. cap. 11, & Jug. cap. 38, quod postea κακόφατον visum, notante Quintiliano lib. 8 cap. 3.

¶ Ductarius, a, um, das gezogen wird; ut, *Ductarius funis*, zug-seil, das im kloben geht, apud Vitruv. lib. 10 cap. 2, 3 & 5.

¶ Ductito, are, novum ex frequentativo frequentativum, schleppen. Plautus Rud. a. 2 sc. 6 v. 26 *venales illic ductitavit.*

¶ Dux, dŭcis, qui ducit, præit, præest, regit, ein führer, vorgänger. Cic. 2 fam. ep. 6 *Dux nobis & auctor opus est.* Seneca de Vita beata c. 8 *Natura duce utendum est. Duce & auspice*, Horat. 1 od. 7 v. 27. ¶ 2. Cum cujus ductu imperium conjunctum est, ein herr, hertzog. Sic *Duces mari* dicuntur Athenienses apud Nepotem Timotheo cap. 2 n. 2, id est, θαλαττοκράτορες, herren zur see: & Lacedæmonii *mari & terra duces*, apud eumd. in Aristide cap. 2 n. 3. ¶ 3. Speciatim, qui ducit exercitum, qui præest bello, ein feldherr, general. Cic. lib. 7 epist. 3 ad Marium: *Extra ducem paucosque præterea, reliqui in ipso bello rapaces.* Extra ducem, i. e. Pompejum. Silius lib. 3 v. 172

Turpe duci, totam somno consumere noctem,

quod ex Homeri illo Iliad. Β' v. 24 abrasum est, ut Dausquejus ait. *Dux prædonum*, Cic. 7 in Verr. c. 35. ¶ 4. Nostris loquendi moribus *Dux* hodie Princeps majoris dignitatis vocatur, ein hertzog. ¶ Est autem, quacunque notione accipias, communis generis. In fœmineo usus est Florus lib. 4 cap. 11 *Prima dux fugæ Regina.* Prudent. Psychom. v. 347 *Vexillum sublime crucis, quod in agmine primo*
Dux bona prætulerat.

Immo ipse Cicero in Lælio cap. 5 *Natura vivendi dux optima.* Et Val. Max. 6, 1, 1 *Dux Romanæ pudicitiæ Lucretia.* Sed

¶ Ducissa, æ, eine hertzogin, barbarum est. Tutius *Serenissimam Ducem* vocare licet, si de summis & principibus fœminis dicendum est.

¶ Dŭcatus, ûs, a Duce, ut à Tribuno tribunatus. Est militiæ propriè vocabulum, imperium Ducis, das generalat. Suet. in Nerone cap. 25 *Privignum Ruffinum Crispinum, Poppæâ natum, impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus & imperia ludere, mergendum mari demandavit.* Idem Tiber. cap. 19 *Ostento, sibi ac majoribus suis in omni ducatu expertissimo.* Exstat & apud Spartianum in Pescennio Nigro cap. 1 & 4. Capitolin. in Pertinace cap. 5 extr. Vet. Gloss. *Ducatus*, ἡ ἡγεμονία. *Ducatus latronum*, ἀρχὴ λῃστίας. Epitome Liviana lib. 113 *Contractis viribus, quarum ducatum nec Afranius, nec Petrejus excipere volebant.* Flor. lib. 3 cap. 21 *Æquiore animo utcunque ferrem, si plebeji duces, aut si nobiles, mali saltem, ducatum sceleri præbuissent*; id est, civile bellum duxissent: hoc enim per scelus intelligit. Et Justinus lib. 9 cap. 6 n. 8 *cum honoratum insuper ducatu adversarium cerneret.* Et lib. 2 cap. 15 n. 14 *Pausanias pro ducatu regnum Græciæ affectans.* Conf. & Curt. 10, 4, 4, & Manil. 5 v. 360. ¶ Nova significatio, quando regionem Principum *Ducatum* vocamus, ein hertzogthum. ¶ Pro moneta autem aurea, est usûs sordidi ac plebeji.

¶ Ducator, ōris, pro *Ductor*, ein obrister, Lege 29 Dig. ad Leg. Aquiliam § 4. Glossæ veteres: *Ducator*, ἀγός, προηγύμενος.

¶ Ducatrix, īcis, eine obristin. Apulejus de doctr. Platon. lib. 2 post princip. *Vitiorum ducatrices, iracundia & libido.*

¶ Ducalis, e, fürstlich. Glossæ: *Ducale*, ἀγωγεύς.

¶ Ducaliter, adv. idem. Sidonius lib. 5 epist. 13 *ducaliter antecessurus*, id est, in modum ducis. Et comparative idem lib. 8 epist. 6 pr. *Ferunt, nullum rem militarem ducalius C. Cæsare administrasse.*

¶ Archĭdux, ŭcis, ein Ertz-hertzog, vox hybrida, ex græco latinoque conflata, consuetudine recepta. vid. Voss. de Vit. L. L. 1 c. 16 p. 66.

¶ Archĭdŭcatus, ûs, ein Ertz-hertzogthum, pari ratione se habet.

¶ Domiduca & Domiducus, vide *Domus*.

¶ Iterduca, vide infra *Iter*.

Composita cum præposit.

¶ Abdūco, xi, ctum, ĕre, abführen, hinweg führen. Terent. Eun. a. 3 sc. 1 v. 17 *Tum me sibi convivam abducebat solum*, er führte mich von den andern weg, und muste sein gast seyn. *Vi seu per vim abducere*, mit gewalt entführen. Donatus ad Terent. Adelph. act. 3 sc. 3 *Ducimus volentes: sed abducimus invitos.* Sic, *Abducere in servitutem*, Cæs. 1 B. Gall. c. 11. *Abducere animum à cogitationibus*, Cicer. 2 Nat. D. c. 17 abhalten. *Abducere à studio*, Id. lib. 4 fam. ep. 4. Et ad Quint. fratr. lib. 3 epist. 5 ait: *Abduco equidem me ab omni Reip. cura dedoque litteris.* *Abducere aliquem ad nequitiam*, Terent. Adelph. a. 3 sc. 3 v. 4. *Ars illa a religionis auctoritate abducitur ad mercedem atque quæstum*, Cicero de Div. 1 c. 41. *Abducere mentis aciem a consuetudine oculorum*, Idem Nat. Deor. lib. 2 cap. 17. *Abducere caput ab ictu*, dem schlage ausweichen, Virgil. Æn. lib. 5 v. 428. ¶ * *Abduci* veteribus proprie illi dicebantur, qui vi aut a conjugibus, aut parentibus abstrahebantur libidinis caussa. Suet. Aug. c. 69 *Fœminam consularem e triclinio, viri coram in cubiculum abductam.* Virg. 10 Æn. v. 79

Quid, soceros legere, & gremiis abducere pactas?

Vid. Justin. 22, 2. *Grævius.*

¶ Abductus, a, um, weggeführet, weggenommen. *Abductus in secretum*, Livius 30, 14. 22, 22. *Abducti unda montes*, berge, so das wasser weggeschwemmet, Valerius Flacc. 4 v. 677.

¶ Addūcere, zuführen, herbeybringen. *Coram adducere*, Ter. Andr. a. 5 sc. 3 v. 29. *Ante oculos adducere*, Id. Heaut. a. 5 sc. 4 v. 18, & Eun. a. 4 sc. 7 v. 24, unter augen stellen, für gesicht bringen. *Adducere aliquem in suam sententiam*, est persuadere, Liv. lib. 36 c. 11. *In eum locum res adducta est*, Cicer. lib. 5 fam. epist. 21, es ist dahin kommen. *Adduci in periculum*, vel etiam *discrimen extremum*, in die eusserste noth und gefahr gerathen, Idem pro Dom. cap. 29, & lib. 12 fam. ep. 6. Et, *in summas angustias adduci*, Idem pro Quintio cap. 5. *Adducere vultum*, vide *Vultus*. In quo *adducere* est contrahere. Vnde *adductius regnare*, severius, strictiusque est Corn. Tacito de German. cap. 43, & 3 Histor. cap. 7 n. 2. Quamquam hæc formula melius ex re equestri petita existimatur. Nam *adducere equum*, est cohibere adductis frenis, cui contrarium *admittere equum*. Illud *habenas adducere* Cicero dixit in Lælio cap. 13. ¶ *Adduci re aliqua, benevolentia alicujus, commendatione, precibus, oratione, officio, metu, injuria*, pro, moveri seu impelli, verursacht und bewogen werden, Ciceroni & Cæsari locutiones sunt frequentatæ. ¶ *Adducere arcum*, den bogen aufziehen, spannen. Virg. Æn. 5 v. 507.

¶ Adductus, a, um, bewogen, adject. Cicer. lib. 13 fam. epist. 54 *quæ tu adductus mea commendatione fecisti.* Cæs. 1 Bell. Gall. cap. 3 *Hac oratione adducti*, &c. Plin. lib. 1 epist. 16 *In concionibus vis eadem, quæ in orationibus vis est: pressior tamen, & circumscriptior, & adductior*, eingezogener. Capitolin. in Lucio Vero cap. 10 *fronte in supercilia adductiore.*

¶ Adducte, adverbium; comparativum *Adductius*, Tacitus habet locis modo indicatis in *Adducere*. Adde Auson. gratiarum act. p. 726 edit. Tollii: *Nemo adductius jacula contorsit.*

¶ Superadducere. Plaut. Trucul. a. 2 sc. 6 v. 53 *Quine etiam superadducas, qui mihi comedint cibum?*

¶ Circumdūcere, ümher führen, herüm führen. *Circumducere per dolos*, Plaut. dixit in Pseud. a. 1 sc. 5 v. 115, & proprie *Victorem circumducere exercitum*, Livius lib. 8 cap. 13.

¶ Circumductus, a, um, herum gezogen. Seneca epist. 12 *Ætas orbes habet circumductos majores minoribus.*

¶ Circumductio, ōnis, der umfang, umführung; ut, *circumductio sphæræ*, Hygin. Astron. lib. 1 cap. 2 & 3, id est, peripheria. Vitruvio lib. 8 cap. ult. *circumductiones aquæ* sunt, cum oblique ad latera montis ducitur. ¶ 2. In oratione *circumductio*, est amplificatio & copia, opponiturque *paucioribus verbis* à Quintiliano lib. 9 cap. 4. ¶ 3. Fraudatio, hintergehung. Plautus in Captiv. extrem. sive Grege v. 3 *Nec pueri suppositio, nec argenti circumductio.*

¶ Circumductus, ûs, idem. Quintil. 1 cap. 10 sub fin. *deducent eodem circumductu.*

¶ Condūcere, cogere, zusammen bringen. *Conducere in unum locum*, Cæsar lib. 3 de B. C. cap. 13 extr. Et Tacit. 4 Histor. cap. 71 *Dum dispersas suorum copias conducunt.* ¶ 2. Aliud est *conducere domum*, Cicer. pro Cœlio cap. 7. Sic &, *hortum, navem*, miethen, üm geld annehmen, pachten. *Conducere aliquem ad cædem faciendam*, Id. de Prov. Cons. cap. 4, meuchelmörder mit geld kauffen. *Conducere exercitum, militem*, volck werben. ¶ 3. *Conducit, Conducere*, convenire est, expedire, nütz- und zuträglich seyn. *Conducit hoc tuæ laudi*, Cicer. lib. 13 fam. epist. 48, das dienet zu deinem lobe. *Scripsi ad te, quæ ad salutem tuam conducere arbitratus sum*, Id. lib. 4 fam. epist. 7. *Quod in rem conducit tuam*, Plaut. Captiv. a. 2 sc. 3 v. 26. Et, *Ea maxime conducunt, quæ sunt rectissima*, Cic. lib. 5 fam. epist. 19.

¶ Conductus, a, um, zusammen gebracht. Tacit. Ann. 15, 26, 2 *Auxilia regum in unum conducta*, i. e. congregata, versammlet. Horat. Art. v. 431 *qui conducti plorant in funere*, gedingt, ums geld. Idem 1 sat. 2 v. 9 *conductis emere nummis*, mit geborgten oder aufgenommenen gelde. Idem 2 sat. 7 v. 18 *Mercede diurna conductus*, ein tagelöhner. Et, *Conductæ operæ*, Cic. pro Sext. c. 17, verdungene arbeit.

¶ Conductĭcius, a, um, gedinget, geworben; ut, *Conducticius exercitus*, Nepos Iphicr. cap. 2. *Conducticiæ operæ*, Varr. 1 de R. R. cap. 17. *Ne domum quidem habuit conducticiam*, Porcius in vita Terent. ad Sueton. Et Plautus Epidic. a. 2 sc. 3 v. 8 *fidicina conducticia.*

¶ Conductio, ōnis, die miethung, Livius lib. 43 cap. 16, & Cic. pro Cæcina cap. 32, cui & de Invent. 1 cap. 40 idem est ac collectio, die zusammennehmung.

¶ Conductor, ōris, ein pachter; in qua significatione ipsum etiam verbum nonnunquam usurpatur: ut, *Esse conductorem alicujus operis*, Cicer. 3 ad Q. frat. epist. 1. Frequens vox in legibus antiquis: vide Titul. *Locati conducti* Lege 36 & 60 &c. Sic & Vitruvius 1 cap. 1 *Conductorem locatori* opponit; Et Val. Max. 8, 12 ext. 1 *Conductores sacræ arcis*, qui certo pretio faciendam susceperant.

¶ Conducibilis, e, dienlich, zuträglich. *Consilium conducibile*, Plaut. Epidic. a. 2 sc. 2. *Sententia conducibilis*, Apul. lib. 7 Met. p. 192. Et Auct. ad Herenn. lib. 2 cap. 14 *utrum fuerit conducibilius.* Sidonius lib. 6 ep. 1 *illud mihi conducibilius est.*

¶ Conducenter, adverb. idem. Gell. lib. 16 cap. 12 *Commode hæc sane omnia & conducenter.*
¶ Disconducit, non conducit, non expedit. Plaut. Trin. a. 4 sc. 2 v. 85 *Nihil disconducit huic rei.*
¶ Reconducere, iterum conducere, wiederum miethen. Quintilianus declam. 12 p. 173 *vicinarum provinciarum copias reconducit.* Et Lege 13 § 11 Dig. de locat. cond. *reconduxisse videbitur.*
¶ Reconductus, a, um, wieder gemiethet. Plinius lib. 29 cap. 1 *unum agrum ex provincialibus HS. ducentis reconductum.*
¶ Dēdūcere, de loco ad locum alium ducere, abführen. Nepos Catone cap. 1 n. 4 *Ex Africa decedens Q. Ennium deduxerat.* Idem Attico cap. 4 *Quibus rebus factum est, ut Sylla nusquam eum ab se dimitteret, cuperetque secum deducere.* Sic *exercitus deduci* dicuntur, wenn sie abziehen. Plaut. Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 59

proinde ubi
Propere de finibus suis exercitus deducerent.

Ita sæpius Cæsar. Nepos Miltiade cap. 4 n. 2 *Copias in campum Marathona deduxère.* Et, *Domum aliquem deducere*, einem das geleit geben, begleiten, non *conducere*, quo indòcti in eâ significatione utuntur. Livius lib. 23 cap. 23 extr. *Frequentes eum domum deduxerunt.* Sic, *Vxorem domum deducere*, heimführen, heimfarth halten, Terent. Hec. a. 1 sc. 2 v. 60. ¶ Est & lenonum verbum, pro quo *perducere* alii dixerunt: quod idem est ac conciliare, quemadmodum & Suetonius illum locum Ciceronis, *tertia deducta est*, interpretatur. Vide eum in Cæsare cap. 50 & ibi Torrentium: quamquam in alium sensum interpretetur Casaubonus. ¶ *Deduci* etiam *naves* & *classes* dicuntur, quando cursui atque itineri accinguntur: cui contrarium *subducere.* Virgil. 3 Æn. v. 69 *vocat auster in altum:*

Deducunt socii naves & litora complent.

Vide infra *Subducere.* ¶ Sed, *cibum deducere*, est subducere, vel subtrahere, entziehen, das futter etwas höher hängen, Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 23. Horat. lib. 1 epist. 2 v. 48

Ægroto domini deduxit corpore febres.

abtreiben, vertreiben. *Deducere aliquid vel partem de summa sorte*, abziehen, zurück halten. Cicer. lib. 1 Offic. cap. 18 *ut boni ratiocinatores officiorum esse possimus, & addendo, deducendoque videre, quæ reliqui summa fiat.*
¶ Deductus, a, um, abgeführet, dahin gebracht. Nepos 15, 7, 1 *Deducta eò res est.* Suetonius Cæsare cap. 4 *Expositus in litore, non distulit, quin è vestigio classe deducta persequeretur abeuntes. Deductum carmen*, Virgil. eclog. 6 humile dixit, auctoribus Servio & Macrobio, sumta Metaphora à lana, quæ in tenuitatem diducitur. Sic *nasum deductiorem* Suetonius pro tenuiore dixit August. cap. 79, ubi vide Casaub.
¶ Deductio, ōnis, die ableitung: ut, *Deductio aquæ*, Cicer. 1 Divin. cap. 44. *Deductio rivorum a fonte*, Idem Topic. cap. 8. ¶ 2. Deductio etiam ratiociniorum vocabulum est, abzug, abgang. Seneca de Beneficiis lib. 2 cap. 4 *Hæc itaque curæ habebis, si grate æstimari, quæ præstabis, voles: ut beneficia tua illibata, integra ad eos, quibus promissa sunt, perveniant, sine ullâ quod ajunt deductione.* Vide ibi Lipsium. Eadem formula usus est epist. 58 p. 384.
¶ Deductus, ûs, idem. Apulejus lib. 1 de Asin. p. 109 [Pric. p. 12] *Capite laqueum induo. Sed dum pede altero fulcimentum, quo sustinebar, repello, ut ponderis deductu restis ad ingluviem adstricta spiritus officia discluderet; repente putris alioquin & vetus funis disrumpitur.*
¶ Deductor, ōris, qui deducit, e. g. domum, in clientum officiis erat, ein begleiter. Quintus Cicero de Petit. Cons. cap. 9 *Deductorum officium majus est quam salutatorum.*
¶ Deductorium, i, wasserfurch, graben, dadurch das wasser vom feld abgeleitet wird. Pallad. lib. 12 cap. 6 sect. de Castanea: *Locus deductoria liquoris accipiat, ne humor insidens limo, germen exstinguat.*
¶ Dedux, ŭcis, ein verleiter. Symmach. lib. 8 epist. 18 *Nisi forte Gallia tua dedux sit ab Helicone.*
¶ Dīdūcere, dirimere, von einander ziehen, theilen, aus-einander thun, contrarium est verbo *contrahere* vel *comprimere.* Cic. Orat. cap. 32 *Cum pugnum diduxerat & manum dilataverat.* Sil. 3 v. 194 *Fauces immani diducere hiatu.* Horat. in art. v. 325

Romani pueri longis rationibus assem
Discunt in partes centum diducere.

¶ Diductus, a, um, divisus, zertheilt, aus einander gestellt. Tac. Ann. 2, 47, 2 *Diductis terris hauriebantur.* Ibid. 4, 2, 2 *Lascivit miles diductus.* Cæsar lib. 1 de B. C. cap. 7 *Injurias inimicorum in se commemorat, à quibus diductum & depravatum Pompejum queritur. Diductum*, id est, alienatum, distractum ab amicitiâ. *Diductum matrimonium* Suetonius dixit Othone cap. 3.
¶ Edūcere, emittere, ausführen, ausziehen. *Exercitum in expeditionem educere*, Cic. 1 Divin. cap. 33, einen feldzug thun. *E custodia educere*, Idem 1 Tusc. cap. 29, auslassen. *Gladium è vagina*, Cic. de Invent. 2 cap. 4. *Copias ex urbe*, Nepos Miltiade cap. 5. ¶ 2. Interdum idem est quod educare, Terentio maxime: ut in Eunucho act. 1 sc. 2 v. 76 *Eduxit mater pro sua*, sie hat sie erzogen, als wäre sie ihr leiblich kind. Item Adelph. a. 1 sc. 1 v. 23 *Eduxi à parvulo.* Cic. de Orat. lib. 2 cap. 28 *Procreare* & *educere* conjunxit. Juvenal. sat. 10 v. 236

Quos genuit, quos eduxit.

¶ 3. Ebibere. Plaut. Amphitr. act. 1 sc. 1 v. 273 *Cadus erat vini: inde implevi hirneam. Eam ego, ut matre fuerat natum, vini eduxi meri.*
¶ Eductus, a, um, ausgeführt. Cic. ad Att. 1, 22 *per manus servulæ servatus & eductus.* ¶ 2. Educatus, erzogen, unterrichtet. Terent. Andr. a. 5 sc. 4 v. 8 *libere educti adolescentuli.* Liv. 1 cap. 39 *puerum a parvo eductum.* Et lib. 21 cap. 43 *Me in prætorio patris prope natum, certe eductum*, Hannibalem puta. Conf. Tac. Ann. 1, 41, 4.
¶ Eductio, ōnis, die ausführung. Cato apud Festum in *Properam* ita: *Tertia è castris eductio celeris properaque est.*
¶ Edúco, avi, atum, are, auferziehen, verpflegen, ernehren. Varro de educandis liberis apud Nonium cap. 5 n. 105 differentiæ caussa dicit: *Educit obstetrix, educat nutrix, instituit pædagogus.* Idem Nonius cap. 5 n. 5 *Alere*, inquit, *est victu temporali vitam sustentare: Educare autem ad satietatem perpetuam educere.* Hinc Plaut. Men. a. 1 sc. 1 v. 22 *Illi homo homines non alit, verum educat recreatque.* Idem Cist. a. 1 sc. 3 v. 24 *Educavit eam sibi pro filia bene ac pudice.* Terent. in Adelph. a. 3 sc. 4 v. 48 *Vnà a pueris parvuli sumus educati*, wir seyn mit einander zugleich erzogen. Juven. satyr. 15 v. 70

Terra malos homines nunc educat.

¶ Edŭcātus, a, um, auferzogen. Cic. 1 de Orat. cap. 31 *quod est homine ingenuo liberaliterque educato dignum.* Idem 5 Verr. c. 19 *Habemus hominem in fecialium manibus educatum.*
¶ Edúcatio, ōnis, die auferziehung. Cicer. 3 de Orat. cap. 31 *institutus liberaliter, educatione doctrinaque puerili.* In bestiis quoque *educationis laborem* miratur idem Cicero 3 Fin. cap. 19. Hæc *Disciplinæ caput, si recta sit*, quemadmodum Plato cecinit, κεφάλαιον δὴ παιδείας ὀρθὴ τροφή. Quintil. lib. 1 cap. 2 *Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes & mentis & corporis frangit*, das zärtliche aufziehen, oder verziehung der kinder. Ἀρχὴ πολιτείας ἁπάσης, νέων τροφή, h. e. *Fundamentum est reipubl. totius adolescentum educatio*, Diogenes apud Stobæum. Conf. Cic. 3 Tuscul. init.
¶ Edŭcatus, ûs, idem. Fulgent. 3 Myth. *delicata consuetudo mollitur educatu.*
¶ Edŭcator, ōris, qui educat, ein auferzieher, pfleger. Cic. pro Planc. cap. 33 *Educatores cum grata recordatione in mente versantur.* Conf. idem de N. D. 2 cap. 34. Gell. 12 cap. 1. Senec. Controv. 26. Sic Tacitus 14 cap. 3 n. 4 *educator pueritiæ Neronis.*
¶ Edúcatrix, īcis, eine pflegerin. Cic. sub fin. lib. 1 de legibus: *Parens educatrixque sapientia*, rerum scil. quæ in homine bonæ insunt.
¶ Indūcere, introducere, einführen, verleiten; ut, *Inducere novum morem judiciorum in Remp.* Cicer. pro Rab. Posth. cap. 4. *Rem perniciosissimam in civitatem inducere, seditionem atque discordiam*, Idem in Offic. 1 cap. 25. *Multos induxit in peccatum pecuniæ spes*, hat viel leute in sünden gebracht, Auct. ad Herenn. lib. 2 c. 19. ¶ 2. *Inducere* sæpe idem est quod *adducere, impellere*, bewegen, bereden. Sic Cicer. pro Rosc. Amer. *Pretio, gratia, spe, promissis induxit aliquem.* Phædrus 2 fab. 6 *induci verbis.* ¶ 3. Significat & *decipere*, Cicer. pro S. Rosc. c. 40 *Homines honestissimos induxit*, id est, decepit; quod Germani dicunt, über den tölpel werffen. Tibull. lib. 1 eleg. 6 pr.

Semper, ut inducar, blandos offers mihi vultus.

¶ 4. *Inducere in animum*, &, *Animum inducere*, ihm fürsetzen, in den sinn nehmen, nota locutio, & Terentio & Ciceroni frequentissima. Construitur cum *Vt*, aut Modo infinito. Cicer. pro Rosc. Am. c. 19 *Quibus incensus parens potuit animum inducere, ut naturam ipsam vinceret?* Idem 2 Divin. c. 20 *Tu animum induces, caussam istam defendere.* Etiam cum *Quo minus*: Plin. lib. 9 epist. 13 *Non sustinui animum inducere, quo minus illi indicarem.* Terent. Andr. act. 5 sc. 3 v. 12 *olim cum ita animum induxti tuum.* ¶ 5. Est & militare verbum *inducere.* Plaut. Amphitr. act. 1 sc. 1 v. 88

Illicò equites jubet dextera inducere.

anführen. ¶ 6. Est & judiciorum verbum. Namque & *testes* & *accusati*, & *cognitiones*, &c. *induci* dicuntur. Exempla habes apud Suetonium Claudio cap. 39, & Domit. c. 11, Plin. lib. 5 epist. 4 & 20, & lib. 6 epist. 30. ¶ 7. Item picturarum. Horat. in arte pr.

Humano capiti cervicem pictor equinam
Jungere si velit, & varias inducere plumas.

Sic *colores inducere.* ¶ 8. Item Medicinæ: de quo Barthius lib. 37 Adversar. cap. 6. ¶ 9. Item tectorii operis: *parietem inducere*, Vitruv. lib. 7 cap. 3. Et, *tectorium inducere in parietem*, tünchen, Plin. lib. 36 cap. 23. ¶ 10. *Inducere* & delere est. *Nomen inducere*, Cic. 4 ad Attic. epist. ult. ausstreichen. *Inducto priore decreto*, Suet. Cæs. cap. 16, id est, abolito & abrogato. Et Vlpianus lege 1 D. de his quæ in testam. *scriptum, inductum, deletumve.* Et ibidem, *inconsulto deleta & inducta.* ¶ 11. *Induci* & fabulæ & operæ ludictæ dicuntur, aufführen. Suet. Claud. cap. 34 *Induxit & unum ex Nomenclatoribus suis, sicut erat, togatum*, &c. Et cap. 45 *Inducti per simulationem Comœdi.* Id. Nerone cap. 11 *Inducta est & Afranii togata.* Plin. Panegyr. Traj. cap. 34 *At tu Cæsar, quam pulchrum spectaculum pro illo nobis execrabili reddidisti? Vidimus delatorum agmen inductum*, &c. ¶ 12. *Inducere* pro Induere. Sueton. Aug. cap. 92 *Si mane sibi calceus perperam, aut sinister pro dextero induceretur.* Plin. lib. 2 cap. 7 *calceus præpostere inductus*, i. e. dexter pro sinistro.
¶ Inductus, a, um, eingeführt, bewogen. Cic. pro Cæl. cap. 11 *Oratio subtiliter ad criminandum inducta*, i. e. adornata, comparata. Idem pro Quintio cap. 3 *Inductus consuetudine ac familiaritate fecit.* Idem pro Planc. cap. 42 *falsa spe inductus pollicebar.* vide plura in *Inducere* n. 10 &c.
¶ Inductio, ōnis, die einführung, einleitung. Cic. lib. 2 Nat. Deor. cap. 60 *Aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus.* Et Vitruvius præfat. lib. 10 *velorum inductiones.* ¶ 2. Introductio, die fürstellung. *Personarum ficta inductio*, Cic. lib. 3 de Oratore cap. 53. *Inductio erroris*, ibidem. ¶ 3. *Animi inductio*, propensio, inclinatio, die neigung, Idem lib. 1 fam. epist. 8. ¶ 4. Genus argumenti, Logicis notum, de quo etiam Cicero lib. 1 de Invent. cap. 31. Sic etiam Arnobius lib. 2 p. 49 *concludere acutissime syllogismos, ordinare sequaciter inductiones*, &c. ¶ 5. Incrustatio est & tectorii appositio, überstreichung. Pallad. lib. 1 cap. 15 *tribus inductionibus*, dreymahl überweisset. ¶ 6. Et litura est: Lege 1 D. de his quæ in testam. Si testamento fuerit adscriptum: *lituras, inductiones, superinductiones ipse feci.*
¶ Inductus, ûs, subst. idem. Auctor ad Herenn. lib. 2 cap. 17 *quod alieno inductu fecerit.*
¶ Inducticius, a, um, idem. Cyrill. Gloss. *Inducticius*, ἐπείσακτος.
¶ Inductor, ōris, ein anstiffter. Gloss. Vet. *Inductor*, εἰσακτής.
¶ Inductrix, īcis, eine reitzerin, Apuleji est Florid. extrem. *prædæ, quam ore gestabat, inductricem* [corvus vulpem] *compotivit.* Inductricem, quæ induxerat, impulerat corvum ad grocciendum.
¶ Inductibilis, e, das sich drüber schlagen lässet. Cæl. Aurel. Acut. 2, 37

Coagulata, inductibiliaque & digitis convoluta. Id. ibid. *qualitas inductibilis.*

¶ Inductivè, adverb. anreitzend. Idem Tard. 1, 5 *Inductive indulgere.*

¶ Induciæ, arum, plur. belli ad tempus cessatio, auffschub des krieges, stillstand der waffen. Donatus: INDVCIAE, *pax in paucos die: vel quod in diem dentur; vel quod in dies otium præbeant.* Nobis cum Aldo Manutio in Orthographia sic dici placet *Inducias* quasi *inductas* ab *inducendo*, quia cessatio ab armis inducitur. Sic, *Facere inducias*, anstand machen. *Induciæ in centum annos factæ*, Livius lib. 7 cap. 20. Et, *Inducias aliquot dierum cum hoste pacisci*, Cicer. 1 Offic. cap. 10, stillstand auf etliche tage. *Pacta cum Rom. induciarum fides*, Liv. lib. 1 cap. 30. *Agitare inducias*, frist-tage halten, Sallust. cap. 29 B. Jug. Varroni *Induciæ* sunt *pax castrensis paucorum dierum*; Item, *belli feriæ*; qua de re disputat Gellius 1 cap. 25. *Pactionem* vocat Nepos Agesilao cap. 2, ubi etiam legitur *facere, petere, impetrare, conservare inducias*. Ibidem cap. 3 *Dies induciarum præteriit*, id est, exierunt induciæ, sie sind aus. Vide quæ de hujus vocis etymologia notat Voss. part. 4 Instit. Orat. p. 252. ¶ 2. Tralatione eleganti, ut Gronovius restituit Observ. Eccl. Script. cap. 22, Sedulius usus est Oper. Pasch. lib. 5 cap. 7 *Cum divina clementia patienti longanimitate mitissimam judicii suspendit ultionem, nulla nos ex istis inducîis spes impunitatis obtundat.* Terentius Eun. a. 1 sc. 1 v. 15 transfert ad amorem, *in quo & insunt inimicitiæ, induciæ, bellum, pax rursum.*

¶ Superinducere, überziehen. Hinc

¶ Superinductus, a, um, überschüttet. Plin. lib. 15 cap. 17 *duûm pedum terra superinducta.*

¶ Superinductio, ōnis, ausstreichung. Lege 1 § 1 Dig. de his quæ in testam. delentur: *Si novissime testamento fuerit adscriptum: lituras, inductiones, superinductiones ipse feci, &c.*

¶ Superinducticius, a, um, miteinschleichend. Tertullianus lib. 5 advers. Marcion. cap. 3 *superinducticios fratres* vertit, quos Apostolus παρεισάκτους dixerat, Galat. 2 v. 4.

¶ Interductus, ûs, der durchstrich, nomen, significat distinctionem. Cic. in Oratore cap. 68 *Oratio spiritu pronunciantis, aut interductu librarii coacta insistere.*

¶ Introdūcere, einführen. *Introducere præsidium in oppidum*, Cæsar 1 B. Civ. cap. 13, besatzung einlegen. *Introducere novum in rep. exemplum*, ibidem cap. 7. *Introducere ambitionem in Senatum*, id est, inducere, invehere, Cic. in Philipp. 11 cap. 8. Et, *Introducere consuetudinem*; Val. Max. 2 cap. 6, 5, *Introducuntur personæ colloquentes in dialogis, fabulis, &c.* v. Cic. cap. 1 de Amicit. ¶ Est & fori & curiæ verbum, sicut inducere. ¶ Sed & *Scorta introduci* dicuntur. Hinc

¶ Introductio, ōnis, die hineinführung. Sic *mulierum noctes & introductiones puerorum* conjungit Cicero lib. 1 ad Attic. epist. 16. Nec vero semper obscenè significat. Tertull. lib. 5 adv. Marc. cap. 6 *quam introductione seculi revelasset.*

¶ Introductorius, a, um, einführend. Cassiodorus Divinar. Lection. cap. 24 *post introductorios libros.*

¶ Subintroducere, miteinführen. Augustinus epist. 137 *alicui per commendationem meam eum subintroducerem.*

¶ Obdūcere, überziehen. *Obducere tenebras alicui rei*, Cic. 4 Acad. cap. 6, die sache verdunckeln. *Obducere velum*, Plin. lib. 7 epist. 21, fürziehen. *Obducere callum*, id est, contrahere, gewohnen. Cic. Varroni lib. 9 famil. epist. 2 *Consuetudo diuturna callum jam obduxit stomacho meo*, es hat meinen muth hart gemacht. Vide *Callus*. *Limo aliquid obducere*, verschmieren, Plin. lib. 8 cap. 26. ¶ 2. *Obducere aliquem*, est contra ducere, opponere, objicere, qui alteri adversetur, entgegen stellen. Cicero lib. 1 ad Attic. epist. 1 *Mihi videatur non esse ἀδύνατον, Curium obducere.* Actium & Plautum similiter usos hoc verbo, ad eum locum Popma observat. ¶ 3. Est & educere sive ebibere. Cic. 1 Tuscul. cap. 40 *Qui* (Socrates) *cum conjectus in carcerem triginta jussu Tyrannorum, venenum, ut sitiens, obduxisset.* Ita enim Veteres Codices legunt, & firmat Victorius lib. 15 Variar. Lect. cap. 7. Seneca de Provid. cap. 3 *Male tractatum Socratem putas, quod illam potionem publice mistam, non aliter, quam medicamentum immortalitatis obduxit.*

¶ Obductus, a, um, überzogen, bedeckt: ut, *Cicatricem reip. jam obductam refricare*, Cicer. 3 Agrar. cap. 2. Lucan. lib. 3 v. 572

> *Cruor altus in undis*
> *Spumat, & obducto concrescunt sanguine fluctus.*

Obducto, id est, hausto. Horat. epod. 13 v. 5 *Obducta fronte solvatur senectus*, i. e. tristi. *Obducta nox*, vide *Nox*.

¶ Obductio, ōnis, umhüllung, bedeckung. Cic. pro Rab. perduell. cap. 5 *Carnifex, & obductio capitis, & ipsum nomen crucis absit.* Vbi *obductio*, involutio, contectio est, uti mos in suppliciis erat, caput obnubere.

¶ Obducto, are, frequent. zuführen. Plaut. Mercatore act. 4 sc. 4 v. 46 *Non patiar, meas in ædes scorta sic obductarier.*

¶ Superobducere, drüber decken. Hinc

¶ Superobductus, a, um, umgeschlagen. Paullinus Nolanus Epithalamio sive Carm. 22 vers. 110

> *Sed superobducto prædita palliolo.*

¶ Perdūcere, hinausführen, durchführen: ut, *Vitam ad aliquot annos perducere*, sein leben erstrecken, Cic. de Senect. cap. 17. *Rem ad exitum perducere*, Id. lib. 2 extr. de Inventione, zu ende bringen. *Aliquem ad suam sententiam perducere*, Id. l. 16 ad Attic. epist. 8, auf seine meinung bringen, bereden. *Rem eò perducere*, es dahin bringen, Plancus Ciceroni lib. 10 epist. 7. Et Virg. ecl. 1 v. 72 *en, quò discordia cives perduxit miseros!* ¶ 2. Est & verbum lenonum. Scorta enim perduci dicuntur. vide mox *Perductus*. ¶ 3. Perducere etiam est, ægre ac difficulter commovere. *Perducuntur enim necessitate coacti*, Donatus monet ad illud Terentii Andr. act. 1 sc. 1 v. 35

> *filium*
> *Perduxere illuc secum, ut unà esset, meum.*

Corn. Nepos Eumene cap. 2 *Cum eum perducere non posset, interficere conatus est.* Nam paullo ante scribit: *Is* [Leonatus] *multis magnisque pollicitationibus persuadere Eumeni studuit, &c.* ¶ 4. Est & *perducere*, perungere, oblinere, bestreichen, überstreichen. Virg. 4 Georg. v. 425

> *Hæc ait, & liquidum ambrosiæ diffundit odorem,*
> *Quo totum nati corpus perduxit.*

Vbi *perduxit* Phylarg. *unxit* interpretatur. Proprium Medicorum verbum est. Serenus Sammonicus de Medicina c. 5

> *Aut lacrymis hederæ, aut succo perducere cedri.*

Idem cap. 39 *Est qui gallinæ perducet stercore corpus.*

Et cap. seq. *Gramen hyoscyami ceræ sevoque vetusto*
Concilia, mistisque locos perduce dolentes.

¶ Perductus, a, um, hinausgebracht, hingeführt. Lucret. 4 v. 540 *perductus sermo.* De scortis Suet. Tiber. cap. 41 *Quam perductam, nequicquam amplius pati constantissime recusantem, delatoribus objicit.* Et Calig. cap. 25 *Perductam à marito conjunxit sibi.*

¶ Perductio, ōnis, die durchführung. Vitruvius lib. 8 cap. 6 pr. *Nunc de aquarum perductionibus ad habitationes explicabo.*

¶ Perductor, ōris, ein zuführer. Perductores sunt, qui personas invitas ad aliquem pertrahunt; hoc enim à lenonibus differunt. Cic. in Verr. 3 cap. 12 *lenonum, aleatorum, perductorum nulla mentio fiat.* Vbi Asconius: *Lenones sunt scortorum: Perductores etiam invitarum personarum, & in quibus stupra exercita legibus vindicantur.* Lactantius lib. 6 cap. 17 *Multum refert, utrum pecuniam tuam perductores, aleatores, lenonesque diripiant, an illam pietati ac Deo præstes.* Vide Petronianos interpretes: & Heraldum ad Tertulliani Apologeticum, & adde Plautum Mostell. act. 3 sc. 2 v. 158 seq.

¶ Perductare, frequent. hinschleppen. Plaut. Mostell. act. 3 sc. 2 v. 157 *Vin', qui te perductet?*

¶ Prædūcere, vormachen, vorziehen. Tacit. Ann. 14 c. 32 *neque fossam aut vallum præduxerunt.* Silius lib. 10 v. 411 *fossas instant prææducere muris*, graben aufwerffen. Plin. 35 cap. 17 *creta circum præducere.*

¶ Præductus, a, um, vorgezogen: ut, *præducta obsessis fossa*, Senec. 2 de Ira cap. 8. Sic, *præductis sulcis*, Prudent. ἀποθεωσ. v. 356.

¶ Præductal, vel Præductāle, ālis, vel etiam Præductile, in Gloss. παράγραφος, erat stylus vel plumbum, quo lineæ præducebantur in membrana ad scripturam dirigendam, ein griffel. vid. Salmas. ad Solin. p. 643.

¶ Præductorius, a, um: ut, *lora præductoria*, Cato de R. R. c. 135.

¶ Præterdūcere, fürüber führen. Plaut. Mil. a. 1 sc. 1 v. 67 *ut te hodie, quasi pompam, illac præterducerem.*

¶ Prōdūcere, herfür führen, aufstellen. *Exercitum in aciem producere*, das kriegs-volck in die schlachtordnung stellen. Plaut. Amphitr. act. 1 sc. 1 v. 63 *Producit omnem exercitum.* Corn. Nepos Miltiade cap. 5 *Equitum decem millia produxit præliumque commisit.* Et, *Producere testes*, Cic. 7 Verr. cap. 59, zeugen herfür bringen. *Producere ad necem*, ibid. cap. 60. *Producere è carcere*, ibid. cap. 45 extr. ¶ Terent. in Adelph. act. 3 sc. 2 v. 16 *Seni primum animam exstinguerem ipsi, qui illud produxit scelus*, id est, genuit, procreavit, der diesen schandlappen zur welt gebracht hat. Horat. Carm. Secul. v. 17

> *Diva producas sobolem patrumque*
> *Prosperes decreta.*

¶ Terent. Adelph. a. 4 sc. 2 fin. *Producere diem*, & Andr. a. 3 sc. 5 v. 9 *moram alicui malo*, erlängern, aufhalten. *Producere convivium ad multam noctem*, aufziehen, Cic. in Catone cap. 14. ¶ *Producere* & lenonum est, sicut *perducere*. Vide Petronianos interpretes, itemque Casaubonum ad Suetonium pag. 145. ¶ Est aliquando verbum funebre: ut, *longum producere funus ad tumulum*, zur leiche gehen. Lucan. 2 v. 298. conf. Virg. Æn. 9 v. 487. ¶ Vsurpatur & hoc verbum de iis, qui commendantur, ut innotescant & provehantur. Seneca Excerpt. Controv. lib. 3 præf. *Pronunciatio, quæ histrionem posset producere.* Et lib. 4 præf. *Nisi illum magnitudo patris non produceret, sed abjiceret.* Suet. Claud. cap. 4 *Quid est quod dubitemus, quin per eosdem gradus producendus sit, per quos frater ejus productus fuit.* Cicero *ad dignitatem producere* dixit, ut ibi Casaubonus observat, nempe 3 de Fin. c. 16. Idem de Amicit. cap. 20 *Non enim tu possis, quantumvis licet excellas, omnes tuos ad honores amplissimos producere.* Vulgo male dicuntur *promoveri ad honores*. ¶ *Produci* dicuntur & histriones, Sueton. Claud. cap. 21. ¶ Et res venales. Terent. Eunuch. act. 1 sc. 2 v. 53 *Pretium sperans illico producit, vendit.* Vbi Donatus: PRODVCIT, *proprie. Nam* produci *res venales dicuntur.* Idem Heaut. act. 1 sc. 1 v. 92 *Omnes produxi* (servos, ancillas,) *ac vendidi.*

¶ Productus, a, um, lang, erlängert. *Syllaba producta*, id est, longa, Cic. 3 de Orat. cap. 47. *Dolores longinquitate producti*, Idem lib. 5 Tusc. Quæst. cap. 40. Et, *Dolor productior*, Idem 3 Tusc. cap. 17 extr. *Productiora alia & quasi immoderatius excurrentia*, Idem in Oratore cap. 53. *Productissimum flagellum*, (pars vitis) Columell. lib. 3 cap. 10 pr. Sic, *nox productior*, Sen. epist. 12. *Quinto productior actu fabula*, Horat. Art. v. 189. ¶ Interdum *productus* idem est ac illectus. Sic Cæs. 3 de B. C. c. 100 *ex navibus longius productam unam cepit.* Vide ibi Ciacconium. Et Nepos 13, 5, 3 *dolo productum in prælium fugavit.* ¶ *Productum* subst. occurrit apud Cic. 3 de Fin. cap. 16 *Non ea, quæ primario loco sunt, sed ea, quæ secundum locum obtinent, producta nominantur.* conf. Idem 5 de Fin. c. 30.

¶ Productè, adverb. idem. *Producte dicitur*, id est, longâ, ut vocant, quantitate, Cic. in Orat. cap. 48. Comparative Gellius lib. 4 cap. 17 *syllaba productius latiusque pronuntiata.* Et Augustinus epist. 28 *Temporalis vita brevius productiusque non tenditur, quam Deus dispositor temporum novit universitatis moderamini consonare.*

¶ Productio, ōnis, die erlängerung. Cic. lib. 3 de Fin. cap. 14 *Opportunitas non fit temporis productione major.* Idem lib. 3 de Orat. cap. 50 *Quotusquisque est, qui teneat artem numerorum ac modorum? at in his si paullum modo offensum est, ut aut contractione brevius fieret, aut productione longius, theatra tota reclamant.* Gellius lib. 12 cap. 5 Stoicorum προηγμένα vertit *productiones*.

¶ Productor, ōris, ein herfürbringer. Vet. Gloss. *Productor*, προαγωγός.

¶ Pro-

¶ Productilis, e, quod extendi potest, geschmeidig. Gloss. *Productile*, ἐλατόν.

¶ Produx, dŭcis, idem quod productor; ut, *Produx mutui coitus*, Tertull. de carne Christi cap. 20. Ita Rhenanus & Junius legi jubent, cum vulgo sit *Tradux*. Vetus Auctor: *Amorem firmat, ut accepto produce totus eat.* v. Barth. T. 2 in Stat. p. 454.

¶ Rĕdūcĕre, wieder führen, zurück führen, wieder bringen. *Reducere in viam*, Plaut. Pseud. a. 2 sc. 3 v. 2. *Reducere animum ad misericordiam*, Terent. Andr. a. 3 sc. 3 v. 27, lencken, bewegen. *Reducere in gratiam*, wiederum vertragen, eins machen, ibid. a. 5 sc. 4 v. 45. Et, *in gratiam cum aliquo reduci*, Cic. pro Rab. Posth. cap. 8. Sic & Balbus ad Cic. sub ad Attic. lib. 8 ep. 15 *In pristinam concordiam distractos reducere.* Et Cicero ad Quirit. cap. 6 *Ad salutem aliquem reducere medicina*, einem zur gesundheit wieder helffen.

¶ Reductus, a, um, wiedergebracht, zurückgezogen: ut, *reductus testis*, Cic. pro Rab Post. cap. 17. Idem pro Cluent. c. 36 *ab eo in gratiam reducti*, ausgesöhnete. Horat. lib. 1 epistola 18 v. 9

Virtus est medium vitiorum utrimque reductum,

id est, remotum. Vide *Virtus*. Cicero 5 de Fin. cap. 30 *producta* & *reducta* conjungit. Virg. Æn. 6 v. 703 *reducta vallis* est secreta; & Æn. 1 v. 165 *sinus reducti* sunt replicabiles. Comparativus est Quintiliani lib. 11 cap. 3 p. 825, *Alia*, inquit, *eminentiora, alia reductiora.*

¶ Reductio, ōnis, die zurückführung, wiederbringung. Cic. lib. 1 fam. ep. 7 *Reductio regis Alexandrini.* ¶ Item, die zurückziehung. Vitruvius lib. 5 cap. 10 fin. de Balneis: *Clypeum æneum catenis pendeat, per cujus reductiones & demissiones perficietur sudationis temperatura.*

¶ Reductor, ōris, qui reducit, ein wiederbringer. Livius lib. 2 cap. 33 extr. *Menenio, reductori plebis in urbem, sumtus funeri defuit.* Plin. lib. 8 epist. 12 *litterarum senescentium reductor.*

¶ Reducto, are, frequentativum, zurück ziehen. Aurel. Victor in Numeriano: *cum exercitum reductaret.*

¶ Rĕdux, redūcis, qui vel ab exilio vel periculo salvus redit, aut reducitur, der wieder kömmt. Terent. Heaut. act. 2 sc. 4 v. 18 *Tu nunc sola reducem me in patriam facis.* Cic. pro Milone c. penult. *Quid me reducem esse voluistis?* warum habt ihr mich wieder lassen heimkommen? Liv. lib. 6 cap. 10 *Nec quemquam ex his reducem esse.* Ter. Hec. 5, 4 v. 12 *ab orco mortuum reducem in lucem facere*, einen wieder lebendig machen.

¶ Irredux, ŭcis, non redux, non revocabilis, unwiderkehrlich. Lucanus lib. 9 v. 408 *Irreducemque viam deserto limite carpit.*

¶ Semireductus, a, um, halbherumgezogen. Ovidius de A. A. lib. 2 v. 614 *Protegitur læva semireducta manu.*

¶ Retroducere, zurückführen. Vitruvius lib. 10 cap. 6 extr. *necesse erit rursus retroducere.*

¶ Seducere, seorsum ducere, beyseit führen. Ter. Hecyra act. 1 sc. 2 v. 69 *Pamphilus me solum seducit foras.* Sic, *castra seducere*, apud Ovidium 13 Metam. v. 611. Ecclesiasticis *Seducere* est quoque corrumpere, in vitia & errores ducere, verführen. Tertullianus 2 adv. Marc. cap. 8 *Angelus, qui seduxit: sed liber & suæ potestatis, qui seductus est.*

¶ Seductus, a, um, discretus, abgesondert. Seneca epist. 117 *Animi habent proprium quiddam & a corporibus seductum.* Persius satyr. 6 v. 42 *a turba seductior.*

¶ Seductio, ōnis, seorsum ductio, die beyseitführung. Cic. pro Muræn. cap. 24 *seductiones testium.* ¶ Item separatio, absonderung. Lactantius lib. 2, cap. 12 *Mors est corporis animæque seductio.* ¶ Ecclesiastice, corruptio, verführung. Tertull. 2 adv. Marc. cap. 2 *Adam confessus est seductionem.*

¶ Seductus, ûs, ui, verbale, die einsamkeit. Seneca de Tranquillitate animi cap. 3 *Hominum maximæ in seductu actiones sunt.* SEDVCTV, id est, secessu.

¶ Seductor, ōris, ein verführer. Vulgatus Interpr. 2 Tim. 3 v. 13 usus est, & vetus Glossator: *Seductor*, πλάνος, ἀπατητής, ἐξανδραποδιστής. Adde Commodiani Instruct. 70.

¶ Seductrix, īcis, die verführerin. Tertullian. loco proxime notato 2 adv. Marc. c. 2 *Adam non occultavit seductricem.*

¶ Seductilis, e, adject. leicht zu verführen. Onomast. Vetus: *Seductilis*, εὐεξαπάτητος. Augustinus Confess. lib. 2 cap. 3 *seducebat me, quia ego seductilis eram.* Et Alcimus Avitus lib. 2 v. 166

Ergo ubi mortiferum seductilis Eva venenum
Auribus accipiens cladi consensit iniquæ.

¶ Semireductus, quære paullo ante sub *reductus*.

¶ Subducere, wegnehmen, entziehen. Juven. satyr. 1 v. 15

Et nos ergo manum ferulæ subduximus.

Copias in proximum collem subducere. Cæs. B. G. l. 1. cxxii. 3.

Cicer. 2 Tuscul. cap. 17 *Subducere cibum athletæ.* Virgil. eclog. 3 v. 6

Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

Vellej. 2, 72, 5 *Quos præsenti periculo fortunæ subduxit*, die der gefahr entgangen. Ter. Eunuch. a. 4 sc. 7 v. 25 *Clam se subducere*, wegschleichen. *Furto aliquid subducere*, entführen, stehlen, Liv. lib. 9 cap. 11. ¶ Est & nauticum verbum, cui contrarium *deducere*; Virg. 1 Æn. v. 551

Quassatam ventis liceat subducere classem.

Vbi Servius: *SVBDVCERE in terram ducere, hoc est, subductam curare. DEDVCERE autem, in mare ducere.* Cæsar 3 de B. C. cap. 23 *Adeò loci opportunitate profecit, ut ad Pompejum litteras mitteret; naves reliquas, si vellet, subduci & refici juberet*; zu lande ziehen. ¶ *Subducere rationem*, die rechnung überschlagen, Terent. Adelph. a. 5 sc. 4 pr. Et, *Inire & subducere rationem*, Cic. 3 Nat. Deor. cap. 29. *Subducere calculos voluptatum*, ausrechnen, was man von der lust zu geniessen habe, Cic. de Fin. lib. 2 cap. 19.

¶ Subductus, a, um, entzogen. Virg. Æn. 3 v. 135 *Subductæ litore puppes*, & v. 565 *Subducta ad imos manes unda.* Cic. 3 de N. D. cap 29 pr. *inita subductaque ratione scelera meditantes*, nach gemachter rechnung. Horat. 1 epist. 17 v. 54

Aut cistam effractam aut subducta viatica ploret.

id est, clam furto sublata.

¶ Subductio, ōnis, subducendi actio, die wegführung. Cæsar lib. 5 ineunte: *Naves ad celeritatem onerandi subductionesque paullo facit humiliores*, id est, ut subduci in terram facilius possint. Vitruvius lib. 10 cap. 5 extr. *subductiones navium.* ¶ Ratio, computus, ausrechnung. Cic. 2 de Oratore cap. 30 *Occurrit naturali quadam prudentia, non his subductionibus, quas isti docent*, &c.

¶ Subductarius, a, um, quo quid subducitur: ut, *Subductarius funis*, ein zieh-seil, Cato cap. 12 & 68 de Re Rustica.

¶ Subterducere, drunter führen. At Plaut. Mil. act. 2 sc. 3 v. 72 pro subducere. *Subterduxit se tempus huic occasioni*, die zeit ist entgangen.

¶ Superdūcere, übern hals führen. Capitolinus in Marco extremo: *Concubinam sibi adscivit, ne tot liberis superduceret novercam.* Quod etiam est in argumento Declamationis 181 Quintiliani: *Quidam filio superduxit novercam.* Id Plinio lib. 6 epist. 33 est, *novercam filio inducere.*

¶ Superductus, a, um, was weiter oder oben hinzukömmt. Donatus in prolog. Eun. v. 9 *Noverca superductu adolescenti.* Sidonius lib. 5 epist. 17 *pampinus superducta texuerat.*

¶ Superinducere, Superobducere, vide supra *Inducere*, *Obducere*.

¶ Traducere, hinüber führen, herüber bringen. Terent. Adelph. a. 5 sc. 7 v. 12 *Traduc & matrem & familiam omnem ad nos.* Suetonius Tito cap. 8 extr. *Hos* (delatores) *assidue in foro flagellis & fustibus cæsos, ac novissime traductos per Amphitheatri harenam partim subjici in servos, ac venire imperavit*, &c. Nimirum mos obtinuit olim, ut sontes & noxii per amphitheatra, ubi magna semper frequentia hominum erat, inter ludibria varia traducerentur, quo hic locus Suetonii pertinet. Vide in *Amphitheatrum*. Seneca lib. 1 de Ira cap. 7 *Hic damnatum cum dedecore, & traductione vitæ exigit.* Hinc *traducere* diffamare est, de quo postea dicemus. Metaphorice Cic. lib. 1 fam. ep. 2 *Traducere animum ab omni alia cogitatione ad tuendam dignitatem*, a[illegible]n darauff bedacht seyn. Idem pæne est quod convertere, estque contrarium verbo *Abducere*. Cic. lib. 1 fam. ep. 5 *Animos à minore curâ ad summum timorem traducere*, den sinn drauff richten. ¶ 2. *Traducere tempus, vitam*, est transigere, die zeit hinbringen. Cic. de Sen. cap. 23 *Vitam otiosam & quietam sine ullo labore & contentione traducere*, sein leben in ruh und friede hinbringen. ¶ 3. Pro deferre infamiæ caussa, verleumden, übel berüchtigen, austragen, quod & *Traducere per ora hominum*, Livius dixit lib. 2 cap. 38. Sed *Traducere* pro *vertere* latine dici, negat Voss. de Vit. L. L. 1, 34.

¶ Transducere, idem ac *Traducere*, a quo sola orthographia distat. Ita quidam libri antiqui. v. g. *Transduci in melius*, Senec. de Ira lib. 2 cap. 13 extr. ubi aliis libris legitur *traduci*.

¶ Traductus, a, um, hingeleitet. Varro de R. R. 1 cap. 8 *Ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit.* ¶ 2. actus, zugebracht. Cic. pro Planc. cap. 12 *O adolescentiam traductam eleganter.* ¶ 3. *Julia Traducta* coloniæ nomen juxta Herculeum fretum, de qua Vossium vide ad Melam. lib. 2 cap. 6.

¶ Traductio, ōnis, die überführung: ut, *Traductio captorum*, Auson. ad Gratian. cap. 4. ¶ 2. exactio: ut, *Traductio temporis*, zeitvertreibung. Cic. 1 de Divin. cap. 56. ¶ 3. pro infamia, verhöhnung; ut, *damnatus cum dedecore & traductione*, Senec. 1 de Ira c. 6.

¶ Traductor, oris; Cic. lib. 2 ad Attic. epist. 9 *Traductor ad plebem*, ubi interpretes consulas.

¶ Tradux, ŭcis, ein gesetzt; Tradūces, vites dicuntur, quæ in alias atque alias arbores traducuntur, weinstöcke oder reben, die man förder lenckt, propagines, überschüßling, Vide Varr. lib. 1 de R. R. cap. 8, & Columell. 5 cap. 6 & 7. Tacit. 2 Hist. cap. 25 *Spatium Vitellianis datum in vineas nexu traducum impeditas refugiendi.* ¶ Traductum hinc vocabulum ad disputationem de animarum origine. Jam olim enim quæsitum, an anima ex traduce sit, hoc est, ex parentibus propagetur, quæ Tertulliani opinio fuit, quem vide de carne Christi c. 20 & adv. Valent. c. 25, an à Deo dimanet & inferatur in corpus, quæ receptissima veteris Ecclesiæ opinio fuit, adeo, ut erroris arguerent, qui aliter sentiret. Hinc Prudentius Apotheosi, ea parte, qua de natura animæ diserte & copiose disputat, v. 983

Vitandus tamen error erit, ne traduce carnis
Transfundi in sobolem credatur fons animarum
Sanguinis ex[illegible]mplo, cui texta propagine vena est.

De quo cum Augustino venisset in mentem, hærendi ac dubitandi nata ipsi occasio est, ut nihil statuere asseveranter, ac definire de ea quæstione vellet. Vide ipsum epist. 158.

DVDVM, adverbium, lang, längst. Cujus significationem explicat Donatus ad Terent. Andr. act. 3 sc. 4 v. 3, *Adverbia*, inquit, *Temporis aut certa sunt, ut* HODIE, CRAS; *aut incerta, ut* DVDVM, NVPER. *Itaque incertis certum additur tempus, ut* IAMDVDVM, NVNC, NVPER. Add. Valla lib. 2 cap. 34. Cic. 11 Attic. ep. 24 pr. *Quæ dudum ad me scripsisti.* Plaut. Pœnulo a. 1 sc. 3 v. 7 *dedi dudum.*

¶ Jamdudum, de parvo tempore, & quod proxime præteriit, schon neulich, vorlängst. Cic. 2 de Orat. cap. 7 *Antonium jamdudum Cotta & Sulpicius exspectant*, sie haben schon eine feine weile auf ihn gewartet. Dividi etiam eleganter solet. Plautus Pœnul. a. 1 sc. 2 v. 105 *Jam non dudum ante lucem.* Etsi vero plerumque præponi postulat verbo Præsenti, ut, *quod te jamdudum hortor*, Cic. Catil. 1 cap. 5 &c. tamen etiam cum alio Tempore reperitur non raro: e.g. Cic. in Lælio cap. 22 *jamdudum tractabamus*; uti & simplex apud Ter. in And. act. 3 sc. 4 v. 3 *Ego dudum noninihil veritus sum*, &c. Et, *Ita visus est dudum*, in Eunuch. a. 4 sc. 4 v. 15. *Beneficium verbis initum dudum*, in Andr. a. 5 sc. 1 v. 5.

¶ Quamdudum, wie neulich, wie lange. Hic tamen de longiusculo tempore *dudum* dicitur. Terent. Andr. a. 5 sc. 2 v. 9 *Modo introii.* Simo: *quasi ego, quam dudum, rogem.*

¶ Perdudum, sehr lange. Plautus Sticho act. 4 sc. 1 v. 69 *haud perdudum.*

DVELLVM, i, revera nihil aliud, quam bellum in genere significat, krieg, streit. Nam sicut antiquissimi non *bonus*, sed *duonus*, ita non *bellum*, sed *duellum* dicebant. Cicero in Oratore ad Brutum c. 45 complura

plura in latinâ linguâ suavitatis & aurium caussa immutata à ratione veteri tradit: *Quid vero*, inquit, *licentius, quàm quod hominum etiam nomina contrahebant, quò essent aptiora? Nam ut* duellum bellum, *&* duis bis; *sic* Duellium *eum, qui Pœnos classe devicit*, Bellium *nominârunt, cum superiores semper appellati essent* DVELLII. Vide & Quintilianum lib. 1 c. 4, itemque Scalig. lib. 3 Poët. c. 89, & Barth. ad Briton. Aremor. p. 674. Cic. 2 de Leg. c. 18 *Jam æs atque ferrum duelli instrumenta.* Plaut. Amph. a. 1 sc. 1 v. 33 *Legiones reveniunt domum, duello extincto maximo.* Horat. lib. 1 epist. 2 v. 7

Græcia barbariæ lento collisa duello.

Loquitur de Trojano bello, quo Græcia Phrygiaque, quam *Barbariam* vocat, cujusque pars Trojanum regnum fuit, commissa fuit. Idem ad Augustum lib. 2 ep. 1 v. 253

Terrarumque situs, & flumina dicere, & arces
Montibus impositas, & barbara regna, tuisque
Auspiciis totum confecta duella per orbem.

¶ A duabus partibus de victoria dimicantibus translata deinde vox est ad certamen singulare, sive pugnam unius cum uno, ut sit non nisi duorum concertatio seu dimicatio, ein duell, ein zweykampff. Quod verò vulgus *duellum* hodie vocat, *singularis pugna* dicitur Eutropio 2 c. 2, & Sulp. Sever. 1 c. 34. Item *singulare certamen* Vopisco in Probo c. 9. Provocatio ad duella solennis olim inter proceres innocentiæ probatio erat. vid. Cametar. Cent. 2 Horar. Subcis. c. 19. Barth. loco proxime cit. p. 280, 545.

¶ Duellator, ōris, pro *Bellator*, ein krieger, dixit Plautus extremo prologo Captiv. *Judices justissimi*

Domi, bellique duellatores optimi.

¶ Duellicus, a, um, i. e. bellicosus, kriegerisch. Plaut. Epid. a. 3 sc. 4 v. 14 *Arte duellica divitias magnas indeptus.* Lucret. 2 v. 660 *Duellica proles.*

¶ Duellis, e, i. e. hostis, ein feind. Arnob. lib. 1 *Duelles pereunt.*

¶ Duellona, æ, i. e. Bellona. Varro de L. L. 4, 10 *Bellona a bello nunc, quæ Duellona a duello.*

¶ Perduellis, is, hostis bellum pertinaciter urgens adversus magistratum & communem tranquillitatem, ein abgesagter öffentlicher feind. Cic. lib. 1 Offic. c. 12 *Animadverto, quod, qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante.* Et lib. 3 c. 29 *Pirata non est ex perduellium numero definitus, sed communis hostis omnium.* Leg. 234 Dig. de Verb. Signif. *Quos nos hostes appellamus, eos veteres Perduelles appellabant, per eam adjectionem indicantes, cum quibus bellum esset.*

¶ Perduellio, ōnis, die fehd, abgesagte feindschafft. Vlpian. Leg. ult. Dig. ad Leg. Juliam Majestatis: *Qui perduellionis reus est, hostili animo adversus remp. vel principem animatus est.* ¶ Livius lib. 1 c. 26 pro *parricidio* videtur posuisse. Et vero Turnebus observat, antiquitùs *perduellionem* nihil aliud significâsse quàm cædem, quem vide lib. 17 Advers. cap. 7. Aliter Sigonius lib. 2 de antiquo jure Civ. Roman. cap. 18. Vide & JCtos.

Dulcedo, quære in *Dulcis.*

DVLCIS, e, jucundum, gratum, formant à deliciis, quæ dulcibus insunt, lieblich, süsse, angenehm. De sapidis proprie, ut, *aqua dulcis*, quam *marinæ* Varro opponit lib. 3 de R. R. c. 3. *Mustum dulce*, Virg. 1 Georg. v. 295. *Maturâ dulcior uvâ*, Ovid. 13 Metam. v. 796. *Dulcia poma*, Horat. lib. 2 sat. 5 v. 12. Et Ovid. Trist. 5 eleg. 4 v. 29

O dulcior illo
Melle, quod in ceris Attica ponit apis.

¶ Tralate jucundus; ut, *dulcissima epistola*, Cic. 15 ad Attic. ep. 13. *Dulce lucellum*, Horat. lib. 1 epist. 18 v. 102. Et ante paullo v. 86

Dulcis inexpertis cultura potentis amici,
Expertus metuit.

¶ Dulcis etiam idem, quod formosus est. Nam formosorum adspectus gratus & dulcis. Ita Horatius *Cupidines dulces* dixisse videtur, lib. 4 od. 1 v. 4. Statius Epithalamio Stellæ v. 154

mihi dulcis imago
Prosiluit.

¶ Dulce, süßlicht, quasi adverbium. Catull. carm. 52 *qui te spectat & audit dulce ridentem.*

¶ Dulcia, plur. placentæ dulces. Lamprid. Heliogab. c. 27.

¶ Dulciarius, a, um, dulcia faciens; ut, *pistor dulciarius*, ein küchel-zucker-oder pasteten-becker. Martial. lib. 14 lemmate epigrammatis 222, & Apulejus lib. 10 Metamorph. p. 244 ed. Elmenh. Adde Lamprid. Heliogabalo cap. 1. Romani primis temporibus strenarum loco sibi invicem mittebant caricas, caryotides, & mella, ut dulces anni a dulcibus rebus auspicarentur, essentque in omen futuræ suavitatis ineuntis anni. Et hæc munera dicebantur *Dulciaria*, ut notat Hospinianus cap. 8 de Orig. Fest. f. 55 b.

¶ Dulcĭcŭlus, a, um, diminutiv. süßlicht. *Dulcicula potio*, Cicer. in 3 Tuscul. cap. 19. *Dulciculus caseus*, Plaut. Pœnul. a. 1 sc. 2 v. 175.

¶ Dulcēdo, ĭnis, suavitas, lieblichkeit, süßigkeit. *Dulcedo vivendi*, Cic. ad Brut. ep. 16. *Orationis dulcedo*, Idem 3 de Orat. cap. 40. *Somni dulcedine captus*, Statius Theb. 10 v. 79. Et Marius Ciceroni 11 ep. 28 *Neque pecuniæ dulcedine captus sum*, ich habe mich die liebe des geldes nicht einnehmen lassen. Seneca epist. 9 *ut aliarum nobis rerum innata dulcedo est, sic amicitiæ*, es ist eine natürliche begierde. Boeth. lib. 2 Prosa 4 *Quam multis amaritudinibus humanæ felicitatis dulcedo respersa est!*

¶ Dulcitas, atis, idem. Accius apud Nonium cap. 2 n. 215 *O dulcitas conspirantis animæ!* Apulej. de Mundo: *Dulcitas fici.*

¶ Dulcitudo, ĭnis, idem. Cic. in 3 de Orat. cap. 25 *Quin etiam*, inquit, *qui est sensus ex omnibus maximè voluptarius, quique præter cæteros sensus dulcitudine commovetur.* Inscriptio apud Gruter. p. 752 n. 3 CVM QVA VIXIT ANNIS XIII CVM MAGNA DVLCITVDINE.

¶ Dulciter, adverb. süß, süßlicht. Cic. de Fin. lib. 2 cap. 6 *Voluptate sensus dulciter ac jucunde movetur.* Quintilianus lib. 12 cap. 10 p. 908 *dicere dulciter.* Et Apul. lib. 2 Miles. *Meque respiciens, sorbillas dulciter.* Prudent. Cathem. 5 v. 95 *Lignum est, quo sapiunt aspera dulciùs.* Et Cic. de Clar. Or. cap. 19 extr. *Historia quædam Græca, scripta dulcissime.*

¶ Dulceo, ēre, & Dulcesco, ĕre, süß und lieblich werden. Cic. de Senect. c. 15 *Vva maturata dulcescit.* Et Paullinus ad Nicetam v. 30

unde misso
Dulcuit ligno.

¶ * Dulcio, ire, idem. Lucretius lib. 2 v. 473

Humor dulcit, ubi per terras crebrius idem
Percolatur. Grævius.

¶ Dulco, are, id est, dulce reddere, antiquum; recentioribus tamen usitatum verbum, süsse machen. Sidonius lib. 5 epist. 4 *Offensæ amaritudinem politis affatibus dulcare non desinant.* Vid. Voss. lib. 3 Instit. Orat. p. 379.

¶ Dulcatus, a, um, versüsset. Idem Sidon. 2 carm. v. 105

ferunt exorto flumina melle
Dulcatis cunctata vadis.

¶ Dulcōro, are, idem quod Dulcare. Sarisbur. 8, 16 *Dulcorare aquas.* Conf. Vulg. Interpr. Prov. 27 v. 9.

¶ Dulcoratus, a, um, idem quod Dulcatus. Ambros. de Instit. Virgin. *Fons Mara per lignum dulcoratus.*

¶ Dulcăcĭdus, a, um, süß und sauer. Q. Seren. de Med. cap. 12

Crudaque dulcacido miscebis rapa liquori.

Et Gloss. gr. lat. ὀξύγλυκυ, *dulcacidum.*

¶ Dulcămărus, a, um, γλυκύπικρος, süß und bitter. Sic Melissus *Dulcamaram aquam* vocat lacrymas. ¶ *Dulcamara* herba est Matthiolo, hinschkraut. ¶ A Plauto connectitur *Dulce-amarum* Cist. a. 1 sc. 1 v. 71, Pseud. a. 1 sc. 1 v. 61, & a. 2 sc. 4 v. 1, Truc. a. 2 sc. 3 v. 25.

¶ Dulcifer, a, um, süß. Plaut. Pseud. a. 5 sc. 1 v. 18 *cantharum dulciferum propinare.*

¶ Dulcifluus, a, um, poëticum, idem. Dracontius Hexaem. v. 49 *dulcifluí fontes.*

¶ Dulcĭlŏquus, a, um, wohlredend. Onomast. Vet. *Dulciloquus*, μελίλογος.

¶ Dulciorilŏquus, a, um, qui dulci ore loquitur. Ita Nævius in Alcestide græco more Nestorem dixit apud Gellium 19 c. 7.

¶ Dulcimŏdus, a, um, wohllautend, wohlklingend, poët. Prudent. Psychom. v. 666 *resultant*

Mystica dulcimodis Virtutum carmina psalmis.

¶ Dulcinervis, e, idem. Mart. Capella lib. 9 *dulcinervis arcus.*

¶ Doctisŏnus, a, um; Sidonius carm. 15 v. 180 *doctisonæ artes:* Arator in Act. Apost. c. 17 de Paulo: *quem turba profari*

Doctisonis mirata modis.

Sidonius carm. 6 v. 5

Dulcisonum quatitur fidibus dum pectine murmur.

Composita cum præposit.

¶ Condulco, are, idem ac simplex. Vulg. Interpr. Sirac. 27 v. 26.

¶ Edulco, are, idem atque simplex, aut cum augmento. Mattius in Mimiambis apud Gell. lib. 15 cap. 25

Quapropter edulcare convenit vitam
Curasque acerbas sensibus gubernare.

¶ * Indulco, are, süß machen. Tertullianus adv. Iud. cap. 13 *Hoc enim lignum tunc in sacramento erat, quo Moyses aquam amaram indulcavit.* Hinc

¶ Indulcatus, a, um, versüsset. Optatus Afer lib. 6 *O aqua indulcata.* Grævius.

¶ Indulcitas, atis, idem quod Dulcitas apud Nonium cap. 2 n. 215, ubi Cæcilius: *Tanta huic invasit in corda indulcitas.*

¶ Obdulcare, Ambros. lib. 5 in Hexaem. cap. 21 de melle: *Fauces obdulcat & curat vulnera.*

¶ Prædulcis, e, sehr süß, admodum dulcis. Claud. lib. 2 de laud. Stilic. v. 132 *Luxuries prædulce malum.* Nemesian. eclog. 1 v. 23 *prædulcis tibia.* Ac Statius lib. 5 Silv. 3 v. 82 de Sirenibus:

Tyrrhenæ volucres nautis prædulce minantur.

Vbi *prædulce* adverbialiter videtur usurpari.

¶ Subdulcis, e, etwas süß und lieblich. Plin. lib. 26 cap. 8 *Radix subdulcis, in petris nascens.*

DVLICE, δουλικῶς, serviliter, knechtisch. Plaut. Mil. a. 2 sc. 2 v. 58 *adstare dulice.*

DVLĬCHIVM, i, insula una Echinadum. Virgil. Æn. 3 v. 271

Dulichiumque Sameque, & Neritos ardua saxis.

Vide Barth. ad lib. 1 Achilleid. Stat. p. 1585, quæ Vlyssi paruit, à qua Dulichius cognominatus fuit.

¶ Dulichius, a, um, adject. Idem ecloga 6 v. 76

Dulichias vexasse rates, &c.

DVM, adv. temporis, varia significat, indem, &c. notæ significationis. Ter. Heaut. a. 2 sc. 3 v. 16 *Dum ego patria careo.* Idem Andr. a. 4 sc. 1 v. 53 *dum prosim tibi.* Deinde valet *donec.* Cic. 7 Att. ep. 1 *Exspecta, amabo te, dum Atticum conveniam*, biß daß ich, oder biß so lange. Nepos Pausan. c. 3 n. 7 *Exspectandum, dum se res ipsa aperiet*, id est, donec. ¶ Eleganter ei præponitur alia particula: v. g. *Tantisper.* Terent. Heaut. a. 1 sc. 1 v. 54 *Ego te meum dici tantisper volo, dum, quod te dignum est, facis*, so lange, als du thust, was dir gebühret. *Nil dum*, noch nichts, id est, nihil adhuc; *vix dum* pro vix adhuc, noch kaum. Sic Livius quoque lib. 21 cap. 3 *Hunc vix dum puberem Asdrubal litteris ad se arcessierat.* Et lib. 28 cap. 14 *vix dum satis certa luce.* Et lib. 24 cap. 20 *quanquam simulata lenitas nihil dum profuerat.* Et, *Nedum*, zu geschweigen. Terent. Heaut. a. 3 sc. 1 v. 44 *Sufferre amator nunquam ejus sumptus queat: nedum tu possis.* Valer. Maxim. 3 c. 2 n. 26 *ornamenta etiam legioni, nedum militi satis multa.* ¶ At *Necdum*, aber noch nicht. Livius lib. 21 cap. 6 *Hac legatione decreta, necdum missa.* ¶ Apud veteres non raro hæc adjungi particula solebat verbis, atque nominibus etiam interdum. Seneca Medea v. 987

perage dum facinus manu.

Plura exempla vide apud Petrum Colvium Notis in Apuleji Apologiam pag. 250.

¶ Dummŏdo, wenn nur, so allein. Cicer. 3 Offic. c. 21 pr. *Omnia recta & honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur.*

¶ Dumne. Cicero ad Pompejum sub lib. 8 ad Att. epist. 11 *Ego, si cui adhuc videor segnior fuisse, dum ne tibi videar,* id est, si modo non, so du mich dafür nur nicht ansiehest.

¶ Dum tamen. Columell. præf. lib. 1 de R. R. *Cujus præcepta si vel temerè ab indoctis, dum tamen agrorum possessoribus antiquo more administrarentur, minus jacturæ paterentur res rusticæ.*

DV̄MVS, i, ein dornstrauch, busch, hecken; ut, *silva dumis horrida,* Virg. 9 Æn. v. 382. *Amantes ardua dumi,* Idem 3 Georg. v. 315.

¶ Dūmōsus, a, um, heckicht, dornicht: ut, *Arva dumosa,* Id. 2 Georg. v. 180. *Rupes dumosa,* Id. eclog. 1. *Dumosi glareosique montes,* Columella extremo lib. 4.

¶ Dumalis, e, idem. Mart. Capella lib. 3 *dumalibus hirta setis.*

¶ Dūmētum, i, ein dornbusch, gehecke. Virg. 1 Georg. v. 15.

¶ Dumicŏla, æ, habitans inter dumos. Avienus Perieg. v. 895 *dumicolas Arienos.*

DVNTAXAT, adverb. idem quod solùm, allein. Cic. de Amic. c. 15 *Coluntur autem simulatione amicitiæ duntaxat ad tempus.* Id. de Orat. lib. 2 cap. 27 *Hæc artes quidem & præcepta duntaxat requirunt.* Id. ad Att. lib. 4 epist. 3 sub fin. *Nos animis duntaxat vigemus.* Et ad Brut. ep. 3 *Consules duos bonos amisimus, sed duntaxat bonos,* die nichts mehr als fromm waren. Vet. Gloss. *Duntaxat,* μόνον καὶ μέχρι τούτου, δηλαδή. Ad ultimam interpretationem illud Suetonii August. c. 66 *Non tantum virtutes ac merita cujusque digne persecutus, sed vitia quoque & delicta duntaxat modica perpessus,* refert Casaubonus.

DVO, duæ, duo, zween, zwo, zwey. *Duo fulmina belli,* Virg. Æn. 6. Accus. Plur. Masc. *duo* pro *duos* defendunt Gronovius ad Livii 35 c. 21, quod pluribus ibi ex Livio exemplis, etiam de *Ambo,* confirmat: item J. G. Grævius ad Suetonii Claud. cap. 14, & Stewechius ad Arnob. lib. 3 p. 93. Veteres enim promiscue dixerunt *duo* & *duos*; *ambo* & *ambos,* quod viri docti, & in his etiam laudati auctores, infinitis fere exemplis ostenderunt. v. g. Cic. 7 epist. 29 extr. *duo parietes de eadem fidelia dealbare.* Et ad Cæsar. sub 9 ad Attic. ep. 11 *vos duo delegi.* Sic Gruterus, Grævius, & optimi quique MStorum sectatores. Varro 2 de R. R. cap. 5 p. 78 ed. Scal. *duo tauros.*

¶ Duodecim, Duodecies, Duodecimus, &c. vide *Decem.**

¶ Duodeviginti, Duodeviceni, Duodevicesimus, vide *Viginti.*

¶ Duodetriginta, Duodetrecies, vide *Triginta* in *Tres.*

¶ Duodequadraginta, Duodequadragesimus, vide *Quatuor.*

¶ Duodequinquagesimus, vide *Quinque.*

¶ Duodeoctoginta, vide *Octo.*

¶ Duodenonaginta, vide *Novem.*

¶ Ducenti, Duceni, &c. vide *Centum.*

¶ Duumviri, Duumviratus, vide *Vir.*

¶ Dupondius, vide *Pondo.*

¶ Dŭplex, ĭcis, zweyfach, zweyfältig, zweyerley, doppelt. Corn. Nep. Datam. c. 3, 2 *Amiculum duplex.* Virgil. 5 Æn. v. 421 *duplex amictus.* Horat. lib. 1 epist. 17 *duplex pannus.* Vid. Oct. Ferrar. de re vestiar. part. 2 lib. 1 cap. 9, qui putat *duplex* dictum, quod densum crassumque ac villosum esset, vel pro duplici panno confertum. Græcis est χλαῖνα διπλῆ. Terent. in Phorm. act. 4 sc. 2 v. 13 *Spe duplici uti,* zweyerley zu hoffen haben. *Duplices viri,* διπλοῖ ἀνέρες, proverbio dicuntur insinceri & bilingues, quorum animus & oratio discrepant, falsche leute, die mit zweyen zungen reden. ¶ 2. Latus, crassus, Virg. 1 Georg. v. 172

Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorso.

Vbi Servius: *DENTALE,* inquit, *est lignum, ad quod vomer includitur. DVPLICI autem DORSO dicitur, aut* latere, *ut*: At duplex agitur per lumbos spina; *aut revera* duplici, *cujus utrumque eminet latus.* Vide Turn. lib. 13 cap. 1, & lib. 28 cap. ult. Ita *duplicem pannum* pro crasso Horatius dixit lib. 1 epist. 17. ¶ *Duplicia ferramenta,* id est, duplo plura, Columella lib. 1 c. 8.

¶ Duplĭciter, adverb. duobus modis, doppelt, zweyfach. Cic. lib. 9 ep. fam. 20 *Dupliciter delectatus sum tuis litteris.*

¶ Duplicarius, i, qui duplici in militiâ meret stipendia, ein doppel-soldner, Liv. lib. 2 c. 59. vide Rosin. Ant. Rom. p. 972.

¶ Duplio, ōnis, zweyfache straffe oder busse. Plin. 18 c. 3 *noxiam duplione decerni.* *Duplionis* voce veteres pro *duplo* usi sunt, eoque significarunt duplicem vel pecuniæ vel capitis mulctam. Hinc in legg. XII Tabb. *duplionis pœnam subire.* vide Rosin. Antiqu. Rom. lib. 8 p. 791.

¶ Duplus, a, um, zweymahl so viel; ut, *Dupla pars,* zwey theil, Cic. de Vnivers. cap. 7. ¶ Duplum, substantive, Cato in præf. lib. de R. R. *Majores nostri sic habuere, & ita in legibus posuere, furem dupli condemnari, fæneratorem quadrupli,* muste zwiefach wieder geben.

¶ Duplo, are, doppelt geben. *Quod datum est, duplatur,* l. 14 § 5 ff. de serv. corrupt. & l. 20 pr. ff. de liber. caussa.

¶ Duplatio, ōnis, apud JCtos dupla pœna. vid. l. 31 ff. de nox. action.

¶ Duplaris, e, doppelt. Macrob. 1 de Somn. Scip. c. 6 *Duplares milites,* doppel-soldner.

¶ Duplĭco, avi, atum, are, doppelt machen, verdoppeln. Corn. Nep. Iphicr. *Modum hastæ duplicavit,* noch einmahl so lang machen. *Duplicare numerum,* Cic. 1 Nat. D. c. 22. *Ærumna duplicatur viris piis,* τὸ κακὸν τῶν ἱερῶν διπλάζεται, Menander. ¶ 2. Est & simpliciter augere. Virgil. eclog. 2 v. 67

Et Sol crescentes decedens duplicat umbras.

Duplicat, id est, *auget,* inquit Servius. Sallustius in fragm. *Et Marius victus duplicaverat bellum.* Tacit. 4 Histor. c. 54 *Audita interim per Gallias Germaniasque mors Vitellii duplicaverat bellum*: Et c. 62 ejusdem libri: *Duplicatur flagitium.* Sic *duplicata jejunia* dixit B. Hieronymus Epitaphio Paullæ. ¶ 3. *Duplicare est incurvare. Apud Valer. Max. 5, 1 *duplicatum frigore corpus* est flexum, incurvatum. vid. Gronov. Observ. 4, 19. *Grævius.*

¶ Duplicatus, a, um, verdoppelt, vide in *Duplicare.* *Duplicata gloria discedere,* Cic. pro Domo c. 35.

¶ Duplicatio, ōnis, die verdoppelung. Senec. 4 Quæst. Nat. c. 8 *Radiorum duplicatio proxima quæque à terris calefacit.*

¶ Duplicato, adv. zweymahl so viel, so weit. Plin. lib. 2 c. 17 *Stellæ Saturni & Jovis duplicato digrediuntur.*

¶ Duplicator, ōris, qui duplicat, ein doppler. Sidonius lib. 3 epist. 13 *sinistrarum opinionum duplicatores.*

¶ Duplicitas, ātis, die zwiefältigkeit. Lactant. de Opif. Dei c. 8 *aurium duplicitas.*

¶ Conduplicare, verdoppeln. Varro lib. 2 R. R. c. 4 *Hoc conduplicant, ut sit mane & vesperi.* Terent. in Phorm. act. 3 sc. 2 v. 31 *Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicaverit,* er wird dir diesen dienst doppelt vergelten.

¶ Conduplicatio, ōnis, eine verdoppelung. Plaut. Pœn. act. 5 sc. 5 v. 18. Auctor ad Herenn. 4, 28.

¶ Reduplicatus, a, um, nochmahls verdoppelt. Tertull. de patientia cap. 14.

Dupondius, vide *Pondo.*

Duracina, vide ante Composita a *Durus.*

DV̄RĂTEVS, Dūrius vel Durēus, ligneus, höltzern, δούρατα, δοῦρα, ligna. Lucret. lib. 1 v. 476

Nec clam durateus Trojanis Pergama, partu
Inflammasset equus nocturno Grajugenarum.

Aurel. Victor. sive is Ascon. Pedianus lib. de Origine urbis Romæ pr. *Itaque nunc,* primus, *ex ea quoque significatione est, è qua illud in secundo Æneidos, de enumeratione eorum, qui equo durio digrediebantur,* &c. δουράτιος, δούρειος, δούριος. vid. Parei Lex. Lucret. in *Durateus.*

Duresco, Durities, Duro, āre, vide *Durus.*

DV̄RVS, a, um, rigidum & ἀκλινὲς, ad trunci instar seu caudicis, unde & nomen est, quod solvi, subigi, vinci ægerrime potest; & ita molli, tenero, flexili opponitur, hart, fest. *Duræ cautes, cotes, glebæ, cubile durum; dura silex,* apud Virgil. & Ovidium; hic etiam 13 Metam. v. 800 *durior annosa quercu*; & Plinius 36 cap. 24 *durissimi lapides.* ¶ Hinc quicquid affligit & premit, atque perpessu asperum & calamitosum est, *Durum* vocatur; ut, *casus durus, imperium durum, mors, pœna, servitus dura*; & Ciceroni pro Dom. c. 35 *durissima reipub. tempora*: ac *durior annona,* ibidem cap. 6 extr. Sic, *durum acetum,* pro acerrimo, Serenus Sammonicus cap. 4. *Duram muriam,* pro salsissimâ, Columella dixit lib. 12 cap. 6. Vide Ludovic. Novium Ichthyophagiæ lib. 1 cap. 42. *Durus sapor,* Virgil. 4 Georg. v. 102. ¶ 2. Ad hominem quando transfertur, inexorabilem, immitem & immisericordem notat. Antonius Ciceroni sub 14 ad Att. epist. 13 *si duriorem ejus miseræ & afflictæ fortunæ præbes.* Et Cicero lib. 6 ep. 13 ad Ligarium: *perspicio, non fore in te Cæsarem duriorem.* Virg. 1 Georg. pr.

& duri miles Vlyssis.

DVRI, inquit Servius, *non* laboriosi, *sed* crudelis: *ut,*

quem dat tua conjux
Dura.

Nam Virgilius pro negotiorum qualitate dat epitheta. ¶ Aliter Ovidius Vlyssem *durum* vocat lib. 5 Trist. eleg. 6

Si nihil infecti durus vidisset Vlysses, &c.

Ibi enim *durus* patiens, id est, nullo labore, nullâ acerbitate fractus, obfirmatus adversus omnia, quæ incidunt atque affligunt. Vnde & *laboriosum* Horatius epod. 17 v. 16 appellat. Ita Virg. 1 Georg. v. 160 *Duros agrestes,* hart, arbeitsam, rc. & Æn. v. 130

gens dura ac aspera cultu
Debellanda tibi Latio est.

Similiter *duros Iberos* Lucanus lib. 2 v. 629 vocat: & Cicero 1 Tuscul. c. 43 *fortes & duri Spartiatæ.* ¶ Plinio, Panegyrico Trajani cap. 86, & lib. 6 epist. ult. *duri* sunt, qui constantiâ excedunt. ¶ 3. Vsurpatur & de avaro & nimis attento ad rem Horat. 1 epist. 7 v. 91

Durus, ait, Vultei nimis attentusque videris
Esse mihi. Sed & S. Matthæus Evangelista talem hominem σκληρὸν appellat cap. 25 v. 24, quem Vetus Interpres recte *durum* reddidit. ¶ 4. Sed & impudentes, *duri* appellati. Vt Cæsari lib. 3 de Bello Civili cap. 20. *Os durum* Terentius dixit Eunuch. act. 4 sc. 7 v. 36, quod act. 5 sc. 1 v. 22 *impudens* vocat: das sich keiner lügen schämt. *Ferreum os* Suetonius vocat Nerone cap. 2. Vide in *Os.* Similiter *frons dura,* pro inverecunda dicitur. ¶ 5. *Durum* etiam dicitur, quod rude & sine arte est, parum elegans atque concinnum. Qua ratione Ovidius 3 Fast. v. 537 plebis & rusticorum choreas *duras* dixit: item *Durissimum Poëtam* Cicero lib. 41 ad Attic. epist. 20, & Marium *duriorem ad studia* humanitatis, pro Archia cap. 9. *Durum pictorem* Plinius lib. 35 cap. 11. Similiter contra *Molle,* artem & cultum exquisitum significat: de quo suo loco.

¶ Duriusculus, a, um, diminutivum, etwas hart. Plinius major principio Operis: *duriusculum se fecit.* Et Junior lib. 1 epist. 16 *Inserit, data opera, duriusculos quosdam versus*: hart-klingende.

¶ Dure, adverb. hart. Horat. 2 epist. 1 v. 66 *dure dicere*: &

¶ Duriter, adverb. idem. *Vitam parce ac duriter agere,* Terent. in Andr. act. 1 sc. 1 v. 47, sich kärglich und genau behelffen. Vbi Donatus: DVRITER *contra rationem regulæ: debuit enim dicere* dure, *ab eo quod est* durus. *Et tamen est differentia. Est enim* duriter, *sine sensu laboris*: dure *autem, crudeliter. Illud ad laborem; hoc ad sævitiam relatum est.* Sed dure *in alterum,* duriter *in nos aliquid facimus.* Contra vero & infra idem Ter. Adelph. act. 4 sc. 5 v. 29

factum a vobis duriter
Immisericorditerque.

Cic. 1 Att. epist. 1 *duriùs aliquid accipere,* unfreundlich annehmen oder verstehen. Et, *sermones alicujus duriùs accipere,* Cæs. 2 B. Civil. c. 29. *Durius appellare,* Cic. pro Ligar. cap. 6. *Durissime infamantes,* Tertullian. de Pudicit. cap. 1 extr.

¶ Duritas, ātis, die härte. Cic. de Senect. cap. 18 *Quanta in altero duritas, in altero comitas?* unfreundlichkeit.

¶ Duritia, æ, die härte. Plin. lib. 4 cap. 36 *Tanta duritia aculeo est.* Idem de pomo persica lib. 13 cap. 9 *Lignum intus grande, firmæque duritiæ.* Idem lib. 27 cap. 11 *Duritia lapidea,* steinerne härte. Idem lib. 20 cap. 13 *induere duritiam,* hart werden. Contra Ovid. 1 Met. v. 401 *duritiem ponere,* weich werden. Etiam pluraliter: *Ammonia-*

cum duritias emollit, Plin. 24 cap. 6. Et Tertullianus lib. 1 ad Nation. cap. 6 *duritias legum temperare*. ¶ 2. Ad animum cum transfertur, acerbitatem, sævitatemque significat, & æquitati, lenitati, comitati opponitur. Terent. Heaut. act. 3 sc. 1 v. 25

tum hoc timet
Ne tua duritia antiqua illa etiam adaucta sit.

¶ 3. Sed & laborum patientia, atque vivendi aspera ratio *duritia* appellatur. Plaut. Mostell. act. 1 sc. 2 extr.

Parsimoniâ & duritia disciplinæ aliis eram.

Eram disciplinæ, i. e. exemplo, documento. Corn. Nepos Alcibiade cap. ult. *Sic duritiæ se dedisse, ut parsimoniâ victus atque cultus omnes vinceret. Duritia corporum & lacertorum*, firmitas & fortitudo assiduitate laborum parta, Plinio Paneg. cap. 82. ¶ 4. *Duritia oris*, inverecundia, Senec. de Constant. cap. 18. ¶ 5. *Duritia alvi*, verstopfung des leibes, Suet. Nerone cap. 34. Nam & *dura alvus* dicitur. Vide *Alvus*.

¶ Durities, ēi, idem. Cic. pro Domo cap. 38 *animi durities*, ein harter muth.

¶ Duritudo, ĭnis, idem. Sic *Duritudinem* Cato cum *impudentia* conjunxit, apud Nonium cap. 2 n. 244, & apud Gellium 17 c. 2.

¶ Duro, avi, atum, are, est durum, firmum, solidum facere, härten, cui contrarium *mollire*. Livius lib. 21 cap. 11 *Cæmenta non calce durata erant, sed interlita luto, structuræ antiquæ genere.* Columella lib. 6 cap. 37 *Annicula mula rectè a matre repellitur, & amota montibus aut feris locis pascitur, ut ungulas duret.* Cæsar lib. 6 cap. 27 *Hoc se labore durant adolescentes.* Sic, *durare animum*, apud Albinovanum ad Liviam v. 198. *Cor durare* est obfirmare. Phædrus lib. 3 extr.

Fatale exitium corde duro feram.

Ad omne facinus durari, Tacit. 4 Histor. cap. 59. *Ad plagas durari*, Quintil. lib. 1 cap. 3. ¶ Virgilius pro *durescere* posuit, ut recte interpretatus Servius est ecl. 6 v. 35

Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
Cœperit.

Nisi activo passive usus, ut Virg. Æn. 1 v. 108

dum prora avertit, & undis
Dat latus, id est, avertitur.

¶ *Durare* etiam dicuntur res juxta ac homines, cum tuentur statum, atque in sustinenda vi, cui expositi, tolerandisque laboribus molestiisque immoti invictique persistant, ausdauren, aushalten. Ovid. 2 Fast. v. 299 *Sub Jove durabant, & corpora nuda gerebant.*
Et lib. 4 v. 505 *Sub Jove duravit, multis immota diebus,*
Et Lunæ patiens, & pluvialis aquæ.

Virgil. 1 Æneid. 10, 211

Durate, & vosmet rebus servate secundis.

Neque tamen sic absolutè tantùm, sed & cum casu suo ponitur. Horat. lib. 1 od. 14

sine funibus
Vix durare carinæ
Possunt imperiosius
Æquor.

Durare æquor, est sustinere atque perferre, ac vincere maris vim. Frustra enim Torrentius aliter dispungit hunc locum, & interpretatur. Nam quod addit, non meminisse se legere apud auctorem verbum *durare* ita positum: nihil juvat. Ita enim Virg. 8 Æneid. v. 577

patior quemvis durare laborem.

Vbi *durare* Servius *sustinere* ex allegato Horatii loco interpretatur. Stat. lib. 5 Silv. Protreptico ad Crispinum v. 152

Felix, qui viridi fidens optata juventa
Durabis quascunque vias.

¶ Hinc pro *manere, vivere*, frequenter ponitur. Sic, *durare amicitiæ*, & alia passim dicuntur. Plin. lib. 5 ep. 3 *Duravit his illi animus usque ad extremum.* Dialog. de Orator. cap. 17 *Asinius pæne ad extremum* [principatum Augusti] *duravit.* Plaut. Trinum. act. 2 sc. 2 v. 12

lacrimas hæc mihi, cum video,
Eliciunt, quia ego ad hoc genus hominum duravi.

daß ich diese zeit erlebt habe. Juven. satyr. 10 v. 254

cur hæc in tempora duret.

Statius Lyrico ad Maximum Junium lib. 4 Silv. 7 v. 41

Duret in longum generosus infans, &c.

¶ Plaut. Amphitr. act. 3 sc. 2 pr. *Durare nequeo in ædibus*, id est, non possum manere: vel, non possum inducere animum ut maneam, ich kan hier nicht dauren. Terent. Adelph. act. 4 sc. 2 v. 15

Non hercle hic quidem durare quisquam, si sic fit, potest.

gehet es so zu, so kan hier niemand bleiben. ¶ Sueton. Claud. cap 26 *Confirmantque pro concione apud Prætorianos, quatenus sibi matrimonia male cederent, permansurum se in cælibatu: ac nisi permansisset, non recusaturum confodi manibus ipsorum. Nec durare valuit, quin de conditionibus continuo tractaret.* Id est, nec ab se impetrare valuit, ut non statim de nova ducenda conjuge deliberaret. Ita ferè Tacit. 1 Annal. cap. 43 *In nullius unquam suorum necem duravit.* Id est, tam obfirmare animum non potuit, ut aliquem suorum occidi juberet, hat es nicht können übers hertze bringen. ¶ Significat etiam duram alvum facere, verstopffen. Martial. lib. 13 epigr. 26 *Sorba durant ventrem*, die holtzbirnen verstopffen. ¶ Durari passivum, hart werden, gewohnen. Quintil. lib. 1 *Quod si cui mens est tam illiberalis, ut objurgatione non corrigatur, is etiam ad plagas, ut pessima quæque mancipia, durabitur*, schläge-hart werden.

¶ Duratus, a, um, gehärtet: ut, *Duratus frigore pontus*, Ovid. 4 Pont. ep. 9 v. 85, gefroren. *Mens durata malis*, Lucan. 5 v. 798

¶ Dūrabilis, e, währhafftig, dauerhafftig. Ovid. Heroid. epist. 4 v. 89

Quod caret alterna requie, durabile non est.

Pallad. Novemb. cap. 15 *durabilis quercus*. Apulejus Apolog. p. 314 *materies durabilior*.

¶ Durabilitas, ātis, die dauerhafftigkeit, währung. Pallad. lib. 1 cap. 36, & lib. 12 cap. 7 *durabilitate præcipua esse*, sich lange halten.

¶ Dūrāmentum, i, firmitas, währhafftigkeit. Seneca de Tranquillitate animi cap. 1 *Non est, quod dicas, omnium virtutum tenera esse principia, tempore ipso duramentum & robur accedere.* Val. Maximus lib. 2 cap. 7 n. 10 *Humanæ imbecillitatis efficacissimum duramentum est necessitas.* ¶ 2. Duramentum item brachium vitis dicitur, der rebschoß zu nächst am stock. Columella lib. 4 cap. 22 *supervagatam partem duramenti recidere.* Et ante paullo: *si duramenta ejus longius excesserint.*

¶ Duramen, ĭnis, idem. Columella c. l. de vitis brachio: *cujus longitudinis sint duramina.* Lucretius 6 v. 529 *duramen aquarum* dixit pro glacie.

¶ Duratrix, īcis, adjective, während; ut, *duratrix firmitas*, Plin. lib. 14 cap. 1.

¶ Dūresco, ĕre, hart werden, verharten. *Limus durescit*, Virg. ecl. 8 v. 80. Metaphorice *in Gracchorum & Catonis lectione durescere*, Quintilianus lib. 2 cap. 5 dixit, hoc est, duræ & insuavi illorum dictioni adsuefieri.

¶ Durācĭnus, a, um, härtlich: ut, *Vvæ duracinæ*, weinbeere, so eine dicke oder harte haut haben, quasi duri acini, Plin. lib. 14 cap. 1, & Sueton. Aug. cap. 76, ubi Torrentium vide.

¶ Duricorius, a, um, harthäuticht. Sic *Duricorius ficus* Budæus dixit.

¶ Duricordia, æ, i. e. cordis durities, die hartnäckichtkeit. Tertullianus lib. 5 adv. Marc. cap. 4.

Composita:

¶ Condurare, durum reddere, härten. Lucret. lib. 6 v. 968

Humor aquæ porro ferrum condurat ab igni.

¶ Edurus, a, um, non durus. *Eduræ coryli*, Virg. 2 Georg. v. 65. Vide Servium. Alii & *duræ* legunt. Et, *Edura pirus*, valde dura, Id. lib. 4 Georg. v. 144.

¶ Edūrāre, idem quod perdurare, ausdauern. Vtitur eô Seneca de brevitate vitæ cap. 1 ex Aristotele: *Natura animalibus tantum indulsit, ut quina vel dena secula edurent.* Probat Lipsius, quamquam *educerent* in MSStis quibusdam legisset. Et Gellius lib. 14 cap. 1 *Vt tanto ævo potuerint edurare.* Etiam Tacitus Germ. cap. 45 *cadentis solis fulgor in ortum edurat*, es dauert die gantze nacht.

¶ Indurare, durum reddere, härten, hart machen. Plin. lib. 8 cap. 52 *indurantes attritu.* Idem lib. 15 cap. 17 *Punica* [mala] *aqua marina fervente indurari.* Hinc

¶ Induratus, a, um, ausdauernd, ausgehärtet. Livius lib. 30 cap. 18 *Lentior fit pugna, & induratus præter spem resistendo hostium timor.* Statius 4 Theb. v. 64 *Robora flammis indurata.* Compar. *induratior*: Senec. lib. 1 de Ira cap. 11 *Germanis quid induratius ad omnem patientiam?*

¶ Induratio, ōnis, die verhärtung, verstockung, frequens apud Theologos.

¶ Indurator, oris, qui indurat. Gloss. gr. lat. τομωτὴς, *indurator*.

¶ Induresco, ĕre, verharten, starr werden. *Venter indurescit*, Cels. 4 cap. 12 pr. *Indurescere in pravum*, Quintil. lib. 1 cap. 3, im bösen zunehmen.

¶ Obdurare, ausdauern. *Persta atque obdura*, Horatius lib. 2 serm. satyr. 5 v. 39. Ovidius lib. 3 Am. eleg. 11 v. 7

Perfer & obdura, dolor hic tibi proderit olim.

¶ Obduresco, obdurui, ĕre, hart werden: ut, *Obdurescere consuetudine*, Cicero Philipp. 2 cap. 42, etwas gewohnen. *Obduruit animus ad dolorem novum*, Idem 2 fam. epist. 16. Et, *Ad ista obduruimus & humanitatem omnem exuimus*, Idem lib. 13 ad Att. epist. 2. Sic, *Obdurescere in patientiâ*, Idem 7 Verrin. c. 13.

¶ Perdurus, a, um, sehr hart. Lege 2 § 1 Dig. de Custodia & exh. *interpretatio perdura.*

¶ Perdurare, ausharren, ausdauern. Terent. in Hecyr. a. 2 sc. 2 v. 27 *Sancte adjurant, non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare.* Apud Ovid. Medicamine faciei v. 49

Probitas longum perdurat in ævum.

¶ Prædurus, a, um, valde durus, sehr hart. Virg. Æn. lib. 10 v. 749 *prædurus viribus.* Columell. lib. 6 cap. 2 *prædura ætas*, quam opponit *teneræ*. Quintilian. lib. 6 cap 4 *prædurum os*, quod est impudens & maledicum

¶ Prædurare, sehr hart machen. Apicius lib. 2 cap. 1 extr. *adipes phasiani præduraro.* Et lib. 7 cap. 8 *lumbuli prædurentur*, &c. Vnde

¶ Præduratus, ausgehärtet, particip. apud Plinium lib. 23 cap. 7.

¶ Redurescere, wieder hart werden. Vitruv. lib. 1 cap. 4 *Ferrum cum molle & candens est, si refrigeretur tinctum frigida, redurescit & restituitur in antiquam proprietatem.*

¶ Subdurus, a, um, etwas hart. Q. Cic. de petit. consul. cap. 12 *Hoc probabile est: Illud alterum subdurum tibi homini Platonico suadere*: id est, aliquanto durum, difficile.

DVSARĪTIS, ĭdis, myrrhæ species, Plin. 12 c. 16.

Duumvir, Duumviratus, vide *Vir*.

Dux, dŭcis, cum derivatis, vide supra in Verbo *Duco*.

DȲNASTES vel Dynasta, æ, δυνάστης, Princeps, & qui dominum in alios sive imperium habet, atque pro Rege adeo est. Sane Nepos in Datame *Thyum Dynasten Paphlagoniæ* vocat, quem aliquanto post *nobilem Regem* appellitat. Quem honorem ei & Athenæus tribuit lib. 4. Itaque *Dynastes* idem qui *Rex*, oberherr: Vtitur eo Cic. ad Attic. lib. 2 ep. 9 *Si erit iste nebulo cum his dynastis in gratiâ*, so der bube mit den gewaltigen in freundschafft stehen wird. Conf. Vorstii Indicem ad Corn. Nep. hac voce, & Vellej. 2, 51, 1.

¶ Dynastia, æ, die regierung, Græca vox δυναστία.

DYRRACHIVM, i, Δυῤῥάχιον, Macedoniæ civitas & portus celebris, hodie Italis *Durazo* appellatur. *Elegisse sibi exilii locum Dyrrachium*, Cicero ad Terentiam scribit, lib. 14 ep. 1. De nomine atque origine ejus vide Dionem Cassium libr. 41, & Appianum lib. 2 de bellis civilibus. Vide & infra *Epidamnus*. Nam & hoc nomen aliquando huic oppido fuit.

¶ Dyrrachīnus, a, um, adject. Cic. Att. lib. 3 epist. 22 *Quod mei studiosos habeo Dyrrachinos, ad eos perrexi.*

DYSCŎLVS, a, um, δύσκολος, mürrisch. Vulg. Interpr. 1 Petr. 2 v. 18.

DYSENTERĬA, æ, δυσεντερία, exulceratio intestinorum, das bauchweh,

weh, rothe ruhr, durchlauff. *Dysenteria infestari*, Plin. lib. 22 cap. 21.
¶ Dysentericus, a, um, substantive, qui morbo eo laborat, Plin. lib. 22 cap. 25 *Panicum in vino potum prodest dysentericis.* Adde lib. 20 cap. 2.
¶ Adjective, *Passio dysenterica*, Pallad. lib. 3 cap. 31.

DЎSĔRVS, a, um, δύσερος, morosus in amore & infelix. Ausonius epigr. 92 *Suasisti, Venus, ecce, duas dyseros ut amarem.*

DYSPEPSIA, æ, ægra difficilisque coctio, quam *cruditatem* Plinius appellat, undauung, undauligkeit: δύσπεπτον, Græci dicunt, quod difficile coquitur seu digeritur, a πέπτω, *coquo.*

DYSPHŌRĬCVS, a, um, δυσφορικὸς, ungedultig. Firmic. 8, 12 *Dysphorici ac miseri.*

DYSPNOEA, æ, δύσπνοια, spirandi difficultas, ein schwerer athem, das keichen, engbrüstigkeit. *Dispnœæ medetur centaurium majus*, Plin. lib. 26 cap. 7. Vide *Centaurium.*
¶ Dyspnoicus, a, um, qui dispnoiâ laborat, engbrüstig, der schwer athemet. Plin. 24 cap. 6 pr.

DЎSV̄RIA, æ, δυσουρία, difficultas urinæ cum cruciatu magno è lotii acrimoniâ, aut cervicis vesicæ inflammatione vel exulceratione, harnwind. Cicer. lib. 10 epist. 10 ad Attic. *Δυσουρία tua mihi valde molesta.* ¶ Tale quiddam & Strānguria est, στραγγουρία, urinæ scilicet stillicidium, cum stillatim lotium redditur non sine dolore, der kalte harn, die harnstreng.
¶ Dysuricus, a, um, adj. ut, *Affectio vel passio dysurica*, δυσουρικὰ πάθη, Cic. lib. 7 famil. epist. 26.
¶ Dysuriăcus, i, qui tali morbo laborat. Jul. Firmicus lib. 4 cap. 8 pr.

E.

E VOCALIS altera; in multis dictionibus a veteribus pro i tertiâ vocali usurpata fuit, quemadmodum Quintil. monet lib. 1. Sic *bere* pro *heri* apud Juvenalem & Martialem reperias. *Res hodie minor est here quam fuit*, &c. Juvenal. satyr. 3 v. 23. Sic & in marmoribus antiquis sæpissime legitur, *Vergilius, Verginia, Deana*, pro *Virgilius, Virginia, Diana.* Vide Cl. Morhofii de Patavinitate librum p. 38. ¶ 2. Transit in quibusdam verbis in *a*, ut, *Reor, ratus sum, Sero, sevi, satum*; nonnunquam in *o*, ut, *Tego, toga*, &c. Ejusdem cum diphthongo Æ pronunciationis fuisse, Rutgersius lib. 3 Var. Lect. cap. 5 observat. Sequiori ævo & pro diphthongo E simplex scribebatur non tantùm, sed corripiebatur non raro ab ejus temporis Poëtis. Sic, *Sphĕra, hĕresis*, apud Prudentium; *Erumna*, apud Paullinum Benedictum: *Egypticacus*, apud Spartianum &c. legitur: de quâ re alibi dicendi se dabit occasio. ¶ Tandem & hoc notandum, vocalem E in Imperativis secundæ conjugationis ferè produci: esse tamen exempla non pauca etiam, ubi eadem corripitur. Vid. Barth. ad Script. Venat. p. 150, 151.

E, præpositio, ablativo serviens, diversas locutiones efficit. Terent. in Andr. a. 1 sc. 1 v. 10 *Feci, e servo ut esses libertus mihi.* Idem, *E medio abiit, E medio concedere*, den leuten aus den augen gehen. Vid. Hecyr. a. 4 sc. 3 v. 14, &c. Et, *Audivi è prædonibus*, in Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 34. *Fugere è conspectu*, Id. Hecyr. a. 1 sc. 2 v. 107, aus dem gesicht gehen. *Laborare e dolore*, Id. Andr. act. 1 sc. 5 v. 33, in kindes-nöthen liegen. *E re natâ*, id est, pro re nata, Terent. Adelph. a. 3 sc. 1 v. 8, dieweil es also gerathen ist. *E diverso*, id est, *contra*, widerum, Plin. lib. 4 cap. 4. *E contraria parte, E regione*, gegen über, Cicero; quod *ex diverso* dixit Terentius, cui formulæ nonnunquam additur genitivus, *E regione solis*, Cic. 2 de Divinat. cap. 6, gegen der sonnen über. *E repub.* hoc est, *ex utilitate reipub.* aus oder mit gemeinem nutz und besserung, apud Cicer. Sallustium & Livium. *E vestigio*, idem est quod confestim, propere, Serv. Sulp. ad Cicer. lib. 4 epist. 12. Cæs. 4 Bell. Gall. cap. 5 &c. *Solem e mundo tollere videntur, qui amicitiam è vita tollunt*, Cicer. in Lælio cap. 13. *Tutissimum è præsentibus*, Tacitus 2 Annal. cap. 80. Idem: *Optimum è præsentibus*, 4 Histor. cap. 56. ¶ Idem de German. cap. 22 *Statim è somno, quem plerumque in diem extrahunt, lavantur.* E SOMNO, id est, à somno, sive post somnum: quemadmodum & præpositione *Ex* solemus uti. Plaut. Aulul. act. 3 sc. 6 Megadorus ad Euclionem:

E meo quidem animo, aliquantò facias rectius,
Si nitidior sies in filiæ nuptiis.

¶ Ex, vide infra suo loco.

EĀNVS, i, Janus Deus, qui anno præest, Macrob. 1 sat. c. 9.

EĂRĪTES, æ, εἰαρίτης, lapis, alias *Hæmatites* dictus, Cæl. 3 c. 12.

Eatenus, vide *Is, ea, id.*

ĔBĒNVS, i, ἡ ἔβενος, ein ebenbaum. Virg. 2 Georg. v. 116

Sola India nigrum
Fert ebenum;

neutro genere, lignum intelligens: Ebenus autem est arbor, genere sequiori. Plinius lib. 16 cap. 40 *Spississima, ex omni materie, judicatur ebenus & buxus, graciles natura.* Ad colorem respexit Prudentius Cath. 2 v. 69 *qui tetram picem*

Candore tingnis lacteo,
Ebenoque crystallum facis.

¶ Ebenīnus, a, um, von ebenholtz. Vulg. Interpr. Ezech. 27 v. 15.

EBŎRACVM, i, Ἐβόρακον, Britanniæ civitas, vulgo Jorck.

Eborarius, Eboreus, vide *Ebur.*

EBRIVS, a, um, tumulentus, truncken. *Ebriis & insanis multa videntur falsa*, Cicer. de Divin. 2 cap. 58. *Quod in anima sobrii, id est in linguà ebrii*, truncken mund, redet aus hertzen-grund; celebratur à Græcis: τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ νήφοντος, ἐπὶ τῆς γλώττης ἐστὶ τοῦ μεθύοντος, Plutarchus de garrulitate pag. 503. Pittacus Mitylenæus legem tulit, ut, si quis ebrius flagitii quicquam commisisset, duplo graviori supplicio plecteretur. Plaut. in Aulul. act. 4 sc. 10 v. 20 *Nimis vinum vile atque amor, si ebrio atque amanti impune facere, quod lubeat, licet.* Martialis lib. 2 epigrammate 15

Ebrius es: nec enim faceres id sobrius unquam,
Ut velles corio ludere, cerdo, tuo.

¶ Plaut. Cistell. act. 4 sc. 1 v. 15

Alia mulier isto pacto dicat, dicam esse ebriam.

Id est, non satis sanam, sive mentis compotem, ut ebrii solent. Nam & *sobrii* contra pro sanis dicuntur. ¶ Eleganter Horatius *fortunâ ebriam* dixit Cleopatram, quam nimia felicitas de sanitate mentis dejecerit & insolentem reddiderit, lib. 1 od. 37

quodlibet impotens
Sperare, fortunaque dulci
Ebria.

Vid. ibi interpretes & Claudium Dausquejum Notis in Basilii Seleucien. Oration. de Josepho pag. 57. ¶ Aliquando etiam pro pleno & referto ponitur. Persius satyr. 1 v. 50

non est hic Ilias Acci
Ebria veratro.

Lucret. lib. 3 v. 1064 *Homines curis ebrios*: Tertull. de Resurr. Carn. cap. 16 *Gladium latrociniis ebrium*: Cyprianus, *Mentem desiderii veneno ebriam*, dixerunt. Cn. Mattius in Mimiambis:

Jam tonsiles tapetes ebrii succo.

Martialis lib. 14 epigr. 154

Ebria Sidoniæ cùm sint de sanguine conchæ.

Ita *peccatis ebrios* Salvianus dixit libr. 7 de Gubernatione Dei, quod duriusculum.

¶ Ebriacus, a, um, truncken, in Plauti fragm. qua de voce certatur. vide Taubm. ad fragm. Plaut. p. 1489. Gloss. lat. gr. *Ebriacus*, μεθυστής.

¶ Ebriŏlus, a, um, aliquantum ebrius. Plaut. Curc. act. 2 sc. 3

Tristes atque ebrioli incedunt.

¶ Ebriola, æ, ein truncken weib, Plaut. Curc. act. 1 sc. 3 v. 36.

¶ Ebriolatus, a, um, ceu ebriatus, berauscht. Plaut. Fragm. *Homo ebriolatus somno sanari solet.* ¶ *Ebriulatus* ab *Ebriulare*, apud Nonium c. 2 n. 306 Laberius: *Ebriulati mentem hilarem arripiunt.*

¶ Ebriōsus, a, um, qui perniciosissimo laborat ebrietatis consuetæ morbo, ein versoffener, der immer voll ist. Seneca epist. 83 *Plurimum interesse concedes inter EBRIVM & EBRIOSVM. Potest & qui* Ebrius *est, tunc primum esse, nec habere hoc vitium; & qui* Ebriosus *est, sæpe extra ebrietatem esse.* Idem epistol. 88 *Quæritur, libidinosior Anacreon, an ebriosior vixerit.* Catullus carm. 27 *calices* vocat *ebriosa acina ebriosiores.* Vide Isaac. Voss. in h. l. & adde, si lubet, Gellium lib. 7 cap. 20.

¶ Ebrietas, ātis, die trunckenheit. Virgil. in elegiâ de vino & Venere:

Arcanum demens detegit ebrietas.

De hoc effectu ebrietatis Horatius non uno loco: item Plutarchus supra laudato libro de garrulitate pag. 503. Et Seneca dicta epist. 83. Pythagoras Ebrietatem dixit esse μανίας μελέτην, hoc est, *insaniæ meditationem*, Stob. Gravem ebrietatis reprehensionem & apud Plinium habes lib. 14 N. H. cap. 22.

¶ Ebriositas, ātis, die saufsucht, vollsäufferey; Differt ab *Ebrietate*: quæ est ipsum vitium, sive alienatio a mente nimio potu: *ebriositas verò est propensio ad ebrietatem.* Cicero enim lib. 4 Tusc. Quæst. c. 12 distincte: *inter ebrietatem & ebriositatem interest: aliudque est, esse amatorem, aliud amantem.*

¶ Ebrio, are, vollsäuffen, truncken machen. Macrobius lib. 7 cap. 6 *mulieres raro ebriantur.* ¶ Ebriari, pass. truncken werden. Ampelius c. de 12 signis: *quibus vinum dedit, ebriati sunt.*

¶ Ebriamen, ĭnis, τὸ μέθυσμα, was truncken macht. Tertullianus de Jejun. cap. 9 *De Samuele mater, Et vinum, inquit, & ebriamen non bibet.*

¶ Inebrio, are, truncken machen. Plin. 12 cap. 22 de palmæ quodam genere: *vescentes inebriat.* ¶ 2. Implere, anfüllen, quomodo Juvenalis satyr. 9 v. 113 dixit, *inebriare aurem.*

¶ Semiebrius, a, um, halbtruncken. Petron. in Sat.

Ebullio, vide *Bulla.*

ĔBV̆LVS, i, sive Ebulum, i, frutex, alterum genus sambuci, attich, niederholler, quasi pumila sambucus. Plin. 25 cap. 10.

ĔBVR, ŏris, helffenbein. *Ebur atramento candefacere*, Plaut. dixit, pro, formam genuinam lenocinio quodam magis obscurare, quàm ornare, in Mostellaria act. 1 sc. 3 v. 102. *Ex ebore statua*, Suet. Tito cap. 2.

¶ Eburneus, a, um, von helffenbein, helffenbeinern. *Pectines eburnei*, Apul. lib. 11. *Eburnea sella*, Liv. lib. 5 cap. 4. *Eburneæ quadrigæ*, Suet. Ner. cap. 22.

¶ Eburneolus, a, um, dimin. *Eburneola fistula*, Cic. de Orat. 3 cap. 60.

¶ Eburnus, a, um, idem. Tibull. lib. 3 eleg. 4 *plectro modulatus eburno.* Virg. 6 Æn. fin. *porta eburna.*

¶ Eboreus, a, um, itidem ut Eburnus & Eburneus, helffenbeinern. Quintil. lib. 3 cap. 6 *eborea oppida*, imagines devictarum urbium, in triumpho ostentari solitæ.

¶ Eburatus, & Eboratus, a, um, ebore obductus & ornatus, mit helffenbein belegt, oder überzogen. Plaut. Sticho a. 2 sc. 2 v. 53 *Lectus eburatus.* Lamprid. Heliogab. cap. 4 *sella eborata.* Nam & *Eboratus* scribitur. Plura exempla offert Ol. Borrich. Cogit. p. 94.

¶ Eborarius, i, artifex eboris, ein helffenbein-drechsler. Lege 1 Cod. de Excusatione artificum. Et Inscript. apud Grut. p. 65 L. PLOTIO SABINO EBORARIO.

EBVRŌNES, um, populus Galliæ Belgicæ juxta Mosam, Cæsari & aliis: creduntur esse Leodienses hodie, die im Lütticher bißthum. Sed

¶ Eburum, i, Ptolemæo Germaniæ civitas est, putatur esse Olomuntia Moraviæ, Olmütz in Mähren.

Ecademus, vide *Academia.*

ECBĂSIS, is, ἔκβασις, figura, quæ excursus seu egressio dicitur, & digressio, παρέκβασις, cum ab oratione instituta obiter excurritur ad alia,

alia, quod brevissime fieri Horatius præcipit in arte poëticâ. Reditus vero vel reditio ad narrationem institutam, διέξοδος dicitur.

ECBATANA, orum, plurale, Ἐκβάτανα, Mediæ majoris metropolis est Straboni, alias regionis nomen. Caput Mediæ etiam Curtius vocat, eamque Parthis æstiva agentibus sedem esse lib. 5 c. 8 scribit. Corripuit penultimam Lucilius apud Nonium in *Cercurus*.

ECBOLIA, orum, ἐκβόλια, item Ecbolima, æ, & Ecbolas, ădis, medicinæ ejectrices, quibus infantes in utero mortuos medici expellunt, quæ & *phthoria* dicuntur, artzney, damit man die todten früchte aus mutterleibe treibet. ¶ *Ecbolas* uvæ genus apud Plin. 14 c. 18.

ECCE, en, siehe da, repentinum quid & improvisum denotat. Præponitur autem vel nominativo, vel dativo, vel accusativo: ut, *Ecce Antonius*, *Ecce litteræ*, Cic. Att. 13 ep. 16. *Ecce tibi*, Cic. pro Cluent. cap. 28. *Ecce alterum*, *Ecce me*, Terent. Donatus ad Terent. Adelph. a. 4 sc. 7 v. 4 observat, nunquam Virgilium hac particula usum, quam in repentino aliquo & insperato malo. Atqui 2 Æn. v. 270 cum ait:

In somnis ecce ante oculos mæstissimus Hector
Visus adesse mihi.

improvisum quidem aliquid, non malum tamen videtur significare. Nam consulit ibi Æneæ Hector, & quæ ex usu & salute ejus sint, admonet. Vbi simpliciter usum particulæ hujus in repentinis esse, Servius annotat. Et ita Ascon. in 2 Verr. *Proprium*, inquit, *hoc Ciceronis est, in rebus improvisis* (Ecce autem) *quod cum cura Virgilius & legit & transtulit.*

¶ *Eccum, eccam, eccos, eccas*, duo tantum accusativi, ut, *Ellum, ellos*, &c. *Eccum*, id est, *Ecce hic eum*, de quo nimirum agebamus, Terent. Andr. act. 3 sc. 3 extr. Vall. lib. 2 cap. 15. *Eccum* etiam absentibus accommodari, observavit Taubm. ad Plaut. p. 614, 841, & alibi Boxhorn. ad eumd. p. 10.

ECCERE, Plauti est in Amphitr. a. 2 sc. 1 v. 4, & alibi: & Terentii in Phorm. act. 2 sc. 2 v. 5, de quo variæ sunt doctorum sententiæ. Festus adverbium per Cererem jurandi statuit. Vnde & nonnulli *Ecere* scribendum putant: alii *Eccere*, quasi *ecceres*, vel *Eccerem*. Vide interpretes Plautinos.

ECCLĒSIA, æ, ἐκκλησία, cœtus, congregatio, eine gemeine, kirche, quod germanicum vel à κύριον est, (vide *Dominicum*) vel κηρύττω, *concionor*. In concionibus, sive ἐν ἐκκλησίαις Græci olim deliberabant, vel consultabant: quod apud Romanos maxime in Senatu factum. Nam hi judicia exercebant in foro, consilia autem inibant in Curia. Erant autem ἐκκλησίαι apud Athenienses duplices, aliæ κύριαι, quæ erant νόμιμοι, καὶ ὡρισμέναι, hoc est, legitimæ, & statæ, (statis enim temporibus fiebant,) aliæ autem δεύτεραι, extra ordinem cogebantur, urgentibus quibusdam negotiis, quas συγκλήτους καὶ προσκλήτους vocabant. Pollux lib. 8 c. 8 n. 7. Distinxit Plinius à senatu epistola ad Trajanum 111 *& bule & ecclesia consentiente*. ¶ Per similitudinem ab Apostolis demum vocabulum traductum est ad institutum sacrum; Et hic sumitur vel abusive pro templo & loco illo, in quo ad audiendas conciones, aliaque sacra obeunda, conveniunt homines; vel proprie pro cœtu fidelium per prædicationem verbi collecto.

¶ Ecclesiastes, æ, ἐκκλησιαστὴς, concionator, ein prediger.

¶ Ecclesiasticus, a, um, kirchlich, zur kirche gehörig; ut, *Conventus ecclesiastici*, &c. *Pacem ecclesiasticam alicui reddere*, Tertull. de Pudicit. cap. ult. aus dem bann thun.

¶ Ecclesiasterium, i, ἐκκλησιαστήριον, locus, in quo homines ad colloquendum, aut aliorum colloquia audiendum conveniunt, ein ort, da man zusammen kömmt. Ita Baldus explicat ad Vitruv. 7 c. 5.

Eccum, vide *Ecce*.

ECDĬCUS, i, ἔκδικος, ein fiscal. In municipiis *Ecdici* & plebem ab injuria optimatium tuebantur, & caussas ærarii gerebant, unde defensores civitatis dicti; item Syndici. vide Cicer. lib. 13 famil. epist. 56, & Plin. lib. 10 epist. 3. Eorum munus erat, judicio experiri contra eos, qui aurum vel argentum & pecuniam reipub. deberent, cujus generis munus *Advocati fisci* est.

Echedemus, vide *Academia*.

ĔCHĔMĒTHIA, æ, ἐχεμυθία, professio rerum omnium difficillimarum, tacendi scilicet audiendique, ut Gellius ait lib. 1 c. 9 taciturnitas, quâ se ad certum tempus obligare cogebantur Pythagoræ discipuli. Propter hanc à piscibus, quod hos quasi suæ disciplinæ domesticos agnoscerent, eosdem abstinuisse, Plutarch. in Sympos. existimat.

ĔCHĔNĒIS, ïdis, ἐχενηΐς, latine *Remora*, pisciculus, qui navibus adhærens remorari eas creditur, quemadmodum Plin. scribit lib. 9 c. 25, & 32 c. 1. Hinc ἐχενήιδα ἀπὸ τοῦ ἔχειν, ναυκράτην ἀπὸ τοῦ κρατεῖν τὴν ναῦν, quod navem retineat, ut & Latini *remoram*, & *remiligionem* nominant. Oppianus *Lampretam*, echeneida vocat, alii *anguillæ* piscem dicunt, Plinius *limacem majorem*, exemplo eorum, qui remoram illam, quæ Caligulæ Imp. navem tenuit, viderunt. *Imago est infirmitatis humanarum virium, quæ à levissimis etiam creaturis infringi & everti possunt.* Tametsi id Plutarchus in Problematibus suis irrideat, & caussam aliam adducat, quamobrem navis tardetur, quam vide, & Jul. Cæs. Scalig. Exercit. 218 de Subtilitate sect. 8. Conf. omnino Casp. Schotti Phys. Cur. 10 c. 14. Legitur autem penultima producta propter elementum Græcum. Lucan. lib. 6 v. 674

Non puppim retines, Euro tendente rudentes,
In mediis echeneis aquis, &c.

ECHIDNA, æ, ἔχιδνα vel ἐχίδνη, hydra, quæ ab Hercule interfecta fingitur. Ovidius Metam. 9 v. 158 *Lernææ virus echidnæ.*

¶ Alii viperam ἐχίδνην interpretantur, cujus mas sit ἔχις, eine natter, schlange.

¶ Echion, i, medicamentum est ex vipera in fictili novo combusta, Plin. lib. 29 c. 6.

ĔCHĪNĂDES, um, Ἐχινάδες, insulæ in Epiro, natæ Acheloi impetu, sicut pars Ægypti Nili cœno. Avienus Perieg. v. 594 *Achelous*

Irruit Adriaci tergum maris: hicque frequentes
Fluctibus attolluntur Echinades. Haud procul inde &c.

Adde Dionysium Græcum, ex quo hæc expressa sunt, v. 433 seqq.

¶ Echinus, insula in mari Ægæo est. Cicer. in Arato:

excelsis errans in collibus amens,
Quos tenet Ægæo defixa in gurgite Echinus.

ĔCHĪNUS, i, ἐχῖνος, piscis ex genere cancrorum aculeatus, wasser-igel oder meer-igel. Terrestris enim echinus vel *hericius* vel *erinaceus* dicitur, ein igel. *Multa novit vulpes, verùm echinus unum magnum*, Πόλλ' οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα, Athen. Plut. vide Chiliad. De Echino aquatico sic Martialis lib. 13 epigr. 86

Iste licet digitos testudine pungat acuta,
Cortice deposito mollis echinus erit.

Ælian. lib. 4 ὥσπερ γὰρ ἐχῖνον λαμβάνειν μὲν ῥᾴδιον, συνέχειν δὲ χαλεπὸν, οὕτω καὶ τὰ χρήματα; *Quemadmodum echinum, sic etiam nummos capere, facile est, retinere verò difficile.* De echino utroque Græcorum extat proverb. Πρὶν δὲ δύο ἐχῖνοι ἐς φιλίαν ἔλθοιεν, ὁ μὲν ἐκ πελάγους, ὁ δ' ἐκ χέρσου; vel, *prius duo echini amicitiam ineant*; de moribus ac studiis maxime diversis. ¶ 2. *Echinus* instrumentum, eine hechel, bürste, pecten. ¶ 3. Et pars ventris boum & aliarum pecudum ruminantium; vulgo *multiplex* vocant, das manchfalt. ¶ 4. *Echinus* Horatio vasis est genus ænei, in quo calices lavantur, ein spielfaß, scheuerfaß, lib. 1 Serm. satyr. 6 v. 5. ¶ 5. Et *Echinus* simpliciter pro spinoso castaneæ operculo. Conf. Bald. Lex. Vitruv. p. 42.

¶ Echinatus, a, um, stachlicht; ut, *Echinata castanea*, Plin. 27 c. 9.

¶ Echinometra, æ, ἐχινομήτρα, echinus aquaticus major est Matthiolo. vid. Plin. 9 c. 31.

¶ Echinŏphŏra, æ, ἐχινοφόρα, genus conchæ, Plin. 32 c. 7.

ECHION, vel Echium, i, pictor celebris, Plin. 35 c. 7, de cujus operibus ibid. cap. 10. ¶ 2. Etiam *Echion* statuarius laudatur Plinio 34 cap. 8.

¶ *Echium*, vel *Echis*, ἔχιον, herba, wilde ochsenzung, sic dicta, quod semen proferat viperinis capitibus simile; Ἔχις enim vipera est Græcis. vid. Matthiol. & de medicamento hujus nominis vide supra in *Echidna*.

¶ Echīte, es, herba similis scammonio, Plin. 24 c. 15.

¶ Echītes, æ, ἐχίτης, gemma viridi colore, viperæ similitudinem referens, Plin. 37 c. 11.

ĒCHO, echus, ἠχώ, sonus, ab ἠχέω resono. ¶ 2. Et soni vel vocis repercussio, der wiederschall. Qua ratione reddatur, exponit Plin. lib. 2 cap. 44. Latinis *imaginem* dici, notat Philargyrus super Virgil. p. 267. Jocosa vocis imago. Ausonius epigram. 11 *aëris, & linguæ filiam* esse ait. vid. Ovid. lib. 3 Metam. fab. 1. Hujusmodi repercussionem soni per septem turres in Cyzico urbe Bithyniæ inter miracula mundi numerat Plin. lib. 36 c. 15. In Porticu Olympiæ septies quoque redditam vocem Plutarchus de Garrulitate, libri principio significat. Ovid. 3 Metam. v. 358 *Nec prior ipsa loqui didicit resonabilis Echo.*

¶ Echoicus, a, um, adject. wiederschallend. *Elegi echoici*, Sidon. Apollinar. lib. 8 ep. 11, quorum principium & finis idem est. Ita Sirmondus emendat vulgatam vocem *eschoicos*. Vide Notas ejus p. 90. Nec aliter Elmenhorst.

ECLECTICI, orum, philosophantium genus, qui nulli certæ sectæ addicti ex omnibus optima deligebant, & sequebantur, unde & nomen acceperunt. Auctor & conditor eorum Potamo, Diogene Laërtio prooemio lib. 1 teste, fuit, qui ante & post Augustum vixit, ut Suidas auctor est. Ex isto genere Horatium quoque fuisse, ex iis potest constare, quæ lib. 1 epist. 1 v. 14 seq. scribit. Torrentius antiquiorem Potamone, & nobiliorem ducem adscisci his posse vel Varronem, vel ipsum Ciceronem putat, qui modo Platonem, modo Stoicos sequi solent. Plerosque Patrum hanc rationem secutos constat, & unice probat & commendat Alexandrinus ille Clemens lib. 1 Stromat. p. 211.

ECLIGMA, ătis, legunt & *Eclegma* ex Plinio, ἔκλειγμα, vulgo *electuarium* vocant vel *illinctum*, ein safft, latwerge, à λείχω, lingo, quod lingendo absumatur, quemadmodum Plin. scripsit lib. 21 c. 3. Si ἔκλιγμα vel ἔκλικτον scripseris, erit à λιχμάω, *lambo* vel *lingo*.

¶ Ecligmătium, i, ἐκλειγμάτιον, diminut. ein säfftlein. Theod. Prisc. 1, 17.

ECLIPSIS, is, fœm. ἔκλειψις, defectus vel defectio, finsterniß, verdunckelung. Auctor ad Herenn. lib. 3 c. 22 *Solis exortus, cursus, occasus nemo admiratur, propterea quod quotidie fiunt: at eclipses solis mirantur, quia raro accidunt: & solis eclipses magis mirantur, quam lunæ, quoniam hæ crebriores sunt.* Eclipsis solis fit, quando luna inter terram solemque secundum diametrum locatur. Eclipsis lunæ est, quando terra inter solem lunamque secundum diametrum interponitur. Livius 35 c. 4 *interdiu obscurata lux est, cum luna sub orbem solis subiisset.* Eclipses magnam rerum mutationem portendere, vulgo à plerisque creditum est. Horum Solis, & Lunæ defectuum scientia quantum quosdam juverit, ignorantia quibusdam nocuerit; leges apud Plin. lib. 2 c. 10 & 12, & ibid. Dalechamp. p. 70, 72. Adde Val. Max. lib. 8 c. 11 n. 1 & ext. 1. Liv. lib. 44 c. 37. Justin. lib. 22 c. 6. Plut. der Superst. c. 13. Dio Cass. lib. 60. Seneca de Benef. lib. 5 c. 5. Curt. lib. 4 c. 10, & ibi Freinshem. Tac. Ann. 1, 28, 1. Frontin. 1, 12, 9. Peucer. de Divinat. p. 661. Piccarti Observat. 10, 3. Ceterum eclipsin propriè Solis esse defectum; Lunæ deliquium proprie καθαίρεσιν nominari, scribit Vossius lib. 5 Instit. Orat. p. 346. ¶ 2. Porro *Eclipsis* in Syntaxi est, quam vulgo *Ellipsin* vocant. Talis est in Terent. Andr. 1, 5, 61 *Verbum unum cave de nuptiis.* Deest enim *dicas*.

¶ Eclipticus, a, um, adjectiv. ἐκλειπτικός. *Ecliptica linea* est, quæ Zodiacum in duas partes æquales dividit, sic dicta, quod Solis Lunæve eclipsis nunquam contingit, nisi sub ea ambo corpora consistant, Plin. lib. 2 c. 26 *latitudinum medios articulos vocant ecliptica.*

ECLŎGA, æ, ἐκλογή, explanatio, narratio, colloquium, ein hirten-gespräch. Poëmation imitativum, aliundè expressum. ¶ Item, quicquid ex lectis auctoribus excerptum est.

¶ Eclogarius, i, apud Ciceronem ad Atticum lib. 16 ep. 2, qui ex libro, qui legebatur, κατὰ τάχος excipiebat observatu maxime digna.

ECNĔPHIAS, æ, m. ein windwirbel, genus flatûs repentini, sive procellæ, de quo Aristot. de Mundo, & lib. 3 Meteorolog. Seneca Quæst. Natur. lib. 5 c. 12. Plin. lib. 2 c. 48, & ibi Dalechamp. p. 96, & Apul. lib. de Mundo.

ECPĔTĂLA, orum, pocula latiora secundum Rhodiginum Lect. Ant. 28 cap. 6

cap. 6 ἀπὸ τῶν πετάλων. πέταλα enim Philoni lib. 3 de vita Mosis, proprie sunt τὰ ἀναπεπταμένα καὶ πλατέα φύλλα τῶν δένδρων.

ECPHŎRA, æ, ἐκφορά, ein sims, ein vordach, latine *projectura*. Vitruv. 6 c. 2 *Columnarum projecturæ mutulorum ecphoræ*.

ECPHRĂSIS, is, ἔκφρασις, elocutio, expositio dilucida, eine erklärung.

Ecquando, Ecquis, vide *Quando*, *Quis*.

ECSTĂSIS, is, ἔκστασις, affectus eorum, qui *mente* sunt *emotâ*, ut Lactantius ait lib. 1 Instit. c. 4, quos Plinius lib. 23 c. 1 sect. 16 *mente commotos* appellat, eine entzückung. Tertullian. de Anima c. 45 *Hanc vim ecstasin dicimus, excessum sensus, & amentiæ instar.* Et 4 adv. Marc. c. 22 *gratiæ ecstasin* vocat, quam Prophetis novimus accidisse. Posses etiam cum Apulejo lib. 5 p. 166 dicere, *extra terminum mentis suæ positus*.

¶ Ecstaticus, a, um, ἐκστατικός, entzücket.

ECTASIS, is, ἔκτασις, figura dictionis, latine *productio*, ab ἐκτείνω, extendo. Est productio syllabæ natura correptæ: ut,

Grădivumque patrem, Geticis qui præsidet arvis.

Contraria figura *Systole* est, quam vide suo loco.

ECTHLIPSIS, is, ἔκθλιψις, elisio, figura scansionis, qua absorbetur *m* consonans ante vocalem:

Omnibus hoc vitium est cantoribus inter amicos, &c.

ἐκθλίβειν elidere est.

ECTRĂPĔLVS, i, ἐκτράπελος, inusitatæ aut magnitudinis aut formæ homo, ein wunder-mensch. Plin. in fine c. 16 lib. 7 de monstrosis puerorum incrementis: *Ectrapelos*, inquit, *Græce eos vocant: in latino nomen non habent.*

ECTRŌMA, ătis, ἔκτρωμα, eine unzeitige geburt, apud Tertull. adv. Hæret. c. 7.

Ectypus, Eculeus, Edacitas, edax, Edecumare, edento, āre, Edentulus, Edepol, Edissĕro, Editio, Editor, ēdo, vide in *Typus*, *Equus*, *ĕdo*, *decem*, *dens*, *ædepol*, *sero*, *do*.

ĔDO, edis, edit, ĕdere, & Edo, es, est, esum, esse, essen, verzehren. Virg. 4 Æn. v. 66 *Est mollis flamma medullas*, die liebe verzehrt marck und bein. Ovidius 3 Art. am. v. 758 *desine citra*

Quam capies paullo, quam potes esse, minus.

Plautus Capt. act. 4 sc. 2 v. 70 *Scis bene esse*, verstehest dich wohl auf gute bißgen. Cicer. ad Attic. lib. 13 ep. ult. *Edit & bibit* ἀδεῶς *& jucunde & opipare sane, & apparate.* Socrates interrogatus, quanam re ab hominibus cæteris differret, respondit, οἱ μὲν λοιποὶ ζῶσιν, ἵν' ἐσθίωσιν, αὐτὸς δὲ ἐσθίω, ἵνα ζῶ, *Alii quidem vivunt ut edant, ego vero edo ut vivam.* ¶ Estur, impersonale, pro *editur*, man isset. Plaut. in Mostell. a. 1 sc. 3 v. 78 *Dies noctesque estur, bibitur.* Ovid. lib. 1 de Ponto eleg. 1 *Estur ut occulta vitiata teredine navis.*

Seneca lib. 3 de Irâ c. 15 *Sic estur apud illos, sic bibitur.*

¶ Ēdax, ācis, freßig, zehrhafftig. Terent. Phorm. a. 2 sc. 2 v. 21 *Alere nolunt hominem edacem.* Horat. lib. 2 oda 11 *Curæ edaces*, verzehrende sorgen. Ovid. lib. 15 Metam. v. 234

Tempus edax rerum, tuque invidiosa vetustas,
Omnia destruitis.

Edax currus, edax triremis, proverb. in glutones, & voraces. Propterea, quod currus multum absumit unguinis, sive ceromatis, sive quod sumptuosa res sit, equos & currus alere: quod triremes etiam magnis constent impendiis.

¶ Edācĭtas, ātis, voracitas, freßigkeit. Cicer. lib. 7 fam. ep. 26 *morbus edacitatis.* Et ad Qu. fratr. extremo lib. 3 *edacitatem pueri pertimesco.*

¶ Edibĭlis, e, esculentus, gut zu essen. Gloss. lat. gr. *Edibile*, βρώσιμον.

¶ Edīlis, e; Edilia dicuntur omnia, quæ esui sunt, was man essen kan, Gellius lib. 17 cap. 11.

¶ Edūlis, e, idem; ut, *edules capreæ*, Horat. lib. 2 satyr. 4 v. 43. Hinc

¶ Edūlia, subst. plurale, essende waaren. Lamprid. Heliogab. cap. 27 *quæcunque coqui de diversis edulibus exhibuissent*, allerhand essen und speisen. *Edulium caritas*, Apulej. sub fin. lib. 1 de Asino.

¶ Edulium, i, alia forma, ein essen, gerichte. Capitol. Pertin. cap. 12 *nisi quod missum esset edulium.* Ammian. 30 cap. 4 *piscis aut edulii peregrinum vocabulum.*

¶ Edulĭtas, ātis, largitio rerum edulium, eine speisung. Bis habet Lampridius in Alex. Sev. c. 22 per Sylburgium. Per alios pro *edulitate* bis est *vilitas*.

¶ Edulica, æ, dea, quæ escam præbeat. August. de C. D. 4 c. 11.

¶ Edo, ōnis, masculinum, ein fresser, schlemmer. Varro ap. Nonium cap. 1 n. 237.

¶ Esĭto, are, frequentativum, fressen. Gell. lib. 11 cap. 7 *furfureum panem esitare.* Apulejus lib. 9 p. 234 *Canes adsueti esitare cadavera.*

¶ Esitia, orum, huc referri forsan possunt Apicii lib. 5 cap. 3 n. 2, quæ lib. 2 ineunte vocat *Hysitia*. Vnde

¶ Esitiatus, a, um: ut, *Esitiatus pullus*, eidem lib. 8 cap. 7, & *lepor esitiatus*, ibidem cap. 8.

¶ Esŭrio, ivi, ire, meditativum, hungern. Plaut. in Sticho a. 1 sc. 3 v. 65 *Ridiculus æque nullus est, quàm dum esurit.* Cælius Ciceroni lib. 8 fam. extr. *milites algere & esurire consueverunt.* Ovidius passive ex Ponto lib. 1 epist. 10 v. 10 *Nil ibi, quod nobis esuriatur, erit.*

¶ Esurienter, adverb. ex participio, hungrig. Apulejus lib. 10 p. 246 ed. Elmenh. *Esurienter escas appetere.*

¶ Esuries, ēi, der hunger. Cælius Ciceroni lib. 8 ep. 1 *ut ego misererer ejus esuriei.* Hieronym. epist. 4 ad Rusticum: quos *nec esuries aliquando, nec satu[illegible] superavit.* Sidonius lib. 6 epist. 6 *salubritate sermonis avidam nostræ ignorantiæ pa[illegible]at esuriem.*

¶ Esŭrĭtio, ōnis, eden[illegible] cupiditas, das hungern. Gellius lib. 16 c. 3 *Ventris compressione esuritionem posse de[illegible]di creditum est.* Catullus carm. 23 ad Furium: *Sole, & frigore, & esuritione.*

¶ Esurītor, ōris, ein hungerer, hungerleider. Martialis lib. 3 epigr. 14 *Romam petebat esuritor* [illegible]

¶ Esurio, ōnis, idem [illegible] dixit Plautus Pers. a. 1 sc. 3 v. 21.

¶ Esurīgo, in[illegible] idem quod esuries. Varro ταφῇ apud Nonium c. 2 n. 2[illegible]

¶ Estrix, īcis, eine freß-schwester. *Estrices mulieres*, Plaut. Cas. a. 4 sc. 1 v. 20.

¶ Esurialis, e, zum fasten gehörig; ut, *Esuriales feriæ*, apud eumdem Plaut. Capt. a. 3 sc. 1 v. 8, quæ esuritioni sunt dicatæ, fast-tag.

¶ Esus, ûs, ui, ipsa comestio, die speisung. *Esui esse*, zu essen seyn, oder dienen. Gell. 4 cap. 1 *quæ esui & potui forent.* Adducitur & Plinius 20 cap. 7; Sed ibi legitur: *in eo usu*.

Composita:

¶ Abĕdo, ēdi, esum, ĕre, pro exedere vel absumere, ex Tacit. 15 Ann. c. 5 in Lexicis affertur: *Exorta vis locustarum abederat*, &c. Sed legendum est *ambederat* cum Lipsio, Pichenâ, Berneggero, Gronovio, Ryckio. Vide post paullo in *Ambedo*.

¶ Ădĕdere, arrodere, anbeissen, annagen. ¶ 2. Nonnunquam idem quod absumere. Virgil. 4 Georg. v. 242

nam sæpe favos ignotus adedit
Stellio, &c.

¶ Adēsus, a, um, angebissen, verzehrt; ut, *Adesum frumentum*, getreide, so man angefangen anzugreiffen, quamquam Sisenna apud Nonium cap. 2 n. 19 pro consumto frumento posuerit. Verba sunt: *Æserni ni duplici fossa valloque circumdati, frumento adeso, quod ex areis in oppidum portatum est.* Translate, *Adesa pecunia*, pro absumta, Cic. pro Quint. cap. 12. *Bona adesa*, Tacit. 4 Hist. cap. 4 extr. *Fortunæ adesæ*, Id. 13 Annal. cap. 21, id est, egestas. Petronius p. 137

cecidere capilli,
Vernantesque comas tristis adedit hiems.

¶ Ădesurio, ire, hunger leiden. Plaut. Trin. a. 1 sc. 2 v. 132 *adesurivit magis & inhiavit acrius.*

¶ Ambĕdere, anbeissen, abfressen. Tacitus loco proxime citato Ann. 15 cap. 5 *vis locustarum ambederat quidquid herbidum aut frondosum.* Et Lege 38 Dig. de adquir. rer. domin. *flumen ambedit agrum.* Plautus Mercat. act. 2 sc. 1 v. 15 fingit decompositum *Ambadedisse*.

¶ Ambēsus, a, um, umher benaget, befressen. Virgil. 3 Æneïd. v. 257 *Ambesas malis absumere mensas.* Idem Æn. lib. 5 v. 752 *flammisque ambesa reponunt Robora navigiis.*

¶ Ambestrix, īcis, fœm. ab Ambestor, qui ambedit. Ammianus Marcellinus lib. 29 cap. 19 [cap. 3 Vales.] *cum duas haberet ursas sævas, hominum ambestrices.*

¶ Cŏmĕdere, vel comesse, idem quod simplex, essen. Supposita Martial. n. 10 *Scævola, tu comedis apud omnes, nullus apud te.* Sed aliqui *cœnas*, pro *comedis*, legunt. Plautus Mostell. a. 3 sc. 1 v. 32 *Tam facile vinces, quam pirum vulpes comedit.* Et, *Comedere nummos*, Cicer. 6 Attic. epist. 1, *bona alicujus*, Id. pro Sext. c. 51. Sic & *beneficia, patrimonium alicujus*, apud eumdem Cicer. verzehren. Plaut. Trin. act. 2 sc. 2 v. 58 *Comedit quod fuit, quod non fuit.* Et eodem act. sc. 4 v. 14

Postquam comedit rem, post rationem putat.

Horat. lib. 1 epist. 15 v. 40 *Ajebat, si qui comedunt bona.*

Vbi vide interpretes. ¶ *Aliquem comedere*, est, alicujus bona comedere, hoc est, consumere, einen um das seine bringen. Plaut. Mostellar. act. 1 sc. 1 v. 11

Sine modo venire salvum, quem absentem comes.

Item Trin. a. 1 sc. 2 v. 65 *Hostesne an cives comedis, parvipendere.*

Vbi *Hostes* antique pro *peregrinis*: *comedis*, pro *comedas* dixit. Terent. *Aliquem exedere*: vide infra. Varro Synephebis apud Nonium cap. 4 n. 328 *Crede mihi, plures Dominos servi comedêre, quàm canes. Quod si Actæon occupâsset, & ipse prius suos canes comedisset.*

¶ Comēsus, vel Comestus, a, um, consumtus, verzehrt. Cicer. pro Cluent. cap. 62 *Venenum celerius potuit comestum, quam epotum in venas permanare.* Et in Sallust. cap. 7 *patrimonio non comeso sed devorato.* An *Comestus* dicendum, vid. Pigh. in Val. Max. p. 605.

¶ Cŏmĕdo, ōnis, ein prasser, verzehrer, fresser. Varro apud Nonium cap. 2 n. 189 *Comedonibus venit usu.*

¶ Cŏmēsor, ōris, idem. Tertull. lib. 1 adv. Marc. cap. 1 *Mus comesor arrosit*

¶ Comestor, ōris, idem. Vulg. Interpr. Sap. 12 v. 5, & Gloss. lat. gr. *Comestor*, καταφαγάς.

¶ Comestura, æ, actio comedendi, die geniessung der speise. Cato R. R. cap. 157

¶ Comessari, Comessator, Comessatio, vide sua littera in *Comissari*.

¶ Exedere, Exesse, ausessen, aufzehren, verzehren. Terent. in Phorm. a. 2 sc. 2 v. 4 *Tute hoc intristi, tibi omne est exedendum*, was du eingebrockt, must du auch ausessen. Et Heaut. act. 3 sc. 1 v. 53 *Quid te [illegible] quem assiduè exedent?* täglich auszehren, aussaugen. Sic, *Ægritudo exedit & conficit animum*, Cicer. 3 Tusc. cap. 1[illegible]. *Sollicitudinibus animi dies noctesque exeduntur*, Idem 1 de Fin. cap. 16. *Quem exest anxius angor*, Lucret. 3 v. 1007.

¶ Exēsus, a, um, ausgezehrt, wurmstichicht. Virgil. Georg. 4 v. 44 *Exesa arbor.* Et v. 419 *Exesus mons*, ausgehöhlt. Ibid. 1 v. 495 *exesa rubigine pila.* Auson. epigr. 22 Profess. Burd. v. 3

Exesas tineis opicasque evolvere chartas.

¶ Exesor, ōris, apud Lucret. lib. 4 v. 220 *Æstus æquoris, exesor murorum circum litora.*

¶ Inexesus, a, um, non exesus, unverzehrt. Minuc. Felix in Octavio p. 3[illegible] *Pœnale illud incendium* [apud inferos] *non damnis ardentium pascitur, sed inexesa corporum laceratione nutritur.*

¶ Inedia, æ, pro fame vel abstinentiâ, hunger. Cicer. de Finib. lib. 5 cap. 27 *Regulus vigiliis & mediâ necatus est.* Et Plin. lib. 11 cap. 53 *Homini non ante diem septimum letalis inedia*, er stirbt nicht vom hunger vor sieben tagen. Differt a *fame*, quod *fames* semper est cum cu[illegible] aviditate edendi: *inedia* vero etiam sine appetitu, ut in ægrotis, aut qui voluntariam mortem inedia arcessunt, ut Atticus Nepotis, Corellius Plinii lib. 1 epist. 12.

¶ Inĕdax, ācis, der nicht viel isset. Gloss. gr. lat. ὀλιγοφάγος, inedax

¶ Obĕdĕre, benagen, befressen. Hinc

¶ Obēsus, a, um, proprie gracilis, macilentus: impropriè & κατ' ἀντίφρασιν, pinguis, crassus, fett, untersetzt, glatt. Vide Gellium lib. 19 cap. 7, Virg. 3 Georg. v. 79 de notis equi generosi:

illi ardua cervix
Argutumque caput, brevis alvus, obesaque terga.

ein glatter rücken. Plin. lib. 11 cap. 37 *Minus solertes, quibus obesissimus venter.* Horatius epod. 12
nec firmo juveni, nec naris obesæ.

Nec naris obesæ, id est, sagacis: perinde ut nos de ejusmodi homine dicimus: er hat eine dünne nase. *Emunctam narem*, idem similiter dixit lib. 1 sat. 4 v. 8. *Obesas aures*, eadem notione pro parùm peritis & sagacibus Calpurnius posuit ecl. 4 v. 52; cuibus ipso principio carminis v. 12 *acútas* opposuit; quas & Horatius laudat lib. 1 od. 20. Nam vulgo pingues, sive obesi, stupidi hebetesque habebantur.

¶ Ŏbēsitas, ātis, die fettigkeit: ut, *Corporis obesitas*, ein untersetzter, feister leib, Colum. 6 cap. 24. Sic Sueton. Claud. cap. 41 *obesitate cujusdam defractis subselliis.*

¶ Ŏbēsare, pinguefacere, mästen, fett machen. Columella lib. 8 cap. 7 *madefacto triticeo pane obesant avem.* Alii legunt *obescant.*

¶ Pĕrēdere, durchbeissen, durchfressen. *Lacrymæ peredunt humore genas*, Cic. 3 Tusc. cap. 12. Passive Catullus epigr. 56
Et multis languoribus peresus Essem.

¶ Perēdia, æ, cupiditas edendi, ut Festus exponit, die begierde zu essen. Plautus Curcul. a. 3 sc. 1 v. 74 *Perediam* conjungit cum *perbibesia*, i. e. cupiditate bibendi.

¶ Sēmēsus, a, um, halb gessen. Virg. 3 Æn. v. 244 *semesam prædam*: & lib. 8 v. 297 *Ossa super recubans antro semesa cruento.*

¶ Sŭbēdere, unten abwaschen, abzehren. Ovid. lib. 11 Metam. v. 783
Dixit & è scopulo, quem rauca subederat unda,
Decidit in pontem.

¶ Supĕrēdere, drauf essen, nachessen. Plinius lib. 19 cap. 6 *Menander auctor est, állium edentibus, si radicem betæ in pruna tostam superederint, odorem exstingui.*

¶ Vnēdo, ōnis, elzbeer. Arbor est, quæ & arbutus, & fructus ejusdem, qui primo exortu viret, deinde flavescit, maturus vero rubet, aspero tactu, nullo intus ossiculo, fragorum modo, quorum etiam effigiem refert. Sapor ei insipidus & austerus, linguam & palatum stimulans: unde & *unedonis* nomen factum, quod uno comesto alter vel tertius non expetatur. v. Matthiolus, & Plin. 12 cap. 3, & 15 cap. 24, & 23 cap. 8.

EDŌNI, & Edōnii, orum, Thraciæ populi sunt Plinio & Solino.

¶ Edōnis, ĭdis, Thraciæ regio, & civitas; quæ & *Antandrus* dicta fuit.

¶ Edōnis, patronymicum, ἠδωνίς. Ovid. 11 Metam. v. 69
Protinus in silvis matres Edonidas omnes, &c.

Lucanus per Systolen corripuit lib. 1 v. 675
Edonis Ogygio decurrit plena Lyæo:

nisi forsan *Odonis* Lucanus scripsit, quæ Salmasii & Berkelii sententia est, de qua ad Silii lib. 4 v. 778 memoravit Cellarius. Est autem Edonis, Baccha, sive Bacchum colens fœmina.

¶ Edōnus, a, um, adjectivum, Thracius. Sic Ovidius Remed. am. v. 593
Edono referens trieterica Baccho.

Et Claudianus lib. 1 Consul. Stilic. v. 122
quoties sub pellibus egit
Edonas hiemes.

¶ Fiunt autem omnia hæc ab *Edon* seu *Edonus*, qui Thraciæ mons est, Virg. 12 Æn. v. 365
Ac velut Edoni Boreæ cum spiritus alto
Insonat Ægæo, &c. Vide Servium.

Edŭco, Edŭcatio, &c. vide inter Composita verbi *Duco*.

Edulia, Edulis, quære in *ĕdo*, ich esse.

Effabilis; Effæco; Effari, Effatum; Effarcio; Effascino; Efferare, Efferus; Effectus, Efficacia, &c. Efficio; Effigies, Effigio, āre; Efflicte, Effligo; Effōcare; Effœminatus; Effrenus, Effrenatus; Effringo; Effrutico; Effutio; Effutuo; vide in *fari, fæx, fari, fascinum, fero, facio, fingo, fligo, faux, fœmina, frenum, frango, frutex, futilis, futuo.*

Egelidari, Egelidus; Egenus, vide, *gelu, egeo.*

EFFLVI, orum, populi, die Liefflånder oder Preussen, Althammerus.

EGEŌ; egui, egēre, indigere, opus esse re aliquâ alicui, bedürffen, nothdürfftig seyn. Adsciscit genitivum & ablativum, ut, *Egere consilii*, Cic. 7 Att. ep. 22, & *consilio*, lib. 10 fam. epist. 16, raths benöthiget seyn. Sic, *Æris egere*, Horat. lib. 1 ep. 6 v. 39. Antiqui & cum accusativo construxerunt. Plaut. Menæch. act. 1 sc. 2 v. 12 *Nec quicquam eges.* Cato apud Gellium lib. 13 cap. 22 *Vitio vertunt, quia multa egeo: ut ego illis, quia nequeunt egere.* Auson. præfat. Epiced. in Patrem: *Neque verò nunc patrem meum laudo; quod ille non eget.* Ita & *Indigeo* construxerunt, de quo infra. *Sapiens eget nulla re; Egere enim necessitatis est*, Sen. epist. 9. *Qui lucernâ egent, infundunt oleum*, οἱ τῦ λύχνυ χρείαν ἔχοντες ἔλαιον ἐπιχέυσιν. Plutarch. de Anaxagorâ in vitâ Periclis, vide Chiliad. Simile quiddam proverbii loco receptum Germani habent, wer des feuers bedarff, sucht es in der aschen. ¶ 2. hunger leiden. *Egetur acriter*, Plaut. Pseud. act. 1 sc. 3 v. 39.

¶ Egens, tis, egentior, us, egentissimus, a, um, nothdürfftig, arm. Auctor Rhet. ad Herenn. lib. 4 cap. 17 *Egens æque est is, qui non satis habet, & is, cui nihil satis potest esse.* Apulejus Doctr. Plat. p. 22 *Quanto plurium cupidior est; tanto egentior sibimet.* Cicer. ad Att. lib. 6 ep. 1 *Nihil illo regno spoliatius, nihil rege egentius*, & lib. 9 ad eumdem epist. 7 *egestates tot egentissimorum hominum.* Id. pro Rosc. Am. cap. 8 *Qui in sua re fuisset egentissimus: erat, ut fit, insolens in aliena.* Construitur, ut *Egeo.* Cicer. lib. 6 fam. ep. ult. *egens rebus omnibus.* Plaut. Rud. act. 1 sc. 5 v. 16 *egentes opum.*

¶ Egēnus, a, um, plus quam pauper, dürfftig. *Egenus rerum cunctarum*, Silius lib. 8 v. 12, bettel-arm. Cornel. Gallus; aut quisquis sub hoc nomine latet, v. 181
Quid mihi divitiæ? quarum si demseris usum,
Etsi largus opum, semper egenus ero.

¶ Egēnŭlus, a, um, diminut. Paullinus Nolanus epist. 29 [al. 10] n. 12 *quod egenulæ nostræ divitias in ejus filiis intuebamur.*

¶ Egerii, orum, Romanis dicti pauperes, imo qui nihil proprii haberent. Vnde Damarati filius postumus, ad quem nulla hæreditatis pars

pervenerat, ita appellatus. v. Livius lib. 1 cap. 34, & Dionysius Halicarnass. lib. 3 p. 187 ἀπόρυς καὶ πτωχὺς interpretatur.

¶ Egestas, ātis, penuria, mangel, dürfftigkeit. *Egestas infelix, turpis, dira, crudelis, proclivis sceleri.* Sic, *Egestatem afferre*, Cic. pro S. Rosc. cap. 5, & ibidem cap. 49 extr. *vitam in egestate degere*; & post red. in Sen. cap. 5 *sustentare egestatem*, armuth aushalten. Virg. 1 Georg. v. 145 *labor omnia vincit*
Improbus, & duris urgens in rebus egestas.

Majus autem quid *Egestas*, & gravius, quam *paupertas* est. Hæc enim inter divitias & egestatem media est. In divitiis superfluum est: in paupertate, quantum satis est, adest: in egestate, & necessaria desunt. Huc pertinet illud Martialis lib. 11 epigram. 32
Non est paupertas, Nestor, habere nihil.

Lucret. lib. 1 v. 831, & ex illo Plin. lib. 4 epist. 17 *egestas patrii sermonis*, hoc est, Latinæ linguæ angustia. Seneca epist. 58 init. *Quanta nobis verborum paupertas, imò egestas sit.* *Frumenti, & aliarum rerum egestas*, apud Sallust. Catil. cap. 58. *Egestas animi* humilitas est, Cicer. in Pison. cap. 11 pr.

¶ Egestuosus, & Egestosus, a, um, adject. sicut Montosus & Montuosus. Aur. Vict. Epit. cap. 24 de Nerva: *natos parentibus egestosis sumtu publico ali jussit*, Anna Tanaquilli Fabri F. habet *egestuosis.* Ambrosius serm. 81 p. 380 *quid te egestuosius? quid mendicius?* Et Augustinus epist. 254 *egestosa vita.* Et Salvianus lib. 1 de Gub. p. 9 ed. Baluz. *egestuosa ac mendicante republica.*

¶ Egitura, æ, dürfftigkeit. Tertull. 4 adv. Marc. cap. 24 *Egituram per solitudinem straxerat.*

¶ Indĭgēre, compositum, eamdem habet & significationem & syntaxin, quam simplex, bedürffen, benöthigt seyn. Terent. in Andr. act. 5 sc. 3 v. 19 *Quasi tu hujus indigeas patris.* Cicer. Attic. 12 epist. 35 *Consilii tui indigeo.* Et pro Roscio Com. cap. 15 *Bonâ existimatione indiget mea adolescentia.* Valer. Max. lib. 7 cap. 2 de Themistocle, *Malo virum pecuniâ, quàm pecuniam viro indigentem.* Vitruvius lib. 1 cap. 1 *Ne quid ex his indigeat.*

¶ Indĭgens, tis, arm. Cicer. lib. 2 de Finib. cap. ult. *Ferre opem indigentibus*, den nothdürfftigen behülfflich seyn.

¶ Indigentia, æ, die nothdurfft. Cicer. de Amic. cap. 9 *Amicitiam ex inopia atque indigentia natam volunt.*

¶ Indígus, a, um, adject. benöthiget, bedürfftig; *indigus æris, consilii*, &c. Virg. 2 Georg. v. 428 *opis indiga nostræ.* Plinius lib. 8 cap. 40 *Fidelissima auxilia, nec stipendiorum indiga.*

¶ Perindĭgeo, ēre, sehr dürfftig seyn. Tertullian. Scorpiac. cap. 13 vertens 2 Corinth. 4, 8 *indigeamus, sed non perindigeamus.*

ĒGĔRIA, æ, nympha, cum qua se congressus nocturnos agitare, atque ex ejus monitu sacra instituere Numa Rex Rom. finxit, quemadmodum Livius retulit lib. 1 cap. 19. Vid. Lud. Vives & Coquejus ad Augustin. de C. D. lib. 7 p. 35. Versa est in fontem sui nominis, mortuo Numa. Ovid. 15 Metam. & 3 Fast. v. 275
Egeria est, quæ præbet aquas, dea grata Camenis.

Scribitur etiam *Ægeria.* vid. Horat. 1 sat. 2 v. 126. Egeriæ nymphæ sacrificabant prægnantes, ut facilius partum egerent. Festus.

Egerius, vide paulio ante in *Egeo.*

Egestas, Egestuosus, vide *Egeo.*

Egestio, Egestus, vide in *Gero.*

ĔGO, ἐγώ, ich, pronomen, cujus casus sunt, *mei, mihi, me.* Terent. Eun. act. 1 sc. 2 v. 111 *Ego quid velim?* fragstu, was ich will? Arist. lib. 2 Moral. *Est, ut dicere solemus, amicus alter ego*, ἔστιν, ὡς φαμεν, φίλος ἕτερος ἐγώ. Ter. Andr. a. 5 sc. 2 v. 28 *Nonne te miseret mei?* Idem Eun. a. 4 sc. 7 v. 31 *faciam, mei semper memineris.* Plaut. Most. a. 4 sc. 2 v. 8 *Mihi sum*, elegans formula satagentis suis moribus. Invenitur etiam *mi* pro *mihi.* Varro R.R. 2 cap. 5 *Tu vero, Murri, veni mi advocatus.* Lucret. 3 v. 106
Magnopere in quo mi diversi errare videntur.

Ter. Andr. a. 2 sc. 2 v. 13 *nil pericli est, me vide*, verlaß dich nur auf mich. Necaliter Plautus Merc. a. 5 sc. 4 v. 53, & Trin. a. 3 sc. 3 v. 79 *me vide*; Pro quo in Asin. a. 3 sc. 3 v. 70 *Taceas, me spectes. Mecum*, significat mit mir; ut, *iste haud mecum sentit*, er ist mit mir nicht eines sinnes, Ter. Andr. a. 2 sc. 1 v. 26. *A me*, id est, de me. Plautus Pseudolo act. 2 sc 4 v. 45 *A me possum dare.* Et Trinum. act. 1 sc. 2 v. 145
Illi redemi rursum, à me argentum dedi.

Ita apud Suetonium, *à se*, i. e. de suo.

¶ Egomet, ich selbst. Terent. Adelph. a. 4 sc. 3 v. 13 *Egomet narrabo, quæ mihi dixit.* Virg. 3 Æn. v. 623 *Vidi egomet.*

¶ Egone, interrogative. Terent. Eun. a. 1 sc. 1 v. 20 *Egone illam?*

Egredior, cum derivatis, vide in *Gradus.*

Egregius cum derivatis, vide in *Grex.*

EGVLA, æ, genus sulphuris, suffitu mollitiem candoremque lanis inducens, Plin. 35 c. 15.

Ehem, Eheu, vide infra *Hem, Heu.*

ĔHO, quærentis, conturbati, admirantis & vocantis interjectio, oho, siehe da. *Eho, nunquidnam accusat virum? Eho obsecro, annon civis est? Propero ad filiam, eho mecum Crito, Eho, tu Glycerium hinc civem esse ais?* Terent. Andr. a. 5 sc. 4 v. 5 & 48.

¶ Ehodum, vocantis & interrogantis similiter. *Ehodum ad me, Ehodum bone vir.* Ter. Andr. a. 3 sc. 5 v. 10.

EIA, εἶα, adverb. corrigentis & hortantis, je ja. *Eja haud sic decet*, Terent. Eun. a. 5 sc. 8 v. 35, ey es muß nicht so seyn. Idem, *Eja, ut elegans est*, ach ja, ist sie doch hübsch, Heaut. a. 5 sc. 5 v. 19. *Eja* quoque in principio epistolæ posuit Plinius lib. 4 c. 29.

Ejectamentum, Ejectare, Ejectio, Ejectitius, Ejicere, vide in *Jacio.*

ĔIVLO, ejulare, mulierem propriè est, laut weinen, heulen. Cicer. Tuscul. lib. 2 cap. 7 *Ipsum Herculem viderat in Oeta magnitudine dolorum ejulantem*, für grossen schmertzen klagen und weinen. Plautus Aulul. a. 4 sc. 10 v. 66 *cur ejulas?*

¶ Ejŭlātio, ōnis, das geheule. *Lugubris ejulatio*, unmäßiges weinen, Cicer. 2 de Legib. cap. 23.

¶ Ejulātus, ûs, idem. Rursus Cic. 2 Tuscul. c. 23 *Ingemiscere nonnunquam*

quam viro concessum est, idque raro; ejulatus verò ne mulieri quidem, weinen und heulen aber ist auch an einem weibe zu viel.

Elaboro cum derivatis, vide *Labor.*

ĔLĂCĀTA, æ, vel, ut apud Festum legitur, *Elacatena*, genus est falsamenti, quod appellatur vulgo *Malandrea.* vid. Columell. 8 cap. 17.

ĔLAEA, æ, Ἐλαία, urbs est Æoliæ. ¶ 2. & alia Phœnicum inter Tyrum & Sidona, ¶ 3. Navale præterea hoc nomine Bithyniæ, ¶ 4. postremo & lacus quidam Æthiopiæ, ¶ 5. ac tres eodem nomine insulæ. v. Stephan. de urbibus.

ELAEEMPŎRIA, æ, ἐλαιεμπορία, olei coëmendi cura, der öl-handel, l. ult. § 19 ff. de mun. & hon.

ELAEOMĔLI, oleum saporis mellei ex olea, de quo sic Plin. lib. 23 cap. 4 *Elæomeli, quod in Syriâ ex ipsis oleis manare diximus, sapore melleo non sine nauseâ alvum emollit.* ἔλαιον, *oleum*, μέλι, *mel*, ἐλαιόμελι. Dioscorid. lib. 1 cap. 32.

ELAEOTHĒSIVM, i, ἐλαιοθέσιον, locus est, ubi ab aliptâ inungi corpora lotorum solebant.

ĔLĂPE, es, genus serpentis, Plin. 32 cap. 5.

ĔLĂPHŎBOSCON, i, ἐλαφόβοσκον, herba monstrata à cervis, ut Plinius ait lib. 22 cap. 22. Vnde & nomen habet, ἔλαφος, *cervus*, βόσις, *cibus*, pabulum: *Cervi ocellum* vocant vulgo, hirschwurtz.

Elapido, Elaqueo, Elascesco, vide *lapis*, *laqueus*, *lassus.*

ELĂTE, es, ἐλάτη, involucrum novi fructus palmæ arboris, secundum Dioscoridem & Theophrastum. ¶ 2. Galeno vero *Elate* etiam tenerum palmæ est germen, & Hesychio τοῦ φοίνικος πρώτη ἔκφυσις, id est, prima palmæ germinatio. ¶ 3. Sed & Abietem ἐλάτην Græci appellant, ἀπὸ τοῦ ἐλαύνω παρὰ τὸ πλατὺ, aut τὸ ἐλᾷ, ὅ ἐστιν εἰς ὕψος ἀνατάτεσθαι, quod in longitudinem simul & latitudinem excrescat. ¶ 4. Denique & postrema & latior remi pars *Elate* dicitur, quæ Virgilio palmula est, Æneid. 5 v. 163

Littus ama, & lævas stringat sine palmula cautes.

ĔLĂTĒRIVM, i, ἐλατήριον, succus cucumeris silvestris, medicamentum diuturnissimum juxta Theophrastum, der safft von wilden oder eselskürbissen, Matthiolus. Conf. Plin. 20 cap. 1.

ELATIES, æ, lapis, quartum genus hæmatites, Plin. lib. 36 cap. 20, eine art eines blutsteins.

ĔLĂTĬNE, es, ἐλατίνη, herba folia habens helxinæ similia, sed minora, nascitur in segetibus & cultis, Dioscorid. lib. 4, erdwinden. vide & Plin. 27 cap. 9.

Electo, are, Elector, vide *lacio*, *lego.*

ELECTRA, æ, Vxor Atlantis, Oceani & Tethyos filia. ¶ Electra junior, filia superioris, concubina Jovis, mater Dardani. Ovid. 4 Fast. v. 31 *Dardanon Electrâ nesciret Atlantide cretum?*
Scilicet! Electram concubuisse Jovi?

ĒLECTRVM, i, ἤλεκτρον, gummi vel succus pineæ arboris in mari durescens, alio nomine *succinum* & *Chrysophorum.* Legunt id Æstui & Borussi. Virgil. ecl. 8 v. 54

Pinguia corticibus sudent electra myricæ.

Odor ejus cerebro mirè confert & oculis, unde agtstein, id est, augstein, Germanis dicitur, alio nomine, bernstein. Cornel. Tacitus de Germ. cap. 45 *Glessum* ab illis, à quibus legitur, vocari scribit, quod vitri instar fortasse pelluceat, & insulam inde *Glessariam.* Attrahit paleas, & habet alias arcanas vires multas, prodest etiam apoplecticis. Philipp. Beroaldus de laudibus Germaniæ,

Et dives pecoris feraxque gemmæ,
Quod Glessum *vocitant tui parentes,*
Electrum *Attica*, succinum *Latini.*

Ovid. lib. 2 Metamorph. v. 364

Inde fluunt lacrymæ, stillataque sole rigescunt
De ramis electra novis.

¶ 2. *Electrum, i*, metallum, aliud naturale est, aliud artificiale, unrein gold. Plinius lib. 33 cap. 4 sect. 23 *Omni auro inest argentum vario pondere. Vbicunque quinta argenti portio est, electrum vocatur.* Et hæc de naturali. Alibi de factitio, ut lib. 9 cap. 41 extr. *argentum auro confundere, ut electra fiant.*

¶ Electreus, a, um, ex electro factus. Lampridius vitâ Alexandri Severi cap. 25 *Alexandri habitu nummos figuravit, & quidem electreos aliquantos, sed plurimos tamen aureos.* Adde Herald. ad Tertull. Apolog. p. 174.

¶ Electrinus, a, um, idem. *Patera electrina*, Trebell. Pollio in vita Quieti. Et lege 32 § 5 D. de aur. arg. &c. *electrina vasa.*

¶ Electrifer, a, um, reich von agtstein. Claudianus Fescenn. v. 55

Et Padus electriferis
Admoduletur alnis.

De iisdem Phaethontis sororibus loquitur, de quibus modo Ovidium vidimus, in arbores electri feraces, ut in fabulis est, transformatis.

¶ Electrides, um, Ἠλεκτρίδες, insulæ maris Adriatici, sic à Græcis appellatæ, quod electrum in illis provenire putaverunt, *vanitatis Græcæ certissimo documento*, ut Plin. ait lib. 37 cap. 2.

ELEEMOSȲNA, æ, ἐλεημοσύνη, ab ἔλεος, misericordia vel miseratio, verbum Ecclesiasticum; was man um GOttes willen gibt, allmosen. Tertullian. de Patientiâ cap. 7 *Qui minutum sibi aliquid aut furto, aut vi, aut etiam ignavia, non constanter sustinere constituit; nescio an facile vel ex animo ipse rei suæ manum inferre possit in caussa eleemosynæ.*

ĒLĔGANS, antis, cultus, ornatus, politus, reinlich, zierlich, fein, sauber. *Esse dictos elegantes ex eligendo*, ipse Cicero existimat de Nat. D. 2 cap. 28, ut sint quasi electi. vide Gell. lib. 11 cap. 2, ubi de mala & bona vocis significatione differit. *Elegans formarum spectator*, Terent. Eunuch. act. 3 sc. 5 v. 18, ubi *Elegantem* Donatus, qui sit *cunctantis judicii & fastidiosi, cui non quid facile placeat*, interpretatur. Nepos Attic. cap. 13 *Elegans, non magnificus.* Et Cicero in Bruto cap. 68 *Elegans in dicendo.* Idem c. l. cap. 82 *polita, urbana & elegans oratio.* Et Catull. Carm. 13 *Si quid suavius elegantiusve est.* Gellius lib. 13 cap. 20 *elegantior vocis sonus.* Nep. Att. cap. 12 *multò elegantissimus poëta*, & Cicer. pro Rosc. Am. cap. 41 *elegantissimæ familiæ.* Vet. Gl. *Elegans*, ἀστεῖος, λόγιος, ἐκλελεγμένος, αἱρετὸς, διαιτητής. Elegantes ἀξιόλογοι, ἐπίλεκτοι. Αἱρετοί. Ibidem: *Elegans, formosus, speciosus.* ¶ 2. Qui nimis lecto amœnoque cultu victuque esset, quod luxuriæ est, hunc *elegantem* vocabant veteres, ut Gellius loco supra laudato monuit. Inde inter convitia apud Plautum est Trin. act. 2 sc. 1 v. 13

harpago mendax, cuppes, avarus,
Elegans, despoliator, &c.

Vide & Casaubon. ad Theophrasti Characteres pag. 16 & 162. Nec aliter Tacitus usus voce *elegantiæ*, de qua sequitur.

¶ Elegantia, æ, cultus, ornatus, munditiès, reinlichkeit, zierlichkeit. *Elegantia sermonis, morum*, Cicer. Tacit. *Elegantia vitæ*, Corn. Nep. Attico cap. 19, 2, quæ ad universi moris condecentiam referenda est. Valla de elegantia linguæ latinæ doctissime scripsit & diligentissime sex libris, qui adolescentibus post jacta Grammatices fundamenta cognoscendi sunt. Sed *elegantiam*, quam vocabant veteres, probro vertebant. Nec aliter Tacitum sensisse, cum 14 Annal. cap. 21 scribit: *Servilius diu foro, mox tradendis rebus Romanis celebris, & elegantia vitæ, quam clariorem effecit, ut par ingenio, ita morum diversus*; clarissimi Pichenæ opinio est. Putat enim, in ea clanculum notari luxum Servilii, ac nimis lautam vitam, tanquam Romano Senatori minus decentem: itaque accipiendam eandem vocem, cum C. Petronius *erudito luxu, & assumptus Neroni elegantiæ arbiter*, Tacito proditur Annal. 16 cap. 18.

¶ Eleganter, adverb. proprie, perspicue, polite, förmlich, hübsch. Cic. 2 Tusc. c. 3 *eleganter & ornate scribere.* Idem de Clar. Or. c. 72 *Latine loqui elegantissime omnium.* Et Livius lib. 37 cap. 1 *Lælius elegantius facturos dixit, si judicio patrum, quàm sorti eam rem permisissent. Elegantius*, i. e. pulchrius, magis decore. Sallust. Catil. cap. 24 *saltare elegantius, quam necesse est probæ.*

¶ Inelegans, antis, unzierlich, unformlich. Catull. epigr. 6 *Deliciæ illepidæ atque inelegantes.* Cic. de Clar. Or. cap. 81 *orationis non inelegans copia.*

¶ Ineleganter, adv. idem. Cicer. 2 de Fin. cap. 9 *divisit ineleganter.* Gell. lib. 17 cap. 2 extr. *non usitate dixit, sed non hercle inscite, nec ineleganter.*

¶ Perelegans, valde elegans. *Perelegans ac persubtilis oratio*, Cicer. pro Plancio cap. 24. Et, *perelegantis vir ingenii*, Vellej. Paterc. lib. 1 cap. 7.

¶ Pereleganter, adverb. Cic. de Clar. Or. cap. 52 *cum satis ornate & pereleganter diceret.*

ĔLĔGĀTVS, i, piscis genus, capi solitum ex Garumna Burdigalam præterfluente. Auson. epist. 4 v. 59

Vrentes thynni, & male tecti spina elegati.

Turnebus Advers. 1 cap. 23 censet legendum *Elacati*, quod reprehendit Scaliger in not. ad Auson.

ĔLĔGĪA, vel elegeia, æ, ἐλεγεία, nænia, carmen lugubre, ein trauer-gedichte. Nomen est ἀπὸ ἒ ἒ λέγειν, quæ flentium vox est apud Æschylum in Prometheo. Quod quidem ἔτυμον magis placet Vossio, quam ut sit ab ἔλεον. Vid. eumdem lib. 4 Instit. Orat. p. m. 42. *Petulans* etiam dicitur Statio 1 Silv. 2 v. 7, quia Amorum libris ab innumeris olim vatibus dicata. Ita Ovidius, qui & amantis ei vultum adscribit de Amorib. lib. 3 eleg. 1. At idem dicti libri eleg. 9 in mortem Tibulli v. 3 *Flebilis indignos elegeia solve capillos.* ¶ 2. *Elegia* vocatur a quibusdam arundo obliqua, fruticis modo se spargens, apud Plin. 16 c. 36.

¶ Elegidion, i, ἐλεγείδιον, dimin. parva Elegia. Pers. sat. 1 v. 51

non si qua elegidia crudi
Dictarunt proceres.

¶ Elegidarion, i, idem. Petron. *cæpit capillorum elegidarion dicere*, i. e. encomium. ¶ *Elegion* occurrit apud Ausonium epigr. 94.

¶ Elegiacus, a, um, adject. Sic, *carmen elegiacum* Grammatici vocant, quod constat distichis, sive hexametris & pentametris.

¶ Elegus, i, ἔλεγος, versus elegiacus. Horat. de Art. P. v. 77

Quis tamen exiguos elegos invenerit auctor, &c.

ĔLĔMENTVM, i, est, ex quo corpus mixtum componitur, tanquam ex parte simplici, quæ non potest dividi in diversarum specierum corpora. Dicuntur *elementa* quasi *alimenta*, quod ex iis corpora constituantur & rerum naturalium substantiæ, unde & *Principia* vocat Cicero 1 Tuscul. cap. 10 extr. Sunt autem quatuor, *Ignis, Aër, Aqua, Terra*, Plin. lib. 1 cap. 5, quibus primæ qualitates respondent, *calor, frigus, humiditas, & siccitas*, das uhrwesen, anfang eines dinges. ¶ 2. Si probe expendatur Curtius 9, 9, 27, ipsum mare *elementum* vocat. Quemadmodum & Symmachus scripsit 6 epist. 71 *Ita terræ ac maris copiis redundatis, ut vobis pollucibilem victum utriusque elementi ministret opulentia.* v. Borrich. Cogit. p. 302. ¶ 3. Est & *elementum*, quodlibet primum seu principium in suo genere: Quintil. lib. 1 cap. 1 *Prima litterarum elementa*, hoc est, initia, der anfang des studirens. Cic. in Academ. lib. 4 cap. 28 *elementa loquendi*, die erste übung in der redekunst. Et Juven. sat. 14 v. 123 *Sunt quædam vitiorum elementa*, anfang und zuneigung zu lastern. Ipse Aristoteles inter ea, unde res nascuntur, recenset στοιχεῖα, *elementa.* Et Justinianus libros Institutionum, *totius legitimæ scientiæ prima elementa* vocat § 4 procemii. ¶ 4. Sic & ipsæ litteræ *elementa* vel litteræ elementariæ dicuntur, das a b c. Horat. lib. 1 satyr. 1 v. 25 *Vt pueris olim dant crustula blandi*
Doctores, elementa velint ut discere prima.

¶ Elementarius, a, um, quod ad elementa spectat; ut, *Puer elementarius*, ein a b c schüler. Seneca epist. 36 *Turpis & ridicula res est elementarius senex: juveni parandum, seni utendum.* ELEMENTARIVS, qui aliena ætate suâ inter pueros elementa seu litteras discit. Adde Barth. ad Script. Venat. pag. 133. Fœminino sexu *Elementaria* Arnobius dixit lib. 2 p. 61 *Noto illam* [animam] *ex docta, ut dicitur, elementariam fieri.* Cum addit, *ut dicitur*, proverbii locum habuisse, *ex docto elementarium fieri*, significat. Est autem vere adjectivum. Sic, *Elementariæ litteræ*, Jul. Capitolinus in Pertinace cap. 1. *Puer litteris elementariis & calculo imbutus*, id est, primis rudimentis litterariis, lesen, schreiben und rechnen lernen.

¶ Ele-

¶ Elementicius, a, um, elementarisch. Tertull. de Anima cap. 32 *ex elementiciis substantiis censeri.*

ĔLENCHVS, i, ἔλεγχος, syllabus, σύλλαβος, index libri, eine tafel oder register: ut, *Elenchi librorum Plinii*, ut in antiquissimis libris, Index præfationi subnexus, appellatur. ¶ 2. *Elenchus* Logicis nihil aliud est, quam contradictio sive reprehensio alterius, eaque vel vera vel falsa. Hinc *ignoratio elenchi* dicitur, ubi neque status controversiæ recte formatur, neque veræ contradictionis leges observantur. ¶ 3. *Elenchi*, uniones fastigata longitudine; ovali figurâ, länglichte perlen. Juven. satyr. 6 v. 458

Auribus extensos magnos commisit elenchos.

Ex auribus enim suspendebantur. Iidem & *Cylindri* eidem Poëtæ dicuntur, vide *Cylindrus*, & Rigaltium ad Artemidorum p. 64; itemque Salmasium de modo usurarum p. 670.

¶ Elencticus, a, um, widerlegend; ut, *libri elenctici*, seu *sermones* ἐλεγκτικοὶ, ad coarguendos contra disputantes, ab ἐλέγχειν, arguere, ostendere, Quintil. lib. 2 c. 6.

ĔLĔPHAS, antis, ἐλέφας, & Elephantus, i, ein elephant, animalium terrestrium maximum, docile, clemens, prudens, memoriâ valens, φιλάνθρωπον, juxta Plinium lib. 8 c. 5; & secundum Cicer. de Nat. Deor. lib. 1 c. 35 *Elephanto belluarum nulla prudentior.* Idem lib. 2 N. Deor. c. 60 *Elephantorum acutissimi sensus*, von scharffen sinnen. Exempla enim industriæ eorum mira Plutarchus recitat lib. de industria animalium. Domiti militant, & turres armatorum in hostes ferunt, magnaque ex parte orientis bella conficiunt. Decem annis gestare uterum à vulgo existimantur. Aristoteles biennio putavit, ac singulos tantum semel fœtus edere. Plaut. in Sticho act. 1 sc. 3 v. 13 *Audivi sæpe hoc vulgo à multis dicier, Solere elephantum gravidam perpetuos decem esse annos.* Apulej. lib. 1 Miles. *Eadem* [saga] *amatoris sui uxorem, quod in eam dicacule probrum dixerat, jam in sarcinam prægnationis obsepto utero & repigrato fœtu, perpetuâ prægnatione damnavit: &, ut cuncti numerant, octo annorum onere misella illa, velut elephantum paritura, distenditur.* Hinc de immodica cunctatione proverbiali figura dixit Plin. in præfat. *Celerius elephanti pariant.* Elephantorum historiam præter Plinium lib. 8 N. H. c. 6, qui *Boves Lucas* Romanis initio dictos scribit, & Ælianus & Strabo lib. 15 p. 704 & seq. item Philostratus lib. 2 de vita Apollonii p. 64. E Junioribus Lipsius in epistolis, Rupertus ad Florum p. 259, 262, 266, & Herm. Hugo de Milit. Equest. lib. 1 c. 5 exsecuti sunt. Quomodo à draconibus perimantur, Philo docet. Vide supra in *Draco.* *Elephanti culicem conferre.* Item: *Elephantem ex muscâ facere.* Item: *Elephantem sub alis citius celes.* Item: *Elephantus Indus haud curat culicem.* Item: *Elephantus non captat murem*, quem maxime elephantus odisse Plinius scribit: locutiones proverbiales notissimæ sunt. *Elephanti corio circumtectus*, Plauto Milite act. 2 sc. 2 v. 80 stupidus atque ἀναίσθητος dicitur: cujusmodi hominem & nos, dickhäutig, appellamus. ¶ 2. *Elephantus* pro ebore. Virgil. 3 Æn. v. 464

Dona dehinc auro gravia sectoque Elephanto.

Vbi Servius: ELEPHANTO *pro ebore.* Nam elephantus pro elephanti dentibus, sive, ut Pausanias priori Eliacon libro dicere jubet, cornu: vid. Voss. Physiolog. Christian. lib. 3 cap. 51, & lib. 4 Instit. Orat. p. 143.

¶ Elephantia, æ, sive Elephantiasis, ἐλεφαντίασις, morbi genus, quod vulgo lepram interpretantur: cum sit, quam *vitiliginem* Latini, & Græci ἀλφὸν appellant, die kretze, der aussatz. Cum cutis subasperis maculis albescit, sic, ut Elephanti videatur, quod Vossius notat lib. 1 de vitiis sermonis cap. 32. Vide Celsum lib. 3 cap. 25, & P. Crinitum de H. D. lib. 20 cap. 10. Lucretius Ægypto tantum tribuit. Ita enim lib. 6 v. 112 scribit:

Est Elephas morbus, qui propter flumina Nili
Gignitur Ægypto in mediâ, neque præterea usquam.

¶ Elephanticus, a, um, qui hoc morbo laborat, apud Firmicum lib. 8 cap. 28, in 6 parte Capricorni, kretzicht, aussätzig.

¶ Elephantiacus, a, um, idem; ut, *Elephantiaca contagio*, c. 19 ejusdem libri, parte Ariet. 23. Sed

¶ Elephantiosus, a, um, idem qui Elephantiacus. Augustinus lib. 9 de Genesi ad litter. c. 10 *qui hydropicus, vel dysentericus, vel elephantiosus factus fuerit.* Conf. Veget. 1 c. 19, & Priscian. 1 c. 3.

¶ Elephantīnus, a, um, de bellua sumtum adjectivum est, penultima longa, sed Græci Hephæstio & Anacreon corripuerunt. Vid. Borrich. in Parnass. & Cogit. de L. L. p. 314. Sic dicitur *pellis elephantina.* De proboscide, elephanti rostro, vide suo loco. *Elephantini libri* Vopisco in Tacito cap. 8 sunt, quos *Codices eboreos* Vlpianus vocat. Facti enim ex ebore sectili.

¶ Elephantis, idis, Nili insula, Plin. 5 c. 9, & 24 c. 17. ¶ 2. Elephantis & fœminæ nomen, quæ fœdissimos libellos scripsit, quibus varia concubitûs executa est genera, quorum mentio apud Martialem, itemque in Priapejis, ut & apud Suet. Tiberio c. 43.

¶ Elephantistes, æ, ἐλεφαντιστὴς, utitur hoc vocabulo pro elephanti rectore Aristot. lib. 2 de Natur. Animal.

ĔLEVSIS, is, & Eleusin, īnis, Ἐλευσὶς, civitas in Attica, à Triptolemo condita & in memoriam patris Eleusini sic appellata. Hic Triptolemus primus ex disciplina Cereris sevit fruges, & Cereris sacra instituit, quæ θεσμοφόρια, Latinis *Initia*, (de quibus suo loco) itemque *mysteria* & *Eleusinia* appellabantur. Vide Hyginum in fabulis, Phornutum Theoria de natura Deorum, & Servium ad illud Virgilii principio Georgicorum: *uncique puer monstrator aratri.* Alii tamen Eleusinia Sacra, ab Eumolpo Eleusinio Musæi poëtæ filio, discipulo Orphei instituta volunt. Vnde *Eumolpidæ* dicti Cereris Sacerdotes, qui ista Sacra curabant. Cicer. lib. 2 de Legibus c. 14 *Quid ergo aget Jacchus Eumolpidæque nostri & augusta illa mysteria? Jacchum* autem sive Bacchum nominat, quod in iis Sacris non Ceres tantum, sed Bacchus etiam coleretur; cujus nomen tum sæpiùs inclamabatur: *Ἴακχ' ὦ Ἴακχε.* Hinc Cicero 2 de N. D. cap. 24 *Hunc dico Liberum, Semelâ natum, non eum nostri augustè sancteque Liberum cum Cerere & Libera consecraverunt: quod quale sit, ex mysteriis intelligi potest.*

Tanta autem horum Sacrorum religio erat, ut non nisi integri & sceleris nullius sibi conscii interesse possent: de quo Suetonius Nerone c. 34, & Meursius de Sacris Eleus. libro. Quæ vel *Majora*, vel *Minora* erant, auctore Barth. ad Claudian. p. 862. Vide not. Dionys. Petavii ad Orat. 12 Themistii.

¶ Eleusinia, orum, sacra Cereris, de quibus modo dictum. Conf. Tertull. adv. gent. c. 7, (ubi & *mysteria silentii* vocat) & adv. Valent. cap. 1. *Eleusina sacra* sunt Justino 2, 7, 1, & *Cerealia sacra*, Vellejo 1, 4, 1.

¶ Eleusīnus, a, um; ut, *Mater Eleusina*, i. e. Ceres, Virg. Georg. 1 v. 163 *Tardaque Eleusinæ matris volventia plaustra.*

ELEVTHERIA, orum, libertatis solennia apud Plautum in Persa a. 1 sc. 1 v. 29. ἐλευθέριος, ἐλευθερία, liber, libertas.

ELICHRȲSVM, i, herba umbellifera, Plin. 21 c. 25.

Elicio, Elido, Elimino, Elimo, Elinguis, Eliquamen, Eliquare, vide *lacio, lædo, limen, lima, lingua, liquet.*

ĒLIS, is, Ἦλις, urbs Peloponnesi in Elide regione, celebris certaminibus, quæ ibi habebantur in honorem Jovis Olympici, qui notissimi *ludi Olympici* sunt.

¶ Ēlis, ĭdis, regio circa Elim urbem. Nam urbis nomen secundum casum similem primo habet: nomen regionis autem auget Genitivum syllaba. Vide sis Victorium ad lib. 13 Cic. fam. ep. 26.

¶ Elēus, a, um, adject. Tibull. lib. 1 eleg. 4 v. 27

Quam jacet, infirmæ venêre ubi fata senectæ,
Qui prior Eleo est carcere missus equus.

Eodem plane modo Ovidius epist. 18 Leandri v. 166

Vt celer Eleo carcere missus equus.

¶ Ēliădes, um, plur. epitheton equarum, in Olympicis ludis velocissimo cursu vincentium. Virgil. Georg. 1 v. 59

Eliadum palmas Epirus equarum, scil. mittit.

¶ Elēis, ĭdis, patronymicum aliud, Ovid. 4 Heroid. v. 47

Nunc feror ut Bacchi furiis Eleides actæ.

ĔLĪSA, æ, nomen Didonis. Vide *Dido*, in elemento D. Eadem enim est Dido & Elisa. Virgil. Æn. 4 v. 335

nec me meminisse pigebit Elisæ.

¶ Ēlīsēus, a, um, adjectivum; ut, *Elisei patres*, Silius 6 v. 346, hoc est, Senatus Carthaginiensis, ab Elisa Didone, conditrice urbis, ita appellatus.

Elix, Elixare, Elixatim, Elixus, vide *Lacio, Lix.*

Elleborum, vide *Helleborum.*

ELLVM, Donato adverbium est demonstrantis, aliis pronomen: ut, *Eccum illum*, ecce illum. ¶ 2. *Ellum, ellam*, pro ecce illic, eum nimirum, de quo agebamus, Valla lib. 2 c. 15, vid. Ter. Andr. a. 5 sc. 2 v. 14, & Adelph. a. 2 sc. 3 v. 7 &c.

Ellychnium, vide *Lychnus.*

ĒLŎGIVM, i, ἐγκώμιον, testificatio de aliquo sive honoris sive vituperationis gratiâ, ein preißlich oder nachtheiliges zeugniß, spruch, überschrifft. Vtitur Cicero, tum alibi, tum in Catone Majore c. 20 *Solonis sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum lamentisque vacare*, hoc est, *suæ sententiæ testificatio.* * Elogium est quævis inscriptio sive tabulæ sive statuæ, titulus sepulcralis, epigramma. Inepte *eclogium*, ab aliis *eulogium* scribitur. Cic. Tusc. 1 c. 14 *quid ipsa sepulcrorum monumenta, quid elogia significant?* hoc est, sepulcrorum inscriptiones. *Grævius.* ¶ 2. Testamentum, elogium Cicero dixit. Vide Vallam lib. 4 cap. 66, præcipue Scaligerum ad illud Culicis Maroniani in f. *tum fronte locatur elogium.* *Elogium*, titulus, inscriptio, quæ caussam rei indicat. Suet. Calig. cap. 24 extr. *Sed & tres gladios in necem suam preparatos Marti ultori, addito elogio, consecravit.* Vide ibi Torrentium & Casaubonum, & hunc ad Cæsarem quoque p. 30, ubi originem vocis aperit; itemque Pignorium in Miscell. & infra in *Titulus.*

ĔLOPS, ŏpis, ἔλοψ, piscis sacer. vid. Plin. 9 c. 17. Ovid. in Halieut. v. 96

Et pretiosus elops nostris incognitus undis.

Eloquentia, Eloquor, vide *Loquor.*

ĔLŌRVS, i, Ἔλωρος, Siciliæ civitas, ab Eloro amne, quo campi ejus perfunduntur, dicta, proxime Pachynum. Silius lib. 14 v. 270

Sidonia Drepane atque unda clamosus Elorus.

ELPĒNOR, ŏris, Ἐλπήνωρ, Vlyssis socius, Ovid. lib. 3 Trist. eleg. 4 ex Homeri lib. Odyss. 10

Qui cadit in plano, vix hoc tamen evehit ipsum,
Sic cadit, ut tactâ surgere possit humo:
At miser Elpenor tecto delapsus ab alto,
Occurrit regi, flebilis umbra, suo.

Juven. sat. 15 v. 22 *Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis.*

Martial. lib. 11 epigr. 82 de Philostrato:

Pœne imitatus obit sævis Elpenora fatis,
Præceps per longos dum ruit usque gradus.

Elucus, Elumbis, Eluscare, Elutia, Elutius, Elutrio, Eluvius, vide *Helucus, lumbus, luscus, eluo* sub *luo.*

ĒLȲSIVM, i, Ἠλύσιος, cælum poëticum, hospitium & sedes bonorum apud inferos, ein poetischer lust-ort unter der erden. Etymon vocis ex Homero declarat Origenes lib. 7 contra Celsum p. 355. Conf. Barth. ad Script. Venat. p. 186, & Coquejum ad Augustin. de C. D. lib. 10 c. 29. Virg. 5 Æn. v. 734 *amœna piorum*

Concilia Elysiumque colo.

¶ Elysius, a, um, adjectiv. *Campi Elysii*, Virgil. Georg. 1 v. 38. *Vallis Elysia*, Ovid. 3 Amor. 9 v. 60.

Emacio, Emacitas, Emancipare, &c. Emasculare, vide *macer, emo, manceps, mas.*

ĒMĂTHIA, æ, Ἠμαθία, Macedonia est antiquo nomine. Vide Plin. lib. 4 cap. 10 pr. Poëtis est Thessaliæ pars, sive Pharsalia. Vide Servium in Virgilii illud 1 Georg. v. 491

Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro
Emathiam & latos Æmi pinguescere campos.

¶ Emăthius, a, um, adject. *Emathii campi*, Lucan. lib. 1 pr.

Emax, vide *Emo.*

EMBAENETICA, æ, navicularia, die ſchiffer=kunſt, ſchiff=gewerbe. Cælius ad Cic. 8 fam. epiſt. 1 *Ego qui ſcirem, Q. Pompejum Baulis embæneticam facere.* Ita meliores libri. Turnebo placet *Empenetica*, de qua paullo poſt.

Embamma, vide ſupra *Bamma.*

EMBATER, ēris, ἐμβατήρ, baliſtæ foramen, Vitruv. 1 cap. 2. vid. Baldi Ind. p. 43.

EMBLEMA, ătis, ἔμβλημα; neutr. opus vermiculatum, teſſellis inſitiis conſertum, künſtlich eingelegte arbeit, oder angeſetzter zierath. Publius in Mimis, *Inſertam* vocat. *Frugalitas*, inquit, *inſerta eſt rumoris boni.* Tralatio eſt. Vide Scalig. ad eum verſum Publii, item ad lib. 5 Manilii. Lucilius:

Quàm lepidæ lexes compoſtæ ut teſſerulæ omnes,
Arte pavimenti, atque emblemate vermiculato.

Quos verſus reſpexit Cicero in Bruto cap. 79, quum ſcribit: *Nullum niſi loco poſitum, & tamquam in vermiculato emblemate, ut ait Lucilius, ſtructum verbum videres.* ¶ 2. Deinde & in vaſis aureis aut argenteis *emblemata* dicebantur ornamenta quædam, ita aptata vaſis, ut detrahi rurſusque reponi innoxie poſſent, das bildwerck an güldenen und ſilbernen gefäſſen. Cicero in Verr. 6 c. 24 *Illigare & includere emblemata in aureis poculis.* Item c. 22 & 23 *Avellere*, vel *detrahere emblemata.* Celſus Lege 19 § 5 Digeſt. de auro & argento legato: *Simili modo quæritur, ſi cui argentum legetur, an emblemata aurea, quæ in eo ſunt, eum ſequantur.* Vide & § ſeq. ibidem. ¶ 3. Hinc ad ornatum orationis vel ſententiarum transfertur *emblema*, ein ſinnbild; ut, *exornare dictiones quibusdam velut emblematis*, Quintilianus dixit lib. 2 c. 4. Exſtant hodie Emblemata Alciati, libellus elegans & argumentorum diverſitate jucundus, plenusque graviſſimis ſententiis, ac dignus, quem familiarem ſibi adoleſcentes faciant.

Embolion, Embolismos, vide mox *Embolum.*

EMBOLUM, i, ἔμβολον, pars adunca & ærata in navi, Latinis alias *Roſtrum.* Petronius p. 75 *Faſcium imam partem quaſi embolum navis æneum finiebat.* Fr. Pithœi Collectanea ibidem: τὸ χάλκωμα τὸ περιτιθέμενον κατὰ τὴν πρῶραν. ¶ *Emboli maſculi torno poliſi*, apud Vitruv. 10 c. 12 ſunt certa ligna in Cteſibica machina aquam attollente. vid. Baldi Ind. p. 43.

¶ Embŏlium, i, ἐμβόλιον, quicquid in ſcenam ridiculi obiter immittitur, ut introductio ſaltatorum vel biſaltarum, allerley kurtzweil, poſſenſpiel. Cic. pro Sext. c. 54 *Omnia ſororis embolia novit*, kurtzweilige poſſen. ¶ Et *Embolion* axillum ſignificat, qui rotæ præfigitur, ne excidat, die lene oder lön, der pflock. Vide in Lexicis Græcis ſignificata multa τοῦ ἐμβόλου καὶ ἐμβόλου.

¶ Emboliarius, a, um, ſcenicus, zur comödien gehörig: ut, *mulier emboliaria*, Plin. 7 c. 48. vid. Salmaſ. Hiſt. Aug. p. 384, & Voſſ. Inſt. poet. 2 c. 35.

¶ Embolicus, a, um; ut, *embolicæ ſpecies*, apud Vopiſc. in Aurel. c. 45. Ita reſtituit Turnebus Adverſ. 18 c. 17, & intelligit ſpecies, quibus oneratæ naves ex Ægypto Romam miſſæ annuo vectigali.

¶ Embŏliſmos, i, ἐμβολισμός, intercalatio; quæ inſertio eſt vel diei in menſem, vel aliquot dierum in annum, das einſchieben oder mit einrechnen eines tages oder mondenſcheins. Vide Macrobium lib. 1 Saturn. c. 13, & Meurſium ibi ac Gronovium; qui Ἐμβόλιμος, demto Sigma, malunt.

¶ Emboliſmalis, e, & Emboliſmæus, a, um, ἐμβόλισμος, ἐμβολιμαῖος, intercalaris, ſeu inſertitius: *Dies emboliſmalis*, qui quarto quoque anno Februario ſuppletur. *Annus emboliſmalis*, qui tredecim eſt lunationum, ut loquuntur, ein jahr das dreyzehen mondenſchein hat. Auſonius Eclogar. de rat. dierum anni vert. v. 13

Menſe Numæ extremo nomen capit embolimæi.

EMBRYO, ōnis, maſculinum, & Embryon, ἐμβρύων, ſubſtantia fœtus ſeu infantis nondum perfecti in utero. Dicitur etiam τὸ ἔμβρυον, die frucht, ein unzeitiges kind in mutterleibe. Suidas: Ἔμβρυον, νεογνὸν βρέφος ἢ τὸ ὠμὸν καὶ ἄπεπτον. *Embryon, recens natus infans: vel crudus & incoctus.* Vulgaris verſus:

Vivimus in verbo, velut embryo vivit in alvo.

Emedullare, Emendatio, Emendo, &c. Emereri, Emeritus, &c. Emicare, Emineo, &c. Eminus, quære in *medulla, menda, mereo, mico, maneo, manus.*

Emiſſarius, Emiſſitius, Emiſſio, quære ſub *Emitto* in *Mitto.*

EMMAUS, & Emaus, tribus ſyllab. Emmauntis & Emai, ſic enim Plin. lib. 5 c. 14 *fontibus irriguam Emmaum* dixit. Ἐμμαοῦς, oppidum vetus Judææ, abfuit ab Hieroſolymis ſexaginta ſtadiis, cui Romani poſt devictam Judæam nomen mutârunt, *Nicopolin*, à victoriâ appellantes.

EMMOTON, i, ἔμμοτον, plur. *emmota*, medicamenta ſunt liquida, ſive emplaſtra, quæ linteolis excepta intra vulnera, vel ulcera conduntur, die wicklein, ſo die barbierer in die wunden drehen. Vid. Reineſii Var. Lect. p. 515.

EMO, ēmi, emtum, ĕmere, mercari, comparare, kauffen. *Emere de aliquo*, einem abkauffen, Cicer. ad Attic. lib. 10 ep. 5. *Emere magno, parvo, minimo*, Id. lib. 13 ad eundem epiſt. 29. *Emere tanti, quanti*, Id. 3 Offic. c. 14. *Emere pretio ſuo*, Terent. Hec. prolog. extr. Et Seneca lib. 2 de Benef. c. 1 *Nulla res carius conſtat, quàm quæ precibus emta.* Hinc proverbiale in Verrina 6 c. 6 extr. adducit Cicero illud, *Emere malo, quàm rogare*, ich will lieber kauffen denn abbetteln. Apul. lib. 3 Florid. *Neque enim aut levi mercede emit, qui precatur: aut parvum pretium accipit, qui rogatur, adeo ut omnia utenſilia emere potiùs velis, quàm rogare.* *Emere in diem*, ut ſolvas poſt aliquod tempus, Nèpos Attico c. 9 n. 5, auf tagezeiten kauffen. *Bene emere*, wohlfeil kauffen. Cicero apud Sueton. Cæſar. c. 50 *Faceſſiſſime Cicero: Quo melius emtum ſciatis, tertia deducta eſt.* Sed, *Beneficiis quem emere*, i. e. conciliare, Plaut. Aſin. act. 1 ſc. 1 v. 57. *Titivilitio non emerim: non caſsâ nuce*, ich gebe nicht einen pfifferling davor. ¶ Metaphorice pro parare, &, ut Feſtus notat, *Emere*, quod nunc eſt mercari, antiqui accipiebant pro *ſumere*: quam ſignificationem in compoſitis quibusdam retinet. Claudian. 3 Conſ. Hon. v. 188 *Emitur virtute poteſtas.* Horat. lib. 1 epiſt. 2 v. 55

Sperne voluptates, nocet emta dolore voluptas.

¶ Quæ a Supino formantur, ſcribuntur ab nonnullis per PT, rectius ſine P, ut *emtum, emtor.* Vid. Dausqu. Orthogr.

¶ Emtus, a, um, ſive Emptus, particip. gekaufft, geſchafft: ut, *de lapide emtus*, Cicer. in Piſon. c. 15, ein zu leibeigen erkauffter. *Pax donis ingentibus emta*, Lucan. lib. 10 v. 107. Plura vide in *Emo.*

¶ Inemtus, a, um, ungekaufft. Virg. 4 Georg. v. 133

dapibus menſas onerabat inemtis.

mit hauß=ſpeiſe, die man ſelber hat. Tacitus 2 Hiſt. c. 60 n. 6 *conſulatus inemtus*, i. e. pecunia non paratus. Pomponius Lege 2 Dig. de lege commiſſoria: *Accipitur inemtus eſſe fundus*, hoc eſt, emtio pro irrita habetur.

¶ Emtio, ōnis, der kauff. *Emtionem facere*, einen handel treffen, Cicer. pro Cæcinn. c. 6. *Abire ab emtione*, den kauff widerruffen, l. 7 § 6 Dig. de pactis. *Emtio per æs & libram* quid? vide apud Lipſium ad lib. 1 Annal. Tacit. p. 3. Quæ & *emtio mancipi* dicebatur, & erat ſolenne quoddam genus emtionis, quod fiebat inter ſolos cives Romanos, adhibitis non minus quinque teſtibus, Romanis civibus puberibus, & alios ejusdem conditionis, qui libram æneam teneret. Emtor ita dicebat: Hoc ego ex jure Quiritum meum eſſe ajo, hoc quod emtum eſt hoc ære, æneâque librâ. Deinde libram ære percutiebat, idque æs dabat ei, à quo rem emtam accipiebat, & hæc mancipatio vocabatur.

¶ Emtor, ōris, ein käuffer. Cicer. 3 Offic. cap. 12 *ne quid omninò, quod venditor norit, emtor ignoret.* Et Seneca epiſt. 27 extrema: *Bona mens nec commodatur, nec emitur: & puto, ſi venalis eſſet, non haberet emtorem.*

¶ Emtrix, īcis, eine käufferin. Lege 63 Dig. de Evictionibus & duplæ ſtipul. *Cum emtrix non provocaverat.*

¶ Emtionalis, e, kauffbar. Cicer. lib. 7 ad Attic. epiſt. 29, ubi *Coëmtionalis* legit accuratiſſimus Grævius, quem vide.

¶ Emtitius, a, um, quod emtum eſt, erkaufft. *Miles emtitius*, mercenarius, der um ſold dienet. *Servus emtitius*, qui opponitur *domi nato*, Petron. Fragm. *Glans emtitia*, Varr. lib. 3 de R. R. c. 2.

¶ Emax, ācis, qui libenter & ſæpius emit, kauffſüchtig. Cicer. in Parad. 6 cap. 3 *Non eſſe cupidum, pecunia eſt: non eſſe emacem, vectigal eſt*, nicht begierig ſeyn, iſt baar geld: nicht kauffſüchtig ſeyn, iſt gewinn und einnahm. *Patremfamilias oportet eſſe vendacem, non emacem*, Cato de re ruſt. cap. 2 extr.

¶ Emācitas, ātis, cupiditas emendi, kauffſucht. Columella lib. 4 cap. 3 *Quosdam emacitas in armentis exercet, ſed iisdem tuendis nulla cura tangit.* Plin. lib. 3 epiſt. 7 de Silio Italico: *Erat φιλόκαλος usque ad emacitatis reprehenſionem.*

¶ Emtito, avi, atum, are, frequentativum, erkauffen. Tacitus lib. 14 cap. 41 *qui talem operam emtitaſſet vendidiſſetque.* Plin. 33 cap. 1, pr. *alios captivis rebus emtitaſſe tradit Homerus.*

¶ Emtitatus, a, um, erkaufft. Columell. 8 cap. 10 *ternis denariis ſinguli emtitati.*

¶ Emtŭrio, ire, gern kauffen, mit kauff umgehen. Varro prooem. lib. 2 de R. R. *Quod te emturientem in campos macros ad mercatum adducunt crebro pedes.*

Compoſita:

¶ Abĭmo, ĕre, wegnehmen, Feſtus & Gloſſæ.

¶ Adĭmo, ĕre, quod diverſam habet ab *Emo* ſignificationem, benehmen. Terent. in Heaut. a. 3 ſc. 1 v. 12 *Falſum illud eſt, vulgo quod dici ſolet: Diem adimere ægritudinem hominibus*, die zeit benehme trauren und hertzeleid. Sic, *adimere curam, conſuetudinem alicujus*, apud eundem Hecyr. a. 5 ſc. 3 v. 19, & Phorm. a. 1 ſc. 3 v. 9.

¶ Ademtus, a, um, entzogen, entnommen; ut, *ademtum imperium*, Livius 22 cap. 27. *Ademtus Hector*, Horat. 2 od. 4 v. 10. *Ademta vati reddere lumina*, Idem epod. 17 v. 44.

¶ Ademtio, ōnis, die entziehung. Cicer. pro Domo cap. 30 *Ademtio civitatis*, die beraubung des ſtadt=rechts.

¶ Superadimĕre, noch darzu nehmen. Ammian. 14 cap. 7 *poſt ſtatuas dejectas ſuperadimenda vita.*

¶ Coëmere, idem quod emere, einkauffen, zuſammenkauffen. *Coëmere frumentum.* Sic Cicero Verr. 6 cap. 59 *quæ tum non modo non vendebant, verum etiam coëmebant.* ¶ 2. Mercede conducere. Suet. Veſpaſiano cap. 18, & ibi Caſaub. ac Torrent.

¶ Coëmtus, a, um, eingekaufft. Horat. 2 ſat. 3 v. 245 *Luſcinias prandere coëmtas.*

¶ Coëmtio, ōnis, ut emtio, die einkauffung. Cicero pro Muræn. c. 12 *coëmtionem facere.*

¶ Coëmtialis, e; ut, *Coëmtialis ſenex*, der ſich auf den kauff wohl verſtehet, Plaut. Bacch. act. 4 ſc. 9 v. 52.

¶ Coëmtor, ōris, Apulej. Apolog. p. 321 *Teſtium coëmtor.* Juvenalis ſat. 14 v. 293 non eſt certus, quia alii *coëmti* legunt.

¶ Demo, contracte pro *deemo*, demſi, demtum, demere, idem eſt atque adimere ſive totum auferre, benehmen, hinwegthun. *Lubet ſcire, quantum aurum herus ſibi demſit*, Plaut. Bacch. a. 4 ſc. 4 v. 14. *Demere metum, ſolicitudinem*, Cic. Att. 11 epiſt. 15. *moleſtias*, Terent. a. 5 ſc. 3 v. 33. Sic Horat. lib. 1 epiſt. 18 v. 94

Deme ſupercilio nubem; plerumque modeſtus
Occupat obſcuri ſpeciem.

id eſt, explica frontem liberaliter, ne adducto & ad ſeveritatem compoſito vultu, ſuperbus & faſtuoſus videaris. *Demere ungues*, die nägel abſchneiden, Plaut. Aulul. a. 2 ſc. 4 v. 33. *Ignominiam alicui demere*, Livius lib. 2 cap. 6, aus der ſchande bringen. *Obluctanti caput gladio demſit*, er hat ihm den kopff abgehauen, Curt. 4, 9, 25.

¶ Demtus, a, um, weggenommen. *Demtus per vim mentis error*, Horat. 2 epiſt. 2 v. 140. *Demta æternitate*, id eſt, excepta, Cicer. 2 de fin. cap. 27, ausgenommen.

¶ Dĭrĭmo, emi, emtum, ere, diſtrahere, ſeparare, trennen, ſcheiden, unternehmen, aufheben: ut, *Prælium nox diremit*, Hirt. B. Alexand. cap. 46. *Iras & altercationes dirimere*, Liv. lib. 1 cap. 13. *Dirimere controverſiam*, Cic. 3 Offic. cap. ult. einen ſtreitigen handel beylegen,

und aufheben. *Dirimere veterem conjunctionem cum aliquo*, Cic. lib. 3 fam. epiſt. 10, alte freundſchafft trennen. *Quæ tam longo intervallo natura videtur diremiſſe*, Curt. 7, 7, 14.

¶ Diremtus, a, um, geſchieden, abgeſondert: ut, *anima morte diremta*, Lucret. 1 v. 114.

¶ Diremtus, ûs, die abſonderung. Cic. 1 Tuſc. cap. 29 *Eſt interitus quaſi diſceſſus, & ſecretio ac diremtus* (al. direptus) *earum partium, quæ junctione aliqua tenebantur.*

¶ Diremtio, ōnis, actus dirimendi, die trennung, ſcheidung. Valer. Max. lib. 4 cap. 7 principio: *Celerius eſt, ſine reprehenſione propinquum avertere, quam amicum: quia altera diremtio* iniquitatis; *altera utique levitatis crimini ſubjecta eſt.* Ita Pighius ex MSS. quem Vorſtius & Cantelius ſequuntur. Auguſtinus Confeſſ. lib. 3 cap. 8 ſub finem: *Lætantur conciliationibus aut diremtionibus.* Idem epiſt. 154 ad Emeritum Donatiſtam: *Cur vos tam temeraria atque ſacrilega diremtione præcidiſtis a communione innumerabilium eccleſiarum orientalium?*

¶ Exĭmĕre, auferre, excipere, benehmen: ut, *Eximere curam. Non eximis illud, quod me angit*, du hebſt nicht weg, was mich bekümmert, Cicer. 2 Tuſcul. cap. 11. *Scrupulum alicui eximere*, Plin. lib. 3 epiſt. 17, einen ſeiner bekümmerniß entledigen. Cui contrarium eſt, *Scrupulum injicere*, vide *Scrupulus.* ¶ Jungitur & ablativo: ut, *Vrbem obſidione eximere*, id eſt, liberare. Plin. lib. 7 cap. 28 *Cremonam obſidione exemit.* Sic, *eximere ſervitio*, Livius 28 cap. 39. ¶ Et dativo vel ablat. ut, *Eximi noxæ*, aus dem verdacht oder ſchuld gelaſſen werden, apud eumdem lib. 8 cap. 35. Ovid. lib. 2 de Art. v. 653

Eximit ipſa dies omnes de corpore mendas.

Horat. lib. 1 epiſtola 5 v. 18 de ebrietate:

Sollicitis animis onus eximit, addocet artes.

¶ Exemtus, a, um, benommen. Virg. Æn. 1 v. 220 *fames exemta epulis.* Horat. 2 epiſt. 2 v. 212 *De ſpinis pluribus una exemta*, i. e. ſublata.

¶ Exemtĭlis, e, quod eximi poteſt, das man heraus nehmen kan. Columell. lib. 8 cap. 11.

¶ Exemtio, onis, die herausnehmung. Colum. lib. 3 cap. 18 *Per exemtionem frangere*, im herausziehen zerbrechen. Et cap. ſeq. *exemtionem difficilem præbere*, ſich nicht gern ausziehen laſſen.

¶ Exemtus, ûs, ſubſt. idem. Vitruvius lib. 9 cap. 9 *quarum horarum brevitates aut creſcentias cuneorum adjectus aut exemtus perficere cogit.*

¶ Exemtor, oris, qui lapides eximit ſub terrâ, ein ſteinbrecher, Plin. lib. 36 cap. 15 extr. ¶ 2. ein abkauffer. Apul. Apol. *teſtium exemtor.*

¶ Exĭmius, a, um, egregius, præſtans, ab *eximo* eſt, ac de porcis majoribus, exemtis ex toto grege ad ſacrificandum, proprie dicitur. Vide *egregius*, tapffer, rühmlich, trefflich. *Singularis & eximia virtus*, Cic. pro Leg. Manil. cap. 1. *Eximia ſpe adoleſcens*, Idem lib. 1 fam. ep. 7. *Facies eximia*; ut, Cic. 7 Verrin. cap. 31 *Erat facie eximiâ Cleomenis uxor.* Ovid. 2 Artis v. 603

Eximia eſt virtus, præſtare ſilentia rebus,

quamquam meliores libri *Exigua* habent pro *Eximia.* vid. Heinſ. *Eximia bos*, Liv. lib. 1 cap. 7. ¶ Terent. Hecyrâ act. 1 ſc. 1 v. 9 *Vtin' eximium neminem habeam?* i. e. excipiam, eximam.

¶ Eximiè, adv. egregie, herrlich, ſonderlich. Cic. pro Arch. cap. 9 *Marinus L. Plocium eximiè dilexit*, hat ihn ſonderlich lieb gehabt. *Eximie ornatum templum*, Livius lib. 25 cap. 40. Juvenal. ſat. 11 pr.

Atticus eximie ſi cœnat, lautus habetur.

¶ Eximietas, atis, præſtantia, die fürtrefflichkeit. Symmachus lib. 3 epiſt. 13 *Spondeo, tuam eximietatem reperire poſſe multa, quæ tacui.* Ambroſius epiſt. 69 *Antiochus, vir conſularis, reddidit mihi eximietatis tuæ litteras.* Et Auguſtinus epiſt. 32 *qui hanc epiſtolam eximietati tuæ apportat.*

¶ Inemtus, non emtus, vide paullo ante poſt *Emtus.*

¶ Intĕrĭmĕre, interficere, würgen, umbringen. Cicer. de Finib. lib. 2 cap. 20 *Se ipſam interimit Lucretia à filio regis per vim ſtuprata.* Et pro Milon. c. 34 *Me exanimant & interimunt hæ voces Milonis* &c. *Interimere vitam alicui*, Plautus dixit Ciſtell. act. 4 ſc. 2 v. 39.

¶ Interemtus, a, um, umgebracht. Horat. 4 Od. 4 v. 72 *Aſdrubale interemto.*

¶ Interemtibilis, e, tödtlich. Tertull. 3 cont. Marc. cap. 6 *Chriſtum edicere interemtibilem.*

¶ Interemtio, ōnis, die niedermetzlung. Cicero pro Leg. Man. cap. 11 *iter Gallorum interemtione patefactum eſt*: ubi plures hodie legunt *internecione.* Hæc ſi incerta auctoritas, ſubſtitui Gloſſæ Cyrilli poſſunt, in quibus eſt: *Interemtio, καταστροφή.*

¶ Interemtor, oris, interfector, ein morder. Senec. epiſt. 70 *interemtorem ſui fieri.* Valer. Max. lib. 6 cap. 1 n. 2 *Virginius pudicæ interemtor* [filiæ,] *quàm corruptæ pater eſſe maluit.*

¶ Interemtrix, īcis, eine mörderin. Tertull. de Spectac. c. 17 *pudoris ſui interemtrices.* Lactantius lib. 1 cap. 10 Inſtitut. *fratris interemtrix.*

¶ Pĕrĭmĕre, tollere, interficere, umbringen. *Dolo aliquem perimere*, Seneca Herc. Oet. v. 438. ¶ *Perimere alicujus conſilium*, Cic. in Offic. lib. 3 cap. 7, id eſt, impedire. *Reditum perimere*, Idem pro Planco cap. 42. ¶ *Peremere* etiam Cincius pro prohibere, & Cato pro vitiare dixerunt apud Feſtum.

¶ Peremtus, a, um, todt, umgebracht. Virg. Æn. 6 v. 163 *indigna morte peremtus.* Lucret. 4 v. 44 *Corpus atque animi natura peremta.* Tertull. in Sodoma cap. 4 *flamma peremta*, i. e. extincta.

¶ Peremtor, ōris, idem qui interfector. Apulejus Met. 8 p. 207 *cruentus mariti peremtor.* Prudent. præfat. Hamartig. v. 19

Cruore Chriſti, quo peremtor concidit.

¶ Peremtrix, īcis. Tertullian. de Anima cap. 42 *Mors diſſolutrix corporis & peremtrix ſenſus.*

¶ Peremtorius, a, um, quo quis perimitur, tödtlich. Apulejus lib. 10 p. 243 *peremtorium venenum comparare.* Inde ad forum transfertur, ut, *peremtoriæ exceptiones*, leg. 2 & 3 Dig. de Exceptionibus. Et, *peremtorium edictum* dicitur eo, quod perimat diſceptationem inter litigatores, hoc eſt, ultra non patiatur adverſarium tergiverſari. Vlpianus.

¶ Peremtalis, e, quod tollit ſuperius. *Peremtalia fulmina*, quibus priorum fulminum minæ tolluntur: Senec. 2 Quæſt. N. cap. 49. vide & Feſtum.

¶ Rĕdĭmĕre, wieder zu ſich kauffen, wieder löſen. Cicer. in Philipp. 13 cap. 5 *Domum non minoris, quàm emit Antonius, redimet*, er wird es nicht näher an ſich löſen. *Captum ſe redimere*, Terent. Eun. act. 1 ſc. 1 v. 29. Ovid. de Remed. amoris v. 229

Vt corpus redimas, ferrum patieris & ignes,

zu rettung des leibes, &c. Cicer. lib. 2 famil. epiſt. 16 *Acerbitatem a Rep. ſuis privatis & domeſticis incommodis redimere.* Similiter Plinius Panegyr. Trajani cap. 28 *Crudelitatem redimere*, pro, largiendo crudelitatis odium atque memoriam obliterare. *Redimere pretio*, Cic. 7 Verrin. cap. 45, mit geld erkauffen, löſen.

¶ Redemtus, a, um, gelöſt. Virg. Æn. 9 v. 213 *Pretio redemtus*, rantzioniret.

¶ Redemtio, onis, einkauff, erlöſung. Cicer. de Prov. Conſ. cap. 5 *temeritate redemtionis everti*, zu theuer kauffen oder pachten. *Aurum pro redemtione alicujus afferre*, zur rantzion gold darlegen. Val. Max. 4, 3, 1.

¶ Redemtor, ōris, der etwas zu ſich käuffet oder löſet. Livius lib. 34 cap. 9 extr. *Itaque redemtoribus vetitis frumentum parare.* Vt, *redemtor litis, cauſſæ*, qui certâ mercede pacta periculum litis ſeu cauſſæ in ſe recipit, apud JCtos. ¶ Item, qui opus aliquod faciendum certa mercede conducit, der ein werck dinget, ein pachter. Cicer. lib. 2 de Divin. cap. 21 *Redemtor columnam conduxerat faciendam.* Tacitus 1 Hiſtor. cap. 27 *Onomaſtus nunciat, exſpectari eum ab architecto & redemtoribus.* Sic *redemtor pontis, redemtor ſilvæ, redemtor vectigalium*, in Pandectis legitur. Conf. Horat. 3 Od. 1 v. 34, & 2 epiſt. 2 v. 72.

¶ Redemtrix, īcis, die erlöſerin. Prudent. in Romano v. 774, de lingua Maccabæo ephebo exciſa:

Prima offeratur in ſacramentum necis,
Et ſit redemtrix prima membrorum omnium.

Et Corippus lib. 4 v. 298

E cælo veniens mundi perſona redemtrix.

¶ Redemtura, æ, redemtio, v. g. ſilvæ, portus, aut conductio operis faciendi. Livius lib. 23 cap. 48 *cohortandos, qui redemturis auxiſſent patrimonia, ut reipublicæ, ex qua creviſſent, ad tempus commodarent.*

¶ Redemtare, frequent. rantzioniren. Tacit. Hiſt. 3 cap. 34 n. 4 *a propinquis occulte redemtabantur.*

¶ Redemtitare, idem. Feſtus Pompejus: *Redemptitavere, ut domitavere.* Et Cato ibid. *malefacta benefactis redemtitare.*

¶ Redimio autem, ab inuſitato *Emio*, vide infra in R.

¶ Sumo, vide infra S ſeorſim.

Emolumentum, quære infra in *Mola.*

EMPAECTAE, arum, ἀπὸ τοῦ ἐμπαίζειν, illuſores & deriſores, ſpötter; monſtra illa hominum, qui profano Dei contemtu & ſacrilega audacia omnem deludunt pietatem, religionem atque honeſtatis ſtudium, 2 Pet. 3 v. 3.

EMPANDA, æ, paganorum Dea, teſte Feſto. Sic dicta, quod patentibus pagis, non clauſis urbibus præeſſet. Ipſam Cererem in paganalibus ſacris vocatam fuiſſe *Empandam*, Scaliger Conject. in Varr. docet. v. Roſini Ant. Rom. 5 c. 4 p. 440.

EMPĔDŎCLES, is, Agrigentinus fuit, Philoſophus & Poëta, qui de Phyſicis verſus ſcripſit, diſcipulus & ſectator fuit Pythagoræ, præceptor vero Gorgiæ Leontini. Rhetoricen primus inveniſſe dicitur. Iis fuiſſe moribus ſcribunt, ut aſſidue ſimultatem cum aliquibus ſuſciperet, eamque pertinaciſſime exerceret: unde proverbium: *Empedoclis ſimultas.* Furore melancholico correptus in Ætnæ ardentis inſiliit voragines, quam rem patefecerunt ferreæ ejus crepidæ flammis ex Ætna rejectæ. Horat. in fin. libri de Arte Poëtica:

Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Ætnam
Inſiliit.

¶ Empedoclēus, a, um, adject. *Si Salluſtii Empedoclea legeris, &c.* Cic. lib. 2 epiſt. 10 ad Quint. Fratr.

EMPĒNĒTĬCA, æ, ἐμπεινητική, ars ſtrenue eſuriendi, die kunſt hunger zu leiden. Ita Turnebus Adverſ. 13 cap. 20 in Cælii ad Cic. 8 fam. ep. 1 legit *empeneticam facere*, cum ſtatim de eſurie ſequatur. Conf. Salmaſ. ad Solin. p. 707, & vide ſupra *Embenetica.*

EMPETRON, i, ἔμπετρον, herba, *calcifraga*, Plin. 27 cap. 9. Alias Dioſcoridi herba eſt notitiæ incertæ, ut ex Matthiolo apparet. Val. Cordus *Millegranam* vulgo dictam ſeu herbam cancri minorem, quæ Gallis *Herniaria* dicatur, affirmavit.

EMPHĂSIS, is, ἔμφασις, figura ſeu ornatus potius Orationis, Quintiliano teſte latine *ſignificantia* dicitur, etwas wichtiges, deutliches, nachdrückliches. Cicero *Significationem* vertit, *quâ plus in ſuſpicione relinquitur, quàm in oratione ponitur.* ¶ 2. Emphaſis eſt etiam, cum una aliqua in Oratione vox, ut ſignificantior & gravior cæteris, jubetur attendi, darauf man ſonderlich achtung geben ſoll, ut cum dico: *In hoc dicto, Ecce, Rex tuus venit tibi, &c.* emphaſin habes, vel emphaſis eſt in dictionibus *Tuus tibi.* Vid. Voſſ. lib. 4 Inſtit. Orat. pag. 233, 234.

¶ Emphaticus, a, um, nachdrücklich: ut, *emphatica vox.*

EMPHRACTVM, i, intriti genus, apud Apicium 9 cap. 14.

EMPHRAGMA, atis, ἔμφραγμα, ſeptum, cancellus, apud Veget. 1 c. 47.

EMPHYTEVSIS, is, qua ſterilia prædia perpetuo fruenda pro certa penſione traduntur, eine erbverpachtung, erblehen. Vid. Inſtit. Jur. lib. 3 tit. 25 § 4 quamvis ipſa vox, quæ ab ἐμφυτεύειν, *implantare*, eſt, ibi non legatur: eſt tamen in Codice loco jam citando *teſtamentum emphyteuſeos.*

¶ Emphyteuta, æ, ein erb-zinßmann, qui tali conditione prædium obtinet. Lege 4 Codicis de Jure emphyteutico, ſæpe occurrit.

¶ Emphyteuticus, a, um, zinßbar: ut, *emphyteuticum prædium*, lege 13 Cod. de Prædiis & aliis. Et, *fundi emphyteutici*, lege 2 Cod. de mancipiis & colon.

¶ Emphyteuticarius, i, idem qui Emphyteuta. Ibidem lege 1 *Emphyteuticarios gravant coloni.*

¶ Em-

¶ Emphyteuma, ătis, ἐμφύτευμα, erbzinß-recht, modo dicta lege 4 extr. de Jure emphyteut. *ad alios ſuum jus, vel emphyteumata transferre.*

EMPĪRĬCE, es, ἐμπειρικὴ, Secta Medicorum, quæ experimentis tantum nititur, & quam in Sicilia primum cœpiſſe Plinius ſcripſit lib. 29 cap. 1.
¶ Empīrĭcus, i, ἐμπειρικὸς, ein artzt, der nur aus erfahrung, ohne wiſſenſchafft curirt. Celſus in præfat. *Qui ſe Empiricos ab experientia nominant.* Ἐμπειρία experientiam ſignificat.

EMPLASTRUM, i, ſeu cataplasma, unguentum ſeu medicamentum in maſſam coactum, quod igni præmollitum vulneribus imponitur, ein pflaſter. Quid à *malagmate* & *paſtillo* differat, docet Celſus lib. 5 cap. 18. Laberius apud Gell. lib. 16 cap. 7 extr.

Quid eſt jusjurandum? emplaſtrum æris alieni.

¶ Emplaſtro, are, verbinden. Columell. lib. 5 cap. 11 *Arboris, quam emplaſtraturus es, nitidiſſimum ramum eligito.*
¶ Emplaſtratio, ōnis, inſitionis eſt ſpecies, die impfung, die verbindung des pfropff-reiſes, de quâ integro capite præcipit Plin. lib. 17 c. 16, & Pallad. lib. 3 cap. 17.

EMPŎRIUM, i, ἐμπόριον, eine handelſtadt, gewerbſtadt, niederlag. Cicer. lib. 5 ad Attic. epiſt. 2 *cum per emporium Puteolanorum iter facerem.* Livius 36 c. 21 *Theſpienſium emporium.* Ab ἐμπορέω, *negotior.*
¶ Emporeticus, a, um, adject. zur handlung dienlich: ut, *Emporetica charta,* Plin. lib. 13 cap. 12, quæ ſcripturæ inepta, tantum involucra mercibus præbebat, kramer-papier, maculatur.

EMPŪSA, æ, ἐμπῦσα, ſpectrum, phantasma, illuſio, ein geſpenſt. v. Ariſtophanes in Ranis: Philoſtratus lib. 2 de vita Apollonii cap. 2. Cælius lib. 6 cap. 38. *Empusâ mutabilior*, vide Chiliadas. Demoſthenes ait, Æſchinis matrem, cui ipſe Leucothoæ nomen mutaſſet, appellatam fuiſſe *Empuſam*, eo quod quæſtus gratia quidvis & faceret & pateretur.

EMPYICUS, a, um, ἐμπυϊκὸς, ſchwindſüchtig, apud Marcell. Emp. c. 16. Ἐμπύησιν deſcribit Iſidorus 4 c. 7.

EMPȲREUS, a, um, ἐμπύρειος, feurig: ut, *cælum empyreum*, in quo beatorum ſedem eſſe, dicunt Scholaſtici.

Emtio, Emtor, &c. vide *Emo.*

EMȲDES, um, teſtudinum genus, quarum ſanguine inſtillato capitis dolores ſedari & ſtrumas tolli, auctor eſt Plinius 32 c. 5.

EN, ἠνὶ, ἰδοὺ, adverb. demonſtrandi. *En Priamus! En quatuor aræ*, Virgil. Æneid. 5 v. 639. *En crimen, en cauſſa!* Cicer. pro Dejot. cap. 6. Plerumque enim nominativis præponitur. Ovid. lib. 2 de Ponto eleg. 3 v. 25 *En ego non paucis quondam munitus amicis*, &c.
¶ Plautus etiam accuſativis præpoſuit: ut, *En tectum, en tegulas*, &c.
¶ Et Verbis Terent. Hecyr. a. 1 ſc. 1 v. 5 *Ut quivis facile poſſet credere, nunquam illa viva ducturum uxorem domum. En duxit.* al. leg. *Hem.*
¶ *En unquam*, pro unquamne, Livius lib. 9 cap. 20 *En unquam futurum, ut congredi armatis cum Samnite liceat?* Virg. ecl. 1 v. 66

En unquam patrios longo poſt tempore fines, &c.

Et ecl. 8 v. 7 *En erit unquam*
Ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta.

Plaut. Menæchm. act. 5 ſc. 5 v. 26

Dic mihi, en unquam tibi inteſtina crepent, quod ſentias?

Terent. Phorm. act. 2 ſc. 2 v. 1

En unquam cuiquam contumelioſius
Audiſtis factam injuriam?

ENALLĂGE, es, ἐναλλαγὴ, permutatio, qua pars pro parte ponitur, vel accidentia partium permutantur; ut, *dicere* pro *dicebat*, &c.

ENARGIA, æ, ἐνάργεια, non ἐνέργεια, quam lectionem eſſe corruptam Budæus cenſet; latine *evidentia*, vel *illuſtratio* à Cicerone dicitur, auctore Quintiliano lib. 6 cap. 2. Commemoratur inter figuras ſententiarum, quæ amplificandi, ornandi vel delectandi gratiâ rem, ceu coloribus expreſſam, in tabulâ ſpectandam proponit, ut depicta, non narrata, ſpectata, non lecta videatur: ut, *Ipſe inflammatus ſcelere ac furore in forum venit, ardebant oculi, toto ex corde crudelitas emicabat*, &c. Conſtat deſcriptione rerum, temporum, locorum & perſonarum, &c. Fuit τὸ τῆς ἐναργείας ὄνομα Epicureis valde tritum, qui contendebant, judicium omnium rerum eſſe penes τὰ φαινόμενα ταῖς αἰσθήσεσι. v. Hier. Wolff. annotationibus ad vitam Iſocratis p. 795.

ENCAENIA, orum, ἐγκαίνια, feſta erant Judæis, templi ſcil. initiatio, dedicationis feſtum, vulgus dixit, kirchweih, kirchmeß. Etiam aliis quibuscunque rebus novis & recens dedicatis adhibetur hoc vocabulum. Auguſtinus Tractatu 48 in Joannem ſub init. *Quandocunque novum aliquid fuerit dedicatum, encænia vocantur. Jam & uſus habet hoc verbum: ſi quis nova tunica induatur,* ENCAENIARE *dicitur*, einweihen.

ENCARDIA, æ, ἐγκαρδία, gemma a cordis effigie ſic dicta, Plin. 37 c. 10.

ENCARPA, orum, vel Encarpus, i, ſing. ἔγκαρπος, Vitruvio lib. 4 cap. 1, implexus florum frondiumque Zophoro, hoc eſt, picto veluti balteo, inſculptarum, die blumen und laubwercke an den ſäulen. Vide interpretes Vitruv.

ENCAUSTICE, es, ἐγκαυστικὴ, pictura ad ignem, die kunſt ein gemählde einzubrennen, glaßmahlerey. Ejus ratio duplex erat: alia cera, alia ceſtro fiebat. De prima vide ſupra in *Cera*: de altera in *Ceſtrum.* Sed & tertia acceſſit, ubi & penicilli uſus erat. Vide Plinium lib. 35 cap. 11, atque imprimis ſub finem. Item Salmaſium ad Hiſtoriam Auguſt. & in Exercitat. Plinianis, & Rhodig. Ant. Lect. 29 cap. 24.
¶ Encauſtes, æ, ἐγκαύστης, qui ita pingit, glaßmahler.
¶ Encauſtus, a, um, ἐγκαυστὸς, adj. geſchmeltzt. Martial. lib. 4 epigr. 47

Encauſtus Phaëthon tabulâ tibi pictus in hâc eſt.

¶ Encauſtum, i, ſubſtant. ἐγκαυστὸν, materia inuſta ad pingendum apta. Plin. lib. 36 cap. 25 extr. *Figulinum opus encauſto pingere*, glaſieren. *Sacrum encauſtum* vocabatur rubrica, qua Imperatores Conſtantinopolitani in ſubſcribendis litteris utebantur. Vide Mabill. de re diplomat. 10 f. 42, & Panciroll. Deperd. P. 1 Tit. 2 p. 10.
¶ Encauſticus, a, um, ἐγκαυστικὸς, eingebrennt: ut, *Encauſtica pictura*, Plin. lib. 35 cap. 11 ſub initium.

ENCĔLĂDUS, i, Terræ filius, ab Jove fulmine ictus, & ſub Ætna monte ſepultus. Virgil. 3 Æneid. v. 578

Fama eſt, Enceladi ſemuſtum fulmine corpus, &c.

ENCHIRIDION, i, ἐγχειρίδιον, promptuarium ad manum ſemper habendum, ein handbüchlein. ¶ 2. Quo nomine Græci etiam *Capulum* in enſe dicunt. Et inde translatum vocabulum ad libros eſt: quod, ſicut pugiones militibus, ita hi illis, qui capere & ſcire cupiunt, in promptu ſemper eſſe debebant. Simplicius explicat in Enchiridion Epicteti prooemii principio. Scripſit etiam Auguſtinus *Enchiridion ad Laurentium*, de quo ipſe Retractat. lib. 2 cap. 63 ita cenſuit: *Scripſi librum de fide, ſpe & caritate, cum a me, ad quem ſcriptus eſt, poſtulaſſet, ut aliquod opuſculum haberet meum, de ſuis manibus non receſſurum, quod genus Græci* ENCHIRIDION *vocant.* In eadem metaphora perſtitit Erasmus, cum libello ſuo nomen fecit, *Enchiridion militis Chriſtiani.* Nam ἐγχειρίδιον eſt ξιφίδιον, ſeu *pugio*, apud Herodian. lib. 7 cap. 4.

ENCHŪSA, æ, ἔγχουσα, herba ſimilis anchuſæ. Plin. 22 cap. 20.

ENCOLPIAS, æ, ἐγκολπίας, ventus, qui a mari venit. Apul. de Mundo.
¶ Encolpiſmus, i, ἐγκολπισμὸς, clyſter uterinus. Priſcian. 3, 5 *encolpiſmo uti*, ein clyſtier ſetzen. v. Reineſ. Var. Lect. p. 515.

ENCOMBŌMĂTA, um, ἐγκομβώματα, veſtes, quas puellæ habent, ſecundum Varronem apud Nonium cap. 14 n. 38

ENCŌMIUM, i, ἐγκώμιον, laudatio, laus, eine lob-rede. *Ante victoriam encomium canis*, πρὸ τῆς νίκης τὸ ἐγκώμιον ᾄδεις, de eo, qui bello vel re nondum confecta præpoſtere gloriatur. vide Chiliadas.
¶ Encomiaſtes, æ, ἐγκωμιαστὴς, ein lobſprecher.
¶ Encomiologicus, a, um, lob-erhebend. Plotius ſub fin. libelli de Metris, in generibus carminum ponit *Encomiologicum Steſichoricum*, & *Encomiologicum Archilochium.*

ENCRASICHOLUS, i, piſcis minimus ex apuarum genere, eine art der meerſeelichen. Vide *Apua.*

ENCRATĒRA, æ, liquamen eſt ex piſcium quorumdam ſalſis inteſtinis, & liquatis.

ENCYCLIOS, i, ἐγκύκλιος, circularis, ἐγκύκλιος παιδεία, orbis diſciplinarum, qui & *Encyclopædia*, ἐγκυκλοπαιδεία, dicitur, das corpus aller künſte. Quintilianus lib. 1 cap. 10 *Orbis ille doctrinæ, quam Græci* ἐγκυκλοπαιδείαν *vocant.* Quædam diſciplinarum ſeries, quæ oſtendit, inter omnes artes eſſe conjunctionem quamdam, & communionem. Vitruvio præf. lib. 6 *Encyclios doctrinarum omnium diſciplina* dicitur. Vide Schott. obſerv. poët. lib. 2 c. 1. Lipſii Manuduct. ad Philoſoph. Stoicam lib. 1 diſſert. 1 & 2 p. 1, & Joh. Wowerium in Polymath. cap. 3 & 24.
¶ Encyclopædia, æ, jam modo ex Quintiliano *orbis doctrinæ* verſa fuit in *Encyclios.*

ENDIADIS, ἐνδίαδις, ſeu rectius Hendiadyo, ἓν διὰ δύο, figura locutionis eſt, qua unum per duo effertur, ut:

Arma virumque cano, pro, armatum virum.
Pateris libamus & auro, pro, aureis pateris.

Exempla plura vide in libello de Schematibus, & figuram contrariam, quâ δύο δι' ἑνὸς, duo per unum efferuntur, apud Donatum in Terentium. Conf. Voſſ. lib. 5 Inſtit. Orat. p. 313.

ENDO, antique pro *In*; ut, *Omnibus endo locis*, Ennius. *Endo mari magno*, Idem. *Endo procinctu*, Feſtus. *Endo manu*, Lucret. 2 v. 1094. Reperitur etiam in Compoſitis, ut *Endogredi* pro *Ingredi*, ibid. 1 v. 81 &c.

ENDRŌMIS, īdis, fœm. ἐνδρομὶς, veſtis villoſa vel pellibus ſuffulta, ein gefütterter leichter lauffrock, ſic dicta, quod ejus uſus fuerit ἐν δρόμῳ, hoc eſt, in curſu & palæſtra. Martial. lib. 4 epigr. 19

Dona peregrinam mittimus endromidem.

¶ Polluci lib. 3 extremo *Endromides* expediti ad curſum calcei ſunt, τὰ τῶν δρομέων ὑποδήματα, lauffſchuhe. vid. Salmaſ. de Pallio p. 310.
¶ Endrŏmīdatus, a, um, endromide veſtitus. Sidon. 2, 1 *Endromidatus exterius, interius faſciatus.*

ENDȲMION, ōnis, Ἐνδυμίων, paſtor ille fabuloſus, perpetuo dormiens, (ein ſiebenſchläffer,) quod Luna amore ejus correpta effeciſſe fingebatur, ut ejus oſculandi ſemper haberet copiam. Cujus fabulæ & Cicero meminit Tuſcul. 1 cap. 38. Fuit, ut fabulantur, longe formoſiſſimus. Unde pro quovis ſpecioſo, *Endymiona* poſuit Juvenalis ſat. 10 v. 381. Et Apulej. lib. 1 de A. A. *Hic eſt, ſoror Panthia, carus Endymion; hic Catamitus meus*, &c. *Endymionis ſomnum dormis*, Ἐνδυμίωνος ὕπνον καθεύδεις, adagium eſt, de ultra modum ſomnolento, vide Chiliad. Tradit autem Plinius lib. 2 cap. 9, Endymionem multa deprehendiſſe ad Lunæ motum pertinentia, eamque occaſionem fuiſſe fabulæ, Endymionem a Luna fuiſſe adamatum. Vide & Lucianum de Aſtrologia.
¶ Endymionēus, a, um, adject. Auſon. Idyll. 6 v. 40

Errat & ipſa olim qualis per Latmia ſaxa
Endymionéos ſolitâ affectare ſopores
Cum face, & aſtrigero diademate Luna bicornis.

ĔNĔMA, ătis, id quod per clyſterem alvo immittitur, ein clyſtier, Priſc. 2 cap. 2. *Clyſter* enim ſeu *Clyſterium* inſtrumentum eſt. Reineſius Var. Lect. lib. 2 cap. 8 pag. 200 Ἔνεμα, ἔνειμα, *id eſt,* κλύσμα, ἔγκλυσμα, *infuſum, quo venter ſeu inteſtina ſubluuntur, alio nomine INIECTIO.*

ENERGIA, æ, ἐνέργεια, operatio, die würckung.
¶ Energēma, ătis, ἐνέργημα, opus, effectus, ſeu apotelesma, quod operationem ſequitur. v. Tertull. de præſcript. cap. 30 & de carne Chriſti cap. 34.
¶ Energaſia, æ, ἐνεργασία, eſt evidentia orationis, qua rem magis oſtendere videmur quam dicere.
¶ Energūmĕnus, i, ἐνεργούμενος, dæmoniacus, ein beſeſſener, ab εἴργεσθαι, detineri, impediri, vel ab ἔργομαι, quod *agor* ſignificat & *agitor*, à quo verbo id nominis Valla deducit. Vide Lexica Græca, & copioſe de his Giſb. Voetium part. 1 diſpp. Theolog. p. 1019. Cæl. Rhodig. 1 cap. 34, & Caſp. Schott. Phyſ. curioſ. 4 cap. 1.

Enervis, Enervo, are, vide *Nervus.*

ENGIBATA, orum, inter organa hydraulica apud Vitruv. 10 cap. 12. Conf. Bald. in Lex. Vitruv. p. 45.

ENGŎNĂSIS, is, ἐγγόνασις, sidus cæleste, quod *nixus* dicitur. Cicer. in Arato, *Engonasin vocitant, genibus quod nixa feratur.*
Julius Firmicus, *ingeniculum* latine vertit.

ENGŌNĂTON, i, ἐγγώνατον, inventum horologii solaris portatile, ein compaß, Vitruv. 9 c. 9. vid. Bald. l. c. ubi a forma nomen esse putat, vel quia angulatum, vel quia in genu plicatum est.

ENHȲDRIS, enhydrĭdis; & Enhydrus, i, ἔνυδρις, coluber in aqua vivens, unde & nomen habet, eine wasser-schlange. Ita enim exserte Plinius lib. 32 cap. 7, *Enhydris vocatur a Græcis colubra in aqua vivens.* Et lib. 30 cap. 3 *Draconis os è spina: item enhydridis.* Solin. c. 45 *Enhydrus conspicatus alterum Ichneumonum genus penetrat belluam.* ¶ 2. *Enhydros*, lapillus liquorem intus continens, & exsudans. vid. Plin. 37 c. 11. Solin. c. 50 fin. & Marbod. c. 46.

ENIM, conjunctio caussalis, denn, postpositiva est, quanquam non semel & in principio orationis posuerint optimi auctores, ut Plautus, Terentius, Lucretius, Cicero, Apulejus & Paullus JCtus. *Enim istîc captio est*, Plaut. Mostell. act. 5 sc. 2 v. 23. *Enim non sinam*, Terent. Adelph. act. 2 sc. 1 v. 14. Vide Gifanii Indic. Lucret. Tacit. 4 Histor. cap. 11 extr. *Asiaticus (enim is libertus) malam potentiam servili supplicio expiavit.* ¶ 2. In quo Taciti loco *enim* pro *autem* videtur positum. Nam apud Latinos, *nam*, *enim*, *sed*, *autem*, sicut apud Græcos γὰρ & δὲ, mutuas præstabant operas & alterum pro altero ponebatur. Cæsar lib. 2 de Bell. Civil. c. 32 *Desertos enim se ac proditos à vobis dicunt*, &c. Idem lib. 5 de Bell. Gall. c. 7 *Dumnorix cum equitibus Æduorum à castris, insciente Cæsare, domum discedere cœpit*, &c. *Ille enim revocatus resistere, ac se manu sua defendere, suorumque fidem implorare cœpit*, &c. Vtrobique certe τὸ *enim* nihil infert, & tantum adversativæ vim habet. Vnde & Græcus Interpres loci ultimi verba, *Ille enim revocatus*, &c. non ὁ γὰρ; sed ὁ δὲ Δόμνοριξ, ἀπὸ τῶν διωκόντων αὐτὸ ἀποκαλύμενος, &c. vertit. ¶ 3. Est & asseverandi particula, ut *enimverò*. Plaut. Casin. act. 2 sc. 4 init.

CH. *te uxor ajebat tua:*
Me vocare. ST. *Ego enim vocare jussi*,

i. e. Ego vero. Idem Mostell. a. 3 sc. 1 v. 24

TH. *Quid tutè tecum?* TR. *Nihil enim.*

Terentius Andr. a. 5 sc. 1 v. 4 *Immo enim quam maxime abs te postulo atque oro Chreme.* Ita usus etiam in Eunucho est a. 2 sc. 3 v. 63, & Phorm. a. 4 sc. 4 v. 13. ¶ 4. *Quid enim*, usitata interrogatio bonis auctoribus, de qua Lambinus ad Horatium lib. 1 sat. 1 v. 7. Plautus Amphitruone a. 2 sc. 2 v. 62 *Quid enim censes?* Vbi plane παρέλκει.

¶ Enimverò, in principio ponitur ac significat certe, dum confirmandi vim habet. Terent. in Andr. a. 1 sc. 3 pr. *Enimvero Dave nihil loci est socordiæ*, &c. warlich, es gilt hier nicht faul zu seyn. Cic. in Verr. 3 c. 26 *Enimvero ferendum hoc non est.* ¶ Interdum tamen postponitur etiam, Ter. Eun. a. 2 sc. 3 v. 37 *Incommode hercle.* CH. *Imo enimvero infeliciter.* Plaut. Captiv. a. 3 sc. 4 v. 2 *Nunc enimvero occidi, eunt ad te hostes Tyndare.* Et, *Ego enimvero*, apud Plaut. Amphitr. a. 2 sc. 2 v. 126. Habet & significationem nimium permoti ac irritati animi, ut Donatus notat ad Terentii Andr. a. 1 sc. 3 v. 1.

¶ At enim, aber. Apulejus Apolog. p. 323 *At enim ille totum quadragies præsumtione cassa devorarat.*

¶ Etenim, caussalis conjunctio, quæ semper initio ponitur. Terent. Andr. a. 2 sc. 6 v. 11 *Etenim eam secum rem recta reputabit via.* Idem Eun. a. 5 sc. 9 v. 44 *Et libenter vivis: etenim bene libenter victitas.* Plaut. Amph. prol. v. 26 *Etenim ille, cujus huc jussu venio.* Vertas licet und zwar, allermassen, sintemahl.

¶ Verum enim, Verumenimvero, vide *Vero.*

ĔNĪPEUS, ei, trisyllabum, Ἐνιπεὺς, Thessaliæ fluvius, juxta quem pugna inter Cæsarem fuit & Pompejum. Lucan. lib. 7 v. 116

Sanguine Romano quam turbidus ibit Enipeus.

A Poëtis *altus*, *magnus*, *pulcher*, *Thessalicus*, dicitur.

ENNA, æ, Ἔννα, Siciliæ civitas, juxta quam templum augustissimum Cereris fuit, cum ejusdem simulacro, à quo templo *Ennæa Ceres* dicta fuit. Locum describit Cicero lib. 6 in Verrem cap. 48. Vbi & fabulam de raptu Proserpinæ leges.

¶ Ennensis, e, gentile. Cic. lib. 4 in Verr. de Signis c. 62 *Ennensis Ceres.* Livius lib. 24 c. 37 *Ennensium principes.*

¶ Ennæus, a, um, idem. Silius 14 v. 246

Cum rapta præceps Ennæa virgine flexit.

Et, *Ennæa diva*, id est, Proserpina, apud eundem lib. 13 v. 431.

ENNIUS, i, Poëta vetustissimus, Calaber, Rudiæ alumnus, ut Cic. pro Arch. cap. 10, & Mela 2 cap. 4, & Silius 12 v. 395 tradiderunt. Natus est anno 411 post Romam conditam, ut Cicero observat lib. 1 Tusc. Q. cap. 1, Coss. C. Manlio Lucrino & Q. Valerio Flacco: aut potius anno 515, ut aliter de Clar. Orator. cap. 18 refert. Romam puer translatus vitam ibi suam exegit, quam ad annos 70 perduxit. Dicitur fuisse ingenio acri & eruditione multiplici, ut qui domi forisque docuerit; & cum Græcam linguam, Oscamque & Latinam calleret; solitus est dicere, sibi esse tria corda, vid. Gell. lib. 17 cap. 17. Ex Silio Italico patet lib. 12 v. 393 seq. eum fuisse in bello Punico Centurionem, præsentique animo rem gessisse; & apud Latinos fuisse primum, qui coronam sibi ex Helicone assumpserit. Græcas ab eo literas Cato senex didicisse scribitur. Scripsit præter Comœdias, Tragœdias, Satyras, Annales & historiam belli Punici secundi versibus hexametris, de quibus tamen omnibus nil nisi fragmenta quædam superant, sparsim apud Ciceronem, Gellium, Macrobium, & Grammaticos relicta. De quibus hi sunt apud Augustin. C. D. lib. 2 c. 21 ex Cicerone:

Moribus antiquis res stat Romana virisque.
Haudquaquam quenquam semper fortuna secuta est.
Fortibus est fortuna viris data.

Ac de Fabio Maximo ille lib. 1 Offic. Cic. cap. 24, quem & Macrobius indicavit lib. 6 cap. 1 *Vnus homo nobis cunctando restituit rem,*
Non ponebat enim rumores ante salutem.

Et apud Gellium lib. 20 c. 10 *Pellitur è medio sapientia, vi geritur res.*
Vnde habeat quærit nemo, sed oportet habere.
Benefacta male locata, malefacta arbitror.

Vocat hunc præclarum Ennii versum Cicero lib. 2 Offic. cap. 18. Gellius ex Ennii satyris hoc producit lib. 2 c. 29 extr.

Hoc erit tibi argumentum semper in promptu situm,
Ne quid expectes amicos, quod tute agere possies.

Et hos ex Hecuba lib. 11 cap. 4

Nam cum opulenti loquuntur pariter atque ignobiles,
Eadem dicta eademque oratio æqua non æque valet.

Et hos ex Iphigenia apud Gell. lib. 19 cap. 10

Otio qui nescit uti, plus negotii habet,
Quam cum est negotium in negotio, &c.

Alios vid. lib. 20 cap. 10. Macrobius hos ex Ennii citat Annalibus lib. 6 Saturn. cap. 2 *Multa dies in bello conficit unus,*
Et rursus multæ fortunæ forte recumbunt.

Cicer. lib. 1 Off. cap. 16 hos etiam Ennio tribuit:

Homo, qui erranti comiter monstrat viam,
Quasi lumen de suo lumine accendat, facit:
Nihilominus ipsi luceat, cùm illi accenderit.

Et hos lib. 2 Off. cap. 7 *Quem metuunt, oderunt;*
Quem quisque odit, periisse expetit.

Et apud Nonium cap. 2 n. 173 in *Cupienter:*

Stultus est, qui cupida cupiens cupienter cupit.

De Ennio Ovidius scripsit in Tristibus lib. 2 v. 424

Ennius ingenio maximus, arte rudis;

sicut & *rudem Ennii Musam* dixit Statius lib. 2 Silv. ad nomen patriæ *Rudiæ* nimirum alludens uterque. Sed & Codrus Vrceus, *non versus*, inquit, *Ennii difficilis placet.* Meminit elogii sepulchri Ennii Cicero in 1 Quæst. Tusculanarum cap. 15

Adspicite, o cives, senis Ennii imaginis formam,
Hic vestrûm pinxit maxima facta patrum.

Et ibidem illius: *Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu*
Faxit, cur? volito vivus per ora virûm.

Apposite Seneca lib. 22 Epist. Moral. in Gellii lib. 12 cap. 2 *apud ipsum Ciceronem*, inquit, *invenies etiam in prosa oratione quædam, ex quibus intelligas, illum non perdidisse operam, quod Ennium legit.* Affert deinde Enniana quædam, quibus Cicero usus est. Ennii etiam perstudiosus fuit Virgilius. Nam plura ex eo sumsit & in carmina sua transtulit: quorum partem notavit Macrobius lib. 6 Saturn. cap. 1. Idem quum aliquando deprehenderetur Ennii poësin legere, interrogatus quid ageret, respondit: *Aurum se ex Ennii stercore colligere.* Gyrald. Dial. 4 p. 137. Lips. lib. 2 Antiq. Lect. c. 22. De hoc Horat. lib. 1 ep. 19 v. 7 *Ennius ipse Pater nunquam, nisi potus, ad arma*
Prosiluit dicenda.

¶ Alius Ennius de augurandi disciplinâ scripsit, de quo Sueton. de Illustrib. Grammat. cap. 1.

¶ Ennianus, a, um, adject. ut, *Ennianus populus*, Gell. 12 c. 2. *Ingenia cicuria Enniana*, Tertull. adv. Valent. c. 37.

Enodis, Enormis, vide *Nodus*, *Norma.*

ENOSIGÆUS, i, ἐνοσίγαιος, dicitur etiam ἐννοσίγαιος, Neptuni epitheton, quo Juvenalis usus est sat. 10 v. 182

Ipsum compedibus qui vinxerat Ennosigæum.

Ab ἐννόω, concutio, & γαῖα, terra.

Ens, entis, vide infra in verbo *Sum.*

ENSIS, is, mucro, gladius, ein schwerd, degen. *Ensem in pectus adigere*, Ovid. Met. 5 v. 70; durchstechen. *Ensis vaginâ tectus*, Horat. lib. 2 satyr. 1 v. 40, das in der scheide steckt. Tibull. lib. 1 eleg. ult.

Quis fuit, horrendos primus qui protulit enses?
Quàm ferus & vere ferreus ille fuit?

¶ Ensis & pro imperio ponitur, cujus erat insigne. Lucan. lib. 5 v. 61 de Ptolemæo Ægypti Rege:

Sævum in populos puer accipit ensem.

Stat. 5 Silv. Protreptico Crispini, extr.

En ingens reserat tibi limen honorum
Cæsar, & Ausonii committit munia ferri,
Vade puer, tantisque enixus suffice donis,
Felix, qui magno jam nunc sub præside juras,
Cuique sacer primum tradit Germanicus ensem.

Vbi alii Præsidatum provinciæ, vel præfecturam prætorio: alii sacri cubiculi curam per *Ensem* volunt notari. Vide Turneb. lib. 12 cap. 6, Petr. Fabrum lib. 1 Semestr. cap. 3, & Statianos interpretes, Morellum atque Cruceum.

¶ Ensiculus, i, dimin. parvus gladius, apud Plaut. Rud. a. 4 sc. 4 v. 113 seqq. ein kinder-degen.

¶ Ensifer, eri, ein schwerdtrager. Epitheton Orionis est. Ovid. lib. 2 de Arte v. 56 *Ensifer Orion aspiciendus erit.* Sed meliores libri hîc *Ensiger* legunt.

¶ Ensĭger, èri, idem. Ovid. 4 Fastor. v. 388

Ensiger Orion æquore mersus erit.

uti iterum ex optimis membranis Heinsius legit, pro vulgato *Ensifer.*

¶ Ensipŏtens entis, mannvest. Coripp. 4 v. 365

Nec non ensipotens membrorum robore constans.

ENTELECHĪA, æ, ἐντελέχεια, pro qua tamen voce Aristoteles usurpat ἐνδελέχεια in animæ definitione non incommode, tametsi & de hoc ipso adhuc disputetur. Significat autem agitationem, continuationem, seu continuatam quandam motionem: vel, ut Cic. in 1 Tuscul. cap. 10 extr. reddidit, *continuatam motionem atque perennem*, cujusmodi animæ est, seu vitæ. Sic enim verterunt Gaza & Hermolaus. Sunt etiam, qui *Perfectihabiam* vel *perfectihabentiam* eam vocem interpretantur. Vid. J. C. Scalig. Exercitat. CCCVII n. 12 & seqq. Boëthius *actum* vertit, non etiam male. Ἐνδελεχὲς enim Græcis continuum vel continuatum est, was in steter bewegung gehet. A quo nonnullis factum videtur Germanicum, endelich, sic enim dicimus nos Germani continuatum, non cessans, non interruptum. Vide initium libelli de Animâ Philippi Melanchthonis, ubi tum ἐνδελεχείας, tum ἐντελεχείας appellatio eruditè explicatur. Josephus Scaliger

liger ad Euſebium p. 110 dicit, puerilem velitationem eſſe de differentiâ harum vocum. Quippe quæ unum & idem ſint. *Veteres enim,* inquit, *ut ex Luciano conſtat,* τὸ *T tanquam* Δ *pronunciabant atque ſtribebant.* Quod & confirmat vetuſtiſſima inſcriptio Romæ: DIAPANDON APOLLINIS SACERDOTI. Vbi DIAPANDON eſt διὰ πάντων, ut hodie pronunciat omnis natio Græca. Idem & diu ante ad Ciceronis 1 Tuſcul. c. 10 Camerarius obſervavit p. 167.

ENTĔRŎCĒLE, es, ἐντεροκήλη, herniæ ſpecies, ein bruch. Celſus lib. 7 cap. 18. Conf. Martial. 10 epigr. 56, & 11 epigr. 85.

¶ Enterocelicus, i, ἐντεροκηλήτης, der gebrochen iſt, Plin. lib. 26 c. 8.

ENTHEVS, a, um, ἔνθεος, numine divino plenus, divinus, göttlich, apud Senecam legitur Medeâ v. 382

Incerta, qualis entheos curſus tulit:

Et apud Statium lib. 1 Silv. 2 v. 227 *hic enthea lauro*

Tempora, Minoâ crinem premit ille coronâ.

Vid. Barth. ad Stat. Silv. p. 85, 132. Adde Martial. 5 epigr. 43, & lib. 11 epigr. 85.

¶ Entheo, are, numine afflare, begeiſtern. Hinc

¶ Entheatus, a, um, begeiſtert, geiſtreich: ut, *turba entheata Bellonæ,* i. e. ſacerdotes, Martial. 12 epigr. 57.

¶ Enthuſiaſmus, i, ἐνθουσιασμὸς, afflatus & inſtinctus ſacer, inſpiratio divina, der anhauch oder antrieb Gottes, das göttliche eingeben. Notat Martinius in Lex. Phil. vocem per ſe bonam vitio hominum eſſe infamatam; etiam ſanctum enthuſiaſmum eſſe, de quo Heſychius: ἐνθουσιασμός ἐστιν, ὅτε ἡ ψυχὴ ὅλη ἐλλάμπηται ὑπὸ τοῦ θεοῦ. Confer, ubi explicat, quid ſit *eſſe in ſpiritu.*

¶ Enthuſiaſticus, a, um, ἐνθουσιαστικὸς, & ſubſt. Enthuſiaſta, æ, ἐνθουσιαστὴς, idem qui Entheus. Budæus annot. in Platon. lib. 2 de leg. poëtarum genus θεῖον & ἐνθουσιαστικὸν, i. e. *divinum, Deo plenum & divinitus inſpiratum* vocat. Addit Martinius l. c. hoc nomine merito ac vere vocitari poſſe vates & prophetas ſacros: ſed profanos illos eſſe *dæmoniſticos,* cum, quem Deum putent, dæmon ſit & genius depravatus.

ENTHYMĒMA, ătis, ἐνθύμημα, ſecunda argumentationis Dialecticæ ſpecies, ſignificat animi cogitationem ſeu commentationem. Juvenal. ſat. 6 v. 448 *curtum ſermone rotato*

Torqueat Enthymema, nec hiſtorias ſciat omnes.

CVRTVM vocatur, quia præterit alteram propoſitionem, & duobus tantum conſtat Syllogiſmi pronunciatis. Ariſtoteli ob eandem cauſſam dicitur μονολήμματος συλλογισμός. ¶ Rhetores interdum hoc nomine κατ' ἐξοχὴν intelligunt, quod ex contrariis fit, atque ab Ariſtotele ἐνθύμημα ἐλεγκτικὸν appellatur. Cicer. in Topic. cap. 13, & Quintilian. lib. 5 cap. 14.

Enucleare, vide *Nucleus.*

ĔNȲO, hujus Enyus, Ἐνυὼ, Bellona, Martis ſoror. Heſychius: Ἐνυὼ πολεμικὴ θεὰ, ἡ μάχη. Silius lib. 10 v. 203

veluti nondum ſatiaſſet Enyo

Iras ſæva truces.

Et Martialis ſpectacul. 24 *Nec te decipiat ratibus navalis Enyo.*

Idem lib. 6 epigr. 31 [al. 32] *Cum dubitaret adhuc belli civilis Enyo.*

¶ Enyalius, i, ἐνυάλιος, eſt inter propria Martis nomina, teſte Macrobio 1 ſat. c. 19 ſic dictus, quaſi ἐνυοῦς υἱὸς, Bellonæ filius.

Eo, Eodem, Eone, &c. vide *Is, ea, id.*

EO, is, it, ivi, itum, ire, gehen. Terent. Phorm. a. 5 ſc. 6 v. 27 *Ire ſuſpenſo gradu,* auf den zeen gehen. Ovid. art. am. 3 v. 62

Diſcite, eunt anni more fluentis aquæ,

die jahre lauffen dahin. *Ire, redire,* hin und wieder gehen. *Ire obviam,* entgegen gehen, Nep. in Milt. cap. 4. *Ire cum exercitu,* ſcil. obviam hoſtibus, idem Ageſil. c. 3 n. 5. *Ire alicui ſubſidio,* ibid. cap. 8 n. 2. Sed, *Ire in jus de re aliqua,* notat diſceptationem rei, & litigationem apud judicem. Nota ſunt verba ſolennia, quibus experiundi juris cauſsâ veteres ad Prætorem ſe mutuo evocabant: *in jus eamus, in jus ambula,* vid. Briſſon. lib. 5 de Formul. pr. Terent. Adelph. a. 3 ſc. 2 v. 49 *Ire inficias,* inficiari, verleugnen, verneinen, de quo in *Inficias,* infra. *Judices eunt in conſilium,* Cic. pro Cluent. cap. 20, ſie gehen zu rath. *Ire in ſententiam,* Liv. 1 cap. 32. *Pedibus ire in ſententiam,* Idem Liv. 5 cap. 9, beyſtimmen. Ratio à Romanâ curiâ eſt. Nam ſuper re aliquâ, quæ conſultabatur, cum duæ diverſæ ſententiæ eſſent, ne omnes Senatores ſigillatim interrogare eſſet neceſſe, diſceſſio permittebatur. Hæc fiebat, cum Conſul adverſæ ſibi ſententiæ auctorem in certam ſubſelliorum partem jubebat diſcedere, atque ad eam ſe conferre, qui ejusdem ſententiæ eſſent; cæterùm ad ſe accedere, qui unà ſentirent. Tum enim ita, ut ex Feſto & Plinio lib. 8 epiſt. 14 conſtat, dicebat: QVI HAEC SENTITIS, IN HANC PARTEM; QVI ALIA OMNIA, IN EAM PARTEM ITE, QVA SENTITIS. Hinc itaque natæ illæ formæ: *Ire, diſcedere in alicujus ſententiam:* quarum exempla paſſim exſtant. Vide & Lipſium ad Tacit. p. 515. Livius in præfat. *Mores eunt præcipites,* hoc eſt, abeunt ſeu declinant in deterius, es wird mit den leuten immer ärger, Liv. in præf. ¶ 2. *Ire* etiam pro venire ponitur. Virg. 2 Æn. v. 375

vos celſis nunc primum à navibus itis.

Vbi Servius: ITIS, *pro* VENITIS: *ut contra Terentius:* Niſi ego ad mercatum venio, *pro* EO. Stat. 7 Thebaid. v. 229

longo procul agmine Grajos,

Ire docens, nec jam Aoniis procul aſſore campis.

Terent. Adelph. act. 3 ſc. 3 v. 7 *Sed eccum Syrum ire video.* IRE, inquit Donatus, *pro venire;* ut,

Nec verò Alciden me ſum lætatus euntem

Accepiſſe lacu.

Eſt autem Virgilianum carmen de 6 Æneid. v. 392 *Euntem,* id eſt, venientem. Seneca Medeâ v. 684

It omne monſtrum: tracta magicis cantibus

Squamea latebris turba deſertis adeſt, &c.

Plaut. Ciſtell. act. 5 v. 3, LA. *Here unde is?* DE. *Ex Senatu.* ¶ 3. *Ire* pro eſſe. Curt. 4, 14, 25 *Ite alacres & ſpe pleni.* Seneca Hercule Oetæo v. 282 *Non ibo inulta,* id eſt, non ero inulta. Claudianus de 4 Conſulat. Honor. v. 109

Non dabitis murum ſceleri, qui vindicet, ibit.

Id eſt, erit, exiſtet. ¶ 4. Interdum *ire* idem eſt ac procedere, von ſtatten gehen. Cic. 14 ad Att. 15 *Incipit res melius ire, quam putaram.* Seneca epiſt. 5 *Miror, iſta ſic ire,* daß es angehet. ¶ 5. *Ire in* vel *ad aliquem,* eſt, hoſtili animo quem petere. Terent. Andr. a. 1 ſc. 5 v. 16 *Ea quoniam nemini obtrudi poteſt, itur ad me.* ITVR AD ME, *quaſi ad hoſtem,* inquit Donatus: *Plautus Pſeudolo: Itur ad me. Virgilius* [9 v. 424] *ſimul enſe decoro*

Ibat in Euryalum propere.

Vellej. 2, 48, 2 *ad arma itum eſt.* ¶ 6. Ovid. Triſt. 5 eleg. 4

Me quoque, ſi fas eſt exemplis ire Deorum,

Ferrea ſors vitæ difficilisque premit.

Vbi *ire exemplis* eſt, uti exemplis, vel exempla ſequi. ¶ 7. *Ire in ſecula,* eſt prædicari, immortali laude ornari. Plinius Paneg. cap. 55 *Ibit in ſecula, fuiſſe principem, cui* &c. Silius lib. 12 v. 311

factoque in ſecula ituro.

Claudianus de Conſ. Mall. Theodori v. 115

ibant in ſecula libri,

de libris eruditis & ætatem ferentibus. Vide ibi Barthium p. 120.

¶ 8. *I nunc: Ite nunc,* formula increpantium. Virg. lib. 7 Æn. v. 425

I nunc, ingratis offer te irriſe periclis.

Juvenalis ſatyr. 12 v. 57

I nunc & ventis animam committe, dolato

Confiſus ligno. Et Seneca Medeâ v. 650

Ite nunc fortes, perarate pontum

Sorte timendâ.

Petronius: *Ite nunc mortales, & magnis cogitationibus pectora implete. Ite cauti, & opes fraudibus captas per mille annos diſponite,* &c. ¶ 9. Et *Ire* inter funebria verba. Terent. Andr. a. 1 ſc. 1 v. 90 *Effertur, imus;* ubi Donatus: IRE *proprie ad exſequias.* ¶ 10. *Ire* aliorum verborum ſupinis junctum periphraſin facit. Plaut. Perſ. a. 1 ſc. 1 v. 12 *aliena bona ire ereptum,* i. e. eripere. Idem Mil. a. 3 ſc. 1 v. 26 *amanti ire opitulatum,* i. e. opitulari. Ter. Andr. a. 1 ſc. 1 v. 107 *Cur te is perditum?* i. e. perdis. Idem Heaut. a. 2 ſc. 3 v. 74 *Tu tibi laudem is quæſitum,* i. e. quæris. Sic paſſive *Iri;* Idem Andr. a. 1 ſc. 2 v. 6 *Poſtquam audierat, non datum iri filio uxorem ſuo.*

¶ Ilicet, dictum per ſyncopen, pro *ire licet,* præconis vox fuit, judicium dimittentis, ut Donatus notat ad illud Terentii in Phorm. a. 1 ſc. 4 v. 21 *Hoc nihil eſt, ilicet, quid conterimus operam fruſtra,* da iſt nichts, es mag davon gehen, wer da will. Rem ipſam egregie Apulejus illuſtrat lib. 11 Mileſ. p. 265, ubi *Grammatea* inducit *de ſublimi ſuggeſtu, de libro, de litteris fauſta vota præfatum:* PRINCIPI MAGNO SENATVIQVE ET EQVITI TOTIQVE ROMANO POPVLO. *Nauticis, navibus, quæque ſub imperio mundi noſtratis reguntur, renunciat, ſermone rituque Græcienſi, ita,* ΛΑΟΙΣ ΑΦΕΣΙΣ. id eſt, Miſſa eſt. Ilicet. Erat & ſolennis in funeribus, vid. Turneb. lib. 3 c. 12. Item in re deſperata. Plautus Curcul. a. 1 ſc. 3 v. 30, & Terentius Eunucho a. 1 ſc. 4 v. 9. ¶ 2. Virgil. pro *Confeſtim,* uſus eſt lib. 2 Æn. v. 424 *Ilicet obruimur numero.*

¶ Iter, itinĕris, cum derivatis, vide infra ſuo loco.

¶ Ĭtus, ûs, ui, verbale, der gang, das gehen. Apud Ciceronem ad Attic. lib. 15 epiſt. 5 *Quis porro noſter itus, reditus,* &c. Et Vitruvius lib. 10 c. 13 *itus & reditus.*

¶ Ĭtio, ōnis, idem. Terent. in Phorm. a. 5 ſc. 8 v. 24 *Heccine erant itiones crebræ, manſiones diutinæ Lemni?* war das das ſtete wegziehen, und lange ausbleiben in Lemno? Cicero Attic. lib. 11 ep. 16 *De obviam itione ita faciam, ut ſuades,* mit dem entgegenziehen will ichs alſo halten. Et lib. 13 epiſt. 50 [vulg. 48] ad eundem Atticum: *Quæris, quid cogitem de obviam itione.*

¶ Domuitio, vide in *Domus.*

Compoſita:

¶ Ăbeo, īre, à loco, de loco, ab aliquo, weggehen. *Abire intrò, aliquò,* &c. *Abire ex oculis,* Liv. 25 c. 16. *Abire deambulatum,* Terent. Heaut. a. 3 ſc. 1 v. 26. *Abire exulatum,* Liv. lib. 2 c. 15, ins elend ziehen. *Abiit tempus, hora,* die zeit, die ſtunde läufft dahin. *Abire è medio,* Terent. *Abire è vitâ,* Cic. in 1 Tuſcul. c. 30, von dieſer welt ſcheiden. *Abire magiſtratu, conſulatu,* eſt deponere magiſtratum, das regiment übergeben. *Abire honore,* Suetonius dixit Auguſt. cap. 26. *Honor* enim magiſtratus eſt. *Abire in ſerum,* Plin. lib. 16 cap. 12. *Abire in ſalem,* Idem lib. 31 cap. 7. *Abire in ſemen,* Idem lib. 21 c. 11. *In ora hominum pro ludibrio abire,* den leuten in die mäuler gerathen, zu ſpott werden, Livius lib. 2 cap. 36. *Abiit hoc oppidum in villas,* iſt ein dorff worden, Plinius Hiſt. lib. 3 cap. 5. *Abeunt in ſumtus fructus prædiorum,* Cic. Att. lib. 11 ep. 2. *Tu miſſus abibis,* i. e. dimitteris, Horat. 2 ſat. 1 v. 86. *Abeunte curru* (ſolis,) i. e. veſperi, Idem 3 od. 6 v. 44. *Abire in diem,* apud Terent. Phorm. a. 5 ſc. 2 v. 16, eſt, in aliud tempus differri, ſich verweilen. Plin. lib. 3 epiſt. 19 *Pretium retro abiit,* es iſt wohlfeiler worden. *Abire ab emtione,* den kauff nicht halten. Lege 7 § 6 Dig. de pactis: *poſſe abiri ab emtione.* ¶ Eleganter etiam impunitatem *abeundi* verbo expreſſerunt. Catullus epigr. 14

Non, non hoc tibi, ſalſe, ſic abibit.

Terent. Andr. a. 1 ſc. 2 v. 4 *Mirabar, hoc ſi ſic abiret,* wenn es ungerochen naus gehen ſolte. Seneca epiſt. 3 *Hoc abierit,* es mag ſo hingehen. Eleganter idem epiſt. 10 *Vide, quo judicium meum abeat,* wo ich hinaus will.

¶ Abĭtio, ōnis, der abſchied, abzug, hingang. Terent. Heaut. a. 1 ſc. 2 v. 16 *Propter eam hæc turba atque abitio evenit.*

¶ Abĭtus, ûs, diſceſſus, idem. *Abitus importuniſſimæ peſtis,* Cicer. 5 Verr. cap. 54. *Ceteri terga præbuere, difficili effugio, quia circumjecta vehicula ſepſerant abitus;* Tacitus Annal. lib. 14 c. 37.

¶ Tranſăbire, weitergehen. Stat. lib. 6 Thebaid. v. 509

obliqua quantum vitare dabatur

Tranſabiêre fugâ.

Idem lib. 9 v. 124 *Lernæam jacit ipſe trabem, volat illa ſagittis*

Æqua fugâ, mediumque nihil cunctata Politem

Tranſabit.

Valer. Flaccus lib. 4 v. 510 *æquora longe*
Transabeunt, nullâque datur consistere terrâ.
Et Silius lib. 12 v. 264 *Transabiit - - - hasta.* Boëth. de Conf. Ph. lib. 3 metro 8 *Et quod stelliferum, transabiit polum,*
Tellure demersi petunt.

¶ Adeo, ire, accedere, hinzu gehen. *Aliqui me adiêre*, es seynd etliche an mich kommen, Ter. Andr. a. 3 sc. 3 v. 2, &, *Adire ad aliquem*, Id. Andr. a. 2 sc. 1 v. 17, & Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 30. *Adire ad caussas*, Cic. in Bruto c. 90, antreten. *Adire ad magistratus*, vor die obrigkeit gehen, Nepos Themist. c. 7. *Capitis periculum adire*, sich in gefahr setzen, es auf leib und leben wagen, Cic. pro S. Rosc. c. 38. ¶ Est & in usu passivè, *Aditur, adeuntur, adiri* &c. Cicer. 3 fam. ep. 7 *cum ad me aditum esset ab iis, qui* &c. & ad Quint. fr. lib. 1 ep. 2 sub fin. *neque prætores diebus aliquot adiri possent.* *Non placebat, adiri nomen*, daß man den nahmen annehme, Vellej. 2, 60, 1. *Censuit Asinius, ut libri Sibyllini adirentur*, daß man die bücher nachschlüge, Tacit. Annal. 1, 76, 2. Et ¶ Particip. passivum: Cicero 1 Offic. c. 19 *laboribus susceptis periculisque aditis.* Et Vellejus 2, 5, 1 *aditis, quæ vix audita.* Ovid. lib. 3 Trist. eleg. 1 v. 70 *Hæc quoque erant pedibus non adeunda meis.*

¶ Aditus, ûs, accessus, zugang, zutritt, zuspruch. *Aditus ad aliquem facilis, difficilis:* Cicer. lib. 1 ad Q. frat. epist. 1 *facillimos esse aditus ad te.* Idem ad Att. lib. 15 epist. 8 *Difficilior ad Antonium aditus esse dicitur*, es ist schwer für ihm zu kommen. *Intercludere aditum ad aliquem*, Idem pro S. Rosc. cap. 38, den weg verlauffen. *Aditum januamque patefacere*, Idem lib. 1 de Orat. cap. 47, weg und thür öffnen. *Aditus mihi patet ad caussam*, Idem pro Sylla c. 2, ich habe einen freyen und offenen zutritt, &c. ¶ 2. Appellantur hoc nomine & loca, qua adiri provinciæ & regiones possunt commode, pässe. Cæsar 4 de Bell. Gallic. cap. 20 *Magno sibi usui fore arbitratur, si genus hominum perspexisset, loca, portus, aditus cognovisset.* Virg. 9 Æn. v. 381
omnem aditum custode coronant.

¶ Aditiculus, i, parvus aditus, ein kleiner zugang, Festus.

¶ Aditio, ōnis, der hinzugang. Plaut. Trucul. a. 2 sc. 7 v. 63 *Quid tibi hanc aditio est?* id est, cur hanc adis? *Aditio hereditatis*, Papinianus Lege 95 § 2 pr. Dig. de solutionib. & liberat.

¶ Adito, are, frequent. quidam ducunt ex Plauti Captiv. a. 3 sc. 4 v. 72, sed lege *adbites*, de quo in *Bito* diximus.

¶ Ambio, ire, circumdare, cingere, umgeben. Ovid. Fastor. lib. 5 v. 81 de Oceano: *Qui terram liquidis, qua patet, ambit aquis.*
das meer umringet die erde mit wasser. In Curtio 4, 2, 9 est, *Muros mare ambiebat.* Et sic apud eumdem 4, 7, 16 *ambientes rami.* Sed apud Ovid. Met. 5 v. 361 est, *ambibat.* Et sic vult Sosipater. Utrumque admittit Raderus. vid. Freinsh. Ind. Curt. ¶ 2. Per metaphoram significat ambitiose affectare, appetere, um etwas werben, darnach stehen, streben. Plautus in prologo Amphitr. v. 78 *Virtute ambire oportet, non fautoribus.* Boëth. de Consol. Philos. lib. 3 metro 8
Quid dignum stolidis mentibus imprecer?
Opes, honores ambiant,
Et cum falsa gravi mole paraverint,
Tum vera cognoscant bona.

Tacitus de Germania cap. 17 *Ambire aliquem nuptiis*, id est, in matrimonium magno studio petere. *Ambire aliquem affatu*, Virgil. Æn. 4 v. 284, mit worten an einen kommen. Ponitur & absolute pro contendere, niti. Sueton Cæsare cap. 18 *Ambienti, ut legibus solveretur.* Idem August. c. 31 *ambientque multi, ne filias in sortem darent.*

¶ Ambītus, a, um, umgeben, particip. passiv. quod contra naturam cæterorum mediam producit. Ovid. 1 Metam. v. 37
Jussit & ambitæ circumdare brachia terræ.
De quo vide Vossium lib. 2 de Arte Grammat. cap. 18. Usus & Tacit. 3 Histor. cap. 39 *Integris quoque rebus à Cæcina & primoribus partium jam Vitellium aspernantibus ambitus.*

¶ Ambĭtus, ûs, penult. brevi, verbale, der umfang, umgang, begriff. *Ambitus ædium*, der raum um das hauß herum, Cic. Top. c. 4. *Totius operis ambitus*, Curt. 5, 1, 26. conf. 4, 8, 2. *Ambitus verborum*, dicitur periodus. Cicer. in Orat. cap. 50 *Perfecto completoque ambitu verborum gaudent aures meæ, & curta sentiunt, nec amant redundantia.* Festus: AMBITUS *proprie dicitur inter vicinorum ædificia locus duorum pedum & semipedis ad circumeundi facultatem relictus.* Livius lib. 27 cap. 9 *Ambitus facere circa aliquam rem*, grosse umschweiffe machen. Seneca epist. 12 *Ambitu suo adstringere*, in sich fassen, begreiffen. ¶ 2. Denique & crimen affectati honoris *ambitus* dicitur, & plus est, quam *ambitio*; dictus a circumeundo supplicandoque, ut idem Festus ibidem docet. *Qui dilargitur pecuniam suam, aut populo muneribus ludisque blanditur, aut cæteris artibus, quæ legitimæ non sunt, ad publicos honores tendit, ambitum committit.* *Accusari ambitûs*, & *de ambitu.* Namque & sæpius leges latæ fuerunt, quibus coërceretur hoc crimen; at nunquam satis observatæ: ut Petilia, Cornelia, Bæbia, Calpurnia, Tullia, item Pompeja & Julia: de quibus consuli Antonius Augustinus libro de Legibus & Senatus consultis potest. Cæterum legis ambitus qui essent convicti, his neque magistratum gerere, neque Senatoribus esse licebat, & multa pecuniaria irrogabatur, ut Dio docet lib. 36 p. 18 & seq. Lege Julia, quam Augustus tulit, convictus ambitûs, tanquam vis publicæ reus, deportabatur, ut Paullus JCtus lib. 5 Sententiarum auctor est. Sub principibus non nisi in municipiis obtinuit, quod omnis de magistratibus creandis cura ad Imperatores pertineret, ut ex Modestino de Lege Julia ambitûs, Augustinus observat. *Effusæ ambitus largitiones*, Nepos 25, 6, 2. ¶ 3. *Ambitus* etiam quævis contentio & quodvis nimium in aliqua re, aut & ad ostentationem navatum studium dicitur. Seneca Medeâ v. 399 *Segnis hic abit dies*
Tanto petitus ambitu, tanto datus.
Tacitus 1 Histor. cap. 19 *Ambitu remanendi aut eundi, ut quemque metus vel spes impulerat.* Et *funeris ambitum* Prudentius dixit hymno ad exsequias v. 45
Hinc maxima cum sepulcris
Impenditur, hinc resolutos
Honor ultimus excipit artus,
Et funeris ambitus ornat.

Florus lib. 1 cap. 16 *Gemmeis & argenteis armis usque ad ambitum ornatum.* Sed & *ambitionis* vox ita usurpatur.

¶ Ambĭtio, ōnis, circuitio proprie, die umfassung, apud Solinum c. 35 *alveos circumdant ambitione tergorum bubalorum.* Idem cap. 48 *Ambitio extimæ cutis.* ¶ 2. Affectatio dignitatis, honorum, ehrsucht, ehrgeitz. Cicer. 1 Offic. cap. 25 *Miserrima est omninò ambitio honorumque contentio.* Usus & plurali Idem est, ut in 2 Tuscul. cap. 26 *Quid de nostris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar?* ¶ 3. Item gratiæ studium & affectatio, schmeichelung. Tacit. 1 Histor. c. 1 *Sed ambitionem scriptoris facilè aversaris: obtrectatio & livor pronis auribus accipiuntur: quippe adulatione* [hoc *ambitionem*, quam dixit, respicit] *fœdum crimen servitutis, malignitati* [hoc ad *obtrectationem* referendum est] *species libertatis inest.* ¶ 4. Usurpatur & de magno & affectato studio, non secus atque ambitus. Nepos Dione cap. 2 *Magnaque eum* (Platona) *ambitione Syracusas perduxit.* B. Hieronymus epist. 53 ad Ripar. adversus Vigilantium: *Et quid passi sunt Apostoli, ut immundum Stephani corpus tanta funeris ambitione præcederent?* Sic etiam *Ambitionis* voce Justinus lib. 1 cap. 3 usus est, *cum admitti magna ambitione ægre obtinuisset.*

¶ Ambitudo, ĭnis, in prima ambitionis significatione Apul. in Asclepio: *Tempus per alterius ambitudinem rediens.*

¶ Ambĭtiōsus, a, um, propriè ac primario, qui ambit, aut ambiendo implicat atque amplectitur, umfassend. Horat. lib. 1 od. 36 extr.
Nec Damalis novo
Divelletur adulterio
Lascivis hederis ambitiosior.
i. e. arctius complectens, quam hedera. Solinus etiam propriè usus hoc nomine, cum cap. 17 de Creta scribit: *Non stipata centum urbibus, sicut perhibent, qui prodige lingua largi sunt; magnis & ambitiosis oppidis.* Nam *ambitiosa oppida*, quæ magno ambitu sunt, umschweiffig, weitläufftig. Similiter Plinius 5 cap. 15 *amnis ambitiosus.* Huic *Inambitiosum* opponitur, de quo infrà. ¶ 2. Deinde, qui ambitione laborat, ehrsüchtig. *Amicitia ambitiosa*, Cicer. 1 Attic. epist. 18, freundschafft auf pracht. *Diligentia ambitiosa*, fleiß, so da will gesehen und gerühmet seyn, l. 33 pr. ff. de usur. & fruct. *Ambitiosæ sententiæ*, adulatoriæ & ad aucupandam gratiam latæ apud Sueton. Domitiano cap. 8. Idem August. cap. 25 *Ambitiosius id existimans*, [id est, magis ad aucupandi favoris studium comparatum statuens] *quàm aut ratio militaris*, (quæ severitatem amat) *aut temporum quies*, (per quam captandi & adulandi milites non sunt) *aut sita domusque suæ majestas* (quæ stabilita undique & in summam adducta) *postularet.* ¶ 3. *Ambitiosus* etiam is dicitur, qui multa, & magno studio petit. Cicer. lib. 13 fam. ep. 1 *A me hoc contendit homo minime ambitiosus, minime in rogando molestus.* ¶ 4. *Ambitiosus* pro gratiosus posuit Justinus 17, 2, 6 *ambitiosus apud populares.* Et 30, 2, 2 *ambitiosæ pulcritudinis scortum.*

¶ Ambitiosè, adverb. mit ehrsucht, sich sehen zu lassen. *Ambitiose pro aliquo scribere*, Cicer. 13 fam. epist. 69. *Ambitiosius facere*, Id. lib. 3 epist. 7. *Reum ambitiosius, quàm honestius, defendere*, Tacit. 4 Hist. cap. 40. *Ambitiosissime provinciam petere*, Quintil. lib. 6 cap. 3. *Ambitiosissime comitia fiunt*, Jul. Obsequens cap. 71. * *Ambitiosius* sæpe est humilius, indecentius; Cicero lib. 3 ad fam. ep. 7 *præsertim cum in isto genere multa ambitiosius facere soleam, quam honor meus & dignitas postulat.* Ambitiosa enim sunt, quæ favoris parandi caussa fiunt. Hæc quoniam sunt plerumque blanda nimis & humilia, inde ambitiosus est humilis, blandus, adulatorius. *Grævius.*

¶ Ambĭtor, ōris, qui ambit, der etwas begehret. Paullinus epist. 13 [ed. nov.] sect. 16 *æternæ laudis ambitor.* Lampridius in Alexandro cap. 28 *patronis auctoribus damnatus ambitor est.* Et Salvianus lib. 5 Gub. p. 118 Baluz. *novorum honorum religiosi ambitores.*

¶ Exambio, ire. Arnobius lib. 3 p. 114 *Numquid rex poli libamine aliquo exambitur aut hostia?*

¶ Inambitiosus, a, um, non ambitiosus, enge, schmal. Ovidius lib. 11 Metam. v. 766 *Secretos montes & inambitiosa colebat*
Rura, &c.

¶ Anteeo, īre, voran gehen. Horat. 1 epist. 2 v. 70 *strenuus anteis.* Suet. Cæs. cap. 57 *In agmine, nonnunquam equo, sæpius pedibus anteibat.* Ter. Andr. a. 3 sc. 3 v. 24 *anteeamus, dum tempus datur*, i. e. præveniamus. ¶ 2. Et Antecellere, ut, *Anteire cæteris virtute*, Cic. 2 Off. cap. 10. Et, *Anteire ætate*, Idem 1 Tusc. cap. 3, andern vorgehen, sie übertreffen. Plaut. Amphitr. a. 2 sc. 1 v. 18 *Virtus omnibus rebus anteit.* Sed Nepos in hac forma quarto casu utitur: ut Thrasybulo 1, 3 *Cum eum nemo his anteiret virtutibus.* Item Chabria 4, 1 *Sed omnes, qui in magistratu erant, auctoritate anteibat.*

¶ Circŭmeo, īre, vel Circŭire, herumgehen, umringen: ut, *Circumire munitiones*, Cæs. B. Gall. 7 cap. 87. Et passive, Nepos Themist. c. 3 *multitudine circumiri*, id est, à multitudine. Hinc

¶ Circuitus, a, um, umgangen. Cicer. fragm. pro Cornel. 1 *circuitis rostris ejicerentur lapidibus homines.* Suet. Claud. c. 8 *circuito demum triclinio recipiebatur.* Idem Ner. cap. 19 *circuitis templis.* Conf. Senecæ Medea v. 98.

¶ Circuĭtus, ûs, & Circumitus, der umkreiß, umgang. *Circuitus verborum, orationis* περίοδος, ambitus. *Circuitum & quasi orbem verborum conficere*, Cic. 3 de Orat. cap. 51 extr. Et Seneca epist. 79 princ. *circumitus Siciliæ totius.*

¶ Circuitio, ōnis, ambages, umschweiff. Terent. Andr. a. 1 sc. 2 v. 31 *ita aperte rem ipsam modo locutus nihil circuitione usus es.* Cicer. Divin. 2 cap. 61 *Quid opus est circuitione & anfractu?* Proprie Liv. lib. 3 cap. 6 extr. Pluraliter Vitruvius lib. 2 cap. ult. *Apenninus pertingit circuitionibus contra fretum*, puta, Siculum.

¶ Circuitor, ōris, plur. Circuitores sive Circĭtores, qui vigilias circumeunt, & an omnia recte se habeant, inspiciunt, die nachtwächter, schaarwächter, die rund gehen, qui & *Circatores*, de quibus supra. Vegetius lib. 3 cap. 8 *Idoneos tribuni & probatissimos eligunt, qui vigilias circumeant,*

circumeant, & renuncient, si qua emerserit culpa, quos Circuitores appellabant. Nunc militiæ factus est gradus, & Circitores [unus Cod. *Circatores*] *vocantur.* ¶ Pro institoribus, hausirer, vide acceptum Lege 5 Dig. §. 4 de Institor. Vide supra *Circatores.*

¶ Coëo, îre, congredi, convenire, zusammen kommen. Terent. in Eunuch. act. 3 sc. 4 *Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræo.* Sic, *Coire in unum*, Liv. lib. 6 cap. 3. *Coire in fœdera*, Virgil. 11 v. 292, alliance schliessen, &, *coire societatem*; id est, *in* societatem, compagnie machen. Cic. pro Rosc. Am. cap. 31 *qui societatem coieris de cognati fortunis cum alienissimo.* Et Philipp. 2 cap. 10 *Vtinam Cn. Pompei, cum C. Cæsare societatem aut nunquam coisses, aut nunquam diremisses.* Frequenter usurpatur hoc verbum de conventiculis illegitimis, quæque ad factiones seditionesque aut proditiones comparatæ sunt. Nepos Attico cap. 8, 4 *Respondit, si quid Brutus de facultatibus suis uti voluisset, usurum, quantum eæ paterentur: se neque cum quoquam de eâ re collocuturum, neque coiturum. Sic ille consensionis globus unius dissensione disjectus est.* Idem Pelopidâ c. 2, 3 *Duodecim adolescentuli coierunt ex iis, qui exilio erant multati*; i. e. conspiraverunt, sie haben sich zusammen gerottet. Suet. Aug. cap. 32 *Plurimæ factiones titulo collegii novi, ad nullius non facinoris societatem coierant.* Hinc *Cœtus* pro improbæ consensionis globo, de quo supra in *Cœtus.* Et vero *coire* est, quavis de caussa convenire aut congregari. *Cicatrix, vulnus coit*, die narbe, wunde wächset zu, giebt sich wieder zusammen. Horat. lib. 1 epist. 3 v. 31 *male sarta*

Gratia nequicquam coit, & rescinditur, &c.

sie wächst nicht zusammen, und gehet wieder von einander. *Coire cum aliquâ*, de Veneris actu. Plinius lib. 10 cap. 53 de avibus sic usurpavit: etiam Ovid. 3 Fast. v. 193. Et de equis Colum. 6 cap. 27 *ardor, cupido coëundi.*

¶ Coïtus, ûs, die zusammenkunfft. *Coitus Lunæ*, conjunctio, Plin. lib. 2 cap. 13, der neumond. ¶ 2. fleischliche vermischung, ἡ συνουσία. Gell. lib. 19 cap. 2 *Coitus Venereus.* conf. Colum. 6 cap. 22 & Quintil. 8 cap. 6.

¶ Coitio, onis, idem. Terent. in Phorm. act. 2 sc. 2 v. 32 *Prima coitio est acerrima*, hoc est, prima congressio vel pugna, der erste ansatz. Cic. pro Plancio c. 22 *Dubitabitis, quin coitio facta sit?* Id. ad Q. frat. lib. 3 epist. 1 *candidatorum coitione interfuisse*, hoc est, in conventu. Etiam conjuratio est. Livius lib. 3 cap. 65 *quum per coitiones potentiorum injuria fieret.* Apulej. Apol. p. 313 [ed. Elmenh.] *Vidi, te quoque coitionem adversum me & conjurationem eorum pro tua sapientia suspicatum.* ¶ 2. Coitus Venereus. Solinus cap. 49 [al. 62] extr. de camelis fœminis: *Ad bellum fœminæ præparantur, inventumque est, ut desiderium eis coitionis quadam castratione exsecaretur. Putant enim, fieri validiores, si à coitibus arceantur.*

¶ Cœtus, Comes, Comitium, vide suis locis singulatim.

¶ Contraire, zuwider seyn, wider einen handeln. Tacitus 14 Ann. cap. 45 *Sententiæ Cassii nemo unus contraire ausus est.* Arnobius principio lib. 1 *contraire invidiæ.* Hieronymus epist. 84 ad Magnum, *auctoritati contraire.* Et per Tmesin Virg. Æn. 6 v. 95 *contra audentior ito.*

¶ * Deire, herabgehen: ut, *Deire jugis*, i. e. ire de jugis, Stat. Thebaid. 2 v. 551, ex MSS restituit Gronovius. *Grævius.*

¶ Exire, egredi, herausgehen. *Exire domo*, Cic. lib. 1 fam. ep. 9, & *ex urbe*, lib. 4 ep. 1 extr. *Ad bellum exire*, Id. lib. 2 ep. 16, ausziehen. Lucanus 8 v. 493 *exeat aulâ,*

Qui volet esse pius.

Eleganter quoque dicitur *Exire ære alieno*, id est, liberari, Cic. Philipp. 11 cap. 6, aus der schuld kommen. *Exire è vita*, Cicero de Amic. cap. 3, *de vita*, Plin. lib. 3 epist. 9 n. 5, aus der welt scheiden. Sic Vellejus lib. 2 cap. 82 *Hanc tamen fugam Antonius, quia vivus exierat, victoriam vocabat*, weil er noch mit dem leben darvon kommen. *Exire intus*, Plaut. Mil. a. 4 sc. 4 v. 33, von drinnen heraus gehen. *Libri exeunt*, die bücher gehen aus, Cic. 13 ad Att. ep. 13. ¶ 2. Est & gladiatoriæ rei verbum. Nam cum declinatione quadam corporis petitiones adversarii frustramur atque eludimus, *exire* dicimur. Virg. Æn. 5 v. 438

Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.

Manilius lib. 5 v. 163

Ille cito motu rigidos eludere cæstus,
Nunc exire levis missas.

¶ 3. Aliâ quoque ratione huc verbum istud pertinet. Nam gladiatorum tela cum parant ictum, *exire* dicuntur. Seneca epist. 100 sub fin. *Fateor: exibunt multa, ferient, & interdum otiosa præterlabetur oratio*, &c. ¶ 4. *Exire* etiam dicuntur, quæ erumpunt in vulgus & sermones hominum. Nepos in Datame cap. 6 n. 3 *Id Datames, ut audivit, sentit, si in turbam exisset, ab homine tam necessario se esse relictum, futurum, ut cæteri consilium sequerentur, in vulgus edit*; &c. *Si in turbam exisset*, i. e. si innotuisset multitudini, wanns auskommen wäre. Idem Hannibale cap. 9 n. 2 *magnam secum pecuniam portabat; de qua sciebat, exisse famam*, er wuste, daß ein geschrey davon auskommen wäre. ¶ 5. Est denique perire, præterire, vergehen, vorbeygehen. Seneca epist. 8 *nullus mihi per otium dies exit.*

¶ Exĭtus, a, um, ausgegangen: *Ad exitam ætatem*, Festus sub voce *Ad* explicat, ad ultimam ætatem, biß in todt.

¶ Exĭtus, ûs, das ende, der ausgang. *Habere exitum bonum, felicem, optabilem, tristem*, &c. Cicero. *Hæc æstas hunc habuit exitum, sane felicem*, Idem lib. 2 ep. fam. 10, mit diesem sommer ist es so wohl abgelauffen. *Fatales exitus habere*, Idem lib. 2 de Divin. cap. 9, ein böß oder schrecklich ende nehmen. *Ad exitum adducere*, Cic. Tusc. 5 cap. 6, zu ende bringen. *In exitu est meus consulatus*, Cic. pro Muræn. cap. 37, es geht zu ende. Idem ad Attic. 7 epist. 3 *Armorum exitus semper incerti sunt & timidi.* Et pro Marcello cap. 5 *Incerti sunt exitus & anceps fortuna belli.* Idem de Nat. Deor. lib. 3 cap. 36 extr. *Bonos exitus habent boni. Exitus in dubio est*, Ovid. 2 Fast. v. 781. ¶ *Exitum facere*, est finem habere, ein ende nehmen, ut nos loqui solemus. Suet. Neron. cap. 46 *Cum recitaretur in Senatu, daturos pœnas sceleratos, & brevi dignum exitum facturos.* Ad quem locum Senecam, Petronium, Quintilianum, Marcellum JC. similiter locutos, Casaubonus ostendit.

¶ Exĭtio, onis, die herausgehung. Plaut. Truc. a. 2 sc. 6 v. 30 *Quid illi ex utero exitio est.*

¶ Exitium, i; *Antiqui ponebant pro exitu: nunc exitium pessimum exitum dicimus*, secundum Festum. Est itaque pernicies, interitus, verderbung, schade. *Exitio remedium invenire*, Terent. Phorm. a. 1 sc. 4 v. 23, dem unfall rath finden. *Interitus & exitium urbis, reipubl.* Cic. 1 Catil. cap. 4, verderb und untergang der stadt. *Exitio esse alicui*, Virg. 3 Georg. v. 511. Rursus Cic. in 2 Tusc. Quæst. cap. 17 vel ex Hesiodo, vel alio quopiam poëta vertit: *Qui alteri exitium parat, eum scire oportet, sibi paratam pestem, ut participet parem.* Apulej. lib. 4 Miles. *Totius orbis exitio natus*, & lib. 7 *Sed hic etiam spes hilarior in capitale processit exitium.* Et plurali, *omnibus exitiis publicis*, Cic. pro Mil. cap. 2.

¶ Exitiālis, e, verderblich, schädlich. Cic. 7 Verr. in. cap. 6 *perditæ civitates solent exitus exitiales habere.* Plin. Panegyr. cap. 50 *exitialis erat apud principem, huic laxior domus, illi amœnior villa.* Vellej. 2, 72, 5 *exitialem tempestatem effugere*, dem verderben entgehen.

¶ Exitiabilis, e, idem, apud Ovidium sæpe. *Exitiabile bellum*, Cic. ad Atticum lib. 10 epist. 4. *Tyrannus exitiabilis*, Livius lib. 29 cap. 17 extr. *Exitiabilis morbus*, Tacitus lib. 16 cap. 5 n. 4.

¶ Exitiabiliter, adverb. idem. Augustinus lib. 6 Confession. cap. 7 *Compereram, quod circum exitiabiliter amaret.*

¶ Exitiōsus, a, um, idem: ut, *Bellum exitiosum*, Cicer. Attico lib. 9 ep. 8. *Conjuratio exitiosa*, Idem in Catil. 4 cap. 3. *Exitiosior discordia*, Tacitus 3 Ann. cap. 12 n. 1. Et, *Helena exitiosissima Priamo*, Tertullianus de Anima cap. 34.

¶ Exitiose, adverb. idem. Augustinus epist. 8 cap. 3 *Videtur mihi exitiosissime credi.*

¶ Superexire, drüber hinausgehen. Ausonius Idyll. 18 pr.

Ter binos deciesque novem superexit in annos.

¶ Inīre, eingehen, antreten. Sic, *domum inire*, est ingredi. *Inire prælium*, Cicer. 1 Offic. cap. 11, die schlacht anheben. *Inire magistratum*, Idem Philipp. 3 extr. in sein amt treten. *Inire alicujus munus*, Virgil. Æn. 5 v. 846, eines amt verwalten. *Inire decus*, i. e. incipere, Idem ecl. 4 v. 11. *Inire consilium*, est capere consilium, Cicer. ad Brut. epist. 15, rathschlagen. *Templum inire*, Tacit. 4 Histor. cap. 31. ¶ *Inire rationem*, Cic. lib. 13 fam. epist. 29, vel, *Inire & subducere rationem*, überschlagen, die rechnung machen, Idem de N. D. 3 cap. 29. Sic Terent. Heaut. act. 4 sc. 2 v. 7 *Ratio de integro ineunda est mihi*, man muß es auffs neu überschlagen. *Numerum inire*, apud Livium 38 cap. 23 numerare significat, vel numerum colligere, die zahl zusammen bringen. *Mensuram inire*, Columell. lib. 5 cap. 3, messen. ¶ *Inire societatem cum aliquo*, in gesellschafft sich begeben, Plancus ad Cic. lib. 10 famil. epist. 8. ¶ *Gratiam ab aliquo inire*, Terent. Eun. a. 3 sc. 5 v. 3, & Cicer. Arusp. Resp. c. 23. Et, *Gratiam apud aliquem inire*, Liv. lib. 36 cap. 5, danck verdienen. Et rursus, *Gratiam cum bonis omnibus inire*, Cicer. ad Attic. lib. 7 epist. 9. ¶ Est & obscenum *inire*, pro coire, Suet. Augusto cap. 69.

¶ Iniens, ineuntis, angehend: ut, *Ineunte adolescentiâ*, idem est, quod *initio adolescentiæ*, wenn die jugend daher gehet oder blühet. Cic. 1 Offic. cap. 34 *Ineuntis ætatis inscitia senum constituenda & regenda prudentiâ est. Ab ineunte ætate*, locutio elegans, Id. lib. 1 de Orat. c. 21, von jugend auf. Sic, *Ineunte vere*, Id. pro Marcell. c. 12 extr. *æstate*, Id. 4 Attic. ep. 2 sub finem. *Ineunte Januario, cura ut Romæ sis*, wenn der jenner eintritt, Id. 1 ad Att. epist. 2 extremâ: sed meliores libri pro *ineunte* hoc loco *mense* legunt. *Ineunte anno*, id est, novo anno, Suet. Tiber. c. 51 & 61.

¶ Inĭtus, a, um, angegangen, angetreten: ut, *inita æstate*, Cæs. B. Gall. 2 cap. 2. *Inita potentiæ societas*, Vellej. 2, 65, 2. *Inita & subducta ratio*, gemachte rechnung, Cic. de N. D. 3 c. 29.

¶ Inĭtus, ûs, idem quod Coitus. Plin. 8 cap. 42 *Initus tolerare.* Ovidius Fastor. lib. 4 v. 94 de Venere:

Perque suos initus continet omne genus.

¶ Inĭtium, i, principium rei, scilicet majoris, quemadmodum Valla docet, der anfang. *Facere, ponere, sumere initium*; e. g. Cicer. ad Attic. lib. 10 ep. ult. *Vt male posuimus initia, sic cætera sequuntur*, wie wir den grund und anfang übel gelegt haben. *Ducere initium suarum rerum alicunde, ex re aliqua*, Quintilian. lib. 2, den anfang holen oder machen. *Ab initio*, von anfang: ut, *ab initio belli*, Cic. ad Brutum epist. 10. Ibidem: *Cui Consuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit.* Justin. 4, 3, 6 *prima initia prospera fuerant.* Vellej. 2, 76, 4 *Initiis obscurissimis natus*, i. e. genere ignobili. ¶ 2. *Initia* quoque dicebantur Cereris sacra, quæ μυστήρια adpellabantur, atque duplicia erant, *minuscula* & *majuscula*, de quibus Scal. ad Tibull. Ita autem dicta, quod agricultura nihil antiquius. Inde enim principia vitæ. Vide Varron. lib. 3 de Re Rust. cap. 1, & infra in *Epopta.* Cicero lib. 2 de Legib. cap. 14 *Nihil melius illis mysteriis, quibus ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem & mitigati sumus: INITIA que ut adpellantur; ita revera principia vitæ cognovimus.* ¶ Catullus *initia* pro crepundiis sacrorum dixit in carm. de Aty v. 9 *Tympanum, tubam, Cybellæ, tua mater initia.*

¶ Initio, anfänglich, erstlich, für das erste, adverb. vel ablativus potius, subaudita præpositione. Cic. lib. 1 epist. 7 ad Lentulum: *Redeo ad illud, quod initio scripsi.*

¶ Initio, are, proprie est initium capere, auspicari, anfangen. Sic Firmicus: *Ver initiatur, quum primam arietis partem sol fuerit ingressus.* ¶ 2. instituere, zu etwas anführen, anweisen. Plin. 30 cap. 2 *Magicis etiam cœnis eum initiaverat.* ¶ 3. Hinc porro est sacris imbuere, præcipue Cereris, einweihen. Cicero lib. 1 de Nat. Deorum cap. 42 *Mitto Eleusinam sanctam illam & augustam, ubi initiantur gentes terrarum ultimæ.* Tertull. de Pallio cap. 4 *ob privilegium galeri Cereri initiantur.* Vbi Salmas. vide p. 352. ¶ 4. *Initiare* dicebantur infantes, quum ablactarentur, entwehnen. Varro de liberis educandis apud Nonium cap. 2 n. 310 *Cum pro cibo & potione initiarent pueros, sacrificabant ab edulibus Eduſæ, & à potione Potinæ nutrices.*

¶ Initiatus, a, um, angefangen, angewiesen, eingeweihet. Lege Breviter

ter §1 Dig. de officio Præfecti Prætorio: *His cunabulis præfectorum auctoritas initiata in tantum meruit augeri, ut adpellari à Præfecto Prætorio non poſſit.* Sidon. 2 epiſt. 1 *Vix primis quidem apicibus ſufficienter initiatus.* Inprimis appellantur *Initiati* myſtæ ſive catechumeni, qui nondum ad majuſcula myſteria adſpirarent, & in diſcendis ſacris adhuc occupabantur, quos *Initiantes* Vitruvius dixit præfatione libri 7 ſub fin. Vid. Scalig. dicto loco. Juſtin. 11, 7, 14 *Mida ab Orpheo ſacrorum ſolennibus initiatus, Phrygiam religionibus implevit.*

¶ Initiatio, onis, ipſe actus initiandi ſeu cooptandi in participationem horum ſacrorum, qui eò ſe dabant, die einweihung. Quod quibus ritibus perageretur, Apulejus nos docet lib. 11 Mileſ. ¶ Item, ipſa initiorum ſacrorum celebratio: Suetonius Nerone cap. 34 *Peregrinatione quidem Græciæ, Eleuſiniis ſacris, quorum initiatione impii & ſcelerati voce præconis ſubmoventur, intereſſe non auſus eſt.*

¶ Initiamentum, i, der anfang, urſprung. Sic *Initiamenta* Seneca dixit elementa, aut prima dogmata religionis, epiſt. 90, *Hæc*, inquit, *initiamenta ſunt, per quæ non municipale ſacrum, ſed ingens omnium deorum templum, mundus iſte reſeratur.*

¶ Initiator, oris, der einweihet, weih-biſchoff. Tertullianus lib. 4 adv. Marc. cap. 14 *Novi teſtamenti initiator.* Et Ambroſius epiſt. 13 *pater & initiator virginitatis.* Gloſſ. gr. lat. Μυσαγωγός, *Initiator.*

¶ Initiatrix, icis, fœm. eine urheberin. Salvianus contra Avaritiam lib. 4 p. 165 *De miſericordia & largitate quid dicam? quæ virtus quaſi omnium virtutum initiatrix eſt.*

¶ Initialis, e, adject. primordialis, anfänglich, urſprünglich. Apulejus lib. 11 poſt principium, *Natura rerum parens, ſeculorum progenies initialis.*

¶ Initalia, ium, plur. ſacra & ceremoniæ initiorum. Capitolinus in Marco cap. 27, ſecundum ſcripturam Palatini Cod. *Athenis fuit, & initalia Cereris adiit*, quod Salmaſius defendit ex analogia, ſicut *parricidalis* a parricidio, extruſa littera, dicatur: Gruterus autem ſuſpicatur, legendum *Initialia.* Et parricidalis poteſt æque a *parricida* eſſe, quam a parricidio.

¶ Inito, are, frequenter inire, offt betreten. Pacuvius: *loca arida initas.*

¶ Intěrěo, ii, ĭtum, īre, perire, untergehen. *Ignis interit, niſi alatur*, Cicer. 3 Nat. Deor. cap. 14 extr. das feuer gehet aus. Sic, *Interire naufragio*, Cæſ. 3 B. Civ. c. 27. *Interire à valentiore*, von einem ſtärckern umbracht werden, Cic. 1 Acad. cap. 7.

¶ Interĭtus, a, um, verderbt, vertilget. Claud. Quadrigarius apud Priſcian. *Pugna acriter commiſſa, multis utrimque interitis.* Sidon. 2 epiſt. 19 *dedere brevi abolitam interitamque.*

¶ Interĭtus, ûs, der untergang. *Occaſus interitusque Reip. Immaturus interitus Gracchi*, der unzeitige abgang und das abſterben. *Acerbiſſimus interitus Conſulum*, Ciceroni Plancus 10 epiſt. 17.

¶ Interitio, onis, idem. Hirtius B. Hiſp. cap. 24 *centurionum interitio.* Cicer. in Verrina frumentaria cap. 54 *Aratorum interitio facta nulla eſt.* Sic & olim Nonius legit, & Gruterus ex Palatinis reſtituit pro eo, quod vulgatum adhuc fuit, *interneccio* vel *internitio.* Arnob. lib. 2 p. 87 *Chriſtus in hoc miſſus à Deo eſt, ut infelices animas ab interitionis exitio liberaret.*

¶ Interĭbĭlis, e, verderblich. Tertullianus de Reſurr. Carn. cap. 34 *Si anima interibilis, id eſt, non immortalis.* Adde adv. Hermogen. cap. 43. Et Arnob. lib. 2 pag. 65 aliis animas *paſſivas & interibiles* eſſe tradit: aliis contra *divinas immortalesque.*

¶ Introire, intrare, hineingehen. *Introire in urbem, ædes*, Cic. *Introire in vitam*, hoc eſt, naſci, Cic. de amicit. c. 4.

¶ Introitus, ûs, nomen, eintritt, einzug. *Omnes introitus erant præcluſi*, Cæſ. B. G. 5 cap. 9, die päſſe. *Adventus meus atque introitus in urbem qui fuit?* Cic. pro domo cap. 28. *Introitus in cauſſam*, Idem 1 Att. epiſt. 18, der eingang in die ſache oder anfang.

¶ Introitorius, a, um, ad introitum ſpectans. Gloſſ. lat. gr. *Introitorius*, εἰσόδιος.

¶ Subintroire, miteingehen. Arnobius lib. 6 p. 198 *qui Mars fuerat, ſubintroire ſpeciem Jovis poſſit Hammonis.*

¶ Ŏbīre, in diverſis locutionibus diverſe accipitur: ut, *Obire urbes, domos amicorum*, Cic. pro Cæl. c. 7. *regiones obire pedibus*, eidem lib. 5 Fin. cap. 29 eſt, circuire, umher wandern, um die länder, ſtädte, &c. ¶ 2. *Obire legationes*, Cic. 4 Acad. c. 2 eſt ſuſcipere, geſandſchafften auf ſich nehmen. *Obire munus*, Id. de Amic. c. 2. *negotium, provinciam, pericula, labores*, Cicer. & Liv. ¶ 3. *Obire morbo, Obire diem, ſuum diem*: & ſæpe abſolute *obire*, pro mori dicimus, per ellipſin, ſterben, untergehen. Vnde Donatus ad illud Terent. act. 1 ſc. 3 v. 18 *Is obiit mortem: Plenè*, inquit, *dixit, quod nos* OBIIT *tantum.* Serv. Sulpicius Ciceroni lib. 4 epiſt. 12 *diem ſuum obiit*: at Sueton. Veſpaſ. c. 1 *diem obiit*, ſine pronomine. ¶ *Obire* etiam *diem* dicimur, cùm ad diem certum, vel vadimonii vel officii aliavè cauſſa adſumus, des tages erſcheinen. Cicer. Lælio cap. 2 *Tu non affuiſti, qui diligentiſſime ſemper illum diem & illud munus ſolitus eſſes obire.* Plin. lib. 8 epiſt. 8 *Vides, quàm non delicata me cauſſa obire primum conſulatus tui diem non ſinat.* Sueton. Julio cap. 9 *Tanuſius adjicit, Craſſum, pœnitentia vel metu, diem cædi deſtinatum non obiiſſe.* ¶ *Obire non potui*, ich habs nicht können vollbringen, Cicer. 8 ad Attic. epiſt. 12 [al. 16.]

¶ Obĭtus, a, um, particip. paſſivum, vollbracht. Virgil. 10 Æneid. v. 641

Morte obitâ quales fama eſt volitare figuras.

Ita quoque locuti Lucret. 4 v. 735, Cic. pro Sext. cap. 38, & Gell. 15 cap. 20.

¶ Ŏbĭtus, ûs, occaſus, untergang. Cic. 1 de Divin. cap. 56 *qui ſiderum ortus, obitus motusque cognoverunt.* ¶ 2. Interitus, mors, das abſterben. Cic. de Divinat. lib. 2 cap. 16 *Interitus atque obitus omnium rerum conficit natura.* Ovid. lib. 3 Metam. v. 135

ſed ſcilicet ultima ſemper
Exſpectanda dies homini eſt, dicique beatus
Ante obitum nemo ſupremaque funera debet.

¶ Obiter, vide *Iter.*

¶ Pĕrīre, interire, umkommen, untergehen. *Perire funditus*, Horat. 1 oda 16 v. 19, zu grunde gehen. *Dies perit otio*, der tag gehet dahin, Plin. lib. 11 cap. 6. Et Plaut. Bacchid. act. 3 ſc. 3 v. 81 *Ego illum periiſſe duco, cui quidem periit pudor*, wer ſich nicht mehr ſchämt, den halte vor verdorben. ¶ *Perire* etiam pro mori ponitur, ſive vivendi facere finem. Quo ſenſu & Chriſtiani ſcriptores uſi; non quod penitus interiret homo, exſtincta ipſa anima quoque: ſed quod ſeparata hac, corpus tantum decideret, diffflueretque ad tempus. Vnde Tertullianus: *Nobis*, [i. e. Chriſtianis] inquit, *perire, ſolvi eſt.* ¶ *Perii, Periimus*: frequentata Comicis deſperantium formula, es iſt um uns geſchehen, wir vergehen.

¶ Perito, are, Plautus frequentativo hoc uſus eſt in Captivis act. 3 ſc. 5 v. 32 *Qui per virtutem peritat, non pol interit.*

¶ Anteperīre, vorher umkommen. Auſonius epigr. 34

Incipe verſiculis anteperire meis.

¶ Depĕrīre, valde perire, [*De* enim auget,] apud Lucret. lib. 2 v. 296. Sic Cæſar lib. 5 B. Gall. cap. 23 *tempeſtate deperierant naves.* ¶ 2. Vehementer amare eſt. Plaut. Epidico act. 1 ſc. 1 v. 62

EP. *Amatne iſtam, quam emit de præda?*
TH. *Rogas? deperit.*

Terent. Heaut. act. 3 ſc. 2 v. 14

Minimeque miror, Clivia hanc ſi deperit.

Livius neutraliter, *Amore alicujus deperire*, lib. 26 cap. 50.

¶ Diſpĕrĕo, diſperii, ire, ſich verlieren, umkommen. Plaut. in Pœnulo act. 4 ſc. 2 v. 22, *Male partum, male diſperit*, quod ex Nævio Feſtus ſic citat, & meminit Cicero in 2 Philipp. cap. 27, *Male parta, male dilabuntur*, übel gewonnen, übel zerronnen. Unrecht gut gedeyet nicht. Auguſtinus epiſt. 238 *Non ſerviant huic ſeculo, ne vaneſcant cum illo atque diſpereant.* ¶ *Diſperéam*, jurantis vox ſeu imprecantis, ich wolte, daß mirs den hals gelte; Martial. lib. 2 epigr. 69

Si non mentiris, Claſſice, diſperéam.

¶ Poſtire, nachgehen. Sidon. 1 epiſt. 11 *Severinum ſicut honore poſtibat, ita favore præceſſerat.*

¶ Præire, vorgehen, vorangehen. *Præceptores præeunt diſcipulis.* Sic enim Quintilianus lib. 2 cap. 5 *Non videntur tempora ſuffectura, ſi legentibus ſingulis præire ſemper ipſi* [præceptores] *velint*, vorſagen. *Præire verbis*, Plaut. Rut. act. 5 ſc. 2 v. 48. *Præire voce alicui*, Cicer. pro Milone cap. 2. *Præire* enim hoc loco præcipere eſt: alibi prælegere ſive pronunciare, quæ cæteri ſuccinant, vorleſen, was die andern nachſprechen müſſen. Plin. lib. 28 cap. 2 *Vidimus certis precationibus obſecraſſe ſummos magiſtratus, & ne quid verborum prætereatur, aut præpoſterum dicatur, de ſcripto præire aliquem.* Sueton. Claud. cap. 25 extr. *Vt dira avi in urbe aut in Capitolio viſa, obſecratio haberetur, eamque ipſe jure Max. Pontifex commonito pro Roſtris populo præiret.* Et apud Livium lib. 8 cap. 9 Decius conſul: *Pontifex, præi verba, quibus me pro legionibus devoveam.*

¶ Prætĕrīre, fürüber gehen. Auſonius epiſtolâ ad Heſperium filium Idyllio 4 præfixa: *Aures noſtras audita velocius, quam lecta prætereunt.* Terent. Adelph. act. 4 ſc. 2 v. 35 *Præterito hoc recta platea ſurſum.* Sic, *Ætas, dies, tempus præteriit*, die zeit iſt vergangen, verlauffen. Ovid. 3 Art. am. v. 63

Nec, quæ præteriit curſu, revocabitur unda,
Nec, quæ præteriit, hora redire poteſt.

Præterire ſilentio, Cicer. in Bruto cap. 22 extr. *Præterit me hæc res*, ich weiß nicht. *Non te præterit*, es iſt dir nicht verborgen, du weiſt es wohl, Idem lib. 1 fam. epiſt. 8. ¶ 2. Aliquando & negligere ſignificat, hindanſetzen. Cic. pro Planc. cap. 3 *populus ſolet nonnunquam dignos præterire.* ¶ 3. Eſt &, ubi ſuperare ſive excellere aliquem ſignificat. Metaphora à curſoribus ſumta, qui prætereunt, quos vincunt. Martial. lib. 12 epigr. 36

Vis curſu pedibusque gloriari?
Tigrim vince, levemque Paſſerinum.
Nulla eſt gloria, præterire aſellos.

Varro lib. 1 de Re Ruſt. præf. *Hos nobilitate Mago Carthaginenſis præteriit.* Similiter & *tranſire* uſurpant, de quo infra.

¶ Prætĕrĭtus, a, um, vergangen, hindangeſetzt. Cic. de Senect. cap. 19 *præteritum tempus nunquam revertitur.* Ovid. 2 Triſt. v. 409

Et in obſcenos deflexa Tragœdia riſus,
Multaque præteriti verba pudoris habet.

Præteriti, i. e. neglecti. Vellej. 2, 68, 1 *ſuo præteritum loco referre*, i. e. omiſſum, das überhüpffte, ausgelaſſene. Plur. *præterita*, vergangene dinge; ut, *memoria præteritorum*, Cicer. de Senect. cap. 21. *Præterita mutare non poſſumus*, Idem in Piſonem cap. 25 pr. ¶ *Prætĕriti*, qui in petitione magiſtratuum repulſam paſſi ſunt, die man übergangen, und ſitzen laſſen. Cicer. pro Plancio cap. 21 *Ædilitate præteritos ſcimus conſules eſſe factos.* ¶ 2. Demortui, die abgeſtorbenen. Propert. lib. 2 eleg. 13 *Fas eſt præteritos ſemper amare viros.*

¶ Prōdire, herfür gehen, heraus gehen. Terent. in Eunuch. act. 5 ſc. 7 v. 4 *Nunc id prodeo, ut conveniam Parmenonem.* Cicero Att. 8 ep. 11 fin. *Prodire in publicum*, unter die leute gehen. *Prodire in funus*, zur leiche oder zum begräbniß gehen, Terent. Andr. act. 1 ſc. 1 v. 88.

¶ Prōdius, a, um, a prodeundo, fortgehend. Varro apud Nonium c. 1 n. 231 *Accedit prodius atque introit domum.*

¶ Redire, reverti, wiederkehren, zurück kommen: ut, *redire domum*, Ovid. 5 Faſtor. v. 455. ¶ *Animus mihi redit*, Terent. Hecyr. act. 3 ſc. 2 v. 12, ich komme wieder zu mir ſelbſt. *Ad ingenium redire*, Idem Hecyr. act. 1 ſc. 2 v. 38, wieder werden wie zuvor, auf vorige ſprünge kommen. *Redi mecum in memoriam*, Id. Phorm. act. 5 ſc. 3 v. 19, beſinne dich deß, wie ich mich. *Redire in viam*, Idem Andr. act. 1 ſc. 2 v. 19, wieder zurecht kehren, wiederum fromm werden, quod ſic extulit Cicer. Philipp. 12 cap. 2 *Si eſt erratum, redeamus in viam, optimus eſt portus pœnitenti mutatio conſilii.* Apud Terent. Phorm. a. 5 ſc. 8 v. 40 *Redire in gratiam*, eſt, verſöhnet werden, ſich wieder vertragen. Sic & Nepos vitâ Attici cap. 17 *De pietate Attici quid plura commemorem? Cum hoc ipſum verè gloriantem audierim, ſe nunquam cum matre in*

gratiam

gratiam rediisse, &c. qui eam nec facto, nec dicto, nec vultu læserat. Tiberius Cæsar *precanti cuidam pœnæ maturitatem, respondit: Nondum tecum in gratiam redii*, Suet. vita ejus cap. 61. Et Cicer. ad Varr. lib. 9 famil. epist. 1 *Scito, me rediisse cum veteribus amicis, id est, cum libris, in gratiam*, daß ich wieder zu studieren angefangen. ¶ Non raro & *redire* pro simplici *venire* usurpatur. Sic, *redire ad gladios*, apud Cæsarem 3 B. Civil. c. 93 est *venire*. Sic: *In eam res rediit locum*, Terent. Adelph. a. 2 sc. 4 v. 8. *Adeò res rediit*, Id. Phorm. a. 1 sc. 2 v. 5, es ist dahin kommen, gerathen. *Res mihi ad restem rediit*, ibid. a. 4 sc. 4 v. 5, *ad rastros redit*, ich bin an bettelstab kommen. *Redit ad me hereditas*, Ter. Hecyr. a. 1 sc. 2 v. 97, das erbe fället mir zu. Et sane, quæ ex rebus, quas tractamus, emolumenta & commoda ad nos veniunt, *redire* dicuntur. *Hoc inde, ex hoc ad me redit. Nihil inde ad me redit*, hoc est, nullum ex hoc percipio commodum, es hilfft mich nichts. Seneca in Thyeste v. 311

Sæpe ad magistrum scelera redierunt sua,

untreu schlägt ihren eignen herrn. Nepos Themistocle cap. 2 n. 2 *Cum pecunia publica, quæ ex metallis redibat, largitione magistratuum quotannis interiret*, das geld, so aus dem bergwerck oder steinbrüchen einkam. Eâdem vitâ sub fin. *Ex quâ regione quinquaginta ei talenta quotannis redibant.* ¶ *Redire ad se* dicuntur, qui consopiti aut deliquium passi sensum recipiunt, sich wieder erhohlen. Item, qui animum ex metu & trepidatione colligunt, ut usus Terentius Andr. a. 5 sc. 5 v. 16. Et Livius lib. 1 cap. 41 *Jubet bono animo esse, sopitum fuisse regem subito ictu: ferrum haud alte in corpus descendisse: Jam ad se redîsse.* Pro eo Cicero 5 ad fam. 18 *se colligere* dixit. ¶ *Rursus* vel *rursum redire*, antiquus, non plane inelegans tamen, pleonasmus est: ita enim & *rursus reverti, rursus revocare, rursus repetere*, &c. dicebant. Terent. Eunuch. a. 4 sc. 2 v. 6 *Eam sensi, redeo rursum.* Conf. Adelph. a. 1 sc. 1 v. 46.

¶ Rĕdĭtus, ûs, die wiederkunfft. *Dulces reditus abscindere*, Horat. epod. 16 v. 35, die angenehme heimkunfft hindern. *Reditu excludi*, Nepos 2, 5, 1. ¶ *Reditus in gratiam*, Cic. 2 ad Attic. ep. 3, die versöhnung. Et, *Gratiæ reditus ei patet*, Id. de Arusp. Resp. c. 24 extr. er kan wieder zur vorigen gunst gelangen. ¶ *Reditus*, proventus, einkommen, zugang, zuwachs. Ovid. lib. 2 de Ponto epist. 3

At reditus jam quisque suos amat, & sibi quid sit
Utile, sollicitis computat articulis.

Pecuniæ reditus, geld-einnahme, zinse, Nepos 25, 14, 3. *Status reditus*, apud Plinium lib. 3 epist. 19, gewisse, beständige einkunfft. Male nonnulli *Redditus* scribunt: quasi à *reddere* sit, non autem à *redire*.

¶ Reditio, ōnis, die wiederkehrung. Cic. in Verr. 3 cap. 6 *quo in negotio industriam celeritas reditionis declaravit.* Cæsar lib. 1 Bell. Gall. cap. 5 *domum reditionis spe sublata*, substantivo cum casu sui verbi posito.

¶ Redĭcŭlus, i, Deus apud Romanos, cujus fanum extra portam Capenam fuit; sic appellatus, quia accedens ad urbem Hannibal ex eo loco redierit, quibusdam visis perterritus. Festus.

¶ Retroire, umkehren, zurück gehen. Plin. lib. 2 cap. 16 *Retroire incipiunt stellæ.*

¶ Subire, ingredi, promiscue modo cum dativo, modo cum accusativo construitur, quod usitatius, unter was gehen, über sich nehmen, hinzu- oder eindringen. Cicero Divinat. in Verr. cap. 14 *Poterisne ejus orationis subire invidiæ?* Ubi Asconius: *Quasi latine dixit, ut magno ponderi subire.* Sed illud *quasi* procul dubio in mendo. Manutius legit: *Translative.* Possis & *satis latine*, hoc sensu: Quamvis paullo insolentius dictum videatur *subire invidiæ orationis*: satis latine tamen ad exemplum ejus dictum, quod subjicit. Ita sane & Virgilius lib. 7 Æn. v. 161 *muroque subibant.*
Et lib. 6 v. 222 *subiere feretro.*
Tibullus lib. 1 eleg. 4 v. 41

Ne te pœniteat duro subiisse labori.

Propert. lib. 3 eleg. 18 [19] v. 14

Quæ voluit liquido tota subire Deo.

Sed usitatius, ut monebam, cum quarto casu jungitur: ut, *Tectum, urbem, portam, domum subire*, &c. Virg. 10 Æn. v. 824

Et mentem subiit patriæ pietatis imago.

Idem absolute in 2 Æn. v. 560 *subiit cari genitoris imago.*
Et paullo post v. 562 *subiit deserta Creusa.*

¶ Livius addit præpositionem, *subire ad portam*, lib. 34 c. 16, &, *ad mœnia*, lib. 26 cap. 42. ¶ Sed, *subire onus, labores, curarum molem, supplicium, pœnam, aleam, periculum, vim, injuriam, infamiam, vituperationem, inimicitias, tempestatem invidiæ*, &c. auf sich laden, über sich gehen lassen, locutiones sunt usitatæ apud Cicer. & alios auctores latinos passim obviæ. *Subeunda est fortuna*, man muß es aufs glück wagen, Cic. ad Terent. lib. 14 ep. 6. Sic, *Timor subit animum*, es kommt mich furcht an, Liv. lib. 39 cap. 16. *Subit animum cogitatio*, es fällt mir ein, Liv. lib. 36 cap. 20. *In locum alicujus subire*, est *succedere*; an die statt kommen, sich an eines statt setzen. Ovid. 1 Metam. v. 130 *fugêre pudor, verumque fidesque,*

In quorum subière locum fraudesque dolique.

Et passive, Cicer. 7 Verrina cap. 71 *Inimicitiæ sunt? subeantur: labores? suscipiantur.*

¶ Sŭbĭtus, a, um, inexspectatum, repentinum, plötzlich, unvermuthet, geschwind. Terent. in Phorm. a. 1 sc. 4 v. 23 *Quodnam subito huic exitio remedium inveniam miser?* Et Cicer. 10 fam. ep. 16 *Rebus tam subitis, tamque angustis consilium petere.* ¶ *Subita*, substantive, quæ subito & improviso accidunt. Ita, *subitis etiam fortes viros terreri*, Tacitus dixit 15 Annal. cap. 59. Ita, *subita belli*, Idem Histor. 5 cap. 13, itemque Agricola cap. 37 dixit.

¶ Subito, adv. geschwind, unversehens. Cic. ad Terentium lib. 14 fam. epist. 8 *Nunciatum est mihi, te in febrem subitò incidisse.* Idem pro Fontejo cap. 15 *Bella subito, atque improviso nascuntur.* Vere nomen est, sexto casu per ellipsin præpositionis positum. Veteres enim plene *de subito*, uti ex Ennio, Afranio, Cæcilio, Pomponio & aliis Nonius Marcellus ostendit.

¶ Subitaneus, & Subitarius, a, um, adjectiv. *Subitaneus imber*, Colum. 1 cap. 6, & *subitarii milites*, qui in auxilium subito mittuntur, Liv. lib. 40 cap. 26, & *exercitus subitarius*, Idem 3 cap. 30. Et, *subitaria ædificia*, temere & subito exstructa, Tacitus 15 Annal. c. 39 dixit.

¶ Desubito, überaus schnell, in einem hui. Τὸ *de* auget, ut in derepente. Plaut. Most. a. 2 sc. 1 v. 63 *desubito facile est facere nequiter.* Conf. idem Stich. a. 5 sc. 4 v. 39, & plura exempla apud Nonium cap. 12 n. 1.

¶ Superire, rari usûs, pro superare. Lucret. lib. 3 v. 1045.

¶ Transire, übergehen. *Transire ad forum*, Ter. Phorm. a. 5 sc. 7 v. 28. *Transire flumen, mare*, Cicer. 8 ad Attic. epist. 12, über das wasser setzen, über das meer fahren. Simul enim de navali itinere & de pedestri usurpatur. De illo Nepos Themistocle cap. 9 *Scio, plerosque ita scripsisse, Themistoclem Xerxe regnante in Asiam transiisse.* Et Alcibiade cap. 9 *Ad Pharnabazum in Asiam transiit.* Est autem contracta dicendi ratio. Plenum enim est: *Transire mare, & in Asiam venire.* Ita enim idem loquitur Nepos Hamilcare cap. 4 n. 1, *At Hamilcar*, inquit, *postquam mare transiit, in Hispaniamque venit.* De terrestri itinere idem Hannibale cap. 3 n. 4 *Saltum Pyrenæum transiit*, Et paullo post: *Quas* [alpes] *nemo unquam cum exercitu ante eum præter Herculem Grajum transierat.* ¶ 2. Usurpatur & de transfugis, überlauffen. Cæsar 3 de Bell. Civ. cap. 60 extr. *Ad Pompejum transierunt cum iis, quos sui consilii participes habebant.* ¶ 3. Pro superare, vincere, übertreffen. Lucanus lib. 4 v. 497

quæcunque per ævum
Exhibuit monimenta fides, servataque ferro
Militiæ pietas, transibit nostra juventus.

Transire cursu equum, Virg. Æneid. lib. 12 v. 719, ein pferd überlauffen. *Transiit dies*, id est, elapsa est, præteriit, Cic. lib. 7 Attic. epist. 7, der tag ist verlauffen. Tibull. lib. 1 eleg. 4 v. 23

At si tardus eris, errabis, transiet ætas.

Transiet, ἀρχαϊκῶς, pro *transibit*. Tacitus Hist. 2 c. 59 *Brevi auditu, quamvis maxima, transibat: impar curis gravioribus.* Cicer. Attic. 2 epist. 19 *silentio aliquid transire*, für etwas übergehen, nicht gedencken. *Finem & medium transire*, ziel und maaß überschreiten, Idem lib. 1 Off. cap. 29.

¶ Transeunter, obiter, in transitu, im vorbeygehen. Ammianus lib. 28 cap. 4 [Vales. f. 510] *Transeunter judiciorum fide discussa, supplicio letali damnavit.*

¶ Transĭtus, a, um, part. pass. durchzogen, durchreiset. Manil. lib. 1 v. 438 *Ignotæque hominum gentes & transita regna.*
Et rursus lib. 2 v. 367 *Alterius ductus locus est per transita signa.*

¶ Transĭtus, ûs, verbale, ein durchgang, durchpaß. *In transitu*, id est, cursim, obiter. Quintil. lib. 2 cap. 11 *Si quid inciderit, quod ad scholas pertineat proprie, in transitu non omittemus*, beyläufftig mit anzeigen. Dicitur & *in transcursu*, vide suo loco supra. Nepos 23, 3, 4 *transitum prohibere.*

¶ Transitio, ōnis, der durchzug. Hanc vocem Livius pro defectione usurpat, ut, *Transitio ad hostes*, lib. 1 cap. 27. *Transitio nocturna*, lib. 2 cap. 25. *Vocati ad transitionem ab hostibus per colloquia erant*, lib. 25 cap. 15, ein übergang zu den feinden. ¶ 2. Transitio, Schema Rhetoricum, cum, quod hactenus dictum est, breviter repetimus, & monemus, quid sit reliquum, ut Virg. 2 Georg. ineunte:

Hactenus arvorum cultus & sidera cæli,
Nunc te Bacche canam, &c.

¶ Transĭtor, ōris, qui transit, ein durchgänger, überläuffer. Ammianus lib. 15 cap. 2 *singulos transitores observans.*

¶ Transitorius, a, um, per quod transitur, durchgängig: ut, *Domus transitoria*, Sueton. Nerone cap. 31. Et, *Forum transitorium*, Eutrop. lib. 7 cap. 15. ¶ 2. Quod transit, inconstans est, vergänglich. Augustinus lib. 13 de Trinit. cap. 7 *Multi per transitoria mala ad bona permansura fortiter tetenderunt.*

¶ Transitorie, adverb. idem. Augustinus extremo Sermone 62 *Non transitorie, nec solis corporis audiamus auribus, sed fideliter audientes.* Idem lib. 12 de Trinit. cap. 7 *Cum aliquid temporaliter & transitorie geritur.*

¶ Pertransire, vorbey- vorüber- oder mitten durchgehen. Seneca epist. 4 de morte: *Necesse est, aut non perveniat, aut pertranseat.*

EONE, es, arbor, similis robori, quæ nec aqua nec igni posset corrumpi, ex qua facta fuit Argo. Plin. 13 cap. 22.

EOS, Eois, Eoi, Eoa, Græca vox, auroram significans, qua de caussa & primam communem habet. Non enim ἠὼς tantùm dixerunt Græci, sed ἕως, quod apud Thucydidem, Aristotelem, Xenophontem diligentissimus Vossius notavit, die morgenröthe. Ovid. lib. 3 Fastor. v. 877 *Tres ubi Luciferos veniens præmiserit Eos.*

¶ Eōus, a, um, adject. ἠῷος, orientalis, matutinus. Virg. 1 Georg. v. 221

Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur.

Propert. lib. 3 eleg. 11 de Indis:

Felix Eois lex funeris una maritis, &c.

Lucanus lib. 4 v. 352

Tradimus Hesperias gentes, aperimus Eoas.

¶ Eōus, i, substant. unus est ex equis Solis Ovidio lib. 2 Metam. ¶ 2. Quin & Lucifero est id nominis. Virg. 1 Georg. v. 288

Aut cum Sole novo terras irrorat Eous.

Et Silius Italicus lib. 9 v. 180 *nox roseo cedebat Eoo.*
Atque idem lib. 11 v. 517 *lucem surgentis Eoi.*

ĔPACTAE, arum, ab ἐπάγειν, i.e. invehendo seu intercalando dictæ, sunt apud Astrologos & Chronologos undecim dies intercalares, quibus solaris annus communis 365 dierum superat annum lunarem 354 dierum; & hinc annus intercalis est tredecim mensium lunarium. vid. Gasp. Schotti Curs. Mathemat. p. 313.

ĔPĂGŌGE, es, ἐπαγωγὴ, figura, quæ fit rerum similium collatione, vel argumentorum, salva tamen similitudine rerum, ut Virg. 2 Æn. v. 379

Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens, &c.
Haud secus Androgeos visu tremefactus abibat.

Argumentorum autem, Julius Rufinianus, de Figur. Sentent. libro, ex Lucretio, ut ipse refert, hos versus allegat:

Nam si tu fluctus undas è gurgite salso
Tollere decretis ventum pium Hæmatium tu
Ventum, inquam, tollas.

ĔPĂGON, ontis, ἐπάγων, artemon navis, sive trochlea, die winde, apud Vitruv. 10 cap. 5. vide Baldi Lex. p. 46.

EPAMINONDAS, æ, Ἐπαμινώνδας, Dux fuit Thebanorum clarissimus, litterarum etiam ac Philosophiæ studio egregie excultus, in cujus virtutibus prædicandis multus est Justinus lib. 6, ubi patriæ suæ gloriam & natam & exstinctam cum eo fuisse scribit, & Corn. Nepos in vita ejus. Occubuit in pugna Thebanorum adversus Lacedæmonios ad Mantineam, adeo pauper, ut sumptus funeri defuerint, quemadmodum Justinus tradidit. Hinc inter optimos Græcorum, sed pauperrimos, ab Æliano Var. Hist. 2 cap. 43 numeratus est, sic enim, πενέσαλοι ἐγένοντο οἱ ἄριστοι τῶν ἑλλήνων Ἀριστείδης καὶ Φωκίων, καὶ Ἐπαμινώνδας, &c. id est, *Pauperrimi fuerant optimi Græcorum, Aristides, Phocion, Epaminondas*, &c. Cum è curia aliquando regrederetur, & catellus cauda ipsi blandiretur, ad eos, qui cum ipso erant, dixit: *Hic mihi pro beneficio gratiam reponit; at Thebani, de quibus sæpe multumque sum præclare meritus, mortem mihi judicio pœnam constituerunt;* Ælianus lib. 13 cap. 42.

EPANADIPLŌSIS, is, ἐπαναδίπλωσις, repetitionis est figura, quâ verbum, quod versus fuit initium, ejusdem etiam finis est, quam *Epanalepsin* Donatus facit: ut,

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit;

Et, *Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.*

EPANALEPSIS, is, ἐπανάληψις, repetitio sententiæ post aliquâ interjecta: ut Virgil. 2 Georg. pr.

Huc pater, ô Lenæe, tuis hîc omnia plena
Muneribus, &c.
Huc pater, ô Lenæe, veni.

Auctor ad Herenn. 4 cap. 14 *Qui sunt, qui fœdera ruperunt? Carthaginenses. Qui sunt, qui crudele bellum in Italiâ gesserunt? Carthaginenses. Qui sunt, qui Italiam deformarunt? Carthaginenses. Qui sunt, qui sibi postulant ignosci? Carthaginenses.* Quod exemplum ἐπανόδου facit Quintil. lib. 9 cap. 3.

EPANAPHORA, æ, ἐπαναφορὰ, alia repetitionis species est, cum scilicet ab eodem verbo plures sententiæ inchoantur: ut Virg. eclog. 10 v. 42

Hîc gelidi fontes, hîc mollia prata, Lycori,
Hîc nemus, hîc ipso tecum consumerer ævo.

EPANASTRŎPHE, es, ἐπαναστροφὴ, itidem repetitionis species, cum scilicet verbum in fine præcedentis, & principio sequentis sententiæ repetitur. Vnde quibusdam *repetitio continua* vocatur, sed propriè si loqui amamus, *contigua* verius sit. Virg. eclog. 8 v. 55

Certent & cygnis ululæ: Sit Tityrus Orpheus,
Orpheus in sylvis, &c.

EPANŎDOS, i, ἐπάνοδος, regressio est ad eandem vocem, diversum quiddam in partibus per πρόληψιν significans: ut Virgilius Æneid. 2 v. 434

divellimur inde
Iphitus & Pelias mecum, quorum Iphitus ævo
Jam gravior, &c.

Item, *Vicerunt Romani, mari Carthaginenses, terrâ Gallos.* Ponitur interdum pro *conclusione*, quia qui refert capita, de quibus se acturum promiserat, is ad principium revertitur. Hermagen. ¶ 2. Aliis πλοκὴ appellatur, quam Cicero *Traductionem* videtur vocare, cum idem verbum crebrius ponitur: ut, *Qui in vitâ nihil habet jucundius vitâ, is cum virtute vitam non potest colere.*

EPANORTHŌSIS, is, Correctio, qua interdum verbum, interdum sententia tollitur, Rutilio μετάνοια vocatur. Cic. pro Plancio c. 41 *Brundusium veni, vel potius ad mœnia accessi.* Idem lib. 2 Offic. c. 22 *Italiam ornare, quam domum suam, maluit: quamquam, Italiâ ornatâ, domus ipsa mihi videtur ornatior.*

ĔPĂPHÆRĔSIS, is, ἐπαφαίρεσις, detonsio comæ. Martial. 8 epigr. 52 *facere longam detonsis epaphæresin capillis*, die haare verschneiden.

ĔPĂPHUS, i, filius Jovis ex Iside, de quo Ovid. lib. 1 Metam. v. 749

Hinc Epaphus magni genitus de semine tandem
Creditur esse Jovis, perque urbes juncta parenti
Templa tenet.

Epar, vide *Hepar*.

EPENDYTES, æ, ein unterkleid. Joannes evangelista cap. 21 v. 7 ἐπενδύτης. Latine usus Hieronymus est vitâ Hilarionis p. 93 *pelliceus ependytes*.

EPENTHĒSIS, is, ἐπένθεσις, figura dictionis est, quâ in medio dictionis littera vel syllaba apponitur: ut, *Mavors*, pro Mars: Virg. 8 Æn. v. 630 *Fecerat & viridi fœtam Mavortis in antro.*

Relliquiæ, pro reliquiæ. Virgil. Æn. 1 v. 30

relliquias Danaûm atque immitis Achilli.

Navita, pro Nauta, Ovidius 2 Amor. eleg. 11 v. 25, & Propert. 2 eleg. 1 v. 43. *Induperator*, Juven. satyr. 10 v. 138

Romanus, Grajusque & barbarus induperator.

Dicitur & Epectasis.

EPĒUS, i, trisyllab. fabricator equi Trojani. Virg. 2 Æn. v. 264

Ipse doli fabricator Epeus.

¶ Epēi, orum, Ἐπειοὶ, populi, qui Regem Amaryncеum sepeliverunt. Homer. Iliad. ψ.

EPEXEGESIS, is, ἐπεξήγησις, appositio, figura Syntaxeos: ut, *Alexin delicias domini; Vrbs Roma*, &c.

ĔPHALMĂTOR, ōris, saltator, ein tänzer. Firmicus 8, 15 *Petaminarius, ephalmator, orchestropalarius.*

ĔPHĒBUS, i, ein jüngling. *Ephebus factus est*, Corn. Nep. in Epam. cap. 2 n. 4, id est, ad pubertatem venit. Vide Interpp. ad Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 24. Prudentius passione Cassiani v. 27

Doctor amarus enim discenti semper ephebo.

ἔφηβος, ab ἐπὶ & ἥβη, qui ad annos pubertatis accessit, ein junger gesell, von vierzehen oder sechzehen jahren. Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 1 v. 8 *Iste ephebus frater Phædriæ.* Hinc, *Excedere ex ephebis*, die kinder-schue vertreten, Terentius Andr. a. 1 sc. 1 v. 24, & Plautus prol. Mercator. Græci παῖδα ἔφηβον appellant, ut Censorinus notat.

¶ Ephēbicus, a, um, vor junge bursche gehörig: ut, *Ephebica chlamyda*, id est, puerilis chlamys, quâ induuntur ephebi. Apul. lib. 10 Miles. p. 253 *Adest luculentus puer nudus, nisi quod ephebica chlamyda sinistrum tegebat humerum.*

¶ Ephebia, æ, ἐφηβεία, pubertas, prima ætas adolescentiæ, die jugend; sive finis pueritiæ, principium adolescentiæ, sive extrema pueritia & prima adolescentia. Donat. ad Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 24. ¶ 2. ein spielhauß, Vulg. Interp. 2 Maccab. 4, 9.

¶ Ephebium, sive Ephebēum, i, ἐφήβειον & ἐφήβιον, pars illa est palæstræ, in quâ ephebi exercentur, die schule, der spielplatz. Vitruv. lib. 5 cap. 11 *In duplici porticu collocentur hæc membra: ephebēum in medio.* vid. Dalechamp. ad Plin. 16 cap. 44, & Rhodig. Var. Lect. 8 cap. 8.

¶ Synephebi, συνέφηβοι, adolescentes simul pubescentes, schul-gesellen. ¶ 2. Et nomen Comœdiæ Statii Cæcilii. Cicer. de Senect. cap. 7 *Ait Statius in Synephebis.* Et de opt. gen. Orat. cap. 6 *Andriam & Synephebos legunt.*

ĔPHECTĬCUS, i, ἐφεκτικὸς, qui nihil certo, sed de omnibus rebus dubitanter pronunciat. Cujusmodi Philosopho competit illud: κεῖται, ἐ κεῖται, item N. L. id est, *non liquet.* Dicitur alio nomine Scepticus, Pyrrhonicus, novus Academicus.

ĔPHECTON, i, ἔφεκτον, septenarium, quod continet senarium & unitatem impositam, Vitruv. 1 c. 1. conf. Bald. p. 46.

ĔPHEDROS, i, herba, quæ & Anabasis, kannenkraut, Plin. 26 c. 13.

ĔPHĒMĔRIS, ĭdis, fœmin. ἐφημερὶς, commentarius, & quasi ὑπόμνημα, & actuum diurnorum, & impensarum, ein buch, darein man tägliche händel oder ausgabe schreibet. Tales enim Commentarios Romani, diligentissimi homines atque industrii maxime, conficere solebant. Sic *Ephemerides* Gallieni, Trebellius extrema Vita: Probi *Ephemerides*, Vopiscus cap. 3 memorat. Ausonius quoque illud corpusculum carminum, quibus diurnos actus complectitur, *Ephemerida* vocavit. Corn. Nepos Attico 13 n. 6 *Scimus, non amplius, quam terna millia æris, peræque in singulos menses, ex ephemeride eum expensum sumtui ferre solitum.* Vocabatur & *Calendarium*, & *Diurnum*, & *Diurnum Quotidianum*, &c. ein tagebuch, calender. Juven. satyr. 6 v. 572

In cujus manibus, &c.
Cernis Ephemerides, quæ nullum consulit, & jam
Consulitur: &c.

Cic. pro Quinctio cap. 18 *Discedens in memoriam rediit Quinctius, quo die Roma in Galliam profectus sit, ad ephemeridem revertitur, invenitur dies profectionis.* Seneca epist. 123 *Sic cœnas, tamquam ephemerides patri approbaturus.*

¶ Ephēmĕrus, a, um, ἐφέμερος, & ἐφημέριος, adject. est, diurnus, eintägig: ut, *Febris ephemera*, quæ unius est diei, das nur einen tag währet.

¶ Ephēmĕron, i, [& Monemeron,] animal eodem, quo natum est, die moriens, apud Aristot. lib. 5 de Natur. animal. & Cicer. in Tuscul. & Plutarchum Consolat. ad Apollonium p. 111, quod ἡμερόβιον Plinius lib. 11 cap. 41 appellat. vid. Ælian. H. A. lib. 2 cap. 4, & lib. 5 cap. 43. ¶ 2. Et herba ejus nominis, quæ ultra diem non durat, Plin. 25 cap. 13. Hanc videtur Plautus intelligere Pseud. a. 1 sc. 1

Quasi solstitialis herba, paulisper fui,
Repentè exortus sum, repentino occidi.

¶ Appellatur & alia herba hoc nomine, quæ *Colchici* species, quam *irin silvestrem* appellari, scribit Dioscorid. lib. 4. Dicta *Ephemeron* inde, quia adeo sit perniciosa, ut sumta una die interficiat, eine art von zeitlosen.

ĔPHĔSUS, i, Ἔφεσος, omnium Jonicarum urbium clarissima quondam & præcipua, condita fuit ab Amazonibus, quemadmodum Justinus scripsit lib. 2 cap. 4, & Plinius retulit lib. 5 cap. 29. Celebris opulentissimo & ornatissimo templo Dianæ, quod *admirationem Græcæ magnificentiæ* Plinius vocat, & inter mundi miracula numerat, lib. 36 cap. 14. Conditum fuit id templum annis ducentis à tota Asia. Longitudo ejus pedum fuit CCCCXXV, latitudo pedum CCXX, juxta quod asylum fuit Libertatis, conditum ab Alexandro, quod Augustus postea destruxit, quod impunitate proposita multorum libido ad scelera perpetranda invitaretur. Vide de templo Ephesino Philonem Byzantium de septem mundi miraculis: & copiosius differentem Petrum Petitum de Amazonib. cap. 30. Porro *Ephesum* inde dictam, quod eam terram Amazonibus Hercules permiserit, [ἔφεσιν enim Græci *permissionem* seu concessionem dicunt,] scribit Heraclides de Politiis.

¶ Ephĕsīnus, a, um, de rebus dicitur; ut, *Concilium Ephesinum:* At

¶ Ephĕsius, a, um, de personis & rebus; ut, *Diana Ephesia*, Cic. 1 de Divin. cap. 23, & Plin. 36 cap. 14. Item, *vinum Ephesium*, Plin. 14 cap. 8, & *minium Ephesium*, Id. lib. 33 cap. 7. Sed, *Litteræ Ephesiæ*, notulæ erant magicæ & superstitiosæ, quibus utentes in omni negotio victores evasuros sese, non dubitabant, cujusmodi litteris usum fuisse Crœsum in rogo, Eustathius Homeri commentator scripsit. De quibus etiam Actor. 19 v. 19, & Clemens Alexandrinus 5 Stromat. Hesychius, & Athenæus lib. 12. Adde Cuperum de Consecr. Hom. p. 270, & vide infra *Phylacteria*.

EPHĬALTĒS, æ, mascul. ἐφιάλτης seu ἐπιάλτης, & ἠπίαλος, *incubus*, der alp; cum per somnum quis sibi videtur ab aliquo graviter premi, adeo, ut & voce suâ destituatur. Plinius lib. 27 cap. 10 *suppressionem nocturnam* vocat suffocationem scil. quandam, vocis spiritusque meatum liberum intercipientem. Dicitur ἐφιάλτης ab ἐφάλλεσθαι, insilire, quod invadi se ab alio putent, qui id mali patiuntur. Videtur illusionem hanc expressisse Virgil. Æneid. 12 v. 908

Ac velut in somnis oculos ubi languida pressit
Nocte quies, nequicquam avidos extendere cursus
Velle videmur, & in mediis conatibus ægri
Succidimus: non lingua valet, non corpore notæ
Sufficiunt vires, nec vox nec verba sequuntur.

Oritur hæc affectio, quando humor viscidus, sive densi ac fuliginosi halitus, primo quidem cor, mox & cerebrum replent. Et inprimis contingere solet iis, qui supini dormiunt. Sic enim spina dorsi cor propius attingens, liberum ejus impedit motum, halitus genere crassiores circa cor congregantur, ac deinde delati in cerebrum, monstrosas gignunt imaginationes atque terrificas. Pulmones etiam premunt, atque ita vocem veluti intercipiunt, ut dormiens opem implorare minimè possit. Ita de hâc re philosophatur Vossius lib. 3 de Idololatr. cap. 35 extr. ¶ Hanc rem poëta divinus Odyss. A. fabulis involvit, ubi Otum & Ephialtem Iphimedis & Aloei aut Neptuni filios, latos novem cubitus novemque ulnas longos fingit, & de iis pronunciat, quod

Ὄσσαν ἐπ' οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' ὄσσῃ
Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη.

Quos versus ita vertit Virgil. Georg. 1 v. 282

Ter sunt conati imponere Pelio Ossam
Scilicet atque Ossæ frondosum involvere Olympum.

EPHIPPIVM, i, ἐφίππιον, stragulum vel sella, quæ equis imponitur, eine roß-decke oder sattel. Horat. lib. 1 epist. 14 v. 44

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

Quod Cicero ad fam. 6, 1 dixit: *Suæ quemque fortunæ maxime pænitet.* Adde supra *Bos.* Germani hoc modo: die hüner, die im korbe seyn, wolten gern hinaus, und die heraus seyn, wolten gerne hinein. Vetus Schol. ad paullo ante productum Horatii locum: *Sellam,* inquit, *alii sagmata. Nonnulli ea, quæ propter jugum equis curulibus imponuntur: & hoc verius.* Nonius c. 2 n. 312 EPHIPPIVM, inquit, *tegmen equi ad mollem vecturam paratum.* Gellius 5 c. 5 *Equitatus frenis, ephippiis, phaleris præfulgens.*

¶ Ephippiatus, a, um, gesattelt: plur. *Ephippiati,* die auf satteln reiten, Cæsar lib. 4 Bell. Gall. cap. 2.

ĔPHŎRVS, i, vulgo inspector, ein aufseher. *Ephori,* ἔφοροι ab ἐφορᾶν, magistratus erant Lacedæmoniorum, eadem præditi dignitate & potestate, qua apud Romanos Tribuni plebis, ad quos à regibus etiam Lacedæmoniis provocare licebat, [quemadmodum a consulibus ad tribunos provocare Romæ jus erat,] quique in vincula reges conjicere poterant, ut ex Nepotis Pausania cap. 3 n. 5 constat. Quæ Aristoteles in hoc magistratu reprehendat, vide lib. 2 Polit. cap. 7. Adde Gebhardum ad Nepotis Pausan. & Nic. Cragium de Rep. Laced. lib. 2 c. 4, & Vbb. Emmium lib. 3 Græc. vet. p. 122 seqq.

¶ Ephoria, æ, officium ephororum, aufsicht.

ĔPHȲRA, æ, sive Ephyre, es, Corinthus primum dicta fuit, Ἐφύρα. Plinius lib. 4 cap. 4 *Corinthus antea Ephyra dicta.* Adde Pausaniam principio Corinthiac. Hinc

¶ Ephyrēïas, ădis, patronymicum. Claudian. de bello Getico v. 629

Scilicet Argolicas Ephyreiadesque puellas,
Cœperat & pulchras jam fastidire Lacænas.

¶ Ĕphyrēus, Ephyræus, & Ĕphyrēïus, a, um, adject. Lucanus lib. 6 v. 17

Insedit castris Ephyreaque mœnia servat.

id est, Dyrrachium, a Corcyræis conditum, qui coloni Corinthiorum erant. Silius lib. 14 v. 181

Agmine progrediens Ephyræa ad mœnia vertit.

Vbi Syracusæ intelliguntur, itidem a Corinthiis conditæ. Diphthongus etiam Pausaniæ est principio Corinthiacorum: ἀπὸ Κορίνθου τὴν Ἐφυραίαν μετονομασθῆναι. Virgil. lib. 2 Georg. v. 464

Illusasque auro vestes Ephyrēïaque æra.

ĒPĬĂLOS, i, ἠπίαλος, febris genus ex pituitâ, hoc est, vitreo & acido phlegmate nascens, in qua eodem tempore calor frigusque in quavis corporis parte sentitur. *Epialos* dicta, quod ἠπίως ἀλεαίνει, id est, miti calore afficiat.

ĔPĪBĂDES, um, ἐπιβάδες, seu rectius *Epibates,* ut Baysius censet; sic dictæ, quod epibatis, hoc est, vectoribus trajiciendis serviant, fähren, oder schiffe, so da überfahren. Exstat in libris quibusdam Digest. Lege 1 § 12 de Exercitoria actione. Meliores enim libri ἐπιβατικοὶ habent, id est, *vectorum ductrices.*

ĔPĪBĂTA, æ, ἐπιβάτης, miles in navibus merens, ein schiff-knecht, schiff-soldat; utitur aliquoties Hirtius, ut de B. Alex. cap. 11, & de Afric. cap. 20, 62 & 63. Cæsar *classiarium* vocat. ¶ 2. Apud Græcos *Epibatæ* pro vectoribus etiam accipiuntur.

ĔPĬCĒDIVM, i, ἐπικήδιον, nenia & monodia, carmen, quod in laudem defuncti canebatur ad cadaver vel sepulcrum, ein toden-lied, leichen-gesang. Differunt autem ἐπικήδιον & θρῆνος, illud pro funere, cadavere adhuc jacente, dicitur: hic vero nullo circumscribitur tempore. Proclus in Chrestomath. apud Photium in Bibliotheca.

EPĪCHARMVS, i, Ἐπίχαρμος, Siculus fuit Poëta, Comicus & Philosophus, auditor Pythagoræ, scripsit commentarios de natura rerum. Meminit ejus hoc modo Cicero lib. 1 epist. 19 ad Atticum: *Ita tamen novis amicis implicati sumus, ut crebro mihi vafer ille Siculus insusurret Epicharmus cantilenam illam suam:* Νῆφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν, id est, *Sobrius esto, & memento diffidere: hi enim nervi sapientiæ sunt.* Hujus dicti etiam Q. Cicero de Petit. Consulat. meminit cap. 10. Vide supra *Artus.* Sed & hunc versum Epicharmi esse, Socrates in Platonis Axiocho testatur, ἡ δὲ χεὶρ τὴν χεῖρα κνίζει, δός τι καὶ λάβοις τι: quod est, *Manus manum fricat, da quiddam & accipe aliquid.* Quo indicatur, officium officio, beneficium beneficio, invitari & provocari; quod & sic effertur, χεὶρ χεῖρα νίπτει, *manus manum lavat.* Epicharmo porro & illud tribuitur à Stobæo serm. 117, τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τ' ἀγαθ' οἱ θεοί, *Laboribus vendunt nobis omnia bona Divi.* Eum epigrammate 17 Theocritus hoc mactat elogio:

Πολλὰ γὰρ ποτ τὰν ζωὰν τοῖς παισὶν εἶπε χρήσιμα.
Μεγάλα χάρις αὐτῷ.
Multa ad vitam pueros docuit utilia:
Magna illi sit gratia.

ĔPĬCHĪRĒMA, ătis, ἐπιχείρημα, argumentum mente conceptum ad alicujus rei probationem. Cicero *ratiocinationem* vocat, habet enim quiddam commune cum Syllogismo. Quintil. lib. 5 cap. 10. Id certe voluit quoque Isidorus, cum lib. 2 Origin. cap. 9 ait, *epichirema* à dialectico Syllogismo solum distare latitudine & productione sermonis. Vulgo *epicherema* scribunt per secundam in tertia vocalem: nec aliter Isidori Codd. MSCti Vossiani. Sed perperam: quod quamcunque minutum sit, tamen non monere piguit Cæsarem Scaligerum in præclaro de re Poëtica opere lib. 3 c. 71.

ĔPĬCHȲSIS, is, ἐπίχυσις, vas vinarium, e quo in cyathos vinum effundebatur, eine gieß-kanne, apud Plaut. Rud. act. 5 sc. 2 v. 32. vide Turneb. Advers. 22 c. 30, & Varr. de L. L. 4 c. 26, & Scalig. ibid. qui docet, apud Pollucem vasis etiam coquinarii genus esse.

ĔPĬCOENVM, i, ἐπίκοινον, promiscuum genus eorum nominum, in quibus sexus uterque per alterum apparet, ut Quintilianus loquitur lib. 1 cap. 4, ut aquila, passer, perdix, lepus &c.

EPICRĂTES, is, princeps Atheniensium, Cic. ad fam. 16, 21. Quo nomine idem Pompejum notat, ubi ad Att. lib. 2 ep. 3 scribit: *Epicrates verti potest, omnia tenens.* Plures fuerunt ejusdem nominis. Idem meminit *Agyrinensis* 2 Verr. c. 9, & *Bodini,* ibid. c. 22. De *Epicrate Milesio, servo J. Cæsaris,* vide Polyæn. Strat. 8, 23, 1. De *Epicrate Ambraciota, poëta comico,* vide Suidam.

EPICTĒTVS, i, Ἐπίκτητος, Philosophus Hierapolitanus, Romæ servivit cuidam Neronis familiari Epaphrodito. Quamobrem *servilis eum fuisse conditionis & pauperem,* à Gellio ostenditur lib. 2 cap. 18, ubi Epicteti ipsius de sua fortuna versus duo proferuntur. Vide & Origenem contra Celsum lib. 7 pr. Romæ duravit ad Marci usque Antonini tempora, sed sub Domitiano rediit Hierapolim. In tanta apud omnes admiratione fuit, ut Lucianus Syrus prodiderit libro *adversus indoctum,* lucernam ejus fictilem tribus drachmarum venisse millibus. Scripsit Enchiridion, quod latinitate donavit Angelus Politianus. Extant & Arriani Philosophi, discipuli Epicteti, libri quatuor de Epicteti dissertationibus, referti præceptis utilissimis. vid. Gell. lib. 19 cap. 1. Philosophiam totam & universa Philosophorum dogmata duobus complexus est verbis, ἀνέχου καὶ ἀπέχου, *Sustine & abstine,* leide und meide, Gell. lib. 17 cap. 19.

ĔPĬCŪRVS, i, Ἐπίκουρος, Atheniensis, sed pater ejus ex pago Gargettio, unde ipse Gargetius senior Statio dictus lib. 1 Silv. 3 v. 94; annis natus septem post Platonis obitum: annum autem agens ætatis suæ XVIII Xenocratis & Aristotelis ludum Athenis sectatus est, postea sectam à se nuncupatam ipse instituit. In victu, quemadmodum contubernales ejus, ex quibus Diocles fuit, testati sunt, temperantissimus fuit, pane & aqua contentus: & si pretiosius cœnare ipsi aliquando libéret, caseo. Legit Aristippi librum de voluptate, quam finem hominis constituit, non luxuriosorum aut porcorum, sed eam, quæ esset, *non dolere.* Huc pertinet, quod de eo scripsit Ælianus lib. 4 Historiæ variæ, exclamare eum solitum: ᾧ ὀλίγον, οὐχ ἱκανὸν, τούτῳ γε οὐδὲν ἱκανόν. Ἔλεγε δὲ ἑτοίμως ἔχειν, καὶ τὸ δὴ ὑπὲρ εὐδαιμονίαν διαγωνίζεσθαι, μᾶζαν ἔχων, καὶ ὕδωρ, id est, *Cui parum non sufficit, eidem nihil satis est. Dixit vero etiam, se, si opus esset, paratum esse vel de ipsâ certare felicitate, modo offam haberet & aquam.* Democritus εὐθυμίαν appellavit, & eam ipsam finem hominis statuit, ut Diogenes auctor est. A Democrito autem pleraque hausit Epicurus, ut ex lib. 5 Ciceronis de finib. & lib. 2 de N. D. sub fin. constat. Seneca hanc εὐθυμίαν *Tranquillitatem* vertit: de quo ipse libro de Tranquillitate animi cap. 2. Non desunt, qui alia ac diversa plane de Epicuro & libidinibus ejus tradiderunt; sed falso, quod Diogenes agnoscit. Atque quod ipse juxta & Philosophia ejus male audiit, discipuli ejus degeneres & intemperantes, atque imprimis Metrodorus fecerunt, qui prave detorserunt ejus dogmata, & quæ de purâ illa atque constante & sancta animorum voluptate tradiderat, ad istam impuram & fugitivam & pecuinam transtulerunt. Itaque Seneca de vita beata cap. 13 *Non dico,* inquit, *quod plerique nostrorum, sectam Epicuri flagitiorum magistram esse. Sed illud dico, male audit; infamis est: & immerito. Nec hoc scire quisquam potest, nisi interius fuerit admissus. Frons ipsa dat locum fabulæ, & ad malam spem invitat. Hoc tale est, quale vir fortis stola indutus. Constante tibi pudicitiâ, virtus salva est.* Vide & Lactantium lib. 3 Instit. divinar. cap. 17. Epicureæ doctrinæ, atque auctoris ipsius laudem habes apud Lucianum in Pseudomant. Nec repugnant, quæ in vitarum actione scribit: ea enim ad degeneres discipulos pertinent, ut sequens dialogus docet, quem *Piscatorem* inscripsit. A discipulis ita colebatur, ut ejus imaginem in annulis, in tabulis, in poculis venerarentur, & tantum non haberent pro DEO. Vid. Cicer. 1 Tuscul. cap. 21, & 5 de finib. pr. & Plinium lib. 25 cap. 6, Laërt. lib. 1, itemque Lucretium lib. 5 v. 50. *Acutum nec insulsum hominem* idem Cicero vocat 1 Tusc. Q. cap. 8. *Indoctum & parum purum in sermone,* idem Cicero plurimis locis, & Sextus Empiricus quoque proœm. lib. adversus Mathematicos notat. Mortuus est Athenis calculi doloribus, annos natus 72. Diu exsulantem restituit philosophorum cœtui Petrus Gassendus Vitâ illius doctissime descripta. Horat. lib. 1 epist. 4 v. 15 de discipulis ejus:

Me pinguem & nitidum bene curatâ cute vises,
Cum ridere voles Epicuri de grege porcum.

¶ *Epicuri decreta,* κύριαι δόξαι Ἐπικούρου, quæ labefactari non posse opinabatur, suisque discipulis pro oraculis obtrudebat, veluti principia naturâ nota. Vid. Barth. lib. 20 Advers. cap. 20, & ad Statii Silv. p. 110. Voss. de Sectis Philosoph. cap. 8. Buchner. Vol. 1 Programmat. p. 568 seqq.

¶ Epicurēus, a, um; plur. Epicurēi, denominativum sectæ. Act. Apost. 17 v. 18. Et Cicero 3 Tusc. cap. 21 *Queruntur quidam Epicurei, viri optimi, (nam nullum genus est minus malitiosum,) me studiose dicere contra Epicurum.* ¶ 2. Adjective, quod ad illos philosophos pertinet, epicurisch; Idem lib. 2 de Finib. cap. 7 extr. *Doloris medicamenta illa Epicuréa tanquam de narthecio promant: Si gravis, brevis: si longus, levis.* ¶ 3. Vulgari usu *Epicureus* est voluptarius: ut, *Homines Epicuréi,* id est, dediti voluptatibus, wollüstige. Sic fere Sidonius carm. 15 v. 125

Ast Epicureos eliminat undique virtus.

Epicus, a, um, adject. vide in *Epos.*

EPĬDAMNUS, i, Ἐπίδαμνος, vel Epidamnum, i, Macedoniæ ad Adriaticum mare oppidum, à Romanis, cum eo coloniam deduxiſſent, poſtea *Dyrrhachium* dictum, quemadmodum Plinius indicat lib. 3 cap. 23. Durazzo nunc eſt. Plaut. in Menæch. act. 2 ſc. 1 v. 42 *Ne mihi damnum in Epidamno duis.* Alluſit ad nomen inauſpicatum à damno factum, atque ideo à Romanis mutatum; quaſi nemo illuc ſine damno divertatur, ut ipſe v. 39 interpretatus erat.

ĔPĬDAURUS, i, urbs Argolidis in Peloponneſo, celebris quondam templo Æſculapii, Podalirii & Machaonis patentis. ¶ 2. *Epidaurus*, vel *Epidaurum*, ut Plinius 3 cap. 22 vocat, urbs Illyrici in litore Adriatici maris, hodie *Raguſi Vecchio*.

¶ Ĕpĭdaurĭus, a, um, Epidaurum priorem ſpectans, Ovidius 1 de Ponto 3 v. 21

Afferat ipſe licet cunctas Epidaurius herbas,
Sanabit nullâ vulnera cordis ope.

Subintelligitur *Medicus*, ſive *Æſculapius*. Idem Metam. 15 v. 643 *Epidauria litora.* Stat. Theb. 4 v. 123 *rura Epidauria.*

EPIDĒMIA, æ, ἐπιδημία, acceſſus ad urbem, ſive via trita, qua ad eam itur, die land-ſtraſſe. Vlpian. l. 4 § 4 ff. de off. proconſ. ¶ 2. Morbus ſparſus & graſſans per populos, eine anfällige land-kranckheit, ſeuch, peſtilentz.

¶ Epidēmĭcus, a, um, ἐπιδημικὸς, gemein, landfahrend: ut, *morbus epidemicus*, qui communis & contagioſus eſt.

¶ Epidēmētĭci, orum, de quibus titulus eſt apud Juſtinianum, metatores hoſpitiorum ſunt in urbibus, quos vulgo fourierer, quartier-meiſter, vocant. Alciatus. ἐπιδημέω, *in urbem venio.*

Epidicticus, vide mox *Epidixis*.

ĔPĬDIPNĬDES, um, ἐπιδειπνίδες, cujus ſingulare eſt ἐπιδειπνὶς, epulæ ſunt in extrema cœna vel prandio, bellaria, das letzte gericht, der nachtiſch; Martial. epigr. 32 lib. 11

Hic ſeras epidipnidas parabit.

ĔPĬDIXIS, is, ἐπίδειξις, demonſtratio, ein erweiß, eine fürſtellung. Invenitur in Inſcript. vet. Patav. illuſtrata a Reineſio. Sophiſtarum Oratorumve μελέται & declamationes erant ἐπιδείξεις, quod fierent cum quadam oſtentatione. v. Plut. de laude ſui. *Epidixes* autem non de ſolis poëtarum & rhetorum recitationibus, ſed & de omnium generum ludis & artificiis accipi, oſtendit Lucas Holſtenius epiſt. ad Joh. Rhodium ex Creſollio.

¶ Epidictĭcus, a, um, ἐπιδεικτικὸς, demonſtrativus, ut, *genus epidicticum.* vide Cic. Orat. c. 11 & 61.

EPIDRŎMĬDES, um, ἐπιδρομίδες, funiculi ſunt plagarum, quibus retia vel explicantur vel contrahuntur. Pollux etiam

¶ Epidromos & Peridromos vocat; & quidem rectius. Nam ἐπιδρομὶς, unde fecerit aut ſumſerit Hermolaus, ab eo poſtulatur, die ſtricke am netz, ſie damit auszuſpannen und zuſammen zu ziehen. conf. Plin. 19 c. 1. ¶ 2. Eſt & ἐπίδρομος navis arbor ſeu malus Polluci lib. 1 c. 9. ¶ 3. Aliis velum ad puppim, das hinterſegel. vide Salmuth. in Pancіroll. P. 1 Deperd. tit. 5.

Epigloſſis, vel Epiglottis, vide *Gloſſa*.

EPIGŎNI, orum, ἐπίγονοι, auctores ſecundi belli Thebani, ſic dicti quaſi fœtus vel poſteri primorum, die nachkommen. Græce enim ἐπιγονὴ *fœtus* dicitur. vide Diodor. 4, 6. ¶ 2. *Epigoni* etiam dicti ſunt, quos ſuſceperunt Alexandri M. milites ex Aſiaticis fœminis. v. Juſtin. 12, 4, 11.

¶ Epigonon, i, nomen eſt tragœdiæ apud Euripidem, quæ voce magna & ſonora ſcenicorum agi expoſcebat.

Epigramma, Epigrammaticus &c. vide *Gramma*.

Epigrăphe, vide *Graphice*.

EPIGRUS, i, clavus, quo lignum ligno adhæret, ein nagel. Seneca lib. 2 de Benefic. c. 12 extr. *niſi in os ſenatoris ingeſſiſſet imperator epigros ſuos.* Ita Gronovius reſtituit, cum vulgo legeretur *pigros*. vide ejus Not. pag. 628, & Gataker. in Cinno 2, 19 p. 273.

ĔPĬLEPSIA, æ, ἐπιληψία, corporis convulſio. *Caducus* etiam & *Comitialis* appellatur, item *Herculanus*, vide Chiliad. Eraſmi; & *Morbus ſonticus* Plinio 36 c. 19, ἱερὴ νόσος Aretæo, quod nulli remedio cedat aut expugnari ſe patiatur, die ſchwerenoth.

¶ Epilepticus, a, um, ἐπιληπτικὸς, epilepſia laborans, mit dem böſen gebrechen behafftet.

EPILIMMA, ătis, genus viliſſimi unguenti, ſchmiere. Feſt.

Epilŏgus, vide infra *Logus*.

EPIMĔLAS, antis, ἐπιμέλας, gemma candida, nigricante ſuperne colore, Plin. 37 c. 10.

ĔPĬMĔNĬDES, is, Ἐπιμενίδης, Cretenſis, qui puer ambulando feſſus, in ſpecum ingreſſus, obdormivit, nec à ſomno experrectus eſt ante exactos annos XLVII, aut ſecundum Laërtium & Plinium lib. 7 c. 52, ante annos LVII. Quinquaginta Plutarchus refert libro An ſeni ſit gerenda Reſp. rotundiore numero uſus. *Epimenidis ſomnus*; item, *Vltra Epimenidem dormis*; ὑπὲρ τὸν Ἐπιμενίδην κεκοίμησαι; item, *ipſum Epimenidem ſomno viciſti*; proverbialiter de iis, qui vel nimium ſunt ſomnolenti, vel perpetuum agunt otium, dici ſolet. Verſus hic, quem de Cretenſibus Paulus citat, ad Epimenidem hunc refertur:

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.
Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.

¶ Epimenidéus, a, um, adject. ut, *Epimenidea cutis*, proverbium de rebus arcanis, quia Epimenidis cutem longo tempore poſt litteris diſtinctam repertam eſſe tradunt, cum anima ejus quoad vellet, exceſſerit e corpore, & in id reverſa fuerit. Suid.

EPIMENIDIUM, i, ita bulbi genus quoddam appellari, ait Plin. lib. 19 cap. 5. ¶ Matthiolus tamen ex Dioſcoride legit *Epimidium*, ἐπιμήδιον, & incognitam ſibi herbam eſſe affirmat. Dodonæo herba eſt foliis latis & rotundis, hederæ quodammodo, aſaro tamen ſimilioribus, extans in aquis, in quibus naſcitur ſine fructu. Legunt ex Juvenalis ſatyr. 7 v. 120 vocem eam quaſi ſyncope affectam:

Pelamidum aut veteres Afrorum epimenida bulbi.

Sed ibi *epimenia* legendum eſt. Nam

EPIMENIUM, i, ἐπιμήνιον, ſtipendium militis in menſem, ein monat-ſold, quod exiliter & ſordide dari cauſidicis, Poëta d. l. notat.

ĔPĬMĒTHEUS, ei, ἐπιμηθεὺς, Promethei frater, qui poſt factum ſapit, der mit ſchaden erſt klug wird, und es beſſer bedenckt. Prometheus, cui, priusquam rem aggrediatur, in promtu conſilium eſt, der rath trifft, ehe denn er das werck anfähet. Lucianus extremo libro, Prometheus es in verbis: Ἐπεὶ τό γε μεταβουλεύεσθαι, Ἐπιμηθέως ἔργον, οὐ Προμηθέως ἐστίν. *Nam illud quidem, poſt rem conſulere, Epimethei eſt, non Promethei.* Vide Claudian. lib. 2 in Eutrop. v. 490 & ſeqq.

ĔPĬMŎNE, es, ἐπιμονὴ, perſeverantia; figura, quæ & *Epizeuxis*, ἐπίζευξις, dicitur, quæ ejusdem dictionis ſine intervallo geminatio eſt cum impetu pronunciationis, ſecundum Diomedem: ut Virg. 9 in Æneidos v. 428

Me me: adſum qui feci, in me convertite ferrum,
O Rutuli.

Et Æneid. 4 v. 660 *Sic moriamur, ait, ſic ſic juvat ire ſub umbras.*

Epimythium, vide *Mythos*.

EPINEPHRĪDIUM, i, ἐπινεφρίδιον, pinguedo, quæ eſt in renibus. Fulg. 2 Myth. *Epinephridia formandis fœtibus opponuntur.*

EPĬNĪCIUM, i, ἐπινίκιον, plur. Epinicia, celebritas pro victoriâ partâ, ſieges-lieder, freuden-feuer. *Inter lætos cantare epinicia*, Sueton. in Nerone c. 43, ubi exemplum habes ejus ſtultitiæ, quæ ante victoriam epinicium canit. Epiniciorum originem gentes ad Apollinem referunt, qui fugato Saturno Jovis victoriam carmine ad citharam celebravit. Quo Tibullus reſpiciens lib. 2 eleg. 5 Apollinem allocutus ita canit:

Sed nitidus pulcherque veni, nunc indue veſtem
Sepoſitam, longas nunc bene pecte comas.
Qualem te memorant, Saturno rege fugato,
Victori laudes concinuiſſe Jovi.

Adde Voſſ. lib. 3 Inſt. Orat. p. 417.

ĔPĬNYCTIS, ĭdis, ἐπινυκτὶς, plur. Epinyctides, fœm. puſtulæ dicuntur in tibiis aut pedibus noctu maxime infeſtantes, à quo & nomen habent, hitzige und tobende blattern an füſſen. Plinius lib. 23 c. 8 *Amygdalæ epinyctidas ſanant.* Et lib. 36 c. 19 *Melitites lapis epinyctidas tollit.* ¶ 2. Eſt & *Epinyctis* ulcus in oculi angulo perpetuo humore manans, Plinio lib. 20 cap. 6. ¶ 3. Item rerum nocturnarum commentarius, auctore Budæo.

EPIPACTIS, ĭdis, ἐπιπακτὶς, frutex, quem alii Eleborinem vocant. Plin. 13 c. 20. Dioſc. l. 4.

EPIPETROS, i, ἐπίπετρος, herba, quæ & Acinos, ſponte naſcens & nunquam florens, Plin. 21 c. 15.

EPĬPHĂNES, is, aliquot Antiochorum, Syriæ regum, cognomen, præcipue illius, qui Antiochi Magni filius, Philopatoris frater, pater Eupatoris fuit. Adde Vaillantium in nummis Antiochi 6 & 8. ¶ Eſt etiam Ptolemæus *Epiphanes* cognominatus, quintus Lagidarum Ægypti regum. Strab. lib. 17 p. 547. ¶ Alius rex *Epiphanes* Tacito memoratur 2 Hiſtor. cap. 25, filius Antiochi Comageni.

¶ Epiphanēa, ſive Epiphania, æ, urbs Ciliciæ, ſub Amano monte, cujus Cicero mentionem fecit lib. 15 epiſt. 4 ad Catonem; & Plinius lib. 5 c. 27. ¶ Sunt & duæ hujus nominis urbes in Syria, altera, cujus incolas Plinius lib. 5 cap. 23 *Epiphaneenſes* vocat, ſita inter Lariſſam & Arethuſam; altera, quæ *ad Euphratem* cognominatur, eoque alluitur, ibid. c. 24. Adde Harduinum in annotatis.

EPIPHANIA, æ, ἐπιφάνεια, apparitio, manifeſtatio: & Epiphania, orum, genere neutro: ut, *Dies epiphaniæ*, vel *epiphaniorum*, der tag der erſcheinung, das feſt der offenbahrung, dies Magorum, ſeu omnes potius dies feſtivi in natali Chriſti, quod in iis Deus homo apparuit, ut Nazianzenus ait, *epiphaniæ* vocantur. Vid. Dorſch. Pentadecad. diſp. 3 § 13, ubi Baronium caſtigat. De Epiphaniis deorum gentilium plurimis Jac. Gothofr. diſſert. de myſter. pietat. p. 105 ſeq.

EPIPHŌNĒMA, ătis, ἐπιφώνημα, eſt rei narratæ vel probatæ ſumma acclamatio, plerumque ſententioſa, fitque per particulas *Tantum*, *Adeò*, *Vſque adeo*, *Sic*, & ſimiles; Virgil. 1 Georg. v. 199

ſic omnia fatis
In pejus ruere, &c.

Ovid. in Metamorphoſeos 7 v. 454

Vſque adeò nulla eſt ſincera voluptas;
Sollicitumque aliquid lætis intervenit.

Cic. ad Att. 1, 19, *quid ego aliorum in me ἐπιφωνήματα expectem?*

EPIPHŎRA, æ, ἐπιφορὰ, lacryma ex humore mordace oculos afficiente, dicta ἀπὸ τοῦ ἐπιφέρειν, quod dolorem vel oculis vel aliis membris, quæ afficit, inferat, ein fluß im auge oder ſonſt wo. *Delacrymatio* Plinio 25 cap. 13, & lib. 34 cap. 11. *Pituitæ curſus* Celſo lib. 7 c. 7. Cicer. lib. 16 famil. ep. 23 ad Tironem, *Balbus ad me ſcripſit, tanta ſe epiphora oppreſſum, ut loqui non poſſit*, es habe ihn ſo ein fluß überfallen. ¶ 2. Species παρεκβάσεως eſt apud Rhetores, quæ ſequitur confirmationem, continens locos communes in epilogis. Sopater apud Voſſ. lib. 3 Inſtit. Orat. p. 463. ¶ 3. Eſt etiam ſchema Oratorium, quo repetitio fit in clauſulis. Plaut. Trinum. a. 1 ſc. 2 v. 168

Qui omnia ſimulant ſe ſcire, ne quidquam ſciunt,
Quod quisque in animo habet, aut habiturus eſt, ſciunt, &c.

¶ Epiphorēmăta, um, ἐπιφορήματα, omnia ſecundis menſis inferri ſolita præter portionem unicuique convivarum ſtatim appoſitam, nach-eſſen. v. Rhodig. Lect. Ant. 14 c. 55.

EPĬPHYLLIS, ĭdis, ἐπιφυλλὶς, ultimus in ſummo vitis palmite racemus dicitur Græcis, qui plerumque parvis rariſque acinis ſero matureſcit, quoniam poſtremus conceptus eſt ideoque inutilis, & in vindemia plerumque negligitur, ein klein unreiffes wein-träublein.

EPIPLOOCĒLE, es, ἐπιπλοοκήλη, deſcenſus omenti, quod ἐπίπλοον Græci dicunt, vulgo *Herniam* vocant, ein bruch, vide *Enterocela*.

EPIPTĔRON, i, ἐπίπτερον, lens paluſtris, waſſerlinſe, φάκος ὁ ἐπὶ τῶν τελμάτων, ſic ex Dioſcoridis libro octavo adduxit Kyberus Argentinenſis; ſed ἐπιπτέρυ vox in Dioſcoride non reperitur. *Lens* vel *lenticula paluſtris*, waſſerlinſe. Matthiolus.

Ĕpĭrhēdion, vide *Rheda*.

ĒPĪRUS, i, fœm. Ἤπειρος, regio ſita inter Macedoniam, Achajam & mare

mare Ionium; cujus partes *Thesprotia*, *Molossia* & *Chaonia* quondam dictæ. Ovid. Metamorph. lib. 8 v. 282

majores herbida tauros
Non habet Epirus, sed habent Sicula arva minores.

Accessit medio ævo *Epirus nova*, veteri a septemtrione adjecta. Sextus Rufus c. 8 extremo: *Epiri duæ.*

¶ Epīrōta, æ, Ἠπειρώτης, Epiri incola. Livius passim: v. g. lib. 29 cap. 12 &c.

¶ Epīrōtĭcus, a, um, ἠπειρωτικὸς, adject. ut, *Epiroticæ possessiones*, Nepos in Attico c. 14, quas ille in Epiro habebat. *Mala Epirotica*, Plin. lib. 15 c. 14 orbiculata.

¶ Epirensis, e, latina formâ idem est. Livius lib. 8 c. 17 *Samnites bellum Alexandri Epirensis in Lucanos traxit.*

Episcenium, vide infra *Scena*.

EPISCHIS, ĭdis, ἐπισχὶς, & Epischidion, i, ἐπισχίδιον, dimin. cuneus, cuneolus, ein keil. Vitruv. 10 c. 17, & Bald. Ind. p. 46.

ĔPISCŎPUS, i, ἐπίσκοπος, ein bischoff, auffseher. Solebant reges ac civitates ad sibi subjectos populos mittere, qui aut inspicerent eorum res, aut ordinarent ac constituerent, & cum imperio præessent. Hoc Græci ἐπισκέπτεσθαι & ἐπισκοπεῖν, Latini *Visere* & *Visitare*: ipsos autem, qui mittebantur, Athenienses quidem ἐπισκόπους: Spartani vero ἁρμόστας & ἁρμοστῆρας appellabant, ut Harpocration, & qui descripsit hunc Suidas, item Hesychius attestantur. Cicero lib. 7 ad Attic. epist. 11 *Ego negotio præsum non turbulento, vult enim me Pompejus esse, quem tota hæc Campana & maritima ora habeat ἐπίσκοπον, ad quem delectus & summa negotii referatur.* ¶ *Episcopi* etiam dicebantur, qui panificio & cæteris rebus venalibus, quæ civitatum populis ad quotidianum victum usui sunt, præerant, ut ex Lege Munerum, ult. § irenarchæ 7 Dig. de Muneribus & Honorib. constat. ¶ Et quoniam Salvator optimus Christus Jesus à S. Petro ἐπίσκοπος appellatus est, idcirco etiam, qui ejus vicem in terris gerunt præpositi Ecclesiis, sic appellantur. Hodie in plurimis locis *Superintendentes* vocantur latine. Et ita sane Græcum convertit Augustinus etiam lib. 19 de Civit. Dei c. 19. Hieron. epist. 1 *Non omnes Episcopi Episcopi sunt: Attendis Petrum, sed & Judam considera.* ¶ Notione generaliori cujusvis rei inspectorem notat. Lud. Vives ad August. de C. D. lib. 19 c. 19. ¶ Imperatores etiam dicti Episcopi; *Communem Episcopum à DEO constitutum* Constantinum Imp. appellat Eusebius lib. 1 de vit. Constant. c. 37, & ipsemet *Episcopum extra Ecclesiam sive templum se* appellavit apud eumd. lib. 4 c. 24.

¶ Episcopalis, e, ad episcopum pertinens, bischöfflich. Prudent. in Cypriano v. 33

usque episcopale
Provehitur solium doctor.

Et passione Martyrum Tarraconensium v. 11

Ad tantum decus ex episcopali
Clarus nomine Fructuosus ibat.

¶ Episcopaliter, adverb. id est, ut decet episcopum. Augustinus Confess. 5 c. 13 *peregrinationem meam episcopaliter dilexit.*

¶ Episcopor, ari, bischoff seyn. Sarisb. 7, 8 *Eos episcopari non deceat.*

¶ Episcopatus, ûs, das bißthum, bischöfflich amt, ἐπισκοπή. Ammianus lib. 27 c. 3 (Grut. c. 6,) *Damasus & Ursinus supra humanum modum ad rapiendam episcopatus sedem ardentes.* Ita Vales. p. 480; sed Lindebr. & Boxhorn. *episcopalem sedem.*

¶ Episcopius, a, um, ἐπισκόπιος, *Phaselus episcopius*, Cic. lib. 14 ad Attic. epist. 16 pro nave exploratoriâ, ein jagschiff, so nach kundschafft ausgesandt wird. Alii *episcopum*: doctissimi *epicopum* legunt.

¶ Chorepiscopi, sunt qui περιοδευταὶ vocantur; hos 70 senioribus comparat Grotius, sicut Episcopis ipsis Apostoli comparantur. Vide ipsum ad Lucam c. 10 v. 1, nec non Salmasium de Episcopis. Non à *choro*, sed χώρᾳ, dicuntur: siquidem χωρεπίσκοπος est ἐπίσκοπος ἐπιχώριος, seu τῆς χώρας, qui nihil majoris momenti facere potuit. Vid. Hildebrand. de Episcop. th. 49, Calixtus in Appar. p. 217, Ziegler. ad Lancellot. Jus Canon. p. 101 seq. & David. Blondel. Apol. de Presbyt. & Episc. sect. 3 n. 11 p. 120 seqq.

¶ Pseudoepiscopus, i, falsus episcopus, Cyprian. epist. 55 c. 11.

EPISCY̆NIUM, i, ἐπισκύνιον, supercilium, cum nota severitatis, uti usus est Tertull. de Pallio c. 4 *Censoriæ intentionis episcynio dispersò.* Conf. Turneb. Advers. 7 c. 20, & Salmas. de Pall. p. 342.

EPISĪTIUS, i, idem qui parasitus, ein fuchsschwäntzer, schmarutzer, qui cibi modò gratia subservit laboratve. Nam & *Episitia* vocamus, quæ in alimoniam dantur. vid. Cæl. Rhodig. 7 c. 1.

EPĪSŎDION, i, ἐπεισόδιον, dicitur id, quod dramati præter fabulæ argumentum infertur, excitandi risus gratiâ: & abusive, quicquid à proposito alienum est, & ad negotium, de quo agitur, proprie non pertinet, ein neben-werck.

EPISTĂTES, æ, ἐπιστάτης, qui rei alicui gerendæ præpositus est præses, ein verwalter, procurator, ab ἐπιστατέω, dispensator, œconomus, ein schaffner. Cato de R. R. c. 56 *villico, villicæ, epistatæ, opilioni.* Ita legendum cum Popma, ut inter *villicæ* & *epistatæ* interpungatur, quod vulgo negligunt, quasi fœmininum *epistata* sit, & cum *villica* connexum.

¶ Epistathmia, æ, ἐπισταθμία, hospitii procuratio, das quartiermeister-amt. Cic. ad Att. 13 ep. 52 *Habes hospitium, sive ἐπισταθμίαν odiosam.*

ĔPISTŎLA, æ, animi scribentis simulacrum, εἰκὼν τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, ut Demetrius dixit. Ἐπιστολὴ ab ἐπιστέλλω, mitto, ein sendbrieff, schreiben, missiv. Cic. ad Quint. fratr. lib. 1 epist. 1 c. 13 *Epistolæ proprium est, ut is, ad quem scribitur, de his rebus, quas ignorat, certior fiat.* Idem ad Attic. 16 ep. 11 *Epistola longissima quæque optima videtur.* Et rursus lib. 1 epist. 1 c. ult. ad Quint. Fr. *Longissimâ quaque epistola maxime delector*, lange brieffe leß ich gern. Quod tamen non in universum accipiendum; sed ad certa tempora, personas ac res referendum est. Alias enim propria epistolæ virtus, brevitas: quam eam ob caussam, *Sinistram manum haud implere debere*, Seneca scripsit ep. 45 extr. & Cicero ad Pætum lib. 9 famil. ep. 21 *Epistolas quotidianis verbis texere solemus*, auf die art, wie wir täglich reden. *Epistolam tradere*, schreiben überantworten, zustellen. *Resignare epistolam*, Cicero 11 ad Att. epist. 9. *Solvere epistolam*, den brieff erbrechen, Nepos in Hannibale c. 11, quod in Pausania c. 4 *epistolæ vincula laxare* dixit. *Epistolam obsignare; annuli sigillum imprimere epistolæ*, &c. den brieff zusiegeln, Curt. 3 c. 7. ¶ Justinus fere hoc proprium habet, ut plurali numero apud eum *Epistolæ* pro singulari dicantur sicut litteræ. Vide 1, 6, 1. Item 11, 12, 3 *interjecto tempore aliæ epistolæ Darii redduntur.* Et mox § 9 *scribit & tertias epistolas.* Conf. 17, 2, 9, & 20, 5, 12. ¶ Epistolarum nomine rescripta quoque principum & Codicilli atque diplomata veniunt. Nepos Attico cap. 9 *Attici quies tantopere Cæsari fuit grata, ut victor cum privatis pecunias per epistolas imperaret*, &c. Ulpianus de Officio Quæstoris § ult. *Ex his* (Quæstoribus) *sicut diximus, quidam sunt, qui CANDIDATI PRINCIPIS dicebantur, quique epistolas ejus in Senatu legunt.* Paullo ante *libros principales* dixerat. Suetonius quoque Augusto c. 65 *libellos* vocat. Vocabantur & *Orationes*, de quo infra suo loco. Vide Donat. Marcell. ad 3 Annal. Tacit. c. 44, & Casaub. ad Suet. p. 178. Ac hæ Epistolæ ut à familiaribus distinguerentur, *formales* appellabantur. Suetonius Domitiano c. 13 *Pari arrogantiâ cum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic cœpit* &c. *Formales* à formando: quod in vim legis transituræ, majore curâ, & fere de consilii sententia certa aliqua formula conciperentur, ut Torrentius ad Suetonium Domit. c. 20 explicat. Græcis ἐγκυκλίους ἐπιστολὰς vocatas Casaubonus observat. Capitolinus in Antonino simpliciter *Formas* appellat. Nec aliter JCti, ut ibidem observat Casaubonus. ¶ Sed & Pontificum & Episcoporum epistolæ, quibus commendant clericos, & commeatum iis indulgent, *formatæ* appellabantur: de quibus vide Savaronium ad Sidonii lib. 6 epist. 9 extr. & lib. 7 epist. 1. ¶ *Ab Epistolis* dicitur minister vel servus, qui præest epistolis, ein secretar oder schreiber. Memineris autem, in ejusmodi locutionibus, *ab epistolis*, *à pedibus*, semper subintelligi, aliquando vero etiam addi nomen *servus*, vel *libertus*. Frequens hoc in vetustis inscriptionibus: v. g. apud Grut. p. 482 n. 5 T. VARIO CLEMENTI AB EPISTVLIS AVGVSTOR. Et pag. 566 n. 4 AVG. LIB. AB EPISTVLIS. Veteres enim *Epistola* & *Epistula* scripserunt. Vid. Manut. Orthograph.

¶ Epistŏlium, i, ἐπιστόλιον, dimin. ein brieflein. Catull. epigr. 69 v. 2 ad Manlium: *Conscriptum lacrymis mittis epistolium.*
Adde antiquam Inscriptionem apud Manutium Orthograph. in *Epistola.*

¶ Epistŏlāris, e, brieflich; ut, *Epistolaris charta*, schreib-pappier, Martial. in lemmate lib. 14 epigr. 11. Et, *epistolare colloquium*, Augustinus epist. 5 ad Marcellinum sub initium.

¶ Epistolicus, a, um, idem. *Epistolicæ quæstiones*, Gellius lib. 14 c. 7. Usus etiam est in præfatione operis.

¶ Epistolarius, qui epistolam adfert. Salvianus lib. 5 Gub. pag. 174 [110 Baluz.] *Veniunt plerumque novi nuntii, novi epistolarii a summis sublimitatibus missi.*

ĔPISTŎMIUM, i, ἐπιστόμιον, obturaculum, seu æramentum, quod os vasis vel claudit, vel laxat, der hahn am faß, daraus man zapffet. Seneca epistola 86 de luxu Romanorum in balneis: *aquam argentea epistomia funderunt.* ¶ 2. Sed & obturaculum illud, quod ori dolii inseritur idque obstruit, *epistomium* dici potest, der spont, zapff. ¶ 3. Vitruvius lib. 10 c. 13 *epistomia* etiam dixit in canalibus hydraulicis obturacula spiritum vel continentia vel laxantia, ut opus est, wirbel, stöpsel.

Epistrophe; Epistylium, vide *Stropha*, *Stylus*.

ĔPĬTĂPHIUM, i, ἐπιτάφιον, ἐπιτάφιος λόγος, inscriptio monumenti, die grab-schrifft. Cic. 5 Tusc. c. 12 *Quid vero in epitaphio?* Exstant Epitaphia multa erudita, cujusmodi supra retulimus in Chrysolora: atque etiam illud Laurentii Vallæ est:

Nunc postquam manes defunctus Valla petivit,
Pluto non audet verba latina loqui.
Juppiter hunc cæli dignatus parte fuisset;
Censorem linguæ sed timet esse suæ.

¶ Epitaphista, æ, epitaphiorum scriptor, ein grabschrifft-macher. Sidon. 1, 9 *Epitaphistarum neniæ.*

EPITĂSIS, is, ἐπίτασις, exaggerationem significat apud Grammaticos, ut si dicam, *Epitasis est in hac vel illa voce*, diß wort hat etwas wichtiges auf sich, ist mercklich. ¶ In Comœdiis ἐπίτασις pars est illa turbulenta & contentiosa ante Catastrophen. vide *Comœdia*.

Epithalamium, Epithematium, Epithesis, vide *Thalamus*, *Thema*, *Thesis*.

EPITHĔTON, i, ἐπίθετον, appositum ad proprium fere, vel proprietatis, vel explicandi, vel laudandi, vel vituperandi gratia: ut, *Diva Camilla*, *Monstrorum domitor Hercules*, *Æneas pius*, *Thersites Græcorum omnium turpissimus.* Quanquam & aliarum rerum sunt epitheta: ut, *sedula apis*, *leo magnanimus*, *præceps juventa*, *morosa ac difficilis senectus*, &c. Ubi observandum, epitheta poëtica solutam orationem deformare quidem: cujusmodi sunt *auricomus*, *altivolans*, *flammifer*, *luctificus*, *noctivagus* &c. interea tamen (judicio Buchneri de commut. rat. dic. pag. 236) non plane repudiari debere, cum apud castissimos scriptores interdum ejusmodi legantur; e. g. ap. Cicer. lib. 4 fam. epist. 3 *pestifer*. Columell. lib. 7 c. 12 extr. *letifer*, &c. habet. Vide septimam dilatandi rationem in libro secundo Copiæ Erasmi.

Epithymum, vide infra *Thymus*.

EPITITHĬDES, um, ἐπιτιθίδες, suprema membra coronidis, quæ fastigio summo superimponuntur. vide Vitruv. 3 cap. 3, & Baldi Lex. pag. 47.

Epitogium; Epitome, &c. Epitonium, vide *Toga*, *Tomus*, *Tonus*.

EPITOXIS, ĭdis, ἐπιτοξίς, der laufft des armbrusts. Τόξον arcus est. Vitruv. 10 c. 15 de catapultis loquens: *Epitoxidos longitudo* &c. Ita græce susceptivum teli cavum vocant. vid. Baldi Lex. Vitruv. p. 47, & Turnebi Advers. 2 c. 4.

ĔPĬTRĬTUS, i, ἐπίτριτος, pes tetrasyllabus in versu. Epitriti quatuor sunt: primus ◡ – – – *Salutantes.* Secundus – ◡ – – *Concitati.* Tertius – – ◡ – *Communicant.* Quartus – – – ◡ *Incantare.* ¶ De *epitrito numero* vide Gell. lib. 18 c. 14, Vitruv. 3 c. 1, & Salmas. de modo usur. pag. 17.

Epitrochasmus, vide *Trochus*.

EPITUS, i, mons in sinu Thermaico, Plin. 4 c. 10. ¶ 2. Apud Alex. ab Alex. 3 c. 10 per manifestum errorem *Epitus* dicitur, qui fuit Ennius, poëta, qui primus Latinorum Heroica attigit, &c.

ĔPĬTȲRUM, i, ἐπίτυρον, conditura olivæ, cujus rationem explicat Columella lib. 12 c. 47. *Epityrum* apud Plaut. legitur in Milit. a. 1 sc. 1 v. 24. Nomen habet, non quod in eo τυρὸς sive caseus esset; sed quod caseo accederet, sive cum caseo apponeretur. Vide interpretes Plaut.

EPIŪRUS, i, ἐπίουρος, prima notione custos, & deinde paxillus est, cujus usus in rebus compingendis & conservandis, ne dissipentur, ein pflock, nagel. Pallad. 12 tit. 7 de pruno: *oleastri epiurum insige radici.*

EPIZEUXIS, is, ἐπίζευξις, inter figuras rhetoricas vocatur immediata ejusdem vocis repetitio. e. g. *Ah Corydon, Corydon*, &c. Virgil. eclog. 2 v. 69.

EPIZȲGIS, ĭdis, ἐπίζυγις, foramen arcus balistarii, seu locamentum potius balistæ, sive fibula illa ossea, & transversa clavicula, quæ nervum deductum recipit & retinet, die kerbe des armbrusts. vide *Crena*, & Vitruvium lib. 10 c. 17.

EPOCHA, æ, ἐποχὴ, est initium certum aliquod, unde anni numerantur, quod principium etiam *Æra*, rectiùs *Era* appellatur, jahrs-rechnung. Sic Christianorum Epocha à Christo nato, Græcorum ab Olympiadum initio, Romanorum à condita Roma &c. Cum itaque *Epocha* nihil sit aliud, quam regni cujusque aut imperii initium, & temporis quasi retinaculum, quo velut certo & fixo signo continentur historiæ, ne sine meta atque carceribus vagentur, nomen accepit ἀπὸ τοῦ ἐπέχειν, i. e. sistendo, vel cohibendo, aut denique remorando. vide Epochas collectas a Jos. Scalig. lib. 6 de Emend. temp.

Epōdus, vide infra *Oda*.

ĔPŌMIS, ĭdis, ἐπωμὶς, vestimenti genus brevioris, quod humeris injicitur, quasi dicas *Superhumerale*, eine kurtze reiter-kappe, ein weiber-mantel, gefütterter kragen, schaube. Polluci lib. 7 c. 13 in vestimenti quoque generibus ἐπωμὶς est. ¶ Idem etiam lib. 2 c. 4 n. 29 & 31 in partibus scapularum & manuum numerat ἐπωμίδα.

Epona, vide *Hippona*.

ĔPOPS, ŏpis, ὁ ἔποψ, ein wiedehopff. Pollux lib. 5 c. 13 n. 2 de avium vocibus: ἔποπας ποπίζειν, *upupas popissare*, scil. εἶπος, *dices*. Prov. *Epops cum cygno, pica cum luscinia certat*, ein ungleich paar. vid. Chiliad.

ĔPOPTA, æ, plur. Epoptæ, qui ad ipsa sacra interiora Cereris admissi, *majora*, quæ dicebantur, *mysteria* tractabant: *mystæ* enim sive *initiati* in *minoribus* dediti intra vestibulum consistebant. Vide Scalig. ad lib. 3 Tibull. & lib. 5 de Emendat. tempor. nec non Casaub. ad Athenæum. De Epoptis Eleusiniorum vide etiam Tertullianum, principio libri contra Valentinianos.

¶ Epopticus, a, um; ut, *Disputationes epopticæ*, quas Chalcidius in Timæum Platonis *naturalibus* opponit. Vide eum p. 220 & 370.

ĔPOS, neut. in gen. *Epeos*, ἔπος, proprie carmen Heroicum: Martial. ad Tuccam lib. 12 epigr. 94

Scribebamus epos, cœpisti scribere, cessi.

¶ Hinc *Epicus*, ἐπικὸς, ut, *Epicus versus*, hexameter; quem *longum* Ennius vocat. *Poëta epicus* Ennius dicitur a Cicerone de opt. gen. Orat. c. 1. Sed Quintilianus lib. 10 c. 1 *Stesichorus epici carminis onera lyra sustinet*, id est, ad naturam heroicæ poëseos accedit. Diomedes, vetus grammaticus, lib. 3 p. 493, *Versus Heroicus diversis vocabulis appellatur. Idem enim & Hexameter, vel Pythius, vel Epicus, vel Priapéus, & Bucolicus vocatur.*

Epostracismus, Epoto, Epotus, vide *Ostrea*, *Poto*.

ĔPŪLIS, ĭdis, ἐπουλίς, excrescentia gingivæ, caruncula inter dentes gingivis enata, das fleisch zwischen den zähnen, Cæl. Rhodig. lib. 4 c. 1.

ĔPŬLUM, i, solenne & publicum convivium, sive in dedicatione templi, sive in triumpho, sive in funere, sive ludorum caussâ, quale apud Romanos exhibebant Imperatores, ein panquet, gasterey, herrlich mahl. Cic. in Vatin. c. 12 extr. *Epulum funebre*, ein trauer-essen; Plinio lib. 20 c. 11 sunt *defunctorum epulæ ferales*. Suet. Cæs. c. 38 *Adjecit epulum ac viscerationem, & post Hispaniensem victoriam duo prandia.* Vbi non frustra *Epulum* & *Prandia* distinguit. Nam *Epulum* ad magistratus & senatum, [unde & inter senatorum privilegia erat jus epulandi publice, de quo idem Suet. August. c. 35,] *Prandia* ad populum pertinebant. Idem Tiberio c. 20 *Prandium dein Pop. mille mensis, & congiarium trecenos nummos viritim dedit.* Itaque cum Idem Julio c. 26 scribit: *Munus populo, epulumque pronunciavit in filiæ memoriam:* non ita accipiendum, ut munus, sive spectaculum gladiatorium cum epulo promiserit populo; sed quod spectaculum seu ludos populo, magistratibus autem & senatui epulum pronunciaverit. Celebrabantur autem hæ epulæ de die, hoc est, meridie, horâ quinta aut sexta, cum prandere aliàs solebant, de quo Salmasius ad Vopiscum. Juvenal. sat. 3 v. 229 *Vnde epulum possis centum dare Pythagoreis.*

¶ Epulæ, arum, plurale, allerley kost und speise, vide Vall lib. 4 c. 23. *Lautæ, lautiores*, Statius 1 Silv. 6 v. 32. *solennes epulæ*, Tacit. Ann. 1 c. 50. *epulis accumbere*, Virg. 1 Æn. v. 79. *Mensæ conquisitissimis epulis exstructæ, instructæ*, Cicer. in Tuscul. lib. 5 c. 21. *Adhibere fides ac tibias veterum Romanorum epulis moris fuit*, id est, conviviis, Quintil. 1 c. 10. *Adire epulas*, Ovid. lib. 1 Am. eleg. 4 pr. zu gaste gehen. ¶ *Epulam* antiqui etiam singulariter posuere, teste Festo Pompejo.

¶ Epularis, e, adject. ut, *Epulare sacrificium*, Cic. 3 de Orat. c. 8. *epularis dies*, Sueton. Domit. c. 13, ein gasttag. *Accubatio epularis*, Cic. de Senect. c. 13. *Epularis sermo*, id est, convivalis, gast-gespräch, Apulej. lib. 2 p. 123. ¶ *Epulares* appellabantur, qui in quibusdam ludis nocte epulabantur. Fest.

¶ Ĕpŭlo, ōnis, conviva, ein gast, zehrer, schlemmer. Apulej. lib. 2 Milef. *Frequens ibi numerus epulonum, &, utpote apud primatem fœminam, flos ipse civitatis.* ¶ 2. Epulones Romanis etiam erant, ut Festus auctor est, qui epulas indicendi Jovi cæterisque diis potestatem habebant. His epulis ordinandis (lectisternia vocabant) qui præessent, initio *Triumviri Epulones* dicti. Cicero 3 de Orat. c. 19 *Vt pontifices veteres, propter sacrificiorum multitudinem, tres viros Epulones esse voluerunt, cum essent ipsi a Numa, ut etiam ludorum epulare sacrificium facerent, instituti:* &c. Adde Livium lib. 33 c. 42. Postea facti *Septemviri*. Vetus Inscr. ap. Grut. p. 227 n. 1 Augusto dedicata: SACERDOT. BONAE DEAE ET COLLEG. VII. VIR. EPVLON. Et Plin. 2 epist. 11 *Septemvir epulonum*, est aliquis e collegio eorum, qui sacris epulis prospiciebant.

¶ Epulonus, i, idem. Apul. 9 Met. *inter epulonos caseum dividere.*

¶ Coëpulonus, i, ein tisch-genoß, mitesser. Apud Plautum est Persa a. 1 sc. 3 v. 20 *te coëpulonus compellat tuus.*

¶ Epulonius, a, um, wollüstig, schmaussend. Scriban. de pass. Christi c. 18 *Magis diligere breves epulonios dies, quam breves jejunos Lazari.*

¶ Epŭlor, atus sum, ari, convivari, gasterey halten, panquetiren, schmaussen. Livius 24 c. 16 *in publico epulari*, ein öffentlich wolleben begehen. Nep. in Pausan. c. 3 *Epulari luxuriosius*. Cic. lib. 5 ad Attic. epist. 9 *Saliarem in modum epulari.* ¶ 2. Transitive, comedere, essen. Seneca Thyeste v. 750 *Avibus ferisque epulandum aliquem trahere*, einen für die hunde und vogel werffen; quod passivum arguit etiam active cum quarto casu componi posse, ut, *carnem humanam epulāri*, Hyginus dixit fab. 125. Alias neutrum est, uti ex superioribus liquet; & Tacitus 3 Hist. c. 38 *epulari apud aliquem*, bey einem zu gaste seyn.

¶ Epulatus, a, um, der da gessen hat. Cic. Tusc. 1 c. 47 *Epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse.*

¶ Epulatio, ōnis, ἑστίασις, gastierung. Colum. lib. 12 c. 3 *quæ ad mensam quotidianam aut epulationem pertinent.*

¶ Epulaticius, a, um, qui epulis dat operam, schmaussend, Gloss. Isid.

¶ Epulator, ōris, idem qui epulo, Augustino tribuitur; & hinc

¶ Epulatorius, a, um, quod aptum est, ut in epulis comedatur, zur speise tüglich.

Eques, Equestris, Equidem, Equiria, Equiso, Equito, &c. quære in *equus*, & *quidem*.

ĔQUUS, i, ein pferd. *Acer, generosus, arduus, asper, bellator, spumans, anhelans*, &c. Poëtarum epitheta sunt. *Equus candidus*, ein schimmel; *ater*, ein rapp. *Spadiceus, puniceus, bajus*, braun. *Gilvus*, faal. *Scutulatus, maculosus, discolor, varius*, schäcke. *Rufus*, ein fuchs. *Equus macie corruptus*, ein dürres pferd. *Frenatus, paratus*, das fertig gemacht. *Durior oris equus*, Ovid. lib. 2 Amor. eleg. 9 v. 30, ein hartmäulig pferd. Equi Solis ab Ovidio numerantur *Pyroïs*, rubens, *Eous*, candicans, *Æthon*, coruscans, *Phlegon*, nigricans. Vide de singulis suo loco. *Equo vehi*, Cic. 2 Divin. c. 68, reiten. *In equum ascendere*, Idem de Senect. c. 10. *Insilire in equum*, Livius lib. 6 c. 7, aufsitzen. *Equo insidere*, Aur. Victor in Fabio Rulliano. *Equum incitare*, Cæs. 4 B. Gall. c. 24, anstechen. *Equum concitare in aliquem*, Nepos in Pelopidâ c. 5 n. 4. *Equo concitato vehi*, Idem in Datame c. 4 n. 5, rennen. *Equo gestari*, Martial. lib. 1 epigr. 13. *Equo sedere*, &, *equum sedere*, reiten. Spartianus Adriano c. 22 *Sederi equos in civitatibus non sivit.* Et, *In equo ire.* Ovid. lib. 5 Trist. eleg. 7 v. 14

Per medias in equis itque reditque vias.

Equo desilire, vom pferde springen, absteigen: quod & honoris habendi caussa fiebat; de quo Lipsius 1 Elector. c. 21. *Equus exultat*, das pferd springet: *calces remittit*, es schlägt aus, Nepos Eumene c. 5 n. 5. *Equo mereri*, zu roß dienen, vide *Mereo*. *Adducere equum*, anhalten, die zügel anziehen. *Admittere equum*, lauffen lassen. *Avertere equum*, wenden. Ovid. de arte lib. 3 v. 785

Tu quoque, cui rugis uterum Lucina notavit,
Vt celer aversis utere Parthus equis.

Equo vehi, ad superbiam interpretatus est Plato. Et habet revera id aliquid speciei ac dignitatis. Vnde nec omnibus ire in equis, per urbes puta & civitates, licuit. Quo illud Claudii pertinet, de quo Sueton. ejus vita c. 25 *Viatores ne per Italiæ oppida, nisi aut pedibus, aut sellâ, aut lecticâ transirent, monuit edicto.* Torrentius quidem hic respexisse Claudium putat, ne viæ corrumperentur: Ego vero eò, quo dixi, retulerim, atque id civitatum honori crediderim datum. Sane prohibuisse Hadrianum & Marcum Philosophum, equis atque vehiculis uti in civitate, Spartianus & Capitolinus eorum vitis testantur; & in Aureliano Vopiscus: *Invidiosum*, inquit, *erat, vehiculis in civitate uti.* Etiam Valentinianus & Valens Impp. nonnisi certis & honoratis personis usum equorum concesserunt, de quo Cod. Theod. L. 9 tit. 30 legere est. Vide de Equis Plin. lib. 39 c. 42, & Lips. Epist. Cent. 3 ad Belgas epist. 56. Ph. Caroli ad Agell. p. 203 seqq. ¶ *Equus Trojanus* a Cicerone aliquoties pro insidiis occultatis & periculo præsenti usurpatur, vide *Dureus* vel *durateus*: [Homer. de eo agit Odyss. θ. v. 500 seqq. ubi Demodorus Trojæ ruinam coram Alcinoo canit.] Ceterum de equo Trojano, cujusmodi fuerit, Plin. lib. 7 c. 56 sic: *Equum, qui nunc aries appellatur, in muralibus machinis Epeum ad Trojam invenisse dicunt.* Conf. Barth. ad Statii Silv. pag. 17, 18. *Equis & quadrigis*, &, *Velis equisque*, &c. locutiones sunt proverbiales, pro eo, quod est omni conatu, dem höchsten vermögen nach. Cic. Off. 3 c. 33 *Cum his viris equisque, ut dicitur, si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum est.* Conf. Flor. 2, 7, 8, & Parei Lex. Crit. p. 420. Apul. lib. 7 Miles. *Equi rivalem summo furentes persequuntur odio. Hic elatis in altum vastis pectoribus, arduus capite, & sublimis cervice, primoribus in me pugillatur ungulis: ille terga pulposis torulis obesa convertens, postremis velitatur calcibus; alius hinnitu maligno comminatus, remissis auribus, dentiumque candentium renudatis hastis totum me commorsicat. Sic apud Historiam de Rege Thracio* (Diomede) *legeram, qui miseros hospites ferinis equis suis lacerandos devorandosque porrigebat.*

¶ Equa, æ, eine stute, mutter-pferd. *Trima equa*, Horat. 2 od. 16. De equabus Lusitanicis Favonio flante concipientibus Varro lib. 2 c. 1, Columell. lib. 6 c. 27, Plin. lib. 7 c. 42, Silius 3 v. 380.

¶ Equŭleus, i, dimin. &

¶ Equulus, i, utroque enim Cicero utitur, pullum significat aut parvum

vum equum, ein füllen, ein röſſichen, ut lib. 2 de Nat. Deor. cap. 14 *Omnia in perfectis & maturis meliora; ut in equo quam in equulo,* &c. Idem 6 Verrin. cap. 20 *& in his equitabit equuleis.* ¶ 2. Et equuleus tormenti genus eſt, *Eculeo imponi,* (nam Equuleus & Eculeus ſcribitur) Curt. lib. 6 c. 10 n. 10, auf die leiter geſpannet werden. *Quæſtio in eculeo* eſt, cùm vi tormentorum veritas eruitur, eine peinliche frage, folter, Cicer. pro Milon. cap. 21 extr. vide Juretum ad Paullinum de vita B. Martini lib. 5 v. 47, & S. Hieronym. epiſt. 49 ad Innocent. de muliere ſepties ictâ, Turneb. lib. 15 Adverſ. c. 16, Brod. lib. 2 c. 9, Barth. ad Stat. Silv. p. 175. Erat nimirum ſtipes, cui velut equo noxii imponebantur, & fidiculis ſive nervis ac chordis, quæ eculeo ſemper annexæ erant, extendebantur, ita ut illa tortura oſſium compago divelleretur. Seneca epiſt. 8 *Eculeo longior factus.*

¶ Equula, & Equila, æ, ein mutter-pferdlein. Plaut. Ciſt. a. 4 ſc. 2 v. 88 *adhinnire equulam* &c. admiſit cum Lambino Pareus, omiſit Taubm. quém vide p. 466. Varro apud Nonium c. 2 n. 290 *aſinus, qui ſuam ſaliat equilam.*

¶ Equīle, is, equorum ſtabulum, ein pferdſtall, Cato R. R. cap. 14.

¶ Equīnus, a, um, adject. vide ſupra: *Caudæ equinæ pilos vellere,* Horat. lib. 2 epiſt. 1 v. 45. Et, *Juba equina,* die måne, Plin. 2 cap. 25; *ſeta,* pferde-haar, Cicer. Tuſcul. 5 cap. 20.

¶ Equarius, a, um, zum pferden gehörig, adject. & ſubſt. Solinus cap. 57 [al. 45] de Bucephalo: *Cum ab equario ſuo etiam molliter ſederetur: accepto regio ſtratu, neminem unquam alium, præter dominum, vehere dignatus eſt,* id eſt, Equiſo, ein ſtall-knecht. Varro præfat. lib. 2 de Re Ruſt. *Pecuarias habui grandes, in Apulia oviarias, & in Reatino equarias,* ſubaudi *res,* ſtuterenen. *Equarius medicus,* Val. Max. lib. 9 cap. 25 n. 2, ein pferd-artzt. Gloſſ. gr. lat. *ἱππονομεὺς, equarius, equi paſtor.*

¶ Equīria, orum, thurnier, ritter-ſpiel. Ovid. 2 Faſtor. v. 859

Ex vero poſitum permanſit Equiria nomen.

Tertullianus de Spectac. cap. 5 *Equiria Marti Romulus dixit.*

¶ Equīſo, ōnis, ein roßhirt, reitknecht, bereuter. Val. Max. 7 cap. 3 ext. 2 *Darius acumine equiſonis ſui proſperum exoptatæ rei effectum aſſecutus eſt.* Vſus aliquoties Varro eſt apud Nonium: v. g. *equiſo doceat tolutim,* c. 2 n. 288.

¶ Equitium, i, armentum equorum, ſtuterey. Vlpianus Lege 1 § ult. Dig. de rei vindicat. *Idem de armento, & de equitio, cæteriſque, quæ gregatim habentur, dicendum eſt.* Adde Leg. 12 § 4 de uſu & habitatione.

¶ Equitiarius, i, qui præeſt equitio, ein roß-tåuſcher. Julius Firmicus lib. 8 Aſtrol. cap. 13 *Centauro oriente qui natus fuerit, aut erit auriga, aut equorum nutritor & cultor, vel eorum exercitator, aut mulomedicus, vel equitiarius.* Gloſſ. lat. gr. *Equitiarius, ἱπποκόμος.*

¶ Eques, ĭtis, ein reiſiger, reiter. Proprie, homo inſidens equo. Plaut. Mil. a. 2 ſc. 5 v. 54 *neque eques neque pedes.* Prov. *Eques equitare novit & cantor canere.* ¶ Notandum autem, *equitem* tam hominem inſidentem equo, quam equum ipſum notare: de quo Gellius lib. 18 cap. 5, & Philarg. ad Virg. Georg. 3 v. 116. Inde Horat. epod. 16 v. 11

& urbem
Eques ſonante verberabit ungula.

Vbi *eques* equus eſt ab equite inſeſſus. Neque enim equiti ungula eſt, qua verberet ſolum urbis, niſi forte per *ungulam* ſubintelligas ungulam equi. Sed & Minucius Felix Octavio cap. 7 *Teſtis & Curtius, qui equitis ſui vel mole vel onere hiatum profundæ voraginis coæquavit.* Neque audio hic Wowerium *Equitis* in *equi* commutantem. Vt neque illos, qui apud Cæſarem lib. 2 de Bell. Civ. cap. 39 pro, *Capti homines equiteſque producebantur: Capti homines equique* &c. reſcripſit. ¶ Elegans quoque ſynecdoche eſt, cum *Eques,* ſingulari numero, pro equitatu ſeu equeſtri exercitu ponitur, quod etiam in *Pedes* obſervatur, & in *Miles.* Tacitus 1 Annal. cap. 60 *ſimul pedes, eques, claſſis, apud prædictum amnem convenere.* Sic & Florus 2, 6, 13, & 3, 17, 4. ¶ Eques & ordinem Senatorio proximum Romæ denotat. Alii horum dicti *Illuſtres, inſignes, ſplendidi:* quibus velut opponebantur, quos Tacit. 1 Annal. cap. 73 *modicos* dixit. Vide Lipſium ad Tacitum pag. 263, & infra in *Splendidus.* Sed unà conjunge Ryckium in Taciti 2 Ann. cap. 59, 4, qui Lipſii ſententiam refutat. De *tranſvectione Equitum & Equo eorum publico,* Suet. Auguſt. cap. 38 & ſeq. & ibi Caſaubonus atque Torrentius: itemque Lipſius de militiâ Romana lib. 1 dial. 5.

¶ Equeſter & Equeſtris, equeſtre, quod pertinet ad equitem, reiſig: ut, *Ordo equeſtris,* qui medius erat, inter patricios & plebem, Plin. lib. 33 cap. 1. Sic Cicero pro Plancio cap. 35 extr. *Aderat mecum cunctus equeſter ordo.* Idem pro Roſc. Am. cap. 48 *equeſtrem ſplendorem* dixit. Nepos 25, 1, 1 *equeſtrem obtinere dignitatem.* vide ibi interpretes. ¶ 2. equo militans: ut, *Copiæ equeſtres,* Cic. 2 de Fin. cap. 34, die reuterey. *Equeſtris pugna,* Idem in Verr. 6 cap. 55. *Equeſtris militia,* quæ equo obitur: item, quam loco equeſtri nati obire ſolent, licet in pedeſtri acie conſtituti: ut erat *Præfectura caſtrorum, Tribunatus* &c. vide ſupra in *Cohors.* Conf. Herm. Hugonem hâc de re ex inſtituto.

¶ Equeſtria, um, Seneca lib. 7 de Benef. cap. 12, ordines dixit 14, in quibus equites ſedebant, die ritter-ſtånde. Erant autem in theatro hi ordines. In circo enim promiſcuè ſpectabant usque ad Neronem, qui mutavit. Lege Sueton. Neron. cap. 11, & ibi Torrentium. Pro *in Equeſtribus* ſeu *quatuordecim ſpectare,* dicitur & *in Equite ſpectare.* Vide infra in *Senatus.*

¶ Equio, ire, equarum eſt, låuffig oder reitbar ſeyn. Plin. 10 cap. 63 *Equas domitas 60 diebus equire.*

¶ Equĭto, avi, atum, are, equo inſidere, equo uti, reiten. Horat. 2 Serm. ſatyr. 3 v. 248

Ludere par impar, equitare in arundine longa.

¶ Equĭtātus, ûs, equitum exercitus, die reiterey, cavallerie. *Inſtruere aliquem equitatu, peditatu, copiis,* Cicer. in Philipp. 5 cap. 2. *Valere equitatu,* Nep. in Eumene cap. 3 extr.

¶ Equĭtātio, ōnis, das reiten. *Equitationem utiliſſimam eſſe ſtomacho,* Plinius ſcribit lib. 28 cap. 4. Quin omnium exercitationum, quæ ad futurum regem ſpectant, habetur præcipua equitandi ratio: quæ in pace jucunda, in bello autem non modo utilis, verùm etiam perquam neceſſaria.

¶ Equitabilis, e, bequem zu reiten. Curtius lib. 4 c. 9 n. 10 *equitabilis & vaſta planicies.*

¶ Equifĕrus, i, equus ferus, ein wild pferd. Plinius lib. 28 cap. 10 *De equiferis non ſcripſerunt Græci, quoniam terræ illæ non gignebant.* Et cap. 13 *Suſpirioſis efficax eſt potus equiferorum ſanguinis.*

¶ Equimulga, æ, vel Equimulgus, i, ein pferd-melcker. Sidon. 4. 1 *Equimulgæ Geloni.* Alii legunt *Equimulgi.*

¶ Equisētum, i, herba, cauda equina, roßſchwantz, kannen-kraut. Plin. 26 cap. 13. Vocatur & *Equiſelis* Plin. 18 c. 28.

Compoſita cum præpoſ.

¶ Abĕquĭto, are, wegreiten. *Prætores pavidi abequitabant Syracuſas,* ſie renneten in vollen ſchrecken nach Syracuß, Livius lib. 24 cap. 31.

¶ Adequĭtare, herzu reiten, hinan reiten. Livius lib. 9 cap. 22 *Ægre ferens, quò tam ferociter adequitaſſet, inde ſe fundi fugarique.* Plin. lib. 15 cap. 18 *Collinæ portæ adequitans Hannibal.* Curtius lib. 4 cap. 9 n. 23 *Jam perarmatos adequitare cœpit.*

¶ Circŭmequitare, um etwas herum reiten. Livius lib. 10 cap. 34 *circumequitare mœnia atque explorare omnia jubet.*

¶ Coëquitare, miteinander reiten, vulgo citatur ex Livii lib. 37 cap. 18, ubi Aldus & æqualis ei Scheferus Moguntinus ediderunt: *coëquitaverunt autem ſex millia equitum:* Frobenius autem, & Gruterus, ac Gronovius, *cum equitatu: erant autem VI millia equitum.*

¶ Inequitare, einher reiten. Apulejus lib. 6 p. 177 *Aurorâ commodum inequitante, vocatæ Pſychæ Venus infit talia.* Ita Elmenh. & Pric. ¶ 2. Eſt & inſultare, zu halſe gehen. Macrob. Sat. 7 c. 15 *audet inequitare philoſophiæ.*

¶ Inequitabilis, e, da man zu pferde nicht fortkan. *Imber campos lubricos & inequitabiles fecerat,* Curt. 8, 14, 4.

¶ Intĕrequitare, mitten inne, zwiſchen inne reiten. Livius lib. 6 cap. 7 *ordines interequitans;* add. lib. 34 cap. 15, & lib. 35 cap. 5.

¶ Ŏbequitare, umher reiten. Livius 23 cap. 46 *Cum obequitaſſet hoſtium turmis.* At cum quarto caſu Curtius 3, 10, 4 *cum agmen obequitaret.*

¶ Pĕrequitare, durchreiten. Cæſar 4 Bell. Gall. cap. 33 *per omnes partes perequitant.* Livius lib. 23 cap. 47 *Claudius cum ex via longe perequitaſſet.*

¶ Prætĕrequitare, vorüber reiten. Liv. lib. 3 cap. 61 *Pleroſque à caſtris avertunt, prætérequitanteſque abſterrent.*

Eradico, Erado, quære in *Radix, Rado.*

ĔRĂNOS ſive Eranios, gemma, Jaſpis borea, Agricolæ, aliis ἴασπις ἀκρίζουσα, ein türkiß. ¶ *Eranos* etiam collecta, ſive collatio publica dicebatur: quâ voce Plinius uſus lib. 10 epiſt. 93 & 94, ubi vide Buchnerum.

ĔRANTHĒMON, i, ἠράνθημον, herba, ſic dicta, quod floreat vere, Plin. 22 c. 21.

ĔRĂSINĀDES, is, dux quidam, ut Suidas refert, Arginuſam obſederat. Infeliciter autem pugnatum eſt, ad internecionem extinctis cùm aliis, tum ipſo duce. Hinc vulgo de eo, cui res undiquaque male procedunt, dicitur: *Militavit cum Eraſinade.* v. Adag.

ĔRĂSISTRĂTVS, i, Ἐρασίστρατος, Medicus eximius, ex Ariſtotelis familia natus, in quem ſæpius invehitur Galenus. Meminit ejus multis in locis Plinius, qui & centum talenta in munus à Rege Antiocho accepiſſe eum, quod morbum ipſius ſanaſſet, prodidit. Hic primus cum Herophilo Anatomiam inſtituit. Vide ſupra in *Anatomia.*

ĔRĂTO, Eratûs, Ἐρατὼ, una Muſarum, ab amore nomen habens, quod præſit potiſſimum his, qui heroum amores canunt. Virg. Æn. lib. 7 v. 37

Nunc age, qui reges, Erato, quæ tempora rerum, &c.

ĔRĂTOSTHĔNES, is, Philoſophus & Poëta Cyrenæus, ex quo Stobæus ſerm. 44 citat, *οἶνός τε πυρὶ ἴσον ἔχει μένος,* &c. *Vinum igni æqualem habet vim.* Et refutat opinionem ejus, quod ante ſeptennium erudiri in litteris, inutile eſſe cenſuerit, Quintilianus lib. 1 cap. 1.

Ercinia, Erciſco, & Erctum, quære in *Hercynia & Herciſco.*

ĔRĔBINTHVS, i, legumen eſt flatuoſum, copioſi nutrimenti, alvo movendæ habile, ciendæ urinæ idoneum, lacti & ſemini ingenerando aptum. Galen. ¶ 2. Hinc Bacchi cognomen *Erebinthus,* & Heſychio *ἐρεβίνθινος διόνυσος, nullius rei homo* eſt. v. Eraſm. in Adag. ¶ 3. Eſt & *Erebinthus* inſulæ nomen, Plin. 5 c. ult.

ĔRĔBVS, i, ἔρεβος, orcus, inferi, die hölle. Virgil. Æn. 6 v. 247

Cæloque Ereboque potentem.

¶ Erĕbēus, a, um, ἐρέβειος, adject. Ovid. in Ibin v. 227

Pectoraque unxerunt Erebeæ felle colubræ.

ERECHTEVS, i, Rex Athenienſis, cujus filiæ virgines mortem pro patria contempſiſſe dicuntur. v. Cic. pro Seſt. c. 21, item de Fin. 5 c. 22, & Tuſc. 1 c. 48.

¶ Erechtēus, a, um, adject. ut, *Erechteæ arces,* i. e. Athenæ Erechteo olim regnatæ; ita legit Heinſius apud Ovid. Met. 8 v. 547. *Erechteum litus,* Val. Max. 6, 1 ext. 1.

Erectio, Eremigo, Eremodicium, vide *Rego, Remus, Eremus.*

ĔRĒMVS, i, ἔρημος, ſolitudo, deſertum, die einöde, wüſten. Revera adjectivum eſt. Itaque quando in fœminino uſurpamus, id *κατ' ὑπόνοιαν* fit. Tum enim integrè ἔρημος γῆ, vel χώρα. Poſſim itaque & in maſculino uti, ſi τόπος, locus ſubintelligitur. In fœminino *Eremum habitari cœptam* B. Hieronymus dixit in vitâ Paulli princ. Eſt enim vox hæc eccleſiaſticis, quam aliis, uſitatior.

¶ Erēmīta, æ, ein wald-bruder, einſiedler. Primus in Ægypto eremita fuit Antonius, vitæ monaſticæ ſeu ſolitariæ auctor ſub annum Chriſti 400, quemadmodum ex ſcriptoribus Eccleſiaſticis conſtat. Sed verius id Paullo Thebæo tribuitur: quod & S. Hieronymus comprobat, quem vide in vita Paulli. Quid *Eremitæ & Anachoritæ* differant, vide ſupra in *Anachorita.*

¶ Erēmĭtis, ĭdis, fœm. die einsiedlerin. Sidonius lib. 9 epist. 3 *Palæstra congregationis eremitidis.*

¶ Eremicŏla, æ, idem qui Eremita.

¶ Erēmodicium, i, ἐρημοδίκιον, ab ἐρήμη δίκη, vadimonium desertum, vel caussæ desertio, absentia seu negligentia partium facta, ablassung von der sache, versäumung des termins. Bud. Erasmo est ἐρημοδίκιον, cum altera parte absente fertur sententia, wenn im aussenbleibendes einen parts im rechten procediret und gesprochen wird. Vid. Proverb. ἐρημοδικία, *deserta caussa.*

Erepere, Ereptare, Ereptio, quære in *repo, rapio.*

ĔRES, ēris, erinaceus est, ein igel, Nemesiano in Cyneget. v. 57

Implicitumque sinu spinosi corporis erem
Ferre domum.

Ubi Barthius monet, aliud sibi non subire hujus vocis exemplum. Adde Reinesium lib. 2 Var. Lect. cap. 8 p. 185, & confer, quæ infra in *Erinaceus* dicentur.

ERGA, præpositio, in, gegen, adversus. Terent. in Heaut. a. 1 sc. 2 v. 15 *Timet omnia, patris iram, & animum amicæ, erga se ut sit, suæ.* Cic. de Amicit. cap. 16 *Affecti erga amicum simus eodem modo, quo erga nosmetipsos*, wir sollen gegen einen freund gesinnet seyn, als gegen uns selbst. *Erga aliquem odium suscipere*, Nepos Datame cap. 10 extr. ¶ 2. gegen über. Plaut. Trucul. a. 2 sc. 4 v. 52 *Quæ modò erga ædes habet*, die gegen über wohnt.

ERGASTĒRIUM, i, ἐργαστήριον, locus, ubi aliqui operantur, officina opificum mechanicorum, & taberna, in qua merces venduntur, eine werckstatt, handelsstätte. v. l. 2 C. de episc. & Cler. l. 9 C. de oper. publ. &c. Conf. Isidor. 15 c. 16. Hinc

¶ Ergastŭlum, i, carcer rusticus: locus quippe in agris, ubi servi ad faciendum opus vincti attinebantur, ein zuchthauß, nothstall. *Ergastuli mancipia*, Colum. 1, 8, & 11 cap. 1. Horum historiam prolixe persecutus Lipsius est lib. 2 Electorum cap. 15, quem vide: & Pignorium Comment. de Servis p. 257. Ipsa vox græcæ originis, non græca tamen; Flexu enim à ratione græca abit. Nam cùm ab ἐργάζομαι sit, ἐργαστήριον vel *ergasterium* dici debebat: quod nunc *ergastulum* dicitur terminatione latina. Græci vero ἐργάστωνας vocant, quod ad Suetonii Augustum observat Casaubonus pag. 71. Apulejus Apol. *Quindecim liberi homines, populus est: totidem servi, familia: totidem vincti, ergastulum.* Brutus Ciceroni lib. 11 epist. 13 *Quacunque ivit, ergastula solvit*, er hat die gefangenen loßgemacht. Juven. satyr. 14 v. 24

Quem mire afficiunt inscripta ergastula, carcer
Rusticus?

¶ 2. Sunt & *nautica ergastula*, galeen.

¶ Ergastŭlus, i, mancipium in ergastulo, ein gefangener: Nonius c. 5 n. 102 etiam de ipso custode interpretatur, qui Columellæ *Ergastularius* dicitur: malè, Lipsio judicante.

¶ Ergastularius, i, subst. qui ergastulo & mancipiis præest; ein stock-meister, zuchtmeister. Columella lib. 1 cap. 8.

¶ Ergastularius, a, um, adject. ad ergastulum pertinens, gefänglich. Ammianus lib. 14 extremo: *Eunus quidam, ergastularius servus, ductavit in Sicilia fugitivos.*

¶ Ergastularis, e, idem. Sidon. 7, 9 *in tenebris ergastularibus constitutus.*

ERGĂTA, æ, ἐργάτης, machina tractoria, ein hebzeug, wellbaum, apud Vitruv. 10 c. 4. v. Baldi Lex. p. 48.

ERGO, conjunctio illativa vel collectiva, *igitur*, derowegen, darum: noti usûs. ¶ 2. Sed in his locutionibus, *illius ergo venimus*, &c. Virgil. 6 Æn. v. 670, &, *Donari virtutis ergo benevolentiæque*, Ciceroni de opt. gen. Orat. cap. 7 idem significat, quod *illius gratia*, dessenthalben, der tugend wegen. *Peregrinatio religionis ergo*, wahlfarth. ¶ 3. Aliquando & pro *deinde* ponitur. Propert. lib. 3 eleg. 3 v. 27

Hîc erat affixis viridis spelunca lapillis,
Pendebantque cavis tympana pumicibus.
Ergo Musarum & Sileni patris imago
Fictilis, & calami, Pan Tegeæe, tui.

¶ 4. Item, pro *At, atverò.* Albinovanus de obitu Mæcenatis v. 113

Redditur arboribus florens revirentibus ætas:
Ergo non homini, quod fuit ante, redit.

Ad quem locum alia exempla Scaliger notat. ¶ 5. Apud Plautum etiam quibusdam in locis *ergo* pro *meritò*, exponunt nonnulli: in quibus & Servius est ad illud Virg. ecl. 5 v. 58

Ergo alacres silvas & cætera rura voluptas
Panaque Pastoresque tenet.

Nec aliter usus Terentius Heauton. a. 2 sc. 4 v. 18 *Ergo, mea Antiphila, tu nunc sola reducem me in patriam facis.* ¶ Aliquando nihil ferme significat, & tantum continuandæ narrationi inservit, quemadmodum & τὸ *igitur* poni solet. Priscianus lib. 17 *Similiter* NAM, ENIM, ERGO, *non solum caussales, vel rationales, sed etiam completivæ, & confirmativæ inveniuntur, & præpositivæ & subjunctæ, quomodo δὴ apud Græcos.* Virgilius Ciri v. 29

Ergo Palladiæ texuntur ordine telæ.

Gratius Cyneget. v. 104

Ergo illam primis nemorum Dea finxit in annis.

¶ *Ergo igitur* pro *ergo*, per pleonasmum optimis scriptoribus usurpatum, apud Plautum Trinum a. 3 sc. 3, & Apulejum aliquoties; v. g. lib. 1 Miles. post initium: *Ergo igitur inefficaci celeritate fatigatus, commodum vespera oriente ad balneas processeram.* Vide plura exempla in Indice Elmenh.

ERGŎLĂBUS, i, ἐργόλαβος, operarius, qui opus aliquod faciendum conducit, apud JCtos. v. Justin. t. de Monop.

ĔRĪCA, æ, & Erīce, es, & Erix, icis, ἐρείκη, fruticulus non multum differens à *myrica*, heyden. Plin. 24 cap. 9.

¶ Ericæus, a, um, adject. ut, *Mel ericæum*, wald-honig, Plin. lib. 11 cap. 16 pr.

¶ Ericētum, i, locus abundans ericis.

ĔRICHTHO, ûs, Ἐριχθώ, mulier Thessala suis veneficiis famosa, Lucan. lib. 6 Pharsal. v. 508 seq. & Ovid. epist. Sapphûs v. 139

Illuc mentis inops, ut quam furialis Erichtho
Impulit.

ĔRICHTHŎNIUS, i, & Erichtæus, i, Vulcani filius, ab ἔρις, lis, & χθών, terra, quasi de terra & lite procreatus, artis aurigandi inventor. Virg. 3 Georgicorum v. 113

Primus Erichthonius currus, & quattuor ausus
Jungere equos.

Herodotus γηγενῆ nominat, Hyginus *Heniochum.* Conf. Augustin. de C. D. lib. 18 cap. 12.

ERĪCIUS, i, idem Erinaceus, ein igel. Glossæ Philoxeni: ἐχῖνος, *ericius.* ¶ 2. Metaphorice machina est militaris, trabs videlicet, prominentibus ferreis aculeis munita, quæ transversim portæ prætensâ inaccessam eam faciebat. Cæsar lib. 3 Civ. cap. 67 *Erat objectus portis ericius.* ubi vide interpretes, qui ex Sallustii fragmento apud Nonium in *Verutum* descriptionem præbent.

¶ Erinaceus, i, idem quod proprie Ericius, animal pelle aculeata vestitum undique, præterquam in ima parte, ubi lanuginem habet mollem & innoxiam, ein igel. Vide *Echinus.* Plinius lib. 8 cap. 37 *Præparant hiemi & erinacei cibos: ac volutati supra jacentia poma affixa spinis, unum amplius tenentes ore, portant in cavas arbores.* ¶ Duo eorum sunt genera, *Erinacei porcini*, sau-igel. *Erinacei canini*, hunds-igel, mit sau- oder hunds-köpffen. De solertiâ ejus animalis in cibo venando, quem volutatus aculeis suis figit, & in arborum cavernas importat, legitur epigramma incerti auctoris:

Κώμαυλος τὸν ἐχῖνον ἰδὼν ἐπὶ νῶτα φέροντα
ῥᾶγας, ἀπέκτεινεν τῷ δ' ἐπὶ θηλοπέδῳ.
Comaulus cernens dorso vectare racemos,
Mox prope torcular cædit erinaceum, &c.

Nota, quicunque hoc epigr. vertit, tertiam in erinaceus corripuisse: quum producatur rectiùs, ad cæterorum morem, quæ ita terminant. ¶ Nemesianus *Erem* pro erinaceo dixit in Cyneget. v. 57, ut supra diximus. *Hæricem* Ambrosius in Hexaemero vocat, ab *hærendo* fortassis. Adde Barthium in d. l. Nemesiani.

ĔRĬDĂNUS, i, Italiæ fluvius nobilissimus, quem Latini *Padum* dicunt, Itali *Po*, influit in mare Adriaticum, ducens secum celebres alios fluvios; unde Virgilius Georg. 1 v. 482

Proluit insano contorquens vortice silvas
Fluviorum rex Eridanus.

Et lib. 4 Georgic. v. 371

Et gemina auratus taurino cornua vultu
Eridanus, quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum violentior influit amnis.

Addunt poëtæ fabulam, Phaëthontem in eum delapsum esse, cum mundum incendisset. Statius Thebaid. 12 v. 413

Sic Hyperionium tepido Phaethonta sorores
Fumantem lavere Pado. Vix dum ille sepulcro
Conditus, & flentes stant circum flumina silvæ.

¶ 2. Non de Italiæ fluvio, sed de fluvio apud inferos in campis Elysiis Virg. Æn. 6 v. 659 *Plurimus Eridani per campos volvitur amnis.* ¶ 3. Inter sidera quoque Eridanus locatus, de quo Cicero in Aratæis, & Hyginus aliique.

ĒRĬGĔRON, ontis, ἠριγέρων, quæ vox vernum sonat senem, latine *Senecio* dicitur, herba est notissima, creutzwurtz, grindkraut. Plin. lib. 25 cap. 13.

Erĭgo, vide *Rego.*

ĒRĬGŎNE, es, Ἠριγόνη, Icarii filia, quæ ex dolore paternæ necis, quem rustici temulenti occiderant, seipsam suspendit: miseratione autem deorum inter sidera relata est. Hyginus fab. 130. Est autem illud Zodiaci signum, quod *Virgo* appellatur. Virg. 1 Georg. v. 33

Qua locus Erigonen inter chelasque sequentes
Panditur;

Hyginus fabula 224 *Erigone in Virginis signum*, scil. relata vel mutata. Conf. Ampelius cap. de 12 signis.

¶ Erĭgŏnēius, a, um, adject. ad Erigonem spectans. Ovid. Fast. 5 v. 723

Nocte sequente diem Canis Erigoneius exit.

¶ Erigonus, i, pictor insignis, Plin. 35 c. 11.

Erinaceus, vide paullo ante *Ericius.*

ĒRINNA, æ, Ἤριννα, fuit poëtria, Sapphûs contemporanea, scripsit ἠλακάτην trecentis versibus & epigrammata lingua Dorica & Æolica. Ejus mentionem facit Propert. lib. 2 eleg. 3 v. 22

Carminaque Erinnes non putat æqua suis.

Elegans in eam extat epigramma græcum, cujus postremi duo versus hi sunt:

Σαπφὼ δ' Ἠρίννης ὅσσον μελέεσσιν ἀμείνων,
Ἤριννα Σαπφῶς τόσσον ἐν ἑξαμέτροις.
Quanto Erinnâ Sappho in lyricis præstantior est:
Tanto Sapphus gloriam Erinna in Hexametris
præcellit.

ĔRINNYS, Erinnyos & Erinnys in genitivo, Erinnya & Erinnyn in accusativo, Erinnyes plural. Ἐριννύς, furia infernalis, consectans vindictâ & supplicio flagitiosos. *Furiæ, Erinnyes, Eumenides*, höllische plag-geister. *Crudelis, sæva, fera, tristis, atra Erynnis*, à poëtis dicitur. Homero Odyss. O. v. 234 dicitur

Θεὰ δασπλῆτις Ἐριννύς, *Dea gravis Erinnys.*

Virgilio 2 Æneid. v. 573 Helena appellatur

Trojæ & patriæ communis Erinnys,

Quia ferali illi & exitioso bello, quo Græci & Trojani commissi fuerunt, caussa extitit. vid. *Eumenides.*

ERINUS, i, ἔρινος, herba, ocimum aquaticum, wasserbasilien, Plin. 23 cap. 7.

ĔRIPHIA, æ, ab ἔριφος, hædus, est herba septem lanuginosis ramulis apii modo foliata. Hanc magi prodidere, in avena scarabæum habere, sursum deorsumque decurrentem cum sono hædi, unde & nomen accepit. v. Plin. 24 c. 18.

Eripio, vide infra *Rapio.*

ĔRIS, ĭdis, Ἔρις, discordiæ dea, quæ inter accumbentes convivio deas projecit pomum inscriptum, ut pulcherrimæ cederet, qua de re

re Lucianus. Hinc *pomum Eridis* dicitur quævis materia litis. vid. Chiliad.

ĔRĬSICHTHON, ŏnis, Thessalus quidam, cujus voracitatem & diram famem describit Ovidius Met. 8 v. 823 seqq. Ejus filia, Metra, in varias figuras transfigurata esse fingitur, quia adolescentes, ad illam commeantes, varia munera deferebant, alius equos, alius boves, alius verveces; & Thessali per jocum dicebant, filiam verti in ea omnia, quæ illi ab amatoribus donabantur. Vnde is, qui sibi non constat, sed subinde aliam atque aliam personam induit, vocatur *mutabilior Metra Erisichthonis*. vid. Adag.

ĔRISMA, ătis, græce τὸ ἔρεισμα, eine seule. Vitruvius lib. 6 c. 11 fœmineo genere: *In frontibus*, inquit, *anterides, sive erismæ sint.* Eædem ergo quæ anterides, saltem similes eisdem, hoc est, columnæ seu lapides eminentiores, quæ interponuntur ad sustinendam structuram. Vide interpretes Vitruvii.

ERITHACVS, i, græcum ἐρίθακος, Plinio lib. 10 cap. 29 nominatur. Alias *Rubecula* latine, rothkelichen, rothbrüstlein, rothköpflein. *Ruticillam* etiam vocant & *Phœnicurum*, φοινίκουρον, nisi ea magis est, ein rothschwäntzlein, wüstling. Vide Gesner. & Proverb. *Vnicum arbustum haut alit duos erithacos*, zween hähne auf einem mist vertragen sich nicht.

Erivare, vide *Rivus*.

ERŌDIVS, i, ἐρώδιος, avis, quam *ciconiam* putat esse Suidas. Augustinus *fulicam* interpretatur, ein kibitz. Theodorus *Ardeolam*, Cælio auctore. Invenias & alicubi ex Diomedeis avibus esse Ἐρωδιὸν, quas similes esse fulicis, tradit Plinius lib. 10 c. 44.

Erogare, Erogatio, &c. vide *Rogo*.

ERŌTĒMA, ătis, ἐρώτημα, interrogatio, die frage; ut Virg. Æneid. 2 v. 322 *Quo res summa loco, Panthu?*

ĔRŌTŎPAEGNION, i, ἐρωτοπαίγνιον, joculare de rebus amatoriis carmen, ein liebes-gedichte. vid. Plin. 5 epist. 17, & Gell. 2 c. 24.

Erotundare, vide *Rotundus*.

ERŌTYLVS, i, ἐρώτυλος, gemma apud Plinium 37 c. 10.

Errabundus, Erraticus, Erratio, Erratum, vide *Erro*.

ERRHĪNVM, i, ἔῤῥινον, quod metæ forma naribus inditur. Vulgo *Nasale*, ein nasß-zäpfgen.

ERRO, avi, atum, are, vagari, irre gehen, hin und wieder ziehen, umher wandern. Virgil. Æneid. 1 v. 332

ignari hominumque locorumque
Erramus.

Et Ovidius Metamorph. lib. 14 v. 680

toto passim vagus errat in orbe.

Metaphorice, *Totâ errare viâ*, Ter. in Eun. a. 2 sc. 2 v. 14. *Toto cælo errare*, vide Adag. Erasmi. *Sidera errantia*, Plin. 2 c. 6. vide *Planeta*. Ovid. Trist. 5 eleg. 8

Passibus ambiguis fortuna volubilis errat,
Et manet in nullo certa tenaxque loco.

¶ 2. Errare de animalibus, est pasci, ut Virgilius eclog. 1 v. 9

Ille meas errare boves, ut cernis &c.

Et eclog. 2 v. 21 *Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.*

Et Ovidius Metamorph. 15 v. 14

armento teneras errante per herbas.

Sic & Curtius 5, 6, 15 *errantes greges*. ¶ 3. Errare, labi, peccare, fehlen, irren, sic dictum ab ἔῤῥειν, id est, perire, quod errantes in pericula certa pertrahantur, quemadmodum ex Verrio indicat Gell. lib. 16 c. 12. Cic. in Philipp. 12 c. 2 *Cujusvis hominis est errare, nullius, nisi insipientis, perseverare in errore.* ¶ Statius 1 Silv. 2 v. 122 de Violantillâ:

Et si flammiferas licuisset scandere sedes,
Hasque intrare domos ipsi erraretis amores.

Vbi Morellus legendum putat *ipsi arderetis amores*. Nempe ipsos Cupidines visam Violantillam amaturos significat. Sed quid opus emendatione, cum illud ipsum *erraretis* idem significet? idque ipsum haud fugerit? Est sane amor quædam mentis exerratio, sive insania. Et ille Terentianus senex, Andr. a. 1 sc. 2 v. 16, dum frugi filium esse concupit, & amores relinquere, quibus hactenus deditus fuerat; *Redeat*, inquit, *in viam*. *Errare* igitur eleganter pro amare, & *error* pro amore ponitur. B. Hieronymus adversus Vigilantium: *Error autem & culpa juvenum, vilissimarumque mulierum, qui per noctem sæpe deprehenditur, non est religiosis hominibus imputandus.* Et paullo post: *Et tamen paucorum culpa non præjudicat religioni: qui & absque vigiliis possunt errare, vel in suis vel in alienis domibus.* Vbi *error* & *errare* de illicitis amoribus dicitur. Quod satis patere ex iis etiam potest, quæ aliquanto post legere licet: *Non vigilemus itaque*, inquit, *diebus Paschæ, ne exspectata diu adulterorum desideria compleantur: ne occasionem peccandi uxor inveniat.* Interim nihil dissimulo, valde mihi & Gevartii interpretationem placere, quam vide apud ipsum ad hunc locum.

¶ Erratus, a, um, geirret, da man irre gegangen. Virg. Æn. 3 v. 690 *errata litora*. Ovid. Fast. 3 v. 655

Protinus erratis læti vescuntur in agris.

¶ Errātum, i, substant. idem quod error, ein fehler, versehung. *Erratum commune*, Cicer. ad Att. 6 epist. 1, gemeiner fehler. *Petere veniam errato*, um zuguthaltung eines fehlers bitten, Cicero pro Sylla cap. 23.

¶ Erratus, ûs, masc. idem. Theodulf. lib. 2 carm. v. 607

proque meis orare erratibus opto.

¶ Erratio, ōnis, die irrung, der irrthum. Terent. in Adelph. a. 4 sc. 2 v. 41 *Sane hac multo propius ibis, & minor est erratio*, man kan nicht so leicht irre gehen. Cic. 2 Nat. D. c. 21 *Nulla in cælo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas inest.*

¶ Errantia, æ, idem. Accius apud Nonium c. 3 n. 86 *neque ego errantia animi prave morigerabor.*

¶ Errāticus, a, um, qui errat, herum schweiffend, irrend. *Herbas erraticas* agrestes dicimus, quæque non sunt sativæ, wilde kräuter, so sich selbst besaamen: ut, *papaver erraticum*, Plin. 19 c. 8, korn-rosen, wilder mohn. At *Erratica Delos*, Ovid. 6 Metam. v. 333 est crebro terræ motu vexata

¶ Errābundus, a, um, idem. Livius lib. 1 c. 29 de Albanis in excidio urbis suæ: *Errabundi domos suas, ultimum illas visuri pervagantur.* Sueton. Cæs. c. 31 *Diu errabundus, tandem ad lucem duce reperto, per angustissimos tramites pedibus evasit.* Etiam Virgil. eclog. 6 v. 58 *Errabunda bovis vestigia.* Apulejus lib. 5 p. 171 *Psyche errabundo rursus gradu pervenit ad civitatem aliam.*

¶ Errābilis, e, irrig; ut, *errabiles soni* apud Lactantium. Hinc

¶ Inerrabilis, e, richtig. Apulejus lib. 1 Dogm. Plat. p. 7 *inerrabili meatu supremus cælestium globorum censetur.*

¶ Erro, ōnis, ein landstreicher, umläuffer. Vlpianus Lege 17 § 14 de Ædilit. edicto: *Proprie*, inquit, *ERRONEM tamen definimus, qui non quidem fugit, sed frequenter sine caussâ vagatur & temporibus in res nugatorias consumtis serius domum redit.* Horat. lib. 2 sat. 7 extr.

Non horam tecum esse potes, non otia recte
Ponere; teque ipsum vitas fugitivus & erro.

Nigidius planetas *Errones* dixit, quos alii *erraticas stellas* vocârunt, apud Gell. lib. 3 c. 10, & lib. 14 c. 1.

¶ Errōneus, a, um, qui errat, irrig; *erroneum*, quod a recto ac vero abit; *Erronea opinio*, eine irrige meynung. *Canes erronei*, Columell. lib. 7 cap. 12. Vet. Gloss. *Erroneus*, ἀλήτης, πλάνος.

¶ Error, ōris, ein irrthum. *Errore duci*, Cic. pro Balbo c. 12. *Per errorem labi*, straucheln, fehlen. *In summo errore versari*, Cicer. 1 Nat. Deor. c. 1, in hochstem irrthum stecken. *Rapi in errorem*, in irrthum verführt werden, Idem 2 de Leg. c. 17. *Inducere in errorem*, Id. de clar. Orat. c. 85, verführen. *Errorem cum lacte nutricis suximus*, Idem 3 Tuscul. c. 1, irren und fehlen ist uns angebohren. *Naturâ nos noster delectat error*, Id. 2 de Orat. c. 64. Est autem *error* alterius pro alio, vel falsi pro vero existimatio, ein falscher wahn. ¶ 2. Et imprudentia est. Nepos Epaminondâ c. 7 *Duxque esset delectus belli imperitus, cujus errore eò esset deducta* &c. *errore*, id est, imprudentia. ¶ 3. *Error*, pro amore, Virgilius eclog. 8 v. 41

Vt vidi, ut perii, ut me malus abstulit error.

¶ 4. Poëtis omnis velocior cursus *error* est. vid. Barth. ad Claudian. p. 19. ¶ Quamvis autem *Error* plerumque ad animum referatur: tamen ita late patet, ut ipsum verbum *Errare*, & de itineribus quoque non raro usurpatur. Livius lib. 24 c. 17 *Id errore viarum Nero exsequi non potuit.* Virgilius 6 Æn. v. 532

pelagine venis erroribus actus?

Composita:

¶ Aberro, are, errore a via deflectere, verfehlen. *Aberrare à proposito*, Cic. 5 de Fin. c. 28, sich zu weit versteigen. *Aberrare conjecturâ*, hoc est, conjectura falli, mit der vermuthung fehlen. *Redeat, unde aberravit oratio*, id est, ad illud redeamus, à quo longius digressi sumus, Cic. lib. 5 Tuscul. c. 23. *Aberrare verbo, aberrare nutu*, Idem Arusp. Resp. c. 11. *Ne in melius quidem aberrare sinas*, scil. ab exemplari, Plinius lib. 4 ep. 28.

¶ Aberratio, ōnis, die abweichung. *Aberratio a dolore*, Cicer. 12 ad Att. epist. 38. Atque idem Cassio lib. 15 epist. 18 *Aliam aberrationem a molestiis nullam habemus*, id est, avocamentum.

¶ Aderrare, hinzu wandern. Statius lib. 2 Silv. 2 v. 119

doctamque trahuntur
Ad chelyn, & blandi scopulis Delphines aderrant.

Adde lib. 9 Thebaid. v. 178, cum Gronovii castigatione.

¶ Circŭmerrare, herumlauffen. Apulejus de Mundo p. 71 *Saturnus sublimior triginta spatiis annorum circumerrat.*

¶ Coërrare, obambulare, mitwandern. Paullus JC. Lege 3 § 3 Dig. de off. præf. vigil. *Sciendum, præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & coërrare calceatum, cum hamis & dolabris.*

¶ Deerrare, idem quod aberrare, sich verirren. *Deerrare in itinere*, Cic. 3 Academ. apud Lactant. 6 c. 24. *Caper deerraverat*, Virg. eclog. 7 v. 7. Et, *Deerrare ab eo, quod exponere cæpimus*, Auct. ad Herenn. lib. 1 c. 9. Et Seneca epist. 97 *Peccata artificis offendunt deerrantem.*

¶ Inerrare, idem quod errare in loco quodam, herumgehen. Plin. lib. 1 epist. 6 *Experieris, non Dianam magis montibus, quam Minervam inerrare.* Ciceroni tamen *Stellæ inerrantes* sunt *non errantes*, fixsterne, lib. 2 Nat. Deor. c. 21.

¶ Intĕrerrare, darzwischen kommen. Prudent. 6 Cathem. v. 43 de somniis: *Non splendor intererrat,*
Qui dat futura nosse.

¶ Oberrare, umher schweiffen. Plinius lib. 30 c. 14 *cochleæ passim oberrantes.* Passive Apulejus lib. 9 post principium: *Nec paucis casulis atque castellis oberratis, divertimus ad quemdam pagum.* ¶ Translatione eleganti Horatius de Arte poët. v. 356

& citharædus
Ridetur, chorda qui semper oberrat eâdem.

¶ Pĕrerrare, perlustrare, durchwandern. Horatius lib. 1 satyr. 6 v. 113

Fallacem circum vespertinumque pererro
Sæpe forum.

Virgil. 4 Æneidos v. 363 *totumque pererrat*
Luminibus tacitis, &c. er siehet ihn überall an.

¶ Sŭberrare, hin und wieder gehen. Claudianus in Cons. Prob. & Olybr. v. 255 *Italis quicunque suberrant*
Montibus.

Erubescentia, Erubesco, vide in *Ruber*.

ĒRŪCA, æ, insectum in olerum repens folia, eademque abrodens, brassicæ maxime, eine raupe, kraut-wurm. Columella lib. 11 c. 3 sub fin. *Vbi apricis regionibus post pluvias noxia incesserunt animalia, quæ à nobis appellantur erucæ; Græce autem κάμπαι nominantur, vel manu colligi debent, vel matutinis temporibus frutices olerum concuti. Sic enim dum adhuc torpent nocturno frigore, si deciderint, non amplius in superiorem partem prorepunt.* Vide & *Campe*. ¶ 2. Ērūca planta etiam est, sativa alia, & alia silvestris, weisser senff, *Cordo*, ab erodendo dicta. In Venerem armare creditur, unde *Eruca salax* Ovidio lib. 2 de remedio amoris v. 402, & Columell. carm. de horto, quod librum 10 facit, v. 171. Sic & Virg. Moreto:

Venerem revocans eruca morantem.

Martial. 3 epigr. 75 *Sed nihil erucæ faciunt, bulbique ſalaces,*
Improba nec proſunt jam Satureja tibi.

Eructare, Eructatio, Eructus; Erudero, are; Erudio, Eruditio, &c. Erugatio, Erugo; Erumpo, Eruptio; Erunco, vide *ructus, rudus, rudis, ruga, rumpo, runco.*

ERVUM, i, ὄροβος, legumen, erbſen, wicken. Cognata ſpecies eſt, *Ervilia, æ,* ὦχρος Theophraſto. Sed avacæ, vicia, erva ſunt ſilveſtria, vogelwicken. Cognationem habent hæc omnia, *Piſa, Lentes, Erva, Vicia,* &c. de quibus ſingulis ſuo ordine & loco. Plinius lib. 18 cap. 15 *Nec ervi operoſa cura eſt.* Erat ervum in boum pabulo, ut non modo Plinius d. l. ſed Columella etiam lib. 6 c. 3 tradiderunt, ut non ſit, cur a vulgari lectione Virg. eclog. 3 v. 100 *quam pingui macer eſt mihi taurus in ervo,* cupide refugiamus, quamquam haud mala & altera ſit ſcriptura, qua *arvo* expreſſum eſt.

¶ Ervila, æ, genus leguminis, Varr. de R. R. 1 c. 32.

Eryce, Erycīnus, Erycus, vide *Eryx.*

ERYMANTHUS, i, fluvius & mons ſilvoſus Arcadiæ. De fluvio, ut nobili, & non exiguo amne Polybius lib. 4, ut de viliore Strabo lib. 8. De monte Apollodorus lib. 2, Vibius Sequeſter, alii infiniti. Barth. ad lib. 4 Thebaid. Statii pag. 1012 Peloponneſi montes eſſe Taygetum & Erymanthum; ex Homero oſtendit, in quibus Dianam venandis apris & cervis occupatam, ſcribit Ælianus lib. 3 de Animal. c. 27.

¶ Erymanthæus, & Erymanthĭus, a, um, adject. ut, *Aper Erymanthius,* Cic. 6 Verr. c. 43; qui Valer. Flacco lib. 1 v. 374 eſt *Monſtrum Erymanthæum,* quod in Erymantho Hercules interfecit.

¶ Erymanthis, ĭdis, patronymicum, ipſa eſt Arcadia, Ovid. lib. 2 Metamorph. v. 500 *Nexilibusque plagis ſilvas Erymanthidos ambit.* *Urſa Erymanthis,* Stat. Theb. 9 v. 594. *Cuſtos Erymanthidos urſæ,* id eſt, *Arctophylax,* Ovid. lib. 1 Triſt. eleg. 3 v. 103.

ĒRYNGE, es, & Eryngion, Eryngium, i, ἠρύγγιον, herba ſpinoſa cardui inſtar, Plinio 22 c. 7 pr. brachendiſtel oder mannstreu. Plutarch. in Problematibus: ἠρύγγιον, ὃ μιᾶς αἰγὸς εἰς τὸ ϛόμα λαβούσης ἅπαν ἐφίϛαϑαι τὸ αἰπόλιον, hoc eſt, *Eryngium vel ab unâ modo caprâ ore acceptum detentumque totum gregem ſiſtit.*

ERYSĬMUM, i, ἐρύσιμον, herba eſt, quæ Latinis *Irio* dicitur; hederich, oder wilder ſenff.

ERYSIPĔLAE, arum, legitur & Eryſipelas, ătis, genere neutro, ἐρυσιπέλας, morbus, cancri ſpecies, Celſo lib. 5 c. 26 n. 31. Aliis ignis ſacer, die roſe, St. Anton-feur.

ERYSISCEPTRUM, i, frutex, qui & *Dipſacus,* Plin. 24 c. 13.

ERYSITHĂLE, es, herba flore luteo, foliis acanthi, Plin. 26 c. 13.

ERYTHĂCE, es, ἐρυϑάκη legitur & ἐριϑάκη apud Varr. lib. 3 c. 16. Eſt autem illud, quo favos extremos inter ſe conglutinant apes, das bienen-gewürcke. Primum enim quaſi ædificium, quod ad foramen introitus in alvum collocans *propolis* dicitur. Has quatuor enim appellationes Varro ibidem conjungit, *propolin, erythacen, favum, mel.*

ERYTHĒA, vel Erythīa, æ, ἐρύϑεια, inſula in mari Gaditano, ex qua Geryoni armenta abduxit Hercules, inſula adeo ferax, ut poſt unam ſationem agros in ſeptimum usque annum nec coli, nec conſeri ſit neceſſe, Pomponii Melæ teſtimonio lib. 3 c. 6. Et Propert. lib. 4 eleg. 10 ineunte: *Amphitrioniades qua tempeſtate juvencos*
Egerat à ſtabulis, ô Erythia, tuis.

¶ Erythēis, ĭdis, patronym. Ovid. 5 Faſtor. v. 649
Victor abit, ſecumque boves Erytheida prædam
Abſtrahit.

¶ Erythīnus piſcis, vide poſt paullo *Erythrinus.*

ERYTHRAE, arum, Ioniæ civitas, ex qua Sibylla fuit Erythræa Alexandri Magni tempore.

¶ Erythræus, a, um, adject. ut, *Sibylla Erythræa,* vide *Sibylla.* Et *Erythræum mare,* rubrum vocat Plinius lib. 6 c. 23. *Gemmæ* hinc *Erythrææ,* Claudian. 4 Conſ. Hon. v. 605. *Smaragdi Erythrææ,* Id. 6 Conſ. Honor. v. 563. Et *Lapilli Erythræi,* perlen, Statius lib. 4 Silv. 6 v. 18. Ἐρυϑρὸν, rubrum. Quod ab *Erythra* Rege, non à colore, ſic appellatum, Curtius lib. 8 c. 9 n. 14 ſcribit. Martial. lib. 10 epigr. 16
Quidquid Erythræa niger invenit Indus in alga,
Quidquid & in nidis unica ſervat avis.

ERYTHRAICON, i, herba, quæ altera Satyrii ſpecies, Plin. 26 c. 10.

ĔRYTHRĪNUS, i, piſcis Plinio eſt 9 c. 52. *Rubellionem* Latini interpretantur. Legunt & *Erythricus,* ab ἐρυϑρὸς, & *Erythinus,* ut ſit ἐρύϑινος καὶ ἐρύϑρινος, rothfiſch, rothbart, kleine rothe meer-brachſmen. Vide *Rubellio.*

ERYTHRŎCŎMOS, i, ἐρυϑροκόμος, mali punici ſpecies, Plin. 13 c. 19.

ERYTHRODĂNUM, i, ἐρυϑρόδανον, radix, qua inficiuntur lanæ, *Rubiam* dicunt & *rubiam tinctorum,* ferber-röth. vid. Plin. 24 c. 11.

ERYTHRODĀON, onis, *Tetrax* vel *Tetrix* eſt quibusdam, *gallus urus* vulgo, ein aurhahn, ſic à magnitudine dictus. Vide *Urus.*

ERYTHRŎPUS, ŏdis, ἐρυϑρόπους, avis, ſic à pedum rubore appellata.

ĔRYX, Erўcis, Rex Siciliæ, Virg. 1 Æneid. v. 574
Sive Erycis fines regemque optatis Aceſten.

¶ Eſt & mons ejusdem nominis Straboni in Sicilia, & Senecæ Tragœdo Medeâ v. 707 *Quæcunque generat invius ſaxis Eryx.*

¶ Erycus, i, idem mons, Ciceroni dictus in Verr. 4 cap. 8 *qui Erycum montem obtinebat.*

¶ Eryce, es, oppidum fuit Siciliæ, Ἐρύκη. In ea templum habuit Venus celeberrimum theſaurisque opulentum, quod Amilcar Afer magno ſuo & ſuorum damno ſpoliavit. Vid. Ælian. H. A. lib. 10 integro capite ultimo, ubi miranda de eo narrat, & lib. 4 c. 2, & lib. 1 Variar. Hiſt. c. 15, ubi de Anagogiis & Catagogiis Siculorum feſtis Veneri ſacris agit.

¶ Erycīnus, a, um, adject. Stat. 1 Silv. 2 v. 160
Idaliasque domos Erycinaque templa ſubiret.

¶ *Erycina* & ipſa Venus appellata eſt, à templo illo. Catull. in Argonaut. v. 72 *Spinoſas Erycina ſerens in pectora curas.*
Quo nomine & culta Romæ ac templo honorata fuit. Suet. Claud. c. 25.

ESCA, æ, δέλεαρ, illecebræ & invitamentum illud, quo capiuntur aves & piſces, das luder, lockſpeiſe, köder. Cicer. de Senect. cap. 13 *Plato eſcam malorum voluptatem appellat;* [ἡδονὴ δέλεαρ ἐϛι τῶν κακῶν.] Sic Plaut. in Mercator. a. 5 ſc. 3, in ſuppoſit. *Voluptas eſt malorum eſca,* quod eâ non minus homines, quam hamo capiantur piſces, wolluſt reitzt zu allen böſen. ¶ 2. *Eſca* & quivis cibus dicitur. Cicer. lib. 1 de Divin. c. 51 *temperatis eſcis, modicisque potionibus affectus,* diät halten. *Simplex eſca,* Horat. 2 ſatyr. 2 v. 72, gemeine koſt.

¶ Eſcālis, e, zur ſpeiſe gehörig; ut, *eſcale vel potorium argentum,* Lege 8 Digeſt. de Supellect. legata, ſilbern tiſch-geräthe. *Eſcale vulnus,* Petronii in Pſeudepigraph. p. 220.

¶ Eſcarius, a, um, idem. *Eſcariæ menſæ* quadratæ vocantur, in quibus homines epulantur, Feſtus. *Eſcaria vincula,* Plaut. Menæch. a. 1 ſc. 1 v. 18. *Eſcaria vaſa,* Plin. 36 c. 26. Pro patinis *Eſcaria* abſolute dixit Juvenal. ſat. 12 v. 46, ſchüſſeln.

¶ Eſcātilis, e, das ſich eſſen läßt. Tertull. de Patient. c. 5 extr. *poſt mannæ eſcatilem pluviam.* Conf. adv. Marc. 1 c. 1.

¶ Eſcŭlentus, a, um, quod eſui eſt, ſeu editur, gut zu eſſen. Cicer. 2 Philipp. cap. 25 *Antonius vomens fruſtis eſculentis vinum redolentibus totum tribunal implevit.* Sic & *Animalia eſculenta,* thiere, ſo zu eſſen dienen, Plin. lib. 8 c. 55. Et Comparativum uſus fert. Tertullianus de Jejun. c. 5 extr. *Tam ingratis* [Iſraëlitis] *gratiora & eſculentiora quæque detracta ſunt.* Hieronymus etiam epiſt. 22 de cuſtod. virgin. c. 5 pr. *a vino & eſculentioribus cibis abſtinere.* ¶ 2. Eſcæ avidus, hungrig. Sidon. 6, 1 *quis eſculentus abſtemium competenter arguerit.*

¶ Eſculenta, orum, ſubſt. cibus, eſca, ſpeiſen. Cic. 2 Nat. D. c. 56 *Ea pars oris, qua eſculentis & potulentis iter natura patefecit.*

¶ Eſcĭfer, a, um, dapifer, ſpeiſe bringend. Paullinus Nolanus Natal. Fel. 4 v. 223 de corvis Eliæ: *Eſciferæ volucres.*

¶ Eſco, are, ätzen, freſſen. Verbum ſignificatione veſcendi apud Solinum legitur c. 53 [al. 41] extr. *Ciconiæ ſerpentes eſcandi gratia inſectantur.*

¶ Ineſcare, eſt eſca & artificio quodam illecebroſo invitare ad decipiendum, ankörnen, locken. Terent. in Adelph. a. 2 ſc. 2 v. 12 *Nunquam rem facies, abi, neſcis ineſcare homines,* können auf den kloben locken, herum rücken oder berücken. Petronius: *Sicut muta animalia cibo ineſcantur; Sic homines non caperentur, niſi aliquid morderent.*

¶ Ineſcatus, a, um, gelockt, angeludert. Livius lib. 22 c. 41 *Hannibal id damnum haud ægerrime pati; quin potius credere, velut ineſcatam temeritatem ferocioris conſulis.*

¶ Ineſcatorium, i, anreitzung. Sariſb. 3, 7 *Gratia, ineſcatorium lucri.*

¶ Obeſcare, ätzen, zu freſſen geben. Columella 8, 7 *Triticeo pane obeſcare aves.* Alii legunt *Obeſare.*

Eſcendo, Eſculus, Eſernius, Eſito, are, vide *Scando, Æſculus, Æſernius* in *Æſernia, ĕdo,* ich eſſe.

ĔSOX, ocis, piſcis Rhenanus eſt Plinio lib. 9 c. 15. *Salmonem* aliqui interpretantur, ein lachs, ſalmen. Vide *Salmo.* Eſox, ut vult Geſnerus, Heſychio eſt ἴσοξ.

ESSAEI, & Eſſēni, orum, Judæorum ſecta, de qua & inſtitutis ejus Solinus c. 28, item Porphyrius lib. 4 περὶ ἀποχῆς, &c. p. 382. Copioſè de illis Philo περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον ἐλεύϑερον p. 678 & ſeq. Item περὶ βίου Θεωρητικοῦ p. 690 & ſeq. Unde dicti, ex Epiphanio oſtendere conatus Petitus eſt lib. 4 Var. Lect. c. 9 p. 205, qui de iisdem & lib. 2 c. 7 agit. Vide & Salmaſii Exercit. Plinian. Eosdem & *Bathoſæos* appellatos, Fullerus obſervat Miſcell. ſacr. lib. 2 c. 3, vide eum & lib. 1 c. 3.

Eſſedarius, vide *Eſſedum.*

ESSEDONES, um, Plinius populos facit in Aſiâ ſuper Mœotin habitantes in utrâque Scythiâ, lib. 4 c. 12.

ESSĔDUM, i, neutr. ἔσσεδον, [& Eſſeda, æ, fœmininum Senecæ ep. 56,] genus vehiculi Gallici & Britannici. Illæ enim gentes ex curribus hujus generis pugnabant, ut ex Cæſare 4 Bell. Gall. c. 33, item Taciti Agricolâ c. 12, & Philarg. ad 3 Georg. Virgilii v. 203 conſtat, ein leicht wäglein, rollwagen, caleſch, *petoritum.* Uſi fuere & hoc vehiculi genere Imperatores. Suet. Caligul. c. 26, Galbâ c. 6 & 18. Vide ſupra in *Covinus.* Virg. 3 Georg. v. 204 *Belgica vel molli melius feret eſſeda collo.*

¶ Eſſĕdarius, i, qui eſſeda regit, vel ex eſſedo pugnat, ut ex Cæſare lib. 5 c. 19 conſtat, ein kutſcher. Inde & *Eſſedarii* gladiatorum genus, de quibus Lipſius lib. 2 Saturnal. c. 12.

Eſſentia, vide infra *Sum.*

ESULA, æ, officinarum nomen eſt, quo omne illæ tithymalorum genus vocant, wolffsmilch. ¶ 2. Eſt & Eſula rotunda iis peplus, πέπλος, teufelsmilch.

Eſuries, Eſurio, Eſuritor, &c. vide *ĕdo,* ich eſſe.

ESUS, i, Gallorum Deus, victimis humanis cultus, de quo Lactantius lib. 1 Inſt. Divinar. cap. 21.

ĔT, conjunctio copulativa, und, atque, poſtpoſita, auch, notiſſimi uſus.

¶ Copulam hanc de induſtria interdum Cicero prætermittit lib. 13 fam. epiſt. 24 *Peto à te, ut eum etiam tuis officiis, liberalitate complectare.* Et epiſt. 18 *Ut ipſe judices, homini te gratiſſimo, jucundiſſimo benigne feciſſe.* Et lib. 4 ad Attic. epiſt. 3 *De cujus conſtantia, virtute veriſſimæ litteræ.* ¶ Aliquando ornamenti cauſſa ET iteratur, quod notum eſt: nonnunquam infertur QUE poſt ET, quod minus tritum in conſuetudine latinæ linguæ. Cicer. lib. 4 de Fin. c. 8 *Omne animal ipſum ſibi commendatum, ut ſe & ſalvum in ſuo genere, incolumeque vellet.* Idem Acad. Quæſt. lib. 1 c. 10 *Officia autem & ſervata, prætermiſſaque media putabat.* ¶ Bis aut ſæpius repetita eleganter diſtribuit & complet. Cicero pro Quint. c. 1 *Homo & in aliis cauſſis exercitatus, & in hac multum & ſæpe verſatus.* Horat. de Arte v. 333
Et prodeſſe volunt & delectare poëtæ.

¶ 2. Eſt, quando vim adverſativæ habere videtur. Ovid. lib. 4 Metam. fab. 15 v. 613 *Pœnitet: impoſitus jam cælo eſt alter; & alter*
Viperei referens ſpolium memorabile monſtri
Aëra carpebat.

Apud Virg. eclog. 3, cum Damœtas dixiſſet *ſua carmina Jovi curæ eſſe:* Menalcas reſpondet: *Et me Phœbus amat.*
Quod imitatus Statius 1 Achilleidos v. 529. ¶ 3. Plautus Amphitr. a. 2 ſc. 2 v. 91 *Enimverò oportet prægnanti & malum & malum dari.* *Et malum & malum,* id eſt, duo mala. Vide ibi.

¶ Eleganter ET, poſt NEC & NEQUE ſequitur. Cicer. lib. 10 famil epiſt. 2

epist. 1 *Nec miror & gaudeo.* Et 1 Tuscul. c. 23 *Neque nata, & æterna est.* Post *minime* idem junxit lib. 3 famil. epist. 10 *Minime mihi miranda, & maxime jucunda acciderunt.*

¶ Et autem, vide *Autem.*

¶ Etenim, vide *Enim.*

¶ Etiam, primùm copulæ nota est, auch, gleichfalls. Post particulas *non modo, non solum, non tantum,* vulgari usu sequitur *sed etiam.* Cum elegantia præmittit *Etiam* Cic. 4 ad fam. ep. 14 *Secundas etiam res nostras, non modo adversas pertimescebam.* ¶ Deinde vim & significationem diversam aliter atque aliter collocata præstat. Terent. in Andr. a. 1 sc. 1 v. 89 *Nihil suspicans etiam mali,* hoc est, *adhuc,* ich vermuthete noch auf die stunde nichts arges. Sic & a. 3 sc. 2 v. 23 ejusdem Andriæ: *Non satis me pernosti etiam, qualis sim;* Vbi Donatus: ETIAM *pro* ADHVC, *ut Virgilius Æn.* 6 v. 485

Ideumque etiam currus; etiam arma tenentem.

Ter. in eadem fabula a. 5 sc. 2 v. 8 *Etiam tu hoc respondes,* hortantis significatione. Et ibidem a. 2 sc. 2 v. 31 *Etiam puerum abiens conveni Chremis,* hoc est, *præterea.* ¶ *Etiam atque etiam* latina elegantia est, pro magnopere seu majorem in modum. Terent. in Eunuch. a. 1 sc. 1 v. 11 *Proin tu, dum tempus est, etiam atque etiam cogita,* dencke ja zum fleißigsten dran. *Diligenter etiam atque etiam facere aliquid,* &, *te prorsus etiam atque etiam vehementer rogo,* Cicero. Et Horat. epist. 18 lib. 1 v. 76 *Qualem commendes, etiam atque etiam adspice,* siehe da fleißig drauf. ¶ Est & affirmantis particula, ja. Plaut. Amphitr. a. 1 sc. 3 v. 46

JV. *Numquid vis?* ACM. *etiam.*

Plin. lib. 4 epist. 13 *Huic ego,* STVDES, *inquam; respondit* ETIAM. Vide Borrich. Cogit. adv. Voss. p. 95 seq. ¶ Aliquando simul & jurantis & increpantis particula est. Plaut. Pers. a. 6 sc. 4 v. 4 *Scelerate, etiam respicis?* & v. 19 *Etiam scelus male loquere?* Petronius: *Scelerate, etiam minaris?* Item, *etiam loqueris?* ¶ *Etiamne* pro *nondum* dixit Plautus Pseudolo a. 1 sc. 3 v. 46. Ita idem Persâ laudato a. 2 sc. 4 v. 7 *Etiamne dicis, ubi sit, venefice?* sagst du mirs noch nicht? ¶ *Etiam,* pro *etiamnum,* posuit Plautus Pseud. a. 1 sc. 3 v. 111 *Etiam quindecim hic habeo minas.* Conf. supra locum Virg. 6 Æneid. v. 485. ¶ Etiam, *quin* quoque significat. Plautus Asinar. a. 3 sc. 3 v. 124 *Etiam tu, bere, istunc amoves abs te, atque ipsemet me aggredere.* Terent. Heaut. a. 2 sc. 2 v. 6 *Etiam caves, ne videat forte hinc te à patre aliquis exiens.* ¶ Et pro *Quin potius, Sed potius,* τὸ Etiam reperitur. Plinius Paneg. cap. 77 *Nullius auctoritas imminuta est: aucta etiam.* ¶ Componitur & ita, *Etiamdum, etiamtum, Etiamtunc, Etiamnum, Etiamnunc, Etiamne, Etiam insuper,* &c. Exempla in Terentio & Cicerone passim obvia sunt. v. g. Terent. Andr. a. 1 sc. 5 v. 47 *etiamnunc mihi scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis.* Et Eunucho a. 3 sc. 5 v. 22 *Neque is deductus etiamdum ad eam;* alii *etiamtum:* nam variant libri. Cic. in Verr. lib. 2 de præt. Sic. c. 39 *cum isti etiamtum de Sthenio integra tota esset.*

¶ Etiamsi, obschon. Cic. lib. 5 de Fin. c. 7 *Etiamsi id assequi nequeas.* Sæpe dividitur, ut lib. 7 ad Attic. epist. 7 *Ego bonos viros, aut eos, quicunque dicuntur boni, sequar, etiamsi ruent.*

¶ Etsi, tametsi, obgleich, obschon, adhæret plerumque indicativo. Terent. in Hecyr. a. 3 sc. 3 v. 44 *Etsi me amor graviter consuetudoque ejus tenet.* Cic. *Etsi vereor, Judices. Etsi nihil novi afferebatur.* Sed & cum conjunctivo copulari, Pontanus docet in Ælio p. 109 & seq.

ĔTĔŌCLES, is, Oedipi regis Thebanorum filius, cui cum Polynice fratre suo ita convenerat, ut alternis imperarent annis. Sed Eteocles anno exacto fratri regno cedere noluit. Quare Polynices Adrastum regem Argivorum socerum suum, aliosque Achajæ principes, contra Eteoclem armavit. Quo in bello cum multi occisi utrinque essent, tandem fratres de regno decertantes mutuis sese vulneribus confecerunt. Major vero inter filios vulneratus jacens mortem sibi ipsi conscivit, cum Oedipus pater ante id tempus hiatu terræ absorptus esset. Super fratrum cadaveribus, cum rogo essent impositi, flammæ divisæ sunt, tamquam super regno adhuc dissentientibus. Stat. lib. 7 Theb. v. 688 *Nec segnem Argolicæ sensére Eteoclea turmæ.*

ĔTĒSIAE, arum, ἐτήσιαι, latine annui venti, sic dicti, quod stati sint, ac singulis annis eodem redeant tempore, quamobrem & *anniversarios* Cicero dixit, die kühlen lüfftlein im Augustmonat und hundstagen. Vid. Plin. lib. 2 c. 47, itemque Gell. lib. 2 c. 22. Et Apulej. de Mundo: *Sunt Etesiæ & prodromi spirantes ex omni parte eo tempore æstatis, quo Canis oritur.* His flantibus, mare in orientem navigantibus secundum. vid. Tacit. 2 Histor. c. 98, ubi Lipsius consulatur. Adversum est navigantibus in occidentem. Cic. lib. 6 epist. 7 ad Attic. *Rhodum volo puerorum caussa, inde quamprimum Athenas, etsi etesiæ valde reflant.* Idem Tacitus *Statos æstivis flatibus dies* nominat, 4 Histor. c. 81. De Etesiis vide & Senecam 5 Quæst. Natur. cap. 10, 11 & 18. Habes & quædam, quæ ad eas pertinent lib. 3 ejusdem operis cap. 2, itemque Anonymum de vitâ Pythagoræ apud Photium p. 1322, item Manutium Quæsitis per Epistolam, Q. 6.

¶ Etesius, a, um, adject. annuus, anniversarius, sommer-windig. Lucret. lib. 5 v. 741 *etesia flabra Aquilonum.*

¶ Etesiaca, æ, genus uvæ, Plin. 14 cap. 3.

ETHESIVS, i, lapis mortariorum, Plin. 36 cap. 22.

ETHICE, es, ἠθικὴ, & Ethica, orum, die sitten-lehre, Philosophiæ pars, quæ de moribus præcipit, ἦθος, ἤθη, *mores.* Hinc Cicero etiam hanc partem Philosophiæ *de moribus* & *moralem* latine appellat. Vide de Fato princ.

¶ Ethicus, i, ἠθικὸς, moralis disciplinæ præceptor, ein zuchtlehrer. Vide *Philosophia.*

¶ Ethicus, a, um, ad Ethicam spectans, sittig. Cic. Orat. cap. 37 *quod Græci ἠθικὸν vocant, ad naturam, & ad mores, & ad omnem vitæ consuetudinem accommodatum.*

ETHNARCHA, æ, ἐθνάρχης, princeps minor rege, major tetrarcha, phylarcha, ein lands-fürst. Archelaum Herodis filium, qui regium nomen & dignitatem adfectabat, Augustus Cæsar *Ethnarcham* appellari voluit, fratres *tetrarchas,* illi dimidia, horum alterutrique quarta possessionum paternarum parte attributa. Josephus lib. 17 Antiq. c. 13.

A ETHNĬCVS, a, um, ἐθνικὸς, gentilis, heydnisch; substantive, ein heyde. Ethnici autem notio hoc sensu nova non est. Hieronym. Tom. 6 in Ephes. 5 v. 20 *Hoc & gentilis facit, & Judæus, & publicanus, & ethnicus.* Et epist. 33 *Cernimus, ethnicos & Judæos volutari in cœno libidinum.* Adde Jo. Vorst. ad Sulp. Sever. p. 4. Quidam illos *paganos* magis latine dici existimant, de quo suo loco.

¶ Ethnice, adv. idem. Tertullianus de Pudicitia c. 9 *Ethnice vivens.*

¶ Ethnicalis, e, inde formatur Tertulliano de Spectaculis cap. 5 principio, *Ethnicales litteræ,* id est, profanæ, scriptorum gentilium.

¶ Ethnicismus, i, das heydenthum. Prudentio dicitur *cultus deorum turpium,* in pass. Laurentii v. 498.

ETHOLOGIA, æ, & ETHOPOEIA, æ, effictio & imitatio morum alienorum, quam Mimi & histriones præstant. *Ethologiæ* vocem Lipsius probe restituit Senecæ epist. 105, cum antea esset *Ætiologia.* Conf. Quintil. 1 cap. 9 *Ethopœia* est Prosopopœiæ species in Rhetoricis. Hinc

¶ Ethologus, i, & Ethopœus, i, ἠθολόγος, ἠθοποιὸς, morum effictor & repræsentator, der andrer leuten geberden und sitten fürbildet. Suidas, Budæus. Cic. de Orat. lib. 2 cap. 59 *Mimorum est ethologorum, si nimia est imitatio.* Exemplum ἠθοποιΐας Quintilianus Terentii illud proponit lib. 9 cap. 2 *Parvula hinc est abrepta, eduxit mater pro sua, soror dicta est, cupio abducere, ut reddam suis,* in Eunucho a. 1 sc. 2 v. 65. Quæ figura & μίμησις dicitur.

Etiam, Etiamdum, &c. Etiamsi, vide *Et.*

B ETRVRIA, vel Hetruria, æ, (sine adspiratione scribendum esse, Manutius Orthogr. ex nummis & lapidibus antiquis probavit) Italiæ regio, quæ & *Tuscia* dicta, amnibus Macra & Tiberi, & jugis Apennini terminata. vid. Plin. 3 cap. 5.

¶ Etruscus, a, um, Tuscus, gentile adjectivum: ut, *Etrusca disciplina,* Cicer. lib. 6 fam. epist. 6, id est, divinatoria, wahrsager-kunst. Nam, quod Arnobius lib. 7 p. 232 dixit, *genetrix & mater superstitionis Etruria.* De Etruscorum vatum astu vide Plin. 28 c. 3.

Etsi, vide *Et.*

ETYMOLOGIA, æ, ἐτυμολογία, ratio & origo vocum, casuum & significationis discrimen, die wort-kunst. Quintilianus lib. 1 cap. 6 *Etymologia, quæ verborum originem inquirit, a Cicerone dicta est notatio, quia nomen ejus apud Aristotelem invenitur σύμβολον, quod est* nota. *nam verbum è verbo ductum, id est,* veriloquium, *ipse Cicero, qui finxit, reformidat.*

¶ Etўmon, i, ἔτυμον, idem. Varro R. R. 1 cap. 48 de gluma: *videtur vocabulum etymon habere a glubendo.* Gellius 18 cap. 4 *verborum medullas & sanguinem, & vocum origines* vocat.

¶ Etymolŏgus, i, ἐτυμολόγος, qui rationes verborum inquirit.

¶ Etymologicus, a, um, ἐτυμολογικὸς, adject. ut, *ratio Etymologica,* Gell. 1 cap. 18.

EV, particula approbantis, seu laudantis, bene, recte, optime. vid. Plaut. Most. a. 1 sc. 4 v. 26.

C EVADNE, es, Εὐάδνη, Martis fuit filia, uxor Capanei ducis, quem adeo dilexit, ut in ejus rogum sese injecerit, & cum cadavere illius exusta sit. Virgil. 6 Æneid. v. 447

Evadnenque & Pasiphaen, his Laodamia
It comes.

Evado, vide infra *Vado.*

EVAGORAS, Cypri rex apud Nepotem in Chabria c. 2, & Justin. 5, 6. Integram orationem eamque funebrem in Evagoræ laudem Isocrates scripsit vocavitque Evagoram, quam vide. ¶ Fuit alius *Evagoras Laco,* qui Olympionicos equos magnifice ad sepulturam dedit. vid. Ælian. Hist. Anim. lib. 13 cap. 40.

Evallo, āre & ĕre, vide *Vallum.*

EVAN, antis, εὐὰν, Bacchi nomen, Ovid. 4 Met. v. 15. Hinc *Evantes,* bacchantes, Virgilio dicuntur 6 Æneid. v. 517

Phrygiæ evantes Orgia circum &c.

Et Silius lib. 1 v. 101 singulariter:

Non ille evantis Massylæ palluit iras.

EVANDER, & Evandrus, i, Εὔανδρος, Pallantis regis Arcadiæ nepos, *Romanæ conditor arcis,* ut Virg. ait 8 Æneid. v. 313. vide Justinum lib. 43 cap. 10, & Liv. 1 cap. 7. Matrem habuit *Carmentam,* quæ & Nicostrata dicta fuit. *Cum Evandri matre loqui,* apud Gellium lib. 1 cap. 10 est, antique & obsolete loqui. Sic, *catillum Evandri manibus tritum* pro antiquissimo, Horatius dixit lib. 1 satyr. 3 v. 90. Livius 1 cap. 7 Evandrum vocat *virum miraculo litterarum venerabilem;* Et ut D Aur. Victor de Orig. gent. Rom. cap. 6 testatur, *primus omnium Italicos homines legere & scribere edocuit,* &c. Conf. Tac. Ann. 11, 14, 3.

¶ Evandrius, a, um, possessivum: ut, *Evandria regna,* apud Silium lib. 7 v. 18, & *Evandrius ensis,* apud Virgilium 10 Æn. v. 394. Sic, *Evandria curia* pro Romana, apud Prudent. 1 in Symm. v. 551.

EVANGELIVM, i, εὐαγγέλιον, sermo res bonas & lætas nuncians, eine gute fröliche bothschafft. Appianus Alexandrinus lib. 4 Civil. f. 306 de nece Ciceronis: ἔθεον αὐτίκα τὸ εὐαγγέλιον Ἀντωνίῳ φέροντες, *Currebant statim Antonio lætum nuntium* [de occiso Cicerone] *ferentes.* Hinc ¶ 2. *Evangelium* apud Christianos promissio, qua Deus pollicetur, se propter Christum filium suum remittere peccata, nosque justos pronunciare & donare Spiritum sanctum & vitam æternam, modo ut credamus, hæc nobis propter Christum certo contingere. vid. Loc. Philippi. ¶ 3. *Præmium,* quod lætum afferenti nuntium datur, significat Homero Odysseæ ξ. v. 152, ubi Vlysses ad Eumæum: Εὐαγγέλιον δέ μοι ἔστω.

Præmium boni nuntii mihi sit.

Vbi Eustathius, Homeri interpres: Εὐαγγέλιόν ἐστι δῶρον ὑπὲρ ἀγαθῆς ἀγγελίας. Et Ciceroni ad Attic. lib. 2 epist. 12 *O suaves epistolas tuas, uno tempore mihi datas duas! Quibus εὐαγγέλια quæ reddam, nescio: deberi quidem plane fateor;* ein bothen-lohn. ¶ 4. εὐαγγέλια sunt sacrificium ob lætum nuntium, apud Isocrat. in Areop. & Xenophontem. Adde Diodor. Siculum lib. 15 cap. 74.

¶ Evangelus, i, εὐάγγελος, lætus nuntius, ein guter bothe. Vitruv. lib. 10 cap. 7.

¶ Evange-

¶ Evangelicus, a, um, evangelisch. Tertull. 4 contra Marc. cap. 39 *Scripturæ Evangelicæ.* Prudent. Apoth. v. 15 *Evangelicus libellus.* Paullinus carm. 19 ad Jovium v. 155

Aut evangelici quæ lex nova testamenti.

¶ Evangelista, æ, scriptor historiæ evangelicæ, ut sunt Matthæus, Marcus, Lucas & Johannes, ein evangelist. Prudent. Cathem. 6 v. 77 *Evangelista summi fidissimus magistri.* conf. Idem perist. 10 v. 16.

¶ Evangelizo, are, ἐυαγγελίζειν, læta nunciare, ecclesiasticum verbum. Vnde

¶ Evangelizator, ōris, apud Tertull. de Corona cap. 9, & lib. adv. Marc. cap. 19, itidem ecclesiastici juris & usus vocabulum.

Evannare; Evaporatio, vide *Vannus, Vapor.*

EVAX, interjectio exultantis, apud Plautum aliquoties, juch, heysa.

EVBOEA, æ, Εὔβοια, insula vicina Bœotiæ, a qua brevi Euripi alveo distinguitur, *Nigropontus* hodie dicitur, Negropont.

¶ Eubœus, a, um, adject. ut, *plebs Eubœa*, Stat. 5 Silv. 3 v. 136.

¶ Eubŏĭcus, a, um, idem; ut, *litus Euboicum*, Propertius 2 eleg. 26 v. 38. *Rupes Euboica*, Virg. Æn. 6 v. 42. *Vrbs Euboica*, Ovid. 14 Met. v. 155.

Eubŏlus, vide supra *Bolus.*

EVBVLVS, i, ἐύβυλος, prudens, qui bene consulit. ¶ 2. Atheniensis quidam, Demosthenis adversarius, ut ex ejus in Midiam oratione apparet. ¶ 3. Mediæ comœdiæ poëta, Athenæo sæpe memoratus. Suid. ¶ 4. Historicus, qui historiam Mithræ explicuit. Hieron. l. 2 adv. Jovin. ¶ 5. Philosophus Alexandrinus, discipulus Euphranoris, Ptolemæi magister. Diog. Laërt. in Timone l. 9. ¶ 6. Vir sanctus, cujus meminit D. Paulus 2 Tim. 4 v. 21.

¶ Eubūle, es, filia Leonis, Orphei filii, quam cum Phasithea & Theope sororibus, civitati immolandas exhibuit, ut ingens annonæ caritas, quæ Atticam premebat, finem secundum oracula caperet. v. Ælian. H. V. 12 cap. 28. Suidas in voce λεωκόριον. Rhodig. 13 cap. 7.

¶ Eubuleus, ei, Athenis ex Jove, rege antiquissimo, & Proserpina natus, Cic. de N. D. 3 c. 21.

¶ Eubulia, æ, ἐυβυλία, bona consultatio, guter rath. Cæl. Rhodig. 11 cap. 9.

¶ Eubulĭdes, is, Milesius, Philosophus sectæ Megarensium, discipulus Euclidis, præceptor Demosthenis. v. Diog. Laërt. in Euclide, & Athenæus l. 8. Aliorum hujus nominis meminit Cic. 3 Verr. c. 23, & 5 Verr. c. 42, & Laërt. in vita Diog. & Socratis.

EVBVRIĀTES, um, Ligustica gens apud Florum lib. 2 cap. 3, & Plinium 3 cap. 5.

EVCHARISTIA, æ, ἐυχαριστία, gratiarum actio, eine danckſagung. ¶ 2. Ita vocatur *Cœna Dominica* ab Irenæo, & aliis, à verbo ἐυχαριστήσας, Matth. 26 v. 27, Luc. 22 v. 21, à caussa finali, nempe gratiarum actione pro beneficio redemtionis.

¶ Eucharisticus, a, um, ἐυχαριστικὸς, ut, *Sacrificium* ἐυχαριστικὸν, danck-opffer, apud Theologos. ¶ *Eucharisticon*, subst. ein danck-lied, danck-rede. Tale Statii ad Imp. Aug. Germanicum Domitianum Silv. 4, 2.

EVCHĒTAE, arum, ἐυχῆται, a precibus dicti hæretici, quod solas preces ad salutem sufficere crederent. v. August. de Hær. cap. 57. Rhodig. 2 c. 16.

EVCLĪDES, is, Ἐυκλείδης, philosophus Megarensis, geometra excellens, Socratis auditor avidissimus. Vide historiam apud Gellium lib. 6 cap. 10. Vide *Megara.* Effigiem exhibet Sponius Miscell. Antiq. p. 140.

EVCLIO, ōnis, avari & deparci senis apud Plautum in Aulularia nomen est, quod ad omnes eos, qui ejusdem morbi sunt, transfertur vulgo, ein karger filtz.

EVDĒMVS, i, Cyprius, amicus Aristotelis. Vide, quæ de eo commemorat Cicero Divin. lib. 1 cap. 25. ¶ 2. Megalopolitanus, Philopœmenis ducis præceptor. Plut. in Philop. ¶ 3. Naxius, historicus, conditor historiæ astrologicæ, quem eumdem faciunt cum Eudemo Pario. v. Voss. de Hist. Græc. 3 p. 283 & de Mathem. cap. 32. ¶ 4. Medicus Liviæ, Drusi uxoris, adulterii inter illam & Sejanum internuntius ac proxeneta. v. Plin. 29 c. 2, & Tacit. Ann. 4 c. 3.

EVDOXVS, i, Ευδόξος, geometra & astrologus, Platonis auditor. v. Cic. de Divin. 2 c. 42. Scripsit Ephemerides, & annum ad Ægyptiorum rationem reformavit. Vnde Cæsar, qui & ipse postea annum correxit, apud Lucan. lib. 10 v. 185

Media inter prœlia semper
Stellarum cælique plagis, superisque vacavi,
Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus.

Mentio ejus apud Plin. lib. 6 cap. 31, & Petron. in satyr. Diod. Sic. lib. 3 cap. 13, Mel. lib. 3 cap. 10. Alii Navigatorem fuisse volunt. Vide Strab. lib. 2, & Dalech. ad l. all. Plinii p. 108. Conf. Voss. de Hist. Græc. 1 cap. 6 p. 26.

¶ Eudoxia, æ, ἐυδοξία, bona fama, ein gut gerüchte. v. Cic. de Fin. 3 cap. 17. ¶ 2. Fuit & nomen uxoris Arcadii, quæ Chrysostomum pepulit: item filiæ Imperatoris Theodosii junioris, uxor Valentiniani III.

Eveho; Evelio; Evenio, Eventus, vide *Veho, Vello, Venio.*

EVĒNVS, i, Philosophus fuit, qui ignem optimum dixit esse ciborum condimentum, ut Plutarchus retulit. ¶ 2. Est & ejusdem nominis Ætoliæ fluvius. Ovid. 9 Metam. v. 104

Venerat Eveni rapidas Jove natus ad undas.

EVERGĔTA, æ, ἐυεργέτης, ein wohlthäter. Dein cognomen duorum Ægypti regum, tertii & septimi Ptolemæi: ut etiam aliquot Syriæ, vid. Vaillantii Numism. in Antiocho Sidete, & Demetrio Eucæro. &c.

¶ Evergètæ, arum, gens Asiæ, quæ à Cyro hoc beneficum nomen indepta pro vulgari Agriasparum, quia exercitum ejus frigore victûsque penuria affectum tectis & commeatibus juverant. vid. Justin. 12, 5, 9. Diodor. Sicul. lib. 17 cap. 81, & Curt. lib. 7 cap. 3 n. 1.

Everriculum, Everro; Eversio, Eversor, Everto, vide *Verro, Verto.*

EVGĂLACTON, i, ἐυγάλακτον, herba, postea *glaux* dicta, Plin. 27 c. 9.

EVGĂNEI, orum, Italiæ Transpadanæ populi, Livius lib. 1 cap. 1. Vid. Cluver. Ital. Antiq. lib. 15, & Pignor. Orig. Patav. cap. 1 p. 8 seqq.

¶ Eugăneus, a, um, gentile adjectivum. Silius Italicus lib. 8 v. 604 de Patavinis: *tellure antiquitus orti Euganea.*

Et idem lib. 12 v. 216 *Euganeis dilectum nomen in oris.*

EVGE, ἐῦγε, interjectio vel exultantis vel congratulantis. Terent. in Adelph. a. 5 sc. 7 v. 13 *Euge jam, lepidus vocor*, wohlan, nun bin ich angenehm. Plaut. Trin. a. 3 sc. 2 v. 79 *Euge! euge!* Idem Merc. a. 3 sc. 4 v. 41 *Euge papæ.*

¶ Eugepæ, Interjectio gaudentis & approbantis, qua Plautus sæpe usus est; ut, Amphitr. a. 4 sc. 1 v. 10 &c.

EVGĔNIAE, arum, ἐυγένιαι, uvæ generosiores a generositate sic dictæ apud Columellam 3 c. 2, gute weinbeer, edle trauben. Conf. Plin. 14, 2.

EVGIVM, i, pellicula mulierum, quæ & *hymen* dici solet, & pro signo virginitatis habetur: a græco ἐύγυιος, *fertilis.* Apud Nonium cap. 2 n. 304 Laberius: *Eugium scindere.* Et Lucilius: *Sine Eugio ac destina.*

EVHĒMĔRVS, i, antiquus auctor, ex civitate Messanâ secundum Lactant. lib. 1 cap. 11. Arnobius Agragentinum vocat lib. 4, Plutarchus vero Messenium. Conf. Cic. de N. D. 1 c. 42. Varro de R. R. 1 c. 48. Colum. 9 c. 2. Voss. de Hist. Græc. 1 c. 11 p. 55. ¶ 2. *Euhēmĕrus* etiam Parthici regis cognomen, de quo Diodorus in Excerpt. Vales. p. 376.

Euhyus, vide mox *Evius.*

Evidens; Evigilo; Evilesco; Evinco; Eviratus; &c. vide *Video, Vigil, Vilis, Vinco, Vir.*

EVIVS, i, ἔυϊος, Bacchi cognomen est, quasi boni filii, apud Horat. lib. 2 Carm. od. 11 v. 17 *Dissipat Evius curas edaces.*

Colum. R. R. 10 v. 224 *Evie, Evie pæan.* Scribitur quoque *Evhyus*, ac *Evous*, unde solennis inclamatio vocandi casu: *Evoe* sive *Evohe* Bacche, &c. ¶ 2. Est & adjectivum *Evius, a, um*, id est, Bacchicus. Statius Achilleid. 2 v. 154 *quater Evia pulsant*

Terga manu, h. e. tympana in Bacchi sacris.

¶ Evias, ădis, fœm. sacerdos Bacchi.

EVLOGIVS, i, libertus Q. Vitellii sub Augusto Cæsare scripsit libellum de stemmate gentis Vitelliæ, eamdem a Fauno Aboriginum rege arcessens. v. Suet. Vitell. c. 1.

EVMACHIVS, i, teste Athenæo, res gestas Annibalis consignavit. ¶ Alius *Eumachus* Siculus Musicus apud Plinium 4 c. 18. v. Voss. de Hist. Gr. 3 p. 284.

EVMĂRVS, i, Atheniensis pictor, omnes figuras imitari ausus, Plin. 35 cap. 8.

EVMĒCES, is, ἔυμηκες, genus arboris balsamiferæ procerioris, Plin. 12 cap. 26. ¶ 2. *Eumece* lapillus erat, quem veteres cubitum euntes supponebant capiti, ut somnia evaderent vera. v. Reines. ἱστορούμενα Lingu. Pun.

EVMĒLIS, ĭdis, augur fuit nobilis, de quo Statius 4 Silv. 8 v. 49

Respiciens blandè felix Eumelis adorat.

¶ Eumēlus, i, Trojanus est ex Æneæ sociis. Virg. lib. 5 Æn. v. 665

Incensas perfert naves Eumelus, & ipsi, &c.

¶ 2. Alius Corinthius, qui patriæ scripsit historiam. v. Varr. R. R. 2 c. 5, & Voss. de Hist. Gr. 1 c. 1 p. 4.

EVMĔNES, is, Cardianus, ex scribâ nobilissimus dux, de quo Nepotem ejus vitâ vide. ¶ 2. Alius Eumenes fuit Pergami rex, *amicissimus Romanis*, ut eum Nepos in Hannibale c. 10 vocat. Quem Φιλορωμαῖον Plutarchus dixit in Catone.

EVMĔNĬDES, um, furiæ infernales, die höllischen plage-geister; sic dictæ per Antiphrasin, Ἐυμενεῖς, benevolæ, quæ vere δυσμενεῖς. Hoc autem nomen acceperunt ab Oreste, qui Palladis consilio illas Argos profectus placaverat, à benevolentiâ & mansuetudine, cum prius ab indignatione Erinnyes dicerentur, uti docet Sophocles in Oedipo de Colone v. 477

Ὥς σφᾶς καλῦμεν ἐυμενίδας ἐξ ἐυμενῶν
Στέρνων δέχεσθαι τὸν ἱκέτην σωτήριον.
Ipsas vocamus Eumenidas, pectore
Quod supplicem servaverint amabili.

Vid. Virg. Georg. 4 v. 482. Singulari *Eumenis* usus est Silius Italicus lib. 2 v. 559 *disjectaque crinem*

Eumenis, in medios irrumpit &c.

Acherontis noctisque filiæ fuisse produntur, & furoris Deæ. Quidam duas esse dicunt, Alecto, & Tisiphonem: alii Megæram sororem addunt: quas uno complexus versu est Orpheus:

Τισιφόνη τε, καὶ Ἀλλήκτω, καὶ δῖα Μέγαιρα.
Tisiphone, Alecto & Megæra.

Catull. in Argonaut. v. 192

Quare facta virûm mulctantes vindice pœnâ,
Eumenides, quibus anguineo redimita capillo
Frons exspirantis præportat pectoris iras.

EVMETRIS, ĭdis, gemma est apud Bactros nascens, Plin. 37 cap. 10.

EVMOLPVS, i, Εὔμολπος, Musæi poëtæ filius, scripsit ante Homerum. v. Suid. & Ovid. Pont. 2, 9 v. 2. ¶ Diodorus vero *Eumolpum* Ægyptii generis regem fuisse tradidit.

¶ Eumolpīdes, um, ἐυμολπίδες, sacrorum quorumdam præsides, quorum meminit Æschines in Orat. contra Ctesiphontem, & Suidas. Eos concilio publico aliquando præfuisse, auctor est Alexand. ab Alex. lib. 4 cap. 6, & Meurs. Eleusin. cap. 13. C. Nepos de Alcibiade, ejus vitâ cap. 4 *Postquam autem se capitis damnatum, bonis publicatis audivit, & id quod usu venerat, Eumolpidas sacerdotes à populo coactos, ut se devoverent*, &c.

EVNVCHVS, i, ἐυνῦχος, ab ἐυνὴ, cubile, & ἔχω, custodio, ein kämmerer, verschnittener. Sed acutius, inquit Scal. ex antiqua eruditione, Veneream rem amentiam à priscis appellatam, ex Aristophane constat. Hac quum putarent Eunuchos carere, contrariis vocibus compositis fecere nomen ἐυ νῦν ἔχειν. Vide ipsum Exercit. 277 sect. 3, & Dan. Heinsium Introduct. in Hesiodum cap. 6, ubi docet, Veteres, magistros continentiæ, quantumvis integros, ἐυνέχυς dixisse. Sane & Christus Eunuchorum tria genera apud Matthæum cap. 19 v. 12 recenset. Et eleganter Clemens Alexandrinus lib. 3 Pædagog. cap. 4 Ἐυνῦχος δὲ ἀληθὴς ὐχ ὁ μὴ δυνάμενος, ἀλλ' ὁ μὴ βυλόμενος φιληδεῖν: *Eunuchus verus est; non qui non potest, sed qui non vult dare voluptati operam.* Plurimum apud orientis reges semper polluerunt Eunuchi, adeo ut nomen illud denique non sexus conditionem, sed officium

ficium denotaret, atque sic etiam appellarentur ipsi mariti. Ita enim & Potiphar, *eunuchus Pharaonis*, LXX Interpretibus Gen. cap. 39 v. 1 dicitur. Vetus quoque interpres latinus seq. cap. v. 1 pincernam & pistorem regium *duos eunuchos* vocat. Hinc in Constantinopolitanam quoque aulam penetrarunt: & plurimum potuere semper apud Imperatores; eorum tamen plerumque malo. De eorum ibi officiis vid. Corippus lib. 3 de laudibus Justini. Eunuchos à Persis, qui eos à Babyloniis acceperant, institutos, Donatus ad Terentii Eunuch. a. 1 sc. 2 observat. De quorum salacitate & libidinibus in ea impotentia, idem Comicus eadem fab. a. 4 sc. 3 extr. & ibi Lindebrogius. Adde Barth. ad Stat. Silv. p. 331 seq. Voss. lib. 1 Instit. Orat. p. 77, 78. Savaronem ad Sidonii lib. 1 epist. 8. *Senem mulierem* Eunuchum idem Terentius cognomine Comœdia a. 2 sc. 3 v. 65 vocat. Vide & *Spado*. *Se eunuchum facere*, Juvenal. sat. 12 v. 35.

¶ Eunuchinus, a, um, adject. ut, *Eunuchina facies*. Hieronymus ep. 22 cap. 12 de Custod. virgin. ad Eustochium: *impudenter erigunt facies eunuchinas*.

¶ Eunuchismus, i, εὐνουχισμός, eviratio, die entmannung. Cæl. Aurel. Tard. 1, 4 *Eunuchismum facere*.

¶ Eunuchizo, are, verschneiden, entmannen, reperitur apud Hieron. contra Jovinian.

¶ Eunucho, are, idem. Varro apud Nonium cap. 2 n. 289 *Is, qui se eunuchat*.

¶ Eunuchion, i, εὐνούχιον, lactucæ genus, Plin. 19 c. 8.

EVNVS, i, Syrus, servilis conditionis; sed qui in Sicilia acerrimum bellum concitavit. Vide Diodorum Sicul. lib. 35 ecl. 2, Florum lib. 3 cap. 19, & Alex. ab Alex. 2 c. 11.

EVOHE & Evoe, εὐοῖ, vox bacchantium apud Virg. 7 Æneid. v. 389

Evohe Bacche fremens, juch! he! heysa!

Ovid. 4 Metam. v. 522

Evohe Bacche sonat. Vide supra in *Evius* plura.

¶ Evœ dissyllabum, Catullus Argonaut. v. 61

Saxea ut effigies bacchantis prospicit evæ.

Evolo; Evolvo; Evomo, vide *Volo, are, Volvo, Vomo*.

EVONYMVS, i, εὐώνυμος, dicunt & *anonymos*; arbor *fusaria* vulgo, quod ex ea fusi fiant, Germanis spindelbaum.

EVPATORIVM, i, εὐπατώριον, scribitur & *Hepatorium*, herba est, quam & *Agrimoniam* dicunt, odermennig. Matthiol. *Dicunt Hepatorium, quod epati præcipue medeatur*. Conf. Plin. 25 c. 6.

EVPETALOS, i, εὐπέταλος, gemma quatuor habens colores, Plin. 36 c. 10. ¶ 2. Lauri genus eidem 15 c. ult.

EVPHEMISMVS, i, εὐφημισμός, figura rhetorica, qua res ingratas & odiosas mitioribus vocabulis exprimimus, quod interdum fit ironicè; ut cum *Furiæ* vocantur *Eumenides*; cum *Pontus* ἄξενος dicitur *Euxinus*. Sic Vellej. 2, 93, 1 *si quid accidisset Cæsari*, i. e. si mortuus esset. v. Voss. Inst. Orat. P. 2 p. 186.

EVPHONIA, æ, εὐφωνία, *vocalitatem* vertit Quintilianus, est sonus vocum jucundior, der wohlklang.

EVPHORBVS, i, viri Trojani nomen à Menelao occisi, cujus animam se habere Pythagoras jactabat. Ipse apud Ovid. 15 Metam. v. 160

Ipse ego (nam memini) Trojani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram, &c.

Vnde & Lucilius Ennium, qui Pythagoricam sectam sequebatur, & animam Homeri in se derivatam esse gloriabatur, apud Horat. lib. 2 epist. 1 v. 50 ad Aug. hoc versu irridet:

Ennius & sapiens Euphorbus & alter Homerus.

Nam *sapiens Euphorbus* est Pythagoras. v. Heins. ad Horat. ¶ De *Euphorbo* Medico vide Plin. 25, 7.

¶ Euphorbium, i, εὐφόρβιον, planta, ejusdemque succus ingentis acrimoniæ, notus & usitatus Pharmacopolis. Libycam arborem ferulæ similem Dioscorides vocat; ein hitzig gummi. Macrobius lib. 7 Saturn. cap. 5 *succo papaveris admiscetis euphorbium*. ¶ Dicitur & *Euphorbia, æ*, muliebri genere, de qua herba ejusque succo plura legere apud Plinium licet lib. 25 cap. 7, ubi etiam de origine nominis disseritur. Adde ibi Harduin.

EVPHORION, ŏnis, Poëta Chalcidensis, qui varia scripsit. Namque & Elegos dedisse, Diomedes lib. 3 testis est, & ostendit Casaubonus quoque ad Suetonii Tiberium, quem vide p. 152 extr. Suidas & poëmatis cujusdam meminit, quod HESIODVM inscripserat. In quo procul dubio de agricultura præcepit. Quam forte ob caussam Varro & Columella eum inter scriptores rusticos celebrant. Hujus græca carmina Gallum latinè vertisse, Servius scribit, & inde Virgilium Bucolico 10 ex Galli ipsius persona canere:

Ibo & Chalcidico quæ sunt mihi condita versu
Carmina, pastoris Siculi modulabor avena.

Vide ipsum ad hunc locum, item ad illud eclog. 6

His tibi Grynæi nemoris dicatur origo.

Etiam Quintil. lib. 10 cap. 1 *Chalcidicum versum* in illo Poëtæ carmine ad Euphorionem refert. *Quid?* inquit, *Euphorionem transibimus? Quem nisi probasset Virgilius, idem nunquam certè conditorum Chalcidico versu carminum fecisset in Bucolicis mentionem.* Mihi tamen aliter de ista re videbatur. De quo tamen hoc loco disputandum non est.

EVPHRAGIA, æ, vulgo *Euphrasia*, herba, augentrost, alicubi & hirnkraut vocant.

EVPHRANOR, ŏris, statuarius marmorarius, & pictor, cujus Aur. Victor Junior meminit in Hadriano, & Plin. 34 c. 8, & 35 c. 11.

EVPHRATES, æ, Εὐφράτης, fluvius Mesopotamiæ. Cicer. de Nat. Deor. lib. 2 cap. 52 *Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis quasi novos agros invehit.* Dictus videtur Ambrosio ab εὐφραίνεσθαι, quod amœnitate sua delectet. v. Plin. 5 cap. 24. Boëthius lib. 5 metro 1

Tigris & Euphrates uno se fonte resolvunt.

Adde Polybium lib. 9 Histor. extremo.

¶ Euphrătis, ĭdis, fœm. ad Euphratem posita. Sidonius lib. 8 epist. 9 in carmine subjecto: *ripa Euphratide*.

EVPHROSYNA, æ, & Euphrosyne, es, Εὐφροσύνη, una ex tribus Gratiis, *Lætitia*: vide supra *Charites*. ¶ Plinius *Buglossam* herbam *Euphrosynam* appellari tradidit, quod vinis injectum lætitiæ ac hilaritatis caussam esse creditum sit, lib. 25 cap. 8, borretsch.

EVPILIS, is, lacus cisalpinæ Galliæ, per quem Lambrus in Padum defluit, Plin. 3 c. 19.

EVPLEA, æ, herba, qua perunctos commendatioris esse famæ, tradunt magi; Plin. 25 cap. 9. ¶ 2. *Euplæa*, insula maris Tyrrheni juxta Neapolim, vulgo *Gajola*. Stat. 2 Silv. 2 v. 79

Inde vagis omen felix Euplea carinis.

EVPOLIS, ĭdis, veteris Comœdiæ scriptor. v. Vellej. 1, 16, 3. Horat. 1 satyr. 4 princ. *Eupolis atque Cratinus Aristophanesque Poëtæ*, &c. Et lib. 2 satyr. 3 v. 12

Eupolin Archilochum comites educere tantos?

Ejus versus aliquos allegat Plinius lib. 1 epist. 20.

EVPOMPVS, i, Macedo, Arithmeticæ & Geometriæ peritissimus, sine quibus negabat artem posse perfici. Item præclarus pictor, qui docuit Pamphilum Apellis præceptorem, Plin. 35 cap. 9 & 10.

EVPORVS, i, servus, qui C. Gracchum, qua potuit ratione, tutatus, super occisum deinde animam, scissis proprio vulnere visceribus, effudit; dictus ob hanc fidem *Philocrates*. v. Vellej. 2, 6, 6. Val. Max. 6, 8, 3, Aur. Vict. Vir. Illustr. c. 65. Macrob. sat. 1 c. 11.

EVPROSOPON, εὐπρόσωπον, promontorium Phœniciæ, ab insigni adspectu.

EVREOS, i, gemma nucleo olivæ similis Plinio lib. 27 cap. 10. Eidem & *Tecolithus*, ut Dioscoridi τηκόλιθος, & *pyrena* & *phœnicites*. Vulgo *lapidem Judaicum* appellant, judenstein.

EVRIPIDES, is, Εὐριπίδης, poëta tragicus, quem τραγικώτατον dixit Aristoteles. Natus fertur in Salamine anno primo Olympiadis 75, quo tempore Persæ *Xerxe* duce victi sunt. Matrem ejus vendidisse olera, cum Theopompus apud Gellium lib. 15 cap. 20, Valerius Max. lib. 3 cap. 4, & Suidas testantur, tum ex Aristophane ostendit Turnebus lib. Advers. 15 cap. 3. Philochorus tamen, apud Moschopulum in vita Euripidis, eam nobilem fuisse asserit. Auditor fuit Anaxagoræ & Socratis. Cum Platone discendi caussa in Ægyptum ad sapientes & sacerdotes profectus aliquando est, quemadmodum Diogenes Laërtius tradidit. Tragœdiam scribere cœpit annos natus duodeviginti. Ac vidisse se speluncam terream & horridam in Salamine, in qua scriptitarit Euripides, Gellius affirmavit l. c. Scripsit Tragœdias 92, de quibus reliquæ nobis adhuc sunt 19. Cum in Oreste scripsisset: *Nullum esse usque adeo horribile malum, quod in hominem non cadat*; Socrates hos versus ejus sententiæ admiratus est, quos his verbis retulit Cicero in 4 Tusc. c. 29

Neque tam terribilis ulla fando oratio est,
Neque sors, neque ira cælitum invectum malum,
Quod non natura humana patiendo ferat.

Μισογύνην ab odio, φιλογύνην vero ab amore mulierum, dictum eum fuisse, scripserunt aliqui. Quin & μισογέλωτα, quod joci & risus, & in conviviis quidem, osor esset, dictum eum Gellius tradidit; sed quicquid scripserit, id ejusmodi fuisse, ut à melle & Sirenibus profluxisse putatum sit. Versus Alexandri Ætoli in eam laudem de Euripide scripti apud Gellium leguntur libro & capite paulo ante ostenso. Cùm fabulam aliquando recitasset, & à populo rogatus esset, ut sententiam quamdam mutaret, in scenam progressus dixit: *se, ut populum doceret, non ut ab eo disceret, Tragœdias componere solere.* Alcestidi quoque Poëtæ Tragico objicienti, quod intra triduum tria tantum carmina composuisset, se vero centum; respondit: *sed hoc interest, quod tua carmina triduo tantùm, mea verò in omne tempus sufficient.* v. Valer. Max. lib. 3 cap. 7. Mortuus est annum agens ætatis suæ 75 à canibus discerptus, veluti Gellius lib. 15 cap. 20, & Valerius Maximus lib. 9 cap. 12 prodidére. Sepulcrum ejus Macedones hoc elogio ornarunt: Οὔ ποτέ σου μνῆμα Εὐριπίδης ὤλετό που; quod sic Gaza transtulit, *Nulla ætate tua Euripides monumenta peribunt.* Quanti ejus fecerit versus Cicero, non obscure testatus est, sic ad Tyronem scribens lib. 16 famil. epist. 8 *Euripidis, cui tu quantum credas, nescio; ego certe singulos ejus versus singula testimonia puto.* Hæc pauca de Euripide ex Lilii Gyraldi dialogo 7 historiæ Poëtarum. Athenienses admirati ejus doctrinam & sapientiam *Scenicum Philosophum* meritò appellarunt. Vitruvius lib. 8 proœmio: *Euripides*, inquit, *auditor Anaxagoræ, quem Philosophum Athenienses Scenicum appellarunt, aëra & terram, eamque ex cælestium imbrium conceptionibus inseminatam, fætus gentium & omnium animalium in mundo procreavisse*, &c. *professus est.* Boeth. lib. 3 prosa 7 *In quo Euripidis mei sententiam probo, qui carentem liberis infortunio dixit esse felicem.* Sidonius, accentum secutus, non quantitatem, quia græce Εὐριπίδης, produxit penultimam in phaleucis, Carm. 9 v. 135, & Carm. 23 v. 126.

¶ Euripidēus, a, um, adject. quod Euripidis est. *Euripideum carmen*, Cic. Tuscul. lib. 3 cap. 25.

EVRIPVS, i, Εὔριπος, maris pars inter Æolidem, Bœotiæ portum, & Eubœam insulam, quæ septies (aut sæpius potius, ut inciderint passim venti, quemadmodum Livius existimavit lib. 28 cap. 6) die ac nocte reciprocatur, fleust ab, und kömmt wieder siebenmahl, quod Seneca his testatus est versibus in Hercule Oetæo v. 779

Euripus undas flectit instabilis vagus,
Septemque cursus flectit: & totidem refert,
Dum lassa Titan mergit oceano juga.

Petrus vero Gyllius, qui ex nautis, Euripi accolis, optime rem notat, ut plurimum quater de die naturali cursum mutare annotavit. Vide Voss. lib. 5 Instit. Orat. p. 298, 299. Sed Isaacus Vossius ad Melam p. 210 erudite conciliat, quater singulis diebus statum cursum mutare, & instabili cursu fluere ac refluere, Austro præsertim & Euro dominantibus. Vnde fieri ait, ut septies aliquando Euripus cursum mutet. Justinus Martyr Parænesi ad Gentes scribit pag. 34, Aristotelem pudore atque dolore, quod Chalcidensis Euripi explorare naturam non potuerit, finem sibi vitæ attraxisse. ¶ Hinc *Euripus homo*, εὔριπος ἄνθρωπος, sive *Euripo mutabilior, inquietior aut inconstantior*, inconstans dicitur, ein wanckelmüthiger und unbeständiger mensch;

menſch; & τύχη εὔριπος, id eſt, fortuna volubilis, das unbeſtändige glück. Eleganter quoque Boëthius lib. 2 metr. 1 Euripum cum Fortuna comparavit. ¶ 2. Eſt & alius *Euripus* Eubœo ſimilis, apud Taurominitanos: de utroque Plin. lib. 2 cap. 97 circa fin. ¶ 3. *Euripi* etiam dicuntur foſſæ atque incilia cum aquis, in hortis & prætoriis: ubi habebant etiam, quos *Nilos* appellabant, waſſer=graben. Cic. 2 de Legibus cap. 1 *Ductus verò aquarum, quos iſti tubos & euripos vocant, quis non, cum hæc videat, irriſerit?* Seneca epiſt. 83 *Ille tantus Pſychrolutes, qui Kalendis Januariis in Euripum ſaltabat*, &c. Hieronymus ad Ruffinum epiſt. 41 de Bonoſo Eremita: *Nulla Euriporum amœnitate perfruitur, ſed de latere Domini aquam vitæ bibit.* Adde Plin. lib 1 epiſt. 3. ¶ Sic *Euripi* etiam dicebantur foſſæ in circo, quæ impletæ ſubito aquis per occultos canales ex aquæ ductibus, totam arenam ad Naumachiam inundabant; de quâ re Dio Caſſius lib. 61 pag. 694. Seneca epiſt. 90 *Vtrum ſapientiorem putas, qui invenit, quemadmodum in immenſam altitudinem crocum latentibus fiſtulis exprimat, qui Euripos ſubitò aquarum impetu replet aut ſiccat?* De hoc circi *Euripo* etiam Suetonius Cæſare c. 39, & Plinius lib. 8 c. 7.

EVRŌPA, æ, Εὐρώπη, Agenoris Phœnicum regis filia, quam Jupiter rapuit, & in Cretam ſub forma bovis abduxit. vid. Plin. 12 cap. 1. Cic. de N. D. 1 cap. 28. Lactant. lib. 1 cap. 11. Ab hac nomen habet ¶ 2. Europa, tertia pars orbis terrarum, incipiens à Tanai, qui in paludes Mæoticas exit, & deſinens in fretum Atlanticum. Regiones ejus diſce ex Geographia: & conf. Plin. 3 c. 1, & 4 c. 23 &c.

¶ Europæus, a, um, qui ex Europa eſt. Ovid. 8 Metamorph. v. 23

Noverat ante alios faciem Ducis Europæi:

id eſt, Minois Cretenſis, Europæ filium. Apud Nepotem Eumene cap. 3 n. 2 *Europæi adverſarii* ſunt hoſtes ab Europâ.

¶ Europenſis, e, idem, latina formatione. Vopiſcus Aureliano c. 21 pr. *Aureliano rebus Europenſibus occupato.*

EVRŌTAS, æ, fluvius Laconum, præterfluens Lacedæmona. Vid. Ælian. lib. 2 c. 34. Virgil. 1 Æn. v. 498

Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi,
Exercet Diana choros.

EVRVS, i, ventus ab ortu ſpirans, alio nomine *Subſolanus*, der oſt=wind. Apulej. de Mundo p. 63 *Favonius, græcè ζέφυρος, Euro contrarius.* Et paullo ſupra, *Euros Oriens, Boreas Septemtrio, Occidens Zephyros, Auſtros Medius dies mittit.* ¶ 2. Nonnunquam & pro parte orientali à poëtis *Eurus* ponitur. Val. Flacc. 1 v. 538 *regio, quæ deſcendit ab Euro.*

¶ Eurinus, a, um, adject. idem ac orientalis, oſt=wertig. Colum. 11 c. 2 *Incipit occidere ventus eurinus.*

¶ Euroăquĭlo, ōnis, *Cæcias* eſt, inter Eurum & Aquilonem violentus & tempeſtuoſus, oſt=nord. vid. Vulg. Act. 27 v. 14.

¶ Eurŏnŏtus, i, ventus eſt ab oriente hiberno ſpirans inter Notum & Eurum, qui alio nomine *Vulturnus* dicitur, oſt=ſüd. Vid. Apulej. de Mundo p. 62, & Colum. 11 c. 2.

EVRỸĂLE, es, filia Minois. ¶ 2. Et alia ejuſdem nominis filia Prœti, regis Argivorum. ¶ 3. Et Gorgonum una *Euryale* eſt. Vide Servium ad Virg. Æn. 6 v. 289. ¶ 4. Amazonum regina, quæ Æetæ, Colchorum regi contra Perſen auxilium tulit. vid. Val. Flacc. 5 v. 612.

¶ Eurўălus, i, unus ex Ducibus Peloponneſiacis fuit, qui bello ad Trojam interfuerunt. Virg. Æn. 5 v. 295

Euryalus forma inſignis viridiſque juventa.

EVRYCLĒA, æ, nutrix Telemachi. Homer. Odyſſ. A. v. 429

Εὐρύκλει' εἶπος θυγάτηρ Πεισενορίδαο,
Euryclea Opis filia Piſenoridæ, &c.

EVRYCLES, is, vates Athenis, ſemper aliquid de ſe ſuiſque incommodis vaticinans, & quod dæmonium in ventre habere crederetur, dictus ἐγγαστρίμυθος. Ab eo omnes arioli vocantur εὐρυκλεῖς vel εὐρυκλεῖδαι & ἐγγαστρῖται. vid. Cæl. Rhodig. 5 c. 10.

EVRỸDĂMAS, antis, pugil nobilis Cyrenæus, cui cum inter certandum adverſarius, plagarum vi, dentes excuſſiſſet, omnes devoravit, ne tali ſpectaculo illi animum adderet. vid. Cæl. Rhodig. 11 c. 75. ¶ Hoc nomine & Hector, qui cuncta domuit, ſignificatur. vid. Ovid. Ibis v. 331, & Sil. 2 v. 186.

EVRỸDĬCE, es, Orphei uxor, pro quâ recuperanda ad inferos deſcendit. Fabulam exponit Ovid. Metamorphoſ. & Virgil. lib. 4 Georgicorum v. 486 *Redditaque Eurydice ſuperas veniebat ad auras.* Vide & Luctat. Placid. Statii Scholiaſten in lib. 8 Thebaid. pag. 357. ¶ 2. Alia *Eurydice*, Perdiccæ & Philippi mater fuit. Corn. Nep. 11, 3, 2, & Juſtin. 7 c. 4 & 5. ¶ 3. Plures hujus nominis, nempe Aridæi, Lyſimachi & Ptol. Philopatoris uxores, refert Juſtinus 14 cap. 5, item 16, cap. 2, & 30 cap. 1.

EVRỸLOCHVS, i, ſocius Vlyſſis, qui ſolus Circes pocula non guſtavit, neque in ſuis figuram eſt transmutatus. Ovid. Met. 14 v. 287

Vidimus Eurylochum, ſolus data pocula fugit.

¶ Alius *Eurylochus* puerorum nobilium in Alexandrum conjurationem detexit. vid. Curt. 8 c. 6, & Juſtin. 12, 6, 14.

EVRỸMĂCHVS, i, Thebanorum potentiſſimus Platæas per proditionem cepit. Sed, cum mox omnes rebellarent, hoſti traditus & ſupplicio affectus eſt. Thucyd. ¶ 2. Vnus ex procis Penelopes. Ovid. 1 Heroid. 1 v. 92 *Eurymachique avidas Alcinoïque manus.*

EVRỸMĔDON, ontis, pater Peribœæ, ex qua Neptunus ſuſcepit Nauſithoum, regem Phæacum, & Alcinoi patrem. v. Homer. Odyſſ. 7. ¶ 2. Filius Fauni, de quo Stat. Theb. 11 v. 32. ¶ 3. Dux Athenienſium cum Demoſthene. Juſtin. 4, 4, 11. ¶ 4. Fluvius, qui ex Tauri jugis ortus mediam Pamphyliam ſecat. Mela lib. 1, & Plin. 5 c. 27.

EVRỸMĔNAE, arum, urbs Theſſaliæ, apud Val. Flacc. 2 c. 14.

EVRYMNVS, i, pro calumniatore abiit in proverbium, quia, cum moliretur ſerere diſſidium inter Caſtorem & Pollucem, alterum apud alterum inſimulans, utrique deprehenſus pœnas dedit. vid. Chiliad.

EVRỸNŎME, es, Oceani & Tethyos filia, uxor Orchami, Achæmeniorum regis, mater Leucothoes. Ovid. Met. 4 v. 210. ¶ 2. Apollinis filia, quæ Adraſtum Argivorum regem, & Eryphylen Amphiarai conjugem peperit. ¶ 3. Dorycli filia, Codri uxor, apud Val. Flacc. 2 v. 136.

EVRỸŎNE, es, Amyntæ Macedonum regis filia, quæ patrem a matris inſidiis liberavit. Juſtin. 7, 4, 5.

EVRỸPỸLVS, i, Herculis filius, omnium Græcorum augur peritiſſimus, regnavit in Co inſula. vide Ovid. Met. 7 v. 364, & Virg. Æn. 2 v. 114.

EVRYSTEVS, ei, Εὐρυσθεὺς, tribus ſyllabis, rex Græciæ, qui Herculem Junonis inſtinctu cum tot monſtris congredi coëgit, ut periret, quamobrem durum eum dixit Virg. 3 Georg. princip.

Quis aut Euryſtea durum,
Aut illaudati neſcit Buſiridis aras.

Eurythmia, vide infra *Rhythmus.*

EVRỸTION, onis, rex Lacedæmoniorum, qui, ut Arcadas debellaret, factionem in ipſis movit. Poliæn. 2 c. 13. ¶ 2. Inſignis faber argentarius, qui Pallantis arma fabricavit. Virg. Æn. 10 v. 499

Quæ bonus Eurytion multo cælaverat auro.

EVRỸTVS, i, Mercurii filius, comes Argonautarum, de quo Val. Flacc. 1 v. 438, item 3 v. 471, & 6 v. 570. ¶ 2. Vnus Centaurorum a Theſeo occiſus. Ovid. Met. 12 v. 224. ¶ 3. Oechaliæ rex, ab Hercule victus, & occiſus, cum filiam Jolen certaminis lege promiſſam nollet tradere. Et hinc

¶ Eurўtis, ĭdis, Jole, Euryti filia, patronym. Ovid. 9 Met. v. 395

Eurytidos lacrymas admoto pollice ſiccat.

EVSĔBIVS, i, cognomento Pamphili, ob amicitiam cum Pamphilo martyre, chronologus & Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus, floruit temporibus Conſtantii & Conſtantini Cæſarum. Catalogum ſcriptorum exhibet Suidas. vid. Voſſ. de Hiſt. Gr. 2 cap. 17. ¶ Fuerunt plures: ut, Emiſſenus, Nicomedienſis, cujus ſectatores *Euſebiani* dicti; Vercellenſis, Samoſatenus, &c. de quibus conſule Hiſt. Eccleſ.

¶ Euſebia, æ, uxor Conſtantii Imp. de qua Zoſimus & Ammianus Marcell. lib. 16 & ſeq.

EVSTATHIVS, i, Epiphanæus, ſcriptor fuit ſub Anaſtaſio principe, quæ ſcripſerit, Suidas indicavit. vid. Voſſ. de Hiſt. Gr. 2 c. 21. ¶ Fuerunt hoc nomine celebres aliquot præſules: ut, Euſtathius Antiochenus, qui Arii dogma confutavit ſub Conſtantino: & Euſtathius præſul Theſſalonicenſis, qui illuſtres commentarios in Homerum, & Dionyſium Periegetam ſcripſit ſub Comnenis Imperatoribus. vid. Voſſ. l. d. 4 cap. 19.

EVTERPE, es, Muſa, latinè Jucunda ſeu Delectans dici poteſt, εὐτερπὴς, jucundus. Studia enim delectationem præbent, quemadmodum aliquoties Cicero de ſtudiis ſuis ſcripſit.

EVTHĂNĂSIA, æ, beata mors. *Auguſtus, quoties audiſſet, cito ac nullo cruciatu defunctum quempiam, ſibi & ſuis εὐθανασίαν ſimilem (hoc enim & verbo uti ſolebat) precabatur.* Suet. Aug. c. 99.

EVTHĔRISTON, i, εὐθεριστὸν, balſami genus, Plin. 12 c. 25.

EVTHYCRĂTES, is, Lyſippi filius & diſcipulus, in pictura celeberrimus, Plin. 34 c. 8.

EVTHỸDĒMVS, i, Philoſophus Tarſenſis, Apollonii Tyanei præceptor. Suid. ¶ 2. Alius Rhetor & Orator in Aſia locupletiſſimus. Strab. l. 14.

EVTHYGRAMMVS, i, εὐθύγραμμος, regula eſt, ein lineal. Vitruvius lib. 1 cap. 1 *Geometria plura præſidia præſtat architecturæ, & primum euthygrammi & circini tradit uſum, e quo maxime facilius ædificiorum in areis deſcriptiones, normarumque & librationum & linearum directiones.*

EVTHYMIA, æ, εὐθυμία, animi tranquillitas, ipſa vita beata, guter muth: Cic. auctore lib. 5 de Finibus cap. 8 *Securitas, quæ eſt animi tranquillitas, quam appellabant εὐθυμίαν.*

EVTHỸMVS, i, pugil Locrenſis inclytus, victor ſemper Olympiæ, victus ſemel, quemadmodum de eo Plin. ſcripſit lib. 7 cap. 47. Lapidem geſtavit ingenti magnitudine, qui Locris oſtenditur, & Temeſſæum heroa, quod cuique per vim abſtulerat, reddere coegit etiam cum fœnore, ut inde natum ſit adagium de iis, qui ſordidos & injuſtos quæſtus faciunt, *affore Temeſſæum Genium.* Vide Ælian. Var. Hiſt. lib. 8 cap. 18, & Chiliad. *Temeſſæus Genius aderit.*

EVTRĂPĔLVS, i, comis, facetus, kurtzweilig, εὐτράπελος & εὐτραπελία, urbanitas, ſchertz, kurtzweil: unde cognomen adeptus procul dubio Volumnius ille, elegantis ingenii homo, cujus non ſemel meminit Cicero. De quo fortaſſe Horatii quoque illud accipiendum eſt lib. 1 epiſt. 18 v. 31 *Eutrapelus, cuicunque nocere volebat,*
Veſtimenta dabat pretioſa.

Vide ibi Lambin. Exſtat & apud Martial. lib. 7 in Eutrapelum quemdam epigramma n. 83

Eutrapelus tonſor dum circuit ora Luperci,
Expingitque genas: altera barba ſubit.

Vid. Voſſ. lib. 3 Inſtit. Orat. p. 384.

EVTRŎPIVS, i, eunuchus, conſul Romæ ab Arcadio factus, omnibus vitiis infamis, periit exul in Cypro; in quem exſtant duo libri Claudiani. ¶ 2. Alius, quem Suidas Sophiſtam Italum vocat, Breviarium ſcripſit rerum Rom. usque ad Flav. Valentem Aug. vid. Voſſ. de Hiſt. Lat. 2 cap. 8.

EVTỸCHE, es, mulier Tralliana, 30 partus enixa & a 20 liberis rogo illata. Plin. 7 cap. 3.

EVTỸCHES, ētis, & Eutychis, monachus Conſtantinopolitanus, fuit hæreticus tertius poſt Manetem & Apollinarem: negavit duas eſſe in Chriſto naturas. Vixit circa annum Chriſti 450. Damnatus eſt in Synodo Chalcedonenſi ſub Imperatore Marciano.

¶ Eutychiani, orum, hæretici, ſectatores Eutychis, de quibus conſule Hiſtoricos eccleſiaſticos.

EVTYCHIDES, is, Plinio nobilis eſt ſtatuarius lib. 34 cap. 8. ¶ 2. Alius T. Pomponii Attici ſervus litteratus, de quo Cic. ad Att. 4, 15 & 16, 5.

EVXĪNVS, a, um, Εὔξεινος, ut, *Pontus Euxinus*, qui contiguus eſt mari mediterraneo; Thraciam attingit & Mœſiam inferiorem, influit in eum aliquot alveis Danubius, vulgo das ſchwartze meer. Dictus olim ab inhoſpitali feritate *Axenus*, ἄξενος. Ovid. lib. 4 Triſtium eleg. 4 v. 55 *Frigida me cohibent Euxini litora ponti,*
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

Vide

Vide Plin. lib. 4 c. 12, & lib. 6 c. 1 princip. & præcipuè Ammianum Marcellinum lib. 22, & Eustathium in Dionysium: itemque Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 287. Adjectivum autem *Euxinus* esse, Ovidius docet, cujus sunt: *Litus ad Euxinum*, 4 Pont. 3 v. 51. Et, *Euxinæ aquæ*, 3 Pont. 2 v. 60. Item, *Euxinæ undæ*, 4 Pont. 7 pr.

EX, præpositio, diversam juncta diversis verbis & formulis habet significationem. *Nemo ex me scibit*, Terent. Phorm. a. 5 sc. 1 extr. aus meinem munde soll es niemand erfahren. *Ex animo*, herzlich, mit ernst, vide *Animus*. *Ex adversum, Ex adverso*, gegen über. *Ex æquo & bono*, Ter. Adelph. a. 5 sc. 9 v. 30, recht und aufrichtig. *Aliud ex alio malum*, Idem Eunuch. a. 5 sc. 5 v. 17, ein unglück über das ander. *Ex re alicujus*, quod est in commodum alicujus, mit eines nuz oder besten, quod & *ex usu* dicitur. Terent. Phorm. a. 5 sc. 7 v. 76. Pro quo & *E* dicunt. Cicero singulari libro ad Brutum epist. 4 *Facis ex tua dignitate, & e re publica*. Et epist. 5 ad eúmdem: *Si arbitrarere utile, éque re publica esse*. ¶ *Ex*, pro Post: ut, *ex eo die*, id est, *ab eo die*, vel *post eum diem*. Cæsar lib. 1 de B. C. cap. 22 *quod provinciam ex prætura habuerat*, id est, postquam præturâ functus esset. Nepos Datame: *Qua ex re majoribus rebus præfecit*. Sæpe ita Suetonius usus, ut Cæsare cap. 19, Vitellio cap. 2 *Ex consulatu Syriæ præpositus*, &c. Vellejus lib. 2 cap. 33 *Qui ante septem annos ex consulatu sortitus est Asiam*. Et rursus: *Domitius cùm ex consulatu obtineret Asiam*. Vbi, cum eruditissimus Vossius *ex consulatu*, id est, *Consul*, interpretaretur, aliud agebat. Huc pertinet illud Terentii Eunuch. a. 4 sc. 2 pr. *aliam rem ex alia cogitare*. Et Heaut. a. 3 sc. 3 v. 73 *Vt aliud ex alio incidit*, eines nach dem andern. Sic Cæsar *ex itinere confligere* dixit, pro, intermisso paulum itinere confligere; pro quo *in itinere confligere* Nepos dixit. Sic Cæsar lib. 1 de Bell. Civ. cap. 70 *Ex magnis rebus nactus planitiem*. Idem lib. 2 B. Gall. cap. 8 *Collis paululum ex planitie editus*. Tacitus præpositione E similiter usus est. ¶ Terent. Adelph. a. 2 sc. 1 v. 22 *Ornatus esses ex tuis virtutibus*, id est, pro tuis virtutibus: prout virtus tua promerita est. Tacit. German. cap. 12 *Distinctio pœnarum ex delicto*. ¶ Aliquando significat locum: ut, *Ex cælo*: interdum *pro*, vel *ad*: ut, *ex dignitate*, h. e. pro dignitate vel ad dignitatem: interdum *secundum*: ut, *ex Platonis sententia*: Item, *ex animi sententia*, Cic. Tusc. 1 cap. 9. Interdum significat *in*: ut, *ex capite laborat*, i. e. dolorem patitur in capite: aliquando denotat *materiam*: ut, *statua ex ære facta, poculum ex auro*: aliquando etiam *ortum*: ut, *ex fratre, ex sorore natus*. ¶ Ponitur & pro *propter*. Sueton. Caligul. cap. 56 *Modò ex aliqua caussa agenti gratias*. Apulej. lib. 1 Miles. *Thessaliam ex negotio petebam*. ¶ Pro *cum* in Terentii Eunuch. a. 5 sc. 4 v. 17

Quo pacto ex jure hesterno panem atrum vorent,

τὸ *ex* interpretatur Donatus. Nisi quis velit madidum & maceratum subintelligere, quod idem eruditissimus Grammaticus monet. Sæpe Medici scriptores præpositione *Ex* ita utuntur. Celsus lib. 3 cap. 19 *Intritum ex vino*: & cap. 29 *Ruta ex aceto contrita*, & aliis pluribus locis. Serenus c. 2 *Profuit aut hedera ex oleo contrita vetusto*.

Et paullo post eodem capite:

Sæpe cheledonia ex acido perducta liquore.

Et cap. 13 idem Serenus:

Annosa rubros si legeris arbore vermes,
Ex oleo tere.

Similiter Plautus Mercat. a. 1 sc. 2 v. 28

Resinam ex melle Ægyptiam vorato: salvum feceris.

¶ Aliquando παρέλκει, ut, *ex ordine*, pro ordine; quæ ratio loquendi & circumscribendo adverbio facit. Sic *ex memoriâ*, pro memoriter, Cicero 3 Catil. cap. 6 dixit: & sæpe solus ablativus loco adverbii est.

¶ Exinde & Exin, ut *dein, deinde*, adverb. ordinis, dannenher, darauf, darnach. Cicero 2 Nat. D. cap. 39 *Exinde mari finitimus aer*. Ibidem cap. 43 in Arateorum versione:

Exin contortis Aries cum cornibus hæret.

Virg. 6 Æn. v. 743 *Exinde per amplum Mittimur Elysium*.

¶ Extra cum derivatis, vide mox suo loco.

¶ Extunc, adv. von daran, hernach. Apul. Met. 7 *Extunc pœnæ reservatus*. Conf. Vulg. Interpr. Jes. cap. 44 v. 8.

Exacerbo, Exacesco, Exacte, exactio, exactor, exactrix; Exædifico, Exæquatio, exæquus; Exæstuo, Exaggeratio, exaggerator, exaggero; Exagitator, exagito, exagium; Exalbesco, exalbidus; Exaltatio, exalto; Exaluminatus, vide *acerbus, aceo, ago, ædes, æquus, æstus, agger, ago, albus, altus, alumen*.

EXĀMEN, ĭnis, apum nova soboles & quasi colonia, quam ad novas quærendas sedes exire cogunt, ein bienschwarm. Cic. 1 Offic. cap. 44 *Apum examina fingunt favos*. ¶ 2. Hinc & ad alia transfertur. Plinius Paneg. cap. 26 *examina infantium, futurusque populus*. Dicuntur etiam Exercitus examina. Horat. lib. 1 od. 35 v. 30

& juvenum recens
Examen Eois timendum
Partibus.

Et lib. 2 epist. 19 v. 22 *qui sibi fidit*
Dux, regit examen.

¶ 3. Et *Examen* in bilance, quod *lingua*, seu *æquamentum, libramentum* dicitur, die zunge an der wage. In veteri Inscriptione & EXAGIVM appellatur. SVB EXAGIO PECORA VENDERE, das fleisch nach dem gewicht verkauffen. Sane & *Examen* ab *Exigendo* est: quippe contractum ex *exagimen*. Nonnulli idem cum trutina faciunt. Male. *Examen* enim in *trutina* est, Persius satyr. 1 init.

Examenque improbum in illa
Castiges trutina.

Vbi vetus Scholiastes: EXAMEN *est lingua vel lignum, quod mediam hastam ad pondera adequanda tenet*. TRVTINA *vero est foramen, intra quod est lingula, de qua examinatio est*. Vide & ibi Casaub. *Examen æquum*, wanns gleich einstehet, Suet. Vespasian. extr. ¶ Per metaphoram & pro judicio ponitur & censura, erforschung, probe. Stat. lib. 3 Silv. 3 v. 203

viam morum longæque examina vitæ Poscam.

Solin. cap. 1 ineunte: *examen opusculi*, i. e. censura.

¶ Exāmino, avi, atum, are, explorare, scrutari, wägen, nachfragen, betrachten, erwegen. *Diligenter examinare omnium verborum pondera*, Cic. in Orat. cap. 8. Et Horat. lib. 2 satyr. 2 v. 8

male verum examinat omnis
Corruptus judex.

¶ *Examinant apes*, Columell. 9 cap. 14, die bienen schwermen.

¶ Examinatus, a, um, participium nominale, geprüfft. Vnde Superlativus apud Augustinum lib. 7 Confession. cap. 6 *examinatissima diligentia nosse*.

¶ Examinate, adverb. cujus comparativo usus est Ammianus 25 cap. 23 *Dum deliberatur examinatiùs, quid fieri deberet*.

¶ Inexaminatus, a, um, non examinatus, ungeprüfft. Jul. Firmicus lib. 1 cap. 2 post principium: *inexaminatæ allegationes*.

¶ Examinatio, ōnis, die erforschung, verhör. Vitruvius lib. 10 cap. 8 *per scapi librationem & examinationem*. Et Vlpian. Lege 1 § 4 de Abigeis: *ad examinationem civilem remittendus est*.

¶ Examinator, ōris, ein wäger, erforscher. Cassiodor. lib. 6 epist. 18 *Panis pondera æquus examinator intende*.

¶ Examinatorius, a, um, prüfend. Tertull. advers. Gnostic. cap. 7 *per martyria fidei examinatoria*.

Exanclo, vel Exantlo, Exanimatio, exanimis, &c. vide *Antlia, Anima*.

EXARCHVS, i, ein fürst, herzog. Novell. Constit. 133 cap. 4 *Monasteriorum exarchi*, id est, inspectores & gubernatores, distincti vero ab Abbatibus. ¶ Cum Italiam barbari occupassent, quæ Constantinopolitanis ibi relinquebantur, per *Exarchum* administrabantur, cujus sedes Ravennæ erat. Vid. Hist. Med. ævi.

Exarefacio, Exareno, Exaresco, Exarmo, Exaro, Exartuo, Exascio, Exaspero, Exauctoratio, exauctoritas, exauctoro; Exaudibilis, exaudio, &c. Exauguro, Exauspico, quære in *Areo, Arena, Areo, Arma, Aro, Artus, Ascia, Asper, Auctor, Audio, Augur, Auspex*.

Exbalistare, vide supra *Balista*.

EXBRŎMO, are, emundare, purgare, reinigen. Apicius 6, 2 *Rapas, ut exbromari possint, levabis de olla*. vid. Salmas. in Solin. p. 255.

Excellentia, excello; Exceptabulum, excepto, &c. Excerpo, vide *Cello, Capio, Carpo*.

EXCĒTRA, æ, dicta est hydra lernæa, ab excrescentibus capitibus uno reciso, eine schlange mit vielen köpffen. Ad eam interficiendam missus Hercules. vid. Ampelius cap. de 12 signis. Apud Plautum est in Persa principio actus 1 *Cum leone, cum excetra, cum cervo, cum apro Ætolio, cum avibus Stymphalicis, cum Antæo deluctari mavelim, quam cum amore*. ¶ Apud Livium *Excetra* convicium est ad fœminam nefariam lib. 39 cap. 11, *Illius excetræ delinimentis & venenis imbutum, nec parentis, nec vitrici, nec Deorum verecundiam habere*. Ita filii amasiam mater vocat. Et Plaut. Pseudolo a. 1 sc. 2 *En excetra tu*, scil. Xystili, o du otter! De maledico lividoque usus est Hieronymus ep. 2 *Licet me sinistro Ibera excetra ore dilaniat*, &c. ¶ Alias *excetra* idem est, quod echidna seu vipera, eine natter. Vide *Echidna*.

Excīdium, quære supra in *Cado* & infra in *Scindo*.

Excĭdo, Excīdo, Excipio, Excisio, Excludo, exclusio, &c. Excors, Excrementum, Excubiæ, excubo; Exculcator, exculco; Excuso; Excussorium, excutio, quære in *cado, cædo, capio, cædo, claudo, cor, cerno, cubo, calx, causa, quatio*.

Execror, vide *Sacer, Sacro*.

EXĔDRA, æ, ἐξέδρα, locus amplus & ad considendum idoneus, cella studiorum, plurimas habens sedes, eine studier-stube; ab ἑδρεύω vel ἑδράζομαι, sedeo. Vitruvius lib. 5 cap. 11 *Constituantur autem in tribus porticibus exedræ spatiosæ, habentes sedes, in quibus Philosophi, Rhetores reliquique, qui studiis delectantur, sedere possunt*. Conf. Parei Lex. Crit. p. 440. Frequens *Exedrarum* fuit usus apud Romanos. Cic. 1 Nat. D. cap. 7 *Cum ad eum venissem, offendi eum sedentem in exedra, & cum C. Vellejo disputantem*. ¶ 2. Possunt *exedræ* nominari etiam sedilia pro foribus lignea & lapidea, gestühle, size.

¶ Exedrium, i, parva exedra, ein stüblein. Cic. lib. 7 fam. epist. 23 *Exedria quædam mihi nova sunt instituta in porticula Tusculani*.

EXĔDVM, i, herba quæ veterno liberat, Plin. 24 c. 19.

EXĒGĒSIS, is, ἐξήγησις, narratio, expositio, eine auslegung, erklärung.

¶ Exegeticus, a, um, ἐξηγητικὸς, ad exegesin spectans: ut, *Libri exegetici*, in quibus aliorum scripta enarrantur.

¶ Exēgēta, vel Exegetes, æ, ἐξηγητὴς, sacrorum interpres vel augur. Bud.

¶ Exegematicus, a, um, i. e. expositorius: ut, *Poëma exegematicum*, in quo poëta solus loquitur, contrarium *Dramatico*. Tale est in Virgilii tribus prioribus libris Georg.

EXEMPLVM, i, proprie hoc ipsum est, quod in aliis vel imitamur vel devitamus, ein beyspiel, fürbild. Componitur ab *ex* & *amplus*, quia eadem forma in pluribus amplificatur, & in multa alia similia diffunditur. Cic. in Oratore cap. 38 *Si exempla sequimur, a Demosthene sumamus, & quidem perpetuæ dictionis*. Sic &, *Exemplum capere de aliquo*, Terent. Andr. a. 4 sc. 1 v. 27. *Ex aliis sumere exemplum sibi*, Idem Adelph. a. 3 sc. 3 v. 62. *Exemplo alicujus facere*, Idem prolog. Heaut. v. 20. Et, *Auctoritate & exemplo alicujus facere aliquid*, Cic. pro Balb. c. 13, auf eines andern anleitung. Idem lib. 4 fam. epist. 3 *Quod exemplo fit, id jure fieri putatur*, was andere zuvor gethan, hält man vor erlaubt und recht. Senec. epist. 7 *Mala exempla in eos redundant, qui faciunt*. Juvenal. sat. 13 pr.

Exemplo quodcunque malo committitur, ipsi
Displicet auctori.

Rursus Cicero de Legib. lib. 3 c. 14 *Vitiosi principes plus nocent exemplo Reip. quam peccato*. Terent. Heaut. a. 5 sc. 1 v. 47 *Non tibi ego exempli satis sum?* Et Livius lib. 3 c. 43 *Vir exempli recti domi militiæque*, der mit gutem exempel vorgehet. Seneca lib. 6 Controv. 25 *Facilius, quid imitandum vitandumve sit, docemur exemplis*. Idem epist. 6 *Longum iter est per præcepta, breve & efficax per exempla*. Vide & Plin. lib. 8 epist. 14. Columella lib. 11 cap. 1 *Nihil recte sine*

exemplo docetur. Exemplum adest: vulgaris formula: cum responso opus haud esse significabatur, quod ipsa loqueretur res. Vide Plautinos interpretes Epid. a. 1 sc. 1 v. 7, *Exempli caussâ*, Cicer. pro S. Rosc. cap. 10. *Exempli gratiâ*, Quintil. lib. 6 cap. 5, zum exempel. ¶ 2. *Exemplum* formam quoque significat, sive exscriptionem & similitudinem, quam Barbari *Copiam* vocant, Gr. ἀπόγραφον, ut, *Exemplum litterarum*, eine copey eines brieffes. Sic, *Litteræ binæ eodem exemplo*, Cic. lib. 10 fam. ep. 5, zween brieffe gleiches inhalts, einerley abschrifft. Idem lib. 7 ad Attic. ep. 23 *Cæsaris litterarum exemplum tibi misi*. Et Suet. Claud cap. 20 extr. *Congestis pilis superposuit altissimam turrim in exemplum Alexandrini Phari, ut ad nocturnos ignes cursum navigia dirigerent*. Plaut. Mostell. a. 1 sc. 3 v. 55

narravero,
Queis me exemplis ille hodie ludificatus est.

Queis exemplis, id est, quibus modis. Et ita & a. 4 sc. 3 v. ult. eadem fabulâ locutus est Plautus. ¶ 3. *Exempla* dicuntur etiam pœnæ gravissimæ, quæ sint aliis exemplo, ne peccent. *Exempla edere in aliquem*, einen straffen andern zum exempel und abscheu. Terentius Eunuch. act. 5 sc. 6 v. 21 *Vterque in te exempla edent.* Vbi Donatus: *Nova ac mira tormenta, quæ pro exemplis narrentur: aut quæ documento sint cæteris, ne delinquant*, EXEMPLA *dicuntur*. Idem paullo ante ad act. 5 sc. 5 v. 4 *Graves*, inquit, *pœnæ, quæ possunt cæteris documento esse*, EXEMPLA *dicuntur*. Plaut. Most. a. 5 sc. 1 v. 67 *exempla faciam ego in te*. Vide & Gell. lib. 6 cap. 14. Ita *exempla novissima*, i. e. ultima supplicia Tacitus dixit Annal. 12 cap 20. ¶ 4. *Exemplum* etiam dicitur, quod in oratione adhibetur rei aut probandæ aut ornandæ gratia.

¶ Exemplar, āris, pro exemplo interdum usurpatur; ut, *Exemplar propositum ad imitandum*. Vt contra exemplum pro exemplari: Manilius lib. 4 v. 892

Exemplumque Dei quisque est in imagine parva.

Et Cic. de Amicit. cap. 7 *Sui aliquod exemplar intuetur, qui amicum intuetur*. Germani vocant, ein muster, modell, form. Seneca epist. 33 *ab exemplari pendere*, immer nach dem modell sehen, nichts vor sich machen können. Horat. lib. 1 epist. 19 v. 17

Decipit exemplar vitiis imitabile.

Exemplar libri, scripti, testamenti, eine abschrifft, nachdruck. Horatius in Arte Poëtica v. 268 *vos exemplaria Græca*
Nocturna versate manu, versate diurna.

Vid. & de differentia *Exempli* & *Exemplaris*, Vall. lib. 6 cap. 33. Barth. ad Claudian. pag. 264. Nimirum *exemplum* proprie est res, quæ nobis imitanda proponitur. Ille autem, in quo est aliquid imitandum vel fugiendum, dicitur *exemplar*, quamquam, ut modo dictum, hæc sæpius commutantur.

¶ Exemplare, āris, pro *exemplar* etiam dicitur. Lucretius lib. 2 v. 122

rerum magnarum parva potest res
Exemplare dare, & vestigia notitiai.

¶ Exemplarium, i, idem. Arnobius lib. 6 p. 198 *Phryna illa Thespiaca, cum in acumine ipso esset pulchritudinis, venustatis, & floris, exemplarium fuisse perhibetur cunctarum Venerum.* Atque hoc etiam ad exempla librorum refertur. Hieronymus adversus Helvidium cap. 8 *Ne forte de exemplariorum veritate causseris, quia tibi stultissime persuasisti, Græcos codices esse falsatos; ad Joannis evangelium venio*, &c. Adde Lege 47 Dig. de legat. 2. ubi *exemplarii caussa*, vel, ut in quibusdam libris est, *exemplari caussa*, forsan contracte, legitur.

¶ Exemplaris, e, adject. secundum exemplar, item, quod præbet exemplum, exemplarisch. Macrobius lib. 1 Somn. Scip. cap. 8 *Virtutes exemplares sunt, quæ in ipsa divina mente consistunt, quam diximus νοῦν vocari: a quarum exemplo reliquæ omnes per ordinem defluunt.*

¶ Exemplo, are, describere, abschreiben. Ruricius 1 epist 8 *exemplare librum.*

¶ Exemplatus, a, um, abgeschrieben. Sidonius 4 epist. 16 *exemplatus libellus.*

¶ Coëxemplum, i, simile exemplum. Sarisb. 8, 19 *Coëxemplo suo aliquem ad mortem animare.*

Exemtilis, Exemtio, Exemtor, vide in *Emo*.

EXENTĔRO, exenterare, ἐξεντερίζω, eviscerare est, hoc est, viscera interiora eximere, ut in piscibus & feris proprie fieri solet, ausnehmen, oder ausweiden. Per metaphoram Plaut. Epidic. a. 2 sc. 2 pr. dixit, *Exenterare marsupium*, den beutel fegen. Et ibid. a. 5 sc. 2 v. 7 *Exenterare opes argentarias.*

¶ Exenteratus, a, um, ausgeweidet, ausgeleert. Justin. 1, 5 v. 10 *Epistola exenterato lepori inseritur.* Legunt & *exinterato*: non male, si derivetur ab *interus*, unde *interior*. v. Voss. Etym. p. 200.

Exequiæ; Exerceo, Exercitus; Exero; Exerugo; Exesus; vide *Sequor, Arceo, Sero, Ructus, Ĕdo.*

Exhibeo, &c. Exhilaro; Exicia, vide *Habeo, Hilaris, Sica.*

EXĬGŬVS, a, um, magis exiguus, maxime exiguus, gering, klein, ab *Exigendo*, quod facile exigitur. *Ab exiguis initiis proficisci*, einen schlechten anfang oder ankunfft haben, Liv. præfat. operis. Speciem habet præcepti de assiduitate, quæ in modicis etiam rebus suam præstat utilitatem, Virgilii illud 2 Georg. v. 412

laudato ingentia rura,
Exiguum colito.

Exiguus mus, eine kleine maus, Idem 1 Georg. v. 181. Legas & *exiguior, exiguissimus*. Vlpianus Lege 1 Dig. de Fluminib. § 15 Deterior: *Si derivetur aqua, ut exiguior facta minus sit navigabilis.* Idem Lege 75 D. de Legatis lib. 3 *exiguiores nummi*. Ovidius Heroid. epist. 14 v. 115

De fratrum populo pars exiguissima restas.

Plin. lib. 7 epist. 24 *exiguissima legata.* ¶ *Exiguum* etiam substantivo more positum est; ut, *Exiguum aquæ*, Ovid. 5 Trist. eleg. 2 v. 20. *Exiguum salutis*, Silius lib. 4 v. 248.

¶ Exiguè, adv. schlecht, kärglich, sparsam. Terent. in Heaut. a. 1 sc. 2 v. 33 *Præbent exigue sumtum*, hoc est, parce, tenuiter, sie geben nicht viel zu verzehren. *Epistolæ exigue scriptæ*, Cicer. 11 ad Att. ep. 16, mit schlechten und geringen worten. Cæsar lib. 7 de Bell. Gall. cap. 71 *Ratione initâ, frumentum se exigue dierum XXX habere demonstrat.*

¶ Exiguitas, ātis, substant. ut, *Exiguitas copiarum*, wenig volcks, Cælius Ciceroni lib. 8 epist. 10. Sic Palladius lib. 1 cap. 6 *culta exiguitas fœcundior, quam magnitudo neglecta.* Et, *Exiguitas temporis*, kürtze der zeit, Liv. lib. 24 cap. 17.

¶ Perexiguus, a, um, sehr klein: ut, *perexiguum semen*, Cicer. 2 Nat. Deor. c. 32.

¶ Perexigue, adverb. compositum, sehr gering. Cicero 16 Attic. epist. 1 *perexigue & γλισχρῶς præbere, id est minutatim.*

Exilis, Exilitas; Exilium; Eximius, Eximo; Exin; Exinanire, Exinanitio; Exinde; Existimo cum derivatis; Exitium, Exitus &c. Exlex, vide *Ile* sive *Ilia, Exul, Emo, Ex, Inanis, Ex, Æstimo, Eo, Lex.*

EXŎCHE, es, ἐξοχὴ, excellentia: ut, *dici κατ' ἐξοχὴν*, secundum præstantiam. Virg. 1 Georg. v. 228

Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis:

ad Pelusium enim Nili ostium lentes optimæ proveniunt, Servius. Sed alia de caussa *Pelusiacam lentem* Virgilio dictam Hieronymus putat. Vide *Pelusium*.

¶ Exŏchas, ădis, ἐξοχὰς, tuberculum in ano apud August. epist. 49, eine beule, ein geschwär. Hinc

¶ Exochadium, i, dimin. idem. *Exochadia aceto illinere*, Marcell. Emp. c. 30, conf. Priscian. 2 Med. c. 30.

EXŎCOETVS, i, ἐξώκοιτος, piscis aquas dormiendi caussa in siccum egrediens. Vide Plin. lib. 9 cap. 19 pr. & Oppianum Halieut. lib. 1 v. 158. Adde supra in *Adonis* dicta. Ab ἔξω *extra*, & κοίτη, *cubile.*

EXŎDIVM, i, ἐξόδιον, ab ἔξω τῆς ὁδοῦ, i. e. extra viam, der ausgang, das ende: ut, *exodium vitæ*, Varro apud Nonium cap. 1 n. 111. *Quod cœperas in via narrare, ad exodium ducas*, idem ibid. führe es aus, erzehle es biß zum ende. Festus etiam per *exitum* exponit. ¶ 2. *Exodia* erant ridicula versibus intexta & Atellanis conserta, quæ, quod penitus extra fabulam essent, nomen acceperunt, possenspiel; ut, *Exodium Atellanicum*, Suetonius Tiber. cap. 45, &, *scenicum exodium*, Idem in Domit. cap. 10. Et Livius lib. 7 cap. 2 *Postquam lege hac fabularum ab risu ac soluto joco res avocabatur, & ludus in artem paulatim verterat, juventus histrionibus fabularum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactare cœpit, quæ inde exodia postea appellata, conserta que fabellis potissimum Atellanis sunt*, &c. Vetus Scholiastes ad illud Juvenal. satyr. 3 v. 174

Tandemque redit ad pulpita notum Exodium:

Exodiarius, inquit, *apud veteres in fine intrabat, quod ridiculus foret: ut, quicquid lacrymarum ac tristitiæ cepissent ex Tragicis affectibus, hujus spectaculi risus detergeret. Hujus & Lucilius meminit: principio exitus dignus exodiumque sequitur.* Hæc ille.

¶ Exodiarius, i, qui exodium tabulæ affert. Vide Scholiasten Juvenalis modo in *Exodium* productum, & Ammian. Marc. 28 cap. 4 cum not. Vales.

¶ Exŏdus, i, ἔξοδος, exitus, der ausgang. *Exodus*, secundus liber Moysis, ex ea caussa nomen accepit, quia *exitum ab Ægypto vel egressum populi Israël digerit.* Isidor. 6 c. 2.

Exolesco, Exoletus, vide *Oleo*.

EXŌMIS, ĭdis, ἐξωμίς, ein leibrock ohne ermel. Festus: *Exomides sunt comici vestitus exertis humeris.*

¶ Exōmium, i, tunica brevis, desinens circa humeros, a græco ὦμος, *humerus*. Quintil. 5 c. 10 *Exomium pullum.*

EXOMOLOGĒSIS, is, confessio, ἐξομολόγησις, die bekändtnüs. Salvianus ad Eccles. proœmio.

Exonero; Exopto; Exorbito, vide *Onus, Opto, Orbita.*

EXORCĪZO, are, ἐξορκίζειν, beschweren, verbum noti usus in ecclesia; e. g. apud Tertullianum de Idololatria cap. 11. Augustin. epist. 105 &c. Sed Vlpianus quoque Lege 1 § 3 Dig. de extraord. cognition. *si incantavit, si imprecatus est, si, ut vulgari verbo impostorum utar, exorcizavit, non sunt ista medicinæ genera.*

¶ Exorcismus, i, ἐξορκισμὸς, die beschwerung: ut, *exorcismis fugare*, Tertullian. de Corona cap. 11.

¶ Exorcista, æ, ἐξορκιστὴς, qui exorcizat, ein beschwerer. Paulinus Nolanus ep. 21 [vet. ed. 24] extr. *ut exorcistam dæmoniis terribilem videremus.*

Exordium; Exorior, vide *Ordior, Orior.*

EXORMISTON, i, ἐξορμιστὸν, murænæ genus, eine art von pricken oder lampreten. Cassiod. Var. 12 epist. 14 *Exormiston inter pisces regium genus, compar murænis corpore*, &c. Conf. Salmas. de Pallio p. 445, & Jos. Scalig. Lect. Auson. 1 c. 26 p. 75.

Exorno; Exoro; Exors; Exorsus; Exortus; Exos, Exossatus; Exosus, vide *Orno, Oro, Sors, Ordior, Orior, Os, ossis, Odi.*

EXŌTĬCVS, a, um, ἐξωτικὸς, peregrinus, adventitius, ausländisch, aus fremden landen. Plaut. in Mostell. a. 1 sc. 1 v. 41 *Non omnes possunt olere unguenta exotica.* Apulej. Apol. *Exotico pulvere dentes emaculare.* Gellius 13 cap. 5 *vinum exoticum.*

¶ Exōtĕrĭcus, a, um, idem. Gellius lib. 20 cap. 5 Aristotelis libros distinguit in *Exotericos* & *Acroaticos*, quod græce Cicero ad Attic. lib. 4 ep. 16 scribit ἐξωτερικούς. Erant autem *exotericæ lectiones* quasi exteriores, omnibus sine delectu patentes, ab *acroaticis*, id est singularibus & privatis, distinctæ.

Expalleo, Expallesco; Expavesco, Expavefactus, vide *pallor, paveo.*

Expecto, ĕre; Expecto, āre, Expectatio, &c. Expectorare; Expedio, Expeditus, &c. Expello; Expendo, Expensa, Expensum; Expergesio, Expergiscor; Experientia, Experior, &c. Experrectus; Expers, quære in *pecten, specio, pectus, pes, pello, ĕre, pendo, pergo* in *rego, perior, rego, pars.*

Expilatio, Expilator, Expilo; Expio, āre, cum derivatis, Explano cum derivatis; Expleo; Explico cum derivatis; Explodo; Exploro cum derivatis; Expresse, Expressio, Exprimo; Exprobro cum derivatis

Expui

Expulſio, &c. Expumicare, vide in *Pilo, Pio, Planus, Plenus, Plico, Plaudo, Ploro, Premo, Probrum, Pello, Pumex.*

EXQVĬLIAE, arum, mons & vicus Romæ, in quo arx fuit & excubiæ Tulli Regis.

¶ Exquilīnus, a, um, adject. Horat. epod. 5 v. 99

Poſt inſepulta membra different lupi,
Et exquilinæ alites.

Quod ideo dixit, quia ante portam Exquilinam ſive Metiam ſupplicia ſumebantur de damnatis. Vide Lipſ. ad 2 Annal. Tacit.

Exquiro, Exquiſitus; Exſanguis; Exſarcio; Exſcenſio, Exſcenſus; Exſcreabilis, Exſcreare, &c. Exſecrari cum derivatis; Exſectio, Exſector; Exſecutio, Exſecutor; Exſenſus; Exſequiæ, Exſequor; Exſerere, Exſertare, Exſerte, Exſibilare; Exſignare; Exſilio, Exſinuo; Exsŏno; Exſordeſco; Exſors; Exſpatior; Exſpergo; Exſpiratio, Exſpiro; Exſpuitio, Exſpuo; Exſpumo; Exſtillo; Exſtimulo cum derivatis; Exſtinctio, Exſtinguibilis, &c. Exſtirpo cum derivatis; Exſtructio, Exſtruo; Exſuccus, Exſugo; Exſuperabilis, Exſupero, &c. Exſurdus, vide *Quæro, Sanguis, Sarcio, Scando, Screo, Sacer, Seco, Sequor, Senſus, Sequor, Sero, Sibilus, Signum, Salio, Sinus, Sonus, Sordes, Sorŝ, Spatium, Spargo, Spiro, Spuo, Spuma, Stiria, Stimulus, Stinguo, Stirps, Struo, Sugo, Super, Surdus.*

EXTA, orum, plur. majora & ſuperiora dicuntur viſcera: ut, *pulmo, cor, jecur, lien*, dicta inde, quod extent & emineant, **das eingeweide, geſchlincke.** Potiora eorum officia verſu vulgari comprehenſa ſunt:

Cor ſapit, at pulmo loquitur, fel commovet iram,
Splen ridere facit, cogit amare jecur.

Ab extis animalium multa ſolebat divinare vetuſta ſuperſtitio. Inſpiciebantur enim cæſæ hoſtiæ viſcera: quæ ſi felicia apparerent, (quod ex certis notis conſtabat) coquebantur in foco: deinde proſecabantur partes: quæ inferendæ altaribus immolandæ Diis eſſent; aut ad veſcendum ſacrificulis relinquendæ. Hic divinandi modus Ciceroni Top. cap. 20 *præſenſio per exta* dicitur. Cæterum lætiſſima omnium habebantur exta, quæ duplicia eſſent, *replicata* dicta Suetonio Auguſti vita cap. 15 extr. ubi vide Caſaubonum. De hoc divinationis genere vide philoſophantes Plutarchum lib. cur Pythia oracula reddere deſierit p. 398, & Ammian. Marcell. lib. 21 cap. 1, ubi *exta fatidica* dicuntur. Adi & Origenem lib. 4 contra Celſum.

¶ Extalis, is, inteſtinum rectum, longanon, **der afterdarm, maſt-darm.** Gloſſ. vet. ἀρχός. Vulg. Interpr. 1 Sam. 5 v. 9 *computreſcebant prominentes extales eorum.* Conf. Veget. Mulomed. 3 c. 11.

¶ Extar, in vet. Gloſſ. eſt olla, in qua exta coquuntur, **ein hafen zum eingeweide.** ¶ 2. Apud Soſipatrum *Extar* dicitur *æs theatricum*, quod ſpectaculi viſendi cauſa datur, **geld vor die comodie.**

¶ Extaris, e, adject. **zum eingeweide gehörig.** Plaut. Rud. a. 1 ſc. 2 v. 47 *petunt aulam extarem*, i. e. ollam extis coquendis.

¶ Extiſpex, ĭcis, qui ex inſpectis extis divinat, **ein wahrſager aus dem eingeweide.** Cic. de Divin. lib. 1 cap. 16 *extiſpicum artem* vocat extiſpicii diſciplinam.

¶ Extiſpicium, i, ars illa aruſpicum ab extis conſpectis divinandi, **die wahrſager-kunſt aus dem eingeweide.** Suet. Ner. c. 56 *Attendit & extiſpicio.*

Extabeſco, vide in *Tabes.*

Extemplo; Extemporalis, Extemporalitas; Extendo; Extenebro, are; Extenſe, &c. Extenuo, āre, Exter; Exterebro; Extergo; Exterior; Exterminium, Extermino; Externus; Extero; Exterreo, vide *Templum, Tempus, Tendo, Tenebræ, Tendo, Tenuis, Extra, Terebra, Tergo, Extra, Terminus, Extra, Tĕro, Terreo.*

Extimeſco; Extimus; Extinguo; Extiſpicium; Extollo; Extorqueo, vide *Timeo, Extra, Stinguo, Exta, Tollo, Torqueo.*

EXTORRIS, is, exul, ἄπολις, qui extra terram patriam vel extra terminos ejectus eſt, **ein verwieſener, vertriebener, der im elend iſt.** Alii à *terra*, alii ab *interdictione ignis* deducunt. Livius lib. 5 cap. 30 *Exul, atque extorris ab ſolo patrio.* Tacitus 6 Annal. cap. 36 *Suis quisque ſedibus extorres.* Virg. Æn. 4 v. 616 *Finibus extorris.* Gell. 2 cap. 13 *Exul extorrisque eſto.* Plura vide apud Nonium cap. 1 n. 48.

Extortor, Extortus, &c. vide in *Torqueo.*

EXTRA, præpoſitio, **auſſer, auſſerhalb.** Horat. lib. 2 epiſt. 1 v. 31

Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri.

Dicitur in eos, qui ea, quæ in confeſſo ſunt, negant, **welchen weiß ſchwartz, und ſchwartz weiß muß ſeyn,** vide Chiliad. *Extra culpam eſſe*, Cic. 7 Verr. cap. 51. *Extra periculum. Extra omnem ingenii aleam*, vide *Alea. Extra jocum*, Cicer. ad Trebatium lib. 7 famil. ep. 32, **ohne ſchertz.** *Extra unam aniculam*, pro, exceptâ unâ aniculâ, elegans eſt locutio apud Terent. Phorm. a. 1 ſc. 2 v. 84. Sic, *Extra ducem, paucosque præterea*, **ausgenommen,** &c. Cic. 7 fam. ep. 3. Et abſolutè, ſine caſu, Vitruvius lib. 10 cap. 7 pr. *Puſillum extra progrediar, & de his lapidicinis, quemadmodum ſunt inventæ, exponam.*

¶ Extrāneus, a, um, **ausländiſch, fremde:** ut, *cauſſa extranea*, Auct. ad Herenn. lib. 3 c. 2. *Heres extraneus*, Sueton. Claud. c. 4.

¶ Extrārius, a, um, alienus, non domeſticus. *Hanc conditionem ſi cui tulero extrario*, Terent. Phorm. a. 4 ſc. 1 v. 13. *Canis extrarius*, **ein fremder hund,** Sueton. Veſpaſ. cap. 5. *Extrarius arbiter*, Apul. Apol. p. 300. *Bona extraria*, Idem Dogm. Plat. 2 p. 18.

¶ Extraordinarius, vide infra *Ordo.*

¶ Extraquam, adverb. **ohn, auſſer.** Cicer. 6 Attic. ep. 1 *extraquam ſi ita negotium geſtum eſt.*

¶ Exter, & Extĕrus, era, um, idem quod externus, **auswertig:** ξενικὸς, ἀλλοδαπὸς, ut, *Exter honos* apud Statium 11 Theb. v. 429, ut Priſcianus lib. 3 ſub initium legit. Item pro extraneo. Paulinus ad Cytherium v. 507 *Nunc iſte vobis exter & veſter manet.*

Conf. l. 84 ff de acquir. vel omitt. & l. 11 ff de lege J. Sic & Cic. pro L. Manil. c. 16 *apud exteras nationes.*

¶ Exterior, us, Extremus, a, um, **auſſerhalb, euſſerſt:** ut, *Exterior orbis*, Cic. de Vniverſ. cap. 7. *Comes exterior*, qui loco it minus honorato, Horat. 2. ſatyr. 5 v. 17. *Cælum extremum atque ultimum mundi eſt*, Cic. 2 de Divin. cap. 42, **das euſſerſte und letzte der welt.** Silius lib. 3 v. 135 *Extremumque diem primus tulit*, id eſt, natalis attulit diem mortis, olim fatis definitum. *Manus extrema non acceſſit ejus operibus*, Cicer. de clar. Or. cap. 33, **er hat ſein werck nicht zum ende gebracht.** vide infra *Manus. Manum extremam imponere bello*, Virg. Æn. 7 v. 572, **den krieg zu ende bringen.** *Extrema omnia experiri*, Salluſt. de Bello Catil. cap. 26. *Intelligis fortunas ſuas in extremo ſitas*, **er merckt die euſſerſte noth.** *Ad extremum*, **zuletzt,** *in extremo*, **hinden an.** *In equo Trojano ſcis eſſe in extremo, Serò ſapiunt*, Cic. 7 famil. ep. 16 pr. Et, *Extrema ætas*, ſenectus, Corn. Nep. in Catone cap. 2 n. 3. Comparativo novo uſus eſt Apulejus lib. 1 Metam. p. 105 *Si quid eſt noviſſimo extremius.* Et lib. 7 poſt principium: *quod cunctis eſt extremius.* Tertullianus quoque de Anima cap. 33 extr. *Nihil plenius, quam quod extremius.* Et Auguſtinus Confeſſ. lib. 12 cap. 29 fine: *cum* [materia] *pendatur extremiore.*

¶ Extrema, orum, id eſt, mors. Tacitus lib. 2 Hiſt. cap. 45 ex perſona Othonis: *Plura de extremis loqui, pars ignaviæ eſt.* Ita & *ſuprema* idem de more dixit, de quo ſuo loco.

¶ Extremitas, ātis, **das ende oder euſſerſte.** *Extremitas circuli*, Plin. 2 cap. 17. *Mundi extremitas*, Cicer. de Vniverſ. cap. 6. vid. Parei Lex. Crit. p. 457.

¶ Extremo, adv. ad extremum, **zuletzt.** Cic. lib. 12 ad Att. *quod enim ſcribis extremo, vide* &c. Adde Nepotem 22, 2, 3.

¶ Extĭmus, a, um, ſuperlativus alius, **euſſerſt.** Cic. de Somn. Scip. c. 4 *Orbium unus eſt cæleſtis, extimus, qui reliquos omnes complectitur.* Plin. lib. 2 cap. 78 *extimæ gentes.* Et Solin. cap. 27 [al. 40] *extimum Syrtium cornu.* Prudentius Hymno omnis horæ v. 40

Extimum veſtis ſacratæ furtim mulier attigit.

¶ Externus, a, um, **euſſerlich, ausländiſch, fremd.** Cic. de Brut. epiſt. 10 pr. *Hoſtes externi*, oppoſiti *domeſticis*: & in 5 Tuſcul. cap. 9 *Rerum externarum & ad corpus pertinentium domina fortuna*, **herr über euſſerliche dinge.** *Externi generi*, Virg. Æn. 7 v. 98, i. e. peregrini.

¶ Externo, are, extra rapere, & velut externum facere, ſive ſui haud ſinere compotem, **erſchrecken, entzücken.** Catullus de nuptiis Pelei & Thetidos v. 71

Ah miſeram, aſſiduis quam luctibus externavit
Spinoſas Erycina ſerens in pectora curas.

Proprie uſus Apulejus Apolog. p. 548 *Pontianus enim filiam Rufini mali compertam, non modo heredem non reliquit, ſed ne honeſto quidem legato impertivit: quippe qui ad ignominiam linteo adſcribi ducentorum fere denariorum juſſit: ut intelligeretur potius* EXTERNARE *eam, quàm oblitus præteriiſſe.* Ita enim Caſaubonus legit in ſuis Emendationibus pag. 39. Sed *extraneaſſe*, quod in editione Vulcanii habetur, magis placet aliis, **vor fremd halten.**

¶ Externatus, a, um, **erſchreckt, ſchüchtern.** Catullus l. c. v. 174

Sed quid ego ignaris nequicquam conqueror auris
Externata malo.

¶ Extrilĭdus, a, um, extra læſionem exiſtens, **unerſchrocken, frey.** Gell. 19 c. 1 *Homo impavidus & extrilidus.*

¶ Extrinſĕcus, externe, foris, **von auſſen, auswendig.** Cicer. Tuſcul. lib. 4 cap. 27 *Adhibentur extrinſecus corporum adjumenta*, **dem leibe geſchicht hülffe von auſſen.** Suetonius Veſpaſiano cap. 12 *Adeoque nihil ornamentorum extrinſecus cupide appetivit, ut triumphi die fatigatus tarditate, & tædio pompæ, non reticuerit, merito ſe plecti*, &c. Seneca epiſt. 9 *Extrinſecus inſtrumenta quærere.* ¶ Recentiores, v. g. Boëthium uſurpaſſe ut adjectivum, oſtendit Vorſtius de Latin. mer. ſuſp. c. 18.

Extractus, Extraho; Extremiſco; Extremitas, vide in *Traho, Tremo, Extra.*

Extremus; Extrico, are; Extrinſecus; Extrudo; Extubero; Exturbo; Extusſio, ōnis, Extusſio, īre, vide *Extra, Tricæ, Extra, Trudo, Tuber, Turba, Tusſis.*

Exuberantia, Exubero; Exvelare, vide *Vber, Velum.*

EXVL, ŭlis, quaſi *Exſol*, a *ſolum*, ut qui extra ſolum patrium ſit, patriâ pulſus: unde etiam *Exſul, Exſilium* ſæpe ſcribitur littera S inſerta, **ein exulant, vertriebener, der im elend iſt.** Cicer. pro Domo cap. 27 *Quid enim exul? Ipſum per ſe nomen calamitatis, non turpitudinis.* Horat. 2 od. 16 v. 19 *exul patriæ.* Sic, *Exules revocare, reſtituere*, Cicero 1 Philipp. cap. 1. Et, *Exul terrarum orbis*, Curt. 5 cap. 12 n. 2, **der nirgends eine bleibende ſtatt hat.** *Exul mentis*, **der nicht wohl bey ſinnen iſt,** Ovid. 9 Metam. v. 410. ¶ *Exul* eſt & generis fœminini: apud Ovid. Heroid. 7 v. 115 Dido fœmina de ſe loquitur:

Exul agor, cineresque viri patriamque relinquo.

¶ Exularis, e, ad exilium ſpectans. Ammianus 15 cap. 3 *Exulari pœna damnare aliquem.* Idem 14 cap. 5 *exulari mærore aliquem multare*, **einen landes verweiſen.**

¶ Exĭlium, i, **zuſtand der vertriebenen, das elend,** quod interdum pœna judicii eſt capitalis. Cic. in Parad. 4 *Neſcis, exilium pœnam eſſe ſcelerum?* Sic, *Exilio afficere*, Cic. ibidem, **verweiſen.** *In exilium ejicere, pellere, ire, proficiſci, de exilio reducere*, Ciceronis notiſſimæ phraſes: vide in Catilin. 1 & 2 &c. Vellej. 2, 62, 3 *libenter in perpetuo exilio victuri.* Eleganter Apulejus fine lib. 2 Florid. de Pythagoricorum ſilentio: *Loquaciores in quinquennium velut in exilium vocis puniebantur.*

¶ Exŭlo, avi, atum, are, ſolum vertere, patriâ carere, **vertrieben ſeyn, im elende leben.** Martial. ſpectac. 4

Exulat Auſonia profugus delator ab urbe.

Ter. in Eunuch. a. 3 ſc. 5 v. 62 *Domo exulo*, **ich darff nicht ins hauß.** Et, *exulare ex urbe.* Plautus metaphora eleganti Perſ. a. 4 ſc. 4 v. 7 *Perfidia & peculatus ex urbe, & avaritia ſi exulant.* Idem Mercat. a. 3 ſc. 4 v. 59 *exulatum ire*, **ins elend ziehen.** Ejusdem fabulæ prologo v. 43 *Res exulatum it ad quam*, i. e. patrimonium dilapidatur.

¶ Sequioris ævi ſcriptoribus *Exulare* etiam eſt, exulem facere, in exilium ejicere. Petrus Chryſologus ſermone 2 de filio prodigo: *Fames revocat, quem ſecuritas exulârat.* Humani aliquid paſſus eſt erudi-

eruditissimus Vossius, cum lib. 4 de Vitiis sermonis cap. 7 extremo *Exulari* apud Anastasium duobus locis, quæ ibi adducit, deponentialiter pro *exulare* dictum putat. Passive enim posuit: *Quousque exularetur*, i. e. donec in exilium pelleretur. *In Chersonesum exulatur*, i. e. in Chersonesum abjicitur, ut ibi in exilio agat. Hyginus fabula 26 *Tunc iterum exulatur*, id est, in exilium pellitur.

¶ Exulatio, ōnis, idem quod exilium. Florus lib. 1 cap. 22 *Inde*, [à secunda Populi Romani ætate] *quod clarissimos Principes, cum adversarentur voluntati suæ, exulatione multavit*, id est, exilio.

¶ Exulatitius, i, ein vertriebener. Gloss. græc. lat. φυγὰς, *exulatitius*.

Exuo, Exuviæ, vide infra in *Suo*.

F.

F LITTERA ex ordine mutatum, à veteribus *digamma Æolicum* dicta, post varios usus, quos præstitit primùm, potestatem tandem V consonantis, obtinuit: ut, *Fama, fides, forum*. F inversum [Ⅎ] invenit Claudius, quod digamma Æolicum est, & idem ac V consonans: quod in lapidibus priscis sæpe observes: ut, TERMINAℲIT: AMPLIAℲIT: DIℲI AVGVSTI. Vide Lipsium in 10 Tacit. Annal. pag. 272. Spanhem. de Numm. pag. 59, 62. Dausquej. Orthogr. tractatu 2 sect. 1. Adde Seguinum epistolâ de Nummo Britannici, quam in calce Numism. Select. invenies, ubi genuina hujus Æolici elementi figura exhibetur. ¶ 2. In propriis F. vel FL. notat *Flavius*: ut, T. F. *Titus Flavius*: item FL. vel FLAM. *Flaminius*: FAB. *Fabius*: F. FIL. *fecit filius*. ¶ Geminum FF vel ff JCtorum, *Digesta* notat: quâ de re Scoppa lib. 1 Coll. cap. 9. Herm. Hugo de prima scribendi origine cap. 21 p. 153. Barth. lib. 2 Adversar. cap. 17. Sed puerilem errorem hunc esse, nempe Pandectas significari per ff. Baudius dicit Cent. 1 epist. 97, factum ob affinitatem notulæ π, qua Græci utebantur. Conf. Voss. de Idololatr. lib. 4 cap. 96. Forcatulus in Necyomant. p. 28. Cujac. lib. 12 Observ. cap. 40. Alciat. 2 Dispunct. 11. Coras. 5 Miscell. 15 n. 6. Hotomann. in Memorabil. 1 v. *Pandectæ* p. 7, alii. Cæterum F soni valentioris est, quam Græcorum Φ, ut ait Priscianus lib. 1, & convenit exprimendis flatibus. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 44.

FĂBA, æ, græcè κύαμος, à κύειν, quod fœcunditatem adjuvare putetur, legumen notum est, eine bohne. Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 89 *At enim isthæc in me cudetur faba*, das wird über mir ausstauffen. Translatum à faba, quæ cum siliquis excutebatur, & fustibus intertundebatur, ita ut fit in agris more rusticorum; non ipse tamen perinde laborabat, sed id demum, in quo cudebatur. Vid. Chil. & Turneb. Advers. 30 cap. 1. Sed rectius MS. Persii Scholion: *Scutica*, inquit, *erat quædam corrigia habens in summitate nodos quosdam in modum fabæ, similes ferè cæstuum: de qua Terentius: Hæc faba cudetur in me. Et erat pœna servorum*. Vid. & Læl. Bisciolam tom. 1 lib. 5 c. 22. Plin. lib. 30 cap. 1, & lib. 8 cap. 12 *Sequitur naturam leguminum, inter quæ maximus honor fabæ, quippe ex qua etiam tentatus sit panis*. Ovid. Fast. 5 v. 267

Flore simul læso pereunt viciæque fabæque.

Quia inflationes fabæ cient, ideo abstineri ab illis Pythagoras voluit. Refellit hanc opinionem Gellius lib. 4 cap. 11. Κυάμων ἀπέχεσθαι, *à fabis abstineto*, ἵνα μὴ φάγῃ σκόροδα μηδὲ κυάμους, *ne edas allia & fabas*: Hujus Pythagorici ænigmatis varia reperitur interpretatio. Alii ad bella fugienda trahunt, quia ibi allia & fabæ ad commeatum militarem pertinent. Alii Pythagoram a capessenda republica deterruisse putant, quod antiquitus in creandis magistratibus suffragia per fabarios calculos ferebantur: Vnde & aliis *edere fabas* dicuntur, qui lucro corrupti ferunt suffragia, &c. vide Suidam & Chiliadas. *Faba solida*; cui opponitur *Fressa*, vide in *Frendo*. Plaut. Aulul. a. 5 sc. 1 v. 9

LYC. *Quid reperisti?* STR. *non quod pueri clamitant*
In fabâ se reperisse.

i. e. ne existimes, rem nihili, puta vermiculum, quem MIDAM vocant, me reperisse. De fabâ Ægyptiacâ vide Athenæum lib. 3 cap. 1.

¶ Fabula, æ, dimin. ein bohnlein. Plaut. Stich. a. 5 sc. 4 v. 8. Sed &

¶ Fabulum, i, pro fabâ apud Gellium legitur lib. 4 cap. 11, quod aliis est hyoscyamus. *Fabulum autem marinum*, papaver corniculatum.

¶ Fabaginus, a, um, adject. aus bohnen; ut, *Acus fabaginum*, bohnen-spreu, Catoni est cap. 54.

¶ Fābārius, a, um, adject. voll bohnen: ut, *Insulæ fabariæ*, Plin. lib. 4 c. 13. *Calendæ fabariæ* Juniæ dicebantur, quod in iis fabæ recentes rebus divinis adhibebantur, Macrob. lib. 1 Saturn. cap. 1.

¶ Fābālis, e, aliud adject. *Siliquæ fabales*, schoten, Plin. 22 cap. 25. *Stipula fabalis*, ein bohnen-stengel: Ovid. Fast. 4 v. 725

Certe ego de vitulo cinerem stipulamque fabalem,
Sæpe tuli plena februa testa manu.

¶ Fabale, subst. ein ort da bohnen sind. Tertull. de Anima cap. 31 *Pythagoras, ne per fabalia quidem transeundum, discipulis suis tradidit*.

¶ Fābācia, æ, cibi genus e fabis confecti, ein bohnen-kuchen. Plin. 18 cap. 12 *Prisco ritu fabacia suæ religionis Diis in sacro est, prævalens pulmentari cibo*. At Apicio 5, 6 *Fabaciæ virides*, sunt caules fruticesque fabarum, bohnen-stengel.

¶ Fabatarium, i, genus vasis, in quo fabata sive grana fabarum reponuntur. Lamprid. Heliogab. cap. 20 *Exhibere plenis fabatariis*. vid. Salmas. ad Hist. Aug. p. 187.

FĂBĂRIS, is, Italiæ fluvius per Sabinos, qui & *Farfarus* dicitur. Virg. 7 Æn. v. 715 *Qui Tiberim Fabarimque bibunt*, &c.

Ovidius 14 Metam. v. 330 *Et amœnæ Farfarus umbræ.*

Fabella, vide mox *Fabula*.

FĂBER, bri, generale est, & quemlibet artificem significat, ein werckmeister. *Faber aurarius*, goldschmied. *Faber ærarius*, Plin. 34 cap. 1, rothgiesser. *Faber ferrarius*, Plaut. Rud. a. 2 sc. 6 v. 47, grobschmied. *Faber lignarius*, Cic. de Clar. Or. c. 73, tischer, zimmermann. Hic & Ciceroni est *faber tignarius*, de Clar. Orat. cap. 73. ¶ Metaphorice Sallust. in Orat. ad Cæsarem de Rep. ordinanda, *Res docuit, id verum esse, quod in carminibus Appius ait: Fabrum esse quemque fortunæ suæ*. Quod in vitâ Pomponii Attici per Cornelium Nepotem sic legitur: *Sui cuique mores fingunt fortunam: & sui cuique mores fortunam conciliant*. ¶ 2. *Faber*, piscis, alio nomine *Zeus*, appellatus Plinio 9 cap. 18.

¶ Faber, bra, brum, etiam adjective sumtum invenitur, künstlich. Ovid. 8 Metam. v. 159 *Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis*. & Apul. Apolog. p. 282 *fabra spiculi levitas*. Vnde Superlativus apud eumdem lib. 2 Florid. *Annulus aureus faberrimo signaculo*.

¶ Casaubonus etiam *Fabra* in plurali interpretatur quælibet callide & ad fallendum excogitata, auctore eodem Apulejo, ex cujus Apolog. p. 312 adfert: *Nam equidem hæc fabra tecum fabricantem* &c. Sed non est in toto Apulejo locus vexatior aut mendosior: & quot libri, tot fere lectiones. Vide Elmenhorst. ibi, p. 346.

¶ Fabrè, adverb. künstlich, meisterlich. Plaut. Menæch. a. 1 sc. 2 v. 23 *hoc factum est fabrè*. Apulejus lib. 2 Miles. p. 123 *vitrum fabre sigillatum*: qui & Superlativo aliquoties usus est, ut eodem lib. 2 sub init. *uvæ faberrime politæ*, hoc est, marmori incisæ: & 2 Florid. *gemmæ faberrime sculpendæ*: & rursus lib. 11 *navis faberrime facta*. Ammianus quoque 28 c. 18 *thorace oblato, polito faberrime*.

¶ Fābrīlis, e, quod fabri est; ut, *fabrilis officina*, die schmiede, Treb. Pollio 30 Tyr. cap. 8. *Glutinum fabrile*, tischer-leim, Plin. 28 cap. 11. *Flamma fabrilis*, Claud. 1 Cons. Stil. v. 176. Horat. lib. 2 epist. 1 v. 116

quod Medicorum est
Promittunt Medici; tractant fabrilia fabri.

¶ Fabriliter, adverb. nach handwercks-brauch. Prudent. Apotheos. v. 519 *opifex fabriliter aptans*
Composuit.

¶ Fabrĭca, æ, officina fabri, eine werckstatt. Sic, quas *officinas armorum* Cæsar dixit, Vegetius lib. 2 cap. 11, & alii *Fabricas armorum* vocant: quas publicas provinciatim Romani habebant per urbes imperii: privatim enim exercere fas haud erat, ut ex Notitiâ Imperii & ex Novellâ 85 de armis, constat. Ibi igitur, qui cudebant arma, *Fabricenses* vocati, quorum multa in Codice mentio est: qui præerat, *Præfectus fabrorum* dicebatur, de quo Vegetius d. l. ubi Stewechii addi Commentationes possunt. ¶ 2. *Fabrica*, fabrilis ars, die schmiede- oder bau-kunst. Vitruvius lib. 1 cap. 1 *Fabrica*, inquit, *est continuata ac trita usus meditatio, quæ manibus perficitur è materia, cujuscunque generis opus est, ad propositum deformationis*. Ita *Fabrica ferraria*, *fabrica materiaria*, apud Plin. lib. 7 c. 56 ars ducendi conficiendique ferrum materiarium in opera varia est. *Æris & ferri fabricam* Cicero dixit lib. 2 de Nat. Deor. cap. 60, idem cap. 13 ejusd. libri: *Pictura, & fabrica, cæteræque artes habent quemdam absoluti operis effectum*. Atque hinc Quintil. lib. 8 cap. 3 *Fabricam sic quasi MVSICAM dici* scribit. PIRATICAM *quoque*, inquit, *sic quasi musicam & fabricam dici, adhuc dubitabant mei Præceptores*. Hinc *fabricam docere*, JCtus dixit L. 26 § ult. D. mandati. ¶ 3. Opus fabricatum, ein werck, gebäu. Cicer. de N. D. lib. 2 cap. 47 *Admirabilis fabrica membrorum animantium*. Ita Prudentius ipsum opus fabri seu ποίημα appellavit *Fabricam*, Hymno de Natali Domini v. 45. Ita enim ibi:

Stragem sed istam non tulit
CHRISTVS cadentum gentium
Impune; ne forsan sui
Patris periret fabrica.

De homine enim loquitur, principe Dei creatura. Sic & Treb. Pollio in Gallien. cap. 5 *Quo* [terræ] *motu multæ fabricæ devoratæ sunt cum habitatoribus*. ¶ 4. *Fabricam* Terentius dolum dixit, seu eludendi artificium fallaciamque Heaut. a. 3 sc. 2 v. 34 *Nonne ad senem aliquam fabricam fingit*, dencket er nicht etwa auf einen ranck, den alten über den tölpel zu werffen? *Fabricas admovere*, simili figurâ, Plaut. dixit in Cistell. a. 2 sc. 2 v. 5.

¶ Fabrĭcus, a, um, adject. zum bau gehörig. Paul. JCt. l. 19 ff de Instruct. & Instrum. *Servus arte fabrica peritus*.

¶ Fabricius, proprium nomen, vide post *Fabius*.

¶ Fabricenses, ium, qui in sacris fabricis operantur, & arma cudunt, waffen-schmiede. Nam non nisi certis & constitutis locis arma telave fabricari licebat, jussitque Justin. Novell. de armis 85 *Fabricensium certum corpus esse & militiam quandam*. Vide & de Fabric. Tit. in Codice: & Valesium ad Ammian. lib. 31 p. 629.

¶ Fābrĭco, are, act. & Fabricor, ari, dep. zimmern, schmieden, bauen. *Fabricari signa*, bilder hauen, Cicer. Offic. lib. 1 cap. 41. *Fingere & fabricari hominem*, Idem Acad. 4 cap. 27. *Fabricare verba*, Idem 4 Tuscul. cap. 6, auf worte dichten. *Is qui fabricatus gladium est*, Idem pro Rab. Post. cap. 3, der schwerdfeger. Et, *fabricare gladium*, Quintil. 3 cap. 2. *Fabricari ratem*, Tac. Ann. 15, 37, 2. *Philosophia animum format & fabricat*, Senec. epist. 16. Apul. Met. lib. 7 *Vnde prælectum grandem hircum, annosum & horriconem, Marti Secutori Comitique, victimant, & illico prandium fabricatur opipare*.

¶ Fabricatus, a, um, passive, zubereitet, verfertiget; ut, *machina fabricata*, Virg. Æn. 2 v. 46. *Pocula fabricata fago*, Ovid. Met. 8 v. 669. *Fabricata classis*, Vellej. 2, 79, 2. *Cuniculi miro opere fabricati*, Idem 2, 27, 4.

¶ Fabricatus, ûs, der bau, die zubereitung. Sidon. 3 epist. 13 *Hoc fabricatu Dædalus noster amicitiarum culmen ædificat*.

¶ Fabricatio, ōnis, idem. Cicer. 2 Nat. D. cap. 53 *fabricatio hominis*, id est, creatio.

¶ Fabricator, ōris, ein werckmeister, urheber. Virg. Æn. 2 v. 264 *Doli fabricator Epeus*, der meister dieses betrugs. *Mundi fabricator*, Quintil. lib. 2 cap. 16. *Dolor & morbus leti fabricator*, i. e. caussa efficiens. Lucret. 3 v. 473.

¶ Fabri-

¶ Fabricatrix, icis, die werckmeiſterin. Lactantius lib. 6 cap. 22 *mortis fabricatrix voluptas.*

¶ Fabricabilis, e, zum bau dienlich. Gloſſ. gr. lat. ἐργάσιμος, *fabricabilis.*

¶ Fabricarius, a, um, idem. Gloſſ. gr. lat. ξύλα ἐργάσιμα, *ligna fabricaria*, bauholtz.

¶ Fabrio, ire, pro fabricare, bauen, ſchmieden. Exſtat apud Venant. Fortun. 2 carm. 9 v. 23

Quod nullus veniens Romana gente fabrivit,
Hoc vir barbarica prole peregit opus.

¶ Fabrefacio, feci, factum, ĕre, aliud verbum, eſt artificioſe componere, künſtlich zurichten. Aur. Victor de Vir. Illuſt. cap. 38 *Duilius claſſem validam fabrefecit.*

¶ Fabrefactus, a, um, gekünſtelt. Plaut. Caſ. a. 5 ſc. 1 v. 8 *Nec fallaciam aſtutiorem ullus fecit poëta, atque ut hæc eſt fabrefacta a nobis.* Ammian. 29 cap. 1 *lanx ex diverſis materiis fabrefacta.*

¶ Fabrificatio, ōnis, die verfertigung. Tertull. Apolog. cap. 12 *Non ſentiunt injurias & contumelias ſuæ fabrificationis dii veſtri.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Affăbre, ſive Adfabre, adverb. pulchre, artificioſe, künſtlich, meiſterlich. Cic. 2 in Verr. cap. 5 *affabre atque antiquo artificio.* Ab antiquo *Affabrum*, quod ſic dixerunt veteres artificioſe factum. Quorum imitatione & *affabras ſycophantias* dixit Poëta ſeculi ſuperioris non invenuſtus Euricius Cordus lib. 12 epigr. 21.

¶ Confăbricor, ari, deponens, zuſammenfügen; Gellii eſt lib. 3 extremo: *moleſte atque odioſe confabricatus commolitusque eſt originem vocabuli.*

¶ Infăbre, non fabre, tölpiſch. Livius lib. 36 cap. 40 *vaſa* [argentea] *non infabre facta.*

¶ Infabricatus, a, um, inelaboratus, deproperatus, unförmlich, unzugericht. Virg. 4 Æneid. v. 400 *robora ſilvis*
Infabricata fugæ ſtudio, &c.

¶ Perfăbrĭco, are, ausarbeiten. Apud Plautum Perſ. a. 5 ſc. 2 v. 4 κατ' ἀντίφρασιν eſt, fabricis & dolis plane perdere, zurichten, daß beſſer dächte: *Corruptor ita me perfabricavit.*

¶ Refabrĭco, are, wieder bauen. Diocletianus lege 5 Cod. de Ædific. privatis: *collapſum balneum refabricare eniſus eſt.*

FĂBIUS, i, Φάϐιος. Fabii Romani nobiliſſimi potentiſſimique fuere: cognomen hoc ſortiti ex re ruſtica, ſicut alii veterum haut infimæ ſortis; *Fabii a fabarum* ſatione. Quicquid enim otii à ſeverioribus curis habuerunt veteres, illud omne agriculturæ impenderunt, [Cicer. in Cat. Maj.] licet non deſint, qui à *fodiendo*, quod primum per *foſſas* venandi morem induxerint, appellatos arbitrentur. Trecentos illos Fabios, qui ſimul ad pugnam Româ egreſſi interfecti ſunt, Ovid. lib. 2 Faſt. v. 235 laudavit:

Vna dies Fabios ad bellum miſerat omnes,
Ad bellum miſſos abſtulit una dies.

Fabius fuit *Maximus* Dictator, *Cunctator* appellatus, qui Hannibalem morâ illuſit, & ut Ennius dixit, *rem cunctando reſtituit*: Cic. de Senect. cap. 4. Fabiæ hujus gentis ſex ſtirpes fuére, ut tabulæ Capitolinæ & nummi veteres teſtantur. Tres frequentes, *Ambuſti*, *Maximi* & *Vibulani*. Minus frequentes, *Buteones*, *Dorſones*, *Pictores*. Aliqui addunt ſtirpes alias, ſed earum paucæ tantùm in Vet. nummis reperiuntur. ¶ Apud Horatium *Fabii* nomen de homine loquace uſurpatur lib. 1 Serm. ſatyr. 1 v. 14

Cætera, inquit, *de genere hoc, adeò ſunt multa, loquacem*
Delaſſare valent Fabium.

Vbi vetus Scholiaſtes: *Fabius*, inquit, *Narbonenſis equeſtri loco natus, & Pompejanas partes ſecutus, nonnunquam de ſecta Stoica cum Horatio contendit acriter. Scripſit enim aliquot libros de Philoſophia Stoica.* Ad alium Fabium Torrentius hoc refert, quem, ſi lubet, vide.

¶ Fabius, a, um, adject. ut, *Fabia tribus*, cujus apud Sueton. Auguſt. cap. 40 mentio eſt.

¶ Fabianus, a, um, idem: ut, *Fabiani luperri*, apud Feſtum. Et, *Fabiani milites*, Corn. Nep. 11, 2, 4 συνεκδοχικῶς de præſtantibus militibus dicti. Loccenius putat, vel ad 300 Fabios, vel ad milites Q. Fabii Maximi reſpici.

Fabrefacio, Fabrica, vide *Faber.*

FĂBRĬCIUS, i, nomen gentis Romanæ, ex qua *C. Fabricius Luſcinus* Conſul, magnus virtute animi & laude bellica fuit. Hic enim acerrimum ducem Pyrrhum, Epirotarum regem, vicit: & quamvis pauper eſſet adeo, ut, mortuo ipſo, dotanda ex publico filia eſſet, tamen à rege Pyrrho ſollicitari inter legatos haud potuit, quarta regni oblata parte. Quo illud Claudiani pertinet de 4 Honorii COS. v. 413

Pauper erat Curius, reges cum vinceret armis;
Pauper Fabricius, Pyrrhi cum ſperneret aurum.

Idem medicum, promittentem ſe ſublaturum veneno Pyrrhum, vinctum reduci ad dominum juſſit, & dici regi, quæ contra caput ejus medicus ſpopondiſſet. Quod adeo miratus rex fuit, ut diceret: *Ille eſt Fabricius, qui difficilius ab honeſtate, quàm ſol à ſuo curſu averti poſſit*: ut Aurel. Victor de Viris Illuſtribus cap. 35, & Eutropius lib. 2 cap. 8 auctores ſunt. Quamquam aliter Florus narret lib. 1 cap. 18. Sed pro Victore & Eutropio Cicero eſt 3 de Offic. cap. 22, Plutarch. in Apophthegm. Val. Max. lib. 6 cap. 5, Gell. lib. 3 cap. 8, itemque Frontinus lib. 4 cap. 4, & Claudian. de bello Gildon. v. 270.

Fabrico, Fabrilis, vide *Faber.*

FĀBŬLA, æ, à fando dicta, proprie nihil aliud eſt, quàm ſermo, familiare colloquium, rede, geſpräch, geſchwätz. Nam quod Plautus in Sticho a. 4 ſc. 1 dixit: *atque eccum tibi lupum in ſermone*; id Terentius Adelph. a. 4 ſc. 1 ita expreſſit: *Lupus in fabula.* Tacit. Ann. 6, 5, 3 *convivalium fabularum ſimplicitas*, gemeine tiſch-reden. Capitolin. Pertin. cap. 12 *cum eo, qui docet, fabulas litteratas habere*, mit dem lehrer gelehrte diſcurſe führen. Conf. Lamprid. Alex. Sev. cap. 34. Apulejus Apologia: *Tam rudes vos eſſe omnium litterarum, omnium vulgi fabularum.* Vbi *litteræ* ſunt narrationes litterarum monumentis comprehenſæ, h. e. hiſtoriæ: *fabulæ*, quæ vulgi ſermone celebrantur.

B. Hieronymus lib. 1 epiſt. 38 *Et ne veteres replicando hiſtorias longum faciam, & excedam menſuram epiſtolæ, brevem tibi fabulam referam, quæ accidit infantiæ meæ temporibus. Fabula vulgi* eſt rumor publicus. Barth. ad Stat. Silv. p. 51. Statius epithalamio Stellæ, ſive Silva 2 v. 29 *Conſumta eſt fabula vulgi.*

Et Propertius lib. 2 eleg. 13 v. 13 *Populi confuſa valeto*
Fabula.

Sic, *fabulam fieri*: *fabulam eſſe*, Horatius dixit lib. 1 epiſt. 13 v. 9. Et, *in fabulis eſſe*, Suet. Aug. cap. 70, i. e. ſermone hominum celebrari, denen leuten in die mäuler kommen. Tibullus lib. 1 eleg. 4 extrem.

Parce puer, quæſo, ne turbis fabula fiam.

Sed B. Hieronymus in Pauli epiſt. ad Philemonem cap. 1 *Fabulam* & pro deſcripta dixit hiſtoria, eine erzehlung: *Longum eſt*, inquit, *diverſa Judicum geſta percurrere, & totam Samſon fabulam ad veri Solis (hoc quippe nomen ejus ſonat) trahere ſacramentum.* Hinc *fabulari*, proprie loqui, narrare, de quo infra. ¶ 2. Sed quoniam in vulgi ſermonibus multa falſa & confictitia ſunt, inde hoc nomen ad fictas narrationes, & poëtarum commenta translatum eſt, eine fabel, gedicht. Vetus Gloſſarium: *Fabula*, δρᾶμα, μῦθος. Sic, *Fabulæ Terentii, Plauti*, eorum Comœdiæ dicuntur. Vnde, *fabulam exhibere, agere*, &c. eine comödie ſpielen. Seneca epiſt. 77 extr. *Quomodo fabula, ſic vita: non quamdiu, ſed quam bene acta ſit, refert.* Sic & Apologi illi, qui Æſopi nomen præferunt, *Fabulæ* appellantur: quamquam Phædrus has *fabellas* potiùs dixerit, ut à *fabulis*, hoc eſt, Comœdiis Tragœdiisque diſtingueret, de quo infra. Nos mährlein appellamus. Sic nutricularum fabulæ Quintil. 1 cap. 13 *aniles fabulæ* dicuntur: & *fabulas* dicimus ſermones, quos vanitatis arguimus. Apulej. lib. 1 Mileſ. *At ille comes ejus, qui ſtatim initio obſtinata incredulitate ſermonem ejus reſpuebat: Nihil, inquit, hâc fabula fabuloſius, nihil iſto mendacio abſurdius: Et ad me converſus, Tu autem, inquit, vir, ut habitus & habitudo demonſtrant ornatus, accedis huic fabulæ?* Terentius Heaut. a. 2 ſc. 3 v. 93 *longum eſt, Clitipho,*

Tibi ſi narrem quamobrem id faciam, vera cauſſa eſt.
CLIT. *fabulæ!* poſſen!

Idem Andr. a. 4 ſc. 5 v. 8 *hem! quæ hæc eſt fabula?*

Quod & Eunucho a. 4 ſc. 4 v. 22 invenias. ¶ Eſt autem formula de rebus miris, in quas imprudentes incidimus. Nos: was iſt das für ein ſpiel? für ein aufzug? *Fabularum* itaque nomine, veræ juxta & falſæ narrationes comprehenduntur. Vnde Phædrus *veram fabulam* dixit lib. 2 fab. 5, & *fictas fabulas*, prologo lib. 1 & epilogo lib. 2.

¶ Fabella, æ, dimin. ein mährlein. *Commentitiæ fabellæ*, Cic. lib. 2 de Divin. cap. 38, erdichtete märichen. Et Apulej. lib. 6 Met. *Sed adſtans ego non procul dolebam, quod pugillares & ſtilum non habebam, qui tam bellam fabellam pernotarem.* Phædrus ad Apologos reſtrinxit, ut ſupra monebamus. Ita enim lib. 4 fab. 6

Quid ergo tibi poſſim facere, lector Cato,
Si nec fabellæ te juvant, nec fabulæ:

Fabellas enim appellat Apologos: *fabulas* Tragicorum materias. Varias fabularum ſpecies recenſet Voſſ. lib. 2 Inſtit. Orat. p. 313, quem vide.

¶ Fabellatio, ōnis, fabelwerck. Gloſſ. lat. gr. *Fabellatio*, μυθολογία.

¶ Fabularis, e, erdichtet, fabelhafft: ut, *Hiſtoria fabularis*, quæ poëticis narrationibus referta: quales Diodorus Siculus, Didymus Grammaticus, Heliodorus, Lucianus, &c. ſcripſerunt. Suetonius Tiberio c. 70 *Maxime tamen curavit notitiam hiſtoriæ fabularis, usque ad ineptias atque deriſum.* Cenſorinus c. 4 *fabulares poëtarum hiſtoriæ.*

¶ Fabulīnus, i, deus & præſes puerilitatis, de quo Varro apud Nonium cap. 12 n. 56 *Cum primo fari incipiebant, ſacrificabant divo Fabulino.* vid. Meurſ. Auctar. Philol. p. 170.

¶ Fabŭlo, ōnis, ein comödien-ſchreiber. Macrob. Sat. 2 cap. 1 *planipes & fabulo impudica & prætexta verba jaciens.* Cum vulgo ſit *ſabulo*, ita reſtituit Salmaſius ad Suet. idque ex gloſſis Iſidori, in quibus *Fabulo* congerro exponitur; item fabulas componens; & *Fabulones* fabularum inventores. Conf. Voſſ. Inſt. Poët. 2 cap. 2.

¶ Fabulōſus, a, um, fabulis plenum, de quo multæ fabulæ ſunt, voll fabeln. Ita *Hydaſpen fabuloſum* Horatius dixit lib. 1 od. 22 v. 7, & Curtius principio lib. 3 *fabuloſa Græcorum carmina.* Apulejus lib. 1 Metam. p. 111 *Nihil hac fabula fabuloſius.* Plinius 12 cap. 19 *fabuloſa antiquitas.* Idem lib. 5 cap. 1 *fabuloſiſſimus Atlas.* ¶ *Fabuloſus* etiam dicitur, qui delectatur fabulis, qui garrulus eſt, & plurimus in conſerendis fabellis. Vet. Gl. ἀδολέσχης, *Fabuloſus*, ein ſchwätzer: qui & φιλόμυθος appellatur, de quo Caſaub. ad Theophraſti Characteres. Horatius lib. 3 od. 4 v. 9 *Me fabuloſæ Vulture in Appulo*
Altricis extra limen Apuliæ,
Ludo fatigatumque ſomno
Fronde nova puerum palumbes
Texére.

Apulia ibi non eſt regionis vel provinciæ, ſed nutriculæ Horatii nomen: quam *fabuloſam* vocat, quia aniculæ & nutrices garrulæ & fabulatrices. Vid. Torrent.

¶ Fabuloſe, adverb. fabelhafft. Plin. lib. 32 cap. 11 *Inſulæ Oceani fabuloſe narratæ*: alii legunt *fabuloſæ.* Tamen Superlativus ejusdem Plinii eſt lib. 5 cap. 1 *fabuloſiſſime ab antiquis narrata*: & Auguſtini lib. 1 Retractat. cap. 15 *Manichæi tenebrarum gentem fabuloſiſſime inducunt.* Comparativus Ammiani eſt lib. 19 cap. 18 *vetuſtate, ut cætera, fabuloſiùs extollente*: & lib. 23 c. 25 *ut Homerus fabuloſiùs canit.*

¶ Fabuloſitas, ātis, die fabelhafftigkeit. Plinius lib. 7 cap. 28 *ſi recipiatur poëtica fabuloſitas.* Et libro 36 cap. 13 *excedit omnia fabuloſitas.*

¶ Fābŭlor, ari, loqui, ſchwatzen. Plautus Epidic. a. 1 ſc. 1 v. 42

EP. *Quid ego ex te audio?* TH. *Hoc, quod fabulor.*

Item Rudente a. 2 ſc. 3 v. 8

Verum omnes ſapientes decet conferre & fabulari.

Gellius lib. 2 cap. 22 *Tum Phavorinus ita fabulatus eſt.* ¶ Item, ficta narrare, & inepte garrire, unnütze zeug reden. Livius 45 cap. 39 *quid de imperatore Paullo ſenatus decrevit, potius quam quid Serv. Galba fabuletur, audi.*

¶ Fabulo,

¶ Fābŭlo, are, in activa voce, idem. Plaut. Mil. a. 2 sc. 4 v. 18 *Quæ cum hoc insano fabulem?* Ita & legit Pareus ibid. a. 2 sc. 5 v. 33. Hinc *Fabularier*, passive, pro dici, est in Amphitr. Supp. sc. DI *vostrum fidem* &c. v. 3. Et Sarisb. epist. 190 *Aristippus interrogatus, quid ei Philosophia contulerit? dicitur respondisse, ut cum omnibus intrepide fabulare.*

¶ Fabulator, ōris, collocutor, ein schwätzer, plauderer. Suet. August. cap. 78 *lectoribus aut fabulatoribus accersitis.* ¶ Item ἀδολεσχής, nugator, qui ficta narrat, ein fabel-hanß. Gellius 2 cap. 29 *Æsopus ille e Phrygia fabulator.* Idem 3 cap. 10 *Herodotus homo fabulator.*

¶ Confabulor, ari, colloqui, schwatzen, reden. Plaut. Cistell. a. 4 sc. 2 v. 77 *Sed ego rem meam magnam confabulari tecum volo.* Conf. idem Merc. a. 1 sc. 2 v. 76, & a. 3 sc. 3 v. 10.

¶ Confabulatio, ōnis, colloquium, eine unterredung. Symmach. 9 epist. 89 *Sæpius ad me commeent* (epist[illegible]) *& confabulationem præsentis imitentur.* Hieron. epist. 2 ad Nepotian. *Corrumpunt mores bonos confabulationes pessimæ.* Et epist. 12 med. ad Gaudentium de infantulæ educatione: *Totos dies in hujus confabulatione consumis.*

¶ Confabulatus, ûs, idem. Sidonius lib. 9 epist. 11 extr. *Hos eloquii tui claritas, artifice confabulatu, dum compellat.*

FĂCĒLA, æ, olusculum, quod aceto maceratum apponitur. Vetus Epigr.

Quem recreat fessum gillo, facela, melo.

¶ Facelāre, is, acetarium, ein kraut-salat. Lamprid. Heliog. cap. 20 *Barbas mullorum pro nasturtiis, apiastris & facelaribus exhibuit.*

Facesso, vide in *Facio*.

FĂCĒTIAE, arum, sermonis deliciæ ac urbanitas & elegantia, zierlichkeit, höffliche kurtzweil, schertz-reden. Vellejus Paterculus lib. 1 sub f. *Dulcesque latini sermonis facetiæ per Cæcilium, Terentiumque & Afranium sub pari ætate nituerunt.* Cicero de Cl. Or. cap. 34 *Superabat sale facetiisque omnes Scipio.* Sed, *Facetiæ acerbæ*, item *asperæ*, de jocis durioribus, & contumeliosis apud Tacitum Annali 5 c. 2 & Ann. 15 cap. 68. Inde *illudere, irridere, insectari facetiis*, ibidem, & Annali 15 cap. 25, grobe schimpff-reden. Vet. Gloss. *Facetiæ*, χάριτες ἐν ἀνθρώπῳ. ¶ In singulari usus Apulejus est Apologiâ, cum ait: *Atque ego scio, nonnullos, & cum primis Æmilianum istum, facetiæ sibi habere, res divinas deridere*, für einen schertz halten.

¶ Făcētus, a, um, facetiis abundans, ridiculus; item urbanus, elegans, citra scurrilitatem tamen, &c. höfflich, kurtzweilig, schertzhafft. Neque enim circa ridicula tantùm versatur hæc vox, sed & decoris & exquisitæ elegantiæ significationem habet, ut Quintilianus nos docet lib. 6 cap. 4. Hinc Cic. Off. 1 cap. 29 probat *genus jocandi non profusum, nec immodestum, sed ingenuum & facetum*, &c. Vet. Gloss. *Facetus*, εὔχαρις. Terentius Heaut. a. 3 sc. 2 v. 10

mulier est commoda, &
Faceta hæc meretrix.

Donatus quoque *facetum meretricis disciplinam* in Ter. Eunucho urbanam & elegantem interpretatur, & Chremetis rusticitati opponit. Alibi *Facetum* interpretatur, *qui facit verbis, quod vult.* Et similem in modum Isidorus lib. 10 lit. f. *qui jocos & lusus gestis & factis commendat, â faciendo dictus.* Sed forte originis caussa *facem* præferre licet, quia faces venustatis insunt facetiis, quibus & Vellejus l. c. nitorem tribuit. Horatio lib. 1 epist. 4 v. 55 *Facetus* est, qui loquitur blande. Columella lib. 1 cap. 1 *Julius Græcinus duo volumina similium præceptorum de vineis composita facetius & eruditius posteritati narranda curavit. Facetius*, i. e. elegantius, scitius, effectius. Quod ut ab eruditis ingeniis expectandum maxime est; ita *facetum* & *eruditum* Columella conjunxit. Nec aliter Lucilius apud Festum in REDARGVISSE:

Quo facetior videar, & scire plus quam cæteri.

Superl. *Facetissimus* est apud Plin. in præfat. Suet. Vesp. cap. 22. Aur. Vict. Epit. c. 9. Auct. ad Herenn. 4 c. 11. Sed & Cicer. lib. 2 de Leg. cap. 15 *Aristophanes facetissimus Poëta.* Juvenalis sat. 9 v. 10

conviva joco mordente facetus,
Et salibus vehemens intra pomœria natis.

¶ Facete, adv. schertzhafft, höfflich: ut, *Facete dictum*, Terent. Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 57, & Plauto Capt. a. 1 sc. 2 v. 73 pulchre & delectabiliter dictum est. Superl. Cic. 2 de Orat. cap. 55 *facetissime tres libellos tribus legendos dedit.* Plin. lib. 1 epist. 9 *facetissime dixit.* Comparativ. est Columellæ, loco proxime in *Facetus* indicato.

¶ Facetosus, a, um, possierlich: ut, *Vrbanitas facetosa*, Cicer. de Fin. lib. 2 c. 31.

¶ Facetior, ari, facetiis uti, schertzen, possen machen. Sidonius lib. 3 epist. 13 pr. *qui, quod verbis inverecundis aurium publicarum reverentiam incessant, granditer sibi videntur facetiari.*

¶ Infacetiæ, vel, ut rectius legitur, Inficetiæ, arum, unhöfflichkeit. Catull. Carm. 37 *Pleni inficetiarum annales.*

¶ Infacetus, & Inficetus, a, um, parùm elegans, rusticus, tölpisch, grob, ungeschickt. Cic. Off. 3 c. 14 *C. Canius, eques Romanus, nec infacetus, & satis litteratus.* Plin. 19 c. 8 *non infacetum Tiberii Cæsaris dictum.* Adde Borrichii Cogit. p. 131. Catullus epigr. 22

Idem inficeto est inficetior rure.

¶ Infacete, & Inficete, adverb. unhöfflich, ungeschickt. Sueton. Vesp. cap. 20 *Quidam urbanorum non infacete*, &c. Conf. Vellej. 2, 33, 4. Solinus cap. 1 [al. 5] *Non infacete Thoranius id, quod emtor præcipue criminabatur, pretiosius probavit.* Plin. 35 cap. 4 *ostendens in tabula pictum inficetissime Gallum, exerentem linguam.*

¶ Perfacetus, a, um, valde facetus, sehr artlich. Cic. pro Plancio c. 14 *Si non perfacetum, attamen fortasse non rusticum, me id dixisse dicunt.*

¶ Perfacete, adverb. idem. Cic. in Verr. de Prætura urb. cap. 46 extr. *perfacete dicta.*

FĂCIES, ēi, forma exterior, aspectus, anterior pars humani capitis, das antlitz, gesicht. Martial. lib. 3 epigr. 5

Formosam faciem nigro velamine celas.

Sic, *liberalis, ingenua facies*, ein ehrlich aufrichtig gesichte, Plin. lib. 1 epist. 14. ¶ Significat autem hæc vox non vultum tantum, hoc est, oculos & os hominis, sed totam corporis structuram sive facturam: nam & à faciendo dicta est, ut Gellius docet lib. 13 cap. 28. Donatus ad illud Terentii Eunucho act. 2 sc. 3 v. 5 *O faciem pulchram*, &c. FACIEM, inquit, *modò non partem corporis dicit, sed totam speciem, quæ apparet & cernitur.* Juven. sat. 6 v. 168 *Facies tua computat annos*, man siehet dirs am gesicht an, wie alt du bist. Apul. lib. 2 Miles. *Etiam in mœrore luculentam proferre faciem*, munter aussehen. Idem Apolog. *Cum tam ignotus illi fueris, ut sæpe ne in occursu quidem filium fratris tui de facie agnosceres*, am gesichte kennen. *Mala facies*, i. e. deformis, apud Quintilian. lib. 6 cap. 4. ¶ Nec de corporibus hominum tantùm *facies* dicitur: sed & de aliis rebus, quarum species objicitur oculis spectanda & arbitranda, de quo & Gellius dicto loco. Cic. Off. 1 cap. 5 *formam ipsam & tamquam faciem honesti vides.* Virg. 2 Æneid. v. 412

oriturque miserrima cædes
Armorum facie, & Grajarum errore jubarum.

Facie armorum, i. e. formâ & specie. Ita 5 Æneid. v. 767

quibus aspera quondam
Visa maris facies.

Plinius lib. 35 cap. 4 *Super omnes Divus Augustus in foro suo celeberrimâ in parte, posuit tabulas duas, quæ belli pictam faciem habent & triumphum.* Sallustius apud Gellium lib. 13 cap. 28 *Sardinia in Africo mari facie vestigii humani in orientem, quàm in occidentem latior prominet. Facie*, i. e. formâ, figura, seiner gestalt nach. Similiter Tacitus 5 Histor. cap. 23 extr. *Crebris pluvialibus imbribus superfusus amnis palustrem humilemque insulam in faciem stagni opplevit.* Atque idem 2 Histor. cap. 54 *Intendebat formidinem, quod publici consilii facie discessum Mutina.* Idem ejusdem libri cap. 89 *Et militum phaleræ, torquesque splendebant: decora facies, & non Vitellio principe dignus exercitus.* Et lib. 3 Histor. cap. 68 *Nec quisquam adeò humanarum rerum immemor, quem non commoveret illa facies*, &c. In quibus locis *facies* spectaculum est. Ita Plinius in Paneg. cap. 35 *Memoranda facies, delatorum classis permissa omnibus ventis*, &c. Et cap. 31 *Contingit ergo oculis nostris insolita facies*, &c. Adde Elmenhorst. in Indice Apulejano.

¶ Bifaciatus, a, um, pro bifarius. Hoc barbaro vocabulo Petrus Cantor Parisiensis missas plures in unum congestas bifaciatas, trifaciatas nuncupat, quia duplicem vel triplicem habeant faciem. v. Zimmerm. Analect. menstr. mens. 1 p. 29.

¶ Superficies, ēi, exterior & superior rei cujusque pars, die fläche eines dinges, der obere boden; vel ex antiquo vocis usu, id potius, quod super soli faciem, & solo superimpositum est; veluti domus, vites, arbores, plantæ, segetes. Cicero lib. 4 ad Attic. epist. 2 *Nobis superficiem ædium consules de consilii sententia æstimarunt H-S. vicies.* Plin. lib. 11 cap. 48 *Longitudo superficiem corporum sola ampliat.* Conf. Parei Lex. Crit. p. [illegible].

¶ Superficium, i, idem apud JCtos.

¶ Superficiarius, a, um, was auf grund und boden stehet: ut, *superficiariæ ædes*, Lege 2 Dig. de Superficiebus, quæ in conducto solo positæ. Seneca epist. 88 p. 389 *Mathematica, ut ita dicam, superficiaria est, in alieno ædificat, aliena accipit principia*, &c.

¶ Superficialis, e, aliud adject. quod in superficie est. Tertullianus lib. 4 adv. Marcion. cap. 28 *incredulitatis secreta superficialibus officiis obumbrans.*

FĂCĬLIS, e, à facio est, quod factu arduum haud est: quod sequitur manum, unde & εὐχερὴς in Glossis exponitur, leicht, thulich, das bald von statten gehet. *Caussa facilis & explicata*, Cicero pro Planc. cap. 2, eine leichte und klare sache. *Facilis cibus*, id est, parabilis. Vide *Cibus*. Juvenalis sat. 15 v. 47

facilis victoria de madidis, &
Blæsis, atque mero titubantibus.

Sallust. Catil. cap. 43 *facilior aditus ad consulem:* & antea cap. 14 *quod factu facillimum erat.* Tacitus 4 Histor. cap. 39 *Ne paratis quidem corrumpi facilis, adeò metuens incerta.* Idem *Facilis bello* Agricolâ cap. 21, i. e. ad capessendum bellum, vel capessendo bello; Ita enim Annal. 5 cap. 11 *facilem capessendis inimicitiis* dixit. *Facilis sævire*, quæ pulcra locutio est apud Propert. & Stat. vide Barth. ad Silv. Statii p. 14. ¶ 2. Alias *facilis* benignum, lenem, exorabilem, qui annuit facile, qui ignoscit facile, largiturque veniam, significat, & *duro* ac *violento* opponitur, geneigt, willfährig. Sic *facilem patrem* Terentius dixit Heaut. a. 1 sc. 2 v. 43. Ovidius lib. 1 Fast. v. 17

Da mihi te facilem, dederis in carmina vires.

¶ 3. Ponitur & pro agili, celeri, geschwind. Manilius lib. 1 v. 68

Circumfer faciles oculos.

Et Virgil. lib. 8 Æn. v. 310

Faciles oculos fert omnia circum.

¶ 4. * *res faciliores* sunt, quæ ex sententia procedunt. Cicero lib. 6 ad fam. ep. 5 *res & fortunæ tuæ mihi maxime curæ sunt, quæ quidem quotidie faciliores mihi & meliores videntur.* Liv. 23 cap. 11 *res vestræ meliores facilioresque erunt, magisque ex sententia.* Grævius. ¶ 5. *Facilis manus*, apud Tibullum 1 eleg. 1 v. 8 est manus gnara & industria. ¶ Et quia facilitas comitati jungitur, eademque quodammodo est: ideo & *Facilis* comem aliquando significat, freundlich. Sane cum Suetonius Vitellium, vitâ ejus cap. 7, *facili, & prodigo animo* fuisse scribit: per *facilem* nimis comem significat, quod satis ex illis, quæ consequuntur, patere potest. ¶ *Ex facili*, i. e. facile. Tacitus Agricolâ cap. 15 *Nihil profici patientia, nisi ut graviora tamquam ex facili tolerantibus.* Ita & *ex tuto, ex vero*, pro tuto, verè, dicitur.

¶ Facilè, adverb. sine labore, sine modestia. *Ex malis facile emergere*, leichtlich aus der noth kommen, Terentius Andr. a. 3 sc. 3 v. 30. Tacitus Agricolâ cap. 9 *Agricola naturali prudentia, quamvis inter togatos, facilè justeque agebat. Facilè*, id est, sine difficultate. Nep. Epaminondâ cap. 3 n. 4 *Paupertatem adeo facile perpessus est*, i. e. tam æquo animo tulit. Cæsar 1 Bell. Gall. cap. 2 *id facilius eis persuasit.*

Et

Idem lib. 3 cap. 13 *tempestatem ferre faciliùs*. Et lib. 7 c. 31 *oratione subdola aut amicitia facillimè capi*. Cicero pro Rosc. Am. cap. 12 extr. *facillimè intelligetis*. ¶ Apud Plautum *facile vivere*, est, vitam curis & sordibus vacuam ducere; ita ut ventri animoque bene sit, Curculione a. 5 sc. 2 v. 6, & Epid. a. 2 sc. 2 v. 59. Nec aliter Terentius in illo accipiendus est, Adelph. a. 3 sc. 4 v. 56 *Quam vos facillime agitis?* was habt ihr für gute tage? Eodem modo Cicero 2 ad fam. ep. 16 *Quod autem in maritimis sum facillime*, hoc est, quod ibi libentissime & maxime ex animi sententia vivo. ¶ *Facile princeps: facile primus*: i. e. citra controversiam. Cicero de Divin. 2 c. 42 *Eudoxus in Astrologia facile princeps*. Et pari modo pro Rabirio cap. 9 *Virum unum totius Græciæ facile doctissimum, Platonem*. Terent. Andr. a. 4 sc. 3 v. 5

Facile hic plus est mali, quam illic est boni.

Vbi Donatus: FACILE, inquit, *adverbium confirmantis est, id est, liquido, manifesto. Veteres dicebant* facilè *pro certò*. Vt Cicero: ILLIVS CIVITATIS FACILE PRINCEPS.

¶ Facilìter, aliud adverbium, ex quo & *difficiliter* est. Vitruvius lib. 1 cap. 1 sub f. *Itaque faciliter contra eas disciplinas disputare possunt.* Habes idem adverbium apud eumdem & lib. 2 cap. 1, & sæpe alibi. Quintilianus autem lib. 1 cap. 6 hanc adverbii formam non quidem laudat, sed permittit. Conf. Borrich. Vindic. p. 69.

¶ Facilĭtas, ātis, humanitatis pars, comitati juncta & severitati gravitatique opposita, gelindigkeit, gütigkeit. Cicero pro Murænâ cap. 31 *Si illius comitatem facilitatemque tuæ gravitati severitatique aspersěris*. Idem in Lælio cap. 18 extr. *Amicitia ad omnem comitatem facilitatemque proclivior*. Nepos in Attico cap. 15 *Comitas non sine severitate; gravitas non sine facilitate*. Nam gravitas quando excedit, *rigor* est: medium & laudem à *facilitate* consequitur, quæ ignoscit, remittit, cedit, sed non sine ratione. Sic *facilitatem imperii* Tacitus dixit Agricolâ cap. 3 de leni & moderato imperio Trajani, qui libertatem, ut idem auctor ibidem tradit, cum principatu miscuerat. Est itaque *facilitas*, lenitas, clementia, quæ multa ignoscit, atque condonat, &c. *Male docet te mea facilitas multa*, Terentius Heaut. a. 4 sc. 1 v. 35. *Immoderate alicujus facilitate abuti*, Cicer. 12 fam. epist. 1, eines gutwilligkeit allzusehr mißbrauchen. Terentius *Festivitatem* & *facilitatem* conjunxit Eunuch. a. 5 sc. 8 v. 18. vide infra *Festivitas* in *Festus*. Seneca epist. 11 etiam corpori tribuit: *naturali in hoc facilitate corporis pronus*, (scilicet ut erubescat) der eine natürliche fähigkeit hat roth zu werden.

¶ Facul, & Faculter antiqui dicebant pro Facile: unde *Facultas* & *Difficultas* videntur dicta: sed postea *facilitas morum* facta est, *facultas rerum*, Festus. *Haud facul* (ait Pacuvius) *fœmina invenietur bona*. Et Varro: *Vtrum sit magnum an parvum, facul an difficul.* Hæc & plura apud Nonium c. 2 n. 331.

¶ Făcultas, ātis, copia & potestas faciendi, δύναμις: Festus *facilitatem agendarum rerum* recte interpretatur, krafft, vermögen. Terentius Andriâ a. 1 sc. 4 *Dii date facultatem, obsecro, huic pariundi*. Sic, *Facultatem faciendi adimere, capere, prætermittere*, Cicer. ad Pompej. sub 8 Att. epist. 11. ¶ Cæsar lib. 1 de B. G. cap. 38 *Namque omnium rerum, quæ ad bellum usui erant, summa erat in oppido facultas*, id est, abundantia, copia, vorrath. Vet. Gloss. *Facultas*, περιουσία: Item *Facultates*, ὄλα, εὐπορίαι. Sic, quod quisque in patrimonio ac bonis habet, sæpe *facultatum*, interdum & *facultatis* nomine venit, wie reich einer ist, was er vermag. Sic, *Facultates equestris ordinis*, pro censu equestri Plinius lib. 1 epist. 19 dixit. *Facultates patrimonii*, Quintilianus fine procemii lib. 6. *Facultatem patrimonii*, Paullus JCtus dixit l. cum pluris § ult. D. de administr. tut. Et, *Labi facultatibus*, von gütern herunter kommen, Vlpianus lege 1 § 11 de Magistratib. conveniend.

¶ Facultatula, æ, dimin. geringes vermögen. Hieronymus epist. 27 ad Eustoch. cap. 4 *pro facultatula sua*.

¶ Diffĭcĭlis, e, grave, arduum, factu minimè facile, laboriosum, δυσχερὲς, δύσκολον, schwer. Terent. in Heaut. a. 4 sc. 2 v. 8 *Nihil tam difficile, quin quærendo investigari possit*. Et scen. 6 pr. *Nulla est tam facilis res, quin difficilis fiat, si invitus facias. Difficilioribus uti tempestatibus*, Cæs. 3 Civ. B. cap. 15. Cic. 3 de Orat. cap. 55 *Vsus in dicendi studio difficillimus*. ¶ Ad hominem quando refertur, significat eum, qui leni & facili opponitur, hoc est, morosum, incommodum, ein verdrießlicher, wunderlicher mensch, dem man nichts zu dancke machen kan: Græci δύσκολον vocant. Cic. de N. D. 3 c. 29 *parens illepidus, in liberos difficilis*. Nepos Attico c. 6 *Habebat avunculum Q. Cæcilium Equitem Rom. familiarem L. Luculli, difficillimâ naturâ: cujus sic asperitatem veritus est, ut, quem nemo ferre posset, hujus sine offensione ad summam senectutem retinuerit benevolentiam*. Vbi, *difficillima natura* & *asperitas*, synonyma sunt. *Difficillimum Reip. tempus* etiam asperum & durum est, Cic. 5 Philipp. c. 13.

¶ Difficilè, adverb. ægre, schwer, mit mühe. Cic. 2 de Invent. c. 56 *difficile fieri*, quod proximis verbis dixerat *difficulter fieri*. Vellej. 2, 63, 3 *Sibi difficile consentiens*.

¶ Difficulter, adv. schwerlich, mit mühe. Cæsar Civ. B. 1 c. 62 *difficulter & ægre fiebat*. Sallust. Catil. c. 15 *Adolescentium animi dolis haud difficulter capiuntur*.

¶ Difficiliter, adv. idem. Cicer. 4 Acad. c. 16 *difficiliter internosci*. Columell. lib. 5 c. 3 pr. *difficiliter mensuras inibimus agrorum*. Idem c. 7 *aliæ arbores difficiliter comprehendunt*. ¶ Gradus horum adverbiorum communes sunt. Plinius 22 cap. 21 *difficilius concoquitur*: & lib. 19 cap. 7 *Omnium difficillime opium nascitur*.

¶ Difficul, contrarium antiquo illi *Facul*, quod vide supra.

¶ Difficultas, ātis, labor aliquid faciendi, asperitas, schwierigkeit. Cicer. Div. in Verr. c. 12 *Difficultas & magnitudo rei*. Terentius Hecyr. a. 4 sc. 4 v. 45 *Nulla a me vobis difficultas erit*, meinethalben soll euch die sache nicht schwer gemacht werden. ¶ 2. *Inopiam* notat, dürfftigkeit. Cic. 4 Verrin. c. 28 *simul ostendit, se in summâ esse difficultate nummariâ*. Idem pro Domo sua cap. 5 *Difficultas annonæ summaque inopia rei frumentariæ*, wenn alles theuer und übel zu bekommen ist. *Affici atque affligi difficultatibus*, Id. pro Quint. c. 2, in noth stecken. *Incurrere in difficultates*, in noth gerathen, Idem lib. 4 fam. epist. 2. *Erat res in magna difficultate*, Cæs. 3 B. Civil. c. 15.

¶ Perdifficilis, e, sehr schwer. Cic. principio lib. 1 de Nat. Deor. *perdifficilis & obscura quæstio*. Idem Attico lib. 3 epist. 8 *navigatio perdifficilis*.

¶ Perdifficiliter, adv. idem. Cic. 4 Acad. c. 15 *quæ perdifficiliter, internoscantur tamen*.

¶ Prædifficilis, e, idem. Tertullianus de Baptismo c. 2 *prædifficilia penes homines, facilia penes Deum*.

¶ Subdifficilis, e, nonnihil difficilis, etwas schwer; ut, *subdifficilis quæstio*, apud Cicer. de Amic. c. 19.

¶ Perfacilis, e, sehr willig und geneigt. Cic. lib. 1 de Orat. c. 20 extr. *perfacilis in audiendo*. Cæs. lib. 1 B. Gall. c. 2 *perfacile esse, totius Galliæ imperio potiri*, es sey sehr leicht.

¶ Perfacile, adverb. mit leichter mühe. Cicero 13 Attic. ep. 32 *curules magistratus perfacile cepisse*. Et in Verr. ultima c. 4 *perfacile sese tuebatur*. Plaut. Most. a. 3 sc. 1 v. 93 *perfacile perpetior*.

¶ Perfacul antiqui dicebant, quod nunc perfacile dicimus. Fest.

¶ Præfacilis, e, valde facilis, sehr leicht. *De præfacili exoras*, Plaut. Epid. a. 5 sc. 2 v. 21 in MSS. vide Taubm. not. p. 532.

Facinorosus, vide mox in *Facinus*.

FĂCĬNVS, ŏris, à facio, factum, eine that; μέσον est, & in utramque partem sumitur; in pejorem frequentius. Sallust. Jug. c. 2 *Ingenii egregia facinora, sicut anima, immortalia sunt*. Plautus Pseudolo a. 2 sc. 1 v. 3 *Stultitia est, facinus magnum timido cordi credere*. Terentius Heaut. a. 2 sc. 3 v. 73 *facinus magnum & memorabile*: Et, *Facinus inceptare*, a. 3 sc. 3 v. 39. Sic &, *committere, audere, patrare, perpetrare, designare*, &c. eine übelthat begehen. In his enim *Facinus* flagitium est: quamquam & hæc duo differant. Vide *Flagitium*. Vet. Gloss. *Facinus*, δρᾶμα, δυσσέβημα. Item: δρᾶμα, ἐπὶ ἀτοπήματος, *Facinus*. Item: ἀτόπημα, *Flagitium, Facinus*.

¶ Facinorosus, a, um, flagitiosus, scelestus. lasterhafftig: ut, *facinorosa culpa*, Val. Max. 2 c. 6, 3. *Facinorosa vita*, Cicer. de Leg. 1 c. 14. *Temulentior an facinorosior*, Sidonius lib. 3 epist. 13. *Exilio facinorosior redditus*, Justin. 16, 4, 6. *facinorosissimus sicarius*, Cic. pro Sextio c. 38.

FĂCIO, fēci, factum, facĕre, ποιεῖν, etwas machen, das sich sehen läst, ins werck richten: qua significatione ab *agere* differt, quamquam aliquando pro *agere* videtur poni, cum tempus designandum venit, de quo infra. Phrasibus latinis plurimis servit, quas subjicere hic omnes, non instituimus, quod & nimis sunt multæ, & in singulis alioquin nominibus, quibuscum jungitur hoc verbum, explicantur. *Ægre facere*, Terent. Eun. a. 4 sc. 1 v. 10, zum verdruß thun. Et, *Æqui bonique facere*, Heaut. a. 4 sc. 5 v. 40, vor gut nehmen. *Certiorem quem facere*, einem etwas zu wissen thun, Nepos 2, 5, 1. *Conjecturam facere*, muthmassen, Ter. ibid. 3, 3 v. 13. *Facere civem*, i. e. adsciscere, Nepos 25, 3, 1. *Heredem facere*, i. e. instituere, scribere, Idem 25, 5, 2. *Facere impetum in aliquem*, i. e. adoriri, Cic. 15 fam. epist. 3. ¶ *Omnia facere*, nichts unterlassen, Cic. lib. 16 epist. 17 ad Tironem. *Nihil reliqui feci*, i. e. omne expertus sum, Nepos 25, 21, 5. Ita Virgilius eclog. 2 v. 35

quid non faciebat Amyntas?

Horatius lib. 3 ode 24 v. 24

Magnum pauperies opprobrium jubet
Quidvis & facere & pati.

Liv. 2 c. 12 *Facere & pati fortia, Romanum est*. Idem 10 c. 19 *Facere strenue, quam dicere scite, laudabilius*. ¶ *Bene facis*, formula testantis beneficium & gratias agentis, Terent. Eunucho a. 1 sc. 2 v. 116. ¶ *Fac, si facis*, proverbiale apud Martialem lib. 1 epigr. 46. Plautus Trin. a. 4 sc. 2 v. 139 *Age, si quid agis*; & in Persa a. 1 sc. 3 v. 66 *Hoc si facturus, face*. Seneca 2 Benef. cap. 5 *Fac, si quid facis*. Nos: was du thun wilst, thue bald. ¶ *Quid faceret? Quid facerem?* was zu thun? Elegans excusandi formula apud Plautum Rudente a. 2 sc. 3 v. 21. Virgil. ecl. 1 v. 41

Quid facerem? neque servitio me exire licebat,
Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.

Ovidius 6 Metam. v. 572

Quid faciat Philomela? fugam custodia claudit.

Statius 1 Achilleid. v. 674

Quid faciat? casusne suos ferat ipsa parenti?

Vsus & S. Lucas cap. 16 v. 3. Et Nepos 2, 2, 6 *miserunt consultum, quidnam facerent de rebus suis*, was sie anfangen solten. ¶ 2. Aliquando *facere* pro efficere, concinnare, præstare ponitur, verschaffen, zu wege bringen. Virg. Georg. principio:

Quid faciat lætas segetes, &c.
Hinc canere incipiam.

Celsus procemio: *Abditas caussas vocant, in quibus requiritur, ex quibus principiis nostra corpora sint? quid secundam, quid adversam valetudinem faciat?* Paullo post pro eo, verbo *creare* usus est. Ait enim: *Si ex quatuor principiis, vel superans aliquid, vel deficiens, adversam valetudinem creat*. Plinius lib. 4 epist. 19 *Ars ejus, & quasi inscriptio Comœdus, in qua plurimum facit*. Et lib. 6 epist. 17 *Equidem omnes, qui aliquid in studiis faciunt, venerari etiam mirarique soleo*. Alibi *præstare* dixit, ut lib. 6 epist. 8 *Nam studia, quibus plurimum præstat, ad voluptatem tantum & gloriam exercet*. Seneca de Brevitate vitæ cap. 18 *Experire* (virtutem,) *quid in otio faciat*. Idem epist. 9 *Amicum facere; statuam facere*. Cicero verbo *efficere* ita utitur: ut in Oratore perfecto de Demosthene loquens: *In dicendo plurimum efficit*. Similiter Lampridius in Alexandro Severo cap. 55 *Cum ipse Alexander cornua adiret, milites admoneret, sub ictu tali versaretur, manu plurimum faceret*, id est, plurimum efficeret manu, sive strenue ipse pugnaret; & ante paullo c. 51 *cum quibus multum fecit in Perside*, vide ibi Casaub. ¶ 3. *Facere gratiam*, veniam dare, gunst erweisen, Plaut. Cas. a. 2 sc. 6 v. 21. Conf. Parei Lex. Crit. p. 524. *Facere gratiam delicti*, id est, ignoscere, Sallust. Catil. cap. 52. ¶ 4. *Facere se aliquo*, id est, commovere, venire, accedere. Vide mox *Facesso*. ¶ 5. Aliquando *exercere* est: ut, *Medicinam facere*, Cic. ad fam. 14, 7. *Mercaturas facere*, handel treiben, Idem 5 Verr. cap. 28. item *Histrioniam facere*, Plaut. Amphitr. prolog. v. 90. *Furtum facere*, stehlen, Idem Rud.

a. 4 sc. 3 v. 15. ¶ 6. Aliquando & gignere seu procreare est. Varro lib. 3 de re rustica cap. 22 de anseribus loquens: *Plerumque pullos similes sui faciunt.* Similiter speculum *facere imagines* Gellio dicitur, cujus locum vide in verbo *Imaginor.* B. Hieronymus in vita S. Hilarionis: *Cumque centum lagenis æstimata fuisset integra adhuc vinea, post dies viginti trecentas fecit*; id est, dedit, sive ut Columella loquitur, *fudit.* Nam lib. 3 cap. 9 scribit: *Varro, & ante eum M. Cato possent affirmare, sexcentenas urnas priscis cultoribus singula vinearum jugera fudisse.* Vetus Interpres Jesaiæ cap. 5 v. 2 de vineâ: *Expectavit, ut faceret uvas, & facit labruscas.* Vide & *Fio.* ¶ 7. *Facere annos, dies,* agere est, vel conficere, sive consumere, zubringen; item vivere, commorari. Paullus l. 14 § 1 D. de statu liberis: *Is servus fugerat, & annum in fuga fecerat.* Papinianus L. 11 § 5 D. ad L. Jul. de adult. *Postulabat, ne sibi computarentur dies, quos in custodiâ fecisset.* Vetus Inscriptio: CVM MARITO FECIT MENSES V. Sed & Cicero ad Att. 5, 20 *Apameæ quinque dies morati, Iconii decem fecimus.* Senec. epist. 66 *quamvis paucissimos una fecerimus dies.* Vide ibi Gronovium. Capitolinus in Maximo & Balbino cap. 5 *pueritiam omnem in domo patrui Pinarii fecit.* Adde Gifan. Observ. L. L. p. 92, & Parei Lex. Crit. p. 462. ¶ 8. *Facere pecunias,* est redigere, cogere, zusammen bringen. Nepos Cimone: *Qui magnas pecunias ex metallis fecerat.* Ita Horat. 1 epist. 1 v. 65 *rem facere quocunque modo.* Et Nepos 12, 2, 3 *magnas prædas facere.* ¶ 9. *Facere ad aliquid* dicitur, quod prodest, vel convenit, dienen. Ovid. de Arte lib. 3 v. 540 *Et facit ad mores ars quoque nostra suos:*
id est, prodest, confert. Idem lib. 1 Trist. eleg. 9

Non facit ad nostras hostia major opes:

id est, non convenit nostris opibus. Ita Seneca de Tranquillitate animi cap. 4 *Quorumdam contumacia non facit ad aulam.* Jungitur & cum Dativo in hac notione: Horatius lib. 1 epist. 11 v. 17

Incolumi Rhodos & Mitylene pulchra facit, quod
Pænula solstitio, campestre nivalibus auris.

Propertius lib. 3 eleg. 1 *Non faciet capiti dura corona meo.*

¶ 10. *Facere cum aliquo,* est, adjuvare aliquem, pro aliquo stare, es mit einem halten. Cic. pro Cæcinna: *Rem & sententiam interdicti secum facere fatebatur.* Nep. Agesilao cap. 2 *Cum animadverteret, Deorum numen facere secum.* Sic contra, *adversus aliquem facere,* Idem dixit Eumene cap. 8 *Periculum est, ne faciant, quod illi fecerunt suâ intemperantiâ, nimiaque licentiâ, ut omnia perdant neque minus nos,* (perdant sc.) *cum quibus steterint, quàm adversus quos fecerint,* id est, quorum adversarii fuerint, quos impugnarint. Nam ¶ 11. *facere* aliquando pro *pugnare* sumitur. Seneca lib. 1 decl. 8 *Qui ter fortiter fecit, militiâ vacet.* Petronius in nequiusculum sensum: *Ne tum quidem, cum fortiter faceres, cum pura muliere pugnasti.* ¶ 12. *Facere in aliquem aliquid,* i. e. statuere, einen etwas sehen lassen. Terentius Heaut. a. 1 sc. 1 v. 54 *si id non facis,*

Ego, quod me in te sit facere dignum, invenero.

Eâdem fab. a. 1 sc. 2 v. 24

Vereor, ne quid in illum iratus plus satis faxit pater.

Similiter, *exempla in aliquem facere,* Plautus dixit: Vide supra *Exemplum.* Aliquando omittitur præpositio, & cum Dativo jungitur hoc significatu hoc verbum. Terent. Eunucho a. 5 sc. 6 extr.

Jamdiu aliquam quærebat caussam senex,
Quamobrem insigne aliquid faceret iis.

Vbi Donatus ἰδιωτικῶς id dictum notat. In edicto Censorio apud Suetonium de Claris Rhetoribus cap. 1 *Hæc nova, quæ præter consuetudinem ac morem majorum fiunt, neque placent neque recta videntur. Quapropter & iis, qui eos ludos habent, & qui eò venire consueverunt, videtur faciendum, ut ostendamus nostram sententiam, nobis non placere.* Hinc formula illa in contemnendis minis periculisque, quæ ab aliis imminent: *QVID faciet mihi?* plane ut nos in simili dicimus: was wird er mir denn thun? Plautus Persâ a. 2 sc. 3 v. 16

Virtus est, ubi occasio admonet, despicere: Quid faciet mihi?

Terentius Eunucho a. 5 sc. 2 v. 10

Ah, quid faciam? quid mea autem? quid faciet mihi?

¶ 13. *Facere* aliquando & pati sive capere est: Sic, *damnum, naufragium, jacturam facere,* schaden leiden. Vide in adjectis nominibus. Sic *paries vitium facere* dicitur, id est, contrahere sive capere. ¶ 14. *Magni, pluris, plurimi facere,* id est, æstimare, hoch schätzen; *Parvi, minimi, nihili, flocci, nauci facere,* geringe, nichts achten, Nepos 11, 3, 4. Cic. ad fam. 6, 10, & 15, 14. Plaut. Aul. a. 1 sc. 2 v. 33, & Rud. a. 3 sc. 3 v. 35 &c. Vide Voss. de Construct. c. 29. ¶ 15. *Missos nos face,* id est, mitte, laß uns gehen, Ter. Andr. a. 5 sc. 1 v. 14, & Nepos 4, 2, 4 *Certum hominem ad eum mittas face,* pro mitte. Qui verbi *facere* pleonasmus frequens est. Terent. prolog. Heaut. *Facite æqui sitis,* pro, estote æqui. ¶ 16. *Fac esse, non esse: fac potuisse,* &c. id est, da, pone, setze es, daß es also sey, halte es dafür, &c. Cicer. ad fam. 9, 16 *Verum fac esse omnia.* Et 2 Philipp. c. 24 *Sed fac, te dedisse mihi, quod non ademisti.* *Face* pro *fac* sæpe habet Plautus. ¶ 17. *Facio* in significatione efficiendi cum infinitivo interdum idem est atque sinere, jubere, in culpa esse, lassen, zugeben, anordnen, verursachen. Colum. 12 cap. 38 *Mel Atticum ter infervere facito.* Varro R. R. 3 cap. 5 *Macrescere facit volucres inclusas.* Virg. Æn. 2 v. 538

Qui nati coram me cernere lethum
Fecisti, & patrios fœdasti funere vultus.

Plura exempla collegit Pareus in Lex. Crit. p. 462 seq. & Borrich. in Vind. p. 70 seqq. ¶ 18. Sic & fingere vel inducere significat, vorstellen, einführen. Cic. de N. D. cap. 16 *Quem Homerus conveniri apud inferos facit ab Vlysse.* Idem Orat. cap. 6 *Isocratem Plato laudari fecit a Socrate.* Idem Bruto cap. 60 *In eo libro, ubi se cum Curione colloquentem facit.* Terent. Heaut. prol. v. 31 *fecit servo decessisse populum.* ¶ 19. Aliquando *facere* & sacrificare est. Varro lib. 1 de re rusticâ cap. 1 *Et quoniam, ut ajunt, Dii facientes adjuvant, prius invocato eos.* Virgilius eclog. 3 v. 27

Cum faciam vitulâ pro frugibus, ipse venito.

Columella lib. 3 cap. ult. *Neque arborem collocare,* [ritus majorum permittit] *sed ne sementem quidem administrare, nisi prius catulo feceris.* Plaut. Aulul. a. 4 sc. 2 v. 15 *Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam.* Vtrumque autem dicitur, & *aliquô facere,* & *aliquid facere,* pro sacrificare. Laberius: *Vt sis hâc nocte bidentes propter viam facere.* Græci non modo verbo δρᾷν, ῥέζειν, sed & ποιεῖν similiter usi sunt, ut Lucas cap. 2 v. 28. Quæ Vetus Interpres recte & erudite, *Et cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent pro ipso* &c. Vbi Lutherus: daß sie thäten: melius clariusque, & magis ex linguæ patriæ usu, daß sie opfferten. Sanctius in Minerva de Ellipsi pag. 474 *sacra* subaudit, ut integrum sit, *facere sacra vitulo, bove,* &c. ¶ 20. Pictoribus etiam & statuariis solenne verbum est *Facere,* quo auctores signorum imaginumve notantur. Plinius de Praxitele lib. 34 cap. 8 *Fecit & puberem Apollinem* &c. Ibidem: *Alcamanes Phidiæ discipulus & marmorea fecit,* &c. Adi Cuperum de Consecr. Hom. p. 133, ubi & græcum ποιεῖν ita usurpatum, una cum aliis latinis exemplis, invenies. ¶ 21. Etiam colligere *faciendi* verbo significatur. Florus lib. 1 cap. 1 n. 9 de Romulo: *Ex variis quasi elementis congregavit corpus unum, populumque Rom. ipse fecit.* Vbi suspectum quidem τὸ FECIT Freinshemio est, non autem J. G. Grævio, qui id fortiter tuetur & illustrat, quem tam ad illum Flori locum, quam in lectionibus Hesiodéis cap. 14 pretium est inspicere. Sic Sallustius apud Senecam epist 114 *exercitum argento facere:* & Phædrus lib. 3 fab. 8

quo cibo fecisti tantum corporis?

id est, adipem & obesitatem parasti, collegisti. ¶ Multa præterea singularia & periphrastica occurrunt: e. g. *Bellum alicui facere,* i. e. inferre, Nepos 10, 4, 3. vide ibi interpretes. *Facere convicium,* i. e. conviciari, Plaut. Most. a. 4 sc. 2 v. 20. vid. Parei Lex. Crit. pag. 461. *Facere finem,* i. e. finire, Plaut. Asin. a. 3 sc. 3 v. 15, & Nep. 22, 1, 3 &c. *Facere insidias,* i. e. insidiari, Idem 7, 9, 1. *Facere justa,* i. e. sepelire, Plaut. Cist. a. 1 sc. 3 v. 28. *Facere viam,* gehen. Ita usus est Phædrus præfat. lib. 3 *Illius semitâ feci viam.* ¶ *Facior* in passivo veteres dixisse, patet partim ex participio *factus,* de quo sequitur, partim ex compositis *afficior, efficior* &c. partim ex Nonio cap. 10 n. 17, ubi Nigidius ποιεῖται reddit *facitur,* & Titinnius ait: *Consilium parvi facitur.* Conf. Goclen. Probl. Gramm. 2, 83. Sed pro passivo hoc antiquato nunc dicimus *Fio,* de quo infra seorsim.

¶ Factus, a, um, gemacht, geschehen. Terent. Andr. a. 1 sc. 5 v. 14 de re absoluta: *Facta transacta omnia.* Cicer. 4 Verr. cap. 18 *pocula Mentoris manu, summo artificio facta.* Horat. 1 sat. 5 v. 33 *Ad unguem factus homo,* i. e. perfectus. ¶ *Factum velle alicui,* Plaut. Bacch. a. 3 sc. 3 v. 91. Et, *factum nolle,* Ter. Adelph. a. 5 sc. 7 v. 21. vide *Volo.*

¶ Factum, i, subst. eine that, handlung, in utramque partem accipitur. Cicero 2 Philipp. cap. 44 *factum præclarum atque divinum.* Et Cæsar Ciceroni sub lib. 9 ad Attic. ep. 16 *Meum factum probari a te, triumpho gaudio.* Virgilius lib. 10 Æn. v. 468

sed famam extendere factis
Hoc virtutis opus.

In alteram partem Ovidius Metam. 6 v. 533 *prô diri, Barbare, facti!* Et Quintilianus lib. 1 cap. 2 *caussæ turpium factorum.*

¶ Factus, ûs, nomen, das machen. Cato de re rustica cap. 66 *Factoribus* (confectoribus olei) *dat in singulos factus, olei sextarios, & in lucernam, quod opus siet.* Varro lib. 1 de re rust. cap. 24 HOSTVM *vocant, quod ex uno factu olei reficitur.* FACTVM *dicunt, quod uno tempore conficiunt:* (was sie auf einmahl pressen,) *quem alii CLX ajunt esse modiorum: alii ita minus magnum, ut ad CXX descendat,* &c.

¶ Factio, ōnis, ποίησις, die stifftung. *Testamenti factio,* Cic. in Topicis cap. 11, & JCtis est *testamenti faciendi jus.* ¶ 2. *Factio* de iis etiam dicitur, qui unum corpus constituunt, societas, eine parthey, ein anhang. Et erat olim honestum vocabulum; nunc ad eos transfertur, qui conspirant in occulto, & una faciunt contra alios in exitium eorum, meuterey, zusammenrottirung. Festus: FACTIO & FACTIOSVS *initio honesta vocabula: unde adhuc* FACTIONES HISTRIONVM & QVADRIGARIORVM *dicuntur. Modo autem nomine* FACTIONIS *seditio & arma vocantur.* Nonius cap. 4 n. 191 FACTIO *dicitur malorum consensus* &c. Sallustius Jugurthâ cap. 21 *Quos omnes eadem cupere, eadem odisse, eadem metuere in unum coëgit: Sed hæc inter bonos amicitia: inter malos factio est.* Vet. Gloss. *Factio,* τάγμα. Item τάγμα, *Legio, agmen, globus, factio.* Sic & *agitatores,* sive *Aurigæ Circenses* in quatuor τάγματα sive *factiones* distincti erant. Vide & supra in *Circus.* Ausonius in Cæsaribus de conjuratis adversus Julium: *Percutit armatæ factio sæva togæ.* *Consensionis globum* eleganter Nepos vocat Attico cap. 10. In bonam partem hoc vocabulo Plautus usus est cum alibi, tum in Trinummo a. 2 sc. 4 v. 51, 67 & 89, & Tertullianus Apologet. cap. 39 *Christiana factio,* ubi vide, quæ de la Cerda annotavit. De iis, qui opulentos sequuntur, tamquam clientes patronos, *Factiones comparare,* Nepos Dione cap. 6 n. 3 dixit. *Factionis princeps,* ein aufrührer, rädelsführer, Idem 16, 1, 4.

¶ Factiosus, a, um, factionibus studens, inquietus, seditiosus, aufrührisch. *Factiosus, & potens,* Corn. Nep. Ages. c. 1 n. 5, der einen grossen anhang hat. Apud eumdem Lysander cap. 1 n. 3 *semper factiosus audaxque.* ¶ 2. *Factiosi* olim dicti impigri aptique ad res gerendas, qui Græcis δραστήριοι, & opponuntur inertibus. Plaut. Bacch. a. 3 sc. 6 v. 13 *Lingua factiosi,* (i. e. qui multa se facturos promittunt) *inertes opera.* Vide Taubm. ad h. l. p. 570, ubi & locus Sallustii adducitur. ¶ 3. *Factiosi* pro opulentis seu potentibus accepti ab antiquis. vid. Turneb. Advers. 2 c. 30, & Muret. Var. Lect. 17 c. 3. Sane Plautus pro opulento sive bonis fortunæ affluente usurpavit, der grosse dinge thut, Aulul. a. 2 sc. 2 v. 50

Venit hoc mihi Megadore in mentem, te esse hominem divitem,
Factiosum; me item esse hominem pauperum pauperrimum.

Vid. Idem Trinum. a. 2 sc. 4 v. 5, & Cistell. a. 2 sc. 1 v. 17

Neque nos factione tantâ, quantâ tu, sumus.

Quibus locis etiam *factio* pro opibus est dicta. Summo gradu *factiosissimus,* Plinius dixit lib. 4 epist. 9; medio, *factiosior,* Aurel. Victor in Caracalla.

¶ Factio-

¶ Factionarius, i, ein aufrührer. Gloss. gr. lat. ὁ τάγματος ἡγούμενος, *factionarius.* A

¶ Factitius, a, um, adjectivum; gemacht, zubereitet: ut, *color factitius*, Plin. 31 cap. 7. *Sal factitium*, ibidem paullo ante; nativo oppositum. Et, *gemmæ factitiæ*, Idem Plinius lib. 37 cap. 7. Sic, *vina factitia*, nicht natürliche, sondern zugerichtete weine.

¶ Factitiosus, a, um, kunstreich, voller künste. Gloss. gr. lat. πολυμήχανος, *dædalus, factitiosus.*

¶ Factor, ōris, ποιητής, creator, ein schöpffer, werckmeister. Prudentius Hymno ad exequias: *Animæ fuit hæc domus olim*
Factoris ab ore creatæ.

Tertullianus 1 adversus Marcionem cap. 10 *Atque ita tres interim mihi deos numera Marcionis, Factorem, & Locum & Materiam.* Usus ita hâc voce & Lactantius lib. 3 Divin. Instit. cap. 9 *Factorem rerum omnium contemplemur.* Adde lib. 7 cap. 6. *Cuparum doliorumque factores* Palladius dixit lib. 1 de re rust. cap. 6. ¶ 2. Item reus criminis, der thäter. Macer JC. Lege 7 Dig. de custodia & exhibit. reorum: *Solent præsides provinciarum, in quibus delictum est, scribere ad collegas suos, ubi factores agere dicuntur.* ¶ 3. Veteres non nisi de illis usurparunt hoc nominis, qui oleum conficerent, ölschläger: in quo eos reprehendit Scaliger lib. 1 Poëtic. cap. 1 extr.

¶ Factūra, æ, die zubereitung. Apud Plinium legitur lib. 34 cap. 14 de ferro: *In nostro orbe alibi vena bonitatem hanc præstat, ut in Noricis: alibi factura, ut Sulmone aqua*, durch kunst; naturæ enim opponitur. Glossæ veteres: ποίησις, ἡ κατασκευή, *Factura, instructio.* B

¶ 2. Opus factum, creatura, das werck, gemächt. Prudentius Apotheosi v. 792 de *Anima, factura Dei est.* Et mox v. 855
Jam, cui certus inest modus, & cui nosse negatum est
Omnia, factura est: nam condita & aucta probatur.

Et Sedulius exordio opusculorum: *cui convenit uni*
Facturam servire suam.

¶ Facesso, ĕre, primo idem ac *Facio* significat, ut in vulgari illo: *facessere alicui negotium*, einem zu schaffen machen. Cic. lib. 3 fam. ep. 10 pr. *Cum est ad nos allatum de temeritate eorum, qui tibi negotium facesserent.* ¶ Deinde est *Recedo, Abeo*; ut, *facessit cubitum*, Apulejus lib. 6 p. 177. *Hæc hinc facessat*, id est, abeat: Terentius in Phorm. a. 4 sc. 3 v. 30, weg mit dieser. Per ellipsin autem hoc dicitur: pro *facessat se.* Nam & *facere se aliquo* dicebant, pro commovere, venire, accedere. Terentius: *Huc te fac*, id est, huc veni, accede, ut Donatus explicat. Apulejus initio 5 Metamorph. *Invitata Psyche talium locorum oblectatione propius accessit: & paullo fidentior, intra limen sese facit.* Ita plane nos: er macht sich hinein. Cicero apud Nonium in hoc verbo: *Facessant hinc, qui docere nihil possunt.* Livius lib. 1 cap. 47 *Facesse hinc Tarquinios, aut Corinthum.*

¶ Factito, are, frequentativ. machen, verrichten. *Idem Pyrrhus factitavit*, Terentius Eunuch. a. 4 sc. 7 v. 13, das hat er öffters gethan. *Versus factitare*, Horatius dixit de Arte P. v. 470. Et Tacitus 2 Hist. cap. 10 *qui temporibus Neronis delationes factitaverat.* C

¶ Factitatus, a, um, geschehen. Cic. Off. 2 cap. 24 *Hæc apud majores nostros factitata*, so hat man es vor diesem gehalten.

¶ Factitatio, ōnis, die zubereitung, schaffung. Tertull. adv. Hermog. cap. 32 *corporum factitatio.*

¶ Factitator, ōris, ein zubereiter. Idem Tertull. adv. Praxeam cap. 18 *idolorum factitatores atque cultores.* Et in Apologet. cap. 21 *Zeno* λόγον *determinavit factitatorem, qui cuncta in dispositione formaverit.*

¶ Faxim, & faxo; pro fecerim, & fecero: de cujus analogia vide Vossium lib. 2 de Arte Grammaticâ cap. 41. *Deus faxit*, das gebe Gott. Plautus Amphitr. a. 2 sc. 1 v. 85 *Utinam dii faxint.* Livius lib. 29 cap. 27 *Dii, hostium ulciscendorum copiam faxitis.* Sed ad alias etiam res transfertur. Livius lib. 6 cap. 25 *Faxo ne juvet vox illa* VETO. Sic Terent. Heaut. a. 1 sc. 2 v. 13 *cave faxis.* Virg. lib. 9 Æn. v. 154
Haud sibi cum Danais rem faxo & pube Pelasga
Esse putent.

Composita:

¶ Compositorum à *Facio* primum ordinem eorum instituimus, quæ cum nominibus aut verbis aliis componuntur: ut, *Assuefacere, Benefacere, Commonefacere, Condocefacere, Calefacere, Frigefacere, Labefacere, Lucrifacere, Magnifacere, Malefacere, Patefacere, Rarefacere, Satisfacere, Torrefacere, Tremefacere, Vacuefacere*, &c. de quibus singulis sub suis elementis. ¶ Secundum eorum, quæ partim conjugationem, partim etiam genus mutant: ut, *Amplificare, Gratificari, Ludificari, Magnificare, Mirificare*, &c. De quibus etiam suis locis. ¶ Tertium locum Adjectivis, cum nominibus compositis & inde derivatis damus, ut sunt *Fumificus, Horrificus, Lætificus, Luctificus, Magnificus, Mirificus, Monstrificus, Regificus, Superbificus, Vulnificus*, &c. de quorum singulis etiam in suis litteris. ¶ Quartum tandem illis tribuimus, & hic subjicimus, quæ cum præpositionibus ut plurimum componuntur: ut, D

¶ Adficio, vel Afficio, feci, fectum, afficĕre, est augere, ornare, anthun, belegen. Sic, *lucris afficere*, & *lucro auctare*, synonyma sunt Plauto Amphitr. princ. Sic, *honore, præmio, beneficio, ignominiâ, injuriâ, molestiâ, supplicio, morte, sepultura afficere.* *Affectus febre*, qui febre laborat. *Affectus calore*: ut apud Lucretium lib. 6 v. 843
Quò magis est igitur tellus affecta calore.

Quo me putatis animo esse affectum? id est, constitutum, wie meynet ihr, daß mir zu muthe sey? Cicero lib. 14 fam. epist. 17 *Ego quomodo sim affectus, ex Leptâ potes cognoscere.* ¶ 2. Transfertur & ad corpus: ut, *male, graviter affectus*, der übel auf ist. Seneca epist. 101 *Amico graviter affecto & sine spe jacenti.* Sed & sine adverbio ita hoc verbo utimur. Suetonius Tiberio cap. 21 *Ex itinere revocatus, jam quidem affectum*, (morbo puta, i. e. ægrotantem,) *sed tamen spirantem adhuc Augustum reperit.* Idem Claudio cap. 25 *Cum quidam ægra & affecta mancipia in insulam Æsculapii tædio medendi exponerent.* Apulejus Apolog. *Ego ex fatigatione itineris affectus apud Appios veteres amicos meos, aliquam multis diebus decumbo.*

¶ Affectus, a, um, behafftet; item kranck, &c. Nam vario significatu adjectivi naturam induit. Vide in *Adficio.* Hinc *opes, res affectæ*, i. e. debilitatæ, fractæ, apud Tacitum 2 Hist. cap. 69; *Animus affectus*, Livius lib. 21 cap. 11, ein bekümmertes gemüthe. *Affecta ætas*, apud Cic. 6 Verrin. cap. 43, atque ita *Affectus* adjectivi naturam induit, unde *affectissimos inopia remiges* Vellejus Paterc. lib. 2 cap. 84 dixit. ¶ *Affectum* etiam dicitur, quod inchoatum, sed nondum absolutum perfectumque est. Vide Gellium lib. 15 cap. 5, qui id exemplis Ciceronianis confirmat. Sic, *hiems affecta*, est ad finem properans, Sil. Ital. 15 v. 502. ¶ *Affectus est illi*, pro erga illum, Sueton. Tib. cap. 52.

¶ Affecte, Adfectè, adverb. quasi cum affectu. Tertullian. de Anima cap. 45 *adfecte & anxie.*

¶ Affectus, ûs, die gemüths-bewegung, neigung. Pacatus Panegyr. Theodosii cap. 37 *Intimos mentis affectus proditor vultus enunciat.* Affectus concitatos, πάθη; mites atque compositos, ἤθη esse dixerunt. Seneca epist. 75 *Affectus sunt motus animi improbabiles, & subiti, & concitati, qui frequentes, neglectique fecere morbum: sicut destillatio una nec adhuc in morem adducta, tussim facit: assidua & vetus phthisin. Itaque qui plurimum profecere, extra morbos sunt, affectus adhuc sentiunt, perfecto proximi.* MORBOS inveterata vitia vocat, ut in proxime præcedentibus docet. Idem Seneca epist. 88 *Quid prodest equum regere, & cursum ejus freno temperare; affectibus effrenatissimis abstrahi?* Conf. Quintil. 6 cap. 2. Ovid. Met. 8 v. 473 *Thestias haud aliter dubiis affectibus errat.*

¶ 2. Affectus, aliquando pro illis dicitur, quos omni affectu prosequimur: ut *liberi*, *propinqui.* Apulejus de dogmate Platonis lib. 2 *Nec augetur carissimis, orbatus affectibus piis urbe educitur, urbs cum habitatoribus concrematur impiis.* Vulcat. Gallicanus in vita Avidii Cassii cap. 7 *Nec in ejus liberos aut affectus sæviit.* Et cap. 8 *mitis in hostem suum, ejusque liberos & affectus.* Capitolinus in Maximinis cap. 23 *militum affectus in Albano monte erant*, hoc est, παῖδες καὶ γυναῖκες, ut Herodianus lib. 8 cap. 5 dixit. Similiter *necessitudines*, pro *necessariis* dixit Suetonius Augusto cap. 17.

¶ Affectio, ōnis, idem. Cicero lib. 2 de Invent. cap. 25 definit *animi aut corporis ex tempore aliqua de caussa commutationem*, ut est *lætitia, cupiditas, metus, morbus*, &c. Gellius *sensum* & *affectionem* conjungit lib. 12 cap. 5. Et lib. 1 cap. ult. τὰ πάθη, *affectiones* reddit. ¶ 2. Status, constitutio. Cic. 2 de Divin. cap. 47 *Fac in puero referre, ex qua affectione cæli primum spiritum duxerit. Affectione cæli*, id est, constellatione. ¶ 3. Amor, στοργή, bezeigung der liebe. Vet. Inscript. ap. Grut. p. 459 n. 4 OB ADFECTIONEM ET PIETATEM IN SE EXIMIAM. Minucius Felix principio: *tanta dulcedo & adfectio hominis* [mihi] *inhæsit.* Tacitus Ann. 4 cap. 15 n. 5 *lætas inter audientium affectiones.*

¶ Affectiosus, a, um, amoris & affectus plenus, günstig, geneigt. Usus hac voce Tertull. de Anima cap. 19 *Infantia naturaliter affectiosa.*

¶ Affectuosus, a, um, idem. Usi hoc nomine sunt ævi posterioris scriptores. Macrob. lib. 2 cap. 11 Saturn. *piam affectuosamque rem fecisse.* Cassiodor. lib. 5 epist. 2 *Salutatio affectuosa.* Et Tertullianus lib. 5 adv. Marc. cap. 14 *amore fraternitatis invicem affectuosi.* Reddit Apostoli verba ad Rom. 12 v. 10, ubi græce φιλόστοργοι; Vulgata Versione *diligentes.*

¶ Affectuose, adverb. voll von affect. Cassiodor. lib. 3 epist. 4 *Dicam libere, dicam affectuose, quod sentio.* Sidonius lib. 4 epist. 11 *fratrem majorem natu affectuosissime observans.*

¶ Affecto, avi, atum, are, est, cupide & anxie appetere, begierig nach etwas streben: ut, *Affectare regnum*, Livius lib. 1 cap. 46. *Affectare divinitatem*, Lactant. lib. 5 cap. 3, vor einen Gott wollen gehalten seyn. *Affectare civitates*, Tacitus 4 Hist. cap. 66 dixit, pro sollicitare, sive in suas traducere partes studere. Nepos in Attico cap. 20 *Munditiem, non affluentiam affectabat.* ¶ Sed *Affectare iter*, est moliri, Cicer. pro S. Rosc. cap. 48, mit einer reise umgehen. Sic *viam affectare* dicimus. Virg. Georg. lib. 4 sub fin.
viamque affectat olympo.

Terent. Phorm. a. 5 sc. 8 v. 71
Hi gladiatorio animo ad nos affectant viam.

¶ Affectatus, a, um, angenommen. Plin. Paneg. cap. 20 *Affectata* (simulata, contra naturam assumta) *aliis castitas, tibi ingenita & innata.*

¶ Affectatio, ōnis, κακοζηλία, æmulatio, sed infelix, gezwungene weise, affenwerck. Quintilianus lib. 1 cap. 11 *Nihil odiosius affectatione*, id est, conatu æmulandi alterius veritatem, quam assequi nequeas. *Affectatio verborum*, Suet. Gramm. cap. 10, add. Valla lib. 4 cap. 77. In bonam partem usus Seneca epist. 89, cum PHILOSOPHIAM *sapientiæ amorem, & affectationem* definit. Tertullianus pluraliter de Baptismo cap. 5 *Minime*, inquit, *credunt rebus Dei, quarum affectationibus apud æmulum Dei credunt.*

¶ Affectator, ōris, der nach was begierig strebet; ut, *affectator libertatis*, Quintil. lib. 6 cap. 2, *imperii*, Spartian. Hadriano cap. 23, & rursus Quintilianus lib. cit. cap. 3 de Cicerone: *non solum extra judicia, sed in ipsis etiam orationibus habitus est nimius risus affectator.*

¶ Affectatrix, īcis, fœm. Tertullianus adv. Hæretic. cap. 7 *Fuerat Athenis* [Paulus,] *& istam sapientiam humanam, affectatricem & interpolatricem veritatis, de congressibus noverat.*

¶ Inaffectatus, a, um, ungezwungen; ut, *oratio inaffectata*, apud Quintilian. lib. 8 cap. 3 extr. & lib. 11 cap. 1 extr. Et, *simplex & inaffectata superstitio*, Tertull. de Pallio cap. 4.

¶ Conficere, perficere, ausrichten, zu wege bringen: ut, *conficere negotium*, Cicero Attic. lib. 1 ep. 16. *Facinus conficere*, Idem pro Rosc. Am. cap. 28, verüben. Rursus Attico lib. 12 ep. 19 *cum Apella Chio confice de columnis*, schliesse, handele mit ihm. *Conficere rationes*, Cic. Attic. 6 ep. 7, rechnung schliessen. Et, *bellum conficere*, Vatinius Ciceroni lib. 5 ep. 10, endigen. Sic &, *cursum vitæ conficere*, Cic. Tuscul. 3 cap. 1, hinbringen. Idem in Oratore cap. 52 *prope centum confecit annos.* Et lib. 4 ad Att. ep. 14 *itinere ex sententia confecto*, vollbracht.

bracht. Hinc etiam consumere est; ut, *dolore maximo conficior*, Idem ad Attic. lib. 3 ep. 5. ¶ Aliquando est comparare, contrahere, zusammen bringen. Sic, *conficere exercitum*, Cicero dixit 8 ad Att. epist. 11. Nepos Hannibale: *Harum* (serpentum) *cum confecisset magnam multitudinem*, &c. Vid. Gronov. ad Liv. 29 cap. 35. Donatus ad Eunuchum Terentianum observat, verbum *conficere* proprie convenire gladiatoribus iis, qui gravissimis vulneribus occubuerunt; adducitque pro illo Ciceronis illud in Catilinam Orat. 2 cap. 11 *Gladiatori illi confecto & saucio.* Et quia arenæ verbum, idcirco non ad gladiatores tantum, sed bestiarios etiam, hoc est, illos, qui cum bestiis pugnabant, transferebatur, qui *feram* seu *bestiam* dicebantur *conficere*, cum superabant & dejiciebant. Lampridius Commodo cap. 13 *Virium ad conficiendas feras tantarum fuit, ut elephantum conto transfigeret.* Suetonius Nerone cap. 29 *Novissimum quasi genus luxus excogitaret: quatenus feræ pelle contectus emitteretur ex caveâ, virorumque ac fœminarum ad stipitem deligatorum inguina invaderet: & cum affatim desævisset, conficeretur à Doryphoro liberto*, &c. In quo arenæ istud verbum in obscenum sensum transfertur. Hinc *Confectores* & *Confectuarii*, de quibus mox. Honesta metaphora, *aliquem verbis conficere*, pro refutare, Plautus dixit Pseudolo a. 1 sc. 5 v. 49.

¶ Conficiens, tis, particip. ut, *civitas conficientissima litterarum*, Cic. pro Flacc. cap. 19 pr. id est, quæ omnia scribit, quæ agit. *Caussæ conficientes* eædem, quæ *efficientes*, Cicer. Partit. Orat. cap. 26.

¶ Confectus, a, um, ad finem perductus, vollbracht, ausgemacht. Cicero ad Attic. 8, 4 *Confecta res est.* Idem ad Attic. 4, 14 *Itinere ex sententia confecto.* Idem de Provinc. cons. cap. 8 *Bellum affectum videmus, &, vere ut dicam, pæne confectum.* Horat. 2 epist. 1 v. 254 *Confecta duella.* ¶ 2. Languidus, schachmatt. Terent. Andr. a. 2 sc. 1 v. 5 *Confectus cura.* Cic. in Pison. cap. 34 *summa senectute confectus.* Sic, *gladiator confectus*, de quo in verbo *Conficere* dictum.

¶ Confectio, ōnis, effectio, die verfertigung: ut, *confectio olei*, Pallad. lib. 12 cap. 5. *Confectio escarum*, id est, præparatio, Cic. 2 N. Deor. cap. 54. ¶ 2. Absolutio, endigung; ut, *confectio belli*, Idem Philipp. 14 cap. 1.

¶ Confectura, æ, die zurichtung: ut, *Confectura mellis*, Columella lib. 9 cap. 14.

¶ Confector, ōris, qui rem conficit, ein zubereiter. Sponius Miscell. E. A. p. 221 CONFECTORES AERIS, qui in fodinis & officinis præparant. ¶ 2. Qui rem ad finem ducit, ein vollbringer. Cicero de Nat. Deorum lib. 2 cap. 15 *Ignis confector & consumtor omnium.* Et lib. 10 epist. 20 ad Plancum, *totius belli confector:* quod etiam Taciti est lib. 14 cap. 39. ¶ 3. Qui bestias elidit, sive bestiarius. Vet. Gloss. *Confector*, ἀναιρέτης. Item *Confectores*, καταβόλοι. Suetonius *Confectores ferarum* appellat Aug. cap. 43, & Nerone cap. 12. *Confectuarios* in veteri Inscriptione vocari ad 4 Manilii observat Scaliger pag. 286.

¶ Confectrix, īcis, fœm. Lactantius lib. 7 cap. 11 ex Ciceronis incerto loco: *Confectrix omnium rerum vetustas*, h. e. quæ conficit & consumit.

¶ Inconfectus, a, um, unverfertigt, unverdauet. Celsus lib. 4 cap. 19, [al. 16] *Intestinorum levitas, qua continere nihil possunt, & quidquid adsumtum, inconfectum protinus reddunt*, unverdauet. Sic meliores libri; quidam *imperfectum.*

¶ Semiconfectus, a, um, halb vollbracht. Sidonius lib. 6 epist. 10 *sementem semiconfecto cæspiti injicere.*

¶ Deficere, i. e. destituere, fehlen, nicht haben; ut, *deficiunt me solatia*, Cicer. 4 fam. ep. 6, es mangelt mir am trost. *Deficit me tempus*, Idem pro Rosc. Am. cap. 32 pr. *Deficit illum prudentia*, Idem de Clar. Orat. cap. 24. Et, *Discentes vita deficit*, 3 de Orat. cap. 23. *Deficit sol, luna*, Id. 1 de Divin. cap. 43, id est, obscuratur, deficitur luce. *Deficere viribus, animo*, i. e. destitui, schwach werden, kleinmüthig werden, Cic. pro Rosc. Am. cap. 4. *Dies me deficiat, si* &c. Livius lib. 28 cap. 41 sub fin. ¶ 2. Desciscere significat, abfallen: ut, *deficere ab aliquo ad alium*, Cic. ad fam. 14, 3. *Deficere à virtute*, Idem de Amic. cap. 11. *Deficere à se ipso*, id est, à natura, a consuetis moribus, umschlagen, eine andere weise annehmen, apud Ciceronem lib. 2 fam. epist. 16. ¶ Legitur & passivum pro destitui: ut, *Consilio & ratione defici*, apud Cicer. pro Cluent. cap. 65. *Defici fructu rei, defici materiâ adipiscendi triumphalia*, apud Vellejum lib. 2 cap. 116. Et Plinius eleganter lib. 2 epist. 17 de villa sua: *Hæc amœnitas deficitur aqua salienti.* Frontin. Strateg. lib. 1 cap. 7 n. 1 *Metellus usu navium, quibus elephantos transportaret, deficiebatur.*

¶ Defectus, a, um, orbus, destitutus, morti proximus, verlassen, krafftloß, halb todt. Quintil. 8 cap. 3 *aqua ciboque defecti.* Apulej. lib. 5 Miles. *At verò Psyche tanto adspectu deterrita, & impos animi, marcido pallore defecta tremensque desedit in imos poplites: & ferrum quærit abscondere, sed in suo pectore. Quod profecto fecisset, nisi ferrum timore tanti flagitii manibus temerarie elapsum evolasset. Jamque lassa, saluteque defecta, dum sæpius divini vultus intuetur pulchritudinem, recreatur animi.* Et Martialis lib. 13 epigr. 77

Dulcia defectâ modulatur carmina linguâ
Cantator Cygnus funeris ipse sui.

Valerius Flaccus 2 Argonaut. v. 463

defectaque virginis ora Cernit.

Phædrus lib. 1 fab. 22 *Defectus annis & desertus viribus*
Leo cum jaceret spiritum extremum trahens.

Vbi male Schoppius pro *defectus*, *defessus* substituit. Columella præfat. *Sed sive fundum locuples mercatus est, e turbâ pedissequorum lecticariorumque defectissimum annis & viribus in agrum relegat.* Similiter Apulejus Apologia p. 283 *In planis speculis ferme pares obtutus & imagines videntur: in tumidis vero & globosis omnia defectiora: at contra in cavis auctiora.* Et eadem Apolog. *Item tibi illa accusatio jurgiis inita, verbis aucta, argumentis defecta.* Idem extremo Floridor. comparate: *oratione defectior.* Adde Salmas. in Tertull. de Pallio p. 197 seq. & Borrich. Cogit. p. 296.

¶ Defectus, ûs, der mangel. Symmach. lib. 1 epist. 23 *His vicibus humana variantur, ut defectui succedat ubertas.* Plin. 20 cap. 2 extr. *Defectus animi*, ohnmacht. *Defectus solis, lunæ*, Virg. 2 Georg. v. 478, sonn- und monden-finsterniß.

¶ Defectio, ōnis, debilitas, die abnehmung; ut, *defectio virium*, Cic. de Senect. cap. 9. *animi defectio*, ohnmacht, Idem ad Attic. 3 epist. 18. Item *solis & lunæ*, Id. 1 Divin. c. 49, & 2 Nat. D. c. 61. ¶ Deinde ex altera notione desertio, sive recessio militis a duce, abfall. Nepos 14, 7, 1 *de defectione patris detulit.* Cicero 4 Tusc. cap. 9 tralate: *Intemperantia est tota mente ac recta ratione defectio.* ¶ Etiam Ellipsis figura ita dicta Macrobio 6 Sat. cap. 8.

¶ Defectivus, a, um, abnehmend, unvollkommen. Tertull. adv. Valent. cap. 14 *defectiva & abortiva genitura.* Cæl. Aurel. Acut. 2, 10 *defectiva febris*, i. e. intermittens.

¶ Defector, ōris, qui deficit, ein abtrünniger. Sueton. Neron. c. 43 *Revocatis ad pœnitentiam defectoribus.* Et Tacitus lib. 12 Ann. c. 50 *truculentior quam antea, tamquam adversus defectores.* Idem 3 Hist. cap. 12 *soli in principia defectores coirent.*

¶ Defectrix, īcis, fœm. abfällig. Tertullianus adv. Valentinian. extremo: *virtus defectrix.*

¶ Deficientia, æ, die ermangelung. Paullinus Nolanus epist. 23 n. 8 edit. nov. *ad deficientiam indeficientem.*

¶ Indeficiens, tis, non deficiens, unmangelhafft. vide Paullini locum modo citatum. Tertull. adv. Judæos cap. 14 *decorem habiturus indeficientem.* Et Lactantius lib. 4 cap. 8 extr. *lumen indeficiens.* Item Augustinus Confession. lib. 2 cap. 8 *indeficiens copia:* & earumdem lib. 9 cap. 10 *ubertas indeficiens.*

¶ Indeficienter, adverb. Idem Augustinus Confess. lib. 12 cap. 11 *indesinenter & indeficienter cohærere.*

¶ Indefectus, a, um, perpetuus, immerwährend. Apul. de Deo Socr. p. 44 *vivacitas æterna & indefecta.* Et Tertullianus Apolog. cap. 21 *integra & indefecta materiæ matrix.* Et de Pallio cap. 3 *Chamæleon jejunus semper, & indefectus.* Salmasium ibi pag. 198 consulere licet.

¶ Subdeficere, nicht fort können. Curt. 7 cap. 7 n. 20 *Hæc quassa adhuc voce subdeficiens, vix proximis exaudientibus, dixerat.*

¶ Efficere, ausrichten, hinausführen, zuwege bringen. Cicero ad Attic. lib. 16 ep. 13 *Hoc nec institui, nec effici potest, sine tuâ ope*, es kan ohne dich weder angefangen noch vollendet werden. Virg. eclog. 3 v. 51

Efficiam, posthac ne quemquam voce lacessas.

In studiis aliquid efficere, i. e. præstare, Quintilianus lib. 2 cap. 1. ¶ Efficere, etiam est disputantium verbum, pro adstruere, probare, concludere, behaupten. Cicero 1 Tusc. cap. 11 *Efficiet ratio, ut quæcunque vera sit earum sententiarum, quas exposuit.* Idem Paradox. præfat. *Minutis interrogatiunculis, & quasi punctis, quod proposuit, efficit.* Alibi & *perficere* dixit. Idem 3 Off. cap. 5 *Ex quo efficitur, ut* &c. woraus denn folget. ¶ Post verbum *Efficio* infinitivus non minus pro conjunctivo interdum sequitur, quam post *Facio.* Vitruvius 2 cap. 6 *Vehementer efficit ea coire.* Vide plura in Borrich. Vind. p. 73.

¶ Effectus, a, um, elaboratus, verfertiget, ausgearbeitet. Plinius lib. 8 epist. 4 *Respondebis, non posse perinde inchoata placere, ut effecta.* Per periphrasin *effectum aliquid dare, reddere*, idem quod efficere Terentio Eunuch. a. 2 sc. 1 v. 7. Ita Plautus Curc. 3 v. 15 *Ego hoc effectum tibi lepide tradam.* Apulejus Florid. lib. 2 pag. 350 *Inde ante aram Bathylli statua a Polycrate tyranno dicata: qua nihil videor effectius cognovisse*, id est, absolutius & consummatæ magis artis. Idem lib. 3 Flor. p. 357 *Sed de hoc tum ego perfectius, cum vos effectius.* Restituendum hoc & Quintiliano est. Nam apud eum quod libro 12 cap. 10 legitur: *Qui dundum putant nonnihil esse temporibus, atque auribus nitidius aliquid, atque affectibus postulantibus:* pro eo, *nitidius aliquid atque effectius* legendum est.

¶ Effecte, perfecte, adverb. Ammianus lib. 16 cap. 6 (Vales. pag. 115) *Cum hæc effecte pleneque colligeret.*

¶ Effectus, ûs, nomen, das werck, die würckung. Effectus enim est, quod post agentem caussam relinquitur. Cicer. 3 de Fin. cap. 9 *In libidine esse, peccatum est, etiam si sine effectu.* Et lib. 2 Tusc. cap. 1 *Effectus eloquentiæ est audientium approbatio.*

¶ Effectum, i, idem. Quintil. lib. 8 cap. 3 *ex caussis, effectis, similibus.*

¶ Effectio, ōnis, idem. Ciceroni 3 de Fin. cap. 14 κατόρθωσις exponitur *recta effectio.*

¶ Effectivus, a, um, pro efficiens, würckend; ut, *caussa effectiva*, apud Philosophos. Et hinc

¶ Effective, adverb. würcklich, apud Quintil. 2 cap. 18.

¶ Effector, ōris, qui efficit, ein schaffer. *Stilus est præstantissimus dicendi effector ac magister*, Cicer. lib. 1 cap. 33 de Oratore. Et Lactantius lib. 5 cap. 8 *Deus hujus mundi effector.*

¶ Effectrix, īcis, eine schafferin. Cic. 2 de Fin. cap. 17 *Pecunia est effectrix multarum & magnarum voluptatum.*

¶ Efficientia, æ, die würckung. Cic. de Fato cap. 9 *naturalis efficientia.* Et 2 Nat. D. cap. 38 *efficientia solis.*

¶ Efficienter, adverb. würckend. Cic. de Fat. cap. 15 *quod cuique efficienter antecedat*, id est, ut caussa.

¶ Efficax, ācis, quod ad agendum aliquam vim habet, ac maxime conducit, kräfftig. Boëth. lib. 3 Prosa 5 extr. *Quæ pestis efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus?* Plin. Panegyr. cap. 84 *Dubitare, utrum sit efficacius ad recte vivendum, bene institui, aut feliciter nasci.* Et cap. 70 *Efficacissimum genus est rogandi, gratias agere.* ¶ *Efficax* etiam interdum dicitur, qui acer & strenuus, & nihil non efficit, thätig. Vet. Gloss. πρακτικός, *Actuarius, efficax, agilis.* Sic *Herculem efficacem* Horatius epod. 3 dixit. Cælius apud Ciceronem lib. 8 ad Famil. epist. 10 *Nosti, Marcellus quàm tardus & parum efficax sit.*

¶ Efficacia, æ, vis, quæ rei inest, krafft, würckung. Plin. 11 cap. 5 de apibus: *quos efficaciæ industriæque tantæ comparemus nervos?* Item efficacis, sive strenui, virtus seu habitus. Vetus Inscriptio apud Grut. pag. 465 n. 5

PROMOTO

PROMOTO XVIRO STLITIBVS IVDICANDIS, ORATORI MAXIMO, DECVRIONES ET PLEBS COLONIAE ASCVLANORVM PROPTER HVMANITATEM, ABSTINENTIAM, EFFICACIAM, &c.

Sed quia *Efficacia*, à calore naturaque ignea est, & itaque facile abripi & transilire limites potest, & injustitiæ fieri affinis, cum aliquid magis urget, quam par est, & æqui patitur ratio, idcirco miratur Ambrosius, in fratre suo Satyro *efficaciam* simul & *innocentiam* fuisse, Oratione ejus funebri. Sane & apud Græcos δεινὸς, & strenuum, seu efficacem & iniquum atque atrocem, sive amarum & asperum notat, ut Servius auctor est. Vide in *Acer*.

¶ Efficacitas, atis, idem. Cic. 4 Tusc. Q. cap. 13 *Viribus corporis, & nervis, & efficacitati similes animi vires.*

¶ Efficaciter, adverb. kräfftig. *Efficaciter sanare*, Plin. 28 c. 11. *Efficacius rogare*, Plin. Jun. lib. 6 epist. 6. Et, *efficacissime coërcere*, rursus Plin. major c. l. Et, *efficacissime sanari*, lib. 26 cap. 12.

¶ Inefficax, ācis, unkräfftig. Seneca lib. 1 de Ira c. 10 *Ratio sine affectu inefficax.* Plin. 27 c. 12 *genus inefficacius.* Idem lib. 34 c. 11 *squama inefficacior.* Gruterus Inscriptionem antiquam adfert p. 415 n. 10, in qua PARENTES INEFFICACISSIMI dicuntur, qui liberis orbati sunt. ¶ 2. Segnis, iners: Vet. Gloss. ἀδρανὴς, *Segnis, inefficax, secors, ignavus, iners.* Talem se ostendit Charinus Terentianus Andria a. 2 sc. 1 v. 4 & 5

> *Vt animus in spe atque in timore usque antehac attentus fuit,*
> *Ita, postquam ademta spes est, lassus, curâ confectus stupet.*

¶ Inefficaciter, adverb. unkräfftig, ungültig. Lege 2 Dig. Quæ sententia sine appell. rescind. *inefficaciter condemnatus.* Symmach. lib. 6 epist. 53 *verecundiam creant inefficaciter postulata.*

¶ Inficere, i. e. non facere, inusitatum: unde *inficiens* participium manet, müßig. Varro lib. 3 de Re Rustica cap. 16 de apibus præcipiens: *Neque ipsæ sunt inficientes, nec non oderunt inertes. Neque insectantes à se ejiciunt fucos, quod hi neque adjuvant, & mel consumunt.* ¶ 2. Tingere, imbuere, färben, schmützen. *Inficere lanam*, Plin. 7 cap. 56. *capillos*, lib. 22 cap. 25. Item: *Inficere pocula veneno*, vergifften, Virg. 2 Georg. v. 128. *Animum deliciis, otio, desidia inficere*, i. e. vitiare. Cicero 3 de Legibus cap. 13 *Vt cupiditatibus principum & vitiis infici solet civitas, sic emendari & corrigi continentiâ.*

¶ Infectus, a, um, non factus, ungemacht. Terentius Phorm. a. 5 sc. 8 v. 4 *Factum infectum fieri nequit.* Et Plautus Aulul. a. 4 sc. 10 v. 15 *Quid vis fieri? factum est illud: fieri infectum non potest.* Idem Trucul. a. 4 sc. 2 v. 17 *Stultus es, qui facta infecta verbis facere postules.* Vulgare dictum hoc est, quo & Sophocles usus Trachiniis v. 753, quibus gemella dixit Agathon apud Aristotelem 6 Ethic. ad Nicomach. cap. 2 extr. *Aliquid infectum reddere*, etwas wieder umstossen, Horat. 3 Od. 29 v. 47. *Infecta re abire*, Liv. lib. 9 cap. 32, unverrichteter sache. *Omnia pro infecto sint*, ibid. cap. 11, es soll nichts gelten. *Infecta victoria*, eod. libro cap. 23. Et, *infecta pace*, apud eumdem lib. 30 c. 31 extr. & Terent. Eun. a. 1 sc. 1 v. 8. Et, *infectum argentum*, quod *signato* vel *facto* apud Liv. lib. 36 cap. 40 opponitur, ungemüntzt silber. ¶ 2. Qui aliqua sorde, vel morbo contaminatus, angesteckt; ut, *infectus lue venereâ*, &c. *sanguine*, Stat. 9 Theb. v. 187.

¶ Infectus, ûs, subst. die färbung. Plin. 8 cap. 48 *De reliquarum* [lanarum] *infectu suis locis dicemus.*

¶ Infectio, ōnis, idem. Vet. Gloss. *Infectio*, βαφὴς, βάμμα. Apud Eumenium Panegyr. Constantii Cæsaris cap. 18 legitur *infectio fortunæ*, sed invitis Criticis, Grutero, Acidalio, Livinejo, de la Baune, quos consulas, si placet.

¶ Infectivus, a, um, färbend. Vitruv. 7 c. 14 *Hæc infectiva appellantur.*

¶ Infector, ōris, qui lanas inficit, ein färber. Plin. lib. 20 cap. 7 *infectores lanarum.* Et Seneca Quæst. Nat. lib. 3 cap. 25 de flumine nigrorem inducente: *Si lana opus fuerit pulla, paratus gratuitus infector est.*

¶ Infectorius, a, um, zum färben dienlich. Marcell. Emp. cap. 4 *Infectorium alumen.*

¶ Infectorium, i, subst. das farb-hauß. Gloss. gr. lat. βαφεῖον, *infectorium.*

¶ Interficēre, occidere, tödten, umbringen. *Vitâ quem interficere*, Gellius lib. 12 cap. 7. *per insidias interficere*, Cicer. pro Domo cap. 23. Et idem Philipp. 1 c. 14 *qui ea lege vivit, ut cum summa interfectoris gloria interfici possit.*

¶ Interfectus, a, um, getödtet. Curt. 9, 2, 7 *Interfectus per insidias.* Apul. 5 Met. *nova nupta interfectæ virginitatis.*

¶ Interfectio, ōnis, cædes, der mord, die ermordung. Lampridius Commodo cap. 4 *Crudelis vita Commodi Quadratum & Lucillam compulit ad ejus interfectionem consilia inire.* Et Augustinus de Civ. Dei lib. 3 cap. 15 *Tarquinius parricida, soceri interfectione regnans.* Idem epist. 23 *In illis quidem interfectionem non faciunt, sed quantum in ipsis est, interfectores sunt.* Et lib. 2 de Mor. Manich. c. 17 extremo: *interfectio pulicis.*

¶ Interfectibilis, e, tödtlich: ut, *ruta interfectibilis viperarum*, Apul. de Herb. c. 89.

¶ Interfectivus, a, um, idem. Cæl. Aurel. Acut. præf. *interfectivis morbis affici.*

¶ Interfector, ōris. *Interfectorem veritatis*, pro *destructore*, Tertullianus dixit de Carne Christi c. 4. Proprie Val. Max. lib. 3 c. 2 n. 11 *Quantum interfectore fortior interfectus?* qui nempe post Cannense prœlium sui spoliatorem, naribus & auribus corrosis, deformem reddidit. Cic. pro Mil. c. 27 *Sp. Melii & Ti. Gracchi interfectores implerunt orbem terrarum nominis sui gloria.* Et Vellejus 2, 58 *interfectores Cæsaris.*

¶ Interfectrix, īcis, eine mörderin. Tac. 3 Annal. c. 17 *Id ergo fas aviæ, interfectricem nepotis adspicere?* Hyginus fab. 122 *Idem nuncius* [falsus] *dixit, Iphigeniam fratris interfectricem esse.*

¶ Officere, obesse, obstare, hinderlich seyn, im wege stehen. Cicero pro Roscio Am. cap. 38 *Cur meis commodis officio simulato officis?* Idem Tusc. Q. 5 c. 32 *offecerat videlicet apricanti.* Et Off. 3 c. 16 *cum augures jussissent demoliri ea, quorum altitudo officeret auspiciis.* Livius lib. 2 c. 2 *ne libertati officeret;*

¶ Offectus, a, um, impeditus, obstructus, verhindert: ut, *Offecti sensus*, Lucret. 4 v. 764. *Offecto lumine obire*, Idem 5 v. 774.

¶ Offectio, ōnis, die hinderung. Arnobius lib. 5 p. 164 *Illis color est purpurei luminis offectione subluteus*, i. e. contraria & opposita infectione.

¶ Offector, ōris, ein hinderer. Fronto, Vet. Gramm. *Offector officio obest.* Item, *Offectores, colorum infectores, qui e colore proprio novum efficiunt*, färber, Festus.

¶ Officium, i, καθῆκον, gebühr, pflicht, schuldigkeit, item, munus, administratio, ein amt, dienst. *Officium* quasi *efficium*. Donatus: Officium *ab* efficiendo: *ab eo, quod quæritur, quod efficere in eo unumquemque conveniat pro conditione personæ.* Ambrosius quoque lib. 1 Officior. c. 8 OFFICIVM, inquit, *ab* EFFICIENDO *dictum putamus, quasi* EFFICIVM: *sed propter decorem sermonis una immutata littera* OFFICIVM *nuncupari.* Cæsar 3 de B. C. cap. 5 *præerat Ægyptiis navibus Pompejus filius, Asiaticis D. Cælius & C. Triasius; Syriacis C. Cassius* &c. *toti tamen officio maritimo M. Bibulus præpositus cuncta administrabat.* Idem c. 8 *Expositis militibus naves eadem nocte Brundisium à Cæsare remittuntur, ut reliquæ legiones equitatusque transportari possent. Huic officio præpositus erat Fusius Galenus*; &c. In quibus exemplis officium administrationem universam rei cujusdam significat, quæ per plures geritur, sed quibus omnibus unus aliquis præest ac imperat, qui quidem *princeps officii*, Lampridio in Alexand. cap. 32 vocatur: ubi vide Salmasium. Similiter corpus judicum, cui præpositus prætor est, *officium* appellatur: unde *Cavere officio* vel *apud officium*: item, *deponere apud officium*, apud JCtos legimus, gerichtlich angeloben, beylegen ꝛc. *Exsequi studia & officia sua, Fungi officio suo, officio amici; Officio suo satisfacere; Omnia officia amicitiæ diligenter sancteque servare*, was einem zustehet, fleißig thun und halten. *Esse in officio*, Cicer. 15 fam. ep. 20. Plaut. in Sticho act. 1 sc. 1 v. 38 *Omnes sapientes suum officium æquum est colere & facere.* Idem in Trinummo act. 3 sc. 2 v. 71 *Is est honos homini pudico, meminisse officium suum.* Contra, *Officium suum deserere*, Cic. 1 Offic. cap. 9. *Discedere ab officio*, ibidem cap. 10. *Deesse officio suo*, Idem lib. 7 fam. ep. 3. *Cessare in officio*, seine gebühr nicht thun, apud Livium lib. 41 in orat. Rhodiorum. *Ab officiis redire*, Horat. lib. 1 epist. 7 v. 47. ¶ 2. *Officium*, beneficium est, dienst, wohlthat. *Mea in te omnia officia constabunt*, Cicer. lib. 3 fam. epist. 4. *Officia meminisse debetis, in quem collata sunt, non commemorare, qui contulit*, Idem de Amicitia cap. 20. Et Cæsar lib. 3 de B. C. cap. 110 *Monuitque, ut ex præteritis officiis reliqua sperarent.* Cato lib. 1 disticho 15

> *Officium alterius multis narrare memento,*
> *Atque aliis cum tu benefeceris ipse, sileto.*

Ceterum hâc notione *Officium* proprie illud beneficium appellatur, quod à necessitudine conjunctis præstatur. Seneca lib. 3 de Beneficiis cap. 18 *Sunt, qui ita distinguant: quædam* BENEFICIA *esse, quædam* OFFICIA, *quædam* MINISTERIA. BENEFICIVM *esse, quod alienus det:* ALIENVS *est, qui potuit sine reprehensione cessare.* OFFICIVM *esse filii, uxoris, & earum personarum, quas necessitudo suscitat, & ferre opem jubet.* MINISTERIVM *esse servi, quem conditio sua eo loco posuit, ut nihil eorum, quæ præstat, imputet superiori.* ¶ 3. *Officium* quoque dicebatur, quum quis honoris caussa alteri aderat, puta sponsalibus, nuptialibus, funeribus, &c. Juvenalis sat. 2 v. 132

> *officium cras*
> *Primo sole mihi peragendum in valle Quirini.*
> *Quæ caussa officii? quid quæris? nubit amicus.*

Suetonius Caligulâ cap. 25 *Liviam Orestillam C. Pisoni nubentem, cum ad officium & ipse venisset, ad se deduci imperavit.* Item Nerone cap. 28 *Puerum Sporum cum dote & flammeo per solenne nuptiarum celeberrimo officio deductum ad se pro uxore habuit.* CELEBERRIMO OFFICIO, i. e. magna eorum frequentia, qui officii & honoris caussâ eo venerant. Alibi *deductionis officium* appellat. Qui etiam ita *novorum consulum officium* dixit Cæsare cap. 15. Plinius lib. 1 epist. 9 *Si quem interroges hodie,* QVID EGISTI? *respondeat,* OFFICIO *togæ virilis interfui, sponsalia aut nuptias frequentavi*, &c. Quæ *privata officia* appellat Cæsar 1 de B. C. cap. 8. *Vrbana*, Nepos in vitâ Attici c. 5, itemque Martialis lib. 1 epigr. 56, de salutationibus matutinis loquens. Ad sepulturam illud pertinet Petronii: *Cruciarii unius parentes, ut viderunt laxatam custodiam, detraxere nocte pendentem, supremoque mandaverunt officio*, h. e. justa solverunt, ut explicat ibi Gonsalius p. 183, quem vide. Nos dicimus: den letzten ehrendienst beweisen. ¶ 4. *Officia* etiam ipsi homines dicuntur: puta apparitores, sive officiales, de quibus vide JCtos & Marcell. Donatum ad Tacit. Annal. 16 c. 12. Suetonius Nerone c. 15 *De quibusdam rebus rationes ad senatum missas, præterito Quæstoris officio, per COSS. plerumque recitabat.* QVAESTORIS OFFICIO, i. e. Quæstore. Idem Vespasiano cap. 21. *Deinde pellectis epistolis, officiorumque omnium breviariis*, i. e. omnium, qui Palatinis officiis præpositi.

¶ Officialis, is, minister, apparitor, ein amts-diener. Apulejus lib. 1 Milef. *Ædiles jubet officialem suum insuper pisces inscendere, ac pedibus suis totos obterere.* Spartianus c. 6 Caracallam tradit *non ignorantibus plerisque officialium* interfectum esse. Gruterus Inscript. p. 422 n. 7 OFFICIALES EIVS (consulis) PROVINCIAE AQVITANIAE. Add. infra *Apparitor* in *Pareo*.

¶ Officialis, e, adjective, est ad officia pertinens, sive de officiis tractans. Lactantius lib. 6 c. 11 *Tullius in officialibus libris.*

¶ Officiōsus, a, um, officii seu beneficii reddendi studiosus, dienst-hafftig, willfertig. *Esse in aliquem officiosum*, Cic. 3 in Verr. c. 24. *Diligens & officiosus*, Idem 13 ad Attic. epist. 45. Nec homines tantum, sed & alia dicuntur *officiosa*. Idem pro Mil. c. 5 *officiosi labores.* Et Senec. epist. 99 *officiosa pietas.* Comp. *Officiosior.* Cic. 14 fam. epist. 16. *Volumnia debuit in te officiosior esse, quam fuit.* Et pro Rosc. Comœdo c. 6 *Estne quisquam, qui tibi humanior, officiosior, liberaliorque videatur.* Superl. *Officiosissima natio candidatorum*, Cic. in Pison. c. 23. ¶ 2. Substantive *officiosus* & is, qui servile officium seu ministerium præstat, appellatur. Petronius: *At ego ne vestimenta quidem mea ab offi-*

officioso recepissem, nisi notorem dedissem. Vbi *officiosus*, servus dicitur, qui vestimenta in balneis servabat, *Capsarius* alias dictus. Vide ibi Interpretes. ¶ 3. Impudicos etiam & obscenos, h. e. qui muliebria paterentur, *officiosos* dictos, ex Senecâ Patre præfat. lib. 4 Controvers. in Excerptis discimus.

¶ Inofficiosus, a, um, contrarium, unbehülfflich, undiensthafftig. Cicero ad Attic. lib. 13 epist. 27 *Aliter fuissemus in hos inofficiosi.* Et Apulejus Apolog. p. 336 *inofficiosus privignus.* ¶ *Inofficiosum testamentum*, quod contra officium pietatis fit. Quintilianus declam. 264 *arguere testamentum tamquam impium & inofficiosum.* Apulejus Apolog. pag. 337 *Cape istud matris tuæ testamentum, vere hoc quidem inofficiosum.*

¶ Officiosè, adverb. dienstlich. *Officiose factum*, Cicer. de Amic. c. 20. *Officiosius facere*, Cicer. lib. 6 ad Attic. epist. 1 sub fin. Sidonius lib. 2 epist. 12 de malis medicis: *Languidos multos officiosissime occidunt.* Apulejus Apolog. p. 335 *In quo* [testamento] *mei officiosissime & honestissime meminit.*

¶ Perofficiose, unterdienstlich. Cic. lib. 9 ad fam. epist. 20 *qui me perofficiose & peramenter observant.*

¶ Officiositas, ātis, studium præstandi officia, die dienstfertigkeit, est apud Sidonium carm. 23 v. 478

Seu nos eximii simul tenebat
Nectens officiositas Marini.

¶ Inofficiositas, atis, die undiensthafftigkeit, apud Ruricium 2 epist. 15.

¶ Officina, æ, taberna Paullo JCt. lib. 2 receptarum sententiarum tit. 8 sent. 3. Locus videlicet, in quo officia sua faciunt, quibus operis aliquid efficiendum commissum est, eine werckstatt: ut, *officina æraria*, Plin. lib. 18 cap. 10 pr. eine schmeltz-hütte. *Chartaria officina*, eine papier-mühle. *Chirographorum officina*, Cic. Philipp. 2 cap. 14, die schreib-stube. *Officina pictoris*, Plin. 35 cap. 10 de Apelle, die mahler-stube. *Ex eâdem officina exire*, Cic. procemio Paradoxor. extremo, eines musters oder gattung seyn. *Officina armorum*, apud Nepotem Agesʃ. c. 3, & Tacit. 2 Histor. 82, ein zeug-hauß. *Officinas promercalium vestium exercere*, Suetonius dixit de illustr. Grammat. 32. Cæterum Vossio *taberna* & *officina*, quæ eædem Paullo, differunt, cum *officina* sit, ubi artifices opus faciunt; *taberna*, ubi merces venduntur. *Officinæ* magister; *Tabernæ* institor præest. Sic *officina libraria* erit, ubi compinguntur libri, *taberna libraria*, ubi divenduntur tantùm. Vide eum libro 1 de vitiis sermonis cap. 30. ¶ 2. Per metaphoram festive dicitur *officina vitiorum, flagitiorum, nequitiæ*, Cic. pro Rosc. Am. cap. 46, ein ort, da man alle schande und laster treibet. Contra: *Instruxerunt quasi officinas sapientiæ Philosophi*, Cic. 1 de Leg. cap. 13. *Domus Isocratis officina habita eloquentiæ est*, Cic. in Oratore cap. 13.

¶ Officinator, oris, magister officinæ, der werckmeister. Glossæ Græcolatinæ: Ἐργαστηριάρχαι, *Officinatores, Institores.* Vsus & voce hac Apulejus est lib. 9 post principium: *Forensi negotio officinator noster attentus, ferias nobis fecit.* Et Vitruvius l. 6 extremo ab architecto distinguit.

¶ Officiperda, æ, sive Officiperdus, i, qui perdit officium, sive beneficium, dum gratiam non reddit, da nichts angewendet ist. Exstat apud Dionys. Catonem in distichis lib. 4 distich. 43

Gratior, inquit, *officiis, quò sis mage charior, esto:*
Ne nomen subeas, quod dicitur officiperdæ.

Quam compositionem duriorem censuit Scaliger Pater ad Historiam animalium Aristotelis. Ita tamen *domiportam testitudinem* vetus Poëta apud Ciceronem: alii *Junonem domiducam* dixerunt. Nec alia ratio in *Cælicula* est.

¶ Perficere, penitus facere, absolvere, vollbringen, ausrichten. *Poëma institutum perficere*, zu ende bringen, Cicer. 3 ad Q. Frat. epist. 8. *Cogitata perficere*, Idem pro Dejot. cap. 7. Vopiscus de Probo c. 20 *multa opera militari manu perfecit*, i. e. multa fortia facta in præliis designavit. ¶ 2. *Perficere* & obtinere est. Terent. Eun. a. 1 sc. 2 v. 100

Quam joco rem voluisti à me tandem, quin perfeceris?

das du nicht erhalten hast. ¶ 3. Est & disputantium verbum, idem quod *efficere*, de quo supra. Cicer. 1 Tusc. c. 8 *Quoniam coëgisti, ut concederem, qui mortui essent, eos miseros non esse; perficio, si potes, ut, ne moriendum quidem esse, miserum putem.* ¶ 4. Est & verbum nequius, sicut Græcorum ἐνεργεῖν. Capitolinus in Maximinis cap. 4 in impuro joco Elæagabali ad Maximinum: *cum muliere perficere.*

¶ Perfectus, a, um, absolutus, expletus, vollkommen. Cic. in Orat. cap. 1 *Summum & perfectissimum illud est, cui nihil addi potest.* Idem de Clar. Or. c. 18 *Inventum simul & perfectum nihil est.* Idem Divin. 2 c. 63 extr. *Eruditione perfectâ & ingenio præstanti ad hæc opus est.* Martial. lib. 5 epigr. 64 *nihil est perfectius illis.* ¶ *Perfectissimus* & inter dignitatum titulos sub posterioribus Imperatoribus, ut *Clarissimatus*, fuit: cujus passim mentio fit in Cod. *Clarissimatu* inferiorem fuisse Ammianus significat lib. 21 cap. 31 de Constantio Imp. scribens: *Nec sub eo dux quisquam cum CLARISSIMATV provectus est. Erant enim, ut nos quoque meminimus, PERFECTISSIMI*, &c. Vnde

¶ Perfectissimatus, ûs, dignitas perfectissimi. Lege unica Codicis utriusque de Perfectissimatus dignitate: *Codicillis perfectissimatus fruentur*, &c. Adde Leg. 3 Cod. Theod. de Cohortal. princip. cornicul. Vide supra in *Egregiatus.*

¶ Perfectè, adv. vollkömmlich. Cicer. de Cl. Orat. cap. 81 *Erat cum institutus optimè, tum etiam perfecte planeque eruditus.* Gellius lib. 11 cap. 16 extr. *à Græcis perfectissime uno verbo & planissime dicitur.* Et Apulejus 3 Florid. *Sed de hoc tum ego perfectius.* Conf. Veget. de Re mil. 1 c. 4.

¶ Perfectio, ōnis, die vollkommenheit, vollendung. Cicero de Cl. Orat. cap. 36 *In omnibus rebus difficilis optimi perfectio atque absolutio.* Et pro Marcello cap. 8 *Tantum abes a perfectione maximorum operum, ut fundamenta, quæ cogitas, nondum jeceris.*

¶ Perfectus, ûs, subst. idem. Vitruvius lib. 1 cap. 2 *Si interiora perfectus habuerint elegantes.* Conf. 2 c. 5 & 8. Item 9 c. 7. Item 10 c. 8, & Tertull. de Anima c. 20.

¶ Perfector, ōris, qui perficit, ein vollender. Cicero 1 de Orator. c. 6° *Stilus, quem tu vero dixisti perfectorem dicendi esse, multi sudoris est*, welcher beredt macht. Ter. Eun. a. 5 sc. 9 v. 4

ô Parmeno mi, ô mearum voluptatum omnium
Inventor, inceptor, perfector, &c.

¶ Perfectrix, īcis, eine vollenderin. Corn. Nepos ad Ciceronem (apud Lactant. lib. 3 c. 15) *Tantum abest, ut ego magistram esse putem vitæ philosophiam, beatæque vitæ perfectricem, ut nullis magis existimem opus esse magistris vivendi, quam plerisque, qui in ea disputanda versantur.*

¶ Perficus, a, um, perficiens, vollbringend. Lucret. 2 v. 1114 *perfica natura.* Sed alii aliter legunt.

¶ Perfica, æ, dea rerum obscenarum, quibus perficiendis eam præesse credebant Romani. vide Arnobii lib. 4 p. 131 & 133.

¶ Perfice, perfectè, adverb. Ita apud Lucretium l. c. legit Nonius c. 2 n. 698. Hinc & pro *præfiscinè* in Plaut. Rud. a. 2 sc. 5 v. 4 Camerarius edidit *perficissimè*. vide ibi Taubm. p. 1201.

¶ Imperfectus, a, um, unvollkommen. *Opus imperfectum*, Ovidius lib. 4 Pont. epist. 16 v. 15. *Insuavius hoc imperfectiusque est*, Gell. lib. 1 cap. 7.

¶ Imperfecte, adv. unvollkömmlich. Gell. lib. 2 cap. 8 *Imperfecte atque præpostere, atque inscite syllogismo uti.*

¶ Imperfectio, ōnis, die unvollkommenheit. Augustinus de Genesi ad litter. lib. 1 cap. 4 *imperfectio creaturæ.*

¶ Semiperfectus, a, um, halb vollkommen, halb fertig. Apulejus lib. 2 Dogm. Plat. p. 17 *Virtutes semiperfectæ.* Et Ambrosius lib. 2 Offic. c. 3 pr. *semiperfecta sententia.*

¶ Postfactum, i, die nachhandlung. Paul. JCt. *Ex postfacto decrescit obligatio.*

¶ Præficere, præponere, einen über etwas setzen. *Elephantis quem Indicis præfecerat*, Terent. Eunuch. a. 3 sc. 1 v. 23. *Ducem populo præficere*, Cic. pro Dom. c. 33. Et, *Imperatorem bello præficere*, Idem pro Leg. Man. c. 16, verordnen, fürsetzen.

¶ Præfectus, i, qui alicui rei curandæ præpositus, ein fürsteher, obrister, commandant, verwalter, &c. Late patet hoc nomen, & tam civiles, quàm militares administrationes complectitur: ut, *Præfectus annonæ: Præfectus vigilum: Præfectus urbis: Præfectus vicorum: Præfectus regionis:* &c. *Præfectus castrorum: Præfectus classis*, (Ammiral) *Præfectus prætorio:* Quæ summa & maxima dignitas fuit sub Imperatoribus: atque initio quidem tota militaris, postea vero pæne togata & judicialis: quippe quæ & JCtis collata fuit, ut Savilius de Militia Romana pag. 433 observat. Cæterum in militia Romana *Præfectorum* nomen ad auxilia, & socios, non ad legiones pertinebat: simulque ad equestrem & ad pedestrem militiam extendebatur. Neque enim tantum *Præfectos alarum*, (qui ad equestrem militiam pertinent) sed & *cohortis præfectos*, apud Plinium, Sueton. & Tacitum legimus, de quo supra in *Cohors.* Quod itaque in legione *Tribuni*, in auxiliis *Præfecti* erant. Vnde distinctè Cæsar 1 de B. G. c. 39 *Hic primum ortus est à tribunis militum* [legionariorum] *ac præfectis* [auxiliarium] *reliquisque, qui ex urbe amicitiæ caussa Cæsarem secuti, non magnum in re militari usum habebant.* Cicero pro M. Marcello cap. 2 *Nihil sibi ex ista laude centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit.* Quo in loco *Centurio* ad *cohortem*, quæ pedestris militia in legione: *Præfectus* ad *turmam*, eamque auxiliarem pertinent. Et sicut legiones ante auxilia; ita tribuni ante præfectos erant. Hinc supra adducto Cæsaris loco, primo *tribuni*, deinde *præfecti* nominantur. Suetonius Claudio cap. 25 *Equestres militias ita ordinavit, ut post cohortem alam, post alam tribunatum legionis daret.* Tribunatum nempe post alam, hoc est, *præfecturam* alæ, dedit, ut altiorem dignitatem, post inferiorem. Plinius etiam lib. 10 epist. 19 primo tribunum, ut honoratiorem, deinde præfectum nominat. Quæ cum ita sint, nescio, quid de loco Suetonii Augusto cap. 38 faciendum sit, ubi præfecturas alarum, tribunatui anteferri, locutionis genus videtur suadere. Ait enim: *militiam auspicantibus non tribunatum modo legionum, sed & præfecturas alarum dedit.* An putabimus, transpositione peccasse librarios, & rescribendum, *militiam auspicantibus non præfecturas alarum, sed & tribunatum legionum dedit?* Neque enim aliquid mutatum in ea re pro ratione temporum crediderim temere, quod Casaubono venisse in mentem non ignoro. Sed & *præfectum legionis* apud Vegetium, qui & describit officium, legimus lib. 2 cap. 9. Sed hæc appellatio ab ævo recentiore est. Aliter enim apud Tacitum accipienda verba sunt lib. 1 Histor. c. 82, cum ait: *Vulnerato Julio Martiale tribuno, & Vitellio Saturnino præfecto legionis, dum ruentibus obsistunt.* Nam Saturninum *præfectum legionis* vocat, ut à Martiale distingueret, qui tribunus prætorianæ cohortis erat, ut ex Tacito eodem lib. cap. 28 clarum. A *Prætorianis* autem *Legionarii* distincti & alii erant, ut notum. *Præfectum* autem *legionis* dicit, quod præfecturam aliquam legionis, sive in legione, administraret. Sive illa castrorum, sive fabrorum, sive alia fuerit.

¶ Præfectianus, a, um, ad præfectum prætorio pertinens. Ammian. 17 c. 3 *nec præfectianus, nec præsidialis apparitor.* Conf. l. 2 & 3 C. de apparit. præf. præt.

¶ Præfector, ōris, idem quod præfectus, apud Ferret. Mus. lapid. p. 276 in lapide Romæ ad D. Luciæ in silice: SEXTILIVS AGESILAVS AEDESIVS - - PRAEFECTOR PER HISPANIAS.

¶ Præfectorius, a, um, præfectura functus. *Præfectorius vir an consulari fœminæ præferatur, videndum*, Vlpian. l. 1 ff. de Senator.

¶ Præfectura, æ, administratio, procuratio, amt, verwaltung, voigtey. *Dare, promittere præfecturas alicui*, Cicer. 6 ad Attic. epist. 1. Nepos Attico c. 8 *Multasque consulum prætorumque præfecturas delatas, sic accepit*, id est, à Coss. Prætoribus delatas. Sic, *Præfectura alæ, cohortis, annonæ, urbis, ærarii*, & aliæ plures apud auctores passim nominantur. *Præfecturam suscipere*, Cæsar B. G. 8 c. 12. De præfecturæ urbis origine, atque progressu vid. Tacit. 6 Annal. c. 11. De præfectura annonæ Lips. ad Tacit. p. 15. ¶ Præfecturæ etiam dicebantur civitates quædam in Italia, ut *Capua, Casalium*, &c. quod non

suo

suo magistratu, sed Româ misso præfecto regerentur: de quibus vide Onuphrium lib. 3 de Republ. Roman. p. 328 & seqq. & p. 358. Sed & extra Italiam Coloniæ etiam suas habebant præfecturas, hoc est, ex vicinis agris assumtas regiones & universitati Coloniarum applicitas, quo magistratus seu Judices mittere Coloniarum magistratus solebant. Siculus Flaccus de Condit. agrorum, cap. de Divisis & Assignatis p. 20 edit. Goes. *Comperimus, deficiente numero militum veteranorum agro, qui territorio ejus loci continetur, in quo veterani milites deducebantur, sumtos agros ex vicinis territoriis conditores divisisse & assignasse: Horum etiam agrorum, qui ex vicinis populis sumti sunt, proprias factas esse formas; id est, suis limitibus quæque regio divisa est, & non ab uno puncto omnes limites facti sunt: sed, ut supra dictum est, sua quæque regio formam habet. Quæ singulæ PRAEFECTVRAE appellantur ideò, quoniam singularum regionum divisiones alii præfecerunt: vel ex eo, quod in diversis regionibus magistratus coloniarum jurisdictionem mittere soliti sunt, &c. Jurisdictionem* pro juridicis, sive qui jus dicunt; *in regionibus mittere*, pro, *in regiones mittere*, ἀρχαϊκῶς dixit. Ita supra, *in quo veterani deducebantur*, pro *in quem*, agrum puta. Nulla igitur emendatione opus in loco incorrupto, quod Rigaltius existimabat.

¶ Præfica, æ, mulier conducta ad funus deplorandum, & mortuum laudandum, eine leidträgerin, leidfrau, klagweib. Plaut. in Trucul. a. 2 sc. 6 v. 14 *Sine virtute argutum civem mihi habeam pro præfica,*
Quæ alios collaudat, eapse se vero non potest.

Elegantes sunt veteri poëtæ Trabeæ a Mureto affricti versus, & digni qui hic legantur:

Here, si querelis, ejulatu, fletibus
Medicina fieret miseriis mortalium,
Auro parandæ lacrymæ contra forent.
Nunc hæc ad minuenda mala non magis valent,
Quam nenia præficæ ad excitandos mortuos.
Res turbidæ consilium, non fletum expetunt.

Vide Varr. l. 6 L. L. & Festum. Vet. Gloss. *Præfica*, ἡ πρὸ τῆς κλίνης ἐν τῇ ἐκφορᾷ, κοπτομένη, θρηνῳδὸς ἐπ᾽ ἐκφοράν.

¶ Subpræfectus, i, præfectus est, sed sub alio præfecto, ein unter-officier; occurrit in opere Inscript. Gruteri. vid. Fabrett. p. 345.

¶ Proficere, quasi porro facere, sive faciendo progredi & aliquid sibi addere veluti, atque acquirere, sich bessern, zunehmen, rc. *Parum, nihil proficere: plurimum proficere.* Lucejus Ciceroni 5 famil. epist. 14 *Tu non intelliges, te querelis quotidianis nihil proficere?* Et Seneca epistola 108 ex Attali Stoici sententia: *Idem & docenti & discenti debet esse propositum, ut ille prodesse velit, hic proficere.* Quintil. lib. 10 cap. 1 *Ille se profecisse sciat, cui Cicero valde placebit.* ¶ 2. Aliquando & prodesse significat, nutzen. Ovid. 3 de Ponto epist. 2 v. 138
Profectura aliquid tum tua verba putes.

¶ Profectus, ûs, subst. nutz, besserung, fortgang. Seneca epist. 20 pr. *Experimentum tui profectus capias.* Idem epist. 11 *In eo quantum esset ingenii, quantum jam etiam profectus, sermo ostendit.* Quintilianus lib. 10 cap. 3 ineunte: *Ut terra alte effossa generandis alendisque seminibus fœcundior est: sic profectus non à summo petitus studiorum fructus effundit uberius, & fidelius continet.*

¶ Prŏfecto, adverbium confirmandi, idem quod nimirum, certe, fürwahr. Terent. in Adelph. a. 1 sc. 1 v. 3 *Profecto hoc vere dicunt, si absis uspiam*, &c. eigentlich sagt man daran recht, rc. *Profecto negare non potes*, Cic. 4 in Verr. c. 18 pr. gewiß du kanst es nicht läugnen. Adhibetur plerumque ad responsionem; ut, *Quis hæc renunciat? is profecto, qui interfuit*, Idem.

¶ Proficiens, tis, zuträglich, fruchtbarlich. Horat. 2 epist. 2 v. 151 *herba nihil proficiente curari.*

¶ Proficienter, adv. idem. Augustinus epist. 80 *Cum se in hac delectatione cor nostrum proficienter extendit.*

¶ Prŏficiscor, fectus sum, ficisci, eundi & veniendi significationem habet, ziehen, reisen. *Proficiscor Romam*, ich ziehe oder reise nach Rom. *Proficiscor Româ*, ich komme von Rom. *Etsi poteram remanere, tamen proficiscar hinc*, Cicer. ad Attic. 13 ep. 26. ¶ 2. Et cum præpositione, Propertius 3 eleg. 21 pr.
Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas.
Proficiscar ad Catonem, Cic. de Senect. cap. 23. *Proficisci ad bellum*, Ovid. 1 Fast. v. 279. *Proficisci de*, vel *ex aliquo loco*, sich von einem ort aufmachen und davon ziehen. *Ex Asia Romam versus proficisci*, Cic. lib. 2 famil. ep. 6. *Obviam alicui proficisci*, Cæsar 7 B. Gall. c. 12. *Proficisci navi*, Cic. ad Q. fratrem lib. 3 ep. 2, zu schiffe reisen. Sed ¶ 3. *Injuriæ sæpe a metu proficiscuntur*, Idem 1 Offic. cap. 7, id est, oriuntur, gewalt kömmt offt von furcht her. Sic eleganter dicitur: *Hæc a me, ab illo profecta sunt*: &, *Beneficia ab aliquo proficiscuntur*; quemadmodum Cicero 5 fam. epist. 5 dixit: *Omnia à me in te profecta sunt.* Item: *Oratio mea inde proficiscatur*, daher will ich anfahen zu reden, Idem pro Leg. Manil. cap. 2. ¶ Notandum autem, usurpari hoc verbum auctoribus etiam de non adeo longo itinere. Sic apud Plautum Amphitr. a. 1 sc. 2 v. 7 *profectus in urbem* Sosia dicitur, qui eo portu commearat. C. Nepos Pausania cap. 5, *Quò cum essent profecti*, &c. id est, exiissent. Loquitur de Ephoris Lacedæmoniis, qui egressi in fanum Neptuni, quod extra urbem in Tænaro erat. Idem Datame c. 4 n. 4 *Quærit, quibus locis sit Aspis, cognoscit haud longe abesse, profectumque eum venatum.* Quin & de iis utimur hoc verbo, qui intra urbem manent, cum prodierunt, wenn man von hause aus zu iemand gehet. Terent. in Andr. a. 3 sc. 4 v. 21
Quid caussæ est, quin hinc recta in pistrinum proficiscar via.
Idem in Eun. a. 2 sc. 2 v. 49 *Detineo te fortasse: tu profectus alio fueras.* id est, nisi detinerem te, itasses fortassean, ubi negotium erat, du wärest vielleicht hingangen, wo du zu thun gehabt. ¶ *Proficisci a parente non potuerunt plura*, i. e. conferri in aliquem, hat nicht mehr thun können, Nepos Attic. cap. 9.

¶ Proficiscens, tis, ein reisender. Nepos 1, 1, 5 *domo navibus proficiscens*; Item: *ventus adversum tenet proficiscentibus.*

¶ Profectus, a, um, gereist. Idem Nepos 1, 1, 4 *Classe Chersonesum profectus.* Livius 2 cap. 4 *Consules ad deprehendendos legatos conjuratosque profecti domo*, &c.

¶ Profectio, ōnis, eine reise. *Profectionem parare*, Cæsar 1 B. Civ. c. 27, sich zur reise schicken. Item *præparare*, Suet. Tiberio cap. 38. *Profectionem intermittere*, Cæs. 5 B. Gall. cap. 7. *Recordare consilium, quod fuerit profectionis nostræ*, Cicer. ad Q. fratr. l. 3 ep. 8. Nepos 16, 3, 2 *Omnia de profectione exulum perscripta.*

¶ Profectitius, a, um, aliunde in nos delatus, adventitius, eingebracht, herstammend. Lege 5 Dig. de jure dotium: *videri dotem non esse profectitiam.*

¶ Profector, ōris, ein wandersmann. Gloss. gr. lat. ἔκδημος, *profector.*

¶ Proficuus, a, um, nützlich, postremæ latinitatis vocabulum. Cassiod. 1 epist. 39 *quibus mora potest esse proficua.* Vide Cellarii Cur. post. pag. 316.

¶ Reficere, instaurare, reparare, sarcire, wieder anrichten, wieder bauen. *Reficere naves*, apud Cæsarem 2 B. Civ. cap. 23, & Horatium oda 1. *Ædes, quæ vitium fecerunt, reficere*, Cic. Top. cap. 3, ausbessern. *Muros dirutos reficere*, Nepos Conone cap. 4, 5. Et, *Vires cibo reficere*, apud Livium 37 cap. 24, i. e. recuperare. Nepos Agesilao cap. 7 *sine dubio post Leuctricam pugnam Lacedæmonii se numquam refecerunt*: i. e. vires suas recuperarunt, sie haben sich nie wieder erholet. *Reficere copias*, pro, immunitas supplere, recruitiren, Cæsar dixit lib. 3 de B. C. c. 87. Rursus Nepos Hamilcare cap. 1 *ut statim mente cogitaret, si paullum modo res essent refectæ, bellum renovare.* Alibi τῷ *recreare* ita utitur, de quo supra. Sæpe & duo hæc conjunguntur: Cicero pro Milone cap. 1 *Recreat me & reficit Cn. Pompeji consilium.* Etiam dicimus, *Labore refici*: Plinius Paneg. cap. 77 *Tam assiduus in tribunali, ut labore refici ac reparari videretur*, als wäre die arbeit seine erquickung. At Cæsar 7 Gall. B. cap. 83 *milites ex nocturno labore sese reficere jussit*, er hat sie ausruhen lassen. Sic &, *equorum reficiendorum caussa substitisse*, idem dixit lib. 2 de B. Civ. cap. 42. *Ex longo morbo refici*, genesen, Seneca epist. 7.

¶ Refectus, a, um, ergäntzet, erquicket. Cic. ad Att. 16 ep. 3 ἀρχέτυπον ipsum crebris locis inculcatum & refectum. Curt. 7, 5, 16 *nec aut cibo refectus aut potu*, der weder gegessen noch getruncken. Conf. 5, 4, 23. Horat. 2 epist. 2 v. 136 *Cognatorum opibus curisque refectus.*

¶ Refectus, ûs, subst. die labung, erquickung. Plin. lib. 18 cap. 7 sub fin. *Panem ex hordeo, antiquis usitatum, vita damnavit, quadrupedumque tradidit refectibus.*

¶ Refectio, ōnis, restauratio, reparatio, die ausbesserung: ut, *refectio Capitolii*, apud Suetonium Cæsare c. 15. *Restitutionem* Id. Vespasiano cap. 8 appellat. Et Vitruvius lib. 6 cap. 3 *Ea compluvia habent in refectionibus molestiam magnam.* ¶ 2. Recreatio, die erquickung, ergetzligkeit. Quintil. lib. 10 cap. 3 *Tempora ab ipsa rerum natura ad quietem refectionemque data in acerrimum laborem convertimus.* Plinius ad Trajanum cap. 81 Panegyrici: *Instar refectionis existimas mutationem laboris*, quod proxime citato loco dixerat: *labore refici.*

¶ Refector, ōris, qui reficit & reparat, ein ausbesserer. Sueton. Vespas. cap. 18 *Colossi refectorem insigni congiario magnaque mercede donavit.* Vet. Inscript. apud Sponium in Misc. Erud. Ant. p. 231 REFECTOR PECTINARVM.

¶ Semirefectus, a, um, halb wieder zurecht gebracht. *Classis semirefecta*, Ovid epist. 7 Didonis v. 176.

¶ Subreficere, modicum reficere. Hinc particip.

¶ Subrefectus, a, um, in etwas erquickt: Paterculi est lib. 2 cap. 123 *subrefectus adspectu alloquioque carissimi.*

¶ Semifactus, a, um, halb fertig, halb gemacht. Tacitus Ann. 15 cap. 7 *Hostia, quæ muniebantur, hibernaculis adsistens, semifacta opera fugâ perrupit.*

¶ Sufficere, satis esse, genug seyn. Dativo fere jungitur, & accusativo cum præpositione, aut ponitur absolute. Virg. Æn. 5 v. 21 *Non nos obniti contra sufficimus.* Livius lib. 29 cap. 23 *Sufficit hic mons alimentis hominum.* Cum præpositione Curtius lib. 9 cap. 5 n. 10 *adeo resolutus, ut ne ad evellendum quidem telum sufficeret dextra.* ¶ 2. Invenitur & active positum, pro suppeditare, darreichen. Justin. 44, 1, 4 *terra urbi rerum abundantiam sufficit.* Virgilius lib. 2 Georg. v. 423
Ipsa satis tellus cum dente recluditur unco
Sufficit humorem. Ibidem v. 435
Aut illæ pecori frondem, aut pastoribus umbram
Sufficiunt.

¶ 3. Hinc pro substituere, & surrogare in locum alterius aliquem, etiam sumitur. Nepos Hannibale cap. 3 *Cum patre in Hispaniam profectus est, cujus post obitum Hasdrubale imperatore suffecto, equitatui omni præfuit.* Dicimus &, *in locum alterius sufficere aliquem*, e. g. Vatinius Ciceroni lib. 5 epist. 10 *Si Appii os haberem, in cujus locum suffectus sum*, hoc est, successor datus. Justin. 22 cap. 1 n. 12 *in locum demortui ducis sufficeretur.* Etiam Livii est lib. 5 cap. 31 *in demortui locum suffici.* Hinc

¶ Suffectus, a, um, substitutus, eingeschoben. Justin. 5, 6, 1 *Suffectus alteri*, der an des andern stelle kommen. Idem 11, 10, 7 *Suffectis in loca eorum novis regibus.* Et Cic. 5 ad fam. 10 *In Appii locum suffectus.*

¶ Sumitur & pro infectus, coloratus, gefärbt. Virg. 2 Æn. v. 210
Ardentesque oculos suffecti sanguine & igni.
Valer. Flaccus lib. 1 v. 821 *suffectaque leto*
Lumina.
Et lib. 2 v. 104 *eadem effera & ingens*
Et maculis suffecta genas.

¶ Suffectio, ōnis, substitutio, die dargegenstellung. Arnobius lib. 5 p. 166 *putorem unguenti [illegible] suffectio temperaret.*

¶ Sufficiens, tis, [illegible] sattsam. Vellej. 2, 127, 3 *Sufficiens vigori animi compages corporis.* Curt. 8, 4, 10 *Sufficiens malis*, der dem übel gewachsen. Lege 8 Digest. de Jure codicillor. *sufficientium testium facultatem habere.* Et Tertullianus lib. 5 adv. Marc. cap. 2 *sufficientissima definitio.*

¶ Sufficienter, adv. nothdürfftig, [illegible]. Ulpian. Lege 15 § 2 Dig. de Usufructu & quemadm[illegible] quis fruatur: *sufficienter alere & vestire.* Pallad. [illegible]

lad. lib. 1 cap. 25 *Nucem perforari jubent: & ceram cum sulfure sufficienter includi.*

¶ Sufficientia, æ, die genügsamkeit. Tertull. ad Vxor. lib. 1 cap. 4, & Vulg. Interpres 1 Timoth. 6 v. 6. Eugenius Toletanus carm. 1

Sit comes alma salus, & sufficientia victûs.

¶ Insufficiens, tis, non sufficiens, nicht genugsam. Tertullianus adv. Hermogenem cap. 15 *nisi si insufficiens fuit divina virtus omnibus producendis.*

¶ Insufficientia, æ, ungenügsamkeit, apud eundem Tertull. c. l. ad Vxor. 1 cap. 4 *Secularis concupiscentia caussas habet gloriam, cupiditatem, ambitionem, insufficientiam.*

¶ Superficĕre & Superfieri, übrig genug seyn; ut, *Aqua superficiens*, Lege 1 § 11 D. de Aqua pluvia. *Quæ superfieri possunt, custodire*, Columell. lib. 12 cap. 1. *Superfit*, Prudent. lib. 2 adv. Symmach. v. 982.

¶ Superficiens, tis, superfluens, exuberans, überflüßig; ut, *aqua superficiens*, Vlpian. l. 1 § iidem ajunt D. de aqua & aqua pluv. arc.

Factio, factiosus, &c. Facula, Facultas, vide *factio, fax, facilis.*

FĀCVNDVS, a, um, disertus, beredt. Ovid. 2 Art. am. v. 123

Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses.

Quintilian. lib. 12 cap. 10 *In omnibus gentibus alius alio facundior habetur.* Idem lib. 12 cap. 2 sub finem: *In exemplum benedicendi facundissimum quemque proponet sibi ad imitandum.* Prudentius lib. 2 adv. Symmach. v. 19 *Ausoniæ vir facundissime linguæ.*

¶ Facunde, adverb. beredsam. Livius lib. 28 cap. 18 *Facunde alloquendo sibi conciliare quem.* Valer. Max. lib. 3 cap. 3 de abscissa Anaxarchi lingua: *Totius mundi naturam prudentissime & facundissime expromsit.*

¶ Facundia, æ, eloquentia, beredsamkeit. Plinius lib. 7 cap. 30 *Facundiæ Latiarumque litterarum parens Cicero.* Quintilian. procem. lib. 1 sub fin. *Alere facundiam, vires augere eloquentiæ.*

¶ Facunditas, ātis, idem. Plaut. Truc. a. 2 sc. 6 v. 13 *Facile sibi facunditatem virtus argutam invenit.*

¶ Facundiosus, a, um: Sempronius Asellio apud Gellium lib. 4 c. 9 *facta sua spectare oportere, dicta non, si minus facundiosa essent.*

¶ Infacundus, a, um, unberedt. Livius lib. 4 cap. 49 *vir acer, nec infacundus.* Et lib. 7 cap. 4 *infacundior & lingua impromtus.*

¶ Infacundia, æ, unberedsamkeit. Gellius lib. 11 cap. 16 *Tui erroris culpam esse intelligo in mea infacundia.*

¶ Perfacundus, a, um, valde facundus, sehr beredt. Apulejus 4 Florid. *Protagoras sophista fuit longe multiscius, & cumprimis Rhetoricæ repertis perfacundus.* Vtitur & Justin. 22, 1, 9 *in concionibus perfacundus.*

Fæcula, Fæculentia, Fæculentus, vide *Fæx.*

FAESŬLAE, arum, & Fæsula, æ, Etruriæ urbs, ad Apennini radices, Romanorum colonia, castris Catilinariis nota. Vid. Sallust. cap. 27 & Cicero Catil. 2 cap. 6. Correpta media: Silius lib. 8 v. 478

Fæsula, & antiquus Romanis mœnibus horror
Clusinum vulgus.

FAEX, fæcis, alii Fex, fecis: Diphthongo scribendum, Manutius docuit. Sordidum illud est, & excrementosum, quod in vasis subsidit fundo, hefen, schaum. Horat. lib. 1 oda 35 v. 26 *diffugiunt cadis Cum fæce siccatis amici*, wenn der vorrath aus ist, so ist die freundschafft auch aus. ¶ *Fæcem bibat, qui vinum bibit*: proverb. wer des guten genossen hat, mag des bösen auch mit entgelten, Erasm. ex Aristophane. *Fæcem civitatis*, Cic. pro Flacco cap. 8. Item, *perditissimam & infimam populi fæcem*, Cicero 2 ad Quint. frat. epist. 6 dixit homines viles & abjectos.

¶ Fæcŭla, æ, dimin. sed condimenti genus, ex Coi vini sedimento natum. Vid. Horat. 2 satyr. 8 v. 9, & Lucret. 2 v. 430.

¶ Fæcatus, a, um, hesicht, unlauter; ut, *Fæcatum vinum*, Cato de re rust. n. 154.

¶ Fæcinius, a, um, idem; ut, *Fæciniæ uvæ*, apud Columellam lib. 3 cap. 2, quæ plus, quam cæteræ, fæcis afferunt.

¶ Fæcinus, a, um, idem; ut, *Fæcinum vinum*, Colum. 12, 45 wein von trauben mit dicken hülsen.

¶ Fæcosus, a, um, idem. Martial. 13 epigr. 102 v. 2

Accipe fæcosum munera cara garum.

¶ Fæcŭlentus, a, um, trübe, voll hefen. Columella lib. 2, 2 *fæculentum vinum.* Celsus 5, 26 *fæculentum pus* dixit. Apulej. de Deo Socr. p. 47 *fæculenta nubecula.* Macrob. 7 Saturn. cap. 12 *tabes fæculenta.* Comparative Solinus cap. 46 *fæculentior superficies.* Superlative Augustinus de vera religione cap. 40 *quorum aliud fæculentissimum redditur.*

¶ Fæculentia, æ, schlamm, unflat. Fulgentius in Contin. Virgil. p. 156 *In temporales gurgitis cænositates morumque fæculentias transit.* Vide ibi Munkero notata. Sidon. 3 epist. 13 *fæculentia par cloacali.* Conf. Claud. Mamert. 1, 7.

¶ Fæcutinus, a, um, schlammicht. Gellius lib. 13 cap. 19 *neque fæcutinas Grammaticus spectaveris, sed aurem tuam interroga.* Alii legunt *fætutinas.*

¶ Dēfæco, āre, à fæcibus purgare, läutern, abziehen. Apul. lib. 9 de A. A. *At pudica uxor statim cœnas saliares comparat, vina pretiosa defæcat, pulmenta recentia acetis temperat.* Metaphorice Sidon. 1 epist. 1 *Litteras defæcandas limandasque alicui committere*, hoc est, corrigendas, ubi plura hujus metaphoræ exempla a Savarone allegata habes.

¶ Defæcatus, a, um, geläutert, abgeschäumt; ut, *Vinum defæcatum*, purum, sine sordibus; reiner wein. Et, *defæcatus animus*, hilaris, Plaut. Aulul. a. 1 sc. 2 pr. *Defæcata mente*, Macrob. 2 Somn. Scip. c. 12.

¶ Defæcatio, ōnis, purgatio, die läuterung: Tertullianus de Anima cap. 27 *ex carnis defæcatione.*

¶ Defæcabilis, e, leicht zu reinigen; ut, *Cisterna defæcabilis*, Sidon. 1 epist. 5.

¶ Defæcis, e, sine fæce, ohne hefen, rein. Virg. de Ætna v. 424

Quam levis excocto defæcis robore pumex.

Vide Scalig. in Catalect. p. 133.

¶ Effæcare, idem quod defæcare, à fæcibus purgare. Hinc

¶ Effæcatus, a, um, ausgefeget. Apulejus 2 Dogm. Plat. p. 22 *purgata & effæcata voluptas animi.*

¶ Infæcare, sordibus implere, besudeln. Tertull. de Anima cap. 53 *Infæcare animam carnis concretione.*

FĀGVS, i, φηγὸς, à φάγειν, quod ejus fructus esui sit, eine buche. *Sub tegmine fagi*, Virgil. eclog. 1 v. 1. An glandifera, vid. apud Taubm. ad Virgil. Bucol. p. 6.

¶ Fāgineus, a, um, büchen, buchbäumin. Columell. 12 cap. 45 *arculæ fagineæ.* Ovid. 4 Fastor. v. 656 *faginea tempora fronde premit.*

¶ Fāgīnus, a, um, &

¶ Fāgeus, a, um, idem: ut, *pocula fagina*, Virg. eclog. 3 v. 37. *Scyphus faginus*, Tibull. lib. 1 eleg. 10 v. 8. *Glans fagea*, Plin. 16 c. 5, buchecker.

¶ Fāgūtālis, e, a fagis nomen habens; ut, *fagutalis Jupiter*, Varro de L. L. 4, 32, & Plin. 16 cap. 10.

FĂLA, æ; plur. Falæ, turres rotundæ & fastigatæ in circo. Festus ex Etrusco verbo ab altitudine appellatas putat. Vide Ferrar. lib. 2 Elect. cap. 15. Lips. lib. 1 Elect. cap. 2, & in Poliorc. lib. 5 cap. 5. Itemque Stewech. ad Veget. 4 cap. 18 p. 312. Plaut. Most. a. 2 sc. 1 v. 10 *Subeunt sub falas.* Nonio cap. 2 n. 351 Falæ sunt turres ligneæ, ubi Ennius: *Malos diffindunt, fiunt tabulata faleque.*

¶ Fălārĭca, æ, teli genus missile, apud Ennium & Virgil. 9 Æn. quod ex turribus ligneis, quæ *Falæ* appellatæ, mitti in hostes solebat, ein geschoß. Ennii locus est apud Nonium cap. 18 n. 20. Virgilii verba v. 706 sunt: *Sed magnum stridens contorta falarica venit.*

Livius lib. 21 cap. 8 *Falarica erat Saguntinis missile telum hastili oblongo*, &c. vid. Stewech. ad Vegetium, itemque Casaub. ad Æneam Tactic. cap. 34. Sed nemo lucidius descripsit ejus materiam, fabricam, usum, quam Silius Italicus lib. 1 v. 350 seq.

Librari multa consueta falarica dextra.
Horrendum visu robur, celsisque nivosæ
Pyrenæ trabs lecta jugis, cui plurima cuspis, &c.

Falcarius, Falcatus, vide *Falx.*

FALCIDIA, æ, dicitur lex lata à C. Falcidio tribuno, anno post interfectum Ciceronem, quâ cautum est, ne plus dodrante legare liceret, ut ad minimum quarta pars remaneret hæredi. v. Pomp. Lætus & JCti.

FALCO, ōnis, ὁ ἱέραξ, ein falcke. Jul. Firm. quia est falcatis unguibus. Fest. quia digiti pollices in pedibus intro sunt curvati instar falcis. ¶ *Falco* Mathematicis est sidus, quod aliis est Lyra vel Vultur cadens.

Falcula, vide *Falx.*

FALĒRE, is, architecturæ nomen est, apud Varronem de re rust. lib. 3 cap. 5 *Subter columnarum*, inquit, *stylobaten est lapis à falere pedem & dodrantem alta*: ad quem locum Scaliger: *Lapis ἀρχαϊκῶς in fæminino.* Ennius: *tanto sublatæ tunc agmine sunt lapides.* Lapidem *vocat, qui pro stereobate substituitur stylobatæ.* Falere *vocat id, quod magis proprie esset* pila. Χηλὴν *vocat Thucydides, Virgilius saxeam pilam. Et verbum apud Lucret.* Oppilare *ostia contra. Sustinet autem falere totum peristylii onus, & stagno oppositum ac oppilatum est. Itaque pilæ litoribus* immolitæ *à veteribus propterea Faleria dicuntur, quia antea Haleria dicerentur, παρὰ τὸν ἅλα. Argumento quod Falerii populi inde dicti sint, qui, quia apud eos sal fieret, prius Halerii dicti, auctor Festus. Nisi sit, quod omnia alta φάληρα vocabant Græci*, &c.

Falerii, vide *Falisci.*

FĂLERNVS, a, um, adject. ut, *ager Falernus* in Campania, collibus vitiferis abundans. vide Plin. 3 cap. 5, & 14 cap. 6. *Vites Falernæ, vina Falerna*, apud Horat. 1 od. 20 v. 10, & 2 sat. 4 v. 55. Originem fabulosam hujus vini, & nominis etiam, jucunda descriptione adfert Silius lib. 7 v. 166 seq. Varro apud Macrob. lib. 3 Saturn. cap. 16 *Ad victum optima fert, ager Campanus frumentum, Falernus vinum.*

¶ Fălernum, i, substantive, pro vino ex agro Falerno. *Acre, forte, ardens Falernum*, starcker welscher wein. Horat. lib. 2 epist. 18 v. 91

Potores bibuli mediâ de nocte Falerni.

Martial. lib. 1 epigr. 19

Quid te, Tucca, juvat vetulo miscere Falerno
In Vaticanis condita musta cadis?
Quid tantum fecere boni tibi pessima vina?
Aut quid fecerunt optima vina mali?
De nobis facile est: Scelus est, jugulare Falernum,
Et dare Campano toxica sæva mero.

Et lib. 8 epigr. 76 *Candida nigrescant vetulo crystalla Falerno.*

Despumare Falernum, Pers. satyr. 3 pr. est edormiscere.

FĂLISCI, orum, Etruriæ populi, quos *æquos* Virg. 7 Æn. v. 695 dixit, hoc est, legum custodes, quia jura, & legum XII Tabb. supplementa, apud eos asservata fuerunt:

Hi Fescenninas acies, æquosque Faliscos, &c.

Falerii tam Livio, quàm aliis dicuntur: licet Strabo inter eos videatur distinguere. Vid. Keuchen. ad Frontin. p. 93. Vrbs eorum *Faleris*, vel *Falerii* plur. fuit, obsessa à Camillo, ut Livius tradidit.

¶ Faliscus, a, um, adject. ut, *Præsepes faliscæ*, quæ à ligno Falisco optime fiebant, Cato R. R. cap. 4. *Venter faliscus*, id est, *ventriculus fartus*, quem sic farcire Romani à Faliscis didicēre, eine magen-wurst, grosse wurst. Martial. lib. 4 epigr. 46

Et Lucanica ventre cum Falisco.

Fallax, quære mox in *Fallo.*

FALLO, fefelli, falsum, ĕre, betriegen. *Fallere technis*, Terent. Heaut. a. 3 sc. 1 v. 61, mit tücken und behändigkeit umführen, täuschen. *Fallere fidem*, &, *fidem datam fallere*, Cicer. 1 Off. cap. 13, treuloß werden. *Fallere promissum*, Curt. 7 c. 10 n. 9, nicht halten was man zugesagt hat. *Falli opinione suâ*; *Opinio me fefellit*, Idem 4 c. 5 n. 16. *Spes mea fefellit*, &, *Spem meam fefellit improborum vis*, Cic. 4 Catil. cap. 11. Et, *Fallere tempus, horas*, die zeit vertreiben. Ovid. 4 Pont. 10 v. 67

Detinui, dicam, tempus curasque fefelli.

Ac Juvenal. sat. 16 v. 109

Fallit enim vitium specie virtutis, & umbra.

Multi fallere docuerunt, dum timent falli, Senec. epist. 3. *Fallere sermonis*

monis pro *sermone*, Plaut. Epid. a. 2 sc. 2. *Falli animi* pro *animo*, Lucretius dixit lib. 5 v. 98. ¶ *Falle vivens*: λάθε βιώσας, quod falso dictum esse, probat prolixè Plutarchus ideo, quia omnia à Deo condita sint & ordinata, ut innotescant, lib. Num rectè dictum sit, λάθε βιώσας. Horat. lib. 1 epist. 17 v. 10

Nec vixit male, qui vivus moriensque fefellit.

Vbi *fallere* est, latenter agere, ut ignoreris. Quemadmodum aliis etiam locis hoc verbo Græcorum more poëta est usus. Tacit. 2 Histor. cap. 98 *Plures fefellerunt, fide amicorum aut suomet astu occulti.* Sic & Curt. 4, 2, 21 *Incrementum eos fefellerat*, es hatte unversehens zugenommen. Et Vellej. 2, 53, 4 *Eos fefellit quinquennium*, sie haben 5 jahr versehen.

¶ Falsus, a, um, adject. mendax, vanus: sumitur active pro eo, qui fallit, & passive pro eo, qui deceptus est, unwahr, unrecht, falsch. *Falsa caussa*, Terent. Andr. a. 1 sc. 5 v. 22, eine vermeinte ursach. *Falsa solicitudo*, Idem Heaut. a. 1 sc. 2 v. 3. *Falsâ spe aliquem producere*, Idem Andr. a. 4 sc. 1 v. 24, einen am affen-seil herum führen. *Spes falsa & fallax*, Cic. Philipp. 12 cap. 2 extr. *Vt falsus est animi*, wie ist er in seinen gedancken betrogen, apud Ter. Eun. a. 2 sc. 2 v. 43. ¶ Sed etiam *Falsus* pro ficto & simulato. Sallust. Catil. 1 cap. 10 *Ambitio multos mortales falsos fieri subegit: aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere*, &c. De compar. ita Festus Pompejus: FALSIVS, & FALSIOR *cum rationabiliter dici possent, non tamen sunt in consuetudine.* Augustinus tamen lib. 7 de Civ. Dei cap. 5 dixit: *quantò est abjectior & falsior ista civilis* (Varronis theologia,) *quæ maxime circa corporum est occupata naturam.* Columella lib. 1 cap. 6 *Id falsissimum est.*

¶ Falsum, i, substant. res falsa, sententia falsa, die falschheit. Horat. 1 epist. 10 v. 29 *vero distinguere falsum.* Lucret. lib. 4 v. 478

Notitiam veri, quæ res, falsique creârit.

Iterum Horat. Art. P. v. 151 *sic veris falsa remiscet.*

¶ Falso, adverb. fälschlich, vergeblich. Corn. Nep. in Alcib. cap. 9 n. 1 *Sperans fortunam suam occuli posse: falsò.* Quæ formula inter suaviores elegantias merito reponatur. *Falsò* solum, periodum constituit, & tantumdem valet, quantum valet hæc, *At falsò ita speravit.* Ter. Heaut. a. 2 sc. 3 v. 27 *Tu me habebis falso suspectum.*

¶ False, adv. idem. Cic. 4 Acad. c. 46 *assentiri false.* Augustinus Confess. lib. 10 cap. 13 pr. *Quæ adversus hæc falsissime disputantur.* Idem epist. 222 *quod falsissime creditur.*

¶ Falsitas, ātis, unwahrheit, ungrund, falschheit. Cic. pro Cluent. c. 2 *Parum firmamenti & parum virium habet falsitas. Inditæ scriptis & commentariis falsitates*, Arnob. lib. 1 p. 33.

¶ Falsimonia, æ, ut ægrimonia &c. vel Falsimonium, i, ut testimonium &c. idem. Plaut. Bacch. a. 3 sc. 6 v. 12 *Reperiuntur falsi falsimoniis.*

¶ Falso, are, juridicum: ut, *falsare pondera*, das gewichte fälschen. Hinc

¶ Falsatus, a, um, verfälscht. Sulpitius Sever. Dial. de virtut. monach. orient. c. 3 *Cum legentium fides facilè posset habere discrimen, ne falsata sequeretur, & tamen Catholicè disputata retineret. Falsata* vocat, quæ corrupta & fraudulenter ab hæreticis inserta erant Origenis scriptis. De iis enim ibi loquitur. Et aliquanto post: *quæ defensores ejus falsata contendebant.*

¶ Falsarius, i, qui falsum facit, ein betrüger, verfälscher. Suet. Claud. c. 14 & Nerone cap. 16. Qui eo comprehendantur nomine, vide D. ad L. Corneliam de falsis. Idem Suetonius in Tito cap. 3 eum principem scribit *imitari solitum chirographa, quæcunque vidisset, ac sæpe profiteri*, SE MAXIMVM FALSARIVM ESSE POTVISSE.

¶ Falsĭdĭcus, a, um, lügenhafft. Plaut. Capt. a. 3 sc. 5 v. 13 *Me meamque rem falsidicis fallaciis delaceravisti.* Conf. Idem Trin. a. 3 sc. 3 v. 40. Auson. epigr. 118 v. 17.

¶ Falsĭfĭcus, a, um, der mit betrug umgehet, Plaut. Mil. a. 2 sc. 2 v. 36.

¶ Falsĭjūrĭus, a, um, meineidig, Plauti Mil. a. 2 sc. 2 v. 36.

¶ Falsĭlŏquus, a, um, lügenhafft, Prud. ἀποθεωσ. v. 107, & Plaut. c. l.

¶ Falsipărens, tis, qui falsum habet parentem. Catull. 69 v. 112 *falsiparens Amphitryoniades.* vide supra *Amphitryo.*

¶ Falsitestis, is, ein falscher zeuge. Gloss. gr. lat. ψευδόμαρτυς, *falsitestis.*

¶ Fallax, ācis, betrüglich. Cic. 4 Acad. c. 46 *fallax imitatio simulatioque virtutis.* Ovid. 13 Metam. v. 799 *fallacior undis.* Hirtius B. Alexandr. c. 24 *animus disciplinis fallacissimis eruditus.* Cic. pro Dom. c. 9 *homo fallacissimus.*

¶ Fallācia, æ, dolus, fraus, techna; betrug, schalckheit. *Fallacia alia aliam trudit*, Ter. Andr. a. 4 sc. 4 v. 39, eine tück oder lügen jagt die ander. *Sine fuco & fallaciis homo*, Cicer. 1 Att. ep. 1, ohn allen falsch. Contra, *Ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur*, Cic. pro Rosc. Comœd. cap. 7, aus eitel betrug und lügen zusammen gesetzt. *Fallaciam in aliquem intendere*, Terent. Heaut. a. 3 sc. 2 v. 2.

¶ Falla, æ, pro fallacia, vetus poëta apud Nonium c. 2 n. 316 *Menon vocavit: ob eam rem hanc feci fallam.*

¶ Fallacies, ēi, idem. Apulejus: *Fallacie germanitatis inducta.*

¶ Fallaciter, adverb. superl. fallacissime, fälschlich, betrüglich. Cic. 1 de Divin. c. 18 *fallaciter portenta interpretari.* Plin. lib. 12 c. 16 *fallacissime adulteratur Indica myrrha.*

¶ Fallāciōsus, a, um, id est, fallax. Gell. lib. 14 c. 1 *fallaciosa ambages.* Apulejus lib. 8 Met. p. 205 *promissio fallaciosæ mulieris.*

¶ Fallibilis, e, qui fallit, non qui fallitur, betrüglich. Adducit ex Glossario veteri Salmasius in Solin. p. 615.

¶ Fallaciloquentia, æ, betrügerey. Cic. 4 Fin. cap. 25 *difficultes fallaciloquentiæ.*

¶ Infallibilis, e, unfehlbar, untrüglich, vox recentior.

¶ Refello, refelli, ĕre, compositum a fallere, cui opponitur approbare, & significat refutare, widerlegen, das widerspiel erhalten. Terent. in Phorm. a. 1 sc. 2 v. 81 *Cum tu horum nihil refelles, vincam scilicet.* Et Cic. Tusc. 2 cap. 2 *Et refellere sine pertinaciâ, & refelli sine iracundiâ parati sumus.* Idem de Orat. lib. 1 c. 19 *Menedemus exemplis magis, quam argumentis conabatur refellere.* Item pro Ligar. cap. 5 *refellere & coarguere mendacium.* Et de Fin. 2 c. 25 *Ita vivunt quidam, ut eorum vita refellatur oratio.*

Falsitas, Falsus &c. vide in *Fallo.*

FALX, falcis, qua secantur & resecantur frumenta, segetes, herbæ, eine sense, sichel. *Falx fœnaria*, die sense, *messoria*, die sichel, *stramentaria*, die futterklinge, *arboraria*, das raupeisen. *Falx vineatoria*, vel *vinitoria*, vel *putatoria*, ein wintzermesser, quæ constat *capulo*, das hefft, *cultro*, die schneiden, *sinu*, die krümme, *scalpro*, quæ pars sinui proxima, die schabe, *rostro*, quæ pars est adunca, der schnabel, *securi* & *mucrone*, die spitzen. De generibus falcis consule Catonem cap. 10 & 11. De partibus Columell. lib. 4 cap. 25. *Falce resecare*, grasen, erndten. Ovid. 3 Amor. eleg. 15 v. 12

Dum cadit incurvâ falce resecta Ceres.

¶ *Falcem suam in alienam messem immittere*, in ein fremd amt greiffen, proverbialis locutio. ¶ Erant & *Falces* in bellicis machinis. Cæsar lib. 3 Bell. Gall. cap. 14 *Vna erat magno usui res præparata à nostris, falces præacutæ, insertæ affixæque longuriis, non absimili forma muralium falcium*, &c. Adde Vegetium lib. 4 cap. ult. qui & cap. 23 pr. (libri ejusd.) *muralis falcis* mentionem fecit.

¶ Falcicŭla, æ, &

¶ Falcŭla, æ, diminutiv. eine hippe, rebenmesser. Pallad. lib. 1 extremo: *falciculæ brevissimæ tribulatæ.* Columella 12 cap. 18 *falculæ & ungues ferrei parandi.* ¶ 2. Sunt & *falculæ* ungues bestiæ, klauen, krallen. Ita Plinius 8 c. 15 de pardis, pantheris & leonibus: *aversis falculis currere.* Conf. Solin. c. 40.

¶ Falcārius, i, ein futterschneider, schnitter. Vnde vici Romani nomen, apud Cic. 1 Catil. cap. 4, ut Turnebus lib. 30 cap. 15 interpretatur. ¶ 2. ein sichelmacher. Gloss. lat. gr. *Falcarius*, δρεπανοποιός.

¶ Falcatus, a, um, formam falcis habens, gekrümmt: ut, *Ensis falcatus*, ein krummer sebel, Silius 3 v. 278. ¶ 2. Falcibus armatus, instructus, ut, *Currus falcati*, Livius 37 cap. 41. *Falcatæ quadrigæ*, Curtius lib. 4 c. 9. ¶ 3. falce abscissus, beschnitten. *Arbores falcatæ*, Plin. 17 c. 10.

¶ Falcĭfer, a, um, der eine sichel hat, epitheton Saturni, apud Martial. lib. 5 epigram. 16. *Falciferum senem* vocat etiam Ovid. 5 Fast. v. 627.

¶ Falcĭger, a, um, idem. Auson. eclog. de Feriis Rom. v. 36

Falcigerum placant sanguine cæligenam.

¶ Defalcare, quasi falce amputare, abschneiden, abkürtzen, JCti.

FĀMA, æ, φήμη, rumor, ac incerti plerumque auctoris, à *fando* dicta, vox media: est enim quicquid de aliquo dicitur sive in bonum, sive malum, ein gut oder böses gerücht. In malum sumitur apud Virg. 4 Æneid. v. 170 *Neque enim specie famave movetur.*

id est, infamiâ. Idem Æn. 7 v. 174 *Fama malum* &c. In bonum accipit Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 72 *Hac fama impulsus Chremes ultrò ad me venit.* Sic, *Famam dissipare*, Cic. Philipp. 14 cap. 6, ein geschrey ausbringen. *Fama percrebescit, percrebuit*, Idem fam. 10 ep. 10. *Fama peragravit*, Id. pro Mil. c. 35. Et, *Constans famæ atque omnium sermone celebrata est*, ad Q. frat. 1 ep. 1 cap. 8, es ist ruchtbar, man sagt starck davon. *Pervenit fama ad aures*, &c. Nepos 14, 3, 1. *Famam exstinguere*, Virgil. Æn. 6 v. 527, ein gemeines geschrey dämpffen. *Fama in majus omnia extollit*, machts grösser, als es an ihm selbst ist. Sic Livius 21 c. 32 *Famâ incertâ in majus ferri solent.* Et, *Fama exit*, es kömmet ein geschrey aus, Nepos 17, 2, 1. Vide *Exeo* in *Eo.* *Hoc in fama est*, id est, omnium sermone celebratur. Tacit. 3 Hist. cap. 13 *Sed ubi totis castris in fama proditio.* Et, *fama est*, es gehet die rede, daß &c. Livius lib. 27 cap. 22 *Fama erat, magnum navalem apparatum eo anno Carthagine esse.* ¶ 2. existimatio, laus: v. g. *Possidere famam & existimationem*, Cic. pro Quint. cap. 15. *Affectare famam eloquentiæ*, Quintil. lib. 7 cap. 1, vor beredt wollen gehalten seyn. *Aucupari famam sibi obtrectatione alienæ scientiæ*, Plin. sub fin. præfat. Operis. *Servire famæ*, Nepos 2, 1, 3. *Magnam relinquere sui famam magis felicitate quam virtute partam*, Idem 6, 1, 1.

¶ Famella, æ, diminut. ein klein geschrey, Festus.

¶ Famosus, a, um, de quo fama celebris est, beschriehen, berufen. Ciceroni & vetustioribus in malam fere partem accipitur, sequioribus, Plinio puta, Tacito, Apulejo, &c. etiam in bonam. *Carmen famosum, epigrammata famosa, libelli famosi*, paßquill, schmähschrifften, quæ sunt Horatii 1 epist. 19 v. 31. Suetonii Cæs. c. 73, Aug. c. 55, & Tiber. c. 28. Contra, *famosa urbs*, Tac. Hist. 5 c. 2. *famosæ manus gladiatores*, Apul. Met. 4 p. 148, & lib. 11 p. 267 ejusdem: *vir gravis, & sobriæ religionis observatione famosus.* Vetus onomast. *famosus*, εὔφημος, berühmt. Supremo gradu *famosissimam superbiam Rhodiensium* dixit Gellius lib. 7 cap. 3. Et, *scribere ad quem famosissimas litteras*, Apulej. Apol. p. 324, einen ehrlosen brieff schreiben: quod apud Spartianum Hadriano cap. 15 est, *famosissimis litteris quem lacessere.*

¶ Famose, adverb. idem. Tertullian. 1 adv. Marc. cap. 22 *Quid de tali medico judicabis, qui nutriat morbum, quo pretiosius aut famosius curet?*

¶ Famositas, ātis, fama, infamia, nachrede, schande. Tertullianus de Spectac. cap. 23 *damnandi in quemdam scopulum famositatis.*

¶ Famĭger, a, um, der neue zeitungen bringt oder hat, Varro L.L. 5, 7; in antiquatis scripsit Jo. Laurembergius.

¶ Famigĕratus, a, um, beruffen: ut, *famigeratum antiquitus fanum*, id est, celebre & notum, Apul. 2 Florid. & Pomp. Mela 2 c. 7 de Creta Insula: *multis famigerata fabulis.*

¶ Fāmĭgĕrātor, ōris, ein zeitungs-träger. Plaut. Trin. a. 1 sc. 2 v. 178, qui famam rumusculosque disseminat ac circumfert. Quod vocabulum dudum in obsoletis scriptum est, aut in eorum censu, quæ finxisse Plautus videtur. Sic &

¶ Famigĕrātio, ōnis, der ruhm. Plaut. Trinum. a. 3 sc. 2 v. 66 *famigeratio te honestet.*

¶ Famigerabilis, e, nobilis, celebris, non antiquissimæ Latinitatis est, berühmt. *Famigerabile prælium*, apud Zenonem. Apulej. lib. 2 Miles. *Provincia famigerabilis.*

¶ Infāmis, e, qui male audit, unehrlich, in übler nachrede. *Facere infamem*, in schande bringen, Ter. Heaut. a. 5 sc. 4 v. 14. *Homines vitiis infames*, Cic. pro Cluent. cap. 47. *Infamis stupro*, Vellej. 2, 45, 1. Superl.

perl. *infamissimus* est in Lege 34 Cod. de Decurionib. *infamissimam suscipiens vilitatem.* Et Servius in Æn. 12 v. 603 *mors infamissima.*

¶ Infāmissime, adverb. schimpfflichst. Capitolinus in Pertinace cap. 13 formavit, quasi ab *Infamiter*, cujus exemplum non occurrit. *Cornificiæ*, inquit, *infamissime dicitur adhæsisse.*

¶ Perinfāmis, e, sehr berüchtiget. Sueton. Vitell. cap. 2 *amore libertinæ perinfamis.* Et cum secundo casu Apulejus lib. 3 Metam. p 136 *Alioqui publicitus maleficæ disciplinæ perinfames sumus.*

¶ Infāmia, æ, probrum, dedecus, turpitudo, nachtheil, schande. *Esse in summa infamia*, in der höchsten schmach stecken. *Infamiam sibi accersere, conciliare. Infamiam alicui inurere*, Cic. 1 Catil. cap. 6, einen schandflecken anhängen. Idem de provinc. Consul. cap. 12 *urgeri infamiâ alicujus rei:* & cap. 15 *aliquem infamiâ liberare.* Nepos 7, 3, 6 *infamia adspergi.* Plaut. in Persa a. 3 sc. 1 v. 27 *Hominum immortalis est infamia: Etiam tum vivit, cùm esse credas mortuam.*

¶ Infāmo, are, infamiam conciliare, ignominiâ notare, übel berüchtigen, zu schanden machen. Cic. lib. 9 fam. epist. 12 *Tua moderatio & gravitas aliorum infamet injurias.* Quintil. lib. 10 cap. 1 *Clitarchi probatur ingenium, fides infamatur.*

¶ Infamatus, a, um, vituperatus, übel ausgeschrieben, gescholten. Nepos Alcib. cap. 11 *Hunc infamatum a plerisque tres historici laudibus extulerunt.* Ovidius 14 Met. v. 446 . . . *infamataque relinquunt*
Tecta deæ, id est Circes.

¶ Diffamare, eadem significatione, sed rarius legitur. Apulej. lib. 1 Miles. *Hic est, qui meis amoribus insuper habitis, non solum me diffamat probris, verum fugam instruit.* ¶ 2. In bonam partem Augustinus usus est de Moribus eccles. cathol. cap. 14 de Deo loquens: *Quanto melius atque diffusius diffamatur: tanto diligitur & amatur ardentius.*

¶ Diffamatus, a, um, übel beschrieben. Tacitus Ann. 15 cap. 49 *a Nerone probroso carmine diffamatus.* Ovid. 4 Metamorph: v. 236
Vulgat adulterium, diffamatumque parenti
Indicat.

¶ Defamare, est fama privare & in oblivionem adducere. Hinc

¶ Defamatus, a, um, idem quod infamatus. Gellius lib. 9 cap. 2 *Vt vocabula quoque eorum defamata atque demortua cum iis viderentur.* Idem lib. 14 c. 2 *spurcissima vita ac defamatissima.* Et lib. 18 cap. 3 *turpitudine pristinæ vitæ defamatissimus.*

Famelicus; Famen, vide *Fames*, *Fari.*

FĀMES, is, (tertiæ declinationis: antiquis quintæ, ut Gellius testatur lib. 9 cap. 14, unde & in sexto casu ultimam producit) edendi desiderium vel cupiditas, hunger. Differt ab *inedia*, quod *fames* semper est cum cupiditate edendi: *inedia* vero etiam sine appetitu, ut in ægrotis. *Famem explere*, Cic. pro Domo cap. 23. *Famem depellere*, Idem lib. 1 de Fin. cap. 11. Et, *Famem compescere*, Senec. Hippolyt. v. 515, quod Symmacho lib. 1 epist. 23 est *famem frangere*, den hunger stillen. Cic. 1 Catil. cap. 10 *Fame confici.* Sic, *Cibi condimentum fames*, Idem de Fin. 2 cap. 28, hunger ist die beste würtz, der beste koch. Antiphanes apud Stobæum: Ἅπανθ' ὁ λιμὸς γλυκέα πλὴν αὐτῦ ποιῦ. *Omnia fames dulcia, præter se ipsam efficit.*

¶ Fāmēlicus, a, um, fame laborans, verhungert, hungerig. Plaut. in Rudente act. 2 sc. 2 v. 6 *Maritimi, famelica hominum natio.* Terent. Eunuch. act. 2 sc. 2 v. 29 *Ille ubi miser famelicus videt, me esse in tanto honore.* ¶ *Famelicus non est interpellandus*, vide chiliadas.

¶ Famelicosus, a, um, da nichts zu essen ist: ut, *terra famelicosa*, terra palustris, apud Festum.

Famigerare, Famigerator, vide in *Fama.*

FĀMĬLIA, æ, quasi *famulia*, cœtus servorum in una domo; vel a *fame*, quod sit famis ministra. De Servis enim proprie *familiam* dici, post Dousam, Brissonium, alios, in exercitationibus Plinianis etiam Salmasius p. 891, & Voss. lib. 4 Instit. Orat. pag. 151 docet. Hinc Imperator, *familiam libertate donare*, Instit. de L. Fus. Can. tollenda dixit. Hinc Apulejus inter *domum*, id est, conjugem liberosque, & *familiam*, id est, servos distinguit, & qui his præest, illorum *Rectorem*, istorum *Dominum* pronunciat. Verba ejus Apologiâ ista sunt: *Ipse domi tuæ rector, ipse familiæ dominus, ipse magister in convivio*, &c. Et idem aliquanto ante p. 304 dixerat: *Quindecim liberi homines populus est; totidem servi familia: totidem vincti, ergastulum.* Aliter Festus: FAMILIA, inquit, *antea in liberis hominibus dicebatur, quorum dux & princeps generis vocabatur* PATER & MATER FAMILIÆ. *Vnde* familiæ *nobilium Pompiliorum, Valeriorum, Corneliorum, &* familiares *ex eadem familia. Postea hoc nomine etiam famuli appellari cœperunt, permutata* I *cum* V *littera.* Idem tamen paullo post: FAMVLI, inquit, *origo ab Oscis dependet, apud quos servus* FAMVL *nominabatur, unde* & familia *vocata.* Quod si igitur *familiæ* nomen à famulis est: primario proprieque servos notat. Quamquam id nominis postea ad liberos quoque fuerit translatum. Hinc Vet. Gloss. *familiam* & οἰκετείαν & γένος interpretatur. Vnde *Vetus illustris familia*, Cic. pro Muræn. cap. 8, ein altes und berühmtes geschlecht. *Ampla & honesta familia plebeja*, ibid. cap. 7. *Familia patritia*, geschlechter. ¶ 2. Hac ratione autem *familia*, & gentem, quæ unum auctorem habet, & stirpes singulas, in quas divisa est gens, significat. Sueton. Nerone princ. *Ex gente Domitiâ duæ familiæ claruerunt.* Vide Vlpian. Lege 195 § 11 extr. D. de Verbor. significat. *Gens* itaque, & *familia* differunt ut totum & pars: gens ad nomen, familia ad cognomen refertur, v. Bernegg. ad Sueton. Cæsar. cap. 6. ¶ 3. Vlpianus & ad familiarem rem hoc nomen lege 195 D. de Verbor. significat. interpretatur, improbante Salmasio supra citato loco. ¶ 4. Eleganter & ad philosophantium sectas transfertur: ut, *Platonicorum, peripateticorum familia.* Hoc sensu & *familia gladiatorum* dicitur, ubi tota illorum manus, quæ sub uno lanistâ, intelligitur. Cæsar 3 B. C. cap. 5 *gladiatoriam familiam* vocat; Suetonius Aug. c. 42 *lanistarum familias*; & Seneca 6 de Benef. c. 12 *lanista familiam suam summa cum cura administrat.* vid. Lips. Saturn. lib. 1 c. 15. ¶ *Familiam ducere*, proverbiali sermone dicimus, quod præcipuum volumus significare, & principem adeo obtinere locum, der fürnehmste seyn. Qua formâ ter usum Ciceronem Muretus observat lib. 4 Var. Lect. cap. 17. Conf. Manut. in Cic. epist. 5 lib. 7 ad verba Tullii: *Accedit etiam, quod familiam ducit*, &c.

¶ Familiaris, e, ad familiam pertinens, häußlich: ut, *Res domesticæ ac familiares*, Cic. 1 Tusc. c. 1, nahrung, haußhaltung. *Familiares* sunt, qui de unâ familiâ sunt: item Servi. Seneca epist. 47 DOMINVM *patrem familiæ appellârunt.* SERVOS (*quod etiam in mimis adhuc durat*) *familiares.* ¶ 2. Notus, amicus, bekannt, freundlich, vertraulich. *Sermones familiares conferre*, Cic. 2 Offic. cap. 11, freundliche gespräche miteinander halten. Idem lib. 3 fam. epist. 1 *Est ex meis domesticis & intimis familiaribus*; mit dem man täglich umgehet. Est enim familiaris amicus nobis familiariter conjunctus, & assiduâ nostri consuetudine utens; necessarius. Sic *Terentium familiarem suum* dixit Cicero in Lælio cap. 24, quod familiariter lectione ejus uteretur, vel quod cognitum eum haberet familiariter. *Familiarem inimicum* Boëthius dixit. vid. *Efficax.* Rursus Cicero lib. 3 de Orat. cap. 19 *Demosthenes familiarior nobis propter scriptorum multitudinem est.* Hirt. B. Afr. cap. 68 *Reginus, Scipionis familiarissimus.* ¶ 3. Consuetus, solitus, gewöhnlich, gebräuchlich. Plin. 4 epist. 24 n. 7 *Mihi familiare est, omnes cogitationes meas tecum communicare.* Idem 2 epist. 5 n. 10 *In præsentia & ista tibi familiariora fient.*

¶ Perfamiliaris, e, h. e. valde familiaris, sehr vertraut. Cic. 5 de Fin. cap. 31 extr. *Carneades, Epicuro perfamiliaris.* Elegans etiam tmesis est apud Gellium lib. 1 cap. 18 pr. *Phædon Socrati & Platoni per fuit familiaris.*

¶ Familiaritas, ātis, die freundschafft, gemeinschafft. *Affert familiaritatem consuetudo*, Cic. pro Dejot. cap. 14, mit einem umgehen, macht freundschafft; & 4 Verr. c. 70 *Venire in alicujus familiaritatem.* Idem pro Cæcin. c. 5 *Insinuare se in alicujus familiaritatem*, sich in eines freundschafft setzen. *Familiaritatem cum aliquo contrahere*, Cic. 1 Off. cap. 17 *Summa familiaritate alicui esse conjunctum*, ibidem. *Magna mihi cum eo familiaritas intercedit*, Terent. Phorm. a. 4 sc. 1 v. 17, ich halte mit ihm gute freundschafft. Plur. Cic. 2 Off. cap. 8 *familiaritates fidas habere amantium.*

¶ Familiariter, adverb. freundlich. *Loqui cum aliquo familiariter*, Cic. Divin. in Verr. cap. 12. *Familiariter cum aliquo vivere*, Idem lib. 6 ad Attic. ep. 6. Et, *Familiariter aliquo uti*, 6 Verr. cap. 20, gute freundschafft mit einem halten, quod *familiariter aliquem complecti* dixit Plinius junior lib. 9 epist. 19. Seneca de Tranquill. animi cap. 1 sub fin. *Familiariter domestica adspicimus, & semper judicio favor officit.* At, *Familiariter alicujus mortem ferre*, est graviter ferre, ut familiares & inter se amantes solent, apud Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 84. *Familiariùs*, &, *familiarissimè cum quo vivere*, etiam Ciceronis sunt, illud pro Cælio c. 23, hoc Divinatione in Verrem c. 9.

¶ Familiaresco, ĕre, bekandt werden. Sidon. lib. 7 ep. 2 *Summatibus innotescere, familiarescere.*

¶ Familiaricus, a, um, familiaris, ad familiam pertinens, zum haußwesen gehörig. Varro lib. 1 de R. R. c. 13 *Sellæ familiaricæ.* Vitruvius lib. 6 cap. 10 *cellæ familiaricæ.*

¶ Filiusfamilias, Materfamilias, Paterfamilias, vide sub litteris initialibus.

FĂMVLVS, a, um, ab hoc nomine Festus familiam deducit; estque interdum adjectivum, behülfflich, dienstbar. Ovid. 1 Fast. v. 286
Tradiderat famulas jam tibi Rhenus aquas.
Dextræ famulæ, id est, famulantes, Lucan. lib. 4 v. 207. ¶ 2. *Famulus*, Subst. ein diener. Cic. 2 Offic. c. 7 *Adhibenda heris sævitia in famulos, si aliter teneri non possunt.* ¶ *Famul*, antique pro Famulus, Ennius apud Nonium cap. 2 n. 322 *famul optimus.* Et Lucret. 3 v. 1049 *famul infimus.*

¶ Fămŭla, æ, eine magd, dienerin. Cic. lib. 1 Tusc. c. 31 pr. *Res familiaris est ministra & famula corporis.* Virg. 8 Æn. v. 411
famulas ad lumina longo
Exercet penso.

¶ Fămŭlāris, e, adject. dienstbar. *Turba famularis*, Statius lib. 2 Achill. v. 67, das gesinde. *Vestis famularis*, Cic. Tusc. lib. 1 c. penult. gesinde-kleid.

¶ Fămŭlor, atus sum, ari, servire, dienen. Cic. 3 de Rep. apud Nonium in hac voce: *Est genus injustæ servitutis, cum hi famulantur* &c. Plin. lib. 2 c. 63 *ut alimentis famuletur nostris.* ¶ 2. *Famulare* active, Tertulliano est famulos constituere, pro famulis uti, dienstbar machen. Nam Apologetico c. 21 *cum elementa* [Christus] *ipsa famularet.*

¶ Fămulātus, ûs, servitium, der dienst. Cicero lib. 3 Offic. cap. 33 *Quàm miser virtutis famulatus, servientis voluptati.*

¶ Fămŭlĭtium, i, idem. Varro: *Apud ignavum dominum duro famulitio adstrictus.* ¶ 2. pro Servis, das gesinde. Apul. Apolog. p. 285 *famulitii paucitatem opprobrare.*

¶ Famulitas, atis, est servitus, die dienstbarkeit. Apud Nonium cap. 2 n. 319 Accius: *Postquam parvos vos oppressit famulitas.*

¶ Famulatio, ōnis, der dienst. Gloss. Vet. *Famulatio*, δυλεία, Onomast. Vet. *Famulatio*, θεραπεία. ¶ 2. ein hauffen gesinde. Apul. lib. 2 Miles. ineunte: *Ecce mulierem frequenti stipatam famulatione.*

¶ Famulatrix, īcis, die dienerin. Donatus ad Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 3 *Coquina medicinæ famulatrix est.*

¶ Famulatorius, a, um, adject. dienend. Tertullianus ad Nation. lib. 2 c. 14 *famulatoria mendicitas.*

¶ Famulabundus, a, um, idem. Tertull. adv. Marc. 3 c. 7 ex Dan. c. 7 v. 14 *Omnis gloria famulabunda.*

¶ Famulanter, adverb. Nonius c. 2 n. 331 *suppliciter* interpretatur, idque ex Accio probat, cujus est *famulanter pete*, unterthänig.

¶ Confamulor, ari, zugleich dienen. Participium habet Macrobius lib. 1 Saturn. cap. 17 sub fin. *hylen naturamque significant confamulantes.*

Fanaticus; Fandus, vide *fanum*, *fari.*

FANNIA lex, de numero sumptuariarum fuit, de qua Gell. lib. 2 c. 24, & Macrob. lib. 3 Saturn. cap. 17.

¶ Fan-

¶ Fannii vero inter oratores claros numerantur à Cicerone in Bruto cap. 26.

¶ Fannianus, a, um; ut, *Fanniana epitome Bruti*, apud Cicer. ad Attic. 12, 5.

FANUM, i, à *fando*, vel *phanum* ἀπὸ τῦ φανερῦ, à manifesto, hoc est, à responsis, quæ in fano dabantur, ein tempel, götzen-hauß. Nepos Pausan. cap. 4 *Fanum Neptuni*. Cicer. pro Lege Manil. cap. 9 *fanum locupletissimum & religiosissimum*. ¶ Etiam *Fanus*, mascul. recte dici, contendit Isaac. Vossius ad Melam pag. 147, quia ipsius antiquissimo Cod. Cic. Nat. Deor. lib. 3 cap. 18 legatur, *Eumenidum Athenis fanus est*. ¶ *Fanum Fortunæ*, quod etiam simpliciter *Fanum*, & *Colonia Fanestris* dicitur, Vmbriæ in Italia oppidum. Plin. lib. 3 cap. 14, Mela 2 cap. 4.

¶ Fănātĭcus, a, um, numine afflatus, furens, ἔνθεος, besessen, unsinnig. Ridiculo enim gestu à dæmone incitati, divinabant. *Homo fanaticus*, Cicer. pro Dom. cap. 60. Vid. Herald. ad Arnob. p. 21, ein schwärmer. Livius lib. 38 cap. 18 *fanatico carmine vaticinantes*. Quintilian. lib. 11 cap. 3 de indignis oratore gestibus, ut caput jactare &c. *fanaticum est*. Absolute Prudentius Peristeph. 10 v. 1061 sacerdotem Cybeles *Fanaticum* vocat. Ita vero eos dictos esse, qui vi numinis interiori agitari se finxerunt, copiosa scriptorum autoritate probat Gothofredus ad l. 4 Cod. Theod. de Malef. & Mathem. tom. 3 p. 120.

¶ Fanatice, adverb. furiose, unsinnig. Apulej. lib. 8 Met. p. 214 *absonis ululatibus constrepentes fanatice pervolant*.

¶ Defanare, idem ac profanare, sed perrari usus, entheiligen. Arnobius lib. 4 extremo, *spatiola defanata*.

¶ Prŏfānus, a, um, quasi *porrò*, id est, *procul à fano*, irreligiosus, impius, unheilig, gottloß. *Error profanus*, Claudian. 3 adv. Rufin. v. 75. *Vulgus profanum*, Horat. 3 od. 1 v. 1. *Loca sacra & religiosa habere profana*, Cic. de Arusp. cap. 5, heilige örter entweyhen. *Usus profanus*, ein weltlicher brauch, Plin. lib. 15 cap. 30. *Miscere sacra profanis*, id est, confundere fasque nefasque, alles verwirren, Horat. lib. 1 epist. 16 v. 57. Vide Chiliadas.

¶ Profane, adverb. ruchloß. Lactantius lib. 6 cap. 23 *profane ac petulanter illudere*.

¶ Profanitas, atis, unheiligkeit. Tertullianus de Pallio cap. 2 *Ut autumat superiorum profanitas*.

¶ Profano, avi, atum, are, entheiligen, entweyhen. *Dies festi, sacra, sacerdotes profanantur*, Livius lib. 31 c. 44. Et Ovid. 3 Amor. eleg. 9 v. 19 *Scilicet omne sacrum mors importuna profanat*.

¶ Profanatus, a, um, entweyhet. Statius Silv. lib. 3. el. 3 v. 2 *profanatas inspectare terras*. Idem Theb. 9 v. 8 *profanatum funus vulnere*.

¶ Profanatio, ōnis, die entweyhung, entheiligung. Plin. lib. 16 cap. 4 pr. sed alii *profano* ibi legunt, testaturque Harduinus, in omnibus MSS. *profano* legi, cui subaudit ipse *scelere*.

¶ Profanator, ōris, ein verunehrer. Prudentius Apotheos. v. 178

Cede, profanator Christi, jam cede Sabelli.

FAR, farris, fārina, mehl, getreyde, rocken. *Far* primo molitur, ac tum *farina* nomen accipit. *Seges farris*, Liv. lib. 2 cap. 5. Halicarnasseus exponit, *farzeam*, speltzen. In multitudinis numero *farra* dixit Virgilius 1 Georg. v. 73

Aut ibi flava seres mutato sidere farra.

& alibi. Ovidius 6 Fastorum v. 180

Terra fabas tantum duraque farra dabat.

¶ * *Far pium* dicebatur mola salsa, quæ a virginibus Vestalibus parabatur, vid. Heins. ep. ad Balsac. p. 185. *Grævius*.

¶ Farrāceus, a, um, adject. von rocken. Plin. 24 cap. 7 *cum polline farraceo*.

¶ Farreus, a, um, adj. idem. Columell. lib. 7 c. 12 *Panis farreus*, rocken brod. *Farreæ mensæ*, Aur. Vict. de Orig. gent. Rom.

¶ Farreum, i, substantiv. libi genus ex farre, ut Festus explicat. Plin. lib. 18 cap. 3 *Novæ nuptæ farreum præferebant*.

¶ Farreatio, vel Confarreatio, ōnis, sacrificii genus ex farreo, quod fiebat inter maritum & uxorem in signum conjunctionis, ein opffer der eheleute, ehe-gelübde. Plinius lib. 18 cap. 3 *In sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat, novæque nuptæ farreum præferebant*. Et, *Assuetudinem confarreandi*, Tacitus dixit Annali 4 cap. 16 n. 2.

¶ Confarreare verbum de hoc ritu usus habet, ut jam ex Tacito intellectum est, quod significat, litato farre matrimonio jungi, hochzeit machen. Apulej. lib. 10 Metam. p. 252 *mulieris matrimonium confarreaturus*. Hinc &

¶ Confarreatus, a, um, zusammen gegeben. Apud Apulejum lib. 5 Met. Cupido ad Psychen inquit: *Tu quidem, ob istud tam dirum facinus confestim toro meo divorte tibique res tuas habeto. Ego verò sororem tuam, & nomen, quo censeris, jam mihi confarreatis nuptiis conjugabo.* Contra

¶ Diffarreatio, ōnis, die ehescheidung. Festus Pompejus: *Diffarreatio genus erat sacrificii, quo inter virum & mulierem fiebat dissolutio.*

¶ Farrāgo, ĭnis, gemengt und geschroten futter, oder mehl. Varro lib. 1 de Re Rust. cap. 31 *Far ferro cæsum, farrago dictum, aut quod primum in farracea segete seri cœptum. Eâ equi & jumenta cætera verno tempore purgantur ac saginantur.* ¶ 2. Quævis item commixtio, ein mischmasch von allerhand sachen. Juvenal. satyr. 1 v. 85

Quicquid agunt homines, &c.

nostri est farrago libelli.

¶ Farraginaria, orum, plurale, Columell. lib. 11 cap. 2, futter von mehl, schrot-korn.

¶ Farratus, a, um, aus mehl gemacht: ut, *farrata olla*, i. e. puls in olla ex farre cocta, Persius sat. 4 v. 31.

¶ Suffarrāneus, i, qui far in castra convehit, der proviant zuführet. Plin. lib. 7 cap. 43, ubi *mulio castrensis suffarraneus* dicitur. Sed notavit Harduinus, variare MSS. libros: & Turnebo quoque *Suffarraneus* suspectum fuit, lib. 29 Advers. cap. 18 extr.

¶ Fărīna, æ, mehl. *Hordeacea farina*, Varro lib. 2 de R. R. cap. 5, gersten-mehl. *In subtilem farinam molere*, Plin. lib. 18 cap. 7, klar mehl machen. *Cribro decussa farina*, Persius sat. 3 v. 112, durchgesiebt.

Etiam aliarum rerum pulvis, non frumenti tantum, farina dicitur. Sic, *farina pumicis*, Plin. 14 cap. 22. *marmoris*, Idem lib. 32 cap. 7. & lib. 23 cap. ult. *folia* [myrti] *siccantur in farinam, quæ inspergitur ulceribus*. Proverbiales locutiones sunt, *ejusdem farinæ, nostræ farinæ*, ejusdem generis, aut gregis; plane similes. Persius satyr. 5 v. 115

Si tu, cum fueris nostræ paullo ante farinæ.

¶ Farinaceus, a, um, adj. aus mehl gemacht. Vet. Onomast. *Farinaceus*, ἀλευρώδης.

¶ Farinarius, a, um, adject. ad farinam pertinens, zum mehl gehörig. Plin. lib. 18 cap. 11 sub fin. *farinario cribro subcernunt*.

¶ Farinarium, i, subst. ein mehlkasten. Vet. Onomast. *Farinarium*, ἀλευρῶν.

¶ Farinosus, a, um, farina conspersus, mehlicht. Veget. 2 cap. 30 *farinosa congeries*.

¶ Farinulentus, a, um, adject. idem. Apulejus lib. 9 Met. p. 222 *farinulento cinere sordide candidati*.

FARCIO, farsi, fartum vel farctum, farcire, proprie quasi farre implere, füllen, stopffen, mästen. *Anseres farcire*, i. e. saginare, Cato R. R. c. 89. *Farcire centones alicui*, apud Plautum est Epid. a. 3 sc. 4 v. 19, i. e. gloriosis mendaciis explere, mit worten speisen.

¶ Fartus, vel Farctus, a, um, gestopfft, gefüllt. Cic. 5 Verr. cap. 11 *pulvinus Melitensi rosa farctus*. Plin. 10 epist. 48 *parietes cæmento medii farti*.

¶ Fartus, ûs, quicquid farcit & implet, die stopffung. Plaut. Mostell. a. 1 sc. 2 *Non vestem amatores mulieris amant, sed vestis fartum*, sie lieben nicht das kleid, sondern was drinne steckt. Columell. lib. 5 cap. 10 *Ea res efficit uberiorem fructum, & fartum fici pleniorem & meliorem*. Plaut. Mil. a. 1 sc. 1 v. 8 *fartum facere ex hostibus*.

¶ Fartūra, vel Farctura, æ, die mastung. Columella lib. 8 cap. 7 extr. *Si fastidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit, quot jam farturæ processerint.* ¶ 2. Quævis interna oppletio, præsertim parietum, die ausstopffung, füllung. Vitruvius lib. 2 cap. 8 *Tres suscitantur in structura crustæ, duæ frontium, & una media farcturæ*. Et eod. cap. paullo ante: *monumenta facta è marmore seu lapidibus quadratis, intrinsecusque medio calcata fartturis*.

¶ Fartĭlis, e, idem quod fartus vel saginatus. *Anser fartilis*, eine gemäste gans. Plin. lib. 10 cap. 22. Vid. Harduin. in h. loc.

¶ Farsilis, e, idem. Apicius lib. 8 cap. 7 *Porcellus farsilis*. Repetitur ibidem. Conf. Borrich. Cogit. p. 103.

¶ Fartilia, orum, rotunda, mastkugeln. Plin. 10 cap. 22.

¶ Fartim, adv. confertim, dichte. Apulej. lib. 3 Miles. p. 130 *Aditus etiam, & tectum omne fartim stipaverant*.

¶ Fartor, ōris, ein stopffer. Ter. Eunuch. 2, 2 v. 26 *Concurrunt læti mihi obviam fartores*, &c. Donatus, *qui farcimina & insitia vendunt*, interpretatur, ein wurst-macher, oder wurst-verkäuffer. Vet. Scholiast. Horatii: *qui suillas vendit, & ex iis facit fulsitias*. Casaubono ἀλλαντοπῶλαι sunt. Festus & Nomenclatorum genus *Fartores* dictum ait, quem vide. In veteri Inscriptione, quam Gruterus p. 580 n. 15 adduxit, FARTOR AVIUM legimus: Vet. Gloss. *Fartores*, Σιτευταί.

¶ Farcīmen, ĭnis, eine wurst. Varro de L. L. 4 n. 22 *A fartura in extis farcimina appellata*. Conf. Gell. 16 cap. 7.

¶ Farcīno, are, stopffen. Martian. Capella 9 cap. ult. *fandis tacenda farcinat*.

Composita:

¶ Confercio, ire, dichte in einander schieben oder stopffen. Plin. 12 c. 15 *myrrham in folles conferciunt*. Inde

¶ Confertus, a, um, dichte zusammen gestopfft. Sic, *agmen confertum*, Virg. 3 Georg. v. 369. *Confertus cibo*, Cic. 2 Catil. cap. 5, wohl gefüttert. *Vita conferta varietate omnium voluptatum*, Cicer. 2 de Finib. cap. 20. Movetur etiam per gradus. *Confertiores steterant*, Livius 9 cap 27. *Usque plures confertioresque medios urgebant*, Idem lib. 39 c. 31. *Confertissima turba*, Idem 2 cap. 12 & 55. *In confertissimos hostes*, Sallust. Catil. cap. 60.

¶ Confertim, adverb. dicht. Livius 21 cap. 8 *confertim utrinque pugnabatur*. Et 31 cap. 43 *confertim & pugnant, & cedunt*. Ammianus 24 cap. 25 *aliquoties confertiùs resistentes*.

¶ Differcire, implere, ausstopffen. Unde

¶ Differtus, a, um, angefüllt. *Differtum transire forum*, durch den marck, so voll volcks ist, gehen, apud Horatium lib. 1 Sermon. sat. 5 v. 4, & lib. 1 epist. 6 v. 59. Sic, *differtum odoribus corpus*, Tacit. Ann. 16 c. 6 n. 3, balsamirt.

¶ Effarcire, vel Effercire, apud Cæsarem legitur 7 cap. 23. *Intervalla grandibus saxis effarcire*, ausfüllen. Itemque apud Plautum Mostell. a. 1 sc. 1 v. 62.

¶ Effarctus, vel Effertus, a, um, angefüllt: ut, *Effertus fame*, Plaut. Capt. a. 3 sc. 1 v. 6, ridicule pro eo, qui a cibo inanis est. Idem ibid. a. 4 sc. 1 v. 8 *hæreditatem effertissimam*, & *opimitates effertissimas* dixit Asin. a. 2 sc. 2 v. 16.

¶ Infarcire, & Infercire, einfüllen, einstopffen. Plin. 35 cap. 14 *Parietes* (quos fornaces vocat) *circumdatis utrinque duabus tabulis inferciuntur veriùs, quam instruuntur*.

¶ Infertor, ōris, ein stopffer, der hinein stopffet. Gloss. lat. gr. *Infertor*, παραθέτης.

¶ Offarcinatus, a, um, vollgesackt: ut, *profectio oneribus offarcinata*, eine reise mit sack und pack, Tertull. adv. Marc. 4 cap. 24.

¶ Rĕfercire, replere, complere, voll machen. *Hominum aures sermonibus refercire*, den leuten die ohren füllen: Cicero pro Rabirio Post. cap. 14 extr. *Aures refersit istis sermonibus*. Lactantius lib. 6 cap. 6 *qui ærarium pecunia refersérit*.

¶ Refertus, a, um, voll, angefüllt. *Domus referta doctissimis hominibus*, Cic. in Orat. cap. 42. *Invidis referta sunt omnia*, ibidem cap. 41. *Refertius erit ærarium, quam unquam fuit*, Idem in Verr. 5 cap. 87. *Theatrum celebritate refertissimum*, Id. lib. 1 ad Quint. frat. ep. 1 c. 14. *Litteræ refertæ officio, diligentia, suavitate*, ad eundem lib. 2 epist. 14 ineunte. Et cum Genitivo: *Referta Gallia negotiatorum est; plena civium Romanorum*, Idem pro Fontejo cap. 1.

¶ Suffertus, a, um, à Suffercio videtur fieri, atque idem esse, quod plenus. *Sufferti aliquid tinnire*, hoc est, pinguius aliquid & densum, Suetonius in Nerone cap. 20.

¶ Suffarcinare, unde

¶ Suffarcinatus, a, um, **gefüllt, gemäst, wohl untersatzt, dicke.** Terent. Andr. a. 4 sc. 4 v. 31 *Vidi Cantharam suffarcinatam.* Vbi male Lambinus *subsarcinatam* emendat. Vulgatam enim Donati tuetur auctoritas. *Suffarcinatam* dixit, quod puerum sub veste portaret in corbe, ex quo suffertior incedebat. Plaut. Curcul. a. 2 sc. 3 v. 10 *Qui incedunt suffarcinati cum libris.* Antiqui enim & *farcio*, & *farcino* dicebant, ut Eugraphius observat. Tam pie, quam eleganter Paulinus Nolanus epist. 29 [al. 10] cap. 2 *Suffarcinatos arcta non capiunt*, h. e. angusta cæli via excludit mundanis rebus onustos & differtos.

Farctura, vide *Fartura* sub *Farcio*.

FARFĂRVS, i, fluvius in Sabinis, qui *Fabaris* Virgilio Æn. 7 v. 715. Circa illum dicunt fuisse frequentissimas arbores & umbra gratissimas. Vnde Ovidio Met. 15 *amœnæ Farfarus umbræ*; & Plaut. Pœn. a. 2 sc. 1 v. 32 *Eos prosternebam ut folia Farfari*, ex lectione Meursii. ¶ 2. *Farfarus* sive *Farferum* Festo est virgulti genus. Conf. Turneb. Advers. 15 cap. 7. Apulejus: *Folia sunt farferi & nugæ meræ*, quod tanquam proverbium annotat Lipsius Epist. Qu. 2, 22.

FARFŬGIVM, i, arbor, quæ & Chamæleuce dicitur, Plin. 24 cap. 15. Alii herbam faciunt, **brandlattich.**

FĀRI, defect. (a For) **reden**: unde Faris vel Fare, Fatur &c. Virgil. 6 Æn. pr. *Sic fatur lacrymans.* Proprium *Vatum* est: qui inde & *Fatui* appellati. Vide infra FATVVS. *Fandi doctissima*, **trefflich wohl beredt**, Idem Æn. 10 v. 225. Imperativum *fare age*, habes apud eumdem Æn. 3 v. 362, & apud Auson. Parent. 5 v. 1. ¶ *Fariari* etiam pro fari veteres usi sunt, teste Diomede. vid. Rosini Ant. Rom. lib. 8 èdit. Dempst. p. 793.

¶ Fans, fantis, particip. Propert. lib. 3 eleg. 7 v. 65

Subtrahit hæc fantem torta vertigine fluctus.

¶ Fandus, a, um, aliud participium, **das man redt, das zu sagen ist.** Virgil. Æn. 1 v. 543 *Deos memores fandi atque nefandi.*

¶ Fando eleganter usurpatur passivè; Cic. lib. 1 de N. D. cap. 29 *At vere ne quidem fando auditum est, crocodilum, aut ibim, aut felem violatum ab Ægyptio.* Et Virg. Æn. 2 v. 81

Fando aliquid si forte tuas pervenit ad aures.

id est, dum dicitur: sed & active, ibidem v. 6

Quis talia fando Temperet à lacrymis?

¶ Fatus, a, um, particip. **der es gesagt hat.** Sic sæpe Virgilius: e. g. Æn. 1 v. 614 *Sic fatus* &c. & Æn. 4 v. 685 *Sic fata evaserat*, &c.

¶ Fātus, ûs, subst. **die rede.** Virg. Æn. 12 v. 25 *Haud mollia fatu.* Paulinus Nolanus poëm. 17 ad Nicetam v. 246

Ad tuos fatus Scytha mitigatur.

Sidonius lib. 9 epist. 13 intexto carmine:

Removete ficta fatu.

¶ Fāmen, ĭnis, ut Affamen, de quo postea, idem. Guil. Brito lib. 8

Consulit & tali compellat famine Francos.

Conf. Daum. in Caton. p. 235. Eugenius Toletanus carm. 1

Secreti tacitus, & linguæ famine cautus.

Theodulfus lib. 2 v. 633 *Et circumstantes famine pasce pio.*

¶ Fatum cum derivatis, & Fas, unde Nefas, vide seorsim.

Composita cum præpositione &c.

¶ Affāri, alloqui, **anreden.** Cicer. Philipp. 2 cap. 13 *Qui locus est aut tam desertus, aut tam inhumanus, qui illos*, [ab Antonio expulsos] *quo accesserint, non affari, atque appetere videatur.*

¶ Affātus, ûs, subst. alloquium, **die anrede.** Virg. 4 Æn. v. 284

quô nunc reginam ambire furentem

Audeat affatu?

Deinde *mandatum* notat, præsertim scriptoribus posterioris ævi. Cassiodor. lib. 2 epist. 29 *præsentibus te affatibus admonemus.* Et Lege 3 Cod. de Episc. audient. *Nemo deinceps tardiores fortassis affatus nostræ perennitatis exspectet*, **befehl.**

¶ Affāmen, ĭnis, idem quod Affatus. Apulejus lib. 11 Met. p. 260 *Orbis dominam blando mulcentes affamine.* Et Theodulfus lib. 3 carm. v. 21

Atque audire tui perpulchra affamina sensus.

¶ Affābilis, e, qui sui alloquendi copiam dat, **gesprächig, freundlich in reden.** Cic. 1 Offic. cap. 31 *cum in omni sermone omnibus affabilem & jucundum se esse vellet.*

¶ Affabilitas, atis, **die freundlichkeit.** Cic. 2 Off. cap. 14 *Conciliat animos hominum comitas, affabilitasque sermonis.*

¶ Affabiliter, adverb. Macrob. 7 Saturn. cap. 2 *comiter affabiliterque susceptus.* Spartian. in Caracall. cap. 3 *affabiliter alloqui.*

¶ Affaniæ, vide supra *Aphannæ*.

¶ Effāri, eloqui, **aussprechen.** Cic. pro Domo cap. 55 *neque verbum ullum solenne potuit effari.*

¶ Effatus, a, um, passive augurale verbum, **geweyhet.** Gell. 13 cap. 14 principio: *Effati fines urbis.* Cic. de Leg. 2 cap. 8 *urbem & agros & templa liberata & effata habento.*

¶ Effātum, i, sententia, **ein ausspruch.** Cic. 4 Acad. cap. 29 *ἀξίωμα est quasi effatum.* Idem de Leg. 2 cap. 8 *fatidicorum & vatum effata incognita.*

¶ Effāmen, ĭnis, effatum. Martianus Capella principio lib. 4

Hæc quoque contortis stringens effamina nodis.

¶ Effābilis, e, **aussprechlich.** Apulej. Apolog. *nemini effabilis.*

¶ Ineffabilis, e, **unaussprechlich.** Plin. 28 cap. 2 *ineffabilia verba.* Et Apulej. 8 Miles. [illegible]204 *fraudes ineffabiles.*

¶ Ineffabiliter, adverb. **unaussprechlich.** Augustinus Enchirid. c. 89 *Deus mirabiliter & ineffabiliter artifex.* Idem lib. 3 de Trinit. cap. 3 *ineffabiliter jubenti obediens.*

¶ Ineffabilitas, ātis, **unaussprechlichkeit.** Augustinus epist. 112 cap. 13 ad Paulinam: *ineffabilitas visionis Dei.*

¶ Infandus, a, um, **unsäglich, schändlich.** Terent. Eunuch. a. 4 sc. 3 v. 22 *Infandum facinus.* Livius lib. 5 cap. 49 *infanda merces*, **das nicht zu sagen taugt.** Silius lib. 4 v. 160 *infandi Senones.* Varius, Tragicus poëta, apud Quintilianum lib. 3 cap. 8 *Jam fero infandissima.* ¶ Interjectionis vicem sustinet in illo Virgilii Æn. 1 v. 255 *navibus infandum amissis.* Et Georg. 1 v. 479

Infandum! sistunt amnes, terraque dehiscunt.

¶ Infans, tis, nomen, **ein junges kind.** Ovidius 15 Metam. v. 221

Editus in lucem jacuit sine viribus infans.

Et Livius lib. 21 cap. 62 *infans semestris.* Atqui in Veteri lapide sic appellatur 7 annorum puer apud Gruter. p. 679 n. 7

CRASSICIO. CONSTANTINO.

INFANTI. DVLCISSIMO.

QVI VIXIT ANNOS VII.

Sane & Hippocrates primum gradum ætatis humanæ, ut Censorinus observat, septimo anno finivit. Et prima ætas, quæ alia quam infantia est: cui pueritia succedit ad ann. 15, ut Varro apud Censorinum definit. Qui ætates quoque ita divisit, ut primo *infantiam*, deinde *pueritiam* locaret, ut Servius auctor est in 5 Æneid. p. 89. Horatius *pudorem* vocat *infantem*, quia *verecundia elingues facit*, quemadmodum Porphyrio interpretatur. Locus est lib. 1 Serm. sat. 6 v. 57. ¶ 2. Infans, adject. indisertus, **unberedt, unmündig.** Cicer. de Clar. Orator. cap. 26 *Fannii historia neque nimis est infans neque perfecte diserta.* Ovid. Ibis v. 229 *guttura infantia lacte imbuere.* Compat. Cic. lib. 3 ad Quint. fr. ep. 4 pr. *Nihil accusatore Lentulo, subscriptoribusque ejus infantius.* Idem pro Cluent. cap. 18 extr. *timebam, si nihil dixissem, ne infantissimus existimarer.* Et Auctor ad Herenn. lib. 2 cap. 11 *Dialectici, dum caute expediteque loqui volunt, infantissimi reperiuntur.* Conf. Prudent. Perist. 10 v. 3.

¶ Infantŭlus, i, dimin. **ein kindlein.** Apulejus lib. 8 Met. p. 207 *Gerebamus infantulos & mulieres.* Et fœmininum

¶ Infantula, æ, idem. Apulej. lib. 10 p. 252 *Habebat filiam parvulam de marito, quem nuper necaverat. Huic infantulæ, quod leges necessariam patris successionem deferrent, sustinebat ægerrime.*

¶ Infantia, æ, **die kindheit.** *Ab infantia*, Quintil. lib. 1 cap. 2. *Infantiam statim deliciis solvimus*, **die kindheit wird durch verzärtelung verderbet.** ¶ 2. Pro imperitia & simplicitate, Suetonius posuit de Illustrib. Grammat. cap. 9 *Quæ quidem omitti jam video desidia quorumdam & infantiâ; non enim fastidio putem.* ¶ Apud Ciceronem & imperitia dicendi est, Topicis cap. 21 extr. *quæritur, possitne eloquentia converti in infantiam.*

¶ Infantilis, e, ad infantem pertinens, **kindisch.** Justinus lib. 17 extremo: *Parvulum infantilibus blandimentis inductus diu protexit.* Apulejus lib. 5 p. 164 *infantilis uterus.*

¶ Infantarius, a, um, **mit kindern umgehend.** Martialis lib. 4 epigr. 88 de Bassa: *infantaria non est*, i. e. non est amatrix infantum, vel, **sie ist keine kindbetterin.** ¶ *Infantarii* dicebantur olim Christiani, crediti infantem in suis conventibus mactare & comedere. Vide Tertullian. ad Nation. lib. 1 cap. 2.

¶ Infanto, are, instar infantis nutrire, **kindisch tractiren.** Tertull. lib. 1 adv. Marc. cap. 14 *mellis & lactis societate suos infantat.*

¶ Infanticīda, æ, **ein kinder-mörder.** Tertullian. Apolog. cap. 4, & lib. 1 ad Nation. cap. 15.

¶ Infanticīdium, i, **der kinder-mord.** Idem Tertullianus lib. 1 ad Nation. cap. 35 usus est: & Apologetico cap. 2 *quot quisque jam infanticidia degustasset.*

¶ Interfāri, **darzwischen reden, in die rede fallen.** Livius 3 cap. 47 *Appius interfatur*, & lib. 8 cap. 36 *interfante Decio.* Et Valer. Max. 9 cap. 5 n. 2 *interfari concionantem ausus fuerat.* Virg. Æn. 1 v. 390 *medio interfata dolore est.* Et Prudentius 2 adv. Symmach. v. 33

Talia principibus dicta interfantibus.

¶ Interfātio, ōnis, interpellatio, **einrede, einspruch.** Quintil. 4 cap. 2 *Interim expediet, expositiones brevi interfatione distinguere.*

¶ Nefandus, a, um, turpis, dictu indignus, idem atque paullo ante Infandus. Virgil. 1 Æneid. v. 543

At sperate Deos memores fandi atque nefandi.

Cicero de Arusp. Resp. cap. 20 *per nefandum scelus.* Justinus lib. 16 cap. 4 n. 11 *nefandissima quæque tyrannicæ crudelitatis exercuit*

¶ Nefans, tis, idem; ut, *facta nefantia, omnia nefantia*, Lucilius & Varro apud Nonium cap. 8 n. 47.

¶ Præfāri, **vorher reden, eine vorrede thun.** Cic. 1 Divinat. cap. 45 *majores nostri omnibus rebus agendis, Quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, præfabantur.* Catullus carm. 64 de nupt. Pelei & Thet. v. 378 *Talia præfantes quondam felicia Pelei*

Carmina divino cecinerunt omine Parcæ.

Præfari enim vaticinari est & prædicere. ¶ 2. In narratione rei turpis aut parum verecundæ adhibetur. Cicero lib. 9 epist 22 n. 12 *Nos ridicule: si dicimus, ille patrem strangulavit, honorem non præfamur: sin de Aurelia aliquid, aut Lollia, honos præfandus est.* Et Apulejus Apolog. *Honos auribus præfandus est: domus ejus tota lenonia*, &c. **mit ehren zu melden.** Conf. Cic. 2 de Fin. cap. 10, & vide Borrich. Vind. p. 187.

¶ Præfatus, a, um, passive idem est ac cum honore dictus. Quintil. 8 cap. 3, ubi de κακοφάτοις agit: *In præfata videmur incidere.* Arnob. lib. 5 p. 176 *Partes, quas inter aures castas sine venia nefas est, ac sine honoribus appellare præfatis.* Conf. Vopisc. Aureliano cap. 1. ¶ Interdum est prædictus, supradictus: e. g. lib. 1 Cod. t. 9 lege 13, & t. 5 lege 2. Et sic Apicius 4 cap. 5 *cucurbitulæ jam præfatæ.* Vide Borrich. l. c.

¶ Præfātio, ōnis, præloquium, **die vorrede.** Cicer. Verrin. 5 cap. 80 *Quæ porro præfatio tuæ donationis fuit?* Sueton. Claud. cap. 25 *præfationem adhibere.* Quintil. 4 cap. 1 sub fin. *suæ quibusque partibus danda præfatio est.* ¶ Val. Max. 6 cap. 3, 1 *præfatio ultionis*, i. e. titulus supplicii.

¶ Præfatiuncula, æ, diminutivum, **eine kleine vorrede.** Hieronymus epist. 89 cap. 6 ad Augustin. *Præfatiunculæ divinorum voluminum.*

¶ Præfatus, ûs, idem. Symmach. lib. 10 epist. 29 *comperit meo præfatu*, i. e. prædictione.

¶ Præfa-

¶ Præfatum, i, idem. Symmach. lib. 6 epist. 3 *Præfato opus est, si ardua postulentur.*

¶ Præfāmen, ĭnis, idem. Symmachus lib. 2 epist. 34 *Recordaris, hoc te præfamine epistolam texuisse.*

¶ Prŏfāri, sprechen, daher sagen. Virg. Æneid. 1 v. 561

Tum breviter Dido vultum demissa profatur.

¶ Deinde *Profari* est præfari, prædicere, ut Gronovius ad Livii lib. 22 cap. 1 auctoribus probavit non erubescendis. Livii verba, ut Gronovii, pater & filius, emendarunt, hæc sunt: *ut ita fierent, quemadmodum cordi esse Divi suis carminibus profarentur.*

¶ Profātus, ûs, die rede. Gellius lib. 18 c. 11 *voces dictu profatuque ipso tetræ aut insuaves.* Statius Silv. 5 carm. 3 v. 103

sive orsa libebat
Aoniis vincire modis, seu voce soluta
Spargere, & effreno nimbos æquare profatu.

¶ De sententia Prisciani lib. 15, quem Vossius sequitur, huc pertinent, quæ in FARIVS & FARIAM composita cadunt, ut sunt

¶ Aliquotfariam, mannichfaltig, apud Varron. R. R. 1 cap. 2.

¶ Ambifarius, a, um, duplex, beyderley. Arnobius lib. 5 pag. 181 *ambifariæ fabulæ:* & p. 182 *ambifaria obtentione velatus.*

¶ Ambifariam, adverb. auf beyderley weise. Apulejus Apolog. p. 276 *ambifariam dissolvere;* & 4 Floridor. p. 360 *Anceps argumentum ambifariam proposuit.*

¶ Bifarius, a, um, duplex, in utramque partem aptus, zwiefach. Apulejus 3 Dogm. Plat. p. 39 *Bifaria fit sublata illatio.* Ammianus lib. 18 cap. 8 *ratione bifaria.* Commodian. Instruct. 24 *quid in Synagoga decurris ad bifarios.*

¶ Bifariam, dupliciter, in duas partes, in zwey theil. Cic. 3 Tusc. cap. 11 pr. *Bifariam quatuor perturbationes æqualiter distributæ sunt.* Varro lib. 2 de R. R. cap. 4 *divisus annus bifariam.*

¶ Trifariam, in tres partes, auf dreyfache art. Livius lib. 5 cap. 26 *Trifariam Romani muniebant.* Idem lib 3 cap. 22 *Trifariam adortus castra circumvenit.* Apulejus principio libri de Deo Socratis: *Plato omnem naturam rerum trifariam divisit.*

¶ Trifarie, idem. Diomedes, vetus Grammaticus, sub fin. cap. de Declinatione Masc. *Genitivo trifarie proferuntur.*

¶ Quadrifariam, in quatuor partes, vierfältig. Livius lib. 38 cap. 1 *quadrifariam se diviserunt.* Conf. lib. 4 c. 22.

¶ Quadrifariter, alia forma, Lege 10 Dig. de Gradibus § 14.

¶ Septifariam, siebenfältig. Santra apud Nonium c. 2 n. 779 *Volumen septifariam divisum.*

¶ Multifarius &c. Plurifariam & Omnifariam, vide *Multus*, *Plus*, *Omnis*.

Farina, Farinosus &c. vide *Far.*

FĂRIO, ōnis, piscis, qui alias trutta dicitur, eine fohre. Auson. Mosella v. 130 *Amborum medio fario intercepte sub ævo.*

FARNVS, i, arbor de genere quercuum, diutissime durans, apud Vitruv. 7 c. 1, & Pallad. 1 tit. 9.

Farraceus, Farrago, Farreus, vide *Far.*

Fartilis, Fartor, Fartura, vide *Farcio.*

FAS, indecl. quod pium, sanctum, religiosum, & licitum, was für GOtt ziemlich und recht ist. *Justum* enim ad homines refertur, *fas* ad Deum. Virgilius aptissime conjunxit utrumque 1 Georg. v. 268

Quædam etiam festis opera exercere diebus,
Fas & jura sinunt.

göttliche und weltliche rechte lassen zu, ꝛc. *Contra fas, contra omnes divinas atque humanas religiones aliquid facere*, Cic. in Verrin. 7 c. 13. *Contra jus fasque*, wider recht und billigkeit, Idem de Arusp. c. 16. Et, *Quoad fas est*, quoad licet, so fern es gegen GOtt und menschen zu verantworten ist, Idem Agrar. 2 c. 7.

¶ Nefas, indecl. facinus impium & atrox, eine greuliche sünde und übelthat. Apud poëtas cum epithetis legitur: ut, *Dirum nefas*, Virg. Æn. 4 v. 563. *immane nefas ausi*, ib. 6 v. 624. Et, *maculosum nefas*, Hor. lib. 4 oda 5 v. 22. *Gens humana ruit per vetitum nefas*, Idem 1 od. 3 v. 26. ¶ Sæpe eleganter interseritur, & interjectionis vicem, ut *Malum*, & similia, habet. Virgil. Æneid. 8 v. 687

& ultima secum
Bactra vehit, sequiturque (nefas) Ægyptia conjux.

Vide & *Malum.* ¶ *Per Fas, & Nefas*, sordida formula ex vulgari proverbio vulgò habetur, nec forsan digna, quæ ad latinum stilum transferatur. Malunt dici: *omnibus modis*, item, *sive jure sive injuria.* Quod si scite adhibeatur, tam sordida phrasis nequaquam est, quam vulgo putatur. Livius lib. 6 c. 14 Manlii Capitolini factione: *Id vero accendit animos, ut per omne fas ac nefas secuturi vindicem libertatis viderentur.* Horat. 1 oda 18 v. 10 *Fas atque nefas exiguo fine discernit*, recht und unrecht ist ihm einerley. Hinc

¶ Nefarius, a, um, adject. übel, lasterhafft: ut, *Facinus nefarium*, Cic. pro Rosc. Am. c. 13, eine schändliche that. *Nefario scelere obstringere*, apud Cæsarem lib. 2 Civ. B. c. 32.

¶ Nefariè, adverb. idem. *Multa in Deos hominesque nefarie facere*, h. e. scelerate, leichtfertig, Cic. Divinat. in Verr. c. 12.

FASCĒLIS, ĭdis, & Fascelītis Diana, a fasce lignorum dicta, auctore Servio in Æn. 2 v. 116, quem inspicias. Hinc

¶ Fascēlīnus, a, um: ut, *Fascelina sedes*, apud Silium lib. 14 v. 261, locus, in quo templum hujus Dianæ. Adde quæ ibi notavit Cellarius.

FASCIA, æ, linteolum ad ligandum aptum, eine binde, schleyer-tuch, schürtzlein, windel. *Fascia crinalis*, eine haube. *Fasciæ crurales*, hosenbänder, apud Quintil. 11 cap. 3. *Fascia pectoralis*, ein brusttuch, apud Martialem lib. 14 epigr. 134. Seneca in epistolâ 80 extr. *Sub regis fascia multum latet mali*, unter des königes krone stecket viel unlust: vide *Diadema.* De fasciis veterum plura Casaubonus ad Augustum Suetonii cap. 82, cum de *feminalibus* & *tibialibus*, quorum ibi mentio, explicat, & Salmasius ad Histor. August. non uno loco, itemque Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 159.

¶ Fasciŏla, æ, dimin. *Fasciolæ purpureæ*, Cic. de Arusp. Resp. c. 21, rothe bänder oder binden.

¶ Fasciatim, adverb. bündel-weise, apud Quintil. 1 cap. 4.

¶ Fascio, are, fasciis ligare, bewinden, einwickeln. In Antonino Pio Capitolinus cap. ult. *tiliaceis tabulis in pectore positis fasciabatur, ut rectus incederet.* Hinc

¶ Fasciatus, a, um, umwunden, eingewickelt. Martialis lib. 12 epigr. 57 *fasciato trunco naufragus loquax.*

Fasciculus, vide *Fascis.*

FASCĬNVM, i, & Fascinus, i, βασκανία, zauberey, beschreyung, bezauberung. Symmach. lib. 1 epist. 13 *Nullo fascino felicitas publica mordeatur.* *Fascino morderi*, est, invidiâ lacerari. Duplex enim habetur fascinus, alius qui oculo, alius qui lingua fit. De primo Virg. 3 eclog. v. 103 *Nescio, quis teneros oculus mihi fascinat agnos.*

De altero ecloga 7 v. 27

Aut si ultra placitum laudavit, baccare frondem
Cingite, non vati noceat mala lingua futuro.

Nam nimium laudare, fascinare est. Vtrumque genus complexus Horatius lib. 1 epist. 14 v. 37

Non istis obliquo oculo mea commoda quisquam
Limat, non odio obscuro, morsuque venenat.

De caussis fascinationum non ineleganter philosophatur Heliodorus 3 Æthiopicorum ex Calasiridis persona: vide & Plutarch. libr. 5 Sympos. quæst. 7, Aristotelem (hujus enim nomine inscribuntur hi libri) de secretiore Philosophiâ apud Ægyptios lib. 5 cap. 6 & seq. itemque Tertullian. de Virginib. velandis cap. 12, Turneb. lib. 9 Advers. cap. 28, Casaub. ad Pers. p. 202, & ad Theocrit. p. 75, Lambin. ad Horat. p. 365. ¶ 2. Sed & ipsa remedia contra fascinum, seu amuleta, quæ & *præbia* dicebantur antiquis, & membri virilis, sive mentulæ figurâ pueris suspendebantur è collo, quorum specimen eruditissimus Pignorius explicatione mensæ Isiacæ pag. 17 exhibuit, *fascini* nomine appellata fuerunt. ¶ 3. Atque hinc ipsum membrum virile, seu veretrum perinde *fascinum* appellatum. Cujusmodi non unum exemplum in Priapeis licet notare, ubi & *fascinosum* pro bene vasato legere licet. Horat. epod. 8

Illiberati num minus nervi rigent,
Minusve languet fascinum.

¶ Fascĭno, avi, atum, are, bezaubern, beschreyen. Virgilii locum vide supra. Catull. epigr. 7 *Malâ fascinare linguâ.* Plin. 13 cap. 4 *contra fascinantes*, i. e. eos, qui fascinant.

¶ Fascĭnātio, ōnis, bezauberung, hexerey. Plin. 28 cap. 2 *fascinationibus occurrere.*

¶ Fascinator, ōris, ein zauberer. Vet. Gloss. *Fascinator*, βάσκανος.

¶ Fascinamentum. i, zauberwerck, apud Apulejum.

¶ Fascinōsus, i, qui magno Priapo præditus. Priap. Carm. *Non est poëta fascinosior nostro.*

¶ Effascino, are, ut fascinare. Plin. lib. 7 cap. 2 *In Africa familias quasdam effascinantium Isigonus & Nymphodorus tradunt, quarum laudatione intereant probata* (πρόβατα,) *arescant arbores, emoriantur infantes.* Vbi vide Dalechamp. *Visu fascinare*, Plinius ibidem. *Voce atque linguâ effascinare*, Gellius 9 cap. 4 ex Plinio, beschreyen, behexen, sed de suo adjecit *voce atque lingua*, ut Plinii interpres esset.

¶ Effascinatio, ōnis: Plinius lib. 19 c. 4 *contra invidentium effascinationes.* Idem lib. 37 cap. 10 *Eam* [gemmam, cui nomen Antipathes] *contra effascinationes auxiliari magi volunt.*

¶ Præfiscine, vel Præfiscini, a Fascino est, quasi dicas *præter fascinum*, ἀβασκάντως, ohne neyd, zur guten stunde. Apulejus 3 Florid. *præfiscine dixerim.* Quam vocem plerumque addebant veteres, quum aliquid laudarent. Putabant enim, se amoliri hac voce fascinum, a quo metuebant, si quis impensius se laudaret ipse, aut ab alio laudaretur. Simile est, quod & hodieque usurpamus, *dicto absit invidia.* Vide Scalig. ad Fest. & Muret. lib. 9 Var. Lect. cap. 3. Plautus Asinariâ act. 2 sc. 4 v. 84

Præfiscine hoc nunc dixerim, nemo etiam me accusavit
Merito meo; neque me Athenis est alter hodie quispiam,
Cui credi rectè æque putent.

Titinnius in Setina apud Charis. lib. 2 p. 189

Paula mea, amabo! Pol tu ad laudem addito Præfiscini.

Ne sc. puella fascinetur, addit rei explicandæ lib. 2 Charisius. Vide Stewech. ad Apuleji Florida p. 398. Vbi è Jos. Scaligero observat, *Præfiscine* de præsenti; *præfiscini* de futuro dici.

FASCIS, is, congeries colligata, ein bund, bündel, bürde: ut, *Fascis virgultorum ac stramentorum*, Hirtius 8 B. Gall. cap. 15. *Calamorum*, Martial. lemm. epigr. 38 lib. 14, & aliarum quarumcunque rerum. Virg. ecl. 9 v. 65 *Ego hoc te fasce levabo.*

¶ Sed *Fasces* plural. insignia dicebantur Magistratuum Romanorum. Erant autem fasciculi colligati ex virgis seu bacillis de betula arbore, ut auctor est Plinius, inter quas obligata securis ita erat, ut ferrum in summo fasce emineret. Hinc Tertulliano de Pœnitent. cap. 11 *securium virgarumque petitio*, est petitio honorum. Hujusmodi fasces *duodecim* Consulibus, Prætoribus *deni*, à lictoribus totidem præferebantur honoris terrorisque causâ, sive, ut Plutarchus exposuit in Problem. Roman. probl. 82, ut per virgas significaretur, corrigendum esse à magistratu, quod mutari possit; quod vero emendari nequiret, abscindendum. ¶ Hinc & pro consulatu aut magistratu ipso interdum ponuntur: ut, *Extraordinarii fasces*, apud Cic. pro Dom. cap. 10. Sed ante Consules & Reges habuerunt fasces 12, quod Romulus instituit, de quo Dionysius lib. 3, & Liv. lib. 1 c. 8. Alia, quæ ad historiam horum fascium pertinent, vide sis apud Lipsium lib. 1 Elect. c. 23, ubi etiam proverbium explicat, *Fasces submittere*, pro cedere, & se minorem fateri: & Rosin. lib. 7 Antiq. Roman. cap. 48. *Tiberio omnes fasces suos submiserunt*, sie haben sich alle vor ihm gedemüthiget, Vellej. 2, 99, 3. *Fasces sunt fasces*, id est, magistratus est onus, honores sunt onera, quod Germani dicunt, würde ist bürde. Flor. lib. 1 cap. 5 *Tarquinius duodecim Tusciæ populos frequentibus armis subegit. Inde fasces &c. omnia denique decora & insignia, quibus imperii dignitas eminet.*

¶ Fascĭculus, i, dimin. ut, *Fasciculus epistolarum*, ein bündlein brieffe. Cic. 2 ad Q. frat. ep. 11 *Fasciculus librorum*, *florum*, ein sträußgen. unde, *Fasciculum ad nares admovere*, apud eumdem 3 Tusc. Quæst. cap. 18 extr.

¶ Fascēlis Diana, vide paullo ante suo loco.

FASĒLUS, i, navigium, ein schiff; vide in *Phaselus*. ¶ 2. *Făselus*, legumen, welsche bonen. Virgil. 1 Georg. v. 227

Viciamque seres vilemque faselum.

¶ Faseŏlus, i, legumen est Columellæ & Plinio, semen habet candidum, forma ac magnitudine inter fabas & pisa mediâ. Plin. 12 cap. 7, Colum. 11 cap. 2.

FASTI, orum, plur. ein calender, allmanach: ut, *fastorum notare dies*, Cic. 1 Tusc. cap 28. Festo *fastorum libri* sunt, *in quibus totius anni fit descriptio*. ¶ Sed & *Fastus*, *fastuum*, Varro dixit, & Lucanus lib. 10 v. 187 *Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus.*

Observat idem & Priscianus lib. 6. Et ita apud Horatium lib. 4 Carm. od. 14 v. 4. *Fastus*, non *fastos* in quibusdam codicibus inveniri, notat Torrentius. Columell. lib. 9 cap. 14 *Sequor nunc Eudoxi & Metonis antiquorumque Astrologorum fastus.* Silius lib. 2 v. 10

Ausonios atavo ducebat consule fastus.

Et Claudianus epistola ad Probinum v. 15

Incipiensque tuis a fastibus omina cepi.

id est, a consulatu tuo. Plura de hoc vide ap. Nicol. Heinsium in Claudiani 4 consul. Honor. v. 155. Cæterum FASTI dicebantur libri, in quibus totius anni res Romani populi continebantur perscriptæ; nec non dierum singulorum observationes. Itaque & qui nascebantur, eo referebantur. Vide Sueton. Tiber. cap. 5, & ibi Torrentium.

¶ Fastus, a, um, & Nefastus, a, um, dierum potissimum epitheta. *Fasti dies* dicebantur, gerichts-tage, in quibus sine piaculo prætoribus tria hæc licebat præfari verba *Do*, *Dico*, *Addico*. *Nefāsti*, in quibus idem fieri non licebat. Ovid. 1 Fastor. v. 47

Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur:
Fastus erit, per quem lege licebit agi.

Livius lib. 1 cap. 19 de Numa: *Nefastos dies fastosque fecit, quia aliquando nihil cum populo agi, utile futurum erat.* Sueton. lib. 4 Prætorum, ut Priscianus lib. 8 laudat, FASTI *dies sunt*, *in quibus jus fatur*, *id est*, *dicitur*; *Nefasti*, *in quibus non dicitur*. Conf. Varro de L. L. 5 c. 4 & 7, & Festus, qui docet, nefastos dies N littera notari solitos. Vide & Plutarchum Camillo, & de rerum Romanarum caussis. Institutio ipsa à Numa est, apud Livium lib. 1 cap. 19. ¶ Suetonius Tiberio c. 53 *nefastos dies* pro atris, inauspicatis dixit: quod prave tamen & perperam fieri, Gellius lib. 4 cap. 9 existimat. ¶ *Nefastus* etiam aliis nominibus adjectum invenitur, & accipitur pro nefario vel infausto & ominoso. Cic. de Leg. 2 c. 8 *Quæ augur injusta, nefasta, vitiosa, dira defixerit, irrita infestaque sunto.* Plin. 20 cap. 11 *Ea caussa est, ne inter nefastos frutices damnetur.* Liv. 6 c. 28 *ne qua terra sit nefasta victoriæ suæ.*

Fastidio, Fastidiosus, Fastidium, vide *Fastus*.

FASTĪGIUM, i, summitas quævis, die höhe oder spitze. De monte Cæsar 1 de B. C. cap. 45 *Præruptus locus erat: ab oppido autem declivi fastigio vergebat in longitudinem passuum circiter DC.* Et lib. 2 cap. 24 *Id autem est jugum directum, eminens in mare, utraque ex parte præruptum atque asperum, sed paulò tamen leniore fastigio ab ea parte, quæ ad Uticam vergit.* Sic *molle fastigium* eodem libr. cap. 10, eine nicht jähe höhe. ¶ 2. pro honore & dignitate ponitur, quod metaphoricum est. Vellej. 2, 69, 1 *In consulare fastigium provectus.* Nepos Attico c. 14 *Pari fastigio* (dignitatis) *stetit in utraque fortuna.* Sic Plin. in Panegyrico cap. 52 *Fastigium summum inter homines servare* dixit, pro excellere honoribus & dignitate, atque sic peculiariter *regnum*, sive *regiam dignitatem* notat, der höheste seyn. Vid. Barth. lib. 27 Advers. cap. 7, & ad Claudian. p. 813. ¶ 3. Sed & ædificiorum summa, *fastigia* appellantur. Unde, *operi fastigium imponere*, Ciceroni 3 Offic. c. 7 absolvere est, das werck vollenden. Hoc enim in ædium exstructione opus ultimum est. ¶ 4. Fuit & *fastigium* peculiare genus tecti, quod non nisi Deorum templis & Cæsarum palatiis proprium erat, cujus Suetonius Cæsare cap. 81, & Claudio c. 17 mentionem facit. Id Græcis ἀετὸς & ἀέτωμα appellabatur, ut Casaubonus ad locum in Cæsare notat, quem vide. ¶ 5. Virgilius etiam de profunditate hoc nomine usus est, quæ & *altitudo* similiter dicitur, 2 Georg. v. 288

Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia quæras,

die tieffe. Vide & Servium in 2 Æneid. v. 758.

¶ Semifastigium, i, die halbe höhe: Vitruvius lib. 7 c. 5.

¶ Fastigiare, seu potius Fastīgare, est cacuminare, attollere in fastigium, zuspitzen, die höhe schliessen; Mela lib. 1 c. 4 *fastigetque se molliter.* Et Silius lib. 5 v. 49

Sensim fastigans, compressa cacumina nectit.

Plinius lib. 18 c. 7 *Frumenta hieme in herba sunt: verno tempore fastigantur in stipulam.* Sidon. 7, 9 *dignitatum insignibus fastigari*, erhöhet werden.

¶ Fastīgātus, a, um, gespitzt, item, erhöhet. Livius lib. 38 c. 27 *collis in modum metæ in acutum cacumen à fundo satis lato fastigatus.* Solin. cap. de Ægypto extr. *Pyramides turres sunt fastigatæ.* Sidonius lib. 1 epist. 9 *fastigatissimi consulares.* Idem 2 epist. 3 *ad arcem fastigatissimæ felicitatis evectus.* Isaacus Vossius ad Pomp. Melam p. 17 negat, *fastigiatus*, *fastigiare*, bona esse, quod MSS. passim habeant *fastigare*, *fastigatus*. Non enim verbum a nomine est, sed hoc ab illo, sicut *vestigium* a *vestigare*. Poëtæ corrumpi non possunt. De Silio jam vidimus: addi Sidonius potest carm. 2 v. 5

diademate crinem
Fastigatus eas.

¶ Fastigatio, onis, die zuspitzung. Plin. lib. 17 c. 14 *Fastigatio levi descendat cuneo.* Apulejus 2 Florid. *rectâ fastigatione clausulæ.*

FASTUS, ûs, admiratio sui, superbia, stoltz, prächtige hoffart, hochmuth. *Alto fastu turgidus*, Claud. lib. 2 de Laud. Stilic. v. 159, aufgeblasen. Et Ovid. Fast. 1 v. 457

Fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam,

schöne leute seyn stoltz. ¶ 2. Pro contemtu, qui ex superbia est, Tacitus posuit 2 Annal. cap. 2 *Accendebat dedignantes & ipse, diversus à majorum institutis, raro venatu, segni equorum cura, quoties per urbes incederet, lecticæ gestamine, fastuque erga patrias epulas.* Vide ibi Pichenam. Conf. Lips. lib. 2 Var. Lect. cap. 22.

¶ Fastōsus, a, um, prächtig, stoltz. Apud Martialem lib. 10 epigr. 13 *fastosa limina mœchæ.* Auctor panegyr. ad Pison. v. 107 *domus fastosa.* ¶ Formæ *Fastuosus* non obvia exempla sunt.

¶ Fastidio, ivi, itum, ire, quod est, cum fastu despicere, einen eckel haben, verschmähen. Virg. ecl. 2 extr.

Invenies alium; si te hic fastidit Alexis.

Plaut. Curcul. act. 5 sc. 2 v. 35 *ut fastidit gloriosus?* wie macht sich der praler so breit? Idem Bacchid. act. 2 sc. 3 v. 99

NI. *Cur ita fastidit?* CH. *tantas divitias habet:*
Nescit, quod faciat auro.

Cur ita fastidit? id est, superbit, warum prangt und pralet er also? Curt. 5 cap. 5 n. 12 *Nemo fideliter diligit, quem fastidit.* ¶ De cibis usus Horatius est lib. 1 epist. 17 v. 15

si sciret regibus uti,
Fastidiret olus, qui me notat.

Columella lib. 2 cap. 9 extr. *Milium cum lacte pultem non fastidiendam præbet*, ein brey, der nicht zu verachten.

¶ Fastīdītus, a, um, verschmähet, verworffen. Plin. præf. *Res ardua, vetustis novitatem dare, fastiditis gratiam* &c. Ovid. de Ponto 4 epist. 1 v. 19 *verba fastidita repellere.* Lucan. 7 v. 844 *pars turbæ fastidita jacet.*

¶ Fastidienter, adverb. mit verdruß. Apulejus lib. 5 Metam. p. 166 *Parentibus fastidienter appellatis.*

¶ Fastīdium, i, contemptus, tædium, eckel, verachtung, unwille. Cic. 1 de Invent. cap. 17 *Cibi satietas & fastidium.* Et, *Fastidium stomachi*, Idem lib. 2 fam. ep. 16. *Fastidium movere*, Quintil. 2 cap. 4, einen eckel machen. *Fastidium deducere*, Plin. 15 cap. 8, den eckel benehmen. *Fastidium audiendi*, Cic. de opt. gen. Or. cap. 4, item de Finib. lib. 1 c. 2 *Rudem esse omnino in nostris poëtis, aut inertissimæ segnitiæ est, aut fastidii delicatissimi.* Idem lib. 3 de Orat. cap. 25 *Omnibus in rebus voluptatibus maximis fastidium finitimum est*, nach lust folget eckel und unlust. Senec. epist. 9 *Omnis stultitia laborat fastidio sui.*

¶ Fastīdiōsus, a, um, qui fastidit, eckelhafft, verdrüßlich. *Fastidiosus litterarum latinarum*, Cic. de Claris Orator. cap. 70. *Aurium sensus fastidiosissimus*, das gehör ist ein überaus eckeles ding, Aur. ad Herenn. lib. 4 c. 23. Rursus Cicero de Clar. Or. cap. 57 *Antonius facilis in caussis recipiendis erat: fastidiosior Crassus.*

¶ Fastidiose, adverb. mit eckel. *Fastidiose spectare*, mit verdruß zusehen: Cic. lib. 1 de Orat. cap. 61 *quod ego non tam fastidiose in nobis, quam in histrionibus, spectari puto*; & lib. 2 cap. 89 *fastidiosius accedere.*

¶ Fastidibilis, e, unangenehm. Tertullianus de Anima c. 33 *judicia fastidibilia.*

¶ Fastidiliter, adverb. mit überdruß. Varro apud Nonium cap. 2 n. 336 *non habere fastidiliter.*

¶ Infastiditus, a, um, cujus non est fastidium, dessen man nicht überdrüssig wird. Cassiodorus lib. 5 epist. 41 *infastidita suggestio.* Sidonius carm. 16 extr. ad Faustum Reiens.

Infastiditum fers ipse ad busta cadaver.

Fatalis, vide *Fatum*.

FĂTEOR, fassus sum, fateri, bekennen, gestehen. *Fatetur* is, qui in culpa est, & qui cogitur; Ultro enim de se affirmare, *profiteri* est. *Peccatum fateri*, Horat. 2 satyr. 4 v. 4, *errorem suum fateri*, seinen fehler gestehen: Claudian. 2 in Eutrop. v. 7

Quid juvat, errorem mersa jam puppe fateri?

Construitur etiam cum præpositione, ut, *fateri de se*, Livius lib. 24 cap. 5. Et cum infinitivo, ut, *Fatendum est, summum bonum esse jucunde vivere*, Cicer. lib. 1 de Finib. cap. 12 extr. ¶ Passive usurpavit Cicero contra Rullum ad pop. c. 21 *quæ est ista æquitas, hunc agrum excipere nominatim, qui publicus esse fateatur?*

¶ Fassus, a, um, der bekennet hat. Varro de L. L. 5 cap. 7 *Ab eodem verbo fari fassi & confessi, qui fati id, quod ab his quæsitum.* Ovid. Heroid. 16 v. 11 *Parce, precor, fasso.* Et ibid. 19 v. 4 *Da veniam fassæ.* Et, *Da veniam fasso*, 1 Pont. 7 v. 22.

¶ Confĭteor, fessus sum, fitēri, est etiam inviti, ut Donatus ait, beichten, bekennen. Terentius in Phormione a. 5 sc. 9 v. 46 *Ignosce, orat, confitetur, purgat, quid vis amplius?* Cic. lib. 5 fam. epist. 2 *Aperte atque ingenue aliquid confiteri*, öffentlich und aufrichtig bekennen. Idem de Natura Deorum c. 4 *Peccatum suum, quod celari posset, vir sapiens confiteri mavult.* Idem pro Cæcina c. 9 *Ita libenter confitetur, ut non solum fateri, sed etiam profiteri videatur.*

¶ Confessus, a, um, der bekannt hat. Active Ovid. ex Pont. 2 epist. 2 v. 56 *Reus confessus.* Passive *Res confessa*, est manifesta, & de qua nulla est controversia, Cic. Verr. 5 cap. 56, ein ding, das am tage, und unleugbar ist. *Esse in confesso*, klar und am tage seyn: Seneca Benefic. 3 c. 11 *Parentum in confesso merita sunt.* Adde Dialog. de Oratorib. c. 25 n. 2 & cap. 27 n. 2. Sic, *Ex confesso*: Quintilianus lib. 3 cap. 5 *Vituperare, quæ ex confesso sint turpia*, öffentlich und ungezweifelt. *In confessum venire*, Plin. dixit lib. 10 epist. 85 extr. pro eo, quod est, *omnium confessione comprobari*, vor jederman bekannt werden.

¶ Confessio, ōnis, confitentis actio, die bekäntniß, beichte. *Culpæ confessionem exigere*, auf das bekäntniß dringen, Quintil. lib. 4 cap. 2. *Urgeri confessione sua*, Cic. in Verr. 6 cap. 47. *Taciturnitas imitatur confessionem*, Cic. de Inventione l. 1 cap. 32. Idem in epistola ad Octavium: *Sit erranti medicina confessio*, dem steht zu rathen, der seinen fehler bekennet. *Confessionem facinoris tormentis exprimere*: *Cruciatu confessionem exprimere*, Suetonius dixit Tiber. c. 19 & Galb. c. 10, die warheit durch peinliche fragen aus einem bringen.

¶ Confessarius, sive Confessionarius, i, pro eo, qui est a confessionibus, ein beichtvater, damnat Sciopp. Infam. Famiani p. 126.

¶ Con-

¶ Confessorius, a, um, bekennend; ut, *actio confessoria*, cui opponitur *negatoria*, lib. 8 ff t. 5 l. 2.

¶ Inconfessus, a, um, non confessus, der nicht bekennet. Ovid. Metam. 2 v. 557 *Servandum dederat; sed enim inconfessa, quid esset.* Heinsius autem hunc versum tollendum censuit.

¶ Diffiteri, negare, inficiari, leugnen, verneinen. Plancus Ciceroni familiarium epist. 7 lib. 10 *Nunquam diffitebor, multa me dissimulasse cum dolore*, das will ich nicht widerreden.

¶ Infiteor, eri, nicht bekennen. Festus Pompejus: *Infiteri, non fateri.* Idem continuo subdit: *Infitiari, creditum fraudare.* Ideo huc referimus quoque

¶ Inficior, inficiari, ire inficias, leugnen, de quo dubitat Vossius Etym. p. 266, num rectius a facio, an a fateor deducatur, adeoque per T, an per C scribi debeat. Cic. in Catil. 3 cap. 5 *Cum id posset inficiari, repente præter opinionem omnem confessus est.* Apud Plautum Amph. a. 2 sc. 2 v. 147 *infitiari* in MSS. per t clare scribi testatur Pareus. Idem Plautus Cist. a. 4 sc. 1 v. 9 *inficiare* activa forma usus est.

¶ Inficiatus, a, um, der da leugnet; & Inficiandus, a, um, das zu leugnen ist, participia apud Ovidium sunt: ut, ex Ponto lib. 1 epist. 7 v. 27 *inficiatus amicos.* Item epist. 9 Deianiræ v. 4 *fama factis inficianda.*

¶ Inficias, accusativus solus pluralis cum verbo *Eo* effertur, ut, *Inficias ire*, hoc est, negare, verneinen, verleugnen. *Si inficias ibit testis, mecum est annulus*, &c. Terent. in Adelph. a. 3 sc. 2 v. 49, & alibi sæpe. Et Quintilianus lib. 3 cap. 7 post princ. *Neque inficias eo, quasdam esse ex hoc genere materias ad solam compositas ostentationem.* Et Tacitus lib. 15 cap. 2 *Non ibo inficias.* Vossius de Analog. lib. 1 cap. 47 dictum vult; ut, *ire exsequias, suppetias:* & utrobique subintelligit *ad.*

¶ Inficiator, ōris, der nichts gestehet, alles leugnet. Martial. lib. 1 epigr. 104 *In jus, ô fallax atque inficiator, eamus.* Ciceroni 2 Catil. cap. 10 *inficiatores lenti* sunt, qui abjurant debita, die die schuld nicht gestehen. Contra apud Sidonium lib. 3 epist. 13 *inficiator soluti*, der leugnet, daß ihm was bezahlet worden.

¶ Inficiatrix, īcis, fœm. Prudent. Psychom. v. 632 *fidei fraus inficiatrix.*

¶ Inficiatio, ōnis, negatio, die leugnung. Cicero 2 de Oratore cap. 25 *Caussæ, quæ criminum sunt, plerumque inficiatione defenduntur.* Et Quintilianus procemio lib. 8 *Depulsio omnis inficiatione duplici constat.*

¶ Inficialis, e, läugbar; ut, *Status inficialis*, Cic. Topic. cap. 24 extremo, quo inficias imus, & negamus objecta, vide Vallam lib. 6 c. 9.

¶ Prŏfĭteri, voluntarie & libere, freywillig von sich sagen und bekennen. Cicero pro Rabirio cap. 5 *Fateor, atque etiam profiteor, & præ me fero*, sage es frey öffentlich, und trage dessen keinen scheu. ¶ *Profiteri operam, studium suum*, est polliceri, sich seines diensts und fleisses erbieten: *Meum studium in omni genere officii tibi profiteor & polliceor*, Cicero lib. 5 familiarium epist. 8. Idem pro Cluentio cap. 18 *Impudentiæ est profiteri, quod non possis implere*, mehr zusagen als man halten kan. Vellej. 2, 75, 1 *profiteri alicujus patrocinium*, einem schutz versprechen. ¶ *Profiteri nomen*, Livius lib. 26 cap. 18, sich angeben. Sed elegans est Terentii formula in prologo Eunuchi: *Si quisquam est*, &c. *In his poëta hic nomen profitetur suum*, unter dieselben will er sich auch gerechnet haben. *Profiteri se Grammaticum, Medicum, Philosophum*, sich dafür ausgeben. *Profiteri Philosophiam*, est publice docere, Cicero in Pisonem cap. 29. ¶ *Profiteri pecunias, agros suos*, ansagen und verzeichnen lassen, was er vermöge: Cicero in Verrin. 5 cap. 15 *Edixerat, ut aratores jugera sationum suarum profiterentur.* In eadem significatione legitur Lucæ 2 *Adscendit Joseph, ut profiteretur*, &c. daß er sich schätzen liesse. *Profiteri* absolute, pro censum profiteri, Cicero dixit pro Archia cap. 4.

¶ Prŏfessus, a, um, idem aliquando passive, quod manifestus, de quo nemo negat, geständig, offenbar, kundbar. Stat. 1 Silv. 2 v. 24

Ergo dies aderat Parcarum conditus albo
Vellere, quo Stellæ Violantilleque professus
Clamaretur Hymen.

Phædrus lib. 4 fab. 6

Vtinam ne unquam Pelei nemoris jugo
Pinus bipenni concidisset Thessala,
Nec ad professæ mortis audacem viam
Fabricasset Argus opere Palladio ratem.

Justin. 8, 4, 4 *Bœotii orant, ut professum adversus Phocenses ducem Græciæ exhibeat.* ¶ Sed active *professus* est, qui profitetur, der sich ausgiebt: ut, *professus amicum*, Horat. 2 epist. 18 v. 2. *Professus grandia turget*, Idem de Arte v. 27. *Ludimagistrum professus pueros docebat*, Justin. 21, 6, 8. *Aperte se hostem professus*, Idem 29, 4, 1. ¶ *Ex professo*, fürsetzlich, eigentlich, ohne scheu. Valerius Max. lib. 4 cap. 1 n. 8 *Cum ex professo inimicitias cum Scipionibus gereret:* hoc est, non dissimulanter. Apulejus & *de professo* dicit in Apolog. p. 274 ed. Elmenh. *Ac ne id quidem de professo audet*, &c.

¶ Prŏfessio, ōnis, ein öffentlich bekäntniß. *Professione non egere*, Cic. 16 fam. ep. 23. Etiam censum notat. Cic. pro Arch. cap. 4 *Iis tabulis est professus, quæ solæ ex illa professione obtinent publicarum tabularum auctoritatem.* ¶ 2. Item ars, secta & societas, quam quisque sequitur & profitetur. Cic. de Orat. cap. 6 *Vis oratoris professioque ipsa bene dicendi.* Seneca epist. 5 *Ab ea professione dissimilitudo separat.* Lamprid. Heliog. cap. 20 *promoturus ultimæ professionis homines.*

¶ Prŏfessor, ōris, qui profitetur, se artes liberales cognovisse & tradere publice posse. *Professor Grammaticus*, Sueton. Gramm. c. 9. *Professor sapientiæ*, Idem Tiber. cap. 14. *Etiam consummatis Professoribus difficile*, Quintil. lib. 1 cap. 9. Et, *professores magni nominis*, Idem lib. 2 cap. 11, nahmhafftige, weitberuffene lehrer.

¶ Professorius, a, um, lehrend. Tacit. Ann. 13 cap. 14, 5 *professoria lingua*, qua Senecæ eloquentiæ professionem notavit Agrippina.

¶ Improfessus, a, um, unangesagt, uneingeschrieben. Sueton. Domit. cap. 12 *ad quem deferebantur, qui vel improfessi, Judaicam intra urbem viverent vitam: vel, dissimulata origine, imposita genti tributa non pependissent.* Marcianus lege fin. § 1 Dig. de Publican. *si quis improfessus servus fuerit.*

FĂTĪGO, avi, atum, are, lassare, sive ad lassitudinem perducere, perturbare, molestia afficere, müde machen. Poëtæ alia atque alia significatione hoc verbo utuntur. Virg. Æn. lib. 5 v. 253

Veloces jaculo cervos cursuque fatigat.

& 4 Æneid. v. 572 *Corripit è somno corpus, sociosque fatigat.*

hoc est, excitat & hortatur, er wecket sie auf, und macht sie munter. Sallustius Jugurthâ cap. 14 *Quos ego audio maxima ope niti, ambire, fatigare vos singulos, ne quid de absente incognitâ caussa statuatur.* Tacitus 1 Histor. cap. 29 princ. *Ignarus interim Galba, & sacris intentus, fatigabat alieni jam imperii Deos.* Nepos Eumene c. 12 n. 4 *fatigari fame:* sic &, *verberibus torti, igne fatigati*, apud Cic. Top. c. 20. *Fatigabat inopia aquæ*, Tacit. lib. 5 Hist. cap. 3 n. 3.

¶ Fatigatus, a, um, ermüdet. Vellej. 2, 69, 6 *Quem fortuna veluti fatigata destituit.* ¶ Pro recreato & refecto volunt nonnulli positum in illo Horatii lib. 3 od. 4 v. 11 *Ludo fatigatumque somno* &c. quod somnus non fatiget; sed recreet. Conf. mox *Fatigatorius.* Et laudantur à doctis veteres Glossæ, in quibus τὸ *fatigare* pro *titillare* exponitur. Sane *ludo somnoque fatigatus* ubi dicitur, ad satiem usque recreatus, & ita fessus & fatigatus quasi. Petronius:

Rursusque in somnum decidi gaudio lassus.

¶ Fatigatio, ōnis, die ermüdung. Quintil. lib. 1 cap. 12 *Minus afficit sensus fatigatio, quam cogitatio.* ¶ Pro facetiis & dicteriis *fatigationes*, ut & verbum *fatigare* pro cavillare posuit Sidon. lib. 1 epist. 8, ubi vide Savaronem.

¶ Fatigatorius, a, um, facetosus, vexirisch. Sidon. lib. 5 epist. 17 *Verba erant dulcia, jocosa*, fatigatoria: *præterea* (*quod beatissimum*) *nulla mentio de potestatibus aut tributis.*

¶ Dēfătīgo, are, müde machen. Terentius in Andria a. 4 sc. 1 v. 45 *Deceptus sum, at non defatigatus*, ich bin noch nicht müde worden. *Labore assiduo defatigare*, Cæsar 7 Bell. Gall. cap. 41. *Noli in conservandis bonis viris defatigari*, Cic. pro Marcell. cap. 6, müde werden.

¶ Defatigatus, a, um, languens, fessus, laß, müde. Cic. Divin. 1 c. 46 *Puella defatigata petiit a matertera, ut sibi concederet paullisper, ut in ejus sella requiesceret.* Aut. ad Herenn. 3 cap. 9 *Animi defatigati ab adversariis multitudine verborum.*

¶ Defatigatio, ōnis, ut fatigatio, müdemachung, abmattung. Cic. de Senect. extr. *Senectutis defatigationem fugere debemus.* Hirt. 8 Bell. Gall. cap. 27 *defatigatio equorum.*

¶ Infatigabilis, e, unermüdet, quod non fatigatur. Plinius 28 cap. 19 *infatigabilis cursus.* Val. Max. 3 cap. 2 exemp. 1 *infatigabilis pugna.* Seneca epist. 66 *servare animum infatigabilem.*

¶ Indefatigabilis, e, idem; ut, *Indefatigabilis vigilia*, Seneca 2 de Ira cap. 12.

¶ Infatigabiliter, adverb. Augustinus epist. 32 *Gaudent infatigabiliter & ineffabiliter.* Et Venantius Fortunatus prosa sive epistola ad Gregorium Turonensem, lib. 8 inter carm. 14 & 15 *infatigabiliter laborare.*

FĂTISCO, ĕre, von einander gehen, zerlechzen. *Area fatiscit*, Virg. 1 Georg. v. 180, das tenne reißt auf. Idem 1 Æn. v. 123

Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt.

Vbi Servius: ABVNDANTIA APERIVNTVR. Fatim *enim* abundanter *dicimus, unde & adfatim.* Hiscere *autem frequentativum verbum ab* HIARE. Alibi FATISCVNT, *affatim hiscunt*, interpretatur. Gellius lib. 12 cap. 1 *Ne æquor illud ventis irrugetur, & de gravitate oneris ac labore partus fatiscat.* Vbi fatiscere, est desidere in rugas, & sulcos. Prudentius Hymno 9 καθημερινῶν v. 51

Nec fatiscit unda sanctis pressa sub vestigiis.

Loquitur de Christo incedente per aquas. ¶ 2. Significat & *Deficere*, matt werden. Tacitus 3 Histor. cap. 9 *Donec fatisceret seditio.* Ausonius Idyll. 4 v. 10 *Studium puerile fatiscit,*

Læta nisi austeris varientur festa profestis.

¶ Fessus, a, um, participium verbi fatiscor, ut docet Priscianus, fatigatum atque lassum significat sive animo, sive corpore, müde an kräfften des leibes oder gemüths. vid. Vall. lib. 4 cap. 99. *Fessus de viâ*, müde vom wandern, Cic. Somn. Sc. cap. 1. *fessus curis*, Seneca in Hippol. v. 247. *Fessus rerum*, Virgil. Æneid. 1 v. 178, id est, interprete Servio, *penuriâ fatigatus.* Sic etiam, *Fessus valetudinibus*, Tacitus lib. 3 Hist. cap. 2. *hieme atque inopiâ*, ibidem cap. 56, qui & *fessam ætatem* pro senectute dixit 1 Histor. cap. 12, & 3 Histor. cap. 67. Lucan. lib. 3 v. 729 *fessusque senectâ.*

¶ Fessulus, a, um, dimin. matt. In Pseudepigraphis Petronii p. 228 *anima fessula.*

¶ Defetiscor, defessus sum, defetisci, quod est labore deficere, müde werden. Terent. in Phorm. a. 4 sc. 1 v. 23 *Neque defetiscar unquam ego experirier, Donec tibi id, quod pollicitus sum, effecero*, ich will nicht müde werden, noch ablassen, zu versuchen, biß rc. *Defessus sum ambulando*, Idem Adelph. a. 4 sc. 6, ich habe mich müde gewandert.

¶ Defessus, a, um, idem quod fessus: ut, *Defessus satietate*, Cic. lib. 2 famil. epist. 3. *Defessus labore disputationis*, Idem 2 de Orat. c. 57. *Animi forensibus negotiis defessi*, eodem lib. cap. 6. Sic & pro Archia cap. 6 *Aures convicio defessæ*, so sich des lästerns müde gehöret haben.

¶ Indĕfessus, a, um, der nicht müde wird, unverdrossen; ut, *indefessus agendo*, Ovid. 9 Metam. v. 200. *Post labores duraque imperia indomitus semper indefessusque*, Plin. Paneg. cap. 14.

¶ Indefesse, adverb. unermüdet. Auson. in gratiarum actione: *Omnia agere indefesse & benigne.*

¶ Defetiscentia, æ, die hinfälligkeit. Tertullianus de Anima cap. 43 *Anaxagoras somnum defetiscentiam affirmat.*

Fatuari, vide *Fatuus.*

FĀTVM, i, à fando, ejusque participio fatus. Vid. Voss. lib. 4 Institut. Orat. p. 253. Significat enim *voluntatem*, jussionem & decretum Dei de re, quam gubernat ipsius voluntas, Gottes versehung, wille und schickung. Minucius Felix in Octavio p. 81 *Quid aliud est fatum, quàm quod de unoquoque nostrûm Deus fatus est?* Statius Poëta antiquus, non Papinius ille, apud Servium in 2 Æneid. *Fata sunt, quæ Dii fantur. Divinam legem* Hierocles vocat. Sed veterum Philosophorum de

FATO sententias peculiari libro recensuit Hugo Grotius lectu dignissimo. Vide Vossium lib. 2 de orig. & progressu Idololatriæ capp. 44, 45, 46, 47, 48, 49. Apulejus de Mundo p. 75 *Fatum autem, quod Græci* εἱμαρμένην *à tractu quodam caussarum invicem se continentium, volunt dici decretum: idem* πεπρωμένην *dicunt, quod omnia in hoc statu rerum definita sint, nec sit in hoc mundo aliquid interminatum.* Tacit. 1 Hist. cap. 18 *Quæ fato manent, quamvis significata, non vitantur.* Curiose de hoc Lips. lib. 1 Polit. cap. 4. ¶ Aliud est *Fatum*, quod *Physicum* vocant, series scilicet caussarum naturalium, de quo Manilius lib. 4 v. 13 hyperbolice & falso:

> *Fata regunt orbem, certâ stant omnia lege:*
> *Longaque per certos signantur tempora cursus,*
> *Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.*

Juvenal. satyr. 9 v. 32 *Fata regunt homines.* Seneca in Oedip. v. 977 *Fatis agimur, cedite fatis.* Vide Dausquej. ad Q. Calabrum lib. 2 p. 50. Herald. ad Tertull. Apolog. p. 13 seq. ¶ Aliud *Astrologicum* seu *Mathematicum* vocatur, de quo Sueton. Tiberio cap. 69. ¶ *Stoicum* vero *Fatum*, quo scelera etiam necessitate quadam inevitabili fieri Stoici delirârunt, non solum ab Ecclesia, sed cæterorum etiam Philosophorum doctrina alienum est. *Esse in fatis*, Ovid. Metam. 1 v. 256, also versehen und von Gott bestimmt seyn. De fato Stoico præter Lipsium, qui nimium ei tribuit, consule Thomasii Exercit. Stoic. dissert. 13. ¶ 2. Sed *Fati* nomine etiam *Casus*, & *Calamitas* significatur. Cicero ad Q. frat. lib. 1 epist. 4 pr. *Vno meo fato, & tu omnes mei corruistis*, durch einigen meinen unfall. *Fatum alicui impendet*, Cic. 2 Catil. c. 5. ¶ 3. Et *mors* dicitur *Fatum*: ut, *Fata manent omnes*, Ovid. vel quisquis auctor elegiæ de Drusi morte ad Liviam v. 357. *Fato fungi*, Quintilianus lib. 3 cap. 7, & *fato concedere*, Plin. Paneg. cap. 11, utrumque pro *mori*, sterben. Sed, ut Gellius observat lib. 13 cap. 1, veteres non quamlibet mortem, sed quæ violentæ & inopinatæ opposita est, *fatum* appellaverunt, ein natürlicher tod, quod is ex Cic. 1 Philipp. cap. 4, & Virg. Æn. 4 v. 696 probare fategit. ¶ *Novum fatum* dicebant veteres, quum insolita & insperata felicitas cui contigisset. Juven. satyr. 7 v. 189 *Exempla novorum Fatorum transi.* Pacatus Panegyr. cap. 27 *Nullam majorem principum felicitatem esse crediderim, quàm fecisse felicem, & intercessisse inopiæ, & fortunam fecisse, & dedisse homini novum fatum.* ¶ *Fato inscribere*, sive *Fata scribenda advocare* dicebantur veteres eo die, quo pueris nomina imponebant, cum bona omina captarent, & ex nomine, & ex iis omnibus, quæ ab ejus horoscopo ad lustricum diem usque contigerant. vid. Tertull. de Anima cap. 37 & 39, & Scalig. Lect. Auson. 2 cap. 22 p. 148. ¶ *Fata Troica* dicuntur, ex quibus Trojæ pendebat salus; nempe vita Troili, conservatio Palladii, & sepulcrum Laomedontis, quæ fata vicerunt Græci. Hinc Plautus Bacch. a. 4 sc. 9 v. 29 *Ilio tria fuisse audivi fata, quæ illi forent exitio.* vid. Taubm. ad h. l. p. 595, & Jo. Castalion. Var. Lect. cap. 26.

¶ Fātālis, e, quidquid ex fato impendet, vel divinitus destinatum est, versehen, verhänget. Cicer. in Catil. 4 cap. 1 *Meus consulatus ad salutem Reipubl. prope fatalis fuit.* Idem de Arusp. cap. 4 *Eventus fatalis*, ein unumgänglicher fall. Et Catil. 3 cap. 4 *Hic annus fatalis est ad interitum hujus urbis*, dieses jahr ist zum untergange der stadt versehen. *Commune nostrum & quasi fatale malum*, Idem de Clar. Orat. cap. 71. Et, *fatalem mortem obire*, Vellej. 2 cap. 4. *Fatalis victoriæ locus*, Idem 2, 52, 1.

¶ Fataliter, adverb. secundum fata, vel ex fatis, durch Gottes schickung. *Definitum esse fataliter*, Cic. lib. 2 de Divinat. cap. 7. Sed, *fataliter mori*, est morbo mori, eines natürlichen todes sterben. Vide quæ modo de *Fato* n. 3 dicta sunt ex Gellio. Sic Eutropius lib. 1 cap. 10 *Valerius ille Bruti collega fataliter mortuus est*, de quo Dionysius Halicarn. lib. 5 p. 314 νοσήσας ἐτελεύτα, *morbo mortuus est.* Vide ad Eutropium Cellario notata.

¶ Fatalitas, atis, das verhängniß. Zeno Imp. lege 1 Cod. de Jure emphyteut. *quod fatalitate ingruebat.*

¶ Fatus, i, idem quod Fatum, subaudito sermone. Inscript. vet. Grut. p. 661 FRVCTVM. ALIVM. MERITORVM. SVOR. REPORTARE. FATVS. MALVS. NEGAVIT. Et p. 663 VIRGINEM. ERIPVIT. FATVS. MALVS. conf. Schefferi Not. ad Petronii Fragm. p. 87.

¶ Fāticănus, a, um, & Fatĭcĭnus, a, um, qui fata canit, weissagend. Ovid. 9 Met. v. 417 *Hæc ubi faticano venturi præscia dixit*
Ore Themis.
Idem Metam. 15 v. 436 *Faticinæ sortes.*

¶ Fātĭdĭcus, a, um, idem. vid. Varr. de L. L. 5 cap. 7. Virg. 7 Æn. v. 81 *At Rex* &c. *oracula Fauni*
Fatidici genitoris adit, lucosque sub alta &c.
Vates fatidica, Carmenta, Id. Æn. 8 v. 340. *Anus fatidica Stoicorum Pronæa*, Cic. de Natur. Deor. lib. 1 cap. 8.

¶ Fātĭfer, a, um, tödlich; ut, *Fatifer ensis*, Virg. 8 Æn. v. 621, qui fatum, hoc est, mortem adfert. Sic, *fatifero Mavors ense*, Ovid. 3 Amor. 3 v. 27. *Fatifer arcus*, Silius 2 v. 116.

¶ Fātĭlĕgus, a, um, zauberisch. Lucan. 9 v. 821
Toxica fatilegi carpunt matura Sabæi.

¶ Fātĭlŏquus, a, um, adjectivum aliud, weissagend; ut, *Carmenta fatiloqua*, apud Livium lib. 1 cap. 7, prædicens futura.

¶ Confatalis, e, qui tenetur eodem fato, der gleiches glück hat. Cic. de Fato cap. 13 *copulata res est & confatalis.*

¶ Trifatidicus, a, um; ut, *trifatidicæ Sibyllæ*, quia illarum tres noverunt veteres, Auson. Gripho v. 85.

FĂTVVS, a, um, quod insipidum est, was keinen schmack hat; ut, *Cibi fatui*, unschmackhafftige speise. Martial. 13 epigr. 13

> *Vt sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,*
> *O quàm sæpe petet vina piperque coquus.*

¶ Hinc insipientem & insulsum hominem *fatuum* dicimus, thöricht, närrisch, qui tacere non potest. Terent. Eunuch. a. 5 sc. 8 v. 49 *Fatuus est, insulsus, tardus.* Quomodo à stulto & stolido differat, vide Vallam lib. 4 cap. 113. Joseph. Scalig. Conjectan. in Varronem notat, *vates* primum *fatuos* dictos, à fando scilicet. Et hinc Fauni uxor fatidica *Fatua*. Vide Servium & Auctorem de Origine Gentis Romanæ p. 9. Lactant. lib. 1 cap. 22. Isidor. lib. 10 Orig. litt. F. Sane & *Nugatores*, à fando *fatui* dicti. Casaub. ad Theophrasti Characteres cap. περὶ ἀδολεσχίας p. 128. ¶ *Fatuus ignis* Physicis dicitur species meteori noctu flammam præ se ferentis & circa viatorem saltantis instar hominis fatui, ein irrwisch.

¶ Fătuitas, atis, ineptia, stoliditas, memoriæ vitium & mentis ignavia quædam, thorheit, narrheit. Cic. 2 de Invent. cap. 32.

¶ Fatuor, ari, verbo Seneca deponentali figurâ usus videtur in Ludo de morte Claudii, cum ait: *Audi me, & desine fatuari*, id est, delirare, narreren treiben. Justinus lib. 43 cap. 1 *Fauno fuit uxor nomine Fatua, quæ assidue divino spiritu impleta velut per furorem futura præmonebat; unde, qui adhuc inspirari solent, fatuari dicuntur.* Sed

¶ Infatuo, are, activum apud Cicer. aliquoties legitur, pro dementare, fatuum reddere, bethören, äffen, närren: v. g. in Antonium orat. 3 Philipp. cap. 9 *ut hominem stultum magis etiam infatuet mercede publica.* Seneca Pater Suasor. 2 extrem. *Sed ne vos diutius infatuem.*

¶ Perfatuus, a, um, sehr thöricht; ut, *perfatuæ togæ*, Martial. 10 epigr. 18.

Fauces, vide *Faux*.

FĂVEO, fāvi, fautum, ēre, benè cupere, günstig, geneigt, gewogen seyn. *Favere alicujus dignitati, laudi, honori*, Cic. lib. 1 fam. ep. 7. *Alicujus industriæ gloriæque*, Idem pro Ligar. cap. 3. *Sententiæ alicui*, Idem 1 Tusc. cap. 23 extr. *Sibi favere*, Idem lib. 3 fam. epist. 6 ineunte: *Etsi non magis mihi faveo in nostra amicitia tuenda, quam tibi*, hoc est, ut Manutius interpretatur: non minus à te, quam à me ipso, præstari amicitiæ nostræ ea, quæ debentur, officia cupio. *Favere partibus*, de studio partium, Nep. Attico cap. 2. A Supino *fautum*, est particip. *fauturus*. Cic. pro Plancio cap. 1 *accusationi fauturos esse.* Et Attico lib. 12 epist. 49 *me tamen ei fauturum.* Proprium sacrorum verbum erat, quæ cum peragerentur, præco jubebat *FAVERE linguis*, hoc est, silere. Seneca de Vita beata cap. 26 *Quotiens mentio sacra litterarum intervenerit, FAVETE LINGVIS. Hoc verbum non, ut plerique existimant, à favore trahitur: sed imperatur silentium, ut ritè peragi possit sacrum, nullâ voce mala obstrepente.* Donatus: *In Sacris, ORE FAVERE, est silentium accommodare.* Lege & Servium ad illud Virg. 5 Æneid. v. 71 *Ore favete omnes.* Aliquando tamen *Favere linguis*, est bona verba dicere, hoc est, obscenis vocibus abstinere, benè ominatis uti, quod item fiebat in Sacris. Vide Festum in FAVENTIA. Ovidius 1 Fastor. v. 71

> *Prospera lux oritur: linguis, animisque favete:*
> *Nunc dicenda bono, sunt bona verba, die.*

Tibullus lib. 2 eleg. 2 pr. *Dicamus bona verba, venit natalis ad aras:*
Quisquis ades lingua, vir mulierque fave.
Propertius lib. 4 eleg. 6 pr.
Sacra facit vates, sint ora faventia sacris.

¶ Sed & theatrorum verbum erat, nec quicquam aliud, quàm voce ac gestu, sive plaudendo & acclamando benevolentiam significare: ἐπιβοᾷν. Vide Casaub. ad Histor. August. & Lipsium lib. 2 Elect. cap. 10.

¶ * *Favere* est quoque cupere. Ovid. ep. Hypsipyles v. 98
Adde, quod adscribi factis procerumque, tuisque Se favet.
Ennius Annal. 13
Matronæ muros complent spectare faventes. Grævius.

¶ Faventia, æ, bonam ominationem significat, ut Festus tradit. Item, favorem, gunst. Accius: *Adhibere faventiam.* ¶ 2. *Faventia*, altera Hispaniæ civitas, altera Italiæ est, Plinio 3 c. 1, & Ptolemæo 2 c. 4, & 3 cap. 1, à qua *Faventini*. Vide Geograph. Silius lib. 8 v. 597
undique solers
Arva coronantem nutrice Faventia pinum.

¶ Făvor, ōris, gunst, gewogenheit: Vox hæc nova erat, Ciceronis ætate. Fragm. Epist. ad Brutum: *Eum*, inquit, *amorem, & eum, ut hoc verbo utar, favorem in consilium advocabo*, apud Quintil. lib. 8 cap. 3. Vsus tamen ipse Cicer. pro Rosc. Comœd. cap. 10 *favorem secum in scenam attulit.* Quintiliani locutiones sunt: *favorem facere*, & *favorem emereri*, utraque lib. 4 cap. 1; & *favorem ex aliqua re captare*, lib. 6 cap. 1, gunst machen, gunst in etwas suchen, verdienen. Seneca in Thyeste v. 351 *Nunquam stabilis favor*, gunst ist wetterwendisch, unbeständig. Justin. lib. 5 cap. 1 *Quo se fortuna, eodem etiam favor hominum inclinat.* ¶ *Favorum* nomine intelligit Cassiodorus acclamationes, quæ sub quadam concinna modulatione effundebantur in applausum. Sic enim Var. 6 form. 4 inquit: *Carpento veheris per nobilem plebem: publica te vota comitantur: favores gratissimi consona tecum voce procedunt.*

¶ Făvōrābĭlis, e, plenus favore, holdselig, dem man günstig ist. Quintil. 4 cap. 1 *Sed adhibendus modus alter frequens & favorabilis.* Suet. Caligul. cap. 4 *Sic vulgò favorabilis.* Florus lib. 4 cap. 3 *Octavius Cæsar ætate & injuria favorabilis & nominis majestate.* Hactenus passive, ut plerumque solet. Est etiam ubi active. Livius lib. 22 cap. 26 *aura favorabilis populi.* Comparativus *Favorabilior* est apud Senec. 3 de Irâ cap. 2 in Codd. Pinc. & Schott. *eloquio favorabilior habitus*: at Gronov. *favorabilis*.

¶ Favorabiliter, adverb. cum favore, mit gunst, günstiglich. Quintil. 4 cap. 3. Sic Sueton. Neron. c. 7 *Trojam favorabiliter lusit.* Macrob. 7 Sat. 1 *Recitando favorabiliter exceptus est.*

¶ Fautor, ōris, ein gönner. Cicer. pro Planc. cap. 23 *Multi sunt cupidi tui, multi fautores tui.* Et, *Studiosus ac fautor alicujus victoriæ*, Idem Attico lib. 1 epist. 16. *Fautor optimatum*, Nepos in Alcib. c. 5 n. 3.

¶ Făvītor, ōris, idem. Plaut. in prologo Amphitruonis: *Sat habet favitorum, semper qui rectè facit*, wer recht thut, hat allezeit gönner genug. Lucilius apud Nonium 2 n. 326 *Favitorem me tibi, amicum, amatorem putes.*

¶ Fautrix, īcis, eine gönnerin. Cicer. de Finib. lib. 1 cap. 20 *Amicitiæ fautrices sunt fidelissimæ*, &c. sehr getreue gönnerin. Nepos Agesilao cap. 8 *Naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus.* Vsus est Terent. Eunuch. a. 5 sc. 9 v. 22.

FĂVILLA, æ, dicta quasi *fovilla*, quod ignem tectum foveat, glimmende asche.

asche. Ter. in Adelph. a. 5 sc. 3 v. 60 *Ibi favilla fumi plena sit faxo.* Horat. 2 od. 6 v. 23 *calentem favillam amici lacryma spargere*, einen todten freund beweinen. Symmach. lib. 1 ep. 25 *Facilius est, ardentes favillas ore comprimere, quàm luculenti operis servare secretum.*

¶ Făvillăceus, a, um, aschicht: ut, *Fuligo favillacea*, Solinus cap. 48 de Judæa.

¶ Favillaticus, a, um, idem: ut, *favillatica humus*, Solin. c. 27.

¶ Favillesco, ĕre, zur asche werden. Fulgent. de Cont. Virg. *Auctoritas sepulta in oblivionis cinere favillescit.*

FĂVISSAE, arum, kammern unter der erden: ut Gellius lib. 2 cap. 10 ex Varrone interpretatur, cellæ & cisternæ in area sub terra sunt, ubi reponi solebant signa vetera, ex templo collapsa, & aliæ donariorum reliquiæ. Nam de *Capitolinis favissis* ibi disputatio est. Onomast. Vet. *Favissæ*, *θησαυροί*. Adde Festum, & Voss. in Etymolog. p. 207.

FAVNVS, i, plur. Fauni, agrorum & silvarum Dii, qui Græcis *σάτυροι* dicuntur, feld- und wald-teuffel. *Ruricolæ silvarum numina Fauni*, Ovid. 6 Metamorph. v. 392. Aucupio præfecit Propertius lib. 4 eleg. 2 v. 34 *Faunus plumoso sum Deus aucupio.*
Adde Turneb. lib. 26 Advers. cap. 19, Barth. ad Script. Venat. pag. 184. Nomen à fando acceperunt, quod soliti in silvestribus locis fari, id est, vaticinari. v. Varro lib. 6 de L.L. Isidorus 8 cap. 11, & Servius ad 7 Æneid. Huic deo, qui & *Pan* dicebatur, terrorum subitorum caussas referebant Romani: unde *Panicus terror*. Vide Dionys. Halicarnass. lib. 6 cap. 16. Idem & *Incubus* & *Inuus* & *Ephialtes* dicebatur, ut Servius alibi notat.

¶ Fauna, æ, Fauni uxor, eine wald-göttin, quæ & *Fatua*, & *Bona Dea*. v. Macrob. lib. 1 Saturn. cap. 12, & Lactant. lib. 1 cap. 22. Habes de eâ & apud Arnobium lib. 1 p. 15, & 5 p. 168.

¶ Faunigénæ, arum, Itali aut Latini a Fauno Aborigenum rege. Silius 8 v. 357 *Faunigenæ socio bella invasere Sicano.*

FĂVŌNIVS, i, occidentalis ventus, Græcis *ζέφυρος*, Zephyrus, der west-wind, inter omnes mitissimus: unde, *A Favonio veris initium notant*, Cic. in Verrin. 7 cap. 10. Et Plin. lib. 2 cap. 46 *In principio veris Favonii hibernum molliunt cælum.* Horat. 1 Carm. od. 4 v. 1
Solvitur acris hiems gratâ vice veris & Favonî.
Lucret. 1 v. 11 *Viget genitabilis aura Favonî.*
Vnde Plin. 16 cap. 25 *Hic est genitalis spiritus mundi a favendo* (sic est in MSS.) *dictus*. ¶ Est & *Favonius* viri nomen, Stoicam sectam professi & instituta Catonis ridiculè æmulantis, unde & *Simia Catonis* appellabatur. De eo Plutarchus in Bruto, Val. Max. lib. 2 c. ult. Suet. August. c. 3.

¶ Favonialis, e, west-windisch. Gloss. vet. *Favonialis*, *ζεφύριος*.

¶ Favonianus, a, um: ut, *Faveniana pira*, a Favonio quodam dicta, Plin. 15 c. 15.

Favor, Favorabilis, vide *Faveo*.

FĂVORĪNVS, vel Phavorīnus, i, Philosophus fuit Gallus Arelatensis, sub Hadriano principe, vixit Athenis, & fit ejus mentio crebra à Gellio & Philostrato. Apulej. de Mundo: *At Favorinus non ignobilis sapiens hæc de ventis refert*, &c.

FAVSTŬLVS, i, pastor, cujus uxor Acca Laurentia Remum & Remulum expositos, & à Faustulo inventos, nutrivit. Livius lib. 1 cap. 4. ¶ *Faustulum*, porcellum, fœturam porcorum vocat Festus, ein span-ferckel.

FAVSTVS, i, Syllæ filius. vid. Eutrop. 6 cap. 18. Faustorum aliorum catalogum habet Volaterranus.

FAVSTVS, a, um, adject. prosper, felix, propitius, glücklich, gesegnet. *O faustum & felicem hunc diem!* Terent. Andr. a. 5 sc. 4 extr. Cic. de Divinat. lib. 1 cap. 45 *Antiqui omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, præfabantur.* Et, *Faustum omen*, ein gutes zeichen, Livius lib. 7 cap. 25. *Molle lyræ faustumque canant*, Claudian. in Nupt. Hon. & Mariæ v. 196. ¶ Apud Capitolinum in Maximo & Balbino cap. 13 *Fausta* substantivè faustæ apprecationes sunt, quæ acclamari à Senatu Principibus solitæ. *Acclamationes*, inquit, *primum publicæ fuerunt, quæ milites contingerent, inde in Senatum itum est: ubi post illa, quæ communia solent esse* FAVSTA, (ita legendum, non FESTA) *dictum est*, SAPIENTER ELECTI PRINCIPES SIC AGVNT, &c. Cum in Miscellis elogiorum Laurentius Pignorius explicat, quid ACCLAMATIONES fuissent, observat, has acclamationes militum etiam FAVSTVS PRAETORII appellatos à Spartiano in Geta. Sed fallitur, & viro clarissimo procul dubio memoria imposuit. Cum pro *Faustino Prætore* (cujus sub finem ejus libelli movetur mentio) *Faustus Prætorii* per errorem subjiceret.

¶ Faustè, adverb. zu glück. Cic. pro Muræna cap. 1 *Idem ego precatus sum, ut ea res nobis faustè, feliciter, prospereque eveniret.*

¶ Faustitas, ātis, die glückseligkeit. Horat. lib. 4 od. 5 v. 18
Nutrit rura Ceres almaque faustitas.

¶ Infaustus, a, um, infelix, unglücklich. Ovid. Metam. 14 v. 529 *Bella infausta gerunt.*

Fautor, Fautrix, vide in *Faveo*.

FĂVVS, i, frustum est operis apiarii, a *fovendo* dictum, in quo apes vel mel fovent, vel sobolem, wachs, honig, honigseim. Petronius: *Crevit, quicquid crevit, tanquam favus.* ¶ 2. Sunt & *favi* apum cellæ seu loculamenta, operis apiarii fundamentum, die bienenhäußlein. Tibull. 2 eleg. 1 v. 50 *Apis complet melle favos.* Virg. 4 Georg. v. 161
Prima favis ponunt fundamina, deinde tenaces
Suspendunt ceras.

FAVX, faucis, fœm. quod tamen singulariter positum rarissime reperitur, der rachen, schlund. Sed proprie *fauces*, spatium seu cavitas vicina utrique fistulæ, Oesophago scilicet seu gulæ, & tracheæ: Palatum vero fastigium est supra linguam usque ad fauces. Vide *Palatum*. Isidorus Orig. 11 c. 1 *fauces a fundendis vocibus nominatæ, vel quod per eas famur voces.* Apulej. lib. 4 Met. *Fauces diutina fame saucias & araneantes* dixit. *Fauces laqueo innectere*, *Fauces laqueo frangere*, poëtica sunt, (illud apud Ovid. 10 Metam. v. 378; hoc apud Lucan. 2 v. 154) pro strangulare, erhencken, erwürgen. *Fauces infirmatæ*, Suet. August. cap. 84. *Faucibus teneri*, i. e. captum esse, tractum à piscibus & aliis animalibus, quæ faucibus capta nullo modo effugere possunt. Vsus hac loquendi formulâ Plaut. Casin. act. 5 sc. 3 v. 1, ubi vide. ¶ 2. Sunt & fauces, per translationem, vallium angusti introitus, enge, hole wege, enger eingang oder paß: Græcis *πύλαι*. Curtius lib. 3 cap. 4 *Alexander fauces jugi, quæ* pylæ *appellantur, intravit.* De angustiâ portus Cæsar usus est lib. 1 de Bello Civili cap. 25. Et Cicero in Agrar. 2 cap. 32 *Corinthus erat sita in angustiis atque in faucibus Græciæ.* ¶ Sed metaphorâ aliâ eleganter dixit pro discrimine & periculo Idem pro Archia cap. 9 *Vrbe totius belli ore & faucibus ereptâ.* Et Apulejus 7 p. 191 *Ex mediis orci faucibus ad hunc evasi modum.*

¶ Trifaux, cis, mit 3 rachen, Cerberi epitheton. Virg. Æneid. 6 v. 417
Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Personat, &c.

¶ Focale, is, etiam a *Faux* est, & est fascia, collum seu fauces, ægrotantium inprimis, muniens, eine halßbinde, halßtuch. Martial. lib. 14 epigr. 142 *Hoc focale tuas asserat auriculas.*
Quintil. lib. 11 cap. 3 *Focalia & ligamina aurium sola excusare potest valetudo.* Horat. lib. 2 Serm. satyr. 3 v. 254
ponas insignia morbi,
Fasciolas, cubital, focalia, potus ut ille, &c.
Erant autem *focalia* ex lanâ. Celsus lib. 4 cap. 2 *In gravedine autem primo die quiescere, neque esse, neque bibere: caput velare: fauces lana circumdare.* Vide & Gell. lib. 11 cap. 9, & Martialem lib. 6 epigr. 41, qui per *lanam* focale intelligunt.

¶ Fōcaneus, a, um, adjectivum, quo, quæ faucium sunt, aut his similium rerum, significantur. Columellæ est *palmes focaneus* lib. 4 c. 24, ein nebenschoß, qui in bifurco medius prorepit, ita ab rusticis appellatus, *quod inter duo brachia, qua se dividit vitis, enatus, velut* FAVCES *obsidet.* Hæc Colum.

¶ Effōco, are, faucibus oblisis interimere, erwürgen, ersticken, idem ac præfocare, suffocare, quæ pariter à *faucibus* originem habent. Seneca de Brevit. vitæ cap. 2 *Adspice illos, ad quorum felicitatem concurritur: bonis suis effocantur.*

¶ Perfōco, are, idem. Paullus Lege 4 Dig. de agnoscend. & alend. liberis: *Necare videtur, non tantum is, qui partum perfocat, sed & is, qui abjicit.*

¶ Præfōco, are, etiam est spiritum faucibus obstructis præcludere, den athem benehmen, ersticken. Ovidius in Ibin v. 558
Præfocent animæ Gnosia mella viam.

¶ Præfōcātio, onis, die erwürgung, erstickung. Scribon. Larg. compositione 100 *subitæ præfocationes.*

¶ Præfocabilis, e, erstickend. Cæl. Aurel. Acut. 2, 27 *præfocabilis difficultas.* Idem 3, 2 *præfocabilis sensus.*

¶ Suffōco, suffocare, ut originis, ita significationis duplicis est, & mediam modo productam, modo correptam habet. A *faux* enim & à *focus* ducitur. A *faux* cum ducitur, strangulare significat, hoc est, fauces comprimere & intercipere spiritum, ersticken; Et tunc mediam productam habet. Vet. Gloss. *Suffocat*, *πνίγει*, *λαρυγγίζει*. Lucretius lib. 3 v. 904 *Aut in melle situm suffocari, atque rigere*
Frigore.
Translate Cicero ad Atticum lib. 9 epist. 7 *Primum consilium est, suffocare urbem & Italiam fame*, aushungern, durch hunger verderben. Correptum Suffoco vide in *Focus*, unde est.

¶ Suffōcatus, a, um, erstickt. Arator in Act. Apost. c. 15
ne suffocata, cruore
Quæ maculantur, edant.

¶ Suffōcatio, ōnis, die dämpffung, erstickung. Plinius lib. 20 cap. 5 pt. *Semen staphylini tumentem alvum, & suffocationes mulierum, doloresque lenit.*

¶ Suffōcabilis, e, erstickend. Cæl. Aurel. Acut. 1, 9 *Parvus locus suffocabilis erit aëris paupertate.*

FAX, făcis, eine kertze, fackel. *Faces nuptiales*, Cic. pro Cluent. cap. 6, braut-fackeln. Poëtis omnem ignem notat, ut *lampas* omnem facem. v. Barth. ad Stat. Silv. p. 61. ¶ 2. Per metaphoram usurpatur eleganter, pro incitamento, caussa, impulsore, ut, *seditionis faces*, anreitzung zu auffruhr. *Incendiorum Antonii fax Clodius*, Cicer. Phil. 2 cap. 90. Qui & 1 Catil. cap. 6 hoc eleganter extulit: *Cui tu adolescentulo non ad libidinem facem prætulisti?* wem hastu nicht das licht gehalten, vorschub gegeben? Sic, *bello facem præferre*, similiter dixit Tacit. 2 Histor. c. 86. *Admovere faces dolorum*, Cicer. 2 Offic. cap. 10, zu bekümmerniß reitzen. *Faces alicui subdere* sive *subjicere*, etiam accendere est seu instigare. Cicer. pro Milone cap. 35 *Quin hoc tempore ipso, cum omnes à tuis inimicis faces invidiæ mihi subjicerentur.* Stat. lib. 2 Silvâ 6 v. 14
Heu mihi subdo
Ipse faces.
Seneca epist. 115 *Accedunt carmina poëtarum, quæ affectibus nostris facem subdunt.* Tacit. 1 Histor. cap. 23 *Flagrantibus jam militum animis velut faces addiderat Mævius Pudens.* Tralatio ab illis est, qui materiæ aridæ & flammæ concipiendæ dudum aptæ, facem addunt. Vel à gladiatoribus, qui timidius pugnantes admotis facibus incitabantur. De quo Interpretes Petroniani & Lipsius ad Senecam; item 2 Saturnal. c. 5. *Prima fax*, noctis pars, vide supra in *Dies*.

¶ Fácŭla, æ, dimin. ein lichtlein; unde & germanicum fackel. Propert. 2 eleg. 29 v. 5 *Quorum alii faculas, alii retinere sagittas.*
Faculam allucere alicui, est occasionem & facultatem præbere, Plaut. Persâ a. 4 sc. 3 v. 46.

¶ Trifax, ăcis, telum est longitudinis trium cubitorum, quod catapulta mittitur, ut ait Festus Pompejus, apud quem & Ennius: *Aut permaceret paries percussus trifaci.*

Faxim, vide *Facio*.

FĔBRIS, is, à fervore, ut græcè *πυρετὸς*, das fieber, das kalte. Calor nativus nimium conversus. v. Isidor. 4 cap. 6. *Febris ephemera*, vel *diaria*, unius diei febris: *quotidiana, continua, tertiana, quartana, acuta, rapida*, &c. Sed, *febris rapida & quercera*, apud Gellium lib. 20 cap. 1, das kalte, schütternde fieber. *Febris intenditur*, es wird gestär-

Fff cket,

cket, *decreſcit*, es nimmt ab, *remittit*, es läſt nach. *Febris accedit, decedit*, das fieber kommt einen an, verläſt einen. Hæc & ſimilia paſſim apud Celſum lib. 3 integris capp. ubi de febribus agitur, invenies. *Febri affici*, das fieber haben. *Febris recidiva*: quæ recurrit, poſteaquam quievit nonnihil, Celſus 3 cap. 4. *Febris* à Romanis inter deos culta, ne noceret, Plin. lib. 2 cap. 7. Et Prudentius Hamartig. v. 157

Par furor illorum, quos tradit fama, dicatis
Conſecraſſe deas Febrem Scabiemque ſacellis.

¶ Recentioris ætatis ſcriptores frequentius plurativo numero in deſignando hoc morbo uti ſolent. Cujus infinita exempla apud Prudentium, Tertullianum, Cyprianum, Lactantium, Severum & alios hujus commatis extant. Ita tamen etiam Ovidius lib. 1 de Ponto eleg. ult.

nec febribus uror anhelis.

Et Nepos Attico extr. *Poſtquam indies dolores accreſcere, febresque acceſſiſſe ſenſit.* Ita enim in MSS. libris Schottus legit.

¶ Fēbrĭcŭla, æ, dimin. ein fieberlein. *Ex labore in febriculam incidi aſſiduam, & ſatis moleſtam*, Plancus Ciceroni lib. 10 epiſt. 21. *Habere febriculam*, Cic. ad Attic. lib. 6 epiſt. 9.

¶ Fĕbrĭcŭlōſus, a, um, fieberhafftig. Gell. lib. 20 cap. 1 *morbus febriculoſus.*

¶ Febrīlis, e, idem; ut, *Ardore æſtuans febrili*, Apul. Et Vetus Onomaſticon: *Febrile, πυρέτιον.* In Gloſſis autem Cyrilli *πυρέτιον febricula* eſt, ut Febrile ſubſtantive videatur poni.

¶ Febribilis, e, idem. Cæl. Aurel. 4 Tard. cap. 8 *Vivi, lumbrici, febribiles.*

¶ Febricoſus, a, um, der das fieber hat. Veget. 1, 38.

¶ Febriculentus, a, um, mit dem fieber behafftet. Marc. Emp. cap. 22 *Febriculento potionem dare.*

¶ Febreſco, ère, das fieber bekommen. Solin. c. 31 *Patuit nunquam eos hinnulos febreſcere.*

¶ Febrico, are, am fieber liegen.

¶ Febricĭto, are, febrim pati, frieren, das fieber haben. Celſus lib. 3 cap. 6 *Scire oportet, non febricitare eum, cujus venæ naturaliter ordinatæ ſunt.* Curtius lib. 10 cap. 4 *Illis diebus Hephæſtion febricitans moritur.*

¶ Febrio, ire, idem. Celſus lib. 4 cap. 7 n. 2 *ſi non febrit, venter ſolvendus eſt.* Et Spartianus Hadr. c. 25 *venit quidam cæcus natus ad febrientem Hadrianum.* Et Macrobius lib. 7 c. 4 *febrienti ſimplicem cibum darent.* Conf. Auſon. epigr. 117.

FEBRVO, are, verbum vetus, ſignificat luſtrare vel purgare, fegen, reinigen, ſühnen. Per XII enim dies continuos Februarii, celebrabantur *februa*, quæ & *feralia* Ovidius dixit, iisque diebus pro impetranda mortuorum animabus quiete, omnis populus piaculis ſacrificiisque circa ſepulcra, accenſis facibus cereisque, intentus erat. Hæc Feſtus. Vide & Ovid. 2 Faſtorum v. 19 ſeqq. Plutarch. in Numa, Cenſorin. cap. 22. *Liba februare*, Varroni eſt pura ea facere, apud Nonium c. 2 n. 355.

¶ Februatus, a, um, purgatus, gefeget, gereiniget. Varro de L. L. 5 c. 3 *Rex cum ferias menſtruas Nonis Februariis edicit, hunc diem februatum appellat.* Conf. Feſtus de *Junone februata.*

¶ Februatio, onis, luſtratio, die reinigung. Varro l. c. (Scal. p. 46) *nam & Lupercalia februatio, ut in antiquitatum libris demonſtravi.*

¶ Februus, i, deus, qui luſtrationum potens creditur, uti refert Macrobius 1 Sat. cap. 13. Hunc plerique Plutonem vel Plutonis patrem arbitrantur. Servius in 1 Georg. *Februus Ditis pater eſt, cui eo menſe* (Februario) *ſacrificatur.* Conf. Varr. de L. L. 5 c. 4 fin. & Iſidor. 5 c. 33.

¶ Februa, orum, purgationes & expiationes dicebantur, feg-opffer, verſühnung, aller ſeelen-tag. Ovid. 2 Faſtor. v. 19

Februa Romani dixère piamina patres, &c.

¶ Februamentum, i, idem; purgamentum interpretatur Cenſorinus de die Natali c. 22. Verba ſunt: *Januarium ab Jano, cui attributus eſt, nomen traxiſſe, Februarium à Februo. Eſt Februum, quidquid piat purgatque: & Februamenta, purgamenta: item Februare, purgare.*

¶ Februarius, i, à februis, menſis, dies habet XXVIII. Nonas IV. Idus VIII. Calendas Martii XVI. der hornung, vel à cervorum deciduis cornibus, vel à duritie frigoris nondum ceſſantis. Vide Ovid. 2 Faſt. v. 31. Varron. Iſidor. & Macrob. locis jam citatis, Pompejum Feſtum in *Februarius*, & Cenſorinum c. l. qui omnes & originem nominis & ſignificationem exponunt.

¶ Februlis, item Februalis, Juno a Romanis dicta, quod ipſi menſe Februario ſacra fiebant; ejusque feriæ erant Lupercalia, quodie mulieres februabantur a lupercis amiculo Junonis, id eſt, pelle caprina. Feſtus. *Februtis* eſt apud Arnobium l. 3 p. 118.

FĒCIĀLIS, is, plur. Feciales, quod & *Fæciales* legitur, ſacerdotes dicebantur, qui fidei publicæ inter populos præerant. Nam per hos fiebat, ut juſtum fœdus conciperetur, & ut fœdere, à quo faciendo ſic dicebantur, fides conſtitueretur. Eos inſtituiſſe dicitur Numa. Vide Plutarch. in Numa p. 68, A. & Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 2 cap. 73 & ſeq. Formula legati Fecialis, bellum indicentis, aut repetentis ablata, proſtat apud Livium lib. 1 c. 32. Nonius c. 12 n. 43 à faciendo *Feciales* nuncupatos indicat, quod belli pacisque faciendæ apud eos jus eſſet, quæ & Feſti ſententia. Varro 3 de Lat. Ling. c. 16 à *fide* appellatos videtur putâſſe; quod & Plutarchum ſenſiſſe arbitror, qui Φετιαλεῖς vocat, herolde in kriegs- und friedens-geſchäfften.

¶ Fecialis, e, adject. ut, *Jus feciale*, apud Cic. lib. 1 Off. c. 11.

FEL, fellis, flava bilis, quæ ſub ima hepatis parte, in veſicula quadam, quæ ob id *ciſta fellis* dicitur, continetur, galle. Plaut. in Trucul. a. 1 ſc. 2 v. 76 *in melle ſunt linguæ ſitæ veſtræ atque orationes. Corda in felle ſunt ſita, atque acerbo aceto.* ¶ Tralate pro mordacitate & cavillatione ponitur. Auſon. epigr. 15

Qui melle carmen atque felle temperans
Torpere Muſas non ſinis.

¶ Pro veneno poſuit Quint. Serenus Sammonicus c. 47

Culmine non gladii, volucris nec felle ſagittæ.

Quod ex Virgilio eſt: Hic enim Æn. 12 v. 856

Non ſecus ac nervo per nubem impulſa ſagitta,
Armatam ſævi Parthus quam felle veneni,
Parthus, ſive Cydon, telum immedicabile torſit.

¶ *Fel terræ*, genus herbæ, centaurium minus, Plin. 25 c. 6.

¶ Felleus, a, um, bitter, vergällt. Plinius lib. 26 cap. 18 *Sudores felleos movent.*

¶ Fellītus, a, um, felle imbutus, voller galle. Feſtus Avienus loco ſupra cit. in *Amaro*:

fellitus amarans
Ore ſapor nil dulce meo ſinet eſſe palato.

Gloſſ. Vet. *Fellitus*, χολικός. Vſus & Macer 1, 7.

¶ Fellōſus, a, um, idem. Cæl. Aurel. Tard. 4, 6 *Felloſus & ſanioſus.*

¶ Fellidūcus, a, um, gall abführend. Idem Cælius Tard. 3, 4 *Medicamenta fellĭduca.*

¶ Fellifluus, a, um, gallflüſſig. Idem Acut. 3 c. 19 de cholera: *Felliflua paſſio.*

FĒLES, is, maſculinum & fœmininum, αἴλουρος, παρὰ τοῦ αἰόλλειν τὴν οὐρὰν, hoc eſt, à vibratione caudæ, eine katz, kater. Varroni 3 Lat. Ling. cap. 11 *Felis* eſt nominandi caſu. Apud Plinium 6 c. 29 *feles aurea* & *felis aurea* probatur Chariſio. De felium aſtu in capiendis avibus & muribus, agit Plinius 10 c. 73. Felem pro Deo coluere Ægyptii. v. Herod. in Euterpe, ſive lib. 2 c. 66 ſeq. Cicer. lib. 1 de Leg. c. 11. Ejus tamen occurſus habebatur infauſtus. Herald. ad Martial. lib. 7 epiſt. 86. ¶ Apud Plutarchum Connubialibus Præceptis, unguentum odore in inſaniam vertens ita appellatur pag. 144 C. ¶ *Mures ſaltant fele comprehenſa.* Vide Suidam in voce Σπατάλη. ¶ *Fele rapacior* homo furax dicitur. Ob eamdem rapacitatem *feles virginaria*, vel *virginalis*, leno eſt, qui virgines ſurripit, apud Plautum Perſ. a. 4 ſc. 9 v. 14, & Rud. a. 3 ſc. 4 v. 42. Sic *feles pullaria* pæderaſtes a puerulis captandis, apud Auſonium epigr. 70 v. 5

Quis Marcus? Feles nuper pullaria dictus,
Corrupit totum qui puerile ſecus.

¶ Felineus, a, um, quod felium eſt, vel de felibus: ut, *felinei oculi*, apud Servium in 3 Georg. v. 82, katzen-augen, graue augen.

FĔLIO, ire; ſchreyen wie ein parder. Autor Philomelæ v. 50 *Pardus hiando felit*

FĒLIX, īcis, ſine diphthongo, dives, fortunatus, beatus, glückſelig. *Nemo malus felix*, Juvenal. ſatyr. 4 v. 8, es gehet keinem böſen buben wohl. *Felix, qui nihil debet*, wohl dem, der nichts ſchuldig iſt. Tibullus lib. 3 eleg. 7 v. 11

felix, quicunque dolore
Alterius diſces poſſe carere tuo.

Conſtruitur cum Genitivo etiam. Exempla ſunt apud Silium, ut, *felix uteri*, lib. 4 v. 359; *felix leti*, ibidem v. 398; *felix famæ*, eodem lib. v. 731, & *felix necis*, lib. 2 v. 570. ¶ 2. Aliquando *felix* dicitur mortuus, Græcorum more, qui defunctos μακαρίτας vocant. Horat. lib. 1 ſat. 9 v. 27

haud mihi quisquam (ſcilicet cognatus,)
Omnes compoſui felices: Nunc ego reſto.

Ita idem Poëta *beatos parentes Phyllidis* dixit pro mortuis, lib. 2 od. 4, ut rectiſſime exponit Heinſius. ¶ 3. Pro eo, qui alios felices facit, Virgilius poſuit eclog. 5 v 65

Sis bonus ô felixque tuis.

Vbi Servius FELICEM, *propitium* interpretatur; quemadmodum idem Poëta Junonem alio loco *infelicem* pro *irata*, dixit. Juvenal. ſatyr. 14 v. 312

quanto felicior hic, qui
Nil cuperet, quam qui totum ſibi poſceret orbem.

¶ Arbor *felix*, frugifera: Livius lib. 5 c. 24 *Nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum.* Contra, *infelix ſtipes*, Minucius Fel. c. 23 ſect. 9. ¶ Quod ad gradus, de Sylla Salluſtius Jugurth. c. 95 *Illi, feliciſſimo omnium ante civilem victoriam, nunquam ſuper induſtriam fortuna fuit, multique dubitavere, fortior, an felicior eſſet.*

¶ Fēlīcĭtas, atis, wohlfarth, glück. Per emphaſin *Felicitates* in plurativo numero Terent. Eun. act. 2 ſc. 3 v. 33 dixit, ut Donatus monet: *Nec quemquam eſſe ego hominem arbitror, cui magis bonæ felicitates omnes adverſæ ſint*, der weder ſtern noch glück hat. Plin. lib. 7 cap. 11 *Felicitas cui præcipua fuerit homini, non eſt humani judicii.* Et ibidem: *Mortalium nemo eſt felix.* Et cap. 44 *Nulla profectò ſolida eſt felicitas.* De felicitate abſoluta in rebus humanis Horat. lib. 1 epiſt. 4 v. 8

Quid voveat dulci nutricula majus alumno,
Quam ſapere, & fari ut poſſit, quæ ſentiat, & cui
Gratia, fama, valetudo contingat abunde,
Et mundus victus non deficiente crumena?

¶ Fēlīcĭter, adverb. glücklich. *Feliciter ſapit, qui alieno periculo ſapit*, Plaut. Mercatore act. 4 ſc. 7 v. 40, quamquam à multis libris illa ſcena abeſt. Cæſar 4 Gall. B. cap. 25 *conteſtatus Deos, ut ea res legioni feliciter eveniret.* Idem lib. 1 B. Civ. c. 7 *Remp. feliciſſimè geſſiſſe.* Virg. 1 Georg. v. 54

Hîc ſegetes, illic veniunt feliciùs uvæ.

¶ Vſitata & eſt precandi bene & gratulandi veteribus formula FELICITER! ſubaudi *eveniat.* Vide Briſſon. lib. 8 Formular. Solenn. pag. 719, & Lipſ. lib. 2 Elector. cap. 10, Sueton. Claudio cap. 7 extr. *Præſeditque nonnunquam ſpectaculis in Caji vicem, acclamante populo*, FELICITER! Phædrus lib. 5 fab. 2

Vt mos eſt vulgi, paſſim & certatim ruunt,
FELICITER *ſucclamant.*

Flor. lib. 3. c 3 fin. *Frequensque in ſpectaculo rumor victoriæ Cimbricæ*, FELICITER, *dixit.*

¶ Felicĭto, are, glückſelig machen, recentioris uſus vocabulum, quia apud Plautum habetur contrarium; nempe

¶ Infelicito, are, unglücklich, unſelig machen. Magis id probant eruditi, quam *Infelicare* ex MSS. Plauti codicibus, ad quos provocat Pareus Lex. Crit. p. 601. Conf. Voſſ. de Vit. L. L. 1, 22, & Taubm. ad Plaut. Caſ. a. 2 ſc. 3 v. 30, ubi eſt: *Dî me & te infelicitent, ſi ego in os meum hodie vini guttam indidi. Infelicare* vide in Plauti Epid. a. 1 ſc. 1 v. 11. Merc. a. 2 ſc. 3 v. 99. & Pœn. a. 2 ſc. 1 v. 1 &c.

¶ Infēlix, īcis, non felix, unglücklich. Cicer. pro Quinctio cap. 30 *Spes eſt, miſerum atque infelicem aliquando tandem poſſe conſiſtere.*

¶ 2. Infœcundus. Virg. ecl. 5 *Infelix lolium.* Sic, *Ingenium infelix*, Plin

Plin. procem. operis. *Infelicior domi, quam militiæ*, Liv. lib. 5 cap. 12. Et vet. Inscript. apud Gruter. p. 668 n. 12, & p. 673 n. 10 INFELICISSIMI PARENTES: & pag. 670 pr. INFELICISSIMA PVELLA.

¶ Infelicitas, atis, unglückseligkeit. *Quid hoc, malum, infelicitatis?* Terent. Adelph. a. 4 sc. 2 v. 5. Pluraliter Apulejus 2 Dogm. Plat. p. 17 *miseriæ & infelicitates.*

¶ Infeliciter, adv. unglücklich. *Tentare rem infeliciter*, Livius lib. 1 cap. 45, & lib. 2 cap. 35.

FELLO, are, sive ut Salmas. ad extrem. cap. 45 Solini contendit, *Felo, felare*, L simplici, est lac sugere, saugen, lecken. Varro apud Nonium cap. 2 n. 344 *lac humanum fellasse.* Vnde id verbum ad fœdum libidinis genus translatum, quod ore patrabatur, ut aliud verbum *Irrumare.* Hinc Martial. 7 epigr. 9

Pædicatur Oros, fellat Linus, Ole, quid ad te?

¶ Fellator, ōris, ein lecker. Sæpius apud Martialem, uti verbum, legitur. Ita corvus *fellator* habitus lib. 14 epigr. 74.

¶ Fellīto, are, sive Felitare, frequentativum, aussaugen. Solinus cap. 57 [al. 45] de Cappadocia: *Nequaquam mater* [equa] *pullo ubera præbet fellitanda.* Gloss. Isidori: *Fellitat, sugit.* Add. Salmas. ad Solin. l. c. & Arnob. lib. 2 p. 70 *exugerent fellitantes mammas.*

FĔMEN, ĭnis, plur. Femina. Nominativum singularem reperiri, negat Valla lib. 4 cap. 57. Sexto casu, *vulnerato femine*, Plinius dixit lib. 28 cap. 2. Sunt autem *Femina* pars in superiore pede interior meliorque, quæ se contingunt, der innere theil des schenckels: *Femora* vero, cujus singulare est *Femur*, pars exterior. Cic. 1 Nat. Deor. c. 35 extr. *manibus, pedibus, feminibus, cruribus.* Et Plinius lib. 28 cap. 15 extr. *Femina atteri adurique equitatu, notum est*, sich wund reiten.

¶ Feminale, is, seu Feminalia, um, potiùs, schürtzen, beinkleider, hosen. Gloss. Vet. *Feminalia*, περιμήρια, περισκελίδες, bein-kleid. Suet. de Augusto cap. 82 *feminalibus muniebatur.*

¶ Interfeminium, i, membrum pudendum, die schamm. Apulej. Apolog. p. 296 *Interfeminium tegere.*

¶ Femur, ŏris, modo exposuimus in *Femen*, die hüffte, der oberschenckel. *Femur percutere*, Cic. de Clar. Orat. cap. 80. ¶ *Femur bubulum*, herba Plinio 27 cap. 9.

¶ Fĕmŏrāle, is, plur. Femoralia, idem quod feminalia sive braccæ. Vide Casaub. ad Sueton. l. c. p. 278.

FENDO, ĕre, verbum antiquatum, cujus sola supersunt Composita. Priscianus lib. 11 p. 923 *Offendo, quasi à Fendo, verbo componitur, quod non est lectum.* *Fendo* Vossius Etymol. p. 266 interpretatur *ad iram concito.* Hinc

¶ Fensus, a, um, participium, quod in Glossario Isidori *iratus* redditur.

Composita:

¶ Defendo, di, sum, dĕre, proprie est arcere, avertere, verhüten, abwenden. Virg. eclog. 7 v. 47 *Solstitium pecori defendite.* Horat. lib. 1 satyr. 3 v. 14 *Toga, quæ defendere frigus,*

Quamvis crassa, queat.

Cicero 3 Off. cap. 18 *defendere ac propulsare injuriam.* Vide Gell. lib. 9 cap. 1, & Lips. lib. 2 Var. Lect. cap. 22. Non semel hoc verbo ita usus est & Cæsar: ut lib. 1 de Bell. Gall. cap. 44, & lib. 1 de Bell. Civ. cap. 7, & lib. 2 cap. 2. Ovid. lib. 2 de Remed. amor. v. 228

Proximus à tectis ignis defenditur ægre.

Seneca de Germanis lib. 1 de Providentiâ cap. 4 *Imbrem culmo aut fronde defendunt.* Claudian. de 4 Consulat. Honor. v. 340

neu defensura calorem

Aurea summoveant tepidos umbracula soles.

¶ Deinde, quia, si salvi velimus esse, necesse est, ut illud, quod nocere possit, arceamus; inde defendere etiam *tueri* significat, handhaben, schützen, vertheidigen, vertreten, verantworten. *Locum suum honestissime defendere*, Cic. pro Quint. cap. 13, seinen stand mit allen ehren verwahren. *Caput & famam defendere*, Id. 4 Acad. c. 37. Et, *Salutem sociorum defendere*, pro Lege Manil. cap. 6. Construitur & cum præpositione; Ibidem cap. 6 pro Manilia: *Provincia non modo à calamitate, sed etiam à metu calamitatis est defendenda.* Plancus Ciceroni lib. 10 epist. 15 extr. *Italiam à vastatione defendat.* Rursus Cicero pro Sylla cap. 2 *qui illum solus ante de ambitu defendisset.*

¶ Defensus, a, um, beschützt, beschirmet. Nepos 19, 2, 3 *Ab eo in judiciis defensus aliquoties liberatus discesserat.* Curt. 10, 9, 21 *ne loci quidem religione defensus occiditur.*

¶ Defensio, ōnis, schutz, verantwortung. *Defensionem alicujus suscipere*, Cic. 1 fam. epist. 9. *Vti defensione*, Idem Verr. 4 cap. 10. *A defensione desistere*, keine gegenwehre thun, Cæs. B. C. 2 cap. 12.

¶ Defensor, ōris, qui defendit, ein beschützer, vertheidiger. *Defensor & propugnator fortunarum alicujus*, Cic. post Red. in Sen. extr. *Ostendere se acerrimum alicujus defensòrem*, sich eines andern hefftig annehmen, Idem lib. 1 fam. epist. 1. Sic Livius lib. 36 cap. 35 *defensor vobis adero.* Conf. Horat. 2 sat. 5 v. 30.

¶ Defenstrix, īcis, eine beschützerin, Cicero in Timæo de Vniversitate, testante Prisciano p. 245.

¶ Defenso, are, frequentativum, beschirmen. Sallustius Jugurth. c. 60 *qui mœnia defensabant.* Livius lib. 26 cap. 45 pr. *mœnia ipsa sese defensabant*, puta altitudine. Tacitus 2 Ann. cap. 5 n. 4 *impedimentorum agmen defensantibus iniquum.*

¶ Defensito, àre, aliud frequentativum, offt vertheidigen. Cicero 1 Offic. cap. 33 *caussas defensitare:* & 4 Acad. Q. cap. 45 *Calliphontis sententiam Carneades studiose defensitabat.* Gellius lib. 2 cap. 25 *summa ope defensitavit.*

¶ Defensaculum, i, schirm, schild, pro quo latinius dicitur clypeus. Adhelm. de Virg. cap. 14 *fidei defensaculo fretus.*

¶ Indefensus, a, um, qui sine defensione est, schutzloß, ohne schutz. Livius lib. 4 cap. 28 *Prebituri vos telis hostium estis indefensi, inulti?* Silius lib. 6 v. 652 *Campania indefensa.* Et Tacitus lib. 3 Hist. cap. 71 n. 7 *Capitolium clausis foribus, indefensum & indireptum conflagravit.* Idem Annali 2 cap. 77 n. 3 *inauditus & indefensus.*

¶ Infensus, a, um, ex In & Fensus ita compositum, ut IN significationem non neget, sed augeat. Est enim vehementer iratus & odium gerens, sehr entgegen, gehäßig, auffetzig, feindselig. Terentius in Andria a. 1 sc. 3 v. 7 *Me infensus servat.* Cicer. in Verr. 4 cap. 61 *Infenso atque inimico animo in aliquem esse.* Comp. *infensior.* Claudian. 3 de Raptu v. 201 *Phlegrâ nobis infensior æther*,

hoc est, Dii ætheris sive cælestes sunt nobis inimiciores, quam Phlegræi gigantes. Phlegra autem Thessaliæ gigantum sedes. Vopiscus Aureliano cap. 36 *Incidit, ut libertum suum infensiorem sibi minando redderet.*

¶ Infensè, adverb. feindseliglich, cujus Comparativo usus Livius est lib. 34 cap. 15 *infensiùs hostes pro vallo pugnabant.*

¶ Infenso, are, verbum, apud Tacitum legitur, pro infensum habere, anfeinden, ut, *infensare pabula*, Annal. 6 cap. 34, id est, intuta reddere. Et, *infensantibus Deis*, Annal. 13 cap. 41 n. 5.

¶ Offendo, ère, ab *Ob* & *Fendo* obsoleto, quintuplici notione reperitur: ¶ 1. *Offendere aliquem*, einen antreffen, finden. Terent. in Heaut. a. 2 sc. 3 v. 44 *Texentem telam studiose offendimus.* Et in Eunuch. a. 5 sc. 8 v. 34 *Si in platea hac te offendero posthac*, &c. Cic. 1 fam. epist. 9 *Non offendes eumdem bonorum sensum, Lentule, quem reliquisti*, du wirst sie nicht also gesinnet finden, wie du sie gelassen hast. ¶ 2. *Offendere ad quid, in quo*, anstossen. Ovid. 4 Pont. 14 v. 21

Ad veteres scopulos iterum devertor, & illas,

In quibus offendit naufraga puppis, aquas.

Et Quintilianus lib. 6 cap. 3 p. 480 *Cicero de Memmio homine prælongo, caput eum ad fornicem Fabii offendisse.* Ciceronem vide, quamquam aliis verbis utentem, lib. 2 de Orat. cap. 66. ¶ 3. *Offendere*, est etiam *peccare*, vel labi, & errare, straucheln, es verfehlen, fehlen. *Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat?* Cic. 9 famil. epist. 2. Et Corn. Nepos in Phocione c. 2 n. 2 *Neque in eo solum offenderat, quòd patriæ male consuluerat; sed etiam, quod amicitiæ fidem non præstiterat.* ¶ 4. *Offendere*, lædere, beleidigen, erzürnen. *Offendere alicujus animum*, Cicer. lib. 5 fam. epist. 7. Idem ad Lentulum lib. 1 epist. 9 *Multis rebus meus offendebatur animus.* Vbi passivum habes. Sed eodem sensu activa voce usus est Gellius lib. 9 cap. 15 *Aderat nobiscum ibi Juliani sectator, juvenis promptus & proficiens, & offendens jam in eo, quod ille* (alter) *apud Juliani aures in præcipiti stare, & subitariâ dictione periculum sui facere audebat:* er stieß sich daran, ärgerte sich. Manutius in Cicer. famil. epist. 5, 14 fine ostendit, apud Ciceronem etiam *offendere* eandem patiendi vim habere.

¶ Offensus, a, um, angetroffen. Nepos 5, 4, 2 *Cum aliquem offensum fortuna videret*; i. e. obviam factum fortuito. Potest tamen & hic *offensus* pro eo accipi, quem læsit fortuna & cui sors est iratior, beleidiget. Iterum Nepos 10, 7, 3 *Offensa in eum militum voluntate*, da die militz auf ihn ungehalten war. Notandum autem, *offensum* non modo dici, quem offendimus, & qui nobis ex eo iratus infensusque redditus est; sed & qui nos offendit, ideoque odiosus esse cœpit. Suetonius Cæsare cap. 19 *Omnibus officiis Cn. Pompejum assectatus est, offensum Patribus, quod Mithridate Rege victo, cunctantiùs confirmarentur acta sua.* Idem Nerone cap. 2 *Pontificibus offensum, quòd alium, quam se in patris sui locum cooptassent.* In quibus exemplis *offensus* eum notat, qui ex offensa aliorum dolet, auffetzig. Pro eo vero, qui ex sua ipsius offensa invisum se fecit aliis, Cicero posuit pro Sextio, cum ait: *Aliusne est aliquis peculiaris populus, cui nos offensi invisique fuerimus?* Et iterum ad Atticum lib. 2 epist. 19 *Scito, nihil unquam tam fuisse infame, tam turpe, tam peræque omnibus generibus, ordinibus, ætatibus offensum, quam hunc statum.* Suetonius Galbâ cap. 16 *Per hæc prope universis ordinibus offensus.* Vbi etiam *offensus*, invisus est, verhaßt. Sed in Memmiano Codice, ut Casaubonus auctor est, fuit, *universis ordinibus offensis.* Quod in MSStis suis se invenisse Torrentius testatur. Nec dubito, hanc veram, sinceramque lectionem contra Casaubonum pronunciare. Neque enim sequitur; Cicero *offensum* pro inviso & odioso dixit: ergo & Suetonius ita hac voce hoc in loco usus est. Quin ita potius rationem duxerim; Quia alibi Suetonio *offensus* is dicitur, quem nobis iratum, infestumque, quia offendimus, reddidimus (quod illa superius adducta loca ostendunt) idcirco vero inprimis simile est, eum perindè & hic *offensi* verbo fuisse usum. ¶ *Offensior*, Comparat. etiam reperitur. Cic. lib. 1 ad Attic. epist. 5 *quem cum esse offensiorem arbitrarer.*

¶ Offensa, æ, ejus est qui offendit, erzürnung, verletzung, ungunst. *Leves offensæ*, Suet. Claud. cap. 26. Et Quintil. lib. 2 cap. 20 *periculosa potentium offensa*, grosse herren erzürnen, ist gefährlich. Cic. ad Att. lib. 9 epist. 2 *Magna in offensa sum apud Pompejum hoc tempore*, ich bin in grossen ungnaden. *Offensas subire*, Plin. lib. 3 ep. 9 n. 26. Item, *Offensas suscipere in se*, Idem lib. 2 epist. 18 n. 5. Et, *Sine offensa vivere cum uxore*, Idem lib. 8 epist. 5, hoc est, concordissime. Adde, quæ ibi ex Inscriptionibus Cellario notata sunt. Sen. epist. 7 de morbo: *Ægri non sine offensa proferuntur*, nicht ohne anstoß.

¶ Offensum, i, subst. idem quod offensa vel offensio. Cic. de Invent. cap. 49 *Offensum est, quod eorum, qui audiunt, voluntatem lædit.*

¶ Offensio, ōnis, die beleidigung: ut, *In offensionem cadere*, Cicer. 1 Nat. D. cap. 30, in ungunst oder feindschafft gerathen. *Incurrere in odium, offensionemque populi*, Idem in Verr. 2 cap. 12. Et, *graves solent esse offensiones ex gravibus morbis, si qua culpa commissa est*, Idem lib. 16 ep. 10 ad Tironem. Et proprie, *pedis offensio*, Idem 2 de Divinat. cap. 40 extr. anstoß, straucheln.

¶ Offensiuncula, æ, parva noxa. *Si qua offensiuncula facta est*, so etwas kleines versehen ist, Cic. 13 fam. ep. 1.

¶ Offensor, ōris, qui offendit, ein beleidiger. Arnobius lib. 7 pag. 216 *Iras ac animos ponant, & in gratiam suis cum offensòribus redeant.* Ad alias quoque verbi *Offendo* notiones transferri potest.

¶ Offendix, icis, fœmininum, ein knote. Festo nodus est, quo apex aut galerus retinetur vel remittitur, spiræ injectus, sic dicta, quod mentum, ubi eo ventum est, offendat. Scaliger in Conjectan. Varronianis *offendices* explicat amenta infra mentum pertinentia, quæ pi-

leum

leum retinebant: Et dici offendices, quod se mutuo offenderent & convenirent. Lat. Gloss. *Offendices* nodi, quibus libri signantur. Hæc Scalig. ad Fest. notat.

¶ Offendiculum, i, impedimentum, hinderniß, ärgerniß. *Sunt in hac materia offendicula nonnulla*, Plin. lib. 9 epist. 11.

¶ Offendo, ĭnis, idem quod offensio. Affranius apud Nonium cap. 2 n. 602 *quo offendo sæpe procul nostra sit mala.*

¶ Offenso, are, frequentativum, anstossen. Livius lib. 25 cap. 37 *Flere omnes repente & offensare capita*, sie stiessen die häupter wider die wand.

¶ Offensator, ōris, qui offensat, ein strauchler: ut, *Equus offensator*, ein pferd so da anstösset. *Offensatorem esse in legendo*, Quintil. lib. 10 cap. 3.

¶ Offensatio, ōnis, die anstossung. Seneca lib. 5 de Benefic. extremo: *Offensationes memoriæ labentis.* Plinius lib. 28 cap. 16 *subtriti contusique offensatione.*

¶ Offensaculum, i, idem. Apulej. lib. 9 post principium: *Crebris offensaculis & assiduis lapsibus jam contusis cruribus meis.* Lactantius de Opific. Dei cap. 1 *Offensacula pedibus latenter opponere.* Prudentius Psychomach. v. 485

Cæcum errare sinit, perque offensacula multa
Ire..

¶ Offensibilis, e, anstössig, strauchelnd. Lactant. 4 cap. 26 *offensibilibus & caducis gressibus incedere.*

¶ Inoffensus, a, um, unanstössig, ohn anstoß. *Inoffensum pedem referre*, Tibull. lib. 1 eleg. 7 fin. *Inoffensa valetudine vivere*, Gellius lib. 2 cap. 1. Et, *Cursus honorum inoffensus*, Tacit. lib. 1 Hist. cap. 48. *Inoffensum lumen oculorum*, Pallad. lib. 1 cap. 3, gut gesicht.

¶ Inoffense, adv. unangefochten, cujus comparatione Gellius usus est lib. 6 cap. 2, *omnem illam vim, quæ de fato extrinsecus ingruit, inoffensius tractabiliusque transmittunt.*

¶ Suboffendo, ĕre, aliquantum offendere, ein wenig beleidigen. Cicero lib. 2 ad Quint. fr. ep. 8 *Infimam fæcem populi propter Milonem suboffendit.*

FENESTELLA, æ, vel L. Fenestella, historicus fuit, Augusti tempore, cujus testimoniis frequentissime Plinius utitur. ¶ Fenestella vero alter, cujus de Sacerdotiis & Magistratibus Romanis scriptum exstat, eô multo est recentior. Plinium enim aliosque posteriores citat, & Episcoporum atque Archiepiscoporum (quæ vocabula Plinio eoque superioribus ignota fuerunt) alicubi meminit. ¶ 3. Est & poëtæ Romani nomen, de quo Ovid. 6 Fastor. v. 578.

FĔNESTRA, æ, à φαίνειν, lucere, ein lufftloch, fenster. Juvenal. sat. 3 v. 275 *Nocte patent vigiles te prætereunte fenestræ.*
Fenestram patefacere, Terent. Heaut. a. 3 sc. 1 v. 72 dixit pro eo, quod est occasionem ministrare, januam aperire, anleitung und gelegenheit geben. Verba sunt: *Hui, quantam fenestram illi ad nequitiam patefeceris!* Ita & Græcos locutos, ad Sueton. Tiber. cap. 28 Casaubonus observat. Est enim *fenestra* quidvis patulum, qua transitus aditusque est, ein loch. Unde Virg. 2 Æn. v. 472

ingentem lato dedit ore fenestram.

¶ Fenestella, Fenestrula, & Fenestrella, æ, diminutiva sunt, ein fensterlein. Columella lib. 1 cap. 6 *Granaria modicis fenestellis Aquilonibus inspirentur.* Idem lib. 8 cap. 3 de gallinariis: *debent parvis ab oriente illuminari fenestellis.* Apulej. lib. 9 sub finem: *per quamdam fenestrulam prospicere gestio.* Palladius lib. 1 cap. 24 *in columbariis fenestrellæ brevissimæ fient.* ¶ *Porta fenestellæ*, Ovid. 6 Fast. v. 578. vid. ibi Heinsius. In nonnullis veterum libris legitur ibidem *fenestralis*, vel *fenestratæ*.

¶ Fenestralis, e, zum fenster gehörig; ut, *fenestralis porta*, ex lectione veteri apud Ovidium l. c.

¶ Fenestro, are, fenestram facere, durchsichtig machen. Plin. lib. 11 cap. 37 *Media oculorum cornea fenestravit pupilla.* Hinc

¶ Fenestratus, a, um, mit fenstern versehen, offen: ut, *pectora fenestrata & aperta*, apud Vitruv. lib. 3 procem.

¶ Festra, æ, pro fenestra, per detractionem mediæ syllabæ. *Festram antiqui dicebant, quam nos fenestram*, Festus. Ubi etiam Scaliger restituit Macrobio Sat. 3 cap. 12 *Gnipho disputat, quid sit festra, quod est ostium minusculum in sacrario; quo verbo Ennius etiam usus est.* Et sic interpretes legendum censent in Plaut. Cas. a. 1 sc. 1 v. 44 *Concludêre in festram firmiter.* Adde ad h. l. Lips. 2 Elect. c. 15 p. 53.

FĔRA, æ, belua, bestia, ein wildes thier, ein wild, θήρ, θηρίον. *Feræ sunt rationis & orationis expertes*, Cic. lib. 1 Offic. cap. 16. *Excitare & agitare feras*, ibidem lib. 3 cap. 17, jagen. *Consequi cursu excitatas feras*, Senec. Hippolyt. v. 110. *Vestigare feras*, Idem Thyeste v. 497, dem wilde nachspühren. *Subsistere feras*, fällen, vid. *Sisto.* Substantivum autem ita est, ut videatur etiam adjectivum referre, ἐλλειπτικῶς vocabulo *bestiæ* aut *beluæ* subaudito. Vide, quæ mox de *Ferus* masculino, pariter substantive, ut apparet, posito, dicemus.

¶ Ferīnus, a, um, beluinus, viehisch, vom wild. *Ferinus victus*, Cic. 1 de Invent. cap. 2, nahrung wie der wilden thiere. *Ferina caro*, Sallust. Jugurth. cap. 18, vel, *Ferina*, absolute, Virg. Æn. 1 v. 215, wildpret.

¶ Fĕrus, a, um, adjectiv. immanis, immitis, atrox, implacabilis, durus, wild, unbarmhertzig, grausam. *Immanis & fera bellua*, Cic. 2 Nat. D. cap. 64. *Gens immansueta & fera*, Idem lib. 1 de Legib. cap. 8, ein wild volck. *Ferus & agrestis homo*, Id. pro Rosc. Am. cap. 27. *Hiems fera*, Ovid. 1 Trist. eleg. 1 v. 42, der strenge winter. *Mores feri, immanisque natura*, Cic. pro S. Rosc. cap. 13. Horat. lib. 1 epist. 1 v. 39

Nemo adeò ferus est, qui non mitescere possit.

Ubi vide Torrentium. ¶ *Ferus* pro fera, aliquoties Phædro substantive quasi positum est, aut potius aliud substantivum masculæ formæ subauditur. Vere enim adjectivum est. Sic lib. 1 fab. 13 *Silva tum excepit ferum*, hoc est, cervum. Et fab. 22 ejusd. libri: *Asinus ut vidit, ferum impune lædi*, id est, leonem morientem. Et lib. 4 fab. 3 *Sonipes iratus fero*, hoc est, equus apro. Adde Catullum de Aty carm. 63 v. 85, ubi itidem *ferus* pro leone positus. Pro *equo* posuit Virgil. 2 Æneid. v. 51 de equo Trojano loquens:

Sic fatus validis ingentem viribus hastam
In latus inque feri curvam compagibus alvum
Contorsit.

Ubi Servius: FERI: *Quadrupedis ab eo, quod toto corpore feratur.* Petronius de eodem equo Trojano: *hic titulus fero*
Incisus, hæc ad fata compositus Sinon
Firmabat.

Auson. quoque epist. 24 *Diomedis feros*, pro equis dixit. Iterum Virgilius de Cervo lib. 7 Æn. v. 489 *Pectebatque ferum.* Horatius de Asino lib. 1 epist. 13 v. 8.

¶ Fĕrītas, ātis, immanitas, wilde art, unbändigkeit. *Ex feritate ad mansuetudinem traducere*, Cic. pro Sextio cap. 42. *Feritas & immanitas belluæ in figura hominis*, Idem de tyranno lib. 3 Offic. c. 6.

¶ Ferox, cum suis derivatis, vide mox seorsim.

Composita:

¶ Effĕrus, a, um, valde ferus, sehr wild, unbändig: ut, *Effera corda*, Val. Flacc. 1 v. 798. *Effera juventus*, Virg. Æn. 7 v. 5. Et, *Facinus efferum*, eine grausame that, apud Senecam in Phœnissis v. 264.

¶ Effero, avi, atum, are, wilde machen, quo verbo aliquoties usus est Livius lib. 2 cap. 23 *Promissa barba & capilli efferaverant speciem oris.* Et lib. 25 cap. 26 *Adsuetudine mali efferaverant animos.*

¶ Effĕratus, a, um, in feritatem quamdam & crudelitatem versus, wild, verwildert: ut, *Odio iraque efferati*, apud eumdem Livium lib. 5 cap. 27. *Efferatus immanitate*, Cic. 1 Nat. Deor. cap. 23. *Efferatæ voces*, Senec. in Herc. Fur. v. 397; & Comp. *Moribus ritibusque efferatioribus, quàm ulli barbari*, Liv. lib. 34 cap. 24.

¶ Effĕratio, ōnis, die verwilderung. Tertullianus de Pœnitentia extremo cap. 12 de Nebucadnezare: *septenni squalore exomologesin operatus, unguium aquilinum in modum efferatione, & capilli incuria horrorem leoninum præferente.*

¶ Efferesco, ĕre, wilde werden, ergrimmen. Ammianus 18 cap. 17 *efferescere immanius.*

¶ Efferĭtas, atis, die grimmigkeit. Lactant. 9 cap. 2 de Maximiano: *Inerat huic bestiæ naturalis barbaries, efferitas a Romano sanguine aliena.*

¶ Perfĕrus, a, um, valde ferus, sehr wild. Varro de R. R. lib. 2 cap. 1 *boves perferi.*

¶ Sēmĭfer, & Semifĕrus, a, um, halb wild. Ovidius lib. 2 Metam. v. 633 de Chirone Centauro:

Semifer interea divinæ stirpis alumno
Lætus erat. Statius Theb. 9 v. 220
Semifer aëria talis Centaurus ab Ossa
Desilit in valles.

Virgilius lib. 10 Æn. v. 212 *semifero sub pectore.*

Feracitas, vide *Ferax* in *Fero.*

FĔRĀLIA, ium, plur. neutrum, dicebantur dies, quibus manibus sacra fiebant, toden-tage, toden-begängniß. Festus á fĕrendis epulis, vel a feriendis pecudibus appellata censet. Nam & victimas mactabant, & pro parentibus seu majoribus exstructas epulas sepulcris ferebant. Conf. Varro de L. L. 5 cap. 3. Ovid. 2 Fastor. v. 569

Hanc, quia justa ferunt, dixêre feralia lucem.

¶ Fĕralis, e, ad mortuos pertinens, tristis, dirus, exitialis, à feralibus sacrificiis, traurig, tödlich: ut, *Cœna feralis*, trauer-mahlzeit, quæ & *pompa feralis*, id est, exsequialis, Apulej. Met. 8. *Arbor feralis*, Plin. lib. 16 cap. 10, picea, vel cupressus, in funeribus adhiberi solita. *Idus Martiæ Cæsari ferales*, Idem lib. 18 cap. 26. *Feralia officia persolvere*, Apulejus lib. 1 Metam. p. 104, das begräbniß ausrichten. *Amiculum ferale*, ein sterbe-küttel, sicut Florus *habitum feralem* lib. 1 cap. 12 dixit. Virgilius 4 Æneid. v. 462

Solaque culminibus ferali carmine bubo.

Prudentius contra primam corripuit Psychom. v. 565

monstrumque ferale sequuntur,
Dum credunt virtutis opus.

Præcones ferales, qui & *Anteambulones atrati* dicuntur, id est, funerum indictores, leichen-bitter, auctore Budæo. *Tabula feralis*, Flor. 3 cap. 22 n. 2, quæ proscriptorum nomina tenebat. *Pediculi ferales*, Cæl. Aurel. Tard. 4, 2. *Cannis Collina feralior*, Pacatus Panegyr. Theodosii cap. 46, quasi majori sævitia, civili bello Mariano, ad Portam Collinam dimicatum sit, quam vel ipsa Cannensi acie. Et, *feralissimum nefas*, Salvianus lib. 1 de Gub. Dei p. 23. Idemque lib. 6 p. 198 *Illud est feralissimum & gravissimum*, &c.

¶ Feraliter, adv. Fulgentius lib. 3 Mytholog. cap. 1 *Dum amor noviter venit, ut leo feraliter invadit.*

Ferax, Ferculum, vide *Fero.*

FĔRE, pæne, propè, propemodum, plerumque. fast, bey nahe. Terent. in Heaut. a. 1 sc. 1 v. 70 *Domum revertor mœstus, atque animo fere perturbato*, fast erschrocken und bestürtzt. Ibidem v. 3 *Nec rei fere sane amplius quicquam fuit*, ich habe schier von meiner nahrung nichts mehr gehabt. Idem in Andr. a. 1 sc. 1 v. 77 *Fere in diebus paucis, Chrysis vicina hæc moritur*, bald in wenig tagen hernach. Cicero Attico suo lib. 7 epist. 1 *Hæc fere sunt in illa epistola.* Idem lib. 2 de Invent. cap. 4 *Ut ferè fit*, wie es fast gemeiniglich zugehet. *Ferè plerumque*, fast alle tage, Terent. Phorm. a. 1 sc. 2 v. 39. vide Vall. lib. 2 cap. 49. De quantitate ultimæ syllabæ ambigi possit. Virgilius & Veteres producunt: corripit contra Ausonius. Sed quia diligentiores veteres in observandis syllabarum naturis fuerunt; idcirco potius est, auctoritatem eorum sequi.

Ferentarii milites: vide post paullo in *Fero, ferre.*

FĔRENTĪNUM, i, Hernicorum oppidum in Latio, cujus incolæ Ferentinates; vide Plin. lib. 3 cap. 5, &
Ferentīni, de quibus Silius lib. 8 v. 394

Sylla Ferentinos, Privernatumque maniplos
Ducebat.

¶ Ferentina, æ, Dea nescio quæ: quam, & Lacum ejus, memorat Livius lib. 1 cap. 1.

¶ Fĕren-

¶ Fĕrentum, i, Apuliæ est oppidum, à quo *Ferentani.* Horat. lib.3 od.4 *humile* à situ vocat. Vid. Cluver. lib. 4 c. 12 p. 1225.

FEREOLA, æ, vitis genus est Columellæ lib. 3 cap. 2, fortassis à ferendo. *Irtiolam fereolamque non facile asseverem, quo gradu habendæ sint.*

FĔRETRIVS, i, cognomen Jovis, a Romulo in id dedicati, ut capta bello spolia ipsi sacrarentur. Nam à ferendis spoliis eum & dictum volunt. Vid. Dalechamp. ad Plin. 2 cap. 53, & Freinshem. ad Flor. lib. 1 c. 10, 6. Quamquam alii a *feriendo* sic appellatum malint. Vide Livium & Dionys. in Romuli Historia, itemque Plutarch. in vita Romuli & Marcelli, & Festum; itemque Propertium lib. 4 eleg. penult. Eleganter vetus Poëta hoc nomen ad amorem retulit, qui & ipse spoliis dives. Ejus versus apud Terentianum isti sunt pag. 98

Optima apposui senex
Amori arma Feretrio.

Feretrum, vide in *Fero.*

FĒRIAE, arum, plurale, cessatio ab opere, potius ita dictæ à ferendis epulis, quam quia nihil feratur à foro, juxta Voss. lib. 4 Inst. Orat. p. 253, feyer, feyertag. *Celebrare ferias*, feyren. *Ferias indicere*, Livius 3 c. 5, feyertag ankündigen, ausruffen. Cic. 2 Leg. cap. 22 *habere triduum ferias*, drey tage rasten. Sed, *Feriæ belli*, induciæ, stillstand, Gellius lib. 1 c. 25. *Feriæ stativæ*, quæ communes universo erant populò, Macrob. 1 Saturn. cap. 16, allgemeine feyertage. *Esuriales feriæ*, fast-tage, Plaut. Capt. a. 3 sc. 1 v. 8. *Ignavis semper feriæ sunt*, ἀεργοῖς αἰὲν ἑορτά, id est, *ignavi facile capiunt otiandi occasiones*, wer nicht gern arbeitet, hält feyertage, Theocr. Idyll. 15 v. 26. ¶ *Feriæ* etiam appellantur singuli dies septimanæ. De caussa ejus rei, ita Scaliger lib. 1 de Emend. tempor. p. 6 *Veteres*, inquit, *annum Ecclesiasticum à Pascha incipiebant, quod ea de re* annus novus *appellabatur. Erant autem paschalis septimanæ dies omnes feriati. Inde obtinuit, ut boni ominis caussa omnium consequentium septimanarum dies, primi* DOMINI, *reliqui* FERIAE *appellarentur.*

¶ Fērior, atus sum, ari, cessare, otiosum esse, feyern. Trebatius ad Ciceronem lib. 12 epist. 16 *Ne putes in Asia feriatum illum a studiis futurum.* Varro de L. L. 5 c. 3 *qui fornacalibus suis non fuerunt feriati.* Et mox: *tum non sunt feriati olitores.* Similiter Cicero apud Macrob. Somn. Scip. 4 c. 4 *Tertium jam diem feriati sumus.* Idem Macrob. l. c. 1 c. 7 *Achilles ab armis cum suo milite feriabatur:* & 1 Saturn. c. 2 *scio te non ludo, sed serio feriari.* Conf. Borrich. Vind. p. 74.

¶ Feriatus, a, um, otiosus, festus, feriarum compos, müßig, ausruhend: ut, *Feriati dies*, feriæ, Plin. 3 epist. 14, feyer-tage. *A negotiis publicis feriati, totos se alii ad poëtas, alii ad geometras, alii ad musicos contulerunt*, Cic. de Orat. 3 c. 15. *Male feriatus*, qui ignavo otio totus deditus est, ein faulentzer, der die zeit übel anlegt: Sic *Troas male feriatos, & lætam Priami choreis aulam*, Horatius dixit lib. 4 carminum oda 6 v. 14. Vid. Petrus Victorius lib. 1 Var. Lect. cap. 29, Barth. ad Stat. Silv. p. 145, & inprimis Reinesius Var. Lect. lib. 1 cap. 4, qui *male feriatos* recte & scite interpretatur.

Ferīnus, vide *Fera.*

FĔRIO, ferire, percutere, treffen, schlagen, stossen. *Ferire porcum*, Liv. 1 cap. 24, schlachten. *Ferire securi*, Cicer. 3 Verrin. cap. 30, enthaupten. *Ferire hostem*, Idem pro Balb. cap. 22. Et, *Ferire aures*, id est, afficere vel excitare aures, das gehör ermuntern, Idem 2 de Orat. cap. 84 extr. ¶ 2. Sancire, firmare: unde *Ferire fœdus*, einen bund oder verbündniß schliessen, quod ideo sic dicebatur, quod inter cæteras ineundi fœderis ceremonias, etiam porca diis immolaretur. Vid. Livius lib. 1 c. 24. Cicer. 2 de Invent. c. 30. Vsus est formula hac præter alios Cicero aliquoties: vid. de Invent. l. c. & pro Rabir. Post. cap. 3.

¶ Ferula, æ, quam nonnulli a feriendo esse dicunt, vid. seorsim.

¶ Referio, ire, repercutere, wiederschlagen, zurück schlagen. Plaut. Asin. a. 2 sc. 2 v. 108 *Patitor tu item, cum ego te referiam.* Terent. Adelph. a. 4 sc. 2 v. 28 *miseram mulierem & me servulum, qui referire non audebam, vicit.* Et Ovid. lib. 4 Metam. v. 349

Opposita speculi referitur imagine Phœbus.

Ferior, Feritas, vide *Feriæ, Fera.*

FERME, fere, fast, schier, bey nahe. *Jam ferme moriens me vocat*, Terent. Andr. a. 1 sc. 5 v. 49. Cicero ad Brutum epist. 2 ex Plauto: *Mihi quidem ætas actu ferme est*, es ist fast vollbracht. *Fidelem haud ferme mulieri invenias virum*, id est, haud facile, nicht leichtlich, Terent. in Andr. a. 3 sc. 1 v. 1. Et Juven. sat. 13 v. 236

Mobilis & varia est fermè natura malorum.

FERMENTVM, i, a fervore nuncupatum, portio farinæ acidæ, quæ subigitur, sauerteig. v. Plin. 18 c. 11, ubi prolixa fermentorum consideratio. ¶ 2. acerbitas iræ, geschwinder zorn. Plaut. Mercat. a. 5 sc. 3 v. 14 *In fermento tota jacet*, sie ist voller gifft und boßheit. Transfertur ad alia quoque. Sic Solinus cap. 1 libro suo *fermentum cognitionis* inesse dixit.

¶ Fermento, are, säuren. Plin. lib. 18 cap. 11 *Panis hordeaceus ervi aut cicerculæ farina fermentabatur.* Ibidem: *Palam est, naturam acore fermentari.* Sed, *Fermentare terram*, apud Columell. lib. 2 cap. 15 est, leviorem eam, & solutiorem, si spissior priùs fuerit, reddere, lose und leicht machen, und gleichsam aufschwemmen.

¶ Fermentatus, a, um, gesäuert. *Panis fermentatus*, Celsus lib. 2 c. 25. Is magis alere dicitur Plinio 18 cap. 11. ¶ 2. metaphorice, *Fermentati mores*, mali & acerbi sunt Prudentio Apotheos. v. 354. *Fermentatum solum*, quod velut fermento quodam intumescit, Colum. 4, 1.

¶ Fermentatio, ōnis, die gähre, die säurung, apud Chymicos.

¶ Fermentesco, ĕre, idem quod fermentari, seu fermento in raritatem & levitatem resolvi, aufgehen wie ein teig. Plin. lib. 17 cap. 2 *Tellus quoque illo modo fermentescit.*

¶ Infermentatus, a, um, ungesäuert. Paulinus 8 Natal. Felic. v. 47

Infermentatis pulsi quia panibus olim
Ægypto.

¶ Subfermentatus, a, um, eingesäuert, Tertulliani est adv. Valentin. cap. 17.

FĔRO, tŭli, lātum, ferre. Hoc verbum, quot & quam multa aut varia significet, explicari breviter non potest: sed usu legendi phrases observari oportet. ¶ *Ferre*, tragen, führen, bringen. Virgil. Georg. 2. v. 109

Nec vero terræ ferre omnes omnia possunt,

ein land trägt nicht allerley. Et ecloga 4 v. 39

omnis feret omnia tellus,

quod contrarium superiori est, ex spe aurei, quod poëta pollicetur, seculi. Plinius lib. 12 cap. 8 *Saccharon & Arabia fert, sed laudatius India*, zucker wächst in Jndien und Arabien. *Ferre arma contra patriam*, sein vaterland bekriegen, Cicero pro Rabir. cap. 1, & Vellej. 2, 56, 1. *Ferre præsidium labenti & inclinatæ Reipublicæ*, Cicer. ad Brut. epist. 18, zu hülffe kommen. *Indigne ferre*, Nep. in Eumene cap. 1, quæ formula inter meliores, cum & animum alicujus re quapiam commotum, & prævertendi studium notamus, übel empfinden. Et Nepos Attico cap. 5 *quem nemo ferre potest*, de homine difficili, aspero, non tolerabili. ¶ *Ætas, adolescentia fert*, die zeit, die jugend bringts mit sich, Terent. Adelph. act. 1 sc. 1 v. 28. Et Heaut. act. 3 sc. 3 v. 12 *Libido multa fert*, i. e. ad multa impellit. Ovid. princ. Metam.

In nova fert animus mutatas dicere formas.

Si tempus ferret, wenn es die zeit leiden wolte, Cicer. pro Cæcin. cap. 27. *Res fert*, Idem lib. 1 epist. fam. 1, das werck oder die sache bringets mit sich. *Fert consuetudo*, es ist der gebrauch: Cicer. epist. 9 ad Brutum: *Gravioribus verbis per litteras accusasti me, quàm tua consuetudo ferebat*, härter denn ichs von dir gewohnt war. *Ferre inultum, impune*, non puniri: Terent. Heaut. a. 5 sc. 1 v. 45 *At næ illud haud inultum, si vivo, ferent*, es soll ihnen nicht ungerochen hingehen. Et Cæsar lib. 1 B. Gall. cap. 14 *quod tam diu se impune tulisse injurias admirarentur*, id est, abstulisse, daß sie ungestrafft darvon kommen. *Ferre aliquem in cælum, ad astra*, Virgilius eclog. 5 v. 52. Cicero: *summis laudibus aliquem ferre, efferre, extollere*, einen hoch heben und rühmen. *Ferre in oculis*, est observare, revereri, amare, hoch halten, Cicero 3 ad Q. frat. epist. 1 cap. 3. Et Terent. Eunuch. a. 2 sc. 1 v. 11 *Rex te ergo in oculis ferebat*, er hielt viel auf dich, konte ohne dich nicht seyn. *Ferre sententiam, suffragium*, seine stimme darzu geben, beyfallen, ein urtheil fällen. *Ferre rogationem*, Cic. de Clar. Orat. cap. 23, id est, ferre ad populum, an die gemeine gelangen lassen. *Ita ferunt rationes meæ*, Cic. lib. 5 ad Metell. epist. 2, meine rechnung gehet dahin. *Palmam ferre*, Cic. 4 Att. epist. 15, gewonnen haben. *Præmium ferre*, Terent. Eun. a. 5 sc. 8 v. 28, die verehrung davon tragen. *Nomen alicujus ferre*, eines nahmen führen, Cicero Officiorum 3 cap. 18. ¶ 2. *Ferre*, dulden, leiden, ertragen. Nepos Timol. c. 4 n. 1 *Ferre calamitatem moderate*, id est, tolerare, sustinere. Terent. Phorm. a. 2 sc. 3 v. 82 *Quin, quod est ferendum, feras.* Virgil. 5 Æn. v. 710

Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.

Sic, *Ægre, moleste, graviter, sapienter, animo æquo, iniquo, acerbè, patienter, iracunde ferre*, notissimæ formulæ sunt. At in illo Terentii Adelph. a. 2 sc. 1 v. 24 *Si attigisses, ferres infortunium*, pœnam notat, es würde dir übel gelohnet werden. *Bene ferre*, recht gebrauchen: Horat. 3 Carm. od. 27 v. 74

Bene ferre magnam disce fortunam.

Sane *ferre* de utroque dicitur, de malo deque bono, & tam ad prospera ac læta, quam ad adversa, sese extendit. Hinc est apud Phædrum lib. 1 fab. 2 *Quia noluistis vestrum ferre bonum, malum perferte.* *Ferre acceptum, accepta, acceptam*, etwas einem zu dancken haben. vide *Accipio.* *Præ me fero, præ se ferre*, geständig seyn, öffentlich bekennen, keinen scheu haben. vide *Præ.* ¶ *Ferre expensum sumtui*, expensos sumtus in commentarium referre, C. Nep. Attico c. 13 n. 6. ¶ *Ferre repulsam*, eine fehlbitte thun: Cicer. 5 Tuscul. cap. 19 *à vano populo repulsam fert.* ¶ *Ferre*, pro dicere sæpissime usus Tacitus est, ut Histor. 2 cap. 26 *Timuisse se Paulinus ferebat.* Ita passim: *Ferunt*, id est, dicunt: *Fertur*, i. e. dicitur, man sagt. ¶ *Ferre se*, est ire, incedere. Sueton. Aug. cap. 32 *Nam & grassatorum plurimi palam se ferebant succincti ferro.* Virg. 9 Æneid. v. 579

Ibat & ingenti sese clamore ferebat.

C. Nepos Datame c. 4 n. 5 *Id Datames ubi audivit, arma capit, suos sequi jubet, ipse equo concitato ad hostem vehitur: quem procul Aspis conspiciens ad se ferentem, extimescit.* Et, *Ferte vos huc*, id est, adeste, apud Senecam Medeâ v. 946. Sic, *afferre se aliquo*, Plautus dixit, de quo infrà in *Afferre.* ¶ *Ferre*, aliquando est auferre, non tantum cum *inultum, impune*, de quibus supra: sed alibi etiam, præsertim apud mediæ ætatis scriptores. Ælius Spartianus in Hadriano cap. 18 *Ergastula servorum & libertorum tulit.* Vbi Casaubonum vide, qui non modo ad æquales scriptores dicendi hoc genus refert, sed Virgilii quoque versum 51 ex ecloga 9 huc accommodat:

Omnia fert ætas, animum quoque.

¶ Fuit & FERO inter solennia populi Romani verba. Nam super re aliqua magistratus cum interrogabat pro concione populum, tum proprie FERRE AD POPVLVM; cum Senatum consuleret, REFERRE AD SENATVM, dicebatur. Vide Brissonii formulas.

¶ Latus, a, um, irregulare participium verbi *fero*, proprie idem est ac portatus, getragen. Cic. Philipp. 2 c. 41 *operta lectica latus est per oppidum, ut mortuus.* ¶ 2. *Latus* est pronunciatus, decretus; ut, *lex lata*, das gegebene gesetze: Cic. pro Sext. c. 16 *Vnus in legem per vim latam jurare noluerat.* Hinc

¶ Lātio, ōnis, der antrag, die einführung: ut, *legum latio*, Cic. 3 ad Attic. ep. 26. Sic *latio suffragii* apud Livium 38 cap. 36.

¶ Lator, ōris, qui portat, fert, ein träger. Seneca Tranq. anim. cap. 5 *Debet plus virium esse in latore, quam in onere.* ¶ *Lator legis* est inventor, promulgator, ein gesetzgeber: Livius 3 c. 31 extr. *Cum de legibus conveniret, de latore tantum discreparet*, &c. Cicer. 4 Catilin. cap. 5 *lator legis Semproniæ.*

¶ Fertus, a, um, ab antiquo supino *fertum* pro *latum*, fruchtbar. Cic. Orat. c. 49 *frugifera & ferta arva Asiæ tenet.* Hinc

¶ Fertum, i, subst. genus libi dictum, quod sæpius ad sacra ferebatur, ein opffer-kuchen. vid. Festus & Isidorus 6 cap. 19. Persius sat. 2 v. 48

Attamen hic extis & opimo vincere ferto
Intendit.

¶ Fer-

¶ Fertor, ōris, à ferendo, antique pro *lator*, ein träger. vid. Varro de L. L. 7 n. 32. Gloss. vet. *Fertores, ferto libantes.*

¶ Fertorius, a, um, das sich tragen lässet: ut, *lectus fertorius*, Cæl. Aurel. Tard. 5 c. 1. *Sella fertoria*, Idem 1 c. 4. Et absolute *Fertorium*, Idem 1 c. 1, ein trag-sessel.

¶ Férito, are, frequentativum, tragen. Solinus c. 56 *Palmeta caryotas feritantia.*

¶ Fĕrax, ācis, fertilis, fœcundus, trächtig, fruchtbar: ut Ovid 2 Amor. eleg. 16 v. 7 *Terra ferax Cereris, multoque feracior uvis.*
Sic, *Ferax bonis artibus seculum*, apud Plin. lib. 5 epist. 15, eine zeit, darinnen gute künste aufkommen und im schwange gehen. Palladius lib. 3 cap. 9 *Potest ferax vitis feraciores in se habere materias*: ibidem ante paullo: *feracissimæ uvæ.* Plin. Paneg. c. 30 *feracissimæ terræ.* Translate Cicero 3 Offic. cap. 2 *Nullus feracior in philosophia locus est, nec uberior, quam de officiis.*

¶ Inferax, ācis, non ferax, unfruchtbar: ut, *Silvæ inferaces*, apud Hieronymum 2 Homilia in Canticum, ex Origene versa, ed. Frob. pag. 185, Colon. 369 Tom. 3.

¶ Fĕrācitas, atis, die fruchtbarkeit. Columella lib. 3 cap. 2 extr. *Ubi multa invitabunt regionis commoda, ut nobilem vitem conseramus: ubi nihil erit, aut non multum, quod proritet; feracitatem potius sequamur.*

¶ Fertĭlis, e, idem quod ferax, fruchtbar. Cicer. in Off. 1 cap. 15 *Agros fertiles, qui multò plus afferunt, quàm acceperunt, imitari debemus.* Idem 1 de Divin. cap. 42 extr. *Uberrimos maximeque fertiles agros incolunt*, reicher und fruchtbarer boden. Et, *Fertilis hominum frugumque Gallia*, Livius lib. 5 cap. 34, volck- und korn-reich. Ovid. lib. 1 de Arte v. 349

Fertilior seges est alienis semper in arvis,
Vicinumque pecus grandius uber habet.

Livius 29 cap. 25 *fertilissimus ager.* Val. Max. 8 cap. 7 exempl. extr. 3 *Locus doctrinæ fertilissimus*, id est, Athenæ.

¶ Præfertilis, e, valde fertilis. Prudentius lib. 2 adv. Symmach. v. 1025

quoniam præfertile germen
Luxuriat.

Et Alcimus Avitus lib. 5 v. 119 *præfertilis ubere terra.*

¶ Fertĭlĭtas, ātis, die fruchtbarkeit. *Fertilitas agrorum*, Cicer. lib. 1 de Divin. c. penult. *Propter loci fertilitatem*, Cæsar 2 B. Gall. c. 4.

¶ Infertilitas, ātis, die unfruchtbarkeit. Gloss. gr. lat. ἀγονία, *infertilitas.*

¶ Fertĭlĭter, adverb. fruchtbar. Comp. usus est Plin. 34 cap. 17 sub fin. *Derelicta fertilius reviviscunt.*

¶ Fĕrentarius, a, um, aliquid ferens; ut, *Ferentarii milites*, qui levis sunt armaturæ, kriegs-leute, die leichte rüstung führen, vel ab auxilio ferendo dicti; Festo auctore. Vegetius lib. 1 cap. 20 *Erant apud veteres inter pedites, qui dicebantur levis armaturæ, funditores & FERENTARII: qui præcipue in cornibus locabantur, & a quibus pugnandi sumebatur exordium.* Sic Sallust. in Catil. cap. 60 *Postquam eò ventum est, unde à ferentariis prælium committi posset.* ¶ *Amicum ferentarium*, pro expedito & celeri Plautus dixit Trinummo a. 2 sc. 4 v. 55, der einem treulich beystehet.

¶ Fercŭlum, i, φορεῖον, ein essen, gerichte. Auson. epigramm. 8

Fercula gemmatis cum poneret aurea vasis, &c.

Seneca in epist. 95 *Multos morbos multa fercula fecerunt.* Proprie *fercula*, τρόπαια sunt, quæ *feretra* Tertullianus dixit. Et *fercula* quoque in mensis nihil aliud erant, quàm machinulæ quædam, quibus lances ciborum imponebantur. Neque enim hos mensis imponere elegantiores solebant. Vide Petronianos interpretes, item Casaubon. in Sueton. pag. 400. Ita *Fercula pomparum*, Cicero 1 Off. cap. 36 vocat gestamina, quibus in triumphis pompæ circumferuntur, ut simulacra Deorum, spolia hostium, coronæ, &c. trag-gerüste zum gepränge. Sueton. Cæsare c. 37 *inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum, Veni, Vidi, Vici.* Cujusmodi fercula ludorum etiam erant & sacrorum, Suet. Cæs. cap. 76. Seneca Hercule Octæo v. 107

Quisquis sub pedibus fata rapacia
Et puppem posuit liminis ultimi,
Non captiva dabit brachia vinculis,
Nec pompæ veniet nobile ferculum.

Prudentius contra Symmach. lib. poster. v. 580

Mille triumphorum memoras ex ordine pompas,
Ductaque per mediam spoliorum fercula Romam.

Adde Schefer. de Re Vehicul. lib. 2 cap. 3.

¶ Fĕrĕtrum, i, quod & *Pheretrum* scribunt, capulus, eine toden-bahre. *Ingenti subiêre pheretro*, Virg. 6 Æn. v. 222. ¶ Item, *Ferculum* sive τρόπαιον: lignea enim erat crux, qua spolia figebantur, portabanturve in triumphis. Tertullianus de Patientia cap. 14 *Quale in illo viro* (Jobo) *feretrum Deus de diabolo exstruxit.*

¶ Feretrius Jupiter, vide supra suo loco.

I. Composita cum præpositione:

¶ Adfĕro, seu Affero, quod mollius legitur, attŭli, allātum, afferre, mitbringen, zutragen. *Nunc hæc dies aliam vitam affert, alios mores postulat*, Terent. Andr. a. 1 sc. 2 v. 18, man muß sich von nun an anders aufführen. *Solum unum hoc vitium senectus affert hominibus, attentiores sumus ad rem*, &c. Idem Adelph. a. 5 sc. 3 v. 47, das alter hat diesen gebrechen. *Afferre caussam*, Idem Heaut. a. 4 sc. 3 v. 23, eine ursach vorbringen, fürwenden. *Afferre auxilium*, Idem Adelph. a. 3 sc. 2 v. 2, helffen. *Afferre in medium*, hoc est, in commune, ins gemeine dargeben: Cic. Offic. lib. 1 c. 7 *Naturam ducem debemus sequi, & communes utilitates in medium afferre.* Sic, *Afferre dolorem, luctum, lacrymas, lætitiam*, nota Ciceronis verba sunt: *Afferre adjumentum*, Idem 1 Offic. c. 1. *medicinam*, Id. ad Attic. lib. 2 epist. 20. *Afferre nuntium*, Id. pro Rosc. Am. cap. 7, bothschafft bringen. Et absolute, *allatum est*, pro, nunciatum est: Livius lib. 33 cap. ult. *Visum Hannibalem Cercinæ, tandem allatum est.* Adde lib. 10 cap. 45, ubi bis occurrit. Et Tacitus Hist. 1 cap. 76 pr. *Idem ex Hispania allatum*, id est, nunciatum. Silius quoque lib. 1 v. 456

Sed postquam a trepidis allatum, fervere partem, &c.

Et Cæsar 3 Civ. B. cap. 15 de legatis: *Magnum, quod afferebant, videbatur.* Sic enim legendum ex antiquis libris: non *asserebant*, ut recentes corrupte ferunt. Sed, *Afferre sibi manus, & violentas manus*, est mortem sibi consciscere, sich selbst entleiben, Plancus Ciceroni 10 fam. ep. 23. *Manus alienis bonis afferre*, est aliena invadere, die hände anlegen an anderer leute gut, Cicer. 2 Officior. cap. 15. *Rumor, rumores*, vel *nuntii afferunt*, das geschrey kömmt, Nepos 1, 3, 3. *Dignitatem adfert fortuna*, wer reich ist, hat das ansehen, Quintil. lib. 2, 3 cap. 7. ¶ *Afferre se aliquò*, pro conferre Plautus dixit Amphitr. a. 3 sc. 4 v. 6. Terentius Andriâ a. 4 sc. 6 v. 12 *Haud auspicatò huc me attuli*: id est, accessi. Ita *auferre se*, pro discedere etiam dicebant. Vide Georg. & Franciscum Fabricios ad laudatum locum Terentii.

¶ Allatus, a, um, herzugebracht. Ter. Phorm. a. 1 sc. 2 v. 99 *epistolam ab eo allatam esse audivi.* Horat. 2 sat. 4 v. 62 *quæcunque fervent allata popinis.*

¶ Anteferre, præferre, fürziehen. *Alterum alteri anteferre*: Cic. de clar. Or. c. 47 *qui se illi anteferret.* Idem 6 fam. epist. 6 *cum vel iniquissimam pacem justissimo bello anteferrem.*

¶ Antelatus, a, um, fürgezogen. Cic. de Prov. Cons. c. 11 *Cæteris omnibus omni honore antelatus.*

¶ Aufĕro, abstŭli, ablātum, auferre, ex *ab* & *fero*, tollere, rapere, hinweg nehmen, wegbringen. *Pecuniam de ærario auferre*, Cicero lib. 7 Attic. epist. 21. *Inultum auferre*, ungestrafft bleiben, Terent. Andr. a. 3 sc. 5 v. 4. *Famam gloriamque auferre alicui*, einem alle ehre abschneiden, Vellej. 2, 66, 4. *Acies eum abstulit*, er ist in der schlacht blieben, Idem 2, 56, 1. ¶ 2. *Auferre se*, est abire, & quidem præcipitanter. Plautus Asin. a. 2 sc. 4 v. 63 *Aufer te domum, abscede hinc, molestus ne sis.* Et si MSS. se bene habent, ita Terentius sine pronomine, Phorm. a. 3 sc. 3 v. 27, *aufer hinc*, dixit eodem sensu, ubi editum est: *aufer te hinc.* Virgilius Æn. 4 v. 389

seque ex oculis avertit, & aufert.

¶ 3. *Auferri*, pro allici ac decipi dixit Ovid. lib. 1 de Remed. amor. v. 344

Auferimur cultu: gemmis auroque teguntur
Omnia: pars minima est ipsa puella sui.

Sic, *auferri aliorum consiliis*, sich von andern einnehmen lassen. Cic. 2 fam. epist. 7 *ne te auferant aliorum consilia.* * ¶ 4. Interdum est impetrare, erhalten. Cic. in ep. ad Planc. quæ est ad Attic. 16 ep. 14 *verba fecimus pro Buthrotiis, liberalissimum decretum abstulimus*, id est, impetravimus. Plaut. Mostell. a. 4 sc. 1 *bene merens hoc pretium inde abstuli.* Horat. lib. 2 ep. 1 v. 56 *aufert*
Pacuvius docti famam senis, Accius alti. Grævius.

¶ Ablatus, a, um, weggenommen. Ter. Eun. prol. v. 26 *Parasiti persona inde ablata*, entlehnet. Virg. Æn. 3 v. 258 *Pennis ablata refugit*, sie ist weggeflogen.

¶ Ablativus, i, casus Latinis proprius, unde & *Latinus* M. Varroni appellatus: *comparativus* Prisciano dicitur. Ejus vim Græcorum Genitivus sustinet: qui ea de caussa & apud Latinos haud raro Ablativi vicem obit. Gloss. lat. gr. *Ablativus*, ἀφαιρετικός.

¶ Ablātor, ōris, qui aufert, ein wegnehmer. Sedulius in Resurrectionis historia: *beati corporis ablator.* Et Augustinus Civ. Dei lib. 19 c. 13 *sentientes bonorum ablatorem justissimum Deum.*

¶ Circumferre, umher führen, umher tragen. *Oculos circumferre*, die augen herum schiessen lassen: Livius lib. 2 cap. 10 *Circumferens inde truces minaciter oculos ad proceres Etruscorum.* Sic, *arma circumferre*, est bellum longe lateque proferre: Florus lib. 3 c. 12 pr. *Romanus populus orbe toto arma circumtulit*, quod Tacitus Ann. 13 c. 37 n. 2 *bellum circumferre* dixit. *Sol circumfertur*, Cicer. 3 de Orat. c. 46. *Huc atque huc acies circumtulit*, Virg. Æn. 12 v. 558.

¶ Circumferentia, æ, περιφέρεια, der umkreiß. Apulejus Florid. 4 pr. *sedilium circumferentia.*

¶ Circumlātus, a, um, herumgetragen: ut, *circumlata scriblita*, Martial. 3 epigr. 17. *Circumlata & deducta oratio*, Quintil.

¶ Circumlatitius, a, um, quod circumferri potest, aut circumfertur. Sidonius lib. 2 epist. 2 *quemdam vivum & circumlatitium carcerem corpulentia facit.*

¶ Confero, contŭli, collatum, conferre, comportare, tribuere, præstare, beytragen. *Conferre officia, benevolentiam, benignitatem, studia sua erga aliquem, in aliquem, & alicui*, Cic. 1 Offic. cap. 15 &c. dienst und guten willen erzeigen oder beweisen. *Conferre capita*: Cicer. in Verr. 5 c. 12 *Conferrent boni viri capita, loquerentur inter se.* Livius lib. 2 cap. 45 *Consules velut deliberabundi capita conferunt: diu colloquuntur.* Item, *Conferre consilia*, Terent. Heaut. a. 3 sc. 1 v. 64, rathschlagen. *Culpam in aliquem conferre*, die schuld auf einen werffen, Terent. Eunuch. a. 2 sc. 3 fin. *Conferre in commune*, Cic. pro Quinctio cap. 3. *Rem in pauca confer*, Plaut. a. 5 sc. 4 v. 54, sage es kurtz. ¶ 2. *Conferre inter se*, colloqui: *Coram inter nos conferemus*, Cic. ad Att. 1 epist. 20, wir wöllen davon mit einander reden, wenn wir zusammen kommen. Et, *Conferre sermonem cum aliquo*, Idem 2 de Invent. cap. 4. *Operam, studium, plurimum studii ad aliquid conferre*, mühe und fleiß anlegen, Idem lib. 10 ad Planc. ep. 1. *Omnia intima cum quo conferre*, Cælius Ciceroni lib. 8 epist. 15. ¶ 3. *Conferre se ad studium litterarum*, significat animum applicare, sich darzu begeben, sich drauff legen, Cic. pro Arch. cap. 7. *Ad studium scribendi se conferre*, ibidem c. 3 pr. ¶ 4. Idem quoque est ac *Comparare*, vergleichen. Dicimus, Conferre quid *alicui, cum quo, & inter se.* Seneca Controvers. 33 sub fin. *ut ingenia ingeniis conferatis.* Cicer. de opt. gen. Orat. cap. 6 *ut cum maximis minima conferam.* Idem pro Rosc. Com. cap. 7 *Vitam inter se utriusque conferte.* ¶ 5. Conferre se aliquò, est ire, proficisci, sich wohin begeben, wenden. Cic. pro Flacco cap. 21 *Romam se contulit.* De Amicit. cap. 1 *me ad pontificem contuli.* Nec in locum aut ad hominem duntaxat nos *conferre* dicimur, verum etiam ad alias res: v. g. *ad amicitiam se meam contulit*, Cic. de Clar. Oratorib. cap. 81. ¶ 6. Frequenter de pecuniis dicitur, quæ contribuuntur colliguntur que ad usum aliquem vel Reipubl. vel privatum, geben, zusammen bringen, steuern.

steuern. Corn. Nepos Attic. cap. 8 *Id facile effici posse arbitrati sunt, si & principes illius ordinis pecunias contulissent.* Vet. Gl. Συνεισφέρω, *Collationem facio, Confero.* Sane & absolute hoc, *Conferre*, JCti dicunt. ¶ 7. * Interdum est transmutare, vertere. Ovid. Met. 4 v. 277

quem nymphæ pellicis ira
Contulit in lapidem, i. e. convertit. *Grævius.*

¶ Confert, impersonale, idem est quod prodest, vel conducit. *Comœdia plurimum ad eloquentiam confert*, es thut, es hilfft viel, es dienet, Quintilianus lib. 1 cap. 8.

¶ Collatus, a, um, zusammengebracht, zusammengesetzt. Curt. 3, 11, 5 *Collato pede in eodem vestigio stabant.* Idem 7, 11, 3 *e fontibus collatæ aquæ flumen emittunt.* ¶ Interdum idem quod comparatus, verglichen. Cic. Acad. Qu. 4 cap. 23 *qui mihi cum illo collati quintæ classis videntur.*

¶ Collatio, ōnis, die steuer, beysteuer: Differt à tributo, quia hæc libera; vel quasi liberæ voluntatis est, licet imponatur. Exempli gratia, cum imperatur certus modus pecuniæ alicui corpori; nec definitur tamen, quantum cuique conferendum sit, sed hoc integrum iis, qui conferunt, relinquitur. Hujus generis sunt, quæ nos präsent-gelder appellamus. Suet. Calig. cap. 42 *Et patria onera conquerens, collationes in alimoniam atque dotem puellæ recipit.* Adde Nerone cap. 33 extr. & Tito cap. 7. Contra, *Collationes remittere*, erlassen, Plinius dixit Panegyr. cap. 41. Vbi Lipsius collationes de auro coronario interpretatur. Quemadmodum & in Suetonii locis plerisque accipiendum. Vid. Admiranda Lips. lib. 2 cap. 9. ¶ 2. *Collatio* est comparatio, die vergleichung. Plaut. Mil. a. 3 sc. 3 v. 67 *ubi facta erit collatio nostrarum malitiarum.*

¶ Collator, ōris, qui confert, qui colligit, ein einsammler. Plautus Curc. a. 4 sc. 1 v. 13 *Collatores symbolarum*, steuer-einnehmer. Augustinus epist. 147 *Collator & disputator*, i. e. qui placide sententias confert.

¶ Collatitius, a, um, ex collatione collectus aut factus, eingesammlet, zusammengeschossen: item, aus zusammen gelegten geld gemacht. *Collatitia sepultura*, Quintilian. Declam. 6 p. 83. *Collatitia instrumenta*, Senec. Consol. ad Marc. cap. 10. *Collatitiâ stipe*, Apulej. lib. 8 Met. p. 213. *Ex ære collatitio*, Tertull. adv. Valentin. cap. 12.

¶ Collatīvus, a, um, idem. *Collativus venter*, magnus & turgidus: quippe in quem multa conferantur, ut Festus interpretatur, apud Plaut. Curcul. a. 2 sc. 1 v. 16. Et, *Collativus favor*, apud Macrob. lib. 1 Somn. Scip. cap. 6.

¶ Dēferre, überbringen, hintragen, anbieten. Plaut. Amph. a. 2 sc. 2 v. 69 *E portu navis huc nos dormientes detulit.* Cicero 6 fam. epist. 10 *Vniversum studium meum & benevolentiam ad te defero*, id est, ultro offero. Item pro Lege Man. c. 24 *polliceri & deferre* · & lib. 4 fam. epist. 13 *ultrò deferre alicui.* Et pro Flacc. cap. 22 *Deferre querelas ad aliquem*, klagen für einen bringen. *Deferre alicui summam imperii*, Nep. Hannibale cap. 3, antragen. *Deferre honorem alicui*, Cicer. pro Dom. cap. 9, ehre thun. *Deferre optionem eligendi*, Idem ad Attic. lib. 4 ep. ult. die köhre oder wahl geben. *Primas alicui deferre*, Idem in Orat. cap. 9, den vorzug lassen. *Deferre Senatui*, Nep. ibid. cap. 12, exponere, referre. *Deferre nomen alicujus apud magistratum*, id est, incusare, einen verklagen, bey der obrigkeit angeben. · Cicer. pro Cælio cap. 31 *Nomen amici mei de ambitu detulit.* Et ibid. *Maleficium alicujus ad judicem deferre.* Neque vero de accusantibus tantùm hoc verbo utimur; sed de quibusvis etiam aliis, qui aliquid ad magistratum profitentur. Sic *artem deferre*, est profiteri & ejus exercendæ copiam à magistratu petere vel impetrare. Erant autem artes quædam vectigales, & quas sine magistratûs veniâ, nec nisi numerato pretio, exercere fas minime erat. In his & Genethliaca erat. Vide Casaub. ad Sueton. p. 166 B. 2.

¶ Dēlātus, a, um, hingebracht. Nepos 23, 3, 1 *Id Carthaginem delatum, publice comprobatum est.* Idem 15, 4, 4 *Id delatum accipere noluit*, das angebotene. Curt. 7, 1, 6 *a duobus indicibus delatus*, angegeben. Idem 6, 9, 8 *delatum indicium supprimere.*

¶ Dēlātio, ōnis, angebung, anklage; ut, *Delatio nominis, & capitis periculum*, Cicer. pro Cluent. cap. 8. *Delationem factitare*, Tacit. 2 Hist. cap. 10 n. 2.

¶ Dēlātor, ōris, ein angeber, verleumder. *Delatores*, qui sæpius Tacito & *Accusatores*, hi dicebantur, qui reos criminis & contra leges admissi ad principes & magistratus deferebant, & pro indicio accipiebant præmium: Sic *Delatores Legis Papiæ* Suet. dixit Nerone c. 10. Quia vero hi ipsi sæpius fingebant crimina, & plane innoxios nominabant, ut consequerentur præmia, & libidinibus principum velificarentur; idcirco *Delatores & Calumniatores* iidem habiti. Egregie eos compescuit Domitianus, de quo Tranquillus ejus vitâ cap. 9 extr. itemque Trajanus, de quo Plinius Panegyrico ejus cap. 34, 35, 36. Præclara Domitiani vox fuit: *Princeps, qui delatores non castigat, irritat.* Refert Suetonius dicto loco.

¶ Delatorius, a, um, adject. verrätherisch; ut, *Delatoria curiositas*, Vlpian. Lege 6 Dig. de Juris & facti ignor.

¶ Delatūra, æ, die verrätherey, Vulg. Interpr. Sirac. 26 v. 6.

¶ Differo, distŭli, dilātum, differre, in diversas partes agere, hin und her führen. Vellej. Paterc. 2 cap. 79, 3 *partem classis majorem vis Africi laceravit ac distulit.* Lucret. lib. 6 v. 690

longeque favillam
Differt, & crassa volvit caligine fumum.

Terent. Andr. a. 2 sc. 4 v. 4 *orationem sperat invenisse se, qua differat te*, womit er dich perplex mache. ¶ 2. *Differre*, distare, unterschieden seyn: ut, *Hominis natura a reliquis animantibus differt*, Cicer. 1 Offic. cap. 27, es ist ein grosser unterschied zwischen &c. *Differre inter se*, Id. 3 Fin. cap. 10. *Paullum differre*, einen kleinen unterschied von andern haben, Id. Agrar. 2 c. 31. *Differre alicui*, dixit Lactantius 1 cap. 8 n. 3. *Res cum re differt*, Cic. de Invent. 1 cap. 44. ¶ 3. *Differre*, est etiam extrahere, procrastinare; aufziehen, verziehen, aufschieben. *Ad aliquod tempus differre*, Cic. in Vatin. cap. 11. *In annum differre*, Horat. 1 epist. 2 v. 39. *In aliud tempus differre*, Cic. lib. 5 fam. epist. 12 extr. *In alicujus adventum aliquid differre*, Idem 2 fam. epist. 3. *In diem differre*, aufhalten, Sen. epist. 8. ¶ 4. *Differre rumores*, est dispergere, divulgare, ein geschrey hin und wieder ausbringen, Terent. Heaut. prol. v. 15. Et, *differre quem rumoribus*, einen austragen, Tac. Ann. 1, 4, 2, & Petron. Ita Suet. in Jul. cap. 13 *Fama distulit.* Tacito absolute est, *Differtur*, 3 Ann. cap. 12 n. 6, & lib. 4 cap. 25 n. 5. ¶ 5. *Differre* pro diffamare, ausschreyen, Lucilius dixit apud Nonium cap. 4 n. 131 *Gaudes, cum de me ista foris sermonibus differs.* Et sic aliquoties Plautus: e. g. Pseud. a. 1 sc. 3 v. 124 *differre aliquem dictis.* Et Trin. a. 3 sc. 2 v. 63 *ne me hac fama differant.*

¶ Differens, tis, dispar, dissimilis, unterschieden. Cic. Orat. cap. 23 *ab indisertis re plus, quam opinione differens.* Idem de Fato cap. 4 *quid mirum est, has dissimilitudines ex differentibus caussis esse factas?*

¶ Differenter, adv. mit unterscheid. Solinus cap. 1 *Inseruimus pleraque differenter congruentia.*

¶ Differentia, æ, discrimen, ein unterscheid. Cic. 1 Offic. cap. 27 *differentia honesti & decori.* Et 5 de Fin. cap. 7 *Quanta differentia in principiis naturalibus; tanta in finibus bonorum malorumque dissimilitudo.*

¶ Differĭtas, atis, apud Lucretium & Arnobium legitur pro Differentia. Vid. ille 4 v. 637, hic lib. 2 p. 54 &c.

¶ Indifferens, tis, subst. ἀδιάφορον, ein mittel-ding. Seneca epist. 82 *Mortem inter indifferentia ponimus, quæ ἀδιάφορα Græci vocant.*

¶ Indifferens, adject. Apud Sueton. Cæs. cap. 53 *Indifferens* moroso opponitur: vid. ib. Casaub. ¶ *Syllaba indifferens*, i. e. communis, quæ produci potest, & eadem corripi.

¶ Indifferenter, adverb. ohne unterscheid. Quintilian. lib. 9 cap. 2 *Vtroque utimur indifferenter.* Et lib. 11 cap. 3 pr. *utraque appellatione indifferenter uti licet.* ¶ 2. Sine cura, fusque deque. Sueton. Domit. extr. *Occisum eum, populus indifferenter, miles gravissime tulit.*

¶ Indifferentia, æ, convenientia, eine gleichheit. Gell. 13 cap. 22 *Cujus sonitus quanta apud veteres indifferentia sit, notius est, quam ut* &c.

¶ Dīlātus, a, um, dispersus, divulgatus, ausgebracht: ut, *celeri rumore dilato*, Nepos 10, 10, 1. Conf. Suet. Aug. cap. 14. ¶ Item, aufgeschoben: ut, *res in posterum dilata*, Cic. ad Quint. fr. 2, 3.

¶ Dilatio, ōnis, verzug, aufschub. Senec. lib. 3 de Iracundia cap. 12 *Maximum remedium iræ dilatio est.* Livius 21 c. 52 *Hæc res dilationem non patitur*, die sache lässet sich nicht aufziehen. *Petere dilationem*, Plin. lib. 1 epist. 18. *Sine dilatione*, unverzüglich, Vellej. 2, 50, 1.

¶ Dilator, ōris, ein säumiger, zauderer. Horat. de Arte v. 172 *Dilator, spe longus, iners*, &c.

¶ Dilatorius, a, um, verweilend, aufschub nehmend: ut, *dilatoriæ exceptiones*, l. 2 & 3 ff de except. & præscr.

¶ Effero, extŭli, elātum, efferre, hinaustragen, hinanheben, erheben. *Domo pedem efferre*, Cic. 6 ad Attic. epist. 8. *Efferre per omnes honorum gradus ad summum imperium*, evehere, extollere, Cicer. in Catil. 1 cap. 11. Sic, *fortuna effert*, bläset auf, Cicer. pro Balbo cap. 7. *Efferre summis laudibus in cælum*, Cic. 9 fam. ep. 14, hoch loben und rühmen. *Efferre verbis aliquem*, mit worten rühmen, Cicer. 3 de Orat. cap. 14. ¶ 2. *Efferri*, etiam est insolescere, in superbiam corrumpi. *Efferre sese*, Cic. 1 Offic. cap. 34. *Insolenter se efferre*, Id. 4 Tusc. c. 17, sich erheben, sich herfür thun. *Gloriando se & prædicatione efferre*, Cic. Paradox. 1 sub finem. *Efferre se lætitia*, Cicer. 5 de Fin. cap. 15, sich hoch erfreuen. Et, *Incredibili gaudio sum elatus*, lib. 10 fam. ep. 12. Sic Sueton. Calig. c. 54 *Cantandi saltandique voluptate ita efferebatur*, id est, movebatur delectabaturque. ¶ 3. Est & funebre verbum, idemque quod sepelire, vel ad sepulturam ferre, funus ducere. Nepos Aristide extr. *in tanta paupertate decessit, ut, qui efferretur, vix reliquerit.* Et Cimone extr. *Complures pauperes mortuos, qui, unde efferrentur, non reliquissent, sumtu extulit.* Donatus: EFFERRI *proprie cadavera mortuorum dicuntur.* Petronius: *Hæc ergo cum virum extulisset.* Virgilius *exportare tectis* dixit 4 Georg. v. 256. Et recte dicuntur *Efferri* mortui, quia apud plerasque gentes obtinuit, ut extra urbem mortui sepelirentur, ne sepulcrorum aura publicæ sanitatis rationem læderet. ¶ 4. *Efferre*, est divulgare, ausbringen, unter die leute bringen. Terent. Adelph. a. 4 sc. 4 v. 16 *Quod minime est opus, usquam efferri*, id est, divulgari. Et, *Efferre foràs peccatum suum*, Idem Phorm. a. 5 sc. 7 v. 65, quamquam alii *Delatum* ex *Deferre* h. l. legunt. ¶ *Decenter aliquid efferre*, id est, proferre, pronunciare, zierlich ausreden, Quintil. lib. 1 cap. 5 sub fin.

¶ Elātus, a, um, proprie de loco, erhaben. Columella lib. 2 cap. 4 *modo in elatiora, modo in depressiora clivi obliquum agi sulcum oportebit.* Superl. *elatissimæ lucernæ*, alto loco adfixæ, Tertullian. Apolog. c. 35. ¶ 2. Deinde metaphorice inflatus, stoltz. *Elati barbarâ arrogantia despiciebant suos*, Cæs. 3 B. Civ. c. 59. *Elati iracundiâ victores*, Hirt. 8 Gall. Bell. c. 19. ¶ 3. Item sepultus, begraben. Manilius lib. 4 v. 71

Ex ipsis quidam elati rediêre sepulcris.

¶ 4. Evulgatus, ausgebracht; ut, *Elata res*, de arcano evulgato, Nep. Dione cap. 8 n. 4.

¶ Elatè, adverb. hochtrabend. *Dicere elate*, mit hohen, grossen worten reden, Cic. de opt. gen. Or. cap. 4. Comp. *Elatius se gerere*, Corn. Nepos Pausaniâ cap. 4. *Fama elatiùs inflatiusque multo, quam res erat gesta, percrebuerat*, Cæs. 3 Civ. Bell. cap. 79.

¶ Elatio, ōnis, die erhebung: ut, *onerum elationes*, per machinas, Vitruv. lib. 10 cap. 8. Dein metaphorice, ut, *Elatio animi*, exultatio; elevatio, cum animus se vel gaudio effert, vel superbia: Cic. 3 Fin. cap. 10 *Lætitia, quasi gestientis animi elatio voluptaria.* Idem de Clar. Orat. cap. 17 *efficit Theopompus elatione atque altitudine orationis suæ.*

¶ Elatorius, a, um, hyperbolicus, jactabundus, unde

¶ Elatorie, adverbium est, apud Asconium Pedianum in Divinat. Verr. OMNIBVS SICVLIS, *elatorie*, inquit, *Cum enim a duobus quæstoribus Sicilia regi soleat, uno Lilybætano; altero Syracusano: ipse vero Lilybætanus quæstor fuerit, Sex. Peduceo prætore;* OMNIBVS *tamen se placuisse dixit.*

¶ Elativus,

¶ Elatīvus, a, um, heraustragend. Gloss. lat. gr. *Elativa*, ἐκφορικά.

¶ Inféro, intŭli, illātum, inferre, importare, hinein tragen. *In medium agmen se inferre*, id est, cum impetu irruere, (vid. Livius 2 cap. 14.) mitten in den hauffen hinein setzen. *Infert se socium Æneas*, er reitet mitten in der ordnung, Virgil. 4 Æneid. v. 242. *Inferre pedem aliquo*, hinein treten. Cicero pro Cæcin. cap. 14 pr. *Inferre bellum patriæ*, vel *contra patriam*, Cic. 2 Philipp. cap. 22, bekriegen. *Signa inferre*, prœliari, auf den feind loßgehen, angreiffen: Livius lib. 4 cap. 18 *Dictator dextro cornu adversus Faliscos; sinistro contra Vejentem Capitolinus Quinctius intulit signa. Inferre detrimentum*, Cæsar 2 B. Civ. cap. 2, schaden thun. Sic, *Inferre injuriam, vim, manus alicui. Inferre stuprum, terrorem, perturbationem, metum, necem*, &c. *Inferre malum in domum alicujus*, Corn. Nep. in Themist. cap. 9, i. e. vexare, detrimentis afficere. *Inferre se flammæ*, sich ins feuer stürtzen, Vellej. 2, 74, 4. ¶ Est & funebre verbum, einscharren. Nam & *inferri* dicuntur, qui componuntur sepulcris: & munera etiam, quæ mortuorum manibus consecrabantur. C. Nepos Pausaniâ: *Cujus mortui corpus, cum eodem nonnulli dicerent inferri oportere, quo hi, qui ad supplicium dati.* Virgil. 3 Æneid. v. 66

Inferimus tepido spumantia cymbia lacte,
Sanguinis & sacri pateras.

¶ Inferiæ inde quoque dictæ, i. e. sacra, quæ inferis vel mortuis fiunt, toden-opffer, leichbegängniß: ut, *inferias dare*, Curt. 7, 9, 21, & 10, 1, 30. Festus: INFERIAE *dicta sacrificia, quæ Diis manibus inferebant.* Servius tamen ab *Inferis* potius inferias appellatas putat. Verum pro Festo videtur esse Ovidius, cum lib. 3 Trist. eleg. 3 ait:

Tu tamen exstincto feralia munera ferto.

Et Virg. Æn. 9 v. 215 *Absenti ferat inferias.* Vid. Kirchm. de Funer. Rom. lib. 3 c. 22. vide & Turnebum lib. 4 c. 22. Constabant *inferiæ* liquoribus: aqua, lacte, vino, sanguine: unde χοαὶ à fundendo Græcis appellatæ. Vide Kirchman. l. c. & adde imprimis Cenotaphium Lucii Cæsaris Pisanum, ab Henr. de Noris publicatum, ubi urna lactis, mellis, olei enumerantur, & decens quoque formula legitur, INFERIAS MANIBVS cujus MITTERE. Adde Reines. class. 7 Inscript. 12.

¶ Inferialis, e, feralis, Apulej. Met. 8 p. 204 *Officiis inferialibus statim exactis*, quibus conferri possunt *officia feralia luctu & mærore persoluta*, ex lib. 1 Miles. post init. Vide supra *Feralis*.

¶ Inferius, a, um, ad inferendum vel sacrificandum pertinens: ut, *Inferium vinum*, quod in sacrificando infra pateræ labrum ponebatur. vid. Festus, & Loëns. 3, 12.

¶ Illātus, a, um, hinein gebracht. *Interiora, nisi lumine illato, obscura sunt*, Curt. 8, 2, 21. conf. 8, 6, 22. *Regem moverat Parmenionis cum honore mentio illata*, die eingeschobene meldung, Idem 8, 1, 38. *Illata Græciæ bella*, Idem 3, 10, 8.

¶ Illātio, ōnis, die hineinbringung. Vlpian. Lege 2 § 3 Dig. de Religiosis & sumtib. funer. *De ea illatione Prætor sensit, quæ sepulturæ caussa sit.* Edicti prætorii verba præcesserant: *ossa in sepulcrum illata.* ¶ 2. *Illatio* est solutio sive pensio tributorum. Cassiodor. lib. 2 ep. 16 *Sensimus auctas illationes: vos addita tributa nescitis.* Sic quoque Græcum εἰσφορά. ¶ 3. Tandem *Illatio* philosophis, etiam veteribus, conclusio syllogismi est, der schluß. Apulej. 3 Dogm. Platon. pag. 34 *Dico illationem vel illativum rogamentum, quod acceptionibus colligitur & infertur.*

¶ Illatīvus, a, um, illationem inferens. Jam ex Apulejo demonstratum fuit, *illativum rogamentum* conclusionem syllogismi esse.

¶ Infertus, a, um, pro *illatus*; ut, *infertum vinum*, quod altario libatur atque offertur, Isidor. 20 cap. 3.

¶ Infertor, ōris, der hinein trägt, ein truchses. Gloss. gr. lat. παραθέτης, *structor, infertor.*

¶ Subinferre, einschieben. Augustinus 3 de Genesi ad litter. cap. 200 *postea subinferetur*: & cap. 24 pr. *subintulit de omnibus.*

¶ Introferre, hinein tragen. Cic. 7 Verrina cap. 13 extrem. *lectica in urbem introferri solitus est.* Livius lib. 43 cap. 7 *Princeps eorum, pedibus captus, lectica est introlatus.*

¶ Offero, obtŭli, oblātum, offerre, antragen, anbieten. *Opportune te mihi offers*, Terent. Hec. a. 5 sc. 3 v. 10, du kömmst mir zu gelegener zeit für die hand. Et, *Obviam se alicui offerre*, in Adelph. a. 2 sc. 3 v. 24. *Offerre beneficium*, Cæsar 6 B. Gall. c. 41 fin. *Officium*, Lucanus lib. 9 v. 64. *Operam ultro alicui*, Livius lib. 40 cap. 23. *Injuriam*, Ter. Hec. a. 5 sc. 1 v. 13, anthun. *Offertur occasio*, Cic. pro Lege Manil. cap. 2, es giebt gelegenheit. Et 1 Offic. cap. 24 *Offerre se periculis sine caussa*, sich in gefahr wagen, h. e. audere rem periculosam, Et, *in discrimen vitam suam offerre*, Cic. pro Sext. cap. 28. Seneca in Hercule fruente v. 326 *nemo se tuto diu*

Periculis offerre tam crebris potest:
Quem sæpe transit casus, aliquando invenit.

Quod Germani non adeo dicunt ineleganter, der krug gehet so lange zum wasser, biß ihm einmahl der henckel abfällt. ¶ *Offerre* etiam dicuntur subditi, cum pro necessitate reipublicæ aliquid ultro pensitant & quasi donant, steuern. Vnde hoc pensitationis genus *Oblatio* dictum, de quo paullo post aliquid dicetur. ¶ Hinc apud veteres Christianos *offerre* dicebantur, qui Deo ecclesiæve aliquid donarent, seu consecrarent, opffern. Prudentius Hymno 5 Cathem. v. 149 de cereis ardentibus:

O res digna Deus, quam tibi roscidæ
Noctis principio grex tuus offerat.

Et paullo post v. 155 *Lumen, quod famulans offero, suscipe*
Tinctum pacifici chrismatis unguine.

Præcipuè vero *offerre* dicebantur, qui post celebrationem Eucharistiæ, collationem aliquam faciebant, seu conferebant aliquid, unde vinum panisque & alia in usum Eucharistiæ compararentur, itemque ecclesiæ pauperes sustinerentur. De quo passim SS. Patres. Prudentius Hymno 2 περὶ στεφαν. de Laurentii pass. v. 73

Tum summa cura est fratribus,
Vt sermo testatur loquax,
Offerre fundis venditis
Sestertiorum millia.

Loquitur Poëta ex persona gentilis insultantis ritibus Christianorum. Neque vero de donariis tantum hoc utebantur verbo, sed & de precibus & cultu divino, in quo velut sacrificium Deo offertur. Ita *offerre*, est missam celebrare, sive orare ad altare, Severo Sulpitio Dial. 2 cap. 2. Tertullianus de Jejuniis cap. 15 *Duas in anno hebdomadas Xerophagiarum nec totas, exceptis scilicet Sabbatis & Dominicis, offerimus Deo.* Sed pauca ista de hoc verbo ex infinitis pro usu Christianorum veterum hic monuisse sufficiat.

¶ Oblātus, a, um, angetragen, gegeben, zugestossen. *Oblata omnia, facultas, fortuna*, &c. Cic. 3 Catil. cap. 2. *Id non humano consilio, sed prope divinitus datum atque oblatum vobis videtur*, Idem Act. 1 Verr. cap. 1. *Res nova oblata*, Virg. Æn. 1 v. 454. *Oblato fœdere bellum componere*, Idem ib. 12 v. 109. *Acerba ex amore oblata*, Terent. Hec. a. 3 sc. 1 v. 1.

¶ Oblata, æ, substantive, Christianorum veterum vox, de qua mox in *Oblatio.*

¶ Oblatio, ōnis, die darstellung, darreichung. Cic. lib. 2 in Verrem: *Quando illa* [Sicilia,] *quod deberet, non ad diem dedit? quando id, quod opus esse putaret, non ultro pollicita est? Quando id, quod imperaretur, recusavit?* Vbi Asconius: *Omne genus pensitationis in hoc capite positum est:* CANONIS, OBLATIONIS, INDICTIONIS. OBLATIONEM illis verbis designavit Cicero: *Quando id, quod opus esse putaret, non ultrò pollicita est?* Ergo OBLATIO dicitur pensitatio; quæ sponte & ultro, non ex constituto, indictove præstatur, eine freywillige steuer. ¶ Apud Christianos veteres *oblationes*, res omnes, quæ sacrificabantur Deo; præcipuè quæ dicabantur altari in liturgia sacra seu Missa, dicebantur, opfferung. Ac sicuti veteres Christiani *Missam*, pro *missione*; ita pro *oblatione* & *oblatam* dicebant eodem modo. Vnde & ipse panis mysticus, sive qui in mysterio cœnæ fidelibus distribuitur, quia ex his oblationibus parabatur, *oblatæ* nomen accepit: ex quo & nostrum oblat originem habet. Fulbertus Carnotensis epist. 2 *Sicut multæ ecclesiæ sunt per universum orbem terrarum, propter diversa loca, & tamen una sancta est catholica ecclesia propter unam fidem: sic & multæ* OBLATAE, *propter vota offerentium, unus panis sunt, propter unitatem corporis* CHRISTI. Hildebertus Turonensis de mysterio Missæ:

Offerimus tibi summe Deus: sed propter eosdem
Oblatæ pariter non operantur idem.

¶ Oblatitius, a, um, angeboten. Sidon. 7, 9 *Oblatitium impendium.*

¶ Oblator, ōris, qui offert, ein geber, ein opfferender. Tertull. 2 contra Marcion. cap. 26 *Christum non agnoscitis, Patris deprecatorem, & oblatorem animæ suæ pro populi salute.* Gloss. lat. gr. *Oblator*, συντελεστής.

¶ Offertor, ōris, idem. Commodian. Instruct. 39 *Abel offertor mactatus a fratre.*

¶ Offertorium, i, est locus, ubi sacrificia offeruntur a pontificibus, das opffer-hauß. vid. Isidor. Orig. 6, 19.

¶ Offerumentum, i, oblatio, das opffer. *Offerumenta dicebant, quæ offerebant*, Festus. Translate pro plagis, quæ scapulis & tergo offeruntur, posuit Plautus Rud. a. 3 sc. 4 v. 47, & quidem fœminino genere: *Offerumentas habebis plures in tergo tuo, quam ulla navis longa clavos*, prügelsuppe.

¶ Perferre, überbringen. *Litteras, mandata perferre*, briefe, befehl zustellen, Cicer. ad fam. 2, 5, & Virg. Æn. 11 v. 825. *Perferre nuncium*, Idem 1 ad Q. fratr. epist. 1 pr. botschafft bringen. *Fama ad me perfertur*, Livius 28 cap. 13 pr. *Et litteris multorum & sermone omnium perfertur ad me*, Cic. 14 fam. ep. 1 pr. mir kömmt schrifftlich und mündlich für. ¶ 2. *Perferre*, pati, perpeti, ertragen, erdulten. *Facile omnes perferre & pati*, Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 35, er kunte einen jeden wohl leiden. Cicero de Oratore 2 cap. 19 *Perpetior ac perfero facile omnes.* Terent. Adelph. a. 3 sc. 4 v. 50 *Paupertatem unà pertulimus gravem*, wir haben hunger und kummer mit einander ausgestanden. *Perferre contumelias, cruciatum, frigus, famem, sitim, vigilias, laborem, onus*, Cicero passim. Vide vel solam Catilin. 2 cap. 5. *Decem annorum legitimam pœnam non pertulit*, Corn. Nep. Aristide cap. 1, h. e. non omnem illam pœnam, quæ definita lege fuit, subire necesse habuit. Ergo *perferre* plus hic est, quam *tolerare*. Ovid. 3 Amor. 11 v. 7 *Perfer & obdura*, &c.

¶ Perferentia, æ, tolerantia, die erdultung. Lactantius lib. 3 cap. 11 *Virtutis vis & natura in malorum perferentia posita est.*

¶ Perlātus, a, um, überbracht. Virg. Æn. 11 v. 803 *hasta perlata hæsit.* Curt. 5, 12, 13 *Ad illos clamore perlato.*

¶ Perlatio, ōnis, die erdultung. Lactantius lib. 5 cap. 22 *Patientia est malorum, quæ aut inferuntur, aut accidunt, cum æquanimitate perlatio.*

¶ Perlātor, ōris, qui perfert, ein überbringer. Ammianus 21 cap. 32 *perlatore capto.* Symmachus lib. 5 epist. 30 *Perlator harum litterarum.* Et Augustinus epist. 42 *Quæsivi ab epistolæ perlatore*: & epist. 205 extrema: *me festinatio perlatoris urgebat.* Antiquioribus inusitatum, quantum constat, vocabulum.

¶ Perlatrix, īcis, fœm. die überbringerin. Ennodius lib. 1 epist. 22 *perlatrices querelarum litteræ.* Sed neque hujus sexus certior ex antiquitate ratio.

¶ Postferre, est postponere, nachsetzen, hintansetzen. Livius lib. 3 c. 64 *Non semper Valerios Horatiosque consules fore, qui libertati plebis suas opes postferrent.* Plinius lib. 4 cap. 4 pr. *Peloponnesus, peninsula haud ulli terræ nobilitate postferenda.* Curtius lib. 7 cap. 4 n. 34 *animi & corporis robore nulli juvenum postferendus.* Vellej. 2, 69, 3 *nulli nomini postferendus.* Silius Italicus lib. 2 extremo:

Nec regnis postferte fidem.

Vbi Dausquejum, de elegantia hujus verbi non temere obvii monentem, velim consulas.

¶ Præferre, fürtragen. *Præferre facem ad libidinem*, Cic. in Catilin. 1 cap. 6, vorschub geben. *Præferre se aliis*, i. e. præponere, Cic. 2 de Orat. cap. 84, sich andern vorziehen, und besser düncken lassen. *Salutem reipubl. suis commodis præferre*, Cic. pro Lege Manil. extrem. Sic, *Ali-*

cui neminem præferre fide, constantiâ, magnitudine animi, Corn. Nep. initio Thrasybuli. ¶ 2. *Præferre* etiam usurpatur pro, præ se ferre, ut, *Vultus tuus nescio quod ingens malum præfert*, Curtius lib. 4 c. 10 n. 26. *Qui sapientiæ studium habitu corporis præferunt*, Plin. lib. 1 epist. 22. Ita optimi libri: quidam *præ se ferunt*, haud dubie interpolati. ¶ 3. *Præferre* est anticipare, præcipere. Livius 39 cap. 5 *ne plus in triumpho certaminum, quam in bello haberet; prætulit triumphi diem.* Adde Turneb. lib. 30 Advers. cap. 25.

¶ Prælātus, a, um, vorgezogen; ut, *prælatus honor*, Virg. Æn. 5 v. 541. Et Ovid. 4 Metam. v. 56 *Altera, quas oriens habuit, prælata puellis.* Vnde comparativus *Prælatior*, apud Tertullianum lib. 1 contra Marcion. cap. 9, & lib. 1 ad Vxor. cap. 3.

¶ Prælatio, ōnis, der vorzug. Val. Max. 7, 8, 4 *non solum flagitiosum silentium, sed etiam prælatio contumeliosa videri posset.* Tertullian. Apolog. cap. 13 *Prælatio alterius sine alterius contumelia non potest procedere.* Et Charisius lib. 1 cap. de Gradibus: *prælatio omnium.* Vide inferius *Superlatio*.

¶ Prælator, ōris, qui præfert. Tertullianus de Pudicit. cap. 2 *misericordiæ prælator, quam sacrificii.*

¶ Præfericulum, i, vas patens, velut pelvis, quod in sacrificiis præferre solebant, ein becken, Festus.

¶ Præterferre, vorbey tragen, neben hin führen. Livius lib. 21 cap. 55 *simul latebras eorum improvida acies præterlata est.*

¶ Proferre, herfür bringen, darthun. *Pecuniam ex arca proferre*, Cic. pro Rosc. Com. cap. 10. *Proferre palam*, öffentlich aussagen, Terent. Adelph. a. 3 sc. 2 v. 39, & Hec. a. 1 sc. 2 v. 32 & 78. *Proferre foràs, patefacere, aperire & in lucem proferre*, Cic. pro Cælio cap. 23, & de Orat. 1 c. 34. *In medium proferre*, Idem lib. 15 fam. epist. 2. ¶ 2. Est & prolatare, quasi porro ferre, aufschieben. Terent. Andr. a. 2 sc. 1 v. 28 *Saltem aliquò ad proferendum proficiscar dies.* Seneca Hercule furente v. 187

> *Certo veniunt ordine Parcæ:*
> *Nulli jusso cessare licet:*
> *Nulli scriptum proferre diem.*

Statius 3 Thebaid. v. 665

> *Obvius ire pares, ventisque aut alite visâ*
> *Bellorum proferre diem.*

¶ *Proferre se*, est in notitiam hominum adducere, sich herfür thun, bekandt machen. Plin. lib. 9 epist. 13 pr. *Occiso Domitiano statui mecum atque deliberavi, esse magnam pulchramque materiam insectandi nocentes, miseros vindicandi, se proferendi.* Similiter *proferre ingenium*, Tacit. 16 Annal. cap. 29 extr. &, *artem proferre*, Suetonius dixit Nerone c. 25. Seneca epist. 52 *Hos maxime laudat, quibus ex se impetus fuit, qui seipsos protulerunt.*

¶ Prolātus, a, um, herfürgebracht. Cic. de Div. 2 cap. 66 *Multa sunt ex historiis prolata somnia.* Ter. Hec. a. 1 sc. 2 v. 29 *Non est opus prolato hoc.* ¶ 2. Suspensus, productus, aufgeschoben. Cic. ad Qv. frat. 3, 8 *Res prolatæ, ad interregnum comitia adducta.*

¶ Prolatio, ōnis, actus proferendi, & quidem vel loci respectu, forttragung, erweiterung. Livius lib. 31 cap. 5 *Aruspices respondere, læta exta fuisse, & prolationem finium, victoriamque, & triumphum portendi:* vel respectu temporis, commoratio, & extractio, aufschub, verzögerung: ut, *Prolatio judicii*, Cicero pro Rabirio cap. 3. Et, *Prolatio rerum*, Ciceroni lib. 7 ad Atticum epist. 12 & Plauto in Milite a. 2 sc. 2 v. 98, negotiorum suspensio & jurisdictionis silentium, vel justitio indicto belli temporibus, vel feriis & vacationibus. Tacitus 4 Annal. cap. 3 n. 7 *Sed magnitudo facinoris metum, prolationes, diversa interdum consilia adferebat.*

¶ Prolatus, ûs, idem. Tertullianus contra Valentinian. c. 33 *facillimo prolatu.*

¶ Prolāto, are, frequentativum, proferre, erweitern: ut, *prolatare agros*, Tacitus 2 Hist. c. 78 n. 5. Et, *prolatare rem rusticam*, Columella procem. Oper. p. 7. ¶ Deinde differre, aufschieben. Cic. 4 Catil. c. 3 *Malum opprimi sustentando ac prolatando nullo pacto potest.* Livius lib. 21 cap. 5 *Ex quo die dux est declaratus, velut Italia ei provincia decreta, bellumque Romanum mandatum esset, nihil prolatandum ratus*, &c. Silius lib. 3 v. 142 *prolatare diem.* Et Tacitus Ann. 6 cap. 42 *ubi diem ex die prolatabant.*

¶ Prolatatus, a, um, verzögert, aufgeschoben. Tac. Ann. 13, 34, 4 *Mollibus adhuc initiis prolatatum bellum acriter sumitur.*

¶ Prolatatio, ōnis, prolatio, dilatio, verzögerung. Tacitus 3 Hist. c. 82 n. 3 *Sed omnem prolatationem, ut inimicam victoriæ suspectabant.*

¶ Referre, reportare, zurücktragen, wiederbringen. Cicero lib. 12 ep. 25 ad Cornificium: *Auster adversus maximo flatu me ad tribules tuos Rhegium retulit.* Atque ita ad alias res easque varias transfertur, ut v. g. promiscue dicamus *victoriam referre*, cum Livio lib. 4 cap. 17, & Frontino Strateg. 2 cap. 2, 4; ac, *victoriam reportare*, cum Cic. pro Lege Man. cap. 3, den sieg davon tragen. ¶ Deinde est narrare quid superiori judicandum aut deliberandum: ut, *Referre ad senatum de re aliqua*, Cic. Catil. 1 cap. 8, an den rath gelangen lassen, vermelden. *De rebus obscuris & incertis ad Apollinem referre*, Idem de Divin. 1 cap. 54. *Ad arbitrium alicujus rem referre*, Idem Tuscul. 5 cap. 28, zu eines willkühr stellen, heimgeben. *Ordine referre, narrare*, nach einander erzehlen, relation thun. *Referre salutem*, quod est, resalutare, Cicero ad Atticum lib. 16 ep. 3 extr. *Referre in codicem*, Cic. pro Rosc. Com. c. 1. Sic quoque, *in album, in commentarium manu sua*, Id. ad Atticum lib. 7 epist. 3, aufschreiben, ins buch eintragen, verzeichnen. *In rationes referre*, est rationibus adsignare, Id. de optimo gen. Orat. cap. 7, in die rechnung bringen. *Referre in numerum*, Suetonius Cæs. cap. 88. *In numerum deorum relatus est*, quæ solennis formula, qua Augustæ historiæ scriptores consecrationem bonorum principum significant. Eutropio idem est *inter divos referri*, in Vespasiano, Tito, Nerva, Trajano, & plurimis ceteris. Cicero dixit, *in deorum numero referre*, lib. 1 de Nat. Deor. cap. 12. Ad hæc de quovis regressu eleganter usurpatur, atque ita, *domum se referre*, Horatio lib. 1 satyr. 6 v. 114, & *referre se Romam*, Ciceroni pro Flacco cap. 21 est redire. Sic *gradum* quoque *referre* dicimus pro recedere, retrogredi, zurückweichen. Livius lib. 1 cap. 14 *Cum velut inter pugnæ fugæque consilium trepidant equitatu, pedes quoque referret gradum.* Et Ovidius 2 Fast. v. 502

> *Rettulit ille gradus*, &c.

Ex Pomponii Attici epistola ad eundem lib. 6 ep. 1 repetit Cicero: *Ac vellem, te in tuum veterem gregem retulisses*, quod est, sich zu seiner alten gesellschafft wiederum halten. *Referre se ad studia litterarum*, Cic. 1 fam. epist. 8. *Referre ad mansuetiores Musas*, Id. ibidem epist. 9. *Animum ad veritatem referre*, Idem pro S. Rosc. cap. 16, sein gemüth auf etwas richten. *Animum & oculos ad aliquem referre*, Idem pro Quintio cap. 14, auf einen achtung geben. Dicitur &, *ad animum referre aliquid*, i. e. considerare animo & examinare, apud Phædrum 3, 20. *Referre acceptum*, vide *Acceptum fero*, in *Capio*. Sic, *Ore aliquem referre*, einem gleich sehen, Virgilius 4 Æneid. v. 329. Sic, *Referre oculos, vultum, mores alicujus:* Plinius lib. 5 epist. 16 *Amisit filiam, quæ non minus mores ejus, quam os vultumque referebat.* Denique plures elegantissimas formulas, quæ huc referri omnes non possunt, & ex usu constare debent, hoc verbum parit; ut, *Referre omnia ad dignitatem*, Cic. lib. 12 fam. ep. 22, id est, metiri omnia dignitate, auf ehr und erbarkeit halten, cui contrarium est, *omnia ad suam utilitatem referre*, ibid. lib. 3 epist. 10. Sed, *referre gratiam*, est rebus, officiis se gratum præstare, in der that danckbar seyn, vergelten: quo ipso ab *Agere gratias*, aut *habere* distinguitur. Plancus Ciceroni lib. 10 ep. 11 *immortales ago tibi gratias, agamque dum vivam: nam relaturum me, affirmare non possum, nisi forte ita sensurus es, ut me referre gratiam putes, cum memoria tenebo.* Et, *Bonam vel malam gratiam referre*, guten oder bösen danck abstatten, wohl oder übel belohnen. Ter. Eun. act. 3 sc. 1 v. 55 *Tu par pari referto, denique quod eam mordeat.*

¶ Rēfert, impersonale, utile est, es betrifft. *Meâ refert*, mir ist dran gelegen. Sic, *magni, permagni, parvi refert: Multum, parum, nihil refert.* Sallustius Catilin. cap. 52 *Refert, me mihi atque vobis timere*, id est, necesse est, noth halben ist dran gelegen. Seneca ad Helviam c. 10 *Cum bene cesserit negotiatio, multum militia retulerit*, i. e. profuerit. Idem epist. 9 *quid refert?* was liegt daran? Vellej. 2, 72, 2 *tantum retulisset reipublicæ.* Ac *Refert* quidem, quando impersonale est, primam longam habet: est enim ex dativo *rei*. *Refert*, quasi rei fert: i. e. affert utilitatem rei, ut Verrius Flaccus auctor est. Quando autem dicimus *Mea, tua refert:* item, *Hujus, illius refert*, ellipsis est. *Mea refert*, i. e. ad mea refert, ut accusativus sit, vel *mea*, in ablativo, refert, i. e. in re mea. Cum dicimus *hujus refert*, subaudiendum est, gratia. Vide Vossium de Constructione c. 29.

¶ Relātus, a, um, fürgebracht, aufs tapet gebracht. Nepos Præfat. n. 1 *cum relatum legent.* Vellej. 2, 58, 4 *Exemplum relatum a Cicerone oblivionis, decreto patrum comprobatum est.*

¶ Rèlātus, ûs, subst. die erzehlung, das anbringen. Tacitus 1 Histor. cap. 30 n. 1 *Relatu virtutum opus est.* Symmach. lib. 5 epist. 64 *suorum relatu.* Quo etiam *Relatu* pertinet, quod Supinum alii vocant: ut, *digna relatu*, Ovid. lib. 4 Metam. v. 794. *fœdum relatu*, ib. 9 v. 167. Valer. Max. lib. 1 cap. 6 n. 11 *Vellem equidem placidius, sed quod relatu verum est.* Etiam ad formulam *referre gratias*, hoc nomen potest trahi. Ambrosius Epist. lib. 8 epist. 73 cap. 2 *Peto, ut supersedeas gratiarum relatu.*

¶ Rèlātio, ōnis, idem. Cic. in Pison. c. 13 *quis audivit relationem tuam?* Minucius Felix in Octavio cap. 2 *relatione alterna*, durch ein gespräch, erzehlung. ¶ 2. *Relatio gratiæ, beneficii*, vergeltung, danck-abstattung: Senec. lib. 5 de Benefic. cap. 11 *Beneficium & gratiæ relatio ultro citroque ire debent.* ¶ 3. In Rhetoricis, *Relatio criminis est, cum ideo jure factum dicitur, quod alius ante injuria lacessierit*, Cic. 1 Invent. c. 11. Conf. de Orat. 3 c. 54. ¶ 4. In Logicis, *Relatio* est mutuus rerum inter se respectus, qualis inter patrem & filium, dominum & servum &c.

¶ Relatīvus, a, um, relationem habens. Arnob. lib. 7 p. 221 *Honos relativi est ad alterum generis.* Augustinus lib. 5 de Trinit. cap. 16 *appellatio relativa.*

¶ Relatīvè, adverbium, ejusdem Augustini est, qui lib. 5 de Trinitate sæpius usus, ut c. 7 & c. 11 pr. & 12, 13 &c.

¶ Relator, ōris, qui refert, ein anbringer, erzehler. Balbus Ciceroni sub 8 ad Attic. ep. 15 *Incipiam sperare, etiam consilio senatus, auctore te, illo relatore, Pompejum & Cæsarem conjungi posse.* Sidonius lib. 7 epist. 2 *Si quispiam dignus relator evolveret, fierent jucunda memoratu*, hoc est, narrator. Adde Tertullian. de Anima c. 46.

¶ Referendarius, i, qui supplicum desideria principi refert, jussionesque principis judicibus insinuat. De *Referendariis* agit Cassiod. 6 Var. Form. 17.

¶ Refriva, vel Referiva, æ, faba, quæ primum referri solet domum ex segete auspicii causâ. vid. Festus & Plinius 18 c. 12, ubi in MSS. integre legitur *Referiva*, & male in quibusdam codd. *Refrina*, teste Vossio in Etym. p. 430.

¶ Retroferre se, pro retrocedere, Seneca dixit in præfatione Declamationum: *Nescio, qua iniquitate & ad malum pronitate naturæ eloquentia se retrotulerit.*

¶ Suffĕro, sustŭli, sublātum, sufferre, sustinere, ertragen. *Sumtum alicujus sufferre*, Terent. Heaut. a. 3 sc. 1 v. 4. *Plus oneris sustuli, quam ferre possum*, Cic. pro Rosc. Am. cap. 4, ich habe mehr auf mich geladen, &c. *Laborem sufferre*, Lucret. 3 v. 1013. *Supplicium sufferre*, Ter. Andr. a. 5 sc. 3 v. 17. *Pœnam sui sceleris sufferre*, Cic. 2 Catil. cap. ult. *Vix suffero anhelitum*, i. e. recipio, ich kan kaum athem holen, Plaut. Merc. a. 1 sc. 1 v. 4.

¶ Sublatus, a, um, Sublatio, vide in *Tollo, Sustollo.*

¶ Sufferentia, æ, tolerantia, die erdultung, Tertulliani est de Oratione c. 4 *ad sufferentiam nosmetipsos præmonemus.* Et mox: *demonstratio sufferentiæ debitæ.* Conf. & lib. 4 adv. Marc. c. 14.

¶ Superferre, drüber heben. *Periclitari partus dicitur, si superferatur*, wenn es über die zeit getragen wird, Plin. 32 c. 10.

¶ Superlatus, a, um, allzusehr erhoben, hochtrabend; ut, *Verba translata, & superlata*, Cicero in Partitionibus cap. 15, & Quintil. 8 c. 3.

¶ Superlatio, ōnis, est *oratio veritatem superans*, hyperbole, Auctor

ad Herennium lib. 4 cap. 33. Grammatici ad Superlativum gradum referunt. Sosip. Charisius lib. 1 cap. de Gradibus p. 90 *Ipsa superlatio per se prælationem omnium significat.*

¶ Superlativus, a, um, Grammaticorum verbum in discernendis gradibus. Vide Charisium c. l. & alios.

¶ Transferre, versetzen, verrücken. Virgil. Æneid. 1 v. 270 *Regnumque à sede Lavini transferet.* Terent. Adelph. a. 2 sc. 3 v. 10 *Transferre ad se*, auf sich ziehen, laden. *Caussam aliò transferre*, eine sache anders-wo anhängig machen. *Crimen, culpam, in se, in aliquem transferre*, Terent. Andr. a. 2 sc. 3 v. 4, die schuld auf einen werffen. Et in Heaut. a. 4 sc. 5 v. 52 *Quia enim in eum suspicio translata est amoris.* Et Cic. 1 de Orat. c. 29 *Si placet, sermonem aliò transferamus*, ist dirs gefällig, so wollen wir von andern dingen anheben zu reden. *Auctores Græcos transferre*, Quintil. 10 cap. 5. *Ad verbum transferre*, Sueton. Cæs. c. 30, von wort zu wort übersetzen, id est, interpretari, vertere. Sic, *in linguam latinam transferre*, &c. Metaphora *transfert* verbum à propria sua significatione ad aliam. Quintilianus lib. 8 cap. 6 de Metaphora: *Transfertur nomen aut verbum ex eo loco, in quo proprium est, in eum, in quo aut proprium deest, aut translatum proprio melius est.*

¶ Translatus, vel Tralatus, a, um, factus aliunde, übersetzt, versetzt. Quintil. 8 cap. 3 *Sunt verba propria, ficta, translata.* Cic. in Oratore cap. 27 *Illustrant orationem, quasi stellæ quædam, tralata verba* &c. *Translatum exordium* quid sit, vide apud eumdem de Invent. 1 cap. 18.

¶ Translatio, ōnis, die versetzung. *Vitis translatione optime provenit*, Plinius 21 cap. 4, er kömmt am besten fort, wenn er umgesetzet wird. Et Columella lib. 5 cap. 9 *arbuscula habiles translationi*, starck genug zur umsetzung. *Translatio criminis*, die ablehnung, Cic. 6 Verr. cap. 42; & ¶ 2. *Translatio*, metaphora, Ciceroni in Oratore cap. 27, & Quintiliano 8 cap. 6 latine vertitur. Vnde 3 de Orat. cap. 41 *durior translatio:* &, *verecunda debet esse translatio.* Scribitur & *Tralatio.*

¶ Translatitius, & Tralatitius, a, um, quod aliunde transfertur, entlehnet: ut, *tralatitium edictum*, Cic. Verr. 1 cap. 45; conf. Gell. 3 c. 18.

¶ Vsurpatur hoc nomen de omni eo, quod vulgare atque commune est, aut facile constat, was nicht viel auf sich hat, geringschätzig. Cic. ad Fam. 3, 8 *Hoc vero, ex quo suspicio nata est, translatitium est.* Sic, *officia translatitia*, Plinius lib. 9 ep. 37. *Translatitium funus* Sueton. dixit Nerone cap. 33. *Translatitiam humanitatem* Petronius. Vide & Vossium lib. 4 Instit. Orat. cap. 6 themat. ult. ubi pluribus de vi ac usu hujus dictionis disputat.

¶ Translatitie, adv. i. e. perfunctorie, negligenter, hinlässig, liederlich, obenhin. Sic, *translatitie defungi munere accusandi*, Lege 1 § 6 Prævaricatorem, ad SC. Turpillianum: *Injuriam translatitie exsequi*, Lege 1 D. de Jure patronatus legimus.

¶ Translatīvus, a, um, idem: ut, *Caussa translativa*, Cic. 1 de Invent. c. 10, & *Constitutio translativa*, ibidem lib. 2 c. 19.

II. Composita cum numeralibus:

¶ Bĭfer, a, um, bis ferens, zweymahl tragend: ut, *Arbor bifera*, Plin. 16 cap. 27 toto, & 13 cap. 22. *Bifera ficus*, Columell. lib. 5 cap. 10, bäume, die zweymahl im jahr tragen; quod etiam de fructu Suetonius Aug. cap. 76 dixit: *Caseum bubulum & ficos virides biferas maxime appetebat.* Vide ibi Torrentium. Solin. cap. 8 *bifera violaria.* Virgilius 4 Georg. v. 117 *hortos quæ cura colendi*

Ornaret, canerem, biferique rosaria Pæsti.

¶ Trĭfer, a, um, ternos per annum fructus producens, dreymahl tragend. Plinius lib. 16 cap. 27 *Vites quidem & triferæ sunt, quas ob id insanas vocant.* Columella lib. 5 cap. 10 *ficus biferæ & triferæ.*

III. Composita cum nominibus,

quorum ingens numerus est, in suis litteris invenies. Hic nominasse potiora sufficiet, ut: Ærifer, Æstifer, Annifer, Anxifer, Aristifer, Armifer, Astrifer, Aurifer, Austrifer, Baccifer, Blattifer, Caducifer, Cælifer, Columnifer, Conifer, Corymbifer, Crucifer, Cupressifer, Electrifer, Escifer, Falcifer, Fatifer, Flammifer, Fletifer, Fructifer, Furcifer, Gemmifer, Grandifer, Granifer, Hastifer, Humifer, Ignifer, Imbrifer, Laborifer, Legifer, Letifer, Lucifer, Malifer, Mellifer, Metallifer, Mortifer, Multifer, Noctifer, Nubifer, Odorifer, Olivifer, Omnifer *in dubia lectione*, Opifer, Ostrifer, Pacifer, Palmifer, Paludifer, Pestifer, Pinifer, Pomifer, Populifer, Rotifer, Sagittifer, Salutifer, Sanifer, Sceptrifer, Serenifer, Serpyllifer, Solifer, Somnifer, Soporifer, Spicifer, Spinifer, Taurifer, Vaporifer, Velifer, Venenifer, Vitifer, Vmbrifer, Votifer, &c.

Ferocio, Ferocitas, vide *Ferox.*

FĒRŌNIA, æ, libertorum dea, in cujus templo servi manumittebantur pileumque accipiebant raso capite. Vide Alex. ab Alex. lib. 4 cap. 10. Dalech. ad Plin. lib. 2 c. 55. Servium ad Virg. Æn. 8 v. 564, & Taubm. in Plaut. Mil. glor. p. 854, & Amph. p. 43. Vt epitheton Junonis occurrit in Inscript. apud Fabrett. p. 411 IVNONI. FERON. Item: IVNONI. REG. ET. FERONIAE. Alii ex Dionysii lib. 3 Antiqu. Rom. deam quamdam florum a Junone diversam credunt, quos inter Jac. Oiselius in Thes. Numism. Antiqu. ad Tab. 48 n. 4. Virg. Æn. 7 v. 800 *Viridi gaudens Feronia luco.*

FĔROX, ōcis, adjectivum, est ferus, indomabilis, translatum a feritate, muthig, frech, wilde, muthwillig. Virg. Æn. 4 v. 135 de equo:

frena ferox spumantia mandit.

Ter. Eun. a. 3 sc. 1 v. 25 *Eone es ferox, quia habes imperium in belluas.* Comp. *Reddit hominem ferociorem impotentioremque victoria*, Cic. 4 fam. epist. 9, sieg macht übermüthig. Idem in Vatin. cap. 2 *Homo naturâ nimium vehemens feroxque*, gar zu hefftig und trotzig. Liv. lib. 1 cap. 12 *globus ferocissimorum juvenum.* Plura Lambinus de hac voce ad Horat. od. 15 lib. 1. Poëtæ frequenter hoc epitheton deabus, & heroinis, pro virginitate nihil non ausuris, tribuunt. Barth. ad lib. 2 Thebaid. Statii p. 639. ¶ 2. Est &, ubi in bonam partem accipitur, pro bellicoso, forti, cordato, beherzt. Ita *Ferocior*, id est, bellicosior, C. Nep. Themist. c. 2. Item Tacitus *ferocissimos* pro fortissimis dixit lib. 2 Histor. c. 24 n. 3. Adde Nonium c. 4 n. 192, & Freinshemii Indicem Curtianum. ¶ 3. Nomen id convenit quoque elato atque arroganti animo, wenn man auf etwas stoltz ist: ut, *formâ ferox*, Plaut. Mil. a. 4 sc. 9 v. 13. *Præsidio Veneris ferox*, Horat. 1 od. 15 v. 13, & Accius apud Nonium l. c. *Neque vi tanta quisquam est, neque tam abundans fortunis ferox.* ¶ 4. Quandoque crudelitas una notatur. Sic Virg. Æn. 5 v. 277 de sævo serpente: *ferox ardensque oculis.* Conf. Æn. 10 v. 711, ubi *ferox* & *sævus* se invicem explicant. Adde Borrich. Cogit. adversus Voss. p. 105. ¶ 5. Denique *Ferox* cognomen Rom. a moribus tractum. De *Magurio Feroce* vide Inscript. Patavinam a Reinesio illustratam. *Julii Ferocis* cum laude meminit Plinius 2 epist. 11. Est etiam nomen canis Colum. 8 c. 12.

¶ Fĕrōculus, i, diminut. etwas wild. Hirtius B. Afric. cap. 16 *Miles feroculus.*

¶ Fĕrōcia, æ, übermuth, frechheit. *Effrenata ferocia*, Cicer. fragm. apud Nonium c. 8 n. 15. *Comprimere ferociam alicujus*, Idem de Arusp. respons. cap. 1, eines muthwillen steuren. *Ferociam exuere*, die wilde art ablegen, Tacit. Annal. 2 cap. 72. Cato apud Gell. lib. 7 cap. 3 *ferociam & superbiam* conjungit: sicut *virtutem* & *ferociam* Tacitus Agric. c. 31 n. 6, & Livius lib. 9 c. 6 extr. Adde de auspicatiore hac notione supra in *Ferox* dicta.

¶ Ferocitas, atis, idem. Cicero pro Marcello c. 6 *Vidi eum cum insolentiam certorum hominum, tum etiam ipsius victoriæ ferocitatem extimescentem.* Sueton. Vitellio c. 12 cum *contumacia* conjungit. Meliorem in partem adhibuit Val. Maximus lib. 3 cap. 2 n. 7 *Numantino Theogeni ad virtutem capessendam, quasi magistra, gentis suæ ferocitas exstitit.*

¶ Ferociter, ferocius, ferocissime, adverb. gantz trotzig. Livius lib. 23 cap. 8 *Cum qua ferocissime pro Romana societate adversus Punicum fœdus steterat.* Sic, *Maledicta in aliquem aspere, libere & ferociter dicere*, Cicero pro Plancio cap. 13 extr. *Ferocius obequitare*, Livius lib. 9 cap. 22. *Ferocius loqui*, Nepos in Eumene cap. 11. Plaut. Amphitr. act. 1 sc. 1 v. 57

magnanimi viri freti virtute & viribus

Superbe nimis ferociter legatos increpant.

¶ Ferocio, ire, ferocem esse, frech seyn, toben. Gellius lib. 1 cap. 11 *Nihil in principiis præliorum ad virtutem aptius rati, quam si permulcti sonis mitioribus non immodice ferocirent.* Et eodem cap. *ferocientem sævientemque cohibere.* Tertullianus Apolog. cap. 5 *Reperietis, primum Neronem in hanc sectam Cæsariano gladio ferocisse.* Apulejus 9 Met. post pr. *rati, me eadem peste infectum ferocire.* Eumenius Panegyr. Constantii cap. 7 *fluctibus ferocire*, de mari.

¶ Præferox, ōcis, valde ferox, sehr trotzig. Livius lib. 5 cap. 36 *præferoces legati.* Sueton. Cæs. cap. 35 *Pharnaces multiplici successu præferox.*

Ferrugo, quære in *Ferrum.*

FERRVM, i, durissimum metallum, das eisen. De *ferro* agit Isidorus Orig. 16 c. 20 toto, ubi *ita dictum* ait, *quod farra, id est, semina frugum, terræ condat.* Alii a *ferendo* derivant, quod in agros colendi gratia feratur; alii a *feriendo*, quod cætera eo feriantur adeoque domentur. Vossio est a *feritate*, quod sint *fera ferri corpora*, uti vocat Lucretius 2 v. 102. Sic & Ennius: *feroque ornantur ferro.* Virgil. 1 Georg. v. 57 *India mittit ebur; molles sua thura Sabæi:*

At Chalybes nudi ferrum.

Ferrum vivum, quod in magnete extritum, ferrum attrahit. ¶ 2. Frequenter pro gladio, & armis ferreis usurpatur. Apulej. lib. 3 Miles. pag. 131 ed. Elmenh. *At illi barbari prorsus, & immanes homines neque fugam capessunt; & cum me viderent in ferro, tamen audaciter resistunt.* Seneca Tragicus in Octavia v. 456 *Ferrum tuetur principem*, ex Neronis persona, cui Seneca respondet: *Melius fides.* Nepos Epaminondâ cap. 9 *si ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat, extraxisset*, &c. das eisen am spieß. Plinius *ferrum* vocat *optimum pessimumque vitæ instrumentum*, lib. 34 c. 14. ¶ Pro *vomere* accipit Virgil. 1 Georg. v. 50 *At prius ignotum ferro quam scindimus æquor.*

¶ *Ferrum tuum in igni est*, proverbiali formulâ dixit Seneca Ludo de morte Claudii, pro, *Negotium tuum agitur*, deine sache läufft jetzunder für.

¶ Ferreus, a, um, ex ferro, eisern. Ovid. lib. 1 de Arte v. 473

Ferreus assiduo consumitur annulus usu.

¶ 2. Per Metaphoram *durum* significat & *inhumanum*, unbarmhertzig. Cic. 15 epist. ult. *Ferreus essem, si te non amarem*, ich müste ein eisern hertz haben, etc. *Ferreus ac ferus*, idem. Tibull. lib. 1 elegia ult.

Quis fuit, horrendos primos qui protulit enses?

Quàm ferus, & verè ferreus ille fuit.

Item impudentem; ut, *Os ferreum*, Cic. in Pison. cap. 26, ein unverschämt gesichte.

¶ Ferrārius, a, um, zum eisen gehörig: ut, *Officina ferraria*, die eisenhütte. *Faber ferrarius*, apud Plin. lib. 13 cap. 22, & lib. 14 cap. 4, ein schmid. ¶ Et absolute *Ferrarius*, quasi substantivum. Inscriptio vetus apud Sponium Misc. E. A. p. 66 COLL. FERRARIOR. i. e. *collegium ferrariorum*, die hammer-herren.

¶ Ferrāria, æ, substantivum, fodina, ex qua ferri materia prima extrahitur, ein eisenberg, eisengrube. Cæsar 7 Bell. Gall. cap. 22 *Apud eos magnæ sunt ferrariæ, atque omne genus cuniculorum notum atque usitatum.*

¶ Ferrātus, a, um, ferro munitus, mit eisen beschlagen oder belegt: ut, *Hasta ferrata*, Livius lib. 1 cap. 32. *Vectes ferratæ*, Plin. lib. 36 cap. 23. Et, *Agmina ferrata*, geharnischte trouppen, Horat. lib. 4 oda 14 v. 30. ¶ *Ferrati* absolute sunt cataphracti, aut validius armati, kürissirer. Tacitus 3 Annali cap. 45 n. 3 *In fronte statuerat ferratos; in cornibus cohortes; à tergo semermos.* *Ferrati viri* dicuntur apud Claudian. de 6 Cons. Honorii v. 571. ¶ *Aquæ ferratæ*, sunt acidulæ, sauerbrunnen. Scrib. Largus Compos. 146 *Hoc traxi ab aquis caldis, quæ sunt in Tuscia ferratæ.* Ad quem locum vide Jo. Rhodio notata. Lucas Holstenius in Cluverii Antiq. Italiam pag. 35 *Ferratam*, inquit, *aquam vocabant fontes acidulos, ferri qualitate infectos.*

¶ Præ-

¶ Præferratus, a, um, quod ferrum in cacumine habet, mit eiserner spitze. Plinius lib. 18 cap. 10 *pilum præferratum*.

¶ Ferrātĭlis, e, der eisen anträgt. *Ferratile genus*, Plautus Most. a. 1 sc. 1 v. 17 servos appellat ergastularios, ferreis compedibus vinctos, de quibus Lips. Elect. 2 c. 15, & Muret. 5 Var. Lect. c. 9.

¶ Ferrāmentum, i, instrumentum ferreum, eisern zeug, eisenwerck. Martial. in lemmate lib. 14 epigr. 36 *Ferramenta tonsoria*. Apulej. Florid. 2 *Nec radio, nec subulâ, nec lima, nec torno, nec id genus ferramentis uti*. Horatius de instrumentis fabrilibus utitur, lib. 1 epist. 1 v. 85. Cæsar de iis, quibus terra foditur & cæspes cæditur, lib. 5 de Bello Gall. cap. 41 adhibuit. Pro gladiis Cicero 3 Catilinar. cap. 5, *Cethegus dixit, se bonorum ferramentorum studiosum esse*. Petronius: *Eodem ferramento ad mortem viam quæro*. Livius lib. 1 cap. 40 *Ferramenta* pro securibus dixit: & ipse *agrestia ferramenta* interpretatur securim. Asserenda hæc vox è MSStis Suetonio in Tito cap. 9 pro *ornamento* est: quamvis aliter Casaubonus & Torrentius velint. Vide infra *Ornamentum*. Pausanias in Laconicis ex Homero colligit, veteribus non fuisse in usu ferramenta, verum æramenta solum. Add. Hesiod. ἐργ. v. 150, & Voss. lib. 4 Orat. c. 8 n. 11.

¶ Ferramentarius, i, ein eisenhändler, Firmicus 3 c. 13.

¶ Ferrūgo, ĭnis, ferri rubigo est, ut ærugo æris, rost, eisen-rost. Plin. 23 cap. 8. ¶ Per metaphoram, dunckelroth, oder braune farben. Virgil. Æn. 9 v. 582 *ferrugine clarus Ibera*. Conf. Æn. 11 v. 772. Claudian. lib. 2 de Raptu v. 93 *Dulci violas ferrugine pingit*. Vet. Gloss. *Ferrugo*, πορφύρα μέλαινα.

¶ Ferrūgĭnans, antis, ferrum sapore referens, eisenschmackhafft. Tertull. adv. Valent. cap. 15 *guttæ bituminosæ, ferruginantes & sulphurantes*.

¶ Ferrūgĭneus, a, um, eisenfarb, castanien-braun. Constat hic color ex rubri nigrique misturâ. Hinc *ferrugineos hyacinthos* Virgil. dixit Georg. 4 v. 183. Ausonius epist. 10 v. 62

Livor ubi iste tuus, ferrugineumque venenum
Opportuna tuis inimicat pectora fucis.

¶ Ferrūmen, ĭnis, lotwerck, löt-metall. *Ferramen cæmentorum*, kalck, Plin. lib. 36 cap. 23.

¶ Ferrūmĭno, are, conglutinare, zusammen löten. Plin. 31 cap. 6 *aquæ marinæ ferruminant fracturas*. Plaut. Mil. a. 4 sc. 8 v. 25 *ferruminare labra labellis*, einander hertzen.

¶ Conferruminare, idem. Plin. 27 cap. 8 *Conferva appellata a conferruminando*.

¶ Ferruminatus, a, um, zusammen gelötet. Plin. lib. 10 cap. 33 *ferruminato alvi glutino*. Vide Vallam lib. 6 cap. 58.

¶ Ferruminatio, ōnis, die lötung. Lege 23 § 5 Digest. de rei vindicatione.

¶ Ferrifodīna, æ, idem quod ferraria, ubi foditur ferrum, eine eisen-grube. vid. Varro de L. L. 7 cap. 33.

¶ Ferrĭterus, i, servus, qui ferrum terit, quo vinctus est, der in eisern banden ist. Plaut. Trin. a. 4 sc. 3 v. 14 *Ferriteri, mastigiæ*.

¶ Ferriterium, i, locus, ubi ferrum teritur, seu carcer, ubi ferreæ compedes teruntur, das stockhauß. Plaut. Most. a. 3 sc. 2 v. 55 *Inde in ferriterium, postea in crucem recta*.

¶ Ferrĭtrĭbax, ācis, idem qui ferriterus, a τρίβειν ridicule dicitur Plauto Most. a. 2 sc. 1 v. 9 *Plagipatidæ, ferritribaces viri*.

Fertor, Fertorius, Fertum, vide *Fero*.

FERVEO, fervi & ferbui, fervēre, heiß, hitzig seyn, sieden. *Vina, musta fervent*, der most brauset, Plin. lib. 14 cap. 9. ¶ *Fervet opus*, cum continuatur, Virgil. Æneid. 1 v. 436, man ist in voller arbeit. *Fora litibus omnia fervent*, Martial. 2 epigr. 64. Sic dicitur, *Animus iracundiâ, vitiis fervet*: Horatius 1 epist. 1 v. 33

Fervet avaritia miseraque cupidine pectus,

er ist unruhig für geitz, ꝛc.

¶ Fervo, ĕre, tertio ordine, idem; apud Terent. & Virg. &c. *Cum fervit maxime, tam placidum, quam ovem reddo*, in Adelph. a. 4 sc. 1 v. 18. Sic Virgil. 1 Georg. v. 455

Omnia tunc pariter vento nimbisque videbis
Fervere: non illa quisquam &c.

Et Propertius lib. 2 eleg. 28 v. 4

Incipit & sicco fervere terra cane.

Ita etiam corripitur *Effervere*, de quo infra.

¶ Fervens, entis, fervidus, heiß, hitzig, siedend. Cic. 3 Verr. cap. 26 *Aqua ferventi perfunditur*. Idem 1 Offic. cap. 15 *Fortis animus & magnus in homine non perfecto, nec sapiente, ferventior plerumque est*. Columella lib. 12 cap. 50 extr. *aqua ferventissima*. Pallad. lib. 1 cap. 33 *sterquilinium columbinum ferventissimum*.

¶ Ferventer, adverb. heiß, hitzig. *Loqui ferventer*, hefftig reden, Cælius ad Ciceronem lib. 8 famil. epist. 8. Et Augustinus de Genesi ad litter. lib. 2 c. 5 *Quæ celerius, utique ferventius aguntur*. Idem de Civ. Dei lib. 18 cap. 52 *Paulus Christum ferventissime prædicabat*.

¶ Fervĭdus, a, um, fervens, brünstig, ungestüm. *Ingenium fervidum*, id est, vehemens, Liv. 27 cap. 33. *Fervidum genus dicendi*, Cicer. de Clar. Or. cap. 68, hitzig. *Fervidior oratio*, ibid. cap. 27, & proprie: *diei fervidissimum tempus*, Curt. lib. 3 cap. 5.

¶ Fervĭde, adverb. hefftig, sehr. Plaut. Truc. a. 2 sc. 4 v. 2 *Fervide ut tota floret*. Sed vulgo legitur: *Ver vide*.

¶ Fervor, ōris, die brunst, hitze. Plinius lib. 5 cap. 1 *loca inhabitabilia fervore*, vor grosser hitze. *Maris fervor*, Cic. de Prov. Cons. cap. 12, das ungestüme meer. *Fervores febrium*, Plin. lib. 31 cap. 9. Metaphorice Cic. de Senect. cap. 13 *Fervor ætatis*, die jugend, die heiß vor der stirn ist: & *Fervor mentis*, Idem 1 de Orat. cap. 51.

¶ Fervesco, ĕre, hitzig werden. Lucret. lib. 6 v. 851

fontem acri
Sole putant subter terras fervescere raptim.

¶ Fervefacio, ĕre, erwärmen, siedend machen. Plaut. Pseud. a. 3 sc. 2 v. 44 *Ipsæ sese patinæ fervefaciunt*. Apicius lib. 4 cap. 2 *Oenogarum fervefacies*.

¶ Fervefactus, a, um, erhitzt, heiß gemacht. Solinus cap. 29 *Radiis fervefacta sunt omnia*. Et Plin. 20 cap. 3 *vinum fervefactum*.

Composita:

¶ Conferveo, ēre, erwarmen. *Confervent ossa mota aut soluta*, Cels. 8 cap. 10.

¶ Confervefacere, heiß oder siedend machen, Lucretius 6 v. 352

Aurumque repente
Confervefacit.

¶ Confervesco, ĕre, una fervescere, heiß werden. Vitruvius lib. 5 cap. 3 *versando confervescit*: & lib. 7 cap. 11 *ab ignis vehementia confervescendo*. Adde lib. 1 cap. 5, ubi etiam *confervescit* legitur. ¶ 2. Translate: *Mea cum conferbuit ira*, Hor. Serm. lib. 1 sat. 2 v. 71, wenn ich mich erzürnet habe.

¶ Defervēre, Plin. lib. 14 cap. 9 extr. &

¶ Defervescĕre, fervorem remittere, mitescere, kalt werden, aufhören zu brausen; ut, *Ira defervescit*, Cicero 4 Tuscul. cap. 36. *Sperabam, jam deferbuisse adolescentiam*, Terent. Adelph. a. 1 extr. er solte die kinderschuh vertreten, die hörner abgestossen haben. Sic Cic. pro Cælio cap. 18 *Multi summi & clarissimi cives fuerunt, quorum, cum adolescentiæ cupiditates deferbuissent, eximiæ virtutes firmatâ jam ætate extiterunt*, wenn sie ausgebraußt.

¶ Defervefacio, ĕre, idem quod fervefacere, sieden, apud Catonem legitur cap. 157; & Vitruvium lib. 8 cap. 5 *In aheno si ea aqua defervefacta fuerit*.

¶ Defervefactus, a, um, idem quod fervefactus, decoctus, abgesotten: ut, *defervefacti caules*, Plin. 20 cap. 7. *Semen defervefactum in aqua*, Idem 26 cap. 15. Et Varro apud Lactant. de Opif. Dei cap. 17 *aër defervefactus in pulmone*.

¶ Defrŭtum, i, quasi defervitum, h. e. decoctum, est *mustum ex duabus partibus ad tertium decoctum*, ut docet Columella 12 cap. 20 & 21. conf. Plin. 14 cap. 9 & 31, meet, dick gesottener wein. Martial. lib. 4 epigr. 46

Et Lucania ventre cum Falisco,
Et nigri Syra defruti lagena.

¶ Defrŭto, are, decoquere, absieden. Columella lib. 2 cap. 22 *defrutare vinum*.

¶ Defrutarius, a, um, zum absieden gehörig: ut, *vasa defrutaria*, hoc est, defruto coquendo apta, Columell. lib. 12 cap. 9 extr. *defrutaria cella*, Idem 1 cap. 6.

¶ Efferveo, ēre, & Effervo, ĕre, heraus brausen, heraus wüten. Virg. 1 Georg. de Ætna v. 471 *Cyclopum effervere in agros*.

¶ Effervens, entis, hitzig, herauswallend. Gellius lib. 2 cap. 27 *cum gaudio efferventiore rerum expetitarum*.

¶ Effervesco, ĕre, aufkochen, aufwallen, sieden; ut, *Aquæ effervescunt ignibus subditis*, Cic. 2 Nat. Deor. cap. 10. ¶ 2. Gravem locutionem cum metaphora efficit; ut, *Pontus armatus effervescens in Asiam atque erumpens*, er bricht aus, er laufft über, Cicer. de Provinc. cons. c. 4. Sed, *Censeo latendum tantisper ibidem, dum effervescat hæc gratulatio*, Idem 9 fam. ep. 2, id est, defervescat, ut *exsævire*, finem sæviendi habere, uti Victorius consensu MStorum legit: quæ vero oscitatio scribarum Jo. Georg. Grævio, perspicacissimo viro, videtur esse. Vide quæ ad hanc epistolam notavit.

¶ Effervescens, tis, siedeheiß; ut, *Verba effervescentia*, zornige worte, Cic. lib. 2 de Oratore cap. 20.

¶ Inferveo, ēre, & Infervesco, ĕre, idem est quod fervere, erhitzen, sieden. Horat. 2 satyr. 4 v. 67 *vinum sectis inferbuit herbis*. Cato cap. 108 *ter inferveat*. Et Columella lib. 12 cap. 38 *mel Atticum ter infervere facito*. Scribonius Largus Compos. 209 *Oleo infervescit spuma argentea trita curiose*. Et Composit. ult. *infervescunt super carbones*. Et Silius lib. 13 v. 341

Obtendensque manum, solem infervescere fronti
Arcet.

¶ Infervefacere, siedend machen, wärmen. Eâdem ult. Largi Compositione: *semel mane, & in nocte semel infervefacere oportet*. Ibidem: *postero & tertio die quum infervefiunt*. Item: *quum infervefacta fuerint*.

¶ Perfervēre, sehr heiß werden. Pomponius Mela lib. 1 cap. 8 de fonte Solis: *cum est* [nox] *media, perfervet*.

¶ Perfervĭdus, a, um, valde fervidus, sehr heiß. Columella lib. 5 c. 5 pr. *æstas perfervida*.

¶ Præfervidus, a, um, idem. Livius lib. 9 cap. 18 *trux ac præfervida ira*.

¶ Refervēre, & Refervescĕre, interdum idem ac refrigescere, erkalten. Cicero de Clar. Orat. cap. 91 extr. *referverat oratio*, id est, *reciderat vox*, ut ipse ibidem Tullius interpretatur. Sed lib. 1 de Divinat. cap. 23 *sanguis refervescere videretur*, id est, recalescere, wieder erwarmen.

¶ Suffervēre, aliquantulum fervere, laulicht seyn. Apulej. de Herb. cap. 115 *subferveat*.

¶ Suffervefacio, ĕre, aliquantulum fervidum reddere, ein wenig erhitzen. Plin. lib. 18 c. 11 *vulgo nec suffervefaciunt*. Et passive *Suffervefio*. Plin. 27, 9 *Affirmant, lapillos, qui suffervefiant, rumpi*. Idem 30 cap. 6 *In aqua subfervefieri*, aufsieden. Hinc

¶ Suffervefactus, a, um, aufgesotten. Idem Plin. lib. 12 cap. 26 *in vino suffervefactum*. Et lib. 14 cap. 9 *cum quinque congiis austeri musti, cum congio mellis & salis cyatho suffervefactis*.

FĔRŬLA, æ, Græcis νάρθηξ, Germaniæ ignota frutex. Nascitur autem sponte in Italia, feniculo similis, Plinius 13 c. 22. ¶ Propter levitatem pædagogis in usu fuit ad castigandos pueros, ob id Columellæ in carmine de Cultu Hortor. v. 118 *ferulæ minaces* dictæ, ruthen. Hinc Horat. 1 sat. 3 v. 120 *ferula cædere*, züchtigen. Juvenalis ait sat. 1 v. 15

Et nos ergo manum ferulæ subduximus: & nos
Consilium dedimus Syllæ, &c.

Martial. lib. 10 epigr. 62 *Ferulæque tristes, sceptra pædagorum, cessent*. Erasm. in proverb. *Contra retiarium ferula: Ligni genus est*, inquit, *quo quondam pueri cædebantur, atque item milites, si quid contra disciplinam facere viderentur*. Vid. Auson. Protreptico ad Nepotem Ausonium de studio puerili, Idyllio 4 v. 29.

¶ Ferulāgo, ĭnis, frutex, quem ferulâ humiliorem Theophrastus, cæterum

terum similem omnino esse tradidit. Cæl. Aurel. Acut. 2 cap. 12 *Thapsia, quam nos ferulaginem dicimus.*

¶ Ferulāceus, a, um; ut, *caulis ferulaceus*, Plinius 25 cap. 5. *Herbæ ferulaceæ*, quo nomine omnes plantæ umbelliferæ dicuntur, so ihre blüte und früchte auf dolltern tragen. *Elaphoboscon ferulaceum est*, Plinius lib. 22 cap. 22.

¶ Feruleus, a, um, ex ferula factus. Cæl. Aurel. Tard. 2 cap. 1 *Aleuris tabella aut ferulea.*

Ferus, a, um, vide in *Fera.*

FESCENNIA, æ, sive Fescennium, i, oppidum Etruriæ, Plin. 3 cap. 5. *Oppidum est Campaniæ*, inquit Servius, *ubi nuptialia inventa sunt carmina.*

¶ Fescennīnus, a, um, gentile; ut, *Fescenninæ acies*, Virgil. Æn. 7 v. 695. ¶ 2. *Fescenninus* est impudicus, lascivus, obscenus, schandbar, üppig, unzüchtig. *Fescennini versus*, scribit Festus, *qui canebantur in nuptiis, ex urbe Fescennia dicuntur allati: sive ideo dicti, quia fascinum putabantur arcere.* Macrob. lib. 2 Saturn. cap. 4 *Pollio cum Fescenninos in eum Augustus scripsisset, ait: At ego taceo. Non est enim facile, in eum scribere, qui potest proscribere. Fescennina locutio*, Catull. carm. 62. *Fescenninus versus*, Livius lib. 7 cap. 2. Et, *Inter nuptiales fescenninos*, Senec. Controv. 21. Sic etiam Auson. Parecbasi Idyll. 18 *Hactenus castis auribus audiendum mysterium, nuptiale ambitu loquendi & circuitione velavi. Verùm quoniam Fescenninos amat celebritas nuptialis, verborumque petulantiam*, &c. Horat. lib. 2 epist. 1 v. 145 *Fescennina per hunc inventa licentia morem.*

Adde Elmenhorst. in Arnob. lib. 4 p. 136. Apud Prudentium 1 in Symmach. v. 261 *Fescennina* absolute sunt cantica nuptialia, ut non adeo semper versus omni obscenitate pleni denotentur.

Fessus, defessus, vide *Fatisco.*

FESTĪNO, avi, atum, are, properare, eilen, beschleunigen. Volunt hoc de corporis actionibus dici: *Properare* ad animi actiones & studia referri. Sed male. Nam contra Horatius lib. 2 od. 7 *deproperare coronas* dixit: Juven. sat. 9 v. 126

festinat enim decurrere velox
Flosculus angustæ miseræque brevissima vitæ
Portio.

Festinare fugam, i. e. accelerare, Virg. 4 Æn. v. 575. *Festinare in se mortem*, Tac. Ann. 4, 28, 3. Et cum infinito modo: *festinabimus emundare*, Columella lib. 4 cap. 27 pr. ¶ Aliquando est satagere, geschäfftig seyn, Plaut. Casina a. 4 sc. 1 v. 5 *Omnes festinant intus totis ædibus*, &c. Loquitur de apparatu nuptiarum. Horat. lib. 4 od. 11

Cuncta festinat domus: huc & illuc
Cursitant mistæ pueris puellæ.

¶ *Festinare virginem*, pro, festinis nuptiis locare, zeitlich verheyrathen. Tacit. de Germ. dixit cap. 20 *Nec virgines festinantur.*

¶ Festīnātus, a, um, übereilet, in eil gemacht. *Festinata maturitas celerius occidit*, Quintilianus proœm. lib. 6. *Honores festinati*, Lucan. lib. 8 v. 24. *Festinatum prælium*, Tac. Hist. 3, 15, 3.

¶ Festīnātio, ōnis, celeritas, die eil, eilfertigkeit. *Remis velisque in patriam omni festinatione contendere*, Cic. lib. 12 famil. ep. 25. Livius lib. 5 extr. *Festinatio curam eximit*, eilen bringt nichts gutes. Idem, *Festinatio improvida est & cæca.*

¶ Festīnabundus, a, um, eilfertig. Val. Max. 2 cap. 8 n. 5 *festinabundâ manu.*

¶ Festīnanter, adverb. in eil, eilend. Cic. 5 de Fin. cap. 26 *Illud mihi à te nimium festinanter dictum videtur.* Tacitus 15 Annal. cap. 3 *occulto præcepto, compositiùs cuncta, quam festinantiùs agerent.* Sueton. Aug. cap. 29 *festinantiùs publicatum.* Plinius lib. 5 epist. 17 pr. *Festinantius nuntio tibi.* Augustinus Paulino epist. 250 sub fin. *festinantissime respondisse.*

¶ Festinato, & Festinate, alia adverbia ejusdem notionis. Quintilian. 4 cap. 2 *Quam nihil festinatò fecisse videtur Milo?* Columella lib. 1 cap. 6 *Materia festinatò siccetur.* Gellius lib. 10 cap. 11 *Cum significandum est, coactius quid factum & festinatius.*

¶ Festinatim, pro Festinanter, ex Pompon. & Sisenna producit Nonius cap. 11 n. 37.

¶ Festīnis, e, hurtig. Titinn. apud Nonium cap. 8 n. 3 *Nunc hæc res me facit festinem.*

¶ Festīnus, a, um, celer, behend, eilend. Ovidius lib. 11 Metam. v. 348 *cursu festinus anhelo.* Claudianus Epithalamio Honorii & Mariæ v. 325 *Canities festina venit.*

¶ Festinè, adverb. aliud, alsbald. Cicero Attico lib. 4 epist. 14 *festinè odorari.*

¶ Confestim, adverb. cum Vossio huc referri debet, significans mox, e vestigio, alsbald. Charisius Sosipater cap. de Adverbio: CONFESTIM, *ut competenti festinatione. Sisenna Milesiar. XIII, Confestim secuta est.* Et ibidem: *Confestim pro continuo & sine intervallo.* Gloss. Vet. *Confestim*, παραχρῆμα, παραυτίκα, εὐθέως. Cicero in 5 Philipp. cap. 12 *sine ulla mora & confestim rem gerere*, ohne verzug, stracks.

¶ Præfestīno, are, sehr eilen, sich übereilen. Livius lib. 23 cap. 14 *ne deficere præfestinarent.* Conf. Plaut. Rud. a. 1 sc. 2 v. 31. ¶ Tacito est festinando præcurrere, præterire, vorbey eilen: *Quo vera seu falsa præteriret, Toronæum Thermæumque sinum præfestinans, mox Eubœam* &c. *dein Corinthium litus angustiasque Isthmi evadit*: Annal. 5 cap. 10 n. 4.

¶ Præfestīnātus, a, um, allzu eilig; ut, *præfestinatum opus*, Colum. 11 cap. 2 sub init.

¶ Præfestinatim, adverb. sehr schnell. Sisenna apud Nonium cap. 2 n. 708 *quos vellent, instituerent præfestinatim & cupide.*

¶ Refestinare, zurück eilen. Paulinus ad Augustinum epist. 45 [al. 44] extrema: *qui à tenebris justissime refestinavit ad lucem suam.*

Festivitas, Festivus, &c. Festra, vide *Festus, Fenestra.*

FESTŪCA, æ, sati cujusque pullulus, ein sprößlein, hälmlein, splitter. Columella lib. 8 cap. 15 *festucæ surculique.* Plinius lib. 18 cap. 27 *cum herba creverit in festucam.* Vnde adagii forma, *Per trabem oculi sui festucam alterius niti eruere*, dixit S. Hieronymus, vitiis suis crassis non animadversis, levia aliorum errata reprehendere. ¶ 2. Festuca, ein strohhalm. ¶ 3. Festuca quoque dicebatur virga, quâ Prætor manu mittendi caput percutiebat, quæ & *vindicta* vocata, ideo, quod hominem libertati vindicet, ut docet vetus Schol. ad illud Persii sat. 5 v. 88 *Vindictâ postquam meus à Prætore recessi.*

Plaut. Milit. Glor. a. 4 sc. 1

Quid? ea ingenuan' an festucâ facta è serva libera est?

¶ Festucula, æ, dimin. ein hälmlein, Pallad. 5 cap. 8.

¶ Festucarius, a, um, adject. ad vindicandum pertinens: ut, *festucaria vis*, quæ fit de festuca & re parvi momenti, Gellius lib. 20 c. 10 extr.

FESTUS, a, um, adject. feriatus, feyerlich; ut, *Festus*, vel *festa dies*, der feyertag: dies anniversarius, cujus celebratio singulis annis recurrit *Agitare, celebrare dies festos*, feyertage halten, begehen, Cicer. 4 Verr. cap. 63, & pro Arch. cap. 6. ¶ *Festus dies*, inter blandiendi formulas: in eos, unde sibi plurimum gaudii & voluptatis (quibus per festos dies frui solebant) pollicerentur. Plaut. Casina a. 1 v. 49

Sine, amabo, te amari meus festus dies!
Meus pullus, passer, &c.

Terent. Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 12 *O festus dies hominis*, &c. Erant autem FESTI DIES, aut sacrificiorum, aut solennium conviviorum, aut ludorum, aut feriarum. ¶ *Festior*, Comp. Claudian. 3 Conf. Honor. v. 3 *Festior annus erat.* Superl. *festissimi dies*, apud Vopisc. in Tacito cap. 11. ¶ Statius lib. 2 Silv. ult. v. 90

O nunquam data festa longa summis:

id est, læta & prospera. Tacit. 5 Histor. cap. 5 extr. *Quippe liber festos lætosque ritus posuit: Judæorum mos absurdus & sordidus.* Sane festi dies religioni juxta & recreationi corporis instituti apud gentes. Vnde *festum diem agere*, est genio & voluptatibus indulgere, apud Justinum lib. 38 cap. 7.

¶ Festum, i, substant. ein fest. Ovid. lib. 10 Metam. v. 431 *Annua festa celebrare.* Quo referri potest Ausonius protreptico ad Nepotem v. 9

studium puerile fatiscit,
Læta nisi austeris mutentur festa profestis.

At elegantius est *festus dies.* Virg. 1 Georg. v. 268

Festis quædam exercere diebus,
Fas & jura sinunt. Et Æneid. 6 v. 69
Templa Instituam festosque dies.

Horat. lib. 3 od. 28 *Festo quid potius die Neptuni faciam?* Quos imitari præstat præ prioribus. Nec aliter Cicero, Livius, Curtius, Florus, quorum auctoritates alibi produximus. ¶ 2. *Venire post Festum*, kommen, wenn die messe gesungen, oder der ablaß ausgetheilet ist. Socratis est apud Platonem in Gorgiâ, ἆρα τὸ λεγόμενον κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν καὶ ὑστεροῦμεν; hoc est, *Num post festum, quod ajunt, venimus seroque adsumus?* vide Chiliad.

¶ Bisestus, a, um; ut, *dies bisestus*, ein gedoppelter festtag. Prudentius Pass. Petri & Pauli extremo:

Diem bisestum sic colas, memento.

¶ Profestus, a, um, unheilig, unfeyerlich: ut, *dies profesti*, werckltage, qui hominibus ad administrandam rem privatam, publicamque concessi erant: sic dicti, ut ait Festus, quod *procul sint à religione numinis divini.* Horum alii erant *Fasti*, alii *Nefasti*: de quibus alibi. Plaut. in Aulul. a. 2 sc. 8 v. 10 *Festo die, si quid prodegeris, profesto egere liceat, nisi peperceris.* Livius 34 cap. 3 *festis profestisque diebus.*

¶ Festīvus, a, um, lepidus, jucundus, facetus, frölich, lieblich. *Puer festivus*, Cicero 1 Att. ep. 12. *Caput festivum*, Terent. Adelph. a. 2 sc. 3 v. 8, ein holdseliger, lustiger, lieber mensch. Et rursus Cic. 2 Att ep. 6 *Libris me delecto, quorum habeo Antii festivam copiam*, i. e. magnam, eximiam. Comp. *Nihil potest esse festivius*, Cicer. 6 fam. ep. 4. *Festiviorem titulum excogitasse*, Plin. proœm. Operis. Superl. Terent. Adelph. a. 5 sc. 9 v. 26 *O mi pater festivissime.* Gellius præfat. Oper. *Aristophanes homo festivissimus.* Quintilian. lib. 6 cap. 3 *Id est festivissimum, quod adjicit orator.*

¶ Festīvitas, ātis, lepor, venustas, zierlichkeit. Auctor ad Herenn. lib. 1 cap. 8 *Illud genus narrationis, quod in personis positum est, debet habere sermonis festivitatem.* Terent Eun. a. 5 sc. 9 v. 18

an fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit,
An mei patris festivitatem & facilitatem?

Vbi Donatus: FESTIVITATEM, *qua, ut festivus, amatori non obstitit: & ignovit, ut facilis. Vnde* FESTIVITAS *in dictis:* FACILITAS *verò in animo & factis.* FESTIVITATEM *lætam: ut* FESTIVUS DIES EST. Quemadmodum tristes iidem fermè duri ac sævi, si caussam irascendi præbeas: ita læti ac hilares, quales per festivos dies solemus esse, placatos & faciles ad ignoscendum se præbent. Hinc rectè *festivitatem* & *facilitatem* conjunxit Comicus. Solennitatem autem v. g. nuptialem &c. minus latinè hæc vox significat. vid. Antib. Lat. Cellarii.

¶ Festive, adverb. zierlich. *Belle & festive dicere*, wohl, fein und lieblich reden, Cicer. 3 de Orat. cap. 24. Summo gradu vocis aliquoties Gellius usus est, lib. 9 cap. 15 extr. *Atque ibi Julianus festivissimè, Nolite querere, inquit, quid sentiam*, schön, artlich, & lib. 13 cap. 4 *Olympiadem festivissime rescripsisse legimus Alexandro.*

¶ Festīviter, idem, quo inprimis Gellius delectatus fuit. Vid. lib. 1 cap. 2 & 22, lib. 18 cap. 8 &c. Sic & Nævius apud Nonium cap. 11 n. 10 *domus parata festiviter.*

¶ Infestīvus, a, um, illepidus, ungeschickt, unhöfflich: ut, *homo subagresti ingenio & infestivo.* Gell. lib. 1 cap. 5, cujus etiam est adverbium

¶ Infestiviter, lib. 9 Noct. Att. cap. 9 *cetera vertit non infestiviter.*

¶ Infestus, a, um, simplicissime cum Vossio a *Festus* deducimus, & procul dubio rectiùs, quam ab *inferre* cum Perotto, aut à *festinare* cum Nigidio apud Nonium. Infestus itaque quasi minime lætus ac jucundus. Nam hoc quoque *festus* significabat. Plus est quam inimicus; infensus nempe, & vim inferens, seu, ut Valla lib. 4 cap. 3 interpretatur, vehementer molestus, öffentlich feind, aufsätzig, gehäßig. Sic, *Animus infestus*, Cicer. ad Brut. epist. 16. *Infestis dictis quem discerpere*, Catull. in Coma Beren. v. 73. *Arma infesta*, Ovid. epist. 5 Oenon. v. 91.

v. 91, feindliche waffen. *Signa infesta*, vexilla in hostem euntia, Cæs. 6 B. Gall. cap. 7. Sed, *Itinera infesta*, Cæs. 3 Civ. c. 79, quæ à latronibus infestantur, unsichere wege der strassenräuber halben. *Infesta provincia*, quæ ab hostibus aut prædonibus non est tuta, Cicer. pro Ligar. cap. 8. Et Asin. Pollio ad Cicer. lib. 10 ep. 31 *Saltus Castulonensis frequentioribus latrociniis infestior factus est.* Ac Liv. lib. 2 c. 42 *infestior plebs.* Superlative idem Livius lib. 9 cap. 12 *infestissimum bellum.* Et Nepos 18, 10, 3 *Antigonus ei fuit infestissimus.* ¶ 2. Interdum & passive usurpatur, verhaßt; ut, *Filii vita infesta, sæpe ferro atque insidiis appetita*, Cicer. pro Rosc. cap. 11. Sic, *infesta alicujus salus*, cui infesti sunt inimici: Idem pro Plancio cap. 1 *Si hujus salus esset infestior.* Liv. 9 cap. 34 *infestius nomen.*

¶ Infeste, adverb. feindselig. Livius lib. 26 cap. 13 *Age contra, quæ illi infeste in nos fecerint, repetite.* Idem lib. 2 cap. 55 *Quo ferocius clamitabat* [Volero,] *eò infestius circumscindere & spoliare lictor.* Et lib. 44 cap. 4 *infestius concursum est.* Et Cicer. pro Quinctio cap. 21 *Sin inimicissime atque infestissime contendere perseveret.* Quintilianus lib. 12 c. 8 *Interrogandus quam infestissime, & premendus.*

¶ Infesto, avi, atum, are, molestiam inferre, ut exponit Valla, verunruhigen, anfeinden, verderben. Plin. lib. 7 cap. 2 *Pygmæos à gruibus infestari, Homerus prodidit*, daß sie keine ruhe oder friede haben. Sic, *Vineta infestantur austris*, Colum. lib. 3 cap. 12 extr. id est, vitiantur vel corrumpuntur. Ovidius 2 de Amor. eleg. 11 v. 18

Quas Scylla infestet, quasve Charybdis aquas.

Hirtius B. Alexand. cap. 3 *uno tempore & nostras munitiones infestabant, & suas defendebant.* Est enim hostiliter agere, impugnare. Vellej. 2, 73, 3 *mare infestare piraticis sceleribus*, unsicher machen.

¶ Infestatus, a, um, verunruhiget. Vellej. l. c. *latrociniis ac prædationibus infestatum mare.* Superl. *Infestatissimus* apud Orosium est præfat. ad Augustinum: *Tempora malis extra solitum infestatissima.* Quidam *infestissima* legunt.

¶ Infestator, ōris, qui infestat, ein beleidiger. Plinius lib. 6 cap. 28 *Nomadas infestatoresque Chaldæorum Scenitæ claudunt.*

¶ Infestatio, ōnis, anfeindung. Tertullianus Apolog. cap. 1 *Domesticis judiciis nimis operata sectæ hujus infestatio obstruit defensioni.* Gloss. Vet. *Infestatio*, δυσμένεια, ἀπέχθεια.

Fetialis, vide *Fecialis.*

FEVDVM, i, barbarum est, pro prædio beneficiario, ut putat Budæus, ein lehn, lehn-guth, lehn-hof. Vossius de Vit. L. L. 1 cap. 7 Gothicam vocem nominat, eamque tolerari posse scribit. Est autem *Feudum* genus clientelæ, quo vel dignitas, vel vectigal, vel prædium aliquod ea lege alicui datur, ut & ipse, & ipsius posteri atque hæredes beneficii autorem perpetuo agnoscant, & quasi pro patrono colant, ejusque caput, existimationem & fortunas tueantur. vid. JCtos.

¶ Feudalis, e; ut, *jus feudale*, das lehn-recht, apud JCtos.

Fex, quære supra *Fæx.*

FĬBER, bri, κάστωρ, ein biber, animal ἀμφίβιον, hoc est, vitæ ancipitis; victum enim & ex aquis, & in terra captat, morsus horrendi, quod arbores juxta flumina dentibus, ut ferro, cædit; Lutræ (fisch-otter) fere formam refert, sed ea major est. vid. Plin. 8 cap. 30. Testes fibrorum ab ipsis evelli, atque à se abjici, cum venatu urgentur, multorum traditio est, ad quam & Silius lib. 15 v. 486 eleganter alludit. Adde Cic. apud Servium in Virg. Georg. 1 v. 59, sed illud vanum esse tradidit Dioscorides. Testes Medici *Castoreum* vocant, bibergeil, de quo supra in *Castor.* Sed non esse testes, experientia & inspectione probari potest, sed tumores potius inguinum, membranis conclusos, ex quibus liquor, qui *castoreum* dicitur, manat. Gesnerus. Vnde nominis ratio, vide post in *Fibra.*

¶ Fibrīnus, a, um, vom biber; ut, *pellis fibrina*, Plin. lib. 17 cap. 28.

FĪBRA, æ, ora extrema fluminis, das ufer, der eusserste winckel am wasser: quasi *finibra.* vide Festum in *Fiber.* ¶ 2. Extremitates pulmonis, jecoris & aliorum viscerum, die eussersten zippel an lung und leber. Varro lib. 4 de L. L. n. 13 FIBER, inquit, *ab extrema ora fluminis dextra & sinistra maxime quod solet videri: & antiqui* FIBRVM *dicebant extremum: unde & in toga extrema*, FIMBRIAE: *& in jecore extremum*, FIBRA; *hinc* FIBER *dictus.* Lucan. lib. 1 v. 622

pulmonis anheli
Fibra latet.

& lib. 6 v. 525 *fibras latentes* pro ipsis visceribus sive extis viscerum dixit. Nec aliter accipienda hæc vox in illo Virgilii Æneid. 6 v. 600

Nec fibris requies datur ulla renatis.

¶ 3. Sunt & crassiores partes sanguinis *fibræ*, stücken geliefferten bluts. Bud. ¶ 4. Tenues denique radiculæ in plantis atque arborum & herbarum foliis extrema quasi fila, fäsichen an den wurtzeln, und äderlein an denen blättern. Cic. Tusc. 3 cap. 6 *non solum ramos amputare miseriarum, sed omnes radicum fibras evellere.* Conf. Idem de Senect. cap. 15.

¶ Fibratus, a, um, fasicht; ut, *Radix fibrata*, eine wurtzel von fasen, die fäserlein hat, cujusmodi cepæ radix est, Plin. lib. 27 cap. 12.

FĪBŬLA, æ, quicquid stringit ac connectit, eine schnalle, hafft, schlinge, senckel, spange. In Glossis antiquis περόνη, item φίβλιον, item φίβλα exponitur. Itaque *Fibulæ* diversi generis sunt, aliæ ad subnectendas vestes. Virg. Æn. 4 v. 139 *Aurea purpuream subnectit fibula vestem.* Et tales variis formis effingebantur ære, argento, auro, ut usui pariter, & ornamento essent. Cujusmodi fibularum species exhibuit Pignorius de Servis p. 82. Vtebantur Tragœdi etiam & Comici fibulis ad constringendum penem, ne arrigeretur: vocis gratiâ, quam Venus corrumpit, atque obfuscat. Has *circellos* fuisse, vetus Scholiastes Juvenalis indicat ad illud sat. 6 v. 378 *nullius fibula durat*
Vocem vendentis prætoribus.

FIBVLAM, inquit, dicit *circellos*, quos Tragœdi sive Comœdi in pene habent. Meminit harum fibularum & alio loco Satyricus, dictæ sat. 6 v. 73, item Martialis aliquot epigrammatis. Hinc apud Tertullianum elegantes translationes: *Fibulam carni imponere*, pro coërcere, & quod contrarium, *Fibulam laxare deliciis.* Quorum alterum in de Monogamiâ, alterum in de coronâ militis legitur. Vbi Rhenanum licet videre, & addere Pignorium, quem paullo ante laudavimus. Nec illepide ex Seneca Lactantius lib. 1 cap. 16 *Quid est, quare apud poëtas salacissimus Jupiter desierit liberos tollere? utrum sexagenarius factus est, & illi lex Papia fibulam imposuit?* Modum ita infibulandi descripsit Corn. Celsus lib. 7 cap. 25. Plura de Fibulis cupientem juvabunt Vlitius ad Nemes. v. 93 p. 344 seqq. Ferrarius de Re vestiar. Part. 2 lib. 1 cap. 16 seq. Smetius in Antiquit. Neomag. pag. 81, ubi plures fibularum schematismos habebis. ¶ 2. *Fibula ferrea*, eine klammer, ferrum illud, quo lapides quadrati, & tigna inter se conjunguntur, quod & *Confibula* Catoni est cap. 12 de Re Rustica. Vitruvius lib. 10 cap. 2 *Tigna a capite fibula conjuncta, & in imo divaricata.* ¶ 3. *Fibula* porro os minus tibiæ est, die kleine röhr im schienbein. ¶ 4. *Fibula* dici illud potest, quo libri clauduntur, clausuren.

¶ Fibla, æ, pro fibula, Apicius 8 cap. 7 *cocto fiblas tollere.*

¶ Fībŭlo, are, & Fiblo, are, conjungere, zuhäffteln, zuschnallen, knüpffen. Columell. lib. 2 cap. 6, & Apicius lib. 8 cap. 7.

¶ Fibulatio, ōnis, conjunctio per fibulam, die hefftung. Vitruvius lib. 10 cap. 3 *utendum in summa tignorum fibulationibus.*

¶ Fibularius, i, ein spangen- oder clausur-macher, senckler, gürtler.

¶ Fibulatorius, vel Fiblatorius, a, um, quod fibulâ stringitur, das man zusammen häfftelt: ut, *saga fibulatoria*, Trebell. Pollio in Regilliano tyranno. Indumentum etiam fibulatum in Gloss. gr. lat. πόρπη, *fibulatorium* absolute, eine schnürbrust.

¶ Confibula, æ, eine klammer. Cato de R. R. cap. 12 *Confibulæ ligneæ, queis arbores comprimunt*, bandnagel von holtz.

¶ Diffibulare, aufschnallen, aufhäffteln. Statius Theb. 6 v. 570

Torto chlamydem diffibulat auro.

Quod imitatus est iisdem pæne verbis Alcimus Avitus lib. 4 v. 386.

¶ Exfibulare, idem. Prudentius Psychomach. v. 633

avulsis exfibulat ilia zonis.

¶ Infibula, æ, uncus fibulam iniens, das häcklein oder zünglein an der schnalle. Ita legi vult Junius in Tertull. de Pallio cap. 1 *Pallii habitus infibulæ morsu humeris acquiescebat.*

¶ Infibulare, & Infiblare, einschnüren, einhäffteln. Celsus 7 cap. 25 n. 3, & Apicius lib. 7 cap. 25 n. 3.

¶ Infibulatus, a, um, eingeschnürt; ut, *infibulati flamines æreis fibulis*, Festus.

¶ Refibulare, fibulam solvere, abschnallen. Martial. 9 epigr. 28 *refibulavit faber.*

¶ Suffibulum, i, Festo Pompejo est fascia alba, quam in capite virgines Vestales sacrificantes habebant, & fibulâ constringebant, ein umgebinde.

FĪCĒDVLA, æ, avis, eine schnepffe, schneplein, conspicitur cum ficus maturescunt, & muscas avidissime captat, unde ei nomen germanicum, schnepfflein, esse putatur. Nomen ab eo accepit, quod *ficus* edit. Vnde secunda rectiùs cum Juvenale corripitur, quem & Alciatus secutus est; quàm cum Martiale producitur. Juvenal. sat. 14 v. 9

jure natantes
Mergere ficedulas didicit nebulone parente.

Martialis lib. 13 epigr. 5

Cerea quæ patulo lucet ficedula lumbo.

Græcè συκαλὶς dicitur, etiam a *ficubus.* Nam σῦκον ficus est. Vide de hac ave Varr. de L. L. 4 n. 11. Aristot. Hist. Anim. 9, 49. Plinium 10 cap. 29, & Gell. 15 cap. 8. ¶ 2. * Fuit & vicus Romæ ita vocari solitus. *Grævius.*

¶ Ficedulensis, e, Plinio est, qui id genus aves curat; Plauto contra Capt. a. 1 sc. 2 v. 60, qui Romæ in vico hoc nomine insignito degit.

Fictilis, Fictio, Fictor, Fictrix; Ficulneus, Ficulnus, vide *Fingo*, & *Ficus.*

FĪCVS, i, in secunda, & ûs, in quartâ, fœm. generis, die feige, der feigenbaum. De genere, & inflexione vocabuli, lege Vallam lib. 1 cap. 4. *Aridæ ficus*, Plaut. Rud. a. 3 sc. 4 v. 59, dürre feigen. Varro lib. 1 de Re Rust. cap. 41 *Fici enim semen naturale intus in ea fico, quam edimus.* Et mox: *Tum enim resticulas per ficos, quas edimus, maturas perferunt.* *Bifera ficus*, apud Suet. in Aug. cap. 76, quam de certo genere accipit Torrentius, quem vide. Arbor hæc non floret, sed lactet, juxta Vossium lib. 1 Instit. Orat. p. 10, ex Macrobii lib. 3 cap. 20, & Turneb. lib. 18 Advers. cap. 4. Succus ille lacteus Græcis ὀπὸς dicitur. ¶ 2. Est & ulcus ex attritu natium, quod à fici similitudine *ficus* appellatur, de quo Celsus lib. 6 cap. 3, der wolff, feigblatter, feigwartze. Vide Dalechamp. ad Plin. lib. 15 cap. 20, Martial. 14 epigr. 86

Stragula succincti venator sume veredi,
Non solet à nudo surgere ficus equo.

Sed *ficus* pro ulcere in secundâ declinatione & masculino genere ponitur. Quo pertinet epigramma Martial. lib. 1 epigr. 65

Cum dixi ficos, rides quasi barbara verba,
Et dici ficus, Cæciliane, jubes.
Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci,
Dicemus ficos, Cæciliane, tuos.

¶ Fīcŭlus, i, diminut. eine kleine feige, Plaut. Stich. a. 5 sc. 4 v. 8. Curt. 4, 1, 19.

¶ Fīcētum, i, locus ficubus consitus, ein feigen-garten. Varro lib. 1 cap. 41 *In locis*, inquit, *frigidis ficeta fieri non possunt.* ¶ Sed Martialis de ficoso corpore, sive ficis pleno, usus est lib. 12 epigr. 33

Et pueros emeret, Labienus vendidit hortos:
Nil nisi ficetum nunc Labienus habet.

¶ Ficārius, a, um, zum feigen gehörig; ut, *Culices ficarii*, Plinius 11 c. 35. *Ficariæ crates*, Cato de R. R. cap. 48. Et *ficaria herba* Chelidonium minus est Junio, feigwartzen-kraut.

¶ Ficaria, æ, subst. locus ficis consitus, Pallad. lib. 4 cap. 10. ¶ 2. *Ficaria* est insula Sardiniæ propinqua, hodie *Isola rossa*, Plin. 3 cap. 7, & Dalechamp. in not.

¶ Ficĭtas, ātis, copia fici, überfluß von feigen, Nævius apud Nonium cap. 2 n. 317.

¶ Ficĭtor, ōris, ficorum collector, der feigen sammlet, Næv. l. c.

¶ Ficōsus, a, um, ulceribus laborans, mit feigwartzen behafftet. Martial. 7 epigr. 70 *Ficosa est uxor, ficosus & ipse maritus*, &c.

Superl. in Priapeis carm. 50 *Ficosissima me puella ludit.*

¶ Fīculneus, a, um, vom feigenbaum: ut, *ficulnea ligna*, Varro de R. R. cap. 16 fin. Ita optimus quisque liber.

¶ Ficulnus, a, um, idem. *Truncus ficulnus*, Horat. 1 sat. 8 pr. *Lignum ficulnum*, i. e. fragile & inutile, schwach holtz. *Viros ficulnos*, ἄνδρας συκίνους, Theocritus aliquoties nominat molles atque inutiles, weibische und untüchtige männer. Eâdem figurâ dicitur, *Ficulnum præsidium*, sive *auxilium*, h. e. infirmum & inutile, schwache hülffe. *Ficulna machæra*, συκίνη μάχαιρα, pro calumnia. Ficus enim mollis planta est, & ligna ejus nullius usus, interpretante sic Mich. Apostolio cent. 17 prov. 79.

¶ Caprificus, i, fœm. ficus silvestris, ein wilder feigenbaum. Describit Plinius 15 cap. 19, & de etymo agit Isidorus 17 cap. 7. Sed confer Voss. Etym. p. 165. Vulgo creditur parietes, quibus innascitur, atque adeo saxa obstantia carpere ac disrumpere: Vnde Martial. lib. 10 epigr. 2

Marmora Messalæ findit caprificus.

Hanc intelligit Juvenalis, cum satyr. 10 v. 244 ait:

sterilis mala robora ficus.

Horat. epod. 5 v. 17 *jubet sepulcris caprificos erutas aduri.* Adde Terent. Adelph. a. 4 sc. 2 v. 38.

¶ Caprifico, are, nihil aliud est, quam culicibus, ex caprifico genitis, ficubus aliis maturitatem afferre, quam rem explicat Plin. 15 c. 19. Idem 16 cap. 27 *Fici caprificantur.* Et Pallad. 7 cap. 5 *Nunc caprificandæ sunt arbores fici.*

¶ Caprificatio, ōnis, actus caprificandi sive ratio perficiendi, ut caprifici culices advolent, & ficos consumto lacteo humore ad maturitatem perducant. v. Plin. 15 cap. 19.

¶ Caprificialis, e: ut, *dies caprificiales*, i. e. caniculares, quibus mulieres sub caprifico sacra faciebant. v. Plin. 11 c. 15.

FĬDĒLIA, æ, ein krug, τὸ κεράμιον, *Samium vas ad plurimos usus*, ut Nonius cap. 15 n. 5 interpretatur. Plaut. Aulul. a. 4 sc. 2 v. 15 *Fidelia congialis*, ein krug von einem stübichen. ¶ 2. *De eadem fidelia duos dealbare parietes*, est officio seu beneficio uno ac eodem duplicem inire gratiam. Vsus est proverbio Curius ad Cicer. lib. 7 ep. 29.

Fidelis, Fidelitas, vide *Fides*.

FIDĒNAE, arum, vicus Italiæ desertus, urbs olim in Sabinis, ut ex Historia Romana constat. Primam produxére Horat. lib. 1 epist. 11 v. 8, itemque Juvenalis sat. 6 v. 56, & sat. 10 v. 100. Virgilius vero corripuit 6 Æn. v. 773 *urbemque Fidenam.*

¶ Fidēnas, ātis, qui Fidenis natus aut colit. Adjective *Fidenas bellum*, quod inter Romanos & Fidenates fuit, Livius dixit lib. 1 cap. 15 init.

Fidens, Fidenter, &c. quære in *Fido*.

FĬDES, sive Fidis, is, seu Fides, ium, potius, plurale, chordæ, saiten, dictæ à varietate & discordia fidei inter homines, secundum Festum, quod tantum inter se chordæ, quantum inter homines fides concordet. *Canere fidibus*, Quintilian. lib. 1 cap. 10, auf saiten spielen. *Scire fidibus*, Terent. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 53. Et, *Fides epulis adhibere*, Quintil. lib. 1 c. 10 al. 17, tafel-music haben. *Discebant fidibus antiqui*, Cicero de Senectute cap. 8 extr. Singulari usus est Horatius lib. 1 oda 17 v. 18, *& fide Teiâ dices* &c. Atque Persius satyr. 6 v. 4

strepitum fidis intendisse Latinæ.

Sic & Auson. Idyll. 10 sive Mosella v. 443

Audax exigua fide concino.

¶ 2. *Fidis*, ut Fidicula, de qua mox dicemus, est sidus Lyræ. Columella lib. 11 c. 2 *Cal. Febr. Fidis incipit occidere.*

¶ Fidĭcula, æ, diminutivum, ein klein saiten-spiel. Gell. lib. 1 cap. 11 *fidicularumque concentus.* ¶ 2. Est & sideris nomen, *Fidicula*, Lyra aliàs dicitur, sidus notum septemtrionale. Columella lib. 11 cap. 2 post princ. *XI Cal. Febr. Fidicula vespere occidit.* Et Plinius lib. 18 cap. 26 *Pridie Nonas Januarii Cæsari Delphinus matutino exoritur: & postero die Fidicula.* ¶ 3. *Fidicula*, capillaris herba, *Trichomanes*, steinbrech, mauer-rauten. Vide Vall. lib. 1 cap. 5.

¶ Fidiculæ, arum, plurale tantum, instrumenta tortorum, quibus rei in eculeo torquentur, ut fides inveniatur, quemadmodum tradit Isidorus 5 cap. 27. Eculeus est machina multis intenta funibus, quibus ceu fidibus distendebantur facinorosi; hencker- oder folter-seile, Senec. 3 de Ira cap. 3 *Eculei, & fidiculæ, & ergastula, & cruces.* Prudent. in Romano v. 481 contracte metri caussa: *ignis & fidiclæ sæviant.* Suet. Tib. cap. 62 *Aliquem fidicularum tormento distendere.* Idem Calig. cap. 33 *exquirere fidiculis de aliquo*, einen auf die folter ziehen, martern.

¶ Fĭdĭcen, cĭnis, qui fidibus canit, ein saiten-spieler, geiger, lautenist, harffenschläger. Horat. 4 od. 3 v. 23 *Romanæ fidicen lyræ.* Cicer. lib. 9 famil. ad Pætum, epist. 22 *Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen.*

¶ Fĭdĭcĭna, æ, fœmininum, eine lauten- oder harffen-schlägerin. Terent. Eunuch. a. 3 sc. 2 v. 4 *De fidicina istac?* id est, propter fidicinam, ut Donatus interpretatur, qui etiam ibidem adjecit: *fidicinam esse, meretricium est.*

¶ Fĭdĭcĭnus, vel Fidicinius, a, um, musicalisch. Plautus in Rudente prolog. v. 43 *Eam vidit ire è ludo fidicinio domum*, aus der schulen, darinn man die music lernet.

¶ Fidicinarius, i, idem qui fidicen. Gloss. gr. lat. λυριστής, *fidicinarius.*

¶ Fidicĭno, are, auf saiten spielen, geigen. Martian Capell. lib. 9, & Gloss. gr. lat. λυρίζω, *fidicino.*

FĪDES, ĕi, dictorum conventorumque constantia & veritas, sic dicta, *quia FIAT, quod dictum est*, Cicero 1 Offic. cap. 7. Verum Tullius hic Στωικωτέρως ἐτυμολογίζει ex mente Vossii lib. 2 Instit. Orat. pag. 243, cum *fides* sit à *fido*, atque hoc ex Græco πείθω, persuadeo, fido, credo. Donato ad Ter. Andr. a. 1 sc. 1 v. 7 est *commendatorum fida executio vel observantia*, glaube, treue. Seneca Medeâ v. 55

Quæ scelere pacta est, scelere rumpetur fides.

Fides publica, sicher geleite: Sallust. Jugurth. Bell. cap. 32 seq. *Venire fide publicâ*, *Interponere fidem publicam.* Et, *dare fidem publicam*, apud eumdem B. Catil. cap. 48, & Cicer. in Catilin. 3 cap. 3, sicher geleite geben. Sed, *Fidem facere alicui*, Nepos Ages. 7, 3, ein ding glaubwürdig machen. *Habere fidem*, Ter. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 59, & Nepos Themist. cap. 7 n. 2, gläuben, glauben geben. Pro quo recentiores & *Adhibere*, exempli gratia Sulp. Severus vita Martini cap. 1, & 11, & 23. Plautus vero Rud. a. 4 sc. 2 *adhibere fidem* dicit, ut adhibere diligentiam, curam: ubi *adhibere* idem est, quod *uti*, monente Vorstio, quem vide libro de Latinit. mer. susp. pag. 146. *Quid est tam extra fidem?* Seneca epist. 92, was ist so unglaublich? *Fallere fidem, frangere fidem*, treuloß seyn, untreu werden: Cicero pro Roscio Comœd. cap. 6 *Frangere fidem, perfidiosum & nefarium est.* *Fidem violare, lædere*, idem: Cicer. pro Rosc. Amer. cap. 38 *Qui fidem lædit, oppugnat omnium commune præsidium.* *Fidem exuere*, Tac. Ann. 12 cap. 14 n. 1. Contra, *servare fidem*, Virg. Æneid. 2 v. 160, glauben halten. *Tueri fidem*, Cic. 11 ad Attic. epist. 1, seinen credit erhalten. *Liberare fidem*, Idem pro Flacco cap. 20, zahlen, das versprochene erfüllen. *Fidem interponere suam*, Idem pro Rosc. Amer. cap. 39, bürge werden. *Nusquam tuta fides*, Virgil. 4 Æneid. v. 373. *Fidem suam alicui adstringere*, Terent. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 22, zusagen. *Fidem alicui præbere*, Nepos in Attico cap. 4 n. 4, treu seyn. *Fidem præstruere sibi*, sich credit machen: Livius lib. 28 cap. 42 *Fraus fidem in parvis sibi præstruit, ut, cum operæ pretium sit, cum mercede magna fallat.* Sic, *Fides angusta*, schlecht credit, Cæsar lib. 3 de Bell. Civ. cap. 1. Vbi vide Ciaccon. *Fides labefactata*, Sueton. Vespas. cap. 4, quam *affectam* Tacitus dixit 3 Histor. c. 65. *Afflictam*, idem 1 Histor. c. 88 vocat. *Fides concidit*, credit fällt, Cicer. pro Lege Manil. c. 7. Terent. Heaut. a. 3 sc. 3 v. 10 *At mihi fides apud hunc est, nihil me istius facturum*, er trauet mir so viel zu, daß ich nichts dergleichen vornehmen werde. *Hæc est fides?* formula in deserentes, Sueton. Nerone c. 49. Sed, *Fides Deûm*, admirandi formula. Alia admirandi formula, *Mira fides!* qua sæpe usus Statius est. ¶ 2. *Fides*, idem quod pollicitatio, promissio. *Fidem dare, accipere, servare, præstare*, Nepos 2, 8, 4, & 14, 10, 1. *Do fidem, futurum*, i. e. sancte promitto, ich verspreche bey treu und glauben, Ter. Eun. a. 5 sc. 8 v. 30. *Admonet promissæ brevitatis fides*, die zusage erinnert mich der versprochenen kürtze, Vellej. 2 cap. 55 n. 1. ¶ *Bonâ fide*, elegans formula apud Terent. Plautum & alios, cum quid vere & sine astu fallaciaque dictum factumque significant, treulich, auf guten glauben. Hinc transfertur ad alia, quæ vere ac serio, & cumulate ac largiter, nec tralatitie aut maligne facta denotamus. Tertullian. de Anima c. 1 *Doleo bona fide Platonem omnium hæreticorum condimentarium factum.* Apud Petronium: *Oscula bona fide exigere: basium bona fide dare*, legimus. Florus lib. 2 cap. 1 *Romanus cum bona fide adolevisset.* Laberius apud Gellium lib. 16 cap. 7 *Tollet bona fide vos Orcus nudas in catonium.* Sed, *Græca fide mercari*, apud Plautum Asin. a. 1 sc. 3 v. 47 est præsenti pecunia mercari, mit baarem geld. ¶ 3. *Fides* etiam significat auxilium: Terent. Adelph. a. 3 sc. 4 v. 43 *Illa nunc fidem vestram implorat.* Et Livius lib. 1 c. 7 *Fidem pastorum nequicquam invocans.* Apulejus lib. 8 Met. p. 209 *Ille Deûm fidem clamitans.* Quo pertinet formula, *fidem Quiritum implorare*: Livius lib. 2 c. 23 *Nexu vincti solutique se undique in publicum proripiunt, implorant Quiritium fidem.* ¶ 4. Sacris scriptoribus *Fides* sæpe ponitur pro fidei formulâ scripto comprehensa. Vnde & *Scribere fidem* dicebant. Hilarius lib. ad Constantium Imper. quem Constantio ipse tradidit: *Periculosum*, inquit, *nobis admodum atque miserabile est, tot nunc fides existere, quot voluntates: & tot nobis doctrinas esse, quod mores: tot caussas blasphemiarum pullulare, quot vitia sunt: dum aut ita fides scribuntur, ut volumus, aut ita, ut volumus, intelliguntur.* Et paullo post: *Conscii nobis invicem sumus, post Nicæni conventus synodum nihil aliud, quàm fidem scribi.* Apud Theologos hodie *fides* alia est, quæ creditur, quæ est externa fidei norma; alia, qua creditur, quæ est interna cordis fiducia. ¶ 5. Veteres inter numina *Fidem* numerabant; quo habitu fuerit depicta, docebit Weitzius ad Prudent. pag. 683. vid. Horat. lib. 1 od. 35, & Varr. de L. L. 4 c. 10 fin.

¶ Fidei committere, est alterius fidei præstandum ac faciendum aliquid demandare. Tertullian. de Præscript. advers. hæret. c. 37 *Sicut Apostoli caverunt, sicut fidei commiserunt, sicut adjuraverunt, ita teneo.* Hinc

¶ Fidei commissum, quod alterius fidei creditum, das anvertrauet ist. Horat. lib. 1 sat. 3 v. 94 *Si furtum fecerit, aut si*

Prodiderit commissa fide.

Vbi *fide* pro *fidei* dixit antique. *Commissa fide*, i. e. fidei commissa.

¶ Aliàs *Fidei Commissa* liberalitates dicuntur legato similes, quæ non civilibus verbis, sed precative testamento, codicillis, aut alio voluntatis ultimæ indicio conferuntur his verbis, ROGO REDDAS: CVPIO DES: VOLO VT DES, & quæ similia his erant. Nominis ratio inde est, quod à fide hæredis potissimùm pendeant. Vide JCtos.

¶ Fideicommissarius, a, um, adject. ut, *Fideicommissaria hæreditas*, quæ ex fidei commisso est, Lege 77 § 24 Dig. de Legat. 2. Et, *Fideicommissaria verba*, quæ ad fidei commissa pertinent, Lege 29 Dig. ad SC. Trebell. Et *Fideicommissarius* substantive, cui fidei commissum cedit: ut, *Legatarius*, cui legatum cedit. Vid. leg. 29 extr. Dig. quibus mod. ususfr.

¶ Fidedictor, ōris, idem qui Fidejussor, ein bürge. Augustinus epist. 23 ad Bonifacium, de parvulis: *Quando ad baptismum offeruntur, pro eis parentes tamquam fidedictores respondent.* (al. *spondent.*)

¶ Fidejubeo, ēre, bürge werden. Vlpian. Lege 1 de Solutionibus & liberat. *Quod pro alio quis fidejusserat.*

¶ Fidejussio, ōnis, bürgschafft. Lege 20 Dig. de Fidejussoribus: *Servus fidejussionis nomine obligari non potest.*

¶ Fidejussor, oris, ein bürge. Vid. Tit. *de Fidejussorib.* in Digestis: & Macrob. 5 Saturn. cap. 19.

¶ Fidejussorius, a, um, bürgschafftlich: ut, *fidejussoria caussa*, l. 38 § ult. ff. de sol. *fidejussoria obligatio*, l. 50 ff. de fidejussoribus.

¶ Con-

¶ Confidejussor, ōris, ein mitbürge. Vlpianus Lege 26 Dig. de Pactis: *Idem & in confidejussoribus est.*

¶ Fideipromissor, ōris, ein bürge. Gloss. lat. gr. *Fideipromissor*, πιστικελεύστης.

¶ Fīdius, i, deus, Jovis filius, a fide dictus, fideique præses, qui & *Sancus* seu *Sanctus* dicebatur. Hunc Herculem interpretantur. Lege Varronem lib. 4 de Lat. L. c. 10, & Festum in *Medius fidius*. Ovidius 6 Fastor. v. 213 *Quærebam, Nonas Sanco, Fidioné referrem,*
An tibi, Semicaper: tunc mihi Sancus ait:
Cuicunque ex istis dederis, ego munus habebo.

Hinc formula jurandi, ME DIVS FIDIVS! seu per Deum Fidium, qui fidei præest. Balbus Ciceroni sub fin. lib. 8 ad Atticum: *Quod Lentulum voluisti hîc manere, mihi gratissimum medius fidius fecisti.* Conf. Plaut. Asin. a. 1 sc. 1 pr. & Plin lib. 4 epist. 3.

¶ Fidēlis, e, qui fidem servat, getreu, der glauben hält. *Esse animo fideli in aliquem*, getreu seyn: Cicer. pro Milone cap. 10 *servi, qui animo fideli in dominum erant.* Idem Attico 5 ep. 18 *fideliores socii.* Et rursus pro Milone Cicer. cap. 27 *homo mihi fidelissima gratiâ conjunctus.* Et lib. 1 epist. 3 ad Q. fratr. *conjux fidelissima.* ¶ Substantive *fideles*, servi ministrique appellantur. Cicer. lib. 4 ad Famil. epist. 1 *Si quem tuorum fidelium voles, ad me mittas.* Vet. Gloss. *Fidelis*, πιστὸς δοῦλος. Conf. Taubm. ad Plaut. p. 263 ad v. 79. Nepos 2 cap. 4 n. 3 *de servis quem habuit fidelissimum.* ¶ Ecclesiastice *fidelis* dicitur, qui Christianus factus est, ein gläubiger. vide Prudent. Perist. 2 v. 443, & 5 v. 334.

¶ Fidēlitas, atis, treue, aufrichtigkeit. Cicer. pro Planc. cap. 29 extr. *Amicorum fidelitate servata mea vita est.*

¶ Fideliter, adverb. treulich. *Constanter & fideliter in amicitia alicujus permanere*, Livius lib. 33 c. 35. Et Ovid. 2 epist. 9 ex Ponto v. 47
didicisse fideliter artes,
Emollit mores.

Compar. *Fideliùs.* Quintil. 10 cap. 3 pr. *Vt terra alte effossa fœcundior est: sic profectus non à summo petitus, studiorum fructus effundit uberius, & fidelius continet.* Gellius 17 cap. 12 *fidelius constantiusque valere.* Plin. Paneg. cap. 56 *fidelissime narrare.*

¶ Fidele, idem, pro fideliter. Prudentius in Romano v. 426
Nunquam pro salute & maximis
Fortissimisque Principis cohortibus
Aliter precabor, quam fidele ut militent.

Potest enallage esse, ut, *Dulce ridere.* Conf. Nonium c. 11 n. 25.

¶ Infidelis, e, ungetreu. Cicer. 3 Offic. cap. 29 ex poëta veteri: *Neque dedi neque do infideli cuiquam.* Cæsar 7 B. Gall. cap. 59 *Bellovaci erant per se infideles.* ¶ *Infidelis* ecclesiastice, ein ungläubiger. Salvianus principio lib. 5 de Gub. *Scio infidelissimos quosque dicere.*

¶ Infidelitas, atis, perfidia, treulosigkeit. Cicer. pro Milon. cap. 26 *Quantæ infidelitates in amicis*, wie grosse untreu ist in freunden! Cæsar lib. 2 B. Civ. cap. 33 *magno cum dolore infidelitatis suspicionem sustinere videbantur*, hoc est, ægre ferebant, suspectos se haberi.

¶ Infideliter, adverb. Cicero ad Brutum libro a Germanis reperto, epist. 1 *Minus putarim reprehendendum, si inutiliter aliquid senatui suasêrim, quam si infideliter.* Superlativo usus Salvianus est lib. 3 contra Avarit. p. 122 *Si qui ex istis morte appropinquante filios non habent, quærunt infidelissime, quos aut propinquos, aut affines suos dicant.*

¶ Perfidelis, e, recht getreu. Cic. 2 ad Attic. epist. 19 extr. *Si perfidelem habebo, cui dem, scribam plane omnia.*

¶ Perfĭdus, a, um, treuloß, meineydig, violator fidei, mediam habet brevem. Cicer. 3 Offic. cap. 14 *Omnes aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi, malitiosi sunt.* Idem post red. ad Quir. cap. 9 *perfidi amici.*

¶ Perfide, adverb. fälschlich, untreu. *Factum perfide rumpere*, Gell. lib. 20 cap. 1. Et M. Seneca Controv. 26 p. 317 *perfide recuperare.*

¶ Perfidia, æ, untreu, falschheit. *Decipi alicujus perfidiâ*, Cicer. pro S. Rosc. cap. 38. ¶ Aliquando *veracitati* opponitur. Catull. Epithal. Pelei v. 321 *Talia divino fuderunt carmine fata,*
Carmine, perfidiæ quæ post nulla arguet ætas.

¶ Perfidiosus, a, um, plenus perfidiæ, treuloß, schelmisch, tückisch. Cicer. 3 fam. epist. 10 *Nihil in me perfidiosum, & insidiosum, & fallax in amicitia.* Et lib. 3 de Nat. Deor. cap. 32 *omnium perfidiosissimus C. Marius.*

¶ Perfidiose, adverb. tückischer weise. Cic. pro Rosc. Amer. cap. 40 *Vbi multa audacter, multa improbe, multa perfidiose facta videtis, ibi scelus quoque latere putatote.*

Fidicen, Fidicina, Fidicula, vide supra *Fides, ium.*

FĪDO, fisus, sum, fidére, fidem habere, trauen. Jungitur dativo & ablativo. Sed de ablativo Servius negat. Ita enim ad illud 7 Æn. Virgilianæ v. 290
Moliri jam tecta videt, jam fidere terræ.

Per dativum, inquit, *jungendum: aliter non procedit.* Et iterum ad illud 10 Æn. *Fidite ne pedibus.* DATIVVS, inquit, *est* PEDIBVS, *Nam* FIDO TIBI *dicimus.* Cicero tamen cum ablativo junxit Aratum convertens; Ita enim lib. 2 vel 4 potius Academ. Quæst. cap. 20 *Meas cogitationes*, scribit, *sic dirigo, non ad illam Cynosuram, qua fidunt duce nocturna Phœnices in alto, ut ait Aratus.* Et rursus 2 de Nat. Deor. cap. 41 *Eumdem cæli verticem lustrat parva Cynosura, Hac fidunt duce nocturna Phœnices in alto*, &c. Sic, *Fidere pecuniâ*, Corn. Nep. in Lysand. c. 3 n. 5, & *victoriâ*, Idem in Chabr. cap. 1 n. 2, priore loco præpositio *in*, posteriore *de* subintelligi videtur. Adde quod mox in *Fidens* ex Cicerone exemplum recurret. ¶ *Fidere*, absolute, getrost seyn. Philadelphus ex Theocrito:
Fidere, Batte, decet, melius cras forsan habebit,
θαρσεῖν χρὴ, φίλε Βάττε, τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον.

¶ Fidens, tis, vertrauend, getrost, sich verlassend. Cic. 1 Offic. cap. 23 *Animus prudentia consilioque fidens.* Idem 1 Tuscul. cap. 46 *fidenti animo, si ita res feret, gradietur ad mortem*, zuversichtlich. Apulejus Met. 5 post pr. *Psyche paullo fidentior intra limen sese facit.* Et Ammianus lib. 16 cap. 31 *Romanus fidentior.* Idem lib. 27 cap. 24 *fidentissimo impetu.*

¶ Fidenter, adverb. cum fiduciâ, getrost. Apulej. lib. 2 Miles. *Hic auctoratus ad custodiam mariti tui fidenter accessit.* Ibidem: *Quoties operam nostram desiderabis, fidenter impera.* Et Cicer. 2 de Divinat. cap. 31 *Timidè fortasse signifer evellebat signum, quod fidenter infixerat*, & 2 de Fin. cap. 7 *At ille non pertimuit: saneque fidenter.* Compar. Cic. 6 ad Attic. epist. 1 *De Octavio rescribo, te illi probe respondisse: paullo vellem fidentiùs.* Ammianus lib. 17 cap. 2 *Ausi omnes accedere fidentissime.* Idem lib. 19 cap. 8 *dimicantes fidentissime.* Et Augustinus de vera religione cap. 3 pr. *fidentissime dixerim.*

¶ Fidentia, æ, firma animi confisio, ut ait Cicero in 4 Tuscul. cap. 37, zuversicht. Adde eumdem 2 de Invent. cap. 54.

¶ Fīdus, a, um, getreu, quem quidam à *fideli* ita distinguunt, ut *fidum* amicum dicamus, *fidelem* servum, vel *fidum* in majoribus, *fidelem* in minoribus negotiis. Attamen hæc duo sæpissime pro eodem accipiuntur. Dicitur etiam de iis, quæ sunt hominis, & ad hominem pertinent. Corn. Nep. in Datame cap. 8 *Amicitiam non fidam futuram putabat.* Virgil. 6 Æneid. v. 524 *Fidus ensis*, darauf man sich verlassen darff. Comp. *Fidior.* Justinus lib. 16 cap. 5 *ut eos sibi fidiores redderet.* Superl. *Fidissima uxor*, Cicer. 14 fam. epist. 4 extr. *fidissimi nostris rebus*, Hirt. Afr. B. cap 79.

¶ Fidè, Fidissimè, adverb. treulich. Cicer. 2 fam. epist. 16 *quæ mihi à te ad timorem fidissime atque amantissime proponuntur.*

¶ Infīdus, a, um, media porrectâ, non fidus, untreu. Cicer. de Amicit. cap. 15 *Tarquinium dixisse ferunt, tum, cum Consul esset, intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quosque infidos.* Horat. 1 od. 35 v. 25 *Vulgus infidum.* Et Livius lib. 1 cap. 14 *Infida regni societas*, zween oder drey in einem regiment halten einander keinen glauben.

¶ Levifidus, vide infra *Levis.*

¶ Fīdāmen, ĭnis, pro fiducia, gut vertrauen. Tertull. Carm. ad Senat. v. 83 *Corrige delictum fidamine.*

¶ Fīdūcia, æ, zuversicht, trost, vertrauen. *Fiducia mei, tui, alicujus*, &c. Propertius lib. 3 eleg. 24 pr. *Falsa est fiducia formæ*, das vertrauen auf schönheit ist betrüglich. Virgilius 1 Æn. v. 132
Tantane vos generis tenuit fiducia vestri.

Servius ad 2 Æneid. notat, *Fiduciam* Veteres pro *crimine* etiam & *audaciâ* posuisse. *Nimia fiducia quantæ calamitati soleat esse*, Nepos 16 cap. 3 n. 1. Conf. Nonium cap. 4 n. 205. ¶ *Fiduciam accipere*, etwas kauffen, mit bedingung des verkäuffers, daß ers zu gelegener zeit möge wiederum zu sich lösen. *Fiduciam committere*, vendere eâ pactione, ut liceat eodem tibi pretio, cum possis aut velis, redimere, verkauffen, mit vorbehaltener macht, dasselbe wiederum an sich zu lösen. Vsus est utraque formulâ Cicero in Topicis cap. 10, & pro Flacco cap. 21. Vide JCtos. ¶* *Fiduciæ* in plurali sunt pignora & hypothecæ, verpfändung. Cic. lib. 3 de Off. *Fideique bonæ nomen existimabant manare latissime idque versari in tutelis, societatibus, fiduciis, mandatis, rebus emtis venditis, conductis locatis.* Idem pro Q. Roscio Comœdo cap. 6 *Si qua sunt privata judicia summæ existimationis, & pene dicam capitis, tria hæc sunt fiduciæ, tutelæ, societatis.* Hinc apud veteres Jurisconsultos *fiduciæ judicium* est, quod Tribonianus dixit *pigneratitium judicium.* Videatur Salmasius de Modo usurarum c. 14. *Grævius.*

¶ Fiduciarius, a, um, anvertrauet. Sic *venditio fiduciaria* est, quæ fit sub lege, seu pactione redimendi, ein wiederkäufflicher kauff, mit vorbehaltener macht des wiederkauffs. *Mancipatio fiduciaria* idem fere. Sic, *Hæres fiduciarius*, cui hæreditatis administratio ad tempus certum commissa est, quo restituat. vide JCtos. ¶ *Fiduciarius* etiam antiquis nota tritaque vox fuit. Cæsar 2 Civil. cap. 17 *neque se ignorare, quod esset officium legati, qui fiduciariam operam obtineret:* hoc est, qui non propriam provinciam regeret, sed quam suo tempore deberet reddere. Sic Arsinoes *regnum* appellatur *fiduciarium* ab Hirtio B. Alexand. cap. 23, quod erat reditura, controversiâ inter fratrem & Cleopatram sororem composita. Livius 32 cap. 38 *Philippus magis de Argis, quam de Corintho sollicitus, optimum ratus, Nabidi eam Lacedæmoniorum tyranno, velut fiduciariam dare, ut victori sibi restitueret.* Curtius 5 cap. 9 n. 8 *Regem temporis gratia statuamus: compositis rebus justo regi fiduciarium restituet imperium.*

¶ Fiducio, are, verbum JCtorum veterum, verpfänden. Vnde Tertullianus, qui amat cum JCtis loqui, *fiduciari pignoribus*, de Idololatriâ dixit cap. 23, ubi Rigaltium vide. Vetus Gloss. *Fiduciat*, ὑποτίθεται: *Fiduciatus*, ὑποτιθέμενος, versetzet. Vetus inscriptio in vinea Cardin. Carpensis: DIS MANIBVS. M. VLPIVS AVG. LIB. SYMPHOR. FLATVRARIVS AVRI ET ARGENTI MONETAR. SIBI ET VLPIAE HELPIDI. QVAE ET CLAVDIA LIB. ET VXORI SVAE, &c. FECIT ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE VTRIVSQVE SEXVS, &c. EA CONDITIONE NE FIDVCIENT. NE VENDANT NEVE ALIO QVO GENERE ID SEPVLCRVM SIVE MONVMENTVM EST ALIENARE VLLI POTESTAS SIT. Vid. Gruteri Inscriptiones p. 638 n. 4.

¶ Fiduciatus, a, um, versetzet, verpfändet. Gloss. vet. *Fiduciatus*, ὑποτιθέμενος. *Pignora fiduciata*, Tertull. l. c.

¶ Fiducialis, e, & hinc

¶ Fiducialiter, adverb. cum fiducia, getrost. Gloss. vet. παῤῥησιάζομαι, *fiducialiter ago:* quo modo idem verbum Vulgatus quoque interpres Act. Apost. 9 cap. v. 27, 28 expressit. Ambrosius ad lapsam virgin. c. 3 *Vales, aliquem sanctorum fiducialiter intueri?* Et Augustinus Confess. lib. 9 cap. 13 *fiducialiter sperare.*

Composita a *Fido:*

¶ Confīdo, confisus sum, confidĕre, fidere, credere, jungitur iisdem casibus, quibus Fido, sich verlassen, trauen, vertrauen. *Sibi, virtuti suæ confidere*, Cicer. pro Flacco c. 2, &, *Caussæ suæ confidere*, lib. 8 ad Attic. epist. 9. Seneca Thyeste v. 615

Nemo confidat nimium secundis;
Nemo desperet meliora lapsis.

Et Cic. 1 Tusc. cap. 31 *Nil nimio oportet confidere*, man muß nicht zu viel trauen. ¶ 2. Cum ablativo: *Confidere affinitate* alicujus, Cæsar 3 B. Civ. cap. 83. *Corporis firmitate & fortunæ stabilitate confidere*, Cicer. 5 Tusc. cap. 14. ¶ 3. Cum præpositione: *Confidere de salute*, Cæsar. 2 B. Civil. cap. 5. Et, *Confidere in aliquo*: Hirtius de B. African. cap. 19 *qui in illorum sibi confideret multitudine*. Sic, *Confido fore*, ich bin des vertrauens etc. Cic. ad Plancum, lib. ult. epist. penult. ad Atticum: *Deinde confido fore, ut alio genere litterarum utamur*. Sic, *Confido, rem, ut volumus, esse*, Cic. Attic. lib. 6 epist. 7. *Confiderunt* pro *confisi sunt*, exstat apud Livium 44 cap. 13. vid. Borrich. Cogit. pag. 289.

¶ Confidens, tis, in utramque partem, getrost, beherzt, vermessen. Terent. in Andr. a. 5 sc. 2 v. 14 *Nescio, quis senex modo venit, ellum, confidens, catus*, i. e. constans, gravis. Idem in Phorm. a. 1 sc. 2 v. 73 *Homo confidens*, id est, audax & temerarius, ein verwegener bube. *Confidens animi*, Sueton. Domitiano cap. 12 extr. ut, *fidens animi*, Virg. Æn. 2 v. 61. Sic Idem Georg. 4 v. 445

Nam quis te, juvenum confidentissime, nostras
Jussit adire domos.

Cic. Tusc. 3 cap. 7 *Confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur; ductum verbum a confidendo, quod laudis est*. Gell. 10 cap. 26 *quod est nimium confidentius*. Et Apulejus Apolog. p. 318 *confidentissimo mendacio adseverabat*. Ammianus lib. 24 cap. 11 *Fudit confidentissimum Gallum alitis propugnatione Valerius.*

¶ Confidentia, æ, die zuversicht, freymüthigkeit. In malam plerumque partem, ut in bonam, fiducia. Vid. Voss. lib. 2 Instit. Orat. cap. 7 p. 243, ex Donato ad Terent. Andr. a. 5 sc. 3. Et idem Eunuch. a. 5 sc. 1 extr. *Tum quæ ejus confidentia est?* was ist das für ein vermessenes stück von ihm? *Confidentia & temeritas tua*, dein trotz und vermessenheit, Cicer. 2 Philipp. cap. 40. In bonam partem Plaut. Amph. a. 5 sc. 1 v. 3 *Nec ulla est confidentia jam meo in corde*. Idem Asin. a. 3 sc. 2 v. 3 *Scapularum confidentia virtute Vlmorum freti*. Cælius Cicer. ad fam. 8, 8 *quæ maxime confidentiam attulerunt hominibus*. Conf. Nonium cap. 4 n. 71, & Borrich. Vind. p. 32.

¶ Confidenter, adverb. muthig, getrost, unerschrocken. *Dicam jam confidentius*, Cicero pro Cælio cap. 19 pr. *Ego quidem loquar confidentius*, i. e. majori fiducia, Idem 2 de Orat. cap. 7. *Confidentissime alicui resistere*, sich einem trotzig widersetzen, Auctor ad Herennium lib. 2 c. 5. *Confidenter, malitiose, flagitiose factum*, Idem lib. 1 cap. 5.

¶ Confīsus, a, um, sich verlassend, vertrauend. Lentulus Ciceroni 12 epist. 14 *Exclusus ab Antiochia Dolabella, nulla alia confisus urbe, Laodiceam se contulit*. Curt. 4, 10, 16 *Satis confisus Græcorum erga se benevolentiæ ac fidei.*

¶ Confīsio, ōnis, fidentia, die vertrauung. Cicer. 4 Tusc. cap. 37 *Si fidentia, id est, firma animi confisio, scientia quædam est.*

¶ Confidentilŏquus, a, um, kühn in reden. Plaut. Trin. a. 1 sc. 2 v. 164.

¶ Diffīdo, diffīsus sum, diffīdĕre, desperare, credulitatem ponere, mißtrauen, zweiffeln, verzagen. *Sibi diffidere*, Cicer. 2 Divin. cap. 3. Et, *Plura de hac re scribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere*, Serv. Sulpicius Ciceroni 4 epist. 5. *Rebus suis diffidere*, Livius 1 c. 2. *Diffido, me posse in hac caussa consistere*, Cicer. pro Quintio cap. 24. Et, *Experire, quod te assequi posse diffidas*, in Oratore cap. 1. *Memoriæ diffidere*, Quintil. lib. 6 cap. 1 pr. *Sobrius esto, ac memento diffidere*, Νῆφε, καὶ μέμνησο ἀπιστεῖν, dictum Epicharmi, traue, und traue doch nicht zu viel. *Diffidit* pro *diffisus est* invenitur apud Quintilianum declam. 287 *Cum caussæ patris diffidisset vir fortis.*

¶ Diffīdens, tis, mißtraulich. *Diffidens & desperans suis rebus*, Cic. in Pisonem cap. 36.

¶ Diffidenter, adverb. idem. *Timide & diffidenter attingere*, Cic. pro Cluent. pr.

¶ Diffidentia, æ, ἀπιστία, das mißtrauen. Cicer. 2 Invent. cap. 54 *Fidentiæ contrarium est diffidentia, & ea re vitium est*. Et in meliorem partem 4 Tuscul. cap. penult. *Metus est diffidentia exspectati & impendentis mali.*

¶ Diffīsus, a, um, nicht trauend, verzagt. Cicer. pro Muræna cap. 30 *Ego quoque diffisus ingenio meo, quæsivi adjumenta doctrinæ.*

¶ Subdiffidere, nonnihil diffidere, etlicher massen nicht trauen. Cic. ad Attic. lib. 15 epist. 20 *Ego, quo die audivi, illum tyrannum in concione clarissimum virum appellari, subdiffidere cœpi.*

¶ Præfidere, vermessen seyn, à quo, *homines sibi præfidentes*, hoc est, valde fidentes dixit Cic. 1 Officiorum cap. 26.

¶ Præfidentia, æ, die vermessenheit. Scriban. de Pass. Chr. cap. 5 *præfidentiam fugere.*

Fiducia, Fidūciare, Fīduciarius, quære in *Fido*.

Figmen, Figmentum, vide *Fingo*.

FĪGO, fixi, fixum, figere, immittere est, einsencken, einschlagen, stecken, hefften. Virgil. Georg. 4 v. 115 *feraces figat humo plantas*. Et R. R. cap. 21 *imbrices medius clavulis figito*. Sic, *Figere verubus*, affigere carnes, braten anstecken, Virgilius 1 Æneid. v. 212. *Figere cervos*, Idem eclog. 2 v. 29, trajicere est, wild fällen. *Figere arma*, id est, affigere, suspendere in foribus vel parietibus templorum, Idem Æn. 1 v. 248. Quod illorum erat, qui militiæ renunciabant. *Figere legem*, hoc est, ferre, constituere, gesetz oder ordnung aufrichten: Cicer. Attic. lib. 14 epist. 12 *Antonius fixit legem, à dictatore comitiis latam*: & Virgil. 6 Æneid. v. 622 *Leges fixit pretio atque refixit*. Et, *Figere tabulas*, idem, Cic. 1 Philipp. cap. 1, Metaphorice Idem lib. 2 fam. epist. 6 *Ego omnia mea studia, omnem operam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis consulatu fixi*, ich habe mir es lassen angelegen seyn, ich habe mich sehr darüber bemühet. Seneca epist. 11 *figere oculos in terram*, die augen niederschlagen. Horat. 3 od. 15 v. 2 *figere modum alicui rei*, maaß halten.

¶ Fixus, a, um, ratum, firmum, fest gestellt, standhafftig. *Illud fixum in animis vestris tenetote*, Cic. pro Balbo, extrem. das haltet starck und feste in euern hertzen. Idem ad Att. lib. 8 epist. 14 *Simul scito, labare meum consilium illud, quod jam satis fixum videbatur*, es war fest beschlossen. Cicero 10 fam. epist. 34 *Hæc perpetuo animo meo fixa manebunt*, es soll unvergessen seyn. Virg. 4 Æneid. v. 15

Si mihi non animo fixum immotumque sederet.

Comp. *Fixior*, apud Arator. in Act. Apost. cap. 4 in invectiva adversus Judæos: *Sol ruit in tenebras, tu [Judæa] pectore nigra rebellas:*
Arva tremunt concussa locis, tu fixior hæres.

¶ Fixe, adverb. fest. Comp. apud Augustinum est epistola 6 extrema: *Vbi tenacius habitabit & fixius, nisi unde se Deum visurum esse præsumit?*

¶ Fixio, ōnis, die hefftung, nomen. Vet. Gl. *Fixio*, καθήλωσις, πῆξις.

¶ Fixūra, æ, idem. Vulgatus Interpres Joann. 20 v. 25 *fixura clavorum*.

Composita à *Figo*:

¶ Affigo, xi, xum, ĕre, anhefften. Liv. lib. 28 cap. 37 *Laceratos verberibus cruci affigi jussit*, er hat sie hencken lassen. *Litteras pueris affigere*, Quintilianus dixit lib. 1 cap. 1 pro inculcare, das a b c wohl einbilden. *Animis affigi* illa dicuntur, quæ tenaciter inhærent, Plin. lib. 30 cap. 1. Et Sen. epist. 11 *affigere animo*, mercken. *Crimen alicui affigere*, einen beschuldigen, quod & nostrates ita dicunt, auf den ermel einem etwas hefften: Arnobius ineunte lib. 6 *Consuestis crimen nobis maximum impietatis affigere.*

¶ Affixus, a, um, angehefftet. Horat. 3 od. 5 v. 18 *Signa Punicis affixa delubris*. Virg. Æn. 10 v. 161 *Affixus lateri*. Cic. ad Quint. fr. 3, 1 *jubes illum mihi esse affixum tanquam magistro*, daß er stets um mich sey. Idem 7 Verrina cap. 53 *penitus affixum atque insitum in animo & sensu*, das einem stets im sinne liegt.

¶ Antefigere; unde

¶ Antefixus, a, um, vorgesteckt. Vitruv. 10 cap. 15 *antefixa latitudo foraminis*. Livius lib. 26 cap. 23 *quæ in antefixis erant*. Vide Gronov. Et lib. 34 cap. 4 *antefixa fictilia Deorum*. Pompejus Festus: *Antefixa, quæ ex opere figulino tectis adfiguntur sub stillicidio.*

¶ Circumfigĕre, umher hencken. Tertullianus 4 adv. Marcion. cap. 42 *Duo scelesti circumfiguntur Christo*. Συσταυροῦσιν aut περισταυροῦσιν significat. Gloss. Vet. *Circumfigo*, περιπήσσω.

¶ Configĕre, erstechen, durchstechen. *Configere oculos cornicum*; vide *Cornix*. *Configere tabulam aculeis*, ein bret annageln. *Configi alicujus sententiis, oratione*, eruditum est, apud Ciceronem: ut in Philipp. 12 cap. 7 *Diffidebant Servio, meminerant ejus sententiis confixum Antonium*, daß er sey erleget, übern hauffen geworffen worden. Idem in Philipp. 7 cap. 2 *Omnes curas cogitationesque in Reipubl. salute configere*, quod & *defigere* dixit in Philipp. 14 cap. 5.

¶ Confixus, a, um, durchstochen. Cicer. de Nat. Deor. lib. 2 cap. 50 *Capræ in Creta feræ, cum sunt confixæ venenatis sagittis, dictamnum quærunt*, mit vergiffteten pfeilen geschossen. Ex Aristotele, vide *Dictamnus*. *Confixi ceciderunt*, sc. telis, Corn. Nep. 14, 9, 5.

¶ Confixus, ûs, ein stich. Ex Lucilio Cic. de Orat. 2 cap. 62 *An confixum vis facere?*

¶ Confixilis, e, zusammen gehefft. Apulejus lib. 4 Miles. p. 148 *confixilis machina*, id est, pegma.

¶ Crucifigere, vide supra *Crux*.

¶ Defigere, hineinstecken, einsencken; ut, *Terræ defigitur arbos*, Virgil. 2 Georg. v. 290. *In eo mentem defigere*, sein gemüth darauf richten, Cic. de Orat. 3 cap. 8. *Defigere cultrum in corde*, Livius lib. 1 cap. 58 de Lucretia. *Defigere gladium jugulo*, Idem lib. 1 cap. 25. *Defigere sicam in corpore alicujus*, Cicer. in Catil. 1 cap. 6 extrem. einen erstechen. *Defigere oculorum aciem in aliquid*, etwas scharff ansehen, Plin. 8 cap. 16. ¶ Est & veneficiorum & devotionum verbum, bezaubern, beschweren. Virg. Ciri v. 377

Regis Iolchiacis animum defigere votis.

Vota Iolchiaca sunt devotiones magicæ, sive veneficæ, qualibus Thessali, gens iis rebus infamis, uti solebant. Auctor libri de herbis, qui vulgo Apulejo adscribitur, cap. 7 *Si quis DEVOTVS DEFIXVSQVE fuerit in suis nuptiis, sic eum resolvas*. Seneca Hercule Oeteo v. 123 *hoc inquit magæ*
Dixere, amorem posse defigi malo.

Plura vide apud Ryckium in Tacit. 2 Annal. cap. 30 n. 4 p. 37.

¶ Defixus, a, um, eingesenckt, anklebend. Cic. de Harusp. resp. c. 26 *Multa in eo vitia penitus defixa atque hærentia*. Idem Phil. 4 cap. 6 *Virtus est una altissimis defixa radicibus*. *Defixis oculis intueri aliquid*, Horat. 1 epist. 6 v. 14, starr ansehen, kein auge verwenden. *Obtutu hæret defixus in uno*, Virg. 1 Æn. v. 499.

¶ Infigere, hineinstechen; ut, *Gladium hosti in pectus infigere*, Cicer. Tuscul. 4 cap. 22, den degen in leib stossen, erstechen. Sed, *infigere animo*, est firmæ memoriæ tradere, mercken. Quintilianus lib. 1 cap. 8 *Præcipue illa infigat animis*, magister puta: hoc est, doceat sedulo atque inculcet.

¶ Infixus, a, um, eingedrückt. Virg. Æn. 4 v. 4 *Hærent infixi pectore vultus*. Et v. 689 *Infixum stridet sub pectore vulnus*. Seneca epist. 11 *quicquid infixum & ingenitum est*, von natur eingepflantzt. Livius sub fin. lib. 3 *Infit, se rem vetustate oblitteratam, cæterum suæ memoriæ infixam afferre.*

¶ Offigĕre, vorhefften, vormachen. Livius lib. 33 cap. 5 *densos offigunt implicantque ramos*. Et Cato cap. 49 *furcas circum offigito*. Sic Popma legit; *Affigito* alii. Plaut. Most. a. 2 sc. 1 v. 13 *Offigantur bis pedes, bis brachia.*

¶ Perfixus, a, um, durchstochen; ut, *perfixo pectore icti*, Lucret. 6 v. 391. *Natura perfixa pavoris telis torpet*, Idem 3 v. 306. Conf. 2 v. 360.

¶ Præfigĕre, vorsetzen, vorstecken. Plin. lib. 33 cap. 4 *Lineas itineri præfigunt*. Virg. Æn. 10 v. 80 *præfigere puppibus arma.*

¶ Præfixus, a, um, vorgesteckt. Virg. Æn. 10 v. 479 *Robur præfixum ferro*. Plin. lib. 16 cap. 4 *Rostra navium Tribunalium præfixa, foro decus erant*. Sueton. Cæs. cap. 24 *Caput hasta præfixum circumtulit.*

¶ Rĕfigĕre, rescindere, abreissen, loßbrechen. *Leges refigere*, gesetze wieder aufheben, abschaffen: Cicer. Philipp. 13 cap. 3 *Acta Antonii rescidistis: leges refixistis: per vim & auspicia latas decrevistis*. *Fixit leges pretio atque refixit*, Virgil. 6 Æneid. v. 622, eo dictum est, quod leges

leges latas in æs incidebant, & deinde in publico tabellis fixis proponebant. Quæ cum tollerentur, sive antiquarentur, avelli sive refigi solebant. Hinc Cicero lib. 12 epist. 1 ad Cassium: *Cujus æra refigere debebamus, ejus etiam chirographa defendimus?* Sic, *Refigere se crucibus*, est resolvere & liberare à crucibus, auflösen, apud Senecam de Vita beata cap. 19.

¶ Refixus, a, um, abgerissen; ut, *clypeus refixus*, Virg. Æn. 5 v. 360, & Horat. 1 od. 28 v. 11. *Cælo refixa sidera*, Virg. ibid. v. 527, & Horat. epod. 17 v. 5.

¶ Suffigere, affigere, proprie inferius figere, von unten hefften. *Aureis clavis suffigere crepidas*, Plin. lib. 33 cap. 3, die schuhe mit güldenen zwecklein beschlagen. *Suffigere cruci*, & *in cruce*, creutzigen: Hirtius B. Afric. cap. 66 *Juba Numidas eos, qui loco amisso fuga se receperant in castra, in cruce omnes suffixit.*

¶ Suffixus, a, um, aufgesteckt, angehefftet. Cic. in Pison. cap. 18 *Si te & Gabinium cruci suffixos viderem.* Silius lib. 1 v. 153 *erecto suffixus robore.* Lucanus 8 v. 684 *Pharioque veruto*

Suffixum caput est, Pompeji puta.

auf eine piquen gestecket.

¶ Transfigere, durchstechen. *Gladio per pectus aliquem transfigere*, Livius lib. 2 cap. 46. *Dicentis latus hasta transfixit*, Curt. 8, 1, 51.

¶ Transfixus, a, um, durchstochen, durchlöchert. Vellej. 2, 74, 4 *Transfixum se gladio flammæ intulit.* Cic. lib. 2 de Finib. cap. 30 *Evelli jussit eam, qua erat transfixus, hastam. Transfixi clypei*, Silius lib. 10 v. 317.

Figulus, &c. & Figura, &c. vide *Fingo.*

Filictum, Filicula, vide *Filix.*

FĪLIUS, i, ein sohn. Cicer. 2 de Finib. c. 18 *Effigies & humanitatis, & probitatis paternæ filius.* Et lib. 6 ep. 6 ad Cæcinam: *imago animi & corporis filius*, der dem vater ähnlich siehet und nachschläget. *Esse loco filii*, an sohns statt seyn: Cic. pro domo sua cap. 14 *Is, qui te adoptavit, vel tibi loco filii per ætatem esse potuit.* Proverbium, multorum seculorum exemplis confirmatum: *Heroum filii, noxæ*, grosser und weiser leute kinder gerathen selten wohl, ἡρώων τέκνα, πήματα. Spartianus in vitâ Severi Imp. cap. 20 *Neminem propè magnorum virorum optimum & utilem reliquisse filium, satis claret.* ¶ *Filius legitimus*, qui ex legitima conjuge: *Naturalis*, ex concubina: quamquàm eumdem & pro legitimo nonnulli dixerint. vide *Natura.* ¶ *Filii* vox, quemadmodum & Patris, inter blandimenta etiam adulatoria fuit. Diogenes Cynicus Epist. ad Dionys. Tyrannum: Σὺ δὲ ὥσπερ τὰ παιδία πάππους τινὰς καὶ τίτθας εἰσηγάγου, καὶ φασὶ, Δέξαι τέκνον, &c. *Tu verò instar puerorum ascivisti tibi nescio quos paterculos & nutrices, qui tibi ajunt:* ACCIPE HOC, FILI, &c. Observavit Casaubonus ad Theophrastum περὶ κολακείας. ¶ Ebræi eleganter *Filium* alicujus rei appellare solent, cui quis destinatus vel deditus est. Quemadmodum S. Matthæus υἱὸν γεέννης, cap. 26 v. 15 *filium gehennæ, filium perditionis, filium inobedientiæ*, Paulus ad Ephes. 5 v. 6 dixit. Simili ratione & Varronem *inconstantiæ filium*, de inconstantissimo homine dixisse Casaubonus ad allegatum Matthæi locum observat. ¶ Eosdem imitati Græci, *filiorum* appellationes ad res inanimatas transtulerunt, earumque rerum filios filiasve dixerunt, unde productæ essent. Ita Pindarus: ἡμέραν παῖδα ἡλίου, *diem, filium solis*: βιαταν παῖδα ἀμπέλου, *vinum filium vitis* vocavit. Cujus generis infinita exempla Rittershusius congessit Comment. in Oppianum. vide & Taubm. in Plaut. Amph. p. 41. Sic quoque apud Julianum in Cæsaribus pag. 44 edit. Petav. Silenus, Bacchi nutritius, Alexandro, se omnia vicisse jactanti, objecit, ἀλλὰ ἐκράτουν γέ σου πολλάκις αἱ ἡμέτεραι θυγατέρες, *vicerunt te sæpius nostræ filiæ*, h. e. vites, ut Julianus interpretatur. Similiter Paulinus præstantissimo Jambo ad Cytherium, *filiam* de Colonia dixit, v. 305

Sed propter inde posita Gallorum solo
Massilia, Grajûm filia.

Massilia enim à Græcis Phocensibus condita fuit. ¶ *Filii Medicorum*, παῖδες ἰατρῶν, id est, Medici. Ad quam rationem & illud Plauti Bacchidibus a. 2 sc. 3 v. 74

NI. *Qui istic Theotimus est?* CH. *Megabyzi filius.*

Meursius interpretatur: *Megabyzi filius*, id est, Megabyzus: hoc est, sacerdos ex eorum genere, qui apud Ephesios generali nomine *Megabyzi* appellabantur, ut ex Strabone constat. ¶ *Cæli filius* est, cujus virtutem miramur, vel qui repentino advenerit: quemadmodum *terræ filius* vocatur, qui ignotis parentibus natus est. Lactantius lib. 1 cap. 11 *Minucius Felix sic argumentatus est: Saturnum, cum fugatus esset à filio, in Italiamque venisset, Cæli filium dictum, quod soleamus eos, quorum virtutem miremur, aut qui repentino advenerint, de cælo cecidisse, dicere: Terræ autem; quod ignotis parentibus natos, terræ filios nominemus.* Minucii verba habes pag. 212 edit. Ouzel. Adde Tertullian. Apolog. cap. 10. ¶ *Fortunæ filius*, Horatio 2 sat. 6 v. 49 est, cui omnia succedunt prosperrime, ein glücks-kind. Sic, *albæ gallinæ filius*, vide *Gallina.* ¶ *Filius* dicitur etiam de brutis. vid. Columell. 6 cap. 37. ¶ *Fili* in Vocativo usitatum est unice. *Jupiter Saturni filie*, antique Livius apud Priscianum dixit.

¶ Filius familias, vel familiæ, ein sohn im hause. Cic. pro Cælio c. 15 *Illum filium familias habere devinctum.* Sallust. B. Catil. cap. 43 *Filii familiarum parentes interficerent.* Vbi notandum obiter, Sallustium dicere *filii familiarum*, non *filii familias*: quia sermo est de diversis familiis. De filiis unius familiæ dici potest *filii familiâs*; de diversis vero familiis *filii familiarum.*

¶ Filiŏlus, i, diminut. ein söhnlein. Cicer. lib. 1 ep. 2 *Filiolo me auctum scito, salva Terentiâ.*

¶ Fīlia, æ, eine tochter. Cic. pro Cluent. cap. 64 *Despondere alicui filiam.* Columella lib. 4 cap. 3 fin. *Collocare nuptui filiam*; sive *nuptum*, Cæs. 1 B. Gall. cap. 18, verloben, ausgeben, verehlichen. Metaphorice pro colonia & aliis, vide paullo ante in *Filius.*

¶ Filiŏla, æ, dimin. ein töchterlein. Cic. 1 Divin. cap. 46 *L. Paullus filiolam animadvertit tristiculam:* & pro Muræn. cap. 10 *Mihi videris istam scientiam juris tamquam filiolam osculari tuam*, id est, summe amare.

¶ Filiālis, e, kindlich, ignotum veteribus. Augustinus Sermone II festo Pentecostes: *cui non filiali obediebant amore.* An priores etiam usi fuerint, nondum habeo compertum.

¶ Filiaster, tri, quibusdam est privignus, ein stieffsohn; aliis, imitans filium. vid. Vallam. Gloss. gr. lat. θυγατριδῆς, *neptis, filiaster.* Inscript. vet. D. M. EPITYNCHANO FILIASTRO M. ANTONIUS HERMEROS B. M. F.

FĬLIX, ĭcis, planta, Græcis πτέρις & πτέριον, fahrenkraut, seu waldfahrer. Boëthius lib. 3 metro 1

Qui serere ingenuum volet agrum,
Liberat arva prius fruticibus,
Falce rubos, filicemque resecat,
Vt nova fruge gravis Ceres eat.

Vide Plin. 27 cap. 9. Horat. lib. 1 sat. 3 v. 37

Neglectis urenda filix innascitur agris,

wo man das unkraut nicht ausreutet, da nimmt es überhand, hoc est, nisi animus honestis disciplinis & virtutibus excolatur, vitiorum silva occupatur, & suffocatur. ¶ Sed filix nascens in annosis muscosisque quercubus, *Dryopteris* dicitur, δρυοπτερίς. Plin. 27 cap. 9 *Ex una radice plures exeunt filices.*

¶ Fĭlicula, æ, herba alia, *polypodium* vocant, πολυπόδιον, engelsüß oder rother steinbrech, τὸ πτερίδιον. Plin. 26 cap. 8.

¶ Filĭctum, i, locus filicibus occupatus, ein ort voll fahren-kraut. Columell. lib. 2 cap. 2 *Incultum locum consideremus, juncone sit, an gramine vestitus, ac filictis aliisve frutetis impeditus.* Conf. Pallad. 9 tit. 3.

¶ Filicatus, a, um, adject. *Filicatæ pateræ*, Cicer. Paradox. 1 cap. 3, dicuntur, quoniam hujus herbæ imago in poculis & pateris solita fuit cælari. *Filicatæ lances*, Cic. 6 ad Att. ep. 1. Adde Pompejum Festum, qui clarius interpretatur.

¶ Filicones, um, mali & nullius usus, a filice dicti. Fest.

FĪLUM, i, quod ex lino aut lana nendo ducitur, ein faden. *Filum* vel *fila deducere pollice*, Ovid. 4 Metam. v. 25, spinnen. *Conjicere filum in acum*, Celsus 7 cap. 16, einfädeln. ¶ 2. Filum orationis, *stylus* dicitur, & *compositionis forma.* Cicer. de Amicit. cap. 7 *Aliud quoddam expetimus filum orationis tuæ*, eine andere art der worte oder rede. Horat. 2 epist. 1 v. 225 *Tenui deducta poëmata filo.*

i. e. subtiliter. Cicero lib. 9 epist. 12 *Amico munusculum mittere volui levidense, crasso filo*, schlecht und grob. ¶ 3. Perinde etiam ad hominem transfertur. Plaut. Mercat. a. 4 sc. 4 v. 15 *Satis scitum filum mulieris*, id est, lineamentum oris seu forma, seu species. Apulej. 4 Miles. *Virginem filo liberalem.* Gellius lib. 14 cap. 4 *forma atque filo virginali.* Et Lucretius lib. 2 v. 341

Esse pari filo, similique affecta figura.

Adde Salmasium commentar. in Capitolini Maximin. Junior. cap. 1. ¶ 4. *Fila* etiam ellychnia sunt. vide supra *Candela.* ¶ 5. Et Chordæ. *Sonantia fila movere*, Ovid. 10 Metam. v. 89.

¶ Filamentum, i, faden-gespinst, fäsichen, medicis relinquitur.

¶ Filātim, adv. pro, filorum in modum, fadenweiß. Lucret. dixit lib. 2 v. 830 *Filatim dum distrahitur, deperditur omnis.*

¶ Filo, are, filum ducere, spinnen, Fortunat. 3 de Mart. v. 112.

FIMBRIA, æ, extremitas vestimenti, der wulst, schweiff, saum am kleide, borthe. Vet. Gloss. κράσπεδον, *Fimbria.* Nonius Marcellus cap. 2 n. 318 *Fimbriæ sunt omnis extremitas.* Nomen à *FIBRO* est, quod antiquis *extremum* erat. Vide Varronis locum paullo superius in *Fibra* adductum. ¶ Sed *Fimbriæ*, non tantùm oras sive extremitates vestium notabant, sed ornamenta quædam etiam iis adjuncta. Puta fila, ac flocci inde dependentes, (gebräm, fransen;) item, cum ipsæ oræ minutim concisæ essent, capitibus in acutum desinentibus, (zäckgen;) unde & *Fimbriata urticæ folia* Plinius dixit 21 cap. 15. Alii has *Fimbrias* & *Cirros* vocant, de quo suo loco. ¶ 2. *Fimbriæ* etiam de capillis dicuntur, locken. Cicer. in Pison. cap. 11 *Erant illi comti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ.* vid. *Cirrus.* ¶ *Ex fimbriâ de texto judico*, hoc est, ex aliquo pusillo reliquorum conjecturam facio. Vide Chiliadas.

¶ Fimbriatus, a, um, eingefaßt, verbrämt, zäckicht; ut, *Fimbriatæ vestes*, fimbriis, de quibus diximus, ornatæ sive excultæ. Ita Suetonius Cæsare cap. 45 *Latum clavum fimbriatum* dixit: ubi vide Casaubonum & Octavium Ferrarium de re vestiaria part. 2 lib. 1 cap. 19. Nec solæ vestes fimbriatæ, sed & aliæ quæcunque res. Apulej. Met. 8 p. 214 *gestamen prolixe fimbriatum.* Vbi flagrum intelligitur, quod semiviri sacerdotes gestabant, ut se illo lacerarent.

FĬMUS, i, masc. & Fimum, i, neutr. lætamen, allerley tünge-mist. Virg. 1 Georg. v. 80 *Ne saturare fimo pingui pudeat sola, neve* &c. *Fimum gallinaceum, caballinum*, genere neutro dixit Plinius lib. 29 cap. 5. ¶ 2. Sordes etiam notat, & excrementa corporis: ut, *fimum reddere*, Plin. lib. 8 cap. 15, sich unrein machen.

¶ Fimētum, i, stercorarium, ein misthauffen, mistgrube. Plin. 24 c. 19.

FINDO, fidi, fissum, findĕre, secando dividere, spalten, spellen, theilen. Virgil. 2 Georg. v. 78 *enodes trunci resecantur, & alte*

Finditur in solidum cuneis via.

Eodem libro v. 353 *hiulca siti findit canis æstifer arva.*

die erde reist auf. Non aliter Tibullus lib. 1 eleg. 8 v. 21

arentes cum findit Sirius agros.

Et ad aquarum divortia transfertur; ut, *Euphrates finditur*, &c. Plin. lib. 6 cap. 26; nec non ad navigationes: Propertius lib. 3 eleg. 9 v. 35

Non ego velifera tumidum mare findo carinâ:

& ad agriculturam: Claudian. 1 in Eutropium v. 112 *finduntur vomere rura.* Item ad volatum: Ovid. 4 Metam. v. 666 de Perseo:

motis talaribus aëra findit.

¶ Fissus, a, um, particip. gespalten, geschlitzt; ut, *fissum lignum*, Virg. 9 Æneid. v. 413. Et, *Fissus tenui rima paries*, Ovid. Metamorph. lib. 4 v. 65.

¶ Fissus, ûs, subst. die spalte, spaltung. Cicero de Nat. Deor. lib. 3 cap. 6 *Vnde porro ista divinatio? quis invenit fissum jecoris?*

¶ Fissum, i, idem. Celsus 7 cap. 30 de ano: *Si qua fissa in eo induruerunt.*

¶ Fissio, onis, idem. Cicero 2 Nat. Deor. cap. 63 *cum terræ subigerentur fissione glebarum.*

¶ Fissura, æ, idem. Colum. 4 cap. 29 de vitibus inserendis: *resectionis fissura.* Plinius lib. 5 cap. 9 *fissura Nili*, id est, divisio, dispensatio aquæ, ad Delta regionem.

¶ Fissĭcŭlo, are, findendo rimari, genau besichtigen. Apulejus de Deo Socratis: *Vel somniis confirmandis, vel extis fissiculandis.* v. Scalig. in Catalect. p. 193.

¶ Fissĭlis, e, quod findi potest, das sich spalten läßt. Virg. 6 Æn. v. 181

Cuneis & fissile robur
Scinditur.

¶ Fissĭpes, ĕdis, fissos pedes seu ungulas habens, mit gespaltenen füssen oder klauen. Ausonius epist. 5 v. 1 *fissipedes juvencæ.* Et metaphorice Idem epist. 7 v. 49

Nec jam fissipedis per calami vias
Grassetur Cnidiæ sulcus arundinis.

¶ Bĭfĭdus, a, um, in duas partes fissum, gespalten, zweyspaltig. Ovid. 14 Metam. v. 303 *bifidi pedes*: Et, *ridicæ bifidæ*, Columell. lib. 4 cap. ult.

¶ Bifidatus, a, um, idem. *Latera bifidata*, apud Plin. leguntur 13 c. 6.

¶ Bifissus, a, um, idem. Solin. c. 51 *bifissæ ungulæ.*

¶ Trĭfĭdus, a, um, dreyfach gespalten, dreyspitzig. Ovidius 2 Met. v. 325 *trifidâ fumantia flammâ corpora.* Et Claudianus Rapt. Pros. 2 v. 181 *trifidâ Neptunus cuspide.* Alcimus lib. 2 v. 135 de serpente: *trifidam dispergunt guttura linguam.*

¶ Trifissilis, e, idem. Auson. epigr. 128 de ψ græca littera: *trifissilis forma.*

¶ Quadrĭfĭdus, a, um: ut, *quadrifida quercus*, Virgil. 7 Æneid. v. 509. *Trabs quadrifida*, Valer. Flaccus lib. 1 v. 663. *Labor quadrifidus*, id est, quadruplex, apud Claudian. in Consul. Prob. & Olybr. v. 268.

¶ Centĭfĭdus, a, um, das hundert spalten hat. Prudent. in Symm. 2 v. 889 *Dæmon centifidum confundit iter.*

¶ Multĭfĭdus, a, um, in multas partes fissilis, das viel spalten hat. *Ister multifidus*, Lucan. 3 v. 202. Et, *Multifida flamma comans pinus*, Silius lib. 14 v. 421. Sic, *Multifidum iter*, Prudent. 2 adv. Symmach. v. 773. *Multifido buxus dente*, i. e. pecten buxeus, Martial. 14 epigr. 25.

¶ Confindo, ĕre, zertheilen, zerspalten. Tibull. 4, 1 v. 173

Et ferro tellus, pontus confinditur ære.

¶ Defindere, abspalten. Ennius apud Nonium c. 2 n. 351

Malos defindunt. fiunt tabulata falæque.

¶ Diffindere, zerspalten, von einander spalten. *Medium diffindere*, Cato R. R. c. 41. *Diffidit urbium portas vir Macedo*, Horat. lib. 3 od. 16 v. 16. *Diffidit*, id est, fregit, prostravit. ¶ 2. *Diffindere diem*, est differre in sequentem, aufschieben, Liv. lib. 9 c. 38.

¶ Diffissus, a, um, zerspaltet: ut, *saxum diffissum*, Cic. de Div. 1 cap. 13. Item, aufgeschoben: *Lex XII Tabb. diem judicii jubet esse diffissum*, lib. 2 Dig. tit. 11 l. 2 § 3.

¶ * Diffisio, sive Diffissio, onis, prorogatio, dilatio, aufschub. Gellius lib. 14 c. 2 pr. *in rerum diffisionibus & comperendinationibus.* Grævius.

¶ Infindĕre, einschneiden. Virg. 5 Æn. v. 142 *Infindunt pariter sulcos.* Conf. Idem eclog. 4 v. 33.

¶ Profindere, quod Lexica ex Statii 10 Theb. v. 506 [512 al.] deducunt, suspectum est, & tam Gronovius, quam Barthius, *profringunt*, malunt.

FINGO, finxi, fictum, fingĕre, formare, facere, componere, quod proprium figulorum est, qui ex creta, atque argillâ opera formant, machen, bilden. Cicero lib. 5 fam. ep. 12 *Alexander ab Apelle pingi, à Lysippo fingi volebat*, in ertz gebildet oder gegossen werden. Idem 1 Off. cap. 44 *Apes fingunt favos*, die bienen setzen ihr werck künstlich. *Volucres fingunt & construunt nidos*, Idem de Orat. lib. 2 cap. 6 *Natura te finxit ad honestatem*, Idem pro Muræn. cap. 29, du bist von natur geartet zur erbarkeit. *Suis cuique fortuna fingitur moribus*, Idem in Parad. 5 cap. 1. vide *Faber.* Plaut. Trinum. act. 2 sc. 2 v. 84 *Sapiens pol ipse fingit fortunam sibi.* Et, *Ex sua natura cæteros fingere*, Cic. pro Rosc. Amer. cap. 9, quod Terentius dixit Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 118 *Ex suo ingenio cæteros judicare*, andere leute dafür halten, wie man fühlet, daß man selber ist. *Animo & cogitatione aliquid fingere*, etwas in gedancken haben, Cic. Tusc. 5 cap. 24. *Vultus quoque hominum fingit scelus*, Terent. Heaut. a. 5 sc. 1 v. 14. ¶ Aliquando significat simulare, quoniam ea, quæ simulamus, ita formamus, ut vera esse videantur. Cic. 3 fam. epist. 12 *Suscipe meas partes, & eum te esse finge, qui ego sum*, bilde dir ein, stelle dich. ¶ *Fingere* itaque & docere, seu instituere, formare, significat, abrichten. Ter. Heaut. a. 5 sc. 1 v. 25 *Sed tuum quoque ille Syrus idem mirè finxit filium.* Horat. lib. 1 epist. 2 v. 64

Fingit equum tenerâ docilem cervice magister
Ire viam.

¶ Interdum ponitur pro excogitare & comminisci, erdencken, erdichten; ut, *Fingit caussas, ne det*, id est, comminiscitur, Terent. Eun. a. 1 sc. 2 v. 58. *Fingere fallaciam*, Plaut. Asinar. act. 2 principio. Et Ovid. lib. 1 Trist. eleg. 2 v. 57 *Fingite me dignum tali nece.* ¶ *Fingere fugam*, pro meditari, mit der flucht umgehen, Plautus dixit Captiv. a. 2 sc. 1 v. 13. ¶ *Fingere parricidia*, i. e. struere, parare. Senec. Consol. ad Marc. 26. ¶ Fingere etiam ornare, excolere est, sich putzen. Ovid. lib. 1 de Remed. Amor. v. 341

Proderit & subito, cum se non finxerit ulli,
Ad dominam celeres mane tulisse gradus.

Hinc *Fictores* inter officia mulierum. vide infra in *Fictor.* ¶ *Fingo* tandem de dulciario aut pistorio opere, quod ex farina variis figuris formatur, apud Sueton. Aug. c. 4 extr. ubi Casaubonum vide.

¶ Fictus, a, um, factus, commentitius, gebildet, erdichtet. Cic. in Pison. cap. 25 *homulus ex argilla & luto fictus.* Idem 2 de Nat. Deor. cap. 28 *A physicis rebus tracta ratio ad commentitios & fictos Deos.* Idem 3 Off. cap. 9 *Fabula ficta & commentitia.* Et Mimus Publ. *Ficta citò ad naturam reciderint suam*, art läßt von art nicht. Virg. 4 Æn. v. 188 *Fama ficti pravique tenax.* ¶ Apud Horatium lib. 1 sat. 3 v. 62 *fictus* simulator, quem *falsum* Sallustius dixit, de quo supra, ein heuchler. Plin. lib. 8 epist. 18 *Alii fictum, ingratum, immemorem loquuntur.* Capitolinus in Marco Antonin. Philos. extr. *Dederunt & vitio, quod fictus fuisset, nec tam simplex, quam videretur.* Sic, *fictum pectus*, Virg. dixit Æn. 2 v. 107.

¶ Fictitius, a, um, idem. Plin. 23 cap. 1 *Fictitium non potest videri, quod bion appellavimus.* Jul. Firmicus de error. prof. relig. *Videtis, ut vestros ementitos & fictitios deos turbulentus error excogitaverit.*

¶ Ficte, adverb. falsch, erdichtet: ut, *Amicitia ficte reconciliata*, Cic. 3 famil. epist. 13 extrem. *Ficte & simulate loqui*, zum schein, ohn ernst, Idem ad Quint. Fratrem lib. 1 ep. 1 cap. 4.

¶ Fictĭlis, e, quod ex terra vel ex alia materia fingitur, das sich bilden lässet, thönern. Cic. de N. D. 1 cap. 26 *fingere aliquid fictilibus figuris.* Val. Max. 4 c. 4 priscos Romanos *fictilibus vasis contentos* laudat. *Fictilia* absolute, töpffer-werck, irrden geschirr. Sen. epist. 5 *Magnus est, qui fictilibus sic utitur, quemadmodum argento.* Ausonius epigram. 8

Fama est, fictilibus cœnasse Agathoclea regem, &c.

Juvenal. sat. 10 v. 25 *sed nulla aconita bibuntur*
Fictilibus, tunc illa time, cùm pocula sumes
Gemmata, &c.

¶ Ad simulacra etiam refertur. Liv. 34 c. 4 *fictilia Deorum*, bilder, götzen. Plin. 34 cap. 7 *fictilia Deorum simulacra in delubris dicata.* Propert. lib. 4 eleg. 1 v. 5

Fictilibus crevere deis hæc aurea templa.

¶ Fictiliarius, i, ein hafner, töpffer. Gloss. gr. lat. ὀστρακοποιὸς, *fictiliarius.*

¶ Fictio, onis, utrumque significat, & plasmationem, die bildung, formirung, ut apud Lactantium lib. 2 cap. 12 *Elementorum omnis ratio in nostri corporis fictione conclusa est*: qui & lib. 4 cap. 4 *fictionem hominis*, pro creatione, dixit: & falsi excogitationem, die erdichtung. Sic idem Lactantius lib. 1 cap. 21 *Non exigo*, inquit, *ut aliquis poëtarum fictionibus credat.* Et Arnobius lib. 4 p. 131 *inducere Deorum nescio quas fictiones*: & lib. 5 p. 166 *mendaciter & falsitatis alicujus fictione.* Usus & Quintilianus est lib. 5 cap. 10, & lib. 8 cap. 6, qui etiam lib. 9 cap. 3 p. 689 *personæ fictionem*, prosopopœiam appellavit.

¶ Fictor, ōris, ein bildner, bildmacher. Cic. 1 Nat. Deor. cap. 29 *Deos ea facie novimus, qua pictores fictoresque voluerunt.* ¶ Item, qui circa ornatum componendum occupatur, ein künstler. Isidorus lib. 10 *Fictor appellatus à fingendo & componendo aliquid: sicut qui capillos mulierum linit & pertractat, & ungit, & nitidat.* Sed & Dii habebant suos *fictores*, hoc est, qui simulacra eorum exornarent. Seneca apud August. lib. 6 de Civ. Dei cap. 10 *Alius nomina Deo subjicit, alius horas Jovi nunciat, alius fictor est*, [ita enim legendum cum Lipsio] *alius unctor.* Sic & FICTORES PONTIFICUM & FICTORES VESTALIUM in antiquis lapidibus leguntur, & hi erant, qui vel de pane aut cera simulatas hostias faciebant pro tenuioribus, vel qui inter ministeria sacrorum liba fingebant. ¶ *Fictores* etiam dicebantur dulciarii operis factores. Vide Casaub. ad Suetonii August. c. 4 extr. & Varron. de L. L. 6 c. 3.

¶ Fictrix, īcis, eine künstlerin: ut, *Divina providentia fictrix & moderatrix est materiæ*, Cicer. de Nat. Deorum lib. 3 cap. 39. *Calix fictricis*, quid sit apud Tertull. de Resurr. carn. c. 16, vide in notis Junii ad h. l.

¶ Fictura, æ, die bildung, formirung, Gell. 10 cap. 5.

¶ Fictus, ûs, idem. Sarisb. 2, 27, *disciplinæ fictum effugere.*

¶ Figmentum, i, ein gemächte, gedichte, *commentum.* Auctorem neminem veterem atque idoneum hâc voce usum Scioppius putavit, eoque nomine reprehendit Stradam, qui usus hac voce, Infamiâ Famiani pag. 114. Cum in Mureto eamdem excuset, sed ut non approbet. vide eum de Stylo Historico pag. 167 & seqq. At vero posterioris qui ævi sunt, nec tamen pœnitendi auctores, non raro hac voce usi sunt, vel proprie pro simulacro, sicut Gellius lib. 5 cap. 12 *capræ figmentum juxta simulacrum* [Vejovis] *stare* dixit: vel pro commento translate, ut *figmenta poëtarum*, apud Lactantium lib. 7 cap. 22, & Apulej. Met. 4 p. 155 *somniorum figmenta.* Plura de his dedit Cellarius Posterioribus Curis p. 141 ex Cypriano de Patientia cap. 2, Arnobio lib. 6 p. 198, Macrobio lib. 1 Somn. Scip. cap. 3, Lactantio lib. 7 cap. 22, Prudentio 2 adv. Symmach. v. 215, & ex aliis.

¶ Figmen, ĭnis, idem. Prudentius Apotheos. v. 798

Factor utroque hominem meditans de figmine junctim
Ædificare sui similem.

Et eodem libro v. 1035

Os capere, & fabro Deitatis figmine nasci.

¶ Fĭgŭlus, i, ein töpffer; Plin. lib. 35 cap. 12 pr. *Figulus primus invenit ex argilla fingere similitudines.* Proverb. *Figulus figulo invidet, & faber fabro*: Hesiodi est Ἐργων. v. 25

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων.

¶ Figulīnus, & Figlinus, a, um, adject. ut, *fornacibus incocta figulinis*, Arnobius lib. 6 p. 200, in töpffers-öfen. *Creta figlina*, Varro de R. R. 2 c. 9. *Opus figlinum*, töpffer-arbeit, Plin. 31 c. 3. conf. lib. 15 c. 17, & Vitruv. 5 c. 10.

¶ Fĭgŭlīna, æ, & Figlina per syncopen, ars & officina figulorum, töpffer-kunst, töpffers-werckstatt; ut, *figlinæ exercendæ*, Varro de R. R. 1 c. 2. Conf. Plin. 7 cap. 56, & 28 c. 2, & 35 c. 12.

¶ Figŭlo, are, pro fingere, bilden, Tertullianus aliquoties dixit; ut, adversus Valentin. cap. 24 *Figulat hominem demiurgus.*

¶ Figulatus, a, um, gebildet, aus leim gemacht. Idem Tertull. de carne Chr. c. 9 *Corpus hoc nostrum de limo figulatum.*

¶ Figulatio, onis, die bildung: ut, *tota hominis figulatio*, Tertull. de Resurr. carn. cap. 5, &, *carnis figulatio*, idem de Anima c. 25.

¶ Figulator, ōris, ein töpffer. Gloss. Vet. κεραμεὺς, *Faber figulator.*

¶ Figularius, i, idem. Gloss. lat. gr. *Figularius*, κεραμεύς.

¶ Fĭgŭlaris, e, adjectivum, dem töpffer gehörig: ut, *Versatior es, quàm rota figularis*, du bist behender als ein töpffer-rad, Plaut. Epidic. a. 3 sc. 2 v. 35. *Figularis creta*, Columella lib. 8 cap. 2. ¶ *In dolio artem figularem* seu *figulinam discere*, est præpostere in arte discenda versari. Erasm. ex Platone.

¶ Fĭgūra, æ, forma, species, die figur, gestalt, à *fingendo* Gellio lib. 13 cap.

cap. 28. Cicer. lib. 1 de Natur. Deor. cap. 18 *Hominum figura vincit omnium animantium formam.* Idem 3 Offic. cap. 6 *In figura hominis feritas belluæ*, auswendig ein mensch, inwendig ein wolff. Terent. Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 24 *Nova figura oris.* ¶ 2. *Figura* est *Conformatio* quædam orationis remota à communi ratione. Sunt autem figuræ *Dictionis*, *sententiarum.* vide libellos Rhetorum de *Schematibus.* ¶ κατ' ἐξοχὴν *figuræ & schemata* dicebantur cavillationes picturatæ; cùm aliud dicitur, aliud intelligitur. *Morsus figuratos* Macrobius vocat lib. 7 Saturnal. cap. 3. Sic Sueton. Domit. cap. 10 *Occidit & Hermogenem Tarsensem propter quasdam in historia figuras, librariis etiam, qui descripserant, crucifixis.* Idem Vespas. cap. 13 *Amicorum libertatem, caussidicorum figuras, ac philosophorum contumaciam lenissime tulit.* Vbi vide Interpretes & Vossium lib. 5 Instit. Orat. c. 6 sect. 7 sive ultima. ¶ *Figura Juris* forma & species est: *Casum* etiam vocant. vide *Lex.*

¶ Fīgūro, are, formare, eine gestalt geben, bilden. *Figurare caseum*, Plin. 16 cap. 38, käse machen. *Vrsi lambendo fœtus figurant*, Plin. lib. 8 cap. 36. Horat. 2 epist. 1 v. 126

> *Os tenerum pueri, balbumque poëta figurat,*

hoc est, assuefacit ad dicendum composite, format, fingit. Lucret. lib. 4 v. 550 de vocibus effingendis:

> *Mobilis articulat verborum dædala lingua,*
> *Formaturaque labrorum pro parte figurat.*

Idem poëta de re musica lib. 2 v. 412

> *Ac musæa mele, per chordas organici quæ*
> *Mobilibus digitis expergefacta figurant.*

¶ Figuratus, a, um, gestaltet, formiret. Cic. de N. D. 2 cap. 63 *terga ad onus accipiendum figurata.* Item, figürlich, verblümt: ut, *figurata oratio*, Quintil. 9 cap. 1.

¶ Figurate, adverb. figürlicher, verblümter weise. Ascon. Pedianus in prœm. Act. Verr. *figurate dixit.* Sidonius lib. 5 epist. 8 *figuratiùs quem pungere.* ¶ *Figuratò* dixit Tertull. adv. Judæos c. 9, & adv. Marc. 3 c. 14.

¶ Figuratio, ōnis, die bildung: ut, *Sphæræ figuratio*, Hygin. prœm. Astronom. Articulos corporum *hîc teretes illic latos esse*, Plinius ait lib. 11 cap. 37 sub fin. *ut in unoquoque poscit figuratio.* Et Vitruvius lib. 9 cap. 4 *depicta figuratio.*

¶ Figurator, oris, der etwas bildet. Arnob. 6 p. 196 *vobis ducibus & figuratoribus luna fœmina est.*

¶ Figuraliter, adverb. idem quod figurate. Gloss. gr. lat. ἐσχηματισμένως, *figuraliter.* Tertull. de test. animæ c. 2 *Contraria propositione oblique & figuraliter exprobrans.* Sidonius lib. 8 epist. 14 *Quicquid legis diebus figuraliter immolabatur*, h. e. typice, in figuris. Et Augustinus de Genesi ad lit. lib. 1 principio: *esse accipienda figuraliter.*

I. Composita à *Fingo*:

¶ Affingo, finxi, fictum, fingĕre, fingendo aliquid addere, etwas zusetzen, andichten; cujus contrarium est, *detrahere.* Cicer. pro Lege Man. cap. 4 *De Lucullo ita dicam, ut neque vera laus ei detracta oratione nostra; neque falsa affcta esse videatur.* Cæsar principio lib. 1 *Addere & affingere rumoribus*, das geschrey grösser machen.

¶ Affictus, a, um, angedichtet, hinzugethan. Cic. de Orat. 2 cap. 80 *prooemium affictum aliquod.*

¶ Affictītius, a, um, idem. Varr. 3 R.R. c. 12 pr. *affictitium ad villam leporarium.*

¶ Circumfingĕre, circa aliquid effingere, dransetzen. Tertullian. de Anima cap. 23 *qui illis* [animabus] *peccatricem circumfinxerit carnem.*

¶ Confingere, idem fere cum simplici, machen, fertigen. *Hirundines confingunt nidos*, Plin. 10 cap. 33. *Apes favos confingunt & ceras*, Idem lib. 11 cap. 5. Altera notione Terentius Phorm. a. 1 sc. 2 v. 81 *Omnia hæc confingam*, id est, comminiscar.

¶ Confictus, a, um, erdichtet: ut, *Lacrymæ confictæ dolis*, thränen, die nicht von hertzen gehen. Ter. Andr. a. 3 sc. 3 v. 26.

¶ Confictio, onis, die erdichtung: ut, *Criminis confictio*, Cicero pro S. Rosc. c. 13.

¶ Confictor, ōris, qui fingit. Paulinus Nolanus ep. 21 [al. 24] n. 4 ad Amandum: *Manichæus veri creatoris negator, & falsi confictor.*

¶ Confictĭto, are, frequentativum, Nævius apud Varronem de L. L. 6 n. 6.

¶ Defingĕre, fingere. Tertullianus 2 adv. Marcion. cap. 2 extr. *Adam nunquam figulo suo dixit: Non prudenter definxisti me.* Cato c. 54 de R. R. *panem defingere* dixit, brod wircken.

¶ Diffingere, quod fictum formatumque est, destruere & refingere, zubrechen und wieder ändern, umschmeltzen. Horat. lib. 1 carm. oda 35 v. 29 *Nova incude diffingere ferrum.*

Et lib. 3 oda 29 v. 47 *neque*

> *Diffinget infectumque reddet,*
> *Quod fugiens semel hora vexit.*

¶ Effingere, fingendo repræsentare, ad alterius formam fingere, fürmahlen, fürbilden, beschreiben. *Formam corporis cujuspiam verbis exprimere & effingere*, Aut. ad Herenn. 4 c. 49. Et, *Effingere verba imitando*, Quintil. lib. 1 cap. 1. Plin. 1 epist. 3 *Effinge aliquid & excude, quod sit perpetuo tuum.*

¶ Effictus, a, um, ausgedruckt, fürgestellt. Cicero pro Rosc. Amer. cap. 16 *Hæc conficta arbitror à poëta esse, ut effictos nostros mores in alienis personis, expressamque imaginem nostram vitæ quotidianæ videremus.*

¶ Effictio, onis, repræsentatio, die fürstellung, Aut. ad Herenn. lib. 4 cap. 49.

¶ Effigies, ēi, figura ad vivam alterius similitudinem, vel ad veritatis imaginem facta, tam in picturis, quàm in sculpturis, ein bild, contrafactur, ebenbild, bildnüß, Vall. lib. 5 cap. 43. *Effigies hominis & imago*, Cic. 1 Nat. Deor. cap. 37. *Effigies simulacrumque*, Idem 4 Verrina cap. 65. Et, *Effigies humanitatis & probitatis patris filius*, Idem de Finib. 2 cap. 18. Pluraliter Silius lib. 17 v. 402

> *clypeum, quo patris & una*
> *Celarat patrui spirantes prœlia dira*
> *Effigies.*

¶ Pro *instar* ponitur etiam Plinio lib. 21 cap. 5 de lolio; *Ab angustiis in latitudinem paullulum sese laxantibus, effigie calathi.* Silius princ. lib. 5 *At parte à lævâ restagnans gurgite vasto*

> *Effigiem in pelagi lacus exundabat.*

Auson. Parental. epigrammate 6 *pueri comis ad effigiem.*

¶ Effigio, are, bilden, formiren. Prudent. hymno in exsequias defunctorum, principio: *Vivum simul & moribundum*

> *Hominem pater effigiasti.*

¶ Effigiatus, a, um, gestaltet, gebildet. Apulej. Apolog. *Imagines variis artibus effigiatæ.* Idem principio Floridor. *truncus dolamine effigiatus.*

¶ Effigiatus, ûs, die bildung, nomen, eidem est Apulejo lib. 2 Florid. *Magna*, inquit, *vis æris, vario effigiatu.*

¶ Ineffigiatus, a, um, non figuratus, ungebildet. Tertullianus de Anima cap. 9 *Anima indissolubilis, qua immortalis; & ineffigiata, qua indissolubilis.*

¶ Ineffigiabilis, e, das sich nicht abbilden lässet. Tertull. ibidem c. 24 pr. animam cum Platone prædicat *invisibilem, ineffigiabilem, uniformem*, &c.

¶ Perfingĕre, ausdrücken, nachmachen. In veteri versu apud Fabrett. Inscript. p. 685 *Hic sita sum varios avium perfingere cantus.*

¶ Refingere, wieder darstellen. Apulej. lib. 3 Miles. p. 134 *Hilari vultu renidens, quantumque poteram, lætiorem me refingens*, id est, simulans.

II. Composita a *Figulo*:

¶ Affigŭlo, are, ankleben mit leim. Scriban. in Posit. p. 145 *Ii, qui necessitudine aliqua ferreis ollis principum affigulati sunt.*

¶ Configulare, idem quod fingere; unde

¶ Configulatus, a, um, gebildet. Legitur in sacro Syllabo Paulini Aquilejensis: *Configulata summi artificis manu terra.*

III. Composita a *Figuro*:

¶ Affigūro, are, fürbilden. Gellius lib. 4 cap. 9 [Voces] *disciplinosus, victoriosus, Cato ita adfiguravit.*

¶ Configurare, est conformare, gleich machen. Columella lib. 4 cap. 20 *ne pravitas staminum ad similitudinem sui vitem configuret.*

¶ Configuratus, a, um, geformt, gleichformig. Lactantius lib. 1 cap. 17 *simulacra configurata*: & lib. 7 cap. 4 *Homo ex rebus diversis ac repugnantibus configuratus est.*

¶ Infiguratus, a, um, unförmlich. Theod. Priscian. 2, 1 *febris simplex & infigurata.*

¶ Infigurabilis, e, idem. Ammianus 24 c. 4 *compage scutorum, velut testudine infigurabilium fornicum, operiebantur.*

¶ Præfigurare, ante figurare, formare, fürbilden. Idem Lactantius lib. 6 cap. 20 *se quisque pro sexu in illis imaginibus præfigurat.* De ludis comicis agit, quos pueri virginesque non sine corruptione spectare possint. Vnde subjicit: *Probant illa, dum rident: & adhærentibus vitiis, corruptiores ad cubicula revertuntur*, præfigurati scilicet & præparati fictis comœdorum adulteriis ac libidinibus ad omnem obscenitatem.

¶ Præfiguratio, onis, die fürbildung. Augustinus Civ. Dei lib. 16 cap. 2 *sine ulla præfiguratione futurorum.*

¶ Refigurare, reformare, verändern. Vulg. Interpr. Sap. cap. 19 v. 6 *Omnis creatura ad suum genus ab initio refigurabatur.*

¶ Transfigurare, in aliam figuram vertere, transformare, verwandeln: ut, *Transfigurari in lupum*, Plin. 8 cap. 22, in wolffs-gestalt verstellet werden. Senec. epist. 94 *Nondum sapiens est, nisi in ea, quæ didicit, animus ejus transfiguratus est.* Idem epist. 6 *non emendari tantum, sed transfigurari*, i. e. in alium habitum hominemque ire.

¶ Transfiguratio, ōnis, die verwandelung. Plin. lib. 7 cap. 55 μετεμψύχωσιν, *transfigurationem* Pythagoræ appellat. Et Salvianus de Gub. 5 p. 182 *quasi Circei poculi transfiguratione mutantur.*

Finio, & derivata ejus, quære in *Finis.*

FĪNIS, is, non masculini tantum, sed & fœminini generis, est extremitas uniuscujusque rei, h. e. id, in quo unaquæque res terminatur, das ende, das euserste eines dinges. Sic ipse Cicero scripsit quinque libros *de finibus bonorum & malorum*, i. e. de extremis, ad quæ referuntur omnia, & quorum caussa omnia facienda sunt aut fugienda. Virg. 2 Æn. v. 554 *Hæc finis Priami fatorum, hic exitus illum*

> *Sorte tulit.*

P. Rutilius Lupus lib. 2 de figuris sentent. in AETIOLOGIA: *Ita, ut quod dubium est visum, ad certam finem adduci videatur.* Monet de eo & Priscianus. Cæterum proprie de agris dicitur. Isidor. lib. 15 cap. 14 FINES *dicti eo, quod agri funiculis sint divisi. Mensurarum enim lineæ in terrarum partitione tenentur.* Etiam Scaliger *Finis* à σχοῖνος *funis* deducit. *Antiquitus*, inquit, SFOENIS: ut σφόγγος, SFVNGVS. *Postea S periit. Inde* FOENIRE, *nunc* FINIRE. *Fines dirigere, regere*: Item *confundere.* Vide Titul. Juris finium regundorum. Cic. 1 Offic. cap. 29 *Finem & modum transeuns appetitus.* Lucret. lib. 3 v. 59

> *Denique avarities & honorum cæca cupido:*
> *Quæ miseros homines cogunt transcendere fines*
> *Juris.*

Sic, *Dominatio sine fine*, Tacit. 4 Histor. cap. 8 extr. ¶ Hinc ad aliarum rerum exitus transfertur: ut, *Finem facere maledictis*, aufhören zu lästern, Terent. prolog. Heaut. v. 34. Cic. 6 Verrin. cap. 7 *Difficile est, finem facere pretio, nisi libidini feceris*, nichts ist theuer, wornach man recht begierig ist. *Finem constituere controversiæ*, Idem 3 Verrin. cap. 2, dem streit ein ende machen. Idem: *Finem imponere labori, curis, bello*, ein ende machen. Γλυκὺ ἀνθρώπῳ τέλος. Pindar. Pyth. 10. ¶ Pro morte Tacit. 1 Histor. cap. 35 *Septem à Neronis fine menses sunt.* Et alibi sæpius. Hinc *finire*, mori est: de quo infra. ¶ Est & in caussis *Finis*, propter quam aliquid fit. Seneca epist. 65 *Propositum totius operis*: item *faciendi* & *facientis*, item *artificis propositum* vocat; der endzweck. *Quem ad finem*, worzu? weswegen? Cic. pro Cæl. cap. 5.

Ea fini, zu dem ende, deswegen, Gell. 7 cap. 3. (Nam apud veteres in ablativo *fini* & *fine* dicitur.) ¶ 2. *Fines*, plurale, pro terminis seu limitibus, die schrancken, grentzen, usitatissimum est. Terent. in Heaut. a. 3 sc. 1 v. 93 *Vicini nostri ambigunt de finibus*, der grentze wegen. *De finibus controversia est*, Cic. in Topicis cap. 10. *Fines imperii prorogare*, Idem pro Muræn. cap. 9, die grentze erweitern. *Fines suos tueri ab excursionibus*, Idem pro Dejotaro cap. 8. ¶ Ab hac significatione *Affinis* est, de quo postea.

¶ Finalis, e, zum ende oder grentzen gehörig. *Finales quæstiones*, quæ ad controversias de finibus agrorum pertinent apud JCtos. Vide Legem 11 Finium regund. in Dig. ¶ 2. ultimus. Sic *finale malum*, excidium Sodomæ, Alcimus vocat lib. 2 v. 369, der endliche untergang. Et Augustinus de Civ. Dei lib. 19 cap. 4 *beatus illa finali beatitudine.* Etiam extremo hoc cap. 4 & cap. 10 ejusdem libri, *finalis beatitudo*: & cap. 11 *pax finalis.*

¶ Fīnio, finivi & finii, finitum, finire, finem facere & habere, beschliessen, enden. *Finire vitam inedia*, Plin. 8 cap. 42. *suspendio*, Sueton. Aug. cap. 65. *laqueo*, Seneca Hippol. v. 259. *gladio* vel *ense*: Ovid. 3 Trist. eleg. 7 v. 49 *Quilibet hanc sævo vitam mihi finiat ense.*
Sic & perimere, interficere, tollere significat. Martial. lib. 5 epigr. 6

Sic te serior & beata quondam
Salvo Cæsare finiat senectus.

Seneca præfat. lib. 4 Controvers. *Non tulit hanc Labienus contumeliam, nec superstes esse ingenio suo voluit; sed in monumenta se majorum suorum ferri jussit, atque includi. Veritus scilicet, ne ignis, qui nomini suo subjectus erat, corpori negaretur: non finivit tantum se ipse, sed etiam sepelivit.* Hinc *finiri* est mori. Cic. 1 Tusc. Quæst. cap. 48 oraculum Græcorum convertens:

Euthyneus potitur fatorum munere leto,
Sic fuit utilitas finiri ipsique tibique.

Valerius Maximus lib. 9 cap. 12 *Sed atrocius aliquantò Euripides finitus est.* Tacitus 6 Annal. cap. 1 extr. *Sic Tiberius finivit octavo & septuagesimo ætatis anno*; FINIVIT, pro finitus est, vel vitam finivit, sive obiit. ¶ Aliquando significat etiam perficio, absolvo: aliquando terminum pono: sic dicimus, *finire alicui provinciam certo tempore*, pro, præscribere alicui tempus administrandæ provinciæ, quo elapso, de provincia debeat cedere. Cic. ad fam. 15, 7 *Tempus, quod mihi & senatus consulto & lege finisti.*

¶ Fīnītus, a, um, eingeschrenckt, gemessen, geendet; ut, *Finita ætas*, Ovid. 5 Fast. v. 65. *Lingua finita dentibus, vocem immoderate profusam fingit & terminat*, Cic. de N. D. 2 cap. 59. *Finitam Carthaginem*, id est, sublatam & eversam, Florus dixit lib. 2 cap. 15.

¶ Fīnīte, adverb. idem. Cic. 2 de Fin. c. 9 *Avarus erit, sed finite*, hoc est, intra modum, non immodicè.

¶ Fīnītio, ōnis, terminatio, divisio, die endung. Hyginus lib. 1 Astron. cap. 6 extr. *Si non in partes hemisphærium dividatur, sed in alias quotlibet finitiones.* Quintiliano *finitio* est definitio, & *finire*, definire, ut: *Parum plena finitio*, lib. 7 cap. 3. Conf. Gell. 15 cap. 9, qui & *finire* pro definire dixit lib. 16 cap. 8.

¶ Fīnītor, ōris, ὁριστὴς, qui fines terminosque constituit, ein ausmesser. Nonius cap. 1 n. 37 *FINITORES dicebantur, quos nunc AGRIMENSORES dicimus. Dicti, quod fines dividerent*, marckscheider. Plaut. prol. Pœnuli v. 49

Ejus nunc regiones, limites, confinia
Determinabo: ei rei sum factus finitor.

Cicer. de Lege Agrar. 2 cap. 13 extr. *Singuli de maximis rebus judicent: quæstori permittant: Finitorem mittant, ratum sit, quod finitor uni illi, à quo missus erit, renunciavit.* Secundam corripit, quia non à verbo *finire*; sed à nomine *finis* est. Vt à *vinum*, *vinitor*, secunda & ipsa brevi. ¶ 2. *Finītor* à finire, qui finem facit, der ein ende macht. Stat. 8 Thebaid. v. 19 de Dite seu Plutone:

O cunctis finitor maxime rerum,
At mihi, qui quondam causas elementaque noram,
Et sator.

Quasi dicat: tu in commune quidem & cunctis adeò finitor rerum, hoc est, res omnes finire atque delere existimaris, mihi vero, qui naturæ paullo callentior sum, idem & creator rerum, seu sator, crederis atque haberis. Nimirum Diti vis omnis terrena atque natura dicata erat. Quia vero ex terra & oriuntur omnia, & in eamdem recidunt; idcirco Pluto, seu Dis, & finis & principium omnium habebatur. Vide Cicer. lib. 2 de Nat. Deor. & Veterem Scholiasten Statii, quem *Luctatium* alii, alii *Lactantium* vocant, ad locum supra productum. Claudianus de eodem Plutone lib. 1 de raptu Proserpinæ v. 57

qui finem cunctis & semina præbes,
Nascendique vices alterna morte rependis:
Qui vitam letumque regis, &c.

¶ 3. Sed & circulus, qui ὁρίζων Græcis, Latinis *Finitor* appellatur. Seneca lib. 5 Quæst. Natur. cap. 17 *Hanc lineam, quæ inter aperta & occulta est, Græci* ὁρίζοντα *vocant: nostri* (Latini) *FINITOREM dixére: alii FINIENTEM.* Adde Censorin. cap. 17.

¶ Fīnītimus, a, um, vicinus, propinquus, angrentzend, nachbarlich. *Finitimæ civitates*, städte in der nachbarschafft. *Finitimi*, die zusammen grentzen. *Falsa veris finitima sunt*, Cicer. 4 Acad. cap. 21, sie sind nahe bey einander. *Ægritudini finitimus est metus*, Idem 4 Tuscul. cap. 30.

Composita:

¶ Affīnis, e, adjectivum ab *ad* & *finis*: quod ad finem alterius accedit: unde & proprie de agris dicitur, [nam *fines* agrorum sunt] ut L. *Eos terminos* 12 D. *Fin. reg.* Deinde & ad homines transfertur, qui inter se conjunctionem sive propinquitatem contraxerunt. Festus: *Affines in agris vicini: in hominibus consanguinitate conjuncti.* In quibus verbis *consanguinitatis* vocabulo paullo latius usus est. Modestinus JC. Lege Non facile D. de Grad. & Affin. AFFINES, inquit, *sunt viri & uxoris cognati: dicti ab eo, quod duæ cognationes, quæ diversæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit*, beschwägert, anverwandt. Quia itaque Affines fiunt, cum duæ cognationes per nuptias junguntur, seu copulantur; idcirco & *Conjuncti* aliquando dicuntur *Affines*, & ipsa *Affinitas* appellatur *conjunctio*. Exempla vide infra in *Jungo*, & quod ex eo est, *Conjungo*. Ac sunt *Affinium*, secundum Modestinum, nomina: *Socer*, *Socrus*; *Gener*, *Nurus*; *Noverca*, *Vitricus*; *Privignus*, *Privigna*. Terentius Heaut. a. 5 sc. 1 v. 63 *Imo & gener & affines placent.* Vbi per affines pater materque sponsi designantur. Nec aliter sumitur hæc vox apud Plautum Trin. a. 5 sc. 2 v. 39. * *Affinis* etiam apud Lactantium de Mort. persec. cap. 18 dicitur sororis filius. *Grævius.* ¶ 2. Hinc transfertur vocabulum ad plura alia, quæ juncta invicem & quasi connexa. Sic, *affinis culpæ*, *affinis facinori*, apud Ciceronem, der gleicher schuld ist, der theil hat an der that; illud pro Rosc. Am. cap. 7; hoc in 4 Catilinar. cap. 3. Quâ ratione cum dativo non modo, sed & cum genitivo construimus. Ter. Heaut. a. 1 sc. 2 v. 39

Quàm iniqui sunt patres in omnes adolescentes judices,
Qui æquum esse censent, nos jam à pueris illicò nasci senes:
Neque illarum affines rerum esse, quas fert adolescentia.

Affines rerum, id est, participes rerum, vel commercium aut consuetudinem habentes cum rebus, &c.

¶ Affinis, is, subst. comm. gen. ein schwager, schwägerin. Cic. post red. in Sen. cap. 7 *Tu misericors me affinem tuum, constrictum inimicis, reip. tradidisti: tu meum generum, propinquum tuum: tu affinem tuam, filiam meam, superbissimis & crudelissimis verbis à genibus tuis repulisti.*

¶ Affinĭtas, atis, die nahe freundschafft, schwägerschafft. Terent. in Hecyr. a. 4 sc. 4 v. 101 *Manere affinitatem hanc inter nos volo.* Cicer. de Clar. Orat. cap. 26 *Affinitate sese cum aliquo devincire*, sich mit einem beschwägern. Et, *Affinitates jungere*, Livius lib. 1 cap. 1, schwägerschafft machen. *Diligere alicujus affinitatem*, apud Nepotem 25, 12, 1 est socerum aliquem eligere. Suet. de Nerone cap. 35 *Interemit affinitate aliqua sibi aut propinquitate conjunctos.*

¶ Arcifinius, a, um, grentzscheidend. *Ager arcifinius* Varroni *ab arcendis hostibus* appellatus, ut Frontinus de Agrorum qualitate sub initium, observavit.

¶ Arcifinalis, e, idem. Siculus Flaccus de Condit. agr. p. 3 *Occupatorii dicuntur agri, quos quidam Arcifinales vocant. - - - Deinde ut quisque virtute colendi occupavit, arcendo vicinum, arcifinalem dixit.* Adde Rigaltii Observationes & Glossas agrimens. & Gœsium p. 127.

¶ Circumfinio, ire, zu ende bringen. Solinus cap. 3 *December solemnem circumfiniebat annum.*

¶ Confīnis, e, angrentzend, nahgelegen. *Confines* dicuntur, quorum fines concurrunt, sive in unum desinunt. Lactant. lib. 5 Instit. Divinar. cap. 2 *Vt confines suos, sedibus agrisque pellebat, à suo repetundo hac patientia retardaret.* Nepos Datame cap. 4 *Quæ gens jacet supra Ciliciam, confinis Cappadociæ.* Ammianus 30 c. 22 *latrones amni confines.* Et Seneca epist. 120 *Sunt virtutibus vitia confinia.* ¶ *Confine*, & plur. *Confinia*, substantive, grentzen. *In confinibus hostis arcendus est*, Senec. de Ira 1 c. 8. ¶ 2. *Ferit ad confine papillæ*, Val. Flacc. lib. 6 v. 374.

¶ Confinium, i, terminus agrorum, feld-marck, der ort, da die grentzen zusammen stossen, frontirung. Sicul. Flaccus de Condit. agror. pag. 6. ¶ *Confinium lucis & noctis* dicitur crepusculum, die demmerung. Apulejus Met. 2 p. 122 *Ad confinia lucis usque pervigiles egimus.* Ovid. Metamorph. 4 v. 399

Jamque dies exactus erat tempusque subibat,
Quod tu nec tenebras, nec posses dicere lucem;
Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.

Columella 3 cap. 5 *Mediocritas in confinio boni malique posita est.* Tac. Ann. 4, 58, 3 *patuit confinium artis & falsi.* Isidor. lib. 5 Orig. cap. 35 *Propter confinium frigoris & caloris morbis abundat autumnus.* Plin. Panegyr. cap. 4 *Virtutes vitiorum confinio læduntur.* Cui Senecæ illud concinit, quod modo in *Confinis* dedimus. Vellejus lib. 2 c. 124 *Arcto salutis exitiique esse confinio.* Apulej. Met. 11 p. 268 *Accessi confinia mortis.*

¶ Confinitimus, a, um, angrentzend. Gellius 1 cap. 2 *officia virtutum confinitima.*

¶ Definire, finibus suis distinguere, grentze und ziel setzen, erörtern. *Circumscribere & definire*, Cic. 1 de Orat. cap. 16. *Definire imperium orbis terrarum terminis*, Cic. pro Sext. cap. 31. *Definire diem, tempus*, einen tag bestimmen und ansetzen, Cæsar 7 B. Gall. cap. 83, & lib. 1 Civil. cap. 11. ¶ *Definire*, est etiam vim alicujus vocis explicare ac describere, beschreiben, erklären. Cicero 2 de Orat. cap. 39 *ea breviter illustret, verbisque definiat.* Idem de Invent. lib. 1 cap. 1 *Vis vocabuli definienda verbis est.*

¶ Definītus, a, um, bestimmt, gewiß, abgemessen. Cicer. Somn. Scip. cap. 3 *certum esse in cælo ac definitum locum, ubi beati ævo sempiterno fruantur.* Et lib. 3 epist. 8 *Epistola nihil habet, quod aut definitum sit, aut certum.*

¶ Definite, adverb. eigentlich, ausdrücklich. Cicer. pro Balbo cap. 14 *lex definite potestatem Pompejo civitatem donandi dederat.* Plinius Panegyr. cap. 88 *definite distincteque designat.*

¶ Definitio, ōnis, oratio, naturam rei explicans, sive quâ explicatur, quid sit res, quæ genere, specie, differentiâ & proprio plerumque constat, eine beschreibung, erörterung. Differt à *Descriptione*, quæ est rei copiosior per proprietates declaratio. Cic. 1 de Orat. cap. 42 *Est definitio earum rerum, quæ sunt ejus rei propriæ, quam definire volumus, brevis & circumscripta quædam explicatio.* Idem Topic. cap. 2 *Definitio quasi involutum evolvit id, de quo quæritur.*

¶ Definitīvus, a, um, das da siehet auf die erklärung. Cic. 2 de Invent cap. 17 pr. *Cum est nominis controversia, quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiva dicitur.* Apud JCtos, & l. 2 C. de sentent. ex peric. recit. *sententia definitiva*, est definitio ultima, das end-urthel.

¶ Definītor, ōris, ein anzeiger, zielsetzer. Tertullianus 5 adv. Marcion. cap. 10 *Habemus illum alicubi unius baptismi definitorem.*

¶ Indefinītus, a, um; unerörtert, nicht klar ausgedruckt. *Sermo indefinitus inexplicabilisque*, Gellius 16 cap. 2.

¶ Indefi-

¶ Indefinite, adverb. insgemein. Gell. lib. 2 cap. 24 *promiscue atque indefinite largiri*, id est, nihil determinando.

¶ Diffinire, idem quod definire. In Hygini Astron. lib. 1 cap. 6 Clar. vir Jo. Schefferus edidit: *quem Arcticon diffinivimus*: & ex parvo intervallo: *Zodiacus sic optime diffiniri poterit.* Munckerus utrobique *definire*. Adde lib. 2 cap. 13. Hinc

¶ Diffinītio, ōnis; Ibidem lib. 1 cap. 6 laudatus Schefferus: *Hac diffinitione sphære* &c. Munck. *definitione*. Et Augustinus lib. 1 Retract. cap. 15 *Vt hac diffinitione volens à nolente discerneretur.*

¶ Infinītus, a, um, contrarium est *finito*, immensum, ungeendet, unzehlich, unermeßlich, ohne ziel. Cic. de Divinat. lib. 2 cap. 50 *Quod definitum est, habet extremum, quod non habet extremum, infinitum sit necesse est.* Et 3 in Catilin. cap. 4 *cædem infinitam civium facere.* Aut. ad Herenn. lib. 2 cap. 22 *Immensa, infinita, immoderata cupiditas.* Et, *Ad infinitum*, Plin. 13 cap. 9. ¶ *Infinitus* etiam sæpe idem quod *multus* est, præsertim apud posterioris latinitatis scriptores. Sic Eutropius 4 cap. 9 n. 2 *infinita regum auxilia*: & lib. 6 cap. 18 n. 2 *infinita nobilitas.* Spartianus Hadriano cap. 20 *aquarum ductus infinitos nuncupavit.* Sed & Cic. de Orat. 1 cap. 1 *Infinitus rerum forensium labor*, unsägliche mühe. ¶ Est & comparativus *Infinitior*, apud Ciceronem in Topicis cap. 8 *Distributio infinitior*; & *Res infinitior.*

¶ Infinitum, i, quasi substantive cum secundo casu. Eutropius lib. 6 cap. 13 de triumpho Pompeji: *Prælata ingens pecunia: auri atque argenti infinitum.* Et lib. 9 cap. 9 n. 9 *in quo* [templo] *infinitum auri gemmarumque constituit.* Videtur *pondus* subaudiri, sicut plene idem Eutropius lib. 2 cap. 16 n. 5 dixit: *infinitum auri argentique pondus in potestatem Romanorum redactum.*

¶ Infinite, adverb. unzehlicher, unendlicher weise. Cicer. Paradox. 6 cap. 3 *infinite concupiscens.*

¶ Infinitò, idem. Plin. 25 cap. 8 *Infinitò præstare cæteris*, weit übertreffen.

¶ Infinītas, atis, die unendlichkeit: ut, *infinitas locorum*, Cicer. 1 Nat. Deor. cap. 26. Ammianus lib. 15 cap. 1 *Mundorum infinitates Democriti, quos Anaxarcho incitante Magnus somniabat Alexander.*

¶ Infinitio, ōnis, idem. Cicer. 1 de Finib. cap. 6 *Infinitio ipsa, quam* ἀπειρίαν *vocant.*

¶ Perfinire, endigen. Lucret. 1 v. 611 *nec res perfiniet ulla.*

¶ Præfinire, præscribere, ansetzen; ut, *præfinire tempus, diem*, zeit, tag bestimmen: *Calendas Januarias tibi præfinitas esse scito*, Cic. lib. 6 fam. epist. 8. Et in Tuscul. lib. 5 cap. 8 *Tu verò, ut videtur: nam præfinire non est meum*, es gebühret mir nicht, dir zeit und ziel zu setzen.

¶ Præfinītus, a, um, bestimmt. Scævola Lege 47 Dig. de Pactis, *intra præfinitum tempus.* ¶ *Loqui præfinito*, apud Terent. est *loqui ex prescripto*; Locus est Hecyræ a. 1 sc. 2 v. 19

Nam illic haud licebat nisi præfinito loqui,
Quæ illi placerent.

Vbi Donatus: PRAEFINITO, *deest*, tempore: *aut quid tale.* Et mox: *Duo dixit, & PRAEFINITO & QVAE ILLI PLACENT. Vt neque quantum velles, neque quod velles, diceres.*

¶ Præfinitio, ōnis, die bestimmung, ansetzung; ut, *præfinitio annorum*, l. 20 ff quand. dies legat. *Secundum præfinitionem*, Tertull. de Monog. cap. 2.

¶ Trifinium, i, wo ihrer drey zusammen grentzen. Isidorus Orig. lib. 15 cap. 14 *Trifinium dictum, eò quod trium possessionum fines adstringit.* Siculus Flaccus de Conditione agror. p. 6 *Si in trifinium, id est, in eum locum, quem tres possessores attingebant, termini ponebantur.*

¶ Quadrifinium, i, etiam apud rei agrariæ scriptores legitur. Innocentii excerpta p. 227 *Arca super ripa alvei constituta est in quadrifinio.* Isidorus c. l. *Quadrifinium, quod quatuor possessionum fines adstringit.*

¶ Quadrifinalis, e; ut, *Quadrifinalis arca*, in dictis Innocentii excerptis pag. 222, & *Quadrifinales*, pag. 225 scilicet *termini*, ut Clar. Gœsius interpretatur.

Finitimus, quære supra in *Finis.*

FĪO, fĭĕri, passivam habet verbi *facio* significationem. *Fieri*, accidere, werden, geschehen, gethan werden. *Fit contumelia*, Ter. Hecyr. a. 3 sc. 5 v. 20. *Fit convicium*, Cicer. 10 fam. epist. 16. *Fit cædes civium*, id est, cæduntur, Idem declam. antequam iret, &c. Et, *Cædes indignissime maximeque factæ sunt*, Cic. pro Rosc. Am. cap. 5. *Fit sumtus in classem*, id est, impenditur, Corn. Nepos Miltiade cap. 7 n. 6. Et, *Istud ex otio fit*, diesen lohn gibt müßiggang, Terent. Heaut. a. 1 sc. 1 v. 57. *Ex eâ re fit*, das folget draus. *Mihi non fit verisimile*, Ter. Andr. a. 1 sc. 3 v. 20, ich kans nicht glauben. *Vt fit*, Cic. in Oratore cap. 53, wie es pflegt zu gehen. *Obviam mihi fit tabellarius*, Idem 16 Attic. epist. 13, kömmt mir entgegen. *Fio commodioris valetudinis*, Quintilianus lib. 6 cap. 3, meine gesundheit schickt sich etwas besser. ¶ 2. Quemadmodum autem *facere*, pro gignere, (de quo supra) ita & *fieri*, pro gigni, nasci, usurparunt auctores. Varro lib. 2 de re rustic. cap. 3 *Quidam etiam dant operam, ut ex insulâ mediâ capras habeant: quod ibi maximi & pulcherrimi existimentur fieri hœdi.* Et cap. 6 *Ego*, inquit, *de asinis maxime dicam, quod sum Reatinus: ubi optimi & maximi fiunt.* Idem lib. 3 cap. 12 de leporibus: *In Galliâ Transalpinâ & Macedoniâ fiunt permagni: In Italiâ & Hispaniâ mediocres.* Plin. lib. 27 cap. 9 *Fieri & hebetes Ceraunias*, subaudi, *fatetur Zenothemis.* ¶ 3.* *Fit nihil*, elegans formula, qua utebantur veteres, cum frustra diu aliquid se nacturos credebant. Vid. Gronovius ad Gell. 2, 29. *Grævius.* ¶ *Fimus*, plurale, apud Terentium legitur, auctore Mureto, Heaut. a. 3 sc. 1 v. 74 *Deteriores omnes fimus licentiâ.* *Fis anus*, Horat. lib. 3 od. 13 v. 2. *Fi*, Imperativus apud Plautum Curcul. a. 1 sc. 1 v. 87 repetitur, *Fi mihi obsequens*, folge mir. *Fite*, Nonius cap. 17 n. 62 ex Catone & Crasso produxit.

Composita:

¶ Confit, confieri, idem fere quod fieri, geschehen; ut, *Hoc confit, quod volo*, Ter. Adelph. a. 5 sc. 8 v. 23. *Quod facilius per te res tota confieret*, Balbus Ciceroni sub lib. 9 epist. 8 ad Atticum.

¶ Desit, defieri, Impersonale, pro deesse, mangeln. Terent. Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 12 *Nihil cum est, nihil desit tamen.* Et in Hecyra a. 5 sc. 2 pr. *Nihil tibi apud me defieri patiar, Sostrata.* Et, *Desit mihi fortuna*, Cicer. in Tusc. lib. 3 cap. 19, ex poëta. *Ostreæ, deficiente lunâ, defiunt*, Gell. lib. 20 cap. 7. Idem lib. 1 cap. 14 *quod viderent, multa ad splendorem domus atque victus defieri.* Virg. eclog. 2 v. 22

Lac mihi non æstate, novum non frigore desit.

¶ Infit, incipit, ἄρχεται, er fänget an, etiam a *fieri* est. Festus: INFIT, *incipit. Sed diversæ significationis ab eo, quod est* FIT: *nam* INFIT *agentis*: FIT *autem patientis est.* Plautus Asinaria a. 2 sc. 2 v. 75 *Me infit percontarier.* Idem Rud. prol. v. 51 *Is illius laudare infit formam virginis.* Virg. Æn. 11 v. 242 ibid. l. 10. v. 101.

Et Venulus dicto parens sic farier infit.

Lucret. lib. 5 v. 1108 *Illa quoque expergefactum caput erigere infit.*

¶ 2. *Infit* pro inquit, sive incipit loqui, er sagt. Virg. 5 Æn. v. 708

Isque his Æneam solatus vocibus infit.

Livius lib. 3 c. 71 *Ibi infit, annum se tertium & nonagesimum agere.*

¶ Superfieri, superesse, übrig seyn. Colum. lib. 12 cap. 1 *Separare, quæ consumenda sunt, & quæ superfieri possunt, custodire, ne sumtus annuus menstruus fiat.* Ausonius epigramm. 81

Incipe. dimidium facti est cœpisse. superfit
Dimidium. rursum hoc incipe: & efficies.

Vbi *superfit* pro *superest.*

Firmare, Firmatio, &c. vide in *Firmus.*

FIRMIVM, sive Firmum, i, Piceni in Italia castellum, cujus meminit Plin. lib. 3 cap. 12, Lactantii patria: quod an certum, in medio relinquit Gallæus in vitâ Lactantii, operibus ejus præfixâ. Alii *Formianum* à *Formiis*, urbe Campaniæ, dictum volunt.

FIRMVS, a, um, constans, stabilis, standhafftig, wehrhafftig, feste, starck. *Firma & perpetua amicitia*, Q. Cic. de Petit. consul. cap. 7. *Nihil firmi video*, Terent. Heaut. a. 2 sc. 3 v. 96, nichts gründliches. *Firmus ab equitatu*, Plancus Ciceroni 10 epist. 15, mit reiterey wohl versehen. Corn. Nep. Eumene cap. 3 *Firmæ copiæ*, peritæ bellandi, indurata bello manus. *Firmum contraxit exercitum*, Vellej. lib. 2 cap. 29. *Potentissimi ac firmissimi populi*, Cæsar 1 de B. Gall. cap. 3; & lib. 5 cap. 52 *Senones, quæ est civitas in primis firma, & magnæ inter Gallos auctoritatis.* Atque ita alibi sæpe de belli potentia. Vide Gronov. ad Livii lib. 23 cap. 25. *Fuit viribus ad laborem ferendum firmis*, id est, invictus laboris, operis, &c. de eodem Eumene Nepos cap. 11 n. 5. Sic Cic. lib. 11 epist. 27 ad Matium: *nondum satis firmo corpore cum esset.* Et, *Valetudo firma, firmior*, Plin. 11 c. 37. Et, *Firmus proposito*, id est, constans, Vellej. 2, 63, 3. Et Cic. pro Balbo cap. 27 *sunt fortasse in sententia firmiores.* Cæsar B. G. 5 cap. 20 *firmissima civitas.* Plin. lib. 2 epist. 11 *pro veritate firmissimus.* Cæsar iterum lib. 3 B. Civil. c. 86 *Firmiore animo in prælium prodire.* Et Cic. Top. cap. 25 *Lege nihil firmius in controversiis.* Horat. lib. 1 epist. 17 v. 47

Et fundus nec vendibilis, nec pascere firmus.

id est, qui in annuum sumtum non sufficit; sive unde tantum redire non potest, ut annuus sumtus suppetat.

¶ Firme, adverb. fest und steiff: ut, *firme graviterque aliquid comprehendere*, Cic. 1 de Fin. cap. ult. *Firmissime aliquid asseverare*, Cicer. 10 Att. ep. 14, mit beständigkeit.

¶ Firmiter, idem. *Firmiter insistere*, Cæs. B. G. lib. 4 cap. 26.

¶ Firmītas, atis, constantia, robur, stärcke. *Animi firmitas*, standhafftigkeit, starcker muth, Cicer. 12 ad Attic. epist. 38. Et, *Gladiatoria totius corporis firmitas*, exercitatione parta scil. unde robur, & agilitas, Cicer. 2 Philipp. cap. 25, & Nepos 15, 3, 1. Vide Mercurial. Gymnast. lib. 4 cap. 2.

¶ Firmītudo, ĭnis, idem. Cic. lib. 5 famil. ep. 13 *Firmitudinem gravitatemque animi tui perspexi.* Et Plaut. Asin. a. 2 sc. 2 v. 54 *Si istam firmitudinem animi obtines.*

¶ Firmo, avi, atum, are, firmum efficere, stabilire, fest, starck, gewiß machen, bekräfftigen. *Aliud si scirem, quî firmare meam apud vos possem fidem sanctius quàm jusjurandum, id pollicerer tibi, Laches*, Ter. Hecyrâ a. 5 sc. 1 v. 23. Cicer. pro Sylla cap. 11 *Filium suum vitâ privavit, ut in cæteris firmaret imperium.* Idem in Tuscul. 2 cap. 15 *Corpora juvenum firmari labore voluerunt*, daß sie durch die arbeit starck und hart würden. Et ibidem: *Firmandus est animus ad dolorem ferendum.* Sic, *Firmare dotem*, Terent. Heaut. a. 5 sc. 5 v. 4. *Pacem firmare*, Cæsar 4 Gall. cap. 28, gewiß machen, befestigen.

¶ Firmatus, a, um, gestärcket, befestiget. Cic. de Div. 1 cap. 1 *Vetus opinio est, omnium gentium firmata consensu.* Virg. eclog. 4 v. 37

Hinc ubi jam firmata virum te fecerit ætas.

¶ Firmāmen, ĭnis, die befestigung, grundfeste. Ovid. 10 Metamorph. v. 491 *Porrigitur radix, longi firmamina trunci.*

¶ Firmāmentum, i, robur, stabilimentum, stärcke, schutz, trost. Cicer. lib. 1 ad Attic. ep. 18 *Sic ille annus duo firmamenta Reip. per me constituta, evertit*, hoc est, senatus & equestris ordinis auctoritatem. Idem de Amicit. cap. 18 *Firmamentum stabilitatis ejus, quam in amicitia quærimus, est fides*, hoc est, fides efficit, ut amicitiæ firmæ sint & stabiles.

¶ Firmator, ōris, qui firmat, ein befestiger: ut, *Firmator pacis*, Tacit. lib. 2 Annal. cap. 46 n. 7. *Firmator disciplinæ*, Plin. lib. 10 epist. 38.

Composita:

¶ Affirmo, are, adseverare, asserere, bejahen, für wahrhafftig und gewiß aussagen. *Omni tibi asseveratione affirmo*, Cic. 13 ad Attic. epist. 23, das sage ich dir für wahrheit. *Affirmare jurejurando*, Livius lib. 29 cap. 23, etwas beschweren. *Non soleo temere affirmare de aliquo*, Cic. ad Brut. epist. 1. ¶ *Affirmare* pro confirmare, bestätigen. Livius 26 cap. 24 *Hæc dicta promissaque affirmarunt autoritate sua.* Idem 32 cap. 35 *eam opinionem ipse affirmavit petendo.* Et Tac. Ann. 14 c. 24 *secuta anceps valetudo iram Deûm affirmavit.*

¶ Affirmatus, a, um, bekräfftiget. Cic. de Invent. 1 cap. 37 *Id quod breviter expositum est, rationibus affirmatum, probabilius & apertius fit.*

¶ Affirmate, adverb. sicherlich, betheuerlich. Cicero lib. 3 Offic. c. 29

 Quod

Quod autem affirmatè, quasi Deo teste promiseris, id tenendum est. Gell. lib. 10 cap. 12 *Plerique nobilium Græcorum hoc affirmatissime scripserunt, simulacrum columbæ, è ligno ab Archita factum, volasse.*
¶ Affirmanter, adverb. quod vulgus *affirmative* dicit, idem. Gellius lib. 14 cap. 1 *potuisset prædici affirmanter.*
¶ Affirmatio, onis, die bejahung, bekräfftigung. Cic. Offic. lib. 3 cap. 29 *Jusjurandum religiosa est affirmatio*, eine gewissenhaffte betheuerung. Plin. 28 c. 2 *constantissima annalium affirmatione.*
¶ Affirmator, oris, qui affirmat, ein bekenner. Tertull. adv. Marc. lib. 4 cap. 7 *Romulus adscensus sui in cœlum habuit Proculum affirmatorem.* Idem de Anima cap. 46 *Quanti commentatores & affirmatores in hanc rem?*
¶ Circumfirmare, rings umher befestigen. Colum. lib. 4 cap. 17 *Vitis quadrato circumfirmanda est agmine.*
¶ Confirmare, est firmum reddere, deque variis rebus dicitur, stärcken, bekräfftigen. Cicer. pro Leg. Manilia cap. 9 *Mithridates suam manum jam confirmaverat*, er hatte seine trouppen verstärcket. Et lib. 16 Fam. epist. 13 *Cura, ut valeas; & cum te bene confirmâris, ad nos venias*, &c. Cæs. B. G. 5 c. 50 *Milites consolatur & confirmat*, er macht ihnen einen muth. Sic, *Animos verbis confirmare*, Idem lib. 1 Bell. Gall. cap. 33. *Confirmare amicitiam & pacem cum aliquo*, freundschafft und frieden mit einem aufrichten, Cæs. lib. 1 Bell. Gall. cap. 3. *Confirmo tibi*, ich versichere dich, ich sage dir für warheit, Cic. 5 ad fam. 14, & lib. 13 ep. 16.
¶ Aliquando plus est quàm *promittere*, ut contra *persuadere* plus est, quàm *confirmare.* Cicer. Att. lib. 16 epist. 5 *Hoc cum mihi non modò confirmasset, sed etiam persuasisset, egit mecum accurate. Confirmare aliquid rationibus & argumentis*, Idem 1 de Fin. cap. 9, mit gründen beweisen. *Confirmare suffragiis*, Cicer. pro Dom. cap. 18, bestätigen.
¶ Aliquando est *asseverare, affirmare*, betheuern. *Nemo unquam erit, & (ut confirmare possum) nemo certe fuit*, Cicer. de Amic. c. 2.
¶ Confirmatus, a, um, kräfftig, starck: ut, *Confirmata valetudo*, Cic. 10 Attic. epist. 17. *Ætas confirmata*, Idem lib. 5 de Fin. cap. 22, das zur rechten stärcke kommen ist. Comp. *confirmatiorem efficere exercitum*, Cæs. 3 B. Civil. c. 84.
¶ Confirmatio, onis, die bestätigung, versicherung. *Non eget confirmatione virtus*, Cic. lib. 6 fam. epist. 3, id est, consolatione. Cæsar 3 Gall. cap. 18 *Gallos ad hoc consilium hortabatur perfugæ confirmatio*, die beständige aussage des überläufers. ¶ Et *Confirmatio*, pars Orationis Rhetoricæ, quâ caussam vel propositionem argumentis stabilimus & confirmamus. v. Cicer. 1 de Invent. cap. 24.
¶ Confirmator, oris, ein bestätiger. Cic. pro Cluentio cap. 26 *sequester & confirmator pecuniæ.* Tertull. 4 adv. Marc. cap. 36 *confirmator erroris.* Adde de Jejun. eumdem cap. 10. Sic Lactantius lib. 1 Instit. cap. 2 sub initium: *Cujus sententiæ auctor est Democritus: confirmator Epicurus.*
¶ Confirmitas, atis, constantia, die standhafftigkeit, Plaut. Mil. a. 2 sc. 2 v. 34.
¶ Infirmus, a, um, imbecillis, debilis, schwach. *Infirma & ægra valetudo*, Cicer. de Clar. Or. cap. 48 extr. &, *infirmissima valetudo*, lib. 1 de Orat. cap. 45 extr. schwachheiten des leibes. *Homo ætate affectâ, & viribus infirmis*, Cicer. 6 Verrin. cap. 43. *Infirmiores milites*, Cæs. 1 B. Civ. c. 64, sunt animo & viribus debiles. *Nuptiæ infirmæ*, ehe, die keinen bestand hat, Terent. Phormione a. 5 sc. 1 v. 6. ¶ Infirmi, ægroti, morbo impliciti. Plinius lib. 7 epist. 26 *Nuper me cujusdam amici languor admonuit, optimos esse nos, dum infirmi sumus.* Ibidem idem: *Tales esse sani perseveremus, quales nos futuros profitemur infirmi.* Vbi vides, *Sanos* & *Infirmos* opponi. *Infirmissimus valetudine*, Vell. Paterc. 2 c. 70.
¶ Infirmis, e, schlüpfrich. Ammianus 20 cap. 6 *Coagmenta lapidum recens structorum, madoreque etiamtum infirmium.*
¶ Infirme, adverb. schwächlich. *Intelligebam, socios infirme animatos esse*, Cic. lib. 15 Famil. epist. 1
¶ Infirmiter, adverb. aliud. Arnobius lib. 7 p. 250 *quam infirmiter invalideque dicatur, ipsa rerum inæqualitas indicabit.*
¶ Infirmitas, atis, imbecillitas. *Infirmitas corporis, valetudinis*, Cic. de Cl. Orat. cap. 91. Et, *impositum onus propter infirmitatem animi deponere*, pro Rosc. Amer. cap. 4, aus kleinmüthigkeit. *Accidit hoc ab infirmitate mentis*, aus blödigkeit, Sen. epist. 11. ¶ 2. Aliquando & levitatem & inconstantiam significat, die leichtsinnigkeit. Cæsar. lib. 4 de Bello Gall. cap. 5 *His de rebus Cæsar certior factus, & infirmitatem Gallorum veritus, quod sunt in consiliis capiendis mobiles & novis plerumque rebus student.* Et rursus cap. 13 *Cognitâ Gallorum infirmitate, quantum jam apud eos hostes uno prælio auctoritatis essent consecuti.*
¶ Infirmare, debilitare, infringere, refellere, schwächen, widerlegen, nichtig und krafftloß machen. Cic. pro Cæcin. cap. 18 *Quæ lex, quod fœtus, aut pactio, quod testamentum non infirmari aut convelli potest.* Idem pro S. Rosc. cap. 15 *Qua ratione infirmem ac diluam*, id est, refutem argumenta.
¶ Infirmatus, a, um, geschwächt. Cic. in Pison. cap. 19 *infirmatus conscientiâ scelerum.* Ammianus 17 cap. 5 *Infirmato imperii robore.*
¶ Infirmatio, onis, debilitatio, die schwächung, umstossung. Cic. 2 Agrar. cap. 3 *infirmatio rerum judicatarum.* Idem de Invent. c. 11 *infirmatio actionis.*
¶ Perinfirmus, a, um, sehr schwach. Cicero 2 de Finib. cap. 16 *Sunt levia, & perinfirma, quæ dicebantur à te.*
¶ Obfirmare, & Offirmare, durum reddere, firmum facere, steiffen: ut, *Corium offirmare cineris inspersu*, Apulej. Met. 7 p. 197, die haut gar machen. ¶ 2. Pertinax propositum apud animum concipere, & quasi obstinatè in aliqua re persistere, sich etwas starck fürnehmen, fest drauf beharren. Plaut. Merc. prol. v. 81 *animum offirmo meum.* Terent. Heaut. a. 5 sc. 5 v. 8 *ne tam obfirma te.* Idem Hecyr. a. 3 sc. 5 v. 4 *Certum est, obfirmare viam me, quam decrevi persequi.* Vbi Donatus: OBFIRMARE VIAM, est adversus omnia obstinate agere.
¶ Obfirmatus, a, um, steiff, beständig. Plaut. Amph. a. 2 sc. 2 v. 15 *Animo forti & obfirmato aliquid ferre & perferre.* Compar. *Obfirmatior*, Cic. 1 ad Attic. ep. 11 *Incredibile est, quanto mihi videatur illius voluntas obstinatior, & in hac iracundia obfirmatior.*
¶ Obfirmatè, adverb. hartsinnig: ut, *Obfirmate resistere*, Sueton. Tiber. c. 25.
¶ Refirmare, iterum seu denuo firmare, wieder fest stellen. Sextus Rufus c. 14 *supra ripam Tigridis limes est refirmatus.*

Fiscalis, Fiscella, Fiscina, vide *Fiscus.*

FISCUS, i, proprie φορμὸς, σχοίνινος, quo utebantur, quum ad forum seu macellum irent. Vet. Gloss. *Fiscus*, κύρτος ἁλιευτικὸς, ein marck-netz, korb, sack. ¶ 2. Deinde pro nummorum receptaculo, sive ipsâ pecuniâ, & præcipuè Imperatoris ponitur; Ærarium enim reip. est, die geldcasse, rentkammer. Suet. Claud. c. 18 *positis ante se cum pecunia fiscis.* Conf. Cic. in Verr. act. 1 c. 8, & Sen. de Ira 3 c. 33. Quod fiscus ab ærario differat, in Trajani vita scribit Dion, & significat Plinius Paneg. Trajani, cap. 36 *At fortasse non eâdem severitate* FISCUM, *qua* AERARIUM *cohibes: Imò tanto majore, quanto plus tibi licere de* TUO [Fisco,] *quàm de* PUBLICO [Ærario] *credis.* Seneca lib. 7 de Beneficiis cap. 6 *Cæsar omnia habet, fiscus ejus privata tantum ac sua: & universa in imperio ejus sunt, in fisco propria*, fürstliche kammer-güter. Isidorus lib. 20 Orig. cap. 9 *Fiscus, saccus est publicus, unde & fiscellæ, & fiscinæ dicuntur. Hunc habent exactores, & in eum mittunt debitum publicum, quod redditur regibus.* Ascon. in Verrin. prœmium: *Fisci, fiscinæ, & fiscellæ spartea sunt utensilia, ad majoris summæ pecunias capiendas*, &c. Vide & Marcellum Donat. ad Taciti 1 Annal. cap. 36. Hinc, *Fiscum acerbè agere*, est acerbe exigere, quæ ad fiscum pertinent. Suetonius Domitiano cap. 12 *Præter cæteros Judaicus fiscus acerbissime actus.* ¶ 3. Est & *fiscus*, qualus olearius, ein seige-korb, in quem olivæ prælo subjiciendæ conjiciuntur, v. Columella lib. 12 c. 47, c. 50 & 52.
¶ Fiscalis, e, ad fiscum pertinens, das zum fisco gehört: ut, *Jus fiscale*, Lege 42 Dig. de Pactis: & *Calumniæ fiscales*, vide *Calumnia.* Sic, *Horreum fiscale*, Paulinus Nolanus epist. 49 [al. 36] n. 1, herrschaffts-kornboden. *Fiscalia* absolute vocantur tributa, schatzung, steuer, l. 3 C. de Episc. & Cler.
¶ Fiscarius, i, qui fisci curam gerit, vel redimit fiscum, ein fiscal, schatzmeister. Firmicus 3, 13 *annuæ fiscariorum præstationes.*
¶ Fiscina, æ, ein korb. *Fiscina ficorum*, ein feigen-korb: Cicer. pro Flacco cap. 17 *Homini Phrygi, qui nunquam arborem fici viderat, fiscinam ficorum objecisti.* Plin. 18 cap. 31 *frondariæ fiscinæ.* Virg. 1 Georg. v. 266 *Nunc facilis rubea texatur fiscina virga.*
¶ Fiscella, æ, ein körblein, ex junco, vel salictis, aut hibisco texebatur, quæ picabatur capiendis uvis. v. Barth. ad Script. Venat. pag. 180, & Colum. 12 cap. 18. Virg. eclog. 10 v. 71

Gracili fiscellam texit hibisco.

i. e. sportam vimineam, einen fischers-korb, fisch-reußen. ¶ 2. Vas item vimineum, seu junceum, per quod in expressione casei serum defluit, &c. Colum. 12 cap. 17 *In junceis fiscellis vel sparteis saccis percolant.* ¶ 3. Quin & *fiscella* est, qua jumentorum ora capistrantur, ne tenera germina præcerpant, ein maulkorb. Plin. lib. 18 cap. 19 *Fiscellis capistrari boves oportet.*
¶ Fiscellum, i, neutro genere, idem. Columella lib. 12 cap. 38 *baccæ fiscello ligneo inclusæ.*
¶ Confisco, are, aufheben: ut, *confiscare pecuniam*, id est, in fisco vel sacco condere atque reponere. Sueton. August. cap. 101 *Quam summam repræsentari possit: nam & confiscatam semper repositamque habuerat.* Tertullianus eleganti translatione, libro de Fuga cap. 12 *Felices itaque pauperes, qui animam totam in confiscato habent.* IN CONFISCATO, id est, in promtu, in parato: sive *in numerato* habent, ut Quintilianus, & Plinius loquuntur, de quo infra. ¶ 2. Alias *confiscare* est, in fiscum principis redigere, confisciren, einziehen. Sueton. Calig. cap. 16 HS. *millies confiscatum.* Sic, *bona alicujus confiscare*, vulgatum est. Dicuntur & *personæ confiscari*, quorum bona in fiscum rediguntur. Sueton. Tiberio cap. 49 *Constat præterea Galliarum & Hispaniarum, Syriæque & Græciæ principes confiscatos*, &c. Idem Calig. cap. 41 *Cum prætereuntes duos equites Romanos locupletes sine morâ corripi confiscarique jussisset, exultans rediit.* Et l. 9 § pen. ff. de tut. & ration. *Si tutor fuerit confiscatus, adversus fiscum actio datur pupillo.*
¶ Confiscatus, a, um, eingesammlet, confiscirt, vide in verbo *Confisco.*
¶ Confiscatio, onis, die einziehung der güter. Vet. Gloss. *Confiscatio*, δήμευσις.
¶ Confiscator, oris, ein fiscal. Eædem Glossæ: *Confiscator*, ταμιοῦχος.

Fissiculare, Fissilis, Fissio, Fissipes, Fissura, vide *Findo.*

FISTŪCA, æ, est instrumentum utrinque ansatum, quo pali magna vi in terram figuntur, quòque utuntur etiam pavitores, ein schlägel, rammel, damit man die pfäle in die erde treibet. *Adigere fistucis*, Cæs. 4 Gall. B. cap 17. *Pavimenta fistucis pavita*, Plin. 36 c. 25.
¶ Fistūco, are, pfäle einschlagen, einrammeln. Plin. 36 cap. 25 *Necessarium, rudus pedali crassitudine fistucari.*
¶ Fistucatus, a, um, eingerammelt. Plin. l. c. & Vitruv. 7 c. 4 *solo fistucato*, h. e. fistuca æquato. ¶ *Fistucatum* absolute pro fistucatione posuit Plinius 17 cap. 11 extr. *terra circa radices fistucato spissanda.*
¶ Fistucatio, onis, die einrammlung. Vitruv. 10 cap. 3 *pali resupinati defodiantur & circum fistucatione solidentur.*

FISTŬLA, æ, per quam aqua fusa educitur, eine röhr. *Fistula angusta*, apud Quintilian. lib. 5 cap. 14. *Eburneola fistula*, Cicer. de Orat. lib. 3 cap. 60, eine helffenbeinerne pfeiffe. *Fistulam inflare*, ibidem, pfeiffen. *Fistula pastoritia*, Cicer. lib. 1 ad Attic. ep. 16, schäfer-pfeiffe. Hinc fistulæ, & calami carminibus Bucolicis apti, quos deinde Fauno & Pani suspendebant. v. Barth. ad Script. Venat. p. 184. ¶ 2. Est & *fistula*, per quam spiratur, die lufftröhr, damit die thier athemen. ¶ 3. Et ulcera *fistulæ* dicuntur seu ulcerum potius sinus & recessus, fisteln, röhrwunden. Nepos in vita Attici extr. *Subito tanta vis morbi in unum intestinum prorupit, ut extremo tempore per lumbos fistula putris eruperit.*

perit. Si bona lectio. Nam plerique doctorum malunt legi *fistula puris.* Conf. Hippocrat. de fistulis, & Celsi de re med. lib. 5 cap. 18.

¶ Fistulo, are, est fistulam agere, seu fistulosum esse, löchericht seyn. Plin. lib. 18 cap. 11 *Terra bibula, & pumicis vice fistulans.* ¶ Item, pfeiffen. Vet. Onomast. *Fistulo*, συρίζω.

¶ Fistulatus, a, um, cavatus in morem fistulæ, sive fistulis apertus, wie ein rohr, hohl. Suetonius, ex emendatione Salmasii ad Vopiscum, Nerone cap. 31 *Cœnationes laqueatæ tabulis eburneis versatilibus: ut flores è fistulatis, ut unguenta desuper spargerentur.* Sic, *æra fistulata*, Sidonius dixit lib. 9 epist. 13 in carmine subnexo. Et Arnobius lib. 2 p. 84 *Quid venas fistulatas & commeabiles fecerit.*

¶ Fistulatim, adverb. quasi per fistulam, wie durch ein rohrlein. Apul. Met. 4 *fimus fistulatim excussus.*

¶ Fistulator, oris, qui fistulâ canit, ein pfeiffer. Cic. 3 de Oratore cap. ult. *fistulatorem domi relinquetis.*

¶ Fistulatorius, a, um, zum pfeiffen gehörig: ut, *Artes fistulatoriæ*, Arnobius lib. 2 p. 73.

¶ Fistularis, e, idem: ut, *fistulare medicamentum*, Veget. 2, 13. *Fistularis versus*, qui ab una syllabarum ad plures surgit, Diomed.

¶ Fistularius, i, idem, qui fistulator, vel organi pnevmatici structor, ein orgelmacher. Gloss. gr. lat. ὀργανάριος, *Organarius, Fistularius.* Vet. Inscript. apud Fabrett. p. 625 Q. GRISIDIO. Q. F. SABINIANO. FISTVLARIO. CANTORI. IMAGINARIO.

¶ Fistulesco, ere, löcherich werden. Fulgent. Myth. 2 *ligna furfuraceis tinearum terebraminibus fistulescunt.*

¶ Fistulosus, a, um, fistulis, id est, foraminibus plenus, locker, löcheicht: ut, *Terra fistulosa*, Plin. 17 cap. 5. *Caseus fistulosus*, Columell. lib. 7 cap. 8. *Cancer fistulosus*, der krebs, so da frist und löcher gewinnet, Cato 157. *Lapis fistulosus*, Pallad. lib. 1 cap. 10. *saxum fistulosum*, Vitruv. lib. 1 c. 5.

FITILLA, æ, pultis species in sacrificiis adhibita. Arnob. lib. 7 *quid fitilla? quid frumen?* Idem lib. 2 *fitilla de milio.* Meminit ejus quoque Plin. 18 c. 8.

Fixus, a, um, vide *Figo.*

Flabellum, & Flabrum, vide in *Flo.*

FLACCVS, a, um, languidus & ita pendulus, welck, lappicht: ut, *aures flaccæ*, Cato de R. R. lib. 2 cap. 9, hangende ohren. ¶ Hinc *Flacci* dicti, quibus *aures flaccæ* sive pendiculæ essent, ut Plinius lib. 11 cap. 37 docet. Cicero 1 de Nat. Deor. cap. 29 *Redeo ad deos, ecquos si non strabones, at pætulos esse arbitramur? ecquos nævum habere? ecquos silos, flaccos, frontones, capitones, quæ sunt in nobis?*

¶ Flaccĭdus, a, um, aliud adjectivum, φιλάκικος, idem. Plin. lib. 15 cap. 30 *folium flaccidum.* Metaphorice, *Sinus flaccidi* in vestimento: Apulejus lib. 7 p. 191 *Sumta veste muliebri florida, in sinus flaccidos abundante.*

¶ Flacceo, ēre, welck seyn. Attius: *An sceptra jam flaccent?* Vide Nonium cap. 2 n. 323. *Flaccente sententiâ*, Claud. Mamert. lib. 1 cap. 3.

¶ Flaccesco, flaccescere, marcescere, welck werden. *Oratio flaccescit*, die rede wird schwach, Cicer. de Clar. Orat. c. 24.

¶ Conflaccescere, idem. Gellius lib. 2 cap. ult. dixit: *Fluctus, simul ac ventus posuit, sternuntur & conflaccescunt.*

¶ Inflaccēre, idem. Ennius in Thyeste: *Inflaccebunt conditiones repudiato & reddito.*

Flagellare & Flagellum, vide in *Flagrum.*

FLĀGĪTĬVM, i, crimen cum turpitudine conjunctum, eine schandthat, bubenstück. Vet. Gloss. *Flagitium*, ἀπότημα, βία. Nimirum ut βιάζεσθαι παρθένον dicebant. Et vero Nonius c. 4 n. 215 FLAGITIVM, inquit, *veteres vitium, quod virgini infertur, dici voluerunt.* Sic cum apud Terentium Chærea pro eunucho deduci vult, ut virgini Atticæ, cujus amore deperibat, stuprum inferret, Parmeno servus *flagitium* vocat. *Flagitium*, inquit, *facimus*, &c. Eunucho a. 2 sc. 3 v. 90. Vbi Donatus: FLAGITIVM *more militari dicitur, res flagitatione, hoc est, increpatione digna*, &c. Augustinus lib. 3 de doctrina Christiana cap. 10 *Quod agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum & corpus suum*, FLAGITIVM *vocatur: quod autem agit, ut alteri noceat*, FACINVS *dicitur. Et hæc sunt duo genera omnium peccatorum, sed flagitia priora sunt. Quæ cum exinaniverint animum & ad quamdam egestatem perduxerint, in facinora prosilitur, quibus removeantur impedimenta flagitiorum, aut adjumenta quærantur.* Hinc *flagitium admittere*, Cicer. pro Cluent. cap. 46. *committere*, Idem de Clar. Orat. cap. 61. *Flagitio ardere*, Plautus Casina a. 5 sc. 3 v. 1. ¶ * *Flagitium* olim significabat infamiam, & ignominiam, schimpf, schmach: ut in XII Tabb. *si quis carmen occentassit, quod alteri flagitium faxit, capital esto.* Plaut. Epid. a. 3 sc. 4 v. 79 *flagitio cum majore post reddes tamen.* Grævius. Sic & Nepos Hamilc. c. 1 n. 6 *Periturum se potius dixit, quam cum tanto flagitio domum rediret.* Sic Plin. 3 epist. 11 n. 4 *Effugere flagitium.*

¶ Flagitiosus, a, um, sceleratus, leichtfertig: ut, *flagitiosæ libidines*, Cicer. 4 Verrin. cap. 54, schändliche unzucht. *Homo flagitiosissimus*, ibidem cap. ult. Marius apud Sallustium Jugurth. cap. 85 de nobilibus a majorum virtute deficientibus: *Quanto vita illorum præclarior, tantò horum socordia flagitiosior.*

¶ Flagitiosè, adverb. schändlich, bübisch: ut, *Flagitiose & turpiter esse cum quo*; Cicer. ad Attic. lib. 6 epist. 3 sub fin. *Hortensius filius fuit Laodiceæ cum gladiatoribus flagitiose & turpiter.* Item, *Impure ac flagitiosè vivere*, in schande leben, Cicer. de Finibus lib. 3 cap. 11. Et, *Aliorum amori flagitiosissime servire*, Idem 2 Catilinar. cap. 4, sehr ärgerlichen vorschub thun. Arnobius lib. 4 p. 141 ad Gentes: *Ipsum regem mundi* [Jovem] *flagitiosius liberos procreasse, quam ipse est natus atque editus, prædicatis.*

¶ Perflagitiosus, a, um, sehr schändlich. Cicero pro Cælio cap. 20 *num tibi perturpe aut perflagitiosum esse videatur?*

¶ Flāgĭto, avi, atum, are, plus est, quam postulare, fordern. Est enim vehementer, & veluti inflammatione quadam animi petere, mit gewalt und ungestüm anhalten. *Milites stipendium flagitant*, sie wollen kurtzum bezahlet seyn, Cæsar lib. 1 Civil. Bell. extr. ¶ 2. Idem cum clamore, & convicio poscere. Vet. Gloss. *Flagitaverit*, μετὰ βοῆς ἀπαιτήσῃ. Vnde & *Fœneratores* appellati *Flagitatores*, quod cum flagitio repeterent fœnus. *Vndique versum tabulis flagitari*, von allen orten gemahnet werden, Apulej. Apol. Hinc ¶ 3. & pro instanter petere usurpatur. Onomast. Vetus: *Flagito*, προσλιπαρῶ. Sic, *flagitare aliquam*, est instantius appellare de stupro. Vlpianus Lege 2 Dig. de privat. delict. § 5 *Si quis*, inquit, *alienam ancillam surripuerit, & flagitaverit, utraque actione tenebitur.* (Conf. Parei Lex. Crit. p. 490.) Hujus auctoritate illud Lactantii lib. 6 Instit. Divin. cap. 23, *His obscenitatibus animas ad sanctimoniam genitas, velut in cœni gurgite demersit* (Dæmon,) *pudorem exstinxit, pudicitiam flagitavit*; (ita enim in plerisque libris legitur) propugnat Mich. Thomasius: de quo tamen Buchnero aliter videtur: vide infra in *Lapido.* Quidam *profligavit* ex MSS. Lips. & Betulejo. Pompejus Festus: *Inter cutem flagitatos dicebant antiqui mares, qui stuprum passi aliquando essent.* ¶ 4. * *Flagitare*, proprie est infamare. Nam cum olim debitores domo se continerent, neque temere inde extrahi possent, solebant creditores *flagitare*, hoc est, cum conviciis ad fores adstantes sua reposcere, quod dictus est *flagitare*, qui flagitium, hoc est, infamiam debitori afferebat. Idem dicebatur *pipulo poscere*, ut ad Festum Scaliger explicat, & *occentare ostium.* Grævius. ¶ Sic autem dicimus: *Flagito te, Flagito à te, Flagito te pecuniam, frumentum*, cum accusativis. Cicer. lib. 9 Famil. epist. 8 *Misi, qui metuo, ne te forte flagitent, ego autem mandavi, ut rogarent*, ich fürchte, sie werden mit gewalt von dir fordern, da ich ihnen befohlen habe, von dir zu bitten. Idem lib. 3 epist. 11 ad Appium: *Cum a te tua promissa per litteras flagitabam.* Et lib. 4 epist. 13 ad Nigidium: *quid studia, quid artes, quibus a pueritia floruisti, a te flagitent.* Idem pro domo sua cap. 6 *me frumentum flagitabant.* Et pro Plancio cap. 2 *id quod me flagitat.* Etiam passive accusativi patiens est. Cæsar extremo 1 de Civ. Bello: *Cum Petrejus atque Afranius stipendium ab legionibus, pæne seditione facta, flagitarentur.* ¶ Ponitur & pro accusare, sicut & postulare. Tacit. 1 Histor. cap. 53 *Vt peculatorem flagitari jussit.* Vide de differentia verborum *poscere, postulare, flagitare* L. Vallam lib. 5 c. 58. Hinc

¶ Flagitatus, a, um, gefordert. Vide in verbo n. 3 locum Festi.

¶ Flagitatio, onis, actus flagitandi: &

¶ Flāgĭtātor, ōris, ein harter mahner, antreiber: ut, *Flagitator molestus, assiduus, acer*, Cicer. in Bruto c. 5, der einem immer vor der thüre lieget. *Flagitator pugnæ*, Liv. 2 cap. 45. Et, *triumphi ante victoriam flagitator*, Idem lib. 8 c. 12.

¶ Flagitamentum, i, die tribulirung. Fulgent. Myth. 1 *Nautæ tempestatum flagitamento confracti.*

Composita:

¶ Efflagĭto, are, starck fordern. *Convicio efflagitare*, Cic. 2 ad Q. fratr. epist. 10, mit unnützen worten einem abtrotzen, abpochen. Quintilianus Tryphoni bibliopolæ: *Efflagitasti quotidiano convicio, ut libros, &c. jam emittere inciperem.* Virgil. 12 Æneid. v. 759

Nomine quemque vocans, notumque efflagitat ensem.

¶ Efflagitatus, a, um, abgefordert. Cic. in Cæcil. s. Divin. c. 3 *tribunitia potestas efflagitata.*

¶ Efflagitatus, ûs, subst. die antreibung. Cic. Verr. ult. c. 29 *coactu atque efflagitatu meo.*

¶ Efflagitatio, onis, strenge forderung. Cicer. lib. 5 fam. epist. 19 *Admonitio, vel potius efflagitatio, ad coeundam societatem.*

¶ Reflágitare, wieder fordern. Catullus carm. 42 v. 6

Persequamur eam, & reflagitemus.

Et v. 6 *Circumsistite eam, & reflagitate.*

hoc est, pugillares, codicillos ab ea reposcamus.

FLĂGRO, avi, atum, are, ardere, brennen, brünstig seyn. *Flagrare amore, cupiditate, desiderio*, usitatæ metaphoræ sunt, pro, ardenter amare, cupere, desiderare, hefftige, brünstige liebe, lust und verlangen haben. e. g. Cicer. pro Marcell. c. 9 *Animus tuus semper immortalitatis amore flagravit.* Sic, *flagrare desiderio urbis*, Idem lib. 5 ad Attic. ep. 11. *Consules flagrant infamiâ*, Idem lib. 4 ad eumdem ep. 18, sie sind beschrien. *Flagrare incredibili studio dicendi*, Idem de Oratore lib. 1 c. 4. Et, *flagrat bello Italia*, ad Att. lib. 7 epist. 17, der krieg nimmt überhand.

¶ Flagrans, tis, heiß, brennend. Cicer. 1 de Divin. c. 32 *noctu flagrantes onerarias, quas incenderant milites, videbatis.* Vellejus 2 c. 48 *flagrantior fax.* Et Livius 44 c. 36 *flagrantissimo æstu.* Solinus c. 46 de Arabia: *ortu Canis, flagrantissimis solibus.* ¶ 2. Cupidus, begierig. Cic. pro Muræna cap. 31 *recentibus præceptorum studiis flagrantem usus flectet, dies leniet, ætas mitigabit.* Apulejus lib. 1 Dogm. Plat. p. 11 *ira flagrantior.* Juvenal. sat. 13 v. 11

flagrantior æquo
Non debet dolor esse viri, nec vulnere major.

Cicero de Fato cap. 2 *Oratoriis studiis te incendi, quamquam flagrantissimum, acceperam.* Tacitus 2 Hist. cap. 31 *flagrantissimæ libidines.*

¶ Flagranter, adverb. brünstig. Superl. Taciti est lib. 1 Annal. cap. 3 *specie recusantis flagrantissime concupiverat.* Comp. *flagrantiùs*: Ammianus lib. 31 cap. 26 *exarsēre flagrantius.* Et Augustinus lib. 8 de Trinitate cap. 9 *Quanto flagrantius diligimus Deum, tanto certius sereniusque videmus.*

¶ Flagrantia, æ, die brunst, der brand. Gellius lib. 17 cap. 10 *flagrantia montis Ætnæ*: & ex eo Macrob. 5 cap. 17. Metaphorice Cicero pro Cælio cap. 20 *flagrantia oculorum*, de impudica muliere. Et Arnobius lib. 7 *flagrantia luis*, de ejus vehementia.

Composita:

¶ Circumflagro, are, umher-gläntzen. Avienus in Arati Virgine:

Quaque per immensum circumflagrantibus astris
Circulus obliquo late jacet astriger orbe.

¶ Conflăgrare, ardere, incendio perire, verbrennen. *Conflagrare flammis*, Livius dixit lib. 30 cap. 7. *Conflagrare incendio*, abbrennen. *Conflagrare invidiæ incendio*, Cicer. 1 Catil. cap. 11, aufs

euserste

euſerſte geneidet werden. *Conflagrare àmoris flammâ*, Cicer. Verr. 7 cap. 35.

¶ Conflagratus, a, um, combuſtus, verbrandt: ut, *Vrbs incendio conflagrata*, Aut. ad Herenn. lib. 4 c. 8. Et Apulejus de Mundo p. 73 *Regiones Phaethontis ruinâ conflagratæ perierunt.* Vtrobique paſſiva notione. Etiam Vitruvius ſub finem Operis ſui: *Naves malleolis confixæ incendio ſunt conflagratæ.*

¶ Conflagratio, ōnis, ein brand, verbrennung. Seneca 3 Quæſt. Nat. cap. 29 de excidio mundi: *Beroſus adeo quidem id affirmat, ut conflagrationi atque diluvio tempus aſſignet.* Adde cap. 28 ibidem. Et Lactantius lib. 2 cap. 9 *conflagratione interire.*

¶ Dēflagrare, abbrennen. *Quâ nocte Alexander natus eſt, eâdem Dianæ Epheſiæ templum deflagravit*, Cicer. 2 Nat. Deor. cap. 27. Idem in Acad. 4 cap. 37 *Fore aliquando, ut omninò hic mundus ardore deflagret*, daß ſie durch brand vergehe. Et in Offic. 3 cap. 25 *Phaethon ictu fulminis deflagravit.* ¶ *Iræ deflagrant, ſeditio deflagrat*, id eſt, langueſcit, es legt ſich, hört auf. Sic Livius lib. 40 cap. 8 *Spes animum ſubibat, deflagrare iras veſtras, purgari ſuſpiciones poſſe.* Et Tacitus 2 Hiſtor. cap. 29 *deflagrante paullatim ſeditione.*

¶ Deflagratus, a, um, paſſive, abgebrandt. Cicero 4 Catil. cap. 6 *ut gentem Allobrogum in veſtigiis hujus urbis, atque in cinere deflagrati imperii collocarent.* Idem 3 Tuſcul. cap. 19 ex poëta: *fana flammâ deflagrata, toſti alti ſtant parietes.*

¶ Deflagratio, ōnis, die abbrennung: ut, *Terrarum omnium deflagratio*, Cic. lib. 3 de Fin. cap. 19. *Cum mea domus ardore ſuo deflagrationem urbi minaretur*, Idem pro Plancio cap. 40.

¶ Inflagrare, anzünden. Solinus cap. 5 [al. 11] de Sicilia: *Sarmenta, licet viridia, ignem ſponte concipiunt, & nullo inflagrante halitu, ab ipſo numine fit accendium.*

FLAGRUM, i, flagellum, eine peitſche, geiſſel. *Flagris cædere*, Livius lib. 28 cap. 11. *Flagris objurgare*, Sueton. Oth. cap. 2, peitſchen. Et, *dura flagra pati*, Juvenal. ſat. 5 v. 173, gepeitſchet werden.

¶ Flăgellum, i, diminut. idem quod flagrum, die peitſche. Horat. lib. 1 ſatyr. 2 v. 41 *flagellis ad mortem cæſus.* Generatim per *flagella* intelliguntur *verbera ſervilia.* Juſtin. lib. 1 cap. 5. Clare Accurſius D. L. 49 de jure Fiſci leg. 12 *ſervilia verbera* interpretatur *flagella.* Hinc *flagella ſervorum*, apud Senecam lib. 3 de Irâ cap. 28. Juvenal. ſat. 6 v. 478 *Hic frangit ferulas, rubet ille flagello.* ¶ 2. Et *Flagella* ſummæ arborum partes ſunt, auctore Servio in illud Virg. 2 Georg. v. 399

Neve inter vites corylum ſere, neve flagella
Summa pete, &c.

die wippel oder ſchoſſe. De vite tamen maxime utuntur auctores, quo & Virgilii carmen pertinet. Catullus Epithal. de eadem v. 52

Jam jam contingit ſummum radice flagellum.

Septimius apud Terentianum Maurum p. 76

Quando flagella jugas, ita juga,
Vitis & ulmus uti ſimul eant.

Varro de re ruſt. lib. 1 cap. 31 *Ejusdem ſarmentum propter infirmitatem ſterile, neque ex ſe poteſt ejicere* VITEM, *quam vocant minorem*, FLAGELLUM; *majorem etiam, unde uvæ naſcuntur*, PALMAM. Sic, *luxuriantes flagellis vineas* B. Hieronymus dixit lib. 2 epiſt. 13 c. 8.

¶ Flăgello, are, flagello cædere, ſchlagen, peitſchen, geiſſeln. Plin. lib. 18 cap. 30 *Meſſem perticis flagellare*, dreſchen. *Flagellare annonam*, theurung machen: Plin. lib. 33 cap. 13 *Precia non ignoramus alia in aliis locis eſſe, & mutari, prout navigationes conſtiterint, aut aliquis prævalens manceps annonam flagellet.* Martial. lib. 4 epigr. 42

Lumina ſideribus certent, mollesque flagellent
Colla comæ, die haar zu felde ſchlagen, fliegen laſſen.

Et 5 epigr. 13 *At tua centenis incumbunt teſta columnis,*
Et libertinas arca flagellat opes.

¶ Flagellatitius, a, um, flagris dignus. Gloſſ. gr. lat. μαστιγίας, *veroſus, flagellatitius.*

¶ Flagrator, ōris, der um gelds willen ſchläge leidet. Feſtus: *Flagratores dicebantur genus hominum, qui mercede flagris cædebantur.*

¶ Flagrio, ōnis, ein bube, der ſtreiche verdient. *Flagriones* dicti ſervi, *quod flagris ſubjecti*, Nonio interprete cap. 1 n. 117. Vet. Onomaſt. *Flagriones*, μαστιγίαι.

¶ Flagrĭfer, a, um, qui flagellum geſtat, qui flagellat, der da peitſchet. Auſonius epiſt. 14 v. 10 *Flagrifer Automedon.*

¶ Flagritriba, æ, qui aſſidue flagris teritur, ein lotterbube, ſtaupbeſen-dieb. Plaut. Pſeud. a. 1 ſc. 2 v. 5 *Eo ingenio ſunt flagritribæ.*

FLĀMEN, ĭnis, maſc. ſacerdos, ein prieſter, dictus à *filo*, quo per æſtum capita flamines religabant, quod nudis eos penitus capitibus incedere nefas eſſet. Itaque FLAMINES quaſi FILAMINES ſecundum Varronem 4 de L. L. cap. 15, & Feſtum. Vide Servium ad illud Virgilii Æneid. 8 v. 663

Hic exultantes Salios, nudosque Lupercos,
Lanigerosque apices, & lapſa ancilia cælo
Extuderat.

Hos Numa inſtituit, de quo Livius lib. 1 cap. 20, & Dionyſ. Halic. lib. 2 cap. 65. Hi variis nominibus diſtincti erant, ab appellationibus deorum ſumtis, quorum ſacra curabant. Vt, *Flamen Dialis, Jovis: Martialis: Vulcanalis: Quirinalis*, &c. ¶ *Flamen*, neut. gen. ventus eſt, de quo infra in *Flo, flare.*

¶ Flaminia, æ, domus dicebatur Flaminis Dialis, Gell. lib. 10 cap. 15, des prieſters wohnung. ¶ 2. Vxor flaminis, aut fœmina ſacerdos, eine prieſterin. Inſcript. Reineſ. 48 Claſſis quintæ: C. AMITIUS Q. F. QUIR. CAPITOLINUS FLAMEN MARTIALIS ET FLAMINIA AEMILIA UX. Feſto autem *Flaminia* eſt ſacerdotula præminiſtrans Flaminicæ Diali.

¶ Flamina, æ, ejusdem dignitatis mulier, die pfarr-frau. Reineſ. c. l. Inſcript. 49 FLAVIA FLAMINA FLAVIAL. Adde Illuſtr. Spanhem. de Numiſm. p. 611.

¶ Flaminica, æ, Flaminis Dialis uxor. Gell. c. l. & Feſtus.

¶ Flaminium, i, ipſum ſacerdotium, das prieſter-amt. Idem Gellius c. l. ut, *Flaminio decedere*, flaminis dignitate. Livius 26 cap. 23 *flaminio abire.* Et *Flaminia*, plur. apud Cicer. Philipp. 13 cap. 19, *Flaminia cui reliquiſti?*

¶ Flaminius, a, um, adject. prieſterlich; ut, *Flaminius camillus* ſive *puer, Flaminius circus, Flaminius lictor, Flaminia via*, apud Feſtum. ¶ Subſtantive eſt nomen proprium. *C. Flaminius*, iterum conſul, periit prœlio ad Traſimenum: cum antea cenſor viam Flaminiam ſtraviſſet. *T. Quintius Flaminius* [libri Flamininus] Philippum regem vicit Macedoniæ. Vide plures in gente Quintia apud Glandorp.

¶ Flaminianus, a, um, adject. ut, *Flaminiana oſtenta*, Cic. de Divinat. lib. 2 cap. 21.

¶ Flamonium, i, idem quoque quod Flaminium, flaminis ſacerdotium. Sidonius lib. 5 ep. 7 *Invident flamonia municipibus.* Vbi Sirmondum vide, qui ex Gloſſis, & Inſcriptione Dacica idem confirmat p. 56.

FLAMMA, æ, φλὸξ, à φλέγω, ardeo, die feuerflamme, das feuer. *Flamma convaleſcit*, Quintil. lib. 5 cap. 13. *Flamma hauſit multos*, Liv. lib. 30 cap. 5. Et, *Flamma ferroque abſumti*, ibid. cap. 6. Et Cicer. lib. 2 de Orat. cap. 54 extr. *Quidam dicere ajunt Ennium; Flammam à ſapiente facilius in ore ardente opprimi, quam ut bona dicta teneat*, quod vide ab ipſo Cicerone explicatum. Plaut. in Curculione a. 1 ſc. 1 v. 53 *Semper tu ſcito: Flamma fumo eſt proxima*, das feuer iſt dem rauche nicht weit: hoc eſt, periculum tempeſtivè fugiendum eſt. *Flamma invidiæ*, Cic. 1 Catil. cap. 11. *E flammâ petere cibum*, durch ein feuer lauffen, proverbiale apud Terent. Eun. a. 3 ſc. 2 v. 38. Vide Interpretes. Cæterùm flammæ apparentes lætos ſucceſſus, & claritudinem præſignificant, quâ de re Freinshem. ad Curt. lib. 3 cap. 3 n. 3, & ad Flor. lib. 1 cap. 6 n. 1. Dalech. ad Plin. lib. 2 cap. 36. Gruterus ad Livium lib. 25 cap. 39, alii.

¶ Flammula, æ, diminut. ein flämmlein. Columella lib. 9 cap. 14 *Papiliones dum circa flammulam volitant, aduruntur.* ¶ 2. *Flammula* etiam dicuntur vexilla equitum ex contis ſuſpenſa. Vegetius 3, 5.

¶ Flammeus, a, um, igneus, flammend. Cic. 2 Nat. Deor. cap. 46 *Sunt ſtellæ naturâ flammeæ.* ¶ Per metaphoram *Flammeum* dicitur, quicquid concitata celeritate utitur, aut peragitur, hitzig. Sidon. 1, 7 *acres & flammei viri.* Colum. 5 cap. 5 *velut flammeo halitu fructus uritur.* Virg. Æn. 7 v. 448 *flammea lumina.* Ita Varro *flammeos verſus* dixit ardore extemporali prolatos. Catull. de nuptiis Pelei v. 337

Flammea prævortet celeris veſtigia cervæ.

Sic *fervidæ rotæ* apud Horatium lib. 1 od. 1 v. 4.

¶ Flammea, æ, & viola flammea, & flammula, herba ab acrimonia ſic dicta, quam *Clematidis* ſpeciem fecit Matthiolus. Eſt autem *Clematis*, ſingrün, dreyfaltigkeit-blumen, nonnullis, ſpiegel-blumen.

¶ Flammeum, i, vel Nonio Marcello cap. 14 n. 31, cui tegmen capitis matronarum eſt, *Flammeus*, virili genere. Apulej. de Aſino Aureo lib. 4 ſub fin. *Cautusque lætus Hymenæi lugubri finitur ululatu: & puella nuptura deterget lacrymas ipſo ſuo flammeo.* Et, *Flammeum virginale*, Hieronym. epiſt. 8 pr. ein brautſchleyer, kopfſtuch. Fuit autem capitis amictus luteo colore, quo tegi ſolebant novæ nuptæ, ein gelber ſchleyer. Lucan. lib. 2 v. 361

Lutea demiſſos velarunt flammea vultus.

¶ Flammeŏlum, i, diminutivum, ein aufſatz. Juvenalis ſat. 10 v. 333

dudum ſedet illa parato
Flammeolo.

¶ Flammeŏlus, a, um, adject. feuerroth. Columell. lib. 10 v. 307

Preſſaque flammeola rumpatur fiſcina caltha.

¶ Flammearius, i, infector flammeorum, ein färber. Plaut. Aulul. a. 3 ſc. 5 v. 35.

¶ Flammidus, a, um, idem quod flammeus. Apulejus de Mundo p. 66 *glacialibus flammida confundit.* Et lib. 11 Mileſ. poſt principium: *roſeo rubore flammida.*

¶ Flammigo, are, flammas ſpargere, flammen werffen. Gellius lib. 17 cap. 10 *Interdiu fumare Ætnam; noctu flammigare.* Eodem modo repetit Macrobius lib. 5 Saturn. cap. 17.

¶ Flammo, are, inflammare, ſeu accendere, entzünden. Tacit. 2 Hiſtor. cap. 74 *Namque omnes exercitus flammaverat arrogantia venientium à Vitellio.* Ibidem lib. 4 c. 24 *His inter ſe vocibus inſtinctos flammavere inſuper allatæ à Veſpaſiano litteræ.* Silius lib. 1 v. 55 *juvenem facta ad Mavortia flammat.* Idem lib. 4 v. 195

Cuſpide flammat equum.

¶ Flammans, tis, feurig. Virg. Georg. 3 v. 433

flammantia lumina torquens.

¶ Flammatus, a, um, flammis combuſtus, verbrandt. Catull. in Argonaut. v. 290 *fletuque ſorore*
Flammati Phaethontis.

¶ Vel flammis armatus ſive ardens, entzündet. Ita *Flammatus Jupiter* dicitur apud Cic. 1 Divin. cap. 11 ex poëta. *Flammatum cor Junonis*, Virg. Æn. 1 v. 54. ¶ *Flammata toga*, ein rother rock, Martial. lib. 5 epigr. 20.

¶ Flammeſco, ĕre. Hymno eccleſiæ ad horam tertiam (inter Ambroſianos exſtat:) *Flammeſcat igne caritas.*

¶ Flammōſus, a, um, hitzig, voll feuer. Cæl. Aurel. Acut. 2, 32 *Febris celerrima & flammoſa.* Ibid. 3, 17 *Carbones non flammoſi.*

Compoſita maxime poëtica:

¶ Flammĭcŏmans, tis, flammante coma præditus, mit röthlichen haaren. Juvencus in Matth. cap. 25 de 10 virginib.

Ornatu accinctæ tædarum flammicomantum.

¶ Flammĭcŏmus, a, um, flammend. Prudentius Pſychomach. v. 776 *ſi flammicomis ignibus inſilias Chriſti pro nomine.*

¶ Flammĭcrĕmus, a, um, brennend. Fortunatus lib. 1 carm. 15 in laudem Leontii v. 47 *Nullaque flammicremæ ſenſerunt damna ruinæ.*

¶ Flammĭfer, a, um, feurig, röthlich; ut apud Silium lib. 1 v. 257 *Flammiferi radii.* Et eodem libro v. 461

Crine ut flammifero terret fera regna cometes.

Et Val. Flaccus lib. 1 v. 4 *flammifero conſedit olympo.*

¶ Flammĭger, a, um, idem. Valer. Flaccus lib. 5 v. 581 *flammigeri ſolis proles.* Et Statius Thebaid. 8 v. 676 *flammiger ales*, id eſt, aquila, flammantia Jovis arma geſtans.

¶ Flammĭpes, ĕdis, mit feurigen füssen. Juvencus lib. 2 in Matth. 11
Elias quondam, quem turbine jussa corusco
Flammipedum rapuit simulatio quadrijugorum.

¶ Flammĭpŏtens, tis, des feuers mächtig. Vulcani cognomen. Arnobius lib. 3 p. 112 *Flammipotens Vulcanus fabricatur enses.*

¶ Flammivŏlus, a, um, cum flammis volans, feuerflüchtig. Arator in Act. Apost. cap. 18 *Flammivolo sub sole jacet.*

¶ Flammivŏmus, a, um, feuer-speyend. Juvencus procemio:
Tum cum flammivoma descendet nube coruscans
Judex.

Composita cum præpositione:

¶ Deflammo, are, ausleschen. Apulejus de Asino Aureo lib. 5 sub fin. *Illa mihi prorsus adhibenda est, nec ulla alia, quæ castiget asperrime nugonem illum: pharetram expilet & sagittas dearmet, arcum denodet, tædam deflammet,* id est, facem restinguat flammisque despoliet. Nam particula *De*, hic & in singulis verbis privat.

¶ Inflammo, are, incendere, anzünden, anstecken, erhitzen. Cicer. 7 Verrin. cap. 35 *classem inflammari incendique jussit.* Idem 4 in Catil. cap. 6 *Vrbem inflammandam Cassio attribuit.* Sed, *inflammari cupiditate, amore, furore, scelere, spe,* dicitur, sicut *flagrare*, apud Cicer. passim. *Inflammare alicujus animum in aliquem,* est impellere & exasperare, ut, Cic. lib. 1 de Orat. cap. 46 *populum inflammare in improbos*, hetzen und verbittern.

¶ Inflammatus, a, um, angeflammt, entbrandt. Virg. Æn. 3 v. 330 *magno inflammatus amore conjugis.* Cicer. ad fam. 1, 7 *ad gloriam a pueritia inflammatus.* Idem pro Domo cap. 23 *mentes inflammatæ in aliquem.* Idem 3 de Leg. cap. 11 *inflammata invidia.*

¶ Inflammanter, adverb. hitzig. Gell. lib. 10 cap. 3 *acriter & inflammanter facit.*

¶ Inflammatio, ōnis, die entzündung, vox nota medicis: ut, *Inflammatio alicujus membri*, wenn ein glied sich entzündet. *Inflammatio occupat*, Celsus lib. 6 cap. 6 post principium. *Inflammationem reprimere*, Idem lib. 7 cap. 25.

¶ Inflammator, ōris, der anfeuert: unde fœmininum

¶ Inflammatrix, īcis, eine erregerin. Mamertinus Panegyr. Juliani cap. 3 *Eædem odii caussæ, quæ amoris inflammatrices.* Ammianus lib. 14 cap. 1 de Galli Cæsaris uxore: *Megæra mortalis inflammatrix sævientis assidua.*

¶ Sufflammo, are, entzünden, erregen. Sidonius lib. 4 cap. 6 *Si calumniam plectibili sufflammat invidiâ, in eo jam præcessit vindicta pulsati.*

Flatura, Flaturarius, Flatus, &c. vide *Flo.*

Flavesco, ĕre; Flavissæ, vide *Flavus, Flo.*

FLĀVIUS, i, gentile nomen Vespasiani & filiorum, etiam Claudii Gothici, à quo Constantini acceperunt. Hinc

¶ Flavia, æ, Augustodunum, urbs Galliæ, à Flaviis Constantio & Constantino ornata. Incolæ *Flavienses.* Vide Panegyricum Eumenii, horum nomine Constantino dictum.

¶ Flavialis, is, Divis Flaviis sacra operantes flamines sive sacerdotes *Flaviales* dicti. Vide Inscript. Gruteri pag. 359 n. 4, Sponii Misc. pag. 177 pr.

¶ Flavianus, a, um, ab iisdem derivatum nomen: ut, *Flavianæ partes*, Tacit. Hist. 2 cap. 67, & lib. 3 cap. 1.

¶ Flavina, æ, Etruriæ oppidum sub Soracte monte. Hinc

¶ Flavinius, a, um, adject. ut, *Flavinia arva*, Virg. Æn. 7 v. 696.

FLĀVUS, a, um, quod colorem refert auri, goldgelb. *Cæsaries flava*, Val. Flacc. 6 v. 225, gelb haar. Apud Horatium Tiberis *flavus* appellatur propter arenam, lib. 1 od. 2 v. 13, & od. 8 v. 8.

¶ Flāveo, flavēre, gelb seyn. Columella lib. 10 v. 311
Sed cum maturæ flavebit messis aristis.
Virg. Georg. 3 v. 350 *Turbidus & torquens flaventes Ister arenas.*

¶ Flāvesco, ĕre, gelb werden. Cato cap. 151 *Hordeum maturum est, ubi flavescit.* Virg. eclog. 4 v. 28
Molli paullatim flavescet campus arista.

¶ Flavĭdus, a, um, flavus, gelb. Cæl. Aurel. Acut. 3, 20 *Fel flavidum.*

¶ Flavicŏmans, tis, gelb-haaricht. Prudentius Apotheos. v. 495
Armiger è cuneo puerorum flavicomantum.

¶ Flavĭcŏmus, a, um, idem; ut, *flavicomum corymbion.* Petron.

¶ Subflāvus, vel Sufflavus, a, um, gilbicht. Sueton. Aug. cap. 79.

Flebilis, vide *Fleo.*

FLECTO, flexi, flexum, flectĕre, curvare, beugen, lencken. Ovid. 2 de Arte am. v. 179 *Flectitur obsequio curvatus ab arbore ramus.*
Flectere cursum, viam, iter, Cicero. *Animum à vero flectere,* abhalten, Livius procem. operis. *Teneros & rudes animos flectere, & inficere,* Cic. 1 de Legib. cap. 17, sie lencken, und etwas in sie bringen. Sic, *Oratione, precibus flectere,* bewegen, erweichen. *Precibus si flecteris ullis,* Virg. 2 Æn. v. 289. *Flectere si nequeo superos* &c. Ibidem 7 v. 312. *Deus suo numine prope fata ipsa flectit,* Cic. 3 in Catil. cap. 8.

¶ Flexus, a, um, gebogen, gekrümmet, geneigt. Virg. Æn. 5 v. 500 *Arcus flexos incurvant.* Tac. Ann. 1, 16, 5 *flexo in vesperam die*, gegen abend. Idem Ann. 3, 16, 3 *Os in mœstitiam flexum.* Ovid. 4 Met. v. 340 *flexum genu submittere*, einen fußfall thun. Idem Heroid. 4 v. 80 *Exiguo flexos miror in orbe pedes.*

¶ Flexus, ûs, nomen, eine krümme, biegung, ein umweg. Quintilianus libro 9 cap. 2 *Qui cursu parum valent, flexu eludunt,* mit krümmen und abwegen. *Flexus membrorum,* Idem 1 cap. 1, gelencke. *Flexus vocis,* eodem lib. 1 cap. 10. Et, *In hoc quasi flexu ætatis,* Cic. pro Cælio c. 31.

¶ Flexio, ōnis, idem. Cic. in Pison. cap. 22 *Quæ diverticula flexionesque quæsisti?* krumme ausflüchte. Idem in Oratore cap. 18 *alter alteri objicit vocis flexiones.*

¶ Flexūra, æ, idem. Lucret. 4 v. 312 *lateris flexura.* Seneca epist. 71 *Virtus recta est: flexuram non recipit.*

¶ Flexilis, e, quod flecti facile potest, beweglich. Ovidius Metam. lib. 5 v. 383 *Oppositoque genu curvavit flexile cornu,*
id est, arcum intendit. Et

¶ Flexĭbĭlis, e, quod facile flectitur. *Flexibilis ætas*, Cicer. ad Brut. epist. 18, die jugend, so leicht zu lencken und zu bereden. *Oratio flexibilis*, Idem in Orat. c. 16. *Flexibiles hominum voluntates*, Idem 2 fam. epist. 7.

¶ Flexibilitas, atis, die beweglichkeit. Solin. cap. 65 [al. 52] de India: *circumferunt cornua flexibilitate.*

¶ Flexŭōsus, a, um, flexibus plenus, geschlang, das sich biegen läßt; ut, *Flexuosa vitis*, Cato cap. 33. *Iter flexuosum*, ein krummer weg, Cic. 2 Nat. Deor. cap. 57. *Mons flexuosus*, Plin. lib. 5 cap. 27 de Tauro. *Flexuosissimi orbes*, Idem lib. 11 cap. 37.

¶ Flexuose, adverb. krumm, Plin. 18 cap. 35 *flamma flexuose volitat.*

¶ Flexănimus, a, um, hertz-beweglich; ut, *Oratio flexanima*, quæ animum flectere possit, die das hertz beweget. Citat ex Pacuvio Nonius cap. 2 n. 349 *O flexanima atque omnium regina rerum, oratio!* Citat eadem & Cic. lib. 2 de Orat. cap. 44. Et Catullus de nuptiis Pel. & Thet. v. 330 *Quæ tibi flexanimo mentem perfundat amore.*

¶ Flexilŏquus, a, um, ambiguum & obscurum, zweiffelhafftig im reden, das man so und so deuten kan. *Oracula flexiloqua*, Cicer. de Divinat. lib. 2 cap. 56.

¶ Flexĭpes, ĕdis, flexis & curvis pedibus errans, krummfüßig. Ovid. Met. 10 v. 99 *Vos quoque flexipedes hederæ.* Conf. Turnebi Advers. 1 cap. 23.

Composita cum præposit.

¶ Adflectĕre, zuneigen. Avienus Arateis v. 734
huic rutilos si sol adflexerit axes.

¶ Circumflectere, herum beugen, herum lencken. Virg. Æn. 5 v. 130
unde reverti
Scirent, & longos ubi circumflectere cursus.

¶ Circumflexus, a, um, herum gebogen; ut, *circumflexa secula*, Claudian. 6 Cons. Hon. v. 391. Prudent. Apoth. v. 203
Hos omnes quamvis anceps labyrinthus & error
Circumflexus agat.

¶ Circumflexus, ûs, subst. der umzug, die herumbiegung. Plin. lib. 8 cap. 11 *ut circumflexu facili ambiant dracones elephantos.* Ita Frob. & Dalech. &c. at Chiflet. & Harduin. *circumplexu.* Alibi tamen & Harduinus in Plinio, ut lib. 2 ineunte, *circumflexu mundi:* & lib. 6 cap. 34 *cæli circumflexu.*

¶ Circumflexio, ōnis, idem. Macrobius lib. 1 Somn. Scip. cap. 12 pr. *Zodiacum ita lacteus circulus obliquæ circumflexionis occursu ambiendo complectitur.*

¶ Conflexus, a, um, umgebogen; ut, *conflexa cubito juga*, Plin. 2 c. 44.

¶ Deflectere, herab beugen, ablencken, abweichen. *Deflectere de via*, Cic. 2 Off. cap. 3, zur seiten sich abschlagen. Et, *Deflexit consuetudo de spatio curriculoque majorum*, Cicero de Amicit. cap. 12. Et, *Deflectere de cursu suarum actionum*, Cælius ad Ciceronem lib. 8 Famil. epist. 11. Et, *Deflectere à veritate*, Cic. pro Rosc. Com. c. 16, id est, degenerare. Idem de Arusp. Resp. cap. 19 *deflectere à virtute patris.* Et transitive, *sententiam deflectere.* Cic. in Orat. cap. 40 *ut declinet à proposito deflectatque sententiam.*

¶ Deflexus, a, um, abgeleitet, weggewandt; ut, *Amnes in alium cursum contorti & deflexi*, Cic. 1 de Divin. cap. 19. Addunt, *Ætas à diuturnis laboribus ad otium deflexa*, Id. ad Att. epist. 10, sed *devexa* legendum.

¶ Deflexus, ûs, substant. die ableitung, abweichung. Columella 4 c. 26 *ne deflexu frangatur.* Val. Max. 4 cap. 2 pr. *Transgrediamur ad egregium humani animi ab odio ad gratiam deflexum.* Conf. lib. 7 c. 3 pr.

¶ Deflexio, ōnis, idem. Juvencus lib. 4 v. 155 in Luc. 21 *deflexio lucis.*

¶ Indeflexus, a, um, ungebogen, gerade. Plinius Paneg. Trajani cap. 4 *Indeflexa maturitas*, id est, vigoris plena & nondum inflexa ac incurvata in senii debilitatem. Apulejus de Deo Socr. post pr. *indeflexo cursu.* Ammianus 27 cap. 9 *Indeflexa sævitia punire errata.*

¶ Inflectĕre, einbeugen, einziehen, lencken. Cicero pro Cæcin. cap. 26 pt. *Jus civile neque inflecti gratiâ, neque perfringi potentiâ, neque adulterari pecuniâ potest.* Idem in epist. 7 lib. 1 ad Lentul. *Magnitudinem animi tui ne unquam inflectas cujusquam injuriâ.* Columella 5 cap. 6 *radices in nodum inflectere.*

¶ Inflexus, a, um, eingebogen, krumm. *Inflexa ad miserabilem sonum voce dicere*, Cic. 2 de Orat. cap. 46. Conf. Oratorem cap. 17. *Incurvum & leviter a summo inflexum bacillum*, Idem de Divin. 1 cap. 17. *Inflexa cervix*, der eingezogene halß, Virgil. 3 Æn. v. 631.

¶ Inflexio, ōnis, die krümmung. Cic. 3 de Orat. c. 59 *inflexio laterum.*

¶ Inflexus, ûs, idem. Arnob. lib. 2 p. 57 *inflexibus flexuosis adire.*

¶ Inflexibilis, e, quod flecti se non patitur, unbeweglich: ut, *Obstinatio inflexibilis*, Plin. lib. 10 epist. 97, ein halßstarriger sinn, der sich nicht lencken läßt. Seneca epist. 95 *Necessaria sunt decreta, quæ dant animis inflexibile judicium.* Et Augustinus epist. 254 *Stoici animum prorsus ferreum & inflexibilem volunt.*

¶ Offlectere, hinlencken. Plautus Rud. a. 4 sc. 3 v. 74 *ego hinc offlectam navem, ne quo abeas.*

¶ Reflectere, umlencken, wenden, zurück halten. Plin. lib. 11 cap. 50 *Canum degeneres caudam sub alvum reflectunt*, loser art hunde schlagen den schwantz unter sich. Terent. in Adelph. a. 3 sc. 2 v. 9 *Neque illum misericordia repressit, neque reflexit.* *Animum revocare, & reflectere ad aliquid*, Cicero pro Sylla cap. 16.

¶ Reflexus, a, um, umgewandt, zurück gebogen; ut, *Cervice reflexa*, Stat. 1 Achill. v. 382.

¶ Reflexio, ōnis, die umkehrung. Apulejus de Syllog. Categ. utitur hoc vocabulo in doctrina Conversionis.

¶ Reflexus, ûs, idem. Apul. ibidem; & lib. 1 Florid. p. 242 *prope Oceani reflexus*, bey der krümme.

¶ Reflexim, vice versa, umgekehrt. Apulejus de Syllog. dicto loco, & extremo libro. Ibi est, *reflexim inferre:* hic, *cum directim, tum reflexim sumere.*

¶ Retroflectere, rückwerts kehren. Petron. in Sat.

¶ Retroflexus, a, um, rückwertig. Apulej. Met. 3 *Retroflexum effligere lapide gestit.*

¶ Superflectere, drüber ziehen. Sidonius lib. 8 epist. 12 participio, *superflexa crate.*

FLĒMEN, ĭnis, plur. Flemina, geschwulst an füssen. Plaut. Epid. a. 5 sc. 2 v. 5 *Lassitudine invaserunt misero in genua flemina.* vide ad h. l. Taubm. p. 531 & Parei Lex. Crit. p. 492. *Flemina*, auctore Festo, dicuntur, *quum labore viæ sanguis defluit circa talos, & tumorem facit.* Idem fere cum *boâ* & *tamâ*.

FLEO, flēvi, flētum, flēre, weinen. *Flet pater de filii morte*, Cic. in Verr. 3 cap. 30. *Flere ac lamentari omnes lapides coëgisset*, Idem 1 de Orat. cap. 57. Ovid. Trist. lib. 3 eleg. 11 v. 37

Carnifici fortuna potest mea flenda videri.

Seneca Hercule Oetæo v. 583 *Flemus casus, Oenei, tuos.*

Horat. de Arte v. 102 *Si vis me flere, dolendum est primum ipsi tibi.* ¶ 2. *Flere ad novercæ tumulum*, dolorem simulare est, weinen, daß es das hertze nicht erfähret, Proverb. *Daphnin flere*, i. e. deflere, Virg. ecl. 5 v. 20. ¶ *Fletur*, imperf. Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 103.

¶ Flendus, a, um, beklagens werth. Augustinus Civ. Dei lib. 22 cap. 22 *Hujus vitæ flenda calamitas.*

¶ Fletus, a, um, beweint, betrauert. Virg. 6 Æneid. v. 481

Hic multum fleti ad superos, belloque caduci
Dardanidæ.

Ausonius Parentalium præfatione:

Nomina carorum jam condita funere justo,
Fleta prius lacrymis, nunc memorabo elegis.

Et ejusdem cit. lib. Carm. 9 pr.

Hactenus ut caros, ita justo funere fletos.

Vsus & Prudentius hymn. 10 καθημ. v. 84.

¶ Fletus, ûs, nomen, das weinen. *Maximo cum fletu legi*, Cic. ad Terentiam 14 epist. 2. *Lacrymæ & fletus cum singultu*, Idem pro Plancio c. 31. *Fletus erumpit*, Quintil. lib. 6 cap. 2. *Prosequi natos fletibus*, die kinder beweinen, Idem lib. 5 c. 11 sub fin.

¶ Flēbilis, e, kläglich, jämmerlich: ut, *Gemitus flebilis*, Cic. 2 Tuscul. cap. 24. Et Horatius lib. 1 oda 24 v. 9

Multis ille quidem flebilis occidit,
Nulli flebilior, quam tibi, Virgili.

¶ Flēbiliter, adverb. idem: ut, *Canere flebiliter, perquam flebiliter lamentari*, Cic. in Tuscul. illud lib. 1 cap. 35, hoc lib. 2 earumdem Quæst. cap. 21. Comp. *Flebilius*, Paulinus Natal. 7 Felic. v. 62

Flebiliusque ululant.

¶ Fletĭfer, a, um, idem. Ausonius in Cupidine sive Idyll. 6 v. 74

Gemma fletiferi jaculatur succina trunci.

Composita cum præpositione:

¶ Afflēre, mitweinen, apud Plautum Pers. act. 1 sc. 3 v. 72 *ut affleat cum ea.*

¶ Deflēre, fletu prosequi, beweinen. Asinius ad Cicer. lib. 10 epist. 31 *Illud initium civilis belli deflevi.* Et, *Casum aliquem deflere*, Cic. in Brut. cap. 96. *Mortem alicujus immaturam deflere*, Plin. lib. 2 epist. 1. *Funera deflenda*, Ammian. lib. 27 cap. 11.

¶ Defletus, a, um, beweinet: ut, *Liberi defleti*, Cic. 1 Tuscul. cap. 35. *Mors à multis sæpe defleta*, Cic. 3 de Orat. c. 3.

¶ Deflētio, ōnis, die beweinung. Juvencus in cap. 24 Matth. lib. 4 v. 122

Adveniet jam tunc tristis defletio terris.

¶ Indeflētus, a, um, non defletus, unbeweint. Ovid. 7 Metam. v. 611

Indefletæque vagantur
Natorum matrumque animæ, &c.

¶ Diffletus, a, um, ausgeweint: qua voce elegantissime usus est Apulejus lib. 1 Miles. p. 104 *Hem, inquam, mi Socrates, Quid istud? quæ facies? quod flagitium? At verè domi tuæ jam defletus & conclamatus es. Liberis tuis tutores judicii provincialis decreto dati. Vxor persolutis feralibus officiis luctu & mœrore diutino deformata, diffletis pæne ad extremam cæcitatem oculis suis, domus infortunium novarum nuptiarum gaudiis à suis sibi parentibus hilarare compellitur.*

¶ Efflere, flendo consumere, ausweinen. *Efflere oculos*, die augen aus dem kopffe weinen, Quintil. declam. 6.

¶ Infletus, a, um, unbeweint. Ausonius Parental. carm. 10

Non ego te infletum memori fraudabo querela.

Et Virgilius Æn. lib. 11 v. 372

Nos animæ viles, inhumata infletaque turba.

¶ Perfletus, a, um, genetzt mit thränen. Apulejus Miles. 2 p. 125 *diutine visu perfleto.* Sic in contextu Elmenh. Pricæus & Iul. Flor. At in Not. p. 115 idem Pric. *præfletis.*

Flexibilis, Flexuosus, Flexus, vide *Flecto*.

FLĪGO, ixi, ictum, ĕre, antiquum verbum, quo usus est Lucretius lib. 2 v. 85

Obvia cum flixere, fit, ut diversa repente
Dissiliant, id est, conflixerunt.

Livius quoque Andronicus, atque Accius, apud Nonium cap. 2 n. 328 usi sunt. Hinc

¶ Flictus, ûs, nomen, ein schlag, streich, apud Virgilium Æn. 9 v. 667

Dant sonitum galeæ flictu, pugna aspera surgit,

hoc est, collisione, sie klungen von püffen. Servius pro *afflictu* positum intellexit. Sic & Silius lib. 9 v. 322

galea horrida flictu
Adversæ ardescit galeæ.

Composita obsoleti *Fligo*:

¶ Afflīgo, ixi, ictum, ĕre, quod proprie est, cum flictu sive sono ad terram dare, προσουδίζειν, niederschlagen. Sueton. Aug. c. 96 *Contractis ad Bononiam Triumvirorum copiis, aquila tentorio ejus supersedens duos cervos hinc & inde infestantes afflixit & ad terram dedit.* Plaut. in Pers. a. 5 sc. 2 v. 15 *Affligam te ad terram, scelus.* ¶ 2. Per metaphoram, perturbatione & dolore afficere, betrüben, quälen, ängsten. Cic. in Tusc. lib. 4 cap. 15 *Perturbationes animos affligunt*, kräncken und quälen das hertz. *Affligere se*, sich bekümmern, ängstigen. Cic. 2 ad Attic. ep. 19 *Pompejus ipse se afflixit.* Et pro Rosc. Am. cap. 12 *Mors Scævolæ afflixit cives omnes*, der tod ist ihnen zu hertzen gangen.

¶ Afflictus, a, um, betrübt, geplagt: ut, *Res afflictæ*, Lucan. lib. 1 v. 497. *Afflictiore conditione esse*, Cic. 6 fam. ep. 1, *tam afflictus nemo*, eadem epist. extr. ¶ 2. perditus, verderblich. Macrob. 6 Sat. 7 *Nemo tam afflictis est moribus, quin faciat aut dicat nonnunquam, quod laudari queat.*

¶ Afflictio, onis, plage, ängstigung. Cic. Tuscul. 3 c. 13 *ægritudo habet tabem, cruciatum, afflictionem, fœditatem.*

¶ Afflictus, ûs, substantivum, idem. Nizol. Steph. & alii ex 2 Tusc. cap. 8 extr. probant leguntque, *fœminata virtus afflictu occidit*: sed Gruterus & Lambinus *afflicta*.

¶ Afflictor, ōris, ein plager, peiniger. Cic. in Pison. cap. 27 ineunte: *Senatus odit te, afflictorem & perditorem non modo dignitatis & auctoritatis, sed omnino ordinis ac nominis sui.*

¶ Afflicto, are, frequent. martern, quälen. Terent. Eun. a. 1 sc. 1 v. 31 *Et ne te afflictes*, bekümmere und quäle dich selbst nicht. *Naves tempestas afflictabat*, Cæs. B. G. 4 c. 29. *Tempestate adversa vehementique vento afflictari*, Hirtius B. H. c. 3. *Afflictari morbo*, Livius 39 cap. 10 ineunte, ubi tamen libri meliores habent *adfectari*. vid. Gronov.

¶ Afflictatio, onis, trübsal, angst. Cic. lib. 4 Tusc. c. 7 *sollicitudo, molestia, afflictatio, desperatio, & si qua sunt de genere eodem.* Tertullianus de Patientia cap. 5 *Israel Ægyptiis afflictationibus extractus.*

¶ Afflictāgo, ĭnis, idem. Hanc vocem Fr. Guyetus Comm. in Terent. Andr. a. 1 sc. 5 p. 16 restituit veteris poëtæ septenario apud Cic. Tusc. 3 c. 13, ubi in omnibus libris est *Afflictatio* vel *Afflictio*.

¶ Afflictator, oris, ein ängstiger. Idem Tertullianus lib. 5 adv. Marc. cap. 16 pr. *Justum est, afflictatoribus nostris rependi afflictationem: & nobis, qui afflictamur, requietem.*

¶ Conflīgo, ixi, ictum, ĕre, est prœlio congredi, kämpffen, scharmütziren, auf einander stossen. *Armis confligere*: *Manu cum hoste confligere*, Cicero, illud in Pison. cap. 9; hoc 1 Offic. cap. 23. Et, *Paucis navibus adversus classem conflixit*, Nep. in Hannib. cap. 8 n. 4. *Ipsæ caussæ inter se confligunt*, Cic. 2 Catil. cap. 11. *Adversi venti confligunt*, Virg. Æn. 2 v. 416.

¶ Confligium, i, collisio, die zusammenschlagung, der streit. Solinus c. 14 [Salmas. 9] de Macedonia, *In latebrosis rupium cavaminibus, quæ fluctuum confligiis adesa sunt.*

¶ Conflictio, onis, idem. Cic. Partit. Or. c. 16 *rerum inter se pugnantium conflictio*: & c. 29 *quasi conflictio cum adversario.* Gellius 6 cap. 3 *magna totius exercitus conflictione.*

¶ Conflictus, ûs, idem. Cic. 2 de Nat. D. c. 9 *Lapidum conflictu atque tritu elicere ignem*, feuer aufschlagen. Gell. 6 cap. 2 *fatalis incommodi conflictu urgeri.*

¶ Conflicto, are, streiten, geplagt seyn. Terent. Phorm. a. 3 sc. 2 v. 20 *Nec cum hujusmodi unquam usus venit, ut conflictares malo*, du hast noch nie in solcher noth gestecket. Et

¶ Conflictor, ari, idem. Ter. And. a. 1 sc. 1 v. 86 *Qui cum ingeniis conflictatur ejusmodi*, der mit solchen leuten zu thun hat. *Molestiis, fortunâ variâ, morbo, doloribus, adversâ, iniquâ valetudine conflictari*, est exerceri, angefochten, geplaget werden. vid. Cic. 6 fam. ep. 12. Plin. lib. 1 epist. 12. Nepos 10, 2, 4, & 20, 1, 2.

¶ Conflictatus, a, um, angefochten, beängstiget. Nepos 16, 5, 1 *conflictatus cum adversa fortuna.* Suet. Claud. cap. 2 *variis morbis conflictatus.*

¶ Conflictatio, onis, ein kampff: ut, *duorum exercituum conflictatio*, Gell. lib. 15 cap. 18 extr.

¶ Conflictator, oris, ein kämpffer; cujus fœmininum

¶ Conflictatrix, icis, eine bestreiterin, est Tertulliani lib. 2 adv. Marc. cap. 14 *Ægyptus hospitis populi conflictatrix.*

¶ Efflīgo, ĕre, idem quod affligere, ferire, percutere, schlagen. Plaut. Asinar. a. 4 sc. 2 v. 9 *effliges scio*, id est, ad inopiam rediges: & Cistellar. a. 2 sc. 1 v. 50 *nisi pedatu tertio omnes efflixero*, hoc est, tertio congressu interfecero. Etiam Ciceroni hoc verbum doctissimi viri è manuscriptis libris vindicarunt. Sane Gruterus & Grævius lib. 9 ad Attic. epist. ult. legunt: *Servius filium misit ad effligendum Cn. Pompejum, aut certe capiendum.* EFFLIGENDVM, id est, perdendum, ut laudatus Grævius contra Victorium interpretatur.

¶ Efflictus, a, um, percussus, geschlagen. Capitol. Vero c. 4 ex lectione Salmasii: *Sæpe efflictum livida facie redisse.*

¶ Efflicte, adverb. quod *vehementer* significat, sehr, hefftig. Symmachus lib. 1 epist. 90 *Efflicte diligere.* Apulejus Met. 5 p. 171 *efflicte cupere*, ut Elmenhorstius legit: at Pricæus *efflictim*, de quo jam dicemus.

¶ Efflictim, adverb. idem. Plautus Amphitr. a. 1 sc. 3 v. 19 *efflictim amare.* Et Apulejus lib. 5 p. 161 *Amo efflictim te, quicunque es.* Adde Nonium c. 2 n. 280.

¶ Efflictare, frequentativum, idem ac afflictare. Plautus Sticho a. 4 sc. 2 v. 26 *Non tu scis, quam efflictentur homines noctu heic in via.*

¶ Inflīgo, ĕre, incutere, schlagen. Cicero in Vatin. cap. 8 *Si mortiferam plagam inflixisses.* Idem 2 Philipp. cap. 21 *tibi vulnus inflictum.* Et Cic. in Pison. cap. 26 *turpitudinem alicui infligere*, schande anthun.

¶ Inflictus, ûs, nomen, die anstossung. Arnob. lib. 3 pag. 111 *quorum* [dentium, labiorum] *inflictu & mobilitate lingua sonos articulat.*

¶ Inflictio, onis, die anlegung. Theod. Cod. lib. 9 tit. 17 *multa inflictione corrigere.*

¶ Proflictus, a, um, niedergeschlagen, participium a profligere. Gellius lib. 15 cap. 5 *res proflictæ & perditæ.* Pro verbo usitatius

¶ Proflīgo, avi, atum, are, perdere, pessundare, ad interitum perniciemque deducere, vertreiben, wegschlagen: ut, *copias hostium profligare*, Cic. 14 Philipp. cap. ult. die feinde in die flucht schlagen, aus dem felde treiben, erlegen. *Profligare Rempublicam*, Idem 3 de Orat. cap. 1. Cornelia apud Nepotem fr. cap. 12 n. 2 *Inimici nostri non peribunt, atque, uti nunc sunt, erunt potius, quam Resp. profligetur & pereat.* ¶ 2. *Profligare* etiam est, rem cœptam promovere, & prope finem adducere; ut, cum *ædificia, templa alia profligata* dicuntur, quæ bonam partem educta quidem, sed manum ultimam tamen nondum passa sunt. Quod Gellius tamen lib. 15 cap. 5 recte & scite dici negat; cum, qui diligenter latineque locuti sunt, hæc talia, *prope absoluta* potius atque *affecta* dixerint: quod auctoritate Ciceronis maximè conatur adstruere. Sed fallitur: & iniqua hæc ejus censura est. Nam-

Namque & ipse Cicero sic loquitur 5 Tusculana cap. 6 *Atqui sita est, profligata jam hæc, & pene ad exitum deducta quæstio est.* Augustus monumento Ancyrano, de suis gestis: INTER AEDEM CASTORIS ET AEDEM SATVRNI COEPTA PROFLIGATAQVE OPERA A PATRE MEO PERFECI. Tacitus 2 Histor. cap. 4 *Profligaverat bellum Judaicum Vespasianus, oppugnatione Hierosolymorum reliqua.* Idem 4 Histor. cap. 73 *Statui pauca disserere, quæ profligato bello utilius sit, vobis audisse, quam nobis dixisse.* Et Livius lib. 21 cap. 40 *Sed ita forsitan decuit, cum fœderum ruptore Duce ac populo Deos ipsos sine humanâ ope committere ac profligare bellum: nos autem, qui secundum Deos violati sumus, commissum ac profligatum conficere.* Plane ita Florus lib. 2 cap. 15 de tribus bellis Punicis, *Atque*, inquit, *si quis trium temporum momenta consideret, primo commissum bellum, profligatum secundo, tertio vero confectum est.* Quam durum fuerit, hos tantos auctores violatæ latinitatis deferre? Itaque inanis observatio atque censura Gellii est: quamvis & Nonius ei videatur favere c. 2 n. 702. Conf. Parei Lex. Crit. p. 995, & Scip. Gentil. Comm. in Apuleji Apol. not. 826 p. 406.

¶ Profligatus, a, um, afflictus & perditus, geschlagen, aufgerieben, hingerichtet. Nepos 16, 2, 3 *tantæ opes sunt profligatæ.* Cicero in Verrem 5 cap. 26 *Profligatissimus omnium mortalium ac perditissimus*, ein ruchloser verfluchter mensch. Et Suetonius Tiberio c. 35 *Ex juventute utriusque ordinis profligatissimus quisque.* Græce tales ὑπονενευμένοι dicuntur, ut Casaubonus ad Theophrasti Characteres observat. *Perdita ac profligata judicia*, verderbte und untüchtige gerichte, Idem Cic. 2 in Verr. cap. 3. ¶ 2. Interdum idem est atque absolutus, vollbracht, uti probatum in *Profligare* n. 2. Adde Cic. ad fam. 12, 30 *Profligato bello ac pæne sublato renovatum bellum gerere conamur.*

¶ Profligator, oris, ein durchbringer. Tacitus Annali 16 c. 18 de C. Petronio: *Habebatur non ganeo & profligator, ut plerique sua haurientium, sed erudito luxu.*

FLO, flavi, flatum, flāre, spirare, wehen, blasen. Cicer. Attic. lib. 7 epist. 2 *Belle nobis flavit ab Epiro lenissimus Auster.* Plaut. in Mostell. a. 2 sc. 2 v. 104 *Simul flare sorbereque, haud factu facile est*, zweyerley ungleiche dinge lassen sich nicht auf einmal thun. ¶ 2. *Flare* pro spernere, contemnere, usus est Prudentius Agone Eulaliæ sive Hymno 9 περὶ ςεφαν. v. 31

Spernere succina, flare rosas,
Fulva monilia respuere.

Vide infra *deflare.* ¶ 3. *Flare nummos*, i.e. signare, geld müntzen: quod æs flando, hoc est, per flatum calefaciendo signetur. Vide post *Flaturarius.*

¶ Flātus, a, um, geblasen, gewehet. Hirt. de B. Afric. cap. 52 *pulvis vento flatus omnium prospectui offecit.* Paulinus Jambo ad Cyther. v. 731

Scriptura namque Sancto flata Spiritu
Regi perennis mater est.

Flata, id est, *afflata.* ¶ Item, gegossen: ut, *flatæ massæ*, vide infra in *Flaturarius.*

¶ Flāto, are, frequentativum, blasen. Arnobius lib. 2 p. 69 *Cantores tubâ, tibiâ, calamoque flatantes.*

¶ Flator, ōris, αὐλητής, ein bläser, pfeiffer. Festus: *Flator, tibicen.* Vet. Gloss. *Flat, Flator, φυσᾷ, αὐλητής.* ¶ 2. Alio conflandi sensu Pomponius lege 2 de Orig. Jur. § 30 *æris, argenti, auri flatores*, geldmüntzer.

¶ Flatus, ūs, nomen, der wind, die wehung. Cic. 2 Offic. cap. 6 *Uti prospero ventorum flatu*, guten wind haben. Et lib. 2 de Orat. cap. 44 *Ad id, unde aliquis flatus ostenditur, vela do*, wo ein wind sich fühlen läst, da segele ich nach. *Emittere flatum ventris*, eine blöhung weglassen, Sueton. Claud. cap. 32.

¶ Flāmen, ĭnis, gen. neutri, idem quod flatus, das blasen, wehen, winde. *Spirant flamina*, die winde wehen: Ovid. 4 Fast. v. 18

Dum licet, & spirant flamina, navis eat.

Idem 13 Metam. v. 183

Exspectata diu, nulla aut contraria classi
Flamina sunt.

Idem 3 Fastor. v. 599 *Figitur ingenti flamine ad litus puppis*, es wird durch sturmwind an strand gejaget. Horatius lib. 3 Od. 19 v. 19 de tibiarum inflatu,

Cur Berecinthiæ
Cessant flamina tibiæ?

¶ Flātilis, e, flabilis, eingehaucht. Prudentius Hamartig. v. 531 *flatile virus ingerit.* Sic etiam Ammianus lib. 30 cap. 4 *flatili sonitu.* Arnobius lib. 6 p. 201 *laminarum flatilium crates*, geschmoltzen, aus metall gegossen.

¶ Flabilis, e, aërius, spirabilis, lufftig, windig. Cic. 1 Tusc. cap. 27 *Nihil in animis aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum.* Prudent. Agone Romani v. 346

Ædem sibi ipse mente in hominis condidit
Vivam, serenam, sensualem, flabilem.

¶ Flābrum, i, idem quod flatus; seu *Flabra* potius pluraliter, ut Servius censet ad Virg. Georg. 2 v. 293

Ergo non hiemes illam, non flabra, nec imbres
Convellunt, puta æsculum.

Sic, *Flabra Aquilonis*, Avienus Periegef. v. 33, & *Favoni*, v. 52; *Zephyri*, v. 150; *Noti*, v. 1270. Hinc

¶ Flabellum, i, diminut. est instrumentum illud, quo fit ventilatio, ein fächer, wedel. Terent. in Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 47 *Cape hoc flabellum, & ventulum huic facito.* Multa de ea re Casaub. in Suetonii Aug. pag. 107 & seqq. ¶ 2. *Flabellum seditionis*, festivâ metaphorâ dixit Cicero pro incitamento, eine förderung zu aufruhr, pro Flacco cap. 23.

¶ Flabellŭlum, i, aliud diminut. idem significans apud Terentium l. c. v. 50.

¶ Flabellĭfer, a, um, fächelnd. *Flabelliferæ*, ancillæ, quæ flabellum ferunt, & ventilationem faciunt, Plaut. Trin. a. 2 sc. 1 v. 22.

¶ Flabello, are, fächeln, wehen. Tertull. de Pallio c. 4 *cum in affectationem flabellatur.*

¶ Inflabellare, einblasen. Tertullianus advers. Valentinian. cap. 23 *Omnibus elementis atque corporibus ignis inflabellatus est.*

¶ Flabralis, e, à flabris etiam dicitur, wehend. Prudent. Apotheos. v. 841

Cum libet in gelidum flabrali frigore ventum
Spiritus existit.

¶ Flatura, æ, idem quod conflatura, die schmeltzung. Vitruvius lib. 2 cap. 7 *in æris flatura*, im schmeltzen.

¶ Flaturalis, e, das lufft hat. Tertull. de Anima cap. 10 *quædam spiritu carent, quia flaturalibus artubus structa non sunt.*

¶ Flaturarius, i, qui monetam cudit: hoc enim flando metallo, id est, liquefaciendo & cogendo in massam seu formam fieri consuevit, ein müntzer, schmeltzer. In Veteri Inscriptione, quam supra in verbo *Fiduciare* produximus: FLATVRARII AVRI ET ARGENTI MONETARII, mentio fit. In alia:

C. SETILIVS ONESIMVS FLATVRAR.
DE VIA SACRA CONIVGI
B. M. F.

Lege 5 Cod. Theod. de falsa moneta: *Comperimus, nonnullos flaturarios majorem pecuniam non minus criminose, quam crebre separato argento ab ære purgare.* *Flaturarii*, qui nummos flant, seu cudunt. Ulpianus L. 9 D. de Lege Cornel. de falsis: *Lege Cornelia cavetur, qui in aurum vitii quid addiderit, qui argenteos nummos flaverit, falsi crimine teneri.* *Flare* enim est liquefactum metallum fundere. Unde, *Flatæ massæ*, Lege 83 D. pro Socio.

¶ Flavissæ, arum, geldhauffen, schätze. Nam quos *thesauros* græco nomine appellamus, prisci Latini *flavissas* dixerunt, *quod in eas non rude æs argentumque, sed flata signataque pecunia conderetur*, ut ex Varrone Gellius docet 2 c. 10, & Nonius Marcellus c. 2 n. 341.

Composita a *Flo:*

¶ Afflo, are, flatu contingere, anwehen, anblasen. Columella lib. 8 cap. 5 *Cavendum, ne pulli à serpentibus afflentur.* Florus 3 cap. 5 n. 9 *Afflat urbem terror regius*, h. e. tam prope fuit, ut quasi spiritu contingeret. conf. Virg. Georg. 1 v. 250, & Æn. 5 v. 739. ¶ Veteres absolute usos hoc verbo, Gifanius ad Lucretium observat, qui verbo *efflandi* similiter usus. Cicero Catone majore cap. 17 *Cum admiraretur Lysander & proceritates arborum & suavitatem odorum, qui efflarent à floribus.* Ita enim exaratum hunc locum in veteri Codice se reperisse testatur Gifanius: nec aliter scriptum à Cicerone, Aldus Manutius omnino statuit, & similem locum ex Epistolis ad Atticum Commentario in eum Ciceronis dialogum profert.

¶ Afflatus, a, um, angehaucht, begeistert. Virg. Æn. 6 v. 50 de Sibylla: *Afflata numine Dei.* Livius 30 cap. 6 *Saucii afflatique incendio effugerunt*, berührt vom feuer, versengt. Ovid. 3 de Ponto eleg. 6 v. 17 *fulminis afflati telis.*

¶ Afflatus, ûs, substant. der anhauch, die anwehung. Plin. lib. ult. cap. ult. *benigno ventorum afflatu*, mit gutem winde. Translate Cicero lib. 2 de Nat. Deor. cap. penult. *Nemo vir magnus sine aliquo afflatu divino unquam fuit*, ohne göttliche gnade und eingebung. Et 1 de Divin. cap. 18 *oracula instinctu divino afflatuque funduntur.* Plin. 3 c. 5 *tot montium afflatus.* conf. Vossii Observ. in Melam p. 161, & Plin. Jun. 5 epist. 6. ¶ Varroni 3 de R. R. c. 1 *afflatus* etiam pro aspiratione sumitur vel pro littera H.

¶ Afflator, oris. Tertullian. adv. Hermogen. cap. 32 *Qui super aquas ferebatur, librator, & afflator, & animator.*

¶ Circumflare. Statius lib. 11 Theb. v. 42

ceu circumflantibus Austris.

Quod Alcimus Avitus epistola 31 ad Faustum & Symmachum senatores: *veluti ventis circumflantibus, fidei puppem ducamus.* ¶ 2. *Ab omnibus invidiæ ventis circumflari*, Cic. in Verr. 3 cap. 41, von allen seiten beneidet werden.

¶ Conflare, zusammen wehen: ut, *Tempestas ventis conflata*, Stat. 9 Theb. v. 524, vid. Barth. *Conflare metallum*, est igne liquefacere, schmeltzen, giessen: *Statuas argenteas, vasa aurea conflare*, Sueton. Aug. cap. 52. ¶ 2. Per Metaphoram dicitur, *Conflare æs alienum*, schuld machen, Sallust. Catil. cap. 14. *Conflare bellum*, Cic. 5 fam. epist. 2, krieg anrichten. *Invidiam inimico suo conflare*, Cic. in Catil. 1 cap. 9. Et, *conflare amicitiam*, id est, contrahere: Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 2 v. 35 *Sæpe ex malo principio magna familiaritas conflata est.* Vellej. 2, 74, 2 *magnum exercitum conflare*, volck auf die beine bringen.

¶ Conflātus, a, um, paratus, excitatus, zusammen gebracht, erregt. *Conflato gladiatorum tumultu*, Cic. pro Sulla cap. 5. *Ex perditis conflata improborum manus*, Idem in Catil. 1 cap. 10. Et de ipso Catilina: *Monstrum conflatum ex diversis naturæ studiis cupiditatibusque*, oratione pro Cælio cap. 5 extr. *Conflati testes*, i. e. subornati, Quintil. 5 cap. 7.

¶ Conflātĭlis, e, conflando factus, gegossen, geschmeltzt. Prudentius in Romano v. 293

Fabri deorum, vel parentes numinum,
Qui si caminis institissent segnius,
Non esset ullus Jupiter conflatilis.

Hieronymus epist. 130 ad Marcellam: *sculptile atque conflatile*, de idolo Michæ, Judic. 17. Conf. Exod. 32 v. 4.

¶ Conflatio, ōnis, die zusammenschmeltzung. Tertull. de fuga in persecut. cap. 3 *Fidei ustio & conflatio administratur ex Dei voluntate.* A Calepino & aliis producitur locus Senecæ Qu. Nat. 3 cap. 29; sed ibi est *Conflagratio.*

¶ Conflātor, ōris, ein schmeltzer, giesser. Vet. Gloss. *Conflator, χωνευτής*

¶ Conflatorium, i, ein schmeltz-ofen. Vulg. Interpr. Prov. 27 v. 21. Et Glossæ: *Fornax, Conflatorium, χωνευτήριον.*

¶ Conflātūra, æ, die schmeltzung. Plin. lib. 7 cap. 56 *auri conflatura.* Firmic. 6, 31 *qui pecunias publicas conflaturarum adulterinis artificiis imitantur*, falsche müntzer.

¶ Reconflare, wieder an- oder aufblasen. Tralate usus eo est Lucretius 4 v. 925

Unde reconflari sensus per membra repente
Possit.

¶ Deflare, wegblasen: ut, *Cibum è manu prolapsum munditiarum caussa deflare*, Plinius lib. 28 cap. 2, staub abblasen. ¶ 2. Contemnere, aspernari, vernichten. Sueton. Calig. cap. 38 *Julii & Augusti diplomata* [illegible]

 ver[illegible]

vetera & obsoleta deflabat. Ita enim ex Memmiano libro omnino legendum. *Deflabat*, aspernabatur, irridebat. Fastidientes enim & contemnentes aliquid non raro ore emittere flatum, & quasi explodere solent. vide omnino Casaub. Sic *flare* pro contemnere, spernere, usus Prudentius loco supra à nobis producto; qui sane hanc lectionem non leviter firmat.

¶ Difflare, zerblasen, hin und her wehen. Plaut. Mil. Glor. a. 1 sc. 1 v. 17 *legiones spiritu difflare, quasi ventus spolia.* Solinus cap. 13 de Thessalia: *difflantur ventosis spiritibus.*

¶ Efflare, exspirare, heraus blasen. *Efflare animam*, seinen geist aufgeben, Nepos in Pausan. cap. 5. Et, *Extremum halitum efflare*, i. e. mori, Cicer. 2 Tusc. cap. 9 ex poëta. *Efflavit spes animam*, i. e. periit, sie ist verschwunden, Plaut. Truc. a. 4 sc. 4 v. 23. *Efflare colorem*, i. e. deperdere, die farbe schiessen lassen, Lucret. 2 v. 831.

¶ Efflatio, ōnis, die ausblasung. Sarisb. 8, 6 *Venter in crepitus ventorum efflatione respirans.*

¶ Perefflare, decompositum, idem. Apulej. Met. 8 p. 207 *Postremo balbutiens incerto sermone perefflavit animam virilem.* Ita Elmenh. & Pricæus.

¶ Inflare, aufblasen. *Tu calamos inflare leves*, Virg. eclog. 5 v. 2. *Ambas buccas inflare*, quod iratorum est, Horat. lib. 1 Serm. sat. 1 v. 21. *Res secundæ animos inflant*, grosses glück macht stoltz und übermüthig. *Inflabat impios animos regio*, &c. Curt. 5, 10, 3. *Spem alicujus inflare*, grosse hoffnung machen, Idem 3, 2, 10. *Austro inflatur carbasus*, Virg. 3 Æn. v. 357.

¶ Inflatus, a, um, aufgeblasen: ut, *Ad buccinam inflatam convenire*, Varro de R. R. 3 cap. 13. *Vestis inflatior*, Tertullian. de Pallio cap. 4, weit, paussend. ¶ Deinde ad animum refertur; ut, *Animus inflatus*, i. e. elatus. *Inflati lætitiâ atque insolentiâ impii cives*, Cic. Philipp. 14 cap. 6. Quæ Germanica etiam metaphora est, aufgeblasen, stoltz. Livius 39 cap. 53 *juvenis inflatior redierat.*

¶ Inflate, adverb. idem. Cæsar 3 Civ. cap. 79 *inflatiùs perscribere*, hochmüthig. Conjungit enim cum *elatiùs* ibidem.

¶ Inflatus, ûs, subst. der hauch, anhauch; ut, *Inflatum recipiunt aures*, Cic. de Clar. Orat. cap. 51 ult. Et 4 Acad. Quæst. cap. 7 *inflatu tibicinis.* Idem de Divin. 1 cap. 6 *Instinctu inflatuque divino futura prænunciare.*

¶ Inflatio, ōnis, die aufblähung; ut, *inflatio ventris*, Colum. lib. 6 cap. 6. *stomachi*, Plin. lib. 20 cap. 10 pr. *Asparagi*, inquit, *cumino addito, inflationes stomachi colique discutiunt*, sie vertreiben die blähungen.

¶ Inflabilis, e, das man aufblasen kan. Lactantius de Opific. Dei cap. 11 pulmonem vocat *viscus inflabile atque aëris capax.* Item active, aufblähend, Cæl. Aurel. Tard. 3, 2 *inflabilis virtutis qualitas.* Idem 5, 1 *allium inflabile.*

¶ Perflare, durchwehen. Ovidius Remed. am. v. 369

Summa petit livor, perflant altissima venti.

¶ Perflatus, ûs, nomen, ausgang des windes. Corn. Celsus lib. 3 c. 19 *ut perflatus aliquis accedat.* Et Vitruv. lib 1 cap. 19 *Aër, qui perflatus non habet.* Colum. lib. 1 cap. 5 *Quanto fuerit ædificii solum pronius orienti, tanto & æstate liberius capere perflatus poterit.*

¶ Perflabilis, e, lufftig; ut, *terra perflabilis, ventis penetrantibus*, Solin. cap. 40 [Salm. 27] de Africa. Apul. Met. 4 *locus patulus & perflabilis.* Et Cicero lib. 2 Divinat. cap. 17 *Deos ipsos jocandi caussa induxit Epicurus perlucidos & perflabiles.* Et active Palladius lib. 1 c. 6 *ventus mediocris, sine vi & horrore perflabilis.*

¶ Perflatilis, e, idem. Apul. 3 Metam. p. 137 *tectum ædium patore perflatili nudatum.*

¶ Perflāmen, ĭnis, flamen, der wind. Prudentius Apoth. v. 696

sine divino Domini perflamine summi
Arida terra fuit.

¶ Proflare, schnauben, für sich herblasen; ut, *Proflare iras*, apud Plinium lib. 8 cap. 4. Et Virg. Æn. 9 v. 326 *toto proflabat pectore somnum.* Item, ausschmeltzen, apud Plin. 34 cap. 9 *massa proflatur.*

¶ Proflatus, a, um, ausgeblasen, ausgeschmoltzen. Apul. Met. 7 *proflatis naribus.* Plin. 34 cap. 9 *massa proflata*, & absolute *proflatum.*

¶ Proflatus, ûs, subst. anhauch. Columella lib. 5 cap. 9 *in Favonium dirigi ordines convenit, ut æstivo proflatu refrigerentur.*

¶ Reflare, entgegen wehen. *Etsi Etesiæ valde reflarint*, Cicer. Att. lib. 6 epist. 6. Idem 1 Tusc. extr. *Si reflantibus ventis recipimur.* Et 2 Offic. cap. 6 *cum fortuna reflarit, affligimur.* Sidonius Anacreontico sub epist. 13 lib. 9

Antra per palati,
Crepulis reflanda buccis,
Gemit aura tibialis.

¶ Reflatus, ûs, subst. der gegen-wind. Cic. ad Att. lib. 12 epist. 2 *naves delatas in Vticam reflatu hoc.*

¶ Sufflare, anblasen; ut, *sufflare ignem*, Plin. 34 cap. 8. ¶ *Sufflare se alicui*, Plautus dixit Casin. a. 3 sc. 3 v. 19.

¶ Sufflatus, a, um, aufgeblasen. Plin. lib. 8 cap. 38 *sufflatæ cutis distentu.* Tralate Varro apud Nonium cap. 1 n. 227 *Neque auro, aut genere, aut multiplici scientia sufflatus.* Conf. Plaut. Bacch. a. 4 sc. 2 v. 21, & Gell. 7 cap. 14.

¶ Sufflatio, ōnis, die aufblasung. Plin. 9 cap. 7 *bullantium aquarum sufflatio.*

¶ Sufflatorium, i, ein blasebalg. Vulg. Interp. Jer. 6 v. 29.

¶ Sufflābilis, e, anblasend. Prudent. Apotheos. v. 842

Spiramus quotiens animæ sufflabilis auras.

¶ Sufflāmen, ĭnis, retinaculum rotæ celerius procurrentis, eine hemm-kette, radsperr. Prudentius Psychomach. v. 417 *tardat sufflamine currum.* Juvenal. sat. 8 v. 148

Ipse rotam stringit multo sufflamine Consul.

¶ Sufflamino, are, sufflamine retinere, hemmen, einhalten. Seneca Ludo de morte Claudii sub fin. *Erant, qui dicerent* &c. *aliquando Ixionis miseri rotam sufflaminandam.*

¶ Exsufflare, anblasen. Augustinus epist. 105 sub fin. *Exorcizantur & exsufflantur infantes.* Et epist. 170 *Exsufflant & rebaptizant.*

¶ Insufflare, einhauchen, einblasen. Prosper Aquitanicus de Prædict. lib. 1 cap. 1 *insufflavit in faciem ejus spiritum vitæ.* Vulg. Interpr. *inspiravit*, Genes. 2 v. 7.

¶ Insufflatio, ōnis, die anblasung. Hieronym. ad Pammach. epist. 61 cap. 5 *Plasmavit Deus hominem ex limo, & per gratiam propriæ insufflationis ei animam tribuit.* Et Augustin. de Genesi contra Manich. cap. 8 *insufflatio operata est in animam viventem.*

FLOCCUS, i, plur. flocci, particulæ in panno & vellere, quæ detondentur, aut quæ vestibus incidunt, flocken, fäsigen und federn, die auf die kleider fallen. *In veste floccos legere*, apud Celsum: quod Theophr. ἀπὸ ἱματίου κροκίδα ἀφελεῖν, cap. περὶ κολακείας dixit. Est enim hoc adulationis etiam pars. Vnde hoc genus adulationis κροκιλεγμὸς appellabatur, de quo Casaubonus ad eum locum. *Flocci habere, flocci facere, flocci pendere*, apud Plautum, est irrisui ac ludibrio habere. *Non flocci facere*, &c. id est, minime contemnere: aliquando tamen est prorsus contemnere, id est, ne flocci quidem facere, pendere, nicht ein stäubichen darauf geben. Cic. ad Attic. lib. 4 epist. 15 *Totam remp. flocci non facere*, aufs geringste achten. Terent. Eunuch. a. 3 sc. 1 v. 21 *Invidere omnes mihi, ego flocci pendere*, ich gab nicht das geringste drauf. Plaut. Trucul. a. 4 sc. 2 v. 56 *De nihilo est irasci, quæ te non flocci facit.* vide & Scalig. ad Festum.

¶ Flocculus, i, ein flöcklein. Plin. 16 cap. 7 *Pilulæ, intus habentes flocculos molles.* Sic Froben. At Harduin. *floccos molles.*

¶ Floccĭdus, a, um, flöckicht, voll flocken. Apul. Met. 7 *Vestis in sinus floccidos abundans.*

¶ Floccōsus, a, um, idem. Apul. de Herb. cap. 62 *floccosis vel lanugineis adnationibus.*

¶ Deflocco, are, abpflücken. Nonnulli in Plauti Asin. a. 3 sc. 3 v. 111 hæc collocant verba: *Illic homo meos hic lumbos defloccabit.* vid. Taubm. ad l. c. p. 147, & Nonius cap. 1 n. 22.

¶ Defloccatus, a, um, kahl, abgepflückt. Plaut. Epidic. a. 5 sc. 1 v. 10 *Per urbem duo defloccati senes quæritant me*, id est, calvi: sumta metaphorâ à vestibus, quæ fratillos suos, id est, floccos sive villos & fila illa eminula amiserunt.

FLOCES, flocum, flocibus, purgamenta uvarum, & fex vini expressa ex vinaceis. Citat Nonius cap. 2 n. 354 ex Cæcilio: *Ædepol ego neque florem, neque floces volo mihi, vinum volo*, weinbeeren-hülsen, und was daraus mit wasser gepresset wird, lauer, trester-wein. Gell. lib. 11 cap. 7 *apludam edit & floces bibit.*

FLŌRA, æ, dea apud Romanos, cui sacra faciebant, ut arbores segetesque bene deflorerent, *Chloris* Græcis. Aliis prisco more *Flaura*: vulgo putatur fuisse meretrix, quæ Pop. Rom. sua legarit bona, & post in dearum numerum sit relata secundum Lactant. lib. 1 cap. 20, sed nullis ille auctoribus probat: potius *Flora* inter deas ponitur, quas Romani tempore Romuli à Sabinis acceperant, quæque à Tatio inductæ. De cultu ejus antiquo Varro R. R. 1 cap. 23. Ovid. lib. 5 Fastor. v. 195 *Chloris eram, quæ Flora vocor* &c.

Martial. lib. 6 epigr. 79 *Tantus veris honos & odoræ gratia Floræ,*
Tantaque Pæstani gloria ruris erat.

¶ Floralis, e, ad Floram pertinens; ut, *Floralis flamen*, Varro de L. L. 6 cap. 3. *Festum Florale*, Ovid. d. l. Fulgent. 1 Myth. *Florali lasciens virguncula petulantia.*

¶ Flōrālia, ludi Florales, qui ideo instituebantur, ut fruges omnes bene deflorescerent. vide Ovid. d. l. Vell. Paterc. 1, 14, 8. Itemque Lactant. lib. 1 cap. 20, qui cum summâ lasciviâ celebrata declarat: de quo & Seneca epist. 97, Valer. Max. lib. 2 cap. ult. Et Martial. epigrammate, quo præfat. in lib. claudit, & epigr. 35.

¶ Floralitius, a, um, Floralis. Martial. lib. 8 epigr. 66

Cum modo distulerint raucæ vadimonia quartæ,
Et Floralitias lasset arena feras.

Florentia, Floreo, Florus, &c. vide mox *Flos.*

FLOS, flōris, die blume, blüte, initium & spes fructûs. *Blandi flores*, Virgil. eclog. 4 v. 23, liebliche blumen. *Legere flores*, Idem eclog. 3 v. 92. ¶ 2. *Flos* pro optimo quoque & præstantissimo per metaphoram crebro usurpatur. *Flos civium*, Cic. in Oratore cap. 10. Item, *Flos & robur Italici sanguinis*, Flor. lib. 4 cap. 2, quod Germani dicunt, der rechte kern. *In ipso flore*, in dem allerbesten stand: Sic Cicero 3 de Nat. Deor. cap. 33 *in ipso Græciæ flore*, i. e. cum Græcorum res optime florerent. *Flos ætatis*, Cic. Philipp. 2 cap. 2, & Vellej. 2, 29, 2, das blühende alter. *Flos vini*, Plin. 14 cap. 21, & *flos veteris vini*, Plaut. Curcul. a. 1 sc. 2 v. 1, eleganti tralatione & periphrasi pro ipso vino veteri. *Flos ingenii*, Apulejus Apolog. p. 317. *Flos poëtarum*, Plaut. Casin. prolog. v. 18. Et, *Flos calcis*, Pallad. lib. 1 cap. 41. Item, *Flos dignitatis*, Plin. 7 cap. 44. *Flos ignis*, Tertull. Apolog. ubi Herald. vide. ¶ 3. *Flores* vocantur excerpta: ut, *Flores poëtarum Lipsii*, pro, *excerpta è Poëtis, Lipsio*, sicut Cicero ad Attic. lib. 16 epist. 11 dixit: *Nostrum opus tibi probari lætor: ex quo ἄνθη ipsa posuisti.* ¶ 4. *Flores* pro stellis etiam ponuntur, & stellæ, sideraque pro floribus: quia nempe, quod in cælo sunt stellæ, id in terra sunt flores. Manilius lib. 5 v. 726

Tunc confertu licet cæli fulgentia templa
Cernere, seminibus densis totisque micare
Floribus, ut siccæ circum per litus arenæ.

¶ Floscŭlus, i, diminut. ein blümlein, blümichen. Juvenal. satyr. 9 v. 126 *Festinat decurrere velox*
Flosculus ætatis.

Vide *Festino.* Cic. Offic. lib. 2 cap. 12 *Ficta omnia cito tamquam flosculi decidunt.*

¶ Floscellus, i, aliud diminut. Apul. de Herb. cap. 49 de heliotropio: *ad solis cursum floscelli se vertunt.* Et mox: *Sol cum oritur, floscelli se aperiunt.*

¶ Florĭdus, a, um, blühend, grün; ut, *florida serta*, Tibull. lib. 1 eleg. 2 v. 14. *Florida ætas*, die jugend: Catull. carm. 69 *Jucundum cum ætas florida ver ageret.* ¶ Plin. 35 cap. 6 *floridus color*, eine hohe farbe. *Orator floridior*, Cic. Bruto cap. 82 ob genus orationis floridum, in quo multa eminent eleganter & sententiose dicta, tamquam

flosculi

flosculi: ἀνθηρὸν Græci vocant. Seneca præfat. lib. 4 Controvers. *Floridior in declamando, quàm in agendo*, id est, amœnior, delectabilior. Ovid. 13 Metam. v. 791 *floridior prato.*

¶ Floride, adverb. zierlich. Apulej. Met. 11 sub fin. *vestis floride depicta.* Et Lactantius de Mort. Persecut. cap. 3 *Ecclesia clarius ac floridius enituit.*

¶ Floridulus, a, um, diminutivum, lieblich. Catull. carm. 62 Epithalam. Jul. & M. v. 193 *Ore floridulo nitens.*

¶ Flōreus, a, um, ex floribus, blůmicht, voll blumen. Virg. Æneid. 1 v. 434 *florea rura.* Sidon. 1 epist. 6 *Prati floreas opes falce populare.* Apulejus Apolog. p. 279

Florea serta, meum mel, & hæc tibi carmina mitto, &c.

Plaut. Menæchm. a. 4 sc. 2 v. 68 *Non ego te modo hic ante ædes cum corona florea vidi adstare?* Paulinus 3 Natal. Felic. v. 111

Purpureum ver spiret hiems, sit floreus annus
Ante diem.

¶ Florus, a, um, antique pro *floreus*, vel *florens*. Virg. lib. 12 Æneid. v. 605 ex antiqua lectione apud Servium:

floros Lavinia crines
Et roseas lacerata genas &c.

Pacuvius apud Festum in *Genas*: *Nunc primum opacat flora lanugo genas.* Decimus Laberius apud Macrob. lib. 2 Saturn. cap. 7 *Si tibi erit libitum, litterarum laudibus Florum cacumen nostræ famæ frangere*: quod antiquum est pro *florens*. vid. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 197, 198. ¶ 2. *Florus*, Luc. Annæus, vere floridus & nitidissimus rerum Romanarum epitomator, Senecæ & Lucani agnatus, scripsit sub Hadriano Imp. vid. Voss. de Hist. Lat. 1 cap. 30, & Cellarii Cur. post. p. 24. ¶ 3. *Flora*, Dea, vid. supra seorsim.

¶ Flōrulentus, a, um, floribus, floriditate plenus, voll blumen. Elegantissime vetus Poëta in Pervigilio Veneris, quod post Pithæum Lipsius divulgavit, lib. 1 Elect. cap. 10

In pudorem florulentæ prodierunt purpuræ.

Loquitur de rosis. Et Solinus cap. 7 [al. 12] *florulentus Hymettus*, mons Atticæ, mellis proventu laudatissimus. Et Ambrosius Orat. in obitum Valentiniani II sub fin. *florulentæ delectationes.*

¶ Flōreo, ui, ēre, in florem se induere, blůhen. *Arbor floret*, Cicer. 1 Divin. cap. 9. ¶ 2. Metaphorice, excellere, prospere habere, wohl stehen, berůhmt und glůcklich seyn. Ovid. Trist. 5 eleg. 8 v. 19

Nos quoque floruimus, sed flos fuit ille caducus.

Cic. 3 de Orat. cap. 35 *Isocrates discipulorum nobilitate floruit. Honoribus & rerum gestarum gloria florere*, Idem initio lib. 1 de Oratore, pro celebrari, abundare. Similiter & Lucret. lib. 1 v. 154 *Vrbes pueris florere* dixit. *Florere autoritate, gloria, laudibus*, Cic. & Nep. 1, 1, 1 pro nitere, splendere. Quemadmodum idem Lucretius lib. 4 v. 451

florentia lumina flammis

dixit. Et Virg. 7 Æn. v. 804 *florentes ære catervas.*
Vide & Heraldum ad Tertulliani Apologeticum.

¶ Florens, tis, adject. ut floridus, blůhend, jung; ut, *florente ævo puellæ*, Lucret. 3 v. 1022. ¶ 2. *Florens*, reich, glůckselig. Sen. epist. 9 *Florentes amicorum turba circumsedet.* Cic. lib. 2 epist. 13 ad Cælium, M. Brutum vocat *hominem florentem ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis.* Idem Attico lib. 16 epist. 11 *quæ mihi florentiora sunt visa.* Et Valer. Max. lib. 6 cap. 1 extern. 1 *Sanctitatis gloriam Græcia, laudibus suis celebrando quotidie florentiorem effecit.* Cicero pro S. Rosc. cap. 18 *Majores nostri ex minima tenuissimaque republ. maximam & florentissimam nobis reliquerunt.* Vellej. 2, 2, 2 *Vir ingenio florentissimus.*

¶ Florenter, adverb. idem. Hieronymus Chron. anno 18 Constantini augusti, *Rhetores florentissime docent.*

¶ Florentia, æ, vitis genus Thuscis peculiare, apud Plinium 14 cap. 2. ¶ 2. *Florentia*, Florentz, inter primarias urbes Italiæ, ubi hodie Magni Hetruriæ Ducis aula est. Ejus Origines Politianus explicat lib. 1 epist. 2.

¶ Florēnus, i, nummus aureus, a Florentinis primo cusus, ac floris signo insignitus, ein gůlden. vid. Voss. de Vit. L. L. 3 cap. 12 p. 449.

¶ Floresco, ĕre, floridum fieri, anfangen zu blůhen. Lucret. 5 v. 669 *Florescunt tempore certo arbusta* &c. ¶ 2. Item, augeri & clariorem fieri. Cic. pro Marcell. cap 4 *Hæc tua justitia, & lenitas animi florescet quotidie magis*, sie wird tåglich berůhmter und herrlicher werden.

I. Composita maximè poëtica:

¶ Flōrĭcŏlor, ōris, blumen-farbicht, in Pseudepigraphis Petronii p. 217

Hoc tibi lusit de flamine floricolore.

¶ Flōrĭcŏmus, a, um, blůmicht; *Floricoma Ætna*, Auson. epist. 4 v. 47.

¶ Florĭfer, a, um, blumenreich; ut, *Saltus floriferi*: Lucretius lib. 3 v. 11

Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimus aurea dicta,
Aurea perpetuâ semper dignissima vitâ.

¶ Florifertum, i, festum Romanum tempore messis, dictum, quod eo die spicæ feruntur ad sacrarium. Festus.

¶ Florĭger, a, um, idem. Sedulius ineunte lib. 2

Expulerat primogenitum sævissimus anguis
Florigera de sede virum.

hoc est, de paradiso.

¶ Florilĕgus, a, um, das blumen sammlet; ut, *florilegæ apes*, Ovid. 15 Metamorph. v. 366.

¶ Flōrĭpărus, a, um, idem; ut, *Ver floriparum*, Ausonius Technopægn. in Vere.

II. Composita cum præposit.

¶ Conflōreo, ēre, zugleich blůhen. Augustinus Confession. lib. 4 cap. 4 pr. *Comparaveram amicum societate studiorum nimis carum, coævum mihi & conflorentem flore adolescentiæ.*

¶ Deflorare, quod à nomine *flos* formatur, significat florem adimere & honore spoliare, die blume abbrechen, schånden, verunehren; ut, *Gloria victoriæ deflorata*, der ehre und ruhms beraubet. Ita apud Livium 37 c. 58 Aldus, Schefferus, Frobenius, Gruterus ediderunt: Gronovius mavult *præflorata*: quem vide. Idem A. Gellio lib. 14 cap. 1 extr. contigit, ubi olim editum fuerat: *futurum gaudii fructum spes tibi jam defloravit*: at Oiselius, Gronovius & Proustius, *præfloravit.*

¶ Defloratus, a, um, verblůhet. *Certos atque defloratos fructus ostendere.* Quintil.

¶ Defloratio, ōnis, abnehmung der blůte, schåndung. Tertullian. adv. Valentinian. cap. 12 *graculus ex omnium defloratione constructus.* Ambros. epist. 64 ad Syagr. *defloratio virginitatis.*

¶ Defloreo, ēre, & Defloresco, ĕre, florem amittere, abblůhen, verblůhen, seine krafft und gestalt verliehren. Catull. carm. 63

Vt flos in septis secretus nascitur hortis, &c.
Multi illum pueri, multæ optavêre puellæ,
Idem quum tenui carptus defloruit ungue,
Nulli illum pueri, nullæ optavere puellæ.

Defloruit oris gratia, Claud. in Eutrop. 1 v. 75. *Amores & deliciæ maturè & celeriter deflorescunt*, sie verliehren sich, Cic. pro Cæl. c. 19. *Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate*, Auctor ad Herennium lib. 4 cap. 27.

¶ Efflorescere, zur blůt ausschlagen, berůhmt werden. *Laudibus ingenii efflorescere*, Cic. pro Cælio cap. 31 est inclarescere, herfůr kommen, und berůhmt werden. *Vtilitas efflorescit ex amicitia*, Idem de Amicit. cap. 27. *Ex rerum cognitione efflorescat oportet oratio*, Idem de Orat. 1, 6, 6.

¶ Præflorēre, vorher blůhen. Plin. 16 cap. 29 *Præflorent talia & prægerminant, atque in totum præcocia fiunt.*

¶ Præflorare, est, florem præripere, libare, zuvor genůssen, vorher abpflůcken. *Gaudii fructum spes jam præfloravit*, Gellius lib. 14 c. 1 extr.

¶ Præfloratus, a, um, vorher genossen, davon das beste weg ist; ut, *Præflorata virgo*, apud Apul. in Apolog. cui flos pudicitiæ imminutus. Et Plin. Panegyr. Trajani cap. 58 *Præcerptum præfloratumque* conjungit. Add. Gronov. ad Liv. lib. 37 cap. 58.

¶ Reflorescĕre, denuo florescere, wieder blůhen; ut, *Juventus reflorescens*, Silius 15 v. 738.

¶ Semperflorium, vide in *Semper.*

¶ Superflorescere, auf der frucht blůhen. Plin. 19 cap. 5 *Cucumis floret, sibi ipse superflorescens.*

FLVCTVS, ûs, unda, impetus aquæ profluentis, die fluth, wasserwoge, welle: a *fluo* ejusque antiquo supino *fluctum*. vid. Voss. Etym. p. 218. *Fluctibus operiri*, Cic. in Verr. 6 cap. 53. *Fluctibus jactari*, Idem in Oratore cap. 30, hin und wieder von den wellen getrieben werden. Et lib. 5 cap. 2 de Finib. *Ad fluctum declamabat Demosthenes, ut fremitum assuesceret voce vincere.* Idem lib. 9 fam. epist. 16 *Invidiam & fortunam existimo ab animo firmo & gravi, tamquam fluctum à saxo frangi oportere*, wie die wellen an einem felß. ¶ 2. *Fluctus fortunæ, curarum, irarum*, pro impetu & perturbatione, anlauff und anfechtung. Plin. lib. 5 cap. 17 *quos fortunæ fluctus agitat.* Silius 8 v. 32

insanos curarum comprime fluctus.

Et Lucret. 3 v. 299 *Nec capere irarum fluctus in pectore possunt.*

Et Cic. pro Flacco cap. 26 *Massilia barbariæ fluctibus alluitur*, i. e. sita in finibus barbararum gentium. Sic, *Fluctus concionum*, Idem pro Milon. cap. 2 dixit: & *Fluctus civiles*, Corn. Nepos Attico cap. 6. Ita comparantur civiles turbæ: quibus & prosterni multa, sicut procellis, ac tempestate: & jactari omnia, sicut fluctibus: & implicari, sicut circulo, perniciei videmus, vid. Quintilian. Instit. Orat. lib. 7 cap. 6. Simili ratione Cicero pro Mur. cap. 17 *comitia freto, & euripo*; & Philipp. 2 *bella civilia Oceano* comparat.

¶ Flucticulus, i, diminutivum, eine kleine welle. Apulejus Apolog. p. 296 *quamlibet leviter motis flucticulis.*

¶ Fluctuosus, a, um, plenus fluctuum, ungestům, das wellen wirfft; ut, *mare fluctuosum*, Plaut. Rud. a. 4 sc. 2 v. 5. *Pontus fluctuosus atque fervens*, Pompon. Mela lib. 1 cap. 19. *Fluctuosi smaragdi*, qui fluctuum similitudinem referunt, Plin. lib. 37 cap. 5.

¶ Fluctuo, are, fluctus ciere, wellen werffen; ut, *Tellus, mare fluctuat*, Virg. Georg. 2 v. 281. ¶ 2. Item, jactari, commoveri, in dubio esse, hin und wieder wancken und getrieben werden. Plinius lib. 2 cap. 95 *Quædam insulæ semper fluctuant*, i. e. moventur, natant. Lucret. lib. 4 v. 1070 *Fluctuat incertis erroribus ardor amantum.*

Sententia fluctuans, id est, dubia, vacillans, wanckende meynung, Cic. ad Attic. lib. 1 epist. 20. Et, *Genus orationis fluctuans & dissolutum*, Auctor ad Herenn. lib. 4 cap. 11. ¶ Vsurpatur & deponentis forma. Seneca Medeâ v. 941 *haud aliter meum*

Cor fluctuatur.

Atque ita Curtius 4 cap. 12 n. 21 *Fluctuari animo rex cœpit*, ut Gronovius observ. 2 c. 8 emendavit, er wuste nicht, was er thun solte. Quintil. lib. 9 cap. 3 *Vtroque modo efferuntur: luxuriatur, luxuriat: fluctuatur, fluctuat: assentior, assentio: revertor, reverto.*

¶ Fluctuatus, a, um, schwimmend, hin und her fahrend. Plin. 4 c. 12 *Delos diu fluctuata.*

¶ Fluctuatio, ōnis, die schwimmung; ut, *fluctuatio occulta*, Plin. 31 c. 11. *Fluctuatio animorum*, wanckelmůthigkeit, zweiffel, Livius lib. 9 c. 25. *Artus trepidi, inquietæ manus, totius corporis fluctuatio*, Sen. 2 de Ira c. 35.

¶ Fluctuatim, adverb. wie eine fluth, wanckend, schwåntzend. Afranius apud Nonium cap. 2 n. 333 *Magnifice volo fluctuatim ire ad illum*, id est, jactanter, solute.

¶ Confluctuare, hin und her schweben. Apulej. Met. 11 p. 258 *palla ad ultimas oras nodulis fimbriarum decoriter confluctuabat.*

¶ Perfluctuare, idem. Lucretius lib. 3 v. 722

Copia exsanguis tumidos perfluctuat artus.

Composita poëtica:

¶ Fluctĭcŏla, æ, in fluctibus habitans. Sidonius principio carm. 10

Flucticolæ cum festa nurus Pegasæa per antra, &c.

¶ Fluctĭfrăgus, a, um, fluctum frangens & dissipans; ut, *Littus fluctifragum*, Lucret. lib. 1 v. 306. Et Tertullianus de Jonæ nave v. 38

tremit omnis silva sub ictu
Fluctifrago.

¶ Fluctĭgĕna, æ, masc. in fluctibus natus. Martianus Capella lib. 1 carm. 2 *Fluctigena spectans quali sub gurgite Nereus.*

¶ Fluctĭgĕnus, a, um, idem, adjective. Avienus in Arateis v. 1159
Fluctigeni speciem monstri superinvehit auster.

¶ Fluctĭger, a, um, ferens, aut patiens fluctuum. In fragmentis Ciceronianis versus servatus est ab Isidoro lib. 19 cap. 1 Originum:
Tunc se fluctigero tradit mandatque paroni.

¶ Fluctĭsŏnus, a, um. Silius lib. 12 v. 355
Insula fluctisono circumvallata profundo.

¶ Fluctĭvăgus, a, um, in fluctibus vagans; ut, *Nautæ fluctivagi*, Statius lib. 3 Silv. 1 v. 84, & *unda fluctivaga*, Idem Theb. 1 v. 271. Et lib. 9 Thebaid. v. 360
Fluctivagam sic sæpe domum, madidosque penates
Halcyone deserta gemit.

Flumen, &c. vide mox in *Fluo*.

FLVO, fluxi, fluxum, (olim fluctum & flutum) fluĕre, manare, fliessen. *Fluere pleno alveo*, Quintil. lib. 2 cap. 1, in vollem strohm gehen. Martial. lib. 4 epigr. 66 *Rates* etiam *fluere* dixit. *Oratio melle dulcior fluit ex lingua*, Cicer. de Senect. cap. 10. Quod de Nestore scripsit Homerus. Idem in Offic. lib. 1 cap. 26 *Fluunt ad voluntatem nostram res prosperæ*, es gehet uns nach wunsch. Idem in Bruto cap. 79 *Oratio libere fluens*. Idem 3 Nat. Deor. cap. 19 *Hæc omnia ex eodem fonte fluxerunt*, id est, orta sunt. ¶ 2. Alibi tamen pro minui, deficere, intercidere ponitur. Virgil. 2 Æneid. v. 169
Ex illo fluere & retro sublapsa referri
Spes Danaum.

Vbi Servius: FLVERE est τῶν μέσων. *Ideo addidit* RETRO. *Contra Sallustius:* REBVS SVPRA MODVM FLVENTIBVS. Cicero pro Marcello cap. 8 *Omnia quæ delapsa jam fluxerunt*. Adde Celsum 6 cap. 1 princ. *Capilli fluunt*, die haare gehen aus, unde & *capillos fluentes* vocat. ¶ 3. Est & cadere sive decidere, delabi, herabfallen. Cic. Phil. 12 cap. 3 *Excident gladii, fluent arma de manibus*. Ovid. lib. 2 Amor. eleg. 14 de pomis:
Sponte fluent matura suâ.

Paulinus Nolanus epist. 32 ad Severum inserto carmine:
Et per columbam Spiritus Sanctus fluit.

Fluit, id est, delabitur. ¶ *Fluere* etiam dicuntur, qui in vitia & voluptates animum laxant, mollis ac dissolutæ vitæ homines. Cicero Tusc. 4 cap. 22 *Voluptate liquescere & fluere mollitia*, in der wollust gantz ersoffen seyn. Curtius 10, 3, 9 *Luxu omnia fluere credideram*. Tibullus lib. 2 eleg. 6 v. 33 *Vt mea luxuria Nemesis fluat.*
Sic & usurpari videas *Fluens, Fluxus, Fluidus, Fluitare, Diffluere*, &c.

¶ Fluens, tis, fliessend. Ovidius 3 de Arte am. v. 62
Eunt anni more fluentis aquæ.

Ambrosius serm. 81 *fluentior exitus*, hoc est, felicior. ¶ 2. Improprie etiam Virg. Georg. 2 v. 370 *ramos fluentes*, i. e. nimium excrescentes; Et Ovidius 3 Art. am. v. 301 *fluentes tunicas* dixit, weite paussende röcke. ¶ 3. *Fluens* est mollis, effœminatus. *Otio ac mollitiis pæne ultra fœminam fluens*, Vellej. 2, 88, 2, & 1, 6, 2. Sic, *fluentia membra*, sunt languida apud Curt. 8, 14, 33.

¶ Fluenter, adverb. fliessend. Si Criticorum sententia standum, etiam Cicero lib. 7 Attic. ep. 14 pr. *fluenter lippire* dixit: ubi vulgo *leviter*. Certior Apulejus lib. 2 Miles. p. 122 *capillo fluenter undante*, mit fliegendem haare. Et Lucretius lib. 4 v. 226
Omnibus ab rebus res quæque fluenter
Fertur, id est, permanat, diffunditur.

¶ Fluentia, æ, die fliessigkeit. Ammianus lib. 30 cap. 12 [Vales. 4] *Eloquentiam inanis quædam imitatur fluentia loquendi*. Cæl. Aurel. Tard. 2, 3 *fluentiam retinere*.

¶ Fluento, are, fluere, fliessen. Venantius Fortunatus lib. 4 de vita Martini v. 641 *Pergis ad Augustam, qua Virdo & Licca fluentant.*

¶ Fluentum, i, flumen parvum, aquæ decursus, ein bach, fluß: ut, *Xanthi fluenta*, Virg. 4 Æn. v. 144. *Rauca fluenta*, Idem Æn. 6 v. 327. Sæpius plurale: nec tamen inusitatus numerus singularis. Prudentius Passione Petri & Pauli v. 32 *regio murmurans fluento*, hoc est, locus sonante rivo irriguus. Ausonius in Mosella v. 419 Rhenum alloquens Mosellam recepturum:
spatiumque novi metare fluenti.

¶ Fluentisŏnus, a, um, rauschend wie wasser. Catullus de Nupt. Pel. & Thet. v. 52 *fluentisono litore*.

¶ Fluxus, a, um, geflossen, flüssig. Plin. 9 cap. 38 *fluxos habent succos*. ¶ 2. Et instabile, momentaneum, ungewiß, veränderlich. Plaut. in Captiv. a. 2 sc. 3 v. 79 *Fac fidelis sis fideli, cave fidem fluxam geras*, gehe nicht um mit unbeständiger treu. *Fide fluxâ uti*, dixit Sallust. Jugurth. cap. 111. *Fortuna belli fluxa*, Cicer. ad Brutum epist. 10. Rursus Sallust. in Catilin. cap. 1 *Divitiarum & formæ gloria fluxa & fragilis est. Fluxa auctoritas*, apud Tacitum 1 Histor. cap. 21. ¶ 3 Idem *corpora fluxa* dixit, non firma ferendis laboribus, 2 Histor. c. 32, & *spadonem fluxum*, Martial. lib. 5 epigr. 42. Hinc *fluxi*, homines, qui voluptatibus ac libidinibus licenter soluteque indulgent. Tacit. 3 Hist. cap. 76 de Othonianis ducibus: *Non vigilias agere, non intuta mœnium firmare, noctu dieque fluxi & amœna lituorum personantes, in ministerium luxûs dispersis militibus, de bello tantum inter convivia loquebantur.* Apud Sueton. Tiber. cap. 52 *Drusus animi fluxioris, remissiorisque vitæ erat.* Sic, *fluxior vita*, Ammian. lib. 22 cap. 5, ein liederliches leben, aut mollior & delicata. *Fluxior cinctus*, Sueton. Cæs. cap. 45. Vide Salmas. ad Tertull. Pallium p. 341. ¶ 4. *Fluxa* etiam pro irritis dicuntur, vergebliche dinge. Tacitus cum 15 Annal. cap. 23 exposuisset, quæ ob natam Neroni filiam decrevisset Senatus, subjecit: *quæ fluxa fuere, quartum intra mensem defuncto infante.*

¶ Fluxe, adverb. überflüssig, weitläufftig. Varro 2 de R.R. cap. 11 princ. *Et eo magis fluxe ex herba.*

¶ Fluxio, onis, die fliessung, fluth: ut, *Fluxio aquarum*, Cicer. 1 de Divin. cap. 49. *Fluxiones alvi*, der durchlauff, Plin. 22 cap. 23. *Fluxiones pituitæ*, ibid. cap. 25. *Fluxiones oculorum*, ibidem lib. 27 cap. 9. *Sanguinis fluxiones*, blutfluß, Idem 20 c. 14.

¶ Fluxus, ûs, idem. Onomast. vet. ῥοὴ, *fluor, fluxus, fluxio*. Quintilianus lib. 11 cap. 3 p. 820 *fluxus aquarum*. Et Seneca epist. 52 tralate: *Impudicum & incessus ostendit - - - & fluxus oculorum*, wenn man die augen hin und her schiessen lässet. Paulinus Petrocorius lib. 2 v. 591 *fluxu ventris vacuata viscera*, der bauchfluß, durchfall. De laxitate vestium Tertullianus de Pallio cap. 4 *Si quis Menandrico fluxu delicatam vestem humi protrahat*, hoc est, ut Salmasius explicat, Menandri comici more, vestitu delicato & fluente humum verrere, eine schleppe tragen.

¶ Fluxĭpĕdus, a, um; ut, *Fluxipĕda vestis*. Avienus Arat. Phænom. v. 288, das biß auf die füsse gehet.

¶ Fluibundus, a, um, diffluens, zerfliessend. Martianus Capella sub finem lib. 1 *fluibunda luxu puella*.

¶ Fluĭdus, a, um, liquidus, fliessig, so da fleußt: ut, *fluidus liquor*, Virg. 3 Georg. v. 484. *Fluidi lacerti*, Ovid. 15 Metam. v. 231, müde arme.
¶ Pro voluptario *Fluidi* dictione usus est Laurentius Novariensis, Homiliâ de pœnitentiâ: *Non ei* (Mariæ Magdalenæ) *dixit Dominus, meretrix, adultera, fornicaria, fluida.*

¶ Fluĭdo, are, fluidum reddere, fliessend machen. Cæl. Aurel. Tard. 5 c. 12 *liquore fluidantur accepta.*

¶ Fluisco, & Fluesco, ĕre, fliessend werden. Dracontius Hexaemer. v. 577
Cujus ab adspectu montes & saxa fluiscunt.

Et Augustinus Civ. Dei lib. 21 cap. 5 *salem velut in aqua fluescere*: & cap. 7 *nivem fluescere non sinat.*

¶ Fluĭto, are, frequent. fliessen, schwimmen; ut, *Pedites fluitantes*, Curt. 4, 9, 19. *Belluæ fluitantes & innatantes*, apud Ciceronem 2 Nat. D. cap. 39. Idem pro Sextio cap. 20 *Navem Reip. fluitantem in alto, tempestatibus seditionum & discordiarum, gubernaculis ereptis*, eleganti dixit similitudine. Nec minus eleganter Ovid. 2 Art. am. v. 433 *in curru dare fluitantia lora*, den zügel schiessen lassen. *Luxu fluitare*, Paulinus dixit Eleg. de obitu Celsi v. 518. ¶ 2. *Fluitare* etiam dicuntur dubii & incerti, quod instar aquæ modo huc, modo illuc impellantur, wancken, im zweiffel stehen. Tacit. Hist. 2, 93, 4 *Creditur, Cæcinæ fides fluitasse.* Horat. lib. 1 epist. 18 extr.
Sic bona librorum & provisæ frugis in annum
Copia: neu fluitem dubiæ spe pendulus horæ.

Alibi τῷ *natare* similiter usus est.

¶ Fluto, are, pro fluitare, Lucretius 3 v. 190
Namque movetur aqua & tantillo momine flutat.

Ita legit Lambinus; alii *fluctat*. Conf. lib. 4 v. 75. Hinc

¶ Fluta, æ, plur. Flutæ, murænæ in freto Siculo, in summo supernatantes, & nunquam sese mergentes, Macrob. lib. 3 Saturn. cap. 15. Græci πλωταὶ dictæ quasi navigabiles, eine art der meer-alen. Sunt enim pisces, anguillis non dissimiles. Conf. Voss. Etym. p. 218.

¶ Flūmen, ĭnis, ein fluß. Ovid. lib. 2 de A.A. v. 181
Obsequio tranantur aquæ, nec vincere possis
Flumina, si contra, quam rapit unda, nates.

Curtius lib. 7 cap. 4 *Adjicit deinde* (colores,) *quod apud Bactrianos vulgo usurpabant: Canem timidum vehementius latrare, quàm mordere. Altissima quæque flumina minimo sono labi.* ¶ Nota: *Jungi flumen* dicitur, cum ab altera in alteram ripam transiri potest; quod fit, vel *ponte*, vel *gelu* ac *glacie*. Plinius Paneg. cap. 12 *Cum Danubius gelu jungit ripas.* Contra, *Resolvi flumen* dicitur, vel quod strictum glacie hactenus fuit, jam liberum alveum nactum est, vel quod inundat, & funditur late. Suetonius Domitiano cap. 6 *Cum ipsâ dimicationis hora resolutus repente Rhenus transituras ad Antonium copias inhibuisset.* ¶ Nomen hoc singulare adjicitur singularibus seu individuis. Cornel. Nep. Cimone c. 2 *apud flumen Strymona*: & Eumene cap. 5 n. 1 *apud flumen Nilum*: & Timoleontis vita cap. 2 *apud Crimissum flumen.* ¶ De lacrimis etiam hyperbolice dicitur. Virgilius Æneid. 1 v. 465 *largo humectat flumine vultum.*
Et per metaphoram *flumen ingenii*, Cic. pro Marcello cap. 2. Et, *Orationis & verborum flumen*, lib. 2 de Orat. cap. 15 ac 45, pro eloquentiâ ubere & felici. Idem 4 Acad. Q. cap. 38 pr. *Flumen orationis aureum fundens Aristoteles.*

¶ Flūmĭneus, a, um, in oder aus dem fluß: ut, *Aqua fluminea*, Ovid. 2 Fast. v. 596. *Volucres fluminea*, wasser-vögel, Idem 2 Metam. v. 253.

¶ Fluminalis, e, idem. Cæl. Aurel. Tard. 1, 1 *Fluminales navigationes.* Idem 1, 4 *Fluminales cancri*, bach-krebse.

¶ Fluor, ōris, idem quod fluxus, das fliessen. Celsus lib. 4 cap. 19 *fluor ventris*, der durchfall. Largus Scribonius compos. 52 *Faciunt ad stomachi nauseam, & dejectiunculas, & ad omnem fluorem.* Symmach. 6 epist. 64 *fluor oculorum*, das trieffen der augen. Sed & extra morbi genera, mare *fluorem* dixit Solinus cap. 18 (al. 28) & fontem cap. 29 (al. 42) & de Nilo cap. 32 (al. 45) *fluorem solitæ velocitatis promovere.* Et pluraliter *amnium fluores*, Apulejus 2 Florid. Et de aëre Arnobius lib. 6 p. 196 *Intelligimus omnes ventos aëris esse fluorem pulsi.*

¶ Fluonia, æ, Junonis cognomen apud Festum, ubi ait: *Fluoniam Junonem mulieres colebant, quod eam sanguinis fluorem in conceptu retinere putabant. Fluvionia* est apud Arnobium lib. 3 p. 118.

¶ Fluvius, i, ein fluß. Virg. Æneid. 1 v. 607
In freta dum fluvii current.

Hoc quoque nomen, ut *flumen*, cum propriis conjungitur. Cic. Tuscul. 1 cap. 39 *apud Hypanim fluvium*: Idem de Invent. lib. 2 cap. 31 *fluvius Eurotas is, qui propter Lacedæmonem fluit.*

¶ Fluvialis, e, adject. in oder aus dem fluß: ut, *Aqua fluvialis*, Columella 6 cap. 22, fliessend wasser. *Arenæ fluviales*, Pallad. lib. 11 cap. 17. *Fluvialis ripa*, Ovid. Heroid. 5 v. 25.

¶ Flŭviatĭlis, e, idem: ut, *Naves fluviatiles*, Livius lib. 10 cap. 2, quibus in fluvio utimur. *Fluviatiles pisces*, Plin. lib. 9 cap. 16.

¶ Fluviaticus, a, um, idem: ut, *Arena fluviatica*, Vitruv. lib. 1 cap. 4 extr. & cap. 5. Et, *Animalia fluviatica*, Columella lib. 8 cap. 15.

¶ Flŭvĭātus, a, um, participium sine verbo, apud Plinium significat in fluvio maceratum, gewässert, im wasser mürbe gemacht: ut, *Abies fluviata*, Plin. lib. 16 cap. 39, i. e. macerata aquis. *Linum fluviatum*, geröster flachs.

¶ Flu-

¶ Flŭvĭdus, a, um, idem quod Fluidus. Sedulius in MSS. lib. 4 v. 186 de Hydropico: *fluvidus mox viscera morbus*
Deserit. Adde Lucret. 2 v. 463, & Lex. Lucr. Parei.

¶ Fluvĭto, are, pro fluitare, ex scriptis libris Solini cap. 35 produxit Salmas. Exerc. p. 407, & ex Plin. 16 cap. 40 Exerc. p. 726.

I. Composita cum præpositione:

¶ Affluo, ĕre, vel Adfluĕre, zufliessen, heran fliessen. Plinius lib. 2 cap. 97 pr. *Æstus maris bis inter duos exortus lunæ affluunt, bisque remeant.* Addi etiam præpositio potest, ut Cic. 1 de Finib. cap. 11 *Voluptas ad sensus cum suavitate affluit*, id est, accedit, allabitur, sie schleicht sich ein. Atque ita etiam cum Dativo Ovidius de Remed. Am. v. 148 *Adfluit incautis insidiosus amor.*
Sed hæc metaphorice. Eodem tropo de rumore, nuncio, qui affertur, advenit. Cic. 3 ad Q. fratr. ep. 3 *Nihil ex istis locis non modo litterarum, sed ne rumoris quidem affluxit.* Alia nec inelegans metaphora est, quando de hominum concursu, sicut etiam *confluere*, adhibetur. Virgil. 2 Æneid. sub fin.

Atque hîc ingentem comitum affluxisse novorum
Invenio admirans numerum.

Tacitus 14 Ann. cap. 8 *Affluere ingens multitudo cum luminibus* scil. cœpit, zulauffen. Tandem & abundare est; ut, *Affluere divitiis & honore*, Lucret. lib. 6 v. 12, vollauf haben. Sed de hac notione plura in participio, quod sequitur.

¶ Affluens, tis, abundans, dives, copiosus, häuffig, überflüssig: atque ita utplurimum tralatitie: quamlibet de aqua etiam proprie: figurate tamen sæpius. v. g. *Omnium rerum copiâ affluentes*, Cic. Offic. lib. 1 cap. 43, reich. *Vrbs eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis affluens*, Idem pro Arch. cap. 3. *Affluentes anni*, die zuwachsenden jahre, Horat. 4 ode 11 v. 19. Inde etiam comparativus formatur. Cic. in Lælio cap. 16 *Ditior & affluentior amicitia.* Et Vitruv. lib. 8 cap. 1 *Sub radicibus montium, & saxis silicibus, uberiores & affluentiores aquæ sunt.* Et superlativus, *affluentissimus fluvius*, apud Ambrosium sermone 81 p. 379. Et Augustinus Confess. lib. 2 cap. 6 *largitor affluentissimus.* Idem lib. 4 de Doctrina Christ. cap. 14 *affluentissima fœcunditas facundiæ.*

¶ Affluenter, adverb. abunde, reichlich, überflüssig. Solinus cap. 14 [Salm. 9] de Macedonia: *Affluenter successus ejus ampliandis opibus proficiebant.* Compar. *Affluentius voluptates haurire.*, Cic. 5 Tusc. cap. 6. *Affluentius vivere*, Nepos 25, 14, 2.

¶ Affluentia, æ, der überfluß. Cicer. pro Lege Agrar. contra Rullum 2 cap. 35 *Ex hac copiâ atque omnium rerum affluentiâ nata est arrogantia.* Plinius Panegyr. cap. 29 *Instar perpetui congiarii reor affluentiam annonæ.* Nepos Attico cap. 13 *munditiem, non affluentiam affectabat.* Ita enim locum eum Lambinus Schottusque restituunt: quamquam & vulgaris lectio tolerari queat.

¶ Circumfluere, umher fliessen, herum fliessen. Pomponius Lege 30 § 2 de acquirendo rerum dominio: *Agrum amnis circumfluit.* ¶ Deinde idem quod affluere, in *abundandi* significatu: ut, *Circumfluere & abundare omnibus rebus*, Cic. 5 in Verr. cap. 4, alles vollauf haben. *Secundæ res circumfluunt vos*, Curt. 10, 2, 22, ihr habt lauter gut glück, ihr seyd glückselig.

¶ Circumfluens, tis, umfliessend, häuffig, umgeben; ut, *circumfluens exercitus*, Cic. pro Mur. cap. 24. *res circumfluentes*, Idem Parad. cap. 2. *semper in laude versatus, circumfluens gloria*, Idem ad Att. 2, 21.

¶ Circumfluus, a, um, idem: ut, *circumfluus amnis*, Ovid. 15 Metam. v. 739. *Tellus præcincta circumfluo mari.* Plinius lib. 2 cap. 66. Etiam passive: *Vrbs gemino circumflua ponto*, Val. Flaccus lib. 5 v. 442. *Circumflua Tibridis alti insula*, Ovid. c. l. v. 624.

¶ Confluere, conjungi, zusammenfliessen: ut, Tibull. lib. 4 eleg. 1 v. 20 *Qualis & in curvum pontus confluxerit orbem.*

¶ Tralate est concurrere, magno numero accurrere, hauffenweise zulauffen. Cæsar 7 Gall. c. 44 *magnus ad eum quotidiè numerus confluebat.* Conf. Curt. 10, 4, 15. Nepos 7, 6, 1, & Vellej. 2, 72, 5.

¶ Confluens, tis, zusammen lauffend; Lepidus Ciceroni lib. 10 epist. 24 *Ab confluente Rhodano castra movi.* Sic, *auxiliis confluentibus*, Vellej. 2, 55, 2. *Turba confluentium*, Idem 2, 80, 4.

¶ Confluens, tis, subst. masc. est, ubi duo fluvii confluunt, der zusammen-fluß, wo zwey wasser zusammen fliessen. Plinius lib. 3 cap. ult. *Mœsia incipit a confluente supra dicto*, id est, Savi & Danubii. Et lib. 6 cap. 26 *in confluente Euphratis, fossa perducti, atque Tigris.*

¶ Confluentes, ium, plur. idem. Eodem libro Plinius cap. 27 pr. *Est etiamnum oppidum Mesopotamiæ in ripa Tigris circa confluentes, quod vocant Digbam.* ¶ Hinc & *Confluentes*, & *Confluentia* vulgo, civitas vetus Rhenana, Coblentz, inde dicta, quod ad eam Rhenus & Mosella confluant.

¶ Cónfluentia, æ, subst. fœm. die zusammenfliessung. Macrobius lib. 7 Sat. cap. 4 *Hæc est triplex caussa vel podagræ, vel cujuslibet morbi, multitudo humoris, fortitudo membri a se repellentis, & recipientis infirmitas.* Sic recentiores libri. Vbi Pontanus adnotavit: *ex scripto & veteribus supplendum: Vel cujuslibet ex confluentia morbi. Nam mala capit, quæ ἐκ ῥεύματος oriuntur.*

¶ Confluus, a, um, adject. zusammenfliessend, Prudentius Cathemer. 5 v. 76 *Vnda revolvitur*
In semet revolans gurgite confluo.

¶ Confluges, Nonio interprete, loca, in quæ rivi diversi confluunt, der zusammenfluß. Livius Andronicus apud eumdem: *Confluges ubi conventu campum totum inhumigant.* Est autem a *confluo*, ut Fruges a *fruo*, quod pro *Fruor* dicebant veteres. Vide Salmasium loco mox indicando.

¶ Conflugium, i, idem, quod Salmasius Solino cap. 9 restituit: *Rupium cavamina, quæ fluctuum conflugiis nunc adesa sunt.* Vulgo *confligiis* lectum, vide ejus in h. l. Exercitat. p. 109.

¶ Confluvium, i, idem. Severus in Ætna v. 325
Donec confluvio revolutis æstibus amnis
Exsilit, i. e. incendia eructantur.

¶ Confluxus, ûs, der zufluß, zulauff, vulgare, sed absque veterum autoritate.

¶ Defluĕre, desinere fluere, verfliessen, verlauffen. Seneca lib. 3 Quæst. Natur. cap. 3 *Sed & magnæ latentesque undæ sunt: itaque etiam, cum hiberni defluxere torrentes, faciem suam servant.* Horat. lib. 1 epist. 2 v. 42

Rusticus exspectat dum defluat amnis, at ille
Labitur, & labetur in omne volubilis ævum.

Translate, *Tempus defluit*, die zeit vergehet: Sallustius principio Jugurth. *Vbi per socordiam vires, tempus, ingenium defluxere.* ¶ 2. Est decidere, delabi, herunterfallen. Sic *defluere capillus* Plinio dicitur. Virg. Æneid. 11 v. 500

quem tota cohors imitata relictis
Ad terram defluxit equis.

Livius lib. 2 cap. 20 *Moribundus Romanus, labentibus super corpus armis, ad terram defluxit.* Curtius lib. 7 cap. 7 *Hæc agentem omnia defecit, corpusque ex equo defluxit in terram.* Claudianus Epithal. Palladii & Celerinæ v. 40

Ad terram tacito defluxit fistula lapsu.

¶ Defluxio, ōnis, die abfliessung. Firmicus lib. 3 cap. 7 n. 8 *per gonorrhœam, id est, defluxionem seminis.*

¶ Deflŭvium, i, idem. *Defluvium capillorum*, Plin. 28 cap. 11. *capitis*, Idem lib. 11 cap. 39, das haar-ausfallen.

¶ Defluus, a, um, quod decidit, abfliessend, abfallend. *Guttatim defluus*, Apul. Met. 3. *Capillus defluus*, Plin. lib. 20 cap. 4. Sed Prudentio in Cypriani passione v. 30 *deflua cæsaries*, est prolixa, promissa, ein lang haar. Verba ejus sunt:

Deflua cæsaries compescitur ad breves capillos.

¶ Diffluĕre, zerfliessen, zerrinnen; ut, *Humor diffluit*, Lucret. 3 v. 436. Translate Terentius Heaut. a. 5 sc. 1 v. 71

qui nunc lascivia, & luxuria diffluit.

Cicero lib. 1 de Offic. cap. 30 *Si considerare volumus, quæ sit in natura excellentia, & dignitas: intelligemus, quam sit turpe, diffluere luxuriâ, & delicatè ac molliter vivere*, wollüstig, liederlich seyn.

¶ Effluere, effundi, ausfliessen. Pomp. Mela lib. 3 cap. 2 extr. *Effluit Rhenus*, der Rhein fällt in die see. *Humor lactis effluit*, Plinius 25 cap. 7.

¶ Ad alia deinde transfertur. *Effluere ex animo*, Cic. 7 fam. epist. 14, aus dem sinn kommen, entfallen. *Ætas effluit*, Idem Senect. cap. 2, die zeit entwischet. *Vires effluunt lassitudine*, die stärcke verlieret sich, Liv. lib. 7 cap. 33. Et Terent. in Eun. a. 1 sc. 2 v. 41 *Vtrumque hoc falsum est, effluet*, id est, non continebitur; vulgabitur, es wird auskommen, nachgesaget werden.

¶ Effluus, a, um, ausfliessend. Festus Avienus in Prognost. Arat. v. 393 *si flammis emicet ignis Effluus.*
Idem Periegesi v. 1162 *in pontum cadit effluus amnis.*

¶ Effluvium, i, der ausfluß; ut, *Humoris è corpore effluvium*, Plin. lib. 7 cap. 51. Loquitur autem de prostratis lethali morbo, qui urinam nequeunt retinere.

¶ Effluentia, æ, die ausrinnung, tribuitur quoque Plinio lib. 26 cap. 10, sed meliores libri *affluentia* habent.

¶ Supereffluere, überflüssig seyn. Paulinus de obitu Celsi v. 511
Quidquid inique, tibi nullo supereffluit usu.

¶ Influere, einfliessen. Cic. 1 Tusc. cap. 39 *Hypanis fluvius ab Europæ parte in pontum influit.* Et lib. 1 de Divin. cap. 35 extr. *ut flumina in contrarias partes fluxerint, atque in amnes mare influxerint. In animos teneros atque molles influere*, Idem 2 de Leg. cap. 15, id est, demitti.

¶ Influens, tis, hineinfliessend: ut, *amnis influens*, Curt. 8, 9, 8. Translatè Cicero de Provinc. Cons. cap. 13 *Influentes in Italiam Gallorum maximas copias repressit*, so mit hauffen in Italien einfielen, id est, se infundentes. Et Plin. Paneg. cap. 81 *paria facere cum influentibus negotiis*, mit vorfallenden geschäfften, quæ magna copia velut inundant.

¶ Influentia, æ, die einfliessung, astrologorum vox est, de cæli & astrorum operatione in hæc inferiora.

¶ Influxio, onis, der einfluß. Macrob. 1 Somn. Scip. cap. 12 *materialis influxio in corpus.*

¶ Influxus, ûs, idem. Jul. Firmicus lib. 1 cap. 1 *Ex stellarum influxibus pendere.* Idem lib. 4 cap. 13 *talis siderationis influxu*, i. e. vi vel tactu. Vorst. de Lat. susp. cap. 14 p. 109 propriam significationem, pro illapsu in mare, ex sola analogia defendit. Vide Antibarbar. Cellarii p. 57, & Cur. post. p. 218.

¶ Subinfluere, hineinfliessen. Seneca 3 Quæst. Nat. cap. ult. *Aliæ aquæ subinfluunt terras, aliæ circumfluunt.*

¶ Interfluere, darzwischen fliessen. Plin. lib. 3 cap. 5 *Vtraque civitate fœderata, angusto freto interfluente.* Idem lib. 6 cap. 28 *amne interfluente.* Passive Apulejus de Mundo p. 59 *Insulæ interfluuntur.* Translate Cic. de Senect. cap. 6 *cum inter duos consulatus anni decem interfluxissent.*

¶ Interfluus, a, um, qui interfluit, durchfliessend. Solinus, *Scinditur amne interfluo*, es scheidet sie ein wasser, das dadurch fleust, c. 66 (al. 53) de Taprobana. Et Plinius lib. 6 cap. 26 de Babylone, *interfluo Euphrate.*

¶ Perfluĕre, humorem transmittere, durchfliessen, auslauffen, ausgehen. Ter. in Eun. a. 1 sc. 2 v. 25 *Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo*, ich kan nicht schweigen. *Perfluere voluptatibus perpetuis*, in steter wollust leben, Cicer. de Finibus lib. 2 cap. 35. Passive Arnobius lib. 6 p. 191 *pluvialibus nimbis perfluuntur.*

¶ Perfluus, a, um, durchfliessend. Apulejus lib. 11 p. 260 metaphorice; *incessu perfluo fœminam mentiebatur*, er schwäntzete im gehen auf weiber-art.

¶ Perfluxus, a, um, sehr vergänglich, Quintil. Declam. 314.

¶ Præterfluere, fürüber fliessen. Livius lib. 41 cap. 11 *amnem præterfluentem mœnia novo alveo avertit.* In qua significatione Plinius utitur verbo

¶ Præfluĕre, ut lib. 5 cap. 30 *Pergamum præfluit Cetias, profusus Pindaso monte.* Tacitus Annal. 15 c. 15 *Interim flumini Arsaniæ (etenim is castra præfluebat,) pontem imposuit.*

¶ Præ-

¶ Præfluus, a, um, vorbeyfliessend. Plin. Hist. lib. 19 cap. 4 *hortos esse riguos habendos præfluo amne.*

¶ Prōfluĕre, herfliessen. Cicer. 3 de Orat. cap. 48 *Loquacitas perennis, & profluens.* Idem de Cl. Orat. cap. 61 *Expedita ac profluens celeritas*, eine fertige und fliessende behendigkeit zu reden.

¶ Profluens, tis, subst. flumen, ein fluß, fliessend wasser. Cic. 2 de Invent. cap. 50 *In carcerem deductus est, ut ibi esset tantisper, dum culeus, in quem conjectus in profluentem deferretur, compararetur.* Livius tamen adponit *aquam* lib. 1 cap. 4; *pueros in profluentem aquam mitti jubet.* Hæc ergo aut similis vox subaudienda, dum absolute ponitur.

¶ Profluenter, adv. abundanter, überflüßig. Cic. 5 Tuscul. c. 18 *omnia profluenter, absolute, prospere.* Sic, *profluentius exsequi*, est copiosius latiusque dicere, Gellius lib. 14 cap. 1.

¶ Profluentia, æ, überfluß, fliessigkeit: ut, *Inanis quædam profluentia loquendi*, Cic. in Partit. Orat. cap. 23.

¶ Profluus, a, um, semper profluens, fliessend: ut, *Profluus amnis*, Plin. 19 cap. 4. *Lacrymæ profluæ ubertimque manantes*, Sidon. 4 epist. 23. Prudentius Romano v. 843

Venarum ut undam profluam manantium.

Paulinus Petrocorius de Visit. Nepot. v. 6 contra poëtarum usum primam corripuit ex animadversione Barthii:

Tam profluo augmento faceret, &c.

¶ Profluvium, i, der ausfluß: ut, *Profluvium alvi*, Columell. 9 cap. 12, der bauchfluß, durchfall. *Profluvium mulierum*, Plin. 7 cap. 15. *Profluvium sanguinis*, Idem 24 cap. 13, der blutgang. *Profluvium sanguinis inhibere*, das blut stillen, Plin. 23 c. 2. *Profluvio laborare*, Celsus præfatione, den durchfall haben.

¶ Rĕfluere, zurück fliessen. *Mare stridit refluentibus undis*, Virg. 4 Georg. v. 262.

¶ Refluus, a, um, zurückfliessend. *Refluum mare*, Plin. 2 cap. 97. *Refluo gurgite*, Stat. 5 Silv. 1 v. 91.

¶ Subterfluere, unten fliessen, drunter wegfliessen. Plin. lib. 8 cap. 50 *Torrente rapido minaciter subterfluente.* Et Vitruvius lib. 8 cap. 2 *Nigir sub montes desertos subterfluens.* Translate Eumenius panegyr. Constantini cap. 15 *eos felicitas ingrata subterfluit.*

¶ Superfluere, redundare, überfliessen, übergehen. *Fons superfluit*, Plin. lib. 31 cap. 4. *Pecunia superfluens*, Seneca 1 de Benefic. cap. 11. *Facultates superfluentes*, Quintilian. sub fin. declam. 15.

¶ Superfluus, a, um, überley, übrig; ut, *bonorum superfluum*, Lege 58 § ult. D. ad SC. Trebellian. Proprie exundans, überlauffend, überfliessend. Plin. Panegyr. cap. 82 *flumina campis superflua*, die über die felder gehen.

¶ Superflue, adverb. zum überfluß. Augustinus lib. 2 de Genesi contra Manichæos cap. 7 *Superflue quæritur, unde hominis corpus Deus fecerit.* Idem lib. imperfecto de Genesi ad lit. cap. 14 extr. *de aliis aquis superflue diceret.* Et Salvianus ad Eccles. procemio: *Superflue uni aut paucis scribitur, ubi est caussa cunctorum.*

¶ Superfluitas, atis, der überfluß. Plin. 14 cap. 1 *superfluitate pampinorum*, id est, palmitum, *atria replere.*

¶ Transfluere, durchfliessen, drüber hin fliessen. Plinius lib. 11 cap. 38 extr. *Certum est, multis* [sanguinem] *non transfluere perfossis.* Claudianus epist. ad Probinum v. 5 *Transfluxere dies.* Et Augustinus Confess. lib. 9 cap. 12 pr. *mæstitudo transfluebat in lacrymas.*

¶ Transfluviare, flumen transgredi, übersetzen über den fluß. Commodian. Instruct. 50 *Transfluviat hostis, tu sub latebra conde.*

II. Composita cum nominibus:

Hæc fere sunt Poëtarum propria: ut, Dulcifluus; Ignifluus; Largifluus; Longifluus; Lucifluus; Mellifluens & Mellifluus; Multifluus; Piscifluus; Putrifluus; Rorifluus; Splendifluus; Vestifluus; Vndifluus; quæ singula in prioribus membris reperies. Sequentia vero componuntur cum numeralibus:

¶ Quadrifluus, a, um, vier-strömig. De Paradiso Prudentius Cathemerin. 3 v. 103

Ver ubi perpetuum redolet,
Prataque multicolora latex
Quadrifluo celer amne rigat.

¶ Quadrifluvius, a, um, quadripartito venarum cursu fluviatus. De abiete Vitruvius 2 cap. 9 *quadrifluviis dissparatur.* vid. Baldi Lex. Vitruv. p. 97, & Salmas. in Solin. p. 727.

¶ Septemfluus, a, um, sieben-strömig; ut, *septemflua flumina Nili*, Ovidius 15 Metamorph. v. 753.

¶ Septifluus, a, um, idem. In libris Petronii lectum fuit: *quem Lydus adorat Septifluus.* Sed quod Nilo, quam Lydo, magis aptum hoc epitheton est, Turnebus lib. 26 Advers. cap. 6 substituit *Vestifluus*, quem docti magno consensu secuti sunt.

FLVSTRA, orum, die meer-stille. *Flustra dicuntur*, inquit Festus, *quum fluctus in mari non moventur, quam Græci μαλακίαν vocant.* Tertull. de Pallio cap. 2 *Sic & mari fides infamis, dum & flabris æque mutantibus, de tranquillo probum, de flustris temperatum, & extemplo de decumanis inquietat.*

Fluta, Fluto, Fluxus, vide in *Fluo*.

Focale, focaneus; Focarius, focillo, quære in *Faux*, *Focus*.

FŎCVS, foci, quod ignem foveat, eine feuerstätte, ein heerd. Horat. lib. 1 od. 9 v. 5 *Ligna super foco large reponere*, starck feuern. Ovid. lib. 6 Fastor. v. 301

At focus à flammis, & quod fovet omnia, dictus.

Horat. 1 epist. 5 v. 7 *Focus splendet jamdudum*, die küche ist bestellt. Idem lib. 1 epist. 14 v. 2 *agellum habitatum quinque focis*, id est, domibus dixit. *Certare pro aris & focis*, Cicer. 3 Nat. D. cap. 40. Et Tibull. lib. 1 elegiarum ineunte:

Me mea paupertas vitæ traducat inerti,
Dum meus assiduo luceat igne focus.

¶ Fŏcŭlus, i, diminut. ein heerdlein. *Foculum excitare buccâ*, das feuer aufblasen, Juvenal. satyr. 3 v. 262. ¶ 2. Batillum, eine kohlpfanne. Plaut. Captiv. a. 4 sc. 2 v. 67 *Epulas fovere foculis ardentibus*, auf die wärm-pfanne setzen.

¶ Focula, orum, nutrimenta sunt ignis; teste Marcello cap. 1 n. 31, a fovendo, ut fomenta, was da wärmet. Plaut. Pers. a. 1 sc. 3 v. 24 *Intus ventris fumant focula.* Idem Capt. a. 4 sc. 2 v. 67 *focula ferventia.* Hinc &

¶ Foculare, pro fovere, wärmen, teste eodem Nonio l. c.

¶ Fŏcāria, concubina, köchin. Lege 2 Cod. de Donation. inter virum & uxor.

¶ Fŏcārius, a, um, adject. ut, *Focarius panis*, in foco aut cinere coctus, aschen-brod, apud Isidor. 20 cap. 2. ¶ Substantivè, *Focarius*, qui foco curat, ein koch. Vlpian. Lege 1 § 5 Dig. de Naut. Caupon. & Stabular. *Qui opera mediastini fungitur, non continetur, utpote atriarii, & focarii, & his similes.* Onomast. vet. *Focarius*, ἐσχάριος. ¶ Et fœm. subst. *Focaria*, eine köchin. Ita Hieronymus μαγειρίσσας, 1 Sam. 8 v. 13 *focarias* reddidit. Conf. l. 15 ff. de instruct. & instr. & l. 3 C. de condit. insert. Pro concubina ponitur l. 3 C. de Donat. inter vir. & uxor.

¶ Fŏcillo, are, a *focus*, *foculus*, est fovere, calefacere, recreare, hegen, wärmen, erquicken. Sen. epist. 13 *Pudet me sic tecum loqui, & tam levibus remediis te focillare.* ¶ *Focillari*, pro fovere, deponens est Varroni apud Nonium cap. 7 n. 108 *Suum quisque diversi commodum focillantur.* ¶ Cum *Fŏcillare* confundunt etiam *Fŏcĭlare*, quod scribitur uno L. Vnde Vet. Gloss. *Focilat*, θωπέφει. Et Lucanus (huic enim vulgo inscribitur hoc poëmation) Panegyr. in Pisonem v. 114

Sed miserum parva stipe focilat, ut pudibundos &c.

Casaubonus vero a faucibus derivat *focilare*, ut proprie sit, ægras fauces appositâ lanâ fovere. Pro quo Lucanus etiam est, qui primam produxit, & mediam corripuit. At Scaliger legit *munerat*.

¶ Focillatus, a, um, participium passivum, gehegt, aufgewärmt. Sueton. Aug. cap. 17 *M. Antonii societatem semper dubiam & incertam, variisque reconciliationibus male focillatam abrupit.*

¶ Focillatio, ōnis, die erwärmung, stärckung. *Focillationes*, inquit Festus, *a fovendo, id est, calefaciendo dictæ sunt.*

¶ Rĕfŏcillo, are, est recreare, reficere, stärcken, erquicken. *Lugentem efficacibus remediis refocillare*, Seneca 3 Benef. cap. 9, trösten.

¶ Refocillatus, a, um, gestärckt, erquickt. Plin. 3 epist. 14 *Paucis diebus ægre refocillatus decessit.* Idem epist. 16 *Arria refocillata.*

¶ Suffŏco, are, räuchern, etiam a *Focus* est, cum primam correptam habet: Propertius lib. 4 eleg. 9 sub fin.

Dein quæcunque locum externæ tetigere puellæ,
Suffocat, & pura limina tergit aqua.

Vide ibi Scaligero notata.

FŎDIO, fōdi, fossum, fodĕre, graben. *Fodere metallum*, Plin. 2 cap. 63 ertz graben. *Fodere hortum*, Plaut. Pœn. a. 5 sc. 2 v. 59, im garten graben. *Fodere latus*, einen in die seite stechen, Horat. lib. 1 epist. 6 v. 51. *Noli fodere*, Terent. Hecyr. a. 3 sc. 5 v. 17, stoß mich nur nicht. *Terram fodere*, ackern, Idem Heaut. a. 1 sc. 1 v. 17. *Equi fodere calcaribus armos*, dem pferde die spornen geben, Virg. 6 Æn. v. 881. *Jugulum alicujus ense fodere*, i. e. transfodere, Martial. Spect. 7. ¶ *Fodire* quartæ conjug. est apud Columell. 11 cap. 2 *Seminaria commode fodiri possunt.* Conf. *Circumfodere.*

¶ Fodo, are, pro fodere, dixerunt veteres. Fest.

¶ Fŏdĭco, are, frequent. afficere dolore, grübeln, sticheln, beissen, wehe thun. *Emamus, qui fodicet latus*, Horat. c. l. ex alia lectione, quod Ammianus lib. 29 cap. 7 de ultimo supplicio, cum miseri homines ungulis in eculeo lacerabantur, usurpavit. Cicero 3 Tuscul. cap. 16 *Non est in nostra potestate, fodicantibus iis rebus, quas malas esse opinemur, dissimulatio vel oblivio.* Plaut. Bacch. a. 1 sc. 1 v. 30 *aculeata sunt, animum fodicant*, i. e. affligunt, es kränckt.

¶ Fŏdīna, æ, ein bergwerck; ut, *Fodinæ argenti*, & *argentifodinæ*, Plinius 33 cap. 6, silber-bergwerck. *Colere fodinam*, eine zeche bauen. *In fodinam descendere*, einfahren. Hinc composita: Argentifodina, Aurifodina, Cretifodina, Salifodina; De singulis vide suis in locis.

¶ Fossa, æ, ein graben, eine grube. Cic. ad fam. 15 epist. 4 *Oppidum vallo & fossâ circumdare*, graben herumführen. *Fossam oblimatam detergere*, Sueton. Aug. cap. 18, ausführen. *Fossam cratibus integere & aggere explere*, Cæsar lib. 6 de B. G. cap. 79 extr. ausfüllen.

¶ Fossula, æ, ein grüblein. Cato R. R. cap. 161 *Dein fossulas facito, qua radices asparagi demittas.*

¶ Fosso, are, pro fodere, Ennius dixit apud Varronem de L. L. 6 cap. 5 *Decretum est fossare corpora telis.* Hinc

¶ Fossatum, i, subst. posteriore ævo pro *fossa* dictum, ea præsertim, quæ castris circumducebatur. Capitolinus in Gordian. cap. 28 *castra omnia fossato circuibat.* vide ibi Salmasium. Vnde factum, ut interdum pro castris ipsis sumatur, ut ibidem Salmasius, & ex Modestino Casaubonus observat. De urbis fossa, mœnibus circumdata, Vegetius dixit lib. 4 cap. 16 *Civitatis fossatum apportatis lapidibus, lignis, ac terra complent*, der stadt-graben; vide quæ Stewechius ibi commentatus est. De hortis Palladius lib. 11 sive Septembri, cap. 13 *circumveniente fossato, vel luto structis parietibus.* Qui etiam ex Plinii lib. 17 cap. 21 id nominis afferunt, falluntur, Harduino judice, qui *fossum* ibi, participium; non *fossatum*, nomen, legit. ¶ Conf. Gœsii Ind. in rei agrariæ script. ubi etiam *Fossatus*, terminus in fossato positus, ex p. 254 *Constituimus fossatos, quos Augusteos appellamus.* Et ex p. 267 *Fossati alii finales majores.*

¶ Fossor, ōris, ein gräber, bergmann. Columella lib. 3 cap. 13 *Si fossore tantum terra versetur*, cui opponit ibidem *versare bubus.* Virgil. 2 Georg. v. 264

Et labefacta movens robustus jugera fossor.

¶ Fossio, ōnis, das graben; ut, *Puteorum fossio*, Vitruv. lib. 8 cap. ult. Et Cicero de Senect. cap. 15 *Fossionibus terra fit fæcundior*, durch graben wird das erdreich fruchtbarer. Et Columella lib. 4 extr. *Cultus* [castaneti] *ejusdem est fossionis, qui vineæ*, es muß gehacket werden, wie ein weinberg.

¶ Fossūra, æ, idem. Sueton. Calig. cap. 37 *complanata fossuris montium juga.* Adde Vitruv. lib. 8 cap. 1.

¶ Fossītius, a, um, gegraben; ut, *Arena fossitia*, Pallad. lib. 1 cap. 10.

¶ Fossĭlis,

¶ Fossilis, e, quod foditur, das man gräbt; ut, *Sal fossilis*, stein-saltz, Plin. 36 cap. 10, quod Largo Compos. 60 est *fossitium sal.*

Composita à *Fodio*:

¶ Adfódio, ĕre. Plin. lib. 2 cap. 68 *Furto vicini cespitem nostro solo adfodimus*, es ist unrecht, wenn wir dem nachbar eine furche abackern. Vide ibi Harduin.

¶ Circumfŏdĕre, umher graben, umgraben; ut, *Circumfodere platanos*, Seneca epist. 12. Cato de R. R. cap. penult. *& sic circumfodito, ut facile evellere possis.* Plinius lib. 7 cap. 19 *ratio arbores circumfodiendi*, die bäume aufzugraben. ¶ Hoc verbum etiam in 4 forma à Columella lib. 5 cap. 9 inflexum repetimus: *Olivetum debet bidentibus alte circumfodiri.*

¶ Circumfossor, ōris, der umgräbt. Plinius lib. 17 cap. 24 *Cum circumfossor injurioso ictu* [vites] *verberavit.*

¶ Circumfossura, æ, das umgraben. Idem cit. lib. cap. 26 *Cupressus aspernatur circumfossuram amputationemque.*

¶ Confŏdere, durchgraben, durchstechen. *Confodere aliquem vulneribus*, Livius 24 cap. 7. Et de Julio Cæsare, Sueton. cap. 82 *tribus & viginti plagis confossus est.*

¶ Confossus, a, um, durchstochen, zerstochen. *Super amicum sese projecit confossus*, Virg. Æn. 9 v. 444. *Multis vulneribus confossus*, sehr verwundet, Curt. 5, 13, 25. Apud eumdem reperias *Confossos hastis, jaculis*, 3, 11, 11, & 9, 5, 17. Comparativo usus est Plautus Bacch. a. 4 sc. 8 v. 48 *Te faciam confossiorem soricina nænia*, hoc est, magis confossum, quam cum sorex in muscipula deprehensus confoditur. vid. Scalig. in Conject. p. 142.

¶ Dēfŏdere, est fodiendo implantare, eingraben; ut, *defodere vineam*, Cato cap. 50. Refertur & ad alia: *Signum in terram defodere*, Liv. lib. 8 cap. 10, vergraben, verscharren. *Defodere thesaurum*, Cicer. 2 Divin. cap. 65. *Defodere cadaver*, begraben, Livius lib. 3 c. 33.

¶ Defossus, a, um, eingescharrt, vergraben; ut, *Talpæ defossæ sepultisque similes*, Plin. 30 cap. 3. *Defossa talenta argenti*, Virg. Æneid. 10 v. 526. *In defossis specubus agere*, Idem Georg. 3 v. 376.

¶ Defossus, ûs, die einscharrung. *Area in defossu cavata*, Plin. 19 c. 8.

¶ Effŏdere, ausgraben, ausscharren. Ovid. 1 Metam. v. 140

Effodiuntur opes irritamenta malorum.

Effodere argentum penitus abditum, Cic. 2 Off. cap. 3. Et, *Effodere oculos*, die augen ausstechen, Terent. Eunuch. a. 4 sc. 6 v. 2. Eleganter Cicero pro M. Marcello cap. 4 *Equidem cum M. Marcelli lacrimas vobiscum viderem, omnium Marcellorum meum pectus memoria effodit*, i. e. sollicitavit, stimulavit, & sauciavit quodammodo.

¶ Effossus, a, um, ausgegraben. Virg. Georg. 4 v. 42 *Effossis latebris sub terra fodere.* Vellej. 2, 52, 2 *Effossum alterum imperii lumen.*

¶ Infŏdere, eingraben. C. Nepos Pausania extremo: *Corpus infoderunt.* Virg. 11 Æn. v. 206 *corpora multa virûm terræ infodiunt.*

¶ Infossus, a, um, eingegraben. Horat. Epod. 5 v. 32 *Infossus puer.* Et Stat. Theb. 8 v. 534 *Infossa cerebro vulnera.*

¶ Interfŏdere, darzwischen graben. Lucretius lib. 4 v. 720 *Pupillas interfodiunt.*

¶ Perfŏdere, durchgraben. *Perfodere parietes, vicinos compilare*, Cic. in Vatinium cap. 5. Et, *Perfodere montem*, Varro 3 de R. R. cap. 17.

¶ Perfossus, a, um, durchstochen, durchlöchert. *Bis sex locis thorax petitus perfossusque*, Virgil. Æneid. 11 v. 10. *Perfossum pectus*, Stat. 9 Theb. v. 522.

¶ Perfossor, ōris, ein durchbrecher. Gloss. Vet. *Perfossor*, διωρύκτης. Plautus Pseud. a. 4 sc. 2 v. 23 *perfossor parietum.* Usus & Apulejus in Apolog. p. 460 *qui vectem quæsierit, perfossor.*

¶ Perfossio, ōnis, ein durchbruch, in eodem Glossario διορυγὴ & διορυγμὸς *perfossio* vertuntur.

¶ Perfossura, æ, idem. Ibidem ita redditur Græcum διορυγή.

¶ Imperfossus, a, um, non perfossus, undurchgraben. Ovid. Metam. 12 v. 496 *manet imperfossus ab omni,*

Inque cruentatus.

¶ Præfodere, vorgraben. *Præfodiunt portas*, Virgil. Æn. 11 v. 473, hoc est, Servio interprete, ante portas fossas faciunt. Ovidius 13 Met. v. 60 *præfoderat aurum*, id est, ante defoderat.

¶ Rĕfŏdere, wieder ausgraben, wieder umgraben. Et Columella lib. 2 c. 2 extr. *Radices omnes refodiat.* Idem lib. 4 cap. 32 *illud de integro refodi debet.* Plin. 2 cap. 63 *si ulli essent inferi, jam profecto illos avaritiæ atque luxuriæ cuniculi refodissent.*

¶ Refossus, a, um, wieder gegraben. Plin. 19 c. 5 *Solo quam altissime refosso.*

¶ Suffodere, aufgraben. *Sues rostro suffodiunt*, Colum. 2 cap. 18, sie wühlen auf.

¶ Suffossus, a, um, durchstochen, untergraben; ut, *Suffosso revolutus equo*, Virg. Æn. 11 v. 671. Conf. Cæs. de B. G. 4 cap. 12. *Sacella suffossa*, Cic. de Arusp. Resp. cap. 15.

¶ Suffossio, ōnis, die untergrabung, unterminirung. Seneca epist. 49 *cum ipsum solum suffossionibus atque cuniculis tremeret.* Vitruv. 1 c. 5 *neque arietes, neque suffossiones valent nocere.*

¶ Transfodere, durchstechen. *Latus transfodere*, Livius lib. 39 cap. 42 extrem.

¶ Transfossus, a, um, durchstochen, durchbohret. Virg. 9 Æn. v. 544 *duro transfossi ligno.* Et Valer. Flaccus lib. 6 v. 222 *inguine transfosso cadere.*

FOECUNDUS, a, um, uber, ferax, fruchtbar, reich. *Provincia fæcunda annonæ*, Tacit. 1 Hist. cap. 11, korn-reich. *Terra metallorum fæcunda*, ein land reich von ertz, Plin. 33 cap. 4. *Fossionibus repastinationibusque fit multo terra fæcundior*: Cicer. de Senect. cap. 15. *Sue nihil genuit natura fæcundius*, Cicer. de Nat. Deor. lib. 2 cap. 63 extr. *Fæcundi calices*, Horat. 1 epist. 5 v. 19, gute trüncke, vollgeschenckte becher. *Fæcunda rumoribus colonia*, Tacitus 1 Hist. cap. 51. *Amor & melle & felle est fæcundissimus*, Plaut. Cistell. a. 1 sc. 1 v. 72. *Gens fæcundissima*, id est, frumenti dives, Plin. Panegyr. cap. 31.

¶ Fœcunde, adverbium, fruchtbarlich. Plin. 16 cap. 36 *Arundo recisa fæcundius resurgit.*

¶ Fœcunditas, atis, ubertas, copia, die fruchtbarkeit. Cicer. de Nat. Deor. 2 cap. 60 *Aquarum inductionibus terris fæcunditatem damus.* Idem de Oratore 2 cap. 21 *Volo, se efferat in adolescente fæcunditas*, scil. orationis & verborum nimium redundantium.

¶ Fœcundo, are, fertilem efficere, fruchtbar machen. Virgil. 4 Georgicorum de Nilo v. 290

Et viridem Ægyptum nigrâ fæcundat arenâ.

Pallad. 12 tit. 1 *Satione fæcundatur terra.* Mamertin. Paneg. Juliani cap. 22 *Liberalitas non fit effœta gignendo, sed per vices fructuum fæcundatur.* Et Augustinus lib. 13 de Trinit. cap. 18 *Credendo fæcundata est virginitas*, scilicet Mariæ.

¶ Fœcundĭto, are, idem quod fœcundare. Vox aureæ ætatis ex fragmento orationis funebris deprompta apud Fabrettum Inscript. p. 169.

Composita:

¶ Effœcundo, are, idem, aut aucta significatione. Vopiscus in Probo cap. 21 *Cum Sirmium venisset, ac solum patrium effæcundari cuperet & dilatari.*

¶ Infœcundus, a, um, sterilis, unfruchtbar; ut, *Infæcunda semina*, Virgil. 2 Georg. v. 48. *natura*, Stat. 3 Silv. 1 v. 167. *Ager arbori infæcundus*, Sallust. Jugurth. cap. 17. Comparativo usus est Columella lib. 2 cap. 4 *Infæcundior*, inquit, *materia mista pinguiori segetem minus uberem reddit.* Et Prudentius lib. 2 advers. Symmach. v. 954 *infæcundior annus.*

¶ Infœcunde, adverb. seichte. Gell. 19 cap. 3 *Infæcunde atque jejune laudare*, id est, frigide, parce, & infra meritum.

¶ Infœcundĭtas, atis, sterilitas, die unfruchtbarkeit. *Infæcunditas agrorum*, Columella principio prooemii: *terrarum*, Tacit. lib. 4 Annal. cap. 6; *foliorum*, quæ cum nullis fructibus conjuncta sunt, Hieron. adv. Helvidium cap. 1.

¶ Perfœcundus, a, um, sehr fruchtbar. Pomp. Mela lib. 1 cap. 9 pr. *Ægyptus hominum aliorumque animalium perfæcunda generatrix.*

¶ Præfœcundus, a, um, idem, vel præmature fœcundus. Plinius lib. 16 cap. 27 *Celerius senescunt præfæcunda.*

Fœderare, Fœderatus, vide in *Fædus, ĕris*; Fœditas, Fœdo, in adjectivo *Fædus, a, um.*

FOEDUS, ĕris, pactio seu pactum publicum, ein bund, vereinigung, verbündniß. *Fædus facere cum aliquo: fædus inire, percutere, ferire, icere*, sich mit einem verbinden, in ein bündniß treten: Cicero Philipp. 13 cap. 2 *O ratum religiosumque fædus, quod cum his fecerimus.* Livius lib. 21 cap. 18 *Lutatius primo nobiscum fædus icit.* Et ibidem: *fædus publico consilio ictum est.* Et, *Jungi fædere alicui*: Livius lib. 26 c. 24 *Si populus Romanus fædere jungeretur regi*, Philippo. Et, *Societatem fædere confirmare*, Cic. 2 Philipp. cap. 35. *Fædus* vel *fædera negligere, violare, rumpere, infirmare*, brechen, schwächen; *Facere contra fædus*: omnia hæc Ciceronis sunt. Claudianus 2 in Eutrop. v. 213

Nunc qui fædera rumpit,
Ditatur: qui servat, eget.

Livius lib. 21 cap. 18 *Si vos non tenent vestra fædera*, plane ut nostri dicunt, wenn ihr an den bund nicht gehalten seyd. Differunt *fædus, pactio & sponsio*, quod *fædus pactione, pactio sponsione* firmior atque stabilior sit. ¶ *Percuti* autem, *feriri, ici fædera* dicebantur, quod, cum fierent, porca à feciali lapide silice feriretur, cum precatione, ut, per quem populum fieret, quo minus staretur fœderis legibus, eum ita feriret sive percuteret Jupiter, quemadmodum fecialis feriret porcam. vide Livium lib. 9 cap. 5, item lib. 1 cap. 24, & Virg. lib. 12 Æneid. ubi fœdus inter Latinum regem & Æneam pactum describit. Quin & *fædera* à fœdo, seu sanguine dicta sunt, quod sine eo nulla fieri solerent. Quem antiquissimum ritum fuisse, Moses indicat Exodi cap. 24. ¶ A publicis pactis ad privatas etiam conjunctiones eleganter transfertur hæc vox. Sic matrimonium *fædus* vocatur Livio lib. 1 cap. 1, qui & *hospitii fædus* dixit ejusd. lib. 1 cap. 9. vid. Barth. ad lib. 2 Thebaid. Statii p. 387. De impudicis amoribus Cicero usus pro Cœlio est cap. 14 *Ideone ego pacem Pyrrhi diremi, tu ut amorum turpissimorum quotidie fædera ferires?* De conjuratione Tacit. 1 Histor. cap. 54 *Obstringuntur tacito fædere inter se legiones.* Pro amicitia & amore Manilius, odioque opposuit, lib. 2 v. 469

Aut odium fædusve gerunt, conversaque quædam
In semet proprio ducuntur plena furore.

Idem de concordia elementorum & quasi amore mutuo, lib. 3 v. 54

Ut tot pugnantes regeret concordia caussas,
Staretque alterno religatus fædere mundus.

¶ Eleganter etiam hoc nomine appellatur ordo & ratio, quæ, velut arcanâ quadam lege, in rebus inest, nec mutari temere potest. Virg. 1 Georg. v. 60 *Continuo has leges, æternaque fædera certis*
Imposuit natura locis.

Columell. præfat. operis: *An bellum perosis maris & negotiationis alea sit optabilior, ut rupto naturæ fædere terrestre animal homo, ventorum & maris objectus iræ, se fluctibus audeat credere*, &c. Idem in Horto v. 16 *quem Delphica laurus*
Impulit, & rerum caussas & sacra moventem
Orgia naturæ, secretaque fædera cœli.

¶ Fœdifrăgus, a, um, qui fœdus violat, bundbrüchig, meineydig. Cic. 1 Offic. cap. 12 *Pœni fædifragi.*

¶ Fœdero, are, fœdus facere, verbinden, vereinigen. Ammianus lib. 31 cap. 12 *cum fæderaretur concordia.* Idem lib. 25 cap. 24 *fæderatâ pace.* Hieronymus Epitaphio Paullæ (epist. 27) cap. 10 *Jurgantes inter se sermone lenissimo fæderabat.*

¶ Fœderatus, a, um, alliirt, verbunden; & subst. Fœderati, qui fœdere icto societatem inter se inierunt, bunds-genossen, zusammen verbundene, alliirte. Sic, *Fæderatus populus*, Cic. de Orat. 1 cap. 40. *Civitates fæderatæ*, Corn. Nep. 23, 3, 2. *Civitatibus fæderatis adscribi*, Cic. pro Arch. cap. 4. ¶ A Romanis *Fæderati* dicebantur populi & civitates, qui cætera liberi, aliquid tamen ex lege fœderis præstabant. Unde Sueton. Aug. cap. 47 *Urbium quasdam fæderatas, sed ad exitium licentia præcipites, libertate privavit.* *Fæderati*, iidem & *Socii* dicebantur. vid. Cic. pro C. Balbo cap. 8.

¶ Confœdero, are, & Confœderatus, a, um, scriptores posterioris ordinis dixerunt pro *Fœderatus, fœderare.* Prudentius in Laurentio v. 437 ··· *Confœderantur omnia*, scil. membra.
Orosius lib. 2 cap. 4 *Sabinæ impiis nuptiis confœderatæ.* Adde, si placet, Curas Poster. Cellarii p. 299. Et Tertull. Apol. cap. 2 *Cœtus antelucani ad canendum Christo & Deo, & ad confœderandam disciplinam.* Sed Frobenius edidit, *ad conferendam.*

¶ Confœderatio, ōnis, die verbindung. Hieronymus epist. 22 de Custod. Virgin. cap. 15 *Prima apud eos confœderatio est, obedire majoribus.*

¶ Confœdustus, a, um, idem quod fœderatus. Festus: *Confœdusti, fœdere conjuncti.* Nam ut ab *onus onustus*, sic a *con* & *fœdus*, *confœdustus*, dicente Vossio contra Scaligerum Etym. p. 219.

¶ Infœderatus, a, um, non fœderatus, sine fœdere, der nicht alliirt ist. Tertullian. Præscript. adv. hæret. cap. 12 *Quis miles ab infœderatis, ne dicam ab hostibus regibus, donativum & stipendium captat, nisi plane desertor & transfuga?*

FOEDUS, a, um, adject. deforme, tetrum, crudele, heßlich, greulich, schändlich. Ter. Eun. a. 4 sc. 4 v. 17 *Nunc tibi videtur fœdus, quia illam* (vestem) *non habet.* Sallust. Catil. cap. 15 *Fœdi oculi*, sævitiam, & turpitudinem præ se ferentes. *Immanissimum & fœdissimum monstrum*, Cic. in Pison. cap. 14. Et, *Fœdior atque inquinatior in Pompejo accusando, quam in universo senatu vituperando fuit*, Idem de Arusp. Resp. cap. 24. *Luxuria fœdissima senectutis*, Cicer. 1 Offic. cap. 34. Et, *Facinus fœdum*, Terent. Eunuch. a. 5 sc. 4 v. 21. *Bellum fœdissimum*, Cic. lib. 7 ad Attic. extremo. *Fœda hiems*, Tacito 3 Histor. cap. 59. De eo, qui deformi facie sit, usus Quintilianus lib. 6 cap. 4 *Quod fecit Longus Sulpitius: qui, cum ipse fœdissimus esset, eum, contra quem judicio liberali aderat, ne faciem quidem liberi hominis habere dixit. Cui respondens Domitius Afer: Et tu, inquit, ex animi sententia, Longe. Qui malam faciem habet, liber non est.* ¶ Docti observarunt, Virgilium & Livium *fœdum* & *fœdare* de vulneribus fere & stratâ acie dixisse. Liv. lib. 3 cap. 69 *vulnerati fœdiora iis, quæ oculis subjiciebantur, nuntiantes.* Unde signatè Ovid. 6 Met. v. 238

calido tellurem sanguine fœdat.

Hinc etiam *fœdera* dicta, quod non sine sanguine & immolatione victimarum fierent. Tacitus 3 Histor. cap. 77 *Verberibus fœdare*, blutrünstig schlagen.

¶ Fœde, adverbium, idem. *Cruore fœde maculatus*, Val. Max. lib. 5 cap. 3 n. 1. *Fœde pugnare*, id est, vinci, clade affici. Livius lib. 6 c. 1 *Ad Alliam cum exitio urbis fœde pugnatum est.* Et per gradus: *Fœdiùs inde pulsus, quam pridie pepulerat*, Livius lib. 2 cap. 51. *Fœdissime caussam agere*, aufs schändlichste mit einer sache umgehen, Cicer. 9 Attic. epist. 7.

¶ Fœditas, atis, turpitudo, deformitas, unflätigkeit, schändlichkeit. Cic. de Finib. lib. 3 cap. 11 *Turpitudo fœditate sua nos deterret.* Et, *Fœditas vestitus*, Cic. Philipp. 12 cap. 6, schändliche tracht. *Fœditas odoris*, greulicher gestanck, Idem 2 Nat. Deor. cap. extr. Pluraliter Petrus Chrysologus serm. 155 *fœditatibus exquisitis, exposito scelere.*

¶ Fœdo, avi, atum, are, polluere, maculare, verunreinigen, beschmitzen, besudeln. Cic. in Pison. cap. 22 extr. *Romam ipsam fœdavit adventus tuus.* Etiam de turpi & indigno: ut, *Vestis serica viros fœdat*, Tacit. Annal. 2 cap. 33. *Dies imbre fœdatus est*, Mamertin. Paneg. Maximiani cap. 12. *Fœdare contactu*, Virg. 3 Æn. v. 227, mit dem anrühren garstig machen. *ferro*, verwunden, Idem Æn. 2 v. 55. *unguibus ora*, das gesicht zerkratzen, Idem 4 Æn. v. 673.

¶ Fœdatus, a, um, besudelt, befleckt. Cic. de Harusp. Resp. cap. 15 *sacella summa turpitudine fœdata.*

¶ Confœdo, are, idem. Apul. Miles. *fimo faciem alicujus confœdare.*

¶ Defœdus, a, um, compositum adjectivum, quidam ex Cicer. ad Att. lib. 9 epist. 10 eliciunt, ubi Attici hæc verba repetuntur, ut Gruterus quidem edidit: *Quod quæris à me, fugamne fidem, an moram defœdam utiliorem putem?* Verum locus, si quis alius, desperatissimus est, conjecturis interpretum mirè vexatus. Quamobrem Jo. Ge. Grævius, vir accuratissimus, consultius duxit, hoc loco veterum codicum corruptam lectionem (quæ *deserendam*, pro *defœdam* refert) cum Victorio & Manutio retinere, quam incertas conjecturas pro Attici verbis venditare.

FOEMINA, æ, ein weib, weibsbild, à fœtu, hoc est, quod pariat, dicta. Scribunt & *Femina* sine diphthongo, qui a feminum mollitie dici putant, sive a feminum partibus, quibus a viro distinguitur, ut est apud Isidorum 2 cap. 2. *Fœmina eximiâ pulcritudine*, Cicer. 1 Divin. c. 25. *probatissima*, Id. pro Cæcin. c. 4. &, *prudentissima & diligentissima*, ad Brutum epist. 18. *sanctissima & optima*, eine sehr bescheidene, fleißige, fromme matron. Virg. 4 Æneid. v. 469

Varium & mutabile semper
Fœmina.

Dicere virum *fœminam*, summum convicium. vid. Barth. ad lib. 2 Thebaid. Statii p. 503, & Taubmann. ad Plaut. p. 69. Ita apud Curtium 6, 11, 3 Philotas, homo effœminatus, contemptim *fœmina* vocatur. Conf. ibid. 8, 1, 37. ¶ Dicitur etiam de brutis animalibus; ut, *porcus fœmina*, Cic. de Leg. 2 cap. 22. *Fœmina piscis*, ein rögner, Plin. 9 cap. 50.

¶ Fœmĭneus, a, um, weiblich, weibisch. *Doli fœminei*, Stat. 1 Achill. v. 527. *Fœmineus plangor*, Aut. ad Herenn. lib. 3 cap. 15.

¶ Fœminīnus, a, um, idem, sed minus usitatum, quam fœmineus. Plin. 27 cap. 2 *fœmininus sexus.*

¶ Fœmĭnal, ālis, pro genitalibus muliebribus, die scham. Apulejus Met. 2 *glabellum fœminal.* Alii legunt *glabella femina.* Ejusdem in Apologia vocabulum *Interfœminium*, de quo supra in *Femen.*

¶ Fœmĭno, are, weibisch machen. Cæl. Aurel. Tard. 4, 9 *Corpus fœminando corrigere.*

¶ Effœmĭno, are, weibisch, zum weibe, feige machen. *Remollescere atque effœminari*, Cæs. B. Gall. 4 cap. 2. Cic. de Finib. lib. 2 cap. 29 *Leges effœminari virum vetant in dolore*, sich in betrübniß weibisch und ungeberdig stellen, ist verboten. *Cogitationibus mollissimis effœminamur*, Idem 1 Tusc. cap. 40.

¶ Effœminatus, a, um, mollis, weich, weibisch. *Impurus, impudicus, effœminatus*, Cic. [illegible] Philippica cap. 5. Qui muliebria patitur. Atque hi ipsi *molles* & *impudici* dicebantur: de quibus suis locis. Suet. Calig. cap. 56 *Quem [illegible] seniorem jam ut mollem & effœminatum denotare etiam probro con[illegible]erat.* Compar. *Effœminatior fuit multitudo Cypriorum*, Val. Max. 9, 1, 7. Superl. *effœminatissimus animus*, Q. Cicero ad Tiron. lib. 16 epist. ult.

¶ Effœminate, adv. zärtlich. Cic. 1 Offic. cap. 4 *indecore effœminateque facere.* Seneca ad Polyb. cap. 36 *Illos imitaberis, qui se cæteris exæquari hominibus, non injuriam, sed jus mortalitatis judicaverunt; tuleruntque, nec nimis acerbe & aspere, quod acciderat, nec molliter & effœminate.*

¶ Effœminatio, ōnis, die zärtlichkeit. Jul. Firmicus lib. 7 Mathes. c. 16 *Impuritates cum extrema corporis effœminatione decernunt.* Tertullianus de Spectaculis cap. 25 *Inter effœminationis modos* &c. Idem Apologet. cap. 15 *ad istam artem effœminatione productus.*

Fœnebris, Fœneralia, Fœnerare, Fœnerator, vide *Fœnus.*

FOENICULUM, i, μάραθρον, fenchel. Plin. lib. 20 cap. 23 *Fœniculum nobilitavere serpentes gustatu, senectam exuendo, oculorumque aciem succo ejus reficiendo: unde intellectum est, hominum quoque caliginem eo præcipue levari.* Fœniculum *silvestre hippomaratron* vocant & *Myrsineum.* Conf. Dioscorides. A *fœnum* aliqui *fœniculum* deducunt, quia, ubi exaruit, fœno simile sit. Sed Isidorus 17 cap. 11 *fœniculum* ait vocari, quod thyrsi ejus seu radicis succus visum acuat; quasi sit a φαίνεσθαι.

FOENUM, i, dicente Festo, naturalis terræ fœtus est, heu. *Fœni meta*, ein heu-schober. *Fœnum cordum*, späte heu, grummet, quod & *fœnum auctumnale* Columella dixit. vide supra *Cordum.* *Fœnum secare: in tabulata componere*, utrumque est Columellæ lib. 2 cap. ult. ¶ 2. *Fœnum habet in cornu*, Horat. lib. 1 sat. 4 v. 34. Dici solitum de eo, à quo cavendum quis monet, er ist gezeichnet, siehe dich für ihm für, vide Chiliadas, & Vet. Scholiasten Horatii. Romæ M. Crassus fœnum habere in cornu dicebatur, quod eum, ut injuriarum persequentissimum, cæteri in Repub. omnes fugerent. Quamquam postea rursus dictum est, Cæsarem Crasso fœnum detraxisse; primum enim illi in Republ. restitit Cæsar, eumque contempsit; vid. Plutarch. in Crasso p. 547, ubi & caussam proverbii habes: & in problematibus. ¶ Multitudinis numero usus est Apulejus de Asino Aureo lib. 3 extr. *Tunc igitur à rosis, & quidem necessario, temperari & casum præsentem tolerans, in asini faciem fœna rodebam.*

¶ Fœneus, a, um, von heu, Cicero pro Cornel. de Majest. apud Ascon. Pæd. *Prospectat Cominius, quid agatur, videlicet homines fœneos in medium ad tentandum periculum projectos.* *Homines fœnei*, stroherne männer, erant simulacra ex fœno fieri solita, ad irritandos in spectaculis tauros.

¶ Fœnīle, is, der heu-boden. Plin. 18 cap. 28, & plurativo numero Ovid. 6 Metam. v. 458 *positas fœnilibus herbas.*

¶ Fœnarius, a, um, adjectivum, ad fœnum pertinens, zum heu gehörig. *Falces fœnariæ*, Varro 4 de L. L. cap. 31, & Ulpianus Lege 8 D. de instructo vel instrum. sensen, gras-sicheln.

¶ Fœnicularius, a, um, idem. Cic. ad Att. 12 ep. 8 *Scribe, utrum Cæsar in fœnicularium, an in Martium campum cogitet.*

¶ Fœnĭsex, ĕcis, qui fœnum secat, ein meder, Plin. 18 cap. 28.

¶ Fœnĭsĕca, æ, idem, der gras häuet, Colum. 2, 18. Pro rusticis *fœnisecas* posuit Persius sat. 6 v. 40.

¶ Fœnisecium, i, vel Fœnisicium, fœni quasi messis, die heu-erndte, apud Columellam lib. 2 cap. 18 & 19, & lib. 11 cap. 2. Sic & Varro de R. R. 1 cap. 17 *fœnisicia administrare.* Conf. lib. 2 cap. 11. ¶ Sed & apud eumdem invenias in fœm. *Fœnisicia, æ*, lib. 1 cap. 47 & 49 & 56. Conf. Catonis de R. R. cap. 53 tit. de *fœnisicia.*

¶ Fœnogræcum, i, vel Fœnum Græcum, planta est nota, bockshorn, oder schonmargret, allusione ad appellationem latinam. vid. Colum. 2 cap. 11, & Pallad. lib. 2 tit. 7.

FOENUS, ŏris, usura, à fœtu, & quasi fœtura pecuniæ parientis dictum, quemadmodum à τίκτω τόκος Græcis dicitur, wucher, genuß. *Sors, & fœnus*, capital und zinse: Plautus Mostell. a. 3 sc. 1 v. 34 *qui mihi neque fœnus, neque sortem argenti dabunt.* Sic, *Dare pecuniam fœnori*, auf wucher legen, Cicer. in Verr. 4 cap. 70. Et, *Facere fœnus*, Idem ad Attic. lib. 4 epist. 15, wucher treiben. Horat. 1 Serm. satyr. 2 v. 13

Dives agris, dives positis in fœnore nummis.

Cic. 15 Attic. epist. 15 *Non modo magno, sed etiam iniquissimo fœnore, versuram facere coactus est*, mit grossen unbillichen zinß und wucher. *Dare fœnus, dare fœnori & fœnore*, auf zinse leihen, l. 9 ff de admin. & pec. tut. *Fœnore accipere, sumere*, auf zinse nehmen, Plaut. Asin. a. 1 sc. 3 v. 95.

¶ Fœnusculum, i, dimin. ein genüßlein. Plaut. Pseud. a. 1 sc. 3 v. 53 *Adderes fœnusculum.*

¶ Fœnĕro, are, verbum activum, est fœnori exponere, seu ad usuram dare, wuchern, auf wucher leihen oder austhun. *Fœnerare pecuniam sub usuris solitis*, l. 11 ff de Usur. *Fœnerare idem esse, quod occidere: & fœneratores furibus pejores esse*, Cato Censorius dixit, Cicer. auctore lib. 2 de Officiis sub finem. vide & B. Ambrosium lib. de Tobiâ c. 14. ¶ 2. Commodum afferre, cum lucro reddi, nutzung geben, oder haben. Terent. in Adelph. a. 2 sc. 2 *Metuisti*, &c. *ne non istuc tibi fœneraret*, es möchte dir nicht etwas tragen oder einbringen. Seneca epist. 2 *Quid refert, quantum fœneret?* was er gewinnet. Martial. lib. 1 epigr. 77

Quid petis à Phœbo? nummos habet arca Minervæ:
Hæc sapit: hæc omnes fœnerat una Deos.

Fœnerare Deos dixit, ut *fœnerare pecuniam* dicimus, quam in fœnore ponimus, cum damus mutuo, ut reddatur usura. Dehortatur Valerium Flaccum, celebrem Argonauticorum poëtam, Martialis à poëseos studio, tamquam inutili, & quod plus nominis, quàm divitiarum promittat: monetque, Juridicinæ & foro se potius det, quippe quo nullum aliud studium quæstuosius sit. Studium autem poëseos per Phœbum: Juridicinam per Minervam designat. Ait igitur: quod à Phœbo petis nummos sive divitias: Ille nihil tale præstiterit. Adi Miner-

Minervam potius: hæc divitias tibi non tantum, sed & cæteros Deos omnes, hoc est, quicquid à cæteris Diis optari potest, conferre, & velut in fœnus ponere, sive fœnerare potest. Sane in pecunia omnia posita sunt. Petronius hoc breviter ita expressit:

[illegible] omnis præsentibus opta,
Eveniet: [illegible]um possidet arca Jovem.

Eleganti translatione [illegible] Plinius lib. 2 cap. 6 *Fœnerat*, inquit, *sol lumen suum cæteris sideribus*, id est, confert & quasi mutuo dat.

¶ Fœneror, ari, deponens, est ad usuram accipere, auf zinse nehmen, oder borgen. Differunt enim sicut *Mutuo* & *Mutuor*, Vall. lib. 5 cap. 25. Legitur tamen illud ipsum verbum eadem significatione, qua fœnerare, sive fœnori dare. Cic. de Amic. cap. 9 *Liberales sumus, non ut gratiam exigamus, neque enim beneficium fœneramur*, &c. denn wir ja mit wolthat keinen wucher treiben. Et in Verr. 2 cap. 70 *Idem pecunias istius grandes suo nomine fœnerabatur.*

¶ Fœneratus, a, um, compensatus, partic. pass. a fœnero, vergolten, erwiedert. Terent. in Phormione a. 3 sc. 2 v. 8 *Fœneratum istuc beneficium pulcre dices*, hoc est, cum fœnore redditum, seu, ut ipse paullo post exponit, *conduplicatum*, daß diese wolthat duppelt sey vergolten worden.

¶ Fœneratò, adv. auf zinse. Plaut. Menæch. a. 4 sc. 2 *fœneratò aliquid auferre*, i. e. sub gravi usura.

¶ Fœnerator, oris, usurarius, ein wucherer. Cato initio libri de re rust. *Majores nostri sic habuere, & sic in legibus posuere, furem dupli condemnare, fœneratorem quadrupli. Quanto pejorem civem existimarint fœneratorem quam furem, hinc licet existimare.*

¶ Fœneratrix, īcis, eine wucherin. Val. Max. lib. 8 cap. 2 exemplo 2 *ex amica obsequenti, subito districtam fœneratricem agere cœpit.*

¶ Fœneratio, onis, fœnoris exercitatio, wucherey: ut, *Pecunia translata in quæstum & fœnerationem*, Cic. pro Flacco cap. 23 fin.

¶ Fœnerātītius. a, um, quod datum est fœnori, vel quod ad fœnus pertinet; ut, *Pecunia fœneratitia*, wucher-geld, auf wucher gegeben oder genommen, Vall. lib. 1 cap. 11.

¶ Fœneratorius, a, um, wucherhafftig. Valer. Max. lib. 2 cap. 6 exempl. 10 *Avara & fœneratoria Gallorum Philosophia.* ¶ Substantive *Fœneratorios* pro fœneratoribus Julius Firmicus 3 c. 8 posuit.

¶ Fœnērālia, orum, ceu ex Livio quidam legunt, tempus, quo fœnus cessabat, & pecunia reddebatur, die zahlwoche. Livii locus est lib. 35 cap. 7, ubi Moguntini, Aldus, Frobenius, Gruterus, alii, *fœneralia* legunt: antiquiores & MSS. *feralia*, quod etiam Gronovius expressit: cujus in hunc locum adnotationem legisse, interest historiæ litterariæ circa hanc lectionem.

¶ Fœnebris, e, ad fœnus pertinens, den wucher betreffend: ut, *Leges fœnebres*, quibus fœneratorum avaritia coërcetur. *Fœnebre malum*, Tacit. lib. 6 Annal. cap. 16. *Pecunia fœnebris*, Sueton. Calig. cap. 41. Et, *fœnebrem exercere pecuniam*, Lege 34 Dig. de rebus creditis, wucher treiben.

¶ Defœnĕro, are, per usuram exhaurire, durch wucher aussaugen. Cic. Parad. 6 *Dimissiones libertorum ad defœnerandas diripiendasque provincias.*

¶ Defœneratus, a, um, fœnore obstrictus, verhafftet, verpfändet. Apulejus Apol. *Pater ejus plurimis creditoribus defœneratus maluit pecuniam, quàm pudorem*, &c. Ambrosius epist. 44 [p. 179 ed. Frob.] *Si decipiat aliquis promissorum benignitate, & subdola iniquitate defœneratum opprimat.* vid. Gronov. observ. in Eccles. 1 p. 10.

Fœtare, vide *Fœtus*.

FOETEO, ui, ēre, male olere, stincken. Plaut. Asin. a. 5 sc. 2 v. 44 *Dic amabo, an fœtet anima uxori tuæ?* ob sie einen stinckenden athem hat, ob es ihr aus dem halse reucht. Martial. lib. 1 epigr. 29 *Hesterno fœtere mero*, & lib. 5 epigr. 4 *fœtere multo vino.* Ammianus lib. 22 cap. 7 *fœtentes Judæi.*

¶ Fœtĭdus, a, um, quod fœtet, garstig: ut, *Fœtida anima*, ein stinckender athem, Plaut. Merc. a. 3 sc. 3 v. 13. *Os fœtidum*, Cic. in Pison. cap. 6. Superante gradu Salvianus 1 de Gub. p. 36 [Baluz. 24] de Israelitis: *fœtidissimo ceparum atque alliorum amore ægrescentes.*

¶ Fœtiditas, ātis, die stänckerey, ex Senecæ epist. 110 adfertur, *Ista varie condita, quum ventrem subirent, una atque eadem fœtiditas occupat:* Sed meliores libri, quos etiam Pincianus & Gronovius expresserunt, legunt *fœditas*, de quo supra.

¶ Fœtĭdo, are, fœtidum reddere, stinckend machen. Pareus hoc verbum asseruit Plauto Merc. a. 3 sc. 3 v. 13 *Jejunitatis plenus animam fœtidas.* Conf. Reines. Var. Lect. 2 c. 8, & 3 c. 18.

¶ Fœtor, ōris, der gestanck. Colum. lib. 12 cap. 18 *Redolet fœtorem.* Pluraliter Plinius lib. 28 cap. 8 *fœtores oris emendare.*

¶ Fœtulentus, a, um, stinckend. Arnobius lib. 7 p. 225 *Huic ovilla fœtulenta sunt viscera*, h. e. abstinet illis, pro impuris habet.

¶ Fœtulenter, adverb. garstig, unflatер. Veget. 3 cap. 4 *fœtulenter mingere.*

¶ Fœtutīnæ, arum, loca fœtida, stinckende örter. Apulejus Apolog. p. 278 *Semper in fœtutinis & olenticetis suis jacet.*

FOETUS, ûs, ui, subst. die frucht, das gewächs: plur. *Fœtus*, omnium generaliter, non animalium solum, sed rerum quoque sunt inanimatarum, imo & hominum, allerley jung vieh und früchte. *Arborei fœtus*, Virgilius 1 Georg. v. 55. *Edit fœtus ager*, Cic. de Orat. lib. 2 cap. 30. *Procreare fœtus*, Idem de Nat. Deor. lib. 2 cap. 51. *Fœtus animi*, Idem 5 Tusc. c. 24. ¶ Apud Plautum Amphitr. a. 1 sc. 2 v. 25, & a. 3 sc. 1 v. 18 *Uno fœtu*, est uno partu.

¶ Fœtus, a, um, adject. trächtig, fruchtbar; ut, *Ovis fœta*, Virg. eclog. 1. Sed latius patet *fœta*, quam *gravida*, cum illo tam gravidæ significentur, quàm fœtum ante enixæ, ita, ut ante, & post partum, *fœta* quæpiam dici possit; *gravida* non item. Fidem facit Censorinus de Die Natali c. 11 apud Voss. lib. 5 Instit. Orat. pag. 278. *Vaccæ fœtæ*, Virg. 3 Georg. v. 176, die gekalbet haben. Etiam de inanimis tralate; ut, *Terra fœta frugibus*, Cicer. 2 Nat. Deor. cap. 62. *Loca fœta furentibus austris*, i. e. plena, fœcunda, Virg. 1 Æn. v. 55.

¶ Fœtosus, a, um, idem; ut, *fœtosæ oves*, Satisb. 8 c. 17 & Vulg. Psal. 143 v. 13. Hieronymus contra Jov. habet *fœtuosus*. Conf. Goclenii Probl. Gramm. 5 cap. 8.

¶ Fœtūra, æ, tempus à conceptu ad partum, & alioqui proventus animalium, die heckzeit, das gehecke, die zucht. v. Varr. lib. 2 de Re Rust. c. 1, & Servius ad illud Virgilii ecl. 7 v. 36

Si fœtura gregem suppleverit, aureus esto.

Idem Georg. 3 v. 62 de bove fœminâ:

Cætera nec fœturæ habilis, nec fortis aratro.

Fœturæ habilis, i. e. concipiendo fœtui idonea. Et Statius lib. 10 Theb. v. 223 [229]

Cui fœtura gregem pecoroso vere novavit.

¶ Fœturatus, a, um, fruchtbar gemacht. Tertull. adv. Valent. cap. 25 *Semen fœturatum in corpore.*

¶ Fœto, are, junge aushecken. Columell. lib. 8 cap. 8 de columbis: *nec sæpius fœtant:* & cap. 12 de Numidicis gallinis, *in servitute non fœtant.*

¶ Fœtifer, a, um, fruchtbar: ut, *fœtifer potu Nilus*, Plin. 7 cap. 3.

¶ Fœtifĭcus, a, um, idem: ut, *Humor fœtificus*, idem Plin. 9 cap. 51.

¶ Fœtifĭco, are, parere, gebähren, hecken, brüten: Plin. 9 cap. 15 & 38. Et de Thynno Solinus cap. 22 extr. *In ponto nec alibi pene fœtificant.*

¶ Effœtus, a, um, non idoneum amplius fœtui procreando, unfruchtbar, so nicht mehr trächtig ist; Item, krafftloß. Hinc *effœta tellus*, Lucret. lib. 2 v. 1150. Et, *effœtæ in corpore vires*, Virgil. Æn. 5 v. 596, hoc est, enervatæ & exhaustæ, debiles. Cic. de Senect. cap. 9 *Libidinosa & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti.* Comp. *effœtior* est Apuleji extremo Floridor. *nec argumentis sit effœtior.*

¶ Superfœto, are, eine frucht, oder ein junges nach dem andern werffen. *Lepores superfœtant*, hoc est, edito uno fœtu, rursum alium edunt uno aut altero die, aut pluribus, Plin. 7 cap. 11, & lib. 8 cap. 55, & lib. 10 cap. 63.

FŎLIUM, i, φύλλον. Folia arborum sunt, herbarum & florum, ein blat, die blätter. Cic. ad Att. 8, 15 *qui ipsi pluma aut folio facilius moventur*, die sehr schüchtern seyn, sich für einem rauschenden blatte fürchten. Juvenal. sat. 8 v. 126

Credite, me vobis folium recitare Sibyllæ.

hoc est, rem proponere certam & indubitatam. Sibylla enim oracula sua foliis inscribebat, ut ex Virgilio constat. *Οἵηπερ φύλλων γενεὴ, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν. Cujusmodi foliorum generatio, talis & hominum*, Homer. Iliad. Z. v. 146. Ad quod respexisse videtur Horat. in Arte Poët. v. 60

Ut silvæ foliis pronos mutantur in annos,
Prima cadunt: ita verborum vetus interit ætas, &c.

¶ Κατ' ἐξοχὴν hæc vox de *malabathro* dicitur. Vide infra *Foliatum*.

¶ *Folia nunc cadunt: tum arbores in te cadent*, hoc est, injuriæ leves toleratæ, alias graviores invitant, ex Plauti Men. a. 2 sc. 3 v. 24.

¶ Foliāceus, a, um, wie blätter. Plin. 19 c. 7 *semina foliacea.*

¶ Foliatus, a, um, idem. *Rami foliati*, Pallad. lib. 4 cap. 10 de citreo. Apulejus sub init. lib. 4 Met. *Arbores prolixè foliatæ.*

¶ Foliatum, i, subst. unguentum fuit mulierum Romanarum, ex foliis malabathri, quod ipsum *κατ' ἐξοχὴν Folium* dicitur, schminck-salbe, Plin. 13 cap. 1. Martial. lib. 11 epigr. 28

At mea me libram foliati poscat amica.

Vide Barthium ad Claudian. lib. 1 in Eutrop. v. 226.

¶ Foliatura, æ, ratio & modus foliorum, blätter-art. Vitruvius lib. 2 cap. 9 de cedro: *Arboris ejus sunt similes cupresseæ foliaturæ.*

¶ Fŏliātĭlis, e, blätterich. Fortunatus lib. 4 de vita Martini v. 535

Vento motus iners simulans foliatilis umbræ.

¶ Foliōsus, a, um, voll blätter: ut, *Chamæcissos* [herba] *ramulis quinis fere, foliosa*, Plin. 24 cap. 15. *Arbor foliosior*, Idem lib. 12 cap. 11. Item: *alterum* [herbæ certæ] *genus foliosius*, Idem lib. 25 sub finem.

¶ Latifolium, vide *Latus, a, um.*

¶ Trifolium, i, herba notissima, aliquot generum, klee. Est enim *trifolium pratense*, wiesenklee, est *acetosum*, sauerklee, est *odoratum*, wohlriechender klee: Plin. 21 cap. 21.

¶ Quinquefolium, i, fünffinger-kraut, herba fragifera, a foliorum numero ita dicta, quam Plinius laudat lib. 25 cap. 9, & Marcellus Empir. cap. 12. vide *Pentaphyllon.*

¶ Quinquefolius, a, um, adject. fünff-blätterich. Plinius lib. 21 cap. 4 *Unum genus rosæ pallidæ, spinosæ, longissimis virgis, quinquefoliæ.*

¶ Septifolium, i, Græci *Heptaphyllon* dicunt, Apul. de Herb. c. 116.

¶ Centifolia, æ, rosæ genus plenissimæ, eine hundertblätterichte rose. Plinius lib. 21 cap. 4 *quam centifoliam vocant, est in Campania Italiæ, Græciæ vero circa Philippos: sed ibi non suæ terræ proventu.*

¶ Millefolia, æ, quo nomine Plinius 25 cap. 5 *Panaces heracleum*, sua ætate appellatum scripsit, cum Asclepium panaces, rectius fortasse, millefoliam dicendum sensisset; vide *panax* vel *panaces.*

¶ Millefolium, i, herba, quæ & Myriophyllum, μυριόφυλλον, schaafgarben, tausendblat, Plin. 14 c. 26.

¶ Defolio, are, abblättern. Glossæ Cyrilli: *ἀποφυλλίζω, defolio.*

FOLLIS, is, blasebalg. Anacharsis Philosophi inventum. *Follis fabrilis*, Liv. 38 cap. 7. ¶ 2. Est & pilæ genus, ex pelle vento inflata, ein ballon, de quo Mercurialis lib. 2 Artis Gymnast. cap. 5 & lib. 5 cap. 4, ubi de utilitate hujus exercitationis habes. Quo illud Martialis pertinet lib. 14 epigram. 47

Folle decet pueros ludere, folle senes.

Pars anterior follis, qua aër exprimitur, *gula* dicitur. ¶ *Crumenam* quoque notat, eine tasche. Juvenal. sat. 14 v. 281 *Ut tenso folle reverti inde domum possit*, einen vollen beutel mit nach hause bringen. Idem satyr. 13 v. 61 *Follis cum ærugine*, alt, verschimmelt geld.

¶ Folliculus, i, parvus follis, sive sacculus, ein säcklein von leder, ein schlauch. Cic. de Invent. 2 cap. 50 *Os obvolutum est folliculo & præligatum.* ¶ 2. Pila parva, vento inflata, ad corporis exercitationem, ein ball, ballon. Sueton. Aug. cap. 83 *Exercitationes campestres equorum & armorum statim post civilia bella omisit: & ad pilam primam folliculumque transiit.* ¶ 3. Est pellicula frumenti, ex qua spica enascitur, der balg, daraus das korn schosset. Seneca epist. 124 *Hoc nondum*

est in berba latente: nec cum folliculo se exserit spica mollis. Et lib. 5 Quæst. Nat. cap. 18 *nisi esset, quod latentem frugem, ruptis velamentis suis, quæ folliculos agricolæ vocant, adaperiret?* Adde Plinium lib. 13 cap. 6 de Terebintho. ¶ 4. Sumitur aliquando pro corporis humani cute. Arnobius lib. 2 p. 98 *In carunculæ bujus folliculo constituti,* da wir noch in der haut stecken. Eodem modo Lucilius apud Nonium cap. 2 n. 327 *Ego quis sum, & quo folliculo sum indutus?*

¶ Follicularis, e, adject. ut, *vita follicularis*, & *Folliculare*, pars remi, quæ folliculo tecta est, apud Festum.

¶ Follico, are, wind fangen, pausthen. Tertullianus de Pallio cap. 3 *Chamæleon follicans ruminat: de vento cibus est.* Apulejus lib. 9 p. 222 *follicantes nares languidas assiduo pulsu tussedinis biulci.*

¶ Follitim, adverb. quasi a *Follire*, in gantzen säcken. Plautus Epidic. a. 3 sc. 2 v. 15 *Nibil moror verba & vulgata verba, peratim ductare: at ego follitim ductitabo.* Erat *follis* ditiorum: *pera* pauperum, unde fere de mendicis dicitur. Vid. Parei Lex. Crit.

¶ Defollio, ire, aussacken. Ambrosius de Viduis Tom. 4 p. 502 *Gementibus areis, dum cæditur messis, frumenta defolliunt.* Sic Grævius notaverat. Alii *defoliunt*, quia Glossæ Cyrilli: *Defolio*, de quo in *Folium*.

Fomentum, Fomes, vide *Foveo*.

FONS, fontis, ein brunn, eine quelle. *Fons gelidus*, Virg. eclog. 10 v. 42, frische quelle; *argenteus*, Ovid. 3 Metam. v. 407, klare quelle. Martial. lib. 9 epigr. 100

> *Multum, crede mibi, refert, à fonte bibatur,*
> *Qui fluit, an pigro, quæ stupet unda, lacu.*

¶ 2. *Fons*, metaphorâ usitatâ pro origine & caussa, eine ursach und ursprung. Horat. de Arte Poët. v. 309

> *Scribendi recte sapere est, & principium & fons.*

Sic *fontem & caput Philosophorum* Socratem dixit Cicero lib. 1 de Orat. cap. 10. Et Homerum *fontem ingeniorum*, Plin. lib. 17, eine quell, daraus aller gelehrten kunst und weißheit geflossen ist. Cic. in Acad. lib. 1 c. 2 *Hauriunt potius à fontibus, quàm rivulos consectentur.* Idem 3 Nat. Deor. cap. 19 *Ex eodem fonte bæc omnia fluxerunt*, dieses hat alles einerley grund und ursprung.

¶ Fonticulus, i, diminut. ein brünnlein. Plin. 31 cap. 10 *exiliente, è medio lacu, dulci fonticulo.* Horat. 1 sat. 1 v. 55 *Magno de flumine mallem, quam ex boc fonticulo sumere.* ¶ 2. ulcus cauterio excitatum ad derivandos humores, ein fontanell. Vide Medicos.

¶ Fontanus, a, um, vom brunnen: ut, *Aqua fontana*, brunnenwasser, Columell. lib. 12 cap. 11. *Ora fontana*, hoc est, fontium scaturigines, Ovid. 1 Fastor. v. 269.

¶ Fontāneus, a, um, idem. Solinus fine cap. 50 [al. 37] *Enydros* (gemma) *exsudat, ut clausam in eo putes fontaneum scaturiginem.*

¶ Fontanālis, e, idem. Vitruvius lib. 8 cap. 3 pr. *aquam* sive *fontem* luci cujusdam prope Romam, *fontanalem* dixit.

¶ Fontinalis, e, idem; ut, *porta fontinalis Romæ*, apud Festum, quæ alio nomine *Capena*, juxta quam fontis delubrum fuit. v. Rosini Antiq. Rom. 4 cap. 14 p. 409. ¶ *Fontinalis*, subst. pro deo fontium, apud Plautum Stich. a. 5 sc. 4 v. 17.

¶ Fontinalia, orum, fontium sacra, quibus coronæ in fontes conjici & putei coronari solebant, das brunnen-fest. v. Festus, & Varro de L. L. 5 c. 3.

¶ Fontejus, i, nomen Romanum. Cicero, cujus oratio mutilata exstat *pro M. Fontejo*, plures memorat; ut, *C. Fontejum*, in ead. orat. cap. 4; *P. Fontejum*, pro Domo cap. 13 & 29. De *Fontejo Capitone*, Horat. 1 sat. 5 v. 32. De *Fontejo Agrippa*, Tac. Hist. 3 cap. 46. ¶ *Fonteja*, virgo Vestalis, Cic. pro Font. c. 17.

¶ Fontigĕnæ, arum, Musæ, nymphæ. Martialis Capella lib. 6 carm. 1

> *O sacra doctarum prudentia fontigenarum.*

¶ Fontĭger, a, um, fontes habens: ut, *Numen fontigerum*, pro Neptuno, in ara undis & aquis dicata Romæ, apud Ferretium in Mus. Lapid. p. 32.

For, Fari, id est dicere, vide *Fari*.

Foramen, vide *Foro*.

Foràs, adverb. vide in *Foris*, *Fores*.

FORBEA, æ, cibi genus, ex Gr. φορβὴ, speise. Pompejus Festus: *Forbeam antiqui omne genus cibi appellabant, quam Græci* φορβὴν *vocabant.*

FORCEPS, cĭpis, instrumentum fabrorum, dubii generis secundum Priscianum, sæpius tamen fœmininum, & rectius quidem, uti Vossius censet de Anal. lib. 1 cap. 17, eine zange, schmiede-zange. Ovidius 12 Metamorph. v. 277

> *ferrum, quod forcipe curva*
> *Cum faber eduxit.*

Et Virgilius 4 Georg. v. 175

> *versantque tenaci forcipe ferrum.*

Plinius lib. 9 cap. 31 etiam *cancrorum brachia denticulatis forcipibus* dixit, krebsscheeren.

¶ Forcillo, are, vermindern, verkleinern. *Tu inventus vero, meam qui forcilles fidem*, Plaut. Pseud. a. 2 sc. 2 v. 36.

FORDA, æ, bos prægnans, à ferendo sic dicta, eine trächtige kuh. Antique etiam *Horda* dicitur, de qua suo loco. Ovid. Fastor. 4 v. 631

> *Forda ferens bos est, fæcundaque dicta ferendo.*

Servius in Æneid. 2 v. 140 *Antiquo more bostia si effugisset*, EFFVGIA *vocatur: quæ autem supposita fuerat*, SVCCIDANEA: *Si gravida*, FORDA: *si sterilis*, TAVREA *appellabatur.*

¶ Fordicidia, orum. v. Varro L. L. 5 cap. 3. Ita nominabantur dies, quibus boves prægnantes immolabantur.

FŎREM, fŏres, fŏret, verbum defectivum, id est, essem, esses, esset: *Fore*, esse & futurum esse, seyn werden. Cic. ad Attic. lib. 6 epist. 3 sub fin. *Spem babeo, nibil fore aliter, quam deceat.* Corn. Nep. in Lysand. cap. 3 n. 5 *Quam vere de eo foret judicatum, oratio indicio fuit*, i. e. esset. Et Sallust. Jug. c. 110 *Nunquam ego ratus sum fore, ut* &c. Tibull. lib. 2 eleg. 7 pr.

> *credula vitam*
> *Spes fovet, & melius cras fore, semper ait.*

Composita:

¶ Absŏre, defuturum esse, wegseyn oder fehlen werden. Virg. Æn. 8 v. 147 *Nibil abfore credunt, quin* &c.

¶ Affŏre, affuturum esse, kommen werden. Cic. lib. 9 ep. ult. ad Pætum: *non suspicatus sum, illam affore.* Cæs. 5 B. G. c. 27 *magnam manum affore biduo.* Virg. Æn. 1 v. 580 *Vtinam afforet Æneas.*

¶ Confŏre, i.e. confieri. *Spero confore*, ich hoffe, es soll geschehen, Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 140.

¶ Defŏre, defuturum esse, mangeln werden. Cæs. ib. 5 cap. 54 *neque sibi voluntariorum copias defore.* Silius lib. 9 v. 248

> *Promittitque viris nulli sed defore testem.*

¶ Perfŏre, est quidem Cic. 3 fam. ep. 5 *Perfore accommodatum tibi:* sed videtur tmesis esse pro *fore peraccommodatum.* Eadem ratio est τοῦ *Perfuit* apud Gellium lib. 2 cap. 18 pr. de quo infra in *Sum*.

¶ Superfŏre, übrig seyn werden. Scævola JCt. lib. 12 D. t. 1 leg. 60 § 3 *Nullam actionem superfore ad recipiendum.*

Forensis; Fores, vide *Forum*, *Foris*.

FORFEX, fĭcis, eine scheer, schneider-scheer. *Forfice amputare*, Columell. 12 cap. 43. ¶ *Forfices*, etiam vox militaris erat in acie instructa. vid. Gellius lib. 10 cap. 9. Cuneo hostium opponebantur: Veget. 3 cap. 18.

¶ Forfĭcŭla, æ, dimin. ein scheerlein. Plin. lib. 25 cap. 5 *incisum forficulis, cribrant.* Item, eine zahnbrecher-zange, quæ apud Celsum *forfex* etiam est, lib. 17 cap. 12.

FŎRI, orum, plurale tantum, quamquam & singulare apud Gellium legitur, *in summæ puppis foro*, lib. 16 cap. ult. *Fori* tabulata sunt navium, vel spacia, per quæ itur, der gang im schiffe, beyde seiten im schiffe. Cic. de Senect. cap. 6 *Cum alii malos scandant, alii per foros cursitent, alii sentinam exbauriant.* Conf. Nonius c. 5 n. 104, & Tac. Hist. 2, 35, 3. ¶ 2. Livio denique tabulata *fori* sunt, è quibus ludi spectantur, lib. 1 cap. 45 sub f. Sane & Festus FOROS, *spectacula Circensia* interpretatur. Spectacula enim vocat, unde spectatur. Idem Livius ejusdem libri cap. 56 *Foros Circi* dixit, die stände, schaubäncke. ¶ 3. Item, parvi sulci, die furchen. Columella lib. 10 v. 92

> *Angustosque foros adverso limite ducens.*

¶ Fŏrŭli, orum, armariola, in quibus reponuntur libri, buch-rähmen, schieb-kästlein, lädlein. Sueton. Aug. cap. 31 *Libros condidit forulis auratis.* Juvenal. sat. 3 v. 219

> *Hic libros dabit, & forulos*, &c.

¶ 2. *Foruli*, oppidum Italiæ in Sabinis. Virg. 7 Æneid. v. 714

> *Casperiamque colunt, Forulosque, & flumen Himellæ.*

FŎRIA, orum, plurale, stercora liquidiora, dünner koth, schund, secundum Nonium c. 2 n. 352. Inde

¶ Foriolus, i, qui facile emittit foria, soluti scilicet ventris, der bauchsichtig ist, ein hosenscheisser. Laberius apud Nonium l. c. *Foriolus esse videris, in coleos cacas.*

¶ Forio, ire, verbum, quod Scholiastes Juvenalis ad satyr. 3 v. 38 interpretatur ventrem deonerare.

¶ Fŏrica, æ, Juven. satyr. 3 v. 37 *Inde reversi conducunt foricas*, scil. purgandas. Vexatum verbum propter dubiam originem. Qui à *foriis*, i. e. stercoribus, deducunt, iis Forica est latrina publica, ein cloac, schundloch, heimlich gemach; Latrina enim de privatis dicitur: quibus autem à *foro* est, tabernam interpretantur, foro vicinam. vide Scholiasten Juvenalis c. l. Pluribus tamen prior à *foriis* deducta significatio placet.

¶ Foricarius, i, foricarum conductor, qui certo pretio eluit latrinas & loca publica, ein schundfeger, kehrmann, Scævola JCt. l. 17 § 5 ff. de Vsuris.

¶ Forinæ, arum, hinc etiam videntur dici, quarum in veteri Inscriptione fit mentio apud Gruter. p. 9, 5 GENIO FORINARVM. Tubos ajunt & canales fuisse, per quos sordes & foria, hoc est, liquidiora stercora ex urbe emittebantur, rinnen, canäle, schleussen.

¶ Conforire, concacare, beflecken, besudeln. Pomponius apud Nonium l. c. *Conforisti me Diomedes.* Salmasius autem Exerc. Plin. p. 585 ed. nov. *conforasti*, primâ formâ, apud Nonium legendum censet.

Foricula, Forinsecus; Forica, Forio, ire, vide *Foris*, *Foria*.

FŎRIS, fœm. plur. Fores, ium, janua, eine thür. Terent. Adelph. a. 2 sc. 3 v. 11 *Quidnam foris crepuit.* Et Livius lib. 6 cap. 24 *cum lictor forem, ut mos est, virgâ percuteret.* Horat. 1 satyr. 2 v. 67 *exclusus fore.* Sed plurale *Fores*, *foribus*, usitatius. *Fores aperire*, proverbiale est, illi simile, quod *patefacere fenestram*, Plin. 2 cap. 8 dixit, den weg weisen, den eingang machen. *Aperire fores amicitiæ*, Cic. 13 fam. ep. 10. *Fores effringere*, Cic. pro Cœlio cap. 16, die thür aufbrechen. *Foribus pessulum obdere*, Terent. Heaut. a. 2 sc. 3 v. 37, verriegeln. *Fores moliri*, i. e. effringere, Tacit. 1 Annal. cap. 39. Et Apulej. Met. lib. 9 *Certusque fragilitatis bumanæ fidei, & quod pecuniâ cunctæ sint difficultates perviæ, auroque soleant adamantinæ etiam perfringi fores*, &c. Differentiam inter *januam* & *fores*, Macrobius lib. 6 cap. 8 ex Cæcilio Gallo his verbis dat: *Vestibulum dicit* [Gallus] *esse non in ipsis ædibus, neque ædium partem, sed locum ante januam domus vacuum, per quem de via aditus accessusque ad fores ædium sit.*

¶ Foricula, æ, dimin. eine kleine thür, fensterladen. Varro lib. 1 de R. R. cap. 59 *Oporothecæ fenestras habeant, neque tamen sine foriculis, ne pertinaci vento vieta fiant.*

¶ Foriculus, vel Forculus, i, ostiorum deus apud Romanos. v. Tertull. de Idolol. cap. 15, & de Cor. Mil. cap. 13. August. de C. D. 4 cap. 8.

¶ Foris, in loco vel de loco adverbialiter significat, draußen, auswerts. *Foris sunt*, Ter. Eun. a. 5 sc. 4 v. 12. Et, *foris cœnare*, Plaut. Stich. a. 1 sc. 3 v. 36, zu gaste seyn. *Foris sapere*, bey andern leuten klug seyn, Terent. Heaut. a. 5 sc. 1 v. 50. *Foris aliquid effutire*, ausschwatzen, Idem Phorm. a. 5 sc. 1 v. 19. ¶ *A foris*, i. e. foris, ἔξωθεν. Plin. 17 cap. 24 *In ulcus penetrat omnis à foris injuria.* Aggenus Vrbicus de agrorum limitatibus pag. 69 *Notæ enim in propriis arborum à foris* (ita enim melius legitur, quam *à foras*) *ponuntur, ut arbores liberas in parte à nota relinquant.* Alius incertus auctor de Limitibus p. 322 *Ager si fuerit lunatus babens à foris perticas LX.* &c. ¶ *De foris*, in Vet. Lapide legitur.

tur. ¶ *E foris*, apud Plinium lib. 17 cap. 25. vide supra in A & Ab n. 7.

¶ Forinsĕcus, ausserhalb, eusserlich. Plin. lib. 13 cap. 22 *Lignum omne corticis loco habent, hoc est, forinsecus.* Palladius lib. 1 cap. 27 *Oculos forinsecus curare.* Apul. 4 p. 147 *per fenestram forinsecus rapienda dispergere.* Idem lib. 9 p. 233 *forinsecus attrahentes.*

¶ Fŏràs, adverbium, ad locum, hinaus. Terent. *Exi foràs, sceleste.* Ovidius lib. 2 de A. A. v. 280

Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Proferre foràs aliquid, offenbahren, aussagen, Cicer. pro Cœl. cap. 23. *Dari foras scripta timui*, Idem ad Attic. lib. 13 epist. 23.

¶ Bifŏris, e, januam duplicem habens, das zwo thůren hat. Ovid. lib. 3 ex Ponto epist. 3 v. 5

Nox erat, & bifores intrabat Luna fenestras.

Virgil. Æn. 9 v. 618 *biforem dat tibia cantum,*

hoc est, bisonum, imparem, ut Servius interpretatur, quem ibi videas.

¶ Bifŏrus, a, um, idem quod Biforis. Vitruvius lib. 4 cap. 6 *Forium ornamenta non fiunt cerostrota, neque bifora, sed valvata.* vide Salmas. in Solin. p. 651.

¶ Quadrifŏris, e, quatuor foribus, mit vier thůren. Idem Vitruvius d. l. habet: *Adjiciatur*, inquit, *amplius foris latitudo, si quadriforis futura est.* Et Plin. 11 cap. 21 *Crabrones nidos faciunt fere quadrifores.*

¶ Septifŏris, e, septem foramina habens, mit sieben thůren. Alcimus Avitus lib. 1 v. 83 de hominis creatione:

Septiforem vultum rationis sensibus aptans.

Sidon. 2 epist. 2 *Adjungas fistulæ septiforis armentalem Camœnam.*

¶ Multifŏris & Multiforus, vide *Multus.*

FORMA, æ, die form, gestalt, art. Ex μορφὴ, κατὰ μετάθεσιν, *naturalis nota cujusque*, ut Cicero ait 3 de Orat. cap. 29. *Forma egregia*, hůbsche gestalt; *Forma honesta & liberalis*, Ter. Andr. a. 1 sc. 1 v. 45 & 69. *Luculenta*, Idem Heaut. a. 3 sc. 2 v. 12. *Quotidiana*: ut, Ter. Eun. a. 2 sc. 3 v. 6 *Tædet quotidianarum formarum.* Et, *Forma imperatoria*, i. e. imperatore digna, Nepos 11 cap. 3 n. 1, quæ veluti longe lateque ostentat imperatorem, ut de Trajano Plin. Paneg. 4 ait. *Eximiâ formâ puer*, Cicer. Tusc. 5 cap. 21. *Forma fucata*, vel potius *fucata formam* Cleopatra, Lucan. 10 v. 137. *Forma bonum fragile est*, &c. Ovid. 2 de Art. v. 113, schönheit ist ein vergånglicher schatz. *Res est forma fugax*, Seneca in Hippolyto v. 771. Et Ovid. epist. Sapphûs 15 v. 31

Si mihi difficilis formam natura negavit,
Ingenio formæ damna rependo meæ.

¶ 2. *Forma* quamlibet similitudinem notat: e. g. sensu militari: *In formam justi coire exercitus*, Vellej. 2, 61, 2. ¶ 3. Est & Philosophorum vox. Nam quas ἰδέας Græci vocant, Cicero in Topicis *Formas* appellat. ¶ 4. *Forma* etiam Architectorum vocabulum est, quo designatur ratio sive dispositio, quâ vel exstructum ædificium; vel exstruendum in chartâ descriptum est. Ausonius Mosellâ v. 298

Quis potis, innumeros cultus habitusque locorum
Pandere, tectonicas per singula prædia formas?

Formas, i. e. rationes, ad quas ædificia prædiorum exstructa sunt. Aliàs *formæ* sunt delineationes & descriptiones ædificiorum, antequam excitantur, in chartâ factæ, abrisse: Architecti *Ichnographias* vocant. Plutarch. in Marcello p. 313. E. Διαγράμματα: JCti & *Synopsès* dixerunt, de quo infra suo loco. Cicer. 2 ad famil. epist. 8 *Ex tuis litteris, cum formam Reip. viderim, quale ædificium futurum sit, scire possim.* Inde *formare* & *deformare*: quod *formam scribere* Plinius dixit, entwerffen: de quo paullo post. vide Buchnerum ad Plin. lib. 9 epist. 39 n. 5. ¶ 5. Sed & aliarum rerum exempla, ad quæ alia concinnantur, *formæ* dicuntur. Ita Vellejus 1, 16, 1, & 2, 66, 3 modum scripturæ *formam propositi operis* vocat. Conf. 2, 49, 1, & 2, 96, 3. Ita Horatius illos pedes ligneos, quibus sutores in concinnandis calceis uti solent, (nos leisten vocamus) *formas* appellat, lib 2 sat. 3 v. 106. Vlpianus Lege 5 §3 ad Legem Aquil. *forma calcei cervicem percussit.* Et Lege 13 Locati conducti, *si sutor*, inquit, *puero parum bene facienti, formâ calcei tam vehementer cervicem percusserit, ut ei oculus effunderetur, esse ex locato actionem.* ¶ 6. *Formæ* etiam dicuntur Constitutiones ac Rescripta Principum: Vnde *Formatæ* & *Formales Epistolæ* appellatæ. vide supra in *Epistola.* ¶ 7. *Forma* etiam monetarium vocabulum est. Ibi enim *forma* dicitur, tum signaculum archetypum, (Græci τύπον appellant, der stempel) tum ipse *nummus.* Quemadmodum *formas quinarias, denarias*, Lampridius, pro nummis quinariis, denariis, id est, quinos denosque aureos valentibus dixit. vide Salmasium ad Alexandrum Lampridii: & Trebell. Pollionem in XXX Tyrannis, in Victoriâ. Eleganti tralatione Seneca epist. 34 extr. *Omnia facta dictaque tua inter se congruant & respondeant sibi, & una forma percussa sint.*

¶ Formula, æ, forma, secundum quam aliquid fit, ein muster, formular. *Formula dicendi*, Cic. de opt. gen. Orat. cap. 5, die art zu reden. *Formula fiduciæ, ut inter bonos bene agier oportet*, hoc est, lex fiduciaria, die versicherung, daß es auf treu und glauben, als unter frommen leuten, soll zugehen, Cicer. lib. 7 famil. epist. 12. *Ex formula præceptoris sui vivere*, i. e. secundum normam & exemplum ejus, nach seiner fürschrifft, Sen. epist. 6. ¶ 2. Proprie Juris vocabulum est. *Formulas* enim JCti vocabant propositiones quasdam, certis ac solennibus verbis conceptas, ne quis in instituenda actione vel petitione aliqua aberraret, quas sequi omnes tenebantur. Vnde *Formularii* dicti, qui in illis versabantur, qui aliàs *Leguleji* appellati. Cic. pro Roscio Comœdo cap. 8 *Sunt jura, sunt formulæ de omnibus rebus constitutæ, ne quis aut in genere injuriæ, aut ratione actionis errare possit. Expressæ sunt enim ex uniuscujusque damno, dolore, incommodo, calamitate, injuriâ, publicæ à Prætore formulæ, ad quas privata lis commodatur.* Vnde, *sub formulâ judicare*, Senecæ dicitur, qui formularum cancellis adstrictus est, liberumque arbitrium non habet. Horatius 2 sat. 3 v. 45

hæc populos, hæc magnos formula Reges,
Excepto sapiente, tenet.

¶ 3. Et quoniam ad certas formulas institui actiones solerent, idcirco ipsæ actiones *formulæ* dictæ non modo JCtis passim; verùm & aliis auctoribus. Sic, *injuriarum formulam alicui intendere*, Suetonius dixit Vitellio cap. 7. *Formulâ excidere*, (quod *caussâ cadere* Justiniano est,) idem dixit Claudio cap. 14. Et Seneca epist. 48 *Quid enim aliud agitis, cum eum, quem interrogatis, scientes in fraudem inducitis, quàm ut formulâ cecidisse videatur.* Idem lib. 2 de Clementia cap. 3 *Plures proponere est tutius; ne una definitio parum rem comprehendat; &, ut ita dicam, formulâ excidat*, daß man nicht die sache verliehre.

¶ Formularius, i, qui formulas tractat, & caussas agit, ein advocat. *Formularum cantorem* festive Cic. vocat 1 de Orat. cap. 55, *Ita tibi JCtus*, inquit, *ipse nihil nisi legulejus quidam cautus & acutus, præco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum.* Quintil. lib. 12 cap. 3 extr. *Multos cognovimus, qui tædio laboris, quem ferre tendentibus ad eloquentiam necesse est, confugerint ad hæc diverticula desidiæ: quorum alii se ad album & rubricas transtulerunt, & formularii, vel, uti Cicero ait, leguleji, quidam esse maluerunt.* AD ALBVM ET RVBRICAS TRANSFERRE est Juridicinæ se dare. Per *Album* enim, Prætoris *Album* seu matriculam intelligit, hoc est, dealbatam tabulam, in quam Prætores edicta sua & actiones interdictaque referebant: per *Rubricas* Leges & JCtorum Responsa Placitaque.

¶ Formella, æ, diminut. aliud. Apicius lib. 9 cap. 11 *in formella piscem formabis*: in culinario instrumento vas ad formam piscis vel alius rei effigiatum.

¶ Formalis, e, förmlich, der rechten art; ut, *formalem dictare epistolam.* Sueton. Domit. cap. 13.

¶ Formabilis, e, idem. Prudent. Apoth. v. 1034 *Solus homo emeruit Domini formabile dextra Os capere* &c. Comparativus *formabilior*, apud Augustinum lib. 11 de Trinit. cap. 2 legitur. *Quam teneriora*, inquit, *atque, ut ita dixerim, formabiliora sunt primordia seminum.*

¶ Formamentum, i, forma, simulacrum, die formirung, bildung: ut, *principiorum formamenta*, Lucret. 2 v. 817. *Formamenta divina*, Arnob. lib. 3 p. 109.

¶ Formus, a, um, warm. *Formum* antiqui dixerunt calidum; unde & *Formosus*, teste Festo & Isidoro 20 cap. 13. *Formis calamistris vibrare cæsariem*, Arnob. lib. 2 p. 72. vide ibi notas Canteri p. 12, & Schotti Observ. 10 cap. 13.

¶ Formiter, adverb. formlich; ut, *jurare formiter*; i. e. additis & expressis caussis; cui opponitur *informiter.* vide JCtos.

¶ Formosus, a, um, wohlgestalt, schön. Apulej. Apolog. *Virgo formosa, etsi oppidò pauper, tamen abunde dotata est.* Virg. ecl. 2 v. 1 & 17 *formosus puer.* Ovid. 13 Metam. v. 798 *riguo formosior anno.* Virg. ecl. 3 v. 57 *formosissimus annus*, id est, ver florens. *Formosissimus ætatis suæ Alcibiades*, Corn. Nep. cap. 1 n. 2. Vnde etiam ejus vultus paradigma proverbiale formæ speciosissimæ. vide Barth. Advers. lib. 52 cap. 5.

¶ Formosulus, a, um, diminut. etwas schön. Hieronym. epist. 47 de vitando suspecto contubernio cap. 4 pro Amasio posuit: *Iste formosulus tuus, quia cito senescunt mulieres, vel ditiorem reperiet, vel juniorem.*

¶ Formose, adverb. zierlich. Apulejus lib. 5 Metam. p. 68 ed. Elmenh. *Videt Cupidinem, formosum deum, formose cubantem.* Et lib. 6 p. 183 *Venus suavi musicæ suppari gressu formose saltavit*; quod Nepos præf. dixit *commode saltare.* Et Superl. Augustinus Confess. lib. 1 cap. 7 ad Deum: *formosissime qui formas omnia.*

¶ Formositas, atis, die schönheit; quo nomine usus est Cicer. lib. 1 Offic. cap. 35 *Id positum est in formositate.*

¶ Formo, avi, atum, are, fingere, figurare, machen, stellen, arten, zurichten. *Formare imaginem*, Cic. pro Sextio cap. 8. Et, *Corpora ad membrorum flexus formari, nisi tenera, non possunt*, Quintilian. lib. 1 c. 1. *Exercitatione & stylo formanda nobis oratio est*, Cicer. lib. 3 de Orat. cap. 49. Et, *Teneræ mentes formandæ studiis*, Horat. lib. 2 carm. od. 25 v. 53. *Formare classem*, eine flotte ausrüsten, Virg. Æn. 9 v. 80. ¶ 2. Est describere, delineare ἀποτυπώσασθαι, entwerffen, ut architectores opera, quæ exstructuri sunt, in chartâ ante depingere & exhibere solent. vide Buchnerum ad Plinium paullo superius allegato loco. ¶ 3. Vsurpatur hoc verbum etiam de nummis. vide Salmasium ad Histor. Aug. ¶ 4. Vtimur hoc verbo de iis, qui fingunt aliquid & simulant. Cic. de Orat. 3 cap. 4 *Verba sicut mollissimam ceram ad nostrum arbitrium formamus & fingimus.* Horat. Art. poët. v. 125

Si quid inexpertum scenæ committis, & audes
Personam formare novam.

¶ Formatus, a, um, gestaltet, gebildet, abgerichtet. Colum. 6 cap. 25 *Herba formata in offam.* Quintil. 7 cap. 4 *Ad morem Dialecticorum formata conclusio.* Ovid. Met. 3 v. 419 *Signum formatum e Pario marmore.* Aliquando *formatum* dicitur, quod formam suam habet quidem, cæterum ad perfectionem ac maturitatem suam nondum adductum est. Ovid. 1 Fastor. v. 152

Et modo formatis operitur fructibus arbor.

Deformatos fructus, Quintilianus procem. lib. 6 appellat. Sic *formatum libellum* Plinius lib. 7 epist. 12 vocat, qui scriptus conditusque, sed nondum limam & ultimam manum passus est. Ita *formatum sermonem* Suet. Nerone cap. 47 dixit. Apud eumdem Claud. cap. 37 *Messalina in admirationem formata* dicitur, quæ ita se finxit concinnavitque, quasi admirationis plena esset.

¶ Formatio, ōnis, die bildung, nititur suis compositis *Conformatio, Deformatio*, &c.

¶ Formator, ōris, qui format, der meister. Columella procemio lib. 1 *Animi sibi quisque formatorem præceptoremque virtutis è cœtu sapientum arcessat.* Seneca ad Helv. cap. 8 *Quisquis formator universi fuit*, id est, creator, der schöpffer.

¶ Formatrix, īcis, die meisterin. Tertullianus de Monogamia cap. ult. *Regina tantæ civitatis formatrix*, id est, Dido conditrix Carthaginis. Claud. Mamertus lib. 1 de Statu Animæ cap. 26 *Formatus es ipse, non formator. Recedat ab his, quæ intra te sunt, minus utique formata, hoc est, minus formosa, quam tu es: accede formatrici formæ, quo possis esse formosior.*

¶ Formatūra, æ, die formirung. Lucret. 4 v. 554 *Formatura labrorum*, hoc est, labiorum munus in loquendo. Arnob. lib. 2 p. 59 *res formatura varia.*

¶ Formucalis, e, adject. ut, *formucales forcipes*, ita dictæ, quod *forma* capiant, id est, ferventia. Festus.

I. Composita cum præposit.

¶ Conformis, e, quod alicujus formam exprimit, gleichförmig, ähnlich. Onomast. Vet. *Conforme*, σύμμορφον. Habet etiam Vulgatus Interpres Roman. 8 v. 29 *Conformes imaginis Filii Dei.* Græce σύμμορφοι.

¶ Conformo, are, eine gestalt geben, gleich nach etwas formiren. Proprie Columella lib. 8 cap. 5 *Diebus, quibus animantur ova, & in speciem volucrum conformantur*, da sie eine gestalt bekommen. Cicero pro Archia cap. 6 extremo: *Quas* [imagines clarorum virorum] *ego mihi semper in administranda repub. proponens, animum & mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam.* Et lib. 1 famil. epist. 8 *me conformo ad ejus voluntatem*, ich richte mich nach seinem willen. *Conformare mores*, Idem lib. 4 de Finib. cap. 2, sich gleich stellen.

¶ Conformatus, a, um, geformt, gebildet, gleichgestellt. Cic. de N. D. 3 cap. 10 *Mundum a natura conformatum puto.* Et pro Arch. cap. 1 *Hæc vox hujus hortatu præceptisque conformata nonnullis aliquando saluti fuit.*

¶ Conformatio, ōnis, imago, figura, compositio, die gleichförmigkeit, einrichtung. Cic. de N. D. 1 cap. 18 *Quæ compositio membrorum, quæ conformatio lineamentorum pulcrior?* Idem de Orat. 1 cap. 25 *Conformatio quædam & figura totius oris & corporis.* Et mox cap. 33 *Collocatio conformatioque verborum perficitur in scribendo.* Priscianus etiam hæc duo schemata προσωποποιΐαν & εἰδωλοποιΐαν, *conformationem* vocat, de quibus vide libellos de *Schematibus.* Vitruvius lib. 5 cap. 6 *Ipsius autem theatri conformatio sic est facienda.*

¶ Conformator, ōris, ein meister. Apulejus in Trismegisto p. 80 *Dominus & omnium conformator, quem recte Deum dicimus.*

¶ Deformis, e, turpis, fœdus, ungestalt, heßlich. Horat. epod. 13 v. 18 *Deformis ægrimonia.* Justin. 7, 3, 1 *deformis militiæ damnis.* Martial. lib. 4 epigr. 79 *Deformius, Afer,*

Omnino nihil est ardelione sene.

es ist nichts heßlichers, &c. *Vitium deforme*, Idem lib. 11 epigr. 74. Et, *senium deforme*, Seneca Hippol. v. 823. Præclare Plinius lib. 8 epist. extrem. *Multo deformius amittere, quam non assequi laudem.* Superl. *Deformissima fœmina*, Gellius dixit lib. 5 cap. 11.

¶ Deformitas, ātis, unförmlichkeit, übele gestalt, heßlichkeit, contrarium est *dignitati*, was wohl anstehet. *Deformitas & vitium corporis*, Cic. 2 Orat. cap. 59. *Deformitas animi*, Idem 1 de Legib. cap. 19. Et, *deformitas fugæ negligentiæque*, lib. 9 ad Attic. epist. 10. *Hæc res nonnullam afferebat deformitatem*, es gab einigen übelstand, Nepos 17, 8, 1.

¶ Deformiter, adverb. unförmlich. Quintilianus lib. 8 cap. 3 p. 590 *sive junctura deformiter sonat.* Val. Max. 8, 1, 6 *Abjicere se tam suppliciter & attollere tam deformiter cogebatur.*

¶ Deformosus, a, um, garstig, unanständig. Sidon. 3 epist. 3 *Consilio deformosiore aliquid occulere.*

¶ Deformus, a, um, idem quod deformis, sive etiam calidus. vide Festum in *Forma*, & Stewech. ad Arnob. p. 78.

¶ Deformo, are, contrarium verbo *ornare*, verstellen, unscheinbar machen. Ovid. 1 de Arte v. 517

Nec male deformet rigidos tonsura capillos.

Vitia deformant, laster stehen übel an. *Vultum deformat macies*, Virg. 4 Georg. v. 254. ¶ 2. Apud Vitruvium sæpius pro delineare ponitur, abbilden, abschattiren: ut, *Architectus graphidis peritus sit, ut deformare possit lineis imitationem, quam velit, ædificiorum*, &c. vid. lib. 1 cap. 1, &c. Seneca lib. 7 de Benef. cap. 1 *Vivum, quem deformamus*, &c. Vbi Muretus *deformare* ὑποτυπῶσαι exponit. Et Cic. pro Cæcin. cap. 5 *Quis igitur ille, quem frustra deformavi*, id est, descripsi, depinxi. P. Rutilius Lupus lib. 2 de Prosopopœia: *Tamquam vivorum & præsentum actionem & sermonem deformamus*, i. e. depingimus, repræsentamus in imagine. Idem in Characterismo: *Sic Orator hoc schemate aut vitia, aut virtutes eorum, de quibus loquitur, deformat.*

¶ Deformatus, a, um, formatus quidem, sed nondum elaboratus atque perfectus, abgebildet, abgezeichnet, entworffen. Sic, *marmora prima manu deformata*, Quintilianus dixit lib. 5 cap. 6. Idem *deformatos fructus*, qui formam pomi habent, non magnitudinem & maturitatem, præfatione lib. 6, qua filii obitum deplorat. *Non flosculos*, inquit, *sicut prior, sed jam decimum ætatis ingressus annum, certos atque deformatos fructus ostendebat.* Similiter *deformatum partum* Sulpicius Severus dixit 1 Histor. Sacræ, ubi edicta Domini Mosi data exponit, *Si quis partum jam deformatum mulieri excusserit, neci dabitur.* Ita enim legendum est, aut addenda quædam ex cap. 21 Exod. v. 22, (ubi & Vetus Interpres *deformati* voce usus est,) ut, quæ hic desunt, suppleantur. ¶ 2. *Deformatus*, sine forma, ungestalt, beschimpfft, übel zugerichtet. Cic. ad Attic. 11, 20 *Hunc omnibus a me pictum & politum artis coloribus, subito deformatum non sine magno dolore vidi.* Seneca Consolat. ad Helviam cap. 9 *Idem Brutus ait, C. Cæsarem Mitylenas prætervectum, quia non sustineret videre deformatum virum.* DEFORMATVM, id est, dehonestatum, si ita loqui liceret: dedecore quasi affectum, qui ex summâ auctoritate ac dignitate eo dejectus loci sit, ubi tamquam privatus obscuram atque ignobilem vitam veluti exul vivere necesse habeat. Superl. *Deformatissima & spurcissima vita*, Gell. lib. 14 cap. 2. ¶ 3. *Deformatus*, descriptus, delineatus, tralate ab ædificiorum descriptione, beschrieben. Ita Plautus Pseud. a. 2 sc. 3 v. 11 *Cuncta in ordine animo ut volueram, certa, deformata habebam.*

¶ Deformatio, ōnis, die verstellung, verunehrung. Livius lib. 9 cap. 5 *A deformatione majestatis, velut ab nefando spectaculo avertere oculos.* Per lictorem enim paludamenta detracta ducibus erant propter Caudinum fœdus. ¶ Item descriptio, entwerffung. Vet. Gloss. ὑποτύπωσις, *Dispositio, Deformatio.* Vitruv. præf. lib. 3 *Venti qui sint, & à quibus regionibus singuli spirent, deformationibus gnomonicis ostendi.* Vbi *deformationes gnomonicas* vocat designationes seu descriptiones, quæ per lineas fiunt.

¶ Efformo, are, pro effingere, exprimere, damnat Voss. de Vit. L. L. 4 cap. 7 p. 708, & Cellar. Antibarb. p. 31.

¶ Informis, e, quod forma caret, unförmlich, ohne gestalt. Plinius scripsit lib. 8 c. 36 *ursas parere informem carnem, quam lambendo paullatim figurent.* vide *Vrsus.* Sic, *informis limus*, Virg. Æn. 6 v. 416. Et, *informes hiemes*, Horat. lib. 2 oda 10 v. 15.

¶ Informiter, adverb. idem. Augustinus Confess. 12 cap. 29 *informiter sonat.*

¶ Informitas, ātis, die unförmlichkeit. Solinus procemio: *scabræ informitatis proditio.* Vsus sæpe Augustinus, ut lib. 1 de Gen. ad litter. cap. 13 *informitas materiæ.* Et Confess. 12 cap. 12 *quibus verbis insinuatur informitas.*

¶ Informo are, idem quod formare, seu deformare, hoc est, formam elaborandi operis instituere, &, ut sic dicam, adumbrare opus, entwerffen, zurichten. Neque enim absolutam perfectionem hoc verbum exprimit. Virgil. Æneid. 8 v. 426

His informatum manibus, jam parte polita,
Fulmen erat, (toto genitor quæ plurima cælo
Dejicit in terras) pars imperfecta manebat.

Et paullo post: *Ingentem clypeum informant.* Fabrile igitur verbum est: sed quod ad institutionem & disciplinam animorum etiam, perinde ut verbum *fingere*, transfertur, anführen, unterweisen. *Artibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet*, Cic. pro Arch. cap. 3. Quintilianus procemio: *Vnus liber accedet, in quo nobis orator ipse informandus est.*

¶ Informatus, institutus, zugerichtet, angewiesen. Cic. Offic. 1 cap. 4 *Nemini parere animus bene a natura informatus vult, nisi præcipienti*, &c. * ¶ 2. Est & animo præsumptus; ut, *Cogitatio informata*, Cic. 1 ad Att. ep. 1. vide ibi Casaubonum. *Grævius.*

¶ Informator, ōris, qui informat, ein lehrmeister. Tertullianus 4 adv. Marc. c. 22 *Alter* [Moses] *populi informator aliquando: alter* [Elias] *reformator quandoque.*

¶ Informatio, ōnis, die formirung, bildung, unterweisung. Cicer. lib. 1 Nat. Deor. cap. 36 *Habeo in animo insitam informationem Dei: & barbati quidem Jovis, galeatæ Minervæ.*

¶ Informabilis, e, qui creari & formari nequit, unformierlich. Tertull. adv. Praxean cap. 27 *Deum immutabilem & informabilem credi necesse est.*

¶ Informus, a, um, idem atque informis, sive valde calidus, legi vult Junius apud Tertullianum de Pallio cap. 2 ex MSS. & Stewech. apud Arnobium in notis p. 78.

¶ Performo, are, zurichten. Tertull. Apolog. cap. 1 *ad malum performantur.*

¶ Præformo, are, antea instruere, præparare, abrichten. Silius 7 v. 385

Atque his præformat dictis fingitque monendo.

¶ Præformatus, a, um, fürgeschrieben, vorgemahlt. *Incipientibus danda erit velut præformata materia*, id est, prius disposita, Quintil. lib. 2 cap. 6.

¶ Præformator, ōris, ein anweiser. Tertull. de præscript. Hæretic. c. 30 *Marcion institutor & præformator Apellis.*

¶ Rĕformo, are, instaurare, sive in priorem aut potius meliorem formam redigere, verneuern, verbessern, wieder zu recht bringen. Prudentius Hymno ad Exsequias v. 156

Sed dum resolubile corpus
Revocas, Deus, atque reformas, &c.

Plin. Panegyr. cap. 53 *Ostendam, quam longa consuetudine corruptos depravatosque mores principatus parens noster reformet & corrigat.* Apul. 3 Metamorph. *Rursus in facies hominum reformare.* Et paullo ante de saga Pamphile: *Magnis suis artibus reformatur.*

¶ Reformatio, ōnis, die verbesserung. Apulej. ibid. *Facilior reformationis hujus medela suppeditat.*

¶ Reformatus, ûs, subst. idem. Tertullian. adv. Valentin. cap. 13, ubi *tutelarem reformatum* quarto casu dixit.

¶ Rĕformator, ōris, ein reformirer. Plin. 8 epist. 12 *Litterarum senescentium reductor & reformator.*

¶ Reformabilis, e; unde

¶ Irreformabilis, e, unverbesserlich. Tertullianus de veland. virg. c. 1 *Regula fidei immobilis & irreformabilis.*

¶ Transformis, e, verstellt. Ovid. 1 Fast. v. 373, vide Heinsium: & 8 Metam. v. 877 *transformia corpora.*

¶ Transformare, in alienam formam mutare vel vertere, verwandeln. Virg. 4 Georg. v. 441 *Omnia transformant sese in miracula rerum.*

¶ Transformatio, ōnis, die verwandelung. Augustinus lib. 15 de Trinit. cap. 8 *Gratia Dei nobis conferri tam optabilis transformationis bonum.*

II. Composita cum numeral. & aliis nominibus:

¶ Ambiformis, e, von beyderley gestalt; unde

¶ Ambiformiter, adverb. Arnobius lib. 5 p. 183 *ambiformiter dictum*, hoc est, duplici sensu, ambigue, zweydeutig.

¶ Biformis, e, zweyförmig; ut, *Janus biformis*, Ovid. Fast. 1 v. 98. Et, *monstrum biforme*, apud eumdem de Minotauro lib. 8 Metam. v. 156, das zweyerley gestalt oder gesicht hat.

¶ Biformatus, a, um, idem. Cic. 2 Tuscul. cap. 8 ex Sophocle convertit: *non biformato impetu*

Centaurus ictus corpori infixit meo.

¶ Caniformis, vide *Canis.*

¶ Milleformis, e, tausendförmig. Prudentius hymno omnis horæ v. 55

Pulsa pestis lubricorum milleformis dæmonum.

Et Augustinus Civ. Dei lib. 22 cap. 22 *contra milleformes dæmonum incursus.*

¶ Multiformis, Multiformiter, vide *Multus*

¶ Omniformis & Pluriformis, vide in *Omnis* & *Plus.*

¶ Quadriformis, e, vierförmig. Orientius Commonit. L. 1 *moles quadriformis machinæ.*

¶ Semiformis, e, halb-formirt. Columella lib. 8 cap. 5 *pulli semiformes*, qui in ovis latent, nondum exclusi.

¶ Septifor-

¶ Septiformis, e, von ſiebenecklen geſtalt. In Eccleſiæ hymno veteri: *Tu ſeptiformis munere.* Et Ambroſius in Lucæ 11 v. 26 *ſeptiformis Spiritus gratia.* Et Iſidor. 7 Orig. cap. 3 *Spiritus Sanctus ſeptiformis nuncupatur propter dona*, &c.

¶ Tauriformis, vide *Taurus.*

¶ Triformis, e, dreyförmig; ut, *canis triformis*, Cerberus, Seneca Herc. Oet. v. 1202. Et, *Diva triformis*, Hecate ſive Diana. Horatius lib. 3 od. 22.

¶ Verſiformis, vide infra *Verto.*

¶ Vniformis, e, unius formæ, von einerley geſtalt. Apulejus lib. 11 p. 259 *Deorum Dearumque facies uniformis.* Et in Triſmegiſto p. 80 idem: *Non omnium hominum uniformis eſt ſenſus.* Et Dialogo de Oratoribus Tacitus vel Quintilianus cap. 32 pr. *ſimplex quiddam & uniforme doceri.* Macrobius 7 Sat. cap. 5 *Horrore uniformis alimoniæ deſiderium edendi langueſcit.*

¶ Vniformitas, ātis, die einformigkeit. Tertullianus de Anima cap. 17 *uniformitas porticûs.* Macrob. Sat. 7 cap. 15 *Squalor uniformitatis.*

¶ Vniformiter, adv. auf einerley art. Apulejus Triſmeg. ſub initium: *Omnis humana immortalis eſt anima, ſed non uniformiter cunctæ.*

FORMIAE, arum, & Formæ, arum, Φόρμιαι. Sic & Ptolemæo *Forma*, urbs *Campaniæ*, Læſtrygonum olim ſedes. Servius *Hormias* ante dictas tradidit ἀπὸ τῆς ὁρμῆς, hoc eſt, *ab impetu.* Conf. Strab. lib. 5, & Plin. lib. 3 cap. 5. Hodie *Nola*, ut Cluverius docet in Ital. Antiq. *Formiarum mœnia*, Horat. 3 od. 17 v. 6.

¶ Formianus, a, um, adject. *Formiani colles*, Horat. lib. 1 od. 20 v. 11.

¶ Formianum, i, ſubaudi prædium, villa Ciceronis, ſita in agro Formiano. Cic lib. 2 ad Att. epiſt. 4 *Nos circiter Kal. aut in Formiano erimus, aut in Pompejano. Tu, ſi in Formiano non erimus, ſi nos amas, in Pompejanum venito*

FORMĪCA, æ, eine ameiß: a ferendis micis dictam putant, quaſi *fermicam*, & Germ. ameiß, quaſi anbeiß. Eraſmus illud Theocriti Idyll. 1

Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ,

vertit: *Formicæ cara eſt formica, cicada cicadæ.* ein jedes thier hält ſich zu ſeines gleichen. *Parvula magni formica laboris*, &c. Horat. lib. 1 ſat. 1 v. 33. Conf. Virg. Georg. 1 v. 186, & Plin. lib. 11 cap. 30. Idem Plin. 11 cap. 29 *Silices itinere earum* (formicarum) *attritos videmus, & in opere ſemitam faciam, ne quis dubitet, qualibet in re quid poſſit quantulacamque ſedulitas.* ¶ 2. *Formica* Arabibus etiam morbi genus eſt, qui Græcis *Herpes*, Latinis *ignis ſacer*; Scribonio *Zona*; *Zoſter* & *Circinus* Plinio. vid. Hier. Mercurialem Var. Lection. lib. 4 cap. 9.

¶ Formicula, æ, diminutivum, ein ameisleín. Arnobius lib. 7 p. 240 *Quod ſi cernerent, nec inter formiculam plurimum ſeſeque eſſe diſcriminis.* Et Auguſtinus Civ. Dei lib. 22 cap. 24 *Plus formicularum & apicularum opera ſtupemus, quàm immenſa corpora balenarum.*

¶ Formicīnus, a, um, ad formicam pertinens, ameiſenhafft. Plaut. Menæch. a. 5 ſc. 3 v. 19 *Movere gradum formicinum* dixit, pro tarde incedere. Eſt enim formicarum gradus minutiſſimus, ideoque tardior. Multum quidem movent, ſed parum promovent, ameiſenſchritt.

¶ Formīcōſus, a, um, plenus formicarum, voll ameiſen. *Arbor formicoſa*, Plin. lib. 10 cap. 74.

¶ Formīco, are, kriechen wie ameiſen, jucken. *Donec formicet cutis*, biß die haut juckt, Plin. Hiſt. lib. 30 cap. 13.

¶ Formīcans, tis, particip. juckend; ut, *percuſſu formicante venarum*, Plin. lib. 7 cap. 51, wenn der pulß ſchwächlich gehet, und kaum zu fühlen iſt.

¶ Formicatio, ōnis, pro ſcabie, juckende räude, als wäre man mit ameiſen beſtreuet, vel, quod quaſi exeſſe carnem formicæ videantur, legitur apud Plin. lib. 7 & 28, & 30 cap. 8.

¶ Formicalis, e, idem quod formicans. Cæl. Aurel. Tard. 2 cap. 14 *formicalis pulſus.*

¶ Formicabilis, e, idem. Cæl. Aurel. Acut. 2 cap. 27 *Pulſus latens aut formicabilis, quem Græci μυρμηκίζοντα vocant.*

FORMĪDO, ĭnis, [a *formus*, ſive ſpectris: niſi veteres *formus* dixere pro *calidus*, atque inde *formido*, quia nonnullis præ metu ſudor prorumpit. vid. Voſſ. P. 2 Inſtit. Orat. p. 28] *metus eſt permanens*, ut Cicero definit, in 4 Tuſcul. cap. 8, ſcheu, furcht, furchtſamkeit. *Plenus homo formidinis*, Cic. 9 epiſt. 10 pr. *Animus formidine perterritus*, Quintilianus lib. 7 cap. 3. *Non mediocris animos formido inceſſerat*, Curt. 3, 8, 25. *Sollicitis religio & ex ea formido incuſſa eſt*, Idem 4, 10, 2. ¶ Pro religione apud Tacitum ponitur. vide *Religio.* ¶ Eſt & *formido* linea verſicoloribus [ex quo *variam formidinem* Ovid. 1 de Remedio amoris v. 204, Oppianus δεῖμα πολύχροον appellavit,] plumis pinniſque avium diſtincta, qua utuntur venatores ad fallendas & capiendas feras, ein popantz, federlappen. Seneca lib. 1 de Ira cap. 12 *Nec eſt mirum, quum maximos ferarum greges linea pennis diſtincta contineat, & in inſidias agat ab ipſo effectu dicta formido.* De hac Seneca Hippolyto v. 46

picta rubenti
Linea pinna, vano eludat
Terrore feras.

Plura notat Colvius ad illud Apuleji Apolog. *Verum ego iſta commemoravi, non quod pinnarum formidines timerem.* Item Caſaub. ad eamdem Apol. in f. Item Pareus Lex. Crit. p. 496 ex Virg. Æn. 12 v. 749, Horat. 1 ſat. 8 v. 3, Turnebi Adverſ. 5 cap. 5, &c. ¶ Hinc Gellius lib. 8 cap. 9 captioſas quæſtiones *formidines* vocavit. Et apud Tacitum Hiſt. 2, 54, 3 eſt *intendere formidinem.* ¶ Ipſe autem pluralis *Formidines* etiam Ciceroni uſurpatus 1 Fin. cap. 19 *horribiles formidines.* Et pro Quintio cap. 14 *formidines opponantur.* Et Livius 30 cap. 28 *formidines agitare animis.*

¶ Formīdŏlōſus, a, um, qui formidat, & formidatur, furchtſam, ſchrecklich. Active enim & paſſive uſurpatur. Ter. in Eunuch. a. 4 ſc. 6 v. 18 *Num formidoloſus obſecro es, mi homo*, i. e. timidus, biſt du denn ſo furchtſam? Sed *bellum formidoloſiſſimum*, Cic. pro Lege Manil. cap. 21, id eſt, maxime metuendum, ein krieg, dabey viel ſorge, furcht und gefahr iſt. Sic Plaut. Pſeud. a. 3 ſc. 2 *Herbas formidoloſas dictu, non eſu modo* dixit. *Horribilis & formidoloſus locus*, Cic. in Piſon. cap. 24. Et Salluſt. Catil. cap. 7 *Regibus boni, quam mali ſuſpectiores ſunt, ſemperque iis aliena virtus formidoloſa eſt.* Ac Plaut. Amphitr. a. 5 ſc. 1 v. 65 *Mira memoras: nimis formidoloſum facinus prædicas*: i. e. formidandum & metuendum. Tacit. 1 Annal. cap. 62 *formidoloſior hoſtium exercitus.* Cic. Philipp. 7 cap. 2 extr. *tempus formidoloſiſſimum.* De ſomniis gravibus, *formidoloſiſſima videre*, Suetonius dixit Auguſto cap. 91.

¶ Formidoloſe, adverb. zum ſchrecken. Cicer. pro Sextio cap. 19 *opponi concionibus falſo, ſed formidoloſe tamen.* Comparativus *formidoloſiùs*, Catonis eſt Orat. de Conſulatu ſuo apud Chariſium lib. 2 p. 196.

¶ Formīdo, avi, atum, are, ſich fürchten, verabſcheuen. *Formidare omnia*, Cicer. 2 de Fin. cap. 16. *Intus paveo, formido foris*, Plaut. Ciſtel. a. 4 ſc. 2 v. 20, inwendig habe ich ſchrecken, auswendig furcht. *Formidare auro*, furcht wegen des geldes haben, Argum. Aulul. Plautinæ v. 6. *Pavor etiam auxilia formidat*, Curt. 3, 11, 12. ¶ *Formido* interdum idem eſt atque renuo, nolo, ich trage bedencken. Plaut. Pſeud. a. 1 ſc. 3 v. 81 *Fac hoc mea fide, ſi iſti formidas credere.*

¶ Formidatus, a, um, für dem man ſich fürchtet: ut, *formidatus nautis Apollo*, Virg. Æn. 3 v. 275. *Æthiops claſſe formidatus*, Horat. 3 od. 6 v. 15. *Formidata Parthis Roma*, Idem 2 epiſt. 1 v. 256.

¶ Formidatio, ōnis, die befürchtung. Vet. Gloſſ. *Formidatio*, δειλία. Tribuitur Ciceroni in Partit. Orat. cap. 4, ubi alii habent *reformidationem*, & alii *reformationem.*

¶ Formīdābĭlis, e, das zu fürchten iſt, entſetzlich, erſchrecklich; ut, *formidabilis ſerpens*, Ovid. 2 Metam. v. 175. Idem lib. 14 v. 121 *Æneas formidabilis Orci vidit opes.*

¶ Formidāmen, ĭnis, ein ungethüm, geſpenſt. Apulej. Apolog. p. 315 ed. Elmenh. *Noctium occurſacula, buſtorum formidamina, ſepulcrorum terriculamenta.*

Compoſita:

¶ Afformīdo, are, valde metuere, ſich ſehr befürchten. Plaut. Bacch. a. 4 ſc. 10 v. 3 *Afformido, ne is pereat.*

¶ Informidabilis, e, non metuendus, unentſetzlich. Corippus 2 v. 354

Omnis erit judex informidabilis illi.

¶ Informidatus, a, um, paſſive, qui non formidatur, ungefürchtet. Silius lib. 15 v. 241 *Hac tacite nitens informidatus adire.*
Vide quæ ibi notavit Cellarius.

¶ Performidatus, a, um, ſehr gefürchtet. Silius lib. 3 v. 608

Jam puer auricomo performidate Batavo.

¶ Performidoloſus, a, um, valde formidoloſus, ſchüchtern. Aurel. Victor in Claudio Cæſare: *naturâ performidoloſus.*

¶ Reformīdo, are, idem quod ſimplex, ſich fürchten, ſcheuen. Cicer. Philipp. 7 cap. 6 *Pacis nomine bellum involutum reformido.* Curt. 6 cap. 9 n. 3 *quorum mentionem adhuc reformido.*

¶ Reformidatio, ōnis, die furcht. Cic. Partit. Orat. cap. 4 *Orator in ſuaſione ſibi proponit aut ſpem, aut reformidationem deliberantis.*

Formo, āre, Formoſitas, Formoſus, Formula, vide *Forma.*

FORNAX, ācis, κάμινος, caminus, der ofen. Nomen habet à *fornum*, quod eſt calidum. vid. Nonius cap. 12 n. 52. Ovid. 15 Metamorph. v. 340 *Sulphureis ardet fornacibus Ætna. Fornax æraria*, ein ſchmeltzofen, Plin. lib. 11 cap. 26. *Fornax calcaria*, &c. vide *Calx.* ¶ *Fornax* dea etiam conſtituta eſt a Numa; Is & *Fornacalia* inſtituit, farris torrendi ferias. vid. Plin. 18 cap. 2, & mox *Fornacalia.* Ovid. 2 Faſt. v. 525 *Facta dea eſt fornax: læti Fornace coloni*
Orant, ut fruges temperet illa ſuas.

¶ Fornacula, æ, dimin. ein öfgen. Juvenal. ſat. 10 v. 82 *magna eſt fornacula.* Item Vitruvius lib. 7 cap. 10 pr. etiam uſus eſt. Et metaphorice Apulejus Apolog. p. 321 *Hic teſtium coemtor, hic totius calumniæ fornacula*, der die lügen geſchmiedet.

¶ Fornaceus, a, um, wie ein ofen; ut, *Fornacei parietes*, ad formam fornacum ſub terra facti, Plin. 35 cap. 14.

¶ Fornacalis, e, zum ofen gehörig. Fornacem inter Numina habitam, *Fornacalem Deam*, Ovidius vocat 6 Faſtor. v. 315.

¶ Fornacalia, orum, ſacra erant apud Romanos, cum ad fornacem, quæ in piſtrinis erat, ſacrificium fieri ſolebat. vide Ovidium 2 Faſtor. v. 527. Lactantium lib. 1 Inſtit. Divinar. cap. 20, itemque Feſtum, & Plin. lib. 18 cap. 2.

¶ Fornacator, ōris, qui fornacem balnei ſuccendit, ein ſtubenheitzer. Apud Paulum Lege 14 [Ita enim ibi; non *Fornicator* legendum eſt] Dig. de Inſtr. vel Inſtrum. legato.

¶ Fornacarius, a, um, aliud adject. ut, *fornacarius ſervus*, ein beckenknecht, einheitzer, lege 28 §9 D. ad Leg. Aquil. Conf. Turneb. Adverſ. 8 cap. 9.

Fornico, Fornicor, Fornicator, ſequitur in *Fornix.*

FORNIX, ĭcis, arcus in ædificiis, ein gewolbe, ſchwibbogen. Virg. 6 Æn. v. 626 *adverſo fornice portæ*, gewölbete ſtadt-thore. Vetus Poëta: *Cæli ingentes fornices*: ſed id Ciceroni 3 de Orat. cap. 40 alienius videtur. vid. Voſſ. lib. 4 Inſtit. Orat. cap. 6 Tmemat. 7 p. 99 ſeq. ¶ 2. *Fornix* & lupanar eſt & cella meretricia, ein huren-hauß. Vnde Curio Cæſarem, *Bithynicum fornicem* appellavit, ut Suetonius ejus vitâ refert cap. 49. Juvenal. ſat. 3 v. 156

Lenonum pueri quocunque in fornice nati.

Prudentius Agone Agnetis ſub finem:

Cui poſſe ſoli cunctiparens dedit
Caſtum vel ipſum reddere fornicem.

Vet. Gloſſ. πορνεῖον, *Fornix, Ganeum, Lupanarium.* Cauſſa appellationis inde eſt, quod lupanaria cellis ſubterraneis fornicato opere, in quibus ſcorta proſtituebantur, diſtincta erant: Vnde & *Ganea* ἀπὸ τῆς γᾶς, a terra nuncupabantur. vide Petronianos Interpretes.

¶ Fornĭco, are, fornicem facere, aufwölben, beugen, krümmen. Plin. lib. 16 cap. 42 *Palma fornicatur*, i. e. ſurſum incurvatur: & de apibus lib. 11 cap. 10 *Crypticis arcubus fornicare*, Sidon. 1 epiſt. 5.

¶ Fornĭcor, ari, deponens, ſcortari, meretricari, huren. Vet. Gloſſ. πορνεύω, *Fornicor, ſcortor.* Sed hoc ſenſu tantùm Vulgatus Interpres, & Eccleſiaſtici utuntur.

¶ Fornica-

¶ Fornicatus, a, um, fornicem habens, gewölbt, gebogen. Cic. Top. cap. 4 *Paries vel solidus, vel fornicatus.* Plinius de apibus lib. 11 cap. 10 *Ruentes ceras fulciunt pilarum intergerinis à solo fornicatis.* Et Ammianus Marcellinus lib. 26 cap. 24 *fornicatum ædificium* dixit: & Plinius 12 cap. 5 *fornicato ambitu.*

¶ Fornicarius, i, ein hurer, hurenwirth. Salvianus 7 Gub. p. 279 *Quis in illo numero castus fuit? castum dico? quis non fornicarius, non adulter?* conf. Vulg. Interpr. 1 Tim. 1 v. 10.

¶ Fornicaria, æ, prostibulum, eine hure. Vet. Gloss. *Fornicaria, πόρνη, ἀπὸ καμάρας, ἢ ἐναντία.* Tertullianus de Pudicit. cap. 16 ita vertit πόρνην 1 Corinth. 6 v. 15.

¶ Fornicatio, ōnis, fornicis structura, die wölbung. *Fornicatio lapidum*, apud Senecam epist. 95. Et Vitruvius lib. 6 cap. 11 *parietum fornicationes.* ¶ 2. Scortatio, hurerey. Vet. Gloss. πορνεία, *Fornicatio.* Adde Tertullianum de Pudicit. cap. 1 extr. & contra Marc. 5 cap. 7, sed sic quoque ecclesiastici tantum usûs est.

¶ Fornicator, ōris, ein hurer, apud ecclesiasticos scriptores potissimum. Tertullian. de Pudicit. c. 1 *limitem mœchis & fornicatoribus figimus.* Et Salvianus lib. 7 Gub. p. 283 *una meretrix multos fornicatores facit.*

¶ Fornicatrix, īcis, eine hure. Isidorus lib. 10, FORNICATRIX *est, cujus corpus publicum: Hæ sub arcuatis prosternebantur. Quæ loca* FORNICES *dicuntur.*

¶ Confornicare, architectonico sensu, idem quod fornicare, zuwölben. Vitruvius lib. 5 cap. 5 *cellæ confornicentur.*

FŎRO, avi, atum, are, bohren, graben. Plaut. Most. a. 1 sc. 1 v. 53 *Forabunt te patibulatum per vias stimulis,* sie werden dich ausstäupen. Sidon. 9 epist. 13 *Jaculo jam forante cruor exit.* Macrob. Sat. 7 cap. 3 *quibus mos est, aurem forare.*

¶ Foratus, a, um, gebohrt, durchgebohrt. Macrob. l. c. *Bene foratas habere aures. Forata arbor,* Colum. lib. 5 cap. 10 sub fin. Et, *regulæ foratæ,* Vitruv. lib. 10 cap. 13.

¶ Fŏrātus, ûs, subst. idem quod perforatio, die durchbohrung. Lactant. de Opif. Dei cap. 8 *a foratu frontem nominatam Varro existimavit.* Tertull. de Pallio cap. 4 *aurem foratu effœminatus.*

¶ Fŏrābilis, e, leicht zu bohren. Ovidius 12 Metam. v. 170

nulloque forabilis ictu.

¶ Fŏrāgo, ĭnis, filum, quo textrices diurnum opus distinguunt, a forando dictum, ein sitzfaden, Festus. *Residens inter pensa & foragines puellarum,* Symmach. 6 epist. 97.

¶ Fŏrāmen, ĭnis, ein loch. Cic. 1 Tusc. cap. 20 *Foramina patent ad animum à corpore.* De quibus Lactantius videatur Opificio Dei cap. 8 seq.

¶ Foraminatus, a, um, quod foramina habet, durchgebohrt, durchlöchert. Sidonius lib. 2 ep. 2 *foraminatus paries.* conf. 3 epist. 5.

¶ Foraminosus, a, um, löcherieht: ut, *foraminosa caro,* Tertull. de Patient. cap. 14.

¶ Multiforabilis, & Multiforatilis, vide *Multus.*

¶ Septifŏris, e, vide supra *Foris.*

Composita cum præposit.

¶ Circumfŏro, are, unde

¶ Circumforatus, a, um, rings umher durchbohret. Plin. lib. 17 cap. 27 *Stipite ab imâ parte circumforato.*

¶ Effŏrare, ausbohren, hohl machen. Columella lib. 9 cap. 1 *truncus compluribus locis per latus, efforatur.*

¶ Infŏrare, vulgo ex Plin. 17 cap. 14 affertur, ubi sit: *trunco medio inforare.* Verum Harduinus auctor est, in omnibus manuscriptis libris esse *imperare,* dubitatque, an *inforare,* pro *perforare,* Latium recipiat. Nam Plauto Curcul. a. 3 v. 31 *inforare* a *forum* est, notatque, in forum vocare. At *imperare* viti, arvis, arboribus, est cogere, ut id ferant quod speramus. Vide infra *Imperare.*

¶ Perfŏrare, durchbohren, durchlöchern. *Perforare aliquid & patefacere,* Cic. 7 fam. epist. 1. *Uno ictu duo pectora perforare,* Ovid. Met. 12 v. 377.

¶ Perforatus, a, um, durchgebohrt, löcherieht. *Perforato animo hauriebamus & transmittente,* Seneca epist. 99. *Viæ ad oculos a sede animi perforatæ,* Cic. Tusc. lib. 1 cap. 20. Et, *duo lumina ab animo ad oculos perforata,* de Nat. Deor. lib. 3 cap. 4.

¶ Perforaculum, i, ein bohrer. Arnobius lib. 6 p. 200 *Serris, perforaculis, asciis, secta, dolata, effossa.* Gloss. Vet. *Perforaculum, τέρετρον, τρύπανον.*

¶ Transfŏrare, durchbohren, durchstechen. Seneca 2 Benefic. cap. 6 *Gladius stringit & transforat.*

FORPEX, ĭcis, qua pili inciduntur, eine balbierschere. Ita enim Isidorus lib. 20 Orig. cap. 13, & Cassiodorus Orthogr. cap. 4, discrimen faciunt inter *forficem,* & *forpicem,* ut illa sartoris sit; hæc tonsoris. Sidonius Apollinaris Carmine 15, sive Polemii Epithalamio, v. 184

Rapit odoratam redolenti forpice barbam.

Ita castigatissimis libris scriptum est Wowerii, Elmenhorstii, Savaronis, Sirmondi, quod ideo addo, quia Vossius aliique de latinitate hujus verbi dubitaverunt. Vetus Onomasticon: *τριχίδες, Forpices.*

FORS, forte, significat *eventum, casum,* der zufall, das schicksal. Livius lib. 1 cap. 4 *forte quadam an divinitus,* ohngefehr oder durch schickung GOttes. Ita & Vellejus 2, 66, 5 *Vel forte vel providentia vel utcunque constitutum.* Ter. Hec. a. 3 sc. 3 v. 10 *Fors incommode illis obtulerat adventum meum.* Virg. Æn. 1 v. 381 *Nos forte sua tempestas appulit,* i. e. casu, quo solet. ¶ 2. Item *Fortunam.* Cic. in Pison. cap. 2 *Sit sane fors domina campi.* vide *Campus.* Idem ad Attic. lib. 14 epist. 13 *Sed hæc fors viderit, ea, quæ talibus in rebus plus, quàm ratio potest,* das mag das glück walten, welches in solchen händeln mehr vermag, als klugheit. *Fors prælii,* id est, fortuna prælii; Justin. 5, 11, 8 *Cum in bello, fors prælii utrumque fratrem pugnæ obtulisset.* conf. Tac. Ann. 14, 5, 5, & Nepos 16, 2, 1. ¶ 3. *Fors fortuna,* est eventus melioris fortunæ. Terent. Hecyr. a. 3 sc. 3 v. 26 *Forte fortuna;* Idem Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 54 *Forte fortuna adfuit hic meus amicus,* quod nos dicimus, zu meinem grossen glück. *Fortis fortunæ ædes fuit trans Tiberim,* ut Donatus ait ad Ter. Phorm. a. 5 sc. 6 v. 1, *ejusque diem festum colebant, qui sine arte vivebant; Illi etiam gratias agebant, quibus aliquid successerat. Eo igitur vocabulo significatur magna vis fortunæ.*

¶ Forte, adverbium, id est, *casu,* zufälliger weise, ohngefehr. *Forte evenit, ut* &c. Livius lib. 1 cap. 22. Sunt tamen, qui contendunt, non esse adverbium, sed ablativum a recto casu *fors:* cujus Genitivum, *fortis,* Varro lib. 5 de L. L. & Columell. lib. 10 v. 316. Accusativum vero *Fortem,* idem Varro lib. 4 n. 10, & Ovid. Fastor. 6 v. 773. Ablativum, cum apposito pronomine, *forte quadam,* Livius lib. 1 cap. 4 & alii ediderunt. Conf. Bernegg. ad Suet. Aug. cap. 6, 3. ¶ 2. *Forte* inservit formulis dubitandi, cum antecedat si, nisi, ne; ut, *si forte,* wenn etwa, vielleicht: *nisi forte,* es sey dann, daß. Nepos 10, 9, 2 *Si forte consiliis obstitisset fortuna.* Cic. de Orat. 2 cap. 46 *Ac ne forte hoc magnum ac mirabile videatur.* Idem de Fato cap. 16 *Nisi forte volumus,* &c.

¶ Forsan, adverbium, &

¶ Forsĭtan, dubitationem significant, vielleicht. Virg. 1 Æn. v. 203

Forsan & hoc olim meminisse juvabit.

Et, *Forsitan hic mihi parvam habeat fidem,* Terent. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 117, vielleicht möcht er mir nicht glauben.

¶ Forsit, i. e. forsan. Horatius lib. 1 sat. 6 v. 49

Dissimile hoc illi est: quia non ut forsit honorem
Jure mihi invideat quivis. Lucret. lib. 6 v. 735
Forsit & Æthiopum penitus de montibus altis
Crescat.

Virgil. 11 Æn. v. 50 *Forsit vota facit.* Ita enim habent quidam Codd. Alii, *Fors & vota.*

¶ Fortassis, Fortasse, idem. Cic. lib. 2 famil. epist. 16 *Sed ego fortassis vaticinor,* &c. vielleicht bin ich ein prophet. Ter. Heaut. a. 4 sc. 3 v. 37 *Tu fortasse, quid me fiat, parvipendis.*

¶ Fortassean, idem. Apul. Apol. *Fortassean adhuc vidua antequam nupta, domi sedisset.* Et Gellius lib. 7 cap. 3 sub fin. *Ea omnia distinctius numerosiusque, ac comtius fortassean dici potuerunt.* Idem lib. 11 cap. 9 pr. *fortassean auxilii petendi gratia.* In his enim eleganter dubitandi particula *Ἀν προσπαραλαμβάνηται.* vid. Parei Lex. Crit. p. 498.

¶ Fortŭītus, a, um, quod a *Fors* magis, quam à *fortuna* descendere, significatio ipsa testis est. Id autem *fortuitum* dicitur, quod casu accidit, vel, quod in fortuna positum est, zufällig, das ohngefehr geschiehet. Cicero 3 Nat. D. cap. 36 *Boni fortuiti quippiam nacti sumus.* Et, *fortuita pugna,* Quintil. lib. 6 extr. Sic proverbii instar est, *Fortuiti casus sub orationem non veniunt,* ex Thucydidis lib. 1 πρόσωπον ... τύχοι ἢ λόγῳ διαιρεῖται. ¶ *Fortuita* absolute sunt allerhand fälle. Tac. Hist. 4, 5, 3 *firmior adversus fortuita.* Idem Ann. 4, 64, 2 *Fortuita ad culpam trahuntur.* De quantitate tertiæ syllabæ vide infra *Gratuitus* in *Gratia.*

¶ Fortuito, id est casu, ohngefehr, adverbium, quod &

¶ Fortuitu legitur. Cicer. in Philipp. 10 cap. 2 *Quod verbum tibi non excidit fortuitu. Fortuito aut sine consilio,* Cæs. 7 B. G. c. 20. *Casu & fortuitu id factum est,* Cicer. 2 Nat. Deor. cap. 7 & 28. *Fortuitu oblatam occasionem aucupari,* Hirtius B. Afric. cap. 3. *Fortuito multa in melius cadunt,* Tac. Ann. 2, 77, 2.

Fortassis, Fortassean, quære antè in *Fors.*

FORTEX, ĭcis, unguis, hoc est, infimi pars rosæ albida, das weisse am rosenblat. Julius ex Nebrissensi.

FORTIS, e, magnanimus, strenuus, constans, maximi animi, mannhafft, männlich, keck, beherzt. Est enim *animi & virtutis,* fortitudo, ut *Robur,* firmitas corporis. Cic. Offic. lib. 1 cap. 23 *Fortis animi est, & constantis, non perturbari in rebus asperis.* Idem in 2 Tusc. cap. 4 *Fortes fortuna adjuvat.* Quod in Medea Seneca v. 159 sic dixit: *Fortuna fortes metuit, ignavos premit.* Ennius sic apud Macrob. lib. 1 c. 1 *Fortibus est fortuna viris data:* wagen gewinnet. Sallust. Jugurth. cap. 95 de Sylla: *Multi dubitavere, fortior, an felicior esset:* & cap. 85 Marius apud eumdem Sallustium dixit, *fortissimum quemque generosissimum esse.* Horat. lib. 4 oda 4 v. 29

Fortes creantur fortibus, & bonis.

Et lib. 2 Serm. Satyr. 2 extr. *vivite fortes,*
Fortiaque adversis opponite pectora rebus.

¶ 2. Apud Plautum in Milite a. 4 sc. 3 v. 13 pro *formoso* ponitur, ut exponit Nonius cap. 4 n. 195. *Fortis* enim & *pulcher* antiquis idem: *Pulcher* quasi πολύχειρ, i. e. fortis, unde Virgil. Æn. 7 v. 656

Satus Hercule pulchro
Pulcher Aventinus.

Romani enim, qui omnia in fortitudine ponebant, eum demum bonum & formosum putarunt, qui esset fortis. Vide Jul. Cæs. Scalig. de Caus. Lat. Ling. lib. 1 cap. 22. ¶ 3. Terent. Andr. a. 2 sc. 6 v. 13

cavit, ne unquam infamiæ
Ea res sibi esset, ut virum fortem decet.

Virum fortem, i. e. bonum, honesto loco aliquo, & qui in re sit. Sic Plaut. Trinum. a. 5 sc. 2 v. 9 *Familiam fortem* dicit, quam v. 11 *optimam* nominat: quod & dives esset, & bene audiret. ¶ 4. Ponitur & pro robusto ac valido, laborumque tolerante, starck. Vet. Gloss. *Fortis, ἰσχυρός, γενναῖος.* Sic *fortem in operibus administrandis* Columella dixit lib. 1 cap. 8. Et Plin. lib. 10 epist. 89 *Incolumis & fortis aliis super alia oneribus augeas,* FORTIS, i. e. firmo corpore, recte valens. Idem lib. 7 epist. 23 *Gaudeo quidem esse te tam fortem, ut Mediolani occurrere Tironi possis.* Ubi & Buchnerum videre licet. Adde Borrichii Cogit. p. 108, ubi adversus Vossium ostendit, vocabulum *fortis* & *fortissimus* pro munito ac firmo usurpari multis scriptoribus classicis.

¶ Forticulus, a, um, diminutiv. ein wenig starck, per jocum Cicero usus est in 2 Tuscul. cap. 19, *Præbere se forticulum.* Apul. lib. 8 de Asino Aureo p. 213 ed. Elmenh. *Is nimio præstinandi studio præconem rogat, cujatis essem; At ille, Cappadocem me, & satis forticulum denunciat.* Auson. Epistola ad Hesperium Idyllio 5 præfixa: *Si qua tibi multò sint fucatius concinnata, quàm verius, & plus coloris, quam succi habere*

bere videantur, ipse sciens fluere permisi, venustula ut essent magis, quam forticula, instar virginum.

¶ Fortiusculus, a, um, aliud diminut. etwas starck, affert Pareus in Plauti Mil. a. 4 sc. 3 v. 13. vide ejus Lex. Crit. p. 499. Sed improbat Taubm. ad l. c. p. 865.

¶ Fortesco, ĕre, Nævius poëta pro *fortem fieri* posuit, ob id notatus a Gellio lib. 19 cap. 7.

¶ Fortĭter, animose, magno & infracto animo, adverb. månnlich, tapffer und keck. *Ferre fortiter & sapienter, quicquid acciderit*, Cicer. ad Attic. lib. 14 epist. 13. Et, *Non animose solum & fortiter, sed considerate etiam sapienterque aliquid facere*, Idem 4 Philipp. cap. 2. Plaut. in Asinar. act. 2 sc. 2 v. 57 *Hem ista est virtus, quando usus est, qui malum fers fortiter. Fortiter malum qui patitur, idem post potitur bono. Fortiter facere*, sich månnlich halten. Lepide Horatius lib. 1 epist. 15 v. 26

> *Mænius ut rebus maternis atque paternis*
> *Fortiter absumtis.*

Cæsar 2 Gall. Bell. cap. 26 *Audaciùs resistere, ac fortius pugnare cœperunt.* Et lib. 4 cap. 12 *fortissime resistere*: & cap. penult. ejusd. libri: *amplius horis IV fortissime pugnaverunt*, ritterlich kåmpffen.

¶ Fortĭtūdo, ĭnis, virtus est, qua adversa tolerantur, cujus sunt *comites, animi magnitudo, gravitas, patientia*, Cicer. in 2 Tuscul. cap. 13, die tapfferkeit, mannhafftigkeit. Cicero rursus lib. 3 Offic. cap. 27 pr. *Magnitudinis animi & fortitudinis proprium est, nihil extimescere, omnia humana despicere, nihil, quod homini accidere possit, intolerandum putare.* Auctor ad Herennium lib. 3 cap. 5 *Fortitudini fortuna adjumento solet esse.*

¶ Fortĭtas, atis, die stårcke. Gloss. gr. lat. *ἀνδρειότης, fortitas, virilitas.* Placet hæc vox Salmasio ad Solin. p. 26.

¶ Fortĭfico, are, stårcken. Cæl. Aurel. Acut. 2 c. 30 *vina sufficientia fortificare.*

¶ Conforto, are, est itidem fortem facere, roborare, stårcken. Posteriorum est & fere ecclesiasticorum. Cyprianus epist. 62 [Pamel. 60] *Religio instigare nos debet & confortare ad fratrum membra redimenda.* Lactantius lib. 4 cap. 15 sect. 13 Esaiæ verba cap. XXXV vertens: *Confortamini manus resolutæ.* Et Macer carm. 71 de zedoaria: *Confortat stomachum.*

¶ Perfortiter, adverb. sehr månnlich, ritterlich. Terent. Adelph. a. 4 sc. 2 v. 28 *Vincere perfortiter.*

¶ Præfortis, e, idem ac perfortis. Tertullianus de Carne Christi c. 5 *Hinc carneum, inde spiritualem: hinc infirmum, inde præfortem.*

Fortuitus, vide in *Fors.*

FORTŪNA, æ, est rerum, quæ accidunt, subitus ac inopinatus eventus, definitore Lactantio, isque seu bonus seu malus. Medium enim *fortuna* vocabulum est, glůck und unglůck. *Fortuna adversa, prospera, secunda.* Cicer. de Divinat. lib. 2 cap. 6 *Quid est aliud sors, quid fortuna, quid casus, quid eventus, nisi quum sic aliquid cecidit, sic evenit, ut vel non cadere atque evenire, vel aliter cadere atque evenire potuerit?* Sic dicimus: *Uti fortuna*, glůck haben. Nepos Cimone c. 2 n. 3 *Eodem die pari fortuna in terra usus est.* Curt. lib. 3 cap. 2 n. 18 *Homines, cum se permisere fortunæ, etiam naturam dediscunt.* Sic, *Esse fortunâ aliquo inferiorem*, Cicer. 13 fam. epist. 5, nicht so viel glůck haben, als ein ander. *Amplificare fortunam suam*, id est, divitias, Cic. de Amic. cap. 16. Horatius lib. 1 epist. 5 v. 12

> *Quo mihi fortunam, si non conceditur, uti?*

was soll mir geld und gut, so ichs nicht brauchen darff? *Quo se fortuna, eodem & favor hominum inclinat*, Justin. lib. 5 cap. 1 extr. ¶ A veteribus Dea esse credita est, & potentissima, cui primus Romæ templum dedicavit Ancus Marcius, quartus à Romulo rex, hunc secutus Servius Tullius, qui plurima ei templa posuit, eique regnum suum acceptum tulit: ita, ut etiam cum eo consuescere Fortuna putaretur, per fenestellam in domum ejus descendens. Ejus varia nomina habes apud Rosin. lib. 2 Ant. Rom. cap. 16, & Alex. ab Alex. lib. 1 cap. 12. adde Dalechamp. ad Plin. lib. 1 cap. 7. ¶ Inest & elegantiæ nonnihil voci pluraliter elatæ; ut, *Amplissimæ fortunæ*, sehr gute sache und gelegenheit. *Amplissimas fortunas amittere*, Cic. 7 Verr. cap. 8. *Fortunas alicujus defendere*, Cic. Divin. in Verr. cap. 6, eines leib und leben, gut und ehr vertreten. *Honoribus amplissimis fortunisque maximis ornatus Imperator*, hoc est, felicitatibus maximis, Cic. ad Brut. epist. 18: *Fortunis omnibus aliquem evertere*, Cic. Divin. in Verr. cap. 6, einen ům sein haab und gut bringen. Terent. Andriâ a. 1 sc. 1 v. 69

> *tum uno ore omnes omnia*
> *Bona dicere, & laudare fortunas meas.*

Ubi Donatus, *ἐμφατικώτερος*, inquit, *fortunas*, quam *fortunam.* Sic & in deteriorem partem Plautus Mil. a. 2 sc. 1 v. 47 *Conqueritur mecum mulier fortunas suas*, id est, miserias. Apulejus in Apologia dixit: *Ampliusculâ fortuna devolutus. Ferre pulcherrime secundam fortunam, & adversam æque*, Serv. Sulpicius Ciceroni lib. 4 epist. 5 extr. sich sehr wohl im glůck und unglůck zu halten wissen. Ausonius epigr. 8

> *Fortunam reverenter habe, quicunque repente*
> *Dives ab exili progrediere loco.*

gehe mit dem glůck behutsam um. Cic. pro Pomp. cap. 16 *Fuit profecto quibusdam summis viris ad res magnas bene gerendas divinitus adjuncta fortuna.* Idem in Tuscul. lib. 5 cap. 9 *Vitam regit Fortunâ, non sapientia.* Contra Juvenal. extrem. sat. 10

> *Nullum numen abest, si sit prudentia: sed*
> *Nos facimus, Fortuna, deam, cæloque locamus.*

Huc & mimus ille facit: *Fortuna nulli plus quam consilium valet.* Contra Plaut. in Pseudolo a. 2 sc. 3 v. 12 *Centum doctûm hominum consilia sola hæc devincit Dea, Fortuna.* Rursus Cicero pro M. Marcello cap. 2 *Fortuna domina est rerum humanarum.* Vellej. 2, 116, 3 *Fortuna in omni re multum potest.* Sallust. Catilin. cap. 8 pr. *Fortuna in omni re dominatur*, i. e. in omnibus bonis externis potissimum, quæ extra homines sunt, ut sunt: præclara fama, divitiæ, forma, victoriæ &c. in bonis enim animi fortuna nihil potest, *quippe quæ probitatem, industriam, aliasque bonas artes neque dare, neque eripere cuiquam potest*, sunt

verba ejusdem Sallust. in prologo Belli Jugurth. Et Cic. de Amicit. cap. 15 *Non solùm ipsa fortuna cæca est, sed eos etiam plerumque efficit cæcos, quos complexa est.* Pacuvius apud auctor. ad Herenn. lib. 2 c. 23

> *Fortunam insanam esse & brutam, perhibent Philosophi,*
> *Saxique ad instar globosi prædicant esse volubilem:*
> *Quia, quo saxum impulerit Fors, eò cadere fortunam autumant.*
> *Cæcam ob eam rem esse vocant, quia nil cernat, quò sese applicet.*
> *Insanam autem ajunt, quia atrox, incerta, instabilisque sit:*
> *Brutam, quia dignum aut indignum nequeat internoscere.*

Plin. ad Cæs. Vespas. H. N. 2 c. 7 *Toto mundo & locis omnibus, omnibusque horis, omnium vocibus Fortuna sola invocatur: una nominatur, una accusatur, una agitur rea, una cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cum convitiis colitur: volubilis, à plerisque vero & cæca etiam existimata: vaga, inconstans, incerta, varia, indignorum fautrix. Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta: & in tota ratione mortalium sola utramque paginam facit.* Publ. Mimus: *Fortuna nimium quem fovet, stultum facit.* Et Seneca in Medea v. 176 *Fortuna opes auferre, non animum potest.* Sallust. Catilin. cap. 2 *Fortuna simul cum moribus immutatur.* Et Nepos Attico cap. 11 *Sui cuique mores fingunt fortunam*, wie man sich hålt, so hat man glůck. Seneca in Agamemnone v. 100

> *quicquid in altum*
> *Fortuna tulit, ruitura levat:*
> *Modicis rebus longius ævum est.*

Silius Italicus lib. 4 v. 734

> *Pelle moras: brevis est magni fortuna favoris.*

Cic. ad Plancum lib. 10 famil. epist. 3 *Omnia summa consecutus es, virtute duce, comite fortunâ.* C. Nepos de Eumene cap. 1 pr. *Si virtuti par data esset fortuna* &c. *Fortunam in potestate habuit Cato*, Vellej. 2, 35, 2. Et Alexander M. Curt. 6, 5, 35, *ille propter virtutem fortunæ utriusque moderatricem, hic propter obsequium fortunæ semper faventis.* ¶ Sumitur etiam pro conditione, & statu; Corn. Nep. 7 cap. 9 n. 4 *Conversa subitò fortuna est*, i. e. rerum status, & vices. Vellej. 2, 102, 3 *Fortunæ magnæ comes est adulatio.* ¶ *Fortuna imperii, fortuna Pop. Romani*, non simpliciter pro felicitate accipitur, sed auspicium majestatis notat, de quo Grut. Discurs. ad Tacit. 1, & Bœcler. de Ausp. Regio.

¶ Fortūno, avi, atum, are, fortunâ, felicitate & bonis augere, segnen, beglůcken, glůck darzu geben. v. Nonium c. 2 n. 315. Cic. lib. 2 famil. epist. 2 *Tuum patrimonium Dii fortunent.* Et lib. 15 epist. 7 *Eum honorem tibi Deos fortunare volo.* Horat. lib. 1 epist. 11 v. 22

> *Tu, quamcunque Deus tibi fortunaverit horam,*
> *Grata sume manu.*

¶ Fortunatus, a, um, potens, florens, dives, glůckselig, begůtert. *Fortunatus & nobilis homo*, Cic. 2 de Orat. cap. 86, ein reicher und edler. *Nihil est nobis fortunatius*, Idem lib. 2 ad Q. fratr. epist. 14. Et, *Ecquis me hodie vivit fortunatior?* Terent. Eunuch. a. 5 sc. 8 pr. Idem Heautont. a. 5 sc. 8 pr. *Multo omnium me nunc fortunatissimum factum esse intelligo.* Apulejus 2 Dogm. Plat. p. 25 *Sola virtus fortunatissimos potest facere.* Vellej. 2, 12, 5 *fortunatissimo decertare prælio.* Et Eumenius Panegyr. Constantini cap. 22 *fortunatissima civitas.* ¶ *Fortunatæ insulæ*, hodie *Canariæ*, ab ubertate & felicitate fructuum sic dictæ, in occidente sunt, in Hispaniæ termino contra Mauritaniam. De quibus Pindarus Olymp. B. *ἀντιστρ.* δ. vide & Horat. epod. 16 v. 41, itemque Muretum lib. 5 Variar. Lect. c. 1. Quod & *Atlantica* dicantur, vide supra in *Atlas.* In illis Elysium, seu beatarum animarum receptaculum statuerunt pagani. vide Plutarchum in Sertorio pag. 772. Plautus Trin. a. 2 sc. 4 v. 148 vocat *fortunatorum insulas, quo cuncti, qui ætatem egerunt caste suam, conveniant.*

¶ Fortunate, adverb. glůcklich. *Sapientes feliciter & fortunate vivunt*, Cic. 3 de Fin. cap. 7. Comparativum adferunt ex Columellæ prooemio p. 5 *An putem fortunatius a catenato repulsum janitore?*

¶ Fortunatim, idem. Ennius apud Nonium cap. 2 n. 334 *Fortunatim, feliciter ac bene vortat.*

¶ Infortunatus, a, um, calamitosus, unglůckhafftig. Terent. Eun. a. 2 sc. 3 v. 17 *ô infortunatum senem!* Et Cic. lib. 2 epist. 24 ad Attic. *Nihil me infortunatius: nil fortunatius est Catulo.* Apulejus lib. 4 Metamorph. *infortunatissimus maritus.*

¶ Infortūnĭum, i, infelicitas, calamitas, unfall, unglůck. Terent. in Adelph. a. 2 sc. 1 v. 24 *Si attigisses, ferres infortunium*, so solte es dir ůbel bekommen. *Infortunio mactare*, Plaut. Curcul. a. 4 sc. 3 v. 5. Et Livius lib. 1 cap. 50 extr. *ni pareat patri, habiturum infortunium esse.*

¶ Infortunitas, atis, pro infortunio Gellius dixit lib. 6 cap. 1, *Sunt bona & mala, felicitas & infortunitas, dolor & voluptas.*

Foruli, vide supra *Fori.*

FŎRUM, i, locus primum est rerum venalium, ein kauffplatz, marckt. *Forum boarium*, apud Livium lib. 29 cap. 37 legitur, der viehemarckt. *Forum olitorium*, Idem lib. 21 cap. 62, der krautmarckt. *Forum vinarium*, apud Varronem de re rust. lib. 1 cap. 54. Sic, *piscarium, pomarium forum. Forum cupedinis*, der naschmarckt. vid. Varro L. L. cap. 4 n. 32, ubi addit, *forum appellasse, quo quæque ferrent; quo conferrent suas controversias, & quæ vendere vellent. Forum promercale*, ubi vestes aut res usu tritæ venum exponuntur, der trődelmarckt. ¶ *Uti foro*, proverbiale est, apud Terentium Phormione a. 1 sc. 2 v. 29. Significat autem, accommodare sese præsenti rerum statui, [quod *scenæ servire & populo*, Cicero dixit ad Brutum epist. 9,] der gelegenheit sich zu bedienen wissen. Vide Donatum ad laudatum Terentii locum. Cui contrarium, *decedere de foro.* Nepos in vita Attici cap. 14 *Itaque ad adventum Imperatorum de foro decesserat, timens proscriptionem, latebatque apud P. Volumnium*, &c. Itaque sicut *uti foro*, est in publico versari, nec quicquam vereri in præsens: ita, *decedere de foro*, est abstinere publico, quod præsenti statui diffidas. Sed *foro cedere* etiam dicuntur, qui alieno ære oppressi, sese subducunt: quemadmodum Juvenalis locus accipiendus est satyr. 11 v. 50. Idem & de nummulariis dicitur, quando solvendo non sunt, & mensam seu tabernam amplius non exercent.

Tabernas enim ſuas in foro habebant. Vlpianus lib. 7 § 2 D. Depoſiti: *Quoties foro cedunt nummularii, ſolet prima ratio haberi depoſitariorum.* Idem & *menſam evertere* dicebatur: quod hodie *bancam ruptam facere* dicunt. Nam *banca* menſa eſt; banckerot machen. Sic *foro merſos*, Plaut. Epidic. a. 1 ſc. 2 vocat ære obrutos alieno, quia nempe in foro trapezitæ eſſent. ¶ *Forum* autem Romæ triplex erat. Nam *Veteri*, ſeu *Romano* & *Julio*, Tertium Auguſtus adjecit: Suetonius ejus vita cap. 31. vide ibi Torrentium, & Georg. Fabricii Romam cap. 7, Lipſ. lib. 3 de magnitud. Romana cap. 7. Poſtea tamen & alia addita; Nervæ puta, quod *Tranſitorium* dicebatur: item Trajani ſeu *Vlpium*. De quibus plura, qui Vrbis Romanæ hiſtoriam expoſuerunt: & Voſſius lib. 1 Inſtit. Orator. cap. 6 Tmemate 3 p. 114. ¶ 2. Et quoniam Romæ judicia in foro exercebantur, idcirco *forum* ſæpe, pro actu cauſſarum & adminiſtratione negotiorum civilium, quæque ad jus pertinebant, ſumitur. Cic. lib. 5 ad famil. epiſt. 8 *Vt primum attigi forum*, i. e. in cauſſis agendis verſari cœpi. Niſi forſan de ſumta in foro virili toga is locus interpretandus eſt. vide commentatores. Sic, *foro dare operam*, Plaut. Aſin. a. 2 ſc. 4 v. 22. *In foro eſſe*, Nepos in Catone c. 1 n. 1. Et, *Foro & honoribus ſe parare*, Seneca dixit procem. lib. 2 Controverſ. ¶ 3. Hinc & illud eſt, *in alieno foro litigare*, apud Martialem præfat. lib. 12, id eſt, in novo verſari negotio, cujus periculum antea nullum feceris, etwas neues und unverſuchtes fürgeben. Adde Chiliadas Eraſmi in his ipſis Poëtæ verbis, quæ adagii loco adducuntur. Contra Plaut. in Moſtell. a. 5 ſc. 1 v. 10 *Res in meo vertitur foro*, es gilt meine haut. ¶ 4. *Fora* etiam conventus dicebantur in provinciis, ubi controverſiæ à præſidibus dijudicari ſolebant. Hinc *forum indicere*, apud Virgilium Æn. 5 v. 758. *forum agere*, apud Ciceronem lib. 3 epiſt. 6, & lib. 5 ad Attic. 16, id eſt, forum habere, jus dicere, gericht halten. vide Sigon. lib. 2 de antiquo jure provinc. cap. 5. ¶ 5. *Fora* & *Fori*, ut genere, ita ſignificatione diſcernuntur: neutro loca ſunt, quibus jus dicitur, maſculino ſpatia in navibus. vid. Nonius cap. 5 n. 104, & ſupra *Fori* ſeorſim. Vaſa, quorum uſus in torculariis, peculiariter *Fora* vocat Columella 11 cap. 2, & 12 cap. 18. Apud Iſidorum 15 cap. 6 *Forus* etiam eſt locus, ubi uva calcatur. ¶ 6. *Forum* cum propriis diverſis conjunctum, oppidum ſignificat; ut, *Forum Appii*, *Forum Bibulorum*, Ptolem. Hiſpaniæ urbs. ¶ 2. *Forum Claudii*, Centronum civitas in Alpibus Ptolemæo, hodie *Tarenteſia*, ducis Sabaudiæ. ¶ 3. *Forum* rurſus *Claudii*, urbs *Tuſcorum*, eidem. ¶ 4. *Forum* denique *Claudii* in Hetruria, Plinio lib. 3 cap. 14. ¶ 5. *Forum Cornelii*, & ¶ 6. *Forum Syllæ*, à Cornelio Sylla Dictatore, in Gallia togata. *Forocornelienſis ager*, Plin. ibid. ¶ 7. *Forum Egurorum*, Ptolemæo urbs Hiſpaniæ *Taraconenſis*. ¶ 8. *Forum Julii* & *Forojulium*, Galliæ Narbonenſis civitas, non longe à *Maſſilia*, Gallis *Frejus*. Sunt & *Forojulienſis*, & *Foroflaminienſis* Italiæ populi, quorum Plinius meminit lib. 2 cap. 14. *Forum Julii*, das Friaul, pars Italiæ Norico finitima. ¶ 9. *Forum Livii*, Galliæ togatæ urbs Ptolem. Forli. ¶ 10. *Forum Sempronii*, Vmbrorum civitas, Ptolem. ¶ 11. *Forum Tiberii*, Helveticorum civitas ad Rhenum, Käyſersſtuhl am Rhein. vide & Sigonium de antiquo Jure Italiæ cap. ult.

¶ Fŏrenſis, e, was vor gericht gehöret, gerichtlich; ut, *Homo forenſis*, cauſſidicus, ein advocat. Quintil. lib. 5 cap. 10 p. 364 *Ruſticus, forenſis, negotiator, miles, navigator, medicus, aliud atque aliud efficiunt.* *Opera forenſis*, das advociren, Nepos 7, 3, 4. Et, *Cauſſæ forenſes*, Cic. 3 Nat. D. cap. 4, gerichts-ſachen. *Genus dicendi forenſe*, Quintil. lib. 2 cap. 10. Et Apulej. lib. 10 Mileſ. *Quid ergo miramini viliſſima capita, immo forenſia pecora, immo vero togati vulturii, ſi toti nunc judices ſententias ſuas pretio nundinantur?* ¶ *Forenſia veſtimenta*, quæ foras prodituri ſumebant: quibus oppoſita erant *domeſtica*; Sueton. Aug. cap. 73, & ibi Caſaubonus. vide infra *Veſtis*.

¶ Circumfŏrāneus, a, um, adject. & ſubſt. ἀγοραῖος, vel περιαγοραῖος, ein müßiggänger: item, circulator, ein zahnbrecher, marcktſchreyer. Cicero pro Cluent. cap. 14 *L. Clodius pharmacopola circumforaneus, qui properaret, cui fora multa reſtarent*, &c. ein tyriacks-krämer, der eilfertig war, und noch viel märckte für ſich hatte. Hieron. ad Domnionem epiſt. 51 *Neſcio quem de trivio, de compitis, de plateis circumforaneum monachum rumigerulum concionari adverſum me.* ¶ 2. Gellius lib. 17 cap. 3 ἀγοραίους Græcis dici ait *homines male litteratos*, quos *Circumforaneos* poſſis vertere, id eſt, vulgariter eruditos & tamen doctrinarum opinione tumentes & audaculos. ¶ 3. *Circumforaneam domum* Apulejus lib. 4 A. A. p. 148 pro mobili & ambulatoria à circumferendo videtur uſurpaſſe. vide Elmenhorſtii Indicem Apulejanum.

¶ Superforaneus, a, um, idem videtur notare. Symmachus lib. 3 epiſtola 48 *Superforanei laboris eſt, commendare conſpicuos*: hoc eſt, otioſi, ſuperflui.

¶ Inforare Plautinum verbum, pro *in forum vocare*: vid. Curcul. act. 3 v. 31 ſeq.

Foſſa, Foſſilis, Foſſio, &c. vide *Fodio*.

FŎVEA, æ, eine grube, ein graben. Plaut. Pœnulo a. 1 ſc. 1 v. 59 *Decipiemus foveâ leonem.* Horat. lib. 1 epiſt. 16 v. 50

Cautus enim metuit foveam lupus, accipiterque
Suſpectos laqueos, & opertum milvius hamum.

Cicero Philipp. 4 cap. 5 *bellua in foveam incidit.* Tertull. de Anima cap. 19 uterum matris *genitales fæminæ foveas* vocat, die bärmutter.

FŎVEO, fōvi, fōtum, fŏvēre, calefacere proprie, wärmen. Plaut. Captiv. a. 4 ſc. 2 v. 67

Jubes an non jubes aſtitui aulas? patinas elui?
Laridum atque epulas foveri foculis ferventibus?

¶ 2. Deinde nutrire, alere, hegen, pflegen, erhalten. *Aves pullos excluſos pennis fovent, ne frigore lædantur*, ſie wärmen und decken ſie mit ihren federn, Cic. de Nat. Deorum lib. 2 cap. 52. Et ad Q. Fratrem lib. 3 epiſt. 1 cap. 3 *Scribis de Cæſaris ſummo in nos amore, hunc tu fovebis*, id eſt, omni re adjuvabis. Idem lib. 12 ad Attic. epiſt. 18 *fovebam meos dolores*, ich ſtärckte mein hertzeleid. Tibullus lib. 2 eleg. 7 v. 2 *credula vitam ſpes fovet.*

¶ Fōtus, a, um, gehegt, gewärmt. Cic. de N. D. 2 cap. 48 *pulli a matribus excluſi fotique.* Arnob. lib. 1 *honoribus fotum aliquem ſuſcipere.*

¶ Fotus, ūs, ſubſt. die hegung, wärmung. Plinius lib. 23 cap. 9 *Vtilis eſt igni ſacro fotu.* De lauru ejusque foliis agit. Et ejusdem libri cap. 1 *Decoctura eos juvat & potione & fotu.* Prudentius lib. 2 contra Symmach. v. 584 *queis gloria fotibus aucta*

Sic cluat, impoſitis ut mundum frenet habenis?

Sic, *blandis fotibus*, Idem Hamartig. v. 303. Et, *Benignis fotibus recreare*, idem Prud. in Vincentio v. 330 dixit.

¶ Fōmes, ĭtis, à *fovendo* dictus, ſignificat aſſulam, ex arbore, quæ cæditur, excuſſam, ein ſpan. vid. Salmaſ. ad Solin. p. 127, & Feſt. ¶ 2. Et aridum quodcunque ignis nutrimentum, zunder. Plinius *Igniarium* vocat, olim *lucubrum* dicebatur: & fiebat ex fungis arborum inſolatis, & arefactis ſulphuratisque, itemque ex foliis. vide Plin. lib. 16 cap. 40, & ibi Dalech. p. 744. Virg. 1 Æn. v. 77

rapuitque in fomite flammam,

id eſt, ſcintillam excuſſam ex ſilice in fomite excepit. ¶ 2. *Fomes* pro nutrimento & incitamento, metaphorice, eine anreitzung. *Fomes & ignitabulum ingenii virtutisque*, Gell. lib. 15 cap. 2. Et, *fomites diſciplinarum*, Apulejus ſub fin. 2 Floridorum. Sic, *Fomes vitiorum luxuria*, &c.

¶ Fōmentum, i, applicatio rei calidæ, vel cujuscunque dolorem mitigantis ad partem corporis affectam, ein umſchlag; ut, *Calida fomenta*, Celſus lib. 2 cap. 17. *Adhibere fomenta*, Colum. 6 cap. 30, wärmende dinge auflegen. Cic. lib. 2 cap. 29 de Finibus metaphorice dixit: *Dolor fortitudinis fomentis mitigari ſolet.* Et in Tuſcul. lib. 2 cap. 24 *Solatia & fomenta ſummorum dolorum*, troſt, linderung.

¶ Fomento, are, erwärmen, warm halten. Gloſſ. lat. gr. *Fomento*, καταντλῶ. Veget. 2 cap. 8 *Caput fomentando vaporare.* Cæl. Aurel. Acut. 1 cap. 9 *Caput oleo fomentare.*

¶ Fomentatio, ōnis, die erwärmung, erquickung. Vlpian. Lege 70 § 7 Legat. lib. 3 *Ne ea quidem, quæ fomentationis gratia parata ſunt, vel medicinæ, lanarum appellatione continentur.*

Compoſita:

¶ Confŏveo, ēre, idem quod ſimplex, wärmen, erquicken. Cato cap. 5 ſub fin. *Stercore addito, confoveto.* Apulejus lib. 8 p. 204 *Pæne collapſa membra lavacro, cibo, confovere.* Hieronymus lib. 3 adv. Rufin. cap. 8 *Terra debet gremio ſuo ſemina confovere.*

¶ Confōtus, a, um, erquicket. Tranſlate Proſper Aquitanicus de Provid. Dei v. 679 *amplexu paterno confotus.*

¶ Confōmo, are, ab antiquo verbo *Fomo*, behauen; Catullo reſtitutum cupit Salmaſius in Solin. p. 127.

¶ Defōmo, are, idem. Gloſſæ: ἀποπελεκίζω, *defomo, dedolo.* Hinc &

¶ Defomitatus, a, um, abgeſpellt; ut, *defomitatum lignum* eſt fomitibus, id eſt, aſſulis, ſuccisum, quibus confoveri erat ſolitum. Feſt.

¶ Perfŏvēre, valde fovere, verpflegen, warten. Sedulius ſub initium lib. 3 [al. 4] *Solatur nexos in carcere, perfovet ægros.*

¶ Rĕfŏvēre, wieder erquicken, laben. Apul. lib. 2 *Poculis laſſitudinem refovere.* Statius 6 Theb. v. 521

Vires dat refovetque Deus.

Sic, *vires ex itinere refovere*, Vellejus dixit lib. 2 cap. 113, ausruhen.

¶ Refōtus, a, um, particip. gelabet, erquicket. Sueton. Nerone cap. 27 *Refotus ſæpius calidis piſcinis.*

FRĂCEO, ēre, ſeu Fraceſco, ĕre, eſt putrefieri vetuſtate, apud Nonium cap. 1 v. 308, faulen, ſchimmlicht, fratt, teig werden. Varro lib. 1 de R. R. cap. 55 *Olea lecta, ſi nimium diu fuit in acervis, caldore fraceſcit.* Cato R. R. cap. 128 *Sinito quatriduum fraceſcat; ubi bene fracuerit*, &c. Et Columella lib. 1 cap. 6 *Oleum, quod minus provenit, ſi congelatur, fraceſcet.*

¶ Frăcĭdus, a, um, putreſcens, teig, faul, ſchimmlicht. Cato R. R. cap. 64 *olea fracida.*

¶ Frăces, ium, fœm. quaſi fractæ torculari, ab antiquo frago pro frango, die hülſen von oliven, öldrüſen. Plin. 15 cap. 6, & Gell. 11 cap. 6. ¶ 2. *Fex* item olei, ex illis expreſſa, ut ex vinaceis floces ſunt, vide *Floces*.

Frænum, vide paullo poſt *Frenum*.

FRĀGA, orum, mora, quæ in herbis naſcuntur, ſecundum Servium, erdbeere. *Mollia fraga leges*, Ovid. 13 Metam. v. 816; Idem 1 Metam. v. 104 *Arbuteos fœtus, montanaque fraga legebant.*

Virg. eclog. 3 v. 92 *humi naſcentia fraga.*

¶ *Fragum* etiam in ſingulari occurrit, de quo Apulejus Herb. cap. 37 *Comaron Græci, Romani fragum nuncupant*, &c.

¶ Fragāria, æ, erdbeer-kraut. Dioſcor. & Matthiol.

Fragilis, Fragmentum, Fragor, Fragoſus, vide *Frango*.

FRAGRO, fragrare, redolere, odorem reddere, geruch geben, wohl riechen. Martial. lib. 1 epigr. 87

Ne gravis heſterno fragres, Feſcennia, vino,
Paſtillos Coſmi luxurioſa voras.

Auguſtinus lib. 10 Confeſſ. cap. 27 *Fragraſti, & duxi ſpiritum.*

¶ Fragrans, tis, è participio adjectivum, riechend, geruch gebend. Virgil. Æn. 1 v. 436 *redolentque thymo fragrantia mella.*

Sidonius lib. 8 epiſt. 14 *caſtitatis fragrantiſſimum incenſum in thuribulis cordis adolere.*

¶ Fragrantia, æ, odor ſuavis, der gute geruch. Sic enim εὐωδίαν vertit Eraſmus, Epheſ. 5 *bonam fragrantiam.* Vet. Gl. *Fragrantia*, ὀσμὴ καλή. Valer. Maximus lib. 9 cap. 1 extern. 1 *unguentorum fragrantia.*

FRĂMEA, æ, lancea, vel haſta Germanica, ein ſpieß, partiſan, ſpitzig gewehr. Juvenal. ſatyr. 13 v. 78 *Jurat*

Per Martis frameam & Cyrrhæi ſpicula vatis, id eſt, *Apollinis.*

A *frameâ* factum videtur Germanicum illud, ein pfriem. Sane *Framea* Germanicum vocabulum. Tacitus de Germania cap. 6 *Haſtas, vel ipſorum vocabulo*, frameas *gerunt.* ¶ Vetus Criticus in Gloſſario de gladio interpretatur. Ibi enim legas, ῥομφαῖα, *Framea, gladius.* Item: *Framea*, ῥομφαῖα. Et ita Iſidor. lib. 18 cap. 6; vid. infra *Romphæa*.

FRANCI, orum, Germaniæ populus, & medii ævi hiſtoriâ, & hodie notiſſimus, olim tamen frequentior & latius patens. vid. Cluver. Germ Antiq.

Antiq. Cæterum Francorum olim nomen, non unius populi, sed plurium Germanicarum gentium fuit, qui conspirarunt inter se, vindicaturæ se à Romanorum jugo, imposito sibi communi vocabulo à libertate: franck enim *liberum* significat. vide Philipp. Cluver. lib. 3 Antiq. Germaniæ cap. 20, & Isaacum Pontanum lib. 1 & 2 de Origine Francorum, qui tamen à Cluverii opinione diversus abit. Adde Barth. ad Briton. Aremor. p. 28, 29, 36.

¶ Francones liberi, die freyen Francken. Meminit eorum Cicero, si diis placet, (uti volunt nonnulli, corruptâ lectione inducti) lib. 14 epist. 10 ad Atticum, & Suevorum. Primi fuerunt auctores regni in Gallia. De Francis Græcum fertur illud: *τὸν Φράγκον φίλον ἔχε, γείτονα δὲ οὔ*, *Franconem amicum habeas, vicinum verò minime*: propter crescentem videlicet suo tempore Francorum gloriam, quæ à multis tum gentibus formidabatur.

¶ Francia, æ, regio Francorum. Discriminis caussa alia dicitur *Francia orientalis*, Franckenland, quæ & *Franconia* appellari solet, & pars ampla est Germaniæ: Alia est *Francia occidentalis*, Franckreich, cui & nomen *Gallicæ Franciæ*, sive *Galliæ* tribuitur. Quamquam & utraque regio vicissim in Orientalem & Occidentalem dividatur. Ita *Franci*, Francken, Frantzmänner, Frantzosen. Nam cum Franci late dominarentur, magna pars Germaniæ & Galliæ *Francia* dicta fuit. Claudian. de Laud. Stilic. lib. 1 v. 227

Gallica Francorum montes armenta pererrent.

Sane & Hieronymus in vita Hilarionis p. 491 *Franciam* pro Germania dixit. Claudian. l. c. v. 236 *Provincia missos*

Expellet citius, fallax quam Francia, reges.

FRANGO, frēgi, fractum, frangĕre, a græco *φράγνυμι*, brechen, zerbrechen. Cic. in Verr. 7 cap. 57 *Cervices frangebantuur in carcere civium Romanorum.* Sic, *Frangere gulam*, apud Sallust. Catilin. cap. 55 est suffocare: neque enim gula frangitur, sed spiritus intercipitur. At, *cervices alicui frangere*, idem, & magis proprie, apud Cic. in Vatin. cap. 11. *Navem fregit*, Terentius dixit Adelph. a. 1 sc. 3 v. 17, pro naufragium fecit. ¶ 2. Metaphora locutiones latinas atque elegantes permultas efficit. Sic, *frangere & contundere alicujus audaciam*, Cic. 13 Philipp. cap. 13. *Furorem petulantiamque cujus frangere*, in Pison. cap. 14. Et, *libidines alicujus frangere*, Idem 3 de Legib. c. 13 extr. eines kühnheit, muthwillen, &c. hemmen, steuern, wehren, darnieder legen. *Debilitare & frangere vim aliquam*, Idem pro Marcello c. 3, schwächen und brechen. *Morbum frangere abstinentia*, Plin. lib. 1 epist. 12 n. 5. Et, *se frangere laboribus*, Cicer. pro Arch. cap. 11, sichs lassen sauer werden. Propert. lib. 4 eleg. 6

Frangit & attollit vires in milite caussa.

Ciceronis præterea sunt: *Frangi metu*, de Offic. lib. 1 cap. 20, schüchtern seyn. Et, *frangere fidem*, pro Roscio Com. cap. 6, treuloß werden. Item, *Fœdus frangere*, in Pison. cap. 12. vide quæ de hoc verbo notat Casaub. ad Pers. Satyr. & Barth. ad Stat. Silv. p. 96.

¶ Fractus, a, um, gebrochen, zerbrochen. *Navis fracta*, Horat. A.P. v. 20. *Crus fractum*, Idem 1 epist. 17 v. 58. Translate, *Fractæ vires*, id est, debilitatæ, expugnatæ, Virg. 2 Æn. v. 170, bezwungene und zerschlagene stärcke. *Fractus atque afflictus animus*, timidus & debilitatus, Cic. pro Dom. cap. 36. Sic, *animo fractus*, Id. ad Attic. 12 epist. 38, kleinmüthig, verzagt. Et, *Fractiorem esse animo*, ad Attic. 11 epist. 12. Et, *Spes amplificandæ fortunæ fractior*, Idem de Amic. cap. 16. Et Arnobius sub fin. lib. 2 *Postquam gens hominum fractior & infirmior cœpit nostra esse natura.* Vellej. 2, 74, 1 *Fractis Brutianis partibus*, nachdem man die parthey geschwächt. Sic, *fractæ vires*, Virg. Æn. 2 v. 170. *fractæ opes*, ibid. 3 v. 53, & mox v. 556 *fractas ad littora voces*, i. e. repercussas.

¶ Fractor, ōris, ein zerbrecher. Gloss. gr. lat. *κλάστης*, *Fractor.*

¶ Fractūra, æ, ein bruch. Plin. 22 cap. 8 *sanare fracturas.*

¶ Fragmen, ĭnis, ein abgebrochen stück, brocken. Virg. Æn. 10 v. 306 *fragmina remorum.* Prudent. hymn. 10 exsequiali, v. 128 *generosa fragmina.* Vellej. 2, 3, 2 *Gracchus fragmine subsellii ictus.*

¶ Fragmentum, i, idem. *Fragmentum lapidis*, ein stück von einem stein, Cic. 2 Nat. D. cap. 32. Lucanus lib. 8 v. 755

laceræ fragmenta carinæ.

Criticis *fragmenta* sunt reliquiæ ex mutilatis aut deperditis libris, ut, *Fragmenta Ciceronis, Plauti*, &c.

¶ Frăgor, ōris, sonitus ex re fracta, der knall, das krachen, knacken. Livius lib. 1 cap. 29 *Jam fragor tectorum, quæ diruebantur, audiebatur.* Virg. 1 Georg. v. 356

Continuo ventis surgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumescere, & aridus altis
Montibus audiri fragor.

Sic *fragor* de tonitru, Ovid. 1 Metam. v. 269

Fit fragor, & densi funduntur ab æthere nimbi.

Quod Ammianus imitatus est lib. 31 cap. 43 *Repente cum fragore cælesti imbres nubibus atris effusi.* Ad vocem transtulit Seneca Herc. Fur. v. 795 *vocis horrendæ fragor.*

¶ Frăgōsus, a, um, asper, rauh, uneben, krachend; ut, *Oratio fragosa*, contraria leni, grob und unlieblich, Quintil. lib. 9 cap. 4. *Vada fragosa*, Val. Flaccus lib. 2 v. 622.

¶ Fragose, adverb. idem. Comparativo usus est Plinius lib. 16 cap. 10 *fragosius fidunt* [secures,] *ægrius revelluntur*, h. e. cum majori fragore incidunt, & penetrant findendo: sed hærent in ictu.

¶ Frăgĭlis, e, zerbrechlich, schwach. *Vitri modo fragilis*, Plin. lib. 12 extremo. Hieronymus in Ezech. 4 cap. *Urbs fragilissimo lateri comparatur.* ¶ Deinde imbecillis & inconstans, schwach, vergänglich. *Res humanæ fragiles caducæque sunt*, Cicer. de Amic. cap. ult. Sic, *vita fragilior*, apud Plin. præfat. lib. 7, mißlich, unbeständig. *Forma bonum fragile est*, Ovid. 2 de Arte v. 113.

¶ Frăgĭlitas, ātis, imbecillitas, die zerbrechlichkeit. *Naturæ communis fragilitatem extimesco*, Cic. pro Marcell. cap. 9. Idem in Tusc. lib. 5 cap. 1 *Imbecillitas & fragilitas humani generis.*

¶ Fragium, i, ein bruch. Apulejus Met. 9 p. m. 368 *Crurum ejus fragium abominata.* vide supra *Crurifragium* in *Crus.*

¶ Fragesco, ĕre, frangi, gebrochen oder mürbe werden. Accius apud Non. cap. 2 n. 329 *Neque fera hominum pectora fragescunt, donec vim persenserint imperii.*

¶ Frangibulum, i, eine breche, occurrit in compositis: quære *Dentifrangibulum, Nucifrangibulum.*

¶ Fraxo, are, secundum Festum est vigilias circumire, runden gehen, quod eo labore homo frangatur.

¶ Composita à *Frango* cum nominibus, ut *Fœdifragus, Naufragus, Ossifragus*, &c. & horum derivata, quære in suis initiis, *Fœdus, Navis, Os*, &c.

Composita cum præposit.

¶ Adfrango, vel Affringo, ĕre, daneben zubrechen, quod apud Statium legitur lib. 10 Thebaid. v. 47

Quod superest, duris affringunt postibus ungues.

Legitur etiam *Adfrango*, non tantum c. l. verum etiam lib. 5 Silv. 1 v. 36 *hiemes affrangere bustis.*

¶ Anfractus, ûs, vide supra seorsim.

¶ Confringo, ĕre, zerbrechen, entzwey brechen: ut, *digitos confregit*, Cic. pro Flacc. cap. 30. *Confringere rem*, i. e. dilapidare, Plautus dixit Trinum. a. 1 sc. 2 v. 71. Et, *confringere fores*, einschmeissen, Idem Most. a. 2 sc. 2 v. 25.

¶ Confractus, a, um, zerbrochen. Plaut. Rud. a. 1 sc. 2 v. 64 *Confracta navis in mari est illis.* Cic. de Leg. 2 cap. 22 *Confracta jura.* Sed Gruterus præfert *Contracta.*

¶ Confragōsus, a, um, disruptus atque incultus, horridus, uneben, steinicht. Livius lib. 28 cap. 2 *Loca confragosa & obsita virgultis*, verwachsene unebene örter. *Confragosa atque aspera*, Idem lib. 32 cap. 4. Et, *Argumenta horrida & confragosa*, Quintil. lib. 5 cap. 8. *Versus confragosi*, harte, unförmliche verse, Idem lib. 1 cap. 1 extr.

¶ Confrăgus, a, um, idem. Lucanus lib. 6 v. 126 *Confraga densis Arboribus dumeta*, id est, aspera, inaccessa.

¶ Defringere, abbrechen; ut, *Arboris ramum defringere*, apud Cicer. pro Cæcin. cap. 21. Et Virg. Georg. 2 v. 300

summas defringe ex arbore plantas.

Adde Æneid. 11 v. 748, ubi nonnulli *diffringit* legunt, quod sequitur. Et Eumenius ad Constantium Paneg. 4 cap. 6 *litora solvere, ripasque defringere.*

¶ Distringere, zerbrechen. Plaut. in Asin. a. 2 sc. 4 v. 68 *Crura diffringentur.*

¶ Diffractus, a, um, zerbrochen. Suet. Cæs. cap. 37 *pæne curru excussus est, axe diffracto.* Et Vitruvius lib. 10 cap. 6 *Colossici Apollinis in fano basis à vetustate diffracta.*

¶ Effringere, aufbrechen, ausheben. Terent. in Adelph. a. 1 sc. 2 v. 7 *Fores effregit atque in ædes irruit alienas.* Sic, *Effringere thesaurum*, Plin. 34 cap. 7, einen schatz erbrechen.

¶ Effractus, a, um, aufgebrochen, erbrochen; ut, *Urbs effracta*, apud Statium 9 Thebaid. v. 556. *Cista effracta*, ein erbrochen kasten, Horatius 1 epist. 17 v. 54.

¶ Effractor, ōris, ein dieb, so einbricht, apud Paullum JCtum Lege 3 §1 Dig. de Offic. præfecti vigilum. Dictus & *Apertularius.* Isidorus: *Apertularius, Effractor.* Vet. Gloss. *Apertularius, θυρεπανοίκτης.*

¶ Effractarius, i, idem qui Effractor apud Senecam epist. 68, *Furem*, inquit, *signata solicitant: vile videtur, quicquid patet: aperta effractarius præterit.*

¶ Effractura, æ, die erbrechung, apud eumdem Paullum c. l. §2 de Off. præf. vigilum.

¶ Infringere, schwächen, brechen. *Lumbos & latus infregi*, Horat. epod. 11 v. 33. *Animum alicujus infringere*, Livius 38 cap. 16, den muth benehmen, verzagt machen. *Conatus adversariorum infringere*, i. e. amoliri, hintertreiben, Cæsar 2 Civil. cap. 21. Et, *Vim alicujus infringere*, Idem 3 Civ. cap. 92. Sic Cic. de Orat. lib. 1 cap. 7 *Tribunatus infringi & debilitari videbatur.* Ibidem: *Spes infringitur, & elanguescit industria.* Et Terent. Adelph. a. 2 sc. 1 v. 46 *Infringere alicui colaphos*, derbe ohrfeigen geben.

¶ Infractus, a, um, id est, valde & vere fractus, gebrochen, zerschlagen. Nam *in* auget hoc loco, & veteres verbo hoc composito libentius & sæpius usi sunt, quam simplice *fractus.* In omnibus itaque exemplis Ciceronis retinetur significatio verbi *infringere.* e. g. post red. ad Quir. cap. 8 *Esse non modo non infracto animo, sed confirmato.* Et Acad. Qu. 4 cap. 25 *Tu autem te negas infracto remo commoveri.* Et pro Domo sua cap. 24 *Infractus furor tuus inanes faciebat impetus.* Virgil. lib. 9 Æneid. v. 499

Torpent infractæ ad prœlia vires.

hoc est, debilitatæ, die geschwächte stärcke. Ovid. 6 Metam. v. 61 in fab. Philomelæ: *infractaque constitit ira.*

i. e. debilitata cessavit sive sedata est. vide Erythræi in Virgilium indicem in hac voce. Atque ita probatissimus quisque hac voce usus est pro *valde fractus*, nec facile alterius notionis exemplum apud antiquos inveneris. Ita Curtius 8, 14, 44 *magnitudo animi interrita ac ne fortuna quidem infracta.* Conf. 6, 2, 21, & 9, 2, 30. Vellejus 2, 37, 2 *rex armis infractus.* Idem 2, 39, 1 *Galliæ ejus ductu infractæ.* Comparativum hinc formavit Valer. Maximus lib. 5 cap. 10 *Pericles oratione nulla ex parte infractiore concionatus est.* ¶ 2. Recentioribus *Infractus* idem esse cœpit ac non fractus, invictus, confirmatus, unzerbrochen, beherzt, unverzagt. Symmachus 1 epist. 3 *Fractæ opes infractos animos repererunt.* Nonnulli, Servium secuti, *infractos Latinos* Virgilii Æn. 12 v. 1 etiam exponunt integros, invictos. Sed aliis potior hic est Donati sententia. vide Vorst. de Lat. mer. susp. cap. 4 p. 40. Parei Lex. Crit. p. 604. Cellarii Cur. post. p. 246, & Antibarb. p. 181.

¶ Infractio, ōnis; ut, *infractio animi & demissio*, blödigkeit, Cicer. 3 Tuscul. cap. 7.

¶ Infragilis, e, non fragilis, fest, unzerbrechlich. Pedo Albinovanus ad Liviam de Drusi morte v. 354

Infragilemque animum, quod potes, usque tene.

Seneca de Vita beata c. 9 *Summum bonum est infragilis animi rigor & provi-*

providentia, &c. standhafftiges gemüth. Vbi, quod Lexica *infrangibilis* citant, haud dubie ex corrupto libro est: meliores omnes *infragilis*.

¶ Interfringĕre, unterbrechen. Cato de R.R. cap. 44 *Si quid ventus interfregerit*. Repetiit Catonis verba Plinius lib. 17 c. 18.

¶ Offringere, erbrechen. *Offringi terra* dicitur, cum secundo aratur. Varro de Re Rust. lib. 1 cap. 29 *Terram cum primum arant, proscindere appellant, quum iterum, offringere dicunt.*

¶ Perfringere, entzwey brechen, durchbrechen. *Perfringere domus*, Tacit. 4 Hist. cap. 1. *portas*, Lucan. 3 v. 343. *Omnium objecta tela vi & virtute perfringere*, Cic. Arusp. resp. cap. 23, durch alle entgegen gesetzte waffen mit gewalt brechen. *Perfringere leges*, Idem 1 Catil. c. 7, id est, evertere, quod Germani dicunt, ein loch dadurch machen, id est, unkräfftig machen.

¶ Perfractus, a, um, zerbrochen, zerschmissen: ut, *perfractæ fores*, Tibull. lib. 1 eleg. 10, & *Ossa perfracta trinodi clava*, Ovid. epist. 4 Phædræ v. 115.

¶ Præfringĕre, ut, *Hastas præfringere & hebetare*, die spiesse forn verbrechen und stumpff machen, Liv. lib. 8 cap. 10.

¶ Præfractus, a, um, proprie fractus ex superiori parte, oben abgebrochen. Sic, *pinus præfracta*, Ovid. 12 Metam. v. 358. ¶ 2. Brevis, concisus. Cic. in Oratore cap. 13 *Thucydides præfractior, nec satis rotundus*, etwas kurtz, nicht weitläufftig in der rede. ¶ 3. Contumax, durus, halßstarrig, trotzig, der sich nicht lencken läßt. Cicer. in Hortensio apud Nonium cap. 2 n. 664 *Huic contrarius Aristo Chius, præfractus, severus*, &c. Valer. Max. lib. 6 cap 5 extrem. *præfractior atque abscissior justitia*, hoc est, asperior atque rigidior.

¶ Præfracte, adverb. ut, *præfracte defendere*, Cic. 3 Offic. cap. 22, hartnäckig. *Disciplinam præfractius & rigidius adstringere*, Valer. Max. lib. 9 cap. 7 fin. schärffer, strenger.

¶ Profringere, durchbrechen: ut, *Inarata profringere*, wüste felder pflügen: Ita Gronovius ex membranis legit apud Statium lib. 10 Theb. v. 512 [al. 506] quod Barthius etiam probavit, suaque editione expressit Claudius Beraldus.

¶ Refringĕre, aufbrechen. Plaut. in Captiv. a. 4 sc. 4 v. 10 *Cellas refregit omnes intus*. Et, *Refringere portas*, Cæs. 2 B. Gall. c. 32. *Refringere vim fortunæ*, Liv. lib. 5 cap. 37, hoc est, retundere, vel coercere, aufhalten. *Gloriam alicujus refringere*, Cic. pro Mil. cap. 2 est diminuere, hemmen, hindern, verkleinern. *Radii solis refringuntur*, hoc est, repercutiuntur, reflectuntur, sie schlagen wieder zurücke, Plin. lib. 2 cap. 59.

¶ Refractarius, a, um, contumax, halßstarrig, widerspenstig. Seneca epist. 73 ineunte: *Errare mihi videntur, qui existimant, philosophiæ fideliter deditos contumaces esse ac refractarios, & contemtores magistratuum ac regum.*

¶ Refractariolus, a, um, dimin. etwas auffätzig. Cic. lib. 2 ad Attic. epist. 1 *Refractariolum dicendi genus*.

¶ Refractio, ōnis, die zurückschlagung: ut, *refractio seu repercussio luminis*, quæ græce ἀνϊανάκλασις, lib. 8 Dig. t. 2 l. 17 § 2, der widerschein.

¶ Refrāgor, atus sum, ari, est contrarium τῷ *Suffragari*, quod mox sequitur; est enim repugnare, & quasi refringere alienam sententiam, wider etwas seyn, widerstreben. Plin. lib. 3 epist. 19 *Hoc te non moveat, si cætera non refragantur*, so das andere nicht dawider ist. *Ingenium mihi refragatur*, Quintil. lib. 10 cap. 6. Et Cic. pro Mur. cap. 23 *Lex petitioni refragata est.*

¶ Refragator, ōris, ein widersprecher. Tertullianus adv. Gnosticos c. 1 *Omnes martyriorum refragatores ebulliunt.*

¶ Refragatio, ōnis, repugnatio, die widerstrebung, der widerspruch. Gloss. Cyrilli: *Refragatio*, ἀντιδίκησις, ἀντιλογία, ἀντιμάχησις. Augustinus epist. 177 *in re facillima curvam refragationem & nodos difficultatis posuisse.* Videtur ad parem suffraginis originem & notionem respicere. Adde Voss. Etymolog. in *Suffrago*.

¶ Refragium, i, ut Suffragium, Egesippi interpres aliquoties dixit. Vide Gronov. Observ. in Eccles. Script. cap. 21.

¶ Suffringo, ĕre, entzwey brechen. Plaut. Rud. a. 4 sc. 4 v. 15 *Homini isti talos suffringi volo*, id est, confringi vel perfringi. *Crura suffringi*, Cic. dixit pro Rosc. Amer. c. 20.

¶ Suffrago, ĭnis, fœmininum, dicitur in posterioribus pedibus animalium, quod in prioribus genu, à suffringendo, quia subtus frangitur, id est, flectitur, non supra, sicut in brachiis, das knie oder kniebeuge der hintern füsse, der hinterbug. v. Isidor. 11 c. 1. Plin. 11 cap. 45 & c. 37, & Solin. c. 33. ¶ 2. *Suffrago*, vitium etiam soboles est, ein rebschoß oder knote an weinstöcken. Colum. lib. 4 cap. 24.

¶ Suffraginosus, a, um, krämpfig an beinen: ut, *Equus suffraginosus*, cujus suffragines morbo vitiatæ sunt, das an beinen mangel hat. Sic *mulam suffraginosam* Columella lib. 6 cap. ult. dixit.

¶ Suffrāgor, atus sum, ari, à *suffragine* deducit Sipontinus & Vossius in Etym. p. 502, quia proprie in bestiis notat vim suffraginum acclinantem, sicuti *refragor* renitentem. Hinc ad homines translatum significat, favore & calculo suo aliquem juvare, auf einen sein ja-wort, stimme oder beyfall geben. Cic. de Leg. lib. 1 cap. 1 *Mihi videris, fratrem laudando, suffragari tibi.* Item, *Suffragari alicujus laudibus*, Lentulus Ciceroni lib. 12 famil. epist. 14. *Naturâ suffragante videris res maximas consecutus*, durch hülffe und förderung der natur, Cicero ad Planc. 10 famil. ep. 5. Et de Petit. Consul. c. 7 *Nemo ab ignotis hominibus, nullis suffragantibus meritis, honore afficitur.*

¶ Suffragatio, ōnis, die beystimmung, bewilligung: ut, *Facilis suffragatio pro salute*, Cic. pro Domo sua cap. 17. *Honestissimâ suffragatione petere honores*, Sallust. Jugurth. cap. 65. *Divina suffragatione foveri*, Valerius Maximus lib. 4 cap. 7 pr. glück haben.

¶ Suffragator, oris, qui suffragatur, der das ja-wort giebet. *Nobilitas populo & suffragatoribus obscurior*, Cicero pro Muræna cap. 7. Vide Henric. Vales. ad Marcellin. 29 pag. 391. Sueton. Vespasian. cap. 23 *quantam pecuniam cum suffragatore suo pepigerat.*

¶ Suffragatrix, īcis, eine mitstimmerin. Augustinus Civ. Dei lib. 18 cap. 9 *Nec adfuit Minerva suffragatricibus suis*: & cap. 10 *pœna suarum suffragatricum.*

¶ Suffragatorius, a, um, beystimmend: ut, *Non brevis & suffragatoria, sed firma & perpetua amicitia*, Q. Cic. de Pet. Cons. cap. 7.

¶ Suffrāgium, i, nota voluntatis dicebatur de aliquo in magistratum legendo, quæ vel voce ferebatur, vel in tabella describebatur, eine bewilligung, die stimme in der wahl, der beyfall. Horat. epist. 2 lib. 2 v. 103

Cum scribo, & supplex populi suffragia capto.

Cic. de Legib. lib. 3 cap. 15 *Nihil erat in suffragiis voce melius*. Idem pro Domo cap. 18 *Suffragium ferre de alicujus capite.* Et 15 fam. epist. 12 *Fieri consulem cunctis suffragiis*. Et, *Suffragium tegere*, das ja-wort unterschlagen und heimlich halten, Idem 3 de Legib. cap. 17. *Suffragium inire*, Livius lib. 3 cap. 17. *Suffragiis populi se committere*, Vellej. 2, 49, 5. *Suffragium ferre*, Nepos 15, 8, 5, apud quem & *testarum suffragia*, testis inscribi solita, 2, 8, 1 & 5, 3, 1.

FRĀTER, tris, quasi ferè alter, ut Nigidius putat apud Gell. lib. 13 c. 10, & Non. c. 1 n. 156. Ἀδελφὸς à δελφὸς, uterus. Ἀδελφοὶ, *uterini fratres*, brüder von einer mutter, aber von zweyen oder mehr vätern. Sic enim Justinianus voluit Inst. de bon. poss. & l. ult. C. de legit. hæred. *Frater Germanus*, ein rechter leiblicher bruder, Cic. pro Domo cap. 45. Comprehenduntur hoc nomine & sorores. Paullus JCtus lege *Lucius* 38 D. fam. ercisc. *Lucius & Titia fratres emancipati à patre.* Horat. 2 sat. 3 v. 243 *Par nobile fratrum nequitia* &c. ¶ *Fratres patrueles* dicuntur fratrum duorum filii. Sueton. Cæsar. cap. 29 *Insequenti quoque anno C. Marcello, qui fratri patrueli successerat*, &c. Sed eum Cicero *fratrem* absolute appellat, lib. 4 ad fam. epist. 4. Sic in scripturis quoque Abrahamus Lothum *fratrem* appellat, Genes. 13 v. 8, qui ex Abrahami fratre natus erat. Et observat Augustinus Tractatu 28 in Johannem, *Consanguineos* in Scripturis vocari *fratres.* ¶ Fuit & *Fratris*, quemadmodum & *Sororis*, appellatio inter amatorias blanditias. Vnde & *nequiora nomina* Martialis appellat lib. 2 epigr. 4. Ex quo Gentiles Christianos etiam, quod salutare se invicem fratres solerent, stuprorum atque incestuum insimulabant, quibus miscerentur, cum se religionis caussa convenire dicerent, de quo cum plures alii meminerunt, tum etiam Minucius Felix in Octavio suo verba fecit. Sed Christiani se vocabant fratres, *ut unius Dei parentis omnes, ut consortes fidei, ut spei cohæredes*, quemadmodum idem Minucius interpretatur. vide & Tertullian. Apologet. cap. 39, & Lactant. lib. 5 cap. 15. Et hanc ob caussam ipsi filii etiam parentes suos, *fratres*: mariti uxores, *sorores* vocabant. Salvianus epist. ad Hypatium & Quietam soceros: *Ita ergo & nos exemplorum ingentium parvi imitatores, ad vos, quos natura parentes, fide fratres, honore dominos habemus*, &c. *scribimus*. Sed & Gentiles extra amatorias etiam nequitias, *fratrum* appellatione ad alios nulla cognatione sibi junctos, comitatis benevolentiæque testandæ caussa uti solebant. Qui & patris & filiorum vocabula pro ratione cujusque ætatis similiter usurpabant, quod ex Spartiano & Capitolino constare potest. Quintil. Declamat. 321 *Certe quoties blandiri volumus his, qui & amici esse videntur, nulla adulatio procedere ultra hoc nomen potest, quam ut* FRATRES *vocemus.* ¶ Per metaphoram omnia paria *Fratres* & *Sorores* non invenuste dicuntur. Solin. cap. 27 *Exsurgit montibus septem, qui à similitudine fratres appellantur.* Vide Taubm. ad illud Plauti Pœnul. a. 1 sc. 3 *Nunc obsecro te, Milphio, hanc per dextram, perque hanc sororem lævam*, &c. ¶ *Fratres arvales* Varroni de L. L. 4 cap. 15 sunt sacerdotes, sacra publica facientes propterea, ut fruges ferant arva. vide supra *Arvum*

¶ Frāterculus, i, dimin. ein brüderlein. Cic. Verrin. 3 cap. 66 *Volo, mi frater, fraterculo tuo credas*. Apud Juvenal. sat. 4 v. 98 *fraterculus gigantum* est terræ filius, ignobilis.

¶ Fraternus, a, um, adject. brüderlich. *Amor fraternus*, Cic. ad Q. fratr. lib. 1 epist. 1 cap. 3. Et, *fraterna necessitudo*, Idem pro Quintio cap. 4. Catullus epigram. 98

Fraternum vere dulce sodalitium.

Et *Fraternas acies* dixit Statius init. lib. 1 Thebaid. eâdem tellure natorum. v. Barth. h. l. pag. 4 & 58. *Fraterna contentio*, Justin. 2, 10, 10. Et *Fraternum bellum*, Idem 10, 2, 1.

¶ Fraterne, adverb. idem. Cic. ad Attic. lib. 1 epist. 5 extr. *Tibi persuadeas, te à me fraterne amari*, & ad Q. fratr. lib. 1 ep. 2 *Huic tu epistolæ, non fraterne scriptæ, fraterne debes ignoscere.*

¶ Fraternitas, atis, die brüderschafft. *Fraternitatis affectum habere*, Quintil. declam. 16, brüderlichen sinn haben. Et Tacit 11 Annal. cap. 25 n. 1 *Soli Gallorum Ædui fraternitatis nomen cum populo Rom. usurpant.*

¶ Fratercŭlo, are, instar fratrum simul crescere, als brüder miteinander erwachsen; quod Plautus in Frivolaria, ut Festus in verbo *sororiare* citat, dixit de mammis puerorum primùm tumescentibus, ut *sororiare* de puellarum. Plauti versus, ut emendavit Joseph. Scaliger, hi sunt:

tunc pupillæ primitus
Fraterculabant: illud volui dicere
Sororiabant. Quid opus est verbis?

¶ Fratro, are, ut docet Festus in verbo *Fratrare*, etiam *puerorum mammæ dicuntur, cum primum tumescunt; quod velut fratres pares oriantur; quod etiam in frumento spica facere dicitur.*

¶ Fratria, æ, fratris uxor, des bruders weib, apud Festum, & Nonium cap. 19 n. 6. ¶ *Fatrissam* eamdem fratris uxorem vocari, Isidorus ait lib. 9 cap. 8. Sed vocabulum hoc barbarum putatur.

¶ Fratruēlis, is, fratris filius, des bruders sohn; quâ voce, ni fallor, in Epistolis usus Hieronymus est. Vet. Gloss. Ἀδελφιδοῦς, *Fratruelis, fratris filius.*

¶ Fatricīda, æ, qui fratrem occidit, ein bruder-mörder. Corn. Nep. Timoleonte cap 1 *Mater neque adspexit, quin eum fratricidam impiumque detestans appellaret.* Conf. Cic. pro Domo c. 10.

¶ Fratricidium, i, fratris occisio, der bruder-mord. *Fraternæ necis scelus* est Horatio epod. 7 v. 18.

¶ Confrater, tris, pro fratre, collega, appellatio germanici idiomatis est, veteribus ignota, ein mitbruder. Vide Cellarii Antibarb. p. 24.

FRATILLI, orum, Villi dependentes de tapetibus, vel pannis aliis, fransen, troddeln. Festus.

Fraudo, are, Fraudulentus, vide mox in *Fraus*.

FRAVS, fraudis, deceptio, fallacia, betrug, vervortheilung. Cicer. de Petit. Consul. *Fraudis atque insidiarum & perfidiæ plena sunt omnia. Fraudem facere*, Cic. 4 Att. ep. 12. *Fraudem ferre alicui*, ad eumdem lib. 7 epist. ult. vervortheilen, berücken. Idem 1 Offic. c. 13 *Aut vi aut fraude fit injuria, utrumque ab homine alienissimum, sed fraus odio digna majore.* Vetus formula: *Sine fraude*, i. e. vere & ex animo, aufrichtig, sonder gefährde. Cæsar 1 de Bell. Civ. cap. 22 *Massilienses sese dedere* SINE FRAVDE *constituunt.* Liv. lib. 24 cap. 47 *Nihil prætereа cum Consule pacti, quàm ut sine fraude Punicum emitteretur præsidium.* Nepos 10, 8, 1 *Ad fraudem acutus*, arglistig. ¶ 2. *Fraus* etiam pro culpa, crimineque ponitur. Vlpianus l. 130 D. de Verbor. Signif. *Aliud* fraus *est, aliud* pœna. Fraus *enim sine* pœna *esse potest*: Pœna *sine* fraude *esse non potest.* Fraus *& ipsa* noxa *dicitur, & quasi pœnæ præparatio.* Sic, *capitalem fraudem admittere*, est crimen capitale admittere, apud Cicer. pro Rabir. perduell. cap. 9. Et, *fraudes inexpiabiles concipere*, Id. 1 Tuscul. c. 30. Sic, *in fraudem incidere*, in culpam incidere, est apud Terent. Heaut. a. 3 sc. 1 v. 33. Et Tacit. 2 Histor. cap. 9 *Proditionem ultro imputabant spatium longi ante prœlium itineris, fatigationem Othonianorum, &c. Fraudi suæ assignantes*, i. e. culpæ suæ. Hinc *fraudi esse* dicitur, quod vitio verti potest. Cic. pro Muræna cap. 35 *Id erit ejus vitrico fraudi ac crimini.* Nam *fraudem & crimen* ut Synonyma conjunxit. Nisi *fraudi* dixerit pro periculo & ab eo, quod præcedit, id, quod sequitur, ut Servius observat ad 11 Æneid. quem vide. ¶ 3. Hinc & pro *damno* & *periculo* ponebatur. Cicero lib. 7 ep. 26 *lex ea mihi fraudi fuit*, id est, nocuit, es ist mir schädlich gewesen. vide Manutium. Et Livius lib. 1 cap. 47 *metu, ne non venisse fraudi esset.* Rursus Servius ad illud Virg. 10 Æneid. v. 72

Quis Deus in fraudem, quæ dura potentia nostra
Egit?

IN FRAVDEM *autem*, periculum. *Ita enim in Jure lectum est*, FRAVDI ERIT ILLA RES, *id est, periculo.* Horatius lib. 2 od. 19 v. 20

Tu separatis uvidus in jugis
Nodo coerces viperino
Bistonidum sine fraude crines, i. e. sine damno.

¶ Fraudem in bonam partem acceptam notat Barthius lib. 12 Advers. cap. 12. *Fraus mala* est furtum Horat. 1 od. 3 v. 28.

¶ Fraudulentus, a, um, fraude plenus, voll betrug, betrieglich. *Homo fraudulentus*, Aut. ad Herenn. lib. 2 c. 26. Et, *venditio fraudulenta*, Cic. 3 Offic. cap. 21. *Fraudulentissimus*, Plautus dixit Captiv. a. 2 sc. 1 v. 38. Comp. *fraudulentior* Augustin. Confess. lib. 3 cap. 3.

¶ Fraudulenter, adverb. cum fraude, betrieglich. Columella lib. 1 cap. 8 *fraudulenter infestare.* Plin. lib. 30 cap. 10 *fraudulentiùs invidere.*

¶ Fraudulentia, æ, fraus, die betrieglichkeit. Plautus Pseud. a. 2 sc. 1 v. 7 *fretus malitiâ, fraudulentiâ.* Idem Milite a. 2 sc. 2 v. 34 *Os habet, linguam, perfidiam, malitiam, audaciam, confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam.*

¶ Fraudo, avi, atum, are, decipere, privare, vervortheilen, berauben. *Cum multos minutis mutationibus fraudasset*, Cicer. pro Flacc. cap. 20. *Fraudare stipendium militum*, Cæs. 3 B. Civ. cap. 59, die knechte um ihren sold bringen. *Clodius improbissime fraudavit populum*, Cic. Arusp. Resp. c. 20. *Cum Cæcilius à Vario magnâ pecuniâ fraudaretur*, Idem lib. 1 ad Attic. ep. 1. *Nec duces quidem sua laude fraudandi sunt*, Curt. 4, 16, 31, man muß ihnen ihr gehöriges lob nicht entziehen. conf. Vellej. 2, 12, 5, & 2, 76, 1 &c.

¶ Fraudatus, a, um, betrogen, vervortheilet. *Quanti verba illa, uti ne propter te fidemve tuam captus fraudatusve siem?* Cic. Off. 3 cap. 17. *Vngi olivo fraudatis lucernis.* Horat. 1 sat. 6 v. 124.

¶ Frausus, a, um, qui ad fraudis fructum venit, secundum Nonium c. 2 n. 339. Nam veteres & *Fraudor* deponentis forma dixerunt, unde præteritum *Frausus*, pro *fraudatus* superest. Plaut. Asinar. a. 2 sc. 2 v. 19 *Metuo in commune, ne quam fraudem frausus sit.* Et Liv. lib. 23 cap. 14 *Qui capitalem fraudem frausi, qui pecunia indicati in vinculis essent. Qui fraudem frausi*, i. e. qui fraudem commiserunt, ut Festus interpretatur in *Frausus*. Cl. Gronovius autem ex MSS. legit *ausi.*

¶ Fraudatio, ōnis, quæ contraria est fidei, trügerey, untreu. *Hinc fides, illinc fraudatio*, Cicer. 2 Catil. cap. 11. *Inter bonos bene agier oportet & sine fraudatione*, Idem Off. 3 c. 17.

¶ Fraudator, oris, deceptor, ein betrieger. Cic. pro Flacc. cap. 20 *Vna & eadem est omnibus in locis fraudatorum & inficiatorum impudentia.* Et Philippic. 13 cap. 12 *fraudator creditorum.* Seneca lib. 4 de Benefic. cap. 26 *Ingratus beneficiorum fraudator est.*

¶ Fraudatrix, īcis, die betriegerin. Tertull. de Resurr. carn. cap. 12 *Mira ratio: de fraudatrice servatrix.*

¶ Fraudatorius, a, um, ad fraudem pertinens, was des betrugs halben geschiehet; ut, *fraudatorium interdictum*, quo prætor ea, quæ in fraudem cujuspiam gesta sunt, rescindit, l. 96 ff. de Solut. & l. 69 ff. ad SC. Tr.

¶ Fraudĭger, a, um, betrieglich. Tertull. Genesi c. 3

Fœmina fraudigeris misere decepta loquelis.

¶ Defraudo, are, bevortheilen, betriegen. *Etiam insuper defraudet?* Terent. in Adelph. a. 2 sc. 2 v. 38. Idem in Phorm. a. 1 sc. 1 v. 10 *defraudare genium suum* dixit, pro negare naturæ, quod appetit, seinem leibe abbrechen, an seinem maul ersparen. Vide infra *Genius*, & conf. Plaut. Aul. a. 4 sc. 9 v. 15. ¶ Apud Nonium reperias *defrudare* pro *defraudare*, cap. 1 n. 130. Conf. *Defrugare* in *Frugis*, ubi & locus Catonis adducitur.

¶ Defraudatio, onis, täuscherey, entziehung. Gloss. Vet. *Defraudatio*, ἀφαίρεσις. Tertullianus de Anima cap. 43 *Omnis natura aut defraudatione, aut enormitate rescinditur: proprietate mensuræ conservatur.*

¶ Defraudator, ōris, der betrieger. Ex Senec. 4 de Benefic. cap. 26 quidam hoc nomen afferunt, ubi correctiores libri ita habent, ut in *Fraudator* modo expressimus. Nec tamen extra omnem usum fuit. Ab hoc enim est

¶ Defraudatrix, īcis, die betriegerin. Tertullianus de Jejuniis c. 16 de filiis Eli: *Domus impudens, sacrificiorum carnalium defraudatrix.*

¶ Defrŭtum, i, quod Isidorus 20 c. 3 ita dictum putat, quod *defrudetur*, & quasi fraudem patiatur, vide supra in *Ferveo*.

¶ Sociofraudus, vide infra *Socius*.

FRAXĬNVS, i, arbor, ein eschenbaum, Plin. lib. 16 cap. 13 *Adeò inimica arbor serpentibus, ut ne matutinas quidem occidentesve umbras, quamlibet spatiosas, ejus serpens attingat, ac si frondibus ejus claudatur cum igne, in ignem potius, quàm in fraxinum fugiat.* Virg. ecl. 7 v. 65

Fraxinus in silvis pulcherrima, pinus in hortis.

¶ Fraxĭnĕus, a, um, vom eschbaum: ut, *Hasta fraxinea*, cujusmodi Achillem usum, Homerus, & ex eo Plinius prodidit l. c. *Sudes fraxineæ*, eschene pfäle, Virg. 2 Æn. v. 359. ¶ *Fraxina virga*, pro fraxinea, apud Ovidium epist. [11] Canaces legitur v. 76.

Fraxo, are, vide in *Frango*.

FRĔGELLAE, arum, urbs fuit vetus & florentissima Italiæ inter Formias & Sinuessam. Sed nunc a Strabonis tempore ad vicum redacta, quia ob defectionem a Romanis diruta fuisset. Vid. Cluverii Ital. Antiq. lib. 3 cap. 7. Silius lib. 8 v. 476

obsessæ campo squalente Fregellæ.

¶ Fregellanus, a, um, adject. ut, *Fregellani populi*, Plin. lib. 3 cap. 5, & *Vitis Fregellana*, Columella lib. 3 cap. 2.

FRĔMO, ui, ĭtum, ĕre, brummen, murren, rauschen. Proprie de leonibus dicitur: Plin. 8 cap. 16 *Non leo in infantes fremit, nisi magna fame.* Hinc Varro lib. 6 de L. L. sub finem, cum monuisset, multa ab animalium vocibus translata in homines, illud Ennii:

pausam fecere fremendi,

a leone traductum ait. Sic, *fremunt lynces*, Aut. de Philom. v. 51, & *tigres*, Val. Flacc. 2 v. 260. *Venti fremunt immani turbine*, Ovid. 1 Trist. 2 v. 25. ¶ 2. Per metaphoram, indignari, ungedultig und zornig werden. Cicer. ad Attic. lib. 2 epist. 7 *Arius consulatum sibi ereptum fremit.* Idem de Orat. lib. 1 cap. 44 *Fremant omnes licet, dicam quod sentio*, so schon jederman darum zürnen wolte.

¶ Frĕmĭtus, ûs, nomen, das gemürmel, geräusche, getöse. Cic. de Finib. lib. 5 cap. 2 *Ad fluctum ajunt declamare solitum Demosthenem, ut fremitum assuesceret voce vincere.* Et 5 Tusc. cap. 40 *fremitus murmurantis maris*, des meeres brausen. Idem de Arusp. resp. c. 10 *horribilis fremitus armorum.* Virg. 2 Georg. v. 160 *fremitus marinus.*

¶ Frĕmor, ōris, idem. Virgilius Æn. 11 v. 297

variusque per ora cucurrit
Ausonidum turbata fremor.

Arnobius lib. 1 p. 32 *fremor verborum.*

¶ Frĕmĕbundus, a, um, hoc est, fremens, rauschend. Cicer. 2 Nat. Deor. cap. 35 ex Accio poëta:

tanta moles labitur
Fremebunda ex alto, ingenti sonitu & spiritu.

Et Silius lib. 3 v. 463 de elephantis:

At gregis adlapsu fremebundo.

Arnobius lib. 6 p. 196 *fremebundis hiatibus, torvis rictibus.* ¶ Per metaphoram, indignabundus, schnaubend, tobend. *Curru fremebundus ab alto desilit*, Ovid. Met. 12 v. 128.

Composita:

¶ Affrĕmo, vel Adfremo, ĕre, anschnausen. Valer. Flacc. lib. 1 v. 528

Adfremit his, quassatque caput.

Et Silius lib. 14 v. 125 *Boreas stridentibus adfremit alis.*

¶ Circumfrĕmere, umhersausen. Senec. ad Marc. c. 7 *aves inanes nidos circumfremunt.* Ammianus lib. 31 cap. 43 *circumfrementium globi.* Et Prudent. Hymn. post cibum v. 79

Quæ [fera] *circumfremit, & vorare tentat.*

¶ Confremere, zusammen laut werden, sich hören lassen, apud Stat. 1 Silv. 6 v. 73. Et Ovid. Met. lib. 1 v. 199.

¶ Infrĕmere, erschallen. *Bellum acriter infremuit*, Sil. 3 v. 230.

¶ Perfrĕmere, vehementer fremere, schnurren. Cic. 2 Nat. Deor. cap. 35 ex poëta: *rostris perfremunt delphini.*

FRENDEO, ui, fressum, frendĕre: & Frendo, frendĕre, grimmig seyn, knirschen. Pacuvius apud Nonium cap. 5 n. 103 *Frendĕre noctes misera, quas perpessa sum.* Idem: *Fruges frendo solas ae sicco robore.* Cic. 2 Tusc. c. 9 *Nemeæus leo frendens.* Virg. 4 Georg. v. 452 *Vates graviter frendens. Frendere* autem est frangere, zerbrechen, zermalmen; item miserum aut minax sonare: ut, *frendere dentibus*, mit zähnen knirschen, Plaut. Truc. a. 2 sc. 7 v. 41, & Capt. a. 4 sc. 4 v. 5, tunc enim quasi inter se confringuntur dentes. Accius apud Nonium l. c. de molitura: *Saxo fruges frendas.*

¶ Fressus, a, um, zermalmet, geschroten. Festus: FRENDERE *est* FRANGERE. *Vnde &* FABA FRESSA. *Vnde &* DENTIBVS *dicimus* FRENDERE. *Faba fressa*, saxo leviter fracta, Celsus lib. 5 cap. 18. Sic, *Cicera fressa*, apud Columellam lib. 2 cap. 11. Adde eumdem lib. 6 c. 24 extr.

¶ Frendor, oris, das zähnklappern. Veget. 3 cap. 31 *Tremorem frendoremque pati*, zittern.

¶ Defrens, dis, est seges demessa, ἄρουρα θερισθεῖσα, ut exponitur in veteri Glossario. v. Voss. Etym. p. 176. Apud Festum *defrensa* est detrita atque detonsa.

¶ Infrendere, idem quod simplex frendere. Virgil. 3 Æn. v. 664

lavit inde cruorem,
Dentibus infrendens gemitu.

¶ Nefrens, dis, quasi non frendens, das nicht beissen kan. Sic apud Festum *nefrendes arietes*, quod dentibus frendere non possint. Et, *nefrendes infantes*, nondum frendentes. Addit Festus, quod sint qui *nefrendes* testiculos dici putent, quos Lanuvini appellent *nebrundines*, Græci νεφροὺς, Prænestini *nefrones*. Hinc & Fulgentius de prisco serm. n. 5 *porcum castratum nefrendem* vocari ait, quasi sine νέφροις, id est, renibus. Aliter tamen & ex priori ratione de porcis Varro 2 de

R. R. cap. 4 *Amisso nomine lactentis, dicuntur* NEFRENDES *ab eo, quod fabam nondum frendere possunt, id est, frangere*, junge ferckel.

¶ Suffrendere, aufbrotzen. Ammianus lib. 15 cap. 29 *inflatâ cervice suffrendens.*

FRĒNUM, i, quod & *Frænum* scribitur: sed mavult sine diphthongo Manutius, vetustis monumentis fretus, ein brechzaum, gebiß. Pluraliter *freni* & *frena*. Ducunt quidam à frangendo, hoc est, domando, coërcendo. Isidorus 20 cap. 16 *Frenum* dictum ait, quod equos fremere cogat, vel quod hoc equi frendant, id est, imprimant dentibus & obmordeant. Vnde & a lupinis dentibus *Lupatum* dicitur, & Horatius lib. 1 oda 8 conjuncte extulit utrumque: *Temperet ora frenis lupatis. Frenis animum compescere*, den muth zurücke halten, Horat. lib. 1 epist. 2 v. 63. Cicer. Attic. lib. 6 epist. 1 *Cicerones pueri amant inter se, discunt, exercentur, sed alter frenis eget, alter calcaribus*, einer ist gar zu fleißig, der ander will getrieben seyn. *Frenum injicere*, den zaum anlegen: Val. Max. lib. 2 cap. 9 n. 5 *Freni sunt injecti vobis, Quirites, nullo modo perpetiendi. Frena ponere*, pro imponere dixit Juvenal. satyr. 8 v. 88

Pone iræ frena modumque, Pone & avaritiæ.

Laxare frena vel *frenos*, Lucan. 7 v. 124, den zaum lang lassen, indulgere, sicut laxare habenas. *Frena rerum*, id est, imperium. Sil. lib. 3 v. 226 *Ausa sibi Libye rerum deposcere frenos.*

¶ *Frenum mordere*, proverbialis locutio est, pro contumaciter reluctari, aut leviter saltem servituti repugnare, sich wider etwas sperren und unwillig stellen, Brutus ad Cicer. lib. 11 famil. epist. 24. Contra Statius Epithal. Violantillæ, lib. 1 Silv. 2 v. 28

Fama tace: subiit leges & frena momordit
Ille solutus amor.

Vbi *frena mordere*, accipere sive admittere est, & sic parere, sich bändigen lassen. Ita Martial. lib. 1 epigr. 104

Picto quod juga delicata collo
Pardus sustinet; improbæque tigres
Indulgent patientiam flagello;
Mordent aurea quod lupata cervi;
Quod freno Libyci domantur ursi; &c.

¶ Freno, avi, atum, are, frenum injicere, cohibere, continere, zäumen, bändig machen. Cicer. 5 Verr. cap. 57 *Animum frenare.* Liv. lib. 30 cap. 14 *Frenare voluptates*, die lust zwingen. Virg. Æn. 1 v. 523 *Justitiâ gentes frenare superbas.* Ibid. v. 38 *Vinclis & carcere frenare.*

¶ Frenatus, a, um, gezäumt. *Equites frenatis equis in stationibus disponit*, Cæs. B. G. 8 cap. 15. *Os equi frenatum*, Horat. 1 epist. 15 v. 13. *Acies frenata*, die reiteren, Sil. Ital. 11 v. 264.

¶ Frenator, ōris, qui frenat, der in zaum hält. Plin. Panegyr. cap. 55 *infinitæ potestatis domitor ac frenator animus.* Statius 1 Theb. v. 27

ignipedum frenator equorum.

¶ Frēniger, a, um, qui frenum gerit, gezäumt. Statius lib. 5 Silv. 1 v. 98

Quisnam frenigeræ signum dare dignior alæ?

Alæ autem equitum ordines, non peditum. Hinc *frenigeræ* ab frenatis equis dictæ.

¶ Defrenatus, a, um, ungezäumt, frey. Ovid. Metam. 1 v. 282

Et defrenato volvuntur in æquora cursu.

¶ Effrēnus, a, um, cui frenum detractum est, vel freni impatiens, toll, wild, unbändig. Livius lib. 4 cap. 33 *Effreno equo in medios ignes infertur.* ¶ 2. Translate, frech, ausgelassen; ut, *effreno captus amore*, Ovid. 6 Metam. v. 465. *Licentia effrena*, Claudian. Bell. Getic. v. 369. Et, *Juventa effrena*, Stat. 1 Achill. v. 277. *Gens effrena*, rectorem recusans, Virg. 3 Georg. v. 382.

¶ Effrenatus, a, um, qui freno reluctatur, aut frenum non metuit, indomitus, furiosus, widerspenstig, wild: ut, *Homines rebus secundis effrenati, tamquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet*, Cic. 1 Offic. cap. 26. Sic, *Effrenata audacia*, Idem 1 Catil. principio. *Indomitæ & effrenatæ cupiditates*, Idem in Verr. 3 cap. 24. Et, *Effrenatus & præceps furor*, Idem de Arusp. Resp. cap. 1. *Vox quædam libera, atque etiam* (id est, imo potius) *effrenatior*, Idem lib. 3 cap. 53. Et Livius lib. 3 cap. 50 *Quo impunitior libido, eo effrenatior est.* Ac Seneca epistolà 85 *Quantulum sapienti damus, si imbecillimis fortior est, & mœstissimis lætior, & effrenatissimis moderatior?* Et epist. 88 *Quid prodest equum regere, & cursum ejus freno temperare; affectibus effrenatissimis abstrahi?*

¶ Effrenate, adverb. audacter, furiose, toll, stürmisch. *Temere & effrenate incitari*, Cic. de Senect. cap. 12. Et, *Effrenatius in aciem hostium irrumpere*, Idem in 14 Philippica cap. 9.

¶ Effrenatio, ōnis, pro animi impotentia, die unbändigkeit, tollkühnheit. *Effrenatio animi impotentis*, Cic. Philippica 5 cap. 8.

¶ Infrēnis, e, & Infrenus, a, um, indomitus, petulans, ἀχάλινος, ungezäumt, unbändig. Sic Gellius lib. 1 cap. 15 dixit *prodiga & infrenis lingua.* Proprie Virgil. 4 Æn. v. 41 *Infreni Numidæ*, qui equis vehebantur non frenatis.

¶ Infreno, are, est frenum injicere, zäumen, einzäumen. Livius lib. 37 cap. 20 *equos non sternere, non infrenare aut adscendere facile poterant.* Translate Plinius lib. 9 cap. 31 extremo: *pluribus ancoris navigia infrenant*, id est, cohibent.

¶ Infrenatus, a, um, particip. aufgezäumet. Livius cit. loco: *Non stratos, non infrenatos magna pars habebant equos.* ¶ 2. Nomen, quod *non frenatus* valet, ungezäumt. Idem Livius lib. 21 cap. 44 *generosissimarum gentium equites frenatos & infrenatos video.*

¶ Offreno, are, unde

¶ Offrenatus, a, um, bezäumt. Sic apud Plautum legitur Capt. a. 3 sc. 5 v. 96 *Vtque offrenatum suis me ductarent dolis*, id est, dolis suis, velut capistro ori injecto, devinctum quolibet ductarent. Sic nos: einen bey der nase rumführen. Apulejus lib. 6 Miles. *Hunc offrenatum unius offulæ præda facile præteribis*, de Cerbero loquitur. Idem Apologiâ: *Quid multis? Juvenem simplicem, præterea novæ nuptæ illecebris offrenatum, suo arbitratu de via deflectit.*

¶ Refrēno, are, idem, sed significantius, hoc est, maxime coërcere, einhalt thun; ut, *Refrenare libidines*, Cicero Paradox. 4 cap. 1. *Licentiam indomitam*, dem muthwillen steuren, der ihm nicht wehren läßt, Horatius lib. 3 od. 24 v. 28. *Refrenare a gloria*, id est, arcere, abhalten, zurücke halten, Cic. pro Cælio cap. 31.

¶ Refrenatus, a, um, repressus, zurück gehalten. *Religione refrenatus*, Lucret. 5 v. 115.

¶ Refrenatio, ōnis, die bezäumung; ut, *Refrenatio doloris*, apud Senecam lib. 3 de Ira cap. 15.

¶ Suffreno, are, est constringere. Hinc

¶ Suffrenatio, ōnis, pro arcta structura, die festhaltung. *Lapis ad structuram infidelis, nisi multa suffrenatione devinctus*, mit zwang gefasset, angeklammert, Plinius lib. 36 cap. 22.

FRĔQUENS, tis, multus, assiduus, creber, plenus, stetig, häuffig, zugegen. Significationem explicat Valla lib. 4 cap. 96. Sic enim dicimus, *municipium frequens*, Cic. 2 Philipp. cap. 41, eine volckreiche stadt. *Senatus frequens*, id est, copiosus & multus, ein voller und wohlbesatzter rathstuhl. Cicer. lib. 10 fam. epist. 12 *Senatus continuo est convocatus, frequensque convenit*, id est, magno numero. *Frequens auditorium*, Plin. lib. 2 epist. 18, viel zuhörer. *Locus frequens*, quem frequentare multi solent. *Frequentia ædificiis loca*, Livius lib. 31 cap. 23, da viel häuser stehen. *Silva frequens trabibus*, Ovid. Metam. 8 v. 329, darinn viel bäume stehen. Plautus, *frequentem alicui operam dare*, i. e. assiduam, Cistell. dixit a. 1 sc. 1 v. 7. *Auditor Platonis frequens fuit Demosthenes*, Cicer. in Orat. cap. 4. Sic, *frequens est cum eo*, Cic. 2 Offic. cap. 13, er ist offt oder stets bey ihm. Ovid. 1 de Arte v. 585

Tuta frequensque via est, per amici fallere nomen;
Tuta frequensque licet sit via, crimen habet.

Cicer. pro Plancio cap. 8 *Præfectura totâ Italiâ, nulla frequentior dici possit*, id est, populosior. Idem lib. 1 de Divinat. cap. 28 *frequentissimum theatrum.* Cæsar lib. 4 B. Gall. cap. 11 *frequentissimi conveniunt.*

¶ Frequenter, adverb. assidue, zum öfftern, häuffig, gemeiniglich. Cæsar 3 B. Civil. cap. 48 *frequenter ex perfugis cognoscebant.* Valerius Maximus lib. 6 cap. de dicendi libertate: *frequentius aliena veniâ, quam sua providentiâ tuta.* Cicero in Oratore cap. 24 *Translatione frequentissime sermo omnis utitur.*

¶ Frequentia, æ, multitudo, ein grosser hauffe, zulauff, menge: ut, *frequentia scholarum*, Quintil. lib. 1 cap. 2 pr. Et, *Quotidiana amicorum assiduitas & frequentia*, Q. Cic. de Pet. consul. cap. 1. *Ornare ac celebrare frequentia egressum alicujus*, Cicer. in Pison. cap. 13. Idem 4 Attic. epist. 16 *De epistolarum frequentia nihil te accuso*, daß du mir offt und viel schreibest, ist mir nicht zu wider. *Elatus est maxima frequentia*, de comitatu funeris, Idem pro Flacco cap. 17, mit volckreicher versammlung.

¶ Frequento, avi, atum, are, est celebrare, sive libenter ac sæpe adire cum aliis, ut majorem numerum facias, offt besuchen. Sallust. cap. 14 Catilinarii: *Juventus domum Catilinæ frequentabat*, die junge mannschafft lag immer in dessen hauffe. Cicer. 2 Offic. cap. 4 *Vrbes sine cœtu hominum nec ædificari nec frequentari potuissent*, sie können ohne leute nicht bewohnet oder besetzet werden. Seneca Excerpt. Controv. lib. 3 procem. *Pueri fere, aut juvenes, scholas frequentant.* Et, *Frequentare exsequias, ludum, templum*, nempe idcirco, quod ex frequenti accessu templa, aliaque, celebratius nomen consequuntur, eo & *frequentare* accipitur pro *celebrare*, & *celebrare* pro *frequentare*. Nam Juvenal. satyra 9 v. 25 *celebrare* (male in quibusdam libb. est scelerare) *fanum Isidis & Ganymedis, & Cererem*: ubi *celebrare* est *frequentare*. Atque eodem modo Lucretius initio operis sui dixit *concelebrare*. At e contrario *frequentare* pro concelebrare usurpat Sulpitius in Satyra, cum ait:

Diva, quibus numeris herbas, & arma frequentas.

vid. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 164. Singulare genus dicendi est: *Dies frequentat hos ad locum.* Ita vero Cicero 4 in Catil. cap. 7 *Quos cum casu hic dies ad ærarium frequentasset*, i. e. congregasset. ¶ Alibi est simpliciter replere. Suetonius Augusto cap. 46 *Italiam abunde triginta coloniarum numero deductarum ab se frequentavit.* Idem lib. 3 de Orator. cap. 52 extr. *Distinguenda & frequentanda est omnis oratio luminibus verborum*, sie soll angefüllet seyn. Et, *Frequentare studia*: Capitolinus in Marco Philosopho cap. 6 *Per eadem tempora, cum formandus ad regendum statum reip. patris actibus interesset, studia cupidissime frequentavit.* ¶ *Frequentare alicui*, pro frequentem operam dare, dixit Plaut. Cistell. a. 1 sc. 1 v. 9. ¶ Et sicut celebrare etiam pro notum facere, & fama ac laude tollere, usurpabatur, ita & verbo *frequentare* usi nonnulli sunt, quasi frequenter referre, commemorare. Priapejorum Poëta carm. 75 *Ætnææ Cererem nurus frequentent.* Frequenter ita hoc verbo Sedulium usum, observat Barthius lib. 11 Advers. cap. 23.

¶ Frequentatus, a, um, celebratus, repletus, besetzt, angefüllt. Cic. in Bruto cap. 95 *Aliud genus est non tam sententiis frequentatum.* Idem de Orat. 3 cap. 38 *Translatio instituta inopiæ caussa, frequentata delectationis*, sie ist in gemeinen gebrauch.

¶ Frequentatio, ōnis, die wiederholung, der öfftere gebrauch. *Densa & continens frequentatio verborum*, worte die dicht an einander gesetzt, und an einander hangen, Cornif. lib. 4 ad Herenn. cap. 19. Et Cic. Partit. Orat. cap. 35 extr. *frequentatio argumentorum*, id est, coacervatio.

¶ Frequentamentum, i, idem. *Frequentamenta variæ vocis*, Gellius lib. 5 cap. 1, anhaltung mit der stimme.

¶ Frequentator, ōris, qui frequentat, ein besucher. Apulejus in Trismegisto p. 94 *Sol frequentator & dispensator vivacitatis vitalium.* Paulinus Nolanus epist. 38 n. 10 [al. 29] ad Aprum: *rarus urbium frequentator, familiare secretum taciti ruris adamasti.* Tertull. de Monog. cap. 8 *prandiorum & cœnarum frequentator.*

¶ Frequentativus, a, um, assiduitatem significans; ut, *Verba frequentativa*, apud Grammaticos, priscos æque ac recentes. Priscianus lib. 8 cap. de Specieb. Verborum: *Est alia species derivativorum in T O, quæ frequentiam actus significant - - - Ea quoque, id est, Frequentativa, plerumque a Supinis derivantur, mutatione extremæ V in O, ut scriptu scripto; dictu dicto*, &c.

¶ Frequentarius, a. um, apud veteres idem quod frequens, Festus.

¶ Confrequento, are, offt zugleich besuchen. Vet. Inscript. apud Sponium Misc. Erud. Ant. pag. 54 LOCVM CONFREQVENTARE. Et pag. 161 NATALE [festum] CONFREQVENTETIS. Prudentius Perist. hymn. 1 v. 8 *Arenas incolæ confrequentant obsecrantes.*

¶ Infrĕquens, tis, non frequens, rarus, wenig, nicht häuffig. *Cum Senatum infrequentem coëgisset*, Cic. ad Qu. fratr. lib. 2 epist. 11. Et lib. 3 epist. ult. ad eumdem Quintum: *Infrequens sum Romæ*, zu Rom siehet man mich nicht viel. Livius lib. 31 cap. 23 *qua infrequentissima urbis sunt*, wo die stadt am wenigsten bewohnt ist. Horat. 1 od. 34 v. 1 *Deorum cultor infrequens*, ein seltener beter. Cæs. B. C. 3 cap. 2 *Copiæ infrequentiores imponuntur.*

¶ Infrĕquentia, æ, paucitas, solitudo, die wenigkeit, einsamkeit, mangel der leute. Cic. ad Quint. Fr. 3, 2 *Summa infrequentia.* Livius lib. 2 cap. 23 *Nec agi quicquam per infrequentiam poterat Senatus*, weil der rath so gar schwach bey einander war.

¶ Infrequentatus, a, um, ungangbar, unbrauchbar. Sidonius lib. 4 epist. 10 extr. *Vt rebus amicitia vegetetur, quæ verbis infrequentata torpuerat.* Idem 9 epist. 15 *Metrum infrequentatum durius texitur.*

¶ Perfrĕquens, tis, valde frequens, sehr volckreich. Livius lib. 41 c. 1 *In portu emporium brevi perfrequens factum.*

Fressus, vide paullo ante in *Frendo.*

FRĔTVM, i, & apud antiquos Frĕtus, ûs, quo & Lucretius 6 v. 363, & 1 v. 720 usus & Cicero, ut volunt nonnulli. vide præter Nonium cap. 3 n. 92, & A. Gellium lib. 13 cap. 20, qui Ciceronis ex 7 Verrina cap. 66 in hanc rem verba produxit. Est autem angustia maris, πορθμὸς, eine meer-enge, sund. Dictum FRETVM, inquit Varro lib. 6 de L. L. n. 2 *a similitudine ferventis aquæ: quod in fretum sæpe concurrat æstus, & effervescat.* Conf. Isidor. 13 cap. 18. Hoc autem fit propter angustias: per quas se explicare fluctus, incumbente vento, non possunt. e. g. Cic. 3 cap. 59 *cum ab Italia freto disjunctus esses:* quod lib. 3 de Nat. Deor. cap. 10 vocat *Fretum Siciliense.* Hinc non inelegante metaphora Florus lib. 1 cap. ult. extr. *Talis domi ac foris, talis pace belloque Pop. Romanus fretum illud adolescentiæ, id est, secundam imperii ætatem habuit.* Est enim adolescentiæ ætas concitata & fervida, & æstibus suis inquieta. Sic *freta ætatis* dixit Lucretius 4 v. 1024, die jugend-hitze. ¶ 2. Mare item ipsum sic dictum ab undis & fluctibus effervescentibus, præsertim apud poëtas. v. g. Virg. eclog. 1 v. 61

Et freta destituent nudos in littore pisces.

Ac Æneid. 1 v. 607 *In freta dum fluvii current*, &c.

¶ Frètensis, e, habitans ad fretum, am sund gelegen. Multa mentio *Fretensis legionis* in antiquis Inscriptionibus, quæ vel scripta ex freti accolis, ut Turnebus lib. 18 Adverf. cap. 10 interpretatur; vel juxta fretum stativa habuit. v. g. apud Gruterum p. 194 n. 2 LEG. X FRETENS. &c.

¶ Fretalis, e, ad fretum pertinens, zum sund gehörig. Ammianus lib. 28 cap. 14 *A Rhætiarum exordio adusque fretalem Oceanum*, i. e. fretum Belgicum. ¶ *Fretale*, subst. sartaginis genus apud Apicium lib. 7 c. 5 *Infunditur in fretali piper*, eine bratpfanne.

¶ Perfrĕto, avi, are, Solinus dixit, pro pertransire, durchwaden, c. 40 [Salmas. 27] de Syrtibus: *Inter hæc vadosa classem Romanam accepimus perfretasse.*

¶ Transfrĕto, are, id est, fretum transmittere, überfahren, hinüber schiffen. Suetonius Cæsare cap. 34 &c. Gellius lib. 10 cap. 26. Sic & translate Tertull. de Pœnit. cap. 1 *Vitæ conversationem sine gubernaculo rationis transfretantes.* Sed active eodem verbo Ammianus usus est lib. 22 cap. 8 [Vales. 6] *ne quis transfretare auderet Ægyptium*, hoc est, navi transportare, über meer führen; & *transfretabantur*, passive, Idem lib. 31 cap. 10 (Vales. 4 p. 623.)

¶ Transfretatio, ōnis, die überfahrt, etiam apud Gellium c. l. legitur.

¶ Transfrĕtānus, a, um, transmarinus, der über meer kömmt. Tertull. Apolog. cap. 25 *patriæ solum transfretanis dedisse.*

FRĒTVS, a, um, adjectivum, qui nixus, confisus aliquo est, sich verlassend, vertrauend. Quidam faciunt a *fruor*, etiam *Fretus*, quod eamdem quidem Syntaxin, verùm diversam habet significationem: est enim idem quod *Confisus*, ac semper fere verbo subjicitur finito, ut Ter. in Phorm. a. 2 sc. 1 v. 53 *Si quis forte malitia fretus sua, insidias nostræ fecit adolescentiæ.* Cic. ad Appium, lib. 3 famil. epist. 7 extr. *Hæc ad te scripsi liberius fretus conscientia officii mei benevolentiaque.* Et Balbus ac Oppius ad Ciceronem sub epist. 8 ad Attic. lib. 9 *Freti tua humanitate tibi consilium dabimus.* Propertius lib. 1 eleg. 8

Queis ego fretus amo, Cynthia rara mea est.

Friabilis, Fribusculum, Fricatio, vide *Frio, Frigus, Frico.*

FRĬCO, fricui, frictum, (& fricatum,) fricare, reiben, kratzen. Virg. 3 Georg. v. 259 *Et pede, quo subigit terram, fricat arbore costas.*

Plaut. Asin. a. 3 sc. 3 v. 81 & 88 *fricare genua*, knien. Idem Pseud. a. 4 sc. 7 v. 93 *Senes fricari sese ex antiquo volunt.* Martial. 4 epigr. 90 *oleo corpus fricare*, salben. *Manus manum fricat*, Epicharmi est, cujus hunc versum, Prodicum Sophistam in ore frequenter habuisse, Plato scripsit in Axiocho: ἡ δὲ χεὶρ τὴν χεῖρα κνίζει, δός τι, καὶ λαβέ τι. Id est, *Manus manum fricat, da aliquid, & accipe aliquid. Fricantem refrica.*

¶ Frictus, a, um, gerieben. Juvenal. sat. 6 v. 577

Si prurit frictus ocelli

Angulus, inspecta genesi collyria poscit.

Cato de R. R. cap. 156 *Cumini fricti tantum quod oleat.* Sub alia notione idem vocabulum recurrit mox in *Frigo.*

¶ Frictus, ûs, die reibung, kratzung. Sensu obsceno Juvenal. sat. 6 v. 322 *Frictum crissantis adorat.*

¶ Frictio, ōnis, idem. Celsus 1 cap. 3 *In ipso quoque itinere frequens frictio.* Et Plin. 23 cap. 1 *Frictiones inbibeat oculorum.*

¶ Fricatio, ōnis, idem. In quotidiana corporis cura olim erat, ut ex Suetonii Vespas. cap. 21 discimus. vide ibi interpretes. Plin. 28 c. 4 *Vehemens fricatio spissat, lenis mollit.* ¶ 2. *Fricatio* in politione parietum adhiberi solita. Vitruvius lib. 7 cap. 6 *Quibus inductis & diligenti tectoriorum fricatione levigatis*, &c.

¶ Fricatus, ûs, subst. idem. Plin. lib. 23 cap. 7 *emendare dentium vitia crebro fricatu.*

¶ Fricatura, æ, idem. Vitruv. lib. 7 cap. 1 *Super fricaturam incernatur marmor.*

¶ Fricamentum, i, idem. Cæl. Aurel. Acut. 2 cap. 6 *Blando articulorum fricamento uti.*

¶ Frictrix, īcis, eine reiberin. Tertullian. de Resurrectione cap. 16, & de Pallio cap. 4.

Composita:

¶ Affrĭco, are, an etwas reiben; ut, *arbori sese affricare*, Columell. 7 cap. 7. *Anguis herbæ sese affricans oculos inungit ac refovet*, Plin. lib. 8 cap. 27. *Maculam, scabiem, alicui affricare*, anschmieren, anstreichen. *Malignus comes candido rubiginem suam affricuit*, Senec. epist. 7.

¶ Affrictus, ûs, subst. die anreibung. Seneca Quæst. Nat. 5 cap. 14 sub finem, de spiritu subterraneo, per loca sulphurosa se torquente: *accendat flammam ipso affrictu necesse est.* Plin. 31 cap. 6 *Spuma aquæ marinæ affrictu verrucas tollit.*

¶ Circumfrĭcare, umher abreiben, scheuren. Cato de Re Rust. cap. 26 *Scopulis labra doliorum circumfrices.*

¶ Confrĭcare, bereiben; ut, *Genua confricare*, Plaut. Asin. a. 3 sc. 3 v. 80, die knie reiben. Vsus & Suetonius Claudio cap. 8 *sibi faciem confricare.* Et Colum. 7 cap. 10 *Sale confricari totum os conveniet.* Translate Gellius 7 cap. 3 *Sensus alicujus injuriis confricare*, i. e. exasperare, perstringere.

¶ Confricatus, a, um, abgerieben, gescheuret. Plinius lib. 29 cap. 2 *confricatis dentibus & gingivis.* Et Varro de R. R. 1 cap. 60 *Orchites sale confricatæ.*

¶ Confricatio, ōnis, ut frictio, fricatio. Augustinus Confession. lib. 4 cap. 8 *Fabulæ & mendacii adulterina confricatione corrumpebatur mens nostra.*

¶ Confricamentum, i, idem. Cæl. Aurel. Tard. 2 cap. 4 *Confricamentis uti.*

¶ Defrĭcare, reiben, abkratzen. *In balneis defricari*, Aut. ad Herenn. lib. 4 cap. 9, im bade gekrauet werden. *Defricare pumice*, Plin. 26 cap. 4, idem quod fricare. *Sale multo defricare*, translate dixit Horatius lib. 1 satyr. 10 v. 4, pro taxare, objurgare, quod Germani dicunt, einen wohl scheuren.

¶ Defricatus, a, um, abgerieben, abgewaschen; ut, *defricatæ maculæ*, Plin. 28 cap. 10. *Dolia defricata & diligenter lota*, Colum. 11 cap. 2 med. *Dens Hibera defricatus urina*, Catull. carm. 38.

¶ Defrictus, a, um, idem. Apulejus lib. 3 A. A. *Sic exsternatus animi, atque attonitus, vigilans somniabam. Defrictis adeo diu pupillis, an vigilarem, scire quærebam*, als ich den schlaf aus den augen gewischt.

¶ Effrĭcare, abreiben, abwischen. *Illis rubigo animorum effricanda est*, Seneca epist. 95. Scribitur & *Exfricare.* Apulejus lib. 1 Metam. princ. *sudorem exfrico.*

¶ Infricare, einreiben: Columella lib. 12 cap. 30 *Et pondo quadrantem amphoris singulis infricato.*

¶ Infricatus, a, um, eingerieben. Plin. 26 cap. 8 fin. *Infricata polemonia.* Idem 30 cap. 12 *Muscæ infricatæ digito medico.*

¶ Infrictus, a, um, idem. Marcell. Emp. cap. 10 *Infrictus naribus.*

¶ Infrictio, ōnis, die einreibung. Celsus lib. 8 cap. 11 sub fin. *Infrictionem membro adhibere.*

¶ Perfrĭcare, durchreiben. *Caput atque os unguento perfricare*, Cicer. Verr. 5 cap. 25. *Perfricare dentes*, Ovid. 3 de Arte am. v. 216, quamquam alii *defricare* malint legere, vid. Heins. *Vulnera ab iis facta perfricantur*, Plin. 20 cap. 16. ¶ 2. *Perfricare caput* illi, qui in re aliqua hærent, dubitantes, quid faciendum sibi sit. Cic. in Pison. cap. 25 *Perscriptis rationibus, secum ipse, caput sinistra manu perfricans, commurmuratus est*, er suchte es hinter den ohren. Conf. P. Victorii Var. Lect. 8 cap. 6. ¶ 3. *Perfricare faciem*, vel *frontem*, locutio etiam proverbialis, qua significatur pudorem dediscere, & manu veluti a vultu abstergere, das schamhütlein abziehen. Cic. 3 Tusc. c. 13 *Tu idem, cum os perfricuisti, soles dicere.* Sic & Græci τρίψαι μέτωπον, ut observat P. Victor. l. c. Hinc vulgo *Homo frontis perfrictæ*, impudens, ein unverschämter mensch. Martial. lib. 11 epigr. 28

Perfricuit frontem, posuitque pudorem.

¶ Perfrictio, ōnis, das grimmen. Plin. lib. 21 cap. 20 *Iris ex oleo imponitur contra perfrictiones.* Idem 20 cap. 14 *Sanat perfrictiones.* Idem 23 cap. 4 *Perfrictionum refectio est.* Et mox cap. 8 sub fin. *ad perfrictiones discutiendas.*

¶ Rĕfrĭcare, wieder aufkratzen. *Refricare vulnus, cicatricem*, Cic. pro Flacc. cap. 23. *Refricare obductam Reipub. cicatricem*, Idem 3 Leg. Agr. cap. 2, den schaden, der kaum vergessen ist, erneuern. *Refricare litteris desiderium ac dolorem alicujus*, Idem ad Sextium lib. 5 famil. epist. 17.

¶ Suffrĭcare, unten her reiben, streicheln, apud Columellam lib. 12 c. 22, & Celsum lib. 6 cap. 6.

Frictorium, Frictus, vide *Frigo.*

Frigeo, Frigesco, Frigidarius, vide in *Frigus.*

FRĪGO, frixi, frictum, frigére, torrere, rosten, backen, dörren. Plin. lib. 18 cap. 7 *Frumenta frigunt, deinde molis frangunt.* Cato de R. R. cap. 106 *Sesquilibram salis frigito.* Festus derivat a græco φρυγεῖν, & Nonius cap. 4 n. 200 ex Accio notat, quod *Frigit* correpta prima syllaba significet *Erigit.*

¶ Frictus, & Frixus, a, um, tostus, geröstet, gebacken, gedörrt. Horat. de Arte poët. v. 249

Nec si quis fricti ciceris probat aut nucis emtor.

Frictæ nuces, Plaut. Pœn. a. 1 sc. 2 v. 113. *Triticum frictum*, Varro de R. R. lib. 2 cap. 4, & *Sal frictum*, Columella lib. 7 cap. 5 dixit. Celsus lib. 1 cap. 18 *Tum res eadem magis alit jurulenta quam assa: magis assa, quam frixa.* Vet. Gloss. τηγανίζω, *Frigo*, τηγανιστὸν, *Frictum.* Τήγανον, *Sartago* est.

¶ Frictorium, i, patella, in qua friguntur carnes, eine bratpfanne. Vet. Gloss. Φρύγιον, *frictorium.*

¶ Frixo-

¶ Frixorium, i, idem. Glossæ aliæ veteres: Τήγανον, *frixorium*: & Onomasticum: *Frixorium*, φρύγανον. Vsus & Plin. Valer. 2, 7.

FRĬGŬLO, are, schreyen wie eine dohle. Autor Philomelæ v. 28 *Graculus at frigulat.*

FRĪGUS, ŏris, gelu, kälte, frost. *Frigus acre*, Lucret. 4 v. 261, strenge kälte. *Intolerabile*, Cic. pro S. Rosc. cap. 45, & *penetrabile*, Virg. Georg. 1 v. 93, die den gantzen leib durchdringet. *Frigore affligi, adstringi, concuti*, erkalten. *Maximum frigus impendet*, Cic. ad Q. Fratr. lib. 2 epist. 11 extr. es ist grosse kälte verhanden. Idem pro Rabir. Post. cap. 15 *vim frigorum hiememque sustinere.* Et Columella lib. 1 cap. 4 *Frigoribus intolerabiliter horrere*, von kälte gantz verstarret seyn. *Colligere frigus*, pro contrahere, kalt werden, Horat. dixit lib. 1 epist. 11 v. 13. *Frigora dant rami*, Ovid. Metam. 5 v. 390, die äste geben kühlen schatten. ¶ 2. *Frigus* pro metu, apud Virg. Æn. 1 v. 96

Extemplo Æneæ solvuntur frigore membra.

Conf. Nonius c. 4 n. 207. ¶ 3. *Frigus* & languorem in amando, seu amoris affectusque remissionem significat. Plinius 6 epist. 15 *Paullo aliena deliratio aliquantum frigoris attulit.* Sueton. August. cap. 66 *Desideravit nonnunquam & Agrippæ patientiam, & Mæcenatis taciturnitatem: Cum illa* [Agrippa] *ex levi frigoris suspicione, & quod Marcellus sibi anteferretur, Mitylenas se, relictis omnibus, contulisset*, &c. vide ibi Casaub. & Torrent. item in cap. 41 Claudii. Hinc

¶ Frigusculum, i, diminut. ein fröstlein; quod Papinianus L. 31 D. de jure dotium *Jurgium*; Vlpianus L. 32 § 12 D. de donat. inter vir. & uxor. *fribusculum* sive *frigusculum* vocat. *Quod si divortium non intercesserit, sed fribusculum; profecto valebit donatio, si fribusculum quievit.* Nonnulli *fribusculum* a *frivolo* deducunt. vide infra *Frio.*

¶ Frīgeo, frigui & frixi, frigēre, algere, frigore confici, laborare, kalt seyn, frieren; Græcis φρίζειν est, ut frigus φρίκη. Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 37 *Nimirum hic homines frigent*, bey den leuten ist nicht viel zu holen, id est, inopia laborant. Ibidem a. 3 sc. 3 v. 11 *Vbi friget, huc evasit.* FRIGET, id est, hæret, nec reperire potest, de quo pertexat sermonem. Et recte dixit FRIGET. Nam dum calescit ingenium, pulchre incidunt varia; cum refrigeratum est, nihil admodum succedit. Nam calidi maximè valent ingenio: stupent contra, ac hebetes sunt, qui frigidioris temperamenti sunt, de quo Galenus libro *quod animi mores temperamentum corporis sequantur.* Virg. 2 Georg. v. 483

Sin, has ne possim naturæ accedere partes,
Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis, &c.

i. e. Si hebetius ingenium obstiterit. Cicer. in Verr. 4 cap. 25 pr. *Judicia omnia frigent*, quod & Germanis metaphora est, die gerichte stehen kalt, hoc est, non exercentur. Sic, *opus, studia frigent*, i. e. non continuantur. Terent. Eunuch. a. 4 sc. 5 v. 6

Sine Cerere, & Libero friget Venus.

¶ Mortuum quoque & vitâ esse functum notat. Virgil. 6 Æn. v. 219

Corpusque lavant frigentis, & ungunt.

¶ Frīgesco, ĕre, kalt werden. *Opus frigescit*, es gehet langsam, Quintil. lib. 6 cap. 1. Proprie Cato cap. 156 *Infundito in catinum, ut frigescat.*

¶ Frigerans, tis, frigus adferens, kühlend. Catullus carm. 62 *frigerans Aganippe.* Participium verbi *frigerare*, cujus compositum *Refrigerare* usitatius est, mox indicandum. vide infra *Frigoro.*

¶ Frīgefacio, ĕre, kühlen; unde frequentativum

¶ Frigefacto, are, kälten, abkühlen. Plaut. Pœn. a. 3 sc. 5 v. 15 *Os nunc frigefactas.* Conf. Rud. a. 5 sc. 2 v. 39, ubi pro eadem voce nonnulli legunt *frigide factas.*

¶ Frigēdo, ĭnis, antique pro frigore apud Nonium c. 2 n. 544 ex Varrone: *Igni fervido medullitus Aquilonia intus servat frigedinem.*

¶ Frīgidus, a, um, kalt: ut, *frigidus amnis*, Tibull. lib. 4 eleg. 8. *frigidior Geticis pruinis*, Juvenal. satyr. 5 v. 50. De Germanis Cæsar lib. 4 cap. 1 *locis frigidissimis neque vestitus, præter pelles, habent quidquam.* ¶ 2. Per metaphoram, *frigidissimi accusatores*, Cic. 3 ad Q. frat. epist. 3, id est, valde remissi & tardi, nachlässige und schläferige kläger. *Argumentum frigidum*, Quintil. lib. 5 cap. 10. Et, *Litteræ frigidæ*, Cicer. 10 fam. epist. 16, brieffe, darinn von der sache nichts rechts gehandelt wird. *Frigida & jejuna calumnia*, Idem pro Cæcin. cap. 21, hoc est, infirma & inepta. ¶ 3. Item, noxius & letalis: Mors enim corpora frigida reddit. Virg. eclog. 3 v. 93

Frigidus, o pueri fugite hinc, latet anguis in herba.

Vide & eclog. 8 v. 71. Hinc *frigus veneni*, Sidon. lib. 5 epist. 8. Conf. Nonius c. 4 n. 208, ubi & ex Virg. Æn. 11 v. 338 *Frigida bello dextera* exponitur, quod sit segnis & imbecillis. Et Æn. 9 v. 415 *Volvitur ille frigidus*, i. e. mortuus.

¶ Frigida, æ, substant. kalt wasser, nisi subintelligas, aqua. *Frigidâ lavare*, Plin. lib. 3 epist. 5. *Frigidam suffundere*, incitare, anhetzen, Plaut. in Cistellaria a. 1 sc. 1 v. 37.

¶ Frigide, adverb. kält, quo tralatitie usus est Gellius aliquoties pro *Exigue, Remisse*, præsertim lib. 19 cap. 3, ubi ex Favorini ore refert, *Turpius esse, exigue atque frigide laudari, quam insectanter & graviter vituperari.* Superl. *frigidissime* eadem metaphora Quintilianus dixit lib. 4 cap. 1 de eo, quod sine efficacia & animorum commotione fit.

¶ Frīgĭdŭlus, a, um, dimin. kältlicht, laulicht. Metaphorice Catull. Argonaut. sive Carm. 65 v. 131

Frigidulos udo singultus ore cientem.

¶ Frigidiusculus, a, um, idem. Gell. lib. 3 cap. 10 *Sed alia ibidem congerit frigidiuscula.* Pro quo &

¶ Frigusculus, a, um, Tertullianus scripsit de Anima cap. 25 sub finem. Ita Froben. Rigalt. & alii.

¶ Frigidarius, a, um, kühlend: ut, *frigidaria cella balnei*, hoc est, ubi frigidâ lavamur, Plin. lib. 2 epist. 17. *balneæ frigidariæ*, Pallad. de R.R. 1 tit. 41.

¶ Frigidarium, i, neut. eine kühlwanne. Gloss. Vet. *Frigidarium*, ὑδροψύχιον, ψυχροφόρον.

¶ Frigido, are, pro quo & Frigdo, are, Lucilius dixit, erfrischen, abkühlen. Cæl. Aurel. Acut. 3 c. 17 *frigidare corpus tactu.*

¶ Frigor, ōris, idem quod frigus apud Theod. Priscianum, qui lib. 2 c. 29 *molestissimum frigorem* dixit.

¶ Frigŏro, are, kühlen, erfrischen. Cæl. Aurel. Tard. 4 c. 4 *Frigorare corpus.* Idem Acut. 3 c. 21 *frigorandos ait cholericos.*

¶ Frigorificus, a, um, kühlend. Gell. lib. 17 cap. 8 *Acetum omnium maxime frigorificum est*, essig kühlet am meisten.

¶ Frigutio, ire, obsoletum est. Plauto in Casinâ a. 2 sc. 3 v. 49 significat, frigore subsilire, zittern für frost, nicht können die glieder still halten. Confer Nonium c. 4 n. 200.

Composita cum præposit.

¶ Infrigido, are, pro Refrigerare, kühlen, displicet Vossio de Vit. L. L. 4 c. 2 p. 727. Sed habet Theodorus Medicus antiquus de Diæta c. 1 & 2. v. Borrich. Cogit. p. 138.

¶ Perfrigeo, ēre, & Perfrigesco, ĕre, est valde frigere & frigidum fieri, sehr frieren und kalt werden. Martial. lib. 3 epigr. 18 *Perfrixisse tuas fauces*, id est, frigore nimio te raucum factum esse. Juvenal. sat. 7 v. 95 *Etsi perfrixit, cantat bene.* Et Plinius lib. 31 cap. 6 *Difficilius perfrigescunt marinâ calefacti.* Conf. Varr. de R.R. 2 c. 9.

¶ Perfrigĕro, are, durch und durch kalt machen, wohl abkühlen. Scribonius Largus Compos. ult. *Infervescunt super carbones: deinde perfrigerata eodem cacabó reponuntur.* Citatur etiam ex Plin. lib. 25 cap. 13, ubi Harduinus *refrigerare* legit.

¶ Perfrigefacio, ĕre, idem. Plaut. Pseud. a. 4 sc. 7 v. 117 *Mihi jamdudum ille Syrus cor perfrigefacit*, i. e. metu & horrore quodam perfundit.

¶ Perfrigidus, a, um, valdè frigidus, sehr kalt. Cicer. 6 Verrin. cap. 40 *Erat hiems summa, tempestas perfrigida.*

¶ Præfrigidus, a, um, idem. Cels. 4 cap. 5 *Vinum præfrigidum.* Et Ovid. 4 Pont. eleg. 12 v. 35

Et tepidus Boreas, & sit præfrigidus Auster,
Et possit fatum mollius esse meum.

¶ Refrigesco, ĕre, wieder kalt werden. Celsus lib. 4 cap. 3 *Sanguis ex his, quæ in homine sunt, celerrime vel calescit, vel refrigescit.* Translate desinere & remissum fieri notat. Terentius in Adelph. a. 2 sc. 2 v. 25 *nihil est, refrixerit res*, es wird nicht mehr geachtet werden. Quomodo & apud Ciceronem aliquoties; ut, ad Qu. Fratr. lib. 3 epist. 8 *Tota res, & timetur, & refrigescit.* Idem ad eumdem lib. 2 epist. 6 [al. 8] *Quod de Pomponio Caninius agit, sane jam refrixit.* Et ad Attic. lib. 1 epist. 19 *Hæc tota res interpellata bello refrixerat.*

¶ Refrigero, are, quod est frigus inducere, adspergere, kühlen, kalt machen. *Calorem refrigerare & exstinguere*, Cic. 2 Nat. Deor. cap. 9. *æstum*, Plin. 20 cap. 7. *Refrigerare testem*, i. e. perturbatum & segniorem reddere, Quintil. 5 cap. 7. Sic eleganter *refrigerari* auditor dicitur, cum negligentior redditur ad auscultandum. Quod fit, cum, quæ recitantur dicunturque, languida frigidaque sint, & nihil moveant animos, atque accendant. Eo pertinet Martialis jocus in Sabineium quemdam declamatorem ineptum, lib. 3 epigr. 25.

¶ Refrigeratus, a, um, abgekühlt. Varro de R. R. 1 cap. 61 *Refrigeratum conditur in vasa.* Cic. lib. 3 fam. epist. 8 *Refrigerato jam sermone levissimo hominum*, &c. nachdem die leichtfertigen reden gestillet waren. Et in 2 Actione Verrina cap. 10 *Defessa ac refrigerata accusatio*, die anklage, so müde und stumpff gemacht. Vide Casaub. ad illud Sueton. Claud. cap. 41 *Refrigeratus à semetipso.* Apud Vellejum 2, 83, 2 *Plancus refrigeratus ab Antonio* dicitur, postquam alienatio mentis antea faventis facta est, & ille calorem gratiæ mutavit in fastidii frigus.

¶ Refrigeratio, onis, die labung, kühlung. Cic. Senect. cap. 14 *Refrigeratio æstate delectat.* Colum. 11 cap. 1 *auræ refrigerationem captare.* conf. Plin. 34 c. 13.

¶ Refrigerium, i, idem, posterioris ætatis scriptoribus, ecclesiasticis maxime. Tertull. de Resur. carn. c. 17 *Aliter anima non capiat passionem tormenti seu refrigerii.* Orosius lib. 5 cap. 15 *Pluvia sitientibus refrigerium potumque præbuit.* Adde Cur. post. Cellarii p. 228.

¶ Refrigescentia, æ, Tertulliano de Anima cap. 43 idem sonat: *Sed non refrigescentiam admittam, aut marcorem aliquem caloris.*

¶ Refrigerator, ōris; unde fœmininum

¶ Refrigeratrix, īcis, die da kühlet; Plin. 19 cap. 8 *Natura refrigeratrix lactucæ.*

¶ Refrigeratorius, a, um, kühlend. Plin. 22 cap. 22 *vis refrigeratoria.* Et eodem lib. cap. 25 *esse refrigeratoriæ naturæ.*

¶ Subfrigidus, a, um, etwas kalt. Translate Ammian. lib. 17 cap. 22 *oblatrantes argumento subfrigido.* Hinc

¶ Subfrigide, adverb. laulicht, apud Gellium est lib. 2 cap. 9 *Nimis minute, ac prope etiam subfrigide Plutarchus in Epicuro accusando* λέξεις τηρεῖ.

FRINGVILLA, æ, scribunt & Frigilla, æ, avis sic dicta, quod frigore cantet & vigeat, ein finck. v. Festus; & Martialis 9 epigr. 55

Nunc sturnos inopes fringuillarumque querelas.

¶ Fringilagó, inis, kohlmeise, spiegelmeise, parorum genus.

¶ Fringultio, ire, quasi fracto gutture canere. Apulej. lib. 3 Florid. *Merulæ in remotis tesquis fringultiunt.* Ad homines quoque transfertur: Idem Apulejus Apolog. p. 336 *vix singulas syllabas fringultiens.* Et Sidonius lib. 7 ep. 9 *presbyterorum paucis angulatim fringultientibus*, ubi *Fringultire* est inepte loqui aut cantare, mussitare. ¶ Scribunt & *Fringutire* & *Friguttire*, & exponunt, *subtiliter adgarrire*, huc trahentes Plaut. Casin. a. 2 sc. 3 v. 49, de quo jam dictum in *Frigus.* v. Fulgent. de prisco serm. n. 19, & Varr. de L. L. 6 c. 5.

FRIO, friare, comminuere, conterere, zermalmen, zerreiben, bröckeln. Plin. 13 c. 4 *crusta friatur.* Et Varro de R.R. 1 cap. 9 *Terra, quæ cum fodiatur, facile frietur.*

¶ Friatus, a, um, gebröckelt, zermalmet. Lucret. 1 v. 886

Scilicet & glebis terrarum sæpe friatis.

¶ Friabĭlis, e, quod facile friatur, das sich zermalmen läst. Plin. 17 cap. 4 *Tofus naturâ friabilis.* Conf. 20 c. 8, & 34 c. 18.

¶ Fribŏlum, i, apud Isidorum 10 cap. 8 est genus divortii, cum conjuges eo animo separantur, ut rursum ad se invicem revertantur. Nam uti addit ipse, *Fribolum* est velut quassæ mentis, & effluxæ, nec stabilis &c. Hinc

¶ Fribuscŭlum, i, dimin. quod in leg. 32 § si divortium, ff. de don. inter vir. a divortio separatur, & leve jurgium significat, ut ostendit lex 31 ff. de jure dot. l. 27 ff. de pact. dotal. Aliis est *Friguscŭlum*, de quo supra in *Frigus*.

¶ Frīvŏlus, a, um, fragilis, futilis, zerbrechlich, liederlich. FRIVOLA, dicente Festo, vel FRIBOLA, uti legit Isidorus l. c. sunt proprie vasa fictilia quassa atque inutilia, unnütze schirbel. Vnde, eodem Festo docente, dicta sunt *verba frivola*, quæ minus sunt fide subnixa. Sic, *frivola omnia Romanorum regum*, das alte gerölle, Juvenal. sat. 5 v. 58, conf. sat. 3 v. 198. *Frivolus* ergo vocatur vanus, nugatorius, nihili, nichts würdig, nichts werth. Vet. Gloss. *Frivolus*, κενὸς, οὐδαμινός. Ita *laborem frivolum* Seneca epist. 31. *Auspicium frivolum*, i. e. vanum & mendax, Suetonius dixit Neron. cap. 12. Qui pro stulto & amenti usus in Claudio est cap. 14; *In cognoscendo autem*, inquit, *& decernendo mira varietate animi fuit: modo circumspectus & sagax: modo inconsultus & preceps, nonnunquam frivolus amentique similis.* Vlpianus Lege 11 § 5 extr. D. de pignorat. act. *Non enim credibile est, hoc convenisse, ut ad universam pensionem insulæ frivola mea tenerentur.* FRIVOLA, id est, vilissima supellex. Ita Seneca de tranquillitate animi cap. 1 *Nec inter illa frivola mea tam letus incedo:* Vbi & Lipsium, si lubet, vide. Quintil. lib. 7 cap. 2 *Levibus & frivolis reum incessere*, mit ungegründeten schmäheworten angreiffen. Plin. lib. 7 cap. 7 *Frivola est animalium superbissimi origo*, hoc est, fragilis & infirma. Itaque recte formatur a *Frio*.

¶ Perfrivŏlus, a, um, sehr schlecht. Vopiscus Aureliano cap. 6 *Hæc video esse perfrivola.*

¶ Infrio, are, tritum injicere, drein reiben, einbrocken, apud Columell. 8 cap. 5 sub fin. *paullum triti salis vulneribus infriatur.*

¶ Infriatus, a, um, eingebrockt. Colum. lib. 7 cap. 5 *æris ærugine infriata.*

¶ Suffrio, are, klein reiben. Columella lib. 12 cap. 38 *scopulis aridæ myrti seria suffriatur.*

FRIT, indeclin. Ita illud summa in spica jam matura, quod est minus quam granum, vocatur, teste Varrone de R. R. 1 cap. 48, die spitze an der ähre.

¶ Frĭtilla, æ, quoddam pultis genus apud Arnobium p. 230. vide Elmenhorst. ad h. l. p. 186.

¶ Frĭtillus, i, tabula lusoria, ein bretspiel, Græce πύργος. Juvenal. sat. 14 v. 5 *Parvoque eadem movet arma fritillo.*

Vide *bulla*, *bullatus*: Martial. lib. 4 epigr. 14

Dum blandis vagus aleâ December
Incertis sonat hinc & hinc fritillis.

¶ Sunt, qui *Fritillum* pro *pyrgo* Horatii, *orca* Persii, *turricula* Martialis exponant, vasculo nimirum aleatorio, infundibili speciem repræsentante, per quod tali jaciuntur, ad evitandam imposturam, Italis noto. Vetus Scholiastes ad illud Juvenalis supra laudatum: FRITILLVS, inquit, *pyxis cornea, qui φιμὸς grece dicitur. Apud antiquos in cornu mittebant tesseras, moventesque fundebant. Aut fritillum, pyrgum dixit.* Hactenus interpres Juvenalis. Horatius 2 Serm. sat. 7 v. 17 *Mitteret in phimum talos.* Vbi vetus Scholiastes: *In* pyrgum *seu* fritillum, *ex quo agitatæ tesseræ mittuntur in tabulam. Est autem* Phimus *instrumentum ligneum stricti oris, ex quo conjiciuntur tesseræ, ne possit falli is, qui cum alio ludit.* vide & Turneb. lib. 6 cap. 3, & Salmas. in Hist. Aug. p. 470.

FRĬTINNIO, īre, proprie de pullis avium dicitur, girren, piepen, wie junge vogel, zwitschern. Varro apud Nonium cap. 1 n. 21 *pullos peperit fritinnientes.* Sed Autor Philomelæ v. 35 prima syllaba producta: *Fritinnit rauca cicada.* ¶ Ad homines deinde, seu pueros transfertur. Epigrammatum, quæ Senecæ tribuuntur, octavo, de filiolo Marco auctor: *Sic dulci Marcus, qui nunc sermone fritinnit.*

Frivolus, vide paullo ante in *Frio*.

Frondator, Frondeo, Frondesco, Frondifer, &c. vide *Frons, dis*.

FRONS, frondis, ein grüner zweig; plur. *frondes* arborum sunt tantum, laub der bäume, gebüsche, Valla lib. 4 cap. 73. *Via deserta, & inculta atque interclusa frondibus & virgultis*, Cic. pro Cæl. cap. 18. *Festa frons*, Virgil. 2 Æn. v. 249. vide *Festus*. Et, *Arboreæ frondes*, Ovid. 4 Metam. v. 657.

¶ Frondeus, a, um, vom laub, voll laub. *Corona frondea*, Plin. 16 cap. 4. *Nemora frondea*, Virg. 1 Æn. v. 191.

¶ Frondōsus, a, um, laubicht, schatticht: ut, *Montes frondosi*, Apul. lib. 9. Miles. *Lucus frondosus*, Virg. 4 Georg. v. 543. *Frondosior taxus*, Silius lib. 13 v. 596.

¶ Frondeo, ui, ēre, grünen, laub gewinnen. *Nunc frondent silvæ*, &c. Virgil. eclog. 3 v. 57. *Frondens vitis*, Colum. lib. 3 cap. 1.

¶ Frondesco, ĕre, frondes emittere, ausschlagen, laub gewinnen, grün werden. Virgil. 6 Æn. v. 144 *frondescit virga.*

¶ Frondare, frondes amputare. Vnde

¶ Frondator, ōris, der das laub abstreifft, die bäume schneidelt. Virg. 1 eclog. v. 57 *Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.*

¶ Frondatio, ōnis, abstreiffelung des laubs, schneidelung der bäume. Colum. lib. 5 cap. 6 *in frondatione cavendum, ne* &c.

¶ Frondarius, a, um, adject. ad frondationem pertinens, zum laub-brechen gehörig. Plinius lib. 18 cap. 31 *Vnus frondator quatuor frondarias fiscinas complere in die justum habet.*

¶ Frondicŏmus, a, um, poët. voll laub: ut, *frondicomis habitare locis*, Prudent. 3 Cathem. v. 102.

¶ Frondĭfer, a, um, idem. *Nemus frondiferum*, Lucret. lib. 2 v. 259.

¶ Frondifluus, a, um, quando fluunt & cadunt frondes, das die blätter abwirfft. Boethius lib. 1 metro 5 *frondiflua frigore brumæ.*

¶ Fronditius, i, cognomen militis, qui fronde capiti imposita præclara facinora adversus Annibalem edidit. vide Sigon. de Nom. Rom.

¶ Infrons, dis, non frondosus, ohne laub. Ovid. 4 Pont. el. 10 v. 31

Hîc agri infrondes, &c.

¶ Refrondesco, ĕre, wieder laub bekommen. Sidonius Apollinar. carm. 22 v. 46 *Sponte refrondescit per brachia roscida palmes.*

FRONS, frontis, die stirne, das angesicht: ut, *Frons verecunda, inverecunda, generosa, vera.* Hoc fœmininum ab antiquis etiam masculino genere usurpabatur, teste Festo & Gellio 15 cap. 9. Id quod exemplis etiam probat Nonius Marcellus cap. 3 n. 89. *Frons* ab oculorum foraminibus nominatà, uti censet Isidorus 11 c. 1. *Homo integræ frontis*, Vlpiano dicitur lege 13 Dig. de Testibus, cui frons stigmate inusta non est. Contra Apulejo *frontem litteratus* est, qui stigmata habet, lib. 9 Milesiarum. *Explicare, exporrigere frontem*, frölich und lustig seyn. Sic, *Exporrige frontem*; Terent. Adelph. a. 5 sc. 3 v. 53. Et, *Fronte porrectiore loqui*, Plaut. in Casin. a. 2 sc. 4 v. 3. *Sollicitam explicuere frontem*, Horat. 3 Carm. od. 29 v. 16. Hinc *explicata, exporrecta frons*, quid proprie sit, non latet, nempe glatt, quod signum est lætitiæ: cui *rugosa, corrugata*, runtzelicht, opponitur. Sed *Adducta frons*, ad gravitatem spectat, ernsthafftig: *Obducta frons*, ad tristitiam mœroremque pertinet. Juvenalis satyr. 9 ineunte:

Occurras fronte obductâ, ceu Marsya victus.

Nubilam Martialis eamdem vocat lib. 2 epigr. 11. *Frons dura*, extremæ impudentiæ: *mollis*, pudoris nimii: hæc intermedia *firma* est: quam ita Seneca appellat de tranquillitate animi cap. 4, *Quorumdam parum idonea est verecundia rebus civilibus: quæ firmam frontem desiderant.* Impudentem, *duram frontem* & *ferream* dicimus. Plin. Panegyr. Trajani c. 35 & *exsanguem* dixit. Pudentes enim rubescunt, quod à sanguine est. Persius pro ipso pudore *frontem* dixit sat. 5 v. 102

Navem si poscat sibi personatus arator
Luciferi rudis, exclamet Melicerta, perisse
Frontem de rebus.

Vbi vetus Scholiastes: FRONTEM, *pudorem. Templum enim pudoris est frons.* De REBVS, id est, ex societate & commerciis hominum, es wäre keine scham bey den leuten. Ita Seneca epist. 11 *Juvenibus est tenera frons*: scilicet propter pudorem. conf. Virg. Georg. 2 v. 372, & Nonius c. 2 n. 350. Servius in eclogam 6 Virgil. notat, AVREM memoriæ, FRONTEM Genio, DIGITOS Minervæ, GENVA misericordiæ consecrata fuisse. Plin. lib. 11 cap. 37 *Frons & aliis* [animantibus,] *sed homini tantum tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, severitatis index.* Cic. lib. 9 ad famil. epist. 10 *Reliquiæ pristinæ frontis*, i. e. severitatis. Sic, *frontem remittere*, i. e. de severitate aliquid remittere, Plinius lib. 2 epist. 5 n. 5 dixit. *Frontem contrahere*, sauer sehen, Cic. pro Cluent. cap. 26. Idem ad Antonium lib. 14 epist. ad Attic. *Non solum ex oratione, sed etiam ex vultu, & oculis, & fronte, meum erga te amorem perspicere potuisses.* ¶ *Frontem ferire*, est indignari: hoc enim indignantes facere solent. Cic. 1 ad Attic. ep. 1 *Puto, in eo te risisse, aut ingemuisse, ut frontem ferias.* vide ibi Popmam. *In frontem incurrere* dicuntur, quæ passim obvia sunt. Quintil. Declamat. 247 *Quotidianis & in frontem incurrentibus approbari potest.* ¶ *Frontem perfricare*, vide *Frico*. Cic. Catil. 1 cap. ultimo: *Sit inscriptum in fronte uniuscujusque, quid de Rep. sentiat*, hoc est, palam quisque præ se ferat, non dissimulet suam de Repub. sententiam, ein jeder eussere sich frey öffentlich rc. *Janua animi frons est*, hoc est, animus ex fronte perspici potest, Cic. de Petit. Consulat. cap. 11. Juvenal. satyr. 2 v. 8 *Frontis nulla fides.* Et Cic. ad Quint. Fratr. lib. 1 ep. 1 cap. 5 *Natura, frons, oculi, persæpe mentiuntur*, die eusserliche gestalt treuget offt. Sic Seneca epist. 5 *frons nostra populo conveniat*, i. e. facies exterior. Nobilis est illa veterum sapientum sententia, quam Apulejus in Apologia ita expressit: *hominem liberum & magnificum debere, si queat, in primore fronte animum gestare.* Contra Cicero de Amicit. cap. 18 *Aperte vel odisse magis ingenuum est, quàm fronte occultari sententiam.* ¶ *Frons occipitio prior est*, hoc est, potior. Quod oraculum vetustatis Plinius sic extulit lib. 18 cap. 5 *Frontem domini plus prodesse, quàm occipitium, non mentiuntur.* ¶ 2. Gellius *Frontem* inter militaria vocabula recenset, lib. 10 cap. 9. *Frons* autem dicitur antica seu anterior aciei ordinatio, rectâ adversus hostem posita, die fronte. Sallust. Catil. B. cap. 59 *Octo cohortes in fronte constituit*, i. e. in prima acie. Tibull. Panegyr. Messalæ v. 100

Tum tibi non desit faciem componere pugnæ,
Seu sit opus quadratum acies consistat in agmen,
Rectus ut æquatis decurrat frontibus ordo.

Hoc *Æqua fronte ad pugnam accedere*, Livius dixit lib. 36 cap. 44. Vegetius lib. 3 cap. 20 *Vna depugnatio est fronte longa, quadrato exercitu, sicut etiam nunc & propè semper solet prælium fieri.* Sic *Frontem castrorum* Cæsar dixit lib. 3 de Bello Civ. c. 37. ¶ Sed solent & aliarum rerum extra militiam anteriores partes *frontes* vocari. Virg. 3 Georg. v. 24 *Vel scena ut versis discedat frontibus.*

Spectaculorum frontem, Sueton. Claudio cap. 4. *Januæ frontes*, Ovidius dixit 1 Fastor. v. 135. Et Seneca Consolat. ad Helviam cap. 5 *Quæ inania, & specioso ac decepturo fuco circumlita* (bona externa) *inveni, intra nihil habentia fronti simile.* FRONTI, id est, primo adspectui. *Primam rerum faciem* ipse sequenti capite vocat. ¶ *In frontem*, id est, ante versus, vor sich. Tacitus Agricolâ cap. 33 *Vt superasse tantum itineris, silvas evasisse, transisse æstuaria, pulchrum ac decorum in frontem, ita fugientibus periculosissima, quæ hodie prosperrima sunt.* Passim in sepulcralibus Inscriptionibus ista occurrunt: IN. FR. IN. AGR. id est, IN FRONTE, IN AGRO: ut Valerius Probus interpretatur: quorum illud latitudinem, istud longitudinem designat. Sepulcra olim religiosa erant. Ne itaque totus fundus, in quo sepulcrum erat, pro religioso haberetur, sepulcri spatium pro latitudine suâ definiri solebat, cippisque inscribi. Horatius lib. 1 Serm. satyr. 8 v. 10

Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agro
Hîc dabat: heredes monumentum ne sequeretur.

Vide ad eum locum Interpretes.

¶ Frontāle, is, ornamentum frontis equorum, ein stirnblat, stirnriemen. Plinius lib. 37 cap. 12 *Equis regum in oriente frontalia facerent.*

Et Livius 37 cap. 40 de elephantis: *Ingentes ipsi erant: addebant speciem frontalia & cristæ, & tergo impositæ turres.*

¶ Frontatus, a, um, vorangesetzt, vorstechend; ut, *Lapides frontati*, qui ad utrumque parietis latus pertendunt, eck-oder schlußsteine, apud Vitruvium lib. 2 cap. 8.

¶ Fronto, ōnis, mit einer grossen stirne. *Frontones*, quibus magna frons est, ut *Capitones*, dicti à Cicerone de Nat. Deor. lib. 1 cap. 29.

¶ Frontōsus, a, um, idem. Onomast. *Frontosus*, εὐρυμέτωπος. ¶ 2. Impudens, audax, keck, unverschämt. Augustinus Sermone 58 de meretrice Luc. 7, *Quæ prius frontosa erat ad perditionem, postea frontosior facta est ad salutem.* Idem lib. 7 de Civ. Dei cap. 4 extr. Comparativo *frontosior* usus est.

¶ Frontispicium, i, pars rei anterior, & in ædibus, fastigium anterius domus, in acumen surgens pyramidale, das fördertheil, der fördergiebel. Pro eo *Frons* est apud Palladium 1, 8 extr. Illa autem vox apud recentiores invenitur. Mantuanus 8 Fast.

In frontispicio templi nivis albicat imber.

¶ Bĭfrons, tis, zwenformig. *Janus bifrons*, hoc est, gemina facie, Virg. lib. 7 Æn. v. 180.

¶ Quadrĭfrons, tis, vierformig. Augustinus dicto lib. 7 cap. 4 de Jano: *nunc eum bifrontem, nunc etiam quadrifrontem, tamquam geminum facientes.*

¶ Effrons, tis, quasi sine fronte, extreme impudens, unschamhafft. Vopiscus in Numeriano cap. 13 *Consilii semper alti: nunquam tamen effrontis, sed prudentis*, (sive *pudentis*, ut Salmasius emendat.)

¶ Infrontate, adverb. pro impudenter, unverschämt, Planciades Fulgentius dixit Expositione Sermon. antiq. in *Catillare*. Adde Salmas. in Vopiscum cit. loco.

FRONTO, ōnis, Philosophiæ simul & dicendi præceptor M. Antonii fuit, qui statuam ei à senatu poni curavit. v. Jul. Capitolin. cap. 2. ¶ 2. Alterius vero *Frontonis* meminere Juvenalis satyr. 1 v. 12

Frontonis platani, convulsaque marmora clamant.

Et Martialis lib. 1 epigr. 56

Clarum militiæ Fronto togæque decus.

Fructifer, Fructuarius, Fructuosus, Fructus, vide *Fruor*.

Frugalis, Frugifer, &c. vide mox in *Frugis*.

FRŪGIS, frugi, frugem, fruge, ab antiquo *Frux*, quo Ennius usus, & Varro de L. L. 8 cap. 31, itemque Ausonius Eidyll. 12 extr. frucht; plur. Fruges, früchte, getrende. De vi & usu hujus vocis juverit Paullum JCtum audire lege 77 D. de verbor. significat. FRVGEM *pro reditu appellari, non solum quod frumentis aut leguminibus: verum & quod ex vino, silvis cæduis, cretifodinis, lapidicinis capitur, Julianus scribit.* FRVGES *omnes esse, quibus homo vescatur, falsum esse: Non enim carnem, aut aves ferasve, aut poma*, fruges *dici.* FRVMENTVM *autem id esse, quod arista se teneat, recte Gallum definisse. Lupinum vero & fabam fruges potius dici, quia non arista, sed siliqua continentur: quæ Servius apud Alfenum in frumento contineri putat.* Itaque FRVGES & FRVMENTVM hoc different; quod illæ *siliqua*, hæc *arista* contineantur. Ita, ut *fruges* aliquando generalius reditum omnem, qui ex frumento leguminibusque haud tantum, sed vino etiam & silvis cæduis, item cretifodinis & lapidicinis veniat, designet. *Fruges* de arboribus dici, Livii locus docet apud Theodorum Marcilium in leg. XII Tabb. cap. 60 *dulcedine frugum, maximeque vini.* vid. Dempsteri Paralip. ad Rosin. Ant. Rom. 7 cap. 38 p. 734. Ita Horatius lib. 1 epist. 16 v. 9 *si quercus & ilex*

Multa fruge pecus, multa dominum juvat umbra.

Multa fruge, id est, largo proventu, seu reditu. Frugum inventionem & culturam Gentiles Cereri, & Eupolemo Atheniensi tribuebant, v. Plin. ad finem lib. 7. ¶ Dictæ *fruges* à *fruendo*, secundum Varronem. Frequentissime transfertur ad homines: qui *bonæ frugis*, & contra, *nullius frugis* passim dicuntur. Quamquam & hoc invenitur; *homo frugi*. Quod per ellipsin videtur dici, subintellecto *idoneus*. Nisi *frugi* pro *frugis* dictum putemus antiquorum ratione: quos & *Herculi*, *Themistocli*, *fami*, pro *Herculis*, *Themistoclis*, *famis* dixisse constat, quæ Vossii observatio est lib. 1 de Analogia cap. 46. *Frugi* autem Græcis χρήσιμος dicitur; hoc est, qui utilis est: & ita Donatus ad illud Terentii Eun. a. 3 sc. 5 v. 60

CH. *Paratum est.* ANT. *frugi es*, &c.

FRVGI ES, *utilis & necessarius: ut fruges humano generi.* FRVGI EST *ergo, in quo est aliud, quo fruamur, id est, utamur.* Sane hic Antipho Chæream commendat & *frugi* vocat, quod parari curasset cœnam: ex qua opera ejus sperare & polliceri sibi poterat, quo suaviter frueretur. Sed multo latius patet *frugi esse*. Id enim integritatem & omnem proprie virtutem complectitur. Vnde & Piso *frugi* cognomento appellatus est. Cicero pro Fontejo cap. 13 *Qui* (L. Piso) *tanta virtute atque integritate fuit, ut etiam illis optimis temporibus, cum hominem invenire nequam neminem posses, solus tamen* FRVGI *nominaretur.* Et eam ob caussam cognomentum illud ejus circumlocuturus quasi Juvenalis *Bonum* appellat sat. 5 v. 109. Vti *frugi* & *Bonum esse* idem sit. Et vero ipse Cic. FRVGI & NEQVAM, id est, malum hic, sicut alio in loco, FRVGALITATEM & NEQVITIAM, opponit. vide paullo post *Frugalitas*. Sic *frugem* pro recte vivendi ratione sæpius posuere: ut, *aliquem ad frugem corrigere*, apud Plaut. Trin. a. 1 sc. 2 v. 79

Quid tu adolescentem, quem esse corruptum vides,
Qui tuæ mandatus est fidei & fiduciæ,
Quin eum restituis? quin ad frugem corrigis?

Sic, *Pervenire ad frugem*, zu nutz gedenen, gerathen, Quintil. lib. 1 c. 3. vide *Præcox* in *Coquo*. *Ad frugem perducere*, Idem lib. 6 cap. 3. Vsitatæ sunt & hæ locutiones: *Recipere se ad frugem bonam*, Cic. pro Cælio cap. 12, sich bessern und fromm werden. *Redire ad frugem bonam*, Ter. in Heaut. a. 3 sc. 3 v. 19. Et, *Hominis frugi, & temperantis functus officium es*, Cic. 3 Tusc. cap. 8. Ac, *bonæ frugi servus*, ein häußlicher knecht, Lege 23 § 5 Dig. ad Leg. Aquil. Item, *frugi vir*, Auson. epist. 9 v. 12. Et Apulejus lib. 6 p. 177 *frugem tuam periclitabor*, ich will probiren, was du taugst. *Frugi victus*, mäßige kost, Quintil. lib. 5 cap. 10 p. 364, qui luxurioso ibi opponitur. *Frugi cœnula*, Juvenal. sat. 3 v. 167. Et Plin. lib. 3 epist. 1 n. 9 *Cœna non minus nitida, quam frugi.* Idem lib. 2 epist. 17 n. 4 *atrium frugi, nec tamen sordidum*, id est, non sumtuose ædificatum. Dicimus etiam *frugi fieri*, sich bessern, fromm werden. Cic. Philipp. 2 cap. 28 *frugi factus est.*

¶ Frugĭfer, a, um, fruchtbar; ut, *arbor frugifera*, *arva frugifera*, Lucan. 1 v. 136, & 3 v. 65. Cic. 3 Offic. cap. 2 *Tota philosophia frugifera & fructuosa, nec ulla pars ejus inculta ac deserta.* Et Livius proœmio Operis: *Hoc illud est præcipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri.*

¶ Frūgĭfĕrens, tis, idem. Lucret. lib. 1 v. 3

quæ terras frugiferentes
Concelebras, &c.

¶ Frugĭlĕgus, a, um, getrende sammlend; ut, *Frugilegæ formicæ*, Ovid. lib. 7 Metamorph. v. 625.

¶ Frugĭpărens, tis, fruchtbringend. Fortunatus lib. 3 carm. 11

frugiparensque manet.

¶ Frugĭpărus, a, um, idem. Avien. Phœnom. Arat. v. 1054

Singula frugiparos attollunt tempora fructus.

¶ Frugiperdus, a, um, der frucht schädlich. Plin. lib. 16 cap. 26 *Salix amittit semen, antequam omnino maturitatem sentiat, ob id dicta Homero frugiperda.* Adde ibi Harduin. *Frugiperdos* etiam dixeris homines, quos *fruges consumere natos* vocat Horatius 1 epist. 2 v. 27.

¶ Frugesco, ĕre, fructuosum fieri, fruchtbar senn. Prudentius adv. Symmach. lib. 2 v. 913 *steriles frugescere rarius agros.*
Vsus & Tertullian. de Res. carn. cap. 22 *florescere atque frugescere.*

¶ Frugālis, e, temperans, sobrius, contentus, mäßig, sparsam, fromm sittig. *Optimus colonus, parcissimus, frugalissimus*, Cic. 2 de Orat. cap. 71. *Filius frugalißimus*, Inscript. Grut. p. 712 n. 7. *Frugalior servus*, Seneca lib. 6 Excerpt. Controv. 2. Et *villas frugales* dixerunt. Varro lib. 3 rei rust. cap. 2 *Hæc villa frugalior ac melior est, quam tua illa perpolita.* Comparativus rarior antiquis est. Glossæ Cyrilli: *frugalis*, χρήσιμος, χρηστός. ¶ Vsus & Apulejus, sed alia notione, quasi *ad fruges pertinens*: libro enim de Mundo p. 71 ed. Elmenh. dixit *frugalis maturitas*, id est, frugum.

¶ Frugaliter, adverb. idem. *Parce & frugaliter vivere*, Horat. 1 sat. 4 v. 107, mäßig, genau, genügsam leben. *Frugaliter cœnare*, Seneca epist. 20. Et comparative Lactantius de Ira Dei cap. 20 pr. *Qui sub disciplina patris aut domini sunt, strictius & frugalius vivunt.*

¶ Frugalitas, ātis, die mäßigkeit, vergnügsamkeit. De hac virtute ita disputat Cicero, ut late dicat patere, & reliquas pæne virtutes omnes complecti: proprie tamen esse quam Græci σωφροσύνην, ipse *temperantiam* & *moderationem*, nonnunquam etiam *modestiam* appellare soleant. vide ipsam disputationem lib. 3 Tusc. Qu. cap. 8. Idem 4 Tusc. cap. 16 *Ex quo intelligitur, qualis ille sit, quem tum moderatum, aliàs modestum, temperantem, aliàs constantem continentemque dicimus. Nonnunquam hæc eadem vocabula ad* FRVGALITATIS *nomen, tamquam ad caput, referre volumus. Quod nisi eo nomine virtutes continerentur, nunquam illud pervulgatum esset, ut jam proverbii locum obtineret*, HOMINEM FRVGI OMNIA RECTE FACERE. Et Justinus lib. 20 cap. 4 *Pythagoras velut genitricem virtutum frugalitatem omnibus ingerebat.* Et Seneca epist. 58 *Potest frugalitas producere senectutem.*

¶ Frugamenta, orum, nutzungen, a frugibus appellata, Festus.

¶ Defrūgo, are, verbum est apud Plinium lib. 17 cap. 24, quod Budæo significat, agros vel segetem ita exhaurire & corrumpere, ut ad fruges reddendas sint infirmi ac minus idonei. Plinii verba sunt: *Oraculum illud maximopere custodiendum, segetem ne defruges.* Ego vero in hoc Plinii loco malim *defrudes* legere. Ita enim Cato de re rust. cap. 5 villici officia recensens: *Haruspicem, augurem, hariolum, Chaldeum ne quem consuluisse velit: Segetem ne defrudet. Nam id infelix est.* Omnino videtur Plinius hoc loco ad hoc Catonianum præceptum respicere, & tantæ auctoritatis habendum significare, ut *oraculum* nominet. Meursius quidem ex Plinio emendandum Catonem, & pro *defrudet*, *defruget* legendum existimat; ego vero potius ex Catone Plinium, & ibi pro *defruget*, *defrudet* restituendum arbitror. *Defrudat*, seu *defraudat segetem*, seu agrum, qui ei opera justa non tribuit: Sed vel de aratione vel lætamine, vel semente aliquid deducit ac detrahit. Ac de semente adeo ibi Plin. agit. Quemadmodum autem qui oleum sibi ungendo emit, quod infundendum lucernis erat, *lucernas fraudare*, Horatio lib. 1 sat. 6 v. 124 dicitur; Sic *defraudare segetem* is, qui sibi servat, quod in sementem impendendum erat.

FRVMEN, ĭnis, pars in medio gutture eminens, juxta Servium in 1 Æn. der kropff an der gurgel. ¶ 2. Aliis summa pars gulæ, fauces, der schlund. Isidorus lib. 20 Orig. cap. 2 FRVSTVM *vocatum, quod capiatur à frumine. Est enim frumen summa pars gulæ.* Adde Donatum in Ter. Adelph. a. 5 sc. 8 v. 27.

FRV̄MENTVM, i, fruges cujuslibet generis, getrende. *Locus copiosus à frumento*, Cic. 5 ad Attic. epist. 18. *Frumentum ex agris in loca tuta comportare*, Cic. ibidem. Multitudinis numero Cæsar 3 B. Civil. cap. 49 *major spes maturitate frumentorum proponitur.* Lemmate Martial. lib. 13 epigr. 12 *Frumentum triticeum*, cum apposito. *Frumenti acervus*, Horat. 2 sat. 3 v. 111. De triplici *frumento*, quod à Provincialibus Romani exigere solebant, *Decumano*, *Emto*, *Æstimato*, Sigonius lib. 1 de antiqu. Jure Provinc. cap. 1 videndus est.

¶ Frumentaceus, a, um, ex frumento, von korn oder weitzen. Hieronym. epistola 133 ad Marcellam: *Jesus in deserto plures hordeaceis panibus pascit; frumentaceis pauciores.* Veget. 2 cap. 57 *frumentacea farina.*

¶ Frumentārius, a, um, zum getrende gehörig; ut, *Lex frumentaria*, Cic. de Clar. Or. cap. 62, ordnung vom kornkauff. Cic. in Verr. 5 c. 5 *Omnis utilitas Siciliæ consistit in re frumentaria maxime. Re frumentaria anguste uti*, Cæs. 3 Civil. cap. 16. Item, *Frumentariâ re aliquem excludere*, einem den proviant abschneiden, passim apud eumdem Cæsarem legas. ¶ *Frumentarius*, subst. vel *negotiator frumentarius*,

ein

ein kornhändler, ein kornkäuffer, Cic. 3 Off. cap. 13. *Prædo frumentarius*, Cic. Verr. 5 cap. 32, ein kornräuber. ¶ Alii fuerunt *Frumentarii*, sub Imperatoribus dicti, postilions. vide suprà in *Ago*, *Agentes in rebus*: itemque Casaub. & Salmas. in Adrianum Spartiani cap. 11. Hieronymus in Obadiam v. 18 *Eos, quos nunc agentes in rebus, vel veredarios appellant; veteres Frumentarios nominabant.* Conf. Aur. Vict. de Cæs. c. 39, atque ibi interpretes, nec non Patei Lex. Crit. p. 505.

¶ Frumentor, atus sum, ari, frumentum colligere, korn sammlen, fouragieren. *Ire frumentatum*, Pompejus Domitio sub Cic. 8 ad Attic. epist. 12, quod Cæsar 4 B. Gall. cap. 12 dixit *frumentandi caussa ire*, &c. Et Livius lib. 22 cap. 24 *tertiam partem militum frumentatum dimisit.*

¶ Frumentatio, ōnis, die fouragierung. Cæs. 6 B. G. c. 38 *confecta frumentatione.* Et lib. 7 cap. 64 *frumentationibus probibere.* Et Livius lib. 31 cap. 36 *parum tuta frumentatio.* ¶ Curam frumentationis ejusque impensas conscripsit Lips. lib. 2 Admir. cap. 10.

¶ Frumentator, ōris, qui frumentum in castra convehit, ein korn-zuführer, marckentender, fouragierer. Livius 22 cap. 24 *intentum esse ad frumentatores tutandos*, die fouragierer zu bedecken. Adde lib. 31 c. 36. ¶ *Frumentatores* etiam sunt, qui frumenta aliunde coemunt & apportant, die mit getreyde handeln. vid. Liv. lib. 2 cap. 34.

FRVNISCOR, vel Fruiscor, fruisci, geniessen, antiquum, quo usus Cato, ut Festus docet, & Metellus Numidicus apud Gellium lib. 17 c. 2, & vel per φρονέω, vel per *Fruor* exponitur. Apud Nonium cap. 2 n. 343 Lucilius: *Æque fruiscor ego ac tu.* Et Cælius: *Domus suas quemque ire jubet, & sua omnia fruisci.* Adde Plautum Rud. a. 4 sc. 3 v. 73 *Hinc tu nisi malum frunisci nihil potes.* Et Commodian. Instruct. 57 *Eum vita frunisci putas?* Et hinc

¶ Frunitus, a, um, quod etiam Festus Catoni tribuit; cumque adhuc dicamus *infrunitum*, certum esse, ait, antiquos dixisse *frunitum*. Apud Fabrettum Inscript. p. 237 FILIIS SVIS INFELICISSIMIS QVI AETATE SVA NON SVNT FRVNITI FECIT MATER SCELERATA.

¶ Infrunitus, a, um, i. e. imprudens, insipiens, fatuus, unweise, albern. Seneca 3 Benefic. cap. 16 *Infrunita & antiqua est, quæ nesciat, matrimonium vocari unius adulterium.* Idem de Vita beata cap. 23 *Nec jactabit illas*, (opes) *nec abscondet. Alterum infruniti animi est, alterum timidi & pusilli.* Valer. Max. 5, 7 ext. 1 *Infrunito amore correptus.* Vsus hac voce & Gellius lib. 4 cap. 9, & Vetus Bibliorum Interpres Eccl. cap. 23 v. 6. Vet. Gl. ἀπειρόκαλος, *Infrunitus, insolens.*

FRVOR, fructus, & fruitus sum, frui, est voluptatem capere ex usu & delectari, mit lust geniessen, sich in einem dinge ergetzen. *Fruere, dum licet*, Terent. Heaut. a. 2 sc. 3 v. 104, geneuß, weil du es hast. Idem Phorm. a. 1 sc. 3 v. 13 *Ita me* DI *ament, ut mihi liceat, quod amo, frui.* Itaque plus, quam *uti* est. Donatus: FRVI, *est vesci*, à frumine, *quæ est summa pars gulæ: à qua re, etiam his, quæ nec cibo, nec poculo sunt*, FRVI, *dicimur*, καταχρηστικῶς: *utpote rebus Venereis, & delectatione odoris, visus, auditus, & ceteris.* B. Augustinus lib. 1 de Doctrina Christiana cap. 4 FRVI, *est amore alicui rei inhærere, propter seipsum.* VTI *autem, quod in usum venerit, ad id, quod amas, obtinendum, referre, si tamen amandum est. Nam usus illicitus, abusus potius, vel abusio, nominandus est.* Hinc idem ibid. *Vtendum est hoc mundo, non fruendum.* Florus lib. 2 cap. 6 de Hannibale, cum post victoriam relicta Roma, ubi caput rerum, deliciis affluentem Campaniam peteret: *Cum victoriâ*, inquit, *posset uti, frui maluit.* Hinc *frui* pro delectari, apud auctores invenitur. Plin. Paneg. cap. 34 *agnoscebamus & fruebamur, cum velut piaculares publicæ* [de Delatoribus loquitur] *sollicitudinis victimæ supra sanguinem noxiorum, ad lenta supplicia gravioresque pœnas ducerentur.* Tacit. lib. 3 Hist. cap. 83 extr. *Velut festis diebus id quoque gaudium accederet, exsultabant, fruebantur, nulla partium cura malis publicis læti.* Claudian. Paneg. Mallii v. 224 *Qui fruitur pœnâ, ferus est.*

Fruitur, i. e. delectatur. *Sapiens fruitur præsentibus*, Cicer. 1 Fin. cap. 19. ¶ *Frui* etiam notat possessionem alicujus rei, & fructum obtinere. Sallust. init. Catil. *Vita, qua fruimur.* Porro, quid ab utor, fungor, vescor, potior, *fruor* differat, vide in diversis locis, apud Vallam, & in sequentibus infra. ¶ Tandem de syntaxi observes, *Fruor* antique cum quarto casu compositum fuisse, ut vel ex solo Plauto notum est, quem, ut alibi, in hoc quoque imitatus est Apulejus lib. 8 p. 206, *Charitem non tenebis, nuptiasque non fruéris.* Adi Indic. Apul. Elmenhorstii.

¶ Fructus, Fruitus, Fruiturus, Fruendus, a, um, participia; ut, *Suavitatis nostræ fruendæ caussa, cuperem te ad id tempus venire, quod dixeras*, Cic. lib. 2 ad Q. frat. epist. 14. Idem lib. 1 de Fin. c. 1 *Non paranda solum nobis, sed fruenda etiam sapientia est.* Idem 3 Tusc. cap. 17 *considere, se voluptatibus fruiturum aut in omni aut in magna parte vitæ.* Vellej. 2, 104, 4 *Neque illi spectaculo, quo fructus sum, simile conditio mortalis recipit.* Seneca epist. 93 *Omnium rerum cognitione fruiti sumus.* Vlpianus Lege 29 Dig. Quibus modis ususfr. *Vsumfructum amittit, quia non meo nomine, sed suo fruitus est emtor.*

¶ Fructus, ûs, a fruendo est, frucht, nutzung; ut, *Serere fructus*, früchte pflantzen oder bauen. *Percipere fructus*, nutzen haben. *Fructus demetere*, früchte einerndten. *Fructus condere*, hinlegen. Cic. de Senect. cap. 7 *Nunquam ferè ulla in agro majora opera fiunt, non serendis, non percipiendis fructibus, non condendis.* Sic dicitur *Fructus laboris*, id est, commodum, der genieß von der arbeit. Quintilianus procem. lib. 6 *Laboris mei fructus ad neminem minus, quam ad me pertinet*, ich habe der arbeit am wenigsten zu geniessen. Et auctor Declamationis, Antequam iret in exsil. *Libertatis fructus est jucundissimus.* Seneca epist. 9 *fructu artis suæ frui.* Et, *Fructum ferre ex re aliqua*: Ter. in Adelph. a. 5 sc. 4 v. 16 *Hoc fructi pro labore ab iis fero*, Archaice pro *fructus*, diesen lohn habe ich von ihnen für meine mühe. *Spe posteritatis & fructu duci*, Cicer. pro Rabirio cap. 10. *Fructus rei familiaris*, i. e. lucrum, commodum, quo res familiaris augeri potest. C. Nep. in Attic. cap. 5 *Fructum pietatis ferre*, i. e. præmium. *Fructum oculis capere ex casu alicujus*, i. e. delectationem, Idem Eumene cap. 11.

¶ Fructuarius, a, um, ad fructus pertinens, fruchttragend. Cælius Ciceroni lib. 8 epist. 9 *Agros, quos fructuarios habent civitates, vult immunes esse*, ubi vectigales intelliguntur. Solinus cap. 35 Gallias *commodas* vocat *proventibus fructuariis.* Palladius lib. 3 cap. 12 de ramis & surculis: *decisis male natis, & veteribus, novellos & fructuarios serva*, hoc est, qui fructus proferre possunt. Plura de hoc vocabulo Jurisconsulti, quorum est *fructuarius servus*, in quo quis usumfructum habet, sed alterius est proprietas: & *stipulatio fructuaria*, &c. vide Leg. 2 Dig. de peculio: & Leg. 4 § ult. de Verb. obligat.

¶ Fructuosus, a, um, fruchtbar, nutzbar. Cic. Tusc. lib. 2 cap. 5 *Ager, quamvis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest.* Idem in Tusc. 5 cap. 31 *Aratio fructuosa, mercatura quæstuosa dicitur. Ars, virtus fructuosa*, so viel nutzes giebt. *Fructuosissima est ars medicina*, Plin. 29 cap. 1. Et Cicer. 2 Offic. cap. 18 *Non modo liberale, sed interdum etiam fructuosum est, paullum nonnunquam de suo jure decedere.* Idem pro Rosc. Com. cap. 12 *fundus fructuosissimus.* Vlpianus Lege 13 Dig. de Solut. Matrim. *fundum fructuosiorem facere*, ein guth verbessern, in bessere nutzung bringen. Seneca epist. 9 *Fructuosior est adolescentia liberorum: sed infantia dulcior.* Et Martialis lib. 4 epigr. 46 *fructuosiora Saturnalia.*

¶ Fructuose, adv. idem Augustinus epist. 77 pr. *Hoc nec dici brevius, nec audiri lætius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius potest.*

¶ Fructĭfer, a, um, fruchtbringend; ut, *Arbor fructifera*, Plin. 12 c. 3.

¶ Fructifico, are, frucht bringen. Improbat Vossius de Vit. L. L. 4 cap. 8 p. 715, & mavult fructum ferre vel edere. Illo tamen latinus Interpres Marc. 4 v. 28 & Rom. 7 v. 5 græcum καρποφορεῖν vertit. Vsus etiam aliquoties est Tertullianus, e. g. de Resurr. carn. c. 52 *Eandem credens fructificaturam, quæ sit seminata.* Et de Præscript. c. 36 *Ita hæreses de nostro fructificaverunt.*

¶ Fructificatio, ōnis, die fruchtbringung. Tertull. contra Marcion. 4 cap. 39 *fructificationes arbuscularum signum æstivo tempori præstant.* Et mox: *fructificationes signa sunt æstatis.* Ita Junius mavult quam *frutificationes.*

¶ Vsusfructus & Vsufructuarius, vide sub *Vtor.*

Composita cum præposit.

¶ Defruor, defrui, idem quod frui, geniessen. Symmachus lib. 3 epist. 23 *autumnitate defruimur.* Festus: DEFRVI *dicebant antiqui, ut* Deamare, Deperire: *significantes, omnem fructum percipere.*

¶ Defrŭtum, quod nonnulli a fruendo deducunt, vide supra in *Ferveo.*

¶ Infructuosus, a, um, unfruchtbar, unnütz; ut, *infructuosa cultura*, Columella lib. 11 cap. 2. Sic Plinius 16 cap. 26 *Fiunt quædam loci vitio infructuosa.* ¶ Eleganter ad alia transfertur: ut, *infructuosæ preces*, Plin. lib. 8 epist. 23. *Infructuosa epistola*, Senec. Controv. 19. *Infructuosa malitia*, Tacit. 1 Hist. cap. 51 n. 2.

¶ Infructuose, adverb. idem. Hieronymus Augustino epistola 89 c. 5 *Vetera sacramenta si nunquam fuissent necessaria, infructuose atque inaniter pro eis Maccabæi martyres fierent.* Et Augustinus Hieronymo epist. 9 cap. 4 *infructuose atque inaniter martyres fierent.* Et Augustinus epist. 137 *infructuose cruciari.* Et de Civ. Dei lib. 21 c. 9 *sero atque infructuose pœnitere.*

¶ Infructuositas, ātis, die unfruchtbarkeit. Tertullian. de Resurr. carn. cap. 33 *Judaica infructuositas.*

¶ Perfruor, perfrui, plene frui, wohl geniessen. Cicero lib. 5 epist. 12 ad Lucejum: *ut suavitate ingenii tui perfruamur.* Idem lib. 5 Tusc. cap. 25 extr. *Gaudere virtutibus, beatum est, omnesque sapientes iis gaudiis perfruuntur.* Idem in Hortensio apud Priscianum lib. 10 *amœnitate summa perfructus est.*

¶ Perfruitio, ōnis, die geniessung. Augustinus de Quant. animæ cap. 33 *perfruitio veri & summi Boni.* Et lib. 6 de Trinit. cap. 10 *non sine perfruitione.*

Frustare, Frustillum, vide *Frustum.*

FRVSTRA, adverb. nequicquam, umsonst, vergeblich. Terentius in Heautont. a. 4 sc. 3 v. 15 *Frustra operam hanc, opinor, sumo*, ich bemühe mich vor die lange weile. *Tempus frustra conterere*, die zeit unnützlich zubringen, Cic. pro Rosc. Comœdo cap. 14. ¶ *Frustra esse*, id est, frustrari, falli, errare. Plautus Persâ a. 1 sc. 3 v. 60

Nunquam hercle hodie hic prius edis, ne frustra sies.

Sallust. Jug. cap. 85 *ut neque vos capiamini, neque illi frustra sint.* Apulejus Apol. *Erras, Æmiliane; & longe hujus animi frustra es.* Facete Ennius in Satyris apud Gell. lib. 18 cap. 2

Nam qui lepide postulat, alterum frustrari,
Quem frustratur, frustra eum dicit, frustra esse.
Nam qui sese frustrari, quem frustrat, sentit:
Qui frustratur, is frustra est; si non, ille est frustra.

Quos versus ita Auson. Popma lib. 2 de Differentiis verborum explicat: *Qui studet alium lepide fallere, non statim potest dicere, eludi & falli eum, quem ipse fallere vult. Nam ubi quis sentit, frustra alium operam dare, ut se fallat: tum nisi fallitur is, cui fallacia tenditur, frustra est ipse, qui eum frustrari conabatur.* ¶ *Frustra habere*, est decipere dolis, ludere, vexiren, übertölpeln. Plaut. Amph. argum. 2 v. 5 *Is servum & dominum frustra habet.* Ammian. 18 cap. 6 *Persæ frustra habiti.* conf. lib. 24 cap. 4.

¶ Frustror, atus sum, ari, verbum commune, decipere, betrügen. *Hæc spes me frustrata est*, Terent. Andr. a. 2 sc. 2 extr. die hoffnung hat mir offt gefehlet. Idem in Adelph. a. 4 sc. 4 v. 13 *Satis tua nos frustrata fides est*, deine zusage hat uns gnugsam betrogen. *Exspectationem alicujus frustrari*, Plin. lib. 2 epist. 10. *Seipsum frustrari*, Cic. 4 Acad. cap. 20.

¶ Frustro, are, active, idem. Diomedes lib. 1 de Verbo sub fin. p. 395 ex Cæsaris fragmento: *Non frustrabo vos milites.* Ita vetus etiam Gellii Codex loco modo citato:

Nam qui sese frustrari, quem frustrat, sentit.

Et Plautus Mil. a. 3 sc. 3 v. 9 *Ego me frustro.* Hinc

¶ Frustratus, a, um, particip. activ. der da betrogen hat. Livius 2 c. 13 *Clœlia frustrata custodes.* Solinus cap. 1 *frustratus vincula*, i. e.

elapsus. Et passiv. der da betrogen worden. Vellej. 2, 43, 2 *Intellexit frustratum esse visum suum.*

¶ Frustratus, ûs, subst. spott, verachtung: ut, *habere frustatui aliquem*, Plaut. Menæch. a. 4 sc. 3 v. 21, quod v. 19 dixerat, *habere despicatui.*

¶ Frustratio, onis, der betrug, fehlschlag. Plancus Ciceroni lib. 10 epist. 23 *frustratio dolorem attulit*, die verfehlung. Plaut. Amphitr. a. 3 sc. 1 v. 14 *in horum familiam frustrationem hodie injiciam maximam*, sie sollen nicht wissen, wie sie dran seyn.

¶ Frustrator, ōris, ein betrüger. Symmachus lib. 10 epist. 51 *frustrator judicum.* Lege 19 D. de vi & vi armata: *frustrator debitor constitutus est.* Adde Lege 31 § 2 Dig. de neg. gest.

¶ Frustratorius, a, um, betrüglich. Tertullian. de Anima cap. 47 *frustratoria somnia.* Et Arnobius lib. 7 p. 219 *aures frustratoriæ.*

¶ Frustrabilis, e, vergeblich, nichtig. Arnob. lib. 2 p. 58 *res frustrabili exspectatione præsumta.* Idem lib. 6 p. 206 *res agere vacua imaginatione frustrabiles.*

¶ Frustraneus, a, um, idem vulgo significat, sed nullius auctoritate. v. Cellar. Antib. p. 40.

FRVSTVM, i, rei cujusque particula seu fragmentum, ein stück, ein bissen. Virg. 1 Æn. v. 212 *Pars in frusta secant.* Cicer. Philipp. 2 c. 25 *Magister equitum vomens frustis esculentis, vinum redolentibus, totum tribunal implevit*, stücklein von unverdaueter speise, so er gessen hatte. *Frusto panis vendi*, vel *conduci*, hoc est, qualibet vili re, um ein stück brods verkauffet werden: M. Cato de Cælio apud Gellium lib. 1 cap. 15 *Frusto panis*, inquit, *conduci potest, vel uti taceat, vel uti loquatur. Frustum hominis, discipuli, pueri*, in convicio est apud Plaut. Persa a. 5 sc. 2 v. 67, eine kleine krappe, ein stück schelm.

¶ Frustulum, i, diminut. ein stücklein, brocklein. Apulej. lib. 1 Miles. p. 110 *frustulum panis.* Vet. Gloss. *Frustulum*, τεμάχιον.

¶ Frustillum, i, aliud diminutivum. Arnobius lib. 2 p. 84 *frustilla ignea*: & lib. 7 p. 231 *frustilla parvula.*

¶ Frustātim, adv. stückweiß. Apicius lib. 4 c. 2 *frustatim concides.* Et Prudent. Psych. v. 720

Frustatim sibi quisque rapit, quod spargat in auras.

¶ Frustillatim, idem, à frustillo diminutivo. Plautus Curcul. a. 4 sc. 4 v. 20 *formicæ frustillatim differunt*, sie tragen zu kleinen stücklein weg. Conf. Nonius c. 2 n. 335.

¶ Frustúlentus, a, um, voll stücken: ut, *Aqua frustulenta*, wasser voll eingebrocktes brods, Plaut. in Curculione a. 2 sc. 3 v. 34.

¶ Frusto, are, in frusta conscindere est, zerstücken, stückweiß theilen. Florus lib. 2 cap. 2 *Cum Punicæ prædæ omnibus promontoriis insulisque frustarentur.* Sic Salmasius & Grævius: male alii *frustrarentur.*

¶ Defrusto, are, idem. Ammianus lib. 20 cap. 2 *Defrustandæ Mesopotamiæ epitulari.* Sidon. 9 epist. 9 *capita defrustare*, i. e. frustatim excerpere.

¶ Defrustatus, a, um, zerstückt, zerlumpt. Ammian. lib. 31 cap. 3 de Hunnis: *Sed semel obsoleti coloris tunica collo inserta non ante deponitur aut mutatur, quam diuturna carie in pannulos defluxerit defrustata.*

FRŬTEX, ĭcis, masculinum. Valla lib. 4 cap. 27 *Frutex* est, qui ad justam magnitudinem arboris non assurgit, & statura similis est multis herbis, sed non demoritur, neque arescit, ut herba, sed perennis est, ein reiß, strauch, oder staude, ut Rosa est frutex; Rubus est frutex; Juniperus est frutex. conf. Plin. 14 cap. 16. Idem lib. 16 cap. 36 *Inter aquaticos frutices* dicit, *principatum tenere arundines.* ¶ 2. Translate Tertull. advers. Gnost. cap. 11 *Hereditarii discipuli & apostolici seminis frutices.* ¶ 3. Per contumeliam *frutex* dicitur homo stupidus & insulsæ mentis. Plaut. Mostell. a. 1 sc. 1 *Nec veri simile loquere, nec verum, frutex*, du stock. Apul. Apol. *Ne huic frutici credam non modo alium peccatorem, sed saltem intellectum inesse.*

¶ Frúticētum, i, locus fruticibus consitus, ein gesträuch, busch-holtz, hecke. Horatius lib. 3 oda 12 v. 12 *Aper fruticeto latitans.* Sueton. Ner. c. 48 *dimissis equis inter fruticeta ac vepres evasit.* Idem est contracte

¶ Frútētum, sive Frutectum, i, ein gebüsche. Plinius lib. 23 cap. 1 *in frutectis & arundinetis.* Columella lib. 6 cap. 22 *frutetis & carectis durantur ungulæ.* Prudentius Psychom. v. 442

Non piget attritis pedibus per acuta fruteta
Ire voluptatem.

¶ Fruticosus, a, um, adjectivum, longe lateque fruticans, staudicht, büschicht. *Vimina fruticosa*, Ovid. 6 Metam. v. 344. die sich weit umher ausbreiten. *Mare fruticosum arboribus*, Plin. lib. 6 cap. 22. *Rami fruticosiores*, Idem lib. 20 cap. 13. *Fruticosissimus calamus*, Idem lib. 16 cap. 36.

¶ Frŭtectosus, sive Frūtētosus, a, um, idem. Plin. lib. 18 cap. 14 *frutectoso solo*: & lib. 19 cap. 2 *sabulosis locis frutectosisque nascuntur.* Columella lib. 2 cap. 2 *Nemorosi frutetosique tractus duplex cura est.*

¶ Frutíco, are, pullulare, frutices emittere, heraussprossen, ausschlagen, reis gewinnen. Plinius lib. 19 cap. 5 *Inula spatiose fruticat.* Idem lib. 16 cap. 31 *Laurus recisa lætius fruticat.* Etiam de segete Columella dixit lib. 2 cap. 9 *Ubi ex uno semine pluribus culmis fruticavit*, wann aus einem korn viel halmen wachsen. Et Silius Italicus lib. 9 v. 205

seu sunt Byzacia cordi
Rura magis, centum Cereri fruticantia culmis.

¶ Fruticor, ari, deponentis forma, idem. Cic. lib. 15 epist. 4 *Excisa est arbor, non evulsa; itaque quam fruticetur, vides.*

¶ Fruticatio, onis, pullulatio, aussprossung der stauden. Plinius lib. 17 cap. 1 de Stolonibus: *Ita appellatur in arboribus fruticatio inutilis.*

¶ Fruticesco, ĕre, staudicht werden. Plinius lib. 17 cap. 27 *myrtus, punicæ, oleæ celeriter fruticescunt.*

¶ Effrutíco, are, aussprossen, heraus wachsen. Tertullianus lib. 1 ad Nation. cap. 5 *Necesse est, in corpore, & quantum velis integro aut puro, ut nævus aliquis effruticet, aut verrucula exsurgat, aut lentigo sordescat.* Item, herfürbringen, zeugen. Tertull. de Anima cap. 27 *Semina hominem ex utraque substantia effruticant.*

¶ Refrŭtīco, are, wieder wachsen. Hildebert. serm. 6 p. 101 *si barbæ refruticent.*

¶ Suffrutices, um, vocant, qui inter herbarum genera numerantur, ab radice caulem emittunt, lignosis adnascentibus ramulis, foliisque minutis, qui non velut aliarum herbarum folia quotannis arescunt & decidunt, sed perpetuis foliis toto anno virescunt, ut *ruta, hyssopus, salvia.* Matthiolus.

¶ Superfrutico, are, denuo pullulare, drüber wachsen. Tertull. adv. Valent. c. 39 *Talia ingenia superfruticant apud illos ex materni seminis redundantia.*

FRVTĪNAL, ālis, dictum est templum Veneris Frutæ, Festus.

Frux, vide supra *Frugis.*

FVAM, fuas, fuat, pro *sim*, aut *fiam*, aut *fuerim*, verbum defectivum, frequens apud Plautum, e. g. Bacch. a. 1 sc. 2 v. 48, Capt. a. 2 sc. 3 v. 71 &c. & apud Terent. v. g. in Hecyr. a. 4 sc. 3 v. 4 *Fors fuat pol.* Virg. 10 Æneid. v. 98 *Tros Rutulusve fuat*, &c.

Tibullus lib. 1 el. 1 v. 67 *Ferreus ille fuat*, &c. v. ibi Scal. & Nonium c. 2 n. 330. Sic & *Fueret* pro *esset* posuit Lucretius 3 v. 849, *In dubio fueret.* Conf. lib. 5 v. 77 & 1342.

¶ Defuam, as, at, pro *desim*, est apud Plautum Bacch. a. 1 sc. 1 v. 3 *Metuo, ne mihi defuat oratio.*

Fucare, Fucatus, vide *Fucus.*

FV̄CĬNVS, i, lacus in quarta regione Italiæ, & in Volscis. Senec. lib. 3 Quæst. Natur. cap. 3. Quem emittere destinavit Cæsar Julius; emisit siccavitque, sed ægre, Claudius: sed iterum immisit Hadrianus. Vide Sueton. Cæsare cap. 44; Claudio cap. 20, & Spartianum in Hadriano. Martial. Spectac. epigr. 28

Fucinus & pigri taceantur stagna Neronis.

FV̄CVS, i, die hummel. *Fuci sine aculeo sunt, servitia ferarum apum, quas tamen in opere & fœtu adjuvant*, &c. Plin. lib. 11 cap. 11. Diversum tamen de fucis tradidit Varro lib. 3 de re rust. cap. 16, *insectantes a se ejiciunt fucos, quod hi neque adjuvant, & mel consumunt.* thränen, κηφῆνες, Varro vocat *Fures.* ¶ 2. *Fucus marinus*, φῦκος θαλάσσινος, & φυκίον *herba est, lactucæ similis*, Plin. lib. 32 cap. 6, qua mulieres utuntur ad pingendas malas, quæ *alga* dicitur, meer-graß. Conf. Isidor. de Orig. 17 cap. 9. ¶ 3. Et *Fucus* unguentum est, quo vitia faciei mulieres illinunt, schmincke. Plaut. in Mostell. a. 1 sc. 3 v. 118 *Vetulæ vitia corporis fuco occultant*, sie schmincken sich. *Color illitus fuco*, gemachte, falsche farbe, Cicer. de Orat. lib. 3 cap. 52. *Mentiri colorem fuco*, Quintil. lib. 2 cap. 15. Hinc *fucum*, hoc est, factitium colorem, *ostro*, sive naturali opponit Horat. lib. 1 epist. 10 v. 27; ubi, si lubet, Torrentium vide. Idem Horat. lib. 3 Carm. od. 5 v. 28

Neque amissos colores
Lana refert medicata fuco.

Ubi *Fucus* factitius color est, quem *mentitum* Quintilianus vocat lib. 12 cap. 10. ¶ 4. Hinc pro deceptione & fraude usitatissime sumitur *Fucus*, φῦκος, falschheit, betrug, teuscherey. *Facere fucum*, insidiose imponere, teuschen, Terent. Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 41. *Sine fuco*, ohne falsch, simpliciter & aperte: Cic. ad Attic. epist. omnium prima, eaque ineunte: *sine fuco ac fallaciis, more majorum, negatur.* ¶ 5. Pigmentum est, quo colores exprimuntur a pictoribus. Prudentius passione Hippol. v. 123 *Exemplar sceleris paries habet illitus, in quo*
Multicolor fucus digerit omne nefas.

Adde Auson. Idyll. 6 sive Cupid. cruc. v. 92.

¶ A Fuco dicuntur *offuciæ*, faciei medicamentum: quo vocabulo in singulari usus Plautus Mostell. a. 1 sc. 3 v. 105. Tralatè pro fallaciis Gellius lib. 14 cap. 1 *Sed id præstigiarum atque offuciarum genus.* Vetus Poëta in Floridis:

Sperne mores transmarinos, mille habent offucias.

¶ Fūco, are, φυκιοῦν, fuco inficere, schmincken, färben: ut,

Assyrio fucatur lana veneno,

Virgil. 2 Georg. v. 465. *Fucare vellera*, Solin. cap. 36. *Fucatur sermo pompa facundiæ & gratiæ*, Minucius Felix p. 124. *Cum fucatur atque prælinitur, fit præstigiosum*, genus scil. orationis, Gell. 7 c. 14.

¶ Fucatus, a, um, coloratus, ornatus, angestrichen, gefärbt, geschminckt. Auson. in gratiar. act. extr. *Deus indulsit, ut prætextam meam purpuræ tuæ luce fucatam præstares.* Cic. in Oratore cap. 23 *Fucati medicamenta candoris & ruboris*, gemachte schönheit, ubi color non diffusus sanguine genuino. ¶ 2. Simulatus, falsch und nicht rechtschaffen. Cic. pro Planc. cap. 9 *Vicinitas non fucata, non fallax, non erudita artificio simulationis.* An ut *fucatam veritatem mendacio*, sic *fucatam consuetudinem opinione* dicere quis possit, disquirit è Gronovio Gallæus ad Lactant. p. 28.

¶ Fucate, adv. idem. Ausonius prosa post Idyll. 3 ad Hesperium filium, comparativo, *fucatius concinnata.*

¶ Fucilis, e, falsus, atque idem quod fucatus. Festus: *Fucilia falsa, dicta autem quasi fucata.*

¶ Fūcōsus, a, um, fuco vitiatus, verfälscht. *Merces fallaces & fucosæ*, Cic. pro Rab. Postum. cap. 14, falsche wahre. *Ambitiosæ fucosæque amicitiæ*, Idem ad Attic. lib. 1 ep. 18, heuchlende und falsche freundschafft.

¶ Infūco, are, fuco inficere, fucum facere, anstreichen, verfälschen. *Metuo, ne quid infucaverit*, Plaut. Mil. a. 2 sc. 6 v. 46. Idem *merum infucare* dixit Cist. a. 1 sc. 1 v. 21. Ita habent veteres editiones; alii aliter. vide utrobique Taubm. Comm. p. 435 & 822.

¶ Infucatus, a, um, vermäntelt. Cic. 3 de Orat. cap. 25 extr. *Animi judicio etiam magis infucata vitia noscuntur.*

¶ Offūco, are, idem; quamquam Festus exponat: *aquam in fauces ad sorbendum dare.* Sed hinc dictæ

¶ Offūciæ, arum, faciei medicamenta, & tralate deceptiones & fallaciæ, blendwerck, angestrichene farbe, falscher schein, teuscherey. Omnino Vossius Etym. p. 126 apud Festum: *Offulas, fallacias*, putat legi debere *Offucias.* *Præstigiæ atque offuciæ*, Gell. lib. 14 cap. 1. *Stolido mihi os suis sublevere offuciis*, Plautus in Captivis act. 3 sc. 4 v. 123. Et vetus Poëta:

Sperne mores transmarinos, mille habent offucias.

Est versus trochaicus. ¶ Plautus & in singulari *offucia* dixit Mostellariâ a. 1 sc. 3 v. 107.

FVE, est interjectio ructum exprimentis Plauto Most. a. 1 sc. 1 v. 37.

Fuga, Fugacitas, Fugax, Fugela, vide mox in *Fugio*.

FŬGIO, fūgi, fugĕre, in fugam se conjicere, fliehen, verlauffen. Ovid. 6 Fastor. v. 772 *Et fugiunt freno non remorante dies.*
Cicer. ad Brutum epist. 15 *Sapientis fugere negant esse Stoici.* Sic, *Fugere è conspectu*, Terent. Hecyr. a. 1 sc. 2 v. 107. Et, *Fugere alicujus conspectum*, sich nicht sehen lassen, Ovid. 2 Met. v. 594. *Fugere infamiam*, Cicer. lib. 1 fam. epist. 1. *nomen invidiosum voluptatis*, Idem 4 Acad. cap. 45. *Fugere procurationem reip.* id est, abstinere eâ, Nep. in Attico cap. 15. Et passive Augustinus de Civ. Dei lib. 22 cap. 22 *Vitia, quibus labor fugitur.* ¶ 2. *Me fugit*, idem est, quod me latet, præterit, das weiß ich nicht. Cic. Attic. 12 ep. 42 *Illud, quam sit difficile, non te fugit.* Idem 6 Verrin. cap. 12 *Hoc amentem hominem fugit*, da weiß der tolle mensch nichts von. Terent. Heaut. a. 2 sc. 3 v. 75 *Si paullulum modo quid te fugerit*, so dir nur ein weniges fehlen würde, &c. ¶ 3. *Vinum fugit*, der wein stehet auf, will sich nicht halten. Sic, *Vinum fugiens*, quod cedit ætati, quod fit deterius, apud Cic. lib. 3 Offic. cap. 23, & Nonium cap. 2 n. 337. *Gratissima sunt poma, cum fugiunt*, i. e. abeuntia, Sen. epist. 12. *Demissis manibus fugere*, apud Plautum Epid. a. 3 sc. 4 v. 16 est, concitatissimo cursu fugere. Tales enim dimittunt manus & circa latera jactant, ut ad Theophrastum περὶ ἀδολεσχίας, Casaubonus notat. ¶ 4. *Fugere* aliquando est cavere, vel nolle. Horat. lib. 1 od. 9 *Quid sit futurum cras, fuge quærere.*

¶ Fugiens, tis, ex participio nomen, ein fliehender, der vor etwas läufft. *Laboris fugiens*, Cæsar 1 Civil. cap. 69. Sed, *bellum fugiens*, Ter. Andr. a. 5 sc. 4 v. 33.

¶ Fugia, æ, dea lætitiæ de fugatis hostibus fuisse dicitur. v. Lud. Vives ad August. de C. D. 2 c. 6.

¶ Fŭgitor, oris, qui fugit, idem. Plaut. Trin. a. 3 sc. 2 v. 97
Credo, ad summos bellatores acrem fugitorem fore.
Ad summos bellatores, id est, comparatum cum summis bellatoribus.

¶ Fugĭto, are, frequent. sehr fliehen. *Patris conspectum fugitat*, Ter. Heaut. a. 3 sc. 1 v. 25. *Herus liberalis est, & fugitans litium*, Idem Phorm. a. 4 sc. 3 v. 18.

¶ Fuga, æ, die flucht, vermeidung. *Laboris fuga desidiam arguit*, Cic. pro Muræn. c. 4. *Fugam capere*, Cæsar B. Gall. 7 c. 26. *parare fugam*, ibidem c. 61, sich zur flucht stellen. *In fugam se conferre*, Cicer. pro Cæcin. cap. 8. Et, *se in fugam conjicere*, pro Cælio cap. 26. Et, *dare se se in fugam*, Idem Verrin. 6 cap. 43, die flucht nehmen, davon lauffen. Quod & absolute dicitur *Dare fugam*, Virg. lib. 7 Æn. v. 24. *Vertere in fugam*, Livius lib. 30 cap. 33 extr. *Hostes in fugam conjecti*, Cæsar B. Gall. 7 c. 70, in die flucht schlagen. ¶ *Fugam* Nonius c. 4 n. 199 distincte exponit etiam de cito cursu, de volatu, de navigatione deque vehementi afflatu.

¶ Fugēla, æ, idem. Apulejus Apol. *Ab iis nunc magnâ fugelâ in ganeum fugit.* Sic & in Catonis fragmentis, edente Popma, *maxima fugela* pro *maxima fuga* dicitur.

¶ Fŭgax, ācis, fugiens, flüchtig. *Fugaces anni*, Horat. 2 od. 14 v. 1, die flüchtigen jahre. Idem lib. 3 od. 2 v. 14
Mors & fugacem persequitur virum.
Sic *fugax ac lubrica res tempus* dicitur Senecæ epist. 1. *Volucri aura fugacior*, Ovid. 13 Metam. v. 808. *fugacissimus hostis*, Livius lib. 5 cap. 28. *dux*, lib. 30 cap. 28. *miles*, Vellej. Pat. 2, 85. *fugacissimus gloriæ*, Senec. 4 Benef. c. 32.

¶ Fugacitas, atis, die flüchtigkeit. Gloss. Cyrilli: *Fugacitas*, ἡ φυγή.

¶ Fŭgitivus, a, um, ausreissend: ut, *Servus fugitivus*, Ciceroni Vatinius lib. 5 epist. 9, der seinem herrn entlauffen ist. *Argentum fugitivum*, geld das immer aus händen geht, Ter. Heaut. a. 4 sc. 2 extr. Sic, *gaudia fugitiva*, apud Martialem lib. 1 epigr. 15
Expectant curæque catenatique labores:
Gaudia non remanent, sed fugitiva volant.

¶ Fugitivarius, i, qui fugitivos retrahit, der die entlauffenen suchet. Florus lib. 3 cap. 19 n. 7 *qui per fugitivarios retrahi debuissent, prætorios duces, profugos prœlio, ipsi sequebantur.* Varro 3 R. R. cap. 14 de cochleariis: *Aqua sunt finienda, ne fugitivarius sit parandus locus.*

¶ Fŭgo, fugare, in fugam convertere, vincere, jagen, treiben, in die flucht schlagen. *Ferro & lapidibus aliquem fugare*, Cicer. Arusp. R. cap. 4. *Longe fugari ex hominum conspectu*, Lucret. lib. 3 v. 38. *Fugare classem*, Nepos in Timoth. cap. 2.

¶ Fugatus, a, um, verjagt, vertrieben. Cæs. 7 B. G. cap. 68 *fugato equitatu.* Cic. de Off. 3 cap. 31 Latini ad Veserim *fusi & fugati.* Lucret. 3 v. 48 *Extorres iidem patria, longeque fugati*
Conspectu ex hominum.

¶ Fugatrix, īcis, die verjagerin. Tertullian. adv. Gnostic. cap. 12 *Dilectio fugatrix timoris.*

¶ Fugalia, ium, festum Romæ in memoriam fugatorum regum, apud Augustin. lib. 2 Civ. D. cap. 6, quod *Regifugium* a Censorino dicitur cap. 20.

Composita cum præposit.

¶ Aufugio, ĕre, entfliehen, entlauffen, davon lauffen. Terent. in Hecyr. a. 3 sc. 4 v. 10 *Denique hercle aufugerim potius quam redeam.* Et Livius lib. 1 cap. 25 *Jam aliquantum spatii ex eo loco, ubi pugnatum est, aufugerat.* Et Cic. de Nat. Deor. lib. 2 cap. 43 ex Arato:
Andromeda aufugiens adspectum mæsta parentis.

¶ Confugio, ĕre, zuflucht haben. *Ad fidem alicujus confugere*, Cic. Divinat. in Verr. cap. 4. *Ad opem judicum supplices inferioresque confugiunt*, Cic. pro Font. cap. 11. Et, *Ad misericordiam alicujus confugere*, pro Ligar. cap. 10. Sic Terent. in Heaut. a. 4 sc. 5 v. 45 *Neque tu scilicet eò nunc confugies. Quid mea?* &c. es wird dich diese ausflucht nicht helffen.

¶ Confugium, i, die retirade, zuflucht. Ovid. 5 Tristium eleg. 6 v. 2
Qui mihi confugium, qui mihi portus eras.
Conf. 4 eleg. 5 v. 6. Et Statius 12 Theb. v. 504 *commune confugium.*

¶ Confŭgēla, æ, antiquis idem ac *confugium*, teste Festo

¶ Defŭgio, ĕre, deficere, abstehen, abtrünnig werden. In hac enim significatione apud Livium legitur lib. 24 cap. 36; quamquam alii *deficientes* ibidem legant. Verba sunt: *Ea pugna defugientes ab Romanis cùm cohibuisset Siculos.* Sed elegans admodum locutio illa est Terentii in Eunucho act. 2 sc. 3 v. 98 *Nunquam defugiam auctoritatem tuam*, hoc est, non recusabo vel detrectabo, ich will dir gerne folgen.

¶ Defŭga, æ, transfuga, ein abtrünniger. Prudent. Hymn. 1 περὶ στεφ. sive de Calagurritanorum agone v. 42
Idolis litare nigris, esse Christi defugas.

¶ Diffugio, ĕre, in diversa loca fugere, sich hin und her verlauffen. Horatius 1 oda 35 v. 25 *Diffugiunt cadis*
Cum fece siccatis amici.
Idem lib. 4 oda 7 ineunte:
Diffugére nives, redeunt jam gramina campis.

¶ Effugio, ĕre, elabi, entgehen, entwischen. *Effugere de prœlio*, Cic. 2 Philipp. cap. 29. *Effugere è manibus*, Idem pro L. Manil. cap. 9, aus den händen entrinnen. Sic, *Effugere offensionem*, Cic. 4 fam. epist. 4. Et, *Crimen effugere*, pro Flacco cap. 3. Item, *Vituperationem*, ad Attic. lib. 16 epist. 7. Et Terent. Adelph. a. 5 sc. 8 v. 31 *Hanc maculam nos decet effugere*, für diesem laster, so uns nicht wohl anstehet, gebühret uns zu hüten.

¶ Effugium, i, die ausflucht: ut, *Effugium mali*, apud Senec. Hippol. v. 253. *Patet effugium*, id est, locus vel via fugæ, Livius lib. 24 c. 26, der weg davon zu kommen, stehet offen. *Effugium alicui præcludere*, die ausflucht verlauffen, Lucret. lib. 1 v. 973. ¶ Pro fuga Virgilius dixit lib. 2 Æneid. v. 140
Quos illi fors ad pœnas ob nostra reposcent
Effugia; ut Servius interpretatur.

¶ Effŭgia, æ, fœm. Servius ibidem observat, *Effugiam* appellatam hostiam, quæ effugisset.

¶ Ineffugibilis, e, unvermeidlich. Apulejus extremo lib. de Mundo: *Adrastea, ineffugibilis necessitas ultionis.*

¶ Effŭgo, are, in fugam ejicere, verjagen. Augustinus Serm. 1 Feria 2 Pentecostes: *alii ex discipulis effugantur.* Et P. Chrysologus Serm. 13 extr. *Christi jejunantis nomine cœpit ab obsessis corporibus diabolus effugari.*

¶ Perfŭgio, ĕre, auxilii gratia ad aliquem perfugere, hinfliehen, zuflucht haben. *Hic locus est unus, quo perfugiant, hic portus*, Cic. 7 Verrin. cap. 48. Et Livius lib. 1 cap. 8 de Romulo: *Asylum aperit, eo ex finitimis populis turba omnis perfugit.*

¶ Perfugium, i, die zuflucht. *Commune perfugium, domus*, Cic. 4 Catil. cap. 1. *Laborum omnium, & sollicitudinum perfugium somnus est*, Idem 2 de Divin. cap. 73. Idemque, *Perfugium ac solatium adversis* (rebus) *studia præbent*, pro Archia cap. 7. Et, *Perfugio uti*, zur entschuldigung fürwenden, in Verrem 4 cap. 41 extr.

¶ Perfŭga, æ, qui vel ad alium ob spem commodi perfugit, vel transfuga, ein feldflüchtiger, überläuffer. *Pro perfuga jussus Tarentum transire*, Liv. lib. 37 cap. 15; ubi Gronovium velim adeas, ex Nepotis Datame & Cæs. 3 B. Gall. cap. 18 illustrantem. *De perfugis nostris copias comparant contra nos*, Cic. in Orat. cap. 66.

¶ Præfŭgio, ĕre, voranfliehen. Tertullian. de Anima cap. 33 *Etsi anima præfugerit*, &c.

¶ Profugio, ĕre, von dannen fliehen, wegfliehen. *Libenter isthinc, tamquam à domino agresti ac furioso profugi*, Cic. de Senect. cap. 14. Et ad Attic. lib. 15 epist. 21 *profugere ad Brutum voluisse.* Idem pro Dejotaro cap. 4 *Audivit, consules ex Italia profugisse.*

¶ Prŏfŭgus, a, um, flüchtig; & subst. ein flüchtling. Sallust. Catil. c. 6 *Trojani Æneâ duce profugi sedibus incertis vagabantur.* Et cum patrio casu: Plinius 7 cap. 28 *bis ab Hannibale captus: bis vinculorum ejus profugus.* Et Cyprianus de Vanitate Idol. cap. 6 *soli cælique sui profugi* Judæi.

¶ Profugium, i, confugium, zuflucht. Cic. pro Cæcin. cap. 34, & lib. 5 fam. ep. 15, ac lib. 7 ep. 20 allegantur: & a Stephano 1 Tuscul. extremo: sed Gruterus, Grævius, & optimus quisque his locis *perfugium* legunt.

¶ Rĕfŭgio, ĕre, zurücke fliehen, weichen. *Refugere ad urbem*, Liv. 23 cap. 47. *Refugere a consuetudine*, von der gewohnheit abtreten, Cicero ad Attic. lib. 1 epist. 1. Et, *Animus refugit eaque reformidat dicere*, man hat scheu dafür, man entsetzt sich solches zu sagen, Idem in Philipp. 14 c. 3. Sic, *Refugere periculum ac deprecari*, Asinius ad Ciceronem lib. 10 famil. epist. 31. *Ista memoriam nostram refugiunt*, hoc est, istorum non meminimus, Columella lib. 12 cap. 49.

¶ Refugisco, ĕre, idem quod refugere. Vox hæc inclinatæ ætatis apud Commodianum Instruct. 23 legitur.

¶ Refŭga, æ, qui refugit, ein abtrünniger. *Custodiæ refuga, non desertor militiæ est*, Macer Lege 13 §5 Digest. de Re militari, der von der schildwache gelauffen ist. Eleganter etiam Hieronym. epist. 151 quæst. 10 ad Algasiam diabolos vocat *angelos refugas.* Et Petrus Chrysologus Serm. 1 *pietatis refuga.*

¶ Rĕfŭgus, a, um, qui periculum fugâ declinat, der zurück weicht. Tacitus 3 Histor. c. 61 n. 4 *Quidam in castra refugi, cuncta formidine implebant.* ¶ 2. Et adjective, *Mare refugum*, Stat. 12 Theb. v. 634. *Capilli refugi à fronte*, Lucan. lib. 10 v. 132, das haar das empor stehet. *Amnis refugus*, Plin. Paneg. c. 30. Et Prudent. ἀποθ. v. 581 *refugo contemnit honore.*

¶ Refugium, i, zuflucht, da man hinfliehen kan. Cic. 2 Offic. cap. 8 *Regum, populorum, nationum portus erat & refugium Senatus.*

¶ Suffugio, ĕre, entfliehen. Livius 24 cap. 46 *suffugere in tecta coëgit.* Et Lucret. 4 v. 361 *suffugit sensum.*

¶ Suffugium, i, die zuflucht. Tacit. de German. cap. 16 *Solent & subterraneos specus aperire, eosque multo insuper fimo onerant, suffugium hiemi & receptaculum frugibus.* Silius 5 v. 509 *Suffugium infelix miseris.* Et Aut. elegiæ de Nuce v. 119 *Suffugium esse nimbos vitantibus.*

¶ Subterfŭgio, ĕre, entgehen: ut, *Subterfugere crimen, calamitatem, pericu-*

periculum, pœnam, Ciceronis sunt: qui etiam 3 Offic. cap. 26 *Insimulant*, inquit, *Vlyssem tragœdiæ, simulatione insaniæ militiam subterfugere voluisse.* Et lib. 13 fam. epist. 4 *Syllani temporis acerbitatem subterfugerunt.*

¶ Superfugio, ĕre, drüber hinfliehen. Val. Flacc. Argon. 3 v. 554

Intactas levis ipse superfugit undas.

¶ Transfúgio, ĕre, von einem zum andern fliehen, durchgehen, überlauffen: ut, *Transfugere ad hostes*, Plaut. Epidic. a. 1 sc. 1 v. 28. *Ab amicitiâ afflicta transfugere*, Cicero pro Quintio cap. 30.

¶ Transfugium, i, defectio ad hostes, die flüchtung, der abfall. Livius lib. 22 cap. 43 *Inde movere statuit, ut, quo longius ab hoste recessisset, transfugia impeditiora levibus ingeniis essent.* Tacitus 2 Hist. cap. 34 *crebra in civili bello transfugia.* Et Sidonius lib. 8 epist. 13 *facere ad Christum de circumcisione transfugium.*

¶ Transfŭga, æ, ein abtrünniger, überläuffer. Tacit. de German. c. 12 *Proditores & transfugas arboribus suspendunt.* Plin. 29 cap. 1 *transfugæ ad Græcos.*

FVLCIO, fulsi, fultum, fulcire, sustentare, untersetzen, stützen, aufhalten; ut, *Ædificium fulcire columnis.* vide in *Fultus* ex Propertio.

¶ Metaphora elegans & usitata est. *Imperium debet benevolentiâ fultum esse*, Cic. 3 Offic. cap. 22, herrschafft soll durch lieb und freundschafft erhalten werden. *Subsidiis magnis fulcire Rempub.* Idem lib. 12 fam. epist. 5. *Potentiâ amicorum fulciri, nobilitate niti*, aut. Declam. Antequam iret in exil. cap. 4. *Labentem fulsit re, fortunâ, fide*, Cicero pro Rab. Post. cap. 16.

¶ Fultus, a, um, gestämmt, unterstützt. *Domus fulta columnis*, ein gestützt hauß, Propert. lib. 3 eleg. 2. Et, *Fultus amicitiis*, Plin. 9 epist. 13, der viel vornehme freunde hat. Virg. eclog. 6 v. 53

Ille latus niveum molli fultus hyacintho.

Vbi Servius: *Apud veteres*, inquit, *unusquisque eo, super quod jacebat*, fultus, *dicebatur. Lucilius* in III. ET PVLVINO FVLTVS. *Virgilius:* ATQVE HARVM EFFVLTVS TERGO.

¶ Fultūra, æ, pro sustentaculo, die stützung. Plinius lib. 1 epist. 9 *Corpori vaco, cujus fulturis animus sustinetur.* Horat. lib. 2 sat. 3 v. 154

Ingens accedat stomacho fultura ruenti.

¶ Fultor, ōris, qui fulcit, ein unterstützer. Venantius Fortunatus lib. 2 carm. 12 de ecclesia Magontiæ civitatis:

Ecclesiæ fultor, laus regni, pastor egentum.

¶ Fulcrum, i, eine stütze, seule. *Fulcrum lecti*, Sueton. Claud. cap. 32, ein bettstollen. Hinc pro ipso lecto synecdochice. Juvenal. satyr. 6 v. 22

sacri Genium contemnere fulcri,

hoc est, violare sanctitatem fidei conjugalis, ut fulcrum torus sit sive lectus Genialis.

¶ Fulcīmen, ĭnis, die unterstützung. Ovid. Fast. 6 v. 269

Terra pilæ similis nullo fulcimine nixa.

¶ Fulcīmentum, i, eine stütze, wiederlage. Solinus cap. 33 de Alce, Scandinaviæ bellua: *dum fera adsuetis fulcimentis innititur.* Macrob. lib. 7 Sat. cap. 9 *desertum fulcimentis suis, labitur in ruinam.* Apulejus lib. 1 Metam. p. 109 *dum pede altero fulcimentum, quo sustinebar, repello.*

¶ Fulmentum, i, idem. Varro apud Nonium cap. 3 n. 98, & Celsus lib. 2 cap. 15. Vnde proverb. apud eumdem Nonium, *Fulmenta lectos scandunt.* Est enim fulmentum, ein bettstollen. vide Adagia Hadriani; itemque Turneb. lib. 15 cap. 5, nec non Scalig. in 2 Manilii. ¶ Sidonius in carm. ad lib. 2 epist. 10 *porticus fulmentis Aquitanicis superba.* Vbi columnæ sunt marmoris Aquitanici. vide Sirmondi adnotationem. ¶ *Fulmenta* dicta, quæ suppingebantur soleis, ut solidiores essent. Plaut. in fœmin. *fulmentas* dixit Trinum. a. 3 sc. 2 v. 94. Conf. Lucilium apud Nonium cap. 3 n. 98. Græci καττύματα vocant. vide Casaub. ad Theophrastum περὶ ἀγροικίας. Voss. lib. 5 Instit. Orat. p. 258.

Composita:

¶ Circumfulcio, ire, umher stützen. Tertullianus de Pallio cap. 5 *nihil circumfulcit, nihil circumstringit.* Vbi Salmas. p. 115 *Circumfulciri de toga* dixit.

¶ Confulcire, ex Lucret. lib. 2 v. 97 quidam arcessunt, sed dubius locus est, & alii *conflicta*, alii *consulta* legunt. Adi Gifan. & Pareum.

¶ Effulcire, empor heben, apud Poëtas in participio

¶ Effultus, a, um, gestützt, erhoben. Virgilius 7 Æn. v. 94

Atque harum effultus tergo stratisque jacebat.

Eodem modo Silius 7 v. 292 *Effultus tergo taurino membra jacebat.* Sic & Apul. lib. 2 Met. *Effultus in cubitum.*

¶ Infulcire, inculcare, einschieben, einstopffen, apud Senecam epist. 114 *Omnibus locis aliquid infulcire.* Sueton. Tiber. cap. 53 *Mori inedia destinant, per vim ore deducto, infulciri cibum jussit.*

¶ Offulcire, zustopffen. Apulejus lib. 1 Metam. p. 108 *Vulnus, qua maxime patebat, spongia offulciens.*

¶ Perfulcire, wohl untersetzen, apud Ovid. vel Lucan. ad Pison. v. 86

Eloquio sanctum modo perfulcire senatum.

¶ Præfulcire; Cic. ad Att. lib. 5 epist. 13 *Primum illud præfulci atque præmuni*, erstlich unterbaue und versichere das.

¶ Semifultus, a, um, halbgestützt. Martialis lib. 5 epigr. 14

Subselliaque semifultus extremo.

¶ Suffulcire, unterstützen, aufhelffen, ausstopffen. Ammian. 30 cap. 1 *Lectos repertos binis utribus suffulserunt.* Lucret. 4 v. 865

capitur cibus, ut suffulciat artus.

¶ Suffultus, a, um, untersatzt; ut, *Porticus suffulta columnis*, apud Lucret. lib. 4 v. 428.

FVLGEO, fulsi, fulgēre, lucere, splendere, gläntzen, schimmern. *Marmorea tecta auro & ebore fulgentia*, Cicer. in Parad. 1 cap. 4. *Auro fulgere & purpura*, Idem in Catil. 2 cap. 4. Et Livius lib. 1 cap. 25 *Concursu increpuere arma, micantesque fulsere gladii.* Et Augustinus de Fide & Symb. cap. 7 extremo: *claritas fulsura.* Translate Nepos Eumene cap. 1 *Fulgebat in adolescentulo indoles virtutis*, es that sich herfür, es ließ sich sonderlich mercken. ¶ Antiqui & in tertiâ flexione usi. Seneca lib. 2 Nat. Quæst. cap. 56 de fulguratione docens: *Hæc antiqui*, inquit, FVLGETRA *dicebant:* TONITRVA *nos pluraliter dicimus: antiqui aut* TONITRVVM *dixerunt aut* TONVM. *Hoc apud Cæcinnam invenio, facundum virum, qui habuisset aliquod in eloquentiâ nomen, nisi illum Ciceronis umbra pressisset. Etiamnum illo verbo utebantur antiqui, correpto*, (*Fulgĕtra*) *quo nos producto unâ syllaba* (fulgētra) *utimur. Dicimus enim ut splendēre, sic fulgēre, at illis ad significandam hanc e nubibus subitæ lucis eruptionem, mos erat, media syllaba correpta ut diceret* Fulgĕre. Sic Virg. 6 Æn. v. 826 *Paribus, quas fulgere cernis in armis.* Et lib. 8 v. 677 *Fervere Leucaten auroque effulgere fluctus.* Sic & aliquoties Lucretius; e. g. lib. 5 v. 767, lib. 6 v. 159 &c. Conf. Nonius cap. 10 n. 12.

¶ Fulgens, tis, hell, glänzend, ex participio adjectivum, per gradus etiam mobile; ut, *arma fulgentia*, Virg. Æn. 2 v. 749. *Fulgens gladius*, Cic. 5 Tusc. cap. 21, ein blancker degen. *Fulgentes oculi*, Horat. 2 od. 12 v. 15. Columella fine procemii lib. 6 *fulgentissima sidera.* Claudianus in Conf. Prob. & Olybr. v. 240 *fulgentior astris.* Vellejus lib. 2 cap. 71 *fulgentissimus juvenis*, i. e. spectatissimus. Sic, *fulgentissimum os Ciceronis*, Idem cap. 64 n. 3.

¶ Fulgesco, ĕre, idem quod Fulgere, leuchten, scheinen. Firmic. 1 cap. 4 *Solis radiatione fulgescere.* Et in fragmento Halieut. quod dedit Hesselius ad novam Ennii editionem, p. 154 leges:

Crebris nubes fulgescere flammis.

¶ Fulgidus, a, um, idem. Lucretius lib. 3 v. 364

fulgida cum cernere sæpe nequimus.

Solinus cap. 37 *ad speciem fulgidi sideris.* Et Prudentius Cathem. 5 v. 129 *fax fulgida.* Et Fortunatus lib. 8 carm. 5 sub finem:

Fulgidior radio, dulcior ore favo.

¶ Fulgetrum, i, neut. &

¶ Fulgetra, æ, fœm. [utroque enim genere Plinius utitur,] der blitz, das wetterleuchten, vibratio luminis, quæ cum ipso fit tonitru, sed ante cernitur. vid. Plin. lib. 2 cap. 43, *edi tonitrua, fulmina, fulgetra.* Et ibidem: *scintillantibus fulgetris.* Idem lib. 28 cap. 2 *Fulgetras poppysmis adorare, consensus gentium est.*

¶ Fulgor, ōris, splendor, heller glantz, schein. Horatius lib. 2 od. 1 v. 19

Jam fulgor armorum fugaces
Terret equos. Et de Arte Poët. v. 143
Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem
Cogitat:

hoc est, res planas & apertas obscurare, sed obscuras illustrare. Idem 2 sat. 2 v. 5 *Stupet insanis acies fulgoribus.*

¶ Fulgur, ŭris, neut. der blitz. Curtius lib. 8 cap. 4 n. 3 *ab omni parte cæli emicare fulgura cœperunt.* ¶ Pro fulmine, propter cognatam utriusque materiam, non raro ponunt auctores. Virg. 1 Georg. v. 488

Non aliàs cælo ceciderunt plura sereno
Fulgura.

Sueton. Domit. cap. 15 *Continuis octo mensibus tot fulgura facta nunciataque sunt, ut exclamaverit*, FERIAT JAM QVEM VOLET. Item in August. cap. 29 *Tonanti Jovi ædem consecravit, liberatus periculo, cum expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam ejus fulgur perstrinxisset, servumque prælucentem exanimasset.* Alia ibi Casaubonus.

¶ Fulgurare, fulgur emittere, blitzen. Cicero de Divinat. lib. 2 cap. 18 *Jove tonante & fulgurante comitia populi habere nefas.* ¶ *Fulgurat*, impersonaliter, es blitzet: Plin. lib. 9 cap. 35.

¶ Fulguralis, e, ad fulgura pertinens, zum blitz gehörig. Cic. 1 de Divinat. cap. 33 *aruspicini, & fulgurales, & rituales libri.*

¶ Fulguratio, ōnis, das blitzen, wetterleuchten. Seneca lib. 2 cap. 11 Quæst. Natural. *Dicturo de fulminibus & fulgurationibus.* Et cap. seq. 12 sæpius recurrit.

¶ Fulgurator, ōris, fulgurum inspector, der auf den blitz acht hat. vid. Alex. ab Alexandro lib. 5 cap. 13. Nonius cap. 1 n. 319. Turneb. lib. 29 cap. 35. Plin. lib. 2 cap. 8 & 54, & Dalech. p. 100. Sic Cicero 2 de Divinat. cap. 53 *aruspices, & fulguratores, & interpretes ostentorum*, &c.

¶ Fulgerator, ōris, per E loco V, in vett. Inscriptionibus est, Jovis cognomentum. Gruterus pag. 21 n. 3 ARAM JOVI FVLGERATORI DEDICAVERVNT. Et num. 4 DEO FVLGERATORI ARAM - - - POS.

¶ Fulgŭreus, a, um, blitzend. Martian. Capella 5 *Fulgurea nubes.*

¶ Fulgurio, ire, fulgorem facere, vel fulmine afflare, blitzen. Nævius apud Non. cap. 2 n. 324 *Sane a suo sonitu claro fulgurivit Jupiter.*

¶ Fulgŭrītus, a, um, ictus fulmine, κεραυνοπλήξ, vom blitz verbrandt, cujusmodi hominem *bidental* Persius vocat sat. 2 v. 27,

Triste jaces lucis evitandumque bidental.

Vide ibi Casaub. *Fulguritus locus*, dicente Festo, statim fieri putabatur religiosus, quod eum Deus sibi dicasse videretur. *Fulguritas arbores*, Plautus Trinum. a. 2 sc. 4 v. 138 dixit: quas Virgilius *de cælo tactas.* Conf. Senec. de Ira 3 cap. 23, & Petr. Crinit. de Honest. Discipl. lib. 8 cap. 12. Fulguritorum expiationem Numa ab Jove Elicio didicit. vid. Dalech. ad Plin. 2 cap. 54 p. 100.

¶ Fulgŭrĭtas, ātis, i. e. splendor, der glantz, tribuitur Lucilio apud Nonium cap. 2 n. 324.

¶ Fulgŏra, æ, dea fulguris. vid. August. de C. D. 6 cap. 10.

I. Composita à *Fulguro:*

¶ Defulgŭro, are, herabblitzen. Ausonius Periocha 5 Iliados:

undantem clypeus defulgurat ignem.

¶ Difulgurare, fulgura spargere, auf alle seiten herum blitzen. Sidonius carm. 11 (Epithal. Ruricii) v. 20

Postes chrysolithi fulvus difulgurat ardor.

Sirmondus scripsit *diffulgurat*, F geminato.

¶ Præfulgurare, ante quid fulgurare. Val. Flaccus lib. 3 v. 119

strictoque vias præfulgurat ense.

Et Statius 7 Theb. v. 502 *multoque latus præfulgurat ense.*

Alii legunt *perfulgerat.*

II. Composita à *Fulgeo:*

¶ Affulgeo, ēre, sive Adfulgere, proprie anleuchten, an etwas schimmern. Silius lib. 7 v. 467

nitenti:

nitenti
Adfulsit vultu ridens Venus.

Nam lucem radiantem intelligi, probant ſequentia v. 470 in Paride:
feſſique nitoris
Luce cadunt oculi.

Metaphorice felicitati ſignandæ inſervit: ut, *Spes affulget*, es erſcheinet hoffnung, Livius lib. 27 cap. 28. *Fortuna affulget*, Livius 30 c. 30. Et, *Lux civitati affulſiſſe viſa eſt*, Idem 9 cap. 10.

¶ Circumfulgēre, umher glåntzen. Plinius lib. 2 cap. 37 *Hominum capita veſpertinis horis magno præſagio circumfulgent.*

¶ Confulgēre, undique fulgere, Plaut. Amphitr. a. 5 ſc. 1 v. 15.

¶ Effulgēre, klar ſcheinen, herfür leuchten. Livius 22 cap. 1 *ingens lumen effulſit.* Poëtis etiam, uti ſupra ſimplex, in tertia forma flectitur. Virgil. Æn. 8 v. 677 *auroque effulgere fluctus.*

¶ Interfulgēre, dartzwiſchen ſcheinen. Livius lib. 28 cap. 23 *Aurum argentumque cumulo rerum aliarum interfulgens.*

¶ Offulgēre, Obfulgere, erſcheinen. Paulinus Petrocorius lib. 5 de vita Martini v. 357 *Obfulſit claro venerabilis ore ſacerdos.*

¶ Præfulgēre, zu ſehr glåntzen. Virgilius 8 Æn. v. 553
Pellis obit totum præfulgens unguibus aureis.

Et Seneca lib. 1 Benef. cap. 6 *auro præfulgent.* Ac Tacitus Annal. 13 cap. 45 n. 2 *Memoria Poppæi Sabini conſulari & triumphali decore præfulgentis.*

¶ Rĕfulgēre, einen glantz von ſich geben. Perſius in prologo:
Quod ſi doloſi ſpes refulſerit nummi.

Virg. Æn. 1 v. 406 *roſea cervice refulſit.*

¶ Refulgentia, æ, der wiederſchein. Apul. Florid. 4 *Lacunarium refulgentia.*

¶ Superfulgēre, überſcheinen. *Templa ſuperfulges*, Statius 1 Silv. 1 v. 33.

Fulgor, Fulgur, &c. vide ante in *Fulgeo*.

FVLĬCA, æ, avis marina, vel ſtagnenſis, paullo columba major, Græcis λάρος, ein waſſerhuhn, rôhrhåhnlein. Sunt, qui mergum nigrum interpretentur, ein ſchwartzer taucher. Virg. 1 Georg. v. 363
cumque marinæ
In ſicco ludunt fulicæ, &c.

Auſonius epiſt. 13 *Si vitulum tauro, vel equum committis onagro:*
Si confers fulicas cygnis, & aedona parræ,
Caſtaneis corylos æquas, viburna cupreſſis.

¶ *Fulix* eadem Ciceroni lib. 1 de Divin. cap. 8 ex Arati Diotemeiis dicitur: *Cana fulix itidem fugiens è gurgite ponti,*
Nuntiat horribiles clamans inſtare procellas.

FVLĪGO, ĭnis, à *fumus*: unde *fumiligo*, ex quo per ſyncopen *fuligo*, ruß, kienrauch, kohlſtaub. *Abſtergere fuliginem*, Cicer. Philipp. 2 cap. 36. Virg. eclog. 7 v. 49
Hic focus & tædæ pingues, hic plurimus ignis,
Semper & aſſidua poſtes fuligine nigri.

¶ Fuligineus, a, um, ſchwartz wie ruß. Petron. *Omnia liniamenta fuliginea nube confundere.*

¶ Fuliginoſus, a, um, fuligine obſitus, fumoſus, rußicht, voll rauch. Prudentius Romano v. 261 *Fuliginoſi ture placantur Lares.*

FVLLO, ōnis, maſcul. qui veſtimenta purgat, & candida facit, ein bleicher, walcker, walckmüller. Fullones dum poliunt, ſapone utuntur, quem Plin. 28 cap. 12 a Gallis inventum tradit. Martial. lib. 12 epigr. 59
Hinc inflat tibi textor, inde fullo,
Hinc ſutor modo pelle baſiata.

Græce κναφεὺς, unde factum videtur Germanicum, ein knappe, qui pannum conficit. vide Plaut. Aul. a. 3 ſc. 5 v. 34, & Coleri Parerg. cap. 14. ¶ 2. *Fullo*, vermis, ein ohr-wurm. ¶ 3. *Fullo* piſcis etiam eſt, γναφεὺς, quod ejus decocti ſucco veſtes purgentur.

¶ Fullonius, a, um, zum walcken gehôrig; ut, *Ars fullonia*, Plin. 8 c. 56, quæ & *fullonica* Vitruvio lib. 6 procemio dicitur. Plaut. Pſeud. a. 3 ſc. 1 v. 15 *Cras mihi potandus fluctus eſt fullonius*, i. e. comprimar inſtar fullonii panni.

¶ Fullonium, i, ſubſt. officina fullonia. Ammianus lib. 14 extr. *Fortuna Adramytenum Andriſcum, in fullonio natum, ad Pſeudophilippi nomen evexit.*

¶ Fullonica, æ, etiam officina eſt fullonum, eine walckmühle, walckhauß, Cato R. R. cap. 14, quod etiam alio genere & pluraliter exprimunt, *Fullonica, orum.* Frontinus de Aquæduct. lib. 2 *Hæc* [aqua] *non alium uſum, quam in balnearum, aut fullonicorum dabatur.*

¶ Infullonicatus, a, um, ungewalckt. Gloſſ. gr. lat. ἄγναφος, *infullonicatus, impolitus.*

FVLMEN, ĭnis, ardor nubium conflictu expreſſus & emiſſus, ein donnerſchlag, donnerkeil. Cicer. de Divinat. lib. 2 cap. 18 *Tonitrua & fulminum tactus extimeſcere.* Et ibid. cap. 21 *Romulus lactens fulmine ictus fuit.* Et 3 Nat. D. cap. 35 *Fulmine percuti*, vom wetter getroffen werden. Idem lib. 2 Divin. cap. 19 *Jupiter multa fulmina fruſtra emittit.* Ovidius 2 Triſt. v. 33
Si, quoties homines peccant, ſua fulmina mittat
Jupiter, exiguo tempore inermis erit.

¶ 2. *Fulmen verborum* metaphorice: Cic. lib. 9 famil. epiſt. 21 *Inſanire tibi videris, quod imitēre verborum meorum fulmina*, hoc eſt, vim, vehementiam, impetum, meine groſſe ernſte und gewaltige worte. Idem in Tuſc. lib. 2 cap. ult. *Fulmina fortunæ contemnere*, id eſt, ſævitiam. ¶ 3. Pro clade & infortunio Æmilius Paulus apud Livium lib. 45 p. 41 *Quod duo fulmina domum meam per hos dies perculerint.* Intelligit de duplici clade domeſtica, qua affectus ex duûm filiorum funeribus erat. Albinovanus Eleg. ad Liviam de morte Druſi v. 11
Scilicet exiguo percuſſa es fulminis ictu,
Fortior ut poſſes cladibus eſſe tuis.

Florus lib. 2 cap. 6 *Vbi ſemel ſe in Hiſpania movit illa gravis & luctuoſa Punici belli vis atque tempeſtas, deſtinatumque Romanis fulmen Saguntino igne conflavit.* Et paullo poſt: *Traſimenus lacus, tertium fulmen Annibalis*, id eſt, tertia clades, qua affecit Romanos. ¶ 4. Ponitur & pro pœna ac damnatione. Juven. ſat. 10 v. 92
quo fulmine juſto
Et Capito & Numitor ruerint damnante Senatu.

¶ 5. Sed & ſtrenui belli Duces *Fulmina* appellantur, quod in bellis quaſi fulminent; ſeu inſtar fulminis ruant, & omnia pervadant ac terreant. Quemadmodum Virgilius de Auguſto 4 Georg. dixit v. 560
Cæſar dum magnus ad altum
Fulminat Euphraten.

Et lib. 6 Æn. v. 842 Scipiadas expreſſe vocat *duo belli fulmina.* Et hanc quoque ob cauſſam Ptolemæus Philadelphi frater κεραυνὸς ſeu *Fulmen* cognominatus eſt, ut de eo Pauſanias in Phocicis narrat. vide & Buchnerum ad Hymn. Prudentii de Chriſti Servatoris Natali v. 113. ¶ 6. *Procul ab Jove atque fulmine*, πόῤῥω Διὸς, καὶ κεραυνῦ, id eſt, fugiendæ ſunt potentum & maxime tyrannorum amicitiæ, mit groſſen herren iſt nicht gut kirſchen eſſen. vide Chiliad. Servius in 2 Æneid. *Tria ſunt fulminum genera: eſt, quod afflat, quod incendit, quod findit.* Alibi tamen quatuor; alibi plura recenſet. De fulmine diſputat Seneca 2 Quæſt. Natur. cap. 31. vid. Plin. lib. 2 cap. 1, & quinque ſequentibus, & ibi Dalechampius. Ariſtot. de Mund. & in Meteorolog. lib. 3 cap. 1. Vnde *Fulmen triſulcum*, quod tamen *quadriſulcum* facit Lutatius ad lib. 3 Thebaid. Statii v. 321. vide Barth. ad Stat. Silv. p. 39.

¶ Fulmĭneus, a, um, donnernd; ut, *Ignis fulmineus*, Ovid. 2 Pont. eleg. 2 v. 118. *Fulminea dextra*, Silius lib. 3 v. 319. *Potentius ictu fulmineo*, gewaltiger als ein donnerſchlag, Horat. Carm. lib. 3 od. 16.

¶ Fulmĭno, are, fulmen emittere, blitzen, donnern. Hor. 3 od. 3 *fulminantis magna Jovis manus.* Plin. 2 cap. 7 *fulminantem pejerant Jovem.* Et paſſive *Fulminatus*, de cælo tactus, uti mox ex Hieronymo oſtendemus. ¶ Transfertur ad oculos: Propert. lib. 4 eleg. 9 *Fulminat illa oculis.* ¶ Deinde tranſitive eſt, fulmine percutere. Eumenius pro Scholis reſtaur. extrema oratione: *Animus adſingit te, Maximiane invicte, perculſa Maurorum agmina fulminantem.* Hinc

¶ Fulminandus, a, um, paſſive. Seneca Herc. Oet. v. 6
Fregimus, quidquid fuit
Tibi fulminandum.

Hercules Jovem alloquitur. Et

¶ Fulminatus, a, um, fulmine ictus, vom donner getroffen. Plin. lib. 2 cap. 54 extr. *Vulnera fulminatorum frigidiora reliquo corpore ſunt.* Hieronymus ep. 17 ad Marcellam: *Rupes Tarpeia, de cælo ſæpius fulminata, oſtendit, quod Deo diſpliceret.*

¶ Fulminatio, ōnis, der donner. Seneca lib. 2 Quæſt. Nat. cap. 12 *Fulguratio oſtendit ignem; fulminatio emittit.*

¶ Fulminator, ōris, der donner-gott. Arnobius lib. 6 p. 207 *Cum Capitolium toties edax ignis abſumeret, Jovemque ipſum Capitolium cum uxore corripuiſſet ac filia, ubinam fulminator tempore illo fuit, ut ſceleratum illud arceret incendium?*

¶ Fulminatrix, īcis, donnernd. In antiquis Inſcriptionibus apud Gruter. p. 547 n. 6, & p. 567 n. 10 eſt LEG. XII FVLMINAT. quod legi aliter non poteſt, quam *fulminatrix*, quæ *Fulminea* in Notitia Imperii appellatur. vide etiam Programma Cellarii 44, ubi plura de hac legione, etiam de nomine *Fulminatrix* contra Valeſium, qui id rejicit, pro Scaligero & Onuphrio attulit.

¶ Diffulmĭno, are, fulmine disjicere, zerſchmettern. Silius lib. 5 v. 277
diffulminat omnem
Obſtantum turbam.

Fulmentum, Fulminare, &c. Fultura, vide *fulcio*, *fulmen*.

FVLVVS, a, um, adject. dunckelroth; ut, *Fulvi leones*, Virg. 2 Æn. v. 722. *Fulvum aurum*, Idem Æn. 7 v. 279. *Fulvus lupus*, Ovid. 11 Met. v. 771.

¶ Fulvaſter, a, um, dunckelrôthlich; ut, *radix fulvaſtra*, Apul. de Herb. cap. 109.

¶ Fulvius, i, nomen Romanum ex gente *Fulvia*, ut M. Fulvius Flaccus, Fulvius Nobilior, Ætolorum victor, & alii.

¶ Fulvia, æ, fœminarum nomen, e quibus præcipue famoſa eſt M. Antonii uxor, pars civilium bellorum. Flor. lib. 4 cap. 5 de bello Peruſino, & Vellej. 2 cap. 74.

¶ Fulviniaſter, Fulvium imitans. Cic. ad Att. 12 epiſt. 44 de Philotimo: *Solet omnino eſſe Fulviniaſter.*

¶ Fulvianus, a, um, adject. ut, *Fulviana ſtola*, Val. Max. 3, 5, 2.

¶ Fulviana, æ, herba ita dicta, Plin. 26 cap. 8.

Fumare, Fumarium, Fumigare, &c. vide mox in *Fumus*.

FŪMVS, i, καπνὸς, rauch. *Fumus evolutus ex tuguriis*, Curtius lib. 8 c. 4 n. 9. Idem lib. 6 cap. 6 n. 30 *Fumus ingens, velut quadam nube abſconderat cælum.* Proverbii inſtar: *Flamma fumo proxima eſt.* vide *Flamma.* *Fumum vitans in ignem incidi*, ich will dem regen entlauffen, und falle in das waſſer. vid. Adag. *Fumos vendere*, Martial. 4 epigr. 5, eſt vana ſpe & promiſſionibus homines lactare. Germani dicunt, ſtaub verkauffen. Item, blaſen, und mehl im maul behalten. Fuit dictum Alexandri Imperatoris: *Fumo puniatur, qui fumos vendidit.* Qui & impoſtorem ejusmodi fumo juſſit exſtingui. vid. Lampridius ejus vitâ cap. 36. Dicebant & *fumis vendere*: &, *per fumum vendere*: Idem Lampridius Heliogabalo cap. 10 *Idem Zoticus, qui hoc familiaritatis nomine abutens, omnia Heliogabali dicta & facta venderet fumis*, &c. Capitolinus in Antonino Pio cap. 11 *Amicis ſuis in imperio ſuo non aliter uſus eſt, quàm privatim. Quia & ipſi nunquam de eo cum liberis per fumum aliquid vendiderunt.* *Fumis* & *per fumum vendere*, eſt, per vanitatem vendere: cum quis, acceptis muneribus, pollicetur alicui a Principe liberaliter, quæ aut præſtare non poſſit, aut non velit. *Fumus* enim & *Veritas* opponuntur. Ita Lampridius ſupra laudato loco Zoticum ſcribit, *aliis minatum, aliis pollicitum, omnes fefelliſſe.* B. Auguſt. Serm. 22 de verbis Apoſtoli: *Non vobis fumos vendunt, qui dicunt, ſancti ſumus, non portamus ſarcinas veſtras, ideo vobis non communicavimus.* Apul. Apolog. *Sed ut ne impunitum Craſſo foret, quod Æmiliano homini ruſtico fumum vendidit*, i. e. impoſuit, illuſit, decepit. Omen paraſitus apud Diphilum captat e fumo: bonum quidem, ſi vehemens ſit, & recta feratur; ſin tenuis & oblique, ſcævum. Carmen ita habet:

Ἁ τινὲς δὲ τηρῶ τῦ μαγείρυ τὸν κάπνον,
Ἐὰν μὲν σφοδρὸς φερόμενος εἰς ὀρθὸν τρέχῃ
Γέγηθα, καὶ χαίρω τι καὶ πτερύσσομαι.

Ἐὰν δὲ πλάγιος καὶ λεπτὸς, εὐθέως νοῶ,
Ὅτι τοῦτό μοι τὸ δεῖπνον, ἀλλ' ἐδ' ὄψ' ἔχει.

¶ Fūmārium, i, eine rauchkammer, locus, ubi vina fumo medicabantur, aut aliæ res ficcabantur. Martial. lib. 10 epigr. 36 *Massiliæ quidquid fumaria cogunt*, id est, vinum Massiliense. Columella lib. 1 c. 6 *Fumarium quoque, quo materia, si non sit jampridem cæsa, festinato siccetur, in parte rusticæ villæ fieri potest junctum rusticis balneis.* ¶ 2. ein camin, feuer-esse. Vnde

¶ Fumariōlum, i, diminutivum, ein rauchloch. Tertullianus de Pœnitent. cap. ult. *Thesaurum ignis æterni æstimamus, cum fumariola quædam ejus tales flammarum ictus suscitent, ut proximæ urbes aut jam nullæ exstent, aut idem sibi de die sperent.* Ignivomos montes eorumque ceteras intelligit.

¶ Fūmāria, æ, herba, fumus terræ, erdrauch, Plin. 25 c. 13. Tabernæm. p. 85 vocat, tauben-kropf.

¶ Fūmeus, a, um, raucherich, voll rauchs: ut, *fumeus flatus*, Macrob. 7 Sat. 16. *Acheron exudat fumeus*, Val. Flacc. 4 v. 595. Et Prudentius præfat. lib. 1 in Symmach. v. 25
intepuit fomite fumeo.

¶ Fūmicus, a, um, idem. Sidon. 1 epist. 11 *Fumicæ culinæ.*

¶ Fūmidus, a, um, rauchend: ut, *fumida tæda*, Virg. 9 Æn. v. 75, & *fumida altaria*, Ovid. 12 Metam. v. 258.

¶ Fūmōsus, a, um, voll rauchs: ut, *Tecta fumosa*, Virgil. 2 Georg. v. 242, rauchicht. Horat. 2 Serm. sat. 2 v. 117 *Olus fumosæ cum pede pernæ*, kraut und geräucherte schincken. *Fumosæ imagines*, id est, antiquum genus, Cic. in Pison. cap. 1. Sic & Seneca ep. 44 *Atrium plenum fumosis imaginibus*, i. e. de generis antiqua claritate.

¶ Fūmo, are, rauchen. Virg. eclog. 1 v. 44
Bis senos cui nostra dies altaria fumant.

¶ Fumīgo, are, suffire, räuchern, rauch machen. Varro lib. 3 de Re rust. c. 16 *Mellarius inspicere debet, fumigans leviter, apes.*

¶ Fumigātus, a, um, berauchert. Apulejus Apolog. p. 312 *parietes fumigati.*

¶ Fumigabundus, a, um, rauchend. Interpres Vulgatus Sapientiæ cap. 10 v. 7 de Pentapoli Jordanis: *Quibus in testimonium nequitiæ fumigabunda constat deserta terra.* Gr. καπνιζομένη.

¶ Fumigium, i, rauch, rauchwerck. Th. Priscian. 3 c. 5 *Fumigia vaporatis partibus supponere.*

¶ Fūmifer, a, um, rauchend: ut, *Nox fumifera*, Virg. 8 Æn. v. 255. *Fumiferi ignes*, Idem lib. 9 v. 522.

¶ Fūmifico, are, rauch machen. Plaut. in Milit. Glor. act. 2 sc. 5 pr. *Dianæ Arabico fumificare odore*, mit weyrauch räuchern.

¶ Fumificus, a, um, rauchend. Ovid. 7 Metam. v. 114 *fumificis mugitibus.* Prudent. Perist. 3 v. 118 *Membra facibus data fumificis.* Et Sidonius lib. 8 epist. 11 in carmine innexo v. 43
Et claudens geminas subinde nares,
Propter fumificas gemam culinas.

¶ Effūmigo, are, fumo pellere. Hinc

¶ Effumigatus, a, um, mit rauch vertrieben. Tertullianus ad Martyr. cap. 1 *Fugiat conspectum vestrum tanquam coluber excantatus aut effumigatus.*

¶ Infūmo, are, ad fumum siccare, räuchern, unde *infumatus*, participium est apud Plinium lib. 28 cap. 9.

¶ Infumibulum, i, fumi spiraculum, ein schorstein, feuer-esse. Ita nonnulli legunt apud Plinium 24 c. 15.

¶ Semifumans, tis, halbrauchend. Sidonius lib. 1 epist. 7 *qui adhuc in eo semifumantem præfecturæ nuper extortæ dignitatem venerabatur.*

¶ Suffūmigo, are, berauchen: ut, *Suffumigare sulphure*, Cels. lib. 6 cap. 6.

¶ Transfūmo, are, durchrauchen. Statius Theb. 6 v. 399
Compressæ transfumat anhelitus iræ.

Funalis, Funambulus, Funarius, Functio, vide in *Funis, Fungor.*

FVNDA, æ, σφενδόνη, eine schleuder. Livius lib. 36 cap. 18 *fundis, velut nimbum, glandes ingerebant.* Terent. Eunuch. a. 4 sc. 7 v. 16
Fundam tibi nunc nimis vellem dari,
Ut tu illos procul hinc ex occulto cæderes.

¶ 2. Est & *funda* retis genus. Virg. 1 Georg. v. 141
Atque alius latum funda jam verberat amnem,
ein waten, bern, zuggarn, ein fimmer. ¶ 3. Et *funda*, sacculus vel marsupium, ein langer beutel, säckel, schiebschack. Vide Cujac. lib. 10 Observ. c. 26.

¶ Fundīto, are, fundis petere, schleudern. Plaut. Pœn. act. 2 v. 35 *In fundas visci indebant grandiculos globos; eo illos volantes jussi funditari.* Et Ammianus 24 cap. 14 *funditare spicula.*

¶ Fundītor, ōris, qui fundâ dimicat, ein schleuderer. Cæsar 2 B. Gall. c. 7 *funditores Baleares subsidio oppidanis mittit.* Sallustius Jugurth. c. 95 *hostem sagittariis & funditoribus eminus terrere.*

¶ Fundalis, e, ad fundam pertinens, von der schleuder. Prudentius Psychom. v. 294 de Davide adversus Goliathum:
Dextera fundali torsit stridore lapillum.

¶ Fundibălus, i, & Fundibalum, i, ballista, sive machina magni ponderis lapides jaculans, eine grosse schleuder. Isidorus Orig. lib. 18 cap. 10 *Ballista & fundibalus* [dicitur] *quasi fundens & emittens.* Rectius a *funda* ducitur. Vnde Vulg. Interpres 1 Macc. 6 extr. inter machinas militares σφενδόνας vertit *fundibala.* Adde Lipsii Poliorc. lib. 3 dialogo 3.

¶ Fundibalator, oris, apud Veget. lib. 3 cap. 14 idem est qui funditor, si salva lectio. Nam aliter MSS. libri. Vide Stewechio notata.

Fundamen, Fundamentum, Fundare, quære in *Fundus.*

FVNDO, fūdi, fusum, fundere, proprie significat, dispergere, diffundere, emittere, giessen, von sich geben. Proprie de aqua aut liquidis: ut, *Vina funduntur*, Propertius lib. 4 eleg. 6 v. 73. Et Plinius lib. 4 cap. 10 *Funditur in septem lacus Strymon, priusquam dirigat cursum.* Idem lib. 5 cap. 15 *Jordanis in lacum se fundit.* Etiam de origine fluviorum: Idem lib. 6 cap. 9 *Armenia utrumque fundit*, h. e. Euphratem & Tigrim. ¶ Frequenter etiam de aliis quibuscunque rebus. Sic, *Terra fundit flores*, Virg. eclog. 4 v. 20. *fruges*, Cic. de Senect. cap. 15, hoc est, abundanter profert, sie bringt es reichlich. *Fundere lacrymas*, weinen: Virg. 3 Æn. v. 348
lacrymas verba inter singula fundit.
Curtius lib. 3 cap. 11 n. 5 *multum sanguinis fusum est*, scil. in prœlio. *Fundere sanguinem*, idem esse atque occidere, apparet ex Senecæ Medea act. 2 v. 134. vide Borrich. Vind. p. 211 seqq. ¶ 2. Profligare, prosternere, erlegen, schlagen. *Fundere exercitum, copias*, passim apud historicos, nec raro apud Ciceronem, ut pro Muræna cap. 9 *magnas copias hostium fundit.* Sic accipitur etiam apud Virgil. lib. 2 Æn. v. 420
Si quos obscura nocte per urbem
Fudimus insidiis, totaque agitavimus urbe.
Item, *Fundere verba*, reden, Terent. in Adelph. a. 5 sc. 1 v. 7. *Fundere mera mendacia*, lügen, Plaut. Pseud. act. 4 sc. 1 v. 33. *Fundere versus ex tempore*, behende hin verse machen, Cicer. de Oratore lib. 3 cap. 50. ¶ *Fundere* & Medicorum verbum est pro fluere facio, den leib öffnen. vide *Comprimo.* Sic, quia metalla igne liquefacta funduntur, *Fundere* etiam dicuntur artifices aliquem, cum effigiem alicujus arte fusoria exprimunt: unde metalla dicimus *fusa*, h. e. liquefacta.

¶ Fusus, a, um, gegossen, ausgeschüttet. Cic. de Orat. 2 cap. 77 *Sicuti sanguis in corporibus, sic illæ res in orationibus fusæ esse debebunt.* Idem pro Sext. cap. 42 *Homines fusi per agros ac dispersi vagantur*, zerstreuet. Idem Phil. 14 cap. 1 *Hostium exercitum cæsum fusumque cognovi*, geschlagen. Cæsar 3 Gall. cap. 6 *omnibus hostium copiis fusis.* Et 2 Civil. cap. 22 *crebris eruptionibus fusi.* Interdum idem est ac copiosus, weitläufftig, überflüssig. Gellius lib. 2 cap. 26 *Græca lingua prolixior fusiorque, quam nostra.* Apud Celsum 1 cap. 3 *fusa alvus* est profluxu laborans.

¶ Fusus, i, subst. instrumentum muliebre, quod fila fundit, hoc est, deducit, eine spindel, spille. Plin. lib. 9 cap. 8 *Lanificia in fila tenuantur, junceo fuso*, das wollwerck wird zu fäden klein gezogen mit der spindel. Ovid. 6 Metam. v. 22
Teretem versabat pollice fusum,
sie drehete die spindel, sie spann. At *Colus*, der rocken.

¶ Fūse, fusius, adverb. copiose, häuffig. *Fuse lateque dicere*, weitläufftig und nach der länge reden, Cicer. in Orat. cap. 32. Idem 2 Nat. Deor. cap. 7 *Hæc cum uberius disputantur & fusius.*

¶ Fusilis, e, quod fusum est, gegossen. *Aurum fusile*, Ovid. 11 Metam. v. 126. *Sal fusile*, Columell. 6 c. 33.

¶ Fusio, onis, χύσις, das giessen. Cic. 1 Nat. D. c. 15 *Chrysippus mundum Deum dicit esse, & ejus animi fusionem universam.* Et Vitruvius lib. 9 cap. 7 de Sideribus: *Arieti & Piscibus Cetus est subjectus, a cujus crista ordinate utrisque Piscibus disposita est tenuis fusio stellarum.*

¶ Fūsūra, æ, idem quod fusio. Plin. 33 c. 6 *plumbi fusura.*

¶ Fusor, oris, ein giesser, schmeltzer: ut, *Fusor æramentarius*, ein rothgiesser, rothschmied.

¶ Fusorius, a, um, zum schmeltzen dienlich: ut, *ars fusoria*, die schmeltzkunst; *Vas fusorium*, ein schmeltztiegel.

¶ Fundito, are, frequent. *Funditare verba*, viel worte machen, Plaut. Amphitr. a. 4 sc. 2 v. 13. Nonnulli ad *Fundam* referunt. vide supra, & Turnebi Advers. 15 cap. 7.

Composita:

¶ Affundo, fūdi, fusum, ĕre, adspergere, zugiessen, aufgiessen. Plin. 16 cap. 44 *Vinum illi affundere.*

¶ Affusus, a, um, aufgegossen. Plin. 12 cap. 21 extr. *Affusa eis paullatim aqua calida.* ¶ Eleganter de fluviis dicitur, urbes alluentibus. Plin. lib. 5 cap. 19 *Mæander plurimis affusus oppidis.* Ovid. Met. 8 v. 539 *Affusæque jacent tumulo*, i. e. prostratæ ad tumulum.

¶ Affusio, onis, die aufgiessung, dranschüttung. Palladius Februar. cap. 28 *antidoti affusione radices infundunt.*

¶ Circumfundere, quod est, circumcirca adspergere, ringsum begiessen, anfeuchten, umgeben. Cicero cap. 6 Somn. Scip. *Terra circumfusa illo mari est, quod Oceanum appellatis.* Et 2 Nat. D. cap. 6 *circumfundit terram aër*, hoc est, ambit, die lufft gehet um die erden herum. Idem Cic. *Circumfundi copiis*, i. e. militibus, pro Milone cap. 26, von soldaten allenthalben umgeben werden. *Corona circumfundi*, Silius Italicus lib. 7 v. 308, id est, hominum frequentia. *Circumfundere aliquem cerâ, melle*, Nepos Agesilao extremo. De more ipso vide Kirchmann. in de Funeribus libro 1 c. 8.

¶ Circumfūsus, a, um, umflossen. Cic. cap. 6 Somn. Scip. *Terra circumfusa illo mari est, quod Oceanum appellatis.* Nepos 12, 4, 2 *Circumfusus hostium concursu*, umringet. Vellej. 2, 46, 3 *Circumfusæ immanes copiæ equitum*, hin und her zertheilet.

¶ Circumfusio, onis, die umfliessung. Orosius lib. 1 cap. 2 *Circumfusio Oceani.*

¶ Confundĕre, commiscere, zusammen giessen, miteinander vermengen. *Confundere in unum corpus*, Liv. lib. 34 cap. 9. *Confundere vera falsis*, Cic. 4 Acad. cap. 19, unter einander mischen. *Sacra confundere profanis*, quod Horatius dixit 1 epist. 16 v. 54 *Miscebis sacra profanis*, das hundert ins tausend mengen. ¶ *Confundere aliquem*, est affectu turbare, & in mœrorem & luctum, seu terrorem ac metum, seu pudorem etiam dare. Plin. lib. 3 ep. 20 *Veritus sum, ne vos festis diebus confunderem, si in memoriam gravissimi luctus reduxissem.* Liv. 35 cap. 15 *mœrore confundi*, sich betrüben. vide mox plura de participio *Confusus.* Laurentius Novariens. Homil. de Pœnitent. ut, *quid me corripis conscientia? quid me confundis?* Sic alii etiam Patres quam frequentissime hoc verbo ita usi sunt, ut & Vetus Interpres Bibliorum.

¶ Confusus, a, um, ungerührt, vermischt, verwirrt. Horat. 2 sat. 4 v. 67 *Merum confusum sectis herbis.* ¶ De perturbatis quocunque affectu, adeoque etiam de erubescentibus & pudibundis dici, Andr. Borrich. in Vindic. p. 36 probat ex Ovid. 3 Trist. 1 v. 81, & Heroid. epist. 21 v. 111, atque ex Liv. 30 c. 15, & 35 c. 35 &c. ubi & *confusa pudore* & *confusus* absolute, & *cogitatione rei confusus* legitur. Petronius: *Nec minus ille fletu confusus.* Sic, *Confusos vultus*, Lucanus lib. 3 extr. tristes & lacrymis

crymis squalidos vocat. Petronius rursus: *Confusus ille & consilii egens.* Et Sueton. Cæsare cap. 7 *Confusum somnio proximæ noctis conjectores ad amplissimam spem incitaverunt.* In quibus *confusus* perterrefactus & trepidans est. Plinius procem. lib. 7 *Nulli pavor confusior*, intellige, quam homini. Tacitus Annal. 4 cap. 63 *confusior facies.* Suetonius Aug. cap. 44 *spectandi confusissimum morem correxit.*

¶ Inconfusus, a, um, contrarium, unverwirret, unerschrocken. Seneca procem. 3 Quæst. Nat. *intrepidus inconfususque.*

¶ Confūsio, onis, die vermischung. *Confusio religionum*, Cic. 2 Leg. cap. 10. *Perturbatio vitæ & magna confusio*, Idem 1 Nat. Deor. cap. 2, die verwirrung, irrung, und unordnung. ¶ Item tristitia, trepidatio, pudor. Plinius Panegyr. Trajani cap. 86 *Quam ego audio confusionem tuam fuisse, cum digredientem prosequeris?* Id. lib. 1 ep. 22 *Erit confusioni meæ non mediocre solatium, si tu nihil quereris.* Sulpit. Sever. epist. 3 ad Bassulam: *Tam erat sancta de ejus gloria exultatio, quàm pia de morte confusio.* Vellejus lib. 2 cap. 124 *Quid tunc homines timuerint, quæ Senatus trepidatio, quæ populi confusio, quis orbis metus*, &c. *Confusio populi*, terror. Tacit. 3 Histor. cap. 34 *Cubiculum Imperatoris reserat: filium ejus sinu complexus & genibus accidens, caussam confusionis quærenti* (Imperatori,) *non se proprio metu, nec sui anxium, sed pro fratre*, [imperatore] *pro liberis fratris preces lacrymasque attulisse.* Vbi *confusio* solicitudo, trepidatio, &, ut ipse mox loquitur, *metus* est. Idem 4 Histor. cap. 40 *Crebra oris confusio, pro modestia accipiebatur.* Loquitur de Domitiano Juvene: quem inter loquendum crebro erubuisse, seu rubore suffusum significat. Quod plerique, ut est pudoris & verecundiæ signum ferme, ad modestiam interpretes referunt, quod revera sævi & iracundi animi, qui tum latebat tamen, indicium erat.

¶ Confuse, adverb. untereinander: ut, *Loqui confuse*, Cicer. 2 Fin. cap. 9, unordentlich die worte setzen, und eins in andere mengen. Compar. *confusius.* Cic. Philipp. 8 principio: *Confusiùs hesterno die est acta res.*

¶ Confusim, quod idem sit, ex Plinio profertur lib. 18 cap. 16 *volumen fecit confusim*, ubi alii *confusum* legunt.

¶ Confusaneus, a, um, confusus, verworren. Gellius præfatione: *miscellam & quasi confusaneam doctrinam conquisiverant.*

¶ Defundere, deorsum fundere, vel effundere, ausschütten. Petronius:

sic flumine largo
Plenus Pierio defundes pectore verba.

Et Horat. 2 sat. 2 v. 58

Ac nisi mutatum parcit defundere vinum.

¶ Defusus, a, um, ausgegossen. Val. Max. 2, 6, 8 *Defusa Mercurio delibamenta.* Et Horat. 4 od. 5 v. 33

Te multa prece, te prosequitur mero
Defuso pateris.

Et Silius lib. 5 v. 454

Donec abundanter defuso sanguine, late
Procubuit moriens.

Adde in *Diffundo* mox dicenda, & Parei Lex. Crit. p. 325.

¶ Diffundere, spargere, hin und wieder zertheilen, versprengen; ut, *Anima in omnes corporis partes diffunditur*, Lucret. lib. 3 v. 438. *Morbus diffunditur a capite*, Plin. lib. 4 ep. 22 extr. Idem in Paneg. cap. 56 *in immensum diffunditur oratio*, die rede breitet sich aus. Dicimus autem & *defundere vinum*, & *diffundere*: sed cum discrimine aliquo. *Defundere* enim est de dolio in craterem, aut cratere in pateram, aut inde rursus fundere, (anszapffen, einschencken, ausgiessen:) *Diffundere* verò, est in amphoras & cados apothecarum ad asservandum fundere, seu condere, (einfüllen, einlegen, item einziehen,) ut recte Turnebus observavit lib. 1 Advers. c. 1. ¶ 2. * *Diffundi* interdum est lætitia efferri, & quasi effundi animo. Ovid. Metam. 3 v. 318

Forte Jovem memorant diffusum nectare curas
Seposuisse graves.

Et lib. 4 v. 764 *Postquam epulis functi, generosi munere Bacchi*
Diffudere animos.

Cic. de Amicit. c. 13 *bonis amici quasi diffunduntur, & incommodis contrahuntur.* Grævius.

¶ Diffusus, a, um, ergossen, ausgebreitet: ut, *error longe lateque diffusus*, Cicer. 2 Fin. cap. 34, weit ausgesprenget. *Vinum diffusum*, ibid. cap. 8, wein, den man zu faß gebracht. Et Lucanus lib. 5 v. 378

non erigit ægros
Nobilis ignoto diffusus consule Bacchus.

Hinc compar. *Diffusior.* Plin. lib. 7 ep. 17 *corona diffusior*, hoc est, cœtus numerosior. Et in Panegyr. Trajani cap. 53 *amplius ac diffusius meritum.* Et Colum. 1 cap. 4 *diffusiora consepta*, weitläufftige gebäude.

¶ Diffuse, adverb. weitläufftig. *Res disperse & diffuse dictas in locum unum cogere*, Cic. 1 de Invent. c. 1. Comparative Avienus Periegesi v. 269 *At latus hoc terræ diffusius explicat agros.*

¶ Diffusor, ōris, ein einfüller: ut, *Diffusor olearius*, id est, venditor olei. Inscript. Gruteri p. 466 n. 7 REGVLIANO E. R. DIFFVS. OLEARIO EX BAETICA. Reinesius *diffusori* legebat.

¶ Diffusio, onis, die ergiessung. Seneca de Vita Beat. cap. 5 *Comitas & diffusio animi.* Vbi Lipsium consulere fas est.

¶ Diffusilis, e, das sich ausbreitet. Lucretius lib. 5 v. 468

levis ac diffusilis æther.

¶ Diffundĭto, are, ausbreiten. Ammianus lib. 16 cap. 23 pr. [Vales. cap. 12] *ubique sese diffunditans.* Et lib. 21 cap. 3 *Sol, (ut ajunt physici) mens mundi nostras mentes ex sese velut scintillas diffunditans.*

¶ Effundĕre, ausgiessen, vergiessen. Plinius lib. 3 cap. 1 de amne Ana: *in Atlanticum oceanum effunditur.* Et, *lacrymas effundere*, Cicer. pro Planc. cap. 42. *sanguinem pro repub.* Idem pro Milone cap. 37. Et, *effundere extremum spiritum*, Idem Philipp. 14 c. 12, den geist aufgeben. *Iram in aliquem*, Livius 39 cap. 34 pr. *furorem*, Cic. 12 fam. ep. 25, den zorn auslassen, den grimm ausschütten. *Effunduntur omnibus portis ad opem ferendam*, Livius 38 cap. 6, einen ausfall thun. Et, *Effundere gratiam collectam*, Cic. 2 famil. epist. 15, gunst wieder verschütten und verlieren. *Effundere patrimonium inconsulte largiendo*, Cic. 2 Off. cap. 15 *Omnem effundere verecundiam*, Sen. epist. 7. *Sua dextra animam effundere*, i. e. aliquem interficere, Virg. Æn. 1 v. 98. Idem lib. 1 Georg. sub fin.

Vt, quum carceribus sese effudere quadrigæ,
Addunt se in spacia, & frustra retinacula tendens,
Fertur equis auriga, nec audit verbera currus.

¶ Effusus, a, um, ausgegossen, ausgelassen: ut, *effusus nubibus imber*, Virg. Æn. 6 v. 312. *Lætitia effusa*, Livius lib. 35 cap. 43 extr. grosse freude. Sic, *Effusus risus*, Claudian. 3 Rapt. Pros. v. 210. *Effusæ largitiones*, i. e. immodicæ, Nepos Attico cap. 6. *Effusi honores*, Idem Milt. c. 6. *Effusa civitas obviam*, Vellej. 2, 45, 5. ¶ *Effusior*, *effusissimus* etiam dicitur. Livius lib. 3 cap. 5 *effusior fuga.* Et lib. 37 cap. 20 *effusissimis habenis stationem hostium invadit.*

¶ Effusè, adverb. prodigaliter, allzureichlich: ut, *Large effuseque donare*, Cicer. pro S. Rosc. cap. 8 extr. mildiglich und übermässig schencken. *Animus exsultat effuse*, Idem lib. 4 Tuscul. cap. 6. Compar. *effusiùs prædati sunt*, Livius 34 cap. 16. *Effusius dicere*, id est, redundanter & copiose, Plin. lib. 1 epist. 20. *Effusissime diligere*, Idem in Panegyr. cap. 84.

¶ Effusio, onis, die ausgiessung, auslassung: ut, *effusio aquæ*, Cic. N. D. 2 c. 10. *Effusio animi in lætitia*, Idem Tusc. 4 c. 31. ¶ 2. Prodigalitas, die verschwendung. *In hac vita quas effusiones fieri putatis?* was unrathsam aufgehe, Cic. pro S. Rosc. cap. 46. Sed ¶ 3. *Effusiones hominum ex oppidis*, die ausfälle der leute aus den städten, Idem in Pison. cap. 22.

¶ Effusorium, i, die gießkanne. Gloss. gr. lat. ἐκχυτήριον, *effusorium.*

¶ Infundere, proprie eingiessen, einschencken. Horat. epod. 5 v. 77

Majus parabo, majus infundam tibi
Fastidienti poculum.

Et Curtius lib. 8 cap. 9 n. 19 de India: *Gemmas margaritasque mare litoribus infundit*, hinein schütten. ¶ Deinde translate, *Orationem in aures alicujus infundere*, id est, immittere, vel demittere, Cic. de Orat. lib. 2 cap. 87. *Vitiosi principes vitia infundunt in civitatem*, Idem lib. 3 de Leg. cap. 14, die die laster einführen. *Infundere se*, einfallen: ut, *Nationes barbaræ in Italiam sæpe infusæ sunt*, vel, *se infuderunt.* Atque ita Curtius lib. 5 cap. 6 n. 1 *Hinc illa immensa agmina infusa in Græciam.*

¶ Infusus, a, um, eingegossen, eingesenckt. *Mea factum est infusa verecundia*, Cic. ad Quint. Fratr. 2, 10. Alii aliter legunt. *Infusus sol*, scil. terris, Virg. Æn. 9 v. 461. *Mens infusa per artus*, Idem 6 v. 26.

¶ Infusus, ûs, subst. die einschenckung. Plin. 24 cap. 6 *Infusu emendare sonitum aurium.*

¶ Infusio, onis, die eingiessung. Pallad. lib. 3 cap. 28 *infusione theriacæ.* Plinius lib. 20 cap. 21 pro clystere usus est. vid. Harduin. pag. 81.

¶ Infusor, oris, der eingiesser. Prudentius Cathem. 4 v. 11 *infusor fidei.*

¶ Infundibulum, i, vas, quo in vasa liquores infunduntur, ein trichter, Cato 10 & 11, Colum. 3 cap. 12. *Bibere infundibulo apposito*, Vopisc. Aureliano c. ult. ¶ 2. Item, per quod in molam frumentum decurrit, der kasten über dem mühlstein, darein man das korn schüttet, Vitruv. lib. 10 c. 10.

¶ Interfundo, ĕre, darzwischen giessen. Avienus Periegesi v. 255

Sic vasti moles pelagi interfunditur oras.

Idem v. 1100 ejusdem Perieges.

Dividit, & tentis procul interfunditur undis.

¶ Interfusus, a, um, darzwischen lauffend. *Mare interfusum*, Plin. Paneg. cap. 16. Et Virgil. 4 Æneid. v. 654

maculisque trementes
Interfusa genas.

¶ Offundĕre, entgegen giessen. *Crassus aer nobis offunditur*, Cic. 4 Acad. cap. 25. Et, *Noctem rebus offundere*, Idem lib. 1 Nat. Deor. c. 3, verdunckeln. *Caliginem oculis offundere*, verblenden: Livius lib. 26 cap. 45 *Cum altitudo caliginem oculis offudisset.* Idem lib. 10 cap. 5 *offundere pavorem*, schrecken, mit furcht blenden. Sen. epist. 11 *Offunditur illi subitus rubor*, er wird jählingroth.

¶ Offusus, a, um, überschüttet: ut, *pavore offusus*, Tac. Ann. 11, 31, 3. *offusa oculis animisque religione*, Liv. 2 c. 40.

¶ Offusio, onis, die überschüttung. Chrysologus serm. 84 *ut mærore sensibus occæcatis cæca noctis augeretur offusio.*

¶ Perfundere, conspergere, begiessen, besprengen. *Perfundi aqua ferventi*, Cic. 3 Verr. cap. 26. *Perfundi gelidâ*, Horat. 2 satyr. 7 v. 91. Et, *Perfundere animum voluptate*, Cic. 4 Tusc. cap. 9, das hertz lustig machen. *Horror me perfundit*, Idem ad Attic. lib. 8 epist. 6.

¶ Perfusus, a, um, besprengt, begossen, überschüttet. Ovid. Met. 1 v. 157 *Perfusa sanguine terra immaduit.* Virg. Georg. 2 v 147 *greges perfusi flumine.* Idem Æn. 5 v. 112 *Ostro perfusæ vestes*, purpur-kleider. Lucret. 4 v. 922 *Corpus perfusum frigore leti*, ein toder leib. Cic. de Fin. 2 c. 34 *Sensus dulcedine omni quasi perfusi.* Sic, *Metu & timore perfusus*, Livius lib. 2 cap. 63.

¶ Perfusio, ōnis, die begiessung, benetzung. Plin. 18 cap. 7 *Italia hordeum sine perfusione tostum molit.* Lactantius lib. 4 cap. 15 pr. *ut gentes baptismo, id est, purifici roris perfusione salvaret.*

¶ Perfusor, oris, ein begiesser. Gloss. gr. lat. προσχύτης, *perfusor.*

¶ Perfusorius, a, um, überschüttend. *Voluptas perfusoria*, Seneca epist. 23, id est, exterius adspergens, non penetrans. Adi Lipsium. ¶ 2. * *Perfusoriæ assertiones* sunt obscuræ, non claræ & liquidæ, unverständlich. Sueton. in Domitiano cap. 8 *Recuperatores ne se perfusoriis assertionibus accommodarent, monuit.* Grævius.

¶ Perfusorie, adv. idem. Lege 5 § 1 Dig. Quod vi aut clam: *perfusorie aut obscure dicere*, i. e. vago & ambiguo sermone. vid. leg. 96 § 5 D. de evictionibus.

¶ Imperfundies, ei, ἀλουσία, die unsauberkeit. Lucil. apud Nonium c. 2

n. 437

n. 437 *Hic cruciatur fame, frigore, illuvie, imbalnitie, imperfundie.* Sic corrigente Scaligero Vossius citat Etym. p. 61.

¶ Profundĕre, vergiessen, verschütten. Cic. lib. 1 ad Attic. epist. 18 *Omnes profudi vires animi atque ingenii mei*, ich habe alle mein vermögen dran gestreckt. *Profundere animam*, Cic. pro Marc. cap. 10. *Vitam pro patria*, Idem Philipp. 14 cap. ult. Et, *sanguinem*, pro Cluent. cap. 6. Sic Val. Max. 6 cap. 3 n. 3 *profundere spiritum in acie*, sein leben dargeben. Terent. in Adelph. a. 1 sc. 2 v. 54 *Profundat, perdat*, &c. er mag verschlemmen, umbringen. *Profundere patrimonia*, Cicer. 2 Catil. cap. 5. Hinc

¶ Profusus, a, um, id est, supra modum sumtuosus, verschwenderisch, überflüßig; ut, *Nepos profusus*, ein durchlaß, Cic. pro Quintio c. 12. *Populus Romanus non amat profusas epulas*, Idem pro Muræn. cap. 36, kostbare, unrathsame essen. *Profusa luxuries*, Cic. pro Cælio cap. 18. *Profusa convivia*, Suet. Tit. Vesp. cap. 7. *Comessationes cum profusissimo quoque extendebat*, ibidem. *Cauda profusior*, Pallad. lib. 4 cap. 13, länger.

¶ Profuse, adverb. effuse, hauffenweiß. *Profuse ad castra tendere*, Liv. lib. 10 cap. 36. *Profusius quæstui deditus*, Sallust. Catil. cap. 13 extr. *Profusissime celebrare festos dies*, Sueton. Aug. cap. 75.

¶ Profusio, ōnis, die vergiessung, reiche ausgiessung. Celsus lib. 2 c. 7 *profusio alvi*, der durchfall. Et Vitruvius præfat. lib. 10 *infinitæ sumtuum profusiones*. Tertullianus de Pœnitent. cap. 8 pr. *Si non & alibi clementiæ suæ profusionem demonstrasset.*

¶ Profusor, ōris, ein verschwender. Tertullian. lib. 1 adv. Marcion. cap. 24 *dispensator, non profusor.*

¶ Refundere, proprie est, quod sparsum erat, restituere, wieder giessen, wieder erstatten. Propert. lib. 2 eleg. 26 *urna refundit aquas.* Plin. Panegyr. cap. 31 *Refudimus Nilo suas copias*, id est, reddidimus.

¶ Refusus, a, um, ergossen, übergelauffen; ut, *Refuso mari*, Plin. 36 cap. 26 de accessu æstus marini. At Virg. Æneid. 7 v. 225 *refuso Oceano*, est refluo: vel potius longius diffuso & remoto, uti Silius lib. 17 v. 63 ait: *campos pariter vallesque refusas.*

¶ Refuse, adv. hauffenweiß. Columella lib. 4 cap. 1 *In plano refusius egesta humus tumidior est, quam gradus soli crudi.*

¶ Refusio, ōnis, die ergiessung. Macrob. 1 Saturn. cap. 21 sub fin. *Pluvialis copia est refusio humoris ad supera tracti.*

¶ Refusorius, a, um, danck-abstattend; ut, *Refusoriæ litteræ*, Sidonius lib. 9 epist. 10.

¶ Suffundere, auf oder über etwas giessen. *Suffundere aquam frigidam*, Plaut. Cas. a. 1 sc. 1 v. 37. *Oculi suffunduntur*, die augen thränen oder gehen über: Senec. lib. 2 de Clement. cap. 6 *Imbecilles oculos esse scias, qui ad alienam lippitudinem suffunduntur.* Idem 2 Benefic. cap. 1 & epist. 11 post princ. *Suffundi rubore*, schamroth werden.

¶ Suffusus, a, um, begossen, vermischt. Virgil. Æn. 1 v. 232 *Lacrymis oculos suffusus*, weinend. Et Livius lib. 30 cap. 15 pr. *audienti rubor suffusus.* Et Cicero lib. 1 fam. epist. 9 sect. 64 *Animus suffusus malevolentia in cæteros*, mißgünstig. Hinc & comparativus est: *Suffusior & vestitior sexus*, Tertullianus de Anima cap. 38.

¶ Suffusio, ōnis, die ergiessung; ut, *Suffusio fellis*, wenn die galle übergehet, Plin. lib. 22 cap. 23. ¶ 2. Et *Suffusio* morbus oculorum, der stahr, Plin. 29 cap. 6. Qui fit ex concreto humore, inter tunicas ante ipsam pupillam collecto, quo visus usque adeo impeditur, ut discretas rerum species, & colores apprehendere non possit. Cujus curatio, quæ manu fit, Chirurgis *paracentesis* dicitur, den stahr stechen.

¶ Suffusorium, i, ein spreng-krug. Vulg. Interpr. Zach. 4 v. 12 *Suffusoria ex auro.*

¶ Superfundĕre, drüber giessen. Columell. 12 cap. 57 *Oleum superfundito.* Translate Livius lib. 5 cap. 7 *Superfundenti se lætitiæ vix temperatum est*, es war überschwengliche fröligkeit. Et Seneca de Tranquill. cap. 8 extr. *corpora quæ superfunduntur*, scil. armis, i. e. vasta, inhabilia.

¶ Superfusus, a, um, ausgebreitet, überschwemmet. Liv. 7 cap. 3 *Circus Tiberi superfuso irrigatus.* Plin. 6 cap. 13 *gens superfusa montibus Caucasiis.*

¶ Superfusio, ōnis, die überschwemmung. Ammianus lib. 17 cap. 15 *aquarum cælestium superfusio.*

¶ Superinfundere, drauf giessen. Celsus lib. 8 cap. 4 sub fin. & Apicius lib. 8 cap. 7.

¶ Transfundĕre, hinübergiessen. Columella lib. 12 c. 12 *Cælestem aquam vasis includunt, & sub dio in sole habent: deinde cum sæpius eam in alia vasa transfuderint*, &c. aus einem gefäß ins ander giessen. *Amorem suum in aliam transfundere*, seine liebe auf eine andere werffen, Cic. in Philippica 2 c. 31. *Mores transfundere in aliquem*, Curt. 8 c. 8 n. 13.

¶ Transfusio, ōnis, die durchgiessung, durchseigung. Plin. 34 cap. 18 *separatur terrenum transfusione.*

FVNDVS, i, imum vel dolii, vel navis, vel fluminis, vel cujuscunque rei, quæ solo tenetur, der boden, der grund. *In fundo residere*, Cic. pro Balb. cap. 8. *Largitio fundum non habet*, Idem 2 Offic. cap. 15, id est, homines instar dolii pertusi, nunquam implentur largitionibus. *Sera in fundo parsimonia*, Senec. epist. 1, wenns auf die neige kommen ist, so ist sparen zu spåte. Non audiendi sunt Grammatici & Lexicographi recentiores, qui inter *Fundus* & *Fundum* distinguunt: ut *Fundus* de agro; *Fundum* de imo cujusque rei dicatur. Neque enim id exemplis evidentibus probari potest. Nam quæ adducunt, nihil pro iis diserte faciunt. Servius sane plane contra est, cujus verba ad illud 2 Æn. *Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento Volvitur*, ista sunt: *Modo*, inquit, *de summitate proprie dixit: alibi de imo:*

Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia quæras?

inde est, Cælumque profundum. *Cujus porro* (longè, procul) *fundus est. Cum de imo* fundus; *de summo* fastigium *dicatur.* Ergo latina lingua non nisi *Fundus* agnoscit, *fundum* ignorat. Sane & Vetus Gloss. huc facit, ubi τὸ *Fundus* de agro pariter & ima rei cujusque parte exponitur. Ita enim ibi legimus: *Fundus*, χωρίον, ἀγρός, καὶ πυθμήν. ¶ 2. Pro auctore *fundum* posuit Plautus Trin. a. 5 sc. 1

Et rei fundus pater sit potior.

Vide ibi Taubmannum. Festus Pompejus: *Fundus quoque dicitur populus esse rei, quam alienat, hoc est, auctor.* Quo etiam Ciceronis formula pertinet *populus fundus, populus fit fundus*, pro Balbo cap. 8, de qua Sigonius lib. 1 de Jure Italiæ cap. 4 consulatur. Eleganter imitatus est Gellius lib. 19 cap. 8 *Sed hæc ego*, inquit Fronto, *non ut hujus sententiæ legisque fundus subscriptorque fierem.* ¶ 3. Cæterum *fundus* possessio rustica, sic dicta, quod quotannis plurima fundat, ut Varro interpretatur, ein liegend guth, grund und boden; vel quia fundamentum rerum omnium est, ut Servio videtur in 2 Georg. Sane, *fundum* & *fundamentum* conjunxit Gellius lib. 17 cap. 8, *Ejus cœnæ fundus & fundamentum omne erat aula una Ægyptiacæ lentis.* Vetus auctor de limitibus agrorum apud Rigaltium p. 299 FVNDVS *dictus, quod in eo fundatur, vel stabilitur patrimonium;* Fundus *autem & urbanum ædificium & rusticum* intelligendum est. Verum in urbe locus purus & sine ædificio *area*: in rure *ager* dicebatur: quod si ibi & ædificium esset, *fundus* appellabatur. Nam & JCti *fundum*, agrum cum villa & ædificio definiunt. vide L. 211 D. de Verb. signif. Usurpatur generaliter de bonis immobilibus in Leg. XII Tabb. vide Rosini Antiqu. Rom. lib. 8 p. 802. Videtur tamen & aliquando agrum sine ædificio designare. Vetus auctor de limitibus apud Rigalt. pag. 337 *Et Agrum collimitium* (ita legendum arbitror) *locum primum appellatum: deinde dictum* fundum. *Hi duo fundi juncti jugerum definiunt.* Apud Cic. de Orat. lib. 1 cap. 58 *Obire suos fundos & invisere.* Sic in veteri Gloss. *Fundus* & ἀγρὸς exponitur. *Alienum arare fundum*, proverbialis locutio, pro, alienum curare negotium, suo neglecto, ex Theognide ἀλλοτρίαν ἄρουραν ἀρῶν.

¶ Fundulus, i, diminutivum, ein teller. Vitruvius lib. 10 cap. 13 *Ærei moduli cum fundulis ambulatilibus.* Loquitur de hydraulico organo, in quo funduli per modioli cavitatem sursum deorsum possunt dimoveri, ideoque ambulatiles, scheiblein, die man auf und nieder schieben kan. vide Lexic. Vitruvian. p. 52.

¶ Funditus, adverb. à fundo, sicut *cælitus* à cælo, von grund aus, gantz und gar. Cic. lib. 1 epist. 9 *Quem ego funditus perdidi.* Et Terent. in Andr. a. 1 sc. 5 v. 9 *Quod si fit, pereo funditus*, so ists mit mir gar aus. *Amicitiam funditus evertere*, Cic. de Finib. lib. 2 cap. 25. Ac idem Cicero in Oratore cap. 62 *tollere funditus veritatem & fidem:* & post paullo cap. 64 *ne spondeus quidem funditus est repudiandus.* Sic Tacitus Annali 3 cap. 6 *funditus amissæ nobiles familiæ.* Et Prudentius passione Romani v. 49 *funditus pessumdare*, quod Lucretius lib. 3 v. 84 *evertere fundo*, & Virgil. Æn. 10 v. 88 *fundo vertere* dixit. *A fundamento*, Plaut. Rudent. a. 2 sc. 2 v. 55. *A fundamentis*, Nepos Timoleonte cap. 3 n. 3, mit strumpff und stiel.

¶ Fundo, avi, atum, are, stabilire, firmare, firme constituere, gründen. Cic. pro Balbo cap. 13 *Illud maxime nostrum fundavit imperium.* Virgil. Æn. 6 v. 810 *legibus urbem fundare.* Et 4 v. 260 *fundans arces.* Conf. Borrich. Cogit. p. 298. *Fundare reditus* similiter dixit Plin. Paneg. cap. 70, auf festen fuß stellen, in gute richtigkeit bringen.

¶ Fundatus, a, um, gegründet, fest gestellt: ut, *Respub. præclare fundata*, Cicer. Paradox. 1 c. 3, ein wohlgefaster staat. Et, *Fixus & fundatus Reip. status*, lib. 1 ad Attic. epist. 16. Eleganter quoque Horatius lib. 1 epist. 15 extr. *Vos sapere & solos ajo bene vivere, quorum*

Conspicitur nitidis fundata pecunia villis.

Quintilian. Declam. 9 *Fundata paternis avitisque opibus domus*, eine reiche vornehme familie. *Fundatissima imperia*, Arnob. lib. 3 pag. 115. Et Augustinus epist. 28 *Catholica fundatissima fides.* Idem epist. 56 *fundatissima ecclesia.* Comparativus est apud Vitruvium lib. 7 cap. 3 *Quo fundatior erit ex arenato directura, eo firmior erit ad vetustatem soliditas tectorii.*

¶ Fundatio, ōnis, fundandi actus, die grundlegung. Idem Vitruvius lib. 5 extremo: *in theatrorum & muri fundationibus:* Et lib. 6 cap. 11 idem *fundationes crassiores* pro fundamentis dixit.

¶ Fundator, ōris, qui fundat, ein grundleger. *Prænestinæ fundator urbis*, Virg. Æn. 7 v. 678. *Hilario fundator & eruditor conversationis monachorum*, Hieronymus in Vita. *Fundator pacis, fundator quietis publicæ*, Inscriptiones ex seculo Constantinorum habent. vid. Gruteri Opus Inscr. p. 282 n. 6, & 283 n. 4. Etiam antiquiores, Severi tempore incisæ, Grut. p. 56 n. 5 & 6 FVNDATORI IMPERII ROM.

¶ Fundāmen, ĭnis, idem quod fundamentum, sed poëtarum fere proprium, die grundstütze. Virgil. Georg. 4 v. 161

Prima favis ponunt fundamina.

Ovidius lib. 5 Metamorph. v. 361 *Siculæ fundamina terræ.*
Manilius lib. 1 v. 726 *In cuneos alti cogat fundamina cæli.*
Prudentius Psychomach. v. 826

Metatura novum jacto fundamine templum.

¶ Fundāmentum, i, der grund, principium, quo nititur aliquid. *Pietas fundamentum est omnium virtutum*, Cicer. pro Plancio cap. 12, sie ist die grundfest aller tugenden. *Justitiæ fundamentum est fides*, Idem 1 Offic. cap. 7. *Agere, ponere, jacere fundamenta*, den grund legen, locutiones sunt, apud Ciceronem passim obviæ, & rei quasi dare principium notant; ut, *Jeci fundamenta pacis*, 1 Philipp. cap. 1, den weg zum frieden bahnen. *Mali fundamentum & radices altiores habere*, Brutus ad Attic. quæ inter epistolas ad Brutum habetur. Rursus Cicero pro Milone cap. 27 *Parietem sic per vestibulum sororis instituit ducere, sic agere fundamenta, ut* &c. Idem 2 de Finib. cap. 22 *Fundamenta vos virtutum in voluptate, tamquam in aqua ponitis.* Et in Pison. cap. 4 *fundamentis positis consulatus tui.* Non ergo est, quod *fundamenta ponere*, quia Germanismo consonat, timidius usurpemus, aut, ut minus latinum, fugiamus: quamquam alterum, *jacere fundamenta*, frequentius Ciceroni & aliis bonis auctoribus sit. Idem sentias de formula *locare fundamenta.* Plinius lib. 36 cap. 14 *ne in lubrico atque instabili fundamenta tantæ molis locarentur.* Et Virg. Æn. 1 v. 428 *Fundamenta locant alii*, &c.

Sed *fundamentum convellere*, umreissen, schwach machen, Columell. lib. 1 cap. 4 extr. Et Nepos Timoleonte cap. 3 *Arcem Syracusis, quam muniverat Dionysius ad urbem obsidendam, à fundamentis disjecit.*

Item

Item Hannibale cap. 7 *Domum à fundamentis disjecerunt.* Sic, *è radicibus*, Phædrus lib. 3 fab. 11 v. 49. Sallustius: *ab stirpe illustres familias evertere*, de Ordin. Rep. ad Cæsarem Orat. 2 dixit.

¶ Fundamentalis, e, id est, solidus, solido fundamento innixus, gründlich, non est probum. Aliquid tamen præsidii nanciscitur ex sequenti adverbio

¶ Fundamentaliter, von grund aus. Sidon. 3 epist. 8 extr. *fundamentaliter eruere.*

Composita:

¶ Latifundium, vide *Latus, a, um.*

¶ Profundus, a, um, adject. tieff, quod non de imo tantum, sed & de summitate per κατάχρησιν dicitur. Quemadmodum Virgil. eclog. 4 v. 51 *Cælum profundum* dixit: proprie Cicero pro Planco cap. 6 *Mare profundum & immensum.* *Profunda montium & silvarum* Tacitus dixit Agricolâ cap. 25. ¶ Tralate *profundum*, dicitur quidvis immensum, & modum finemque velut haud habens, unmässig. Mithridates apud Sallust. lib. 4 Histor. *Romanis cum nationibus, populis, regibus cunctis, una & ea vetus bellandi caussa est, cupido profunda imperii & divitiarum.* Idem Jugurthâ cap. 81 *Jugurtha Bocchi animum oratione accendit:* ROMANOS INIVSTOS; PROFVNDA AVARITIA, COMMVNES OMNIVM HOSTES ESSE. *Profunda avaritia*, inexplebilis, insatiabilis. Quemadmodum Suetonius & *gulam profundam* de Vitellio cap. 7 & 13 dixit, ubi & Casaubonum licebit videre, alia exempla hujus formæ notantem. Compar. Solinus cap. 26 *Numidici ursi villis profundioribus.* Superl. Cicer. pro Sextio cap. 43 *divitias in profundissimum libidinum gurgitem profundere.* Mamertin. Paneg. Maximiani cap. 14 *profundissima pace florentes.* Tertullianus lib. 2 cap. ult. *Deorum profundissima cura*, id est, religio profana diligentissime culta.

¶ Profunde, adverb. tieff; ut, *profundè doctus*, grund-gelehrt. Comparativus est apud Plinium lib. 8 cap. 42 de equis: *quo quis acrior in bibendo, profundius nares mergit.* Sic Prudentius in Vincentio v. 119

Quod fixa non profundius
Intraret artus ungula.

¶ Profundum, i, substant. die tieffe, pro quo vulgo, sed non probatissimo vocabulo dicunt, *profunditas.* *Abjicere in profundum*, Cic. in Verr. 6 cap. 11, tieff versencken, verstecken. *Profundum putei*, Val. Max. 9 cap. 6 n. 2 extern. *Vasto profundo*, Silius lib. 4 v. 246. Et, *Tusci stagna profundi*, Idem Silius lib. 10 v. 591, id est, Trasimenus lacus. Idem de Græcia Magna lib. 11 v. 22 pro ipso mari:

Ionio luitur curvata profundo.

Et Ausonius Mosella v. 144 *Atlantiacum profundum.* ¶ *Profundum* pro ventre posuit Plaut. Capt. a. 1 sc. 2 v. 99; pro quo plenius dixit Curtius 10, 2, 26 *profundo ventre circumferre*, verzehret haben. ¶ *Profundum* pro crumena etiam dictum Veteribus, Cujacius lib. 10 Observat. cap. 26 observat.

¶ Profunditas, ātis, posteriori ævo idem fuit, quod superioribus *profundum*, de quo jam diximus, die tieffe. Macrobius sæpe eo usus est, ut lib. 1 cap. 6 de Somn. Scip. *Corporum tres sunt dimensiones, longitudo, latitudo, profunditas.* Et lib. 7 Saturn. cap. 14 *oculus videt cæli profunditatem.* Item Tertullianus de Anima cap. 55 *in ipsis visceribus terræ abstrusa profunditas.* Adde Curas post. Cellarii p. 153 & 227.

¶ Subterfundare, drunter bauen. Lactantius lib. 2 cap. 8 *Cum fabricaretur cælum, terraque subterfundaretur.*

¶ Suffundatus, a, um, unterbauet. Varro apud Nonium cap. 1 n. 236 *In domibus lateritiis paullulum modo lapidibus suffundatis habitabant.*

Funerare, Funerarius, Funeraticus, Funestare, Funestus, vide *Funus.*

FVNGOR, functus sum, fungi, verwalten, verrichten. *Fungi suo officio*, Cic. pro Cælio cap. 9, thun, was seines amtes ist. Idem Offic. lib. 2 cap. 13 *Qui adipisci veram gloriam volet, justitiæ fungatur officiis.* Et ibidem cap. 17 *Crassus functus est ædilitio maximo munere.* Et mox: *ædilitate functus est.* Nepos 4, 3, 6 *servorum munere fungi*, knecht seyn, knechts dienste thun. Curt. 3, 12, 11 *Fungi supremo in aliquem officio*, einem den letzten ehren-dienst erweisen. ¶ Plautus & Terentius cum accusativo fere efferunt antique; ut, *Neque boni, neque liberalis functus est officium viri*, in Adelph. a. 3 sc. 4 v. 18. Sed & ita Nepos Datame cap. 1 *Datames militare munus fungens.* Suetonius Augusto cap. 35 *Quo autem lecti probatique & religiosius & minore molestia munera Senatoria fungerentur*, &c. Exempla plura cum quarto casu collegit Lambinus ad locum allegatum Nepotis. Adde Vossium de Construct. cap. 22. *Fungi vitâ*, idem quod *agere vitam*, Vall. lib. 5 cap. 5. Aliàs *fungi vitâ*, mori est: pro quo & *diem fungi*, Justinus dixit 19, 1, 1, & Sulpicius Severus lib. 1 Hist. S. cap. 7 extr. & alibi, de quo videas, quæ Jo. Vorstius notavit in l. c. p. 24. Et, *quieta morte fungi*, Vellej. 2, 49, 1.

¶ Functus, a, um, der da verwaltet hat. Nepos 2, 7, 3 *Functi summis honoribus.* Horat. 2 od. 18 v. 38 *Functus laboribus.* Statius 2 Silv. 1 v. 209 *Omnia functa*, i. e. mortua, *aut moritura vides.*

¶ Functio, ōnis, die verwaltung, verrichtung. Cic. Tusc. lib. 2 cap. 15 *Labor est functio quædam vel animi vel corporis*, Idem in Verr. lib. 3 cap. 6 *ut iis jucundior esset muneris illius functio.*

Composita:

¶ Defungor, defungi, etwas beschliessen, zum ende ausführen. Terent. in prol. Eun. v. 25 *Defunctus jam sum*, ich habe nun das meine gethan. Et in Adelph. a. 3 sc. 4 v. 62 *Vtinam hoc sit modo defunctum*, i. e. finitum, o daß es hiermit zu ende seyn solte. Verbum *defungi*, quamquam deponens, impersonaliter hic usurpatur. Cicero pro Rosc. Am. c. 8 *Defunctum esse periculo*, die gefahr überstanden haben. Ter. Phorm. a. 5 sc. 8 v. 32 *Defungi in hac re cupio*, ich wolte lieber davon oder todt seyn.

¶ Defunctus, a, um, pro eo, qui ab aliqua re, vel ab opere cœpto desinit, der etwas vollbracht hat. Liv. lib. 4 cap. 52 *Defuncta civitate plurimorum morbis, perpaucis funeribus*, i. e. quæ evasit morbos, vel superavit, nachdem sie es überstanden. Sic, *fatalibus malis defunctus*, Sueton. Ner. cap. 40. Et, *laboribus defunctus*, Horat. lib. 3 od. 24 v. 15. Et, *corpora vitâ defuncta*, Virg. 6 Æn. v. 306, die ihr leben beschlossen. ¶ Hinc absolute *Defunctus*, mortuus, ein verstorbener. Plinius lib. 9 epist. 9 *Plerique tantum vivenes amant, seu potius amare se simulant; ac ne simulant quidem, nisi qos florentes vident. Nam miserorum, non secus ac defunctorum, obliviscuntur.* Tertull. de Test. animæ cap. 4 *Cum alicujus defuncti recordaris, misellum vocas.* Et mox: *Alias securos vocas defunctos.* Et Boëth. lib. 3 Metro 3

Defunctumque leves non comitantur opes.

¶ Defunctus, ûs, subst. das absterben. Tertull. adversus Valent. c. 26 *defunctui subjacere.*

¶ Defunctio, ōnis, idem. Vulg. Interpr. Sirac. cap. 1 v. 11 *dies defunctionis*, i. e. mortis.

¶ Defunctorius, a, um, peractus; ut, *apolixis defunctoria*, Petron. p. 182, hoc est, Wowerio interprete, libellus, quo quis ostendit perfunctum esse; apocha &c. * *Apodixim defunctoriam reddere*, apud Petronium est, leve specimen edere, ut recte vexatissimum locum exposuit ὁ πάνυ J. F. Gronovius lib. 4 observationum. *Grævius.* Nam *Defunctorius* sonat *levis*, gering. Satyricus idem pag. 190 *nec satiatus defunctorio ictu.*

¶ Defunctorie, adverbium, idem quod leviter, obiter, obenhin. Seneca Controvers. 31 extr. *Defunctorie caussam meam egissem?* Vlpianus Lege 2 § 32 ad SC. Tertullian. *Non solum autem quæ non petiit, coercetur; sed & quæ defunctorie petiit.*

¶ Perfungi, hinausführen, das seine an etwas thun. Terent. Hecyr. a. 4 sc. 2 v. 18 *Dum ætatis tempus tulit, perfuncta satis sum, satietas me jam tenet studiorum istorum.* Et Cic. lib. 1 famil. epist. 8 *Cum & honoribus amplissimis, & laboribus maximis essemus perfuncti.* Idem pro Marcell. cap. 10 *Respub. perfuncta est hoc misero fatalique bello*, es hat den krieg ausgestanden.

¶ Perfunctus, a, um, idem quod functus. Tacit. Ann. 12, 14, 7 *Brevi & inglorio imperio perfunctus.* Et passivè Lucret. 3 v. 982 *Omnia te vita perfuncta sequentur*, i. e. in vita peracta.

¶ Perfunctio, ōnis, die verwaltung; ut, *Perfunctio honorum*, Cicero lib. 3 de Orat. cap. 2. *Laborum perfunctio, dolorum perpessio*, Idem lib. 1 de Fin. cap. 15 pr.

¶ Perfunctōrius, a, um; ut, *Opera perfunctoria*, hoc est, non accurata satis & sedula, arbeit, so man überhin thut, wie faule mägde kehren.

¶ Perfunctorie, adv. vor die lange weile. Lege 5 § 1 Dig. Quod vi aut clam. Sed plures ibi legunt *perfusorie*, quod supra in *Fundo* ex eadem lege dedimus. Dixit tamen Petronius p. 56 *me cœpit non perfunctorie verberare.* Et Ambrosius principio epist. 14 *Non perfunctorie motus videris.* Et Augustinus epist. 148 princ. *Si perfunctorie atque adulatorie res agatur.*

¶ Transfunctorius, a, um, hinlässig; ut, *transfunctoria expugnatio*, Tertull. adv. Valent. cap. 6. *Transfunctoria præcepta*, Idem adv. Marc. 1 cap. 27.

FVNGVS, i, Boletus, ein schwamm, erd-schwamm, pfifferling, biltz, morcheln. Plin. 22 cap. 25 *Fungorum lentior natura & numerosa genera.* Horat. lib. 2 Serm. satyr. 4 v. 20

pratensibus optima fungis
Natura est, &c.

Proverb. *Nasci subito, ut fungi.* ¶ 2. Plaut. in Bacchidibus a. 4 sc. 7 v. 23, & a. 5 sc. 1 v. 2 *Fungum*, & *Fungum putidum*, hominem stolidum vocat, & inutilem. ¶ 3. *Fungi* etiam dicuntur exustæ ellychnii partes, quæ emungendæ veniunt, was man vom lichte putzet, licht-schnuppfen. Virgil. 1 Georg. v. 390

Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ
Nescivere hiemem: testa cum ardente viderent
Scintillare oleum & putres concrescere fungos.

Vide ibi Servium. Et Plin. lib. 18 cap. 35 *Ab his terreni ignes proxime significant: pallidi namque murmurantesque tempestatum nuntii sentiuntur: pluviæ etiam in lucernis fungi.* Græci etiam μυκήτας vocant. ¶ 4. *Fungus* aliquando etiam morbum arborum notat. vid. Plin. 17 cap. 24.

¶ Fungidus, a, um, schwammicht. Gloss. gr. lat. σομφὸς, *fungidus, fungosus.*

¶ Funginus, a, um, idem. *Fungino genere est, capite se totum tegit*, Plaut. Trinum. a. 4 sc. 2 v. 9, schwamm-art. Correpta penultima, uti cum Labbeo probat Borrichius Cogit. p. 313.

¶ Fungosus, a, um, rarus, levis, schwammicht, locker wie ein schwamm. Columell. 4 cap. 29 *fungosa medulla.* Plinius lib. 16 cap. 36 *arundo fungosior.*

¶ Fungositas, ātis, die schwammigkeit, est raritas & levitas, qualis in spongiis apparet.

FVNIS, is, dubii generis, ein strick, seil. *Funis canabinus*, Colum. lib. 6 cap. 2, ein hänffen strick. *Funis ductarius*, Vitruv. lib. 10 cap. 3 extr. ein zugseil. Raro fœmininum; ut, *funis aurea*, Lucret. 2 v. 1153. Profert hunc versum Nonius cap. 3 n. 91. Conf. Macrob. lib. 1 in Somn. Scip. cap. 14, & Gell. 13 cap. 19, & Turneb. Advers. 5 cap. 25.

¶ Funīculus, i, diminut. ein stricklein, schnur. Plin. 12 cap. 17 *attractis funiculis herbam convolvi.* Et Cicer. lib. 2 de Invent. cap. 51 *funiculus à puppi religatus scapham annexam trahebat.* ¶ *Abrumpetur tensus funiculus*, ex Luciani dialogo quodam. Germani sic: wenn man die saiten zu hoch ziehen will, so springen sie. ¶ *Funem ducere*, aliud proverbiale, pro altercari cum aliquo. Tractum à ludo puerorum, qui sparteam restim ductitabant, & tamdiu trahebant, donec aut rumperent, aut alteruter, omissa funis prehensione, in nates caderet. Tertull. de Pudicitia cap. 2 *Sed non decet ultra de auctoritate scripturarum ejusmodi funem contentiosum alterno ductu in diversa distendere.* Quod idem lib. 4 adv. Marcion. cap. 4 dixit, *funem contentionis ducere.* Varro lib. 3 de re rust. cap. 6 *ducere sertam* dixit. *Serta* enim funis. vide ad eum locum Joseph. Scalig.

¶ Funālis, e, das ein seil hat; ut, *Funales equi*, die an seilen ziehen. Sic appellantur, tum qui duobus ad jugum junctis, tertius (aut quartus etiam) antecedens adjungitur: tum qui quatuor simul junctis, dextram sinistramque exterius incedunt. Sic dicti, quod fune seu habena regantur. De antecedente Statius 6 Theb. v. 460

Nec jam sufficiunt stimuli, nec verbera, voce
Nominibusque cient: Pholoen Admetus & Irin,
Funalemque Then.

Pholoe, Iris, Thoe, equorum nomina. *Pholoe & Iris* ad jugum junctæ erant: *Thoe* singularis antecedebat, gieng auf dem riemen. De junctis ad latera exterius Suetonius Tiberio cap. 6 extr. *Dehinc pubescens, Actiaco triumpho, currum Augusti comitatus est, sinisteriori funali equo, cum Marcellus Octaviæ filius dexteriore veheretur.* vide ibi Torrentium. *Funalis cereus*, eine wachs-fackel, Val. Max. lib. 3 cap. 6 n. 4.

¶ Funale, is, subst. eine fackel, ein windlicht, quia fax funem habet cera vel pice circumdatum. Cic. de Senect. cap. 13 *Duillius delectabatur crebro funali.* Aur. Vict. de Vir. Illustr. cap. 38 *prælucente funali.* Horat. 3 od. 26 v. 6 *Hic ponite lucida funalia.* ¶ Item *Funis*, apud Livium lib. 42 cap. 65 *Funda media duo funalia imparia habebat*, die mittelsten zweene stricke waren sehr ungleich.

¶ Funarius, i, qui funem tractat, ein seiler; unde cognomen Gratiano majori, patri Valentis & Valentiniani, apud Aurel. Victorem in Epitoma cap. 69, & Ammianum lib. 30 cap. 24. ¶ *Funarii* etiam dicti currus a genere vinculi, quo alligabantur. vid. Isidor. de Orig. 17 cap. 35.

¶ Funetum, i, arcus ex vitibus, quum breviores palmites sarmento junguntur inter se funium modo, Plin. 17 cap. 22.

¶ Funambŭlus, i, σχοινοβάτης, ein seiltäntzer, der auf dem seil gehet oder fähret. Terent. in prolog. Hecyr. *Populus studio stupidus in funambulo animum occuparat.*

¶ Funĭrēpus, i, idem qui funambulus, apud Apulejum 4 Floridor. principio.

¶ Semifunium, i, ein halb seil. Cato R. R. cap. 135.

FV̄NVS, eris, ὁμώνυμον est, non unum significans. Sed proprie & vulgarissime pompam funebrem denotat, die leiche, das leich-begängniß. Donatus: FVNVS *est pompa exsequiarum: dictum à funalibus.* Et ita Servius quoque & Isidorus tradunt. Vet. Gloss. *Funus*, πένθος, κηδεία. Hinc *in funus prodire*, Ter. Andr. a. 1 sc. 1 v. 88. Et, *in funus venire*, & *funeri dare operam*, Cic. lib. 15 ad Attic. epist. 1. *Funere regio efferre*, Sueton. Nerone cap. 30. Item: *Convenire ad funus*, Cic. pro Quint. cap. 15, zum begräbniß zusammen kommen. *Funus alicui facere*, Ser. Sulp. ad Cic. lib. 4 fam. epist. 12. *Funus celebrare*, Livius 8 c. 10, begräbniß halten. *Funus ducere*, Cic. c. l. & Plin. lib. 10 cap. 43. Virg. 3 Æn. v. 62 *Ergo instauramus Polydoro funus*, &c.

¶ 2. *Funus* pro cadavere ipso seu mortuo ponitur, ein leichnam. *Funus nullius ex suis vidit*, C. Nepos in Regib. cap. 2. Sic *inhumatum funus* Lucanus lib. 7 v. 820 dixit. Virg. 2 Æn. v. 539

& patrios fœdasti funere vultus.

Vbi Servius: FVNERE, *cadavere: ab eo, quod procedit id quod sequitur.* FVNVS *enim jam ardens cadaver.* Pompa autem præcedit: sequitur deinde combustio cadaveris. Sic usum Manilium isto vocabulo, Scaliger; & Claudianum, Barthius in Comment. notarunt. Repentinus funeris adspectus signum propinqui interitus olim erat, quemadmodum omnia funera funesta, & abominabilia. Barth. ad lib. 4 Theb. Statii p. 1126, 1127. ¶ 3. Alibi *Funus* & pro morte seu fatali necessitate ponitur, die tödtung. Virg. eclog. 5 v. 20

Exstinctum Nymphæ crudeli funere Daphnin
Flebant.

Et lib. 4 Æneid. v. 308 *Nec moritura tenet crudeli funere Dido.*
Et alibi, 6 Æneid. v. 429 *funere mersit acerbo.*

¶ Hinc *funus* pro exstinctione, deletione etiam dicitur. Lucan. lib. 4 v. 231 *prô dira pudoris Funera!*

Prudentius Agnete v. 69

Exsulto, talis quod potius venit,
Vesanus, atrox, turbidus, armiger,
Quam si veniret languidus ac tener,
Mollisque ephebus, tinctus aromate,
Qui me pudoris funere perderet.

¶ Funĕreus, a, um, zur leich gehörig, leydtragend; ut, *Funereæ mulieres*, des todten mutter und schwestern, quæ & *Funeræ* veteribus dicebantur. Lex Solonis eas ἐπικηδείας vocat, die im leide gehen. Virg. 9 Æn. v. 486 *nec te tua funera mater*

Produxi pressive oculos:

Ad quem locum videndus Servius, item Josephus Scaliger Comment. in Catalecta veterum Poëtarum p. 283. Ovidius Bubonem vocat *funereum* lib. 10 Metam. v. 453. *Funereæ epulæ*, das leyd- oder trauer-essen, Seneca epist. 12. *Fax funerea*, eine leich-kertze, Martial. lib. 8 epigr. 43. *Funereus homo* opponitur *vitali* apud Barth. l. c. p. 1127.

¶ Funera, æ, eine klag-frau. Ennius, ut Scaliger in Catal. notat p. 283

Nemo me lacrymis decoret, nec Funera fletum
Faxit.

¶ Fūnĕbris, e, idem quod Funereus; ut, *Laudatio funebris*, Quintil. lib. 3 cap. 7. vid. Bernegg. ad Sueton. Cæsar. c. 6, & Voss. lib. 3 Instit. Orat. p. 412 ubi de origine harum orationum. *Funebris concio*, Cic. lib. 2 de Orat. cap. 84, leich-versammlung: quod alibi & leich-predigt verti potest. *Funebre vestimentum*, ein trauer-kleid, Idem 2 de Leg. cap. 23. Et, *Epulum funebre*, in Vatin. cap. 12 extrem. ein trauer-essen. *Justa funebria*, Liv. lib 1 cap. 20, ein leichen-begängniß. *Funebre bellum*, Horatius lib. 1 epist. 20. *Funebres ludi*, pro mortuis exhibiti, Liv. 28 cap. 21. *Funebres tibiæ*, quibus in funere canitur, Festus.

¶ Fūnĕro, avi, atum, are, sepelire, zur erde bestatten, begraben. Horat. Plin. & Sueton. e. g. Suet. in Domit. cap. 17 *per vespillones exportatum nutrix in suburbano funeravit.* Plinius lib. 33 cap. 10 *Cæcilius funerari se jussit* H. S. *XI.* ¶ Deponentiali forma usus est Capitolinus in Pertinace cap. 14 *Corpus ejus quanto potuit honore funeratus est.*

¶ Funeratus, a, um, morti vel sepulcro datus, erstorben, beerdiget. Horat. 3 od. 8 v. 7 *Prope funeratus arboris ictu.* Petronius: *Funerata est pars illa corporis, qua quondam Achilles eram.*

¶ Funerarius, a, um, ad funus pertinens, die leiche betreffend; ut, *funeraria actio*, Lege 14 Dig. § 6, Hæc actio, de Religiosis &c. hoc est, quæ de impensis, funeris caussa factis vel faciendis instituitur. ¶ Item substantive, ein todengräber. Firmic. 3 cap. 6 *pollinctores, funerarii.* Gloss. gr. lat. ἐπιμελητὴς κηδείας, *funerarius.*

¶ Funeratitius, a, um, idem; ut, *Funeratitia actio*, appellatur eodem Titulo Lege 30, ex Pomponio.

¶ Funeraticum, i, pecunia funeribus impensa, eaque aliquando non erat mediocris, Romano crescente luxu, leichen-geld, begräbniß-kosten. Sponius Misc. Erud. Antiq. sect. 2 artic. 11 p. 54 ex marmore: INFERAT ARKAE N. PARTEM DIMIDIAM FVNERATICI.

¶ Funerator, ōris, ein leichen-besteller. Gloss. gr. lat. κηδευτὴς νεκρῶ, *funerator*

¶ Fūnestus, a, um, tödtlich, kläglich, greulich; ut, *Domus funesta*, Ovid. 7 Metam. v. 575, id est, funeribus inquinata, ein hauß, daraus viel auf einmahl oder auf einander sterben. *Bellum funestum*, Livius lib. 35 cap. 32. Et, *Nuptiæ funestæ*, Idem lib. 4 cap. 9, heyrath, so mit blutvergiessen zugehet. *Victoria funesta*, cruenta, illætabilis, detestanda, Planc. ad Cic. lib. 10 epist. 8. *Funestæ epistolæ*, cladis nuntiæ, Vellej. 2, 117, 1. *Funestus ensis*, Cicer. in fragm. Arateis, ubi Grotius notat ita dictum *funestum ensem*, μάχαιραν κακόεργον καὶ δεινόβιον. Sed Grutero *funestus ensis* est sicut *funestum bellum*, *funestus Mars*, βροτολοιγός, h. e. ἀνθρωποφθορὸς, ἀνθρωποκτόνος, αἱματοφθόρος. Nec Gradibus caret hoc nomen. Cicero lib. 9 ad Attic. epist. 5 *Majores nostri funestiorem diem esse voluerunt Alliensis pugnæ, quam urbis captæ.* Eutropius lib. 7 cap. 7 *Caligula sceleratissimus ac funestissimus.* Idem & *bella funestissima* dixit extremo lib. 5.

¶ Fūnesto, are, funere inquinare, mit leichen anfüllen, betrüben. Cicero pro Fontejo cap. 10 *Galli humanis hostiis Deorum aras, & templa funestant.* Et pro Milone cap. 33 *Templum sanctitatis* &c. id est, curiam, *inflammari, exscindi, funestari*, cadavere scil. Clodii ibi cremato. Catullus de nupt. Pelei & Thet. v. 201

funestet seque suosque.

FVR, fūris, φώρ, quem Plautus Aulul. a. 2 sc. 4 extr. *hominem trium litterarum* vocat, ein dieb. *Nocturnus fur*, Cic. pro Milone cap. 3, ein nacht-dieb. M. Cato in Originibus de furtis velut ex Delphico dixit: *Fures privatorum furtorum in nervo atque compedibus ætatem agunt: fures publici in auro atque purpura*, apud Gell. lib. 11 cap. ult. kleine diebe henckt man, die grossen läßt man lauffen. Secundum Varronem apud Nonium cap. 1 n. 250 *Fur* ex eo dictus, quod *furvum* atrum appellaverint, & fures per obscuras noctes atque atras facilius furentur ¶ 2. De Servis etiam veteres usurpabant. Virg. eclog. 3 v. 16

Quid domini facient, audent cum talia fures?

Pro servo, inquit ibi Servius, *furem posuit. Furta enim specialiter servorum sunt*, &c. Terent. Eun. a. 4 sc. 7 v. 6 *Manipulus furum*, i. e. servorum cohors. conf. Plaut. Asin. a. 2 sc. 4 v. 15. ¶ *Furem fur cognovit, & lupus lupum:* ἔγνω δὲ φὼρ τὸν φῶρα, καὶ λύκος λύκον. Citat Aristoteles inter adagia similitudinis. ¶ Plautus Pœn. a. 5 sc. 4 v. 65 de duabus meretriculis loquens: *fures ambæ.*

¶ Fūruncŭlus, i, dimin. ein spitzbube; quo Cicero usus est in Pison. cap. 27 *Crudelis olim furunculus.* Et Tertull. adv. Marc. 2 cap. 25 *furunculus non latet.* ¶ 2. Est & *Furunculus* tuberculum & ulcus Plinio, eine braune blatter, lib. 20 cap. 13. Adde Corn. Celsum lib. 5 cap. 28 n. 8 ubi, *Furunculus*, ait, *est tuberculum acutum cum inflammatione & dolore, maximeque, ubi jam in pus vergit.* ¶ 3. *Furunculus* etiam in vitibus extuberantia quædam, in modum verrucæ, Columell. lib. 4 cap. 22.

¶ Furtum, i, res furto ablata, ein diebstahl. *Furtum facere*, Cicero pro Cluent. cap. 64. Et pro Q. Rosc. Com. cap. 9 extr. *Furtum erat apertum: cujus rei furtum factum erat?* Et, *Furti damnari*, Idem pro Flacc. cap. 18. ¶ 2. Sed & *Furta* dicimus, quicquid clam agitur; Virg. Æn. 4 v. 337 *Furto fugam abscondere*, i. e. per silentium & clandestinum discessum. Petronius: *Is qui nocte miserorum furtum deprehenderat.* Sic *fugæ furta* Lucanus dixit lib. 4 v. 416. Vellejus 2, 63, 1 *Pontifex in ejus locum furto creatus*, i. e. clancularia & fraudulenta ratione. Curtius 4, 4, 15 *Quindecim millia hoc furto subducta sævitiæ sunt.* Loquitur de Sidoniis, qui in Alexandri copiis militantes, cum Tyrum caperet vi, cognationis cum Tyriis memores, multos Tyriorum, profectos à se, in sua perduxerunt navigia, & occultatos Sidona vexerunt, itaque servarunt. ¶ 3. Hinc & pro fraudibus & insidiis hoc vocabulum sumitur. Ovid. lib. 13 Metam. v. 82

qui clam, qui semper inermis
Rem gerit, & furtis incautum decipit hostem.

Sic Virg. Æn. 11 v. 515, & Sallust. in fragm. apud Nonium cap. 4 n. 203 *Furta belli* stratagemata dixerunt; Frontinus lib. 2 cap. 5 stratagem. 31 *Ita, ut in prima parte leves Hispanos, aptissimos ad furta bellorum poneret.* vide ibi Rob. Keuchenium. Curtius 4, 13, 4 *Furto, non prælio opus esse censebat.* Et mox v. 9 *Furtum noctis* vocatur. vide ibi notata. Eleganter & Prudentius Psychomachia v. 268

nec adhuc ad fraudis opertum
Venerat, aut foveæ calcarat furta malignæ.

¶ 4. Vsitatissime autem clandestini & illegitimi concubitus *Furta* dicuntur. Tibull. lib. 1 eleg. 2 v. 34

Celari vult sua furta Venus.

Statius lib. Achill. 2 v. 229

tacito nam cognita furto,
Deidamia mihi, &c.

Sic & *dulcia furta* pro concubitu Virgil. in Georg. 4 v. 346 posuit. Et *furto genitus* Silio lib. 7 est, qui Homero σκότιος, quod Heinsius observat, ein huren-kind. Adde Lotich. ad Petron. Sat. p. 64. ¶ 5. Quin & omne malum factum generaliter ita vocatur; præcipue quod perpetratum clam fuerit. Virg. Æneid. 6 v. 568

Quæ quis apud superos furto lætatus inani
Distulit in seram commissa piacula mortem.

Vide Donatum in Eunuch. Terent. a. 4 sc. 7 v. 39, ubi *alligare se furti*, est reum se facere maleficii. Salvianus lib. 4 de Gubernat. Dei: *Omnes furta faciunt, qui illicita committunt.*

¶ Furtim,

¶ Furtim, adverb. clam, heimlich, verstohlener weise. *Furtim succedere ad montes*, Livius lib. 22 cap. 16. Conf. Virg. Æn. 2 v. 18 &c.

¶ Furtīvus, a, um, furto raptus, gestohlen: ut, *Res furtiva*, Quintil. lib. 5 cap. 13 sub finem, gestohlen gut. ¶ 2. Item clancularius; ut, *Iter furtivum in Italiam*, heimlicher weg, Cicer. in Pison. cap. 40. Et, *Amor furtivus*, heimliche liebe, Catullus 7 v. 8, & Virg. 4 Æn. v. 171.

¶ Furtīve, adv. diebischer weise, Plaut. Pœnul. a. 5 sc. 2 v. 62 *Ne quid clam furtive accepisse censeas.* Et Lactantius de Mort. persec. cap. 40 *furtive tunc Valeriæ familiaris.*

¶ Fūrax, ācis, diebisch. *Manus furaces*, Martial. lib. 8 epigr. 40. *Homo avarus & furax*, Cic. 2 de Orat. cap. 66. Compar. *Nihil est furacius illo*, &c. Martial. lib. 8 epigr. 59. Superl. *Cacus furacissimus*, Aurel. Victor de Orig. gent. Romanæ.

¶ Fūracītas, atis, die dieberey, stehlsucht. Plin. lib. 10 cap. 29 *Graculo furacitas auri argentique mira est*, eine dohle stiehlet gerne gold und silber.

¶ Furaciter, adverb. nach diebischer art; Superl. furacissime, *Cum omnium domos furacissime scrutarere*, Cicero in Vatin. cap. 5.

¶ Furīnus, a, um, ad furem pertinens, diebisch. Plaut. Pseud. a. 3 sc. 2 v. 2 *forum furinum*, ein marck, da viel stehlens ist.

¶ Furina, æ, dea, quam antiquitas coluit, in cujus honorem feriæ *Furinalia* dicuntur, vide Varron. de L. L. 5 cap. 3, cui etiam flamen fuit attributus, dictus *Furinalis*, ibid. 4 cap. 15, & *Furatrinus* Mercurius est appellatus, uti ad loc. laud. observat Beroaldus.

¶ Fūror, atus sum, ari, rapere, eripere furto, clam eripere, stehlen, entwenden. Cic. in Verr. 3 cap. 22 *Verres solet hæc, quæ rapuit & furatus est, dicere, se emisse.* Et, *Furari civitatem*, est clam obrepere in civitatem, sich heimlich in einer stadt niederlassen, Cic. pro Corn. Balbo cap. 2. ¶ *Furare* activa forma expresit Plautus Rud. a. 1 sc. 2 v. 23 *furatum venire.*

¶ Furator, oris, fur, ein dieb. Tertullian. Apolog. cap. 46 extr. *Furator veritatis philosophus.*

¶ Fūratrina, æ, idem quod furacitas, furtum, rapina, das diebs-handwerck. Apulejus lib. 6 A. A. p. 178 *Furatrinâ facili*, & lib. 10 p. 245 *Diu quidem pulcherrime mihi furatrinæ procedebat artificium.*

¶ Furtĭficus, a, um, furax, diebisch. Plautus Pseud. a. 3 sc. 2 v. 97 *furtificæ manus.* Et Epidic. a. 1 sc. 1 v. 10 *Minus jam fortificus sum, quam antea. Rapio propalam*, ich stehle nicht mehr heimlich, sondern nehme öffentlich.

¶ Fūrippus, i, primam producens, a furando factum; corripiens a furendo; ἵππος autem est *equus*, quæ vox in compositione interdum ἐπίτασιν seu intentionem tantum & valde magnum significat, ut docet Budæus in Comm. Linguæ Græcæ. Vt ita *Furippus* insignem furem, aut valde furiosum hominem significet. Vid. Auson. epigr. 108, & in eum locum Vineti notas p. 235.

¶ Suffūror, ari, hinweg stehlen. Plaut. Trucul. a. 2 sc. 7 v. 15 *Suffuror, suppilo, de præda quædam capio.*

¶ Trifur, ūris, ein ertzdieb. Plaut. Aulul. a. 4 sc. 4 v. 6 *Non fur, sed trifur.*

FVRCA, æ, eine gabel, ein galgen. Quæ appellatio utraque Germanica, aut prior certe gabel, à priscorum Latinorum voce *Gabalus* est, qua crucem significabant, Varrone teste, apud quem *in gabalum suffigere* legitur, ut Nonius observat c. 2 n. 373. Virg. Georg. 1 v. 264, & 2 v. 359 *furca bicornis*, eine heu-gabel. Horat. lib. 1 epist. 10 v. 24

Naturam expellas furcâ, tamen usque recurret,
Et mala perrumpet furtim fastidia victrix,

art läst von art nicht, die katze läst ihr mausen nicht. *Furcâ figi*, sive *in furca figi*, aufgehenckt werden, Plin. lib. 29 cap. 4 pr. Fuit hoc supplicii genus apud Romanos. Conf. Plaut. Cas. a. 2 sc. 6 v. 37, & a. 2 sc. 8 v. 2. ¶ 2. *Furca* dicebatur instrumentum bajulatorium, tergo applicatum, in quo sarcinas gestabant servi. Germani vocant ein reff. Plaut. Casin. a. 2 sc. 8 v. 2 *Ego remittam ad te virum cum furca in urbem tamquam carbonarium.* Nam servi gestabant in furca carbones, quos Romæ in foro vendebant. Vide Turneb. Adv. 16 c. 3, & Lips. 3 de Cruce c. 4, ubi de facie ipsius furcæ quærit.

¶ Furcula & Furcilla, æ, dimin. ein gäblein, ein kleiner reff, apud Varr. & Colum. *Furcularum Caudinarum* descriptio est apud Liv. 9 cap. 2. FVRCILLA instrumentum est rusticum, quo frumenta movebant: unde & a *frumentis cillandis* sive movendis, dictum Servius acutius, quam verius statuit. Est enim diminutivum â *furca*. Cæterum *furcillæ* non frumentis movendis tantum, sed aliis etiam rebus inserviunt. v. Vitruv. 10 cap. 12. Festus: FORCILLES *sive* FVRCILLAE, *quibus aliquid movebant.* Hinc *furcillis movere, ejicere, expellere*, & Latinis proverbialiter & Græcis dicitur. Vid. Scalig. ad Festum. In Glossis Veteribus δίχωλον reponitur. Nimirum quod bisulcum esset instrumenti hoc genus. Catullus carm. 103

Mentula conatur Pimpleum scandere montem:
Musæ furcillis præcipitem ejiciunt.

¶ Furcillo, are, i. e. furcillis movere, *furcillis ejicere*, ut modo Catullus: *Furca expellere*, ut Horatius l. c. loquitur, wegschippen. Plautus Pseudolo a. 2 sc. 2 v. 36 *Væ tibi! tu inventus vero meam qui furcilles fidem.* In quo constituendo loco, & explicando variè se torsit Palmerii acumen. *Furcillare fidem* est in dubium vocare: quin plane rejicere furcillis veluti. Nam nihil omnino Pseudolo, cujus hæc verba sunt, habere se fidei significaverat Harpax, paullo ante v. 33

Siquidem hercle etiam supremi promtes thesauros Jovis
Tibi libellam argenti nunquam credam.

Promtes thesauros, i. e. dispenses, promus condus sis thesauris Jovis. Respicit enim ad id, quod supra v. 14 Pseudolus dixerat, cum promum condum se Ballionis, & procuratorem peni appellasset. Passeratius, *furcillare fidem*, infirmam judicare interpretatur, ideoque quasi admota furcilla stabilire.

¶ Furculosus, a, um, gegabelt, das gleichsam gabeln hat. Apulej. de Herb. *Herba ramis furculosa.*

¶ Furcĭfer, ĕri, furcam ferens, ein galgenschwengel, henckermässiger, apud Plautum passim. Donatus: *Servus*, inquit, *qui ob delictum aliquod cogebatur à domino ignominiæ magis, quam supplicii caussa circa vicinos furcam in collo gestare, subligatis ad eam manibus, & prædicare peccatum suum simulque monere cæteros, ne quid simile admitterent.* Paria Vetus Glossator in *Furcifer.* Vide & Plutarchum in Coriolano, & Quæstionibus Romanis, & Lips. de Cruce lib. 3 cap. 1. Pro scelesto etiam Cicero posuit in Vatin. cap. 6 *Id tu tibi, furcifer, sumes?*

¶ Bifurcus, a, um, duas furcas habens, das zwey gabeln oder zwey zacken hat: ut, *ferramentum bifurcum*, Columell. lib. 3 cap. 18. *Bifurci surculi*, apud eumd. lib. 5 cap. 11, & *bifurcus ramus*, apud Ovidium de Nuce v. 151.

¶ Trifurcus, a, um, dreyzackicht. Idem Columella lib. 5 cap. 11 *Surculi sint bifurci vel trifurci.*

¶ Trifurcĭfer, ĕri, ein ertzbube. Plautus Aulul. a. 2 sc. 4 extr.

Tun' trium litterarum homo
Me vituperas? fur, etiam fur trifurcifer.

der den galgen vielmal verdienet hat. v. Idem Rud. a. 3 sc. 4 v. 29.

¶ Trifurcium, i, quod trigemina velut furca subrigitur, ein dreyzack. Apul. de Herb. c. 77 *gramen, quod in se trifurcium habet.*

FVRFVR, ŭris, purgamentum, seu excrementum crassius farinæ, kleyen. Plautus Captiv. a. 4 sc. 2 v. 27 *pistores alunt furfure sues.* ¶ 2. Et *furfures*, capitis sunt sordes, vel excrementa, Plin. lib. 20 cap. 9, die schuppen auf dem haupt.

¶ Furfurĭcŭla, æ, dimin. ein wenig kleyen, Marc. Empir. c. 5.

¶ Furfuracŭlum, i, ein bohrer, Arnob. lib. 6, uti restituit Salmasius in Solin. p. 774, & sic dictum putat, quod furfures in ligno perforando faciat, h. e. scobem furfuribus similem.

¶ Furfuraceus, a, um, aus kleyen. Fulgent. 2 Myth. *furfuracea tinearum terebramina.*

¶ Furfŭreus, a, um, von kleyen; ut, *Panis furfureus*, kleyen-brod, Gell. 11 cap. 7.

¶ Furfŭrōsus, a, um, wie kleyen. Plin. lib. 12 cap. 25 *Deterior furfurosus color*, i. e. quasi furfuribus permistus apparens.

Furiæ, Furialis, Furiatus, Furibundus, Furinus, Furio, āre, Furiosus, quære in *Furor, oris.*

FVRIVS, i, inter Romana prænomina fuit, ut *Furius Camillus.* Primam produxit Ovidius Fastor. 1 v. 641, & Martialis lib. 6 epigr. 17

Cinnam, Cinname, te jubes vocari,
Non est hic, rogo, Cinna barbarismus?
Tu si Furius ante dictus esses,
Fur ista ratione dicereris.

FVRNVS, i, κλίβανος, fornax, in qua pinsitur panis, ein backofen. Plin. lib. 13 cap. 4 *retostus furnis*, im backofen gedörret. Idem prooemio extremò lib. 23 *Vritur in furno, donec panis percoquatur.* Dicitur a forno, i. e. calido. v. Nonius c. 12 n. 52.

¶ Furnaceus, a, um, adject. aus dem ofen: ut, *Panis furnaceus*, Plin. 18 cap. 11, id est, in furno coctus.

¶ Furnaria, æ, die becker-kunst: ut, *Exercere furnariam*, sich mit backwerck nehren, backen, Sueton. Vitell. cap. 2.

¶ Furnarius, i, ein becker. Gloss. Vet. *Furnarius*, καμινοκαύστης, ἰπνοποιός. Vlpian. leg. 24 § 6 ff. de damn. inf. *Furnarii culpa damnum datum.*

¶ Infurnibulum, i; *pala, qua in furno panes disponuntur*, ein brodschauffel, backschauffel, Plin. 24 c. 15. *Infurnibulum* etiam pro *Infundibulo* legit Harduinus in Plin. 24 cap. 15 pag. 353.

¶ Præfurnium, i, das ofen-loch, die ofen-thür, Cato R. R. cap. 38 *Ventus ad præfurnium, caveto, ne accedat.*

Furo, ĕre, Furor, ari, quære in *Furor, oris, Fur.*

FVROR, ōris, insania, dementia, rabies, *animi ad omnia cæcitas*, Cic. 3 Tuscul. cap. 5, grimm, unsinnigkeit. Idem de Arusp. R. c. 18 *Quæ potest homini major esse pœna furore atque dementiâ? Verti, agi in furorem*, in einen grimm gerathen, unsinnig werden. *Ad eumdem furorem redire*, Plancus Ciceroni lib. 10 fam. epist. 11. ¶ 2. Ponitur etiam pro omni immoderato affectu, amore, odio, irâ, &c. Virgilius cum dixisset Æneid. 5 v. 781 *Junonis gravis ira:* Subjicit

Caussas tanti sciat illa furoris.

Alibi, Æn. 2 v. 318 *furor iraque mentem*
Præcipitant.

Vid. Voss. lib. 2 Instit. Orat. p. 200. *Furorem impendiorum*, id est, profusam & immoderatam impendendi libidinem, allzugrosse verthulichkeit; Suetonius dixit Nerone cap. 31 extr. Hinc *furere* pro impotenter gaudere Horatius dixit, de quo post. Poëtæ etiam pluraliter. Catullus de nupt. Pel. & Thet. v. 54

Indomitos in corde gerens Ariadna furores.

¶ 3. *Furor* fingitur a poëtis catenis vinctus. Vnde Virg. Æn. 1 v. 298

Furor impius intus
Sæva sedens super arma, & centum vinctus ahenis
Post tergum nodis, fremit horridus ore cruento.

Idem describitur solutis vinculis a Petronio:

Quos inter furor abruptis ceu liber habenis
Sanguineum late tollit caput, oraque mille, &c.

¶ Furia, æ, sing. ein teufel, Cic. 3 ad Q. frat. epist. 1 cap. 4. Adde Elmenhorstii Indicem Apulejanum: sed sæpius pluraliter.

¶ Furiæ, arum, quæ & *Diræ* dicuntur, & *Eumenides*, Acherontis, & Noctis filiæ, tres sunt Poëtis, *Alecto, Megæra, Tisiphone*, Dæmones sunt exagitantes conscientiam facinorosorum, plage-teufel, plage-geister. Lactantius lib. 6 cap. 19 tres Poëtarum Furias, ad tres affectus, *Iram, Cupiditatem, Libidinem*, refert. *Furiis agi, agitari*, Virgil. 3 Æn. v. 331. *Tædis ardentibus furiarum terreri*, Cic. in Pison. cap. 20. Sueton. in Nerone cap. 34 *Sceleris* (parricidii in matrem) *conscientiam nunquam ferre postea potuit, sæpe confessus, exagitari se materna specie, verberibus furiarum, ac tædis ardentibus.* Cicero pro Rosc. Amerino cap. 24 *Nolite putare, quemadmodum in fabulis sæpe videtis, eos, qui aliquid impie scelerateque commiserint, agitari & perterreri Furiarum tædis ardentibus. Sua quemque fraus & suus terror maxime vexat, suum quemque scelus agitat amentiaque afficit, suæ malæ cogitationes, conscientiæque terrent, hæ sunt impiis assiduæ domesticæque animi furiæ,*

furiæ, quæ dies noctesque parentum pœnas à consceleratissimis filiis repetant, &c. Conf. huc, *semper virgines furiæ*, ἀεὶ παρθένοι ἐριννύες, ex Chiliad. *Furias honestas*, quomodo dixerit Statius, vide infra in *Honestus*, in *Honor*.

¶ Furiālis, e, teufelisch. *Incessus furialis*, Livius lib. 7 cap. 17. *Vox furialis*, eine greuliche erschreckliche stimme, Cic. pro Planc. cap. 35.

¶ Furialiter, adverb. idem; ut, *Odisse furialiter*, teufelisch feind seyn, Ovid. 3 Fastor. v. 637.

¶ Furiosus, a, um, vecors, mente captus, semper furens, unsinnig, wütend. Cicer. in Catil. 1 cap. 10 *Quo te ista tua cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat?* deine ausgelassene und tolle begierde. Idem ad Attic. lib. 4 epist. 3 *Furiosissimæ conciones Publii.* Idem pro Dejotaro cap. 5 *aliquem furiosissimum judicare*. Et Ovid. 9 Metam. v. 736 *amor furiosior*.

¶ Furiose, adverb. idem. Cicer. ad Attic. 8 ep. 5 *Solet eum, cum aliquid furiosè fecit, pœnitere.* Compar. Spartianus Hadriano c. 12 *servo in se eum gladio furiosius irruente.*

¶ Fūro, furĕre, furore exagitari, rasen, unsinnig seyn. Cic. in Verr. 6 cap. 18 *Vsque eo commotus est, ut insanire ac furere videretur*, als wäre er von sinnen kommen. Idem ad Attic. 14 epist. 19 *Pansa furere videtur de Clodio.* Statius 3 Theb. v. 643 *Deus ecce furentibus obstat.* ¶ 2. Pro impotenter lætari usus Horatius est lib. 2 od. 7 extrema:

Non ego sanius
Bacchabor Edonis: recepto
Dulce mihi furere est amico.

Similiter *insanire* verbo usus est lib. 3 od. 19 v. 18. ¶ Carere præterito, & forte etiam prima persona *Furo* dicitur. Vide Diomedem lib. 1. Sedulius tamen lib. 1 de Daniele cum leonibus:

furuerunt jussa tyranni.

¶ Fŭrens, tis, wütend, tobend; ut, *Pentiselea furens*, Virg. Æn. 1 v. 495. *Loca fœta furentibus austris*, ibid. v. 55. *Intra se furens exercitus*, Vellej. 2, 111, 4. Vnde Comp. *furentior*. Claudian. Fescenn. v. 26

Quis belluarum corde furentior.

¶ Furenter, adverb. unsinnig, wütend. *Furenter irasci*, Cic. 6 ad Attic. epist. 1.

¶ Furio, are, cum furore concitare, wütend machen. Horat. lib. 1 od. 25 v. 13

Flagrans amor & libido,
Quæ solet matres furiare equorum.

Et Silius lib. 14 v. 281

Vaniloquo pubem furiabant insuper ore.

¶ Furiatus, a, um, ergrimmet. Virg. 2 Æneid. v. 407

Non tulit hanc speciem furiata mente Chorœbus.

id est, concitatâ mente. *Furiata juventus*, die unsinnige rasende jugend, Silius 11 v. 132. Et Ovid. 2 Fastor. v. 761

juvenis furiatos regius ignes
Concipit.

¶ Furiatilis, e, grimmig, wütig. Fortunat. 3 Mart. *furiatile cornu.*

¶ Fŭribundus, a, um, idem quod furens, tobend, toll; ut, *Furibundus homo*, Cicer. pro Sextio c. 7. Manilius lib. 1 v. 411

vastos cum terra gigantes
In cælum furibunda tulit.

Et Virgil. 4 Æn. v. 646

Conscendit furibunda rogos, scil. Dido.

¶ Interfurĕre, darzwischen stürmen. Statius 1 Achill. v. 395

Alternum Mavors interfurit orbem.

¶ Perfurere, vehementer furere, sehr wüten, toll seyn. Virg. 9 Æneid. v. 343

incensus & ipse Perfurit.

Prudentius Tetrast. 29 *Perfurit Herodes.* Lucretius 1 v. 257 *Pontus perfurit acri cum gemitu.*

¶ Præfurere, ante, vel valde furere. Statius 2 Theb. v. 420 *torvus præfuris*: & lib. 4 v. 821

agmina bello
Decertare putes, justumque in gurgite Martem
Præfurere.

¶ Fŭrippus, i, homo valde furiosus, vide *Furippus* in *Fur*.

Furtim, Furtivus, Furtum, vide in *Fur*.

FVRVVS, a, um, ater, fuliginosus, a quo *furnum* & *fornacem* Grammatici faciunt, finster, dunckel, dunckelschwartz. Ovid. lib. 5 Metam. v. 541 *Antra furva*, pro caliginosa. *Furvus color*, Solin. cap. 33 [al. 46] pr. *Furva culpa*, Prud. καθημ. hymn. 1 v. 74. *Furvæ hostiæ*, Val. Max. lib. 2 cap. 4 n. 5, qui ibidem addit: *Hostiæ nigræ antiquitus* FVRVAE *dicebantur*.

FVSCĪNA, & dimin. fuscinula, æ, ein fleischgäblein. Eobanus Idyll. 12

Fuscina non facit una coquum, monachumvè cucullus,
Non laurus vatem, sua quemque professio monstrat.

¶ 2. Et Ciceroni *fuscina* est, qua pisces aut anguillæ confodiuntur, lib. 1 Nat. Deor. cap. 36. ¶ 3. Est Neptuni tridens, seu telum trisulcum piscatorium, quod fundo natantia capiat. Martial. de Spectaculis epigr. 29

Fuscina dente minax, nexu fuit anchora curvò:
Credidimus remum, credidimusque ratem.

Accius in Argonautis apud Cic. 2 Nat. Deor. c. 35

Aut forte Triton fuscinâ verrens specus
Subter radices penitus undanti in freto
Molem ex profundo saxeam ad cælum eruit.

¶ 4. *Fuscina* utebantur etiam in ludis gladiatoriis retiarii. Juven. satyr. 2 v. 134 *Vicerat hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi.*

FVSCVS, a, um, subniger, dunckelbraun. Apulejus pro atro, id est, malo & infelici usus est hac voce lib. 2 de A. A. *Fuscis avibus Larissam accessi.* Quod Horatius 1 od. 15 v. 5 *mala avi* dixit, id est, malo augurio, zur bösen stunde. Transfertur & ad vocem. vide *Vox*. Comparativ. *Cura fuscior*, apud Apulejum lib. de Mundo pag. 69 & 2 Dogm. Plat. p. 19 *animæ fusciores*. *Vestis fuscior*, apud Hieronymum ep. 23 ad Marcellam.

¶ Fuscitas, atis, die dunckelheit. Idem Apulejus sub finem dicti libri: *Ab omni fuscitate ac perturbatione liberum cælum*, hoc est, a sordibus.

¶ Fusco, fuscare, braun machen, schwärtzen. Ovid. lib. 1 de Arte Am. v. 513

Mundiciæ placeant, fuscentur corpora campo.

Eleganter Symmachus lib. 1 epist. 39 dixit: *Quem ad hoc ævi nulla actuum culpa fuscavit; sed fortunæ licentia interdum optimos decolorans, spes ejus paullisper infregit.*

¶ Fuscatus, a, um, verdunckelt. Alcimus Avitus lib. 4 v. 430

Fuscati lumina solis.

¶ Fuscator, oris, ein verdunckler, apud Lucan. epitheton est Cori venti *Cæli fuscator Eoi*, lib. 4 v. 66.

¶ Infuscare, schwärtzen. Virg. 3 Georg. v. 493

Sanie infuscatur arena.

Justinus lib. 12 cap. 5 *ne victoriarum gloria sævitiæ maculâ infuscaretur.* Vet. liber, *offuscaretur*. Sic, *Barbarie infuscari*, pro coinquinari, mit wilden und barbarischen sitten beschmitzt werden, Cicero de Claris Orat. cap. 74. *Infuscare vinum*, apud Plaut. Cistell. act. 1 v. 21, est aqua diluere, quod, cum vini generosi nigrior sit color, dilutior mixta aqua fusciorque reddatur. *Infuscare vellera*, Virg. Georg. lib. 3 v. 389.

¶ Infuscus, a, um, idem quod infuscatus, schwärtzlicht. Columella lib. 9 cap. 10 de rege apum: *quidam infusci atque hirsuti reperiuntur.*

¶ Obfuscare, fuscitatem obvertere, obtenebrare, verdunckeln. *Obfuscare justitiam*, Tertullian. lib. 2 adv. Marcion. cap. 12.

¶ Obfuscatio, onis, die verdunckelung. Idem Tertull. lib. 1 ad Nation. cap. 10 *Pertinet ad obfuscationem deorum vestrorum*, nempe dejerare per Cæsarem, non, ut antea, per deos. Conf. Vulg. Interpr. Sirac. 41 v. 24.

¶ Suffusculus, a, um, aliquantulum fuscus, bräunlicht. Apulej. lib. 2 Miles. p. 120 *procerus & suffusculus.*

Fusilis, Fusio, vide in *Fundo*.

FV̄SIVS, i, orator fuit, cujus his verbis meminit Cicer. lib. 2 de Orat. cap. 22 *Fusius nervos in dicendo C. Fimbriæ, quos tamen habuit ille, non assequitur*, &c.

Fustibalator, Fustibalus, Fustigare, vide mox in *Fustis*.

FVSTIS, is, ein knüttel, prügel. *Cædi fustibus*, Macer Lege 10 pr. Digest. de Pœnis. Horat. lib. 1 sat. 3 v. 143

Lascivi pueri, quos tu nisi fuste coërces, &c.

Non est opus verbis, sed fustibus, Cicer. in Pison. cap. 30. Idem in 6 Verr. cap. 43 *Clavis ac fustibus repellere.* Et Cælius ad Cicer. lib. 8 famil. epist. 8 *Fustem impingere alicui*, einen prügeln. Vellej. 2, 78, 3 *fuste percussus.*

¶ Fustuarium, i, quod Valla lib. 1 cap. 6 fustigationem interpretatus est, staupen-schlag, prügelung. Sic Livius lib. 5 cap. 6 *Fustuarium meretur, qui signa relinquit, aut præsidio discedit.* Et Cicer. 3 Philipp. cap. 6 *Si ille* [Antonius] *consul, fustuarium meruerunt legiones, quæ consulem reliquerunt.* Hoc supplicii genere afficiebantur quoque, qui falsum dixissent testimonium, furtum fecissent, juvenibus abuterentur, aut qui ter ob delictum idem essent puniti, ut Polybius lib. 6, & hoc præterea docet, ad mortem usque cædi solitos, hac pœna damnatos. Non itaque tam leve supplicii genus est, quam quidam voluerunt, ut Vossius observat ad lib. 2 Velleji Paterculi cap. 78. Vide & Lipsium lib. 5 de Romana Militia Dialog. 18, & Loccen. in Antiq. Sueo-Goth. lib. 3 cap. 5 pag. 130. Adde P. Fabri Semestr. 1, 17, & Cæl. Rhodig. 26 cap. ult.

¶ Fustiarius, i, ein prügler, in Vet. Gloss. vertitur ξυλοκόπος, ὁ τύπτων ξύλῳ. Nominis instar adjectivi occurrit in Fabretti Inscript. p. 529 ET FVSTIARIO SVPPLICIO SE NOVERIT ESSE SVBDENDVM.

¶ Fustīgo, are, fustibus cædere, prügeln. Onomast. Vet. *Fustigo*, ξυλοτυπῶ, τὸ τύπτω ξύλῳ.

¶ Fustigatio, onis, die abprügelung, pœna militaris. JCti.

¶ Fusterna, æ, pars abietis superior, de qua Vitruvius 2 cap. 9. vide Baldi vocab. p. 52. Pars nodosa duriorque Plinio 16 cap. 39. *Fusterna* (non *susterna*) dicta, quia nodosa est, ut solent esse fustes & baculi crebris nodis utplurimum asperi, dicente Salmasio in Solinum p. 727.

¶ Fustim, adverb. mit prügelsuppe. Val. Max. 6, 3, 9 *Vxorem fustim interemit.* Idem 8, 1, 1 *Matrem fustim interemit.*

¶ Fustitudo, ĭnis, das klopffen oder pochen. Plaut. Asin. a. 1 sc. 1 v. 27 *fustitudines ferri crepinæ insulæ.*

¶ Fustibălus, i, quoque ad *fustem* referri postulat Vegetius de Re milit. lib. 3 cap. 14 *Fustibalus fustis est longus pedibus 4, cui per medium ligatur funda de corio: & utraque manu impulsus prope ad instar onagri dirigit saxa*, ein wurffspieß. Hinc

¶ Fustibalator, oris, qui fustibalo jaculant, in MSS. Vegetii libris c. l. legitur, ut Stewechius observavit pro vulgato *fundibalator*. vide supra in illo nomine. Quidam scribunt per V *Fustibulus, Fustibulator*: sed rectius per A, tamquam hibrida vox, a Græco βάλλειν, i. e. jaculari, simul deducta, quemadmodum Lipsius etiam *Fundibalum*, non *fundibulum*, ut vulgo solet, loco in *Fundibalum* notato, expressit.

Fustuarium, Fusura, Fusus, vide *Fustis*, *Fundo*.

FV̄TĬLIS, e, φλύαρος, vanus, levis, inanis, liederlich, unbedachtsam, leichtsinnig. *Qui silere tacenda nequit, sed ea effundit*, quemadmodum ait Pompejus Festus de Verborum significatione, der nichts verschweigen kan. *Alacritate futilis gestiens*, Cic. 4 Tusc. cap. 17, der nicht an sich halten kan. *Futiles lætitiæ*, Idem Tusc. lib. 5 cap. 6, eitele freude. Virg. 11 Æneid. v. 339

Consiliis habitus non futilis auctor.

id est, fidelis, zu anschlägen kein geringer und unachtsamer mann. Terent. Andr. a. 3 sc. 5 v. 3 *Servon' fortunas meas me commisisse futili?* Vbi Donatus: FVTILI, *levi. Nam a vase, quod* futile (vel Futis) *dicitur; quod non deponunt ministri sacrorum, quod est acuto fundo & patulo ore, eoque instabile est.* Vberius vetus Scholiastes ad illud Statii 8 Thebaid.

ne futile mœstis
Id visum Danais.

FVTILE, inquit, *vas est quoddam lato ore, fundo angusto, quo utebantur in sacris Vestæ, quia aqua in sacris Vestæ in terra non ponitur: quod si fiat, piaculum est. Ideo excogitatum est vas, quod stare non posset, sed si positum, statim funderetur. Vnde & homo commissa*

missa non retinens, FVTILIS *dicitur: Contra* NON FVTILIS, *bonus consilii*. Quæ eadem habes apud Servium in Virg. 11 Æn. v.339.

¶ Fūtilĭtas, ātis, illud ipsum levitatis, & garrulitatis vitium, die leichtsinnigkeit, unachtsamkeit. Cicer. 2 Nat. Deor. cap. 83 *Hæc & plena sunt futilitatis, summæque levitatis.*

¶ Fūtiliter, adverb. vane, inutiliter, liederlich. Apulejus Apolog. post principium: *futiliter blaterata*. Conf. Nonius cap. 11 n. 39.

¶ Futio, ire, effluere, obsoletum, a quo

¶ Effutire, imprudenter, & mendaciter loqui, ausschwatzen, unbedachtsam nachsagen. Terent. in Phorm. a. 5 sc. 1 v, 17 *Verum isthoc me nomine eo perperam olim dixi, ne forte nos imprudentes foris effutiretis.* Cic. de Nat. D. 2 cap. 37 *Ita temere effutiunt de mundo.* Horat. Art. Poët. v. 231 *Effutire leves versus.* Apul. Apol. *mercenariæ loquacitate effutire.*

¶ Effutitus, a, um, ausgeschwatzt, herausgesagt. Cic. de Divin. 2 cap. 55 *partim ficta aperte, partim effutita temere.*

FVTVM, i, vasis aquarii genus, quo in triclinio allatam aquam infundebant, ein wasser-krug, Varro lib. 4 de L. L. cap. 25.

¶ Futo, are. Festus: *Futare, arguere est: unde & confutare. Sed Cato hoc pro sæpius fuisse posuit.* Hinc

¶ Futatim, adverb. idem quod profusim, hauffenweiß, überflüßig. Plaut. Truc. a. 4 sc. 4 v. 29 *Nomen id quoque jam futatim commemorabitur*, i. e. largiter & sæpe.

¶ Confuto, avi, atum, are, proprium rei coquinariæ verbum, dämpfen. Ollæ enim ferventes, quum paullo plus exuberant, solent *futo* vase ad hoc apto, inversâ aquâ, compesci, *quod futare, confutare, refutare ollam*, veteres dixerunt. Titinnius apud Nonium cap. 4 n. 47

Coquus ahenum, quando fervit, paulla confutat truâ.

Vide Scalig. ad Festum in *refutare*. ¶ 2. Hinc ad alias res transfertur, idemque, quod retundere, reprimere, & cohibere significat, hindern, einhalt thun. Cic. apud Gellium lib. 7 cap. 3 *Ne quid in consulendo adversi eveniat, quod nostras secundas res confutet*, id est, earum cursum inhibeat, & sistat. Apulejus 11 Milesf. *Nunc albo candore lucida, nunc croceo flore lutea, & quæ longe longeque meum confutabat obtutum, palla nigerrima, splendescens atro nitore*, &c. Ita, *audaciam alicujus confutare*, Cicero in Partitionibus cap. 38 dixit. ¶ 3. Frequentissime, & velut proprie usurpamus hoc verbum, cum dicta adversariorum refellimus contrariis rationibus, & infirmamus. *Verbis, dictis, aliquem confutare*, i. e. castigare, & quasi compescere, widerlegen, umstossen. Terentius Heaut. a. 5 sc. 1 v. 76, & Phorm. a. 3 sc. 1 v. 13 *confutare argumenta*, dawider streiten. Conf. Nonius l. c. & c. 2 n. 142.

¶ Confutatio, ōnis, pars orationis, qua adversario respondemus, & ejus rationes elidimus, die widerlegung. vide Aut. ad Herennium lib. 1 cap. 3.

¶ Confutator, ōris, ein widerleger. Hieronymus Catalogo scriptor. ecclesiast. in Bardesane: *Primum Valentini sectator: deinde confutator, novam hæresin condidit.*

¶ Refuto, are, idem quod confutare, redarguere, umwerffen. *Nostra confirmare argumentis & rationibus; deinde contraria refutare*, Cicer. lib. 2 de Orat. cap. 19, das gegentheil widerlegen. *Refutare testes*, Idem pro Fontejo cap. 1, zeugen straffen, widerlegen. Et, *Refutare domesticis testibus*, einen mit seinem eigenen gesinde überweisen, Idem lib. 2 de Orat. cap. 1. Proprie est reprimere, cohibere, einhalt thun, zurück halten. Quemadmodum & Cicero *alicujus conatum refutare* dixit de Arusp. R. cap. 4. Idem de Prov. Consf. cap. 13 *Semper illas nationes nostri Imperatores refutandas potius bello, quam lacessendas putaverunt.* vide supra *Confuto*. ¶ 2. Sequioris ævi scriptoribus & pro respuere, sive repudiare ponitur, verwerffen. Ammianus Marcellinus lib. 17 cap. 11 *Non refutamus hanc* (pacem,) *nec repellimus: adsit modo cum decore & honestate.* B. Hieronymus in vita Malchi p. 520 *Dominus videns gregem suum crescere, nihilque in me deprehendens fraudulentiæ, & volens me remunerare, quo fidum sibi magis faceret: tradidit mihi illam conservam meam, aliquando captivam. Et cum ego refutarem, diceremque me Christianum, nec licere mihi, viventis uxorem mariti accipere* &c.

¶ Refutatus, a, um, umgestossen, widerlegt. Cic. pro Lege Manil. c. 17 *Obsolevit jam ista oratio, re multo magis, quam verbis refutata.*

¶ Refutatus, ûs, substantive, idem est ac refutatio. Lucretius lib. 3 v. 524 *Ancipitique refutatu convincere falsum.*

¶ Refutatio, ōnis, depulsio criminis, eine ableinung, widerlegung. *Firma refutatio*, Quintil. lib. 5 cap. 10. *Refutatio accusationis*, Cicer. Topic. cap. 25.

¶ Refutator, ōris, ein widerleger. Arnobius lib. 1 p. 18 *refutator incredulus.*

¶ Refutatorius, a, um, zum widerlegen dienlich; ut, *refutatoriæ preces*, Lege 1 Cod. de Relationibus. Et, *refutatorii libelli*, Lege 8 Cod. Theod. de Appellationibus, ein widerlegungs-schreiben.

¶ Irrefutatus, a, um, non refutatus, unwiderlegt. Lactantius lib. 5 cap. 16 extr. *Irrefutata hæc, tamquam foveam, prætergressus est.*

¶ Irrefutabilis, e, unumstößlich. Arnobius lib. 4 p. 139 *Irrefutabile aperite secretum.*

FVTVO, futui, utum, futuĕre, obscenum verbum est, idem quod coire, beyliegen, unzucht treiben; ab antiquo *futio*, quia ibi aliquid effunditur. Martinius & Vossius esse putant ab honesto verbo φυλεύειν, *plantare*. Martialis sæpe eo usus est; ut lib. 9 epigr. 42

Nempe semel futuit, generaret Horatius ut tres.

¶ Fŭtūtus, a, um, gebraucht zur unzucht. Martial. lib. 3 epigr. 87

Narrat te rumor, Chione, nunquam esse fututam.

¶ Fututio, ōnis, coëundi actus, apud eumdem 1 epigr. 107.

¶ Fututor, ōris, ein hurer, huren-schelm; ut, *perditus fututor*, ibid. 12 epigr. 43.

¶ Fututrix, īcis, eine hure. Item adjective, hurisch, verhurt; ut, *fututrix manus lingua*, apud eumdem lib. 11 epigr. 23 & 92.

¶ Confutuo, ĕre, nothzüchtigen. Catullus carmine 38 v. 3

Quicquid est puellarum, confutuere.

¶ Diffututus, a, um, sensu obsceno ejusdem est Catulli carm. 39 v. 14.

¶ Effutuo, ĕre, verhuren. In militari carmine & joco in Cæsarem apud Suetonium ejus vita cap. 51

Aurum in Gallia effutuisti, hic sumsisti mutuum.

Aurum effutuisti, id est, futuendo seu scortando dilapidasti.

Futurus, require in verbo *Sum.*

FVVI, pro Fui, antique. Plaut. Pœn. prol. v. 110 *qui parentes fuverint.*

G.

G Littera media est inter C & CH: cognatum habet quiddam cum κ Græcorum, ut, κυβερνήτης, *gubernator*, κύκνος, *Cygnus*. ¶ 2. Positum vero ante N, ex eo quiddam retrahit in sese, ut *Agnus*, *Agnosco*, *Magnus*, &c. Veteres enim in syllabis, ubi nunc N nos scribimus ante C, vel G, ipsum G ponebant, quemadmodum Varro monet lib. 1 de origine linguæ latinæ, ut, *Aggulus*, pro *Angulus*; *Agceps*, pro *Anceps*. ¶ In propriis G solum positum, retulit *Gajus*: GN. *Gneus*: GER. *Germanicus*, vel *Germanus*. vid. Valer. Probus de litteris antiquis.

GĂBĂLIVM, i, genus plantæ, quod consumere dicuntur Arabes, Plin. 12 cap. 21.

GĂBĂLVS, i, eine gabel, ein galgen. vide *Furca*, & Nonium cap. 2 n. 373. Sicuti autem Lucilius *Carcerem* dixit pro homine, qui in carcere detinetur; ita & *Gabalum* dixerunt sceleratum hominem & dignum cruce. Macrinus apud Capitolinum in Macrino cap. 11

Qualis Latinus Gabalus iste fuit.

Putat Salmasius, & Heliogabalum Imperatorem per convitium appellatum *Gabalum* similiter fuisse, & eo refert, quod Servius in 7 Æneid. Virg. scribit: *Gabalus Rom. Imp. Solem se dici voluit. Nam Heliogabalus est dictus.* vide eum ad Alexandrum Lampridii init.

GĂBĂTAE, arum, plurale, apud Martialem legitur, significare videtur vas concavum, eduliis aptum, ein napf: *Transcurrunt gabatæ, volantque lances*, lib. 7 epigr. 47. adde lib. 11 epigr. 32.

GABBĂRAE, arum, corpora mortuorum apud Ægyptios, pollinctorum arte delibuta, arefacta, ac longo tempore quasi ænea facta, Augustino teste. vide Aringhi Rom. Subterr. P. 1 lib. 1 cap. 2, & Kirchmann. de Fun. Rom. 1 cap. 8, & Salmas. ad Solin. p. 744 & 850.

GĂBII, orum, Γάβιοι, Volscorum urbs. Virg. 6 Æn. v. 768

Hi tibi Nomentum, & Gabios, urbemque Fidenam, &c.

¶ Gabiensis, e, adject. ut, *Gabiensis ager*, Plin. 2 cap. 94.

¶ Gābīnus, a, um, adject. ut, *Vrbs Gabina*, Ovid. Fast. 2 v. 709. Vnde *Gabinus cinctus*, apud Livium 5 c. 46 & 8 cap. 9. Virg. 7 Æn. v. 612

Ipse Quirinali trabea cinctuque Gabino
Insignis, &c.

Ad quem locum Servius: *Gabinus cinctus*, inquit, *est toga, sic in tergum rejecta, ut una ejus lacinia revocata hominem cingat. Hoc autem vestimenti genere veteres Latini, quum nec dum arma haberent, præcinctis togis bellabant: unde etiam milites in procinctu esse dicuntur. Hoc rursus utebatur consul bella indicturus, ideo, quod cum Gabii, Campaniæ civitas, sacris operaretur, bellum subito evenit. Tunc cives cincti togis suis ab aris sunt ad bella provecti, & adepti victoriam. Propter quod omen tali habitu semper utebantur in bellis.* vide & Turneb. lib. 22 Adversf. cap. 19.

¶ Gabienus, i, Cæsaris classiarius fortissimus, captus à Sext. Pompejo, jussu ejus incisâ cervice, & vix cohærente, jacuit in littore tota die. Deinde cum advesperavisset, cum gemitu precibusque congregata multitudine petiit, ut Pompejus ad se veniret, aut aliquem ex caris mitteret. Se enim ab inferis remissum habere, quod nunciaret. Misit plures Pompejus ex amicis; quibus Gabienus dixit: *inferis Diis placere Pompeji caussam & partes pias. Proinde eventum fore quem optaret: hoc se nunciare jussum. Argumentum fore veritatis, quod peractis mandatis protinus exspiraturus esset.* Idque ita evenit, Plin. lib. 7 cap. 52.

¶ Gabinius, i, Romanum nomen, præsertim consulis illius, sub quo Cicero in exsilium missus fuit. Proconsul Syriæ Ptolemæum Auleten in regnum reduxit. vid. Cic. post red. ad Quir. & lib. 1 epist. ad Lentulum. Hinc

¶ Gabinius, a, um, adject. ut, *lex Gabinia*, Cic. de Leg. 3 cap. 16, & ad Attic. 5 epist. 21, & de Amic. cap. 12.

¶ Gabinianus, a, um, idem; ut, *Gabiniani milites*, Val. Max. 4, 1, 14.

GĀDES, Gadium, fœm. quæ & *Gadir* & *Erythræa*. Insula est Oceani ultra Hispaniam Bæticam, Herculis columnis vicina, die insul Cadix (sic enim hodie appellatur) in Spanien. vide Plin. lib. 5 cap. 22. Cicero pro Corn. Balbo cap. 16 *Gaditanorum mœnia, delubra, agros, Hercules itinerum & laborum suorum terminos esse voluit.* Juvenal. sat. 10 pr. *Omnibus in terris quæ sunt a Gadibus usque*

Auroram & Gangem, pauci dignoscere possunt,
Vera bona, &c.

¶ Gaditanus, a, um, subst. incola Gadium, Cicero c. l. & Cæs. 2 Civ. B. cap. 18 seqq. Etiam adjective ad Gaditanos pertinens; ut, *Fretum Gaditanum*, die strasse des mittelländischen meers, Plin. 4 cap. 13. *Gaditana provincia*, Liv. 28 cap. 2.

GAESVM, i, plur. Gæsa, sunt tela sive hastæ Gallorum, wurffspiesse, partisanen. Cæsar lib. 3 B. Gall. cap. 4 *gæsa in vallum conjicere.* Meminit & Livius lib. 8 cap. 8, ubi ab hasta distingui videntur: & lib. 9 c. 36 *gæsis binis armati.* Virgilius *Alpina gæsa* dixit lib. 8 v. 661, & hunc imitatus Silius Italicus lib. 1 v. 629. Polluci lib. 7 cap. 33 γαισός est δόρυ ὁλοσίδηρον, *hasta pure ferrea.* Vnde etiam de diphthongo constat. vid. Cæl. Rhodig. 21 cap. 18. ¶ *Gæsos* quoque Galli appellabant viros fortes, teste Servio in Virg. Æn. 8 v. 662.

GAETVLI,

GAETVLI, orum, diphthongo ſcribunt Græci: populi Africæ ſunt ultra Numidiam in auſtrum. vide Geograph.
¶ Gætulus, a, um, adject. Virg. 4 Æn. v. 40
Hinc Gætulæ urbes genus inſuperabile bello.
¶ Gætūlia, æ, regio Getulorum in Africa. Plinius lib. 5 cap. 4 extr. *Tota Gætulia* ad flumen Nigrin, qui Africam ab Æthiopia dirimit.
¶ Gætūlĭcus, a, um, adject. Plinius lib. 6 cap. 31 extr. *Juba Getulicam purpuram tingere* [in Mauritaniæ inſulis] *inſtituerat.* Juvenal. ſat. 8 v. 26 *Agnoſco procerem. Salve, Gætulice, ſeu tu,* &c.
¶ Semigætūlus, i; Apulej. Apolog. p. 289 *Memet profeſſus ſum Seminumidam & Semigætulum.*

GAGĀTES, æ, λίθος γαγάτης, ein agtſtein, Plin. lib. 36 cap. 19. Gagates, lapis, nomen habet loci & amnis Gangis Lyciæ. Quem fluvium tamen Galenus, totam luſtrans diligentiſſime Lyciam, vidiſſe negat. Lapis eſt, qui igni admotus confeſtim accenditur, flammamque contrahit ac bitumen redolet. Quamobrem *ſuccinum nigrum* à quibusdam dictus eſt, ſed falſo. Reperitur hodie magna copia in Flandria & Cimbria, ein rauher, ſchwartzer, brennender ſtein, Matthiolus. Eo accenſo morbum caducum explorari, Apulejus Apol. p. 491 prodidit. Gagates & gagas, gagatis & gagatæ, penult. brev. Sed
¶ Gagītes, is, aëtites eſt quibusdam, ein adler-ſtein. vide *Ætites.*

GALACTĪTES, æ, γαλακτίτης, lapis, a lactis ſic dictus colore, quod in ſuccum ſolutus lactis ſpeciem reddat, *Leuca* & *Leucographia*, & *Synnephites* alio nomine dictus, ut Plinius annotavit lib. 37 cap. 10, weiſſer marmel. Reperitur hodie in quibusdam montibus Saxoniæ. Matthiolus.

GALACTOPŎTA, æ, γαλακτοπότης, lactis potor, ein milch-trincker. Quod nomen Getis & Nomadibus, re tantum pecuaria victitantibus, Colum. tribuit lib. 7 cap. 2.

GALANGA, æ, radix aromatica nota, colore interius & exterius purpureo, ſapore acri, galgan. *Acorum* alii dixêre, ſed contra Matthiolum. vide *Acorus. Cyperus Babylonius* Junio galanga eſt; *Cyperus* autem *ſilveſtris* eſt *galanga.*

GALATĒA, æ, nympha, Nerei & Doridis filia Ovidio eſt lib. 13 Metam. ¶ 2. Virgilio amica ruſtica, eclog. 1 v. 31
Poſtquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.
Jam Galatea veni, nec munera deſpice noſtra.
Mantuam hoc nomine intelligere Virgilium, notat Taubmann. ad Virgil. p. 9. Nannius miſcell. lib. 6 cap. 1.

GALĀTIA, æ, regio minoris eſt Aſiæ, quæ & *Gallogræcia* dicta eſt, & nomen utrumque accepit à Gallis, à quibus maximo numero occupata aliquando ſub duce fuit Brenno. Livius lib. 38 cap. 16, & Flor. lib. 2 cap. 11. Tertiam produxit Statius in Soteriis Rutilii [1 Silv. 4] v. 76
Hunc Galatia vigens auſa eſt inceſſere bello.
Beneficio accentus, ut Bernartius & Morellus putant. Lactantius Vol. 3 ad Probum, ut D. Hieronymus citat præfat. lib. 2 in epiſt. Pauli ad Galatas: *GALLI*, inquit, *antiquitus a candore corporis GALATÆ nuncupabantur, & Sibylla ſic eos appellat. Quod ſignificare voluit Poëta,* (Virgilius lib. 8 Æn. v. 660) *cum ait:*
tum lactea colla
Auro innectuntur:
Cum poſſet dicere candida. *Hinc utique* Galatia *provinciæ, in quam Galli aliquando venientes cum Græcis ſe miſcuerunt, unde primum ea regio* GALLOGRAECIA, *poſt* GALATIA *nominata eſt.*
¶ Gălătæ, arum, populi ſive incolæ. *Galatarum auxilia*, Cic. lib. 6 ad Attic. ep. 5. Sed hi frequenter *Gallogræci* appellantur ab hiſtoricis.
¶ Galaticari, fictum Tertulliani verbum, de Jejun. adv. Pſych. c. 14, notatque Galatarum more Judaicas cæremonias Chriſtianiſmo adjungere. Effictum autem eſt ea forma, qua Latini veteres *græcari* & *pergræcari* dixerunt.

GALAXIA, æ, γαλαξία, circulus cæleſtis magnus & latus, & ſerena nocte ſemper conſpicuus, inſtar faſciæ cujusdam, qui propter albedinem lacti ſimilem *via lactea* appellatur, & â Plinio, ubi ejus effectus recenſet, *lacteus in cælo circulus*, lib. 18 cap. 29 dicitur, die milch-ſtraſſe. Conf. infra *Lacteus* in *Lac.* Mirificè effert Ovidius Met. 1 v. 169
Eſt via ſublimis, cælo manifeſta ſereno:
Lactea nomen habet; candore notabilis ipſo, &c.
¶ 2. *Galaxia*, gemma, ex colore lactis, quæ & *Galactites*, Plin. 37 c. 10.

GALBA, æ, vir conſularis, qui Luſitanos diripuit & accuſatus a Catone fuit. vide Nepotem in Catone & ibi Lambinum. ¶ 2. Item *Sergius Galba* Imperator poſt Neronem. ¶ 3. *Galba* & pinguem notat veteri Gallorum lingua. ¶ 4. *Galbæ* etiam dicuntur exilia animalia, quæ in eſculentis naſcuntur, ut docet Suetonius in Galba cap. 3.
¶ Galbei, orum; horum mentio eſt apud Suetonium l. c. Caſaubonus craſſiores toros lanâ aut tomento fartos interpretatur. A quo tamen diſſentit Rigaltius, & *Galbeos* putat armillas fuiſſe a pertuſis *galbulis*, id eſt, parvis pilis aureis, ad inſtar corticiorum. Varro enim in re ruſtica *galbulos* interpretatur pilas parvas corticias. Sane & Feſtus docet, *Galbeos* eſſe armillas, quibus triumphantes utebantur, & quibus ob virtutem milites donabantur. vide ipſum Rigalt. Notis ad Oneſandrum p. 41 edit. Commelianæ.

GALBĂNVM, vel Chalbanum, i, χαλβάνη, ſuccus eſt plantæ ferulaceæ in Syria naſcentis, thuris effigiem præbens, & odorem gravem. Dioſc. lib. 3, Suet. in Galba cap. 3, & Plin. 11 cap. 7. ¶ 2. Sed *Galbanum* veſtimenti genus eſt, Juven. ſatyr. 2 v. 97
Cærulea indutus ſcutulata, aut galbana raſa.
Veſtimentum ſignificat album & ſublucidum delicatorum, ein reinlich, weiſſes kleid.
¶ Galbanatus, a, um, id eſt, galbano indutus, mollis ſcilicet & delicatus apud Martial. lib. 3 epigr. 82
Jacet occupato, galbanatus in lecto.
¶ Galbănus, a, um, adject. weich, zärtlich. Martial. lib. 1 epigr. 97
Fuſcos colores, galbanos habet mores.
id eſt, molles & ſupinos. vid. Rhodig. Lect. Antiq. lib. 24 cap. 5, qui vero *Galbinos* cum aliis legit; quemadmodum in fragm. Petronii p. 56 eſt *Galbino ſuccincta cingillo.* Sic, *Tunica galbina*, Vopiſc. in Aurel. cap 34.

¶ Galbăneus, a, um, idem, ut, *Galbaneus nidor, odor,* in 3 & 4 Georg. Virgilii. v. g. lib. 4 v. 264 *Hinc jam galbaneos ſuadebo incendere odores,* rauch oder dampff von galban.
Galbei, vide in *Galba*, & Galbīnus in adjectivo *Galbanus.*

GALBVLVS, i, pila cupreſſi, eine cypreſſen-nuß, apud Varr. lib. 1 de re ruſt. cap. 40.

GALBŬLA, æ, vel Galbulus, & Galgulus, i, avis eſt eadem, luteo & viridi colore, turturis magnitudine, widwol, vocant quidam. ¶ 2. Alii eam eſſe putant, quæ Germanis, geelgorſt. Eberus. ¶ 3. Geſnerus, a nonnullis, gelbling, & hemmerling, adpellari ſcribit, ſed avem eſſe Germaniæ peregrinam putat, & in Italiâ vocari, galber. *Icterus* idem. *Galbula*, apud Martialem legitur lib. 13 epigr. 68
Galbula decipitur, calamis & retibus ales, &c.

GĂLĔA, æ, caſſis, ferreum capitis munimentum, ein eiſen-hut oder helm, bickelhaube, ſturmhaube. Virgil. 5 Æn. v. 314
Tertius Argolicâ galeâ contentus abito.
Galea venatoria apud Nepotem in Datame cap. 3 n. 2. *Galeam induere*, Cæſ. lib. 2 cap. 21 de B. Gallico. ¶ Galeæ *perforatæ & criſtatæ* in Nobilium inſignibus unde ſint, docebit Loccen. lib. 3 Antiq. Sueo-Goth. cap. 7 p. 155.
¶ Galeo, are, dixit Hirtius, einen helm aufſetzen; *Milites*, inquit, *in campo jubet galeari & ad pugnam parari*, lib. de bello Africano c. 12.
¶ Galeatus, a, um, galea indutus, gewapnet mit einem helm. *Minerva galeata*, Cic. lib. 1 Nat. Deor. cap. 36. ¶ 2. *Galeatum principium*, vel *Galeatus prologus* dicitur, omnibus libris conveniens vel commune quoddam procemium, quemadmodum galeatum præſidium omnium commune eſt & galeati omnes tuentur. Turneb. Adverſ. lib. 3 c. 18. Voſſ. lib. 3 Inſtit. Orat. p. 352. Hinc S. Hieronymi præfatio in libros Regum [ſeu epiſt. 106] vulgo *Prologus galeatus* appellatur, cujus nominis vim ipſe ibidem declarat his verbis: *Hic prologus ſcripturarum, quaſi galeatum principium, omnibus libris, quos de hebræo vertimus in latinum, convenire poteſt.*
¶ Galearius, i, qui galeam geſtat, in calonum generibus ponitur ab Vegetio lib. 3 cap. 6. Variant tamen libri. Adde cumprimis Stewech. ad Vegetii lib. 1 cap. 10 fin.
¶ Galeŏla, æ, quaſi diminutum a Galea, vas ſinuoſum, a galeæ figura ſic appellatum. Varro apud Nonium cap. 15 n. 34 *Vbi erat vinum in menſa poſitum aut galeola, aut ſinu.* Sinus autem ejusdem generis vaſculum erat, ut ibidem explicatur.

GALĒNA, æ, plumbago, Plin. lib. 34 cap. 16 de origine plumbi. Ejus, qui primus fuit in fornacibus liquor, *ſtannum* appellatur, qui ſecundus, *argentum*, quod remanſit in fornacibus, *galena.* Hæc conflata dat nigrum plumbum, &c. bley-ertz, bleyweiß. vide *Molybdæna.*

GALĒNVS, i, (a γαλήνη, tranquillitas) Claudius, medicus ille nobiliſſimus Pergamenus. Clarus eſſe cœpit Trajani temporibus. Natus patre architecto civitatis eruditiſſimo. Adoleſcens in Dialecticis & elementis Philoſophiæ, quod ingenio valeret, feliciſſime profecit, & mox ad Medicinæ ſtudium animum adjecit. Præceptores audivit medicos ea ætate præſtantes Satyronem & Pelopem. Profectus deinde Alexandriam eſt, ubi tum hominum erat doctiſſimorum frequentia, quorum judicia & ſtudia exploravit. Romam quoque venit, ibique multa ſcripſit annos natus quatuor & triginta. Inde vero diſcedens anno ſeptimo & trigeſimo, in Aſiam rediit. Sed non multo poſt in Italiam, litteris Imperatorum Veri, & Antonini, revocatus eſt. Inde vero poſt interitum Antonini, qui in bello Marcomannico periit, in patriam rediit, ibique conſenuit, ac, cum corpore & valetudine eſſet imbecilliori, quemadmodum de ſe ipſe ſcripſit; diligentia tamen in victu & temperantia, ſatur ſcilicet nunquam de menſa ſurgens, vitam in extremam usque produxit ſenectam. Moſis, & Chriſti doctrinam reſpuit, & martyrum conſtantiam ſugillare auſus eſt. vid. Voſſ. lib. 6 Inſtit. Orat. p. 541.
Galeola, vide *Galea.*

GALEOS, otis, γαλεὸς, piſcis, qui & Muſtellus, ſed plurimarum ſpecierum, canis cetaceus minor dicitur, ein kleiner hundfiſch, Geſn. Sed Galeotes, γαλεώτης [ſtellio eſt] & ξιφίας, id eſt, *gladius*, ſchwerdfiſch. vide Plinium lib. 32 cap. 2.

GĂLĒRVS, i, & Galerum, genere neutro, pileus rotundus e pelle ferina diverſi uſus, eine ſpitzige mütze, ein bareth, a galeæ rotunditate. Tales ruſticos uſos pro tegumento capitis, Virgilius ſcribit Æneid. 7 v. 688 *Fulvosque lupi de pelle galeros*
Tegmen habent capiti.
Servius ſacerdotalis pilei genus ex Sytonio eſſe tradit in 2 Æneid. Virg. p. 336. Hieronymus epiſt. 128 ad Fabiolam de veſtitu Sacerdotum: *Quartum genus eſt veſtimenti*, rotundum pileolum: *qualem picturam in Vlyſſe conſpicimus, quaſi ſphæra media ſit diviſa, & pars una ponatur in capite. Hoc Græci & noſtri* τιάραν; *nonnulli* Galerum *vocant.* Apul. Apol. *Hoc Diogeni & Antiſtheni pera & baculus, quod regibus diadema, quod Imperatoribus paludamentum, quod Pontificibus galerum, quod lituus auguribus.* vid. Lipſ. de Milit. Rom. lib. 3 cap. 1. Tiraquell. ad leg. 3 Connubial. Comment. Barth. ad lib. 4 Theb. Statii v. 303 p. 1013, 1014. ¶ 2. Eſt & Capillamentum, (paruque,) quo uti ſolebant, qui fallere & ignorari cupiebant. Suetonius Nerone cap. 26 *Poſt crepuſculum ſtatim arrepto pileo vel galero popinas inibat.* Idem in Othone cap. 12 *Galericulum* vocat. Juven. ſat. 6 v. 120
Sed nigrum flavo crinem abſcondente galero
Intravit calidum veteri centone lupanar.
Vide ibi veterem Scholiaſten, & ſupra *Capillamentum.* Vtebantur ejusmodi capillamentis & mulieres, exemtitio & ſuppoſititio crine, vetulæ imprimis, ut canos tegerent, quæ *Caliendra* appellabantur; vide de his ſupra in lit. C.
¶ Gălērĭculum, i, diminutivum, ein haarbogen, paruque. Suet. Othone cap. 12 *galericulum capiti adaptare.* Adde titulum epigr. 50 lib. 14 Martialis. ¶ Etiam tegumentum capitis militare, uti apparet ex Frontin. Strat. 4 cap. 7 n. 29.
¶ Gălērītus, a, um, galero pileo tectus, der einen hut oder mütze trägt. Propertius lib. 4 elegia 1 v. 29

Prima galeritus posuit prætoria Lucmo.

¶ Hinc dicta avis est *Galerita*, quæ & alauda, cristata scilicet, κορυδαλλὸς, eine wald-lerche, heyd-lerche, heubel-lerche, apud Plinium lib. 11 cap. 37. vide supra *Alauda*. Varro etiam *Galeritum* vocat, quod in capite habet plumam elatam, de L. L. 4 cap. 11. ¶ 2. Alaudæ ceteræ, galeris carentes, dicuntur *Gregales*, sang-lerchen. Suavissime enim canunt, primæque sunt aves, quæ ver cantu prænunciant. Volatu alta petunt, cum galeritæ vel cassitæ, & raro evolent, & evectæ alis statim rursus procumbant, neque altis nec longis spatiis confectis. Tertium genus Græcis ἀνώνυμον est, eine stein-lerche. vide *Alauda*.

¶ Albŏgălērus, i, pileum capitis, quo Flamines Diales utebantur. Fiebat exhostia alba Jovi cæsa, cui affigebatur apex virgula oleagina, ein bischoffs-hut: Festus. Conf. Rubenius Elect. 2 c. 25.

GĂLĒSVS, i, Calabriæ fluvius, juxta Tarentum. Virg. 4 Georg. v. 126

Qua niger humectat flaventia culta Galesus.

Galgulus, vide *Galbula*.

GALLA, æ, nascitur in foliis quercuum & ramusculis, sole de geminis exeunte, Græcis κηκὶς est, ein eich-apffel, gall-apffel, Plin. 16 cap. 7. Qui fructus peculiare hoc habet, ut quotannis aut annonæ fertilitatem, aut bellum, aut pestilentem auram prænunciet. Nam si integra rumpatur galla, nec perforata prius sit, aut muscam, aut araneum, aut veniculum ostendit. Si musca volat, futuri belli; si repit vermiculus, annonæ penuriæ; si currit araneus, morborum pestilentium præsagium est, Matthiolus. ¶ 2. Pro atro & aspero vino Lucilius posuit apud Nonium in *Acerosus* c. 5 n. 97

Quæ gallam bibere ac rugas conducere ventri
Farre aceroso coëgit, &c.

¶ 3. *Gallæ* etiam & *Gallicule* calceamenti genus, quòd alias *Sandaliorum* nomine appellabatur. vide infra. ¶ 4. *Galla* sutorium habetur instrumentum, quod & subulam vocant. Vnde sutor *gallam se subigere* dixit, apud Macrobium 2 Sat. cap. 2. ¶ 5. *Gallas*, Cybeles sacerdotes, vide in *Gallia*.

GALLEŌTAE, arum, portentorum interpretes apud Siculos dicti, auctore Cicerone lib. 1 de Divinat. cap. 20.

GALLIA, æ, quæ & Francia occidentalis, à Francis enim occupata Gallia, Gallier-land, Franckreich. ¶ De ratione appellationis alii aliter censuerunt, qui Galliam a γάλα, hoc est, lactis candore, vel à *Galeta*, Polyphemi in Sicilia filio, dictam prodiderunt. Prioris sententiæ Lactantius fuit, de quo supra in *Galatia*. ¶ 2. Recentiores autem, *Gallos* peregrinatores dici, atque eamdem esse vocem, *Galli* & Wallen, scripserunt. Divisio vetus Galliæ est, in *Cisalpinam*, quæ & *Tonsa* seu *Togata*; & *Transalpinam*, quæ & *Comata*, a comæ nutritione dicitur. Cæsar lib. 1 ineunte de Bell. Gall. *Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam, qui ipsorum lingua Celtæ, nostra Galli appellantur.* Est & *Braccata* & *Narbonensis* & *Lugdunensis* Gallia. vide Bernegg. ad Suet. Cæsar. cap. 8, 2. & cap. 22, 2 a. Plin. lib. 11 cap. 31. Sed hæc alio pertinent. Galliæ fines Suetonius Pyrenæo, Alpibus, Gebenna monte, Rhenoque & Rhodano fluminibus definit: universum ambitum ejus seu circuitum tricies centum millibus passuum æstimat, in Cæsare cap. 25. *Animosam* Claudianus appellat de 4 Cons. Honorii v. 392. Ingeniorum & eloquentiæ laude semper excelluisse, P. Pithœus, & ipse Gallus, præfat. in Quintiliani Declamationes plurimis auctoritatibus declarat. Sed de felicitate singulari Gallicæ indolis videndus Scaliger exercit. 167 de Subtilitate.

¶ Gallicus, a, um, adject. Frantzösisch; a Gallia est, ut, *Lingua Gallica*: *Morbus Gallicus*; *Gallica palla*, ein kittel. Ovid. 4 Fast. v. 362 *Gallica humus*.

¶ Gallicæ, arum, plurale, calceamenti genus, quo utuntur Galli in pluvia, Cicer. 2 Philipp. cap. 30.

¶ Gallice, adverb. Frantzösisch. Marcus Varro apud Gellium 2 cap. 25 *A Gallo & Mauro Gallice & Maurice dicimus.*

¶ Gallicanus, a, um, aliud adjectiv. Cicero pro Quint. cap. 4.

¶ Gallus, i, ein Frantzoß. Cicer. de Arusp. Respons. cap. 9 *Robore valent Galli*, sie sind starcke leute. Cæsar lib. 3 de Bell. Gall. cap. 8 *Gallorum subita sunt & repentina consilia.* Ibidem cap. 19 *Vt ad bella suscipienda Gallorum alacer ac promtus est animus, sic mollis ac minime resistens ad calamitates perferendas mens eorum est.* ¶ 2. *Gallus*, Cornel. poëta, de quo Virgilius ecl. 10. vide supra *Cornelius*. ¶ 3. *Gallus* & Phrygiæ fluvius: unde & Deæ Phrygiæ, seu Cybeles, sacerdotes appellati *Galli*. Lucan. lib. 1 v. 566

crinemque rotantes
Sanguinei populis ulularunt tristia Galli.

vide Festum. Ovidius 4 Fast. v. 361

Cur igitur Gallos, qui se excidére, vocamus?
Cum tanto Phrygiâ Gallica distet humus?
Inter, ait, viridem Cybelen altasque Celænas
Amnis it insana, nomine Gallus, aquâ.
Qui bibit inde, furit, &c.

Isaacus autem Vossius in Catulli Attin sive Atyn p. 183 persuasum habet, a Gallogræcis hoc nomen originem habuisse, quem si inspexeris, multa & egregia de his Gallis invenies. De iisdem etiam varia collegit Servatius Gallæus ad Lactantii lib. 1 cap. 17.

¶ Gallæ, fœmineo casu, iidem Cybeles sacerdotes dicti, quod, virilibus exsectis, muliebri prorsus & habitu & more uterentur. Catullus dicto carmine v. 12

Agite, ite ad alta, Gallæ, Cybeles nemora simul.

ubi rursus Vossium consule pag. 162. Hinc &

¶ Gallo, are, i. e. bacchari, schwärmen, unsinnig seyn. Varro apud Nonium c. 2 n. 382 *Deam gallantes vario retinebant studio. Quæ venustas hic adest gallantibus?*

¶ Gallulus, a, um, diminutivum. Sic, *Gallula Roma*, Arelas, Auson. in Vrbibus num. 8.

¶ Galliambus, i, carmen Gallorum, quo Deam suam celebrabant, appellabatur, de quo est in *Jambus*. Ejus auctor Cæcilius, de quo Farnab. ad Martial. lib. 2 epigr. 86.

¶ Gallogræci, iidem sunt, qui & Galatæ. vide *Galatia*.

Gallicinium, Gallina, Gallinago, &c. vide mox in *Gallus*.

GALLIVM, i, γάλλιον, herba, vim habens coaguli, nascitur prope sepes, meyerkraut, waldstroh, unser lieben Frauen bettstroh.

GALLONIVS, i, homo postremæ gulæ, in cupediis & lautioribus cibis assidue versatus, unde a Lælio *Gurges* dictus. Mensa ejus acipensere decumano infamis fuit. Cicero pro P. Quintio cap. 30 *Qui relicta virorum bonorum disciplina & quæstum & sumtum Gallonii sequi maluerunt.* vid. Crinit. lib. 6 cap. 4.

GALLVS, i, ἀλέκτωρ, Gallus gallinaceus, vel Gallinaceus solùm, ein hauß-hahn. Cicer. de Divinat. lib. 1 cap. 34 *Canorum animal gallus gallinaceus.* Sed, *gallus castratus*, sive, ut Petronius in Satyrico pag. 84 vocat, *gallus spado*, ein kaphahn. *Galli crista*, λόφος, der hahnenkamp. Marti sacra avis: est enim pugnax. Solebant Pergamis, ut Plinius auctor 10 cap. 21; itemque Athenis, ut Ælianus & Lucianus Anacharsi, seu de Gymnasiis, referunt, publice edi concertantium gallorum spectacula. Quo respexit Columella lib. 8 cap. 2, quo de gallinaceo genere ait, scribens: *Mores autem, quamvis non ad pugnam, neque ad victoriæ laudem præparentur, maxime tamen generosi probantur*, &c. Martial. lib. 9 epigr. 68

Nondum cristati rupére silentia galli,
Murmure jam sævo verberibusque tonas.

Gallus in sterquilinio suo plurimum potest, proverbiale de illis, qui domi prævalent, apud Senecam Ludo de morte Claudii. ¶ 2. *Gallus gallinaceus* quoque dictus Adæus quidam Athenis, teste Athenæo lib. 12 cap. 8, & militaris quædam legio apud Cares. v. Bernegg. ad Sueton. Cæs. cap. 24, 2 c. Gallum gallinaceum similem esse Medorum Regi, ait Aristoph. in Avibus apud Voss. lib. 6 Instit. Orat. p. 475.

¶ Plures vocis significatiònes vide paullo ante sub *Gallus* in *Gallia*.

¶ Gallŭlo, are, & Gallulasco, ĕre, i. e. hirquitallire & pubescere, krähen wie ein hahn; Item, mannbar werden. Nævius apud Nonium c. 2 n. 368 *puer, cujus vox gallulascit.*

¶ Gallīna, æ, ein huhn, eine henne. *Albæ gallinæ filius*, der zu einer glückseligen stunde gebohren ist, Juven. sat. 13 v. 141. Gallinæ aliæ *cohortales*; aliæ *rusticæ*; aliæ *Africanæ*. vide Varron. R.R. lib. 3 cap. 9, & Columell. lib. 8 cap. 2 princ. Item Plautus Pseud. act. 1 sc. 1 v. 28 *Has litteras scripsit gallina*, es ist geschrieben, als wenn es die hühner gescharret hätten. conf. mox *Gallopavus*. ¶ 2. *Gallinæ* dictæ sunt meretrices, quia ut gallinæ absumunt & spargunt omnia. vid. Taubm. ad Plaut. l. c. p. 956. Est etiam *gallina* in blanditiis amantium, ein butt-hühngen, Plaut. Asin. a. 3 sc. 3 v. 76. ¶ *Gallina canens* ex priscorum superstitione notabat, in domo illa, ubi hoc obtigisset, superiorem esse marito uxorem; Donatus observat ad illud Terent. Phorm. a. 4 sc. 4 v. 27 *gallina cecinit*.

¶ Gallīnŭla, æ, diminutivum, ein hühngen. Arnobius lib. 7 p. 215 *Si gallinulam, vitulum, sub illius oculis atque altaribus concremâro.* Avienus in Prognost. Arati v. 387

Pectora cum curvo purgat gallinula rostro.

¶ Gallīnācĕus, a, um, ad gallinas pertinens, das von hühnern ist: ut, *pulli gallinacei*, Varr. 3 de R.R. cap. 9, junge hühner; & *Ova gallinacea*, ibidem: *fel gallinaceum*, Cic. 2 Divin. cap. 12. Et, *gallus gallinaceus*, pro Muræna cap. 29. Sed, *Lac gallinaceum*, proverbialiter de abundanti copia, alles vollauf. Plinius proœmio Operis: *ut vel lactis gallinacei sperare possis haustum.* vide Chiliadas Erasmi.

¶ Gallinarius, a, um, aliud adjectivum, ad gallinas pertinens; ut, *Scala gallinaria*, Celsus lib. 8 cap. 15, die hühnerleiter.

¶ Gallinaria, æ, insula Ligustici maris, a copia gallinarum dicta: Varro de R. R. lib. 3 cap. 9. ¶ 2. *Gallinaria* silva in Campania prope Cumas. Memoravit Cic. lib. 9 fam. ep. 23, & Strabo lib. 5 p. 168.

¶ Gallinarius, i, subst. qui curat gallinas, ein hühnervoigt. Cic. 4 Acad. cap. 26 extr. *Gallinarium invenisti, qui ova cognosceret?* Varro 3 de R.R. cap. 9 *curatorem gallinarium*: Columella autem generaliter *aviarium* lib. 8 cap. 5 nominavit.

¶ Gallinārium, i, ein hühner-hauß, Columell. lib. 8 cap. 3.

¶ Gallicinium, i, tempus cantus gallorum, die zeit wenn die hahnen krähen, der hahnschrey. Sunt autem tria tempora cantus gallorum: clarissimus eorum est cantus matutinus. Apulej. *noctis gallicinio*, lib. 8 ineunte. Ammianus Marcellinus lib. 22 cap. 33 de Casio monte: *unde secundis galliciniis videtur primi solis exortus.*

¶ Gallicrus, ūris, herba, cujus cacumen instar pedis galli, Apul. de Herb. cap. 44.

¶ Gallinăgo, ĭnis, eine schnepffe, dicta à gallinæ magnitudine.

¶ Gallopavus, i, vulgo dicitur ein calecutischer hahn: & sequioris sexus *gallinæ Indicæ*, Welsche hühner. Veteribus peregrina genera erant *gallinæ Africanæ* vel *Numidicæ*, de quibus in suis nominibus.

GALVMMA, ătis, velamen, eine decke. Mart. Capell. lib. 1 *Galumma lacteum.*

GAMBA, æ, crus sive ungula jumenti, der huf, das unterscheibel. Veget. 3 cap. 19 *Si gamba tumere cœperit.* Idem 1 cap. 27 *Si laccæ in gambis fuerint.* vid. Salmas. H. Aug. p. 292.

¶ Gambosus, a, um, hufknodicht. Veget. 3 cap. 20 *Si gambosum factum fuerit animal.*

GAMMA, æ, est figura hujus litteræ apud agrimensores. Hinc Auct. de Limit. apud Goesium p. 278 Fundus *in gamma jacere* dicitur, qui ea est forma. Et p. 309 *Termini, si transversi positi fuerint, gammam faciunt.* Hinc

¶ Gammatus, a, um, eamdem figuram habens; ut, *Limes gammatus*, ibid. ex Innocent. p. 228, & ex Var. Auct. p. 255, 271.

GAMMĂRVS, vel Cammarus, i, ex quo Galenus Græcum nomen, καμμαρὶς, ἴδος, finxisse videtur, marinus est cancer, ein see-krebs oder meer-krebs, squillarum generis, quem Romani *Leonem* vocant, Græci ἀστακόν. *Gammarus fluvialis*, seu vulgaris, ein gemeiner krebs. Cancri vero ab his differunt, nam caudâ carent. *Cancri marini*, meer-spinnen. *Squillæ*, die kleinen krebslein oder kraben. Lapilli Gammarorum, quos duos in capite eo habent tempore, quo crustam exuunt, (wenn

ſte ſich mauſen) krebsaugen, quorum ad expellendos renum calculos uſus eſt. *Cruſta*, krebsſchalen. *Chela*, krebsſcheren. Matthiol. in Dioſcor. ¶ Scribunt & *Cammarus*, κάμμαρος, vide *Locuſta*. Martial. lib. 2 epigr. 43 *Concolor in noſtra, cammare, lance rubes.*

GAMUS, ſeu potius γάμος, pure Græcum, id eſt nuptiæ: cujus derivata in latinum ſermonem, præſertim ab eccleſiaſticis, invecta ſunt. Et hybride quidem vulgo dicitur

¶ Bĭgămus, i, δίγαμος, qui duxit uxorem ſecundùm, der ſich zum andern mahl beweibet; vel qui duas uxores habet, der zwey weiber hat.

¶ Bigamia, æ, διγαμία, matrimonium ſecundum, vel cum duabus, die zweyweiberey. Sed pro vocibus hybridis tutius dicitur

¶ Dĭgămus, i, à δὶς *bis*, & γάμος; ac

¶ Digamia, æ. Puriora enim illa vocabula ſunt Tertulliani de Monogamia c. 6 & 8 de *digamia Abrahæ*, & Hieronymi lib. 1 adv. Jovinian. cap. 8, cujus & *Digama, fœmina* eſt epiſt. 2 extrema.

¶ Trigamia, æ, die dreyweiberey, ejusdem Hieronymi lib. 1 adverſ. Jovinian. cap. 3.

¶ Mŏnŏgămus, i, μονόγαμος, der nur einmahl freyet.

¶ Monogamia, æ, μονογαμία, conjugium unius cum una. Hieronymi eodem cap. 3 ſub init. Et notus eſt Tertulliani liber de Monogamia; ad quorum normam etiam formantur

¶ Polygămus, i, &

¶ Polygamia, æ, die vielweiberey; quæ omnia recentioris uſus ſunt.

Ganea & Ganeo, quære mox in *Ganeum*.

GĀNEUM, i, veteres tabernam meritoriam vel meretriciam dixerunt, ein huren-hauß, ἀπὸ τῆς γᾶς, quod eæ ſint in terra, non, ut cœnacula ſupra, ut Donatus docet ad Terent. Adelph. act. 3 ſc. 3. Ita & Iſidorus lib. 10 Orig. *Ganea occulta loca & ſubterranea eſſe* aſſerit. Et Feſtus: *Ganeum antiqui locum abditum ac velut ſub terra dixerunt.* Salmaſius vocem iſtam puram putam Græcam putat. Nam ſicut Græci δάνος & δάνειον: ita & γάνος, γάνειον dixerunt locum voluptuarium, ubi nihili homines, qui inde γανῖται, ventri & libidini vacabant. vide eum ad Spartiani Hadrianum.

¶ Ganea, æ, etiam in fœminino dictus eſt locus, ubi libidini gulæque opera navabatur. Sueton. Tiber. cap. 34 *Dato Ædilibus negotio, popinas ganeasque usque eò inhibendi, ut ne opera quidem piſtoria proponi venalia ſinerent.* Idem Nerone cap. 27 *Per litora & ripas diverſoriæ tabernæ præparabantur, inſignes ganeæ & matronarum inſtitorias operas invitantium, atque hinc inde hortantium, ut appelleret.* ¶ Sed & pro gulæ ſtudio ac ipſa ingluvie *Ganea* ponitur. Tacit. 2 Hiſtor. cap. 45 *Unum ad potentiam iter, prodigis epulis & ſumtu ganeaque ſatiare inexplebiles Vitellii libidines.* Sic alibi: *Ventris & ganeæ paratum:* item *inter ganeam & ſtupra* dixit. Uſus ita hac voce Plinius; itemque Sidonius & Columella, ut Beroaldus ad Suetonii locum in Tiberio obſervat.

¶ Gāneo, ōnis, qui ganeas frequentat, ein ſchwelger, der täglich im luder liegt. Ter. Heaut. act. 5 ſc. 4 v. 11

gerro, iners, fraus, heluo,
Ganeo, damnoſus.

Ganeo egentiſſimus, Cicero pro Sextio cap. 52. Et Nonius c. 2 n. 387 GANEONES à GANEIS dicti, *ut* POPINONES à POPINIS. *Et ſunt loca* (Ganea puta) *vinolentiæ, & libidini apta.* Vet. Gloſſ. πηλοδύτης, *Ganeo, tabernarius.* Item, Ganeo, λίχνος, καταφαγᾶς, λωποδύτης, λίμβος, λαίμαργος. Dicti iidem & *Ganearii.* Vet. Gloſſ. ἀκόλαστος, ὁ ἐξώλης, *Ganearius, laſcivus, libidinoſus.* Item, ἀσελγής, *Ganearius, libidinoſus, luxurioſus.* Patet inde, hanc vocem tam de libidinoſis, quam de vinoſis ſive guloſis uſui patam. Varro Modio apud Nonium l. c. *Hoc intereſt inter Epicurum, & ganeones noſtros, quibus modulus eſt vitæ culina.* Hîc *ganeones*, guloſi ſunt. Et in illo Juvenalis ſatyr. 11 v. 58 *Sed laudem ſiliquas occultus ganeo, pultes*
Coram aliis dictem puero.

Nec non in Prudentii illo Hamartig. v. 322 (ubi corripitur)

gulam ganeonis ineſcent.

¶ Ganearius, i, idem qui *Ganeo*, uti jam dictum in *Ganeo*.

Gangaridæ, quære in *Ganges*.

GANGES, is, & ētis, Γάγγης, Indiæ fluvius maximus, centum, in aliquibus locis, ſtadiorum latitudine, der in die breite drey teutſche meilen hat. Gemmifer eſt, & auri fœcundus, & in æſtate inſtar Nili Ægyptii exundat, & humectat agros. vid. Plin. lib. 6 cap. 18, & Curt. lib. 8 cap. 9.

¶ Gangētĭcus, a, um, adject. ut, *Nemus Gangeticum*, Seneca in Medea v. 865. *Gangeticæ aves*, Columella 8 cap. 8.

¶ Gangētis, ĭdos, fœm. Avienus Perieget. v. 1353

campos intrant Gangetidos oræ.

¶ Gangaridæ, arum, Curtio populi ſunt ultra Gangem. vid. lib. 9 cap. 2 n. 3. Horum etiam mentionem facit Virg. 3 Georg. v. 26

In foribus pugnam, &c.
Gangaridum faciam victorisque arma Quirini.

Hos Latini cum Servio in h. l. à *Gange* appellatos credunt, juxta quem ſedem habuerint. Salmaſius autem ad Solinum p. 698 obſervat, Græcis vitæ Alexandri ſcriptoribus hos non *Gangaridas*, ſed Γανδάριδας per Δ ſcribi; quod ſi eſt, aliunde quam à Gange, hoc nomen erit. Latini enim ex græcis fontibus, mutato elemento, hauſerunt.

GANGĬLON, ſeu Ganglion, i, γαγγλίον, nervi vel ex ictu, vel laſſitudine contortio, eine aufgelauffene oder geſchwollene ader. Aliis tuberculum, ein oberbein. vide Celſum lib. 7 cap. 6, & Veget. 2 cap. 30.

GANGRAENA, æ, γάγγραινα, caro emortua, tod oder faul fleiſch, incipiens partis affectæ corruptela, Celſ. lib. 5 cap. 26, 31, der kalte brand. Pro *cancro* exponitur vulgo in Lexicis. Ita expoſuit etiam Nonius cap. 2 n. 375, qui adducit ex Lucil. lib. 1 *Serpere uti gangræna*, um ſich freſſen wie der krebs. Et ex Varrone: *Animadvertitur, per omnes articulos populi hanc mali gangrænam permeaſſe.*

GANNIO, gannire, vulpium eſt, belffern, bäffzen. *Quid ille gannit?* Terent. Adelph. act. 4 ſc. 2 v. 18, ubi Donatus: GANNITUS *eſt proprie veluti ploratus vapulantium.* Imo *gannire* propriè animantis eſt, deinde ad hominem transfertur, quod diſertè Varro tradit circa fin. lib. 6 de L. L. ubi multa ab animalium vocibus in hominem translata notat. Idem obſervat Nonius de impropriis c. 6 n. 10, ubi τὸ *Gannire* canibus tribuit. Feſtus quoque *Gannitionem*, canum querulam murmurationem exponit. Sane Lucretius, cum canes aut lambunt catulos aut lactant, *gannire* dixit lib. 5 v. 966

At catulos blande cum lingua lambere tentant,
Aut ubi eos lactant, pedibus morſuque petentes,
Suſpenſis teneros imitantur dentibus hauſtus,
Longe alio pacto gannitu vocis adulant.

Vid. Douſa ad Plaut. pag. 28, & Voſſ. lib. 4 Inſtit. Orator. p. 241. Vet. Gloſſ. canibus quidem tribuit; ſed alia ratione. Nam *Gannit* σκύζει interpretatur, quod *catullire* eſt. Perſius ſatyr. 5 v. 96

Secretam gannit in aurem. [al. *garrit.*]

¶ Obgannio, ire, vorbelffern, die ohren reiben. Terent. in Phorm. act. 5 ſc. 8 v. 41 *Habet hæc, ei quod, dum vivat, usque ad aurem obganniat.*

¶ Gannītus, ûs, das gebelle, gebelfere. Martial. lib. 5 epigr. 61 *Gannitibus improbis laceſſere*, anbellen. vide ſupra *Gannio*.

¶ Gannitio, ōnis, idem. Feſto eſt *canum querula murmuratio.*

¶ Ganno, are, ſpotten. Gloſſ. lat. gr. *Gannat*, χλευάζει.

¶ Gannator, ōris, ein ſpötter. Gloſſ. lat. gr. *Gannator*, χλευαστής.

¶ Gannatura, æ, ſpötterey. Adhelm. de Virginit. cap. 28 *Ridiculoſum ſubſannantis gannaturæ opprobrium.* v. Voſſ. de Vit. L. L. 3 cap. 13.

GĂNŸMĒDES, is, Γανυμήδης, Trois regis filius, puer admirandæ pulchritudinis, quem Jupiter tam ardenti amore proſecutus eſt, ut ipſe in aquilæ ſpeciem transfiguratus puerum ad ſeſe in cælum avexerit, menſæque ſuæ præfecerit, ut ei à poculis eſſet, vide Ovid. lib. 10 Metam. v. 46, & ſupra in *Catamitus*. Virg. 1 Æn. v. 28

Et genus inviſum & rapti Ganymedis honores.

¶ Ganymedēus, a, um, adject. Lactantius lib. 1 cap. 11 *Ganymedea fabula.* Martial. lib. 9 epigr. 17

Nec Ganymedeas mallet habere comas.

GANZA, æ, idem quod anſer, eine ganß, Plin. 10 cap. 23.

GĂRĂMANTES, tum, Libyæ populi, Plin. lib. 3 cap. 4. *Extremi Garamantes*, Virg. eclog. 8 v. 44. Singulare *Garamas*, habet Seneca Hercule Oetæo v. 1101. Et Silius lib. 5 v. 194, & lib. 6 v. 705

Garamasque Nomasque.

¶ Garamantis, ĭdis, patronymicum. Virg. 4 Æneid. v. 198

Hic Ammone ſatus rapta Garamantide nympha.

Et Silius lib. 14 v. 499 *Garamantide pinu.*

¶ Gărămantĭcus, a, um, adject. ut, *Garamantica ſigna*, apud Silium lib. 1 v. 142.

GARGĀNUS, i, mons Apuliæ. Horat. lib. 2 od. 9 v. 6

Aquilonibus
Querceta Gargani laborant.

Claudianus Paneg. de 4 Conſ. Honorii v. 106

Cingite vos fluviis, vaſtas opponite ſilvas,
Garganum Alpinis, Apenninumque nivalem
Permiſtis ſocietate jugis.

GARGĂRĪZO, are, γαργαρίζειν, ad guttur ſæpe revocare, gurgeln. Celſus 4 cap. 4, Plin. 20 cap. 9.

¶ Gargarizatus, a, um, gegurgelt. Plin. lib. 23 cap. 2 *Prodeſt* (oxymeli temperatum) *contra anginas, calidum gargarizatum.* Et Scribonius Largus Compoſ. 53 *Solani ſuccus tepens benefacit gargarizatus.*

¶ Gargarizatio, ōnis, das gurgeln. Plin. 23 cap. 2, & Celſ. 4 cap. 7, & plur. *gargarizationes*, Plin. lib. 23 cap. 1.

¶ Gargarizatus, ûs, idem. Plinius lib. 28 cap. 12 *prodeſt jus omaſi gargarizatu.*

¶ Gargariſmus, i, γαργαρισμὸς, & Gargariſmatium, i, γαργαρισμάτιον, gurgelwaſſer. Theod. Priſcian. 1 cap. 12 *Gargariſmatium adhibere.* Marcell. Emp. cap. 13 *Aliqua re pro gargariſmatio uti.* Plin. 30 cap. 4 pro eo & *Gargarizatio* poſuit: *Tonſillas & fauces lactis ovilli gargarizatio adjuvat.*

¶ Gargaridio, are, idem quod gargarizare, gurgeln, apud Priſcian. 1 cap. 17. ¶ Tralate idem quod garrire, plaudern. Hinc Varro apud Nonium c. 2 n. 371 *foria ac poëmata gargaridians.*

GARGĂRUS, i, maſculinum, plurale *Gargara*, genere neutro, oppidum ad Idam montem Phrygiæ, frumenti copiâ celebre. Item vertex ejusdem montis. Virg. 1 Georg. v. 103

Ipſa ſuas mirantur Gargara meſſes.

Ubi Servium vide, & Macrob. 5 Sat. c. 20.

¶ Gargaricus, a, um, adject. ut, *Gargaricus lucus*, Auſon. epiſt. 25 v. 16.

GARGETTIUS, i, gentile nomen. Epicurus apud Statium lib. 1 Silv. 3 v. 94 vocatur *ſenior Gargettius*, quia is Athenienſis quidem, τὸν δῆμον Γαργήττιος, *pago* autem *Gargettius* fuit. Laertius in vita.

GARRIO, ivi, itum, garrire, avium eſt, zwitſchern. Apulej. lib. 3 Florid. *Luſciniæ in ſolitudine Africana canticum adoleſcentiæ garriunt.* ¶ 2. Transfertur ad homines, eſtque nugis moleſtis obſtrepere, verdrießlich geſchwätz treiben, plaudern. Ita non ſemel abſolute *Garrire* verbo uſus Terentius eſt, ut Heautont. a. 3 ſc. 3 v. 25, pro quo Plautus plenius paullo *nugas garris* dixit Curcul. a. 5 ſc. 2 v. 6, ut ad Terentii locum Bœclerus obſervat. Et Auguſtinus de Trinit. lib. 15 cap. 12 *Multa illi philoſophi garrierunt contra corporis ſenſus.* Ranæ quoque garriunt. Martialis lib. 3 epigr. 93 *Meliusque ranæ garriant Ravennates.*

¶ Garritus, ûs, das geſchwätz. Sidon. 8 epiſt. 6 *garritui frena ſtringere.*

¶ Garrŭlo, are, ſchwätzen. Fulgent. Myth. 1 *Puellæ poëticas garrulantes ineptias.*

¶ Garrŭlus, a, um, adject. ſchwätzig; & ſubſt. ein kläffer, unnützer wäſcher. Horat. lib. 1 epiſt. 18 v. 69

Percontatorem fugito, nam garrulus idem eſt.

Sic, *Garrula lingua*: *aves garrulæ*, i. e. canoræ & hilares. Virg. 4 Georg. v. 307 *garrula hirundo*, eine zwitſchernde ſchwalbe. Ovid. 2 Faſt. v. 316 *Garrulus rivus*, ein rauſchender bach. Varro apud Nonium cap. 4 n. 220 *Homo garrulus & acer.*

¶ Gar-

¶ Garrulus, i, avis, Græce *σπερμολόγος*, ein heger, heiger oder holtz-schreyer.

¶ Garrulitas, ātis, loquacitas, linguæ vitium molestissimum, simul & nocentissimum, die waschhafftigkeit. De quo Plutarch. lib. de Garrulitate. ¶ In pueris autem festivitas est. Sic, *Pueros garrulitate amabiles*, Suetonius dixit August. cap. 83, die schwätzig seyn, die imer plaudern. Seneca Consolat. ad Helviam de Marco puero suo cap. 16 *Quem non in se convertet, & abducet infixum cogitationibus illa neminem satiatura garrulitas?*

¶ Congarrio, ire, mitplaudern. Sarisb. 5 cap. 6 *Inter congarrientes perstrepere.*

GĂRUM, i, *γάρον*, liquamen ex piscibus paratur, quo ad embammata atque intinctus Veteres utebantur, in tanto pretio, ut congii bini singulis millibus numûm permutarentur, ut Plinius auctor est lib. 31 cap. 8 pr. eine theuere fischlake oder tütsche. Idem Plinius paullo ante sub finem cap. 7 indicat, quod hoc liquoris exquisiti genus præcipue confecerint ex pisce, quem Græci *Garon* vocant. Ille *Garus* piscis commemoratur & lib 32 cap. 4 & 5 & 7. Liquorem vero *Saniem pretiosam* Manilius vocat lib. 5 v. 671. Sed usus ejus ita intercidit, ut, quid fuerit olim, pæne ignoretur. Diversa quippe de eo tradunt auctores. vide quæ de eo Ludovicus Nonius disputat Ichthyophagias, sive de esu piscium commentarii cap. 41. Martial. lib. 7 epigr. 94

Vnguentum fuerat, quod onyx modo parva gerebat:
Olfecit postquam Papilus, ecce, garum est.

¶ Oxȳgărum, i, garum ex aceto, eine sauere fischbrühe. Martial. lib. 3 epigr. 50 *Deposui soleas, affertur protinus ingens*
Inter lactucas oxygarumque liber.

Apicius 1 cap. 34 *Oxygarum digestibile.* Apponebatur primo missu: Sidonius lib. 9 epist. 13, ubi vide Savaronem. ¶ 2. Jus gelatum, eine gallerte.

GĂRUMNA, æ, Galliæ fluvius ex Pyrenæo, diligentissime à Mela descriptus lib. 3 cap. 2. Ausonius in Mosella v. 483

Æquoreæ te commendabo Garumnæ.

Sidonius Paneg. Aviti v. 394

Oceanus refluum spargit per culta Garumnam.

GASTER, tri, (*γαστήρ*) seu Gasterium, i, vas fictile, rotundum, ventricosum; Et plur. *Gastri*, terræ petrosæ calculi. Petron. p. 86 *Per omnes scrupos gastrorumque fragmenta traximus cruentos pedes:* Sed integer codex Albæ græcæ repertus habet *glarearumque*.

¶ Gastrimargia, æ, *γαστριμαργία*, ingluvies, intemperantia, freßigkeit. Hesych.

¶ Gastromantia, æ, *γαστρομαντία*, divinatio quæ fit ventre; quemadmodum Pythonius spiritus oracula edidit.

GAUDEO, gavisus sum, gaudēre, differt à *lætari*, quod effuse gaudere est, frölich seyn, sich freuen. Cicero in Tuscul. lib. 3 cap. 21 *Gaudere decet, lætari non decet.* vid. & infra *Gaudium*. *Gaudere vehementerque lætari*, Idem pro S. Rosc. cap. 47. Et ad Qu. frat. lib. 3 epist. 1 c. 3 *Quod scribis, te à Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo*, darüber habe ich grosse freude. Ter. Heaut. a. 4 sc. 8 v. 17 *Frustra gavisus sum miser.* Et cum ablativo: *Tuo excellenti bono gaude & fruere*, Cic. pro Marcello cap. 6. *Malis gaudere alienis*, Ter. Andr. a. 4 sc. 1 v. 3. Addita etiam præpositione: *Gaudere de aliquo*, Cic. ad fam. 7 epist. 2. ¶ *Gaudere in sinu*, proverbiale est, sich freuen und nicht viel geschreyes davon machen. Tibullus lib. 4 eleg. 13

Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu.

Et Propertius lib. 2 eleg. 26 v. 32

In tacito cohibe gaudia clausa sinu.

¶ Gaudens, tis, freudig, sich freuend. Virg. Æn. 6 v. 816

Nimium gaudens popularibus auris.

¶ Gavisus, a, um, idem. Nepos 4, 2, 5 *Rex tot hominum salute magnopere gavisus.*

¶ Gaudendus, a, um, erfreulich. Paulinus Petrocorius lib. 4 v. 291 dixit *gaudendos lugete triumphos.*

¶ Gaudebundus, a, um, gaudio gestiens, lustig, erfreut. Apulej. lib. 8 post principium: *futuræ soboli gaudebundus.* Legitur etiam *gaudibundus*.

¶ Gaudium, i, affectio animi, ex præsentia boni alicujus proveniens, die freude. *Affici, cumulari gaudio*, erfreuet werden. Cicer 9 epist. 14 ad Dolabellam pr. *Non possum non confiteri, cumulari me maximo gaudio*, &c. Idem lib. 5 de Fin. cap. 24 *quem tanto gaudio affecit*, den er so sehr erfreuet. *Gaudiis exsultare*, Idem 1 in Catil. cap. 10, für freuden springen. Martial. lib. 1 epigr. 16

Gaudia non remeant, sed fugitiva volant.

Claudianus 4 Consul. Honor. v. 333 *Multis damnosa fuēre gaudia*, frölichkeit hat manchen in schaden gebracht. Cicer. 4 Tusc. cap. 6 *Cum ratione animus movetur placide atque constanter, tum illud* GAUDIUM *dicitur. Cum autem inaniter & effuse animus exsultat, tum illa* LAETITIA *gestiens vel nimia dici potest.* Itaque GAUDIUM non nisi sapienti contingere Stoici sciscebant, quippe cui junctum, non desinere, nec in contraria verti. vid. Senecam epist. 59, & Lips. Manud. lib. 3 dissert. 5. ¶ Dicitur etiam de voluptate Venerea apud Lucret. 5 v. 852, Horat. 3 od. 6 v. 27, & Propert 2 eleg. 11 v. 9.

¶ Gaudialis, e, frölich. Apul. lib. 8 *Sed in quodam castello copia lætati largioris quæsticuli, gaudiales instruunt dapes.*

¶ Gaudimonium, i, die frölichkeit. Fragm. Petron. Tragur. pag. 48 *Jamdudum gaudimonio dissilio.* Medio ævo frequens, idemque sonat, quod gaudium. Adde Gloss. Car. du Fresne. Et Vulg. Interpr. Baruchi 4 v. 34 *Amputabitur exultatio & gaudimonium ejus in luctum.*

¶ Gaudiosus, a, um, plenus gaudio, freuden-voll, ejusdem ætatis adjectivum. S. Bernhardus rhythmo de Passione: *in dolore gaudioso.*

¶ Gaudifico, are, frölich machen. Gloss. gr. lat. *χαροποιῶ*, *gaudifico.*

Composita:

¶ Adgaudeo, ēre, sich mitfreuen. Lactant. lib. 4 cap. 6 Sapientiam Dei increatam Salomonis ore sic loquentem introducit: *Ego eram, cui* (Deus) *adgaudebat.* Et Paulinus Nolanus 6 Natal. Felic. v. 14 *Cælicolas Christo adgaudere* &c.

¶ Congaudēre, idem. Cyprian. epist. 50 & Vet. Gloss. *Congaudeo, συγχαίρω.* Et Paulinus Petrocor. lib. 2 v. 665

Pressit in absentem congaudens oscula dextram.

¶ Pergaudere, vehementer gaudere, sich sehr freuen. Cicer. ad Q. frat. 3 epist. 1 cap. 3 *Trebonium meum à te amari, teque ab illo, pergaudeo.*

GAUGAMĒLA, pagus ignobilis, ubi Alexander M. Darium vicit in Aturia, ad flumen Bumadum, sexcentis circiter stadiis ab oppido Arbelis. vide interpretes ad Curt. 4, 9, 9.

GAVIA, æ, avis aquatica & palustris, *larus* alio nomine, *λάρος*, id enim *gaviam* transtulit Gaza, ein kybitz. Apulej. lib. 5 *Avis peralba illa gavia, quæ super fluctus marinos pinnis natat, demergit sese propere ad oceani profundum gremium.* ¶ 2. *Cinerea gavia* alia est, ein mew oder holbrodt. Alia alba, ein mew. Gesnerus.

GAULUS, i, mascul. navigii genus est, cujus inter navium appellationes meminit Gell. lib. 10 cap. 23. Græcum est *γαῦλος*, ac significare videtur navem onerariam, ein last-schiff. ¶ 2. Plauto vasis genus est, in formam cymbii, Rudente a. 5 sc. 2 v. 32

Præterea sinus, epichysis, cantharus, gaulus, cyathusque.

Idem & Homero *γαυλὸς* est, mulctrale scilicet, Odyss. lib. 9, sive *ἰῶτα*, v. 223, ein gefäß. ¶ 3. *Gaulus* quoque insula est, prope Meliten [nunc Maltam] sita, *Caudos* Plin. 4 cap. 12; hodie *Gozo*. vide Geogr. & Reines. Var. Lect. 3 in epilogo p. 685.

GAUSĂPE, militare stragulum villosum, eine kotze, madratze, zötigte decke, *ἄπλωτον* est in singulari. Horat. 1 Serm. sat. 8 v. 11

Gausape purpureo mensam pertersit.

Plural. *Gausapa*, Pers. satyr. 6 v. 46

Jam chlamydas regum, jam lutea gausapa captas.

¶ 2. Idem Persius & pro capitis coma sive barba posuit, satyr. 4 v. 37 *Balanatum gausape pectas.* ¶ *Gausapum* quoque veteres dixisse, testatur Priscianus lib. 4.

¶ Gausăpīna, æ, idem quod gausape, seu penula villosa, ein filtzmantel. Martial. 6 epigr. 59 *Propter sexcentas, Baccare, gausapinas.*

¶ Gausăpīla, æ, est instar diminutivi atque idem quod gausapina. Petron. p. 66 *Cinædus supervenit myrtea subornatus gausapila.*

¶ Gausapatus, a, um, gausapina indutus, eingehüllt, Seneca epist. 53.

GAZA, æ, *Γάζα*, oppidum munitum Palæstinæ Pomponio est, Josepho Idumeæ. ¶ 2. Est & *Gaza* vocabulum Persicum, quo pecuniam regiam seu ærarium Persæ vocant, opes, schätze, güter und vorrath: Curt. lib. 3 cap. 12. vid. Drus. in observat. & Freinsh. Ind. Curt. Virg. 1 Æn. v. 123 *Arma virûm, tabulæque, & Troïa gaza per undas.*

Cicer. lib. 2 Offic. cap. 22 *Omni Macedonum gaza, quæ maxima fuit, potitus est Paulus.* Valerius Flaccus lib. 6 v. 562

Nullâ cælum reparabile gazâ.

Martial. lib. 12 epigr. 53

Largiris nihil, incubasque gazæ,
Vt magnus draco, quem canunt poëtæ
Custodem Scythici fuisse luci.

Pluraliter Horatius usus est lib. 1 od. 29 v. 1 *Beatis Arabum invides gazis:* & lib. 2 od. 16 v. 9 *Non gazæ summovent tumultus mentis.* Quod contra Vossium notandum est, qui lib. 1 de Analog. cap. 40 pluralem numerum aurei seculi scriptoribus abjudicat.

¶ Gazophylacium, i, *γαζοφυλάκιον*, arca rerum pretiosarum, ein schatz-kasten, schatz-kammer. Vulg. Interpr. Lucæ 21 v. 1.

GEBENNA, æ, mons Galliæ, qui Avernos ab Helvetiis discludit, ut Cæsar auctor est 7 de Bello Gallico cap. 8. Inter fines seu limites Galliæ Suetonius ponit Cæsare cap. 25. vid. ibi Bernegg. cui rectius Cebenna dicitur.

¶ Gebennicus, a, um, adject. Pomp. Mela 2 cap. 5 *Gebennici montes.*

GEDANUM, i, urbs lauta cis Vistulam, copiosa, portu non longe ab urbe dissito, (die Münde, Weixelmünde) emporio, gymnasio, operibus validis, & munitionibus, nec non & Metropolitana inter Hanseaticas pariter, & Borussiacas civitates dignitate celebris, quæ vulgo *Dantiscum* dicitur, Dantzig.

GEHENNA, æ, *Γέεννα*, vallis prædationis, eine mördergrube, würgethal. Nomen factum est à valle *Hinnon*, in qua Manasses cremavit filios. ¶ Hinc ita & appellatus locus impiorum pœnis & cruciatibus post mortem sustinendis destinatus. Quem Tertullianus *ignis arcani subterraneum ad pœnam thesaurum* definit Apologet. cap. 47. Prudentius de Natali Domini v. 109 de Christo:

Insignis ille & præminens
Meritis rependet congrua;
His lucis usum perpetis,
Illis gehennam & Tartarum.

Vide ibi Buchnerum. Et Sedulius in Lucæ cap. 8

In chaos infernæ lapsus penetrale gehennæ.

¶ Gehennalis, e, höllisch, recens adjectivum.

GĔLA, æ, *Γέλα*, Siciliæ urbs, sic dicta ab ejusdem nominis fluvio; unde

¶ Gĕlōus, a, um, adjectivum. Virg. 3 Æn. v. 701

Apparet Camerina procul campique Geloi,
Immanisque Gela fluvii cognomine dicta.

GĔLĂSĪNUS, i, *Γελασῖνος*, blandiens ridentis figura, eine lächelnde mine. Plur. *Gelasini*, quatuor anteriores dentes, die fördersten breiten zähne, sic dicti, quia in risu reteguntur. Martial. lib. 7 epigr. 25

Nec grata est facies, cui gelasinus abest.

Intelligit lineas & blandientem in risu faciem. Democritum, quod omnes derideret, *Gelasinum* cives sui dixere. vid. Ælianus lib. 4 Var. Hist. cap. 20.

¶ Gelasianus, i, mimus, pantomimus, ein possenreisser. Sidonius in Narbone sive carmine 23 v. 301

Mimos, schœnobatas, gelasianos.

Adde, quæ ibi Jo. de Woweren notavit p. 489, & Dempster. Paralip. ad Rosini Ant. Rom. 5 cap. 6.

Gelicidium, Gelidus, Gello, ōnis, Gelo, āre, quære in *gelu*, & *Gillo*.

GELLIUS, i, alias Aulus Gellius, & a nonnullis Agellius dictus, sub Adriano Imp. Noctium Atticarum scriptor & Grammaticus fuit celeberrimus,

berrimus, qui Corn. Frontonem Romæ docentem audivit. vide ipsum N. A. 19 cap. 8, Lipſ. in Quæſt. Epiſt. 5, 8, & Barth. Adverſ. 35 c. 7.

GĔLŌNI, orum, Scythiæ ſunt populi, Getæ, & Tartari hodie dicti, à *Gelono* Herculis filio. Virg. 2 Georg. v. 115

Eoasque domos Arabum pictosque Gelonos.

GĔLV, neutr. indeclinabile, ſingul. tantum, glacies, eiß, froſt, kälte. *Altum gelu*, Virg. 3 Georg. v. 355, tieff oder dicke eiß. Et ibidem v. 443 *horrida bruma gelu.* Plinius Paneg. cap. 11 *Cum Danubii ripas gelu jungit.* ¶ *Gelus* etiam vel *Gelum* veteres dixiſſe, Nonius cap. 8 n. 26 & 70 probat auctoritate Lucretii, apud quem lib. 5 v. 206 *eſt geli caſus aſſiduus.* Et lib. 6 v. 155 *geli multus fragor.* Et mox v. 529 *vis magna geli.* Additur etiam ex loco Varronis *gelo* pro *gelu.* Sic & Cato R. R. cap. 40 *ne gelus noceat.*

¶ Gĕlĭdus, a, um, frigidus, kalt; ut, *Aqua gelida*, kalt waſſer, Cicer. 1 Catil. cap. 13. Ovidius 2 Amor. eleg. 9 v. 41

Stulte, quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago.

Plin. lib. 15 cap. 18 *in tractu gelidiſſimo.* Idem lib. 31 cap. 2 *aquæ gelidiſſimæ.* Et lib. 2 cap. 103 *Omnes fontes æſtate, quam hieme, gelidiores.*

¶ Gelide, adverb. Tralate, kaltſinnig, ohne ernſt, apud Horat. de Arte Poët. v. 171 *res omnes timide gelideque miniſtrat,*

Dilator, &c.

¶ Gelicidium, i, ipſa per gelu aquæ concretio, der froſt, die zufrierung. Columella lib. 2 cap. 8 *Prius convaleſcant radices frumentorum, quam hibernis imbribus, aut gelicidiis pruinisve infeſtentur.* Et Vitruvius lib. 2 cap. 7 *gelicidiis & pruinis congeſta ſaxa.* Et mox: *gelicidiorum tempeſtas.*

¶ Gĕlo, are, active, gelu inducere, frigore denſare, eiß machen. Plin. lib. 15 cap. 6 *Si gelent frigora.* Vnde paſſivum *gelari*, gefrieren. Colum. 9 cap. 6 *gelantur hiemis frigoribus.* Improprie Juvenalis ſat. 6 v. 95 *pavidoque gelantur*

Pectore.

¶ Gelatus, a, um, gefroren, geronnen; ut, *Amnes gelati*, Plinius lib. 8 cap. 28. Et, *lac gelatum*, Columella lib. 10 v. 397. *Caſeus paullum gelatus in mulctra*, Idem 7 cap. 8. Et *Jus gelatum*, eine gallerte.

¶ Gelatio, ōnis, froſt, gefrierung. Plin. lib. 7 cap. 24 *magna gelatio conſecuta eſt.*

¶ Gĕlaſco, ĕre, gelu adſtringi, gefrieren. Plin. lib. 14 cap. 21 *Vini natura non gelaſcit.*

¶ Gĕlābĭlis, e, quod gelu durari poteſt, das da gefrieret. vid. poſt paullo compoſitum *Incongelabilis.*

Compoſita:

¶ Aggĕlo, vel Adgelo, are, anfrieren. Lucanus 4 v. 289

Tum frigidus artus

Aggelat, atque animum ſubducto robore torpor.

Sed in impreſſis eſt *Alligat.*

¶ Circumgĕlare, umfrieren. Tertull. de Anima cap. 23 *quod germina mortale ei circumgelaverint corpus.*

¶ Circumgelatus, a, um, um und um gefroren. Plinius lib. 13 cap. 22 *Cortex circumgelatus videri poſſit.*

¶ Congĕlare, gelu durare, in eiß verwandeln, kälten. Plin. lib. 18 c. 28 ſub fin. *Luna cadentes pruinas congelat.* Martial. 14 epigr. 147 *Te congelat uxor anus.* ¶ Item concreſcere, ſolidari, zuſammen backen, dick werden; ut, *Congelatur oleum*, Columell. lib. 1 cap. 6. Sunt autem uſitatæ tertiæ fere tantum perſonæ. *Congelare otio*, Cicero dixit lib. 2 fam. epiſt. 13; *Congelaſſe*, inquit, *noſtrum amicum lætabar otio*, daß er für faulen tagen gar zugefroren.

¶ Congelatus, a, um, eingefroren. Martial. 11 epigr. 99 *Congelati gutta naſi.*

¶ Congelatio, ōnis, die einfrierung. Plinius lib. 31 cap. 3 *Minui liquorem omnem congelatione deprehenditur.* Pluraliter, *brumæ congelationes*, Columella dixit lib. 4 cap. 8.

¶ Congĕlaſco, ĕre, gefrieren. Gellius lib. 17 cap. 8 *Vina rarenter congelaſcunt.*

¶ Congelabilis, e, eißicht; unde compoſitum

¶ Incongelabilis, e, ohne eiß; ut, *mare incongelabile*, quod gelu conſtringi nequit, apud Gellium cit. lib. 17 cap. 8.

¶ Congelidus, a, um, kalt, gefroren; ut, *aqua congelida*, Celſ. 4 c. 24.

¶ Egelare, erwärmen. Cæl. Aurel. Tard. 3 cap. 5 *Frigidus torpor viſus egelatur.*

¶ Egelatus, a, um, erwärmt. Idem Aurel. Tard. 4 cap. 3 *Non frigidus, ſed leviter egelatus.*

¶ Egelĭdus, a, um, tepidus, laulicht; ut, *aqua egelida*, Celſ. lib. 1 c. 8, & Suet. Aug. cap. 82. Ovidius 2 Amor. eleg. 11 v. 10

Et gelidum borean, egelidumque notum.

Et Columella lib. 10 v. 282

Nunc ver egelidum, nunc eſt molliſſimus annus.

¶ Sed Servius *egelidum* pro valde frigido expoſuit in Virg. Æn. 8 v. 610,

Vt procul egelido ſecretum flumine vidit.

¶ Egelidare, aufwärmen, apud Sidonium reperitur lib. 4 epiſt. 1, *Fibræ glaciales emollirentur, egelidarenturque.* Vbi *egelidari* ſignificat gelu ſeu congelatione ſolvi, aufthauen.

¶ Prægelidus, a, um, valde gĕlidus, ſehr kalt. Columella lib. 4 cap. 8 *prægelida frigora.* Silius lib. 4 v. 226 *prægelidi rivi.* Et Colum. lib. 5 cap. 6 *cæli ſtatus prægelidus.*

¶ Rĕgĕlare, aufwärmen, & Regelari, gelu ſolvi eſt, aufthauen. Colum. aliquot locis, ut lib. 1 c. 5 *matutino regelari ortu.* Et lib. 10 v. 77

Poſt ubi Riphææ torpentia frigora brumæ

Candidus aprica Zephyrus regelaverit aura.

¶ Regelatus, a, um, aufgewärmt. Martial. 11 epigr. 9

Succina virginea quod regelata manu.

¶ Regelatio, ōnis, die aufthauung. Aggenus Vrbicus de limitibus agrorum: *Hæ quæſtiones maximè in Gallia totâ moventur, quæ multis contexta fluminibus immodicas Alpium nives in mare transmittit, & ſubitarum regelationum inundatione patitur.* vide ibi Rigaltium.

Gemebundus, Gemellar, Gemellus, Geminare, vide *Gemo* & *Geminus.*

GĔMĬNVS, a, um, proprie ſimilis, per omnia æqualis, gantz gleich, gantz ähnlich. Cic. pro Roſc. Amerin. cap. 40 *Par eſt avaritia, ſimilis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia*, gleicher frevel. Idem pro Quint. Roſc. cap. 18 *Simillima & maxime gemina ſocietas.* Plaut. Amphitr. a. 2 ſc. 1 v. 68 *Quid opus eſt verbis? geminus Soſia hic factus eſt tibi*, id eſt, prorſus ſimilis. ¶ 2. Hinc *Gemini*, *Gemelli*, ſcilicet duo uno partu editi, qui admodum ſimiles inter ſe propter parentes, natalia, locum, tempus, & cætera, zwillinge. Plaut. prolog. Menæchm. *Imponit alterum geminum in navem pater.* Dicuntur & *fratres gemini*, Horat. 1 epiſt. 18 v. 41. Quod probat Quintilianus. Nam ſi inverſo ordine dicere velim *Gemini fratres*: tum τὸ *fratres* ſupervacuum cenſet. Ita enim lib. 9 cap. 2 *Quædam*, inquit, *ordine permutato fiunt ſupervacua: ut* fratres gemini. *Nam ſi præceſſerit* Gemini; fratres *addere non eſt neceſſe.* Contra tamen & Plautus in Perſa a. 5 ſc. 2 v. 50, & Lactant. lib. 1 cap. 15 *Geminum fratrem*: & *Geminos fratres*, Livius dixit lib. 1 cap. 6. Et poſſunt fratres eſſe, qui non ſunt gemini, & gemini, qui non ſunt fratres, ut Voſſius obſervat lib. 5 Inſtit. Orator. cap. 2 ſect. 5. *Geminum germanum* Plautus dixit Menæch. a. 2 ſc. 1 v. 7; qui in Perſa etiam a. 5 ſc. 2 v. 49 *geminiſſimum* finxit. Conf. Auguſtin. de C. D. lib. 3 cap. 13. ¶ 3. Quia igitur ſimilitudo inter duos, hinc factum eſt, ut *Geminus* idem ſit, quod duplex aut duo, gedoppelt, zweyfach. Ter. in Andr. a. 4 ſc. 1 v. 50 *Ex unis geminas mihi conficies nuptias*, aus einer heyrath machſt du zwo. Virg. Æn. 6 v. 607 *Sunt geminæ ſomni portæ.* ¶ 4. Sunt & *Gemini* ſignum cæleſte, Plin. 18 c. 20, & in Ampelii lib. memoriali cap. de 12 ſignis.

¶ Gĕmellus, a, um, dimin. doppelt, oder gantz gleich. Horat. lib. 2 ſat. 3 v. 243 *par nobile fratrum*

Nequitia & nugis, pravorum & amore gemellum,

id eſt, maxime ſimile inter ſe. Idem lib. 1 epiſt. 10 v. 3 de valde ſimilibus: *ad cætera pæne gemelli,*

id eſt, ita ſimiles, ut gemelli poſſint videri. Cæſar lib. 3 de Bello Civili cap. 4 *Gemellam legionem*, quæ una ex duabus facta. vide ibi Ciacconium. Sic, *gemellæ vites*, Colum. 3 cap. 1. *Proles gemella*, zwillinge, Ovid. Heroid. 6 v. 121.

¶ Gemellar, is, vaſis genus, à geminis ſic dictum fortaſſe menſuris. Columella lib. 12 cap. 50 *plumbeum vel ſtructile gemellar.* ¶ Auguſtinus *Gemellarium* dixit in Pſalmum 136 circa medium: *Quare*, inquit, *tam cæcus es, ut amurcam fluentem per plateas videas, oleum in gemellaria non videas.*

¶ Gemellipāra, æ, die zwillinge krieget. Ovid. 5 Faſt. v. 542 *gemellipara dea, Latona.*

¶ Gemino, avi, atum, are, duplicare, iterare, verdoppeln. *Geminabit, niſi caves*, Terent. Adelph. a. 2 ſc. 1 v. 19, er wird dir noch eines verſetzen, wo du dich nicht in acht nimmſt. *Pericula geminare*, Tibull. 2 eleg. 3 v. 43. *Labor geminaverat æſtum*, Ovid. Met. 5 v. 586. ¶ 2. Aliquando pro conjungere, copulare, ponitur, vereinbahren, zuſammen ſtellen. Horatius in Arte Poët. v. 13

Serpentes avibus geminentur, tigribus agni.

Ovid. 1 de Ponto eleg. 2 v. 2 *Et geminas animi nobilitate genus.*

Sueton. Domit. cap. 6 *Geminari legionum caſtra prohibuit.*

¶ Geminatus, a, um, verdoppelt, zweyfältig; ut, *geminata victoria*, Liv. 1 cap. 25. *Geminatus ſol*, i. e. duo ſoles, Cic. de N. D. 2 cap. 5. Ovid. lib. 12 Metam. v. 221

Ardet & ebrietas geminata libidine regnat.

¶ Geminatio, ōnis, repetitio, die verdoppelung; ut, *Geminatio verborum*, Cicer. 3 de Orat. cap. 54.

¶ Geminitudo, ĭnis, idem; adducit ex Pacuvio Nonius cap. 2 n. 366.

I. Compoſita cum numeralibus:

¶ Tergeminus, a, um, triplex, dreyfach; ut, *tergemina ſpolia*, Liv. 1 cap. 26. *Tergemina porta*, Idem 4 cap. 16. *Tergemina Hecate*, propter triplex nomen, Virg. Æn. 4 v. 511. *Tergeminus Geryon*, i. e. tricorpor, Idem Æn. 8 v. 202. ¶ 2. Maximus, amplus, ſehr groß. Horat. 1 od. 1 v. 7 *Sunt, quos mobilium turba Quiritium*

Certat tergeminis tollere honoribus.

Vbi *tergeminos honores* ſextuplices interpretatur Muretus, & ad Quæſturam, Tribunatum plebis, Ædilitatem, Præturam, & Conſulatum, & Cenſuram intelligit: melius Lambinus, triplices exponit, & ad tres magiſtratus Curules, Ædilitatem, Præturam, & Conſulatum refert. Simplicius *honores* ad theatrales plauſus referimus. Nam maximus honor habebatur, ſi cui ingreſſo theatrum plauderetur; *Tergeminos* autem vel iteratos ſæpius exponemus, vel pro tribus ordinibus Populi Romani, Senatorio, Equeſtri, & Plebejo interpretabimur. Voſſius *tergeminos* honores pro plurimis maximisque poni cenſet. vid. eumd. lib. 4 Inſtit. Orat. p. 148. ¶ 3. *Tergemini*, infantes tres dicuntur ex eodem utero ſimul vel uno tempore editi, dreylinge. Plin. lib. 7 cap. 3 *Tergeminos naſci, certum eſt.*

¶ Trigeminus, a, um, idem; ut, *trigemina porta*, Aur. Vict. de Vir. Illuſtr. c. 65, & Liv. 35 c. 10 &c. Speciatim *Trigemini* tres fratres uno partu editi. Columella lib. 2 c. 1 *cum deſinit mulier trigeminos aut geminos parere.* Livius lib. 1 cap. 24 *Trigemini fratres, nec ætate, nec viribus diſpares.*

¶ Quadrigeminus, a, um, vierfach. Plin. 8 cap. 23 *Ceraſtis corpore eminent cornicula ſæpe quadrigemina*, i. e. quaterna. conf. Solin. c. 40.

¶ Septemgeminus, a, um, ſeptemplex, ſiebenfach; ut, *Septemgeminus Nilus*, Virg. Æn. 6 v. 800, & Catull. carm. 11, propter ſeptem oſtia. Et Statius lib. 1 Silv. carm. 2 v. 191 *ſeptemgemina Roma*, propter ſeptem colles: & lib. 4 carm. 1 v. 6 *ſeptemgemino Roma jugo.*

¶ Centumgeminus, a, um; Valer. Flaccus lib. 6 v. 118

Et centumgeminæ Lagea novalia Thebes.

id eſt, *centies duplicis*, ut Servius interpretatur in illo Virgilii Æn. 6 v. 287 *Et centumgeminus Briareus, & bellua Lernæ.*

II. Compoſita cum præpoſit.

¶ Congĕmino, are, verdoppeln, apud Virgil. 11 Æneid. v. 698 *Congeminat*, ſc. ictum. Et Plaut. Amphitr. a. 2 ſc. 2 v. 154 *omnes congeminavimus.*

¶ Congemi-

¶ Congeminatio, ōnis, conduplicatio, die verdoppelung. Plaut. in Pœnulo act. 5 sc. 5 v. 18

Quid hoc est conduplicationis? quæ hæc est congeminatio?

¶ Ingeminare, frequenter geminare. *Austri ingeminant*, pro *ingeminantur*, folgen doppelt auf einander, Virg. 1 Georg. v. 333. *Ingeminata nobilitas*, id est, gemina, Ovid. lib. 4 de Ponto elegia ult.

Gemisco, Gemitus, vide in *Gemo*.

GEMMA, æ, oculus vitis, proprie, quem & Germani, ein auge, vocant. *Gemma est, à quo oriens uva se ostendit*, Cicer. de Senect. cap. 15. *Gemmæ in arboribus*, knospen. *Gemmas protrudere*, ausschlagen. Quod *trudere gemmas* simplici verbo Virg. dixit 2 Georg. v. 335. ¶ 2. *Gemma* deinde generale nomen est lapidum pretiosorum, ein edelgestein; ut, *Gemma annuli*, der stein im ringe. *Fulgentes gemmæ*, Val Flacc. 5 v. 514. Et Cicero 6 Verrin. cap. 27 *Pocula ex auro, gemmis distincta clarissimis*, mit eingesetzten edelgesteinen. vid. Vall. lib. 6 cap. 34, Horat. 3 Carm. ode 24 v. 48

Gemmas, & lapides, aurum & inutile,
Summi materiam mali,
Mittamus.

¶ 3. Martialis, pro ornamento quodam eminenti & lucenti, gemmam posuit lib. 5 epigr. 11

Multas in digitis, plures in carmine gemmas
Invenies.

Sic & Sidon. 4 epist. 22 *Hesperius gemma amicorum.* ¶ 4. Poëtice pro poculo gemmeo ponitur. Virg. Georg. 2 v. 506 *ut gemma bibat.*

¶ Gemmŭla, æ, diminut. Apulej. lib. 10 p. 243 *Ver in ipso ortu floridis gemmulis cuncta depingit.*

¶ Gemmo, are, gemmas emittere, quod Columella de Arborib. cap. 8 ineunte dixit *gemmas agere*, augen setzen, ausschlagen. Cicero in translationibus maxime usitatis ponit *gemmare vites*, in Oratore c. 24. ¶ 2. In modum gemmæ nitere, splendere, gläntzen wie ein edelgestein. Stat. lib. 1 Silv. 5 v. 12

dum canimus nitidis gemmantia saxis Balnea.

Sic *herbas rore gemmantes* dixit Lucret. lib. 2 v. 319. Et Virg. Culice v. 69

Florida cum tellus gemmantes picta per herbas
Vere notat dulci distincta coloribus arva.

Vbi plura Taubmannus.

¶ Gemmatus, a, um, mit edelgesteinen besetzt: ut, *Annuli gemmati*, Liv. lib. 1 cap. 11. *Monilia gemmata*, Ovid. 10 Metam. v. 113, hoc est, gemmis distincta, & ornata, mit edelgesteinen besetzt, belegt. Et, *gemmata potoria*, Plin. lib. 37 cap. 2.

¶ Gemmasco, ĕre, knospen schieben, augen gewinnen. Plinius lib. 17 cap. 15 *Calamus gemmascere incipiens.*

¶ Gemmesco, ĕre, Idem lib. 37 cap. 10 pro, gemmam fieri, zum edelgestein werden, hart werden. De draconite enim, è cerebro draconum nata gemma, ita scripsit: *sed nisi viventibus abscisso* (cerebro,) *nunquam gemmescit.*

¶ Gemmārius, i, gemmarum mango dicitur, ein juwelirer, händler mit edelgesteinen.

¶ Gemmĭfer, a, um, das edelgesteine giebt: ut, *amnes gemmiferi*, wasser, so da edelgesteine führen, Plin. 37 cap. ult. Item, *Mare gemmiferum*, Propert. lib. 3 eleg. 4 pr. Et, *gemmiferæ arenæ*, Avienus Periegesi v. 1206.

¶ Gemmeus, a, um, von edelgestein; ut, *trulla gemmea*, Cic. 6 Verr. cap. 27. *Gemmea tecta*, Martial. lib. 6 epigr. 47. Regia supellex olim omnis gemmea: nam & *matulas gemmeas* monstrosi Principes Rom. habuerunt. vide Barth. ad lib. 1 Thebaid. Statii pag. 44, 45. De *poculis gemmeis* vid. notata doctis ad Senecam de Provid. c. 3.

¶ Gemmosus, a, um, voll edelgestein. Apulejus lib. 5 p. 162 *Gemmosis monilibus onustæ.*

¶ Bigemmis, e, duas gemmas habens, mit 2 edelgesteinen: ut, *Annulus bigemmis*, Trebell. Pollio in Claudio cap. 14. ¶ 2. De vitibus etiam, ut simplex, dici consuevit. Columella lib. 5 c. 5 *bigemmes reseces fiunt. Resex bigemmis*, singulariter.

¶ Trigemmis, e, mit 3 edelgesteinen, oder knospen. Idem Columella lib. 3 cap. 19 *Serimus etiam* [malleolum] *trigemmem, isque non ab eo trigemmis dictus est, quod omnino trium oculorum est: sed quod bis exceptis, quibus est frequens in ipso capite, tres deinceps articulos, totidemque gemmas habet.*

¶ Progemmo, are, idem quod gemmare de vitibus, knospen gewinnen. Colum. 4 cap. 27 *Si palmis incipientibus progemmantibusque fossorem immiseris.*

GĔMO, ui, ĭtum, ĕre, gemitus emittere, seufftzen, ächtzen, winseln. Cicer. in Pison. cap. 11 *Nemo me adspexit, qui non gemeret desiderio mei.* Idem post reditum in Senatu cap. 5 *Malum suum occulte gemere*, sein unglück heimlich beseufftzen und beklagen. ¶ 2. girren. *Turtur non cessat gemere*, Virg. ecl. 1 v. 59. ¶ 3. knacken, knistern. *Graviter gemit area frugibus*, Idem Georg. 3 v. 133. *Gemuit sub pondere cymba*, Idem 6 Æneid v. 413.

¶ Gĕmisco, ĕre, heulen. Claudian. 3 Rapt. Proserp. v. 130

Si buxos inflare velim, ferale gemiscunt.

¶ Gĕmĭtus, ûs, ein seufftzer, das seufftzen. Sic, *edere, ducere gemitus*, apud Poëtas legitur. *Fit fletus gemitusque tota urbe*, man weinet und seufftzet in der gantzen stadt, Cicero pro Rosc. Am. cap. 9.

¶ Gĕmebundus, a, um, adject. gemens, seufftzend. Ovid. 14 Metam. v. 193 *gemebundus obambulat Ætnam.*

¶ Gĕmŭlus, a, um, idem. Apul. 2 Flor. *Bubones occinunt gemulo carmine.*

¶ Gemursa, æ, quoque à gemitu est, ein lichtdorn, hünerauge. Festus: *Gemursa sub minimo digito pedis tuberculum, quod gemere faciat eum, qui id gerat.* Adde Plinium lib. 26 cap. 1.

Composita:

¶ Adgĕmo, ĕre, drein seufftzen. Ovid. in Tristibus lib. 1 eleg. 1 v. 113

Adgemit & nostris ipsa carina malis.

Statius Theb. 11 v. 247 *Vterque loquenti adgemit.*

¶ Circumgĕmĕre, um etwas herum winseln, heulen. Horatius epod. 16 v. 51 *Nec vespertinus circumgemit ursus ovile.*

¶ Congĕmĕre, simul gemere, beklagen, mitleyden haben. Cicero pro Muræna cap. 25 *Congemuit senatus frequens*, hoc est, condoluit.

¶ Congemiscere, idem. Augustinus Confess. lib. 6 cap. 7 pr. *Congemiscebamus in iis, qui simul amice vivebamus.*

¶ Ingemĕre, idem quod simplex. *Ingemens laboribus*, Horat. epod. 5 v. 31. Et Seneca procem. lib. 3 Quæst. Nat. *Fleri, queri, ingemere, desciscere est.*

¶ Ingemiscĕre, seufftzen. Cicero Tuscul. 5 cap. 27 *Pueri Spartiatæ non ingemiscunt verberum dolore laniati.* Livius lib. 4 cap. 49 extr. *Ingemuistis voce hujus audita.*

¶ Ingemiscendus, a, um, beklagens-würdig. Ammian. 30 cap. 7 *Clades ingemiscendas vindicare.*

¶ Rĕgĕmĕre. Sidonius Carm. 11 sub fin. *regemunt cava buxa*, id est, fistulæ, tibiæ. Adde Stat. Theb. 5 v. 389.

GEMONIAE SCALAE, Romæ fuerunt in Aventino juxta templum Junonis, sic dictæ, quod locus esset gemitus & calamitatum, quo damnatorum tracta corpora præcipitabantur. Sæpe earum mentio fit apud Tacitum, Suetonium, & Aur. Victorem de Cæsar. Et Plinius *Gradus Gemonios* vocat lib. 8 cap. 40. Nonnulli à *Gemonic* auctore sic dictos putant. Beroaldo à gemitu sic appellati videbantur. Graduum autem vel scalarum appellatio inde est, quantum conjicere licet, quod surrectus esset locus, ac gradibus quibusdam conscenderetur. Vnde ἀναβαθμὺς appellat etiam Dion in Tiberii rebus. v. Rhodig. Ant. Lect. 10 cap. 4. Sæpe absolute vocantur *Gemoniæ*. Sidonius 1 epist. 7 *Vncum, gemonias, laqueum carnificis per horas horrescere:* der rabenstein.

GĔNĂBVM, i, urbs Carnutum ad Ligerim in Gallia. Vide Cæsarem B. G. 7 cap. 2 & 3. Videtur ea esse, quæ & *Aurelia* medio ævo; hodie *Orleans* appellatur: aliis est *Gyen* ad eumdem fluvium.

¶ Genabenses, ium, subst. incolæ, Cæs. ibidem cap. 11. Et gentile *Genabensis, e*; ut, *Genabensi cæde*, eodem lib. cap. 28.

GĔNAE, arum, membranæ seu tunicæ, quibus oculi integuntur, & connivent, die augenliede, so auf- und zugehen, nicken und wincken. *Pilosæ genæ*, Cicer. in Pison. cap. 1. Qui pili *Cilia* dicuntur, die augenwimpern, vide *Cilium*. Sed malas, *genas* etiam veteribus dictas, Plinius ostendit lib. 11 cap. 36, die wangen, backen. Apul. Apol. *Cum in puella videret immedicatum os, & purpurissatas genas, & illices oculos.* Seneca Hippolyto v. 364

lapsæ genæ
Lucem recusant.

Labi genæ dicuntur, cum subsidunt, wenn die backen einem einfallen. *Malas labentes* perinde dixit Sueton. August. cap. 49, ubi tamen Casaubonus legere *labantes* malit. Sed pro vulgata Seneca est. Pro toto vultu usurpatum vocabulum, notat Barth. ad Stat. Silv. p. 183. ¶ In Singulari posuit Ennius apud Serv. in 6 Æneid. *Imprimitque genæ genam.* Item Sueton. Claud. cap. 15 *Vt genam non leviter perstringeret.* vide & Vallam lib. 3 cap. 4.

GENEALOGIA, æ, γενεαλογία, indicatio originis, das geschlecht-register, stamm-buch. Cujusmodi libros Atticus scripsit, & alii, quos Schottus ad Nepotem in Attico pag. 175 A notat. Ipse autem Nepos, quam vulgo *genealogiam* dicunt, eleganter cap. 18 vocat *familiarum originem, ex qua clarorum virorum propagines possint cognosci.*

¶ Genealŏgus, i, qui genealogiam enarrat aut scribit. Cic. lib. 3 de Nat. Deorum cap. 17 *qui à genealogis antiquis sic nominantur.*

¶ Gĕnĕsis, is, γένεσις, nativitas, generatio, & sidus natalitium, ut Cicero vocavit, die erschaffung, die geburt; vulgo, eine nativität. Sic, *Imperatoriam genesin*, Suetonius Vespasiano dixit c. 14. Juven. satyr. 6 v. 576

Si prurit fractus ocelli
Angulus inspecta genesi collyria poscit.

Et rursus satyr. 14 v. 248 *Nota Mathematicis genesis tua.*
Suetonius August. cap. 94 *Genituram*; Vitruvius *Nascentiam* dixit lib. 9 cap. 7. Alii & *Constellationem* vocarunt. vide in *Stella*.

¶ Genesia, orum, γενέσια, vulgo dicuntur festa, quibus amici natalem celebrant defuncti, cujus memoriam conservare student. v. Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 17 cap. 21. Sed

¶ Genethlia, orum, γενέθλια, festa sunt natalitia, quæ vivis sacra existunt, das geburts-fest. Vtut autem hæc vulgo distinguantur, non tamen negandum, promiscue etiam ista fuisse usurpata. Vnde Phavorinus, quum περὶ γενεθλίων locutus esset, addit, οἱ δ' Ἀθηναῖοι καὶ γενέσια λέγουσιν. Sic & Matth. c. 14 v. 6, & Marc. c. 6 v. 21 ponuntur γενέσια pro die natali, quem vivi cum amicis suis celebrabant. Conf. Dan. Heinsii Exercit. sacr. ad Matth. l. c.

¶ Genethlĭăcus, i, γενεθλιακὸς, ein nativität-steller. Tales olim *Mathematici*, qui & *Chaldæi*. vid. Gell. lib. 14 cap. 1. Augustinus & *Planetarios* appellavit. conf. Salmas. de Ann. Climact. p. 4.

¶ Genethliacon, i, carmen de natali. Tale Statii Silv. 2, 7.

¶ Genethliologia, æ, ipsa ars astrologica, apud Vitruvium lib. 9 cap. 7. Item *Genethliace*, Γενεθλιακή. Γενεαλογίαν Sextus Empiricus vocat lib. 5 adversus Mathematicos; χαλδαϊκὴν Periegenes vocavit apud Apollonii scholiasten. vid. Rutgersius lib. 5 Variar. Lect. cap. 6.

GENER, ĕri, filiæ maritus, der eidam, tochter-mann, a *Genus*. Ovid. 1 Metam. v. 144

Vivitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus,
Non socer à genero, fratrum quoque gratia rara est.

¶ Pro *marito sororis* etiam accipitur *Gener* apud Cornel. Nepot. 4, 1, 2, si Cujacio Observ. lib. 6 cap. 17 aliisque credimus.

¶ Congéner, ĕri, generi in affinitate socius, ein mit-eidam. *Congeneri*, duo pluresque generi, respectu unius soceri. Symmachus lib. 8 epist. 40 *supremis congeneri interesse.* Gloss. Cyrilli: *Congener*, σύλλαμβρος. Sed *Congener*, is, h. e. unius generis, quære sub *Genus*.

¶ Progéner, ĕri, kinds-tochtermann, cujus relatum *Prosocer*; apud Sueton. August. c. 19, & Tacit. 5 Histor. cap. 9 n. 7. Pater meæ uxoris, *Socer* est. Avus uxoris, *Socer magnus*, itemque *Prosocer* dicitur; & ego ejus *Progener*. Vide Modestinum JCtum Leg. 4 § 6 Dig. de Gradibus. Seneca epistola 21 *Tiberius Attici progener*. Agrippa enim, socer Tiberii, gener Pomponii Attici fuit. vide Nepot.

Generalis, Generare, Generosus, &c. vide *Genus*.

Genesis, Genesia, Genethlia, &c. quære in *Genealogia*.

GENEVA, æ, nobilis urbs Allobrogum ad Rhodani exitum ex Lemano lacu, Genf. Distinguenda à *Genua* Ligurum in Italia.

Geniculare, vide *Genu*.

GĔNISTA, frutex, pfriemen. Martial. lib. 1 epigr. 43

Non pyra quæ lentâ pendent religata genistâ.

Virg. 2 Georg. v. 12 *Molle siler, lentæque genistæ*,

Sparto similis quidem magna ex parte, sed ab eo tamen diversus. vide *Spartum*.

Genitalis, Genitor, &c. Genius, Genii, vide in *Gigno*.

GENO, genui, antiquum pro *gigno*, quo præter Plautum Varro aliquoties usus: ut lib. 2 de Re Rust. cap. 2 *Pingues facit facillime & genit lac.* & cap. 6 *Similes parentum genuntur.* Censorinus de die natali cap. 3 *Genii à genendo dicti.* Ita in Pandectis: *Si quis mihi filius aut filia genitur, hæres meus esto.* Et Arnobius lib. 4 p. 141 *Conceptatur & genitur terrenarum proluvies bestiarum.* In passiv. etiam Lucretius lib. 3 v. 799 *geni* antique pro *gigni*, quod in ejus locum successit, posuit. Vide cætera hinc derivata in *Genus* & in *Gigno* paullo post.

¶ Ingĕno, ĕre, compositum à *Geno*, apud Manilium legitur lib. 5 v. 135

His etiam ingenitur visendi ignota cupido.

GENS, gentis, fœm. natio, familia, ein volck, geschlecht, à *Genus*; ut, *Bello gentes frenare superbas*, Virg. 1 Æn. v. 523. *Vbicunque terrarum & gentium*, Cicer. 7 in Verr. cap. 55, wo nur immer. *Vbinam gentium sumus?* Idem 1 in Catil. cap. 4. *Vbivis gentium*, Terent. Hec. act. 3 sc. 1 v. 4, überall, aller orten. *Nusquam gentium*, Idem Adelph. act. 4 sc. 2 pr. nirgend. Videtur autem *Gentis* vocabulum latius patere, quam *Nationis*; & istud sub illo comprehendi. Tacit. German. cap. 2 *Cæterum Germaniæ vocabulum recens & nuper additum: quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint, ac nunc Tungri, tunc Germani vocati sint. Ita nationis nomen, non gentis, evaluisse paullatim*, &c. Nimirum significat, non totam gentem Germanorum sic appellatam initio, sed partem eorum, seu unam nationem, quæ nunc Tungrorum nomine veniat, postea vero id nominis in totum corpus fuisse tralatum. Sic universim *Britanni* gens appellantur; *Caledonii, Silures*, &c. nationes Britannorum. Ita Tacit. Agric. cap. 12 de Britannis loquens: *In pedite robur: quædam nationes & curru præliantur.* Aliquando tamen alterum pro altero sumitur. Sic idem Tacitus eodem capite: *Nec aliud adversus validissimas gentes pro nobis utilius.* Nam *gentes* dicit, quas modo *nationes* vocaverat. Conf. Herald. ad Arnob. p. 4, 5, & Elmenhorst. ad eund. p. 1. ¶ 2. Pro regione posuisse videtur Nepos Datame cap. 4, *Subito*, inquit, *a Rege litteræ sunt missæ, ut Aspim aggrederetur, qui Cataoniam tenebat. Quæ gens jacet supra Ciliciam, confinis Cappadociæ.* Arnob. advers. gent. lib. 1 *Gentes viduatas esse suis cultoribus, & desolatas.* ¶ 3. Transfertur venuste & ad animalia. Virgil. 3 Georg. v. 73 de equis:

Tu modo, quos in spem statuis submittere gentis.

Et alibi. Similiter Homerus μελισσῶν & χηνῶν & μυιῶν ἔθνεα dixisse legitur. ¶ 4. Pro familiâ passim legitur hoc nomen. *Majorum gentium* Romæ dicebantur alii; (ut Senatores, & sic Patricii) alii *minorum*. Romulus primum legit centum Patres consilii publici caussâ: deinde alii centum ex illustrioribus additi confecto bello Sabino & regno consociato. Hi *majorum gentium* vocabantur. Postea Tarquinius centum rursus legit ex multitudine plebeja, qui *minorum gentium* appellati. Ita Livius lib. 1 cap. 35 & 47, & Victor in Tarquinio. Aliter Tacitus 11 Annal. cap. 25, ubi vide Lipsium, præcipue vero Onuphrium Panvin. Commentar. in 1 Fastorum pag. 42 & sequ. *Patriciorum minorum gentium* meminit Cicero lib. 11 ad Famil. epist. 21. Translatum hoc & ad Deos fuit, similiterque alii *majorum*, alii *minorum gentium*, appellati. *Majorum* duodecim, qui & *Consentes* appellabantur, quos versibus duobus exposuit Ennius: *Jupiter, Mars, Apollo*, &c. Et his victima fiebat. *Minorum* infiniti, ut, *Priapus, Pales*, &c. quibus libabatur tantum. Vnde festive eos *patellarios* (nam de patella libabatur) Plautus appellavit Cistell. act. 2 sc. 1 v. 46. Vide Cicer. 1 Tuscul. Q. cap. 12 & 13. *Gens* tamen aliquanto latius patet, & *familias*, seu stirpes, seu domos sub se complectitur. Sueton. Neron. cap. 1 *Ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt, Calvinorum & Ænobarborum*, & alibi. ¶ 5. *Gens* etiam de uno ex gente, aut de cognato dicitur. Virgilius Æn. 10 v. 228

vigilasne, Deûm gens, Ænea? vigila.

Et Silius lib. 7 v. 35 de uno Fabio:

Tirynthia gens est.

Adde eumdem dicto libro v. 637, ubi eadem adnotavit Cellarius. ¶ 6. Tandem *Gentes*, i. e. gentiles, die heyden, dicuntur passim in vulgata versione & apud Patres. v. Cellar. Cur. post. p. 265.

¶ Genticus, a, um, adject. ländlich. Tacitus 6 Ann. cap. 33 *Sceptruchi utrimque donis acceptis more gentico diversa induêre*, nach landesgebrauch. Et Tertullianus de Anima cap. 39 *Progentica, pro avita, pro publica, pro privata devotione.*

¶ Gentīlis, e, ex eadem ortus gente sive familiâ; vel quod ad gentem pertinet, aut genti proprium est, aus eben dem geschlecht, eigenthümlich; ut, *Gentilis civitas*, apud Tacit. lib. 12 Ann. cap. 14. Cicero Topic. c. 6 ita definit: *Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine sunt: ab ingenuis oriundi: quorum majorum nemo servitutem servivit: quique capite non sunt diminuti.* Juvenal. sat. 3 v. 64 *gentilia tympana*, i. e. genti familiaria. ¶ 2. *Gentilis* idem est ac popularis, ein landsmann. Gellius 17 c. 17 *Lingua & oratione ipsius non minus scite, quam si gentilis ejus esset, locutus est.* ¶ 3. Rerum sacrarum scriptores *gentiles* vocant simulacrorum cultores, die heyden. Nonnulli notionem hanc in barbarismis ponunt, & *paganos* illos latinius dici existimant. Verum nova non est. Ita enim Hieronym. epist. 22 c. 13 *Si gentilium litterarum libros aliquando legissem.* Et tom. 6 in Ephes. 5 v. 20 *Hoc & gentilis facit, & Judæus, & publicanus, & ethnicus.*

¶ Gentīlĭtius, a, um, angebohren: ut, *Nomen gentilitium*, quod gentem & originem refert, ein vom stamm geerbter nahme, Gell. 14 c. 1. *Gentilitium hoc est illi*, das ist seine land-art, Plin. 6 epist. 15. *In Serranorum familia gentilitium esse, fœminas linea veste non uti*, Plin. H. N. 19 c. 1. Sic, *Sacrificia gentilitia*, quæ usitata eidem sunt genti, Cic. de Arusp. R. cap. 15. *Gentilitium sacerdotium*, quod ad jus familiæ pertinet.

¶ Gentīlĭtas, ātis, die landsmannschafft, cognatio quædam & necessitudo inter gentiles, id est, agnatio & cognatio. Sic Cic. lib. 1 de Oratore c. 38 *jura gentilitatum & agnationum* dixit. ¶ 2. Et *gentilitas*, die heydenschafft. Prudent. in Romano v. 1086

Has ferre pœnas cogitur gentilitas.

Et Tertull. de Virg. veland. cap. 2 pr. *Gentilitas Græcanica aut barbarica.*

¶ Gentiliter, adverb. secundum gentis consuetudinem, patrio & gentili sermone, nach landes gebrauch. Solinus c. 16 de Creta: *Cretes Dianam βριτόμαρτιν gentiliter nominant.* Et c. 33 de Scandinavia: *Succinum Germani gentiliter vocant Glessum*, in ihrer sprach. ¶ Ecclesiasticis est heydnisch. Fulgentius discussione Arianar. objection. cap. 4 *Fides nostra, qua unum Deum colimus, nec unione personali contrahitur: nec substantiali diversitate disjungitur, ne aut Deos gentiliter colamus, diversas colendo substantias; aut Filium & Spiritum Sanctum cum Sabellio denegemus.*

¶ Gentilitus, adv. ex longa gentis consuetudine, gentium more. Tertullianus de Pallio c. 3 *gentilitus inhabitantur.*

¶ Gentilismus, i, das heydenthum, apud Theol.

¶ Ingens, tis, dicitur augendi consuetudine, uti Festus notat. Quia enim *gens* populi est magnitudo, ingentem per compositionem dicimus, quod est valde magnum, sehr groß, mächtig. *Ingentis spiritus vir*, eines tapffern, unerschrockenen muthes, Liv. 21 c. 1. *Animus ingens*, i. e. fortis, magnus, constans: Plin. Paneg. c. 35 *Ingenti animo divus Titus securitati nostræ prospexerat.* Virg. 4 Georg. v. 83

Ingentes animos angusto in pectore versant.

Est autem plus quam *magnus*. Ter. Eun. a. 3 sc. 1 v. 1 TH. *Magnas vero agere gratias Thaïs mihi?* G. *Ingentes*, überaus grossen danck. Quem versum adducens Cicero in Lælio c. 26 ait: *Satis erat respondere, magnas; Ingentes, inquit. Semper auget assentatio, id quod is, cujus ad voluntatem dicitur, vult esse magnum.* ¶ *Ingentior*, Comparativo usus est Symmachus lib. 8 epist. 31 ad Eudoxium valetudinis dubium: *Solatur tamen sollicitudinem meam, quod parsimonia tibi familiaris est, quod cognata sapientia, & adversis fortunæ animus ingentior.* Superlativus est apud Veget. lib. 4 de Re milit. c. 8 *Rotæ de lignis viridibus ingentissimæ fabricantur.*

¶ Quinquegentiani, pop. Africæ, videntur Pentapolitani Libyæ Cyrenaicæ esse, apud Eutropium lib. 9 cap. 14 & 15. Aurelius Victor in Diocletiano *Quinquegentanas nationes* vocat.

GENTIANA, æ, planta nota radicis amarissimæ, entian, bitterwurtz, à Gentio Illyriorum rege, qui vel plantam ipsam vel usum ejus primus invenit, dicta. vid. Plin. lib. 25 cap. 7. Sed *Gentiana minor*, creutzwurtz, Matthiolus.

Gentilis, &c. quære in *Gens*.

GĔNV, γόνυ, plur. Genua, femorum ac crurum commissuræ, die knie. Quod fortasse à κνήμη factum videtur, id est, *tibia*. Os vero in genibus anterius, *mola*, μύλη, dicitur, die kniescheibe. Cavitas posterior, in quam genua flectuntur, *poples* est, die beuge im knie. *Genibus provolvi*, Tac. Ann. 12 c. 8, niederknien, zu fuß fallen. *Genu submittere*, Plin. lib. 8 c. 1, die knie beugen. *Genu terram contingere*, Cicer. 2 Tuscul. cap. 24. Et, *Horæ momentum interest inter solium & aliena genua*, Seneca de Tranquill. animi c. 11. Genua enim supplices tangebant, quippe quæ misericordiæ sacra essent, ut Serv. in ecl. 6 Virgilii notat. Sane supplices non ipsi modo in genua provolvebantur, cujus caussa satis aperta; sed etiam eorum, quibus supplicabant, genua contrectabant. vide Plin. lib. 11 cap. 45. Plautus Curcul. a. 5 sc. 2 v. 32 *Per genua te obsecro.* Tacit. 2 Histor c. 46 *Qui procul adstiterant, tendere manus: proximi prehensare genua.* Horat. lib. 1 epist. 12 extr.

jus imperiumque Phraates
Cæsaris accepit genibus minor.

Significat, Phraatem supplicem fusumque ad genua Cæsaris, & sic minorem genubus, recepisse regnum. *Genua deserunt cursorem*, Plaut. Mercat. act. 1 sc. unica, v. 13, die beine wollen nicht fort. ¶ Proverbium Θεῶ ἐν γόνασι κεῖται, de incerto exitu. Originem ejus exposuit Rutgersius V. L. lib. 5 cap. 5. ¶ Veteres in masculino & neutro *Genus* quoque dixerunt. Illud ex Lucilio probat Nonius c. 3 n. 103. Hoc Priscianus ex Cic. in Arat. v. 403

Hic genus & suram cum chelis erigit alte.

¶ Genualia, ium, genuum indumenta, knie-bänder, hosen-bänder. Ovid. Metamorph. 10 v. 593

Poplitibus suberant picto genualia limbo.

¶ Genuarius, i, ein fußfälliger. Gloss. lat. gr. *Genuarius*, γονυπετής.

¶ Gĕnĭcŭlum, i, diminutivum, idem quod genu. Hinc *de geniculis adorare*, Tertullianus de corona militis dixit cap. 6, kniend beten: *De dominico jejunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare.* vide Scalig. de Emendat. Tempor. pag. 655. ¶ 2. Et *genicula* internodia sunt, ac velut articuli in culmis & caulibus, die knötichen und gelencklein an halmen und stengeln, Plinius 16 cap. 30 sub fin.

¶ Gĕnĭcŭlo, are, verbum, genu niti, knien. Vet. Gloss. *Geniculat*, γονατίζει. ¶ Item, knoten gewinnen. Plin. 18 c. 16 *Antequam seges geniculaæt.*

¶ Geniculatus, a, um, knöticht, voll knoten: ut, *Culmus geniculatus*, qui multis geniculis committitur, Cic. de Senect. c. 15. Vitruvius lib. 9 cap. 6 sidus illud, quod Græci ἐν γόνασι, Firmicus *Ingeniculum*; & *Geniculatum* & *Ingeniculatum* appellitat.

¶ Genicŭlatim, adverb. per genicula, knotenweise. Plin. lib. 21 c. 10 *Foliis geniculatim circumdata.*

¶ Geniculatio, onis, die kniebeugung. Tertull. ad Scapul. cap. 4 *Geniculationibus & jejunationibus nostris etiam siccitates sunt depulsæ.*

Composita:

¶ Adgĕnĭcŭlo, are, vor einen niederknien. Tertullianus de pœnitentiâ cap. 9 de pœnitentium disciplina agens: *De ipso quoque habitu ac victu mandat, sacco & cineri incubans, corpus sordibus obscurare, animum mœroribus dejicere, illa, quæ peccavit, tristi transactione mutare:* cæterum

cæterum pastum & potum pura nosse, non ventris scilicet, sed animæ caussa: plerumque verò jejuniis preces alere, ingemiscere, lacrymari, & mugire dies noctesque ad DominumDeum tuum, presbyteris advolvi, caris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis suæ injungere.

¶ Congĕnĭcŭlare, vel Congenulare, in genua se prosternere, auf die knie fallen, apud Cæcilium & Sisennam. vide Nonium cap. 2 n. 156, & cap. 1 n. 283.

¶ Ingeniculus, i, Engonasi, sidus Herculis. Firmicus lib. 8 cap. 17 *In extremis piscium partibus oritur Ingeniculus, qui a Græcis ἐν γόνασιν dicitur.* Manil. lib. 5 v. 639

Nixa genu species & Grajo nomine dicta.
Engonasi ingenicla videns sub origine caussæ.

¶ Ingeniculare, knien. Hyginus lib. 2 Astron. cap. 6 *Dicit, postquam Herculem tela deficerent, se ingeniculasse.* Conf. Lamprid. Heliog. c. 5.

¶ Ingeniculatus, i, idem sidus Herculis. Vitruvius lib. 9 cap. 6 *pes Ingeniculati*, i. e. pes Herculis. Qui eodem cap. etiam *Geniculatum* appellavit, ut supra diximus.

¶ Progeniculare, fußfällig seyn. Gloss. lat. gr. *Progeniculo*, γονῦμαι. Item, *Progeniculat*, γονυπετεῖ.

GENVA, æ, urbs Liguriæ maritima, nobilis, potens, in Italia, Genua. Distinguenda a *Geneva* Allobrogum Galliæ.

Genuinus, adject. vide sub *Gigno*.

GĔNVS, eris, stirps, principium & origo familiæ seu generationis, vel ab eo, qui genuit, vel a loco, in quo genitus quispiam est, eine ankunfft, geschlecht; ut, *Orestes ducit genus à Tantalo*, er hat seinen ursprung vom Tantalo her. *Plato genere Atheniensis est*, er ist seiner ankunfft nach von Athen. Seu, ut nos loquimur, er ist ein Athenisch kind. *Nobili genere natus aliquis*, Cic. 7 Verrin. cap. 70, von adelichem stamm, eines berühmten geschlechts. *Genere suo indignum facere*, vel *admittere aliquid*, Terent. Adelph. a. 3 sc. 3 v. 55, seinem geschlecht einen schandfleck anhengen. *Turpitudo generis opprobrio multis fuit*, Quintil. lib. 3 cap. 7. ¶ Per translationem *genus* etiam dicitur aliquorum hominum aggregatio, qui ab eâdem stirpe ortum trahunt: ut, *genus Heraclidarum*, pro iis hominibus, qui ab uno *Hercule* profluxerunt. Sic, quia omnes homines ab uno principio ortum trahunt, nempe à DEO, etiam dicimus *Genus humanum*. Virg. 1 Æn. v. 542

Si genus humanum, & mortalia temnitis arma,
At sperate Deos, memores fandi atque nefandi.

¶ 2. *Genus*, forma, qualitas, eine art. Terent. Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 17 *Est genus hominum, qui* &c. es ist eine art von leuten. Cicer. de Amicit. cap. 17 *Constantes eligendi amici, cujus generis magna penuria est*, solcher art giebts nicht viel. Sic, *varia genera animalium, bestiarum, herbarum, arborum*, &c. *In omni genere & varietate artium excellere*, Cicero pro Balbo cap. 6, in allerley künsten. *Genera dicendi*, apud rhetores. Et Ausonius Eidyll. 11 v. 66

Trinum dicendi genus est, sublime, modestum,
Et tenui filo.

Excutiendum est omne genus auctorum, Quintil. lib. 1 cap. 4, allerley bücher. *Uti novo genere litterarum*, Cicer. lib. 13 fam. epist. 15 extr. eine neue art. ¶ 3. *Genus* pro sobole, prole, liberis, Catullus Epithal. Jul. & Mall. pr. *Hymen Vraniæ genus*,
id est, filius. Ita Virgilius Æneid. 12 *Latonæque genus duplex*, id est, Gemellus. Ita de Castore & Polluce gemellis Seneca Hercule Furente v. 552 *Non illic geminum Tyndaridæ genus.*
Similiter quoque usus Horatius est. ¶ 4. Non raro de toto populo seu gente dicitur. Sallustius lib. 1 Histor. *Genus armis ferox & servitii insolitum.* Et Livius lib. 1 cap. 18 *Instructum disciplina tetrica ac tristi Sabinorum, quo genere nullum quondam incorruptius fuit.* Florus lib. 2 cap. 3 *Ligures durum ac velox genus.* ¶ 5. Translatum similiter ad animantes est. Lucret. lib. 5 v. 860

Principio genus acre leonum, sævaque secla
Tutata est virtus.

Et Horat. lib. 1 od. 2 v. 9

Piscium & summa genus hæsit ulmo.

¶ 6. Rursus *genus* appellamus id, sub quo *species* collocatur, ut homo, & bestia sub *animali*. Cicero lib. 1 de Inventione cap. 28 *Genus est, quod partes aliquas amplectitur, ut cupiditas. Pars est, quæ subest generi, ut cupiditati amor, avaritia.*

¶ Gener, ĕri, vide supra seorsim.

¶ Gĕnĕrālis, e, quod ad cunctos pertinet, allgemein: ut, *decorum generale*, Cic. Offic. 1 cap. 27. ¶ 2. Quod de genere agit, aut eo pertinet. Sic *genus generale* appellat Seneca epist. 58, quod summum & generalissimum dicunt alii. Cicer. 1 de Invent. cap. 8 *Cum, qualis sit res, quæritur, quia & de vi, & de genere negotii controversia est, constitutio generalis vocatur.*

¶ Generaliter, adverb. gäntzlich, insgemein. Cicer. 1 de Invent. cap. 26 *Tempus generaliter definire difficile est.* Plinius lib. 1 epist. 8 *generaliter quædam annotare*, summarisch aufzeichnen.

¶ Generalitas, ātis, universitas. vid. Voss. de Vit. L. L. 3 cap. 13.

¶ Gĕnĕrōsus, a, um, γενναῖος, nobilis, præstans, großmüthig, wohlgebohren, eines tapffern geschlechts oder stammes. Plus est, quam *nobilis*, vide Voss. lib. 2 Instit. Orat. cap. 14 sect. 7. Sic, *Generosi spiritus imperator*, Plin. lib. 8 cap. 41. *Generosum vinum*, Horat. lib. 1 epist. 15 v. 18. *Generosa stirpe profectus*, Cicer. in Carm. lib. 1 Divin. cap. 12. *Juvenis generosi sanguinis*, Lucan. lib. 3 v. 723. *Generosioris arboris statim planta cum fructu est*, Quintilian. lib. 8 cap. 3. *Pars hominis generosior*, id est, anima, Prudentius 1 contra Symmach. v. 19. *Fortissimus quisque generosissimus est*, Marius apud Sallust. Jugurth. c. 85. *Generosissima fœmina*, Sueton. Tiber. cap. 49.

¶ Generose, adverb. hertzhafft; ut, *generosiùs perire*, Horat. lib. 1 od. 37 v. 21.

¶ Generositas, ātis, nobilitas, der adel, die edele art. *Generositas surculorum*, Pallad. lib. 11 cap. 3. *Tauris in adspectu generositas*, Plin. lib. 8 cap. 45.

¶ Gĕnĕro, avi, atum, are, gignere, creare, propagare, zeugen, schaffen. *Hominem generavit & ornavit Deus*, Cicer. 1 de Leg. cap. 9. Et, *Homines hominum caussa generati sunt*, Idem 1 Offic. cap. 7. *Eadem terra rhinocerotas alit, non generat*, Curt. 8, 9, 17.

¶ Generatus, a, um, gezeugt, gebohren, gepflantzt; ut, *Trojâ generatus Acestes*, Virg. Æn. 5 v. 61. *Species arboris ex sua radice generatæ*, Curt. 9, 1, 10.

¶ Generatim, adverb. per singula genera seu species, von art zu art. Virg. 2 Georg. v. 35 *proprios generatim discite cultus, Agricolæ.*

¶ 2. Et, *generatim*, generaliter, in genere, in gemein. *Generatim dicere*, Cic. in Pison. cap. 35. *Omnia generatim complecti*, in einen hauffen zusammen fassen, Idem lib. 2 de Inventione cap. 5. Huic τῷ *sigillatim* opposuit Suetonius Tiberio cap. 61; *membratim* Plinius proœmio lib. 2.

¶ Generatio, ōnis, die zeugung, fortpflantzung, geburt. Plin. lib. 10 cap. 52 pr. *generatio avium.* Et, *Generatio hominum*, Idem lib. 11 sect. 64.

¶ Generāmen, ĭnis, idem. Strabo Gallus in Rosa:

Flos tibi sceptrigero venit generamine Jesse.

¶ Generator, ōris, pater, der vater, gebährer. Cicer. de Vnivers. c. 11 *nosse generatores suos.* Virgil. 3 Æn. v. 704 de monte, cui Agrigentum Siciliæ impositum:

magnanimûm quondam generator equorum.

¶ Generatrix, īcis, die mutter. Pomp. Mela lib. 9 pr. *Ægyptus hominum aliorumque animalium perfœcunda generatrix.*

¶ Generasco, ĕre, gebohren werden. Lucret. 3 v. 746 *Omnia generascunt.*

¶ Generabĭlis, e, fruchtbar. Plin. lib. 2 cap. 45 *Generabilis rerum natura spiritus*, hoc est, qui facile generat; seu, ex quo res facile generantur. Manil. lib. 1 v. 143 *opus generabile fingit.*

¶ Generatorius, a, um, generari solitus, das sich zeugen läßt. Tertull. adv. Valent. cap. 27 *generatorio more.*

Composita:

¶ Bigĕnĕris, e, sive Bigĕner, ĕris, duorum generum. Pompejus Festus: *Bigenera dicuntur animalia ex diverso genere nata, ut leopardus ex leone & panthera; mulus ex equa & asino.* Si Varronianis libris, quorum magnus consensus est, fidem habeamus, etiam secunda nominum forma declinari potest. Ita enim lib. 2 de R. R. cap. 8 Varro: *Muli & hinni, bigeneri atque insititii, non suopte genere ab radicibus.*

¶ Congĕnĕro, are, rarius est, atque idem quod adjungere, associare. vide Nonium cap. 2 n. 121.

¶ Congĕner, ĕris, hoc est, genere cognatus, gleicher art, eines geschlechts, apud Plin. lib. 15 cap. 24. *Aliud*, inquit, *corpus est terrestribus fragis: aliud congeneri eorum unedoni.* ¶ Sed Congener, σύγγαμβρος, vide sub *Gener*.

¶ Dĕgĕnĕro, are, est insitam vim & naturam amittere, à generis nobilitate & bonitate desciscere, aus der art schlagen, eine fremde art an sich nehmen. Virg. 1 Georg. de Seminibus v. 197

Vidi lecta diu, & multo spectata labore,
Degenerare tamen.

Degenerare in feritatem, Plinius dixit lib. 17 cap. 15, wild werden. De vitibus enim ibi ita loquitur: *Si sativæ silvestribus inserantur, degenerant in feritatem.* Cicer. de Claris Orat. cap. 34 *Naturale quoddam stirpis semen degeneravit vitio depravatæ voluntatis.* Idem in Verr. 5 cap. 68 *Consuetudo & disciplina degenerare non sinit*, gewohnheit und zucht läßt nicht übel gerathen. Componitur vulgo cum præpositione A: ut Cicero de Provinc. consf. cap. 8 *cujus utinam filii non degenerassent a gravitate paterna.* Et pro Flacco cap. 11 *Cumque ab hac perenni contestataque virtute majorum non degeneraverit.* Poëtæ etiam Dativo jungunt. Propertius lib. 4 eleg. 1 v. 79

Dii mihi sunt testes, non degenerasse propinquis.

Nisi sextus hic casus est κατ᾽ ἔλλειψιν præpositionis. Manifestior tamen Dativus apud Claudianum de 4 Cons. Honorii v. 366

Æqualis mihi Pyrrhus erat, cum Pergama solus
Verteret, & patri non degeneraret Achilli.

Nec male cum quarto casu componitur. Ovid. lib. 3 Pont. eleg. 1 v. 45 *Hanc cave degeneres.* Ita Cl. Heinsius e MSS. emendat, confirmatque aliis exemplis, cujusmodi est illud Statii 3 Silv. 1 v. 160 *non degenerabit honorem.*

¶ Dĕgĕner, ĕris, qui patris aut majorum suorum moribus non respondet, unartig, ungerathen. *Proles degener*, Seneca Agamemn. v. 386, der aus der art schlägt. Poëtæ cum Genitivo jungunt. *Degener altæ virtutis patrum*, Silius lib. 10 v. 68. Et, *Juvenis patrii non degener oris*, Ovid. 3 Pont. eleg. 5, hoc est, æque ac pater disertus. Virg. 3 Æn. v. 13 *Degeneres animos timor arguit*, id est, ignobiles.

Tacitus lib. 12 cap. 62 pro supposititio posuit, Pseudophilippum vocans *degenerem regem.*

¶ Ingenero, are, inserere, propagare, einpflantzen. Cicero lib. 1 Offic. cap. 4 *Natura ingenerat præcipuum amorem in eos, qui procreati sunt.* Catullus Epithal. Mallii v. 212 *non decet*

Tam vetus sine liberis
Nomen esse; sed indidem
Semper ingenerari.

¶ Multigĕner, sive Multigĕneris, vide in *Multus*.

¶ Prægĕnĕro, are, ante generare, vorher zeugen. Prosper Aquitanicus principio Epitaphii hæref. Nestor. & Pelag.

Nestoriana lues successit Pelagianæ,
Quæ tamen est utero prægenerata meo.

¶ Progĕnĕro, are, ex se generare seu producere, zeugen, herfürbringen. Horat. 4 od. 4 v. 31 *nec imbellem feroces*
Progenerant aquilæ columbam.

¶ Progeneratio, ōnis, die zeugung. Plin. 8 cap. 43 *progeneratio mularum.*

¶ Prŏgĕnĭes, vide infra in *Progigno* sub *Gigno*.

¶ Rĕgĕnero, are, iterum generare, repræsentare, wieder gebähren. Plinius

Plinius lib. 14 cap. 22 *Drusus Cæsar regenerasse patrem Tiberium ferebatur*, hoc est, repræsentasse. Idem lib. 7 cap. 12 *qui adulterio Æthiopis nata matre, nil a cæteris colore differente, ipse avum regeneravit Æthiopem.*

¶ Regeneratio, ōnis, die wiedergeburt, vox ecclesiastica, apud Patres passim, etiam in ipsa Vulgata N. T. translatione, occurrens. Eleganter pro ea Salviano lib. 7 Gub. p. 71 dicitur *generatio nova.*

GEŌDAESIA, æ, ἡ γεωδαισία, die feld-meß-kunst.

¶ Geodætes, æ, ein feld-messer. vid. Voss. de Scient. Mathem. p. 113.

GĔŌGRAPHIA, æ, γεωγραφία, descriptio terræ; Differt à κοσμογραφίᾳ, χωρογραφίᾳ, τοπογραφίᾳ, de quibus suis locis, die beschreibung des erdbodens, land-beschreibung. Cic. lib. 2 ad Attic. epist. 4 *De geographia*, inquit, *dabo operam, ut tibi satisfaciam.*

¶ Geògrăphus, i, qui geographica tractat, ein land-beschreiber.

¶ Geographicus, a, um, adject. ut, *stylus geographicus*, apud Ammianum lib. 23 cap. 18. *Geographica perplexitas*, Idem lib. 31 cap. 5.

GEOMANTIA, æ, γεωμαντεία, divinationis genus ex terra. vid. Isidor. Orig. 7 cap. 9, & Peucer. de Divinat. p. 405.

GĔŌMETRIA, æ, γεωμετρία, ars dimetiendi terram, die land-meß-kunst. *Tractaverunt Geometriam Euclides & Archimedes*, Cic. 3 de Orat. cap. 33. Idem in 1 Tusc. cap. 2 *Geometria apud Græcos summo honore fuit.* Hanc Alexander didicisse *infelix* dicitur, sciturus quam *pusilla* terra esset, ex qua minimum occupaverat, cujus caussa falsum cognomen *Magni* gerebat. vide hæc scite & argute disputantem Senecam epistola 91. A Pythagora inventam & *Historiam* appellatam, Jamblichus ejus vita cap. 18 prodidit. Alii Ægyptiorum repertum scribunt. Servius ad illud Virgilii eclog. 3 v. 40

& quis fuit alter?
Descripsit radio totum qui gentibus orbem,

RADIO, inquit, *id est, virga Philosophorum, qua Geometræ lineas indicant. Inventa autem hæc ars tempore, quo Nilus plus æquo crescens confudit terminos possessionum: ad quos innovandos adhibiti sunt Philosophi, qui lineis diviserunt agros*, &c. Barbari autem funibus; Romani perticis metiebantur: quarum tamen usum recentiorem esse, ostendere conatur Salmasius Exercitat. Plinianis. vide infra *Pertica.* Cæterum Geometriæ vocabulum aliquando latius patet. Nam Gellius usus est, ut ὀπτικὴν, κανονικὴν, μετρικὴν ejus species faciat. vide eum lib. 16 cap. 18.

¶ Geomètres, vel Geomĕtra, æ, γεωμέτρης, Terræ dimensor & divisor, landmesser. Cic. 3 Offic. cap. 7 *Geometræ solent non omnia docere, sed postulare, ut quædam sibi concedantur, quo facilius, quæ velint, explicent.*

¶ Geometricus, a, um, zum ausmessen gehörig; ut, *Scientia Geometrica*, Plin. lib. 7 cap. 37. *Ratio Geometrica*, Cic. Acad. 4 cap. 36. Et

¶ Geometrica, orum, neutrum subst. ut, *Geometrica didicisse*, Cicero lib. 1 Tuscul. cap. 24.

¶ Geometricè, γεωμετρικῶς. Plinius 35 cap. 10 *geometrice eruditus.*

GEORGIA, æ, γεωργία, agricultura, die feldbau-kunst.

¶ Georgica, orum, γεωργικά, libri de agricultura, seu re rustica. Virgilius scripsit 4 libros Georgicorum.

¶ Georgicus, a, um, γεωργικὸς, zum ackerbau gehörig; ut, *Georgicum carmen*, Columell. lib. 7 cap. 5.

GĔRĂNIUM, i, γεράνιον, herba, storchschnabel. Tria ejus genera Matthiol. tradit. ¶ Item, machinæ genus, die grane.

¶ Geranites, æ, γερανίτης, gemma, a gruis oculo sic dicta Plinio 37 c. 11.

GERDIUS, i, secundum nonnullos textor est, secundum alios bajulus. Lucil. apud Nonium cap. 2 n. 379 *Curate domi sint gerdius, ancillæ, pueri.* Exstat etiam apud Firmicum 8 cap. 25.

GERGYTHIUM, i, oppidum in Troade, cujus meminit Plinius lib. 5 cap. 30.

GERMANIA, æ, Γερμανία, Teutschland. Qui veteris, qui nostræ Germaniæ fines & termini sint, ostendit Bernegg. Quæst. in Tacit. quæst. 1, & Conring. pecul. libro.

¶ Germani, orum, gens indigena, non infusa ex aliis peregrinis gentibus, aut aliis ullis aliarum nationum connubiis infecta, sed propria, sincera, & tantum sui similis, quemadmodum Tacitus cap. 2 de Mor. illorum scripsit. Vetustissimum nomen *Teutonum* fuit, quod & hodieque obtinet, cum Teutsche, Deutsche, (promiscue enim scribitur) appellamur. De quo vide Cluverium lib. 1 Antiquæ Germaniæ c. 11. *Tungros*, qui primi e Teutonibus trans Rhenum commigrarunt, novo vocabulo se appellasse *Germanos*, Tacitus auctor est dicto cap. 2, quod nonnulli quasi *Garmanos* interpretantur. Quidam a *germinando* derivant, propter fœcunditatem genti[illegible]pulosissimæ, ut Silvius: quo & Paulus Diaconus respicere videtu[illegible] lib. 1 de gestis Longobardorum cap. 1. Alii, cum forma, moribus, vitæ genere parum differrent à Gallis, *Germanos* appellatos à Romanis, ut fratres quasi Gallorum esse ostenderent, quæ Strabonis opinio est lib. 7 Geograph. Aliter Tacitus de Germania cap. 2; *Ceterum* GERMANIAE *vocabulum recens & nuper additum*, (subaudi, quidam affirmat) *quoniam, qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint, tunc Tungri, nunc* Germani *vocati sint. Ita nationis nomen, non gentis evaluisse paullatim, ut omnes primum à victore ob metum: mox à seipsis invento nomine* GERMANI *vocarentur.* Ex quibus verbis constat, GERMANORUM nomen non generale initio, sed speciale, illiusque tantum nationis fuisse, quæ prima è Germanis in Gallias fuerit transgressa; inde magis magisque innotuisse, evaluisseque usque adeo, ut genti universæ tandem hæreret. Nomen alii deducunt à *Werre*, quod Gallica dialecto *Guerra* dicitur, & bellum significat: & *Man*, quod virum notat. Hoc nomine igitur victi Galli, Victores appellarunt, bellicosam eorum virtutem, quâ sese formidabiles fecerant, ita celebrantes. vide Cluver. lib. 2 Antiqu. Germ. cap. 20, ubi pluribus de isto Taciti loco, & vocabuli hujus origine disputat. Sane militari virtute & fide præcipue excelluere Germani, ob quas res etiam à Regibus Principibusque Romanis ad custodiam corporis delecti fuerunt, de quo Lipsius ad 8 Annal. Taciti p. 343. Duplex porro Germania est, *Superior* & *Inferior*, quæ apud Romanos scriptores non eadem divisio est, quæ nostris usurpatur; Tum enim non tota Germania, sed pars Gallici soli ad Rhenum, a transductis in eam Germanis, ita in provincias Romanas dividebatur, ut *superior* alia seu *prima* esset; alia *secunda* seu *inferior.* vide Geograph. Antiq. De finibus antiquæ Germaniæ exstant versiculi Philippi Melanchthonis:

Rhenus ab occasu, Viadri sed flumen ab ortu,
Clauserunt fines, Teutona terra, tuos.
Aëriæque Alpes immotum limes ad Austrum,
Balthicus ad Boream terminat Oceanus.

¶ Germanicus, a, um, teutsch; ut, *Lingua Germanica.* ¶ *Germanicus* Cæsar, Drusi Neronis filius, indole, forma, virtute omnium excellentissimus: ideoque ab Augusto successor sibi destinatus. vide Suetonium in Caligula quatuor prioribus capitibus. Ejus res gestas Tacitus describit.

¶ Germanicii, &

¶ Germaniciani, apud Suetonium memorantur in Tiberio cap. 25, Galba cap. 20, & Othone cap. 8. Ita autem vocantur, qui in Germania militabant.

¶ Semigermanus, a, um, halb-teutsch. Livius lib. 21 cap. 38 *Itinera obsepta gentibus semigermanis.*

Germanus pro *fratre*, vide post paullo sub *Germen.*

GERMEN, ĭnis, ein zweig, gewächse, sprossen. *Germen* autem quasi *Genimen* à *genendo*; ut *carmen* quasi *canimen* à *canendo.* Vnde & pro origine & genere ponitur. Prudentius hymno 10 καθημ. v. 24 de anima: *Quæ germen ab æthere traxit.*

Vet. Gloss. *Germen*, σπορός. Vnde & *Germani fratres* appellati. Festus: GERMEN *est, quod ex arborum surculis nascitur, unde &* GERMANI, *quasi eodem stirpe geniti.*

¶ Germĭno, āre, ausschlagen, grünen, herfür sprossen. Plin. 13 cap. 4 de palma: *Mas palmite floret: fœmina citra florem germinat tantum spinæ modo.*

¶ Germinatio, ōnis, pullulatio, die sprossung. Plin. 17 cap. 14 *Facillime coalescunt, quibus eadem corticis natura, quæque pariter florentia ejusdem horæ germinationem succorumque societatem habent.*

¶ Germinatus, ûs, subst. idem. Plin. 16 cap. 25 *Serotino quædam germinatu florent.*

¶ Germanus, a, um, eigentlich, brüderlich; ut, *Germani quasi eodem stirpe geniti*, recht natürliche brüder. Festus: Interdum conjunguntur, *Germanus frater, germana soror.* vid. Nepos 5, 1, 2 atque ibi Interpretes. Vet. Gloss. *Germanus*, γνήσιος ἀδελφὸς, *Germani*, ἀδελφοὶ ὁμογνήσιοι. *Germani* autem dicuntur & ὁμοπάτριοι, (die von einem vater,) & *uterini*, (die von einer mutter.) vide Rutgers. lib. 1 Var. Lect. cap. 9 p. 40 & seq. ¶ 2. *Germanum*, pro vero & sincero; ut, *Hæc mea est, & fratris mei germana patria*, Cic. 2 Leg. cap. 1, das rechte vaterland. *Germana auctoris sententia*, die rechte und eigentliche meynung. *Nomen germanum*, Plautus Captiv. a. 2 sc. 2 v. 38, der eigentliche nahme. Superl. *Germanissimus*: Cicer. 4 Acad. Quæst. cap. 43 *Antiochus Academicus erat, si perpauca mutavisset, germanissimus Stoicis.* Hieronymus epist. 98 ad Augustinum: *bajulum litterarum habeas commendatum, & mihi scias germanissimum*, hoc est, amicissimum.

¶ Germane, adverb. idem. Cicer. ad Quint. fratr. lib. 2 epist. 14 *Germane & fraterne rescribam*, rechtschaffen und brüderlich.

¶ Germanĭtus, adverb. idem. Augustinus Confession. lib. 3 cap. 2 *qui germanitus misericors est.* Et lib. 4 Confess. cap. 4 *fidem germanitus & penitus tenere.*

¶ Germānĭtas, ātis, brüderschafft, rechte blutfreundschafft. *Concors germanitas*, apud Plin. 6 cap. 1. Vsus eadem voce & Cicero est pro Ligario cap. 11 *Moveat pietas, moveat germanitas.* Et Lactant. lib. 6 cap. 10 *necessitudo germanitatis.* Vet. Gloss. *Germanitas*, Γνησιότης, ἀδελφότης. ¶* *Germanitas* interdum notat germanas sorores, ut matrimonium pro uxore, servitium pro servis. Cicero de Harusp. Resp. cap. 20 *In domesticis est germanitatis stupris volutatus.* Grævius.

¶ Congermĭno, are, coalescere, conjungi, aufwachsen. Gell. lib. 20 cap. 8 *Cepe revirescit & congerminat decedente luna.*

¶ Congermanesco, ĕre, idem, coalescere, consociari, sich zusammen halten. Apulejus 2 Metam. p. 119 *in parilitatem amoris congermanescebat mecum.* Adfert etiam Nonius cap. 2 n. 167 ex Quadrigario: qui &

¶ Congermanus, a, um, ex Varronis lib. 3 Rer. Hum. producit: *Cum his una rempub. conjuncti & congermani tenuere.* Ita Merceri Parisiensis editio, & Scaligeri marginalis nota: alii *congerminati.*

¶ Egerminare, ausschlagen. Columell. 4 cap. 17 *Decutienda sunt omnia, quæ infra trunci caput egerminaverint.*

¶ Prægerminare, vorher grünen. Plinius lib. 16 cap. 29 *præflorent & prægerminant*, sie schlagen zeitlicher aus.

¶ Progerminare, herfürsprossen, aufkäumen. Columella lib. 4 cap. 10 *ante, quam surculus progerminet.* Et cap. 15 *nec ex propinquo progerminet.*

¶ Regerminare, wieder ausschlagen, wieder grünen. Plinius lib. 16 c. 33 *Cupressus succisa regerminat.*

¶ Regerminatio, ōnis, die wiederausschlagung. Idem Plin. 17 cap. 20 *Castanea, regerminatione cæduâ, vel salice lætior*, sie schlägt abgeköpfft leicht wieder aus, wie weyden.

Germino, āre, vide supra in *Germen.*

GĔRO, gessi, gestum, gerĕre, significationes in exemplis lucent. Proprie portare est, ut, *Galeam gerere in capite*, Nepos Datame cap. 3. Deinde ad varia transfertur: Cic. 1 Offic. cap. 28 *Quemadmodum nos adversus homines geramus, natura nos docuit non negligere*, wie wir uns gegen andere leute verhalten sollen. *Negotium male gerere*, Cicer. 2 Catil. cap. 10, est administrare, ausrichten, verwalten. *Feliciter & ex sententia rem gerere*, Cic. 2 fam. epist. 7, nach wuntsch verrichten. Plaut. Milite Gl. a. 2 sc. 1 v. 149 *Meo remigio rem gero*, ich bin für mich, es hat mir niemand einzureden. Publii Mimus: *Male geritur, quicquid geritur fortunæ fide.* Terent. Eunuch. a. 5 sc. 4 pr. *Reviso, quidnam Chærea hic rerum gerat*, ich will sehen, was er für hat. *Res gerere*, *Res magnas gerere*, id est, efficere, Corn. Nep. 22 cap. 3 n. 3 de actu rerum, qui

qui distinguitur a consilio. Idem in Miltiade c. 3 *Gerere rem male*, uti adversâ fortunâ. *Bellum cum aliquo adversus quem gerere*, Idem 12 c. 3, 1, ubi societatem & conjunctionem notat. *Sapientia omnes res humanæ geruntur*, Cic. lib. 2 de Orat. c. 84. *A rebus gerendis senectus abstrabit*, das alter hält ab von händeln, Idem de Senect. c. 6. *Dum hæc geruntur*, immittelst, unterdessen, Nepos 14, 5, 1. *Fulvia nihil muliebre præter corpus gerens*, die sonst nichts weibisches an sich hatte, Vellej. 2 74, 3. *Gerere remp.* pro administrare & præesse reipubl. gubernandæ, das regiment führen; Item, *gerere imperium, honores*, Nepos 7, 7, 1. item 15, 7, 5. & 25, 6, 2. *Consulatum*, Idem 24, 2, 1. *Gerere se honestè*, sich ehrlich halten. *Turpiter, turpissimè se gerere*, Cic. 2 Tusc. cap. 21. Idem in Offic. lib. 1 c. 26 *Quantò superiores sumus, tantò nos submissius geramus*, je demüthiger wir uns halten sollen. Nepos in Attico cap. 3 n. 1 *Hic autem sic se gerebat, ut communis infimis, par Principibus videretur.* Et c. 14 n. 2 *Tanta usus est moderatione, ut neque in sestertiûm vicies, quod à Patre acceperat, parum se splendide gesserit, nec in sestertiûm centies affluentius vixerit, quam instituerat.* *Gerere se pro cive*, est agere & comparare se, ut civem decet: Ita Cicero pro Arch. cap. 5, & alii veterum locuti sunt; Recentiores *civem gerere* dixissent. Claudian. de 4 Conf. Honorii v. 294

Tu civem patremque geras.

Seneca Troad. v. 713 *excidat Hector.*

Gere captivum.

Florus lib. 1 cap. 1 *Lupa vagitum secuta ubera admovit infantibus, matremque se gessit.* Ex quibus omnibus patet, verbum *Gerere* magnam cognationem cum verbo AGERE habere. Et ita *gerere tempus* pro *agere* dixit Suetonius. Ejus verba in Domitiano ista sunt c. 1 *Pubertatis & primæ adolescentiæ tempus tantâ inopiâ tantaque infamiâ gessisse fertur, ut nullum vas argenteum in usu habuerit.* Quid differant tamen, ita Varro docet lib. 5 de L. L. *Potest*, inquit, *aliquis* facere *& non* agere. *Vt Poëta* facit fabulam, *& non* agit: *contra actor* agit, *& non* facit. *Et sic a Poëta* fabula fit, *& non* agitur: *ab actore* agitur, *& non* fit. *Contra imperator, qui dicitur* res gerere; *in eo neque* agit, *neque* facit; *sed* gerit, *id est*, sustinet. *Translatum ab his, qui* onera gerunt, *quod sustinent.* Ergo gerere propriè est *sustinere*. Quod ex verbo *gesto* colligitur. De differentia τῶ *agere, facere* & *gerere*, vide & Legem 18 Dig. de verb. signif. ¶ *Morem gerere*, est obsequi, zu willen seyn, gehorsam seyn. *Animo suo morem gerere*, Terent. Andr. a. 4 sc. 1 v. 17, seine lust büssen. *Animum dignum laude gerere*, einen löblichen sinn an sich haben. *Gerere amicitiam*, id est, exercere, Cic. 3 fam. ep. 8, freundschafft halten. *Gerere inimicitias, simultatem cum aliquo*, Cicer. Divin. in Verrem cap. 21 extrem. feindschafft wider einen haben oder tragen. *Pueri inter sese quam pro levibus noxis iras gerunt?* Terent. in Hecyra a. 3 sc. 1 v. 30.

¶ Gestus, a, um, geführt, gethan, geschehen. Nepos 21, 2, 1 *Rerum gestarum gloria.* Idem 7, 5, 7 *Maximis rebus gestis venerunt.* Idem 15, 1, 4 *Res gestæ a plurimis omnium anteponuntur virtutibus.*

¶ Gesta, orum, subst. acta, thaten. Nepos 14, 1, 2 *Obscuriora sunt ejus gesta pleraque.* Nonnulli *gesta*, & *acta* ita distinguunt, ut *gesta* sint in administratione magistratus, & in bello, & in rebus majoribus ad rempubl. vel ad plurimos spectantibus, ut *gesta* Alexandri, Pompeji, Cæsaris: *acta* etiam privatarum rerum & minorum & familiarum.

¶ Gestio, ōnis, actio, administratio, die verrichtung, handlung. Cic. 2 de Inventione cap. 12 *Deinde ipsius est negotii gestio pertractanda.*

¶ Gestor, ōris, qui gerit, ein träger. Plaut. Pseud. a. 1 sc. 5 v. 14 *Pendeant gestores linguis, auditores auribus.* Sed

¶ Gestus, ûs, eine geberde, vide infra suo loco.

¶ Gerulus, a, um, tragend. Solin. c. 1 *Navis gerula sacrorum.* Idem c. 20 *Cornua potuum gerula.*

¶ Gĕrŭlus, i, substant. bajulus, ein träger, capitler. Horat. 2 ep. 2 v. 72 *Festinat calidus mulis gerulisque.* Et Apul. lib. 3 Miles. sub fin. *Sed gestaminum modus numerum gerulorum excedit.* Elmenhorst. *gerulonum* legit. Idem Apulejus Apolog. pag. 323 *gerulum verborum* dixit. *It ad matrem verborum Rufini gerulus.* *Scutigerulus*, vide infra *Scutum*.

¶ Gerulo, ōnis, idem, ex Apul. l. c. si Elmenhorstii lectio placet.

¶ Geruli-figulus, i, apud Plautum Bacch. act. 3 v. 14 *geruli-figulus flagitii*, qui docet & producit flagitium. *Gerulus* enim, ut Scaliger monet ad Festum, apud veteres non semper est, qui aliquid portat, sed & qui aliquid efficit.

¶ Geraria, æ, eine kinder-magd, Plaut. Milite a. 3 sc. 1 v. 102.

¶ Gerundium, i, sub una voce activum & passivum sensum gerens. Vide Grammat.

¶ Gesto, avi, atum, are, tragen, führen. Tacit. 2 Histor. cap. 62 *Ex urbe atque Italia irritamenta gulæ gestabantur, strepentibus itineribus ab utroque mari.* *Gestare in sinu*, id est, amare, colere, Terent. in Adelph. *Gestare crimina, gestare verba, vitia*: Seneca epist. 123 *Pessimum genus hominum videbatur, qui verba gestarent: Sunt quidam, qui vitia gestant.* Plaut. Pseud. act. 1 sc. 5

Homines qui gestant, quique auscultant crimina,
Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant, &c.

¶ Passive pro gestari, seu gestatione usus Suetonius est Domitiano c. 11, *Aretinum Clementem in eâdem, vel etiam in majore gratia habuit, quoad novissime simul gestanti, conspecto delatore ejus*, VIS, *inquit*, HVNC NEQVISSIMVM SERVVM CRAS AVDIAMVS? De gestatione, & quid fuerit, mox explicabimus.

¶ Gestatus, a, um, getragen. *Gestatus bijugis equis*, Martial. 1 epigr. 13 & 83.

¶ Gestatio, ōnis, gestandi actus, das tragen; Martial. 5 epigr. 21. Veteres etiam inter cæteras tuendæ valetudinis rationes & istud habebant, ut vel equo, vel vehiculo, &c. certis & destinatis locis gestarentur veherenturve, sæpe & certis spatiis ad id definitis. Id *Gestatio* dicebatur. Seneca epist. 15 *Gestatio & corpus concutit, & studio non officit: possis legere, possis dictare, possis loqui, possis audire: quorum nihil nec ambulatio quidem vetat fieri.* ¶ Neque tantùm ipse actus ita dicebatur, sed locus quoque, ubi has gestationes celebrabant. vide Lipsium Centur. Miscell. epist. 11, itemque Buchnerum ad Plinii epist. 7 lib. 9 n. 515. & præter exempla non parce a Buchnero data, etiam Senecam epist. 33 & 55. Item Sueton. Claud. cap. 33 & Vespas. c. 21.

¶ Gestatus, ûs, subst. idem. Plinius lib. 15 cap. 25 *Junianis* [cerasis] *gratus sapor, sed pæne tantum sub arbore sua, adeo teneris, ut gestatum non tolerent.*

¶ Gestator, ōris, qui gerit, ein träger: ut, *Delphinus gestator & collusor puerorum*, Plin. lib. 9 epist. 33. *Mercurius gestator affabilium colubrarum*, apud Macrob. lib. 4 p. 141. Sic Prudentio ἀποθεώσει v. 1001 [Heins. 937] Christus est *innocui gestator corporis.* Inde

¶ Gestatrix, īcis, fœm. eine trägerin. Val. Flaccus lib. 4 v. 605

Divaque Gorgonei gestatrix innuba monstri.

¶ Gestatōrius, a, um, zum tragen, adject. ut, *Gestatoria sella*, ein tragstuhl, senffte, apud Suetonium Nerone cap. 26, & Vitellio c. 16.

¶ Gestābilis, e, tragbar: ut, *Gestabile cælum*, Cassiodor. lib. 1 epist. 45, parva machina, cælum repræsentans, ein globus, himmels-kugel.

¶ Gestāmen, ĭnis, was einer führet oder träget: ut, *arma, insignia*, &c. Apul. lib. 11 de A. A. *Mulieres candido splendentes amicimine, vario lætantes gestamine, verno florentes coronamine*, &c. Virg. 3 Æneid. v. 286 *Clypeum magni gestamen Abantis,*

Postibus adversis figo.

¶ Gestīto, are, frequentativum novum a *Gestare*. Solinus c. 33 *Ficus Ægyptia, poma non ramis tantum gestitans, sed & caudice.* Martianus Capella lib. 3 post 3 metr. *velut clypeum gestitabat.*

I. Composita cum nominibus:

Poëtæ innumera composita formant in GER, e quibus, quæ memoriæ succurrunt, nominasse jam sufficiat: exempla & auctoritatem illorum suis singula locis, sub nominibus, cum quibus composita sunt, invenies. Sunt autem

¶ Aliger, Armiger, Astriger, Barbiger, Belliger, Claviger (a *clava*, & a *clavis*,) Corniger, Tricorniger, Criniger, Flammiger, Floriger, Freniger, Laniger, Lauriger, Libriger, Moriger, Naviger, Penatiger, Penniger, Pharetriger, Pinniger, Plagiger, Plumiger, Sagittiger, Salutiger, Sceptriger, Securiger, Setiger, Spiniger, Spumiger, Squamiger, Stelliger, Turriger, Tyrsiger, &c.

II. Composita cum præpositione:

¶ Aggĕrĕre, aggerare, accumulare, auf einander häuffen oder schütten, aufwerffen. Virg. 3 Æn. v. 63

Ingens aggeritur tumulo tellus.

Vnde *Agger*, de quo supra in A. Proprie est apportare, hinzutragen. Silius lib. 3 v. 641 *Adgessere trabes.*

¶ Aggestus, a, um, aufgeschüttet. Martial. 8 epigr. 57

aggestâ contumulavit humo.

¶ Aggestim, adverb. idem. Vulg. 2 Maccab. 13 v. 5 *aggestim undique habens cineres.*

¶ Aggestus, ûs, subst. die zusammenhäuffung. Tacit. Annal. 1. cap. 35 *lignorum aggestus.* Id. Hist. lib. 3 c. 60 *locus ipse castrorum placebat, late prospectans, tuto copiarum aggestu.*

¶ Aggestio, ōnis: Palladius lib. 12 cap. 15 fin. *aggestione tectæ trabes*, mit sand oder schutt bedecket.

¶ Congĕrĕre, conferre, accumulare, zusammen tragen, zusammen schütten. *Omnia in unum congerere*, Cic. 5 Tusc. cap. 40. *Congerere crimen in aliquem*, Idem pro Mil. cap. 24, viel klagen wider einen aufbringen. *Congerere maledicta in aliquem*, Idem 3 Philipp. cap. 6, scheltworte auf einen mit hauffen treiben. *Congerere divitias*, güter zusammen schlagen. Martial. lib. 8 epigr. 44 *Rape, congere, aufer, posside, relinquendum est.* *Oratio congesta ex diversis*, eine rede aus ungleichen dingen zusammen gebracht, Quinctil. ¶ Absolutè *congerere*, pro nidificare Virgilius dixit eclog. 3 v. 69

aëriæ quò congessêre palumbes.

¶ Congestus, a, um, zusammen getragen. Virg. 6 Æn. v. 224 *Congesta dona.* Horat. 1 sat. 1 v. 70 *Congestis undique saccis indormire.* Comparativum habet Ausonius in Mosella v. 133 *Gobio ovipara congestior alvo.*

¶ Congestus, ûs, nomen, id est, comportatio, die zusammentragung: ut, *Avium congestus*, Cic. de Divin. cap. 32.

¶ Congestio, ōnis, idem. Pallad. lib. 1 cap. 33 *stercorum congestio.* Et lib. 4 cap. 1 *beneficio congestionis accumulant.* Et Vitruvius lib. 10 cap. 20 pr. *Testudo, quæ ad congestionem fossarum paratur.*

¶ Congeste, adverb. stricte, breviter, zusammen gehäufft. Capitolinus in Marco Philosoph. cap. 19 extr. *Et quidem hæc breviter & congeste.*

¶ Congestim, aliud adverb. idem quod *congeste*. Apul. Apol. *Congestim jacere.*

¶ Congestitius, a, um, zusammen getragen; ut, *Humus congestitia*, hoc est, congesta, apud Columellam lib. 2 c. 10. Et Vitruvius lib. 3 c. 3 *locus congestitius*, qui ibi opponitur *solido*.

¶ Congeries, ēi, cumulus, ein hauffen; ut, *Pulveris congeries*, Lucan. 8 v. 868. *fulvi metalli vasta congeries*, Claud. lib. 2 in Rufin. v. 134 ¶ Et *Congeries* Schema est Rhetoricorum, συναθροισμὸς, quo res seu accusationes in tota caussa dispersæ in locum unum, ac in epilogum maxime, coguntur. Terent. in Heaut. a. 2 sc. 1 v. 15

Mea est potens, magnifica, sumtuosa, nobilis.

¶ Circumgestare, umher führen, tragen. Cicer. ad Quintum Fratr. lib. 1 epist. 2 cap. 2 *Eam quoque epistolam T. Catienus circumgestabat.* Apulejus lib. 8 Met. p. 213 *circumgestantibus Deam adambulabat.*

¶ Degĕrere, i. e. deferre, deportare, zutragen. Plautus Menæchm. a. 5 sc. 1 v. 41 *aurum meum*

Domo suppilas uxori tuæ, & tuæ
Degeris amicæ. Et mox sc. 2 v. 53
Me spoliat: mea ornamenta jam ad meretrices degerit.

¶ Digerere est, confusa congestaque in turba secernere, & quodque in suum locum distribuere, & ordinare, ordnen, einrichten. Vet. Gloss. *Digerit*, κατατάσσει, διοικεῖ. Quoniam digerendæ res prius & disponendæ, quam enarrandæ & explicandæ sunt, ideo *digerere* idem est, quod ordine & accurate exponere. Virg. 2 Æneid. v. 182

ita digerit omnia Calchas.

Et Livius lib. 2 cap. 21 *Tanti errores implicant temporum, alter apud alios ordinatis magistratibus, ut nec, qui consules secundum quosdam, nec, quid quoque anno actum sit, in tanta vetustate non rerum modo, sed auctorum digerere possis.* Val. Maximus prologo: *Quæ apud alios latius diffusa sunt, quam ut breviter cognosci possint, ab illustribus electa autoribus digerere constitui.* Ita enim recte emendavit Meursius mantissa ad lib. de luxu cap. 25. Præcipue vero apud sequioris ævi scriptores hic usus verbi frequentatur, qui & verbo *Regerere* ita usi, de quo infra. ¶ 2. Apud Lucanum est *dissolvere*, & sensim & quasi per partes, ac ita velut ordine quodam consumere, lib. 8 v. 88

Corpora tum solvit tabes, ac digerit artus.

Hinc & ad cibos transfertur hoc verbum, qui digeri dicuntur, cum concoquuntur. Seneca pater procem. lib. 1 Controvers. *Post cœnam sero lucubrabat, nec patiebatur, alimenta per somnum, quietemque æqualiter digeri, sed perturbata & dissipata in caput agebat.* ¶ 3. *Digerere cibum*, est concoctioni aptare & disponere, Cels. præfat.

¶ Digestus, a, um, eingerichtet, geordnet. Cic. de Orat. 1 cap. 41 *Nulli fuerunt, qui illa artificiose digesta generatim componerent.* Idem pro Q. Rosc. Com. c. 3 *Nomina in codicem digesta habere*, eingetragen haben. Superlat. Marcell. Emp. c. 22 *Triduo purissimum & digestissimum esse.*

¶ Digestum, i, vel Digesta, orum, apud JCtos pars juris civilis, quæ & alio nomine *Pandectæ*, sive *Pandectarum liber* dicitur.

¶ Digestim, adverb. ordentlich. Prudent. Peristeph. 2 v. 129 *Digestim aliquid scribere.*

¶ Digestio, ōnis, ordinatio, die ordnung, einrichtung. Vellej. Pat. lib. 2 cap. 53 *digestio annorum.* Plin. lib. 18 cap. 25 *Siderum exortus dignoscuntur digestione circulorum.* ¶ 2. Pro concoctione, aut via ad illam: distinguit enim Celsus præfat. *sive concoctio sit illa, sive tantum digestio.* Nihilominus pro ipsa quoque concoctione sumtam cognoscimus, die dauung. Capitolinus in Vero c. 4 *Somni fuit permodici, digestionis facillimæ.*

¶ Digestus, ûs, nomen subst. idem. Statius 3 Carm. Silv. 3 v. 86

tibi creditur uni
Sanctarum digestus opum, &c.

Tertullianus in Jona v. 100

resolutaque corpora putri
Digestu, durch die verwesung.

¶ Digestĭbĭlis, e, verdaulich, zur verdauung dienlich: ut, *Cibus digestibilis*, Cæl. Aurel. 1 c. 5. *Oxygarum digestibile*, i. e. quod digestionem adjuvat, Apicius 1 c. 34.

¶ Digestîvus, a, um, idem. Macer 1 cap. 18 *Vis digestiva.*

¶ Digestorius, a, um, idem; ut, *Digestorium medicamentum*, Plin. Valer. 2 c. 8. *Digestorium embamma*, Marcell. Emp. c. 20.

¶ Digeries, ēi, id est, digestio. Macrobius lib. 1 Saturn. cap. 16 *Hæc digeries morsum reprehensionis evasit.* Idem præf. lib. 1 *in digeriem concoqui.* conf. Senec. epist. 85.

¶ Indigestus, a, um, unordentlich, unförmlich. *Rudis indigestaque moles*, Ovidius 1 Metam. v. 7. Et, *indigesta simplicitas*, Plin. lib. 13 cap. 15.

¶ Indigeste, adverb. unordentlich. Gellius præfatione: *Annotationes breviter & indigeste, & incondite eruditionibus lectionibusque variis feceramus.* Et Macrob. Sat. præfat. *Indigeste tanquam in acervum congerere digna memoratu.*

¶ Indigestio, onis, i. e. cruditas, die unverdaulichkeit. Theodorus medicus antiquus c. 6 *Dulcia inflationem præstant, & indigestionem procurant.*

¶ Indigestibilis, e, unverdaulich. Sic eidem Theodoro Diæt. cap. 12 nigrum vinum *indigestibile* dicitur.

¶ Ēgĕrĕre, heraustragen, entledigen. Plin. lib. 8 epist. 20 *Lacus in flumen egeritur.* Et Livius lib. 6 cap. 3 *Prædam ex hostium tectis egerere.* Et Solin. c. 40 (al. 53) *fimum egerere citi ventris*, i. e. excrementa ejicere. vide mox in *Egeries*. Ovid. 4 Trist. eleg. 3 v. 38

Expletur lacrymis egeriturque dolor.

¶ Egestus, a, um, herausgethan, herausgeworffen. Columella 2 cap. 2 *Scrobibus egestam humum recondere.*

¶ Egestus, ûs, nomen subst. die ausleerung. Seneca lib. 3 Q. N. cap. 30 sive ult. *Corpora nostra ad egestum venter exhaurit.* Et Statius lib. 4 Silv. 3 v. 43 *alto egestu penitus cavare terras.*

¶ Egestio, ōnis, die ausleerung, ausführung. Plin. lib. 8 epist. 6 *Publicarum opum egestio.*

¶ Egestīvus, a, um, ausleerend, ausführend: ut, *vis egestiva*, Macer 1 cap. 25.

¶ Egĕries, ēi, apud Solinum, pro excrementorum emissione, cap. 53 [Salmas. cap. 40] de Bonaso animali, quod, *cum in fugam vertitur, fimum egerit, cujus ardor, quidquid attigerit, adurit. Ita egerie noxia summovet insequentes*: mist, unflat.

¶ Egeria, æ, nympha, cui sacrificabant prægnantes, quod eam putabant facile conceptam alvum egerere, die geburts-göttin: Festus. conf. supra seorsim *Egeria*.

¶ Ingĕrére, imponere, hineinthun, eintragen. *Aquam ingerere*, Plaut. Pseud. act. 2 sc. 2 v. 24. Et, *Saxa ingerere in subeuntes*, Livius lib. 2 cap. 65, mit steinen herunter werffen. *Ingerere se*, est affectare aliquid, sich eindringen, zunöthigen: Plin. in Panegyr. cap. 86 *præfectum prætorii non ex ingerentibus, sed ex subtrahentibus legere*, hoc est, non ex ambientibus. *Ingerere convicia alicui*, Horat. lib. 1 satyr. 5 v. 11. *Ingerere probra*, Livius lib. 2 cap. 45, schmähen, lästern. *Ingeram mala multa*, id est, maledicta, Terent. in Andr. act. 4 sc. 1 v. 16. Item in Phorm. act. 5 sc. 7 extr. *Pugnos in ventrem ingere*, gieb ihm gute püffe.

¶ Ingestus, a, um, violenter oblatus, aufgedrungen. Tac. Ann. 1, 72, 2 *Nomen a populo sæpius ingestum repudiavit.*

¶ Ingesto, are, hineintragen. Apul. Met. lib. 11 p. 712 *Carbasus lintea votum ingestans progerebat.*

¶ Ingestabilis, e, quod gestari nequit, unerträglich; ut, *ingestabile onus*, Plinius lib. 7 cap. 6.

¶ Superingĕrĕre, oben drauf schütten. Plinius lib. 18 cap. 30 sub fin. *Vrceis leguminum acervos superingerunt.* Et Prudentius Cathem. 4 v. 87

Illapsæ superingeruntur escæ.

¶ Intergerere, darzwischen legen; unde

¶ Intergerium, i, & Intergeries, ēi, dicitur, quicquid intergeritur seu interjicitur, die spaltung. Plinius lib. 13 cap. 12 de chartarum confectione: *Diligentior cura, molli panis fermentati colata aqua fervente: minimum hoc modo intergerii, atque etiam Nili levitas superatur.* Vbi *Intergerium* vocat glutinamentum medium, quod inter duas chartas erat. Quo tum tenuissimo & levissimo uterentur, adeo, ut Nili aquæ levitatem superaret, fiebat, ut *minimum intergerii* esset. vide de hoc loco Plinii Salmas. in Vopiscum pag. 450, & Voss. lib. 1 de arte Grammat. cap. 37. Sic *intergerium* & *intergeries* dicitur paries, qui inter confines struebatur, die schiede-wand. Vet. Gloss. *Intergeries*, ὁ τοῖχος δύο κτήσεις διορίζων. Aliis *intergerinus paries* aut *intergerivus* dicebatur, de quo mox vide.

¶ Intergerînus, a, um, darzwischen liegend, scheidend. Plin. lib. 35 cap. 14 *Romæ non sunt talia ædificia, quia sesquipedalis paries non plus, quam unam contignationem tolerat, cautumque est, ne communis crassior fiat, nec intergerinorum* (subaudi parietum) *ratio patitur.*

¶ Intergerîvus, a, um, idem etiam dicitur. Vt enim ab *internecium*, *internecinus* & *internecivus*; ita ab *intergerium*, *intergerinus* & *intergerivus*. Festus: INTERGERIVI PARIETES *dicuntur, qui inter confines struuntur, & quasi intergerantur.*

¶ Oggĕrere, offerre, darbieten. Plaut. Truc. act. 1 sc. 2 v. 8 *Oculum amicæ oggerit*, er wirfft ein auge auf sie. Idem Cist. a. 1 sc. 1 v. 72 *Amarum ad satietatem usque oggerit.*

¶ Prægerere, vorher tragen. Apulej. sub fin. lib. 4 Met. *Alius sub oculis dominæ speculum prægerit.*

¶ Progerere, proferre vel afferre, herfür bringen. Plin. de formicis lib. 11 cap. 17 *Defunctas progerunt, funerantiumque more comitantur exsequias.* Idem extremo lib. 18 *Formicæ ova progerunt.*

¶ Progesto, are, frequent. idem. Apulej. lib. 6 Miles. sub finem: *Sinu serico progestans nucleos.*

¶ Rĕgĕrĕre, rejicere, zurück werffen, wieder zurück schieben: ut, *Crimen alicui regerere*, Seneca Hippolyt. v. 718. *Invidiam in aliquem regerere*, Quintilianus lib. 11 cap. 1. ¶ Est & in codicem seu in Tabulas referre, eintragen, einzeichnen: barbari *registrare* vocant. Quintil. lib. 2 cap. 11 *Similisque commentariis puerorum sit, in quos ea, quæ aliis declamatoribus laudata sunt, regerunt.* Ita enim legendum, summus vir Ger. Jo. Vossius docuit lib 1 de vitiis serm. cap. 7. Hinc est

¶ Regestus, a, um, eingetragen; ut, *res regestæ in commentarios*, eingeschriebenes, Quintil. 3 cap. 8. Item, aufgescharrt, aufgeworffen: ut, *tellure regesta obruere*, verscharren, Ovid. Met. 11 v. 188. *Regesta crapula vestem inquinare*, i. e. crapula per vomitum ejecta, Apul. in Met. Hinc &

¶ Regestum, ī, subst. ut à *digero*, *digestum*, ein verzeichnüs, register. Vopiscus in Probo, princ. *Vsus etiam regestis scribarum porticûs Porphyreticæ, actis etiam Senatus ac populi.* Theodosius Imperator præfat. Codicis sui: *Quæ in regestis diversorum officiorum relata sunt.* Et sæpe in eo Codice occurrit hæc vox. Prudentius Romano sub finem:

Hinc in regestis est libri cælestibus, &c.

Vbi Iso in Glossis: REGESTVM, inquit, *vocatur liber, continens memorias aliorum librorum & epistolarum in unum collectas.* Ex quo barbara vox *Registrum* nata. ¶ Sed & *Regestum* in re rustica est terra ex sulco egesta, & in aliquantulam altitudinem elevata, aufgeworffene erde. *Humus pastinationi præbet regestum*, Columella 3 c. 13. conf. 4 c. 1, & 11 c. 3.

¶ Segestre, is, quod a *segerendo* deduci posse, putat Vossius in Etym. p. 462, vide in *Seges* infra.

¶ Suggerĕre, suppeditare, darreichen, darstrecken. Terent. in Adelph. act. 1 sc. 1 v. 37 *Cur tu his rebus sumtus suggeris?* warum füllest du ihm den beutel darzu? *Tellus suggerit alimenta*, Ovid. 15 Metam. v. 81.

¶ Et *suggerere*, in memoriam subjicere est, erinnern, einhelffen: Cic. 2 Fin. cap. 14 *Si memoria forte defecerit, tuum est, ut suggeras.*

¶ Suggestus, ûs, & Suggestum, i, locus editior, è quo concio ad populum habetur, eine cantzel, ein predigtstul. *Concionari è suggesto: adscendere in suggestum*, auftreten: Cicer. 5 Tusc. cap. 20 *Cum in communibus suggestis consistere non auderet; concionari ex turri alta solebat.* Et Livius lib. 8 cap. 14 *Naves Antiatium partim in navalia Romæ subductæ, partim incensæ, rostrisque eorum suggestum in foro exstructum adornari placuit.* Gloss. Vet. *Suggestus*, *Suggestum*, βῆμα. ¶ Proprie quodvis aggestum ex lignis: Varro lib. 3 de R. R. cap. 5 *Ex suggesto faleris, prodeunt anates in stagnum.* Metaphorice Statius lib. 1 Silv. 2 v. 113

Celsæ procul adspice frontis honores,
Suggestumque comæ.

¶ Est &, ubi suggestionem, nominationem, einen vorschlag, ein angebott, significat. Lege 1 § 5 Si curatores, Dig. de Magistrat. conven. *Si ex suggestu magistratuum, vel nominibus ab eis acceptis, præses dederit*, puta, curatores.

¶ Suggestio, ōnis, actus suggerendi, die eingebung. Augustinus Confess. lib. 10 cap. 30 *Vbi tunc ratio, quæ talibus suggestionibus insistit vigilans?* Et cap. 35 ejusdem libri: *quantis mecum suggestionum machinationibus agit inimicus, ut signum aliquod petam?* Idem lib. 2 de Genesi contra Manich. cap. 14 *Fit suggestio per cogitationem.* Gloss. Vet. *Suggestio*, ὑποβολὴ, ἡ ἀναφορὰ πρὸς βασιλέα ἢ ἄρχοντα.

¶ Supergerere, drüber schütten. Columella lib. 11 cap. 3 post princ. *Terram supergerere*, erde drauf schütten.

¶ Superingerere, vide paullo ante sub *Ingerere*.

GERRAE, arum, (quamquam Græci & Γέῤῥα, in neutro dicant) *crates vimineæ* sunt, ut Festus interpretatur, geflochtene körbe. ¶ Hinc pro frivolis rebus & nugatoriis, narrentheidung, faul geschwätz. Rationem jam aperiemus. Ausonius in epistola ad Symmachum: *Misi ad te frivola, gerris Siculis vaniora, ut, cum agis nihil, hæc legas.* Cur autem

gerras

gerras Siculas dixerit, Festus docet. *Athenienses*, inquit, *cum Syracusas* (Siculorum urbem) *obsiderent & crebro* gerras *poscerent, irridentes Siculi*, gerras, *clamitabant. Vnde factum, ut* Gerræ *pro nugis & contemtu dicantur.* vide & Chiliad. & Nonium cap. 2 n. 385. ¶ Apud Plaut. Asinar. a. 3 sc. 3 v. 10 *Gerræ*, Gerrrones sunt, qui res nugatorias tractant. Vet. Gloss. *Gerra*, οὐδαμινός. Item, οὐδαμινὸς, *Nihilo, Nugatorius, Gerra.*

¶ Gerro, ōnis, nugator, ein schwätzer. Festus: GERRONES, *leves & inepti: à cratibus dicti, quas Græci* γέῤῥας *appellant.* Terent. Heaut. a. 5 sc. 4 v. 10 *Gerro, iners, fraus, helluo.* conf. Plaut. Most. a. 3 sc. 2 v. 33.

¶ Congerro, ōnis, earumdem nugarum collusor, ein mitschwätzer. Plaut. in Mostell. a. 3 sc. 3 v. 27 *Ego me ad congerrones conferam*, zu spaß-gesellen. *Senatum congerronum convoco*, ibid. ein wasch-marckt. ¶ Iidem *Congerrones* Lucilio dicuntur *Congerræ* vel *Concerræ*, si sic cum Vossio legas apud Festum: *Tapullam rident legem congerræ opimi.*

GERRES, ium, pisces saliti ac inveterati, ideoque putidi Martiali videntur esse lib. 12 epigr. 32,

Fuisse gerres, aut inutiles menas,
Odor impudicus urcei fatebatur.

Gerro, vide *Gerra*.

GĔRŪSĬA, æ, γερουσία, senatus Spartanus, viris integritate vitæ & veneranda senectute cæteris præstantibus, constans, die ältesten, der rath, dictus ἀπὸ τῶν γερόντων, ut à senibus Senatus. Budæus Annotat. ad Pandect. ¶ *Gerusia* etiam aliarum civitatum est; nec senatum modo, sed ipsam etiam curiam significat, der rath, das rathhauß. Vitruv. 2 cap. 8 *Crœsi domum Sardiniani seniorum collegio gerusiam dedicaverunt.* vide & Plin. H. N. 35 cap. 14, & Plin. Sec. 10 epist. 42.

GĒRȲON, ŏnis, & Gērȳŏnes, æ, Γηρύων, Rex Hispaniæ tricorpor vel trimembris, (unde *ter amplus* Horatio dictus lib. 2 od. 14) quia insulis tribus præfuit, victus est ab Hercule. Virg. 7 Æn. v. 661

Laurentia victor,
Geryone exstincto, Tirynthius attigit arva.

Lucret. lib. 5 v. 28 *Quidve tripectora tergemini vis Geryonai.*

¶ Geryoneus, a, um, adject. Apul. lib. 2 A. A. extr. *Geryonea cædes.*

¶ Geryonaceus, a, um, adject. aliud; ut, *Geryonaceum genus*, i. e. monstrosum, apud Plautum Aul. a. 3 sc. 6 v. 18.

Gesta, Gestatio, Gestio, ōnis, Gesto, vide *Gero*.

Gesticulari, &c. Gestio, ire, vide mox *Gestus*.

GESTUS, ûs, corporis actio, vel accommodatio, qua nos recte vel turpiter *gerimus*: à gerendo enim est; eine geberde. Elegantissime Veneris saltantis gestum harmoniæ Phrygiæ accommodatum describit Apul. lib. 10 sub fin. *Longe suavior Venus placide commoveri, cuntantique lente vestigio, & leviter fluctuante spinula, & sensim annutante capite cœpit incedere, mollique tibiarum sono delicatis respondere gestibus: & nunc mite conniventibus, nunc acre comminantibus gestire pupulis, & nonnunquam saltare solis oculis*, artlich nach der flöte tantzen. *Gestus ridiculus*, Quintil. lib. 6 cap. 3, närrische stellung. *In gestu motuque vitium caveatur*, Cic. 1 Offic. cap. 36. Et, *Gestum agere*, Idem pro Quint. cap. 24, sich geberden. Et Ter. in Phorm. a. 5 sc. 6 v. 51 *Nunc gestus mihi, vultus est capiendus novus*, man muß sich gantz anders anstellen.

¶ Gestuosus, a, um, qui multos gestus veluti mimus facit, gauckelnd. Gell. lib. 1 cap. 5 *manus inter agendum argutæ admodum & gestuosæ.* Apulejus lib. 10 sub finem: *veste nitidi, incessu gestuosi.*

¶ Gesturio, ire, gern wollen. Ammian. 16 cap. 12 *gesturientes barritum ciere vel maximum.* Sed ex MSS. Valesii reposuerunt *gestu terrentes.*

¶ Gestio, ivi, ire, gestu & motu quodam corporis lætitiam & desiderium ostendere, sich geberden, freude und frolocken haben. Donatus in Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 7 GESTIRE *est, motu corporis monstrare, quod sentias. Constat autem à pecudibus ad homines etiam translatum. Virgilius: Et studio incassum videas gestire lavandi.* Locus Virgilii est 1 Georg. v. 387. Loquitur ibi Poëta de cygnis. vide & Servium. Terent. Phorm. a. 1 sc. 5 v. 30 *Ipsum gestio mihi dari in conspectum*, ich wolte, daß er mir unter die augen komme. Cic. in Philipp. 4 cap. 6 *Antonius Senatum delere gestit*, er hat lust darzu. Idem in Tusc. 4 c. 6 *Cum & inaniter, & effuse animus exultat, tum illa lætitia gestiens dici potest.* Apul. *gestire pupulis*, vide in *Gestus*. conf. Festus, & Nonius cap. 1 n. 138.

¶ Prægestire, valde gestire, begierig seyn. Cic. pro Cæl. cap. 28 *Prægestit animus jam videre*, &c. Et Catullus Argonautico carmine, ut vulgo vocatur, v. 145

Dum aliquid cupiens animus prægestit apisci.

¶ Gestĭcŭlor, ari, histrionice ludere, spiegelfechten, gauckeln. Suetonius Domit. cap. 8 *gesticulandi saltandique studium*: & in Nerone cap. 42 *carmina gesticulari*, zum gesang tantzen. Apul. lib. 3 Florid. *Hic alias mimus hallucinatur; comœdus sermocinatur; tragœdus vociferatur; funirepus periclitatur; præstigiator furatur; histrio gesticulatur; ceterique omnes ludiones ostendant populo, quod cujusque artis est*, &c.

¶ Gesticulatus, a, um, gaucklerisch. Solinus cap. 27 *Gesticulatis moribus inquietus.*

¶ Gesticulus, i, gestus, gesticulatio, gauckeley. *Digitorum supputarii gesticuli*, Tertullian. Apolog. cap. 19.

¶ Gesticularius, i, gesticulator, der seltzame geberden macht. Ammian. lib. 24 cap. 16 *Mutum puerum oblatum sibi suscepit gesticularium, multa, quæ callebat, nutibus venustissimis explicantem.*

¶ Gesticularia, æ, quæ gesticulatur & saltat, eine gaucklerin: Gell. lib. 1 cap. 5.

¶ Gesticulatio, ōnis, gauckeley. Apul. Met. lib. 10 *Quieta & affectata gesticulatione nutibus honestis pastori pollicetur*, &c. Et, *Gesticulatio digitorum*, Suet. Tib. cap. 68.

¶ Gesticulator, ōris, ein gauckler: item, der artliche bewegungen und geberden macht. Columella præfatione Operis: *Corporis gesticulatorem scrupulosissime requirunt saltationis studiosi.*

GĒSUM, telum Gallicum, vide *Gæsum*.

GĔTA, æ; plur. Getæ, Thraciæ populi, vicini Dacis, qui eam ob caussam *Getæ* à quibusdam & ipsi nominati, de quo Dio apud Xiphilinum observat in Domitiano. Male *Getas* cum *Gothis* quoque seu *Gothonibus* confudisse aliquos, Cluverius demonstrat lib. 3 Antiqu. German. cap. 34. Quos tamen prima origine eosdem esse, Loccenius ait lib. 1 Antiquit. Sueo-Goth. cap. 1. Fuerunt autem truculenti & feri: hinc Ovid. lib. 2 de Ponto eleg. 7 v. 31

Nulla Getis toto gens est truculentior orbe.

Getarum linguam ex Græca mixtam fuisse, Ovidius significat lib. 5 Trist. eleg. 3 cum scribit:

Grajaque quod Getico mista loquela sono.

Tomitas quoque, apud quos exulabat Ovidius, ex Græcis Getisque mixtum genus fuisse, eleg. 8 ejusdem libri significat; vide v. 11 & 51.

¶ Getes, in nominandi casu, apud Ovid. est lib. 4 de Ponto eleg. 2

Esset, crede mihi, factus & ipse Getes.

¶ Gĕticus, a, um, adject. ut, *Littus Geticum*, Ovid. 3 Trist. eleg. 12 v. 14. Et Virgilius Æn. 3 v. 35 de Marte: *Geticis qui præsidet arvis.*

GĒTŪLI, orum, Libyes populus; Getulia, vide *Gætuli*.

Gibber, vide mox *Gibbus*.

GIBBUS, i, tumor carneus in aliqua corporis parte, inter scapulas præcipue, Germanis, ein hocker, buckel. Juvenal. sat. 6 v. 109 *Mediis in naribus ingens gibbus.* ¶ *Gibba, æ*, ut fœm. 1 etiam est apud Ammianum 23 cap. 4 *prominere in gibbas.*

¶ Gibber, ĕris, idem. Plinius lib. 34 cap. 3 *Clesippus gibbere, præterea & alio fœdus aspectu.* Idem lib. 8 cap. 45 *Gibber in dorso.* Apulejus 2 Floridor. *Interscapilium erat aucto gibbere.* ¶ *Gibber eri*, masc. 2 occurrit apud Varronem de R. R. 2 cap. 5 *Gibberi spina leviter remissa.*

¶ Gibbus, a, um, außgewachsen; ut, *Gibba cervix*, Suet. Domit. extremo. *Calvaria ex interiore parte concava, extrinsecus gibba*, Celsus 8 cap. 1.

¶ Gibberosus, a, um, &

¶ Gibber, a, um, exstans, eminens, erhaben, höckericht. *Caput gibberum*, Varro apud Nonium cap. 6 n. 24. Idem Varro de R. R. 2 cap. 9 *Gallinæ Africanæ sunt grandes, variæ, gibberæ. Tuber gibberum*, in Mecænatis versibus apud Senecam epist. 101. Suetonius de Illustrib. Grammaticis cap. 9 *Interrogatus Orbilius à Varrone diversæ partis advocato, quidnam ageret, & quo artificio uteretur*, GIBBEROSOS SE DE SOLE IN UMBRAM TRANSFERRE *respondit, quod Muræna* GIBBER *erat.* Sic & Gloss. gr. lat. κυρτὸς, *gibberosus.* Conf. l. 3 ff. de Ædil. Edict.

GĬGAS, antis, γίγας, à γίνομαι, & γῆ, quod Doribus γᾶ est, natus ex terra, terræ filius. vid. Hesiod. Theogon. v. 185. plur. Gigantes, riesen. *Gigas centimanus*, Horat. 2 od. 27 v. 14. Et, *Gigantum cohors impia*, Idem 2 od. 19 v. 22. Gigantum mentionem injicit Homerus ter: ut, Odyss. H, ubi eos ἄγρια φῦλα γιγάντων, *agrestes gentes gigantum* appellat. Et supra in eodem libro scribit, Eurymedontem imperio rexisse & delevisse λαὸν hunc ἀτάσθαλον. Denique de Læstrygonibus Odyss. K narrat, quod fuerint

Οὐκ ἄνδρεσσιν ἐοικότες, ἀλλὰ γίγασι.
Non hominibus similes, sed gigantibus.

Nota ex Ovidio fabula, gigantes cælum expugnare & deturbare Deos ingressos. Quo illud Macrobii pertinet lib. 1 Saturnal. cap. 20 *Gigantes quid aliud fuisse credendum est, quam hominum quamdam impiam gentem Deos negantem, & ideo existimatam, Deos pellere de cælesti sede voluisse.* Cic. de Senect. cap. 2 *More gigantum bellare cum Diis, quid est aliud, nisi naturæ repugnare?* Cæterum vera esse, quæ de proceritate gigantum prodita legimus, docent Hieronymus Magius lib. 1 Miscell. cap. 4, & Lipsius lib. 3 Physiologiæ Stoicæ dial. 5, itemque Thomas Facellus Decad. 1 de rebus Siculis lib. 1 cap. 6, & Bernegg. quæst. 14 ad Tacitum. Vastiorem autem corporum molem, quæ vulgo credita fuit, erudita oratione impugnavit Theod. Ryckius, quam vide Holstenii in Stephanum Castigationibus subjunctam. Gigantes superiore tantùm parte fuisse homines, inferiore serpentes, Poëtæ finxêre. Severus carmine de Ætna, quod vulgo Virgilio attribuitur, v. 46

His (gigantibus) *natura sua* (humana) *est alvo tenus: ima per orbes*
Squameus intortos sinuat vestigia serpens.

Quod ita interpretatur Macrobius, loco supra laudato: *Horum*, inquiens, *pedes in draconum volumina desinebant; Quod significat, nihil eos rectum, nihil superum cogitasse, totius vitæ eorum gressu atque processu in inferna mergente.* In veteri Ecclesia creditum à multis fuit, gigantes ex Angelorum cum filiabus hominum concubitu fuisse natos, de qua re disputatio apud August. est lib. 15 de Civ. Dei cap. 22. Addi potest Sulpitius Severus lib. 1 Hist. Sacræ cap. 2 extr. Tertullianus de habitu muliebri cap. 2, & de Idololatria, & Athenagoras Legat. pro Christianis; Ambros. lib. de Noa & arca cap. 4, Stephanus Gobarus apud Photium p. 896, itemque Philo libro de Gigantibus, & Josephus lib. 1 Antiquit. cap. 4. Porro gigantum nomina diversis in locis meminerunt Poëtæ, ut, *Enceladi, Tityi, Typhoei, Damastoris, Antei*, &c. vide *Enceladus*.

¶ Gigantēus, a, um, adject. γιγάντειος, von riesen, ungeheuer, sehr groß. Ovid. lib. 2 Tristium v. 71

Cumque gigantêi memorantur prælia belli.

Horatius lib. 3 od. 1 v. 6 *Jupiter clarus giganteo triumpho.*

¶ Gigantīnus, a, um, idem. Bernh. epist. 236 *Onus nimium, quod & gigantinis, vel ipsis quoque angelicis humeris formidabile videtur.*

¶ Gigantomachia, æ, γιγαντομαχία, de qua Claudianus opus nobis reliquit imperfectum, bellum est giganteum, der riesen-krieg.

GIGERIA, orum, intestina gallinarum, secundum Nonium cap. 2 n. 390. Legitur ibi hæc vox apud Lucilium. Et Apic. 4 cap. 2 *Gigeria pullorum coquere.* Sed Festus *Gigeria* ex multis obsoniis decerpta esse judicat.

GIGNO, gĕnui, gĕnĭtum, gignĕre, creare, procreare, parere, zeugen, gebähren, tragen, herfür bringen. Est hoc verbum utrique sexui commune,

mune. Non enim mas tantum, ſed fœmina etiam dicitur gignere. Tacitus 13 Ann. cap. 45 de Poppæa: *Igitur agentem eam in matrimonio Rufi Criſpini, Equitis Romani, ex quo filium genuerat, Otho pellexit*, &c. Et Cic. Offic. lib. 1 cap. 7 *Quæ in terris gignuntur, ad uſus hominum omnia creantur.* Idem de Vniverſ. cap. 8 *Animum ex ſua mente & divinitate genuit Deus*, Gott hat es geſchaffen. ¶ Pro *Gigno* veteres *Geno, ĕre*, dixerunt, de quo ſupra ſeorſim ſuo loco egimus. Hinc

¶ Genĭtus, a, um, gebohren. Boëthius lib. 2 Metr. 2

Conſtat, æterna poſitumque lege eſt,
Vt conſtet genitum nihil,

hoc eſt, firmum ſit & æternum. Et Virg. Æn. 9 v. 642

Dîs genite, & geniture deos.

¶ Gĕnĭtus, ûs, ſubſtant. die geburt. Apulejus Apolog. *Cæterosque Platonis minores, qui plurimos libros de genitu animalium reliquerunt.* Et paullo poſt: *Et ne per omnes animalium genitus pergam.*

¶ Genĭtor, ōris, parens, auctor, der vater, urheber. Plin. lib. 15 cap. 4 *Genitores omnium vitiorum Græci*, ſtiffter und erfinder der laſter. *Dubio genitore creatus*, Ovid. lib. 5 Metam. v. 145. Propria notione poëtis uſitatius eſt: metaphorice etiam aliis. vide Vallam lib. 3 cap. 70.

¶ Gĕnĭtrix, īcis, mater, die mutter, gebährerin. Juven. ſat. 16 v. 6 *Et Samia genitrix quæ delectatur arena.* Et, *frugum genitrix*, i. e. inventrix, Ovid. Met. 5 v. 490. Ita omnino ſcribendum eſt, quoniam eſt a *genitum.* Exſtant tamen Inſcriptiones, quibus *Genetrix* exprimitur. Sic Livia GENETRIX ORBIS dicitur. Et in nummo Fauſtinæ legitur: VENERI GENETRICI: Id quod non temere imitandum, ſed potius obſervandum & condonandum.

¶ Genĭtūra, æ, generatio, procreatio, origo, die gebährung. Pro ipſo ſpermate ſeu ſemine uſus Plinius lib. 20 cap. 8 extr. *Omnes hæ & podagricis utiles & ſanguinem rejicientibus: item, quibus genitura fluit.* Et cap. 23 *Semen ejus exſtinguere genituram virorum dicitur.* Et ita alibi etiam. Nam & *profluvium genituræ* dixit. ¶ *Genitura* etiam dicitur naturalis hora, vel thema natalitium, die geburts-ſtunde, nativität. Ita Suet. Auguſt. cap. 94 extr. item Caligul. cap. 57, & Tit. cap. 9. Et Manilius lib. 3 v. 166

Ergo age, ut falſa variet genitura figura.

Ammianus lib. 29 cap. 2 *Fatorum per genituram interpres*, ein nativität-ſteller.

¶ Genitālis, e, natalis, gebährend: ut, *Genitalis hora*, die geburts-ſtunde, Plin. lib. 9 cap. 35. *Genitalis dies*, die geburts-ſtunde, Plin. lib. 9 c. 35. *Genitalis dies*, Tacit. 16 Ann. c. 14 n. 3. *Semina genitalia*, quibus aliquid gignitur & procreatur, wachs-ſaamen, Virg. 2 Georg. v. 324. *Corpora quatuor genitalia*, i. e. quatuor elementa, Ovid. 15 Met. v. 239. ¶ *Genitale* etiam vocatur pars illa corporis effigiandæ prolis cauſſa data, τὸ αἰδοῖον, das geburts-glied. Pro membro virili poſuit Plinius 28 cap. 9. *Genitalia oſſea ſunt lupis*, &c. Idem 11 cap. 49. Et ſic ſæpe Plinius.

¶ Genitaliter, adverb. idem. Lucret. lib. 4 v. 1251

Seminibus commiſceri genitaliter apta.

¶ Gĕnĭtīvus, a, um, vim habens gignendi. Hinc *Caſus Genitivus* Grammaticis dicitur, quo reſpondetur ad quæſtionem *cujus?* ¶ Aliquando tamen *Genitivum*, σύμφυτον eſt, connatum, congenitum, angebohren. Sic *genitivas notas*, Suetonius dixit Auguſto cap. 80. *Genitiva nomina*, Ovid. 3 de Ponto epiſt. 2 v. 107, quæ adoptivis opponuntur.

¶ Genitabilis, e, idem, fruchtbar, gebährend. Varro lib. 4 de L. L. ex Lucretio: *Ætheris & terræ genitabile quærere tempus.*

Avienus Prognoſt. Arat. v. 509

Sollers natura & rerum genitabilis ordo.

Et, *genitabiles partes*, Arnobio lib. 4 p. 146 eædem, quæ genitales, ſeu pudenda membra.

¶ Genĭmen, ĭnis, γέννημα, progenies, die brut, leibesfrucht, apud antiquum Interpretem Lucæ cap. 3 v. 7.

¶ Genius, i, a *gignendo*, ſeu potius *genendo* etiam appellatus eſt, δαίμων, quod vel naſcatur nobiſcum, vel genitos nos ſuſcipiat ac tueatur, ein geiſt, guter oder böſer engel. Apulejus de Deo Socratis: *Nam quodam ſignificatu & animus humanus etiam nunc in corpore ſitus, δαίμων nuncupatur. Diine hunc ardorem mentibus addunt Euryale? an ſua cuique Deus ſit dira cupido? Igitur & bona cupido animi, bonus Deus eſt. Vnde nonnulli arbitrantur, ut jam prius dictum eſt, εὐδαίμονας dici beatos, quorum Dæmon bonus, id eſt, animus virtute perfectus eſt: quem noſtrâ lingua, ut ego interpretor, haud ſciam an bono, certe quidem meo periculo, poteris Genium vocare: quod is Deus animus ſit cuique, quamquam ſit immortalis, tamen quodammodo cum homine gignitur*, &c. Idem eodem libro: *Genius eſt animus humanus exutus & liber ſtipendiis vitæ corpore ſuo abjuratis. Hunc vetere latina lingua reperio Lemurem appellatum*, &c. Horat. lib. 2 epiſt. 2 v. 187 *Scit Genius, natale comes qui temperat aſtrum,*
Naturæ Deus humanæ, &c.

Veteres Genios binos ſingulis attribuerunt; alterum bonum, alterum malum, quem ἀλάστορα dixêre. vid. Dalechamp. ad Plin. lib. 1 c. 7, ubi de eorum effigie quoque agit. Sed ſuum cuique Genium cum annaſci putarent, exiſtimabant tamen, alium alio valentiorem eſſe, eoque fieri, ut is, cujus Genius potentior eſſet, cæteros omnes excelleret: Coquejus ad Auguſt. de C. D. p. 14. Hinc ille Ægyptius Antonium monuit, ut ab Auguſto ſe quam longiſſime removeret. Quod ejus quidem Genius erectus & celſus eſſet, ubi ſolus foret: cæterum ſi cum Auguſti, ut excellentiore, committeretur, remiſſiorem iri redditum & ignaviorem, ut Plutarchus in Antonio refert p. 930 E. Simile quid & Cainæi (eſt hoc antiquæ hæreſeos genus) obtinuerunt; qui Cainum ideo inferiorem Abele fratre ſtatuerunt, quod is ex quadam majore virtute, quæ operata in ipſo fuerit, conceptus eſſet & procreatus, Tertulliano auctore de Præſcript. adverſus hæreticos cap. 9. vide Cenſorinum de die natali cap. 3, & quæ ad illud Henricus Lindebruchius notavit. Multa etiam de Geniis congeſſit Caſpar Barthius Animadverſionibus ad Rutilii Numatiani lib. 1 Itinerarii v. 327, Item ad Script. Venat. p. 147, & lib. 1 Achill. Statii p. 1614. Deſ. Heraldus

ad Arnob. p. 28, & Fabrettus in opere Inſcript. p. 72 ſeqq. *Genio indulgere*, eſt animo obſequi. Perſius ſatyr. 5 v. 151

Indulge genio: carpamus dulcia:

Contra *Defraudare ſuum genium*, eſt negare naturæ, quod appetit, Terent. in Phormione a. 1 ſc. 1 v. 10. Et Plaut. in Trucul. a. 1 ſc. 2 v. 81 *Belligerare cum geniis ſuis*, dixit eâdem ſignificatione. Martial. lib. 6 epigr. 60 *Victurus genium debet habere liber*,

hoc eſt, gratiam & leporem, ein buch, das bleiben und gelten ſoll, muß guter art ſeyn. Idem lib. 7 epigr. 12 ad Fauſtinum:

Ludimus innocui, ſcis hoc bene, juro potentis
Per Genium Famæ Caſtalidumque gregem.

Sic & Seneca epiſt. 12 *Jurat per genium ſuum*, bey ſeinem glück. Turnebus Adverſ. 16 cap. 19 obſervat, viri adjurationem per Genium, mulieris per Junonem fuiſſe conceptam. vide infra *Juno*. Erat & imprecandi formula per Genium iratum. Hinc vetus Inſcript. apud Fabrettum p. 76 QVIS. HANC. ARAM. LAESERIT. HABEAT. GENIVM. IRATVM. POPVLI. ROMANI. ET. NVMINA. DIVORVM.

¶ Geniatus, a, um, genium referens; item, amabilis, venuſtus, wohlgeſtalt; ut, *Vultu geniatus*, Capitolin. in Vero cap. 10. vide Gruterum ibi, & Salmaſ. in H. A. p. 108. Sic principio Silvarum Statii pro *moles geminata* vel *gemmata*, Barthius *geniata* legi poſtulat. Add. Caſſiodor. lib. 6 epiſt. 12 ineunte.

¶ Gĕniālis, e, frölich; ut, *Genialis dies*, hoc eſt, lætus & voluptarius, ein luſt-tag, freuden-tag, apud Juvenalem ſat. 4 v. 66. *Bella genialia*, Statius lib. 1 Achill. v. 113 vocat rixas inter convivandum exortas, unluſt und hader bey frölichkeit. *Rus geniale*, Ovid. Heroid. epiſt. 19 v. 9. ¶ *Genialis torus* ſive *lectus*, qui novæ nuptæ magnifice ſternebatur in ipſis nuptiis, das braut-bette; vel quod *Geniis* & *Junoni* ſacer; vel boni ominis cauſſa à *genendo*. Eumdem & *lectum adverſum*, quem vocabant, facit Lipſius lib. 1 Electorum cap. 17. *Adverſus* autem dicebatur, quod ex adverſum januæ locaretur. vide Lipſ. dicto loco & Joſeph. Scal. ad Feſtum in voce *Parilia*: item ad Propert. lib. 4 elegiam ultimam, nec non Torrentium in Horat. lib. 1 epiſt. 1 v. 87. Legitur etiam in Panegyr. Plinii cap. 8.

¶ Genialiter, adverb. laute, ſtattlich, frölich. Ovid. Metam. 11 v. 96

Hoſpitis adventu feſtum genialiter egit.

Inſcriptio vetus apud Gruter. p. 823 n. 2 habet:

Hic accumbentem ſculpi genialiter arte
Se juſſit docta poſt ſua fata manu.

¶ Genialitas, ātis, die frölichkeit. Ammianus lib. 30 cap. 5 *Genialitas menſæ.*

¶ Genuīnus, a, um, nativus, γνήσιος, natürlich, rechtſchaffen, a perfecto *genui*; ut, *Genuina Plauti comœdia*, non ſuppoſititia, Gell. lib. 3 cap. 3. Idem lib. 2 cap. 3 *naturales & genuinos honores* vocat, qui à filio debentur patri: & *publicis* opponit, quibus interdum filius præcedit. ¶ *Genuini dentes*, poſteriores, qui cibum conficiunt, Cic. 2 Nat. Deor. cap. 54, die ſtock-zähne. *Genuino rodere* vel mordere, heimlich auf einen ſtechen, vide *Dens*. *Poſſim & ego, ſi velim, genuinum læſus infringere*, dixit Hieronymus lib. 1 adv. Rufinum cap. 7, ſtiche geben, die nicht bluten.

I. Compoſita cum nominibus &c.

¶ Alienigĕna, æ; Et Alienigenus, a, um, vide ſupra *Alienus*. Sic Gellius 2 cap. 24 *Vino alienigena uti.*

¶ Ambigĕnus, a, um, duorum generum, zweyerley art. Eugenius Toletanus carm. 22

Hec ſunt ambigena, que nuptu diſpare conſtant:
Burdonem ſonipes generat commixtus aſellæ,
Mulus ab Arcadicis & equina matre creatur.

¶ Amnigenus, a, um, in amne genitus, aus dem fluß. Auſonius Moſellâ v. 116 *Amnigenos inter piſces* &c.

¶ Anguigĕna, vide *Anguis*. Sic: Aquilonigena; Aurigena; Bætigena; Cæligenus; Chriſtigena; Draconigena; Faunigena; Fluctigena; Fontigena; Græcigena; Ignigena; Limigenus; Martigena; Monſtrigenus; Montigena; Multigenus; Niligena; Nubigena; Omnigenus; Primigenus; Primigenius; Primogenitus; Primogenitalis; Saturnigena; Saxigenus; Trojugena; Verbigena; Horum omnium quærenda ſunt priora nomina: ut, *Aquilo, Aurum, Bætis, Cælum, Chriſtus, Draco, Faunus, Fluctus, Fons, Græcus, Ignis, Limus, Mars, Monſtrum, Mons, Multus, Nilus, Nubes, Omnis, Primus, Saturnus, Saxum, Troja, Verbum.* Huc pertinent

¶ Indĭgĕna, æ, comm. gen. dictus quaſi inde genitus, einheimiſch; ut, *populi indigenæ*, eingeſeſſene völcker, Lucan. 2 v. 432. *Indigena vinum*, non exoticum, Plin. 14 cap. 6 extr. land-wein. *Indigena potio*, Flor. 2 cap. 18. Sic *Indigenas advectis* opponit Tacitus in vita Agricolæ cap. 11. *Cæterum*, inquit, *Britannium qui mortales initio coluerunt, indigenæ an advecti, ut inter barbaros, parum compertum.* Vet. Gloſſ. *Indigenæ, αὐτόχθονες.* ¶ Veteres dixerunt, Indigenus, a, um.

¶ Indigenitalis, e, nativus, non alienigena. Cic. de Orat. 3 cap. 38 *Senſus diſertus, indigenitalis.* Ita eſt in vulgata. Alii aliter.

¶ Tergĕnus, a, um, dreyfacher art. Auſonius Eidyll. 11 ſive Gripho v. 49 *Tergenus omnigenum, genitor, genitrix, generatum.*

¶ Vnigĕna, æ, einfacher art. Cicero de Vniverſ. cap. 4 *Singularem Deus hunc mundum atque unigenam procreavit.* At Catullo carm. 65 de nupt. Pelei & Thet. v. 300 *unigena Pallas* eſt gemella ſoror, eodem partu cum alio edita; vel quia e Jovis cerebro atque unico parente nata.

¶ Vnigenitus, a, um, μονογενὴς, eingebohren, eccleſiaſticum vocabulum eſt.

II. Compoſita cum præpoſitione:

¶ Congenitus, a, um, angebohren; ut, *Congeniti pili*, Plin. 11 cap. 39. Et, *Congenita mundo vaſtitas*, Idem 16 cap. 2. Annotavit ex Soſipatri epiſtolâ Stobæus, ἐννόει δὲ, ὡς σύμφυτον τὸ ἁμαρτάνειν ἀνθρώποις, *cogita, congenitum eſſe labi, & errare hominibus.*

¶ Egignere, efferre, herfürbringen. Lucret. 2 v. 702 *exiſtere & egigni ramos vivo corpore.*

¶ Ingignĕre, einpflantzen. Cicero lib. 5 de Finibus cap. 11 *Major aliqua caussa atque divinior hanc vim ingenuit.*

¶ Ingenitus, a, um, ab *Ingignere*, eingepflantzet, angeschaffen. Plinius lib. 7 cap. 2 *Horum* [Psyllorum] *corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus.* Et, *Ingenita nobilitas*, angebohrne tugend, Ovidius ad Pison. v. 92. *Quicquid fixum & ingenitum est, lenitur arte, non vincitur*, Sen. epist. 11. Sed ¶ Ingenitus ab *In* & *Genitus*, est non genitus, ungebohren. Arnobius lib. 1 p. 17 de Deo: *infinitus, ingenitus, immortalis.*

¶ Ingenium cum derivatis; &

¶ Ingenuus, a, um, quære in suis elementis infra.

¶ Postgenitus, a, um, hernach gebohren. Quidam conjungunt, ut unam vocem; alii divise scribunt in illo Horatii lib. 3 oda 24 v. 30

Clarus postgenitis.

¶ Prōgignĕre, herfür bringen, auf die welt bringen. Cic. 1 de Divinat. cap. 56 *In seminibus vis inest earum rerum, quæ ex his progignuntur.* Virg. Æn. 4 v. 180 *Illam terra parens irâ irritata Deorum,*
Progenuit.

¶ Prōgĕnies, ēi, genus, familia, stirps, ein geschlecht, kinder; ut, *Progenies Herculis*, Nep. Agesil. cap. 1. Horat. l. 3 Carm. od. 6 v. 46

Ætas parentum pejor avis tulit.
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem;

eine schändlichere welt oder geschlecht. * *Regia progenies*, Ovid. 11 Metam. v. 754. *Antiquitas propius aberat ab ortu & divina progenie*, Cic. 1 Tuscul. cap. 12. *Progenie orbari*, liberos amittere: Ibidem cap. 35 *Priamum tanta progenie orbatum, cum in aram confugisset, hostilis manus interemit.* ¶ Transfertur etiam ad vegetativa; ut, *vitis progenies*, apud Columell. lib. 3 cap. 9, ein gewächs.

¶ Prōgenitor, ōris, ein groß-vater, stamm-vater. Ovid. Metam. lib. 11 v. 319 *progenitore Tonanti Esse satum.*
Sic & Orientius poëta Christ in Commonit. lib. 2

Cum fuerit medius progenitor genitis.

¶ Rĕgignere, regigni, aufs neue gebohren werden, Lucret. lib. 5 v. 245

maxima mundi,
Cum videam membra ac partes consumta regigni.

GILLO, sive Gello, ōnis, vasis fictilis genus, eine flasche. vide Scriverium Animadvers. in Martialem lib. 2 epigr. 85.

GILVUS, a, um, color medius inter album & rufum, fahl, qui & *melinus* dicitur, wachsgelb. Virgil. 3 Georg. de equis v. 83

Honesti
Spadices, glaucique, color deterrimus albis,
Et gilvo, &c.

Gingĭber, vide *Zingiber*.

GINGĪVA, æ, pars oris dentata, das zahnfleisch. A gignendis dentibus Lactantio cap. 10 de Opificio Dei dicta. Juven. sat. 10 v. 200

Frangendus misero gingivâ panis inermi.

er muß an den böllern kauen.

¶ Gingīvŭla, æ, diminutivum. Apulejus Apolog. p. 277 *complanator tumidulæ gingivulæ.*

GINGRIO, gingrire, anserum est, schnattern wie die gänse. Vet. Gloss. *Gingriunt*, χοῆες ἐνδοῶσιν.

¶ Gingrīna, æ, tibiæ genus exiguæ, apud Festum, ein zincke, schallmaye. Solinus cap. 5 de Sicilia, tibias distinguit, quæ fiant ex arundine quadam Siciliensi. In iis generibus numerat etiam *gingrinas, quæ breviores licet, subtilioribus tamen modis insonant.*

¶ Gingrīnus, a, um, stridulus, schnarrend; ita aliqui adjective accipiunt in loco citato Solini de *gingrinis fistulis.*

¶ Gingrītor, ōris, qui gingrinâ canit, ein schallmayer, zinckenist. Festus, ex emendatione Salmasii in d. l. Solini p. 87, *Gingritor, tibicen.*

¶ Gingrītus, ûs, clangor anserum, das gackern, gänse-geschrey. Arnobius lib. 6 p. 205 de anseribus Capitolinis: *Cum aliquam quæras prohibendis formidinem furibus; non ab ipsis* [diis] *petere, sed in anserum ponere & collocare gingritibus.*

GINNUS, i, sive Hinnus, (qui & Græce ἰννὸς & γιννὸς) ex equo, & asina nascitur, à patre nomen trahens: differt à mulo, qui ex asino, & equa. vid. Varro lib. 2 de re rust. cap. 8, & Columell. lib. 6 cap. 37, ein pferd-esel. Martial. lib. 6 epigr. 77

Haud aliter ridetur Atlas cum compare ginno.

Quam vocem pro *gibbo* substituendam esse, sagacissime odoratus est Petrus Scriverius. conf. Politian. in Miscell. cap. 23, & infra *Hinnus*.

Gipsum, Girgillus, Girus, &c. vide *Gypsum, Gyrus.*

GITH, neut. indeclinab. melanthium, μελάνθιον, schwartzer kümmel. *Gith*, in Plauto legitur in Rudente a. 5 sc. 2 v. 39

Os calet tibi: num gith frīgefactas?

hast du brey im maul?

GLĂBER, glabra, um, læve, sine pilo, glatt, kahl, schlecht. Martial. 12 epigr. 28 *Crine nitens, niger unguento, perlucidus ostro,*
Ore tener, latus pectore, crure glaber.

Comparativus *Glabrior*; Plautus in Asinar. a. 2 sc. 8 v. 6, & Apul. lib. 5 Miles. p. 163 *At ego misera, primùm patre meo seniorem maritum sortita sum; dein cucurbitâ glabriorem.*

¶ Glăbellus, a, um, diminutivum, ein wenig kahl. Apulej. lib. 1 Florid. *Apollo intonsus, & genis gratus, & corpore glabellus.* Et lib. 5 Miles. p. 168 *corpus glabellum*, de Cupidine. Sed

¶ Glăbella, æ, subst. est interstitium supercilia supra nasum disterminans. Martianus Capella lib. 2 p. 24 *quarum una deosculata Philologiæ frontem illic, ubi pubem ciliorum discriminat glabellæ medietas.*

¶ Glabritas, ātis, die glätte, glatze. Arnob. lib. 3 p. 108 *calvitiis & glabritatibus rasi.*

¶ Glabretum, i, idem. Columella lib. 2 cap. 9 *Glabreta* vocat loca, in quibus propter noxium aliquem humorem segetes non proveniunt, kahle plätze im acker, darauf nichts wachsen will.

¶ Glabro, are, glabrum reddere, glatt machen, brühen, die borsten oder haare abnehmen. Colum. lib. 12 cap. 53 *Sues mactati vel aqua candente, vel ex tenuibus lignis flammula factâ glabrantur.*

¶ * *Glabrator, ōris, glabrarius ornator*, qui pice & psilothro lævigabant corpora. Erat inter officia domus Augustæ; vide Scalig. ad Manil. lib. 5 v. 151 p. 362. *Grævius.*

¶ Glabrens, tis, glaber, kahl, glatt. Columella lib. 2 cap. 9 *glabrentibus locis sine ulla stirpe seminum.* Hæc ibidem, ut modo diximus, *glabreta* vocat.

¶ Glabresco, ĕre, kahl werden. Columell. lib. 2 cap. 20 *Area glabrescit, & fit idonea trituris.*

¶ Glabrarius, i, pumicator, der die haare wegnimmt. Vnde ¶ *Glabraria*, fœm. eine berupfferin, quæ spoliat & expilat, apud Martialem 4 epigr. 28.

¶ Deglabro, are, idem quod glabrare, abscheren. Dig. Lege 5 Arbor. furtim cæsarum Paullus JCtus: *cingere est deglabrare*, i. e. putatur pro decorticatione.

¶ Deglabratus, a, um, abgeschoren, kahl gemacht. Lactantius lib. 1 cap. 21 *Isidis sacerdotes deglabrato corpore sua pectora tundunt.*

GLĂCIES, ēi, aqua congelata, eiß. *Glacie adstringi, durari*, gefrieren. *Durata & alte concreta glacies*, Liv. lib. 21 cap. 36. *Glacies solvitur*, es thauet auf, seu, quod idem, *Ignis exsolvit glaciem*, Lucret. lib. 6 v. 878. *Glacies iners stat per omnes menses*, Horat. 2 od. 9 v. 5. *Scindere, frangere glaciem*, est aperire viam & in negotio aliquo aggrediundo principem esse, die bahn brechen. vid. Chiliad. ¶ Poëtis aliquando pro soliditate ac duritie ponitur. Lucret. lib. 1 v. 493

Tum glacies æris flamma devicta quiescit.

¶ Glăciālis, e, eißicht; ut, *Frigus glaciale*, Ovid. 9 Met. v. 581, frost, strenge kälte, wenns eiß gefrieret. *Oceanus glacialis*, das eiß-meer, Juvenal. satyr. 2 ineunte. *Polus glacialis*, Seneca Herc. Fur. v. 6.

¶ Glăcio, are, in glaciem convertere, zu eiß machen. Horat. lib. 3 od. 10 v. 7 *& positas ut glaciet nives*
Puro lumine Jupiter.

Plinius lib. 8 cap. 38 *Humor glaciatur in gemmas.* Et lib. 37 cap. 2 *amnes glaciantur.*

¶ Glaciatus, a, um, gefroren, zusammen geronnen; ut, *Caseus glaciatus*, i. e. coagulatus, Columella 7 cap. 8.

¶ Conglacio, are, apud Cicer. idem, vel glacie concrescere, zusammen backen oder gefrieren. *Aqua neque frigoribus conglaciaret, neque nive, pruinaque concresceret*, &c. Cicer. de Nat. Deor. lib. 2 c. 10. Item, *Curioni Tribunatus conglaciat*, Idem lib. 7 fam. epist. 6.

¶ Conglaciatus, a, um, gefroren; ut, *Imber conglaciatus*, Plin. 2 c. 60.

GLĂDIUS, i, à *clade* dictus est, secundum Varronem lib. 4 de L. L. c. 24, ein schwerd, degen. *Gladio se cingere, Gladio accingi*, einen degen anhängen, umgürten. *Gladio aliquem conficere*, Cic. pro Cæcin. cap. 29. Verba integra inferius adducentur. *Gladium stringere*, Virg. lib. 12 Æn. v. 278, ein schwerd zücken. *Gladium nudare*, vide *Nudo*. *Gladium vaginâ vacuum in urbe non vidimus*, Cic. pro Marcell. cap. 6. *Stricto gladio aliquem insequi*, Cic. 2 Philipp. cap. 9, mit blossem degen. *Gladium è vagina educere*, Idem de Invent. lib. 2 cap. 4. Et Apulej. lib. 2 sub fin. *Statim denique gladium, quem veste mea contectum ad hos usus extuleram, sinu liberatum arripio. Nec cunctatus, medios latrones involo: ac singulis, ut quemque colluctantem offenderam, altissime demergo; quoad tandem ante ipsa vestigia mea, vastis & crebris perforati vulneribus, spiritum efflaverint.* Apud Terentium Adelph. a. 5 sc. 8 extr. *Suo gladio jugulari*, est, suis ipsius dictis revinci; Quæ & Germanica parœmia est, mit seinem eignen schwerd geschlagen werden, in seinen eignen worten gefangen werden. Ad eumdem modum Cicero pro Cæcina cap. 29 *Aut tuo (quemadmodum dicitur) gladio, aut nostro, defensio tua conficiatur necesse est*, deine verantwortung muß entweder durch deine eigene worte, oder durch meine widerlegung nichtig werden. Gladius summi imperii insigne esset. Vnde & in libera Republ. Imperatori in bellum ituro à Consule dari solebat, ut ex Appiano discimus lib. 2 de bellis civilibus. vide & Interpretes Statianos ad lib. 5 Silvarum, carmine 2 sub finem. Præfecti prætorio præter alia & insigne erat gladius, quo donari atque cingi solebat a Principe. Hinc *gladium ponere*, est præfectura prætorii abdicare. vid. Pet. Fabri Semestr. 1 cap. 3. De gladiorum gestatione diversa populorum observatio fuit. Alii, & barbari maxime, à dextra, alii, ut Romani, à sinistra gestarunt, quod Lipsius adstruit ad 1 Annal. Tacit. p. 52. Eorum manubriis certa olim simulacra addita, ut Polynici, Sphingis &c. de quo Barth. ad lib. 4 Thebaid. Stat. p. 921. ¶ *Ne puero gladium*, subaudi, *ministraveris* vel *commiseris*, kindern soll man nicht messer in die hände geben, μὴ παιδὶ τὴν μάχαιραν. vide Chiliad. ¶ 2. *Gladius*, piscis, ξιφίας, ein schwerdfisch, hornfisch, in Dania notissimus, longo rostro, similis gladiolo, cætero non multum dissimilis lucio.

¶ Glădiŏlus, i, diminut. ein dolch, deglein. Apulejus lib. 2 Miles. p. 122 *Gladiolo solito cinctus ipse salutis meæ præsidia gestabo.* ¶ 2. Herba *Gladiolus*, ξίφιον Græcis, Germanis est schwertel. vide Plin. 21 cap. 11.

¶ Gladiarius, i, ein schwerdfeger, degen-schmid. Gloss. gr. lat. ξιφοποιὸς, *gladiarius.*

¶ Glădiātor, ōris, pugil, ein fechter. *Athletæ & gladiatores*, Cicer. in Orat. cap. 68. Fuerunt autem varia gladiatorum genera, de quibus, atque adeo tota re gladiatoria accurate Lipsius in libris Saturnal. Cic. pro Rosc. Amer. cap. 6 *vetus ac nobilis gladiator.* ¶ *Gladiator in arena consilium capit*, quod & *e re nata consilium* vel *capere*, vel *mutare* dicitur. vid. Chiliad.

¶ Gladiatōrius, a, um, zum fechten gehörig; ut, *ludus gladiatorius*, Cicer. 2 Catil. cap. 5, eine fechtschule. *Gladiatorium certamen*, Idem 2 de Orat. cap. 78, ein fechter-gang. *Munus gladiatorium*, quod Imperatores dabant proficiscentes ad bellum, Julius Capitolinus in Max. & Balb. cap. 8, Sueton. Cæsar. cap. 10, & ibi Bernegg. Plin. lib. 33 cap. 3 med. Officium mortuis se facere hoc spectaculo credebant. *Animus gladiatorius*, ut apud Ter. in Phorm. a. 5 sc. 7 v. 71 *Hi gladiatorio animo ad nos affectant viam*, hoc est, ita pertinaci & obfirmato, ut vel vincant, vel cadant ipsi. *Gladiatorium spectaculum*, Apul. lib. 1 Miles.

¶ Gladiatorie, adverb. fechterisch. Lamprid. in Commodo cap. 15 *quæ gladiatorie faceret.*

¶ Gladiatoritius, a, um, instar gladii, einem schwerd ähnlich; ut, *gladiatoritia herba*, Marcell. Emp. cap. 16.

¶ Gladiātūra, æ, pugna gladiatoria, sive congressus gladiatorum, das gefechte. Tacit. 3 Annal. cap. 43 *E servitiis gladiaturæ destinati.* Et Sidonius Apollinaris panegyrico Anthemii v. 238

Ad gladiaturam tu, Spartace vincte, parasti.

¶ Digladior, atus sum, ari, deponentale verbum est, certare, dissidere, depugnare, uneins seyn, zancken, fechten, kämpffen. Cic. lib. 1 Offic. cap. 9 *de quibus inter se digladiari solent.* Et fragm. ex 1 Acad. Quæst. apud Nonium cap. 1 n. 331, *Antipater digladietur cum Carneade.*

¶ Digladiabilis, e, streitbar. Prudent. καθημ. 3 v. 147

Hoc erat aspidis atque hominis
Digladiabile discidium.

Glando, Glandula, quære mox in *Glans*; Glanis in *Glanus.*

GLĀNS, glandis, fœm. δρυοφάλανος, ein ecker, eichel. Plin. lib. 16 cap. 6 *Glandem ferunt robur, quercus, esculus, ilex*, &c. Hinc *glans quernea, iligna*, &c. ibidem cap. 5. *Glans fagea*, ibidem, ein buchecker. *Glans caduca*, abgefallene eichel, Lege 30 Dig. de Verb. Sign. Et Boëth. lib. 2 metro 5

Felix nimium prior ætas,
Contenta fidelibus arvis,
Nec inerti perdita luxu;
Facili quæ sera solebat
Jejunia solvere glande.

¶ 2. *Glans* plumbeus dicitur globulus, qui ex funda vel bombarda mittitur, eine kugel, büchsen-kugel, schleuder-kugel. In Romana militia duplicis generis habebantur glandes; aliæ plumbeæ, quas ad vulnerandum jaculabantur: aliæ ex argillâ, quas ad incendendum mittebant. De utrisque vide Lipsium lib. 4 Poliorcet. Dial. 2 & 3, ubi & figuras habes. Sallustius Jugurth. cap. 57 *Pars eminus glande, aut lapidibus pugnare* &c. Livius lib. 38 cap. 29 *ne fluxa habena volutetur in jactu glans. Glandes fundere*, Hirt. B. Afric. c. 5 & 43, *mittere*, Idem B. Hisp. c. 13, mit kugeln schiessen. *Glans plumbea*, eine bley-kugel, Lucret. 6 v. 178. ¶ 3. *Glans* etiam pars summa penis est, quæ præputio tegitur: Celsus lib. 7 cap. 25.

¶ Glando, ĭnis, idem quod Glans. Vet. Gloss. *Glandine*, βαλάνῳ. Avienus orbis terræ descript. v. 285

cibus aspera glando.

& v. 1283 *pingui dependens subere glando.*

¶ Glandŭla, æ, diminutivum a *Glans*, quod frustra Sanctius in Minerva contra Charisium negavit, ideoque merito castigatus a Perizonio pag. 48. Quo nomine & caro porcorum aut aprorum appellatur glandulosa, drüsen, finnen, mandeln. *Apri glandulæ*, Martial. lib. 3 epigr. 82.

¶ Glandŭlōsus, a, um, plenus glandulis, drüsicht, finnicht: ut, *glandulosa cervix porci*, apud Columell. lib. 7 cap. 9.

¶ Glandium, i, pars illa in apro, in qua sunt glandulæ, das dicke fleisch am schweinkopff. Plautus Capt. act. 4 sc. 4 v. 7 *Prætruncavit glandia.* Et Plinius lib. 36 cap. 1 *Exstant censoriæ leges, glandia in cœnis, gliresque, & alia dictu minora vetantes.* Adde ibi Harduinum.

¶ Glandionida, æ, caro e glandibus; ut vult Gruterus e MSS. in Plauti Menæch. a. 1 sc. 3 v. 27 *Glandionidam suillam.*

¶ Glandārius, a, um, glandes ferens, das eicheln trägt; ut, *Silva glandaria*, ein eichwald: Cato cap. 1 extr.

¶ Glandĭfer, a, um, idem; ut, *Quercus glandifera*, Cic. 1 de Leg. c. 1, & Plin. 6 c. 3.

¶ Juglans, dis, etiam a *Glans* est, quasi Jovis glans, ut Varro de L. L. lib. 4 c. 21, Servius ad eclog. 8 Virg. v. 30, & Isidorus lib. 17 Orig. c. 7 exponunt, eine Welsche nuß, grosse nuß. Plinius lib. 15 cap. 22 *nuces juglandes.* Et Cic. 5 Tusc. Q. c. 20 *juglandium putamina.*

GLANVS, i, vel Glanis, ĭdis, γλάνις, piscis Plinio lib. 9 cap. 43. Dicunt & *Glanius*, sed neutra appellatione recta: cum nec *glanus*, nec *glanius*, sed *glanis, idis*, γλάνις, γλάνιδος, dicendum sit. v. Plin. 9 cap. 43. Est autem *glanis, silūrus parvus*, ein kleiner wels. Gesnerus.

GLĂPHȲRVS, a, um, γλαφυρὸς, quasi bene sculptus, holdselig; *Glaphyrus*, nomen prop. viri, apud Martialem lib. 4 epigr. 5.

¶ Glaphyra, æ, fœminæ nomen in versibus Augusti apud eumdem lib. 11 epigr. 20.

GLĀREA, æ, lapilli minutissimi, in fluviorum ripis, kieß, grob sand. Cicer. ad Qu. fratrem lib. 3 epist. 1 cap. 2 *Eo loco pulvis, non glarea injecta est.* Et Livius lib. 41 cap. 27 *viam sternere glareâ.* Terra est scruposa, qualem litora & ripæ habent, aut calculi illi, quibus rivi abundant, grieß oder steinichter sand. Lucanus lib. 4 v. 302

Aut impulsa levi turbatur glarea venâ.

¶ *Glarea* Ausonii tempore accipiebatur pro aggere seu militari via. vid. Scalig. Lect. Auson. 2 c. 27 p. 163, item c. 31 p. 173.

¶ Glareōsus, a, um, kiesicht, sandicht: ut, *Glareosi rivi*, Plinius 26 c. 8. *Glareosa arva*, Colum. 2 cap. 10. Et, *Loca glareosa*, Pallad. lib. 12 cap. 6 n. 3.

GLASTVM, i, herba, quæ Isatis, Isaditis, alio nomine dicitur, weid damit man färbet, γλάστον, ἰσάτις. Sativa est & agrestis; vide Plinium 22 cap. 1, & J. Cæs. B. G. 5, 14, 2, nisi quod mira ibi lectionum sit varietas.

Glaucidium, Glauciscus, vide post paullo *Glaucus.*

GLAVCIVM, i, succus herbæ cujusdam Syriacæ, Dioscoridi, qui in Pharmacopoliis instructis & celebribus, *Memithe* dicitur, Matthiol. γλαύκιον. v. Plin. 20 c. 19. ¶ 2. γλαύκιον avis est anati similis, sed eâ minor.

Glaucoma, Glaucopis, vide mox in *Glaucus.*

GLAVCVS, a, um, adject. γλαυκὸς, cæruleus, schimmelfarb, blau, eisengrau; ut, *Glauci oculi*, Plin. 8 cap. 21, id est, cæsii, a quibus γλαυκῶπις Ἀθήνη, Minerva dicta Homero est, quod ejus coloris oculi ingenii & generositatis cujusdam notas ostendant. ¶ 2. Et *Glaucus* piscis Plinio est lib. 9 cap. 16, &

¶ Glaucidium, i, ac

¶ Glauciscus, i, γλαυκὸς, γλαυκίδιον, γλαύκισκος, ein grosser meer-stichling, *aculeatus enim est piscis, dorso cæruleo, ventre candidissimo*; Gesnerus & Plin. 32 c. 6 & 7.

¶ Glaucīnus, a, um, adject. glauci coloris, blaulicht. Martial. lib. 9 epigr. 27 *Pallia donavit glaucina, Cosme, tibi.*

¶ Glaucĭto, are, catulorum est, mautzen wie eine katze. Aut. Philom. v. 60 *Glaucitat & catulus*, &c.

¶ Glaucōma, ătis, neutrum, quod tamen vetustiores in fœminino etiam posuêre, Glaucoma, æ, vid. Voss. lib. 5 Instit. Orat. pag. 258; γλαύκωμα, macula glauca est in humore crystallino oculi, ein blauer oder grauer flecken im stern des auges. Plinius lib. 28 cap. 8 *Glaucomata sanari jecinoris hyænæ inassati sanie.* Et lib. 32 cap. 4 *Felle testudinum cum Attico melle glaucomata inungi prodest.* At Plaut. in Milite act. 2 sc. 1 v. 70 *Et nos facetis fabricis & doctis dolis glaucomam ob oculos objiciemus*, wir wollen eine blaue dunst für die augen machen.

¶ Glaucōpis, ĭdis, die graue augen hat. Epitheton Minervæ apud Homerum, de quo paullo ante in *Glaucus.* Adde Gell. 2 c. 26.

¶ Glaucomaticus, i, qui glaucomate laborat. In Notis Tironis, uti vocantur, a Grutero editis p. 149 legitur.

¶ Glaucicŏmans, tis, glaucam comam habens. Juvencus in Matth. c. 21

Proxima tum Solymis conscendit culmina montis,
Ordinibus lucent quæ glaucicomantis olivæ.

GLAVCVS, i, primus, qui cum Diomede arma ad Trojam permutavit, dux fuit Lyciorum. vide in Chiliad. *Diomedis & Glauci permutatio.* Homer. Iliad. Z v. 236. Adde Plin. 3 epist. 2, & quæ Buchnerus ibi. ¶ 2. *Glaucus* alter Antenoris Trojani filius ab Agamemnone interfectus est, quemadmodum Dictys indicat. ¶ 3. *Glaucus* Sisyphi filius, apud Potniam equos humanis aluit carnibus, a quibus tandem discerptus est. vide Servium in illud Virg. 3 Georg. v. 267

quo tempore Glauci
Potniades malis membra absumsêre quadrigæ.

vide in Chiliad. *Glaucus alter.* ¶ 4. Lemnius *Glaucus* alius statuarius fuit, de quo nescio an dictum sit, Γλαύκου τέχνη, *Glauci ars.* vide Chiliad. ¶ 5. *Glaucus* denique piscator fabulosus, locum & ipse fecit adagio, *Glaucus comesa herba habitat in mari.* vide Chiliad.

GLAVX, cis, γλαῦξ, herba folia habens cytiso & lenticulæ similia, schielkraut. v. Plin. 27 c. 9.

GLĒBA, æ, cespes, ein erdschollen, erdenkloß. Virg. 1 Georg. v. 44

Vere novo Zephyro putris se gleba resolvit.

¶ 2. Est & marmoris gleba, ein stück oder klump marmelstein, Plinio lib. 36 cap. 6. Immo & rerum aliarum, ut, *glebulæ nivis*, Scribon. Larg. compos. 199, & *glebæ thuris*, Lucret. lib. 3 v. 328, & de casei formatione Nemesianus ecloga 3 extrema:

siccare liquorem
Lactis, & in niveas adstrictum cogere glebas.

Add. Lexicon Scribonianum Jo. Rhodii.

¶ Glebula, æ, dimin. ein klümpgen erde. Val. Max. 5, 3 ext. 3 *quæ ossibus injicitur, glebula.* Columella lib. 1 cap. 6 sub fin. *Frumenta eventilata mundiora sunt, lapillisque carent, & glebulis, quas per trituram fere terrena remittit area.* Deinde de aliis rebus, ut gleba; [illegible] g. *glebula nivis*, ein schneeball, ex Scribonio c. l.

¶ Glebālis, e, aus erdschollen gemacht: ut, *agger glebalis*, Ammian. 23 cap. 5.

¶ Glēbōsus, a, um, in glebæ formam, klumpicht. Plin. lib. 35 cap. 15 de sulphure: *Vivum nascitur solidum, hoc est, glebosum.* Et principio cap. 16 ejusdem libri: *terra glebosior*, comparativè, voll erdklösse.

¶ Glebarius, i, qui glebas frangit. Varro 6 de Lat. Ling. cap. 4 *Boves glebarii, valentes, qui facile proscindunt glebas.*

¶ Glēbātim, adverb. klumpweise. Lactantius Mort. Persec. cap. 23 pr. *agros glebatim metiri*, id est, per singulas glebas.

¶ Glebulentus, a, um, idem quod glebosus. Apul. de Deo Socrat. *Terra glebulenta.*

GLESSVM, i, succinum, electrum, agtstein. Cornelius Tacitus de Germanis cap. 45 *Soli omnium succinum, quod ipsi Glessum vocant, inter vada, atque in ipso litore legunt.*

¶ Glessaria, æ, ita Plinius & insulam quamdam septemtrionalis oceani *Glessum* appellatam, tradidit lib. 37 c. 3.

GLEVCĬNVM, i, γλεύκινον, oleum expressum, antequam olivæ in torcularі subigantur, à γλεῦκος, mustum, vorschuß des öls; Colum. lib. 12 cap. 51. ¶ 2. Est & oleum factitium, Plin. lib. 15 cap. 7, & Dioscoridi lib. 1 cap. 156.

GLIS, īris, animal è murium genere pingue, quodque esui sit, eine ratze. Martial. lib. 13 epigr. 59 de Gliribus:

Tota mihi dormitur hiems, & pinguior illo
Tempore sum, quo me nil nisi somnus alit.

Varro apud Charisium pag. 69 edit. Putsch. *In silva mea est glis nullus.* Germani circa Athesin, um Trent, nominant ein greuel, Helvetii, ein rellmauß, oder grosse haselmauß: Græci μύοξον vocant. C. Gesnerus. Est animal valde cognatum *Sciuro cæsio*, sed brevioribus pilis & tenuiore pelle, colore varium, in dorso cæsium, inferne album, genitorem senecta fessum insigni pietate alens, quod & Plinius indicavit lib. 8 cap. 57. Hieme ineunte abdens se in cava arborum, & tota bruma delitescens ac pinguescens. In deliciis mensæ apud Romanos fuisse, patet ex censoria lege, quam paullo ante in *Glandium* ex Plinio attulimus. ¶ 2. *Glissem* a *glis*, Grammatici significare volunt argillam, topffer-thon. ¶ 3. Et *Glitem* etiam à *glis*, lappam seu carduum, sed sine auctoritate. De his significationibus versus apud Silvaticum legitur: *Glis animal, glis terra tenax, glis lappa vocatur.*

¶ Glirarium, i, in quo glires nutriuntur, ein ratzen-nest, apud Varron. lib. 3 de Re Rust. cap. 15.

GLISCO, gliscĕre, crescere, augeri, zunehmen, wachsen. Cicer. in Hortens. *Ad juvenilium libidinem copia voluptatum gliscit, ut ignis oleo.* Gell. lib. 20 cap. 8 *Quæ crescente luna gliscunt, deficiente contra deficiunt.* Sic, *Seditio gliscens*, apud Livium 6 cap. 14, &, *discordia gliscens*,

ſcens, apud Tacitum 4 Annal. cap. 15 n. 5. Apul. lib. 5 de A. A. *Sorores egregiæ domum redeuntes, jamque gliſcentis invidiæ felle flagrantes.* Adi de hoc verbo Barthium Adverſ. lib. 35 cap. 20.

¶ Gliſcĕrus, a, um, copioſus, opimus, anſehnlich, reichlich: ut, *gliſceræ menſæ*, id eſt, gliſcentes ſive creſcentes per inſtructionem epularum. v. Feſtus & Turneb. in Adverſ. 15 c. 4.

¶ Congliſcĕre, concreſcere, gedeyen. *Genus qui congliſcat tuum*, Plaut. Trin. act. 3 ſc. 2 v. 52.

¶ Pergliſcere, plene gliſcere. Columella lib. 8 cap. 7 *Gallina, quæ prima luna ſaginari cœpta, vigeſima pergliſcit*, ſie iſt fett, gemäſtet.

GLŎBUS, i, corpus ſolidum, rotundum. *Sphæram* interpretatur Cicero lib. 2 Nat. D. cap. 18, eine runde kugel. A qua forma terram ſic dixit: Idem in Somnio Scipion. cap. 3 *Homines ſunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medio vides, quæ terra dicitur.* ¶ 2. Copia, ein hauffen. *Globum juvenum armatorum*, dixit Livius lib. 1 cap. 9 pro multitudine ſeu frequentia. Nepos in vita Attici cap. 10 *Sic ille conſenſionis globus hujus unius diſſenſione disjectus eſt. Globum* vocat illos, qui Bruto & Caſſio privatum ærarium conſtituere paraverant, & conſpiraverant quaſi, & factionem fecerant. Sic apud Vellejum lib. 2 cap. 58 *globus conjurationis*, zuſammenverſchworne.

¶ Glŏbŭlus, i, diminut. ein käulgen, küglichen. Plin. 33 cap. 5 *Globuli ſudore reſoluti.* ¶ Item, edulii genus apud Catonem cap. 79.

¶ Glŏbōſus, a, um, rotundus, rund, kugelicht; ut, *Mundus globoſus*, Cic. 2 Nat. Deor. c. 19. *ſaxa globoſa*, Livius lib. 38 cap. 29.

¶ Globoſitas, ātis, rotunditas, die runde. Macrobius lib. 1 Somn. Scip. cap. 16 *Diverſitatem cæleſtibus partibus vel ſemper, vel nunquam apparendi, terræ globoſitas facit.*

¶ Glŏbo, avi, atum, are, in rotunditatem formare, kugeln, in die runde drehen, rund machen. Plin. 2 cap. 65 *Dependentes ubique guttæ parvis globantur orbibus.* Idem 18 cap. 13 *globari in rotunditatem*, kugelrund werden.

¶ Glŏbātus, a, um, rund gemacht. Plin. lib. 2 cap. 2 de Mundo: *Formam ejus in ſpeciem orbis abſolute globatam eſſe, nomen imprimis, & conſenſus in eo mortalium orbem appellantium, ſed & argumenta rerum docent.* Solin. c. 11 *globatæ vehementius properant.*

¶ Globatim, adverb. kugelrund; item, hauffenweiſe. Ammian. 27 c. 9 *globatim per vicinia digreſſi prædones.*

¶ Conglŏbo, are, in die runde bringen, verſammlen. Cic. 2 N. D. c. 45 *Mare conglobatur undique æqualiter.* Livius lib. 8 cap. 11 *Milites multis itineribus diſſipati, cum ſe in unum conglobaſſent*, da ſie auf einen hauffen zuſammen kommen. Lactant. de Opif. Dei cap. 5 *Summas eorum partes craſſioribus nodis conditor conglobavit, ut & ſubſtringi nervis facilius, & verti tutius poſſent.*

¶ Conglŏbātus, a, um, zuſammen gekugelt, verſammlet. Cic. 2 N. D. cap. 39 *Terra undique in ſeſe partibus ſuis conglobata.* Et mox idem cap. 46 *Aſtra conglobata.* Plin. 9 cap. 46 *Conglobatum corpus in pilæ modum.* Et Salluſtius orat. 1 de ordin. rep. *Non orbis terrarum, neque cunctæ gentes conglobatæ movere aut contundere queunt hoc imperium.*

¶ Conglobatim, adverb. klippeldicke, häuffig, Liv. lib. 25.

¶ Conglobatio, ōnis, die zuſammenhäuffung. Senec. lib. 1 Nat. Quæſt. cap. 15 *Conglobatio ignium.* Et Tacitus Germ. cap. 7 *Non caſus aut fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, ſed familiæ & propinquitates.*

¶ Circumglŏbare, ſich umher häuffen, ſammlen. Plin. lib. 9 cap. 47 *Circumglobata eſcæ* [animalia] *extrahuntur.*

GLŎCIO, glocire, gallinarum eſt, cum ovis incubituræ ſunt, glucken. Columell. lib. 8 cap. 5.

¶ Glŏcĭto, are, frequent. idem, apud Feſtum.

¶ Gloctŏro, are, de ciconia, ſchnattern wie ein ſtorch. Aut. Philom. v. 29

Gloctorat immenſo de turre ciconia roſtro.

Glomerare, &c. quære ſequens *Glomus*.

GLŌMUS, i, & Glomus, ĕris, (quamquam & Glomer inveniatur) in globi formam convoluta fila notat, ſeu *rotundum filorum globum*, ut vetus Horatii Scholiaſtes interpretatur, ein kneul garn oder zwirn. Horatius lib. 1 epiſt. 13 v. 13

Faſciculum portes librorum, ut ruſticus agnum,
Ut vinoſa glomos furtivæ Pyrrhia lanæ.

Plin. lib. 36 cap. 13 de Labyrinthis: *Quo ſi quis improperet ſine glomere lini, exitum invenire nequeat.* vide & Priſcian. lib. 1. Vet. Gloſſ. *Glomer* & *Glomus*, ἀγαθίς.

¶ Glŏmĕro, avi, atum, are, fila in globi formam convolvere, ſeu complicare, auf einander winden, aufwinden. Ovid. 6 Metam. v. 19

lanam glomerabat in orbes.

Vet. Gloſſ. *Glomerantur*, συνςρέφονται. ¶ Per metaphoram pro congregare, conjungere, cogere, &c. zuſammen bringen, zuſammen ziehen. Virg. 2 Æneid. v. 315 *Sed glomerare manum bello*, &c.

Tacit. 3 Hiſtor. cap. 31 *Jam legiones in teſtudinem glomerabantur.*

Ita Prudentius Hymn. καθημ. v. 143

Faſque nefaſque ſimul glomerans.

Et Virg. Georg. 3 v. 117 de equo:

Greſſus glomerare ſuperbos.

Quod v. 161 dixit: *Gradibusque ſonare*
Compoſitis: ſinuetque alterna volumina crurum.

die ſchenckel wohl werffen.

¶ Glomeratus, a, um, aufgekneult, gehäufft; ut, *Clades glomerata*, Cic. Tuſc. 2 c. 10, & Lucretius lib. 3 de Epilepticis v. 494

Exprimitur porro gemitus, quia membra dolore
Adficiuntur, & omnino quod ſemina vocis
Ejiciuntur, & ore foras glomerata feruntur.

Glomerata, i. e. conturbata, confuſa.

¶ Glomeratim, adverb. über einander. Macrob. lib. 6 cap. 4 *homines glomeratim incedentes.* Cyprianus epiſt. 5 *Caute, & non glomeratim, nec per multitudinem ſimul junctam puto eſſe faciendum.* Comparativ. *glomeratius.* Auſonius Paneg. Theodoſii cap. 29 *Quis oratorum læta jucundius, facunda cultius, pugnantia denſius, denſata glomeratius aut dixit aut cogitavit?*

¶ Glŏmĕratio, ōnis, die aufwindung. Plinius lib. 8 cap. 42 de Aſturconibus equis: *mollis alterno crurum explicatu glomeratio.*

¶ Glomeramen, ĭnis, glomus, ein kneul. Lucret. lib. 2 v. 685

Diſſimiles igitur formæ glomeramen in unum Conveniunt.

Samonicus Serenus cap. 56 *Dilue præterea glomeramina*, &c.

¶ Glomerarius, i, qui glomerat, der da aufwindet. Sen. Controv. 1 ult.

Compoſita:

¶ Agglŏmĕro, are, adjungere eſt, hinzuthun. Virgilius 2 Æneid. v. 342

Et lateri agglomerant noſtro,

hoc eſt, agglomerant ſe, aut agglomerantur, adjunguntur, ſie fügen ſich zu uns an unſer ſeiten.

¶ Conglŏmĕrare, cumulare, involvere, über einen hauffen bringen. Ennius apud Nonium cap. 2 n. 166 *Heu mea fortuna, ut omnia in me conglomeras mala.*

¶ Inglomerare, idem quod glomerare. Statius lib. 1 Thebaid. v. 350

ſed plurimus Auſter
Inglomerat noctem, & tenebroſa volumina torquet.

GLŌRIA, æ, laboris filia, ehre, ruhm. Eſt *conſentiens laus bonorum, incorrupta vox bene judicantium de excellente virtute*, Cicer. Tuſcul. lib. 3 cap. 2. Idem pro M. Marcello cap. 8 *Gloria eſt illuſtris ac pervagata multorum ac magnorum, vel in ſuos cives, vel in patriam, vel in omne genus humanum fama meritorum.* Et in Piſon. cap. 24 *Fructus veræ virtutis gloria eſt.* Idem pro Milone cap. 35 *Ex omnibus præmiis virtutis ampliſſimum eſt gloria.* Sic dicunt, *Gloriam conſequi*, Cic. 1 fam. epiſt. 5 extr. *Gloriam ſibi parere*, Quintil. lib. 3 cap. 7, ehre und ruhm erlangen. *Rem & gloriam armis reperire*, Terent. Heaut. act. 1 ſc. 1 v. 60, durch waffen zu reichthum und ehre kommen. *Sempiternæ gloriæ commendari*, Cicer. lib. 5 famil. epiſt. 12 *Trahimur omnes laudis ſtudio, & optimus quisque maxime gloriâ ducitur*, Idem pro Archia cap. 11, ein rechtſchaffener mann läſt ihm ehre lieb ſeyn. *Sequitur gloria virtutem tamquam umbra*, Idem in 1 Tuſc. cap. 45. *Præclara ingenia, quæ gloria invitantur*, Idem ad Brutum epiſt. 15, die durch ehre und ruhm ſich reitzen laſſen. Apulejus lib. 4 Met. *Thraſyleon præſentem caſum generoſo vigore tolerans gloriam ſibi reſervavit; vitam fato reddidit.* Livius lib. 22 cap. 39 *Gloriam qui ſpreverit, veram habebit.* ¶ 2. Idem quod gloriatio, ruhmredigkeit. *Flare inanes glorias*, pro, inaniter ſe jactare, Gellius dixit lib. 1 cap. 2, prahlen. *Citò ignominia fit ſuperbi gloria*, P. Syrus. Martial. lib. 12 epigr. 36

Vis curſu pedibusque gloriari?
Tigrim vince, levemque Paſſarinum:
Nulla eſt gloria præterire aſellos.

In plurativo numero, præter Gellium modo citatum, uſus & Tacitus eſt Ann. 3 cap. 45, *Memorare veteres Gallorum glorias*, ſcilicet cœpit.

¶ Glōriŏla, æ, dimin. ein kleiner ruhm. Cic. lib. 5 fam. epiſt. 12 extr. *ut vivi gloriola noſtra perfruamur.*

¶ Gloriōſus, a, um, rühmlich, herrlich: ut, *Illuſtria & glorioſa facta*, Cicer. lib. 1 de Finib. cap. 11. Et, *Mors glorioſa*, Idem 1 Divin. cap. 24. Et, *magnifica, & glorioſa oſtentatio*, Idem pro Flacco cap. 22. De Epaminondæ glorioſo ex vita exitu Val. Maximus lib. 3 cap. 2 ita: *Quod ſi eum dii immortales victoriis perfrui paſſi eſſent, ſoſpes glorioſior patriæ mœnia non intraſſet.* Cicero 2 Philipp. cap. 11 *glorioſiſſimum factum ſalutis capere.* Et Tacitus Hiſt. 5 cap. 17 *dies glorioſiſſimus*, ſcil. victoria & bene geſtis rebus ¶ In malam partem, ruhmredig, aufſchneideriſch. Cicer. Offic. lib. 1 cap. 38 *Deforme eſt, cum irriſione audientium imitari militem glorioſum.* Plaut. Curcul. act. 5 ſc. 2 v. 34 *ut faſtidit glorioſus*, wie macht ſich der praler ſo eckel. Corn. Nepos Timoleonte cap. 4 *Nihil unquam neque inſolens*, (ſuperbum) *neque glorioſum*, (jactabundum) *ex ore ejus exiit.* Sueton. in Claud. cap. 1 *Fuiſſe autem creditur non minus glorioſi, quam civilis animi*, &c. *Glorioſi*, i. e. elati & nimium quantum gloriæ cupidi; qualis fere militarium hominum eſt: qui recte opponuntur *civili generi*: quemadmodum infra etiam cap. 22 *militarem* & *civilem morem* opponit. *Civilis* autem *animus* æquus & moderatus eſt.

¶ Glorioſe, adverb. h. e. cum gloria & laude, löblich und rühmlich. *Glorioſe oſtentare amicitiam alicujus*, Salluſt. in epiſt. Mithrid. lib. 4 Hiſtor. ſich eines freundſchafft rühmen. *Glorioſiùs de ſe prædicare*, Cic. pro Domo ſua cap. 35, von ſich viel rühmens machen. *Vitam glorioſiſſime degere*, Vell. Paterc. lib. 2 cap. 3. Et Auguſtinus epiſt 107 *præclare glorioſiſſimeque vixerunt.*

¶ Glōrior, atus ſum, ari, de ſe prædicare, ſich rühmen. Conſtruitur varie; *In re*: ut, Cicer. 1 Tuſcul. cap. 21 *Non pudet philoſophum in eo gloriari, quod* &c. Et lib. 3 Nat. Deor. cap. 36 *in virtute gloriamur.* Deinde *de re*: Idem Cic. 3 de Fin. cap. 8 *Quis de miſera vita poſſit gloriari?* Et de Senect. cap. 23 *ut de me ipſo aliquid more ſenum glorier.* Etiam ſimplici Ablativo: Idem in Oratore cap. 50 *Nominibus veterum gloriantur.* Et cum certis Accuſativis: ut rurſus de Senectute cap. 10 *Equidem poſſe vellem idem gloriari, quod Cyrus.* Paſſive, *glorianda & prædicanda*, Idem 5 Tuſc. cap. 17.

¶ Gloriātio, ōnis, die rühmung, herausſtreichung. *Gloriatione digna eſt beata vita*, Cic. lib. 3 de Finib. cap. 8.

¶ Gloriator, ōris, qui gloriatur, ein rühmer, praler. Apulejus 3 Florid. p. 357 *Magis ſum tantæ amicitiæ cupitor, quam gloriator.*

¶ Gloriābilis, e, ſich rühmend. Gloſſ. lat. gr. *Gloriabilis*, καυχηματίας.

¶ Gloriabundus, a, um, ruhmredig. Gell. lib. 5 cap. 5 *Rex gloriabundus Hannibalem adſpicit.*

¶ Glōrifico, are, δοξάζειν, preiſen, ehren, herrlich machen. Corippus lib. 4 v. 289 *glorificavit opus.* Tertull. de Idolol. c. 22 *Deus potius glorificetur.* Idem de Reſurr. Carn. cap. 16 *Glorificate & tollite Deum in corpore veſtro.* Prudent. Hamartig. v. 965 *Alios tempora vincta coronis glorificent.*

¶ Inglōrius, a, um, ignobilis, unbekandt, unachtbar, unberühmt. Cicer. 3 Tuſc. cap. 24 *inglorius atque ignobilis*: & cap. 34 *vita inhonorata & ingloria.* Virgil. lib. 2 Georg. v. 486 *Flumina amem ſilvasque inglo-*

inglorius,&c. Idem Æn. 9 v. 548 *parma inglorius alba.* Tacit. Hist. 3, 59, 4 *inglorius militiæ.* Pythagoræ est dictum valde memorabile, quod Stobæus annotavit: ποίει, ἀκρίνει; ἄνοι καλὰ, κἂν ποιῶν μέλλῃς ἀδοξεῖν.

¶ Prægloriosus, a, um, sehr berühmt. Inscript. Grut. p. 391 n. 5 CL. CLAVDIANO PRAEGLORIOSISSIMO POETARVM.

GLOS, mariti soror, atque eadem fratris uxor, secundum Festum, & Nonium cap. 19 n. 4, des manns schwester, und des bruders weib. A quo Genitivus *gloris*, Prisciani auctoritate lib. 6, non *glotis*. Quo pertinet illud epigramma Taubmanni:

Glos, glotis, gloti declinat Marculus, hei, quam
Glore sua Prisci *vapulat* anus *anu!*

GLOSSA, æ, γλῶσσα, proprie, die zunge, sprache; quid sit, & quomodo a Glossemate differat, vide in *Glossema*, quod statim sequitur. Quintilianus lib. 1 cap. 1 *Protinus potest interpretationem linguæ secretioris, quas Græci* γλώσσας *vocant, ediscere*, die auslegung, dolmetschung.

¶ Glossēma, ătis, γλώσσημα, was erkläret wird. *Glossemata* Fabius lib. 1 cap. 8 voces appellat minus usitatas, priscas scil. & poëticas, quarum interpretes *Glossographi* dicebantur, vel potius verborum obscurorum expositionem, a *Glossographis*, qui a Latinis *Glossularii*, & *Glossematarii* appellantur, factam. ¶ Vnde inter locutionum genera Diomedes lib. 2 & *glossematicum* recenset. Pertinent ad *Glossas* & barbara ac peregrina vocabula. Vnde in novo fœdere γλώσσῃ λαλεῖν, est peregrina lingua loqui; vide Casaub. ad Act. Apost. cap. 10 v. 46, & præcipue Jacob. Philipp. Maussacum eruditissima Dissertatione, quam Notis in Harpocrationis Lexicon præfixit, p. 346 & seqq. ubi plura de *Glossis*, *Glossematis*, *Glossariis* & *Glossographis* legere licet. conf. Gronov. ad Script. Eccles. Observat. cap. 24 p. 259. Wower. de Polymath. cap. 9. Cæl. Rhodig. lib. 5 cap. 27, & lib. 13 cap. 4. Voss. Instit. Orat. lib. 4 cap. 1 n. 7 p. 12, ubi Glossographos aliquot antiquos nominat. Hæc *Glossemata*, seu interpretationes glossarum, proponebantur a Grammaticis, a pueris ediscebantur, ut ex Quintiliano patet lib. 1 cap. 1 sub fin. item ex Asinii Galli epigrammate in M. Pompon. Marcellum Grammaticum apud Sueton. de Illustrib. Grammat. cap. 22 *Qui caput ad lævam didicit, glossemata vobis*
Præcipit, os nullum, vel potius pugilis.

Vbi pro *didicit*, malim *deicit* legere, id est, *dejicit*, quod inclinatum in lævam sive dejectum caput gessisse significet, & vitiosum habitum ei exprobret: nisi per ellipsin dictum sit, *didicit*, subaudi, *dejicere*, *inclinare*. *Didicit*, i. e. assuevit.

¶ Glossārium, i, dictionarium, ein wörter-buch. Gell. 18 cap. 7 *Vos philosophi mera estis (ut M. Cato ait) mortuaria glossaria.*

¶ Glossogrăphus, i, qui glossas vel glossemata scribit & interpretatur. vid. *Glossema*.

¶ Glossopetra, æ, gemma similis linguæ humanæ, quæ deficiente luna de cælo cadere, nec modicæ potestatis esse dicitur, ad lunares motus excitandos. vid. Solin. cap. 50, Isidor. Orig. 16 cap. 14, & Kircheri Mund. Subterr. lib. 8 sect. 3 cap. 6.

¶ Epiglossis, vel epiglottis, ĭdis, fœm. ἐπιγλωττίς, est membrana ex cartilaginibus facta, ad claudendam tracheam, vel asperam arteriam, ne cibus aut potus illabatur, rursus autem ad aperiendam eam in aëre attrahendo, das zäpfflein im halß, das blätlein über der lufftröhr, das athem-zünglein. Vulgo *ligula* dicitur, gutturis operculum. Plinius lib. 11 cap. 37 [Hard. sect. 66] *Minor lingua, epiglottis appellata, nulli ova generantium.* Cic. 2 Nat. D. cap. 54 ita describit: *Aspera arteria tegitur quodam quasi operculo, quod ob eam caussam datum est, ne, si quid in eam cibi forte incidisset, spiritus impediretur.*

GLOTTIS, ĭdis, fœmin. Rex coturnicum est Plinio lib. 10 cap. 23 à lingua prælonga, quam exerit, unde & *Lingulaca* dicitur, & aliàs *Ortygometra*. ¶ 2. Est & *Gallinula palustris*, γλῶττις, γλώσσις, ein wasser-huhn.

GLVBO, glubĕre, corticem detrahere, klauben, schälen. Cato cap. 33 *Salictum suo tempore cædito, glubito, arcteque alligato.*

¶ Deglūbĕre, entblössen, per metaphoram, pellem detrahere, schinden, abstreiffen. Præsidibus tributo onerandas provincias suadentibus rescripsit Tiberius: *Boni pastoris esse, tondere pecus, non deglubere*, Sueton. Tiber. cap. 32. Adde Dionem Cass. lib. 57, qui Ægypti præsidem fuisse, cui ita rescripserit Tiberius, tradit.

¶ Degluptus, a, um, abgezogen, abgeschält, geschunden. Plaut. Pœn. a. 5 sc. 5 v. 33 *Deglupta mænas.* Marcell. Emp. cap. 16 *Mus degluptus.*

GLVMA, æ, folliculus seu theca grani in frumento, à *glubendo*; quod eo folliculo granum deglubitur, ut Varro auctor est lib. 1 de re rust. cap. 48, das bälglein, die hülse, schale.

GLVTEN, ĭnis, Gr. κόλλα seu κόλλη, leim, pappe, &

¶ Glūtĭnum, i, idem. Lucret. lib. 6 v. 1066

Glutine materies taurino jungitur unà.

Sed usitatius est Plinio *Glutinum*; v. g. lib. 11 cap. 39 *Boum coriis glutinum excoquitur.* Fit autem ex omnium quadrupedum pellibus. Prudentius Cathem. 9 v. 102

Ossa, nervos, & medullas glutino cutis tegi.

¶ Glutinium, i, idem. Apulejus Asclep. *Individuo glutinio connexus.*

¶ Glūtĭnōsus, a, um, tenax, leimicht, zach, klebrig. Plin. 35 cap. 16 pr. *Terra Samia, linguæ glutinosa.* Et Celsus lib. 6 cap. 3 *ex duro ulcere exiguum quiddam & glutinosum exit.* Idem 7 cap. 25 *glutinosus cibus*, schleimichte speise. Idem lib. 5 cap. 25 n. 20 *pus glutinosius & sanguine & sanie.* Et, *pituita glutinosior*, Scrib. Larg. Compos. c. 23. Superl. *Glutinosissimus*, Cels. lib. 6 cap. 7. Et, *terra glutinosissima*, Columella lib. 3 cap. 11 extr.

¶ Glutĭno, glutinare, glutine conjungere, seu ferruminare, leimen, löten. Plin. 35 cap. 15 *Vis bituminis glutinat.* Et Celsus 5 cap. 2 *Vulnus glutinare*, die wunde zuheilen.

¶ Glutinamentum, i, conjunctio, die leimung. Plinius lib. 13 cap. 12 *inserta mediis glutinamentis tænia.* De charta seu papyro loquitur. Gloss. gr. lat. κόλλημα, *glutinamentum*.

¶ Glutinator, ōris, compactor, ein leimer. Cicer. lib. 4 ad Attic. epist. 4 *Vellem, mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus tyrannio utatur glutinatoribus, ad cætera administris.* Gloss. gr. lat. κολλητής, *glutinator*.

¶ Glutinatorium, i, kleister, pappe. Gl. gr. lat. κολλητήριον, *glutinatorium*.

¶ Glus, vel Glux, Gen. glutis &c. pro *Gluten* vel *Glutinum* etiam dixerunt. Glossæ Isidori: *Glux, glutis, limus tenax.* Paulinus Petrocorius lib. 4 v. 104 *glute palati.* vide ibi Barthium. Idem de Visit. Nepot. v. 52 *vicini glute vaporis.* Hinc

¶ Glutus, a, um, quasi glutine cohærens, vel glutinatus, coactus, unitus, derb aneinander. Cato R. R. cap. 45 *Locus bipalio subactus beneque glutus.* conf. Plin. 17 cap. 18.

Composita:

¶ Agglūtĭno, are, anleimen, ankleistern. Cic. 16 ad Attic. ep. 6 extr. *Novum proœmium exaravi: tibi misi; tu illud desecabis: hoc agglutinabis.* Plinius lib. 33 cap. 5 *Chrysocollam aurifices sibi vindicant agglutinando auro.* ¶ 2. *Mihi ad malum malæ res plurimæ se agglutinant*, Plaut. Aul. a. 4 sc. 10 v. 71.

¶ Conglutinare, copulare, zusammen löten. Plaut. Bacch. a. 4 sc. 4 v. 42 *Conglutinare dolos.* Terent. Andr. a. 5 sc. 4 v. 10 *Meretricios amores nuptiis conglutinas.* Cic. de Amicit. cap. 9 *Si utilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata dissolveret.*

¶ Conglutinatus, a, um, zusammengefügt; ut, *Concordia conglutinata*, Cic. ad Attic. lib. 1 epist. 17. Et in Philipp. 3 cap. 11 *Homo ex libidine, crudelitate, petulantia conglutinatus*, aus lastern zusammen gesetzt.

¶ Conglutinatio, ōnis, compositio, die zusammenfügung; ut, *Conglutinatio verborum*, Cicer. in Orat. cap. 23. Idem de Senect. cap. 20 *Omnis conglutinatio recens, ægre, inveterata, facile divellitur.*

¶ Conglutinosus, a, um, klebrig. Vegetius 1 cap. 40 *Humoris pars conglutinosa.*

¶ Deglutinare, est disjungere, von einander zwingen, apud Plinium lib. 25 cap. 13 *Palpebras deglutinant.*

¶ Disglutinare, idem, sive gluten dissolvere. Hieronymus epist. 26 ad Pammach. cap. 5 sub fin. *Conjuncta disglutinamus: unita dissuimus.*

¶ Reglutinare, wieder auflösen. Catullus epigr. 25

Quæ nunc tuis ab unguibus reglutina, & remitte.

¶ 2. Redintegrare, wieder zusammenfügen. Prudentius Peristeph. 10 v. 873 *Vel amputatum plaga collum dividens*
Rursus coibit ac reglutinabitur.

Glutinare, Glutire, quære in *Gluten*, *Gluttus*.

GLVTTVS, i, pars colli, qua cibi transmittuntur, die kehle, der schlund. Ficta vox per onomatopœiam. Nam *glut* est imitatio soni, quem edit liquor, per angustum tramitem means. Persius satyr. 5 v. 112

Nec glutto sorbere salivam Mercurialem.

vide ibi Casaubonum. Hinc

¶ Gluttio, vel Glutio, ire, quod etiam de salivâ dici solet, schlucken, verschlingen. Augustin. lib. 7 de Civ. D. cap. 8 *Propter solas salivas colatur Janus, quibus partim glutiendis, partim exspuendis sub cælo palati utraque panditur janua.* Vet. Gloss. *Gluttit*, ἐγκάπτει. Pers. satyr. 5 v. 112 *glutto sorbere salivam.* De cibo Juven. sat. 4 v. 28 *epulas glutisse.* Plin. lib. 9 cap. 43 *Vulpes marinæ glutiunt amplius* [hamum] *usque ad infirma lineæ, quæ facile prærodant.*

¶ Glutto, ōnis, lurco, vorator, ein fresser, schlemmer. B. Eligius Noviomens. homil. 16 *Qui erat comessator, id est, glutto, aut ebriosus.*

¶ Deglutire vel degluttire, verschlucken, hinterschlingen. Alcimus Avitus lib. 4 v. 364 de ceto Jonæ:

Deglutire virum, fauces implere capaces.

GLYCON, ōnis, athleta fortissimus, apud Horat. 1 epist. 1 v. 30

Nec, quia desperes invicti membra Glyconis,
Nodosa corpus nolis prohibere chiragra.

GLYCYRRHIZA, æ, γλυκύῤῥιζα, radix dulcis, süsse holtz, lackritzen, Pallad. 10 cap. 14. At *Glycyrrhizon*, Plin. 11 cap. 15.

GLYPHĬCE, es, γλυφική, sculptura, species est statuariæ, die schnitz- oder bild-kunst. vid. Cæl. Rhodig. Lect. Ant. 29 cap. 24.

¶ Anaglyphice, es, est, cum ita exsculpimus, ut promineant imagines. vid. Rhodig. l. c. & supra *Anaglypha*. Contra

¶ Diaglyphice, es, ad impressuram spectat.

¶ Hieroglyphice, es, vid. infra seorsim.

GNAEVS, i, prænomen apud Romanos. Vetus Auctor, quem vulgo Valer. Maximum faciunt, Epitome de nominibus, &c. GNAEVS, inquit, *ob insigne nævi appellatus est. Quod unum prænomen varie scriptum notatur. Aliæ enim* NAEVM; *alii* GNAEVM, *alii* CNAEVM *scribunt. Qui G. littera in hoc prænomine utuntur, antiquitatem sequi videntur, quæ multum ea littera usa est. Olim enim dicebant* frugmentum, *nunc* frumentum *proferunt; &* gnatura, *modo* natura, &c. Festus vero ex Græco γίγνεσθαι deducit.

GNAPHALIVM, i, γναφάλιον, herba est Plinio lib. 20 cap. 7. Recentioribus non satis comperta, cujusmodi sit, Matthiol. ¶ 2. Sunt, qui *tomentum* exponant a candidis ejus & lanuginosis foliis mollibusque, ut pro tomentis usurpari possint. Inde wiesenwolle, hoc est, *lanam pratensem*, quidam dicunt, & ruhrkraut, quod dysenteriæ medeatur.

GNAPHALVS, i, γνάφαλος, avis pulchra & colorum varietate elegans, raro apparens, ein seidenschwantz: sed quam appellationem, quia peregrina sit avis, Gesnerus se agnoscere negat.

GNĀRVS, a, um, sciens, peritus, kundig, erfahren: ut, *Gnarus loci*, der eines orts gelegenheit weiß. *Reip. gnarus Sisenna*, Cicer. de Clar. Orat. cap. 64. *Armorum ac militiæ gnarus*, Columella præf. 1. ¶ Deinde passive pro *notus*, bekandt, wissend. Tacitus Ann. 12 cap. 45 *nobis ea pars militiæ maxime gnara est.* Rursus Annal. 15 cap. 61 *Idque nulli magis quam Neroni gnarum.* Idem *Gnarum* pro cognito dixit 3 Hist. cap. 79, *Quæ gnara*, inquit, *Vitellianis, incomperta hostibus metum fecerunt.* vide post paullo etiam *Ignarus*.

¶ Gnarūris, e, antiqui dicebant pro *Gnarus*. Plaut. Mostell. a. 1 sc. 2

Simul gnarures vos volo hanc rem mecum.

Ausonius epist. 22 v. 19 *Non cultor instans arator gnaruris.*

Et Arnobius lib. 3 p. 113 *præceptionibus gnarures.*

¶ Gnarĭtas, ātis, die kundschafft. Hoc substantivo etiam Sallustius usus est

est fragm. lib. 3 Hist. *Alii fiducia gnaritatis locorum fuga sparsi*, &c. Quem imitatus Ammianus est lib. 16 c. 3 *juvante locorum gnaritate*.

¶ Gnarŭro, are, wohlwissen. Gloss. lat. gr. *Gnarurat*, γνωρίζει.

¶ Ignarus, a, um, rudis, inscius, unwissend, unerfahren. Terent. in Adelph. a. 2 sc. 1 v. 6 *Ignarus es meorum morum*, du weist um meine weise nichts. Virgil. 1 Æneid. v. 630

Haud ignara mali, miseris succurrere disco.

Didonis sunt verba. ¶ Passive usus Sallustius est: ut Jugurthâ cap. 18 *Mare magnum & ignara lingua commercia prohibebant*. Et cap. 52 *Plerosque velocitas & regio hostibus ignara, tutata sunt*. Tacit. Annal. 12 cap. 11 *Quanto ignara barbaris, tanto toleratiora capesseret*. Idem eodem lib. cap. 45 *Nihil tam ignarum barbaris, quam machinamenta & astus oppugnationum*. Et Ann. 15 cap. 62 *Cui enim ignaram fuisse sævitiam Neronis?* Idem 3 Hist. cap. 74 *Lineo amictu turbæ sacricolarum immixtus ignarusque delituit*. Ubi tamen in MSto Florentino *ignoratus* legi, Pichena indicat.

¶ Ignōro, avi, atum, are, nescire, nicht wissen. *Ignoras me*, du kennest mich nicht. Pertinet autem hoc ad mores, atque ingenium. Terent. Heaut. a. 1 sc. 1 v. 52 *Erras, si id credis, & me ignoras, Clinia*. Nepos Aristide cap. 1 n. 4 *Cui ille respondit, se ignorare Aristidem*. Terentius Heaut. a. 2 sc. 3 v. 28 *ut ne quid hujus ignores*, damit du um alle ihre sachen mögest wissenschafft haben. Cicero 3 Tuscul. Quæst. *Optimus & gravissimus quisque confitetur, multa se ignorare, & multa sibi etiam atque etiam esse discenda*. Quid intersit inter *ignorare* & *nescire*, habes apud Spiegelium ad Prudent. p. 246. ¶ 2. Ponitur pro negligere, aut diffiteri; ut, *ignorare hominem*, pro aspernari velut ignotum: *ignorare beneficia alterius, aut facinora sua*, pro dissimulare aut diffiteri, quasi nihil tale contigerit. Terent. Phorm. a. 2 sc. 3

Quia egens relicta est misera, ignoratur parens.

vide Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 162.

¶ Ignorātus, a, um, ignotus, non cognitus, unbekandt, unbewust, heimlich. Sallust. B. Jug. cap. 54 *Nocturnis & aviis itineribus ignoratus Romanos aggreditur*. Cic. 5 Tuscul. Quæst. cap. 23 *Cujus* [Archimedis] *ego quæstor ignoratum ab Syracusanis indagavi sepulcrum*. Tacitus 3 Hist. cap. 74 *Lineo amictu turbæ sacricolarum immixtus ignoratusque delituit*. Ita enim in MSto Florentino legitur, indicante Pichena. Et lib. 4 Hist. cap. 36 *Nisi servili habitu per tenebras ignoratusque evasisset*.

¶ Ignoratio, ōnis, rei est, quæ nescitur, die unwissenheit. *Ignoratio sui, gravis atque intolerabilis arrogantia*, Cicer. pro Cluent. cap. 39, sich selbst nicht kennen.

¶ Ignorantia, æ, idem. *Ignorantia litterarum*, Cicer. pro Flacco c. 20. *Ignorantia veri*, Ovid. 7 Metam. v. 92. Et, *Propter ignorantiam stirpis in famulatu fuerunt*, Cic. de Amic. cap. 19.

¶ Ignorābilis, e, obscurus, unkentlich. Plautus Pseud. a. 2 sc. 1 v. 18 *Quis hic est, qui oculis meis obviam ignorabilis objicitur?* Cicero lib. 2 de Invent. cap. 32 *quod levius, facilius, non ignorabile, non fortuitum fueris*. Gellius lib. 9 cap. 12 *Alterum ignorabilius obscuriusque est*.

¶ Ignorabiliter, adverb. idem. Apulejus 3 Metamorph. p. 137 *laminis ignorabiliter litteratis*. Ignotos magiæ characteres intelligit.

¶ Pergnārus, a, um, wohlwissend, erfahren. Apulejus Apol. p. 290 edit. Elmenh. *Magia ars est diis immortalibus accepta, colendi eos & venerandi pergnara*.

¶ Prognarē, adverb. significat apertè, öffentlich. vid. Festus in *Gnarus*.

¶ Prognariter, idem. Plaut. Pers. a. 4 sc. 4 v. 39 *Age indica prognariter*. Et Ennius apud Nonium cap. 2 n. 625 *pro Romano populo prognariter armis certando*.

GNĀTHO, ōnis, parasiti apud Terentium nomen est, a γνάθος, maxilla, quam indefessam oportet habere parasitos, quemadmodum apud Stobæum Nicolaus quispiam inquit, γνάθον ἀκάματον, εὐθὺς δυναμένην πληγὰς φέρειν, *quæ continuò possit alapas sustinere*.

Gnatus, per πρόσθεσιν litteræ g. vide *Natus* in *Nascor*.

Gnavus, Gnave, vide in *Navus*, unde per prosthesin est.

Gneus, vel Cneus, prænomen, *Cn.* vel *Gn.* ut *Cn. Pompejus*. vide supra *Gnæus*.

Gnĭdus, urbs; vide supra *Cnidus*.

GNŌMA, æ, γνώμη, quod quisque in senatu censet, quæ & *sententia* Latinis dicitur, eine meynung. Unde in Vet. Gloss. γνωμοδότης, *Consiliarius, Consiliator, Suasor*, exponitur. Hinc utraque vox ad dicta translata est, quæ aliquid ad vitam pertinens suaderent, ein spruch. Quintil. lib. 8 cap. 5 *Antiquissimæ* (sententiæ) *sunt, quæ proprie, quamvis omnibus idem sit nomen, SENTENTIÆ vocantur, quas Græci γνώμας appellant. Utrumque autem nomen* (γνώμης & sententiæ) *ex eo acceperunt, quod similes sunt consiliis aut decretis*.

¶ Gnomologia, æ, γνωμολογία, liber sententiarum.

¶ Gnomolŏgus, i, γνωμόλογος; ut, *Scriptor gnomologus*, qui sententias sive regulas vitæ colligit, ein spruch-lehrer.

¶ Gnomon, ōnis, γνώμων, regula seu stylus, qui in horologio horas umbra sua indicat: unde & Græcis σκιαθήρας, *indagator umbræ* appellatur; vid. Vitruvius lib. 1 cap. 6, & lib. 9 cap. 4, der zeiger, weiser an der uhr. Conf. Gœsii Indic. in Scriptores rei agrariæ, & Plin. 2 cap. 72. ¶ 2. Gemetris est ein winckelmaß, eine richtschnur. ¶ 3. γνώμονες, dentes sunt in equis, ex quibus ætas eorum cognoscitur.

¶ Gnōmŏnĭce, es, γνωμονική, scientia, quæ ad radios solares & umbras modum conficiendorum horariorum docet. Inter partes architecturæ refert Vitruvius lib. 1 cap. 3, & lib. 9 cap. 4 & 8. vid. Baldi Lex. Vitruv. p. 53. *Gnomonicen invenit Anaximenes Milesius*, Plin. lib. 2 cap. 76.

GNŌSOS, i, Κνωσσός, Cretæ urbs, Minois regia.

¶ Gnosiacus, Gnosius, & Gnosus, a, um, adjectiva, Cretensis. *Gnosia stella coronæ*, Virg. 1 Georg. v. 222, Sidus Corollæ, quæ fingitur Ariadnes fuisse, filiæ Minois, regis Cretensis. Sic *Gnosia regna*, Idem 3 Æn. v. 115. Ovidius *Gnosiacum regnum* dixit lib. 9 Metam. v. 668. Et, *Gnosias agitare pharetras*, pro Gnosias, Lucan. lib. 3 v. 185.

¶ Gnosis, ĭdis, patronym. *Gnosida Bacchus amavit*, Ovid. in epistola Sapphûs 15 v. 25, i. e. Ariadnen.

A GNOSTĬCI, orum, hæretici altero post Christum natum seculo, qui in rebus divinis τελείαν γνῶσιν, sive solidissimam intelligentiam sibi arrogarunt, dicere soliti, ut Origenes Celso exprobrat, *omnia novimus*. Chrysost. Homil. 18 in 1 ad Tim. τινὲς ἑαυτοὺς ἐκάλουν τότε γνωστικοὺς, ὡς πλέον τι τῶν ἄλλων εἰδότες, i. e. *quidam se ipsos appellarunt Gnosticos, tanquam plus intelligentes quam alii*. vid. Epiphan. hær. 26. Irenæus adv. Hær. 1 cap. 24. Jac. Thomasii Sched. Hist. f. Origg. Hist. Philosoph. & Eccles. § 31 seqq.

¶ Prognosticon, i, προγνωστικόν, rei futuræ signum, à προγινώσκω: præscio, seu præcognosco, ein zeichen künfftiger dinge. Sic, *Prognostica tempestatum*. Cic. lib. 15 ad Attic. epist. 16 *Equidem etiam pluvias metuo, si prognostica nostra vera sunt. Ranæ enim ῥητορεύουσιν*. Idem de Divin. 2 cap. 8 *His rerum præsensionibus prognostica tua referta sunt*. conf. ibid. 2 cap. 20. Sic, *Prognosticon anni alicujus*, allmanach.

¶ Prognostes, æ, ein weissager.

GŌBIO, ōnis, & Gobius, ii, κωβιός, piscis vilior, ein koben; *Gobii saxatiles*, parvi, kobigen. Quappen enim majores sunt *fluviatiles*, & inter mustelas fluviatiles recensentur. *Gobio marinus*, ein meer-kob. ¶ 2. *Gobio fluviatilis* etiam est, ein kresse oder gründel. Plin. etiam *Cobio* scripsit. Juven. satyr. 11 v. 37

Nec mullum cupias, cum sit tibi gobio tantum In loculis, &c.

begehre keine barben, weil du kaum einen koben zu bezahlen hast. Martial. lib. 13 epigr. 88 *In Venetis sint lauta licet convivia terris,*

Principium cœnæ gobius esse solet.

B GOMPHUS, i, γόμφος, clavus ligneus. Quidam fibulam ferream exponunt. Statius lib. 4 Silv. 3 v. 48

Et crebris iter alligare gomphis.

vide ibi interpretes. Tertullianus Apologet. cap. 12 *Ante & glutinum & gomphos sine capite sunt dii vestri*.

GONARCHE, es, horologii solaris species apud Vitruvium 9 cap. 9. vid. Bald. in Lex. Vitruv. p. 53.

GŎNORRHOEA, æ, γονόρροια, est intempestiva, invita & vitiosa seminis profusio, der saamenfluß, apud Firmicum 3 cap. 7. vide Medicos.

GORDIUS, i, γόρδιος, Phrygiæ rex, pater Midæ: à quo appellata *Gordia* urbs fuit, Midæ regia. Hic vehiculum fuit, quo usus Gordius rex, & ejus inexplicabile vinculum: de quo oraculum datum memorabant Phryges, Asia potiturum, qui solvisset. Explendæ sortis cum Alexandrum incessisset cupido, frustra tamen laboraret luctatus diu cum latentibus nodis, ferro, quo cingebatur, secuit, nihil interesse dictitans, quomodo solveretur. vide Curtium lib. 3 cap. 1. Inde proverbium: *Nodus Gordius*, de re difficili atque perplexa. vide Chiliadas.

GORGIAS, æ, Γοργίας, Leontinus Siculus, Rhetor, Empedoclis discipulus, Isocratis autem præceptor, concinnitatis princeps, Quintil. lib. 3 cap. 1. Cic. in Oratore cap. 52 *Isocrates*, inquit, *adolescens senem Gorgiam in Thessalia audivit*. Centum & novem (alii, septem) vixit annos. Et interrogatus, quanam ratione usus, tantum temporis C tam concinne ac cum sensu optime viveret, respondit: οὐδὲν πώποτε ἡδονῆς ἕνεκα πράξας, hoc est, *nihil voluptatis gratia faciendo*, Athen. lib. 12. Quintil. ibidem. Cum morti vicinus, ac viribus deficiens, in somnum sensim laberetur, & ab eo quæreretur, quid ageret, respondit: ὁ ὕπνος ἄρχεταί με παρακατατίθεσθαι τῷ ἀδελφῷ, i. e. *Somnus incipit me fratri suo tradere*. Stob. ex Aristotele. *Auream ipsi positam fuisse statuam Delphis, tantumque soli ipsi honoris a Græcia habitum*, Cicero scripsit in Orat. Eum vero sibi propriam statuisse imaginem, Plinius lib. 33 cap. 4 tradit. vid. Victor. lib. 5 Var. Lect. cap. 9. Voss. lib. 5 Instit. Orat. p. 328. Gorgiæ orationes, & in his *Helenæ laudatio*, extant in opere magno Orationum Græcarum Aldi.

GORGON, ŏnis, Γοργώ, όνος, dicta à Poëtis est *Medusa*. Et Gorgones, quas *tres* alii, *quatuor* alii retulerunt, his nominibus *Euryale, Sthenio, Medusa, Scylla*, dictæ παρὰ τὸ γοργὸν τῶν ὀφθαλμῶν, id est, a terribili adspectu oculorum. Martial. lib. 9 cap. 26

Avertam vultus, tamquam mihi pocula Gorgon

Porrigat, atque oculos oraque nostra tegam.

Et lib. 10 epigr. 4 Idem:

Non hic Centauros, non Gorgonas, Harpyiasque

Invenies: hominem pagina nostra sapit.

Sunt autem *Gorgones* in Libya animalia, ovibus similia aut vitulis, quibus pestilens est oris halitus. Quippe intereunt mox afflata omnia. Sed nec innocentior ab oculis radius manans, ubi concussa, quæ a fronte in oculos propendet, coma, spectarint aliquid. Cognitum id a Marii militibus adversus Jugurtham bellantibus. vid. Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 18 cap. 38.

¶ Gorgona, æ, eadem Medusa. Prudentius passione Romani v. 278

Tremant venenum sibilantis Gorgonæ.

¶ Gorgŏneus, a, um. adject. Ovid. 3 de Arte v. 104

Lumina Gorgoneo sævius angue micant.

Fabulam de *Gorgonibus* vide ibid. lib. 4 Metam. *Pallas Gorgonophora*, id est, *Gorgonem ferens*. In ejus enim scuto pictum est *Medusæ Gorgonis caput*.

¶ Gorgonia, æ, corallium est Plinio lib. 37 cap. 10, quod in lapidem durescat.

GORTȲNA, æ, Γόρτυνα, urbs *Cretæ*, Homero lib. 1 Iliados.

¶ Gortynis, ĭdis, patronym. ut, *Arundo Gortynis*, pro *sagitta*, apud Lucanum lib. 7 v. 214.

¶ Gortynius, a, um, adject. ut, *Stabula Gortynia*, Virgil. eclog. 6 v. 60. *Spicula Gortynia*, Statius lib. 5 Theb. v. 361. Et, *Gortynia arundo*, Silius lib. 5 v. 448.

GOSSYPIUM, i, *frutex laniger*, Plinio lib. 19 cap. 1, baumwolle. Conf. Mercurial. lib. 3 cap. 17 Var. Lect. vide *Xylon*.

¶ Gossypia, æ, tela, seu Gossypina, barchent.

GOTHI, orum, immanissimi fuerunt populi, quorum antiquæ fuere sedes in septemtrionis regionibus, Dania, Suecia & Germaniæ parte: inde egressi, in Pannoniam, Mœsiam & Daciam se infuderunt, & tandem in ipsam Italiam, Galliam Narbonensem, ac Hispaniam. Bella subinde multis gentibus intulerunt, regna multa, & oppida clarissima vastârunt.

vaſtârunt. Religionem Chriſtianam profiteri cœperunt primum ſub Valente. Regem habuerunt celebrem Alaricum, Epiſcopum Vlphilam, qui litteras Gothicas invenit, & libros ſacros in linguam Gothicam convertit. Socrates Hiſt. Eccleſiaſt. lib. 4 cap. 33. Vide, quæ de hac gente erudite diſputat Philippus Cluverius lib. 3 Antiq. Germ. cap. 34.

¶ Gŏthicus, a, um, adject. Sic Aurelianus propter victoriam *Gothicus* cognominatur apud Gruter. p. 276 Inſcript. 4; & Valens, præfat. Eutropii.

¶ Gothia, æ, inſula, quæ & *Scandia* dicitur, ex qua emerſiſſe primum *Gothos* creditur. Aut generatim Gothorum patria, & metonymice gens Gothica. Ammianus lib. 30 cap. 7 *Rem Romanam circumſteterat metus totius Gothiæ.*

¶ Oſtrogothi, Gothi orientales, Oſt-Gothen, apud Claudianum lib. 2 in Eutrop. v. 153. His oppoſiti

¶ Viſigothi, Gothi occidentales, Weſt-Gothen: unde & *Weſtrogothi* appellantur. De nomine, ſede, diſtinctione utriusque gentis Hugo Grotius in Prolegom. Hiſtor. Goth. & Vandal.

GRĂBĀTVS, i, genus lecti, humilis, portatilis, & minus operoſi, ein faulbette. Vox græca eſt ex κράβαλος & κράββατος: pro quo Attici σκίμποδα dicebant, ut Phrynichus auctor eſt. vide Ariſtophanis Scholiaſten in Nebulis, & Jul. Pollucem lib. 10 cap. 7. In paupertina ſupellectile Martialis numerat lib. 12 epigr. 32, ubi *tripedem* vocat; *Ibat tripes grabatus, & bipes menſa.* Et vero proprium pauperum ac viliorum fuiſſe, aliis etiam locis, ubi meminit, idem ſignificat. Inde & auctor Moreti, quem Severum Septimum exiſtimat Scaliger, *vilem* vocat, & Simulo Ruſtico pauperi tribuit:

Membra, inquit, *locat ſenſim vili demiſſa grabato.*

Et Sedulius in Matth. c. 9 *proprium ſcapulis attolle grabatum.*

Indicat & Tullius lib. 2 de Divinat. cap. 63, *Venit*, inquit, *jam in contentionem, utrum ſit probabilius, Deosne immortales, verum omnium præſtantiâ excellentes circumcurſare omnium mortalium, qui ubivis ſunt, non modo lectos, verum etiam grabatos, & cum ſtertentes aliquos viderint, objicere his viſa quædam tortuoſa & obſcura, quæ illi exterriti ſomnio ad conjectorem mane deferant*, &c. LECTI, quos nominat, ad ditiores pertinent: GRABATI ad pauperes. Seneca epiſt. 18 *Grabatus ille verus ſit, & ſagum, & panis durus, ac ſordidus.* Formam grabatorum habes apud Boſium in Româ ſubterranea. vide infra *Scimpodium.*

¶ Grabatulus, i, diminut. Apulejus lib. 1 Mileſ. p. 108 *Sudore miſer perfluo, tremore viſcera quatior, ut grabatulus etiam ſuccaſſus & inquietus ſuper dorſum meum palpitando ſaltaret.*

¶ Grabatarius, i, qui grabatos facit. Gloſſ. lat. gr. *Grabatarius*, κλινοποιός.

GRACCHVS, i, Γράκχος. Tiberius Gracchus, Gracchorum ex Cornelia Africani ſorore, pater Tiberii nimirum, & Caji, qui ambo eloquentes fuere, quorumque eloquentiæ mater Cornelia multum contulit, ut Quintilianus lib. 1 c. 1 teſtatur. G. Gracchus actione & adfectibus tantum valuit, ut, cum matris defleret necem, totius pop. Rom. lacrymas concitarit, eodem teſte lib. 11 cap. 3. Juvenalis ſatyr. 3 v. 24

Quis tulerit Gracchos de ſeditione querentes?

De *fiſtula* ejus *concionatoria*, ut quidem Ammianus vocat lib. 30, Gellius lib. 1 c. 11, ubi aliquanto aliter hac de re ſcribit, quam alii.

¶ Gracchānus, a, um, adject. Quintil. ibid. *Gracchanum illud: Quo me miſer conferam?* Et Val. Max. 1 cap. 1 n. 1 *Gracchano tumultu moniti.*

GRĂCĬLIS, e, λεπτὸς, tenuis, dünne, geſchmeidig, geſchlanck. *Virgines matres ſtudent, demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, ut graciles fiant*, Terent. in Eunuch. act. 2 ſc. 3 v. 21. *Gracilis vindemia*, eine geringe und ſchlechte weinleſe, apud Plin. lib. 8 epiſt. 15. Comparatio, *Gracilior, Gracillimus.* Plin. lib. 16 cap. 6 *Ilicis glans brevior & gracilior.* Idem 34 c. 8 *Corpora graciliora ſiccioraque.* Pallad. lib. 4 cap. 10 *Talea gracilior.* Sueton. Nerone c. 51 *fuit gracillimis cruribus.* Conf. Borrich. Cogit. de L. L. p. 113.

¶ Pergracilis, e, ſehr geſchlanck. Plinius lib. 25 c. 13 *longiore caule, ſed pergracili.*

¶ Prægracilis, e, idem. Tacitus Ann. 4 c. 57 *Erat illi prægracilis & incurva proceritas.*

¶ Gracilitas, atis, λεπτότης, die geſchmeidigkeit. *Gracilitas crurum*, Suet. Calig. cap. 3. *Summa gracilitas & infirmitas corporis*, Cic. de Clar. Orat. c. 91, ein ſchmaler, ſchwacher leib. Plur. *Gracilitates*, Idem, & eodem libro dixit cap. 16.

¶ Gracilitudo, ĭnis, idem. Accius dixit apud Nonium c. 2 n. 364.

¶ Gracilens, tis, gracilis, dünne, hager; Nævius dixit, de quo Nonius vid. l. c.

¶ Gracilentus, a, um, idem. Ennius apud Nonium l. c. *filo gracilento.* Vſus & Gellius eſt lib. 4 cap. 12 *equum gracilentum habere*: & lib. 19 c. 7 *pro exili & gracilento.*

¶ Gracileſco, ĕre, ſchmal und dünne werden. Plin. lib. 17 c. 22 in vetuſtis libris: nam *gracilis* alii legunt.

¶ Gracilĭpes, ĕdis, langfüßig. Petronius: *Ciconia gracilipes.*

¶ Grăcillo, are, glucken wie eine henne. Aut. Philom. v. 25

Cucurrire ſolet gallus, gallina gracillat.

GRĀCŬLVS, i, κορακίας, κολοιὸς, à κολλάω, conglutino, Monedula, eine dohle, krahe. Plin. lib. 11 cap. 29. Hinc adagium: *Graculus graculo ſemper aſſidet*: Ἀεὶ κολοιὸς πρὸς κολοιὸν ἱζάνει, vögel von einerley federn fliegen gerne zuſammen.

Gradior & Gradivus, vide mox in *Gradus.*

GRĂDVS, ûs, βῆμα, paſſus, greſſus, ein ſchritt, tritt. Ovidius Metam. 14 v. 143 *tremuloque gradu venit ægra ſenectus.*

Sic, *gradum facere ad aliquid*, ſive *aliquò*, eſt progredi, accedere, fortſchreiten. Cicero 2 de Oratore cap. 61 *Quin prodis, mi Spuri, ut, quotiescunque gradum facias, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem.* ¶ 2. *Gradus* etiam in ſcalis dicuntur, per quos ſcanſio fit, die ſtuffen und ſproſſen an treppen und leitern. Tacit. 3 Hiſtor. cap. 71 *Qua Tarpeia rupes centum gradibus aditur.* Varro lib. 4 de L. L. c. 35 *Quia ſimplici ſcanſione ſcandebant in lectum non altum*, Scabellum; *in altiorem*, Scamnum: *duplicata ſcanſio* Gradus *dicitur: quod graditur ab inferiori in ſuperiorem.* ¶ Per hanc ſimilitudinem & *Gradus cognationis* JCti dixerunt, propinquitatum & affinitatum ordines. Suetonius Galbâ cap. 2 *Neroni Galba ſucceſſit nullo gradu contingens Cæſarum domum.* ¶ Ordines etiam & ſtatus, ac dignitates, quibus diſtinguuntur homines, *Gradus* vocantur. Sic in militia, quod *in ampliorem gradum promoveri*, Sueton. Othone cap. 1, Tacitus *ad altiorem ordinem promoveri* dixit. Cic. 1 Off. cap. 17 *Societatis hominum plures ſunt gradus*, es ſind vielerley ſtände, hoch, niedrig, mittelmäßig. Idem pro Muræna cap. 14 pr. *Duæ ſunt artes, quæ poſſunt locare homines in ampliſſimo gradu dignitatis, una imperatoris, altera oratoris boni*, zu hohen ehren bringen. Et pro Cluent. cap. 55 *altiorem gradum dignitatis conſequi*, höher befördert werden. *Tenere conſularis dignitatis gradum*, Idem 3 Offic. cap. 26 extr. *Adſcendere gradum*, Nepos Phoc. cap. 2, itidem de honore. Et, *Secundum gradum imperii tenere*, Idem Conon. cap. 3, der nächſte nach dem könige ſeyn. ¶ 3. Eſt & Mathematicorum vocabulum. Nam quas in circulo μοίρας Græci; Latini *gradus* appellarunt, ut Scaliger ad Manilium obſervat. ¶ 4. Dicuntur & *gradus* climata ſeu climacteres annorum, cum per hebdomadas enneadasque diſtinguuntur. Vnde & ipſi Climacterici anni, quos vocamus, *gradarii* Firmico appellantur. ¶ 5. *Gradus* etiam gladiatoriæ rei vocabulum eſt. Sic enim appellatur ſtatus, quo congreſſuri armis ſeſe componunt. Sic *ſtare in gradu* dicuntur, qui nihil cedendo pugnant fortiter: *moveri, dejici, depelli gradu*, qui ſe vincendos præbent, die weichen und ſich jagen laſſen. Nepos Themiſtocle cap. 5 *Hic* (Xerxes) *etſi male rem geſſerat, tamen tantas habebat reliquias copiarum, ut etiam cum his opprimere poſſet hoſtes. Interim ab eodem* (Themiſtocle) *gradu depulſus eſt*, i. e. victus eſt. Seneca de Conſtant. Sapient. cap. ult. *Injurias vero, ut vulnera, alia armis, alia pectori infixa; non dejectus, ne motus quidem gradu ſuſtineat.* Vide infra *Status* in *Sto.*

¶ Grădīlis, e, mit ſtuffen; ut, *Gradile Genii templum*, Ammian. lib. 23 cap. 2, quod gradibus adibatur. ¶ *Panis gradilis* à gradibus, ubi distribuebatur, Amphitheatri maxime, nomen habet. Lege 3 Cod. Theodoſ. de annonis civicis & pane gradili: *Vniverſi panem gradilem de gradibus adipiſcantur.* Prudentius adv. Symmach. lib. 1 v. 583

Et quem panis alit gradibus diſpenſus ab altis.

Nec panis modo, ſed etiam nummi ita populo diſtributi. Vetus Inſcriptio apud Grut. p. 175 n. 8 HS. X. MILIA. N. REDDEDIT. QVAE. DIVISA. SVNT. POPVLO. PER. GRADVS. Adde Salmaſ. ad Vopiſci Aurelianum cap. 35, & Turneb. Adverſ. 11 c. 6.

¶ Gradâlis, e, quod gradatim fit, fortſchreitend: ut, *gradalis pugna*, apud Diomedem.

¶ Grădārius, a, um, ſchritt für ſchritt gehend: ut, *Equus gradarius*, ein paßgänger, zelter, qui molli gradu incedit. Lucilius apud Nonium: *Equus non formoſus: gradarius, optimus vector.* Metaphorice ad orationem tranſtulit Seneca epiſt. 40, *Cicero*, inquit, *noſter, à quo Romana eloquentia exſtitit, gradarius fuit*, hoc eſt, non curſor, ſed leni & lenta oratione incedens.

¶ Grădātus, a, um, in modum graduum, mit ſtaffeln gemacht. Plin. 13 cap. 4 *denſis gradatisque corticum pollicibus, ut orbibus, faciles ſe ad ſcandendum orientis populis* [palmæ] *præbent.*

¶ Grădātim, adverb. per gradus, ordentlich, von einer ſtuffen auf die ander. *Honores gradatim aſſequi*, von unten aufſteigen, Cic. poſt red. ad Quir. cap. 2. *Pedetentim & gradatim*, fuß für fuß, Idem lib. 9 fam. epiſt. 14.

¶ Grădātio, ōnis, κλῖμαξ, ſchema rhetoricum: ut, *Africano induſtria virtutem, virtus gloriam, gloria æmulos comparavit.* v. Auctor ad Herenn. lib. 4 cap. 25. ¶ 2. *Gradatio* eſt graduum in theatris diſpoſitio, qui ſedilium loco ſunt ſpectatoribus. Vitruv. 5 cap. 3 *lapideis & marmoreis copiis gradationes ab ſubſtructione fieri debent.*

¶ Grădior, greſſus ſum, gradi, incedere, gehen. Cic. lib. 1 Tuſc. c. 46 *fidenti animo, ſi ita res feret, gradietur* [ſapiens] *ad mortem.* Virg. Æn. 1 v. 312 *Ipſe uno graditur comitatus Achate.*

¶ Greſſus, a, um, der gegangen, geſchritten. Virg. Æn. 6 v. 633

Pariter greſſi per opaca viarum.

¶ Greſſus, ûs, ein ſchritt, tritt, gang. Virg. 1 Æn. v. 694 de Amore:

greſſu gaudens incedit Iüli.

Idem Æn. 8 v. 462 *greſſumque canes comitantur herilem.*

¶ Greſſio, onis, idem. Macrob. lib. 6 Saturn. c. 5 ex Pacuvio:

Caprigeno pecori grandior greſſio eſt.

¶ Gradîvus, i, Mars dictus eſt, *à gradiendo ad bella ultro citroque*; ſeu è κραδαίνειν potius, quod *vibrare* ſignificat, einen ſpieß ſchwäncken; vel etiam quod ex gramine ortus. Vide Ovid. 5 Faſtor. & Feſtum. Prima in *Gradivus* dubia eſt: ſæpius tamen porrecta. Vide ſis, quæ ad Silii lib. 15 v. 15 notavit Cellarius.

¶ Gradivicŏla, æ, Martis cultor, ein kriegsmann, Silius lib. 4 v. 222.

¶ Graſſari etiam a *Gradior* eſt, de quo vide infra.

Compoſita à *Gradior*:

¶ Aggrĕdior, aggreſſus ſum, aggredi, eſt adire, hinzutreten. Plaut. in Curcul. act. 2 ſc. 3 v. 59 *Aggredior hominem, ſaluto adveniens.* Et Ter. in Phorm. act. 5 ſc. 7 v. 75 *Satis aſtute aggredimini*, ihr machet euch an mich, überfallet mich liſtig genug. Sed, *Aggredi aliquid*, vel *ad aliquid*, eſt incipere, anfangen, angreiffen. Cic. 1 Off. cap. 21 *In omnibus negotiis, priusquam aggrediare, adhibenda eſt præparatio diligens.* Sic, *Aggredi ad dicendum*, Cic. de Clar. Or. cap. 37, anheben zu reden. Et, *aggredi ad hiſtoriam*, ad Q. frat. lib. 2 epiſt. 12 extr. & ſic plerumque Cicero expreſſa præpoſitione. Sine illa Hirtius B. Alex. cap. 5 *opus magnum & difficile aggredi.* Et, *aggredi nefandum facinus*, Idem B. Hiſpan. cap. 15. Et, *aggredi honores*, Virg. eclog. 4 v. 48. Licet etiam cum infinitivo componere: Cic. Offic. 2 cap. 1 *de quibus dicere aggrediar.* ¶ 2. Eſt inſidiis etiam atque per vim aliquem invadere: unde *Aggreſſura* de latronibus dicitur, de quo infra. Salluſtius Catilinâ c. 19 de Piſone in itinere occiſo: *Alii autem* (dicunt) *equites illos Cnæi Pompeji veteres fidosque clientes, voluntate ejus* (Pompeji) *Piſonem aggreſ-*

aggressos. Suet. Aug. c. 19 *Telephus & ipsum* (Augustum) *& Senatum aggredi destinaverat,* überfallen.

¶ Aggressio, ōnis, der angriff, ansatz. Cicero in Orat. cap. 15 *Cum animos prima aggressione occupaverit; infirmabit excludetque contraria.*

¶ Aggressor, ōris, der den angriff thut, ein ansasser. Juvencus in Matth. c. 12 v. 29 *Ni prius aggressor custodum brachia nodis Vinciat.*

¶ Aggressūra, æ, invasio ex insidiis, qualis latronum aut conspiratorum est, der anfall. Vlpianus L. 3 § 4 D. de Senatus cons. Silanio & Claudiano: *Si, cum omnes domini aggressuram paterentur, uni servus opem tulit, an sit excusandus.* Zeno Veronensis Sermone de somno Jacobi: *qui à latronibus aggressuram passus fuerat.* Et alibi sæpius. vide & Barthium Adversar. lib. 33 cap. 22.

¶ Antĕgrĕdi, præcedere, vorhergehen: ut, *Lucifer antegreditur solem,* Cic. de Nat. Deor. lib. 2 cap. 20.

¶ Circumgrĕdi, herum gehen. Tacitus Ann. 12 c. 28 n. 2 *Illi metu, ne hinc Romani, illinc Cherusci circumgrederentur.* Ammianus lib. 16 cap. 33 *lacunam palustribus aquis interfusam circumgrediens.*

¶ Congrĕdi, convenire, zusammen gehen: ut, *Congredi in unam domum,* Varro. *Ipsi sunt congressi,* scil. ad colloquium, Nepos 14, 11, 2. *Congredi* etiam de sociis copiis, quando in unum locum contrahuntur, zusammenstoßen. Brutus ad Cicer. epist. 6 *Filius tuus à me abest: in Macedonia congrediemur. Jussus est enim, Ambracia ducere equites per Thessaliam,* &c. Sæpius hostilem congressum significat: ut, *Luctari & congredi cum aliquo,* Cicer. pro Sylla cap. 16, mit einem scharmützieren, einen gang thun. Cicero &, *contra aliquem congredi,* pro Ligario cap. 3 dixit. *Congredi cum hoste,* est pugnare, mit dem feinde treffen, Nepos Hannibale c. 1, & Plaut. Pseud. a. 2 sc. 1 v. 6.

¶ Congressus, a, um, zusammen kommend, scharmützirend. Virg. Æn. 1 v. 479 *Impar congressus Achilli.* Idem Æn. 2 v. 397 *per noctem congressi.* Idem Æn. 11 v. 631 *Tertia congressi in prælia.* Et Æn. 8 v. 467 *Congressi jungunt dextras.*

¶ Congressus, ūs, die zusammenkunfft. *Fugere atque odisse congressus hominum,* Cic. de Amic. c. 23, gemeinschafft der leute fliehen. *In congressum & colloquium alicujus venire,* Idem in Philipp. 12 cap. 2. *Congressus cum hoste,* i.e. conflictus, Sallust. Jug. cap. 59. Et Cæs. 1 B. Civ. cap. 46 *in primo congressu ceciderunt circiter* &c. im ersten treffen.

¶ Congressio, ōnis, idem; ut, *Congressiones familiarium,* Cic. 1 Offic. cap. 37, zusprüche. Idem pro Cluentio cap. 14 *Nemo illum aditu, nemo congressione, nemo sermone, nemo convivio dignum judicabat.* De prælio sæpe Justinus: ut, 15, 1, 6 *prima belli congressione.* Et, *congressio navalis prælii* vel *certaminis,* ein see-treffen, Idem 2, 12, 8, & 4, 5, 1.

¶ Congressor, ōris; Ambrosius epist. 4 ad Irenæum sub fin. *Bonus congressor non æmulatur.* Loquitur de Angelo benedicente, quamlibet superatus ab Jacobo fuerat.

¶ Congrădus, a, um, sicut Retrogradus. Avienus Phænom. Arat. v. 1241
labenti congrada Soli.
i. e. ejusdem gradus & loci.

¶ Degredi, discedere, weggehen. Tacit. 2 Histor. cap. 66 *Quartadecimani postquam Alpibus degressi sunt.* Livius lib. 7 cap. 14 extr. *descensuros in æquum. Deinde ubi degressos repente viderunt.* Et cap. 24 pr. *in campum degressis;* & lib. 21 cap. 32 *Vbi degressos tumulis montanos sensit.*

¶ Digredi, descendere, abtreten, abscheiden, von einander gehen, weichen. Serv. Sulpic. Ciceroni lib. 4 epist. 12 *Postero die cum ab eo digressus essem, eo consilio, ut* &c. Metaphorice, *Oratio eò, unde digressa est, revertatur,* Cic. Verrin. 5 cap. 69.

¶ Digressus, a, um, geschieden. *Digressam a marito ducere,* i. e. eam, quæ divortium fecit cum marito, Suet. Cæs. c. 43. *Si quis vita digressis est dolor,* i. e. mortuis, Ammian. 30 c. 1.

¶ Digressus, ūs, discessus, der abschied, abzug. *Vt primum à tuo digressu Romam veni,* Cic. lib. 2 ad Attic. epist. 5. Idem lib. 1 ad Q. fratr. ep. 3 *Congressus nostri lamentationem pertimui: digressum vero non tulissem.* Virg. 3 Æn. v. 482 *digressu mæsta supremo.*

¶ Digressio, ōnis, idem. Cic. lib. 1 ad Q. frat. ep. 3 *Minus acerbum, minus miserum fuit, quam fuisset tum congressio, tum vero digressio nostra.* Et lib. 3 de Orat. cap. 53 *ab re non longa digressio, tum reditus ad rem.* Idem de Cl. Orat. cap. 85 *Ista mihi tua fuit perjucunda à proposita oratione digressio.* Hinc ¶ *Digressio,* quæ est à proposito secessio quædam, Græci παρέκβασιν dicunt, eine abweichung, ausschweiffung. vide Rhetores, & Cic. de Orat. 3 c. 54.

¶ Egrĕdi, exire, herausgehen. *Egredi urbe, domo, castris, & ex urbe.* Ter. in Phorm. act. 4 sc. 5 v. 10 *Dicat* &c. *Nos nostro officio nihil egressos esse,* daß wir das unser, und nicht zu viel gethan haben. Cum accusativo junxit Plinius lib. 7 epist. ult. *Nam nec historia debet egredi veritatem.* vide plura in *Egressus.* ¶ Est & verbum nauticum *egredi,* id est, *exscendere,* aussteigen. Nepos Datame c. 4 *Hac* (navi) *delatus in Ciliciam, egressus inde, dies noctesque iter faciens Taurum transiit.* Cæsar 4 de B. G. cap. 23 *Hunc ad egrediendum nequaquam idoneum arbitratus locum, dum reliquæ naves convenirent, ad hor. IX in anchoris exspectavit.*

¶ Egressus, a, um, ausgegangen, herausgetreten. Sallust. 1. Hist. apud Servium: *Gens raro egressa fines suos.* Tacitus quoque 3 Hist. c. 30 *Tecta altitudinem mœnium egressa* dixit. Et de navigante Nepos 14, 4, 4 *Hac* (navi) *delatus in Ciliciam, egressus inde, dies noctesque iter faciens Taurum transiit.*

¶ Egressus, ūs, der ausgang, auszug. *Egressum alicujus ornando & celebrando prosequi,* Cic. in Pison. c. 13. *Cæsar rarus egressu, domoque aut hortis clausus,* Tacit. Ann. 15 c. 53. Sic Cæsari *egressus* est, quem alibi, ut & Livius, *exscensum* appellavit, lib. 5 de Bello Gall. cap. 8, die aussteigung.

¶ Egressio, ōnis, idem. Vet. Gloss. *Egressio,* ἔξοδος.

¶ Ingrĕdi, incedere, einhergehen. Virg. 3 Georg. v. 75
Continuo pecoris generosi pullus in arvis
Altius ingreditur.

Plin. lib. 8 cap. 5 *Elephanti gregatim semper ingrediuntur.* Idem lib. 11 cap. 51 *Qui celerius fari cœperunt, tardius ingredi incipiunt,* die zeitlich reden lernen, lernen langsam gehen. Plancus apud Cicer. lib. 10 ad famil. epist. 17 *Fratrem tuum assiduis laboribus concursationibusque confectum, graviter se habuisse, antea tibi scripsi; sed tamen cum primùm posse ingredi cœpit, non magis sibi, quàm Reip. convaluisse se existimans, ad omnia pericula princeps esse non recusabat,* als er wieder aufstehen können vom lager, und wieder umher gehen. ¶ Deinde est intrare, subire, hineinkommen, antreten; ut, *Ingredi forum,* vel *in forum: in conspectum populi ingredi: viam* & *in viam ingredi:* apud Ciceronem, Plautum, alios. ¶ Tralatè, *in orationem ingredi,* Cic. ad Attic. 15 ep. 11. *In caussam ingredi,* Idem lib. 6 fam. ep. 1. *Disputationem ingredi,* Id. pro Cæcinna c. 28. *Consulatum ingredi,* Quintilian. lib. 6 c. 1. In omnibus his & similibus *ingredi,* incipere est & auspicari, anfangen.

¶ Ingressus, a, um, der hineingetreten, der angetreten; ut, *ingressus tribunatum,* Vellej. 2, 6, 2. *Decimum nonum annum ingressus,* Idem 2, 61, 1. *Ingressa animam Tiberii eadem virtus.* ¶ Interdum idem quod *aggressus,* der angefangen hat. Sueton. Cæs. c. 68 *Ingresso civile bellum centurionem cujusque legionis singulos equites à viatico suo obtulerunt.* Cicero Topicorum initio: *Majores scribere ingressos.* Sed verbo *scribere* omisso Quintilianus præfat. lib. 6 *Hæc, Marcelle Victori, ex tua voluntate maxime ingressus.* Virg. 6 Æneid. v. 867
Tum pater Anchises lacrymis ingressus obortis.
Pro, *loqui ingressus est,* seu *cœpit.* Et ita Æneid. lib. 4 v. 107
Sic contra est ingressa Venus.

¶ Ingressus, ūs, incessus, der eintritt, eingang. *Vestigiis odorari ingressus hominis improbi,* Cic. in Pison. cap. 34 pr. ¶ Pro exemplo & regula: Vitruvius præfat. lib. 7 *Igitur tales ingressus eorum habens, quos ad propositi mei rationes animadverti præparatos, inde sumendo progredi cœpi.* Nam primi qui faciunt eundo seu ingrediendo viam, vestigia, & sic exemplum relinquunt, quod alii sequantur.

¶ Ingressio, ōnis, idem. *Ab ingressione fori propulsari,* Cic. Philipp. 5 cap. 4. *Moderata ingressio orationis,* eine rede so fein sittig einher gehet, Cic. in Oratore c. 59.

¶ Intergrĕdi, darzwischen kommen; unde

¶ Intergressus, ūs, interventus, die darzwischenkunfft. Minucius Felix cap. 15 *Perinjurium est, vires te actionis meæ intergressu gravissimæ disputationis interfringere.*

¶ Introgrĕdi, hineingehen. Virg. 1 Æneid. v. 520
Postquam introgressi & coram data copia fandi, &c.

¶ Prægrĕdi, forn an gehen, vorgehen. *Vt lictores prægredi viderunt, Fabiumque esse consulem accepere,* Liv. lib. 10 cap. 25. Apud eumdem sæpe, *prægredi ad urbem, prægredi nuntios, & famam adventus sui,* & *in locum aliquem,* hoc est, antevertere, zuvor kommen. Sic Sueton. Tiber. cap. 7 *Drusum fratrem in Germania amisit, cujus corpus pedibus toto itinere prægrediens, Romam usque pervexit.*

¶ Prægressus, a, um, vorangegangen. Plin. 28 c. 8 *Prægressi hominis vestigia occupare,* vorkommen, einhohlen. Statius lib. 5 Silvar. carm. 1 v. 105 *tuas laurus volucri, Germanice, cursu*
Fama vehit prægressa diem.

¶ Prægressus, ūs, der vorgang, das zuvorkommen. Ammianus lib. 21 cap. 10 *Expertus, quid in rebus tumultuosis anteversio valeat & prægressus,* das vorkommen.

¶ Prægressio, ōnis, idem; ut, *Prægressio caussæ,* Cic. de Fato cap. 19.

¶ Prætergrĕdi, fürüber kommen, vorbey gehen. Cic. lib. 3 epist. 7 ad Appium: *Lepta nunciavit, te jam castra prætergressum esse.* Tacitus Ann. 14 c. 23 *Illum, fines suos prætergredientem, incursavere Mardi.*

¶ Progrĕdi, procedere, fortgehen, für sich gehen. *Progredi in virtute,* Cic. 4 de Finib. cap. 23. Et, *Cum jam progressus esset multorum dierum viam,* Idem 1 Divin. c. 15. *Magnis itineribus progredi,* Cæsar 2 B. Civ. cap. 19, starcke tagreisen thun. *Vltra primas litteras paullum aliquid progredi,* aus dem A B C kaum ein wenig forder kommen, Quintil. lib. 1 cap. 1. Et, *Progredi oratione longius,* ausschweiffen, Cicer. in Verr. 5 cap. 62.

¶ Progressus, a, um, der fortgegangen, fortgeschritten. Cic. de Senect. cap. 10 *nisi paullum ætate progressi adolescentiam debeant requirere.* Vnde compar. *Progressior* Tertulliano formatur de Anima cap. 31, *ut anima progressior reverteretur mille post annis.*

¶ Progressus, ūs, processus, der fortgang: ut, *Progressus ætatis,* Cic. 5 Philipp. cap. 17. Et, *Progressum* vel *progressus in studiis facere,* gelehrter werden, sich bessern und zunehmen, Cic. 4 Tusc. cap. 19. Vitruv. 5 c. 12 *structuris sive aggeribus expediantur progressus.* Et mox: *Hac ratione in aquam poterit esse progressus,* die hinausbauung ins wasser.

¶ Progressio, ōnis, idem; ut, *Progressio ad virtutem,* Cicer. 4 de Finib. c. 24. *Progressio discendi,* Idem 3 Offic. c. 3.

¶ Regrĕdi, umkehren, zurück gehen. Cic. 1. Off. cap. 10 *Regredi, quam progredi malle.* Idem de Fato cap. 15 *regredi in infinitum.*

¶ Regressus, ūs, die umkehrung, zurückkunfft: ut, *Locus pœnitendi aut regressus ab ira,* Livius lib. 24 cap. 26. Plur. Cicero 2 Nat. Deor. c. 20 *quod conservat progressus & regressus, reliquosque motus constantes & ratos.* Virg. Æneid. 11 v. 413 *neque habet fortuna regressum,* das glück kömmt nicht wieder.

¶ Regressio, onis, idem. Apul. lib. 2 A. A. *Metum istum tibi demam maturata regressione.* ¶ 2. Ad oratoriam adhibetur, & figuræ nomen est. Quintilianus lib. 9 cap. 3 Ἐπάνοδος *dicitur Græce: nostri Regressionem vocant.*

¶ Regrădo, are, zurück ziehen. Hinc

¶ Regradatus, a, um, zurückgezogen, zurückgesetzt; ut, *Regradati menses,* apud Solinum c. 3. conf. Salmas. ad h. l. p. 16.

¶ Regradātio, ōnis, die zurücksetzung. Gloss. gr. lat. καταβιβασμὸς, *regradatio.* Theod. Cod. tit. 8 l. 5 *Regradationis humilitate plecti.* Conf. Valles. in Ammian. p. 65.

¶ Retrogrădior, retrogradi, zurückgehen. Plin. lib. 2 cap. 15 de planetis: *retrogradiuntur ad solem.*

¶ Retrogrădus, a, um, adjectivum, rückgängig. Plin. 2 cap. 17 *Mercurium retrogradum in Tauro fieri.* Et Sidonius lib. 8 epist. 11 *Saturnus retrogradus.*

¶ Retrogradatio, ōnis, die zurückkehrung. Martian. Capella lib. 7 *Retrogradatione sui viciniæ solis admotus.*

¶ Suggredi, latenter gradi, herzu schleichen. Tacit. Ann. 15, 11, 2 *Qui barbarorum propius suggrediebantur.*

¶ Suggressus, a, um, eingeschlichen; ut, *Propiùs suggressi speculatores*, Tacit. Ann. 2 cap. 12. Et lib. 14 cap. 37 *propius suggressus hostis.*

¶ Supergrĕdi, drübergehen, übertreffen; ut, *Laudem omnem supergredi*, apud Quintil. præfat. lib. 6 pro excellere.

¶ Supergressus, a, um, der übertroffen hat. Tacit. 13 Ann. cap. 45 *ætatis suæ fœminas pulchritudine supergressa.*

¶ Superegrĕdi, decompositum. Ambrosius epist. 6 p. 79 ed. Frob. *Superegrediamur plebejas opiniones.*

¶ Transgrĕdi, transire, hinüber schreiten, übergehen. *Taurum transgressus sum*, Cic. lib. 3 fam. epist. 8. *Transgredi ad aliquem*, zu einem übertreten. Tacit. 4 Histor. cap. 66 *Transgredior ad vos, seu me ducem, seu militem vultis.* ¶ *Transgredi* pro transfretare, & *Transgressum* pro transfretatione Sallustius dixit. Quod tamen in eo reprehendit Asinius Pollio: inscite, ut Gellius notat lib. 10 Noct. Attic. cap. 26. Tacitus Agricol. cap. 18 *Hunc Britanniæ statum, has bellorum vices, media jam æstate transgressus, Agricola invenit.* Similiter verbo *transire* Livianæ Epitomes auctor usus est lib. 49.

¶ Transgressus, a, um, der überschritten hat, der hinüber gegangen. Vellej. 2, 7, 2 *Transgressus annum duodetrigesimum.* Idem 2, 75, 3 *Transgressus ad deos Augustus.* Sallust. apud Nonium cap. 6 n. 27 *æstu secundo transgressi.* Conf. de hac transfretandi significatione in verbo *Transgredior.*

¶ Transgressus, ûs, transitus, die hinübersetzung, überfahrt. A pedum gradu proprie dicitur; sed auctoritas vetustatis liberiorem usum loquendi dedit. vid. Non. l. c. & Gell. 10 cap. 26, ubi Sallustius maris transitum transmissumque navibus factum *transgressum* appellasse dicitur. Vet. Gloss. *Transgressus*, πάροδος, διάβασις.

¶ Transgressio, ōnis, idem. Cic. in Pison. cap. 33 *Alpium vallum contra adscensum transgressionemque Gallorum.* Et lib. 3 de Orat. cap. 54 *verborum concinna transgressio.*

¶ Transgressor, ōris, Theologis peccator est, ein übertreter. Arnobius lib. 7 p. 215 *Vt* [dii] *contemti se vellent de audacibus & transgressoribus vindicare.* Alcimo lib. 2 v. 120 *Transgressor* diabolus dicitur. Et Prosper Aquitanicus epigram. 78

Gaudet transgressor peccato impune potitus.

GRAECIA, æ, Ἑλλὰς, Griechen-land, nomen accepit à primo ejus provinciæ rege, *Græco*, Plin. lib. 4 cap. 7. Hellas autem ab *Hellene* Deucalionis filio, & *Attis*, seu Attica regio, ab *Attide* Græci filiâ, vide *Hellas.* Cic. pro Flacco cap. 27 *Hæc cuncta Græcia, quæ famâ, quæ gloriâ, quæ doctrina, quæ plurimis artibus, quæ etiam imperii & bellica laude floruit, parvum quemdam locum Europæ tenet, semperque tenuit, Asiæ maritimam oram bello superatam cinxit urbibus.* Græciæ provinciæ fuerunt, *Peloponnesus, Epirus, Macedonia, Achaia, Eubœa, Creta*, &c. ¶ Pro *incolis Græciæ* legitur apud Nepot. Themist. cap. 4 extr. *victus armis Græciæ.* Et, *Græciæ gens*, i. e. Græca vel Græcorum, Idem de Regibus principio: &, *Græcia civitas*, Idem 7, 7, 4. vid. Jo. A. Bosium, quamquam & aliter in Alcibiade legatur. ¶ *Magna Græcia* veteribus dicta fuit Italia, quod eam Siculi quondam detinuerunt, vel quod multæ, magnæque civitates in ea fuerunt ex Græcia profectæ; vel quia græca lingua uterentur. Livius lib. 31 cap. 7 *Nec Tarentini modo, oraque illa Italiæ, quam majorem Græciam vocant, ut linguam, ut nomen secutos crederes.* vide & Plinium lib. 3 c. 10, Festum in *Major Græcia*: & Ovid. 4 Fastor. v. 64

Itala nam tellus Græcia major erat.

Seneca Consolat. ad Helviam cap. 6 hanc appellationem ad illud Italiæ latus, quod infero mari alluitur, restringit. Vltima nempe fuit Italiæ ora, in qua Pythagoras olim docuit, à Locris Italiæ fronte ad Tarentum usque, secundum Plinium.

¶ Græci, orum, die Griechen. *Græcorum tria sunt genera*, Athenienses, Æoles & Dores, Cic. pro Flacco cap. 27. Et ibidem cap. 4 *Hoc dico de toto genere Græcorum, tribuo illis litteras, do multarum artium disciplinam, non adimo sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam*, &c. *Testimoniorum religionem & fidem nunquam ista natio coluit.* Idem Cic. 1 de Orat. cap. 11 *Contentionis quam veritatis cupidiores fuerunt Græci.* Et lib. 1 ad Qu. Fratr. epist. 2 cap. 2 *Græcorum ingenia ad fallendum parata sunt.* Rursus ad Qu. Fratr. lib. 1 epist. 1 *Omnes vias pecuniæ norunt, & omnia pecuniæ caussa faciunt Græci.* Mendaces & sublestæ fidei; unde *Græcia mendax* dicitur Juvenali sat. 10 v. 174. Sic Plinius lib. ult. cap. 12 *Græcâ vanitate conficta.* Et *desidiam* & *licentiam* iisdem Tacitus tribuit 3 Histor. c. 47; & *facilitatem*, 14 Annal. cap. 47, quam Marcellus Donatus *indulgentiam, licentiam*, & *luxum* interpretatur: vide eum in Dilucidationibus ad istum locum, itemque Barthium Specimine Commentarii in Augustinum de Civit. Dei, quod lib. 10 Adversariorum exstat, cap. 4 p. 2867 & seq. plura de Græcorum moribus ex bonis auctoribus constipantem.

¶ Græcus, a, um, adject. griechisch; ut, *Græcæ litteræ, Græca lingua*, Nepos præf. n. 2, & 10, 1, 4. Sed *Græcâ fide mercari*, id est, optima & præsenti pecunia mercari, dixit Plaut. in Asin. a. 1 sc. 3 v. 47. vide Turneb. lib. 4 Advers. cap. 13 & lib. 12 cap. 18, itemque Scaligerum lib. 2 Auson. Lection. cap. 7. Verum perperam ad gentis ejus laudem hæc trahere Turnebum, quemadmodum & illud Ciceronis lib. 7 fam. ep. 18 *Græcula chirographi cautio*, Vossius observat lib. 1 Inst. Orat. p. 186; cum nihil certius sit, quàm eo hæc spectare, quod leves Græci ipsi inter se non nisi præsenti mercarentur pecuniâ: aut minimum syngrapha caverent. Imo vix syngraphis satis cautum credebatur. Testis ejus rei Historicus Græcus Polybius lib. 6 Histor. cujus verba Vossius l. c. exhibet. *E Græco in Latinum convertere*, Cic. 2 Offic. cap. 24 extr. &, *Græca in Latinum convertere*, lib. 3 Tuscul. cap. 14, übersetzen.

¶ Græce, adverb. griechisch. *Scribere græce*, Cic. 3 Offic. cap. 32. *Græce nescire*, Idem pro Flacco c. 4. Et, *Græce vel latine reddere*, lib. 1 de Orat. cap. 35. *Græce confectus liber*, C. Nep. in Attico cap. 18.

¶ Græcānicus, a, um, Græcus, aliud adject. Plin. 34 cap. 9 *dolor Græcanicus.* Apulej. 2 Florid. *Græcanicum cingulum.*

¶ Græciensis, e, idem. Apulej. 3 Miles. p. 133 (vid. Hispaniensis;) & Gell. 19 cap. 10.

¶ Græcŭlus, a, um, diminut. *Eruditus homo & Græculus*, Cic. 6 Verr. cap. 57, i. e. vanus. vid. Meurs. in Auctar. Philolog. p. 124. *Ineptum & græculum negotium*, Cic. Tusc. 1 cap. 35, läppisch und liederlich. *Græculæ vites*, Columella lib. 3 cap. 2. ¶ *Græcula*, rosa ita dicta Plin. 21 cap. 4.

¶ Græcisso, are, Græcorum sermonem imitari. Apulejus Apolog. p. 336 *Loquitur nunquam nisi Punice, & si quid adhuc à matre græcissat.* Et Plautus Menæch. prol. v. 11 *Hoc argumentum græcissat, tamen non atticissat.*

¶ Græcismus, i, sive Hellenismus, est græca construendi & flectendi ratio apud Grammaticos.

¶ Græcĭtas, ātis, res & litteratura Græcorum, lingua inprimis & sermo. Lege 3 Cod. Theodos. de Studiis liberal. Vrbis Romæ & Const. *Qui facundia Græcitatis pollere noscuntur.*

¶ Græcor, græcari, Græcorum more vivere seu Græcos imitari. Plerumque in malam partem (etiam composita ejus) sumi videmus. Horatius lib. 2 satyr. 2 v. 11 *adsuetus græcari*, id est, potare & voluptatibus indulgere, des liederlichen lebens gewohnt. Bibendo enim & lasciviendo nulla unquam natio sibi tantum indulsit. vid. Barthii Advers. 11 cap. 19 p. 546.

¶ Græcatus, a, um, Græcos imitatus. Vnde *Græcatior epistola*, apud Apulejum Apolog. p. 329.

¶ Græcatim, adverb. græco more. Tertullian. de Pallio cap. 4 *Græcatim depilari magis, quam amiciri.*

¶ Græcatio, ōnis, imitatio Græcorum, studium Græcitatis. Gloss. gr. lat. Ἑλληνισμὸς, *hæc Græcatio.*

¶ Grajus, a, um, idem quod Græcus. *Homo grajus*, Lucret. lib. 1 v. 67. *Grajus saltus*, Nep. 23, 3, 4. *Graja Camœna*, Horat. 2 od. 16 v. 38. Et substantive *Graji*, die Griechen. Cic. de Invent. 2 cap. 23 *Graji de Grajis æternum inimicitiarum monumentum statuerunt.* Et Horat. de Arte Poët. v. 323 *Grajis ingenium, Grajis dedit ore rotundo Musa loqui.*

¶ Grājŭgĕna, æ, vel Græcus, vel à Græcis ortus. Virg. 3 Æn. v. 550

Grajugenumque domos suspectaque linquimus arva.

¶ Græcĭgena, æ, idem. Augustinus de Civ. Dei lib. 18 cap. 18 sub fin. *blandiuntur Græcigenis, alienigenas persequuntur.*

¶ Græcostăsis, is, locus Romæ ante curiam, in quo legati Græci, aut aliarum nationum, ad senatum missi, antequam audirentur, consistebant; Varro de L. L. lib. 4 cap. 32. Vnde apud Cicer. lib. 2 epist. 1 ad Quint. Frat. est *Græcostasis*, quasi dicas stationem Græcorum. Explicat Cæl. Rhodig. 10 cap. 5.

¶ Congræcare, pro Græcari, i. e. luxui se dare & genialem vitam agere, im luder liegen, Plautus dixit in Bacchid. a. 4 sc. 4 v. 91 *quod in lustris comedim & congræcem.* Quod, *Græco more bibere*, dixit Cic. in 3 Verr. cap. 26.

¶ Pergræcari, idem. Plaut. in Mostell. a. 1 sc. 1 v. 21 *Dies noctesque bibite, pergræcamini*, schlemmen, panquetiren.

¶ Semigræcus, a, um, halb griechisch. Varro lib. 2 de R. R. cap. 1 post princ. *Vt semigræcis pastoribus dicam græce.* Florus 1, 18, 6 *Semigræca civitas.*

GRALLAE, arum, plurale, fustes sunt furculas habentes, quibus nituntur, qui super iis incedunt, steltzen, krücken. vide Nonium c. 2 n. 361.

¶ Grallator, ōris, der auf steltzen gehet. vide Festum. Vtitur Plaut. in Pœnulo a. 3 sc. 1 v. 27, & Arnob. lib. 2.

¶ Grallatorius, a, um, weitschreitig; ut, *Grallatorius gradus*, ein grosser steltzen-schritt, Plaut. Amphitr. a. 4 sc. 3 v. 52.

GRĀMEN, ĭnis, graß. *Viridi se gramine vestit tellus*, Virg. 2 Georg. v. 219, die erde legt ihr grünes kleid an. *Redeunt jam gramina campis*, Horat. 4 od. 7 v. 1, das feld wird wieder grün.

¶ Graminĕus, a, um, gräsern; ut, *Corona graminea*, apud Gell. lib. 5 cap. 6. *Cespes gramineus*, grüner rasen, Ovid. 2 Amor. eleg. 16 v. 10. Et, *gramineæ aræ*, Silius 4 v. 703.

¶ Graminōsus, a, um, voll graß; ut, *Ager graminosus*, gräserey, weide-feld, Columell. præfat. lib. 1.

GRĀMIA, æ, vel Gramiæ, arum, oculorum pituita; alii *Gramas* vocant, eiter in augen. vide Festum, & Nonium cap. 2 n. 389. Plin. 25 cap. 13 *Crethmus agrius gramias tollit.*

¶ Gramiosus, a, um, eiterich an augen; ut, *Oculi gramiosi*, butter-augen, Nonius ex Cæcilio l. c.

GRAMMA, ătis, Γράμμα, littera, ein buchstab; Et

¶ Gramme, es, γραμμὴ, linea, eine linie; sunt vocabula græca, unde sequentia derivantur:

¶ Grammicus, a, um, γραμμικὸς, linearis; ut, *deformationes grammicæ*, i. e. designationes quæ per lineas fiunt, Vitruv. præf. lib. 3. *Grammicis rationibus explicare*, Idem 9 cap. 1.

¶ Grammătica, æ, γραμματική, quam *litteraturam* Quintilianus lib. 2 cap. 1 vocat, die sprach-kunst, die uns lehret recht reden und schreiben. Cic. de Fin. 3 c. 2 *Grammaticam* refert inter *verba*, quibus ex instituto veterum utimur pro latinis. *Grammatica olim Romæ ne in usu quidem, nedum in honore ullo erat*: &c. Suet. de Illustr. Gramm. princ. Sed Quintiliani est lib. 1 c. 4 de Grammatica judicium: *Minus sunt ferendi, qui hanc artem, ut tenuem ac jejunam, cavillantur. Quæ nisi Oratori futuro fundamenta fideliter jecerit, quicquid superstruxeris, corruet: necessaria pueris, jucunda senibus, dulcis secretorum comes, & quæ vel sola, omni studiorum genere, plus habeat operis*, [hoc est, solidæ ac veræ eruditionis & utilitatis] *quam ostentationis.*

¶ Grammăticus, i, γραμματικὸς, litteraturæ & eo pertinentium disciplinarum peritus, philologus, ein sprachmeister. Appellatio *Grammatici* græca consuetudine invaluit, initio *Litterati* vocabantur, item

item, *Litteratores*. Nitidius & honoratius *doctores* ac *professores litterarum* dicuntur. Seneca epist. 95 *Custodes latini sermonis* appellat. Socrates tamen *tria* mala esse dicebat, *Grammaticum, paupertatem, & malam uxorem*, Athen. lib. 12. Suetonii *de Illustribus Grammaticis* librum habemus. Horat. Art. Poët. v. 78

Grammatici certant & adhuc sub judice lis est.

¶ Grammaticus, a, um, adject. Horat. 1 epist. 19 v. 40 *Grammaticas ambire tribus.* Auson. epigr. 50 *Grammaticæ artis peritus.* Idem epigr. 136 *Grammatici canones.* In neut. plur. *Grammatica* vocat Cicero de Orat. 1 cap. 42, quæ ibid. cap. 3 nominat *studium litterarum, quod profitentur ii, qui Grammatici vocantur.*

¶ Grammatice, adverb. Quintil. lib. 1 cap. 6 *Mihi non invenuste dici videtur, aliud esse latine, aliud grammatice loqui.*

¶ Grammatista, æ, γραμματιστής, qui mediocriter grammatice eruditus est, ein schulmeister. Sueton. de Illustr. Gramm. cap. 4, Grammaticum *absolute*, Grammatistam *mediocriter doctum putant.* Et

¶ Grammatistica, æ, Grammatica imperfecta est, *Litteratio* Latinis.

¶ Grammaticalis, e, quod Grammaticæ est. *Grammaticales figuræ*, Sidonius lib. 7 epist. 9. Et, *Grammaticalis palæstra*, Idem carm. 23 v. 212.

¶ Grammaticaliter, adverb. Trebellius Pollio in Regilliano: *cœpit quasi grammaticaliter declinare.*

¶ Grammateus, ei, tribus syllabis pronunciatione græca, γραμματεὺς, qui rationes publicas in tabulis scribit, notarius, ein schreiber, ein stadtschreiber. Vsus latine est Apulejus lib. 11 p. 265, *Tunc ex his unus, quem cuncti grammatea dicebant*, &c. Suidas ait, *Grammatea esse arcanorum participem.* ¶ Dicunt &

¶ Archigrammateus, ei, ἀρχιγραμματεὺς, sed vocabulo novo, ein oberschreiber, ober-stadtschreiber, quem hodie vocamus Cancellarium, den cantzler: Bud.

¶ Grammaticomastix, īgis, γραμματικομάστιξ, flagrum seu flagellum Grammaticorum, multum negotii facessens Grammaticis, apud Ausonium inter titulos Edyll. 12.

¶ Grammătŏphy̆lăcium, i, γραμματοφυλάκιον, scrinium, aut locus, ubi tabulæ, & instrumenta publica, monumentaque rerum gestarum, actorumque asservantur, die schreib-stube, cantzley; vel receptaculum publicorum monumentorum. *Archivum* Vopiscus vocat, ἀρχεῖον. vide *Tablinum*.

Composita:

¶ Anagramma, ătis, ἀνάγραμμα; Et

¶ Anagrammatismus, i, ἀναγραμματισμὸς, permutatio vel transpositio litterarum in una vel pluribus dictionibus, ein buchstaben-wechsel; ut, *Laudator* per anagr. *adulator*; *Galenus* per anagr. *Angelus*; &c. Lycophronem Guil. Canterus in Proleg. ad eumdem laudat, quod anagrammatismis excogitandis omnes in sui admirationem rapuerit. Ejusdem fuit πτολεμαῖος, per anagr. ἀπὸ μέλιτος, i. e. *mellitus*, &c.

¶ Diagramma, ătis, διάγραμμα, cujuscunque rei per lineas expressa figura atque imago, eine abzeichnung. Vitruv. lib. 5 cap. 4 pr. *Aristoxeni diagramma subscribam.* Vbi Philander: *Diagramma, designationem, deformationem, descriptionemque significat.* Hoc sensu Plutarchus διαγράμματα χαλδαϊκὰ, *figurationes Chaldaicas* dixit. vid. Baldi Lex. Vitruv. p. 37, & in Chiliad. *Ab diagrammate.*

¶ Diagrammismus, i, διαγραμμισμὸς, tesserarii ludi species fuit veteribus, in quo sexaginta calculi tum albi, tum nigri adhibebantur; quem ludum *Grammas* quoque dixerunt, i. e. lineas. vid. Cæl. Rhodig. 11 cap. 27.

¶ Epigramma, ătis, ἐπίγραμμα; nihil aliud proprie est quam inscriptio, elogium, titulus, qui donis additur, quæ diis sacrabant, eine überschrifft. Vnde nota illa, litteræque, quæ fugitivis inurebantur, *Fugitivorum epigramma* Petronio dicitur: *Implevit*, inquit, *Eumolpus frontes utriusque ingentibus litteris, & notum fugitivorum epigramma per totam faciem liberali manu duxit*, ein brandmahl. Nepos Pausaniâ c. 1 n. 3 *Sed primum in eo est reprehensus, quod cum ex præda tripodem aureum Delphis posuisset, epigrammate scripto, in quo erat hæc sententia: suo ductu Barbaros apud Platæeas esse deletos*, &c. Quoniam igitur hæ inscriptiones versu plerumque conceptæ, & breves essent præterea; factum est, ut istuc nominis ad quævis alia carmina rotundiora, & paucis versibus consignata, transferretur, ein kurtz, sinnreich gedicht. Qualia Catullus, & alii; Martialis autem aliquot libros dedit. Cujus istud est lib. 7 ad Sabellum epigr. 84

facile est, Epigrammata belle
Scribere, sed librum scribere difficile est.

& lib. 11 epigram. 43

Vivida cum poscas Epigrammata, mortua ponis
Lemmata: Quî fieri, Cæciliane, potest?
Mella jubes Hyblæa tibi vel Hymettia nasci,
Et thyma Cecropiæ Corsica ponis api.

Cic. pro Arch. cap. 10 *Epigramma in eum fecit tantummodo alternis versibus longiusculis.*

¶ Epigrammaticus, a, um, adjectivum; ut, *Martialis epigrammaticus poëta*, apud Spartianum in vita Ælii Veri Cæsaris cap. 5.

¶ Epigrammatărius, i, qui epigrammata scribit. Vopiscus in Floriano cap. 3 *Quidam epigrammatarius ita lusit*, &c. Idem in Saturnino: *versificatores, epigrammatarii.*

¶ Epigrammista, æ, idem. Sidonius Apollinaris lib. 4 epist. 1 *Si quid heroicus arduum, comicus lepidum, lyricus cantilenosum, orator maturum, historicus verum, satyricus figuratum, grammaticus regulare, panegyrista plausibile, sophista serium, epigrammista lascivum, commentator lucidum, jurisconsultus obscurum, multifariam condiderunt*, &c. Ita Savaro, Sirmondus, Elmenhorstius, ut audiendi non sint, qui *Epigrammatista* adferunt.

¶ Monogramma, ătis, μονόγραμμα, pictura primis tantum lineamentis deformata, ac nullis coloribus adumbrata: quæ & *sublicta* dicebatur, ein entwurff, muster. *Licta* enim veteribus linea, seu γραμμή, ut ex Vet. Gloss. docet Scal. ad Copam Virgilii, quem vide.

¶ Monogrammi, μονόγραμμοι, *homines informes, strigosi*, dürre leute, an denen nichts als haut und knochen ist. vide Chiliadas. Cic. lib. 2 de Nat. Deor. cap. 23 *Epicurus monogrammos deos, & nihil agentes commentus est*, arme, schwache götter.

¶ Parallelogrammus, vide in *Parallelus*.

¶ Pŏly̆grammos, i, πολύγραμμος, gemma smaragdo similis, per transversum multis lineis albis distincta, Plin. 37 cap. 9.

¶ Programma, ătis, πρόγραμμα, scriptura publice ob oculos posita, qualia edicta esse solent aut rescripta Principum, l. 3 C. de leg. & const. Princ. eine andeutungs-schrifft. Sic Vulcatius in Avidio Cass. cap. 6 *Edici jussit & programma in parietibus fixit.* Et Cassiod. Var. epist. 7, 42 *edictale programma.*

¶ Tetragrammăton, i, τετραγράμματον: ut, *Nomen tetragrammaton*, id est, quatuor litterarum, cujusmodi Ebræis nomen est Dei, *Jehova*.

Granarium, Granatus, Grandævus, Grandævitas, Grandesco, Grandio, vide *Granum, Ævum, Grandis*.

GRANDIS, e, gravis, immanis, groß, wichtig. *Grandem pecuniam alicui credere*, Cicero pro Rabir. post. cap. 2. *Grande pondus argenti*, Idem pro Cæcin. cap. 4, eine grosse summe gelds. *Grandibus litteris incisum nomen*, Idem Verr. cap. 24. *Grandis ætas*, Ovid. 6 Metam. v. 28

non omnia grandior ætas,
Quæ fugiamus, habet: seris venit usus ab annis.

Sic, *grandior fœtus*, Virg. 1 Georg. v. 195. *Grandiores victimæ*, Plin. Paneg. cap. 52. Et, *Grandis natu*, Horat. 1 epist. 7 v. 49, betaget. Superl. *Grandissimus*. Apul. lib. 7 Met. *Cædens fuste grandissimo.* Et lib. 9 *Auribus grandissimis præditus.* Et lib. 10 p. 246 *Grandissimum illum calicem uno haustu perhausi.* Sic Plin. 15 cap. 3 *olivæ grandissimæ.* Idem 16 cap. 6 *grandissima glans.* Idem 29 cap. 4 *grandissimum caput*, &c. Varro de R. R. 1 cap. 52 *seges grandissima.*

¶ Grandiculus, a, um, diminuendi vim aliquam habet, ziemlich groß. Plautus Pœnulo a. 2 v. 35 *In fundos visci indebant grandiculos globos.*

¶ Grandiusculus, a, um, idem, eben groß oder alt, majusculus. Terent. in Andr. a. 4 sc. 5 v. 19 *Nam fere grandiuscula jam profecta est illinc*, da sie schon etwas bey jahren gewesen, &c.

¶ Grandĭtas, ātis, die grösse, wichtigkeit; ut, *Granditas verborum*, grosse worte, Cicer. de Cl. Orat. cap. 31. Et Plinius lib. 6 epist. 21 de Verginio Romano: *Non illi vis, non granditas, non subtilitas* &c. *defuit*, puta, ad scribendum. conf. Nonius cap. 2 n. 359.

¶ Grandēdo, ĭnis, idem. Fulgent. de Cont. Virg. *Timoris projecta grandedine.*

¶ Grandesco, ĕre, augeri, grandem fieri, crescere, zunehmen, groß werden. Plin. lib. 18 cap. 30 extrem. *Crescente luna frumenta grandescunt.* Et Augustinus Confess. 7 cap. 6 *Famula utero grandescebat.* conf. Lucret. 1 v. 191, & 2 v. 1159.

¶ Grandio, ire, vetustè Plautus dixit pro, grandem facere, groß machen, in Aulul. a. 1 sc. 1 v. 10; *Testudinum istum tibi ego grandibo gradum*, id est, efficiam, ut majora in gradiendo spatia facias, ich will dir füsse machen. Sic, *grandiri*, grandem fieri, sive grandescere, Cato dixit de re rusticâ cap. 161. *Mars Pater, te precor, uti tu fruges, frumenta, vineta, virgultaque grandiri, beneque evenire sinas.* conf. Varro apud Nonium cap. 2 n. 358.

¶ Granditer, adverb. valde, sehr. Sidonius lib. 7 epist. 2 *Pater istius granditer frugi.* Et epist. 4 ejusdem libri: *Illud mihi inter maxima granditer cordi est.* Et lib. 3 epist. 13 pr. *granditer facetiari.*

¶ Grandævus, a, um, wohlbetagt, &

¶ Grandævitas, ātis, vide supra in *Ævum*.

¶ Grandĭfer, a, um, sehr groß; ut, *facta jam grandifera, maximorumque fructuum matura perceptio*, Nazarius Panegyr. Constantini c. 3.

¶ Grandificus, a, um, idem. Ammianus Marcellinus lib. 18 cap. 15 [Vales. cap. 6 extr.] *Grumbates rex, ætate quidem media, rugosisque membris, sed mente quadam grandifica, multisque victoriarum insignibus nobilis.*

¶ Grandĭlŏquus, a, um, ein hochsprecher. Cic. in Orat. cap. 5 *Grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt cum ampla, & sententiarum gravitate, & majestate verborum*, mit vielen wichtigen und prangenden worten.

¶ Grandiscāpius, a, um, grandem habens scapum, groß-stenglicht. Sen. epist. 86 *Arbores, ut ita dicam, grandiscapiæ.* Nam paullo ante dixerat, *magnarum arborum truncos cum scapo suo transferri.*

¶ Grandĭsŏnus, a, um, hoch-lautend. Sedulius 1 v. 2 *figmenta grandisonis pompare modis.*

Composita cum præposit.

¶ Ingrandesco, ĕre, idem quod Grandescere, groß werden. Columell. lib. 2 cap. 10 *Vt celeriter prodeat & ingrandescat.* Adde lib. 11 cap. 3 *licet porrum, si jam ingranduit, transferre.*

¶ Pergrandis, e, sehr groß. Cic. 6 Verr. cap. 26 *Vas vinarium ex una gemma pergrandi.* Livius lib. 29 cap. 29 *pergrandis natu frater.*

¶ Pergrandesco, ĕre, sehr groß werden. Accius apud Nonium cap. 2 n. 358 *Fruges prohibet pergrandescere.*

¶ Prægrandis, e, idem. Plin. lib. 4 cap. 13 *prægrandes aures.* Apulejus lib. 2 Metam. p. 125 *Lucerna prægrandis.*

¶ Subgrandis, e, fast groß. Cic. ad Qu. fratr. lib. 3 epist. 1 cap. 1 *subgrande cubiculum.*

¶ Vegrandis, e, idem. Nonius cap. 2 n. 884 ex Lucilio exponit *valde grandis*: at Festus, *male grandis*; atque ita usus est Varro lib. 2 de R. R. cap. 2 de ovibus: *Tempus optimum ad admittendum ab Arcturi occasu ad Aquilæ occasum: quod, quæ postea concipiunt, fiunt vegrandes atque imbecillæ.*

GRANDO, ĭnis, vapor humidus in media regione aëris congelatus, & gravitate sua impulsus decidens, hagel, schlossen. Plinius *ex imbre conglaciato grandinem gigni*, scripsit lib. 2 cap. 60. Et, *Subito præcipitans cadit grando*, Cicer. de Orat. lib. 3 cap. 39. Virg. 1 Georgicorum v. 449 *Crepitans salit horrida grando.* vide de ejus natura Aristot. Meteorolog. lib. 1 cap. 12, Plin. lib. 2 cap. 60, & ibi Dalech. p. 103

¶ Græci *grandinem* pro copia usurpant. vid. Voss. lib. 4 Instit. Orat. pag. 42.

¶ Grandĭnōsus, a, um, voll hagel; ut, *Cœli qualitas grandinosa*, id est, grandinem sæpe inferens, da es gerne schlossen wirfft, Columell. lib. 3 c. 1

¶ Grandíněus, a, um, idem. Alcimus lib. 3 v. 329
Grandineos pavidis fuderunt nubila nimbos.
Et lib. 5 v. 190 *Grandineum frigus.*

¶ Grandinare, verb. imperſ. Gloſſ. lat. gr. *Grandinat*, χαλαζονεπῖ, es hagelt. Seneca Quæſt. Nat. lib. 4 cap. 4 *Quæritur, quare hieme ningat, non grandinet.*

¶ Grandinatus, a, um, gehagelt. Eædem Gloſſæ: *Grandinatum*, χαλαζωθέν.

¶ Degrandinare, itidem imperſonaliter, apud Ovid. lib. 4 Faſtor. v. 755
Da veniam culpæ, ne, dum degrandinat, obſit.

GRĀNE, es, Nymphæ nomen apud Ovid. Faſt. 6 v. 107
Inde ſata eſt Nymphe, Granen dixere priores.

GRĀNI, orum, ſi Salmaſium in Solin. p. 536 audimus, ſunt capilli ſparſi & diſcriminati, qui, cum ſint in ſine rotundati, granorum formam efficiunt. Iſidorus Orig. 19 cap. 23 uti *Germanis cirros*, ita *Gothis granos* tribuit. Alii per *Granos* ipſa crinium flagella intelligunt, farthetſche. Hinc

¶ Granulatim, adverb. apud Commodianum Inſtruct. 60
Capillos inficitis, oculos fuligine relinitis,
Levatis comulas granulatim, fronte depicta, &c.
i. e. diſcriminatis per granos capillos veſtros.

GRĂNĪCUS, i, fluvius Myſiæ, juxta quem Alexander primum Perſarum copias vicit. vide Curtii ſupplementa. Hoc nomen Ovidio reſtituit Heinſius lib. 11 Metam. v. 763
Fertur Alexirhoë Granico nata bicorni.

GRĀNUM, i, quod à gerendo dictum putat Varro lib. 1 de R. R. cap. 48, frumenti fere eſt, & leguminum, interdum etiam fruticum quorumdam, ein korn, körlein: ut, *Granum tritici*, Plaut. Stich. a. 4 ſc. 1 v. 52. Et Quintil. lib. 2 cap. 20 Ματαιοτεχνία, *& vanus labor illius fuit, qui grana ciceris ex ſpatio diſtante miſſa, in acum continuo, & ſine fruſtratione inſerebat. Quem cum ſpectaſſet Alexander, donaſſe dicitur ejuſdem leguminis modio.* Scilicet *grana ciceris*, kichern, erbſen. Et *thuris granum* eſt apud Plaut. Pœn. act 2 v. 3.

¶ Grānārium, i, ein kornboden, kornkaſten, kornhauß, ſpeicher. Varro lib. 1 de R. R. cap. 57 *Triticum condi oportet in granaria ſublimia.* Perſius ſatyr. 5 v. 110
Jam nunc adſtringas, jam nunc granaria laxes,
du kanſt mit dem getreyde zurück halten, oder loßſchlagen.

¶ Granatim, adverb. per grana, körnerweiſe. Apul. 6 Met. *Acervum granatim digerere.*

¶ Granatus, ûs, die körnung. Cato de R. R. cap. 60 *Granatui videto uti ſatis viciæ ſeras*, i. è. non modo ſeras, ut viride pabulum jumentorum ſubſecetur; ſed & ut ad granum perveniat & frugem, interprete Turnebo Adverſ. 6 c. 23.

¶ Granatus, a, um, körnicht, voll körner: ut, *Malum granatum*, ein granat-apffel, Colum. 12 c. 41, quod &

¶ Granatum, i, ſubſtantive, Plin. 20 cap. 14, quod abundet granis.

¶ Grānōſus, a, um, idem quod granatus. Plin. lib. 21 cap. 4 *Roſa germinat incluſa granoſo cortice.* Idem lib. 22 cap. 31 *Granoſi folliculi.*

¶ Granĭfer, a, um, das körner trägt: *Agmen graniferum* dixit formicas Ovid. lib. 7 Metamorph. v. 638.

¶ Granĭpărus, a, um, idem. Gu. Brito Armor. 6 v. 333
Belſia graniparis non tot flaveſcit ariſtis.

¶ Granomaſtix, īgis, fœm. ein maſtix-bäumlein. Iſidor. Orig. 17 cap. 8 *Maſtix arboris lentiſci gutta eſt; Hæc Granomaſtix dicta eſt, quia in modum granorum eſt.*

¶ Centĭgrānum, i, mit hundert körnern. Plinius 18 cap. 10 *Fertiliſſima*, inquit, *tritici genera, ramoſum, aut quod centigranum vocant.*

¶ Egranatus, a, um, exacinatus, ausgekörnt; Apud Plin. Valer. 3 c. 14 legimus *caricas egranatas.*

¶ Ingrāno, are, in fragmento Gloſſarii Anglicani eſt grana in horreum imponere, körner aufſchütten.

GRĂPHE, es, γραφὴ, ſcriptura, die ſchrifft, vox græca; unde

¶ Grăphis, ĭdis, γραφὶς, ſtylus, ein griffel. ¶ 2. Pictura linearis; ſeu per lineas pingendi peritia, die reiß-kunſt. Vitruvius lib. 1 cap. 1 *Itaque eum* (architectum) *& ingenioſum eſſe oportet, & ad diſciplinam docilem, & ut litteratus ſit, peritus graphidis, eruditus Geometriæ*, &c. Plin. lib. 35 cap. 10 *Alia multa graphidis veſtigia exſtant in tabulis ac membranis ejus*, &c.

¶ Grăphium, i, γραφίον, ſtylus, quo ſcribebant, ein griffel, qui ita factus erat, ut pars ſuperior obtuſa eſſet ac plana: inferior acuminata. Ea enim effodiebant litteras in cera; illa delebant & obducebant, ſi quæ corrigere aut mutare vellent. Sympoſius Ænigmate 1, GRAPHIUM:
De ſummo planus, ſed non ego, planus ab imo:
Verſor utrinque manu, diverſo & munere fungor:
Altera pars revocat, quicquid pars altera fecit.
Horat. lib. 1 ſat. 10 v. 72
Sæpe ſtylum vertas, iterum, quæ digna legi ſint,
Scripturus.
Id eſt, qui cupis aliquid præclarum mandare litteris, multa ut deleas atque inducas, quæ ſcripſeris, & refingas in melius neceſſe eſt. Id autem verſo ſtylo fit: cum ſuperiore parte obducitur, quod ante ſcripſit inferior. Hinc neſcio quis: *Styli partem meliorem* dixit, *quæ deleret, quam quæ ſcriberet.* vide Pignorium de ſervis pag. 117 & ſeq. ubi & formam ſeu figuram graphiorum ex monumentis vetuſtis exhibuit. Ovid. 1 Amor. eleg. 11 v. 23
Quid digitis opus eſt, graphium laſſare tenendo?
¶ 2. *Graphiis confodi*, genus ſupplicii fuit. *Erixionem equitem Rom. quia filium ſuum flagellis occiderat, populus in foro graphiis confodit*, Sen. de Clement. 1 cap. 14. *Cæſar Caſſii brachium graphio trajecit*, Suet. ejus vitâ c. 82, qui & in Calig. c. 28 *Senatorem graphiis confoſſum* exhibet.

¶ Grăphĭce, es, γραφικὴ, ars pingendi graphio, die reiß- und mahler-kunſt. Plin. 35 cap. 10 edit. Hermol. Barbari: *In tota Græcia pueri ingenui ante omnia Graphicen, hoc eſt, picturam in buxo docebantur.* Sed Dalechampius habet *Diagraphicen.* v. Voſſ. de 4 Art. Popul. p. 61.

¶ Grăphĭcus, a, um, γραφικὸς, ſcriptorius, item politus, elegans, ad unguem factus, artig, künſtlich. Ita *Servus graphicus*, apud Plautum Epidic. act. 3 ſc. 3 v. 29; Et, *mortalis graphicus*, Pſeud. a. 1 ſc. 4 v. 104. Et, *fur graphicus*, Trinum. a. 4 ſc. 3 v. 17. Vitruvius lib. 4 cap. 4 extr. *Lapidum in parietibus templorum coagmenta, ſi circa eorum cubilia expreſſiones, hoc eſt, eminentiæ relinquantur, graphicoteram* (i. e. elegantiorem) *adſpectu efficient delectationem.*

¶ Graphicè, adverb. γραφικῶς, expreſſe, exacte, eleganter, polite, zierlich: ut, *Graphice exornari*, Plaut. in Trinummo act. 3 ſc. 3 v. 38. *Graphice facetus*, Idem Perſ. act. 2 ſc. 5 v. 5. Etiam Apulejus 8 p. 214 *Oculi graphice obuncti.* Et lib. 10 p. 254 *membrorum gravitatem graphice liciniares.*

¶ Graphiarium, i, ein ſchreibzeug, mahlzeug, theca, in qua ſtyli reponuntur. Vet. Gloſſ. γραφιοθήκη, *Graphiarium.* Martialis lib. 14 epigr. 21
Hæc tibi erunt armata ſuo graphiaria ferro:
Si puero dones, non leve munus erit.

¶ Graphiarius, a, um, adject. ut, *Graphiaria theca*, apud Suetonium Aug. cap. 32, & Claud. cap. 35.

¶ Grăphiſcus, i, γραφίσκος, genus ferramenti, telis e corpore extrahendis accommodati; *Lamina eſt ferrea, vel ænea etiam, ab altero capite duos utrinque deorſum converſos uncos habens; ab altero duplicata lateribus* &c. ſicut prolixe deſcribit Celſus 7 c. 5 n. 3.

Compoſita varia:

¶ Antĭgrăphus, i, ἀντίγραφος, inter notas criticas ſemicirculus, qui dextram ſpectat, & punctum intra ſe habet ☉ Significat, in translationibus vel inter ipſos translatores diverſum ſenſum haberi. v. Iſidor. Orig. 1 c. 20.

¶ Antigraphum, & Antigrapheus, vide ſupra in A.

¶ Avtŏgrăphus, a, um, αὐτόγραφος, manu propria ſcriptus, eigenhändig. Suet. Aug. c. 71 *Nec id dubium eſt, autographa quadam epiſtola.* Et mox cap. 87 *Litteræ ipſius autographæ oſtentant.* ¶ *Autographum*, ſubſtantive, eſt exemplar autoris manuſcriptum, das original, die eigene handſchrifft.

¶ Calligraphia, Calligraphus, vide in C.

¶ Chirographus, Chirographarius, vide etiam ſuo loco.

¶ Coſmographus, Coſmographia, vide in *Coſmicus.*

¶ Diagraphice, es, ars ducendi vel adumbrandi præcipua & prima rerum lineamenta, die abcontrafeyung, entwerff-kunſt, quam Plinius ſcribit fuiſſe exercitium puerorum ingenuorum in Græciâ, & gradum primum artium liberalium, a διαγραφὴ, deſcriptio, Plinius lib. 35 cap. 10.

¶ Epigrăphe, es, ἐπιγραφὴ, inſcriptio, titulus, die aufſchrifft, überſchrifft.

¶ Geographia, Geographicus, vide ſupra ſeorſim.

¶ Pergraphicus, a, um, egregius, perbellus, ſehr künſtlich; ut, *pergraphicus Sycophanta*, Plaut. Trin. a. 5 ſc. 2 v. 15.

¶ Pſalmographus, vide infra in *Pſallo.*

¶ Pſeudographia, æ, ψευδογραφία, falſa ſcriptura. Quintil. 1 c. 10 *Per pſeudographias pueri ludere ſolebamus.*

¶ Pſeudographus, a, um, ψευδόγραφος, falſo inſcriptus. Sariſb. ep. 172 *Librum ſapientiæ ſcripſit Philo, diciturque pſeudographus.*

¶ Pſeudographè, adverb. falſch beſchrieben. Donatus in vita Virg. *Multa pſeudographe ſub alieno nomine ſunt prolata.*

¶ Sciagraphia, vide infra in S.

¶ Syngrăpha, æ, fœm. συγγραφὴ, & Syngraphus, i, maſculinum, cautio ſcripta manu eorum, inter quos convenit, eine verſicherung, verſchreibung. vide *Cautio* in *Caveo.* Plaut. in Aſinar. a. 4 ſc. 1 *Oſtende, quem conſcripſi ſyngraphum.* Sic, *Facere ſyngraphas cum aliquibus*, Cicer. pro Domo ſuâ cap. 50. *Credere alicui per ſyngrapham*, Idem de Aruſp. R. c. 13. *Chirographa* vero quid differant a *ſyngraphis*, vide ſupra in *Chirographus. Agere ex ſyngraphâ*, ſich an die verſchreibung halten, JCti. *Poſtulare ex ſyngrapha*, Cicer. lib. 5 ad Attic. epiſt. ult. Ad eumdem lib. 6 ep. 2 *Senatusconſultum eſſe dicebat, ut jus ex ſyngrapha diceretur.* vide ſupra *Chirographus.* ¶ Plautus *Syngraphum* de diplomate dixit, per quod belli tempore proficiſci tuto aliò & redire licet, ein paß, Captiv. a. 2 ſc. 3 v. 90
HEG. *Eadem opera à prætore ſumam ſyngraphum.*
TYN. *Quem ſyngraphum?*
HEG. *Quem hinc ferat ſecum ad legionem: hinc ire huic ut liceat domum.*

GRASSOR, atus ſum, graſſari, ſi originem ſpectes, nihil aliud eſt, quam violenter & cum impetu quodam incedere, ſive *gradi.* Sæpius tamen accipitur pro *vias obſidere*, quod latronum eſt, um ſich rauben und ſtreiffen. Hinc ad eos Suetonius tranſtulit, qui rapinas in provinciis exercerent & provinciales compilarent, Auguſto cap. 66 extr. Vet. Gloſſ. *Graſſatur*, λωποδυτεῖ. Tacitus de illis hoc verbo uſus eſt, qui noctu per petulantiam & laſciviam obvios impeterent ac infeſtarent. vide poſt, *Graſſator*, ubi etiam cognoſces, veteres paullo aliter hoc verbo uſos. Formant à *Gradior*, & quia & bono & malo animo *graſſari* quis poteſt, ideo & in bonam & in malam partem accipitur. In malam, cum ſignificat vi aliquem adoriri: in bonam, cum *ad gloriam graſſari virtutis via*, Salluſtius dixit Jugurth. cap. 1, pro ingredi. Et Livius lib. 10 cap. 14 *Conſilio graſſandum, ſi nihil vires juvant*, man ſoll mit rath fahren, da ſtärcke nicht helffen will. Vet. Gloſſ. *Graſſari*, ἐξυποδεῖν.

¶ Graſſatio, ōnis, das umlauffen, die ſtreifferey: ut, *Nocturnæ graſſationes*, apud Plin. lib. 13 c. 22 extr.

¶ Graſſatūra, æ, idem, apud Sueton. Tiberio cap. 37, *Tuendæ pacis à graſſaturis, & latrociniis curam habuit.* Vet. Gloſſ. λωποδυσία, *Graſſatio, Graſſatura.*

¶ Graſſator, ōris, ein räuber, umläuffer. Vet. Gloſſ. *Graſſator*, λωποδύτης, der die leute plündert und auszieht. *Nocturnus graſſator*, apud Gellium lib. 20 cap. 1. Et Suetonius in Cæſare cap. 72 cum ſicariis conjungit. Multa de iis Petroniani interpretes, quos vide; & Torrentium ad Sueton. Auguſt. cap. 32. ¶ Veteres ita vocabant, qui ventri dediti convivia ſectabantur, paraſiticam exercentes. Cato apud Gel-

Gellium lib. 11 cap. 2 *Poëticæ artis honos non erat. Si quis ea in re studebat, aut sese ad convivia applicabat, grassator vocabatur.* Conf. Cæl. Rhodig. 7 c. 1.

¶ Degrassari, compositum, Statius lib. 1 Achill. v. 406

Injuria primos *Degrassata duces.*

GRĀTIA, æ, significat animi grati memoriam, & beneficii collati testificationem, danck, dancksagung. Ausonius Paneg. Gratiani cap. 23 *Concludam deinceps orationem meam, piissime Auguste, sermonis magis fini, quam gratiæ.* GRATIAE, i. e. gratiarum actionis. ¶ 2. Aliquando etiam beneficium ipsum, gnaden-bezeigung, wohlthat. *Postulare aliquid gratiæ sibi apponi*; vide *Imputare* in *Puto*. Plaut. in Pœnulo act. 3 sc. 6 v. 16

Ita sunt omnes isti nostri divites,
Si quid benefacias, levior plumâ est gratia:
Si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt.

Gratias agere, (non enim dicimus *Gratiam agere*,) *habere gratiam*, & *referre gratiam*, differunt. *Gratias agere*, est dicto testari, & prædicare beneficium collatum, dancksagen, sich bedancken. *Habere gratiam*, est retinere memoriam collati beneficii, danck wissen. *Referre gratiam*, est beneficium pro beneficio reddere: quod *beneficio exsolvere vicem*, Tacitus 4 Hist. c. 3; Seneca in Hercule furente sub fin. *referre meritis vicem*, dixit; sich danckbar erweisen. Terentius Eunuch. a. 4 sc. 6 v. 12 *Et habetur & refertur, Thais, a me, ita uti merita es, gratia.* Vbi Donatus: *QVI HABET APVD SE GRATIAM, nondum RETVLIT. RETVLIT, qui destitit HABERE. Multum ergo hic dixit & HABETVR GRATIA & REFERTVR. Quem sensum transtulit Sallustius in bellum Jugurthinum: ARMA, PECVNIAM, SVME, VTERE, ET, QVOAD VIXERIS, NVNQVAM REDDITAM TIBI GRATIAM PVTARIS, SEMPER APVD ME INTEGRA ERIT.* Sic Cic. 2 de Offic. cap. 20 *Inops, si bonus est vir, etiamsi referre gratiam non potest, habere potest. Commode autem quicunque dixit, PECVNIAM QVI HABEAT, NON REDDIDISSE: QVI REDDIDERIT, NON HABERE: GRATIAM AVTEM ET QVI RETVLERIT, HABERE: ET QVI HABEAT, RETVLISSE.* Nimirum non tam re & facto refertur gratia, quam animo. Eo enim pertinet, & beneficium conferre, & gratiam referre: Qui benigno animo accipit beneficium, gratiam retulit. De quo Seneca lib. 2 de Beneficiis cap. 30, & in sequentibus usque in finem. Neque vero *habere gratiam* tantum; sed & *habere gratias*, dicunt Latini. Terent. Andr. a. 4 sc. 5 v. 31

Diis pol habeo gratias,
Cum in pariendo aliquot adfuerunt liberæ.

Male igitur Lambinus hanc rationem loquendi improbat Notis ad Nepotis Timoleontem num. 72. Sic ergo, *Gratiam alicui referre*, die danckbarkeit mit der that erweisen, Nepos 2, 8, 7, & 18, 6, 5. *Parem gratiam pro beneficio referre*, Cic. pro Rosc. Com. c. 7. Et 1 Offic. cap. 15 *Nullum officium referenda gratia magis necessarium est.* ¶ Est &, par pari referre, in malam partem. Ter. Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 93

Nunc referam gratiam, atque eas itidem fallam, ut ab illis fallimur?

Et act. 5 sc. 3 pr. ejusdem fabulæ:

Quid? quid venire in mentem nunc possit mihi,
Quidnam? quî referam sacrilego illi gratiam,
Qui hunc supposuit nobis?

De tertia formula, *Gratias agere*, vide paullo post. *Gratiam inire*, danck verdienen. Cic. 7 ad Attic. epist. 9 *Quod ille si faciat; jamjam a bonis omnibus summam ineat gratiam.* Et Terent. in Eunuch. act. 3 sc. 5 v. 9 *Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam video velle, inibo.* Vbi Donatus: *GRATIAM INIRE est dare beneficium, ac per hoc alicujus inire gratiam, id est, amicitiam. Sed hæc est elocutio, GRATIAM AB EO INIBO, pro, ejus gratiam merebor. Nam AB EO amat Terentius pro EIVS ponere. Vt in Andria: HAEC PRIMVM ANIMADVERTENDA AB EO INIVRIA EST: id est, ejus injuria*, &c. Nepos Alcibiade cap. 9 extr. *Id si ei aperuisset, magnam se ab eo initurum gratiam videbat.* Dicimus & sic: *Gratiam inire apud aliquem*, &, *Gratiam inire ad aliquem*; item, *alicujus gratiam inire.* Livius lib. 33 cap. 27 *Apparuit, quam nulla inita apud Bæotos gratia esset.* Et ejusd. libri c. 46 *quantam eo facto ad plebem inierat gratiam.* Et Curtius lib. 5 c. 9 n. 2 *gratiam victoris inire.* Idem sonat: *gratiam parere apud aliquem*; Livius lib. 34 cap. 44 *Gratiam ingentem apud eum ordinem pepererunt, quod* &c. sie haben grossen danck verdienet, daß sie ꝛc. Distichum illud, quod lib. 1 Epigram. Græcor. Luciano tribuitur, & ita habet:

Ὠκεῖαι χάριτες γλυκερώτεραι, ἢν δὲ βραδύνῃ
Πᾶσα χάρις κενεὴ, μὴ δὲ λέγοιτο χάρις.

festive expressit hoc modo Ausonius epigr. 81

Gratia, quæ tarda est, ingrata est; gratia namque
Dum fieri properat, gratia grata magis.

Seneca de Benef. lib. 2 cap. 1 & 2 *Gratia gratiam parit*, hoc est, beneficium beneficio invitatur. ¶ 3. Sæpe & benevolentiam & amicitiam significat, gunst, gewogenheit. *Aucupari alicujus gratiam*, Cicer. 5 famil. epist. 12, eines gunst und freundschafft begehren. *Gratiam alicujus sibi conciliare*, Idem de Clar. Orat. cap. 43. Et, *Gratiam collectam effundere*, Idem lib. 2 famil. epist. 16, es verschütten. *In gratiam recipere*, Idem pro Rab. post. cap. 7, zu gnaden und freundschafft annehmen. *Te apud eum, Dii boni, quanta in gratia posui*, Idem ad Attic. epist. 6. Et, *In laude & gratiâ apud aliquem esse*, Idem 3 Verr. cap. 8, bey einem wohl angesehen seyn. *Redigere in gratiam*, Terent. in Phorm. act. 5 sc. 7 v. 73. *In gratiam reducere*, Idem Andr. act. 5 sc. 4 v. 45, wiederum vertragen und zu freunden machen. Et, *In gratiam aliquem cum aliquo restituere*, Terent. Hecyr. act. 3 sc. 1 v. 11. Et, *In gratiam cum aliquo redire*, mit einem wiederum eins werden: Publii Syri est: *Cum inimico nemo in gratiam tuto redit*, einem feinde ist nicht so bald zu trauen, wenn er sich schon vertragen läst. Cum Nepos in Attico scribit cap. 17 *Gloriatus est, se nunquam cum matre in gratiam rediisse*, id significat, nunquam cum matre in simultate fuisse, ut necesse esset, cum ea redire in gratiam, consequens pro antecedente. *Multum valere apud aliquem gratiâ*, Idem dixit Conone cap. 2. Et, *Habere quem in gratia*, i. e. amplecti, einem wohl wollen, mit gnaden gewogen seyn, Suetonius Domitiano cap. 11. Sed, *Velle alicujus gratiam*, dicimus, cum ejus favorem aut ipsum spernere nolumus videri, aut nostrum ei commendamus, Plaut. Curcul. act. 2 sc. 3 v. 52, & act. 3 v. 54. Et Idem Trinum. act. 1 sc. 1 v. 12

Nimio hîc pluris paucioruum gratiam
Faciunt pars hominum, quam id, quod prosit pluribus.

¶ 4. Etiam caussam notat: ut, *Eâ gratiâ*, hoc est, eâ caussâ, von deßwegen, Terent. Andr. act. 2 sc. 6 v. 1. *Hominum gratiâ generatas bestias videmus*, um des menschen willen, Cicer. de Natur. Deor. lib. 2 cap. 63. *Hujus accusandi gratia missus*, anklagens halben, Nepos 9, 3, 2. ¶ 5. Pro elegantia usurpatur quandoque, atque idem est atque suavitas, die annehmlichkeit, gefälligkeit. Apulej. lib. 2 de A. A. *Ampli calices, variæ quidem gratiæ, sed pretiositatis unius.* Sic & Nepos 25, 2, 4 *Gratia jam in adolescentulo magna erat.* Et Ovid. 3 de Arte v. 400

Non erit ignotæ gratia magna lyræ.

¶ *Gratia est*, aut *gratiam facio*, blandior forma est abnuendi se ad cœnam venturum. Plautus Mostell. act. 5 sc. 2 *De cœnâ facio gratiam*, ich bedancke mich der einladung freundlich. Idem Menæchm. act. 2 sc. 3 *Bene vocas: jam gratia est.* ¶ *Gratiam alicujus rei alicui facere*, est aliquid remittere, non exigere. Plaut. Rudent. act. 5 sc. 3 v. 58 *Jurisjurandi volo gratiam facias*, des eyds erlassen. vide ad eum locum Collectanea Taubmanni. Eodem sensu Seneca epist. 10 *Votorum veterum gratiam facere diis.* Sæpe ita locutus Suetonius est: ut in August. cap. 17 (ubi Torrentius) & cap. 33 extr. (ubi Casaubonus) item Tiberio cap. 35 & alii. ¶ Est & veniam dare, verzeihen. Livius lib. 3 cap. 56 *Omnium, quæ impie nefarieque ausus es, gratiam facio.* Suet. Calig. cap. 15 *Criminumque si qua residua ex priore tempore manebant, omnium gratiam fecit.* ¶ Significat & gratificari, concedere, willfahren. Plaut. in Casina act. 2 sc. 6 v. 20 *De istac Casina, huic nostro villico gratiam facias.* Petit Stalino senex ab uxore Cleostrata, ut Olympioni villico de serva Casina gratificetur, atque concedat adeo, ut ducere conjugem liceat. *Gratificari gratiam* Sallustius dixit sub finem Orat. 1 de ordinand. Rep. ad Cæsarem: *Neque concupita præbendo, perversam gratiam gratificeris.*

¶ Grātiæ, arum, plur. idem: ut, *Gratias agere*, danck sagen. *Amplissimis verbis gratias agere*, Cic. Philipp. 1 c. 1. *immortales gratias agere*, Idem 10 fam. epist. 11. *Actio gratiarum*, Idem eod. lib. ep. 19, & Curtius 4, 11, 16. ¶ 2. *Gratiæ*, Deæ: Liberi & Veneris, ut Servius tradit; ut alii, Jovis & Eurynomæ filiæ, die huldgöttinnen, oder göttinnen der freundlichkeit; Quæ & *Charites*, de quibus supra. In Veneris comitatu ponit Horatius lib. 1 Carm. od. 30 v. 5 *Solutis Gratiæ zonis.* Conf. Barth. ad lib. 2 Thebaid. Statii p. 439. Has tres fuisse, sororesque & juvenes quidem ac virgines, ridentes & nudas, aut veste pellucida atque solutas nexasque inter se manibus, fingunt. Quorum omnium allegorias & caussas Seneca explicat lib. 1 de Beneficiis cap. 3. Hesiodus primam *Aglaiam*, alteram *Euphrosynen*, tertiam *Thaliam* nominavit. Apulej. lib. 6 p. 183 *Accumbebat summum torum maritus, Psychen gremio suo complexus. Sic & cum sua Junone Jupiter, ac deinde per ordinem tori Dei. Tunc poculum nectaris Jovi quidem pocillator ille rusticus puer, ceteris vero Liber ministrabat. Vulcanus cœnam coquebat: Horæ rosis & ceteris floribus purpurabant omnia: Gratiæ spargebant balsama: Musæ voce canora personabant: Apollo cantavit ad citharam: Venus suavi Musicæ suppari gressu formose saltavit* &c. ¶ Gratiis jubebantur sacra facere seu litare homines tristes atque austeri: quod suavitate ac venustate carerent, quarum illæ Deæ præsides erant: Contra lepidi atque urbani homines, quos Græci χαρίεντας vocant, *litasse Gratiis* perhibebantur; v. Diogenes Laërtius in Xenocrate initio, & ibi Casaub.

¶ Gratiis, i. e. gratis, frustra, umsonst, vergeblich, apud Plautum & Terentium adverbialiter sæpius ponitur: v. g. Plautus Pœnulo act. 4 sc. 2 v. 46 *Neque triobulum ullum amicæ das, & ductas gratiis.* Terentius Adelph. act. 4 sc. 7 v. 26 *Aliquo abjicienda est, si non pretio, gratiis.*

¶ Grātiŏla, æ, diminutivum, Diomedes lib. 1 cap. extr. de Nomine: *Quæ ante A habent I, sic figurantur, ut Controversia, controversiola: Gratia, gratiola.*

¶ Grātiōsus, a, um, qui gratiam & favorem facile demeretur, holdselig, angenehm, der grosse gunst hat. *Eramus gratiosi apud Cæsarem*, Cic. Attic. lib. 15 ep. 4. Et, *Vehementer confidit, his meis litteris apud te gratiosum fore*, Idem in epist. famil. lib. 1 epist. 3. Comp. *Gratiosior, gratiosissimus.* Cic. 6 Verrina cap. 20 *homini honesto, sed non gratiosiori, quam Cn. Calidius est.* Idem pro Quint. cap. 1 *cum adversario gratiosissimo contendere.* ¶ Deinde, sed raro, significat eum, qui gratiam adhibet, teste Gell. lib. 9 cap. 12. *Gratiosus, quod plus unicuique, quam meretur, tribuit*, Isidor. Orig. 10 lit. G. Quando vero eum, qui ingenio jucundo, & moribus elegantibus est, vulgo *gratiosum* vocant, in barbarismum inclinant. vide Cellarii Antib. p. 176.

¶ Gratiose, adverb. durch gunst. Vlpianus Lege 7 § 2 Dig. de administratione & periculo tutorum: *si neque sordide, neque gratiose, sed non bonam conditionem elegerint.*

¶ Gratiōsĭtas, ātis, die annehmlichkeit. Tertullianus lib. 1 adv. Marc. cap. 9 ineunte: *naturalem novitatis gratiositatem volui repercutere.* Id quod Plinius lib. 1 epist. 2 *novitatis gratiam* vocat.

¶ Grātus, a, um, qui beneficii meminit, vel gratiam refert, danckbar. Terent. Adelph. act. 2 sc. 2 v. 43 *Memorem me dices & gratum.* Construitur cum IN & accusativo & cum ERGA. Brutus Ciceroni lib. 11 epist. 10 pr. *Gratiorem me esse in te posse, quam isti perversi sint in me, exploratum habes.* Et Cicero ad Antonium lib. 5 epist. 5 *Tu, quam gratus erga me fueris, ipse existimare potes.* Et lib. 1 epist. 5 ad Lentulum: *ut quam gratissimus erga te esse cognoscerer.* Dicitur etiam, *Gratum se alicui præbere*, Cic. pro Planc. cap. 38. *Grato animo nomen alicujus prosequi*, gegen einem danckbar seyn, Idem in Philipp. 14

cap. 11

cap. 11. *Re ipsa atque animo gratissimus*, Idem 10 fam. epist. 19, mit der that und mit dem hertzen sehr danckbar. ¶ 2. *Gratum* acceptum est & jucundum, lieb und angenehm; ut, *Beneficium gratum*, Plaut. Rud. a. 4 sc. 6 v. 17. *Munus eorum gratum acceptumque esse*, Nepos 23, 7, 3. *Quies grata*, Horat. lib. 1 epist. 17 v. 6. Et epist. 4 eod. lib. v. 14.

Grata superveniet, quæ non sperabitur, hora.

Virgilius lib. 5 Æneid. v. 344

Gratior est pulchro veniens e corpore virtus.

Publius in Mimis: *Bis est gratum, quod opus est, ultro si offeras.* Et Plin. Paneg. Trajani cap. 87 *Nulla tanta potestas cuiquam dari potest, ut non sit gratior potestate libertas.* ¶ *Gratum facere*, est gratificari & obsequi. *Rem gratam facere: Gratissimum mihi feceris: Hôc mihi gratius facere nihil potes:* item, *Id mihi vehementer gratum erit*, &c. formulæ sunt, quibus sæpe Cicero in commendatitiis utitur; vid. lib. 13 fam. ep. 36, 37, 40, 44, &c. einen angenehmen dienst thun, zu danck thun. Cic. lib. 3 epist. 1 ad Appium: *Ex litteris intelligo, omnia, quæ a me profecta sunt in te, tibi accidisse gratissima*, daß dir alles lieb gewesen. ¶ 3. *Gratum* etiam dicitur, quo apud alios gratiam inimus, gratiam nobis conciliamus. Terent. Eunuch. a. 3 sc. 1 v. 5 *Est istuc datum mihi, ut sint grata, quæ facio, omnia.* Item Heauton. a. 2 sc. 3 v. 21 *Cum gratum mihi esse potuit, nolui*, da ich hätte danck damit verdienen können.

¶ Grate, adverb. danckbarlich; ut, *Grate & piè facere*, Cic. pro Plancio cap. 41. *Grate meminit*, Idem 1 de Fin. cap. 19. *Grate exsolvi*, ex grato animo rependi, apud Val. Maximum lib. 8 cap. 15 pr. ¶ 2. annehmlich. Horatius lib. 2 epist. 2 v. 210 *Natales grate numeras:* id est, ita numeras, ut grata tibi jucundaque natalis reversio sit; quod quidam graventur redire natales, quod grandiores fiant, & propius morti adhibeantur, quam meteunt. Itaque *grate*, jucunde est & sine ulla aversione, gantz willig. Seneca epist. 97 *Secunda grate excipit modesteque, & adversa constanter, & fortiter.* Idem 2 de Benef. c. 4 *Si grate æstimari, quæ præstabis, voles.*

¶ Grateŏlens, tis, wohlriechend. Apul. de Mundo: *Civitas spirans odoribus & grateolentibus cœnis.*

¶ Gratis, adverb. sine pretio, gratuito, umsonst, ohn entgeld. *Gratis servire*, Cic. pro Cluent. cap. 26. *Gratis habitare in alieno*, Idem 2 Offic. cap. 23. *Gratis facere sum paratus*, Nepos 15, 4, 2. Petrus Chrysologus serm. 8 extr. *Gratis misericordiam sperat ibi, qui hîc non fecerit misericordiam* GRATIS, i. e. frustra, vergebens.

¶ Gratitūdo, ĭnis, pro grato animo, barbarum, aut plebejum, die danckbarkeit. Veteres hanc vocem ignorarunt, quamquam Lipsius alicubi usus in epistolis; Et Sabellicus En. 4, 6 *Dextræ pignus illi gratitudinis ergo detulit.* vide infra *Ingratitudo*; & Vossium lib. 1 de vitiis sermonis cap. 16 extr. ¶ Alio sensu pro sapore grato & jucundo, Cælius Apicius, scriptor plebejus & culinarius, lib. 3 cap. 4 adhibuit, ut notavit Cellarius in Antibarb. p. 42, ubi etiam disquirit de lemmate seu titulo apud Val. Max. capiti præfixo *de gratitudine, de ingratitudine.*

¶ Ingratia, æ, contrarium *Gratiæ*, ungunst. Tertullianus de Pœnit. cap. 1 *Pœnitet fidei, amoris, simplicitatis, patientiæ, misericordiæ, prout quid in ingratiam cecidit.* Et cap. 3 *Viderit ergo ingratia hominum, si etiam bonis factis pœnitentiam cogit. Viderit & gratia, si captio ejus ad benefaciendum incitamento est.* Plaut. Casin. a. 2 sc. 5 v. 7

Vobis invitis atque amborum ingratiis.

Neque enim solicitanda hæc lectio, & cum Giphanio legendum *ingratis*. Dicit enim id adverbium esse, formatumque ex casu sexto: sicut *omnimodis & alternis*. Sed satis ipsum refutat τὸ *amborum*. Id enim qua ratione cum adverbio poterit jungi? Et ita alibi Plautus, *tuis ingratiis*, dixit Merc. a. 2 sc. 4 v. 11; itemque Terent. Phorm. a. 5 sc. 6 v. 94. Ita nos: ich wills ohn allen deinem danck thun.

¶ Ingratiis, adverbialiter pro invitò, non ultro, ungern, wider den willen. Terent. in Heaut. a. 3 sc. 1 v. 37 *Ea coacta ingratiis, post illa cœpit victum vulgo quærere.* Ita & Nepos Themistocle cap. 4 n. 4 *ut ingratiis ad depugnandum omnes cogerentur.* Et sic sæpe Plautus.

¶ Ingratis, idem. Lactantius lib. 2 Instit. cap. 10 extr. *ingratis eripiet.* vide notas Cellarii, & Parei Lex. Crit. p. 607.

¶ Ingratus, a, um, qui gratiam nullam habet benefacienti, undanckbar. Seneca lib. 3 de Benefic. cap. 1 *Ingratus est, qui beneficium se accepisse negat, quod accepit: ingratus, qui dissimulat: ingratus, qui non reddit: Ingratissimus omnium, qui obliviscitur.* Et Auson. epigr. 140 *Ingrato homine terra nil pejus creat.* Publius: *Dixeris maledicta cuncta, cum ingratum hominem dixeris.* Et Cic. lib. 8 ad Attic. epist. 4 *Nihil cognovi ingratius: in quo vitio nihil mali non inest.* Philippus rex Macedonum militi, qui in hospitem rusticum, à quo multis beneficiis affectus esset, ingratus fuerat, jussit stigmate inuri in frontem hæc verba: *Hospes ingratus.* vid. Senec. lib. 4 de Benef. cap. 37. Construitur cum *In*, & *Adversus*, &c. Cornificius ad Herennium lib. 4 c. 40 *ingratus in amicos.* Gellius lib. 4 cap. 18 *adversus deos ingrati.* Vellej. 2, 69, 1 *Vir adversus merita Cæsaris ingratissimus*, der ihm seine wohlthaten übel belohnet. ¶ 2. Molestus, injucundus, unangenehm, beschwerlich, verdrüßlich. Sallust. Catilin. cap. 37 *otium ingrato labori præferre.* Curt. 4, 11, 14 *Ingrata oratio regi fuit.* Et Virg. Æn. 2 v. 101 *Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata revolvo?*

¶ Ingrate, adv. nulla gratiâ relata, in proprio significatu, undanckbarlich. Tacit. 1 Hist. c. 52 *Infensus Galbæ, tamquam detectam à se Virginii cunctationem, oppressa Capitonis consilia ingrate tulisset.* Plin. lib. 18 cap. 3 extr. *non ingrate quem nominare.*

¶ Ingratitudo, ĭnis, vulgare nomen detestabilis vitii, die undanckbarkeit. Sed *ingratitudinis*, ut & *gratitudinis* vocabula apud classicum scriptorem haud extant; Cicero *gratum & ingratum animum* vocavit. Tertullianus *ingratiam* videtur appellasse supra laudatis locis, quam ἀχαριστίαν Græci vocant, quo & Cicero usus lib. 9 ad Attic. ep. 6. Jul. Cæs. Scalig. Exerc. 317 sect. 2 Gratitudo *barbarum, & non necessarium. Non enim reperitur ipsa res in animis mortalium. At* ingratitudo, *ut æque barbara; ita maxime necessaria vox ad significandum id, quod frequentius, quam sol ipse invenitur.* Vide tamen & Vossium de vitiis sermonis, & Borrich. Cogit. p. 138, & Cellar. Antibarb. lat. p. 58, ubi Jul. Firmicus & Cassiodorus allegantur, quorum uterque, sed diverso sensu, vocabulo hoc non purissimo usus est.

¶ Pergratus, a, um, valde gratus, sehr lieb. Cic. de Amic. cap 4 *Pergratum mihi feceris.* Idem elegante tmesi extremo lib. 1 ad Attic. Epistolar. *Per mihi, per, inquam, gratum feceris.*

¶ Peringratus, a, um, sehr undanckbar. Seneca epist. 98 *Peringratus est, qui, cum amiserit, pro accepto nihil debet.*

¶ Grates, nom. plur. pro gratiæ aut gratiis, Poëticum ferè. Virg. 1 Æn. v. 604 *Grates persolvere dignas,*

Non opis est nostræ, Dido.

Idem 2 Æneid. v. 537

At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis,
Dii [si qua est cœlo pietas, quæ talia curet,]
Persolvant grates dignas, & præmia reddant Debita.

Vbi Servius: GRATES, *prout res fuerit, vel in bonis, vel in malis dicuntur, ut* PRAEMIA. Sic, *referre gratiam*, Terentio est, malum pro malo referre, de quo supra. ¶ *Grates agere*, dancken; ut, Cic. in Somn. Scipion. cap. 1 *Et grates, inquit, tibi ago, summe Sol.* Statius 3 Silvar. carm. 3 v. 155, & Theb. 7 v. 380 *Grates rependere, referre*, vergelten. Ter hoc vocabulo usus est Curtius, dixitque: *Grates ago habeoque vobis*, 9, 6, 17. *Grates habere velut præsenti Deo*, 3, 6, 17. Et, *pro tanto in me beneficio dignas tibi grates referre nequeo; At referat Alexander, Alexandro vero Dii*, 5, 13, 29. Confer & Tacitum locis quamplurimis, e. g. Ann. 12, 37, 4 *laudibus gratibusque venerari*, &c.

¶ Grātūĭtus, a, um, quod gratis datur & sine præmio, geschenckt, frey, ohn entgeld: ut, *Hospitium gratuitum*, Plin. lib. 35 cap. 9. Et Cicer. lib. 1 de Legibus cap. 18 *Quod liberalitas? gratuitane est, an mercenaria? Si sine præmio benigna est, gratuita: Si cum mercede, conducta.* Sed *gratuita comitia, suffragia* libera sunt. De quantitate tertiæ syllabæ, vult quidem Dousa lib. 2 Præcidaneorum in Petronium cap. 16, eam produci debere; sed contra Statii, luculentissimi Poëtæ, auctoritas est lib. 1 Silv. carm. ult. ubi legas v. 16

Largis gratuitum cādit rapinis.

Neque enim hic commiscenda συνίζησις est, quasi *gratuitum* tribus syllabis dixerit. Nusquam enim Papinius in Phaleucis, in hac regione Spondeo est usus, quod Catullus sibi permisit. Rectius igitur statuetur anceps, ut eadem in *Fortuitus*. Nam si Papinius tertiam in *Gratuitus* corripuit, cur non similiter tertia in *Fortuitus* corripi queat? Et si Horatius lib. 2 od. 15 v. 17 tertiam in *Fortuitus* produxit; cur non ad illud exemplum tertiam quoque in *Gratuitus* producere liceat?

¶ Gratuito, adverb. idem quod gratis. Sallustius oratione L. Philippi lib. 1 Histor. *Vbi malos præmia sequuntur, haud facile quisquam gratuito bonus est*, da boßheit geehret wird, da ist umsonst niemand gerne fromm. *Gratuito proponere pecuniam*, Sueton. Tiber. cap. 48, est gratuitum usum ejus promittere, ohne zinse anbieten. *Multorum caussas & non gravate & gratuito defendere*, Cic. Offic. lib. 2 cap. 19.

¶ Grātĭfĭco, are, gratum reddere, angenehm machen. Vulg. Interpr. Ephes. cap. 1 v. 6.

¶ Grātĭfĭcor, atus sum, ari, rem alicui gratam facere, willfahren, zu willen seyn. Sic autem dicimus: *Gratificor tibi hanc rem, hac re, & de hac re.* Sallust. Jugurthâ cap. 3 *Nisi forte quem inhonesta, & perniciosa libido tenet, potentiæ paucorum decus & libertatem suam gratificari*, id est, gratificando aliis decus & libertatem suam prodigere: sive privari dignitate, & malle fieri servum, quam non gratificari paucorum potentiæ. Idem & *gratificari gratiam* dixit de Rep. ordin. Orat. 1 sub finem. Cic. pro Balbo cap. 6 pr. *Gratificatur mihi gestu accusator.* Et de Finib. lib. 5 cap. 15 *De eo, quod ipsis superat, aliis gratificari volunt.* Sed, *Gratificari pro aliquo*, idem ac *alicui*, in eines sache zu gefallen seyn. Livius lib. 21 cap. 9 extr. *Hannibal litteras nuntiosque ad principes factiones Barcinæ præmittit, ut præpararent suorum animos, ne quid pars altera gratificari pro Romanis possit.*

¶ Gratificatus, a, um, der willfährig gewesen. Sidon. 5 epist. 10 *Ne videar tibi blanditus quippiam gratificatusque.* Et lib. 42 ff. t. 5 l. 6 § 2 *Si tibi gratificatus tutor solvit.*

¶ Gratificatio, ōnis, die willfahrung. Cic. 3 Leg. Agrar. cap. 3 *Conjungitur impudens gratificatio cum acerba injuria.* Vet. Gloss. *Gratificatio*, εὐχαριστία.

¶ Grātificus, a, um, diensthafft. Isidor. Orig. 10 lit. G. *Gratificus ab eo, quod gratis faciat bonum.* Porphyr. Paneg. 1, 5 *gratificus dominus.* Paulinus Petrocor. lib. 2 extremo:

gratifico concors cum pectore vultus.

¶ Ingratificus, a, um, undiensthafft. Cicer. pro Sextio cap. 57, ut Xenophontis illud ἀχάριστος hoc significantius exprimeret: *O ingratifici Argivi, inanes Graji, immemores beneficii.*

¶ Grātilla, æ, libi genus apud Arnobium lib. 7 p. 230.

¶ Grātor, gratari, idem est quod gratulari, Poëtis cumprimis, glück wünschen. Virg. 4 Æneid. v. 478

Inveni, Germana, viam, gratare sorori,

hoc est, vel gaude, vel gratulare. Tacitus Annal. 14 cap. 8 *Affluere ingens multitudo cum luminibus, atque ubi incolumem esse pernotuit, ut ad gratandum sese expedire, donec adspectu armati & minitantis agminis disjecti sunt.* ¶ 2. Interdum idem est, quod agere gratias, seu potius supplicare, Valla auctore lib. 5 c. 42. Ovid. 3 Fastor. v. 417

Quisquis ades, castæque colis penetralia Vestæ,
Gratare, Iliacis thuraque pone focis.

quamvis *cratera* alii malint. Adi Heinsium.

¶ Gratanter, adverb. pro lubenter atque cum gaudio, nonnulli ponunt. Non satis latine & eleganter, Vossio censente, gerne, mit freuden. Vsus tamen Capitolinus haud semel est: ut, in Opilio Macrino cap. 7 pr. *Lectis in Senatu litteris, contra opinionem omnium & mortem Antonini, Senatus gratanter accepit, & Opilium Macrinum inter patricios allegit.* Rursus in Maximinis cap. 14 extr. *ad Senatum misit litteras, quæ occiso Valeriano in odium Maximini gratanter acceptæ sunt.* Ammianus lib. 17 cap. 26 *gratanter amplexi sunt.* Et

Aur.

Aur. Vict. Epit. in Nerva: *Cum in curia a ſenatu gratanter acceptus eſſet.* conf. Symmach. 7 epiſt. 76, & Borrich. Cogit. p. 114.

¶ Gratabundus, a, um, **frolockend.** Tacitus: *Proximi militum gratabundi reſpondent.*

¶ Gratatōrius, a, um, **glückwünſchend.** Sidon. 5 epiſt. 16 *gratatoriis apicibus inſcribere.*

¶ Grătŭlor, atus ſum, ari, eſt voce ac geſtu gaudium ſuum declarare, ob alterius felicitatem; vel etiam apud ſeipſum ob propriam gaudere felicitatem, **frolocken, ſich freuen, glück wünſchen.** Sic autem utimur: *Quod mihi de filia gratularis, agnoſco humanitatem tuam,* Cic. lib. 1 famil. epiſt. 7. Sic, *Gratulor tibi de reditu tuo,* Idem ad Attic. lib. 4 epiſt. 1, **ich bin erfreut, es iſt mir lieb.** *Mihi & gratias agebant boni viri, & nomine tuo gratulabantur,* Idem Philipp. 1 cap. 12. Et, *Omnes publice ad me venerunt gratulatum,* Idem in Piſon. cap. 22. ¶ 2. Dicebant & *in aliquo gratulari.* Cicero: *Qua in re ita gratulor tibi vehementer,* lib. 6 ad famil. epiſt. 11. ¶ 3. Et cum ablativo ſine præpoſitione. *Gratulor tibi affinitate viri optimi,* Cælius ad Cicer. lib. 8 famil. epiſt. 13 pr. Et in Salluſt. declamatione: *Populus Romanus adventu meo gratulatus eſt.* ¶ 4. Et cum accuſativo & dativo ſimul. *Appellat hominem, & ei voce maximam victoriam gratulatur,* Cicer. Verr. 2 cap. 7. Eſt etiam, ubi *Pro* loco *De* cum hoc verbo ponitur. Plinius lib. 4 epiſt. 27 *Temporibus noſtris gratulare pro ingenio tali.* Sed, *Gratulor in adventum,* **ich heiſſe dich willkommen ſeyn, ſey mir Gott willkommen,** Terent. in Eun. a. 2 ſc. 2 v. 28. Suetonius Claudio cap. 6 *Cum oppreſſum Sejanum apud eosdem gratularetur.* ¶ Sed in illo Terent. in Heaut. a. 5 ſc. 1 v. 6 *Deſine Deos uxor gratulando obtundere, Tuam eſſe inventam gnatam,* idem videtur eſſe gratulari, quod gratias agere. vide Nonium cap. 2 n. 369.

¶ Gratulatio, ōnis, **die glückwünſchung, frolockung, ein danck-und freuden-feſt.** Cic. lib. 2 famil. epiſt. 7 *Sera gratulatio reprehendi non ſolet,* &c. Idem in Piſon. cap. 3 *Mihi pop. Rom. non unius diei gratulationem, ſed æternitatem immortalitatemque donavit.* Et pro Milone cap. 35 *Omni in hominum cœtu gratiis agendis & gratulationibus habendis celebrari.* Et Philipp. 14 cap. 3 *Gratæ vero noſtræ diis immortalibus gratulationes erunt, gratæ victimæ, cum interfecta ſit civium multitudo.* Papinianus l. 8 D. ad SCt. Turpill. *Abolitio publice fit ob diem inſignem, aut publicam gratulationem.* Curt. 7, 2, 24 *Mutua gratulatione fungi,* **einander empfangen.** Sen. epiſt. 6 *Ægris gratulatio fit, cum ſe ipſi ægros eſſe ſenſerunt,* **man ſchätzt ſie glückſelig.**

¶ Gratulator, ōris, **ein glückwünſcher.** Cicer. 2 de Fin. cap. 33 *Fit, ut gratulator lætior ſit, quàm is, cui* [quis] *gratuletur.*

¶ Gratulatorius, a, um, **glückwünſchend.** Capitolinus in Max. & Balbino cap. 17 *Gratulatoriam epiſtolam ſubdidi.*

¶ Gratulatorie, adverb. idem. Auguſtinus Confeſſ. lib. 8 cap. 6 *gratulatorie miratus eſt, quod* &c.

¶ Gratulabundus, a, um, **frolockend.** Livius lib. 7 cap. 33 extr. *quo ſe omnis multitudo gratulabunda effudit.* Gellius lib. 3 cap. 15 *Populus gratulabundus flores in eum jecit.* Juſtin. 6, 8, 13 *Velut gratulabundus patriæ exſpiravit.*

¶ Congratŭlor, ari, **ſich mit einem freuen, zugleich glück wünſchen.** Cicero pro Plancio cap. 27 *Haud ſcio, an plus mihi profuerit, quam ſi mihi tum eſſent omnes congratulati.* Et pro M. Marcello cap. 6 *felicitati tuæ congratulabere.*

¶ Congratulatio, ōnis, **ein geſammter glückwunſch.** Cic. ad Brutum epiſt. 3 *Omnium ordinum conſenſus, gratiarum actio, congratulatioque me commovet.*

GRĀTĬTO, are, **gackern oder ſchnattern wie gänſe.** Auctor Philomelæ v. 19 *Hinc gratitat improbus anſer.*

Gravare, Graveſcere, Gravidus, vide mox in *Gravis.*

GRĂVIS, e, **wichtig, ſchwer;** ut, *Grave ſaxum, Gravia arma,* quæ magno pondere ſunt & ægre feruntur. *Gravis armatura,* **ſchwere rüſtung:** Hirt. B. Afric. cap. 71 *gravis armaturæ miles.* Et, *Graviora tela,* Curt. 8 cap. 13 n. 6. ¶ 2. *Graves conciones,* apud Cæſar. lib. 2 de Bello Civili cap. 18, acerbæ aſperæque ſunt & criminationibus plenæ: quemadmodum & *ſententias graves,* 1 Comment. de Bello Civ. cap. 2, & Cicero *graves ſermones,* lib. 1 epiſt. 2 ad Quintum fratrem dixit: & *grave Senatus conſultum,* Idem Catil. 1 cap. 1. ¶ 3. *Gravis* etiam dicitur, qui moleſtus eſt & inviſus. *Vereor, ne tibi ſim gravis,* Cic. Topic. cap. 1, **ich habe ſorge, ich ſey dir beſchwerlich.** Juvenal. ſat. 6 v. 146

Jam gravis eſt nobis, & ſæpe emungeris exi.

Sic, *gravis odor,* Plin. lib. 11 cap. 7. Et, *gravis halitus,* Colum. lib. 1 cap. 5. Et, *cibus gravis,* qui offendit atque ingratus eſt, Cicer. 2 Nat. Deor. cap. 9. Quamquam & pro noxio peſtiferoque accipi poteſt. ¶ 4. Nam & ita τὸ *gravis* ſumitur. Sic, *gravem auctumnum,* Cæſar 3 Civ. B. cap. 2, & Horatius 2 ſat. 6 v. 19. *Cælum grave,* Suetonius Tiberio cap. 36. Et, *Graves chelydros,* Virgilius 3 Georg. v. 415 dixit. Propert. lib. 4 eleg. 1 v. 84

Et grave Saturni ſidus in omne caput.

Livius lib. 7 cap. 6 *Grave tempus & forte annus peſtilens erat.* Tacit. 5 Hiſtor. cap. 7 *Eoque fœtus ſegetum putreſcere reor cælo ſoloque juxta gravi.* Sic, *gravis adverſarius,* Suet. Ner. cap. 54. *Gravis cauſſa,* id eſt, difficilis: *Damnum grave,* Ovid. 7 Metam. v. 553

Pervenit ad miſeros damno graviore colonos
Peſtis.

Injuria graviſſima, Plin. Paneg. cap. 37 &c. In ſingulis his locis moleſtiam & acerbitatem ſignificat. ¶ 5. Eſt & gravidus: Ovid. 3 Faſtor. v. 23 *Somnus abit, jacet ipſa gravis: jam ſcilicet intra*
Viſcera Romanæ conditor urbis erat.

Nam *grave* dicitur, quicquid refertum, onuſtum, repletumque eſt, quemadmodum *gravem triumphum* Plinius Paneg. c. 17, & *Gravem apparatum belli,* Florus lib. 3 cap. 5 dixit. Prudentius Hymno 3 καθημ. v. 78 *Arbor onus tremefacta ſuum*
Deciduo gravis imbre pluit.

Arbor gravis, i. e. plena fructibus, onuſta pomis. *Grave* itaque dicitur & quod gravat, & quod gravatur. ¶ 6. *Gravis* etiam languentem & infirmum notat, ſeu ex valetudine tardiorem & imbellem, **der nicht wohl fort kan.** Virg. eclog. 1 v. 50

Non inſueta graves tentabunt pabula: fœtas &c.

Graves, i. e. ex fœtu ſeu partu languidas. *Fœta* enim Virgilio, quæ peperit, ut recte Turnebus interpretatur. Celſus præfat. *Eademque ratione alios inter principia protinus eſſe cibo pleniore, alios exiguo: gravioresque factos, qui ſe implerent.* Curt. lib. 7 cap. 5 n. 8 *Graves deinde avide hauſto humore non ſuſtinere arma, non ingredi poterant.* Vellej. 2, 76, 1 *Gravis jam ætate & corpore.* Idem 2, 55, 4 *Gravis vulnere,* **voller wunden.** Livius lib. 2 cap. 18 *Quamquam ætate & viribus gravior,* i. e. inhabilis, **unvermögend.** Hinc *Gravari* eſt, languere ex morbo, ſeu valetudine gravem eſſe, de quo ſuo loco. Sic *graves,* qui ex ſomno, cibo, vino languent ac torpent. Tacit. 4 Annal. c. 22 *Plautius Silvanus turbata mente reſpondit, tamquam ipſe ſomno gravis atque eo ignarus,* &c. conf. mox *Prægravis.* ¶ *Gravis homo* & dicitur, qui nihil niſi deliberato & ex conſilio agit aut facit, levique & temerario opponitur. Cic. 2 de Off. cap. 16 *Gravi vero homini, & ea, quæ fiunt, judicio certo ponderanti.* Cujusmodi viris cum multum tribuere omnes ſoleant, idcirco & *graves* dicuntur, qui auctoritatem habent, **anſehnliche leute.** Vet. Gloſſ. *Graviſſimo,* ἐντιμοτάτῳ. Nepos 7, 11, 1 *Tres graviſſimi hiſtorici.*

¶ Graviuſculus, a, um, diminutivum, **etwas ſchwer;** ut, *Graviuſculus ſonus,* Gell. lib. 1 cap. 11.

¶ Grăvĭtas, ātis, magnitudo, moleſtia, **die ſchweere.** *Gravitas doloris,* **groſſer ſchmertze:** *Gravitas cæli,* **böſe lufft,** Cic. 11 ad Attic. epiſt. 22. *Gravitas & majeſtas in oratione,* Idem de Amic. cap. 25. Græcis δεινότης dicitur. Et, *Gravitas ſententiarum,* Cic. 2 de Orat. cap. 17. *Loqui cum gravitate,* Idem lib. 9 ep. 9 ad Atticum. *Gravitas vultus, morum,* **anſehnligkeit, ernſthafftigkeit.** Apud Horatium lib. 1 ſat. ult. v. 54 *Gravitas* vitium illud eſt, quod Græcis περιαυτολογία dicitur: cum quis de ſe multa gloriatur, & jactat, inque eo gravis & moleſtus aliis eſt: unde & φορτικότης iisdem Græcis dicitur: quod *Gravitatem* Horatius eleganter reddit, ut ad eum Heinſius obſervat. Ad virtutem quando refertur, tum conſtantiam quamdam in honeſtate decoreque ſervandis, unde auctoritas & exiſtimatio naſcitur, ſignificat, & levitati opponitur. *Gravitas humanitate temperata,* Vellej. 2, 116, 3. *Comitas non ſine ſeveritate erat, neque gravitas ſine facilitate,* Nepos 25, 15, 1. *De gravitate Lacedæmoniorum,* Idem 4, 4, 3.

¶ Graviter, adverb. **ſchwerlich, hefftig, ſehr, gewaltig:** ut, *Graviter iraſci,* Terent. Hec. a. 4 ſc. 4 pr. **hart zürnen.** *Graviter ferre,* id eſt, moleſte, Idem in Andr. a. 1 ſc. 2 v. 20. Ita *graviter audire,* apud eumd. Heaut. a. 1 ſc. 2 v. 62. Et, *Graviter in aliquem dicere,* **harte worte wider einen führen,** in Adelph. a. 1 ſc. 2 v. 60. *Graviter accipere,* hoc eſt, animo iniquo, **mit unwillen aufnehmen, übel empfinden,** Cicer. 2 de Orat. cap. 52. *Accuſare gravius,* Ter. Hec. a. 4 ſc. 4 v. 95. *Graviſſime affligi,* Cæſ. 4 B. Gall. cap. 31, qui lib. 1 quoque de Bello Gall. cap. 14 elegantiſſime dixit, *conſueſſe deos immortales, quo gravius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro ſcelere eorum ulciſci velint, his ſecundiores interdum res, & diuturniorem impunitatem concedere.*

¶ Gravēdo, ĭnis, κορύζη, **der ſchnuppen.** Apul. 3 Florid. *Nares gravedine oppletæ, aures ſpiritu obſeratæ, oculi albugine obducti.* *Gravedinem removere,* Cic. Attico lib. 10 epiſt. 16 extr. *Gravedini ſubvenire,* ibid. lib. 16 epiſt. 14, **den ſchnuppen vertreiben.**

¶ Gravitudo, ĭnis, idem. Apicius 3, 6 *Sine ructu & gravitudine.*

¶ Grăvēdinoſus, a, um, ad gravedinem proclivis, **ſchnuppicht.** Cic. Tuſc. lib. 4 cap. 12 *Sunt alii ad alios morbos procliviores, itaque dicimus gravedinoſos quosdam, quosdam torminoſos, non quia jam ſint, ſed quia ſæpe ſint.* Item, quod gravedinem affert: Plin. 18 cap. 15 *ervum gravedinoſum.*

¶ Graveŏlens, tis, **übel riechend, ſtinckend.** Virgil. 6 Æn. v. 201
fauces graveolentis Averni.

¶ Graveolentia, æ, **der üble geruch, geſtanck;** ut, *Oris graveolentia,* Plin. lib. 28 cap. 11; *halitus,* ibidem cap. 12 ſub fin.

¶ Grăvo, gravare, premere, onerare, **beſchweren, verdruß machen.** *Nec me labor iſte gravabit,* Virg. 2 Æn. v. 708. *Obſidio ipſa multitudine gravatur,* i. e. gravior fit & minus tolerabilis, Juſtin. 14, 2, 2. ¶ 2. *Gravari* etiam eſt, ex infirmitate languere, ex valetudine fieri ægrum & gravem. Capitolinus Antonino Pio cap. 12 *Cum alpinum caſeum ediſſet avidius, nocte rejectavit, atque alterâ die febre commotus eſt. Tertia cum ſe gravari videret, M. Antonino Remp. & filiam præſentibus præfectis commendavit.* ¶ 3. *Gravari,* ſignificat etiam offendi, graviter ferre, **ſich beſchweren, verdrießlich ſeyn über etwas.** *Non gravabor breviter dicere, quid ſentiam,* Cicer. de Orat. lib. 1 cap. 23. Idem de Amicitia cap. 5 *Ego non gravarer, ſi mihi ipſi conſiderem.* Plautus Trinum. act. & ſc. ult. v. 48 *Non gravabor, faciam ita ut vis.* Curt. 6, 8, 12 *gravatus eſt pauca verba inſerere,* **es iſt ihm zu viel geweſen.** Sæpe & cum caſu conſtruitur. Lucanus lib. 5 v. 258

Seque putat ſolùm regnorum injuſta gravari.

Et lib. 7 v. 284

Romanos odere omnes, dominosque gravantur.

Suet. Auguſt. cap. 62 *Ampla & operoſa prætoria gravabatur,* **ſie waren ihm verdrießlich.** Sic Id. Tiberio cap. 1 *Matrem Liviam gravatur:* & Nerone cap. 34 *Matrem hactenus gravabatur.* Videtur Deponens eſſe, ſed non eſt, nec quartus caſus id probat, quia OB, PROPTER ſubauditur. Silius lib. 2 v. 594 *lucemque gravantur,*
ſie ſind des lebens überdrüßig. * Aliud eſt *gravari aliqua re,* aliud, *gravari aliquam rem.* *Gravatur aliqua re,* qui moleſtias ex ea capit; *gravatur aliquam rem,* qui eam recuſat, non vult ſubire. Juſtinus 20, 2, 12 *Illi longinquam militiam gravati auxilium a Caſtore & Polluce petere jubent.* Nolebant ſuſcipere expeditionem in tam longe a patria remotam gentem. Horat. 4 od. 11 v. 27 *Pegaſus terrenum equitem gravatus,* hoc eſt, noluit pati & ſuſcipere ferendum illum equitem. *Grævius.*

¶ Gravātus, a, um, **beſchweret, beladen, beläſtiget;** ut, *Gravatus ſomno,* **voll ſchlaffs,** Plin. 26 cap. 1. *Vino gravatus,* Curt. 6, 11, 28, **berauſcht.** *Gravata ebrietate mens,* Idem 5, 7, 11. *Gravatum animi anxietate corpus,* Idem 4, 13, 17. Sed cum accuſativo, **der ſich über etwas beſchweret;**

ret; ut, *Spem ac metam juxta gravatus*, Tac. Ann. 5, 8, 3. conf. qua paullo ante notavit Grævius.

¶ Gravate, adverb. ægre, beschwerlich, ungern. Cicer. 3 Offic. cap. 14 *Gravate ille primo. Quid multa? impetrat.* Idem 1 de Orat. cap. 48 *non gravate respondere.*

¶ Gravatim, idem. Livius lib. 1 cap. 2 *Haud gravatim socia arma Rutulis junxit Mezentius.*

¶ Grăvāmen, ĭnis, molestia, die beschwerniß. Cassiod. 9 epist. 2 *Si visceribus sanis gravamen nullius sentiat læsionis.*

¶ Gravamentum, i, idem. Gloss. lat. gr. *Gravamenta*, βάρη.

¶ Gravabilis, e, gravans, beschwerlich. Cæl Aurel. 4 Tard. cap. 3 *Vomitus gravabilis capiti.* Idem Acut. 1, 15 *Odor acetrimus & gravabilis.* Et ibid. 3, 17 *Cibi gravabiles.*

¶ Grăvesco, ĕre, graviorem fieri, schwerer werden. *Valetudo gravescit*, Tacit. Ann. 1 cap. 5, die kranckheit nimmt zu. *Mala publica indies gravescunt*, Ibidem 14 cap. 51. ¶ *Gravescere* etiam dicuntur imprægnatæ concepto fœtu, schwanger werden. Virg. 2 Georg. v. 429

fœtu nemus omne gravescit.

Plinius lib. 11 cap. 41 *Cameli lac habent, donec iterum gravescant.*

¶ Grăvĭdus, a, um, prægnans, trächtig, schwanger: ut, *Gravida e Pamphilo est*, Ter. Andr. a. 3 sc. 2 v. 33. ¶ 2. Tribuitur & aliis, cum significat fruchtbar, voll, schwer; ut, *Gravida tellus*, Ovid. 7 Metam. v. 128. *Pecus gravidum*, Virg. 3 Georg. v. 155. *Messes gravidæ*, Ovid. Metam. 8 v. 787. *Gravidas manus foras exportare*, Plaut. Truc. act. 1 sc. 2 pr.

¶ Grăvĭdĭtas, ātis, die fruchtbarkeit, trächtigkeit. Cicero 2 Nat. Deor. cap. 46 *Luna a sole illuminata graviditates & partus affert, maturitatesque gignendi.*

¶ Gravĭdo, are, fruchtbar oder trächtig machen, schwängern. *Terra gravidata seminibus omnia parit*, Cic. de Natur. Deor. lib. 2 c. 32. *Gravidari ex aliquo*, Epitome Victoris in Adriano. Adde, quæ Jo. Ge. Grævius ad Florum lib. 1 cap. 1 observavit, qui hoc verbum optimi seculi vocat, sed vulgo minus notum. Cæcil. in Tych. *Hic te inhoneste gravidavit probro*, i. e. oneravit.

¶ Gravidatus, a, um, gravidus factus, geschwängert. Cic. de N. D. 2 cap. 32 *Terra gravidata seminibus omnia parit*, das besäete land.

¶ Gravistellus, vel Gravastellus, i, senior a gravitate dictus, Festus. *Quis est illic gravistellus qui venit?* Plaut. Epid. a. 5 sc. 1 v. 14. conf. Taubm. ad h. l. & Parei Lex. Crit. p. 526.

Composita:

¶ Aggrăvo, are, hoch beschweren, drücken, überladen. Plin. 18 cap. 12 pr. *aggravatur pondus.*

¶ Aggravatus, a, um, beschwert. Sueton. August. cap. 98 *aggravata valetudine succubuit:* quod etiam forma non passiva cap. 1 vitæ Julii dixerat: *morbo aggravante.*

¶ Aggravatio, ōnis, die beschwerung. Salvianus lib. 5 de Gubern. p. 176 *Sicut sunt in aggravatione primi pauperes, ita in relevatione postremi.*

¶ Aggrăvesco, ĕre, ärger werden, überhand nehmen. Terent. in Hecyr. a. 3 sc. 2 v. 2 *Male metuo, ne Philumenæ magis morbus aggravescat*, ich fürchte, die schwachheit werde grösser. Cic. 3 Tusc. cap. 31 *aggravescens vulnus.*

¶ Degrăvo, are, beschweren, unterdrücken. *Etiam peritos nandi, lassitudo & vulnera & pavor degravant*, Livius lib. 4 cap. 33, sie drücken zu grunde. Idem lib. 3 cap. 62 *Signis ex transverso illatis degravabant cornu.* Ovid. 5 Trist eleg. 3 v. 35 *degravet ulmum vitis.* Colum. 6 cap. 2 *labore operis degravari.*

¶ Degravatus, a, um, niedergedrückt; ut, *onere degravati*, Phædrus lib. 4 fab. 21. *Manus pondere degravatæ*, Apul. Met. 7.

¶ Ingrăvis, e, valde gravis, sehr schwer. Vlpian. l. 3 ff. de SC. Silan. *Si quis ingravi valetudine affectus* &c. conf. Erythræi Ind. Virg. in *Infractus.*

¶ Ingrăvo, are, graviter afficere, beschweren. *Sævitia hiemis ingravat*, Plin. lib. 19 cap. 8. *Ingravat hæc sævus Drances*, i. e. exaggerat, Virg. Æneid. 11 v. 220.

¶ Ingravate, adv. non gravate, ohnschwer. Ammianus lib. 17 cap. 21 [Vales. cap. 10 extr.] *Obsecundabant imperiis ingravate.* Et lib. 18 cap. 2 extrem. *Quinquagenarias longioresque materias vexere cervicibus ingravate.*

¶ Ingravatio, ōnis, die beschwerung. Theod. Cod. l. 7 t. 13 *perpetua ingravationi addici.*

¶ Ingravesco, ĕre, schwer werden. Cic. ad Brut. epist. 10 *Malum indies ingravescit*, das unglück wird täglich grösser. Idem de Amicit. c. 10 *Mutantur mores hominum, aliàs adversis rebus, aliàs ætate ingravescente*, wenn sie älter werden. Idem pro Domo sua cap. 5 *Annona ingravescit*, das getreide steigt, schlägt auf.

¶ Ingravido, are, idem quod gravidare, schwängern, Paulin. 9 Nat. Felic.

¶ Ingravidātus, a, um, geschwängert, beladen. Augustinus Confess. lib. 7 cap. 5 sub finem: *Talia volvebam pectore meo misero, ingrăvidato curis mordacissimis.*

¶ Pergrăvis, e, valde gravis, sehr schwer, nachdrücklich. Cic. pro Sextio c. 50 *Hujus oratio & pergravis & grata concioni fuit.* Idem pro Cælio c. 26 *testes pergraves.*

¶ Pergrăviter, adverb. idem. Cic. lib. 1 ad Attic. epist. 10 *pergrăviter offensum esse.*

¶ Prægrăvis, e, valde gravis, allzuschwer; ut, *Caput prægrave*, Plin. lib. 8 c. 21, allzugrosser kopff. *Servitium prægrave*, Idem lib. 7 c. 8. *Prægrave imperium*, Curt. lib. 4 c. 11, ein gar zu groß und weitläufftig reich.

¶ Prægrăvo, are, vehementer gravate, sehr beschweren, überladen. Horat. lib. 2 Serm. sat. 2 v. 77 *corpus onustum*

Hesternis vitiis, animum quoque prægravat una.

¶ Accipitur etiam pro præponderare, schwerer seyn, überwiegen. Sueton. Cæsar. cap. 76 *Prægravant tamen cætera facta, ut & abusus dominatione, & jure cæsus existimaretur.* Quasi dicat: Etsi magna clementia Cæsaris atque facilitas (de his præcesserat) fuit; tamen si contra appendas veluti, quæ per impotentiam designavit, graviora hæc erunt & præponderabunt, itaque adeo gravabant Cæsarem, ut indignius veniâ & jure cæsus videatur. Scite Horatius ad Augustum lib. 2 epist. 1 v. 13 *Vrit enim fulgore suo, qui prægravat artes*

Infra se positas: extinctus amabitur idem.

id est, alios ad invidiam is accendit, qui sua excellentia artifices se inferiores opprimit. Columella 7 c. 6 *flaccidis & prægravantibus auribus.*

¶ Prægravātus, a, um, sehr beschwert. Livius 10 cap. 23 *prægravata inhærentibus telis scuta.* Columella 6 cap. 7 *prægravatum caput.*

¶ Prægravidus, a, um, valde gravidus. Statius lib. 6 Theb. v. 700

Molis prægravidæ castigat pulvere lapsus.

¶ Semĭgrăvis, e, halbschwer. Livius lib. 25 cap. 24 *aut sopiti vino erant, aut semigraves potabant*, halb truncken.

¶ Subgrăvis, e, etwas verdrießlich: Plin. 27 cap. 9 apud Froben. sed Dalechamp. & Harduin. simpliciter *gravis.*

GRĂVISCA, æ, Thusciæ oppidum in Italia, Vellej. 1, 15, 2. Aliàs *Graviscæ*, plur. sic dictæ, quod gravem aërem sustinerent. Virg. Æn. 10 v. 184 *Et Pyrgi veteres intempestæque Graviscæ.*

GRAXO, is, it, i. e. strepo, clamo, a κράζω, ἔκραξα, uti aliqui legunt apud Plautum in Asin. prolog. v. 5, *Cave modo, ne graxis.* Hinc &

¶ Prograxe, pro prograxisse, i. e. in publico garriisse, palam clamasse, apud Lucretium 5 v. 1158

Aut morbo delirantes prograxe feruntur.

Gregalis, Gregare, Gregarius, &c. vidè *Grex.*

GREMIVM, i, quod est inter amplexum femorum, dictum quasi geremium à gero, der schooß. Terent. Adelph. act. 3 sc. 2 v. 35 *Qui se in suo gremio positurum puerum dicebat*, er wolle das kind auf den schooß nehmen. Cic. 2 Divin. cap. 41 *Puer lactens, in gremio matris sedens.* Virg. 1 Æneid. v. 718

Hæret, & interdum gremio fovet inscia Dido.

Metaphorice, *Abstrahi e sinu gremioque patriæ*, Cicer. pro Cælio cap. 24, dem vaterland entzogen werden. *Terra gremio mollito & subacto semen sparsum excipit*, Idem de Senectute cap. 15. ¶ An *Gremia sarmenta* & *Gremiales arbores*, Lege 7 § 12 Dig. de sol. matr. huc pertineant, vide in *Cremo*, in lit. C.

GREX, grĕgis, mascul. minorum est pecudum; ut, ovium, caprorum, eine heerde. Juvenal. sat. 2 v. 79 *grex totus in agris*

Vnius scabie cadit, & porrigine porci.

Horatius etiam *avium* dixit *gregem*, lib. 1 epist. 3 v. 19. Aliquando tamen & de armento dicitur. Virg. ecl. 6 v. 55

Aut aliquam in magno sequitur grege.

Vbi Servius: *Notandum*, inquit, *gregem de bobus dixisse, cum propriè* armenta *dicamus. Licet GREX sit quorumlibet animalium congregatio. Sic Cicero in Philipp. Fudit apothecas, cecidit greges armentorum.* Nec frustrà addidit Poëta *magno:* ut ab ovino genere distingueret. Idem Servius ad illud ejusdem Virgilii 6 Æn. v. 38

Nunc grege de intacto septem mactare juvencos

Præstiterit.

GREGEM, inquit, *pro armento posuit. Sed hæc per poëticam licentiam sæpe confundit. Isto loco proprie posuit:*

Quinque greges illi balantum, quina redibant

Armenta.

Lucretius quoque de bovino genere lib. 2 v. 661 *Buceriæque greges*, Vbi videtur *Greges* in fœminino genere dixisse. (Et Nonius etiam c. 3 n. 109 observat, communis generis fuisse; addique potest, quod in magno Inscriptionum opere *grex Russata* habeatur; Et *grex Veturiana* in marmore Patav. a Reinesio illustrato.) Sic &, *Gregem equarum*, Cic. in Verr. 3 cap. 10. *Dux gregis*, der leithammel, brunochse, Ovid. 1 de Arte v. 326. ¶ *Grex hominum*, eine gesellschafft. Terent. in Eunuch. sc. ult. v. 54 *Vnum hoc vos oro, ut me in vestrum gregem recipiatis*, ihr wollet mich euren gesellen seyn lassen. *Grex amicorum*, Cicer. lib. 1 ad Attic. ep. 18, &, *Philosophorum*, lib. 1 de Orat. cap. 10. Præcipue autem de illa multitudine usurpatur, quæ vilitatem quamdam atque contemtum habet. Plaut. Cist. a. 4 sc. 2 v. 67 *Grex venalium servorum.* Horatius lib. 1 epist. 4 extrema:

Epicuri de grege porcum.

De scenicis Petronius:

Grex agit in scena mimum, &c.

Ita & Plautus eo vocabulo usus est Cas. prol. v. 22 &c. itemque Terentius Phorm. prol. v. 33 *Cum per tumultum noster grex motus loco est.* Item Suetonius Calig. cap. 57. De *Genethliacis*, Juvenalis sat. 10 v. 94 *De grege Chaldæo.* De agitatoribus idem Suetonius Nerone cap. 22. ¶ *Duo greges virgarum ulmearum*, Plaut. Pseud. act. 1 sc. 3, i. e. fasces: quod durè a Plauto dictum Vossius censet lib. 4 Instit. Orat. p. 103.

¶ Grĕgālis, e, ex eodem grege, aus der heerde; ut, *Equi gregales*, Varr. 2 de R. R. cap. 7. *Clodii gregales & consiliarii*, Cic. Arusp. R. cap. 25. Et, *Catilinæ gregales*, id est, sodales, rottirer, spießgesellen, Cicero pro Dom. cap. 28. ¶ 2. *Gregale* etiam vulgare dixit Seneca, ut *Poma gregalia*, lib. 1 de Benefic. cap. 12, gemein, gering. De voce *Gregarius* & *Gregalis*, vide & Barthium lib. 9 Adversar. cap. 4 pag. 1865.

¶ Grĕgārius, a, um, gemein; ut, *Miles gregarius*, ex grege undicunque collectus, Sallust. Catil. cap. 37, & Cic. pro Planc. cap. 30, ein gemeiner soldat. Sic, *Gregariam militiam sortitus*, Justin. 22, 1, 8. *Gregarius bos*, qui adhuc in grege pascitur. ¶ Est & qui gregi præest: pastor, custos. Vet. Gloss. *Gregarius*, ἀγελάρχης, ποιμήν. Atque ita *gregarios pastores* dixit Columella principio lib. 6, & Apulejus lib. 7 Miles. p. 194 *gregarium* appellat, quem paullo ante dixerat *equisonem armentarium.*

¶ Grĕgo, are, verbum, sammlen. Gloss. lat. gr. *Gregat*, ἀγελίζει, ἀθροίζει.

Paulinus ad Nicetam v. 206

Et sua Bessi nive duriores,

Nunc

Nunc oves facti, duce te gregantur
Pacis in aulam.

¶ Grĕgatus, a, um, geſammlet. Statius 1 Achill. v. 372
Qualiter Idaliæ volucres, ubi mollia frangunt
Nubila, jam longum cæloque domoque gregatæ, &c.

¶ Grĕgātim, adverbium, conjunctim, ſimul, una, mit hauffen, hauffen-weiſe. Plin. lib. 8 cap. 5 pr. *Elephanti gregatim ſemper ingrediuntur.* Et Cic. in Verr. 7 cap. 57 *Videtis cives Romanos gregatim conjectos in lautumias.* Et Seneca de Benefic. lib. 6 cap. 32 de Auguſti filia: *admiſſos gregatim adulteros.*

Compoſita:

¶ Aggrĕgo, are, zugeſellen, zuſammen rotten. Cic. pro Muræn. cap. 7 *Ego te ſemper in noſtrum numerum aggregare ſoleo*, ich rechne dich mit zu unſerm hauffen. *Ad amicitiam alicujus ſe aggregare*, ſich in eines freundſchafft begeben, Cæſ. 6 B. Gall. c. 11.

¶ Congrĕgo, are, conjungere, verſammlen. *Congregare ſe cum æqualibus*, Cic. 5 de Fin. cap. 15, ſich zu ſeines gleichen halten. *In unum locum congregare*, auf einen ort zuſammen bringen, Cicer. lib. 1 de Orat. cap. 8.

¶ Congregatus, a, um, verſammlet. Cic. Parad. 4 *Latronum congregata unum in locum multitudo.*

¶ Congrĕgātim, idem quod Gregatim. Prudentius Hymno Jejunant. v. 143 *Curſant per ampla congregatim mœnia.*

¶ Congregatio, ōnis, die verſammlung. Cic. 3 de Fin. cap. 20 *Facile intelligitur, nos ad conjunctionem congregationemque hominum, & ad naturalem communitatem eſſe natos.*

¶ Congregator, ōris, qui congregat, ein ſammler. Arnobius lib. 6 p. 199 *Phidias, qui Jovem fecerat, ſciebat, aurum fuiſſe, lapides atque oſſa informia, diſparata, confuſaque, ſeque horum omnium congregatorem atque vinctorem.*

¶ Congregabilis, e, geſellig, ſo ſich zuſammen hält. *Examina apum congregabilia naturâ*, Cic. Off. lib. 1 c. 44.

¶ Congrĕgis, e, vel Congrex, das beyſammen iſt, unde *Congregem* Apulejus lib. 7 de A. A. p. 194 dixit: *Equinis armentis namque me congregem paſtor egregius, mandati dominici ſerius auſcultator, aliquando permiſcuit.* Et Prudentius lib. 2 adv. Symmach. v. 634 *quem congrege nexu pax & Roma tenent.* Sic plur. Solin. cap. 2 *Congreges volitant*, ſie fliegen miteinander. Et Tertull. de Pœnit. cap. 11 *Nullis comeſſationibus congreges.*

¶ Disgrĕgus, a, um, unterſchieden. Mart. Capell. lib. 9 *Venuſtate disgregæ puellæ.*

¶ Ēgrĕgius, a, um, excellens, præclarus, auserleſen, fein, herrlich, ausbündig. *Boves egregii*, quaſi ex toto lecti grege, *eximii porci, & oves lectæ.* Vid. Donatum ad illud Terentii in Hecyra act. 1 ſc. 1 v. 9 *Vtin' eximium neminem habeam.* Et de vario hujus vocis uſu Barth. ad lib. 2 Thebaid. Stat. p. 344. *Egregia forma*, Terent. Andr. act. 1 ſc. 1 v. 45, hübſche geſtalt. *Egregius color, integra valetudo*, Cic. 2 Fin. c. 20. *Egregia & præclara indoles*, Idem 1 de Orat. c. 29. Et, *Egregium opus*, Idem 1 Nat. D. c. 36. *Egregium facinus audere*, eine löbliche that wagen, Livius lib. 8 cap. 24. Sed *Egregium publicum*, eſt, decus publicum, das gemeine beſte: Tacitus 3 Annal. cap. 70 *Capito inſignitior infamia fuit, quod humani divinique juris ſciens, egregium publicum & bonas domi artes dehoneſtaviſſet.* Quod recte contra Rhenanum aſſeruit Vertranius. vide & Petr. Fabr. Semeſtr. lib. 20 cap. 12 *Egregium publicum* ut *Bonum publicum.* Sulpitius Severus lib. 2 Hiſt. Sacr. ſub fin. *Hoc fere modo homines luce indigniſſimi peſſimo exemplo necati, aut exiliis multati: quod initio jure judiciorum & egregio publico defenſum.* ¶ Comparationes in hac voce minus uſitatæ ſunt. Lucretius tamen dixit lib. 4 v. 468 *Nam nihil egregius eſt, quàm res diſcernere apertas à dubiis.* Catoni ad populum apud Priſcianum lib. 3 tribuitur etiam *Egregiiſſimus.* Et apud Gellium lib. 14 cap. 5 formavit vel finxit aliquis *egregiiſſime Grammatice*, vocandi caſu. ¶ *Egregia*, ſubſtantive & pro virtutibus Tacitus poſuit Annal. 14 cap. 60 *Poſtquam cuncta ſcelerum ſuorum pro egregiis accipi videt.*

¶ Egregie, adv. excellenter, herrlich, fürtrefflich. Terent. in Andr. act. 1 ſc. 1 v. 31 *Horum ille nihil egregiè præter cætera ſtudebat*, der ſtücke befleiſſigte ſich mein ſohn keines ſonderlich. Et ſcen. 5 v. 38 *Egregie caram habere*, ſonderlich lieb haben. Idem Heaut. act. 3 ſc. 1 v. 11 *Egregie ad miſeriam natus*, ſonderlich, für andern. Cicer. 1 de Orat. cap. 45 *Egregie cordatus homo.* Et lib. 1 ep. 1 ad Q. Frat. cap. 6 *Servus egregie fidelis.* Et, *Egregie loqui græce*, Idem 2 de Fin. cap. 6.

¶ Egregiatus, ûs, dignitas & honorum gradus, ut Nobiliſſimatus, perfectiſſimatus. Lege 3 Cod. Theod. de Cohortal. princ. cornicular. *Primipilaribus poſt emeritam militiam perfectiſſimatus, vel ducenæ, vel centenæ, vel egregiatus dari dignitas poteſt.*

¶ Peregrĕgius, a, um, valde egregius, der fürnehmſte. Apulejus Apolog. p. 298 *Sophocles protuliſſe dicitur Coloneum ſuam, peregregiam tragœdiarum*, &c.

¶ Sēgrĕgo, are, ſeparare ab aliorum numero vel grege, abſondern, ausſondern. Terent. Andr. act. 1 ſc. 5 v. 56 *Te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges, neu deſeras*, du wolleſt ſie nicht von dir ſtoſſen, oder ſitzen laſſen. *A numero civium ſegregari*, Cic. pro Arch. cap. 2, ausgeſchloſſen werden. *Segregare a ſe ſuſpicionem & culpam*, verdacht und ſchuld von ſich ablehnen, Plaut. Trin. act. 1 ſc. 2 v. 42. *Segregare ſermonem*, i. e. finem facere loquendi, ſchweigen, Idem Mil. act. 3 ſc. 1 v. 60, & Pœn. act. 1 ſc. 2 v. 136.

¶ Segregātus, a, um, abgeſondert. Cic. Tuſc. 5 c. 28 *Vita ſola relicta, comitatu pulcherrimo ſegregata.*

¶ Segregatim, adverb. abſonderlich, beſonders. Prudent. Hamart. præfat. v. 39 de Marcione: *Et ſegregatim numen æternum colens.* Theod. Cod. l. 16 t. 3 *Vxores eorum maritalis ſegregatim mulcta conſtringat.*

¶ Segregatio, ōnis, die abſonderung. Tertull. de Anima c. 42 *Strato* (affirmat) *ſegregationem conſati ſpiritus.*

¶ Segrĕgis, e, vel Segrex, idem quod Segregatus; Vnde Seneca *ſegregem vitam* dixit, pro ſolitaria, lib. 4 de Benefic. cap. 18, ein einſames leben. Prudentius Hamartigen. v. 803 *ſegrege forma:* & antea v. 66 *ſegrege regno*, in einem unterſchiedenen reiche. Idem Cathem. 7 v. 28 *Heliam dixit fragore ab omni remotum & ſegregem.* Et plur. Sidonius 9 epiſt. 3 *civitates ſitu ſegreges*, von einander gelegene ſtädte.

¶ Segrĕgus, a, um, idem. Reperitur apud Auſonium Parental. Carm. 9
Ipſe tuo vivens ſegregus arbitrio.

Grillo, are, vide *Gryllus.*

GRĪPHUS, i, γρίφος, rete, ſagena piſcatoria, ein fiſchernetz, apud Suidam. Inde Plautus Rud. piſcatori *Gripo* nomen fecit. ¶ 2. Ænigma, ein rätzel. Apud Gell. legitur lib. 1 cap. 2 pro ſermone intricato, ſeu ænigmate, *Omnis generis griphos diſſolvere*, verwirrete rätzel-reden auflöſen; γρῖφον, inſolubile dicunt Græci. Pro ænigmate poſuit idem ſcriptor lib. 12 cap. 6, & Apulejus 2 Florid. Vide Sphingem Heidfeldii, & Voſſ. lib. 4 Inſtit. Orat. p. 203.

GROCCIO, ire, de corvis dicitur, krähen. Apul. Flor. 2 *Corvus groccire adortus.*

Groma, Gromatica, Gromatici, vide poſt paullo *Gruma.*

GROMPHĒNA, æ, avis in Sardinia, grui ſimilis, Plin. 30 c. 5.

GROSPHUS, i, γρόσφος, cuſpis haſtæ. Arnobius lib. 6 *Grosphis raſus.* ¶ 2. *Grosphus*, amicus Horatii, ad quem ſcripſit 2 od. 16, & quem commendat 1 epiſt. 12 v. 22.

GROSSUS, i, maſculinum & fœmininum, ficus, quæ nondum maturuit, eine unzeitige, unreiffe feige. *Groſſi in aquâ cocti*, Celſus lib. 5. Et, *crudæ groſſi verrucas tollunt*, rohe unzeitige feigen, Plin. lib. 15 cap. 18, ὄλυνθον Græci vocant.

¶ Groſſulus, i, ὀλύνθιον, diminutivum, Columell. de Arboribus cap. 21.

GROSSUS, a, um, corruptum ex *craſſus.* Sulp. Severus Dial. 1 de virtutib. Monach. Orient. cap. 21 *Veſtem reſpuit groſſiorem, indumentum molle deſiderat.* Vſus & B. Auguſtinus eſt, ſed pro eo *craſſi* vocem ſubſtituendam putat Voſſius de Vitiis ſermonis. Forte vulgare & ſordidum eſt. Cujus generis vocabulis non raro uſi ſancti ſcriptores. Comp. Vulg. Interpr. Ezech. 41 v. 25 *groſſiora erant ligna.*

¶ Groſſitudo, ĭnis, die dicke. Vulg. Interpr. Jer. 52 v. 21 *groſſitudo ejus quatuor digitorum.*

GRUMA, ſeu Groma, æ, (utroque enim modo exaratur hæc vox;) *genus machinulæ cujusdam eſt, quo regiones agri cujusque cognoſci poſſunt, quod Græci γνώμονα dicunt*, ut Feſtus deſcribit. Nonius cap. 1 n. 316 *menſuram* vocat, *qua flexæ viæ ad lineam diriguntur.* Vet. Gloſſ. *Gruma*, γνώμων. vide Rigaltium Notis ad Agrimenſores veteres p. 110, itemque Salmaſium Exercitat. Plinian. p. 675 & ſeqq. qui & formam exhibuit. Pithœus loco mox allegando, in tertia flexione *Gruma, grumatis* dixit: Sed veteres *Gruma, grumæ* dixerunt. Hyginus de limitibus conſtituendis apud Rigalt. pag. 163 *Poſita auſpicaliter groma, ipſo forte conditore præſente, proximum veri ortum comprehenderunt.* *Groma poſita*, ſextus caſus eſt. Vetus ſcriptor de Variatione fluminis apud eumdem pag. 295 *Emiſſum perpendiculum cum ſemper ſignum ceciderit, percutis grumam.* Et paullo poſt: *manente gromâ, dictabis rigorem.* Et Nonius cap. 1 n. 316 *Grumas* quoque interpretatur *loca media, in quæ directæ quatuor congregantur & conveniunt viæ.*

¶ Grumus, i, etiam dicitur agger, a congerie, ut Nonius vult c. 1 n. 50; Et ut Feſtus explicat, eſt *terræ collectio minor tumulo*, ein hübel, erdhauffe. Hirtius, ſeu Oppius, de Bello Hiſpan. cap. 8 extr. *Grumus eſt excellens natura, qui adpellatur caſtra Poſtumiana.* Et cap. 24 *Neque tamen æquo loco ſui poteſtatem faciebat, ſed ex grumo excelſum tumulum capiebat.* Inter terminorum ſpecies *Grumos* antiquus auctor nominat, apud Rigalt. pag. 320. Chariſius lib. 1 Grammat. cap. 12 τῶν ὅρων λίθυς interpretatur. In pratis *grumi* ſunt, ubi terra aggeſtitia tumet, & fœniſecis ferramentum offendit. *Grumus ſalis*, ein ſaltzhäuffgen, Plin. lib. 33 cap. 4, uti vulgo legitur: Harduinus autem ex MSS. *gemino.* vide notam ejus 25. Columell. lib. 2 cap. 18 *Tum glebas ſarculis reſolvemus & inducta crate coæquabimus, grumosque, quos ad verſuram plerumque fractæ faciunt crates, disſipabimus.*

¶ Grumulus, i, diminut. ein häufflein. Plinius lib. 19 cap. 6 *Quidam ulpicum & allium in plano ſeri vetant, caſtellatimque grumulis imponi.*

¶ Gromatica, æ, diſciplina ipſa, ſeu ars agrimenſorum, apud Caſſiodorum lib. 3 Variar. epiſt. 52, ut vere reſtituit Pithœus lib. 2 Subſec. Lect. cap. 14.

¶ Gromatici, ipſi Profeſſores ejus artis, qui metationem agrorum & caſtrorum docent, feldmeſſer, Ingenieurs. *Gromaticus liber* eſt Hygini de limitibus conſtituendis, & ejusdem de caſtrametatione. v. Salmaſ. ad Solin. p. 480.

¶ Grumare, metiri. Vet. Gloſſ. *Grumat*, μετρεῖ: ἐξισοῖ.

¶ Degrumari, abmeſſen, in Deponenti Ennius & Luciſius dixêre apud Nonium c. 1 n. 316, ille: *degrumari ferrum*, i. e. grumam dirigere. Et hic: *viam vis degrumari, ut caſtris menſor facit olim.*

¶ Exgrumino, are, aus der erde, oder erdhauffen kriechen. *Cochleæ exgruminantes*, Varro de Re Ruſt. 3 c. 14.

GRUNDA, æ, tecti prominentia. Gloſſ. Vet. *Grunda*, στέγη, καὶ τὸ ὑπὲρ τὸν πυλεῶνα ἐξέχον. Item: ὑπόστεγον.

¶ Grundilis, vel Grundulis, e, hinc formari videtur: ut, *Grundiles Lares*, apud Arnob. lib. 1 pag. 15. Adpellationis rationem Voſſius prodidit Etymol. p. 502. Alii a *grundire* pro *grunnire* hos Lares ita adpellatos volunt, ut in *Grunnire* dicturi ſumus.

¶ Suggrunda, æ, vel Subgrunda, æ, &

¶ Suggrundia, orum, plur. partes tecti prominentes, quibus ſtillicidia à parietibus arcentur, das vordach, ſo den regen von wänden abhält, wetter-dach. Varro lib. 3 de R. R. cap. 3 *Apes ſubter ſubgrundas villatico uſæ tecto.* Et Vitruvius lib. 10 cap. 21 pr. *Teſtudo habet ſuperne ſubgrundas proclinatas.* Plinius lib. 25 cap. ult. ſect. 102 *Hypogeſon in ſuggrundiis fere naſcitur.*

¶ Subgrundatio, ōnis, idem. Vitruvius lib. 4 cap. 2 *canterii promi-*

nentes ad extremam subgrundationem. Proprie ædificatio subgrundiorum, & istarum partium constructio.

¶ Suggrundarium, i, sepulcrum infantium. Fulgentius Planciades lib. de Sermone Antiquo: *Suggrundaria antiqui dicebant sepulcra infantium, qui nec dum XL dies implessent.* Adde Voss. c. l.

GRVNNIO, grunnire, porcorum est, gruntzen. Exempla Varronis, *grunnit porcus*; & Laberii, *grunnientem adspexi scrofam*, Nonius profert cap. 2 n. 356. Adde Juvenal. satyr. 15 v. 22 de Vlyssis apud Circen sociis: *Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis.*
Idem Nonius cap. 6 n. 96 *Grundire* veterum auctoritate pro *Grunnire* scribit: indeque *Grundules Lares* interpretatur cap. 2 n. 357 Romæ constitutos ob honorem porcæ, quæ triginta pepererat. Idem Diomedes, vetustus Grammaticus, lib. 1 ex Cassio Hemina probat pag. 379 ed. Putsch. Addit quoque Diomedes: *Veteres* Grundire *dicebant.*

¶ Grunnītus, ûs, das gruntzen, schreyen der schweine. Cicer. 5 Tusc. cap. 40 *Non audiunt grunnitum, cum jugulatur sus.*

¶ Digrunnio, ire, compositum, idem quod grunnire, gruntzen. Phædrus 5 fab. 6 v. 27 *Scurra digrunnit prior.*

GRVS, is, dubium, ein kranich, quod vernaculum ex Græco, γέρανος, factum videtur. Avis Cereri sacra; Porphyr. lib. 3 περὶ ἀποχῆς: *Grues per autumnum in loca calidiora discedunt, ducem sequentes, quem eligunt: In agmine extremo, qui per vices ceteris acclament, dispositos habent, volando trianguli formam efficiunt*, Cicer. lib. 2 de Nat. Deor. cap. 49. Cum vocem mittunt vel clangunt, proprie *Gruere* dicuntur; ut Festus auctor est. Hinc *Congruere* & *Ingruere* verba, de quibus postea. Tam longe exaudire grues, quam homo videt, Porphyrius auctor est lib. 3 περὶ ἀποχῆς, p. 264. vide Barth. ad Claudian. p. 431 seqq. Virg. Georg. 1 v. 120, & Æn. 10 v. 265 *Strymoniæ grues* sunt g. f. Sed m. g. Horat. 2 sat. 8 v. 87 *membra gruis sparsi sale.*
¶ Pulli gruum *Vipiones* vocantur, Plin. lib. 10 cap. 49. ¶ 2. *Grus* machina, non minus ac corvus demolitor, ein hebzeug, Vitruv. 10 c. 19.

¶ Gruo, gruĕre, Gruum proprium. Gloss. Vet. *Gruunt*, γερανίζουσιν. Et Auct. Philom. v. 23 *Grus gruit.* Hinc

¶ Congruo, ĕre, convenire, consentire, überein kommen, zusammen stimmen. Festus: *GRVERE*, inquit, *dicuntur grues: ut sues grunnire. Vnde tractum est* congruere, *hoc est, convenire. Quia id genus volucrum minime solivagum est.* Non prætermittendus est & Johan. Sarisberiensis locus super hoc verbo lib. 2 de Nugis Curialium cap. 13; *GRVS*, inquit, *semper affert, quod expetit: unde &* gruere *verbum ambiguum est. A quo* congruere, *quod proficit; &* ingruere, *quod officit. Vnde illud: bis vitibus ingruit imber.*
Terent. Eunuch. a. 5 sc. 9 initio:

nam in me plane Dii potestatem suam
Omnem ostendere, cui tam subito tot congruerint commoda.

Congruerint, i. e. simul venerint, contigerint. Sic Tacitus pro *coincidere*, sive simul incidere, usus est 1 Hist. cap. 7, *Forte congruerat, ut Clodii Macri & Fontei Capitonis cædes nunciarentur.* Idem Ann. 12 cap. 6 *Datum ab ea fœcunditatis experimentum, & congruere artes honestas:* CONGRVERE, i. e. simul colludere, accedere &c. Contraria sunt, differre, dissidere, discrepare. Terent. in Phorm. a. 4 sc. 5 v. 14 *Mulier mulieri magis congruit*, weiber soll man mit weibern handeln lassen. Sic igitur utimur, *congruere alicujus ingenio*, vel, *cum ingenio:* Cic. de Amicit. cap. 8 *Cum moribus & natura alicujus congruere.* Idem ad Atticum lib. 2 epist. 8 *ejus sermo cum litteris tuis congruit*, seine rede stimmt überein mit deinen briefen. Et, *Congruere sententiæ Deorum*, id est, accommodari, seu consentire cum ea, apud Nepotem in Lysandro cap. 3. Dicitur etiam *Congruere inter se*, über einander halten, der sachen eins seyn. Ter. in Heaut. a. 3 sc. 1 v. 19

Ne nos inter nos congruere sentiant.

In quo versu *congruere* secundæ conjugationis est, & tertiam longam habet: alias enim laboraret versus. Multa enim verba veteres in secunda, & tertia simul declinârunt: ut Fervēre, & Fervĕre; Fulgēre, Fulgĕre, &c. Seneca epist. 9 *Initia inter se & exitus congruant.*

¶ Congruus, a, um, congruens, conformis, aptus, gleichförmig, übereintreffend. Apul. Miles. lib. 6 *Jam faxo nuptias non impares, sed legitimas & juri civili congruas.* Et Palladius lib. 1 cap. 12 *congruis cæli regionibus.* Antiquiores, qui usi sint, vix habemus.

¶ Congruens, tis, idem, & antiquius. Cicer. lib. 7 epist. 23 ad Fab. Gallum: *erat aptum bibliothecæ, studiisque nostris congruens.* Et Plinius Panegyr. cap. 38 *Congruens erat, eamdem immunitatem obtinere.* Et ibidem cap. 91 *congruens tenor vitæ.* Compar. *Congruentior.* Lactantius lib. 4 cap. 26 n. 13 *quid congruentius Deo?* Superl. Apulejus Apolog. p. 320 ed. Elmenh. *congruentissima voce.* Et Tertullianus extremo lib. de Anima: *Congruentissimum est, animam, licet non exspectata carne, puniri, quod non sociata carne commisit.* conf. de Resurr. Carn. cap. 14. Et Augustinus sub finem lib. 8 Confession. *congruentissimum suis moribus.*

¶ Congruenter, adverb. gleichförmig, füglich, gemäß. Cic. de Finib. 3 cap. 7 *Congruenter naturæ convenienterque vivere*, der natur gemäß leben. Compar. Minucius Felix cap. 40 seu sub finem opusculi: *de quibus crastino, ut de toto, congruentius, promptius requiremus.* Augustinus epist. 19 cap. 2 *Invidiam congruentius devitare non posset.* Idem lib. 1 Retractat. cap. 7 *Omnia deficientia sic ordinantur, ut ibi sint, ubi congruentissime possint esse: quia & illi, qui non recurrunt, congruentissime in pœna sunt.* Tertullian. de Pudicitia cap. 8 extr. *Meminimus & histriones, cum allegoricos gestus accommodant canticis, alia longe a præsenti & fabulâ, & scenâ, & persona, & tamen congruentissime exprimentes.*

¶ Congruentia, æ, similitudo, symmetria, gleichheit, füglichkeit; ut, *Congruentia morum*, Suet. Othon. cap. 2. *Congruentia pronunciandi*, Apulej. Apol. p. 283 ed. Elmenh. Et, *congruentia partium*, Augustin. Civ. D. lib. 22 cap. 20.

¶ Congruitas, ātis, idem, apud Symmachum 9 epist. 42 *personarum æquatio, & honestate & possibilitate congruitas.*

¶ Incongruus, a, um, non congruus, unbequem, ungeschickt. Val. Max. 4, 1, 12 *quæ facta eorum ac dicta quam incongruo ambitu amplectar.* Aliqui habent *quam angusto.* Apulejus lib. 3 de Dogm. Platon. post princip. *incongruæ inter se propositiones.*

¶ Incongrue, adverb. idem. Augustinus ad Hieron. epist. 9 c. 4 *Quod si facere vellet; nec mendaciter, nec incongrue faceret.*

¶ Incongruens, tis, idem quod incongruus, sed præstantioris usus, ungereimt, unbequem. Plinius lib. 4 epist. 9 *Alteram sententiam dissolutam atque etiam incongruentem vocant.* Gellius lib. 12 cap. 5 *Stoica disciplina pleraque incongruens est.*

¶ Incongruenter, adverb. inconvenienter, unfüglich. Tertullian. de Baptismo cap. penult. *Nec incongruenter quis ad figuram interpretabitur.*

¶ Incongruentia, æ, inconvenientia, unfüglichkeit, ungleichheit. Tertullianus adv. Marc. lib. 2 cap. 25 *infirmitates & incongruentias interpretandas purgandasque pertendam.* Et Lactantius lib. 5 cap. 13 sub fin. *Seneca incongruentiam hominibus objectans.* Et Augustinus Civ. Dei lib. 22 cap. 19 *incongruentia partium.*

¶ Ingruo, ingruĕre, invadere, irruere, impetum facere, ut Servius interpretatur, einfallen, hereinbrechen. vide & supra in *Congruo.* Virg. Æn. 12 v. 628 *Ingruit Æneas Italis, & prælia miscet,*
er setzet auf sie zu. *Æstas ingruit*, Colum. 11 cap. 3. *frigus*, Idem lib. 4 cap. 29. Sic, *nox, metus ingruit*, fällt ein. *Senio ingruente*, Plin. lib. 5 cap. 52. *Ingruente fato*, Livius lib. 4 cap. 32. *Morbi ingruunt gentibus universis*, Plin. lib. cap. 50 extr. kranckheiten setzen zu, und fechten an alle völcker. Quod Livius cum præpositione expressit lib. 4 cap. 30 *morbi in agrestes ingruerant.*

GRYLLVS, i, bestiola, similis locustis, sine pennis, eine feld-heyme, feld-grylle, Plin. lib. 29 cap. 6. *Blattæ*, heymen: vide suo loco. *Grylli* nomine Dialogum scripsit Plutarchus. Est & Aristotelis *Gryllus*, cujus meminit Quintil. 2 cap. 17. ¶ 2. *Grylli*, etiam picturæ ridiculæ genus: *gradesco* Itali vocant. Plinius lib. 35 cap. 10 sub fin. *Idem* (Antiphius) *jocoso nomine GRYLLVM ridiculi habitus pinxit. Vnde hoc genus picturæ GRYLLI vocantur.*

¶ Gryllo, vel Grillo, are, schreyen wie die gryllen. Auct. Philom. v. 62 *Et gryllus gryllat.*

GRȲNÆVS, i, Apollinis cognomen, a Grynæo nemore, in Joniæ finibus, a Gryno filio consecratum. Alii tamen a *Gryna*, Mœsiæ civitate deducunt, a *Gryno* Euripili filio sic nominata; vide Servium ad illud Virgilii eclog. 6 v. 72

His tibi Grynei nemoris dicatur origo.

¶ Grynæa, sacerdos Apollinis. Silius lib. 13 v. 400

Sic ad Grynæam, quæ tum sub nomine Phœbi
Autonoë tripodas sacros antrumque tenebat, &c.

GRȲPHES, vel quod rectius *grypes*, à *gryps*, Γρύψ: Ita enim in veteri Glossario: *Grupes*, Γρύπες, [*u* enim pro *y* antiqua scribendi ratione] & *Gryphi* à *gryphus*, Greiffen. Genus ferarum in Hyperboreis montibus: omni parte leones sunt, alis & facie aquilis similes, equis vehementer infesti, Apollini consecrati, ut Servius de iis ad illud Virgil. eclog. 8 v. 27 scribit: *Jungentur jam gryphes equis.*
Animal est, Plinio auctore, fabulosum. Quod & aliis scriptoribus plerisque videtur: inter quos Cardan. de Subtil. lib. 17 cap. 97. Plin. lib. 10 cap. 49. Arrian. lib. 5. Nieremberg. lib. 5 cap. 22. Sed hic distinguit Keckermann. disp. 18 problem. 11. conf. Voët. Dispp. Theolog. Tom. 1 p. 728. Mela in Scythiæ Europææ descriptione, *Gryphi*, inquit, *sævum & pertinax ferarum genus, aurum terra penitus egestum mire amant, mireque custodiunt, & sunt infesti attingentibus.* Huc pertinet illud Plauti Aul. a. 4 sc. 8

Picos divitiis, qui aureos montes colunt,
Ego solus supero.

Nam *pici* iidem, qui *Gryphes.* Nonius cap. 2 n. 641 PICOS, *veteres esse voluerunt, quos Græci Γρῦπας appellant. Et hi ex montibus Hyperboreis aurum effundere creduntur.* Dicuntur & Arimaspi exercere cum Gryphis certamina, mira cupiditate & feris custodientibus aurum, & Arimaspis rapientibus, ut verba Plinii sunt lib. 7 cap. 2. Idem tamen *Gryphes* inter fabulosas aves enumerat lib. 10 cap. 49, quod & alii plerique sentiunt, ut & ante monebamus. De iis ita Vadianus:

Igne micant oculi, curvatur acumine rostrum,
Sibilat & grandi lingua retorta sono.
Fulta toris cervix præacutis auribus exta:
Fonsque minax acris signa vigoris habet.
Horrescunt villis armi crispantibus atri,
Et nodum hirsuto turbine finis habet.

Guajăcum, ut lignum guajacum, vide *Hebenus.*

GV̆BERNO, avi, atum, are, regere, administrare, regieren, verwalten. Cic. lib. 2 famil. epist. 7 *Te hortor, omnia gubernes & moderere prudentia tua.* Idem ad Attic. lib. 6 epist. 3 *Sed hæc Deus aliquis gubernabit*, das wird Gott walten, lencken.

¶ Gubernatus, a, um, gelenckt, angeführet. Cic. ad Brut. epist. 10 *Cæsarem meis consiliis adhuc gubernatum quidam impulerunt.*

¶ Gŭbernator, ōris, κυβερνήτης, quemadmodum a κυβερνᾶν, *gubernare*, factum videtur. Rector proprie & moderator navis, der steuermann, schiff-patron, fährmeister. vid. Scheffer. de Milit. Naval. lib. 4 cap. 6. Cicero de Senect. cap. 6 *Gubernator clavum tenens sedet in puppi.* Et in Philipp. 7 extrema: *Summi gubernatores in magnis tempestatibus nonnunquam a vectoribus admoneri solent.* Et Seneca in epist. 85 *Tempestas & procella nocet gubernatori, non tamen illum deteriorem facit.* Et Plin. lib. 9 epist. 26 *Nequaquam par gubernatoris est virtus, cum placido, & cum turbato mari vehitur.* Apulejus de Mundo: *Postremò, quod est in triremi gubernator, in curru rector, præcentor in choris, lex in urbe, dux in exercitu: hoc est in mundo Deus.* ¶ Hinc per translationem de quovis alio moderatore, ein regent, verpfleger, regierer. Cic. pro Rabir. cap. 9 *Custodes gubernatoresque reipublicæ.*

¶ Gubernatrix, īcis, die regentin. Terent. in fine Eunuchi: *An fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit?* so dieses alles also regieret hat. Cic. de Orat. lib. 1 cap. 9 extr. *Ista præclara gubernatrice, ut ais, civitatum, eloquentia Rempub. dissipaverunt.*

¶ Gubernatio, ōnis, die regierung, das regiment. Cicer. 2 de Invent.

cap. 54

cap. 54 *Continentia est, per quam cupiditas consilii gubernatione regitur.*

¶ Gubernāculum, i, clavus navis, πηδάλιον, das steuerruder, so das schiff lencket. Metaphora locutiones elegantes præstat; ut, *Accedere ad gubernacula Reipub.* sich des regiments anmassen: Cicer. 1 de Invent. cap. 3 *Cum ad gubernacula Reipub. temerarii, atque audaces homines accedunt, maxima ac miserrima naufragia fiunt.* Et, *Tenere clavum, & tractare gubernacula Reip.* Cic. pro Sextio cap. 9. Idem pro Rosc. Am. cap. 18 *sedere ad gubernacula Reipublicæ:* Et, *Tradere oratori gubernacula civitatum regendarum*, lib. 1 de Orat. cap. 49, das regiment übergeben und einräumen. *Recedere a gubernaculis*, von der regierung abtreten, Idem lib. ult. fam. epist. ult.

¶ Gubernāmen, ĭnis, das regiment. Ambros. Inscript. Epist. 44 lib. 7.

¶ Gubernum, i, κυβέρνιον, pro gubernaculo Lucilius dixit, ut Nonius observat cap. 8 n. 59 *detundere guberna.* Et Lucret. 2 v. 553

Disjectare solet magnum mare transtra, guberna, &c.

¶ Gubernium, i, pro gubernatione etiam antique Nævius apud Gellium lib. 16 cap. 7.

¶ Gubernio, ōnis, pro gubernatore, apud Isidorum 19 cap. 1.

¶ Adguberno, are, lencken helffen. Florus lib. 2 cap. 8 ineunte: *Adgubernante fortuna.* Idem lib. 3 cap. 5 n. 16 *pedibus iter adgubernans*, de natante.

¶ Præguberno, are, vorher regieren. Sidon. 5 epist. 13 *Musculis similis balenarum corpulentiam prægubernantibus.*

GV̆LA, æ, œsophagus, fistula, per quam cibus descendit, der schlund, die kehle. *Gulam laqueo frangere*, Sallust. dixit Catilin. cap. 55, mit dem stricke würgen, hencken. ¶ Pro vorandi cupidine studioque Suetonius *gulam* posuit Vitellio cap. 7, *Galba præ se tulit nullos minus metuendos, quam qui de solo victu cogitarent: ac posse provincialibus copiis profundam ejus expleri gulam.* Martial. lib. 14 epigr. 220

Cocus domini debet habere gulam.

¶ *Gula follis*, Plaut. Aulul. a. 2 sc. 4 v. 23, das loch am blasebalck.

¶ Gŭlōsus, a, um, vel vorax, vel gulæ delicatæ, freßig, naschhafft, der ein verwehnetes maul hat. Hieronym. epist. 7 ad Lætam, *Gulosa abstinentia*, de Isidis & Cybeles sacerdotibus loquens, qui continentiæ specie implebantur nitidissimis cupediis. Compar. *Gulosior.* Martialis lib. 7 epigr. 20 *Nihil est miserius, nec gulosius Santrâ.*
Eleganti translatione idem Martial. lib. 10 epigr. 59 in Lectorem delicatum: *Non opus est nobis nimium lectore guloso,*
Hunc volo, qui fiat non sine pane satur.

¶ Gulose, adverb. niedlich, leckerhafft; ut, *Gulosius condire cibos*, hoc est, ita condire, ut nulli parcatur sumtui, modo gula iis afficiatur, apud Columell. in præfat. 1. Martialis lib. 3 epigr. 22 *Nil est, Apici, tibi gulosius factum.* Et Tertull. de Resurr. Carnis cap. 1 *gulosissime nutrit.*

¶ Gŭlo, ōnis, ein prasser, naschmaul, der gerne gute bißlein isset. Apulejus Apolog. *Gulones omnes, qui impenso pretio a piscatoribus mercantur.* conf. Macrob. Sat. 7 cap. 12, & Festum in *Ingluvies.* ¶ 2. *Gulo* animal est in septemtrione, Lithuania scilicet & Moscovia, (alibi enim nusquam reperitur) voracissimum & inutile, magnitudine canis, facie felina, corpore & cauda vulpinis, colore nigro, vescitur cadaveribus, adeo ut extendatur & infletur tympani instar. Repletum ventrem inter duas arbores stringit, ut excrementa protrudat: post quod ad cadaver redit, aut aliud quærit, seque eo denuo distendit, ein vielfraß, *Rossomacam*, Sarmatæ vocant, Suedi, jerff, Gesner. ex Olao Magno. Si hiæna aut crocuta animal illud non est, cognatum certe est idem.

¶ Gulator, ōris, idem. Gloss. Vet. *Gulatores*, λάγνοι, μάχλοι, καταφαγάδες. A Gulare est, cujus compositum jam sequitur.

¶ Degŭlo, are, quod Nonius cap. 2 n. 223 *gulæ dare* exponit, atque in id Afranii locum subjungit, quo est, *degulasse oportuit*, verschlemmen, verfressen. Adde Charisium lib. 1 p. 80.

¶ Degulatus, a, um, verschluckt, aufgezehrt, in fragmento Plautus: *postquam degulato patrimonio pauper est factus.*

¶ Degulātor, ōris, ein schlemmer. Apulejus Apol. p. 322 *Omnia in paucis annis sic degulator studiosè in ventrem condidit, & omnimodis collurcationibus dilapidavit.* Isidorus lib. 10 litt. D *Degulator, quod gulæ sit deditus.*

¶ Inglúvies, ēi, Festo a *Gula* est, quasi *Inguluvies.* Primum significat sinum, qui circa guttur est, & in quem aves cibum recondunt, antequam in ventrem demittant, der kropff, die unterkehle. Columella lib. 5 cap. 8 de pullis gallinaceis: *Singuli tentandi, ne quid hesterni habeant in gutture. Nam si vacua non est ingluvies, cruditatem significat.* Virgilius 3 Georg. v. 431 de serpente: *Piscibus ingluviem explere.* ¶ Pro gutture & collo humano Apulejus 1 Metam. p. 109 *Vt restis ad ingluviem adstricta, spiritus officia discluderet.* ¶ Tandem, ut gula, ita & *Ingluvies* voracitatem sonat & prodigentiam, die freßigkeit. Horat. lib. 1 satyr. 2 v. 8 *Parentis præclaram rem ingluvie stringere*, durch die gurgel jagen. Salvianus lib. 1 de Gubern. pag. 36 *ventris ingluvies.*

¶ Ingluviōsus, a, um, freßig, apud Festum in *Ingluvies.* Et Isidorus lib. 10 litt. I, *Ingluviosus a gula & voracitate dictus.*

GV̆MIA, æ, vox antiqua, gulonem, sive lurconem significans, ein schlemmer, fresser. Josephus Scaliger Conject. in Varron. à Græco γόμος deducit, quod significat πλήρωμα τῆς νεὼς ἕρμα. *Saburram* Latini vocant. Est apud Fest. in voce *Ingluvies:* & Lucil. lib. 30 *Quò veniunt illæ gumiæ, vetulæ, improbæ, ineptæ*, &c. conf. Nonius c. 2 n. 377 ubi *Genuæ* dicuntur. Sed & idem Lucilius apud Cicer. de Fin. 2 cap. 8 *Compellans gumias ex ordine nostros.* Et Apulejus Apol. *Testimonium ex libello legi audisti gumiæ cujusdam & desperati lurconis*, &c.

¶ Degumiare, vel Degumare, verfressen, legendum in Glossis Philoxeni pro *Degunere*; ἀπογεύσασθαι, συγγεῦσαι. vid. Voss. Etym. p. 242.

GVMMI, neut. indeclin. κόμμι, hartz, gummi; ut, *Gummi optimum ex Ægyptia spina*, Plin. lib. 13 cap. 11 pr. Vel ¶ Hæc *Gummis*, fœm. Sic enim apud Columellam legitur lib. 12 cap. 50 *Nova dolia, liquida gummi perluere*, härtzen, verpichen, & ibidem, *crassa gummi.* Est enim gummi, liquor viscosus ex arboribus, *resina*, hartz, oder was sonst aus den bäumen durch die rinden träufft. ¶ Scribitur & *Cummis.* vid. Cato de R. R. cap. 69.

¶ Gummitio, ōnis, illinitio ex gummi, die bestreichung mit hartz, verkleibung. Columell. lib. 12 cap. 50 *in perpetuum una gummitione contenti sunt.*

¶ Gummōsus, sive Gumminosus, a, um, gummi abundans, hartzig. Plin. lib. 12 cap. 9 de bdellio arbore: *Indicum humidius & gummosum.* Harduinus auctor est, in MSS. esse *gumminosum.*

¶ Gummeus, a, um, idem forsan. Ausonius Idyll. 6 v. 74

Gummea fletiferi jaculatur succina trunci,

ex Vlitii emendatione, qui *gummi instar defluentia* interpretatur. Cæteri legunt *gemmea.*

GVRDVS, i, stolidus, ein narr, tölpel. Quintil. lib. 1 cap. 5 *Gurdos, quos pro stolidis accipit vulgus, ex Hispania duxisse originem audivi.* Vsus hac voce & Laberius apud Gellium 17 cap. 7.

GVRGES, ĭtis, aquarum congeries profunda, supra quam aquæ in gyrum vertuntur, ein wirbel auf dem wasser, tieffer tümpffel. Cicer. de Arusp. Resp. cap. 27 *Quæ Charybdis tantos exhaurire gurgites posset.* Martialis lib. 4 epigr. 66

Raptus flumineo venit de gurgite piscis.

Et pluraliter Statius lib. 4 Silv. 5 v. 40 *Tuscis*

Gurgitibus puer innatasti.

Pro palude posuit Avienus Arateis v. 381

Lernæi gurgitis hydra.

Pro mari Idem, ibidem v. 41, & v. 344. Et Virg. Æn. 1 v. 118

Apparent rari nantes in gurgite vasto.

¶ Per translationem *Gurges* pro gulone & lurcone prodigiose voraci usurpatur, quamquam eruditissimus Meursius hanc primariam vocis notionem existimat, & inde translatam ad aquas, seu navivoros illos fluviorum vortices, ein schlucker, schlemmer, durchbringer. A Græco enim γυργών, primo *Gurgen*, deinde *Gurges* factum: ut *limen* & *limes* dicitur. vide ipsum Mantissâ ad lib. de luxu Roman. cap. 12. Cicer. in Pison. cap. 17 *Ille gurges atque belluo natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ.* Idem pro Sext. cap. 52 *Gurges & vorago patrimonii.* Hinc Fabius a devorato patrimonio *Gurges* cognominatus est. vide Macrob. 2 Saturn. cap. 9.

¶ Gurgulio, ōnis, m. fistula colli, per quam spiritus commeat, die lufftröhre, das zäpfflein am halß, die gurgel. Varro de R. R. 2 cap. 3 *Hircus cervice & collo breve, gurgulione longiore.* Lactantius de Opificio cap. 11 *Spiritus contra, qui est incorporalis, ac tenuis, qui spatium sibi facere non poterat, accepit viam fatalem, quæ vocatur GVRGVLIO. Is constat ex ossibus flexuosis ac mollibus, quasi ex annulis in catenæ modum compactis, & cohærentibus, patetque semper hinc transitus.* Vet. Gloss. *Gurgulio*, ὀικημάτιον βραχύ. Et pluraliter *Gurguliones*, Arnobius lib. 3 p. 107 dixit. ¶ 2. Vermiculus, ein korn-wurm, Plin. 18 cap. 30. Sed tunc rectius *Curculio*, de quo supra in C.

¶ Gurgustium, i, obscura & latens taberna est Servio, ein loch, schlupff-loch, huren-winckel. Cicer. Orat. in Pison. cap. 6 *Meministine, nescio quo e gurgustio prodire, capite involuto*, &c.

¶ Gurgustiŏlum, i, diminut. ein bauer-hüttlein. Apulejus lib. 1 de A. A. *Ergo brevitatem gurgustioli nostri ne spernas peto*, er wolle mit unser schlechten herberge vor lieb nehmen. *Larem parvulum*, post pauca hoc gurgustiolum salutat.

¶ Gurgustodonius, a, um, adject. ut, *Gurgustodonii campi*, ficte apud Plautum Mil. a. 1 sc. 1 v. 13.

¶ Ingurgĭto, are, a Gurges, factum est verbum, quod est proprie absorbere; per metaphoram, cibo & potu & aliis rebus intemperanter se obruere, in sich schlucken, einschlucken, vertieffen; ut, *Ingurgitare se vino, cibis*, Cic. de Fin. 2 cap. 8. Et, *Ingurgitare in se merum*, Plaut. Curcul. a. 1 sc. 2 v. 35. Et, *Ingurgitare se in flagitia*, id est, immergere, Cic. in Pison. cap. 18, sich in alle schande und laster stürtzen. Et Apul. lib. 3 de A. A. *Noctibus ac diebus nil quicquam rei, quàm merum sævienti ventri tuo soles aviditer ingurgitare.* Et lib. 7 p. 192 idem: *Poculis crebris grandibusque singulos ingurgitare*, besauffen, truncken machen. Transfertur quoque ad alia: ut, *Ingurgitare se in Philosophiam*, Gellius lib. 5 cap. 16. Sic & Cic. in Anton. 2 cap. 27 *In ejus copias cum se subito ingurgitavisset*, i. e. cum eum divitiis spoliasset & has convertisset in usum suum.

¶ Ingurgitatus, a, um, vollgesäufft, berauscht. Petronius: *Anus diutius ingurgitata ne ignem quidem admotum sensit.*

¶ Ingurgitatio, ōnis, die vollsäuffung, schlemmerey. Jul. Firmicus 5 cap. 8 *Qui ludis, & fabulis, & conviviis, & ingurgitationibus delectantur.*

GVSTO, avi, atum, are, schmecken, kosten, anbeissen. *Aquam gustare*, Cic. 7 fam. ep. 26. *Vva peracerba gustatu*, Cicer. de Senect. cap. 15, nisi ad nomen referre mavis. ¶ Per metaph. idem quod attingere, experiri, versuchen. *Non gustarat illam tuam Philosophiam*, Cic. in Pison. cap. 24, hoc est, cognoscere cœperat. Sic, *primis labris aliquid gustare*, &, *primoribus labris gustare aliquod vitæ genus*, apud Cicer. lib. 1 Nat. Deor. cap. 8, est leviter attingere, ein wenig berühren, versuchen. *Nunquam vitæ amorem gustavit*, Lucret. 5 v. 180. vide Barthii Advers. 10 cap. 15. *Gustare sermonem alicujus*, pro aucupari, sublegere, Plautus dixit Mostellaria a. 5 sc. 1 v. 13. ¶ *Gustare* etiam dicimur, quo ante cœnam parce ac leviter vescimur. Suetonius Augusto cap. 76 *Vescebatur & ante cœnam, quocunque tempore & loco stomachus desiderasset. Verba ipsius ex epistolis sunt*, NOS IN ESSEDO PANEM ET PALMVLAS GVSTAVIMVS. vide Salmasium ad Vopiscum.

¶ Gustatus, ûs, nomen, gustatio, die kostung, der geschmack. Cicer. 2 Nat. Deor. cap. 63 *Gustatus pomorum jucundus.* conf. paullo ante c. 56. Idem de Orat. 3 cap. 25 *Gustatus est sensus ex omnibus maxime voluptarius*, &c.

¶ Gustatio, ōnis, idem. Petronius: *Discubuimus, & gustatione mirifica initiati vino & Falerno inundabamur.*

¶ Gustatorium, i, locus, ubi aliquid cibi interim capiebant, si justa cœna non vescerentur, die eß-stube. Hoc enim *gustare* aliquando significat.

ficat. Differt igitur à cœnatione: ibi enim justæ cœnæ. Plin. lib. 5 ep. 6 *Gustatorium graviorque cœnatio margini imponitur.* Vet. Gloss. *Gustatorium*, *γευστήριον*. *Promulsidarem mensam* Petronius vocat, ubi vide interpretes. Apud Petronium tamen *gustatoria* sunt poculi genus, ex quo mulsum sumebant, quod in *gustatione* sive *antecœna* ponebatur. Antiqui enim in conviviis non temere primam sitim nisi mulso sedabant. vide Lips. lib. 3 Antiq. Lect.

¶ Gustus, ûs, sensus, der geschmack. *Libidinosi, avari, facinorosi, veræ laudis gustum non habent*, Cic. 2 Philipp. c. 45. Columella 2 c. 2, & 11 c. 2 *Panis potionisque bonitatem gustu explorare*, kosten. ¶ *Gustus* etiam sive *gustatio* dicebatur prima pars cœnæ, quæ & *antecœna* dicebatur, der erste gang, der vorschmack. vide Lips. lib. 3 Antiq. Lection. Sic Martialis lib. 11 epigr. 52 *Hæc satis in gustu.* Et tralate Seneca epist. 11 *Dedit nobis gustum, ad quem respondebit*, er wird wohl einschlagen.

¶ Gustulus, i, idem. Apulej. lib. 9 Miles. Ova *gustulum* dixit, quod ab ovis cœnam ordirentur antiqui. vide Lipsium loco laudato p. 93. Id. Apul. lib. 2 Miles. p. 119 *Mellitissimum illud suavium impressi Fotidi. Tum illa cervicem intorsit, & ad me conversa, limis & morsicantibus oculis ait: Heus tu, Scholastice, dulcem amarum* gustulum *carpis. Cave, ne nimia mellis dulcedine diutinam bilis amaritudinem contrahas.*

Composita:

¶ Degusto, are, idem cum simplici, kosten, belecken. Plin. lib. 18 cap. 2 *Ne degustabant quidem novas fruges aut vina*, sie hätten neue früchte oder wein nicht ins maul genommen. Cicer. ad Attic. lib. 1 ep. 16 *Ex oratione pauca degustes.* ¶ Item, contingere, berühren. Lucret. 2 v. 192 *degustant ignes celeri flamma tigna.* conf. Virg. Æn. 12 v. 376.

¶ Degustatus, a, um, ausgekostet: ut, *Degustata vasa vel dolia*, Vlpianus l. 1 D. t. 6 lib. 18.

¶ Degustatio, ōnis, die auskostung. Vlpianus ibid.

¶ Ingusto, are, gustandum dare, zu kosten geben. Tertullianus adv. Gnostic. c. 7 *Jovi in media urbe sanguis humanus ingustatur.* Sed

¶ Ingustabilis, e, quod gustari non potest, unschmackhafft; ut, *Fons ingustabilis*, Plin. lib. 2 c. 106.

¶ Ingustatus, a, um, non gustatus, unversucht. Horatius lib. 2 satyr. 8 v. 30 *Ingustata mihi porrexerit ilia rhombi.*

¶ Prægusto, are, vorher kosten, credentzen; ut, *prægustare pocula*, Juvenal. sat. 6 v. 633. Et mox v. 660 *prægustare Pontica medicamina regis*, mithridat zuvor einnehmen.

¶ Prægustatus, a, um, gekostet, credentzt. Plin. 27 c. 9 *prægustato melle.* Idem 21 c. 3 *Antonius non nisi prægustatos sumpsit cibos.*

¶ Prægustator, ōris, ein credentzer, qui cibos Principi prægustat. Suetonius Claudio cap. 44 *Veneno occisum convenit: quidam tradunt per spadonem prægustatorem.* Vide ibi Torrentium, itemque Pignorium de Servis pag. 65. Vet. Inscript. Grut. p. 63 n. 5 PRAEGVSTATOR AVGVSTI. ¶ *Prægustator libidinum*, Cicer. pro Domo cap. 10.

¶ Regusto, are, wieder versuchen, wiederhohlen. Cic. ad Attic. lib. 13 epist. 13 fin. *Crebro regusto tuas litteras, in his acquiesco, tamen exspecto novas*, ich lese deine brieffe offt wieder. *Bilem suam regustare*, id est, vomere: Seneca cap. 3 de Providentia: *Hi, quidquid biberint, vomitu remetientur tristes, & bilem suam regustantes.*

¶ Regustatus, a, um, wieder versucht. Persius sat. 5 v. 138 *Regustatum salinum*; alii *Falernum*.

GVTTA, æ, ein tropffen. *Assidua gutta lapidem excavat*, ein stetes tröpfflein macht ein loch in den stein, proverbiale est: *κοιλαίνει πέτραν ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείῃ*, apud Galenum. Quod vulgo sic dicitur:

Gutta cavat lapidem non vi, sed sæpe cadendo.

Prius hemistichium Ovidii est lib. 4 de Ponto epist. 10

Gutta cavat lapidem, consumitur annulus usu, &c.

¶ Eleganti metaphora Plaut. in Pseud. act. 1 sc. 4 v. 4 *Cui neque parata gutta consilii, neque adeo argenti*, nicht ein stäubichen. Item Lucret. lib. 4 v. 1052

Hinc illi primum Veneris dulcedinis in cor
Stillavit gutta, & successit frigida cura.

¶ Guttŭla, æ, diminutiv. ein tröpfflein. Plaut. Epidic. act. 4 sc. 1 v. 27 *guttula pectus ardens mihi adspersisti.* Prov. *Minutæ guttulæ imbrem pariunt: ψεκάδες ὄμβρον γεννῶσαι.* vide Chiliadas.

¶ Gutto, guttare, stillare. Vet. Gloss. *Guttat*, *στάζει*. Inde supersunt Participia.

¶ Guttatus, a, um, betröpffelt, sprenglicht, darauf tropffen stehen. Apud Palladium lib. 4 t. 13 inter colores præcipuos refertur etiam *color guttatus.* Martial. lib. 3 epigram. 58

Et picta perdix, Numidicæque guttatæ.

¶ Ex Plinii lib. 20 cap. 8 vulgo aliud participium adducunt, *folia guttantia adstringunt*: verum Harduinus ex MSS. legit *gustantium os adstringunt*, qui verborum sensus planus & expeditus est.

¶ Guttatim, adverb. tropffen-weiß; apud Plautum in Mercat. a. 1 sc. 2 v. 92 *Cor miserum meum guttatim contabescit. Pluvia guttatim labitur*, Arnob. lib. 2 pag. 84. Et Prudent. Cathem. 5 v. 22

Guttatim lacrymis stillat.

¶ Guttus, i, genus poculi fuisse videtur in sacrificiorum usu, aquam guttatim fundens, eine gießkanne, cujusmodi hodie utimur in abluendis manibus. *Faginus guttus quo sacrificaret*, Plin. lib. 6 cap. 38. ¶ Guttum vero Gellius adpellâsse videtur *vasculum aut vitrum ad olei usum*, ein oelkrüglein, salbenglaß, lib. 17 cap. 8.

¶ Guttŭlus, i, dimin. ein fläschlein. *Guttulam haurire ex guttulo*, Plauto tribuitur.

¶ Gutturnium, i, aliud vasis genus, ex quo aqua guttatim in manibus datur, vel, quod guttas excipit, das handfaß, gießbecken; Festus.

GVTTVR, ŭris, *λάρυγξ*, orificium tracheæ arteriæ, der anfang der gurgel, vulgus gutturis nodum vocat, den knopff, oder knäufflein am halse. Sed promiscue de arteria, aut parte, usurpatur. Ovidius 1 Amor. eleg. 13

Et liquidum tenui gutture cantat avis.

Et 3 Metamorph. v. 73 *plenis tumuerunt guttura venis.*

Antique virilis etiam generis est, quemadmodum *gutturem* quarto casu apud Plautum legimus Aulul. act. 2 sc. 4 v. 25, & Trinum. act. 4 sc. 3 v. 7.

¶ Gutturōsus, a, um, cujus guttur intumescit, kröpfficht, der einen grossen knopff am halse hat. Gloss. lat. gr. *Gutturosus*, *λαίμαργος*. Vlpian. l. 12 § 2 ff. de Ædilit. edict. *Si quis natura gutturosus sit, aut oculos eminentes habeat.*

Gutturnium, quære supra in *Gutta*.

GYĂRVS, i, vel Gyăra, æ, & plur. Gyaræ, arum: insula ex Cycladibus una, Carysto & Andro vicina, ubi mures ferrum peredere dicuntur. v. Plin. 4 c. 12, & 8 c. 29. Ad hanc insulam noxios Romani exulatum relegabant. Juven. satyr. 1 v. 73

Aude aliquid brevibus Gyaris, & carcere dignum,
Si vis esse aliquid. Probitas laudatur & alget.

Dignum Gyaris, hoc est, deportatione & exilio. Idem sat. 10 v. 169

angusto limite mundi,
Vt Gyaræ clausus scopulis.

Singularem formam *Gyarus* habes apud Virg. 3 Æn. v. 76, & Statium 3 Theb. v. 438. Sic & Cicero ad Att. 5, 12 *De Gyaro dedi litteras.*

GYĂS, æ, comes Æneæ, apud Virg. 1 Æneid. v. 222, & lib. 5 v. 152. Et Silius 1 v. 440 *Et geminos Chronum atque Gyam demiserat umbris.*

GȲGES, is, Lydiæ rex, cui oraculum sciscitanti, ecquis se viveret felicior, Apollo prætulit Agelaum Sophidium Arcada, qui nunquam è tugurio suo fuerat egressus, Plin. lib. 7 cap. 46. Cic. lib. 3 Offic. cap. 9. Val. Max. lib. 7 cap. 10. ¶ 2. *Gygis annulus*, vide Chiliad. Erasmi. Plato Dialog. 10 de Repub. *Justè agendum est, sive Gygis quis habeat annulum, sive etiam Plutonis galeam: Ποιητέον τὰ δίκαια, ἐάν τ' ἔχῃ τὸν Γύγου δακτύλιον*, &c. Hic autem annulus hominem inadspicuum reddebat, si pala ejus ad palmam esset conversa, cum ipse tamen omnia videret: vide Ciceronem 3 de Officiis cap. 9, & Tzetzen chiliad. 1 cap. 3.

¶ Gȳgæus, a, um, adject. a Gyge rege. Plin. 5 cap. 29 *Stagnum Gygæum.* Et Propert. 3 eleg. 9 de Omphale Lydiæ regina:

Lydia Gygæo tincta puella lacu.

GȲLIPPVS, i, vir Lacedæmonius bello strenuus, de quo Justinus 4, 4, 7, & Plutarch. in Nicia. Tibull. ad Messalam lib. 4 v. 200

Non magni potior sit fama Gylippi.

GYMNAS, ădis, *γυμνάς*, exercitium, die übung; Latina litteratura non semel apud Statium legitur, ut, lib. 3 Silv. 1 v. 43

hic ubi festa
Gymnas, & insontes juvenum sine cæstibus iræ.

Et lib. 4 ejusdem operis Silv. 2 v. 47

Sic lubrica ponit
Membra Terapnæâ resolutus gymnade Pollux.

Item lib. 4 Thebaidos v. 106

Chalcis, & Herculeâ turbatus gymnade vultus.

Et Prudentius 2 adv. Symmach. v. 516

oleoque & gymnadis arte
Vnctis pugilibus.

Gymnas autem, *ἀγὼν γυμνικὸς* est, id est, certamen, in quo athletæ nudi certabant, die fecht-schule.

¶ Gymnasium, i, *γυμνάσιον*, templum Apollinis Lycii, ut Lucianus Anacharside seu de Gymnasiis auctor est, ubi athletæ & pugiles se exercebant, ein fechtplan, schauplatz. Sic adpellatum, quod nudi ibi luctarentur: à *γυμνός*, nudus. Deinde omnibus hujusmodi exercitationum locis publicis id nomen impositum fuit, ut nulla nobilior urbs Græcorum aut colonia Græcanica esset, quæ careret gymnasio. vide de Syracusano Nepotem Timoleonte extremo: de Nicensi Plin. lib. 10 epist. 48, cui vere Trajanus epist 49 respondet: *Gymnasiis indulgent Græculi.* In villis etiam gymnasia, Plin. lib. 2 epist. 17 n. 7. ¶ Hinc ad ludos litterarios vox translata fuit, quia philosophi, rhetores & alii litterarum professores loca publica, frequenti populo celebrata, vel docendi caussa, vel ut doctrinam suam ostentarent, sectabantur: quod cum aliter faceret Aristo, Plinius de eo lib. 1 epist. 22 dixit: *Non gymnasia sectatur aut porticus.* Sic Academiam Platonis scholam *nobilissimum orbis terrarum gymnasium* Servius Sulpicius vocat lib. 4 epist. 12 ad Ciceronem, eine hauptschule. ¶ Fuerunt *Gymnasia* & sepulturis destinata, ut ex Servii Sulpicii ad Ciceronem dicta epistola; & Nepotis Timoleonte c. 5 licet colligere. ¶ Arcesilai apud Stobæum est: *πενία καθόλου γυμνάσιον ἀρετῆς ἔμπρακτον*, *Paupertas efficax gymnasium virtutis est.*

¶ Gymnasticus, a, um, &

¶ Gymnicus, a, um, *γυμναστικὸς*, *γυμνικὸς*, adjectiva, zum ringen gehörig: ut, *Exercitium Gymnasticum*, Plaut. Rudent. a. 2 sc. 1 v. 7. *Ludi Gymnici*, Plin. 7 cap. 56. Et Cic. 2 Tusc. c. 26 pr. *Eorum ludorum, qui gymnici adpellantur, magnus honos est.*

¶ Gymnastica, æ, pars medicinæ apud veteres, die ringkunst. Quintilianus lib. 2 cap. 15 *Exercitatricem* latine dixit. vide Mercurialem de *Gymnastica*, & Voss. de 4 Art. pop. p. 11.

¶ Gymnasiarchus, i, qui gymnasio præest, der exercitien-meister, fecht-meister, oberster der schule. Cic. 6 in Verr. cap. 42 *demoliendum* [signum] *curavit Demetrius gymnasiarchus.* In marmore Anconitano: ,ΒΑΤΩΝ ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΣ. Sidonius lib. 2 epist. 2 *Palæstritarum luctas, si obscenius involvuntur, casta confestim gymnasiarchorum virga dissolvit.* vide Sirmondum ibi pag. 26.

¶ Gymnasiarcha, æ, *γυμνασιάρχης*, idem.

¶ Gymnastes, æ, *γυμναστὴς*, etiam præfectus exercitiorum. Hinc ¶ *Gymnastæ*, Indi, qui centenos annos excedunt, Plin. lib. 7 c. 2.

¶ Gymnŏsŏphistæ, arum, Philosophi Indorum, qui ab exortu ad occasum persiterunt contuentes solem immobilibus oculis, ferventibus arenis toto die alternis pedibus insistentes. Plin. ibidem. Apulej. lib. 1 Florid. *Sapientiam percolunt tam magistri senes, quam discipuli juniores. Nec quicquam apud illos æque laudo, quam quod torporem animi & otium oderunt. Igitur ubi mensa posita, priusquam edulia apponantur, omnes adolescentes ex diversis locis & officiis ad dapem conveniunt. Magistri perrogant, quod factum a lucis ortu ad illud diei*

bonum

bonum fecerint. Hic alius se commemorat inter duos arbitrum delectum, sanata simultate, reconciliata gratia, purgata suspicione, amicos ex infensis reddidisse: itidem alius sese parentibus quidpiam imperantibus obedisse: At alius, aliquid meditatione sua reperisse, vel alterius demonstratione didicisse. Denique & cæteri commemorant. Qui nihil habet afferre, cur prandeat, impransus ad opus foras extruditur. Si saturi vitæ erant, in rogum se conjiciebant ardentem, ut finirentur. vide Strabonem lib. 15, & Philostratum lib. 3, Cic. 1 Divin. cap. 33, aliosque ad Curtium notatos lib. 8 cap. 9 n. 32. Lucanus de iis lib. 3 v. 240

Quique suas struxêre pyras vivique calentes
Conscendêre rogos.

Cæterum duæ illorum fuerunt sectæ: BRACHMANES & SAMANAEI. vide Porphyrium lib. 4 περὶ ἀποχῆς pag. 404 & seqq. Strabon. dict. lib. 15, Clement. Alexandrin. 1 Stromat. pag. 223, Tertullian. Apolog. cap. 42, & alios. Nomen a nuditate acceperunt: nudi enim incedebant. Nam γυμνὸς nudus est. Prudent. Hamart. v. 404

Ostentatque suos vicatim Gymnosophistas.

¶ Progymnasma, ătis, προγύμνασμα, plur. Progymnasmata, præexercitamenta. Sic enim vulgo Græcum nomen vertitur, vorbereitungen, vorübungen. Extant progymnasmata eloquentiæ Aphthonii, in Latinum conversa à Rodolph. Agricola, libellus discentibus non inutilis.

¶ Progymnasius, i, vel potius Progymnastes, æ, προγυμναστὴς, præexercitor, qui docet, vel qui una cum aliquo exercetur. Ita Muretus & Lipsius apud Senecam epist. 83 *Progymnastas meos quæris? unus mihi sufficit.*

GYNAECĒUM, i, γυναικεῖον, interior ædium pars, in qua mulieres apud Græcos colebant, & lanæ dabant operam: non enim fas, illas in celebritate versari, das frauenzimmer. Terent. Phorm. a. 5 sc. 6 v. 23 *Vbi in gynæceum ire occipio.* Adpellatur &

¶ Gynæcōnītis, græcè γυναικωνῖτις, sive γυναικονίτης, dicitur enim utrumque. Vsus Corn. Nepos in præfatione n. 7. Adde Vitruv. lib. 6 cap. 10. Grapald. de part. ædium lib. 2 cap. 5.

¶ Gynæcocratia, æ, γυναικοκρατία, fœminarum, seu mulierum imperium; quod an probandum sit, an vero secus, ex Bernegg. ad Sueton. Cæsar. cap. 22, Lips. lib. 2 Monit. Polit. cap. 3, & aliis discere quis potest. Adde Lans. Orat. pro Gall. p. m. 234 seq. qui teste Wilh. Schickardo de R. J. Ebræor. cap. 1 theor. 3 rem totam αὐτοσχεδίως expressit hoc modo:

Apta quidem telæ, sed inepta est fœmina telo:
Indignumque viris, subdere colla colo.

GYPSUM, i, γύψος, gyps oder sparkalck. *Cognata calci res gypsum est*, Plin. lib. 36 cap. 24.

¶ Gypseus, a, um, ex gypso, gypsern. Spartianus in Severo cap. 22 *Die Circensium cum tres Victoriæ more solito essent locatæ gypseæ cum palmis*, intellige Victoriæ simulacra gypsea. Hieronymus epist. 23 ad Marcellam: *Illæ Christianos oculos scandalizant, quæ purpurisso & quibusdam fucis ora oculosque depingunt, quarum facies gypseæ, & nimio candore deformes, idola mentiuntur.*

¶ Gypsoplastes, æ, γυψοπλάστης, ein gypser. Cassiodorus lib. 7 cap. 5 *Instructor parietum, aut sculptor marmorum, aut gypsoplastes, aut musivarius*, &c.

¶ Gypso, are, Apicius lib. 1 de re culinaria cap. 1 de conditura uvarum: *Vas, in quod uvas mittes, picari pariter & gypsari facies.* Vnde

¶ Gypsatus, a, um, gypso inductum, begypst, bekleistert, getünchet; ut, *Pedes gypsati*, Tibull. lib. 2 eleg. 3. *Manus gypsata*; Cic. lib. 7 fam. ep. 6 *Quibus illa manibus gypsatissimis persuasit, ne sibi vitio verterent*, hoc est, dolis ac fraudibus aliqua honesti specie prætextis. Ita & Plautus *homines se cera occultare* dixit, qui dolis aliquam bonam caussam prætendunt.

GYRGĂTHUS, i, locus aut cubile, in quo mente emoti, vincti & inclusi tenentur, einzucht- oder narren-hauß, Græcum est, γύργαθος. ¶ 2. Indicat Hesych. γύργαθον dici etiam vas, in quod pistor coctos reponit panes, ein backtrog, vide in Chiliad. Erasmi γύργαθον φυσᾷς.

GȲRUS, i, γυρὸς, ambitus orbicularis, ein circkel, kreiß, ring, umfang, eine krümme. *Homines secundis rebus effrenatos tamquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet*, Cicer. 1 Offic. cap. 26. *Equum in gyrum cogere*, sich mit dem pferde herum drehen. Ovid. lib. 3 de Arte v. 384 *in gyros ire coactus equus.*

Et 2 Amor. eleg. 6 v. 33 *Ducere gyros*, sich drehen. conf. Virg. 3 Georg. v. 115, & Æneid. 7 v. 379. *Ex immenso campo in exiguum gyrum compellere*, Cicer. de Oratore lib. 3 cap. 19. *Equi non formâ, nec velocitate conspicui: sed nec variare gyros in morem nostrum docentur*, Tacit. de German. c. 6. *Angustissimum habet dies gyrum*, Seneca epist. 12.

¶ Gyro, are, in einem kreiß umdrehen. Vnde

¶ Gyrātus, a, um, gedrehet, rund: ut, *Chlamys orbe gyrato laciniosa*, Plin. lib. 5 cap. 10, rings umher verbremet, mit schweiffen belegt.

¶ Gyrgillus, i, ein wirbel, eine haspel, sic dictus, quod in gyrum vertatur. Est enim lignum in transversa pertica mobile, ex quo funis cum situla vel utre in puteum demittitur, hauriendæ aquæ caussa, ut describit Isidorus 20 c. 15.

¶ Regȳro, are, revolvi, in orbem redire, sich herum drehen. Florus lib. 4 cap. 2 num. 6 *Postremo* [bellum civile] *in Hispaniam regyravit.* vide Grutero notata. Varronis locus lib. 1 de R. R. cap. 57 incertus est. Gloss. lat. gr. *Regyrare*, περικάμψαι.

GYTHĒUM, i, oppidum in Laconica juxta Eurotam fluvium, navale Lacedæmoniorum. v. Cic. Off. 3 c. 11.

H.

H Non littera, sed aspiratio, ex utriusque spiritus, apud Græcos nota composita, in vocalibus tantùm locum habuit, quemadmodum Cicero monuit in Oratore, idque nulla aliâ ratione, nisi propter firmitatem rigoremque soni, veluti Gellius ostendit lib. 2 cap. 3. Ciceronis verba hæc sunt: *Ego ipse cum scirem, ita majores locutos esse, ut nusquam nisi in vocali, aspiratione uterentur, loquebar sic, ut* pulcros, Cartaginem, sepulcra, lacrymas *dicerem.* Sane & Varro H inter duas consonantes minus recte poni censuit, ut Sosipater auctor est lib. 1. Cæterum H male exemptum e litterarum censu, his rationibus ostendere conatur Becmannus: 1. quia semper ei locus datus inter litteras: 2. quia & apud Hebræos ה, quod nihil aliud quàm H Latinorum littera: 3. quia nec Græci prorsus eâ carent: latet enim in φ & χ: 4. quia ei forma peculiaris & potestas: unde & separatas dictiones procreat, ut sunt *ara, hara, abeo, habeo*, &c. 5. quod apud Poëtas non raro efficit positionem, & elisionem inhibet, ut in illis Virgilianis: *Ille latus niveum molli fultus hyacintho.* Et, *Concilia Elysiumque colo: huc casta Sibylla*, &c. vide ipsum in Manuduct. ad Latin. Ling. c. 4. Sed contra VOSSIUS statuit, litteram non esse, quem vide lib. 1 de Arte Grammatica c. 16. Andreas Corvinus, Academiæ Lips. olim decus, in Dubiis Rhetoricis fascicul. 10 dub. 9, ubi, An Latinis littera H sit propria? disquirit, ita habet: *H littera minimæ auctoritatis in Grammaticis, maximas in scriptione excitat Tragœdias: alii id quasi pro idolo colentes intrudunt in vocibus sepulcrum, lacrymæ, carus &c. alii id infra omnes verborum apices amandantes, scribunt ædos, ircos, tus, &c. ut hodierni Critici, & illorum filii*, &c. Accidens litteræ H esse negat Velius Longus Grammaticus apud Barth. ad lib. 4 Thebaid. Statii p. 1059. H in Inscriptionibus veterum sæpe per ɪ exprimitur. Exempla habes apud Fabrettum p. 195. ¶ Apud Metianum & Priscianum Sestertii Romani nota est HS. Nam cum initio Sestertius valeret libras duas & semis; ejus numeri notam ex usu notarum recepto expresserunt hoc modo, L. L. S. quæ tandem consuetudine scribentium in illam formulam degeneravit.

HA! particula exultantis aut læti animi, Plaut. Capt. a. 1 sc. 2 v. 45. conf. Jani Gebharti Crepund. 2 c. 2.

HA, ha, he, interjectio risûs, Terent. Eun. a. 3 sc. 1 v. 36. Eamdem irridentis formulam habet Plautus Pseud. a. 4 sc. 1 v. 36 &c.

HĂBĒNA, æ, àb habeo, retinaculum, quo equus cohibetur, ein zügel. Virgil. 9 Æneid. v. 588

Ipse ter adducta circum caput egit habena.

Et lib. 13 v. 471 *Vndantes habenas* dixit, quasi undatim fluctuantes, dum ab auriga hinc inde commoventur. *Legum habenæ, validæ*, Cic. de Orat. 3 c. 41, zucht und zwang der gesetze. *Tradere habenas alicui*, einem eine gewalt übergeben, ibid. c. 52. *Adducere, remittere laxissimas habenas amicitiæ*, Cicero de Amic. c. 13. ¶ Habenâ cædi impuberes servos pro quæstione testatur Vlpianus l. 1 § Impuberi D. ad SC. Syllan. & Horat. 2 epist. 2 v. 15 de servulo:

In scalis latuit metuens pendentis habenæ.

¶ Hăbēnŭla, æ, dimin. eine binde, ein riemen. Celsus lib. 7 c. 20 extr. *habenula paullo latior.*

HĂBEO, ui, ĭtum, habēre, haben. Plaut. in Rudente a. 5 sc. 2 v. 34 *Miserum istuc verbum & pessimum est, habuisse, & nihil habere.* Nepos in Attico c. 21 *Habeo vos testes.* Cic. ad fam. 5, 16 *Semper in ore atque animo habere debes*, i. e. retinere. Ibid. 7 epist. 15 *Tecum habeto*, i. e. tace, behalt es bey dir. ¶ 2. *Habere*, est tractare. *Nunquam secus habui illam, ac si ex me esset nata*, ich habe sie nie anders gehalten, Terent. Hecyra a. 2 sc. 3 v. 6. Et, *Parce ac duriter se habere*, in Adelph. a. 1 sc. 1 v. 21, sich kärglich behelffen. Plauto *arcte contenteque habere* est, Asin. a. 1 sc. 1 v. 64. *Male habere aliquem*, est clade afficere, apud Cæsarem 1 de B. C. cap. 63. Et ita Nepos Eumene cap. 12 *A quo tot annos essent malè habiti, ut sæpe ad desperationem essent adducti: quique maximos duces interfecisset.* ¶ 3. *Bene, belle habere, & se habere*, Cicero pro *valere* aut *sanum esse.* C. Nepos Dione cap. 2 n. 4 *Quæsivit à medicis, quemadmodum se haberet*, i. e. ut valetudo ejus comparata esset, wie er sich befinde. *Hoc me male habet*, das verdreust mich, Terent. And. a. 5 sc. 4 v. 36, & Hec. a. 4 sc. 2 v. 30. *Hoc me lætum, anxium habet*, id est, facit. Et ut statum hominis, ita & statum rei exprimit, & per *Esse* exponitur; ut, *optime habet*, Plaut. Pseud. a. 4 sc. 1 v. 25. *Præclare se res habet*, Cic. de Orat. 1 c. 25, es steht sehr wohl. *Quemadmodum se provincia habet, faciam te certiorem*, Idem ad fam. 4, 5. *Quoquo modo se res habeat*, es mag seyn, wie es will, Ibid. epist. 12. ¶ 4. *Habeo te*, formula in deprehensos: ut apud Plautum Casina a. 2 sc. 8 v. 36 *Habeo viros*, vide ibi Gruterum. Heliodorus lib. 1 Æthiop. pag. 34 Ἔχω σε ἄπεν ὦ θεοῖς ἐχθροί: *Habeo te, ô Diis invisa.* Terent. Eun. a. 4 sc. 4 v. 7 *Habesne hominem?* i. e. reperisti. Et Seneca epist. 11 *Habere nos putamus, habemur.* ¶ Aliquando & gratulandi formula est, atque de iis dicitur, quos redditos nobis amplectimur ac miramur. Cebalinus apud Curtium lib. 6 cap. 7 n. 24 *Habeo te incolumem ex impiorum manibus ereptum.* Et Terent. Heaut. a. 1 sc. 3 v. 25 *Teneo te, mea Antiphila.* ¶ Terent. And. a. 1 sc. 1 v. 58 *Quis heri habuit Chrysidem?* Quod honeste Comicus dixit, pro, Quis cum Chryside rem habuit? ubi & Græcos ita locutos, Muretus notat. Plaut. Bacchid. a. 1 sc. 2. v. 37 *Tu amicam habes?* Virg. Bucol. ecl. 3 v. 107

& Phyllida solus habeto.

vid. Voss. lib. 4 Instit. Orat. pag. 32. ¶ 5. Nepos Attico cap. 9 *Incidit Cæsarianum civile bellum, cum haberet annos circiter LX.* id est, cum natus esset. Similiter Florus lib. 2 cap. 6 *Nec enim amplius, quam decem & octo annos habet.* Loquitur de Bello Punico 2, quod tot annos durasse significat. Severus Sulpitius lib. 1 Histor. S. cap. 53 *Sed Joachis tribus mensibus tempus imperii habuit.* ¶ 6. *Habere in bonis, & in bonis rebus*, est numerare, æstimare, Cic. Paradox. 1 extr. unter die dinge rechnen, so da gut seyn. *Carum aliquem habere*, Idem de Senect. c. 11, lieben. Et, *Hostium numero quem habere*, Id. lib. 11 ad Attic. epist. 6 sub fin. *Haberi pro hoste*, Curt. 6, 2, 1. *In summis ducibus haberi*, Nepos

pos 12, 11, 1. *Bona sua pro stercore habet*, Plaut. Truc. a. 2 sc. 7 v. 5. ¶ 7. Interdum est facere vel suscipere &c. *Rem habere cum aliquo*, est negotiari, Terent. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 39. *Habere commercium cum aliquo*, rursus Cic. de Senect. cap. 12, mit einem gemeinschafft haben. *Concionem habere*, Cic. ad Attic. 4 epist. 1, eine rede thun. *Controversiam cum aliquo habere*, Cic. ad Brutum epist. 6, mit einem im streit liegen. *Habere delectum*, der wahl brauchen, das gute für das böse wehlen, musterung halten, vide LEGO. *Honorem habere alicui*, Plin. lib. 6 epist. 2, & Nepos 9, 3, 4. Et, *in honore habere quem*, Cic. ad Attic. lib. 7 epist. 2, ehren, ehr erzeigen. *Rationem habere*, cum genitivo, bedencken: ut, *Habenda est ratio valetudinis*, Cic. de Senect. cap. 11, man soll seine gesundheit in acht nehmen. *Rationem absentis habere*, Cæs. 1 B. Civil. cap. 9. vide *Ratio*. *Habere respectum*, ansehen und bedencken. *Non habuit id satis*, Corn. Nep. Epamin. cap. 4 n. 5, i. e. non contentus fuit id fecisse. *Habendum & ferendum hoc onus est*, Plaut. Amph. a. 1 sc. 1 v. 21. ¶ 8. *Habere*, pro posse cum infinitivo sæpe dicitur; ut, *Tantum habeo tibi polliceri*, Cicer. lib. 1 epist. 5 ad Lentulum, hoc est, possum, so viel habe ich dir zu verheissen. *De Repub. nihil habeo ad te scribere*, Id. lib. 2 ad Attic. ep. 22, weiß nichts zu schreiben. *Hæc habui de amicitia quæ dicerem.* Hæc omnia Cicer. sunt. Vide de hâc formulâ Vossium lib. 7 de Arte Grammaticâ, qui de constructione est cap. 51. Horatius epod. 16 v. 23

An melius quis habet suadere?

Gellius lib. 15 cap. 20 *Habesnè nobis dicere?* August. apud Sueton. lib. 2 cap. 58 *Quid habeo aliud precari Deos?* Lucret. 6 v. 711 *Habemus dicere hoc.* ¶ 9. Eleganter etiam hoc verbum cum Gerundio, græcâ ratione, jungitur. Tacitus 4 Annal. cap. 40 *Posse ipsam Liviam statuere, nubendum post Drusum, an in penatibus iisdem tolerandum haberet*: id est, tolerare deberet, vel tolerandum esset. Idem 14 Annal. cap. 44 *Sed si nunc primum statuendum haberemus.* Plin. lib. 1 epist. 7 *Pene præterii, quod minime prætereundum fuit, accepisse me careotas optimas, quæ nunc cum ficis, & boletis certandum habent*, id est, quibus certandum est. Idem epist. seq. eodem libro: *Præsertim cum enitendum haberemus, ut quod parentibus datur, & orbis probaretur.* Petronius: *Ne & tecum quoque haberem rixandum toto die.* ¶ 10. Ponitur etiam pro intelligere, scire, audire, sentire. Ter. Hec. a. 1 sc. 2 v. 119 *Habes omnem rem.* Cic. ad Attic. 7, 19 *De pueris quid agam, non habeo*, i. e. nescio. Idem pro Dejotaro cap. 7 *Habes crimina insidiarum*, id est, audivisti. Plaut. Amph. a. 2 sc. 2 v. 89 *magnum malum habebis*, i. e. senties, es wird dir übel gehn. ¶ 11. * *Habeo*, apud Ciceronem sæpe est existimo, persuasum habeo: ut Orat. pro Cælio c. 2 *Hi sic habeant, quæcunque in equite Romano dignitas esse potest, eam semper in M. Cælio habitam esse summam, semperque haberi.* Et in Verr. 5 c. 25 *Hodieque omnes sic habent.* Grævius. Idem in Tuscul. lib. 1 cap. 2 *Themistocles, cùm in epulis recusasset lyram, habitus est indoctior*, hoc est, reputatus, existimatus, er ist für ungelehrt gehalten worden. C. Nepos Conone cap. 2 *Hunc* (Tissaphernem) *adversus Pharnabazus habitus est imperator; re quidem verâ exercitui præfuit Conon.* ¶ 12. *Habere* in periphrasi nonnunquam cum adjectivis, vel potius participiis patientibus ponitur; ut, *habere cognitum*, pro cognoscere, &c. Cic. ad fam. 13, 17. *Tacitum habere*, h. e. reticere, Plaut. Pœn. a. 4 sc. 2 v. 68. Sic, *Segregatum habere*, Terent. Hecyr. a. 5 sc. 1 v. 26. *Habere quem despicatum*, id est, despicere, contemnere, vel contemtum habere, Idem Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 92. Sic, *quem delicatum habere*, Plautus Menæchm. a. 1 sc. 2 v. 9, pro *delicate habere* dixit: ut alibi *quem miserum habere*, Epid. a. 5 sc. 2 v. 2. ¶ *Habere ingenium in numerato*, h. e. ingenio esse solerti, ad res omnes ex tempore conficiendas, Quint. lib. 6 c. 3 extr. ¶ 13. Non raro & habitare significat. Plautus prol. Menæch. v. 69 *Nunc ille geminus, qui Syracusis habet.* Et Trucul. a. 2 sc. 4 v. 52 *Quæ modo erga ædes habet*, id est, e regione habitat. Varro de L. L. 4 cap. 8 *Cispius mons, ubi æditumus habere solet.* Cic. de N. D. 3 cap. 22 *Is qui sub terris habet.* Vnde *habere* pro possidere jure dominii, Tacitus 1 Annal. cap. 1 dixit, vide ibi Muret. * Nam *Habere* interdum ponitur ut ἔχειν apud Græcos, pro, possidere bona: Cic. 7 ad fam. epist. 29 *At illa nostra prædicatio quanti est, nos quod simus, quod habeamus, quod homines existimemur, id omne abs te habere.* Hinc *Habentia*, divitiæ; vide infra. *Grævius.* ¶ 14. *Res tuas tibi habeto*, formula solennis, qua in divortiis usi sunt veteres. Apulej. lib. 5 Miles. *Vbi* (Cupido) *me ferro & igni conspexit armatam, Tu quidem, inquit, ob istud tam dirum facinus confestim toro meo divorte, tibique res tuas habeto.* Eâdem formula uxor à marito divortens usa est apud Plautum Amph. a. 3 sc. 2 v. 47 *Valeas, habeas res tuas*, sey für dich, warte das deine. Martial. lib. 10 epigr. 41

Mense novo Jani veterem, Proculja, maritum
Deseris, atque jubes res sibi habere suas.

¶ 15. *Habere* etiam junctum substantivis periphrastice usurpatur. *Vobis hanc habeo edictionem*, i. e. edico, Plaut. Pseud. a. 1 sc. 2 v. 10 & 39. *Ego expurgationem habebo*, i. e. te purgabo, Idem Merc. a. 5 sc. 3 v. 4. *Quicquam spei habere*, i. e. sperare, Cic. pro Cæl. cap. 1. *Habere omnium amorem*, i. e. ab omnibus amari, Corn. Nepos 20, 3, 4. *Contentionem cum aliquo habere*, i. e. contendere, Idem 17, 1, 2. Sic, *Habere timorem*, idem dixit 7, 3, 5. Quod nove Lambinus dictum putat: sed ita quoque Propertius lib. 3 eleg. 11

Vulneribus didicit miles habere metum.

¶ 16. *Habet*, vel *hoc habet*, vox propria in gladiatores vulneratos aut irretitos: vel insultantis adversarii, apud Plaut. Terent. Virgil. alios. Etiam apud Prudent. Psychom. v. 53. Nos ita: er hat sein theil. vid. Turneb. lib. 17 cap. 10, Lips. Saturnal. lib. 2 cap. 21. Sunt & aliæ hujus verbi significationes, sed quæ melius ex ipsa auctorum lectione cognosci & observari possunt. conf. Nonius cap. 4 n. 226.

¶ Habessit, antique, pro habeat, Cic. de Leg. 2 cap. 8 *Separatim nemo habessit Deos, neve novos.*

¶ Habĭtus, a, um, participium passivum, beschaffen, gehabt, gehalten. Terent. Heaut. a. 2 sc. 4 v. 22

Imo, ut patrem tuum vidi esse habitum, diu &c.

i. e. affectum, ut Calpurnius interpretatus, seu comparatum. ¶ *Habitus est tibi honos*, die ehre hat man dir erwiesen, Terent. Eunuch. a. 5 sc. 6 extr. *Semper dicta hæc ejus atque habita soror*, Idem And. a. 4 sc. 5 v. 14. *Ludibrio habitus*, Idem Hec. a. 4 sc. 1 v. 11. *Populus molliter habitus*, Tac. Annal. 1, 54, 4. *Habita est huic fides*, Plaut. Asinar. a. 2 sc. 4 v. 52, man hat ihm geglaubet. ¶ *Habitus*, instar adjectivi comparatur: unde *Habitior*, comparativus. Terentius Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 23 *Si qua est habitior paullo*, ein wenig wohl bey leibe. Nam & Plautus Epidic. a. 1 sc. 1 v. 8 conjuncte *corpulentior atque habitior.* Superlative *equitem habitissimum*, id est, ampli & saginati corporis, Sabinus Massurius apud Gellium lib. 4 cap. 20 dixit, ubi contra equus *nimis strigosus & male habitus.*

¶ Hăbĭtus, ûs, nomen, formam aliquando significat, die gestalt, beschaffenheit; ut, *Habitus oris & vultus*, Cic. 3 de Fin. cap. 17. Et, *senatus populusque habitum dolentum induebat*, Tacit. Ann. 4 cap. 12. ¶ 2. *Habitus* Philosophis assuefactionem significat, seu expeditam facultatem, multo studio, & consuetudine comparatam, ut in prima specie Qualitatis: ἕξις Græcis. Quintilianus *firmam facilitatem* vocat lib. 10 cap. 1 pr. de qua notione versiculi:

Altera natura est habitus, quam junior artem
Perdisces, tollet nulla senecta tibi.

¶ 3. *Habitum* item vocant Medici constantem corporis constitutionem, & solutu difficilem, ex probâ aut improbâ partium similarium temperie, instrumentaliumque conformatione nascentem. Vnum bonum corporis habitum (εὐεξίαν) firmam sanitatem adpellant. ¶ 4. Est etiam corporis cultus & vestitus, *habitus*, tracht, kleidung. *Permutare cum aliquo habitum*, Quintil. lib. 3 cap. 7, die kleider mit einem verwechseln. *Habitus lugubris*, trauer-kleidung; *Habitus triumphalis*, tracht die man im pracht führet, *Habitus anilis*, &c. Apulej. lib. 9 A. A. *Quidam procerus, &, ut indicabat habitus atque habitudo, miles è legione, factus nobis obvius, superbo atque arroganti sermone percontatur.* Vbi vestitum *habitus* voce, *habitudinis* autem, corporis lineamenta & qualitatem exprimit. Frequenter, & mire utitur hâc voce Val. Maximus. vid. Barth. ad Stat. Silv. p. 31, 36.

¶ Habitudo, ĭnis, apud Terentium Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 11 pro habitu, seu forma ac filo corporis, die beschaffenheit, leibes-constitution, eigenschafft. Auct. ad Herenn. 4 cap. 10 *Corporis bonam habitudinem tumor imitatur sæpe.* Vet. Gloss. σχέσις, *Habitus, habitudo.* Apulejus Apologia: *Continuatio litterarii laboris omnem gratiam corpori deterget, habitudinem tenuat, succum exsorbet*, &c.

¶ Habitio, ōnis, die habhafftigkeit. Gellius 1 cap. 4 *Debitio gratiæ, non habitio, cum pecunia confertur.*

¶ Habituo, are, habitum inducere, eine gestalt geben. Cæl. Aurel. Tard. 4, 8 *Ægrotantium vires fortitudine habituantur.* Idem 1, 4 *Malo succo & corpore habituari.*

¶ Habitŭrio, ire, haben wollen. Plaut. Truc. a. 1 sc. 2 v. 47 *Si arationes habituris*, i. e. habere desideras.

¶ Hăbĭto, are, cum derivatis & compositis vide post composita ab *Habeo.*

¶ Habentia, æ, opes, possessiones, haab und guth. Plaut. Truc. prol. v. 20 *Ætas huic si superet mulieri, is cum anima ad eam habentiam everrerit*, i. e. pecuniam, divitias. Et Claud. Quadrig. apud Nonium cap. 2 n. 392 *Animos eorum habentia inflarat.*

¶ Hăbĭlis, e, aptus, accommodus, gefüge, bequem, geschickt; ut, *Calcei habiles, & apti ad pedes*, Cicer. de Oratore lib. 1 cap. 54. *Ensis habilis*, das wohl in der faust gerichtet ist, Virg. Æn. lib. 9 v. 306. Comp. *Habilior.* Val. Maxim. lib. 5 cap. 7 n. 1 *lectuli otio, quam labori præliorum habilior.* Superl. apud Celsum est lib. 2 cap. 1 *Corpus habilissimum quadratum est, neque gracile, neque obesum.*

¶ Inhabilis, e, minus aptus, unbequem, untauglich. Livius lib. 24 cap. 34 *telum ad remittendum imperitis inhabile.* Et lib. 26 cap. 16 *inhabilis ad consensum.* Et Columella lib. 2 cap. 1 *Ætas anilis progenerandis fœtibus inhabilis.*

¶ Habiliter, adverb. füglich. Pomp. Mela lib. 3 cap. 7 *Alii ita proceri & corpore ingentes, ut elephantis etiam, sicut nos equis, facile atque habiliter utantur.* Paullus JC. Lege 20 Digest. de auro, argento &c. *Vt habiliter gemmæ geri possint, auro inclusæ sunt.*

¶ Habilitas, ātis, die füglichkeit, geschicklichkeit. Cicer. 1 de Leg. c. 9 *opportunitates habilitatesque corporis.*

I. Composita ab *Habeo*:

¶ Adhĭbeo, ui, ĭtum, ēre, herzuhalten, anlegen, gebrauchen: ut, *Adhibere diligentiam*, Cic. lib. 5 fam. epist. 6. *Curam*, ibidem lib. 2 epist. 7, & utrumque vel *in rebus*, vel *ad res*, fleiß anwenden. *Adhibere remedium*, Idem epist. ad Octavium pr. rathen. *Adhiberi ad caussas, consilia, deliberationes*, est admitti vel advocari, zu rath gezogen, gebraucht werden. Item, *Adhibere sibi aliquem ad consilium*, Cicer. lib. [illegible] fam. epist. 7. *Adhibere modum*, Idem 1 Offic. cap. 5 extr. maße halten. Et, *Adhibere Deum testem*, Idem 3 Offic. cap. 10. Et, *Testes adhibere*, Ter. Phorm. a. 4 sc. 5 v. 2, zeugen führen, zu zeugen nehmen. *Adhibere calcaria equo*, Cicer. in Bruto cap. 56, anstechen und forttreiben. Contra, *Adhibere frenos*, pro coërcere, einhalten, zurück halten, Idem de Cl. Orat. cap. 56. *Adhibere celeritatem*, eilen, hurtig seyn, Nepos 18, 9, 2. *Adhibere memoriam contumeliæ*, der schmach gedencken, Idem 15, 7, 2. *Fidem cui adhibere*, pro credere, trauen, glauben, Cic. de Divin. 2 cap. 59, & Suet. Calig. cap. 2.

¶ Adhibĭtus, a, um, darzugenommen, gebraucht; ut, *adhibito interprete*, Curt. 8, 12, 9, & 10, 3, 6. conf. 7, 11, 6.

¶ Adhibitio, ōnis, der gebrauch. Marcell. Emp. cap. 15 *adhibitio cucurbitarum.*

¶ Antehăbēre, ut anteferre, anteponere, vorziehen. Tacitus Ann. 4 cap. 11 extr. *ne divulgata veris antehabeant.*

¶ Cŏhibēre, continere, innehalten, zurückhalten; ut, *Intra locum aliquem se cohibere*: Plaut. Mil. a. 3 sc. 3 pr. *Cohibete intra limen vos.* Sed, *Cohibere alicujus iracundiam*, Cicer. pro M. Marc. cap. 3, motus animi turbati est reprimere, coërcere, zwingen, verwehren, einhalten. Sic Serv. Sulpicius lib. 4 epist. 5 ad Cicer. *Visne tu te, Servi, cohibere?* Et, *Cohibere suas libidines*, Cicer. pro Milon. cap. 28. *Cohibere animum*,

mum, manus, oculos, ab alieno, von dem was eines andern ist, Cicero pro Lege Man. cap. 23.

¶ Cohibĭtus, a, um, zurück gehalten, eingezogen. Gell. 7 cap. 14 *Subtile dicendi genus & cohibitum.* Compar. exstat in Ausonii Gratiar. actione: *Cujus egressus auspicatior, incessus modestior, habitudo cohibitior.*

¶ Cohibitio, ōnis, der einhalt, das verbot. Cicer. Verrin. 5 cap. 14 extr. *cohibitio tollendi.* Gruterus autem legit *Probibitio.*

¶ Cohibilis, e, das leicht aufzuhalten. Gell. lib. 16 cap. 19 pr. *Celeri & cohibili oratione, vocumque filo tereti & candido fabulam scripsit Herodotus:* ubi *cohibili* est *cohærente*, nisi potius legendum *coibili.* Sed in Gloss. lat. gr. *Cohibilis, facilis,* εὐχερής.

¶ Incohibilis, e, non cohibendus, das nicht aufzuhalten. Ammianus lib. 24 cap. 2 *incohibili cursu evasit.* Sic etiam Vales.

¶ Cohibiliter, adverb. kürtzlich. Apulejus extremo Florid. *Fabulam in pauca cogamus, quantum potest fieri cohibiliter.* Idem Apologiâ p. 297 *Cohibilius eadem græce & latine adnitar conscribere.*

¶ Cohibentia, æ, die zurückhaltung. Gloss. lat. gr. *Cohibentia,* ῥᾳθυμία, συνοχή.

¶ Cohibesco, ĕre, vel Incohibescere, enthalten, apud Lucretium 3 v. 445, ubi Pareus: *am cohibessit*, antique pro *eam cohibuerit.*

¶ Exhibēre, darthun, darstellen: ut, *Molestiam, negotium exhibere*, idem est, quod facessere, mühe machen, zu schaffen machen, Plaut. Most. a. 3 sc. 1 v. 38. Labeo JCt. Lege 246 D. de verb. signif. EXHIBET, inquit, *qui præstat ejus, de quo agitur, præsentiam.* Seneca de Ira lib. 1 cap. 16 *Eum, qui ex commeatu sine commilitone redierat, quasi interfecisset, quem non exhibebat,* &c. Plinius Paneg. cap. 63 *Te & religioni Deorum & judiciis hominum exhiberes.* Et, *Exhibere imperium*, pro palam administrare, Plautus dixit Casina a. 2 sc. 6 v. 53. Sic, *exhibere patientiam*, pro *præstare*, ut paullo ante loquitur, Tertullianus dixit lib. 1 de patientia cap. 1. ¶ *Exhibere* pro alere, nutrire; ut, *ex operis*, sive *artificio suo se exhibere*, Vlpianus dixit. Vide Lindebruchium ad illud Terentii Adelph. a. 1 sc. 1 v. 20 *Semper parce ac duriter se habere.* Ita Vetus Interpres Actor. cap. 28 v. 7 *Qui nos suscipiens triduo benigne exhibuit.*

¶ Exhĭbĭtus, a, um, dargeboten, gegeben. Ovid. Heroid. 17 v. 194 *In non exhibitis toris*, i. e. in illegitimis.

¶ Exhibitio, ōnis, præstatio, die darbietung, aushändigung. Vlpian. Lege 3 §1 Dig. de Liberis exhibend. *ad exhibitionem liberorum.* Gell. 14 cap. 2 *Chirographi exhibitio.* ¶ Item, sustentatio: vide Lindebruchium allegato supra loco. Tertull. de Monog. cap. 8 *victuaria exhibitio.*

¶ Exhibĭtor, ōris, ein darsteller; ut, *Exhibitor ludorum*, Arnob. lib. 7 pag. 247.

¶ Exhibitorius, a, um, die ausantwortung betreffend; ut, *exhibitoria interdicta*, Vlpian. l. 3 ff. de lib. hom. exh.

¶ Subexhibere, Idem Arnobius dixit lib. 6 p. 195. vid. Sam. Pitisci ad Curt. lib. 7 cap. 7 n. 20.

¶ Inhĭbēre, hemmen, aufhalten: verbum nauticum est, de quo ita Cicero lib. 13 ad Atticum epist. 21, INHIBERE *illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet. Est enim verbum totum nauticum: quamquam id quidem sciebam; sed arbitrabar,* sustineri remos, *cum inhiberi essent remiges jussi, & non esse ejusmodi, didici heri, cum ad villam nostram navis adpelleretur. Non enim* SVSTINENT, *sed* ALIO MODO REMIGANT. Id ab ἐποχῇ *remotissimum est. Quare facies, ut ita sit in libro, quemadmodum fuit. Dices idem Varroni, si forte mutavit.*

Nec est melius quicquam, quàm quod Lucilius
Sustineat currum ut bonu' sæpè agitator equosque:

Semperque Carneades προβολὴν *pugilis, & retentionem aurigæ similem facit* ἐποχῇ. INHIBITIO *autem remigum motum habet, & vehementiorem quidem remigationis navem convertentis ad puppim.* Sic *navem retro inhibere* apud Livium est, sustinere procursum navis ac sistere, eamque agere retro seu vertere. vide Gronovii Observ. 4 c. 26, & Not. ad Justin. 2, 12, 7. ¶ Aliquando tamen sustinerè, seu cohibere est. Virgil. 12 Æneid. v. 693

Parcite jam Rutuli, & vos inhibete Latini.

Vbi Servius: INHIBETE, *Cobibete, suspendite, & est tralatio à nautis.* Vbi Servius & vulgarem opinionem de inhibitione remorum secutus videtur: quam & amplexus Atticus fuerat, & itaque auctor exstiterat Ciceroni, ut pro *sustinere remos*, *inhibere remos* rescriberet, male, ut postea fuerat edoctus. Ac ita & Quintilianus præfat. lib. 12 *Hoc mare ingressus, contrahit vela, inhibetque remos.* ¶ *Inhibere imperium* apud Plautum est, quod *exhibere* alibi dixit, id est, uti imperio, exercere imperium quod in aliquem habeas. Quemadmodum & Cicero, *Spem inhibere legibus*, pro habere in legibus, Orat. in Rullum dixit. vide Turnebum lib. 25 Advers. cap. 16. *Inhibere profluvium sanguinis*, est sistere, das blut stillen, stopffen, Plin. 28 cap. 2.

¶ Inhibitus, a, um, verhindert, gehemmet; ut, *inhibitus cursus*, Curt. 4, 16, 16. *Inhibitæ lacrymæ*, Idem 10, 6, 3.

¶ Inhibitio, ōnis, die hemmung, aufhaltung, verwehrung. Cicer. 13 ad Attic. epist. 21 *inhibitio remigum.*

¶ Pérhĭbēre, dicere, affirmare, aussagen, fürgeben. *Bene qui conjiciet, vatem hunc perhibebo optimum*, Cic. de Divin. 2 cap. 5. *Vos æquo animo, æqua noscere oportet, si vos vultis perhiberi probos*, Ter. Adelph. a. 3 sc. 4 v. 58, wollet ihr für fromme leute gerühmet seyn. *Perhibere testimonium*, Varro lib. 2 Rei R. cap. 5, quod & *Testimonium ferre* dicitur, zeugniß geben.

¶ Posthăbēre, postponere, hindansetzen, nachsetzen, vergessen. Terent. in Phorm. a. 5 sc. 7 v. 15 *Omnes posthabui mihi res*, &c. Virg. eclog. 7 v. 17 *Seria ludo posthabui.*

¶ Posthabitus, a, um, hindangesetzt. Cicero lib. 5 Tuscul. cap. 1 *omnibus rebus posthabitis.* Virg. Æneid. 1 v. 15

terris magis omnibus unam
Posthabita coluisse Samo.

¶ Præhĭbēre, præbere, hergeben, vorstrecken. Plaut. Pseud. a. 1 sc. 2 v. 49 *Vestem, aurum, atque ea, quibus est vobis usui, præhibeo.* conf. Menæchm. a. 5 sc. 2 v. 51 &c. Et Petron. p. 152 *Præhibere mendacio fidem.*

¶ Prŏhĭbēre, vetare, interdicere, wehren, verbieten. *Probibere aliquem domo*, Terent. Phorm. a. 2 sc. 3 v. 78. *Itinere exercitum probibere*, Cæsar lib. 1 Bell. Gall. cap. 10. Et, *ab oppidis vim hostium probibere*, ibidem cap. 11. Et, *Aditu quem probibere*, Ovid. 12 Metam. v. 66. Et Plautus a. 5 sc. 2 v. 7 *Parentesne meos mibi probibeas?* Et, *Probibere à pugna*, Cæsar 4 B. Gall. cap. 34, id est, arcere. *Probibere rempubl. à periculo*, Cic. pro Leg. Man. cap. 7, id est, defendere. Sic, *probibere quem a contumeliis conviciisque*, Cæsar dixit lib. 1 de B. C. cap. 23. Denique cum Infinitivo. Ter. in Heaut. a. 3 sc. 3 v. 12 *Multa fert libido, ea probibet facere præsentia tua.*

¶ Prohibitus, a, um, zurück gehalten, gehindert. Cic. in Verr. 3 cap. 24 *Eques Romanus biduum cibo tectoque probibitus.*

¶ Prohibitio, ōnis, das verbot, die verwehrung. Quintilianus lib. 9 cap. 2 p. 649 *probibitio sceleris.* conf. Tertull. de Monog. cap. 9, & supra *Cobibitio.*

¶ Prohibĭtor, ōris, qui prohibet, ein verbieter. Apulejus de Deo Socr. p. 52 *Socrates nullo adbortatore unquam indigebat: at verò probibitore nonnunquam.* Arnobius lib. 7 p. 249 *Æsculapius valetudinum propulsator, probibitor, exstinctor.*

¶ Prohibitorius, a, um, verbietend. Plin. lib. 10 cap. 14 de divina ave: *Quidam clamatoriam dicunt: Labeo probibitoriam.*

¶ Rĕdhĭbēre, est rem venditam & ab emptore reprobatam & redditam recipere, wieder müssen annehmen, was man mangelhafftig verkaufft. Cic. 3 Offic. cap. 23 *Redhibeatur mancipium jure civili.* conf. Plaut. Merc. a. 2 sc. 3 v. 84, &c.

¶ Redhibitus, a, um, zurück genommen; *Redhibitum*, ut ait Festus, *id proprie dicitur, quod redditum est improbatumque: & qui dedit, rursus coactus est habere id, quod ante habuit.*

¶ Redhibitio, ōnis, venditionis dissolutio, der rückkauff, da ein ieder das seine wieder kriegt. vid. l. Pompon. ff. de acquir. possess. & l. 11 ff. de act. empt. Et Quintil. 8 cap. 3 p. 582 *mancipii redhibitionem suadere.* vide & Gellium 4 cap. 2.

¶ Redhibĭtor, ōris, qui venditum recipit, l. 25 ff. de except. rei jud.

¶ Redhibitorius, a, um, rückkäufflich; ut, *redhibitoria actio, redhibitorium judicium*, apud JCtos ex ff. tot. tit. de ædil. edict.

II. *Habito* cum derivatis:

¶ Hăbĭto, avi, atum, are, frequent. ab *Habeo*, wohnen, auffenthalt haben; ut, *Apud aliquem, & cum aliquo habitare*, bey einem wohnen. *Habitare bene*, id est, commoda habitatione uti, Corn. Nep. in Attico cap. 13. *Argos habitatum concessit*, Idem 2, 8, 1. *Vivere & habitare cum aliquo*, Cic. Attic. 14 ep. 20. Et, *In hac habitasse platea dictum est Chrysidem*, Terent. Andr. a. 4 sc. 5 pr. Idem in Adelph. a. 4 sc. 5 v. 20 *Habitat Mileti.* Et Virgil. eclog. 2 *Atque humiles habitare casas.* Vbi Servius: *Melius*, inquit, *habito illam rem, quàm illâ re dicimus. Quanti habitas?* was must du miethgeld geben? Plinius lib. 17 cap. 1 *Graviter increpuit, tanti censorem habitare.* Et Persius sat. 4 extr.

Tecum habita, & noris, quam sit tibi curta supellex.

Id est, in te descende, te consule & examina, nosces, quàm sis præsidiis necessariis ad vitam bene agendam destitutus. ¶ *Habitare in aliqua re*, est multum diuque in illa esse; ut, *habitare in libris:* sicut apud Cic. 2 Agrar. cap. 37 *Habitare in carcere*, legimus. Ac ita Græci etiam, ut notat Casaubonus ad Theophrasti Characteres p. 187. ¶ Differt a verbo Commorari. Cic. de Senect. cap. ult. *Commorandi natura diversorium nobis, non habitandi dedit.*

¶ Habitatus, a, um, bewohnt. Virg. Georg. 3 v. 340

Raris habitata mapalia tectis.

Et Horat. 1 epist. 14 v. 2 *Agellus habitatus quinque focis.*

¶ Hăbĭtātio, ōnis, habitandi actus, die wohnung, der auffenthalt; e. g. *Habitationis merces*, τὸ ἐνοίκιον, haußzinß, apud Cæsarem 3 de B. Civ. cap. 21. Et Suetonius ipsam *habitationem* pro ἐνοικίῳ, seu habitationis pensione, dixit Cæsare cap. 38. *Annuam*, inquit, *habitationem Romæ usque ad bina millia nummûm, in Italia non ultra quingentos sestertios remisit.* ¶ Etiam pro domo, habitaculo seu habitandi loco. Columella lib. 1 cap. 6 *Villico juxta januam fiat habitatio.*

¶ Habitatiuncula, æ, diminutivum, ein wohnplätzlein. Hieronymus in Obadiam commate 5 *Omnis australis regio Idumæorum de Eleutheropoli usque Petram & Hailam in specubus habitatiunculas habet.* Et Salvianus lib. 5 Gub. p. 179 *quia transferre illuc resculas atque habitatiunculas suas non possunt.*

¶ Habitaculum, i, die wohnstäte. *Habitaculum leonis*, Gell. lib. 5 c. 14. Prudent. Hymn. Exequiar. *habitacula pristina gestet.* Apud antiquissimos non reperitur.

¶ Habitator, ōris, ein einwohner. Cic. 2 Nat. Deor. cap. 56 *Sunt e terra homines, non ut incolæ atque habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum.* Pomp. Mela lib. 1 cap. 16 pr. *habitator Cariæ.*

¶ Habitatrix, īcis, eine einwohnerin. Ausonius Mosellâ v. 82

Tu mihi flumineis habitatrix Nais in oris.

¶ Habitabilis, e, wohnhafft, wohnbar. Cicer. 1 Tusc. cap. 20 *habitabiles regiones.* Et Plinius lib. 9 cap. 10 pr. *habitabiles casæ.*

III. Composita ab *Habito:*

¶ Cŏhăbĭto, are, cum aliquo habitare, beywohnen. Augustinus Hieronymo epist. 12 *O si licuisset, etsi non cohabitante, saltem vicino te in Domino perfrui.*

¶ Cohabitatio, ōnis, die beywohnung. Augustinus epist. 137 sub finem: *Nec mihi arrogare audeo, ut domus mea melior sit, quam cohabitatio ipsius Domini Christi, in qua undecim boni perfidum & furem Judam toleraverunt.*

¶ Cohabitator, ōris, ein nachbar. Cassiodorus lib. 3 cap. 48 *Mergi cohabitatores piscium.* Vet. Gloss. *Cohabitator*, σύνοικος, ὁ ἅμα οἰκῶν. Et Augustinus Serm. 1 feria II Pentecost. Spiritum S. vocat *cohabitatorem æternum*, scilicet in mentibus piorum.

¶ Cohabitantia, æ, die beywohnung. Adelhel. de Virg. cap. 20 *Simulare matrimonii cohabitantiam.*

¶ Inhăbĭto, are, einwohnen. *Animus in oculis inhabitat*, das gemüth wohnet und sitzet in den augen, Plin. lib. 11 cap. 27. Afferunt etiam ex Livii lib. 24 cap. 3 *procul iis, quæ inhabitabantur*, sed suspectus vexatusque locus est, & Gronovius *habitabantur* legit, quem videas.

¶ Inhabitator, ōris, ein einwohner. Hieronymus advers. Helvidium cap. 1 *Sacri ventris hospitium, cujus novem mensibus inhabitator Jesus fuit.* Et Augustinus lib. 1 Retract. cap. 7 *Terræ hujus inhabitator.*

¶ Inhăbĭtābilis, e, wüste, unbewohnt, das nicht zu bewohnen ist. Cic. de Nat. Deor. lib. 1 cap. 10 *Terræ maximas regiones inhabitabiles atque incultas videmus*. Mela lib. 3 cap. 7 fin. *Indi ostia inhabitabilia.*

HABESSINI, orum, genuinum nomen Æthiopum Christianorum, qui supra Ægyptum sunt, quorum regionem, rempublicam, linguam & religionem vir exactissimus, Jobus Ludolfus illustravit, quem videas in Historia Aethiopica eruditissime peritissimeque omnia perscribentem, & in Commentariis ad illam Historiam genuinis documentis singula luculentissime illustrantem.

Habitabilis, Habitaculum, Habitare, &c. quære in *Habeo.*

Hactenus, vide *Hac* in *Hic.*

HADRIA, æ, scribunt & *Adria;* in quo vide cætera; Hadriaticus sinus, sive mare Hadriaticum, das Venedische meer. *Improbo iracundior Adriâ*, Horatius lib. 3 oda 9 v. 22. Ita quidem plerumque scribitur sine adspiratione: nec tamen contemnenda est aut postferenda scriptura altera. Vetus Inscriptio apud Manutium:

L. FLAVI. L. F. SEPTIMIO APRO
OCTAVIANO C. V. PLEB. SOD
HADRIAEQVE PROVINCIAE CYPRI &c.

Nec leve argumentum est, quod nomen imperatoris *Hadrianus* in nummis & lapidibus semper scriptum invenitur, cujus innumera exempla laudatus Manutius produxit.

¶ Hadrianus, i, imperator. In nummis certe constanter

IMP. CAES. TRAIANVS HADRIANVS AVG.

aut brevius: HADRIANVS AVGVSTVS, qualem Vaillantius profert. Nec aliter in Sabinæ uxoris nummis, si in illis mariti mentio facta est. vide Gruterum & Manutium, qui copiosior utique est in lapidibus exscribendis, quæ *Hadriani*, non *Adriani*, nomen incisum habent, quales innumeros etiam Gruterus ostendit, in quibus est HADRIANO AVG. v. g. pag. 10 num. 6 &c. Quod etiam in coloniarum, quas deduxit, nominibus observatur. Salisburgensis Inscriptio apud Gruterum pag. 265 num. 4.

IMP. CAES
L. SEPTIMI SEVERI
PII PERTINACIS AVG
ARAB. ADIAB. PARTHICI
MAXIMI COL. HADR
IVVAV. D. D

In Græcis videri potest res ambigua, quod spiritum in vetustis Inscriptionibus non addunt, uti ex nummis plurimis ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ &c. apud Jo. Harduinum de nummis Vrbium, manifestum est. Vide vitam ejus a Spartiano descriptam: brevius exceptam a Xiphilino, Victore, Eutropio. Adde supra *Adrianus*.

¶ Hadrianus, a, um, adject. ut, *amphoræ Hadrianæ*, Plin. 35 cap. 12. *Vltimæ Hadriani maris oræ*, Cic. in Pisonem c. 38.

¶ Hadrianalis, e, aliud adject. in Inscript. apud Fabrettum p. 454 C. PRAETORIVS. C. F. STEL. PHOEBVS. VI. VIR. AVGVSTAL SODAL. TRAIANAL. ET. HADRIANAL. IIII. VIR

HADRŎBŌLVM, i, ἀδρόβωλον, genus gummi, Plin. 12 c. 9.

HADRŎSPAERVM, i, nardi genus, Plin. 12 c. 12.

HAEBŬDES, insulæ quinque numero circa Britanniam, Solin. c. 35.

Hædile, Hædinus, vide mox in *Hædus.*

HAEDVS, i, eine junge ziege oder böcklein. Virg. ecl. 2 v. 30 *Hædorum grex:* & eclog. 7 v. 9 *caper tibi salvus & hædi.* Scribitur per Æ, non per OE, auctore M. Varrone lib. 4 de L. L. cap. 19. *Quod illic* [in Sabinis] inquit, *Fedus; in Latio rure Hedus: in urbe A addito, Hædus.* Sic & Carpensis Virgilius, & Vaticanus, ut refert Manutius in Orthogr. quem videas.

¶ Hædŭlus, i, diminutivum, ein zickelgen. Juvenalis satyr. 11 v. 65

De Tiburtino veniet pinguissimus agro
Hædulus.

¶ Hædillus, i, diminut. aliud apud Plautum Asin. act. 3 sc. 3 v. 77, *Dic me tuum agnellum, hædillum.*

¶ Hædīle, is, stabulum hædorum, ein ziegen-stall. Horat. lib. 1 oda 17 v. 8, ubi correpta apparet media in Alcaico metro:

Nec Martiales hædilia lupos:

quod corruptionis suspicionem nonnullis præbuit. vide Lambin. & Torrent.

¶ Hædīnus, a, um, von ziegen: ut, *Caro hædina*, jung ziegenfleisch. *Pellis hædina*, Cic. pro Muræn. cap. 36. *Coagulum hædinum*, Varro de R. R. lib. 2 c. 11.

HAEMACHĀTES, æ, αἱμαχάτης, achatis gemmæ species apud Plinium lib. 37 c. 10; illa nempe, quæ, ut Solinus ait cap. 5, (al. 11) *sanguineis maculis irrubescit.*

HAEMANTHINVM, i, αἱμάνθινον, ab αἷμα, sanguis: vitrum rubens non translucens, Plinio est lib. 36 c. 26, roth glaß.

HAEMATĪTES, æ, masculinum, αἱματίτης, lapis ruboris sanguinei, Plin. lib. 37 c. 10, & Solin. c. 43 fin. ein blutstein. Foditur in silva Hercyniâ. *Contritus in pulverem præsenti medetur curatione sanguinem exspuentibus*, Matthiolus.

HAEMATŎPVS, ŏdis, αἱματόπους, avis, sic dicta a cruenta longorum crurum rubedine, ein rothbein. Plinius de illa lib. 10 cap. 47 memoravit.

HAEMON, ŏnis, nomen viri, qui amore periit. Ovid. in Ibin v. 561

Nec tibi, si quid amas, felicius Hæmone cedat.

Propertius lib. 2 eleg. 8 v. 21

Quid? non Antigones tumulo Bœotius Hæmon
Corruit ipse suo saucius ense latus?

Hæmonia, Αἱμονία, vide *Æmonia.*

HAEMORRHĂGIA, æ, αἱμοῤῥαγία, sanguinis profluvium, der blutfluß, das nasen-bluten. Plinius lib. 23 cap. 7 sect. 67 *Folia ejus trita illita, hæmorrhagiam sistunt.* De Persicis loquitur.

HAEMORRHŎIS, ĭdis, αἱμοῤῥοΐς, & *Hæmorrhous*, αἱμόῤῥοος, quemadmodum ex Dioscoride legitur, genus est serpentis, sic dicti a sanguinis fluxu. Tales enim icti, sanguinem ex toto emittunt corpore, & intereunt. Plinius lib. 23 cap. 1 *Ex uvis passum privatim e serpentibus contra hæmorrhoida potens.* Et Corn. Celsus lib. 5 cap. 27 num. 7 de serpentium ictu: *Si cerastes, aut dipsas, aut hæmorrhois percussit.* conf. Solin. c. 40. ¶ 2. *Hæmorrhoidas*, etiam vocamus morbi genus, quo sanguis per anum emittitur, der blutfluß, blutgang, güldne ader. vide Celsum lib. 6 cap. 18 n. 9. Plinius etiam singulari usus de morbo lib. 22 cap. 7.

¶ Hæmorrhoicus, i, qui hæmorrhoidibus laborat, ein blutflüssiger, apud Firmicum lib. 3 cap. 3.

HAEMVS, i, mons Thraciæ, longis jugis a Macedonia in septemtrionem procurrens. Scribitur & *Aemus*, sed rectius cum adspiratione. Theocritus enim Idyll. 7 v. 76 ὑφ' Αἷμον dixit, non ὑπ' Αἷμον. In hoc monte Martis domicilium fingunt Poëtæ. Claudianus in Probi & Olyb. cons. v. 120

Procubat horrendum Getico Gradivus in Hæmo.

ubi Heinsium videas pluribus illustrantem. Hinc Silio lib. 11 v. 466 *Mavortius Hæmus* est.

¶ Hæmonius, a, um, adjectivum ab Hæmo est. Silius lib. 10 v. 10

velocius inde
Hæmonio Borea, pennaque citatior ibat,

quia Hæmus Græcis a septemtrione est. *Æmonia* Græciæ regio, sive Thessalia, itidem ab Æmo vel Hæmo monte nonnullis dicitur, a quo tamen longius remota est: aliis aliunde.

¶ Hæmomontani, Thraces Hæmum incolentes. Sextus Rufus cap. 9 *Lucullus Hæmimontanos subegit.*

¶ Hæmimons, tis, uno verbo, eodem Rufi capite extremo est provincia Thraciæ.

Hæreditarius, Hæreditas, vide *Hæres.*

HAEREO, hæsi, hærēre, insidere, & adjunctum arcte esse, stecken, kleben, hangen. Aurelius Victor in Gallieno: *Inter hæc ipse popinas ganeasque obiens lenonum, ac vinariorum amicitiis hærebat.* Quintilian. lib. 6 cap. 1 *Hærere in complexu alicujus*, einem in armen liegen. *Hærere in oculis*, Cicero 13 Philipp. cap. 3, nicht aus dem gesichte kommen. Atque ita de comitantibus eleganter adhibetur, ut Gronovius exemplis docuit ad Senecæ epist. 10 principio. Vnum ex iis satis sit adduxisse: Plinius lib. 7 epist. 27 *obtinenti Africam comes hæserat*, h. e. indivulsus fuerat comes. *Hærere in parte aliqua apud aliquam*, Terentius Eunuch. a. 5 sc. 9 v. 25, an einer hangen. *Culpa omnis in te hæret*, Idem in Hecyr. a. 2 sc. 1 v. 33, die schuld liegt auf dir. *In omnium gentium sermonibus ac mentibus semper hærebit*, Cic. 4 Catil. cap. 10, es wird nimmermehr verschwiegen, noch vergessen werden. *Hærere in visceribus, in medullis*, Cicero eleganter dixit in epistolis, vid. lib. 6 epist. 1 ad Attic. &c. einem tieff im hertzen stecken. Lucan. lib. 9 v. 573

Hæremus cuncti, superis, temploque tacente,
Nil agimus nisi sponte Dei, &c.

¶ 2. Sed hîc *hærere* idem est, quod dubium esse, weder aus noch ein wissen. *Valde in scribendo hæreo*, ich stehe im zweiffel, Cicer. ad Attic. 13 epist. 39. Idem 2 Philipp. c. 29 *Hærebat nebulo, quo se verteret, non habebat.* er war betreten, wuste nicht wo aus. Suetonius Domitian. cap. 12 *Neque eo secius in explicandis oneribus hæreret.* Item, *Hæret hæc res, hoc negotium*, &c. Plautus Amphitr. a. 2 sc. 2 v. 182

Hæret hæc res: siquidem hic jam mulier factus est ex viro.

Et rursus Trin. a. 4 sc. 2 v. 59

Hæret hæc res: siquidem ego absens sum, quam præsens longior,

i. e. in ambiguo atque incerto est. Idem Plaut. Capt. a. 3 sc. 3 extrem.

maximas
Nugas ineptiasque incipisso: hæreo.

Hæreo, id est, ἀπορῶ, incertus sum. Tractum a re nautica: nam navis *hærere* dicitur, quando in brevia acta & Syrtes, arenæ aggere, ut Virgilius loquitur, cingitur sistiturque, wenn das schiff auf dem sande sitzen bleibet, und weder hinter noch vor sich gehet. Eadem translatione Suetonius Augusto cap. 71 *Circa libidines hæsit.* vide & infra *adhærescere* & *obhærere.* ¶ 3. *Aqua hæret*, proverbiale est, apud Cic. ad Qu. Frat. lib. 2 ep. 7 & alibi. *In hac caussa aqua mihi hæret*, in der sache weiß ich nicht wo aus, es stehet hinten und forne mit mir an. vide supra in *Aqua.*

¶ Hæresco, ĕre, hærere, aut cœpisse hærere, hangen. Lucret. 2 v. 476 *in terris hærescere.* Paulinus Nolanus Carm. 10 ad Auson. v. 267

fixumque hærescere cordi.

¶ Hæsĭto, avi, are, frequentativum, idem. Terent. Phorm. a. 5 sc. 2 v. 15 *In eodem hæsitas luto*, du steckest so tieff drinnen, als ich, id est, in eodem, quo ego, labore versaris, & periculo. *Hæsitare lingua*, mit der zunge anstossen, stammeln. Cic. lib. 1 de Orat. cap. 25. ¶ Deinde est dubitare, zweiffeln, ungewiß seyn. Cicero lib. 4 Academ. cap. 17 *Dubitant, hæsitant, revocant se interdum.* Et Plinius lib. 10 epist. 30 *Rogo, domine, consilio me regas hæsitantem*, wenn ich wancke. Rursus Cic. 4 Acad. c. 5 *Illi in novis rebus, quasi modo nascentes, hæsitaverunt*, i. e. titubaverunt, sie haben getaumelt wie kleine kinder.

¶ Hæsitatio, ōnis, anstoß, ungewißheit. Cicer. 3 fam. epist. 12 *Noli ignoscere hæsitationi meæ*, id est, dubitationi. Et lib. 2 de Orat. cap. 50 *Quæ dubitatio? quanta hæsitatio tractusque verborum?* stotterung, bestürtzte rede.

¶ Hæsitantia, æ, idem. Cicer. 3 Philipp. cap. 6 *Hæsitantia linguæ*, die stammlung.

¶ Hæsitator, ōris, qui hæsitat, ein zweiffler. Plin. lib. 5 epist. 11 *Sum & ipse in edendo hæsitator*, ich stehe bey mir an. Quibus gemella Sidonius habet

habet lib. 9 epist. 13 *Vt me ejus edendi diutius non possis habere hæsitatorem.*

¶ Hæsitabundus, a, um, stammelnd, zweiffelnd. Plin. lib. 1 epist. 5 *Expalluit notabiliter. Hæsitabundus inquit*, &c.

Composita:

¶ Adhæreo, si, ēre, anhangen, ankleben. Cæsar B. G. 5 c. 46 *Tragula casu ad turrim adhæsit.* Tertullianus subaudita præpositione, de Pallio cap. 5 *humerum adhæret.* Vsitatius cum tertio casu. Eleganti tralatione Livius lib. 39 cap. 25 inducit Thessalos querentes: *procul abesse libertatis auctores Romanos: lateri adhærere gravem dominum*, puta, Macedoniæ regem. Vbi *lateri adhærere*, est admodum vicinum esse, ein naher nachbar seyn, aufm halse seyn. Claudian. lib. 1 in Ruffin. v. 35

Et luxus populator opum, quem semper adhærens
Infelix humili gressu comitatur egestas.

¶ Adhæresco, ĕre, idem, & hangen bleiben. Cic. 4 Acad. cap. 3 *ad eam disciplinam, tamquam ad saxum, adhærescunt.* Idem 1 Offic. cap. 25 *justitiæ honestatique adhærescere*, über gerechtigkeit und erbarkeit halten. Et continuata metaphora eleganter Idem pro Sextio c. 8 *Ne Scylleo æris alieni in freto ad columnam adhæresceret, in tribunatus portum perfugerat.*

¶ Adhæsio, ōnis, die anklebung, aneinanderhangung. Cic. 1 de Fin. c. 6 *Copulationes & adhæsiones inter se.*

¶ Adhæsus, ûs, subst. idem. Lucret. lib. 5 v. 840 *membrorum adhæsu.*

¶ Adhæsè, adv. stammlend. Gellius lib. 5 cap. 9 *Non turbide, neque adhæse locutus est.*

¶ Cŏhærēre, an einander gefügt seyn, zusammen hangen. *Aptissime inter se cohærent*, Cic. in Orat. cap. 44. *Verba congruunt & cohærent cum caussa*, Idem 1 de Invent. cap. 14, die worte stimmen überein, und schicken sich zur sache. *Oratio cohæret*, Cic. pro Cælio cap. 7, es gehet wohl auf einander. Terent. in Andr. a. 2 sc. 2 v. 23 *Paullum obsonii, ipsus tristis, de improviso nuptiæ. Non cohærent*, diese dinge reimen sich nicht zusammen.

¶ Cohæsus, a, um, idem ac cohærens, zusammenhangend. Gell. lib. 15 cap. 16 de semifissa quercu: *in naturam rediit, stricta denuo & cohæsa.*

¶ Cohærentia, æ, ipsa forma cohærens, die fuge, zusammenhangung. Cicer. 2 Nat. D. cap. 62 *Sidera ad mundi cohærentiam pertinent.* Gellius lib. 6 cap. 13 *per mortis & vitæ cohærentiam.*

¶ Cohærenter, adverb. nacheinander. Florus lib. 2 cap. 17 *Dimicatum est, non continuè & cohærenter, sed prout caussæ lacesserant.* Comp. *Cohærentius & aptius*, Gell. lib. 1 cap. 18.

¶ Cohæresco, ĕre, aneinanderhangend bleiben. *Atomi cohærescunt inter se*, Cicer. 1 Nat. Deor. cap. 20.

¶ Cohærarius, i, qui cohæret, & alteri adjunctus est, ein beysitzer, beystand, schöpffe. Cic. de Leg. 3 c. 4 *Si quid erit, quod extra magistratus cohærario usus sit, qui cohæret, populus creato* &c. Ita libri Victorii. Turnebus & qui eum sequuntur, *coæratore* vel *coærario* legi censent.

¶ Inhærēre, idem quod adhærere, anhangen. *Inhærebat oculis memoria imaginis*, hoc est, semper oculis obversabatur, Plin. 7 epist. 27, [al. inerrabat] es schwebte immer für augen. *Inhærere in mente*, Cic. 1 Tusc. cap. 15. Et Lactant. lib. 1 Initit. cap. 1 *Multi superstitionibus vanis pertinaciter inhærentes, obdurant se contra manifestam veritatem.* [illegible]

¶ Inhærescĕre, bekleben bleiben. *Si qua minima bestiola conatur irrumpere, in sordibus aurium tamquam in visco, inhærescit*, Cic. de N. D. 2 c. 57. *Poëtæ leguntur, ediscuntur, & inhærescunt penitus in mentibus*, Idem Tuscul. lib. 3 cap. 2.

¶ Obhærēre, stecken bleiben. Suetonius Tiberio cap. 2 *Navem cum sacris matris Deûm Ideæ obhærentem Tiberino vado extraxit.* Lucret. lib. 4 v. 422 *in medio nobis equus acer obhæsit*
Flumine.

¶ Obhæresco, ĕre, idem. Apulejus lib. 6 p. 178 *lanosum aurum stirpibus connexum obhærescit.*

¶ Subhærēre, herunter hangen, ankleben. Celsus 5 c. 28 *ubi cartilago subhæsit.* Et Val. Max. 6, 3, 10 *In suspicione & crimine subhæreat necesse est.*

HAERES, ēdis, vel Heres, [pro diversa derivatione ab *Hæreo* vel *Herus*] commune, successor in jus & bona defuncti, ein erbe oder erbnehm. *Facere heredem*, Cic. pro Cæcin. cap. 6. Et, *instituere hæredem*, lib. 13 fam. ep. 61; Et, *scribere hæredem*, lib. 3 Offic. cap. 24, einen zum erben setzen. *Heres verus magis nascitur, quam scribitur*, Publius. Pro quo & *nuncupare hæredem* Suetonius in Claud. cap. 4 dixit. Nam *nuncupando*, seu *nominando* instituitur hæres. *Heres ex asse*, qui totam hæreditatem capit: *heres in parte*, qui partem tantum; Tacitus 2 Annal. cap. 48. vide & JCtos & Alex. ab Alex. lib. 1 c. 1. Interdum partes assis adsignantur, ut, *ex deunce & semuncia*, v. Cic. pro Cæcin. cap. 6. ¶ *Heredem* pro domino, dixit Plautus Menæch. act. 3 sc. 2 v. 11. vide & infra in *Hæredium.*

¶ Hæreditas, ātis, ipsa successio in jus & facultates defuncti, die erbschafft. *Luculenta atque magna hereditas*, Plautus Trucul. act. 2 sc. 3 v. 24. *Effertissima*, Idem Captiv. act. 4 sc. 1 v. 8. *Bona hæreditate veniunt*, Cicer. 1 Invent. cap. 46, durch erbschafft anfallen. *Hæreditatem obire*, Cic. 1 Agrar. cap. 3, sich der erbschafft anmassen. Et, *Adire hæreditatem*, Id. 2 Agrar. c. 16. Et, *cernere hæreditatem*, 2 Agrar. cap. 15 extr. & lib. 9 epist. 14 ad Dolabellam, idem est. *In partem hæreditatis vocari*, Cic. pro Cæcin. cap. 4 extr. Et, *Hæreditates consequi*, Nepos Attico cap. 21. *Hæreditates procurare*, Cæsar 2 B. Civ. c. 18 dixit. Et Cic. 1 Offic. cap. 33 *Optima hereditas a patribus traditur liberis, omnique patrimonio præstantior, gloria virtutis, rerumque gestarum.* Hæreditas *sine & cum sacris* quid sit, exponit Boxhorn. ad Plaut. pag. 216. 457. 458, ubi hæreditas sine sacris est illa, quæ est absque ulla incommoda appendice. Hæreditatis autem dividundæ jus, ut major dividat, minor eligat, unde ductum, tradit Augustin. de C. D. lib. 16 c. 20, & ibi Vives, & Coquejus p. 328. In genitivo plur. *hæreditatium* pro *hæreditatum* occurrit in Inscript. apud Fabrett. p. 99 LIBRARIO EX NVMERO RATIONIS HAEREDITATIVM VIXIT. Simili modo PARENTIVM FRATRES, apud Gruterum p. 681, uti & *Civitatium* &c. in Lips. Ant. Lect. 5 c. 1.

¶ Hæredium, i, ein erbgut, vorwerck. Festus: HAERES apud antiquos pro DOMINO *ponebatur: inde* HAEREDIVM *prædium parvulum.* Varro de R. R. 1 cap. 10 *Bina jugera, quod a Romulo primum divisa dicebantur viritim & quod hæredem sequebantur*, HAEREDIVM *adpellarunt.* conf. Nonius c. 1 n. 303. Corn. Nepos Catone c. 1 *Versatus est in Sabinis: quod ibi hæredium habebat à patre.* vid. Beroald. in Plin. lib. 19.

¶ Hærediŏlum, i, diminutivum, ein erbgütlein. Apulejus in Florid. lib. 2 *Hærediolum sterile*; itemque Columella procem. Operis, *avitum hærediolum* dixit: & Ausonius Idyll. 3 pr.

Salve hærediolum, majorum regna meorum.

¶ Hærēdĭtārius, a, um, quod hæreditate obvenit, erblich, angeerbet; ut, *Nomen hæreditarium*, Cic. Somn. Scip. c. 2. *Regnum hæreditarium*, Plin. 6 cap. 22. Et, *Lites hæreditariæ*, Quintilian. lib. 3 cap. 10, quibus quæstio est de hæreditate, erbstreit. *Morbi hæreditarii* etiam vocantur, qui parentum vitio liberis obtingunt.

¶ Hæredito, are, pro, hæredem esse, hæreditatem adire, erben, ecclesiasticum est, Vulgati maxime Interpretis, ita Græcum κληρονομεῖν vertentis. Hunc forte aut ejus æquales Salvianus imitatus est loco infra citando in *Exhæreditare.*

¶ Hærēdĭpĕta, æ, captator hæreditatis, ein erbschleicher, der nach einem erbe stehet. Petronius: *Postero die amplioris fortunæ domum quærentes incidimus in turbam hæredipetarum.* vide ibi Interpr. & supra *Captator.* Add. Cicer. Parad. 5, & Horat. lib. 2 epist. 2 v. 176. Talis apud Martialem Gargilianus lib. 4 epigr. 56.

Composita cum præposit.

¶ Cohæres, ēdis, ein miterbe. Cicer. 3 Verr. cap. 48 *Omnibus, quibus hæreditas venerit, cohæredem prætorem esse oportere.* Et 7 fam. epist. 2 *confecissem cum cohæredibus.* Horat. 2 sat. 5 v. 107 *Cohæredum senior.*

¶ Exhæres, ēdis, hæreditate ad se pertinente privatus, erbloß, enterbet. *Scribere exhæredem filium*, Lege 1 § 8 Dig. de Carbon. edicto, erbloß machen. *Filius paternorum bonorum exhæres*, erbloß: Cicero de Orat. lib. 1 cap. 38 *Quæsitum est, possetne exhæres paternorum bonorum esse filius, quem pater testamento, neque hæredem, neque exhæredem scripsisset nominatim.*

¶ Exhærēdare, hæreditate privare, enterben; ut, *Exhæredare filium*, Cicero pro Cluent. c. 48. *A necessariis omnibus exhæredatus est*, Aut. ad Herenn. lib. 4 cap. 23, er ist von allen nahe-verwandten freunden erbloß gemacht worden. Apulej. Apol. *Testamentum inofficiosum, in quo obsequentissimum maritum exhæredavit, inimicissimum filium scripsit hæredem.* Proprie *exhæredari filii* dicuntur, mortuo patre: qui vivente adhuc patre depelluntur paternis bonis, *abdicari* dicuntur. Itaque abusive verbo *exhæredare* usus Nepos est in Themistocle, cum eum *a patre exhæredatum* scribit: de quo cum Valerius Maximus lib. 6 c. 9 exponeret, recte *abdicatum* dixit.

¶ Exhæredatio, ōnis, die enterbung. Quintilianus Declamat. 2 *An facillimum fuerit, ut exhæredationem quoque impetraret noverca ab homine, cui tam multa persuaserat.* Et Lege 20 pr. Dig. de Bonor. possess. contra tabb. *Exhæredatio non adita hæreditate ex testamento, nullius est momenti.*

¶ Exhæreditare, pro *Exhæredare*, enterben, perrarum & inusitatum est. Salvianus lib. 3 contra Avarit. pag. 112 *Si illi tunc ob Deum donantes omnia sua, etiam seipsos exhæreditavere viventes; discite vos, quæsumus, bona vestra vel ipsi hæreditare morientes.* Vbi Rittershusius annotavit, in quibusdam libris Institution. Tit. de Success. libert. § Sed hæc de iis &c. legi *Exhæreditati facti.*

¶ Inhærēditare, ererben. 4 Esdr. c. 7 v. 67 *Qui inhæreditabunt in seculo.*

Hæresco, vide paullo ante *Hæreo.*

HAERĔSIS, is, αἵρεσις, opinio, secta, ein sonderlicher wahn und gedancken. Cic. in præfatione Paradoxorum: *Cato in ea est hæresi, quæ nullum sequitur florem orationis.* Vitruv. præf. lib. 5 *qui Pythagoræ hæresin fuerunt secuti.* ¶ 2. Nos Christiani hæresin dicimus opinionem aberrantem a verâ doctrina, eine sect, ketzerey. Augustinus 2 contra Cresconium cap. 3 *HAERESIS est diversa sequentium secta: SCHISMA vero eadem sequentium separatio.* Idem initio libri de hæresibus ad Quod vult: *Non omnis error hæresis est: quamvis omnis hæresis, quæ in vitio ponitur, nisi errore aliquo, hæresis esse non possit.* Cum dicit: *Quæ in vitio ponitur*: significat, vocabulum μέσον esse, sicut & *Secta.* Quid sit *Hæresis*, de ea vide & dissertat. Heraldi lib. 2 Digression. Digress. ultimâ.

¶ Hærĕticus, i, αἱρετικὸς, ein ketzer, sectirer. Sicut *Catholica fides hæresi*; ita & *hæreticus Catholico* opponitur. *Hæreticus* itaque, qui male interpretata & explicata Scriptura, nova dogmata affert, & contumaciter tuetur, quod Facundus Hermianensis addit lib. 12 cap. 1, *Scire debemus, quod hæreticum non faciat ignorantia, quæ doctrinæ veritatis contumax non est, sed potius obstinata defensio falsitatis.* vide & Vincent. Lirinens. Monitorio 1 cap. 34 & 35, & Salvianum lib. 5 de Gubernatione Dei. Nostris Theologis talis est, non solum qui articulum fundamentalem disertè impugnat, sed & dogma fovet, quo posito, per consequentiam articulus aliquis fundamentalis labefactatur.

¶ Hærĕticus, a, um, adjective, ketzerisch. Arator Subdiaconus in Act. Apost. cap. 19 *hæretica nigredine plenus.*

¶ Hærĕsiarcha, æ, αἱρεσιάρχης, αἱρέσεων ἀρχηγὸς, ein ertzketzer. Augustinus epist. 253 *Hæresiarcha Manichæus.* Et Prosper Aquitanicus de Ingratis cap. 9 pr.

Inter multa suis quæ tradidit hæresiarches.

Hæsitatio, Hæsito &c. vide in *Hæreo.*

HALA, æ, plur. Halæ, oppida dicuntur, quæ sale coquendo rem faciunt. Barthius Advers. lib. 42 cap. 6 p. 1875 veterem germanam vocem esse ait, quæ salinas designet, eamque græcam simul, ut sunt innu-

meræ aliæ, quarum partem notarunt tum alii, tum Adr. Junius Animadv. 5 cap. 6. Græca autem exstat in Glossario Cyrilli, quo nullum luculentius Onomasticon habemus, ἅλαι, *Salinæ*. Vnde nec bene numero singularitatis, nec duplici liquida nomen effertur. ¶ *Halæ* etiam magnæ domus amplaque atria apud Rigardum de rebus Philippi Aug. An. 1183. Adde Æn. Sylvii Hist. Suev. 1 p. 207.

Halabarches, vide *Arabarches*.

HALCYŎN, ŏnis, generis epicœni, ἀλκυὼν, avis & marina & fluviatilis, quæ incerta tamen differentia est. Nam Aristoteles scribit, Halcyonem avem marinam fluvios etiam subire, non autem diversam fluviatilem a marina esse, ein eißvogel, quod in hieme glaciali nidificet, vera enim halcyonis adpellatione Germani carent. Nam Ispida propriè avis dicitur glacialis, ein eißvogel. Halcyones marinæ raro adparent in litoribus, paullo majores passere, colore cæruleo, viridi & subpurpureo mixto, rostro longo, tenui, & luteo. Nidificant in scopulis maris, & incubare ovis ac excludere pullos in media solent bruma. Quo tempore mare tamquam inserviens illis incubantibus, quietum est & placidum per dies 14, qui *Halcyonides*, & *Halcyonei* vel *Halcyonii* dies, & *Halcedonia* ob eam rem dicuntur. Meminit Theocritus Idyllio 7 v. 57 Χάλκυόνες τορεσεῦντι τὰ κύματα, τάν τε θάλασσαν Τόν τε νότον. Hoc est:

Halcyones undas sternunt, pelagusque Notumque.

¶ Virg. 1 Georg. v. 399 *Dilectæ Thetidi Halcyones.* conf. Georg. 3 v. 338. Apud Plautum Pœn. a. 1 sc. 2 v. 143 *Alcedo* hæc avis dicitur. Huc refer, quæ supra de *Alcedine* annotata sunt. *Alcedo*, ut ait Festus, *dicebatur antiquis pro Halcyone.* conf. Varr. de L. L. 4 cap. 13. *Halcyonum partus*, imago est Ecclesiæ, cui Deus inter mundi tempestates & quassationes, concedit tamen alicubi tranquillas sedes, &c. Sunt etiam conjugii honesti exemplum, halcyones: Nesciunt enim adulteria, & extincta conjuge, alter manet cœlebs, ac paullo post consumtus luctu moritur. Mulier etiam senem maritum gestat humeris suis aquatum, adestque ei in mortem usque. Plut. Mas halcedonum *Cærulus* vocatur, κήρυλος. Fluviales halcyones marinis majores sunt, conspiciuntur in ripis fluminum, cæruleæ magna sunt ex parte. vide de halcyonum historia Plinium lib. 10 cap. 32, & 2 cap. 46. Aristot. lib. 5 Histor. Anim. cap. 8. Ælian. lib. 1 cap. 6. Servium in lib. 1 Georg. Virgil. Dalechamp. ad Plin. l. c. p. 468.

¶ Halcyŏnius, a, um, ἀλκυόνειος, pacatus, feriatus, still, geruhig; ut, *Halcyonii dies*, Columell. lib. 11 cap. 2, a tranquillitate maris Atlantici ita dicti, qui incipiebant 8 Calend. Mart. Hinc Prov. *Halcyonios agis dies*; vide Chiliad.

¶ Halcyonium, i, ἀλκυόνιον, medicamentum est Plinio 32 cap. 8, & Dioscoridi plurium generum, vulgo vocant *spumam maris*, inde adpellatum, quod super eo halcyones nidificent. Matthiol. *Ceycum* vocant etiam a Ceyce.

¶ Halcedonia, orum, sive Alcedonia, proprie dies a ventis quieti & tranquilli, die meer-stille. Pro quavis tranquillitate apud Plautum Casin. prol. v. 26.

HĀLEC, ēcis, seu Alec, (sic enim sæpius scribitur, ut supra in littera A, sive in *Alec* ostendimus.) Fœm. & neutrius generis est, ein hering. Cato de R. R. cap. 58 *Vbi oleæ comesæ erunt, halecem & acetum dato.* Martialis lib. 11 epigr. 27 *Cui portat gaudens ancilla paropside rubra Halecem, sed quam protinus illa voret.*

Horatius lib. 2 satyr. 4 v. 73 pro liquamine:

Ego fæcem primus & halec,
Primus & invenior piper album, &c.

Cætera in *Alec* quære. ¶ *Halec torrefacta*, ein bückling.

¶ Halecŭla, æ, diminut. vide *Alecula*.

HĂLĒSVS, i, fluvius & mons non longe ab Ætna. Columell. lib. 10 v. 268 *Et quæ Sicanii flores legistis Halesi.*

HĂLIAETVS, vel Haliæētus, i, ἁλιαίετος, aquila marina est, ein fisch-arn. *Pullos adhuc implumes productos cogit adversum solem intueri, nolentes ferit, illacrimantes e nido præcipitat, ut degeneres & adulterinos; illos vero, quorum acies firma contra steterit, educat*, Plin. lib. 10 cap 3. vide & Scalig. ad Cirin Virg. & supra *Aquila*. Ovid. Met. 8 v. 146 *fulvis Haliæetus alis.* Nonnulli legunt: *fulvis Haliætus in alis.*

HĂLĬCA, æ, sive Alica, fit ex zeâ, tritico & hordeo, grütze, graupen, item, weitzen-graupen, gersten-graupen, cibus stomacho utilissimus, *Ptisanam* etiam vocant. vid. Cels. lib. 3 cap. 6 & 7. ¶ Alii sic: *Halica nativa* tritici genus est, quod χόνδρον Græci dicunt, *Halica factitia* ptisana est triticea, weitzen-graupen. *Alica cum mulso & nive*, Plin. 1 epist. 15.

¶ Hălĭcŭla, æ, seu *Alicula*, [nam & *Halicam* & *Alicam* scribunt] diminut. apud Martial. legitur lib. 12 epigr. 83 *Mittebat Vmber aliculam mihi pauper*, &c. Est Jambus Scazon.

¶ Halicarius, i, ein grütz-mann. Lucil. Sat. 15 apud Charis. lib. 1 p. 75 *Nemo est halicarius posterior te.*

¶ Halicastrum, i, species est farris adorei Columellæ lib. 2 cap. 6, *Semen trimestre, quod dicitur halicastrum*, &c.

HALICACABVS, i, vel Halicacabum, i, Ἁλικάκαβος, aut Solanum Halicacabulum, quod & Vesicaria dicitur, & φυσαλὶς à φῦσα, vesica. Frutex est notus, folliculos fert orbiculatos, vesiculis similes, in quibus semen continetur fulvum ac rotundum, magnitudine uvæ, gustu subamarum, vulgo vocant, Jüden-kirschen. vide Plin. lib. 21 cap. 31, & ibi Dalechamp.

HALICARNASSVS, i, Ἁλικαρνασσὸς, Cariæ civitas, clara Herodoti, & Dionysii, historicorum, patria, Regia quondam fuit regum Cariæ.

¶ Halicarnassensis, e, &

¶ Halicarnasseus, a, um, adjectiva sunt; ut, *Scylax Halicarnasseus*, Cicer. 2 de Divinat. cap. 42.

¶ Halicarnassius, a, um, idem. Corn. Nep. 2, 1, 2 *Civis Halicarnassia.*

Halicastrum, vide *Halica*.

HALIEVTICON, i, plur. Halieutica, ἁλιευτικά, volumina de piscibus, ab ἁλιεύειν, piscari. Plin. lib. 33 cap. 2 *Mihi videntur mira & quæ Ovidius prodidit piscium ingenia, in eo volumine, quod* Halieuticon *inscribitur*, ein buch von fischerey. Fragmentum ejus edidit paullo ante mortem suam Gesnerus. Denique *Halieutica* græce scripsit erudito carmine Oppianus libris quinque. conf. Vopisc. in Numeriano pr.

¶ Halieuticus, a, um, adject. piscationi aptus, zum fischfang gehörig; ut, *boletare halieuticum*, Treb. Pollio Claud. cap. 17.

HALIMVS, i, ἅλιμος: frutex, est sepimentis idoneus, similis rhamno, sive spinis, foliis oleæ, Diosc. Plinius *aureonem* dixit lib. 17 cap. 24.

HALIPLEVMON, ŏnis, genus piscis marini, Plin. 32 cap. 10.

Halitus, Hallucinor, vide *Halo, are*, & mox *Hallus*.

HALLVS, i, m. 2, & Hallux, ūcis, m. 3, die grosse zehe, Festus. vide plura jam in *Hallucinor* dicenda.

¶ Hallucĭnor, atus sum, ari; straucheln, fehlen, verstossen. Becmannus in Originibus: Hallucinor *ab* Hallux, *sive* Hallus, id est, *maximus pedis digitus. Impingo, vel illido hallum*, ab ἅλλεσθαι. *vid. Glossar. Hallus*, ποδὸς μέγας δάκτυλος. *Formatur ut à* balbus, balbucinor: *à* sermo, sermocinor. *Aliud est* allucinor, *id est*, *videndo fallor, à luce aberro. Lux enim objectum visus*, &c. Vide ipsum & Scaliget. ad Festum in verbo *Oblucinasse*. Sed aliis *Hallucinor*, *Halucinor*, *Allucinor* ac *Alucinor* eadem sunt. Cic. ad Q. frat. lib. 2 epist. 10 *Epistolæ nostræ debent interdum hallucinari.* Idem 1 de Nat. D. cap. 26 *quæ Epicurus oscitans hallucinatus est.* Plura de hoc verbo disputavit Gellius lib. 16 cap. 12, & Gerh. Vossius in Etymolog. & Isaac. Vossius ad Catullum p. 90. Apulej. 3 Floridorum: *Mimus hallucinatur*, er treibet stockerey. Reliqua vide in *Gesticulor*.

¶ Hallucinatio, ōnis, error, aberratio, der irrthum, fehl, anstoß. Seneca de vita beata cap. 26 *Vestras hallucinationes fero, quemadmodum Jupiter optimus maximus poëtarum.* Arnobius lib. 6 p. 194 *Vtrum istud serio & cum proposito faciatis gravi, an ridendo res ipsas, puerili hallucinatione ludatis.*

¶ Hallucinator, ōris, nugarum amator, ein stocker, possenreisser, Festus, vide in *Halo* ex Festo.

HALMĂDES, dum, fœm. 3, eingemachte oliven.

HĀLO, halare, est spirare, halitum emittere, hauchen, einen dampff oder geruch von sich geben, brodemen. Virg. 2 Georg. v. 109

Invitent croceis halantes floribus horti.

¶ Hālĭtus, ûs, spiritus, ein hauch, athem. *Efflare extremum halitum*, seinen geist aufgeben, den letzten athem, Cicero in Tusc. lib. 2 cap. 9. *Halitus terræ*, vapor dicitur, dunst. *Noxius terræ halitus*, Quintil. lib 7 cap. 3.

¶ Hālĭto, are, frequent. athemen, blasen. Ennius in Hectoris lustris:

Sublime iter quadrupedantes, flammam halitantes.

¶ Hālo, ōnis, male sobrius, ein gähnender. Festus: ELVCVS *significat languidum & semisomnum: vel ut alii volunt:* ALLVCINATOREM, *& nugarum amatorem, sive* HALONEM, *id est, hesterno vino languentem.*

Composita:

¶ Adhālo, are, anhauchen. Plinius lib. 22 cap. 22 sub fin. *si serpentis caverna juxta fuerit, si patescentem primo adhalaverit.*

¶ Anhelo, are, vide mox infra cum derivatis.

¶ Exhālare, exspirare, ac veluti per halitus adscendere, aushauchen, über sich brodemen, über sich rauchen. Virg. 2 Georg. v. 217

nebulam fumosque volucres
Exhalant terræ, &c.

Ovid. 13 Metamorph. v. 602 *Flumina natas Exhalant nebulas.* Cicero *Exhalare vinum & crapulam* dixit, nüchtern werden, Philipp. 2 c. 17, & paullo ante c. 12 *Edormi crapulam & exhala.* Sic, *Animam exhalare*, Poëtica phrasis est. vid. Ovid. 6 Metam. v. 247 &c. Sic & *exhalare vitam*, Virg. Æn. 2 v. 562.

¶ Exhalatus, a, um, ausgedampfft, gehaucht, verraucht. Ovid. Met. 11 v. 43 *In ventos anima exhalata recessit.*

¶ Exhalatio, ōnis, eine dunst, ausdampffung; ut, *Exhalationes terræ*, apud Cic. 1 Tuscul. cap. 19. *Exhalatio nebulosa*, Plin. lib. 31 cap. 3, ein neblichter dampff.

¶ Inhālo, are, einhauchen. Cic. in Pison. cap. 6 *cum isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses.*

¶ Rehalare, iterum exhalare, weghauchen. Lucret. lib. 6 v. 522

Terraque cum fumans humorem tota rehalat.

Ab *Halo* est & *Anhelo*:

¶ Anhēlo, avi, atum, are, est crebris quasi singultibus spirare & respirare, keichen, schnauben. Columell. lib. 2 cap. 3 *Ante ad præsepia boves religari non expedit, quam sudare atque anhelare desierint.* Ovid. de Remed. am. v. 394

Principio clivi noster anhelat equus.

Cicero *scelus anhelare*, pro, ad scelus omni conatu adspirare, dixit in Catil. 2 princip. darnach trachten, darauf umgehen. Et auctor ad Herenn. lib. 4 cap. 55 *Anhelare ex infimo pectore crudelitatem.*

¶ Anhēlans, tis, keichend, krechzend. Auct. ad Herenn. cap. 33 *Anhelans ex imis pulmonibus præ cura spiritus.* Virg. Æn. 5 v. 254 *Acer anhelanti similis.*

¶ Anhelatus, a, um, efflatus, exspiratus, herausgeblasen; ut, *Verba inflata & anhelata gravius*, Cic. 3 de Orat. cap. 11, eine schwere und ausgestossene sprache, quod vitium linguæ & oris est. Silius lib. 14 v. 380

Celsaque anhelatis exsurgens ictibus alnus.

Et Ovid. Heroid. epist. 12 v. 15

Isset anhelatos non præmedicatus in ignes.

¶ Anhēlatio, ōnis, spirandi difficultas, das keichen. Plin. 23 cap. 1 sect. 24 *Hoc genus vini* [picati] *utile inflationibus, tussi, anhelationibus.* Addunt vulgaria Lexica Plin. 21 cap. 21, *Prodest anhelationi*, ubi Harduinus *anhelatoribus* legit.

¶ Anhēlator, ōris, suspiriosus, der einen kurtzen athem hat, engbrüstig. Plin. lib. 22 cap. 23 *Anhelatoribus laser cum porro ex aceto datur.* Et lib. 23 cap. 7 *Siccæ fici utiles anhelatoribus & suspiriosis.*

¶ Anhelanter, adverb. cum anhelitu; item, festinanter, cupide, keichend, sehnlich. Ammianus lib. 16 cap. 15 [Vales. 10] *alium anhelanter avido flatu ventorum lenunculo se commisisse piscantis*, Julium Cæsarem intelligens. Ita Lindebruchius aliique legunt: Valesius ex conjectura *anhelante*.

¶ Anhēlĭ-

¶ Anhēlĭtus, ûs, ipse spiritus difficulter actus, das krechzen, räuspern, der schwere athem. Ovid. lib. 1 de Arte am. v. 521

Nec male odorati sit tristis anhelitus oris,

der athem soll nicht stincken. Et Plinius lib. 9 cap. 7 de balænis, *anhelitum reddere ac per vices recipere*, keichen, sprudeln. Ac Cicero de Divin. lib. 1 cap. 50 *Crede, etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum, quibus inflatæ mentes, oracula funderent.* Et, *Vini anhelitus*, der geruch oder gestanck vom wein aus dem halse, Idem post reditum in Senat. cap. 7. Et, *anhelitus letalis*, Ammianus lib. 21 cap. 29, das röcheln der sterbenden.

¶ Anhēlus, a, um, adjectivum, anhelans, keichend, schnaubend. Virg. 2 Georg. v. 135 *Senibus medicantur anhelis.*

Idem Georg. 1 v. 250 *Et me sævus equis oriens afflavit anhelis.*

Quod non a lassitudine & fatigatione est, sed ab animositate, conatu & nimio ardore, quasi sint nimio spiritu ardentes. vide Vlitium ad Nemesiani Cyneget. v. 255 p. 409.

HALO, ōnis, ἅλως, area, quam *coronam* Plinius lib. 2 cap. 29, & Seneca 1 Quæst. N. cap. 2, (quem vide,) alii *circulum* adpellant, circa lunam aut solem. Germani latinum reddunt vocabulum, der hof um den monden, ein runder kreiß oder circkel um die sonne. Apulejus de Mundo p. 64 *Catenam* vocat. ¶ Est & *Halo*, elucus, sive hesterno vino languens. vide supra in *Halo, are.*

HALOPHANTA, seu rectiùs Holophanta, æ, homo nequam & mendax, ein holuncke, betrüger, lügner, ὁλοφάντης, omnia mentiens, ab ὅλον & φαίνομαι, Nonius cap. 2 n. 396, & Turneb. lib. 11 cap. 5. At Josephus Scaliger Castigat. in Festum, *Halophantam* malit, παρὰ τὴν ἅλα, quemadmodum Sycophanta παρὰ τὸ σῦκον factum est. Vox est Plautina, quæ mirum in modum divexat Criticos. Andr. Alciatus Parerg. Jur. 2 cap. 4 legit *Kalophantam*, i.e. utilia & honesta loquentem. Sic & Pareo in Lex. Crit. p. 161 *Calophanta*, καλοφάντης, est χρηστολόγος, qui honeste quidem loquitur, sed cujus facta ab oratione discrepant. vide Antiq. Rom. Rosini lib. 9 p. 730, & Collectanea Taubmanni ad illud Plautinum in Curcul. a. 4 sc. 1 v. 2 *Halophantam an Sycophantam hunc magis dicam, nescio.*

Halosanthus, vide *Alosanthus.*

HĂLŌSIS, is, ἅλωσις, captio, expugnatio, die eroberung. Qua voce, litteratura latina, usi sunt Suetonius, & Petronius. Sueton. in Nerone cap. 38 *Quasi offensus deformitate veterum ædificiorum urbem incendit*, &c. *Hoc incendium e turre Mæcenatiana prospectans, lætusque flammæ pulchritudine, ut ajebat, halosim Ilii decantavit.* vide Torrent. ibi. Et Petronius p. 100 *Tabula, quæ Trojæ halosin ostendit*, ein gemählde von der zerstörung Troja.

HALTER, ēris, vel Haltēre, is, ἁλτήρ, plumbea pila, vel massula, qua corpus librabant saltationibus certantes, eine springe-kugel. Hodie tali quadam libratione per plumbum utuntur funambuli, das gewicht oder wage, gewicht-stange. Martialis lib. 14 epigr. 44

Qui pereunt stulto fortes haltere lacerti.

Halteres, ἁλτῆρες, plural. vide Mercurialem Gymnasticâ.

Halucinor, vide supra *Hallus.*

HALVS, i, herba, quam & Cotoneam vocant, Plin. 26 cap. 7.

Halyattes, vide *Alyattes.*

HÀLYS, yos, halym, Paphlagoniæ fluvius maximus, Crœsi fato nobilis. Oraculum notum est:

Crœsus Halym penetrans magnam pervertet opum vim,
Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν διαλύσει.

Recitat aliquoties Suidas & alii. Sed quo oraculo Crœsus deceptus, quum regnorum opes exspectaret, suas profligavit: Cicer. de Divinatione lib. 2 cap. 56. Nomen ei a Sale est, ut Strabo auctor est lib. 12 Geograph.

HĂMA, æ, ἅμα, ein feuer-eymer, wasser-eymer, vas hauriendæ aquæ ad restinguenda incendia, ut P. Leopardus docuit lib. 9 Miscell. cap. 22. Sic Plin. lib. 10 epist. 42 *Alioqui nullus usquam in publico sipho, nulla hama ad incendia compescenda.* Hamis hujusmodi dolabrisque instructus per urbem itabat Præfectus vigilum, quorum cohortes septem arcendis incendiis Augustus instituerat. Vide titulum Digestorum *de officio Præfecti vigilum.* In antiquis libris etiam sine aspiratione scriptum *Ama* legitur. vide Leg. 12 §18 Dig. de instructo vel instrum. legato. Juvenal. sat. 14 v. 304 *Dispositis prædives hamis* &c. conf. Turnebi Advers. 19 cap. 23.

¶ Hămŭla, æ, dimin. ein eymerlein. Columella de horto v. 387

Aut habilem lymphis hamulam, Bacchove lagenam.

Hamadryades, vide *Dryades.*

HĂMAXA, æ, Latinis plaustrum, ein karn, wagen, accipitur pro Septemtrionibus & curru cælesti. vide Gellium lib. 2 cap. 21.

¶ Hămaxari, plaustrum trahere, plaustro jungere. Plautus Truc. a. 2 sc. 2 v. 22 *Vt ego me ruri hamaxari mavelim patálem bovem.* conf. Turnebi Advers. 10 cap. 25.

¶ Hamaxagoga, æ, qui vehiculis aliquid exportat, ein kärner, fuhrmann; ut, *Hamaxagoga bonorum*, Plaut. Truc. a. 2 sc. 7 v. 1.

¶ Hamaxobii, orum, & Hamaxobitæ, arum, Ἁμαξόβιτοι, populi Sarmatiæ, in plaustris habitantes, ab ἅμαξα, *currus.* Ptolemæus *Hamaxobios*, ἁμαξοβίους vocat, & Plinius 4 cap. 12. Populi erant septemtrionales supra Pontum & mare Caspium. Proverbii vice Tertullianus lib. 1 adv. Marcion. cap. 1 dixit *Hamaxobio instabilior.*

¶ Hamaxiæa, ἁμαξιαῖα, plaustralia, ut λίθοι ἁμαξιαῖοι, apud Dionys. Halicarn. lib. 3 p. 200. Dein proverbiali voce dicuntur ampla & magnifica, ut ἁμαξιαῖα ῥήματα, quæ Horatius *sesquipedalia verba* dixit. vide Chiliad.

Hamilcar, vide supra *Amilcar.*

HAMMĪTES, æ, ἀμμίτης, gemma sic dicta Plin. 37 cap. 10.

HAMMOCHRȲSVS, i, ἀμμόχρυσος, gemma velut auro arenis mixto, Plin. 37 cap. 5, & Solin. cap. 50.

HAMMON, ōnis, Ἄμμων, Jovis cognomen, ab ἄμμος, arena, quia, ut Festus notat, in arena putatur inventus; & cui cornua adfiguntur arietis, a genere pecoris, inter quod inventus est. Oraculum Hammonis in Marmarica fuit. Mela: vide supra *Ammon.*

¶ Hammoniacum, i, de quo Plinius 12 cap. 24, & 24 cap. 6. vide supra *Ammoniacum.*

¶ Hammonitrum, i, massa, unde recoquitur vitrum, Plin. 36 cap. 26.

¶ Hammonium, i, nomen coloris subrufi, Varroni lib. 3 R. R. cap. 2. Sed ubi fortassis rectius legitur *Armenium.*

HĀMVS, i, ein fischhamen, angel. *Meus hic est, hamum vorat*, er beisset an, nun ist er meine, Plaut. Curcul. a. 3 v. 61. *Fallax hamus*, der betrügliche angel: Ovid. lib. 2 de Ponto epist. 7 v. 9

Quo semel est læsus fallaci piscis ab hamo,
Omnibus unca cibis æra subesse putat.

Et lib. 3 de Arte Am. v. 425

Casus ubique valet; semper tibi pendeat hamus, &c.

Missile jaculum adpellat Vetus Inscriptio Hispanica:

QVI PISCES IACVLO CAPIEBAT MISSILE DEXTRA.

MISSILE, sextus casus est. *Aureo piscari hamo*, proverbiale, quod inter facete dicta Octavii Cæsaris a Suetonio commemoratur, in Vita cap. 25 extr. id est, maxima cum jactura commodum mediocre & incrementum affectare. ¶ 2. Virg. 3 Æn. v. 467 *hamos* dixit, catenulas in lorica, die gelencke oder ringlein am pantzer. Dicit enim

Loricam consertam hamis, auroque trilicem.

Hamus ferreus, ein eiserner hacken. ¶ 3. *Hamus* etiam dicitur instrumentum, quo pectitur linum, eine hechel, apud Plin. lib. 29 cap. 1; *Ipsa stupa*, inquit, *pectitur ferreis hamis.*

¶ Hāmulus, i, diminutivum, ein häcklein, kleiner widerhacke: item, ein kleiner angel. Corn. Celsus lib. 7 c. 7 n. 7 *Hamulo summum foraminis excipiendum.* Et Plaut. Stich. a. 2 sc. 1 v. 17 *fert hamulum piscarium.*

¶ Hāmo, hamare, angeln. Petronius tralate: *Artis severæ quisquis hamat effectus.*

¶ Hāmātus, a, um, hamo instructus, häckicht; ut, *arundo hamata*, eine angel-stange. Eleganter Plinius lib. 9 epist. 30 *Viscata hamataque munera* dixit pro insidiosis, quibus captantur & circumveniuntur homines, ut visco aves, hamo pisces. vide eumdem & Panegyr. cap. 43, & Senecam epist. 8. *Munera in hamo mittere*, Martialis dixit lib. 6 epigr. 63. vide eumdem & lib. 4 epigr. 56, ubi totam similitudinem explicat. *Hamatas tegulas* apud Vitruvium 7 cap. 4, explicat Baldus in Lex. Vitruv. p. 54.

¶ Hāmātilis, e, idem, oder das angeln hat; ut, *Piscatus hamatilis*, ein fischen mit angeln, Plaut. in Rudenti a. 2 sc. 1 v. 10, *Hamatile spiculum*, Tertullian. principio contra Gnostic.

¶ Hamiota, æ, apud eumdem Plautum in eadem fabula, a. 2 sc. 2 v. 5, & Varronem, citante Nonio cap. 1 n. 97. Vocabulum vetus pro piscatore, qui hamo utitur, der mit der angel fischet.

¶ Hamotrahones, um, alii piscatores, alii qui unco cadavera trahunt. Festus.

¶ Adhāmare, an sich ziehen. Ita *adhamare honores*, Cicero dixit pro captare, ut citat Nonius cap. 2 n. 5, & asserit Scaliger in Catalect. itemque Rutgersius lib. 3 Var. Lect. cap. 3. Sed Merceri Nonius habet *adamaverunt*, non *adhamaverunt.* Adde eidem notata p. 113 edit. Paris.

HANNĬBAL, & Annibal, ălis, Dux Carthaginensium notus ex Romanorum historiis. Statius 4 Silvarum carm. 6 v. 77

Semper atrox dextrâ, perjuroque ense superbus
Hannibal, &c.

Fuit Amilcaris filius: de cujus ingenio Livius lib. 21 cap. 4. De excellentia ejus & auctoritate lege eumdem lib. 28 cap. 12. Militarem peritiam & artem in eo miratus Scipio est, apud Florum lib. 2 cap. 6 extr. cui tamen ipse Hannibal secundas a Pyrrho partes, sibi demum tertias dabat, ut Plutarchus in Pyrrho p. 387 auctor est. Lucianus quoque in Mortuorum Dialogis Alexandrum, Hannibalem & Scipionem de primo loco inter Duces contendentes introducit. Sed ibi primum locum Minos Alexandro, alterum Scipioni, tertium demum Hannibali tribuit. Corn. Nepos de eo ita scribit ejus vita: *Si verum est, quod nemo dubitat, ut populus Romanus omnes gentes virtute superavit; non est inficiandum, Hannibalem tanto præstitisse ceteros Imperatores, quantò populus Romanus antecedat fortitudine cunctas nationes*, &c. ¶ 2. Alius *Hannibal* Gisconis filius fuit, quem nonnulli Asdrubale natum & *Seniorem* adpellatum tradunt. Falso, ut Casaubonus docuit ad lib. 1 Polybii p. 186.

HANNO, ōnis, Ἄννων, Carthaginensis fuit, Philippi Macedonis temporibus, privatis opibus potens, regni affectator, sed rationibus suis & insidiis frustratus, crudelissimo à Carthaginensibus supplicio cum suis affectus est, auctore Trogo. Extat ejus *Periplus*, sive navigatio, qua circumvectus est Africam ultra columnas Herculis, quem commentarium in templo Saturni consecravit: de quo non præclare sentit Gerh. Joh. Vossius lib. 4 de Histor. Græcis p. 513 & 514, itemque in Instit. Orat. lib. 4 p. 239. Filius autem Isaacus Vossius verissimam hanc commemorationem putat, ejusque explicationem pollicetur ad Melam lib. 3 cap. 9 p. 301. ¶ 2. *Hannonis* alterius meminit Livius in primo & ultimo belli Punici libro: *Hanno factionis Barchinæ cum prima consuleret Carthaginensibus de pace, nequaquam exauditus est.*

Hapalare, vide *Apalar.*

HĂPHE, es, ἁφή, inspersio pulveris, quæ adhibebatur luctatoribus, ceromate illitis, die besprengung mit staub. *Flavescere haphe*, Martial. dixit lib. 7 epigr. 66. Et Seneca epist. 57 metaphorice: *a ceromate nos haphe excepit.* vid. Mercurial. de Arte Gymn. lib. 1 cap. 8. ¶ 2. Pollux, *Haphen* etiam primam dici putat infecturam, die erste farbe.

HAPSVS, i, ein griff; ut, *Hapsus lanæ*, tantum scilicet, quantum manu capi potest, ein locken oder handvoll wolle, Cels. lib. 4 cap. 9.

HĂRA, æ, porcile, ein schweinstall, saukoben. Cicer. in Pison. cap. 16 pr. *Epicure noster ex hara producte, non ex schola.* Plaut. Asin. a. 2 sc. 4 v. 24 *Herus in hara, haud ædibus habitat.* De *hara* amplius Varro de R. R. 2 cap. 4. Idem anserum etiam stabulum, *haram* dixit lib. 3 cap. 10, ein gänse-stall. ¶ *Hara suis*, de fœtido & impuro homine Plaut. Most. a. 1 sc. 1 v. 39. conf. Nonius cap. 2 n. 398.

Harena, vide *Arena.*

HARIŎLVS, i, vates, ein wahrsager; dictus quasi *fariolus a fando*; vel

ab *aris*, ut Isidorus vult, Originum 8 cap. 9, quod Desiderius Heraldus probat ad Tertulliani Apologeticum cap. 23, cum Afer scribit: *Producatur aliquis ex iis, qui de Deo pati existimantur, qui aris inhalantes numen de nidore concipiunt.* Terent. Phorm. act. 4 sc. 4 v. 27 *Interdixit hariolus.* Vbi Donatus notat, *Hariolos ab halando dictos, cum halitu soleant mortalem animam velut excludere seu exhalare, ut divinam recipiant.* Cic. de Divin. lib. 1 cap. 2 *Hariolorum & vatum furibundæ prædictiones.* Phædrus lib. 3 fab. 4 *Vsu peritus hariolo velocior.*

¶ Hariŏla, æ, eine wahrsagerin. Plaut. Mil. act. 3 sc. 1 v. 98 *da, quod dem hariolæ atque haruspicæ.* conf. Idem Rud. act. 4 sc. 4 v. 95.

¶ Hariŏlor, atus sum, ari, quod & Ariolari scribitur, est divinare, errathen, wahrsagen. Terent. in Phorm. act. 3 sc. 2 v. 7 *Non mihi credis? D. hariolare*, du magst rathen. Idem in Adelph. act. 2 sc. 1 v. 48 *Sed ego hoc hariolor*, das weiß ich, und prophezeye es zuvor. vide Turnebi Adverf. 24 c. 12.

¶ Hariolatio, ōnis, die wahrsagung: ut, *Superstitiosæ hariolationes*, Cicero lib. 1 de Divin. cap. 31.

Harmamaxa, Harminius, vide supra *Armamaxa*, *Arminius*.

HARMŎDIVS, i, civis Atheniensis, qui cum fratre patriam Pisistratidarum tyrannide liberavit; Thucyd. lib. 6. His id honoris datum est, ut nemo unquam ipsorum nomine adpellaretur. In eorumdem honorem & carmen canebatur in compitis, cujus initium: Φίλτατε Ἁρμόδιε, οὔτι πυ τέθνηκας: *Carissime Harmodi, haudquaquam mortuus es.* Hinc proverbium, *Harmodii cantilena*, Ἁρμοδίυ μέλος, de lugubribus ac tristibus apud Suidam & Diogenianum. vide tamen Vossium lib. 1 Instit. Orat. p. 61.

HARMŎNIA, æ, Cadmi uxor, quæ una cum viro demum in anguem mutata fingitur. vide Ovidium 4 Metam. & Diodorum Siculum lib. 5, itemque Euripid. Phœniss. principio. ¶ 2. *Harmonia*, ἁρμονία, concentus est, eine liebliche zusammenstimmung. Cicero 1 Tusc. cap. 10, & Lactantius de Opificio Dei cap. 16 *Intentionem* vertit: *Concinentiam*, Vetus Auctor fragmenti, quod cum Censorino editur cap. 11, & Quintil. lib. 1 cap. 10 *Dissimilium concordiam* vocat. Idem Cicero 1 Tuscul. cap. 18 *Harmoniam autem ex intervallis sonorum nosse possumus: quorum varia compositio etiam harmonias efficit plures.* Et Apul. de Mundo: *In choris, cum dux carminis hymno præcīnit, concinentium vulgus virorum & fœminarum mixtis gravibus & acutis clamoribus unam harmoniam resonant.*

¶ Harmŏnĭcus, a, um, quod harmoniam habet, aut ad eam pertinet, zusammenstimmend: ut, *Harmonica ratio*, Plin. lib. 2 extremo.

HARPA, æ, & Harpe, es, Ἅρπη, avis rapax, ex vulturum genere, ein goldgeyer. Alciat. in Emblemat. 142

Altivolam milvus comitatur degener harpam:
Et prædæ partem sæpe cadentis habet.

¶ 2. Significat & falcem & ensem falcatum *harpe*, eine sense, ein sebel. Ovid. 5 Metam. v. 69

Vertit in hunc harpen madefactam cæde Medusæ.

conf. Lucanus lib. 9 v. 662 & 676.

HARPACTION, i, ἁρπάκτιον, genus sulphuris, Plin. 35 c. 15.

HARPĂGO, ōnis, mascul. ferrum aduncum, quo ex puteo trahitur, si quid inciderit, ἅρπαξ, ein hacken. L. 12 § 21 D. de Instr. leg. ¶ 2. Cæsari instrumentum ita dicitur, quo munitiones disjiciuntur 7 de Bello Gallico cap. 81. ¶ 3. Significat & illud instrumentum, quo in navalibus prœliis utebantur ad corripiendas naves. Id describit Appianus lib. 5 de Bell. Civil. p. 739. Sed male ejus inventionem Agrippæ tribuit. Nam Plinius Pericli adscribit lib. 7 cap. 56 extr. Tyriis quoque, cum ab Alexandro M. obsiderentur, in usu fuisse, ex Curtio constat lib. 4 c. 2 & 3 extr.

¶ Harpaginetŭlus, i, dimin. parvus harpago, ein häcklein. Vitruv. 7 cap. 5 *Harpaginetuli striati.* conf. Baldi Lex. Vitr. p. 55

¶ Harpăgo, are, verbo pro rapere, rauben, Plautus usus est Aulul. act. 2 sc. 2 v. 24, *Aurum mihi intus harpagatum est.*

HARPĂLĪCE, es, Amazonum regina, de qua Virgil. 1 Æneid. v. 317

vel qualis equos Threissa fatigat
Harpalice, volucremque fuga prævertitur Hebrum.

HARPASTVM, i, ἁρπαστὸν, pila, ein ball, ballon, dictum ab ἁρπάζειν, quod projectum multi simul conentur arripere. Martial. lib. 7 epigr. 19

Sive harpasta manu pulverulenta rapis.

HARPAX, păgis, m. 3. ein spinnwirtel, instrumentum scilicet, quod fuso adhibetur, ut facilius vertatur. *Verticillus* aliàs dici solet. Plinius utrumque nomen lib. 37 cap. 2 de electro sive succino: *In Syria fœminas verticillos inde facere: & vocare harpaga, quia folia & paleas, vestiumque fimbrias rapiat.*

Harpe, vide paullo ante *Harpa*.

HARPŎCRĀTES, is, Deus silentii apud Ægyptios, [unde & *Sigalion* à σιγᾷν *silere* adpellatus;] qui fingebatur sedentis pueri specie digitum labro imprimentis, quasi silentium imperaret, Plutarchus de Iside & Osiride. Videtur idem qui *Orus* habitus: eum ita natum tradiderunt, ut digitum labro imprimeret, de quo & Damascius apud Photium meminit in vita Isidori. Talis Romæ Angerona dea colebatur, de qua Plin. lib. 3 cap. 5. Vetus poëta apud Varronem lib. 4 de lingua latina c. 10

Sanctu Serapis,
Isis, & Harpocrates digito, qui significat ST.

vide & August. lib. 18 de Civitate Dei cap. 5. Adi etiam Sponium in Miscellan. sect. 1 artic. 5 pag. 16, & Cuperum in Harpocrate: nec non Jac. Gronovium ad Stephanum Byzant. Berkelii in notis & var. lect. pag. 10 B.

HARPYIAE, arum, Ἅρπυιαι, monstra rapacia & obscena, raubvögel. Apul. lib. 10 de A. A. *Nec utique cellulam suam tam immanes involare mures vel muscas, ut olim Harpyiæ fuēre, quæ diripiebant Phineias dapes.* Servius in subseq. illud Virgilii, Harpyas tres numerari ait, *Aello*, *Ocypeten* & *Celæno*. Virgil. 3 Æneid. v. 216 seqq.

Tristius haud illis monstrum, nec sævior ulla
Pestis, &c.
Virginei volucrum vultus, fœdissima ventris

Proluvies, uncæque manus, & pallida semper
Ora fame.

¶ Tralate Sidonius 5 epist. 7 *In foro Scythæ, in cubiculo viperæ, in convivio scurræ, in exactionibus harpyiæ.*

HĂRŬGA, æ, hostia, auctore Donato, ab hara dicta, cui includebatur. Apud Festum est *Harviga*, hostia, cujus exta adhærentia inspiciebantur.

Harundo, vide supra *Arundo*.

HĂRVSPEX, spĭcis, scribitur & *Aruspex*; Aruspices augures erant Hetrusci, kluge wahrsager, zeichendeuter. Cic. in Philipp. 3 cap. 8 *Cum aruspices ex tota Hetruria convenissent, totius urbis ac imperii occasum adpropinquare dixerunt.* Vet. Gloss. *Aruspex*, βωμωσκόπος. Ergo ab *ara* dicitur, quam adspiciat. Sed rectius Donatus ad Terentium Phorm. act. 4 sc. 5 ab *Haruga* adpellatum censet, quæ ab *hara* dicta hostia, uti paullo ante dictum est, quam Velius Longus *Arigam* vocat, & inde *Arispicem*, non *Aruspicem* maluit dici. Hesychius, ut Rutgersius lib. 3 Var. Lect. cap. 9 emendat, Ἁρυγα (vulgo ἄχρια) ἄῤῥεν πρόβατον. *Aruspex* igitur est, qui exta victimarum inspiciens de futuris prædicit, ein wahrsager aus dem eingeweide. v. Plaut. Amph. a. 5 sc. 2 v. 2, & Pœn. a. 2 sc. 1 v. 10 & 17.

¶ Haruspica, æ, eine weissagerin; usus est Plaut. Mil. a. 3 sc. 1 v. 98.

¶ Haruspĭcīnus, a, um, wahrsagerisch: ut, *Haruspicini libri*, Cic. lib. 1 de Divinat. c. 33.

¶ Haruspĭcīna, æ, divinatio, disciplina aruspicum, die wahrsager-kunst, zeichendeuterey. *Haruspicinam facere*, die kunst des wahrsagers brauchen, Cic. lib. 6 famil. epist. 19, & Lactant. lib. 2 cap. 16 pr.

¶ Haruspicium, i, idem. Catullus epigram. 89

discat Persicum haruspicium.

Censorinus de Die natali cap. 17 *Portenta Etrusci, pro haruspicii disciplinæque suæ peritia, diligenter observata in libros retulerunt.*

HASTA, æ, λόγχη, ein spieß. *Eminus hasta, cominus gladio uti*, Cic. de Senect. cap. 6. Et, *Hastis argenteis pugnare*, est negotium, quod vi aut alio modo agi nequeas, pecunia & largitionibus conficere, mit einer silbern büchsen schiessen. *Hastam abjicere*, est caussæ diffidere, ac de victoria desperare, gewonnen geben, sich gefangen geben. Translatum à militia. Cicero pro Muræn. c. 21 *Videsne tu illum tristem, demissum? jacet, diffidit, abjecit hastas.* *Hastam protendere*, (vor sich strecken,) *hastam colligere*, (zurück oder an sich ziehen,) apud Tacitum 2 Annal. c. 21. *Hasta pura*, quæ sine ferro, qualibus donari milites ob fortitudinem solebant. Virg. Æneid. 6 v. 760

Ille (vides?) pura juvenis qui nititur hasta.

Vbi Servium vide & Donatum. Vterque sine ferro fuisse tradit: alter etiam rationem addit, *quod sit signum pacis, & non belli.* Scilicet post victoriam partam donabatur. Suetonius Claudio cap. 28 *Libertorum præcipue suspexit Posiden Spadonem, quem etiam Britannico triumpho inter militares viros hastâ purâ donavit.* conf. Dalechamp. ad Plin. 7 cap. 28 p. 312, & Lambecium Bibliothecæ Tom. 3 p. 378. ¶ 2. *Hasta* & belli indicium præbuit. Nam mittebatur hasta in ejus fines, quem bello petebant. Ovid. 6 Fastorum v. 207, & Macrobius. vide & supra *Clarigatio* in *Clarus*. ¶ 3. Significat & venditionem *Hasta*, ex eo ritu, quod in publicationibus & venditionibus bonorum hasta ponebatur. Cic. Off. lib. 2 c. 8 *Hastam in foro ponere, & bona civium voci subjicere præconis*, öffentlich ausruffen lassen, daß die güter zu verkauffen oder feil stehen. *Hastæ ea, quæ publice venundabant, subjiciebant veteres*, Festus. vid. Scalig. ad Manil. p. 429. Alex. ab Alex. lib. 2 cap. 13, & lib. 7 cap. 16. Id JCti *subhastare* vocant. vide *Auctio*. ¶ 4. Erat etiam *Hasta* signum centumviralis & decemviralis judiciorum. vide Legem 2 Dig. de Orig. jur. § 29. Martialis lib. 7 epigram. 63

centum gravis hasta virorum.

Et Lucanus ad Pisonem v. 41

Seu trepidos ad jura decem vocat hasta virorum,
Et firmare jubet centeno judice caussas.

¶ 5. Eleganti metaphora *Hastæ* dicuntur argumenta, quibus Oratores pugnant in adversarios. Cic. 1 de Orat. cap. 57 *Non est difficile oratori ejus partis, quemcunque defendit, auctorem aliquem (Jurisperitum) invenire: a quo cum amentatas hastas acceperit, ipse eas oratoriis lacertis viribusque torquebit.* Idem de Claris Oratoribus cap. 78 *Erat preterea doctus Hermagoræ preceptis, quibus etsi ornamenta non satis optima dicendi, tamen, ut hastæ velitibus amentatæ, sic apta quædam & parata singulis caussarum generibus argumenta traduntur.* Idem Topicis cap. 17 *Hastas actoribus a jurisperitis ministrari*, similiter dixit.

¶ Hastŭla, æ, dimin. ein spießlein. ¶ 2. *Hastula regia*, ἀσφόδελος, planta, goldwurtz. vide *Asphodelus*. Seneca lib. 2 Quæst. Nat. cap. 31 *Omnium percussarum arborum contra fulmina hastulæ surgunt.* Plin. lib. 21 cap. 17 *Vocant asphodelum hastulam regiam.* Add. Isidor. Orig. lib. 17 c. 6 sub fin.

¶ Hastātus, a, um, mit einem spieß: ut, *Milites hastati*, qui hastis pugnant, piqueniret, so lange spiesse führen. vid. Varr. lib. 4 de Lat. Ling. c. 16. *Acies hastata*, Tacitus 2 Annal. cap. 14. Cæterum hoc nomine adpellabantur & milites ipsi, qui hastis pugnabant; & *ordines* etiam *hastatorum*. vide Veget. 3 c. 14, & Varr. L. L. 4 c. 16, & infra in *Princeps*.

¶ Hasticus, a, um, idem. Sueton. Calig. c. 20 *Edidit & hasticos ludos*, rennspiele. Hodie *Hastiludia* vocant. Ita autem Sylburgius & alii, quamquam & invenias *Astycos*.

¶ Hastīle, is, der spießschafft, spießstange, est lignum teres & oblongum, Nepos Epaminondâ cap. 9 *ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat.* Virgilius Æneid. 5 v. 557

præfixa hastilia ferro.

¶ Hastārius, i, idem quod hastatus miles. Ammian. 27 cap. 2 *cum paucis captus ab hastariis.* Sed Valesius reponit *Ascariis*.

¶ Hastarium, i, vel Hastarius liber, tabulæ, quibus res sub hasta ponendæ scribuntur. Tertullianus Apologet. c. 13 *quos in hastario vectigales habetis.* Adde ibi Rigalt.

¶ Subhasto, are, publice vendere, sub hasta ponere, ausruffen zum verkauff.

kauff. Solinus de Thracia cap. 10 *Nuptura non parentum arbitrio transeunt ad maritos, sed quæ præ aliis specie valent, subhastari volunt, & licentia taxationis admissæ, non moribus nubunt, sed præmiis.*

¶ Subhastatus, a, um, ausgeruffen. Firmicus de profana relig. p. 31 *Vendebatur Deus, ut prodesset emtori; & emtor suppliciter adorabat, quidquid paullo ante viderat subhastatum.*

¶ Subhastatio, ōnis, die ausruffung, feilbietung. Lege 2 Cod. de rescind. vendit. *sub nomine subhastationis publicæ.* De ritu venditionis sub hasta vide supra in *Hasta* n. 3.

¶ Subhastarius, a, um, sub auctione sive hasta positus, was man ausrufft; ut, *possessiones subhastariæ*, Cod. Theod. lib. 3 tit. 6.

HAV, interjectio conturbatæ mentis, & trepidantis. Ter. Adelph. act. 3 sc. 2 v. 38 *Hau, mi homo, sanusne es?* Alii *Au* sine adspiratione legunt.

HAVD, non, nicht, negandi adverbium. Terent. Andr. act. 4 sc. 6 v. 12 *Haud auspicato huc me adpuli*, id est, non auspicato vel feliciter, ich bin zu einer unglückseligen stunde anher kommen. *Haud diu est*, Idem Eun. act. 2 sc. 3 v. 67. *Haud facile*, Cic. *Haud dubie*, quod est, *sine dubio*, Livius sæpe. *Haud scio*, locutio elegans, quæ jungitur cum adverbio *An*: Ter. in Adelph. act. 4 sc. 5 v. 33 *Qui infelix haud scio, an illam nunc misere amet*, welcher arme geselle sie hefftig lieb hat, wie ich nicht anders weiß. conf. Cic. ad Fam. 9, 15 &c. *Haud secus*, non aliter: *Haud secus ac jussi faciunt*, &c. Virgil. Æneid. 3 v. 236. *Haud vidi magis.* vide de vi & forma ista loquendi Muret. lib. 17 cap. 16, & Parei Lex. Plaut. p. 537. *Haud paullo*, i. e. multo: *Civis haud paullo melior*, weit besser, Cic. ad Fam. 2, 6. *Haud ferme invenias*, schwerlich, Ter. Andr. act. 3 sc. 1 v. 2. *Haud ferme solent*, Plaut. Pœn. act. 4 sc. 2 v. 36. *Haud multo post*, nicht lange hernach, Idem Curc. act. 1 sc. 3 v. 26. *Haud quidquam magis est, quod cupiam*, nichts liebers wolte ich, Idem ibid. v. 15. *Haud alias*, sonst nicht, Tac. Ann. 15, 46, 2. *Vir haud sane spernendus*, Idem Hist. 3, 75, 1.

¶ Haudquaquam, nequaquam, mit nichten, gar nicht. Livius 28 cap. 6 *Haudquaquam ad spem eventus respondit.* Cic. de Orat. 2 cap. 33 *Haudquaquam id est difficile Crasso*, keines weges; vehementius sic negatur. Tac. Hist. 2, 66, 1 *Haudquaquam fractus animus.*

Haveo, have, vide *Aveo.*

HAVRIO, haurivi & hausi, hauritum & haustum, ire, (exempla enim apud Apulejum leguntur) schöpffen. *Haurire ex fonte, è fonte, a fontibus*, Cic. 1 Offic. cap. 2. Juvencus in Joann. 4 de Samaritide:

Hauritura cavis putei penetralibus undas.

¶ Observa formulas metaphoricas & poëticas: *Vocemque his auribus hausi*, Virg. 4 Æneid. v. 359. Et, *Haurire animo*, Virg. 12 v. 26, pro accipere, percipere, einnehmen. *Haurire cibos*, Columella lib. 8 cap. 17. *Luctum haurire*, Cic. pro Sextio cap. 29 extremo, in sich fressen. *Haurire oculis*, Virg. 4 Æneid. v. 661. ¶ Aliquando etiam confodere vel vulnerare significat. Virg. 10 Æn. v. 314 *latus haurit apertum.* Similiter *jugulum haurire*, Tacitus dixit 1 Histor. c. 41. ¶ Item, consumere: Livius lib. 5 cap. 7 *Tam longi temporis opus incendium hausit.* Martial. lib. 9 epigr. 83 *Haurire patrias opes.* Curt. 4, 14, 17 *Multum sanguinis invicem hausimus.* ¶ Peculiare est illud Virg. Æneid. 4 v. 383 *Supplicia hausurus.* conf. etiam Nonius c. 4 n. 230.

¶ Haustus, a, um, geschöpfft: ut, *hausta aqua de puteo*, Cic. Divin. 2 c. 13. *Avide haustus humor*, Curt. 7, 5, 8.

¶ Haustus, ūs, nomen, das schöpffen, ein trunck. *Haustus aquæ mihi nectar erit*, Ovid. 6 Metam. v. 356. *Exiguis haustibus bibere*, kleine schlücke thun, Idem 3 Fastor. v. 274. *Neque haustum fontium relinquere*, Curt. 3, 10, 8. *Alius celi haustus*, i. e. aër, aura, Idem 5, 5, 29. *Esse apibus haustus æthereos dixere*, i. e. spiritus divinos, Virg. Georg. 4 v. 220.

¶ Haustor, ōris, qui haurit, bibit, ein trincker. Lucanus lib. 9 v. 591 de Catone: *Vltimus haustor aquæ.*

¶ Hauritor, ōris, idem. Petrus Chrysologus serm. 86 *Hierosolymitanus fons abundat, cum impellit angelus, non cum sitit hauritor.*

¶ Haustrum, i, cadus rotæ aquariæ, vel ipsa rota, die schöpffe am wasserrad. Lucret. lib. 5 v. 517

Vt fluvios versare rotas, atque haustra videmus.

vide Nonium c. 1 n. 43.

¶ Hauritorium, i, quo hauritur, haustrum, der wasser-eymer. Gloss. vet. *Hauritorium*, ἀντλητήριον, ἄντλημα.

Composita:

¶ Dehaurio, ire, ausschöpffen, verschlucken. Tertullianus de Pallio c. 5 *margarita pretiosa dehausit.* Et Cato R. R. cap. 67 *amurcam dehorito*, antique, id est, dehaurito.

¶ Exhaurire, evacuare, ausziehen, erschöpffen. *Exhaurire poculum*, austrincken, Ovid. 5 Fastor. v. 513. ¶ 2. Per Metaphoram usitatam, *Exhaurire ærarium, & compilare rempubl.* Cic. pro Vatin. cap. 2, die gemeine schatzkammer ledig machen. *Provinciam sumtu exhaurire*, Idem ad Qu. frat. lib. 1 epist. 1 cap. 2, aussehren. *Exhaurire labores*, Silius 17 v. 355, über sich nehmen und ausstehen; qua formula etiam Plinius usus est lib. 3 epist. 9 principio: *quantum laboris exhauserim.* Et, *Ligonibus humum exhaurire*, graben, Horat. epod. 5 v. 30.

¶ Exhaustus, a, um, erschöpfft, ausgeschöpfft. *Inops & exhaustum ærarium*, die leere geldcasse, Cic. 5 Verr. c. 70. *Omnibus exhausti casibus, omnium egeni*, Virg. Æneid. 1 v. 603. *Pœnarum exhaustum satis est*, Idem 9 v. 356.

¶ Inexhaustus, a, um, quod exhauriri non potest, & expleri, unerschöpfft, unersättlich. Cic. lib. 3 de Finib. cap. 2 de Catone: *Erat in eo inexhausta aviditas legendi, nec satiari poterat.*

¶ Perhaurire, idem quod exhaurire. Tertullian. ad Nation. lib. 1 cap. 15 extrem. *infantem totum præcoquum perhauritis.* Et Apulejus lib. 10 p. 246 *calicem uno haustu perhausi.*

Haustor, Haustrum, Haustus, vide supra in *Haurio.*

HEAVTONTIMORVMENOS, i, ἑαυτοντιμωρούμενος, excrucians se ipsum, Comœdiæ Terentianæ nomen. Cicer. 3 Tusc. cap. 27 *Quid ille Terentianus ipse se puniens?* Hujus etiam meminit Horat. 1 sat. 2 v. 19.

HEBDŎMAS, ădis, ἑβδομάς, άδος, spatium significat septem dierum, septimanam, eine woche: Cicero lib. 16 fam. epist. 9 *ne in quartam hebdomadam incideres.* ¶ 2. Item, annorum apud Gell. lib. 3 cap. 10, & numerum quemcunque septenarium notat. De origine hebdomadum & septimi diei observatione vid. Casaub. ad Suetonii Tib. cap. 32, & Rivetum Dissertat. de Origine Sabbathi cap. 5. ¶ 3. *Hebdomas* est etiam annorum, tam in Jubilæis Judæorum, quam in propheticis hebdomadibus Danielis c. 9 v. 25.

¶ Hebdomada, æ, decl. primæ, eodem significatu, posteriorum tantummodo est, ut Tertulliani vel uno cap. 8 adversus Judæos, sæpe. Adde Isidorum Orig. 5 cap. 32. Gellius lib. 3 cap. 10 *hebdomadam* de critico medicorum die (de quo & Cicero cit. loco locutus est) etiam in accurata Gronov. edit. dixit: ubi tamen Manutius ad Ciceronem putat, Gellium corrigendum esse.

¶ Hebdomadalis, e, wöchentlich. Sidonius lib. 9 epist. 3 *Ecclesiæ dedicatæ festis hebdomadalibus.*

HĒBE, es, Ἥβη, dea juventutis, Jovis pincerna, & Herculis uxor, Poëtis est.

HĔBĔNVS, i, & Ebenus, fœmininum, & Hebenum, i, neutrum, ebenholtz. Virgilius 2 Georg. v. 117 *Sola India nigrum*
Fert hebenum.

Tametsi Lucanus lib. 10 v. 117 scripserit,

Hebenus Mareotica vastos Non operit postes,

hoc est, Ægyptiaca. Nam in medio Africæ hebenos virere, Plinius tradit lib. 6 cap. 30. Arbor est, cujus generis esse putant lignum Indicum, quod *Guajacum* & *Guajacanum* dicitur, cujus adversus Gallicam luem præcipuus est usus, vocant & *lignum sanctum*, frantzosenholtz.

HĔBĔS, ĕtis, generis omn. retusus, obtusus, stumpff: ut, *Gladius hebes*, Ovid. 3 Art. am. v. 589. *Hebes acies oculorum*, Cic. 4 de Fin. cap. 24, ein blöde gesicht. Contrarium *acuto*. *Lucem hebetem* Avienus Arateis dixit v. 455. *Caro hebes & cruenta*, in vulneribus scil. faul und roh fleisch, apud Celsum 7 c. 6. ¶ 2. Per metaphoram significat rudem, crassum, indocilem, grob und tölpisch. Cic. lib. 2 de Divin. cap. 50 *Epicurum hebetem & rudem dicere solent Stoici.* Idem 1 de Divin. cap. 22 *Hebes æque ac pecus.* Idem 10 Philipp. cap. 8 *Hebes ingenium*, ein langsamer, ungeschliffener kopff. *Sensus hebetes & tardi*, Idem 4 Acad. c. 8. *Hebetiores oculi*, blöde gesicht, Sueton. Ner. cap. 51. Et, *Aures hebetiores*, Cicer. pro Plancio cap. 27. Superl. *hebetissimus*: Plin. lib. 9 c. 30 *Tanta solertia animalium, hebetissimis quoque est.*

¶ Hebĕtūdo, ĭnis, die blödigkeit. Macrob. 1 Somn. cap. 14 *hebetudo sensuum.*

¶ Hebeo, hebēre, hebetem esse, stumpff seyn: ut, *Ferrum hebet*, apud Livium lib. 23 cap. 45. Et Virg. 5 Æneid. v. 396 *Gelidus sanguis hebet.*

¶ Hebesco, ĕre, hebetem fieri, stumpff werden. *Mentis acies hebescit*, Cic. 1 Tusc. cap. 30. *Hebescere & languere in otio*, Cic. in Acad. 4 cap. 2, grob und unlustig werden.

¶ Hebetesco, ĕre, frequentativum, idem. Plinius lib. 28 cap. 7 *aciem in cultris tonsorum hebetescere.*

¶ Rehebetescere, idem. Augustinus Serm. 4 a Sirmondo edit. p. 50 *Puto, rehebetesceretis, si videretis pulchritudinem angelorum.*

¶ Hebeto, are, hebetem facere, stumpff machen, schwächen. Livius lib. 8 cap. 10 *cum hastas aut præfregissent, aut hebetassent.* Plin. lib. 20 cap. 6 *Porrum oculorum aciem hebetat*, es macht die augen stumpff und blöde. Idem lib. 23 cap. 1 *Tristitia & cura hebetatur vino.*

¶ Hebetatus, a, um, geschwächt, stumpff. Sueton. Claud. c. 2 *Hebetato corpore.* Justin. 6, 8, 2 *reipublicæ vires hebetatæ.* Ammian. 27 c. 2 *Germanis hebetatis parumper.*

¶ Hebetatio, ōnis, die schwächung: ut, *Hebetatio oculorum*, Plin. 28 cap. 6.

¶ Hebetatrix, īcis: ut, *Hebetatrix umbra*, Idem lib. 2 c. 43.

HEBRAEVS, a, um, adj. & Ebræus; & subst. plur. Hebræi, Judæi, ab Heber, pronepote Semi, Genesis c. 11; vid. Gallæus ad Lactant. p. 214. Hinc

¶ Hebraicus, a, um, hebräisch, & adverb. Hebraice. Lactantius lib. 4 c. 7 sub fin. *Nos CHRISTVM nuncupamus, id est, unctum, qui Hebraice MESSIAS dicitur. Vnde in quibusdam græcis scripturis, quæ male de Hebraicis interpretata sunt, ἠλειμμένος, id est, ungendo curatus, scriptum invenitur ἀπὸ τοῦ ἀλείφεσθαι.*

HEBRVS, i, Ἕβρος, Thraciæ fluvius, in quem Orphei caput a Ciconibus confecti abjectum fuit. Ovid. Metam. 11 v. 50

Membra jacent diversa locis, caput, Hebre, lyramque
Excipis, &c.

Pulchrum exstat epigramma Germanici Cæsaris in Scaligeri Catalectis, de puero Thrace, qui in hoc flumine interiit:

Thrax puer adstricto glacie dum luderet Hebro,
Frigore concretas pondere rupit aquas,
Dumque imæ partes rapido traherentur ab amni,
Præsecuit teneram lubrica testa caput.
Orba quod inventum mater dum conderet urna,
Hos peperi flammis, cætera, dixit, aquis.

HĔCĂLĒ, es, nomen anus pauperculæ, quæ Thesеum adolescentem hospitio excepit, cujus honori postea sacrificium institutum, quod *Hecalesium* dicebatur, ut tradit Plutarchus in Theseo. Apulej. lib. 1 de A. A. *Sis contentus lare parvulo, Thesei illius cognominis patris tui virtutes æmulaveris, qui non est aspernatus Hecales anus hospitium tenue.* vid. Plin. lib. 22 c. 22. Petron. Arbiter:

Qualis in Actæa quondam fuit hospita terra,
Digna sacris Hecale, quam Musa loquentibus annis
Battiadæ vatis mirando tradidit ævo.

Ejus res scripsit Callimachus, utinam superstes. vide Barth. ad lib. 12 Thebaid. Statii v. 582 p. 1526. Angel. Politian. Miscell. cap. 24. Andr. Schottum lib. 2 Observat. cap. 29. Salmas. ad Petron. Ovid. Remed. Amor. v. 747 *Cur nemo est, Hecalen; nulla est, quæ ceperit Irum?*
Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

HĔCĂTAEVS, i, sculptor apud Plinium 33 c. 12 & 34 c. 8.

HĔCĂTE, es, Ἑκάτη, Proserpina, inde adpellata, quod centum victimis placaretur; ἑκατὸν, centum est, die höllen-göttin. Sæpius & pro *Diana* ponitur Poëtis. Nam triformis dicitur, quod in cælo, terra, & Erebo Dea. In cælo *Luna* est, in terris *Diana*, apud inferos *Proserpina* sive *Hecate*. Virgil. 6 Æneid. v. 247

Voce vocans Hecaten cæloque Ereboque potentem.

¶ Hĕcatēïus, a, um, pentesyllabum; ut, *Hecateïa carmina*, Ovid. 14 Metam. v. 44, quæ incantationes sunt.

HĔCĂTOMBE, es, ἑκατόμβη, sacrificii genus, in quo centenæ sui generis mactabantur victimæ, centum vel sues, vel oves, vel boves; Si vero Imperatorum votum esset, centum leones centumque aquilæ immolabantur, ein groß opffer von 100 stücken. Hecatombas autem vovere, Græcis & Romanis antiqui moris fuit olim, cum pestilenti contagio aut morbo laborarent, quod a Laconibus primo inventum fuisse dicunt. vid. Alex. ab Alex. 3 cap. 22, & Cæl. Rhodig. 20 cap. 6. *Facere hecatomben*, victoriæ scil. caussa, Julius Capitolinus in Balbin. cap. 11. Silius lib. 12 v. 331 *altaria fument*

Centum festa Jovi, centum cadat hostia cultris.

HECATOMPHONIA, orum, sacra erant, ut Pausanias in Messenicis refert, a Messeniis instituta, cum quis centum hostes in pugna occidisset.

HECATOMPYLOS, i, ἑκατόμπυλος, centum, i. e. multas portas habens, urbs Parthorum, regni caput. vid. Plin. 6 cap. 15 & 17 &c. Et, *Hecatompylos Thebas nemo non novit*, Ammian. 22 cap. 16.

HECATRIS, planta, eadem quæ Aconitum.

HECTA, æ, pustula in pane cocto, eine blase auf dem gebackenen brod. ¶ 2. Et res nihili, apud Pomponium. *Hectæ facere*, vilipendere.

HECTICA, æ, seu Hectice, es, ἑκτικὴ, (ἕξις, habitus,) species febris non in humore tantum atque spiritu, sed in ipsis plane coiens & inolescens ossibus, das heimliche verzehrende fieber.

¶ Hecticus, a, um, adject. ut, *homo hecticus*, *Hectica febris*, apud Medicos.

HECTOR, ŏris, Ἕκτωρ, Priami filiorum fortissimus, ab ἔχω, defendo, auctore Platone. Ovidius 1 Art. Am. v. 441

Hectora donabat Priamo prece motus Achilles.

¶ Hectŏreus, a, um, adjectivum. Virg. 2 Æn. v. 543

corpusque exsangue sepulcro
Reddidit Hectoreum. conf. Horat. 3 od. 3 v. 28.

HĔCŬBA, æ, Ἑκάβη, Priami uxor, Hectoris mater, de qua insignem tragœdiam scripsit Euripides. Hecubam in canem mutatam Mythologi tradunt; Quod propter convicia factum, quæ in Græcos ingessit. Juvenalis de eâ sat. 10 v. 271 *Sed torva canino*

Intravit rictu.

Vbi vetus Scholiastes: *Hecubam dicit, quæ excæcato Polymnestore, cum saxis impelleretur à populo Thracum, versa in canem fertur. Aut quia Græcis convicia congerebat, canem nominaverunt.* vide & supra in *Canis*, & Plinium 4 cap. 11. Sueton. Tiberio cap. 70 *Grammaticos, quod genus hominum præcipue adpetebat, ejusmodi fere quæstionibus experiebatur: Quæ mater Hecubæ; quod Achilli nomen inter virgines fuisset; quid Sirenes cantare sint solitæ.*

HECYRA, æ, ἑκυρὰ, socrus: Terentianæ fabulæ nomen.

HĔDĔRA, æ, κισσος, plurium est generum; ut, *Hedera alba, nigra, fulix, arborea*, epheu, mauerpfau. *Lascivis hederis ambitiosior*, Horat. lib. 1 od. 36 v. 20. Festus inde dictam putavit, quod muris & parietibus inhæreat. *Hedera* coronabantur Poëtæ. *Doctarum hederæ præmia frontium*, Horat. lib. 1 od. 1 v. 29. Et Ovid. lib. 3 de Arte Amandi v. 411 *Nunc hederæ sine honore jacent, operataque doctis*

Cura vigil Musis, nomen inertis habet.

¶ 3. ein wein-zeichen. *Vino vendibili non opus est suspensa hedera.*

¶ Hĕdĕriger, a, um, das epheu trägt. Catullus carm. 64

Vbi capita Mænades vi jaciunt hederigeræ.

¶ Hederāceus, a, um, von epheu; ut, *Corona hederacea*, Plin. 24 c. 19.

¶ Hederatus, a, um, mit epheu gezieret; ut, *patina hederata*, Treb. Pollio Claud. cap. 17.

¶ Hederōsus, a, um, voll epheu; ut, *Antrum hederosum*, Propert. lib. 3 eleg. 4 v. 3.

HĒDVI, orum, Ἡδουοὶ, Burgundiones, die Burgundier. vide Plinium 17 cap. 8. Scribuntur etiam *Ædui*, quorum crebra mentio apud Cæsarem lib. 1 de B. Gallico. *Hedues* sive *Ædues* vocat Ausonius Parent. 4 v. 6.

¶ Heduicus, a, um, vel Æduicus, adject. ut, *Pater Heduicus*, Idem Auson. Parent. 2 v. 2.

HĒDYCHROVM, i, ἡδύχροον, odoramentum videtur esse Ciceroni in 3 Tuscul. Quæst. cap. 19, ein lieblich räuchwerck. ¶ 2. Medicis alioqui unguentum est, nitidam cutem reddens, quod & adpellatio ipsa indicat. Meminerunt compositionis Hedychroi Dioscorides & Galenus. vide Matthiolum.

HĒDYMĔLES, is, ἡδυμελὴς, citharœdus apud Juvenal. sat. 6 v. 383.

HĒDYOSMVS, i, ἡδυοσμὸς, mentha, hoc nomine Græcis dicitur, ab odore suavi, müntze, krausemüntze: Plin. 35 cap. 15.

HĒDYPNŎIS, ĭdis, intybus silvestris, folii latioris Plinio est, gelb wegwart, ἡδυπνοῒς, lib. 20 cap. 8.

HĒDYSMA, ătis, ἥδυσμα, genus unguenti, Plin. 13 cap. 1.

HĒGĒSIAS, æ, Ἡγεσίας, Philosophus Cyrenaicus fuit, tanta eloquentia, ut sic mala vitæ repræsentaret, ut eorum miseranda imagine audientium pectoribus inserta, multis voluntariæ mortis oppetendæ cupiditatem ingeneraret. Ideo a rege Ptolemæo amplius de hac re differere prohibitus fuit. Valer. Maximus lib. 8 cap. 9 extr. 3. vide & Gell. 9 cap. 4. ¶ 2. Alius Maronites de agricultura scripsit, teste Columella 1 cap. 1, qui male *Ægesias* Varroni R. R. 1 cap. 1. vide Voss. de Hist. Gr. 1 cap. 12 p. 65 seq.

HEGESIPPVS, i, scripsit historiam ecclesiasticam atque in ea historiam longam excidii Hierosolymorum. vide Voss. de Hist. Gr. 2 cap. 14 p. 186, deque pluribus Hegesippis lib. 3 p. 289.

HEGESISTRĂTVS, i, Ephesius, & conditor ex oraculo *Eleuntis* urbis in Asia. Pythocles Samius, apud Plutarchum in Parallel. minor. cap. 41

HEGETMATIA, æ, Ἡγετματία, Ptolemæo urbs est Germaniæ, putatur esse, quæ *Lignitium* vulgo dicitur Silesiæ, Lignitz.

HEGIAS & HEGLEAS, æ, duo statuarii Plin. 34 cap. 8.

HEI, οἲ, interjectio dolentis, & ingemiscentis. Terent. in Andr. a. 1 sc. 1 v. 46 *Hei vereor, ne quid Andria adportet mali.* Idem, *Hei misero mihi.* Cicero, *Hei mihi, non possum hoc sine lacrymis commemorare*, ach, leider.

HELCIVM, i, ἑλκυστὴρ, ein kommet: dictum ab ἕλκειν, trahere. Apulejus lib. 9 Metam. p. 227 *Helcio absolutus*, abgeschirrt.

¶ Helciarii, qui naves deducunt, subducuntve, die am seile gehen, und das schiff ziehen, schiff-knechte. Extat apud Martialem lib. 4 epigr. 64. *Clamor helciariorum*, ad officia enim mutuo sese cohortantur: vide Savaron. ad Sidon. lib. 2 epist. 10 *Curvorum chorus helciariorum.*

HELCYSMA, ătis, ἕλκυσμα. Plin. lib. 3 cap. 6 *Scoriam in argento Græci vocant helcysma*, silber-schlacken. Vocant & *Encauma.*

HĔLĔNA, æ, Ἑλένη, Menelai Lacedæmoniorum regis uxor, a Paride rapta, pro qua recuperanda Troja eversa est. Euripides in cognomine Tragœdia non ipsam Helenam raptam à Paride, sed nubem pro ea, tradit: Helenam ipsam vero deportatam a Mercurio in Ægyptum, & custoditam a Proteo: tandemque a Menelao inventam ibi, & ope Theonoes, Protei filiæ, abductam fuisse. conf. Voss. lib. 1 Instit. Orat. p. 124. Cicer. Philipp. 2 *Vt Helena Trojanis, sic iste caussa belli exitiique fuit.* Lucian. in Eunucho: Αὕτη, ὦ πάμφιλε, Ἑλένη ὑπὲρ ἧς ἐμονομάχουν. Id est, *Hæc ipsa, ô Pamphile, erat Helena, pro qua digladiabantur*, das ist die braut, da man um tantzet. vide in Chiliadibus *Hæc Helena.* Pro impudica Martialis posuit, ut contra pro pudica Penelopen, lib. 1 epigr. 62 *Penelope venit, abit Helene.*
Ælian. lib. 4 cap. 12 *Zeuxidem pinxisse opere admirando Helenam, magnumque ex eo quæstum fecisse scribit, inde factum fuisse, ut vulgo scortum clueret Helena.* ¶ 2. *Helenæ* sidus vulgo perniciosissimum navigantibus, teste Solino: sed salutare iisdem, judice Apolline, habetur apud Euripidem in Oreste: quâ de re Dalechamp. ad Plin. 2 cap. 36 p. 68, & Nat. Comes Mytholog. lib. 8 p. 860 seqq. ¶ 3. Fuit & *Flavia Julia Helena* uxor Constantii, mater Constantini M. vid. Eusebius in vita Constantini, qui, cum ne verbo quidem rem tangat, tamen Ambrosius primus in Orat. funebri, qua laudat Theodosium, crucis dominicæ inventionem Helenæ adscripsit. conf. Baron. A.C. 326 n. 43.

¶ Helenium, i, ἑλένιον, a lacrymis Helenæ dictum, ut Plinius ait lib. 21 cap. 10. Planta est, quæ *Inula* Latinis dicitur, aland.

HĔLĔNVS, i, Priami filius, vates; Virg. Æn. 3 v. 295.

HĔLEOSĔLĪNVM, i, apii genus, molli folio & caule tenero, petersilie, Pallad. 5 tit. 3. *Helioselinum* dicitur Plinio 19 cap. 8, & 20 cap. 5.

HĔLĔPŎLIS, is, ἑλέπολις, machina oppugnatoria, quam ex usu Demetrii Poliorcetæ Vitruvius lib. 10 cap. ult. describit. vide ibi Bald. p. 55.

HĔLERNVS, i, lucus Tiberino adjacens apud Ovidium Fast. 6 v. 105. vide quæ ibi & lib. 2 v. 67 notat Heinsius.

HĒLĬĂDES, um, Ἡλιάδες, patronym. sorores Phaethontis, ab ἥλιος, *Sol.* Ovid. 10 Metamorph. v. 91 *nemus Heliadum.*

HĒLIANTHE, es, herba eadem, quæ & Heliocallis, quod decocta reddat corpus adspectu jucundum, Plin. 24 cap. 17.

HĔLĬCĒ, es, Ἑλίκη, sidus illud cæleste, *Vrsa major.* Ovid. 3 Fastor. v. 107

Esse duas Arctos, quarum Cynosura notetur
Sidoniis, Helicen Graja carina notet.

Et Lucanus lib. 2 v. 237

Parrhasis obliquos Helice cum verteret axes.

¶ Fuit hoc nomine & Achaiæ oppidum ad Sinum Crissæum, maris impetu haustum, de quo Plin. 2 cap. 92. Ovid. Met. 15 v. 293.

HĔLĬCON, ōnis, mons Bæotiæ juxta Thebas, Apollini & Musis sacer, Ἑλικών. Casaubonus existimat, quod ei nomen fecerit ambulatio, quia certos ibi conventus habuere veteres, in quibus de rebus seriis egerunt: verum ab altitudine, & ambitu dictum, asserit Bochartus in Chanaan 1 cap. 16 p. 469. vide & Servium ad eclog. 6 Virgilii, & infra in *Parnassus.* ¶ 2. Est & viri nomen. vide *Acesæus.* Martial. lib. 1 epigr. 71 *Præter aquas Helicon, & serta, lyrasque deorum*

Nil habet, & magnum, sed perinane, sophos.

¶ Hĕlĭcōnĭădes, um, Ἑλικονιάδες, & Heliconides, ipsæ Musæ adpellatæ sunt. Persius in procem: v. 4

Heliconidasque, pallidamque Pyrenen.

Et Lucretius lib. 3 v. 1050

Adde Heliconiadum comites, quorum unus Homerus.

¶ Helĭcōnius, a, um, adjectivum: ut, *Heliconia mella*, Claudian. de Laud. Serenæ v. 10. Et, *Collis Heliconii cultor*, Catull. epithal. Juliæ & Manl. principio.

Heliocallis, ĭdis, vide *Helianthe.*

HĒLĬŎCĂMĪNVS, i, ἡλιοκάμινος, vaporarium solare, eine sommerstube, apud Plin. lib. 2 epistola 17. vide *Solarium.*

HĒLIOCHRȲSVS, i, ἡλιόχρυσος, herba Plin. 21 cap. 11, sonnen-goldblume.

HĒLĬŎDŌRVS, i, rhetor Horatio 1 satyr 5 pr.

rhetor comes Heliodorus,
Græcorum longe doctissimus, &c.

¶ 2. *Heliodorus* alius historiam Æthiopicam scripsit Græce, auctor doctissimus & jucundissimus, ejus historiæ libri decem exstant. vide Voss. Hist. Gr. lib. 3 p. 290, ubi etiam de aliis *Heliodoris* agitur. Et de *Heliodoro statuario* Plin. 34 cap. 8, & 36 cap. 5.

HĒLIOGABĂLVS, i, Antonini Caracallæ filius, Imperator; homo turpissimus & portentosissimus. vide Lampridium. Sed vulgare & corruptum nomen *Heliogabalus*: verum & antiquum est *Elagabalus*, uti ex nummis constat apud hujus rei peritissimos viros, Spanhemium p. 92; Vaillant. Tom. 2 p. 128. De origine vocabuli in Crit. ad Eutrop. lib. 8 p. 20 dixit Cellarius. ¶ 2. *Heliogabalum* Phœnices sua lingua solem vocabant, qui apud eos colebatur, ejusque simulacrum describitur ab Herodiano.

HĒLION, i, sambuci genus Plin. 24 cap. 8.

HĒLIŎPŎLIS, is, civitas Ægypti, ἡλιόπολις, unde *Heliopolites Nomos*, præfectura Ægyptica, Plin. lib. 5 cap. 9, in confinio Ægypti & Arabiæ;

biæ; propterea perperam diſtingui videntur Harduino ad c. l. Ægypti & Arabiæ Heliopoles, quæ una ſit. Salmaſio tamen altera colonia eſt Ægyptiacæ. vid. Holſten. ad Steph. Byzant. ¶ 2. *Heliopolis* alia Phœniciæ prope Libanum, de qua multa erudite congeſſit ac expoſuit Holſtenius d. l. ad Steph. p. 129. ¶ Obſcuriora hujus nominis oppida, ut Thraciæ, apud Stephanum: Galatiæ, apud Procopium, (vid. Holſten. c. l.) & ſi quæ alia ſunt, prætermittimus.

¶ Heliopolītes, æ; ut, *Nomos Heliopolites*, Plin. c. l. & *Heliopolitæ*, cives aut populus. Plinius lib. 36 cap. 26 *Heliopolitarum cærimoniæ.*

HĒLIOSCŎPIVM, i, ἡλιοσκόπιον, genus heliotropii, Plin. 22 cap. 21. Item genus tithymali, quod comas cum ſole circumagit, Dioſc. 4 cap. 165, & Plin. 26 cap. 8.

HĒLIOTRŎPIVM, i, ἡλιοτρόπιον, herba, ſonnenwirbel, ſonnenblume, inde dictum, quod florem ſoli obvertat. vid. Plin. 18 cap. 27, & 22 cap. 21. Varro lib. 1 de re ruſt. cap. 46 *Heliotropia ſolis ortum mane ſpectant, & ejus iter ita ſequuntur ad occaſum, ut ad eum ſemper ſpectent.* ¶ 2. *Heliotropium majus* eſt & *minus*; *Majus* Dioſcoridi *Scorpiurus* etiam dicitur, & Plinio 22 cap. 21 a ſimilitudine caudæ ſcorpionis. Non eſt cichorium, wegwart, aut, hindleufft. ¶ 3. *Heliotropium* etiam gemma eſt, quam Plinius laudat lib. 37 cap. 10 ſect. 60.

HĒLIS, ſive Elis, idis, regio Achajæ, Plin. 4 cap. 5. vide ſupra *Elis*. ¶ 2. *Helis* proſtibuli nomen apud Martialem 1 epigr. 35

Vel ab Helide diſce pudorem.

HĔLISSVS, i, fluvius Atticæ regionis, Statius Theb. 4 v. 52

Lambit & anfractu riparum curvus Heliſſus.

HĔLIX, ĭcis, ἕλιξ, hederæ ſpecies, erd-epheu, Plin. 16 cap. 35 & 38.

HELLAS, ădis, Ἑλλὰς, Græcia: ab *Hellene*, Deucalionis filia ſic adpellata, ut Mela auctor eſt.

¶ Helleniſmus, i, Græciſmus, ἑλληνισμός.

¶ Helleniſtæ, arum, Judæi, qui græce tantum Biblia legebant; ſic dicti, ut ab *Hebræis* diſtinguerentur. Nam & Apoſtolus duo Judæorum genera agnoſcit: *Hebræos* & *Helleniſtas*, Actorum cap. 7. vide Scaligeri Animadverſ. in Euſebium p. 124, item lib. 2 de Emendat. Temp. p. 143, & lib. 5 p. 306, nec non Cunæum lib. 2 de Rep. Ebr. cap. 23. Aliter ſentit Salmaſius de Helleniſtis, quem vide in Commentario de Helleniſtica, & in Funere ac Oſſilegio Helleniſtico.

¶ Helladicus, a, um, adject. græcus, græcanicus. Plin. lib. 35 cap. 10 *Picturæ genera duo fuere, Helladicum, & quod Aſiaticum adpellabant.*

HELLE, es, quæ fuerit, vide mox in *Helleſpontus*, quem inde *Hellis undas* Sidonius dixit Carm. 9 v. 41. *Portitor Helles* eſt apud Columellam 10 v. 155.

HELLĔBŎRVM, & Helleborus, i, ἑλλέβορος, ſcribunt & *Elleborus*, ἐλλέβορος, herba, quæ & *veratrum* dicitur. *Elleborus albus*, vel, *veratrum album*, weiſſe nieſewurtz. vid. Plin. 25 cap. 5 & 11. ¶ 2. *Elleborum ut bibant, & Elleboro opus habere*, dicuntur illi, qui mente parum ſibi conſtant. vide Chiliadas. Plautus Pſeud. a. 4 ſc. 8 v. 89 *Helleborum his hominibus opus eſt.* Horat. lib. 2 ſatyr. 3 v. 82

Danda eſt hellebori multo pars maxima avaris.

Nempe avaros pro inſanis habendos ſignificat, & inde elleboro curandos. Purgat enim educitque humores noxios, ne redundent ad animum & ſedem mentis infeſtent. Vnde & ſcripturi limatius aliquid & exquiſitius, elleboro ſeſe purgabant ante. vide Gellium lib. 17 cap. 15, & quæ viri docti ad illud Perſii ſat. 1 v. 64 notarunt,

non eſt hic Ilias Acci
Ebria veratro.

¶ Hellĕbŏrīne, es, ἑλλεβορίνη, herba ſimilis helleboro, Plin. 27 cap. 9.

¶ Hellĕbŏrītes, æ, vinum ex helleboro confectum, Plin. 14 cap. 16.

¶ Hellĕbŏrōſus, a, um, voll nieſwurtz. Apud Plautum Rud. a. 4 ſc. 3 v. 67 *homo helleboroſus*, eſt inſanus, der nicht wohl klug.

¶ Hellĕbŏrandus, a, um, veratro purgandus, der nieſwurtz bedarff. Cæl. Aurel. Tard. 4 cap. 3 *Helleborandus æger.*

Helleniſtæ, quære in *Hellas*.

HELLESPONTVS, i, Ἑλλήσποντος, maris anguſtiæ inter Thraciam & Phrygiam, ſeptem tantum ſtadiis Aſiam ab Europa dividentes. Dictæ ab *Helle*, Athamantis regis Thebarum filia, quæ in Pontum ibi decidit. Helleſpontus hodie *Bracchium ſancti Georgii* dicitur. Corn. Nepos 2, 5, 1 *Themiſtocles verens, ne bellare perſeveraret* (Xerxes,) *certiorem eum fecit, id agi, ut pons, quem ille in Helleſponto fecerat, diſſolveretur, ac reditu in Aſiam excluderetur.* vide *Pontus* & *Propontis*. ¶ 2. *Helleſpontus* regio eſt Aſiæ juxta fretum Helleſponti. Sextus Rufus de Provinc. Rom. cap. 10 *Caria, Helleſpontus, ac Phrygiæ, in poteſtatem populi Romani juncta deditione pervenerunt.*

¶ Helleſpontiacus, a, um, ad Helleſpontum pertinens, aut ex Helleſponti regione; ut, *Priapus Helleſpontiacus*, Virg. 4 Georg. v. 111. *Helleſpontiaci æquor Abydi*, Auſonius epiſt. 9 v. 29. Et, *Helleſpontiacæ procellæ*, Sidonius Panegyr. Anthemii v. 507.

¶ Helleſpontius, a, um, idem. *Ora Helleſpontia*, i. e. regio juxta Helleſpontum, Catullus carm. 18. ¶ *Helleſpontii*, Myſiæ populus, Plin. lib. 5 cap. 30. ¶ Etiam Cæcias ventus *Helleſpontius* dicitur, Plin. 4 cap. 47 al. 49.

HĔLOPS, ŏpis, & Helope, es, piſcis genus, delicatiſſimi ſaporis, in mari Pamphylio. Quintil. lib. 5 cap. 10 *Nec helopem noſtro mari aut ſcarum ducas.* Nam, ut Columella lib. 8 cap. 16 ait, *Helops Pamphylio profundo, nec alio paſcitur*: Vnde Ovidius in fragm. Halieutico v. 96

Et pretioſus helops noſtris incognitus undis.

Adde Plin. lib. 9 cap. 17, & 32 cap. 7. Gellium lib. 7 cap. 6. Pithœi Collectan. ad Petron. p. 173 edit. Goldaſt. Scribitur & *Elops*, Græce ἔλωψ & ἔλλωπς.

HĔLŌRVS, i, Ἕλωρος, Siciliæ fluvius. Virg. 3 Æn. v. 698

Exſupero præpingue ſolum ſtagnantis Helori.

HELŌTES, um, ſervi publici Lacedæmoniorum arandis colendisque agris præpoſiti, quales, qui *Peneſtæ* Theſſalis dicebantur. C. Nepos Pauſaniâ cap. 3 n. 6 *Eſt genus quoddam hominum, quod* HELOTES *vocatur, quorum magna multitudo agros Lacedæmoniorum colit, ſervorumque munere fungitur.* Meminit Plato & Ariſtoteles, itemque Plutarchus in Ariſtide non ſemel. Ab oppido quodam Peloponneſi, cui

Ἕλος nomen, ſic adpellatos, Suidas auctor eſt. Ibi enim ut habitarent, captivos aliquot collocatos fuiſſe; ex quibus poſtea natos ſervos *Helotas* vocatos. Vid. Crag. de Republ. Laced. lib. 1 cap. 11. Loccen. Ind. Philolog. ad Nepot. Vbb. Emmius Tom. 3 veter. Græc. p. 139, & inprimis Athenæus 14 cap. 29. Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 25 cap. 19. Alex. ab Alex. 3 cap. 20.

HELPIS, ſive Elpis, idis, Samius quidam in Africam delatus, leoni occurrenti os dentibus adhærens evellit, cui & leo gratiam retulit, de quo prolixe Plinius 8 cap. 16.

HĒLŪCVS, & Ēlūcus, i, nam utrumque legitur. Significat languidum ac ſemiſomnum, quod poſt ebrietatem contingit, wann man auf einen rauſch unluſtig und verdroſſen iſt. Græci ἔωλον vocant. Feſtus: ELVCVS, *languidum & ſemiſomnum ſignificat*, &c. Rurſus: HELVCVS *ab hiatu & oſcitatione dictus.* ¶ 2. Ipſa gravitas capitis ex nimio potu, der tummel. Tibullus lib. 1 eleg. 11 v. 51

Ruſticus elucoque vehit male ſobrius ipſo
Vxorem plauſtro progeniemque domum:

Eluco male ſobrius, i. e. nondum ſobrius ſatis per elucum, ſeu ἑωλοκρασίαν. Alii diviſe *e luco* legunt. vide Scalig. ibidem. Tamen Tertull. de Corona militis cap. 7 *Liberum eumdem apud Ægyptios Oſirim, Harpocration induſtriâ hederatum argumentatur, quod hederæ natura ſit, cerebrum ab heluco defenſare.* Apulej. Apol. p. 507 *An, quod verius, ex crapula heluco attentatur.*

HELVELLAE, arum, plur. oleris minuti genus, ut exponit Feſtus, rübintzgen. Cicero lib. 7 famil. epiſt. 27 *Fungos, helvellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil poſſit eſſe ſuavius.*

HELVETIA, æ, Schweitzerland. *Civitas Helvetia*, Cæſari lib. 1 de B. Gall. cap. 12, tametſi anguſtior illa fuit, quam hodierna Helvetia.

¶ Helvetii, orum, die Schweitzer, eydgenoſſen. Cic. de Provinc. cap. 13 *Acerrima & maxima Helvetiorum natio.*

HELVĬDIVS, i, nomen Romanum; ut, *Helvidius Priſcus*, de quo multa Tacitus Ann. 12, 49, 3 &c. & Hiſt. 2, 91, 3, & Agris 2, 1. conf. Juvenal. ſat. 5 v. 36. ¶ 2. *Helvidius Rufus*, cujus meminit Cic. pro Cluent. cap. 70. ¶ 3. *Helvidius* etiam auctor Antidicomarianitarum, qui Mariam plures liberos ex Joſepho ſuſcepiſſe ſtatuit, de quo Epiphan. Hær. 78, & Auguſt. Hær. 56 & 84.

HĒLVO, ōnis, triſyllabum, gulæ deditus, & ventri ſuo qui bona omnia dat, ein praſſer, ſchlemmer, Ter. Heaut. a. 5 ſc. 4 v. 10. Eugraphius, Scholiaſtes Terentii, INVASOREM interpretatur, *& qui plurimum conſumit*, INVASOREM, bonorum puta, ut ea comedat atque abſumat. Vet. Gloſſ. *Heluo*, ἄσωτος, καταφαγής. Feſtus: *Heluo dictus, immoderate bona ſua conſumens; ab* ELVENDO. *Qui aſpiratur, ut aviditas magis exprobretur. Fit enim vox incitatior.* Sane *eluere* Plautus non ſemel pro perdere, amittere dixit. Cui & *elotus* Trinum. a. 2 ſc. 4 v. 5 dicitur, qui ſua omnia conſumſit, der abgebrauet hat. *Heluo patriæ*, qui conſumit, atque exhaurit patriam, ein land-verzehrer; *Heluo librorum*, qui legendo ſatiari nequit; Ciceronis eſt utrumque, hoc de Catone in lib. 3 de Finib. cap. 2; illud in Oratione pro P. Sextio cap. 11.

¶ Hēluor, atus ſum, ari, vorare, conſumere, ſchlemmen und demmen, praſſen, und drauf gehen laſſen. Cic. de Provinc. cap. 6 *in orcheſtra heluatur.* Catullus 29 v. 17 *Parum expatravit? an parum heluatus eſt.*

¶ Heluatio, ōnis, die ſchwelgerey. Cicer. poſt reditum in Senatu c. 6 *in luſtris & heluationibus.* Trebell. Pollio in Gallien. cap. 4 *vacare heluationi.*

HELVVS, a, um, color, medius inter rubrum & nigrum, apud Varron. de re ruſt. lib. 2 cap. 5, gelb oder fahl, cujusmodi corii non albi, nec nigri, nec rubri color eſt, leder-gelb. vide Scalig. Exerc. 325, & Pontan. Progymn. ſacr. p. 623. Eſt hinc

¶ Helvolus, a, um, ſchielicht; ut, *vinum helvolum*, (legunt & *helveolum*) quod nec rubens eſt, nec album, drommer, ſchiler, apud Catonem cap. 24. *Vvæ helvolæ*, Columell. lib. 3 cap. 2.

¶ Helvenācus, vel Helvenacius, a, um, idem. Columella 3 cap. 2 fin. *Vites helvenaciæ.* Idem 5 cap. 5 *Helvenaci generis palmites.*

HELXĪNE, es, ἑλξίνη, Dioſcorides, cognomentum adjecit, κισσάμπελος, Helxine ciſſampelos herba naſcens in ſepibus, vineis & ſegetibus, irretiens quæcunque contigerit, mittelwinde. Sed quæ ſepes & vicina omnia implicat, herba candidis floribus campanulis ſimilis, *Convolvolus eſt.* vid. Plinius lib. 21 cap. 5 & 16, glockenblumen. De Helxine altera vide in *Parietaria*, tag und nacht.

HĔLŸMVS, i, Anchiſæ filius nothus, venator, de quo Virg. Æn. 5 v. 73. Ovid. 12 Met. v. 460. Statius 5 Theb. v. 207.

HEM, interjectio variis ſerviens affectibus. Eſt enim vel iraſcentis, vel commiſereſcentis, vel perturbati animi, vel lætitiæ vox. Exempla apud Terentium ubique obvia ſunt, quorum aliqua ſaltem recenſebo. ¶ 1. Iraſcentis: ut, *Quid Davus narrat? Nihilne? Hem!* Terent. in Andr. a. 2 ſc. 6. ¶ 2. Exhortantis: *Hem! ſerva*, wohlan, halt nun feſte, Ibid. ſc. 5. ¶ 3. Exclamantis, ſeu reſpondentis potius: *Pamphile*, P. *Hem pater*, ach lieber vater, Ibid. a. 2 ſc. 5. ¶ 4. Grata nunciari audientis: *Adducimus tuam Bacchidem.* CL. *Hem quid? Bacchidem?* wie ſageſt du? Idem Heaut. a. 2 ſc. 3. Et in Adelph. a. 4 ſc. 5 *Bono animo es, duces uxorem hanc.* Æſch. *Hem!* ¶ 5. Factum demonſtrantis: *Obſecro te, hoc me libera miſerum metu.* D. *Hem! libero*, es ſey wohl, ſiehe da, ich benehme dir deine furcht, Id. Andr. a. 2 ſc. 2. Et in eadem, *Hem Davum tibi. Hem! paululum obſonii*, &c. ¶ 6. Commiſereſcentis, aut ingemeſcentis potius: Crito, *Itane Chryſis?* M. *Hem!* ach ja leider, Gott ſey es geklaget, Ibidem a. 4 ſc. 6. ¶ 7. Ex improviſo vocanti reſpondentis: S. *Dave*, D. *Hem, quid eſt?* was giebts? Ibid. a. 1 ſc. 2. Et in Adelph. a. 2 ſc. 4 *Heus, heus Syre.* S. *Hem quid eſt?* ¶ 8. Apud animam perturbati, ſeu perturbationem diſſimulantis: Ter. Andr. a. 5 ſc. 2 *O ſalve bone vir.* D. *Hem! Simo, o noſter Chreme.* ¶ 9. Muliebriter exclamantis: *Hem iſtoc verbo animus mihi rediit, & cura ex corde exceſſit*, das iſt gut, dieſe rede macht mich wieder lebendig, &c. Id. Hecyr. a. 3 ſc. 2. ¶ 10. Lætitiæ vel exſultantis: *Hem, iſtuc volueram*, ſo recht, ſo wolt ichs haben, Id. Heaut. a. 4 ſc. 7. ¶ 11. Animi ſolliciti & laborantis:

Occepi mecum cogitare, hem biduum hic manendum est, soli sine illa? Ter. And. a. 3 sc. 3. ¶ 12. Sed hic interjectio est Ironica: *Hem, si quid velis, huic mandes*, lieber, hastu was zu bestellen, so befehle es doch ihm, Id. Phorm. a. 4 sc. 4. Cætera mediocriter rerum & affectuum rationem animadvertenti, pro cujusque linguæ consuetudine accommodare non erit difficile.

¶ Ehem, interjectio est commoti nova re aliqua, & respicientis de improviso ad aliquem oblatum. Idem Ter. in Eun. a. 1 sc. 2 *Quis hic loquitur? Ehem, tune eras hic, mi Phædria?* ach siehe da, warestu es? Et Adelph. a. 3 sc. 3 v. 19 *Ehem Demea, haud adspexeram te.*

HĒMĔRĒSIOS, a, um, ἡμερήσιος, eines tages; ut, *Tabula hemeresios*, i. e. die uno absoluta, Plin. 35 c. 11.

HĒMĔRIS, ĭdis, ἡμερὶς, genus arboris glandiferæ, Plin. 16 c. 7.

HĒMĔRŎBION, i, unum vivens diem. Hemerobia, ἡμερόβια, id est, bestiolas, quæ unam diem vivant, apud Hypanium fluvium nasci, scripsit Aristoteles. Cic. Tusc. Quæst. 1 cap. 39. vide supra *Ephemera.*

HĒMĔRŎCALLIS, is, ἡμεροκαλλὶς & ἡμεροκαλὲς, lilium silvestre, heydnische lilien, weisse hornungs-blumen. vide *Lilium.*

HĒMĔRŎDRŎMVS, i, ἡμεροδρόμος, cursor, qui die uno ingens spatium cursu conficit, ein postboth, schneller läuffer, apud Livium lib. 31 cap. 24, & Corn. Nepotem in vita Miltiadis cap. 4. Lips. Epistola de Cursoribus, & Loccen. Ind. Philolog. ad Cornel. Nepot. Primæ hujus muneris partes olim in eo sitæ erant, ut sub manum annunciari cognoscive posset, quid geratur, interprete Suetonio. Nobis hodie, die post. Antiquissimum institutum Persarum initio; quibus *Angari*, & *Astande* dicti, de quibus Herod. lib. 8, Xenoph. Cyropæd. lib. 8. Deinde Græcorum, juxta Nepot. in Miltiad. c. 4 n. 3. Tandem ab Augusto ad Romanos translatum, de quo operæ pretium est videre Sueton. August. c. 49, & Symmach. 10 epist. 37, Brisson. de Regno Persar. p. 147. Lips. Cent. epist. ad Ital. & Hisp. 59 p. 363.

HĒMICRĀNIA, æ, ἡμικρανία, morbus, quo dimidium capitis infestatur, wehetage an einer helffte des haupts.

HĒMĬCȲCLVS, i, semicirculus, ein halber circkel, ἡμίκυκλος. ¶ 2. Apud Cicer. de Amicit. cap. 1 significare videtur sedem rotundam in domo, ein rundes gestüle, sessel, oder ercker. *Cum sæpe multa, tum memini domi in hemicyclo sedentem, ut solebat, in eum sermonem incidere, qui tum fere multis erat in ore.*

¶ Hēmĭcȳclion, i, idem. Vitruvius lib. 9 c. 8 *Describantur hemicyclia duo*; & mox: *ab extremo hemicyclio.* * *Hemicyclia* dicebantur mensæ semicirculares, aut etiam sedes semirotundæ plurium sellarum capaces, in quibus solebant sedere confabulantes, inprimis seniores, unde Plutarchus in Nicia: νέυς ἐν παλαίστραις, καὶ γέροντας ἐν ἐργαστηρίοις καὶ ἡμικυκλίοις συγκαθεζομένυς. Hinc, quod Sidon. Apollinar. lib. 11 epist. 2 modo vocavit in cella caldaria *solii hemicyclium*, paullo post dicit *solii sigma* propter figuram hujus litteræ, quæ tum sic scribebatur C, quam ob rem mensa quoque semirotunda, ad quam accumbentes epulabantur, *sigma* dicta est, ut nemo humanior ignorat, & cujus figura in multis antiquitatis monumentis conspicitur. Etiam de aliis rebus, quæ forma erant semicirculari, dicitur. Plin. lib. 5 epist. 6 cum *rectum hypodromi limitem in extrema parte hemicyclio frangi* scribit, vult eum desinere in formam semirotundam. *Grævius.*

HĒMĬCȲLINDRVS, i, ἡμικύλινδρος, dimidiatus cylindrus, Vitruv. 9 c. 3. vid. Baldi Lex. p. 56.

HĒMĪNA, æ, ἡμίνα, dimidium est sextarii, idem quod *Cotyla*, & *acetabulum*, ein halb nösel: Festus. Fannius apud Priscianum:

> *At cotylas, quas si placeat dixisse licebit*
> *Heminas recipit geminas sextarius unus.*

Pro quavis mensura Persius sat. 1 v. 130

> *Fregerit heminas Areti ædilis iniquas.*

Fulbertus Carnotensis de Gradib. Castitatis epigrammate:

> *Libra cibi solidi, simplex hemina Falerni.*

¶ Hēmīnarius, a, um, ein halb nösel haltend. Quintil. lib. 6 *Congiaria heminaria*, hoc est, mediocria.

HĒMIŎLIVS, i, ἡμιόλιος, numerus sesquialter, anderthalb, ut quindecim. Is enim numerus totus est, & dimidium denarii continet, zehen und halb zehen. Gell. lib. 18 c. 14, & Vitruv. 3 c. 1.

¶ De Hemiola proportione consule Musicos.

HĒMIONĪTIS, & hemionite & hemionium, ἡμιονῖτις, herba.

HĒMĬPENTHĒMĬMĔRIS, ἡμιπενθημιμερὴς, cæsura carminis est, cum post duos pedes priores syllaba partem orationis finit, ut, *Hanc tua Penelope*, &c.

HĒMIPLEXIA, æ, resolutio nervorum in altera corporis parte, ein halber schlag. Cum enim corpus totum hoc malo afficitur, *Apoplexia* nominatur. Idem quod *hemiplexia* est, *Paralysis* & *Paresis*, Hermolao auctore.

Hemisphærium, vide infra *Sphæra.*

Hemistichion, dimidiatus versus, vide *Stichus.*

Hemitonium, vide *Tonus.*

HĒMĬTRĪTAEOS, i, ἡμιτριταῖος, febris tertianæ species, ein breytägiges fieber. Apud Latinos Hemitritæus nomen non habuit, sicuti colligere est ex Sereno, qui cap. 53 ita scribit:

> *Mortiferum magis est, quod Græcis Hemitritæon*
> *Vulgatur verbis: Hoc nostrâ dicere linguâ*
> *Non docuêre ulli puto, nec voluere parentes.*

Medici posteriores vocarunt *Semitertianam.* vide Hier. Mercurialis Var. Lect. lib. 1 cap. 24. Martial. lib. 12 epigr. 91

> *Cui gravis & fervens hemitritæos erat.*

¶ Hemitrĭtaĭcus, a, um, semitertianus; ut, *Hemitritaica febris*, i.e. acuta, Marc. Emp. c. 30. conf. Cæl. Aurel. Acut. 2 c. 10.

Hendecasyllabon, vide infra *Syllaba.*

Hendiadis, seu Hendiadys, vide *Endiadis.*

HĔNĔTI, orum, populus Paphlagoniæ antiquissimus, Straboni, Plinio, Stephano, a quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos credi Cornelius Nepos postulat, ut Plinius refert lib. 6 cap. 2, quod vero valde dubium & incertum est. ¶ 2. *Heneti* etiam sive *Veneti*, (nam unum nomen est) Galliæ Lugdunensis populus ad mare, cujus Plinius meminit lib. 4 c. 19. Atque ab his Venetias in Adriatico sinu originem ducere, Strabo sentit lib. 4 pag. 195. Quod & Thuanus adprobat lib. 1 Hist. pag. 26.

HĒNIŎCHVS, i, ita dictus Erichtheus, sive Erichthonius, auriga, propter curruum inventionem, postquam in cælum sublatus: est enim inter sidera. Hyginus lib. 3 Poët. Astr. cap. 12 *Heniochus circulo æstivo genuum fine, præterea ab humero sinistro usque ad zonam dividitur ab eo, quem supra Lacteum Orbem diximus.* ¶ 2. *Heniochi*, Asiæ populus, de quo Vellej. 2, 40, 1. Seneca Thyest. v. 1049 *Caucasi rupem asperam Heniochus habitans*, & Val. Flacc. 6 v. 44

> *Heniochosque truces jam pridem infensus Anausis.*

HĔNIPPE, es, pro habena posuisse videtur Val. Flaccus 6 v. 377

> *Illabentis equi tendentem frena & henippen.*

HĔNŎTĬCON, i, ἑνοτικὸν, ein vergleich, vereinigungs-schrifft. Tale Zenonis Imp. promulgatum ad Eutychianos conciliandos cum orthodoxis. v. Evagr. 3 c. 17.

HĒPAR, ătis, ἧπαρ, jecur, die leber. Rara Latinis priscis vox, qui *jecur* fere semper dixerunt. Scribunt & *Epar*, ἧπαρ. Plutarchus Hesiodi carmen: Οἷ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ, ἄλλῳ κακὰ τεύχων, sic refert:
Ὅς τ' ἄλλῳ κακὰ τεύχει, ἑῷ κακὸν ἥπατι τεύχει. Hoc est:

> *Damna parans aliis, proprio parat epati damna.*

Est autem Lucilii. ¶ 2. *Hepar* genus piscis, Plin. 32 c. 11.

¶ Hepaticus, i, qui hepatis vitio laborat, lebersüchtig. Plinius lib. 20 cap. 14 de pulegio silvestri: *Hepaticis cum melle & sale bibendum datur.* ¶ Adjective *Hepaticus morbus*, Celsus lib. 4 cap. 11, die lebersucht.

¶ Hepatarius, a, um, idem quod hepaticus, zur leber gehörig. Plautus Curcul. act. 2 sc. 1 v. 24 *Tum igitur te morbus agitat hepatarius.*

¶ Hepatica, æ, herba, leberkraut, Tabernæm. p. 911.

¶ Hepatītes, æ, ein leberstein, gemma a jecinoris figura nomen habens, Plin. 37 c. 11.

HEPHAESTION, ōnis, dux Alexandri M. carissimus. v. Curt. 3, 12, 16, & 10, 4, 11. Mortuus magnifico funere elatus. v. Ælian. H. V. 7, 8. ¶ 2. *Hephæstion* Alexandrinus Grammaticus, Suid. ¶ 3. *Hephæstion* Thebanus, de horoscopi effectis scripsit. v. Voss. de Scient. Mathem. cap. 37 § 11.

¶ Hephæstītes, æ, gemma, quæ instar speculi imagines reddit. Plin. 37 cap. 10.

HEPHTHEMIMĔRES, vel Hephthemimĕris, ἑφθημιμερὴς, cæsura, quæ latine vel *Septinaria*, vel *Semiseptinaria* dicitur, & locum habet in principio quarti pedis, ut, *Tityre, tu patulæ recubans &c.* vide quæ de cæsuris dicta sunt supra.

HĒPĬŎLVS, i, ἠπίολος, pyrallis alio nomine, papilionum de genere insectum est, circa lychnum volitans noctu, ein kleiner zwyfacher, licht-mücke. Sic enim vulgo vocant.

HEPSĒMA, ătis, ἕψημα, vini genus, Plin. 14 cap. 9.

HEPTAPLEVROS, i, ἑπτάπλευρος, herba septem foliis laterum modo inclusa, Plin. 25 cap. 8.

HEPTĒRIS, is, fœm. 3, ἑπτήρις, ein schiff mit sieben ziehe-rudern. Livius 37 cap. 23 seq. vide infra *Hexeris.*

Hera, vide infra *Herus.*

HERACLĒA, æ, Ἡράκλεια, nomen aliquot civitatum, quasi Herculi sacrarum. Ab ea, quæ Lydiæ est, *Heraclius lapis*, λίθος ἡρακλεία, qui & *lapis Lydius*, & *coticula* dicitur a Plinio 33 c. 8, ein probierstein. vide Erasmi Chiliad. ¶ 2. Et est *Heraclea* civitas Bithyniæ, & Italiæ, & Siciliæ, & Ponti, juxta Stephanum. vide Ælian. Histor. Animal. lib. 6 c. 40, & Ciceron. pro Arch.

¶ Heracleōtes, & Heracleōta, æ, Heraclea oriundus, qualis Zeuxis fuit. vid. Ælian. Var. Hist. l. 4 c. 12, & Cic. 2 de Invent. c. 1. conf. Justin. 16, 3, 1.

¶ Heracliensis, e, idem, latina terminatione. Cic. pro Archia cap. 4 *Adsunt Heraclienses legati.*

¶ Heraclius, vel Heracleus, a, um, ἡράκλειος; ut, *Heraclius lapis*, qui & Lydius. v. paullo ante in *Heraclea.* ¶ 2. *Heracleos*, Herculis herba, Plin. 20 c. 17 & 19. 25 c. 4 & 7. 26 c. 14. 27 c. 11. ¶ 3. *Heracleus lapis*, magnes etiam dicitur, ein magnet, ab Heraclia Magnesiæ civitate, ubi magnes laudatissimus nascitur. vide Plin. 36 c. 16, & Voss. lib. 1 Instit. Orator. pag. 188.

¶ Heracleoticus, a, um, aliud adject. ut, *Cancri Heracleotici*, Plin. 9 c. 31. *Origanum Heracleoticum*, Idem 25 c. 4.

HĒRACLĪDES, æ, Lycius sophista sub Severo principe. ¶ 2. Alter Philosophus Ponticus, auditor Platonis & Aristotelis. ¶ 3. Pictor, Plin. 35 c. 11. Alios denique hoc nomine plures apud Laërtium reperies. ¶ 4. *Heraclidæ*, posteri Herculis, qui Peloponnesi imperium habuerunt. v. Pausan. & Vellej. 1 c. 2.

HĒRACLĪTVS, i, pen. longa, Ἡράκλειτος, Philosophus Ephesius, qui humana omnia deflevit, sicut alter, Democritus, risit. Cum is ægrotaret, & Medici convenissent, neque tamen de morbi caussis & remediis consentirent, refutaturus eorum imperitiam & petulantiam, more suo obscuris verbis interrogabat, quonam modo ἐκ τῆς ἐπομβρίας αὐχμὸς ποιητέος; Cum ignari Medici nihil quicquam respondere possent, merito sunt expulsi ab Heraclito. Laborabat autem hydrope, quem ἀσκίτην Græci vocant; qui ut facile ex signis indubiis manifestus fit: ita illum cognoscere, & curandi rationem ex iis verbis intelligere arduum haud erat. Vid. Hier. Mercurialem Var. Lect. lib. 3 cap. 19. vide & supra in *Democritus.* Scripsit librum de natura, sed obscurissime, ut soli eruditi legerent, ne Philosophiæ arcana apud vulgus profanarentur, ut Laërtius scribit. Hinc ei Σκοτεινῦ nomen inditum, Clemens Alexandrinus auctor est lib. 5 Stromat. pag. 416, ubi de Symbolica philosphandi ratione tractat, & Seneca epist. 12. Namque & iste Heracliti liber totus ex allegoriis erat conflatus. Cujusmodi & est, quod Aristoteles ex eo lib. 8 Ethic. Nicom. c. 2 producit, vide & Antholog. Græc. Epigram. lib. 1 in Philosoph. epigr. 11, & ibi Brodæum. Vixit Darii ultimi temporibus. Alciatus emblem. 152

> *Plus solito humanæ nunc defle incommoda vitæ,*
> *Heraclite, scatet pluribus illa malis, &c.*

HERALDUS, i, germ. ein herold. *Heraldi*, quorum hodie nomen in tota Europa celebre, olim nuncii regii & publici; item, feciales, legati sancti, nec non oratores appellati sunt. v. Nonius Marcellus c. 3 n. 12. Heraldorum officium potissimum philosophia quædam est in censendis tribuendisque nobilium clypeis, dum alia aliis conferuntur insignia pro meritorum dignitate atque numero. Qua ratione Romani aquilam, Thraces Martem sibi delegerunt. vid. Æneas Sylvius epist. 126, & H. Spelmannus Gloss. Archæol. inprimis de Heraldis Anglicis. ¶ Heraldica, æ, vulgo vocatur ars Heraldorum; die herolds- oder wappen-kunst, de cujus origine Corn. Agrippa de Vanit. Scient. c. 81.

HERBA, æ, kraut, gras: ut, *Florentes herbæ*, Virg. eclog. 9 v. 19. ¶ *Herbam dare*, &, *herbam porrigere*, proverbialiter dicitur, pro victoriam cedere, se fateri victum. vid. Plin. lib. 22 c. 14. Tractum ab eo, quod pastores olim cursu certantes, quum superati essent, herbam ex eodem loco statim decerptam adversario porrigebant, & ita se victos esse ostendebant. vide Festum, & ibi Scaligerum: nec non Servium ad illud Virg. lib. 8 Æneid. v. 128

Et vitta comtos voluit prætendere ramos.

Item Francisc. Juret. ad illud Symmachi lib. 3 epist. 44 *Sed quid ego de hoc plura, cum sim tibi dicto audiens, atque herbam dederim voluntati tuæ.* ¶ *In herba* vel *in herbis esse*, dicuntur frumenta & alia, quæ terra gignit, cum germen cœperunt mittere, wann sie aufgangen, aber noch nicht geschosset, noch ähren haben. Cæsar lib. 1 de Bello Civili c. 48 *Tempus autem erat anni difficillimum, quo neque frumenta in herbis erant, neque multum à maturitate aberant.* Et Plinius lib. 22 c. 25 *Sesama trita in vino sumta inhibet vomitiones. Aurium inflammationi illinitur & ambustis. Eadem efficit & dum in herba est.* Hinc proverbialis nata locutio de iis, quæ nondum rem quidem; sed bonam spem præbent. vide Chiliadas. Ovidius Epistola Helenæ in fine:

Sed nimium properas: & adhuc tua messis in herba est.

¶ Herbŭla, æ, diminut. ein kräutlein, gräslein. Cicero 2 Nat. Deor. c. 50 *Cervæ perpurgant se quadam herbula* &c. Et Apulejus 3 Miles. p. 139 *parvis & futilibus herbulis res procuratur.*

¶ Herbuscŭla, æ, idem. Martian. Capell. 2 *herbusculas prælegere.*

¶ Herbāceus, a, um, quod in herbam assurgit, das umher bewächst und begraset, kräuticht: ut, *Herbacei coloris esse*, Plin. lib. 27 c. 12. *Herbaceum oleum*, Idem 23 c. 4. *Herbacea Chrysocolla*, Idem 33 c. 5.

¶ Herbeus, a, um, grasegrün. Plaut. Curcul. act. 2 sc. 1 v. 17 *homo oculis herbeis.*

¶ Herbĭdus, a, um, herbis plenus, voll kraut: ut, *Campus herbidus*, mit kräutern bewachsen, Livius lib. 9 c. 2. *Mons herbidus*, Idem lib. 29 c. 31. *Herbida ripa*, Ammianus lib. 14 c. 9.

¶ Herbōsus, a, um, herbis abundans, voll gras: ut, *Ager herbosus*, Ovid. lib. 14 Metam. v. 445. Superl. *Herbosissimus*: Cato c. 54 *Herbosissima stramenta.*

¶ Herbĭfer, a, um, idem ac herbidus & herbosus. Ovid. Fast. 4 v. 468 *Herbifer Acis.* Plinius lib. 25 c. 8 *Herbiferum esse & Pelium montem in Thessalia, tradunt.*

¶ Herbĭlis, e, das gras frißt; ut, *herbilis anser*, herba pastus, qui secundum Festum gracilior est, quam frumento altus.

¶ Herbătĭcus, a, um, idem; ut, *Herbatica animalia*, quæ herbas pascuntur, Vopiscus in Probo c. 19 dixit. Gloss. Vet. *Herbaticus*, βοτανικός.

¶ Herbarius, a, um, mit kräutern umgehend: ut, *Ars herbaria*, Plinius lib. 7 cap. 56, die kräuter-kunst. ¶ Substantive *Herbarius*, qui herbas colligit, iisque ad medicinam utitur, ein kräuter-mann. Plinius lib. 22 cap. ult. *Nostri, qui nunc sunt, herbarii latine salviam vocant.*

¶ Herbeo, ēre, verbum, ex quo participium superest apud Apulejum lib. 7 p. 194 [ed. Elmenh.] *prata herbentia.* Ita quoque Pricæus legit p. 142.

¶ Herbesco, vel Herbasco, ĕre, grünen, blätter gewinnen. Cicer. de Senect. c. 15 *Elicit herbescentem ex eo viriditatem.* Onomast. Vet. *Herbascere*, βοτανίζεσθαι. An etiam Plinii sit *Herbascere*, lib. 19 cap. 8, res incerta est. Harduinus sane [p. 610] pro *herbasceret*, legit *herbas creet.*

¶ Herbĭdo, are, grasicht machen. Martian. Capell. 1 *Herbidare terras.*

¶ Herbĭgrădus, a, um, im gras gehend: ut, *Herbigrada cochlea*, Cic. de Divin. 2 c. 64.

¶ Herbĭpŏlis, is, civitas Franconiæ inferioris, vitiferis collibus Herbipolitanis admodum celebris, unde & nomen esse videtur, Würtzburg.

¶ Exherbo, are, herbas evellere, geten, das gras ausrauffen. Columella lib. 11 cap. 3 *Cum sationis adpropinquabit tempus, ante quintum diem exherbandus erit locus.*

¶ Obherbesco, ĕre, Festus interpretatur *herbam increscere*, bewachsen.

HERCAEUS, i, ἑρκεῖος, Jupiter appellatus, quia, ut Festus adnotat, intra conseptum domus cujusque colebatur. Græce enim septum claustrumque ἕρκος est. Unde etiam *Deus penetralis* dictus. Et Servius in Virg. Æneid. 11 *Singula domûs sacrata sunt diis, ut culina diis penatibus, maceries, quæ ambit domum, Hercæo Jovi.* Hyginus fab. 91 *Paris in aram Jovis Hercæi insiluit.* Et Ovid. in Ibidem v. 284

Cui nihil Hercæi profuit ara Jovis.

HERCISCO, ĕre, id est, dividere, intersepire, antiquum verbum juris, ab ἑρκίζειν, theilen, unterscheiden. Cicero 1 de Oratore c. 56 *Nec si parvi navigii & magni eadem est in gubernando scientia, idcirco, qui, quibus verbis herctum cieri oporteat, nesciat, idem herciscundæ familiæ caussam agere non possit.* Sed totum hoc verbum nihili censet, & cælo latino ignotum Salmasius, & ab Triboniano per imperitiam conflatum. ERCTUM, inquit, *significat patrimonium:* CITUM: *divisum. Inde* HERCTO NON CITO, *bonis hæreditatis non divisis. Hinc actio illa duodecim Tabularum, quæ dabatur* HERCTO CIUNDO, id est, *hæreditati dividundæ, ita conceptam fuisse liquet:* FAMILIAE HERCTO CIUNDAE: id est, *Familiæ, & reliquorum bonorum, quæ* HERCTI *nomine comprehenduntur, dividundorum. Hoc loquendi genus cum Tribonianus non caperet, id mutavit, in* FAMILIAE HERCISCUNDAE, *& putavit, id esse familiæ dividendæ.* vide Exercit. ejus Plinian. p. 1263, & conf. Rosini Ant. Rom. lib. 8 p. 794. Sed si ex Latinorum finibus deportandum verbum HERCISCO pro *divido* est, quid illo Apuleji sub fin. 6 Metamorph. sive Miles. fiet? *Sic nos diversa tendentes & in caussa finali de proprietate soli, imo viæ erciscundæ, contendentes, rapinis suis onusti deprehendunt ipsi latrones.* Imo, quid de ipso Ciceronis supra adducto loco? Ex mente enim Salmasii debuisset *familiæ, hercti ciundæ*, sive *ciscundæ, caussam*; non *herciscundæ familiæ caussam* dicere.

¶ Herctus, a, um, divisus, getheilt, vide in *Hercisco.* ¶ *Erctum citum* apud Festum est hæreditas divisa.

HERCŬLES, is, Ἡρακλῆς, plures hoc nomine fuerunt. vid. Voss. lib. 5 Instit. Orat. pag. 395. Varro 44 nominat. Sed omnium est celeberrimus, heros laudatissimus in Græcia, qui vixit paullo ante Saulis in populo Israëlitico regnum, & ante bellum Trojanum. Priamum enim, occiso Laomedonte, regem Trojæ præfecit. Natus fuit Hercules Thebis, parentibus Amphitryone & Alcmena, vel potius Jove & Alcmena; spurius enim fuit. Inde est, quod parasiti sive epulones Athenis in Herculano templo, cui nomen *Cynosarges*, ex lege quotannis unum e spuriis, spuriorumve liberis in ordinem suum cooptarent. Qui si jure vocatus non obtemperaret, sacerdos de eo ad judicum concilium referebat. vide Voss. lib. 1 Instit. Orat. pag. 65. Res in Græcia, Italia & Hispania heroicis virtutibus maximas gessit, pacem terra marique fecit. vide Dionysium Halicarnassensem lib. 1 & 2 Antiquitat. Rom. Adolescentes legant, quæ de virtute, & voluptate, cum Hercule colloquentibus, elegantissimo commento ex Prodico recitantur a Xenophonte lib. 2 de dictis & factis Socratis. Quæ elegantibus versibus Silius expressit lib. 15 v. 22 seqq. sed ad Scipionem, Africanum postea cognominatum, accommodat. Herculis autem labores, sive ærumnas, alii pauciores, alii plures faciunt. Plerumque XII numerantur. At Quintus (sive Cointhus) Smyrnæus circiter XX in Euripyli clypeo depingit, quem vide lib. 6 Paralip. Martialis lib. 9 epigr. 104

Si cupis Alcidæ cognoscere facta prioris:
Disce: Libyn domuit, raraque poma tulit.
Peltatam Scythico discinxit Amazona nodo:
Addidit Arcadio terga leonis apro.
Æripedem silvis cervam, Stymphalidas astris
Abstulit: à Stygiâ cum cane venit aquâ.
Fœcundam vetuit reparari mortibus Hydram:
Hesperios Tusco lavit in amne boves, &c.

Habes de iisdem & Silii lib. 3 v. 32 seq. & Ausonii Idyll. numero 12. Ægyptii, ut Tacitus 2 Annal. c. 60 auctor est, jactitarunt, primum omnium & antiquissimum Herculem apud se ortum: ab eo adpellatos postea, qui pari virtute præstiterint. Auctor libri de Origine Gentis Romanæ, *Recaranum* quemdam, græcæ originis, ingentis corporis & magnarum virium pastorem, *Herculem* adpellatum, quod formâ, & virtute cæteris antecelleret, ex Cass. 1 Pontifical. prodit. Pluribus cognomentis insignitus fuit; Dictus enim ἀλεξίκακος: sive malorum depulsor sive Averruncator, de quo Turnebus lib. 4 cap. 16. Item Μουσηγέτης, quasi dux comesque Musarum: de quo elegans locus est apud Eumen. Rhetor. de instaurandis scholis c. 7. vide & Torrentium ad Suetonii Augustum c. 29 &c. Herculem thesauris præesse creditum, Vet. Schol. Horatii notat ad lib. 2 sat. 6. Sapientis viri exemplar habitum, Seneca de Constantiâ sapientis c. 2 indicat, ubi Lipsium vide. De ejus ἀποθεώσει & interitu vid. Lactant. lib. 1 c. 9. Ovid. lib. 9 Metam. fab. 4. Philostrat. in Heroicis c. 4. ¶ *Personam Herculis & cothurnos aptare infantibus*, de inepte adplicatis, proverbialiter dixit Quintilianus lib. 6 c. 2. ¶ *Herculem lacessere*, est fortiori negotium facere. Vetus Inscriptio apud Gruter. p. 103 n. 5 NONNE DIXI TIBI DECEBALE FUNESTUM EST HERCULEM LACESSERE. ¶ *Ne Hercules adversus duos*, id est, nemo tantis pollet viribus, ut pluribus par esse possit, viel hunde sind des hasen tod. Est ex Platonis Phœdone: ἀλλὰ πρὸς δύο, οὐδ' Ἡρακλῆς, λέγεται οἷός τε εἶναι. Qui licet esset robustissimus, adversus *Hydram* tamen & contra *Cancrum* simul nequivit pugnare, sed nepotis sui Iolai imploravit auxilium. Ejus rei in Euthydemo mentionem facit Plato. Ad quod Catullus in Carmine Nuptiali allusit v. 64 *Noli pugnare duobus.* ¶ *Clavam Herculi extorquere*, quod est, frustra aliquid conari, sich umsonst bemühen. ¶ *Hercules hospitatur, vel Hercules convivio excipitur*, Ἡρακλῆς ξενίζεται, dictitatur in eos, qui diutius in convivio commorantur, propterea, quod, cum Hercules hospitio reciperetur, multum temporis requirebatur, donec ille satur esset. De ejus edacitate refert Athenæus lib. 10 c. 1. ¶ *Herculis columnæ* supremam orbis metam notant, das eusserste oder ende der welt. v. Chiliad. & Curt. 10, 1, 17.

¶ Herculeus, a, um, adject. ut, *Herculei labores*, pro ingentibus & duris, proverbio locum fecerunt, roßarbeit, ut & alia multa ex Herculis sumta historiâ. *Herculea audacia aggredi*, Justinus præfat. Et Propert. lib. 4 eleg. 10 v. 39

Quis facta Herculeæ non audit fortia clavæ.

¶ *Herculeum lavacrum*, vel *Herculea balnea*, Ausonius in Clar. Urb. 5 v. 7 vocat regionem Mediolani, cum Hercules tutela Mediolanensium fuerit. v. Scalig. in eundem p. 65.

¶ Herculaneus, & Herculanus, a, um, alia adjectiva; ut, *Herculanæ formicæ*, i. e. maximæ, Plin. 30 c. 4. *Herculaneus scyphus*, de magno. Talibus enim Herculem usum, Athenæus commemorat. Scypho hujusmodi epoto, Alexandrum M. periisse, Plutarchus ejus vita, Curt. 10, 4, 18, & Seneca epist. 82 circa finem tradunt. *Herculanus nodus*, pro indissolubili. ¶ 2. *Herculanus morbus*, comitialis est, quia insuperabilis. vid. Ctin. de H. D. lib. 25 c. 1. ¶ 3. *Herculana scabies*, de jucunda & facile sanabili; aut quæ Herculana, id est, calida balnea desideret. Herculi enim ingentibus illis laboribus fatigato Pallas ferventia suppeditasse balnea dicitur.

¶ Herculaneum, i, oppidum Campaniæ inter Vesuvium & mare. Vellej. lib. 2 c. 16.

¶ Herculanensis, e: ut, *fundus Herculanensis*, Cic. 9 fam. ep. 25.

¶ Hercle & Mehercle, Hercule, Mehercule, Hercules & Mehercules, adverbia jurandi, quasi dicas per Herculem: Cic. in Oratore cap. 47 *Libentius dixerim, mehercule, quam mehercules.* Idem pro Plancio cap. 26 *Vere mehercules hoc dicam.* Apud Plautum & Terentium nihil frequentius in ore virorum quam *Hercle* Vellej. 2, 52, 1 *Neque hercules quicquam salubrius fuit.* Observat Gellius, apud Auctores idoneos nusquam legi; aut *Mehercules* mulierem dicere, aut *Mecastor*, virum. Tamen Apulejus inter Scriptores non proletarius, sed classicus, morosa illa diligentia haudquaquam observata non tam inscite, quam eleganter fœminam per Herculem adjuratam inducit. vid. Beroald. ad lib. 4 Apuleji de A. A. Sed nobis Christianis his dejerationibus abstinendum est. *Consuetudinis vitium est MEHERCVLE dicere, ME DIVS FIDIVS, accedente ignorantia quorumdam, qui ignorant, jusjurandum esse per Herculem*, &c. ut Tertullianus monet de Idololatria cap. 20. Et B. Hieronymus ad Damasum in parabola Evangelica, de filio prodigo: *Absit*, inquit, *ut de ore Christiano sonet*, IVPITER OMNIPOTENS, *&* MEHERCVLES, MECASTOR, &c.

HERCȲNIA, æ, maxima Germaniæ silva, græcis & latinis memorata scriptoribus. Græci Ἑρκύνιον δρυμὸν appellant. De variis ejus nominibus vid. Dalechamp. ad Plin. lib. 16 cap. 2 p. 694. Nos eam bonam certe & maximam ejus partem, silvosam & montosam, quæ nobis vicina est, & Saxoniam attingit, den hartz oder hartzwald, nominamus. Multarum postea gentium fines, quemadmodum Cæsar lib. 6 de Bello Gall. cap. 25 scripsit, propter magnitudinem attingit, variasque sortitur appellationes, ut *Silvæ Bohemicæ*, *Silvæ Thuringicæ*, &c. Dictam *Hercyniam* putant ab ἕρκος, quod circuitum seu septum significat, ideo, ut hæc silva Germaniam fere totam valli instar circumdet. Germanica appellatio a piciferis arboribus est; unde & latinum vocabulum procul dubio derivatum. vide Cluverium lib. 3 Antiquæ Germaniæ cap. 47.

¶ Hercȳnius, a, um, adjective; ut, *Hercynius saltus*, Tac. Germ. 30, 1. Et Seneca Medeâ v. 712 *Aut quos sub axe frigido succos legunt*
Lucis Suëvi nobiles Hercyniis.

Et Claudianus de Bello Getico v. 330
Prominet Hercyniæ confinis Rhætia silva.

HĔRĔ, & HERI, adverb. temporis; sed *here* antiquum est. Terent. Heaut. a. 3 sc. 2 v. 8 *Qui here tantum biberis.* Et Plautus Pers. a. 1 sc. 3 v. 36 *Hoc jam here narravi tibi.* Propertius lib. 2 eleg. 22 pr.
Scis, here mî multas pariter placuisse puellas.

Heri vesperi, gestern zu abend. Cicero ad Att. lib. 13 epist. 47 *Lepidus ad me heri vesperi litteras misit. Heri & nudius tertius*, gestern und vorgestern. Est hinc

¶ Hesternus, a, um, adject. gestrig; ut, *Hesternus dies*, Catull. carm. 50 pr. *Nocte hesterna*, Ovid. epist. Herûs 19 v. 72. Et, *Hesterna cœna*, Plin. Panegyr. cap. 63. Et, *Hesterna disputatio*, die unterredung, so gestern geschehen, Cic. 2 Tuscul. cap. 4.

HĔRENNIVS, i, nomen Romanum; ut, *M. Herennius*, de quo Cicer. Brut. cap. 45, & pro Mur. cap. 17. De *L. Herennio* Idem 5 Verr. c. 59, & pro Cæl. cap. 11. De *C. Herennio* Idem 1 ad Attic. 18 & 19. Ad hunc Cornificius Rhetoricorum libros scripsisse videtur. De *Herennio Gallo*, Cic. 1 Verr. cap. 5, & ad Fam. 10, 32, & Tac. Hist. 4, 19, 4 &c. De *Herennio Senecione*, Historico sub Domitiano Tacit. Agric. 2, 1, & 45, 3. Voss. de Hist. Lat. 1 cap. 29 p. 141. De *Herennio Modestino*, JCto, præceptore Maximini Jun. Lamprid. in Severo cap. ult. & Capitol. in Max. cap. 1.

¶ Herennianus, a, um, adject. ut, *Herenniani cohæredes*, Cicer. ad Attic. lib. 13 epist. 6.

Heres, Hereditas, vide *Hæres.*

HERĪCIVS, & Herinaceus, i, echinus terrestris, ein igel, Plin. 8 cap. 37. vide supra *Echinus* & *Erinaceus*, & *Eres.* Adscribam, quæ de hujus vocis origine disserit Salmasius in Solin. p. 220, & fusius p. 277: Græcum est χὴρ, χῆρος, *echinus.* Hesychius: χὴρ ἐχῖνος. Inde Latinum, *Her*, *heris*, & *Heres.* Calpurnius: *Spinosi corporis herem.* Ex eo παράγωγα, *Hericius*, *Herinus* & *Herinaceus*, quæ absque adspiratione scribuntur in veteribus, &c. Hinc Salmasius corrigit & explicat locum Plauti in Capt. a. 1 sc. 2 v. 81 *Imodo, venare leporem, nunc erem* (vel *herem*) *tenes.* Quasi diceret parasito senex, victum suum asperum esse; proinde si velit molliorem melioremque, aliam mensam quærat. Sed Scaligerum secuti receperunt ibi *Cirim.*

Herilis, vide in *Herus.*

HĔRILLVS, i, Chalcedonius philosophus, Zenonis auditor, scientiam summum Bonum posuit. vid. Laërt. & Cic. Acad. 4 cap. 42, & de Fin. 5 cap. 25.

HĔRĬLVS, i, rex Prænestinorum. Virg. Æn. 8 v. 563
Et regem hac Herilum dextra sub Tartara misi.

HERMA, vel Hermes potius, æ, mascul. Hermæ autem Mercurii statuæ erant lapideæ, quadratæ figura cubica, sine manibus pedibusque; qua de caussa *truncum Hermam* Juvenalis dixit sat. 8 v. 53. vide Sponii Misc. Erud. Antiq. p. 9, ubi & figuras habes. Plerumque ad Alcibiadis vultum effingebantur, quod omnium ætatis suæ multo formosissimus esset. Clem. Alexand. Admonit. ad Gentes p. 35. Significabatur autem, orationem sive sermonem, cujus præses Mercurius credebatur, non indigere corporis viribus, sed sine iis opera sua conficere: de quo Thucydidis Scholiastes, Suidasque, itemque Plutarchus libro, *An seni gerenda Respubl.* Athenis non modo in templis, sed & in vicis ad januas ædium hos positos dedicatosque Hermas habebant. Nepos Alcibiade cap. 3 n. 2 *Priusquam classis exiret, accidit, ut una nocte omnes Hermæ, qui in oppido erant Athenis, dejicerentur, præter unum, qui ante januam Andocidis erat, Andocidisque Hermes vocabatur.* Vnde colligere licet, nomen ex domino ædium eosdem accepisse. vide Scheffer. ad Ælian. p. 328. Bosium ad Nepot. l. c. & Indice, hac voce. Solebant ejusmodi statuis & exornari monumenta, quemadmodum Ciceronis illud testatur lib. 2 de Legib. cap. 26 *Neque id opere tectorio exornari, nec hermas eos, quos vocant, licebat imponi:* de sepulcro enim loquitur. Idem lib. 1 ad Attic. epist. 4 *Hermes commune omnium gymnasiorum insigne est.* Idemque epist. 8 ejusdem libri: *Hermæ illi tui Pentelici cum capitibus æneis me maxime delectant.* Mercuriolos lapideos ex marmore Pentelico affabre fictos & elaboratos intelligit. Ejusmodi enim simulacra in gymnasio ac xystis collocare cupiebat; ut qui talibus monumentis atque antiquitatum lautitiis miro studio teneretur. vid. Crinit. de H. D. lib. 5 c. 12. *Mercurios* autem inter ornamenta primi Athenienses posuerunt, vid. Pausan. in Atticis.

¶ Hermăthēna, æ, Ἑρμαθήνη, Mercurii ac Minervæ statuæ conjunctæ, quas in Gymnasiis Romani dedicare solebant. Cicer. ad Attic. lib. 1 epist. 4 *Quod ad me de Hermathena scribis, mihi pergratum est, & ornamentum Academiæ proprium meæ*, &c. Effinxere autem olim Hermathenam ideo, ut significarent, Musas Gratiis miscendas, quam ἡδίστην συζυγίαν dixere, hoc est, Mercurii & Palladis, sive sapientiæ & eloquentiæ studia conjungi debere.

¶ Hermoglyphus, i, statuarius, a γλύφω, sculpo, ein bildschnitzer.

HERMĂCHVS, i, Mitylenæus, Epicuri discipulus & successor. vid. Laërt. in Epicuro, & Cic. de Fin. 2 cap. 30, & Acad. 4 cap. 30.

HERMAEA, orum, festa apud Cretenses, in quibus domini ministrabant servis mensæ accumbentibus. vid. Athenæus 14 cap. 17.

HERMĂGŎRAS, æ, Æglides rhetor, docuit Romæ temporibus Augusti. vid. Cic. Brut. cap. 76 & 78, & de Invent. 1 cap. 6 & 9.

HERMĂPHRŎDĪTVS, i, Ἑρμαφρόδιτος, Mercurii & Veneris filius, homo ambigui sexus. vide Ovid lib. 4 Metam. fab. 8 v. 383, & supra *Androgynus.* Plinius lib. 11 cap. 49 *Hermaphroditi utriusque sexus*, zwitter. vid. Casp. Schotti Phys. Cur. 3 cap. 10.

HERMĔDŎNE, es, ἑρμεδόνη, nodus seu vinculum, ein band, Vitruv. 9 cap. 7. vide Baldi Lex. Vitruv. p. 56.

HERMES, is, & ētis, Mercurius, Ἑρμῆς ab ἑρμηνεία, interpretatio, ἑρμηνεύω, interpretor. Virg. 4 Æn. v. 356
Nunc etiam interpres divûm Jove missus ab ipso &c.

id est, *Mercurius.* vide Homeri hymnum. ¶ *Hermes Trismegistus*, Philosophus Ægyptius fuit post Mosen, Ἑρμῆς Τρισμέγιστος. Hujus tempore studia Philosophiæ in Ægypto florere cœperunt. Plura de hoc Suidas: itemque Jamblichus de mysteriis, qui & scripta ejus commemorant. Quæ sæpe & sancti Patres laudare solent: ex quibus ea interdum producunt, quæ non nisi a Christianis prodita videri possint. Itaque multis eruditorum suspicionem moverunt, supposititia esse. vide Casaubonum Exercitat. 1 contra Baron. sect. 10, & Dan. Heinsium Resp. ad Balsacum p. 337 extr. & seqq. *Trismegisti* nomen accepit ob virtutem & multarum artium scientiam, ut Lactantius lib. de Ira DEI cap. 11 auctor est. vide infra *Mercurius* n. 3.

HERMĬNIVS, i, nobilis Hetrusci nomen apud Virg. 11 Æneid. v. 642. ¶ 2. Alius apud Romanos clarus genere factisque. vid. Liv. 2 c. 10.

HERMĬŎNE, es, Cadmi uxor, Martis & Veneris filia, quæ & *Harmonia.* ¶ 2. Altera Menelai fuit filia ex Helena, Pyrrhi primum sponsa, deinde Orestis. Martial. lib. 3 epigr. 11
Dic mihi, quid simile est Thais & Hermione?

¶ 3. *Hermione* oppidum Achajæ, Plin. 4 cap. 5. Et Virgil. in Cir. v. 472. Vnde

¶ Hermionicus, a, um, adject. ut, *Hermionicus ager*, Liv. 31 cap. 44.

HERMIPPVS, i, Smyrnæus, vitas scripsit. vid. Voss. de Hist. Gr. 1 c. 16 p. 83. ¶ 2. Alius Atheniensis, veteris comœdiæ poëta, ibidem p. 84. ¶ 3. *Hermippus* Berytius, Philonis discipulus, Grammaticus Alexandrinus, ibid. 2 cap. 12 p. 179.

HERMOCRĂTES, is, Sophista, a Pausania, Philippi occisore, interrogatus, quo facto clarissimus evaderet, respondit, si maxima perpetrantem sustulisset. Diod. lib. 16. ¶ 2. Medicus, quo viso in somnis, Andragoram mortuum esse dicit Martialis 6 epigr. 53.

HERMŎDŌRVS, i, Ἑρμόδωρος, Platonis auditor, cujus commentarios exceptos, in Sicilia divulgare & vendere solebant. Quam rem Siculi in proverbium verterunt: Λόγοις γὰρ Ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται. *Negotiatio Hermodori verba sunt.* conf. Cic. ad Att. 13, 21, & Tusc. 5 c. 36.

HERMŎGĔNES, is, Tarsensis, occisus propter quasdam in historia figuras, de quo Suet. in Domit. cap. 10. ¶ 2. Adversus *Hermogenem* hæreticum, scripsit Tertullianus librum. ¶ 3. De *Hermogene* fure exstat epigramma Martialis lib. 12 epigr. 29.

HERMVNDV̆RI, orum, Ἑρμόνδοροι, Straboni: Suevorum, potentissimæ in Germanis gentis, quippe qui majorem partem Germaniæ, ut Tacitus auctor est, obtinuerant olim, magna & nobilissima natio: quæ ab Albi ac Marcomannis, ubi nunc Bojohemi sunt, Nariscisque sive Variscis nostris, ad usque Danubium & Rhætos coluit. Fida amicaque Romanis civitas, ut ex eodem Tacito cognoscere licet. Quem, si libet, cap. 41 de Germania vide: itemque Cluverium lib. 3 Antiquæ Germaniæ cap. 28. Hodie *Hermundurorum* nomen sibi præcipuè Misnenses vindicant. Nam tota Misnia, exceptis partibus, quæ trans Albim Lusatiæ utrique contermina est, in Hermunduris fuit.

HERMV̄POA, æ, ἑρμοῦ ποά, herba mercurialis, nascens in vineis, Plin. 25 cap. 5.

HERMVS, i, minoris Asiæ fluvius, aureas arenas trahens, quia Pactolum excepit. vide Plinium lib. 5 cap. 29, & Strabon. lib. 3. Virg. 2 Georg. v. 137 *Et pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus.*

HERNIA, æ, descensus omenti aut intestinorum in scrotum, der bruch, wenn man gebrochen ist. Græci id morbi appellant ἐντεροκήλην & ἐπιπλοκήλην, illo ab intestino, hoc omento, vide *Enterocela.* Martial. 3 epigr. 24 *Ingens iratis apparuit hernia sacris.*

¶ Herniosus, a, um, qui herniam patitur, der gebrochen ist. Lamprid. in Heliogab. cap. 25.

HERNĪCI, orum, Campaniæ populi saxosa incolentes, quorum metropolis *Anagnia.* Festus: *Hernici dicti à saxis, quæ Marsi herna dicunt.* Singulari usus est Juvenalis sat. 14 v. 180
O pueri Marsus dicebat & Hernicus olim. Et

¶ Hernicus, a, um, adjective, Virg. lib. 7 Æneid. v. 683
& roscida rivis,
Hernica saxa colunt, quos dives Anagnia pascit.

HĒRŌDES, is, Ἡρώδης. Tres hoc nomine Judææ Reges fuerunt: *Herodes*

rodes cognomento *Magnus*: *Herodes Antipas*, ejus filius, tetrarcha: & *Herodes Agrippa*, Magni nepos, qui Jacobum Apostolum interfecit. Ad Magnum pertinet Augusti jocus Macrobio lib. 2 Saturnal. cap. 4 relatus. Nam cum audisset, inter pueros, quos in Syria Herodes rex Judæorum intra bimatum jussit interfici, filium quoque ejus occisum, ait: *Melius est, Herodis porcum esse, quam filium.* ¶ Ab eo nomen acceperunt *Herodiani*, secta apud Judæos, quæ Herodem Messiam credidit, & vivum mortuumque honoribus coluit. vide Scaligerum Animadversion. in Eusebii Chronicon pag. 105, Casaubon. Commentar. in Persium sat. 5 v. 180, item Exercitat. 1 contra Baronium sect. 5, & Grotium Annotationibus in Matth. cap. 16 v. 6, & Marci cap. 3 v. 6; denique Samuelem Petitum lib. 2 Var. Lect. cap. 1, & lib. 4 cap. 9, qui tamen à cæteris diversus abit. ¶ Alius *Herodes Atticus* fuit, vir consularis; amœno ingenio; græcaque facundia ita excellens, ut gravitate, copia ac elegantia omnes alios præstiterit longe. vid. Gellium lib. 1 cap. 2, lib. 9 cap. 2, & lib. 19 cap. 12.

HERODIĀNUS, i, Ἡρωδιανὸς, Historicus: contexuit historiam sui temporis a morte M. Antonii Philosophi, usque ad Gordianos in Africa interfectos, ab anno Christi 181, usque ad annum ejusdem 241. Eum auctorem dulcissima & purissima oratione latine reddidit Angelus Politianus: Notis illustravit Jo. Henr. Bœclerus.

HĒRŎDŎTUS, i, Halicarnassensis fuit. Scripsit historiam lingua Ionica, tanta cum suavitate, ut Musarum nomina singulis ejus libris (novem enim conscripsit) titulos præfecerint docti illi, apud quos eam in frequenti conventu Græciæ in Olympiis recitavit. Primus inter omnes historicos, longe superans puritate, elegantia, suavitate, antiquitate regnorum ac rerum, multitudine denique exemplorum, scriptores in eo genere græcos omnes & latinos. Orsus ibi est, ubi Hieremias desinit, à Cyro Persarum rege, adeo, ut Historiis biblicis ipse proximè succedat. Floruit Olympiade LXXXVII. *Patrem Historiæ* appellat Cicero lib. 1 de Leg. cap. 1, sed notam hanc addidit, innumerabiles fabulas apud eum esse. Scaliger Animadversion. in Chronologica Eusebii p. 97 *Vetustissimum omnium soluta oratione scriptorum, qui hodie exstant, scrinium originum græcarum & barbararum, auctorem à doctis nunquam deponendum, à semidoctis & pædagogis & similibus nunquam tractandum*, &c. nominat. vide ibi plura. Malignitatis notam Plutarchus ipsi allinere peculiari libro conatus est: sed ei respondit Camerarius luculenter, itemque Henricus Stephanus. vide & Alciatum præfat. in Tacitum, & Ludovicum Vivem lib. de Caussis corruptar. art.

HĒRON, ōnis, Atheniensis orator apud Suidam. ¶ 2. Alexandrinus Mathematicus. ¶ 3. *Herones*, plur. körbe: *Heronibus clusum frumentum*, Lege 31 Dig. Locati conducti. Brissonio tegetes sparteæ sunt aut scirpeæ, seu vimine contexta vasa.

HĒRŎPHĬLE, es, sacerdos Sminthei Apollinis, quam pro Sibylla Erythræa Suidas habet, sed Eusebius pro Samia. Tibull. 2 eleg. 5

Herophile Phœbo grata quod admonuit.

HĒRŎPHĬLUS, i, medicus celebris, qui Phalaridem sanitati restituisse dicitur, de quo Plin. 11 cap. 37, 20 cap. 2, 25 cap. 2, & 26 cap. 2 & 3. Tertull. de Anima cap. 10.

HĒROS, ōis, ἥρως, ein held, qui excellenti & plus quam humana virtute præditus, quæ ipsa etiam peculiari nomine *Heroica* appellatur, & à moralibus distinguitur, ut præclare Aristoteles docet. Cum itaque in tali virtute divinum quiddam videtur inesse; idcirco eos, in quibus hæc notabatur, non simplices homines, sed divinitatis cujusdam participes existimabant. Quo fiebat, ut ipsos Deorum filios & crederent & fabularentur, Heroasque appellitarent. Heroes enim antiquissimis temporibus iidem erant, qui *Dæmones* alias nominabantur, Latinis *Genii* & *Lares* vocati, de quibus multa Apulejus libello de Deo Socratis. Namque & Philo lib. de Mundo ἥρωας καὶ δαίμονας Græcis dictos scribit, quos Moses ἀγγέλους appellavit: qui inter Deum & homines medium locum obtinent. Et ita in aureis Pythagoræ, primo loco *immortales Dii*: deinde, *illustres heroes*, postremo denique *humani animi*, ab initio commemorantur: ubi & Hieroclem vide. Itaque Heroes appellati veteribus, quorum mistum genus erat, divinum ex parte, ex parte humanum: hoc est, qui vel patrem Deum, matrem hominem, vel contra, habebant. Talis Hercules, ex Jove & Alcumena; talis Æneas ex Anchisa Trojano & Venere natus. Plato in Cratylo: SOCR. οὐκ οἶσθα, ὅτι ἡμίθεοι οἱ ἥρωες; HER. τί οὖν; SOCR. πάντες δήπου γεγόνασιν, ἐρασθέντες, ἢ θεὸς θνητῆς, ἢ θνητὸς θεᾶς: SOCR. *Nostine* HEROAS *esse semideos?* HER. *Quidni?* SOCR. *Omnes nimirum ex Deorum erga mortales mulieres, aut mortalium erga Deos amoribus nati.* vide & Dionys. Halicarnass. lib. 1 Antiq. cap. 78. Et hanc ob caussam Cicero ineunte lib. 1 de Divinatione *Heroica tempora* vocavit, quibus Hercules, Castor, Orpheus, & alii hujus generis, ex Diis, ut credebantur, geniti floruerunt. Quamquam autem Veteres Heroas & Dæmonas eosdem habebant: quidam tamen discrimen inter eos fecerunt, Heroasque appellarunt id genus Dæmonum, quod cum hominibus conjungitur: nam quod cælestibus inhæret, Angelus vocabatur: ut apud Hieroclem legimus. Atque huc pertinent, quæ & Jamblichus de differentia Dæmonum, Heroum, & humanorum animorum in libro de Mysteriis disputat. Thales vero, hominum animas jam separatas corporibus, Heroes appellavit, quemadmodum Athenagoras Legatione pro Christianis observat. Quo fortasse Virgilius respexit 6 Æn. v. 672

Atque huic responsum paucis ita reddidit Heros.

Heroem enim de animo Musæi dixit. Et ante Sibylla alloquens:

Dicite felices animæ, tuque optime vates.

Unde dicta appellatio, non convenit. Quidam a terra, quæ ἥρα dicta, derivant, ut Servius in eclog. 4 observat: alii ab *aëre*: alii a *virtute*: alii ab *amore*. vide Hesiodi & Homeri Scholiastas Græcos. Plato in Cratylo ab εἴρειν, *dicere*. Antiqua enim, ut ait, Atticorum lingua ἥρωες ii, qui dicendi seu interrogandi facultate valent, appellati sunt. Itaque Oratorum, quod addit, & Sophistarum genus est Heroica natio. Hierocles: ΗΡΩΕΣ δὲ, ὡς ἐρωτές τινες ὄντες καὶ εἴροντες, οἷον ἐρωτικοὶ καὶ διαλεκτικοὶ ἕκαστοι τοῦ θεοῦ, &c. HEROES *autem, tamquam amantes quidam, quidamque eloquentes*: id est, benevoli & diserti Dei amatores, &c. ¶ *Heroum filii, noxæ*, grosser leute kinder gerathen selten: Ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα, πήματα; quemadmodum & Demosthenes dixit, seu Aristides potius in Cimone: Τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὥσπερ εἱμαρμένη εἴη φαύλους ἀποβαίνειν τοὺς υἱοὺς, καὶ ὀλίγου τινὸς ἀξίους τῆς πατρῴας ἀρετῆς, id est, *A viris egregiis, quasi fato quodam acciuit, ut improbi filii proficiscantur, & parum referentes paternam virtutem.* Habes de hac re dissertationem Spartiani in Severi vita cum pluribus exemplis p. 106.

¶ Hērōis, ĭdis, & Hērōīna, īnæ, eine heldin. Sueton. Nerone cap. 21 *Tragœdias quoque cantavit personatus, heroum Deorumque. Item, Heroidum ac Dearum personis effictis ad similitudinem oris sui, & feminæ, prout quamque diligeret.* Ovidius 2 Amor. eleg. 4 v. 33

Tu, quia tam longa es, veteres heroidas æquas.

Propertius lib. 1 eleg. 13 v. 31

Illa sit Inachiis & blandior heroinis.

Idem Propertius lib. 1 eleg. 19 v. 13

Illic formosæ veniat chorus heroinæ.

Vterque versus est spondaicus.

¶ Hērōĭcus, a, um, adject. heroisch, heldenmäßig; ut, *Heroica persona*, Cic. 3 de N. D. cap. 29 pr. *Heroicus motus, impetus*, ein helden-hertz. *Ætas heroica*, Cic. 5 Tusc. cap. 3, in qua Heroes floruerunt. Sicuti & *Heroica tempora* Cicero dixit, ut supra monebamus. *Heroicum carmen*, Tac. Orat. 10, 5. *Heroici honores*, ἡρωικαὶ τιμαὶ, quibus afficiebantur seu colebantur Heroes: Quos Diodorus lib. 20 istos scribit; De nomine alicujus loco nomen imponere: aras ei festaque vel ludos, ac his similia decernere. v. Bernegg. ad Sueton. August. cap. 1, & Diodor. Sicul. lib. 20 cap. 103.

¶ Hērōus, a, um, aliud adject. idem; ut, *Pes herous*, apud Ciceron. de quo videndus Voss. lib. 6 Instit. Orat. p. 437. *Carmen herouum*, hoc est, *heroicum*: sic appellatur, quod eo Heroum gesta describerentur. *Versus heroos* Ammianus dixit lib. 21 cap. 4.

¶ Hērōum, i, ἡρῷον, monumentum heroi positum, bustum, ein herrlich grabmahl. Cicero de Legib. lib. 2 cap. 24 *Heroum, id est, vestibulum sepulcri bustumve.* Gruterus autem cum Turnebo legit *Forum* pro *Heroum*.

HĒROSTRĂTUS, i, Ἡρόστρατος, incensor fuit templi Dianæ Ephesiæ, ut nomen suum sceleris memoria propagaret. Strabo libro 4. Similis amentiæ Caligula fuit, qui sæpe de suis temporibus questus traditur, *quod nullis calamitatibus insignirentur.* Optare solitus exercituum cædes, famem, pestilentiam, incendia, hiatum terræ, quo principatus suus memorabilis apud posteros foret. Lege Suetonium ejus vita cap. 31.

HERPES, ētis, Ἕρπης, morbus est, ignis sacri species, quam & *Zonam* Scribonius dicit, in quo ardor cutim serpentibus minimis pustulis exasperat & urit per artus repens, unde illi nomen, hitzige blattern, die um sich fressen. ¶ 2. Est & *Herpes*, excedens & depascens ulcus, quod serpendo celeriter penetrandoque usque ad ossa corpus vorat, teste Celso, der wolff.

HERSĬLĬA, æ, Romuli uxor; Livius lib. 1 cap. 11; quæ post mariti apotheosin & ipsa dea facta, & *Ora* appellata est, Ovid. lib. 14 Metam. fab. ultima.

HERTHUS, i, terra, die erde, tamquam dea olim culta a Germanis, de quorum moribus Tacitus hoc refert cap. 40 n. 3, *In commune Herthum, id est, terram matrem colunt, eamque intervenire rebus hominum, invehi populis arbitrantur*, &c.

HĔRŬLI, orum, Germanica natio, Vistulæ quondam ostia accolens, cujus regio Mechelburgicus ducatus fuisse creditur. vid. Cluver. Germ. Ant. 1 cap. 53 p. 395. Sidonius carm. 7 v. 236

Cursu Herulus, Chunus jaculis, Francusque natatu.

Idem 8 epist. 9 v. 31 *Hic glaucis Herulus genis vagatur.*

HĔRUS, i, dominus, ein hauß-herr. Cic. 2 Offic. cap. 7 *Sit sane adhibenda sævitia, ut heris in famulos.* *Herus major*, paterfamilias, Plautus Captiv. a. 3 sc. 5 v. 50, & Trin. a. 2 sc. 2 v. 53. *Herus minor*, filius familiaris eidem Plaut. Asin. a. 2 sc. 2 v. 62. *Orci aula divitem manet herum*, Horat. 2 od. 18 v. 32. ¶ *Heros* vocat Deos omnes Catullus carm. 64 *Hostia cælestes pacificasset heros.*

¶ Hĕra, æ, domina, die hauß-frau. *Qualis hera, tales pedissequæ*: Citat Cicero lib. 5 Epist. ad Attic. epist. 11, οἵα τ' ἡ δέσποινα, quod supplendum: τοῖαι καὶ θεραπαινίδες. Terent. Andr. a. 4 sc. 2 v. 4 *Orare jussit hera, ut ad se venias.* ¶ *Hera hominum* fortuna ab antiquis censebatur. Inde illud Ennii apud Cic. Off. 1 cap. 12 *Vosne velit an me regnare hera.* vid. Turneb. Advers. 7 cap. 15.

¶ Herīlis, e, dem herrn gehörig; ut, *Herilis filius*, Terent. Andr. a. 3 sc. 4 v. 23. *Herile imperium*, meines herrn befehl, Plaut. Aulul. a. 4 sc. 1 v. 13.

¶ Herifŭga, æ, ein flüchtling; ut, *Famuli herifugæ*, verlauffene knechte, Catull. de Aty 63 v. 51.

¶ Heritūdo, ĭnis, die herrschafft. Gloss. gr. lat. δεσποτεία, *dominatus, dominatio, heritudo.*

HĒSĬŎDUS, i, Ἡσίοδος, sacerdos fuit templi Musarum in Helicone, ad cujus radices Ascra pagus Hesiodi patria sita fuit. Scribit Pausanias, ejus carmen adhuc suo tempore in plumbeis tabulis in eo templo servatum fuisse. Scripsit Poëmata, *Theogoniam*: Unde eum *fabularum auctorem* Quintilianus dixit. Ἔργα καὶ ἡμέρας: *Opera & dies*, Librum παραινετικὸν & *moralem*, quem ediscere græci pueri solebant, quemadmodum & Leptæ Cicero præcepit lib. 6 famil. epist. 19, *Lepta suavissimus ediscat Hesiodum & habeat in ore.*

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν.

Sudorem posuere Dii virtutis ad arcem, &c.

Item γεωργικὰ, quæ interierunt. Nam qui putant, ejus γεωργικὰ unum & idem esse opus quod ἔργα, valde falluntur, ut erudite ostendit Heinsius in Introductione in Hesiodi libros. ¶ Fuit posterior Hesiodus *Homero* annis centum 20 circiter, ut Vellejus auctor est lib. 1 cap. 7 Alii vero majorem Homero; nonnulli æqualem prodiderunt. vide Gellium lib. 3 cap. 11, & lib. 17 cap. 21. Jul. Cæs. Scaliger. lib. 1 Poëtic.

cap. 5

cap. 5 iis accedit, qui majorem statuerunt: *quod major simplicitas & quasi rudior antiquitas in Hesiodo appareat.* Porro, quo casu in Locris interfectus sit Hesiodus, & in mare projectus; ex quo cadaver recens in littus exportarit grex delphinorum; interfectores vero ejus inventi, atque in mare demersi sint, ædibus ipsorum succensis prius, optime narrat Plutarchus in Convivio septem sapientum, & lib. de industria animalium, ubi auctores cædis a cane proditos narrat.

¶ Hesiodēus, a, um, possessivum. Cicero in Bruto c. 4 *Illud Hesiodeum laudatur a doctis, quod eadem mensura reddere jubet, quâ acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis.* Versiculus habetur in primo libro v. 347 *Εὖ δ' ἀποδοῦναι*

Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον αἴκε δύνηαι.

Sidonius Carm. 9 v. 213

Non hîc Hesiodea pinguis Ascræ
Spectes carmina, Pindarique chordas.

¶ Pseudesiodion, i, ψευδησιόδειον, i. e. quod falso Hesiodo adscribitur, Cic. 7 ad Att. epist. 13.

HĒSĬŌNE, es, Laomedontis Trojæ regis filia, quam Hercules a monstro marino, cui objecta erat, liberavit, & Telamoni dedit uxorem. vid. Ovid. lib. 11 Metamorph. fabul. 7.

HESPĔRĬA, æ, simpliciter dicta, Ἑσπερία, Italia est, Welschland: Sed, *Hesperia ultima*, Hispaniam significat, Spanien. Est autem à situ utraque sic appellata, ab *Hespero* occidentali stella, Macrobio lib. 1 Sat. cap. 3 extremo. Horat. 3 od 6 v. 7

Dii multa neglecti dederunt
Hesperiæ mala luctuosæ.

Et lib. 1 od. 36 v. 4 *Qui nunc Hesperia sospes ab ultima dividit*, &c. vide Serv. in Virg. 1 Æneid. v. 530 ad verba:

Est locus, Hesperiam Graji cognomine dicunt.

ubi Italia significatur. Adde infra in *Hispania.*

¶ Hesperĭus, a, um, abends-wertig; ut, *Fretum Hesperium*, Ovid. 11. Metamorphoseos v. 259, i. e. mare occidentale.

¶ Hespĕrĭdes, um, Ἑσπερίδες, Atlantis filiæ, custodes aureorum malorum, seu gregum potius vel ovium, lanam purpuream ferentium: μῆλον enim utrumque significat, & *malum* & *ovem*. Sed hæc suis explicantur locis. Hinc *mala Hesperidum*, Virg. eclog. 6 v. 61, hoc est, *poma*, ut Statius 3 Silv 1 v. 158 appellat. ¶ 2. *Hesperides* etiam fœmininum cognomen est, idem signans quod *Hesperiæ*, adjectivum. Virg. 8 Æneid. v. 77 de Tiberi:

Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum.

Hesperidum aquarum, id est, Italicarum.

¶ Hesperis, ĭdis, singulare, herbæ nomen apud Plinium lib. 21 cap. 7, *nomine invento, quod noctu illa magis oleat*

¶ Hesperus, i, vesper, der abendstern. Cic. lib. 2 de Nat. Deor. cap. 20 *Infima est errantium, terræque proxima stella Veneris, &c. quæ φωσφόρος, latine LVCIFER, dicitur, quum antegreditur solem: quum subsequitur autem, HESPERVS.* Seneca Hippolyto v. 749

Qualis est primas referens tenebras,
Nuncium noctis, modo lotus undis
Hesperus, pulsis iterum tenebris
Lucifer idem.

Idem Medeâ v. 71 *Gemini temporis præviam stellam* appellavit. Hinc factum, ut Homerus confundens hæc duo nomina *Hesperum* pro *Lucifero* dixerit, quod Heinsius ad Silium observat pag. 419.

¶ Hesperūgo, ĭnis, idem. Seneca in Medea v. 877

Mergat diem timendum
Dux noctis Hesperugo.

Hesternus, vide *Here* & *Heri.*

HĒSVS, i, sub hoc nomine *Martem* antiqui colebant: significat enim *fortem* in Hebraico idiomate; eum Galli humano cruore placabant. v. Lactant. lib. 1 c. 21. Lucanus 1 v. 445

Teutates, horrensque feris altaribus Hesus.

HETAERĬCE, es, ita vocabatur honoris caussa ala equitum apud Macedonas ab amicitia, & veluti sodalitate regia. vid. Cornel. Nep. Eumene c. 1, & quæ Lambinus huc congessit.

HĔTĔROCLĬTON, i, ἑτερόκλιτον, varie declinatum. Sunt autem *Heteroclita* in numeris, genere, declinationibus. Hæc ex Grammaticis discenda sunt.

HETEROCRANEA, æ, capitis quidam est morbus Plinio lib. 31 c. 9; caput nimirum doloribus inæqualiter affectum, kopfweh, hauptschmertz. ¶ Marcell. Emp. 2 eumdem morbum *Heterocranium* vocat.

HĔTĔRŎGĔNEVS, a, um, ἑτερογενὴς, diversi generis & naturæ. Grammaticis vocantur *Heterogenea*, quorum genus variat.

HĔTĔROSCII, ἑτερόσκιοι, i. e. alterumbres, Geographis incolæ in zonis temperatis, ubi meridiana solis umbra vel in septemtrionem vel in meridiem protenditur. v. Schotti Curs. Mathemat. p. 325.

Hetruria, Hetruscus, vide *Etruria.*

HETTĒMĂTĬCVS, a, um, ἡττηματικὸς, inferior & deterior, neque præstantiam generis consecutus, geringschätzig, Firmic. 9 c. 3.

HEV, ἰοὺ, interjectio lamentantis & dolentis, quæ nominativo fere & accusativo præponitur; ut, *Heu pietas, heu prisca fides!* Virg. Æneid. 6 v. 878. *Heu me miserum!* Terent. Andr. a. 4 sc. 1 v. 22.

¶ Eheu, idem; ut, *Eheu conditionem istius temporis!* ach der elenden gelegenheit dieser zeit! Auctor declamat. Antequam iret in exil. Adde Terent. Heaut. a. 1 sc. 1 v. 31.

¶ Heheu, Plaut. in Captivis & Pœnulo, idem.

HEVRĔTES, æ, εὑρετὴς, inventor, ein erfinder. Plaut. Pseud. a. 2 sc. 4 v. 9 *Heuretes mihi es.*

HEVS, adverb. vocantis & revocantis, höre! holla! Terent. Eunuch. a. 4 sc. 1 v. 10 *Heus puer, Pamphilam arcesse.*

Hexachordon, Hexaclinon, vide *Chorda*, *Clinice.*

HEXĂĒMĔRON, i, ἑξαήμερον, sechstägig. Sic appellant S. Patres creationem sex diebus perfectam; in quod multi Commentarios ediderunt vide de operibus sex dierum creationis prolixe disserentem Voët. part. 1 dispp. Theolog. p. 598, 726, & Weizium ad Dracontium.

HEXĂGŌNVS, a, um, ἑξάγωνος, habens sex angulos, sechseckicht. Columella 5 c. 2.

Hexameter, vide infra *Metrum.*

HEXAMILVM, i, murus fuit per isthmum Corinthiacum, qui isthmus annectit Peloponnesum Græciæ, facitque peninsulam. Hexamilum autem dicitur, quod longitudine sua æquet sex miliaria Italica, seu sesquimiliare Germanicum, a sinu Corinthiaco ad Megaricum. De quo in Rebus Venetis & Turcicis.

HEXAPHŎRON, i, ἑξαφόρον, lectica, quæ a sex servis ferebatur, eine senffte oder bahre, daran ihrer sechs tragen. Martial. lib. 6 epigr. 77

Non debes ferri mortuus hexaphoro. conf. 3 epigr. 51.

Hexastichum, Hexastylos, vide infra *Stichus*, *Stylus.*

HEXĒCONTĂLĬTHOS, i, ἑξηκοντάλιθος, lapis tam diversis notis sparsus, ut sexaginta gemmarum colores in parvo ejus orbiculo deprehendantur. Solin. c. 44, & Plin. 37 c. 10.

HEXĒRIS, is, ἑξήρης, navis sex remorum habens ordines, ein schiff, so sechs ruderbäncke hat. Sic & *Hepteris*: utroque Livius usus est lib. 37 c. 23 *Regia classis septem & triginta majoris formæ navium erat, in quibus tres hepteres & quatuor hexeres habebat*, &c.

HIAGNIS, is, *fuit, ut fando accepimus, Marsyæ tibicinis pater & magister rudibus adhuc Musicæ seculis, solus ante alios catus canere, &c. Ante Hiagnim nihil aliud plerique callebant, quam Virgilianus opilio seu bubsequa: Stridenti miserum stipulâ disperdere carmen. Primus Hiagnis in canendo manus discapedinavit, primus duas tibias uno spiritu animavit, primus lævis & dextris foraminibus acuto tinnitu & gravi bombo concentum musicum miscuit.* Hæc Apulejus lib. Florid. post. init.

HIAREAS, æ, Ἰάρβας, rex Mauritaniæ, qui Didonis nuptias sub belli petiit denunciatione, cujus vero aversata consuetudinem Dido, gladio vitam finivit. vide Justinum lib. 18 cap. 6, & infra *Jarbas.* ¶ Fuit & alius hujus nominis in Africa nobilis rex, auspiciis Syllæ, ductu Pompeji, victus & interfectus. vide Plutarch. in Pomp. & Epitoma Liviana 89. Eutrop lib. 5 c. 6. Adde infra *Jarbas.*

Hiascere, Hiatus, Hiatare, vide *Hio*, *hiare.*

Hibernaculum, Hibernare, vide *Hiems.*

HĬBERNIA, æ, insula in mari Atlantico inter Angliam & Hispaniam, dimidio minor, quam Britannia, quemadmodum Cæsar scripsit lib. 5 Bell. Gall. *Ierna* prius appellata. Juvenalis sat. 2 v. 160, & Pomponius Mela lib. 3 cap. 6 *Juvernam* dixerunt. Angli *Irlandiam* vocant, Irreland. Apul. de Mundo: *Sed in altera parte orbis jacent insularum aggeres maximarum: Britanniæ duæ, Albion & Hibernia, iis, quas supra diximus, majores.*

¶ Hiberni, orum, incolæ, die Irren, Irrländer.

Hibernus, a, um, vide infra in *Hiems.*

HĬBISCVS, & Ibiscus, i, ἰβίσκον, ἀλθαία, hoc est, Medica, ab ἀλθαίνω, medeor, herba est, radicis laudatissimæ, de genere silvestrium malvarum, ut Dioscorides inquit, ibisch oder heilwurtz. Add. Plin. 19 c. 5.

HIBRIS, vel Hybris, ĭdis, plur. Hybrides, porci semiferi, hoc est, ex verre silvestri, & sue domestica, halb wilde säue; Plin. lib. 8 cap. 53. vide infra *Hybrida.* ¶ Vsurpatur hæc vox & de aliis animalibus & ipsis etiam hominibus.

HIC, hæc, hoc, pronomen demonstrativum, der, die, das; dieser, diese, dieses. Ad quantitatem hujus pronominis quod attinet; producebant & *Hic* & *Hoc* veteres, quando per duplex c scribebant *Hicc* & *Hocc* abjecto e, ex *Hicce*, *Hocce*: corripiebant, cum per c simplex exarabant. vide Vossium lib. 2 de Arte Grammat. c. 29. Aliter tamen sensit Terentianus: qui τὸ *Hic*, quippe quod ex *Hicce* esset, perpetuo longum existimavit, eamque ob caussam in illo Virgilii Æneid. 4 v. 22

Solus hic inflexit sensus animumque labantem,

Creticum statuit. Verba, sive versus potius suavissimi Grammaticorum isti sunt pag. 63

Creticus offendit pes primus & asperat aures,
Dabo & latentem, sed notandum, Creticum.
Solus hic inflexit sensus: nam primus & istic
Pes longiorem tertiam dat syllabam.
C geminum quoniam sermonis regula poscit,
Vt fiat HICCE plena vox.

Ita tamen Virgilius & alibi v. 791 lib. 6 Æneid. de Augusto:

Hic vir, hic est.

Et Lucretius lib. 6 v. 9

Nam cum vidit hic ad victum quod flagitat usus.

Elegantissime, & græco more præter necessitatem aliquando additur hoc pronomen. Terentius Andr. act. 5 scen. 6 princ. *Vbinam Pamphilus hic est?* Satis fuerat dixisse: *Vbinam Pamphilus est?* Similiter nos: wo ist doch der Pamphilus? Nam possumus etiam dicere: wo ist doch Pamphilus? vide Rutgersium lib. 5 Var. Lect. cap. 19. Idem Comicus ejusdem fabulæ a. 1 sc. 1 v. 77

Fere in diebus paucis, quibus hæc acta sunt,
Chrysis vicina hæc moritur.

quamquam & δεικτικῶς *Vicinia hæc* dixisse potuit, quasi diceret: *hæc Chrysis, quæ huc viciniæ commigravit*, ut supra loquitur. Vel *Hæc*: id est, de qua mentionem modo feci. ¶ Additur aliquando pronomen *hic* vel ad honorem, vel ad contemtum. Virg. Æneid. 11 v. 16

manibusque meis Mezentius hic est.

Vbi Servius: HIC EST, pro *talis est*: ut, Hunc ego te Euryale adspicio? *id est, talem. Et utrum per contemtum, an per commendationem hoc pronunciandum?* Idem Æneid. 6 v. 791 de Augusto:

Hic vir, hic est, tibi quem promitti sæpius audis.

Terentius Andr. act. 1 sc. 1 v 118

comperisse Pamphilum
Pro uxore habere hanc peregrinam.

Donatus: HANC, inquit, cum contemtu dictum est. ¶ *Hic* sæpe pro relativis ille, ipse. *Captæ urbes, & in his Byzantium*, Corn. Nep. in Alcib. c. 5 n. 6, pro in eis, in illis. *Cum venissent in invidiam & ob id imperium his esset abrogatum*; pro illis: Idem in Epaminonda c. 7 n. 3. ¶ Virgilius 2 Æneid. v. 45

His lacrymis vitam damus.

id est, talibus ac tantis. Horatius lib. 3 od. 6 v. 33

Non

Non his juventus orta parentibus
Infecit æquor sanguine Punico.

His parentibus, i. e. talibus: tam vitiosis scilicet & corruptis. Idem lib. 1 epist. 6 v. 40 *Ne fueris hic tu.*
Idem epist. 15 v. 42 *Nimirum hic ego sum.*
id est, talis. Sen. epist. 8 *In hoc me recondidi, ut &c. In hoc*, i. e. ideo, deswegen, zu dem ende. ¶ In illo Terentii Andriâ a. 2 sc. 1 v. 12 *Tu si hic sis, aliter sentias: τὸ Hic* demonstrativum est, & cum gestu prolatum. Hoc enim cum Charinus diceret, manu pectus percussit, se simul ostendens, wann du an meiner stelle wärest. Donatus: *Hoc*, inquit, *gestu scenico melius commendatur. Nam hæc magis spectatoribus, quàm lectoribus scripta sunt.* HIC *ergo seipsum ostendens dixit.* Priscianus lib. 17 p. 1103 de hoc ipso loco: *Nota*, inquit, *quod sese ostendens* HIC, *dixit, in qua demonstratione intelligitur etiam* EGO.

¶ HOC ERAT, formula succensentium & expostulantium elegans. Virgilius Æneid. 2 v. 564 & seqq.

Hoc erat, alma parens, quod me per tela, per ignes
Eripis, ut mediis hostem in penetralibus, utque
Ascaniumque, patremque meum, juxtaque Creusam
Alterum in alterius mactatos sanguine cernam?

Propertius lib. 2 eleg. 24 v. 17

Hoc erat inprimis, quod me gaudere jubebas?

Similiter & in aliis hoc pronomen supra nominatis affectibus eleganter inservit. Propertius lib. 2 eleg. 5 pr.

Hoc verum est, totâ te ferri, Cynthia, Româ,
Et non ignotâ vivere nequitiâ?
Hoc merui sperare? dabis mihi perfida pœnas.

¶ *Hibus* pro *his*, antiquè Plautus Curc. a. 4 sc. 2 v. 20.

¶ Hicce, hæcce, hocce, id est, hic, hæc, hoc, eben dieser. Ter. Andr. a. 2 sc. 3 v. 17 *Hocce haud dubium est.* Idem Heaut. a. 3 sc. 3 v. 3 *Hisce oculis vidi.*

¶ Hiccine, hæccine, hoccine, subservit semper interrogationibus. Terent. Andr. a. 4 sc. 1 pr. *Hoccine credibile est?* Idem Phorm. a. 5 sc. 9 v. 23 *Hæccine erant itiones crebræ? Hæccine erat vilitas?*

¶ Hîc, (antique *Heic*) adverb. in loco, hier, allhier: ut, *Thais, ego jamdudum hîc adsum*, Terent. Eunuch. a. 4 sc. 6 v. 5, ich bin schon lange allhier gewesen. ¶ Aliquando temporis adverbium est, & *Tum* significat. Terentius Andria a. 2 sc. 3 v. 15

hic reddas omnia,
Quæ nunc sunt certa ei consilia, incerta ut fient.

Donatus: HIC, inquit, *adverbium loci non est, sed temporis:* ut Virgilius lib. 9 Æneid. v. 246

Hic annis gravis atque animi maturus Alethes.

Est & alibi sæpius Maro ita usus, quod & Servius notat. ¶ Aliquando idem est atque *in hac re*, hierinnen, dißfalls. Plaut. Bacch. a. 1 sc. 2 v. 3 *Lycurgus mihi quidem videtur posse hic ad nequitiam adduci.*

¶ Hinc, adverb. de loco, von hinnen, von dannen. Terent. Andr. a. 5 sc. 1 v. 14 *Illam hinc civem esse ajunt*, man sagt, sie sey eines bürgers tochter aus dieser stadt. *Hinc illinc*, hie und dort her. Livius lib. 2 cap. 11 *Hinc a porta Collina; illinc ab Nevia redditus clamor.* Plautus Mostell. a. 3 sc. 1 v. 38 *Ita & hinc & illinc mihi exhibent negotium.* Et Cicero de Univers. cap. 14 *cum speculorum levitas hinc illincque altitudinem adsumsit.* ¶ Interdum idem est atque *ex hac caussa*, daraus. Ter. Andr. a. 1 sc. 1 v. 99, Cic. pro Cæl. c. 25, & Horat. 1 epist. 19 v. 41 *Hinc illæ lacrymæ.*

¶ Abhinc, idem quod *Hinc*, von daher, & modo cum accusativo, modo cum ablativo jungitur. Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 42

Interea mulier quædam abhinc triennium
Ex Andro commigravit huc viciniæ.

Cicero 4 Verrinâ cap. 9 *Horum pater abhinc duos & viginti annos mortuus est.* Idem pro Roscio Comœdo c. 13 *Abhinc annis XV.* Plautus Mostell. a. 2 sc. 2 v. 63 *Qui abhinc sexaginta annis occisus foret.* vide Borrichii Cogit. p. 269.

¶ Dehinc, est posthac, deinde, deinceps, hernachmahls. *At nunc dehinc spero, æternam inter nos gratiam fore*, Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 2 v. 33.

¶ Exhinc, idem. Suetonius Tiberio c. 9 *Exhinc Rhæticum Vindelicumque bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum gessit.*

¶ Posthinc, hernach. Virgil. 8 Æneid. v. 546

Posthinc ad naves graditur, sociosque revisit.

¶ Prohinc, igitur, ergo, dahero. Apulejus 3 Metam. p. 133 *Prohinc tormentis veritas eruenda.* Et lib. 5 post princ. *Prohinc cubiculo te refer.*

¶ Hâc, adverb. per locum, hierdurch. *Hâc illâc circumcursa*, lauff hie und dort durch, Terent. Heaut. a. 3 sc. 2 pr. *Hâc non successit*, id est, hoc modo, den weg hat es nicht gehen wollen, Idem in Andr. a. 4 sc. 1 v. 47. Et Nepos Hannibale c. 3 *Loca patefecit, itinera muniit, effecitque, ut ea elephantus ornatus ire posset, quâ antea unus homo inermis vix poterat repere. Hâc copias traduxit, in Italiamque pervenit.*

¶ Posthac, darnach, hernach, nach der zeit. Ter. Hec. a. 3 sc. 3 v. 45 *Lacrumo, quæ posthac futura est vita, cum in mentem venit.* Virg. eclog. 1 v. 76 *Non ego vos posthac viridi projectus in antro*
Dumosa pendere procul de rupe videbo.

¶ Hactenus, adverb. non minus temporis quam loci, biß hieher, so weit. Ciceroni frequens, cum partem libri aut sermonis finit; ut 2 de Divinat. c. 24 *Sed hæc hactenus; nunc ad ostensa veniamus.* Et ad Att. 5 epist. 13 *Sed hactenus*; & paucis interjectis: *Sed hæc quoque hactenus*, genug vor dieses mahl. Idem ad Fam. 2 epist. 1 *De litteris hactenus.* Liv. 7 c. 26 *Hactenus quietæ utrinque stationes fuere*, i. e. ad hoc usque tempus. Plura hujus significationis caussa vide in Borrich. Vind. p. 80 sqq. ¶ Deinde *Hactenus* eleganter, sequente *Ut*, pro *in tantum*, aut *Eatenus*, ponitur, sofern. Cicero pro Flacco cap. 15 extr. *Nisi vero hactenus ista formula testimonii atque orationis tuæ describi ac distingui potest, ut Flacco absenti aliquid dignitatis tribuisse dicantur.* Idem 2 de Orat. cap. 27 *Præcepta hactenus requirunt, ut certis dicendi luminibus ornentur.* Tacitus 2 Annal. cap. 34 n. 4 *Tiberius hactenus indulgere matri civile ratus, ut se iturum ad prætoris tribunal diceret.* Seneca epist. 88 *Meritoria officia sunt: hactenus utilia, si præparant ingenium, non detinent*, id est, eatenus, eousque, so fern. Similiter Sueton. Nerone c. 31 *Ejusmodi domum cum absolutam dedicaret, hactenus comprobavit, ut se diceret*, QVASI HOMINEM TANDEM HABITARE COEPISSE. ¶ Et per τμῆσιν. Virg. 6 Æneid. v. 62 *Hac Trojana tenus fuerit fortuna secutus.*

¶ Est quoque, ubi *Hactenus* cum *Quod* componatur. Plin. lib. 9 epist. 15 *Patrem familiæ hactenus ago, quod aliquam partem prædiorum, sed pro gestatione, percurro.*

¶ Huc, adv. ad locum, hieher. Cic. 2 in Catil. c. 2 *Rem huc deduxi, ut &c.* Sic cum *Illuc* sæpe conjungitur. *Huc illuc*, hin und her, hieher und dorthin. Cic. 9 ad Attic. epist. 9 *ne huc illuc via deterrima cursem.* Et Tacitus 1 Annal. cap. 56 extr. *Cheruscos exterruit Cæcinna, huc illuc ferens arma.* Et cum junctione, Cic. 1 de Orat. cap. 40 extr. *Huc atque illuc intuentem vagari.* Sic & in Virgiliano carmine hæc adverbia aut proxime sociantur, aut ex intervallo copulis *&*, *atque* conciliantibus, aut *nunc* utramque dictionem præveniente. vide Georg. 2 v. 297. Æneid. 4 v. 285 & 363, 5 v. 408 & 701, 8 v. 20 & 229, 9 v. 755, 10 v. 680, & 12 v. 764.

¶ Huccine, an huc; *Huccine tandem omnia reciderunt?* ist dann eben hieher alles gerathen? Cic. in Verr. 7 c. 63.

¶ Hucusque, biß anher, so weit. Plin. lib. 6 cap. 29 *Huc usque Sesostris exercitum duxit.*

¶ Adhuc, noch zur zeit, bißher, vide sub A seorsim.

Hiemalis, Hiemare, &c. vide mox in *Hiems*

HIEMS, vel Hyems, hiĕmis, quarta & ultima anni pars, frigoribus & imbribus, unde & nomen accepit, maxime infesta, der winter, die ungestüme zeit im jahr. Orthographia hujus vocabuli controversa est. Qui per Υ græcum scribunt, ab ὕειν, *pluere*, derivant, quod crebræ pluviæ hoc anni tempore sint. Quo Vossius putat Varronem respexisse ab *imbribus* deducentem, ut res, non vox significetur. Contrarium videtur Manutio in Orthographia, præsertim quod addat Varro ibidem, [lib. 5 de LL. c. 2] *vel ab Hiatu hiems*, quæ origo pure latina est. Sunt, qui a χειμὼν vel χειμὰς repetunt, ut ne sic quidem locus sit Græcorum litteræ. vide Voss. in Etymologico; qui tandem, *HIEMS*, inquit, *scripsere Romani veteres: HYEMS est a Grammaticis.* Ab iisdem etiam interpositio τῦ P, *hiemps*, qua æque ac Υ monumenta veterum caruerunt, Manutio observante, qui acriter pro *Hiems* pugnat; *Hyems* autem exsibilat. Hæc de scripturæ ratione. Cæterum varia Hiemis epitheta, ut apud Livium lib. 5 cap. 13 *gelida ac nivosa:* item *glacialis*, Ovid. 2 Met. v. 30. *Hieme omnia bella jure gentium conquiescunt*, Cicer. pro Rabirio Posth. cap. 15, im winter krieget man nicht. *Hiems nova*, principium; *adulta*, medium; *præceps*, finem notat, Servius. *Matura hiems*, zeitlicher winter, apud Cæsarem lib. 4 de Bello Gallico c. 20; huic opponitur *Serotina* apud Plinium lib. 22 c. 2, wann es langsam winter oder kalt wird. Tacitus Annal. 12 c. 43 *Magna Deûm benignitate & modestia hiemis rebus extremis subventum.* Per *modestiam hiemis* mediocritatem intelligit: & quod tum crebræ tempestates non fuerint. Quod factum, ut navigari mare, & supportari frumentum potuerit, quo fami consuleretur. ¶ 2. Ponitur & pro quavis impetuosa & pluvia tempestate: vid. Barth. ad Claudian. p. 854, Cornel. Nep. in vita Attici c. 10 n. 6 *Quemadmodum gubernator præcipua laude fertur, qui navem ex hieme marique scopuloso servat,* &c. Virg. lib. 1 Æn. v. 129 *Emissamque hiemem sensit Neptunus.* Ad quem locum Servius Fuldensis: *Aperte declarat hic tempestatem significari ex Græco: Nam & illi χειμῶνα tempestatem dicunt. Et bene veteres nostri* hiemem anni *dicebant; ne tempestas posset intelligi.* Hæc ille. Cæterum illa loquendi forma *hieme anni* pro χειμῶνος ὥρα usus Sueton. in Cæsare c. 35, *Bella sane difficillima gessit neque loco, nec tempore æquo: sed hieme anni.* Apul. in Floridis: *Hiems anni erat*, &c. Qui an illud attenderint, quod Servius vult, valde dubitabo. Nam eodem modo Gell. lib. 2 cap. 21 *Nox fuit, & clemens mare, & anni æstas.* Et lib. 19 c. 5 *in Tiburte rus concesseramus æstate anni flagrantissima.* In quibus Serviana observatio locum non habet. Igitur *hieme anni*, simpliciter dicitur pro *hiberno tempore anni*, quemadmodum Hirtius loquitur de Bello Alexandrino c. 43. pr. ¶ *Senilis hiems*, Ovid. Metam. 15 v. 212, das alter. ¶ *Sexta hiems*, das sechste jahr, Martial. lib. 10 epigr. 61.

¶ Hiĕmo, avi, atum, are, hiemem facere, wintern, winterisch wittern: ut, *Fidicula exoritur, hiemat & pluit*, Columella lib. 11 c. 2, & paullo ante: *Quinto Calendas Novembr. Vergiliæ occidunt: hiemat cum frigore & gelicidiis.* Sallustius *Hiemantes aquas*, de commotis tempestate dixit apud Senecam epist. 114. Horatius lib. 2 sat. 2 v. 17

& utrum
Defendens pisces hiemat mare:

Sævum autem & concitatum mare defendit pisces, qui tunc piscationi locus non est. Ausonius præfatione ad Theodosium: *Insanum quamvis hiemet mare.* ¶ 2. Est & Hibernare, sive in hibernis agere, im winter-quartier liegen, winter-quartier haben. Cæsar lib. 1 de Bello Civili cap. 37 *Quas* (Legiones) *Narbone, circumque ea loca hiemandi caussa disposuerat.* Et mox: *Legiones reliquas, quæ longius hiemabant, subsequi jubet.* Nepos Agesilao c. 3 *Magna præda militibus locupletatis Ephesum hiematum exercitum reduxit.* Et ita in Eumene quoque c. 8 hoc verbo usus est. Cic. pro Font. cap. 3 *Pompejus hiemavit in Gallia.* Vetus Inscriptio in ænea tabula, quam Romæ Manutius exscripsit: NEI QVIS MAGISTRATVS PROVE MAGISTRATV LEGATVS NEV QVIS ALIVS MEILITES IN OPPIDVM THERMENSIVM HIEMANDI CAVSSA INTRODVCITO, NEIVE FACITO QVO QVIS EO MEILITES INTRODVCAT, QVOQVE IBEI MEILITES HIEMENT. Atque ita constanter a veteribus *hiemare*, non *hyemare*, scriptum fuit.

¶ Hiematio, ōnis, die überwinterung. Varro lib. 3 de Re Rustica c. 17 de apibus loquens: *Ut ne plus tertia parte eximatur mellis, reliquum hiemationi relinquatur.*

¶ Hie-

¶ Hiemalis, e, hibernus, winterhafftig; ut, *Dies hiemalis*, ein wintertag, Columell. lib. 11 cap. 1. *Navigatio hiemalis*, Cic. 6 fam. epist. 20. *Tempus hiemale*, Nepos Datame cap. 6.

¶ Hibernus, a, um, adject. aliud, idem; ut, *Tempus hibernum*, die winterzeit. *Hiberni menses*, Cicer. 7 Verr. cap. 10. *Nix hiberna*, Horat. 4 Carm. od. 12. Et, *Hiberna navigatio odiosa est*, der winter-schifffahrt ist man nicht gut, Cicer. ad Attic. lib. 15 epist. 25. *Hibernum mare*, tempestuosum est apud Horat. epod. 15 v. 7, ut vetus Scholiastes recte interpretatur. Hiberno enim tempore anni crebræ tempestates sunt; qua de caussa & tum claudebatur apud veteres mare. Sic *hibernos imbres* procellosos atque immodicos Seneca dixit Medeâ v. 584; & Tacitus 3 Hist. cap. 69 extr. Idem simpliciter *Hibernas Alpes*, nive opertas & glacie, 1 Hist. cap. 70.

¶ Hiberna, orum, plur. neut. winter-lager, winter-quartier. Cicer. 15 epist. 4 ad Catonem: *Exercitum in hiberna dimisi*, in die winter-lager ziehen lassen. *In hibernis legiones collocare*, Pollio lib. 10 fam. epist. 33. *Hiberna sumere*, Corn. Nepos Eumene cap. 8, winter-quartier nehmen. *Iisdem hibernis tendere*, Tacitus 1 Histor. cap. 55. ¶ Varro *hibernorum* vocem ad villas eas transtulit, ubi hibernare, id est, per hiemem agere earum domini solebant: sicut & *æstiva* dixit, ubi æstivabant, lib. 1 de re rustica cap. 1 extr. Sic in Laurentinum suum Plinius hiberno tempore, æstivo in Tusculanum solebat secedere, ut ipse testatur lib. 9 epist. ult.

¶ Hibernaculum, i, & plur.

¶ Hibernacula, orum, idem quod hiberna. Livius lib. 22 cap. 32 *Hibernacula mature communire*, das winter-lager zeitlich verwahren. Claudianus Paneg. de 4 Conf. Honorii v. 322

Non brumæ requies, non hibernacula segnes
Enervent torpore manus.

Alias *hibernacula* pro ipsis tentoriis sumuntur, sive pro pellibus, sub quibus antiquitus milites hiemabant.

¶ Hiberno, are, über winter liegen, winter-lager halten. Cic. pro Lege Man. cap. 13 *Jam vero, quomodo milites hibernent, quotidie sermones ac litteræ perferunt.* ¶ Persius sat. 6 v. 7 *Hibernare mare* dixit, (quemadmodum *Hiemare* Horatius, de quo supra:) id est, sævire. ¶ Plinius 9 cap. 15 etiam de piscibus: *Bruma non vagantur: ubicunque deprehensi, ibi hibernant*, daselbst überwintern sie.

¶ Perhiemare, den winter aushalten, den winter über bleiben. Columella lib. 11 cap. 3 *sub initium sulcos vacuos perhiemare patiemur.*

HIĔRA, ex græco latina vox, & usurpata Senecæ epist. 83 nec interpretibus satis hactenus explicata. Verba Senecæ sunt: *Quomodo tamen hodiernum certamen nobis cesserit, quæris? quod raro cursoribus evenit, Hieran fecimus.* Muretus *Hieran*, de media in stadio linea, quippe sic appellata, interpretatur: ad quam ambo fessi pervenerint, & ita neuter vicerint. Lipsius morem fuisse suspicatur, ut in victoria ambigua, & cum pares in metâ, Deo sacraretur corona, quod ἱερὸν ποιῆσθαι Græcos dixisse, respectu ad τὸν στέφανον, ex Polybio ostendit: Senecam vero *Hieran facere*, respectu ad coronam. ¶ 2. *Hiera*, pro matre Cybele occurrit in Virgilii Æn. 9 v. 673. Quia tamen mediam alioqui brevem produxit, suspicatur Turnebus, *hyæna* ibi legendum esse. vide ejus Adverf. 22 cap 7. ¶ 3. *Hiera*, insula Siciliæ una ex septem Æoliis Vulcano sacra, Plin. 2 cap. 89 & 109, & Isidor. 14 cap. 6.

Hieracites, Hieracia, Hieracium, vide paullo post *Hierax*.

HIĔRĀPŎLIS, is, ἱεράπολις, id est, sacra urbs, alia in Asia proprie dicta, Plin. 2 cap. 95. Alia in Creta, Id. 4 cap. 12. Alia in Syria, 5 cap. 26. Hinc

¶ Hierapolitani, orum, incolæ, l. 1 ff. de aqua quotid.

HIĔRARCHIA, æ, f. 1, ἱεραρχία, das geistliche regiment, Dionys. Areop. ¶ 2. die drey haupt-stände, Tres hierarchiæ.

¶ Hierarcha, ἱεράρχης, ein ertz-priester.

HIĔRAX, ăcis, ἱέραξ, accipiter, ein habicht. Apud Justinum 17, 2, 8 *Antiochus Hierax est cognominatus, quia non hominis, sed accipitris ritu in alienis eripiendis vitam sectaretur.* ¶ *Hierax, Ierax, Zerax* ex librariorum & descriptorum circa saxa oscitantia subinde fuerunt permutata, ut, quod horum cujusque fuerit proprium, certo scire nequeamus. Noti tamen e veterum monumentis *Hieraces* N. Asinius, T. Arruntius, L. Caprius, T. Flavius, M. Herennius, M. Vlpius. vid. Inscript. Patav. a Reinesio illustr.

¶ Hiĕrăcītes, æ, ἱερακίτης, gemma a colore accipitris sic vocata, Plin. 37 cap. 10.

¶ Hieracia, æ, lactucæ genus, cujus succo accipitres obscuritatem sentientes oculos tingunt, Plin. 20 cap. 7.

¶ Hieracium, i, ἱεράκιον, collyrium, Plin. 34 cap. 11.

HIĔRĬCHO, vel Jĕricho, indecl. vel Hierichus, untis, Judææ oppidum inter Hierosolymam & Jordanem. Plin. 5 cap. 14 *Judæa dividitur in toparchias decem: Hierichuntem palmetis consitam* &c. *Hiericho* vel *Jericho* vocat Vulg. Interpres, & Prudent. Psychom. v. 536. Sed *domitam Hierichon*, Idem Hamart. v. 480.

¶ Hierichontinus, a, um, adject. Vulg. Interpr. Jer. 39 v. 5.

HIĔRO, ōnis, ἱέρων, rex Syracusanus, homo pulcherrimus, & fortissimus, Romanis amicus, & eruditionis studiosus in senectute, Æliano auctore. Pindarum & Simonidem inter familiares habuit. Dicere consuevit: *Magistros a discipulis magnam debere exigere mercedem; ab ingeniosis quidem, quod multa discerent: A rudibus autem & hebetibus, quod molestiæ plurimum facesserent*; παρὰ μὲν τῶν εὐφυῶν, ὅτι πολλὰ μανθάνουσι, παρὰ δὲ τῶν ἀφυῶν, ὅτι πολὺν κόπον παρέχουσιν. Refert Maximus. Nepotem moriens reliquit admodum adolescentem sub tutoribus, Hieronymum; mandans, ut fidem erga Pop. Rom. cultam a se per annos quinquaginta, servare & ipse pergeret inviolatam. Cujus vero præcepti non memor, luxuriosius & arrogantius agendo, a Romanis ad Hannibalem cùm defecisset, ab iisdem cæsus tandem est. vid. Livius lib. 24 cap. 4 seqq.

¶ Hieronĭcus, a, um, adject. ut, *lex Hieronica*, i. e. frumentaria, ab Hierone lata, Cicer. 2 Verr. cap. 13 & 60. vid. Rosini Ant. Rom. 8 cap. 12.

HIĔRŎBŎTĀNE, es, ἱεροβοτάνη, seu rectius, ἱερὰ βοτάνη, duabus dictionibus, id est, *sacra herba*, quo nomine *verbena* seu *verbenaca* dicitur, eisen-kraut. Plinius lib. 25 cap. 9.

HIEROCLES, is, ἱεροκλῆς, Philosophus fuit Alexandrinus. Scripsit commentarium in Pythagoræ aurea carmina, qui è græco conversus exstat. vid. Lactant. 5 cap. 2.

HIĔRŎDŪLUS, i, ἱερόδουλος, minister sacrorum, ein pfaffen-knecht, küster, apud Firmicum lib. 8 cap. 21 *Pars XXVI Geminorum in horoscopo inventa, æditaos faciet, templorumque custodes, hierodulos, & qui sacris officiis deputentur.*

HIĔROGLȲPHUS, i, ἱερογλυφος, sacrorum vel arcanorum sculptor; ab ἱερὸς & γλύφω.

¶ Hieroglyphĭce, es, ἱερογλυφική, ars scribendi non per litteras, sed sculptas rerum animaliumque figuras, ut inde aliquid significetur.

¶ Hieroglyphicus, a, um, ἱερογλυφικός, adject. ut, *Hieroglyphicæ litteræ*, vel *Hieroglyphica* absolute, subintelligendo *signa*, sinnbilder, bildniß-schrifft. Quo nomine dictæ sunt Ægyptiæ notæ volucrum, ferarum, aliarumque rerum, de quibus hoc modo Tacitus lib. 11 c. 14 *Primi*, inquit, *per figuras animalium Ægyptii sensus mentis effingebant*, &c. Exstant de *Hieroglyphicis* libri duo Ori Apollinis Niliaci, a Bernhardino Trebatio è Græco translati, & ab Hœschelio illustrati Aug. Vindel. 1595; quibus deinde scholia addidit Mercerus Parisiis, in quibus hæc habentur: Cum nuptias significare volunt, geminas cornices pingunt. Item, mundum scribere volentes, serpentem pingunt suam ipsius caudam devorantem, &c. Exstant & Joannis Pierii Valeriani *Hieroglyphica*, sive de sacris Ægyptiorum litteris commentariorum libri 58, opus varium, atque eruditione plenum. conf. Lipf. ad lib. 2 Ann. Tacit. p. 102. His addere licet Nic. Caussini *Hieroglyphica*, seu Symbolicam Ægyptiorum sapientiam. Clemens Alexandrinus lib. 5 Stromat. notat, triplici ratione fuisse usos Ægyptios: ἐπιστολογραφικῇ, quâ in epistolis utebantur: ἱερατικῇ, quâ sacerdotes in rebus sacris utebantur: & ἱερογλυφικῇ, cum insculperetur. Et hanc fuisse duplicis generis: alteram κυριολογικήν, id est, propriè loquentem: alteram συμβολικήν, per signa significantem. vide ipsum p. 405, & Ammianum Marcellinum lib. 17 cap. 7, ibique Lindebrugchium, nec non Macrobium Sat. 1 cap. 21. Hujusmodi Hieroglyphicam litteraturam conspicere licet in *Mensa Isiaca*, quam Mantuæ Dux ex Bembi Cardinalis museo domum suam transtulit, & delineatam illustratamque explicationibus eruditissimis vulgavit Laurentius Pignorius.

HIERONĪCAE, arum, quos *sacri certaminis victores* quasi interpretatus Plinius appellat lib. 19 cap. 8. Suetonius Nerone cap. 24 *Ac ne cujus alterius hieronicarum memoria aut vestigium exstaret usquam*, &c. *Hieronicæ*, qui in Olympiis, Pythiis, Isthmiis & Nemeis vicissent. Hæc enim *sacra certamina* dicebantur. Variis autem honoribus Hieronicæ afficiebantur. De quibus vide Casaubonum & cæteros interpretes ad Neronem Suetonii cap. 25.

HIĔRŌNȲMUS, i, Rhodius, Aristotelis discipulus, cujus meminit Cicero de Fin. 2 cap. 3, & Tusc. 2 cap. 6 &c. ¶ 2. *Hieronymus*, Stridonensis, scriptor ecclesiasticus, linguarum & historiarum peritissimus, qui Patrum latinorum primus Philosophiam & Theologiam conjunxisse dicitur. vid. Sixt. Senens. lib. 4 p. 241.

HIĔRŎPHANTA, & Hierophantes, æ, sacrarum ceremoniarum magister, & interpres. v. Arnob. lib. 5 adv. Gent. & ibi Elmenhorst. conf. Loccen. Indice Philolog. ad Nep. aliosque hujus scriptoris interpretes ad Pelopidam ejus cap. 3 n. 2. Adde Meurs. Eleusin. cap. 13. Alex. ab Alex. lib. 4 cap. 7, & lib. 5 cap. 17. Jac. Gothofr. not. ad L. 14 Cod. Theodos. de Pagan. sacrif. & templ. qui pleraque veterum loca collegerunt.

HIEROPHȲLAX, ăcis, ἱεροφύλαξ, sacrorum custos, ein kirchner, küster, l. 20 ff. de ann. leg.

HIĔRŎSŎLȲMA, orum, ἱεροσόλυμα, plurale, & *Hierosolyma, æ*, sing. & *Hierusalem*, vel *Jerusalem*, indeclinab. urbs Palæstinæ, clarissima & florentissima urbium orientis, quemadmodum Plinius scripsit 5 c. 14, & 6 c. 34. ¶ Dicta primum fuit *Solyma*; sed cum rex Cananæus, Justus nomine, templum addidisset, *Hierosolyma* appellari cœpta est: Græci enim ἱερὸν templum vocant. Eusebius quasi ἱερὸν Σολομῶνος, id est, *ædem Solomonis*, dictam putavit lib. 9 de Præparatione Evangel. B. Hieronymus epist. ad Eustochium de vita Paullæ; *Ingressa est Hierosolymam urbem trinominem Jebus, Salem, Hierusalem: quæ ab Aelio postea Adriano de ruinis & cineribus civitatis in Aeliam suscitata est.* Nempe significat, Hadrianum de reliquiis & ruinis novam exstruxisse urbem, quam ab se *Aeliam* appellavit: quod & ad cap. 1 Joëlis docet. Sed nomen *Hierusalem* contractum & leviter immutatum ex *Jebus* & *Salem*. Quæ vera originatio est. Nugæ enim sunt, quæ de *Solimis*, gente Homero celebrata, & *Hierosolymo* Duce apud Tacitum initio 5 Hist. & apud Plutarch. legimus. Lysimachus quoque, historicus græcus, finxit, Israëlitas, Mose duce, ex Ægypto egressos, omnia templa diruisse, & ab eorum spoliis urbem ἱερόσυλα appellatam condidisse, ut Josephus lib. 1 contra Apionem ostendit. Capta, direpta, & secundum Christi vaticinium incensa, & eversa post obsidionem semestrem funditus est a Tito anno secundo Vespasiani, anno Christi 73 octavo die Septembris. Hodiernæ urbis situm nihil immutatum a veteri, Brocardus monachus asserit in descriptione terræ sanctæ: atque id hodierni incolæ persuasum habere memorantur. Sed aliter, nisi fallor, sentiunt Pradus & Villalpandus Comment. in Ezechielem. *Muri Hierosolymorum*, Tacit. Hist. 5 cap. 9. *Oppugnatio Hierosolymorum*, Suet. Tito cap. 5. *Hierosolymam habent*, Cicer. pro Flacco cap. 28, & Suet. Aug. cap. 93. *Impia Jerusalem*, Lactant. de Pass. v. 25. *Hierusalem templo illustrata*, Prudent. Psych. v. 811. Non horruit casuum flexionem Paulinus Nolanus ad Cytherium v. 497 *In atriis Hierusales.*

¶ Hierosolymitanus, a, um, adjectiv. ut, *Cives Hierosolymitani*, *Templum Hierosolymitanum*, &c.

¶ Hierosolymarius, i, quod nomen Cicero formavit, Pompejum, Hierosolymorum victorem, victoriæque suæ prædicatorem pungens ad Attic. lib. 2 epist. 9, *Hic noster Hierosolymarius, traductor ad plebem.*

Hietare,

Hietare, vide in *Hio, āre.*

HĬLĂRIS, e, & Hilarus, a, um, ἱλαρὸς, [utrumque enim dici, Macrobius lib. 1 Saturn. cap. 9 notat] lætus, jucundus, lustig, frölich. Horat. lib. 1 epist. 18 v. 89 *Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosi.*

Terent. in Adelph. a. 2 sc. 4 v. 23 *Hilarem hunc sumamus diem*, last uns diesen tag in fröligkeit zubringen. Idem in eadem fab. a. 5 sc. 3 v. 56 *Hodie modo hilarem fac te*, erzeige dich nur heute frölich. *Vita hilara*, ein freuden-volles leben, Cic. lib. 5 de Fin. cap. 30. Comp. *Hilarior.* Cic. de Cl. Orat. cap. 5 *Animadverti paullo te hilariorem:* & in Pison. cap. 5 *hilarioribus oculis.*

¶ Hĭlărŭlus, a, um, diminutivum, kurtzweilig. Cicero usus est ad Att. lib. 16 epist. 11 extr. *Attica, quoniam (quod optimum est in pueris) hilarula est, meis verbis suavium des.*

¶ Hĭlărè, ab *Hilarus*, adverb. freudig, frölich; ut, *Hilare vivere*, Cic. 5 de Fin. cap. 30. *Hilare accipi*, Id. 2 de Orat. cap. 72 pr. *Hilare quem prosequi*, Sueton. Nerone cap. 34. *Hilariùs loqui*, Cic. 3 Tuscul. c. 27. Et, *Hilariùs & quasi exultantius scribere*, Plin. lib. 3 epist. 18. Superl. *Hilarissime* Plauti est Menæch. a. 1 sc. 2 v. 40,

Ecquid audes de tuo istuc addere? Parasit. *atque hilarissimè.*

¶ Hĭlărĭter, idem. Auctor ad Herenn. lib. 3 cap. 14 *Modo acriter, tum clementer, mœste, hilariter, in omnes partes commutabimus, ut verba, ita pronunciationem.*

¶ Hĭlărĭtas, ātis, festivitas, lætitia, die fröligkeit, kurtzweil. Cic. 1 Offic. cap. 30 *Inerat in C. Lælio multa hilaritas.*

¶ Hilaritūdo, ĭnis, idem: ut, *Onera te hilaritudine*, Plaut. Mil. a. 3 sc. 1 v. 83. Et, *Hilaritudo oculorum*, Idem Rud. a. 2 sc. 4 v. 8. Ac Apulejus lib. 11 p. 260 *Tanta hilaritudine gestire mihi cuncta videbantur.*

¶ Hilarĭtus, adverb. ex Plauti Milite a. 3 sc. 1 v. 83 arcessunt, dicentis, *onera hilaritus me.* Sed meliores libri omnes habent, *atque onera te hilaritudine.*

¶ Hĭlăresco, ĕre, frölich werden. Varro apud Nonium cap. 2 n. 404 *Cum amicorum domus fumat, hilaresco.* Et Augustinus lib. 10 Confess. cap. 31 *Ad hoc incertum hilarescit infelix anima.* Idem lib. 5 Confess. cap. 13 *sermo hilarescens.*

¶ Hilaria, orum, Ἱλάρια, ein freuden-fest, fastnacht. Sic diem æquinoctii verni Antiqui vocarunt; nimirum diem octavum Calendarum Aprilis, den 25 Martii, ut Macrob. indicat lib. 1 Saturn. cap. 21. Lampridius *Hilaria Matris Deûm* appellat: in ejus enim & Attinis honorem festus agebatur hic dies, ut idem Macrobius significat; vide & Herodianum lib. 1 cap. 10, qui accurate describit. Casaubonus ad Severum Lampridii observat, *Hilaria* in genere appellari quemlibet diem qua privata, qua publica festivitate solennem: peculiariter vero festum Matris Deûm. Contra Salmasius ad Aurelianum Vopisci negat usquam apud Latinos γενικῶς usurpari *Hilaria*; sed tantum de festo die Matris Deûm. Nobis hic dies multo est ac debet quidem esse festivior & hilarior, recordatione maximarum rerum in ecclesia. Quintil. 6 cap. 4 *Hilaria omnibus conveniunt.*

¶ Hĭlăro, avi, atum, are, ἱλαρύνειν, hilaritatem afferre, frölich machen, erfreuen. Apulej. lib. 5 Miles. *Quantis gaudiis totam domum nostram hilarabis?* Catull. carm. 64 v. 18 *Hilarate animum.* Et Cic. 2 de Fin. cap. 3 *Omnes jucundum motum, quo sensus hilaretur, græce ἡδονὴν, latine voluptatem vocant.*

¶ Hilaratus, a, um, ergetzt, erfreut. Cic. 2 Nat. Deor. cap. 40 *Terra cum cælo hilarata.*

¶ Hilarōdus, i, lascivi & delicati carminis cantor, ein lustiger sänger, Festus.

¶ Exhĭlăro, are, erfreuen, belustigen. Plin. lib. 16 cap. 25 *Neque ilex, larix, pinus, ullo flore exhilarentur.* Et Martial. 8 epigr. 50

Exhilarant ipsos gaudia nostra deos.

¶ Exhilaratus, a, um, erfreut. Cic. lib. 9 epist. ult. ad Pætum: *Miraris, tam exhilaratam esse servitutem nostram?* Et Columella lib. 6 cap. 24 *pecudes pabulo exhilaratæ.*

¶ Exhilaratio, ōnis, die erfreuung. Augustinus lib. 8 de Genesi ad lit. cap. 8 *Exhilaratio voluntatis.*

HILARIVS, i, Vitellii libertus, Tacit. Hist. 2 cap. 65. ¶ 2. *Hilarius*, Phrygius quidam vates, apud Suidam. ¶ 3. *Hilarius*, Pictaviensis, seculo quarto hæreticorum flagellum & malleus dictus, de cujus scriptis Voss. de Hist. Lat. 2 cap. 8 p. 186. ¶ 4. *Hilarius*, Arelatensis, seculo quarto, de quo Voss. l. c. 2 cap. 16, & Hist. de Controvers. Pelag. 1 cap. 19.

HILLA, æ, & neut. genere Hilla, orum, intestinum, ein darm. Horatius lib. 2 Serm. satyr. 4 v. 60

Post vinum stomacho pernâ magis, at magis hillis
Flagitat in morsus refici.

Intestinum porcinum est fartum, ein gefüllter schweins-darm, eine wurst. Varro de L. L. 4 cap. 2 *Hilam* vocat, ubi ait: *Tenuissimum intestinum fartum hila ab hilo dicta, i. e. minimo.* Nonius cap. 2 n. 410 *Hilas* habet, & ex Laberio *hillas.* Plautus *hillas infumatas* dixit. B. Ambrosius de Tobia cap. 19 *Ad lanium dirigit, ut hillam procuret.* vide infra *Hiram*, unde diminutivè dici *Hillam*, ex Festo probamus.

HĪLVM, i, macula illa nigra est in summa faba, ut Festus docet, das schwartze flecklein oben auf der bohnen. ¶ 2. Hinc pro re vili & nihili usurpatur: Lucretius lib. 3 v. 843

Mors igitur nihil est, ad nos neque pertinet hilum.

Vetus Poëta apud Ciceronem 1 Tusc. Qu. cap. 4

quod Sisyphu' versat
Saxum sudans nitendo, neque proficit hilum.

Avienus Arateis v. 447

Non eget hujus enim sedes sacra luminis hilum.

¶ Componitur inde *Nihil*, quod est, quasi *Ne hilum* quidem. vide suo loco.

HIMANTŎPŎDES, um, latine Loripedes, Æthiopiæ populi, serpendo ingredientes, Pomponio & Solino cap. 43, ab ἱμὰς, ἱμάντος, lorum, ἱμαντόποδες. ¶ 2. Sunt & aves *Himantopodes* sic dictæ, a crurum exilitate. Oppian. & Plin. 5 cap. 8.

Hinc, cum compositis, vide in *Hic, hæc, hoc.*

Hinnio, īre, Hinnītus, quære mox in *Hinnus.*

HINNVS, i, ex equo & asina est, minor mulo, qui ex asino est & equa. Varro de R. R. 2 cap. 8, Plinius lib. 8 cap. 44, & Columella lib. 6 c. 37, ein pferd-esel, maul-esel. vid. supra *Ginnus.*

¶ Hinnŭlus, i, diminut. ein füllen, junger maul-esel. Plinius supra laudato loco: *Equo & asinâ genitos mares*, hinnulos *antiqui vocabant*, &c. Vet. Gloss. *Hinnulus*, ὁ ἐξ ἵππου καὶ ὄνου. conf. Varr. de R. R. 2 cap. 8. ¶ *Hinnuli* etiam dicuntur catuli caprearum, damarum, &c. rehböcklein, geißlein. Vet. Gloss. *Hinnuli*, νεβροί. *Hinnulus si sis, ne cum leone carnes partiaris:* Critiæ, qui unus e triginta Atheniensium tyrannis fuit, dictum, quo tenuis loci hominibus tutum negabat, ut cum potentibus rem haberent: mit grossen herren ist nicht gut kirschen essen.

¶ Hinnŭlĕus, i, idem qui Hinnulus, sicut *equuleus*, dicitur. Horat. lib. 1 od. 23 v. 1 *Vitas hinnuleo me similis Chloë.*

Hoc est, similis pullo cervino, quo nihil timidius & ad fugiendum paratius est.

¶ Hinnio, hinnire, equorum est, wiehern. Vnde & *Hinnientes* pro equis, Lævius poëta vetus dixit apud Apulejum in Apologia, Philtra recensens: *Radiculæ, herbæ, surculi,*
Hinnientium dulcedines.

Ita Hippomanes vocat. Quintil. 1 cap. 9 extr. *Ne balare quidem aut hinnire fortiter diceremus, nisi judicio vetustatis niterentur.*

¶ Hinnītus, ûs, das wiehern, pferde-geschrey. Liv. lib. 2 cap. 64 *fremitus hinnitusque equorum.* Et Silius lib. 5 v. 66

fremuisse hinnitibus Alpes.

Justinus lib. 1 cap. 10 *hinnitum edere.* Arnobius 4 p. 145 *sub pecoris specie hinnitibus evolavisse Saturnum jactatis?* h. e. in equum se mutasse. Apud Stobæum Socrates, *Superbiam*, inquit, *hinnitum esse stultitiæ:* Ἂν ἀλαζονῇς· τοῦτ' ἀνοίας ἐστὶ φρύαγμα.

¶ Hinnĭbĭlis, e, hinniens, wiehernd wie ein roß. Cæl. Aurel. 1 cap. 10 *Exscreatus hinnibilis.*

¶ Hinnibundè, adverb. idem, pro hinnienter, Claud. apud Nonium cap. 2 n. 411 *Equi hinnibunde inter se spargentes terram calcibus.*

¶ Hinnĭto, are, frequent. offt wiehern. Gloss. gr. lat. χρεμετίζει, *hinnitat.*

¶ Adhinnio, ire, quod est hinnitu provocare, zuschreyen, anwiehern. Ovid. lib. 2 de Remedio amor. v. 237

Fortis equus visæ semper adhinnit equæ.

Plautus Cistell. a. 4 sc. 2 v. 83 *Adhinnire possim ego equulam hanc.* Plinius lib. 35 cap. 10 de Apellis picto equo: *Apellis tantum equo adhinnivere.* Prudent. in Symmach. 1 v. 58 *puellis adhinnivit mœchus.* Cicero metaphorice dixit, *Ad alicujus orationem adhinnire*, in Pisonem cap. 28, id est, applaudere.

HĬO, hiare, est aperiri, sich von einander thun, klaffen, ritze gewinnen, unde *hiare* pro manifestum esse nonnunquam usurpatur. Apulejus Apol. p. 533 *Patent artes tuæ, Rufine: fraudes hiant: detectum mendacium est.* Sallust. apud Nonium cap. 4 n. 228 *Hiavit humus multa, vasta & profunda*, das erdreich hat sich von einander gethan. Sic *Flores hiant*, cum incipiunt nasci & aperiri, die blumen gehen auf. Propertius lib. 4 eleg. 2 *Nec flos ullus hiat pratis.*

Mutila & hiantia loqui, die worte verbeissen, Cic. in Orat. cap. 9. *Disjuncti atque hiantes concursus litterarum*, Idem Partit. Orat. cap. 6, buchstaben, so übel auf einander folgen. *Crebri vocalium concursus hiantem orationem reddunt*, Auct. ad Herenn. lib. 4 cap. 12. ¶ 2. *Hiare ad lucrum, ad prædam*, est cupidum esse, begierig seyn nach dem gewinn. Ita *hiantes cupiditates* Tacitus dixit Histor. 1 cap. 12. Et Seneca epist. 72 *Canis quidquid accipit, protinus integrum devorat, & semper ad spem futuri hiat*, id est, aperto ore concupiscit. ¶ 3. *Hiare* etiam est stupere, das maul aufsperren, gähnen, lechzen. Virg. Æn. 6 v. 493 *Clamor frustratur hiantes.* conf. Nonius l. c.

¶ Hiantia, æ, die aufthuung, öffnung. Tertull. de Anima cap. 10 *Tubam pariter & hiantiam oris illius ostende.*

¶ Hiātus, ûs, apertio, die aufklaffung, aufsperrung; ut, *Hiatus terrarum*, Senec. ad Helv. cap. 6, die klufft der erden. Ovid. Heroid. epist. 3 v. 63 *Devorer ante, precor, subito telluris hiatu.*

Cic. lib. 2 Nat. Deor. cap. 47 *oris hiatu cibum capessunt*, mit dem schlunde. ¶ *Hiatus concursu vocalium*, Cic. in Oratore cap. 23, eine abschnappung: Cum nimirum in oratione vocales finiunt alias, atque sine intervallo incipiunt alias dictiones. ¶ *Præmiorum hiatum*, nimiam eorum cupiditatem vocat Tacitus Hist. 4, 42, 6, die sehnsucht darnach.

¶ Hiĕto, are, sive Hiatare, frequentativo ab *Hiare* veteres usi sunt, ut Plautus Menæch. a. 3 sc. 1 v. 4, & Lucilius, ac Laberius; vide Diomed. lib. 1 p. 336, maulaffen feil haben.

¶ Hiasco, ĕre, klaffen, apud Catonem de re rust. cap. 17 *Vbi primum hiascere incipiunt, tum legi oportet*, wenn sie angefangen sich aufzuthun, de nucibus loquitur.

¶ Hisco, hiscere, inchoativum, sich aufthun, von einander geben. Vsurpatur fere semper de ore humano. Cicero 2 Philipp. cap. 43 *Respondebisne ad hæc, aut omnino hiscere audebis?* Livius lib. 6 cap. 16 *Nec attollere oculos aut hiscere audebant*, muckſen, das maul aufthun. Virgil. 3 Æn. v. 314 *raris turbatus vocibus hisco.*

¶ Hiulcus, a, um, fatiscens, klaffend, unformlich, zerbrochen; ut, *Arva hiulca*, das feld, so da aufgerissen, geborsten ist. Virg. 2 Georg. v. 353

hiulca siti findit Canis æstifer arva.

Et Sidonius 6 epist. 7 *hiulca vulnera*, i. e. patentia. Plautus Trin. a. 2 sc. 2 v. 9 *Hiulcum* pro avido & alienum inhiante dixit. Sed *hiulcæ voces*, Cic. in Orat. cap. 44, &, *hiulcus verborum concursus*, lib. 3 de Orat. cap. 43, habitus est orationis non numerosus, non densus, sed hians & inelegans, wenn die rede kahl, und mit worten nicht wohl ausgefüllet ist.

¶ Hiulcè, adverb. idem; ut, *Hiulce loqui*, apud eumdem in 3 de Orat. cap. 12.

¶ Hiulco, are, verbo etiam Catullus usus legitur, pro findere, seu hiulcum facere, spalten; ut, *Æstus hiulcat agros*, die hitze zwinget das land auf, carm. 69 v. 62. Hinc &

¶ Hiulcatus, a, um, gespalten, aufgeborsten. Fortun. Carm. 5
Et per hiulcatos fervor anhelat agros.

Composita:

¶ Circumhisco, ĕre, umher klaffen. Arnobius lib. 5 pag. 176 *Jamdudum me fateor hæsitare, circumhiscere, tergiversari*, &c.

¶ Dehiscere, aperire, sich aufthun, zerspalten, sich von einander thun, zerlächzen. Virgilius 4 Æneid. v. 25
Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat.

Seneca epist. 30 *Quemadmodum in nave, quæ sentinam trahit, uni rimæ aut alteri obsistitur; ubi plurimis locis laxari cœpit & cedere, succurri non potest navigio dehiscenti; ita in senili corpore aliquatenus imbecillitas sustineri & fulciri potest*, &c.

¶ Dishiascere, idem. Cato de Re Rust. c. 12, *qui arbores comprimant, si dishiascent.*

¶ Fatiscere, vide suo loco.

¶ Inhio, are, cum dativo junctum, hefftig begehren, darnach trachten. Cic. 3 Catil. cap. 8 *Romulum in Capitolio parvum atque lactentem, uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis.* Horat. Serm. lib. 1 satyr. 1 v. 70 *congestis undique saccis*
Indormis inhians, &c.

Plautus cum accusativo extulit in Sticho a. 4 sc. 2 v. 25, *Illic homo tuam hæreditatem inhiat, quasi esuriens lupus*, er schnappet nach dem erbe. Et Milite Glor. a. 3 sc. 1 v. 120
Bona mea inhiant: certatim dona mittunt & munera.

¶ Inhiatio, ōnis, cupiditas, die begierde, sehnsucht. Trebell. Pollio in Gallienis c. 9 *Scrutantes omnia, atque uniuscujusque vultum mira inhiatione mirantes.*

¶ Inhianter, adv. cupide, begierig. Augustinus Confess. lib. 9 c. 8 *plenos mero caliculos inhianter haurire.* Idem epist. 112 cap. 8 *inhianter ardescunt*, id est, cupiunt.

¶ Interhiare, darzwischen klaffen. Tertullianus Apolog. c. 48 *finis & limes medius, qui interhiat.* vide ibi Rigalt.

¶ Semihians, tis, halb offen. Catullus carm. 61 Jul. & Manl. epithal. v. 220 *semihiante labello.* Apulejus lib. 5 Miles. p. 166 *verba semihiante voce substrepens.* Idem lib. 10 p. 252 *semihiantes compressit labias.*

¶ Semihiulcus, a, um, halb von einander stehend, halb klaffend. Gellius lib. 19 cap. 11 amici cujusdam versus ex Platonis amatoriis translatos citat, quorum initium est:
Dum semihulco savio &c.

Semihulco dicit pro *semihiulco*, metri caussa, quasi distincte scriptam vocalem eliserit, *semi hiulco.*

HIPPĂCE, es, ἱππάκη, caseus ex lacte equino, ein roß-käse. Plin. lib. 27 cap. 9.

HIPPĂCO, are, ab ἵππος, est celeriter animam ducere, keichen, ab equi halitu, qui supra modum acutus, Festus. ¶ In Isidori Glossis, *Hippitare* est. vid. Barth. ad Stat. Silv. p. 22. 23.

HIPPĀGVS, vel Hippagōgus, i, ἱππαγὸς, vel ἱππαγωγὸς, navigii genus vehendis equis aptum, eine fähre. Plin. 4 c. 56 *Hippagum Salaminii invenerunt.* Liv. 44 c. 28 *Naves, quas hippagogos vocant, ab Elea profectæ, cum equitibus Gallis equisque*, transport-schiffe.

¶ Hippāgo, ĭnis, idem, apud Festum & Gellium 10 c. 25.

HIPPARCHVS, i, ἵππαρχος, Astrologus Nicéus fuit, qui contra Platonem scripsit de Arati Phænomenis, stellis fixis, de lunæ motu. Primus instrumenta mathematica invenit, Plinio maxime laudatus lib. 2 c. 26 & aliis locis. ¶ 2. *Hipparchus* alius, filius fuit Pisistrati tyranni, de quo Thucydides. Vt invidiam tyrannidis sapientiæ laude extingueret, viros eruditos & litterarum studia maxime coluit. v. Ælian. V. H. 8 c. 2. ¶ *Hipparchi murus*, vid. in Erasmi Adag.

HIPPEVS, i, Ἱππεὺς, sculptor, & faber insignis, de quo Athenæus p. 233. conf. Dalechamp. ad Plin. lib. 2 c. 25 p. 83. ¶ Est & cometæ genus. Plin. ibid.

HIPPIAS, æ, Philosophus, Elæus fuit, cujus Cicero & Quintilianus meminerunt. Summum is Bonum fecit διαιτάρκειαν, hoc est, eo contentum esse, quod victui simplici sat esset. Hic audiente tota pæne Græcia gloriatus est, se omnes artes novisse, non solum liberales illas, sed & quas sellularias vocamus: atque nihil esse in toto suppellectilis suæ instrumento, quod non suis sibi manibus confecisset. vide Ciceron. lib. 3 de Oratore, & Apulejum in Floridis. ¶ *Hippiæ*, Simonidis & Theodectis præceptionibus de memoria meminit Ælianus H. A. lib. 6 cap. 10. ¶ 2. *Hippias* item Pisistrati filius in pugna Marathoniâ cecidit, contra patrem arma ferens, Cic. ad Attic. lib. 9 epist. 10.

HIPPĬCE, es, ἱππικὴ, herba est Plinio, quam in ore habentes equi, famem & sitim non sentiunt, lib. 25 c. 8.

HIPPIVS, i, ἵππιος, id est, equester, ein reisiger; Neptunus ita dictus est, cujus nominis caussas adducit Festus.

HIPPO, ōnis, Ἱππὼν, masculin. & fœmin. Africæ urbs. *Hippo Regius* appellatur, episcopatu Augustini insignis, qui se alioqui *Tagastanum* fuisse, a *Tagasta* Africæ oppido, scripsit libro 2 Confessionum. Silius lib. 3 v. 259
Tum vaga & antiquis dilectus regibus Hippo.

¶ Est & *Hippo Diarrythus*, colonia Romana in Africa propria, quæ distinguitur ab urbe Numidiæ, Hippone Regio, de quo jam diximus. Plinius lib. 9 epist. 33. Adde avunculum lib. 9 c. 8. Ab utraque

¶ Hipponensis, e, adject. ut, *Hipponensis colonia*, Plinius lib. 9 epist. 33. *Præsul Hipponensis*, Augustinus est. Additur tamen discriminis aliquando nota, ut Augustinus epist. 60 *regionem Hipponensium Regiorum* dixit.

Hippocamelus, vide supra *Camelus.*

HIPPOCAMPTVS, i, ἱππόκαμπτος, avicula quædam est Hesychio, Varino *passerculus.*

HIPPOCAMPVS, i, ἱπποκάμπη & ἱππόκαμπος, equus marinus flexu in piscis caudam desinens, Diosc. 2 c. 3, Plinio 32 c. 11, Nonio c. 2 n. 397. Est autem *Hippocampus* pisciculus marinus, capite & juba equum æmulante, caudâ vero erucas, die rauppe. Nomen ab utraque figura factum est: ἵππος equum, κάμπη erucam significat, cujusmodi est cauda hippocampi: Germanice interpretari liceat, ein meer-roß oder see-rößlein; Inde *caballionem marinum* quidam nuncupant; pisciculus est non edulis, nec ipsis etiam piscibus aliis: ejus tamen in medicina usus. v. Plin. 32 c. 5 & 9. Idem lib. 36 c. 5 inter Scopæ artificis opera ex marmore refert *Nereides supra delphinos & cete & hippocampos sedentes.* ¶ Lucilio *Hippocampus* scutica est: *Transverso ordine posuit hippocampi elephanto armillos.*

¶ Hippocampīnus, a, um, adject, ut, *Hippocampinus cinis*, Plin. 32 cap. 7.

Hippocentaurus, vide supra *Centaurus.*

HIPPOCLĪDES, is, Ἱπποκλείδης, Tisandri filius, adagii auctor: οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ, *Non est curæ Hippoclidi*, vel, *non curat Hippoclides*, wer fragt darnach? Eo usus Lucianus est Philopatr. extremo, vel qui alius ejus Dialogi auctor est. Clistenes filiam Agaristem Græcorum præstantissimo nuptum dare volebat; convolabant undique proci nobilissimi. Eos annum apud se detinens, explorabat singulorum mores, iracundiam & eruditionem. Dies dictus erat nuptiis, mactati centum boves, certamen de musica instituunt proci. Hippoclides alios longe antecellit: jubet tibicinem sibi canere ἐμμέλειαν, (sedatum quoddam saltationis genus) & saltat: dein inferri mensam præcipit: qua allata, primùm super eam Laconicos saltavit modulos, mox alios Atticos: tandem super mensam capite statuto, cruribus veluti manibus gesticulabatur. Ad quæ Clistenes: Fili Tisandri, defalcasti matrimonium. Cui ille, *Non est istud curæ Hippoclidi.* Vnde proverbium factum est. Hæc Herodotus in Erato.

HIPPŎCŎMVS, i, ἱπποκόμος, equiso: sic dictus ab equis comendis, ein stallknecht, stallmeister, Pollux lib. 1 c. 10 & 11. Theod. Cod. l. 8 tit. 5 *Hippocomorum sagum usurpare.*

HIPPŎCOON, ontis, notus ex venatione apri Calydonii, Hygini fab. 173, & in ludis Æneæ, fab. 273. Ovid. Met. 8 v. 314
Et quos Hippocoon antiquis misit Amyclis.

¶ Hippocoum, i, vinum ex insula Coo dictum ab agro generoso, cui nomen est Hippo. Festus.

HIPPŎCRĂTES, is, medicorum princeps, medicinam diu neglectam in lucem revocavit. Floruit post bellum Trojanum, Democriti & Pythagoræ temporibus. Huic tribuitur, Πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον. Hoc est, *Omne multum vel nimium, naturæ inimicum est*, zu viel ist ungesund. ¶ 2. Fuit & alius quidam *Hippocrates*, Atheniensis, cujus liberi, Telesippus, Demophoon, & Pericles nominati, à Comicis exagitantur, & tidentur, ut stolidi, inertes, stupidi. Decessit initio belli Peloponnesiaci, quo tempore Cous ille vates vix annorum fuit triginta, ut verisimile non fiat, liberos ejus Athenis incessisse solitos, tamquam cerritos. vid. Voss. libro 2 Instit. Orat. pag. 303.

¶ Hippocrătĭcus, a, um, adject. Prudentius Romano v. 496
Nam mitiores sunt manus medentium,
Laniena quando sævit Hippocratica?

Vbi *Lanienam Hippocraticam* medicorum sectiones vocat, cum carnes putridas recidunt. Sequitur etiam quasi interpretatio quædam:
Vivum secatur viscus, & recens cruor
Scalpella tingit, dum putredo abraditur.

Simili ratione S. Hieronymus *Hippocratica vincula* elegantissime dixit, quibus phrenetici recuperandæ sanitatis caussa constringuntur. Ita enim adversus Vigilantium scribit: *Galliæ*, inquit, *vernaculum hostem sustinent, & hominem moti capitis atque Hippocraticis vinculis alligandum, sedentem cernunt in Ecclesia.*

HIPPŎCRĒNE, es, fons Musarum in Bœotia, qui *Caballinus* Persio in procemio dicitur: propterea, quod ungula Pegasi equi factus fingitur. Ovidius lib. 5 Fastor. v. 7 *fontes Aganippidos Hippocrenes.*

¶ Hippocrēnæus, a, um, adjectivum. Poëta anonymus de Laudibus Herculis v. 5 *Hippocrenæos victorem insistere fontes.*

¶ Hippocrenisatus, a, um, cum vulgo Smetius & Savaro in Sidonii carm. 22 v. 81 legunt: sed Sirmondus & Wowerus ex melioribus libris *Hic & crinisatas jungebat Pegasus alas.*
quasi ex ipsis Pegasi crinibus natas.

HIPPŎDĂME, es, & Hippodamia, æ, Oenomai regis Elidis & Pisarum filia, eximia pulchritudine, & ob id multis petita procis. Quibus hanc legem pater dixit, ut curule certamen secum inirent, victor Hippodamia potiretur, victi morerentur. Superatis vero occisisque XIII adolescentibus, tandem victus a Pelope est. Virg. Georg. 2 v. 7
Hippodameque humeroque Pelops insignis eburno.

Propert. 1 eleg. 2 v. 20 *Avecta externis Hippodamia rotis.*
Idem d. l. eleg. 8 v. 35 *Dotatæ regnum vetus Hippodamiæ.*
vide & Pausan. lib. 6, Hyginum fab. 84. ¶ 2. Fuit & alia puella hoc nomine, quam Achilles expugnato Lyrnesso oppido secum abduxit, quæ à patre *Brisa Briseis* poëtis appellatur. ¶ 3. Et alia Pirithoi uxor, de qua Ovidius lib. 12 Metamorph. v. 210.

HIPPŎDĂMVS, i, Milesius fuit, cujus instituta multa percenset, pauca castigat Aristot. lib. 2 Polit. c. 7, & lib. 7 c. 11. Eidem divisionem, & dispositionem civitatum adscribit. vid. Piccart. ad Polit. Aristot. p. 237 seq. & p. 1064 seq. Martial. 4 epigr. 31.
Non semper belle dicitur Hippodamus.

HIPPODRŎMVS, i, ἱππόδρομος, locus certaminis equestris, ein rennplatz, eine stechbahne. Plaut. Bacch. act. 3 sc. 3 v. 27
De hippodromo & palæstra ubi revenisses domum.

In privatis quoque villis Hippodromus. vide Plinium lib. 5 epist. 6.

HIPPOGLOSSVM, i, ἱππόγλωσσον, Itali eam herbam *Bislinguam* vocant, zäpfflinkraut. ¶ Plinius lib. 27 c. 11 pr. *Hippoglossam* muliebri genere dixit.

Hippŏlăpăthum, vide infra *Lapathum.*

HIPPŎLȲTE, es, Ἱππολύτη, Amazonum regina, quam Hercules prælio superatam & captivam Theseo uxorem dedit. v. Hygini fab. 30 & 163, & Virg. Æn. 11 v. 661.

HIPPŎLȲTVS, i, Ἱππόλυτος, Thesei & Hippolytæ Amazonis filius, ab equis, perturbatis lapsu præcipiti phocarum ex litore in mare, discerptus, & ab Æsculapio in vitam revocatus, qua occasione *Virbius*

dictus

dictus fuit *bis vir*. Lactant. lib. 1 c. 17, & ibi Gall. p. 94. De hoc extant Euripidis & Senecæ Tragœdiæ, ejus nomine inscriptæ.

HIPPŎMĂCHUS, i, ἱππόμαχος, pugil, qui, cum discipulus specimen exhiberet artis, plausum & judicium populi repudiavit. Ælian. H.V. 2 c. 6. Adde lib. 14 c. 8 ubi tibicen vocatur.

HIPPŎMĂNES, nomen indeclinabile, ἱππομανὲς, ab ἵππος & μανία, pferdegifft. De quo & quid sit, varia tradunt auctores. Columella generaliter de eo loquitur, & venenum quidem & medicamentum amatorium (& sane inter philtra *Hinnientium dulcedinem*, *Hippomanes* circumscribens, vetus Poëta Lævius numerat, cujus versus paullo ante in *Hinnus* retulimus;) esse declarat, sed quid sit illud, non adjicit: sic appellatum scribit tamen, quod equinæ cupidini amorem similem accendat. Locus Columellæ est lib. 6 cap. 27. Aristoteles lib. 6 de Animal. & Plinius 8 c. 42, & 28 c. 10 nunc liquorem, nunc carunculam, ac idem modo, modo diversum faciunt. Etiam Virgilius sibi non constat. Alibi enim liquorem virosum tradit, ut 3 Georgicorum v. 281

Hinc demum Hippomanes, vero quod nomine dicunt
Pastores, lentum destillat ab inguine virus,
Hippomanes, quod sæpe malæ legêre novercæ.

Alibi facit carunculam teneram in fronte pulli equini, recens editi, quam genitrix illico devorat, aut partum ad ubera non admittit. Nam 4 Æneid. v. 515 scribit:

Quæritur & nascentis equi de fronte revulsus,
Et matri præreptus amor.

vide Ælianum lib. 3 H. A. c. 17, ubi Hippomanes appellat ἴυγγας ἐρωτικὰς, τὸ ἐπὶ τῷ μετώπῳ σαρκίον. Et lib. 14 c. 22 nonnullos in fronte istam carunculam, alios ad lumbos, ad genitalia alios adhærescere opinari scribit; ubi plura vide. Theocrito herba est, qua gustata, equi in furias agantur, quemadmodum & Hesiodo. Theocriti in Pharmaceutria verba sunt.

Ἱππομανὲς φυτόν ἐστι παρ' Ἀρκάσι, τῷ δ' ἐπὶ πᾶσαι,
Καὶ πῶλοι μαίνονται ἀν' ὤρεα, καὶ θοαὶ ἵπποι.

Hoc est, *Hippomanes planta est apud Arcadas, ex qua pulli & equi omnes per montes insaniâ correpti, rabiosi feruntur.* Theophrasto vero lib. 9 Histor. Plant. confectio quædam, quæ apud Arcadas in urbe Ægæa ex tithymalo herba præparetur, eo nomine venit. ¶ Inde ἱππομανεῖν dicebantur proverbiali convicio fœminæ circa Venerem intemperantes, ac libidine præter modum prurientes. v. Erasm. in Adag.

HIPPŎMĂRATHRUM, i, ἱππομάραθρον, feniculum silvestre. Plin. lib. 20 c. 23, roßfenchel, pferdegifft. Gustu est acriore & procerius, *Myrsineum* vocant etiam aliqui. Matthiolus.

HIPPŎMĔNES, is, Megari filius, ex progenie Neptuni, qui Atalantam, Schœnei regis in Scyro filiam, cum qua in cursus certamen descenderat, & dolo vicit & conjugem obtinuit. vide Ovid. lib. 10 Metamorph. fab. 14, & Ælian. lib. 13 c. 1. ¶ Adagium: *Magis impius Hippomene*: inde ortum est, quod Hippomenes, Atheniensium princeps, Limonem filiam, in adulterio deprehensam, equo feroci & famelico præbuit absumendam. Qua de re Ovid. Ibis v. 459, & Erasm. in Adag.

HIPPON, ōnis, urbs, vid. supra *Hippo*. ¶ 2. *Hippon*, philosophus a Cratete exagitatus in Panoptis Aristoph. Inter atheos eum refert Ælianus V. H. 2, 31. Hippon, Diagoras, Herostratus, infensa Diis nomina congregantur ab eodem lib. 6 c. 11 H. A.

HIPPŌNA, æ, ἱππώνη, Dea equorum, quam stabularii colebant. Juvenal. satyr. 8 v. 157 *Jurat*

Hipponam, & facies olida ad præsepia pictas.

Sed hæc corruptorum Codicum lectio. In melioribus tam editis, quam manuscriptis ita legitur: *Solam Eponam, & facies*, &c. Atque hanc lectionem etiam Vetus Scholiastes agnoscit. Nam ad illa verba *Solam Eponam*, hæc notat: *Quia mulio est qui consulitur, Epona Dea mulionum.* Meminit hujus Deæ & Apul. lib. 3 Miles. & Tertull. in Apologet. cap. 16, item Minutius Felix cap. 28, 8. Vetus Inscriptio: DEAE EPONAE MANLIUS RESTIO. Prudentius Apoth. v. 197

Nemo Cloacinæ aut Eponæ super astra deabus,
Dat solium, quamvis olidam persolvat acerram.

Valeat igitur commentitia Hippona, & in ejus locum succedat *Ĕpŏna*. Plutarchus de hâc Deâ in Parallelis ex Agesilai 3 Italicorum pag. 312 ita exponit, ut Græca a Xylandro versa sunt: *Fulvius*, inquit, *Stella a mulieribus animo alieno cum equa habuit rem: ea suo tempore filiam edidit perpulchram, cui pater Eponæ nomen indidit. Atque hæc Dea est, equorum procurationem gerens.* Quamvis vero hæc ita a doctis viris censeantur; facit tamen nummus antiquus apud Seguinum pag. 12, ut non omnem *Hipponæ*, diserte ibi expressæ, abjiciamus mentionem.

Hipponacteus, vide mox *Hipponax*.

HIPPŌNAX, actis, ἱππώναξ, auctor carminis maledici, a quo *Jambicum Hipponactéum*, quod & *Scazon* dicitur. Quod ex Jambo in Spondæum desinat, quo fit, ut impari gradu incedat. Ideo autem Spondæum pro Jambo substituit Poëta, ut gravius feriret, ac ferrum veluti in vulnere relinqueret, ut Dionysius Halicarnass. tradit. Unde Scaliger in Nemes. de Hipponacte: *Qui claudicante fortius currit pede. Sane quanta vis horum ejus carminum fuerit, testis Lycambes socer est, quem suis versibus ad restim adegit.* Hæc de Archilocho narrantur, in *Archilochus*, ubi vide. Tribuit & hunc versum Hipponacti Stobæus: Χρόνος δὲ φευγέτω σε μηδὲ εἷς ἀργός, id est, *Tempus ne ullum elabatur tibi otiosum.*

¶ Hippōnactēus, a, um, adject. ut, *Carmen Hipponacteum*, de quo paullo ante. Duplicis hoc generis fuit: Primo, cum in Senario Jambico ultimus Jambus in Spondæum convertitur, quale illud Catulli est epigr. 39

Nam risu inepto res ineptior nulla est.

Deinde, cum Senario Jambico trisyllabum ex prima brevi, & duabus longis, quod antibachium constituit, adjungitur. Tale illud ejusdem Catulli epigr. 25 *Cynæde Thalle mollior cuniculi capillo.* vide Terentianum Maurum, qui hoc metri genere vetustos Comicos usos observat. Cicero lib. 7 ad Famil. epist. 23 *Hipponacteum præconium*, pro conviciis, sive maledico carmine dixit, quod eo in genere Hipponax diligens fuit, schmähung.

HIPPOPĒRA, æ, ἱπποπήρα, sacculi genus, quod imponebatur equorum lumbis ad utilia portanda, ein watsack, felleisen, satteltasche. Seneca epistol. 87 *M. Cato Censorius cantherio vehebatur, & hipposperis quidem impositis, ut secum utilia portaret.* Horatius *manticam* appellat libro 1 Sermon. satyr. 6 v. 105

nunc mihi curto
Ire licet mulo, vel, si libet, usque Tarentum:
Mantica cui lumbos onere ulceret, atque eques armos.

HIPPŎPHAES, is, frutex, quo fullones utuntur ad interpolandas vestes. v. Marc. Emp. c. 30, & Plin. 21 c. 15, & 22 c. 12, ubi & de aliis ejus usibus in re medica.

HIPPOPHAESTUM, i, ἱππόφαιστον, itidem spina fullonia Diosc. 4 c. 163, & Plin. 16 c. ult.

HIPPŎPHŎBAS, ădis, ἱπποφοβὰς, herba magica, quam equæ præcipue cavent & aversantur. Plin. 24 c. 17.

HIPPŎPŎDES, um, ἱππόποδες, indigenæ in insulis Scythicis, qui humana usque ad vestigium forma, in equinos pedes desinunt. Solin. c. 30. Plin. 4 c. 13. Mela 3 c. 6. A celeri cursu forte hæc fabula.

HIPPŎPŎTĂMUS, i, ἱπποπόταμος, belua immanis, in Nilo & Gange, ungulas habens bubulas, jubam & dorsum equino simile, dentes apri, &c. Plinius lib. 8 c. 25, ein wasser-pferd, meer-roß. Sed non tam equi, quam porci, vituli & bovis figuram capite refert. vide cumprimis Ludolfi Histor. Æthiopicam, qua depictum Hippopotamum, pluribusque verbis descriptum exhibet, & C. Schotti Phys. Cur. 8 c. 40. Quamobrem modo *porcum*, modo *bovem marinum* vocant Byzantini. De summâ hujus animalis solertiâ & sagacitate adde Ammianum Marcellinum lib. 22 pag. 248. Apud Ægyptios symbolice, *Hippopotamus* injustum & ingratum hominem designabat. Hippopotami enim, ut coire possint cum matribus, parentes necant. vide Horapollinem lib. 1 Hieroglyph. c. 56. Aristotel. lib. 2 Histor. Animal. c. 7. Plutarch. de Solertia animal. itemque de Iside.

HIPPŎSĔLĪNUM, i, ἱπποσέλινον, herba de apiorum genere: grandius nimirum, quod *Levisticum* vulgo vocant, liebstöckel. Matthiolus. conf. Plin. 20 c. 11.

HIPPŎTĂDES, æ, dicitur Æolus ventorum rex, propterea, quod esset Hippotæ Trojani ex Segesta filia nepos. Ovid. 4 Met. v. 663

Clauserat Hippotades æterno carcere ventos.

conf. & lib. 11 v. 431, & Virg. Æn. 11 v. 674.

HIPPŎTOXŎTAE, arum, ἱπποτοξόται, sagittarii equestres, reisige schützen, apud Cæsarem 3 de Bello Civ. c. 4, & Hirtium de Bello Africano cap. 19.

HIPPŪRIS, is, ἵππουρις, latine *equisetum* dicitur, roßschwantz, kannenkraut. vide supra *Equisetum*, & Plin. 26 c. 13.

HIR, vola manus, ex græco χεὶρ, forte, die fläche in der hand. Cicero lib. 2 de Fin. *Quibus vinum defusum e pleno sit, hir, sipho, ut ait Lucilius, nihil demsit.* *Hir*, inquit Scalig. in Conject. est vola manus, & qui vinum furtim deplent, ut gustent, solent id volâ manûs haurire.

HIRA, æ, intestinum, quod jejunum dicitur, epati proximum: sic dictum, quod semper vacuum sit. *Hiram* autem a veteribus dictum, Macrobius indicat lib. 1 in Somnium Scipionis cap. 6. Græci ἐγκοίλιον vocant, der ledige darm. vide Festum & Täubmann. ad Plaut. Curc. a. 2 sc. 1 v. 23. Hinc & diminutivum *Hilla*, de qua supra seorsim. Nam, ut Festus notat, *Hira diminutive dicitur hilla, quam Græci dicunt* νῆστιν.

Hircania, Hircani, vide *Hyrcania*.

HIRCUS, i, vir gregis caprini, caprarum admissarius, ein bock. Virg. Georg. 2 v. 395 *Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram.* Antiquis etiam *Hirquus* scribebatur. *Hircum mulgere*, Τράγον ἀμέλγειν, de conatu absurdo proverbialiter dicitur, närrisch ungereimt ding fürnehmen. Virgilius ecloga 3 v. 91

Atque idem jungat vulpes, & mulgeat hircos.

Olere hircum, stincken wie ein bock, Horat. 1 sat. 2 v. 27, & sat. 4 v. 92. ¶ 2. Nam & fœtorem eum sub alis, *gravem hircum* dixit idem Horatius in epod. 12 v. 5, gestanck und schweiß unter den armen. Et Ovid. lib. 1 de Arte Am. v. 522

Nec lædant nares virque paterque gregis.

¶ Hirquitalli, & Hirquitallire dicuntur, sub quorum alis hircus excubat, ut Horatius d. l. Epod. loqui solet, sive, qui ex alarum sudore male olent, & qui vocem crassiorem & inæquabilem edere incipiunt. Censorinus de die natali cap. 14 *In secunda hebdomade, vel incipiente tertiâ, vocem crassiorem & inæquabilem fieri*, (ait Solon) *quod Aristoteles appellat* τραγίζειν, *antiqui nostri* Hirquitallire; *Et inde ipsos putant* Hirquitallos *appellari, quod tum corpus hircum olere incipiat.* Festus tamen *Hirquitallos*, pueros primum ad virilitatem accedentes, non a graveolentia, sed a libidine hircorum dictos putat. vid. Gronov. Observ. in Eccles. 8 p. 84.

¶ Hircīnus, vel Hirquinus, a, um, vom bock, böckin; ut, *Sebum* vel *Sevum hircinum*, böcken-talck oder unschlit. *Hircinis pellibus tectus*, Plin. lib. 12 c. 17 extr. *Hirquina barba*, Plaut. Pseud. a. 4 sc. 2 v. 12; nam & *Hirquinus* veteres pro *Hircinus* scribebant.

¶ Hircosus, a, um, aliud adject. stinckend oder geil wie ein bock, böckentzend; ut, *Senex hircosus*, Plaut. in Mercatore a. 3 sc. 3 v. 14

¶ Hircŭlus, i, herba sic vocata ab odoris gravitate, quâ Celtica adulteratur nardus, Dioscoridi & Plinio lib. 12 c. 12, lavendel, oder spicken, *saliunca*, Scaligero. ¶ 2. Musci species est quibusdam. ¶ Sed *Barbula hirci*, τραγοπώγων, herba alia, bocks-bart.

¶ Hircĭpes, ĕdis, hircinos pedes habens, bockfüssig. Martian. Capell. 9.

¶ Hircīpilus, i, durorum pilorum homo, Fest. rauch wie ein bock.

HIRNEA, æ, vasis vinarii genus apud Plaut. Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 273. Antiquis *Erneum* vocabatur ex græco ἄρνεον, quod avis figuram haberet. vide Scaligerum in Catalect. ein weinkrug.

Hirpex, vide infra *Irpices*.

HIRPI, orum, haud procul urbe Roma in Faliscorum agro sacrificium

annuum ad Soractem montem Apollini faciunt, super ambustam ligni struem ambulantes. v. Solin. c. 8, & Plin. 7 c. 2.

¶ Hirpius, a, um, adject. ut, *Hirpiæ familiæ*, Plin. l. c.

HIRPĪNI, orum, populi Samnitum contermini & consanguinei, in quorum regione colonia Beneventum appellata. v. Plin. 3 c. 11. In Hirpinis specus est, quem qui ingrediuntur, moriuntur. vid. ibid. 2 c. 95. vide & Festum in *Irpini*, ubi Hirpinos ab *Irpo*, i.e. lupo, quem ducem secuti fuerint Samnites, appellatos dicit.

¶ Hirpīnus, a, um, adject. ut, *Hirpina pubes*, Silius lib. 8. ¶ *Hirpinus*, equi circensis nomen apud Juvenal. satyr. 8 v. 63, & Martial. 3 epigr. 63. vide Lips. Centur. 3 epist. 26.

Hirquitallio, Hirquitallus, vide in *Hircus*.

HIRQVVS, i, angulus oculi, die ecke oder winckel im auge. Virg. eclog. 3 v. 8 *Novimus, & qui te, transversa tuentibus hirquis.*
Vbi Servius hypallagen vult esse, hoc est, oculis in hirquos retortis. Sic intueri, *limis* est *adspicere*, anschielen, über ein auge sehen, vide suo loco. Porro *hirqui* ad nasum, ex quibus lacrymæ stillant, ῥαντῆρες & πηγαὶ dicuntur, at, qui ad tempora sunt, παρωτίοι. ¶ Sed *Hirquus* & *Hirquinus*, pro *Hircus*, *Hircinus*, vide supra in *Hircus*.

HIRRIO, ire, inquit Festus, *garrire, ringere, genus vocis est canis rabiosæ*, murren. Nonius: *Irritare tractum à canibus: qui, cum provocantur*, hirriunt. Sidon. lib. 7 epist. 3 *Veluti est canibus innatum, ut, etsi non latrant, hirriant tamen.*

¶ Hirrītus, ûs, das gemurre der hunde. Sidon. lib. 9 epist. ult.
Prodat hirritu rabiem canino.

HIRSŪTUS, a, um, quasi horrens setis, horridus, rauh, rauch, zotticht; ut, *Barba hirsuta*, Ovid. lib. 13 Metam. v. 767, ein raucher, stachlichter bart. *Comæ hirsutæ & intonsæ*, Curt. lib. 9 cap. 10. *Castaneæ hirsutæ*, Virg. eclog. 7 v. 53. Comp. *Hirsutior*: Plinius lib. 21 cap. extr. *hirsutior ramis ac foliis.* ¶ Translate, rigidus, severus, streng. Ovid. 2 Trist. v. 259 *Sumserit annales: nihil est hirsutius illis.*

¶ Hirsutia, æ, subst. pro forma hirsuta, die rauhigkeit. Solinus cap. 38 [al. 25] *Setarum hirsutiæ nullæ*: & cap. 42 *hirsutia pili.*

¶ Hirtus, a, um, idem quod Hirsutus, struppicht, báurisch: ut, *Hirta ora Bactrianis*, Curt. lib. 4 cap. 13 n. 5. Ovid. 13 Metam. v. 851
Barba viros hirtæque decent in corpore setæ,
rauhe und grobe haare. Horatius lib. 1 epist. 3 v. 22
Ingenium non incultum est, non turpiter hirtum.
Vbi *Hirtum* vetus Scholiastes *rusticum* interpretatur. *Hirta toga*, Sil. Ital. 1 v. 610. *Hirta tunica*, Corn. Nep. 14, 3, 2. *Hirtæ capellæ*, Virgil. 3 Georg. v. 287, die rauchhárichten ziegen. Prudentius Hippólyto v. 120 *spinigeris stirpibus hirtus ager.*

¶ Hirticulus, a, um, diminut. etwas rauh. Gloss. gr. lat. δασύπρωκτος, *hirticulus*.

HIRTIUS, aut Hircius, i, consul fuit Romæ cum Pansa, quocum ab Antonio cæsus est, cum ad liberandum Brutum, Mutinæ obsessum, venisset, ut Cicero, Dio, & Appianus docent. Hic ille Hirtius est, qui librum 8 de bello Cæsaris scripsit. Ex cujus præfatione constat, eumdem & libellorum eorum, qui de bello Alexandrino & Africano eduntur cum Commentariis Cæsaris, auctorem esse. Quamquam Suetonius Cæsare cap. 56 scribit, dubitatum de iis, Oppiine, an Hirtii essent. vide Lipsium Elector. lib. 2 cap. 22.

Hirtus, vide paullo ante in *Hirsutus*.

HĬRŪDO, ĭnis, sanguisuga, eine egel. Græcè βδέλλα, a βδάλλω, mulgeo vel sugo. Horat. in Arte Poëtica v. ult.
Non missura cutem, nisi plena cruoris hirudo.

¶ Cicero ad metaphoram nomen transtulit, *plebs misera hirudo ærarii*, ein aussager der gemeinen cammer, lib. 1 ad Attic. epist. 16.

HĬRUNDO, ĭnis, avis nota, χελιδών, eine schwalbe, avis veris prænuncia, ut Ovid. dixit lib. 2 Fastorum v. 853
Fallimur, an veris prænuncia venit hirundo?
Inde Horatius lib. 1 epist. 7 v. 12
te dulcis amice reviset
Cum Zephyris, si concedes, & hirundine primâ.
Hirundine prima, i. e. ineunte vere. Tempus enim a signo describit. De hirundinum in nidulando solertia Aristoteles lib. 9 Hist. animal. cap. 7. conf. Plin. lib. 10 cap. 33. Porphyr. lib. 3 de Sacrif. ¶ Sic: *Hirundo una ver non facit*, μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ, eine schwalbe macht keinen sommer. Mantuanus in Somnio Romano v. 7
Ver non una dies, non una reducit hirundo.
Plura hirundinum genera sunt: *Domesticæ*, hauß-schwalben: *Rusticæ* vel *agrestes*, kirsch-schwalben: *Ripariæ*, quæ in ripis nidificant, wasser-schwalben: Et *Apodes*, ἄποδες, rein-schwalben, oder mauer-schwalben.

¶ Hĭrundĭnīnus, a, um, von schwalben, oder was der schwalben ist; ut, *Hirundininus sanguis*, Plin. 30 cap. 14. *Hirundininus nidus*, ein schwalben-nest, Plaut. in Rudente a. 3 sc. 1 v. 6, & Martial. 11 epigr. 19.

Hisco, hiscere, vide *Hio*.

HISPANIA, æ, prima terrarum in Europa ad occidentem, unde & ab hoc situ ac occidentali stellâ, *Hesperia* appellata est, quamquam id nominis Italiæ quoque sit attributum, de quo legendus Servius in 1 Æn. Virg. est. *Hispania* nomen ab rege *Hispalo*, & condita ab eo urbe *Hispali*, habet, unius litteræ mutatione. vid. Cluver. Introd. Geograph. lib. 2 c. 2 Merul. in Hispan. Fuit divisa *Hispania* in VLTERIOREM & CITERIOREM. VLTERIOR a Bæti flumine ex parte australi, BAETICA; pars altera, LUSITANIA, quæ fere *Portugallia* hodie est, appellabatur; CITERIOR à *Tarracone*, clarissimâ civitate, TARRACONENSIS appellata fuit. Hinc *duas Hispanias* Cicero pro lege Manilia, & Cæsar 3 de Bello Civili cap. 83 commemorant. vide Plinium lib. 3 cap. 1, & Lips. ad Tacitum p. 460. Hodie quoque regnis distincta est, *Portugalliæ*, *Castellæ*, *Legionis*, *Arragoniæ* & *Navarræ*, ut Mariana enumerat lib. 1 de rebus Hispaniæ cap. 4. Vbertatem & fertilitatem Hispaniæ multis modis celebrant veteres: Polybius apud Athenæum, Strabo, Diodorus Siculus, Mela, Justinus: usque adeo, ut Latinus Pacatus *terris omnibus terram feliciorem* pronunciet Paneg. Theodosii cap. 4. Sed istis laudibus hodie non respondet: & Plinius hanc ubertatem ad loca maritima tantùm, in fine operis videtur adstringere: & lib. 3 cap. 1 ad Bæticam inprimis. Quibus de caussis a veteri ingenio mutata in tantum, inquisivêre viri eruditi jam olim, qui hoc non ad soli vitium, sed incolarum & agricultorum infrequentiam referunt, quam ex assiduis bellis, deinde Maurorum & Judæorum expulsione, denique ex coloniarum in insulas & Americam deductione, ortam esse existimant. Juvabit tamen ex Latini Pacati Panegyrico, quem supra laudavimus, adscribere nonnulla, quæ ad alias Hispaniæ laudes pertinent: *Hispaniæ*, inquit, *quicquid ubique laudatur, assurgat. Hæc durissimos milites, hæc experientissimos duces, hæc facundissimos oratores, hæc clarissimos vates parit: hæc judicum mater, hæc principum est. Hæc Trajanum illum, hæc deinceps Hadrianum misit imperio; huic te* (Theodosium) *debet imperium*, &c. Græci ab initio vocaverunt *Iberiam* a flumine ejus celebratissimo *Ibero*.

¶ Hispānus, i, ein Spanier. Liv. lib. 22 cap. 21 *Hispanorum inquieta avidaque in novas res sunt ingenia.* ¶ 2. Adjective, ut apud Martial. lib. 7 epigr. 87 *Hispano si me Tagus impleat auro.*

¶ Hispāne, adverb. Ennius apud Charisium lib. 2 p. 180 *Hispane, non Romane, memoretis loqui me.*

¶ Hispanicus, a, um, adject. Spanisch. Suetonius Aug. cap. 82 *Hispanicum verbum.*

¶ Hispaniensis, e, qui in Hispania tantum versatur, der in Spanien liegt; ut, *Hispaniensis exercitus*, hoc est, Romanorum, qui in Hispania erant cum Prætoribus. Ita *Hispaniensem victoriam* Sueton. Cæsare cap. 37 & seq. dixit, non de Hispanis, sed de Pompeji in Hispania copiis, quæ parta esset. Martialis epistola lib. 12 præfixa ad Priscum: *Tu velim ista, quæ tantum apud te non periclitantur, æstimare & excutere non graveris: & quod tibi difficillimum est, de nugis nostris judices nitore seposito, ne Romam, si ita decreveris, non Hispaniensem librum mittamus, sed Hispanum.* Nonnulli veterum Grammaticorum appellationes has ita distinxerunt, ut Græcos, Hispanos, Sardos, Siculos, Corinthios putarent dici, qui in Græcia, Hispania, Sardinia, Sicilia & Corinthi nati sint; Græcienses, Hispanienses, Sardinienses, Sicilienses, Corinthienses, &c. incolas negotiatoresque Græciæ, Hispaniæ, &c. vid. Beroald. ad Apulej. lib. 10 p. 980. Sosipater Charisius lib. 1 p. 82 *Cum dicimus Hispanus, nomen nationis ostendimus; cum autem Hispaniensis, cognomen eorum, qui provinciam Hispaniam incolunt, etsi non Hispani.* vide Festum in Corinthienses. Adde Lipsium in Vell. Paterc. lib. 2 cap. 51 n. 4. Nec tamen perpetuum hoc discrimen est: sed *Oceanus Hispaniensis* etiam dicitur Plin. 37 cap. 10. *Spuma* [argenti] *Hispaniensis*, Idem lib. 33 cap. 6. Hæc autem non sunt importata, sed nativa ibidem. Porro, viros quondam Hispania celebres & doctos genuit, *Quintilianum, Senecam, Martialem, Silium, Lucanum*, &c. quo respexit Latinus supra adducto loco.

HISPĬDUS, a, um, horridus, hirsutus, uneben, holpricht: ut, *facies hispida*, Horat. 4 od. 10. *Frons hispida*, Virg. 10 Æn. v. 210, ein rauhes angesicht. Juvenal. sat. 2 v. 110
Hispida membra quidem & duræ per brachia setæ,
Promittunt atrocem animum.
Horat. 2 od. 9 v. 1 *Imbres nubibus hispidos manant in agros.*

¶ Hispĭdōsus, a, um, barbatus, bártricht. Catull. epigr. 16
Non dico pueris, sed hispidosis.

¶ Hispĭdo, are, rauh machen. Solinus cap. 59 *Folium aculeatum spinosis fastigiis hispidatur.*

HISTER, Tusco verbo ludio vocabatur, ein gauckler, Liv. 7 cap. 2. Vnde *Histrio*, de quo mox sequitur.

HISTŎRIA, æ, est expositio rerum gestarum, ἱστορία, sic dicta ab ἱστορεῖν, videre, quod in ea res gestæ coram quasi inspiciantur, & quod ab iis scribi consuevit, qui ipsi bellis, & rebus gerendis interfuissent, eine warhafftige geschicht, eine erzehlung. vide Vossium de Arte Historica. Cic. lib. 2 de Orat. cap. 9 *Historia est testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuncia vetustatis.* Idem historiæ leges has ibidem commemorat: *Nihil dicere falsi: nihil dissimulare veri: sine suspicione vel gratiæ, vel simultatis scribere.* In quo & quantum Historia differat ab Annalibus, vide apud Gellium 5 cap. 18. Et, quomodo differant Historia & Oratio, apud Plinium 5 epist. 8.

¶ Histŏrĭcus, i, subst. ein historien-schreiber. Cicero Topic. cap. 20 extr. *Oratores, philosophi, poëtæ, & historici, ex quorum & dictis & scriptis sæpe auctoritas petitur ad faciendam fidem.*

¶ Historicus, a, um, adjective, ad historiam pertinens, historisch. Cic. de Clar. Orat. cap. 83 *Demochares historiam non tam historico quam oratorio genere perscripsit.* Et Ovidius lib. 3 Amor. eleg. 12 v. 42
Obligat historicâ nec sua verba fide.

¶ Historice, es, ἱστορική, Grammatices pars, quæ in enarratione factorum occupatur, Quintiliano dicitur lib. 1 cap. 9 pr.

¶ Historialis, e, geschichtmäßig. Plin. lib. 16 cap. 33 de Cupresso: *Trahitur etiam in picturas opere historiali.*

¶ Historialiter, adverb. idem. Auctor commentarii in Apocalypsin, qui Ambrosius creditur, cap. 21 pr. *Quicquid de innovatione cœli & terræ dictum est, & historialiter intelligendum est & spiritaliter.*

¶ Historiogrăphus, i, ein geschicht-schreiber, in censum posterioris Latinitatis referri debet. Ambrosius epist. 42 princ. *Josephus Historiographus.* Capitolini, Hieronymi, Orosii, Fulgentii exempla Curis Posterioribus proposita sunt a Cellario p. 175.

¶ Philistoricus, i, amator historiarum. Theodulfus lib. 2 Carminum v. 67 *Inde philistoricus Daniel est totius orbis.*

¶ Polyhistor, ŏris, vide infra seorsim.

Histrĭcus, vide sequens *Histrio*.

HISTRIO, ōnis, a verbo Tusco *Hister*, quo *Ludio* significabatur. Livius lib. 7 cap. 2 *Accepta itaque res* (Ludi scenici) *sæpiusque usurpando excitata vernaculis artificibus, quia HISTER Tusco verbo LUDIO vocabatur, nomen HISTRIONIBUS inditum.* Festus ab *Histria* regione, ex qua primùm venerunt, sic appellatos asserit. Verum prius etiam Plutarcho placet. Est vero personatus in scena voce gestuque fabularum actor, ein gauckler oder comödien-spieler. Cic. in Perad. 3

Exsibila-

Exsibilatur & exploditur histrio, si paullum se movit extra numerum &c. Imo & flagris coërcitos, qui male egissent partes, Lucianus testatur de mercede conducto p. 374. Sed id Augustus sustulit, non penitus tamen: nam intra ludos & scenam tantum id vetuit fieri. vide Sueton. ejus vita cap. 45, item cap. 5 extremo & ibi Casaubon. itemque Plautinos interpretes Trin. a. 3 sc. 2 v. 82. Demosthenes: ὑποκριτὰς δεῖ κρίνειν ἐκ τῆς φωνῆς, τοὺς δὲ ῥήτορας ἐκ τῆς γνώμης. *Histriones è voce judicare par est, oratores vero e mente.* Histriones celebres fuerunt *Roscius* & *Æsopus*. Cic. lib. 1 de Orat. cap. 61.

¶ Histriōnia, æ, ars histrionum, gauckeley, comödianten-spiel. *Histrioniam facere*, Plautus dixit prolog. Amphitr. v. 90 pro exercere. Petronius: *Totus mundus exercet histrioniam.* Idem p. 51 *histrioniæ addictus.*

¶ Histriōnicus, a, um, gauckelerisch, comödiantenhafftig; ut, *Histrionici gestus, histrionica vestis.*

¶ Histriōnalis, e, idem; ut, *Histrionale studium*: Tac. 1 Annal. cap. 16 *Percennius quidam, dux olim theatralium operarum, miscere cœtus histrionali studio doctus.* Et auctor dialogi de caussis corr. eloq. cap. 29 *histrionalis favor.*

¶ Histrĭcus, a, um, idem; ut, *Imperator histricus*, qui histrionico cœtui præfectus est, apud Plaut. in Pœnuli prologo v. 4. *Decor histricus* apud Apulejum; in quibus ad originem histrionum tacite alluditur. Tradit enim Festus, eos ex *Histria* primum venisse, atque exinde quoque accepisse nomen.

Histrix, vide *Hystrix.*

HITTIO, hittire, proprium canum, vestigia indagantium cum aliqua vocis nictatione, ut exponit Scalig. ad Festum, schnopern. Vet. Gloss. *Hittio*, ἰχνεύω. Factum autem ab *Hittus*; quod in Gloss. exponitur φωνὴ κυνός.

Hiulcus, hiulce, hiulco, vide *Hio.*

Hodie, hodieque, hodiernus, vide *Dies.*

Hœdus, vide supra *Hædus.*

HOI, hei, interjectio plorantis, Terentio Eunuch. a. 4 sc. 4 v. 48. Scribitur & *oi*, ibidem.

HOLCUS, i, ὁλκός, herba, quæ circa caput ad alligata, vel circa lacertum, educit e corpore aristas. Plin. 27 cap. 10.

HŎLŎCAUSTUM, i, & Holocaustōma, ătis, ὁλόκαυστον, ὁλοκαύτωμα, hostia tota in ignem conjecta, das brand-opffer. Joseph. lib. 3 Antiq. Jud. cap. 10. Isidor. 6 cap. 19. Bernegg. ad Sueton. August. cap. 1. Prudentius Apotheos. v. 536

At tua congestæ tumulant holocausta ruinæ.

HŎLŎCHRȲSUS, i, ὁλόχρυσος, i. e. totus aureus, inter flores apud Plinium 21 cap. 8.

HŎLŎGRĂPHUS, a, um, ὁλόγραφος, integre perscriptus, gantz beschrieben; ut, *Holographæ membranæ*, Sidon. 9 epist. 11. JCti *Holographum* vocant testamentum, quod testatoris manu perscriptum est, nec sola subscriptione firmatum. Ideo sæpe idem est quod ἰδιόγραφον. Sic apud Hilarium in Fragm. de Synodis: *Exemplum epistolæ, qua Athanasium reum non esse, holographa manu Valens scripsit, & Ursacius subscripsit.* Vales. A. E. p. 125a.

Holophanta, vide supra *Halophanta.*

HŎLŎPORPHȲRUS, a, um, ὁλοπόρφυρος, totus purpureus, gantz von purpur; ut, *Vestis holoporphyra*, Isidor. 19 cap. 22.

HŎLŎSCHOENUS, i, ὁλόσχοινος, junci quoddam genus crassum & carnosum. Plin. 21 cap. 18.

Holosericus, vide infra *Seres.*

HŎLŎSĪDĒRUS, a, um, ὁλοσίδηρος, gantz eisern; ut, *holosidera spatula*, Theod. Prisc. 1 cap. 28.

HŎLOSPHȲRĀTUS, a, um, ὁλοσφύρατος, totus malleo ductus, solidus, non conflatus, gediegen; ut, *Statua holosphyrata*, Plin. 33 c. 4.

HŎLOSTEON, i, ὁλόστεον, herba sine duritia, per antiphrasin sic dicta, cum ὁλόστεον proprie sit, quod ex solido osse constat. vid. Diosc. 3 c. 11, & Plin. 27 cap. 10.

HŎMĂGIUM, & Hominium, i, vulgo idem quod sacramentum aut clientela, ein geding, hold und gewärtig zu seyn, die huldigung. Nonnulli deducunt ab ὀμόω, *juro*, quia juramento interveniente solet præstari: Alii ab ὁμόω, *unio*, quia per id domini & subditi censentur uniti: Alii ab ὁμοῦ, *simul*, & ἅγιον, *sacrum*, sive *juramentum*. Quidam etiam seorsim *Hominium* dictum volunt, quod vasallus se eo nomine hominem, i. e. clientem patroni profiteatur. vid. omnino Barth. Adversf. lib. 149 cap. 21, & ad Statii Silv. p. 234, & Voss. de Vit. L. L. 3 cap. 14 p. 464.

HOMELIUM, i, pilei genus, Festus.

HŎMĒRUS, i, numine afflatus & divinam sortitus naturam, quemadmodum de ipso Dio Chrysostomus testatus est. Regem Poëtarum vocat Plin. lib. 7 cap. 29. Cæcum autem fuisse Homerum, multorum litteris proditum est, ideoque *Homerum* dictum, cum prius *Melesigenes* vocaretur: quod ad Meletem Smyrnæ fluvium natus. Cumani enim & Iones captos oculis ὁμήρους appellant, quod ὁμήροις, id est, itineris ducibus egeant. Vellejus Paterc. lib. 1 cap. 5 eum omnibus sensibus orbum censet, qui Homerum cæcum natum esse crediderit. Heraclides per morbum incidisse eum in cæcitatem scripsit. Vixit autem post bellum Trojanum, cum essent exacti anni centum & quinquaginta; & ante conditam Romam, anni circiter centum & quinquaginta. Non igitur procul abfuit ab Esaiæ tempore. Ejus carmen, cui Iliados & Odysseæ nomen inscripsit, ostendit principum familias ejus ætatis, & pingit imagines variarum personarum, consiliorum, & mirabilium eventuum in vita. Basilius Magnus, universam Homeri poësin, *laudem* dixit *esse virtutis*. Ælianus Var. Hist. lib. 13 cap. 22 Ptolemæum Philopatora Homero templum exstruxisse, eumque decore sedentem collocasse, circa simulacrum autem civitates, quæ sibi hunc vatem vindicent, de quibus apud Gellium lib. 3 Noct. Attic. cap. 11 hoc carmen exstat:

Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσιν, περὶ ῥίζαν Ὁμήρου,
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφών, Σαλαμίν, Ἴος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Ejus ingenium extra invidiæ metas positum est. Hierocli apud Stobæum Sermone 64, qui de nuptiis est, audit Ὅμηρος θαυμασιώτατος, *maxime admirabilis*: Clementi Strom. lib. 5 πρεσβύτατος, & lib. 6 μέγας ποιητής. Val. Maximo lib. 8 cap. 8 extern. 2 *ingenti cælestis vates*: Apulejo in Apologiâ, *Poëta multiscius, vel potius cunctarum rerum apprime peritus.* Vellejus H. R. lib. 1 cap. 5 *Clarissimum deinde Homeri illuxit ingenium, sine exemplo maximum: qui magnitudine operis, & fulgore carminum, solus appellari Poëta meruit. In quo hoc maximum est, quod neque ante illum, quem ille imitaretur; neque post illum, qui eum imitari posset, inventus est*, &c. Utrumque verum est. Nam & *Homerus primus doctrinarum & antiquitatis parens*: nec post eum natus, qui germanitus exprimeret aut referret. Non ergo ipse Virgilius? Non, Vellejo quidem judice, atque etiam acri illo Fabio, cujus hæc verba lib. 10 cap. 1, *In verbis, sententiis, figuris, humani ingenii modum excedit: ut magni viri sit, virtutes ejus non æmulatione, quod fieri non potest, sed intellectu sequi.* Et profecto ita est; omnium rerum, omnium artium, omnis non prudentiæ solum, sed sapientiæ etiam vestigia aut expressa aut recondita sunt in illo. Quem haut temere Themistius dixit προπάτορα καὶ ἀρχέγονον τῶν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους λόγων, i. e. *primum parentem auctoremque Platonis & Aristotelis sermonum.* Ælianus loco laudato scripsit, Agathonem, pictorem quemdam, Homerum finxisse vomentem; reliquos vero poëtas, ea quæ ipse evomuisset, exhaurientes. Ad quod & Ovidius respexit, hæc de Homero referens lib. 3 Amor. eleg. 9 v. 25

Adspice Mæoniden, a quo ceu fonte perenni
Vatum Pieriis ora rigantur aquis.

Sotades apud Stobæum fame extinctum ipsum prodidit: τὸν θεῖον Ὅμηρον λιμὸς καθεδαπάνησε. Hoc est, *Divinum Homerum fames absumsit*: quemadmodum & de paupertate ipsius Ovidius monuit 4 Trist. eleg. 10 v. 21

Sæpe pater dixit, studium quid inutile tentas?
Mæonides nullas ipse reliquit opes.

Peculiarem de vita Homeri librum Herodotus scripsit, unde cætera petenda. *Ægyptium* Heliodorus vocat, quod in Ægypto, ut puto, eruditus fuit, de quo Justinus Martyr Parænet. ad gentes. Epigramma in Homerum Notis ad Silii lib. 13 subjecit D. Heinsius ejusmodi:

Inclyta naturæ mens linguaque diua Homerus,
Ultima lex hominum, proxima meta Deûm.
Ille oculos gessit sub pectore nobile monstrum,
Hinc facies oculos non tulit illa suos;
Omnia qui vidit, terrámque hominesque Deosque,
Omnia qui potuit cernere, cæcus erat.

¶ Hŏmērĭcus, a, um, ad Homerum pertinens; ut, *Agamemnon Homericus*, apud Cic. 3 Tusc. cap. 26. Et Quintilian. lib. 2 cap. 3 extr. Sic *Gradivus Homericus*, Juvenal. sat. 13 v. 113.

¶ Homerocentones, vide supra *Cento.*

¶ Hŏmēromastix, īgis, ὁμηρομάστιξ, Zoilus Homeri obtrectator. Plin. lib. 1 præf. *Ut obiter caveam istos Homeromastigas*, i. e. quosvis calumniatores.

Homicīda, homicidium, vide *Homo.*

HŎMILIA, æ, ὁμιλία, plur. Homiliæ, dictæ conciones sacræ veterum, aut sacri sermones, predigten. vid. Isidor. 6 cap. 8.

¶ Homilēta, æ, concionator, ein prediger. vid. Hildebrand. de Concion. Veter. cap. 3 v. 3.

¶ Homileticus, a, um, ad conciones pertinens.

Hominium, vide paullo ante *Homagium.*

HŎMO, Inis, ab humo dicitur, ein mensch, vid. Martinii Lexicon præfat. ubi etymologiam è variis linguis collegit: ἄνθρωπος, quasi ἄνω θρωρῶν sive τρέπων τὸν ὦπα, hoc est, sursum spectans, quod Ovidius expressit 1 Metamorphoseos v. 85

Os homini sublime dedit cælumque tueri
Jussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Et ex eo Boëthius lib. 5 metro 5

Unica gens hominum celsum levat altius cacumen,
Atque levis recto stat corpore, despicitque terras.
Hæc, nisi terrenus male desipis, admonet figura,
Qui recto cælum vultu petis exerisque frontem,
In sublime feras animum quoque, ne gravata pessum
Inferior sidat mens corpore celsius levato.

Cic. de Nat. D. lib. 2 cap. 56 *Deus homines humo excitatos, celsos & erectos constituit, ad cælique quasi cognationis, & domicilii pristini conspectum excitavit.* Apulejus de Deo Socratis: *Homines ratione pollentes, oratione plaudentes, immortalibus animis, moribundis membris, levibus & anxiis mentibus, brutis & obnoxiis corporibus, dissimilibus moribus, similibus erroribus, pervicaci audacia, pertinaci spe, casso labore, fortuna caduca, sigillatim mortales, cuncti tamen universo genere perpetui, vicissim sufficienda prole mutabiles, volucri tempore, tardâ sapientiâ, cita morte, querula vita terras incolunt.* Homerus Odyss. Σ v. 129 Οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο
Πάντων ὅσσα τε γαῖαν ἔπι πνείει τε, καὶ ἕρπει.

Nihil imbecillius terra alit homine inter omnia, quæcunque in ea vel spirant vel repunt. Philippus Macedo puerum habuit, hoc apud ipsum munere delegato quotidie fungentem, ut, priusquam vel ipse prodiret, vel ad eum quisquam admitteretur, admonitionem eam ter sibi acclamaret: Φίλιππε, ἄνθρωπος εἶ, *Philippe, homo es*, quod Ælianus lib. 8 Var. Hist. cap. 15 refert. Etiam Simonides in convivio a Pausania jussus, sapiens aliquid in medium proponere præceptum, tantum id protulit, *Memento, te hominem esse*, ὦ Παυσανία, μέμνησο, ἄνθρωπόν σε εἶναι. Sed hujus doctrinæ tum quidem contemtæ, non ita multo post pœnas dedit gravissimas, ut idem Ælianus lib. 9 cap. 41 recenset. ¶ 2. Cæterum κατ᾽ ἐξοχὴν, *Homo* de viro dicitur. Corn. Nep. Datame cap. 3 n. 1 *Thyus, homo maximi corporis terribilique facie.* Plautus Cistell. a. 4 sc. 2 v. 52

Mi homo & mea mulier, vos saluto.

Namque per hominem Lampadiscum intelligit: & quem hic *hominem*, supra *masculum* dixerat v. 34

Bona fæmina & malus masculus volunt te.

 Lactantius

Lactantius lib. 2 c. 12 *Cum ergò marem ad similitudinem suam primum finxisset, tum & fœminam configuravit ad ipsius hominis effigiem.* Et sub fin. cap. *Et primo mulierem dolo illexit, ut vetitum cibum sumeret: & per eam ipsi quoque homini persuasit, ut transcenderet Dei legem.* Et ita potissimum vocabulo *Hominis* & JCti utuntur. Paullus Lege Si quis aliquid 38 § 5 Dig. de pœnis: *Qui abortionis aut amatorium poculum dant, &c. humiliores in metallum; honestiores, amissa bonorum parte, in insulam relegantur: quod si eo mulier, aut homo perierit, summo supplicio afficientur.* Hinc non raro *boni homines* dicuntur, qui alias *boni viri* audiunt. Cic. lib. 16 fam. epist. 18 *Bonus homo & nobis amicus.* Et lib. 3 ad Quint. Fratr. epist. 3 *Hominis, opinor, valde exercitati & boni.* Et pro Dejotaro cap. 2 *Ejus enim nomine, optimi hominis, nec tibi ignoti, maledicebat tibi.* Vetus Inscriptio apud Gruter. p. 349 n. 2

AEMILIO VALERIO CORINTHIO HOMINI BONO
QVI VIXIT ANN. XXXX.

Apulejus in Floridis: *O celeres bonorum hominum dies!* Similiter Nepos Pausaniâ pr. *Pausanias Lacedæmonius, magnus homo, sed varius in omni genere vitæ fuit.* Quamvis autem in his exemplis omnibus *Homo* pro masculo dicatur & opponatur quodammodo fœminis; mulieres tamen excludendæ numero hominum non sunt, & multo minus habendæ pro monstris, quo dementiæ nonnulli venerunt, contra quos styli mucronem Vossius stringit lib. 3 de Idololatria cap. 48. ¶ 3. Nonnunquam *Hominis* voce servos, aut quorum ministerio in aliqua re utimur, designamus, das haußgesinde, &c. Cic. pro Quint. c. 19 *Hominem P. Quintii deprehendis; in publicum conaris abducere,* &c. Catullus epigr. 10 v. 15 *Comparasti ad lecticam homines*, id est, servos lecticarios. Statius lib. 2 Silv. 6 v. 14 de Pileto, Vrsi servo: *hominem gemis, (heu mihi subdo ipse faces) hominem, Vrse, tuum.* Varro lib. 2 de Re Rust. cap. 2 extr. *Illud vero omnes in Epiro facimus, ne minus habeamus in centenas oves hirtas singulos homines, in pellitas binos.* Nepos Pausaniâ cap. 2 *His de rebus si quid geri volueris, certum hominem ad eum mittas face.* Et rursus Alcibiade c. 10 n. 1 *Eodem tempore Critias cæterique tyranni Atheniensium certos homines ad Lysandrum in Asiam miserant*, i. e. servos suos aut ministros. Sic & Ausonius epist. 22 *Homines* vocat eos, qui pertinent ad domum alicujus. vid. Scalig. not. ad Auson. p. 80. ¶ 4. Ponitur hæc vox aliquando eleganter pronominis vice. Nepos Eumene cap. 2 n. 3 *Hunc Perdiccas adjunxerat, quod in homine fidem & industriam videbat.* Terentius Eunucho act. 2 sc. 2 v. 30 *Ibi homo cœpit me obsecrare.* Ad quem locum Donatus: *Mire addidit*, homo: *aut addidit supervacue* homo: *ut,*

Donat habere viro decus & tutamen in armis.

Similiter Nepos Datame cap. 10 n. 3 *Hæc diu faciendo persuasit homini, se infinitum adversus Regem suscepisse bellum.* Poterat τὸ *homini* omittere, quod ex præcedentibus intelligi posset, cui persuaserit: poterat etiam dicere, *persuasit Datami*; vel *ei*, puta Datami: Sed quia & pronomine, & proprio *Datamis* in præcedentibus usus erat, ab utroque abstinuit, & illud, *homini*, eleganter inseruit. ¶ 5. *Quid hominis es?* elegans in eos correptio, qui nobis videntur absurda narrare. Ter. Heaut. act. 4 sc. 8 v. 5

CH. *Cedò, quid vis faciam?* ME. *Invenisti hodie filiam.*
CH. *Quid tum?* ME. *hanc uxorem sibi dari vult Clinia.*
CH. *Quæso, quid tu hominis?*

Similiter nos in talibus: was bistu für ein mensch? ¶ Aliter Eunucho a. 5 sc. 1 v. 17 *Quid illuc hominis?* Id enim dicit meretrix, conspicata Chæream, tamquam ignotum peregrinumque despiciens atque contemnens. Ita nos: was ist das für ein kerl? Per Genitivum injuriose dicitur; per Nominativum honorifice: Donatus Hecyr. act. 4 sc. 4. ¶ 6. In reprehensione usus vocabulo *hominis* in illo quoque Terentius est Heaut. act. 5 sc. 3 ipso principio:

Profecto, nisi caves tu homo, aliquid gnato conficies mali.

Idem Adelph. act. 1 sc. 2 v. 31

Prô Jupiter, tu me homo adigis ad insaniam.

Et v. 63 *Ita est homo:* Vbi Donatus: *moraliter*, inquit, *Homo, dixit. Sic enim de iis dicimus, quos parce reprehendimus.* ¶ 7. Est & hæc elegans formula: *Si homo esses*, id est, si saperes ut homo. Terent. Adelph. act. 1 sc. 2 v. 27

tu illum tuum, si esses homo,
Sineres nunc facere, dum per ætatem licet.

Est enim, quemadmodum ait Proxinoe apud Theocritum Idyllio 15 v. 83 Σοφόν τι χρῆμ' ὁ ἄνθρωπος. *Sapiens quædam res homo.* ¶ *Homo sericarum vestium*, id est, sericis vestibus addictus, apud S. Hieronymum. vide Barthium lib. 26 Advers. cap. 26. ¶ Priscianus tradit lib. 1 vetustissimos, *Homo, homonis*, & *huminem* pro *hominem* dixisse. Hinc Ennius: *Vulturus in silvis miserum mandebat homonem.*

¶ Homuncio, ōnis, dimin. ein menschlein. Seneca epist. 116 *Nos homunciones sumus.* Vsus & Cicero lib. 4 Acad. Q. cap. 43 *homuncio hic, qui* &c.

¶ Homuncŭlus, i, aliud diminutivum. Cic. 1 Tusc. cap. 9 *Ea, quæ vis, ut potero, explicabo: nec tamen quasi Pythius Apollo, certa ut sint & fixa, quæ dixero, sed ut homunculus à multis probabilia conjectura sequens.* Et Ser. Sulpicius Ciceroni lib. 4 epist. 5 *Hem, nos homunculi indignamur*, &c.

¶ Hŏmŭlus, & Hŏmullus, i, idem. Cic. in Pison. cap. 25 *Quid cessat hic homulus ex argilla & luto fictus?* Lucret. 3 v. 928

Brevis hic est fructus homullis.

¶ Hūmānus, a, um, adject. menschlich. Terent. in Heaut. act. 1 sc. 1 v. 25 *Homo sum, humani à me nihil alienum puto.* Pers. sat. 3 v. 71

quem te Deus esse
Jussit, & humana qua parte locatus es in re,
Disce, &c.

Plinio 11 c. 49 *Humanus calculus* est, qui in homine generatur. Idem *humanas dapes*, & *humanos potus* verecunde vocat reliquias cibi, & humorem, quem profundimus. v. Voss. l. 4 Instit. Orat. p. 117. Solin. c. 66 *Humana fragilitas.* Valer. Max. lib. 6 cap. 3 pr. *Armet se duritia pectus necesse est, dum horrida ac tristis severitatis acta narrantur, ut, humaniore cogitatione seposita, rebus auditu asperis vacet.* ¶ 2. *Humanus* etiam sapiens est, argutus, sagax, quæ virtus propria hominis. Propertius lib. 2 eleg. 12

Idem non frustra ventosas addidit alas,
Fecit & humano corde volare Deum.

Humano corde fecit, id est, sapienter, &c. Manil. lib. 1 v. 716

Inquiruntque sacras humano pectore caussas.

Cic. in Verr. 6 cap. 44 *Hæc Scipio non intelligebat homo doctissimus atque humanissimus? tu sine ulla bona arte, sine humanitate, sine ingenio, sine litteris intelligis & judicas?* ¶ 3. Item, comis, benignus, utilis, &c. leutselig, freundlich. Terent. Andr. act. 1 sc. 1 v. 87 *Hæc ego putabam esse omnia humani mansuetique animi officia.* ¶ 4. Item, doctus, versatus in litteris. Varro lib. 1 Rerum Humanarum apud Nonium cap. 1 n. 260 *Praxiteles, qui propter artificium egregium nemini est paullum modo humaniori ignotus.* vide Gell. lib. 13 cap. 16. ¶ *Humanus* substantive veteribus pro homine. Varro: *Natura humanis omnia sunt paria.* Lucret. lib. 3 v. 79

Et sæpe usque adeo mortis formidine, vitæ
Percipit humanos odium, lucisque videndæ, &c.

¶ Festus tradit, *Humanum* esse sacrificium, quod mortui caussa fiat.

¶ Humanĭtas, ātis, illa virtus dicitur, quæ proprie hominis erga hominem: ut *civilitas* civis est erga civem, die leutseligkeit, freundlichkeit. Cum itaque homines in adjutorium mutuum nati simus, & alter alteri Deus esse debeat, si suum officium facere velit, latissime patent ejus fines, ac itaque misereri alterius, levare adversam fortunam, consulere inopiæ, adjuvare labores & opem ferre: studere assidue, ne quem offendas aut lædas temere, sed parcas potius ac serves: nec quicquam in quemquam statuas temere, quod tibi ipsi nolis fieri; deinde, leniter ferre aliorum errores, peccatis ignoscere, recordando, te quoque hominem & obnoxium talibus, &c. Lactantius lib. 3 Instit. divinar. c. 17 *Cum natura hominis imbecillior sit, quam cæterorum animalium, quæ vel ad perferendam vim temporum, vel ad incursiones a suis corporibus arcendas, naturalibus munimentis providentia cælestis armavit; homini autem quia nihil istorum datum est, accepit pro istis omnibus miserationis affectum, qui plane vocatur* HVMANITAS, *qua nosmet invicem tueremur.* Cicero pro L. Manilia cap. 14 *Humanitate tanta est, ut difficile dictu sit, utrum hostes magis virtutem ejus pugnantes timuerint, an mansuetudinem victi dilexerint.* Plinius lib. 9 epist. 5 *Humanitatis præcipua pars est, honestissimum quemque complecti, atque ita a minoribus amari, ut simul a principibus diligaris.* Sic Nepos humanitatis laudem Attico ideo quoque tribuit, quod senibus æque atque adolescentibus æqualibusque jucundissimus fuerit, cap. 23. Nimirum, sui cuique ætati mores sunt: tristes senes, severi & garruli; Juvenes læti, faciles, ostentatores: atque his inter se cum male conveniat, senibus juvenes, juvenibus senes molesti & odiosi sunt. Humanus vero erit, qui cujuslibet ætatis mores haut ægre ferat, atque ita se comparet, ut quibuslibet aptus videatur. Recogitans, in hanc vel illam ætatem non alios mores humanitus cadere, atque humanitatis esse, ferre humaniter, quæ aliena a conditione hominis non sunt. Huc pertinent, quæ idem Nepos de Attico atque Cæcilio aspero ac difficillimo sene cap. 6 refert: item, quæ Plinius lib. 9 epist. 17 ad Genitorem scribit, quem inerrantes mensis scurræ & moriones offenderant. Humanitatis enim est, *dare alienis oblectationibus veniam, ut nostris impetremus*, ut idem humanissimus vir ibidem loquitur. Quamvis autem *Humanitas* magnam cum *comitate* cognationem habeat, differt tamen. Potest enim *humanitas* & tristior esse: *comitas*, nisi læta & suavis sit, nomen amittit. Nepos Miltiade extremo: *In Miltiade erat, cum summa humanitas, tum mira comitas.* Pro *comitate* tamen usus Seneca est lib. 1 de Beneficiis cap. 13. *Legatos*, inquit, *invitatione aliaque humanitate prosecutus*, &c. Sic acclamandi morem in recitationibus, Quintiliani ætate, *Humanitatem*, ut ipse lib. 2 cap. 2 auctor est, appellabant, quod urbanior quædam comitas esset. conf. Zwingeri Theatr. vol. 14 lib. 1. ¶ 2. Tacitus Agricolâ c. 21 *Paullatim discessum ad delinimenta vitiorum, porticus, balnea, & conviviorum elegantiam: idque apud imperitos* HVMANITAS *vocabatur, cum pars servitutis esset.* Nempe voluptatum ac deliciarum usum, HVMANITATEM vocat: quod iis uti, proprium hominis sit, qui dulcium & jucundorum usu præditus: abstinere, ferarum & bestiarum. *Humanitas* igitur hîc elegantior lautiorque vitæ cultus. ¶ 3. *Humanitas* etiam παιδεία sive eruditio, quæ eos distinguit a brutis, & vere reddit homines. Hinc Plinius, *humanitatem vitæ ac memoriam chartæ usu constare maxime*, lib. 13 cap. 12 scribit. *Studia humanitatis* ipsæ dicuntur litteræ; die freyen künste. *Artes quæ ad humanitatem pertinent*, Cicer. pro Arch. cap. 1. *Artibus ad humanitatem informari*, ibid. cap. 3. vide Gell. lib. 13 cap. 15, & Nonium c. 1 n. 260, ubi *Humanitatem* honestorum studiorum & artium appetitum vocat, quod nulli animantium generi, præterquam hominibus, concessa sit. ¶ 4. Pro ipso hominum genere Minucio ponitur in Octavio: *Timorem omnem, quo humanitas regitur, penitus sustulerunt.* Apulejus de Dogmate Platonis pag. 19 *Genitale seminium humanitatis*, die menschheit. Seneca epist. 65 *Homines quidem pereunt; ipsa humanitas, ad quam homo effingitur, permanet.*

¶ Humane, adverb. menschlich, freundlich. Terent. Adelph. act. 1 sc. 2 v. 65 *Vix humane patitur.* Et

¶ Humaniter, æquo animo, leniter, leutseliglich. Cicero ad Atticum lib. 12 epist. 44 pr. *humane fecit:* quod idem ad Q. fratrem lib. 2 ineunte dixit, *humaniter fecit.* Comp. *Humaniùs.* Cic. 3 Tusc. cap. 27 *Si qui forte, cum se in luctu esse vellent, aliquid fecerunt humanius, aut si hilarius locuti sunt, revocant se rursus ad mæstitiam.* Superl. Petronius: *Ducem se itineris humanissimè promisit.*

¶ Humanĭtus, aliud adverb. humano more, menschlicher weise. Terent. Heaut. act. 1 sc. 1 v. 47

Vbi rem rescivi, cœpi non humanitus,
Neque ut animum decuit ægrotum adolescentuli,
Tractare.

Humanitus, id est, ut humanitatis ratio postulat: ut recte interpretatus Rivius est, dum hanc lectionem contra Diomedem firmat, qui *humani-*

maniter legit. Apulejus Apol. pag. 551 *Invenies filiam heredem, mihi vero tenue nescio quid honoris gratia legatum, ne si quid ei humanitus accidisset, nomen maritus in uxoris tabulis non haberem.* SI QVID HVMANITVS EI ACCIDISSET, id est, quod hominibus solet accidere; hoc est, si mortua esset, vel ei contigisset mori. Et ita εὐφημοῦντες loqui solebant. Cic. 1 Philipp. cap. 4 *Si quid mihi humanitus accidisset: multa autem impendere videbantur præter naturam etiam, præterque fatum.* Quamquam & absolute dicebant: SI QVID ET ACCIDERIT. Pomponius JC. lib. 162 § 1 D. de verborum signif. *Si quis ita in testamento scripserit,* SI QVID FILIO MEO ACCIDERIT, DAMAS SERVVS MEVS LIBER ESTO: *mortuo filio, Damas liber erit. Licet enim accidant & vivis, sed vulgi sermone etiam Mors significatur.* Plinius lib. 10 cap. 63 *Vrsi autem, ut dictum est, humanitus strati:* subaudi, *coëunt. Humanitus,* ἀνθρωπόθεν, humano more, ut homines solent: *ambobus cubantibus complexisque,* ut idem initio cap. 36 lib. 8 de ursis scribit: quo procul dubio respicit, cum ait, *ut dictum est.* conf. Nonius c. 11 n. 1.

¶ Hŏmĭcīda, æ, ein menschen-mörder, todschläger: Quintil. 7 c. 3. Plin. 10 cap. 23. De fœmina Seneca Controvers. 2 *Quid si tantum capta? quid si tantum prostituta? quid si tantum homicida? quid si tantum rea fuisses?*

¶ Homicīdium, i, ein mord, todschlag. *Facere homicidium,* Quintil. lib. 5 cap. 9. *Homicidii reus,* Cicero Philipp. 2 cap. 12. *Suspicio homicidii,* Sueton. Claudio cap. 26.

¶ Homicidĭarius, a, um, mördlich: ut, *sanguis homicidiarius,* Auctor incertus Paneg. ad Constantin. c. 4, alii legunt *homicidarius.*

Composita cum præpos. &c.

¶ Inhūmānus, a, um, humanitatis expers, immitis, unleutselig, unfreundlich, unbescheiden. Terent. in Eunuch. act. 5 sc. 2 v. 41 *Non adeò inhumano ingenio sum,* so grob bin ich nicht. Solin. cap. 21 de Sporadibus: *inhumana littora.* Cic. 4 Verrin. extrem. *quis inhumanior? quis insidiosior?* Terent. Hecyr. act. 1 sc. 2 v. 11 *miles inhumanissimus.*

¶ Inhumanitas, ātis, die grobheit, unfreundlichkeit. *Impudens, crudelis, & immoderata inhumanitas,* Cic. pro Dejotaro c. 12. *Mansuetudinem in crudelitatem inhumanitatemque convertere,* Idem 7 Verrin. cap. 44.

¶ Inhumane, adverb. unfreundlich, grob, wild, ungütig, grausam. Cicer. 3 Offic. c. 6 *Inhumane feceris contraque naturæ legem, si quid detraxeris,* &c. Terent. Heaut. a. 5 sc. 5 v. 1 *Nimis graviter cruciat adolescentulum, nimisque inhumane.* Nazar. Panegyr. c. 16 *inhumane muta oratio. Inhumaniùs dicere,* Cic. de Amic. c. 13.

¶ Inhumaniter, idem. Cicero ad Quint. frat. lib. 3 epist. 1 *inhumaniter fecisse.*

¶ Perhumanus, a, um, sehr freundlich. Cic. 16 ad Attic. epist. 12 *perhumana epistola.*

¶ Perhumaniter, adverb. idem. Cic. 7 ad Fam. epist. 8 *Scripsit ad me Cæsar perhumaniter.*

¶ Semihŏmo, ĭnis, ein halb mensch. Virgil. 8 Æneid. v. 194

Semihominis Caci: facies &c.

Alcimus Avitus lib. 4 v. 99

Artus semihominum patulis qui faucibus atri
Ferrent.

HŎMOEŎMĔRĪA, æ, ὁμοιομέρεια, partium vel membrorum similitudo. Lucret. lib. 1 v. 829

Hinc & Anaxagoræ scrutemur homœomeriam.

HŎMOEOPTŌTON, i, ὁμοιόπτωτον, similiter cadens in nominibus; ut,

Mærentes flentes, lacrymantes, & miserantes, Ennius.

HOMOEŌSIS, is, ὁμοίωσις, similitudo, vel declaratio rei per similitudinem; *Schema,* cujus species sunt, *Paradigmata & Parabolæ;* ut, *Neque equus indomitus, quamvis natura bene compositus sit, idoneus potest esse ad eas utilitates, quæ desiderantur ab equo, neque homo indoctus, quamvis sit ingeniosus, ad virtutem potest pervenire.*

HŎMOEŎTĔLEVTON, i, ὁμοιοτέλευτον, similiter desinens in verbis; ut, *Eos deduci, evehi quam deseri malui.* Et in aliis vocibus; ut, *Vivis invidiosè, delinquis studiosè, loqueris odiosè.*

HŎMŎLE, es, mons Thessaliæ, Centaurorum sedes. Virg. Æn. 7 v. 675

Descendunt Centauri Homolen, Othrynque nivalem.

¶ Homoloides, um, Thebæ dicuntur juxta montem sitæ, vel septem portæ Thebanæ. Statius 7 Theb. v. 252

Per ingentes Homoloidas exeat Hæmon.

HŎMŎLOTTI, orum, populi, quos dissecto in minimas partes bove fœdus jungere, Zenodotus prodidit. Hinc *bos Homolottorum* proverbio dicebatur in plurima distractus negotia, ein Hans in allen gassen. Morem hunc Scythis etiam fuisse, Lucianus testatur. vid. Erasm. Adag.

HŎMŌNȲMON, i, ὁμώνυμον, nomen diversa significans, quod & *Polysemum* Grammatici, & *æquivocum* Dialectici vocant, ut, *acies, lupus, aries, nepos.* Differt a *Synonymo,* quod vide in suo loco.

¶ Homonymia, æ, ὁμωνυμία, una voce multa significat: *Synonymia* vero multis vocibus idem testatur, uti explicat C. Fronto vetus Grammaticus.

HŎMŎTŎNVS, a, um, ὁμότονος, æqualis tensionis, gleichstimmig, einhellig. Vitruvius lib. 1 cap. 1 usus est. vide Baldi Lex. Vitruvian.

Honestare, Honestus, &c. vide mox in *Honor.*

HŎNOR, & Honos, ōris, die ehre. Est *præmium virtutis, judicio studioque civium delatus ad aliquem,* quemadmodum Cicero dixit de Clar. Orat. cap. 81. Homerus Iliad. B. v. 197 τιμὴ δ' ἐκ Διός ἐστι, *Honor ex Jove est.* Cicero 1 Tusc. cap. 2 *Honos alit artes, omnesque incenduntur ad studia gloriæ, jacentque ea semper, quæ apud quosque improbantur.* Stobæus ex Bucolicis Bionis citat Τιμὰ τὰ πράγματα κρέσσονα ποιεῖ, id est, *Honor res meliores efficit,* was geehret wird, das bessert und vermehret sich. *Honore afficere,* Cicer. pro Rosc. Am. cap. 50. Et, *Honorem alicui habere,* Curt. lib. 4 cap. 8 n. 14. Et, *reddere,* Idem lib. 8 cap. 9 n. 32. Et, *præstare,* Plinius Paneg. cap. 88. Et, *Habere in honore,* Curt. 9 c. 10 n. 21, einen ehren, ehre anthun. *Esse in magno honore apud quem,* Idem Curt. 8 c. 8 n. 10. Et, *Honori magno esse,* Idem 5 c. 7 n. 12, rühmlich seyn, ehre bringen. *Quovis honore dignus,* aller ehren werth. *Ascendere ad honores,* zu hohen ehren kommen, Cic. in Bruto cap. 58. *Honores alicui decernere,* Idem 5 Att. epist. 21, einem ein ehrliches amt zuwilligen. ¶ 2. *Honor* aliquando pro pulchritudine ponitur: Virg. lib. 1 Æneid. v. 591 *Lætos oculis adflarat honores.* Et Stat. lib. 1 Silv. 2 v. 113

Celsos procul adspice frontis honores
Suggestumque comæ.

Hinc *honestus, inhonestus,* ad formam seu faciem interdum referuntur. vide infra. ¶ 3. Item pro sacrificiis. Virg. Æneid. 3 v. 178

perfecto lætus honore.

Item Ovid. lib. 8 Metamorph. v. 745 *qui numina divûm*
Sperneret, & nullos aris adoleret honores.

Sacrificiis enim Dii honorantur. Ovidius Fast. lib. 5 v. 551

Vltor ad ipse suos cælo descendit honores,
Templaque in Augusto conspicienda foro.

Item Virgilius lib. 3 Æneid. v. 118

Sic fatus meritos aris mactavit honores.

Et v. 264 ejusdem libri: *meritosque indicit honores.*

conf. Barth. ad Script. Venat. p. 150. ¶ 4. Sæpe & pro magistratu *Honor* sumitur, sicut & græcum τιμή. Hinc *honor Præturæ, Quæsturæ,* apud Sueton. Claudio cap. 1, & Tito cap. 4. *Honores petere,* i. e. magistratus petere, Nepos Attico cap. 7, & Plinius lib. 6 epistola 31. Et, *Honoribus operam dare,* idem Nepos Catonis principio. *Honore abire,* i. e. magistratu decedere, Suetonius dixit Augusto cap. 26. ¶ 5. *Honor* & præmium vel munus notat, quomodo & græcum Τιμή usurpatum legimus, eine verehrung. Cic. lib. 16 fam. epist. 9 *Curio misi, ut medico honos haberetur,* i. e. sostrum persolvatur. Cæsar lib. 2 de Bello Civili cap. 21 *Eadem ratione privatim ac publicè quibusdam civitatibus habitis honoribus, Tarracone discedit. Honores habere* dixit pro *præmia tribuere,* quemadmodum paullo ante locutus fuerat. Terentius Eun. act. 5 sc. 7 v. 22 *Hic pro illo munere tibi honos est habitus,* id est, pro indicandi officio, tibi hoc paratum præmium est: videlicet, ut pendeas, de quo prædixerat. Sicut enim *præmium,* & pœnam notat, & in utramque partem accipitur, ita & *honos.* Sic, *malum honorem alicui habere,* pro injuria afficere, Gellius dixit lib. 12 c. 9. Et, *Hic pietatis honos?* Virgil. Æneid. 1 v. 253, ist diß die belohnung für meine frömmigkeit? ¶ 6. *Honorem præfari,* item, *habere auribus,* est, cum turpiculum & inhonestum, quodque salvo pudore atque honore audientium dici vix potest, prolaturi, præmittimus aliquid veniæ petendæ. *Honos sit auribus,* Curt. lib. 5 cap. 1 n. 38. Et Arnobius lib. 5 pag. 176 *propudiosa corporum monstratur obscenitas, objectanturque partes illæ, quas pudor communis abscondere atque naturalis verecundiæ lex jubet: quas inter aures castas sine venia nefas est, ac sine honoribus appellare præfatis.* Quintilianus Declamation. 3 initio: *Satis dedecoris atque flagitii castra ceperunt, cum hæc furenti tribuno mens subjecta est, ut in medio belli Cimbrici strepitu, ante signa (tuis honor sit habitus sanctissimis auribus) juberet prostare gladio cinctum, & vim turpissimam ac nefariam tentaret inferre (ne quid aliud dicam) fortiori.* ¶ 7. *Honori & Virtuti* Romani ædes gemellas, junctim locarunt, quia ubi merita virtutis, ibi præmia honoris: sacrificia honoris aperto capite peracta mense Majo, cum in cæteris tecto capite id fieri. DEI *Honoris* mentio apud Augustin. de C. D. lib. 4 cap. 21, Symmach. epist. 21 lib. 1, Val. Max. lib. 1 cap. 1 n. 8. De *Honorum nundinatione* apud Romanos Bernegg. ad Sueton. Cæsar. cap. 19. Adde Sallust. Jugurth. cap. 8, 15, 35. Quo melius statui publico esset, *specie honoris,* alioquin eo indigni, amovebantur, quæ regnantium ars erat: Tacit. 1 Hist. cap. 71 *exsilii honorem* vocat. vid. Gruter. discurs. ad Tacit. part. 2 discurs. 15.

¶ Hŏnōrinus, i, Honoris Deus, de quo jam diximus. Augustinus 4 de Civ. D. cap. 21 *Deo Honorino commendare, ut honorarentur.*

¶ Honorābilis, e, ehrenwerth. Cic. de Senect. cap. 18 *Hæc ipsa sunt honorabilia, quæ videntur levia atque communia,* &c.

¶ Honorabiliter, adverb. ehrlich: ut, *honorabiliter sepelire,* Capitolinus Macrino cap. 5. Cassiodorus lib. 2 cap. 9 *Misericordiæ omnes virtutes cedere honorabiliter non recusant.* Ammianus lib. 29 cap. 13 *honorabiliter colebatur.*

¶ Honorārius, a, um, was ehrenthalben geschicht: ut, *Arbiter honorarius,* Cic. 5 Tusc. c. ult. dem man die ehre thut, und stellet ihm eine sache heim zu erkennen. *Honorarii ludi* apud Suetonium Aug. cap. 31 appellantur, qui *honoris* sive *magistratus* collati caussâ a prætoribus, qui *honoratus magistratus* dicebantur, aut in honorem principis instituebantur. vide ibi Casaub. ¶ *Jus honorarium* est, quod & *prætorium* appellatur: hoc est, quod introduxerunt prætores: ac honore, i. e. magistratu prætoris sic appellatum. Namque cum Consules, penes quos summa, exactis Regibus, rerum jurisque dicendi Romæ potestas erat, vicinis bellis avocarentur, nec magistratus esset domi, qui interim redderet jus, creati Prætores sunt, penes quos ea provincia potestasque esset, ut Pomponius lege 2 § 27 & 28 ff. de Orig. Juris observat. vide L. 7 § 1 D. de Just. & Jure, & dictam L. 2 § 10 D. de Orig. J. Sic, *Honoraria actio: Honorariæ obligationes: Honorarii successores,* &c. dicebantur, quorum ratio à Prætorum edictis nasceretur. vide JCtos. Hinc ipsum Prætorem, *Honoratum* Ovid. vocat 1 Fast. v. 52,

Verbaque honoratus libera Prætor habet.

¶ Honorarium, i, donum, quod honoris caussa confertur, eine verehrung, ehrengeschenck. Vbi non locatio & conductio præcessit: sed opera beneficii loco præbita est, idque quod datur, ad remunerandum datur, ut JCtus describit Lege 1 Dig. Si mensor falsum modum dixerit. *Honorarium Decurionatus,* quod pro collato Decurionatu in coloniis dabatur, apud Plinium leges lib. 10 epist. 116. *Honorarium* datur sponté ob artem, non ob operam. v. Zwingeri Theatr. volum. X lib. 3 fol. 2429.

¶ Hŏnōro, avi, atum, are, honore afficere, in honore habere, ehren. *Laudibus suis & alienis ornare & honorare,* Cic. Philipp. 2 cap. 11. ¶ 2. Item, præmio afficere, beehren, beschencken, belohnen. Vellej. 2, 112, 2

Ob id ornamentis triumphalibus honoratus est. Idem 2, 129, 3 *Populum congiariis honoravit*, er hat das volck regaliert. Vlpian. Lege 1 Dig. de postulando: *Nisi in arena passi sunt se honorari.* Curtius lib. 7 cap. 1 n. 23 *Cum donis honoramur.* ¶ *Honorari* ut deponens exstat apud Ampelium cap. de 12 signis: *Juno*, ait, *leonem cælesti dignitate est honorata.*

¶ Hŏnŏrātus, a, um, qui in honore est apud alios, geehrt. *Vir honoratus*, ein fürnehmer mann, Liv. Cicer. *Vetus & honorata familia*, Suetonius Tiberio cap. 3. Et, *Honoratior apud plebem*, Liv. lib. 4 cap. 35. *M. Cato honoratiori parere maluit*, Vellej. Paterc. 2 cap. 54 n. 3. *Otium honoratius imperio*, Idem lib. 2 cap. 99 extr. Et, *Vir honoratissimæ imaginis*, Liv. lib. 3 c. 58. *Sedem alicui inter aliquos honoratissimo loco dare*, Valer. Maxim. lib. 4 cap. 5 extr. ¶ 2. Præmio affectus, beehrt, beschenckt, begabt. Vellej. 2, 61, 3 *Honoratus equestri statua.* Idem 2, 124, 3 *Corpus humanis honoribus, nomen divinis honoratum.* Horat. Artis v. 120 *Scriptor honoratum si forte reponis Achillem.*
Honoratum, id est, amplissimis muneribus ab Agamemnone affectum.

¶ Honoratè, adverb. cum honore, ehrlich. Tacitus 4 Histor. cap. 63 *Civilem etiam beneficii memoria flexit; quod filium ejus primo rerum motu in Agrippinensi colonia honorate custodierant.* Vellej. Paterc. lib. 2 cap. 129 *Quam illum honorate, nec secure continet.* Justin. lib. 5 cap. 4 n. 13 de Alcibiade: *Certant secum ipsi, utrum contumeliosius eum expulerint, an revocaverint honoratius.* Sic, *honoratius cremare* (corpus,) Val. Maxim. lib. 5 cap. 1 n. 11. *Honoratissime quem excipere*, Idem lib. 2 cap. 10.

¶ Hŏnōrus, a, um, adject. honestus, ehrlich, rühmlich, löblich. Silius lib. 11 v. 301 *Ductor honori nominis.* Tacit. 1 Annal. cap. 10 n. 10 *Honora oratio.* Quin & Ovidius Remed. Am. v. 393
Studium famæ mihi crescit honoræ.

¶ Hŏnōrōsus, a, um, idem. Plus est quam honoratus, sicut scelerosus plus est quam sceleratus, dicente Isidoro 10 Orig. litt. H.

¶ Honorificus, a, um, quod honorem confert, das zu ehren gereicht, ehrlich, löblich. Cic. in Philipp. 2 cap. 15 *Nunquam ab eo mentio de me, nisi honorifica facta est*, er hat mein in allen ehren gedacht. Et lib. 1 ad Attic. epist. 16 *Mihi res multo honorificentior visa est.* Idem ad C. Marcellum lib. 15 epist. 10 *honorificentissimum senatus consultum.* Vellej. 2, 45, 4 *Sub honorificentissimo titulo*, es hatte einen ansehnlichen nahmen.

¶ Honorificè, adverb. in ehren, ehrentwegen. Cic. 5 fam. epist. 2 *Hoc non potest in te non honorifice esse dictum.* Idem in Pison. cap. 15 *Nemini triumphus honorificentius, quam mihi salus, restitutioque est perscripta.* Item lib. 6 epist. 6 ad Cæcinam: *Cæsar nunquam nisi honorificentissime Pompejum appellat*, er gedencket seiner rühmlich, ehrerbietig.

¶ Honorificentia, æ, subst. ehr-erweisung, beehrung. Vopiscus Aureliano c. 25 extr. *Templum Soli posuit, majore honorificentia consecratum*, der mit grösserer pracht und gepränge eingeweihet worden. Symmachus lib. 6 epist. 35 *Evocationis honorificentiam deprecati:* & ep. 36 *Te honorificentia imperialis accivit.*

¶ Honorifico, are, est honorare, ad honorem evehere, ehren. Lactantius aliquoties ita locutus: e.g. lib. 2 cap. 5 *Suspiciat & honorificet communem parentem.* Idem de Ira Dei cap. ult. *Debemus hunc omnes honorificare, quod beneficus.* Et lib. 7 Instit. cap. 24 *Adorent & honorificent regem magnum.* Glossæ etiam Cyrilli: *Honorifico*, δοξάζω, τιμῶ. Et Augustinus epist. 119 cap. 3 *Salvatorem honorificantes.*

¶ Honorĭger, a, um, honoratus, gerens honores, geehrt, werthgeschätzt. Tertull. de Virg. veland. cap. 10 pr. *Honorigeram notam virginitatis præ se ferre.*

¶ Honorĭpĕta, æ, qui honores & dignitates captat, ambitiosus, ehrbegierig. Apulejus lib. 2 Dogm. Platon. p. 20 *Culpabilium virorum quatuor formæ sunt: quarum prima honoripetarum est: sequens abstemiorum: tertia popularis: tyrannicæ dominationis est ultima.*

¶ Hŏnestus, a, um, honore insignis, probus, ehrlich, rühmlich, geehrt. Cicero de Clar. Orat. cap. 81 *Qui honorem sententiis & suffragiis adeptus est, is mihi & honestus & honoratus videtur.* Vnde *honore honestiorem aliquem facere*, Plautus Captiv. a. 2 sc. 3 v. 32 dixit. Plinius Panegyr. cap 85 ad Trajanum: *Diligis, cum diligaris, & in eo, quod utrique honestissimum est, tota gloria tua est.* Idem lib. 8 epist. 6 extr. *Honesto loco natus*, der einer ehrlichen ankunfft ist. Quicquid honori decorique est, hoc est, rectum verumque est, & virtutis regulam servat, id vero honestum maxime est. Cicero de Officiis lib. 3 cap. 7 *Nihil præter id, quod honestum sit, propter se est expetendum.* Sic *Honestam orationem* Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 114 dixit, quæ virum bonum atque humanum inprimis decet. Statius lib. 3 Silv. 1 v. 6
Cui tædis iterum lustratus honesti
Ignis ab Oetæâ conscendens æthera flammâ.
Vbi *honestum ignem* appellat, qui honorificus Herculi fuerit atque ad cælum divosque aperuerit viam. Similiter lib. 4 Silv. 6 v. 83
immeritasque domos ac templa Sagunti
Polluit, & populis furias immisit honestas.
Nam *furias honestas* vocat Saguntinorum impetum, quo maluerunt perire cum civitate sua, quam a Romanis desciscere: ex eo, quod servatæ in Romanos fidei honorem & famam iis peperisset. Florus lib. 2 cap. 6 de iisdem & eorum facinore verba faciens: *versa in rabiem fide.* ¶ 2. *Honestus* etiam pro pulchro ponitur: sicut & *inhonestus* contra de deformi, ac turpi. Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 95
erat forma præter ceteras
Honesta & liberali.
Vbi Donatus: HONESTA *ad formam;* LIBERALI *ad vultum retulit.* Sic, *honestam faciem* Idem alibi, & Sueton. Tiberio cap. 68 dixit. Terent. Eunuch. a. 4 sc. 3 *Ita me Dii amant, honestus est*, id est, *pulcher*, ut Donatus exponit. Virg. Æn. 10 v. 133
Dardanius caput ecce puer detectus honestum.
Idem de equis lib. 3 Georg. v. 82 *honesti*
Spadices glaucique: color deterrimus albis.
Varro lib. 2 de re rustica cap. 6 de asinis loquens: *Sumat firmos, omnibus partibus honestos, corpore amplo*, &c. ¶ 3. *Non eadem omnibus honesta*, Corn. Nepos præfat. n. 3, i. e. apud omnes decora, πρέποντα, anständig, gebührlich. ¶ 4. Pro divite, ut auctor est Asconius in 3 Verrinam.

¶ Hŏnestè, adverb. mit ehren, geziemend. *Valde honeste se gerere*, Cic. lib. 6 epist. 1 ad Atticum. Idem cap. 16 de Amicitia: *Quæ in nostris rebus non satis honeste: in amicorum fiunt honestissime.*

¶ Honestas, ātis, dignitas, decus, die ehre, erbarkeit. Cic. pro Arch. cap. 6 *Nihil est in vita magnopere expetendum, nisi laus & honestas.* Nepos præfat. n. 5 *ab honestate remotum*, unanständig. ¶ Item, *bonitas, humanitas:* Suetonius de Illustr. Grammat. cap. 13 *Sunt, qui tradant tantâ eum honestate præditum, ut temporibus Syllanis proscriptorum liberos gratis & sine mercede ulla in disciplinam receperit.*

¶ Honestitūdo, ĭnis, quo pro *Honestas* Accius usus apud Nonium c. 2 n. 401, antiquum est.

¶ Honesto, āre, zieren, ehren. Cicer. in Off. lib. 1 cap. 39 *Non domo dominus, sed domino domus honestanda est.* Auctor Rhetor. ad Herenn. lib. 4 sub fin. *Omnes rationes honestandæ elocutionis studiose collegimus. Honestandæ*, i. e. ornandæ, & ad omnem elegantiam ac venustatem expoliendæ. Cicero Catil. 1 cap. 12 *Si summi viri & clarissimi Saturnini & Gracchorum & Flacci ex sanguine non modo se non contaminarunt, sed & honestarunt.* Curtius lib. 3 cap. 6 n. 19 *Ætas quoque vix tanta matura rebus, sed abunde sufficiens, omnia etiam ejus opera honestabat*, i. e. commendabat, & pulchra magis decoraque efficiebat.

¶ Honestamentum, i, ehre, zierde. Seneca in epist. 66 *Nullo honestamento eget virtus, ipsa & magnum sui decus est.* Et Arnob. lib. 2 p. 76 *honestamenta natalium.* Apul. Apol. *Gratiam corporis morum honestamentis ornare.*

I. Composita ab *Honor:*

¶ Dehonorarius, a, um, inhonestus, schimpfflich. Tertullianus Apolog. cap. 39 *Si quod arcæ genus est, non dehonoraria summa, quasi redemtæ religionis congregatur.* vide ibi Rigalt.

¶ Dehŏnōro, are, pro, honore privare, verunehren, posterioris ævi scriptores dixerunt. Salvianus lib. 3 contra Avarit. p. 106 *filios religiosos bono a vobis dehonorari adseveratis?* Oros. lib. 2 cap. 2 *dehonorata Babylon.*

¶ Exhonorare, idem. Augustinus lib. 16 Civ. Dei cap. 2 *Passionem Christi annuntiant profitendo, & male agendo exhonorant.* Et Salvianus lib. 2 Gub. p. 59 [Baluz. 39] *Diademate exhonoratur.*

¶ Inhonoratus, a, um, sine honore, ungeehrt, unachtbar: ut, *Vita inhonorata & ingloria*, Cic. 3 Tusc. cap. 34. Et Silius lib. 4 v. 607 *mors inhonorata.* Et, *Inhonoratum quem dimittere*, Liv. 37 cap. 54. *Triumphus inhonoratior*, Idem lib. 33 cap. 23. Superl. *Inhonoratissimus:* Idem Livius lib. 35 cap. 12 *Thoas Ætolorum prætor conquestus, quod omnium Græciæ gentium civitatumque inhonoratissimi post eam victoriam essent.* ¶ 2. Sine præmio, unbegabt, unbeehrt. Ajax apud Ovidium in armorum judicio Metam. 13 v. 41
Nos inhonorati & donis patruelibus orbi.

¶ Inhonorabilis, e, idem. Tertull. adv. Marc. 3 cap. 17 *Si inglorius, si ignobilis, si inhonorabilis meus erit Christus.*

¶ Inhonorificus, a, um, non honorificus, unanständig, das nicht zu ehren gereicht. Seneca de Constant. Sap. cap. 10 *Humilitas animi contrahentis se ob factum dictumque inhonorificum.*

¶ Inhonōrus, a, um, ohne ehre, unberühmt, verächtlich. Plin. lib. 5 c. 30 *inhonoræ civitates.* Silius lib. 10 v. 391 *facies inhonora.* Eutropius lib. 10 cap. 7 de Constantio: *neque inhonoros sinens, quorum laboriosa expertus fuisset officia.* Tacit. lib. 4 Hist. cap. 62 *Revulsæ imperatorum imagines, inhonora signa.*

¶ Perhonorificus, a, um, sehr löblich. Cic. ad Attic. lib. 2 epist 18 *Consalutatio forensis perhonorifica.*

¶ Perhonorificè, adverb. idem. Cic. 14 ad Attic. epist. 12 *Nobiscum hic perhonorifice & amice Octavius.*

II. Composita ab *Honestus:*

¶ Cohonesto, are, idem quod honestare, beehren: ut, *Amici conveniunt ad exsequias cohonestandas*, Cic. pro Quintio cap. 15.

¶ Dehonestus, a, um, pro *inhonestus*, unanständig. Gellius lib. 19 cap. 10 *dehonestum verbum.*

¶ Dehonesto, are, verstellen, schänden. Treb. Pollio in Gallien. cap. 16 *Romanum dehonestantes imperium.*

¶ Dehonestatio, ōnis, unehr, schmach. Tertullian. de Pudicit. cap. 18 *Dolores & dehonestationes sustinet.*

¶ Dehonestamentum, i, übelstand, schmach, unehre. *Originis dehonestamentum*, Justinus 28 cap. 2 n. 9, unehrliche ankunfft. *Dehonestamenta amicitiarum*, Tacitus 2 Histor. cap. 87. Et 4 Hist. cap. 13 *Sed Civilis ultra, quam barbaris solitum, ingenio solers, & Sertorium se aut Hannibalem ferens, simili oris dehonestamento. Oris dehonestamentum* dixit, quod luscus, seu captus altero, sicut Sertorius & Hannibal, oculo esset. Et Seneca lib. extremo de Const. Sapientis: *contumeliæ, verba probrosa, ignominiæ & cætera dehonestamenta.*

¶ Inhonestus, a, um, turpis, unehrlich, schändlich. *Mors inhonesta*, Propert. lib. 2 eleg. 8 v. 28. Et, *Quid hoc joco inhonestius?* Valer. Max. lib. 7 extr. *Inhonestissima cupiditas*, Cic. lib. 1 ad Qu. frat. epist. 1 cap. 6 extr. ¶ Pro deformi Terentius posuit Eunucho a. 2 sc. 3 v. 65. Eadem fab. a. 5 sc. 4 v. 16 *Inhonestas* pro immundis & sordidis dixit.

¶ Inhonestè, adverb. mit unehren, unehrlich. Terent. in Andr. a. 4 sc. 5 *quæ se inhoneste optavit parare hic divitias, quam in patria honeste pauper vivere*, mit unehren reich werden. *Inhonestiùs indulsit libertis*, Capitol. in Vero cap. 8.

¶ Inhonestas, ātis, contrarium honestatis, unehre, schimpff, schande. Tertullianus lib. 5 contra Marc. cap. 5 *Infirmitati, & inhonestati, & pusillitati, & contemtui deputari possunt.* Idem advers. Judæos cap. ult. *omni inhonestate prostratus*, gantz verächtlich.

¶ Inhonesto, are, dehonestare, schimpffen, verunehren. Ovidius 4. Trist. eleg. 8 *Ne cadat, & palmas multas inhonestet adeptas,*
Languidus in pratis gramina carpit equus.

Heinsio tamen hoc distichon suspectum est.

¶ Inhonestamentum, i, dehonestamentum, schande. Apulejus Apolog. p. 275 *ne quid maculæ aut inhonestamenti in me admittam.*

¶ Perhonestus, a, um, gantz ehrlich. Arnobius lib. 2 p. 76 *Sint licet perhonesti, fuerintque laudabiles.*

Honorificus, &c. Honoripeta, vide paullo ante *Honor.*

HŎNŌRIVS, i, Imperator Rom. cum fratre Arcadio, quibus patrem Theodosium rempublicam quietam reliquisse, S. Aur. Victor in Epit. ubi desinit, affirmat. Claudianus poëta tum vixit, qui totus fere est in celebrandis Honorii laudibus.

¶ Honoriădes, æ, patronym. apud Claudianum, qui puerum adhuc gignendum ita vocat in Nupt. Honorii v. ult.

HOPLŎMĂCHVS, i, ὁπλομάχος, gladiator, qui armatus pugnat, ein gerüsteter soldat. Martial. lib. 8 epigr. 74

Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus ante;
Fecisti medicus, quod facis hoplomachus.

HŌRA, æ, ὥρα, temporis & diei pars, eine stunde, jahr-zeit. Horæ seu tempora anni 4 sunt: *Ver, Æstas, Auctumnus, Hiems.* Macrobius lib. 1 Saturn. cap. 21. Has horas intelligit Horatius lib. 1 od. 12 v. 15 cum ait: *variisque mundum*
Temperat horis.

uti recte vetus Schol. interpretatur. Idem *Horam caniculæ*, caniculares dies dixit lib. 3 od. 13 v. 9. Plinius lib. 9 cap. 35 *Genitalem anni horam*, Ver, ut opinor, designans. *Hora matutina*, die morgenstunde. Sic, *Hora meridiana, pomeridiana, vespertina, nocturna. Hora tempestiva*, eine gelegene stunde. *Hora æstiva*, longa est Martiali lib. 12 epigr. 1,

Otia, Prisce, brevi poteris donare libello;
Hora nec æstiva est, nec tibi tota perit.

Et lib. 4 epigr. 8 singulis diei horis destinat sua officia:

Prima salutantes atque altera conterit hora,
Exercet raucos tertia caussidicos.
In quintam varios extendit Roma labores,
Sexta quies lassis, septima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octava palæstris;
Imperat excelsos frangere nona toros.
Hora libellorum decima est, Eupheme, meorum,
Temperat ambrosias cum tua cura dapes.

Et Horat. lib. 1 epist. 4 v. 14

Grata superveniet, quæ non sperabitur, hora.

Idem in eodem lib. epist. 11 v. 22

Tu, quamcunque Deus tibi fortunaverit horam,
Grata sume manu.

In quam sententiam Germani dicunt, man muß die zeit nehmen wie sie kömmt. Seneca in Hippolyto v. 773 *Horaque*
Semper preteritâ deterior subit.

Et Manilius lib. 3 v. 528

Horaque non ulli similis perducitur horæ,

es ist keine stunde der andern gleich. ¶ 2. *Hora*, κατ' ἐξοχὴν, de natali, sive momento illo, quo quis natus. Seneca de morte Claudii: *Et tamen non est mirum, si errant* (Mathematici, seu Genethliaci,) *horam ejus nemo novit.* ¶ 3. *Horam fatalem* pro morte, & vita humana, ad demonstrandam rerum humanarum fragilitatem, Poëtarum filii dicunt. vid. Barth. ad Stat. Silv. p. 122. ¶ 4. *Omnium horarum homines*, eleganter dicuntur, qui in seria ludicraque sufficiunt, die in alle sattel gerecht sind. Quintil. lib. 6 cap. 4 extr. *De Pollione Asinio seriis jocisque accommodato dictum est*, ESSE EVM OMNIVM HORARVM. Sueton. Tiberio cap. 42 *Jucundissimos & omnium horarum amicos professus.* ¶ 5. Poëtis *Horæ* Deæ sunt; quas custodes portarum cælestium facit Homerus Iliad. E v. 749, & Ovidius ministras Phœbi sive Solis lib. 2 Metam. v. 118,

Jungere equos Titan velocibus imperat Horis,
Jussa Deæ celeres peragunt.

Idem in descriptione regiæ Solis eod. lib. v. 25

A dextra lævaque dies & mensis & annus,
Seculaque, & positæ spatiis æqualibus Horæ.

Vide & Lucianum de Sacrificiis p. 88. Hesiodus Jovis & Themidis filias facit, ante Gratias natas, de quo & Seneca 1 de Beneficiis cap. 3. vide *Gratiæ.*

¶ Horŭla, æ, diminutivum, ein stündlein.

¶ Horæum, i, ὡραῖον, mel æstivum, sommer-honig: ὡραῖα, Græci dicunt omnes fructus æstivos. ¶ Apud Plautum & salsamenti genus ita vocatur Captiv. a. 4 sc. 2 v. 71, a veris tempore, quod tum ex Pelamide pisce salsamentum illud fieret, fischlacke.

¶ Hōrārius, a, um, quod unius est horæ, stündig, stundenlang, Sueton. Domitian. cap. 3 *Secretum horarium.*

¶ Horarium, i, horologium, eine stunden-uhr. Censorinus de Die Natali cap. 23 *P. Cornelius Nasica, Censor, ex aqua fecit horarium, quod & ipsum ex consuetudine noscendi a sole horas, Solarium cœptum vocari.* Non autem hoc hydraulicum horarium ipsa clepsydra est, sed major machina, cujus structuram Vitruvius describit lib. 9 cap. ult. Adde Plin. lib. 7 extremo, & ibi Harduinum.

¶ Horalis, e, idem quod Horarius. Fortun. 4 Mart.

Quo vel ad horale spatium consensit iniquis.

¶ Hornus, a, um, quod hujus est anni, & horam unius anni nondum excedit, heurig; ut, *Hornum vinum*, Horat. epod. 2 v. 47, & *Hornam frugem*, Idemq; od. 23 dixit, wein und getreyde so heuer gewachsen ist. *Hornam messem*, Plautus dixit in Mostell. a. 1 sc. 3 v. 3 proverbialiter pro re grata & commoda: *Eventus*, inquit, *rebus in omnibus velut in horreo horna messis, magni fit*, was einem wohl gelückt, ist ihm lieb und köstlich. Verum plures ibi legunt, *velut horno messis magna fuit*, ut *horno* sit vel *hoc anno*, adverbialiter; vel *huic anno*, tertio casu. vide Lambinum in hunc locum. Sed *Hornus annus* est in eadem Mostell. a. 3 sc. 1 v. 2. *Horni agni*, i. e. anniculi, Propert. lib. 4 eleg. 3 v. 61.

¶ Hornōtīnus, a, um, idem quod Hornus. Sic Cicero Verrin. 5 c. 18 *Hornotinum frumentum*; Cato cap. 17 *Hornotinas nuces virides*, pro *Hornis* dixit.

¶ Horno, adverb. heuer, cui *anno* opponitur, Plaut. Mostell. a. 1 sc. 3 v. 3. vide modo dicta in *Hornus.*

¶ Hōrōlōgium, i, ὡρολόγιον, horarum indicatio, vel index, ein zeiger, eine uhr. *Horologium solarium*, ein sonnen-zeiger, quod primum inventum fuisse, ac post illud aquarium, κλεψύδραν quod dixerunt, Plin. lib. 7 cap. 60 auctor est. vide Vitruvium lib. 9 cap. 9, & Cassiodorum lib. 1 epist. 15, & Lucianum in Hippia extr. De origine Horologiorum apud Romanos vide Rycquium de Capitolio cap. 38, & Salmasium Exercitat. Plin. p. 652. De nostrorum Horologiorum ratione, quæ ignota veteribus fuit, vide Pancirollum Part. 2 tit. 10, & præcipue Bernard. Saccum lib. 7 Historiæ Ticinensis cap. 17.

¶ Hōrōscŏpus, a, um, ὡροσκόπος, adject. id est, in quo *horæ* notantur; ut, *Vasa horoscopa*, geschirre daran man die stunden siehet, apud Plinium lib. 2 cap. 72. ¶ 2. *Horoscopus*, substant. est illa cæli pars, qua hora quælibet ab inferiore hemisphærio ab oriente, ascendit, unde & Astrologis *Ascendens* vocatur. ¶ 3. Denique illud punctum temporis, quo quis nascitur, die geburts-stunde. Manilius *ortivum cardinem* vocat lib. 3 v. 189 *ortivo totidem de cardine lucris,*
Quem bene partitis memorant horoscopon astris.

Persius sat. 6 v. 18 *Germanos horoscope varo*
Producis Genio. Inde est

¶ Horoscŏpĭcus, a, um, ad horam natalem pertinens; ut, *Horoscopici libri*, Fulgent. 1 Mythol. Et

¶ Horoscŏpo, are, i. e. horoscopum facere. Manilius lib. 3 v. 302

Jam facile est, si quod quandoque horoscopat astrum
Noscere. Usus non semel & Firmicus est.

¶ Bihōrium, i, tempus duarum horarum, zwey stunden, &

¶ Trihōrium, i, trium horarum tempus. Ausonius Mosellâ v. 87, & epist. 4 v. 60 *post bina trihoria*, id est, post sex horas.

¶ Semihōra, æ, eine halbe stunde. Cic. pro Rabirio cap. 2 *Me in semihoræ curriculum coegisti.*

HŎRĀTIVS, i, Q. Horatius Flaccus, poëta Lyricus, & in eo genere Latinorum princeps. Natus in Apulia in tenui re, patre libertino. Romam delatus litteras didicit. Inde Athenas profectus Philosophiæ dedit operam. Ac sunt qui Academicum; sunt qui Epicureum evasisse asserant. Neutri recte. Merus Academicus non fuit: nam alibi Epicureos, alibi Stoicos sequitur. Epicureos quidem, quum ait, *Deos securum agere ævum.* Stoicos vero, quum in Epist. ad Quintium peccata paria facit. Cæterum purum putum Epicureum non fuisse, illud arguit, quod lib. 1 od. 34 doctrinam eorum de Deorum cultu damnat, imo conceptis verbis ejerat. Quare illi potius audiendi sunt, qui Eclecticum fuisse tradunt. Quod ipse innuere videtur lib. 1 epist. 1 v. 13 quum ait:

Ac ne forte roges, quo me duce, quo lare tuter:
Nullius addictus jurare in verba magistri,
Quo me cumque rapit tempestas, deferor hospes, &c.

Fuit primum Mæcenati, deinde & Augusto, ob festivitatem ingenii valde carus. Ac Mæcenas quidem in epigrammate quodam ad eum confessus est, *se illum plus visceribus suis amare.* Augustus vero, & *suum:* & inter jocos plerumque *lepidissimum homuncionem* appellare solitus. Natus est 6 Idus Decemb. L. Cotta & L. Torquato Coss. Decessit 5 Kal. Decemb. C. Marco Censorino & C. Asinio Gallo Coss. post nonum & quinquagesimum ætatis annum, hærede Augusto palam nuncupato, ut tradit Suetonius ejus vita. ¶ Fuit & alius *Horatius* nobilis Romanus, qui, cum in prœlio alterum oculum amisisset, ex eo *Cocles* dictus est, Dion. Halic. lib. 5. De virtute ejus Livius 10 cap. 10.

HORCTVS, a, um, antique idem ac bonus, felix. Festus: *Horctum & forctum pro bono dicebant.* Vossius Etym. p. 222 censet, *Horctus* esse a græco ἑρκτὸς, id est, *septus, munitus.*

HORDA, æ, vacca prægnans, eine trächtige kuh. Varro lib. 2 cap. 5 de R. R. *Quæ sterilis est vacca, taura appellatur: quæ prægnans, horda.* Eadem ergo quæ *Forda*, de quâ supra diximus.

¶ Hordicalia, um, festus dies, quo gravidæ hostiæ immolabantur. Varro d. l. Sed Festus

¶ Hordicidia, orum, vocat ab *hordis* illo festo die cæsis & immolatis. Apud Alex. ab Alex. l. 4 cap. 20 *Hordales dies* dicuntur.

HORDEVM, i, frumentum, gersten, dictum vel ab horrore aristæ, vel ab oriente. *Ordeum* etiam scribitur. *Hordeum cantherinum*, ἑξάστιχον, δίστιχον, seu *galaticum:* sechs und zweyschichtige gersten, oder grosse und kleine, vide suo loco. Sed cum *Galaticum*, circa Martium mensem, *Cantherinum* vero circa Octobrem seri solitum, ex Columella & Palladio constet; sane *Galaticum* erit, quod nos sommer-gerste: *Cantherinum*, quod winter-gerste appellamus. vide Columellam lib. 2 cap. 9. ¶ *Hordea* in plurali Virgilius dixit eclog. 5 v. 36

Grandia sæpe quibus mandavimus hordea sulcis.

Ubi Servius: HORDEA *usurpative, metri caussa dixit.* Nam triticum, vinum, hordeum, mel, *numeri tantum singularis sunt. Unde plurali in prosa uti non possumus.* Vina *tamen possumus dicere Ciceronis exemplo*, &c.

¶ Hordeŏlus, i, apostema nascens in extremitate palpebræ, ein gersten-korn. Marcell. Emp. 8 *Hordeoli oculis infesti.* Priscian. 1 cap. 12 *Hordeoli in palpebris.*

¶ Hordeāceus, a, um, von gersten. *Panis hordeaceus*, Plin. 18 cap. 7, gersten-brodt. *Spica hordeacea*, gersten-ähren, Apulej. lib. 7 Miles. *Farina hordeacea*, Pallad. lib. 1 cap. 29.

¶ Hordeārius, a, um, mit gersten gefüttert; ut, *Gladiatores hordearii*, qui hordeo vivebant, apud Plinium lib. 18 cap. 7. Hinc & *hordearium Rhetorem* Cælius dixit, quasi hordeo pastum, id est, inflatum, levem, ac sordidum, ut Suetonius auctor est de Claris Rhetoribus cap. 2. Vel *Hordearium*, id est, hordeo pascendum, ignominiæ scil. caussâ. In militia enim, qui male functi officio, pro frumento hordeum accipiebant, quod pœnæ loco erat, & ignominiæ dabatur. Suetonius Augusto cap. 24 *Cohortes, si quæ cessissent loco, decimatas hordeo pavit.* vide ibi Interpretes.

HORIA, æ, navicula piscatoria, ein fischer-kahn. Nonius cap. 13 n. 3 & Festus.

& Festus. *Salute horiæ*, i. e. salva & incolumi horia, Plaut. Rud. a. 4 sc. 2 v. 5.

¶ Horiŏla, æ, dimin. apud eumd. Trinum. a. 4 sc. 2 v. 100.

HŎRIZON, ontis, ὁρίζων, cæli circulus vel terminus, qui super terram videtur. Hyginus: HORIZON *appellatur is* (circulus,) *qui terminat ea, quæ perspici aut non videri possunt.* Cic. 2 Divin. cap. 44 *finientem*: Martianus Capella *finitorem* appellat, der horizont.

HORMESION, i, gemma ex igneo colore radians, auro portante secum in extremitatibus candidam lucem, Plin. 37 c. 10.

HORMĪNUM, i, ὅρμινον, planta est, alia sativa, alia silvestris, scharlach, oder wilde salbey. Plinius *asparagum silvestrem* ab Atticis vocari scripsit *Horminium*, ὁρμίνιον, lib. 20 c. 10. Est & *Horminum* Theophrasto & Plinio lib. 18 c. 7 frumenti species, mediæ facultatis inter Erysimum & Cuminum. Matthiolus.

Hornotinus, Hornus, Horologium, Horoscopus, vide in *Hora*.

Horreo, ĕre, Horresco, &c. quære in *Horror*.

HORREUM, i, ἀποθήκη, eine scheuer, scheune. Virg. 1 Georg. v. 49

Illius immensæ ruperunt horrea messes.

Tibullus lib. 2 eleg. 5 [al. 6] v. 84

Distendet spicis horrea plena Ceres.

Nec rusticorum tantum sunt, sed principum etiam & rerumpublicarum, ein magazin, kornhauß. Livius lib. 31 cap. 23 *Conflagrarunt & horrea regia, & armamentarium, cum ingenti apparatu machinarum tormentorumque.* Neque tamen *horrea* dicebantur tantum receptacula sive repositoria frumentaria; verum & ubi aliarum rerum copia condebatur, etiam pretiosarum. Sic Apulejus lib. 3 Miles. p. 141 *Horreum gazis refertum*: & sub init. lib. 5 *horrea magnis congesta gazis*: ac Plinius libro 8 epist. 18 *Horreum operum*, i. e. statuarum & picturarum appellat. Vbi vide Buchneri Notas.

¶ Horreŏlum, i, diminut. ein scheuerlein. Val. Max. lib. 7 cap. 1 extr. *Vsus necessarii horreolum.*

¶ Horreārius, i, qui horreo præest, horrei custos, ein tennen-meister. Vlpianus Lege 5 § 3 Dig. de his qui effuderint, *Si horrearius aliquid dejecerit.* Adde Leg. 60 § ult. Dig. Locati. Gloss. gr. lat. ἀποθηκάριος, *Horrearius.*

¶ Hōrreaticus, a, um, aus der scheuer: ut, *Horreaticæ species*, fructus in horreo adservati. Cod. Theodos. Lege 3 de conditis in horr. publ.

Horricomis, Horridus, Horrifer, Horrificare, Horripilare, Horrisonus, vide mox in *Horror*.

HORROR, ōris, das schüttern des leibes, grauen, schauer. Livius lib. 1 c. 25 *Horror ingens spectantes perstringit.* Tacitus lib. 1 Hist. c. 37 *Horror animum subit*, es grauet ihm, er entsetzet sich. Et Plautus Amphitr. a. 5 sc. 1 v. 66 *mihi horror membra misero percipit dictis tuis*, ich erschrecke vor deinen reden. Cic. Attico lib. 8 epist. 6 *Dii immortales, qui me horror perfudit!* ¶ 2. Aliquando ad venerationem & religionem refertur. Servius ad illud Virg. 1 Æneid. v. 165

horrentique atrum nemus imminet umbra:

HORROR, inquit, *plerumque ad odium pertinet: plerumque ad venerationem, ut hoc loco.* Sic Lucanus lib. 3 v. 411

Arboribus tunc horror inest.

Similiter *formido* pro religione, nescio an Tacito ipsi, versum fortuitum commento, an veteri cuidam poëtæ, cujus carmine ibi uti voluerit Tacitus, dicitur de Germania cap. 39 *Stato tempore in silvam auguriis patrum & priscâ formidine sacram omnes ejusdem sanguinis populi legationibus coëunt.* vid. Voss. lib. 6 Instit. Orat. p. 458. ¶ 3. De torvitate & adspectu horrido etiam dicitur, præsertim illo, qui ex pilis est inordinatis, aut sursum exporrectis, unde *horridus sus*, ap. Virg. 4 Georg. v. 407, &, *horricomes canes*, apud Apulejum lib. 4 Metam. p. 151. Adde dicenda in *Horrere, Horrendus, Horrifice*, & *Horripilare*.

¶ Horrīdus, a, um, asper, hispidus, rauh, stechlicht. *Locus horridus*, incultus, qui horrori est, ein greulicher, ungewohnlicher ort. De loco enim spinis obsito & tristiore facie squalido proprie dici, Pareus in Lex. Critico p. 553 contendit. vide Ovidium jam proferendum. *Horrida vita*, ein grobes und wildes leben, Cic. pro Quintio cap. 30. Comp. *Horridior locus*, Ovid. 1 de Pont. eleg. 3 v. 84. Et, *Horridiora verba*, Cic. de Cl. Orat. cap. 17.

¶ Horrīdè, adverb. greulich. *Horride & inculte dicere*, Cicer. in Oratore cap. 9.

¶ Horrīdŭlus, a, um, diminutivum, subhorridus, nonnihil horridus, etwas rauh, unlieblich, greulich. Cic. ad Attic. lib. 2 epist. 1 *Horridula dixit atque incompta.* Et, *horridulæ orationes Catonis*, Idem in Oratore cap. 45. Et Plaut. Pseud. a. 1 sc. 1 v. 66 *papillas horridulas*, id est, duriusculas & protuberantes.

¶ Horrĭdĭtas, ātis, die entsetzlichkeit. Nævius: *Omnia mihi horriditati erant maxima.*

¶ Horrĭbĭlis, e, formidabilis, schrecklich, greulich. *Mars rutilus & horribilis terris*, Cic. de Somn. Scip. cap. 4. *Horribiles existunt formidines* [ex aliqua re,] Idem lib. 1 de Fin. c. 19. Idem etiam pro Quintio cap. 31 *Horribile est, caussam capitis dicere: horribilius, priore loco dicere.*

¶ Horreo, ui, ĕre, horrore concuti, ein grauen oder schrecken haben, erzittern. Cicero ad Attic. lib. 11 epist. 14 *Omnium conspectum horreo*, mir grauet für jedermann. Terent. in Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 4 *Totus, Parmeno, tremo horreoque, postquam adspexi hanc*, ich zittere und bebe. ¶ 2. *Horret*, i. e. abundat, densatur, constipatur, condensatur. Virgil. 11 Æneid. v. 600 *Ferreus hastis horret ager.* Translatio est a densitate capillorum. Stat. lib. 12 Theb. v. 595 *Locus horret egenis Cœtibus.* vid. ibi Barth. p. 1508. Columella locis tribuit, quæ frigoribus rigent, lib. 1 cap. 4, *Sunt quædam loca, quæ solstitiis minus concalescunt, sed frigoribus hiemis intolerabiliter horrent.* ¶ 3. Subaudita præpositione cum quarto casu: ut, *Horrere divinum numen*, est religiose metuere, apud Cic. in Acad. lib. 4 cap. 38. ¶ *Horrere capilli* dicuntur Tibull. lib. 2 eleg. 3 v. 23, qui inculti & neglecti sunt. De pilis enim hoc verbum inprimis eleganter dicitur. Silius lib. 4 v. 560

Huic horret thorax Samnitis pellibus ursæ.

Et Prosper Aquitanicus de Providentia Dei v. 47

Ad Scythiæ proceres regesque Getarum
Respice, queis ostro contemto & vellere Serum,
Eximius decor est tergis horrere ferarum.

¶ Horrendus, a, um, grausam, greulich. Tibullus lib. 1 eleg. 11 pr.

Quis fuit, horrendos primus qui protulit enses.

¶ Item venerandus: Virgilius 6 Æneid. v. 10

horrendæque procul secreta Sibyllæ.

Ad quod idem doctissimus Scholiastes: *HORRENDAE, venerandæ; ut: Horrendum silvis & relligione parentum.*

¶ Horrendùm, erschrecklich, adverbialiter posuit Virg. Æn. 6 v. 288 *Bellua horrendum stridens.*

¶ Horrentia, æ, abscheu, grauen. Tertull. 4 contra Marc. c. 24 *Pulverem jubet excuti ad horrentiam terræ illorum.*

¶ Horresco, ĕre, erschrecken, schrecken fühlen. *Horresco semper, ubi pulsare hasce occipio fores*, Terent. in Adelph. a. 4 sc. 4 v. 24, mir stehen die haare zu berge, wenn &c. Subaudita præpositione regit etiam quartum casum. Virgil. Æneid. 3 v. 394

Nec tu mensarum morsus horresce futuros.

Et Statius lib. 3 Theb. v. 70 *prodiga vitæ*

Pectora, & extremam nihil horrescentia mortem.

¶ Horricŏmis, e, qui horridis pilis vel coma est, struppicht, zotticht. *Horricomes canes*, apud Apulejum lib. 4 p. 151, & lib. 7 p. 192.

¶ Horrĭfer, a, um, poëticum, schrecklich, schauerhafft: ut, *Horriferæ voces*, apud Lucret. lib. 5 v. 994, worte, die schrecken bringen. *Horriferi aquilones*, Avienus Arat. Phœnom. v. 96.

¶ Horrĭficus, a, um, idem. *Bellum horrificum*, Cic. pro Domo cap. 23. *Horrifica cæsaries*, Lucanus lib. 3 v. 372.

¶ Horrĭfice, adverb. est religiose & cum veneratione apud Lucret. 2 v. 609, & 4 v. 40, mit scheu.

¶ Horrifico, āre, einen erschrecken, verbum poëtæ fecere; Virg. 4 Æneid. v. 465 *Terribili monitu horrificant*, hoc est, horrorem incutiunt. Et Silius 3 v. 389 *rictu horrificant galeas.* Et poëtarum similis Florus lib. 3 cap. 21 *Carcer, catena, fuga, exilium, horrificaverunt dignitatem.*

¶ Horrĭpĭlo, āre, id est, pilis horrere, sive obsitum esse in fruticeti morem, struppicht seyn, und also, daß die haare zu berge stehen. Apulejus lib. 3 Metam. p. 140 *Jam facies enormis, & os prolixum, & nares hiantes, & labiæ pendulæ. Sic & nares immodicis horripilant auctibus.* Gloss. Vet. *Horripilat*, ὀρθοτριχεῖ, item ὀρθοτριχέω, *Horripilo.*

¶ Horripilatio, ōnis, die erstaunung. Vet. Interpres Bibl. Ecclesiast. c. 27 v. 15 *Loquela multum jurans horripilationem capiti statuet.* Nam qui horrent, iis pili arriguntur. Virg. Æn. 2 v. 774, & lib. 3 v. 48

Obstupui: steteruntque comæ, & vox faucibus hæsit.

¶ Horrisŏnus, a, um, cum horrore sonans, rauschend: ut, *Fretum horrisonum*, das meer, so greulich sauset und rauschet, apud Cic. lib. 2 Tusc. c. 10 in metro. Et, *horrisono fremitu*, Virgil. 9 Æn. v. 55. Et, *stridore horrisono*, Silius lib. 4 v. 614.

Composita:

¶ Abhorreo, ĕre, einen abscheu tragen. Construitur cum Accusat. ut, *parum abhorrens famam*, Liv. lib. 4 c. 44, sed frequentius cum præpositione. Cic. 14 ad Attic. ep. 19 *Nostra ætas* [senectus,] *abhorret a castris, præsertim civilibus.* Ad eumdem lib. 2 epist. 6 *Animus prorsus abhorret a scribendo.* Et Terent. Andr. a. 5 sc. 1 v. 10 *abhorrere ab re uxoria*, nicht heyrathen wollen. ¶ 2. Differre, discrepare, unterschieden seyn. *A meis consiliis tua ratio non abhorret*, Cic. lib. 1 ad Attic. epist. 20. *Id abhorret a fide*, es ist nicht glaublich, Liv. 9 c. 36. *Non abhorret vero*, Tacitus Hist. lib. 5 c. 24. *Abhorrent inter se orationes*, Liv. 38 c. 56. *Cultus habitusque paullulum a privato abhorrens*, Curt. 3, 6, 19., & omissa præpositione: *Abhorrent moribus nostris*, Idem lib. 7 c. 8 n. 11.

¶ Cohorreo, ĕre, & Cohorresco, ĕre, ingenti horrore affici, sehr erschrecken, erschuttern, erbeben. Sueton. in Tiber. c. 21 *Dii me perdant, nisi cohorrescit corpus meum*, wo mir nicht ein schauern übern gantzen leib läufft. Et Cic. Somn. Scip. c. 1 *Quem ut agnovi, equidem cohorrui.*

¶ Exhorresco, ĕre, erschrecken, sich entsetzen. Plancus ad Cicer. lib. 10 famil. epist. 18 *Non possum non exhorrescere, si quid intra cutem subest vulneris.*

¶ Inhorreo, ĕre, & Inhorresco, ĕre, erzittern, erstaunen. *Vallo septa inhorret acies*, Livius lib. 8 c. 8. Et Virgil. 3 Æneid. v. 195 *Inhorruit unda tenebris*, auf dem wasser war es greulich finster. Petronius: *Inhorruit mare, nubesque undique obducta obruere tenebris diem.* Pacuvius apud Cic. 1 de Divin. cap. 14 *inhorrescit mare.* Et Minucius Felix p. 255 *Dæmones adjurati per Deum verum & solum, inhorrescunt.*

¶ Obhorreo, ĕre, scheußlich seyn. Plinius lib. 37 c. 8 *sanguineis punctis obhorret.* Ita Froben. & Dalechampius. Harduinus quidem *abhorret*, ita tamen, ut in Notis adjiciat: *Forte obhorret.*

¶ Perhorreo, ĕre, & Perhorresco, ĕre, sehr erschrecken: ut, *Genus belli crudelissimi & maximi, quod nondum vident homines, quale futurum sit, perhorrui*, Cicero ad Atticum lib. 9 epist. 10. Et, *Commoveri animo, & toto corpore perhorrescere*, Id. in Verr. Divinat. c. 13. Et, *Memoriam alicujus diei perhorrescere*, erschrecken, wenn man daran gedencket, Idem Philipp. 13 c. 15.

¶ Perhorridus, a, um, sehr greulich. Livius lib. 22 cap. 16 *stagna perhorrida situ.*

¶ Subhorresco, ĕre, non nihil horrescere, ungestümm seyn: Sisenna usus est. vide Nonium in *Horrendum* c. 5 n. 7, *Subito mare subhorrescit, cæcosque fluctus in se provolvit.*

¶ Subhorrĭdus, a, um, aliquantum horridus, etwas wild. Cic. pro Sextio c. 9 *subhorridum & incultum videbant.*

HORSUM, adverbium loci, hunc versus locum, hieherwerts: Terent. in Eunuch.

Eunuch. a. 2 sc. 1 v. 13 *Nam aut jam revertere, aut mox noctu adigent te horsum insomnia.*

Hortensis, Hortensius, vide *Hortus*.

HORTOR, atus sum, ari, plus est quam monere; *Monemus consilio*, ait Donatus, *hortamur impulsu*: anhalten, ermahnen, antreiben. Terent. in Hecyr. a. 1 sc. 1 v. 7 *Et moneo, & hortor, ne cujusquam misereat, quin spolies.* Et Cicer. lib. 1 famil. epist. 1 *Pompejum & hortari & orare, & jam liberius accusare & monere, ut magnam infamiam fugiat, non desistamus.* Construitur & cum Accusativo rei: ut, *hortor te aliquid.* Cicero in Catil. 1 c. 5 extr. *Sin, quod te jam diu hortor, exieris.* Statius lib. 3 Silv. ult. v. 20

Vel super Hesperiæ vada caligantia Thules,
Aut septem gemini caput haud penetrabile Nili
Hortarere vias.

Quod genus loquendi etiam Senecæ epist. 71 eruditiss. Gronovius vindicat, atque pro eo, & Taciti Justinique auctoritates adducit. In quibus locutionibus tamen non putandum est, accusativum rei a verbo, sed præpositione suppressa regi: ut intelligatur *ad*, *secundum* &c. ut Vossius lib. 7 de Arte Grammatica cap. 40 nos docet. *Hortari milites*, i. e. allocutione ante prœlium firmare, Corn. Nep. 1, 6, 3, ein hertz und muth zusprechen. *Canes*, Ovid. lib. 10 Metam. v. 537, die hunde anhetzen. ¶ Quidam activo *Horto* etiam usi: ut Plautus Amph. a. 3 sc. 4 v. 10. v. Parei Lex. Crit. p. 554.

¶ Hortātio, ōnis, die ermahnung. Cicero ad Quint. frat. lib. 1 epist. 1 c. 14 *Hoc loco non hortatione, sed precibus tecum ago.*

¶ Hortatus, ûs, idem. *Hæc vox hujus hortatu præceptisque confirmata*, Cicer. pro Archia cap. 1. *Hortatui succubuit*, Macrob. lib. 7 cap. 5, er hat sich endlich bereden lassen. Tac. Hist. 3, 24, 1 *Multos laude & hortatu accendere.* Silius lib. 8 v. 29

blandis hortatibus implet.

¶ Hortāmen, ĭnis, idem. Livius lib. 10 cap. 29 *Ibi auditur P. Decii eventus, ingens hortamen ad omnia pro republica audenda.* ¶ *Hortamen verberis* dixit Palladius lib. 4 tit. 11, quando aliquis verberibus admonetur, adeoque est excitatio, quæ fit verberibus. Forte & sic intelligendus locus Taciti de Germ. c. 7 n. 4 *Cibos & hortamina pugnantibus gestant.*

¶ Hortamentum, i, idem. Livius lib. 7 cap. 11 *magna hortamenta animi.* Silius lib. 5 v. 153 *aspera quisque*
Hortamenta sibi referat.

Plura de hac voce Borrichius in Cogit. p. 116 & Analect. p. 38.

¶ Hortator, ōris, ein antreiber, anmahner. Cicer. de Orat. lib. 1 cap. 55 *Cum ejus studii tibi & hortator & magister esset domi.* Idem ad Quirit. post red. c. 4 *Hortatores ad me restituendum multi fuere.*

¶ Hortātrix, īcis, eine antreiberin. *Gloria hortatrix animosi lethi*, Statius lib. 9 Thebaidos v. 717.

¶ Hortātīvus, a, um, anmahnend: ut, *Genus hortativum* pro *deliberativo* seu *suasorio*, Quintil.

Composita:

¶ Adhortor, ari, idem propemodum cum simplici, anhalten, vermahnen. *Ad defendendam Rempub. te adhortor*, Cicero. *Ad libertatem recuperandam vos adhortabor*, Idem Philipp. 4 cap. 10. *Locus ipse ad bellum faciendum adhortatur*, Cic. 1 Offic. cap. 11. *Adhortari ad laudem aliquem*, Idem lib. 1 epist. 7 ad Lentulum.

¶ Adhortatio, ōnis, die vermahnung. Cicer. 2 de Orat. c. 3 *Omissa nostra adhortatione, veniamus ad eorum sermonem*, &c.

¶ Adhortāmen, ĭnis, idem. Apulejus 4 Floridor. *Non multa mihi apud vos adhortamina suppetunt.*

¶ Adhortator, ōris, ein anmahner, antreiber: ut, *Adhortator operis*, Liv. lib. 2 cap. 58. Idem lib. 9 cap. 13 *Nulla adhortatio imperatoris audita est, suus cuique animus, memor ignominiæ, adhortator erat.*

¶ Cohortor, ari, zu etwas vermahnen. *Cohortari ad studium summæ laudis*, Cic. lib. 2 fam. epist. 4. *Cohortari ad virtutem*, Idem 2 de Orat. cap. 9. Et, *ad studium virtutis*, Idem 1 Acad. cap. 4.

¶ Cohortatio, ōnis, die vermahnung. Cicero ad Attic. lib. 16 epist. 13 *Incredibiliter me commovet cohortatio tua.*

¶ Cohortatiuncŭla, æ, diminut. eine erinnerung. Ambrosius epist. 84 pr. *neque cohortatiunculas meas adhibere præsumerem.*

¶ Dehortor, ari, est dissuadere, widerrathen, oder einen von etwas abhalten. Terentius in Phorm. act. 5 sc. 7 v. 17 *At hic dehortatus est me, ne illam illi darem*, er hat mirs aber widerrathen. *Dehortari ab re aliqua*, Auct. ad Herenn. lib. 3 cap. 3.

¶ Dehortatōrius, a, um, abmahnend. Tertullianus Apolog. c. 22 pr. *Socrati dæmonium adhæsisse à pueritia dicitur, dehortatorium plane a bono.*

¶ Exhortor, ari, valde hortari, hoch oder sehr vermahnen. *Exhortari ad studium virtutis*, Cic. 1 Acad. Q. c. 4. Et Ovid. lib. 13 Met. v. 234

cives exhortor in hostem.

¶ Exhortatio, ōnis, die zurede, anmahnung. Quintilianus lib. 9 cap. 2 sub fin. ita vertit Gr. παραινετικόν. Columella lib. 11 cap. 1 *variis exhortationibus in opere ipso exhilarare laborantes.*

¶ Exhortamentum, i, idem. Nonius Marcellus in *Portisculus*: PORTISCULUS, inquit, *est hortator remigum, qui eamdem perticam* [*pergulam* Scalig. ad Silium 6 v. 361] *tenet, quæ portisculus dicitur, qua excursum & exhortamenta moderatur.*

¶ Exhortator, ōris, ein aufmunterer, anreger. Tertullian. de Fuga in persec. extremo libro: *Exhortator omnium tolerantiarum*, Paracletus scilicet, sive Spiritus Sanctus.

¶ Exhortatorius, a, um, aufmunternd: ut, *Exhortatoria epistola*, Hieronymus epist. 2 ad Nepotianum sub init. & Augustinus epist. 209 pr.

¶ Inhortor, ari, idem. Apulejus lib. 8 Miles. p. 209 [Pric. 164] *jubilationibus & cujuscemodi vocibus nobis inhortantur.* Idem lib. 9 sub fin. Participio passive usus est: *Canes pastoricios, villaticos, feros, - - in eorum exitium inhortatos, immitti præcipit.*

HORTUS, i, κῆπος, ein garte. *Hortus suburbanus*, Stat. 4 Silv. 4 v. 7, ein garten vorm thor. Isidorus ab *Orior* deductum putat lib. 17 c. 10, eo quod in hortis semper aliquid oriatur. Alii ex græco χορτὸς formant, quod fœnum, herbam virentem, cibum & septum, quo aula cincta est, denotat. Ideo etiam aliqui ex ἑρκτὸς fieri, &, cum *Horctum* duriuscule sonet, factum exinde *Hortum* existimant. Festus HORTUS, inquit, *apud antiquos dicebatur omnis villa; quod ibi, qui arma capere possent, orirentur.* Quod ex XII Tabb. Plinius firmat lib. 19 cap. 14 *In XII*, inquit, *tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa, semper in significatione ea*, HORTUS: *in* HORTIS *verò heredium.* conf. Horat. 2 sat. 6 v. 1 seqq. & Valla lib. 3 cap. 9. Hæc est acceptio vocis generalior. Proprie accipitur pro loco culturæ stirpium dedicato. Nam invento *Villæ* vocabulo, *Horti* nomen illis agris mansit, qui sepiri solebant, oleribusque ac herbis, quibus in cibis usus esset, levando quotidiani victûs sumptui censeri. De quo Columella lib. 10 toto, qui scriptus hexametro carmine, & lib. 11 cap. 3. HORTORUM autem nomine appellatæ sunt domus seu villæ, cum hortis, piscinis, nemoribus, fontibus &c. ad delicias & voluptates maximè comparatæ; cujusmodi Marcellæ hortos Martialis depingit lib. 12 epigr. 31. Plinius supra laudato loco: *Jam quidem hortorum nomine in ipsa urbe, delicias, agros, villasque possident.* Romani *diætas* vocarunt hortorum ædificia voluptuaria, in quæ secedebant, Græci Zetas. v. Dalech. ad Plin. loc. citat. Atque in ista significatione plurali numero maxime fuerunt usi. Sic, *Horti Cæsaris ad Tiberim: Horti Mecænatiani: Horti Lauriani: Horti Servitiani*, apud Suetonium aliosque celebrantur. De hortorum cura Plin. lib. 19 cap. 4. ¶ 2. Notat & arvum genitale mulieris. In Priap. carm. 4 *Quod tuus hortus habet.* Hortum, ut alia agriculturæ vocabula, ad rem voluptatum transferri, observat Lipsius 3 Antiqu. Lect. p. 129. Adde, quæ ex Plauti Mil. a. 3 sc. 2 v. 39 adducit Laurembergius in Horticult. 1 cap. 1. Quo sensu decantatos Hesperidum hortos accipi, auctor est Taubmannus ad Plaut. l. c. ¶ 3. Hortos pensiles Semiramidis Plinius inter mundi admiranda recenset lib. 36 cap. 14.

¶ Hortŭlus, i, dimin. ein gärtlein. Cic. de Nat. Deor. lib. 1 cap. 43 *Democriti fontibus Epicurus hortulos rigavit.* Plin. 35 cap. 10 sub fin. *Casula Protogenes contentus erat in hortulo suo.*

¶ Hortensis, e, in hortis nascens, gärtnerisch. Sed pro hoc ut plurimum usus Plinius est altera, quæ sequitur, forma *Hortensius*.

¶ Hortensius, a, um, idem. Plin. lib. 19 cap. 8 *Beta hortensiorum levissima est*, kohl ist unter den garten-kräutern das unwertheste.

¶ Hortensia, orum, plur. quasi substantivum, garten-gewächse. Plinius 19 c. 6 pr. *Hortensiis omnibus fere singulæ radices*, &c.

¶ Hortensius, i, prænomine Quintus, Romæ orator nobilis, Ciceroni amicissimus, qui de eo longe plura in Bruto, sive de Claris Oratoribus prodidit. vid. hic Vossius lib. 2 Instit. Orat. p. 229. Apulej. Apol. *Oratio undique sui perfecta & absoluta, ut in illa neque Cato gravitatem requirat, neque Lælius lenitatem, neque Gracchus impetum, nec Cæsar calorem, nec Hortensius distributionem, nec Calvus argutias, nec parsimoniam Sallustius, nec opulentiam Cicero.* De quo Valer. Max. lib. 10 c. 10 scribit: *Q. Hortensius plurimum in corporis decoro motu repositum credens, pæne plus studii in eodem elaborando, quam in ipsa eloquentia affectanda impendit. Itaque nescires, utrum cupidius ad eum audiendum, an ad spectandum concurreretur: Sic verbis oratoriis adspectus, & rursus adspectui verba serviebant.* ¶ Ejus filia & ipsa magnæ eloquentiæ fuit. Quæ, quum matronarum ordo gravi tributo à Triumviris Octavio, Antonio, & Lepido premeretur, nec quisquam virorum patrocinium illarum auderet suspicere, ipsa communem caussam intrepide ac constanter egit, obtinuitque, ut major pecuniæ pars iis remitteretur. Orationis illius capita Appianus refert.

¶ Hortensianus, a, um, adject. ut, *Hortensiana eloquentia*, Val. Max. 8, 8, 3. ¶ Item Hortensis, gärtnerisch: ut, *Batis hortensiana*, Plin. 21 cap. 15.

¶ Hortulanus, a, um, adjectivum, ad hortos pertinens, seu quod hortorum est, gärtnerisch. Tertullianus de Pœnitent. c. 11 *Hortulanus maritimusve secessus.* De *porcello hortulano*, i. e. oleribus farcto. vid. Apicius 8 c. 7.

¶ Hortulanus, i, subst. Ita hodie vocatur, qui olim *olitor*, ein gärtner. Habet tamen vocabulum Apulejus lib. 9 & 10, & Macrobius lib. 7 cap. 3.

HOSPES, ĭtis, ξένος, ξενοδόχος, tam qui recipit, quam qui recipitur, ein wirth, oder gast. Cic. pro Dejot. c. 3 *Per dextram istam, quam hospes hospiti porrexisti.* Ovidius lib. 5 Trist. eleg. 6 v. 13

Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes.

Ovid. 1 Metamorphoseon v. 144

non hospes ab hospite tutus.

Sic, *Hospes vespertinus*, Horat. lib. 2 sat. 4 v. 17, ein gast, der spät oder auf den abend kömmt. *Divertere ad hospitem*, Cic. 5 de Fin. cap. 2, zu einem einziehen. *Hospitem accipere*, Cicer. extrem. 9 fam. epist. *Non oportet hospitem semper esse hospitem*, οὐ δεῖ τὸν ξένον, ξένον ἀεὶ εἶναι. Hoc est, *Discendi sunt mores eorum, apud quos vivitur*, Aristot. lib. 3 Rhetoric. ¶ 2. *Hospes* pro peregrino accipitur: *Hospites*, fremde leute. Terent. Andr. a. 4 sc. 5 v. 15 *Nunc me hospitem lites sequi, quam hic mihi sit facile atque utile, aliorum exempla commonent.* Et Cic. pro Rabir. c. 10 *Adeone hospes hujus urbis?* bistu so fremd in dieser stadt? conf. Borrich. Cogit. p. 118.

¶ Hospĭtium, i, eine herberge, wohnung. *Hospitio accipere*, *Hospitio invitare*, zur herberge einnehmen, einladen. Cic. de Senect. cap. ult. *Ex hac vita discedimus tamquam ex hospitio.* Plaut. in Milite Glorioso act. 3 sc. 1 v. 146

Hospes nullus tam in amici hospitium divorti potest,
Quin ubi triduum continuum fuerit, jam odiosus siet,
Verum ubi dies decem continuos immorabitur,
Tametsi dominus non invitus patitur, servi murmurant.

Antiquitus hospitia privata erant, itaque solebant contrahi, ut ab hospitibus dimidiatæ acciperentur tesseræ mutuo: cujusmodi tesseram si quis afferret, deinceps (quam ob caussam diligentissime asservabantur) agnosci posset, & tamquam hospes atque amicus vetus hospitio

spitio excipi. Atque hoc jus ad liberos etiam transibat. Plautus Pœnulo a. 5 sc. 1 extr.

Sed hic mihi antehac hospes Antidamus fuit,
Eum fecisse ajunt, sibi quod faciendum fuit.
Ejus filium hîc prædicant esse Agorastoclem,
DEUM hospitalem ac tesseram mecum fero, &c.

Religiose autem hoc colebatur amicitiæ genus reverentiâ *Dei Hospitalis*, quem Plautus vocat, sive *Jovis Xenii*, ut Græcis adpellatur, propterea, quod præesse hospitiis, & violata horum jura crederetur ulcisci. Cicero lib. 13 ad Famil. epist. 19 *Cum Lysone Patrensi est mihi quidem hospitium vetus: quam ego necessitudinem sanctè colendam puto.* Idem lib. 2 epist. 11 ad Quintum Fratr. *Sed non faciam, ut illum offendam, ne impleret fidem Jovis Hospitalis.* Et Livius Historiæ suæ initio auctor est, capta Troja, Æneæ atque Antenori parcitum a Græcis vetusti hospitii jure. Hujusmodi vero hospitia non privati modo, sed reges, viri principes, & civitates solebant conjungere, vel parandæ potentiæ vel stabiliendæ caussa. vide Livium lib. 1 cap. 45, item lib. 33 cap. 54, Cæsarem lib. 2 de Bello Civili cap. 25, & Ciceronem pro Dejotaro sub fin. Totam hanc rem copiose illustravit Joh. Guil. Stuckius Antiquit. Convival. lib. 1 cap. 27, & Phil. Jac. Tomasin. lib. de tesser. hospitalitat.

¶ Hospitiŏlum, i, dimin. ein räumlein. Vlpian. Lege 5 § 1 ff. de his qui effud. vel dejecerunt: *Si quis amicis suis modica hospitiola distribuerit.*

¶ Hospĭtus, a, um, adject. gastfrey, fremd; ut, *Hospita terra*, Virg. 3 Æn. v. 539, id est, hospitium nobis præbens, darinnen man herberge findet. *Hospita æquora*, Idem cit. lib. v. 377. *Hospita vina*, Val. Flacc. 1 v. 44. *Sumus hospita turba*, Idem 3 v. 272.

¶ Hospĭta, æ, substant. eine wirthin oder fremde frau. Terent. in Andria a. 2 sc. 6 v. 8 *Propter hospitæ hujus consuetudinem.*

¶ Hospĭtor, ari, verbum significat hospitio uti, hausen, wohnen, herbergen. Seneca epist. 31 *Quid aliud voces animum, quam deum in humano corpore hospitantem?* Et epistola 108 de Pythagora: *Hominibus parricidii metum fecit, cum possint in parentis animam inscii incurrere, & ferro morsuve violare, in quo cognatus aliquis spiritus hospitaretur.* Et cap. 23 de Vita beata: *Veniant, hospitentur.* Plinius 17 cap. 20 de castanea: *translata nescit hospitari, pavetque novitatem.*

¶ Hospitator, ōris, qui hospitatur, ein wirth. Apulejus lib. 4 de Asin. p. 145 *Fidelissimi mei hospitatores.*

¶ Hospitacŭlum, i, eine wohnung, gast-stube. *Si quis hospitaculi partem habeat*, Vlpian. l. 5 § 1 ff. de his qui effud.

¶ Hospĭtālis, e, hospites recipiens, gastfrey, wirthlich. *Domus apertissima maximeque hospitalis*, Cic. 6 Verrin. cap. 2. *Hospitale cubiculum*, Liv. lib. 1 cap. 58, eine gast-kammer. *Homo hospitalissimus amicissimusque nostrorum hominum*, ein sehr gastfreyer mensch, Cicer. lib. 3 in Verr. cap. 26. ¶ *Hospitalia*, in neutro plur. substantive pro Xenodochio posuit aliquoties Vitruvius: e. g. lib. 6 cap. 10 *Hospites advenientes in ea hospitalia recipiantur.* Et mox: *Patresfamiliarum in hospitio non videbantur esse peregre, habentes secretam in his hospitalibus libertatem.* conf. lib. 5 cap. 7. Hinc est Germanorum hospital, oder spital.

¶ Hospitalitas, ātis, φιλοξενία, die gastfreyheit. Cic. 2 Offic. cap. 18 *Recte a Theophrasto est laudata hospitalitas.* Macrob. lib. 1 Somn. Scip. cap. 21 *Animorum origo cælestis est: sed lege temporalis hospitalitatis hîc exsulat.*

¶ Hospitaliter, adverb. wirthlich. Livius lib. 6 cap. 26 *Vocari hospitaliter magis, quam hostiliter.* Et lib. 1 cap. 9 *Invitati hospitaliter*, aus milder freundschafft.

¶ Hospiticīda, æ, ein gast-mörder. Gloss. gr. lat. ξενοκτόνος, *Hospiticida.*

¶ Inhospĭtus, a, um, hospitio non aptum, horridum, wild, unbewohnt. *Tecta inhospita*, Ovidius lib. 1 Metam. v. 218. *Inhospita litora ponti*, Idem lib. 3 Trist. eleg. 11 v. 7.

¶ Inhospitālis, e, wild, wüst, unfreundlich; ut, *inhospitalis Caucasus*, Horat. lib. 1 Carm. od. 22. *Nuda saxa & inhospitale litus incolere*, Plin. Panegyr. cap. 34.

¶ Inhospitalitas, ātis, die ungunst gegen fremde. Cic. 4 Tusc. cap. 11 *Inhospitalitas ex metu nascitur*, &c.

¶ Inhospitaliter, adverb. feindselig, ungütlich. Tertull. adv. Marc. 4 cap. 24 *populum inhumane & inhospitaliter copiis defraudare.*

Hospitalis, Hospitari, vide in præcedente *Hospes*.

Hostanes, vide *Ostanes*.

HOSTIA, æ, victima, sacrificium, ein schlacht-opffer. *Cædere, immolare hostias*, opffern, Cic. 1 Divin. cap. 42. Accepit autem nomen ab hostibus, quod post cæsos hostes immolaretur. Servius aliter in 2 Æn. HOSTIA, inquit, *dicta, quod dii per eam hostientur: id est, æqui ac propitii reddantur: unde* HOSTIMENTUM *æquationem dicimus.* Differt à *Victima*, ut Gellius tradit, in eo, quod *hostia* a quovis sacerdote immolari solita; *victima* vero, illius, qui vicisset, manibus. Nec aliter Ovid. lib. 1 Fastor. v. 335

Victima, *quæ cecidit dextra victrice, vocatur:*
Hostibus a domitis hostia *nomen habet.*

Hostiarum more occidi, apud Sueton. Aug. cap. 15, est securi percuti, ut Casaubonus interpretatur.

¶ Hostiatus, a, um, hostiis instructus, mit opffern versehen. Plaut. Rud. a. 1 sc. 5 v. 12 *Candidatum venire hostiatumque.*

Hosticus, Hostifer, Hostilis, quære in *Hostis*.

Hostimentum, quære mox in *Hostire*.

HOSTIO, ire, pensare, æquare, &c. gleich machen, vergelten. Plautus Asinaria a. 2 sc. 2 v. 110 *Quin promitto inquam hostire contra ut merueris.* Pacuv. apud Nonium cap. 2 n. 405 *Nisi coërcuero protervitatem atque hostiero ferocium.*

¶ Hostīmentum, i, æquamentum, die vergeltung. Festus: *Hostimentum est beneficii pensatio.* Servius in paullo ante laudato loco *æquationem* interpretatur. Plaut. Asin. a. 1 sc. 3 v. 20 *Par pari datum hostimentum est, opera pro pecunia*, es ist gleiches mit gleichem vergolten. vid. Nonius cap. 1 n. 11.

¶ *Hostus, a, um, æquus, gleich. ¶ *Hostus*, substantive mensura quædam in re olearia; ut, *Hostus nequam*, Cato de R. R. cap. 6, & Varro 1 R. R. cap. 24. Hinc

¶ Inhostus, a, um, iniquus, ungütlich. Tacitus Hist. 2 *Vitellius ventre & gula sibi inhostus.* Et Annal. 15 *pax inhosta.* Grævius. conf. Parei Lex. Crit. p. 555.

¶ Hostorium, i, baculus, quo modius æquatur & cumulus subruitur, ein streichholtz, quod sine dubio ab *Hostire* est. vide Priscian. lib. 6, & Salmas. in Solin. cap. 10.

¶ Rĕdhostio, ire, inquit Festus. *est gratiam referre: nam &* hostire *pro æquare posuerunt*, vergelten, erwiedern. vide & Nonium cap. 2 n. 740.

¶ Redhostimentum, i, pro compensatione, aut beneficii retributione admodum vulgare, quamquam aut impurum sit aut obsoletum. vid. Cellarii Cur. post. p. 365, & Antibarb. p. 91.

HOSTIS, is, inimicus, perduellis antiquis, gen. com. ein feind oder feindinn. Quintil. lib. 2 cap. 2 *Consuetudo qualiacunque in pueris laudandi perniciosissima studiorum hostis est.* Prudentius Psychomachia v. 504

& atra
Hostis ab incursu &c.

Cic. pro Domo sua cap. 25 *Iste non hominibus, sed virtutibus hostis semper fuit.* *Invadere in hostem; adoriri hostem*, an den feind gehen. *Hostes fundere*, die feinde erlegen. *Impetus hostium reprimere ac retardare*, Cicer. pro Leg. Manilia cap. 5. HOSTES IN URBE SUNT, vox concursantium inter tumultum: Liv. lib. 3 cap. 15 *Alii inter tumultum præcipites pavore in forum devolant: Alternæ voces:* AD ARMA, *&*, HOSTES IN URBE SUNT, *audiebantur.* Aliàs *Hostis* is dicitur, quicum publice bellum gerimus; *inimicus* autem, quicum privata odia exercemus. *Hostis non hostis* dicitur, qui nulla lacessitus injuria, tamen ea, quæ sunt hostium, facit: aut qui pacis obtextu facit hostilia. Convenit etiam in illos, qui, priusquam expostulaverint de injuria cum amico, jam lædunt inimice. Eos, qui contra patriam arma cepissent, vel a Rep. defecissent resque novas moliti essent, moris erat, hostes a Senatu judicari, inquit Brisson. lib. 2 de Form. ubi plura vide. ¶ Antiquis *Hostes* dicti *peregrini* à Græco ὅσις, ut videtur Scaligero patri. Festus ab *hostire* dici putat. *Ejus generis* (peregrini) HOSTES *ab antiquis adpellati: quod erant pari jure cum Rom. atque* HOSTIRE *ponebatur pro æquare.* Ac ita non semel usus Plautus. Varro lib. 4 de L. L. in pr. *Multa verba aliud nunc ostendunt, aliud ante significabant, ut* Hostis. *Nam tum eo verbo dicebant peregrinum, qui suis legibus uteretur; nunc dicunt eum, quem tum dicebant* perduellem. vide & Cicer. Offic. 1 cap. 12, & B. Ambrosium lib. 1 Offic. cap. 29, & Voss. lib. 5 Instit. Orat. p. 345. *Equidem illud etiam*, inquit Cicero l. c. *animadverto, quod, qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam mitigante. Hostis enim apud majores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus.*

¶ Hostīlis, e, feindselig; ut, *Exercitus hostilis*, Tacit. 3 Hist. cap. 82, feindliche armee. *Animus hostilis*, Cic. ad Brut. epist. 4, ein feindseliges gemüth. *Odium hostile*, Tacit. 15 cap. 28. *Terra hostilis*, Cic. lib. 1 de Invent. cap. 55, der feinde land. Tacitus 3 Hist. cap. 42 *Haud procul inde agebat Marius Maturus, Alpium maritimarum procurator, fidus Vitellio, cujus sacramentum, cunctis circa hostilibus, nondum exuerant.* Et cap. 46 *Ubi flagrare bello Italiam, cuncta circa hostilia accepere.*

¶ Hostīliter, adverb. feindseliger weise. Livius lib. 1 cap. 11 *Hostiliter in fines Romanos incursionem facit*, er fällt in der Römer land feindseliger weise. Et lib. 9 cap. 38 *castella hostiliter deleta.*

¶ Hostīlĭtas, ātis, die feindseligkeit. Seneca de Otio Sap. cap. ult. *adversus hostes inhumana crudelitas, etiam adversus suos hostilitas.*

¶ Hostĭcus, a, um, adject. aliud, idem quod hostilis. *Incursiones hosticæ*, Columell. præfat. lib. 1, feindliche einfälle. Horat. 1 Serm. sat. 9 v. 31 *Hunc neque dira venena, nec hosticus auferet ensis.* *Hostica flamma*, apud Ovidium lib. 3 Trist. el. 10 v. 66. Et, *Hosticus ager*, qui hostium est, Varro lib. 4. ¶ *Hosticum*, absolute, feindes land. Ita Livius lib. 6 cap. 31 *Romano contra etiam in hostico morandi erat caussa.* Et lib. 8 cap. 38 *Castra in hostico incuriose posita.* Plinius Paneg. cap. 29 *raptæ ex hostico messes.*

¶ Hostĭcăpax, ācis, hostium captor, Festus.

¶ Hostĭfer, a, um, feindlich. Manil. lib. 1 v. 420

Hostiferum necdum sibi quemquam Numina norant.

Hostiferum, id est, hostem, hostilem.

Hostorium, Hostus, vide supra *Hostio*.

HS, Sestertii Romani nota, vide supra litt. *H.*

Huber, vide *Uber*.

Huc, Huccine, vide *Hic*.

HUI, interjectio admirantis. Cicero Attico lib. 5 epist. 11 pr. *Hui, totiesne me litteras dedisse Romam, cùm ad te nullas darem?*

Hujusmŏdi, vide in *Modus*.

HUMA, æ, aquilæ genus, apud Persas singularis, & optimi ominis avis: vescitur ossibus, nec cætera animalia dilaniat: quemque volans umbra sua contigerit, ad regium aut summæ opulentiæ fastigium evectum iri credunt. E Gentio ad Rosar. Polit. Sadi Chr. Arnoldus præfat. ad Rupert. Observat. Synops. Hist. Besoldi.

Humanitas, Humanus, &c. vide *Homo*.

Humare, Humatio, Humator, vide *Humus*.

Humectare, Humectus, vide mox in *Humeo*.

HŪMEO, humēre, humidum vel madidum esse, feucht seyn. Ovid. 10 Metam. v. 509 *lacrymisque cadentibus humet.*
Plin. Panegyr. cap. 30 *humentes terræ.*

¶ Humesco, ére, feucht, naß werden. Virg. 3 Georg. v. 111 *Humescunt spumis.* Plin. Panegyr. cap. 73 *Vidimus humescentes oculos tuos.*

¶ Humecto, āre, humore perfundere, befeuchten, feucht machen. Virg. 1 Æn. v. 465 *multoque humectat flumine vultum.*
Lucret. 4 v. 1187 *adsuctis humectare oscula labris*, hertzen. Idem 1 v. 918 *Humectare ora genasque lacrymis salsis*, weinen.

¶ Hūme-

¶ Hūmectatus, a, um, befeuchtet, genässet. Veget. 1 cap. 28 *Desiccare humectata.* Silius lib. 8 v. 438

statque humectata Vomano Adria.

¶ Humectus, a, um, humidus, humectatus, feucht: ut, *Solum humectæ positionis*, Pallad. lib. 11 cap. 12. Et, *Aquæ humectiores humiliùs meant*, Apul. de Deo Socr. p. 47. *Pueritia est humectissima*, Macrob. lib. 7 Sat. cap. 10. Et, *Humectissimo corpore esse*, Idem Sat. lib. 2 cap. 6.

¶ Humĭdus, a, um, feucht, naß; ut, *Nox humida*, Virg. 3 Æn. v. 198. *Vapor humidus*, Ovid. 1 Metam. v. 432. *Humidior spiritus*, Manil. lib. 1 v. 816. Et Apulejus Doctr. Plat. lib. 1 p. 9 *Gustatus sensus humidioribus & aquosis commodatus.* Et Vitruvius lib. 8 cap. 2 *Auster & reliqui* [venti,] *qui a solis cursu impetum faciunt, sunt humidissimi.*

¶ Substantive *Humida* pro mari, Avienus Arateis dixit v. 792, & Tacitus 1 Annal. cap. 61 n. 2 *Humido paludum pontes & aggeres imponere.*

¶ Humidŭlus, a, um, dimin. etwas feucht, näßlich. Ovid. 3 de Arte v. 629 *humiduli lini acumen.* Et Auson. epigr. 106 *humidulæ comæ.*

¶ Hūmĭdĭtas, ātis, die nässe, feuchtigkeit; pro quo antiquis est *Humor.*

¶ Humor, ōris, liquor, die feuchtigkeit. *Gelidus humor*, Virg. 1 Georg. v. 43. *Bacchi Massicus humor*, Id. 2 Georg. v. 143. Et, *Humore radices subeunte*, Curt. lib. 5 c. 4 n. 8. Idem lib. 7 c. 5 n. 8 *Graves avidè hausto humore non sustinere arma; non ingredi poterant.* ¶ *Humor corporis saccatus*, lotium honeste & venuste dicitur a Lucretio 4 v. 1022, quod per corpus quasi saccum percoletur, der urin, harn. Plinio 7 cap. 51 est *humor præfandus*, i. e. urina cum præfatione honoris nominanda. Apulejo 1 Metam. est *spurcissimus humor.* Et Vlpiano l. 14 ff. de Ædil. edict. *humor collectus vesicæ.*

¶ Humĭfer, a, um, feuchtend. Cic. 1 Divin. cap. 9 ex poëta, *naribus humiferum succum ducere.*

¶ Humĭficus, a, um, idem quod humectans, feuchtend; ut, *Spiritus lunæ humificus*, die kühle und feuchtigkeit, so von dem mond gehet, Plin. lib. 2 cap. 101. Inde

¶ Humifĭco, are, feucht machen. Ausonius Idyll. 8 v. 12

Sementem notus humificet.

¶ Humĭgo, are, feuchten, befeuchten. Vnde

¶ Humigātus, a, um, befeuchtet. Apulej. in Florid. *Cespes libamine humigatus.*

¶ Cohūmĭdo, are, benetzen, anfeuchten. Apulej. 8 Metam. *Cohumidare genas lacrymis.*

¶ Inhumĭgo, are, idem. Livius Andronicus apud Nonium in *Confluges* cap. 1 n. 311 *Confluges ubi conventu campum totum inhumigant.*

¶ Subhumidus, a, um, etwas feucht, näßlich. Celsus 3 cap. 6 *Subhumidi oculi.*

HVMĔRVS, i, die schulter, achsel; vide *Homo.* *Esse demissis humeris*, oben herab schmahl seyn, Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 22. *Rempublicam universam humeris suis sustinere*, dixit Cicero pro Flacc. cap. 37, das gantze regiment auf dem halse tragen. Idem de Arusp. R. cap. 27 extr. *In humeris nostris hæc innixa cohærebunt.* Sallust. in Cicer. sub finem: *Italia Ciceronem exsulem humeris suis reportavit.* Et, *Os, humerosque Deo similis*, Virg. 1 Æn. v. 589.

¶ Hŭmĕrāle, is, ὠμίς, ein halß-mantel, achsel-kleid. Paulus JCtus Dig. de Re militari Lege 14 § 1 *Si tibiale vel humerale miles alienavit, castigari verberibus debet.*

¶ Superhumerale, is, subaudi, ut in *Humerale* etiam, vestimentum, tegmen, aut simile, ein leibrock. Hieronymus usus est epist. 130, & Vulg. Interpr. Exod. cap. 28 v. 4.

¶ Hŭmĕrōsus, a, um, der breite schultern hat. Translate, *locus humerosus*, Colum. lib. 3 cap. 10.

Humidus, Humifer, Humificare, Humigare, vide in *Humeo.*

HVMĬLIS, e, ab *humo*, demissus, submissus, niedrig. Curtius lib. 7 cap. 4 *Venturos* (dicebat) *Chosramios, & Dahas, Sacasque, & Indos, & ultra Tanaim amnem colentes Scythas, quorum neminem tam humilem esse, ut humeri ejus non possent Macedonis militis verticem æquare.* Sic, *Humilis radix*, Plinio lib. 8 epist. 20, quæ non alte sive profunde fixa est. ¶ 2. Transfertur ad animum & fortunam, kleinmüthig, geringe. Cicero lib. 1 de Fin. cap. 15 *Succumbere doloribus, eosque humili animo imbecillique ferre, miserum est.* Idem 7 in Verr. *Humili atque obscuro loco natus*; & de Amic. cap. 19 *Parentibus natus humilibus*, von geringer ankunfft. *Nemo tam humilis erat, cui non ad eum aditus pateret*, Corn. Nep. 1, 8, 4, es war keiner so gering. *Nil humile cogitant*, Cic. de Fin. lib. 5 cap. 20, sie gedencken an nichts geringes. Idem Cic. pro Quintio cap. 31 *Indignum est a pari vinci, aut superiore: indignius, ab inferiore atque humiliore.* Et Sallust. Jug. cap. 96 *Joca atque seria cum humillimis agebat Sylla.* Et Livius lib. 3 cap. 19 *humillimus homo de plebe.* ¶ 3. Transfertur etiam ad modestum gestum hominis devoti ac supplicis, demüthig. Cic. Invent. 1 cap. 16 *Humili & supplice obsecratione utendum erat.* conf. ibid. cap. 56, & Virg. Æn. 12 v. 930. Et Quintil. Declam. 3 *Humili obtestatione genu nixus petat.*

¶ Humilitas, ātis, die niedrigkeit; ut, *Humilitas arborum*, Sallust. Jug. cap. 49. *navium*, Cæs. 5 Gall. B. cap. 1. ¶ 2. Obscuritas, ignobilitas: ut, *Generis humilitas*, Sallust. Jug. cap. 72. Apud Romanos veteres cum habitum animi notarent, semper in pejorem partem accipiebatur: itaque ferme dicebatur vitium illud, quod superbiæ & arrogantiæ in defectu opponitur. Cum quis demittit & abjicit se ultra, quam dignitatis decorique ratio patitur, die niederträchtigkeit. Ita Plinius lib. 8 epist. 6 sub finem *Humilitatem* vocat, quod senatus Romanus Pallanti servo sive liberto principis, contra gravitatem & dignitatem amplissimi ordinis, non modo prætoria ornamenta, sed eos honores decreverat quoque, ut Marii, Sullæ, Pompeji & aliis ejus generis maximis rebus gestis celebres, deque Romana re nobilissime meriti infra Pallantis laudes jacerent. vide ibi Buchnerum. ¶ 3. Christianis virtus est, superbiæ contraria: qua homo verissima sui cognitione sibi ipsi vilescit, ut Radulphus Ardens describit Homilia in Dominicam 4 Adventûs, die demuth. conf. Borrich. Vind. p. 86 seqq.

¶ Humiliter, adverb. niedrig, gering. *Humiliter & demisse sentire*, Cicero in 5 Tuscul cap. 8 extr. schlechte gedancken haben. *Hæc natura multitudinis est, aut servit humiliter, aut superbe dominatur*, Liv. lib. 24 cap. 25. Superl. *humillime.* Plin. lib. 6 epist. 24 *Eadem facta claritate vel obscuritate facientium aut tolluntur altissime, aut humillime deprimuntur.* Proprie Palladius lib. 3 cap. 13 *In loco clivoso humilius rami arborum servandi sunt: in plano & uliginoso, altius.*

¶ Humilio, are, verbum Ecclesiasticorum fere proprium, demüthigen. Salvianus lib. 6 *Civitas hostili populatione vastatur, humiliatur:* & post paullo, *Deus nos nonnunquam sinit pro peccatis nostris humiliari.* Adde Curas Post. Cellarii p. 306, ubi adducuntur Cyprianus 6 epist. 6, & Ammianus 30 cap. 10. Sed & Tertullianus 5 adv. Marc. cap. 20 *Resurget*, ait, *corpus hoc nostrum, quod humiliatur in passionibus.*

¶ Humilifico, are, idem. Tertull. de Pœnitent. cap. 9 *Exomologesis prosternendi & humilificandi disciplina est.*

¶ Humiliatio, ōnis, ejus conditionis est, cujus ipsum verbum *Humiliare* fuit, die demüthigung. Tertullianus adv. Hermogenem cap. 7 *Non capit ullam diminutionem & humiliationem, quod est æternum atque innatum.* *Innatum* autem h. l. est non natum. conf. de Patient. cap. 13.

¶ Perhumilis, e, sehr niedrig. Ammianus lib. 16 cap. 16 *corpus perhumile.*

Humor, quære in *Humeo.*

HVMVS, i, terra, die erde, das erdreich. Ovid. Remed. Am. v. 596

Nunc in arenosa lassa jacebat humo.

Et Heroid. epist. 4 v. 44 *Aut in graminea ponere corpus humo.* Virg. 3 Georg. v. 9 *se humo tollere.*

¶ Humi, adverbialiter, unten. *Humi serpere*, sich herunter halten. Horatius de Arte Poët. v. 28

Serpit humi, tutus nimium, timidusque procellæ.

Humi fundere, zur erden erlegen, Virg. 1 Æn. v. 193.

¶ Hŭmo, avi, atum, are, humo operire, sepelire, beerdigen, zur erden bestatten, begraben. Lucretius lib. 6 extrem.

Quisque suum pro re consortem mæstus humabat.

Cic. 1 de Divin. cap. 27 *Simonides ignotum quemdam projectum mortuum vidit eumque humavit.* ¶ Sed *humare taleas*, Columellæ lib. 5 cap. 9 est, gesencke einlegen.

¶ Hŭmatus, a, um, begraben. Cic. 2 de Leg. cap. 22 *Quod nunc communiter in omnibus sepultis penitus, humati dicantur: id erat proprium tum in iis, quos humus injecta contegeret.* Propert. 2 v. 459

Non ille Antilochi vidisset corpus humati.

¶ Hŭmātio, ōnis, sepultura, das begräbniß, die beerdigung. Cicer. 1 Tuscul. cap. 43 *Aliquid etiam de humatione & sepultura dicendum existimo.*

¶ Hŭmātor, ōris, ein todengräber. Lucanus lib. 7 v. 799 *Pœnus humator Consulis*, id est, Hannibal, qui cæsi ad Cannas consulis Æmilii corpus magnifice sepeliit.

¶ Humicubātio, ōnis, das liegen auf der erden. Scriban. de Pass. Chr. cap. 5.

¶ Humiprostratio, ōnis, idem, apud eumdem cap. 18.

¶ Inhŭmo, āre, Plinius pro *humare* usurpavit lib. 17 cap. 18 *Inhumare taleas*, quod Columella jam *humare* dixerat, einscharren. Sed

¶ Inhumatus, a, um, non humatum significat, unbegraben. Virgil. 4 Æneidos v. 620

Sed cadat ante diem, mediaque inhumatus arena, &c.

¶ Posthŭmus, a, um, nach des vaters tode gebohren. Festus: *Posthumus cognominatur post patris mortem natus.* Plaut. Aulul. a. 2 sc. 1 v. 41 *Si senex anum prægnantem fortuito fecerit, quid dubitas, quin sit paratum nomen puero Posthumus.* Cic. de Orat. 1 cap. 39 *Posthumus & natus & antequam in suam tutelam veniret, mortuus.* conf. Isidor. 9 c. 5, & Sigonius de Nom. Rom. cui etiam est *Posthumus post humatum patrem natus.* Et Varro de L. L. 8 cap. 38 *Posthumam*, ait, *a multis post patris mortem etiam nunc vocari.* Alii scribere malunt *Postumus*; Sed id quibusdam aliud est, de quo infra in *Post*; ubi & derivata *Postumo, Postumatus*, &c.

HVNGĂRIA, æ, Ungerland, provincia Europæ, olim Pannonia, de qua infra seorsim. Postquam tenuere Hunni & Avares, Hungaria appellata est. vid. mox *Hunni*, & Vinet. in Auson. p. 202.

¶ Hungări, orum, die Ungarn, qui & Pannones & Pannonii, gens bellicosissima.

¶ Hungaricus, a, um, Ungarisch; ut, *Hungaricum vinum.* Consuli possunt Bonfinii *rerum Hungaricarum decades.*

HVNNI, orum, Οὖννοι, gens Scythica origine, barbara & immanissima, die Hunnen. Regem sibi præfecerunt Attilam crudelissime omnia vastantem, anno Christi 401. Qui interrogatus, quamobrem tam immaniter sæviret, respondit: *se esse flagellum Dei.* Ab his, & Avaribus, alia Scythica gente, Pannonia inferior, *Hungaria* quasi *Hunnavaria* adpellata est. Nam Hunnis ibi colentibus supervenere Avares, & miscuerunt se, itaque communi regno commune nomen tribuerunt. Nisi mavis ab Οὔγγροις, *Vngris*, ejusdem immanitatis populo Scythico, qui ad Danubium consedit, nomen istius regionis derivare. vide Zonar. lib. 16 cap. 12 in Leone Philosopho.

HYĂCINTHVS, i, Ὑάκινθος, planta cum flore, qui sub Martii finem & Aprilis initium inter segetes & in silvis provenit, eine viole, mertz-blume. Florem ipsum *vacinium* vocant. Virg. eclog. 3 v. 63 *Suave rubens hyacinthus.* Idem Georg. 4 v. 183 *ferruginei hyacinthi.* ¶ 2. ¶ 2. Est & lapis pretiosus ejusdem nominis, aureo, secundum Plinium 37 c. 9, colore lucens, ein amethyst, Agricol. sed Encelio, ein hyacinth, qui ab amethysto eum vult differre. ¶ 3. Fuit alias *Hyacinthus* Amydæ & Diomedæ filius, Cynorti frater, ab Apolline valde adamatus, & ab eodem per imprudentiam recisus: postmodum in hyacinthum, florem sui nominis, ab eo conversus. Gallæus ad Lactant. p. 51.

¶ Hyacinthia, orum, sacrificium, quod Lacones per trium dierum spatium celebrabant ob dolorem, quem ex Hyacinthi morte Apollo cepit. vid. Athenæus lib. 4 cap. 4. Pausan. in Laconicis, & Ovid. Met. 10 v. 219.

¶ Hyacinthĭnus, a, um, quod coloris est hyacinthi, violen-braun. Catullus epithalam. Juliæ v. 93 *Flos hyacinthinus.* Persius satyr. 1 v. 32

Cui

Cui circum humeros hyacinthina læna eſt.

Hyădes, vide *Hyas.*

HYAENA, æ, ὕαινα, animal Africæ, ſive, ut Porphyrius lib. 3 περὶ ἀποχῆς ſcribit, Indiæ, ubi *Crocuta* adpellatur, lupi magnitudine: in mortuorum ſepulcra ſeſe condit, & noctu ovium adit ſtabula, redditisque quas audit vocibus paſtores evocat, egreſſos laniat ac devorat, ein viel=fraß. vide Solinum cap. 40. Plinius 8 cap. 30, Ælianus, itemque Ovidius lib. 15 Metamorph. tradunt, ſingulis annis mutare ſexum hoc animal, & marem modo, modo fœminam fieri; ſed negat Ariſtoteles lib. 6 Hiſtor. animal. cap. 32. ¶ 2. Cæterum & piſcis, & ¶ 3. Serpentis nomen *Hyæna* eſt. vid. Geſnerus. Lucanus 6 v. 672

Viſcera non lyncis, non diræ nodus hienæ.

HYĂLUS, i, ὕαλος, color vitri, ſeu color viridis, ut Servius interpretatur, qui *hyalinus* etiam dicitur, glaß=grün, meer=grün. Virg. 4 Georg. v. 334

Mileſia vellera nymphæ
Carpebant hyali ſaturo fucata colore.

Auſonius Moſellâ v. 418

Cæruleos nunc Rhene ſinus, hyaloque virentem
Pande peplum.

¶ Hyălĭnus, a, um, ὑάλινος, vitreus, gläſern: ut, *Calices hyalini*, kelch=gläſer. Fulgent. 1 Myth. *Hyalinæ ſphæræ cavitas*, eine glaß=kugel.

¶ Hyăle, es, nympha una ex comitibus Dianæ. Ovid. Met. 3 v. 172

Excipiunt laticem Nepheleque, Hyaleque, Rhaniſque.

¶ Hyalurgus, i, ὑαλουργὸς, vitrarius, ein glaßmacher.

¶ Hyalurgica, æ, ὑαλουργική, ars vitraria, die glaßmacher=kunſt. vid. Caſp. Schotti Curſ. Mathem. p. 619.

¶ Hyalurgium, i, ὑαλουργεῖον, officina vitraria, locus, ubi vitra conficiunt, die glaß=hütte.

HYAMPŎLIS, is, urbs Phocidis prope Bœotiam, Plin. 4 cap. 7. Stat. Theb. 7 v. 345 *Et valles Lebadea tuas & Hyampolin*, &c.

HYANTES, um, dicti olim Bœoti, Græciæ populi, vide Plinium lib. 4 cap. 7, & Scholiaſten Pindari ad Olymp. 6 p. 56.

¶ Hyantĭus, Hyantēus, i, idem quod Bœotius. Ovid. Met. 3 v. 147

Participes operum compellat Hyantius ore.

¶ Hyantĭdes, Muſæ, quæ in Bœotia habitaſſe finguntur.

HYAS, ădis, Ὑὰς, plur. Hyades, ſeptem ſunt ſtellæ, in capite Tauri, qui & *Hædi* & *Succulæ* dicuntur, ſieben=geſtirn, *Hyades* ab ὕειν, quod pluvias concitent: vel quia Bacchi nutrices fuerunt, a Baccho, qui vocatus eſt *Hyes*, quique ob lactis beneficium eas in ſtellas mutavit. vid. Nat. Comit. Myth. 5 cap. 13. Ovidius Faſt. 5 v. 165

Ore micant Tauri ſeptem radiantia flammis
Sidera, quas Hyadas *Grajus ab imbre vocat.*

Vide & Gell. 13 cap. 9. Plin. 2 cap. 39, & lib. 18 cap. 26.

Hybernia, Hybernus, &c. vide *Hibernia, Hiems.*

HYBLA, æ, & Hyble, es, Ὕβλα, civitas & mons Siciliæ, thymi & ſalicum copia abundans. Martial. 2 epigr. 46

Florida per varios ut pingitur Hybla colores.

¶ Hyblæus, a, um, adject. ut, *Apes hyblææ*, & *Mel hyblæum.* Claud. Feſcenninorum ode 4 ſive v. 105

Non quisquam fruitur veris odoribus,
Hyblæos latebris nec ſpoliat favos.
Si fronti caveat, ſi timeat rubos,
Armat ſpina roſas, mella tegunt apes.

Martial. lib. 11 epigr. 43

Mella jubes Hyblæa tibi vel Hymettia naſci,
Et thyma Cecropiæ Corſica ponis api.

HYBRĬDA, æ, antiqua vox, qua genus aliquod mixtum ſignificabatur, & eſt proprie fœtus ex imparibus parentibus, ut ex apro, & ſue, fero uno, domeſtico altero conceptus, vel canis ex venatico, & gregario, &c. halbwild. Plinius de Suibus lib. 8 cap. 52 *In nullo genere æque facilis mixtura cum fero: qualiter natos antiqui* HYBRIDAS *vocabant, ad homines quoque, ut Antonium, Ciceronis in Conſulatu collegam, adpellatione translata.* Vetus Scholiaſtes Horatii in lib. 1 ſat. 7 HYBRIDAE, inquit, *proprie dicuntur canes, qui ex imparibus nati ſunt; ut ex venatico & gregario.* ¶ 2. Sed ad homines etiam adpellatio translata eſt, ut *Hybrida* ſit, qui vel ex ingenuo & ſervo, vel ex ſervo & libertino natus eſt: item, qui diverſæ nationis parentes habet, quod & Plinius obſervat. Horatius lib. 1 Serm. ſat. 7 pr.

Hybrida quo pacto ſit Perſius ultus opinor.

Hybridam vocat, quod patre Græco, matre Romana natus eſſet. Quemadmodum & Suetonius Aſinium Epicadum *Hybridam* dixit, quod patre Romano, matre Parthyna editus eſſet, Auguſti vita cap. 19. Martial. lib. 6 epigr. 39 *hybridarum grex:* & lib. 8 epigr. 22

Invitas ad aprum, ponis mihi, Gallice, porcum,
Hybrida ſum, ſi das, Gallice, verba mihi.

Denique dicitur *Hybrida*, qui mixto ſermonis genere utitur, ut homines peregrini fere ſolent, indigenis mixti, quomodo exponunt locum Horat. lib. 1 ſat. 7 v. 2. ¶ *Hybrida vox* eſt ex diverſis linguis conglutinata. Ludit ejusmodi voce Eurycius Cordus in obtrectatorem ſuum Thilonium Philymnum:

Si Græcum Latio coire poſſet;
Vilymnus *mihi, non* Philymnus *eſſes.*
Et dignum tibi congruensque nomen
Poſt tot millia multa poſſideres.
Non eſt conveniens minus Philavtus,
Et ſic integra græca vox manebit.

Vid. Bernegg. ad Suet. Cæſar. cap. 56 n. 6, & ad Auguſt. cap. 19, ubi de vocis etymo prolixe agit.

Hybris, ĭdis, vide *Hibris.*

HYDASPES, is, Ὑδάσπης, Indiæ fluvius in Pori regno, inter Indum & Aceſinem medius, qui poſtea cum aliis in Indum ſe exonerat. *Nyſæus Hydaſpes* Lucano eſt lib. 8 v. 227. *Fabuloſus* Horatio lib. 1 Carm. od. 22 v. 7. *Gemmifer* Senecæ Medeâ v. 725. ¶ 2. Eſt & *Hydaſpes* Perſiæ fluvius aut Mediæ, ſi fides Virgilio habenda atque Curtio. Ille 4 Georg. v. 211 *Medus Hydaſpes:* hic lib. 4 cap. 5 n. 4 *Euphratem, Tigrim, Araxem & Hydaſpem munimenta regni* Perſarum vocat. Verum, quia *fabuloſus* Horatio Hydaſpes dicitur, videtur Romanis nihil certi de illo notum fuiſſe, eosque, ut alibi de Curtio & Virgilio conſtat, in hac quoque Geographiæ parte hallucinatos fuiſſe. Forte *Choaſpes* utrique in animo fuit, cujus nominis flumen & India habet, & Perſia Suſiene. Geographi certe de Perſidis Hydaſpe conſtanter ſilent.

¶ Hydaſpēus, a, um, adjectivum. Claudianus de 3 Conſul. Honor. v. 4

Dives Hydaſpeis augeſcat purpura gemmis.

Et Sidonius Panegyr. Anthemii v. 446

Non Pori modo regna precor, nec ut hiſce lacertis
Frangat Hydaſpeas aries impactus Erythras.

vide Sirmondum ad h. l. p. 114.

HYDRA, æ, & Hydrus, i, ſed mas iſte, illa fœmina, genus anguium in aqua vivens, nullis ſerpentum veneno inferius, quemadmodum Plinius ait lib. 19 cap. 4, eine waſſer=ſchlange. Sunt, qui & *natricem*, quod aquis innatet, dicant & *Cherſydrum.* Aetius lib. 13 cap. 35 *Serpens hic Cherſydri adpellationem inde habet, quod in principio quidem in aquoſis degit locis, & hydrus adpellatur, ab ipſis aquis, hoc eſt, natrix, poſtea vero ſiccos incolit locos, Cherſydri, id eſt, natricis terreſtris, nomen invenit.* Ejusdem igitur ſerpentis adpellationes erunt: *Nater, Natrix, Coluber, Hydrus,* ὕδρος, χέρσυδρος, *Cherſydrus.* Virg. 3 Georg. v. 545 *Vipera & attoniti ſquamis aſtantibus hydri.*

Et Lucanus 9 v. 673

Defenduntque caput protenti crinibus hydri.

¶ 2. *Hydra*, ſerpens multorum capitum in Lerna palude Poëtis fuit, ab Hercule tandem victa. vide Lucret. 5 v. 26. Ovid. Met. 9 v. 69 ſeqq. Horat. 4 od. 4 v. 61, & 2 epiſt. 1 v. 10. Virg. 7 Æn. v. 658. ¶ 3. *Hydram ſecare*, ὕδραν τέμνειν, proverbiale eſt, apud Platonem, & Plutarchum, pro eo, quod eſt ita tollere incommodum unum, ut in ejus locum decem aut plura alia ſuccedant.

¶ Hydrinus, a, um, adject. ut, *Hydrina vulnera*, Prudent. 10 Periſteph. v. 885.

¶ Enhydris, vide ſupra ſuo loco.

HYDRARGЎRUM, i, ὑδράργυρον, quo nomine græce argentum vivum vocant, tam nativum, quàm factitium, queckſilber. Plin. 33 c. 3.

HYDRAULUS, i, ὕδραυλος, organum extrahendæ e profundo aquæ idoneum, eine waſſer=kunſt; Valla. ¶ 2. Erat & inſtrumentum muſicum plane ſimile noſtris organis, quæ in templis habemus: niſi quod noſtra pneuſtica & vento follibus concepto agitantur; illud agitatione aquæ ſonum edebat, eine orgel=pfeiffe. vide Vitruv. lib. 10 cap. 13, & Scalig. Comment. in Ætnam Severi. Elegantiſſime deſcribit Claudian. Panegyr. de Conſ. Mallii ſub finem. Plin. lib. 9 cap. 8 de Delphino: *Mulcetur ſymphoniæ cantu, & præcipue hydrauli ſono*, orgel=klang.

¶ Hydraula, æ, idem. Vitruvius 10 cap. 10 de tympanis loquens aquariis, ad molendam farinam: *Eadem ratione verſantur hydraulæ.* Sed Salmaſius in Solin. p. 637 legit *hydromylæ.*

¶ Hydraules, æ, ein organiſt. Vet. Gloſſ. *Organarius*, ὑδραύλης. Adde Sueton. Ner. cap. 54.

¶ Hydraulicus, a, um, ὑδραυλικὸς, zum waſſerleiten gehörig; ut, *Organon hydraulicum*, apud Plinium lib. 7 cap. 36, & Sueton. Ner. cap. 41. Auctorem ejus Archimedem fuiſſe, dixit Tertullianus de Anima c. 14. *Hydraulicæ machinæ*, Vitruv. lib. 9 cap. ult, vide Turneb. Adverſ. 1 cap. 22.

HYDREUM, i, & Hydreuma, ătis, aquatio, apud Plinium & Solinum. vide Exercitat. Salmaſii p. 495 & 1184.

HYDRIA, æ, ὑδρία, urna, quam Plautus *Aqualem* dixit, ein waſſer=krug. *Hydriæ argenteæ*, Cic. 4 in Verr. cap. 19. ¶ 2. *Hydria in foribus*, ἐπὶ θύραις ὑδρία, proverbiale eſt, apud Ariſt. pro re vili & contemta, ungeacht, als ein alter topff.

¶ Hydrius, i, ὕδριος, aquarius; *Puer hydrius*, i. e. ſidus aquarii, Prudent. Apoth. v. 622.

HYDRŎCĒLE, es, ὑδροκήλη, hernia, der bruch. Martial. lib. 12 epigr. 84 *Dicentem tumidas in hydrocelas.*

¶ Hydrocelicus, i, hydrocele laborans; Plin. lib. 30 cap. 8 *Hydrocelicis ſtelliones prodeſſe tradunt*, den gebrochenen.

HYDRŎGĂRUM, i, liquaminis genus inter veterum cupedias, apud Lampridium in Heliog. cap. 29.

¶ Hydrogarātus, a, um, cum hydrogaro factus. Apicius 2 cap. 2 *Hydrogarata iſicia facere.*

HYDRŎLĂPĂTHUM, i, lapathi genus in aqua naſcens, waſſer=ampffer, Plinio lib. 20 cap. 21 ὑδρολάπαθον.

HYDRŎMĔLI, neut. indeclin ὑδρόμελι, aqua mulſa, quam & μελίκρατον Græci dicunt, melicratum; Germani, meth von honig, à μέθη, ebrietas.

HYDRŎPHŎBUS, i, ὑδροφόβος, qui aquam formidat, waſſer=ſcheu. Miſerrimum genus morbi, quo qui laborat, à rabido nimirum cane vulneratus, & ſiti & aquæ metu pariter cruciatur, Celſus lib. 5 cap. 27, & Plin. 29 cap. 5.

¶ Hydrophobia, æ, ὑδροφοβία, ipſe morbus, apud Celſum d. l. Plutarchus Sympoſ. 8 probl. 9 Hydrophobiam & Elephantiaſin morbos fuiſſe novos Aſclepiadis tempore, qui ſub Pompejo M. Romæ in arte Medica claruit, ex ſententia Athenodori Medici teſtatum fecit; ubi ſimiles morbos ex cauſſis diverſis poſſe noviter oriri diſputat. Ejus remedium eſſe nullum, ſcribit Ovidius ex Ponto lib. 1 epiſt. 3 v. 23,

Tollere nodoſam neſcit medicina podagram,
Nec formidatis auxiliatur aquis.

Sed vide mihi Hieron. Mercurialem, de hoc morbo differentem lib. 1 Var. Lect. cap. 2.

¶ Hydrophobĭcus, a, um, adject. ut, *Hydrophobica paſſio*, Cæl. Aurel. Acut. 3 cap. 8.

HYDROPS, ōpis, maſc. gen. ὕδρωψ, aqua intercus, die waſſerſucht. Horat. lib. 2 od. 2 v. 13

Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops.

¶ Hydrōpĭſis, is, ὑδρώπισις, idem. Plin. lib. 20 cap. 1 extr.

¶ Hydrōpĭcus, a, um, ὑδρωπικός, wassersüchtig. Horat. 1 epist. 2 v. 34
Si nolis sanus, curres hydropicus, & ni
Posces ante diem librum cum lumine &c.
Plinius lib. 21 cap. 20 *Polium propinant hydropicis incipientibus in vino decoctum.*

HYDRUS, hydruntis, & Hydruntum, i, alia forma. Priore usus est Cic. ad Attic. 15 epist. 21, *Ego jam destinaram, Hydruntem quidem*; & Lucan. 5 v. 375. Posteriore Plinius lib. 3 cap. 11, *Hydruntum, ad discrimen Ionii & Adriatici maris, qua in Græciam brevissimus transitus.* Oppidum nempe Calabriæ est, portu adversus Græciam nobilissimum, hodie *Otranto*. ¶ Hydrus, i, vide *Hydra*.

¶ Hydruntinus, a, um, adject. ut, *Hydruntina terra*, nunc *terra di Otranto*.

Hyems, Hyemalis, vide in *Hiems*.

HYGĒA, vel HYGIA, æ, Ὑγίεια, Æsculapii filia, dea sanitatis, die gesundheits-göttin, Plin. 35 c. 11, deque ejus simulacro 34 c. 8. Martial. 11 epigr. 61 *Quod sanare Criton, non quod Hygea potest.*

HYGĪNUS, i, (C. Julius,) libertus Augusti, a quo advectus Romam præfuit Bibliothecæ Palatinæ. Multa scripsit, e quibus supersunt Fabulæ & Poëtica astronomica. Nam Gromatica, seu de limitibus constituendis, alterius *Hygini* sunt, qui tempore Trajani vixit. v. Gell. 1 c. 7 & 10. Suet. de Illustr. Gramm. Voss. de Hist. Lat. 1 c. 20.

HYGREMPLASTRUM, i, ὑγρέμπλαστρον, emplastrum liquidum, Plin. 34 c. 15.

HYLA, vel Hylas, æ, Ὕλας, comes Herculis fuit, cui in finibus Ioniis amisso, cum in fonte periisset, sacra instituit, in quibus nomen ejus crebro adpellabatur, ad quod Virgilius respexit eclog. 6 v. 44
Ut litus Hyla, Hyla omne sonaret.
vide ibi Servium, & Erasm. in proverbio: *Hylam inclamas*, de frustra vociferantibus & nihil proficientibus, du ruffest vergebens. Totam fabulam eleganter describit Propert. lib. 1 eleg. 20. vide etiam Theocriti Idyllion 13, quod inscribitur *Hylas*. ¶ 2. *Hylas*, pantomimus, apud Suet. Aug. c. 45. ¶ 3. *Hylas*, pugil quidam, de quo Auson. epigr. 91 *Doctus Hylas cæstu*. vide ibi Not. Vineti.

HYLAX, ăcis, nomen canis apud Virgilium eclog. 8 v. 107
Nescio quid certe est, & Hylax in limine latrat.
¶ Hylactor, ŏris, etiam nomen canis, uti *Hylacides* apud Homerum Odyss. ξ v. 204. Ovid. Met. 3 v. 224
Labros, & Agriodos, & acutæ vocis Hylactor.

HYLE, es, silva; Hyles autem nomine Attejus Philologus quemdam variæ eruditionis librum inscripsit, ut Suetonius auctor est de Illustr. Grammat. cap. 10. Ita latino nomine alii opera sua, in quibus variæ diversæque res tractatæ essent, *Silvas* vocarunt. vide infra *Silva*.

¶ Hylæus, i, nomen Centauri, a silvis deductum, apud Virg. Georg. 2 v. 457. Ovid. 3 Met. v. 213. Horat. 2 od. 12 v. 5, & Statium Theb. 6 v. 530.

HYMEN, ĕnis, in natura muliebri membranula, quæ, ut Scaliger lib. 1 Poët. cap. 50 loquitur, scinditur virginibus primo quoque Veneris tentamento & aditu. Cæcilius apud Nonium c. 2 n. 225 *Hymenem virginis, nisi mirum est, deintegravit.* Sed neque Stephani fragmenta vett. poëtarum, neque Merceri, aut Godofredi Nonius aliter, quam *Nomen virginis* habent, quod suspicatur Mercerus vertendum esse in *Novem virgines*. Excerpta ex veteribus Lexicis cap. 1, *Membranum*, ὑμήν. ¶ Hinc *Hymen* dictus nuptiarum deus, Vraniæ filius: Qui Latinis *Thalassius* sive *Thalassus*, de quo Livius lib. 1 cap. 9. Statius lib. 1 Silv. 2 v. 238
Quæris Hymen thalamis intactum dicere carmen.
¶ Hymĕnæus, i, ipse deus nuptialis, der hochzeit-gott. Catullus carm. 62
Hymen ô Hymenæe: Hymen ades ô Hymenæe.
Sed *Hymenæi* nomen Servius a puero quodam Hespero adamato; vel juvene Atheniensi ducendum putat, qui inter bella sævissima liberavit virgines. Quo factum, ut tamquam liberator virginitatis à nubentibus invocaretur. vide eum in ecl. 8, & Æneid. 1, præcipue vero 4 Æneid. Virgilii. ¶ 2. Carmen nuptiale, quod canebatur sponso jam sponsæ accumbenti. Stat. lib. 2 Silv. ult. v. 87
Et vestros Hymenæon ante postes
Festis cantibus ipsa personabo.
vid. supra *Epithalamium*. ¶ 3. Ipsæ nuptiæ per metonymiam: Virg. 1 Æneidos v. 651 de Helena loquens:
Pergama cùm peteret, inconcessosque Hymenæos.
Eodem modo in plurali exstat apud Fabrettum in Inscript. p. 329
QUAE LAETOS HYMENAEOS MORTE PRAEVERTIT.

HYMETTUS, i, Ὑμηττός, mons Atticæ clarissimus, optimo abundans melle. Martial. lib. 7 epigr. 88
Pascat & Hybla meas, pascat Hymettos apes.
¶ Hymettius, a, um, adject. Horat. 2 Sermonum satyr. 2 v. 15
Sperne cibum vilem, nisi Hymettia mella Falerno &c.
Val. Max. 9, 1, 4 *Columnas Hymettias in porticu domus habet.*

Hymnifer, Hymnire, Hymnisonus, vide mox *Hymnus*.

HYMNUS, i, ὕμνος, cantio laudans, ein lied, lobgesang, ab ὑμνέω, laudo. Sophoclis Scholiastes in Elect. ὕμνος κυρίως ἡ εἰς θεὸν ᾠδή, id est, *hymnus proprie carmen in Dei laudem*; sed idem inibi addit: παρὰ ποιηταῖς ἁπλῶς ἡ ᾠδή, id est, *à poëtis simpliciter carmen* adpellatur: neque à poëtis solum, nam Athenæus quoque ἐπιθαλάμιον vocat γαμικὸν ὕμνον. Proprie tamen de divinis laudibus. Prudentius præfatione Cathemer. v. 37
Hymnis continuet dies,
Nec nox ulla vacet, quin Dominum canat.
Et carm. 4 Cathemer. sive Ante cibum, v. 75
Grates reddimus, & sacramus hymnos.
¶ Hymnio, ire, Prudentius latine ex ὑμνεῖν formavit, singen. Passione enim Calagurritarum sub fin. cecinit:
State nunc, hymnite, matres, pro receptis parvulis.
¶ Hymnidĭcus, a, um, hymnos canens, lobsingend; ut, *Hymnidicæ laudes*, Alcimus carm. 178. Invenias etiam apud Mar. Victor. lib. 2 adv. Arium, & Cassiodor. prologo super Psalmos. Sed *Hymnodicus* habet Firmicus 8 Astron. c. 25 p. 232.

¶ Hymnifer, a, um, idem. Ovid. in Metam. 11 v. 58 de discerpto Orpheo: *hymniferos inhiat divellere vultus*, scilicet *anguis*. Sed suspectus versus Heinsio est, quem videas.

¶ Hymnifico, are, est hymnos canere, sive hymnis celebrare, preisen, apud Commodian. Instruct. 23.

¶ Hymnisŏnus, a, um, lobschallend. Paulinus Nolanus carm. 22, quod epithalamium Juliani & Iæ est, v. 199
Præcinat hymnisonis cantica sancta choris.

¶ Hymnŏlŏgus, i, qui laudat, ein lobsprecher. Firmicus lib. 3 cap. 6 n. 9 *Sol in nono loco ab horoscopo constitutus fabricatores deorum facit, - - - sive templorum conditores, aut hymnologos.*

HYOSCYĂMUS, i, ὑοσκύαμος, herba nota & nocentissima, cujus semen comestum, soporem, insaniam & mortem aliquando pueris adfert. Latine vertas, *Fabam suillam*; propterea, quod apri post ejus esum convellantur. Vocant & *herbam Apollinarem*, Germanis est, bilsen oder bilsenkraut. vid. Plin. 25 c. 4 &c.

¶ Hioscyămĭnus, a, um, adject. ut, *Hioscyaminum oleum*, Plin. 23 cap. 4.

HYPAEPA, æ, Lydiæ oppidum Veneri sacrum apud Ovid. Met. 11 v. 153. Et ibidem 6 v. 13 *Orta domo parva parvis habitabat Hypæpis.*

HYPAETHRUS, a, um, ὕπαιθρος, das kein dach hat; unde Hypæthrium, ὑπαίθριον, locus seu ædificium sub æthere, ein lufftgebäu unter dem himmel, so unbedeckt, ein altan. Vitruvius lib. 1 cap. 2 *Jovi, Fulguri, & Cælo, & Soli, & Lunæ, ædificia sub divo, hypæthraque constituuntur.* Idem lib. 5 cap. 9 extr. *hypæthræ ambulationes*: & paullo ante eodem cap. *in apertis hypæthrisque locis.*

HYPALLĂGE, es, ὑπαλλαγή, figura poëtica nota, inversio sententiæ est, quæ verborum ordinem & structuram ita invertit, ut contrario plane modo referri aliquid videatur, quàm res se habet: ut, *Dare classibus Austros*, Virg. 3 Æneidos v. 61.

HYPĂNIS, is, fluvius Sarmatiæ. Idem Virg. 4 Georgicorum v. 370
Saxosumque sonans Hypanis, Mysusque Caicus.
Adde Ovid. 15 Metam. v. 285. Cicero Tuscul. 1 cap. 39 *Apud Hypanim fluvium, qui ab Europæ parte in Pontum influit*, &c. Videtur idem esse, qui *Bog* hodie adpellatur, per Podoliam in pontum Euxinum decurrens.

HYPĂTE, es, ὑπάτη, summa chorda in fidibus, Vitruv. 5 c. 4.
¶ Părhypăte, es, παρυπάτη, subprincipalium summa, ibid.

HYPĒNEMIUS, a, um, ὑπηνέμιος, subventanus, voll wind. Sic, *Hypenemium ovum*, ovum irritum Plinio dicitur lib. 10 cap. 58 extremo, & Varroni lib. 2 de R.R. cap. 1, ein wind-ey, ex quo nihil gignitur.

HYPĔRASPISTES, æ, ὑπερασπιστής, protector, propugnator, qui suo aliquem defendit clypeo, ein vertheidiger, vox græca est.

HYPERBĂSIS, is, & Hyperbăton, i, ὑπέρβασις, ὑπέρβατον, transgressio seu confusio, id est, turbatus ordo Syntaxeos; ut, Virg. 1 Æn. v. 108
Tres notus abreptas in saxa latentia torquet, &c.
Idem 2 Æneidos v. 348
Juvenes, fortissima frustra
Pectora, (si vobis audentem extrema cupido est
Certa sequi, quæ sit rebus fortuna videtis:
Excessere omnes, adytis arisque relictis,
Dii, quibus imperium hoc steterat) succurritis urbi
Incensæ, &c.
Ordo est: *Juvenes, fortissima pectora, Quæ sit rebus fortuna, videtis: Excessere omnes adytis arisque dii, quibus*, &c. *Frustra igitur succurritis urbi incensæ, Sed si me audentem extrema, cupido certa est, sequi*, &c. Plures habet species; ut *Anastrophen, Parenthesin, Tmesin*, σύγχυσιν, seu *Confusionem*, & *Hysterologiam*, seu ὕστερον πρότερον, de quibus singulis vide suo loco.

HYPERBERETAEA, orum, ὑπερβερεταῖα, dicebantur serotina, quæque vix tandem advenirent, spätlinge. Et ὑπερβερεταῖοι, comperendinatores. Quod apud Macedones ultimus anni mensis diceretur; ὑπερβερεταῖος, qui nobis October est juxta Suidam. Hinc & alia quæ in longum proferuntur, *hyperberetæa* dicuntur, perinde ac apud Latinos dicas *Decembria*, langweilige dinge. vide Chiliadas.

HYPERBŎLE, es, ὑπερβολή, latine *excessus*, formula orationis est, veritatis fidem excedens, übermaß. An sit communis Troporum affectio, disquirit Corvinus in Dub. Rhetor. fasc. 8 dub. 4. An mendacii species, Hackspanius Miscell. p. 202 seqq. qui hyperbolicas locutiones etiam in sacris occurrere ostendit. vid. Voss. lib. 4 Instit. Orator. p. 229 seqq. Quintilianus *audacem* vocat *ornatum*, ut,
fugit ilicet ocyus Euro.
Et Virgil. lib. 7 Æneidos sub fin.
Illa vel intactæ segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas:
Vel mare per medium, fluctu suspensa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.

¶ Hyperbŏlus, i, concionator apud Athenienses improbissimus, & mirum in modum appetens litium. Hinc adagium: *Ultra Hyperbolum.* ¶ *Hyperbolus* etiam apud eosdem lapis dictus, qui collis noxiorum, aquis submergendorum, suspendebatur, ut est apud Aristophanem. vid. Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 16 c. 21.

¶ Hyperbŏlĭcus, a, um, adject. übermäßig. Hinc
¶ Hyperbŏlĭcē, adverb. ὑπερβολικῶς, also, daß man der warheit sparet. Græce Cicero ad Attic. lib. 5 epist. ult. *Non* ὑπερβολικῶς, *sed verissime loquor.* Adde lib. 6 epist. 2.

HYPERBŎREUS, a, um, ὑπερβόρειος; ut, *Hyperborei montes*, fabulosi illi Scythiæ. vide, quæ de *Hyperboreis gentibus* scripserunt Solinus cap. 26, Mela lib. 3 c. 5, de Scythia, Strabo, Plinius, Herodotus, & alii. ¶ *Hyperboreæ glacies*, apud Virg. 4 Georg. v. 517.

Hypercatalectĭcus, a, um. vide *Catalecticum*.

HYPERĪCON, i, ὑπερικόν, Hypericum, herba nota, S. Johannis-kraut. vid. Plin. 26 c. 8 & 12.

HYPERIDES, æ, Ὑπερίδης, ex præcipuis fuit oratoribus Athenienſibus. Scripſit orationes multas, Suida teſte, quæ temporum injuria perierunt. Interfectus eſt ab Antipatro lingua exciſa, teſte Plutarcho in Demoſthene.

HYPĔRĪON, ŏnis, ὑπερίων, ſol poëtis eſt, die ſonne. Ovid. 1 Faſtor. v. 385

Placat equo Perſis radiis Hyperiona cinctum.

¶ Hyperīŏnius, a, um, adjectivum; ut, *Hyperionius currus*, Valer. Flacc. lib. 2 v. 34. Et Silius lib. 15 v. 214

Jamque Hyperionia lux ſeptima lampade ſurgens.

Et Avienus Phænom. v. 396 *Hîc Hyperionii flagrat via Solis.*

HYPERMĔTER, ſeu Hypermetrus, i, ὑπέρμετρος, verſus abundans ſyllaba, in vocali vel *M* terminatâ, quæ in principium ſequentis, quam a vocali incipi neceſſe eſt, cogitur: ut, Virg. Georgic. 1 v. 295

Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem
Et foliis undam &c.

Item: *Omnia Mercurio ſimilis vocemque coloremque,*
Et crines flavos, &c. Idem Æneid. 4 v. 558.

HYPERMNESTRA, æ, Ὑπερμνήστρη, Danai filia, ex L filiis, quæ ſponſos ſuos prima nocte interemerunt, Hypermneſtrâ ſolâ exceptâ, quæ ſponſo ſuo Lino (aliis Linceo) pepercit; vide *Danaus*.

HYPERTHYRVM, i, ὑπέρθυρον, ſuperportale. Vitruvius lib. 4 cap. 6 *Hyperthyra ad eumdem modum componantur.*

¶ Hyperthyris, idos; Idem Vitruvius dicto loco: *in Doricis hyperthyridibus.* vide Lex. Vitruvian.

HYPHEN, ὑφὲν, ſubunio, ſeu copulatio in pronunciatione duarum dictionum: ut, *Heri ſemper-lenitas*, *Ante-malorum*, &c.

HYPNĀLE, es, aſpidis genus, quod ſomno necat. Solin. c. 40.

HYPNŌTĬCVS, a, um, ὑπνωτικὸς, ſomnum concilians, ſchlaff-bringend. Th. Priſcian. 2 cap. 31 *Hypnotica ſufficienter conveniunt.*

HYPŎCAVSTVM, i, ὑπόκαυστον, latine *vaporarium*, ab ὑποκαίειν, ſuccendere. Germanis proprie eſt, eine ſtube, badſtube, ſchweißbad. Statius lib. 1 Silv. carm. 5 v. 59

Tenuem volvunt hypocauſta vaporem.

Plin. 2 epiſt. 17 *Applicitum eſt cubiculo hypocauſtum perexiguum, quod anguſta feneſtra ſuppoſitum calorem, ut ratio exigit, aut diffundit aut retinet.* Facile apparet, quod hypocauſta veterum aliquantum diverſa a noſtris fuerint. vide Borrich. Cogit. p. 123.

HYPOCHONDRIA, orum, ὑποχόνδρια, die kleinen ribben, das weiche an der ſeiten.

¶ Hypochondriăcus, a, um; adject. ut, *morbus hypochondriacus.*

HYPOCRĬSIS, is, ὑπόκρισις, alienæ perſonæ ſimulatio, gauckeley. ¶ 2. Eſt concinna vocis moderatio & geſtuum repræſentatio, rebus, de quibus agitur, ex amuſſim reſpondens; Ea utramque facit paginam in Oratoriâ, ipſo Demoſthene cenſente. Nam cum interrogaretur, quidnam eſſet in dicendo efficaciſſimum, reſpondit, ἡ ὑπόκρισις. Iterum deinde & tertio interpellatus, idem dixit, pæne totum ſe illi debere confitendo. vid. Val. Max. lib. 10 c. 10. ¶ 3. *Hypocriſis* apud Eccleſiaſticos eſt fucata pietas, gleißnerey, heucheley, ſcheinheiligkeit.

¶ Hypocrĭta, æ, ſimulator, hiſtrio, ein gauckler; ut in dicto Demoſthenis, ὑποκριτὰς δεῖ κρίνειν ἐκ τῆς φωνῆς, &c. vide *Hiſtrio*; itemque Torrentium ad Horatium lib. 1 epiſt. 18 v. 44, & ad Suetonium Nerone c. 19. ¶ 2. Quoniam autem, qui pietatem, aut probitatem, quâ nihil habent minus, ſimulant, alienam revera agunt perſonam, ideo & ipſi *hypocritæ* dicuntur, gleißner, heuchler, ſchein-Chriſten.

Hypodidaſcalus, vide *Didaſcalus*.

HYPOGĒVM, i, ὑπόγειον, ein keller, gewölbe unter der erden, apud Petronium, & Vitruvium lib. 6 cap. 11 pr. *Hypogeorum* adpellatio complectitur cellas vinarias, carnarias, olearias, penuarias. Budæus.

HYPOMNĒMA, ătis, ὑπόμνημα, neut. commentarius, commentatio, interpretatio, eine erklärung, auslegung. Cicero filius ad Tironem lib. 16 famil. epiſt. extr. 21 *Multum mihi eripitur operæ in exſcribendis hypomnematis.*

¶ Hypomnematogrăphus, i, ὑπομνεματόγραφος, commentarienſis, ein regiſtrator: item, qui ſcribit commentaria. Cod. Theod. lib. 12 tit. 1. conf. Valeſ. ad Ammianum 28 c. 1.

HYPOMOCHLIVM, i, quod vecti ſubjicitur; vocabulum artis ſtathmicæ & motoriæ, ein hebzeug. Vitruvius lib. 10 uno capite 8 & græce ὑπομόχλιον, & latine *Hypomochlion* ſcripſit. Μόχλιον autem *vectis* eſt.

HYPOSTĂSIS, is, ὑπόστασις, ſubſtantia, & interdum ſubſiſtentia perſonæ, das weſen, die perſöhnlichkeit.

¶ Hypoſtătĭcus, a, um, ὑποστατικὸς, ſubſtantialis, weſentlich, ſelbſtſtändig. vide Philoſ.

Hypotheca, Hypothecarius; Hypotheſis, Hypotheticus; vide *Theca*, *Theſis*.

HYPOTRĂCHĒLIVM, i, ὑποτραχήλιον, proprie eſt pars colli infra cervices, der unterhalß. Deinde a corpore humano ad columnas transfertur, & de earum parte dicitur, quæ ſub aſtragalo arctatur, & leniter contrahitur. v. Vitruv. 3 cap. 2, & Baldi Lex. Vitr. p. 59.

HYPOTYPŌSIS, is, ſi latina ſcribas litteratura; ὑποτύπωσις, figura ſententiarum eſt, quæ & ὑπογραφὴ & διατύπωσις dicitur, deſcriptio ſcilicet viva rerum, cognata χαρακτηρισμῷ. Cicero vocat *ſubjectionem ſub adſpectum*: Fabius, *Formam rerum expreſſam verbis.*

HYPOZEVXIS, is, ὑπόζευξις, figura locutionis eſt, cum diverſæ clauſulæ ſingulis verbis redduntur. Virgil. 10 Æn. v. 149

Regem adit, & regi memorat nomenque genusque:
Quidve petat, quidve ipſe ferat: Mezentius arma
Quæ ſibi conciliet; &c. vide *Zeugma*.

HYPSĬPYLE, es, Thoantis filia, regina Lemni, quæ, quum reliquæ mulieres illius inſulæ viros omnes intereміſſent, ſola patrem ſervavit, &c. de ea Statius in Thebaid. lib. 5 & 6, & Propert. lib. 1 eleg. 15, & Ovid. Heroid. in epiſt. 6.

HYRCANIA, æ, Ὑρκανία, regio Aſiatica, dicta ab Hyrcana ſilva, quæ pardis, pantheris & tigribus abundat. Lactant. lib. 5 cap. 11 *Quis Caucaſus, quæ India, quæ Hyrcania tam immanes, tam ſanguinarias unquam beſtias aluit?*

¶ Hyrcānus, a, um, ad Hyrcaniam ſpectans; ut, *Mare Hyrcanum*, quod & *Caſpium* dicitur, Propert. 2 eleg. 23 v. 46. Virgilius 4 Æneid. v. 367 *Hyrcanæque admorunt ubera tigres.*

Hyrcanos canes, ut *nobile genus* commendat Cicero 1 Tuſcul. c. 45. *Maxima gens Hyrcanorum*, Juſtin. 1, 6, 16.

HYREVS, i, diſſyllabum, vel, ut Heinſius in Ovid. Faſt. 5 v. 499 *Hyrieus* triſyllabum fecit ex græco ὑριεὺς, ruſticus Bœotius fuit, qui, cum Jovem, Mercurium & Neptunum benigno ſuſcepiſſet hoſpitio, impetravit, ut ex lotio eorum in corio bubulo aſſervato ſibi puer naſceretur, quem *Vrionem*, & prima littera mutata, *Orionem* vocavere. Fabulam prolixe deſcripſit Ovidius l. c. & paullo aliter Hyginus fab. 195, & Poët. Aſtr. 2 c. 34.

HYRIA, æ, vel Hyrie, es, Bœotiæ regio prope Aulidem, cum oppido & lacu cognomine apud Homerum, Strabonem, Plinium & alios. Vnde & gentile *Hyrieus*. Ovid. Met. 7 v. 372

Inde lacus Hyries videt & Cycneia Tempe.

HYRTĂCVS, Trojanus, Niſi pater, unde is *Hyrtacides* Virgilio dicitur lib. 9 Æneid. v. 177, &c.

HYSGĬNVM, i, ὕσγινον, ſive *Hysginus color*, coccineo ſimilis, röthe, braunroth. Plinius lib. 35 cap. 6 *Hysgino infici.*

HYSSŌPVS, i, fœmininum, & Hyſſopum, neut. ὕσσωπος, herba, iſop. Columell. 7 c. 5. Plin. 25 c. 11.

¶ Hyſſopītes, æ, maſcul. ὑσσωπίτης, vinum factitium ex hyſſopo, iſop-wein. Columell. lib. 12 c. 35.

HYSTASPES, is, pater regis Perſarum Darii, qui equi hinnientis auſpicio rex factus, ſemper apud Hiſtoricos *Darius Hyſtaſpis*, ſcil. filius, dici ſolet. v. Herodot. lib. 2, & Juſtin. 1, 10, 6. ¶ 2. *Hyſtaſpes* alius ejuſdem Darii filius, Herodot. lib. 7.

HYSTĔRĬCVS, a, um, ὑστερικὸς, ſuffocatione & ſtrangulatione uteri laborans, der verſtopfften leibes iſt, der bauchwehen hat. Sic Leda *ſe hyſtericam eſſe* queritur apud Martialem 11 epigr. 72.

HYSTĔRŎLŎGIA, æ, ὑστερολογία, &, ὕστερον πρότερον, ordo in oratione præpoſterus, cum ſcilicet, quod primum dici oportuit, ſecundo loco ponitur, wenn das hinterſte zuförderſt ſtehet: ut Virg. Æneid. 3 v. 662 *Poſtquam alios tetigit fluctus, & ad æquora venit,*

Prius enim ad æquor venitur, quàm fluctus tanguntur. Sic & 4 Æn. v. 6 *Poſtera Phœbea luſtrabat lampade terras,*
Humentemque aurora polo dimoverat umbram.

Prius enim eſt, ut noctis umbra diſcedat, deinde ſol oriatur. Frequenter hac figura uſus Homerus eſt. Vnde, Cicero lib. 1 ad Attic. epiſt. 16 *Reſpondebo tibi*, ὕστερον πρότερον, Ὁμηρικῶς.

HYSTRIX, ĭcis, fœmin. 3, ὕστριξ, animal ex erinaceorum genere, quod forma ſit illi non abſimilis, quamquam corpore longe major, quin ut longioribus aculeis firmioribusque, & miſſilibus, ein ſtachelſchwein: Plin. lib. 8 cap. 35. Penultimam in obliquis corripit Calpurnius ecloga 6 v. 15

Venit & hirſutâ ſpinoſior hyſtrice barba.

¶ Hyſtrĭcŭlus, i, diminutivum, eſt pilis veſtitus, haaricht. Salmaſius Tertulliano vindicavit de Pallio c. 4 p. 47 *Puer jam hyſtriculus*. Adde commentarium ejus p. 285.

I.

I LITTERA, vocalis latina, quam *jota* Cicero vocat libro 3 de Orat. *Litteram longam* adpellat Plautus Aulular. act. 1 ſc. 1 extr. vide Scalig. de Cauſſis latinæ linguæ lib. 1 cap. 40, & Juſt. Lipſium de rectâ pronunciatione latinæ linguæ cap. 8. Sonum exilem habet. ¶ 2. Fit interdum conſonans vel ſimplex; ut, *Juno*, *Juppiter*, *juro*, *adjuvo*. ¶ 3. Vel duplex; ut, *major*, *pejor*, *ajo*, *ejus*. ¶ 4. Veteres nonnunquam in *u* mutaverunt, pro *decimo*, *maritimo*, *optimo*; *decumum*, *maritumum*, *optumum* pronunciantes, quemadmodum id ex vetuſtis exemplaribus, Plinii, Livii, & Ciceronis adparet. Quin & *here* pro *heri*, & *mage* pro *magis* dixerunt, *i* & *e* converſo. Juvenal. Satyr. 3 v. 23

Res hodie minor eſt, here quam fuit, &c.

Ennius apud Gellium lib. 20 c. 10

Non ex jure manus conſertum, ſed mage ferro
Rem repetunt, &c.

IACCHVS, i, Ἴακχος, *Bacchus* in myſteriis (vide ſupra *Eleuſis*,) dicebatur, ab ἰαχέω, vel potius, ἰακχέω, clamo, der wein-gott. Virgil. pro vino poſuit, eclog. 6 v. 15

Inflatum heſterno venas, at ſemper, Iaccho.

IĂCEO, ui, ēre, cubare, proſtratum eſſe, liegen: ut, *Jacere humi*, Cic. 1 in Catil. c. 10. *Strata jacent ſub arbore poma*, Virgil. ecl. 7 v. 54. ¶ 2. Sed metaphoricè *ſtudia jacent*, id eſt, in nullo ſunt pretio, frigent, ſie werden nicht geacht, ſie ſind gantz herunter kommen. De quibus Cic. 1 Tuſc. cap. 2 *Jacent ea ſemper, quæ apud quosque improbantur.* Idem in Philipp. 10 c. 7 *In pace jacere, quàm in bello vigere maluit*, hoc eſt, ignobilem & obſcurum in pace ſe eſſe voluit. *Jacere in occulto*, verborgen ſeyn, Plautus dixit in Trinummo act. 3 ſc. 2 v. 38, *In occulto jacebis, cum te maxime clarum voles.* Tale & Ovidii illud eſt 1 Faſtor. v. 217 *dat cenſus honores:*
Cenſus amicitias; pauper ubique jacet.

¶ 3. *Jacere* etiam dicuntur, qui in morbo cubant, darnieder liegen. Statius 2 Silv. 1 v. 155 *ſed non mors lenta jacentis*
Exedit puerile decus.

Inde languidi atque infirmi; & ſic ignavi etiam, *jacere* dicuntur. Cicero in Catilin. 2 ſub finem: *Ex illo, quàm valde illi jaceant, intelligere poſſumus.* Tibullus lib. 1 eleg. 4

Quàm

Quàm jacet, infirmæ venêre ubi fata senectæ,
Qui prior Eleo carcere missus equus.

Claudianus lib. 1 de Raptu Proserp. v. 96
an forte jacentes,
Ignavosque putas?

¶ 4. *Jacere*, de situ, gelegen seyn. Cornel. Nepos in Datame cap. 4 *Hæc gens jacet super Ciliciam.* Idem Eumene cap. 3 *Jacet inter Taurum montem, & Hellespontum.* Et Virg. Æn. 6 v. 795 *Jacet extra sidera tellus.* ¶ 5. Vsurpatur & de mortuis. Petronius: *ipsum te jacentis corpus admonere debet, ut vivas.* Phædrus lib. 1 fab. 25 *rupto jacuit corpore.* Vbi Cl. Schefferus annotavit, usurpari de iis, qui violenta morte pereant, quod egregiis ibi exemplis illustratum vides. ¶ 6. *Jacere* etiam de mari tranquillo & nullis auris commoto dicitur, quod *stare* Virgilio est ecloga 2 v. 26. Valerius Flacc. lib. 3 v. 732
Flumina conticuêre, jacet sine fluctibus æquor.

Lucanus lib. 3 v. 523
pacemque tenentibus Austris
Servatum bello jacuit mare.

Et lib. 5 v. 432 *terraque relicta*
Non valet ipsa sequi puppes, quæ vexerat, aura.
Æquora lenta jacent.

Similiter Horatius 1 ode 12 v. 32 *Vndam recumbere* dixit.

Composita:

¶ Adjăceo, ēre, dabey liegen, an etwas stossen. Livius lib. 2 cap. 49 *Tuscus ager Romano adjacet*, beyder feld stosset an einander. *Adjacere mari*, Corn. Nep. Timotheo cap. 2, an der see wohnen.

¶ Circumjacēre, herum oder umher liegen. Livius 37 cap. 54 *Lycaonia, Phrygia utraque, & Pisidia omnis, & Chersonesus, quæque circumjacent Europæ, in vestra sunt potestate.*

¶ Interjăcēre, darzwischen liegen. *Campus interjacet urbi, & urbem*, sic diverse construitur. Plin. lib. 5 cap. 4 *Regio, quæ duas Syrtes interjacet.* Columella lib. 11 cap. 3 post princ. *Spatium, quod sulcis interjacet.* Plin Jun. Panegyr. cap. 14 *Vastitas interjacentis soli.*

¶ Objăcēre, entgegen liegen. Idem Tacitus 5 Hist. cap. 6 *A meridie Ægyptus objacet.* Plin. lib. 6 epist. 31 *In ore portus insula assurgit, quæ illatum vento mare, objacens frangat.* Construitur cum tertio casu. Pompon. Mela lib. 2 cap. 3 *Græcia, qua sol occidit, Ioniis fluctibus objacet.* Ennius in Iphigenia: *Acherontem obibo, ubi mortis thesauri objacent*, i. e. circumjacent. Apud Festum *objacuisse* est antea jacuisse.

¶ Præjăcēre, vorbiegen, dafür liegen, entgegen stehen. Plin. lib. 3 cap. 4 *Oppida rara, præjacentibus stagnis.* Tacitus cum Accusativo junxit Annal. 12 cap. 36 n. 3, *Stetére in armis Prætoriæ cohortes, campo, qui castra præjacet.*

¶ Subjăcēre, unten oder drunter liegen. Plinius lib. 5 epist. 6 in pr. *Tusci* [villa Pliniana] *Apennino, saluberrimo montium, subjacent.*

¶ Subterjăcēre, idem. Alcimus Avitus lib. 1 v. 196
Hîc gens ardentem cœli subterjacet axem.

¶ Superjăcēre, drauf liegen. Celsus 8 cap. 9 *Cataplasma interdiu superjacebit.*

IĂCIO, jēci, jactum, jăcēre, werffen, legen: ut, *Jacere in sublime*, in die höhe treiben oder werffen, Plin. lib. 11 cap. 2. *Jacere fundamenta novæ domus*, Sueton. Caligul. cap. 22, einen grund legen. *Grammatica nisi fideliter oratori futuro fundamenta jecerit*, &c. Quintil. lib. 1 cap. 4. Cicero metaphorice dixit lib. 10 epist. 29 *Jeci fundamenta pacis*, den anfang machen zum frieden. *Jacere aleam*, wagen auf glück, wie es gerathen will, vide *Alea*. *Si crebro jacias, aliud jeceris*: ἂν πολλὰ βάλλῃς, ἄλλοτ' ἀλλοῖον βαλεῖς. Hoc est, *iterum atque iterum aliquid tentatum, feliciter aliquando cadet*: Quod Germani dicunt, geräth es nicht zum ersten, so geräth es doch zum andern mahl. ¶ 2. *Jacere verba* est loqui. Propert. lib. 2 eleg. 1 extr.
Taliaque illacrumans mutæ jace verba favillæ.

Et Ovid. 2 Fast. v. 590
Et jacit in medio talia verba choro.

Livius lib. 2 cap. 12 *Cum rex circumdari ignes minitabundus juberet, nisi expromeret propere, quas insidiarum sibi minas per ambages jaceret*: id est, loqueretur. ¶ 3. Apud Tacitum Ann. 4, 68, 5 *Jacere sermones*, est spargere rumorem, eine rede aussprengen. Aliquando id & absolute *jacere* significat. Livius lib. 6 cap. 14 de Manlio, *Thesauros Gallici auri occultari a patribus, jecit.* Sic & *jacere voces, contumelias, convicia*, &c. auswerffen, aufs tapet bringen, Tacit. Ann. 6, 46, 4, & 2, 55, 6, & Hist. 1, 47, 2. ¶ 4. Est & projicere. *Scuta jacere, fugereque*, Plautus Trinum. a. 4 sc. 3 v. 27.

¶ Jactus, a, um, geworffen, gelegt, gestreut. Virg. eclog. 6 v. 41 *Lapides jacti.* Idem Georg. 1 v. 104 *Jactum semen.* Cic. cont. Rull. 2 cap. 15 *Hunc quasi gradum quemdam atque aditum ad cætera jactum videtis*, dadurch ist der weg gebahnet. Vellej. 2, 65, 1 *Conditionum jacta mentio*, man hat vorschläge gethan.

¶ Jactus, ûs, nomen, ein wurff. Terent. in Adelph. a. 4 sc. 7 v. 20 *Si illud quod est maxime opus, jactu non cadit*, &c. so das der wurff nicht giebt. *Jactus fulminum*, Cicer. 3 Catil. cap. 8, das einschlagen des wetters. *Extra teli jactum esse*, Curtius lib. 3 cap. 10 pr. Et, *Ad teli jactum pervenerant*, ibidem cap. 11 pr. Virg. Georg. 4 v. 87 *Pulveris exigui jactu*, mit leichter mühe. conf. supra *Aconiti*.

¶ Jactio, ōnis, idem. Celsus 3 cap. 12 *Jactio & fœtor oris*, der auswurff.

¶ Jactūra, æ, ipse jaciendi actus, seu jactio proprie: deinde damnum a consequenti. Nam quæ abjicimus, eorum facimus damnum, schade, verlust, einbusse. Videturque maxime *jacturæ* vox ea significare damna, quæ jactis in mare mercibus facimus, ut ex tempestate servemus navem. Sallustius oratione postrema ad Cæsarem cap. 14 extr. *Videntur quasi magnæ navis onera esse, ubi salvi pervenire visi sunt: si quid adversi exortum est, de illis potissimum jactura fit: quia precii minimi sunt.* Et Seneca epist. 1 *Turpissima est jactura, quæ per negligentiam venit.* Vet. Gloss. *Jactura*, ἀποβολή, βλάβη, ἐκβολή, ζημία. *Facere jacturam*, schaden leiden: Cic. 2 de Fin. cap. 24 *Si jacturæ rei familiaris erunt faciundæ, labores suscipiendi, adeundum vitæ periculum; ne tum quidem te respicies.* Sed, *Afferre jacturam*, Columella lib. 1 cap. 1, schaden bringen. *Rei familiaris jactura*, Cæs. 7 Gall. B. cap. 64, quod Hirtius de B. Alex. cap. 49 pluraliter dixit, *jacturas & detrimenta rei familiaris*, sicut & Gell. lib. 2 cap. 27 *jacturarum damnorumque corporis contemtor.*

¶ Jacturalis, e, schädlich, verlustig. Gloss. lat. gr. *jacturale*, ἐπιζήμιον.

¶ Jacto, avi, atum, are, frequentativum, hin und her werffen, rütteln, schütteln; ut, *Jactare talos*, sicut Cicero 2 de Divin. cap. 21 *jacere talos* dixit, mit würffeln spielen. *Jactare faces ardentes in vicinorum tecta*, Idem de Arusp. R. cap. 18. *Jactare minas*, mit dräuworten um sich werffen, Idem pro Quintio cap. 14. Et, *Probra in aliquem jactare*, Livius lib. 29 cap. 9, schmähworte auf einen treiben. *Generosa verba jactare*, hoch reden, Seneca epist. 9. *Jactari tempestate, fluctibus, undis, æquore*, Virg. Æn. 1 v. 29 & 442, vom ungewitter hin und wieder getrieben werden. Vnde & *jactari* dicuntur, qui æstuant, animique dubii sunt. Plautus Trinummo a. 3 sc. 2 v. 59 *Nolo te jactari diutius.* ¶ 2. *Jactare*, est de aliqua re multum sæpiusque verba facere; item, ausschreyen, laut machen. Cic. Catil. 4 cap. 7 *Jactantur voces, quæ perveniunt ad aures meas*, &c. Zinzerling. Promulf. cap. 48 monuit inveniri *jaciuntur*; res eodem redit. Virg. eclog. 2 pr.
ibi hæc incondita solus
Montibus & silvis studio jactabat inani.

Cæsar lib. 1 de Bello Gallico cap. 18 *Sed, quod pluribus præsentibus eas res jactari nolebant, celeriter consilium dimittit.* Petronius: *Dum hæc taliaque jactamus, inhorruit mare.* IACTAMVS, id est, fabulamur, sermocinamur. Suetonius Augusto cap. 12 *Dicta factaque quorumdam calumniatus, quasi alii se puerum, alii ornandum tollendumque jactassent*: id est, subinde dixissent. ¶ 3. Hinc *jactare se*, est multum de se gloriose & ambitiosius dicere, cujus locutionis exempla passim exstant. Vnum sufficiat, quod simul syntaxin edoceat. Cic. Verr. 6 cap. 21 pr. *Jactat se jamdudum de Calidio.* Est & *jactare*, πομπεύεσθαι, id est, ostentare se, seu facere aliquid in oculis hominum, affectandæ gratiæ vel gloriolæ caussa, pralen, pravieren, sich sehen lassen. Cicero in Catilin. 2 cap. 9 *Sed tamen hi sunt coloni, qui se insperatis repentinisque pecuniis sumtuosius insolentiusque jactarunt.* Livius lib. 39 cap. 43 *Placentiæ famosam mulierem, cujus amore deperiret, in convivium accersitam scribit: ibi jactantem se scorto inter cætera retulisse*, &c. Silius lib. 12 v. 247
Haud secus Oceani rediens Cythereus ignis,
Cum sese Veneri jactat splendore refracto.

Juvenal. satyr. 1 v. 62
Ipse lacernatæ cum se jactaret amicæ.

¶ 4. *Jactare se*, etiam satagere est, & multum laborare in aliqua re, geschäfftig seyn. Cicero lib. 2 ad Fam. epist. 15 *Sed tamen ipsa Respub. mihi nihil est carius: in qua tu non valde te jactas.* Idem 4 in Catil. cap. 5 *Sancit in posterum, ne quis hujus supplicio levando se jactare, & in perniciem Reipubl. popularis esse possit.* Cælius lib. 8 ad Fam. ep. 10 *Curionem video se dupliciter jactaturum: primum, ut aliquid Cæsari adimat: deinde, ut aliquid Pompejo tribuat.* Sic, *Jactare ingenium*, Quintil. lib. 3 cap. 2. ¶ 5. *Jactare* est etiam projicere: ut, *Jactare pecunias suas*, Paulus Lege 25 pr. Dig. de probat. & præsumt. verschleudern.

¶ Jactans, tis, jactantior, pralend, ruhmredig. Plin. lib. 3 epist. 9 *Jactans & gloriosæ epistolæ.* Quintilian. lib. 11 cap. 1 *Commoveaturne quisquam ejus fortuna, quem tumidum ac sui jactantem videat.* Horatius Sat. 3 v. 50 *Jactantior hic paullo est.* Statius lib. 9 v. 559 *Multum ab jactantior.* Et apud Spartianum Hadriano cap. 17 *Jactantissimus amator.*

¶ Jactanter, adverb. cum ostentatione, ambitiose, pralerhafftig. Ammian. Marcell. lib. 27 cap. 2 *Minæ jactanter sonantes.* Tacitus lib. 2 Annal. cap. 77 *Periisse Germanicum, nulli jactantius mærent, quam qui maxime lætantur.* Et lib. 3 Histor. cap. 53 *Litteras ad Vespasianum composuit jactantius, quam ad principem.* Prudent. Hamartig. v. 170 *Ostentat jactantius.*

¶ Jactantia, das rühmen, die ruhmredigkeit. Quintilian. lib. 1 cap. 6 *Abolita atque abrogata retinere, insolentiæ cujusdam est, & frivolæ in parvis jactantiæ.* Et cap. 8 ejusdem libri sub fin. *Persequi, quod quisque vel contemtissimorum hominum dixerit, aut nimiæ miseriæ, aut inanis jactantiæ est.*

¶ Jactatus, a, um, geworffen, gerüttelt, hin und her getrieben; ut, *Terra jactata*, Virg. Georg. 2 v. 249. *Multum terris jactatus & alto*, Idem Æn. 1 v. 7. Et lib. IX v. 446 *jactati undis & turbine.* Et Livius 22 cap. 23 *Sæpius jactata in senatu re*, da man es offt erinnert und vorgetragen.

¶ Jactatus, ûs, nom., die bewegung; ut, *Jactatus maris*, apud Plin. 14 cap. 18, id est, agitatio; *pennarum*, Ovid. 6 Met. v. 703, ubi plur. *jactatibus*, das schwingen der flügel.

¶ Jactatio, ōnis, idem. Quando jactantiam notat, Cicero sic definit 4 Tusc. cap. 9, *Jactatio est voluptas gestiens, & se efferens insolentius.* Sic, *Jactatio eruditionis*, Quintil. lib. 1 cap. 5, prahlerey. ¶ 2.* *Jactatio* est captatio gratiæ & favoris, cum nonnulli summo studio populi amorem aucupantur. Eodem sensu Cicero pro Cluent. cap. 35 *jactationem popularem* dixit. Idem in Orat. cap. 3 *Eloquentia forensis jactationem habuit in populo.* Grævius. conf. Id. de Arusp. Resp. c. 20, & de Prov. Consul. cap. 1. ¶ 3. Proprie est concitatio, agitatio, die regung, bewegung, rütteln; ut, *Jactatio maris*, Cic. pro Muræn. cap. 2. Et, *Modica jactatio corporis*, Idem in Oratore cap. 25. *Jactatio lapidum*, Hyginus lib. 2 Astr. c. 28. *Jactatio vulnerum*, Curt. 6, 1, 5.

¶ Jactator, ōris, ein prahler, rühmer. Sueton. Claud. cap. 35 *Jactator civilitatis.* Quintilianus de Cicerone lib. 11 cap. 1 *Rerum a se gestarum major, quam eloquentiæ, in orationibus jactator.*

¶ Jactabundus, a, um, wallend; ut, *Mare jactabundum*, hoc est, tempestuosum, ungestüm, apud Gellium ineunte lib. 19. Ibidem lib. 15 cap. 2 *In græcæ facundiæ gloria jactabundus*, ruhmredig.

¶ Jactito, are, aliud frequentativum quod jactare. Liv. 7 c. 2 *Juventus*

inter

inter se more antiquo ridicula versibus jactitare cœpit, sie haben zu scher-
tzen angefangen.

¶ Jactitabundus, a, um, ruhmredig, großsprechend. Sidonius lib. 3
epist. 13 extrem. *Citra honestatis nitorem jactitabundi.*

[¶ Jactuosus, a, um, quod Nonius cap. 2 n. 473 &c. semel & iterum ex
Ciceronis ad Brutum Oratore cap. 36 inculcat, falsum est, cum MSti
libri omnes *Actuosus* illo loco exhibeant. vide Gruter.]

¶ Jaculum, Jaculor, &c. quære post composita ab *Jacio*.

Composita ab *Jacio* & *Jacto*:

¶ Abjĭcio, jēci, jectum, ĕre, hinwerffen, wegwerffen. *Cleombrotus, cum
ei nihil accidisset adversi, è muro se in mare abjecit, lecto Platonis li-
bro*, Cic. in Tuscul. lib. 1 cap. 34. *Abjicere se ad pedes alicui*, Idem
ad Attic. 4 epist. 2, einen fußfall thun. *Abjicere se in herbam*, sich ins
graß legen, Cicero de Orat. 1 cap. 7. *Humi se abjicere*, Plinius 21
cap. 13. *Abjicere se supplicem*, Cic. pro Milone cap. 36. *Abjicere arma*,
Idem 6 fam. ep. 2, vom krieg ablassen. *Abjicere spem*, desperare.
Abjicere curam, cogitationem, Cic. lib. 9 fam. ep. 20. *Consilium ædifi-
candi*, Idem 5 ad Attic. ep. 11, &, *voluntatem discendi*, nichts lernen
wollen, Idem 2 de Orat. cap. 33. *Abjicere famam ingenii*, den nahmen
eines gelehrten mannes nicht achten, Cic. 9 fam. ep. 16. *Abjicere obe-
dientiam*, nicht gehorchen wollen, Idem lib. 1 Offic. cap. 29.

¶ Abjectus, a, um, weggeworffen, weggeschmissen. *Abjecta extra val-
lum corpora ostentui*, Tacit. Annal. 1 cap. 29. *Abjectus in profluentem*,
Florus 1, 1, 2. *Abjectus in herbis olor*, Ovid. Heroid. 7 v. 1. Et Ho-
rat. 2 epist. 2 v. 141 *Sapere abjectis nugis.* ¶ 2. Sumitur pro neglecto,
victo fusoque & omni spe destituto, veracht, kleinmüthig, verzagt. Ne-
pos Attico cap. 11 *Atticus, qui pecuniam simul cum ceteris conferre
noluerat florenti parti, abjecto Bruto Italiaque cedenti, LLS centum
millia muneri dedit.* Sic, *Ipsi inter nos abjecti neglectique sumus*, Cic. 3
Fin. cap. 20. Et 3 Attic. epist. 2 *Plura scribere non possum, ita sum ani-
mo perculso atque abjecto.* Et Comp. *Animus abjectior*, Idem in Lælio
cap. 16. *Mæstioris & abjectioris animi esse*, Liv. lib. 10 cap. 6. Et,
Abjectissimum negotium, Valer. Max. lib. 3 c. 7 extern. 5. Et, *Abjectis-
simus homo*, Idem lib. 9 cap. 2 n. 2.

¶ Abjectè, adverb. verächtlich. Usus est Cicero in Tuscul. 2 cap. 23, *Hoc*,
inquit, *in dolore maxime est providendum, ne quid abjecte, ne quid ti-
mide faciamus*, aus kleinmüthigkeit und furcht. Gell. lib. 2 cap. 6 *In-
curiose & abjecte.* Comparative Dialog. de Orator. cap. 8 *Quo sordi-
dius & abjectius nati sunt.* Et, *Se abjectius projicere*, Ammianus di-
xit lib. 15 cap. 2.

¶ Abjectio, ōnis, die wegwerffung. Auct. ad Herenn. 1 cap. 6 *Abje-
ctio, adjectio, litterarum mutatio.* Cic. in Pison. c. 36 *Debilitatio at-
que abjectio animi tui*, deine kleinmüthigkeit.

¶ Adjicĕre, addere, zuwerffen, zusetzen, zugeben, hinzuthun. Cæs.
2 Bell. Gall. cap. 21 *Longius aberant, quam quo telum adjici posset.*
Horat. 4 od. 7 v. 17

Quis scit, an adjiciant hodiernæ crastina luci
Tempora Dii superi.

Animum ad aliquid adjicere, pro applicare, dixit Terent. in Eun. act. 1
sc. 2 v. 63, seinen sinn auf etwas werffen. *Oculum hereditati adji-
cere*, ein auge auf das erbe haben, Cic. in Verrem 4 cap. 15. *[illegible] ali-
quem locum imprudentiam oculorum adjicere*, Idem de LL. 2 c. 14. Poë-
tæ aliquando alterum J abjiciunt, & pro *adjicere*, *adicere* [illegible]icunt.
Martial. lib. 4 epigr. 54 *Nil adicit penso Lachesis.*

¶ Adjectus, a, um, beygefügt, hinzugethan. Horat. 3 od. 5 [illegible]3 *Ad-
jecti Britanni imperio.* Idem 2 epist. 2 v. 178 *Calabris saltibus adjecti
Lucani.*

¶ Adjectus, ûs, substant. die hinzuthuung, der zusatz. Vitruv. 9 cap. 9
Cuneorum adjectus aut exemtus. Lucret. 1 v. 689

Nostros adjectu tangere tactus.

¶ Adjectio, ōnis, idem. Tac. Hist. 1, 78, 1 *Familiarum adjectiones.* Li-
vius lib. 1 cap. 30 *Res Romana adjectione populi Albani a[illegible].* Idem
lib. 38 cap. 15 *Illiberalis adjectio*, eine geringe zugabe. Symmach.
lib. 6 epist. 9 *Molitionibus novis aliquot pedum ultra ædificia adjectio-
nem permittere*, weiter hinaus bauen lassen. Et Leg. 4 Dig. pr. de
Except. rei judic. *Nulla adjectione diminutioneque facta*

¶ Adjectamentum, i, idem. Lege 242 Dig. de Verb. signif. *Artemo
magis adjectamento, quam pars navis est.*

¶ Adjectivus, a, um, beykommend: ut, *Nomen adjectivum*, quod pro-
priis vel adpellativis, ad exprimendam qualitatem [illegible]orum, adjicitur.
Macrob. Saturn. 1 c. 4 *Adjectivum Græci ἐπίθετον [illegible]cant.*

¶ Adjicialis, e, idem. Sic *Adjiciales cœnæ* sacerd[illegible]m ideo diceban-
tur, quod in iis multa extra ordinem, ultraque ju[illegible] fercula adjiceren-
tur, ein ehrenmahl. Ita Beroald. Sed rectius [illegible]liger Conjectan. in
Varron. *Adjicialis*, inquit, *erat, quoties aut inaugurandi alicujus gra-
tia, aut propter aliud quid, puta publicam letitiam, indicebatur epu-
lum. Idque dicebatur*, epulum, *aut* cœnam a[illegible]cere. Tac. Annal. 2
*Rhescuporis sanciendo, ut dictitabant, fœderi [illegible]NVIVIVM AD-
JICIT, tractaque in multam noctem leti[illegible] per epulas ac vinolen-
tiam*, &c. Hæc ille. vide & Senecam epist. [illegible] post medium: & Dale-
champ. ad Plin. 10 cap. 20, & lib. 29 cap. 4. Argute J. Lips. lib. 4 de
Magnit. Rom. cap. 9 *Aditiales* scribend[illegible] contendit, sic dictas,
quod in *aditu honoris* dari solitæ, &c. [illegible]tæ alias & *adipales* & *pon-
tificales*, secundum Macrobium. *Adi[illegible]s* quidem à lautiore ad-
paratu; *Pontificales* ab illis, qui exhibe[illegible]

¶ Amicio, (quod huc pertinet; est enim [illegible]am & *jacio*, quasi circum-
jicio,) vide in A.

¶ Coadjicio, ĕre, una adjicere, zusammen hineinthun. Columella lib. 12
c. 21 *Coadjicitur in binas urnas.* Ita [illegible]nes libri.

¶ Superadjĭcio, ĕre, noch hinzuthun. Apicius lib. 7 cap. 4 *Ubi offella
coctæ fuerint, superadjicitur bis in [illegible]positis hæc conditura*, &c. Pro-
sper Aquitanicus de Providentia v. [illegible]

Sed superadjecta est generi odia sancto.

¶ Circumjăcere, & Circumjicĕre, à [illegible] herum werffen. Livius 33 c. 18
[Grut. cap. 2] *Postquam lævo latere nudato circumjacere hastas in
venientem ex transverso hostem cœ[illegible]i sunt.* Et lib. 35 cap. 4 fin.

*Consul sarcinas in medium conjici jussit, & triarios vallum circum-
jicere.*

¶ Circumjectus, a, um, herumgeschlungen, umgeben. Cæs. B. G. 2 c. 6
Circumjecta multitudo mœnibus. Livius lib. 9 c. 28 *Ædificia circum-
jecta muris.* Curtius lib. 3 cap. 1 *Circumjectos rigat campos*, id est, cir-
cumjacentes, die herumliegende felder.

¶ Circumjectus, ûs, subst. pro Circumjectione, der umkreiß, die um-
gebung. Tertullianus de Pallio cap. 5 *Id ex uno circumjectu li-
cet*, &c.

¶ Circumjectio, ōnis, idem. Arnobius lib. 2 p. 73 de animabus:
*Habitare jussæ sunt has partes, & humani corporis circumjectione
vestiri.*

¶ Conjĭcĕre, zusammen werffen, zuwerffen. *Tela in hostem conjicere*,
Liv. lib. 2 cap. 10, & Cæs. 2 B. Gall. c. 27, auf den feind zustürmen.
Conjicere in vincula, carcerem, Cicer. 7 in Verr. cap. 7, in den thurn
hinwerffen. *Conjicere se ad fugam*, Idem pro Cælio cap. 27. Et,
Hostes in fugam conjicere, Cæsar lib. 3 Bell. Gall. cap. 6, den feind in
die flucht schlagen. *In pedes se conjicere*, sich aufmachen, und davon
lauffen, Terent. Phorm. a. 1 sc. 4 v. 13. *Conjicere in lætitiam aliquem*,
Idem Heaut. a. 2 sc. 3 v. 51, einen erfreuen. Et, *Conjicere se in malum*,
sich in unglück stecken, Id. Hecyr. a. 1 sc. 2 v. 57. *Conjicere oculos in aliquem*,
Tac. Hist. 1 cap. 17, einen ansehen. *Conjicere in aliquem culpam, caus-
sam*, die schuld auf einen werffen. Hirtius de B. Alexandr. cap. 49 *In
gregem locupletum simultatum caussæ conjiciebantur.* ¶ 2. *Conjicere*,
abnehmen, muthmassen, Terent. Heaut. a. 1 sc. 1 v. 11 *Annos sexa-
ginta natus es, aut plus eo, ut conjicio*, wie ichs dafür halte. Et Cicer.
de Clar. Orat. cap. 14 *Ex oraculo acute arguteque conjicere.* ¶ 3. *Con-
jicere alicui somnum*, est conjiciendo interpretari, träume deuten
und auslegen. Tota enim ars conjecturis tantum, non demonstratio-
nibus nititur. Plautus Curcul. a. 2 sc. 2 princ. *Mane sis, dum huic con-
jicio somnum.* Hinc *Conjector* somniorum interpres: & *Conjectio* ipsa
interpretatio somniorum, de quibus postea.

¶ Conjectus, a, um, geworffen, gesteckt. Virg. Æneid. 9 v. 698 *Conjecto
spiculo aliquem sternere.* Ter. Andr. a. 4 sc. 1 v. 44 *Conjectus in nu-
ptias.* Sen. epist. 9 *Conjectus in vincula, in custodiam*, ein gefangener.
¶ Item, errathen, gedeutet. Cic. de Divin. 2 c. 31 *Non tam mirabilia
sunt, quam conjecta belle.* Sic, *male conjecta, maleque interpretata*:
Idem de Div. 1 c. 52.

¶ Conjectus, ûs, ein wurff, nomen verbale, quo sæpe Lucretius, ali-
quando & Quintilianus usus est: etiam Corn. Nepos in Pelopida c. 5
Conjectu telorum confossus est. Liv. lib. 28 cap. 14 *Cum nondum ad teli
conjectum venisset.* Curt. 9, 7, 25 *Conjectum oculorum ferre non posse*,
sich ungern ansehen lassen.

¶ Conjectio, ōnis, idem. Cic. pro Cæcin. c. 15 *Conjectio telorum.* ¶ 2.
pro Conjectura; ut, *Conjectio somniorum*, Cic. 2 de Divin. cap. 63, die
muthmassung oder deutung der träume.

¶ Conjector, ōris, qui conjicit. ¶ Item divinator, vates, μάντις, ein
wahrsager, zeichendeuter. Plautus Amphitr. a. 5 sc. 1 extr. *Ego Tire-
siam conjectorem advocabo, & consulam.* Præcipue vero hoc nominis
de interpretibus somniorum sumebatur, ut apud Ciceronem lib. 2
Divinat. c. 65 *Defert ad conjectorem quidam, somniasse se* &c. Vet.
Gloss. *Conjector*, ὀνειροκρίτης. Item: ὀνειροκρίτης, *conjector, somni
solutor, somniorum interpres.* Quintilianus lib. 3 cap. 6 *Conjectura
dicta est à conjectu, id est, directione quadam rationis ad veritatem.
Unde etiam somniorum atque ominum interpretes, CONJECTO-
RES vocantur.* conf. Festus.

¶ Conjectrix, īcis, fœmin. a Conjector, eine wahrsagerin. Plaut. Mi-
lite a. 3 sc. 1 v. 99 *Conjectrici, hariolæ, aruspicæ.*

¶ Conjectoria, æ, scilicet ars, die zeichendeuterey, wahrsagerkunst; ut,
Conjectoriam exsequi, Sarisb. 2 c. 17.

¶ Conjectūra, æ, die vermuthung, muthmassung. *Conjecturâ augurari*,
rathen, Cic. ad Att. lib. 2 ep. 9. *Conjecturam facere*, *Conjecturam ca-
pere*, abnehmen, Ter. Andr. a. 3 sc. 2 v. 32, & Heaut. a. 2 sc. 3 v. 25. *Con-
jectura assequi*, errathen, Cic. in Verr. 5 c. 25. *Aliquid conjectura pro-
spicere*, vermuthen, Idem pro Dom. c. 5. *Nihil conjectura aberrare*,
mit seinen gedancken es treffen, kein falscher prophet seyn, Idem ad Att.
14 epist. 22. *Conjectura me ducit*, ich habe die vermuthung, Idem lib. 9
fam. ep. 2. ¶ Item, interpretatio somnii. Plaut. Curcul. a. 2 sc. 1 extr.

Potin' conjecturam facere, si narrem tibi,
Hac nocte quod ego somniavi dormiens.

¶ Conjecturalis, e, vermuthlich, ungewiß: ut, *Caussæ conjecturales*,
Cic. Topic. c. 11 extr. sachen, darinnen man nach vermuthen urtheilet.
Status conjecturalis, cum de facto controversia, wenn die that geleug-
net wird, und auf vermuthungen stehet, Idem Topic. c. 25. Et, *Conje-
cturales artes*, quæ fine suo sæpe carent, quod incertæ sunt & sine
fundamento, Celsus præfat. lib. 1.

¶ Conjecturaliter, adverb. idem. Sidon. 8 epist. 11 *Conjecturaliter
gestum.*

¶ Conjectūro, are, est conjecturam facere, colligere, rathen. Seneca
Quæst. Nat. lib. 7 c. 29 *Nobis conjecturare illa tantum in occulto licet.*
Sed jam olim Joh. Obsopœus observavit, e manuscriptis legendum
esse, *& conjectura ire in occulta tantum licet*: quod etiam editione
Amstelodamensi, Gronovio accurante, expressum est. Sic etiam no-
ster 2 Quæst. Nat. cap. ult. *cum imus per occulta naturæ.*

¶ Conjectare, frequentativum, idem quod conjicere, muthmassen.
Terent. in Eunuch. act. 3 sc. 4 v. 5 *Neque scio quid dicam, aut quid
conjectem*, wofür ichs halten soll. Tac. Ann. 14, 51, 1 *Valetudo ex eo
conjectabatur.* ¶ Item, werffen. Gellius 7 cap. 19 *Aliquem in carce-
rem conjectare.*

¶ Conjectatio, ōnis, die muthmassung. Plinius lib. 10 c. 75 *Somnii quæ-
stio non obscuram conjectationem habet.*

¶ Conjectatorius, a, um, das in muthmassungen bestehet: ut, *Conjecta-
toria argumenta*, Gell. lib. 14 c. 3.

¶ Conjectanea, orum, miscella & adversaria notant sive libros, in
quos conjectationes nostras referimus, verzeichnisse. Gellius præ-
fat.

fat. & alibi; v. g. lib. 6 cap. 2 *Alfenus in Conjectaneorum libro secundo*, &c.

¶ Conjectarium, i, quod conjici facile potest, das man errathen kan. Onomasticum vetus: *Conjectarium*, ἐυςοχον. Et Cicero apud Nonium c. 2 n. 175 *Illud vero minime conjectarium.*

¶ Dejicĕre, abwerffen, abstossen. *Jugum servile a cervicibus dejicere*, Cic. 1 Philipp. c. 2, das joch vom halse abschütteln, von sich werffen. *Dejicere vultum, oculos*, die augen niederschlagen, Seneca epist. 11. *Pudor dejicit vultus*, Valerius in Argonaut. lib. 7 v. 514. At, *a republica oculos dejicere*, Cic. principio Philipp. 1, est curam illius abjicere, nicht achten. *Dejicere alvum*, Cato de R.R. cap. 156, sich leichter machen. *Dejici de gradu, honore, dignitate, possessione*, seines amts, seines gutes entsetzet werden, Cic. de Off. 1 c. 23 &c. *Dejici de sententia*, Idem 2 Tusc. cap. 5, von seiner meynung abgetrieben werden. *Dejicere præsidium*, Idem Philipp. 8 cap. 2, i. e. depellere, expugnare. At, *Locò quem dejicere*, est, de gradu turbare, einen aus seinem lager oder stande treiben: Quadrigarius apud Gell. lib. 9 cap. 13 *Manlius scuto scutum percutit, atque de loco certo hominem iterum dejicit.* Et, *Dejicere feram*, sternere est, ein wild fällen. Hinc

¶ Dejectus, a, um, gefällt, niedergelegt. Curt. lib. 7 cap. 1 *Ille quatuor millibus ferarum dejectis in eodem saltu cum toto exercitu epulatus est.* Phædrus lib. 2 fab. 2 *Super juvencum stabat dejectum leo.* ¶ Hinc & *Dejectus*, pro victo atque pro mortuo ponitur, erlegt. Nepos in Thrasybulo: *In secundo prælio cecidit Critias, dux tyrannorum, cum quidem adversus Thrasybulum fortissime pugnaret. Hoc dejecto, Pausanias venit Atticis auxilio.* Cæsar lib. 1 de Bello Civ. cap. 46 *Paucisque dejectis reliquos se convertere cogunt.* Lucan. lib. 2 v. 654

tot oppressæ dejectis hostibus arces.

Cómparativo Tertull. lib. 1 adv. Marc. c. 6 usus est: *Neutrum altero sublimius aut dejectius est.* Et Ambrosius epist. 24 sub finem: *quo ipse dejectior fieret aut minor esset.* Sed & Solinus cap. 43 *Hyacinthus perspicuitate dejectior.*

¶ Dejectus, ûs, subst. die niederwerffung. Livius lib. 9 cap. 2 de Furculis Caudinis: *angustias dejectu arborum septas invenêre*, sie funden den wald verhauen. Et Silius lib. 12 v. 189

Nec - - armorumque virûmque
Dejectum sperare valet.

¶ Dejectio, ōnis, die stürtzung, fällung. Cic. pro Cæcin. cap. 20 *Vim dejectionemque facere.* ¶ Item inter pœnas militares *Dejectio*: Lege 3 § 1 Dig. de re militari, refertur *Gradus dejectio*, i. e. mutatio militiæ in deteriorem, quod ibidem § 5 dicitur: *gradu militiæ dejicitur.* Sed, *Dejectio alvi*, apud Celsum sæpe, & absolute *Dejectio*, lib. 4 cap. 14 pr. qui & in præfat. habet *Dejectionibus laborare*, durchfall haben.

¶ Dejectiuncula, æ, der stuhlgang, apud Scribon. Larg. c. 9 compos. 52 extr.

¶ Dejectare, frequentat. stürtzen, herabwerffen. Tertullian. de Pallio c. 4 *Non erat satis animi tumens Macedo, nî illum etiam vestis inflatior dejectasset.*

¶ Indejectus, a, um, non dejectus, stehend. Ovid. 1 Metamorph. v. 288 *Domus indejecta*, nicht nieder geworffen.

¶ Disjicĕre, von einander werffen, zerstreuen, einreissen. Nepos 20, 3, 3 *Arcem a fundamentis disjecit.* Idem 25, 8, 4 *Consensionis globus hujus dissensione disjectus est.* Virg. Æneid. 1 v. 70 *Disjicere corpora ponto.* Idem Æneid. 7 v. 339 *Disjice compositam pacem.* ¶ *Dissicio* non *Disjicio* scribendum esse, contendit Pareus ad Plauti Curcul. a. 3 sc. 1 v. 54, & in Lex. Crit. p. 371.

¶ Disjectus, a, um, zerstreut, umgeworffen: ut, *Copiæ disjectæ*, Nepos 1, 2, 1. *Mœnia disjecta*, Idem 20, 3, 2. Virg. 1 Æn. v. 128

Disjectam Æneæ toto videt æquore classem.

Sic, *Agmina disjecta*, ein zertrennetes kriegs-volck. Tacitus lib. 2 Annal. cap. 45 *Diriguntur acies pari utrinque spe, nec, ut olim apud Germanos, vagis incursibus, aut disjectas per catervas.*

¶ Disjectus, ûs, subst. dispersio, die zerstreuung. Lucretius lib. 3 v. 941

Major enim turbæ disjectus materiai
Consequitur letho; i.e. atomorum dissipatio.

¶ Disjectare, frequentativum, zerschmeissen. Lucret. 2 v. 553

Disjectare solet magnum mare transtra, carinas.

Vsus etiam Ammianus est lib 16 c. 4.

¶ Ejicĕre, est expellere, extrudere, ausstossen, auswerffen. *Ejicere navem in terram.* vide *Navis.* Ovid. lib. 5 Trist. eleg. 6 v. 13

Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes.

Et, *Ejicere ex animo*, Cic. pro S. Rosc. c. 19, aus dem sinn schlagen.

¶ Ejectus, a, um, qui ex naufragio in litus appulit, ausgeworffen. Terent. in Andr. a. 1 sc. 3 in fine:

navem is fregit apud Andrum insulam,
Is obiit mortem, ibi tum hanc ejectam, Chrysidis
Patrem recepisse orbam, parvam.

Idem act. 5 sc. 4 v. 20

Atticus quidam olim navi fracta ad Andrum ejectus est,
Et istæc unà parva virgo.

Seneca epist. 9 *Ejectus in desertum litus.* Lucret. 4 v. 920 *Anima perturbata ejectaque foras.*

¶ Ejectus, ûs, subst. die heraustreibung. Lucret. 4 v. 957 *Animai altior atque largior ejectus.*

¶ Ejectio, ōnis, expulsio, die verstossung, verjagung. Cic. lib. 2 ad Attic. epist. 18 *Tenemur undique, neque jam, quo minus serviamus, recusamus: sed mortem & ejectionem, quasi majora timemus, quæ multo sunt minora.*

¶ Ejectiuncŭla, æ, eine kleine auswerffung. Marcell Emp. c. 10 *Ad ejectiunculas facere.*

¶ Ejectare, frequentativ. herauswerffen. Ovid. 5 Metam. v. 353 *arenas ejectat.* Silius lib. 10 v. 277

manantem ex ore cruorem
Ejectans consul.

Et eodem lib. v. 320

Sangineus tumidis in campos Aufidus undis
Ejectat, redditque furens sua corpora ripis.

¶ Ejectātus, a, um, herausgeworffen. Ovid. lib. 2 Metam. v. 231 *Ejectata favilla.*

¶ Ejectamentum, i, auskehricht, ausschuß: ut, *Succinum ejectamentum maris est*, agtstein wirfft das meer aus, Tacitus de Germania cap. 45. Etiam Apuleius Apolog. p. 297 *maris ejectamenta* dixit.

¶ Ejectitius, a, um, quod vel ejicit, vel ejectum est, auswerffend. Plin. 11 cap. 37 sect. 84 *Vulva ejectitia.*

¶ Injicĕre, hinein werffen. Terent. in Andr. a. 1 sc. 1 v. 113 *Quæ sese voluit in ignem injicere, servavi*, ins feuer stürtzen. *Injicere se in medios hostes, in medium agmen*, sich mitten unter die feinde wagen, Virgil. 2 Æneid. v. 408. *Cogitationem alicui injicere*, Cicero ad Att. lib. 7 ep. 3, einem gedancken machen. Sic, *Curam, formidinem, terrorem, suspicionem, scrupulum*, Cicero, Terent. Nepos. *Injicere manum alicui*, Livius lib. 3 cap. 44, &, *in aliquem*, Plaut. Truc. a. 4 sc. 3 v. 49, hand anlegen. Servius ad illud Virg. 10 Æn. v. 419

Injecêre manus Parcæ &c.

Vsus est, inquit, *sermone juris. Nam* MANVS INIECTIO *dicitur, quoties non exspectata auctoritate judicis, rem nos debitam vindicamus.* Propert. lib. 4 eleg. 6 extr.

Sic noctem paterâ, sic ducam carmine, donec
Injiciat radios in mea vina dies.

¶ Injectus, a, um, beygebracht, drauffgedeckt. Nepos 7, 3, 3 *Timor injectus multitudini.* Idem 17, 8, 2 *pellis injecta.* Cic. de Divin. 1 c. 27 *Interfectus in plaustrum conjectus & supra stercus injectum.* Idem pro Cluent. cap. 28 *Hic tum injectus est hominibus scrupulus.*

¶ Injectus, ûs, subst. die decke, der zuwurff. Plin. 8 cap. 16 *Levi injectu operto capite.* Arnob lib. 1 *Oculorum injectum suscipere.*

¶ Injectio, ōnis, der anwurff, angriff. Seneca de Constantia sapientis cap. 5 de Stilpone philosopho: *Habebat secum vera bona, in quæ non est manus injectio*, da niemand einen angriff thun darff. *Injectiones* quoque eleganter vertit Tertullianus de Pudic. cap. 13 Diaboli νοήματα, sive insidiosas machinationes, 2 Corinth. 2 v. 11.

¶ Injectare, frequentativum, apud Statium legitur in lib. 9 Theb. v. 133,

Ausus erat furto dextram injectare.

Et Silius Italicus lib. 3 v. 183 *Jamque videbatur dextram injectare.*

¶ Subinjicĕre, von unten zuwerffen. Seneca Controvers. 13 pr. *Subinjecta manu satelles: Quid moraris? inquit.*

¶ Superinjicĕre, drüber her werffen. Plin. 17 c. 20 *Terra superinjecta duorum digitorum crassitudine.* Ovid. 8 Metam. v. 640

Quo superinjecit textum &c.

¶ Interjicĕre, darzwischen werffen: *Spatio interjecto*, Cæs. 3 B. Gall. c. 4. Et, *Paucis interjectis diebus*, Livius lib. 1 c. 58. Rursus Cæsar 1 Bell. Civil. cap. 73 *Crebras stationes disponunt equitum, legionariasque interjiciunt cohortes*: quod Tacito lib. 3 Hist. c. 79 est *interjectus equiti pedes*, qui ad alias etiam res non inscite transtulit, ut, *interjicere moram*, ibid. cap. 81. *preces, minas*, Idem Annal. 1 cap. 23.

¶ Interjectus, ûs, subst. die darzwischenstellung, oder setzung: ut, *Luna interpositu interjectuque terræ deficit*, Cic. 2 Nat. Deor. cap. 40 extr. Sic, *Interjectu temporis*, Tacit. 3 Annal. cap. 51. *paucorum dierum*, ibid. cap. 67. Et, *noctis*, lib. 6 cap. 39.

¶ Interjectio, ōnis, idem; ut, *interjectio verborum*, Quintil. 8 c. 2.

¶ Objicĕre, entgegen werffen, fürschieben, fürwenden. Horat. lib. 1 epist. 15 v. 62 *Noctem peccatis, & fraudibus objice nubem.*

Objicere caput suum furori atque ferro alicujus, Cic. pro Domo cap. 57. Sed, *Objicere aliquid alteri*, criminis loco, est exprobrare, aufrücken, vorwerffen: Cic. 1 Tusc. c. 2 *In qua* [oratione Cato] *objecit, ut probrum, Marco Nobiliori.* Hinc

¶ Objectus, a, um, vorgeworffen: ut, *Diluere objecta*, Quintil. lib. 4 c. 2. Et, *Objecta spe*, id est, injecta, Tacit. Ann. 4 c. 60.

¶ Objectus, ûs, masc. & substant. objectio, die entgegen stossung, hinderung; ut, *Objectu montis*, Tacit. Ann. 4 cap. 67. Et, *paludis*, Idem Hist. 3 cap. 9. Et, *molis*, lib. 5 Hist. cap. 14. Et pluraliter, *molium*, Idem lib. 14 cap. 8. conf. Virg. Æneid. 1 v. 164, & Nepos 23, 5, 2.

¶ Objectio, ōnis, ein einwurff, einrede, vorwurff. Ambrosius ep. 27 ad Valentinianum Imperatorem de legatione sua ad Maximum tyrannum: *Vtinam hoc meum esset, objectionem non timerem, non vererer criminationes tuas.* Et epist. 84 *Omnem illam objectionem repellamus.*

¶ Objectare, frequent. idem quod objicere; ut, *caput objectare periclis*, Virgil. 2 Æneid. v. 751, sich in gefahr wagen. *Aliquem dolo & casibus objectare*, Tacit. Ann. 2 cap. 5. Et, *Probrum alicui objectare*, Cic. pro Domo cap. 29, einem was vorwerffen.

¶ Objectatio, ōnis, der vorwurff. Cæsar 3 B. Civ. c. 60 *Idque ita esse, cum ex aliorum objectationibus, tum etiam ex domestico judicio atque animi conscientia intelligebant.*

¶ Objectāculum, i, idem. Varro 3 de Re Rust. cap. 17 pro mole aquas cohibente vel admittente, der tamm.

¶ Objectamentum, i, idem. Apul. principio Apolog. *objectamenta jurgio prolata*, vorwürffe.

¶ Objectāmen, ĭnis, idem. Vet. Gloss. *Objectamen*, ἔγκλημα.

¶ Ŏbex, ŏbĭcis, & ŏbjĭcis poëtice, significat pessulum & cujuscunque rei obstaculum seu objectionem, ab *objiciendo* dictus, ein riegel, oder fürschub, oder das schloß, sunt *lignei, ferrei, ærei obices*, ut ostendit Casaubonus ad Æneam Tacticum p. 53. *Firmo objice portas claudere*, Ovid. Metam. 14 v. 780. Quamvis frequentissime apud auctores in masculino genere legatur *Obex*, tamen in fœminino etiam reperitur. Virg. Æneid. 10 v. 377

Ecce maris magna claudit nos objice Pontus.

Vbi Servium vide. Plinius Panegyrico Trajani c. 47 *Nullæ obices, nulli contumeliarum gradus.* Iterum Virg. Georg. 2 v. 480 *Objicibus ruptis.* v. Gell. 4 cap. 17.

¶ Porricere, quod huc non pertinet, vide suo loco.

¶ Præjicĕre, entgegen setzen. Columella 8 cap. 17 *Mox præjiciuntur in gyrum moles.*

¶ Projicĕre, für sich werffen, hinwerffen: ut, *Arma projicere*, Hirt. 8 B. Gall.

B.Gall. cap. 29, die waffen wegschmeissen. *Diogenes projici se jussit inhumatum*, Cicer. 1 Tuscul. cap. 43. Et, *Foras projicere*, Idem 2 in Catilin. cap. 1. *Ad pedes alicujus se projicere*, Idem pro Sextio cap. 11, einen fußfall thun. Horat. in Arte Poëtica v. 97

Projicit ampullas, & sesquipedalia verba.

id est, abjicit, ἀποβάλλει, negligit magnifice loqui, & verbis minoribus utitur, &c. gelinde säyten aufziehen. Contra Seneca epist. 10 *Magno animo quedam verba projicere*, hertzhafft reden. Virg. 6 Æn. v. 436

lucemque perosi
Projecere animas.

i. e. profuderunt vitam, sine ullo ejus servandi studio, tamquam rei vilis & odiosæ. Sic, *aliquem projicere*, est negligere, nullam ejus rationem habere ac curam. Cæsar 1 de Bello Civil. cap. 30 *Queritur in concione, se projectum & proditum a Pompejo.* Et lib. 2 cap. 32 *Nonne extremam pati fortunam paratos projecit ille?* Lucanus 4 v. 516

Projeci vitam comites, tutusque futuræ
Mortis agor stimulis.

¶ Projectus, a, um, extensus, außgestreckt, außgereckt: ut, *Projectum brachium*, Cic. 3 de Orat. cap. 59. *Projecta atque eminens audacia*, Idem pro Cluent. cap. 65. *Projecta & effrenata cupiditas*, h. e. impudens, eine öffentliche und verwegene kühnheit, Idem pro Dom. c. 44. Comp. usus est Prudentius Romano v. 153

Quid esse vobis æstimem projectius?

Superlativo Tacitus 5 Hist. cap. 5 *Projectissima ad libidinem gens.*

¶ *Projectum* quid vocent in navibus JCti, vide l. 242 § 1 Dig. t. 16 de Verb. Sign. & mox in *Projectura*.

¶ Projectè, adverb. Tertull. de Pudicit. cap. 13 *Apostolus vero eam sceleratam libidinem tam projecte ignovisset?*

¶ Projectio, ōnis; ut, *Brachii projectio*, Cic. in Orat. cap. 18, das aufwerffen des arms.

¶ Projectus, ûs, substantivè, idem. Plin. lib. 17 cap. 12 *Projectu frondis defenduntur.*

¶ Projecto, are; Plaut. Bacch. a. 3 sc. 5 v. 38 *Tuis me projectas probris.* Alii *prolectas*, id est, provocas, legunt, id quod forsitan rectius est. vide Lambinum in h. l.

¶ Projectītius, a, um, hingeworffen; ut, *projectitius infans*, ein findling: Plaut. argum. Cistell. Et Palladius quidam epistola ad Romanum apud Ammian. Marcellinum lib. 28 cap. 37 *Salutat te*, inquit, *Palladius projectitius; qui non aliam ob caussam dicit se esse projectum, nisi quod* &c.

¶ Projectōrius, a, um, hinwerffend. Macer 4 cap. 1 *Herbæ totius est projectoria virtus.* Th. Priscian. de Diæt. cap. 15 *Projectoriam vim participare.*

¶ Projectūra, æ, ein ausladen, vordach, apud Vitruvium lib. 3 cap. 2 &c. was am dache oder wand fürgehet, um der trauffen willen. Cujusmodi prominentiæ, *Coronæ* etiam dicuntur: etiam *projecturæ coronarum*, lib. 2 cap. 8. JCti *Projecta* vocant. vide Hotomann. lib. 2 Respons. amicabilium cap. 30.

¶ Rejicĕre, zurück werffen. Cæsar 1 Bell. Gall. cap. 46 *Suis imperavit, ne quod omnino telum in hostem rejicerent.* Terent. in Andr. a. 1 sc. 1 v. 109 *Rejicit se in eum quàm familiariter*, sie drücket sich an ihn. ¶ 2. Est & idem quod repellere, abjicere, zurück treiben, verstossen, verwerffen. Ovid. Metam. 9 v. 512

Ergo ego quæ fueram non rejectura petentem.

Est & verbum nauticum: Cicero Tusc. Quæst. extr. lib. 1 *Quo utinam velis passis pervehi liceat. Sin restantibus ventis rejiciemur, tamen eodem paullò tardius referamur necesse est.* ¶ 3. Item remittere, vel differre, aufschieben. Cic. lib. 2 ad Quint. frat. epist. 1 *Habes acta unius diei: reliqua, ut arbitror, in mensem Januarium rejicientur.*

¶ Rejectus, a, um, zurück geschlagen. Virg. Æn. 11 v. 630 *Rutuli bis rejecti respectant.* Terent. Heaut. a. 2 sc. 3 v. 49 *Capillus passus, prolixus, circum caput rejectus negligenter.* Liv. 39 cap. 3 *conquesti apud senatum rejectique ad consulem*, zurück gewiesen. Cæsar 5 de Bello Gallico cap: 5 *Ibi cognoscit XL naves, quæ in Meldis factæ erant, tempestate rejectas, tenere cursum non potuisse*, der wind hätte die schiffe anders wohin getrieben.

¶ Rejectus, ûs, subst. die zurückschlagung, auswerffung. Celso *vomitus* est. Usus & Hyginus lib. 3 Astr. cap. 36 in Argo nave, quamquam lectiones & judicia doctorum ibi variant. Adi Munckerum.

¶ Rejectio, ōnis, ipse actus rejiciendi, qui tam varie, quam ipsum verbum *rejicere*, explicari potest; e. g. *Rejectio judicum*, Cic. 2 Verr. c. 6, die verwerffung. *Rejectio in alium*, Idem 3 de Orat. cap. 53.

¶ Rejectare, zurücke treiben. Lucret. lib. 2 v. 330 *Montes clamore icti rejectant vocem*, wiederschall geben. Et Virgil. Æn. 5 v. 470 *Ore rejectare cruorem*, blut auswerffen.

¶ Rejectatio, ōnis, die auswerffung. Solin. cap. 5 secundum Salmasium: *æterna rejectatione terram terra evomit.*

¶ Rejectāneus, a, um, quod ut malum rejicitur, verwerfflich, außgemustert. Cic. 4 de Finibus cap. 26 *Illa non appello mala, sed rejectanea.*

¶ Rejiculus, a, um, idem; ut, *Oves rejiculæ*, quæ aut ætate defectæ, aut morbo tentatæ, minus aptæ ad fœturam sunt, ideoque rejiciuntur, mertz-schafe. Varro in Catone, sive de Liberis educandis apud Nonium cap. 2 n. 757 *Et ut in grege opilio oves minus idoneas removere solet, quas omnes REJICULAS appellat*, &c. Idem lib. 2 de re rustica cap. 1 *Præterea scire oportet in grege, quot fœminas habeat, quæ parere possunt, quot arietes, quot utriusque generis soboles, quot REJICULAE sunt alienandæ.* Seneca de Brevitate vitæ cap. 8 *Dispunge, inquam, & recense vitæ tuæ dies, videbis paucos admodum & rejiculos, apud te resedisse.* Quos *rejiculos dies* dixerit, lib. 7 Quæst. Natur. c. 32 docet.

¶ Rejectitius, a, um, auswerffend. Scriban. de Pass. Chr. cap. 3 *Nauseabundus & rejectitius stomachus.*

¶ Subjicĕre, unterwerffen: ut, *Ignem subjicere*, Virgil. 5 Æn. v. 104. *Imperio alicujus se subjicere*, Cic. 2 Offic. cap. 6, sich unter eines gewalt ergeben. *Subjicere oculis*, Livius lib. 3 cap. 69, unter augen stellen, ansehen. *Subjicere caussam, exemplum, rationem*, ursach setzen, anführen. Terent. in Phorm. a. 2 sc. 3 v. 40 *Subjice*, hoc est, suggere, in memoriam redige, erinnere mich dran. ¶ 2. Ponitur etiam pro subornare, abrichten. Cæsar lib. 1 de Bello Civili cap. 33 *Subjicitur etiam L. Metellus Trib. Pl. ab inimicis Cæsaris, qui hanc rem distrahat.* Suetonius Nerone cap. 35 *Occidit sub crimine adulteriorum, adeo impudenti falsoque, ut in quæstione pernegantibus cunctis Anicetum pædagogum suum indicem subjecerit, qui dolo stupratam a se fateretur.* ¶ 3. Suetonius absolute, *subjicere*, pro *hastæ subjicere*, Caligulâ dixit c. 38, feil machen. ¶ 4. * *Subjicere se*, est elevari, intumescere, altius fieri. Virg. eclog. 10 v. 74

Quantum vere novo viridis se subjicit alnus.

vid. Gronov. ad Gell. 2 cap. 29, & ad Liv. 6 cap. 24. Virg. Æn. 12 v. 287

corpora saltu
Subjiciunt in equos,

sie schwungen sich auf die pferde. In compositis nempe *sub* nonnunquam pro *super*. Grævius.

¶ Subjectus, a, um, untergelegt. Vellej. 2, 74, 4 *Subjecto rebus ac penatibus suis igni.* Phædrus 1 fab. 19 *Versus subjecti*, die hierunter gezeichnete verse. ¶ 2. unterthänig, ergeben. Virg. 6 Æn. v. 853

Parcere subjectis, & debellare superbos.

Subjectior invidiæ, dem neid je mehr und mehr unterworffen, Horat. in Serm. lib. 2 sat. 6 v. 47. Superl. *subjectissimus*. ¶ *Subjectum Logicum* est, de quo aliquid prædicatur. vid. Micræl. Lex. Phil. p. 1301.

¶ Subjectè, adverb. unterthäniglich. *Subjectissime* apud Cæsarem superest lib. 1 B. Civ. c. 84 *Hæc, quam potest, demississime atque subjectissime exponit*, aufs unterthänigste, demüthigste.

¶ Subjectus, ûs, subst. præsertim auferendi casu, die unterwerffung. Plin. lib. 26 cap. 15 *Inhibet vel suffitu, vel subjectu*, es stillet, wenn damit geräuchert, oder wenn es drunter gehalten wird.

¶ Subjectio, ōnis, idem; ut, *Subjectio sub adspectum*, i. e. repræsentatio, Cic. lib. 3 de Orat. cap. 53, vor augen stellung. *Subjectione testamentorum contaminati*, i. e. falsa testamenta supponentes, Liv. 39 c. 18, die untersteckung, einschiebung.

¶ Subjector, ōris, der da untersteckt. *Testamentorum subjector*, hoc est, qui pro testamentis veris falsa subjicit, vel supponit, Cic. Catil. 2 cap. 4.

¶ Subjectīvus, a, um, unterwerfflich. Apulej. de Syllog. Categ. *Pars subjectiva nominatur veluti Subdita.* Et Tertull. de Virg. veland. cap. 4 *Subjectivum prius est antecessivo.*

¶ Subjectibilis, e, idem. Vulg. Interpr. Baruch. c. 1 v. 18 *non fuimus subjectibiles illi.*

¶ Subex, sŭbĭcis & subjicis, ut obex, i. e. subjectus, ut Festus exponit, untergelegt. Sed Gellius 4 cap. 17 apud Ennium *subjices*, ait, *pro aëre alto poni, qui cælo subjectus est.* conf. Nonius cap. 2 n. 764.

¶ Subicùlum, i, id quod subjicitur, unterworffen; ut, *Subiculum flagri*, apud Plautum Pers. a. 3 sc. 3 v. 14 servus est, quem flagra subigunt.

¶ Subjectare, frequent. unterlegen; ut, *Lassò stimulos subjectare*, Horat. lib. 2 sat. 7 v. 94. Et Virg. 3 Georg. v. 241

Nigramque alte subjectat arenam.

er treibt die erde unten herfür. ¶ 2. Alia notione & forma *subjactare* est non nihil jactare, sich etwas rühmen. Cresconius Corippus in præfat. v. 29 *Solis qui se subjactat amicum.*

¶ 3. *Subjactare*, est wurffen, schwingen. Varro R. R. lib. 1 cap. 52 *Grana e terra subjactare vallis aut ventilabris, cum ventus spirat.*

¶ Superjicĕre, & Superjacĕre, drüber werffen. Columella lib. 2 cap. 1 *Delapsa folia superjaciebantur.* Livius lib. 10 cap. 30 metaphorice, *superjecere quidam augendo fidem*, sie haben es zu groß gemacht; de fama cujusdam pugnæ agit.

¶ Superjectus, & Superjactus, a, um, drüber geschlagen. Celsus lib. 7 cap. 13 *Summa cutis cum superjecta tunica.* Horat. 1 od. 2 v. 11 *Superjecto æquore natarunt damæ.* Tacitus 5 Hist. cap. 6 de Asphaltitide: *Superjacta ut solido feruntur*, was darauf geworffen wird, &c.

¶ Superjectus, ûs, substantiv. der aufsprung. Columella lib. 6 cap. 36 extr. *Mas superjectu eblanditus est.*

¶ Superjèctio, ōnis, hyperbole, der zusatz. Quintilian. lib. 8 cap. ult. p. 630 *Ementiens superjectio.*

¶ Superjactare, hoch werffen. Valer. Max. lib. 9 cap. 2 n. 4 *Infantes alios in conspectu parentum humo infligi, alios superjactatos pilis excipi jussit*, in die höhe geworffen. Usus etiam est Plinius lib. 9 cap. 15 extremo pro transscendere.

¶ Trajicĕre, seu Transjicere, ut in quibusdam libris legitur, hinüber werffen. *Trajicere tragulâ*, Cæsar 5 B. Gall. cap. 35. *Cuspide trajicere*, Ovid. 4 Metam. v. 571 est transfigere, durchrennen, durchstechen. ¶ Sed, *Trajicere exercitum*, id est, transportare trans mare, seu flumen, über wasser setzen, Cæsar 3 B. Civ. cap. 29. ¶ Et, *Trajicio mare vel flumen*, hoc est, transeo, ich setze hinüber, Valla lib. 3 cap. 36. Propertius lib. 1 eleg. 9 v. 12 *Trajicit & fati litora verus amor.*

¶ Transjectus, & Trajectus, a, um, durchstochen, durchschossen; ut, *trajecta pectora ferro*, Virg. Æn. 1 v. 359. *Trajectum cerebrum*, Idem Æn. 2 v. 419. ¶ 2. durchgezogen; ut, *trajectus funis*, Idem Æn. 9 v. 488. *Terra trajecto axe sustinetur*, Cic. de Univers. cap. 10. ¶ 3. übergefahren. Idem Cic. post reditum ad Quir. cap. 8 *parva naviculâ trajectus in Africam.*

¶ Trajectum, i, hodie etiam dicitur, cum urbs Brabantiæ, Mastricht, latine vocetur *Trajectum ad Mosam*, & Belgarum urbs Ultrajectum sive Utrecht, *Trajectum ad Rhenum.*

¶ Trajectus, & Transjectus, ûs, subst. trajiciendi actus, die hinüberführung. Cæsar 2 B. Civil. cap. 20 *Transjectu intercludi.* Livius lib. 1 c. 3 *In trajectu Albulæ amnis submersus*, im hinüberfahren. ¶ 2. Locus, ubi trajicitur, die furth. Idem Cæsar 4 B. Gall. cap. 21 *E Morinis brevissimus erat in Britanniam trajectus.*

¶ Trajectio, ōnis, die überfahrt. Cicer. 3 de Orat. cap. 53 *veritatis superlatio atque trajectio.* ¶ *Trajectiones* etiam μετέωρα, transcurrentes & evolantes stellæ dicuntur, schiessende sterne. Cic. de Divin. 1 c. 1 *Assyrii trajectiones motusque stellarum observaverunt.* ¶ *Trajectio verborum*, pro translatione vel transpositione, Id. in Orat. c. 69.

¶ Trajector, ōris, ein fährmann. Prudent. Hamart. v. 875 *Ignis trajector nebulæ*, ein vertreiber.
¶ Trajectūra, æ, der durchzug. Vitruvius lib. 4 cap. 7 *Trajecturæ mutulorum.*
¶ Trajectitius, a, um, das man hinüberführet; ut, *Trajectitia pecunia*, Lege 3 § 8 Dig. de peculio.
¶ Trajectare, hindurch stecken. Celsus lib. 7 cap. 14 *Acu trajectatur, duo lina ducente*, es wird ein doppelter faden durchgezogen.
¶ Pertrajicére, decompositum, durchdringen. Augustinus Dominicâ ante Natalem Domini, sive Sermone 3 *Solis radius specular penetrat, & soliditatem ejus insensibili subtilitate pertrajicit.*
Jactabundus, Jactantia, Jactare, Jactitare, Jactura, &c. quære in *Jacio.*
IĂCŬLUM, i, a jaciendo dictum, telum est quodcunque, quod emittitur, ein geschoß, pfeil, wurffgewehr. *Jaculo trajicere*, durchschiessen. Revera autem adjectivum est, *Jaculus, jacula, jaculum*: uti *rete jaculum*, apud Plautum Asin. a. 1 sc. 1 v. 86. Et *jaculus serpens*, apud Plin. 8 cap. 23, eine schieß-schlange. Et absolute cum *jaculum* dicitur, teli vox subaudienda est, ut integrum sit, *telum jaculum*. Isidorus 18 cap. 54 *Rete*, inquit, *quo gladiatores seu retiarii utebantur, dictum jaculum.*
¶ Jăcŭlor, atus sum, ari, jaculum mittere, schiessen, werffen. Livius lib. 22 cap. 50 *Quum in latus dextrum, quod patebat, Numidæ jacularentur.* Florus lib. 1 cap. 11 *Dictator signum in hostes jaculatus est.* Ajunt etiam *se jaculari.* Idem Florus d. l. cap. 14 *in confertissima se hostium tela jaculatus*, der sich mitten hinein gedrungen. Claudianus de Consul. Mall. Theod. v. 320
Vel qui more avium sese jaculentur in auras,
die sich in die lufft schwingen. ¶ 2. Est jaculando ferire, treffen, schlagen. Horatius de Jove fulminante loquens, lib. 1 ode 2 v. 3
rubente
Dextera sacras jaculatus arces.
Ovid. lib. 3 Amor. elegia 3 v. 35
Jupiter igne suo lucos jaculatur & arces.
¶ 3. Est moliri, designare. Horat. 2 Carm. ode 16 v. 17
Quid brevi fortes jaculamur ævo
Multa?
¶ Jăcŭlātio, ōnis, die werffung, der wurff. Apulej. lib. 1 Miles. *Statutum est, ut in eam die altera severissime saxorum jaculationibus vindicaretur.* Minucius Felix cap. 3 *Testarum in mare jaculationibus ludere.*
¶ Jăcŭlātor, ōris, qui jaculatur, ein schütz. Horat. 3 oda 4 v. 56 *Jaculator audax.* Statius Theb. 12 v. 562 *Fulminis jaculator.* Jaculandi peritia Cretenses maxime excelluisse tradunt: Scythas Parthosque sagittandi jaculandique ex equo ratione.
¶ Jăcŭlatrix, īcis, eine jägerin, quo cognomine apud poëtas Diana gaudet. Ovid. 5 Metam. v. 375 *jaculatricemque Dianam.* Adde 2 Fast. v. 155.
¶ Jăcŭlābilis, e, zum werffen dienlich. Ovid. 7 Metam. v. 680
Viderunt oculi telum jaculabile nostri.
Statius Theb. 6 v. 658 *jaculabile pondus.* Et Claudianus in Eutrop. 2 v. 166 *Telum ingens nullique Deo jaculabile torsit.*
¶ Jăcŭlatōrius, a, um, idem; ut, *Campus jaculatorius*, ein schützen-platz, schieß-graben, Ulpian. Lege 9 § 4 Dig. ad Legem Aquiliam. *Preces jaculatoriæ*, stoß-gebetlein, August. epist. 120.
¶ Ejăcŭlo, are, compositum, sich hinaus werffen. Gell. lib. 16 extremo: *se in salum ejaculaverat.*
IĂCŬLUS, i, ἀκοντίας, serpens est duorum cubitorum magnitudine, ut Ætius tradit: sic dictus, quod corpore extenso veluti jaculum vibratum corporibus involat, & aculeo venenato valide in ea adacto sauciat. Appellatur & *Cenechrias* a colore milii, quem refert; Matthiolus. Lucan. lib. 9 v. 720
Et natrix violator aquæ, jaculique volucres.
Plinius 8 cap. 23 *serpentem jaculum* vocat: Horatius *serpentem similem sagittæ*, lib. 3 ode 27 v. 5.
IALĔMUS, i, Calliopæ filius, in poësi frigidus & ineptus. vide Hesychium. ¶ Item, *carmen lugubre.* Apollonius lib. 4 v. 1304 - - - ἐλεεινὸν ἰήλεμον ὠδύροντο, ubi Scholiastes, ἰήλεμον ἀντὶ τοῦ θρῆνον. Athen. lib. 14 ἐν δὲ γάμοις Ὑμέναιος, ἐν δὲ πένθεσιν, Ἰάλεμος, *nuptiis Hymenæus convenit, luctui Jalemus*, ein todten-lied, leichen-gesang. vid. Voss. lib. 3 Instit. Orator. p. 413. Hinc & prov. *Jalemi cantilena*, Ἰαλέμου ᾠδή, pro miserabili, in Erasm. Adag.
IAM, adv. temporis, modò, itzund, nun, bald, schon. Ter. Adelph. a. 2 sc. 2 v. 1 *Tace, egomet conveniam jam ipsum. Jam a pueris*, bald von kind auf, Idem Heaut. a. 2 sc. 1 v. 2. *Jam a prima adolescentia*, Cicero libro 1 famil. epist. 1. Et, *jam inde ab adolescentia*, Terent. Adelph. a. 1 sc. 1 v. 16. *Jam inde ab initio*, Livius lib. 1 cap. 1. *Jam inde a principio*, Sallust. B. Jugurth. cap. 77. Quod etiam absolute, sine præpositione, componitur. Livius lib. 21 cap. 31 *Allobroges, gens jam inde nulla Gallica gente opibus aut fama inferior.* Contra abesse potest *Inde*, præsente præpositione. Cicer. lib. 2 fam. epist. 16 *Sententiam meam tu facillime perspicere potuisti jam ab illo tempore, cum* &c. Aliquando abundat, &, ut expleat, tantum additur. Terent. Heaut. a. 4 sc. 3 v. 1 *Nulla mihi res posthac potest jam intervenire tanta.* Tacitus de Germania cap. 45 *Ergo jam dextero Suevici maris litore Æstyorum gentes alluuntur.* Ibid. cap. ultimo extremo: *Cætera jam fabulosa, Hellusios & Oxionas ora hominum vultusque, corpora atque artus ferarum genere*, &c. ¶ 2. Aliquando pro *præterea* ponitur, & inservit connexionibus, vel, ut particula illativa pro *ergo* ponitur. Cic. 2 de Orator. cap. 19 *Jam verò narrationem quod jubent verisimilem*, &c. Idem: *Jam quod ad illam caussam attinet.* Plaut. Epid. a. 1 sc. 2 v. 8 *Jam istoc probior es.* Tibullus de Messalla lib. 4 eleg. 1 v. 82
Jam te non alius belli tenet aptius artes.
¶ 3. Geminatur nonnunquam celeritatis exprimendæ caussa; Terent. Adelph. a. 5 sc. 3 v. 67 *Jam jam desino*, alsobald. *Jam jam intelligo, Crasse, quid dicas*, Cicer. 3 de Orat. cap. 24 pr. Sic &, *Jam jamque.* Idem ad Attic. lib. 7 epist. 21 *Mihi dubium non erat, quin ille jam jamque foret in Apuliâ*, ietzo bald, in dem. Catull. carm. 64 de Aty v. 73

Jam jam dolet quod egi, jam jamque pœnitet.
¶ Jam diu, schon für langer zeit, schon längst. Terent. Eunuch. a. 3 sc. 3 v. 12 *Quam pridem pater & mater mihi mortui essent. Dico, jam diu.* Ubi Donatus *Jam olim* interpretatur. Cicero lib. 2 epist. 14 ad Cælium: *Jamdiu propter hiemis magnitudinem nihil novi ad nos afferebatur.*
¶ Jam dūdum, ietzt neulich. Dicitur enim de parvo tempore, ut *Diu*, de longo; Vall. lib. 2 cap. 35. ¶ 2. Pro cito, quàm primùm, ut Servius quoque interpretatur: usus Virgilius est 2 Æn. v. 103
Si omnes uno ordine habetis Achivos,
Idque audire sat est: jam dudum sumite pœnas.
¶ Observa autem, utrumque familiariter gaudere verbo Indicativo præsenti; ut, *Idem jam diu non facit*, Cic. 1 de Divin. cap. 19, das hat er schon lange nicht gethan. *Jam diu flagitat*, Idem Divin. in Verr. cap. 8. Et, *Jam dudum est animus in patinis*, Terent. Eunuch. a. 4 sc. 7 extr. *Jam dudum te exspectant*, Cicer. 2 de Orat. cap. 7, es ist ein eben weile, daß xc. *Jam ferme moriens me vocat*, Terent. in Andr. a. 1 sc. 5 v. 49, da sie fast den geist wolte aufgeben.
¶ Jam nunc, Ovidius 3 de Arte Am. v. 59
Venturæ memores jam nunc estote senectæ.
Eodem plane modo Propertius lib. 4 eleg. ult. v. 93
Discite venturam jam nunc sentire senectam.
Quod & *nunc jam* dicitur, Terent. Andr. a. 1 sc. 1 extr. *Eamus nunc jam intrò*, last uns nun hinein gehen.
¶ Jam olim, est, jam à longo tempore, schon vor alters, vor langer zeit. Terent. Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 38 *Consimilem luserat jam olim ille ludum.* Adde Virg. 2 Georg. v. 403.
¶ Jam pridem, ietzt neulich, vel aliquanto abhinc tempore, ut exponit Valla, vorlängst. Terent. in Hecyr. a. 2 sc. 1 v. 22 *Jam pridem equidem audivi*, vor einer guten weile.
¶ Jam primùm, ietzt erst. *Jam primum omnium*, demnach vor das erste, Livius principio lib. 1.
¶ Jam tandem, nun einmahl; Virg. 6 Æn. v. 61.
¶ Jam tum, bereits, schon damahls. *Jam tum illis temporibus*, Corn. Nepos Thrasybulo cap. 2 n. 4. Adde Virg. 2 Georg. v. 405.
¶ Jam verò, nun aber, Cic. 4 Verr. cap. 48, & passim alibi.
Jambeus, Jambicus, vide *Jambus.*
IAMBLICHUS, i, philosophus Pythagoricus Chalcidensis, Porphyrii discipulus, Constantini Magni tempore. Leguntur ex fragmentis ejus quædam apud Stobæum, ut commendationes Dialectices, quam donum vocat Dei necessarium ad omnes partes Philosophiæ: Et dicta quædam Philosophica: Ejus tamen liber de vitâ Pythagoræ & hodieque exstat.
IAMBUS, i, ἴαμβος, pes dictus, ab ἰαμβίζειν, seu ἰάπτειν, i. e. maledicendo. Horat. de Art. Poëtica v. 251
Syllaba longa brevi subjecta vocatur Iambus, sic ∪ –
propterea, quod ex parva caussa, coorta sæpe calumnia in malum longum desinat. Alii dicunt, quod *Jambe*, ancilla Meganiræ, ad quam Ceres mœsta quæsitum filiam Proserpinam venerat, deam suis recreaverit facetiis, & ridiculis narratiunculis. Unde genus id carminis, sed non ante observatum, Jambicum ab illa dictum fuerit. vid. Natal. Comes 3 cap. 16, & Poëtic. Giessens. 1 p. 137.
¶ Jambicus, a, um: ut, *Versus Jambicus, Carmen Jambicum.* vide Diomedem lib. 3.
¶ Jambēus, a, um, ἰαμβεῖος, idem. Horatius de Arte Poët. v. 252
Unde etiam trimetris accrescere jussit
Nomen Jambeis.
¶ Mimiambus, i, ita videtur appellatum ipsum fabulæ genus, quod *Mimus* nominabatur: ex eo, quod jambis maximè constaret; licet quandoque & alia, trochaica maxime, ut ex Laberii, & Publii fragmentis constat, admiscerentur. Nam & in veteri comœdia παραφάσεις Anapæsti dicebantur, non quod perpetuo, sed plurimum ex iis constarent, ut Scholiastes Aristophanis, & Pollux lib. 15 cap. 16 observat. *Mimiambos Marii* laudat Gellius lib. 15 cap. 25, & lib. 20 cap. 9. Meminit & Terentianus.
¶ Galliambus, i, non absimili ratione & carmen illud, quod Galli matris Deûm, sive deæ Cybeles sacerdotes canebant, appellatur, ut Terentianus Maurus docet. Galliambum dedit Catullus in illo: *Super alta vectus Atys celeri rate maria.* Mæcenatis Galliambum Diomedes, & Atiliani Fortunatianus citant. Constabant autem *Galliambi*, ex Jambico metro peculiari, de quo laudatos Grammaticos vide. Martial. 2 epigr. 82 *Mollem debilitate Galliambon.*
IĀNA, æ, eadem quæ Diana, de qua supra.
Janalis, Janiculum, vide *Janus.*
Janitor, Janitrix, vide *Janua.*
IANTHE, es, virgo Cretensis, laudatissima formæ dote apud Ovidium Met. 9 v. 714, quam flavam ibidem vocat, factam uxorem Iphidis.
¶ Janthum, i, ἴανθον, herba vel flos coloris purpurei, Marcell. Emp. cap. 17. Hinc
¶ Janthĭnus, a, um, ἰάνθινος, violaceus, violen-braun, ab ἴον, *viola*, & ἄνθος, *flos.* Martial. lib. 2 epigr. 39
Coccina famosæ donas & ianthina mœchæ,
Subaudi *indumenta.* Sic, *Ianthina vestis*, Plin. 21 cap. 6.
¶ Tyrianthĭnus, vide infra in *Tyrus.*
IĀNUA, æ, ab Jano, ostium, aditus, fores, Græce θύρα, die thür, scil. in domo & pariete; cum murorum, aut urbium, & arcium sit *porta*, auctore Valla. der thorweg. Virgil. 6 Æn. v. 127
Noctes atque dies patet atri janua Ditis, &c.
Propert. lib. 4 eleg. 12 v. 2
Panditur ad nullas janua nigra preces.
Q. Cic. de Petit. Cons. cap. 11 *Janua animi frons est.* ¶ 2. Ponitur & pro aditu, & occasione: unde proverbiale illud: *Januam aperire*, vel *patefacere*, id est, occasionem præbere & caussam; cui affine aliud: *Fenestram aperire*: de quo supra. Virg. 2 Æn. v. 661
patet istic janua leto.
Ovid. lib. 3 Amor. eleg. 1 v. 46

Hæc est blanditiis janua laxa meis.

Cic. pro Plancio c. 3 *Qua volui janua, ingressus sum in caussam*, durch den weg, den ich gewolt. *Aberrare ab janua*, prov. est, aberrare à vero, seu errare toto cælo, des rechten weges, der warheit fehlen.

¶ Jānĭtor, ōris, ein pförtner, thür-hüter. Hi moribus Romanis vincti catenis domum aditus servabant, & vilissima erant mancipia. Vnde *janitor catenatus* Columellæ præfatione dicitur. Consuli possunt Joh. Brodæus lib. 4 Miscell. cap 3, Rævard. lib. 5 Var. cap. 20, Laur. Pignorius de Servis pag 214. vide *Ostiarius*. Cerberus etiam inferorum *ingens janitor* appellatur, Virg. 6 Æn. v. 400.

¶ Jānĭtrix, īcis, fœm. *Anus janitrix*, Plaut. Curcul. a. 1 sc. 1 v. 76. *Laurus janitrix domibus Cæsarum*, Plin. 15 cap. 30. Eleganter quoque Tertullianus de Anima cap. 55 *Romphæa paradisi janitrix*, qua scilicet paradisus custoditus fuit, ut domus per janitorem. ¶ Sed Lege 4 § 6 Dig. de Gradibus, *Janitrices* duorum fratrum uxores dicuntur. Et Gloss. Vet. *Janitrices*, δύο ἀδελφῶν γυναῖκες, σύννυμφοι.

Januarius, vidè mox *Janus*.

IĀNVS, i, Ἰανὸς, *Chaos* antiquis appellatus, temporis Deus, & penes quem omnia aperiendi claudendique potestas esset. Vnde ita fingebatur, ut in alterâ manu baculum, in altera clavem teneret. De quo vide Ovidium 1 Fastorum v. 89 & plurimis insequentibus: itemque Macrobium lib. 1 Saturnal. cap. 9. *Bifrontem* finxerunt: quia per duas quasi portas Sol, qui per *Janum* intelligitur, oritur & occidit. Tum quia initium & finis anni concurrunt. Fecerunt & *quadrifrontem* propter quatuor mundi & orbis regiones. ¶ Antiquissimus fuit Italiæ rex, & revera ipse Noah, respiciens ad mundum eum, qui diluvio totus interierat, tum eum, qui post diluvium propagari denuo cœperat, vid. Gallæus ad Lactant. p. 76. Ejus templum *Janiculum* dictum Romæ indicem pacis & belli Numa constituit. Nam pacis tempore clausum erat; belli vero apertum. Vnde & *Patulcius* a patendo; & *Clusius* a claudendo *Janus* dictus est. At quod quidam, quamvis docti viri, dicunt, ter tantum in omni ævo clausum fuisse Jani templum, in eo largiter errant. Nam ex Suetonio constat, a solo Augusto ter clausum fuisse. Jam & ante Augustum bis, & post eum aliquoties clausum fuisse, historiæ docent. vide Lipsium lib. 1 Electorum c. 20, & Casaub. ad Suetonium p. 61, Bernegg. ad Sueton. August. c. 20. ¶ 2. *Jani* dicebantur omnes transitiones perviæ, ut Cicero vocat, sive fornicata ædificia quadrata, qua transitus esset. Dio ἀψῖδας appellat, cujusmodi plures per omnis urbis regiones Domitianum exstruxisse, Suetonius ejus vitâ auctor est cap. 13. De Jano ejusmodi capiendus & alius locus Suetonii in vita Augusti cap. 31 extr. *Pompeji quoque statuam contra theatri ejus regiam, marmoreo Jano supposuit.* vide ibi Casaubonum, itemque Turnebum lib. 22 cap. 16, nec non Torrentium ad illud Horatii lib. 1 epist. 1 v. 54

Hæc Janus summus ad imum
Perdocet.

Vbi per metonymiam continentis intelliguntur fœneratores, trapezitæ, ac mercatores, qui eo in loco sedebant, aut versabantur. vid. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 126. Prima hujus vici Romani pars, ubi pecunia fœnori dabatur, *summus Janus*, & ultima *imus*, & media *medius Janus* vocabatur; hodie die börse. Vnde iterum Horat. 2 sat. 3 v. 18 *Omnis res mea Janum ad medium fracta est*, ich bin banckerot worden. conf. Cic. Philipp. 6 c. 5, & Off. 2. c. 25. ¶ *Jani* nomen nonnulli ex Ebræo deducunt: Ovidius à *janua* ex eo petit, quod Janus cæli foribus præesset, lib. 1 Fastor. v. 124

Præsideo foribus cæli, cum mitibus Horis,
Et redit officio Juppiter itque meo,
Inde vocor Janus.

Loquitur poëta ex dei ipsius persona.

¶ Jānālis, e: ut, *Janalis virga* apud Ovidium 6 Fastorum v. 165, id est, qualem vel gestabat ipse Janus (gerebat quippe baculum) de spina alba; vel qualem Cranæ seu Carnæ dederat, de quo vide eumdem poëtam eodem lib. 6 v. 129.

¶ Jānĭcŭlum, i, urbs, quam Janus prope Romam in transtiberina regione, cum primum in Italiam devenisset, occupato monte constituit & ex suo nomine *Janiculum* cognominavit. vid. Aur. Vict. de Orig. Gent. Rom. cap. 2. Virg. Æneid. 8 v. 358. Ovid. Fast. 1 v. 246, & Plin. 3 c. 5, qui & montem ipsum *Janiculum* vocat 16 c. 11.

¶ Janual, ālis, libi genus, quod Jano tantummodo libabatur, Festus.

¶ Januarius, i, primus mensium, dictus ab Jano, qui annum & claudit, & auspicatur, der Jenner. Saxones vocant, den hartmond, hoc est, mensem durum, frigoris scilicet ratione. *Januario mense cura ut Romæ sis*, Cicero ad Attic. lib. 1 epist. 2.

ĬĀPĔTVS, i, Promethei pater, Japhet. Quadrisyllabum est, græce Ἰαπετός. Horatius lib. 1 oda 3 v. 27 *Audax Japeti genus*, id est, Prometheus. Valer. Flacc. 1 v. 564

Japeti post bella, truces Phlegræque labores.

¶ Īăpĕtiŏnīdes, æ, patronymicum. Ovidius 4 Metam. v. 630

ingenti corpore præstans
Japetionides Atlas fuit.

Et Claudian. 2 in Eutrop. v. 491

Japetionidas generis primordia nostri.

¶ Est & alia forma *Japetides*, Ovid. Metam. 5 v. 111, sed variant ibi libri.

IĀPIS, ĭdis, ab ἰᾶσθαι, i. e. *curare*, convenienter dictus medicus, qui Æneam sagitta ictum curavit, apud Virgilium Æneid. 12 v. 391 & 420. conf. Auson. epigr. 19 cum not. Vineti. Ille ad Timavum fluvium in Italia oppidum condidit. vide Virgil. 3 Georg. v. 475. Vnde

¶ Japidia, æ, regio ab eodem Japide. Tibull. 4 v. 109 *Fortis Japidiæ miles.*

ĬĀPYX, ȳgis, ventus occidentalis, qui & *Caurus* dicitur, nordwest. vid. Gell. lib. 2 cap. 22. Et Apulej. de Mundo: *Idem occidui sunt, Caurus, qui græcè ἀργέστης vocatur, is adversus est Aquiloni*, &c. *Horum nomina plerique commutant de loco vel similitudine aliqua: ut Galli Circium, a turbine ejus & vertice: Apuli Japyga, ex Japyge sinu, id est, ex ipso Gargano venientem. Hunc Caurum esse manifestum est.*

Nam & ex occiduo venit, & Virgilius ejus sic meminit [Æneid. 8 v. 708]

Illam inter cædes, pallentem morte futura
Fecerat ignipotens, undis & Iapyge ferri.

Horat. 1 Carm. od. 3 v. 4 *Ventorumque regat pater,*
Obstrictis aliis præter Japyga.

ĬARBAS, æ, Getuliæ rex, qui Didûs nuptias ambiit; sed rejectus fuit, de quo etiam in *Hiarbas* diximus. Virg. 4 Æn. v. 35

Esto: ægram nulli quondam flexere mariti,
Non Libyæ, non ante Tyro despectus Iarbas.

Jarba Ovidio appellatur 3 Fastorum v. 552

Et potitur captâ Maurus Iarba domo.

Solebant latini poëtæ τὸ S in talibus abjicere, ut in sonum suaviorem hæc nomina flecterentur, & locum facilius invenirent in carmine. Ita *Marsya* pro *Marsyas*, & alia hujus generis dicebant. vide infra *Marsyas*. Jarbæ meminit etiam Ausonius epigr. 111. vide ibi Vineti not. p. 237.

ĪĂSĬVS, i, Dardani fuit frater. Virg. 3 Æneid. v. 168

hinc Dardanus ortus,
Iasiusque pater, genus a quo principe nostrum.

¶ Īăsĭdes, æ, Palinurus Virgilio dicitur lib. 5 Æneid. v. 843

Iaside Palinure, ferunt ipsa æquora classem.

Et Cepheus Iasides apud Avienum Phænom. Arat. v. 441

Iasidem quoque summa poli Cephéa revolvunt.

Cephea, media longa, ex Κηφῆα, Ionico casu.

¶ Iăsis, ĭdis, appellatur Propertio Atalanta Arcadica, Parthenopæi mater, à patre Iasio, sive Iasione, Iovis & Electræ filio, Cereris amasio, lib. 1 eleg. 1 v. 10 *Sævitiam duræ condidit Iasidos.*

ĪĀSON, ŏnis, Æsonis filius, fratris Peliæ Thessaliæ regis, quem ex Colchis Iason reversus interfecit, ac regno potitus est. Aureum vellus, ad quod tollendum in Colchide Iasonem Pelias miserat, Plutarchus indicat fuisse venas metallicas. Figmentum inde originem habet, quod Colchi aurum e fluminibus, asseribus perforatis ac lanosis pellibus excipere solent. ¶ *Iason* alius fuit, Pherarum Tyrannus in Thessalia, sui temporis omnium potentissimus, ut Nepos in Timotheo significat: Ejus virtutem & rei militaris scientiam prædicant Xenophon lib. 6 de Rebus Græc. & Diodorus Siculus lib. 15 & 16, ubi de fine ejus habes. De quo Valerius Maximus etiam lib. 9 cap. 11 videndus. Aliquot ejus stratagemata apud Polyænum poteris legere.

¶ Īāsŏnius, a, um, adjectivum: ut, *Argo Iasonia*, Avienus Arat. Phænom. v. 756. Ibidem v. 808

Puppis Iasoniæ depictaque terga carinæ.

¶ Iasonidæ juvenes, Iasone geniti, apud Statium Theb. l. 6 v. 340.

IASPIS, ĭdis, fœmininum, ἴασπις, lapis pretiosus, aliquot colorum: ut, *viridis, cærulei, purpurei*, &c. ein jaspis. Præstantis vero inprimis naturæ, quemadmodum in veteri est versiculo:

Auro quid melius? Jaspis: quid Jaspide? virtus.

Virg. 4 Æn. v. 261 *Atque illi stellatus Jaspide fulvâ*
Ensis erat.

¶ *Jaspis aërizusa*, ἴασπις ἀερίζουσα, gemma alia, quæ & *Eranus* dicitur, ein türckis. *Est & Jaspis Garamantias, quæ transversa linea alba præcingitur*, Plin. lib. 57 c. 9.

¶ Jaspideus, a, um, adject. ut, *Jaspidea gemma*, qui jaspidis refert colorem, Idem Plinius lib. 37 cap. 10, jaspen, jaspenstein.

¶ Jaspŏnyx, y̆chis, gemma nubem complexa & nives imitata, Plin. 37 cap. 9.

IATRVS, i, ἰατρὸς, medicus; ita aliqui vocant digitum minimo proximum, quod illum ori, oculis vitiisque levioribus vel saliva vel medicamentis deliniendis adhibemus. v. Plin. 29 c. 1.

¶ Jatrŏmæa, æ, ἰατρομαῖα, mulier medica & obstetrix. Vet. Inscriptio in Reinesii epist. p. 269 VALERIAE VERECVNDAE IATROMAEAE REGIONIS SVAE PRIMAE.

¶ Jatraliptes, &c. vide supra in *Aliptes*.

IAXĂMĂTAE, arum, barbari circa Mæotim paludem. Valer. Flacc. 6 v. 148 *Jaxamatas venatus alit, nec clarior ullis.*

IĀZȲGES, um, Sarmatica gens, Danubii accola, inter Marcomanos, nationem Germanicam, & Getas, ut Arrianus describit. *Sarmatas Jazyges* Tacitus vocat lib. 12 c. 29. Ovid. Trist. 2 v. 191

Jazyges & Colchi Metereâque turba Getæque.

Singulari quoque numero Ovid. de Pont. 4 v. 299 dixit *ferox Jazyx*.

ĬBĒRVS, i, Ἴβηρ, fluvius Hispaniæ Tarraconensis, in mare se mediterraneum effundens: a quo

¶ Ibēria, æ, ipsa Hispania appellatur, Græcis maxime, quos Horatius imitatur lib. 4 oda 14 v. 50 *Duræ tellus Iberiæ.* Quamquam & pro parte tantum litorali, quæ ab Herculis columnis ad fluvium Iberum est, *Iberiæ* nomen antiquis Græcis sumta fuerit, ut Isaac. Vossius ad Melam lib. 2 c. 6 p. 189 observat.

¶ Iber, plur. Ibēres, & Ibērus, plur. Ibēri, pro Hispanis, &c. Lucan. 6 v. 258 *Si tibi durus Iber* &c. Virg. Georg. 3 v. 408 *a tergo horrebis Iberos.* ¶ Et adjective Iberus, a, um, Idem 9 Æn. v. 582 *ferrugine clarus Ibera*, quam Servius quidem de Asiatica regione: plerique alii de Hispania interpretantur. vide ipsos interpretes. Idem Virg. Æn. 7 v. 664

Boves in flumine lavit Iberas.

¶ Ibērĭcus, a, um, Hispanicus, Spanisch. Sidonius carm. 23 v. 164

Terrarum indigenas Ibericarum.

Ita Martialem & Senecas laudat. *Iberici funes*, i. e. spartei, Horat. epod. 4 v. 3, quia Hispania sparto abundat.

¶ Iberiăcus, a, um, idem. Silius lib. 13 v. 510

Omen Iberiacis victa Carthagine terris.

¶ Iberinus, a, um, idem. Juvenal. sat. 6 v. 53

Vnus Iberinæ vir sufficit &c.

¶ Celtībēri, orum, dicti sunt, qui profecti ex Gallia, in Hispania consederunt, & nomen ex utraque gente mistum sibi invenerunt. Lucan. lib. 4 v. 9 *profugique à gente vetusta*
Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberi.

Ad quem locum vide animadversionem Cluverii lib. 1 de Antiqua Germania cap. 2.

¶ Cel-

¶ Celtibēria, regio Celtiberorum, supra Iberum sita. Florus lib. 4 cap. 2 n.28 *Cedentes* [Pompejanos Cæsar] *ad Celtiberiam consecutus.* Adde Geograph. & supra *Celtæ.*

¶ Ibēri sive Iberes alii, itemque Iberia alia in Asia fuit, confinis Armeniæ, in Caucasi montibus posita inter Albaniam & Colchidem. Vnde Valerius Flaccus lib. 5 v. 166 *Armeniæ prætentus Iber;* Et Plinius lib. 6 c. 10 *Gens Iberum:* & Eutropius lib. 6 cap. 11 n. 5 *Iberiæ regem Artacen vicit acie,* scil. Pompejus.

¶ Ibēris, ĭdis, fœmininum, ἰβηρὶς, herba est, quam *Lepidium* Latini dicunt, wilde kreß.

IBEX, ĭcis, rupicāpra, ein steinbock; Plin. lib. 8 cap. 53 *Sunt capreæ, sunt rupicapræ, sunt ibices pernicitatis mirandæ.*

ĬBI, adverb. loci, daselbst, an demselben ort. Tacit. 1 Hist. cap. 70 *Adversus Petronium ibi Procuratorem.* Et, *Ibi homo cœpit me obsecrare,* id est, tum, da hub er an, mich um Gottes willen zu bitten, Ter. in Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 30. ¶ Elegans ratio in illo est apud Terent. Heautont. a. 3 sc. 1 v. 62 *Et si subsensi id quoque, illos ibi esse.* Id est, in eo esse, subaudi, deditos, ut te fallant, quod ex præcedentibus patet. Idem eâdem fabula a. 5 sc. 2 v. 30 *Ibi sum,* da dencke ich jetzund auf.

¶ Ibīdem, eben daselbst. Plaut. Cistell. a. 2 sc. 1 v. 53 *Ibidem loci res erit,* es wird eben eins seyn. Virg. Æn. 1 v. 120 *Illam ter fluctus ibidem Torquet* &c. conf. Georg. 3 v. 500.

¶ Inībi, daselbst drinnen. Cic. Agrar. 1 c. 7 pr. & Plaut. a. 1 sc. 3 v. 45 &c. conf. Nonius c. 2 n. 427.

¶ Interībi, interea, unterdessen. Plautus sæpe usus est: v. g. Pœnulo a. 3 sc. 3 v. 3 *Interibi attulerint exta.* Et Rudente a. 4 sc. 6 v. 20 *Tu interibi adorna cæterum, quod opus est.* Gellius lib. 3 cap. 7 *Consul interibi, dum ea pugna fit, se in locos tutos atque editos subducit.*

¶ Nullĭbi, & Vllibi, vide infra in *Vllus.*

¶ Postībi, postea, alsdenn, nachmahls. Plautus Pœnul. prol. v. 108 *Rogitat postibi, unde sit.* Et eâdem fabula a. 4 sc. 2 v. 80 *Postibi, qui eum surripuit, huc devexit.*

ĪBIS, is, & ĭdis, ἶβις. Juvenal. satyr. 15 v. 2

Crocodilon adorat
Pars hæc: illa pavet saturam serpentibus ibin.

Cic. de Nat. Deor. 1 cap. 36 *Ibes maximam vim serpentum conficiunt, cùm sint aves excelsæ, cruribus rigidis, corneo proceroque rostro,* ein Egyptischer storch. Est enim ciconiæ similis, sed nigra tota: extra Ægyptum nusquam progreditur. Hæc illa avis est, quæ nobis clysterum rationem ostendit. Plena enim & adstricta alvo aduncitate rostri per eam partem se perluit, qua reddi ciborum onera salubre maxime est, ut loquitur Plinius lib. 8 cap. 27 initio. vide Pisidem Cosmurgiâ v. 1103, & Philen. c. 15. ¶ *Ibin* maledico suo carmine Callimachus vocat Apollonium Rhodium, discipulum ingratum, teste Suidâ. Hunc imitatus Ovidius *Ibidis* quoque nomine perstringit adversarium suum, quem Higynum fuisse eruditi suspicantur.

IBYX, ȳcis, ἴβυξ, avis clamosa, ein kybitz. Gesner.

¶ Ibycus, i, poëta fuit Lyricus, ex cujus scriptis constat, eum maxime amore flagrasse, ut testatur Cicero Tusc. 4 cap. 33. Cum a latronibus occideretur, grues forte supervolantes obtestatus est. At illi postea gruibus conspectis cum dicerent, *adesse Ibyci ultores,* hoc se indicio prodiderunt. Hinc proverbium: *Ibyci grues,* in eos, quorum scelera improviso casu manifestantur. v. Erasm. Chiliad. Auson. Eidyll. 5 v. 80 *Ibycus ut periit, vindex fuit altivolans grus.*

ĪCĂDIUS, i, vel Icadion, onis, Festo est nomen sævissimi piratæ. Lucilius: *Querquera consequitur febris capitisque dolores*
Tamde mihi infesti quam Rhondes Icadionque.

vide Festum. *Tamde* autem ἀρχαϊκῶς, pro *tam* positum. De saxo, quod in spelunca in crura ejus incidit, vide Cic. de Fato c. 3.

ĪCĂRUS, i, Dædali filius, fabula nota est. Ovid. 3 Tristium eleg. 4 v. 21

Quid fuit, ut tutas agitaret Dædalus alas;
Icarus immensas nomine signet aquas?
Nempe quod hic alte, submissius ille volabat,
Nam pennas ambo non habuere suas.

¶ Icărius, a, um, adject. ut, *Mare Icarium.* Ovid. 1 Trist. eleg. 1 v. 90

Icarus Icariis nomina fecit aquis.

vide tamen & Bochardi etymologiam in Canaan lib. 1 cap. 8. *Icariæ,* insulæ, meminit Lucanus 8 v. 244.

¶ Icarius, i, Oebali Laconum regis filius fuit, & pater Erigones, occisus ab ebriatis hominibus, & hinc ille inter sidera Arcturus est. v. Higynus fab. 130, & Appelius cap. de 12 signis. ¶ 2. *Icarius* alius pater fuit Penelopes, à quo

¶ Icăris, ĭdis, & Icariotis, Idis, ipsa dicta fuit. Propert. lib. 3 eleg. 13 v. 10

Quæque terunt fastus, Icarioti, tuos.

Ovid. 3 de Ponto eleg. 1 v. 112

Morte nihil opus est, nihil Icariotide telâ.

Iccirco, vide *Idcirco* supra in *Circa.*

ICHNEŪMON, ŏnis, ἰχνεύμων, mus Indicus vulgo, eine Indianische mauß. Plinio lib. 8 c. 24 ὀφιομάχος alias dicitur, pugnat enim contra serpentes. Nascitur in Ægypto solùm magnitudine felis. Gesner. *Armat se diligentissime in pugnam congressurus cum crocodilo;* Plutarch. lib. 1 de Indust. animalium. De ejus solertia in oppugnandis serpentibus lege & Lucan. lib. 4 v. 724 & seqq. Nam de Ichneumone accipiendus ille locus est. Martial. lib. 7 epigr. 87

Delectat Marium si perniciosus Ichneumon.

ICHNOGRAPHIA, æ, ἰχνογραφία, descriptio vestigii, der entwurff eines gebäues, grundriß, Vitruv. lib. 1 cap. 2.

ICHTHYOCOLLA, æ, ἰχθυοκόλλα, piscis corio glutinoso, quem *exossem* dicunt, hausen, & vesiculæ ejus, hausenblasen. Quo nomine glutinum etiam ipsum appellatur, fischleim, mundleim: *Antaceum* hunc piscem docti nominant. v. Gesnerus & Plin. 32 c. 7.

ICHTHYOPHĂGI, orum, ἰχθυοφάγοι, gentes Æthiopicæ, quæ piscibus vivunt, Ptolemæo & Straboni, fischfresser.

ICHTHYŎPŌLA, æ, ἰχθυοπώλης, ein fischhändler.

¶ Ichthyopolium, i, der fischmarckt.

ICHTHYOTROPHIUM, i, ἰχθυοτροφεῖον, vivarium, ein hälter, teich, Colum. 8 c. 1.

ĪCO, ici, ictum, icĕre, ferire, treffen, schlagen, stechen. Solinus cap. 7 ex Plinii lib. 7 c. 24 *Qui lapide ictus fuerat, accepimus, oblitum litterarum.* Plaut. Trucul. a. 2 sc. 7 v. 42 *Icit femur.* Turpil. *Si iceris me.* Lucret. lib. 3 v. 161 *Propellit corpus & icit.* Sed, *icere fœdus,* est fœdus facere, inire, locutio similis illi, qua *ferire fœdus,* æque latine dicimus, einen bund machen, bund aufrichten, sich mit einem verbinden. Cic. in Pison. c. 12 *Fœdus, quod iceras, frangere noluisti.* Idem pro Balbo cap. 15 *cum Gaditanis fœdus icisse dicitur.* In confirmandis enim fœderibus victimæ cædebantur, ut porca, Servio auctore ad Virg. Æn. 1 v. 62, & ad illud 8 Æneid. v. 641 *cæsâ jungebant fœdera porcâ.*

¶ Ictus, a, um, percussus, gestochen, getroffen, geschlagen. Virg. Æn. 12 v. 926 *Incidit ictus Turnus.* Et eodem lib. v. 314 *Ictum fœdus & compositæ leges.* Sueton. Aug. cap. 20 *Ictus lapide genu dextrum.* Idem Claudio cap. 33 *Ictus nidore prandii:* id est, stimulatus. Horat. lib. 4 ode 5 v. 15 *Si desideriis icta fidelibus*
Quærit patria Cæsarem.

¶ Ictus, ûs, ui, substant. ein schlag, streich, wurff: ut, *Saxorum ictus,* Tacitus 3 Histor. cap. 29. *Fulminis ictus,* ein donnerschlag: Cic. in Off. lib. 3 cap. 25 *Phaëthon ictu fulminis deflagravit.* Et, *Ictus serpentis,* hoc est, morsus, Ovid. 4 Metam. v. 498, ein schlangen-biß. *Ictum defendere, repellere,* Cæs. B. C. 2 c. 9. *Ictu exanimari,* erschossen werden, Idem B. G. 7 c. 25. *Ictum venientem prævidere,* Virg. Æn. 5 v. 444. *Nudis & obviis pectoribus mutuos ictus excipere,* die püffe auffangen. *Perfacile ego ictus patior argenteos,* Plaut. Mostell. a. 3 sc. 1 v. 93. *Sub ictu esse,* pro, in professo discrimine periculoque versari. Seneca Consol. ad Marciam cap. 9 extr. *Ille amisit liberos, & tu amittere potes. Ille damnatus est, & tua innocentia sub ictu est,* i. e. eo loci adducta est, ut damnari feririque possit. Idem lib. 2 de Benef. cap. 29 *Cogita, quanta nobis tribuerit parens noster, quanto valentiora consequamur: quam nihil sit mortale non sub ictu nostro positum:* i. e. ita subjectum nobis, ut tangere, ut ferire possimus atque perimere. Id. Sen. epist. 72 *Adhuc est genus tertium eorum, qui sapientiæ alludunt: quam non quidem attigerunt, in conspectu tamen, & ut ita dicam, sub ictu habent;* SUB ICTU, id est, ad ictum expositum. Seneca Tragicus Thebaid. v. 528 *stupeo & exsanguis tremo*
Cum stare fratres hinc & hinc video duos
Sceleris sub ictu.

Sub ictum dari, est ictui exponi, apud Tacitum Annal. 13 cap. 39 extr. Adde quæ ad Silium lib. 8 v. 310 notavit Cellarius. *Ad ictum servi cervicem dare,* den kopf abschlagen lassen, Vellejus 2, 69, 2. *Ictibus crebris fenestras quatere,* die fenster einwerffen, Horat. 1 od. 25 v. 1.

ĪCON, ŏnis, εἰκὼν, imago, effigies, ein bild, abbildung, Plin. 34 cap. 4. ¶ 2. Est & εἰκὼν, schema à Cicerone *imago* dictum, hoc est, formæ cum formâ cum quadam similitudine collatio. Virg. 1 Æneid. v. 588

Restitit Æneas, claraque in luce refulsit,
Os humerosque Deo similis, &c.

Vocant & εἰκασμόν.

¶ Icŏnĭcus, a, um, εἰκονικὸς, gebildet: ut, *Simulacrum aureum iconicum,* id est, respondens vivæ formæ, seu ad vivum expressum, apud Sueton. Calig. cap. 22, ein bild, eben also abconterfeit, als lebe es. Sic, *statuas iconicas,* Plinius lib. 34 c. 4, &, *duces iconicos,* lib. 35 cap. 8 dixit. *Icon* enim cujusque imago ad vivum expressa dicitur.

¶ Iconismus, i, εἰκονισμὸς, die fürstellung. Seneca epist. 15 ita *descriptiones* vocat, aitque, verbum esse publicanorum.

¶ Icuncŭla, æ, diminut. Sueton. Ner. c. 56 *Icuncula puellaris,* ein bildgen, püppchen.

ICONIUM, i, Ἰκόνιον, oppidum Lycaoniæ, cujus & Cicero ad Appium lib. 3 epistol. 5 mentionem fecit.

ICTĔRUS, i, ἴκτερος, die gelbesucht: dictus & morbus regius,

Molliter excelsa quoniam curetur in aula,

ut Sammonicus canit c. 59. Vulgo *Icteritiam* vocant, à colore avis *Icteri,* id est, *Galguli,* [vide *Galgulus.*] Appellatur idem & *aurugo* à colore auri, [vide *Aurum.*] Lucretio *arquatus* dicitur lib. 4 v. 333. ¶ 2. *Icterus* avis a colore dictus, ein grünling, grünitz. Hac ave conspecta sanari malum tradunt, & avem mori. v. Plin. 30 c. 11.

¶ Ictericus, a, um, ἰκτερικὸς, qui eo morbo laborat, gelbsüchtig, Plinio 29 cap. 9. Juvenal. satyr. 6 v. 564

Consulit ictericæ lento de funere matris.

ICTIS, is, ἰκτὶς, viverra, mustela silvestris, Plinio lib. 29 cap. 4. Majus est animal mustelâ, alioqui simile, Germani vocant ein Iltis, Georg. Agricola, Gesn. vide in Chiliad. ex Plauto, *I modo, venare leporem, nunc ictia tenes.* Sed alii aliter hunc locum legunt: qui est Captiv. a. 1 sc. 2 v. 81. vide ad eum Taubmanni, si placet, collectanea.

Ictus, vide ante *Ico.*

ĪDA, æ, Ἴδη, mons Cretæ, item Phrygiæ in Troade, ubi expositus fuit Paris, & somnium habuit de fœmina formosissimâ in tota Græcia: quæ non hujus sunt loci. ¶ *Ida* etiam nomen Nisi illius, qui cum Euryalo exemplum arctissimæ amicitiæ dedit, matris fuit. Virgilius de ipso Niso Æneid. 9 v. 178

quem miserat Ida Venatrix. vide Serv. ad h. l.

¶ Idæus, a, um; ut, *Mons Idæus, Nemus Idæum,* apud poëtas.

IDACIUS, i, scripsit Fastos, quos Barthius lib. 51 Advers. cap. 4 ideo commendat, quod dies ipsos multarum præclararum actionum designent.

ĪDĀLIUM, i, mons Cypri, Veneri sacer. Virg. 1 Æneid. v. 685

Aut super Idalium sacrata sede recondam.

Idcirco, vide supra *Circa.*

IDĔA, æ, ἰδέα, quem accentum etiam in latina hac voce vulgo tenent. Significat speciem seu rei formam, quæ etsi non cernitur, mente tamen concipitur, quemadmodum Cicero dixit, ein muster, vorbild, entwerffung, gestalt: ut, *Plato ideam tantùm adumbravit, seu depinxit perfecti status Reipubl.* Cicero in Timæo EXEMPLAR & EXEMPLUM vertit: & ipse Plato Ideam παράδειγμα appellavit: ex quo Alcinous etiam de dogmate Platonis *Ideam* παράδειγμα definivit, vide eum cap. 9. Apulejus lib. 1 de Dogmate Platonis: IDEAS *verò,*

verò, id est, formas omnium simplices, & æternas esse, nec corporales tamen, esse autem ex iis, quæ Deus sumserit exempla rerum, quæ sunt eruntque, &c. Idem Cicero & *formas* alibi & *species* vocat. In Topicis cap. 7 *formas* dicere, quam *species* præstare, his verbis tradit: FORMAE *sunt, quas Græci* ἰδέας *vocant: nostri, si qui hæc forte tractant*, SPECIES *appellant: non pessime id quidem, sed inutiliter ad mutandos casus in dicendo. Nolim enim, ne si latine dici quidem possit*, SPECIERVM *&* SPECIEBVS *dicere: & sepe his casibus utendum est: at* FORMIS *&* FORMARVM *velim.* Sed de Platonis Ideis Idem in Oratore ad Brutum cap. 3, & Seneca epist. 58.

Idem, identidem, Ideo, vide *Is, ea, id.*

IDIŌMA, ătis, ἰδίωμα, proprietas, die eigenschafft und art. *Linguæ alicujus idiomata, personarum idiomata*, hoc est, mores & officia propria.

IDIŌTA, æ, ἰδιώτης, illitteratus, ein grober, ungelehrter, gemeiner mann, plebejus. Cic. pro Sextio cap. 51 *Idiotarum divitiæ.* Seneca Suasor. 6 p. 40 *Mors non movet me: idiotam petit.* Et Tertullianus ad Martyres principio: *Non tantum magistri & præpositi, sed etiam idiotæ.*

¶ Idiotĭcus, a, um, einfältig. Tertull. contra gent. cap. 1 *Rudem, impolitam & idioticam compellare.*

¶ Idiotismus, i, ἰδιωτισμὸς, est peculiare genus loquendi e vulgo sumptum. Senec. præfat. lib. 7 Controversiar. (qui vulgo 3) *Idiotismus*, inquit, *est inter oratorias virtutes res, quæ raro procedit. Magno enim temperamento opus est, & occasione quadam.*

IDMON, ŏnis, vates inter Argonautas, de quo Apollonius & Val. Flaccus.

ĪDŌLVM, i, εἴδωλον, simulacrum, ein götze, bild. Sophocles in Ajace v. 125

> Ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο, πλὴν
> Εἴδωλ', ὅσοι περ ζῶμεν, ἢ κούφην σκιάν.

hoc est: *Video, nos aliud esse nihil, præter simulacra quædam, quotquot vivimus, aut umbram levem.* Cic. de Fin. 1 cap. 6 *Imagines, quæ idola nominant.* Apud Theologos *Idolorum cultus*, abgötterey, götzendienst. ¶ De spectro *idolon* Plinius dixit lib. 7 epist. 27 *Apparebat idolon, senex, macie & squalore confectus.* ¶ Notetur, quod cum græce vox εἴδωλα in prima syllaba accentum habeat, Prudentius quoque eodem accentu latine efferat *Īdŏlă*, ita ut semper constituat Dactylum. Hunc morem Latinorum observat etiam Servius in libello de Accentibus.

¶ Idolēum, i, εἰδωλεῖον, ein götzen-hauß. Hieronymus epist. 22 ad Eustochium cap. 13 *Si frater te viderit in idoleo recumbentem.* Tertullianus de Corona cap. 10 *Si in idoleo recumbere alienum est a fide, quid in idoli habitu videri?*

¶ Idolĭcus, a, um, ad idola pertinens, abgöttisch. Tertullian. de Idololatr. cap. 13 *Res idolicæ.* Et Paulinus Petrocor. lib. 2 de vita Martini v. 231 *Idolicæ figuræ*: ac ibidem v. 555 *Idolica signa.*

¶ Idōlŏlătra, æ, εἰδωλολάτρης, ein götzen-diener, Ecclesiasticis perfamiliaris vox.

¶ Idololatris, ĭdis, fœm. abgöttisch. Prudentius Hamartig. v. 405

> *Incerat lapides famosos idololatris Relligio.*

Ita enim summi viri, Gronovius atque Heinsius emendant, cum vulgatum *idololatrix*, neque græcum neque latinum sit: hoc vero ipsum εἰδωλολατρὶς, muliebris terminationis.

¶ Idololatria, æ, εἰδωλολατρία, abgötterey. Tertullianus de Anima cap. 39 *Omnes idololatria obstetrice nascuntur*, &c.

¶ Idololatricus, a, um, idem quod Idolicus.

¶ Idolomania, æ, εἰδωλομανία, furor circa idola, götzen-dienst.

¶ Idolothytum, i, εἰδωλόθυτον, quod immolatum est idolis, ein götzen-opffer. Tertull. de Idolol. cap. 13 *Quid participas idolothyta solennia.* Idem de Spectac. cap. 13 adjective dixit, *oculos & aures ab idolothytis voluptatibus abstinere.*

¶ Idolopœia, æ, Rhetoribus προσωποποιΐας modus est, quo mortuos loqui fingunt.

ĪDŎMĔNEVS, ei, Ἰδομενεὺς, rex Cretensis, qui post Trojæ eversionem, Salentinum Calabriæ promontorium occupavit. Virg. 3 Æneid. v. 400

> *Et Salentinos obsedit milite campos*
> *Lyctius Idomeneus.*

Lyctius dicitur à Lycto Cretæ oppido, quæ colonia erat Lacedæmoniorum.

ĬDŌNEVS, a, um, aptus, conveniens, geschickt, gelegen, bequem, eben. *Idoneum tempus*, Nepos Attico cap. 2 n. 2. *Auctor idoneus*, tüchtig, Cic. ad Attic. 8 epist. 13. Grammaticis IDONEI AVCTORES appellantur veteres, & *Neotericis* opponuntur, ut observat Salmasius prolegom. Exercitat. Plinianarum p. 3. Et, *Idoneus testis*, qui per leges citari potest. Sic *Idoneus* apud Suetonium Nerone cap. 44 dicitur, qui honeste & ex legibus militare potest. *Locus idoneus*, Livius lib. 27 cap. 24, ein bequemer ort. *Idonea caussa*, Nepos Themistocle cap. 2 n. 2, id est, speciosa & opportuna, eine fügliche ursache. Additur ei interdum dativus: Cicero in Verr. 5 cap 16 *Tibi fortasse idoneus fuit nemo, quem imitarere*, es ist dir vielleicht niemand eben recht gewesen. Quintil. lib. 2 cap. 8 *Historiæ magis idoneus erit alius.* Atque ita *idoneos rhetori pueros*, Idem lib. 2 cap. 3 pr. dixit. *Nullum habentibus statum quilibet dux erat idoneus*, gut genug, Vellej. 2, 72, 5. *Habet isti populo idoneam mentem*, er schickt sich recht vor das volck, Seneca epist. 7. Et Propert. 1 v. 205

> *Non ego sum laudi, non natus idoneus armis.*

Nonnunquam accusativus cum præposit. sequitur: ut, *Idoneus ad studium, rem aliquam*, tüchtig und geschickt. Cic. de Invent. 2 cap. 12 *Commoditas ad faciendum idonea.* Et ad Attic. lib. 5 epist. 6 *Instruar consiliis, idoneis ad hoc nostrum negotium.* Est & hæc locutio elegans: *Vtrum Pompejus idoneus non est, qui impetret?* Cic. pro Lege Man. cap. 19, ist er nicht werth, solches zu erlangen? *Magis, minus idoneus; maxime, minime idoneus.* Sic enim comparatur. Dure enim & licenter Tertullianus de Anima cap. 18, & advers. Hermogenem cap. 18 *idonior* vel *idoneior* formavit: etiam Paulus Leg. 2 Dig. de popul. act. *Prætor eligat idoniorem*: & Vlpian. Leg. 4 § 6 *persona idoneior.*

¶ Idoneè, adverb. bequemlich. Cic. lib. 1 de Invent. cap. 15 *Exordium est oratio, animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem.* Apulejus 3 Florid. *nondum ad innitendum idonee, sed quantum satis videatur.* Et Lege 35 § 3 Dig. de procurat. & defens. *Idonee cavere.* Et Leg. ult. D. de appellation. § 2. Tertullianus de Pallio cap. 3 formavit etiam Comparativum *idonius*, quod vero non temere imitandum. vide Salmas. c. l.

¶ Inidoneus, a, um, non idoneus, ungeschickt. Vnde

¶ Inidoneè, adverbium, est apud Apulejum lib. 4 Metam. p. 155 *Inidonee celebrari laudibus.* Sic Elmenhorstius. At Pricæus *Idoneæ*: Julian. Floridus *idonee*, simplex adverb.

¶ Peridoneus, a, um, valde idoneus, sehr bequem. Cæsar 2 B. Civil. cap. 24 *Locus peridoneus castris.* Sueton. de Clar. Grammat. c. 11 *Peridoneus præceptor.* Et Tacitus Annal. 4 cap. 12 *Legerat Julium, consiliis suis peridoneum.*

Idulis, vide post *Idus.*

ĪDV̄MAEA, æ, Ἰδουμαία, regio Syriæ, Arabiæ & Phœniciæ vicina, quæ *Idume* quoque dicitur, palmis abundans. Lucan. lib. 3 v. 216 *Arbusto palmarum dives Idume.* Et Silio 3 v. 600 est *Idume palmifera.*

Idumæus, a, um, adject. Virg. Georg. 3 v. 12

> *Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas.*

ĪDVS, uum, plur. fœm. εἰδοὺς, dies, qui mensem dividunt, præcipue vero Nonas a Calendis, der 13 oder 15 tag im monat. Singuli menses octo Idus habent. ¶ Dictæ Idus sunt ab *Iduare*, verbo Hetrusco, quod dividere significat, vel a plena Lunæ specie; vide Macrob. lib. 1 Saturnal. cap. 15, & Plutarchum Quæstion. Roman. Ad etymon vocis alludit Horatius lib. 4 ode 11 v. 14

> *Idus tibi sunt agendæ,*
> *Qui dies mensem Veneris marinæ*
> *Findit Aprilem.*

Sic autem dicimus: 8, 7, 6, &c. *Idus* vel *Iduum.*

¶ Idūlis, e, adject. ut, *Idulis ovis*, quæ omnibus Idibus Jovi immolabatur, auctore Festo. De eâ Ovidius 1 Fast. v. 56

> *Idibus alba Jovi grandior agna cadet.*

¶ *Idulia sacra* Festus vocat, ubi de sacra via agit.

¶ * *Iduarii* & *Iduaria* in inscriptione antiqua. *Iduaria* erant fœneratorum tabulæ, in quibus apochæ receptæ pecuniæ condebantur. Harum tabularum conditores dicti sunt *Iduarii*, qui relegebant idibus pecuniam, quam Kalendis elocare gestiebant. *Grævius.*

IDYLLION, i, seu Edyllion, εἰδύλλιον, diminutiv. ab εἶδος, *forma, species.* Theocritus & Ausonius ad carmina transtulerunt, forte quia in Pindaro quæque oda εἶδος est præscripta. *Idyllion* ergo parva forma poëmatis: & *Idyllia* diversa poëmatiorum genera.

IĔCVR, ŏris, & jecinoris, epar, membrum principale, quod in dextra corporis parte situm est, die leber. Lactantius de Opific. Dei cap. 14 *Jecoris officium volunt esse, ut cibos in alvo concoquat.* Hyginus Astron. lib. 2 cap. 15 de Prometheo: *Admisit ei aquilam, quæ assidue noctu renascentia jecinora exesset.* Jecur amoris ac cupiditatis sedem statuerunt Platonici. vid. Barth. ad Claudian. p. 119. Hinc *ulcerosum jecur* Horatio est amore correptum, lib. 1 ode 25 v. 15. Idem lib. 1 epist. 18 v. 72 *Non ancilla tuum jecur ulceret ulla, puerve.*

Olim inter alitum jecora maxime in deliciis erat jecur anseris, ut jecur suis inter quadrupedes, mulli inter pisces. Plin. lib. 10 cap. 20, lib. 2 cap. 51, & lib. 10 cap. 17.

¶ Jecuscŭlum, i, diminutivum, ein leberlein. *Murium jecuscula*, Cic. de Divinatione lib. 2 cap. 14. conf. Macrob. sat. 7 cap. 14.

¶ Jecinorōsus, a, um, libersüchtig. Scrib. Largus eo usus est. At Sidonius 5 epist. 14 usurpat *Jecorosus.* Denique Marcell. Emp. cap. 20 habet *Jecoriticus.*

¶ Jĕcŏrālis, e, zur leber gehörig. Gloss. gr. lat. ἡπατικὸς, *jecoralis.*

IĔHŌVA, æ, יהוה nomen solius veri Dei proprium, quod vulgo tetragrammaton vocant, sive quatuor litterarum, GOtt der HErr.

IĒIV̄NVS, a, um, jejunior, vacuus cibo, nüchtern, ungessen. Horat. 2 Serm. sat. 2 v. 38 *Jejunus stomachus raro vulgaria temnit.*

Plin. lib. 7 cap. 2 *Oris jejuni saliva*, nüchterner speichel. Idem lib. 10 cap. 3 *Jejuna aviditas*, lust zu essen wenn man nüchtern ist. ¶ 2. Inanis, vacuus, schlecht, leer, ärmlich. Cic. ad Fam. 15 epist. 4 *Si non jejunum hoc, nescio quid, quod ego gessi, & contemnendum videbitur.* Apulej. lib. 11 Milet. *Nec fuit nox una, vel quies aliqua, visu deæ monituque jejuna.* Sic, *humus jejuna*, id est, infœcunda. Columell. lib. 2 cap. 4 *Omnis humus, quamvis lætissima, tamen inferiorem partem jejuniorem habet.* ¶ 3. *Jejuna oratio*, cui contraria est *copiosa, conferta, plena*; eine rede, da weder krafft noch safft ist. Quintil. lib. 3 cap. 1 *Traditio jejuna atque arida.* Cicero de optimo gen. Orat. cap. 3 *Lysias videtur esse jejunior, quoniam se ipse consultò ad minutarum genera caussarum limaverit.* Senec. ad Helviam cap. 6 *quid jejunius?* ¶ *Jejunum*, substant. intestinum, vide *Hira.*

¶ Jejunè, adverb. *Jejune de re aliqua disputare*, id est, exiliter, languide, frigide, Cic. lib. 1 de Orat. cap. 11, schwach, ohne nachdruck. Idem Comparativo usus est ad Attic. lib. 12 epist. 21 *Quis enim jejunius dixit inimicus?* & clarius lib. 3 de Finibus cap. 5 *Hæc dicuntur fortasse jejunius.*

¶ Jējūnĭtas, ātis, das fasten. Plaut. Merc. a. 3 sc. 3 v. 13 *Jejunitatis plenus anima fœtida*: Ita enim apud Nonium cap. 4 n. 2 hic versus legitur. Et recte *anima fœtida* cum *jejunitate* jungitur. Nam qui nihil dum gustarunt cibi, illis fere anima fœtet, sive *acet spiritus*, ut Petronius loquitur. ¶ Est & *Jejunitas*, cui opponitur *ubertas, copia*, der mangel, die dürfftigkeit. Cicer. 2 Tusc. cap. 1 *Reperiebantur nonnulli, qui, cum obruerentur copia sententiarum atque verborum, jejunitatem & famem se malle, quam ubertatem & copiam dicerent.*

¶ Jejunium, i, cibi carentia, seu abstinentia, das fasten: quod & ad potum Lucanus duriuscule, uti videtur, transtulit in illo lib. 4 v. 332

> *Quoque magis miseros undæ jejunia solvant.*

Ovid. 4 Metam. v. 263 *Lacrymis pavit jejunia*, thränen sind seine speise gewesen. ¶ Item tempus, quo a cibo abstinetur, ein fast-tag, die fasten-zeit. *Jejunium instituere*, Livius 36 cap. 37. Et, *Jejunia indicere*, Horat. 2 satyr. 3 v. 291, fasten anstellen. *Annua jejunia celebrare*, Claudian. extremo Paschali carm.

¶ Jejuniōsus, a, um, nüchtern. Plautus Captiv. a. 3 sc. 1 v. 6

Neque

Neque jejuniosiorem, nec magis effertum fame vidi.

¶ Jējūno, are, fasten, pro quo C. Nepos 25 c. 22 *cibo se abstinere* dixit, soli fere ecclesiastici scriptores habent, v. g. Tertullian. de Jejun. c. 13 pr. *Convenio vos & præter Pascha jejunantes.* Hieronymus epistola 22 ad Eustoch. cap. 13 *Lecturus Tullium jejunabam.*

¶ Jejunatio, ōnis, das fasten. Tertullianus l. c. cap. 13 extr. *jejunationibus operati.*

¶ Jejunator, ōris, qui jejunat, ein faster, hungerleider. Augustinus epist. 86 *Qui ventricolas tamquam magnus jejunator accusat.*

¶ Semijejunium, i, ein halber fast-tag. Ibidem cap. 13 *stationum semijejunia interponentes.* conf. Tertull. contr. Psych. cap. 13.

Jentaculum, vide mox in *Jento.*

IENTO, jentare, jentaculo uti, frühstücken. Jul. Cæsar Scalig. lib. 1 Poët. cap. 5 *Quod illi* [Attici] δήμους, *Dores* κώμας, *unde* κωμάζειν, *quod est per vicos vagari animi gratia. Id à cœna faciebant, ut remitterent animum post negotia diurna. Jentatione enim præparca ac minima contenti,* (*à quo etiam* jentare *verbum* ὅτι δεῖ ἰέιν, *& ut Dores loquuntur* ἰέν) *haud multo largius merendabant.* Græci βυκάζειν vocabant, quod paucas bucceas comedêre jentantes sustinendi stomachi tantum, non implendi caussa, quod ad Suetonii Augustum notat Casaubonus p. 102.

¶ Jentāculum, i, quod ante prandium sumitur, prandiolum, frühstück, morgenbrod. Sueton. in Vitell. cap. 13 *Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispartiebantur, in jentaculum, & prandia, & cœnas, commessationesque.* Apulej. lib. 1 de A. A. *Jentaculum ambulatorum.* Martial. lib. 14 epigr. ult.

Surgite, jam vendit, pueri, jentacula pistor.

¶ Jentatio, ōnis, jentandi actus, idem, apud Firmicum 2 cap. 10.

Jericho, Jerusalem, vide *Hierichus, Hierosolyma.*

IESUS, u, um, u, Ἰησοῦς, οῦ, &c. Salvator, ein Heyland. Matth. c. 1 *Vocabis nomen ejus Jesum, quia ipse salvum faciet populum suum a peccatis suis.* Apud Prudentium ita dissyllabum istud vocabulum est, ut τὸ I vocalis fungatur munere: ut Psychomachia v. 764

Vtque homini atque Deo medius intervenit Iesus.

IGĬTUR, conjunctio rationalis, quæ in initio post verbum fere aliud ponitur, demnach, derohalben. Terent. in Eunuch. act. 1 principio: *Quid igitur faciam?* was soll ich dann nun thun? Cic. in Oratore c. 30 *Jejunas igitur hujus orationis aures civitatis accepimus.* Aliquando tamen ipsam periodum incipit. Plaut Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 145

Igitur magis in modum majorem concipiet metum.

In magis majorem, pro, *in majorem modum* græca ratione dixit. C. Nepos Attico cap. 4 *Igitur primum illud munus fortunæ* &c. Tacitus in Agricola cap. 7 *Igitur ad solemnia pietatis profectus*, &c. Et alibi: ut continuandæ orationi Cicero 1 in Catil. cap. 4 *Dico, te priori nocte venisse inter Falcarios* [*non agam obscure*] *in domum Leccæ* &c. Hinc, cum nonnulla interseruisset, subjicit: *Fuisti igitur apud Leccam eâ nocte* &c. Apulejus in Floridis: *Tibicen quidam fuit Antigenides, omnis voculæ melleus modulator, & idem omnimodis modificator peritus.* Quod cum declarasset, pergit: *Is igitur cum esset in tibicinio apprimè nobilis*, &c. Plautus Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 54

Sin aliter sient animati neque dent, quæ petat;
Sese igitur summâ vi virisque eorum oppidum expugnassent.

Sed hoc in loco Nonius τὸ *igitur* pro *deinde* interpretatur, quemadmodum & Propertius τῷ *ergo* est usus. ¶ 3. Pro *tum* non semel usus est Plautus: ut, *igitur demum*, pro *tum demum*, Amph. a. 1 sc. 1 v. 145 &c. Alibi conjunxit & dixit *igitur tum:* ut Captiv. a. 2 sc. 2 v. 30. vide Sanctii Minervam, & ibi Perizonio notata p. 380. *Ergo igitur*, & *Igitur demum* &c. apud optimos auctores inveniri. ¶ 4. Pro *enim* usus est Plautus Mostell. a. 5 sc. 1 v. 52.

Ignarus, vide *Gnarus.* Et

Ignavus, cum derivatis, vide *Navus* in N.

IGNIS, is, elementum, flamma, feuer. Cicero lib. 2 de Oratore cap. 45 *Nulla materia, nisi admoto igni, ignem concipere potest*, es mag nichts feuer fangen, wo nicht feuer hinzu gethan wird. *Ignem subjicere*, Cic. 3 Verr. cap. 27, feuer unterstören. ¶ 2. *Ignis* pro amoris vehementiâ. Val. Max. 4, 6, 5 *Castissimi ignes Portiæ*, i. e. *amores castissimi.* Virg. 4 Æn. pr. *Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.*

¶ 3. *Ignis*, pro eo, eâve, cujus amore ardeo. Virg. eclog. 3 v. 66

At mihi sese offert ultrò meus ignis Amyntas.

¶ Pro ardore sive cupiditate animi, Idem 2 Æneid. v. 575 *Exarsere ignes animo.* ¶ 4. *Ignis lambens: ignis fatuus*, (ein irrwisch) meteora sunt. De *igne lambente*, habes apud Virgilium 2 Æn. v. 682, & Livium in Historia Servii Tullii, sexti Romanorum regis; & Plin. lib. 36 cap. 27. ¶ 5. *Ignes* etiam inter signa erant, quibus res subito annunciarentur. Plutarchus de Deo Socratis pag. 593 c. Græci πυρσοὺς vocabant, & qui curabant eos *pyrseutas.* Ipsa res πυρσεία Polybio dicitur, quem vide lib. 10 p. 614. ¶ 6. *Ignis sacer*, morbus, ἱερὰ νόσος, Plin. 26 cap. 11. Vulgo ignem S. Antonii vocant, das heilige werck, die rose. Virg. Georg. 3 extr.

Tempore contactos artus sacer ignis edebat.

Hier. Mercurialis lib. 4 Var. Lect. cap. 9 Servium scribit errasse, quod *sacrum ignem* esse putaverit, quem Græci ἱερὰν νόσον vocant; cum ἱερὰ νόσος nil aliud sit, quàm epilepsia: *Ignis* vero *sacer* apud Latinos idem sit, quod apud Arabas *Formica*, apud Græcos *Herpes*, apud Scribonium *Zona*, apud Plinium *Zoster* & *Circinus*, Taubman. ad Virgil. lib. 3 Georg. p. 251. ¶ 7. *Sapientis ignis* apud multos fit mentio. Minucius Felix in Octavio p. 331 *Illic sapiens ignis membra urit & reficit.* Meursius præfert *rapiens.* Sed nihil mendi subesse, consensus aliorum confirmat, quos Wowerius ad d. l. Felicis adhibuit, Clementis nempe Alexandrini, qui in Protreptico πῦρ σωφρονοῦν; Tertulliani adversus Gnostic. cap. 3, Hieronymi in Daniel. cap. 3, Paulini ad Severum epist. 28 [vet. ed. 9] n. 2, qui omnes *sapientem ignem* laudaverunt. Addo his epistolam ad Marcellam, quæ Paulino vulgo tributa fuit, n. 7. Rigaltius in Minucium interpretatur *Sapientissimi artificis jussa exsequentem; a sapientissimo artifice datum.*

¶ Ignĭcŭlus, i, diminut. ein feuergen, füncklein. Juvenal. sat. 3 v. 102

Igniculum brumæ si tempore poscas.

¶ Eleganter ad animum transtulit Cicero: *Natura parvulos nobis dedit igniculos*, id est, stimulos & incitamenta ad virtutem, anreitzungen oder anregungen im hertzen, lib. 3 Tusc. cap. 1. Et, *Virtutum igniculi & semina in animis*, lib. 5 de Fin. cap. 6. *Igniculus desiderii tui*, Idem ad Famil. 15 epist. 20.

¶ Igneus, a, um, igne candens, glüend für feuer, feurig. *Igneus fervor*, Plin. 9 cap. 60. *Ignea sitis*, Virg. Georg. 3 v. 482, der brennende durst.

¶ Igneŏlus, a, um, adjectivi diminutio, idem. Prudent. καθημ. 3 v. 186

Oris opus, vigor igneolus
Non moritur.

¶ Ignārius, a, um, ignem continens, feuer haltend; ut, *ignarius lapis*, ein feuerstein, Marcell. Emp. cap. 33.

¶ Ignídus, a, um, hitzig, erhitzt. Theod. Priscian. 2 cap. 9 *uti cucurbitis ignidioribus.*

¶ Ignio, ire, feuern, erhitzen. Prudent. in Romano v. 1077

Acus minutas ingerunt fornacibus,
His membra pergunt urere, ut igniverint.

Vsitatius est inde factum participium

¶ Ignītus, a, um, feurig, hitzig. Sidon. 1 epist. 11 *Igniti dentis morsus.* Quod & comparatur: ut, *Vinum natura ignitius*, Gell. lib. 17 cap. 8.

¶ Ignitŭlus, a, um, diminutiv. idem. Tertullian. lib. 1 ad Nation. c. 10 sub. fin. *Mercurius in calvitio pennatulus; in caduceo ignitulus.*

¶ Ignesco, ĕre, entbrennen, feurig werden. Cic. de Nat. Deor. lib. 2 cap. 46 *Ad extremum omnis mundus ignescet*, es wird eitel feuer werden. Et Apulej. Trismegist. p. 98 *Cælum vel frigescens, vel ignescens.* Metaphorice Virg. Æn. 9 v. 66 *Ignescunt iræ*, id est, accenduntur, incitantur. Et Silius lib. 9 v. 461 de Pallade:

Tum virgo ignescens penitus.

¶ Igniarium, i, der zunder, das feuerzeug, Plin. 16 cap. 40.

¶ Ignitābŭlum, i, ignis receptaculum, eine feuer-pfanne, wärm-pfanne. Solin. cap. 18, & Macrob. 2 Saturn. cap. 8.

¶ Ignefactus, a, um, glüend gemacht. Theod. Prisc. 2 cap. 28 *Lapides ignefacti aceto extinguuntur.*

¶ Ignĭcŏlōrus, a, um, ignei coloris, feuerfarbig. Juvencus in Matth. cap. 26 v. 64 *sub nubibus ignocoloris,*

¶ Ignĭcŏmans, tis, igneam comam habens, funckelnd. Avienus Phænom. Arat. v. 1112

Et Procyon, primique pedes Canis ignicomantis.

Et in Prognost. Arat. v. 88 *calor ignicomantum*
Hausit stellarum.

¶ Ignĭcŏmus, a, um, idem. *Sol ignicomus*, Ausonius epist. 7 v. 8, & Avienus Descript. Orbis v. 801 *Ignicomæ stellæ.*

¶ Ignĭfer, a, um, brennend, feurig; ut, *Igniferæ lampades*, Lucret. 2 v. 25. *Ignifer æther*, Idem 5 v. 499, & Cic. Arat. v. 88. *Ignifer axis*, Ovid. 2 Met. v. 59. *Ne ignifer quidem reliquus est factus*, proverb. de strage crudeli, quâ ad unum omnes sint deleti. Haud absimile illi, *Ne nuncius quidem est relictus*, vide Chiliad.

¶ Ignĭflŭus, a, um, ignibus fluens, wallend vom feuer; ut, *Caverna ignifluæ*, Claudian. 3 Cons. Hon. v. 196.

¶ Ignigena, æ, gebohren vom feuer, Bacchi apud Ovidium cognomen, lib. 4 Metam. v. 12 *Ignigenamque, satumque iterum*, &c.

¶ Ignĭpes, ĕdis, mit feurigen füssen; ut, *ignipedes equi*, Solis puta, Ovid. 2 Metam. v. 392, & Stat 1 Thebaid. v. 27. Et *ignipedes tauros* Martialis Spectac. 27 dixit fictos illos aurei velleris in Colchide custodes.

¶ Ignipŏtens, tis, Vulcanus, feuermächtig, Virgil. Æn. 8 v. 414 & 423. Gloss. gr. lat. πυρσοδυνάστης, *Ignipotens.*

¶ Ignispicium, i, divinatio ex ignis inspectione. Plin. lib. 7 cap. 56 *Ignispicia Amphiaraus invenit.*

¶ Ignivŏmus, a, um, feuerspeyend. Carm. Paschale, quod Lactantio, alii Venantio tribuunt, v. 3

Altius ignivomum solem cæli orbita ducit.

Ignobilis, Ignominia, Ignoro, ignorantia, Ignosco, ignotus, &c. vide *Nobilis, Nomen, Gnarus, Nosco.*

ĪLE, is, λαγών. Sed *ilia, ilium, ilibus*, pluraliter usitatius dicitur, pro intestinis in imo ventre, die gedärme, das eingeweid. *Ilia ducere*, Horat. 1 epist. 1 v. 9, keichen. *Ilia baltheo religare*, Seneca Herc. Fur. v. 543, den leib aufgürten. Virgil. eclog. 7 v. 26 *Invidiâ rumpantur ut ilia Codro*, proverbialis hyperbole extremæ indignationis, quâ uti potest, qui præclarum facinus molitur, ut invidentibus oculi doleant. Cic. in Vatin. cap. 4 *Vt aliquando ista ilia, quæ sunt inflata, rumpantur.* Singulare *Ile* est Servii ad Virg. ecl. 7, & ad Æn. 7 v. 499, qui pluralem in tertia Declinatione format ex Juvenale, satyr. 5 v. 135 dicente *ab ipsis ilibus*, qui casus frequens & apud Plinium est, v. g. lib. 27 c. 7 *Absinthium ilibus imponitur.* Celsus tamen lib. 4 cap. 1 extr. habet *iliis fœminæ*, quasi ex Il forma. Cæterum, quid proprie *ilia* sint, definit Celsus c. l. & Plinius lib. 11 cap. 37. Celsi verba sunt: *Ilia inter coxas & pubem imo ventre posita sunt.* Elegans hic etiam à Servio notatur jocus ex ambiguo, Marylli Mimographi in Parasitum: *Tu ut Hector, ab Ilio nunquam recedis*, q. d. à ventre & abdomine. Taubm.

¶ Ileus, i, εἰλεός, die darmgicht, Cels. 4 cap. 16, & Plin. 30 cap. 7.

¶ Iliōsus, a, um, qui ilium morbo laborat, der das grimmen im bauch hat, darmgichtig: Plinius 20 cap. 4.

¶ Exīlis, e, sine ilibus, tenuis, schmächtig, dünne, mager; ut, *Copia exilis*, geringer vorrath. *Membra exilia*, Ovid. 5 Metam. v. 433, schwache und geringe gliedmassen. *Genus sermonis exile, aridum, concisum, minutum*, Cic. de Oratore lib. 2 cap. 38, eine art von worten schwach, ohne krafft, so nicht fertig auf einander folget, und gering. *Exiles res*, calamitosæ, de difficultatibus à fortuna adversante objectis, Corn. Nep. 18, 5, 1. *Exile & macrum solum*, ein dürr und mager land, Cic. Agrar. 2 cap. 25. Comp. *Cato exilior*, Tertull. de Jejun. lib. extremo. *Exiliores orationes*, Cic. de Clar. Orator. cap. 21. *Fœminis vox exilior, quam maribus*, Plin. lib. 11 cap. 51.

¶ Exīlĭtas, ātis, tenuitas, die schwachheit. *Exilitati* in dicendo opponitur *copia* apud Cicer. lib. 1 de Orat. cap. 12. *Fœmineæ vocis exilitas,*

Quintil. lib. 1 c. 11 pr. klare weiber-stimme. Columella lib. 8 cap. 16 *propter exilitatem soli, quæ plerumque litori vicina est.*

¶ Exīliter, adverb. schwächlich, kleinfügig: ut, *Jejune & exiliter disputare*, Cic. lib. 1 de Orat. cap. 11 extremo. Et, *Annales exiliter scripti*, Idem de Clar. Orat. c. 27.

¶ Perexīlis, e, sehr gering. Columella lib. 11 cap. 2 p. 377 *perexilis vitis.*

ĪLERDA, æ, oppidum Hispaniæ. Lucan. 4 v. 33

Qui medius tutam castris dirimebat Ilerdam.

ĪLEX, īcis, differt a quercu foliis, laurinis similibus & serratis, & glandes habet quernis minores, ein eichenbaum, steineiche. Gell. 5 cap. 6 *Civica corona fit e fronde querna: etiam ex ilice, quod genus superiori proximi est.* Virgilius eclog. 1 v. 18 *prædixit ab ilice cornix.* Et eclog. 7 pr. *Forte sub arguta consederat ilice Daphnis.*
Idem lib. 8 Æneid. v. 43 *inventa sub ilicibus sus.*

¶ Ilīceus, a, um, von eichen: ut, *Iliceæ trabes*, Statius 6 Theb. v. 101.

¶ Iligneus, & Ilignus, a, um, idem; ut, *Frons ilignea*, ein eichen-zweig, Colum. 6 c. 3. *Glans iligna*, Plin. lib. 16 c. 5.

¶ Ilicētum, i, locus ilicibus consitus, ein eichwald. Martial. 4 epigr. 55 *sanctum ilicetum.* conf. lib. 12 epigr. 18.

ĪLIA, æ, alias Rhea, Numitoris Albanorum regis filia, Romuli & Remi mater. v. Liv. 1 c. 4. Virg. 1 Æn. v. 278

Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.

Ilia, ium, Iliacus, Ilias, vide *Ile*, *Ilium.*

Ilicet, pro *ire licet*, vide in *Eo.*

Ilicetum, Iliceus, Iligneus & Ilignus, vide *Ilex.*

ĪLĬŎNE, es, Virgil. 1 Æneid. v. 657 *Ilione*, &c.

Maxima natarum Priami.

¶ Ilĭŏneus, ei, Trojani eloquentis nomen. Virg. Æn. 1 v. 525 &c.

Iliosus, vide in *Ile.*

ĬLISSVS, i, fluvius in Attica. Statius 12 Theb. v. 641

Celavit Geticos ripis Ilissus amores.

Idem 4 Theb. v. 52

Lambit & anfractu riparum incurvus Ilissus.

ĪLĪTHȲIA, æ, quadrisyllab. Dea parturientium, quam Junonis filiam Pindarus Nem. ode 7 princ. vocat. Horat. in Carm. Secul. v. 14 *Lenis Ilithyja, tuere matres.* Ovid. lib. 9 Metam. v. 283

Præpositam timidis parientibus Ilithyjam.

Est versus spondaicus. vide Horatianos interpretes & Joh. Seldenum Syntagmate de Diis Syris pag. 163. Græci etiam Dianam *Ilithyam* salutarunt, & Deæ omnes, sub quarum potestate sunt parturientes, *Ilithyjæ* dicuntur. Quæ autem Græcis *Ilithyja* est, Latini ubique *Lucinam* vertunt.

ĪLIVM, i, Ἴλιον, pro quo *Ilios* fœm. genere Horatius 4 oda 9 v. 18 posuit. *Non semel Ilios vexata* &c. Civitas proprie Trojana. Nam *Troja* regio est. vide infra *Troas.* Virg. Æneid. 1 v. 72

Ilium in Italiam portans.

¶ Ilius, a, um, adject. ut, *Ilia tellus*, Virg. Æn. 9 v. 285. *Iliæ turmæ*, Horat. Carm. Secul. v. 37.

¶ Iliăcus, a, um, adject. aliud: ut, *Gens Iliaca*, Virg. 6 Æn. v. 875. Et, *Ruinæ Iliacæ*, 1 Æneid. v. 651. Et Horat. 1 epist. 2 v. 16

Iliacos intra muros peccatur & extra.

man thut ihm zu viel zu beyden theilen.

¶ Īlias, ădis, fœm. Ἰλιάς, mulier ex Ilio. Virg. 3 Æn. v. 65

Et circum Iliades crinem de more solutæ.

¶ Item Homeri de Ilio opus. Propertius de Æneide Virgiliana lib. 2 eleg. 34 *Cedite Romani scriptores, cedite Graji:*
Nescio quid majus nascitur Iliade.

Et Ovidius de Arte 3 v. 413 *Quis nosset Homerum,*
Ilias, æternum si latuisset opus?

¶ *Ilias malorum*, Ἰλιὰς κακῶν, de malis & calamitatibus omnis generis, unglücks vollauf. Cicero ad Attic. lib. 8 ep. 11 *Tanta malorum impendet* Ἰλιάς. Et famæ, celebritatis, & laudis respectu additur.

Illabefactus, Illabi, Illaborare, Illac, Illacessitus, Illacrymare, Illæsus, Illætabilis, Illapsus, Illaqueare, Illatebrare, Illatio, Illaudatus, vide *Labes*, *Labor*, *Laboro*, *Ille*, *Lacio*, *Lacryma*, *Lædo*, *Lætor*, *Labor*, *Laqueus*, *Lateo*, *Fero*, *Laus.*

ILLE, a, ud, pronom. derselbe, jener. Interdum emphaticum est. Virgilius lib. 7 Æn. v. 110 *Sic Jupiter ille monebat.*
Ego ille agrestis, ich der rechte grobe, Terent. Adelph. a. 5 sc. 4 v. 12. Et, *Ego ille ipse vindex æris alieni*, Cic. ad Attic. lib. 2 epist. 1. Pacuv. Armorum Judicio: *Nam canis, quando est percussa lapide, non tam illum appetit, qui se icit, quam illum eum lapidem, quo ipsa icta est, petit.* Sic enim Illa, illud; *illa ipsa rerum humanarum domina fortuna*, Cic. pro Marcell. c. 2.

¶ Illiusmŏdi, dergleichen. Cic. Div. in Verr. c. 22.

¶ Illic, in illo loco, dort, Ter. Andr. a. 2 sc. 6 v. 27. Pro quo *Illi* idem dixit Adelph. a. 1 sc. 2 v. 36, ut Donatus observat. ¶ Eleganter *Illic* & *hic* connectitur, præcipue ubi rem aliquam respuimus. Plaut. Most. a. 3 sc. 1 v. 76 *fœnus illic, fœnus hic*, zinse hin, zinse her.

¶ Illuc, dorthin. Cic. lib. 1 de Orat. cap. 40 *Huc atque illuc intuentem vagari.* Pro quo Nepos *Illò* dixit Agesilao c. 3 n. 5, *Nam cùm illò venisset, jam Agesilaus magnâ erat prædâ potitus.* Idem de Dione c. 4 *Sed illuc revertor.* ¶ *Huc illuc* Virgiliano in carmine sæpe sociatur. vide supra *Huc.*

¶ Illâc, adverb. dorthindurch. Cic. lib. 7 ad Attic. epist. 3 *Video, omnes damnatos, omnes ignominia affectos, omnes damnatione ignominiaque dignos illac facere.*

¶ Illactĕnus, biß dorthin, Gellius lib. 16 c. 19.

¶ Illinc, contrarium *hinc*, von dannen. Cic. 3 Philipp. c. 31 *Caput litterarum, omnem se amorem abjecisse illinc, atque in hanc transfudisse.* Ter. Adelph. a. 4 sc. 5 v. 39 *dum cognatus hinc illinc venirent*, da oder dorther.

¶ Postilla, adverbialiter pro *postea*, nachmahls, hernach. Catullus carm. 85 *Nec sibi postilla metuebant.* Et ita sæpe Plautus & Terentius.

Illecebra, illecebrosus, illectamen, illectatio, illex, vide in *Lacio.*

Illibatus, vide *Libo*, *are.*

ILLĪBĔRIS, is, Ἰλλίβερις, Narbonensis provinciæ civitas. ¶ 2. Altera in Bœtica Hispania est. vide Geogr.

Illic, Illicio, vide *Ille*, *Lacio.*

ILLĬCO, adverb. loci & temporis, auctore Donato. *Nunc jam illicò hic consiste*, id est, in illo loco, Terent. Adelph. a. 2 sc. 1 v. 2, gleich auf dieser stätt. Cæcil. *Manete illico:* vide Nonium. *In loco* pro *illico* Terent. dixit Heauton. a. 4 sc. 6 v. 23. ¶ 2. Et, *illico*, continuo, so bald: *Ubi eam video, illico accedo*, Idem Terent. Adelph. a. 4 sc. 4 v. 8.

Illido, Illimis, Illinc, Illinio, illino, Illisus, illisio, Illudo, illusio, &c. Illumino, Illunis, illunus, vide *Lædo*, *Limus*, *Ille*, *Linio*, *Lædo*, *Ludus*, *Lumen*, *Luna.*

Illustris, illustro, Illuvies, vide *Lustro*, *Luo.*

ILLȲRIA, æ, Illȳris, ĭdis, Illyrium & Illyricum, i, regio post sinum Adriaticum inter ultimum Italiæ Tergestum & Macedoniam intercepta, Liburniam & Dalmatiam complectens. Aliis latius in septemtrionem excurrebat. Suetonius inter Italiam regnumque Noricum & Thraciam & Macedoniam, interque Danubi flumen, & sinum maris Adriatici patere scribit Tiberio cap. 86 extremo. Pompon. Mela lib. 1 c. 3 *Adriatici latus Illyris occupat.*

¶ Illyrius, i, gentis nomen. Livius lib. 10 cap. 2 *Illyrii Liburnique, gentes feræ.*

¶ Illyrĭcus, a, um, possessivum. Propertius lib. 2 elegia ineunte 16

Prætor ab Illyricis venit modo, Cynthia, terris.

¶ Illyriciānus, a, um; Valerius epistola apud Treb. Pollion. in Claud. cap. 14 *Claudius Illyricianæ gentis vir.* Et, *Illyriciani*, Lege 25 Cod. Theod. de petitionib. Et nummo Decii: GENIVS EXERCITVS ILLVRICIANI.

ILVA, æ, insula, in mari Tusco, ferri ferax. Virg. 10 Æneid. v. 173

Ast Ilva trecentos
Insula inexhaustis chalybum generosa metallis.

ILVS, i, Ἶλος, Trois, Trojanorum regis filius, Ilii conditor. Virg. lib. 1 Æneid. v. 271 de Ascanio:

At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo,
Ilus erat, &c.

ĬMĀGO, ĭnis, simulacrum, exemplar, similitudo, ab imitatione dicta, quasi *imitago*, ein ebenbild, bildniß. Cic. 5 fam. epist. 12 *Agesilaus neque pictam, neque fictam imaginem suam passus est.* Idem in Philipp. 11 cap. 3 *Imaginem Antonii crudelitatis in Dolabella cernitis.* Idem de Orat. lib. 3 cap. 59 *Imago animi vultus est, indices oculi*, des gemüths bild ist das gesicht. *Animo imaginem alicujus rei concipere*, Quintilianus lib. 1 c. 10. *Effingere, exprimere, repræsentare imaginem*, Idem: Et Manil. lib. 4 v. 893

Exemplumque Dei quisque est in imagine parvâ.

Virg. Æneid. 7 v. 179

Vitisator curvam servans sub imagine falcem.

Loquitur de picturâ. Martial. lib. 11 epigr. 103

Portentum est, quoties cœpit imago loqui.

¶ 2. *Imagines* pro ipsâ nobilitate ponuntur. Cic. de Lege Agr. cap. 36 *Nulli me vobis auctores generis mei commendarunt; nullæ sunt imagines, quæ me a vobis deprecentur.* Idem in Pison. sub initium: *Obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum*, &c. Suetonius Vespasiano cap. 1 *Gens Flavia*, inquit, *obscura illa quidem, ac sine ullis majorum imaginibus, sed tamen Reipubl. nequaquam pœnitenda.* OBSCVRAM opponit NOBILI. Nobilitatem ex imaginibus æstimat, more Romano. Nam quo plures imagines in domo alicujus reperirentur, hoc major, & amplior quoque ejus ducebatur nobilitas. Tranquillus itaque, ut Flaviam gentem obscuram probaret, subjicit, *sine ullis majorum imaginibus.* Per eas enim tollebatur obscuritas, nobilitas & claritudo conciliabatur. Cæterum ponendæ imaginis in suis ædibus habebant jus, quorum parentes atque auctores magistratum, non quemvis, sed curulem, hoc est, sublimiorem, ut, *Consulatum*, *Præturam*, *Ædilitatem* gessissent. v. Voss. lib. 2 Instit. Orat. p. 301. Nihil itaque aliud istæ imagines erant, quam majorum effigies, qui magistratu ejusmodi defuncti essent, humerorum tenus orbiculari figura in clypei speciem, (quamobrem *clypei* etiam appellantur non raro,) cerâ expressæ, propositæque & collocatæ ordine generis in atrio maxime cum titulis sive indicibus honorum, ac rerum, quas gesserant, quibus dedicatæ erant; ut eorum virtutes ac gesta nossent non tantum & legerent posteri, sed imitarentur etiam, ut Valer. Maximus lib. 5 cap. 8 observat. Hinc imagines, & elogia (hæc sunt tituli illi sive imagines, de quibus paullo ante facta mentio,) idem Suetonius in Galba cap. 3 conjungit. Hinc poterit patere, quid sibi Juvenalis velit, cum satyram 7 his verbis inchoat:

Stemmata quid faciunt, quid prodest, Pontice, longo
Sanguine censeri, pictosque ostendere vultus
Majorum, & stantes in curribus Æmilianos &c.

Item, cum paullo post addit:

Tota licet veteres exornent undique ceræ
Atria, nobilitas sola est atque unica virtus.

Vide omnino Plinium lib. 35 cap. 2 & 3, & Lipsii de imaginibus his collectanea, lib. 1 Electorum cap. 29. Sed præter istas cerâ pictas imagines, & signa ærea majorum habebant in domibus adstruendæ familiæ nobilitati. Maternus apud auctorem Dialogi de causis corruptæ eloquentiæ cap. 11 extr. *Nec comitatus istos & egressus, aut frequentiam salutantium non concupisco: non magis quam æra & imagines, quæ etiam me nolente in domum meam irruperunt.* Statius 2 Thebaid. v. 214 *læto regalia cœtu*

Atria complentur: species est cernere avorum
Cominus, & vivis certantia vultibus æra.

Quem locum frustra tentavit Lipsius, in versu ultimo, pro AERA, ORA reponens. conf. Senec. de Benef. lib. 3 cap. 28, & epist. 44. Adde Polyb. lib. 6 cap. 2, præcipue Lipsium in Elect. lib. 1 cap. 29, & Rosin. Antiq. Rom. lib. 1 cap. 19. ¶ 3. Sed & somnia, seu visa spectraque, quæ εἴδωλα Græcis & φαντάσματα appellantur, vocantur *imagines.*

gines. Vet. Gloſſ. *Imago*, εἰκών, εἴδωλον. Tullius lib. 1 de Finibus c. 6 de Epicuro loquens: *Quæ ſequitur, ſunt tota Democriti: atomi, inane, imagines, quæ idola nominat.* Sed quas *Imagines* hoc loco, lib. 15 ad Famil. ep. 16 *Spectra* appellat. Horatius lib. 3 ode 27 v. 39

an vitiis carentem
Ludit imago
Vana, quæ porta fugiens eburna
Somnium ducit?

Vbi *Imago* viſum inane eſt, quod per ſomnum objicitur. Et ita Suetonius *ſomniorum imagines* dixit Caligulâ cap. 1. Prudentius Hymno ante ſomnum, ſomnium circumſcribens:

Plerumque diſſipatis,
Mendax imago, veris,
Animos pavere mœſtos
Ambage fallit atrâ.

Sic φρενῖτις, *morbus imaginoſus* dicebatur, quòd eo laborantibus multæ imagines, ſive phantasmata objicerentur. ¶ 4. Sed *imago* & Echo eſt: quippe quæ *vocis imago* eſt, ut Virgilius deſcribit Georgicorum 4 v. 50, cum de apibus præcipit. Cicero Tuſcul. 3. cap. 2 *Ea*, inquit, *virtuti reſonat, ut imago.* De gloria loquitur. Hanc itaque virtuti reſonare haud aliter dicit, quam echo voce reſpondet. Eſt enim Gloria, ut ipſe definit, *incorrupta vox bene judicantium de excellenti virtute.* Varro lib. 2 de Re Ruſtica cap. 16 de faciendis ponendisque alveariis præcipiens: *Primum*, inquit, *ſecundum villam potiſſimum, ubi non reſonent imagines, hic enim ſonus harum fugæ cauſſa exiſtimatur eſſe.* Horatius lib. 1 ode 12 initio, & ode 20 ejusdem libri, *Jocoſam imaginem* nominat. ¶ 5. *Imago* etiam eſt cogitatio, qua aliquid animo intuendum ſpectandumque velut coram proponitur. Ovid. 6 Metam. v. 589

pœnæque in imagine tota eſt,

id eſt, verſat apud animum, quod pœnæ genus a Tereo exigat. De Progne enim poëta loquitur, ſie bedencket, wie ſie ihn ſtraffen wolle. Tacitus Hiſtor. 4 cap. 58 *Horret animus tanti flagitii imagine.* Plinius lib. 7 epiſt. 5 *Inde eſt, quod magnam partem noctium in imagine tua vigil exigo.* IN IMAGINE TVA, id eſt, recogitatione de te: Cum te videre, te alloqui videor, ſive imaginor mihi. ¶ 6. *Imago* apud Rhetores eſt, aſſimilatio, collatio, quæ & parabola dicitur. vide Senecam epiſt. 59, & Voſſium lib. 4 Inſtit. Orat. cap. ult. ſect. 9, & cap. 11 ejusdem lib. ſect. 7 ſub finem.

¶ Imăgĭnōſus, a, um, das voll bilder iſt. Vnde *imaginoſus morbus*, φρενῖτις, quum φαντάσματα animo occurrunt. Item alius, quem Græci κορυβαντιασμὸν appellarunt, quod putarent, illum Corybantibus immitti. Is autem eſt, cum Muſica carminumque concentibus perſonari jacentium aures videntur. vide ſupra in *Corybantes*, & Scaligerum ad illud Catulli carm. 42

Non eſt ſana puella, ne rogate
Qualis ſit, ſolet hæc imaginoſum.

¶ Ĭmăgĭneus, a, um, quod imaginum eſt, der bilder halben. Sedulius lib. 1 carm. de tribus pueris in fornace Babylonia:

Nil urente rogo, tantoque ardore calentes
Cordis, imagineæ vincunt incendia pœnæ.

Imagineæ, h. e. propter negatum imaginis cultum inflictæ pœnæ.

¶ Imăgĭnor, atus ſum, ari, imaginem alicujus rei mente concipere, ihm fürbilden, in gedancken nehmen. Plin. 9 cap. 35 *Imaginari fercula triumphi*, &c. ¶ Deinde ſomniare: Suet. Cæſare cap. 81 *Calpurnia uxor imaginata eſt, collabi faſtigium domus.* Interpretante Berneggero in Indice. Et Plin. lib. 5 epiſt. 5 *Mox imaginatus eſt veniſſe Neronem.* Lactantius paſſive uſus eſt, pro, in imaginem formari ſeu fingi, lib. 5 cap. 13 extr. *Sibylla Erythræa*, inquit, κωφὰς καὶ ἀνοήτους *vocat, ſurdos ſcilicet & excordes, qui nec audiant divina, nec ſentiant; ſed terram digitis ſuis imaginatam metuant & adorent.* Activo *Imagino* uſus eſt Gellius lib. 16 cap. 18 pro, imaginem facere, ut ipſe interpretatur; Ὀπτικὴ, inquit, *facit multa demiranda id genus, ut in ſpeculo uno imagines unius rei plures appareant: item, ut ſpeculum in loco certo poſitum nihil imaginet, aliorſum translatum faciat imagines.*

¶ Imaginatus, a, um, gebildet. Locum Lactantii vide in *Imaginor.*

¶ Imaginatio, ōnis, die einbildung. vide *Phantaſia.* Plinius lib. 20 c. 7 extr. *libidinum imaginationes in ſomno.*

¶ Imaginarius, a, um, eſt fictum, aſſimilatum, non verum, quod imaginem quidem & ſpeciem habet, non rem, was in bloſſer einbildung beſtehet, erdichtet, falſch, ſcheinbar. Sic, *Imaginarius honor*, apud Senecam de Conſtantia ſapientis cap. 3. *Imaginaria paupertas*, apud eumdem epiſt. 20. Et, *Imaginarii contractus*, apud JCtos. *Imaginarli faſces*, apud Livium lib. 3 cap. 41, das ihm einer einbildet. Sueton. Claud. cap. 25 *Stipendia inſtituit & imaginariæ militiæ genus, quod vocaretur ſuper numerum.*

¶ Imaginarius, i, ſubſtantiv. pictor, qui imagines facit, ein mahler, in vet. Inſcript. Reineſ. Cl. 1 n. 2 qui ita p. 6 interpretatur.

¶ Imaginariè, adverb. Auguſtinus Confesſion. lib. 3 cap. 2 *In theatris congaudebam amantibus, quum ſeſe fruebantur per flagitia, quamvis hæc imaginarie gererentur in ludo ſpectaculi.*

¶ Imaginabundus, a, um, der ſich was in gedancken vorſtellet und einbildet. Apulejus lib. 3 Mileſ. ineunte: *carnificem imaginabundus.*

¶ Imagĭnĭfer, ĕri, ut ſignifer, officium militare, ein bildträger. Inſcriptio vetus apud Gruter. f. 1107 n. 1 AVRELIVS SECVNDIANVS IMAGINIFER LEG. SS. Gloſſ. lat. gr. *Imaginifer*, πρωτόμορφος.

¶ Imaguncŭla, æ, parva imago, ein bildgen. Sueton. Aug. cap. 7 *nactus puerilem imagunculam ejus æream veterem.* Add. Cic. ad Attic. lib. 6 epiſt. 1.

IMAVS, i, Ἴμαος, mons Indiæ, extenſus usque ad fontes Gangis, ultra quem ſunt Scytharum gentes. ¶ 2. Eſt & pars *Caucaſi* & *Tauri* Ptolemæo.

Imbalnities, Imbarbeſcere, Imbecillis, imbecillitas, Imbellia, imbellis, vide *Balneum*, *Barba*, *Baculus*, *Bellum.*

IMBER, bris, agmen aquarum largius effuſum, ein platzregen, ſchlagregen. Hoc enim diſcriminis Grammatici veteres inter *Imbrem* & *pluviam* ſtatuunt, ut *Imbrem* pronuncient, qui ſummâ vi cadat, & cito deſinat: *Pluviam*, quam nubes ex impulſu ventorum exprimant, nec ingruentem effuſius, & ſic diutius durantem. Nec aliter Lucretius lib. 6 v. 516

Sed vehemens imber fit, ubi vehementer utrinque
Nubila vi cumulata premuntur, & impete venti,
At retinere diu pluviæ, longumque morari
Conſuërunt &c.

Lege & quæ præcedunt. Hinc Tacitus 5 Hiſtor. c. 23 *pluviales imbres* videtur dixiſſe, qui & ſumma vi caderent, & pluviarum inſtar diutius durarent. Niſi ad differentiam aliorum imbrium ita vocavit. *Imber* enim non modo agmen aquarum cæleſtium, ſed quemvis etiam humorem aqueum notat, ut Nonius auctor eſt. Sed prior explicatio magis arridet. Plautus verò *imbrem* pro aqua in proverbiali illo dixit: *Non pluris refert, quàm ſi imbrem in cribrum geras:* quod Pſeudolo legitur a. 1 ſc. 1 v. 100. *In cribrum geras*, pro, *in cribro geras*, antique dixit. Et ita Ennius:

ratibusque fremebat
Imber Neptuni.

id eſt, mare, ſive unda maris. *Imbrem grandinis* dixit Lucretius 6 v. 106 *Nec cohibere nives gelidas & grandinis imbres.*

¶ Præterea *Imber* de quavis denſâ ſparſione tralatè dicitur. Virg. lib. 12 Æn. v. 284 *Tempeſtas telorum & ferreus ingruit imber.* Et Stat. 1 Silv. 6 v. 27 de Amphitheatrali ſparſione: *Dum noſtri Jovis hi feruntur imbres.* Apulej. lib. 8 Mileſ. p. 209 *Imber lapidum congeſtus ceſſavit*, ſie höreten auf mit ſteinen zu werffen. Et Prudentius Tetraſticho 45 de Stephano: *imbri adflictus lapidum.*

¶ Imbrialis, e, vom regen. Cæl. Aurel. Tard. 5 cap. 10 *Aqua imbrialis vel ciſternina*, regenwaſſer.

¶ Imbrĭdus, a, um, regenhafft: ut, *Cælum imbridum*, Solin. cap. 10 [al. 4] de Sardinia.

¶ Imbrĭcus, a, um, adject. pluvioſus, regenhafft. *Auſter imbricus*, hoc eſt, imbres excitans, Plaut. in Mercatore a. 5 ſc. 2 v. 35. *Solſtitium imbricum*, Macrob. 5 Saturn. c. 20.

¶ Imbrĭcĭtor, ōris, Ennio eſt a ciendo, qui imbrem movet, der regen macht. Verſus ejus hi ſunt apud Macrob. lib. 6 cap. 2

Concurrunt veluti venti, quum ſpiritus Auſtri
Imbricitor Aquiloque ſuo cum flamine contra
Endo mari magno fluctus extollere certant.

¶ Imbrĭfer, a, um, regnhafft: ut, *Ver imbriferum*, Virg. 1 Georg. v. 313. *Imbrifer cæli ſtatus*, Columella lib. 7 cap. 6. *Hiems imbrifera*, Silius lib. 3 v. 197.

¶ Imbrĭfĭco, āre, voll regens machen. Hinc

¶ Imbrificatus, a, um, voll regen, regenhafft; Mart. Capell. lib. 6 *imbrificatæ nubes*, i. e. imbri gravidæ.

IMBREX, ĭcis, dubii generis, tegula cava, per quam ex tecto aqua defluit, eine dachrinne, holer ziegel, dadurch das waſſer vom dache läufft. Plinius lib. 35 cap. 12 diſtinguit a tegulis. *Primus*, inquit, *perſonas* (ſimulacra) *tegularum extremis imbricibus impoſuit.* Virg. Georg. 4 v. 296 *anguſti imbrice tecti locum premere*, i. e. tegulis imbrem capientibus, mit ziegeln decken. ¶ Apud Suetonium Nerone cap. 20 plausûs genus denotat, ad ſimilitudinem crepantis ſuper tegulas pluviæ commentum. vid. ibi Caſaub.

¶ Imbrĭco, are, i. e. in modum imbricis facere, aut, imbricibus tegere, an einander fügen. Sidon. lib. 2 epiſt. 2 *Tegulis interjacentibus imbricarentur.* Vet. Gloſſ. καλυπτηριάζω, *imbrico.*

¶ Imbricatus, a, um, incurvatus & inter ſe hærens imbricum modo, in einander gefüget, wie af einem dach die ziegel: Budæus. Vitruvius lib. 2 cap. 8 pr. *Cæmenta alia ſuper alia ſedentia, inter ſeque imbricata.* Plinius lib. 11 ineunte: *Imbricatis flexilis vertebris*, inciſura ſcilicet in inſectis flexilis. Et eod. lib. ſect. 65 [c. 37] *Leonibus, pardis, etiam felibus, imbricatæ aſperitatis* [eſt lingua] *& limæ ſimilis, attenuansque lambendo cutem hominis.* Ibidem cap. 45 *imbricati ungues ſimiæ.* Omnia hæc ita dicuntur, quod formam imbricum referant.

¶ Imbricatim, adverb. ziegelweiß. Plin. lib. 9 cap. 33 *pectinatim, imbricatim*, id eſt, ad modum imbricum.

Imbricare, imbricatim, imbriatus, vide ante *Imbrex.*

Imbricitor, imbricus, imbridus, vide *Imber.*

IMBVO, imbui, imbūtum, imbuĕre, perfundere, tingere, adſpergere, madefacere, netzen, feuchten beſprengen. Virg. ecl. 1 v. 7 *Illius aram imbuet agnus*, i. e. ſanguine ſuo reſperget. Idem Æneid. 7 v. 554 *ſanguis novus imbuit arma* i. e. humefecit denuo. Vellej. 2, 20, 1 *Sanguine conſulis militis imutæ manus ſunt.* ¶ 2. Per metaphoram ſumitur pro erudire, unterrichten, & ad animum elegantisſime transfertur; ut, *Pueri animum tenerum bonis opinionibus imbuere*, Cic. ad Att. 14 epiſt. 13. *Imbuere vitiis*, Quintil. lib. 1 cap. 1. Gellius lib. 16 cap. 8 *Cum in diſciplinas Dialecticas induci atque imbui vellemus.* Tacitus 5 Hiſtor. cap. 5 *Nec quicquam prius imbuuntur, quàm contemnere Deos, exuere patriam.* Imbui autem non tantum eſt ex præceptione ac diſciplina; ſed conſuetudine etiam ac uſu diſcere aliquid & animo moribusque imprimere. Cicero pro Milone cap. 4 *ad quam non nati, ſed facti; non inſtituti, ſed imbuti ſumus.* Plinius Panegyrico cap. 44 *Sic imbuti ſumus, ut, quibus erat ſumma votorum, melior peſſimo Princeps, jam non poſſimus, niſi optimum ferre.* Vtrumque autem dicimus, *Imbuere aliquem aliquid*, & *aliquo*: ut, *Imbuo puerum rubrica* & *rubricam*, quod exempli loco Cariſius lib. 5 extremo, pro obſervatione iſta adducit. Et videtur *Imbuere aliquem aliquid* per Ellipſin, pro *in aliquid* dici. Quemadmodum Gellius ſupra dixit, *in diſciplinas imbui.* ¶ Servius Danielis notat, *imbuere* proprie eſſe inchoare, initiare, einweyen. vide Taubm. ad Virg. Eclog p. 7.

¶ Imbūtus, a, um, benetzt, angefeuchtet, behafftet, unterrichtet. Quintil. 1 cap. 2 *Leviter literis imbutus*, nicht tieff gelehrt. Horat. 2 epiſt. 2 v. 7 *Litterulis græcis imbutus.* Id. 1 epiſt. 6 v. 4 *Sunt qui formidine nulla Imbuti ſpectant.* Idem epod. 5 v. 65 *munus tabo imbutum*, i. e. veneno, vergifftet. Idem 2 epiſt. 2 v. 69

Quo semel est imbuta recens servabit odorem
Testa diu, &c. der topff schmeckt nach der ersten suppe.

¶ Imbutamentum, i, die einwenhung, der unterricht. Fulgentius Mytholog. lib. 1 cap. 1 *Variis dogmatum imbutamentis lascivia Græcorum præstruens corda.*

ĬMĬTOR, atus sum, ari, est effingere alicujus mores, einem etwas nachthun, nachfolgen, nachahmen. *Optima quæque ad imitandum proponere*, Plinius lib. 1 epist. 5. Et, *Imitari alicujus gestum*, Lucret. lib. 3 v. 366, sich einem andern nachgeberden. *Imitari chirographum alicujus*, eine handschrifft nachmahlen, Cicer. 3 Nat. D. cap. 30. Et Tibull. 4 eleg. ult. *Heu mihi difficile est imitari gaudia falsa.*
Et Virgil. eclog. 2 v. 31
Mecum una in silvis imitabere Pana canendo.

¶ Imĭtātus, a, um, nachahmend, gleichförmig. Horat. 2 sat. 3 v. 186 *Vulpes imitata leonem.* Idem 2 epist. 1 v. 207 *Lana violas imitata.* Idem 4 od. 2 v. 56 *Fronte curvatos imitatus ignes lunæ.* ¶ Passive, nachgemacht, Cic. de Univers. cap. 3 *Imitata & efficta simulacra.*

¶ Imitatus, ûs, die nachahmung. Val. Max. 4 cap. 6 pr. *Opera ardua imitatu.*

¶ Imĭtātio, ōnis, die nachfolgung. Cic. in Philipp. 14 cap. 6 *Excellentium hominum virtus imitatione, non invidia, digna est.* Sicut & Cæsar ait in oratione ad Senatum Rom. apud Sallust. Catil. cap. 51, *Majores nostri imitari, quàm invidere bonis malebant.* Cæterum de imitatione in scribendo & loquendo scripserunt præter Quintilianum, etiam alii, ut Picus, Bembus, Politianus, &c. Quintil. lib. 10 cap. 2 *Imitatio non sit tantum in verbis: illuc intendenda mens est, quantum fuerit illis viris decoris in rebus atque personis, quod consilium, quæ dispositio.*

¶ Imitator, ōris, ein nachfolger. C. Nep. in Attic. cap. 18 *Imitator moris majorum.* Martial. lib. 1 epigr. 40
Si quis erit recti custos, imitator honesti.
Vbi tamen alii *mirator* legunt. Adi Gronovium. Cic. 2 de Orat. cap. 54 *Imitator & narrator facetus*, der einem andern kan kurtzweilig nachreden. Et Horatius de Arte Poët. v. 318 *morum imitatorem* dixit. Idem 1 epist. 19 v. 19 *O imitatores, servum pecus*, &c.

¶ Imitatrix, īcis, die nachfolgerin. *Imitatrix boni voluptas*, Cicero de Legib. 1 cap. 17. Et Plinius lib. 10 cap. 23 *Imitatrix avis.*

¶ Imitābilis, e, quod quis imitari potest, das sich leicht nachthun läst, nachthunlich. Cic. in Orat. cap. 23 *Orationis subtilitas imitabilis illa quidem esse videtur existimanti, sed nihil est experienti minus.* Virg. 6 Æn. v. 590 *Non imitabile fulmen.* Horat. 1 epist. 19 v. 17
Decipit exemplar vitiis imitabile.
Comp. *Imitabilior*: Plin. 37 cap. 8 *Gemma imitabilior mendacio vitri.*

¶ Inimitabilis, e, das nicht nachzuthun ist, unvergleichlich. Quintil. lib. 2 cap. 2 *Opera quædam nobis inimitabilia.* Adde lib. 1 cap. 10. Et Vellej. 2, 97, 3 *Morum dulcedo inimitabilis.*

¶ Imitāmen, inis, idem quod imitatio, die nachäffung. Ovid. 4 Fast. v. 211
priscique imitamina facti.

¶ Imitamentum, i, idem. Gell. 7 cap. 5 *Polus* [histrio] *opplevit omnia non simulacris, neque imitamentis, sed luctu atque lamentis veris & spirantibus.* Et Tacit. 14 Annal. cap. 57 *Veterum Romanorum imitamenta præferre.*

Imitus, Immaculare, Immanis, immanitas, &c. Immansuetus, Immarcescere, Immaturus, &c. Immedicabilis, Immeditatus, Immejere, Immemor, &c. Immensus, &c. Immerens & Immeritus, Immergere, Immetatus, Immigrare, Imminere, Imminere, Immiscere, Immisericors, Immissus, Immistus, Immitis, Immitere, Immixtus, vide *Imus, Macula, Manes, Mansuetus, Marceo, Matrus, Medeor, Meditor, Mejo, Memini, Metior, Mereo, Mergo, Metr, Migro, Maneo, Minuo, Misceo, Miser, Mitto, Misceo, Mitis, Mitt, Misceo.*

IMMO, vel Imo, affirmandi, augendi, eligendi atque interdum corrigendi adverbium, ja, allerdings, ja vielmehr. Terent. Andr. a. 4 sc. 2 v. 25 C. *Verum vis dicam?* D. *Immo etiam.* Item Eunuch. a. 4 sc. 7 v. 41 GN. *Jam hæc tibi aderit supplicans ultro* THR. *Credin'?* GN. *Imo certe.* Liv. 41 cap. 23 *Ea spe depulsus, non tamen belli consilia omisit. Imo si vera volumus dicere, jam inchoavi bellum.* Virg. eclog. 7 v. 41
Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis, &c.
Adde eclog. 5 v. 13. Varro: *Non humnitas, imò sævitia est, lædere innocentem*, ja es ist wohl eine grausamkeit zu nennen. Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 3 *Nempe ut curentur recte hæc. Imò aliud*, nein, es ist viel ein anders. conf. Borrich. Vind. p. 98

Immobilis, Immoderatus, Immodestus, Immodicus, Immolare, Immorari, Immori, Immortalis, Immotus, Imundus, Immunis, Immunitus, Immussulus, Immutatus, Imo, vide *Mveo, Modus, Mola, Mora, Mors, Moveo, Mundus, Munus, Munio, Immsulus* in *Mitto, Muto, Immo.*

Impages, Impalleo, Impatiens, impatietia, Impedio, Impendium, impendo, impensa, vide in *Pango, Pallr, Patior, Pes, Pendo.*

Impercitus, vide in *Cieo.*

Imperium, impero, &c. Imperterritus, impertio, ire, Impetiginosus, impetigo, vide *Paro, are, Terreo, Pars Petigo.*

Impetrare, impetrire, &c. Impetus, Inpexus, Impiare, Impilia, Impingo, Impleo, Implexus, Implico, Imploro, Inplumis, Impluvium, Importune, importunitas, importunus, Imos, Impostor, impostura, Impræsentiarum, Impressio, imprimo, &c. Improbitas, imprŏbo, &c. Improperium, impropero, Impulsio, impulsor, &c. Impunis, Impŭto, vide *Patro, Pĕto, Pecten, Pio, āre, Pilus, Pingo, Plenus, Plecto, Plico, Ploro, Pluma, Pluvia, Portus, Compos, Pono, Præsens, Premo, Probus, Properus, Pello, ĕre, Pœna, Puto.*

ĪMVS, a, um, infimus, profundus, das unterste, contrarium *summo.* Virgil. 6 Æneid. v. 581
Fulmine dejecti fundo volvuntur inmo,
zu unterst auf dem grunde. *Ab imo pectore*, Item Æneid. 1 v. 85. *Sensibus imis reponere*, Idem eclog. 3 v. 53. Et, *Ima summis mutare*, Horat. lib. 1 od. 34 v. 12. Vel, *Miscere summa imi* Vellej. 2, 2, 3, i. e. omnia perturbare & confundere, das unterst zu oberst kehren. Idem Horat. 2 sat. 3 v. 308 *Ab imo ad summum*, von unten bißoben. ¶ *Imus* etiam dicitur, postremus & qui in extrema vici cujusdam parte habitat. Horatius epist. ad Pisones de Arte Poët. v. 32
Æmilium circa ludum faber imus.
Sic Ovidius de Nuce v. 62 *Imum fundum* adpellat postremam agri partem. *Imæ fores*, pro ima earum parte, Virg. 2 Æn. v. 449.

¶ Imĭtus, adverb. de fundo, von grund aus. Gellius 17 cap. 10 *Fontes imitus ignes eructare.* Et Apulej. Miles. 9 p. 233 *Terra dehiscente imitus.*

IN, præpositio, ex græco ἐν, in, quæ modo cum Accusat. modo cum Ablativo jungitur. Accusativo, quando ad locum; Ablativo, quando in loco significat. Quod tamen discrimen auctores veteres interdum neglexerunt. Plautus Bacch. a. 1 sc. 3 v. 53 *Ecquid in mentem est tibi?* Cicero pro Lege Manil. cap. 12 *Cum vestros portus in prædonum potestatem fuisse sciatis.* De quo loco & Gellium lib. 1 cap. 7 videre licet. Adde Auson. Popmam de Vsu antiquæ locutionis, Gifan. Indic. Lucretiano, Huetium ad Manilii lib. 1 v. 245, & Taubmann. ad Plaut. Amph. a. 1 sc. 1 v. 25. ¶ 2. Non raro *in* pro *inter* ponitur. Nepos cum aliis plurimis locis, tum in Pausania cap. 2 *Byzantio expugnato cepisset complures Persarum nobiles; atque in his nonnullos regis propinquos.* Cæsar 3 de Bello Civili cap. 38 *Nostri cognitis insidiis duas nacti hostium turmas exceperunt. In his fuit M. Opimius.* Ovid. 2 Fastorum v. 571 *Ecce anus in mediis residens annosa puellis.*
Statius lib. 4 Silv. 2 v. 10
Mediis videor discumbere in astris.

¶ 3. Sed & pro *ex* usurpatur. Nam quod Cæsar *ex itinere confligere*; id Nepos *in itinere* dixit Eumene cap. 8 pr. Et ita quoque Hirtius lib. 8 de Bello Gallico cap. 27. Quamquam & ibi IN pro INTER interpretari licet. Florus lib. 3 cap. 4 de Scordiscis Thraciæ populis: *Litare Diis sanguinem humanum: bibere in ossibus capitum* &c. Terent. Heaut. a. 5 sc. 1 v. 59
Quot incommoda tibi in hac re capies, nisi caves?
Vetus Inscriptio Hispanica: STATVAM IN AERE AVRATAM POSVERE, i. e. æneam deauratam. Paullo aliter Suetonius Galbâ cap. 8 *Nec ad gestandum quidem unquam iter ingressus, quàm ut secum vehiculo proximo decies HS in auro afferret.* Id est, decies HS in nummis aureis, am golde, ut nos loquimur. Virg. 5 Æn. v. 344
Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.
VENIENS, i. e. proveniens ex corpore. Nisi veniens ibi pro ὢν, sive existens exponendum est. Nonnunquam enim *venire*, pro *esse* sumitur. ¶ 4. Sumitur & pro *ad* in exprimendo numero. Livius lib. 1 cap. 42 *Tertia classis in quinquaginta millium censum esse voluit*, biß funfftzig tausend. Aliter Varro lib. 2 de re rustica cap. 2 extr. *Illud vero omnes in Epiro facimus, ne minus habeamus in centenas hirtas singulos homines, in pellitas, binos.* Vbi *in centenas oves*, auf hundert oder zu hundert schafen einen hirten. ¶ 5. Eleganter hæc præpositio finem aliquando & caussam rei notat. Tacitus 4 Annal. cap. 45 *L. Pisonem uno vulnere in mortem affecit*: id est, ita affecit, ut ex eo moreretur. Terent. Andr. a. 2 sc. 2 v. 31
etiam puerum inde abiens conveni Chremi:
Olera, & pisciculos minutos ferre obolo in cœnam Seni.
Pisciculos ferre in cœnam: id est, ideo ferre, ut cœna inde seni adparetur. Livius lib. 1 cap. 35 *Centum in patres legit*, id est, ut patres essent. Sed potest IN hoc loco, pro *inter* etiam esse positum. Lucan. lib. 1 v. 306 *In classem cadit omne nemus*,
id est, ut classis ædificetur. Claudianus Paneg. de 4 Conf. Honorii v. 624 *In lintres fregere nemus.*
Propertius lib. 3 eleg. 3 v. 35 *Hæc hederas legit in thyrsos*;
id est, legit, ut inde thyrsos contexat. Florus lib. 2 cap. 6 *In caussam belli delecta Saguntus*: id est, unde belli caussa peteretur. Tacitus lib. 2 Hist. cap. 64 *Nec ullis fortunæ illecebris & ambitu civitatis in gaudium evicta.* Ita enim in vulgatis omnibus legitur: nec audiendus Pichena & alii, qui pro *evicta*, *evecta* substituerunt. *Vinci animus* dicitur, cum succumbit affectibus, inter quos gaudium etiam est. Itaque sensus est: Contra illecebras fortunæ, & contra civitatis ambitum, invictam stetisse Sextiliam matrem Imperatoris Vitellii; h. e. neque felicitate sua, quod Imperatoris mater esset, neque *civitatis ambitu*, h. e. Romanorum studiis atque honoribus, qui in ipsam conferebantur certatim, eo adductam, sive adduci se passam esse, ut gauderet improbius, exsultaretque, ac superbiam sumeret, daß sie sich dessen überhube. ¶ 6. Aliquando *in* mutationem significat, & Accusativum regit: ut, *Vertit Homerum in linguam latinam.* Sic, *In bestiam mutatus est.* Item, cum tempus futurum respicit: ut, *In crastinum, in cœnam.*

¶ Accusativum etiam regit, cum sumitur in bonam partem pro *erga*, vel in malam pro *contra.* In bonam, apud Virg. lib. 1 Æn. v. 303
Inprimis regina quietum
Accipit in Teucros animum.
In malam, Terent. Heaut. a. 2 sc. 1 pr. *Quam iniqui sunt patres in omnes adolescentes judices.* ¶ 7. Aliquando idem significat quod *post*: ut apud Liv. *Bellum in trigesimum diem indixerant*, i. e. post triginta dies, vel triginta diebus exactis. ¶ 8. Nonnunquam hæc præpositio circumloquendo Genitivo, Dativo & Ablativo usurpatur: Sic, *Æmulus in aliquem, Similis in aliquem* dicitur: de quo Gruterus lib. 1 Suspicionum cap. 11. Terent. Andr. a. 4 sc. 5 v. 19
Adeo videmur vobis esse idonei,
In quibus sic illudatis.
IN QVIBVS, pro *Quibus.* Plautus Aul. a. 3 sc. 4 extr. *Ne in me mutassis nomen.* IN ME, pro *mihi.* Catullus Epithal. Mallii v. 102
Non tuus levis in mala
Deditus vir adultera.
Deditus in adultera, pro, adulteræ deditus. Lucret. 3 v. 647
in pugnæ studio quod dedita mens est.
Sic, *Studere in aliqua re*, pro, *rei alicui*, Cato apud Gellium dixit lib. 11 cap. 3. ¶ 9. Aliquando abundat hæc præpositio: Plautus Capt. a. 1 sc. 2 v. 64 *nam illam confido domum*
In his diebus non reconciliasse.
Suetonius Tiberio cap. 60 *In paucis diebus, quam capreas attigit.*
Idem

Idem in Claudio cap. 18 *Nihil non excogitavit ad invehendos etiam in tempore hiberno commeatus.* Avienus Arateis v. 403 *hoc tempore in anni.* Virgil. eclog. 7 v. 20 *referebat in ordine Thyrsis.*
Est quidem in istis omnibus & his similibus plena ac integra oratio; ellipsis tamen in frequentiore usu est. ¶ 10. In compositione & auget & minuit significationem. vid. Barth. ad Claudian. p. 44, 45. Sic *Infractum* dicimus & valde fractum, & non fractum. Virg. Æn. lib. 12 pr.

Turnus ut infractos adverso Marte Latinos
Defecisse videt.

id est, valde fractos. Nec apud antiquos aliter usurpatum facile inveneris. Ita *Impotens* pro valde potens apud Horat. *Invalidus*, id est, valde validus apud Lucret. &c. *Indemnatæ pernæ*, id est, damnatæ apud Plautum Capt. a. 4 sc. 3 extr. Aliquando in compositis & *Intus* notat: ut, *Incœnare* pro intus cœnare, apud Suetonium Tiberio cap. 39. Vbi Casaubonus notat, & Columellam *impascere*, & Statium *inservare* similiter posuisse. ¶ 11. *In tempore*, significat *opportune*. Terent. Andr. a. 4 sc. 5 v. 19 *In tempore veni.* Et, *In tantum* adverbialiter, pro tantum, plures dixerunt. vide *Tantum*. Similiter: *In totum*, pro penitus. Manilius lib. 1 v. 421

At non Lanigeri signum Libreque repugnat
In totum. Et v. 779
Nam nihil in totum servit sibi.

¶ 12. Pro *In*, vetustiores, ut Ennius, Pacuvius, Lucilius, &c. *endo* sive *indu* dicebant, unde *Endopedire*, sive *indupedire*, *induperare*, *indugredi*, &c. apud Lucretium.
¶ Inde & Indidem, Infra, Inter, Intus, vide seorsim.

INA, æ, pars chartæ tenuissima est, sive filamentum, quod suscitatur, cum charta usu detrita est. vide Salmasii Exercitationes p. 392.

Inacesco, vide *Aceo*.

ĪNĂCHUS, i, Ἴναχος, fluvius vel rex Argolidis, cujus filia Io ab Jove amata in vaccam mutata fuit. vid. Ovid. 1 Metam. fab. 11. De illo Horat. 2 carm. od. 3 *Divesne prisco natus ab Inacho*
Nil interest, an pauper, &c.
Omnes eodem cogimur.
¶ *Inachum* Oceani filium, patrem Phoronæi, primi inter mortales regis, facit Hyginus cap. 145.
¶ Inăchĭdes, æ, patronym. masculinum. Ovid. Metam. 1 v. 754.
¶ Inăchis, ĭdis, fœmininum, hoc est, Io, sive Isis, *lauta* vocatur Ovid. 1 Fast. v. 454, quod ei sacrificarent anserem.
¶ Inăchius, a, um, adjectiv. *Litus Inachium*, Ovid. 5 Fast. v. 656. Nam & *Inachum*, fluvium Argivorum poëtæ fecerunt, qui in sinum Argolicum exeat; de quo fabulosa Strabo lib. 6, vera autem Plutarchus de Fluminib. vide Barth. ad lib. 4 Theb. Statii p. 932.
¶ Inachia, æ, est Peloponnesus Stephano.

Inadulabilis, vide *Adulor*.

Inædifico, Inæquabilis, &c. inæqualis, inæquo, &c. Inæstimabilis, inæstimatus, Inæstuo, Inalbesco, inalbo, Inalgesco, Inalienatus, Inalpinus, Inalto, Inamaresco, Inambulatio, inambulo, Inamœnus, Inanimalis, inanimatus, inanimis, &c, quære in *Ædes*, *Æquus*, *Æstimo*, *Æstus*, *Albus*, *Algeo*, *Alieno*, *Alpes*, *Altus*, *Amarus*, *Ambulo*, *Amœnus*, *Anima*.

ĬNĀNIS, e, vacuus, inops, leer, öd. *Nuda & inanis domus*, Cicer. 4 Verr. cap. 34, ein blosses leeres hauß. Idem Offic. 1 cap. 2 *Ad quos, cum velut ad mercaturam bonarum artium profectus sis, inanem redire turpissimum est.* Plin. Panegyr. cap. 31 *Navigia inania & vacua.* Plautus Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 174

Vix incedo inanis, ne ire posse cum onere existimes.

Vbi *inanis* ei opponitur, qui onus gestat. Idem Mostell. a. 3 sc. 1 v. 40 *Hic homo est inanis*, i. e. nihil pecuniæ habet. *Inanem à marsupio* Prudentius in Laurentio dixit, v. 104. Sic, quemadmodum Plautus *amatorem a datis sterilem: montem ab aquis sterilem* Apulejus, ut Gruterus lib. 3 Suspicionum cap. 13 observat. ¶ 2. *Inanes* etiam dicuntur, stolidi & mentis inopes, item futiles & vani, eitel, vergeblich, quos *gravibus* opponit Lucretius lib. 1 v. 638,

Heraclitus init quorum dux prælia primus,
Clarus ob obscuram linguam magis inter inanes,
Quamde graves inter Grajos, qui vera requirunt,
Omnia enim stolidi magis admirantur.

Horatius lib. 1 sat. 4 v. 76 *inanes*
Hoc juvat, haud illud quærentes, num sine sensu,
Tempore num faciant alieno.

Vide & Turnebum lib. 10 Advers. cap. 1. Sic apud Celsum 7 cap. 16 *Medicina omnis inanis esse* dicitur, quæ nullius est fructus atque utilitatis, die nichts hülfft und umsonst ist. ¶ Adsciscit interdum Genitivum. Ovid. Heroid. epist. 3 v. 60

Sanguinis atque animi pectus inane fuit.

Inanissimus prudentiæ, gar ohn allen verstand, Cic. pro Muræn. cap. 12. Vnde etiam gradus intelligimus, pro quibus addimus: *Inanissimi homines*, Lactant. lib. 2 cap. 17. *Apulia inanissima pars Italiæ*, Cic. lib. 8 ad Attic. epist. 3. *Ager aratoribus inanior*, Idem Verrin. 5 cap. 52 princ. ¶ *Inane* substantivum, pro aëre vel cælo, vel vacuo, Virg. eclog. 6 v. 31 *Namque canebat uti magnum per inane coacta*, &c. durch die weite lufft. *Inane*, spatium immensum inter cælum & terram; *Inane* etiam regnum inferorum sonat: de ipso inani vide Heronem init. Pneumatici; Galenum lib. 1 de Elementis; Barth. ad lib. 4 Thebaid. Statii p. 1111. conf. Parei Lex. Crit. p. 587.
¶ Inānĭtas, ātis, das leere; ut, *Inanitas arundinis*, Plin. lib. 13 cap. 22. Et, *Sub terris vacantis loci inanitas*, Seneca lib. 6 Qu. Nat. cap. 25 extremo. Et, *In summa inanitate versari*, Cicer. 3 Tusc. cap. 2. ¶ 2. Vanitas, die eitelkeit, vergeblichkeit; ut, *Inanitates verborum*, Gell. lib. 13 cap. 8.
¶ Inania, æ, veteres etiam dixere eodem sensu. Nonius cap 2 n. 421 *Inania, inaniæ*, id est, *inanitas*. Plautus Aulul. a. 1 sc. 2 v. 6 *Ita inaniis sunt opplete atque araneis.*
¶ Inanĭter, adverb. frustra, ohne nutz, vergeblich. Cicero 4 Tusc. cap. 6 *Inaniter & effuse animus exultat.* Ovid. 2 Metam. v. 620

medicas exercet inaniter artes.

¶ Inānĭlŏquus, a, um, apud Plaut. Pseudolo a. 1 sc. 3 v. 24, ubi tamen exemplaria quædam legunt, *Inanilŏgus*, ein unnützer wäscher.
¶ Inaniloquium, i, idem quod vaniloquium, unnütz geschwätz, Vulg. Interpr. 2 Tim. 2 v. 16.
¶ Inanefăcio, ĕre, cassiren, zernichten. Vlpian. l. ff. de solut. *Solutione chirographo inanefacto.* vid. Salmas. de modo usur. p. 471.
¶ Inanesco, ĕre, leer werden, schwinden. Ammian. 23 cap. ult. *Conchulæ concussæ metu fulgurum inanescunt.*
¶ Inanio, ire, vacuare, entledigen, ausleeren; ut, *Inanire alvum*, Plinius lib. 20 cap. 3.
¶ Exinanio, ivi, itum, ire, evacuare, attenuare, vastare, ausleeren: Sic, *Exinanire alvum, ovum, urinam*, Plinius dixit. *Vastare & exinanire agros*, Cicero Verrin. 5 cap. 50 extr. ausplündern. Et Vitruvius lib. 3 cap. 3 sub initium: *Locus fodiatur, exinaniaturque.*
¶ Exinanītus, a, um, ausgeleert, ausgepackt. Cic. Verr. 5 cap. 40 *Habet constratam navem & minus exinanitam.* Idem cont. Rullum 2 cap. 27 *Regibus atque omnibus gentibus exinanitis.*
¶ Exinanītio, ōnis, die ausleerung; ut, *Præceps alvi exinanitio*, Plinius 13 cap. 22, der durchfall.
¶ Obinānis, e, idem ac inanis, vacuus, leer. Varro R. R. lib. 3 cap. 9 *Ajunt, cum ad lumen sustuleris* [ova,] *quod perluceat, id esse obinane.* Quidam dividunt *ob inane*: Scaliger autem conjungendum censet.
¶ Reexinanio, ire, wieder leer machen. Apicius 8 cap. 6, & 4 cap. 2 *Reexinanire in cacabum.*
¶ Seminānis, e, halb leer. Plinius lib. 2 cap. 18 de Luna: *In triquetro seminani ambitur orbe.*
¶ Subinānis, e, aliquantum inanis, etwas leer. Cicero ad Atticum lib. 2 epist. 17 *Quin etiam, quod est subinane in nobis, & non ἀφιλόδοξον, id afficitur quadam delectatione.*

Inaquosus, Inardeo, inardesco, Inaresco, Inaro, Inartificialis, &c. Inassatus, inasso, Inatraliptes, inatraliptice, Inaudax, Inaudibilis, inaudio, Inauguro, &c. Inaurare, Inauris, inauritus, Inauspicato, &c. Incassum, Incendo, Incentivum, Incepto, Incerniculum, Incestus, vide in *Aqua*, *Ardeo*, *Areo*, *Aro*, *Ars*, *Assus*, *Aliptes*, *Audeo*, *Audio*, *Augur*, *Aurum*, *Auris*, *Auspex*, *Cassus*, *Candeo*, *Cano*, *Capio*, *Cerno*, *Castus*.

Inchoo, are, cum derivatis, vide in *Chaos*.

INCĪLE, is, fossa in lapidem vel terram incisa, per quam aqua ex flumine ducitur, ein wasser-lauff, wasser-graben; item, eine rinne oder gosse. Vlpianus Lege 1 § 5 Dig. de Rivis: *Incile est locus depressus ad latus fluminis, ex eo dictus, quod incidatur. Inciditur enim vel lapis vel terra, unde primum aqua ex flumine agi possit.* Festus Pompejus: *Incilia* (vel *Inciliæ*) sunt *fossæ, quæ in viis fiunt ad deducendam aquam: sive derivationes de rivo communi factæ.* Plinius lib. 18 cap. 26 *Incilia aperire.* Et Columella lib. 5 cap. 9 *Si olea in colle sit, incilia excitentur, quæ limosam aquam ad codicem deducant.* Apulej. Met. 9 p. 221 *Via lacunosis incilibus voraginosa.* Adde Grævium ad Cic. 8 fam. epist. 5.
¶ Incīlis, e, eingegraben, adjective usus Cato est cap. 155 de R. R. *Fossas inciles plures habere oportet.* ¶ Dicuntur ejusmodi fossæ *Inciliæ* etiam, auctore Festo, ut modo diximus.
¶ Incīlo, are, increpare, schelten. Lucret. lib. 3 v. 978

Jure, ut opinor, aget, jure increpet inciletque.

Et Accius apud Nonium cap. 2 n. 430 *Quis erit, qui non me spernens, incilans probris, sermone indecorans, turpi fama differet?*

Incinere, Incingere, Inciperare, incipere, Incise, incisio, &c. Incita, incitatus, &c. vide *Cano*, *Cingo*, *Paro*, *Cædo*, *Cieo*.

INCĬTĒGA, æ, inquit Festus, *est machinula, in quâ constituebatur in convivio vini amphora, de qua subinde deferrentur vina.* Ad quem locum Jos. Scal. *Superius*, inquit, *monuimus*, incitegam, *dictam ab* integendo. *Quia veteres* incitegere *pro* integere *dicebant: ut* reciperare *pro* reparare, &c. *Dicta autem ab* integendo, *quia partem mensæ tegat. Eâ autem utebantur, ne vas vinarium, puta crater magnus, aut amphora, labem ex fundo in mensa relinquat. Cum sæpe videmus lagenas mensæ impositas circulum describere in mappa*, &c.

Incito, Incivilis, Inclamo, Inclareo, Inclemens, Inclino, &c. Includo, &c. Inclutus seu Inclytus, Incoactus, Incolumis, vide *Cieo*, *Civis*, *Clamo*, *Clarus*, *Clemens*, *Clino*, *Claudo*, *Clueo*, *Cogo* in *Ago*, *Columis*.

INCOPRIO, are, ἐνκοπριᾷν, conspurcare, conviciis & opprobriis quasi κόπρῳ seu stercore impetere, besudeln, schimpffiren. Vtitur hoc verbo Commodianus Instruct. 19

Incopriat cives hic detestabilis omnes.

Incoquo, Incorporo, &c. Incorrectus, Incorruptus, Incrasso, Increbresco, Incredulus, &c. Incrementum, Increpo, &c. Incruentus, Incrusto, &c. Incubatus, incubo, incubus, Inculco, Inculpo, Incultus, Incumbo, Incunabula, Incuria, Incurro, incursio, &c. Incurvo, incurvus, &c. Incus, udis, Incuso, &c. Incussio, incutio, &c. vide *Coquo*, *Corpus*, *Rego*, *Rumpo*, *Crassus*, *Creber*, *Credo*, *Cresco*, *Crepo*, *Cruor*, *Crusta*, *Cubo*, *Calx*, *Culpa*, *Colo*, *Cubo*, *Cuneæ*, *Cura*, *Curro*, *Curvus*, *Cudo*, *Caussa*, *Quatio*.

INDĀGO, āre, est vestigare, inquirere, spüren, nachspüren, ausspüren. *Canis natus est ad indagandum*, Cic. de Finib. lib. 2 cap. 13. Et, *Acutissime indagare & odorari omnia*, Idem 4 in Verrem cap. 54, alles zum fleißigsten erforschen. Apulej. Apol. *Semper potius duxi mea peccata tegere, quam aliena indagare.*
¶ Indaganter, adverb. der spur nach. Columell. lib. 5 ineunte, *Boni venatoris est, indaganter quamplurimas feras capere.*
¶ Indāgātus, ûs, subst. die ausspähung, ausforschung. Apulejus lib. 7 Metam. p. 191 *Vexillationum indagatu.*
¶ Indagatio, ōnis, die erkundigung, untersuchung. Cic. lib. 1 Offic. c. 5 *Indagatio atque inventio veri*, erforschung.
¶ Indagator, ōris, ein nachsucher; ut, *Indagatores aquarum*, Columella lib. 2 cap. 2. Idem lib. 9 cap. 8 *Indagatorem* vocat, qui apum commeatus explorat, ein ausforscher, nachsteller.
¶ Indagatrix, īcis, die erforscherin. Cic. 5 Tusc. Quæst. cap. 2 *Philosophia indagatrix virtutis expultrixque vitiorum.*

¶ Indāgo, inis, vestigatio, sive inquisitio ferarum, die ausspürung; ut Servius interpretatur ad illud Virgilii 4 Æn. v. 121

Saltusque indagine cingunt.

Lactantius Scholiastes Statii ad lib. 2 Thebaid. v. 553 INDAGO *est, cum silvam venantium corona vallat, ut feræ evadere non possint.* Tacitus Agricolâ cap. 37 *Quod ni frequens ubique Agricola, validas & expeditas cohortes indaginis modo, & sicubi certiora erant, partem equitum dimissis equis; simul rariores silvas equitum persultare jussisset, acceptum aliquod vulnus per nimiam fiduciam foret.* Vbi videtur *Indaginis* voce id venatorum genus designasse, qui *investigatores* veteribus adpellati, die auf die spur ziehen. Est igitur hic locus pro Serviana interpretatione, etiam Glossator vetus, qui *Indaginem* ἐξιχνιασμὸν interpretatur. Pro Lactantio est illud Flori lib. 3 cap. 6 *Sic per omnes æquoris portus, sinus, latebras, recessus, promontoria, freta, peninsulas, quicquid piratarum fuit, quadam indagine inclusum & oppressum est.* Budæo vero INDAGO est series plagarum in perticas seu varos arrectarum, sive περιστοιχισμὸς, die stallung, ausgespannt garn und tücher, damit man das wild umstellet. Et huc refertur locus Virgilii modo memoratus. ¶ Metaphorice Plinius Paneg. cap. 35 *Mille pœnarum indagine inclusus.* ¶ Lege fin. Cod. de Compensat. *Res majorem & ampliorem exposcit indaginem*, es bedarff weitern nachsinnens und untersuchens.

¶ Indāges, is, indagatio, die nachsuchung. Claudian. Mamert. 2 cap. 2 *aliquid dignum tanta indage.* Et ibid. cap. 8 *sublimium indage caussarum.*

¶ Perdāgo, are, durchforschen, etiam dixit Claud. Mamert. 2 c. 3.

INDE, adverbium, daher, von dannen. *Jam inde a principio hujus imperii*, Cic. de Prov. consul. cap. 13, vom anfang. *Jam inde ab incunabulis imbutus odio tribunorum plebis*, Livius lib. 4 cap. 36. Et, *Inde usque repetens*, Cic. pro Arch. cap. 1. ¶ *Inde adeo*, idem quod inde, nam *adeo* explet tantum. Terentius Heaut. a. 1 sc. 1 pr.

Quamquam hæc inter nos nupera notitia admodum est,
Inde adeo, quod agrum in proximo hic mercatus es.

id est, ex eo tempore, quo agrum mercatus in proximo es. Subjungitur & personis ut *unde*. Terentius Adelph. a. 1 sc. 1 v. 21

nati filii
Duo, inde ego hunc majorem adoptavi mihi.

Inde, id est, *ex quibus*. vide Donatum. ¶ 2. Et, *Inde* pro Deinde, nachdem. Livius lib. 1 cap. 3 *Agrippa inde Tiberini filius regnat.*

¶ Veteres aliquando & cum Genitivo junxêre. Ennius:

Inde loci lituus sonitus effundit acutos.

Lucret. lib. 4 *Inde loci mortalia secla creavit.*

¶ Indidem, adverb. factum ex *inde* & *idem*, significat, ex eodem loco, gleich oder eben daher. Corn. Nepos Epaminondâ cap. 5 *Habuit obtrectatorem Meneclidem quemdam indidem Thebis:* id est, perinde Thebanum, ut Epaminondas. Cicero pro Roscio Amerino cap. 27 *Quos homines? indidemne Ameria? an hosce ex urbe sicarios?* Apulejus lib. 6 Met. p. 180 *Pergit ad quampiam turrim prealtam, indidem sese datura præcipitem.* Adde Livium 27 cap. 12, & Gellium lib. 6 cap. 10. Vet. Gloss. *Indidem*, ἐντεῦθεν, αὐτόθεν, ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

¶ Dein, deinde, deinceps, Exin, exinde, Perinde, Proin, proinde, Subinde, vide suis locis in *De*, *Ex*, *Per*, *Pro*, *Sub*.

Indebitus, Indecens, Indeclinabilis, Indecorus, Indefensus, Indefessus, Indefinitus, Indefletus, Indeflexus, Indejectus, Indelebilis, Indelibatus, Indemnis, indemnitas, Indeptus, Indesinenter, Indetonsus, Indevotus, Index, vide *Debeo*, *Decet*, *Clino*, *Decet*, *Fendo*, *Fatisco*, *Finis*, *Fleo*, *Flecto*, *Jacio*, *Deleo*, *Libo*, *Damnum*, *Apiscor*, *Sino*, *Tendeo*, *Voveo*, *Dico*, *are*.

INDIA, æ, Ἰνδία, orientalis regio, Indien, Ost-Indien, ab Indo flumine dicta, quod 20 intra se recipit amnes, atque ex iis plerosque navigabiles. India autem alia citra, alia ultra Gangem, nominatur. Auro gemmisque dives, & omnium rerum abundantia felix: in quam rem multa Plinius, non paucissima Mela. Habes & elegantem ejus descriptionem apud Curtium lib. 8 cap. 9. ¶ 2. *India occidentalis*, West-Indien, alio nomine America, pars est orbis recens detecta.

¶ Indus, i, ein Indianer. *Discolor Indus*, Ovid. lib 5. Trist. el. 3 v. 24. *Colorati Indi*, Virg. 4 Georg. v. 293, i. e. fusci propter solis ardorem. *Odorati Indi*, Silius 17 v. 652. ¶ 2. *Indus*, fluvius orientis secundum Gangem longe maximus, a quo India nominata est. vid. Plin. 6 c. 20, & Curt. l. c. Ovid. Fast. lib. 3 v. 720

Et domitas gentes, thurifer Inde, tuas.

¶ Indĭcus, a, um, Indianisch. *Indici elephantes*, Terent. in Eunuch. a. 3 sc. 1 v. 23. Et Ovidius 1 Pont. epist. 5 v. 80

Aut ubi Taprobanen Indica cingit aqua.

Indicare, cum derivatis, Indicere &c. Indicus, Indidem, Indifferens, Indigena, Indigentia, indigere &c. vide *Dico*, *are*, *Dico*, *ĕre*, *India*, *Inde*, *Fero*, *Gigno*, *Egeo*.

INDĬGES, ĕtis, homo in numerum deorum consecratus. v. Festus, Gellius 2 cap. 16, Macrob. in Somn. Scip. 1 cap. 9. Virg. 12 Æneidos v. 794 *Indigetem Æneam scis ipsa, & scire fateris.*

¶ *Indigĕtes*, plur. Dii facti ex hominibus, heroes, divi, gemachte heiligen, vergötterte menschen; Dii tutelares, patrii, sic dicti, quasi *in Diis agentes*: vel quia *nullius indigeant*, per antiphrasin: vel quia *nos Deorum indigeamus*: quâ ratione omnes Dii sic adpellati possunt. Servius ad supra allegatum locum Virgilii; item ad illud 1 Georg. extremo: *Dii Patrii, Indigetes, & Romule, Vestaque mater.*

Vet. Gloss. *Indigetes*, Ἡμίθεοι, κυρῆτες: vid. Voss. lib. 1 de Idololatr. cap. 12. Barth. ad Claudian. p. 389. Salmas. in Exercit. ad Solin. part. 1 p. 71. alios.

¶ Indĭgĕto, are, vel Indigitare, proprie non est *nominare*, ut vulgo usurpari solet, sed *invocare*, anruffen. Macrobius lib. 1 Saturnal. c. 17 *Namque Virgines Vestales ita indigetant*, APOLLO MEDICE: APOLLO PAEAN. Hinc

¶ Indĭgĭtāmenta, orum, ita adpellabantur libri Pontificales, qui & nomina Deorum, ut Servius interpretatur, & rationem ipsorum numinum continebant: sive libri rituales, in quibus rationes invocandi Deos præscriptæ erant. Vet. Gloss. *Indigitamenta*, ἱερατικὰ βιβλία, kirchenbücher. Arnobius lib. 2 p. 95 *Non doctorum litteris continetur, Apollinis nomen Pompiliana indigitamenta nescire?* Nomen est ab *In* & *citare*, hoc est, vocare, ut Vossius monet lib. 1 de Vitiis sermonis cap. 34. Recentium significatio *nominandi* non satis probata est omnibus. vide supra in *Digitus*.

Indigestus, Indignatio, indignor, ari, &c. Indigus, Indiligens, Indipiscor, Indirectus, Indiscretus, Indisertus, Indispositus, Indissociabilis, Indissolubilis &c. Indistinctus, Indistrictus, Inditus, Individuus &c. Indivulsus, Indo, Indocilis, Indoleo, &c. Indoles, Indomabilis, indomitus, Indonatus, Indormio, Indotatus, Indu pro *In*, Indubitatus, &c. Induciæ, induco, &c. Inducula, Indulco, &c. vide *Gero*, *Dignus*, *Egeo*, *Lego*, *Apiscor*, *Rego*, *Cerno*, *Sero*, *Pono*, *Socius*, *Solvo*, *Stinguo*, *Stringo*, *Do*, *Divido*, *Vello*, *Do*, *Doceo*, *Doleo*, *Oleo*, *Domo*, *Donum*, *Dormio*, *Dos*, *In* n. 12, *Dubius*, *Duco*, *Dulcis*.

INDVLGEO, indulsi, indultum, indulgēre, est molliter & delicate obsequi ac gratificari, nachgeben, verzeihen. Terent. in Heaut. a. 4 sc. 8 v. 21 *Nimium illi, Menedeme, indulges*, du bist ihm viel zu weich, du siehest allzusehr durch die finger. Corn. Nep. in Dione c. 2 *Quo fiebat, ut uni huic maxime indulgeret, neque eum secus diligeret ac filium.* Sed, *Indulgere dolori*, Plin. lib. 5 ep. 9, dem betrübniß nachhängen, und raum geben. *Indulgere valetudini*, est rationem suæ valetudinis habere. Cic. 16 ad Tiron. ep. 18, seiner gesundheit pflegen. *Corpori tantum indulgeas, quantum bonæ valetudini satis est*, Seneca epist. 8. *Indulgere genio*, vide *Genius*. De hoc verbo ita Casaubon. ad Persium: Indulgere *proprie est contrarium τοῦ* urgere, *ea enim origo vocis:* Indulgere *pro* inurgere *dixerunt inserto* d, *ut* indolescere *pro* inolescere, *unde est* indoles: *deinde* l *pro* r *posito: sunt enim in omnibus linguis eæ litteræ facile invicem permutabiles.* Vrgere *est severi* ἐργοδιώκτου, *qui pensum morosè exigit*, Indulgere *est ejus, qui de summo jure aliquid remittit, ut ferè parentes liberis. Sic dicitur princeps* debitorum reliqua indulgere, *quorum exigendi jus habuit. Dicitur & de aliis, ut fere Græcorum* ἐπιτρέπειν, *ut*, genio, epulis indulgere. *Hinc etiam obtinuit, ut dicerent* indulgere, *pro, multum studere alicui rei. Vt:* Indulget campo: *id est, multus in campo est: eo oblectatur, &c.* Martialis præfat. lib. 12 *Imperavi mihi, quod indulgere consueveram.* ¶ *Indulgere alicui aliquid*, est gratiam concedere, largiri, etwas verstatten, vergönnen, zulassen. Vet. Gloss. δαψιλεύομαι, *largior*, *indulgeo*. Statius Epithal. Stellæ v. 179 *juvenique curule*

Indulgebit ebur.

Id est, concedet, ut ante legitimam ætatem consul fiat. Sic *rudem indulgere* Suetonius dixit, pro, rude donare, in Claudio cap. 21. Et cap. 24 *Ornamenta consularia indulgere.* Severus Sulpitius Dial. 2 cap. 4 *Orare ac obsecrare, indulgeret sceleri veniam.* Sic *precibus indulgere* Plinius dixit lib. 4 epist. 15. conf. Nonius c. 4 n. 246.

¶ Indulgens, tis, qui indulget, mild, gelinde, gütig. Cic. de Amic. c. 24 *Obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens præcipitem amicum ferri sinit.* Compar. Idem pro Cluent. cap. 5 *Ipsum nomen amantius indulgentiusque maternum.* Et Suetonius de Vespasiano cap. 21 *Nec ullo tempore facilior aut indulgentior traditur.* Ipsi *Imperatores*, quod multa concederent benigne atque humaniter, inter alios titulos & INDVLGENTISSIMI, ut CLEMENTISSIMI hodie, adpellabantur. Nazarius Panegyrico Constantino dicto cap. 26 *O fortuna, ô præpotens Roma! quam tu unquam gratiam pro tantis laboribus referes? nisi quod indulgentissimus princeps, tamquam hoc ipsum tibi debeat, eo cariorem habet, quo majore labore servavit.* Vetus Inscriptio: FORTISSIMO ET INDVLGENTISSIMO PRINCIPI DOMINO NOSTRO CONSTANTIO VICTORI PERPETVO &c. Et alia apud Gruter. pag. 253 num. 8 AVRELIO HADRIANO ANTONINO AVG. PIO PONT. MAX. TRIB. POT. II. COS. III. P. P. INDVLGENTISS. Etiam Plinius Trajano epist. 11 *Rogo ergo, indulgentissime imperator, ut* &c.

¶ Indulgenter, adverb. zärtlich, mildiglich. *Habere aliquem indulgenter*: ut, Livius lib. 36 cap. 14 *Captivis indulgenter habitis.* Et Seneca lib. 4 Benefic. cap. 32 *Dii alios indulgentiùs tractant.* Valer. quoque Max. lib. 1 cap. 7 *Longè indulgentiùs in poëta Simonide*, subaudi, *fecerunt*, aut *se gesserunt*. Solinus cap. 14 [Salm. 9] *Voluptati aurium indulgentissime deditus.*

¶ Indulgentia, æ, die verzärtelung, verziehung der kinder, de qua sic Quintilianus lib. 1 cap. 2 *Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes & mentis & corporis frangit.* Mantuan. lib. 1 Parthen. v. 164 *Blanda patrum segnes facit indulgentia natos.*

¶ 2. Neque vero parentum tantum indulgentia est; sed aliorum etiam, qui suos ita ferunt, ut nullo eorum facto offendantur, die wohlgewogenheit. Corn. Nep. cum de Attici pietate agit c. 13 *Quod est signum, aut nullam unquam inter eos querimoniam intercessisse; aut hunc ea fuisse in suos indulgentia, ut, quos amare debuerat, irasci eis nefas duceret.* Per SVOS matrem sororemque intelligit, quarum ante mentionem fecerat. Balbus & Oppius apud Cic. ad Att. 9 epist. 12 *Hoc Cæsarem, pro sua indulgentia in suos probaturum putamus*; ubi idem est atque benevolentia & humanitas. Sic, *indulgentia fortunæ*, Vellej. 2, 80, 1 &c.

¶ 3. Ponitur & pro *Gratia*; hoc est, illa virtute, unde Principes *indulgentissimi* adpellabantur, die gnade. Plinius lib. 10 epist. 2 *Videor ego summam voti mei consecutus, cùm inter initia principatus tui* (scribit ad Trajanum Imperatorem) *probaveris, me ad peculiarem indulgentiam tuam pertinere.* Et sæpius ita eo in libro hâc voce est usus. Ausonius Gratiar. Actione cap. 21 *Neque verò unum aliquod bonum uno die præstas, sed indulgentias seculares per singula momenta horarum multiplicas.* INDVLGENTIAS, id est, beneficia per gratiam collata. ¶ 4. *Indulgentiæ* etiam vocantur pœnarum remissiones, criminum condonationes, pardon, ablaß, vergünstigung. Capitolinus in Antonino Pio cap. 6 *His, quos Hadrianus damnaverat, indulgentias petiit.* Cæterum aliud *indulgentia*, aliud *venia* propriè est. Vbi *indulgentia*, ibi *veniæ* nullus locus: quippe nullum peccatum ejus, cui indulgetur: Casaub. Verùm scriptores non semper attendunt, & ita elegantissimus auctor Sulpitius Dial. 1 de Virtutibus Monach.

Orien-

Oriental. cap. 8 *Indulgentiam consequi*, pro, veniam consequi, dixit. Iterum Plinius 10 epist. 107 ad Imp. Trajanum: *Rogatus a P. Accio Aquila, ut mitterem tibi libellum, per quem indulgentiam pro statu filiæ suæ implorat.* conf. Borrich. Cogit. p. 131.

¶ Indulgĭtas, ātis, pro indulgentia, antique Sisenna apud Nonium c. 2 n. 439.

¶ Indultus, indultu, substant. indulgentia, die zulassung. Sidonius lib. 1 epist. ult. *Oro, ut indultu clementiæ tuæ, quæ volo, scribam.*

¶ Indultor, ōris, der etwas verwilliget. Tertullianus 4 adv. Marcion. c. 9 *indultor legis.*

¶ Perindulgens, tis, sehr gütig. Cic. 3 Offic. c. 31 extr. *perindulgens in patrem.*

Induo, Induperator, Induresco, induro, Indus, Indusium, vide *Suo, Paro, Durus, India, Suo.*

INDVSTRIA, æ, animi sagacitas, alacritas ingenii, & habilitas gnavitasque in rebus agendis, geschicklichkeit, bedachtsamkeit, mühsamkeit, fleiß. Terentius *naturæ* opposuit Andr. a. 4 sc. 5 v. 55

Paullum interesse censes, ex animo omnia,
Vt fert natura, facias, an de industria?

Donatus: VT FERT NATVRA: *Hoc est, naturalis & ingenita actio.* AN DE INDVSTRIA, *id est, conscientia & providentia. Ea enim quæ discimus & scimus, operatione genita & industria quadam scimus.* Seneca epist. 3 *Illa tumultu gaudens non est industria*, &c. Lycurgus apud Rutilium Lupum lib. 1 de Figuris sentent. in EPIPLOCE: *Cui præsto est sua voluntas, industrius ut sit necesse est: industriam verò scientia consequitur: ex scientia copia & facultas ingenii nascitur: ex qua facultate vera & facili felicitas laudis oritur. Neque enim temere diligens studium virtutis fructus fortunæ fallit.* Vet. Gloss. *Industria*, σπουδή, ἀρετή, φιλοπονία. Cicer. pro Cælio cap. 19 *Ingenium industria alitur.* Et Sallust. de Sylla in B. Jugurth. cap. 95 *Nunquam super industriam fortuna fuit*, es hat das glück nie mehr vermocht, als sein fleiß und geschicklichkeit. *De industria*, Cicer. 2 Verr. cap. 12. Pariter, *ex industria*, id est, consulto & deditâ operâ: Livius lib. 26 extrem. *Ex industria famam captæ Carthaginis compresserant*, mit fürsatz, mit fleiß. Cicero 4 Tuscul. Q. cap. 19 *Opificum antelucana victus est industria.* Et Phædrus 2 fab. 1 *Acuat se diligens industria.* Ratione Etymologiæ Festus ait, *Industrium* antiquos dixisse, *indostruum*, quasi qui, quicquid ageret, intro strueret, & studeret domi.

¶ Industrius, a, um, emsig, geschäfftig, geschickt. Cicero pro Lege Man. cap. 7 *Homines navi & industrii in Asia negotiantur.* Idem, *Homo navus & industrius, experientissimus, & diligentissimus*, in Verr. 5 cap. 21. Et, *in rebus gerendis virum acrem & industrium esse*, Tuscul. Q. lib. 5 cap. 20. Comparativo *Industrior* usus Plautus est Mostell. a. 1 sc. 2 v. 71. Et Cato oratione Ne quis iterum conf. fiat, apud Priscianum lib. 3 pag. 601 ed. Putsch. *Imperator laudem capit, exercitum meliorem & industriorem facit.*

¶ Industriè, adverb. mühsam, sorgfältig. Cæsar 7 Bell. Gall. cap. 60 *diligentissime industrieque administrare.* Florus 1, 6, 2 *Regnum dolo partum egit industrie.* Cicero & comparativo usus est *Industriùs*, pro magis industrie, pro Domo sua cap. 11, *Quis apud populum R. de illius dignitate industriùs, quis senatui sæpius dixit?*

¶ Industriōsus, a, um, plenus industriâ, sehr fleißig. Valerius Maximus lib. 3 cap. 4 n. 2 de Tarquinio Prisco: *industriosum pro ignominioso reddidit.* Et Seneca de Provident. cap. 2 *Industrioso otium pœna est.*

¶ Industriosè, adverb. idem. Auctor vitæ Juvenalis, quæ Suetonio subjicitur: *Genus scripturæ industriose excoluit.* Cassiodorus lib. 5 epist. 1 *industriose detergit.* Cato lib. 2 Origin. apud Charisium p. 181 *Pleraque Gallia duas res industriosissime persequitur, rem militarem, & argute loqui.*

Inedia, Ineptia, ineptio, ineptus &c. Inermis, Iners, inertia, &c. Inevectus, Inevitabilis, Inevolutus, Inexercitatus, inexercitus, Inextricabilis, vide *Edo, Aptus, Arma, Ars, Veho, Vito, Volvo, Exerceo* sub *Arceo, Tricæ.*

Infabre, Infamia, infamis, infamo, Infandus, infans, infantarius, infantia, &c. Infarcio, Infatuo, vide in *Faber, Fama, Fari, Farcio, Fatuus.*

Infectio, infectus, Infensus, Inferiæ, infero, Inferi, inferior, infernalis, infernus, Infestare, infestatio, infestus, vide *Facio, Fendo, Fero, Infra, Festus.*

Inficetus, Inficiari, inficias, &c. Inficio, Infidelis, Infidus, Infigo, Infimare, infimus, Infinitus, &c. Infirmare, infirmus, Infit, Infixus, vide *Facetus, Fateor, Facio, Fides, Fido, Figo, Infra, Finis, Firmus, Fio, Figo.*

Inflammare, &c. Inflatus, &c. Inflectere, inflexus, &c. Inflictio, infligere, Influentia, influere, influxus, &c. vide *Flamma, Flo, Flecto, Fligo, Fluo.*

Infœcundus, &c. Informare, &c. Inforo, are, Infortunium, &c. Infossus, vide *Fœcundus, Forma, Forum, Fortuna, Fodio.*

INFRA, præpositio, in adverbium aliquando degenerans, unter, drunter. Cicer. 4 Acad. c. 40 *Supra, infra, dextra, sinistra, ante, post*, droben, drunten &c. Terent. Eun. a. 3 sc. 2 v. 36 *Quem ego infra omnes infimos homines esse puto*, id est, Quem posthabeo infimis etiam, den ich für den allerschlimmesten halte. *Infra aliquem accumbere*, sive *discumbere*, qui in medio lecto, qui locus honoratissimus apud Romanos, ad sinistram accumbebat: nam qui a dextra discumbebat, *super*, vel *supra accumbere* dicebatur. Suet. Calig. c. 24 *Cum omnibus sororibus stupri consuetudinem fecit: plenoque convivio singulas infra se vicissim collocabat, uxore supra cubante.* Cicero 9 ad Fam. epist. 26 pr. *Accubueram hora nona, cum ad te harum exemplum in codicillis exaravi. Dices, ubi? apud Volumnium Eutrapelum: & quidem supra me Atticus, infra Verrius, familiares tui.* Horatius 2 sat. 8 v. 22 Nasidieni cœnam describens: *Nomentanus erat super ipsum, Porcius infra.* vide Torrentium ad v. 20 ejus satyræ, & Lipsium lib. 3 Antiquarum Lectionum.

¶ Infĕrus, a, um, das unten ist; (Veteres & adjective dixerunt *Infer*:) ut, *Inferum mare*, Cic. 9 ad Attic. epist. 3. *Omnia supera, infera*, Idem 1 Tusc. cap. 26. Et Livius lib. 31 cap. 31 *Dii superi inferique.* Antique Cato de R. R. cap. 49 *Infer vicinus*, i. e. inferior, der nachbar besser unten.

¶ Infĕri, orum, plurale tantum, mortui, in infernis locis degentes, die verstorbenen unter der erden: item, die hölle, und die in der hölle seyn. Apul. lib. 11 Milef. *Ad meum festinant illico diurnum reducemque ab inferis conspectum.* Hinc frequens vox, *ab inferis excitare, revocare*, &c. von todten erwecken. Cic. 2 Catil. cap. 9 *Si salvi esse velint, Sylla sit iis ab inferis excitandus*: & pro Milone c. 29 *si vellet illum ab inferis revocare.* Livius lib. 26 cap. 32 *Si ab inferis exsistat rex Hiero*, wenn er von todten auferstehen solte. Nam omnes mortuos ad inferiora descendere credebant pagani. Opponuntur *superi* apud Vellejum 2, 48, 2 *Quam apud superos habuit magnitudinem, illibatam detulit ad inferos.*

¶ Infĕriæ, arum, plur. potius ab *inferendo*: vide *Infero.*

¶ Infĕrior, comparativus, der untere. *Inferior horret, quicquid peccat superior*, was die grossen übels thun, müssen die geringen entgelten, Publ. Mimus. Cicero pro Quint. cap. 31 *Indignum est vinci ab inferiore.* Idem in Offic. lib. 1 cap. 32 *Timotheus belli laude non inferior fuit, quam pater.* Sic, *Inferior ætate*, jünger. *Inferior fortunâ*, Cic. 13 fam. epist. 5. *Inferior copiis*, Nepos Datame cap. 8.

¶ Infernas, ātis, ut supernas, von unten her. *Infernatia ligna* sunt, quæ ex Apennini parte, quæ inferum mare spectat, cæduntur; supernatia à diverso. Plinius lib. 16 cap. 39 *Romæ infernas abies, supernati præfertur.* Vitruv. lib. 2 cap. ult. *Infernates* [abietes,] *quæ ex apricis locis apportantur, meliores sunt, quam quæ opacis de supernatibus advehuntur.*

¶ Infernus, a, um, adject. höllisch: ut, *Inferni Dii*, Livius lib. 31 cap. 31. Et, *Inferni lacus*, plur. Tibull. sub fin. lib. 2. *Rex infernus*, i. e. Pluto, Virgil. 6 Æneid. v. 106. Veteres Glossæ: *Infernus*, κατώτερος, καταχθόνιος.

¶ Infernus, i, die hölle, substantive sic pro *orco* & *inferis* dicere, usitatissimum veteribus Christianis scriptoribus, idque & hodie obtinet. Quo Cicero & notæ illius alii abstinuisse creduntur. *Inferni* tamen voce Varronem ita usum, observavit Buchnerus ad Elegiam Venantii de Resurrectione pag. 33. Et confisus est summus vir libris Nonii, qui Varronis fragmentum illud servavit, in voce *Habere* cap. 4 n. 226, ubi est *infernus tenebrosus κακοδαίμονας tenet.* At Parisiensis editio ex MSS. habet *infernus tenebro, κακὸς δαίμων. Tenebro* pro *Tenebrio.* vide Notas ad eum locum p. 171, & quæ Godofredus ad Nonium observavit. Addi possunt Curæ Posteriores Cellarii p. 268, & quæ pro vera Varronis lectione usuque vocis genuino afferunt Ol. Borrich. Cogit. p. 134, & Analect. p. 17, & Andr. Borrich. Append. p. 50, & Vindic. p. 115. Eumdem usum etiam servat Vetus Glossar. ᾅδης, *infernus.* De voce ᾅδης autem vide Grotium in Matthæi cap. 15 v. 18, & Lucæ cap. 23 v. 41, itemque Heinsium epist. ad Balsacum pag. 194 & seqq.

¶ Inferna, orum, plurale, idem ac vulgari notione *Infernus*, die hölle. Lactantius, elegantissimus scriptor, lib. 1 Div. Instit. cap. 11 *Ajunt, Jovi cælum obtigisse: Neptuno mare, inferna Plutoni.* Et Solinus cap. de Ora Pontica: *specum foraminis cæci profundo adusque inferna ajunt patere.* Sed & Seneca Herc. fur. a. 2 v. 422

LYC. *Animosne mersis inferis conjux facis?*
MEG. *Inferna tetigit, posset ut supera assequi.*

¶ Infernalis, e, adjectivum ex alio adjectivo *Infernus* factum, quemadmodum ab Æternus, *æternalis*; ex Perpetuus, *perpetualis*; ex Avernus, *avernalis*; höllisch. Vsi eo fere soli Ecclesiastici. Prudentius adv. Symmach. lib. 1 v. 388

Hæ sunt deliciæ Jovis infernalis.

Alcimus Avitus lib. 2 v. 290

infernali jamdudum nocte sepultis.

¶ Infĭmus, a, um, superlativus per syncopen formatus, der unterste. *In foro infimo*, Plaut. Curcul. a. 4 sc. 1 v. 14, unten am marckt. *Infimo loco natus*, Cicer. pro Flacco cap. 11, gar geringer ankunfft. *Homines infimâ fortunâ*, Idem 5 de Finib. cap. 19, arme, ungeachte leute. *Infima fex populi*, Idem ad Quint. fratr. 2 epist. 6 [al. 8.] Et, *Infima conditio & fortuna servorum*, Idem Cic. 1 Offic. cap. 13. Ac, *Infimis precibus auxilium impetrare*, Liv. 29 c. 30 pr. mit demüthigster bitte.

¶ Infĭmas, ātis, ut Summas, atis, geringen standes, unedel. Plaut. Stich. a. 3 sc. 2 v. 37 *Summates viri summi accumbent, ego infimatis infimus.*

¶ Infĭmo, are, contrarium τῷ sublimare, erniedrigen, herunterſetzen. Apulejus lib. 1 Milef. p. 106 *Manes sublimare, Deos infimare.*

¶ Infimatus, a, um, niedergedrückt, heruntergesetzt. Apul. de Deo Socratis p. 44 *Ingenia ad miserias infimata.*

¶ Infimĭtas, ātis, die niedrigkeit. Ammian. 17 c. 13 *Ad infimitatem obsequiorum venire servilium*, sich herunterlassen zu knechts-diensten. Idem 29 c. 2 *Ipsa sortis infimitate ad omnia præceps.*

¶ Imus, a, um, denuo per syncopen factus superlativus. vide supra suo loco.

Infractus, Infremo, Infrendeo, Infrenis, Infrequens, &c. Infriatus, Infricatus, &c. Infrigido, &c. Infringo, Infructuosus, &c. Infrunitus, Infuco, vide *Frango, Fremo, Frendeo, Frenum, Frequens, Frio, Frico, Frigus, Frango, Fruor, Frunifcor, Fucus.*

INFVLA, æ, die infel, binde; quæ, quid & qualis fuerit, ita Servius docet in 10 Æneid. Virgil. v. 538; INFVLA, inquit, *fascia in modum diadematis, a qua vittæ ab utraque parte dependent: quæ plerumque lata est; plerumque tortilis ex albo & cocco.* Festus *Filamenta lanea* interpretatur. Vet. Gloss. *Infulæ*, Στέμματα, item Στέμμα, *Infula, Offula, Mitra.* ¶ I. Proprie *Infulæ* sacerdotum fuerunt, ein bischoffs-hut. Virgil. Æn. 10 v. 537 *Nec procul Æmonides, Phœbi Triviæque sacerdos,*
Infula cui sacra redimibat tempora mitrâ.

Et

Et Æneid. 2 v. 429 *nec te tua plurima, Panthu*
Labentem pietas, nec Apollinis infula texit.

Vbi *Infulæ Apollinis*, Apollinis sacerdotium est. Cicero 6 Verrina cap. 50 *Præsto mihi sacerdotes Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt.* ¶ 2. Hostiarum seu victimarum. Varro lib. 6 de Lat. Ling. INFVLAS *dictas adparet in hostiis: quod velamenta è lana quæ adduntur, intra hostiarum cornua velamenta erant.* Florus lib. 4 cap. 2 extr. *Quæ omnia velut infulæ in destinatam morti victimam conferebantur.* ¶ 3. Supplicantium & petentium pacem. Hi enim caduceum filis laneis velatum præferebant; vide infra *Stemma*: & *Velamentum*. Livius lib. 30 cap. 36 *Haud procul aberat, cum velata infulis ramisque oleæ Carthaginensium occurrit navis. Decem legati erant principes civitatis, auctore Hannibale missi ad petendam pacem.* Cæsar 2 B. Civil. cap. 12 pr. *Hostes inermes cum infulis sese porta foras universi proripiunt.* ¶ 4. Denique *infulæ* dicebantur ornamenta atque insignia magistratuum, & ipsa administratio officii. Hinc *Infulas magisteria dignitatis* Cassiodorus dixit lib. 4 epist. 12. Zeno Veronensis de præcepto ATTENDE TIBI: *Vbi fasces eorum? ubi magistratus? ubi infulæ diversarum dignitatum?* Sic *Infulas honorum* Lege 1 Cod. de tempor. & reparat. adpellatione: &, *administrationis infulas*, apud Ambros. lib. 1 de Offic. cap. 1 legimus. Spartianus in Hadriano c. 6 *Manium Turbonem post Mauritaniæ præfecturam infulis ornatum Pannoniæ, Daciæ quoque ad tempus præfecit. Infulas Pannoniæ*, titulum præfecturæ Pannoniæ vocat, ut vere interpretatus maximus Salmasius est, cui & sanitas hujus loci debetur. *Imperiales infulas* pro diademate, sive titulo Imperatoris, Justinianus L. ultima extr. C. de quadriennii præscript. & *Majestatis infulas* similiter Trebellius Pollio in Gallienis dixit. Elegans dictio & proverbialis quodammodo, *Infularum loco habere*, vel *esse*. Qua usus Seneca epist. 14, cum ait: *Ad philosophiam confugiendum est: hæ litteræ non dico, apud bonos, sed apud mediocriter malos, infularum loco sunt.* Deinde Consolat. ad Helviam cap. 13 *Qui adversus sævissimos casus se extollit, & ea mala, quibus alii opprimuntur, evertit, ipsas miserias infularum loco habet: quando ita affecti sumus, ut nihil æquè magnam apud nos admirationem occupet, quàm homo fortiter miser.* INFVLARVM LOCO SVNT: id est, sanctitatem & reverentiam addunt sive conciliant, sic quasi infulæ hostias, sacerdotes feciales, & supplices venerabiles & sacrosanctos efficiunt. Sic, INFVLARVM LOCO HABERE, est præsidii loco habere, in quo contemtum vites facile, & contra honorem ac admirationem tibi adquiras.

¶ Infulatus, a, um, infula ornatus. Suet. Calig. c. 27 *Cunctantem pueris tradidit verbenatum infulatumque.* Prudentius Hymn. 4 Martyrum Cæsaraugust. v. 79 *Hîc sacerdotum domus infulata.*

Ingemino, Ingenero, Ingeniculo, ingeniculus, Ingeniosus, vide in *Geminus*, *Genus*, *Genu*, *Ingenium*.

INGĔNIVM, i, insita vis est & natura cuique rei, εὐφυΐα, φύσις, die angebohrne art und natur, ab *In* & antiquo *Geno* pro *Gigno*. *Ingenium soli*, die art der erden, Plin. lib. 14 cap. 1. *Ingenium ligni*, Gell. 3 cap. 6. Et, *Ingenium montis*, Tacit. 2 Hist. c. 4 n. 5, id est, situs. *Lactis ingenia & proprietates*, Gellius lib. 12 cap. 1. Nævius apud Nonium cap. 4 n. 235 *Ingenio arbusta nata sunt, non consita.* INGENIO NATA, id est, sponte nata: Quibus CONSITA, hoc est, industria & disciplina effecta, sive *manu sata*, ut Cæsar lib. 3 de Bello Civili cap. 44 vocat, opponuntur. Petronius p. 172 *Crines ingenio suo flexi*, von sich selbst. Tacitus 5 Histor. cap. 14 *Campi suopte ingenio humentes.* INGENIVM enim natura est. Florus lib. 2 cap. 4 *Observato loci ingenio, quod & sol ibi acerrimus, & plurimus pulvis.* Idem eodem libro cap. 17 de Hispania: *Vndique mari Pyrenæoque vallata est, ut ingenio situs nec adiri quidem potuerit.* Sic, *Herbarum ingenia: mundi, metalli*, &c. *ingenium* boni scriptores dixerunt: quorum loca notavit Barthius ad Claudianum lib. 1 de Raptu Proserpinæ v. 143, ubi multa de usu hujus vocis congessit. *Ad ingenium redire*, est redire ad mores & consueta studia, quæ ductu naturæ quis solitus sequi, apud Terent. Adelph. a. 1 sc. 1 v. 46, auf seine art wieder kommen. Cui gemellum est illud Livii lib. 2 cap. 22 *Volscis suum rediit ingenium.* ¶ Κατ' ἐξοχὴν tamen ita dicitur homini insita vis ad aliquid exsequendum aut inveniendum ducens, in aliis acutior, in aliis remissior. Plaut. Pœn. a. 1 sc. 2 v. 90

Bono ingenio me esse ornatum, quam auro multo, mavolo.
Aurum in fortunâ invenitur, natura ingenium bonum.

Propert. lib. 2 eleg. 1 v. 4
Ingenium nobis ipsa puella facit.

Et Martial. lib. 8 epigr. 73
Si dare vis nostræ vires animosque Thaliæ,
Et victura petis carmina; da, quod amem.
Cynthia te vatem fecit, lascive Propertî:
Ingenium Galli pulcra Lycoris erat.

Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 50 *Ingenium est omnium hominum a labore proclive ad libidinem.* Idem Heaut. a. 1 sc. 1 v. 99 *Ingenio te esse in liberos leni puto*, gelinde. *Ingenium pudicum*, ein züchtiges gemüth, Id. in Hecyr. a. 1 sc. 2 v. 77. ¶ 2. *Ingenium* etiam *Docilitas* & *memoria* dicitur, Cicerone auctore lib. 5 de Fin. cap. 13, ein guter kopff, witz, verstand, scharffsinnigkeit. *Ingenium acre*, ein geschwinder, trefflicher kopff. *Ingenii magnitudo*, Cicer. 4 Acad. cap. 1. Et, *Vena ingenii benigna*, Horat. lib. 2 oda 18 v. 9. Et Seneca de Tranquill. Animi c. 6 *Male respondent ingenia coacta, reluctante naturâ irritus labor est*: vide *Respondeo*. Plautus Captiv. a. 1 sc. 2 *Vt sæpe summa ingenia in occulto latent.* Lacharas quispiam de ingenio felici & fidenti adolescentis, ad Philosophum Syriacum dixit, quod de magnis ingeniis dicere consueverat Plato: Οὗτος ἢ μέγα ἀγαθὸν ἔσαι, ἤγε τούτῳ ἐναντίον, quod est, *Hic aut magnum dabit bonum, aut quod ei contrarium est.* vid. Laërt. Sic. Propert. lib. 3 eleg. 1 extr.

At non ingenio quæsitum nomen ab ævo
Excidet: Ingenio stat sine morte decus.

¶ 3. *Ingenium* pro Artibus, quæ ingenii beneficio discuntur, kunst. Ovidius de Remed. Amor. v. 365
Ingenium magnum livor detrectat Homeri.

Et lib. 3 Amorum eleg. 8 v. 3
Ingenium quondam fuerat pretiosius auro,

kunst golte mehr denn geld. *Multum habere ingenii ad fingendum*, Cic. pro Fontej. cap. 14, viel geschick haben zu erdencken. *Ingenium alere*, Quintil. lib. 1 cap. 8, seine geschickligkeit vermehren. Et Sallust. Catil. cap. 51 *Vbi intenderis ingenium, valet.* ¶ 4. Non raro & *Ingenium* pro vi diserte & prompte dicendi, sive facundia, quæ ab ingenio magis, quam arte & disciplinâ est, usurpatur. Claudian. Paneg de 4 Cons. Honorii v. 515 *quæ docta facultas*
Ingenii, linguæque modus, responsa verentur Legati.

Hinc, *alterius ingeniô uti*, est eloquentiâ, sive facundia, seu opera alterius, in componendis orationibus, quas ipse habiturus sis, uti. Tacitus 1 Histor. extremo: *Vt in consiliis militiæ Suetonio Paulino, & Mario Celso: ita in rebus urbanis Galerii Trachali ingenio utebatur. Et erant, qui ipsum orandi genus noscerent, crebro fori usu celebre*, &c. Hoc igitur significat Tacitus, Othonem Imperatorem, (de eo enim hic sermo Tacito est) alienæ facundiæ indiguisse: nec potuisse ab se comminisci, si quæ apud Senatum aut alias differenda dicendaque prolixius essent. Ad eam itaque rem usum fuisse Trachalo, qui ipsi orationes hujusmodi componeret. Neque hoc latuisse illos, qui nossent, quo genere dicendi Trachalus hactenus ad forum celebris evasisset. Sic *alieno ingenio orationes formare* Suetonius dixit Domitiano cap. 20. Terentius Heaut. prol. v. 22

Tum quod malevolus vetus poëta dictitat,
Repente ad studium hunc se applicasse musicum
Amicûm ingenio fretum, non naturâ sua.

Nempe hoc dicit: Objectum a malevolis, Terentium ad scribendas comœdias appulisse animum, non tam quod ipse suapte indole id posset præstare, quam quod amicos haberet, qui condere & scribere possent, quæ ipse postea venditaret pro suis. Nam ferebatur fama, Terentium in scribendis fabulis a Lælio & Scipione adjutari, ut Donatus, sive Suetonius, sicut Vossio placet, auctor est in vita Comici, & ipse Terentius Adelph. prol. v. 15 significat. Sed & *alterius ingenio* dicimur *uti*, cum saltem consilio & ratione, quam suggerit, utimur. Petronius in lepidissima fabula de Ephesina matrona: *Vsus est miles ingenio prudentissimæ fœminæ*, &c. Sic, *Offerre ingenium*, est operam suam promittere ad reperiendum & excogitandum aliquid, quod ad efficiendam rem, de qua ambigimus ac consultamus, facere videatur. Tacitus Annal. 14 cap. 3 *Ferrum & cædes matris quonam modo occultaretur, nemo reperiebat: ut ne quis illi tanto facinori delectus jussa sperneret, metuebat Nero, obtulit ingenium Anicetus libertus*, &c. Vbi *ingenium* vocat inventum navis arte ita compositæ, ut in mari solveretur, & matrem Neronis effunderet, sine suspicione cædis illatæ. Sic omne commentum ac solerter callideque excogitatum, *ingenium* vocatur. Suetonius Caligulâ cap. 37 *Nepotinus sumtibus omnium prodigorum ingenia superavit: Commentus novum balnearum usum, portentosissima genera ciborum*, &c. INGENIA, id est, commenta & apparatus. Plinius Panegyr. cap. 49 *Ergo non aurum, nec argentum, nec exquisita ingenia cœnarum, sed suavitatem tuam jucunditatemque miramur.* Tacitus Annal. 16 cap. 20 *Ambigenti Neroni, quonam modo noctium suarum ingenia notescerent, offertur* &c. Ita Tertullianus de Habitu muliebri cap. 2 *decoris ingenia*, commenta & artes appellat, quibus ad conciliandum decorem mulieres uti solent: & de Resurrectione cap. 8 *Atrocia pœnarum ingenia*, ad exasperandas pœnas excogitatas rationes similiter vocat.

¶ Ingĕniŏlum, i, diminut. Arnob. lib. 5 p. 157 *Ingeniola puerilium fictionum.* Hieronymus lib. 3 adv. Rufinum cap. 4 extrem. *Hoc est, quod destruit strophas ingenioli tui.*

¶ Ingĕniōsus, a, um, qui docilis est, & memoria valet, solers, sinnreich, geschickt, der ein ding bald fassen oder erfinden kan. Cicer. pro Rosc. Comœd. cap. 11 *Quo quisque est solertior & ingeniosior, hoc docet iracundius & laboriosius*, ie geschickter und fertiger ꝛc. *Egestas ingeniosa est*, das armuth lehrt viel erdencken, Claudian. 3 de Rapt. Pros. v. 31. Martialis epistola ad Lectorem libro 1 Epigrammatum præfixa: *Improbe facit, qui in alieno libro ingeniosus est.* Plin. Panegyr. cap. 55 *Ingeniosior est ad excogitandum simulatio veritate.* Cic. pro Muræn. cap. 30 princ. *Homo ingeniosissimus, M. Cato.*

¶ Ingĕniose, adverb. nachdencklich, scharffsinnig. Cic. 4 Acad. Quæst. cap. 27 *Tractantur ista ingeniose, disputantur etiam eleganter.* Idem lib. 1 de Invent. cap. 6 *Ingeniose & diligenter electas res collocare.* Comparative Seneca Controvers. 10 dixit: *Hanc controversiam declamavit longe ingeniosius.* Et superlative Vellej. 2, 48, 3 *Homo ingeniosissime nequam.*

¶ Peringeniosus, a, um, sehr sinnreich; ut, *Peringeniosi homines*, Cicero de Clar. Orat. cap. 24.

¶ Ingĕniātus, a, um, ab *Ingeniare*, est apto ingenio præditus, natura aptus, wohl geartet. Plautus Milit. a. 3 sc. 1 *Lepide ingeniatus.* Et Gell. 12 cap. 1 *Animus bene ingeniatis primordiis inchoatus.* Apul. Florid. 4 *Versutus alioquin & ingeniatus ad astutiam.*

¶ Ingĕnuus, a, um, proprie nativum, non manu factum, natürlich. Ita *ingenuos fontes* Lucret. lib. 1 v. 230, & Auson. in Mosella v. 65 dixerunt, τοὺς μὴ χειροποιήτους, ut Scal. exponit. *Ingenium* enim, ut dictum, ipsa natura. Prudent. hymno ante cibum v. 51 *Fundit opes ager ingenuas.* ¶ 2. Antiquis *ingenui* erant, qui ex legitimo matrimonio nati, & *spuriis* opponebantur. Gr. εὐγενής, quæ vox non semper nobilem significat, ehrlicher ankunfft, ehrlich gebohren. Livius lib. 10 cap. 8 *An Romæ unquam fando audistis, patricios primo esse factos, non de cælo demissos, sed qui patrem ciere possent, id est, nihil ultra quam ingenuos.* ¶ 3. Postea sic dicti, qui statim, ut nati, liberi, ut Justinianus loquitur, freygebohren. Martial. lib. 3 epigr. 32

Ingenuam malo: sed si tamen illa negetur,
Libertina mihi proxima conditio est.
Extremo est ancilla loco: sed vincet utramque,
Si facie nobis hæc erit ingenua.

¶ 4. Hinc *ingenuus*, pro liberali, & qui minime servilis atque abjecti ingenii

ingenii ſit, ponitur, freudig, erbar, aufrichtig. Plautus Milite a. 3 ſc. 1 v. 38 *Ingenua indoles.* Juven. ſat. 11 v. 154

Ingenui vultus puer, ingenuique pudoris.

Et, *Ingenuæ facies*, Plaut. Pœnul. a. 5 ſc. 2 v. 17, [alii *Punica* legunt: aliis deeſt finis verſûs,] ein munter geſicht. *Ingenuæ artes*, quæ ingenuos decent, freye künſte. Cicero lib. 4 epiſt. 3 ad Serv. Sulpicium extrema: *Servius tuus in omnibus ingenuis artibus ita verſatur, ut excellat.* Et, *Ingenuis ſtudiis artibusque delectari*, Idem lib. 5 de Fin. cap. 18. *Ingenui mores*, Auſon. Moſellâ v. 442. ¶ 5.* *Ingenuus* eſt & moderatus. Martialis lib. 10 epigr. 47 *mens quieta,*

Vires ingenuæ, ſalubre corpus.

Vires ingenuæ, id eſt, moderatæ. Idem lib. 3 epigr. 46

Invalidum eſt nobis ingenuumque latus.

Et ante illum Ovidius lib. 1 Triſt. eleg. 4 v. 71, 72

Illi corpus erat durum patiensque laborum:
Invalidæ vires ingenuæque mihi. Grævius.

¶ Ingĕnuè, adverb. libere, ſimpliciter; ut, *Loqui ingenue*, freymüthig reden. *Aperte atque ingenue fateri*, frey und offenhertzig bekennen, Cicer. lib. 5 fam. epiſt. 2. *Puer ingenue educatus*, fein erzogen, Idem 3 de Fin. cap. 17.

¶ Ingenuitas, ātis, die erbarkeit, aufrichtigkeit: ut, *Probitatem quamdam & ingenuitatem præ ſe ferre*, Cic. 1 Acad. cap. 11, ein frommes und redliches anſehen haben. Sueton. Auguſtô cap. 74 *Valerius Meſſala tradit, neminem unquam libertinorum adhibitum ab eo cœnæ, excepto Menâ, ſed aſſerto in ingenuitatem*, angebohrne freyheit. *Ingenuitatis memor adoleſcens*, Livius lib. 8 cap. 28. Pluraliter Arnobius ſub fin. lib. 2 *Sublatis ingenuitatibus ſervitutes.*

Ingens, Ingenuus, &c. Ingeſtus, Inglorius, Ingluvies, Ingrandeſco, Ingratus, &c. Ingravatus, ingraveſco, Ingredior, ingreſſus, Ingruo, vide *Gens*, *Ingenium*, *Gero*, *Gloria*, *Gula*, *Grandis*, *Gratia*, *Gravis*, *Gradus*, *Grus.*

INGVEN, ĭnis, pubes, die ſchaam, proprie *penis*: Celſus enim diſtinguit a *ſcroto*, lib. 7 cap. 20 ſeqq. ubi vide. Horatius 1 ſat. 2 v. 26 *obſcenum inguen* vocat. Et ibid. v. 116 *Tument tibi quum inguina.* Virgil. 3 Georg. v. 281 *Deſtillat ab inguine virus.* Juvenal. ſat. 6 v. 299

quid enim Venus ebria curat?
Inguinis & capitis quæ ſint diſcrimina, neſcit.

¶ Inguinālis, e, ad inguen ſpectans; ut, *Inguinalis herba*, Apul. de Herb. cap. 60.

¶ Inguinaria, æ, herba, quam quidam *Argemonem* vocant: Plin. lib. 26 cap. 9, ganſing, gänſerich; vide *Argemone.*

Ingurgito, Inhibeo, Inhio, &c. quære in *Gurges*, *Habeo*, *Hio.*

Injecto, injicio, &c. Inimicalis, inimice, &c. Iniquus, &c. Initialis, initiari, initium, &c. vide *Jacio*, *Amicus*, *Æquus*, *Ineo* in *Eo.*

Injuges, Injuria, injurius, Iniuſſus, Innatus, Innexus, Innixus, Innocens, innocentia, innocuus, &c. Innoteſco, Innūbis, Innūbus, Innuo, vide *Jugum*, *Jus*, *Jubeo*, *Naſcor*, *Necto*, *Nitor*, *Noceo*, *Noſco*, *Nubes*, *Nubo*, *Nuo.*

ĪNO, ûs, Cadmi & Hermiones filia, Athamantis, Thebarum regis, uxor. Quæ mariti furias fugiens cum filio Melicerta ſe in mare præcipitavit Deaque facta, *Leucothoe*, Latinis *Matuta* adpellata eſt. Ovid. in Faſt. & lib. 4 Metam. Horat. de Arte Poët. v. 123

Sit Medea ferox, invictaque: flebilis Ino,
Perfidus Ixion, Io vaga, triſtis Oreſtes.

Nimirum Medea Jaſoni perfido filios epulandos appoſuit, fratremque Abſyrtem obtruncavit: Ino Athamantem maritum furioſum fugiens, ſe in mare conjecit: Ixion ſocero ad epulas invitato flammas ſuppoſuit, &c.

¶ Inōus, a, um, adject. Stat. lib. 2 Silv. carm. 2 v. 35

Culmen ab Inoo fert ſemita tecta Lechæo.

Et 4 Silv. 3 v. 60 *Inous Iſthmus.* Et Ovid. Artis Am. 3 v. 176

Diceris Inois eripuiſſe dolis.

Inobedientia, Inoblitteratus, Inoblitus, Inobrutus, Inobſcurare, Inobſeptus, Inobſequens, Inocciduus, Inoculare, &c. Inodorus, Inoffenſus, Inofficioſus, Inolens, inoleſco, Inominatus, Inopacare, Inopertus, Inopia, Inopinatus, inopinus, &c. Inopportunus, Inops, vide *Audio*, *Littera*, *Oblivifcor*, *Ruo*, *Obſcurus*, *Sepes*, *Sequor*, *Cado*, *Oculus*, *Odor*, *Fendo*, *Facio*, *Oleo*, *Omen*, *Opacus*, *Pario*, *Opis*, *Opinor*, *Portus*, *Opis.*

ĪNŌPVS, i, Deli inſulæ fons ſive fluvius, ubi Dianam & Apollinem Latona peperit: Plin. 2 cap. 103. Val. Flacc. 5 v. 105

Fidus & Inopi maternâ gratior unda.

Inoratus, Inordinatus, &c. Inornatus, Inorus, Inous, Inpoſterum, Inprimis, vide *Oro*, *Ordo*, *Orno*, *Os*, *oris*, *Ino*, *Poſterus* in *Poſt*, *Primus* in *Prior.*

INQVAM & Inquio, verbum defectivum, ich ſage. *Inquio*, *inquis*, *inquit*, *inquiunt*, & præterit. *inquiſti*, apud Cic. *Inquies*, *inquiet*, futurum apud eumd. in Verr. ut Priſcianus docet in principio lib. 10. Sed pro τῷ *Inquio*, certior Catulli auctoritas epigr. 10 v. 27, ut Voſſius demonſtrat lib. 3 cap. 11 de Analogia. *Inque*, imperat. apud Plautum Pſeud. a. 1 ſc. 5 v. 124. Et Terent. in Heaut. a. 4 ſc. 7 v. 1 *Eccum me, inque.* *Inquito*, futur. Imperativi apud Plaut. in Auluh. a. 4 ſc. 10 v. 58. Et, *inquiat*, potentiale, pro, *dicere poſſit*, apud auctorem ad Herennium lib. 4 cap. 3. Plurali *Inquimus*, uſus Horatius eſt 1 ſat. 3 v. 66, cui hoc verbum tertiæ flexionis eſt: quo etiam illud *Inque* Plautinum facit. Diomedes tamen quarti ordinis pronunciat lib. 1 de his, quæ prima perſona deficiunt. Collocatur hoc verbum poſt primam vocem, aut poſt priores orationis, quæ exponitur: id quod à plurimis, qui hodie latine ſcribunt, non obſervatur. C. Nepos Hannibale cap. 2 *Pater, inquit, meus Hamilcar.* Et ibidem: *Tum ille, faciam, inquit, ſi fidem dederis.* vid. phraſes Lat. L. Andr. Schotti. Cæterum verbo *inquam* uſi tantum veteres continuaturi aut repetituri, quæ interruperant. Cicero 2 Philipp. cap. 44 *Hunc unum diem, hunc unum, inquam, hodiernum diem, defende ſi potes.* Idem pro Dejotăro cap. 3 *Per dexteram te iſtam oro, quam regi Dejotaro hoſpes hoſpiti porrexiſti: iſtam, inquam, dexteram* &c. Ac contra antiquorum rationem, id verbi eruditi etiam adhibent, cum, quæ exciderint, perperam corrigere volunt. Pro quo veteres, *illud volui dicere*, ſolebant. Plautus Milite Glor. a. 4 ſc. 2 pr. LV. *Sorbet dormiens.*

PA. *Quid, ſorbet?* LV. *Illud ſtertit, volui dicere.*

Idem Moſtell. a. 3 ſc. 2 v. 144 TR. *Specta, quam arcte dormiunt.*

TH. *Dormiunt?* TR. *illud quidem, ut connivent, volui dicere.*

Inquietare, &c. Inquilinatus, inquilinus, vide *Quies*, *Incola* in *Colo.*

INQVĬNO, avi, atum, are, maculare eſt, verunreinigen, beſudeln; ut, *Vitiis atque flagitiis ſe inquinare*, in laſtern leben, Cicero in Tuſcul. 1 cap. 30. Et, *Famam alicujus inquinare* Livius dixit lib. 29 cap. 37, einen verleumden. Feſtus: *Cunire eſt ſtercus facere, unde & inquinare.* Horat. 1 ſatyr. 8 v. 37

Mentior at ſi quid, merdis caput inquiner albis
Corvorum.

Claudianus in 4 Conſ. Honor. v. 304

Inquinat egregios adjuncta ſuperbia mores.

¶ Inquĭnatus, a, um, inquinatior, inquinatiſſimus, dixit Cicero, ſchmutzig, beſudelt, beflecket: ut, *Nihil illo inquinatius*, hoc eſt, ſordidius & turpius, pro Flacc. c. 22. Et, *Sordidiſſima & inquinatiſſima ratio*, lib. 2 Officiorum c. 6. Item: *Quis in voluptatibus inquinatior?* pro Cælio cap. 6. *Sermo inquinatiſſimus*, Idem Verrin. 5 cap. 26. Et, *Vita omnibus vitiis inquinata*, Id. pro Roſc. Amer. cap. 24. ¶ 2. Tinctus, gefärbt. Martial. 4 epigr. 4 *murice vellus inquinatum.*

¶ Inquĭnatè, adverbium, unflätig, unrein. *Neque tamen eſt admodum inquinate locutus*, Cicer. de Clar. Orat. cap. 37, & eodem libro cap. 74 *Confluxerunt & Athenas, & in hanc urbem multi inquinate loquentes.*

¶ Inquĭnāmentum, i, pro ſordibus, apud Gellium lib. 2 cap. 6, beſudelung, unflat: *Jam ſqualor*, inquit, *de alia re nulla, quam de ſolis inquinamentis dici cœpit.* Adde Macrob. lib. 6 cap. 7, & Tertull. de Spectac. cap. 10. Gloſſ. gr. lat. μίασμα, *contagio, inquinamentum.*

¶ Coinquĭno, are, idem quod ſimplex. *Totam progeniem coinquinat*, Columella lib. 7 cap. 5. Adde Cic. de Nat. Deor. 3 cap. 27, & Valer. Max. 6, 1, 6.

¶ Coinquinatus, a, um, verunreiniget. Prudentius hymno ante ſomn. v. 53 *qui coinquinatum*

Vitiis cor impiavit.

Compar. *Quid eſſe his poteſt coinquinatius?* Arnobius lib. 7 p. 228.

¶ Incoinquinatus, a, um, non coinquinatus, unbeflecket: Vulgatus Interpres Sapient. cap. 8 v. 20 ita vertit σῶμα ἀμίαντον.

Inquio, Inquiro, inquiſitus, &c. Inſalubris, Inſania, inſanus, &c. Inſatiabilis, &c. Inſaturabilis, Inſcendo, inſcenſio, Inſcientia, inſcitia, inſcius, &c. Inſcribo, inſcriptio, &c. Inſculpo, Inſecabilis, inſecta, Inſectanter, inſectari, &c. Inſedabiliter, inſedatus, Inſemino, &c. Inſeneſco, Inſenſibilis, Inſeparabilis, Inſepultus, Inſequor, &c. Inſero, Inſerpo, Inſerto, &c. Inſervio, Inſeſſor, inſeſſus, vide *Inquam*, *Quæro*, *Salus*, *Sanus*, *Sat*, *Satur*, *Scando*, *Scio*, *Scribo*, *Scalpo*, *Seco*, *Sequor*, *Sedo*, *Semen*, *Senex*, *Sentio*, *Par*, *Sepelio*, *Sequor*, *Sero*, *Serpo*, *Sero*, *Servio*, *Sedeo.*

Inſibilo, Inſiccatus, Inſideo, inſidiæ, &c. Inſido, Inſigne, inſignio, &c. Inſilio, Inſimulo, &c. Inſincerus, Inſinuatio, &c. Inſipidus, inſipiens, &c. Inſipo, Inſiſto, Inſitio, inſitus, &c. vide *Sibilus*, *Siccus*, *Sedeo*, *Sido*, *Signum*, *Salio*, *Simulo*, *Sincerus*, *Sinus*, *Sapio*, *Siſto* in *Sto*, *Sero.*

Inſociabilis, Inſolabilis, Inſolatus, &c. Inſolens, inſolentia, inſoleſco, inſolitus, Inſolubilis, inſolutus, Inſomnia, &c. Inſono, Inſons, Inſopitus, vide *Socius*, *Solor*, *Sol*, *Soleo*, *Solvo*, *Somnus*, *Sonus*, *Sons*, *Sopor.*

Inſpectio, inſpecto, &c. Inſperabilis, inſperans, Inſpergo, inſperſus, Inſpicio, Inſpico, Inſpiratio, inſpiro, &c. Inſpuo, inſputo, vide *Species*, *Spes*, *Spargo*, *Species*, *Spica*, *Spiro*, *Spuo.*

Inſtabilis, inſtantia, inſtar, Inſtauratio, inſtauro, &c. Inſterno, Inſtigatio, inſtigo, &c. Inſtillatio, inſtillo, &c. Inſtimulo, &c. Inſtinctor, inſtinctus, Inſtipulor, Inſtita, inſtitor, &c. Inſtituo, &c. Inſto, Inſtragulum, inſtratus, Inſtrenuus, Inſtrepo, Inſtrictus, inſtringo, Inſtructio, inſtrumentum, inſtruo, Inſtudioſus, Inſtupeo, vide *Sto*, *Stauro*, *Sterno*, *Stinguo*, (*Stigo*,) *Stillo* in *Stiria*, *Stimulus*, *Stinguo*, *Stipulor*, *Sto*, *Statuo*, *Sto*, *Sterno*, *Strenuus*, *Strepo*, *Stringo*, *Struo*, *Studium*, *Stupeo.*

Inſuavis, inſuavitas, Inſubidus, vide *Suavis*, *Subidus.*

INSVBRES, ium, Tranſpadanæ regionis populus, ex Tranſalpina Gallia huc profectus, quorum caput Mediolanum fuit. Tacitus lib. 11 cap. 23 *quod Veneti & Inſubres curiam irruperint.* Et Plinius 3 cap. 17 *Inſŭbres Mediolanum condidere.* Singulariter *Inſuber eques*, Livius lib. 22 cap. 6. *Inſŭbris Mediolanenſis*, Spartianus Did. Juliano cap. 1.

¶ Inſubria, æ, Mediolanum, hodie Lombardia, die Lombardey; nam Longobardi poſtea Inſubrium regionem invaſerunt.

Inſueſco, inſuetus, Inſufficientia, vide *Sueſco*, *Facio.*

INSVĽA, æ, νῆσος, terra, quæ a continenti, hoc eſt, ſolida terra ſejuncta undique mari alluitur, adeoque a ſalo appellata, quod in ſalo, h. e. in mari ſita ſit, ut ſcribit Feſtus, eine inſul, ein eyland: ut, *Sardinia*, *Cyprus*, *Creta*, *Andros*, *Cyclades*, *Sporades*, *Fortunatæ*, ſeu *Canariæ*, de quibus ſuis in locis ſeorſim agitur. ¶ 2. *Inſulæ* etiam Ædes dicuntur in urbibus ſeorſim extructæ, & ſpaciis circumjectis ſeparatæ, höfe oder häuſer, ſo in städten alleine liegen, und an keine nachbarn rühren. Sueton. Tiber. cap. 48, & Nerone cap. 38, & Jureconſulti: v.g. Lege 3 § 2 Dig. de Off. præf. vigil. vide Feſtum: itemque Cujacium lib. 1 Obſerv. cap. 1. Vnde Spartianus ſcribit, 335 inſulas olim Romæ incendio conſumtas fuiſſe. Et P. Victor obſervat, Arcadii & Honorii temporibus Romæ 4662 & 1780 domos fuiſſe. vid. Panciroll. in Deperd. Tit. 23. Sic & uſus Cicero pro Cælio cap. 7, & Vitruvius lib. 1 cap. 6. Adde Reineſii Inſcript. 138 Claſſis 1, cum ejuſdem interpretatione p. 169. ¶ Caſaubonus ad Suetonium in Cæſar. cap. 41, & in Neron. cap. 44 notat, *inſulas* & quasvis ædes locatitias adpellatas: unde in Vet. Gloſſ. ἐνοικολόγος, *Inſularius*, id eſt, ſervus flagitator, penſionum exactor, der den haußzinß einfordert.

¶ Inſúlarius, i, inſulæ cuſtos, id eſt, ædium; qui & *Domnædius* & *Cœnacularius* appellatus, der hauß-voigt. vide Torrentium & Theod. Marcilium ad Horat. lib. 1 epiſt. 14 v. 1, & Reineſium ad Claſſis 1 Inſcription.

ſcription. 138. Et Lege 5 § 1 Dig. de inſtitor. act. *Si quid cum inſulario geſtum ſit, vel eo, quem quis ædificio præpoſuit.* Et lege 4 Dig. de præf. vigil. *inſularios & eos, qui negligenter ignes apud ſe habuerint, potes fuſtibus vel flagellis cædi jubere,* conf. Salmuth. Comment. ad Pancir. Deperd. t. 23 p. 78.

¶ Inſŭlāris, are, quod ad inſulam pertinet, zur inſul gehörig. Poëta Phallicus Carm. 32 *Ductor ferreus inſularis*, ubi Scalig. conſule pag. 194. Ammianus lib. 15 c. 17 *inſulari pœna multavit.* Idem lib. 26 cap. 29 *inſulare ſupplicium*, hoc eſt, deportatio in inſulam. Et ruſus lib. 15 cap. 27 *inſulari ambitu*, de Lutetia. Caſſiodorus lib. 12 epiſt. 24 *domus inſularis*, quæ in inſula eſt ædificata.

¶ Inſulenſis, e, idem. Solin. cap. 54 *Ab inſulenſe ad continentem.*

¶ Inſulanus, a, um, idem qui inſularis. Pacatus Panegyr. Theodoſii c. 23 *Cum pauci homines & inſulani totius incendium continentis adolerent.* Gloſſ. Vet. *Inſulani*, νησιῶται. Servius in Virg. Æneid. 8 v. 725 *Caræ inſulani populi fuerunt.*

¶ Inſulo, āre, verbum, eſt inſulam facere; Vnde

¶ Inſulatus, a, um, zur inſul gemacht. Apulejus de Mundo ſub fin. *Audivimus, regiones, quæ prius fuerint continentes, hoſpitibus atque advenis fluctibus inſulatas.* Quod iisdem verbis ex Apuleji libro etiam Auguſtinus lib. 4 Civ. Dei c. 2 produxit, ut de genuina lectione minus dubitare liceat.

¶ Inſulōſus, a, um, plenus inſulis, voll inſuln. Ammianus lib. 23 cap. 18 *inſuloſum & celebre Perſicum mare.* Idem lib. 22 cap. 11 *Ægeum per Sporadas inſuloſum eſt atque Cycladas.*

¶ Peninsŭla, æ, quaſi pene inſula, quæ non toto mari ambitur, ſed jugo aliquo continenti annectitur, eine halb-inſul: Qualis eſt Achajæ Peloponneſus, Græci ejusmodi inſulam χερσόνησον, *Cherſoneſon* vocant. Catullus epigr. 32

Peninſularum Sirmio, inſularumque Ocelle.

Inſulſus, &c. Inſultare cum derivatis, Inſum, Inſumo, Inſuo, Inſuper, inſuperabilis, Inſurgo, Inſuſceptus, Inſuſtentabilis, Inſuſurro, vide *Sal, Salto* ſub *Salio, Sum, Sumo, Suo, Super, Surgo, Capio, Suſtineo* in *Teneo, Suſurrus.*

Intabeſco, Intactus, Intaminatus, Intectus, Integellus, vide *Tabes, Tango, Tamino, Tego, Integer.*

INTĔGER, gra, grum, opponitur vitioſo, corrupto, mutilo, fracto, violato, geſund, rein, ohne wandel, ungefälſcht, ungenützet, friſch, vollſtändig. Ita Lucretius lib. 4 principio *integros fontes* dixit, quos intactos, & unde nemo hauſiſſet hactenus, ſignificabat. Quemadmodum & Terent. prologo Heaut. princ. *Integram comœdiam Græcam* dicit, a nullo Latinorum tractatam, ut Vet. Gloſſ. interpretatur, Lindebruchio obſervante: & eam ob cauſſam mox *novam* vocat. Sane Plautus *novum* ac *integrum* conjungit Caſina a. 3 ſc. 5 v. 5. Sic *integri* feſſis & ſauciis, itemque victis & fuſis opponuntur. Cæſar lib. 5 de Bello Gallico cap. 16 extr. *Accedebat, ut nunquam conferti, ſed rari, magnisque intervallis prœliarentur, ſtationesque diſpoſitas haberent, atque alios alii deinceps exciperent, integrique & recentes fatigatis ſuccederent.* Nepos Eumene cap. 9 *Ibi diem unum operitur, ad laſſitudinem ſedandam militum, ac reficienda jumenta, quo integriore exercitu decerneret.* Vbi *integrior* opponitur *laſſo.* Sic Liv. lib. 6 c. 7 *integerrimi diutina pace populi.* Cicero quoque *integras gentes*, bello intactas, quæ recentes & novæ bellum ſuſcipiunt, pro Lege Manilia; quemadmodum & *provincias integras* eodem ſenſu Florus dixit lib. 2 cap. 17. Vet. Gloſſ. *Integrum*, ὁλόκληρον, ὑγιές. ¶ 2. Item ἀκέραιος, ſincerus, incolumis, gantz, unverletzt, unverſehrt. Sic *integræ virgines* apud Plaut. Truc. a. 4 ſc. 3 v. 47, & Catull. Epithal. Mallii v. 36 nondum imminutæ, ſive devirginatæ, ut Petronius loquitur. ¶ 3. Transfertur etiam ad animum: & *integer* ponitur, pro incorrupto vitiis, candido, qui non habet diſſenſum cordis ad ſententiam mentis: quæ veluti mutilant animum & contaminant, aufrichtig, rechtſchaffen. Nam & *mutilato* opponitur *integrum.* Juvenalis ſat. 15 v. 87

ceciditque Cethegus
Integer, & jacuit Catilina cadavere toto.

Curtius 10, 2, 10 innoxios *integros* vocat, quos opponit *ſumptuoſis*, qui rem familiarem diſſipaverant. Cicero pro Fontej. c. 14 *Integer homo & honeſtus in omnibus vitæ partibus*, ein frommer und durchaus ehrlicher mann. *Integer vitæ ſceleris que purus*, &c. Horat. 1 ode 22 v. 1. Vide oden illam pulcherrimam, de integritate & innocentia ubique tuta. *Vita integerrima*, Cicer. pro Planc. cap. 1, ein unſträfliches leben. *Integer conſulatus*, id eſt, integre, ſine labe actus, apud Tacitum 2 Hiſt. cap. 97. *Ætas integra*, Terent. Andr. a. 1 ſc. 1 v. 45, in beſten jahren. ¶ 4. *Integrum* etiam, in quo nihil laboratum eſt. *Diſcipulus integer*, rohe: Cicero 3 Nat. Deor. cap. 3 *Rudem me diſcipulum & integrum accipe, & ea, quæ requiro, doce.* Sic, *Cauſſa integra*: ut, *Cauſſam integram alicui reſervare*, Cic. 13 ad Fam. epiſt. 4, einem von ſeiner ſache nichts vergeben. Cicero 2 de Offic. ſub f. *Alexandriam ſe proficiſci velle dixit, namque integram rem ad reditum ſuum juſſit eſſe*, man ſolte nichts in der ſache vornehmen biß zur wiederkunfft. *Integrum corpus*, ein geſunder leib, daran nichts gebrechlichs. *Integri ſenſus*, Cic. 4 Acad. Q. cap. 7, geſunde vernunfft. *Integra valetudo*, Idem 2 de Fin. cap. 20. *Servare ſe integrum*, eſt, neutri parti ſe adſtringere, ſich mit keinem theil einlaſſen oder verpflichten. Idem ad Attic. lib. 7 epiſt. 26 *Quod me amiciſſime admones, ut me integrum, quoad poſſim, ſervem, gratum eſt.* Et, *Reſtituere in integrum*, eſt, dignitatem priſtinam reddere, vollkömmlich wiederum einſetzen, in vorigen ſtand bringen: Cæſar lib. 3 de B. C. cap. 1 *Nonnullos ambitus Pompeja lege damnatos in integrum reſtituit.* ¶ 5. *Integrum eſſe*, locutio alia eſt. *Non eſt integrum mihi, tuo conſilio uti*, Cicero in Piſon. cap. 24, es ſtehet nun nicht bey mir. *Res, cauſſa eſt in integro*, id eſt, poteſtate noſtrâ, Idem de Orat. lib. 3 cap. 4, es iſt unverlohren. Cæſar lib. 1 de B. C. cap. 85 *Confligere noluit, ut quam integerrima ad pacem eſſent omnia.* ¶ 6. *Ab integro*, i. e. denuo ſeu ab initio, von neuen, von fornen, ut Servius interpretatur apud Virgil. eclog. 4 v. 5, quod Terentius Heaut. a. 4 ſc. 2 v. 7, Salluſtius Jugurthâ c. 62 extr. & Sen. epiſt. 10 *de integro* dixerunt. Item, *Epiſtolam de integro ſcribere*, Cicer. 13 ad Attic. epiſt. 27. *Ex integro*, Sueton. Aug. c. 34.

¶ Intĕgellus, a, um, dimin. idem. *Præſtabo eum integellum*, Cicero ad Fam. 9 epiſt. 10, & Catullus ad Aurelium 15 v. 14

Quod caſtum expeteres & integellum.

¶ Integrè, adverb. ſincere, incorrupte, redlich, aufrichtig, ohne tadel. *Incorrupte & integre judicare*, Cicero 1 de Fin. cap. 9. Et, *Integre verſari in aliqua re*, Tacitus Agricolâ cap. 7, & *provinciam integre ſevereque regere*, lib. 1 Hiſt. cap. 48 dixit. Plinius lib. 7 epiſt. 25 *Procuratione Narbonenſis provinciæ integerrime functus recepit ſe in agros ſuos.* Sic Declamat. in Salluſtium, *vita integerrime acta.*

¶ Integritas, ātis, idem quod ſanitas, incolumitas, gute geſundheit, cum ad corpus refertur. Gellius lib. 18 cap. 1 *Quoniam & corporis integritas ſanitasque & honeſtus modus formæ, &c. neceſſaria viderentur perficiendæ beatæ vitæ.* Similiter *incorruptam ſermonis latini integritatem* Cicero de Claris Oratoribus cap. 35 dixit. ¶ Ad mores, & vitam quando refertur, probitatem & innocentiam ſignificat, die redlichkeit, aufrichtigkeit. Cicero pro Lege Manilia cap. 29 *Etenim talis eſt vir* (Pompejus,) *ut nulla res tanta ſit, ac tam difficilis, quam ille non & conſilio regere, & integritate tueri, & virtute conficere poſſit.* Idem pro Q. Ligario c. 1 *Cui* [provinciæ] *ſic præfuit in pace, ut & civibus & ſociis gratiſſima eſſet ejus integritas & fides.*

¶ Integritūdo, ĭnis, idem. Vlpian. Dig. de Teſtamento milit. prooemio: *Secutus animi mei integritudinem erga commilitones.*

¶ Integro, avi, atum, are, denuo inchoare, renovare, inſtaurare, aufs neue anheben, erneuern. *Integrant ſeditionem Tribuni plebis*, Livius lib. 5 cap. 25. Sic, *Integrare pugnam, bellum, aciem, lacrymas*, &c. Id. Liv. lib. 1 cap. 29 *Jam continens agmen migrantium impleverat vias: & conſpectus aliorum mutua miſeratione integrabat lacrymas.* Apulejus Apologiâ: *Namque peccatum ſemel ut bonus quisque poſtea ſollicitius cavet: ita qui ingenio malo eſt, confidentius integrat: ac jam de cætero, quo ſæpius, eo apertius delinquit. Pudor enim veluti veſtis, quanto obſoletior eſt, tanto incurioſius habetur.* Virgilius 4 Georg. v. 514 de Philomelâ:

ramoque ſedens miſerabile carmen
Integrat.

Seneca Medeâ v. 671 *ſemet dolor*
Incendit ipſe, vimque præteritam integrat.

¶ 2. Tralate, erfriſchen. Gellius lib. 15 cap. 2 *Nam & modicis honeſtisque inter bibendum remiſſionibus refici integrarique* (i. e. recreari) *animos ad inſtauranda ſobrietatis officia exiſtimavit.*

¶ Integratus, a, um, verneuert, erfriſcht. Auſonius epiſt. 14 v. 7 *Vigor integratus.*

¶ Integratio, ōnis, reparatio, inſtauratio, die erneuerung. Terentius Andr. a. 3 ſc. 3 v. 23 *Amantium iræ amoris integratio eſt.* Ita enim legendum: non *redintegratio*: quod malunt nonnulli. Vet. Gl. *Integratio*, ἐπανάληψις.

¶ Integrator, ōris, ein erneuerer. Tertullianus Apolog. cap. 46 extremo: *interpolator erroris, & integrator veritatis.*

¶ Integraſco, ĕre, ad integrum redire, ſich verneuen. Terent. in Andr. a. 4 ſc. 2 v. 5 *Hoc malum integraſcit*, das unglück und elend wird wieder neu.

Compoſita:

¶ Deintegro, are, corrumpere, imminuere, mindern, verringern. Cæcilius apud Nonium c. 2 n. 225 *Nomen virginis deintegravit.*

¶ Perinteger, a, um, vollkommen. Gellius lib. 3 cap. 5 *incorruptus, caſtus & perinteger.*

¶ Redinteger, a, um, vide *Redintegratus.*

¶ Redintegro, are, idem quod integrare, verneuen, ergäntzen: ut, *prælium redintegrare*, id eſt, inſtaurare, Cæſ. 1 B. Gall. c. 25. *Vires redintegrare*, ſich aufs neue ſtärcken, Ibid. lib. 3 cap. 26.

¶ Redintegratus, a, um, wieder angefangen, verneuert. Livius 8 cap. 32 *redintegrata ira*: In quibusdam codicibus legitur *redintegra*, ut ſit adject. *Redinteger, a, um.*

¶ Redintegrator, ōris, ein verneuerer. Tertullian. Reſurr. Carn. c. 57 *Redintegrator carnis.* Idem de Anima cap. 43 *Somnus redintegrator virium.* Vetus Inſcriptio apud Gruter. p. 459 n. 1 REDINTEGRATORI OPERVM PVBLICORVM.

¶ Redintegratio, ōnis, die ergäntzung, erneuerung, wiederhohlung. Arnobius 7 p. 249 *Vt corpori & viribus redintegratio ſubrogetur.* Tertull. lib. 4 contra Marcion. c. 10 *redintegratio membrorum.* Macrobius lib. 1 Saturn. cap. 11 *inſtauraticius dies dictus a redintegratione, ut Varroni placet.* Auct. ad Herenn. lib. 4 cap. 28 *redintegratio verbi.* Et Cic. antequam iret in exil. c. 4 *Quid ego improborum facta renovem oratione, ut redintegratione illius conjurationis animos vulnerem veſtros?*

¶ Semiinteger, a, um, halb gantz. Ammianus 20 c. 11 [Valeſ. cap. 5] *pauca quæ ſemiintegra ſunt relicta.*

Intego, integumentum, Intellectus, intelligo, &c. Intemeratus, Intemperantia, &c. Intemperies, intempeſtas, intempeſtive, intempeſtivitas, intempeſtivus, intempeſtus, Intendo, intenſio, intente, intentio, intentatio, intento, are, Intepeo, intepeſco, vide *Tego, Lego, Temero, Tempero, Tempus, Tendo, Tepeo.*

INTER, præpoſitio, cujus vis & ſignificatio in exemplis perſpicitur, unter, zwiſchen. Ex Græco apud Gellium lib. 13 cap. 17

Multa cadunt inter calicem, ſupremaque labra,

wehrender zeit, ehe der angefaſte becher zum munde kömmt. Seneca lib. 2 de Benef. ineunte: *Ingratum eſt munus, quod diu inter manus dantis hæſit*, was lange an den händen geklebet hat. *Inter ſpem metumque*, Livius lib. 8 c. 13, zwiſchen hoffnung und furcht. *Inter manus auferri*, Cic. 7 Verrin. c. 11, unter den händen. Virg. 2 Æneid. v. 681

Namque manus inter, mœſtorumque ora parentum,
Ecce levis ſummo de vertice viſus Iüli
Fundere lumen apex.

Aliter Florus lib. 3 cap. 21 *Piget referre, Bæbium, ſine ferro, ritu ferarum, inter manus, laniatum.* Significat enim, Bæbium, dum amici ſervare, inimici perdere cupiunt, utraque parte injiciente manus & rapiente, diſtractum fuiſſe & laniatum. Sic cap. 19 ejusdem libri

idem

idem Auctor: *Inter rixantium manus preda lacerata est.* Sic apud Suetonium Aug. c. 71 *Inter cœnam*, est, interea, dum cœnatur: vel in cœna, unter vel über der mahlzeit. Plautus Cistell. a. 2 sc. 1 v. 31 *Inter rem novam verbum usurpabo vetus*, i. e. in re nova. Quemadmodum Terentius Hecyræ prologo v. 37 *Vetere in nova utar consuetudine* dixit. *Inter conventum matronarum*, i. e. in conventu matronarum, apud Suet. Galbâ cap. 5, ubi Torrentius audiendus non est. *Inter initia*, Colum. 2 cap. 11, im anfange. *Inter diem*, pro interdiu, Gellius lib. 9 cap. 4. *Inter vias*, i. e. in via, Terent. Eunuch. a. 4 sc 2 v. 1, & Suetonius Cæs. cap. 39. *Dictum inter nos fuit*, das ist unter uns geredt worden, Terent. Adelph. a. 5 sc. 3 v. 10, qui ibidem a. 2 sc. 4 v. 7 *Quasi nunc non norimus nos inter nos*, als wann wir nicht unter einander bekant wären. ¶ Non raro in compositione auget, ut innuit Donatus in Andr. a. 4 sc. 1, & Eunuch. a. 1 sc. 1, qui adauctivam particulam vocat, ac *interturbare* explicat non mediocriter turbare, & *intercipere* totum capere. vid. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 236. ¶ Ponitur & cum *se* pro *invicem*, untereinander, Nepos Aristide pr. *Obtrectarunt inter se.* Sic, *Pueri amant inter se*, Cicer. ad Attic. 6 ep. 1.

¶ Interdŭatim, & Interatim, dicebant antiqui, quod nunc *Interdum* & *Interim.* Festus.

¶ Interdum, adverb. bißweilen, zuweilen. Cicero de Clar. Orat. cap. 67 *M. Piso habuit a natura genus acuminis, sed sepe stomachosum; nonnunquam frigidum: interdum etiam facetum.*

¶ Interea, interim, unter deß, mitler zeit, mitler weil. *Interea rumor venit, datum iri gladiatores*, apud Terent. in prol. Hecyr. v. 31. *Interea loci*, idem, apud eumdem in Heautontimorumeno a. 2 sc. 3 v. 16, quomodo & Plautus, & Ennius, & alii veterum locuti.

¶ Interĭbi, pro interea, Plautus Captiv. a. 5 sc. 1 v. 31 & 33. vide supra in *Ibi.*

¶ Interim, inzwischen. Ter. Andr. a. 1 sc. 1 v. 100 *Funus interim procedit, sequimur.* ¶ Item, *interdum*, Trajanus apud Plinium lib. 10 ep. 27 *Prudenter autem constitui interim navibus, interim vehiculis uti.* Quintilianus lib. 3 cap. 10 *Nam interim triplices etiam suasoriæ incidunt.* Tacitus 1 Annal. cap. 4 *Qui rempubl. interim premant, quandoque distrahant.* Seneca Consol. ad Marciam cap. 15 *Quid aliorum tibi funera Cæsarum referam? quos in hoc mihi interim videtur violare fortuna, ut sic quoque generi humano prosint.*

¶ Interior, Internus, &c. vide *Intra.*

Interæstus, Interalbico, Interamentum, Interamnus s. interamnanus, Interanea, Interaresco, vide *Æstus*, *Albus*, *Intra*, *Amnis*, *Intra*, *Areo.*

Interbibo, Interbito, vide *Bibo*, *Beto.*

Intercalaris, intercalatio, intercalo, &c. Intercapedinatus, intercapedo, Intercardinatus, Intercedo, Interceptus, &c. Intercessio, &c. Intercĭdo, Intercīdo, Intercilium, Intercino, Intercipio, Intercisus, &c. Intercludo, &c. Intercolumnium, Interculco, Intercurro, intercurso, &c. Intercus, vide *Calo*, *Cupedo*, *Cardo*, *Cedo*, *Capio*, *Cedo*, *Cado*, *Cædo*, *Cilium*, *Cano*, *Capio*, *Cædo*, *Claudo*, *Columen*, *Calx*, *Curro*, *Cutis.*

Interdatus, Interdianus, interdiarius, Interdico, interdictum, &c. Interdiu, Interduatim, Interductus, Interdum, Interduo, vide *Do*, *Dies*, *Dico*, *Diu*, *Inter*, *Duco*, *Inter*, *Do.*

Interea, Interemtio, &c. Intereo, Interequito, Intererro, Interesse, interest, vide *Inter*, *Emo*, *Eo*, *Equus*, *Erro*, *Sum.*

Interfari, interfatio, Interfectio, &c. Interfeminium, Interficio, Interfluo, Interfodio, Interfringo, Interfuro, Interfusus, vide *Fari*, *Facio*, *Femen*, *Facio*, *Fluo*, *Fodio*, *Frango*, *Furo*, *Fundo.*

Intergeries, intergerinus, &c. Intergressus, Interhio, vide *Gero*, *Gradus*, *Hio.*

Interjaceo, Interibi, Interjectus, interjicio, &c. Interim, Interimo, Interior, us, Interitus, &c. Interjungo, vide *Jaceo*, *Inter*, *Jacio*, *Inter*, *Emo*, *Intra*, *Eo*, *Jungo.*

Interlabi, Interlegere, Interlidere, Interlinere, interlitus, Interlocutio, interloquor, Interlucare, interlucatio, Interlucere, Interlunis, interlunium, Interluo, interluvies, vide *Labor*, *Lego*, *Lædo*, *Linio*, *Loquor*, *Lucus*, *Lux*, *Luna*, *Luo.*

Intermaneo, Intermedius, Intermenstruus, Intermeo, Intermestris, Intermico, Interminabilis, Interminor, Intermisceo, Intermissus, Intermistus, Intermorior, Intermundium, Intermuralis, vide *Maneo*, *Medius*, *Mensis*, *Meo*, *Mensis*, *Mico*, *Terminus*, *Minæ*, *Misceo*, *Mitto*, *Misceo*, *Morior*, *Mundus*, *Murus.*

Internascor, Internecinus, internecio, &c. Internecto, Internidifico, Internigro, Interniteo, Internodium, Internosco, Internuntio, Internus, Intero, Interordinium, vide *Nascor*, *Nex*, *Necto*, *Nidus*, *Niger*, *Niteo*, *Nodus*, *Nosco*, *Nuntius*, *Intra*, *Tero*, *Ordo.*

Interpateo, Interpedio, Interpellare, &c. Interpendium, interpensivus, Interplicare, Interpolare, &c. Interponere, interpositus, &c. vide *Pateo*, *Pes*, *Pello*, *are*, *Pendo*, *Plico*, *Polio*, *Pono.*

INTERPRES, ĕtis, medius dicitur in re agendâ & quasi consiliator, ein mittler, unterhändler. Id a *pres*, compositum esse, Grammatici dicunt. Plautus Curcul. a. 3 v. 64 *Quod te præsente istic egi, teque interprete.* Sic, *Pacis interpres*, apud Liv. lib. 21 cap. 12. Et, *Fallaces interpretes ac nuntii*, Cicer. ad Brutum epist. 10. ¶ 2. *Interpres*, qui linguam alienam & rem obscuram exponit, ein dolmetscher, ausleger. *Conjector & interpres portentorum*, Cic. lib. 2 de Divin. cap. 28. Et Quintilian. lib. 3 cap. 6 *Somniorum atque ominum intrepretes conjectores vocantur*, traumdeuter.

¶ Interprĕtor, atus sum, ari, enarrare, explicare, dolmetschen, auslegen. *Interpretari somnium*, Cic. 1 Divin. cap. 23. *obscure dicta*, Quintil. 3 cap. 4. Et, *Interpretari scriptores*, Cic. lib. 1 de Orat. cap. 34, die scribenten erklären und auslegen. Livius lib. 1 cap. 21 *Neque recte an secus interpretor*, i. e. definio, pronuncio. Tacitus 2 Hist. c. 39 *Miles alacer, qui tamen jussa Ducum interpretari, quam exsequi vellet.* INTERPRETARI, id est, examinare, & quo pertineant ac spectent, pronunciare, deuten. Plaut. Trucul. a. 1 sc. 2 v. 41 *Illa, haud ego, habuit publicum. Perversè interpretaris.* ¶ *Interpretor* etiam passive usurpavit Ammianus Marc. 23 c. 12, & lib. 24 c. 21. vid. Cellarii Cur. Poster. p. 248.

¶ Interpretatus, a, um, passive est expositus, explicatus, ausgelegt, erklärt. Cic. de Arusp. resp. c. 17 *verba, quæ ex Etruscis libris in te conversa atque interpretata dicuntur.* Et Sueton. Nerone c. 13 *Verba supplicis interpretata.*

¶ Interpretatio, ōnis, die auslegung, deutung, verdolmetschung. Livius lib. 2 cap. 8 *Nec interpretatio est facilis.* Cicero lib. 1 Offic. c. 10 *malitiosa juris interpretatio.*

¶ Interpretatiuncŭla, æ, dimin. idem. Hieronym. epist. 89 c. 6 ad Augustinum: *Miror, quod septuaginta interpretum libros legas non puros, ut ab eis editi sunt; & Christiani hominis interpretatiunculam non sequaris.*

¶ Interpretamentum, i, idem, qua voce Gellius aliquoties usus est, N. A. lib. 5 c. 18, lib. 6 c. 2 &c. & Petronius pag. 55 *somniorum interpretamenta* dixit.

¶ Interpretator, ōris, interpres, ein ausleger, erklärer. Tertullian. adv. Prax. cap. 19 *Ipse interpretator est, quomodo cælum solus extenderit.*

¶ Interpretabilis, e, das sich deuten läßt. Idem Tertull. contra Valent. *interpretabile nomen.*

Interpretium, Interpretor, Interpunctio, &c. Interpurgo, Interputo, vide *Pretium*, *Interpres*, *Pungo*, *Purgo*, *Puto.*

Interqueror, Interquiesco, vide *Queror*, *Quiesco.*

Interrado, interrasor, &c. Interregnum, interrex, Interritus, Interrogatio, interrogo, &c. Interrumpo, interruptus, &c. vide *Rado*, *Rex*, *Terreo*, *Rogo*, *Rumpo.*

Interscalmium, Interscindo, Interscribo, Interseco, Intersepio, Intersero, Intersignium, Intersitus, Interspersus, Interspiro, &c. Intersterno, Interstes, Interstinguo, Interstitium, Interstrepo, Interstringo, Interstruo, Intersum, vide *Scalmus*, *Scindo*, *Scribo*, *Seco*, *Sepes*, *Sero*, *Signum*, *Situs*, *Spargo*, *Spiro*, *Sterno*, *Sto*, *Stinguo*, *Sto*, *Strepo*, *Stringo*, *Struo*, *Sum.*

Intertextus, Intertignium, Intertingo, Intertraho, Intertremisco, Intertrigo, intertrimentum, Interturbare, &c. vide *Texo*, *Tignus*, *Tingo*, *Traho*, *Tremo*, *Tero*, *Turbo.*

Intervacare, Intervallum, Intervellere, Intervenire, &c. Intervertere, &c. Intervibrare, Intervigilare, &c. Intervirere, Intervisere, Interulus, a, Intervolare, Intervomere, Interusurium, vide *Vaco*, *Vallus*, *Vello*, *Venio*, *Verto*, *Vibro*, *Vigil*, *Vireo*, *Video*, *Intra*, *Volo*, *are*, *Vomo*, *Utor.*

Intestabilis, intestatus, &c. Intestinus, Intextus, Intimare, intimus, &c. Intinctus, intingo, Intolerabilis, intolerantia, Intollo, Intono, Intonsus, Intorqueo, intortus, &c. Intoxico, vide *Testis*, *Intra*, *Texo*, *Intra*, *Tingo*, *Tolero*, *Tollo*, *Tono*, *Tondeo*, *Torqueo*, *Toxicum.*

INTRA, præpos. locum & tempus significans, inwendig, innerhalb, drinnen: ut, *Intra oppidum*, hoc est, in oppido: *Intra mœnia*, innerhalb der ringmauer. Livius lib. 34 c. 33 *Compulso intra mœnia hoste.* Cicer. in Verr. 5 cap. 89 *Locus intra Oceanum jam nullus est, quo non* &c. Ovidius 3 Trist. eleg. 4 v. 26

> *Bene qui latuit, bene vixit, & intra*
> *Fortunam debet quisque manere suam,*

in seinem stande, quamquam *infra* hîc Heinsius ex MSS. malit. ¶ Sed *intra viginti dies*, Plaut. Curcul. a. 3 v. 78, binnen zwantzig tagen. *Intra paucos dies*, Livius lib. 23 cap. 41. *Intra annum exstincti sunt*, Val. Max. lib. 1 cap. 1 n. 17. Et, *Intra hos proximos decem annos*, Trajanus Plinio ep. 41, die nächsten zehen jahre her. Eutropius lib. 6 cap. 9 *Intra triennium omnem provinciam cepit*, hoc est, triennio nondum finito. Ibidem cap. 10 *Bellum* [piraticum Pompejus] *intra paucos menses confecit.* Et, *intra legem*, noch weniger als die gesetze zulassen, opponitur τῷ *contra legem*: Cicero extremo lib. 9 ad Famil. *Epulamur non modo non contra legem, sed etiam intra legem.* ¶ Aliquando est *citra*, vel *sine.* Horat. de Arte Poëtica v. 266 *& intra spem veniæ cautus*, h. e. sine spe veniæ. vide Gell. lib. 12 cap. 13. Et Florus lib. 1 c. 3 *Sed facinus intra gloriam fuit*, hoc est, minus gloriâ. Et lib. 4 cap. 12 *Pulchritudo intra pudicitiam principis fuit*, i. e. pulchritudo Cleopatræ (de ea enim ibi loquitur) eo usque suam exerere non potuit vim, ut principis Augusti pudicitiam tentaret. vide & Gruterum lib. 8 Suspicionum cap. 10.

¶ Interior, us, comparativus est, das innere, das weiter drinnen ist: ut, *Interior ædium pars*, Cic. pro Sextio cap. 10, das inwendige mitten im hause. *Domus interior*, Virg. 1 Æneid. v. 641. Et, *Interiora regni*, Livius 42 cap. 39 pr. & Curtius 4 cap. 9 n. 1, hoc est, media & à finibus remotior regio. *Interiores & reconditæ litteræ*, geheime briefe, die man nicht für einen jeden kommen läßt, Cicero lib. 3 Nat. Deor. c. 16. Ac, *Interiore epistola*, hoc est, media, ad Quint. fratr. lib. 3 ep. 1 c. 5. *Interiora consilia*, i. e. secretiora, Nepos Hannibale c. 2 n. 2. Quin & *interiores litteræ* videntur esse eruditio non vulgaris, apud Ciceronem ad Fam. 3 epist. 10, & lib. 7 epist. 33.

¶ Interiùs, adverb. drinnen, inwendig. Cicero lib. 3 de Oratore c. 49 *Ne fluat oratio, ne vagetur, ne insistat interius, ne excurrat longius.* Palladius lib. 1 cap. 24 de columbariis: *Nidi figurentur interius.* Et cap. 40 de balneis: *fistula tantum calida ducat interius*, &c. Prudent. in Cypriano v. 14

> *Sic Deus interius sentitur, & inditur medullis.*

¶ Internus, a, um, adject. innerlich, inwendig, einheimisch. Plin. lib. 2 cap. 68 *Oceanus interna maria allatrat.* Seneca lib. 6 Quæst. N. cap. 27 *interni ignes.* Et Tacitus 2 Annal. cap. 27 *internæ discordiæ*: & 2 Histor. cap. 69 *interno bello.* Plura exempla habet Borrich. in Cogit. p. 144 seqq.

¶ Internè, adverb. idem. Ausonius de Claris Urbibus in Burdigala v. 14

> *Distinctas interne vias mirere domorum*
> *Dispositum* &c.

Sed varia lectio est: etiam contra legem correptio. Vide quæ doctissimus vir Jo. G. Grævius ibi p. 259 adnotavit.

¶ Intĭmus, a, um, superlativus est, inwendigst, innerst: ut, *Intimum sacra-*

crarium, Cic. 6 Verrin. cap. 45. *Intimæ ædes*, Idem 3 Verrin. cap. 20, der innerſte im hauſe. *Angor intimis ſenſibus*, Idem ad Attic. lib. 5 epiſt. 10. ¶ Sed *intimus amicus*, pro maxime familiari & caro, ein geheimer, vertrauter freund. Terent. in Andr. a. 3 ſc. 3 v. 44 *Davus intimus eſt eorum conſiliis*, er iſt ihr vertraulichſter. *Intimum aliquem habere*, einen für ſeinen lieben getreuen halten, Idem Eunuch. a. 1 ſc. 2 v. 47. Item, *in intimis alicujus eſſe*, Cicer. ad Attic. lib. 4 epiſt. 16 poſt initium. C. Nepos Dione cap. 1 *Erat intimus Dionyſio priori.* Idem in Conone cap. 2 *Qui ex intimis Regis ab amicitia ejus defecerat.*

¶ Intimè, adverb. idem. *Intime uri*, Apulejus lib. 2 Metam. p. 118. Idem Apologiâ, *contubernio intime junctus*. Eſt hinc

¶ Intĭmo, avi, atum, are, verbum, quo præcipue cadentis Latinitatis ſcriptores uſi, ut ſunt Apulejus, Solinus, Symmachus, Ammianus & Patres; Significat *intimum reddere*, vereinbaren. Sic auctor Anaxomeni, qui vulgo Apulejus creditur, *intimare amplexus* dixit. Solinus cap. 4 *Nilus cum mari intimatur.* Ammianus lib. 15 cap. 6 de Rheno: *Oceani gurgitibus intimatur.* Ita Tertullian. de Reſurrectione carnis cap. 3 *ſiquidem Epheſiis ſcribens* (Paulus,) *interiorem habitare Chriſtum, ſenſibus utique intimandum omnium ſignificat.* ¶ 2. Hinc *intimare* & publice proponere, inculcare, defigere ſenſibus, & quidem recentioribus auctoribus ſignificat, anſchlagen, kund thun. Veteres Gloſſæ: *Intimare*, γνωρίσαι, ἐμφανίσαι, φανερῶσαι; *Intimat*, παρέχεται. Symmachus lib. 10 epiſt. 40 ad Theodoſ. Auguſtum: *Prædeceſſor meus perennitati veſtræ rationem dicitur intimaſſe.* Decepti corrupta lectione crediderunt etiam in Livio 4 cap. 46 reperiri *intimaſſe filio*, cum in melioribus libris ſit *inſtitiſſe*.

¶ Intĭmātus, a, um, angekündiget; ut, *intimatæ donationes*, i. e. inſinuatæ, l. 19 in pr. C. de ſacroſ. eccleſ.

¶ Intimatio, ōnis, die ankündigung. Martian. Capella lib. 9 poſt principium, *doctæ intimationis excurſus*. conf. l. 23 C. de Teſtam.

¶ Intimator, ōris, ein ankündiger. Capitolinus in Pertinace cap. 10 *Stultus rerum intimator.*

¶ Interatus, a, um, ab *Interare*; Gloſſ. lat. gr. *Interata*, ἐξεντερισθέντα.

¶ Interatim, adverb. ex Feſto & *Interim*, vide in *Inter*.

¶ Interamentum, i, ein zugehör von innen. Livius 28 cap. 45 *Interamenta navium explere*; ubi Gronovius in aliquo codice *Inceramenta* ſe inveniſſe fatetur, quod an præſtet, in medio reliquit.

¶ Interanea, orum, viſcera & inteſtina, eo quod intra corpus ſint condita, das eingeweide, die gedärme. Vet. Gloſſ. ἔγκατα, *Inteſtina*, *Interanea*, *Exta*. Item, *Interanea*, ἔντερα. Plinius lib. 8 cap. 27 de panthera: *vivacitatis adeo lentæ, ut ejectis interaneis pugnet.* Et 30 cap 7 *interaneorum morbi.* Vettius Valens apud Barthium lib. 5 Adverſ. cap. 4 *Humanorum autem membrorum tibiæ, genua, nervi, cruor, pituita, alvus, renes, & interaneæ.* Vetus Inſcriptio Romæ: RELIQVA CARO CVM PELLE ET INTERANEIS PROFICIAT VENDITORI.

¶ Interŭlus, a, um, dimin. interior, beſſer drinnen, inwendig. Capella lib. 9 *Quin etiam interulos gaudens diſſolvere nexus.*

¶ Interŭla, æ, tunica interior, das hemd. Tertull. de Pallio cap. 5 *Si quid interulæ ſupereſt.* conf. Vopiſcus in Probo cap. 4. Et Apulejus Florid. 2 pr. *Tunica interula tenuiſſimo textu.*

¶ Inteſtīnus, a, um, id eſt, interior, innerlich, einheimiſch; ut, *Diſcordia inteſtina.* Sic, *malum inteſtinum*, Cicer. ad Brutum epiſt. 10 pr. Et, *Bellum inteſtinum*, i. e. civile, Idem 2 Catilin. cap. ult. *Dolor inteſtinus*, Ser. Sulpic. ad Cicer. lib. 4 epiſt. 5.

¶ Inteſtinum, i, plur. Inteſtina, ſubſtantiv. neutrum, die gedärme, das eingeweide. *Mihi inanitate jamdudum inteſtina murmurant*, Plaut. Caſin. a. 4 ſc. 3 v. 6. *Inteſtinum tenue*, Celſus lib. 2 cap. 1, zarte darm. *Inteſtinorum roſiones*, das grimmen im leibe, Plin. lib. 20 cap. 21. Et, *Ex inteſtinis laborare*, Cic. lib. 7 fam. epiſt. 26. Id. lib. 2 de Nat. Deor. cap. 55 *Reliquiæ cibi depelluntur, tum adſtringentibus ſe inteſtinis, tum relaxantibus.*

¶ Intrinsĕcus, adverb. inwendig, darzwiſchen, von innen; ut *extrinſecus*, von auſſen. Columell. lib. 12 cap. 43 *Vaſa intrinſecus & exterius craſſe picare.*

¶ Intrò, adverb. motum ſignificans ad locum. *Abi intro*, Terent. Andr. a. 3 ſc. 2 v. 43, gehe hinein. *Intro auferre*, hinein tragen, Idem Andr. a. 1 ſc. 1 v. 1. *Intro ad nos venit errans*, er iſt zu uns herein kommen, Idem Terent. in Eunuch. a. 5 ſc. 6 v. 2.

¶ Introrſum, & Introrſus, quaſi intrò verſus, hineinwerts, inwendig hinein. *Hoſtem introrſum in media caſtra accipiunt*, Liv. lib. 10 cap. 33. Et Cæſar 2 B. Gall. c. 18 *Collis infimus apertus, ab ſuperiore parte ſilveſtris, ut non facile introrſus perſpici poſſet.* Seneca de Vita beata c. 3 *Foris nitent: introrſus miſera ſunt.* Idem epiſt. 7 *Introrſus bona tua ſpectent.*

Intractabilis, intraho, Intramuranus, Intratus, Intremiſco, intremo, Intrepidus, Intrico, Intrimentum, Intrinſecus, Intrita, intritus, intritura, vide *Trabo, Murus, Intro, are, Tremo, Trepido, Tricæ, Tero, Intra, Tero.*

INTRO, avi, atum, are, introire, ingredi, hinein gehen, einziehen. *Intrare urbem*, & *in urbem*: Virg. 5 Æn. v. 57 *Portus intramus amicos.* *Non niſi victor caſtra intrabis*, Liv. lib. 10 cap. 36. *Intrare in rerum naturam*, Cic. lib. 5 de Fin. cap. 16 pr. die natur zu betrachten für ſich nehmen: &, *Intrare in alicujus familiaritatem*, id eſt, ſeſe inſinuare, Idem metaphorice dixit ad Quint. fratr. lib. 1 epiſt. 1 cap. 5. ¶ Eſt & judiciorum verbum, vor gerichte erſcheinen. Plinius lib. 5 ep. 4 *Alio ſenatu ſine advocato intraverunt.* Et lib. 6 epiſt. 31 *A parte hæredum intraverunt duo.* ¶ *Intrare cuſpide*, pro transverberare dixit de apro Martialis lib. 7 epigr. 97

Quem meus intravit ſplendenti cuſpide Dexter,
Præda jacet noſtris invidioſa focis.

¶ Intratus, a, um, betreten, beſchritten. Ita paſſive *intratas Gallias cum exercitu*, Vellejus lib. 2 cap. 39 dixit, & cap. 105 *intrata protinus Germania.* Livius lib. 21 cap. 25 *ubi rurſus ſilvæ intratæ.* Et Silius quoque lib. 12 v. 583

Intratam Senonum capietis millibus urbem.

¶ Intrabilis, e, da man hinein kan; ut, *Intrabile os amnis*, Livius lib. 22 cap. 19 extr. ex emendatione Cl. Gronovii.

¶ Subintro, are, neben einkommen. Auguſtinus Enchirid. cap. 24 *Etiam nolentibus ſubintravit ignorantia rerum agendarum.* Et Ambroſius de Bono mortis cap. 4 *Paſſus eſt Dominus ſubintrare mortem, ut culpa ceſſaret.* conf. Vulg. Interpr. Rom. 5 v. 20.

Intrò, adverb. Introduco, Introeo, Introgredior, Introitus, Intromitto, Introrſum, us, Introrumpo, Introſpicio, Introvocatus, Intrudo, Intubaceus, intubus, Intueor, intuitus, Intumeſco, Intumulatus, Intundo, Inturbatus, inturbidus, Inturgeſco, vide *Intra, Duco, Eo, Gradus, Eo, Mitto, Intra, Rumpo, Species, Voco, Trudo, Intybus, Tueor, Tumeo, Tumulus, Tundo, Turba, Turgeo.*

INTVS, adverb. ἔνδον, quod & in loco, & ad locum, & de loco ſignificat; in loco tamen cum maxime, drinnen. Vnde & Quintilianus ſolœciſmi arguit, qui dicant, *Intus eo.* Nam lib. 1 cap. 5 ait: INTRO, *&* INTVS, *loci adverbia.* Et *tamen* INTVS, *&* INTRO ſum, *ſolæciſmi ſunt.* Et inde Scioppius ſolœciſmi Thuanum arguit, quod, *qui intro eant*, dixerit Comment. de Stilo Hiſtorico p. 110. Sed ita tamen Plautum, Lucretiumque locutos, infra oſtendemus. Perſius ſat. 3 v. 30 *ego te intus & in cute novi.*
ich kenne dich auswendig und inwendig. Sic, *intus machæra: intus patera: Intus argentum*, &c. & alia per hyphen apud Veteres dicuntur, pro iis, quæ intus ſunt, vel aſſervantur. Aliquando & cum Accuſativo aut Ablativo, ut præpoſitio IN, conſtruitur: ſic, *intus domum*, pro in domo, Plautus dixit Mil. Glor. a. 2 ſc. 1 v. 55. Plinius principio lib. 33 *Metalla nunc, ipſæque opes, & rerum pretia dicentur tellurem intus exquirente cura.* INTVS TELLVREM, id eſt, intra tellurem, vel in tellure. *Intus ſedibus*, pro in ſedibus, apud Lucretium eſt lib. 2 v. 964. ¶ 2. hinein; Plautus Caſinâ a. 5 ſc. 2 v. 7

Vbi intus hanc novam nuptam deduxi via recta.

Vbi *intus* idem quod *intro* eſt. Lucretius lib. 4 v. 1088

Nam cibus atque humor membris aſſumitur intus.

¶ 3. Idem Lucretius lib. 6 v. 726

Cum mare permotum ventis ruit intus arenam.

Vbi *intus* ἔνδοθεν eſt, von inwarts rauß. Plautus Perſâ a. 2 ſc. 4 extr. *Egreditur intus*, i. e. è domo. Ita enim omnino legendum eſt. Alibi tamen per Pleonaſmum idem Comicus τὸ *foras* adjecit: ut, *Exit foras Chalinus intus*, Caſina a. 2 ſc. 6 v. 42. Et, *Jubebo, intus efferri foras*, Id. Bacchid. a. 1 ſc. 2 v. 62. ¶ *Intus equum agere*, eſt brevi gyro circumagere ſive flectere, wenden, einlencken: & ad ſiniſtram quidem maxime, ſi circum reſpicimus: ad metam enim provecti introrſum ad ſiniſtram flectebant. Vnde Virgil. Æn. 5 v. 170

Radit iter lævum interior.

Vide Torrentium ad lib. 1 Horatii Carm. od. 1 v. 4, & lib. 2 ſat. 5 v. 17, itemque Lipſium ad illud Senecæ de Tranquillit. animi cap. 9 *Non in curſu tantum circique certamine, ſed in his vitæ ſpatiis interius flectendum eſt.* Per allegoriam Ovidius lib. 6 Faſt. v. 585

Tertia cauſſa mihi ſpatio majore canenda eſt.
Nos tamen adductos intus agemus equos.

i. e. non longe digrediemur, & paucis adeo rem expeditam dabimus. Sic & *intus canere*, eſt ſiniſtrâ chordas carpere: nam quando dextra plectro utitur, *foris canere* eſt; vide ſupra *Cano.* *Intus* autem *ſibi canere*, proverbialiter Cicero dixit in Rullum 2 cap. 26, pro commodi proprii gratia facere omnia ſine honeſtatis cura: *Atque hoc carmen non vobis, ſed ſibi intus canit*, er ſiehet nur auf ſeinen nutzen.

¶ Abintus, von innen. Paulinus Jambo ad Cyther. v. 437

Abintus ejus emicabat gratiâ
Sermone mentis nuncio.

Intutus, vide *Tueor.*

INTŸBVS, i, ſcribunt & *Intubus*, fœm. & plur. *Intyba*: ut, *Et amaris intyba fibris*, Virgil. 1 Georg. v. 120. Et Plin. 20 cap. 8 *Intybi non extra remedia ſunt.* Invenias & ſingulare neutrum, *Intybum.* Eſt autem *Intybus* herba, quam vulgo nomine ab *intybo* corrupto vocant, endivien. *Intybus* ſcilicet *hortenſis*, Græcis σέρις. Nam *ſilveſtris Intybus*, cichorium eſt, wegreiß oder wegwart. *Folia intubacea*, Plin. lib. 27 cap. 12.

Invado, Invalentia, invaleo, invaleſco, invaletudinarius, invaletudo, invalidus, Invaſio, invaſor, Invectio, invectivus, &c. inveho, Invenio, inventarium, inventio, &c. Invergo, Inverſare, inverſio, inverſura, inverto, Inveſperaſco, Inveſtigabilis, inveſtigatio, &c. Inveſtire, inveſtis, Inveterare, inveteraſcere, Invicem, Invictus, Invideo, invidia, &c. Invigilo, Invinius, Invio, are, Inviolabilis, inviolate, Inviſcerare, Inviſor, inviſus, Invitatio, &c. Invitiabilis, Invito, are, Invitus, Invius, quære in *Vado, Valeo, Vado, Veho, Venio, Vergo, Verto, Veſper, Veſtigium, Veſtis, Vetus, Vicis, Vinco, Video, Vigil, Vinum, Via, Viŏlo, Viſcus, ĕris, Video, Vito, Vitium, Vito, Vis, Via.*

ĬNŬLA, æ, planta, quæ & Elenium, ἐλένιον, dicitur, alant. Horat. 2 Serm. ſat. 2 v. 44

Atque acidas mavult inulas. vide *Helenium.*

Inumbro, Inunco, Inunctio, Inundatio, inundo, Inungo, Invocatio, invoco, Involito, involo, Involucrum, Involuntarius, involuntas, Involvo, involutio, Inurino, are, Invulgo, Invulnerabilis, invulneratus, quære in *Vmbra, Vncus, Vngo, Vnda, Vngo, Voco, Volo, āre, Volvo, Volo, velle, Volvo, Vrina, Vulgus, Vulnus.*

ĬNŬVS, i, idem qui *Incubus*, ὁ ἐφιάλτης, der alp. Pana eſſe, Servius tradit ab ineundo, in illud Virg. 6 Æn. v. 775

Pometios, caſtrumque Inui, &c.

vide & Livium lib. 1 cap. 5, & Macrob. Saturn. 1 cap. 22.

ĬŌ, interjectio geſtientis lætitiâ. Ovid. lib. 2 de Arte amandi principio: *Dicite io Pæan, & io bis dicite Pæan.*
Horat. *Io triumphe*, lib. 4 oda 2 v. 49. Adde epod. 9 v. 21. ¶ Item mœrentis, & inclamantis. Ovid. Faſtor. lib. 4 v. 447

Illa quidem clamabat, io cariſſima mater,
Auferor.

Tibull. 2 eleg. 4 v. 6 *io remove, ſæva puella, faces.*

Silius lib. 4 v. 781 *Clamat io conjux, quocunque in cardine mundi*
Bella moves, huc signa refer.

Ĭ ō, Iûs, Inachi filia, amata ab Jove. Ovid. 1 Metam. v. 628
Constiterat quocunque loco, spectabat ad Iô.
vide fabulam apud eumdem ibidem.

ĬŎCASTA, æ, Ἰοκάστη, filia fuit Creontis, & uxor Laji, regis Thebarum, mater Polynicis & Eteoclis, cum Oedipodi filio post Laji mortem, per imprudentiam nupsisset. Qui cum mutuis sese vulneribus confecissent, ipsa quoque sese interemit, vide Stat. lib. 8 v. 642
Prima videt caramque tremens Iocastæ vocabat.

Jocor, jocularis, &c. vide mox *Jocus.*

IŎCUS, i, plur. joci & joca, schertz. Cic. ad Attic. lib. 14 epist. 14 *Joca tua plena facetiarum*, schertz-rede, voll kurtzweil. *Jocus* enim verborum est, ut factorum *ludus*. *Joci liberales*, Plinius Panegyr. c. 49; ehrliche schertz-rede. *Joci lascivi*, contrarium, Plinius major lib. 8 c. 40. *Movere alicui jocum*, Horatius dixit lib. 1 epist. 19 v. 20. Et Plaut. in Pœnulo act. 5 sc. 5 v. 41 *Tu, si quid per jocum dixi, nolito in serium convertere.* Et in Amph. a. 3 sc. 2 v. 39 *Si quid dictum est per jocum, non æquum est, id te serio prævortier*, du must nicht vexierereÿ in ernst verstehen. Cic. lib. 1 Off. cap. 29 *Ludo & joco uti licet, cum gravibus seriisque rebus satisfecerimus.* Idem Philipp. 2 c. 4 *Quam multa joca solent esse in epistolis* &c. Sic, *Joco dicere, joco velle*, est, per jocum, non serio, schertzweise, apud Terent. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 99, & Heaut. a. 3 sc. 2 v. 30. *Ludum jocumque esse, fieri*, est, pro ludibrio haberi: Terent. Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 7
Hic vero est, qui si amare occeperit, ludum jocumque dices
Fuisse illum alterum, præut hujus rabies quæ dabit.
i. e. levis & jocularis illius videbitur amor ad hujus furorem comparatus. Nam quidquid levi & tralatitiâ operâ agitur, id *ludus* dicitur & *jocus*, was man liederlich und oben hin thut, wenig achtet, kinder-spiel. Lucilius apud Gellium lib. 16 cap. 9
Verum hæc ludus ibi, susque omnia deque fuerunt,
Susque & deque fuere, inquam, omnia ludus jocusque.

¶ Jŏcŭlus, sive joculum, i, dimin. ein kleiner schertz. Plaut. Truc. a. 1 sc. 2 v. 11 *Per joculum & ludum.* Idem Most. a. 3 sc. 3 v. 20 *Joculo aliquem fallere*, i. e. per jocum.

¶ Jŏcōsus, a, um, facetus, urbanus, schertzhafft; ut, *Ludi jocosi*, voll schertz und kurtzweil, Ovid. 5 Fastor. v. 183. Sic. Cicero lib. 1 de Offic. cap. 37 *Videat, quibus de rebus loquatur: si seriis, severitatem adhibeat: si jocosis, leporem.*

¶ Jŏcōsè, adverb. schertzhafft, im schertz. Cic. ad Q. Fratr. lib. 2 epist. 11 *Eum lusi jocose satis.* Idem lib. 9 ad Fam. epist. 24 *Cave existimes, me, quod jocosius scribam, abjecisse curam reipublicæ.* Horat. lib. 1 satyr. 4 v. 103 *liberius si*
Dixero quid, si forte jocosius.

¶ Jŏcŭlāris, e, idem, kurtzweilig, das zum schertz dienet. Cic. 1 de Leg. cap. 20 *Joculare est istud quidem, & a multis sæpe derisum.* Et, *Joculares casus*, apud eumdem de Fato cap. 8, & Ammianum Marcell. lib. 20 ridiculi sunt: sive, qui non tam affligunt, quam jocum ludumque nos faciunt. *Joculare* etiam dicitur, quicquid leve & contemnendum. Vnde & duo ista conjunxit Phædrus cum ait lib. 4 ineunte:
Joculare tibi videretur & sane leve,
Dum nihil habeamus majus, calamo ludimus.
Auson. Parental. 5 de Æmilia Corinthia Maura:
Nomen huic joculare datum, cute Fusca quod olim
Æquales inter Maura vocata fuit.
Huic contrarium, *Serium malum*, id est, magnum & grave.

¶ Jocularĭter, adverb. schertzweise. Plinius lib. 22 cap. 22 *Aristophanes Euripidi poëtæ objicit jaculariter.* Sueton. August. cap. 75 *Festos & solennes dies profusissime: nonnunquam jaculariter tantum celebrabat.* conf. Spartian. Hadr. cap. 12.

¶ Jocaliter, idem, apud Ammian. 15 cap. 12 *quos jocaliter Murcos appellant.*

¶ Joculārius, a, um, idem quod jocularis; ut, *Jocularium malum*, Terent. Andr. a. 4 sc. 5 v. 43, id est, non adeo grave.

¶ Jŏcŭlor, ari, schertzen, verbum, cujus participium, *militariter joculantes*, apud Livium est lib. 7 cap. 10. Et hinc

¶ Joculanter, adverb. schertzend. Sidon. 1 epist. 2 *joculanter compellare.*

¶ Joculatio, ōnis, schertz-possen. Firmicus lib. 5 cap. 5 *Joculationes cantusque exercebunt.* Et cap. 4 *Joculationibus deditus.*

¶ Joculator, ōris, ein possenreisser. Cic. lib. 4 ad Attic. epist. 16 *Joculatorem senem illum interesse nolui.* Variant quidem libri: ita tamen ediderunt accuratissimi viri Jan. Gruterus & J. G. Grævius.

¶ Joculatōrius, a, um, possierlich, lächerlich. Diomed. Gramm. *joculatoria quædam pronunciare.* Cic. ad Attic. 4 ep. 16 *joculatoria disputatio.* Sed aliam lectionem vide in *Ioculator.*

¶ Jocŭlax, ācis, idem. Gloss. gr. lat. γελοῖος, *joculax.*

¶ Jŏcor, atus sum, ari, schertz treiben. Cic. lib. 2 famil. ep. 4 *Jocerne tecum per litteras?*

¶ Jocatio, ōnis, der schertz. Cicero lib. 9 fam. epist. 16 *Nunc venio ad jocationes tuas.* Et ad Attic. lib. 2 epist. 8 *Si nihil in ea epistola fuit præter jocationem.*

¶ Jocabundus, a, um, schertzhafft, schertzend, im schertz. Lactantius lib. 2 cap. 7 *jocabundus ac ludens interrogaret.* Et Valer. Max. 1, 8 extern. 8 *Cum jocabundus quasi delusa sortium fide reverteretur.* conf. 3, 2 ext. 6. Idem 2, 4, 4 *Juventus rudi atque incomposito motu corporum jocabunda.*

¶ Adjŏcor, ari, schmeicheln. P. Chrysologus serm. 152 de laniena Bethlehemitica: *gladio adjocabatur infantulus.*

¶ Exjŏcor, ari, ausschertzen. Catullus epigram. 21 *Simul exjocaris una*, ut Scaliger ex MS. emendat, quem vide.

IOL, urbs Numidiæ, Jubæ regia, postea *Colonia Cæsarea* a Claudio vocata. Plin. 5 cap. 2.

ĬŌLAS, æ, pastoris nomen, Virg. eclog. 2 v. 57, & eclog. 3 v. 76. Augustum intelligi volunt dictumque *Iolam* quasi *Iulum.*

A ĬŎLĀUS, i, filius Iphicli, de quo postea. Herculi Hydram interficienti adfuit, & ejus precibus ab Hebe juventuti restitutus est. Ovid. Metam. 9 v. 399 *Ora reformatus primos Iolaus in annos.*

ĬOLCHOS, vel Iolcos, i, oppidum Thessaliæ in Magnesia, Jasonis patria, venenorum ferax. vid. Horat. epod. 5 v. 21. Lucan. 3 v. 192. Mela 2 cap. 3.

¶ Iolchiacus, vel Iolciacus, a, um, adject. ut, *Jolchiaca vota*, Virg. Cir. v. 377. *Jolciaci portus*, Ovid. 7 Metam. v. 153.

ĬŎLE, es, Euryti filia, quam Hercules occiso patre abduxit. vid. Ovid. Metam. 9 v. 394, & Heroid. epist. 9 v. 133.

ION, i, ἴον, gemma apud Indos violacea, Plin. 37 cap. 10.

ĬŌNIA, æ, Ἰωνία, Græciæ Asiaticæ, seu Asiæ minoris regio, in qua sunt Ephesus, Miletus, Priene, &c. celebres urbes.

¶ Iōnes, um, tribus syllabis, populus Ioniæ. vid. Isidor. 9 cap. 2.

¶ Iōnicus, a, um, adject. ut, *Lingua, dialectus Ionica.* Sic Horatius lib. 3 oda 6 v. 21 *Motus doceri gaudet Ionicos.* De *Ionicis pedibus*, vid. Isidorus 1 cap. 16. Athenæus Dipnos. lib. 12 docet, saltationis genus olim fuisse lascivum ac petulans, quod *Ionicum* diceretur. Sed & *Risus Ionicus* in molles & voluptuarios dictus. vid. Chiliad.

¶ Iōnius, a, um, idem; ut, *Mare Ionium*, inter Italiam Græciamque. Livius 23 cap. 33 *Philippus propior Italiæ, ac mari tantum Ionio discretus erat.* Et, *Sinus Ionius*, Horat. epod. 10 v. 19.

¶ Ioniăcus, a, um, idem; ut, *Ioniacæ puellæ*, metri caussa, Ovid. Heroid. epist. 9 v. 73, & Art. Amat. 2 v. 219.

B IONTHUS, i, ἴονθος, tumor in facie, geschwulst im angesicht. Priscian. 1 cap. 18.

IOPPE, es, Ἰόππη, urbs Judææ maritima antiquissima, Joppen, Ebræis *Japho* dicta. Pomp. Mela lib. 1 cap. 11 ibi tradit Andromedam à Perseo liberatam. conf. Isidor. 15 cap. 1.

IORDANIS, is, Ἰορδάνης, amnis amœnissimus Judææ, sic dici creditur a duobus fontibus ipsum ex Libano monte fundentibus, quorum alter *Jor*, alter *Dan*, der Jordan. vid. Isidor. 13 cap. 21. B. Hieron. lib. 3 in Matth. cap. 16 *Jordanis oritur ad radices Libani: & habet duos fontes: unum nomine* IOR, *& alterum* DAN: *qui simul mixti Jordanis nomen efficiunt.* Tacito 5 Histor. cap. 6 *Jordanes* dicitur. Mediam fecerunt ancipitem. Nam Tertullianus & Fortunatus corripuerunt: Juvencus & alii contra produxerunt. ¶ 2. Et quia baptismus Christianus in Jordane primitus factus; ipsum fluminis nomen Christianis poëtis baptismum aliquando significat. Prudentius hymno matutino: *Durare nos tales jube,*
Quales remotis sordibus
Nitere pridem jusseras
Jordane tinctos flumine.
Et Paulinus Petrocoriensis lib. 4 v. 253
Altera pocla decent homines Jordane renatos.

IOS, duabus syllabis, Ἴος, insula una ex Cycladibus, in qua sepultus fuit Homerus. vid. Plin. 4 cap. 11.

C IŌTA, duab. syllab. Ἰῶτα, nomen litteræ Græcorum. Martial. lib. 2 epigr. ult. *Vnum de titulo tollere jota potes.*

Jovialis, Jovis, quære in *Jupiter.*

ĪPHIĂNASSA, æ, Lucretio dicta est Iphigenia, (de qua mox) lib. 1 v. 85
Iphianassai turparunt sanguine fœde
Ductores Danaum.

IPHĬCLUS, i, Herculis frater uno cum eo partu editus, vel Iphicles, Ἰφικλῆς. Sic enim Suidas habet. Pater fuit Jolai, qui Hercule defuncto filios ejus in Sardiniam insulam duxit. Ab eo igitur *Sardinii Jolenses* appellati fuêre. vide Strabonem lib. 5.

IPHICRĂTES, is, Ἰφικράτης, Atheniensis fuit, rei militaris gloria & virtute celebris: qui turpissimam dixit esse Imperatoris vocem, οὐκ ἂν προσεδόκησα, hoc est, *non putâram*, Plutarch.

ĪPHĬGĔNĪA, æ, Ἰφιγένεια, Agamemnonis filia, quam ad placandum numen Calchas mactandum in sacrificio censuit apud Aulidem. vide Argumentum Tragœdiæ Euripidis, cui titulus Iphigenia in Aulide, & Beroald. ad lib. 8 Apulej. p. 72. Ovid. 12 Metam. v. 32
Flentibus ante aram stetit Iphigenia ministris.

ĪPHIS, ĭdis, Mercurii filius, Argonautarum unus, Val. Flacc. 1 v. 441. ¶ 2. Dux aut miles, Stat. Theb. 8 v. 447. ¶ 3. Puella Cretensis, nuptiarum die in marem mutata, Ovid. Met. 9 v. 668 & seqq. ¶ 4. Puer formosus, qui Anaxareten deperiit & propter repulsam finivit vitam laqueo, Ovid. Metam. 14 v. 700.

¶ Iphias, ădis, Iphidis filia Evadne, quam alii Martis filiam faciunt. D vide supra *Evadne*, quæ *Iphias* dicitur Ovid. Trist. 5 eleg. 14 v. 38, & de Pont. 3 epist. 1 v. 111.

ĪPHĬTUS, i, vir Trojanus, Virg. Æn. 2 v. 435. ¶ 2. Rex Elidis, Argonautarum unus, a quo certamen Olympiacum restau[illegible]. vid. Val. Flacc. 1 v. 363.

IPSE, a, um, genit. Ipsius, dat. Ipsi, pronomen trium personarum, epitagmaticum Linacro, Donato subjectivum, ich, du, er selbst. Virgil. Æn. 2 v. 5 *quæque ipse miserrima vidi.*
Et Ovidius epistola Penelopes principio:
Nil mihi rescribas, attamen ipse veni.
Tertiæ personæ exempla ubique obvia sunt. ¶ 2. Habet emphasin interdum; ut, *Jove missus ab ipso*, Virg. Æn. 4 v. 356. *Ipsa si cupiat Salus servare*, &c. Terent. Adelph. a. 4 extremo. *Flos ipse*, Idem Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 27, das ist die rechte blüthe der jugend. *Res ipsa*, die sache an ihr selbst: *Res ipsa indicat*, Idem Eunuch. a. 4 sc. 4 v. 38. *Si non re ipsa id tibi dolet*, Idem Adelph. a. 4 sc. 7 v. 15, so dir es nicht ernstlich wehe thut. Et, *In ipso tempore*, Andriâ a. 5 sc. 6 v. 10, eben zu rechter zeit. Et, *In ipsis nuptiis*, eod. actu, sc. 4 v. 13, gleich mitten in der hochzeit. ¶ 3. Ipsum pro *me* Virgilius posuit eclog. 1 v. 9
Ille meas errare boves, ut cernis, & ipsum
Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.
Et ita sæpe Manilius, quod & Scaliger observat. ¶ 4. Additur nonnunquam aliud pronomen; ut, *Illo ipso tempore*, *Eo ipso die*, *Illud ipsum quod est optimum*, *Istum ipsum dico librum*, *Hic ipse*, *Hoc ipsum*, *Id ipsum facerent commodius*, *Se ipsum fallere*, sich selbst betrügen; *Per*

ipsum, von und an sich selbst, Cicero. ¶ Observat Casaub. ad Theophrasti Characteres, cap. περὶ κολακείας, & apud Græcos pronomen αὐτὸς, & apud Latinos, *ipse*, voces servorum, aut discipulorum fuisse, quibus vel dominos vel magistros suos, proprio nomine dissimulato, appellitarent. Ita Plautus Casinâ a. 4 sc. 2 v. 10 *Quid tu hîc agis?* ANCIL. *Ego eo, quo me ipsa misit*, &c. *Ipsa*, id est, hera mea, &c. Sic αὐτὸς ἔφα, discipulorum vox erat, cum de præceptore loquerentur.

¶ Ipsus, pro ipso, apud Plautum & Ter. sæpissime invenies: e. g. *Hic se ipsus fallit, haud ego*, Ter. Andr. a. 3 sc. 2 v. 15. Plautus *ipsissimus* etiam dixit Trinum. a. 4 sc. 2 v. 146, eben der rechte, &c.

¶ Ipsipsus, pro *is ipsus*, er selbst, antiquè apud Plautum Cist. a. 2 sc. 3 v. 58, & Truc. a. 1 sc. 2 v. 23.

¶ Ipsullīces, um, quasi *Ipsillices*, ab *ipse* & *illex*, apud Festum *bracteæ in virilem muliebremque speciem expressæ*, puppen, docken. vid. Voss. Etym. p. 269.

¶ Egomet ipse, ich selbst. *Semetipsum cogitasse*, Curt. lib. 6 cap. 11 n. 37.

IR, vola seu medietas palmæ, secundum Scholiast. Prisciani, die fläche in der hand. Gloss. lat. gr. *Ir*, θέναρ. vide supra *Hir*.

ĪRA, æ, dicta ab *Ire*, quod a se abeat quasi, qui irascitur. Vnde & qui iram deponit, ad se redire dicitur, zorn, ungedult, groll. *Ira est libido puniendi ejus, qui videtur læsisse injuriâ*, Cic. in Tuscul. lib. 4 cap. 9. Magna autem ejus vis est incitando juxta ad virtutem animo, (unde & *Fortitudinis cos* Ciceroni in Lucullo sive 4 Acad. cap. 44 appellatur) & impellendo eodem in scelera facinoraque atrocissima. Vnde Poëta 2 Æn. v. 316 *furor iraque mentem Præcipitant.*
Sed de affectu isto, quis & qualis sit, quæ ejus species, & quæ alia huc pertinent, pulcherrime exsecutus Seneca est tribus libris, quos de Ira nobis reliquit: quos nosse & legere operæ pretium erit. Rabiei comparatur, & irasci nihil aliud quam insanire, quam furere. vid. Barth. ad Claudian. p. 118. *Iram in promptu gerere*, Plaut. Pseud. a. 1 sc. 5 v. 34, bald auffahren. Et, *Iræ indulgere*, Livius lib. 23 cap. 3. *Missam iram facere*, den zorn fahren lassen. *Ira abscedit*, Terent. Hecyr. a. 5 sc. 2 v. 15, der zorn fällt hin. Et, *Iram in aliquem evomere*, Adelph. a. 3 sc. 2 v. 14, den zorn über einen ausschütten. *Irâ incitari, accendi*, erzürnen. *Iræ deflagrant*, Livius lib. 40 cap. 8, der zorn läßt ab. *Iræ moderari*, sich des zorns mäßigen: Horat. lib. 1 ep. 2 v. 59

qui non moderabitur iræ,
Infectum volet esse, dolor quod suaserit, & mens, &c.

Cicer. in Tusc. lib. 4 cap. 23 *Ira est initium insaniæ.* Idem in Offic. lib. 1 cap. 38 *Semper ira procul absit, cum qua nihil recte, nihil considerate fieri potest.* Seneca lib. 1 de Ira sub fin. *In ira muliebre maxime & puerile vitium est.* Horat. epist. ad Pisones v. 159 puerilis ætatis mores describens: *gestit paribus colludere, & iram*
Colligit ac ponit temere.

Terentius Hecyra a. 3 sc. 1 v. 30

Pueri inter sese quàm pro levibus noxis iras gerunt?
Quapropter? quia enim, qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.

Rursus Seneca lib. 1 de Ira cap. 9 *Ira, inquit Aristoteles, necessaria est, nec quicquam sine illa expugnari potest, nisi illa impleat animum & spiritum accendat. Vtendum autem illa est, non ut duce, sed ut milite.* ¶ *Iræ, irarum*, plur. feindschafft. Terent. Andr. a. 3 sc. 3 v. 20 *Iræ sunt inter Glycerium, & natum.* Et Plaut. Pœn. a. 3 sc. 6 v. 17

Si quid benefacias, levior pluma est gratia;
Si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt.

¶ 2. *Ira* pro culpa nonnunquam ponitur, observante Vlitio in Curis secundis ad jam indicandum Cynegetici poëtæ locum. Livius lib. 27 cap. 7 *Qui ex prætoris exercitu ob similis iram fugæ missi eò erant.* Gratius Cyneg. v. 374 *furtim commissam ulciscitur iram.*

¶ Irācundus, a, um, refertur ad mores, & significat eum, qui natura ad iram proclivis est, der leichtlich und bald erzürnet wird. *Animus iracundus*, ein zorniger sinn, Plaut. Bacchid. a. 4 sc. 3 pr. *Sunt morosi, & anxii, & iracundi, & difficiles senes*, Cic. de Senect. cap. 18. Compar. *Iracundior Adriâ*, Horat. lib. 3 od. 9 v. 22. Superl. *Iracundissimus*: Seneca lib. 2 de Ira cap. 6 *Aut iniquus erit sapiens, si æqualiter irascetur delictis inæqualibus: ut iracundissimus, si toties excanduerit, quoties iram scelera meruerint.* Et Augustinus de Civ. Dei lib. 6 cap. 10 *Juno iracundissima.*

¶ Iracundè, adverb. aus zorn, zorniglich. Cicer. Philipp. 8 cap. 5 *Vehementer me tecum agere fateor: iracunde, nego.* Comparativ. *Iracundius.* Cicero pro Roscio Comœdo cap. 11 *Quo quisque est sollertior & ingeniosior; hoc docet iracundius & laboriosius.*

¶ Iracunditer, idem. Cæcil. apud Nonium cap. 11 n. 45 *Temere rem agere & iracunditer.* Et Ennius apud Priscian. lib. 15.

¶ Iracundia, æ, quam *libidinem ulciscendi* Cicero vocat Tusc. lib. 3 cap. 5, die rachgierigkeit. *Iracundiâ ardere*, Terent. Adelph. a. 3 sc. 2 v. 12. *Iracundiâ exardescere*, Cic. lib. 1 fam. ep. 9. Et, *Iracundiam cohibere*, Id. Cicero pro Marcello cap. 3. *Iracundia est inimica consilio*, Idem ibidem, zorn lässet sich nicht rathen. Et ad Qu. fratr. lib. 1 epist. 1 cap. 13 *Iracundia vitium levis esse animi atque infirmi videtur.* Cæterum non idem sunt IRA & IRACVNDIA: & differunt, sicut EBRIETAS & EBRIOSITAS: ANGOR & ANXIETAS. vide Ciceronem 4 Tusc. & Senecam lib. 1 de Ira cap. 4, ibique Lipsium: Terentius tamen iracundiam pro ira sumsit, dicens: *Me miserum, vix sum compos animi, ita ardeo iracundia*, Adelph. a. 3 sc. 2 v. 12.

¶ Irascor, irasci, succensere, stomachari, böse werden; *Vehementer alicui irasci*, mit einem hart zürnen, auf einen zornig seyn, Plaut. Pseud. a. 5 sc. 2 v. 30. *Irasci de nihilo*, Idem Truc. a. 4 sc. 2 v. 56. *Admonitioni alicujus irasci*, Quintil. lib. 2 cap. 6. Horatius lib. 1 epist 20 v. 25 *Irasci facilis, tamen ut placabilis essem*: quem *irasci facilem* Poëta; Tacitus *commotum ingenio* dixit, h. e. qui eo ingenio sit, ut facile commoveatur, Annal. cap. 45. ¶ *Irascere* pro *irasci*, apud Nonium Pomponius & Nigidius cap. 2 n. 446.

¶ Irascentia, æ, die erzürnung. Apul. Dogm. Plat. p. 58 *Irascentiam procul a ratione ad domicilium cordis deductam esse.*

¶ Irascibilis, e, zornmüthig. Firmicus 5 cap. 9 *Irascibilem effici.*

¶ Irātus, a, um, qui actu ipso irascitur, zornig, erzürnt. *Habere iratum aliquem*, eines zorn und feindschafft wider sich haben, Cic. ad Attic. lib. 14 ep. 19. ¶ *Iratior* & *Iratissimus* quoque Cicero dixit: ut, Pro M. Marc. cap. 5 *Cæsar pacis auctores conservandos statim censuit: ceteris fuit iratior.* Et 4 Tuscul. cap. 36 *Cum Archytas villico factus est iratior: Quo te modo, inquit, accepissem, nisi iratus essem.* Et 8 Philippica cap. 6 *Cæsar ipse, qui illis fuerat iratissimus: tamen quotidie aliquid iracundiæ remittebat.* Plaut. Pœn. a. 2 sc. 1 v. 4 *Iratissimis diis.* Lactantius lib. 5 cap. 19 *iratissimi hostes.* Habitum irati describit Arnobius lib. 1 adv. Gentes. vid. ibi Herald. & Elmenhorst.

¶ Iratè, adverb. zorniglich. Phædrus lib. 4 fab. 24 *iratè dimissus.* Columella lib. 7 cap. 12 *Conservos iratiùs intuentur.*

Composita:

¶ Obīrascor, sci, idem quod irasci, zornig werden. Seneca de Tranquill. animi cap. 2 *Obirascens fortunæ animus, & de seculo querens.* Apulejus Apolog. p. 275 *Cum hi, qui sibi delicti alicujus conscii sunt, tamen, cum male audiunt, impendio commoveantur & obirascantur.*

¶ Obiratus, a, um, zornig, erzürnt. Livius lib. 1 cap. 31 *Fortunæ obirati, cultum reliquerant deûm.*

¶ Obiratio, ōnis, die erzürnung, est apud Ciceron. lib. 6 ad Attic. epist. 3 sub fin. *Nebulonis obiratione si Brutus moveri potest.* Adde Cl. Grævii annotationem.

¶ Periratus, a, um, valde iratus, sehr zornig. Cic. lib. 9 fam. epist. 6 *Erant nobis perirati.*

¶ Subirascor, sci, paullulum irasci, unwillig werden. Cic. 10 fam. ep. 28 *Interdum tibi subirascor.* Et lib. 11 epist. 24 *Subirascebar brevitati tuarum litterarum.*

¶ Subiratus, a, um, subiratior, ungehalten. Apul. lib. 4 de A. A. *Adhæc anus subiratior dicere eam sæviore jam vultu jubebat, quid malum fieret?* Cic. 3 fam. epist. 9 *Rescripsi tibi subiratus.*

ĪRĒNARCHES, æ, εἰρηνάρχης, qui ad pacandos civium animos & tollendas discordias præficitur, ein verträger, friedemacher. Carisius Lege 18 § 7 Digest. de Munerib. & Honor. *Irenarchas præfectos* dixit *disciplinæ publicæ moribusque corrigendis.* Gloss. gr. lat. εἰρηνάρχης, *Pacator, Irenarcha.* Irenarcharum erat, seditiosos homines & pacis publicæ turbatores comprehendere, & ad tribunalia perducere, ut docet Augustinus epist. 140 & 159. conf. Zimmerman. Analect. Misc. Mens. 7 § 6 p. 368.

ĪRIS, iridis, & iris, fœm. ἶρις, arcus cælestis, & absolute *arcus* Latinis, der regenbogen. Appellatio ab εἴρειν est, quod est nunciare. Poëtæ enim deorum nuntiam eam esse fingunt. Virg. in fin. 4 Æn.

Ergo Iris croceis per cælum roscida pennis,
Mille trahens varios adverso sole colores,
Devolat, &c. conf. Ovid. Metam. 4 v. 480.

Servius observat, Mercurium bona, Irida vero mala fere nunciare. Seu ideo potius, quod pluviam nunciet & prædicat. Generatur ex reflexione radiorum solis in nubem roridam, soli oppositam. Apulejus de Mundo: *Irim vulgo arcum esse ajunt, quando imago Solis vel Lunæ humidam & cavam nubem densamque ad instar speculi colorat, & medietatem orbis ejus secat.* Virg. Æn. 5 v. 606 *Irim de cælo misit.* Idem 9 Æn. v. 18 in vocativo: *Iri, decus cæli.* Colores habet insignes tres: puniceum, viridem, & purpureum. Addunt quidam quartum colorem flavum, qui incurrit in visum ex collocatione punicei & viridis. Præter Aristotelem & Plin. lib. 2 cap. 59, vide de ea Senecam lib. 1 Natur. Qu. cap. 3, 4, 5, 6, 7 & 8 disputantem. Locris, & in lacu Velino nullo non die apparent arcus; Plin. ibid. cap. 62. In plenilunio nonnunquam noctu videtur gemina, & copiosissimum imbrem portendit. Arat. in cap. 6 prognostica habet: *A meridie*, inquit, *ortus* (arcus) *magnam vim aquarum vehet. Si circa occasum refulsit, rorabit, & leviter impluet. Si ab ortu circave surrexit, serena promittit.* Erudite & Ammianus de Iride disserit lib. 20 sub fin. ¶ 2. Est & *Iris* planta, blaue lilien, schwertel, Colum. 12 cap. 20. ¶ 3. Corona media in oculo, der circkel im augapffel. vid. Lex. Med.

¶ Irīnus, a, um, von blauen lilien; ut, *Vnguentum irinum*, Plin. 13 c. 1.

¶ Irio, ōnis, herba est, quam ἐρύσιμον Græci vocant, hederich oder wilder senff. Matthiol.

¶ Iricŏlor, ōris, buntfarbig, wie ein regenbogen. Auson. epist. 3 v. 15
Iricolor vario pinxit quas pluma colore.

IRNEA, æ, pro quo vulgo *Hirnea*, ein geschirr; ut, *Irnea fictilis*, ein topff, Cato cap. 81. conf. supra *Hirnea*.

¶ Irneum, i, antique *Erneum*, placentæ genus, ein schirbel-kuchen. vid. Cato l. c. & Turneb. Advers. 23 cap. 10.

¶ Irnella, æ, dimin. vasis genus in sacris, Festus.

ĪRŌNĪA, æ, εἰρωνεία, *illusio* est, auctore Quintil. lib. 8 cap. 6, spott-rede; &, *joci prope genus*, lib. 6 cap. 3. Cicero *dissimulationem* interpretatur in Academicis lib. 4 cap. 5 hæc de Socrate scribens: *Cùm aliud diceret, aliudque sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Græci εἰρωνείαν vocant*, eine hönische rede. Terent. in Andr. a. 5 sc. 2 v. 5 *Heus bone vir, curasti probe!* du guter kerl, du hasts wohl ausgericht. Ironiæ cognatus est *Sarcasmus*, qui irrisio hostilis est, & amarulenta, ein gifftiger bitter hohn. vide *Sarcasmus*. conf. Corvini Dubia Rhet. fascic. 8 dubio 3.

IRPĬCES, um, regula cum pluribus dentibus, quam itidem, ut plaustrum boves, trahunt, ut eruant, quæ in terra serpunt, &c. Varro lib. 4 de L. L. cap. 31, & Servius ad illud Virg. Georgic. VIMINEASQVE TRAHIT CRATES, ad *agrorum*, inquit, *scilicet exæquationem, quam* Irpicem *rustici vocant*, &c. Festus: *IRPICES genus rastrorum ferreorum, quod plures habent dentes ad exstirpandas herbas in agris*, ein eisern rechen, ege. Cato de R. R. cap. 10 *Vrpices* vel *Hurpices* vocat, ab ἅρπαξ καὶ ἁρπαγή, ut docet Scaliger.

IRPĪNI, orum, Samnites appellati nomine lupi, quem ipsi *Irpum* dicunt. Eum enim ducem secuti agros occupavere. Festus.

Irradio, Irrationabilis, irrationalis, &c. Irreligio, irreligiosus, &c. Irrepo, irreptio, Irretio, Irrevocabilis, irrevocabiliter, Irrevolubilis, Irrideo, Irrigatio, irrigo, irriguus, Irrisio, irrisor, vide *Radius*, *Reor*, *Religio*, *Repo*, *Rete*, *Voco*, *Volvo*, *Rideo*, *Rigo*, *Rideo*.

IRRĪTO, avi, atum, are, ἐρεθίζειν, est provocare, iramque commovere, zu zorn reitzen, böse machen, erzürnen. Terent. in Phorm. a. 2 sc. 1 v. 10 *Ita sum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum instituere*, so gar bin ich erzürnet, daß ich mich nicht besinnen kan. Virg. Æn. 10 v. 644 *Irritatque virum telis* &c. ¶ 2. *Irritare crabrones*, Plautus dixit Amphitr. a. 2 sc. 2 v. 75, pro, cum periculo provocare. ¶ 3. Interdum vero simpliciter significat commovere, bewegen, reitzen, erregen. Quæ Germanica, & græco propemodum & latino verbo respondent. Sic, *irritare adolescentiam ad discendum*, Quintil. dixit lib. 4 cap. 1. *Pocula irritant luxum*, Silius lib. 13 v. 355. *Irritare ad alicujus necem*, Vellej. 2, 66, 3. *Vicinus dives cupiditatem irritat*, Sen. epist. 7. ¶ Proprie de canibus dicitur. Nonius: *irritare, provocare; tractum a canibus, qui cum provocantur, irriunt*; (id est, R litteram sæpius sonant; unde *caninam* Persius dixit.) *Lucilius: Irritata canis, quod R quàm plurima dicit.* Notat idem & Donatus Terent. Adelph. a. 2 sc. 4. conf. Dousæ Reliqu. Lucil. sat. 1 v. 23 p. 25. Est ergo *Irrito* frequentativum ab *Irrio* vel *Hirrio*, de quo supra in H.

¶ Irritatus, a, um, adjectivum participiale, gereitzt, erzürnt; ut, *irritatis animis*, Livius lib. 2 cap. 46. Comp. *Irritatior*. Gellius præfat. *Invidentia irritatior*. Et lib. 10 cap. 19 *Taurus* [philosophus] *isto ipso defensionis genere irritatior, Homo, inquit, stulte & nihili*, &c.

¶ Irritatè, adverbium, idem; unde Compar. Ammiano est lib. 20 c. 37, *Gingivam irritatiùs titillare.*

¶ Irritatio, ōnis, der trieb, die anreitzung. *Irritatio animorum*, Livius lib. 31 cap. 14. Tacitus Germ. cap. 19 *nullis conviviorum irritationibus corruptæ.* Et Sen. epist. 9 *Ad amicitiam fert sapientem naturalis irritatio.*

¶ Irritator, ōris, qui irritat & provocat, ein anreitzer. Seneca epist. 108 *Omnibus natura fundamenta dedit semenque virtutum, omnes ad omnia ista nati sumus: cum irritator accessit, tunc illa animi bona velut sopita excitantur.*

¶ Irritatrix, īcis, eine reitzerin. Vulg. Interpr. Ezech. 24 v. 3.

¶ Irrītāmen, inis, Ovidius aliquoties pro irritamento dixit, ein antrieb, eine bewegung, reitzung, e. g. lib. 13 Metam. v. 435

Opes, animi irritamen avari.

Et lib. 9 v. 133 *irritamen amoris*. Et Prudentius Hamartig. v. 523

Nemo habitum naturæ, aut irritamina peccans
Corporis accuset.

¶ Irrītāmentum, i, idem, & plenius, nec indignum soluta oratione. Livius lib. 30 cap. 11 *irritamenta certaminum*. Plinius lib. 5 cap. 9 *incitatus irritamentis*. Nec poëtis ingratum: Ovid. 1 Metam. v. 140 *opes irritamenta malorum*. Et Juvenal. sat. 11 v. 165 *Irritamentum Veneris languentis.*

¶ Irritabĭlis, e, passive, jachzornig, der sich leicht aufbringen lässet. Cic. ad Attic. lib. 1 epist. 17 *Irritabiles animi sunt optimorum sæpè hominum, & iidem placabiles*, es sind auch fromme leute leicht zu erzürnen, sie lassen sich aber bald wieder versöhnen. Active usus est Lactantius lib. 6 Instit. cap. 23 *Objicit* [Diabolus] *oculis irritabiles formas, suggeritque fomenta, & vitiis pabulum subministrat*, &c. reitzend.

¶ Irritabilitas, ātis, die jachzornigkeit. Nomen hoc formavit Apulejus sub fin. lib. 1 de Doctrina Platonis: *Excandescentia & irritabilitas.*

¶ Prorītare etiam legitur apud Plinium 26 cap. 8 pro *Provocare*, herbey bringen, locken. Et Columella lib. 2 cap. 10 *Lini semen, nisi magnus est in ea regione, quam colis, proventus, & pretium proritat, serendum non est.* Seneca epist. 23 *quem spes proritat.*

Irritus, Irrogare, &c. Irrorare, Irrufare, Irrugare, Irrumpo, Irruo, vide *Ratus* in *Reor*, *Rogo*, *Ros*, *Rufus*, *Ruga*, *Rumpo*, *Ruo*.

IRTIOLA, æ, vitis genus fœcundæ, commemoratur à Columella lib. 3 cap. 2.

ĪRVS, i, Ἶρος, mendicus publicus fuit apud Ithacenses, quem Vlysses interfecit, domum reversus, vide lib. Odyss. Σ, ubi poëta docet, eum priùs *Arnæum* fuisse dictum. Ita autem Homerus ibi v. 5

Ἀρναῖος δ' ὄνομ' ἔσκε· τὸ γὰρ θέτο πότνια μήτηρ
Ἐκ γενετῆς· Ἶρον δὲ νέοι κίκλησκον ἅπαντες.

Arnæus autem nomine erat: hoc enim imposuit veneranda mater
Ex nativitate: Irum vero juvenes vocabant omnes.

Propert. lib. 3 eleg. 5 v. 17

Lydus Dulichio non distat Crœsus ab Iro.

Ovidius 3 Trist. eleg. 7 v. 42

Irus & est subito, qui modo Crœsus erat.

¶ *Iro pauperior*, Proverb. apud Martial. 5 epigr. 41.

IS, ea, id, genit. Ejus, dat. Ei &c. pronomen relativum; *Is est*, das ist der mann, Terentius Eunuch. a. 3 sc. 4 v. 8, &, *Eâ sum ætate*, Hecyr. a. 5 sc. 1 v. 10, ich bin ja so alt. *Eo pacto*, Id. Andriâ a. 1 sc. 1 v. 22, auf die weise. *Non sum is, qui*, i.e. non ejusmodi homo, vel tali animo præditus, Nepos Agesil. c. 5 n. 3. Adde Indicem Bosii. ¶ *Id ætatis, id auctoritatis*, &c. des alters, des ansehens. *Id honoris, Id genus hominum*, &c. pro *is honor, ejus generis homines*, noti Atticismi sunt. ¶ *Id* pro *ideo*, vel *propter id*, sæpe Plautus usus est; ut Rudente a. 2 sc. 3, *Id misera mœsta est.*

¶ *Eâ*, & *Quâ*, adverbia relativa, pro *ea via, qua*, des weges, dadurch. Nepos Hannib. c. 3 *Loca patefecit, itinera munivit, effecitque, ut eâ elephantus ornatus ire posset, quâ antea unus homo inermis vix poterat repere.*

¶ Eâdem, quasi adverbialiter, pro *eadem via*. Carisius: *Veteres, EADEM soliti sunt dicere, non addentes VIA: ut sit κατ' ἔλλειψιν. Vt Plautus inquit: eâdem bibes, eâdem dedero suavium.* Et ita Cicero aliique haud raro.

¶ Eapse, Eampse, pro *Ea ipsa, Eam ipsam*, Plautus sæpe: ut, Cist. a. 1 sc. 2 v. 17, & Truc. a. 1 sc. 2 v. 30 &c.

¶ Eatenus, pro *usque ad id*, so weit, so fern. Plaut. Most. a. 1 sc. 2 v. 50 *Eatenus abeunt a fabris.* Colum. 12 c. 9 *Caules ab imo depurgatos eatenus, qua tenera folia videbuntur.* conf. lib. 3 cap. 20. Cic. de Leg. 1 cap. 4 *Hoc civile eatenus exercuerunt, quoad populo præstare voluerunt.*

¶ Ejusmodi, dergleichen, solcher art, Genitivus instar adjectivi indeclinabilis. Cic. pro Leg. Manil. cap. 2 *Genus belli est ejusmodi*, der krieg ist so beschaffen. Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 66 *Qui cum ingeniis conflictatur ejusmodi.*

¶ Eò, adverbium, propterea, ideo, deßhalben. *Neque eò nunc dico*, ich sage es auch nicht deßhalben, Terent. Heaut. a. 3 sc. 2 v. 43, &, *Eò fit*, das geschicht oder kömmt daher, ibid. sc. 1 v. 99. Similiter & *Eà* usurpatur: vide *Is*. Observentur & formulæ *neque eò magis, neque eò seciùs vel minus*. ¶ 2. *Eò*, tanto, desto, ubi communiter præcedit aut sequitur *quo*; ut, *Eo magis*, desto mehr, Plaut. Trin. a. 2 sc. 1 v. 36, & Nepos 18, 4, 2. *Eò pejus res administratæ*, Idem 9, 1, 2. ¶ 3. *Eò*, ad eum locum, dahin. *Nisi eò ad mercatum veniam*, Terent. in Adelph. a. 2 sc. 2 v. 23, & Cicero pro Sextio: *Res erat & caussa nostra eò loci*, id est, *in eo statu*, elegans locutio est, es war mit unsern sachen so weit oder dahin kommen. Quintil. lib. 2 cap. 10 *Res eò recidit*. Nepos 15, 7, 1 *Eò deducta res est, ut* &c. Idem 2, 4, 4 *Hoc eò valebat*, es dienete darzu. ¶ 4. Aliquando pro *ad id*, vel *usque ad id*: Sic dicitur, *eò dementiæ, insolentiæ, furoris*, &c. *procedere*, in thorheit, übermuth, &c. so tieff oder weit gerathen.

[interdum seq Caes. B.G. 1.]

¶ Eōdem, eben daselbst, eben dahin. Cicer. 1 Attic. *Res eodem loci est, quo reliquisti*, pro, in eodem statu, noch in dem stand. Nep. in Timoth. cap. 3 n. 4 *Eodem, unde erat profectus, se recepit.* Plaut. Curc. a. 4 sc. 2 v. 20 *Eodem vos pono*, scil. loco.

¶ Eone, pro *adeone*, interrogative: ut, *Eone es ferox?* bistu darum so trotzig? Ter. Eunuch. a. 3 sc. 1 v. 25.

¶ Eoque, pro ideoque, dannenhero, Vellej. 2, 60, 5, & c. 67 n. 3.

¶ Eousque, i. e. in tantum, & Eousque dum, hoc est, donec, so fern, so weit, so lang, biß so lange, pro quo Apulejus *eò ad* posuit Apol. *Verum enim verò, variis frustrationibus nuptias eludit, eò ad, dum puerorum avus fato concessit.*

¶ Idcirco, vide supra *Circa*.

¶ Īdem, eădem, ĭdem, in neutro priori brevi, quæ in masc. producitur, eben derselbige. *Vnus & idem*, Cicer. pro Domo cap. 20. *Vno & eodem statu*, Idem in Oratore cap. 3. Et Offic. lib. 1 cap. 26 *Præclara est æquabilitas in omni vita, & idem semper vultus, eademque frons, ut de Socrate, & C. Lælio accepimus*, einerley gebehrde und gesichte. Et, *Semper esse eumdem, & sui similem*, einerley gesinnet seyn eine zeit wie die ander. *Est idem Verres, qui fuit semper*, Cic. 3 Verr. cap. 1, er ist gleich derselbige, der er lange gewesen. Cic. pro Quintio cap. 2 *Non jus par, non agendi potestas eadem.* ¶ 2. *Idem ac*. Terent. in Heaut. a. 2 sc. 3 v. 24 *Nam & vita est eadem, & animus erga te idem ac fuit*, es stehet ihr hertz noch also gegen dir, als es immer gewesen. Notent autem tirones, Romana consuetudine, *Idem qui; Idem ac*, vel *Idem &*; non *Idem cum illo* dici, de quo videndus Vossius lib. 1 de Arte Grammatica, qui de constructione est, cap. 58. Borrichius tamen in Vindic. p. 93 adduxit exemplum Gellii 18 c. 11, *Non hercle idem sentio cum Cæsellio*; & Curtii 5, 9, 2 *Nabarzanes in eodem consilio erat cum Besso.* ¶ 3. *Idem aliis* græca loquendi forma. Lucretius lib. 3 *eâdem aliis sopitus quiete est*, id est, eadem quiete, ac alii sopitus est, &c. Horat. in Arte Poëtica v. 467 *Invitum qui servat idem facit occidenti.* vide Petr. Victor. lib. 10 Var. Lect. c. 22. ¶ 4. *Idem in me*, præjurationum formula: quas facere dicebantur illi, qui ante alios conceptis verbis jurabant, IDEM IN ME. Festus, & Turneb. Adv. 3 cap. 10.

¶ Idemque, und derselbe auch, demonstrat simul, & copulæ quoque vicem præstat eleganter. Corn. Nep. Conone cap. 2 *Satrapes idemque gener regis.*

¶ Identĭdem, frequenter, subinde, immerzu, fort für fort, nach und nach. Cicero pro Rosc. Amer. cap. 30 *L. Cassius identidem in caussis quærere solebat*, CVI BONO FVISSET. Idem 3 Nat. D. cap. 10 pr. *in motu identidem reciprocando.* Idem pro Rabirio posthŭmo c. 12 *Recitabatur identidem Pompeji testimonium.* Livius lib. 26 cap. 44 *subsidia identidem summissa.* Idem lib. 35 c. 23 *per legatos identidem omnia explorabant*; & lib. 40 cap. 56 *cum identidem species & umbræ insontis interemti filii eum diris agitarent.*

¶ Identĭtas, ātis, ταυτότης, convenientia in aliquo, eine gleichförmigkeit. Sarisb. 3 c. 6 *Identitas voluntatum.*

¶ Ideo, conjunctio, propterea, idcirco, eo, darum, deswegen. Subjicitur ei fere *ut, quia, quòd*. Cicer. in Verr. 6 cap. 4 *Ideo Claudius retulit, ut Verres auferre posset.* Et Plautus prologo Mercator. v. 31 *Hoc ideo fit, quia* &c. Et rursus Cic. lib. 1 epist. 8 ad Lentulum: *ideo mihi non satisfacio, quod nullam partem tuorum meritorum consequi possum.*

¶ Ĭtem, adverb. deßgleichen, und auch. Terent. in Andr. a. 1 sc. 1 v. 62 *Item alio die quærebam*, &c. gleicherweiß fragte ich auf einen andern tag. Ibid. v. 50 *Vnus & item alter*, einer und aber einer. ¶ Pro *similiter*, sive *itidem* usus Plautus Trucul. a. 4 sc. 2 v. 36 *Nam item ut Acherunti heic ratio accepti scribitur*, &c. Terent. Heaut. a. 3 sc. 1 v. 8

Item ut filium meum amico atque æquali suo
Video inservire.

Cicero vero & τὸ *ut* omisit lib. 9 ad Fam. epist. 13 *Eadem caussa fere est M. Planii Heredis, qui est item Calenus, Leptæ nostri familiarissimus.* Calenum enim Leptæ familiarissimum fuisse, ex ipso initio epist. constat.

¶ Itemque, und darzu, und desgleichen. Copulat, & comparat simul. Cicer. de Leg. cap. 21 *Placuit Scævolæ, itemque cæteris.* Add. Corn. Nep. Hannibale cap. 7 n. 1.

¶ Ĭtĭdem, adverb. similiter, eodem modo, gleichfalls, gleichergestalt, eben also. *Nunc itidem ab eodem sunt nobis agendi capienda primordia*, Cic. de Leg. 2 c. 3. Et, *Itidem patriæ qui abligurierat bona*, Terent. Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 4. *Placet hoc non fieri itidem, ut in comœdiis*, Idem Hecyr. a. 5 sc. 4 v. 26. Et Lucretius 3 v. 12

Omnia nos itidem depascimur aurea dicta.

¶ Adeo, supra seorsim ponitur in A.

¶ Interea, Præterea, vide in *Inter*, *Præter*.

ĪSAEVS, i, Ἰσαῖος, rhetor fuit Chalcidensis, Demosthenis præceptor, de quo Plutarchus libro de X Oratoribus. Ejus aliquot exstant orationes græcæ, jam olim ab Aldo editæ. ¶ 2. Alius rhetor & junior, de quo videas Plinium lib. 2 epist. 3, & Juven. satyr. 3 v. 74 *sermo*
Promptus, & Isæo torrentior: ede, quid illum
Esse putes. Adde scholiasten.

ISAGŌGE, es, εἰσαγωγή, introductio prima ad artis alicujus elementa vel rudimenta, eine anweisung, anleitung. Gellius lib. 16 cap. 8 pr. *Cum in disciplinas dialecticas induci atque imbui vellemus, necessum fuit, adire atque cognoscere, quas Græci vocant εἰσαγωγάς.*

¶ Isagogicus, a, um, εἰσαγωγικός, einleitend. Sic Strabo lib. 17 in Alexandria vectigalia alia *exagogica*, alia *Isagogica* facit pro mercibus vel exportatis vel importatis.

ĪSĂRA, æ, fluvius Galliæ, Rhodano se jungens. Lucan. lib. 1 v. 399
Hi vada liquerunt Isaræ, qui gurgite ductus, &c.

ISATIS, isatidis, ἰσάτις, herba est sativa & silvestris, qua lanæ inficiuntur, weid, oder weid-kraut, Plin. 20 c. 7. Abundat ea præter alias nationes maxime Thuringia. Dioscorides *glastum* dixit lib. 2 c. 180.

ĪSAVRIA, æ, Ἰσαυρία, regio Asiæ minoris ad Taurum montem, Ciliciæ proxima, quam Servilius Romanis subegit, piratis plurimis è medio sublatis, quamobrem & Servilius Isauricus appellatus fuit. v. Ammian. Marcell. lib. 14 c. 25, & Flor. lib. 3 c. 6.

¶ Isauri, orum, populi ejus regionis. Eutrop. lib. 6 c. 3.

¶ Isaura, orum, τὰ Ἴσαυρα, vel *Isaura* & *Isaurica*, *æ*, generis fœmin. quemadmodum apud Ammianum est, urbs ejusdem regionis, quam postea coloniam à se factam Claudius Imperator *Claudiopolim* appellari voluit. Ovid. 1 Fastor. v. 593
Africa victorem de se vocat alter Isaurum, (*Isauras*)
Aut Cretum domitas testificatur opes.

¶ Isauricus, a, um, adject. *Gens Isaurica*, Plin. lib. 5 cap. 27. Et *Isauricus* Servilii cognomen, de quo supra dictum. Adde Eutropium c. l.

¶ Isaurus, i, Flaminiæ fluvius est, qui accepto Isapi non procul a Cæsenna, in Adriaticum mare evolvitur, de quo Lucan. lib. 2 v. 406
Crustumiumque rapax, & junctus Isapis Isauro.

ISCHION, i, ἰσχίον, coxa, vel coxendix, os scil. inferius versuræ seu vertebræ, das schloß oder die hüfft. Nam sinus aut concavum superius *cotyla* est, κοτύλη, quæ & *acetabulum* dicitur, das hole im hüfft-bein.

¶ Ischias, ădis, ἰσχιάς, dolor vocatur ischiacus, vel ischiadicus, quem medicorum vulgus *sciaticam* vocat, das hüfftweh, lendenweh. Plinius lib. 27 cap. 5 *Arction decoctum bibitur propter ischiada & stranguriam.* Tibiarum cantu levari, prodit Gellius lib. 4 Noct. Attic. c. 14.

¶ Ischiacus, i, sive Ischiadicus, qui eo morbo affligitur, lendensüchtig. Cato c. 123 *Vinum ad ischiacos sic facito*, &c. Plinius lib. 27 c. 4 *Radices æthiopis medentur ischiadicis.* ¶ Et adjective, ut, *dolores ischiadici*, Plin. lib. 26 cap. 7 extr.

ĪSELASTICVS, a, um, εἰσελαστικός, ab εἰσελαύνειν, *invehi.* Sic apud Plinium lib. 10 epist. 119 *certamina iselastica* sunt, quorum victores cum pompa invehuntur, quisque in urbem suam, stipendiis largis præmiisque ornati. Adde Vitruv. præfatione lib. 9.

Isiacus, vide *Isis.*

ISICIVM, i, esculenti genus, secundum Varron. 4 de L.L. c. 22, & Macrob. Saturn. lib. 7 c. 8 ab *insecando* est, quasi *Insicium*, ein eingefülltet, oder eingeschnitten gericht. Scribunt etiam *Esitius*, quasi ab *esitando*, ut supra in *Esitando* sub *Edo* ostensum fuit. Alii *Hysitium* scribunt, quasi ab ὗς *sus*, quod autem Vossio displicet Etymolog. p. 270. *Isicium* frequentissimum est apud Apicium.

¶ Isiciŏlum, i, dimin. ein würstlein: ut, *Isiciolum porcinum*, Apicius 5 c. 4. *Isiciola incoquere*, Idem 2 c. 1.

¶ Isiciatus, a, um, gefüllet, ausgestopft. vide supra *Esitiatus.* Alii Hysitiatus. Apicius lib. 8 c. 8 *lepus isiciatus.* Et c. 7 *pullus isiciatus.* Et 2 c. 5 *cirelli isiciati.*

ĪSĪDŌRVS, i, Ἰσίδωρος, *Characenus*, tempore Augusti claruit, de quo Plinius 33 cap. 10. conf. Voss. de Hist. Græc. 4 c. 10. ¶ 2. *Isidorus Cordubensis*, sive *Senior*, sub Honorio & Theodosio juniore vixit A. 412. ¶ 3. *Isidorus Pelusiota*, cujus epistolæ hodie extant, obiit A. 440. ¶ 4. *Isidorus Hispalensis*, cujus Originum libri omnium manibus teruntur, A. 598 Episcopus factus, præcipuum eo tempore Hispaniæ sidus fuisse dicitur.

ĪSIS, ĭdis, quæ & Io, Inachi filia, Ægyptiorum dea, de qua plura Diodorus Siculus, & Plutarchus peculiari libro de hac dea & Osiride: de ejus sacris Minucius in Octavio, & Apulejus de A. A. lib. 11. Et Tacitus de Germ. cap. 9 *Pars Suevorum & Isidi sacrificat.* vide Herald. ad Martial. lib. 12 epigr. 29, & supra in *Diana.* Prudentius lib. 2 adv. Symmach. v. 868
Isis enim & Serapis, & grandi simia caudâ.

¶ Isĭăcus, i, Isidis sacerdos. Valer. Max. lib. 7 cap. 3 n. 8 *M. Volusius, Ædilis plebis proscriptus, adsumto Isiaci habitu per itinera viasque publicas stipem petens* &c. Plutarch. in lib. de Iside & Osir. post principium: οὔτε γὰρ φιλοσόφους πωγωνοτροφίαι καὶ τριβωνοφορίαι ποιοῦσιν οὔτε Ἰσιακοὺς αἱ λινοστολίαι, καὶ ξύρησις, hoc est, *Neque Philosophos barba promissa ac vestis talaris faciunt, neque Isiacos vestes lineæ aut rasura.* Simile illi, quod suo loco alibi refertur, es sind nicht alle köche, die lange messer tragen. De iis eorumque habitu vide Torrentium ad Domitianum Suetonii cap. 1.

ISMĂRVS, i, plur. Ismara, Ἴσμαρος, mons Thraciæ. Virg. ecl. 6 v. 30
Nec tantum Rhodope miratur & Ismarus Orphea.
Et Lucretius lib. 5 v. 30
Thracen, Bistoniasque plagas, atque Ismara propter.

¶ Ismărius, a, um, adject. ut, *Gentes Ismariæ*, Ismarum accolentes vel inhabitantes: Ovid. 10 Metam. v. 305.

¶ Ismaricus, a, um, idem. Avienus Descriptione Orbis v. 33 *Ismarici flabris aquilonis.*

ISMĒNVS, i, fluvius Bœotiæ, per planiciem ante Thebas delabens, ut Strabo describit. ¶ 2. *Ismenus* etiam tibicen fuit, qui putavit ad artis suæ contemtum pertinere, quod tibicinis nomen tam multis esset commune, etiam monumentariis ceraulis, quos *siticines* adpellabant. vide Voss. lib. 2 Instit. Orat. p. 271.

¶ Ismenius, a, um, adject. ut, *Ismenius heros*, Polynices, Stat. 2 Theb. v. 307.

¶ Ismenides, um, pro Thebanis, Ovid. Met. 3 v. ult.

ĪSOCINNĀMON, i, ἰσοκιννάμον, herba, quæ & Daphnois dicitur, Plin. 12 cap. 20.

ISŎCŌLON, i, ἰσόκωλον, *compar* vocat Auctor ad Herennium 4 c. 20 membris æquatum, quod duabus aut pluribus sententiis brevibus, & inter se paribus exigitur, cujusmodi illud est: *Nequaquam mihi cum eo res est, qui neque finem habet cupiendi, neque modum statuit utendi. Nam & multum desiderare, egentis est signum, & nihil parcere, egestatis est initium.* Quintil. lib. 4 cap. 2 ἰσόκωλα, in pares elocutionum tractus incidentia vocat.

ISOCRĂTES, is, Ἰσοκράτης rhetor fuit clarissimus, docuit tantum & scripsit, fuitque domus ejus communis quasi ludus totius Græciæ, ex qua tamquam ex equo Trojano innumeros oratores principes prodiisse, Cicero scripsit in Oratore. Omnes eum dicendi Veneres sectatum, Quintilianus tradidit, qui & jucundum eum dixit. Scripsit autem accuratissime & cum diligentia superstitiosa ac propemodum reprehendenda, adeo, ut Panegyricum suum decennii integri spatio vix emendatum absolverit, quemadmodum idem prodidit Quintilianus lib. 10 cap. 9. In conviviis vero apud reges etiam rogatus, ut aliquid diceret aut disputaret, semper tergiversatus, respondit; *Posse quidem se de aliquibus pro dignitate dicere, sed ad quæ tempus sibi jam minime esset: ad quæ vero tempus quidem nunc haberet, ad ea se jam minus esse instructum.* Meminit Plutarchus in Vit. decem orator. & alibi aliquoties. Vnam orationem vendidisse eum Plinius lib. 7 cap. 30 testatur viginti talentis, hoc est, duodecies mille coronatis. Decessit annos natus centum fere post Atheniensium cladem ad Cheroneam acceptam. Dixit ac scripsit egregie permulta, è quibus orationes & epistolæ supersunt.

¶ Isocrateus, a, um, ad Isocratem spectans; ut, *Isocrateo more dicere*, Cic. in Orat. cap. 61. *Isocratea ratio oratoria*, Idem ad Fam. 1 epist. 9.

Isodŏmos, vide supra *Domus.*

ISONOMIA, æ, ἰσονομία, æquabilis tributio, Cicero lib. 1 de Natur. Deor. ἴσον, æquale significat, νέμω, distribuo.

ISPIDA, æ, ein eißvogel, oder eisengart, avis, venustate pennarum pulcherrima, per hiemem ad ripas, glacie concretas, visitur. Ispidæ nomen a sono vocis habet.

ISRAEL, ēlis, nomen patriarchæ Jacobi, & totius populi ex eo nati. Justinus 36, 2, 3 eum regem Damasci facit. Ab Isidoro 7 cap. 7 *Israel* exponitur *vir videns Deum*; sed rectius ab aliis *princeps* sive *victor Dei*, quia in certamine vicit. Hinc

¶ Israëlitæ, arum, Israëlis posteri. Juvenc. 1 v. 234
Israelitarum cumulata gloria plebis.
Paulin. ad Nicet. v. 166 Sapph. *Israelites sine fraude verus.*

ISSA, æ, nomen blandum catellæ apud Martialem 1 epigr. 110
Issa est delicia catella Publi.

¶ Issulus, i, diminutive hinc factum blandimentum parentum, qui *Issuli* & *Delicii* trienni puero nomen dederunt, uti alia vocis origine ignorata ariolatur Fabrettus Inscript. p. 45 L. APONIVS ET APONIA ILLA ISSVLO ET DELICIO SVO FECER.

ISSVS, i, oppidum Ciliciæ prope Syriæ portas, nec procul a mari. v. Curtius lib. 3 c. 7 n. 6.

¶ Issicus, a, um, adject. ut, *Sinus Issicus*, Ammian. 26 c. 25, maris mediterranei sinus propter oppidum Issum.

ISTE, ista, istud, pro quo Comici *istuc* & composito *Istuccine* frequenter utuntur, pronomen tertiæ personæ vel præsentis vel absentis, dieser, derjenige; genit. *istius*, dat. *isti*, &c. Cic. de Divin. 2 c. 15 *Qui idem istuc quidem dicunt, quod est dictum a te.* Virg. Æn. 12 v. 648
Sancta ad vos anima atque istius inscia culpæ.
Martial. 14 epigr. 171 *Istius pueri Brutus amator erat.*

¶ Istō, dorthin, ad locum significat. *Istò excurrere*, dixit Plinius lib. 3 epist. 6.

¶ Istic, (vel Isthic,) Istæc, Istoc, ex *iste hic* compos. eben dieser, solcher; ut, *Istæc res est*, Plautus Mercat. a. 3 sc. 1 v. 25, so stehet der handel. *Istoc modo*, Idem Trucul. a. 1 sc. 2 v. 60. *Istoc vilius*, Terent. in Adelph. a. 5 sc. 9 v. 24. Encliticum etiam *ce* ad hoc *Istic* adjungi potest. Plautus Trucul. a. 3 sc. 2 v. 16 *istæcce ridicularia*, pluraliter.

¶ Istiusmŏdi, dergleichen, genitivus, qui adjectivi indeclinabilis vim habet. Cic. Verr. 6 c. 5 pr. *Nihil istiusmodi*, nichts dergleichen. *Et vos esse istiusmodi, haud mirabile est*, Terent. Heaut. a. 2 sc. 4 v. 7.

¶ Istic, vel Isthic, adverb. allda, dort. Cic. 1 famil. epist. ultima: *Ibi malis esse, ubi aliquo numero sis, quàm istic, ubi solus sapere videare.*

¶ Istinc, sive Isthinc, de loco dicitur, daher, dorther. Cic. lib. 1 fam. ep. ult. *Qui isthinc nunc veniunt.* Et ad Attic. lib. 7 ep. 21 pr. *De malis nostris tu prius audis, quam ego: istinc enim emanant.*

¶ Istoc, sive Isthoc, ab isto loco, von dannen. Terent. Adelph. a. 2 sc. 1 v. 15 *Nimium isthoc abisti.*

¶ Istac, vel Isthac, per locum, da oder dorthin durch. vide in sequente *Istorsum.*

¶ Istactenus, biß daher. Plaut. Bacch. a. 1 sc. 2 v. 58 *Istactenus tibi, Lyde, libertas data est.*

¶ Istorsum, dahinwerts; Terent. Heaut. a. 3 sc. 3 v. 27 *Abi sane istac, istorsum, quo vis:* & in Phorm. a. 5 sc. 1 v. 14 *Concede hinc a foribus paullulum istorsum*, tritt ein wenig hie von der thür weg dorthin.

¶ Istuccine, pro *istud ne*, interrogativè, Terent. Eunuch. a. 5 sc. 1 v. 14 *Istuccine interminata sum hinc abiens tibi?* vid. Valla lib. 2 cap. 4.

ISTER, Istri, Ἴστρος, Europæ fluvius, qui & Danubius est inferior. Vnde *binominis* Ovidio 1 Pont. epist. 8 v. 11, die Donau. Flaccus lib. 8 v. 185
exitus Istri

Funde-

Fundere non uno tantùm quem flumina cornu
Accipimus: septem exit aquis, septem ostia pandit.

Isthac, Isthic, Isthinc, quære paullo ante in *Iste*.

ISTHMVS, i, ἰσθμὸς, proprie collum significat, a cujus similitudine terra oblonga, & angusta inter duo maria, *Isthmos* etiam dicitur; cujusmodi tractus angustus in Peloponneso inter maria Ægeum & Ionium est, prope Corinthum, quinque millium passuum intervallo. Item, inter Euxinum & Caspium mare: ein enges oder schmales land zwischen zweyen meeren. Mela, elegantissimus auctor, lib. 2 cap. 2 de terra inter Hellespontum & Ægeum loquens: *Angustiat*, inquit, ISTHMON: *frontem ejus* MASTVSIAM: *totam* CHERSONESVM *appellant*. Contra *Porthmos*, latine fretum, mare est inter duas continentes angustum, ein enges oder schmales meer. vide *Fretum*. Sic, *Bimaris Isthmos*, Ovid. 7 Metam. v. 406. *Isthmum perfodere*, ἰσθμιάζειν, proverbio dicuntur, qui irrito aliquid labore conantur, vide Chiliadas. Ac Isthmum quidem perfodere cogitavit Cæsar & Caligula; aggressus est Nero, nequicquam tamen. vide Sueton. Cæsare cap. 44, Calig. cap. 21 extr. & Nerone cap. 19, ubi & Torrentium vide atque Casaubonum. conf. de Demetrio Polioreeta, qui idem tentavit, Plin. lib. 4 cap. 4, & Barth. ad lib. 4 Thebaid. Statii p. 913.

¶ Isthmius, a, um, ad isthmum pertinens; ut, *Isthmius Neptunus*, cujus delubrum in isthmo fuit Peloponnensi, quinquennalibus inclytum ludis. vid. Plin. 4 cap. 5. Sic, *Isthmii ludi*, quos Græci in honorem Neptuni quinto quoque anno Corinthi celebrare soliti sunt, qui & *Isthmia* dicuntur, Livius lib. 33 cap. 32.

¶ Isthmiăcus, a, um, idem: ut, *Isthmiaca corona*, Plin. 15 cap. 10. *Isthmiacus portus*, apud Statium 2 Silv. 1 v. 179. *Isthmiacum fretum*, Sidonius carm. 11 v. 6.

Istorsum, vide *Iste*.

ISTRIA, æ, Ἰστρία, legas & Histria, regio est Italiam attingens ad mare Adriaticum, in finibus Illyridis. Formam habet peninsulæ. vide Geographos & Plin. 3 cap. 19.

¶ Istri, sive Histri, orum, Istriæ populi. Livius lib. 21 cap. 16 *Sardos Corsosque, & Istros atque Illyrios lacessisse magis, quam exercuisse Romana arma.*

ĬTĂ, adverb. affirmandi, respondendi &c. so, also, ja. *Ita est*, Terent. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 44, dem ist also. Et, *Ita res est*, Andr. a. 3 ineunte, so stehet die sache. *Est ita, ut dicitur*, Cicer. 6 Verr. cap. 52, es ist so, wie man sagt. *Vt ita dicam*, Idem de Amicit. cap. 9, also zu reden. *Ita ajunt*, Terent. Heaut. a. 4 sc. 8 v. 13, so sagt man. *Ita me Deus amet*: Ethnice, *Ita me dii ament*, Terent. Eunuch. a. 3 sc. 2 v. 21, als mir GOtt helffe. *Ita ut fit*, ibidem a. 4 sc. 2 v. 2, wie es denn pflegt zu gehen. ¶ Eleganter pro *Adeo*, so sehr: C. Nepos Pausaniâ cap. 1 *Haud ita magna manu*, mit nicht gar zu vielem volck. Cic. de Clar. Orat. cap. 69 extr. *Non ita multi fuerunt*, ihrer nicht gar zu viel. *Non ita multo post*, Idem 2 Offic. cap. 6, nicht gar zu lange hernach.

¶ Itāne, sciscitantis particula, ey lieber, ist dem also? Terent. Eunuch. a. 5 sc. 8 v. 28 GN. *Itane?* TH. *Sic erit.* Et pro *Adeone?* Idem Andriâ a. 3 sc. 2 v. 12 *Itane contemnor abs te?*

¶ Itāque, concludendi particula, derowegen, derhalben. *Itaque ergo* Livius conjunxit aliquoties: ut lib. 1 cap. 25 *Itaque ergo erecti suspensique.* Et lib. 28 cap. 12 *Itaque ergo prima Romanis inita provinciarum.* Adde Gronov. ad ejusdem Livii lib. 3 cap. 31. *Nunc itaque & versus* &c. Horat. 1 epist. 1 v. 10. ¶ 2. Aliquando pro *& ita* ponitur, und so, solchergestalt: Et subinde orationem modo connectit, nec semper conclusiva particula est. C. Nepos Alcibiade cap. 4 n. 2 *Illud tempus exspectandum decreverunt, quo exisset, ut sic absentem aggrederentur. Itaque fecerunt.* Terent. Andr. a. 3 sc. 3 v. 18 *Hinc ita volo, itaque postulo ut fiat:* Vbi Donatus: ITAQVE *modo duæ partes orationis sunt, ut in Hecyra*, &c. Similiter *utique* pro *& uti* C. Nepos dixit in fragm. epist. Corneliæ, matris Gracchorum.

ĬTĂLIA, æ, regio Europæ, Welschland. Primum dicta *Hesperia*, deinde *Oenotria*: item *Ausonia*: postea *Italia*, ab *Italo* rege; vel à bobus, qui veteri lingua græca *Itali* dicti fuere, auctoribus Varrone & Columellâ præfat. lib. 5 de re rust. Quod & Virgilius sensit lib. 3 Æn. v. 166. Vel etiam ab *Atte* Lydo, quasi *Attalia*, ut est apud Festum, ubi consulendus & Scaliger. Divisionem ejus antiquam & novam dabunt Geographi. Italiæ encomium habes apud Virg. lib. 2 Georg. v. 136 & seqq. & Varr. lib. 1 de re rustica cap. 2, ut alios innumeros taceamus. ¶ *Jus Italiæ*, dicebatur, sicut *Latinitatis* & *Civitatis Romanæ*: de quo Sigonius, itemque Torrentius ad Sueton. Aug. cap. 47, & Claud. cap. 19.

¶ Itāli, orum, Italiäner, Welsche. *Ex Græcia terra venit sapientia Italis*, Ἐξ Ἑλλάδος χώρης ἥκει σοφὸν Ἰταλιώταις. Ex Sibyllinis versibus.

¶ Itălus, a, um, adject. Italiänisch; ut, *Itala regna*, apud Virg. Æn. 3 v. 185, &, *Itala terra*, Æn. 7 v. 643. ¶ Fuit & viri nomen *Italus*, cui filia *Roma*, quæ urbi ipsi dedisse nomen existimatur nonnullis. vide Plutarchum in Romulo, initio.

¶ Itălis, ĭdis, fœm. Ἰταλίς, eine Italiänerin. Ovid. Fast. 2 v. 441 *Italidas matres*, quarto casu græco. Sed incerta lectio; Adi Heinsium. Certior autem apud Virgilium Æneid. 11 v. 657 *Italides*, i. e. Italæ puellæ.

¶ Itălĭcus, a, um, idem. Ovid. 15 Metam. v. 9 *Italicis in oris*. Et, *Bellum Italicum*, quod & Marsicum & Sociale dictum fuit. vide Eutrop. lib. 5 extremo. *Italici homines*, Aurel. Vict. de Orig. gent. Rom. cap. 6. ¶ *Silius Italicus*, elegantissimus poëta, qui Bellum Punicum II scripsit: æmulus & imitator Virgilii. De cujus laudibus plura Plinius junior congessit lib. 3 epist. 7.

¶ Itălica, æ, colonia Romana in Hispania Bætica. Eutropius lib. 8 cap. 2 de Trajano: *natus Italicæ in Hispania.* ¶ 2. *Italica* vel *Italicum* confinium in bello Sociali appellatum fuit, ut imperii sedes Italiæ populis, qui contra Romanos istud funestum bellum gesserunt, quod Marsicum, Sociale & Italicum nominamus. vid. Vellej. Paterc. lib. 2 cap. 16. Adde Claud. Dausquejum in principio commentarii in Silium Italicum: & vitam Silii a Cellario conscriptam.

¶ Italicensis, e, qui urbis Italicæ est. Vetus Inscriptio apud Grut. p. 385 n. 1 COLONI. ITALICENSIS IN PROV. BAETICA.

Itaque, vide paullo ante in *Ita*.

ĬTARGVS, i, fluvius Germaniæ, Visurgis, die Weser, uti censet Scaliger, qui *Itargus* legit; sed consulendus in Germania antiqua Cluverius, qui receptam scripturam tuetur, apud Ovid. Consol. ad Liv. v. 386 *Decolor infectâ testis Itargus aqua.*

Item, vide supra *Is, ea, id.*

ĬTER, itĭnĕris, ab antiquo *itiner*, quo Plautum usum legimus, significat itionem: ab *eundo* enim dictum est, eine reise. *Iter diei*, Livius 25 cap. 15, tag-reise. *Iter justum*, eine rechte tag-reise. vid. *Justus*. Et, *Iter facere*, reisen, C. Nepos Themist. cap. 5. *Iter aliquo habere*, etwa hin zu reisen haben, Cicero ad Pompej. sub 8 ad Attic. epist. 11. *Iter aliquo convertere*, Cæsar 7 B. Gall. cap. 56, fort reisen. *Comparare iter ad aliquem*: C. Nepos Alcib. cap. 10 n. 3. Sic, *Iter conficere*, seine reise vollbringen, Cic. 5 ad Attic. epist. 14, quod Livio lib. 58 est *expedire iter*. Et, *Iter pedibus conficere*, Id. Cic. in Vatin. cap. 5, die reise zu fuß ausrichten. *Iter inire*, Idem Tusc. Quæst. 1. Et, *Iter ingredi*, Quintil. lib. 3 cap. 1, sich auf die reise machen. *Instituere iter*, Cato Ciceroni 15 fam. ep. 5, reise anstellen. *Iter explicare*, Plin. lib. 8 ep. 1, die reise ablegen, zu ende bringen. *Iter supprimere*, die reise einstellen, Cæsar 1 de B. C. cap. 46. Et, *iter est ei aliquo*, Cic. pro Milone cap. 10. Iter militi justum & ordinarium 4000 passuum erat, ut ex Cæsare cognoscimus 3 de B. C. cap. 76. ¶ 2. Neque vero hoc vocabulum de longiore aliqua via tantum, sed breviore etiam, & de quovis progressu intra urbem quoque usurpatur. Plinius Panegyr. Trajano cap. 77 *Iter illi sæpius in forum, frequenter tamen in campum*: id est, progrediebatur in forum sæpius, &c. Terent. Phormione a. 3 sc. 3 extr. *Dicam in itinere*, inter eundum ad Phormionem, qui æque erat Athenis. ¶ 3. Aliquando *iter* non actum eundi seu proficiscendi, sed viam ipsam, quâ itur, significat. Sic *itinera urbis* pro viis, gassen oder strassen, Seneca dixit epist. 31, itemque Suetonius Cæsare cap. 84. Sic *iter pontis* Vetus Scholiastes Juvenalis dixit ad illud satyr. 14 v. 134

Invitatus ad hæc aliquis de ponte.

Quia, inquit, *in pontis itinere sedent.* Tacitus 1 Histor. cap. 81 *Senes fœminæque per tenebras, diversa urbis itinera, rari domos, plurimi amicorum tecta, petivere.* Idem ejusdem libri cap. 79 *Sarmatæ dispersi, aut cupidine prædæ graves onere sarcinarum, & lubrico itinerum, ademta equorum pernicitate, velut vincti cædebantur.* C. Nepos Eumene cap. 3 n. 5 *Hoc ejus fuit prudentissimum consilium, ut deviis itineribus milites duceret.* Vetus Inscriptio Hispan.

GALIENVS IMP. &c. VRBE AEDIFICIIS RESTAVRATA IN BONVM ITALIAE GALLIAE ET HISPANIAE PVBLICVM CONVERSVS HOC ITER VARIE PER PROVINCIAS INTERRVPTVM REFICI IMPERAVIT. Cæsar 1 de B. C. cap. 27 *Aditus atque itinera duo, quæ extra murum ad portam ferebant.* Et Livius lib. 1 cap. 28 extr. *Exinde duabus admotis quadrigis in cursus earum, distentum illigat Metium, deinde in diversum iter equi concitati*, &c. Sic apud Virgil. Georg. 1 v. 380 *Angustum formica terens iter.* Et Æn. 7 v. 534 *Vocis iter includere*, erwürgen. ¶ 4. Eleganti metaphora *Iter* etiam, pro ratione & instituto, sicut & *viæ* vocabulum usurpatur, ein gang, weg, art, mittel. Horatius lib. 1 epist. 18 v. 103 *An secretum iter, & fallentis semita vitæ.* Ausonius Idyllio 15 pr.

Quod vitæ sectabor iter, si plena tumultu
Sunt fora?

Plinius lib. 5 epist. 8 *Invenio apud sapientes, honestissimam esse, majorum vestigia sequi, si modo recto itinere præcesserint.* Tacitus 4 Histor. cap. 49 *Sed duo itinera audendi, seu mallet statim arma: seu petita navibus Gallia, decem se Vitellianis exercitibus ostenderet.*

¶ Itiner, ĕris, idem antiquè. Plaut. Merc. a. 5 sc. 2 v. 72 *Inceptum hoc itiner perficere exsequar.* Et mox v. 88 *Quin tu ergo itiner exsequi meum me sinis.* conf. Nonius cap. 8 n. 54. Sic & Manilius 1 v. 88

Fecit & ignotis itiner commercia terris.

¶ Ĭtĭnĕro, are, iter facere, reisen, unde participium

¶ Itinĕrans, tis, ein reisender. Salvianus lib. 1 de Gubern. p. 33 (Baluz. p. 22) de Israëlitis in desertis: *adde inlatos itinerantium castris alitum greges.*

¶ Itinerārius, a, um, adject. reisehafft, zur reise gehörig; ut, *Itinerarius sumtus*, Lamprid. in Commodo cap. 9. *Vestimenti genus itinerarium*, Idem in Alex. Sev. cap. 27, ein reise-kleid. Et Ammianus 21 cap. 15 *ratus, itinerario motu imminutæ valetudinis excuti posse discrimen.*

¶ Itinerarium, i, eine reisefahrt, marsch-route, reise-beschreibung. Veget. 3 cap. 6 *Itineraria regionum plenissime habere perscripta.* Idem ibid. *Itineraria provinciarum non tantum adnotata, sed etiam picta habere.* Ammian. 24 cap. 1 *Itinerarium sonare lituos jubet*, er läßt zum marsch blasen. Vegetius lib. 3 cap. 6 bis habet substantivè. Ambrosius in Psalm. 118 [119] octonario V ineunte: *Miles, qui ingreditur iter, viandi ordinem non ipse disponit sibi, nec pro suo arbitrio viam carpit, nec voluntaria captat compendia, ne recedat a signis; sed itinerarium ab imperatore accipit, & custodit illud.*

¶ Iterdŭcus, a, um, ein wegweiser; ut, *Juno iterduca*: Hoc epitheton ei tribuit Martian. Capella, cujus locum producit emendatque Brissonius de Form. lib. 1 p. 35.

¶ Obĭter, adverb. præter propositum, obenhin, zufälliger weise. Petronius: *obiter cantare*; &, *obiter per rimam foris speculari.* Plin. præloquio Hist. Natur. *Vt obiter caveam istos Homeromastigas*; & lib. 18 cap. 10 *Major pars Italiæ utitur rotis, quas aqua verset obiter, & molat.* Juven. satyr. 3 v. 241

Aut obiter leget, aut scribet vel dormiet intus.

ĬTĔRO, avi, atum, are, est repetere, ac quasi per iter factum reverti, wiederum fürnehmen, wiederholen; ut, *Iterare pugnam*, Livius lib. 6 cap. 32. *Iterare voces*, Horat. 1 epist. 18 v. 12. ¶ Sed, *Iterare campum*, vel *agrum*, est iterum seu secundo arare, zum andernmahl pflügen: Columell. lib. 2 cap. 4 *Colles pinguis soli Februario statim proscindendi sunt: deinde de Aprili medio usque in solstitium iterandi tertiandique.* Sic, *iterare æquor*, est iterum navigare: Horat. lib. 1 Carm. od. 7 v. 32 *Cras ingens iterabimus æquor.*

¶ Ĭtĕrātus, a, um, wiederholet; ut, *verba sæpius iterata*, Cic. Part. Orat. cap. 6.

¶ Iteratio, ōnis, repetitio, die wiederholung; ut, *Iterationes verborum*, Cic. in Orat. cap. 25. *Lectio non cruda, sed multâ iteratione mollita*, Quintilian. lib. 10 cap. 1. ¶ Deinde est secunda aratio. Plin. 18 cap. 20 pr. quamquam Salmasius ibi *tertiatio* malit. Item, iterata olei pressura, Columell. lib. 12 cap. 50.

¶ Iteratīvus, a, um, das man wiederholet. Gloss. gr. lat. ἐπαναληπτικὸν, *iterativum*.

¶ Iterabilis, e, idem. Tertull. 2 adv. Marc. cap. 28 *iterabilem injuriam facere*.

¶ Iteratò, adverb. rursus, iterum, nochmahls. Vlpian. Lege 6 Dig. de cessione bonor. *iterato venundari*. Sæpius hac voce usus est Justinus; ut 5, 4, 2 *Iteratò vinci*. Et 5, 9, 2 *Iterato præliari*, &c.

¶ Iterum, adverb. secundò, denuò, wiederum, aufs neu, zum andernmahl. Cicero de Invent. lib. 1 cap. 39 *Primò quidem decipi incommodum est, iterum stultum, tertiò turpe*. Et Plautus Menæchm. a. 2 sc. 3 v. 51 *Vbi rex Agathocles regnator fuit, & iterum Pythia: tertium Liparo.* ¶ Sic, *Iterum & sæpius*: &, *Semel atque iterum*, etlichmahl: Cic. pro Leg. Manil. cap. 11 *Testis est iterum & sæpius Italia*. Et pro Fontej. cap. 8 *Pecuniam semel atque iterum, ac sæpius invitissimi dare coacti sumus*. *Iterum iterumque vocari*, Virg. 2 Æn. v. 770. ¶ *Iterum consul*, i. e. secundùm, C. Nepos Hannibale cap. 5 n. 3.

¶ Reitero, are, wiederholen, Apulej. 8 Metam.

¶ Reiteratio, ōnis, die wiederholung. Quintil. Instit. Orat. 11 cap. 2 *crebra reiteratione firmare*.

ĬTHĂCA, æ, parva insula maris Ionii, Vlyssis patria, Virg. 3 Æn. v. 272, a qua ipse dictus est

¶ Ithăcus, i; Virg. Æn. 2 v. 104 *Hoc Ithacus velit*, &c.

¶ Ithacensis, e, idem. Horat. lib. 1 epist. 6 v. 63 *Ithacensis Vlysses*.

¶ Ithăcēsius, a, um, idem græca forma. Silius 8 v. 540 *sedes Ithacesia*.

ĬTHŌNE, es, civitas Bœotiæ, Minervæ sacra; *Aonia Ithone*, Statius Theb. 2 v. 721. Hinc

¶ Ithonæi, orum, urbis incolæ, apud eumdem Stat. Theb. 7 v. 330.

ĬTHȲPHALLVS, i, Ἰθύφαλλος, Priapus est, qui & *Triphallus* dictus. Columell. lib. 10 v. 31 *sed truncum forte dolatum*
Arboris antiquæ numen venerare Ithyphalli.

¶ Ithyphallicus, a, um, ἰθυφαλλικὸς, obscenus, unzüchtig; ut, *carmen Ithyphallicum*, certi generis & moduli, cujus exemplum Casaubonus produxit Animadvers. in Athenæum lib. 6 cap. 15. conf. Rhodig. Ant. Lect. 4 cap. 16. Scalig. Poëtic. lib. 1 p. 238.

Itidem, vide supra *Is, ea, id*.

ĬTŌNVS, i, Thessaliæ rex, autor æris, argenti & auri conflandi signandæque monetæ. Lucan. 6 v. 402
Primus Thessalicæ rector telluris Itonus
In formam calidæ percussit pondera formæ, &c.

ĬTVRÆI, sive Ityræi, orum, populi Syriæ, sagittandi arte præstantes. Vnde Virg. Georg. 4 v. 447 *bona bellis*
Cornus: Ituræos taxi curvantur in arcus.
Et Lucan. lib. 7 v. 230 *Ituræis cursu fuit inde sagittis.*

ĬTYS, Ityos, Ityn, Ἴτυς, Terei, regis Thracum filius, conversus in Phasianum, cum epulandus patri Tereo a Progne matre appositus fuisset. vid. Ovid. 6 Metam.

¶ Ĭtўlus, i, diminutivo usus Catullus ad Ortalum carm. 66 v. 14
Qualia sub densis ramorum concinit umbris
Daulias absumpti fata gemens Ityli.

IŬBA, æ, capillitium equorum vel leonum a collo dependens, der kamp, die mähne; ut, *Jubæ leonis*, Plin. 8 cap. 16. *Equinæ jubæ*, Ovid. 12 Metam. v. 88. Sic Columella & in gallinaceis plumas, quibus collum vestitum est, *jubam* dixit lib. 8 cap. 2. *Jubam effundere*, den kamp schütteln, Virgil. 3 Georg. v. 92. *Luduntque jubæ per colla*, Idem Æn. 11 v. 492. Catullus in Aty, sive carm. 63 v. 83 de leone:
Rutilam ferox torosâ cervice quate jubam.

¶ Jŭbatus, a, um, jubâ vestitus, mit halß-haaren, bemähnet; ut, *Equus, leo, anguis jubatus*, apud Poëtas & alios. Plin. lib. 7 cap. 16 de pugna leonum sive spectaculo: *Pompejus Magnus in Circo DC in iis jubatorum CCCXV dedit*. Solinus cap. 43 [Salm. 30] *Lycaon lupus est cervice jubatus*. Plaut. Amphitr. a. 5 sc. 1 v. 56 *angues jubati*.

IVBA, æ, rex fuit Numidiæ, qui in bello civili, quia se partibus socium præbuisset, exstinctus est, quemadmodum Polybius tradidit. Videtur id nominis commune illis regibus fuisse. Inde enim accusatus Lucius Albinus est, quòd sumtis Insignibus regiis Jubæ nomen usurpasset, ut Tacitus auctor est 2 Hist. cap. 58. Afris Ἰόβας, Deus est: ex quo Latini *Jubæ* nomen effecerunt, ut Grotius ad Matth. cap. 20 v. 1 observat. Et inde Lucanus primam in isto nomine semper corripit. Claudianus vero non ita bene produxit lib. 1 de Laudibus Stiliconis v. 254, si tuta lectio vulgaris. Sed præstat cum Heinsio & Guil. Pyrrho *Nuba* ibi legere.

IŬBAR, ăris, *Lucifer* & *Vesper*, stella proprie jubata, deinde ad alia etiam transfertur. vide Varron. lib. 5 de L. L. cap. 2, itemque Buchnerum in Hymn. Prudentii de Natali Domini v. 9. Virg. 4 Æn. v. 130
It portis jubare exorto Trojana juventus.

¶ Item, fulgur, splendor, der glantz; ut, *solis, auri*, &c. *jubar*. *Jubar regale*, Claudian. lib. 2 in Rufin. v. 144. In masculino genere a quibusdam positum notat Barthius lib. 17 Advers. cap. 3. Martial. 8 epigr. 65 *Purpureum fundens Cæsar ab ore jubar.*

IŬBEO, jussi, jussum, jubēre, est mandare, heissen, gebieten, befehlen. Juven. sat. 6 v. 223 *Sic volo, sic jubeo: sit pro ratione voluntas.*
Horat. 3 Carm. od. 24 v. 42 *Magnum pauperies opprobrium jubet*
Quidvis & facere & pati.
Cic. ad Attic. lib. 12 epist. 6 *Cæsar te sine cura esse jussit*, heiß dich ohne sorgen seyn. *Jubeo te salvere, plurimum salvere*, Terent. Adelph. a. 3 sc. 4 v. 15. *Dionysium jube salvere*, Cic. ad Attic. lib. 4 epist. 14, grüssen lassen, viel gutes sagen. In quibus *jubeo*, *Volo* est. Terent. Andr. a. 3 sc. 3 pr. *Jubeo Chremetem*: ubi Donatus: *Firme aliquid velle, jubere est*. Jubeo *ergo*, volo: *Et deest* Salvere, *quod exprimitur ab alterius personæ interventu*; *Virgilius*: reddique viro promissa jubebat. *Et μεταληπτικῶς: quia dicit* SALVE, jubet. *Volumus enim animo, jubemus verbis*. vide & Nonium cap. 4 n. 239. Sed quando dico: *Jubeo te salvere*, & similia, tum Accusativus personæ non ad verbum *jubeo*, sed ad infinitivum, qui vel expresse ponitur, vel reticetur subintelligendus, referendus est. Per sese etenim verbum *Jubeo* personæ casum non assumit, apud Veteres quidem. Nam apud recentiores cum Dativo aliquando jungitur, cum imperare significat. Quod, nisi Hellenismo, excusari haud potest. Vide tamen & Curt. 5, 6, 8, & 7, 5, 31, itemque Tacit. Annal. 13, 15, 3, & cap. 40 n. 3. Cum autem dico: *Jubeo te, ut hoc facias*: latinum non est, ut observavit eruditissimus Vossius de Construct. cap. 36. Accusativum rei tamen aliquando videtur adsciscere: ut apud Ciceron. Orat. pro Balb. cap. 16 extr. *Pop. Romanus legem jussit*. Sic, *Jubere classica*, apud Lucanum lib. 2 v. 528, est præcipere, ut canant classica: *Jubere tributa*, est imperare, apud Florum lib. 2 cap. 6 *Vrebat nobilem populum, ablatum mare, captæ insulæ, dare tributa, quæ jubere consueverat*. Quamquam in his exemplis quoque Accusativus non ad verbum *Jubere*, sed ad infinitivum, qui per ellipsin deest, referri debet. *Legem jussit* scil. *esse*. *Jubet classica*, subaudi, *canere*. *Jubet tributa*, nimirum *dari*. Tacitus 4 Histor. cap. 76 *Nam Germanos, qui ab ipsis sperentur, non juberi, non regi*, sie lassen sich nicht befehligen oder commandiren. Et nota, *juberi* passive dici: quod & apud Virgilium invenias. vide Lambinum ad Horat. epod. 11, & lib. 1 epist. 5. ¶ 2. *Jubeo* etiam civile verbum est, & Democraticis rebuspublicis proprium, ubi, cum nihil, quod senatus censuerat, legis obtinere posset vim, nisi de eo ante rogatus, sive interrogatus populus esset, isque id habuisset ratum, *Jubere* proprie dicebatur populus, quod super facta rogatione constituisset. Namque & magistratus rogaturus populum his verbis alloquebatur, VELITIS, IVBEATIS, &c. Et inde leges ipsæ sive decreta populi, IVSSA & SCITA POP. adpellabantur. vide Gell. lib. 5 cap. 10, & lib. 10 cap. 20, itemque Anton. Augustinum de L. L. cap. 13. Seneca ad Helviam cap. 5 extr. *Ita enim populus jussit. Sed populi scita ex magnâ parte sapientes abrogant*. Nec prætermittendus locus Bruti est apud Ciceronem epist. 4 *Quod enim nondum senatus censuit, nec P. R. jussit, id arroganter non præjudico, neque revoco ad arbitrium meum*. ¶ 3. Vsurpatur eleganter hoc verbum & de operibus, quæ manu fiunt, aliter, quam natura instituit. Sic *jussos rivos*, manu factos, non sponte natos, Columella lib. 10 v. 48 dixit. vide Barthium ad Claudianum de 4 Cons. Honorii v. 483. Similiter verbo *docere* usus Horatius est: Alii verbo *imperare*, de quibus suis locis. De constructione hujus verbi vide Vossium de Arte Grammaticâ lib. 7 cap. 36.

¶ Jussus, a, um, beordert, geheissen. Curt. 5, 11, 5 *jussus propius accedere*. Martial. 1 epigr. 34 *jussæ prosiliunt lacrymæ*.

¶ Jussus, jussu, nomen, ein befehl, geheiß. Plautus prologo Amphitr. v. 19 *Jovis jussu venio*. Cic. pro Lege Man. cap. 9 *Lucullus vestro jussu coactus partem militum dimisit, partem Glabrioni tradidit*. Et Sallust. Catil. c. 29 extr. *sine populi jussu*. Sic fere semper in sexto casu.

¶ Jussum, i, plur. *Jussa*, idem. *Jussum ratum, atque firmum*, Cic. pro Cæcina cap. 33, ein befehl, so fest und gewiß ist. *Jussa capessere*, sich eines befehls nach verhalten, Virg. 1 Æn. v. 81.

¶ Jussio, ōnis, idem. Lactant. lib. 4 cap. 15 *Hæc omnia non manibus, aut aliqua medela*, (agit enim de mirandis Christi sanationibus) *sed verbo ac jussione faciebat*. Arnobius lib. 2 p. 49 *Verbo uno potuit, aut unius imperii jussione*. Gloss. Vet. *Jussio*, κέλευσις.

¶ Jussor, ōris, ein befehler. Eædem Glossæ: *Jussor*, κελευστής. Sed *Fidejussor*, *Fidejussio*, vide supra in *Fides*.

¶ Injussus, a, um, non jussus, ungeheissen, unbefohlen. Virg. 1 Georg. v. 55 *injussa virescunt gramina*, i. e. sponte, von sich selbst. Horat. 1 satyr. 3 pr. *injussi nunquam desistunt*. Sen. epist. 11 *Hæc injussa veniunt, injussa discedunt*.

¶ Injussus, injussu, nomen subst. ohngeheiß. Terent. Phorm. a. 2 sc. 1 pr. *injussu meo*. Livius lib. 2 cap. 12 *consulum injussu & ignaris omnibus*. Cicer. lib. 1 Tuscul. cap. 30 *Vetat Deus injussu hinc nos suo demigrare*.

IŬBĬLO, jubilare, frolocken, jauchzen. Proprium rusticorum, ut *quiritare* urbanorum, Varro lib. 5 de L. L. cap. 7. Festus: Jubilare *est rustica voce inclamare*. Prius, *jobilare*, ab *io*, quod rusticorum ἐπίφθεγμα, inquit Scaliger, quem vide ad Festum. Hinc signate Calpurnius eclog. 1 v. 29 *nihil armentale resultat,*
Non montana sacros distinguunt jubila cantus.

¶ Jūbĭlatus, ûs, subst. clamor rusticorum, das frolocken. Gloss. gr. lat. ὀλολυγμὸς ἀγροίκων, *jubilatus*.

¶ Jubilatio, ōnis, das jauchzen, jubel-geschrey. Apulejus lib. 8 Miles. p. 209 *jubilationibus solitis inhortantur*.

¶ Jubilum, i, substant. ein jauchzen, freuden-geschrey. Silius lib. 14 v. 476
Et lætus scopulis audivit jubila Cyclops.

¶ Jubilæus, a, um, (sive potius *Jobelæus*,) ad jubila spectans; ut, *annus jubilæus*, i. e. septem sabbathorum septennium sabbathum, vulgari loquendi modo dicitur, ein jubel-jahr, de quo legem habuerunt Judæi, Levitici cap. 25 v. 10. *Jubilæus* ab Isidoro 5 cap. 37 exponitur *remissionis* annus. Arator in Acta Apost. cap. 19
Quinquagesimus annus
Cum Jubilæus adest, proprii distractio ruris
Antiquo donatur hero.

IŪCVNDVS, a, um, non *Jocundus* [a *juvare* enim Cicero 2 de Finib. cap. 4 fecit, vid. Voss. lib. 1 Instit. Orat. p. 33.] is dicitur, qui alteri voluptati est, & gratus, lieblich, erfreulich; Idem qui *Comis*. vide Jovianum Pontanum. *Jucundæ litteræ*, fröliche brieffe. *Verba ad audiendum jucunda*, Cic. lib. 1 de Orat. cap. 49. Et, *Jucundus conspectus*, pro Lege Manil. principio. *Jucundi acti labores*, proverbium, quo Cicero de Finib. lib. 2 cap. 32 usus est, nach gethaner arbeit ist gut ruhen. *Jucunda est memoria præteritorum malorum*, Idem ibid. *Cæli jucundum lumen*, Virg. Æn. 6 v. 363. *Jucundissimus est mihi*, in convictu scil. C. Nepos Attico cap. 16 *Adolescens idem seni Syllæ fuit jucundissimus*.

mus. Differt a *gratus*: Cicero lib. 4 ep. 6 ad Serv. Sulpicium: *Cujus* [filii tui] *officia jucundiora scilicet sæpe mihi fuerunt: nunquam tamen gratiora.*

¶ Jūcundè, adverb. lustig, frölich, erfreulich. Cic. 1 de Fin. cap. 12 extr. *Summum est bonum, jucundè vivere.* Idem pro Muræna cap. 31 *quæ nunc sunt optima, sed certe condita jucundiùs.* Valer. Max. lib. 7 c. 2 *Aristoteles, Callisthenem ad Alexandrum dimittens, monuit, ut cum eo aut rarissime, aut quam jucundissime loqueretur, quo scil. apud regias aures vel silentio tutior, vel sermone esset acceptior.*

¶ Jūcundĭtas, ātis, suavitas, die anmuth, lieblichkeit. *Jucunditate perfundi*, Cic. 2 de Finib. cap. 3. Et, *Dare se jucunditati*, ihm einen frölichen muth fürnehmen, Idem Offic. lib. 1 c. 34. Plinius Panegyrico Trajani cap. 49 *Tristitiæ* opponit. Et ita Pacianus Parænesi ad pœnitentiam: *Quare tenacitas humanitate redimetur: convicium satisfactione pensabitur; tristitia jucunditate*, &c. Pluraliter Cic. lib. 10 ad Attic. ep. 8 *Nihil mihi unquam ex plurimis tuis jucunditatibus gratius accidit.*

¶ Jūcundor, āri, jucunde agere, frölich seyn. Lactant. 4 c. 6 de Sapientia Proverb. c. 8 *Jucundabar ante faciem ejus, quum lætaretur orbe perfecto.* Et Augustinus lib. 12 de Genesi ad litt. c. 34 *Consolationes Dei jucundant animam.* Videtur ex Psalmo 94 v. 19 esse, sed Versio Vulg. ibi *lætificaverunt*. *Hilaretur* explicat Nonius c. 2 n. 407 per *jucundetur*. Etiam Oros. proœm. lib. 4 *infantes in gelu ludentes, jucundantes.*

¶ Conjucundor, ari, sich miteinander freuen. Vulg. Interpr. Sirac. c. 37 v. 4.

¶ Injūcundus, a, um, ingratus, insuavis, unannehmlich, unlieblich. *Labor minime injucundus*, Cic. 1 de Fin. c. 1 extr. Tacito ita adpellatur, qui sermone acerbior est, Agricolâ cap. 22 extr.

¶ Injucundè, adverb. cujus compar. apud Ciceronem est lib. 1 ad Attic. ep. ult. *Res asperius a nobis & injucundius actæ.*

¶ Injucundĭtas, ātis, unanmuthigkeit, verdrießlichkeit. Cic. lib. 1 de Nat. D. cap. 55 *ne quid habeat injucunditatis oratio.*

¶ Perjucundus, a, um, valde jucundus, sehr angenehm. Cic. 2 de Orat. cap. 7 *Disputatio fuit mihi perjucunda.*

¶ Perjucundè, adverb. idem. Cicer. pro Cælio cap. 11 *in hac suavitate humanitatis, qua prope jam delectantur homines, versari perjucunde solere*, überaus gern.

IVDAEA, æ, Ἰουδαία, pars Palæstinæ, seu sanctæ terræ, das Jüdische land. De situ ejus post sacras litteras vid. Strabo lib. 16, & Dio Cassius lib. 36. Quidam umbilicum terræ tradiderunt: de quo Petrus Blesens. Serm. 1 de Adventu, & Chr. Cellarius Program. 39.

¶ Jūdæus, i, Ἰουδαῖος, ein Jude. *Judeum apellam* dixit Horat. lib. 1 satyr. 5 v. 100, ein verschnittener Jude. vide supra *Apella*. Martialis 7 epigr. 29 *recutitos Judæos* appellavit. Idem lib. 12 epigr. 57 hominem turpiter mendicum volens, *Judæum* dixit, qui & a matre doctus sit mendicare. vide Barth. Advers. 11 cap. 4 p. 518. Juvenalis satyr. 6 v. 546 *Qualiacunque voles Judæi somnia vendunt.*

Multa autem de origine gentis & religione confinxerunt profani scriptores, qui *Judæum* & *Hierosolymum* fratres, Tryphonis filios, fabulati sunt, unde & nomen genti & urbi principi manarit, de quo Plutarchus lib. de Iside & Osiride pag. 363. Alii a monte *Ida* nomen deduxerunt. Nonnulli volunt, Bacchum, aut ejus loco vitem auream coluisse; nonnulli, asinum & porcum; nonnulli, cælum, quod elatis ad cælum oculis manibusque orarent. vide Tacitum 5 Histor. cap. 2 & seqq. Florum lib. 3 cap. 6, Justin. 36 cap. 2, Plutarchum lib. 4 Sympos. Quæst. 5, Petron. in Catalectis & ibi Interpretes; nec non Origenem lib. 5 contra Celsum pag. 239. Minime omnium corrupte de religione eorum Strabo supra laudato loco: qui & *justos, & vere religiosos*, adpellat: itemque Dio citato superius libro. Iidem Pagani scriptores Judæorum & Christianorum nomen non raro confundentes, illos pro his posuerunt, quod Lipsius ad 15 Annal. Taciti: itemque Pithœus lib. 2 Advers. cap. 2, & Barthius ad Rutilium Numantianum lib. 1 v. 159 observant. ¶ Judæorum sectæ tres fuerunt: *Pharisæi, Sadducæi & Essæi*, de quibus suis locis. Judæos *Christianorum librarios* vocat S. Augustinus in Psal. 86. conf. eumd. lib. 12 contra Faustum cap. 23, & lib. 13 cap. 10 *Capsarii nostri studentibus nobis Codices præferunt.*

¶ Judæus, a, um, adject. Jüdisch. Juvenc. 4 v. 668

Quod rex Judææ plebis gentisque fuisset.

¶ Judāicus, a, um, idem; ut, *Judaica superstitio*, Quintil. 3 cap. 7, der Jüdische aberglaube. *Judaicum jus*, Juvenal. sat. 14 v. 101. Cum Romani aliquid monstrosum, absonum, aut enorme notare volunt, *Judaicum* appellant. vid. Claudian. in Eutrop. 1 v. 357, & Barth. Advers. 11 c. 4 p. 518.

¶ Judaismus, i, ex verbo ἰουδαΐζειν, quo Apostolus usus est ad Galat. c. 2 v. 14, das Judenthum. Tertullianus lib. 1 adv. Marc. c. 20 *Apostolus adversus Judaismum aliquid in conversatione reprehendendum existimavit.* Idem lib. 4 adv. eumd. cap. 11 principio: *Extraneus legis & Judaismi profanus.*

Judex, judicium, quære mox in *Judico*.

IVDĬCO, avi, atum, are, urtheilen, richten, dafür achten, oder halten. *Ex aliorum ingenio aliquem judicare*, Terent. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 118. Et, *Judicare de aliquo*, Cicer. de Amicit. cap. 2. *Judicare perperam*, Idem pro Cæcin. cap. 24, übel von einem sprechen. *Judicare ex æquo & bono*, ibidem c. 23, der billigkeit nach. Idem Cic. de Orat. lib. 2 cap. 42 *Plura multo judicant homines odio, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia*, &c. *quam veritate*, mehr aus haß, oder gunst, etc. *Judicare aliquem exulem*, i. e. judicio exilium decernere, Nepos Hannib. c. 7.

¶ Judicatus, a, um, geurtheilt, gerichtet. Cic. Philipp. 11 c. 5 *judicum res judicatas irritas facere*, das urthel umstossen. Idem pro Rab. Post. cap. 4 *appendicula caussæ judicatæ atque damnatæ.* ¶ Item, geschätzt. Idem Cic. de Amic. cap. 2 *Apollinis oraculo sapientissimus judicatus.* conf. Nonius c. 2 n. 458.

¶ Judicatò, adverbium, bedächtlich, quod cum τῷ *Seriò* conjunxit Gellius lib. 19 cap. 1: *Exercendine autem*, inquit, *anne ostentandi gratiâ ingenii, an quod ita seriò judicatoque existimaret, non habeo dicere*, mit wohlbedachtem muthe.

¶ Jūdĭcatum, i, substant. vel particip. potius substantive sumtum, id est, res judicata, ein urthel, ausspruch. Cic. 1 de Invent. cap. 30 *Judicatum est res assensione, aut auctoritate, aut judicio alicujus, aut aliquorum, comprobata.*

¶ Judicatus, ûs, potestas & munus judicandi s. judicatio, die gewalt zu urtheilen. Cic. ad Att. 12 ep. 19 *Approbo maxime, quod de judicatu meo responsum sit.*

¶ Judicatio, ōnis, cognitio, die erkäntniß, das urtheil. Cic. 1 de Invent. c. 13 *Judicatio est, quæ ex infirmatione, & confirmatione rationis nascitur controversia.* Et cap. 14 ineunte: *Summa controversia, quam judicationem adpellamus.*

¶ Judicatōrius, a, um, gerichtlich, zum gericht gehörig. Gloss. gr. lat. δικαστικὸν, *judicatorium.*

¶ Judicatorium, i, locus, ubi judicatur, die gerichtsstäte. Gloss. lat. gr. *judicatorium*, δικαστήριον.

¶ Judicātrix, īcis, die richterin: ut, *Ars judicatrix*, κριτική, Quintil. lib. 2 cap. 15.

¶ Jūdex, ĭcis, qui judicat, seu jus dicit, der richter. *Judex* quasi *jus dicens*, Varro lib. 4 de L. L. c. 7, & Isidor. lib. 10 Etymolog. c. 8, ut *auspex* quasi *aves speciens*. Sic, *Judicem de re aliqua constituere*, Cic. pro Domo c. 13, einen richter setzen. *Dare judicem*, Idem 4 Verr. cap. 12. *Judicem se præbere*, sich für einen richter brauchen lassen, Cic. lib. 5 famil. epist. 2. Horat. 2 Serm. sat. 2 v. 8

Male verum examinat omnis
Corruptus judex.

Sed *Judices privati*, qui de privatis rebus judicant, ut prætor & centumviri: apud Sueton. Claudio cap. 14. Iidem & *ordinarii*: a quibus diversi *delegati* & *recuperatores*, qui hodie *Commissarii* adpellantur. *Judices Critici*, qui de carminibus poëtarum judicabant, Sueton. Claudio cap. 11. De judicum decuriis, vide supra in *Decuria*.

¶ Jūdĭcium, i, disceptatio, cognitio, das gericht. *Adducere in judicium*, Cicer. pro Cluent. c. 17, anklagen. *Dare judicium in aliquem*, Idem 3 Verr. cap. 52, erlauben einen mit recht fürzunehmen. *Judicium facere, exercere*, richten, gericht halten, Cic. *Judicium de eâdem re iterum reddere*, Terent. Phorm. a. 2 sc. 3 v. 57, aufs neue über einer geurtheilten sachen wieder miteinander zu rechten gestatten. *Judicium habere*, Nepos Attico c. 6 n. 3, gericht halten. *Judicio præesse*, dem gerichte vorstehen, präsidiren, quod etiam *judicium exercere* dicitur Cic. pro Archia oratione extrema. Horum alia *centumviralia*, alia *forensia* erant, hoc est, quæ in foro exstructis tribunalibus atque subselliis agebantur. vide Casaubon. ad Suet. pag. 185. Sortiebantur & alia à caussis nomina: ut, *judicia nummaria*, & *Judices nummarii*, apud Suet. Domit. cap. 8. De publicis, privatisque Atheniensium judiciis vide Sigon. de Rep. Athen. lib. 3 cap. 1. Vbbo Emmius Tom. 3 Vet. Græc. p. 41. Sam. Petit. ad leg. Attic. lib. 4. ¶ 2. *Judicium*, est sententia, mens, existimatio, der verstand, die meynung. Sic, *Subjicere se alicujus judicio, permittere omnia aliorum judicio*, Terent. Phorm. a. 5 sc. 8 v. 56, andern heimstellen, wie sie es verstehen und urtheilen wollen. *Grave judicium subire*, Cicero lib. 1 de Orat. cap. 27. *Meo judicio*, Idem de Clar. Or. cap. 8, meinem gutdüncken nach. *Non inertia, sed judicio fugit reipubl. procurationem*, Nepos 25, 15, 3, er hat sein bedencken gehabt, warum er etc. *Judicium strictum, asperum, nimis ratum*, i. e. durum & contumax, Seneca Excerptis controv. lib. 4 præfat. eigensinn, hartnäckigkeit. Terentius prologo Heauton. v. 12 *Vestrum judicium fecit*, id est, vobis judicandi reliquit copiam. Eleganter ac perurbane *rem aliquam nostri negamus judicii esse*, cum deprecamur de ea ferre sententiam. Cæsar 1 de B. Civ. cap. 13 *Adventu Cæsaris cognito, Decuriones Auximi ad Actium Varum frequentes conveniunt: docent, sui judicii rem non esse*, &c. Ibidem cap. 35 *Renunciant, intelligere se, divisum esse Pop. Rom. in duas partes: neque sui judicii, neque suarum esse virium discernere, utra pars justiorem habeat caussam.* Similiter Nepos Conone: *Id arbitrium*, (id est, de eo statuere & pronunciare,) *Conon negavit sui esse consilii.*

¶ Jūdĭcĭŏlum, i, dimin. ein kleiner verstand. Ammianus 27 c. 11 *Juste an secus, non judicioli est nostri.*

¶ Judicialis, e, ad judicem pertinens, gerichtlich: ut, *Judiciales caussæ*, gerichts-sachen. *Oratio judicialis*, Cic. in Orat. cap. 51. *Judiciale genus dicendi*, quod accusatione & defensione constat, Idem in Bruto c. 83.

¶ Judiciarius, a, um, idem; ut, *Controversiæ judiciariæ*, Cic. 3 in Verr. cap. 2, hoc est, quæ ad judicem aut judicium pertinent. *Lex judiciaria*, ein gesetz, darnach sich die richter halten müssen, Idem in Pison. c. 39.

Composita:

¶ Abjūdĭco, āre, significat judicio auferre, absprechen; ut, Cicer. pro Cæcin. cap. 34 *Eum, qui, cum liber esset, censeri noluerat, populus judicat, ipsum sibi libertatem abjudicasse.* Idem 1 in Verrem cap. 2 *opinione populi Romani ratio veritatis, fidei*, &c. *ab hoc ordine abjudicatur.* Plautus Rudente a. 4 sc. 3 v. 100 *Nunquam hercle hodie abjudicabit ab suo triobolum*, er wird seinem knecht nicht auf einen scherff aberkennen. *Ab suo* enim est *a servo*. Ibidem a. 5 sc. 1 v. 3 *Abjudicanda a me modo est palæstra.* Idem Asinar. a. 3 sc. 3 v. 17 *Mea vita abjudicabo*, h. e. me vita privabo, vitam mihi adimam. ¶ 2. Significat & *Rejicere*, per metaphoram: Cicero de Orat. lib. 2 c. 24 *Vbi plus mali quam boni reperio, id totum abjudico atque rejicio.*

¶ Abjudicatus, a, um, abgesprochen. Liv. 4 c. 1 *ob injuriam agri abjudicati desciscere.*

¶ Adjudĭco, āre, per sententiam aut judicium alicui attribuere, einem was zutheilen, zuerkennen, zuschlagen. Cic. ad Att. 4 epist. 2 *Nemo dubitat, quin domus nobis esset adjudicata*, es sey mit recht zugesprochen. Horat. lib. 1 epist. 18 v. 57

Et nunc, si quid abest, Italis adjudicat armis.

¶ Adjūdĭcatio, ōnis, die zuerkennung; Lege 78 pr. Dig. Tit. 19 regula 16 de hered. instit. *Factis adjudicationibus.* Et Vlpian. *adjudicatione dominia nanciscimur.*

¶ Dijudĭco, āre, diligenter judicare, fleissig erkennen, erwegen, ermessen. *Dijudicare vera & falsa*, Cic. 4 Acad. c. 33. Et, *Vera a falsis dijudicare*, Idem Partit. extrem. Et, *Dijudicare controversiam*, einen streitigen handel erörtern, entscheiden.

¶ Dijudicatus, a, um, entschieden, erörtert, geschlichtet: ut, *Lis dijudicata*, Horat. 3 od. 5 v. 54.

¶ Dijudicatio, ōnis, disceptatio, die erwegung, entscheidung. Cic. 1 de Leg. cap. 21 *Ista quidem magna dijudicatio est.*

¶ Dijudicatrix, īcis, die entscheiderin. Apulejus 2 de Dogm. Plat. p. 15 *Virtus spectatrix & dijudicatrix omnium rerum, prudentia.*

¶ Injudicatus, a, um, unverurtheilt. Quintil. lib. 10 cap. 1 *Id injudicatum relinquo.* Et Gellius lib. 5 cap. 10 *Rem injudicatam reliquerunt*, unbeygelegt, ungerichtet. Idem 13 c. 23 *Vitam hominibus eripere, indicta caussa, injudicatis, indemnatis.*

¶ Præjudĭco, āre, vor der zeit urtheilen, unzeitig richten. In hac significatione usus est hoc verbo Brutus ad Ciceronem epist. 4 earum, quæ ad Brutum dicuntur: *Quod nondum Senatus censuit, nec populus Romanus jussit, id arroganter non præjudico.* Germani hodie eleganter dicunt, einem fürgreiffen. ¶ 2. Alias idem est, quod *præjudicium facere*, ohne gründliches erkäntniß der sachen einen mit urtheil übereilen. Cic. pro Cluent. cap. 2 *Antequam de ipsa caussa dicere incipio, hoc postulo, ut ne quid præjudicati afferatis.* ¶ 3. Est nocere, schaden, nachtheilig seyn. Vlpian. leg. 1 § 9 Dig. de magistratibus conveniendis, *pupillo præjudicare.*

¶ Præjudicatus, a, um, vorher geurtheilet, vorher gefaßt. Cic. de N.D. 1 cap. 5 *Tantum opinio præjudicata poterat, ut etiam sine ratione valeret autoritas.* Idem pro Cluent. cap. 17 *res semel atque iterum præjudicata.*

¶ Præjudicatio, ōnis, ein vorurtheil: ut, *Damnari præjudicatione Senatus*, Quintil. lib. 4 cap. 2, si salva scriptura, nam meliores libri habent *præjudicio.*

¶ Præjūdex, ĭcis, ein vorrichter. Gloss. gr. lat. προδικαστὴς, *Præjudex.*

¶ Præjudĭcium, i, sententia est ante judicium, vel sententiam legitimam latam, sive pro me, sive contra me, ein heimliches urtheil vor dem rechten proceß. Exstat inter Publii mimos etiam hic versus: *Grave præjudicium est, quod judicium non habet*, dieses ist eine beschwerliche übereilung, da kein proceß ist. *Vt si inter duos de officio contendentes, magistratus jubeat, interea, dum sententiam ferat, alterum officio fungi quasi judicans se pro ea parte sentire, penes quam vult esse rem, de qua litigatur.* Hæc Valla in Raudens. *Facere præjudicium*, est sic præjudicare: Quintil. lib. 4 cap. 5 *præjudicia esse facta ab ipsis judicibus, a quibus condemnatus sit.* Plinius Epistolarum lib. 5 ineunte, *præjudicio aliquem juvare*, dixit. *Curianus*, inquit, *orabat, ut sibi donarem portionem meam, seque præjudicio juvarem.* Hoc petebat uti, si Secundus suam partem donasset, posset hoc præjudicio a reliquis cohæredibus partes repetere. *Sine præjudicio*, est sine derogatione juris aut honoris, cujus rei elegantissimum exemplum Gellius affert lib. 2 cap. 2. ¶ 2. Apud Tacitum, pro futuræ rei judicio, sive quod de eventu judicandum est significat, de Germania cap. 10 extr. *Victoria hujus vel illius pro præjudicio accipitur.* ¶ 3. Est & id *Præjudicium*, quod exemplum præbet, aut reliquit, ad judicandum in eadem caussa, ein vorhergesprochenes urtheil in gleichem fall oder sachen. Asconius Pedianus: PRAEIVDICIVM, inquit, *dicitur res, quæ, cum statuta fuerit, affert judicaturis exemplum, quod sequantur.* Hinc pro exemplo & auctoritate sumitur: Cæsar 2 de B. C. cap. 32 *Vos vestrumque factum, inquit, omnia deinceps municipia sunt secuta, neque sine caussa, & Cæsar amicissime de vobis, & illi gravissime judicaverunt; Pompejus enim nullo prælio pulsus, vestri facti præjudicio demotus Italiâ excessit.* Cicero pro Cluentio cap. 22 *Duobus præjudiciis* (eadem veneficii caussa factis) *Oppianicus damnatus est.* ¶ 4. Et *Præjudicium* sæpe est ein nachtheil. Sicut vulgo dicunt, *Id mihi nil præjudicat*, das giebt und nimmet mir nichts. Et lege 1 § 11 Dig. de agnoscend. *nullum sibi præjudicium facit.*

¶ Præjudicialis, e, dem vorurtheil gemäß: ut, *præjudicialis mulcta*, l. 50 & 65 C. Theod. de Appell.

IVERNIA, æ, Ἰουερνία Stephano, *Jerna* Straboni, *Juverna* Melæ, Cæsari vero *Hibernia* est, Irrland. Juven. satyr. 2 v. 159

arma quid ultra
Littora Juvernæ promovimus & modo captas
Orcadas, &c.

Claudian. 4 Cons. Honor. v. 33

Scotorum cumulos flevit glacialis Ièrne.

Adde supra *Hibernia.*

Jugalis, jugamentum, jugare, &c. vide *Jugum.*

Jugeralis, jugeratim, jugeratio, vide *Jugerum.*

IVGERE, vel jugire, milvi dicuntur, auctore Festo. Varro Sesqui Vlysse: *Jugere volitans milvus visus*, &c. Vet. Glossa *Jugit*, ἴκτιν βοᾶ.

IV̄GĔRVM, jugeri, & ablativo *jugere*; plur. *Jugera, jugerum, jugeribus*, tercio ordine, (est enim Ἀνώμαλον,) Plinio 18 cap. 3 dictum est agri spatium, quantum uno per diem jugo boum exarari potuit. Budæus lib. 1 de Asse *Jugerum* esse tradidit pedum duodetriginta, & octingentorum, eine hufe lands von acht und zwantzig tausend und acht hundert schuhen. *Vncia* partem significat jugeri duodecimam. Varro lib. 1 de Re Rust. cap. 10 *Jugerum quod quadratos duos actus habet: quadratus actus, qui & latus pedes 120, & longus totidem. Is modus* ACNVA *latinè appellatur. Jugeri pars minima dicitur* Scrupulum, *id est 10 pedes in longitudinem & latitudinem quadratum* &c. vide & Columell. lib. 5 cap. 1. Horat. epod. 4 v. 13 *Arare mille fundi jugera.*

¶ Jugeralis, e, zum acker gehörig; ut, *Jugeralis tabula*, apud Palladium lib 3 cap. 9.

¶ Jugeratim, adverb. per singula jugera, von acker zu acker, Columella lib. 3 c. 3.

¶ Jūgĕrātio, ōnis, divisio & assignatio facta in jugeribus. Frontin. de Colon. Adde Rigalt. de Re Agrar. Glossas.

¶ Semijugerum, i, dimidium jugerum. Columella lib. 4 cap. 18 *In semijugera omnis modus* [hortorum] *dirimatur.*

IV̄GIS, e, adject. idem est quod perpetuum, continuum, langwierig, immerwährend. Cic. de Divin. lib. 1 cap. 1 *Aqua hausta de jugi puteo*, aus einem brunnen, so stets wasser hält. Et Horat. lib. 1 epist. 15 v. 15 *Putei perennes jugis aquæ. Juge auspicium*, Cic. de Divin. 2 c. 36.

¶ Jūgĭter, adverb. assidue, ohn unterlaß, stets. Apulejus de Mundo p. 71 *Machina* [mundi] *jugiter per circuitum suis legibus terminata.* Prudentius καθημ. 4 v. 54 *clausus jugiter*, & Hymn. Epiphan. v. 161 *subactus jugiter.* Gloss. Vet. *Jugiter*, [illegible].

¶ Jugĭtas, ātis, diuturnitas, perpetuitas, die langwierigkeit. Constantinus leg. 7 C. de Repudiis, *post tam magni temporis jugitatem.* Marcell. Emp. c. 8 *Lacrymarum jugitatem sedare & reprimere.*

Juglans, vide *Glans.*

Jugosus, vide *Jugum.*

IVGVLA, æ; hoc nomine Plautus dixit sidus Orionis, in Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 119 *Neque Jugula, neque Vesperugo, neque Virgiliæ occidunt.* Festo ab eo videtur dici, quod ea stella amplior cæteris, quasi nux juglandis. Sed aliter Varro lib. 6 de L. L. c. 3, aliter Isidorus lib. 3 Origin. c. 70, & eum secutus vetus Germanici Cæsaris Scholiastes, quos vide & infra in *Orion.* conf. Parei Lex. Crit. p. 649. Et Manil. 5 v. 175 *Consurgunt jugulæ, quibus aspirantibus orti.*

IV̆GV̆LVS, i, pars anterior in imo collo, ossa scilicet duo, quorum alterum *dexter*, alterum *sinister jugulus* dicitur, a collo ad humeros extensa, die kehle, gurgel, oder die untersten halßknochen, so nach den achseln gehen. Græcis κλεῖδες, ossa illa dicuntur. *Jugulum frangere*, den halß entzwey fallen. *Jugulum ferire*, den halß abhauen. *Jugulum præbere, jugulum dare alicui*, den halß herhalten, dixit Cic. ad Attic. & pro Milone cap. 11. ¶ Reperitur & *Jugulum* in neutro. Cicer. de Fato cap. 5 *Quod jugula concava non haberet.* Gloss. Vet. *Jugulus* & *Jugulum*, κατάκλεις, σφαγή. ¶ 2. Sed *petere jugulum* orator dicitur, quando id, quod est potentissimum, invadit, & adversarium argumentis quasi jugulat, Quintil. 8 cap. 6, das messer an die kehle setzen.

¶ Jŭgŭlo, avi, atum, are, interficere, erwürgen, tödten. Horat. lib. 1 epist. 2 v. 32 *Vt jugulent homines, surgunt de nocte latrones.* *Jugulare suis verbis*, quod simpliciter est Terentio Eun. a. 3 sc. 1 v. 27 *jugularas hominem*, respectu ad prædicta habito. Et, *jugulare quem suo gladio*, Adelph. a. 5 sc. 8 extrema, einen in seinen eigenen worten fangen. *Jugulare quem gladio plumbeo*, est levi argumento convincere, Cic. ad Att. 1 epist. 14. *Quartana neminem jugulat*, Cels. lib. 3 cap. 15 extr.

¶ Jugulatus, a, um, getödtet, abgekehlt. Vellej. 2, 64, 1 *Ab iis, quos miserat, jugulatus ille est.* Et cap. 71 n. 3 *liberti manu jugulatus.*

¶ Jugulatio, ōnis, die erwürgung, tödtung. Hirtius de B. Hispan. cap. 16 *Jugulatione oppidanorum factâ.*

¶ Jugulator, ōris, interfector, ein erwürger. Salvianus lib. 3 extremo ad Ecclesiam: *Adulationes gladii sunt, jugulatores tui.* Gloss. Vet. *Jugulator*, φονεὺς, *Jugulatores*, σφάκτοι.

IV̆GVM, i, montis cacumen, die höhe des berges: nisi forte ab jumentorum jugo translatio facta ad montes est. Cæsar lib. 7 B. G. c. 67 *Germani ab dextro latere summum jugum nacti, hostes loco depellunt.* Virg. eclog. 5 v. 76

Dum juga montis aper, fluvios dum piscis amabit.

¶ 2. Et *Jugum* est ligneum instrumentum, quod boum junctorum collis imponitur, ein joch. *Jugo subdere*, Plin. 8 cap. 16, unter das joch spannen. *Jugum subire*, Idem lib. 10 c. 45 pr. das joch über sich nehmen, dienstbar werden. *Jugum imponere alicui*, Ovid. Heroid. epist. Deianiræ 9 v. 6. Et, *sub jugum mittere*, unter das joch bringen. Sed *mitti sub jugum hostes* dicebantur, cum conclusi & dediti, per ignominiam mittebantur. Id autem ita fiebat: Duabus hastis humi defixis hasta transversa super eas deligabatur; hoc jugum subire inermes hostes cogebantur, & ita confessionem edere, se victos domitosque esse. Plura ejus rei passim exstant exempla. Vide tamen Livium lib. 3 cap. 28, & lib. 9 cap. 5 & seq. & Dionys. Halicarnass. lib. 10 in Historia L. Quintii Cincinnati, quid id primus videtur instituisse, itemque Festum. Simile quid in nostra militia obtinet, cum victi & dediti, positis armis, cum albis bacillis dimittuntur. Quod veteres Germani, an den stab aufnehmen, adpellarunt, ut Rhellicanus ad Cæsarem lib. 1 de Bello Gallico N. 55 observat. ¶ 3. Apud bonos scriptores etiam sæpius sumitur pro servitute, onere, vel tyrannide. *Collum jugo subducere*, Ovid. Remed. Am. v. 90, den kopff aus der schlingen ziehen. *Jugum servitutis*, schwere dienstbarkeit. Auct. Declam. Antequam iret &c. sub init. *A vestro corpore jugum acerbissimum repulit servitutis.* Et ibidem: *Omnibus grave servitutis jugum esse debet in libertate educatis.* Et Cicero Philipp. 1 cap. 2 *A cervicibus jugum servile dejicere.* Horat. 2 Serm. sat. 7 v. 91 *Eripe turpi colla jugo liber.* Juvenal. satyr. 13 v. 20

Dicimus autem
Hos quoque felices, qui ferre incommoda vitæ,
Nec jactare jugum, vitâ didicère magistrâ.

Vbi *jugum jactare*, sich sperren, sich unwillig erzeigen, ungedultig seyn. *Excutere* (non *decutere*) *jugum*, proprie de jumentis, Curtius lib. 4 c. 15 n. 16; de hominibus translate Plinius Panegyr. c. 11, quod Cicero *dejicere jugum* modo dixerat: & Tacitus Agric. cap. 31 n. 7 *exuere jugum.* ¶ 4. In agris *jugum* est, quod juncti boves uno die exarare possunt: Varro de Re Rust. lib. 1 cap. 10. ¶ 5. Est & *jugum* in vinetis, propagatio vitium in sublime, ut umbram præbeant sub iis considentibus, eine weinlaube. Plinius lib. 17 cap. 21 *Simplici jugo constat porrecto ordine, quem cantherium adpellant.* Adde Columellam lib. 4 cap. 12. Hinc *vineæ jugatæ*, vide mox *Jugatus.* ¶ 6. *Jugum* etiam est, cui textores telam jungunt, der baum- oder webergezeug. Ovidius lib. 6 Metam. v. 55

Tela jugo vincta est, stamen secernit arundo:
Inseritur medium radiis subtemen acutis.

vide ibi Ciofanium. ¶ 7. Sicut ζυγὸς apud Græcos non illud tantum,

quo

quo jugantur boves, sed & stateram seu libram significat; ita & apud Latinos *jugum* idem notat. Cicero 2 de Divin. cap. 47 *L. quidam Tarquinius Firmianus familiaris noster, urbis etiam nostræ natalem diem repetebat à Palilibus, quibus eam a Romulo conditam accepit: Romamque, cum in jugo esset Luna, natam esse dicebat.* IN IVGO, id est, in libra sive signo libræ: quod disertè Solinus nominat, cum c. 1 Polyhist. de Vrbis natali & ipse agit. Ergo *jugum* & libram notat: ut apud Græcos ζυγὸς, quod dicebamus. Vet. Gloss. ζυγὸς, ὁ στατὴρ, *Libra, examen, statera, trutina.* Manilius lib. 1 v. 609

Et juga chelarum medio volitantia cælo.

¶ 8. *Juga* denique transtra dixit, quæ ζυγὰ quoque Græci vocant. Virgil. 6 Æneid. v. 411

Inde alias animas, quæ per juga longa sedebant,
Deturbat, die gesässe oder bäncke im schiffe.

¶ 9. *Jugum* etiam ordo dicitur in militari agmine à latere ad latus, (ein glied) nam qui à fronte ad tergum pertinet, *Versus* adpellatur. vide infra *Versus* in *Verto*.

¶ Jŭgōsus, a, um, bergicht. *Silva jugosa*, Ovid. 1 Amor. eleg. 1 v. 9.

¶ Júgarius, i, bubulcus, qui juga ducit, ein pflugtreiber, ochsenwarter. Columella lib. 1 cap. 6 *Lata bubilia esse oportebit ad procumbendum pecori, & jugario ad circumeundum laxa ministeria præbeat.*

¶ Jŭgālis, e, adject. eingespannt; item, ehelich; ut, *Vinculum jugale*, Virg. Æn. 4 v. 16, id est, matrimonii: & *lectus jugalis*, pro conjugalis, v. 496 ejusdem libri. *Equi jugales*, pferde so bey einander gespannet werden, Id. Æn. 7 v. 280. *Jugalia jumenta*, Curtius lib. 9 cap. 10 n. 22.

¶ Jŭgālitas, ātis, die zusammengattung. Fulgent. 1 Mythol. *una eademque ferveris humorisque jugalitate gigni.*

¶ Júgo, avi, atum, are, conjungere, zusammenfügen. Virg. Æn. 1 v. 349

Cui pater intactam dederat, primisque jugarat
Ominibus.

Est & vinitorium verbum. Ita enim *jugare vites* dicimus. Septimius Severus apud Terentianum p. 76

Quando flagella jugas, ita juga.

Vbi *flagella* de vitibus dixit: de quo supra in F. Hinc

¶ Jugatus, a, um, junctus, zusammengefügt. Cic. Tuscul. 3 cap. 8 *Omnes virtutes inter se nexæ & jugatæ sunt.* Sic sensu vinitorio *jugatæ vineæ* dicuntur, apud Varronem de re rust. lib. 1 cap. 8, & apud Columellam de Arborib. cap. 4, & *Vites jugatæ*, weinstöcke so man in die höhe weiset, und damit eine hütten schleust. Sed quæ in longitudinem perticis alligantur, *unijugæ* dicuntur, cujusmodi structuram *Cantherium* vocant, kammerwerck, vide *Cantherius*.

¶ Júgātio, ōnis, die zusammenfügung. Varro loco jam citato: *Jugationis species duæ.*

¶ Júgātinus, i, Deus jugi vel conjugii. August. de C. D. 6 cap. 9 *Cum mas & fœmina conjunguntur, additur Deus Jugatinus.*

¶ Jugator, ōris, qui jungit jugo, ein anspanner. *Boum jugator Triptolemus*, Arnobius lib. 5 p. 174.

¶ Jūgātōrius, a, um, eingespannt; ut, *boves jugatorii*, pflug-oder zieh-ochsen, apud Varronem lib. 2 de re rust. cap. 5.

¶ Jūgāmentum, vel Jugumentum, i, jugo similis structura, die zusammenspannung. Cato cap. 14 *limina, postes, jugamenta, asseres.*

¶ Jŭgāmento, vel Jugumento, are, est in modum jugi transversi religare, in einander spannen, apud Vitruvium lib. 2 cap. 1, & lib. 7 cap. 1. vid. Bald. p. 63.

¶ Jŭgābilis, e, jugo habilis, jochbar. *Per jugabilem competentiam fœderari*, Macrob. lib. 2 Somn. Scip. cap. 2 princ.

Composita varia:

¶ Abjŭgo, are, id est, solvere & abjungere, ausspannen, absondern. Pacuvius apud Nonium cap. 2 n. 37 *quæ res te ab stabulis abjugat.*

¶ Adjúgo, are, adjungere, beyfügen, zugesellen. Pacuvius apud Non. cap. 2 n. 55 *Corpus anima mater adjugat.* Item: *Blandam hortatricem adjugat voluntatem.*

¶ Adjugatus, a, um, beygefügt, zugesellet. Plin. 17 cap. 22 *Satius pampinos adjugatæ detergere.* Lactant. de Opif. Dei cap. 6 *Adjugatis corporibus elata soboles.*

¶ Bĭjŭgis, e, & Bijugus, a, um, zweyspännig; ut, *Bijuge curriculum*, apud Suetonium Calig. cap 19. *Bijugo curru*, Silius lib. 2 v. 82. *Bijugo plaustro*, Auson. epist. 11 sub fin.

¶ Bīgæ, arum, currus duorum equorum jugo actus, zweyspännig fuhrwerck. Virgilius de Hectore Æneid. 2 v. 272 *raptatus bigis.* Vbi Servius: *Secundum artem dixit: quæ exigit, ut, quæ de pluribus constant, plurali tantum dicantur; ut*, bigas, quadrigas, mappas: *sed hæc plerumque corrumpit auctoritas: ut Horatius*, Ne sordida mappa. *Item Statius* [Theb. 1 v. 338] Roriferâ gelidum tenuaverat aëra bigâ.

¶ Bīgatus, a, um, adject. zweyspännig. *Bigati, serratique* olim quale genus moneræ fuerint, exponit Bernegg. ad Tacit. Germ. quæst. 19. *Bigatum argentum* Livius dixit lib. 23 cap. 33. conf. Plin. 33 cap. 3. Idem Livius 23 cap. 15 *Bigatos quingentos quæstorem numerare jubet*, subaudi nummos, in quibus bigæ signatæ.

¶ Bigarius, i, bigæ ductor, ein zweyspänniger fuhrmann. Romæ sub templo Gregorii in Cælio monte, in quo puer biga palmam præferens, talis cippus: FLORVS EGO HIC IACEO BIGARIVS INFANS QVI CITO DVM CVPIO CVRRVS CITO DECIDI AD VMBRAS. Ferret. Mus. Lapid. p. 255.

¶ Conjux, conjŭgis, ut Phocas: aut *Conjunx*, ut Priscianus: qui a *Conjungo* dictum putat. [Sed verius a *Jugo Conjux* dicitur, unde & Genitivus *Conjugis* est: Veteres tamen indifferenter scripsere.] ein ehegatte, mann oder weib. Vet. Gloss. *Conjunx*, σύμβιος, σύζυγος, σύνζυγις. Idem scilicet trahentes jugum, die mit einander gutes und böses tragen müssen. Seneca in Herc. Oet. v. 407 *Conciliat animos conjugum partus fere*, kinder machen liebe unter eheleuten. Plerumque fœmininum; ut, *Fida conjux*, Horat. lib. 2 epist. 1 v. 142. *Carissima*, Statius Silv. lib. 3 extremo. Tamen etiam virili genere dicitur. Ovid. Metam. 11 v. 727 *ô carissime conjux.* Et Valer. Flacc. lib. 8 v. 419 *fidissime conjux.* Et Statius lib. 5 Silv. 1 v. 20 *conjugis orbati*, cujus uxor mortua est.

¶ Conjúga, æ, ehe-frau. Apulej. lib. 9 A. A. *Pistor ille, qui me pretio suum fecerat, bonus alioquin vir & apprime modestus, pessimam & ante cunctas mulieres longe deterrimam sortitus conjugam, pœnas extremas tori Larisque sustinebat.* Et lib. 6 Junonem ita adorat: MAGNI IOVIS GERMANA ET CONIVGA.

¶ Conjŭgus, a, um, gepaart, zu paaren. Plin. 8 cap. 23 *Conjuga ferme vagantur, nec nisi cum compare vitæ.*

¶ Conjugŭlus, a, um, dimin. das sich zusammen binden läßt; ut, *myrtus conjugula*, Plin. 15 cap. 29.

¶ Conjúgium, i, die ehe, der ehestand. Seneca Agamemnone v. 80 *Conjugii sacrata fides.* Ovid. 14 Metam. v. 303 *Dos conjugii.* Et Cicero 1 Offic. cap. 17 *prima societas in ipso est conjugio.*

¶ Conjŭgalis, e, zur ehe gehörig; ut, *Dii conjugales*, qui præsunt conjugio, Seneca principio Medeæ.

¶ Conjugaliter, adverb. ehelich. Augustinus epist. 89 *pudice quamvis conjugaliter vivunt.*

¶ Conjugialis, e, à conjugio, idem quod conjugalis, ehelich; ut, *Festa conjugialia*, Ovid. initio lib. 5 Met. *Conjugialia jura*, Ib. lib. 6 v. 536.

¶ Conjúgo, are, conjungere, zusammen spannen. Cic. in Offic. lib. 1 cap. 17 extr. *Jucundissima amicitia est, quam similitudo morum conjugavit.*

¶ Conjugatus, a, um, zusammen gehörig; ut, *Locus a conjugatis*; vide præcepta Dialecticorum. Et Cicero Topic. cap. 3 *Conjugata*, inquit, *dicuntur, quæ sunt ex verbis generis ejusdem. Ejusdem autem generis verba sunt, quæ orta ab uno varie commutantur, ut* sapiens, sapienter, sapientia. *Hæc verborum conjugatio* συζυγία *dicitur.* ¶ 2. *Conjugatus* Augustino lib. 6 Confess. cap. 13 pr. est, uxori junctus, quem barbare *uxoratum* dicunt, verheyrathet.

¶ Conjugatio, ōnis, die zusammenfügung, verehlichung, fit in vitibus, Cic. de Senect. cap. 15. Solin. cap. 39 de ursis: *velut humanis conjugationibus copulantur.* ¶ 2. Pro conjunctione & copulatione posuit Apulejus lib. 3 Floridorum: *Nihil quicquam homini tam prosperum divinitus datum, quin ei tamen admixtum sit aliquid difficultatis; ut etiam in amplissima quaque lætitia subsit quæpiam vel parva querimonia, conjugatione quadam mellis & fellis.* ¶ 3. *Conjugatio verborum*, apud Grammaticos quid sit, notum est: apud Dialecticos, exponit Cicero Topic. cap. 3, cujus verba jam in *Conjugatorum* vocabulo prodemus.

¶ Conjugator, ōris, der zusammen fügt. Catullus Epithalamio Mallii sive Carm. 62 v. 44 *Dux bonæ Veneris, boni*
Conjugator amoris.

¶ Decemjŭgis, e, zehnspännig; ut, *currus decemjugis*, ein wagen, dafür zehen pferde ziehen.

¶ Dijúgo, are, sejungere, ausspannen. Vnde

¶ Dijugatio, ōnis, separatio est, die absonderung. Arnobius lib. 2 p. 53 *Animarum a corporibus dijugatio.*

¶ Injúgis, e, uneingespannt; ut, *injuges bestiæ*, quæ nunquam jugo subditæ, apud Macrob. lib. 3 Saturn. cap. 5, & Festum. Versus ἀσυνδέτους *injuges* adpellat Diomedes lib. 8 cap. de pedibus metricis.

¶ Injugatus, a, um, non jugatus, idem. Sidonius carm. Sapphico ad ultimam epist. libri ultimi, *Vinxit ad tauri latus injugati.*

¶ Multĭjugis, & Multijugus, vide in *Multus*.

¶ Octojŭges, um, achtspännig, pro octo conjunctis Livius 5 cap. 2.

¶ Quadrijúgis, e, vierspännig; ut, *Equi quadrijuges*, Virg. Æn. 10 v. 571, vier zusammen gespannte pferde. *Currus quadrijuges*, Apulej. 3 Florid.

¶ Quadrijŭgus, a, um, idem; ut, *certamen quadrijugum*, Statius 6 Theb. v. 370. *Currus quadrijugus*, Virg. Æn. 12 v. 162. Et absolutè *Quadrijugi*, pro equis ad currum junctis. Ovid. 2 Metam. v. 167

tritumque relinquunt
Quadrijugi spatium, id est, equi.

Et Statius 12 Thebaid. v. 532

niveis victorem cernere vectum
Quadrijugis.

Et Silius lib. 4 v. 440 de Martis curru:

Quadrijugos atro stimulat Bellona flagello.

¶ Quadrīgæ, arum, plurale, (sic enim Cæsar censuit, teste Gellio lib. 19 cap. 8, quamvis & singularis apud probatos auctores inveniatur vid. Barth. ad Script. Venat. p. 106,) quatuor equi currui adjuncti, ein wagen, dafür vier pferde gespannt, ein geschirr pferde. *Curru quadrigarum vehi*, dixit Cicero lib. 2 Divinat. cap. 70. Singulari usus Valerius Maximus est lib. 1 cap. 8, *Oraculo Macedonum rex Philippus admonitus, ut à quadrigæ violentiâ salutem suam custodiret.* conf. Borrich. Vind. p. 170. In Hispaniâ quadrigæ omnibus interdicuntur, meretricibus exceptis. vid. Petr. Matthæus lib. 4 Histor. fol. 89. conf. Scheffer. de Vehicul. Veterum. ¶ Non autem currus tantùm quatuor equis junctus hoc nomine venit, sed interdum & quatuor equi, licet currum non trahant. Virg. lib. 8 Æn v. 642

Haud procul inde citæ Metium in diversa quadrigæ
Distulerant.

Id cum negavisset Turnebus, acerbè reprehensus est ab Audomaro Talæo his verbis: *Quadrigas homo non dico non Logicus, sed non Grammaticus, negas unquam pro quatuor equis accipi sine curru junctis. Non te Romam dimittam, ut in veteribus monumentis quadrigas sine curru videas, apud typographum aliquem simulacrum urbis Romæ spectato: Videbis in extremo circum, & metas, & quadrigas, quod adhuc ignorasti, sine curru.* vid. admon. ad Turneb. p. 1103.

¶ Quadrīgulæ, arum, diminutivum Cicero fecit, *Philippus hasce in capulo quadrigulas vitare monebatur*, lib. de Fato cap. 3.

¶ Quadrīgārius, i, qui quadrigas agitat in circo, ein fuhrmann mit vier rossen. vide *Auriga*. Arnob. lib. 2 p. 70 *pugiles, quadrigarios, desultores, grallatores*, &c. ¶ Et, *habitus quadrigarius*, adjective, Sueton. Calig. cap. 19. ¶ De *Claudio Quadrigario* vide suo ordine infra.

¶ Quadrīgatus, a, um, vierspännig. Plin lib 33 *Notæ argenti fuere bigæ atque quadrigæ, & inde bigati quadrigatique dicti.* Et, *quadrigati nummi*, Liv. lib. 22 cap. 52.

¶ Sejŭges, & Sejugi, equi seni, ad unum juncti currum, kutsch-pferde,

 Plin.

Plin. 34 cap. 5. Et Apulejus lib. 3 Floridor. *quadrijuges & sejuges currus.* ¶ 2. Separatus. Solinus cap. 10 de Sardinia, *sejuges gentes ad unum morem conjugare.*

¶ Sejŭgo, are, idem quod sejungere, absondern. Hinc

¶ Sejŭgatus, a, um, abgesondert. Cic. de Divinatione lib. 1 cap. 32 *Humani animi eam partem, quæ sensum, quæ motum, quæ appetitum habeat, non esse ab actione corporis sejugatam.* Et Apulej. lib. 6 Metam. p. 180 *Si spiritus corpore semel fuerit sejugatus.*

¶ Subjŭgālis, e, ἀποζύγιος, jugo assuetus, lastbar. Prudent. in Romano v. 333. conf. Vulg. Interp. 2 Petr. 2 v. 16.

¶ Subjŭgis, e, idem; ut, *subjuges equæ*, Frobenius in Plin. 11 cap. 49 legit: sed Harduinus aliique *subjunctæ*.

¶ Subjŭgium, i, subjugia, lora, quibus bobus aut equis juga aptabantur, Cato cap. 63. Et Vitruvius lib. 10 cap. 8 *subjugiorum lora.*

¶ Subjŭgo, are, sub jugum mittere, debellare, atque imperio suo subjicere, bezwingen, unter das joch bringen. *Subjugare hostes*, Claudian. 6 Cons. Hon. v. 249. Cum dandi casu construxit Lactantius lib. 4 cap. 10 *Ingratum populum legi, quam per Mosen dederat, subjugavit.* Et post paullo: *eos alienigenis subjugabat.*

¶ Subjugatus, a, um, bezwungen; ut, *subjugata provincia*, Ascon. Pedianus in Verr. de Prætura Vrb. p. 85. Et Veget. de R. Mil. 3 cap. 10 *Metellus subjugatum accepit exercitum.* conf. Borrich. Cogit. p. 245.

¶ Subjugator, ōris, ein bezwinger. Apulej. de Mor. Phil. p. 16 *malorum subjugator.*

¶ Totjŭgis, e, & Totjugus, a, um, tot, tam varius, so maynichfaltig. Apulej. 2 Florid. *Totjugi scientiâ magnificus.* Idem 4 Floridor. *Hæc tanta ac totjuga invitamenta.* Idem 2 Metam. p. 125 *in qua* [domo] *totjugis jam diebus ne fumus quidem visus est ullus.*

¶ Trīga, æ, vel Trigæ, arum, ut *bigæ*, currus, qui tribus equis trahitur, ein dreyspännig fuhrwerck: Vlpianus Lege 38 § 14 de Ædilit. edicto. ¶ 2. etwas gedrittes, ein kleeblat. Ex veteri poëta citat Scaliger ad Propert. 3 eleg. 21 *Triga mihi paucos inter dilecta sodales,*
Triga sodalitii pars bene magna mei.

¶ Trigārius, i, agitator trigarum, ein fuhrmann mit drey pferden. Plin. 28 cap. 16 *Trigario se approbare velle.* conf. Salmas. in Solin. p. 40.

¶ Trigarium, i, certamen curule, in quo heroes trigis contendere solebant. vid. Plin. 37 cap. 13, & Salmas. l. c. p. 632. Sic, *Trigarium germanitatis*, Martianus Capella lib. 9.

¶ Vnijŭgus, a, um, einspännig, das nur einen halt hat; ut, *unijuga vinea*, Plin. 17 cap. 22. vide modo dicta in *Iugatus*. *Joseph unijugus*, i. e. monogamus, der nur ein weib hat, Tertull. de Monog. cap. 6.

IV̆GVRTHA, æ, Manastabilis ex pellice filius, Masanissæ nepos, rex Numidarum, a Mario victus, de quo Sallustius, & Vellej. 2, 12, 1. Claudianus de Bello Gildon. v. 92
Traximus immanem Marii sub vincla Jugurtham.

¶ Jŭgurthīnus, a, um, adject. ut, *Jugurthina conjuratio*, Cic. in Bruto cap. 33. *Bellum Jugurthinum*, Horat. epod. 9 v. 23.

IV̄LIĀNVS, i, Ἰυλιανὸς, Imperator, apostata, cujus historia vel pueris nota est. A Christianis *Idolianus* dictus est, quod idolorum templa a Constantino M. clausa aperuisset, & gentilibus restituisset. vid. Nazianzenus. De eo Apollinis oraculum Suidas exposuit:
Ἔχθιστος μακάρεσσιν ὀλύμπια δώματ' ἔχυσιν
Ρωμαίων βασιλεὺς Ἰυλιανὸς θεοειδής.
Invisissimus est diis cælestes domos habitantibus,
Julianus Romanorum rex Deo similis.

IVLIS, ĭdis, fœmininum Coæ insulæ oppidum, Simonidis Melici patria, Plin. lib. 4 cap. 12. ¶ 2. Est & piscis genus Plinio lib. 32 cap. 9. Quo pisce pulchriorem non habet mare. Palmi est longitudine, corpore gracili, tanta varietate, ut iridis formam in tergore repræsentet. Veneti & Massil. vocant *Donsellam*, Gesnerus. Venenatum tradit Ælianus lib. 2 H. A. cap. 144.

IVLIVS, i, Cæsar, Romanorum Imperator primus, & Monarchiæ inchoator, ab Iulo, qui & Ascanius, Æneæ filio, oriundus. Virg. 1 Æn. v. 292 *Julius, a magno demissum nomen Iülo.*
Post consulatum Galliæ proconsul, bis in quinquennium prorogata provincia, civile bellum suscepit, victorque Pompeji ad Pharsalum, reliquias partium ad Thapsum quoque in Africa, & in Hispania ad Mundam superavit. Hinc quinque mensium otium mediocre nactus, quum annum ad Solis motum, ut trecentorum sexaginta quinque dierum esset, ordinasset, quo adhuc utimur; a Cassio & Bruto, cum aliis quibusdam conspirationis in eum sociis, in Senatu interfectus est, Idibus Martiis, ac confossus vulneribus tribus & viginti, anno ætatis suæ 56. Cicero ad Brutum oratores enumerans, negat se videre, cui Cæsar cedere debeat, atque eum elegantem, splendidam, magnificam ac generosam quodammodo dicendi rationem tenere. Commentarios rerum a se gestarum scripsit tersos & venustos, quos genuinos esse, ostendit Vossius lib. 5 Instit. Orat. p. 302. Scripsit ad Ciceronem, qui ei familiarissimus fuit, libros de Analogia, v. Idem Voss. ibid. lib. 4 p. 25. In quibus originem eloquentiæ dixit esse verborum delectum; &, fugiendum esse inauditum atque insolens verbum tanquam scopulum. Meminit Phavorinus Philosophus, apud Gell. lib. 1 cap. 10. Exstat hodie inter Ciceronis ad Atticum epistolas, Cæsaris una, quam hæc clausit modestissima sententia: *Neque tutius, neque honestius reperies quicquam, quam ab omni contentione abesse.* ¶ 2. Plures autem fuerunt *Julii*. *Nobilissima Juliorum familia* dicitur Vellejo 2, 41, 1. ¶ 3. *Julius*, mensis, Quintilis, der heu-monat, a fœnisectione. vid. Macrob. Saturn. 1 cap. 12. De quo & Martialis lib. 10 epigr. 62
Albæ leone flammeo calent luces,
Tostamque fervens Julius coquit messem.

¶ Julia, æ, nomen Romanum muliebre. Sic *Julia* Cæsaris filia, Pompeji uxor, quoad vixit, pignus concordiæ inter patrem & maritum fuit. vid. Vellej. 2, 47, 2. ¶ *Julias*, filiam neptemque, Augustus, ad omnem earum mentionem ingemiscens, vomicas & carcinomata sua vocavit, quas & sepulchro suo inferri vetuit. vid. Suet. Aug. cap. 65 & 101.

¶ Julianus, a, um, adjectivum; ut, *Annus Julianus*, Julii jahrs-ordnung. *Juliani milites*, Sueton. Cæs. cap. 75. *Vectigalia Juliana*, a Julio imperata & exacta, Cic. 13 Philipp. cap. 15. *Julianæ partes*, Vellej. 2, 55, 1. ¶ *Julianus*, Imp. vid. paullo ante seorsim.

¶ Julius, a, um, aliud adject. ut, *Domus Julia*, Ovid. 4 Fast. v. 40. *Julia unda*, Virg. Georg. 2 v. 163. Et, *Leges Juliæ*, in Digestis, & Isidor. 4 cap. 15.

¶ Iulēus, a, um, idem, quadrisyllab. Ovid. 6 Fast. v. 797
Tempus Iüleis cras est natale Calendis.

¶ Julæus, a, um, idem. Propert. 4 eleg. 6
Actia Julææ pelagus monimenta carinæ.

¶ Juliacum, i, Jülich, urbs Germaniæ, cognominis principatus caput.

IV̄LVS, i, Ἰυλὸς, Ascanius, Æneæ filius, qui occiso Mezentio, ex Jul. Cæsaris sententia, ita cœptus est adpellari, quasi ἰοϐόλος, a sagittandi peritia, vel a prima lanugine, quam ἴυλον Græci dicunt, vide Servium. Virgil. Æneid. 1 v. 271
At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iülo Additur.
¶ 2. Sed *Iulus* adpellativum, lanugo est pomorum & arborum, das wöllichte an quitten, pfersingen und andern obst. vid. Plin. 16 cap. 29. ¶ 3. Apud Julium Pollucem & inter cantilenarum genera, IVLVS refertur. *Julææ voces*, Auctori Elegiæ de Phœnice v. 74. Ait enim:
Quam nec Julææ voces, nec tibia possit
Musica Corrhæis assimulare modis.

IV̄MENTVM, i, dictum quasi jugamentum, allerley last- und trag-thiere, ut, equi, muli, cameli, asini. Sed Columella præfat. lib. 6 *Jumentum*, à *Juvando* deducit, id est, operam præbendo, sive id fiat, vel sarcinas gerendo, vel currus trahendo, vel terram excolendo. *Elephanti & cameli jumentorum operam præstant*, l. 2 in fin. ff. ad Leg. Aquil. Notant Jureconsulti, quod boves, quia collo non ferunt, hac appellatione non contineantur. *Malam rem jumento suo arcessere*, id est, sui mali fabrum ipsummet atque auctorem esse, Plautus dixit Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 171. *Jumenta sarcinaria*, quæ sarcinas vehunt, Cæsar lib. 1 de B. C. cap. 81. ¶ 2. Neque vero de pecoribus tantum *jumentum* dicitur; sed ipsum vehiculum etiam hac voce olim designabatur, das fuhrwerck. Gellius lib. 20 cap. 1, IVMENTVM *quoque non id solum significat, quod nunc dicitur, sed vectabulum etiam, quod adjunctis pecoribus trahebatur, veteres nostri* IVMENTVM *à* IVNGENDO *dixerunt.* conf. Nonius cap. 1 n. 269.

¶ Jumentarius, a, um, mit last-thieren umgehend; ut, *Mola jumentaria*, eine roß-mühle. Apulej. lib. 9 Miles. *Jam de meo jumentario contubernio, quid, vel ad quem modum memorem?* ¶ Substantivè eum significat, qui curat jumenta. Gloss. lat. gr. *jumentarius*, κτηνοτρόφος. Et Gloss. gr. lat. ἐπικτηνίτης, *jumentarius, agaso.* Et apud Fabrett. p. 707 in veteri Inscript. LOCVM SEPVLTVRAE DONAVIT CONLEGIO IVMENTARIORVM. Hinc

¶ Superjumentarius, i, apud Sueton. Claudio cap. 2, qui *jumentariis* præest. vide ibi Casaubonum.

Junctim, junctio, junctura, vide post paullo *Jungo*.

IVNCVS, i, σχοῖνος, a jungendo dictus, quod usus ejus in juncturis est, arundo tenuior, scirpus, binsen, oder sembden. *Aliquid molli detexere junco*, Virgil. eclog. 2 extr. Ejus duæ species: alius enim quadratus, alius rotundus est. Illum κύπειρον; hunc σχοῖνον Græci adpellant. vid. Celsus lib. 3 cap. 21. ¶ 2. Alius est *juncus*, qui *odoratus* dicitur, σχοῖνος ἀρωματικὸς ἤγα, camel-stroh.

¶ Junceus, a, um, von binsen geflochten; ut, *juncea crates*, Plinius 21 cap. 14. *Sporta juncea*, Colum. 12 c. 6. Et Ter. Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 24
Si qua est habilior paullo, pugilem esse ajunt: deducunt cibum,
Tametsi bona est natura, reddunt curatura junceas.

IVNCEAS, id est, graciles, tenues, instar junci, geschlang, schmahl. vide ibi & Lindebruchium.

¶ Juncīnus, a, um, idem. Plin. 15 cap. 7 *oleum juncinum.*

¶ Juncōsus, a, um, voll binsen; ut, *littora juncosa*, quæ juncis abundant, apud Ovidium lib. 7 Metam. v. 231.

¶ Juncētum, i, locus juncis consitus, ein binsen-ort. Varro lib. 1 de R. R. cap. 8 *salicta, arundineta, junceta.*

¶ Ejuncidus, vel juncidus, a, um, tenuis instar junci, dünne, schwach wie binsen; ut, *Sarmentum ejuncidum*, Varro R. R. 1 cap. 31. Gloss. lat. gr. *Ejuncidum*, ἐκλεπτωθέν.

¶ Ejuncesco, ĕre, dünne werden; ut, *vitis ejuncescit*, Plin. 17 cap. 22; Harduinus legit *evanescit.*

IVNGO, xi, ctum, ere, quasi in unum agere, copulare, conjungere, fügen, binden, zusammen bringen. *Jungi alicui*, &, *cum aliquo*, &, *ad aliquem.* *Jungi inter se*, Cic. 1 de Oratore cap. 51. Et, *Amicitias cum aliquibus jungere*, Idem pro Dejot. cap. 9, mit leuten freundschafft machen. *Jungere fœdus, fœdera*, Livius lib. 7 cap. 30. *Jungi fœdere alicui regi*, Idem lib. 26 cap. 24. Eleganter & flumina ripæque *glacie*, itemque *pontibus jungi* dicuntur: quod ea ratione ex una in alteram ripam pervenire licet, & ita utramque veluti jungere. vid. Curt. 3, 7, 1, & 5, 1, 29, & 5, 9, 9. ¶ Proprie de jumentis dicitur, anspannen. Tibull. 2 eleg. 1 v. 87
Ludite, jam nox jungit equos, currumque sequuntur
Matris lascivo sidera fulva choro.
Stat. lib. 1 Silv. 2 v. 142 *Amyclæos ad frena citavit olores:*
Jungit Amor, &c.

¶ Junctus, a, um, zusammen gefügt, verbunden; ut, *fœdere aliquo juncti*, Ovid. 1 Trist. eleg. 7 v. 6. *Juncta matrimonio puella*, Liv. 30 cap. 14, geehlicht, verheyrathet. Cicero de Fato cap. 16 *Caussa propior, & cum exitu junctior.* Ovid. lib. 1 de Ponto epist. 4 v. 31 *Junctior Æmonia est Ponto*, näher. Et Tacitus 4 Hist. cap. 52 n. 4 *Principum prosperis & alii fruuntur: adversa ad junctissimos pertinent.*

¶ Junctio, ōnis, die fuge; ut, *junctione teneri*, Cic. 1 Tusc. cap. 29, gefüget seyn.

¶ Junctūra, æ, eine fuge, zusammenfügung, gelencke. *Junctura boum*, Columella lib. 2 cap. 2. *Junctura verborum*, est compositio. Quintilianus lib. 9 cap. 4 *In omni porro compositione tria sunt necessaria; ordo, junctura, & numerus.* Horat. de Arte Poët. v. 47
notum si callida verbum
Reddiderit junctura novum.

Seneca epist. 114 *Nolunt sine salebra esse juncturam.* Et Sueton. Aug. cap. 92 *inter juncturas lapidum enata palma.*

¶ Junctim, sine intervallo, an einander, oder nach einander. Manilius lib. 4 v. 467 *tribus appositis junctim.* Sueton. Tiber. cap. 9 *pene junctim percucurrit quæsturam, præturam, consulatum.*

Composita:

¶ Abjungo, xi, ctum, ĕre, ausspannen. Virgil. 3 Georg. v. 518 *arator abjungens juvencum.* ¶ Item, separare, abhalten, trennen. *Quod se ab hoc dicendi genere abjunxerit*, Cic. 2 ad Attic. epist. 1, daß er sich dessen geeusert.

¶ Abjunctus, a, um, ausgespannt, abgesondert. Propert. 2 eleg. 18 v. 9 *Abjunctos lavare equos.* conf. Parei Lex. Crit. p. 8. Arnobius lib. 3 p. 105 *Ab omni turpitudinis labe disparata atque abjuncta divinitas.*

¶ Adjungo, ĕre, an etwas fügen, beygesellen. *Adjungere se alicui comitem, socium.* Et, *Socium sibi adjungere*, Cicero pro Quintio cap. 3. *Auxilium sibi adjungere*, Id. pro S. Rosc. c. 40, hülffe zu sich nehmen. *Fortuna adjuncta divinitùs summis viris est ad res bene gerendas*, Idem pro Leg. Manil. cap. 16. Et, *Adjungere sibi aliquem beneficiis*, Terent. Adelph. a. 1 sc. 1 v. 47. Et, *Adjungere sibi hominum benevolentiam lenitate*, &c. Cicer. pro Muræn. cap. 20, der leute gunst an sich bringen. *Adjungere animum ad aliquod studium*, Terent. in Andria a. 1 sc. 1 v. 29, sich auf etwas legen. *Adjungere inimicos alicui*, Cæsar 1 B. Civ. c. 4. *Adjungere alicui rei fidem*, einer sache glauben beymessen, Cicer. de Div. lib. 2 cap. 55.

¶ Adjunctus, a, um, beygefügt, zugeeignet, zugeordnet: ut, *adjunctæ partes*, Horat. de Art. Poët. v. 178. Comparativo usus Cicero pro Cluentio c. 10 *Ad ea, quæ propiora hujus caussæ, & adjunctiora sunt, perveniam.* Superlativo Arnobius lib. 7 pag. 243 *Ventum ad veram & adjunctissimam quæstionem.*

¶ Adjunctio, ōnis, accessio, der zusatz, die beyfügung. Cic. 7 ad Att. ep. 2 *Si hæc non est, nulla potest homini esse ad hominem naturæ adjunctio.* Et, *Adjunctio animi vel voluntatis*, Q. Cic. de Pet. Cons. cap. 6. *Sine adjunctione materiæ*, Arnobius lib. 1 pag. 28.

¶ Adjunctor, ōris, qui adjungit, der hinzusetzt. Cicer. 8 ad Attic. epist. 3 *ille Galliæ citerioris adjunctor*, id est, Pompejus, qui procuravit, ut Cæsari ulteriorem Galliam regenti etiam citerior adjungeretur.

¶ Conjungo, ĕre, zusammen fügen, vereinigen. *Calamos cera conjungere*, Virg. eclog. 2 v. 32. *Cum aliquo se conjungere*, Ovid. Heroïd. epist. 21 Cydippes extrema, sich zu einem schlagen. Et, *Conjungere vires suas cum aliquo*, Valer. Flacc. lib. 6 v. 632, die macht zusammen setzen. *Vita multis vitiis conjuncta est*, Cic. 2 in Verr. cap. 4 pr. ein lasterhafftes leben. *Nos ab ineunte ætate usus, consuetudo, studiorum etiam honestissimorum societas ac similitudo conjunxit*, Idem Philipp. 7 cap. 2, das hat uns zu freunden gemacht. *Bellum conjungere*, de sociis armis: Cic. pro Lege Manil. cap. 9 *Quantum bellum futurum putatis, quod conjungunt reges potentissimi?*

¶ Conjunctus, a, um, vereinbahret, zusammen verknüpfft, verwandt. *Puella digno conjuncta viro*, Virg. ecl. 8 v. 32. *Intima familiaritate conjunctus cui*, Nepos 25, 12, 1. *Non solum societate atque amicitia, verum etiam cognatione cum aliquo conjunctum esse*, Cicer. in Verr. 6 cap. 33. Compar. Ovid. 15 Metam. v. 599

quamvis conjunctior illo
Nemo mihi est.

Esse alicui conjunctissimum, sehr wohl mit einem dran seyn: *Urbs mihi conjunctissima*, Syracusæ, Cic. Philipp. 1 cap. 3. Et, *Concordiâ esse alicui conjunctissimum*, Idem pro Cluent. cap. 55. Est & alia syntaxis. Cic. de Amic. cap. 11 *Tum etiam cum iis, & inter se conjunctissimos fuisse* &c. *Cum iis*, h. e. cum aliis, Æmilio Paulo & T. Luscinio M. Curium & T. Coruncanum, tum etiam hos *inter se* fuisse conjunctissimos. Idem epist. ad Antonium sub lib. 14 ad Attic. epist. 13 *ut nosmet ipsi inter nos conjunctiores simus.* ¶ *Conjunctum* pro affine; & *conjunctionem* pro affinitate Nepos dixit in vita Attici c. 7 & 19. vide Rutgers. lib. 2 Variar. Lect. cap. 8, & supra in *Affinis.*

¶ Conjunctio, ōnis, die vereinigung, verknüpffung, significat interdum mutuam amicitiam: ut, *Amicitiæ conjunctionisque necessitudo*, Cic. de Amic. cap. 20, freundschafft. Et ibidem cap. 7 *Quod si exemeris ex natura rerum benevolentiæ conjunctionem, nec domus ulla, nec urbs stare poterit.* Deinde, *Conjunctio sanguinis*, blutfreundschafft. Et, *Affinitatis conjunctio*, Cic. pro Cluent. cap. 67, schwägerschafft. Quod etiam absolute dicitur lib. 1 epist. 7 extrema ad Lentulum: *Quod mihi de filia & Crassipede gratularis, agnosco humanitatem tuam, speroque & opto, nobis hanc conjunctionem voluptati fore*, heyrath, neue schwägerschafft. conf. Tac. Ann. 4, 39, 3, & c. 40 n. 7. ¶ 2. Est & orationis *Conjunctio*, sive copulatio grammatica. Cicero in Oratore cap. 39 *Cum demtis conjunctionibus dissolute plura dicuntur.*

¶ Conjunctè, conjunctius, conjunctissime, einig, beysammen: ut, *cum eo conjunctè vixit*, Nepos 25, 10, 3. *Conjunctissime & amantissime cum aliquo vivere*, in grosser freundschafft und liebe mit einem leben, Cicero de Amic. c. 1. Idem lib. 5 fam. epist. 12 ad Lucejum historicum: *Conjunctene malles cum cæteris rebus nostra contexere, an ab hostilibus externisque bellis sejungere?*

¶ Conjunctim, adv. zugleich, miteinander. Senatusconsulto, quod Cælius Ciceroni lib. 8 epist. 8 perscribit, *Quod conjunctim de ea re refertur à consulibus.* Cæsar lib. 6 Bell. Gall. cap. 18 *Omnis pecuniæ conjunctim ratio habetur.*

¶ Conjunctīvus, a, um, zusammenfügend. Gloss. gr. lat. συμπλεκτικὸς, *conjunctivus.*

¶ Conjunctrix, īcis, idem. Augustinus de Trinitate lib. 11 cap. 10 pr. *Voluntas conjunctrix & separatrix.*

¶ Conjuncto, are, frequentat. zusammen knüpffen. Prudent. Psychom. v. 762 *Quod sapimus, conjunctet amor.*

¶ Conjunx, Conjugium, &c. vide supra in *Jugum.*

¶ Dejungo, ĕre, idem est quod disjungere, separare, scheiden, von einander sondern, trennen: ut, *Dejungere amantes*, Plaut. Asin. a. 3 sc. 3 v. 75. Hinc

¶ Dejunctus, a, um, abgesondert, apud Ciceronem legitur de Univers. c. 5, *Ita necessitas cogit, ut eadem sint ea, quæ dejuncta fuerunt.* Vide Lambinum ad illud Horatii lib. 1 epist. 14 v. 27 *bovemque*

Dejunctum cures & strictis frondibus exple.

Ita enim ibi legendum censet, dissentiente Torrentio, qui vulgatum *Disjunctum* retinet & defendit.

¶ Disjungo, ĕre, trennen, von einander thun. Terent. in Hecyr. a. 1 sc. 2 v. 86 *Hæc res multo maxime disjunxit illum ab illa*, das hat ihn am allermeisten von ihr gebracht. Cic. 1 famil. epist. 9 ad Lentulum: *Ab orationibus disjungo me fere referoque ad mansuetiores Musas*, ich entziehe oder halte mich ab, &c. *Intervallo locorum & temporum disjungi*, des orts und der zeit halben von einander seyn, ibidem epist. 7 pr.

¶ Disjunctus, a, um, remotus, entfernet, abgesondert. Cicer. 4 Acad. c. 17 *Nihil est ab ea cogitatione disjunctius*, &c. Idem pro Marcell. c. 2, & Plin. Paneg. c. 15 *disjunctissimæ terræ.*

¶ Disjunctio, ōnis, die scheidung, trennung. Cic. Agrar. 2 cap. 6 *Animorum disjunctio dissensionem facit.* Idem de Amicit. cap. 21 *Non statim alienatio disjunctioque facienda est.*

¶ Dijungo, ĕre, idem quod disjungere. Cicer. lib. 16 ad Attic. epist. 3 *Dijungor a te.* Et

¶ Dijunctio, ōnis, eadem quæ disjunctio. Cic. 4 Acad. cap. 28 *judicare quæ conjunctio, quæ dijunctio vera sit.* Utrumque ex Gruteri scriptura.

¶ Injungo, ĕre, est inferre, zufügen, anthun: ut, *Detrimentum alicui injungere*, Brutus ad Ciceron. lib. 11 epist. 13. *Injuriam injungere*, Livius lib. 3 cap. 65 extr. ¶ 2. Imponere; ut, *Graviora onera injungere cui*, Cæsar 2 B. Civ. c. 18. *Munus injungere*, Livius lib. 3 cap. 35, quod simpliciter etiam Plinius lib. 10 epist. 55 *injungere* dixit. *Inter prima*, inquit, *injungo mihi, ut* &c. Ac rursus Livius lib. 26 cap. 36 *Si quid injungere inferiori velis*, anbefehlen, auftragen, committiren. Atque ita alia quoque *injungi* dicuntur: ut, *Laborem injungere*, Quintil. lib. 1 præfatione. *Æternam servitutem injungere*, Cæsar de B. Gall. lib. 8 cap. 77.

¶ Injunctus, a, um, aufgelegt: ut, *injuncta peragere*, das befohlene verrichten, Cassiod. 5 c. 19.

¶ Interjungo, ĕre, darzwischen setzen. Livius lib. 22 cap. 30 *Interjungere dextras*, einander die hände geben. Seneca epist. 84 *interjungere sermonem.* ¶ Proprie est, jumenta cibi capiendi & lassitudinis vitandæ caussa jugo aliquantisper solvere, füttern. Martial. lib. 3 epigr. 67

Interjungit equos meridiana.

Et lib. 2 epigr. 6 *Interjungere quæris ad Bovillas.*

¶ Sējungo, ĕre, separare, removere, beyseit setzen, von einander thun, absondern. Cicero lib. 3 de Nat. Deor. cap. 24 *Fortunam nemo ab inconstantia & temeritate sejunget.* Idem in Catil. 1 cap. 9 *Dummodo ista tua privata sit calamitas, & a reipublicæ periculo sejungatur.*

¶ Sejunctus, a, um, unterschieden. Nepos 16, 3, 1 *Etsi sejunctum a re proposita est.* Idem 25, 10, 5 *Nullam sejunctam sibi ab eo vult esse fortunam.*

¶ Sejunctim, adverb. absonderlich. Strab. Gall. de cucurbita:

Multa cavernoso sejunctim carcere grana.

¶ Sejunctio, ōnis, die trennung. Cic. de Oratore lib. 3 cap. 53 *ab eo, quod est dictum, sejunctio, & reditus ad propositum.*

¶ Subjungĕre, subjicere, addere, adjungere, anknüpffen, hinzuthun: ut, *curru subjungere tigres*, Virg. eclog. 5 v. 29. Deinde variis rebus adhibetur, in additamenti descriptione. *Opportune alicui rei quidpiam subjungere*, Quintilianus lib. 4 cap. 3. Quod elegans est, si sermonis continuatio hoc verbo, aut responsio significatur.. Plinius lib. 7 epist. ult. *Venimus ad consules: dicit Senecio, quæ res ferebat: aliqua subjungo*, ich rede auch was darzu. ¶ 2. Inservit victoriæ significandæ, ut dicamus: *sub suum jus, potestatem, imperium, subjungere*, seinem recht und gewalt unterwerffen. Cicer. in Verr. 3 cap. 21 *Mummius urbes Achaiæ Bœotiæque sub imperium P. R. ditionemque subjunxit.* Idem Agrariâ 1 contra Rullum c. 36 *ut sub vestrum jus, jurisdictionem, potestatem, urbes, nationes, provincias subjungeretis.* Et Virg. Æn. 8 v. 502 *Nulli fas Italo tantam subjungere gentem.*

¶ Subjunctus, a, um, hinzugesetzt, angehängt. Cic. de Arusp. Resp. c. 17 *video in aruspicum responsis hæc esse subjuncta.* Virg. Æn. 10 v. 157 *Puppis rostro subjuncta leones*, i. e. habens subjunctos vel appositos leones.

¶ Subjunctīvus, a, um, beyfügend; ut, *Modus subjunctivus* in Grammaticis, qui subjungitur alteri cuidam verbo, sine quo sententiam absolvere nequit.

IVNICVLVS, i, palmes vetus, qui & *draco* dicitur, eine alte weinrebe, so unten vom stock geleitet wird, Plin. lib. 17 c. 22.

IV̄NĬPĔRVS, i, fœminini gener. frutex, ein wacholderstrauch. Virgil. ecloga 10 extr. *Juniperi gravis umbra* &c. *Grana juniperi*, wacholderbeer, oder krametsbeer. Apollini, & Eumenidibus sacra erat. Plinius lib. 24 cap. 8 extrem. *Juniperus ante cætera omnia excalfacit, extenuat, cedro assimilis. Et ejus duo genera, altera major, altera minor. Utraque accensa serpentes fugat. Semen stomachi, pectoris, lateris doloribus utile*, &c. Ubi *Semen* notes baccas sive grana adpellari.

IV̄NIVS, i, plures hujus nominis celebrantur in historia Romana. *Juniorum* gens, cui *Bruti* cognomen adhæsit, duplex fuisse dicitur, una patritia, plebeja altera; utraque nobilis, illa expulsis regibus per *L. Junium Brutum*, hæc occiso C. Cæsare per *M. Junium Brutum.* vide Cantelii de Rom. Rep. 2 diss. 4 cap. 14. ¶ 2. *Junius*, mensis dictus primùm Junonius ab Junone, secundum Festum. Quidam ab *Junio Bruto* vocitatum putant, qui primus Romæ factus est consul, quod *Kalendis Juniis* pulso Tarquinio, sacrum Carnæ Deæ in Cælio monte reus fecisset. Sed Ovidius ab *junioribus* sic dictum putavit,

Junius è juvenum nomine dictus adest,

lib. 5 Fastorum v. 78, der brachmonat, ab aratione seu proscissione agrorum nostris adpellatus. conf. Macrob. Saturn.. 1 c. 12.

¶ Ju-

¶ Jūnia, æ, nomen itidem muliebre apud Romanos; ut, *Junia Calvina*, *Silana*, *Torquata*, &c. ¶ Etiam adjectivè *Junia familia*, apud Tac. Ann. 3, 24, 1. *Junia lex*, apud Cic. pro Sext. c. 64.

¶ Juniānus, a, um, adject. ut, *Junianum judicium*, Cic. pro Cluent. c. 1.

IVNIX, icis, juvenca, bos, quæ vitula esse desiit, necdum tamen peperit, eine junge kuh. Exstat apud Plautum & Persium sat. 2 v. 47. Vet. Gloss. *Junix*, δάμαλις. vid. Taubm. ad Mil. Glor. a. 2 sc. 2 v. 33, ubi & Philocomasium, meretriculam juvenculam, hoc nomine insigniri ostendit, eine junge metze.

IVNO, ōnis, Ἥρα, Jovis soror & conjux. Virg. 1 Æneid. v. 50

Ast ego, quæ divûm incedo regina, Jovisque
Et soror & conjux.

Juno Saturnia, *Lucina*, *Pronuba*. Item *Moneta*, de qua Ovidius 6 Fastor. v. 183. Eleganter Plautus Trin. a. 1 sc. 2 v. 168 de urbanis, assiduis civibus, quos scurras vocant:

Sciunt id, quod in aurem rex reginæ dixerit:
Sciunt, quod Juno fabulata est cum Jove:
Quæ neque futura, nec facta sunt, tamen illi sciunt.

vid. Martial. lib. 9 epigr. 36 in Philomusum. ¶ 2. Per antonomasiam pro uxore accipitur in illo Plauti Casin. a. 2 sc. 3 v. 14,

Eja mea Juno, non decet te esse tam tristem tuo Jovi.

¶ 3. *Juno Lucina* quæ sit, vide in *Lucina*. ¶ 4. *Juno* apud veteres muliebris est animus, uti *Genius* virilis. Plin. 2 cap. 7 *Singuli quoque ex semetipsis totidem deos faciunt, Junones Geniosque adoptando sibi.* conf. Seneca epist. 110, & Turnebi Advers. 16 cap. 19, ubi observat, mulieris adjurationem per Junonem fuisse conceptam. Hinc in Inscriptionibus sæpe legimus: IVNONI CLAVDIAE, CLEOPATRAE, RVBRIAE, DORCADIS. Et Juvenalis sat. 2 v. 98 stylum stringit in adulatores effœminatorum Romuli nepotum, quod non per Genium, ut viris competeret, jurarent, sed per Junonem, novo more in mulieres versorum: *Et per Junonem domini jurante ministro.*

¶ Jūnōnius, a, um; adject. ut, *puer Junonius*: Cicero ad Octavium: *Cum te puerum Junonium, & matris tuæ partum aureum esse dixi*, hoc est, acrem quamdam ac veluti Martiam præ te ferentem adversus hostes senatus & bonorum indolem, einen rechten held. Nam Mars fuit Junonis filius. *Avis Junonia*, pavo, ein pfau: Ovid. lib. 1 de Arte Am. v. 627 *Laudatas ostentat avis Junonia pennas.*

¶ Jūnōnalis, e, aliud adject. Ovidius 6 Fastorum v. 63

Junonale leges tempus &c.

¶ Jūnōnĭcŏla, æ, qui Junonem colit; ut, *Junonicolæ Falisci*, Ovid. Fast. 6 v. 49.

¶ Jūnōnĭgĕna, æ, Vulcanus dictus est Ovidio 4 Metam. v. 173.

¶ Ejūno, vox jurandi. vide *Ædepol.*

IVPITER, vel Juppiter potius, ut in nummis antiquis est; genit. *Jovis* &c. (sed & *Jupitris* vel *Jupiteris*, secundum Priscianum. Vnde & Tertull. Apol. c. 14 plur. conjunctim dicit *Joves* sive *Jupiteres*.) Rex Deorum Optimus propter beneficia, Maximus propter vim, a majoribus quasi *juvans pater* dictus. v. Gell. 5 c. 10. Lucanus lib. 9 v. 583

Juppiter est, quodcumque vides, quocumque moveris.

Martial. lib. 11 epigr. 58

Juppiter ambrosiâ satur est, & nectare vivit:
Nos tamen exta Jovi cruda, merumque damus.

Cic. lib. 3 de Nat. D. cap. 16 *Joves plures in Græcorum litteris invenimus.* Græci finxerunt a capra & apibus enutritum, quæ fabula unde sit, docet Lactantius lib. 1 cap. 21 & 22. vide & Ovidium 3 Fastorum v. 43, & lib. 5 v. 113 & seq. De variis Jovis cognominibus idem Lactantius lib. 1 Instit. Divinarum cap. 20, 21 & 22. Apulejus de Mundo: *Et cum sit unus, pluribus nominibus cietur, propter specierum multitudinem, quarum diversitate fit multiformis. Et a Juvando Jupiter dicitur: quem Ζῆνα Græci, quod vitæ nostræ auctor sit, rectissime adpellant*, &c. Vbi plura de variis adpellationibus ejus. Deorum est traductissimus: cujus tot monstra, quot nomina. Infinita ejus scelera recenset Arnob. lib. 4, & atrocius lib. 5. vid. Barth. ad Stat. Thebaid. lib. 10 p. 1128. Furtivos ejus concubitus, & metamorphoses XII habes apud Taubman. ad Plautum p. 16. Eum non esse Deum, variis rationibus evincit Lactantius lib. 1 Instit. Divin. c. 11. ¶ *Scit, quomodo Juppiter duxerit Junonem*, prov. er hört das graß wachsen. vid. Chiliadas. ¶ *Jovem lapidem jurare*, solennis jurandi formula, stein und bein schweren. Gellius 1 c. 21 *Jovem*; inquit, *lapidem, quod sanctissimum jusjurandum est habitum, sum paratus jurare, Virgilium hoc nunquam scripsisse.* Nimirum, ut nos Festus docet, *Lapidem silicem tenebant juraturi per Jovem, hæc verba dicentes: Si sciens fallo, tum me Diespiter, salva urbe arceque, bonis ejiciat, uti ego hunc lapidem.* Paulso aliter Hannibal apud Livium 21 cap. 45 *Agnum læva manu, dextera silicem retinens, si falleret, Jovem ceterosque precatus deos, ita se mactarent, quemadmodum ipse agnum mactasset; secundum precationem caput pecudis saxo elisit.* Adde Fabretti Inscript. p. 674. Brisson. de Formul. lib. 8 p. 710 edit. Wechel. & Dempster. in Rosin. p. 242. ¶ 2. *Jupiter* antiquis est cælum, & aër grandine & pluvia intempestiva infestus. Ennius apud Festum in *Sublime*: *Adspice hoc sublime candens, quem vocant omnes Jovem.* Horat. 1 od. 1 v. 25 *Manet sub Jove frigido venator.* Virg. Georg. 2 v. 419 *Maturis metuendus Jupiter uvis.* Tibull. 1 eleg. 8 v. 26 *pluvio supplicat herba Jovi.* conf. Rhodig. 27 c. 6. ¶ 3. Gellius observat lib. 15 cap. 21, poëtas quemque virtute, prudentia, viribus præstantissimum, ut *Æacum, Minoa, Sarpedona* &c. *Jovis* adpellasse *filios*; ferocissimos quosvis atque immanes & alienos ab omni humanitate, tamquam a mari genitos, *Neptuni filios* dixisse. vide eum lib. 15 c. 21. ¶ 4. *Jupiter*, stella, planeta. Plinius lib. 2 c. 18 *Suus cuique color: Saturno candidus, Jovi clarus, Marti igneus*, &c.

¶ Jovis, qui nunc Jupiter, olim recto casu dictus. vide Varr. de L.L. 7 c. 38 fin. Priscian. lib. 4. Brisson. de Formul. p. 43 edit. Wechel. & Beroaldi not. in illud Apuleji 4 Met. p. 538 *Quem tremit ipse Jovis.* Sic & usurpasse videmus Ampelium c. 12 de Signis, ubi ait: *Jovis virginem inter signa posuit.* Nam, ut Gellius refert 5 cap. 12, *quod elisis aut immutatis litteris est Jupiter, id plenum atque integrum est Jovis pater*

¶ Jovistæ, arum, quasi *Jovis justæ*, apud Festum.

¶ Jovialis, e, quod Jovis est. *Jovialis incontinentia*, Arnobius lib. 5 p. 162. *Jovialis pellacia*, ibidem p. 171. *Jovialium poculorum minister*, Macrob. Saturn. 5 c. 16.

Juramentum, jurator, vide post in *Juro*.

Jureconsultus, vide *Jus*.

IVRGO, are, & Jurgor, ari, contendere quasi de jure, zancken. Ciceronis exempla *jurgant*, *jurgare*, habet Nonius c. 5 n. 34. conf. Varr. de L.L. 6 c. 5. Horat. 2 satyr. 2 v. 100 *Istic jurgatur verbis.* Idem 2 epist. 2 v. 21 *ne sævus jurgares.* Amat præpositionem: *Cum Davo egomet vidi jurgantem ancillam*, Terentius Andr. a. 5 sc. 1 v. 19.

¶ Jurgium, i, contentio, hader, zanck. Ovidius lib. 1 Fastor. v. 74

Lite vacent aures, insanaque protinus absint
Jurgia: differ opus, livida lingua, tuum.

Plaut. Menech. a. 1 sc. 2 v. 18 *Evax! jurgio tandem uxorem abegi à janua.* Tacit. 2 Histor. cap. 53 *Notabile jurgium inde fuit, quod Licinus Cecina Marcellum Epirum, ut ambigua disserentem, invasit.* Idem lib. 4 cap. 72 *Ne quis in certamine jurgiove seditionem aut cladem commilitoni objectaret.* Vet. Gloss. *Jurgium*, δίκη, ἀψυμαχία, ἀμφισβήτησις, προπηλακισμὸς, ἀντιλογία. Differt a *lite*, quod hæc sit inter inimicos, illud vero nonnunquam etiam inter amicos solet accidere.

¶ Jurgiōsus, a, um, zänckisch: Gellius dixit, pro contentiosus, lib. 1 cap. 17 *jurgiosa mulier.*

¶ Jurgātor, ōris, ein zäncker, unde fœmininum est

¶ Jurgatrix, icis, eine zänckerin. Hieronymus epist. 47, de vitando suspecto contubernio, cap. 2 *Quid matrem deserens, eum eligis, qui forsitan suam reliquit sororem & matrem? Ita difficilis, sed iste facilis: illa jurgatrix, ergo iste placabilis.*

¶ Jurgatōrius, a, um, adjectivum, zänckisch, haderhafft. Ammianus lib. 27 cap. 1 *vocis jurgatorio sono.*

Composita:

¶ Abjurgo, āre, jurgio abjudicare. Hyginus fabulâ 107 *Arma Achillis abjurgata sunt Ajaci ab Agamemnone.*

¶ Objurgo, āre, reprehendere, castigare, mit worten straffen, schelten. Plaut. Bacchid. a. 4 sc. 9 *Chrysalus*

Me objurgavit plurimis verbis malis.

Quamquam Suetonius Calig. cap. 20 *ferulis objurgare aliquem*, &, *flagris objurgare*, Othone cap. 2. Et Petronius *colaphis objurgare*, & Cicero ad Attic. lib. 2 epist. 1 *molli brachio objurgare*, einen kleinen verweiß geben, dixit. *Monendi sunt amici & objurgandi*, Cic. de Amicit. cap. 24. *Blande, minaciter objurgare aliquem*, Seneca 1 de Clement. cap. 14.

¶ Objurgĭto, are, frequent. außfiltzen. Plaut. Trin. a. 1 sc. 2 v. 30 *Malis te ut verbis multis multum objurgitem.*

¶ Objurgatio, ōnis, die scheltung, der verweiß. Cic. in Off. lib. 1 cap. 38 *Objurgatio acerbitatem habet*, das straffen ist schwerlich ohne bitterkeit. *Objurgatione corrigi*, Quintil. lib. 1 cap. 3. Et ante paullo eod. cap. *Hic* [puer] *erit alendus ambitu, hunc mordebit objurgatio, hunc honor excitabit.*

¶ Objurgātor, ōris, qui objurgat, ein schelter. Cicer. Verrinâ 5 cap. 2 *Non modo accusator, sed ne objurgator quidem ferendus est is, qui, quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur.* Idem lib. 1 de Divin. cap. 49 *Objurgatores suos convincere.* Sen. epist. 9 *Stilponis objurgator similem illi emisit vocem.*

¶ Objurgatōrius, a, um, scheltend. Gellius lib. 7 cap. 3 *Cato principio nimis acri & objurgatorio usus est.* Ammianus lib. 15 cap. 17 *sono respondere objurgatorio*: & lib. 16 cap. 32 *clamore objurgatorio prohibere*: & lib. 18 cap. 19 *objurgatorio sono vocis increpitus.* Cicer. ad Attic. 13 ep. 6 *Epistola objurgatoria*, ein scheltbrief.

Juridicialis, Juridicus, Jurisconsultus, Jurisdictio, Jurisprudentia, vide *Jus*.

IVRO, avi, atum, are, schweren. *Jurare per deos*, Cicer. 4 Acad. cap. 20. *Jurare sancte*, Terent. Hecyr. a. 1 sc. 1 v. 3, hoch und theuer schweren. *Jurare in alterius verba*, Suetonius Othone cap. 8, huldigen. Horatius lib. 1 epist. 1 v. 14

Nullius addictus jurare in verba magistri,

keinem geschworen seyn, seine worte für die gewissesten zu halten. Et, *Jurare in aliquem*, idem quod in verba cujus. Tacitus Hist. 1 cap. 76 *Othoni fiduciam addidit ex Illyrico nuntius, jurasse in eum Dalmatiæ, ac Pannoniæ, & Mœsiæ legiones*, sie hätten ihm gehuldiget. *Jurare verbis conceptis*, schweren wie einem fürgesaget wird, (vide *Concipere*,) Plaut. in Pseud. a. 1 sc. 3 v. 119, & Livius lib. 43 cap. 16 extremo, *Jurantis posteritas benè habebit*, wer recht schweret, dessen geschlechte soll es wohl gehen.

¶ Jūror, Jurari, deponentis forma, plebejum, uti videtur. vid. Schefferus in Hyginum Ind. Et licet non dicatur *juror*, tamen in usu est impersonale, *juratur*, & participium *jurandus*. v. Voss. de Analog. p. 204. Horat. ad Augustum 2 epist. 1 v. 16

Jurandasque tuum per nomen ponimus aras.

¶ Jūrātus, a, um, qui juravit, geschworen, beeydiget, mit eyd belegt. Cicero Offic. 3 cap. 26 *Regulus - - - quum ex insidiis captus esset, juratus missus est ad senatum, ut, nisi redditi essent Pœnis captivi nobiles quidam, rediret ipse Carthaginem.* De eodem Regulo Silius l. 6 v. 346

At nova Elisei jurato fœdera patres
Consultant mandare duci.

Seneca de morte Claudii sub initium: *Quis unquam ab historico jurato res exegit?* vide Gronovii ad hunc locum annotationem. *Juratissimus auctor*, auf den man geschworen, daß er der beste sey, Plin. in præfat.

¶ Jūrātò, adverb. eydlich. Paulus JC. Lege ult. Digest. Qui satisdare cogantur: *Qui juratò promisit judicio sisti.*

¶ Juratio, ōnis, jurandi actus, ein eydschwur. Macrob. lib. 1 Saturn. cap. 6 extr. *Verba jurationis concipit.* Tertullian. de Idololatr. cap. 21 pr. *Cum te alius per deos suos obligat juratione.* Et Augustinus lib. 16 de Civ. Dei c. 32 sub fin. *juratione Dei firmata promissio.*

¶ Jurator, ōris, qui jurat, ein schweret. Macrob. lib. 5 Saturnal. cap. 19

Mox

Mox in lacu amittebat vitam falsus jurator. ¶ *Juratores* etiam apud veteres dicebantur vel ipsi Censores, vel qui Censoribus, censum agentibus, aderant: non tam quod ipsi jurati essent, quam quod edentes censum jurejurando adigebant. vide Turnebum lib. 19 Adversar. cap. 12, itemque Casaubonum Suetonianis Animadversionibus p. 79, itemque Platonis interpretes. Adde Voss. lib. 1 Instit, Orat. p. 187, & Plaut. Pœn. prolog. v. 58.

¶ Jūramentum, i, ein eyd; pro qua voce Seneca perperam citatur, (ut ostendit Vorst. de Susp. Lat. cap. 22,) vix antiquiorem auctoritatem habet, quam Ammiani lib. 21 cap. 9, & 24 cap. 2, Severi, 1 c. 8, Hieronymi & æqualium, quorum verba Secundis Curis exhibuit Cellarius. Est quidem eadem vox in Vlpiani Lege 34 § 5 ff de Jurejurando: quod vero alibi hic & ceteri veterum jurisperitorum *jurisjurandi* vocabulo constantissime utuntur; venit in mentem dubitare, an forte Tribonianismus sit, quod ibi contra seculi illius consuetudinem verbum irrepsit. Juramenti Atheniensium exemplum vide apud Pollucem lib. 7, & Stob. orat. 14.

¶ Jūrandum, i, subst. idem quod jusjurandum. Plaut. Cist. a. 2 sc. 1 v. 26 *Alicujus jurandum culpitare.* conf. Idem Pseud. a. 1 sc. 2 v. 63, & Aus. Popma de Vsu antiquæ locut. 1 cap. 7. Sed

¶ Jusjurandum, & Jurejurare, vide paullo post in *Jus.*

Composita à *Juro:*

¶ Abjūro, are, est, rem creditam negare perjurio, eydlich verläugnen, abschweren, ut Servius explicat. *Abjurare creditum*, Sallust. in Catilin. cap. 25. Et Cicero Attic. lib. 1 ep. 8 *Mihi abjurare, certius est, quam dependere*, für etwas schweren. Plautus Curcul. a. 4 sc. 2 *Qui abjurant, si quid creditum est.*

¶ Abjuratus, a, um, abgeschworen. Virg. 8 Æn. v. 63

Abstractæque boves, abjurataeque rapinæ
Cælo ostenduntur.

Vbi *abjuratas rapinas* Servius *contra jus retentas* interpretatur. Alii, ut idem indicat, *abductas atque alieni juris factas*; alii *fraude & furto abductas* acceperunt. Sed possumus simpliciter *abjuratas* interpretari, quas abjurando, seu pejerando, negat se amovisse.

¶ Adjūrare, idem fere, sed paullo majus tamen, quam jurare. Terentius Andr. a. 4 sc. 2 v. 11 *Per omnes tibi adjuro Deos.* Et Justinus 24 cap. 2 *ultimis exsecrationibus adjurat.* Et Cic. ad Quint. Frat. 3 ep. 5 *qui omnia adjurant.*

¶ Adjuratus, a, um, beschworen. Lactant. 2 cap. 15 n. 3 *Dæmones Dei nomine adjurati de corporibus excedunt.* conf. 5 cap. 10 n. 8. Et Vopiscus in Floriano cap. 1 *Cum sciret, adjuratum esse in senatu Tacitum, ut, cum mori cœpisset, non liberos suos, sed optimum aliquem principem faceret.* Respicitur ad Metii Falconii orationem in vita Taciti cap. 6.

¶ Adjurator, ōris, ein beschwerer. Alcimus Avitus lib. 2 v. 313

Adjuratoris contemsit murmura serpens.

¶ Adjuramentum, i, die beschwerung. Vulg. Interpr. Tob. cap. 9 v. 5.

¶ Conjūro, are, in re bona; nam τῶν μέσων vult esse hoc verbum Servius, zusammen oder mit einander schweren. Frequentius vero est *conspirare*, & in malam partem accipitur, sich zusammen rotten und verschweren. *Conjurare de aliquo interficiendo*, Cic. pro Milone cap. 24. Et, *Conjurare contra aliquem:* Idem pro Sylla cap. 25 *Catilina contra rempubl. conjuravit.* Et, *Conjurare in arma*, Lucan. lib. 2 v. 48.

¶ Conjuratus, a, um, zusammen verschworen; ut, *Græcia conjurata*, Horat. 1 od. 15 v. 7. *Conjuratus Ister*, Virg. Georg. 2 v. 497. *Conjurati fratres*, ibid. 1 v. 280. Sic & absolutè *Conjurati*, die rottirer, geschworne rotten-geister: Cicero passim, v. g. 4 Catilin. cap. 10 *Manus conjuratorum permagna.*

¶ Conjuratim, adverb. einmüthiglich. Plaut. Asin. a. 2 sc. 2 v. 52. conf. Parei Lex. Crit. p. 256.

¶ Conjuratio, ōnis, conspiratio, die zusammenverschwerung. *Princeps conjurationis*, Cic. 1 Catil. cap. 11. *Caput conjurationis*, Curtius 6, 10, 6. *Conjurationis autores*, Vellej. 2, 56, 3, rädleinsführer, haupt-verräther. *Facere conjurationem*, idem ac conjurare: Cic. 2 Catil. cap. 4 *Vt vos omnes, factam esse aperte conjurationem contra remp. videretis.* Sed, *Prodere conjurationem*, Tacit. Annal. 16 cap. 17, entdecken. *Integrum esse a conjuratione*, keine schuld haben an einer meuterey, Idem 15 Annal. cap. 52.

¶ Dejĕro, are, sancte jurare, hoch betheuren, einen eyd ablegen. Terent. in Eunucho a. 2 sc. 3 v. 39 *Illum liquet mihi dejerare, sex totis mensibus non vidisse*, &c. ich mag mit gutem gewissen mich hoch vermessen, ꝛc. Idem in Hecyr. a. 5 sc. 2 v. 5 *Bacchis dejerat persancte.* Cornelia apud Nepotem fragm. *Conceptis verbis dejerare ausim.* ¶ Legas aliquoties apud Plautum etiam *dejurare*: v. g. Casin. a. 3 sc. 5 v. 36 *Per omnes deos & deas dejuravit.* Et Gellius lib. 11 cap. 6 *neque mulieres Romanæ per Herculem dejurant; neque viri per Castorem.*

¶ Dejĕratio, ōnis, sancta juratio, die betheuerung. Salvianus lib. 4 de Gubern. Dei p. 146 *Cum maximi sacramenti sit dejeratio; necesse est, maximi sit reatus pejeratio.*

¶ Ejūro, are, renuntiare, verreden, verschweren. *Ejurare imperium*, das regiment aufgeben, Tacit. 3 Histor. cap. 68. *Ejuravit militiam*, Plaut. in fragm. apud Festum in *Ejuratio.* *Ejurare jus fasque*, Seneca de Benef. 6 cap. 4. *Ejurare bonam spem*, i. e. quasi juramento eam a se rejicere, Idem de Vita beata cap. 26. ¶ 2. Est velut juramento negare vel abdicare, verneinen, abschweren. Sic, *ejurare bonam copiam*, est jurare, sibi copiam non esse, Cic. 9 ad Fam. ep. 16. *Ejurare liberos*, est negare suos esse, Sen. Consol. ad Marc. cap. 19. ¶ 3. Scribitur etiam *Ejerare* apud Tertullianum de Spectaculis cap. 24. Idem de Idolol. cap. 18 *Tu si diaboli pompam ejerasti.*

¶ Ejuratus, a, um, verschworen. Plinius 1 epist. 23 *Ejurato magistratu privatum se facere.* Quæ quidem ejuratio fiebat fractis ante fascibus, ut habet Dio lib. 59.

¶ Ejuratio, ōnis, renunciatio, die verschwerung. Val. Max. lib. 2 cap. 7 n. 7 *ignominiosa consulum ejuratione*, die abdanckung, absetzung vom amt. ¶ Scribitur etiam *Ejeratio.* vide Tertull. de Spectac. cap. 4 extr. ubi *Ejeratio* legitur.

¶ Injuratus, a, um, qui non juravit, ungeschworen, unbeeydet. Cicer. Offic. 3 cap. 29 ex Euripide vertit: *Juravit lingua, mentem injuratam gero*; ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. Livius lib. 10 cap. 41 *pariter jurati, injuratique fugiunt.* Asconius præfat. *injurati judices.* Et Plautus Amph. a. 1 sc. 1 v. 281 *Injurato scio plus credet mihi, quam jurato tibi.*

¶ Perjūro, are, pejerare, einen meineyd begehen. Horat. lib. 2 sat. 3 v. 127

perjuras, surripis, aufers.

Et Lactantius de Ira cap. 16 sect. 4 in Goth. & Lips. MSS. *fraudent, rapiant, perjurent:* ubi vulgo *pejerent* est editum. Sæpe hoc verbo usus est Plautus; Et Cicero 3 Offic. cap. 29 quid sit *perjurare* explicat: Scilicet, *non falsum jurare, sed quod ex animi tui sententia juraris, id non facere.*

¶ Perjuratus, a, um, falsch beschworen. Ovidius:

Et perjuratos in mea damna deos.

¶ Perjuratiuncŭla, æ, ein kleiner meineyd; ut, *perjuratiuncula parasitica*, Plaut. Stich. a. 2 sc. 1 v. 76.

¶ Pējĕro, are, *r* & *u* exemtis, falsch schweren, den eyd nicht halten. Cicero pro Rab. Postumo cap. 13 *Vbi semel quis pejeravit, ei credi postea, etiamsi per plures deos juret, non oportet.* Idem pro Cluent. cap. 48 *conceptis verbis pejerasse.*

¶ Pejeratus, a, um, falsch beschworen. Horat. 2 od. 8 v. 1 *Pœna juris pejerati*, i. e. perjurii.

¶ Pejeratio, ōnis, actus pejerandi, perjurium, meineyd. vide Salvianum lib. 4 de Gubern. Dei in *Dejeratio*, quod præcessit.

¶ Perjūrus, a, um, qui jusjurandum violat, meineydig. *Domus perjura Priami*, Horat. 3 od. 3. *Perjurique arte Sinonis credita res*, Virg. 2 Æn. v. 195. Comp. *Perjurior*, Plaut. Milit. a. 1 sc. 1 v. 21. *Perjurissimus*, Idem Pseud. a. 1 sc. 3 v. 116, & Cic. pro Rosc. Comœd. cap. 7. Polybius lib. 4 in Messeniorum quodam epigrammate inciso columnæ in templo Jovis, hæc fuisse verba tradit: Πάντως ὁ χρόνος εὗρε δίκην ἀδίκῳ βασιλῆϊ, χαλεπὸν δὲ λαθεῖν θεὸν ἄνδρ' ἐπίορκον, hoc est, *Invenit tandem tempus impio regi pœnam. Difficile enim est, latere Deum hominem perjurum.*

¶ Perjūriōsus, a, um, idem. Plaut. Truc. a. 1 sc. 2 v. 52 *Procaciores estis vos, sed illi perjuriosi.*

¶ Perjurium, i, quod id non facere est, quod juraveris, ut exponit Cic. lib. 3 Off. cap. 29, ein falscher eyd, dem nicht folge geschiehet. Cicero lib. 2 de Legib. cap. 9 *Pœna divina perjurii, exitium: humana, dedecus.*

¶ Imperjuratus, a, um. Ovid. in Ibin v. 76

Quique per infernas horrendo murmure valles
Imperjuratæ laberis amnis aquæ.

¶ Præjūro, are, zuvor schweren, einen eyd fürsprechen. *Præjurare* dicebatur, qui ante alios conceptis verbis & addita execratione, jurabat. Post quem alii in verba eadem jurantes tantum dicebant, IDEM IN ME. vide Festum. Huc videtur respicere locus Livii lib. 2 cap. 45, *Victor, inquit* (M. Flavolejus Centurio,) *M. Fabi, revertar ex acie: si fallat, Jovem patrem, Gradivumque Martem, aliosque natos invocat deos.* IDEM *deinceps omnis exercitus* IN SE *quisque jurat.*

¶ Præjuratio, ōnis, actus præjurandi, Festus ibidem.

Jurulentia, jurulentus, vide in sequenti *Jus, juris.*

IVS, jūris, liquor eorum quæ coquuntur, eine brühe, suppe. Cic. 9 fam. epist. 20 *Jus fervens*, eine heisse brühe. *Jus gelatum*, eine gallerte. *Ex jure hesterno panem atrum vorare*, Terent. Eunuch. a. 5 sc. 4 v. 17, suppe, so für zwey tagen gekocht. *Tepidum jus ligurire*, Horat. lib. 1 sat. 3 v. 81. Inter pulmenta Laconum prima laus erat juri nigro, quod, ut Pollux lib. 6 docet, est *hæmation*, i. e. sanguiculus, seu igne coctus sanguis. vid. Rhodig. Ant. Lect. 13 cap. 25. Sed Dionysio Syracusano Spartæ *nigrum illud jus, quod cœnæ caput erat*, non placuit, cum condimenta Lacedæmoniorum deessent, labor, sudor, &c. vid. Cic. Tusc. 5 cap. 34. Plautus Mostell. a. 1 sc. 3 v. 120

Iidem olent, quasi cum una multa jura confundit cocus:
Quid oleant, nescias: nisi id unum, ut male olere intelligas.

¶ Jūrea, æ, placenta ex jure, Plaut. Pers. a. 1 sc. 3 v. 17.

¶ Jūrŭlentus, a, um, juris plenus, sive cum jure coctus, mit einer brühe, suppicht; ut, *Cibus jurulentus*, daran viel brühe ist, Celsus lib. 1 c. 6. *Eadem res magis alit jurulenta, quam assa: magis assa, quam frixa*, Idem 1 cap. 18.

¶ Jūrŭlentia, æ, jus, brühe. Tertullianus de Jejun. cap. 1 *Quod xerophagias observemus, siccantes cibum ab omni carne & omni jurulentia.* Vsus & in Apologet. cap. 8.

¶ Juscum, i, idem quod jus sive pulpamentum minutatim concisum, eine suppe, ein brey. Apulej. 2 Metam. *quæ suis dominis parabat juscum fartim circumcisum.*

¶ Juscŭlum, i, diminutivum, ein süpchen. Cato cap. 156 *jusculum frigidum sorbere*, eine kalte schale essen.

¶ Juscellum, i, aliud diminutivum, idem. Theod. Priscian. 2 cap. 13 *Juscellum gallinarum*, hüner-brühe.

¶ Juscellarius, i, ein suppen-koch. Gloss. lat. gr. *Juscellarius*, ζωμοποιός.

¶ Juscellatus, a, um, è jusculo coctus, gesotten; ut, *pullus juscellatus.* vid. Reines. 2 Var. Lect. cap. 8.

¶ Jussulentus, a, um, pro jurulentus, Apulejus dixit Apolog. {p. 299 ed. Elmenh.} *piscis assus aut jussulentus.* Ita & Jul. Floridus p. 470.

IVS, jūris, est notitia & administratio boni & æqui, deductum a *jussu* volunt, cum nihil aliud sit, quam quod vel natura, vel civitas, vel populus, vel consuetudo jubeat, das recht. Analogia inter jus forense & culinarium mathematico-poëtica est, quam dedit Tycho Braheus apud Petr. Gassendum in ejus vita p. 6 hoc disticho:

Jus patinæ & legum sunt nomine jura sub uno:
Grandia condunt, & grandia jura vorant.

Jus naturæ vel *naturale*, vel *divinum*, natürlich recht, cujus summa est Decalogus. *Jus gentium*, quo gentes omnes utuntur. *Jus civile*, seu proprium, seu publicum. *Jus municipale*, proprium civitatis, stadt-recht. *Jus colere*, über recht halten. *Jus violare*, wider recht handeln. *Jus dicere*, administrare est, recht sprechen. Sueton. Cæs. cap. 7 *Cum jure dicundo conventus circumiret*, da er herum zog, gericht

zu

zu halten. *Jus ſuum obtinere contra aliquem*, Cicer. pro Quintio c. 9, ſein recht erhalten. *Concedere, decedere de ſuo jure*, Cicer. 2 Offic. cap. 18, von ſeinem recht nachlaſſen. *Agere pro ſuo jure*, vel: *Meo, tuo, ſuo jure agere*, eſt, auctoritate ſeu libertate & poteſtate ſibi conceſſa agere, der gebühr handeln, der man befuget iſt. Terent. Adelph. a. 1 ſc. 1 v. 27 *Non neceſſe habeo, omnia pro meo jure agere.* * *Jure ſuo agere* dicuntur, qui libere agunt nemine impediente. Flor. 1 cap. 17 *captisque ſuperioribus jugis in ſubjectos ſuo jure detonuit.* Et lib. 3 c. 17 *Equites Romani tanta poteſtate ſubnixi peculabantur ſuo jure rempublicam.* Grævius. Sed *Jus ſummum* vulgo *ſtrictum*, ἀκριβοδίκαιον, cum leges ſevere, & ſine ullius mitigatione circumſtantiæ obſervantur, ſcharff recht, geſtreng oder ſtarck recht. *Jus ſummum antiqui ſummam putabant eſſe crucem*, Columella lib. 1 cap. 7. Et Terent. Heaut. a. 4 ſc. 5 v. 48 *Jus ſummum, ſumma ſæpe malitia eſt.* Quod Cicero 1 Offic. cap. 10 effert: *Summum jus, ſumma injuria*, idque vocat tritum ſermone proverbium. Contrarium, *ſummo juri* eſt ἐπιείκεια, *æquitas*, milderung des rechts. *Agere ſummo jure*, Cicer. 7 Verrin. cap. 2, nach der ſchärffe richten. *Experiri ſummo jure*, Idem pro Quint. cap. 11. ¶ 2. * Eſt & *jus* ſtatus, conditio: Cicer. 3 Verr. cap. 6 *ut eodem jure eſſent, quo fuiſſent.* Idem 3 Agrar. cap. 2 *libera meliore jure ſunt, quam ſerva.* Idem lib. 2 Offic. cap. 8 *ſecutus eſt, qui in cauſſa impia, victoria etiam fœdiore, non ſingulorum civium bona publicaret, ſed univerſas provincias, regionesque uno calamitatis jure comprehenderet.* Grævius. ¶ 3. *Jus ordinarium*, apud Suetonium Tiberio cap. 31, itemque in Claudio cap. 15 dicitur, quod per datos a prætore judices redditur, cumque negotium ordine juris deciditur legitime. Huic in ultimo loco Suetonii *cognitiones* opponuntur: cum extra juris ordinem ad Principem defertur res, aut nullo dato judice, ab ipſo, qui adpellatus, ut puta Prætore, aut Præſide, cognoſcitur. vide Turnebum lib. 27 Adverſ. cap. 19: itemque Torrentium ad Suetonii Claudium dicto cap. 15. ¶ 4. *Jus petere*, ſive *orare*, eſt rem juſtam petere. Sæpe ita Plautus loquitur: ut Pſeud. a. 5 ſc. 2 v. 16, & Trinum. a. 5 ſc. 2 v. 37. Non idem tamen *jus* eſſe, & *juſtum*, oſtendit Freinſhemius ad Flor. lib. 3 cap. 23 n. 3. vide in hanc rem Alcibiadis & Periclis diſputat. apud Xenophont. Memorabil. lib. 1 p. 718. ¶ 5. *Jus dare alicui rei*, eſt juſtam quaſi & licitam facere. Seneca epiſt. 18 *December eſt menſis, cum maxime civitas deſudat. Jus luxuriæ publicæ datum eſt: ingenti adparatu ſonant omnia.* Lucanus princ. Operis:

Bella per Emathios plus quam civilia campos,
Jusque datum ſceleri, canimus;

Jus, id eſt, licentiam datam canimus ſceleri. Per bella enim plura licent & committuntur impune, quæ privatim vetita ſunt, & puniuntur. Eodem libro v. 274 *nolente ſenatu*

Traximus imperium tunc, cum mihi roſtra tenere
Jus erat;

Jus, id eſt, licentia poteſtasque, quam mihimet ipſe per vim ac impotentiam ſumſeram. Plin. lib. 18 cap. 34 *Hic* (Zephyrus) *vites putandi, frugesque curandi, arbores ſerendi, poma inſerendi, oleas tractandi jus dabit, afflatuque nutricium exercebit.* IVS DABIT, id eſt, facultatem concedet, copiam faciet. Nempe ſignificat, per illam horam anni omnia iſthæc facere, tempeſtivum fore. Sic, *ſui juris eſſe*, Sen. epiſt. 11, ſein eigen herr ſeyn. Et, *Sui juris aliquid facere*, Vellej. 2, 69, 2, ſich etwas zueignen. ¶ 6. Sumitur & pro loco judicii; Paulus JCtus: *Jus dicitur locus, ubi jus redditur.* Ita Plautus Curcul. *In jus ambula.* Et Rudente a. 3 ſc. 6 *Ego hunc ſceleſtum in jus rapiam.* Ibidem, *In jure dicito cauſſam*, &c. C. Nepos Attico cap. 7 *In jus de ſua re nunquam ivit.* Juvenalis ſat. 15 v. 135

pupillum ad jura vocantem.

¶ Jūre, ablativus ſolus, idem eſt quod meritò, billicher weiſe, von rechts-wegen. Terent. Andr. a. 2 ſc. 3 v. 20 *Ut, cum velit tibi jure iraſci, non queat.* Cic. in Verr. 7 cap. 8 *Quamobrem jure in eum animadverteretur*, darum wäre er billich in die ſtraffe zu nehmen. *Quò jure, quâque injuriâ*, Terent. Andr. a. 1 ſc. 3 v. 9, mit was recht oder unrecht. *Non quæro, jure an injuriâ ſint inimici*, Cic. 4 Verrinâ cap 61.

¶ Juriſconſultus, & Jureconſultus, i, ein rechts-verſtändiger, rechts-gelehrter, quod ab eo de iis, quæ ad jus pertinent, conſilium petatur. Cicero 1 de Oratore cap. 45 *Domus juriſconſulti eſt totius oraculum civitatis.* Et altera forma Idem pro Muræna c. 12 *Ea jureconſultorum ingeniis pleraque corrupta ac depravata ſunt.* Dividitur etiam & transponitur. Horatius de Arte poët. v. 369 *Conſultus juris & actor cauſſarum.*

¶ Jūriſpĕrītus, & Jureperitus, i, ein rechts-erfahrner. Cicero diviſim de Clar. Orat. cap. 21 *Fabius Pictor & juris, & litterarum, & antiquitatis bene peritus.* Idem pro Cluentio cap. 38 *Quis jure peritior?*

¶ Jūriſprūdens, tis, ein juriſt, rechts-verſtändiger. Claudianus per diviſionem & transpoſitionem 2 in Eutrop. v. 347 *Prudensque movendi juris.* Apud Vellejum 2, 4, 1 eſt *vir juris ſcientiſſimus.* Et apud Plautum Epid. a. 3 ſc. 4 v. 86 *Omnium legum atque jurium fictor, conditor.*

¶ Juriſprudentia, æ, juris ſcientia, juriſterey, rechts-gelehrſamkeit. Vlpianus Lege 10 ff de Juſtitia & Jure: *Juriſprudentia eſt divinarum atque humanarum rerum notitia, juſti atque injuſti ſcientia.* Quod Imperator principio Inſtitutionum repetiit. conf. Nepos 5, 2, 1. Et Vellej. 2, 9, 2 *Mucius juris ſcientia celebris.*

¶ Jūrĭdĭcus, a, um, gerichtlich; ut, *dies juridicus*, ein gerichts-tag. *Actio juridica*, quæ ſecundum jus eſt, gerichts-handlung. *Conventus juridici*, Plin. lib. 3 cap. 1. ¶ Aliquando & ſubſtantive ſumitur, & judicem ipſum, ſeu Quæſitorem notat; qui cognoſcit cauſſas & jus dicit, ein gerichtshalter, urthelsfaſſer. Vet. Gloſſ. *Juridicus*, δικαιοδότης. Hinc titulus in Digeſtis *de officio Alexandrini Juridici.* Vbi Vlpiani verba ſunt: *Adoptare quis apud juridicum poteſt.* Seneca Hercule Furente v. 581

Flentes Euridicen juridici ſedent.

Per *Juridicos* Æacum & Minoa intelligit, qui juri dicundo apud inferos præeſſe poëtis finguntur.

¶ Jūrĭdĭcīna, æ, gerichts-beſtallung; hoc vocabulo uſus eſt Tertull. de Pallio cap. 3 extremo: *Cato juridicina ſua tempore Græcis favit.*

¶ Jūrĭdĭcialis, e, zum rechten gehörig; ut, *Status juridicialis*, in quo diſputatur de jure ſive injuria facti: ut, *Jure ſit interfectus Cæſar*, &c. de quo in Rhetoricis. Vſus hoc verbo in eadem materia ipſe Cicero lib. 1 de Invent. cap. 9, & in Topic. cap. 24 extremo, quod ideo admonere viſum eſt, ne quis pro novo & technico rhetorum id vocabulo habeat.

¶ Jurisdictio, ōnis, ipſe actus dicendi juris, die gerichtshaltung. Cicero ad Fam. 2 ep. 13 *quoniam jurisdictionem confeceram.* Suetonius Nerone cap. 14 *In* IVRISDICTIONE *poſtulatoribus niſi ſequenti die ac per libellos non temere reſpondit.* IN IVRISDICTIONE, id eſt, cum jus diceret, hoc eſt, juris dicendi poteſtatem, quæ penes ipſum erat, exerceret. Aliud enim eſt *habere jurisdictionem*, aliud, *exercere.* Tacitus Agricolâ cap. 6 *Idem præturæ tenor, & ſilentium: nec enim jurisdictio obvenerat.* Habebat omnino Agricola, ut prætor, poteſtatem dicendi juris: ſed quia materia atque occaſio exercendi deerat, *non obveniſſe ei jurisdictionem* ait. Eſt autem IVRISDICTIO, ſive facultas dicendi juris, alia *ſimplex*, hoc eſt, quæ nudam ſtatuendi, non æque & exſequendi juris poteſtatem habet; alia *cum imperio conjuncta*, quæ non pronunciare de facinoroſis tantum, verum & animadvertere in eos poteſt: atque hæc ipſa vel *mera*, vel *mixta*. *Mixta*, unde provocari poteſt: *mera*, quæ a nemine impeditur: quam *jurisdictionem liberam* Suetonius dixit Caligulâ cap. 16: *Magiſtratibus*, inquit, *jurisdictionem liberam, & ſine ſui appellatione conceſſit.* Talis jurisdictio Principum maxime eſt, quorum poteſtas abſoluta eſt, nec quemquam alium reſpicit. Seneca 1 de Clement. cap. 1 *Tot millia gladiorum, quæ pax mea comprimit, ad nutum meum ſtringentur: quas nationes funditus exſcindi, quas transportari, quibus libertatem dari, quibus eripi, quos reges mancipia fieri, quorum capiti regium circumdari decus oporteat, quæ ruant urbes, quæ oriantur, mea jurisdictio eſt.* IVRISDICTIO, bothmäßigkeit, gewalt, gerichts-zwang. ¶ Aliquando & loca, ubi dicebatur jus, ſive conventus juridici habentur, IVRISDICTIONES vocari ſolent: Plinius lib. 5 cap. 28 *Sed prius terga & mediterraneas jurisdictiones indicaſſe conveniat.* Niſi potius eſt, IVRISDICTIONES, ditiones ſimpliciter interpretari.

¶ Jurejūro, are, ſchweren, ſemel apud Livium lib. 41 cap. 15 legitur pro *jurare*: *Prætores ambo in eadem verba jurejurarunt.*

¶ Jusjurandum, in genitivo jusjurandi & jurisjurandi, (*Jusjurandi* enim apud Cæſarem & Tacitum legitur,) ein ſchwur, eyd-ſchwur. Eſt juramentum religioſum, quo jurans invocat Deum teſtem voluntatis ſuæ, quod non velit fallere, ac petit, ut Deus ſit ultor, & puniat fallentem, atque ad hanc pœnam ſe obligat. Hæc enim in Athenienſium juramento formula fuit, ἵστορες θεοὶ τούτων, id eſt, *Horum mihi dii teſtes, & conſcii ſunto.* Vnde Apulej. libello de Deo Socratis *jusjurandum* quaſi *Jovis jurandum* dictum cenſet; Vt ita Ennius apud Cicer. lib. 3 de Offic. cap. 29 *Fides alma apta pennis jurandum Jovis.* Et Nævius apud Feſtum in *Sagmina*: *Jus ſacratum Jovis jurandum Sagmine.* Ejusmodi autem Jurisjurandi formulam apud Plaut. Rudente a. 5 ſc. 2 habes. *Dare jusjurandum*, einen eyd thun, Plaut. Moſtell. a. 5 ſc. 1 v. 36. *Servare jusjurandum*, C. Nep. in Ageſil. cap. 2, den eyd halten. *Jurisjurandi gratiam facere*, Plaut. Rudente a. 5 ſc. 3 v. 58, einen des eydes überheben. *Jusjurandum deferre*, Quintilian. lib. 5 cap. 6 extr. ſich eines eyds entbieten. *Jurejurando firmare*, Cicer. 2 de Leg. c. 7, mit einem eyd bekräfftigen. *Jusjurandum interponere*, Livius lib. 34 cap. 25. *Aliquem ad jusjurandum adigere*, einen in pflicht nehmen, Cæſar 1 de B. C. cap. 76, ubi vide Ciacconium. Vnde *jurisjurandi adactio*, apud Livium lib. 22 cap. 38. Ejus apud Romanos magna fuit religio, ut notat Coquejus ad Auguſtin. de C. D. lib. 1 cap. 15 p. 58. Vnde pacta conventa jurisjurandi religione in Capitolio facta, ut ſanctiora eſſent, Dalechamp. ad Plin. lib. 1 cap. 7 p. 65 refert.

¶ Injūria, æ, iniquitas, injuſtitia, damnum, offenſio, ac quicquid non jure fit, allerley unrecht, frevel und gewalt. *Inferre injuriam*, Cicer. 1 Offic. cap. 7, beleidigen. Idem de Amic. cap. 21 *In culpa eſt, qui facit, non qui patitur injuriam.* Idem lib. 5 Tuſcul. cap. 19 *Accipere præſtat, quam facere injuriam*, es iſt beſſer gewalt leiden, denn thun. *Injuriam propulſare*, gewalt von ſich abweiſen, Cic. 1 Offic. cap. 7. *Non injuria: Nec injuria: Neque id injuria*, nicht unbillich; ut, Cic. 3 ad Q. fratr. epiſt. 8 *Hoc horret Milo: nec injuria.* Apud Plautum Aulul. a. 4 ſc. 10 v. 64 *Injuriam virgini facere*, eſt ſtuprum inferre. ¶ Quid à *contumelia* differat *injuria*, vide in *Contumelia*. Attamen *Injuria* quandoque idem eſt ac *contumelia*, quæ verbis fit, ſchimpff, ſchmach. Virg. Æn. 1 v. 31 *Judicium Paridis, ſpretæque injuria formæ.*

¶ Injūrius, a, um, adject. unrechtmäßig, frevelhafftig, widerrechtlich. *Multis modis injurius Clitipho eſt*, Terent. Heaut. a. 2 ſc. 3 v. 79. *Injurium eſt*, i.e. iniquum, es iſt unbillich, Plautus Aul. a. 4 ſc. 7 v. penult. Et Cicero 3 Offic. cap. 23 *Si tabulam de naufragio ſtultus arripuerit, extorquebitque eam ſapiens? Negat* [Hecato,] *quia ſit injurium.*

¶ Injuriè, adv. pro injurioſe dictum a Nævio apud Nonium c. 2 n. 429.

¶ Perinjurius, a, um, überaus unrecht. Minucius Felix cap. 15 *Perinjurium eſt, vires te actionis meæ intergreſſu graviſſimæ diſputationis infringere.*

¶ Injurior, ari, injuriam facere, freveln, beleidigen. Sen. de Conſtant. cap. 9 *Omne fortuitum circa nos ſævit atque injuriatur.* Et Tertull. adv. Gnoſt. cap. 6 *plus victoriatum eſt quam injuriatum.*

¶ Injūriōſus, a, um, qui injuriam infert, ſchädlich, ungebührlich, ungerecht; ut, *Injurioſa facinoroſaque vita*, Cicero 1 de Legib. cap. 14. Idem 1 Offic. cap. 14 *Qui benigniores eſſe volunt, quam res patitur, in eo peccant, quod injurioſi ſunt in proximos.* Seneca 2 Controv. 12 *Neſcio an adverſus patrem injurioſior ſis, quod abſtuliſti illi hæredem, an quod dediſti.* Adrianus Imp. apud Vopiſcum in Saturn. cap. 8 de Ægyptiis: *Genus hominum ſeditioſiſſimum, vaniſſimum, injurioſiſſimum.*

¶ Injurioſè, adverb. idem; ut, *Injurioſè decernere in aliquem*, Cic. ad Q. Fratr. lib. 1 epiſt. 1 cap. 7. *Injurioſe tractare*, Val. Max. lib. 2 cap. 9 n. 2. Comp. *Injurioſius*: Cicer. pro Lege Manil. cap. 5 *Majores noſtri, mercatoribus aut naviculatoribus injurioſius tractatis, bella geſſerunt.*

runt. Superl. Augustinus lib. Octoginta Quæst. Qu. 82 *injuriosissime cogitantur.*

Juscellum, Jusculum, &c. vide ante in *Jus.*

IVSTĪNVS, i, Historicus, Troji Pompeji epitomator, qui male cum Justino Martyre a quibusdam confunditur. vid. Voss. de Hist. Lat. 1 cap. 32. ¶ Justinus I & II duo Imperatores fuerunt.

¶ Justīna, æ, prius uxor Magnentii, deinde Valentiniani senioris, mater Valentiniani jun. vid. Ammian. 30 cap. 10.

¶ Justinianus, a, um, adject. derivatum a Justino Imp. quo aliquoties Corippus usus.

¶ Justinianus, i, Justini I ex sorore nepos, Imp. Rom. celeberrimus, qui JCtis usus præstantissimis, jus civile in eum redegit ordinem, quo nunc utimur.

¶ Justinianēus, a, um, adject. ut, *Codex Justinianeus*, a Justiniano in unum volumen ex Gregoriano, Hermogeniano & Theodosiano contractus.

IVSTVS, a, um, adject. jus & justitiam colens, fromm, gerecht; ut, *Caussa justa*, Cic. Philipp. 2 c. 22. *Bellum justum*, Ovid. 8 Metam. v. 58. *Honores justi*, id est, jure collati. *Justa magnitudo*, eine gebührliche grösse. *Justum prælium*, eine volle schlacht. *Justus exercitus*, eine rechte völlige armee, Vellej. 2, 61, 2. Sic, *Justa acies*, eine schlacht-ordnung wie sichs gebührt. *Victoria justa*, Cic. ad Fam. 2 epist. 10. vid. ibi Manutius. Sic, *Justum tempus vel studio, vel alieni rei conficiendæ tribuere*, gnugsame zeit. In quibus omnibus *justum* dicitur, cui nihil deest, ad tuendum nomen. Sic *justam servitutem*, pro moderata Terentius dixit Andr. a. 1 sc. 1 v. 9, ein leidlicher dienst. Ita *justus amnis*, Livio lib. 1 cap. 4. *Justa volumina*, Vellejo 2, 48, 5, & 2, 119, 1. *Justa libertas: Justus triumphus: Justi milites*, Suet. Aug. c. 20 & Calig. c. 44. *Justa pax*, Lucano lib. 4 v. 385 dicuntur. Sic *justum* dicitur, quod satis est, cui nec deest quicquam, neque excedit. Plinius lib. 18 cap. 23 *Justum est, vehes XVIII jugere tribui.* Et mox: *Justum est, singulas vehes fimi denario ire in singulas pecudes minores, in majores, denas.* Itaque *justum*, in quo verus ac legitimus modus est. Sic, *justo liberius vivere*, apud C. Nepotem Themistocle cap. 1, est liberius vivere, quam decebat atque par erat. *Justo ferocior*, allzu wild, mehr als billich ist, Vellej. 2, 49, 4. Sic *justo longius, diutius*, dicimus, & in his *justum* quasi substantive ponitur. Motio nota est: *Justior Princeps*, Valer. Max. extremo opere. *Justiorem caussam resistendi præbere*, Liv. lib. 4 cap. 53. *Justissima caussa*, Cæs. B. Gall. lib. 4 c. 16. *Justissimum imperium*, ibid. lib. 1 cap. 45. ¶ 2. Observent autem pueri, *Justum* in sacris litteris usurpari fere passive, ut, *Homo justus*, id est, credens, ac propterea Deo placens & justificatus.

¶ Justa, orum, plural. exsequiæ, sunt & sacrificia mortuorum, ita dicta, quod jure fierent his, qui de nobis viventes bene meriti fuerant, toden-begängniß, seelmessen. *Justa funebria* Livius vocat lib. 1 c. 20. *Justa exsequiarum*, Cicer. 2 de Leg. cap. 17. *Justa facere, solvere*, begängniß halten, Idem de Leg. 2 cap. 22. *Justa peragere*, Plin. lib. 2 cap. ult. *persolvere*, Curt. lib. 4 cap. 12 n. 2. *Manibus alicujus justa perficere*, Cenotaph. Pisan. Caji Cæsaris v. 18. ¶ *Justa operum peragere*, sein tagewerck verrichten, Columella de R. R. lib. 9 cap. 8.

¶ Justè, adverb. billich, gebührlich. *Juste & legitime imperare*, Cic. 1 Offic. cap. 4. Comparativo usus est Apulej. Apol. *Neque ille exotico pulvere dentes emaculet, quod justius carbone de rogo obtriverit.* Prudent. passione Vincentii v. 188

> *Quem tu, maligne, mysticis*
> *Minitaris ignem litteris,*
> *Flagrabis ipse hoc justius.*

Valer. Max. lib. 1 cap. 1 n. 13 *Id supplicii genus* [culeo insui] *parricidis irrogatum est. Justissime quidem, quia* &c.

¶ Justĭtia, æ, die gerechtigkeit, a *jure* est, ut indicat Priscianus lib. 4, non *jus* à *justitia*, uti scripsit Vlpianus, qui non tam attendit *juris* vocabulum, quam doctrinam juris seu jurisprudentiam Romanam. vid. Vossii Etym. Estque alia *universalis*, quæ obedientia est erga omnes leges, & virtutes omnes complectitur, quemadmodum in Theognidis versu 147 dicitur:

> Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ᾽ ἀρετή ᾽στι.
> *Justitia in se virtutem complectitur omnem.*

Alia *particularis*, quæ est virtus suum cuique tribuens. Quæ Simonidis definitio est. ¶ 2. Aliquando pro æquitate atque clementia ponitur. Terent. Heaut. a. 4 sc. 1 v. 33

> *nunc hoc te obsecro,*
> *Quanto tuus est animus natu gravior, ignoscentior,*
> *Vt meæ stultitiæ in justitia tua sit aliquid præsidii.*

Similiter Cicero pro Marcello *justitiam & lenitatem*, tamquam synonyma conjungit. Locum C. Nepotis, quo similiter usus *Justitiæ* voce, vide supra in *Æquitas.* Et ea de caussa apud Ebræos *Justitia* pro *Eleemosyna* ponitur, quod Beza ad cap. 6 Matth. v. 1 observat. ¶ 3. Florus lib. 1 cap. 21 *Ordinataque erat in XII tabulis tota Justitia*, id est, juris ratio.

¶ Justĭtium, i, quasi *juris statio* seu *interstitio*, anstand der gerichte. Est enim juris dicendi intermissio, quæ fieri solebat in publica lætitia per festos dies, (unde *Forum litibus orbum* Horatius memorat, cum lætitiam urbis Romanæ ob Augusti reditum lib. 4 ode 2 v. 43 designat,) aut in Reip. aliqua insigni calamitate, & luctu publico: Lucanus lib. 2 v. 17 *Ferale per urbem justitium.* Et lib. 5 v. 31

> *Cæsar habet vacuasque domos, legesque silentes*
> *Clausaque justitio tristi fora.*

Adde lib. 5 v. 116. ¶ Quia igitur a jure dicendo cessabatur ingruente calamitate aliqua, & duro ac luctuoso Reip. tempore; idcirco *justitii* vox ad luctum quoque publicum designandum translata est; cum per præconem edicebatur, ut cessarent ab opere, & virum vel fœminam illustrem lugerent, ein land-trauren. Fulgent. de Prisco Sermone: *Justitium est luctus publicus.* Apulej. lib. 5 Miles. sub fin. *Sic affectæ domus triste fatum cuncta etiam civitas congemebat, luctuque publico confestim congruens ediciturjustitium.* Et Suetonius Tiberio cap. 52 *Statim à funere ad negotiorum consuetudinem rediit, justitio longiore probibito.* Id. Calig. c. 24 *Eādem* (Drusilla) *defunctā justitium indixit: in quo risisse, lavisse, cœnasse cum parentibus, aut conjuge liberisve, capitale fuit.* Sidon. lib. 2 epist. 8 *decessit nudius tertius, non absque justitio, matrona Filimatia*, &c. De *Justitio* plura Petr. Faber lib. 2 Semestr. C. X. *Justitium edicere & indicere*, feyer ankündigen: Cicer. pro Plancio cap. 14 *edicto justitio.* Idem 5 Philipp. cap. 12 *Tumultum decerni, justitium indici, saga sumi dico oportere.* Livius lib. 10 cap. 21 *Senatus justitium indici jussit.* Contra, *Justitium remittere*, gerichts-tage wieder lassen angehen. Livius lib. 3 cap. 5 *Justitium remissum:* & dicto lib. 10 cap. 21 *justitium remittitur.*

¶ Justidium, i, tempus 30 dierum, quod destinatur rebus repetendis. vid. Salmas. de Modo Vsur. p. 810. Secundum Festum *Justi dies dicebantur triginta, cum exercitus esset imperatus, & vexillum in arce positum.* conf. Alex. ab Alex. 4 cap. 2, & Rhodig. Ant. Lect. 12 c. 20.

¶ Justifĭcus, a, um, adjectivum, rechtliebend. Catullus carm. 65 sub fin.

> *Omnia fanda nefanda malo permista furore,*
> *Justificam nobis mentem avertêre Deorum.*

¶ Justifĭco, are, rechtfertigen. Tertull. 4 adv. Marc. cap. 17 ex Iesa. c. 1 v. 17 *judicate pupillo & justificate viduam.*

¶ Justificatus, a, um, gerechtfertiget. Prudent. Apoth. v. 885 *justificata anima.* Tertull. de Orat. cap. 13 *justificatior Pharisæo procacissimo.*

¶ Justificatio, ōnis, die rechtfertigung, ecclesiasticum est, non minus Patribus & veteri Scripturæ Interpreti, quam nostris Theologis usurpatum.

¶ Justificatrix, īcis, ejusdem notæ. Tertullianus 4 adv. Marc. cap. 36 *disciplinam humilitatis justificatricem* dixit.

¶ Injustus, a, um, justo contrarium, ungerecht, unrecht, unbillich, verdrießlich. Terent. Adelph. a. 1 sc. 2 v. 18 *Homine imperito nunquam quicquam injustius*, es ist nichts beschwerlichers, als ein unverständiger, ungeschickter mensch. *Vir maleficus & injustus*, Cic. Tusc. lib. 5 c. 20. Sicut autem *justum*, ut dicebamus, etiam est, in quo modus; ita contra *injustum* pro immodico nimioque aliquando ponitur. Virg. 3 Georg. v. 346

> *Non secus ac patriis acer Romanus in armis*
> *Injusto sub fasce viam cum carpit.*

Ita Cicero pro Milone *injustas inimicitias* pro magnis dixit, ut Asconius interpretatur. Similiter alibi Maro *iniquum pondus*: & Serenus Sammonicus *iniqua pocula* dixit. vide supra in *Æquus.*

¶ Injustè, adverb. unrecht, unbillich; ut, *injuste facta*, Cic. 1 de Finib. cap. 16. Superl. usus Sallustius Jugurth. cap. 85 sub fin. *Injustissime luxuria & ignavia, pessimæ artes, illis, qui coluere eas, nihil officiunt.* Et Tertullianus 4 adv. Marc. cap. 7 extr. *injustissime increpuit.*

¶ Injustitia, æ, das unrecht, ungerechtigkeit. Cicer. lib. 1 Offic. cap. 13 *Totius injustitiæ nulla capitalior est, quàm eorum, qui tum, cùm maximè fallunt, id agunt, ut boni viri esse videantur.*

IV̄TVRNA, æ, Nympha latina, soror Turni: Virg. 12 Æn. v. 146

> *Disce tuum, ne me incuses, Juturna, dolorem.*

Apulej. de Deo Socratis: *Hinc & illa Virgiliana Juturna, quæ mediis millibus auxiliabunda fratri conversatur, miscetque viris, nec cernitur ulli.* ¶ 2. Fons, ex quo valetudinis caussa bibebant, ein gesund-brunnen. Varro L. L. lib. 1 cap. 10 *Nympha Juturna, quæ juvaret. Itaque multi ægroti hinc aquam petere solent.* vid. Scalig. Castig. in Propert. 3 pag. 290.

IV̆VĒNĀLIS, is, vel Junius Juvenalis, poëta Satyricus, quem Suidas sub Domitiano vixisse, ab eodemque in Africanam Pentapolin relegatum scripsit. Alii sub Trajano fuisse eum maluerunt: ideo quod contra ipsum etiam Domitianum liberius scripserit, facere id impune non potuisse videatur. Quod tamen facile propter continuum tempus conciliari potest. Satyras, quibus in corruptissimos seculi sui mores invehitur, scripsit 16 plenas varietate, ubertate, acumine sententiarum & urbanitate, cultior longe, quam Persius, vel Horatius, ut Scaliger censet: a quo tamen Heinsius dissentit, qui cæteris omnibus Horatium præfert. vide eum de Satyra Horatianâ. In exilio mortuus creditur, ubi *irati fuit histrionis exul*, quemadmodum Sidonius retulit. Is histrio Paris fuit; vide Suidam.

IV̆VENCVS, i, & fœmininum Juvenca, æ, proprie juvenis, præcipue vero de bubus dicitur, ein junges rind, junger ochse, junge kuh, stier. Inde dictus, quod agriculturam juvare possit, ut Varro censet L. L. 4 cap. 19. Virgil. eclog. 2 v. 66

> *aratra jugo referunt suspensa juvenci.*

Ovid. 6 Metam. v. 115 *Juvencus torvus.* Horatius lib. 4 od. 4 v. 30 *Est in juvencis, est in equis patrum virtus.* Et, *Juvenca formosa*, Virgil. 3 Georg. v. 219. *nitens*, Ovid. 1 Metam. v. 610. ¶ 2. *Juvencus*, adjective de equo. Lucret. lib. 5 v. 1073

> *ubi equus florenti ætate juvencus.*

¶ 3. Etiam de hominibus. Horat. lib. 2 od. 8 *Te suis matres metuunt juvencis.*

¶ Juvencŭlus, i, diminut. ein kalb; item, ein jüngling. Nam de pueris etiam aliquando dicitur. Catullus carm. 24 ad Juventium puerum: *O qui flosculus es juvenculorum.*

IV̆VENCVS, i, presbyter Hispanus, generis (ut ait Hieronymus,) nobilissimi, sed & genus & patria ejus ignorantur. Evangelia libris quatuor, versibus Hexametris Matthæum Evangelistam secutus, pæne ad verbum transtulit, de quibus in carmine Bucolico poëta Aretinus:

> *Carmina vini*
> *Hic hominis pariterque aquilæ, bovis atque leonis,*
> Hispanum *nostra modulantem voce* Juvencum.

Vixit sub Constantino Magno eo tempore, quo *Fundator securitatis æternæ* dictus est, Maxentio & Licinio superatis, ad quod allusit idem Juvencus, cum eum nominat *Pacem sui seculi.* Opus suum edidit finitis bellis intestinis, circa annum Christi 331, ut Prosper annotavit.

IV̆VĔNIS, is, qui adolescentiæ excessit ætatem, ein junger mann. Varro à XXX usque ad XLV annum ætatis *Juvenes* appellat, & nomen ipsum à *juvando* ducit, apud Censorinum de Die natali cap. 14. Et ita Hiero νέος Polybio dicitur, qui XXX annos excesserat: quod Casaub. ad eum p. 86 observat. Sic apud Dionem Cass. lib. 36 p. 46 νέος appellatur

pellatur Cæsar, qui quadragenario propior erat. conf. Voss. lib. 1 Instit. Orat. p. 291. Cæterum *Juvenis* in utroque genere dicitur. Plinius lib. 7 cap. 36 *Cornelia juvenis est, & parere adbuc potest.* ¶ 2. Aliquando *Juvenis* pro filio ponitur. Ita *Telluris juvenes*, gigantes, terrâ natos appellat Horat. lib. 2 oda 12 v. 7. Ovidius lib. 5 Tristium eleg. 1, *Sic juvenis tibi consimilis sit natus.*
Tacitus 2 Hist. cap. 77 *Tuæ domui triumphale nomen, duo juvenes, capax jam alter imperii* &c. Verba Muciani ad Vespasianum sunt: *Cui duo filii erant*, Titus & Domitianus: qui heic per duos juvenes intelliguntur. Curt. lib. 8 cap. 2 n. 33 *Duos illi* (Alexandro) *juvenes patre* (Sysimithre) *tradente secum militaturos sequi jussit.* Ex lib. 6 cap. 5 *Novem juvenes eâdem matre geniti patrem comitabantur.* Sic, *Agrippa juvenis, Antonius juvenis*, apud Suetonium: *Pompeji juvenes: Marius juvenis*, apud Florum: ita pariter & natio eorum, & ætas significabatur. Similiter & *Pueri* voce utebantur. Usus & ita hac voce Modestinus L. 4 § 10 D. de re militari. ¶ 3. Nonnunquam *Juvenes* & milites, ac maximè equites notant. Nam quos Plutarchus in Cæsare pag. 711 A. νέους: eos Suetonius in eadem narratione in vita Cæsaris c. 14 *Equites* vocat. S. quoque Marco c. 14 v. 51 νεανίσκοι milites sunt. vide & Lipsium lib. 2 Elect. c. 1, & lib. 1 epist. quæst. 1.

¶ Jŭvĕnis, e, adjectivè, jung. Ovidius Met. 7 v. 295 *juvenes nutricibus annos posse suis reddi.* Hinc & *Juvenem* pro juvenili ætate poëtice Claudianus dixit Paneg. de 4 Cons. Honorii v. 386. Compar. *Juvenior* usus Apulejus Met. 8 pag. 210 *Sed unus præ cæteris & animo fortior & ætate juvenior.*

¶ Jūnior, us, comparativus est, per Syncopen a *Juvenior*, jünger. Horat. lib. 2 epist. 1 v. 44 *toto junior anno.* Tacitus 4 Hist. c. 69 *Sapientissimum quemque reverentia fideque: juniores periculo ac metu continuit.* Hos ergo sapientioribus opponit.

¶ Junius, Junix & Juvencus, vide supra suo ordine.

¶ Juvĕnīlis, e, adject. jung: ut, *Ætas juvenilis*, die jugend oder junge jahre. *Ardor juvenilis*, Val. Max. lib. 5 cap. 6 extr. *Robur juvenile*, junge stärcke, Columell. lib. 4 cap. 3. *Superfluentes juvenili quadam dicendi impunitate & licentia*, Cic. de Clar. Orat. c. 91. ¶ Ovidius etiam *juvenilior* fecit, lib. 14 Metamorph. v. 644, sicuti Catullus *juventior.*

¶ Jŭvenīlĭter, adverb. juvenum more, wie junger leute art ist. *Juveniliter exultare*, Cic. de Senect. c. 4, leichtsinnig und frölich seyn nach junger leute gewohnheit. Et Ovidius lib. 2 Trist. v. 117 *ingenio juveniliter uti.*

¶ Jŭvĕnīlĭtas, ātis, die jugend. Varro apud Nonium c. 2 n. 418, & c. 5 n. 42 *Quam dereliquit multicupida juvenilitas.*

¶ Jŭvĕnālis, e, idem quod juvenilis, jung. Apulejus de Mundo pag. 67 *valenti habitudine, pubertate juvenali.* Et Auson. Profess. Burd. 15 v. 1 *Animo juvenali senex.* Hinc *Juvenalis dies*, quem saturnalium festivitati adjecit Caligula à juvenibus potissimum celebrandum, unde & nomen. vide Lipsium in Saturnal. Sueton. c. 17; ac ¶ *Juvenalia*, sive juvenales ludi, quos Nero instituit, quum primam barbam posuisset, de quibus vide Suetonium c. 11 cum Xiphilino, & Lipsium lib. Annot. Taciti.

¶ Jŭvenesco, ĕre, jung werden. Horat. 4 Carm. od. 2 v. 55 *vitulus largis juvenescit herbis.* Plinius lib. 8 c. 57 extr. *Rursus æstate juvenescunt*: de gliribus agit. *A diis non datur bis juvenescere*, Theognidis est v. 1003 Οὐ γὰρ ἀνηβᾶν δὶς πέλεται πρὸς θεῶν. Tertull. Exhort. ad Cast. c. 6 *jam senuit, ex quo juvenuit.*

¶ Jŭvĕnor, ari, juveniliter exultare ac lascivire, kälbern, kinderey treiben. Horatius *juvenari* fecit, pro juveniliter loqui, in Art. Poëtica v. 246 *Aut nimium teneris juvenentur versibus unquam.*

¶ Jŭventus, ūtis, juventa, ætas juvenilis, die jugend. Plaut. in Capt. a. 1 sc. 2 v. 19 *Nulla est spes juventutis, sese omnes amant.* Et Sallust. de Catilina c. 5 *Huic ab adolescentia bella intestina, cædes, rapinæ, discordia civilis, grata fuere: ibique juventutem suam exercuit.* ¶ 2. Multitudo juvenum, das junge volck. Idem cap. 12 *Ex divitiis juventutem luxuria atque avaritia cum superbia invasere.* Cæsar lib. 3 de Bello Gall. c. 16 *Omnis juventus, omnes etiam gravioris ætatis convenerant.*

¶ Jŭventa, æ, idem. Poëtæ amant pro juventutis vocabulo; ut, *viridis juventa*, Virg. Æneid. 5 v. 295. *Florente juventa fervidus*, Horat. de Arte Poët. v. 115 &c. Non autem abstinent alii. Livius lib. 35 c. 42 extr. *Non ita se a juventa eum gessisse*: & lib. 40 cap. 6 *mediæ juventæ robore ille.* Ac Plinius Panegyr. c. 8 *Nerva tua juventa, tuo robore invaluit.* Major Plin. lib. 7 c. 51 *Senilis juventa prematuræ mortis est signum.*

¶ Jŭventas, ātis, Hebe, dea juventutis, apud Horat. lib. 1 oda 30 v. 7, & Cicero 1 Tusc. cap. 26, qui *Juventate* sexto casu formavit. ¶ 2. Ipsa ætas seu juventus. Horatius lib. 2 oda 11 v. 5

fugit retro
Levis juventas, & decor.

Et lib. 4 oda 4 v. 5 de pullo aquilæ:

Olim juventus & patrius vigor
Nido laborum propulit inscium.

¶ Rĕjŭvĕnesco, ĕre, i. e. faciem & vires juvenis recipere, sich wieder verjüngern. Improbat Vossius de Vit. L. L. 4 c. 21 p. 764.

Juverna, vide *Juernia.*

IŬVO, jūvi, jūtum, jŭvare, opem ferre, helffen. Terent. in Heaut. a. 1 sc. 1 v. 33 *Crede, inquam, mihi, aut consolando, aut consilio, aut re juvero.* Cicero lib. 13 famil. epist. 22 *Juvare aliquem, quibuscunque rebus possis.* Idem de Finib. lib. 1 cap. 21 *Eruditio ad beatam vitam juvat*, gelehrt seyn hilfft zu einem glückseligen leben. *Sollertia tempore juta*, Tacit. 14 Annal. cap. 4 pr. *Juvaturus* tamen Sallustius dixit Jugurth. c. 47, & Plinius lib. 4 epist. 15, sicut Petronius p. 63 *adjuvaturus*: & Frontinus de Aquæduct. lib. 1 *Adjuvatus ex compluribus aliis acquisitionibus*, plebejo modo: elegantius Corn. Nepos Miltiade c. 2 *Non minus prudentia, quam felicitate adjutus est.* ¶ Elegans quoque est formula ex participio, *Deo juvante*, aut, *Deo bene juvante*; qua Livius inprimis delectatus est, mit GOtt, mit GOttes hülffe: Lib. 7 c. 10 Dictator ad Manlium Corvinum: *Nomen Romanum invictum, juvantibus diis, præsta.* Idem lib. 25 c. 38 extr. *Ite, diis bene juvantibus corpora curate*, &c.

¶ Jŭvat, impersonale, idem est quod delectat, gratum, dulce est, es belustiget, es ist lust, es thut wohl. Terent. in Adelph. a. 2 sc. 3 v. 2 *Id demum juvat, si, quem æquum est benefacere, is facit.* Cicer. ad Q. frat. lib. 2 ep. 12 *Te esse animo hilari, valde me juvat*, es ist mir eine grosse lust. Horatius 2 sat. 6 v. 32 *Hoc juvat & melli est.* Virgil. ecl. 5 v. 83 *Nec percussa juvant fluctu tam litora.*
Lucretius lib. 5 v. 1280 de origine Musicæ:

At liquidas avium voces imitarier ore
Ante fuit multo, quam levia carmina cantu
Concelebrare homines possent, auresque juvare.

Seneca epist. 6 *quæ sint hæc, interrogo? Quæ scire magis juvat, quàm prodest.* Idem epist. 4 *Bonum juvat habentem.* Vet. Gloss. *juvat*, τέρπει.

¶ Juvāmen, ĭnis, hülffe. Gloss. gr. lat. ὄνησις, *juvamen.* Sic & Macer:

Et confert hemoptoicis hoc sæpe juvamen.

¶ Jŭvāmentum, i, idem. Veget. 3 cap. 4 *juvamentum præstare.*

¶ Adjŭvo, jūvi, jūtum, adjŭvare, compositum, helffen, beyspringen, befördern. Terent. in Phorm. a. 1 sc. 4 *Fortes fortuna adjuvat.* Corn. Nepos Attico cap. 9 *Quibus rebus indiguerunt, adjuvit.* Gell. lib. 14 c. 6 *adjutum ire aliquem*, einem zu statten kommen.

¶ Adjūtus, a, um, aufgeholffen. Ovid. Met. 15 v. 224

adjutis aliquo conamine nervis.

¶ Adjūtus, ûs, hülffe, beyhülffe. Macrob. lib. 7 Saturn. c. 6 *unius adjutu quasi naturæ flammei.*

¶ Adjūto, are, frequent. beyspringen, zu hülffe kommen. Terent. in Andr. a. 1 sc. 3 pr. *Nec quid agam, certum est, Pamphilumne adjutem* &c. Gellius lib. 1 cap. 3 *voluntatem alicujus adjutare.* In Heraclii nummo apud Carol. du Fresne Famil. Byzant. p. 112 cum dandi casu: DEVS ADIVTA ROMANIS.

¶ Adjūtābĭlis, e, behülfflich. Plautus Mil. a. 4 sc. 4 v. 8 *adjutabilem operam dare.*

¶ Adjūtor, ōris, ein gehülffe, beystand, helffer. *Adjutorem alicui in re aliqua esse*, einem beystehen. *Adjutor in re gerenda*, Cic. pro Sextio c. 17. *Adjutor periculorum*, Idem pro Flacco, principio, ein beystand in noth. *Adjutor honoris alicujus*, ibidem, ein beforderer. *Adjutor alicujus iracundiæ*, der einen zu seinem zorn stärcket, Terent. Adelph. a. 1 sc. 2 v. 62. *Adjutorem alicui venire*, Cic. lib. 1 de Nat. Deor. cap. 7, zu hülffe kommen. *Adjutor operum principalium: adjutor & minister consiliorum*, Vellejus lib. 2 cap. 129 & 104. In quibus exemplis *adjutores* cum excellentia significandi de præcipuis amicis principum, & qui in partem curæ publicæ potissimum veniunt, usurpantur. *Tiro libertus Ciceronis, adjutorque in litteris studiorum ejus fuit*, Gellius lib. 13 cap. 9 pr. Varios adjutores inter officia & dignitates tum alias tum militares recenset Gruterus & Fabrettus Inscript. p. 345.

¶ Adjūtrix, īcis, eine helfferin. Terent. in Heaut. a. 5 sc. 2 v. 38 *Matres omnes adjutrices solent esse in peccato filiis*, sie pflegen ihren sohnen überzuhelffen. *Legio adjutrix* passim in Inscriptionibus, & apud Spartianum Hadriano cap. 2, idque nominis primæ, secundæ & tertiæ Legionibus frequenter vindicatum. vide Indicem rer. militar. in Opus Inscr. Gruterianum.

¶ Adjūtōrium, i, pro adjumento seu auxilio, hülffe, beystand, förderung. *Uti adjutorio aliquo concesso a natura.* Et, *Adjutorio egere*, Quintilianus lib. 1 cap. 1. Vellejus lib. 2 cap. 112 de copiis auxiliaribus: *In adjutorium ejus belli trahebat manum magnam.* Suetonius de Illustr. Grammat. cap. 10 *in eam rem adjutorium ei fecit Attejus*, i. e. adjuvit: adjutor ei fuit.

¶ Adjumentum, i, idem; ut, *Adjumento esse*, Cic. 2 fam. epist. 6. Et, *Adjumentum afferre*, lib. 1 Offic. cap. 1, behülfflich seyn. Terent. Phorm. a. 1 sc. 2 v. 55 *Nihil adjumenti aderat ad pulchritudinem*, sie war ungeputzt, die schonheit hatte keinen beytrag. Delicatiores cibos Sallust. Jugurth. cap. 45 *adjumenta ignaviæ* vocat.

¶ Coadjūto, are, pro simul adjutare, barbarum est, v. Voss. de Vit. L. L. 4 c. 4 p. 692.

¶ Coadjūtor, ōris, ein mithelffer. Vox vitiosa patronum qualemcunque reperit inter Inscript. Gruteri: QVONIAM NOBIS SEMPER AFFVISTIS IN FIDE VERACES IN ARMIS STRENVI COADIVTORES. v. Borrich. Cogit. p. 62.

¶ Dejŭvo, are, non juvare, verlassen. Plautus Trinum. a. 2 sc. 2 v. 63 *Deserere illum & dejuvare in rebus adversis pudet.*

¶ Præjŭvo, are, beschützen. *Præjuvisse fidem cujus affectam*, Tacit. 3 Histor. c. 65, beym credit erhalten.

¶ Subadjŭva, æ, substant. adjutoris adjutor, ein helffershelffer. Cod. Theodos. Lege 3 de agent. in reb. *ut periculum se & adjutor & subadjuvæ subituros esse cognoscant.* Reperitur etiam eodem titulo, Lege ult. in Cod. Justin. & Lege 1 seq. tit. sive de præpos. agent. in rebus.

IVXTA, præpositio, ad, vel apud, bey, neben. Cornel. Nepos Atticô extremo: *Sepultus juxta viam Appiam.* Tacitus 2 Histor. cap. 76 *Juxta Deos in tua manu positum est*, id est, post Deos, nächst GOtt. Sic Plinius lib. 2 cap. 7 *Vilitate juxta belluas esse.* Suetonius Caligulâ cap. 10 *Tantique in avum & qui juxta erant obsequii*, id est, qui avum cognationis jure proxime sequebantur. Tacitus de Germania cap. 30 *Velocitas juxta formidinem: cunctatio propior constantiæ. Juxta formidinem*, id est, formidini proxima: vel cum formidine conjuncta. Ita Idem Annal. 6 cap. 41 *Imperium juxta libertatem; paucorum dominatio regiæ libidini propior est.* ¶ 2. *Juxta*, adverbium, significat æque, similiter. Et vel absolute, vel cum particulis *ac, atque, cum*, ponitur. Sallust. Jugurth. cap. 67 *Juxta boni malique, strenui & imbelles obtruncati sunt*, zugleich gute und böse. Livius lib. 5 c. 6 *Juxta hieme atque æstate bella gerere.* Idem lib. 28 cap. 20 *Trucidant inermes juxta atque armatos.* Sallustius Catil. cap. 2 *Quibus contra naturam corpus voluptati, anima oneri fuit, eorum ego vitam & mortem juxta æstimo*, ich achte eines so viel als das andere. Et Tacitus 1 Histor. cap. 73 *Quæ bonis malisque temporibus juxta valent.* Livius

lib. 37 cap. 54 *Pro dignitate & gloria apud omne genus humanum, quod vestrum nomen imperiumque juxta ac Deos immortales jampridem intuetur.* Plautus Aulul. a. 4 sc. 7 *Dixi tibi, mater: juxta rem mecum tenes.* Idem Trinum. a. 1 sc. 2 v. 160 *Juxta eam curo cum meâ.* vid. Nonius c. 4 n. 233. ¶ Est etiam frequens hodie hæc vocula in citandis auctoribus; *juxta Horatium, juxta Plinium*, &c. Veteres autem dixere *secundum Horatium, teste Plinio, ex sententiâ Ciceronis.* Hoc contra Vossium observavit Scioppius. Sed & ipse Vossius jam agnoverat de Vit. L. L. 1 c. 35 p. 165. Exempla Nazarii, Hieronymi & Solini vide in Cellarii Cur. Post. p. 249.

¶ Juxtim, adverb. beyan, darneben, etiam apud Suetonium legitur in Tiberio c. 33, *Juxtim adsidere.* Vsus & Lucret. lib. 4 v. 1206, & Apul. in Flor. conf. Nonius c. 2 n. 451.

IXIA, æ, genus herbæ, quod chamæleontem quidam dicunt. Plin. 22 c. 18.

IXĪON, ŏnis, Ἰξίων, rex Thessaliæ, quem apud inferos religatum ad rotam serpentibus circumfusam, poëtæ fingunt. Virg. 6 Æn. v. 601

Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumque?

Ovid. Metam. 4 v. 461

Volvitur Ixion, & se sequiturque fugitque.

Claudian. lib. 2 de Raptu Proserpinæ v. 335

Non rota suspensum præceps Ixiona torquet:
Non aqua Tantalicis subducitur invida labris,
Solvitur Ixion, invenit Tantalus undas,
Et Tityus tandem spaciosos erigit artus.

¶ Ixīŏnĕus, a, um, adject. ut, *orbis Ixioneus*: Virg. 4 Georg. v. 484

Atque Ixionei, vento rota constitit orbis.

¶ Ixīŏnides, æ, Ἰξιονίδης, filius Ixionis Pirithous, Propert. lib. 2 eleg. 1 v. 38.

ĪYNX, iyngis, ἴϋγξ, avis Aristoteli lib. 2 de Naturis Animalium. Theodorus Gaza vertit *Torquillam* a colli circumactu, reliquo corpore quiescente, nisi quod & caudam motitat, quamobrem & σεισοπύγιον [& σεισοπυγίς] vocatur. Veteres *Turbinem* dixerunt, ein windhalß, drehehalß: sed ἴυξ potius dicendum erat, ab ἰΰζω, clamo, Gesnerus. ¶ Alia avis, hoc nomine in philtris adhiberi solita, de qua Theocritus Pharmaceutria, ubi vide Veteres Scholiastas. *Junga* Latinorum more pro *Iyngæ* vocat Lævius vetus poëta apud Apulejum in Apologiâ, ubi philtra recenset. *Trochisci*, inquit, *junges tæniæ.* Iynges præfert Vulcanius, legitque:

Philtra omnia, undique eruunt,
Antiphates illud queritur,
Trochisci, Iynges, tæniæ, &c.

Atque tantam vim & efficaciam tribuêre huic avi in conciliando amore veteres, ut omnia, quæ conciliandi amoris, ut amicitiæ, etiam honestæ, vim haberent, ἁπλῶς ejus nomine cœpta sint appellari, quod Casaub. ad Apulejum observat. Vide supra in *Hippomanes*, ubi ἰΰγγων ex Æliano facta mentio est. Eustathius de Ismeniæ & Ismenes moribus, lib. 1 sub fin. Ἀλλ' ἵλεώς σοι Ἔρως, Ἀφροδίτη τε μήτηρ, καὶ ἴυγγες ἐρωτικαί. Quem locum Gaulminus interpretatur in hunc modum: *At tibi Amor, Venusque mater, & omnes cupidinum illecebræ faveant.*

K.

K Græcorum littera est, κ, quam *cappa* ipsi vocant, non Latinorum, qui pro ea, ut est in ordine elementorum latinorum supervacua, *C* littera, quæ & *K* ipsius, & *Q* potestatem habet, usi sunt. Veteres *Calendas* per *K* scripsisse *Kalendas*, & alia quædam, ut *Karthago, Kalumnia*, & in vetustis Inscriptionibus sæpe *Karissimus*, quæ nunc per C scribuntur omnia, Probus indicavit. KAL. Kalendæ, KAL. IAN. Calendis Januariis: Κύκνος, græcum, Latini per *C. Cygnus* scribunt. Sed κυβερνάω, κυβερνήτης, per *G. Guberno, gubernator*, quemadmodum & κωβιός, *gobius*, &c. vide Quintil. lib. 1 Instit. Orat. cap. 7 & ibi not. Varior. p. 69.

KALENDAE Januariæ Romanis solennes, & festæ, quâ de re Pontanus Progymnas. sacr. p. 458. conf. D. Ziegleri, & aliorum de his Commentationes. *Ad Kalendas Græcas*, proverbium, cum aliquid nunquam futurum significamus. Adde supra *Calendæ*.

Kalophanta, vide *Halophanta*.

L.

L Semivocalis & liquida, *exilioris* in aliis, *plenioris* vero in aliis dictionibus soni est, *Exilioris*, ut in *Metellus, Marcellus. Plenioris*, ut in *Sol, Silva, Flavius, Clarus.* A quo sono duplici medium quiddam præstat in *lectus, leges*, & aliis. Hesychius in λάβδα L, στοιχεῖον ὑγρὸν, elementum liquidum, Dionysius Halicarn. τῶν ἡμιφώνων γλυκύτατον, semivocalem suavissimam vocat. Convenit autem rebus mollibus, ut Plato testatur in Cratylo. Hujus litteræ odiosa repetitio à Martiano Capella labdacismus dicitur. Veteres enim λάβδα pro λάμβδα. Aliis tamen λαβδισμὸς vitium oris & linguæ est, uti Fabio lib. 1 cap. 9. vid. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 45. ¶ 2. Propriis præfixum pro *Lucio* ubique legitur, ut *L. Cornel. Scipio*, &c. *L. Tarquinius Priscus Rom. Rex.* ¶ 3. Sed hic *L. L. Q. F. Lucius Lucejus, Quinti filius.* ¶ 4. Et L. A. G. *Lex agraria; L. IV. Lex Julia.* ¶ 5. Est & numeri quinquagesimi nota, L. quinquaginta, LV. quinquaginta quinque, ac sic deinceps. ¶ 6. Inter notas Criticorum etiam erat cùm simplex L, tum geminatum LL, quod locum laudabilem significabat. vide infra in *Laudo.*

LĂBĂRUM, labari, vel ut alii, *Laborum*; nam neque de scriptione, nec de originatione hujus vocis inter doctos convenit. Est autem *Labarum* magnum vexillum, quod Imperatori præferri solebat, & à militibus pæne adorabatur, quod Galli *banniere* vocant, eine standarte, fahne. Ejus forma hæc erat, hasta videlicet in apice transversa in similitudinem crucis, cui lineæ transversæ inhærebat velum, ubi imago Imperatoris. Constantinus autem & nomen Christi superponi curavit. Prudentius priores duas syllabas corripuit, lib. 1 contra Symmachum v. 487

CHRISTVS purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum, clypeorum insignia Christus.

Gregorius Nazian. Orat. in Julianum: *Magnum vexillum, quod simul cum cruce magnifice, & cum insigni pompâ exercitum ducit in sublime erectum, quod* laborum solvendorum *vim habet, ab eoque apud Latinos nomen trahit, principatumque, ut ita dicam, in reliqua omnia vexilla tenet*, &c. vide Turneb. Advers. 15 c. 16. Nicolaum Fuller. lib. 2 Miscell. cap. 1. Juretum ad Tertullianum carmen de Jona ac Ninive. Isaac. Grangeum ad Prudent. 1 contra Symmachum v. 349. Itemque Cujacium lib. 11 Observ. cap. 20, & ad Codicem de Præpositis Laborum.

Labasco & Labascor, vide *Labo.*

LABDĂCUS, i, Phœnicis filius, rex Thebarum, de quo Statius 3 Theb. v. 89. Hinc

¶ Labdăcides, æ, Lajus, Labdaci filius, Oedipi pater. Idem Statius 6 Theb. v. 451 *Nec verbera pallidus addit Labdacides.*

¶ Labdacidæ etiam Thebani dicti. Idem 10 Theb. v. 36

Sic ille truces hortatibus implet
Labdacidas.

¶ Labdacismus, i, est, cum pro uno L duo pronuncientur; sicut *colloquium* pro *conloquium*, &c. vid. Isidor. 1 c. 31. ¶ Aliis est impotentia sonandi caninam litteram R. Talem *labdacismum* notant scriptores in Alcibiade. vid. Erasmus in Dialogo de Pronunciat. p. 14.

Labecula, Labefacio, &c. Labellum, & Labeo, ŏnis, vide *Labes, Labo, Labium.*

LABERIUS, i, cognomine *Decimus*, (perperam à Crinito & aliis *Decius* vocatur, cum id nomen ipsum, non prænomen fuerit Romanis,) Eques Romanus, præcipui nominis inter mimorum scriptores. Quare, ut ludos suos Cæsar Julius illustriores faceret, hunc eo perduxit, ut prodiret in scenam, atque quos scriptitarat ipse, ageret mimos. Qua in re cum perdidisset ordinem, (namque prodire in scenam, nefas erat equiti Romano,) solaturus Cæsar eidem restituit, cum quingenta sestertia, & annulum aureum donasset, jussissetque sessum ire in quatuordecim, ex quibus omnibus equestris ordo censebatur. Sed omnes equites ita se coarctaverunt, ut venientem non reciperent. Hanc conversionem statûs sui ipse Laberius disertissimis verbis in mimi sui prologo deflevit, quos Macrobius nobis servavit lib. 2 Saturnalium cap. 7. Vide & Senecam lib. 2 Controv. 18, & Suetonium Cæsare cap. 39. Horatius lib. 1 Serm. satyr. 10 princip. Laberii mimos negat *pulchra poëmata* esse. Quod poëtæ judicium exagitarunt admodum duo maximi viri, pater & filius, Scaligeri. Ille quidem lib. 1 Poëtices c. 10, iste Eusebianis Animadversionibus num. 1534. Quibus respondet Daniel Heinsius lib. 2 de Satyrâ Horatianâ pag. 272 & seqq. De Mimis Laberii Macrobius loco laudato, & Gellius lib. 16 cap. 7 quosdam versus producit, in quibus isti:

Quid est jusjurandum? æris emplastrum alieni.

Et: *Necessitas, cujus cursus transversi impetum*
Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt.

Et: *Non possunt primi esse omnes omni tempore:*
Summum ad gradum cum claritatis veneris,
Consistes ægre, & citius, quàm adscendas, decides,
Cecidi ego, cadet qui sequitur, laus est publica.

Item: *Necesse est multos timeat, quem multi timent.*

Ejus vitam habet Crinitus lib. 2 de Poët. Latin. c. 21.

LĀBES, is, quodlibet vitium dicitur, quod aut deformat rem, aut corrumpit, & suo de statu dejicit. Nam a *labendo*, seu *lapsu* dicitur, ein gebrechen. Vnde & Servius in illud Virg. 2 Æn. *Hinc mihi prima mali labes*, RVINAM interpretatur; Cicero etiam non semel *ruinam & labem* tamquam Synonyma conjunxit. Lucret. lib. 2 v. 1143

Sic igitur magni quoque circum mœnia mundi
Expugnata dabunt labem putresque ruinas.

Hinc JCtis *labes* dicitur, cum aut subsidit terra & corruit, ein einfall, erdfall; aut, cum incidit calamitas, quæ comminuat segetes atque corrumpat. Labeo Lege ult. D. locati cond. *Si rivum, quem faciendum conduxeras & feceras, antequam eum probaris, labes corrumpit, tuum periculum est.* Cicero 1 de Divinat. cap. 43 *Delata etiam ad senatum labes Privernatis agri, cum ad infinitam altitudinem terra desedisset.* Vlpianus lege 15 § 2 ff. dict. tit. respondet: *Et si labes facta sit, omnemque fructum tulerit, damnum coloni non esse.* Vbi male Budæus pro *Labes*, *Tabes* substituit; recte alterum vindicante Cujacio lib. 15 Observat. cap. 28. ¶ Hinc *labes* quoque pro interitu ponitur. Plautus Captiv. a. 4 sc. 3 v. 3 *Quanta pernis pestis veniet, quanta labes larido.* Cicero 2 in Verr. cap. 1 *Labes atque pernicies provinciæ.* Zeno de Resurrectione: *Cur de hujusmodi labe in meliora migrantes tam pertinaciter plangis?* Vet. Gloss. λύμη, *Lues, Labes.* ¶ Ad animum quando refertur, vitium, sive depravatæ mentis habitum notat: ut cum cedit affectibus, & a recta ratione, quam sequi debebat perpetuo, deflectit, ein schandflecken. Virg. 6 Æn. v. 744

pauci læta arva tenemus
Donec, longa dies, perfecto temporis orbe,
Concretam exemit labem.

CONCRETAM dixit, ut initio, cum includeretur in corpus demissa cælo, immunem ab ea fuisse animam demonstraret: & vitiatam demum, quando concreta cum corpore seu copulata fuisset. Ita enim sentiebat Plato: cujus dogma poëta hic exprimit. Cicero pro Cornel. Balbo cap. 6 *Est hujus seculi labes quædam & macula, virtuti invidere*, ein gebrechen und laster dieser zeit. Sic, *Labes conscientiæ*, ein böses gewissen: Cic. 3 Offic. cap. 21 *Hunc tu quas conscientiæ labes in animo censes habuisse?* Falsum ergo, quod in Vet. Gloss. *Labes plurale non habet*, traditum est. *Labem inferre*, beschmützen und verderben, Cicero pro Cælio cap. 18.

¶ Lābĕcŭla, æ, diminutivum, ein flecklein, ein mahl. *Labeculam adspergere*, Idem Cic. in Vatin. cap. 17.

¶ Lābōsus, a, um, verderbt, übel; ut, *iter labosum atque lutosum*, Lucilius. Et, *labosæ pœnæ*, Idem.

LĂBIĒNUS, i, Cæsaris partes primùm secutus, & in Gallia legatione fungens, bello civili ad Pompejum defecit. Lucan. lib. 5 v. 345

Fortis in armis
Cæsareis Labienus erat, nunc transfuga vilis.

¶ Alius hoc nomine declamator nobilis, quem *magnum oratorem* Seneca pater nominat, cæterum tantæ libertatis, ut libertatis nomen excederet, &, quia passim ordines hominesque laniabat, *Rabienus* vocaretur. vide plura de eo apud eumdem præfat. lib. 5 Controversiarum.

Labilis, labidus, vide *Labor*.

LĂBIUM, i, seu Labia potius plurale, lefzen, lippen. Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 44 *Labiis demissis*, lippen, so unter sich hangen. vide *Labrum*. Veteres etiam in fœminino *labias* dixerunt. Poëta anonymus apud Gell. lib. 19 cap. 11 *Animula ægra & saucia Cucurrit ad labias mihi.* Apulejus lib. 3 Metam. *Nares biantes & labiæ pendulæ*. Adde lib. 10 Metam. p. 249, 252 ed. Elmenh. Atque ita etiam fœmineo genere Pricæus ibidem expressit.

¶ Lăbellum, i, diminut. ein lippelein. *Platoni in cunis parvulo dormienti apes in labellis consederunt*, Cic. lib. 1 de Divin. cap. 36. *Labella cum labellis comparare*, Plaut. Asin. a. 3 sc. 3 v. 78, küssen. ¶ 2. Vas parvum ad similitudinem labri, ein klein geschirr. Columella 12 c. 43 *Labellum fictile*. Et Cic. de Leg. 2 cap. 26 *Super tumulum noluit quid statui nisi labellum.*

¶ Lăbiōsus, a, um, qui magnis ac prominentibus labiis est, großmäulicht. Lucret. lib. 4 v. 1162 *Ceres est labiosa.*

¶ Lăbeo, ōnis, cui magna sunt labia, ein groß-maul, der grosse lippen hat. Plinius lib. 11 cap. 37 *Labra, a quibus brochi labeones dicti.* Arnobius libro 3 de discriminibus in vultibus mentionem injiciens: *Ergo esse dicendum est quosdam Capitones, Silunculos, Frontones, Labeones*, &c. Iidem & *Chilones* dicti ex Græco: vide supra in C. ¶ 2. Est & piscis Plinio, *Cephalo*, similis capite minore, labra habens crassa & prominentia, unde ei *Labeonis* nomen, Græcis χείλων. ¶ 3. *Labeo* Antistius JCtus nobilis Romæ, non solum leges sed bonas quoque artes egregie doctus. vide de eo Gell. lib. 13 cap. 10 & cap. 12.

¶ Collăbello, are, labellum labello adjungere, küssen, hertzen. Laberius apud Nonium cap. 2 n. 168 *Peranna, collabella osculum.*

¶ Sublăbium, i, herba, quæ & lingua Macedonica dicitur, & Cynoglosson, &c. vid. Apul. de Virt. herb. cap. 96.

LĂBO, labare, ruere repente, einen plötzlichen und grossen fall thun. Sed *Labi*, est leniter sensimque cadere, vide *Labor*. Cic. ad Attic. lib. 8 epist. 14 *Labat consilium meum, quod fixum erat*, mein anschlag, den ich mir gewiß hatte fürgenommen, fällt dahin. Suetonius Tiberio cap. 33 extr. *Si qua in publicis moribus desidiâ aut malâ consuetudine labarent, corrigenda suscepit.* Et, *Memoria labat*, Livius lib. 5 cap. 18, das gedächtniß nimt ab. *Labare sermone*, nicht auf einer rede bleiben, Plin. lib. 14 cap. ult. ¶ Est aliquando etiam *nutare*, wancken. Sueton. Cæs. cap. 14 *labantem ordinem confirmavit Catonis oratio.* Curtius 3, 8, 30 *Ubi partes labant, summa turbatur.*

¶ Lăbasco, ĕre, fallend werden, anfahen zu fallen. Terentius Adelph. a. 2 sc. 2 v. 31 *Labascit*: id est, excidit sua spe, & plus præsidii in aliena misericordia, quam suo jure positum arbitratur; vide ipsum locum. Ubi Donatus monet, sumtam ab arboribus metaphoram, quæ multis succisæ ictibus in casum ferri tandem incipiunt ac labi.

¶ Lăbascor, sci, pro labascere, niedersincken. Accius apud Nonium cap. 7 n. 41 *Nullum est ingenium tantum, neque cor tam ferum, quod non labascatur lingua.* Et Varro ibidem: *Vidit misericordia labasci mentem infirmam.*

¶ Lapso, are, frequentativum, sincken, hinfallen. Virg. 2 Æn. v. 551

In multo lapsantem sanguine nati.

¶ Lapsăbundus, a, um, strauchelnd, hinfällig. Seneca epist. 52 *fundamenta lapsabunda*, pro quo alii ex MS. legunt *fundamenta lassarunt.*

¶ Lăbĕfăcio, fēci, factum, ĕre, quasi labare facere, est concutere, destruere, debilitare, fällen, baufällig machen, zerrütten, umwerffen. Terent. in Adelph. a. 2 sc. 2 v. 36 *Omnes dentes labefecit mihi*, er hat mir alle meine zähne wacklend gemacht, oder loßgeschlagen. *Labefacere suam fidem*, seinen credit schwächen und ungewiß machen, Sueton. Vespas. cap. 4. *Leges & jura*, Cic. pro Cæcin. cap. 25.

¶ Lăbĕfio, eri, passivum est, umfallen. Hinc

¶ Lăbefactus, a, um, umgefallen, geschwächt. Cæsar lib. 2 de Bello Civil. cap. 22 *dejecta turri, labefacta parte muri.* Etiam Cicero cap. 6 de Senect. (verba mox producemus,) secundum Gruterum & Lambinum habet *labefactas resp.* non *labefactatas.* Tacit. Annal. 4, 60, 4 *Si jam labefactum demovisset.* Virg. Æn. 8 v. 390

Intravit calor & labefacta per ossa cucurrit.

¶ Labefactio, ōnis, die zerrüttung, umstossung; ut, *labefactio dentium*, das wackeln der zähne, Plin. 23 cap. 1.

¶ Labefacto, are, frequentativum, est infirmare, debilitare, evertere, schwächen, zerrütten, baufällig machen; ut, *Labefactare atque oppugnare alicujus commoda*, Cicer. in Verr. 5 cap. 78. *Labefactare suam fidem*: hoc est, violare, Livius lib. 24 cap. 21. Et Terent. in Eunuch. a. 3 sc. 3 v. 3 *Ita me video ab ea astute labefactarier*, id est, à proposito averti, vom fürnehmen abgeführet werden.

¶ Labefactatus, a, um, umgestossen, umgeworffen, zernichtet, verderbt. Cicero de Senect. cap. 6 *Maximas Respubl. ab adolescentibus labefactatas, à senibus sustentatas & restitutas reperietis.* Ubi vero *labefacere* opposuit *restituere*.

¶ Collăbasco, ĕre, mit einander dahin fallen. Plaut. Stich. a. 4 sc. 1 v. 17 *Si res lassa labat, itidem amici collabascunt.* conf. Lucret. 3 v. 601.

¶ Collăbĕfio, ĕri, zu grunde gehen. Cæsar 2 B. Civil. c. 6 *ut altera* [navis] *præfracto rostro, tota collabefieret.*

¶ Collabefactus, a, um, überwältiget. C. Nepos de Aristide cap. 1 n. 2 *a Themistocle collabefactus, exilio multatus est.*

¶ Collabefacto, are, zu grunde richten. Ovid. 1 Fastorum v. 566

Et vastum motu collabefactat onus.

¶ Collabefactatus, a, um, gedämpfft, bemeistert. Lucret. 1 v. 492

Collabefactatus rigor auri solvitur æstu.

¶ Illabefactus, a, um, non labefactus, unzerrüttet. Ovidius de Ponto lib. 4 epist. 8 v. 10

Quæ semper maneant illabefacta precor.

LĀBOR, lapsus sum, lābi, mählich fallen, sincken, Valla lib. 5 cap. 59. *Labi per funem demissum*, Virg. 2 Æn. v. 262, sich an einem seil herab lassen. Et Ovidius 1 Trist. eleg. 3 v. 4

Labitur ex oculis tunc quoque gutta meis.

¶ 2. dahin gehen, schleichen. Sic *labi* dicuntur *serpentes, flumina, ætas*, &c. Ovid. 1 Amor. eleg. 8 v. 49

Labitur occulte, fallitque volatilis ætas.

Idem 6 Fast. v. 771 *Tempora labuntur*, &c. die zeit geht dahin. *Labitur paullatim disciplina*, Livius præfatione Operis, die zucht fällt immer mählich dahin. ¶ Sed *labi judicio*, significat falli. *Labi imprudentia*, Varro de R. R. lib. 3 cap. 2, aus unvorsichtigkeit fehlen und straucheln. *Labi spe*, Cæsar pro frustrari dixit lib. 5 B. Gall. cap. 53, *Hac spe lapsus Indutiomarus* &c. *Errore labi*, Lege 19 Dig. de Usu & usufr. & red. Virg. 2 Æn. v. 429

nec te tua plurima, Panthu,
Labentem pietas, nec Apollinis infula texit.

Labentem, id est, morientem, occidentem.

¶ Lapsus, gefallen, niedergeschlagen. Horat. 2 sat. 8 v. 72 *lapsus pede.* *Res lapsæ*, Virg. 4 Georg. v. 449, ein guth oder nahrung, so zu boden gegangen. *Nemo desperet meliora lapsis*, Sen. Thyeste v. 617.

¶ Lapsus, ûs, subst. ruina, ein fall. *Lapsus scalarum*, Plin. lib. 7 c. 37. *Fluminum lapsus*, Horat. lib. 1 od. 12 v. 10. Pluraliter Claudianus lib. 1 de Laud. Stilicon. v. 141

Ancipites rerum ruituro culmine lapsus
Æquali cervice subis.

¶ Lapsio, ōnis, ein fall, das fallen. Cic. Tusc. lib. 4 cap. 12 extr. *in malis proclivitas, ut significet lapsionem.*

¶ Lapsīlis, e, pronus ad lapsum, sinckend. Gloss. gr. lat. γλίσχρον, *Lapsilis.*

¶ Lapso, are, & Lapsabundus, vide in *Labo.*

¶ Lābĭlis, e, quod facile labitur, hinfällig. Arnob. lib. 7 p. 213 *Dulcedo labilis.* Ammianus lib. 27 cap. 23 *per labilem limum digressus.* Antiquiores, qui usi hoc verbo sint, forsan non suppetunt.

¶ Lābĭlĭtas, ātis, die hinfälligkeit. Sarisb. 2 cap. 21 *Labilitas subjectorum.* Et Scribanius: *Memoriæ labilitas.*

¶ Lābĭdus, a, um, labilis, schlüpfrich, da man leicht fällt. Vitruvius lib. 6 proœmio, *labidis itineribus vadere.*

Composita:

¶ Allābi, herzu fallen, herbey schleichen, ankommen. De navium appulsu Virg. ineunte lib. 6 Æneidos:

Euboicis Cumarum allabitur oris.

¶ Allapsus, a, um, herbeyfahrend, hinfallend. Virg. Æn. 9 v. 578, & 12 v. 319 *alis allapsa sagitta.* De serpentibus Livius lib. 25 cap. 16 *Angues duo ex occulto allapsi.* Et, *Allapsus genibus*, id est, ad genua prostratus, Senec. in Hippol. v. 667.

¶ Allapsus, ûs, substant. die herbeyschiffung. Horat. epod. 1 v. 20 *Avis serpentium allapsus timet.*

¶ Circumlābi, herumlauffen. Lucan. 6 v. 484

Prospectumque dedit circumlabentis olympi.

¶ Collābi, über einen hauffen fallen, umfallen; ut, *Domus fastigium collabitur*, Suetonius Cæsare cap. 81. *Cervix ejus ita icta est, ut collaberetur*, Curt. 7, 6, 22.

¶ Collapsus, a, um, umgefallen, hingesuncken. Curt. 8, 2, 39 *Inter manus collapsus exstinguitur.* conf. Idem 4, 10, 19. Sic, *Ædes vetustate collapsæ*, Suet. in Augusto cap. 30.

¶ Delābi, herabfallen: ut, *Delabi in flumen*, Cic. 1 Divin. cap. 28. *Delabi in difficultates*, Idem de Fato cap. 17, in beschwerung gerathen. *In morbum delabi*, Idem Attico lib. 7 epist. 5, in kranckheit fallen. *Delabi in insidias*, Victor de Vir. Illustr. in CCC Fabiis. *In vitium delabi*, Cic. 2 de Orat. cap. 60. *Oratio eò delabitur*, hoc est, convertitur, die rede wendet sich dahin. Idem Cic. ad Q. fratr. lib. 1 epist. 1 c. 6 *Nescio quo pacto ad præcipiendi rationem delapsa est oratio mea.* Idem 1 de Orat. cap. 21 *Insperanti mihi cecidit, ut in istum sermonem delaberemini*, daß ihr auf diesen discurs kommen.

¶ Delapsus, a, um, herunter gefallen. Cic. pro L. Manil. cap. 14 *Pompejum sicut aliquem de cælo delapsum intuentur.* Idem ad Q. Frat. 1 epist. 1 cap. 2 *Quidam e cælo divinus homo in provinciam delapsus.*

¶ Dilābi, diffugere, sich verlauffen. *Multitudo dilapsa in agros vel oppida*, Liv. lib. 3 cap. 4. ¶ 2. Et *Dilabi*, verschwinden, zerrinnen, zerfallen. *Male parta, male dilabuntur*, übel gewonnen guth gedeyet nicht; quod ex Nævio citat Festus, ac meminit Cicero Philipp. 2 cap. 27. *Discordiâ maximæ res dilabuntur*, Sallust. Jug. cap. 10. *Ædificium dilabens*, Sen. epist. 12.

¶ Dilapsus, a, um, zerronnen, zergangen. Cic. de N. D. 2 cap. 10 *Glacies liquefacta & dilapsa.* Virg. Georg. 4 v. 410 *In aquas tenues dilapsus.* Idem Georg. 3 v. 557 *Dilapsa cadavera tabo.*

¶ Dilapsio, ōnis, die zerrinnung. Augustinus de Civit. Dei lib. 22

cap. 12

cap. 12 *De ipsis corruptionibus & dilapsionibus corporum mortuorum*, &c.

¶ Dīlābĭdus, a, um, was leicht vergehet, hinfällig: ut, *Vestes leporino pilo facere tentatum est, propter brevitatem pili dilabidas*, Plin. Hist. N. 8 cap. 55.

¶ Ēlābi, effugere, evadere ex periculo, entgehen, davon kommen, entwischen. *Elabi è vel ex manibus*, Cicer. 2 de Orat. cap. 50 pr. & ad Attic. lib. 10 epist. 4; & *de manibus*, ibidem lib. 1 epist. 16, aus den händen entrinnen. *Ex prælio elabi*, Cæsar lib. 5 B. Gall. cap. 36. *Elabi inter tela & gladios*, Livius lib. 1 cap. 53.

¶ Elapsus, a, um, entronnen, entflohen, loßgefahren. Virg. Æneid. 1 v. 246 *Antenor mediis elapsus Achivis.* Idem Æneid. 9 v. 632 *Fugit elapsa sagitta.* ¶ *Elapsus alicui liber*, i. e. imprudenter & festinanter scriptus, ut sunt juvenilia, Quintil. lib. 3 cap. 1.

¶ Illābi, hineinfallen, einschleichen. Horat. 3 od. 3 v. 7 *Si fractus illabatur orbis*, wenn die welt zu drümmern gienge. *Voluptas animis illabitur*, sive, ut Cicero loquitur lib. 1 de Finib. cap. 11, *ad sensus cum suavitate affluit & illabitur*, sie schleicht ein.

¶ Illapsus, a, um, hineingefallen, eingedrungen; ut, *pernicies illapsa civium animos*, Cic. lib. 2 de Leg. cap. 15. *Truncus illapsus cerebro*, Horat. 2 od. 17 v. 27. Et Virg. 2 Æn. v. 377

sensit medios illapsus in hostes. [al. *delapsus.*]

¶ Illapsus, ûs, substant. die einfahrt, der einfluß; ut, *In vitia facilis est illapsus*, in laster kan man leichtlich gerathen. *Humoris illapsus atque exitus*, Columell. lib. 2 cap. 2.

¶ Interlābi, darzwischen fallen, zwischen durchschleichen. Statius Theb. 2 v. 649 *Parce per has stellis interlabentibus umbras.*

Et Silius lib. 6 v. 18 *truncosque trahebat*
Per stragem nervis interlabentibus artus.

Et per tmesin Virgilius Georg. 2 v. 349
Inter enim labentur aquæ.

¶ Perlābi, celeriter labi, durchlauffen, hindurchrennen. Virg. 1 Æn. v. 151 *Atque rotis summas levibus perlabitur undas.*

¶ Prælābi, præterire, fürüber schleichen, vorbey fliessen. Columell. lib. 11 cap. 1 *Prælabentis temporis fuga quam sit irreparabilis, quis dubitet?* Et Cic. in Arat. (Nat. D. 2 cap. 43) *Pisces, quorum alter paullum prælabitur ante.*

¶ Præterlābi, idem, fürüber gehen, nahe an etwas hinfliessen. Cic. lib. 2 de Orat. cap. 25 extr. *In mentem intrare non potest: ante enim præterlabitur, quam percepta est.* Et Virg. 3 Æn. v. 478 *terram pelago præterlabi*, vorbey schiffen. Idem 6 Æn. v. 874 *Tiberis tumulum præterlabitur*, vorm grab vorbey fliessen.

¶ Prōlābi, hinfallen, herunter stürtzen. *Prolabi per caput*, Livius lib. 27 cap. 32, auf das haupt stürtzen. *Eò jam prolapsi sunt mores, ut* &c. Seneca Controv. 15 pr. *Prolabi aliquò cupiditate*, Cic. lib. 1 fam. epist. 17, begierig auf etwas gerathen. Valer. Max. 9, 1, 4 *In ignotum priscæ continentiæ diverticulum prolabi.*

¶ Prolapsus, a, um, gefallen, verfallen. Virg. Æn. 2 v. 555 *Prolapsa videns Pergama.* Cic. Divin. 2 cap. 2 *Juventus ita prolapsa est, ut omnium opibus refrenanda ac coërcenda sit.*

¶ Prolapsio, ōnis, die hinfallung. Cic. pro Cælio cap. 17 *Ingredi sine casu, aut prolapsione*, ohne fallen oder wancken. Ambros. Serm. 15 de Temp. p. 20 *invisibili prolapsione descendere.*

¶ Rèlābi, denuo ruere, zurück fallen. Horat. 1 epist. 1 v. 18
Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor.

¶ Sublābi, sich verschleichen, hinfallen, umschlagen. Virg. 1 Georg. v. 199
Sic omnia fatis
In pejus ruere, ac retro sublapsa referri.

alles gehet den krebsgang. Plin. lib. 10 epist. 70 *Quæ sunt vetustate sublapsa, reparentur in melius.*

¶ Subterlābi, untenhin gehen, entwischen. Livius lib. 30 cap. 25 *Quinqueremem Romanam repente aggressæ sunt, sed neque rostro ferire celeritate subterlabentem poterant.* Virg. eclog. 10 v. 4
Sic tibi, cum fluctus subterlabêre Sicanos, &c.

¶ Superlābi, drüber hinlauffen. Seneca epist. 90 *in aperto jacentes sidera superlabebantur.*

¶ Translābi, durchfahren. Claudianus in Eutrop. 1 v. 376 *Uno Padum translabi volatu.*

LĂBOR, & Lábos, ōris, animi seu corporis in re aliqua occupatio, arbeit, mühe. *Capere laborem*, Terent. Hecyr. a. 3 sc. 2 v. 9, arbeit, mühe und elend haben. *Ferre, perferre, sustinere laborem*, arbeit tragen. *Laborem ac sumtum in rem aliquam insumere*, Cic. 2 de Invent. cap. 39, arbeit und unkosten anwenden. *Frangere se laboribus*, Cicer. pro Arch. cap. 11, sichs lassen sauer werden. *Labor animi*, contentio, opponitur remissioni in C. Nepotis Alcibiade cap. 1 n. 4. Virg. 1 Georg. v. 145 *Labor omnia vincit*
Improbus & duris urgens in rebus egestas.

id est, pertinax & assiduus labor. Manilius lib. 1 v. 80
Et labor ingenium miseris dedit, & sua quemque
Advigilare sibi jussit fortuna premendo.

Celsus lib. 1 cap. 1 *Ignavia corpus hebetat, labor firmat: Illa maturam senectutem, hic longam adolescentiam reddit.* ¶ 2. Sumitur & pro onere & molestia, verdrießlichkeit. Virg. 2 Æn. v. 708 - - *Nec me labor iste gravabit.* Philargyrus ad Georg. lib. 2 notat, Virgilium *laborem* pro quovis malo, periculo, calamitate, vel alio incommodo posuisse. Quæ verissima observatio est. Ita enim & Virg. 2 Æn. v. 11 *Trojæ supremum laborem* vocat excidium & expugnationem ejus ultimam. Et 4 Æn. v. 78 *Iliacos labores* dixit, id est, ærumnas ac calamitates Trojanorum. Cic. 1 ad Fam. ep 9 *Cujus erga me singularem benevolentiam vel in labore meo, vel in honore perspexi.* Ter. Hec. a. 3 sc. 1 v. 6 *quibus aliquis objectus est labos.* vide ibi not. Weitzii, & Barthii Advers. 33 cap. 1. Sic *malos labores* Horatius dixit epod. 16 v. 16. ¶ 3. Pro morbo vel dolore *Laborem* Plautus dixit Curcul. a. 2 sc. 1 v. 4, *Valetudo decrescit, accrescit labor.* Idem Cas. a. 2 sc. 6 v. 62
Cor lienosum opinor habeo, jamdudum salit:
De labore pectus fundit.

Tacitus 3 Hist. cap. 38 *Fovet æmulum, Principis labores a convivio prospectantem.* vide initio capitis. Vitruvius lib. 8 cap. 3 *Sulphurosi fontes nervorum labores reficiunt.* Hinc *laborare* pro *ægrotare*: de quo post.

¶ Lăbōrĭōsus, a, um, ämsig, arbeitsam, geschäfftig. *Homo natura laboriosum est animal*, der mensch ist von natur ein mühseliges thier, Timoclis est apud Stob. serm. 278 ἄνθρωπός ἐστι ζῷον ἐπίπονον φύσει. *Laboriosa deambulatio*, apud Terent. Heaut. a. 4 sc. 6 v. 3. *Fabula laboriosa*, ejusdem prologo v. 44. Et Cic. 11 Philipp. cap. 4 *qui labores magnos pertulere, hos non miseros, sed laboriosos solemus dicere.* Et, *Laboriosæ exercitationes*, Cicer. 2 Tuscul. Æque vero de laborante ac de opere dicitur. Corn. Nepos Attico cap. 12 *Quod utrum ei laboriosius, an gloriosius fuerit, difficile fuit judicare.* Livius lib. 5 cap. 19 *Operum fuit omnium longe maximum ac laboriosissimum.* Cicero pro Milone cap. 2 *Quid nobis duobus laboriosius?* hoc est, quinam exerciti magis sunt injuriis perditissimorum hominum? Columella fine proœmii lib. 6 *laboriosissimus hominis socius in agricultura bos.*

¶ Lăbōrĭōsè, adverb. beschwerlich, mühsam, kümmerlich. Catull. epigr. 39 *Male est, Cornifici, tuo Catullo,*
Male, mehercule, & laboriose.

Cic. pro Rosc. Comœdo cap. 11 *Quo quisque est sollertior & ingeniosior, hoc docet iracundius & laboriosius.* Plinius lib. 34 cap. 16 de plumbo nigro: *Laboriosius in Hispania eruitur. Sed in Britannia summo terræ corio adeo large*, &c. Sueton. Cæsare cap. 43 *Jus laboriosissime ac severissime dixit.*

¶ Lăbōriæ, arum, plural. pars Campaniæ, quæ & *Terra laboris* dicitur, Græcis *Phlegræi campi*, das mühsame harte land: vid. Plinius lib. 18 cap. 11.

¶ Lăbōro, avi, atum, are, labore occupari, exerceri, arbeiten, mühe haben, sich bemühen. Construitur varie. Cicero ad Attic. lib. 13 ep. 9 *Laboro idem quod tu.* Statius Theb. 3 v. 279 *laboret arma tibi.* Et cum præpositionibus: Cic. de Senect. cap. 7 *Senes laborant in eis, quæ sciunt nihil ad se omnino pertinere.* Et Quintilianus lib. 3 cap. 11 *circa nomina rerum ambitiose laborare.* Et cum præpositione *De*: Cic. Tuscul. 2 cap 12 *quasi de verbo, non de re laboretur.* Idem lib. 13 fam. epist. 26 sub finem: *Sic velim existimes, non minus me de illius re laborare, quam ipsum de sua.* Etiam cum *Ut* vel *Ne*: Ibidem in clausula epist. 26 libri 13 *Illud laboro, ut non minimum hac mea commendatione se consecutum arbitretur.* Et in Verrem 5 cap. 57 extr. *Sponsio illa ne fieret, laborasti.* Tandem etiam cum Infinitivo: C. Nepos Pelopidâ cap. 3 *ut ne quærere quidem de tanta re laborarint.* Et Plinius lib. 1 epist. 10 n. 2 *amari ab eo laboravi.* ¶ Hujus verbi metaphora locutiones latinas bonas multas præstat: ut, *Laborare morbo*, Cic. 1 de Fin. cap. 18, schwach, kranck seyn. *Laborat dolore puerpera*, sie ist in kindesnöthen, Terent. in Andr. a. 1 sc. 5 v. 34. *Laborare ex renibus*, Cic. Tusc. 2 cap. 25. *Laborare frigore*, Columell. lib. 2 c. 10; &, *a frigore*, Plin. 32 cap. 10, kälte haben. *Laborare fame*, Columella præfat. Oper. hunger leiden. *Laborare re frumentaria*, Cæsar 7 B. Gall. cap. 10, mangel am getreide haben. *Laborare ex invidiâ*, Cic. pro Rosc. Amer. cap. 51 extr. geneidet werden. *Laborare vitiis*, Livius lib. 34 cap. 4. Sic, *fides annalium laborat*, id est, vacillat, apud Florum lib. 1 cap. 12 ubi Freinshemium licebit videre. ¶ *De hac re non laboro*, id est, non sum solicitus, da bekümmere ich mich nichts um. Et, *Non magnopere laborare*, so groß nicht darnach fragen, Cicero passim. *Quod epistolam conscissam doles, noli laborare*, Idem lib. 7 fam. ep. 26, gieb dich deshalben zu frieden. Horatius de Arte Poët. v. 192
nec quarta loqui persona laboret.

Varro lib. 3 de re rusticâ cap. 17 *Non laboro hoc loco, discessisse Merulam.* C. Nepos Pelopidâ cap. 3 *Laboro quærere de hoc*, id est, annitor, studeo, de quo modò plenius dictum fuit. ¶ *Laborare* pro vivere posuit Cato in distichis illis aureolis, quod vita nostra nil nisi labor sit & calamitas. Versus ejus hi sunt:
Quum dubia incertis versetur vita periclis,
Pro lucro tibi pone diem, quicunque laboras.

¶ Lăbōratus, a, um, particip. passivum, zugerichtet, ausgearbeitet. *Arte laboratæ vestes*, Virg. Æn. 1 v. 643. *Laborati libri*, fleißig gemachte bücher, Marcial. lib. 4 epigr. 33.

¶ Lăbōrandus, a, um, participium aliud. Tertullian. lib. 2 adv. Marcion. cap. 2 *in ergastulum laborandæ terræ relegatus*, scil. homo.

¶ Lăbōratōrium, i, ἐργαστήριον, hodie dicitur locus destinatus operationibus chymicis.

¶ Lăbōrĭfer, a, um, laborem ferens, laboriosus, arbeitsam, fleißig; ut, *Hercules laborifer*, Ovid. Metam. lib. 9 v. 285, der viel arbeit hat. Statius 6 Theb. v. 25 *Clara laboriferos cælo Tithonia currus*
Extulerat. Et Ausonius Edyll. 4 v. 7
Justa laboriferis tribuantur ut otia Musis.

Composita:

¶ Adlăbōro, are, sive Allaborare, sich bearbeiten, fleiß und arbeit anlegen. Horat. 1 od. 38 v. 5 *Simplici myrto nihil allabores.* Idem epod. 8 v. 20 *Ore allaborandum est tibi.* Et Cic. in Bruto cap. 49 *An tu adlaborasse, hoc modo Bruto probaturus es?*

¶ Collăbōrare, Collaboratio, Collaborator, barbara sunt.

¶ Elăbōrare, elucubrare, ausarbeiten, verfertigen, sich bemühen: ut, *Oratio elaborata*, Cic. de Clar. Orat. c. 90 extr. Et pro Marcello c. 9 pr. *In hoc elaborandum est, ut remp. constituas*, dahin ist aller fleiß und mühe anzuwenden, daß &c. *Elaborare in litteris*, Idem de Senect. cap. 8. Et, *Desudare & elaborare in re aliqua*, ibidem cap. 11. *Cupide elaborare*, Corn. Nepos 3, 1, 4.

¶ Elăbōratus, a, um, ausgefertiget, zubereitet; ut, *Causſæ* sive *orationes diligenter elaboratæ*, Cic. de Clar. Orat. cap. 90 extr. *Ornati elaboratique versus*, Idem in Orat. cap. 11. *Amor elaboratus*, Horat. epod. 14 v. 12. *Elaborata ars*, id est, studiose exculta, Plin. 25 c. 12.

¶ Elăbōratus, ûs, subst. die ausarbeitung, verfertigung. Apul. Florid. *Elaboratu mirandus.*

¶ Elăbōratio, ōnis, idem. Auct. ad Herenn. cap. 22 *Non hæc videntur reperiri posse sine elaboratione & consumtione operæ.*

¶ Inēlābō-

¶ Inēlābŏrātus, a, um, quod non artificiosè satis excultum est, unausgearbeitet, das nicht künstlich und fleissig genug gemacht ist. Seneca de Tranquill. c. 1 *inelaborata oratio.*

¶ Illābŏrare, est, in re laborare, fleiß anlegen. Tacitus German. extrem. *ingemere agris, illaborare domibus.* Sed

¶ Illaboratus, a, um, quod sine labore videtur factum, darauf keine sonderliche arbeit gewandt wird. Sic *Ciceronis omnia fuere illaborata, quæ intensissima cura vix consequi alii possent*, dixit Quintilianus lib. 10 cap. 1. Et, *Terra illaborata*, id est, non culta aratro, Seneca epist. 90.

LABRADEVS, cognomen Jovis, quod multum pluisset: Ælianus. vid. Lactant. lib. 1 c. 20, & ibi Gallæum p. 130.

LABROS, i, canis nomen apud Ovid. Met. 3 v. 224.

LĂBRVM, i, idem quod *labium*, die lippe, quamquam Donatus distinguit. LABIA, inquit, *sunt superiora:* LABRA *inferiora.* LABRA *asinorum proprie dicuntur.* Verrius Flaccus apud Carisium lib. 1 sic distinxit: *Modica esse labra, labia autem immodica; & inde labeones dici.* Virg. eclog. 3 v. 47 *Nec dum illis labra admovi*, &c. ich habe sie an meinen mund noch nie gebracht. *Apes in labris Platonis pueri dicuntur consedisse*, Cicer. de Divin. lib. 1 cap. 36. *Versabatur mihi in prioribus labris*, Plaut. Trinum. a. 4 sc. 2 v. 65, es saß mir auf der zunge. *Similes habent labra lactucas*, Crasso tribuitur, vide Chiliad. *Labris primoribus gustare*, Cicero pro Cæl. c. 12 dixit pro leviter attingere, lößlich berühren. *A summis labris*, quod est, non ex animo, apud Senecam legitur in epist. 10 ad Lucilium: *Non à summis labris ista venerunt*, es ist nicht von hertzen gangen. *Labra* dicta sunt ἀπὸ τῦ λαμβάνειν τὴν βορὰν, quod iis esca prehendatur, Plut. in Problematibus. Alii a *lavo* quasi *lavrum* dictum putant, vel quasi *lavabrum*. Nam & ¶ 2. *Labrum*, vasis genus notat, in quo lavabant, ein steinern trog, ein röhrkasten, eine wanne. Cicer. lib. 14 famil. ep. 20 *Labrum si in balneo non est, ut sit.* Item, eine butten und zuber; ut, *Labrum vinarium, ōlearium*, apud scriptores rei rusticæ. vide Caton. cap. 11 & 13. Cognata notione id significat, unde aqua effluit; v. g. Plinius lib. 5 epistola 6 *Marmoreo labro aqua exundat, circumjectasque platanos, & subjecta platanis gramina leni aspergine fovet.* ¶ 3. *Labrum* pro fossa dixit Ausonius Vrbium 5 v. 9

Mœniaque in valli formam circumdata labro.

vid. Scalig. Lect. Auson. 1 c. 23 p. 65. ¶ 4. *Labrum Veneris*, dipsacus, δίψακος, planta, quam Germani gartendisteln, & weberkarten nominant. vid. Plin. 25 c. 13. Serenus v. 1038

Aut, Veneris labrum quæ dicitur, herba bibetur.

¶ Lābrōsus, a, um, das lefftzen hat. Cels. 7 cap. 26 *Ferramentum in summa parte labrosum.* Gloss. gr. lat. πρόχειλος, *labrosus.*

¶ Sublabrare, cibos intra labra mittere, essen. vide Nonium cap. 2 n. 774.

LĂBRVSCA, æ, ἄμπελος ἀγρία, vitis agrestis, ein wilder weinstock: Vel à labris & extremitatibus agrorum, [nam in marginibus terræ nascitur,] vel quod sapore acerbo labra lædit, sic appellata Servio auctore. ¶ 2. *Labrusca uva de vepribus lecta*, ein heerling, Colum. lib. 8 c. 5.

¶ Labruscum, i, Virgilius dixit, neutro genere, in Culice v. 52

Densaque virgultis avide labrusca petuntur.

LĂBȲRINTHVS, i, λαβύρινθος, antrum Dædali, sinuosum, & inextricabile in Creta, ein irrgarten, daraus nicht zu kommen ist, irrgang. Isidoro lib. 15 c. 2 est perplexum parietibus ædificium. Sunt, qui carcerem fuisse tradunt, in quo non foret incommodi quippiam, nisi quod, qui asservabatur, effugere non poterat. Vnde & *Labyrinthum* dici putant, quia λα sit particula intendens, & βύειν significet obturare ac claudere. vid. Cæl. Rhod. 17 c. 9, & Sabell. lib. 6 Enn. 1. *Labyrinthos* Plinius lib. 36 c. 13 inter miracula mundi recensuit, & quatuor numeravit, *Creticum*, qui maxime fuit spectabilis, *Ægyptium, Lemnium*, & *Italicum*. Virgil. lib. 5 Æneid. v. 588

Vt quondam Creta fertur Labyrinthus in alta
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemque
Mille viis habuisse dolum, qua signa sequendi
Falleret indeprensus, & irremeabilis error.

¶ 2. Significat & *Labyrinthus* vel orationem, vel rem quamcunque inexplicabilem, eine schwierigkeit, daraus sich nicht zu finden. Boëthius lib. 3 de Consol. Phil. Prosa 12 *Ludisne, inquam, me, inextricabilem Labyrinthum rationibus texens, quo nunc quidem, qua egrediaris, introeas; nunc verò, quo introieris, egrediare?* vide Chiliad.

¶ Lăbȳrinthicus, a, um, adject. irrgängig. Sidonius Anacreontico epistolæ 13 lib. 9 inserto: *Iter asperum viasque*
Labyrinthicas cucurrit.

¶ Labyrinthēus, a, um, idem. Sedulius exordio operis:

Quid Labyrintheo Thesidæ erratis in antro?

LAC, lactis, γάλα, gener. neutr. succus maternus, quo animalia nutriuntur, milch. A laciendo derivant, quia elicitur. Vel potius ἀπὸ τῦ γάλακτος, truncata prima syllaba. Lucret. lib. 5 v. 812

Dulci repletur, peperit cum fœmina, lacte.

Errorem cum lacte nutricis suximus, Cicer. lib. 3 Tuscul. cap. 1. vide *Error*. Sic, *Lac bubulum, caprinum, ovillum, suillum, humanum*, &c. *Lac Gallinaceum* de summâ felicitate olim usurpatum. vid. Plinium præfat. H. N. & ibi Dalechamp. pag. 7. Veteres in masculino etiam posuere: Gellius lib. 12 cap. 1 *Quam ad præbendum lactem adhibetis.* Et Apulejus lib. 8 Met. p. 214 *hominum lactem concupiscere.* Et *Lacte* in nominativo dictum mox indicabitur. Athenæus ex Aristotele & Theophrasto refert, Philinum quemdam nullo alio cibo per totum vitæ suæ curriculum usum fuisse, quam solo lacte. Eo rustici supplicabant, multæque gentes, quæ thura non habebant. vid. Plin. ibid. l. c. *Lac coit*, Varro lib. 2 de Re Rustica c. ult. die milch läufft zusammen, gerinnet. Id *coagulari* Plinio dicitur lib. 23 c. 7, *solidari* Palladio in Majo c. 9. Sed *Lac novum*, COLOSTRVM appellari, Servius in eclog. 2 Virgilii observat. *Lac pressum* Turnebus lib. 5 Advers. c. 12 *Caseum* exponit, alii recens emulctum intelligunt. vid. Taubm. ad Virg. p. 13. At Plautus Amph. a. 2 sc. 1 *Neque lac lacti magis est simile*, Ex Menæchm. vide paullo post. ¶ 2. *Lac* etiam dicitur herbarum succus: Vnde & ipsæ herbæ *lactere* dicuntur. Virg. Georg. 4 v. 514 *Pubentes herbæ nigri cum lacte veneni.*

Quod suum fecit Prudentius hymno in Infideles, sive 2 præfat. in Apotheosin: *Addens avenas æmulas,*
Quis de veneni lacte in herbam fertilem
Sinit colonus crescere.

¶ *Lacte*, in nominativo dixit Varro Andabatis apud Nonium in *Lacte* c. 8 n. 4 *Candidum lacte papillâ cum fluit.* Et Plautus Menæch. a. 5 sc. 9 v. 30 *Neque aqua aquæ, neque lacte est lacti, crede mihi, usquam similius, quam hic tui est, tuque hujus*, ihr sehet einander so ähnlich und gleich, als wenn einer dem andern aus den augen geschnitten wäre.

¶ Lactes, ium, plurale fœmininum, intestina sunt graciliora, ita dicta, vel a candore, vel a mollitie, die kleinen gedärme. *Lactes agninæ*, Titinnius apud Nonium c. 4 n. 270, lamms-gekröß, kaldaunen. Vsus & Plautus Pseud. a. 1 sc. 3 v. 85. Item Curculione a. 2 sc. 3 v. 40 *Ita cibi vacivitate venio laxis lactibus*, hoc est: Ita intestina mihi vacua sunt. Nonius l. c. *Lactes dicuntur intestina.*

¶ Lactārius, a, um, das milch giebt: ut, *Herba lactaria*, cujusmodi est lactuca, &c. Plin. 26 c. 8, ein kraut so milch giebt. *Oves lactariæ*, schaafe so zu melcken seyn. Varro lib. 2 de Re Rust. c. 1 *Dandum bubus lupinum, & lactariis medica & cythisum.*

¶ Lactarius, i, substant. qui cibos ex lacte conficit. Lampridius in Heliogab. c. 27 *Dulciarios & lactarios tales habuit, ut, quæcunque coqui de diversis edulibus exhibuissent, vel structores, vel pomarii, illi modo de dulciis, modo de lactariis exhiberent.* Gloss. gr. lat. γαλακτοπώλης, *Lactarius.*

¶ Lacteus, a, um, adject. aliud, von milch, wie milch: ut, *Humor lacteus*, Lucret. lib. 1 v. 259. *Liquor lacteus*, Tibull. lib. 2 eleg. 3 v. 18, [si is Tibulli est; vide Scalig.] weiß wie milch. *Lacteus circulus*, Cic. Somn. Scip. c. 3, vel, *via lactea*, Ovid. 1 Metam. v. 169, tractus est conspicuus ille, quem agmina stellarum densissima efficiunt. Rustici die milch-strassen vocant. Hercules cum adhuc infans esset, multum lactis absumsit, nec in ore continere potuit, ideo profusum evomuit, & circulum in cælo, candido colore, quem *Lacteum* vocant, designavit, ut poëtæ fingunt.

¶ Lacteŏlus, a, um, dimin. weiß wie milch; ut, *lacteolæ puellæ*, Catull. epigr. 56. *Lacteola ovis*, Prudent. Psychom. v. 794 est alba.

¶ Lacticŏlor, ōris, idem. Ausonius epist. 7 v. 54

oblinat
Furvam lacticolor spongia sepiam.

¶ Lactĭneus, a, um, idem. vid. Barth. Advers. 46 c. 3. Venant. Fort.

Regia lactineo commutans pallia cultu.

¶ Lacteo, lactēre, lac sugere, saugen, milch trincken. *Infans lactens*, ein säugling. *Romulus lactens*, Cicer. 3 Catil. cap. 8. ¶ Vel *Lacte plenum esse*; ita herbæ, segetes, *lactere* dicuntur, cum adhuc teneræ sunt. Virg. Georg. 1 v. 318

Spicea jam campis cum messis inhorruit, & jam
Frumenta in viridi stipula lactentia turgent.

Vbi Servius: FRVMENTA LACTENTIA, id est, *tenuia & lactis plena. Sane sciendum, Varronem in libris rerum divinarum dicere*, LACTANTEM, *Deum esse, qui se infundat segetibus & eas faciat lactescere. Et sciendum inter* LACTANTEM *&* LACTENTEM *hoc interesse, quod* LACTANS *est, qui lac præbet;* LACTENS, *cui lac præbetur.*

¶ Lactesco, ĕre, in lac converti, zu milch werden: ut, *Omnis fere matrum cibus lactescit*, Cic. de Nat. Deor. lib. 2 c. 51. *Ficus* arbor non floret, sed *lactet:* ei enim loco floris est ὀπὸς, id est, succus, ut docet Macrob. lib. 3 Saturn. cap. 22. vid. Turneb. lib. 18 cap. 4.

¶ Lacto, lactare, matrum proprie est, säugen, stillen. Vide, quæ modo in *Lactere* ex Servio producta sunt. ¶ 2. Pro *Lactere*, Auson. Epitaph. 32 *Infans lactavit.* Idem Edyll. 4 v. 67 *lactantibus annis.* vide Vinetum ibi. ¶ 3. Pro inducere a *Lacio* est, de quo sequitur sub *Lacio.*

¶ Lactans, tis, das da milch giebt, stillend. Gellius 11 c. 1 *quæcunque lactans.* Et Celsus 2 c. 28 *lactantia* vocat omnia, quæ lac emittunt, vel quæ lacte conficiuntur. ¶ 2. *Lactans*, Deus, qui segetes facit lactescere. vid. ex Servio in *Lacteo.*

¶ Lactatus, a, um, gesäugt. Hinc Isidoro 20 c. 3 *Lactatum* est potio è lacte.

¶ Lactatus, ûs, substant. actus lactandi, die säugung. Plinius 32 cap. 2 *Lactatu pinguescere.*

¶ Lactĭcŭlārius, i, & Lacticulōsus, i, ein säugling. Gloss. gr. lat. λιπογάλακτος, *lacticularius, lacticulosus.* vid. Scheffer. in Petron. fragm. p. 126.

¶ Lactĭcĭnium, i, cibus ex lacte, milch-speise, Apicius 7 c. 11.

¶ Lactĭlāgo, ĭnis, herba, al. Chamædaphne, Apul. de Herb. c. 27.

¶ Lactōris, ĭdis, a Plinio 24 c. 18 dicta herba lactaria, quod succo lacteo turgeat, Dioscorid. *Erinus* est, ἔρινος, ocimum aquaticum, wasserbasilien; ad rivulos enim aquarum nascitur.

¶ Lactōsus, a, um, voll milch. Gloss. gr. lat. γαλακτώδης, *lactosus.*

¶ Lactūca, æ, a *lacte* & ipsa dicta, herba nota est, salat. Duplex est, altera *sativa*, eademque crispa, & florida; *agrestis* altera. Martial. lib. 13 epigr. 14

Claudere quæ cœnas lactuca solebat avorum,
Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes?

¶ Lactūcŭla, æ, diminutivum, klein lattich. Columell. lib. 10 v. 111

Teneris frondens lactucula fibris.

¶ Lactucĭnus, i, ein kohlgärtner. Romani quidam in Valeria familia *Lactucini* appellati, ob diligentem lactucarum curam. vid. Plinium 19 cap. 4.

¶ Lacturcia, æ, Dea lactescentium frumentorum. vid. Augustin. de Civ. D. 4 c. 8.

¶ Collactaneus, i, simul lactens, una cum alio educatus. Glossæ Cyrilli: *Collactaneus*, ὁμογάλακτος. Quo Vulgatus Interpres usus est Actuum Apost. cap. 13 v. 1 pro σύντροφος. Et Augustinus Confession. lib. 1

lib. 1 cap. 7 *Parvulus intuebatur pallidus amaro adspectu collectaneum suum.*

¶ Collactius, i, idem. vid. Grut. Inscript. p. 661, 2, 3, 5, & Spon. Misc. p. 228.

¶ Collactanea, æ, fœmin. Ambrosius epist. 34 ad Virgines sacras: *Emerantiana, quæ fuerat collactanea ejus*, &c. Et Venant. Fortunatus lib. 6 carm. 7

Nulla puella choro neque collactanea ludat.

¶ Collacteus, a, um, idem. Juvenal. sat. 7 v. 307 *quid dicat collactea mammæ.* Alii legunt: *Collacia Muræ.* Sed & apud Martian. Capell. lib. 1 *Sororis ejus indiscreto fœdere collactea.*

¶ Delactatus, a, um, entwöhnt, abgesetzt, von der milch. Gloss. lat. gr. *Delactatum*, ἀπογαλακτισθέν.

Lacæna, quære in *Lacedæmon.*

LACCĀRIUS, i, qui puteos & fossas fodit, ein brunn-gräber. Gloss. lat. gr. *Laccarii*, λακκαῖοι.

¶ Laccoplūtus, i, λακκόπλυτος, e fossa ditatus. Sic Calliæ cujusdam posteros a Comicis dictos ajunt *Laccoplutos*, quasi divites ex puteo, loco scilicet illo, ubi magnum auri pondus defossum Callias invenit. vid. Plutarch. in Aristide.

LĂCĔDAEMON, ŏnis, Λακεδαίμων, fœmin. Peloponnesi civitas celeberrima, eadem, quæ Sparta. Vide de hac urbe, & ejus imperio in Græcia Strab. lib. 8, Demosthen. Philipp. 3, Pausan. lib. 3, Eustathium ad Iliad. B. Ciceronem pro Flacco, Nic. Cragium pecul. libro, & infra *Sparta.*

¶ Lăcĕdæmonius, a, um, adject. ut, *Lacedæmonium Tarentum*, Horat. lib. 3 oda 5 v. 56.

¶ Lacedæmonii, orum, substant. nisi *cives* subintelligere vis, populus sunt & incolæ, laudati ob honestas plurimas constitutiones, leges ac mores, quos & publice & privatim observarunt & coluerunt, & quos libro peculiari commendavit Xenophon. vide in *Sparta*, & Porphyr. lib. 4 περὶ ἀποχῆς pag. 348. Cùm ad publica irent convivia, singulis, qui venirent, natu quispiam maximus fores indicans dicebat: διὰ τούτων οὐδεὶς ἐξέρχεται λόγος, *Per has nullum egrediatur verbum.* Plutarch. Iidem in conviviis publicis modeste poti abibant sine funali, (δίχα λαμπάδος,) ut per diem ac noctem iter intrepide facere assuescerent. Summa disciplina eorum hæc fuit: τὸ ἄρχεσθαι καλῶς καὶ καρτερεῖν πονοῦντα, καὶ μαχόμενον νικᾶν, ἢ ἀποθνήσκειν, hoc est, *bene obedire, laborem tolerare, & pugnando vincere aut mori*, Plutarch. in Apophth. Iidem in conviis publicis (quæ assuescerent) carminum utebantur recitatione, quo vel laudes essent eorum, qui generose vixissent, ac pro patriâ mortui essent; vel vituperationes eorum, qui timidi fuissent. Instituebant tres choros, secundum tres ætates. [De quo Trichorio vide suprà in *Chorus.*] Iidem pueris servos ebrios ostentabant, ut ipsos ab ebrietate deterrerent. Iidem denique nec Comœdias nec Tragœdias spectarunt, ut neque serio, neque joco audirent eos, qui legibus contradicerent. Idem ibidem. vide & infra in *Sparta. Laconica pocula* describit Porphyrius lib. 4 περὶ ἀποχῆς pag. 352.

¶ Lăco, vel Lacon, ōnis, ὁ Λάκων, idem qui Lacedæmonius, ein Lacedämonier. Corn. Nepos in Ages. cap. 2 n. 3 *inducias a Lacone petivit.* Et in Timotheo cap. 1 *a quo cum Laco pecuniam numeratam accepisset.* ¶ Horatio epod. 6 v. 5 *fulvus Lacon*, canis præstantioris generis est, qui ibi cum *Molosso* conjungitur. Nam & usitatum, a nationibus & locis canibus nomina indere. conf. Colum. 7 c. 12, & Gruteri Fac. Crit. T. 6 *Canis* in Ind.

¶ Lăcæna, æ, fœmin. ut, *Helene Lacæna*, Horat. 4 oda 9 v, 16. Eadem *Tyndaris Lacæna* Virgilio 2 Æn. v. 601.

¶ Lăconicus, a, um, aliud adjectivum. Horat. lib. 2 oda 18 v. 7

Nec Laconicas mihi
Trahunt honestæ purpuras clientæ.

¶ Lăconica, vel Laconia, æ, terra, regio, vel ager Lacedæmonius, das land um Lacedämon. Nepos in Timotheo cap. 2 *Idem classi præfectus circumvehens Peloponnesum Laconicam populatus, classem eorum fugavit.*

¶ Lăconicum, i, locus orbicularis in balneis, in quo sudor elicitur, ein schweißbad, schwitz-stüblein. Cicer. ad Attic. lib. 4 ep. 10 *Nostram ambulationem & Laconicum, cùm poteris, invisas.* Dictum *Laconicum*, quod eo peculiariter Lacones usi sunt. Colum. præf. lib. 1 R. R. *quotidianam cruditatem laconicis excoquimus.*

¶ Lăconicè, adverbium, i. e. more Laconum; ut, *Laconicè dicere*, est paucis, & compendio dicere, kurtz reden. *Laconicè vivere*, id est, frugaliter & caste, mäßig und züchtig leben. Ejusmodi enim Lacedæmoniorum præ cæteris gentibus vita fuit.

¶ Lăconismus, i, λακωνισμὸς, *breviloquentia*, cujus fuerunt studiosi *Lacones*, kurtz und wenig worte, und viel dahinder. Cicer. 11 fam. ep. 25 *Non imitor λακωνισμὸν, altera jam pagella procedit.* Symmachus lib. 1 epist. 14 id dicit *Laconicæ studere brevitati.* Plato lib. 1 de Leg. p. 517 Urbem Athenas φιλόλογόν τε καὶ πολύλογον, Λακεδαίμονα δὲ βραχύλογον, καὶ τὴν Κρήτην πολύνουν, *Athenas elegantiæ & copiæ sermonis, Lacedæmonem brevitatis, Cretam verò sensuum fœcunditatis studiosam esse.*

LĂCER, a, um, adjectiv. dilaceratus, zerrissen, zerfleischt: ut, *Vestis lacera*, ein böses kleid. *Navis lacera*, ein zerritztes schiff, Ovid. 2 Pont. epist. 3 v. 28. *Corpus lacerum*, Livius lib. 1 cap. 28 scil. Metii Suffeti, quadrigis discerpti.

¶ Sēmilăcer, a, um, halb zerrissen. Ovidius 7 Metam. v. 344

Semilacerque toro tentat consurgere.

¶ Lăcĕro, avi, atum, are, discindere, dilacerare, discerpere, zerreissen, zerfleischen, kratzen. *Tergum virgis lacerare*, Livius lib. 3 cap. 58, stäupen, daß das blut hernach gehet. *Lacerare morsu viscera*, Cic. 2 Tusc. cap. 8. *Meus me mæror lacerat & conficit*, Idem ad Att. lib. 3 epist. 8. Et, *Famam alicujus lacerare*, Livius lib. 38 cap. 54, einen an seinem ehrlichen nahmen beleidigen. Sic, *lacerare probris*, Idem lib. 31 cap. 6; *verborum contumeliis*, Cicer. in Philipp. 11 cap. 2. *Obtrectatio invidiæ solet lacerare plerosque*, Idem de Clar. Orat. cap. 42. *Continua rabie quem lacerare*, Vellej. 2, 64, 3, einen verunglimpffen. *Lacerare homines*, pro perdere bonisque exuere, dixit Plautus Curcul. a. 4 sc. 2 v. 22. ¶ 2. *Lacerare* est consumere, dilapidare: Idem Plaut. in Sticho a. 3 sc. 1 extr. *Lacerare rem suam*, id est, absumere bona sua.

¶ Lăcĕratus, a, um, zerrissen, zerkratzt: ut, *Oculus laceratus*, Lucret. 3 v. 409.

¶ Lăcĕratio, ōnis, die zerfleischung, zerritzung: ut, *Lacerationes muliebres genarum*, Cic. 3 Tusc. c. 26. *Laceratio corporum*, Liv. lib. 7 cap. 4. Sic *mortuorum laceratio*, apud Celsum præf. die anatomirung.

¶ Lăcĕrator, ōris, qui lacerat, ein zerreisser. Augustinus de moribus eccles. cathol. c. 1 *impius lacerator.*

¶ Laceratrix, īcis, die zerreisserin. Macer 2 cap. 6 *Scabies cutis laceratrix.*

¶ Lăcĕrābilis, e, quod lacerari facile potest, zerbrechlich. Ausonius Idyll. 15 v. 17 *ipsa senectus*

Objicit innumeris corpus lacerabile morbis.

¶ Illacerabilis, e, non lacerabilis, unzertrennlich. Silius lib. 5 v. 137

spolium, quod rege superbus
Bojorum cæso capiti illacerabile victor
Aptarat.

¶ Collaceratus, a, um, zerstümmelt. Tac. Hist. 3, 73, 5 *Confossum collaceratumque corpus.*

¶ Delacero, are, idem quod Lacerare. Plautus Capt. a. 3 sc. 5 v. 14 *delacerare opes.*

¶ Dilacero, are, idem, & pro consumere, durchbringen. Ovid. Heroid. ep. 1 v. 90 *dilacerantur opes.* ¶ 2. Et per metaph. *Dilacerare remp.* zerrütten, zertrennen, Cic. pro Milone c. 9.

LĂCERNA, æ, vestimentum militare crassius, arcendis injuriis cæli & tempestatum, ein regenmantel, reuterkappe. Rubenio de Re Vest. 1 cap. 6 est vestis cucullata varii coloris sine clavis, eine hülle. Vellej. 2, 70, 2 *Cassius lacerna caput circumdedit.* conf. Horat. 2 sat. 7 v. 55, & Torrent. ad Sueton. Aug. cap. 40. Juvenalis satyr. 9 v. 28

pingues aliquando lacernas,
Munimenta togæ duri crassique coloris.

Ubi *lacernas pingues* à lana filoque crassiori contextas vocat, mantel von groben tuch. Ex frustis melioribus malarum lacernarum facta pilea vilissima, docent Brodæus lib. 10 Miscell. c. 35, Martial. lib. 14 epigr. 132, & ibi Farnab. Barth. ad Statii Silvas p. 419.

¶ Lăcernŭla, æ, diminutivum, ein mantälgen. Arnobius lib. 2 p. 56 *Lænas, lacernulas, trabeas* &c. *sibi fecerunt.*

¶ Lăcernatus, a, um, lacernam indutus, mit einem mantel versehen, Juvenal. satyr. 1 v. 62.

LĂCERTA, æ, die eidex, Horatio lib. 1 oda 23 v. 6 *Lacertæ virides. Lacerta chalcidica*, quæ & *Seps*, kupffereidex. *Lacerta aquatica*, wasser-molch, oder wassereidex.

LĂCERTUS, i, in homine brachium est à cubito ad manus usque vertebram, der förder arm, vom ellbogen biß an die hand. *Milo Crotoniates cum senex esset, aspexisse lacertos suos dicitur, illacrimansque dixisse: At hi quidem jam mortui sunt*, Cic. de Senect. c. 9. Et, *Cupidis lacertis amplecti aliquem*, Ovid. Heroid. epist. 13 v. 115, mit grosser begierde umfangen. ¶ *Parem esse lacertis, & viribus*, an stärcke und kräfften gleich seyn. *Movere lacertos*, seine stärcke gebrauchen, sehen lassen: Florus prologo extremo: *Sub Trajano principe movit lacertos*, scil. Romanus populus. ¶ 2. *Lacertus*, piscis Trachurus, & σαῦρος dicitur, & scombro similis est, eine art macrellen, quod genus pulcre illustravit Hermolaus Barbarus ad Plinii lib. 32 cap. 11. *Virides lacerti*, Virg. ecl. 2 v. 9. *Byzantiacus* Statio cognominatur, quod præstantior in mari circa Byzantium erat. Nam lib. 4 Silv. 9 v. 13 ait:

Aut Byzantiacos colunt lacertos.

Adde ibi Barthium. Sunt qui aalraupen dicunt, ex Oppiano:

Atque lacertorum gentes, quæ putrida pascunt,
Inter cænosas volventes corpora sordes
Saurides, Scepani, &c.

Sauris, eine macqueralsen; scombrum enim & acum refert.

¶ Lăcertōsus, a, um, qui validis est lacertis, starck in armen. Cic. Philip. 8 cap. 9 *Centuriones pugnaces & lacertosi.* Et Varro 2 de R. R. cap. 7 etiam *equum lacertosum* dixit.

Lacesso, vide paullo post in *Lacio.*

LĂCHĂNUM, i, græcum, λάχανον, id Horatius latine scripsit in Sermonibus lib. 1 satyr. 6 v. 115,

Ad porri & ciceris refero, lachanique catinum.

Significat olus, kraut, kohl. Ita Lambinus in Horatio legit: Torrentius aliique ex antiquis libris *laganum*, quod placentæ genus est, de quo infra dicemus.

¶ Lachanisso, are, pro quo *betissare* Augustus dixit, Sueton. cap. 87, id est, lachano vel beta frequenter uti, kraut oder kohl essen, matt seyn.

LĂCHĔSIS, is, Λάχεσις, una ex Parcis, à λαγχάνω, sortior. vide *Parca.* Martial. lib. 4 epigr. 54

Nil adicit penso Lachesis, fusosque sororum
Explicat, & semper de tribus una necat.

Seneca in Oedipo v. 984 *Quicquid facimus, venit ex alto;*
Servatque suæ decreta colus
Lachesis dura revoluta manu.

Lachryma, vide *Lacryma.*

LĂCĪNIA, æ, pars extrema vestimenti, flexuosa sinuosaque, ut Beroaldus ad Apulejum dixit, der saum, der schweiff, die schleppe, falte. Togæ enim & pallia laxiore ambitu erant, itaque rugas & plicas veluti sinus faciebant; idcirco lacinia erat illarum extremitas. Rubenio sunt πτερύγια, *alæ* vestimenti, quod secus videtur Octavio Ferrario Analect. de Re Vest. cap. 40, quia Plautus Mercatore a. 1 sc. 1 v. 16 dicat: *Sume laciniam, atque absterge sudorem tibi.* Cic lib. 16 fam. ep. 21 *Videor videre ementem te rusticas res, cum villico loquentem, in lacinia servantem ex mensa secunda semina.* Apulejus lib. 3 Miles. p. 138 *Omnibus laciniis se devestit Pamphile.* Ubi synecdochice pro toto vestimento sumitur, quemadmodum etiam lib. 1 idem Apulejus pag. 105 *Unam e duabus laciniis meis exuo, cumque propere vestio...* Metapho-

rice pro cujuscunque rei flexu & ambage dici, observat Colvius ad Apuleji l. d. ¶ Est & Junonis cognomen: *Juno Lacinia*: de quo vide Livium lib. 42 cap. 3, Valer. Max. 1 c. 1 n. 20, Lactant. 2 c. 7 n. 15.

¶ Lăciniōsus, a, um, schweiffícht, faltícht; ut, *Vestis laciniosa*, ein kleid mit falten. *Laciniosa folia*, Plin. 25 cap. 10. ¶ Tralate idem lib. 5 cap. 10 Alexandriam Ægypti situ *laciniosam* vocat. Et Apulejo Apolog. p. 287 *imbecillitas laciniosa*, est non simplex, sed nimium redundans. Et Hieronymus epist. 112 [præfat. in lib. Esther] *laciniosis verborum finibus*.

¶ Laciniosè, adverb. idem. Plinius lib. 16 cap. 43 *laciniose crispa*. Ita Harduinus: alii *lacunose*: vulgo *lacrymose*.

¶ Laciniare, quod & *Liciniare* scribitur, est in lacinias colligere, falten: item, laciniis & volumine involvere. Apulej. Met. lib. 10 p. 254 *Vt ventus adhærens pressule, membrorum voluptatem graphice liciniaret.* Ita Elmenhorstius, etiam id Indice suo repetens, & Pricæo teste veteres codices: ipse suspicatur *linearet*, κατ' ἀφαίρεσιν pro *delinearet*. Habet tamen *Laciniare* aliquid præsidii in derivato adverbio, quod sequitur.

¶ Laciniatim, adv. per lacinias, faltenweiß. Apulej. lib. 8 Met. p. 208 *non laciniatim disperso, sed cuneatim stipato commeatu.* Ita quoque Pricæus p. 163.

LĂCIO, lacĕre, à Prisciano ponitur, sed inusitatum est. Festus quoque Pompejus: *LACIT, decipiendo inducit. LAX etenim fraus est. LACIT, in fraudem inducit. Inde est Allicere & Lacessere: inde Lactat, Illectat, Delectat, Oblectat.* Est hinc ergo

¶ Lăcesso, īvi, ītum, ĕre, provocare, reitzen, locken, ausfordern, auf sich hetzen. Ter. in prolog. Eunuch. v. 16 *Is ne erret, moneo, & desinat lacessere.* Cicer. pro Milone cap. 31 *irritare, ferroque lacessere.* Et, *Lacessere injuria*, Idem pro Lege Manil. cap. 6; *maledictis*, Idem 1 Philipp. cap. 1.. *Lacessere bello*, bekriegen, anfechten, Vellej. 2, 54, 1, & 2, 69, 3. Infinitivum passivum Columella lib. 9 cap. 8 & 15 ex quarto ordine format *lacessiri*: alii *lacessi*, ut Curt. lib. 4 cap. 12 *contentus non lacessi.* ¶ *Lacescere* pro *Lacessere* est apud Corippum 3 v. 396

Bello mea signa lacescere tentat.

¶ Lăcessītus, a, um, gereitzt, angefochten, angegriffen. Cic. pro Leg. Manil. cap. 2 *Duo potentissimi reges, alter relictus, alter lacessitus.* Vellej. 2, 68, 5 *Sæpe lacessiti principis ira.* Horat. 2 epist. 1 v. 150 *lacessitus dente cruento.*

¶ Lăcessitio, ōnis, actus lacessendi, provocatio, irritatio, der angriff, ansatz. Ammianus lib. 19 cap. 6 [4 Vales] *lacessitionibus crebris occupare obsidioni adhærentes*, durch öfftern anfall zu schaffen machen.

¶ Illacessitus, a, um, non lacessitus, non provocatus, ungereitzt, unangefochten. Tacitus Agric. cap. 20 *Pars Britanniæ illacessita*, i. e. bello nondum provocata, intacta. Et de German. cap. 36 *Cherusci nimiam ac marcentem diu pacem illacessiti nutrierunt.*

¶ Lacto, are, frequentativum a *Lacio*, est inducere, & blanditiis pellicere, locken, item, vergeblich aufhalten. Terentius Andr. a. 4 sc. 1 v. 24 *Nisi me lactasses amantem.* Vbi Donatus: *Oblectasses, induxisses. Quæ significatio frustrationem ostendit.* LACTARE *est inducere in voluptatem aliquam: a* LACIENDO: *Vnde &* OBLECTARE *dicitur.* Idem: LACTARE *est dulcedine aliqua tenere: ad persuasionem inducere.*. ¶ 2. *Lactare*, lac præbere, vide supra in *Lac*.

Composita à *Lacio* & *Lacto*:

¶ Allĭcio, lexi, lectum, allicĕre, est invitare & blandimentis ad se pertrahere, zu sich locken, anreitzen, an sich ziehen. Cicer. de Amic. cap. 8 *Allicit homines virtus ad diligendum.* Idem de Divinat. lib. 1 cap. 39 *Magnes allicit & trahit ad se ferrum.* Et Ovid. 6 Fast. v. 681

Alliciunt somnos tempus, motusque merumque.

¶ Allectus, a, um, bewogen, getrieben, angereitzt; ut, *Allectus consuetudine peccandi*, Quintil. 7 cap. 3. ¶ *Allectus* ab *Allego*, vide in *Lego*.

¶ Allector, ōris, ein locker, lockvogel: apud Columell. lib. 8 cap. 10 *Turdi allectores.*

¶ Allex, ĭcis, idem; ut, *Allex viri*, qui virum sibi quærit, apud Plautum Pœn. a. 5 sc. 5 v. 31.

¶ Allecto, are, frequentativum, hinzu locken. Colum. 2 cap. 3 *Boves ad aquam duci oportet, sibiloque allectari, quo libentius bibant*, man muß ihnen pfeiffen. Et Cic. de Senect. c. 16 *ad agrum fruendum non modo non retardat, verum etiam invitat & allectat.* Idem de Amicit. cap. 26 *qui ipsi blandam vanitatem allectant & invitant.*

¶ Allectatio, ōnis, die anlockung. Quintil. lib. 1 cap. 10 p. 89 *nutricum allectatio*, id est, cantio, qua soporem vagientibus conciliant.

¶ Allĭcĕfăcio, ĕre, idem quod *Allicere*. Hinc

¶ Allicefactus, a, um, angereitzt. Suetonius Vitellio cap. 14 *Omnibus blanditiis tantum non ad societatem imperii allicefactos occidit.*

¶ Collactaneus, a, um, vide in *Lac*.

¶ Dēlĭcio, ĕre, antiquè, pro illicere vel oblectare, Titinnius apud Nonium cap. 4 n. 112 *parasitus, qui illum sciat delicere.* Hinc in usu

¶ Delĭcium, i, itemque plurale fœmininum, Deliciæ, arum, quæ oblectamenta dicuntur, lust, freude, kurtzweil. Martialis lib. 7 epigr. 49 *Gloria conspicuæ deliciumque domus.* Cælius Ciceroni lib. 8 fam. epist. 8 *Sempronius mel & deliciæ tuæ*, &c. *Amores & deliciæ tuæ*, Cicer. de Divinat. lib. 1 cap. 36. *Habere quem in deliciis*, Idem ad Attic. lib. 6 epist. 1, für seine lust und freude halten. *Esse in deliciis alicui*, Cic. 6 in Verr. c. 1, von einem sehr geliebet werden. *Delicias facere*, apud Catull. carm. 45, & Plaut. Menæch. a. 2 sc. 2 v. 30 est jocari, kurtzweil treiben. *Deliciarum & voluptatis caussa*, Cic. pro Rabir. Post. cap. 10, zur lust. Quintil. lib. 1 cap. 11 *Vtinam liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus: infantiam statim deliciis solvimus*, wir verwehnen die kinder. *Vsque ad delicias votorum*, Juvenalis satyr. 10 v. 191. *Vsque in delicias amare*, Seneca lib. 4 de Beneficiis cap. 5. Præcipue domini servos & ministeria sua, quæ impensè & improbe sæpius amabant, *Delicias* suas solebant vocare. Plinius lib. 8 epist. 1 *Enclopius lector, ille seria nostra, ille deliciæ.* Propertius lib. 4 eleg. 7 v. 75

Deliciaeque meæ, Latris cui nomen ab usu est,
Nec speculum dominæ porrigat illa novæ.

Vide & Casaubon. ad Sueton. p. 109 & seq. Ita hæc vox accipien d & apud Fabium Quintilianum est lib. 1 cap. 2 *Verba ne Alexandrinis quidem permittenda deliciis.* Nam *Alexandrinæ deliciæ* ibi pueri dicuntur licenti lascivaque dicacitate grati dominis: quales & Statius *loquaces delicias* lib. 5 Silv. 5 v. 66 dixit. vide infra in *Verna*, *Vernilitas*. ¶ *Delicia*, sing. Plautus Trucul. a. 5 v. 29, mein schatz.

¶ Dēlĭciŏlum, i, dimin. ein liebgen. Seneca epist. 12 *Pupulus etiam deliciolum meum factus est.*

¶ Dēlĭciŏlæ, diminutiv. aliud. Cic. lib. 1 ad Attic. ep. 7 extr. *Tulliola, deliciolæ nostræ, tuum munusculum flagitat.*

¶ Dēlĭcior, ari, zur lust essen, oder sich an etwas ergötzen. Ruricius 2 epist. 42 *volatilia deliciari*, i. e. comedere cum delectatione.

¶ Dēlĭciōsus, a, um, plenus deliciis, zärtlich, lieblich. Sedulius Oratione Dominica de tentationibus: *retia mundi*

Deliciosa sequens.

Ambrosius Sermone 67 extremo, *Deliciosa vidua*, wollüstig. Et Augustinus lib. 2 de Genesi contra Manich. cap. 9 pr. *in nemoribus deliciosa quies.* Huc & repono

¶ Dēlĭcātus, a, um, niedlich, köstlich. Seneca epist. 5 *delicatas res desiderare, luxuriæ est.* Inprimis significatur deliciis assuetus & mollis, verzogen, verwehnet, zart, so wollust und guter tage gewohnet ist: quos Plautus *Ignavos* dixit, ut supra monebamus. *Adolescens delicatus*, Cic. de Cl. Orat. cap. 53 pr. *Molles & delicatæ voluptates*, Idem 1 Nat. D. cap. 40, weibische und zarte lüste. *Delicatissimum fastidium*, Idem lib. 1 de Fin. c. 2. Et, *Delicata vita*, Id. 2 Tusc. cap. 11, ein leben in eitel wollust. *Delicatior cibus*, Plin. lib. 17 cap. 24. Seneca de Constant. Sap. cap. 4 *Delicatos* dixit, qui molliore animo sunt ad ferendas injurias. Laboris impatientiam Quintilianus sic notavit Declam. 9 extr. *Agrestia opera delicatior aggrediar? hoc a fortuna non didici.* Plin. lib. 2 epist. 11 *oves delicatissimas*, nitore & vigore pulchras, dixit. ¶ *Delicati* etiam & *Delicatæ* dicebantur *Concubini* & *Concubinæ*: de quo Turnebus lib. 22 Advers. cap. 15, & Torrentius ad Vespasianum Suetonii cap. 3. Sic & Cicero 7 Verr. cap. 27 *delicatissimum*, mulierosum quemdam dixit.

¶ Dēlĭcatè, adverb. zärtlich, wollüstig. *Delicate & molliter vivere*, Cic. 1 Off. cap. 30. *Delicate vestiri*, Colum. 11 cap. 1, nett gekleidet werden. Comp. *Delicatius*, Seneca 3 de Ira cap. 9 pr. usus est.

¶ Delicus & Deliculus, vide supra in D.

¶ Delecto, are, frequentativum, voluptate afficere, erfreuen, erlustigen. Cic. 1 Offic. cap. 28 *Pulchritudo corporis delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes quodam lepore consentiunt.* Idem 2 ad Attic. epist. 4 *Delectare se cum Musis*, seine lust am studiren haben. Idem 2 de Legib. cap. 7 *In hoc admodum delector, quod* &c. daran habe ich meine freude, &c. Idem ad Attic. lib. 2 epist. 6 *Libris me delecto.* Idem pro Mur. cap. 19 *Vulgus imperitorum ludis magnopere delectatur*, das volck hat die lust-spiele gar zu gern.

¶ Delectatus, a, um, erfreut. Corn. Nepos 14, 3, 4 *Magnopere delectatus facto.* Item, wohlgefällig; unde comparativus apud Gellium in præfatione: *Sermo delectatior in otio.* Et lib. 20 ult. *delectatior motio.*

¶ Indelectatus, a, um, contrarium, unergötzt. Petronius in Satyr. *At ille non indelectatus nequitia mea.*

¶ Delectātio, ōnis, voluptas, die ergötzung. *Esse delectationi*: *Afferre delectationem*, ergötzen, erlustigen. *Magnæ delectationi in rebus adversis litteræ esse debent*, Cic. lib. 6 fam. epist. 6. Idem eod. lib. ep. 12 *Est unum perfugium, doctrina ac litteræ, quæ secundis rebus delectationem modo habere videbantur, nunc vero etiam salutem.*

¶ Delectābilis, e, delectationem afferens, ergötzend, lustbar, annehmlich. Tacit. Annal. 12, 67, 1 *Infusum delectabili cibo venenum.* Gellius lib. 1 cap. 4 *Rhetor fuit amœni ingenii, doctrina quoque ista utiliore & delectabili.* Idem lib. 2 cap. 23 *illud Menandri verum & delectabile.* Comp. *Delectabilior.* Apulejus Florid. 3 sub fin. *Lyra concentu variatior, & tibia questu delectabilior.*

¶ Delectabiliter, adverb. idem. Rursus Gellius lib. 13 cap. 24 *Facies delectabiliter ac decore depicta.* conf. lib. 15 cap. 1.

¶ Delectāmen, ĭnis, die ergötzlichkeit. Petronii Pseudepigrapho 1 p. 228 *Casso saltem delectamine amare liceat, si potiri non licet.*

¶ Delectamentum, i, kurtzweil, lust. Terent. Heaut. a. 5 sc. 1 v. 79 *Qui me sibi pro ridiculo & delectamento putat*, der mich für einen narren hält. *Inania delectamenta puerorum*, Cic. in Pison. cap. 25.

¶ Elĭcio, elĭcui, elictĭum, (variat enim hujus formatio a cæteris compositis) elicĕre, est extrahere, ausziehen, heraus langen: ut, *Elicere ferrum ex terræ cavernis*, eisen aus der erde heraus graben, Cic. de Nat. Deor. 2 c. 60. *Suscitare & elicere fontem*, Plin. lib. 4 epist. ult. einen brunn sencken. *Animas inferorum elicere*, id est, excire, evocare, Cic. in Vatin. cap. 6, aus der hölle herfür bringen. *Sanguinem elicere*, Cicero 1 Tusc. cap. 48. Vnde proverbium: *Sanguinem elicit acrius emungens*, wer die nase zu hart schneutzet, zwingt blut heraus. *Elicere sententiam*, Cicer. 7 ad Attic. ep. 1. Sic, *Elicere arcana alicujus*, Livius lib. 40 c. 23, auslocken, aus einem bringen. *Elicere ad colloquium*, Idem Livius lib. 5 cap. 15; &, *ad pugnam*, lib. 34 cap. 19, heraus fodern. Item, *Elicere ad disputandum*, Cic. de Orat. lib. 2 cap. 3.

¶ Electo, are, frequentativum, auslocken, heraus bringen. Plautus Asinaria a. 2 sc. 2 v. 28 *Electabo quicquid est.*

¶ Elix, ĭcis, aut potius *Elices* plurale, sunt sulci aquarii, per quos aqua collecta elicitur e liris, Festus, wasser-furchen. Et Columella 2 cap. 8 *sulcos aquarios nonnulli elices vocant.* conf. lib. 11 cap. 2. Sic Lege 1 § 9 Dig. de aqua & aquæ pluv. *Sulcos aquarios, qui* ἕλικες *appellantur, si quis faciat.* Sed dubitat Scaliger ad Festum, verbum illud græcum ab Vlpiano esse.

¶ Elĭcius, i, epitheton Jovis apud Livium 1 cap. 20. Jupiter autem, cui tributa est vis tonandi, sic dictus ab eliciendis & evocandis fulminibus. Ovid. Fast. 3 v. 327

Eliciunt cælo te, Jupiter; unde minores
Nunc quoque te celebrant, Eliciumque vocant.

¶ Elĕcĕbra, æ, die herauslockung; ut, *elecebræ argentariæ*: sic dictæ meretri-

meretrices ab eliciendo argento apud Plautum Menæch. a. 2 sc. 3 v. 26, & Trucul. a. 1 sc. 2 v. 81.

¶ Illĭcio, illexi, ectum, illicĕre, fraude & blanditiis pertrahere, mit listigkeit bewegen, anlocken. Terent. Andr. a. 5 sc. 4 v. 8 *Adolescentulos, imperitos rerum, in fraudem illicis*, du verführest sie. *Illicere in stuprum*, Cic. 3 Nat. Deor. cap. 27.

¶ Illectus, a, um, angelockt. Cic. Tusc. 4 cap. 6 *Libido ad id, quod videtur bonum, illecta & inflammata.*

¶ Illectus, ûs, subst. die reitzung, lockung. Plaut. Bacch. a. 1 sc. 1 v. 21

Magis illectum tuum, quàm lectum metuo. Mala tu es bestia.

¶ Illecēbra, æ, idem, quo singulari Cicero utitur pro Milone cap. 16, *Maxima illecebra est peccandi, impunitatis spes*, die anreitzung zu sündigen. Plaut. Casin. a. 5 sc. 2 v. 14 *Illecebra stupri.* Gellius lib. 12 cap. 5 *Delectatus videbatur illecebra quæstionis.* Sed plur. usitatius: *Illecebris voluptatis deliniri*, Cic. 15 ad Fam. ep. 16, von der wollust verführet werden. *Dedere se illecebris vitiorum & lenociniis cupiditatum*, Idem pro Sestio cap. 66.

¶ Illecebrōsus, a, um, plenus illecebrarum, anlockend. Prudentius lib. 2 adv. Symmach. v. 144 *illecebrosius sapor.* Paulinus Nolan. epist. 41 [vet. ed. 26] n. 2 *illecrebosa modulamina.* Et Ammianus lib. 30 cap. 4 *illecebrosis insidiis ambire.* Comp. *illecebrosius fieri nihil potest*, Plaut. Bacch. a. 1 sc. 2 v. 55, nisi pro adverbio cum aliis illud habere velis.

¶ Illecebrosè, adverb. lieblich, item, verführisch. Plaut. Milite a. 3 sc. 2 v. 36 *Hui! illecebrose*, i. e. festive, lepide. Ammianus lib. 30 cap. 19 *Hæc ita illecebrosius atque inhumanius agi, loquebatur pertinax rumor.*

¶ Illex, ĭcis, pro illiciens, anreitzend. *Illex animi Venus*, Apulejus Apologiâ p. 295. Idem ibidem: *Quis non disciplinam matris agnovit; cum in puella videret immedicatum os, & purpurissatas genas, & illices oculos?* Paulinus Nolanus d. l. *Per gustum illicem gula morbus irrepsit.* Prudentius Psychom. v. 329 *halitus illex:* & lib. 2 adv. Symmach. v. 6

corda illice flecteret arte.

¶ Illix, sive Illex, ĭcis, subst. ein lockvogel. Nonius cap. 5 n. 101 *Illix & Illex sic discernuntur: ab illiciendo fit illix: illex vero est, a quo lex non servatur.* Sed hoc discrimen neglectum ab Apulejo & Plauto. Illum adduximus: hic nunc prodeat ex Asinaria a. 1 sc. 3 v. 67

Ædis nobis area est; auceps sum ego;
Esca est meretrix; lectus illix est; amatores, aves.

¶ Illĭcibilis, e, quod illicit, anreitzend; ut, *illicibilis voluptas*, Lactant. 7 cap. 27.

¶ Illĭcium, i, incitamentum, der antrieb, die anlockung. Varro de R.R. 3 cap. 16 *Apiastrum illicium apibus.*

¶ Illectāmentum, i, ab *illectare*, apud Apulejum legitur in Apologia p. 335 *illectamentis captus.* Et Claud. Mamert. de Stat. Animæ 2 c. 7 *Illectamenta fallaciarum.*

¶ Illectatio, ōnis, idem, a frequentativo *illectare*, unde & *illectamentum* fuit. Gellius 18 cap. 2 *Demulcentes eum jucundis honestisque sermonum illectationibus.*

¶ Oblecto, are, erlustigen. Terent. in Phorm. a. 2 sc. 3 v. 86 *Habebis, qua tuam senectutem oblectes.* Dicimus *oblectari aliqua re*, & *in re.* Cic. ad Quint. fratrem lib. 1 epist. 1 cap. 1 *ut te jucunda opinione oblectarem.* Terent. Adelph. a. 1 sc. 1 v. 24 *In eo me oblecto solum.* Tritum est sed verissimum: *Studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant*, &c. Cic. pro Archia cap. 7.

¶ Oblectatio, ōnis, die belustigung; ut, *Oblectatio animi*, Cic. 1 de Orat. cap. 26. Et, *requies plena oblectationis*, Idem de Amic. cap. ult.

¶ Oblectator, ōris, qui oblectat, ein frölichmacher. Apulejus 3 Florid. sub fin. *Arion misericordium belluarum oblectator.* Et Tertullianus de Corona cap. 8 extr. *Deus prospector, & instructor, & oblectator hominis sui.*

¶ Oblectamentum, i, idem quod oblectatio, die ergötzlichkeit. Cicer. de Senect. cap. 16 *Oblectamenta rerum rusticarum.* Et paullo ante cap. 15 *oblectamentum senectutis.* Sen. epist. 9 *Ingens oblectamentum habere in occupatione.*

¶ Oblectāmen, ĭnis, idem. *Varia oblectamina vitæ*, Statius lib. 3 Silv. 5 v. 95. *Vario oblectamine*, Prudent. Hamartig. v. 311.

¶ Oblectābĭlis, e, erfreulich, annehmlich. Ausonius epist. 19 extr. *Oblectabile negotium*, i. e. juncundum. vide Vinetum ibi.

¶ Oblectāneus, a, um, idem. Vetus Inscript. SI QVID OBLECTANEVM APVD MANES EST.

¶ Pellĭcio, pellicĕre, vel perlicere, blanditiis inducere, mit guten worten an sich bringen, zu sich ziehen. Terent. in Phorm. a. 1 sc. 2 v. 18 *Is senem per epistolam pellexit.* Cic. pro Cluent. cap. 5 *Animum adolescentis nondum consilio ac ratione firmatum pellexit in omnibus rebus, quibus illa ætas capi ac deliniri potest.* ¶ 2. *Pellicere* etiam dicuntur veneficæ, cum aliquid excantationibus suis aliunde ad se pertrahunt. Lex XII Tabb. apud Servium ad eclog. 8 Virgil. v. 99 NEVE ALIENAM SEGETEM PELLEXERIS. Virgilius ibi *traducere* vocat: & Tibullus lib. 1 eleg. 9 v. 19

Cantus vicinis fruges traducit ab agris.

¶ Pellax, ācis, qui blanditiis decipit, betrieglich; ut, *pellax Vlysses*, Virgil. 2 Æneid. v. 90.

¶ Pellācia, æ, quies, blanditiæ, die schmeicheley, bethörung. Lucret. lib. 2 v. 559 *Subdola quum ridet placidi pellacia ponti.*
Notat Schurzfleischius in Orthogr. p. 48, quod in Virg. Georg. 4 v. 443 vulgo *fallacia* legatur, antiquo *pellaciæ* vocabulo perperam obliterato; uti & in Prudent. Hamartig. v. 637

Sentio, quam contra moveat pellacia, litem.

¶ 2. Concubinatus, incontinentia, die unkeuschheit. Arnobius lib. 4 p. 147 *per omnes libidinum formas incestarum cupiditatum circumegisse pellaciam.* Et lib. 5 p. 171 *Jovialis monumenta pellaciæ.*

¶ Pellex, ĭcis, fœm. concubina mariti, uxorem habentis, ein kebsweib, inde dicta, quod blanditiis suis alienum maritum ad se pelliciat. *Pellices*, inquit Festus, *nunc quidem appellantur alienis succumbentes, non solum fœminæ, sed etiam mares*, &c. Cic. Sallustium in Resp. cap. 8 *omnium cubiculorum pellicem* vocat. Ovid. Metam. 2 v. 469 *de pellice natus*, ein huren-kind. Idem Heroid. 9 v. 132

Nomine deposito pellicis, uxor erit.

Gellius a Græco πάλλαξ derivari sensit lib. 4 cap. 3, quem vide, & Paulum JC. L. 144 D. de Verbor. sign. Vet. Gloss. *Pellex*, ζήλη, παλλακή. Item: παλλακή, *Concubina, Succuba, Pellex.* *Pellicem autem habere vir non dicitur, sed uxor*, Valla lib. 6. Ita Horatius lib. 3 od. 27 v. 65

dominæque tradi
Barbaræ pellex.

Sueton. Cæsare cap. 49 *Prætereo actiones Dolabellæ & Curionis patris: in quibus eum Dolabella*, PELLICEM REGINAE: SPONDAM INTERIOREM REGIAE LECTICAE; *ac Curio*, STABVLVM NICOMEDIS, ET BITHYNICVM FORNICEM *dicunt.* Ipse Suetonius græco usus est flexione latina Vespasianô cap. 21 *Inde quieti vacabat, accubante alia pallacarum, quas in defunctæ Cænidis locum plurimas constituerat.* Græca hac voce & Plinius usus lib. 35 cap. 10.

¶ Pellĭco, are, verbo, pro æmulari ut rivales solent, veteres videntur usi. Vet. Gloss. ζηλεύω, *Pellico, Æmulor.*

¶ Pellicatus, ûs, das huren-leben. Cic. Off. 2 cap. 7 *propter pellicatus suspicionem.* Vet. Gloss. ζῆλος, *Pellicatus, Pellicatio, Æmulatio, Zelus.*

¶ Pellicator, ōris, qui ad fraudem pellicit, ein betrieger, Festus.

¶ Pellicatio, ōnis, vide in *Pellicatus.* Festus asserit, quod *Pelliculationem* Cato a *pelliciendo* dixerit.

¶ Perlecebra, æ, die anreitzung. De meretricibus Plautus Asin. a. 1 sc. 2 v. 7 *Perlecebræ, pernices, adolescentum exitium.* conf. Bacch. a. 5 sc. 2 v. 47.

¶ Perlecto, are, frequent. locken, bewegen. Ex Cic. pro Flacco cap. 8 adducitur, ubi aliis est *Prolectare.*

¶ Prolĭcio, ĕre, herfür locken. Plautus Curcul. a. 1 sc. 2

Flos veteris vini meis naribus objectus est:
Ejus amor cupidum me huc prolicit per tenebras.

¶ Prolecto, are, heraus locken, herfür locken. Cicero pro Flacco cap. 8 *Egentes & leves spe legationis, & viatico publico, privata etiam benignitate prolectat.* Vitruvius proœmio lib. 5 *Carminum metra & pedes, & versuum distincta pronunciatio, prolectando sensus legentium, perducit sine offensa ad summam scriptorum terminationem.* Apulejus lib. 5 Met. post princip. *prolectante studio pulcherrimæ visionis:* & ibidem p. 162 *prolectante gaudio:* & in Apolog. p. 331 *caussa prolectandi ad nuptias.*

¶ Sublecto, are, herunter locken. Plaut. Milite a. 4 sc. 2 v. 74 *Vt sublecto os*, hoc est, oblino os, oblectando decipio, ich schmiere ihm das maul.

¶ Sublĭca, æ, palus ligneus in aquam defixus, qui pontem sustinet, haud dubie a *subliciendo* dictus, ein brückpfahl. *Sublicæ directæ ad perpendiculum pronæ ac fastigiatæ*, Cæsar in descriptione pontis Rhenani lib. 4 Bell. Gall. cap. 17. Et Livius lib. 23 cap. 37 de Cumarum obsidione: *Adversus ligneam ingentem, admotam urbi, aliam turrem ex ipso muro excitavit consul Romanus, aliquanto altiorem: quia muro satis per se alto subjectis validis sublicis pro solo usus erat.*

¶ Sublĭces, um, plurale, idem, in vetustis Glossis, quæ græce ita interpretantur: *Sublices*, καλοπῆγες οἱ ἐν ποταμῷ τὴν γέφυραν ὑποβαστάζοντες. Hinc

¶ Sublĭcius, a, um, gepfählt, auf pfählen stehend; ut, *pons sublicius* Romæ in Tiberi, Liv. lib. 1 cap. 33, & Dionys. Halicarn. lib. 3 cap. 58.

Laco, Laconicus, Laconismus, &c. vide in *Lacedæmon.*

LĂCŎTŎMVS, i, λακότομος, linea recta, Vitruv. 9 cap. 8. vid. Bald. Lex. Vitruv. p. 64.

LĂCRȲMA, æ, sed plurale usitatius *Lacrymæ*, ex Græc. δάκρυ, δάκρυον. Hæc genuina scriptio, sine *H*, & cum Y, quod ut in aliis, Latini in V verterunt, *Lacrumæ* dicentes, quemadmodum *Sulla* pro *Sylla.* Alii ita receperunt in latinam civitatem, ut originis obliti *Lacrimæ* latina littera scripserint, ut vestigia multa in antiquis libris supersunt. Alii firmioris pronunciationis caussa adspirationem *H* indiderunt *lachrymæ* scribentes, cujus autem, ut Gellius lib. 2 cap. 3 censet, nulla est visa ratio. *Lacrymæ* itaque scribimus, vertimusque patria lingua, thränen, zähren, das weinen. Cicero Partit. Orat. cap. 17 *Cito arescit lacryma, præsertim in alienis malis.* Quod Græci ita efferunt: οὐδὲν θᾶσσον ξηραίνεται δακρύου. vide Chiliadas. *Lacrymas movere*, Quintil. lib. 4 cap. 2, zum weinen bewegen. *Lacrymas effundere*, Cicer. pro Plancio cap. 42. Et, *Vim lacrymarum profundere*, Idem Somn. Scip. cap. 3. Item, *effundi in lacrymas*, Tacit. 3 Annal. cap. 23, weinen, thränen vergiessen. *Homini illico, quasi puero, lacrymæ cadunt*, Terent. Adelph. a. 4 sc. 1 v. 20, die thränen fliessen ihm über die backen. *Vultum lacrymis rigare*, Virgil. 9 Æneid. v. 251. Item, *Dare lacrymas:* Juvenalis satyr. 15 v. 133

Quæ lacrymas dedit hæc nostri pars optima sensus.

Cic. 2 Tuscul. cap. 21 *Lacrymis & lamentis muliebriter sese dedere*, nichts thun als weinen und wehklagen. Idem 7 in Verr. cap. 67 *Lacrymas in morte navarchorum non tenebamus*, wir konten uns des weinens nicht enthalten. *Vix videtur continere lacrymas*, Plaut. Mostell. a. 3 sc. 2 v. 135, das weinen lassen. Terent. in Andr. a. 1 sc. 1 v. 99 *Hinc illæ lacrymæ?* kam das weinen daher? ¶ 2. Sunt & *arborum* & *vitium* lacrymæ, das triefen an bäumen und weinstöcken: Plinius lib. 11 cap. 6 *Lacrymæ arborum.* Et proœm. lib. 23 *lacryma vitium.* Vnde & *lacrymare* dicuntur. vide Buchnerum ad Venantium eleg. de Resurrect. v. 27.

¶ Lacrymŭla, æ, diminutivum, ein zährichen, ein thränichen. Terent. Eunuch. a. 1 sc. 1 v. 22 *Falsam lacrymulam exprimere.* Catull. carm. 67

Frustrantur falsis gaudia lacrymulis.

¶ Lacrȳmo, avi, atum, are, neutro genere, weinen: & active quasi pro *deflere*, beweinen. Sed tum Casus non a verbo pendet, sed ab intellecta præpositione *Ob*, *Propter.* Corn. Nepos Alcibiade cap. 6 n. 4 *Vt nemo tam ferus fuerit, quin ejus casum lacrymarit.* Neutraliter *Lacrymare gaudio*, vor freuden weinen, Terentius dixit Adelph. a. 3 sc. 4 v. 46. De lacrymis gaudio expressis, Casaub. ad Suetonium p. 92. Et Rittershus. ad Oppian. Lindebruchius ad citatum locum

Terentii, & Morellus ad Statii Silvas. Barth. ad Claudian. p. 359. Lambin. ad Horat. lib. 1 epist. 18. ¶ Tralate *Lacrymare*, pro quovis modo stillare dicitur. Quemadmodum & verbo *flere* Lucretius usus. vide Buchnerum ad Venantium laudato loco.

¶ Lăcrȳmor, āri, deponenti genere, lacrymas effundere, weinen. Cic. in Verr. 7 cap. 46 *Ecquis fuit, quin lacrymaretur?* wer ist der nicht geweinet hätte? Participia hinc passiva quoque sunt:

¶ Lăcrȳmatus, a, um, geweint; apud Ovid. 1 Fast. v. 339

Nondum pertulerat lacrymatas cortice myrrhas. Et

¶ Lacrymandus, a, um, weinenswürdig. Statius Theb. lib. 9 v. 160

Exsequiis lacrymandus eat.

¶ Lacrymatio, ōnis, die beweinung. Plin. 11 cap. 37 sect. 54 *lacrymationum salivæ*; & proœmio lib. 23 *emendat oculorum lacrymationes.*

¶ Lacrymābĭlis, e, adject. lacrymis dignum, jämmerlich, weinenswürdig; ut, *Bellum lacrymabile*, Ovid. 8 Met. v. 44, krieg der wohl zu betrauren und zu beweinen ist. *Lacrymabile tempus*, Idem lib. 5 Trist. eleg. 12 pr. *Boni viri lacrymabiles*, ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες, vide Chiliad.

¶ Lacrymābĭlĭter, adverb. idem. Hieronym. 2 adv. Rufin. cap. 7 *lacrymabiliter indicare*, mit thränen anzeigen. Idem ep. 139 [Explicatio est Psalmi 89 al. 90] *Propheta lacrymabiliter deprecatur.*

¶ Lacrymabundus, a, um, weinend. Livius lib. 3 cap. 46 *Ille lacrymabundus, Gratum est, inquit*, &c. Lactantius de Mort. persecut. c. 18 *Lacrymabundus, Fiat, inquit, si hoc placet.*

¶ Lacrymōsus, a, um, kläglich, erbärmlich; ut, *Carmen lacrymosum*, Ovid. lib. 5 Trist. eleg. 1 v. 35. *Oculi lacrymosi*, Plin. 29 cap. 6. Et, *Singultus lacrymosus*, Apulejus lib. 5 Miles. p. 164. Et, *Mater lacrymosa*, Idem lib. 7 p. 199.

¶ Lacrymosè, adverb. idem. Plinius lib. 16 cap. 43 habere dicitur, & ita Frobenius; alii: Harduinus autem *laciniosè crispa*, quod, aut *lacunose*, omnino rectius. vide supra *Laciniose*.

Composita:

¶ Collăcrȳmo, are, weinen, beweinen. Cic. Somn. Scip. principio: *Complexus me senex collacrymavit.* Et pro Sextio c. 58 *Casum meum toties collacrymavit.* Et Terentius Andr. a. 1 sc. 1 v. 82 *Nonnunquam conlacrymabat.*

¶ Collacrymatio, ōnis, die beweinung. Cic. 2 de Orat. c. 45 *signa doloris voce, vultu, collacrymatione denique ostendere.*

¶ Delăcrȳmo, are, von thränen trieffen, tropffeln. Columella lib. 4 cap. 9 de vite putata.

¶ Delacrymatio, ōnis, die vergiessung der zähren. Plin. lib. 20 cap. 5 *Cepæ sativæ olfactu ipso & delacrymatione caligini medentur*, wenn vom zwiebel-geruch die augen übergehen.

¶ Delacrymatōrius, a, um, zum thränen dienlich: ut, *delacrymatorium collyrium*, Marcell. Emp. c. 8.

¶ Illacrymo, āre, idem propemodum quod simplex, weinen. Livius lib. 25 cap. 24 de Syracusarum expugnatione: *Marcellus, ut mœnia ingressus ex superioribus locis urbem subjectam oculis vidit, illacrymasse dicitur, partim gaudio tantæ perpetratæ rei, partim vetusta gloria urbis.* conf. Horat. 2 sat. 5 v. 103. Et Cic. de N. D. 3 cap. 33 genere deponenti dixit: *Socratis morti illacrymari soleo.* ¶ 2. Pro sudare de re insensibili dixit Virgilius Georg. 1 v. 480 *Illacrymat templis ebur.*

¶ Illacrymabilis, e, qui nullis lacrymis movetur, durus, unbarmherzig. Quod nomen Horatius tribuit Plutoni, lib. 2 Carm. ode 14 v. 7. conf. 4 od. 9 v. 26, ubi *illacrymabiles* sunt, quos nemo lacrymis prosequitur.

¶ Superlacrymo, are, drüber weinen. De vite Colum. lib. 4 cap. 24 *Ne superlacrymet & gemmantem cæcet oculum.*

Lactarius, lacteo, lactesco, lacteus, lacto, lactoris, lactuca, lactucula, vide *Lac.*

Lacuna, lacunar, &c. vide mox sub *Lacus.*

LĂCUS, ûs, mascul. quartæ declin. eine see, ein teich, sumpff, aqua non fluens, perpetua tamen: ut, *Lacus Lemanus*, Cæsar B. Gall. 1 cap. 2, die Genfer see. Et Martialis lib. 9 epigr. 100

Multum, crede mihi, refert, a fonte bibatur,
Qui fluit, an pigro quæ stupet unda lacu.

¶ 2. Est & *Lacus* vasis genus, ein kübel, prælertim in torculari, ubi uvæ exprimuntur. Columella lib. 12 cap. 29 *De lacu recentissimum mustum.* Ovidius 4 Fastor. v. 888

Præmia, de lacubus proxima musta tuis.

¶ 3. Item, trabium interstitium vide infra *Lacunar.*

¶ Lăcusculus, i, diminut. foveola, ein grüblein. Columella lib. 12 c. 50 *Horum lacusculorum solum lapide vel tegulis oportet consterni.* De olei pressura loquitur.

¶ Lăcūna, æ, fossa, eine lache, lücke, quæ videntur ex latino esse. vide infra *Lama.* Cicero metaphorice dixit 4 in Verr. cap. 55 *Lacunam rei familiaris explere*, pro, attritam & diminutam rem familiarem sarcire, der nahrung wiederum aufhelffen. Idem 12 Attic. epist. 6 *Vide quæso, ne quæ sit lacuna in auro*, daß nicht was am gelde mangele. Gellius, *labem & lacunam famæ*, simili dixit figura lib. 1 cap. 3.

¶ Lăcūnōsus, a, um, grübicht, lückicht. Vitruv. lib. 8 cap. 6 extr. *intervalla lacunosa.* Et Apulejus lib. 9 Met. p. 221 *Via lacunosis incilibus voraginosa.*

¶ Lăcūno, are, verbum, est lacunar facere, zur decke bereiten. Ovidius 8 Metam. fab. 9 de Acheloi tecto v. 565

Summa lacunabant alterno murice conchæ.

Nempe significat, lacunar tecti ex conchis muricibusque concinnatum fuisse. Idem & *laqueare* est.

¶ Lăcūnatus, a, um, gewolbt, gehöhlt. Plin. 15 cap. 10 *Intus exiles nucleos lacunatis includi toris.*

¶ Lăcūnar, āris, diminutivum, a *Lacus*, die decke eines zimmers. Servius ad illud Virgilii 1 Æneid. v. 730

dependent lychni laquearibus aureis:

Principaliter, inquit, LACUS *dicitur: ut Lucilius: Resultant ædesque lacusque. Deminutio* LACUNAR *facit.* Horatius 2 od. 18 v. 1

Non ebur neque aureum
Mea renidet in domo lacunar.

Inde fit alia deminutio: LACUNARIUM: *quod per antistichon* LAQUEARIUM *facit*, &c. LACUS itaque videntur dici interstitia lignorum, quod lacuum similitudinem quamdam præ se ferant. Isidorus lib. 19 Orig. cap. 12 LAQUEARIA *sunt, quæ cameram subtegunt & ornant: quæ &* LACUNARIA *dicuntur. Quod* LACUS *quosdam quadratos vel rotundos ligno vel gypso, vel coloribus habeant pictos cum signis intermicantibus.* Vitruvius lib. 7 cap. 2 *Tunc autem machinis camerarum dispositiones in conclavibus disponantur, nisi lacunaribus ea fuerint ornata.* Quare LACUNAR, templi cubiculive aut cœnationis summa contignatio erit, seu culmen cælatum varie, ac picturatum, die decke, das obere täfelwerck oder gewölbe. Cicer. 5 Tusc. cap. 21 *In hoc medio adparatu Dionysius fulgentem gladium a lacunari demitti jussit, ut impenderet Democlis regiam opulentiam admirandis cervicibus.* Vet. Gloss. *Lacunar*, ὀρόφωμα, οὐροδόχιον. Item: ὀροφὴ, *Lacunar, Laquearium, Fastigium, Culmen.* ¶ 2. Notandum, in Glossis istis LACUNAR & οὐροδόχιον seu *vas urinarium* exponi. Quia enim & *Lacus* vasa ejusmodi significant; mirum non est, si & diminutivum eam significationem retineat. Sane LACUS pro conceptaculis aquarum publicis, ubi abluebant lintea & similia, Vitruvius posuit lib. 8 cap. 7. Quin & Frontinus de aquæductibus hac notione isto vocabulo non semel est usus. Vet. Gloss. *Lacus*, ὑδρεῖον, λάκκος. Item: ὑδρεῖον, *Lacum, Silanum.* Nec alio nomine Tibullus ac Plinius vas adpellant, quod mustum prælo expressum excipit, eine wanne, ein trog.

¶ Lăcūnārium, i, lacuna, lacus. Vet. Gloss. *Lacunarium*, λίμνη, ὀρόφωσις. Genitivo plurali *lacunariorum* usus Vitruvius lib. 4 cap. 3.

¶ Lăcūnarius, i, qui lacunas fodit, ein grubengräber. Eisdem Glossis: *Lacunarius*, λακκοποιός. Usus & Firmicus lib. 8 c. 21 n. 9.

LACȲDES, æ, Cyrenæus philosophus, novæ Academiæ princeps, Arcesilæ auditor, teste Suida. Meminit ejus Cicero Acad. 4 cap. 6, & Tusc. 5 cap. 37.

LADĀNUM, i, gummi est odoratum, quod ex frutice in Cypro colligitur, quem *ledum*, λῆδον vocant, λάδανον. Plin. 12 c. 17, & 26 c. 8. Celsus lib. 5 c. 26.

LĀDAS, æ, Alexandri Macedonis cursor, tanta pedum velocitate, ut vestigia ejus in arena non adparerent. Quo nomine statuam meruit apud Argos in templo Veneris. Catullus epigr. 55 v. 24

Non si Pegaseo ferar volatu,
Non Ladas si ego, pennipesve Perseus.

Martial. lib. 10 epigr. 100

Habeas licebit alterum pedem Ladæ,
Inepte, frustra crure ligneo curres.

Celebrant ejus velocitatem etiam Pausanias in Corinth. & Arcad. Anthol. epigr. 5. Juvenal. sat. 13 v. 97.

LĀDON, ōnis, fluvius Arcadiæ, cujus filia Daphne fuisse fingitur. Ovid. 1 Met. v. 705 *Donec arenosi placidum Ladonis ad amnem.*

¶ 2. Est nomen viri apud Virgil. Æneid. 10 v. 413, & Martial. 10 epigr. 85. ¶ 3. *Ladon* inter canes Actæonis apud Ovid. 3. Metam. v. 216.

LAEDO, læsi, læsum, lædĕre, est, quacunque offensione & contumelia afficere, beleidigen, verletzen, beschädigen. *Dicto* vel *facto lædere*, mit worten oder wercken einem zu viel thun. Plautus Captivis a. 2 sc. 2 v. 5 *Quum dicto haud audebat, facto nunc lædat.* Et Cic. pro Cluent. cap. 5 *suspicionibus lædi famam suam noluit.* Et Virgil. eclog. 10 v. 48 *ah te ne frigora lædant.* Terent. in Adelph. a. 5 sc. 4 v. 10 *Nulli lædere os*, id est, præsenti nemini molestus erat, er war keinem, bey dem er war, zu nahe. Sæpius etiam *vulnerare* significat.

¶ Læsus, a, um, violatus, verletzt: ut, *Læsa dignitas*, apud Ciceronem pro Cluent. cap. 42. Et, *Læsa fides*, apud Horatium lib. 1 oda 33 v. 4. *Ingenium longa rubigine læsum*, ein verwilderter kopf, Ovid. 5 Trist. eleg. 12 v. 21.

¶ Læsio, ōnis, die verletzung. Cic. 3 de Orat. c. 53 extr. *Conciliatio, læsio*, &c. Et Lactant. de Ira Dei cap. 17 *Irritat læsio dolorem.*

¶ Læsūra, æ, idem. Inscriptio vetus apud Gruter. p. 567 num. 8 QUAE VIXIT MECUM ANNIS XVII. M. II. D. III. SINE ULLA ANIMI LAESURA. Et Tertullianus de Patientia cap. 7 *læsura divitiarum*, hoc est, detrimentum.

¶ Illæsus, a, um, inviolatus, unverletzt. Seneca epist. 9 *Illæsus & indemnis evasit per ferrum.* Martialis lib. 1 epigr. 7

Illæsum timidis unguibus hæsit onus.

¶ Illæsibilis, e, unversehrlich. Lactant. de Ira Dei cap. 17 *Ira in Deo esse non potest, quia illæsibilis est.*

Composita, quæ *æ* in *i* mutant:

¶ Allīdo, lisi, lisum, allīdere, est ad aliquid impingere, anstossen, anprellen, &c. *Allisit caput ostio*, vel, *ad ostium*, er ist mit dem kopff wider die thür gelauffen. Catull. 65 v. 67 *Ipsius ante pedes fluctus allidebat.* ¶ 2. *Allidi*, est damno affici, übel anlauffen, zu schaden kommen, scheitern, per metaph. apud Cic. ad Q. frat. lib. 2 epist. 6 [secundum Grut.] *in quibus, me perlubente, Servius allisus est.* Et Columella lib. 1 cap. 3 *allidi dominum*, id est, damno affici, dixit. Seneca de Tranquillitate animi cap. 3 *Ille vir fuerit, qui periculis undique imminentibus, armis circa & catenis frementibus non alliserit virtutem, nec absconderit.*

¶ Allīsus, a, um, angeschlagen, gescheitert. Cæsar B. Civ. 3 c. 27 *Pars ad scopulos allisa interficitur.*

¶ Allīsio, ōnis, der anstoß. Treb. Pollio in tyranno Mario c. 8 *Multa duorum digitorum allisione contrivit*, mit einem schnipgen.

¶ Collīdo, ĕre, conterere, zusammen schlagen, zerschmettern. *Navigia inter se collidunt*, Curt. lib. 4 cap. 3. Et, *collidere manus*, Quintilian. lib. 2 cap. 12, mit den händen klatschen. Idem lib. 7 extremo: *Res invicem colliduntur.* Seneca epist. 11 *dentes colliduntur*, die zähne knirschen.

¶ Collīsus, a, um, zusammen gestossen, zerschmettert. Vellej. 2, 52, 2 *Collisa inter se duo reip. capita.* Horat. lib. 1 epist. 2 v. 7

Græcia barbariæ lento collisa duello.

¶ Collīsus, ûs, substant. die zusammenstossung. Plin. lib. 9 cap. 35 *collisu ipso margaritarum.*

¶ Collisio, ōnis, idem. Justinus lib. 11 cap. 12 *Nuntiatur, uxorem* [Darii] *ex collisione abjecti partus decessisse.*

¶ Elīdo, ĕre, i.e. frangendo premendoque præfocare, zerquetschen, zerstossen. Virgil. 8 Æn. v. 288 *ut prima novercæ*
Monstra manu geminosque premens eliserit angues.
Vbi Servius: ELISERIT, *præfocaverit.* Virgilianum hoc respexit Nazarius Panegyr. Constantini cap. 16 de Hercule loquens, cum ait: *Ferunt, tenerum adhuc atque lactantem duos angues manu elisisse.* Et, *Naves naufragio eliduntur*, Cæsar 3 de Bell. Civil. cap. 27. *Elidere omnis virtutis nervos*, Cicero per translationem dixit 2 Tusc. cap. 11. *Elidere morbum nervis*, Horat. lib. 1 epist. 15 v. 6. ¶ *Ignem elidere è silice*, id est, percutiendo exprimere, feuer aufschlagen, Plinius 11 cap. 37.

¶ Elīsus, a, um, zerquetscht, gewürgt. Sic *Exanimati* & *elisi* conjunguntur Suetonio Cæsare cap. 39. Idem Tiberio cap. 39 *Incœnante eo, plura & ingentia saxa fortuito superne delapsa sunt: multisque convivarum & ministrorum elisis præter spem evasis.* Vet. Gloss. *Elisos*, ἐνθλιβέντας. *Elisus*, ἐυαγεὶς, πεσών.

¶ Elīsio, ōnis, exclusio, eine ausstossung, aussonderung. *Elisio litterarum vocalium.* vide Grammat.

¶ Illīdo, ĕre, an etwas stossen, schmeissen. *Dentes illidere, imprimere*, die zähne an etwas ansetzen, anbeissen: Horat. lib. 2 Serm. sat. 1 v. 77
& fragili quærens illidere dentem,
Offendet solido, &c.
Et, *Fluctus illiduntur litori*, die wellen schlagen wider das ufer. Quintil. 10 cap. 3.

¶ Illīsus, a, um, angeschlagen. Cic. de Arusp. Resp. c. 25 *Illa serpens compressa atque illisa morietur.* Virg. Æn. 5 v. 206 *Illisa prora pependit.* Idem Georg. 3 v. 261 *scopulis illisa æquora.*

¶ Illīsus, ûs, substant. die anstossung. Plinius 27 cap. 8 *Illisu ipso repercussus.* Silius lib. 17 v. 250
Illisu scopulus tremit omnis aquarum.

¶ Illīsio, ōnis, idem. Hieronymus epist. 18 ad Marcellam: *Navis nostra scopulorum illisionibus perturbata est.*

¶ Interlīdére, darzwischen setzen. Paulinus Nolanus carm. 10 v. 261
gravem interlidere dentem.

¶ Oblīdo, ĕre, idem quod elidere, eindrücken, erwürgen. Columella lib. 7 cap. 3 *nec angustiæ* [stabulorum] *fœtus oblidant.* Et Arnobius lib. 7 p. 233 *Oblidi ejus necesse est animam*, er muß ersticken.

¶ Oblīsus, a, um, zerquetscht, gewürgt. Tacitus Annal. 5 cap. 9 *oblisis faucibus*; & Prudentius Psychom. v. 592 *obliso gutture.*

¶ Relīdo, ĕre, zurückstossen: Fortunat. lib. 5 Carm

¶ Relīsus, a, um, zurück gestossen. Prudentius passione Cassiani v. 48
Relisa fronte lignum dissilit

¶ Sublīdo, ĕre, paullulum oblidere, umstossen. Prudent. Apoth. v. 848
Murmur sublidit voce minuta.

LAELAPS, ăpis, canis non modo Cephei in Ovid. Met. 7 v. 772, sed & Actæonis, a velocitate atque impetu dictus, ibid. 3 v. 211
Nebrophonosque valens & trux cum Lelape Theron.

LAELIVS, i, C. Lælius, Scipioni fuit familiarissimus, & Romanis sapiens adpellatus est. *Mitis sapientia Læli*, Horat. 2 sat. 1 v. 72.

LAENA, æ, & Chlæna, χλαῖνα, vestimenti aut pallii genus vel sagum, quod superindui solebat hiberno tempore, ein oberrock, regenmantel. Nonius c. 14 n. 26 *Læna vestimentum militare, quod supra omnia vestimenta sumitur.* Virg. Æn. 4 v. 262
Tyrioque ardebat murice læna.
Sed Festo *vestimenti genus est habitus duplicis*, ein gefütterter rock oder mantel. *Læna, quod de lana multa: duarum enim togarum instar*; inquit Varro de L.L. 4 cap. 30. ¶ 2. Fuit & amictus auguralis; Cic. de Clar. Orat. cap. 14 *Sacrificium publicum cum lænâ facere.*

¶ Lænas, ātis, cognomen Popiliorum, a M. Popilio ad posteros propagatum, quod ille consul & flamen Carmentalis, cum esset læna amictus, seditionem plebis cum auctoritate, tum oratione sedasset. Cicero l. c.

LAENEVS, i, Cretæ fluvius, ad quem Europam a Jove raptam ferunt. ¶ Strabo Gallus de fœniculo adjective dixit: *Læneus liquor.*

LĀERTES, æ, Λαέρτης, pater Vlyssis, à quo

¶ Laërtiades, æ, Vlysses poëtis dicitur. Lucanus vel quisquis auctor Panegyr. ad Pison. v. 61
Vim Laërtiadæ: brevitatem vincis Atridæ.

¶ Laërtius, a, um, adjectiv. ut, *Heros Laërtius*, Ovid. Met. 13 v. 124. Et Virgil. 3 Æneid. v. 272
Effugimus scopulos Ithacæ, Laërtia regna.

¶ 2. *Laërtius*, Historicus, vide supra *Diogenes* n. 2.

Læsio, vide paullo ante in *Lædo.*

LAESTRӮGŌNES, um, populi immanissimi Formias Campaniæ inhabitantes, &c. Tibullus Paneg. Messalæ de Vlysse loquens v. 59
Incultos addit Læstrygonas Antiphatesque.
Læstrygon Antiphates Homero unus idemque est Odyss. Κ. v. 106, de Læstrygonibus vero scribit v. 120, quod fuerint
Οὐκ ἄνδρεσσιν ἐοικότες, ἀλλὰ γίγασι,
Non hominibus similes, sed gigantibus.

¶ Læstrȳgŏnia, æ, Lami urbs, quam Homerus excelsam vocat v. 81 ejusdem libri.

¶ Læstrȳgŏnius, a, um, adjectiv. Horat. lib. 3 od. 16 v. 34 *Et Læstrygonia Bacchus in amphorâ.*

LAETVS, a, um, hilaris, gaudens, hilari vultu, frölich und gutes muths. Terent. in Adelph. a. 2 sc. 2 extr. *Lætus est de amicâ.* Valer. Max. lib. 6 cap. 9 *lætiore vultu.* Ovid. 6 Fastorum v. 463
Scilicet interdum miscentur tristia lætis.
Læta seges, die saat, so wohl stehet, Virgilius principio Georg. Et, *sata læta*, Idem Æneid. 2 v. 306. *Tellus justo lætior*, id est, fertilitate luxurians, Idem 2 Georg. v. 251. ¶ 2. Aliquando *Lætum* est, de quo lætamur:

sive quod gratum amicumque est, lieb, angenehm, erfreulich. Tacitus 3 Histor. cap. 75 *Cædem ejus lætam fuisse Muciano accepimus.* Sic, *incrementum imperii lætissimum*, Valer. Max. lib. 5 cap. 3 n. 2. *Lætum colonis uber agri*, Ausonius epist. 24 v. 92. In quibus tertium casum eleganter adjungi, eruditi observant. vide Vlitium ad Gratii Cyneg. pr. pag. 92. ¶ 3. *Invito* etiam opponitur *Lætus*, idemque quod libens est, willig: Horat. lib. 1 epist. 10 v. 39
Inspice, si possim donata reponere lætus.
Sic *tristis* contra pro *invito* ponitur Terentio; de quo suo loco. ¶ 4. *Lætus* idem etiam est quod propitius, glückselig: sic *læti Dii* sunt propitii, *omina & exta læta*, quæ secunda: contra *tristes*, irati Dii apud Propertium. Sic *lætus Mercurius* significat propitium, h.e. bono publico lubentem, & lætificantem suos Quirites, ab effectu scilicet. v. Taubmann. ad Plaut. p. 10, Boxhorn. ibid. pag. 5. Poëtis non uno modo construitur: *Lætus laboris*, Silius lib. 15 v. 569; *lætissimus iræ*, Idem lib. 17 v. 312. Et, *lætus spectari*, apud eumdem lib. 9 v. 455. Ac, *lætus bellare*, lib. 16 v. 564.

¶ Lætè, adverbium, freudig. Cic. Philipp. 9 cap. 3 *Auctorem senatus exstinctum læte atque insolenter tulit.* Vellejus Paterc. lib. 2 cap. 45 *Neque quisquam aut expulsus invidiosius, aut receptus est lætiùs.* De Numidico loquitur. *Lætiùs frondebit*, Palladius lib. 4 cap. 9 extr. *Lætissime gaudere*, Gell. lib. 3 cap. 15.

¶ Lætĭtia, æ, die frölichkeit, freudigkeit, est *opinio recens boni præsentis, in quo efferri rectum esse videatur*, Cic. Tusc. lib. 4 cap. 7. Hinc dicimus: *Ferre, afferre lætitiam*, eine freude machen. *Lætitiâ afficere*, erfreuen. *Capere, percipere lætitiam*, Ciceronis cuncta sunt: ejusdemque 1 Catilin. cap. 10 *Perfrui lætitiâ:* & pro Dejotaro cap. 9 *Efferri lætitiâ*, sich überaus freuen. Item: *Lætitiâ aliquid prosequi*, Quintil. lib. 5 cap. 11, sich über etwas frölich erzeigen. *Conjicere aliquem in lætitiam*, einem freude zu wege bringen, Terent. Heaut. a. 2 sc. 3 v. 51. Et, *Lætitia minus diuturna*, eine kurtze freude, Nepos Alcib. cap. 7.

¶ Plurali usus est Cicero lib. 2 ad Famil. epist. 9 *Repente verò incessi omnibus lætitiis.*

¶ Lætĭtūdo, ĭnis, Accius apud Nonium pro *Lætitia* c. 2 n. 487.

¶ Lætor, ātus sum, āri, sich freuen, froh seyn. Virg. Æneid. 10 v. 740 *nec longum lætabere.* Cicer. ad Fam. 1 epist. 7 *præclaris operibus lætari.* Idem Philipp. 11 c. 4 *Ea libidinum turpitudo, ut in hoc sit semper lætatus.* Ovid. 1 Pont. 8 v. 63 *quod toto pectore lætor*, i. e. *de quo lætor.*

¶ Læto, are, activè pro *lætificare*, apud Nonium cap. 2 n. 494 Livius Andron. *Oculos specie lætavisti optabili.* Et Accius: *Te ut triplici lætarem bono.*

¶ Lætans, tis, frölich; ut, *animo lætanti*, Cic. pro Cluent. c. 9. Et, *Lætantes agmine cygni*, Virg. Æn. 1 v. 397.

¶ Lætanter, adverb. idem quod *lætè.* Lamprid. in Commodo cap. 5.

¶ Lætatus, a, um, der da erfreuet ist: ut, *armis lætatus*, Virg. Æn. 10 v. 827. *Juno lætata*, Idem Æn. 12 v. 841.

¶ Lætatio, ōnis, lætitia, die ergötzung. Cæsar lib. 5 Bell. Gall. cap. 50 *neque hostibus diutina lætatio relinquatur.*

¶ Lætămen, ĭnis, idem. ¶ Sæpe fimus, qui agros lætos, hoc est, pingues efficit, tüng-mist, Plinio est lib. 18 c. 16. Pallad. 8 cap. 5 &c. *Lætamen efferre*, Idem lib. 11 ineunte. conf. Isidor. 17 c. 2.

¶ Lætābĭlis, e; quod lætitiæ est, erfreulich. Cic. Tusc. 1 cap. 21 *quid habet ista res aut lætabile, aut gloriosum?* conf. ibid. 4 cap. 17: Et Statius lib. 4 Silv. 8 v. 21
Jus tibi tergeminæ dederat lætabile prolis.

¶ Lætabundus, a, um, sich freuend, frölich: Gellius lib. 11 cap. 15.

¶ Lætisco, ĕre, antique, frölich werden. Apud Nonium cap. 2 n. 494 Sisenna: *Dii cultu erga se mortalium lætiscunt.* conf. Cic. Tusc. 1 c. 28 *Vites lætiscere.* Aliqui legunt *Vites lætificas.*

¶ Lætĭfĭco, are, frölich machen, erquicken. Cic. de N. D. 2 c. *Sol terram lætificat.* Lucan. 3 v. 48 *illum gloria lætificat.* ¶ Stercorare, Plin. 17 cap. 9 &c. tüngen. Hinc *lætificata seges*, apud Sedulium exordio lib. 1 v. 41.

¶ Lætĭfĭcor, ari, lætari, sich freuen. Plaut. in Aulul. a. 4 sc. 9 v. 15 *Lætificantur meo malo & damno.* vide ibi Interpretes.

¶ Lætĭfĭcus, a, um, frölich: ut, *Lætifici plausus*, i. e. læti, apud Statium lib. 16 Theb. v. 531.

¶ Conlætor, ari, συγχαίρειν. Tertullianus de Idololatr. cap. 14 *Convivamus cum omnibus: conlætemur ex communione naturæ, non superstitionis.*

¶ Exlætus, a, um, sehr frölich. Apulej. Metam. 3 *Venire exlæta facie.*

¶ Illætabilis, e, triste, traurig, betrübt. Virgil. Æneid. 12 v. 619
Confusus sonus urbis, & illætabile murmur.

¶ Perlætus, a, um, sehr frölich. Livius lib. 10 cap. 21 *Supplicatio perlæta fuit.*

LAEVIS, e, vel Lēvis, priore longa, quicquid tactu asperum non est, glatt, schlüpfrig. Horat. lib. 2 od. 11 v. 6 *lævis juventas*, id est, imberbis. Virg. 5 Æneid. v. 93
Tandem inter pateras & pocula lævia serpens,
Libavitque dapes, &c.
schlechte und glatte becher. Ovidius 13 Metam. v. 793
Lævior assiduo detritis æquore conchis.

¶ Lævĭtas, ātis, die glattheit, glätte, schlüpffrigkeit. Plinius lib. 9 cap. 29 de polypis: *Soli mollium in siccum exeunt, duntaxat asperum: lævitatem odere.* Celsus lib. 4 cap. 19 *Lævitas intestinorum.*

¶ Lævĭtūdo, ĭnis, idem. Lactant. de Ira cap. 10 n. 7 *lævitudo granorum.*

¶ Lævor, ōris, idem; Plin. 9 c. 35, & Celsus præfat.

¶ Lævĭgo, are, schlecht und glatt machen, poliren, glätten. Varro lib. 3 cap. 11 de R. R. *Omnes parietes tectorio lævigantur.* Plinius lib. 13 cap. 12 *Scabritia* [chartæ] *lævigatur dente.*

¶ Lævĭgātus, a, um, geglättet; unde compar. *lævigatior* apud Macrob. Saturn. 7 cap. 12 *Quod & lævigatius & spissius est*, &c.

¶ Lævĭgatio, ōnis, die glattmachung, glättung, Vitruv. 7 c. 1.

¶ Lævo, āre, idem quod *lævigare.* Statius 1 Theb. v. 519

Pars teretes levare manu ac disponere mensas.

¶ Lævatus, a, um, glatt gemacht. Gell. 17 cap. 8 *Levatiora levioraque.*

¶ Collævo, are, seu conlævare, glätten. Seneca epist. 64 *Hoc asperitas oculorum conlævatur, hoc palpebrarum crassitudo tenuatur.*

¶ Delævo, are, apud Columellam lib. de Arboribus cap. 6 *Plagas acutissimo ferro delevare*, idem quod *levare*.

LAEVUS, a, um, adjectivum, sinister, linck; item, liederlich; ut, *Latus levum*, Horat. lib. 3 oda 26 v. 5. *Manus leva*, & *leva* solùm: *Ad levam*, Plaut. Mil. a. 4 sc. 6 v. 1, zur lincken hand. *Mens leva*, id est, stulta, apud Virgil. eclog. 1 v. 16, & 2 Æneid. v. 54. Scholiastes Sophoclis: οἱ παλαιοὶ ἀριστερὰ, τὰ μωρά· δεξιὰ δὲ τὰ ξυνετὰ εἶπον. vide & Servium, & infra in *Sinister*. ¶ *Levi boves*, quorum cornua terram spectant, Taubm. ad Plaut. p. 1187. *Læva* de humanis quando dicuntur, contraria notant: ita *pectus levum* apud Persium sat. 2 v. 53. De cælestibus vero prospera: sic Romanis *sinistra auspicia* fausta, quæ secus apud Græcos habebant. vid. Taubman. ad lib. 4 Georg. Virgil. p. 255. Gellius lib. 5 cap. 12. Barth. ad lib. 3 Thebaid. Statii p. 807.

¶ Lævè, adverb. idem. Horatius lib. 1 epist. 7 v. 52

Puer hîc non leve jussa Philippi Accipiebat.

Non læve, i. e. haut stulte. Nimirum minimè stupidum ac tardum fuisse significat. Sic usurpatur & *Scævus*.

¶ Lævorsum, & Lævorsus, linckwarts, zur lincken. Ammian. 31 cap. 10 *Lævorsus flexo itinere.* Apulejus in Florid. post princip. *Lævorsum vel dextrorsum tanta mole corporis labitur.*

LĂGĂNUM, i, Lagana in plurali, genus placentæ, plintzen, pfannkuchen, hippelein. vid. Apic. 4 cap. 2. Horatius lib. 1 satyr. 6 v. 115

Ad porri & ciceris refero, laganique catinum.

vide ibi Torrentium: Hesychium adde in Λάγανα.

¶ Artolaganus, i, ἀρτολάγανος, plur. *Artolagani*, armeritter, brod-kuchen. Athenæus lib. 3 cap. 29 scribit, in artolagano poni parum vini cum pipere, lacte & oleo seu adipe modico. Cic. ad Pætum lib. 9 fam. epist. 20 *Dediscendæ sunt tibi sportellæ & artolagani tui.*

¶ Tyrolagana, τυρολάγανα, caseo admixto fiunt, käse-kuchen.

LĂGĒNA, æ, λάγηνος, eine flasche, lägel. Horat. lib. 2 epist. 2 v. 134

Et signo læso non insanire lagenæ.

Martial. lib. 10 epigr. 45

Vaticana bibas, si delectaris aceto:
Non facit ad stomachum nostra lagena tuum.

¶ Fuit & mensuræ genus. Hieronymus in vitâ Hilarionis: *Cumque centum lagenis æstimata fuisset integra adhuc vinea, post dies viginti trecentas fecit.* ¶ Dicitur & *Lagona* & *Laguna*. Inscript. apud Gruter. p. 778 L. TROPHIMUS AUG. LIB. A VITE. ITEM A LAGUNA.

¶ Lăguncŭla, æ, diminutivum, ein fläschlein. Plin. lib. 2 epist. 6 *Vinum parvulis lagunculis in tria genera descripserat.* Et Columella lib. 12 cap. 38 extr. *Picatis lagunculis condere.*

¶ Laguncularis, e, ad lagunculam pertinens, zur flasche gehörig; ut, *laguncularis pix*, Marcell. Emp. cap. 36.

LĂGĒOS, i, λάγειος, uva leporaria, a leporis colore dicta. Λαγὼς autem *lepus* est. Virg. 2 Georg. v. 93

Et passo psythia utilior, tenuisque lageos.

¶ Lăgōis, ĭdis, genus piscis, Horat. 2 Serm. sat. 2 v. 22

Nec scarus aut poterit peregrina juvare lagois.

¶ Lăgōpus, lagopŏdis, λαγώπους, avis non ignota, Alpina, candida, columbæ magnitudine, apud Plin. lib. 10 cap. 48, ein steinhuhn, schnehuhn, ein wild weißhuhn, ein berghuhn; in frigidissimis montium jugis moratur. Citatur & hic versus ex Martial. lib. 7 epigr. 87

Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus.

Sed ei vetus mendum hæret. Pro *lagopode* enim legendum *glaucopide*, ut firmissimis rationibus Illustris Scal. docet ad lib. 3 Propertii. *Glaucopis* autem est bubo, &c. *Lagopus* a pedibus leporinis. ¶ 2. Avis alia ejusdem nominis est croceo colore, notissima & hieme tota conspicua, ein goldammer, passeris genus. ¶ 3. *Lagopus*, herba, hasenfüß, hasenpfötlein, katzenklee. vid. Plin. 28 cap. 8.

¶ Lagophthalmus, i, eine scharte am auge, im öbern augenlied, quoties in curatione plus æquo cute excisa, vel alia caussa evenit, ut oculus non contegatur. Celsus lib. 7 cap. 7 n. 9.

Laguncula, vide *Lagena*.

LĂGUS, i, Ptolemæi, Ægyptii regis, pater: unde Ægypti reges omnes, qui inter Alexandrum M. & Augustum Cæsarem fuerunt, *Lagidæ* adpellantur. Lucan. 10 v. 527 *non omnis regia Lagi.*

¶ Lagēus, a, um, adject. Ægyptius. Lucan. lib. 10 v. 394

præstet Lagea juventus
Hoc regi, Romana sibi, &c.

Et, *Lageus amnis*, id est, Nilus, apud Silium lib. 1 v. 196. *Ac, Lagea ratis*, apud eumdem lib. 10 v. 322.

LĀÏCUS, i, λαϊκὸς, popularis, a λαὸς, ein leye, sacris non initiatus, profanus. *Laici panes*, gemeines oder ungeweyhetes brodt. Sic vertetunt interpretes latini Bibliorum, 1 Reg. c. 21; Οὐκ εἰσὶν ὑπὸ τὴν χεῖρά μου βέβηλοι ἄρτοι, ἀλλ' ἅγιοι: *Non sunt ad manum mibi profani panes, sed sacri.* Est vox novitia.

LĀIS, ĭdis, Λαΐς, meretrix Corinthia famosissima, Alcibiadis ex Timandra habita filia. vide Plutarch. Alcibiade extr. Ovid. lib. 1 Amorum eleg. 5 v. 12 *Dicitur & multis Lais amata procis.*

vide Gell. lib. 1 cap. 8, & Vinet. not. Auson. p. 221 seq.

LĀĬUS, i, Λάϊος, rex Thebarum, Oedipi pater ex Jocasta. vide Stat. Theb. 1 v. 296, & lib. 2 v. 66.

LĂLĂGE, es, nomen puellæ dulce ridentis apud Horat. 1 od. 22 v. 23. conf. Propert. 4 v. 587, & Martial. 2 epigr. 62.

LĀLĒTĀNIA, æ, regio Hispaniæ in tractu Tarraconensi: Martial. 1 epigr. 50. Hinc

¶ Laletānus, a, um, adject. & Laletani, populi; ut, *Laletanum vinum*, Plin. 14 cap. 16.

LĂLĪSIO, ōnis, masculinum, pullus onagri, ein junger wald-esel. Martialis lib. 13 epigr. 97

Cum tener est onager solaque lalisio matre.

Adde Plin. lib. 8 cap. 44.

LALLO, are, verbum factum: quod usurpatur de infantibus, cum vel lac sugunt, vel loquuntur, lallen, saugen. Persius sat. 3 v. 18

Iratus mammæ, lallare recusas.

Vbi vide Vet. Schol. B. Hieronymus lib. 2 epist. 6 *Forsitan & laxis uberum pellibus mater, arata rugis fronte, antiquum referens mammæ lallare congeminet.* Casaubonus observat, *Lallare* proprie esse, quando nutrix næniam canens puerum demulcet, ut somnum ei conciliet. Et sane

¶ Lallus, i, Ausonio ejusmodi nænia adpellatur, qua, ut pueris somnus inducatur, sæpe repetitur *lalla, lalla*, ein gelalle. Ita enim epist. 16 scribit:

Nutricis inter lemmata
Lallique somniferos modos
Suescat peritis fabulis.

Vid. Scaliger lib. 2 Auson. Lect. cap. 11, & Casaub. ad Theophrasti Characteres. Turnebus autem *Lallum* Deum facit nutricum, lib. 18 Advers. cap. 14.

LĀMA, æ, lacuna, eine pfütze. Festus: LACUNA *aquæ collectio: a* Lacu *dicitur, quam alii* LAMAM; *alii* LUSTRUM *vocant: Ennius: Silvarum saltus latebras lamasque lutosas.* LAMAE vocabulo usus & Horatius est lib. 1 epist. 13 v. 10, ubi Torrentium videas licet.

LAMBO, lambi, lambĕre, lecken, belecken, berühren. Martial. Apophoretis de muscario pavonino epigr. 67

Lambere quæ turpes probibet tua prandia muscas,
Alitis eximiæ cauda superba fuit.

¶ 2. Metaphorice de fluminibus. Horat. 1 od. 22 v. 7

quæ loca fabulosus
Lambit Hydaspes.

Et hyperbolice Virgil. Æn. 3 v. 574

Attollitque globos flammarum, & sidera lambit.

¶ Lambĭto, are, frequent. offt lecken. Solino cap. 15 [vulg. 25] *Ægyptii canes e Nilo nunquam nisi currentes lambitant.*

¶ Lambĭtus, ûs, das gelecke. Aur. Vict. de Orig. Gent. Rom. *Lupam primo lambitu pueros detersisse.*

¶ Lambĕro, are, secundum Festum est scindere atque laniare, zernagen. Plaut. Pseud. a. 2 sc. 4 v. 53 *Me meo ludo lamberas.*

Composita:

¶ Adlambo, ĕre, belecken. Ausonius Mosellâ v. 360

Festinant famulis quamprimum adlambere lymphis.

Et Prudent. Hamartig. v. 135 *adlambunt ora cerastæ.*

¶ Circumlambĕre, umher belecken. Plinius lib. 11 cap. 37 [sect. 65] *ad circumlambenda ora.*

¶ Delambĕre, ablecken. Statius lib. 2 Theb. v. 681

Molliaque ejectæ delambit vellera linguæ.

¶ Prælambĕre, benaschen. Horat. 2 Serm. sat. 6 v. 109

Fungitur officiis prælambens omne quod affert.

¶ Præterlambere, i. e. leviter attingere, im vorbeygehen berühren. Ammianus lib. 17 cap. 4 [Vales. 2] *Mosa fluvius præterlambit.*

LAMBRUS, i, fluvius in Cisalpina Gallia, quam Padus defert in mare Adriaticum. Plin. 3 cap. 16 & 19. Hinc

¶ Lambrani, orum, accolæ, apud Suetonium in Cæsare cap. 10.

Lamella, vide *Lamina*.

LĀMENTOR, atus sum, ari, est querula voce & oratione tristi dolorem suum testari, & proprie mulieribus convenit, weheklagen, kläglich beweinen, heulen. Terent. in Andr. a. 1 sc. 1 v. 94 *Quæ tum mibi lamentari præter ceteras visa est.* Cic. in 2 Tuscul. ex Pacuvio hos versus recitat:

Conqueri adversam fortunam, non lamentari decet:
Id viri est officium; fletus muliebri ingenio additus.

Et passive apud Apulej. Met. lib. 4 sub fin. *Mæretur, fletur, lamentatur diebus plusculis.* Vnde participium passivum apud Silium lib. 13 v. 711

Armipotens ductor, quam sunt tua fata per urbem
Lamentata diu.

¶ Lāmentatio, ōnis, das wehklagen, das geheule. Cic. 1 Tusc. cap. 13 *lugubris lamentatio.*

¶ Lāmentābĭlis, e, lamentatione dignum, klagens und weinens werth, kläglich. *Lamentabile regnum*, Virg. 2 Æn. v. 4. *Lamentabili voce deplorare*, Cic. 2 Tusc. cap. 13. Et, *Lamentabilis comploratio*, Livius lib. 3 cap. 47.

¶ Lamentārius, a, um, lamentationem movens, trauernd; ut, *ædes lamentariæ*, das klag- oder trauer-hauß, Plaut. Capt. a. 1 sc. 1 v. 28.

¶ Lamentator, ōris, ein wehklager. Gloss. gr. lat. Θρηνητὴς, *lugubris, lamentator.*

¶ Lamentatrix, īcis, eine wehklagerin. Scriban. de Pass. Chr. cap. 10 *Vocare lamentatrices ad lamentum.*

¶ Lamentum, i, ipsa lamentatio, die klag-stimme. Cic. de Senect. c. 20 *Solon negat se velle suam mortem dolore amicorum lamentisque vacare.* Idem Tusc. Q. 2 cap. 21 *Muliebriter lamentis se lacrymisque dedere.*

¶ Pacuvius apud Nonium cap. 2 n. 493 *Lamentas* etiam fœm. gen. dixit.

¶ Delamentor, ari, beklagen. Apud Ovid. reperitur lib. 11 Metam. v. 331

natam delamentatur ademtam.

LĂMĬA, æ, plur. Lamiæ, Λάμιαι, mulieres veneficæ, striges, hexen, zauberinnen, unholde; quas oculos exemtiles habuisse Plutarchus tradit de Curiositate p. 115 extr. *Lamiam*, inquit, *fabulæ narrant domi quidem canere cæcam, oculos habentem in vasculo repositos, verum ubi prodeat foras reponere, ac tum oculatam esse: Ita quisque nostrum foris & in rebus aliorum ob malevolentiam sibi curiositatem velut oculum imponit: In nostris vero ipsorum erratis nec oculos habemus, nec lucem*, ὄψιν καὶ φῶς ὐ πορίζομενοι. vide Michaëlem Apostolium Proverb. Cent. 11 N. 15, & quos ad eum locum Pantinus, vel Schottus potius, citat. v. & Horat. Art. Poët. v. 340. ¶ 2. De perniciosis & infestis quibuscunque mulieribus sumitur. Apulej. lib. 5 Met. Cupido ad Psychen infit: *Si post hæc pessimæ illæ lamiæ noxiis animis armatæ venerint, (venient autem scio) neque omnino sermonem conferas*, &c. ¶ 3. Item,

larvæ

larvæ & lemures, unkeusche geister und gespenste; Phantasmata modo in hanc, mox in aliam sese figuram convertentia. Philostrat. ¶ 4. *Lamia* etiam familia Romana. vide infra *Lamus*. ¶ 5. *Lamia* fuit etiam Atticum scortum. Solita est ea dicere: *οἱ ἐκ τῆς ἑλλάδος λέοντες, ἐν ἐφέσῳ γεγόνασιν ἀλώπηκες, Leones Græci, Ephesi redduntur vulpes.* Ælian. Var. Hist. lib. 13 cap. 9. vide ibi Cl. Scheffer. ¶ 6. *Lamia* etiam Thessaliæ oppidum, unde bellum dicitur *Lamiacum* inter Antipatrum & Athenienses gestum, quod victus Antipater oppido se Lamia defendebat. vid. Diodor. Sicul. lib. 17 cap. 111.

LĀMĬNA, æ, bractea, sive quodvis metallum in latitudinem ductum, ein blat oder blech von allerley metallen. Cicero 2 de Legib. cap. 23 *Ad eam* [aram] *cum lamina esset inventa, & in ea scriptum*, &c. *Lamina fulva*, i. e. aurea, Ovid. 11 Met. v. 124. Et, *Ensis lamina dissiluit*, ibidem lib. 5 v. 173, die klinge zerspringt. ¶ 2. Et *Lamina* in tortorum instrumentis fuit. Cic. 7 in Verr. cap. 63 *Cum ignes, ardentesque laminæ ceterique cruciatus admovebantur*. Et Prudentius passione Romani v. 486 *inusta laminis ardet cutis.*

¶ 3. *Lamnam* Horatius scripsit lib. 2 carm. ode 2 v. 2, & lib. 1 epist. 15, qua forma & Vitruvius usus est aliquoties lib. 7 cap. 9 sub finem. Habuerunt & *Laminas* inter περίαπτα: de quibus infra in *Phylacteria*. ¶ 4. Pro putamine, quo nuces involutæ sunt, occurrit in Ovid. eleg. de Nuce v. 95 *Lamina mollis adhuc*, die weiche nuß-schale. ¶ 5. Pro tenui fibra etiam vel cute in Cæl. Aurel. Tard. 2 cap. 13 *Aurium laminæ*, die ohrläplein.

¶ Lāmella, æ, diminutivum, ein blechlein, lahn. Vitruv. lib. 7 cap. 3 *tenuis lamella*: & lib. 7 cap. 12 *lamellæ æreæ*. Et Seneca de Vita beata cap. 21 *paucæ argenti lamellæ*: & de Brevit. vitæ cap. 12 *æruginosæ lamellæ*.

¶ Lamnŭla, æ, aliud diminut. apud Tertull. de Corona cap. 12.

¶ Dilāmĭno, are, von einander spalten, mitten entzwey brechen. Ovid. eleg. de Nuce v. 73 *Has puer aut certo rectas dilaminat ictu;*
Aut pronas digito bisve semelve petit.

¶ Sublāmĭna, æ, ein unterblat. Cato de R.R. cap. 21 *Sublaminas minutas supponito.*

LĀMIUM, i, urticæ fœtidæ species est Plinio lib. 22 cap. 14, eine taube, stinckende nessel.

LAMPAS, ădis, λαμπὰς, (in Accusat. *Lampada* facit,) lychnus pensilis, eine lampe, ampel; ut, *Lampas ferrea*, Columell. 12 cap. 18; *ahenea*, Juvenal. sat. 3 v. 285. ¶ 2. Sunt & *Lampades* Meteora ignita in aëre, quas *faces ardentes* vulgo dicunt, brennende fackeln in der lufft, Plin. lib. 2 cap. 26. ¶ 3. *Lampas* pro luce, splendore, licht, glantz. Statius 10 Theb. v. 121 *lampade clara perculsus*. Et Virg. 4 Æn. v. 6
Postera Phœbeâ lustrabat lampade terras
Aurora, &c.

¶ 4. *Lampada alicui tradere*, eleganti proverbio dicuntur, qui partes suas aliis tradunt agendas: Persius satyr. 6 v. 61
Qui prior es, cur me in decursu lampada poscis?
Vbi vetus Scholiastes: *Apud Athenas*, inquit, *cum juvenes cursu ludos celebrabant, qui victor esset, primus facem tollebat: deinde sequenti se tradebat, & secundus tertio: similiter omnes, donec currentium numerus impleretur*. Varro lib. 3 de re rust. cap. 16 *Quod de fructu nihil dixi, nunc cursu lampada tibi trado*. Lucret. lib. 2 v. 77
Inque brevi cursu mutantur secla animantum,
Et quasi cursores vitai lampada tradunt.
Vide & Platonem lib. 1 de Republ. initio. Lubin. ad Juvenal. sat. 15 v. 141. ¶ 5. *Lampades* etiam & faces in hostilem utrinque aciem olim injiciebant πυροφόροι, sive λαμπαδοφόροι, ut, eo velut signo dato, prœlium auspicarentur. vid. Voss. lib. 5 Instit. Orat. p. 394.

¶ Lampădārius, i, qui fert lampada, aut qui eam accendi curat, ein lampen-mann. vid. l. fin. C. de divers. off.

¶ Lampădion, i, diminut. ein lichtlein. Ita suas delicias, puellas loquaculas & petulantiores appellitant amatores. Lucret. 4 v. 1158
At flagrans, odiosa, loquacula Lampadion fit.

¶ Lampădo, ōnis, bulbus. Th. Priscian. de Diæt. cap. 10 *Bulbi, i. e. lampadones desiccativi sunt.*

LAMPĔTIE, es, filia Solis ex Neæra, Phaëthusæ soror, in arborem mutata. Ovid. Metam. 2 v. 349, & Propert. 3 v. 533.

LAMPETRA, vel Lampreta, æ, piscis lubricus, colore cœruleo subnigro, septem parvis fistulis mirabili ordine distinctis, acceptam aquam remittens, quam alias *mustelam stellarum* vocant, eine lamprete, pricke, a *lambendis petris* nomen habens; vide *Mustela*.

LAMPIDO, Lacedæmonia, fœmina raræ felicitatis, quæ regis filia, regis uxor, regis mater fuit, Plin. 7 cap. 41.

LAMPON, ōnis, nomen equi, cujus miram velocitatem celebrat Silius 16 v. 334. ¶ 2. Fuit & *Lampon* sacrificus vates, unde proverbium: *Lampon per anserem jurat*, si quis jurejurando conatur fallere. vid. Erasm. Adag.

LAMPRIDIUS, i, (Ælius) historicus tempore Constantini M. a quo descriptas habemus vitas quatuor Imperatorum. vid. Voss. de Hist. Lat. 2 cap. 7.

LAMPRUS, i, Musici nomen apud Corn. Nepotem in Epaminonda. vide ibi Lambinum.

LAMPSĂCUM, i, Ciceroni & Plinio: Ptolemæo & poëtæ Priapejorum Λάμψακος, *Lampsacus*, urbs Mysiæ ad os Hellesponti clarissima, nobili portu, & templo matris Deûm insignis quondam, auctore Strabone, dono aliquando a Persarum rege data Themistocli, quemadmodum Corn. Nepos retulit, & Ammianus lib. 22.

¶ Lampsacēnus, a, um, adject. ut, *Lampsacena urbs*, Val. Max. 7, 3, 4. *Lampsacēni* fuere Anaximenes & Metrodorus, Epicuri sodales.

¶ Lampsăcius, a, um, aliud adject. Martial. lib. 11 epigr. 17
Nam mea Lampsacio lascivit pagina versu.

LAMPSANA, æ, λαμψάνη, olus silvestre & vulgare, brassica silvestris, wilder kohl, reinkohl, ἀπὸ τοῦ λάψαι, quod foliis terram lambat. Verterunt & *apium* & *napium*, wild senffkraut, weisser hederich. *Lampsana vivere*, id est, perparce tenuiterque; vide Chiliad. & Dioscoridem lib. 2 cap. 330.

LAMPȲRIS, ĭdis, fœm. λαμπυρίς, plur. *Lampyrides*, scarabæi sunt ignium modo noctu lucentes clunium & laterum colore, Plin. lib. 11 c. 28, & 18 c. 26, feuer-kefer, liecht-mücken, Johannes-würmlein, vocant & *Pyrolampidas*. Mantuan. eclog. 2 v. 155
Splendidulis jam nocte volant lampyrides alis.

LĂMUS, i, antiquus Læstrygonum rex, Neptuni filius, Caretæ & Formiarum conditor: Vnde *Lamiarum* cognomen in Ælia gente. Horatius lib. 3 ode 17 v. 1 ad Ælium Lamiam:
Æli, vetusto nobilis ab Lamo,
Quando hinc priores & Lamias ferunt
Denominatos, &c. vide ibi Torrentium.

¶ 2. *Lamus* equi nomen est apud Silium 16 v. 474. ¶ 3. Alius *Lamus* Herculis filius ex Omphale. vid. Ovid. Heroid. epist. 9 v. 54.

¶ Lamia, æ, nomen nobilis Romani. vide Horat. l. c. & 1 epist. 14 v. 6. Juvenal. sat. 6 v. 383.

LĂMȲRUS, i, lacertorum genus, Plin. 32 cap. 11. Inter pisces refertur in Ovid. fragm. Halieut. v. 120.

LĀNA, æ, λάχνη, die wolle. Potissima virginum in gynæceis cura. *Ducere lanam*, spinnen. Ovid. 4 Metam. v. 34
Aut ducunt lanas, aut stamina pollice versant.
Lucretio lib. 5 v. 1353 *facere lanam*, idem: &, *lanam tractare*, Justino lib. 1 cap. 3. *Lanâ & tela victum quæritare*, sich mit spinnen und wircken nehren, Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 48. De tractandæ nendæque lanæ ratione elegantes Ovidii versiculi sunt lib. 6 Metam. v. 19
Sive rudem primos lanam glomerabat in orbes:
Seu digitis subigebat opus: repetitaque longo
Vellera mollibat nebulas æquantia tractu;
Sive levi teretem versabat pollice fusum; &c.
Sordida lana, ungewaschene wolle. *Rixari de lanâ caprina*, est, de nihilo contendere, Horatius lib. 1 epist. 18 v. 15. Varius autem usus lanarum commemoratur apud veteres auctores. His enim circumligabant fauces valetudinis caussa, de quo vide supra in *Focale*. Vtebantur & in vulneribus obligandis, de quo Casaub. ad Suetonium p. 221. Lanarum, quibus gravidæ uterum fovebant, Lucianus Dialogis Meretriciis meminit in Myrtio: & has, ni fallor, Tertullianus *uteri infulas* adpellat lib. de Animâ cap. 21.

¶ Lānŭla, æ, diminutivum, zarte wolle. Cels. 7 cap. 27 *carunculæ lanulis similes.*

¶ Lānāria, æ, herba, quæ & *Struthion* apud Plinium lib. 24 cap. 18, στρούθιον, *herbam fullonum*, vulgus vocat, seiffenkraut, waschekraut, knabenkraut.

¶ Lānārius, i, ein wollenschläger, wollweber. Plaut. Aulul. a. 3 sc. 5 v. 34, & Reines. Classis 11 Inscr. 96 & 107.

¶ Lānāris, e, wollenreich; ut, *pecus lanare*, Varr. 2 de R. R. cap. 9.

¶ Lānātus, a, um, idem; ut, *Oves lanatæ*, Columell. 7 cap. 3; & *pelles lanatæ*, apud Vitruv. lib. 10 cap. 13; & *pecus lanatum*, Plin. 17 cap. 22, qui etiam *lanatiore canitie folia*, Comparativo dixit lib. 21 cap. 20.

¶ Lāneus, a, um, wüllin; ut, *pallium laneum*, Cicer. N. D. lib. 3 c. 34.

¶ *Dii laneos habent pedes*, Ænigma proverbiale est, indicans, Deos lento solere procedere ad scelerum ultionem gradu. vide Chiliad.

¶ Lānestris, e, laneus, aus wolle. Vopiscus Aureliano cap. 29 *lanestre pallium*. vid. Casaub.

¶ Lānētum, i, vestimenti genus ex lana succida confectum. Festus.

¶ Lānĭtia, æ, & Lanities, ēi, wolle. Laberius apud Nonium cap. 3 n. 133 *Mollis e lanitia Attica vestis*. Tertull. adv. Marc. 2 cap. 3
Sed quia lanities renovata hæc corpora vestit.

¶ Lānĭtium, sive Lanicium, i, wollwerck, woll-arbeit. Virgil. 3 Georg. v. 384 *Sit tibi lanicium curæ*, &c.

¶ Lānōsus, a, um, lana abundans, voll wolle. Pallad. lib. 8 cap. 4 de armentis. Et Apulejus lib. 5 Miles. p. 162 *Juvenis lanoso barbitio genas inumbrans.*

¶ Lānōsĭtas, ātis; Tertullian. de Pallio c. 3 *muscosæ lanositatis conchæ.*

¶ Lānūgo, ĭnis, quæ in adolescentum genis conspicitur, die milch-haare, der erste bart. Pacuvius apud Festum in GENAS: *Nunc primum opacat flora lanugo genas*. Suetonius Nerone cap. 34 extremo: *Quam cum ex duritia alvi cubantem visitaret, & illa tractans lanuginem ejus, ut assolet, jam grandis natu, per blanditias forte dixisset*, SIMUL HANC EXCEPERO, MORI VOLO: *Conversus ad proximos, confestim se positurum, velut irridens ait*. Ammianus lib. 16 c. 27 *adultæ lanuginis juvenis*: & lib. 28 cap. 6 *primæ lanuginis adolescens*. Cum prima tondentibus poneretur barba, excepta a cognatis & condita DEO alicui sacrabatur. Eratque is dies solennis & festus. Huc respexit & amita Neronis & Nero. vide eâdem Neronis vita cap. 12. ¶ 2. Item, allerley weiches wüllwerck oder rauchwerck um die früchte und kräuter. *Mala tenerâ lanugine*, Virgil. eclog. 2 v. 51. ¶ 3. Scobs, die segspäne: Colum. 4 cap. 29.

¶ Lanuginosus, a, um, wollicht. Plin. lib. 19 cap. 3, &, *Lanuginosior*, lib. 22 cap. 20.

¶ Lanicŭtis, te, wollicht an der haut; Sic Laberius apud Tertull. de Pallio cap. 1 *arietem lanicutem* vocat.

¶ Lānĭfer, a, um, lanam ferens, wollreich; ut, *Arbor lanifera*, woll-baum, Plin. 13 cap. 14.

¶ Lānĭger, a, um, idem; ut, *pecudes lanigeræ*, Virg. 3 Æn. v. 642. *Vellus lanigerum*, Ovid. Heroid. epist. 18 Leandri v. 144.

¶ Lānĭficus, a, um, mit woll umgehend: ut, *Ars lanifica*: apud Claudianum lib. 2 in Eutrop. v. 381 *doctissimus artis lanificæ*, ein tuchmacher, woll-kämmer. Et Tibullus lib. 2 eleg. 1 v. 10
Lanificam pensis imposuisse manum, spinnen.
Et Martialis lib. 4 epigr. 54 *Lanificas nulli tres exorare puellas*
Contigit, observant, quem statuêre, diem.
Sic Parcas vocat filum vitæ nentes.

¶ Lānĭficium, i, woll-arbeit, das woll-spinnen. Columella præfat. lib. 12 *Nunc pleræque* [Rom. mulieres] *sic luxu & inertia defluunt, ut ne lanificii quidem curam suscipere dignentur*, sie schämen sich mit woll und spinnen umzugehen. Et Apulej. Met. 9 p. 219 *Ego misera, & pernox & perdia lanificio nervos meos contorqueo.*

¶ Lāni-

¶ Lānĭlūtor, ōris, ein wollenwascher. Gloss. lat. gr. *Lanilutor*, ἐριοπλύτης.

¶ Lānĭpendens, tis, qui lanam pendit, ein wollenwäger. Gloss. gr. lat. σταθμοῦχος γυνή, *lanipendens*.

¶ Lanipendia, æ, quæ lanam pendit & distribuit, die wolle ausgiebt, l. 31 ff. de donat. inter vir.

¶ Lānŏcŭlus, i, qui lanâ tegit oculi vitium, Festus. conf. Casaub. ad Suet. Domit. c. 17.

LANCEA, æ, λόγχη, hasta oblonga: à λόγχη derivat Festus argute magis, quam verè, ein spehr, spieß, lantze; dictio est Hispanica, v. Gellius lib. 15 c. 30, vel Gallica potius, ut Diodorus ait. Sisenna Suevis hoc vocabulum tribuit 3 Hist. vid. Casaub. ad lib. 4 Strab. *Lancea venatoria*, ein jägerspieß: Apulejus lib. 1 de A.A. *Athenis proxime ante Pœlicem porticum isto gemino obtutu circulatorem aspexi equestrem spatam præacutam mucrone infesto devorasse: ac mox eundem invitamento exiguæ stipis venatoriam lanceam, qua parte minatur exitium, in ima viscera condidisse.*

¶ Lanceŏla, æ, diminut. ein spießlein. Capitol. Maxim. Jun. c. 4 *Lanceola fissa est fulmine.*

¶ Lanceārius, i, ein spießträger, spießbube, piquenirer. Tales *Lancearii* apud Ammian. 21 c. 13, & 31 c. 13.

¶ Lanceo, are, i. e. lanceam jacere, mittere, die lantze schwingen. Tertullianus advers. Marcion. 3 c. 13 *Qui ante norint lanceare quam lancinare.* conf. Idem advers. Judæos c. 9. Junius exponit *lances exhaurire.*

¶ Lanceatus, a, um, lancea transfixus, gespießt. Firmicus: *Lanceatum mori.*

¶ Lancĭno, are, lacerare, zerreissen, quälen. Solinus cap. 40 [al. 53] *In Asia locus est, quo primo adventus sui tempore ciconiæ advolant, & eam, quæ ultima advenerit, lancinant universæ.* Plin. lib. 11 c. 34 *Est & volucre canibus peculiare malum, aures maxime lancinans.*

¶ Lancĭnatus, a, um, zerrissen, aufgerieben. Catull. carm. 29 in Cæsarem v. 18 *Paterna prima lancinata sunt bona.*
hoc est, decocta, consumta. Add. Senec. de Ira lib. 1 cap. 2. Item de Brevit. vitæ c. 12, & epist. 32.

¶ Lancĭnator, ōris, qui lancinat, discerpit, ein zerreisser. Prudentius Romano v. 1057 *Lancinatores gregum.*

¶ Dilancĭno, are, idem quod *lancinare*. Prudent. Hymn. Vincentii v. 156 *membra dilancinata interficis.*

Lanestris, laneus, vide *Lana*.

LANGA, æ, animal, quod & *Languriam* dici, testis est Plinius, qui *Langurium* electri speciem esse ab eo adpellatam affirmat lib. 37 cap. 2; cujus verba adscribo: *Alii dixere langurium, & esse in Italia bestias langurias: Zenothenis langas vocat easdem, & circa Padum iis vitam affirmat.*

LANGĪA, æ, fons in Nemæa silva Arcadiæ, ex quo refectus fuit Argivus exercitus ad Thebas vadens, cum graviter sitisset. Statius Theb. 4 v. 728.

LANGUEO, languēre, infirmum esse, deficere, otiosum esse, siech, schwach, faul, träge und müßig seyn. *Corpus, animus languet*: Virg. 4 Georg. v. 252 *languebunt corpora morbo*. Et Ovid. 1 Pont. epist. 4 v. 3 *Vires in corpore languent.* Cicero in Pison. cap. 33 *Languet juventus, nec perinde, atque debet, in laudis & gloriæ cupiditate versatur*, ist träge und faul. *Languere otio*, Idem 1 Nat. D. cap. 4, verdrossen seyn. *Languere e via*, müde seyn von der reise, Idem 1 Philipp. cap. 5.

¶ Languens, tis, matt, hinläßig. Cic. de Leg. 2 cap. 15 *Incitat languentes.* Hinc compar. *Languentior*, in Priapejis.

¶ Languesco, ĕre, languidum fieri, labore confici, siech, schwach, faul werden. Cicero in Oratore cap. 2 *Languescit industria*, der fleiß sincket. Idem de Senect. cap. 9 *Orator metuo languescat senectute*, er möge alters halben matt und schwach werden.

¶ Languĭdus, a, um, schwach und matt. *Languidus vino vigiliisque*, Cicer. 5 in Verr. cap. 12. *Languidus pulsus, ictus*, ein schwacher, langsamer pulß, Plinius lib. 11 cap. 37. Et, *languida auctoritas*, Idem lib. 15 cap. 29. Sic, *Studium languidum*: Cicer. pro Ligario cap. 9 *languidiori studio in caussa fuistis*, ihr habt den fleiß gespahret. *Languidiora consilia*, Idem ad Attic. 10 epist. 11.

¶ Languĭdè, adverb. säumlich und schwächlich. *Cunctanter & languide procedere*, Colum. 11 cap. 1. Hirtius 8 Bell. Gall. cap. 18 *languide negligenterque tela mittere.* Plinius 37 cap. 7 de carbunculis: *Qui languidius & lividius lucent.*

¶ Languĭdŭlus, a, um, matt, welck: ut, *somni languiduli*, leise schläfe, Catullus carm. 65. Et, *coronæ languidulæ*, Quintil. 8 cap. 3.

¶ Languĭtūdo, ĭnis, & Languĭtas, atis, die mattigkeit, das unvermögen. Gloss. gr. lat. ἀῤῥωστία, *Languitudo, Languitas*.

¶ Languor, ōris, virium defectus, debilitas, lassitudo, schwachheit, mattigkeit. Terentius Heaut. a. 4 sc. 5 v. 3
vel me hæc deambulatio
Quam non laboriosa ad languorem dedit;
der gang hat mich matt gemacht. ¶ 2. Est & animi languor. *Languori se desidiæque dedere*, verdrossen und faul werden, Cicer. 1 Offic. c. 34.

¶ Languĕfăcio, ĕre, schwächen, entkräfften. Cic. de Leg. 2 c. 15 *Vis canendi languefacit excitatos.*

¶ Languĭfĭcus, a, um, languere faciens, schwächend: ut, *Languificus leo*, Ausonius Eclog. p. 558.

Composita cum præposit.

¶ Elangueo, ēre, & Elanguesco, ĕre, languore tabescere, torpescere, hinläßig seyn, versiechen. Aurel. Victor de Viris illustribus in Hannibale: *Cum urbem capere posset in Campania, deliciis elanguit.* Et Gell. lib. 3 cap. 1 *Omnis vigor animi corporisque elanguescit & effœminatur.* Et Livius lib. 35 cap. 45 *non esse elanguescendum*, man soll nicht laß und säumig werden.

¶ Elanguĭdus, a, um, abgemattet, krafftloß. Fortun. 1 Mart.
Paullatimque focis elanguida ligna resorbet.

¶ Oblanguēre, vermatten. Cicer. 16 famil. epist. 12 *Litterulæ nostræ tui desiderio oblanguerunt.*

¶ Relanguēre, & Relanguescēre, krafftloß werden. Cic. ad Attic. 13 epist. 41 *relanguisse se dicit.* Cæs. B.G. 2, 15, 4 *His rebus relanguescunt animi.* Addatur Ovid. Met. 6 v. 291, & Senec. Nat. Qu. 5 c. 8.

Languria, langurium, vide *Langa*.

Laniarius, laniatio, laniena, vide mox *Lanio*.

Lanifer, lanificium, lanificus, &c. vide paullo ante in *Lana*.

LĂNIO, ōnis, & Lanius, ii. Vet. Gloss. *Lanius*, κρεοπώλης ein fleischhauer, metzger. Terent. Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 26 *cetarii, lanii, coqui.* Forma *Lanius* etiam Livius lib. 22 cap. 25 usus; & ipse Cicero Offic. lib. 1 cap. 42. Altera *Lanionis* rarior quidem, non autem rejectanea est, uti Glossæ non solum veteres habent κρεοπώλης, *lanio, carnarius, lanius*; sed Paulus etiam JC. lege 18 pr. ff. de instruct. *lanionis instrumentum* dixit, ut de Petronii fragm. Traguriano, & Suetonii *lanionia mensa* taceamus, procul dubio a *lanione*, non *lanio*, dicta. Add. Olai Borrichii in Voss. Cogitationes p. 152.

¶ Lănĭēna, æ, officina, in quâ laniantur pecora vendunturve carnes, schlachthauß, fleischbanck. Plautus Epid. a. 2 sc. 2 v. 15
Per myropolia, & lanienas, circaque argentarias
Rogitando sum raucus factus.
Varro *lanienam tabernam* vocat, ut Scaliger in Catalectis observavit. *Laniam* dixit Livius. Vocabatur & *Laniatorium*. Vet. Gloss. κρεοπωλεῖον, *lanitorium, macellum.* ¶ Sed & ipse laniandi actus, sive laniatio, aut dissectio carnium, *Laniena* dicitur. Vnde & Medicorum sectio, *Laniena Hippocratica* Prudentio adpellatur Romano v. 498, die anatomirung.

¶ Lănĭōnius, a, um, zum schlachten gehörig: ut, *Mensa lanionia*, Suetonius Claudio c. 15, ubi vide Casaub.

¶ Lănĭārius, i, vel idem quod *Lanius*, vel collegii & corporis nomen. Vetus Inscriptio Narbonensis apud Grut. p. 1035 n. 4 C. NIGIDIVS PRIMVS LANIARIVS SIBI ET PROBO MEROE, &c.

¶ Lănĭarium, i, pro laniena apud Varronem lib. 2 Rei Rust. c. 4 legitur, die fleischbanck, das schlachthauß, der kuttelhof.

¶ Lănio, avi, atum, are, zerfleischen, zerreissen. Liv. 9 c. 1 *Placari nequeunt, nisi hauriendum sanguinem laniandaque viscera nostra præbuerimus.* Vet. Gloss. κρεοκοπῶ, *Lanio*. Virg. Georg. 3 v. 514
Laniabant dentibus artus.

¶ Lănĭatus, a, um, zerfleischt, zerrissen. Ovid. Met. 7 v. 349 *Laniatum mersit in undis.* conf. Virg. Æn. 6 v. 494, & 12 v. 606.

¶ Lănĭatus, ûs, substant. die zerreissung: ut, *Ferarum laniatus*, apud Cic. Tusc. lib. 1 cap. 43. Arnobius lib. 1 pag. 14 *belluarum laniatibus objectare.* Justin. 41, 3, 5 *avium aut canum laniatus.*

¶ Lănĭatio, ōnis, die schlachtung. Seneca 2 de Clem. c. 4 *in cædes hominum & laniationes pervenit.*

¶ Lănĭator, ōris, ein metzger. Gloss. gr. lat. μακελλάριος, *laniator, lanio.*

¶ Lănĭatōrium, i, idem quod *Laniarium*. Glossæ eædem: μακελλεῖον, *laniatorium.* vide & *Laniena*.

¶ Dīlănio, are, von einander reissen, zerfleischen. Cicero pro Milone cap. 13 *Tu cadaver P. Clodii nocturnis canibus dilaniandum reliquisti.*

¶ Dīlănĭatus, a, um, zerrissen, zerwühlt. Ovid. 3 Amor. eleg. 9 v. 52
inornatas dilaniata comas.

LĂNISTA, æ, gladiator, ein fechter, fechtmeister. *Ad lanistam se conferre*, Cic. pro Rosc. Am. cap. 6, fechten lernen. Juvenal. satyr. 3 v. 158
Pinnirapi cultos juvenes, juvenisque lanistæ.

¶ Lănistitius, a, um, dem fechter gehörig: ut, *Lanistitia familia*, Petron. Fragm. Tragur.

LANĬVIVM, sive Lanuvium, i, λανύϊον, Dianæ lucus; id est, Artemisium, (sic enim vocant,) e sinistra viæ regione, ex Aritia ad Arecinam viam conscendentibus, quod templum nominant ædificium Tauricæ. ¶ 2. *Lanuvium* & in Latio oppidum, de quo Cicero pro Milone cap. 10. Hinc

¶ Lanuvīnus, a, um, adject. Horat. 3 carm. ode 27 pr. *Ab agro Rava decurrens lupa Lanuvino.* Corrupta voce IVNO LANVMVINA dicitur apud Fabrett. Inscript. p. 698.

Lanugo, lanuginosus, vide *Lana*.

LANX, lancis, παροψίς, ein bradteller, breite schüssel, vas cibis ferendis aptum, potissimum vero in quo assa ponebantur, sicut in *catino* jurulenta. Cicero ad Attic. lib. 6 epist. 1 *Lancibus, & splendidissimis canistris nos soles pascere.* Plaut. Amphitr. a. 4 sc. 4 v. 22 *Lances detergam omnes, omnesque trullas bauriam.* Symmachus lib. 1 epist. 23 *Quid? si ego cœnas dapsiles & saliare convivium, tum viscerationes atque epulum postulassem: tu mihi mensas secundas & scitamenta exiguæ lancis adponeres?* Horatius lib. 1 epist. 5 v. 23
ne non & cantharus & lanx
Ostendat tibi te.
Lanx, i. e. discus, ut vetus Scholiastes interpretatur. ¶ 2. *Lances* sunt in libra, wagschalen, blätter an der wage. Cic. in Acad. lib. 4 c. 12 *Vt necesse est, lancem in libra ponderibus impositis deprimi, sic animum perspicuis cedere.* Persius sat. 4 v. 10 *gemina suspendere lance Ancipitis libræ*, gleich abwägen.

¶ Lancĭcŭla, æ, diminutiv. ein schüsselein, Arnobius lib. 2 pag. 59 *trulla, lancicula, candelabrum.*

¶ Lancŭla, æ, aliud diminutivum, ein wagschälgen, Vitruvius lib. 10 cap. 8.

¶ Bĭlanx, ancis, libra, statera duabus lancibus, eine wage, balance. Adelh. de Virgin. *discretionis bilance facta trutinare.*

LĀŎCOON, ōntis, Priami filius, Tymbræi Apollinis sacerdos. Virgil. 2 Æneidos v. 41 (& mox v. 230)
Laocoon ardens summa decurrit ab arce.

LĀŎDĂMĪA, æ, penult. product. Λαοδάμεια, Protesilai, qui ad Trojam primus occubuit, uxor. vide Ovid. Heroid. epist. 13. ¶ 2. Altera Bellerophontis fuit filia, Sarpedonis mater.

LĀŎDĬCE, es, Λαοδίκη, una filiarum Priami nupta Helicaoni Antenoris regis Thraciæ filio. v. Ovid. Heroid. ep. 18 v. 135. ¶ 2. Altera Agamemnonis ex Clytæmnestra fuit filia. De utraque illarum Homerus.

LĀŎDĬCĒA, æ, Λαοδικεία, urbs insignis Asiæ juxta Lycaones: haud ita procul ab Hierapoli & Colossis. v. Geogr. antiq. & Plin. 6 c. 29.

LĀŎMĔDON, ontis, rex Trojæ, filius Ili, Priami pater perjurus, quia Neptuno & Apollini, murorum Trojæ conditoribus, pactam negavit mercedem.

¶ Laomedontiades, æ, patronymicum, Laomedontis filius, Priamus, apud Persium sat. 6 v. 326.

¶ Laomedontiadæ, Trojani, apud Virg. 3 Æn. v. 248.

¶ Laomedontēus, a, um, adject. Virg. 1 Georg. v. 502

Laomedonteæ luimus perjuria Trojæ.

¶ Laomedontius, a, um, aliud adject. ut, *Heros Laomedontius*, Virgil. 8 Æneid. v. 18.

LĂPĂTHUM, i, λάπαθον, herba, quæ & *Rumex*, ampffer. vid. Plin. 20 cap. 21, & Colum. 10 v. 373. Sed *Oxalis*, ὀξαλίς, est, saurampffer. Horat. 2 satyr. 4 v. 29

Et lapathi brevis herba, &c.

¶ Bulapathum, i, βυλάπαθον, herba ex genere lapathorum, rhebarbar, Plin. l. c.

¶ Hippŏlăpăthum, i, herba, rumicis seu lapathi species, omnino respondens illi plantæ, quæ sub *Rhabarbari* nomenclatura in hortis seritur, Matthiol. Münchrhabarbara, *Rhabarbarum Monachorum* exponitur, & groß mengelwurtz, &, roß-oder wasser-ampffer, ὑδρολάπαθον. conf. Plin. l. c.

¶ Oxylapathum, i, wasserampffer: Dioscorides lib. 2.

LĂPIS, ĭdis, qui saxo minor est, ein stein. *Jactus lapidis*, ein wurff mit einem steine. *Telorum lapidumque incessere jactu*, Ovid. 13 Metam. v. 566. Et, *conjectus lapidum*, apud Lucret. lib. 3 v. 199. Et, *Modici lapides, qui fundâ mitti possunt*, Livius 38 cap. 20 pr. schleudersteine. *Lapidibus adpetitus & percussus*, Cicer. pro Domo cap. 5. *Omnem movere lapidem*, est, omnia conari & experiri, alle mittel und wege suchen und brauchen. Plinius lib. 1 epist. 20 *Omnia pertento, omnia experior*, πάντα *denique* λίθον κινῶ. Originem adagii apud Erasmum exquire. Ovid. 4 de Ponto epist. 8 v. 49

Tabida consumit ferrum lapidemque vetustas.

Lapis angularis, Cato de Re Rust. cap. 14 pr. ein quaderstein. *Lapis Parius*, marmor, Virg. 3 Georg. v. 34. ¶ 2. *Lapis* erat locus eminens, & tamquam suggestus, unde præco prædicabat & vendebat. Hinc *de lapide emtos*, Cic. in Pisonem cap. 15 nominat vilissimos, non frugi bonæ, servos venales, vid. Turneb. Adverf. 10 c. 3. ¶ 3. *Lapides loqueris*, Plaut. Aulul. a. 2 sc. 1, id est, durus & asper est sermo tuus, qui me quasi lapidibus impetit, du redest harte worte. ¶ 4. Pro stupido brutoque ponitur. Plaut. Merc. a. 3 sc. 4 v. 47 *lapidi maximo mando*, i. e. stupidissimo. Ter. Heaut. a. 4 sc. 6, & a. 5 sc. 1 v. 44 *Quid stas lapis?* vid. Voss. lib. 4 Instit. Orator. p. 93. Sic, *lapidem verberare*, apud Plautum Curc. a. 1 sc. 3 v. 41 est castigare incorrigibilem, aut docere indocilem. *Neque habet plus sapientiæ quam lapis*, apud eumdem legitur Mil. a. 2 sc. 2 v. 81. Huc pertinet illud Matth. 3 v. 9 & Luc. 3 v. 8 *Posse Deum è lapidibus istis suscitare filios Abrahamo.* Id enim de stupidis peneque brutis hominibus, qui nihil adhuc divini sapiunt, propter eaque tamquam lapides sine sensu sunt, interpretatur Jo. Pierius lib. 49 Hieroglyph. tit. de Lapide. ¶ 5. *Lapidem ferre alterâ manu, panem ostendere alterâ*, apud Plautum Aul. a. 2 sc. 2 v. 18, est coram amicè blandiri, sed clanculum nocere, vorwerts einem gut seyn, aber in den rücken ihm alles arges nachreden. ¶ 6. Ponitur & pro milliario: ut, *ad tertium ab urbe lapidem*, drey m[eilen] von der stadt. Florus lib. 2 cap. 6 n. 56 *Non jam à tertio l[api]de*, [ut Hannibal Romam,] *sed ipsas Carthaginis portas obsidione quatiebat.* Quod Livius lib. 26 c. 10 *tria millia passuum ab urbe* dixit. Idem Livius lib. 3 cap. 69 *ad decimum lapidem manere.* Valer. Max. lib. 4 cap. 1 n. 10 *Intra septimum lapidem triumphi quærebantur.* De paupere Roma & initio imperii loquitur. Caussa hujus formulæ fuit, quod singula milliaria lapidibus singulis distinguebantur, ut interquiescere ibi viatores possent. Inscriptusque lapidi numerus erat, qui, quotum milliarium esset, denotaret. Rutilius Numatianus lib. 2 Itinerarii v. 7

Intervalla viæ fessis præstare videtur,
Qui notat inscriptus millia crebra lapis.

vid. Brisson. Antiq. Jur. Civ. lib. 4 cap. 8. Dalechamp. ad Plin. lib. 15 cap. 30. Vlpianus lege 1 § 4 D. de officio Præfecti urbi: *Quicquid igitur intra urbem admittitur, ad Præfectum urbi videtur pertinere: Sed &, si quid intra centesimum milliarium admissum sit, ad Præfectum pertinet. Si ultra ipsum lapidem, egressum est Præfecti urbi notionem.* Sed in designandis his milliariis utrumque vocabulum & *lapidis* & *milliarii* omittebatur interdum, numero tantùm expresso. Tacit. 2 Histor. cap. 24 *Ad duodecimum à Cremona locus Castrorum vocatur.* ¶ 7. *Lapides* superaggesti cadaveribus in via, vicem tumuli præstant. vide Petronium ejusque interpretes. ¶ 8. *Lapis sacer*, ein geweiheter grentzstein, heiligenstock. Livius lib. 41 cap. 13 pr. *Prodigia nunciata: avem sangualem, quam vocant, sacrum lapidem rostro cecidisse.* Vbi Gronovium pretium est consulere. Tibullus lib. 1 eleg. 1 v. 17

Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris,
Seu vetus in trivio florea serta lapis.

Seneca Hippolyto v. 528

Nullus in campo sacer
Divisit agros arbiter populis lapis.

Ita enim non publicos tantum fines, sed privatos etiam agros disterminabant. Adde, quæ Gallæus collegit ad Lactantii verba lib. 1 cap. 20 *Qui lapidem colunt informem atque rudem, cui nomen est Terminus.* ¶ 9. *Lapides pretiosi* qui sint, gemmæ &c. vide in Pancirolli Rer. deperdit. P. 1 tit. 16 p. 42. *Indicorum lapidum in adamantibus dignitas prima*, Solin. c. 65. ¶ 10. De *Lapide Philosophico* vid. Voëtius part. 1 Dispp. Theol. p. 677, & Panciroll. l. c. P. 2 cum not. Salmuthi p. 140. ¶ 11. *Lapides* & fœminino genere dixit Ennius apud Nonium cap. 3 num. 123.

¶ Lăpĭdeus, a, um, steinern, mit steinen. Livius lib. 30 cap. 38 *Lapideo imbri pluit*, es hat steine geregnet. *Lapideus murus*, Idem lib. 1 c. 38. *Lapideus sum, commovere me miser non audeo*, Plaut. Truc. act. 4 sc. 3 v. 44.

¶ Lăpĭdōsus, a, um, steinicht: ut, *Terra lapidosa*, Varro R. R. lib. 1 cap. 9, ein steinicht land. Seneca lib. 2 de Benefic. cap. 7 pr. *Beneficium superbe datum ab homine duro simile est pani lapidoso.*

¶ Lapidositas, ātis, die steinichte art. Tertullian. de Habitu mulieb. cap. 6 *In piscium cerebris lapidositas quædam est.*

¶ Lăpillus, i, diminutivum, ein steinichen. Martialis lib. 9 epigr. 58 *Qui littoribus nitent lapilli.* Eodem lib. epigram. 53 *Dies signandi melioribus lapillis.* Quales Plinius lib. 6 epist. 11 *candidissimo calculo notandos* dixit. ¶ 2. Gemmas sonat sæpissime. Horatius lib. 1 satyr. 2 v. 80 *inter niveos viridesque lapillos.*

Et Ovidius Eleg. de Nuce v. 141

Auferat hic aurum, peregrinos ille lapillos.

¶ Lăpillŭlus, i, aliud diminut. idem. Solinus c. 15 *Grues sublatis lapillulis ad moderatam gravitatem saburrantur.*

¶ Lăpidārius, i, ein steinbrecher. Vlpianus Lege 5 § 7 Dig. Commodati &c. *Si servus lapidario commodatus sub machina perierit*, &c. impetuntur. Gloss. gr. lat. λιθαστὴς, *lapidarius.* ¶ 2. *Lapidarii* & illi dicuntur tralate, qui pulsantur cavillis, vel in quos joca dictaque conjiciuntur. Macrobius lib. 2 Saturnal. cap. 7 *Quo dicto universitas populi ad solum Cæsarem oculos & ora convertit, notantes impotentiam ejus, hac dicacitate lapidatam*, i. e. percussam sive taxatam.

¶ Lăpidarius, a, um, adject. mit steinen versehen. Plaut. Captiv. a. 3 sc. 5 v. 65 *Ibis in latomias lapidarias.* Solin. c. 2 *Lapidarii campi.* Petronius: *Lapidaria navis.*

¶ Lăpĭdesco, ĕre, lapidem fieri, zum stein werden, steinhart werden. Plin. lib. 16 cap. 6 *Glans lapidescit duritia.*

¶ Lăpĭdo, avi, atum, are; est lapide petere, lapides conjicere etiam, steinigen. Sueton. Caligulâ cap. 6 de Germanico Cæsare: *Longe majora & firmiora de eo indicia in morte ac post mortem exstitêre. Quo defunctus est die, lapidata sunt templa, subversæ Deûm aræ*, &c. Significat, tam carum amatumque Germanicum omnibus fuisse, ut ejus mortem tam impatienter tulerint, ut vim fecerint ædibus sacris, injectis lapidibus, atque subverterint aras: quasi jam amplius Dii colendi non essent, qui neglexissent Germanicum, & decumbentem valetudini non restituissent, fastiditis votis pro eo susceptis. Petronius: *Si nihil aliud certe diutius juncta nos mors feret, vel si voluerit misericors fluctus ad idem littus expellere, aut præteriens aliquis tralatitia humanitate lapidabit, aut quod ultimum est, iratis etiam fluctibus imprudens arena componet.* LAPIDABIT, id est, lapides conjiciet in nostra cadavera. Tertullianus advers. Praxeam cap. penult. *Stephanus cum lapidaretur.* Apud Lactantium lib. 6 cap. 23 ista leguntur: *His obscœnitatibus animas ad sanctitatem genitas, velut in cœni gurgite demersit*, (Dæmon) *pudorem exstinxit, pudicitiam flagitavit.* Pro FLAGITAVIT tamen nonnulli *fugavit*, vel *profligavit*, substituerunt. At vero Thomasius ex eo defendit lectionem plerorumque Codicum, quod Vlpianus *Flagitare*, pro *ob stuprum adpellare instantius*, posuerit. vide supra *Flagito.* Nec repugnarem magnopere, ni præcedentia verba, *demersit*, *restinxit*, aliud suaderent. Ea enim cum vehementiora sint, nec tam corruptionem aliquam, quam deletionem significant, adduci haud possum, ut credam, Lactantium significatûs mollioris verbo in fine præcipuè fuisse usum. Atque conjicio adeo, disertissimum Patrem non *flagitavit*, sed *lapidavit*, i. e. violenter invasit prostravitque, scripsisse, ut solent everti, atque prosterni, quæ per vim magnam conjectis lapidibus impetuntur. ¶ 2. Apud Livium *Lapidare* sæpius pro *lapidibus pluere* invenitur, ut lib. 43 cap. 13 *Reate imbri lapidavit.* Idem lib. 29 cap. 14 *Novendiale sacrum, quod de cælo lapidatum esset, factum.* Et lib. 44 cap. 18 *Bis in exitu ejus anni lapidatum esse, nuntiatum est*, es hat steine geregnet.

¶ Lapidatus, a, um, gesteiniget. Macrob. Saturn. 2 c. 6 *Alicujus dicacitate lapidatus.*

¶ Lapidātio, ōnis, lapidum conjectio, der steinwurff, die steinigung. Fuit pœnæ genus apud Ebræos: apud Macedonas parricidæ eo necabantur. Curtius lib. 6 extr. & Cicer. pro Domo cap. 5 *facta lapidatio est.* De grandine Lege 4 Cod. de Malefic. & Math. *ne ventis grandinisque lapidatione quaterentur*, der hagel.

¶ Lapidator, ōris, ein steinwerffer. Cicero ibidem: *percussor, lapidator, fori depopulator.*

¶ Lapio, īre, est lapidem facere, obdurefacere, hart machen wie einen stein. Pacuv. apud Nonium cap. 1 n. 87 *Lapit cor cura, ærumna corpus conficit.* Festo *lapire* est dolore afficere.

¶ Lapicīda, æ, ein steinmetz. Varro de L. L. lib. 7 n. 33 *Qui lapides cædunt, lapicidas: qui ligna, lignicidas non dici.* Onomast. Vet. *Lapicida*, λατόμος.

¶ Lapicidinarius, i, idem, est in Cyrilli Gloss. eoque vertitur græcum λαξευτὴς, nec non λιθοξόος.

¶ Lapidicæsor, ōris, idem in Gloss. gr. lat. λατόμος, *lapidicæsor.*

¶ Lapicidīna, æ, eine steingrube, ein steinbruch, ubi lapides cæduntur. Varro lib. 4 de L. L. n. 32 de Latomiarum, Syracusani carceris, nomine ait: *De Latomia translatum, quod heic quoque lapicidinæ fuerunt.* Et. Cic. 2 de Divinat. cap. 21 extr. *lapicidinæ Chiorum*, Vlpianus Lege 9 § 1 Dig. Communia prædior. *Si constat, in tuo agro lapicidinas esse: nec privato nec publico nomine quisquam lapidem cædere potest, cui id faciendi jus non est.* Idem Lege 7 § 13 D. de soluto matrim. vocat *lapicidinas marmoreas*, ubi marmor cæditur. Plaut. Capt. a. 3 sc. 5 v. 78 *in lapicidinas deductus.* Ibid. a. 5 sc. 2 v. 24 *In lapicidinas competitum condidi.* Vulgo scribitur *Lapidicina*, quod vero displicet eruditis, quia & Varro à *cædendo* deducit; & veteres libri *Lapicidina* plerique referunt. Vetus Inscriptio Romana: CAESARIS SER. THAMYRIANVS A LAPICIDINIS CARISTIIS &c. vide Gruter. p. 593 n. 8, & Manut. in Orthogr.

Composita cum præpos.

¶ Dēlăpĭdo, are, steine weglesen. Cato de R. R. cap. 46 *locum bipalio vertere, delapidare, circumque sepire.*

¶ Dilapido, are, durchbringen, verschleudern, durch den halß jagen.

Terent. in Phorm. a. 5 ſc. 7 v. 4 *Conveniendus Phormio eſt, priusquam dilapidet noſtras triginta minas.* Cicero ad Octavium: *Publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat*, der gemeine geld bracht er um, und ſog aus den gemeinen ſchatz. Hanc notionem hujus verbi Hotomannus à lapide deducit, in quo adſtabat præco, rem venalem & diſtrahendam proponens. Ego *dilapidare* pro diſperdere inde cœptum dici putaverim, quod lapides ſine curâ ſæpius temere ſolemus jacere & ita diſperdere. Columella lib. 10 v. 329

Sæpe ferus duros jaculatur Jupiter imbres
Grandine dilapidans hominumque bouumque labores.

¶ Elăpīdo, are; ut, *Elapidare ſolum*, id eſt, lapidibus purgare, die ſteine aus dem acker ſegen, Plin. H. N. lib. 17 cap. 10.

LĂPĪTHAE, arum, Λαπίθαι, Theſſaliæ populi, equorum domitores, qui cum Centauris bella geſſere. Virg. 3 Georg. v. 115

Frena Pelethronii Lapithæ gyrosque dedere &c.

Pelethronios dixit à Pelethronio oppido Theſſaliæ, ubi primum domandorum equorum ratio reperta eſt. Horat. lib. 1 od. 18 v. 7

At ne quis modici tranſiliat munera Liberi,
Centaurea monet cum Lapithis rixa ſuper mero
Debellata.

Apulejus lib. 9 de Aſino Aureo: *Eſtur & potatur: pulmentis acervatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingeſtis. Clamore ludunt, ſtrepitu cantillant, conviciis jocantur: ac jam cetera ſemiferis Lapithis, Thebanis, Centaurisque ſimilia.*

¶ Lăpīthæus, a, um, adject. ut, *Gens Lapithæa*, Ovid. 12 Met. v. 530.

¶ Lăpīthēĭus, a, um, idem; ut, *Prælia Lapithêia*, Idem 14 Met. v. 670.

¶ Lăpīthōnius, a, um, idem; ut, *nympha Lapithonia*, Stat. Theb. 7 v. 297.

LAPPA, æ, planta major, quæ & *Perſonata*, großkletten, ac minor, quæ *Xanthium*, ξάνθιον, etiam dicitur, ſpitze kletten. Tertia ſpecies *Aparine*, ἀπαρίνη, quæ & *Philanthropos* eſt, klebkraut, Matthiolus. De *lappa boaria* Plin. H. N. 26 cap. 11. *Lappam inter frugum morbos* numerat Idem 18 cap. 17. Ovidius lib. 2 ex Ponto epiſt. 1 v. 14

Mixta tenax ſegeti creſcere lappa ſolet.

¶ Lappāceus, a, um, adject. von kletten, kletticht. Plin. lib. 22 cap. 18 *Helxine ſemina* [habet] *in capitibus lappaceis adhærentia veſtibus.* Lappaceum ergo h. l. eſt, quod lappæ ſimile, vel inſtar lappæ adhæreſcit.

¶ Lappāgo, ĭnis, herba peculiaris Plin. lib. 26 cap. 10, *negallidi* ſimilis, niſi quod ramoſior eſt & pluribus foliis.

LAPRIUS, i, cognomen Jovis apud Lactant. lib. 1 cap. 22. Sed apud alios ſcriptores altiſſimum de eo ſilentium: quidam *Elaphum* cum Gyraldo intelligunt ſecundum Heſychium in Cretâ cultum.

LAPSANA, æ, λαψάνη, wilder ſenff, Plin. lib. 20 cap. 9.

Lapſilis, lapſio, &c. Lapſo, are, vide *Labor, i, Labo, are.*

LĂQUEAR, & Laqueāre, is, eine gewölbte oder getäfelte decke eines gemachs. *Dependent lychni laquearibus aureis*, Virgil. 1 Æneid. v. 730. Et lib. 8 v. 25 *ſummi laquearia tecti.* Plinius 33 cap. 3 *laquearia inaurata.* Gloſſ. Cyrilli, *Laquear*, καλάθωσις. vide ſupra *Lacunar* in *Lacus*, unde *Laquear* deducitur.

¶ Lăqueārium, i, alia flexione, in Vet. Gloſſ. eſt, quô ὀρόφωσις & ὀροφὴ interpretando vertuntur.

¶ Laquearius, i, artifex ſtruendi laquearia vel lacunaria, ein gypſer. Lege 2 Cod. Theod. de excuſat. artif. *Architecti, laquearii, albarii*, &c.

¶ Lăqueo, are, die decke zieren, wölben. Manilius 1 v. 535 de ſideribus:

Ignibus in varias cælum laqueantia formas.

¶ Laqueatus, a, um, laquearibus ornatus, gewölbt, getäfelt. Cic. 3 in Verr. cap. 51 pr. *Templum undique tectum, pulcherrime laqueatum.* Et ineunte lib. 2 de Legib. *magnificas villas, & pavimenta marmorea, & laqueata tecta contemno.* Livius lib. 41 cap. 20 *Jovis Capitolini magnificum templum, non laqueatum auro tantum, ſed parietibus totis laminâ inauratum.* ¶ Aliam notionem vide in *Laqueus.*

LĂQUEUS, i, eine ſchlinge, fallſtrick, oder ſtrick, ſo in eine ſchleiffe ſich zuſammen ziehet. Quo ipſo ab reſti & fune diſtinguitur. Laqueus enim ad capiendum & ſtrangulandum compoſitus eſt. *Laqueis feras captare*, Virg. 1 Georg. v. 139, in ſchlingen fangen. *Laqueum venandi cauſa ponere*, Lege 55 Dig. de acquirendo rer. dominio. Sed, *Laqueô vitam finire*, Seneca Hippolyto v. 259. Et, *laqueis ſibi ſpiritum eripere*, Val. Maxim. lib. 6 cap. 1 extrem. ſich erhencken. *Laqueo gulam frangere*, hencken: Salluſtius Catilin. cap. 55 *Vindices rerum capitalium, quibus id præceptum erat, laqueo gulam* [Lentuli] *fregêre*, ſie haben ihn mit dem ſtrang erwürget. Formam laquei ex Taciti verbis intelligimus lib. 15 Ann. cap. 57, *Vinclo faſciæ, quam pectori detraxerat, in modum laquei ad arcum ſellæ reſtricto, indidit cervicem, & corporis pondere conniſa tenuem jam ſpiritum expreſſit.* Sic Cicero 6 in Verr. cap. 17 *collum in laqueum inſerere*, den kopff in die ſchlingen ſtecken, ſich erhencken. Qui ſponte vitam laqueo finiſſent, ſolis illis juſta non fiebant, nec in parentalibus eorum nomina ciebantur, ut auctor eſt Artemidorus lib. 1 cap. 5. Tales quoque abjiciebantur inſepulti, ut ex pontificalibus libris refert Servius ad Virg. lib. 12 Æneid. ¶ 2. *Laquei* dicuntur etiam quæcunque captiones, alles damit man einen fänget: ut, *Laquei diſputationum*, Cicer. 1 de Orat. cap. 10. *Laquei judicii*, Idem pro Milone cap. 15. Et, *Æquitatem rei verbi laqueo capi non oportet*, Id. pro Cæcin. c. 29, mit gefährung eines worts. *Inexplicabiles laquei*, Quintil. lib. 5 cap. 10. ¶ 3. Diogenes ſermonem ad gratiam inſtructum, τὸν πρὸς τὴν χάριν λόγον, *melleum dixit eſſe laqueum*, μελιτίνην ἀγχόνην, Diog. Laërtius.

¶ Laqueārius, i, Iſidoro lib. 18 c. 53 eſt inter gladiatores, qui laqueum adverſario injiciebant, ut proſternerent perimerentque. vide Lipſium lib. 2 Saturn. cap. 13. ¶ Sed *Laquearius*, pro artifice, ſtructore laquearis, vide in *Laquear.*

¶ Laqueo, are, feſſeln, an ſtrick legen. Solinus cap. 25 *laqueare crura.* Lutatius ad 11 lib. Theb. Statii: *Erigone ſe nimio dolore luctus laqueavit.* Hinc

¶ Laqueātus, a, um, particip. verſtrickt, legitur apud Columellam lib. 6

cap. 19 extr. *Ceterum corpus laqueatum & diſtentum*, id eſt, laqueis conſtrictum.

Compoſita:

¶ Ablăqueo, are, ruſticæ rei ſcriptoribus tritiſſimum verbum, ad vites & arbores proprie pertinens, cum circum illas terra foditur, radicesque ſummæ amputantur. Quare Voſſio Etym. p. 278 a *Lacu* potius emanaſſe videtur, ut ſit quaſi *ablacuare*, die bäume räumen, abbinden. Columella lib. 4 cap. 8 *Priusquam frigora invadant, vitis ablaqueanda eſt.* Inde

¶ Ablaqueatus, a, um, umgegraben; ut, *vitis ablaqueata*, Plin. H. N. lib. 6 cap. 27.

¶ Ablaqueatio, ōnis, die abbindung. Columella lib. 4 cap. 17 *Autumnalis ablaqueatio diligenter facienda eſt.* Eſt autem foſſio circa radices, ut amoveantur, quæ illas illigant aut impediunt. *Radiculæ* enim *æſtive*, ut Columella c. l. cap. 8 docet, *ferro decidebantur.* Plin. 12 cap. 15 *Myrrha gaudet raſtris & ablaqueationibus.*

¶ Circumlăqueo, are, laqueis cingere, umſchlingen. Gratius Cyneget. v. 29 per tmeſin: *Per ſenos circum usque ſinus laqueabis.*

¶ Elaqueo, are, expedire, laqueo exſolvere, loß machen. Prudentius lib. 2 adv. Symmach. v. 147

Elaqueanda animi conſtantia, ne retinaclis
Mollibus ac lentis nexa & captiva prematur.

Sidonius lib. 8 epiſt. 9 *Non ſtatim ſe poëtica teneritudo à vinculo incurſi angoris elaqueat.*

¶ Illaqueo, are, verbum, laqueo conſtringere, irretire, fangen, berücken, verſtricken. Prudentius Hymn. 3 καθημερ. v. 41 *Callidus illaqueat volucres Aut pedicis dolus, aut maculis.*

¶ Illaqueatus, a, um, gefeſſelt, verſtrickt. Cicero Aruſp. Reſp. cap. 4 *illaqueatus legum periculis.*

¶ Oblăqueo, are, umfaſſen. Tertullianus de Reſurrect. Carn. cap. 7 dixit, *argento gemmas oblaqueare*, hoc eſt, circumdare, in ſilber einfaſſen. Quod Rhenanus in Annotationibus æque ab *Lacus* deduci poſtulat, quem videas.

¶ Sublaqueo, are, anhefften. Grut. Inſcript. p. 172 n. 14 *Sublaqueavit trabes tecti ferro.*

LAR, lăris, plur. Lăres, Dii geniales, Genii, Dii domeſtici, hauß-engel, hauß-götzen. Eorum mater *Lara* ſive *Larunda*, quæ & *Muta* adpellata, Lactant. lib. 1 Inſt. Div. cap. 20. conf. Varro de L. L. 4 c. 10 fin. *Lar*, ut docet Scaliger ad Propertium, Hetruſca vox eſt, & προςάτην ac Principem ſignificat. Ideo *Lares* varii variarum rerum antiſtites Dii dicuntur. Sic *Lar cæleſtis* apud Capellam; & *cunctalis*; quorum ille Jupiter, hic autem Janus, quem regere omnia crediderunt. vid. Macrob. Sat. 1 cap. 9. Præterea & *Lares urbium*, à quibus captivos abducere nefas exiſtimabatur. vid. Macrob. Sat. 3 cap. 9. *Larium permarinorum*, qui ſunt Neptunus, Thetis, Glaucus, meminit Livius 40 cap. 52. conf. Meurſ. Auctar. Philol. cap. 2. Alii etiam LARES PRIVATI; alii PUBLICI erant: qui & COMPITALES & VIALES adpellati: quod compitis viisque publicis præeſſent: *Privati*, qui ſuum cujusque focum ac domum ſervare credebantur. vide Ovidium lib. 2 Faſtorum, & ſupra in *Compitum.* PRAESTITES iidem adpellati ſunt: *Quod præſtant oculis omnia tuta ſuis*; ut Ovidius auctor eſt: quem vide 5 Faſtorum v. 129 & ſeqq. Cur canis iis additus, ibidem etiam habes. vide & infra *Præſes.* LARES nonnullos malos nocentesque Genios dixiſſe, Plutarchus auctor eſt Quæſt. Romanis p. 277 initio, quos alii *Larvas* dixerunt. vide poſt in *Larva*, & Apulej. de Deo Socratis. ¶ 2. *Lar familiaris* pro foco, ubi colebatur, & pro ipſis ædibus: *Ad ſuum larem familiarem redire*, Cicer. in Verr. 5 cap. 54. Et, *Patrii lares*, der eltern hauß. Et ſingulariter, *patrium larem reviſurus*, Apulej. lib. 11 Met. p. 270. *Paterni laris inops*, Horat. lib. 2 epiſt. 2 v. 50. *A lare incipe*, proverb. i. e. à domeſticis ac familiaribus initium ſumito. *Homo ſine pignore, ſine lare*, i. e. non habens conjugem, liberos, domum, unangeſeſſen, Curt. 5, 12, 2.

¶ Lărārium, i, ſacrarium domeſticum, in quo Lares & Dii domeſtici colebantur, eine hauß-capelle; quemadmodum Severum Lampridius in vita cap. 29 ſcribit rem divinam facere ſolitum *in larario* ad effigies Deorum, inter quos & Abrahami ac Chriſti, Alexandri Magni, Ciceronis & Virgilii imagines habuerit. Solebant enim ibi non Deorum tantum, ſed magnorum quoque virorum, & quos præcipue admirarentur ac colerent, imagines habere & honorare. Quemadmodum & L. Vitellius *Pallantis, & Narciſſi libertorum imagines inter Lares coluit*, ut Suetonius auctor eſt in Vitellii vitâ cap. 2 extr.

¶ Lărĭfŭga, æ, der nicht zu hauße bleibt; ut, *Larifuga nocturnus*, ein nachtſchwermer, Petronius in Fragm. Tragur.

LARDUM, & Larĭdum, i, apud Plaut. in Captivis a. 4 ſc. 2 v. 67, ac ibidem ſcen. 3 aliquoties; pingue illud frequens ſeu denſum in porcis, ſpeck. Sed *Succidia*, eine ſpeckſeite.

Uncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo,

Horat. 2 ſat. 6 v. 64. *Larda pinguia* in plurali dixit Ovid. 6 Faſt. v. 169. *Salitam carnem laridum vocamus, ut opinor, quaſi large aridum*, inquit Macrobius Saturn. 7 cap. 12.

¶ Lardarium, i, eine ſpicknadel.

Larentia, vide infra *Laurentia.*

LARGIOR, ītus ſum, īri, large præbere, ſpendiren, reichlich geben. Terent. in Adelph. a. 5 ſc. 8 v. 17 *De te largitor puer*, wilt du was vergeben, ſo gieb es von dem deinen. *Largiri ex alieno*, Cicer. 3 fam. ep. 8, aus eines andern beutel milde ſeyn. *Patrimonium effundere inconſulte largiendo*, Idem 2 Offic. cap. 15, verſchwenden. *Vitam largiri*, das leben ſchencken, Apul. lib. 6 Met. ¶ 2. Interdum *Largiri* idem eſt ac concedere, permittere, es zugeben. Colum. 5 cap. 9 *Si tempus non largitur.*

¶ Largītus, a, um, der verehret hat. Cic. de Aruſp. Reſp. cap. 25 *Secunda fortuna regnum largita.* ¶ *Largitus* paſſive, geſchenckt. Plin. 17 cap. 11 *Si conditio largita non ſit.*

¶ Largītor, ōris, prodigus, ein geber, der gerne ausgiebt. Livius lib. 6 cap. 16 *Largitor voluntarius repente ſenatus factus.* Et in meliorem partem Ambroſius lib. 2 de Spir. S. cap. 12 *Largitor ſuæ moderator eſt largitatis.*

¶ Largītio,

¶ Largĭtio, ōnis, liberalitas, die mildigkeit, freygebigkeit, außspendung. Cicer. 2 Off. cap. 15 *Largitio fundum non habet*, id est, liberalitate immodicâ opes etiam magnæ exhauriuntur & effugiunt. Præcipuè enim illa liberalitas ita vocatur, quæ per ambitionem exercetur & corrumpit. Cæsar 1 B. Civil. cap. 39 *Largitione redemit militum voluntates.* Cic. 2 Offic. cap. 15 *Epistolâ quadam Alexandrum filium Philippus accusat, quod largitione benevolentiam Macedonum consectetur.* ¶ Aliquando & veniam notat, die schenckung. Rutilius Lupus lib. 1 de Figuris sentent. in *Metanœâ : Hujusmodi*, inquit, *incepti duntaxat arguere, penè maleficii largitionem est facere.*

¶ Largĭtas, ātis, idem. Cic. de N. D. 2 cap. 62 *Fruges terra cum maxima largitate fundit.* Terent. Adelph. a. 5 sc. 9 v. 28 *Quæ isthæc subita est largitas?* Boëthius lib. 2 de Consol. Philos. Prosâ 6 *Avaritia semper odiosos, claros largitas facit. Largitas* humanitatis, ac liberalitatis; *largitio* ambitionis est; Muret. in lib. 2 Annal. Tacit.

¶ Largĭtūdo, ĭnis, idem. Gloss. gr. lat. δαψίλεια, *largitas, largitudo.*

¶ Largimentum, i, ein geschenck. Fulgent. 2 Mythol. *Non hominis sed divinum largimentum.*

¶ Largus, a, um, milde, reich, überflüßig. Cicer. 2 Off. cap. 16 *Duo genera sunt largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales*, freygebige oder verthuliche leute. De aliis rebus copiam significat & abundantiam. Sic, *Larga messis*, Ovid. Fast. 4 v. 617, eine reiche erndte. *Largæ opes*, Martial. lib. 5 epigr. 25. *Largus imber*, Ovid. 4 Met. v. 282, ein starcker regen. *Largiore vino uti*, zu viel weins trincken, Liv. lib. 40 cap. 13. *Largissimus*, superl. apud Cicer. Verrin. 5 cap. 50 pr.

¶ Largiuscŭlus, a, um, aliquantum largus, reichlich. Solinus cap. 7 [al. 12] de Græcia: *Subnexus* [galactites] *parvulis largiusculos haustus salivarum facit.*

¶ Largè, adverb. liberaliter, abundanter, reichlich, mildiglich, überflüßig. *Large effuseque donare*, Cic, pro Rosc. Amer. cap. 8. *Dare largius*, Terent. Eunuch. a. 5 sc. 8 v. 48. *Circumferre merum largius*, Curt. 7, 4, 7. *Decuriæ mihi copia quam largissime facta*, Cic. Verr. 2 cap. 8.

¶ Largĭter, idem. Plaut. Rudente a. 4 sc. 4 v. 144 *Credo illic inesse auri & argenti largiter.* Sic, *Largiter ultionis*, Tertullianus dixit Apologet. cap. 37.

¶ Largĭtus, idem. Afranius apud Nonium cap. 11 n. 44 *quid lacrymas? Largitus proloquere.*

¶ Largĭficus, a, um, überflüßig. Lucretius lib. 2 v. 627

Largifica stipe ditantes.

¶ Largĭfluus, a, um, largiter fluens, häuffig. Juvencus in Lucæ cap. 1

Largifluis humiles opibus ditavit egentes.

Dixit & Cicero 3 de Orat. c. 39 *imbri largifluo*, sed ex veteri poëta.

¶ Largĭlŏquus, a, um, schwatzhafftig. Plautus Milite a. 2 sc. 3 v. 47

Nonne tibi istam prætruncari linguam largiloquam jubes?

¶ Largĭtiōnālis, e, honoris nomen fuit. Vopiscus in Carino cap. 20 *Quidam largitionalis suus.* Lege 12 Cod. de Vectigal. *largitionales tituli.*

¶ Dīlargior, īri, austheilen. Auson. de Deo Edyll. 1 v. 28

Omnia solus habens atque omnia dilargitus.

¶ Elargior, īri, mildiglich ausgeben, mittheilen. Persius satyr. 3 v. 70

patriæ carisque propinquis
Quantum elargiri deceat.

¶ Prælargus, a, um, groß, sehr reichlich. Idem Pers. sat. 1 v. 14 *Pulmo animæ prælargus.* Et Juvencus in Matth. c. 22 v. 8

Prælargis dapibus quæcunque instruximus.

Laridum, Larignus, vide *Lardum, Larix.*

LĀRISSA, æ, Λάρισσα, multarum & diversarum est nomen civitatum in Thessalia, Argolide, Æolia, Syria. vide Geogr. antiq.

¶ Larissæus, a, um, adject. ut, *Larissæus Achilles*, apud Virg. à *Larissa* Thessaliæ oppido appellatur 2 Æneid. v. 197

Quos neque Tydides, nec Larissæus Achilles, &c.

Et hæc Achillis patria videtur esse, de qua Lucanus dixit lib. 6 v. 355

Atque olim Larissa potens.

LĀRIVS, i, lacus Italiæ seu Galliæ potius Cisalpinæ, sic nuncupatus à fulicarum multitudine, quas λάρυς Græci dicunt, tametsi differant *Fulica* & *Larus*. vide suis locis. Aliàs Comensis lacus dicitur, ab adjacente urbe Como. vid. Plin. 9 epist. 7.

¶ Larius, a, um, adjective, Catullus ad libellum epigr. 33

Comi mœnia, Lariumque litus.

LĀRIX, ĭcis, arbor ex illis, quæ resinam fundunt, eximiæ proceritatis, cortice crasso, conos ferens cupressinis simillimos, odore, quemadmodum & flos ejus, non ingrato: Est cognata pino, piceæ, & abieti; ein lerchen-baum. Incombustibilem faciunt Plinius 16 cap. 10, itemque Vitruvius lib. 2 cap. 9, exemplo turris, cui frustra Cæsar ignem circumjecerit, & Isidorus 17 cap. 7, (ubi *Larex* dicitur,) quibus contradixit Gyraldus de Re Navali: itemque Brodæus lib. 3 Miscell. cap. 3, pro quibus etiam est Lucanus lib. 9 v. 919

Peucedanumque sonat flammis, Erycinaque thapsus,
Et larices, fumoque gravem serpentibus urunt
Abrotanum.

¶ Larignus, a, um, denominativum; ut, *Resina larigna*, hartz von lerchen-bäumen.

LARVA, æ, vana visio, spectrum, ein gespenst. Vet. Gloss. *Larva*, δαιμόνιον, εἴδωλον. Item: εἴδωλον, *simulacrum, larva.* Item: φάντασμα, *larva, visio vana, ostentum.* Cæterum, quia larvarum visu in furorem agitari credebantur homines, inde *Larvati* pro furiosis, & mente captis dici solebant, quos *plenos larvarum* Plautus dixit Amphitr. a. 2 sc. 2 v. 145. Festus: LARVATI *sunt furiosi, & mente mortui, quasi larvis & spectris, exterriti.* Idem Plautus Aulular. a. 4 sc. 4 v. 15 *Larvæ hunc, atque intemperiæ insaniæque agitant senem*, den alten reitet der teuffel. Apulejus de Deo Socratis p. 90 & seq. *Est & secundo significatu species Dæmonum animus humanus emeritus stipendiis vitæ, corpore suo abjurans. Hunc vetere latinâ linguâ sentio LEMVREM dictitatum. Ex hisce ergo lemuribus, qui posterorum suorum curam sortitus, placato & quieto numine domum possidet, LAR dicitur FAMILIARIS: qui verò ob adversa vitæ merita, nullis bonis sedibus incertâ vagatione, ceu quodam exilio, punitur, inane terriculamentum hominibus bonis, ceterum noxium malis; id genus plerique LARVAS putabant*, &c. vide & Isidorum lib. 7 Orig. cap. ult. extr. *Larva umbratilis, tu me minis territas*, Plaut. Amphitr. sc. *Tun' me*, v. 4. Talis umbra larvæ græce dicitur μορμολύκειον, ein popantz. Apulejus Apolog. *At tibi, Æmiliane, pro isto mendacio duat Deus iste, superûm & inferûm commeator, utrorumque Deorum malam gratiam semperque obvias species mortuorum, quicquid umbrarum est usquam, quicquid lemurum, quicquid larvarum, oculis tuis oggerat: omnia noctium occursacula, omnia bustorum formidamina, omnia sepulchrorum terriculamenta.* ¶ *Luctari cum larvis*, est maledictis insectari vita defunctos, sich mit todten hadern. Tribuit Plinius in præfatione historiæ mundi Planco. *Cum mortuis non nisi larvas luctantur*, prov. in eos, qui mortuos conviciis insectantur, vide Chiliadas. ¶ 2. *Larva* etiam exarefactum cadaver notat, unde caro omnis defluxit: unde *facies, forma larvalis*, de macilentâ & planè evisceratâ, ein todten-geripp. Vet. Gloss. σκελετός, *Larva, sceletus.* ¶ 3. *Larva* etiam personam notat, hoc est, fictam faciem, quâ Tragici olim uti solebant, eine masque, eine larve, oder gemahltes angesicht. Horat. lib. 1 Serm. sat. 5 v. 64

Nil illi larva, aut tragicis opus esse cothurnis.

¶ Larvo, are, larvis infestare, behexen. Firmicus 3 cap. 14 *Fascinantes mulieres, quæ etiam ipsos artus larvari ac fascinari faciant.* vide Swertium in Analect. 3 cap. 11.

¶ Larvatus, a, um, larvam indutus, personatus, masquirt, vermummt: Quemadmodum LARVATA FVNERA accepit Kirchmannus de illis, quorum facies ruina ædium detrita & mutilata, veluti larva, quem vide lib. 2 de Funeribus Roman. cap. 9. Quamquam *larvata funera* de illis simpliciter dici possint, qui ex casu aliquo deformati maxime sunt, ut non tam homines quam spectra videantur. Ita enim & *Larvalem faciem* pro fœda & deformi maximè atque cadaverosa adeo Poëta vetus Priapejorum carm. 32 dixit. Etiam Apulej. in Apol. p. 517 *larvam* pulchræ & floridæ formæ opponit: *Hunc denique qui larvam putat, ipse est larvatus.* Et sic *larvalem formam* paullo ante dixerat, quæ etiam ibidem *macilenta vel omninò eviscerata*, h. e. carne omni & succo destituta appellatur: quam ob caussam ibidem & *Sceletum* vocat haud semel. Namque & *Larva* σκελετὸν notat. ¶ 2. Item, qui larvis agitatus & sic insanus est, thöricht, toll, unsinnig, apud Plautum Menæchm. a. 5 sc. 4 v. 2. Et ita Apulejus in modo adducto loco etiam usus est. conf. modo dicta in *Larva.*

¶ Larvālis, e, larvicht. Senec. epist. 24 *Nemo tam puer est, ut Cerberum timeat & tenebras, & larvalem habitum nudis ossibus cohærentium.* Sidonius lib. 3 epist. 13 *Vmbræ larvales*, gespenste. In ludis Priapeis carm. 32 *Larvialis* scribitur quatuor syllabis:

Pallorem maciemque larvialem,

quod Scaliger ibi epenthesin poëticam vocat.

LĀRVNDA, sive Lara, æ, Nympha Tyberina, ex qua Mercurius suscepit geminos, a matris nomine Lares appellatos. Auson. Edyll. 5 v. 52

Nec genius domuum Larundâ progenitus Lar.

LARVS, i, λάρος, avis marina, *Gavia* alio nomine, eine mewe, see-mewe, holbrodt. Plura earum genera sunt; vide Gesneri avium historiam. Βουφάγος Athenæo lib. 10 dicitur, atque Herculi dicatus est propter voracitatem. Aristoph. Scholiastes in Aves. ¶ *Larus hians*, proverb. pro avido & rapace. ¶ *Larus parturit*, prov. in eos, qui ingentia pollicentur, & nihil dignum promissis exhibent. vide Erasm. Chil. 4. ¶ 2. Sunt & pisciculi *lari* seu *larimi*, à quibus, quod eos appetant *lari*, aves dictæ sunt; Gesnerus.

LĀRYNX, gis, λάρυγξ, gula, guttur, die kehle, lufftröhre, vox græca.

LĀSĀNVM, i, λάσανον, vasculum, in quod alvus dejicitur; ein kammer-gefäß, nachtscherben. Sic enim Acron exponit in illo Horat. 1 sat. 6 v. 108

Quum Tyburte via prætorem quinque sequuntur
Te pueri, lasanum portantes, &c.

Lascivia, Lascivire, vide mox in *Lascivus.*

LASCĪVVS, a, um, libidinosus, impudicus, geil, unzüchtig. *Versus lascivissimus* Solonis ab Apulejo in Apologia p. 278 citatur. Martialis lib. 1 epigr. 5 *Lasciva est nobis pagina, vita proba.*
Hadrianus de Voconio poëta, apud Apulejum Apolog.

Lascivus versu, mente pudicus erat.

¶ Item, procax, petulans, temerarius, muthwillig, vorwitzig, frech. Vnde & Spartianus Hadriano *Lascivum* & *Cunctatorem* opposuit. Vetus Gloss. *Lascivi*, ὑβρισταί. Sane *lascivus* est, qui facile movetur, modo in ludum, modo in libidinem, modo in petulantiam, unde voluptatem sibi promittat. Ita *lascivos pueros* Horatius dixit lib. 1 Serm. sat. 3 v. 134. *Lascivos leporum cursus*, Martialis lib. 1 epigr. 45. Ita, *Lascivâ puellâ*, apud Virg. eclog. 3 v. 64, quæ malo petebat pastorem, & fugiebat ad salices, & sese ante videri cupiebat. Ovid. 13 Metam. v. 792 *tenero lascivior hædo.* Et Sueton. Tiberio cap. 43 *lascivissimæ picturæ.*

¶ Lascīvè, adverb. idem apud Apulejum. vid. Indic. Elmenh. Comp. *lascivius*: Avienus in Prognost. Arati v. 514

Et si persultans aries lascivius herbas
Appetit.

¶ Lascīvĭter, idem. Lævius habet in ἐρωτοπαιγνίοις, pro quo male Livium citat Carisius.

¶ Lascīvia, æ, prolubium animi, quod ex saturitate & otio nascitur, & vel in ludum, vel in libidinem, aut petulantiam erumpit, der muthwille, die leichtfertigkeit, geilheit. De blandissimo lætissimoque puero Seneca Consolat. ad Helviam cap. 16 *Cujus non lacrymas ejus hilaritas supprimat? cujus non contractum solicitudine animum illius argutiæ solvant? quem non in jocos vocabit illa lascivia?* &c. Ita ludicros cursus recursusque delphini Plinius *Lasciviam* vocat lib. 9 epist. 33. Et Cicero 1 de Divin. cap. 14 *An Achivorum exercitus, & tot navium rectores, non ita profecti sunt ab Ilio, ut provectione læti piscium lasciviam intuerentur?* LASCIVIAM, id est, lusum. Sic Tacitus de Germania c. 24 *audacem lasciviam*, saltationem inter gladios vocat. Et idem quoque, quod Nero itinera urbis & lupanaria, & diverticula veste servili

pererra-

peterraret, comitantibus qui raperent ad venditionem exposita & obviis vulnera inferrent &c. *Lasciviam* Tacitus vocat Annal. 13 cap. 25. De impudicitiâ & libidine Suetonius Calig. cap. 36 *Quoties deinde libuisset, egressus triclinio, cum maximè placitam sevocasset, paullò post recentibus adhuc lasciviæ notis, reversus vel laudabat palàm, vel vituperabat.* Apud Tacitum Ann. 11 cap. 12 *Theatralis lascivia* dicitur, quod populus in theatro spectans in virum Consularem illustresque fœminas probra jactasset. Ibi itaque *Lascivia*, licentia ac petulantia est. Et ita idem Tacitus Agricolâ cap. 5 *militiam in lasciviam vertere* dixit.

¶ Lascīvĭtas, ātis, idem. Firmicus lib. 1 Astrol. cap. 1 *Asiana lascivitas, sobria Jovis moderatione corrigitur.* Cæl. Aurel. Tard. 3 cap. 8 *Animi lascivitas.*

¶ Lascīvio, īre, vorwitz treiben, muthwillig seyn. Seneca ad Lucilium epist. 56 *Nunquam vacat lascivire districtis, nihilque tam certum est, quàm otii vitiâ negotio discuti.* Ovid. 7 Met. v. 321 *fugâ lascivit agnus.* Apulej. 5 Met. p. 169 *Proxime ripam vago pastu lasciviunt comàm fluvii tondentes capellæ.*

¶ Lascīvibundus, a, um, üppich, muthig. Plaut. Stich. a. 2 sc. 1 v. 16
Lascivibundum tam lubenter currere.

LĂSER, ĕris, neut. & Laserpītium, i, utrumque & plantam, & succum, seu liquorem plantæ significat; Græci σιλφιον dicunt: folia μάσπετα, radicem μαγύδαριν vocant; & succum Cyrenaicum, quod eo Cyrenaica regio quondam abundarit, sed nunc omnino desideratur. vid. Plinium 19 cap. 3, & Colum. 6 cap. 17. *Laser Cyrenaicum* vulgo asa dulcis odorata & gummi Bezoinum, Benzum vocant Belgæ; *Laser medicum* vel *Syriacum* vulgo asa fœtida, teuffelsdreck. *Laser* vel *Laserpitium Gallicum* eam esse herbam reor, quam *Ostrutium* herbariorum vulgus nominat, meisterwurtz, brustwurtz, Hadrian. vide *Silphium.* Apulej. lib. 10 de Asino Aureo: *Offerebant mihi carnes laserè infectas, altilia pipere inspersa, pisces exotico jure perfusos.* Apud Macrobium lib. 2 cap. 4 Augustus per jocum Mæcenatem vocat *mel gentium, ebur ex Hetruria, laser Aretinum*, quod in eo pretio esset, quo laser apud omnes, tamquam pretiosissimum.

¶ Lāsĕratus, & Lasaratus, a, um, lasere conditus, wohl gewürtzt: ut, *laseratum acetum*, Plin. Valer. 1 c. 21. Sic, *Lasaratus porcellus, lasaratus hædus*, apud Apicium.

¶ Lāserpitiatus, a, um, idem: ut, *laserpitiatum acetum*, i. e. laserpitii succo dilutum, apud Plin. 18 c. 30.

¶ Lāserpitiārium, i, id quod conditum laserpitio. Petron. fragm. Tragur. *De laserpitiario, mimo canticum extorsit.* vid. Schefferi Not. p. 72, qui legit *laserpicario.*

¶ Lāserpitĭfer, a, um, laserpitii ferax; ut, *laserpitiferæ Cyrenæ*, apud Catullum carm. 7.

LASSUS, a, um, fatigatus labore tam animi, quàm corporis, müde, schwach. Terent. Andr. a. 2 sc. 1 v. 4 *Animus lassus, & curâ confectus.* Et, *Lassæ aures*, Horat. 1 satyr. 10 v. 10. *Lassus de via*, Plautus Pseud. a. 2 sc. 2 v. 66, & *lassus viâ*, Ovid. lib. 5 Trist. el. 4 v. 2. *Res lassa*, Plaut. Stich. a. 4 sc. 1 v. 16, id est, improspera, unglücklich. *Terra lassa*, Plin. 17 c. 5 est sterilior, seu effœta.

¶ Lassŭlus, a, um, diminut. ein wenig müde. Catull. carm. 64 v. 37 *Lassulus nimio e labore.*

¶ Lassitūdo, ĭnis, molestia ex labore, müdigkeit. Cic. ad Cornificium lib. 12 famil. epist. 25 *Nulla lassitudo impedire officium, & fidem debet.* Nepos Eumene c. 9 n. 6 *Ad lassitudinem sedandam.* Idem Datame c. 11 *à lassitudine acquiescere.* Livius lib. 21 cap. 56 *præ lassitudine.* Et Celsus 1 cap. 3 *Exercitationis finis sit lassitudo, quæ citra fatigationem sit.*

¶ Lassesco, ĕre, müde werden. *Visu lassescere*, Prudentius dixit 2 in Symmach. v. 101. *Lassescere sub lorica*, Hieronym. epist. 22 ad Eustoch. c. 17 extr. *Fæmineo torpore lassescunt*, Apulejus in Trismeg. pag. 88. Translate Plinius lib. 7 cap. 40 *Ne lassescat fortuna, metus est.*

¶ Lasso, lassare, fatigare, müde machen, abmatten. Seneca de Const. Sapientis c. 9 *Robur perpetiendi lassandique inimicam vim.* Passiv. *Lassari*, Plin. lib. 3 epist. 9 *ne judicum intentio multis nominibus multisque caussis lassaretur.* Et Ovid. 2 Met. v. 577
In molli nequicquam lassor arena.

¶ Lassatus, a, um, ermüdet: ut, *lassata membra*, Ovid. 6 Met. v. 353. De gruibus Solinus cap. 15 *Concors cura omnium pro fatigatis, ut lassatas sustollant.* De Messalina Juvenal. sat. 6 v. 130
Et lassata viris, nondum satiata recessit.

Composita:

¶ Delasso, are, idem quod *Lassare.* Horat. lib. 1 sat. 1 v. 14 *loquacem delassare valent Fabium.* Et Martial. lib. 10 epigr. 5 *Delasset omnes fabulas poëtarum.*

¶ Delassatus, a, um, abgemattet: ut, *delassatus labore*, Plaut. Asin. a. 5 sc. 2 v. 22.

¶ Delassābilis, e, der leicht müde wird. Manilius lib. 4 v. 240
Et faciles motus, nec delassabile pectus.

¶ Indelassatus, a, um, non delassatus, unermüdet. Manilius lib. 5 v. 63
Indelassato properantia corda labore.

¶ Prædelasso, are, vorher müde machen. Ovidius Metamorph. lib. 11 v. 730 de mole aquas frangente:
incursus quæ prædelassat aquarum.

¶ Elassesco, ĕre, lassitudine deficere, vermatten. Plin. lib. 16 cap. 25 *In arboribus nimia germinatio elassescit.*

¶ Prælassatus, a, um, valde lassatus, krafftloß. Frontin. lib. 2 Strateg. c. 5 extremo: *prælassatos facile superavit.*

LASTHENIA, æ, fœmina, quam Platone præceptore usam scribit Plutarchus, ornatuque virili auditorium ingressam testatur Laërtius 3 in Plat. & 4 in Speus.

LASUS, i, Hermionensis poëta antiquissimus, quem & quidam loco Periandri unum è septem sapientibus fecerunt. Fuisse ejus nomine circumlatam odam sive sigma, quæ inscripta sit *Centauri*, Athenæus refert lib. 10. vide Voss. de Poët. Græc. c. 4.

LĂTĂGUS, i, unus ex Ponticis regibus, qui Æetæ Colchorum regi contra Persen auxilio venerunt, Val. Flacc. 5 v. 584; occisus à Darape in prœlio, ibid. 6 v. 573. ¶ 2. Unus Teucrorum, occisus a Mezentio, Virg. Æneid. 10 v. 697.

LATAX, λάταξ, ein nürtz, ex aquis victum petit, ut Lutra.

Latebra, latebrosus, vide mox *Lateo.*

LĂTEO, latēre, in occulto esse, ignorari, verborgen seyn oder liegen. Plaut. in Capt. a. 1 sc. 2 v. 62 *ut sæpe summa ingenia in occulto latent.*
Sub paupere tecto
Sæpè etiam virtus ingeniosa latet.

Dicimus & sic: *Hæc caussa plerosque latet*, hoc est, fugit, ignota est plerisque, um diese ursachen wissen gemeiniglich alle menschen nichts. Vossio in Aristarcho plus indolis latinæ videtur habere, si dicamus: *Latet mihi; latet me* autem majore usu tritum esse. Pro priore citantur Ciceronis verba è Catil. 1 c. 6 *Quòd mihi latere valeat in tempore.* Utinam vero certior esset hæc lectio. Optimi enim codices ne vestigium quidem ejus rei habent. Nihilominùs Scioppius ad Sanctii Minervam p. 74 hanc structuram confirmat ex Cic. post Red. in Senat. c. 6 *Ubi nobis hæc auctoritas tanta tamdiu latuit?* Et ex Varron. 8 de L. L. c. 52 *Vis & potestas, quæ & oculis & auribus latere solet.* Addit quoque Lucan. 1 v. 417. Hinc etiam Tertullianus ita scripsit advers. Hermog., cap. 4 *Prophetis & Apostolis latuit:* & lib. 1 adv. Marcion. c. 3 *Ne cui lateat.* Posterius comprobatur præter Græcismi excusationem auctoritate Virgilii Æneid. 1 v. 134
Nec latuere doli fratrem Junonis, & iræ.

Et Ovidius lib. 5 Fastor. v. 361
Lumina restabant, quorum me caussa latebat.

Varro de R. R. 1 cap. 40 *Semen unum, quod latet nostrum sensum.* Plinius lib. 2 H. N. cap. 20 *Latet plerosque.* Justinus lib. 31 cap. 2 n. 2 *Res Annibalem non diù latuit.* Taceo plures. Quod si Cicero, Livius, Nepos, Curtius, aliique potuerunt latine loqui, nullo personæ casu ad verbum *latendi* addito: tutiùs quidam putant, si tantos duces secuti, prorsus abstineamus à dubiâ constructione, præsertim cum non desint verba certiora, *præterit, fugit*, &c. si forsan omnino personæ mentio injicienda. vid. Cellar. Antib. p. 255, & Borrich. Cogit. p. 294.

¶ Lătens, tis, particip. nominale, heimlich, verborgen: ut, *Saxa latentia*, Virg. Æneid. 1 v. 112. *Latentes in alvo matris*, Horat. 4 od. 6 v. 19. Comparativo usus Augustinus lib. 12 de Genesi ad lit. c. 18 *latentioris originis esse.*

¶ Lătenter, adverbium, clanculum, occulto modo, heimlich. Cicer. Topic. cap. 17 *latenter efficitur.* Et Ovid. 3 Pont. epist. 6 extrema: *latenter arma.* Et Ammianus lib. 27 cap. 21 extr. *latenter irrepsit.* Et lib. 31 cap. 44 *Latenter incenderent urbem.*

¶ Lătĭto, latitare, frequent. verborgen liegen. *Extrahitur domo latitans Oppianicus*, Cic. pro Cluent. cap. 13. Et Horat. lib. 3 oda 12 v. 12 *latitantem fruticeto excipere aprum.* Rursus Cicero pro Quintio c. 17 *Si latitare ac diutius ludificare videatur.* Et Ovid. Heroid. epist. 7 v. 134
Parsque tui latitat corpore clausa meo.

¶ Lătĭtatio, ōnis, die verkriechung. Quintil. 7 cap. 2 p. 526 de signis in conjecturali statu: *sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus.*

¶ Latitabundus, a, um, der verborgen seyn will, Sidonius lib. 1 epist. 6.

¶ Lătesco, ĕre, idem quod latere, latitare. Celsus 8 c. 1 *Ossa latescentia ad spinam tendunt.* Cicero in Arat. (ed. Grot. v. 634)
Hic equus a capite, & longa cervice latescit.

Distinguendum a *Latescere*, quod a *Latus* est & primam producit.

¶ Lătĕbra, æ, plur. latebræ, loca, in quibus quid delitescere & occultari potest, verborgene örter, schlupfflocher, behältniß, winckel. *Ex latebris atque tenebris erumpere*, Cic. pro Sextio cap. 4. Et, *In animis hominum latebræ sunt & recessus*, Idem pro Marcello cap. 7, die menschen sind nicht auszugründen. *In fugam & latebras impelli*, Idem pro Rab. perduell. cap. 8, sich verkriechen müssen. *Videant, ne quærantur latebræ perjurio*, Idem 3 Offic. cap. 29, ausflüchte. Et, *latebram habere*, de Fin. 2 c. 33. Et, *se mirificam in latebram conjicere*, Idem Divin. 2 cap. 20. *In latebras refugere*, Sen. epist. 3, sich verstecken.

¶ Lătebrōsus, a, um, winckelicht, schatticht, verdeckt. Livius lib. 21 c. 54 *Locus latebrosus ad equites tegendos.* Et Silius lib. 5 v. 191 *latebrosis collibus Astur*, in berg und thälern wohnend. *Pumex latebrosus*, Virg. 5 Æneid. v. 214, hoc est, fistulosus, löchericht. Superlativo Augustinus lib. 1 Retractat. c. 19 *latebrosissima quæstio*, quod etiam legitur in ejusdem Enchiridio c. 18.

¶ Lătebrosè, adverb. im verborgen. Plautus Trinum. a. 2 sc. 2 pr. *Pater, adsum: impera, quod vis, neque tibi ero in mora, neque latebrose me abs tuo conspectu occultabo.*

¶ Lătebrĭcŏla, æ, qui latebras amat, der gern zu winckel kreucht, lichtscheu. Plautus Trinum. act. 2 sc. 1 v. 14 *Latebricolarum hominum corruptor.*

¶ Lătĭbŭlum, i, ferarum est, ut latebra hominum, auctore Valla, ein lager oder loch, darinnen sich das wild hält und verbirget. Quæ differentia tamen perpetua non est. vide Buchnerum ad Prudentii Hymn. de Christi Servatoris natali v. 96. Cic. 1 Offic. cap. 4 *Generi animantium omni est a natura tributum, ut, quæ sint ad vivendum necessaria, inquirat & paret, ut pastum, ut latibula, & alia ejusdem generis*, des wilds lager. Sed & Idem ad Att. 12 ep. 13 *Volo aliquod emere latibulum & perfugium doloris mei.* Catullus de Aty carm. 63 v. 54
Et ut omnia earum adirem furibunda latibula.

¶ Lătĭbŭlo, are, & Latibulor, ari, antique pro *latere*, Nævius & Accius apud Nonium c. 2 n. 495.

¶ Lateranus, i, Patritius Romanus, qui latere frequens in otio solebat. Hic Consul designatus jussu Neronis interfectus est. Tac. Annal. 15 cap. 49 & 60. *Egregiæ Lateranorum ædes*, Juvenal. sat. 10 v. 17. Adjective Prudentius in Symmach. 1 v. 586 *Lateranas ædes* vocat. Hodie *Lateranum*, templum in urbe Roma cum basilica Pontificis, quæ & *Lateranensis*, vel *palatium Lateranense* dicitur. vide Hieron. epist. 30 cap. 1.

¶ Latrīna, æ, cloaca, eine gosse, abzug, heimlich gemach, à *latendo* dicta. Apul. Metam. 9 p. 223 *Omnia prorsus, ut in quamdam cœnosam latrinam, in ejus animum vitia confluxerant.* Et Colum. 10 v. 85

[illegible]

Immundis quæcunque vomit latrina cloacis.

Composita:

¶ Delĭteo, ui, ēre, unde *spatia delitentia* apud Plinium 35 cap. 1, pro quo usitatius in præsenti tempore est

¶ Delĭtesco, ĕre, communi præterito, *delitui*, cum illo gaudens, verborgen liegen. Cic. 2 de Nat. D. cap. 49 extr. *Bestiæ in cubilibus delitescunt.* Ovidius lib. 2 de Arte Am. v. 240 *in parva delituisse casa.*

¶ Illăcĕbro, āre, pro, in latebris abscondere, verbergen. Vsus L. Claudius Annal. Scriptor. apud Gellium lib. 17 c. 2.

¶ Interlăteo, ēre, darzwischen verborgen liegen. Seneca Quæst. Nat. lib. 6 cap. 16 *Non est dubium, quin multum spiritus interlateat.*

¶ Oblĭtesco, ĕre, idem. Cic. de Vniverſ. c. 10 *quibus temporibus* [sidera] *a nostro conspectu oblitescunt.* Et Seneca 7 Quæst. Nat. cap. 29 *Cometa erigens suum cursum, oblituit.*

¶ Perlăteo, ēre, lange oder sehr verborgen liegen. Ovidius 3 de Arte Am. v. 416 *Inque sua turri perlatuisset anus.*

¶ Sublateo, ēre, drunterstecken. De spicis Varro de R.R. 1 c. 48 *qua sublatent herba, ea vocatur vagina.*

LĂTER, ĕris, lapis coctus, seu terra potius in lapidem durata, ein brandstein oder ziegel. *Lateres coquere*, ziegel brennen. *Laterem lavare*, est, operam ludere, apud Terent. in Phorm. a. 1 sc. 4 v. 8, vergebene arbeit thun. *Laterum* differentias tradit Vitruvius lib. 2 de Architect. cap. 3, & ibi Philander in Animadv. ac Plinius lib. 35 cap. 14. His conficiendis apud Rom. præfecti *Tegularii.* vid. Coler. Parerg. cap. 35.

¶ Lătĕritius, a, um, adjectiv. von ziegeln: ut, *Lateritius paries*, eine wand von brandsteinen aufgeführet, Plinius lib. 18 cap. 30. Sic *Romam lateritiam* Augustus acceperat; reliquit *marmoream*, Sueton. Aug. cap. 28.

¶ Latercŭlus, i, diminut. ein kleiner ziegel. *Laterculo coctili structi fuerunt muri Babylonii*, Curtius 5 cap. 1. ¶ Est etiam genus pistorii operis, a forma, in quam fingitur, vocati, Turneb. lib. 8 cap. 8. Apul. lib. 10 Met. *Heic panes, crustula, jucunculos, hamos, laterculos, plura scitamenta mellita.*

¶ Latercŭlum, i, codex dignitatum omnium tam militarium quam civilium, die rolle; eratque vel majus vel minus. Fit mentio in Lege 1 & 2 Cod. de Offic. Quæstoris. conf. Rhenanus ad Tertull. p. 77. Isidorus 6 cap. 17 *Laterculum dictum, quod ordinem habeat stratum annorum.* Inde

¶ Laterculenses dicti, laterculis præfecti. vide Gutherium de Offic. Dom. Aug. lib. 3 cap. 9, & Pancirol. Notit. Imp. Or. c. 94.

¶ Laterārius, a, um, adjectiv. lateribus aptus, ad lateres pertinens: ut, *Terra lateraria*, Plin. lib. 19 cap. 8, thonicht erdreich.

¶ Laterarius, i, substant. Gloss. gr. lat. πλινθουργός, *Laterarius*, ein ziegelbrenner, ziegler: πλίνθος enim *later* est.

¶ Lateraria, æ, officina, in quâ lateres fiunt, eine ziegel-hütte. v. Plinius lib. 7 c. 56, & ibi Harduin.

¶ Lateranus, i, Deus focorum, & Genius, dictus hoc nomine, quod ex laterculis crudis caminorum istud exædificetur genus, Arnob. 4 pag. 130.

¶ Semilater, plur. Semilateres, Vitruv. 2 c. 3.

Lateralis, &c. vide *Latus, ĕris.*

LĂTERNA, æ, eine leuchte. Martialis Apophoretis epigr. 61
Dux laterna viæ clausis feror aurea flammis,
Et tuta est gremio parva lucerna meo.

¶ Laternarius, ii, qui laternam alteri præfert, ein leuchtenträger, Cic. in Pisonem c. 9. Item, ein laternen-macher, laternen-mann.

LĂTEX, ĭcis, quemlibet humorem significat, wasser, feuchtigkeit. Virg. 6 Æn. v. 218 *Pars calidos latices & ahena undantia flammis Expediunt.*
sie machen wasser heiß. *Latex Lyæus*, vinum Virgilio Æneid. 1 v. 690. *Latex Palladius*, oleum est Ovidio 8 Metam. v. 274.

LATHYRIS, idis, λαθυρίς, quæ & *tithymalum* & *cataputia* appellatur, springkraut, springkörner, treibkörner, pituitam utiliter purgat. vide Dioscoridem lib. 4 c. 768, & Plin. 27 c. 11.

Latibulum, Latifolium, latifundium, Latinitas, latinus, &c. Latio, Latito, vide *Lateo, Latus, a, um, Latium, Fero, Lateo.*

LĂTIUM, i, Λάτιον, das Lateiner-land. *Dicta quoque est Latium terra, latente Deo*, scilicet Saturno, Jovem filium fugiente, Ovidius 1 Fastor. v. 238. Sed quod inter præcipitia *Alpium* & *Apennini* Latium *lateat*, inde dictum putat Varro de L. L. 4 c. 5. Pars est Italiæ, in quâ Roma terrarum caput: sive tractus inter Tiberim & Campaniam.

¶ Lătius, a, um, adjectivum, lateinisch: ut, *Latiæ Musæ*, Columella proœmio sub finem. *Gens Latia*, Ovid. lib. 4 Fast. v. 42. Et, *Latiæ facundia linguæ*, Idem lib. 2 Pont. epist. 3 v. 75.

¶ Lătiālis, e, idem; ut, *Latialis sermo*, Plinius lib. 3 c. 1, die lateinische sprache. *Populus Latialis*, Ovid. Metam. 15 v. 481.

¶ Lătialiter, adverb. latine. Sidonius carm. 23 v. 235 *latialiter sonare.* Ita Savaro & Browerus: at *latiariter* Sirmondus. Martianus autem Capella lib. 5 pr. etiam *Peplo circa humeros involuto latialiter tegebatur.*

¶ Lătiaris, e, idem quod Latialis; ut, *Jupiter Latiaris*, Cicero pro Milone cap. 31.

¶ Lătīnus, a, um, lateinisch; ut, *lingua latina*, quam non modo non inopem, sed locupletiorem etiam, quam græcam esse, Cicero scripsit lib. 1 de Finib. Conqueritur tamen de ejus egestate Seneca ep. 59, & Plinius lib. 4 epist. 17. De genio ejus ita Nepos Attico c. 4 *Latini sermonis nativus lepor*, qui *adscito* ibidem opponitur. Gradus hujus adjectivi, quos Borrichius in Analectis pag. 61 in dubium vocabat, vindicavit Cellar. Curis Post. p. 149 ex Hieronymo, qui epist. 13 ad Paulinum, *nihil latinius tuis voluminibus*; & epist. 51 ad Domnionem, *homo latinissimus* dixit. Adde Augustinum quoque, libro de Grammatica, cap. de Adverbio dicentem, *viris latinissimis*: Tom. 1 p. 98.

¶ Lătīnus, i, nomen propr. rex Aboriginum, cujus filiam Laviniam Æneas uxorem accepit, de quo multa Virgilius. A Latino *Latini* vocati sunt, qui postea *Romani.* vid. Isidor. 9 c. 2.

¶ Lătīnæ, arum, subaudi, *feriæ.* Erant autem ex conceptivarum genere, ut Macrobius docet lib. 1 Saturnal. c. 16. Vbi *Latinarum tempus*: *Latinarum Solenne* etiam legere licet. Non habebant certam diem aut statum anni tempus. vide Livium 42 c. 10 extremo. Hinc a. d. 3 Non. Maj. Liv. lib. 41 c. 16 pr. & prid. Idus April. lib. 44 c. 19, & Novemb. lib. 45 cap. 3. conf. Varro de L. L. 5 c. 3.

¶ Latine, adverb. ut, *loqui latine*, quod est *pure & emendate loqui*, secundum Cic. de opt. gen. Orat. c. 2. *Perbene loqui latine*, sehr wohl latein reden, Idem de Clar. Or. c. 28. Et, *Ipsum latine loqui est in magnâ laude ponendum*, Cicer. dicto libro c. 37. Et ibidem: *Non tam præclarum est scire latine, quàm turpe nescire.* Aliquando *latine loqui*, est sine figura ac colore, simpliciter, aperte, & ingenue eloqui rem, sicut est. vide Turneb. Adverſ. lib. 24 c. 5. Sic Quintil. declam. 3 *De injuria nostra latine queri non possumus: parcendum verbis est.* Intelligit stuprum militi à tribuno intentatum. Sic *latine loqui*, est simpliciter & sine fuco loqui, apud Martial. præfatione epigr.

¶ Lătīnĭtas, ātis, quæ sermonem purum conservat ab omni vitio remotum, auctor ad Herennium lib. 4 cap. 12. Vel Latinitas nihil aliud est, quam observatio incorrupte loquendi secundum Romanam linguam: ut est apud Diomedem lib. 2 de Latinitate, & Maximum Victorinum lib. de Grammaticâ, recht gut latein. ¶ 2. *Jus Latinorum*, ut vocat Suetonius Augusto c. 47. *Latium* absolute dixit Plinius Panegyrico Trajani c. 37. Id autem proximum erat civitati Romanæ. Nam consecuti qui essent, Romani cives fieri poterant, si magistratum gessissent domi, aut relicta civitate suâ migrassent Romam: denique navi, ædificio, pistrino.

¶ Latiniensis, e, idem quod *Latinus*: ut, *Ager Latiniensis*, Cicero de Arusp. Responſ. c. 10.

¶ Latino, are, latine vertere, lateinisch geben. Cæl. Aurel. Tard. 5 c. 6 *Hujus nominis vim sæpius latinavimus.*

¶ Latinizo, āre, idem. Cælius quoque Aurel. Acut. 2 c. 1 *Sorani hæc sunt, quæ latinizanda suscepimus.*

LATMUS, i, Ioniæ mons, in quo obdormivit longum illum & fabulosum dormiens somnum Endymion. vid. Cic. 1 Q. Tusc. c. 38.

¶ Latmius, a, um, adject. Ovid. Art. am. 3 v. 84
Latmius Endymion non est tibi, Luna, rubori.

Latois, Latoius, vide *Latona.*

LĀTŎMIAE, arum, λατομίαι, lapicidinæ, steingruben, ertz- oder eisengruben. Plaut. Captiv. a. 3 sc. 5 v. 65
Inde ibis porro in latomias lapidarias:
Ibi quum alii octonos lapides effodint, &c.
Idem Pœn. a. 4 sc. 2 v. 5 *vel in latomiis vel in pistrino mavelim.* vide infra *Lautumiæ.* Ita enim scribi volunt doctiores.

¶ Latŏmus, i, λατόμος, lapidicida, ein steinmetz.

LĀTŌNA, æ, Λητώ, Cæi filia, Jovis uxor, Apollinis & Dianæ mater. vid. Virg. 1 Æneid. v. 582.

¶ Latōus, i, Apollo. v. Horat. 1 od. 31 v. 18.

¶ Lātōnia, æ, Diana. Virgil. 9 Æneid. v. 405
nemorum, Latonia, custos.

¶ Lātōnius, a, um, adjectiv. ut, *Delos Latonia*, Virgil. Georg. 3 v. 6. Et, *Stirps Latonia*, Ovid. 3 Trist. eleg. 2 v. 3, ubi vero MSS. habent *Latoia.* Est enim

¶ Lātōĭus, a, um, idem quod Latonius, uti jam ex Ovidio *stirps Latoia*, id est, Apollo, monstrata. vide Heinsium ibidem. Sic & Metamorph. 8 v. 541 *Parthaoniæ Latoia clade Exsatiata domus.*

¶ Latoia, æ, id est, Diana, quæ &

¶ Latois, Latoidos appellatur, substantiva forma. Ovid. Herold. epist. ult. Cydippes v. 153 *timeo sævæ Latoidos iram.*

¶ Lātōnigĕnæ, Apollo & Diana dicuntur a Seneca Agamem. v. 320.

Lator, Latratus, Latrina, vide *Fero, Latro, Lateo.*

LATRO, avi, atum, are, canum est, bellen, belfern. Virg. eclog. 3 v. 18 *multum latrante Lycisca.*

Cicero pro Rosc. Am. c. 20 *Quod si luce quoque canes latrent.* ¶ 2. Transfertur ad homines. Cic. de Clar. Orat. c. 15 *Latrant jam quidam oratores, non loquuntur.* Et, *Latrat stomachus*, der magen gurret, Horat. 2 satyr. 2 v. 17. Sic, *latrare in aliquem*, est maledicere, Plaut. Pœn. a. 5 sc. 4 v. 62. ¶ 3. Pro poscere Lucretius posuit lib. 2 v. 17.
nonne videre,
Nil aliud sibi naturam latrare?
Latrant enim fere canes aliquid petentes. Festus quoque Ennium observat *latrare* pro *poscere* dixisse. ¶ 4. Hoc quoque notandum est, auctores sæpe active positum cum accusativo construxisse. Horatius epod. 5 v. 57 *Senem (quod omnes rideant) adulterum Latrent Suburanæ canes.*
Et lib. 1 epist. 2 v. 66 *ex quo*
Tempore cervinam pellem latravit in aula,
Militat in silvis catulus.
Statius lib. 1 Silv. 3 v. 5
Illum non calido latravit Sirius astro.
Et lib. 2 Silv. 1 v. 184 *Illum nec terno latrabit Cerberus ore.*
Gellius lib. 7 c. 1 de Scipione Africano: *Solum id temporis in Capitolium ingredientem canes, semper in alios sævientes, neque latrarunt eum, nec incurrerunt. Latrarunt eum*, id est, allatrarunt. Et hinc passive Plinius lib. 22 c. 10 *Hanc habentes, negant latrari à canibus.*

¶ Latratus, a, um, angebellt. Statius Achill. 1 v. 451
Latratum pelago tollens caput.

¶ Latratus, ûs, subst. das bellen: ut, *canum latratus*, Virg. Æn. 5 v. 257. Idem Georg. 3 v. 411 *Sæpe volutabris pulsos silvestribus apros Latratu turbabis agens.*
conf. Varro de L. L. 6 cap. 3. Paulinus Petrocor. lib. 5 de Martino v. 323 *Terrificique oris strictum siluisse latratum.*
Pluraliter Silius lib. 14 v. 21 *Latratus, & matutinos volucrum cantus transmittere*, quarto casu.

¶ Latrator, ōris, [*Cerberus*,] ein belferer, Virg. Æn. 8 v. 698. *Latratores Molossi*, Martial. 12 epigr. 1.

¶ Latrābilis, e, latrans, bellend. Cæl. Aurel. Acut. 3 cap. 11 *Vox obtusa & veluti latrabilis.*

Composita:

¶ Allātro, are, anbellen. Livius lib. 38 cap. 54 *Cato allatrare Africani magnitudinem solitus erat.* Et Plin. lib. 4 cap. 5 *Peloponnesiorum tot maria allatrant.*

¶ Circumlatrare, umher bellen. Paulinus Nolanus epist. 1 [al. 6] n. 2 *Si nos profana vel stulta quorumdam secularium verba circumlatrent.* Et Avienus Perieg. v. 48 *totum hoc circumlatrat æstus.*

¶ Conlatrare, pro detrahere vel obtrectare, übel nachreden, schmähen. Apud Senecam est de Vit. beat. cap. 17 *Philosophiam conlatrare.*

¶ Ēlatrare, herausschreyen, bellen. Horat. lib. 1 epist. 18 v. 18 *Acriter elatrare.* Et Tertull. de Pallio cap. 5 *Jura non conturbo, caussas non elatro.*

¶ Illatrare, hinein bellen. Silius lib. 13 v. 845

illatrat jejunis faucibus orcus.

Et Lucanus lib. 6 v. 729 *Manibus illatrat.*

¶ Interlatrare, darzwischen belfern. Paulinus Nol. epist. 4 [al. 41] n. 4 *inter nos & Deum peccatis interlatrantibus.*

¶ Oblatrare, entgegen bellen. Silius 8 v. 250

Intima dum vulgi fovet, oblatratque senatum.

¶ Oblatrātrix, īcis, eine widerbelferin. Plaut. Mil. a. 3 sc. 1 v. 85

Licuit uxorem dotatam genere summo ducere,
Sed nolo mihi oblatratricem in ædes intromittere.

LĀTRŌ, ōnis, plur. latrones, milites quondam dicebantur conducti, à λατρεύειν, inservire, vel à mercede, quæ græce λάτρον; vel tanquam à latere servi, qui nunc satellites & corporis custodes dicuntur, trabanten. Plaut. in Milit. a. 1 sc. 1 v. 75 *Rex Seleucus me opere oravit maximo, ut sibi latrones cogerem, & scriberem.* ¶ 2. Nunc prædones sunt, publica itinera infestantes, vel quod à latere adoriantur, vel quod latenter insidientur, Festus & Brisson. in Lexic. hac voce, strassenräuber. conf. Reinef. 2 Lect. Var. cap. 7 p. 272. *Vivere latronum ritu, & tantum habere, quantum rapere possis*, Cic. 2 Philippicâ cap. 25. Et Martial lib. 11 epigr. 59

Quid si me tonsor, cum stricta novacula supra est,
Tunc libertatem divitiasque roget?
Promittam. Nec enim rogat illo tempore tonsor:
Latro rogat: res est imperiosa timor.
Sed fuerit curvâ cum tuta novacula thecâ,
Frangam tonsori crura manusque simul.

¶ Latruncŭlus, i, diminutivum, ein spitzbube. Cic. Provinc. cons. c. 7 *Res in Sardinia cum Mastrucatis latrunculis a proprætore gesta.* ¶ 2. *Latrunculi* nomen scrupis etiam illis est, quibus ludimus, die steine im schachspiel. *Ludere latrunculis*, Plin. 8 cap. 54, & Senec. epist. 106. conf. Vopisc. in Proclo cap. 13, & Macrob. Saturn. 2 cap. 5. Hinc

¶ Latruncŭlārius, a, um, zum schachspiel gehörig; ut, *Latruncularia tabula*, apud Senec. epist. 117.

¶ Latruncŭlātor, ōris, judex, qui latronibus conquirendis, & supplicio afficiendis præest, ein blut-voigt. Lege 66 extrema Dig. de Judiciis.

¶ Latrōcĭnor, atus sum, ari, latronum more prædari, auf der strassen rauben. Cic. 1 Nat. D. cap. 31 *Tot millia latrocinantur morte propositâ.* Plinius lib. 9 cap. 42 *latrocinari ex occulto.* Cum accusativo Eutropius lib. 3 cap. 2 extr. *Histri latrocinati naves Romanorum fuerant.* ¶ 2. *Latrocinari* etiam militare est apud Plaut. Trin. a. 2 sc. 4 sub fin. *Ibit istac aliquo latrocinatum.* conf. Idem Mil. a. 2 sc. 6 v. 9, & Pœn. a. 3 sc. 3 v. 90.

¶ Latrōcĭnātio, ōnis, ipsa latrocinandi actio, rauberey, strassenraub. Plin. 19 cap. 4 *Coëgit multitudinis innumeræ sæva latrocinatio.*

¶ Latrōcĭnium, i, idem. *Tueri fines ab excursionibus hostium & latrociniis*, Cic. pro Dejot. cap. 8, für streiffen der feinde, und strassenräuberey. *Latrocinia depellere*, Id. ad Q. frat. lib. 1 epist. 1 cap. 8. *Latrocinium facere*, Seneca epist. 7. *Agitare latrocinia*, apud Tacitum lib. 12 Ann. c. 27. ¶ 2. *Latrocinium* sæpe est fraus, insidiæ, betrug. Sallustius Jugurth. c. 9 *furtim & per latrocinia potius, quam bonis artibus ad imperia & honores nituntur.* Cic. pro Rosc. Amer. cap. 22 *putares hîc latrocinium, non judicium futurum.* Sententia est, se credidisse, hac fraudulenta parricidii accusatione, nemine caussam Sexti Roscii agente, Roscium facile damnatum. *Grævius.* ¶ 3. Interdum pro militia sumitur. Cic. in Catil. 2 cap. 1 *Bellum justum geremus; cum illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium conjecimus.* conf. Nonius cap. 2 n. 508.

¶ Latrōcĭnālis, e, räuberisch. Apulej. lib. 2 Miles. *Quodcunque vel ignotorum miseratione, vel amicorum benevolentiâ extraximus, id omne latrocinalis invasit manus.* Ammianus 31 cap. 16 extr. *latrocinales globi.* Et lib. 27 cap. 2 *latrocinalia castra.*

¶ Latrōcĭnālĭter, adverb. idem. Martian. Capella lib. 6 *latrocinaliter interimere.*

LĀTVS, a, um, amplus, weit, breit, cui opponitur *angustus.* Virg. 8 Æn. v. 8 *latos vastant cultoribus agros.*

Sic dicimus, *latum unguem, digitum, culmum discedere*, eines nagels, fingers, halms breit von etwas weichen. *Oratio liberior & latior*, Cic. de Clar. Orat cap. 31. *Latissima tæda*, Juvenal. satyr. 12 v. 59.

¶ Lātè, adverb. idem. *Latius actæ prædæ*, Livius lib. 2 cap. 60. *Late longeque diffusa laus Pompeji*, Cicero pro Cornel. Balb. cap. 5, weit und breit. *Latius opinione disseminatum est hoc malum*, ist weiter kommen, als jemand gedacht. *Latissimè patere*, Idem 2 de Fin. cap. 16, weit um sich greiffen, sich weit ausstrecken. *Latius se fundere*, Idem in Orat. cap. 35. Et, *Fidei bonæ nomen manat latissime*, Idem Offic. 3 cap. 17. Sic, *Ingenii velis latissime vehi*, Plin. lib. 4 epist. 20. *Latius aliquid narrare*, est aliquid affingere addereque gestis, dum enarrantur. Cæsar lib. 2 de Bello Civili cap. 17 *Atque hæc ad eum latius atque inflatius Afranius perscribebat.* Id vero homines plerumque in rebus lætis exponendis facere solent: Cicer. Philipp. 1 cap. 3 *Fit plerumque, ut, qui bonum aliquid volunt referre, affingant aliquid, quò faciant id, quod nunciant, latius.* Sed Gruterus ibi *lætius* legit. Tacitus id elegantissime *prosperitate rerum in vanitatem uti* dixit Agric. cap. 58.

¶ Perlātè, adverb. sehr weit, sehr breit. Cicer. de Orat. lib. 2 cap. 4 *Id in sermonis nostri consuetudine perlate patet.*

¶ Lātĭtūdo, ĭnis, die breite. *Crescere in latitudinem*, Columella de Arbor. cap. 17, sich ausbreiten, in die breite geben. Et, *Immensitas latitudinum*, Cic. 1 Nat. D. cap. 11.

¶ Lātesco, ĕre, latum fieri, breit werden, oder breit seyn. Manil. lib. 1 v. 680 *bis sex latescit fascia partes.* Et Columella lib. 2 cap. 19 *Rapæ non in ventrem latescunt.*

¶ Laticlavus, laticlavius, laticlavialis, vide *Clavus.*

¶ Lātĭfĭco, are, latum facere, breit machen. Gloss. gr. lat. πλατύνω, *latifico.*

¶ Lātĭfŏlius, a, um, breit-blätterich; ut, *Laurus latifolia*, mit breiten blättern, Plin. 15 c. 7. etiam *myrtus latifolia*, ibidem. Adde lib. 16 c. 6.

¶ Lātĭfundium, i, fundus latus & amplus, ein breiter grund oder acker. Plin. 18 cap. 6, & Senec. epist. 88.

¶ Lātĭlŏquens, tis, weitläufftig in reden. Gloss. gr. lat. πλατυλόγος, *latiloquens.*

¶ Lātĭpes, ĕdis, breitfüßig. Avienus Prognost. Arat. v. 358

Latipedemque anatem cernes excedere ponto.

¶ Æquĭlātātio, vide *Æquus.*

¶ Collātatus, a, um, ausgebreitet; ut, *Collatata ac diffusa oratio*, legitur apud Cicer. in Orat. cap. 56 a *Collatare.*

¶ Dīlāto, are, ausbreiten, erweitern: ut, *Dilatare imperii fines*, weiter ausstrecken. *Dilatare orationem*, est copiosam efficere, Cic. pro Flacc. cap. 5. *Dilatare aciem*, weiter aus einander stellen, Liv. 31 cap. 21. *Dilatare rictus*, den rachen auffsperren, Ovid. Met. 6 v. 378. *Nec aliud laxius dilatatur*, Plin. 33 cap. 3.

¶ Dīlātatus, a, um, ausgebreitet. Cic. de Leg. 3 cap. 14 *Hæc lex dilatata in ordinem cunctum, coangustari etiam potest.* Idem Offic. 1 cap. 22 *imperium dilatatum*: Sed Gronovius ibi reposuit *datum.*

¶ Prolāto, are, & Prolatatio, vide *Profero* in *Fero.*

LĀTVS, i, λάτος, piscis est marinus & Niliacus, coracino similis, de quo Athenæus.

LĂTVS, ĕris, πλευρὰ, die seite. *Sedere ad latus alicujus*, vel, *Lateri alicujus assidere*, einem an der seiten sitzen. *A latere*, zur seiten. Id κατ' ἐξοχὴν de satellitibus dicitur, & de intimis ac familiaribus. Livius lib. 24 cap. 5 *Ab latere inde eos nominat tyranni, quorum capita vilissima fingenti inter dolores gemitusque occurrebant.* vide ibi Gronovium. Curtius quoque lib. 3 cap. 5 extr. *quum ad perniciem ejus etiam à latere ipsius pecunia sollicitaret hostis.* Sic, *Ensem lateri accingere*, den degen an die seiten gürten. *Latus alicujus tegere*, itemque *claudere*, est ad latus alicujus incedere, & quidem à læva, neben einem zur lincken gehen, vide Torrent. in Horat. lib. 2 sat. 5 v. 17, & Sueton. Claudio cap. 24 extr. *Latus alicui fodere*, einen ein wenig stossen, quod facere solent, qui quem cujusdam monere volunt; Horat. 1 epist. 6 v. 50

Mercemur servum, qui dictet nomina, lævum
Qui fodiat latus, & cogat trans pondera dextram
Porrigere.

Latus mundi, Horat. lib. 1 od. 22 v. 19, das theil der welt. *Tegere latus* dicebantur gladiatores, qui defendebant, ne inferretur ictus, cum id maxime peti soleret. Hinc, *latere tecto discedere*, apud Terent. Heaut. a. 4 sc. 2 v. 5, est tute & extra periculum discedere: Contra *nudum latus*, quod expositum periculis, atque ad ictus patet. Tibullus lib. 1 eleg. 4 v. 46 *Sæpe dabis nudum, vincat ut ille, latus*, sich bloß geben. Florus lib. 3 cap. 5 *Nudumque imperii latus ostentabant procul Marius & Sulla.* Sic & *Apertum latus* Sisenna apud Nonium dixit cap. 3 n. 5. *Latus præbere*, pro, nudum latus dare, Seneca dixit præfat. lib. 4 Quæst. Natural. cui & qui id faciunt, *patere* simpliciter eidem dicuntur. ¶ 2. Pro laterone, seu eo, qui latus tegit, *latus* usurpat Martial. lib. 6 epigr. 68

Eutychus ille, tuum, Castrice, dulce latus.

¶ 3. Etiam *Latus* pro genere, familiâ. Plinius lib. 3 epist. 10 *à meo tuoque latere*, auf väterlicher und mütterlicher seiten. ¶ 4. *Latus* etiam in vehementiori vocis commotione describenda adhibetur. vid. Cic. Verr. 4 cap. 21 n. 52, & Plin. 2 epist. 11 n. 15 & Cellarii ibi notas.

¶ Lătuscŭlum, i, diminutivum, ein seitlein. Lucret. 4 v. 311 *Speculorum latuscula.* Catull. epigr. 22 *laneum latusculum.*

¶ Lătĕrālis, e, zur seiten gehörig; ut, *Dolor lateralis*, seitenwehe, Plinius 21 cap. 21. Substantive *Lateralia* sunt capsulæ, in quibus ad ephippium suspensis necessaria in itinere recondimus, hulfftern, reittaschen. Scævola l. 102 ff. de legat. & fid. 3 *pecuniam in lateralibus condidit.*

¶ Lătĕrāni, satellites, à latere, qui & *Laterones*, vel contracte *Latrones*, qui circum latera habebant ferrum. vide Varr. de L. L. 6 cap. 3, & supra *Latro.* Lateranos etiam a latendo dictos vide in *Lateo.*

¶ Lătĕrārius, a, um, adject. auf der seite; ut, *Laterarium lignum*, ein seiten-bret, Vitruv. lib. 10 cap. 20.

¶ Lătĕrātim, adverb. ex utroque latere, auf beyden seiten. Guil. Brito Phil. 7 v. 112 *Has facit in medio lateratim flumine mergi.*

¶ Lătĕrensis, e, unter der leibgarde. Tertull. adv. Marc. 4 cap. 43 *laterensibus uti*, i. e. satellitibus, qui sunt à latere.

Lavacrum, lavatio, &c. vide *Lavo.*

LAVDEMIVM, vel Laudimium, i, præmium, quod præstatur pro renovatione emphyteutica, l. 3 C. de Jur. Emphyt. lehn-geld.

LAVDO, avi, atum, are, significat nominatim citare, atque ad sui defensionem accersere. Plaut. in Captiv. a. 2 sc. 3 v. 66 *Jovem supremum testem laudo*, ich beruffe mich. Cicer. de Orator. 3 cap. 18 *Auctores certissimos laudare possum.* ¶ 2. *Laudare*, est laudem tribuere, laude afficere vel ornare, loben, herausstreichen. Cic. lib. 6 fam. epist. 12 *Placet Hector ille mihi Nævianus, qui non tantùm laudari se lætatur, sed addit etiam, à laudato viro.* Idem pro Roscio cap. 12 *Hunc pro dignitate laudare nemo satis commode potest.* Sic, *Lauda parce, Vitupera parcius.* * Laudamus ore & verbis. Tacitus tamen dixit *laudare armis*, de Moribus Germ. cap. 12: *Si displicuit sententia, fremitu aspernantur, si placuit, frameas concutiunt. Honoratissimum assensus genus est, armis laudare.* Grævius.

¶ Lauda-

¶ Laudātus, a, um, gelobt. Ovid. de Pont. 4 epist. 2 v. 35 *Laudataque virtus crescit.* Plinius lib. 12 cap. 8 *Saccaron & Arabia fert: sed laudatius India.* Ovid. 9 Metam. v. 715 *Virgo laudatissima formæ dote.*

¶ Laudator, ōris, ein lob-erheber. Cicer. pro Flacc. cap. 26 *His utitur laudatoribus Flaccus, his innocentiæ testibus.* Plinius lib. 2 epist. 1 de funere Virginii Rufi: *Laudatus est à consule Corn. Tacito. Nam hic supremus felicitati ejus cumulus accessit, laudator eloquentissimus.*

¶ Laudatrix, īcis, eine lob-erheberin. Cicer. lib. 3 Tuscul. cap. 2 *Vitiorum laudatrix fama populosa.* Et Ovidius Heroid. epist. 17 Helenæ v. 126 *Laudatrix Venus est invidiosa mihi.*

¶ Laudatio, ōnis, differt à *laude*. Exigit enim vocem, ut Seneca ait epist. 102, eine lobrede, rühmung. *Laudationem alicui decernere*, Cicer. 6 in Verr. cap. 65. Et, *Laudatio funebris*, Quintil. lib. 3 cap. 7, eine leich-predigt, parentation.

¶ Laudabilis, e, löblich, rühmlich. Horat. de Arte Poët. v. 408

Naturâ fieret laudabile carmen, an arte,
Quæsitum est, &c. das zu loben ist.

Comp. *Laudabilior*, Cic. in Orat. cap. 20. Et Livius 36 cap. 21 *Exercitus modestiâ post victoriam, quam ipsa victoriâ laudabilior.* ¶ *Laudabilia* dicebantur loca auctorum notatu digna, & quorum usus esse egregius posset; Græce dicebantur χρηστά: unde & χρηστομαθεῖαι, ejusmodi selectæ sententiæ appellabantur. vid. Joseph. Scalig. Notis ad lib. 1 Varronis de re rustica, itemque Casauboni notas ad lib. 3 Laërtii.

¶ Laudābĭlĭter, adverb. idem; ut, *Recte, honeste, laudabiliter vivere*, Cicero lib. 5 Tusc. cap. 5.

¶ Laudābĭlĭtas, ātis, die löblichkeit. Lege 1 Cod. de metallariis, Comes metallorum hoc titulo ornatur: *Laudabilitas tua.*

¶ Laudātīvus, a, um, lobend; ut, *Genus laudativum*, quod demonstrativum dicitur. Et Quintilianus 2 cap. 15 *Laudativa Rhetorices pars*: ac Ammianus lib. 16 cap. 1 *laudativa materies.*

¶ Laudātōrius, a, um, idem. Fulgent. 1 Myth. *Laudatorio palmulæ tactu alicujus mulcere cæsariem.*

¶ Laus, laudis, das lob. *Laude dignus*, lobens werth. *Afficere laude*, Cic. 2 Offic. c. 13, loben. *Laudibus summis ad cælum extollere*, Cic. 9 fam. ep. 14, aufs höchste loben. *Laudem obterere*, Nepos in Timoleonte c. 1 n. 5, & *deterere* Horatius dixit lib. 1 oda 6 v. 12, verkleinern. *Laude cumulari*, Cicer. lib. 1 de Orat. cap. 26. Et, *Laudi alicui dare aliquid*, pro Plancio cap. 36, etwas an einem wohl sprechen oder loben. *Fraudare aliquem debitâ laude*, Quintil. 2 cap. 14, einen seines gebührenden lobs berauben. *Nulla tam odiosa narratio, quàm sui ipsius laus*, es ist verdrießlich zu hören, wenn sich einer selbst lobet. Tribuit Themistio Stob. ὐδὲν ὕτως ἄκυσμα φορτικὸν, ὡς ὁ καθ' αὑτῦ ἔπαινος. Veram autem laudem ita notavit Cicero lib. 15 fam. ep. 6 ad Caton. *Ea est profecto jucunda laus, quæ ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt.* Plinius lib. 7 epist. 32 ex Xenophonte: ἥδιστον ἄκυσμα ἔπαινος. ¶ 2. Porro, sicuti *Honor* pro præmio ac munere, ita pro eodem & *Laudis* poni aliquando vocem, atque Horat. quidem lib. 1 epist. 7 v. 24 sic posuisse, contendit Marcilius. Verba Horatii sunt:

Dignum præstabo me etiam pro laude merentis.

id est, dignum præstabo me beneficio promerentis, hoc est, optime de me merentis patroni. Nam cum dicit *pro laude merentis*; tmesis est, pro *laude promerentis*. Sed optime etiam ad ipsum poëtam referre hæc possumus, ita, ut *laudis* suam usitatam notionem retineat. Quasi dicat, efficiam, ut cum laude dicat meruisse, quæ contulisti in me.

¶ Laudĭcœnus, i, ein schmarutzer, tellerlecker. *Laudicæni* dicti, qui cœnas aut sportulas expectantes acclamationibus operam dabant. Sic σοφοκλεῖς latine reddidit Plinius 2 epist. 14.

¶ Laudĭdignus, a, um, lobens werth. Gloss. gr. lat. ἐπαίνυ ἄξιος, *laudidignus.*

¶ Laudĭfico, are, loben. Gloss. gr. lat. ὑμνῶ, *laudifico.*

¶ Multĭlaudus, vide infra *Multus.*

Composita cum præposit.

¶ Collaudo, are, cum aliis laudare, mit loben. Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 9 v. 60 *Collaudavi secundum facta, & virtutes tuas.* Cicer. ad Attic. lib. 1 epist. 16 *Clementiam Cæsaris per litteras collaudare*, schrifftlich loben. *Ab omnibus collaudari*, Idem lib. 1 fam. epist. 7.

¶ Collaudātus, a, um, belobt. Statius Theb. 6 v. 490

victusque & collaudatus abisset.

¶ Collaudātio, ōnis, die herausstreichung. Auct. ad Herenn. lib. 2 c. 9 *Scriptoris collaudatione.*

¶ Collaudātor, ōris, ein lobsprecher. Augustinus Confession. lib. 4 cap. 14 extr. *nullo collaudatore mirabar.*

¶ Collaudābĭlis, e, lobens werth. Prudentius Hamartig. v. 692

nec bonus est, nec collaudabilis ille.

¶ Dīlaudo, are, hin und wieder, mannigfältiger weise loben. Cic. ad Attic. lib. 6 epist. 2 *Quos tu dilaudas libros.*

¶ Illaudātus, a, um, qui in omni re atque tempore laude omni vacat, quique omnium pessimus deterrimusque habetur, unbelobt, Gell. lib. 2 cap. 6, & ibidem rursus: *Illaudatus est, quasi illaudabilis & innominabilis, qui neque mentione aut memoriâ ullâ dignus est*, einer so nicht werth ist, daß man seiner gedencke. vid. *Busiris*, ibique locus Virgilii. Plin. 7 epist. 26 *Gubernator cum placido mari vehitur, tunc admirante nullo illaudatus, inglorius subit portum.*

¶ Illaudābĭlis, e, nicht lobens werth, Gell. lib. 2 cap. 6 ut dictum.

LAVER, ĕris, neut. & fœm. apud Plin. 26 cap. 8 herba est, quæ & *Sium*, σίον, dicitur, wassereppig, brunnkresse.

LĂVERNA, æ, Dea Romanorum, quam fures precabantur, ut instituta sua prosperaret. Horat. lib. 1 epist. 16 v. 60 *Pulchra Laverna, Da mihi fallere*, &c. Ausonius epist. 4 extr. pro plagiario alienorum scriptorum posuit:

Hic est ille Theo poëta falsus,
Bonorum mala carminum Laverna, &c.

Vide Festum & ibi Scaligerum. Acro in Horat. lib. 1 epist. 16 LAVERNA *dicta est à* LAVANDO: *nam fures* LAVATORES *dicuntur.* Quid si à LEVANDO potius dictam, & E in A, euphoniæ causâ, mutatum putemus? *Levare* enim furari est: & *Levatores* fures, de quo infra suo loco. Hinc

¶ Lăvernio, ōnis, id est, fur, ein dieb: apud eumdem Festum, quod sub Lavernæ tutela esset, in cujus luco obscuro abditoque soliti furta prædamque inter se luere *Laverniones.* Hinc &

¶ Lăvernalis, e; ut, *Lavernalis porta* apud eumdem.

LĀVĪNIA, æ, Latini filia, Æneæ uxor: Virg. 6 Æn. v. 764.

¶ Lāvīnium, i, urbs Latii, ab Ænea condita, & uxoris nomine appellata: Virg. 1 Æn. v. 262.

¶ Lāvinius, & Lāvīnus, a, um, adject. ut, *Arva Lavinia*, Virg. Æn. 4 v. 236. Et, *Lavina littora*, Æneid. 1 ineunte.

¶ Lāvīnius, i, prænomine *Luscius*, vetus comœdiarum poëta, Terentii zoilus, & reprehensor perpetuus: itaque in omnium comœdiarum prologis maledicta ejus refellit, dissimulato tamen per modestiam nomine ejus. Hinc & B. Hieronymus calumniatores suos & Momos, & Lavinios dixit: ut lib. 1 epist. 31 *Igitur & noster Luscius Lavinius fruatur testibus*, i. e. *fautoribus suis.* Item lib. 1 advers. Ruffinum: *Sin autem contra invidos loquor & L. Lavinium vel Ann. Pollionem styli mei mucro convulnerat.* Vulcatius Sedigitus apud Gellium lib. 15 cap. 24 huic Luscio nonum inter latinos Comicos locum dedit.

LĂVO, lāvi, lăvatum, lautum & lōtum, lăvare, est abluere, aquâ purgare, waschen, baden. Veteres aliquando & in tertia flexione *Lavere* dixerunt, quamquam & Horatius 3 od. 12 v. 2 ita posuit. Plaut. Amphitr. a. 5 sc. 1 v. 50 *Postquam peperit pueros, lavere nos jussit.*

¶ Notanda est differentia inter *Lavare* & *Lavari* ex Varrone lib. 8 de L. L. cap. 61, *Et lavant & lavantur dicitur separatim recte in rebus certis: quod puerum nutrix lavat, puer à nutrice lavatur. Nos in balneis & lavamus & lavamur. Sed consuetudo alterutrum cum satis haberet, in toto corpore potius utimur*, lavamur; *in partibus* lavamus: *quod dicimus* lavo manus; *sic* pedes *& cætera. Quare & in balneis non recte dicunt* Lavi: Lavi manus *recte*, &c. Plautus tamen hoc non attendit, cujus in Truc. a. 2 sc. 3 ipso principio statim versus isti sunt:

Pisces ego credo, qui usque dum vivunt, lavant,
Minus diu lavere, quam hæc lavat Phronesium.
Si proinde amentur mulieres, diu quam lavant,
Omnes amantes balneatores fient.

Item, Terentius Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 47 *Cape hoc flabellum, & ventulum huic facito, dum lavamus: Vbi nos laverimus, si voles, lavato.* Vbi *lavere* pro *lavare*, de toto corpore dicuntur, contrà, quàm Varro faciendum existimavit. Similiter *tondere* dicuntur, qui tondentur: apud Virgil. & Horat. vid. Taubm. ad Virgil. p. 9, & ad Plautum Trucul. a. 2 sc. 3 p. 1190. B. Hieronymus lib. 1 epist. 45 ad Asellam: *Tibi placet lavare quotidie: alius has mundicias sordes putat.* Vltimum addit, quod balnea aliquando luxuriæ notam traherent. vide supra *Balneum*: & Casaubonum de Caldariis in Histor. Augustam. *Lavatum ire*, ins bad gehen, Horat. 1 sat. 6 v. 125. ¶ *Lavavit* pro *Lavit* etiam dixit Plautus Truc. a. 1 sc. 2 v. 94.

¶ Lautus, & Lōtus, a, um, gewaschen: ut, *Tene asymbolum venire unctum atque lautum è balneis?* Terent. in Phorm. a. 2 sc. 2 v. 25. *Qui modo lotus in unda*, Stat. 1 Silv. 5 v. 62.

¶ Lautus, a, um, adject. elegans, mundus, reinlich, hübsch, köstlich, herrlich, ducta notio ex priore participii, quia, quod lavatur, mundum fit atque nitidum. Terent. in Heaut. a. 4 sc. 5 v. 50 *Omnes te in lauta & bene aucta parte putant*, iederman hält dich für den, der seine nahrung sehr wohl habe. Cicero pro Flacc. cap. 36 *Lautum patrimonium dissipare*, ein stattliches guth durchbringen. *Cæna lautior*, Sueton. Galbâ cap. 12. *Lautiores epulæ*, Stat. 1 Silv. 6 v. 32. *Lautissima vina*, Plin. lib. 14 cap. 13. ¶ 2. Dives, reich, wohlhabend. *Lautus eques Romanus*, C. Nep. Attico cap. 13 n. 6. *Lautissimi solent esse in iis locis* &c. Cic. pro Plancio cap. 26.

¶ Lautiuscŭlus, a, um, diminut. etwas ansehnlich, etwas köstlich. Apulejus lib. 7 Metam. p. 191 *vestem lautiusculam proferunt.*

¶ Lautè, adverb. wohl, herrlich, köstlich: ut, *Laute esse vestitum*, reichlich und wohl gekleidet seyn. *Laute exornatus*, Plaut. Casin. a. 4 sc. 1 v. 10. *Laute munus administrato tuum*, Terent. in Adelph. a. 5 sc. 1 pr. *Laute vivere*, i. e. splendide, liberalius sibi indulgere, Nepos Chabr. cap. 3. *Villa lautius ædificata*, Cic. lib. 2 de Legib. c. 1.

¶ Lautitia, æ, elegantia, mundicies in cibo & vestitu, pracht, niedlichkeit, reinlichkeit. Sueton. Cæsare cap. 46 *Lautitiarum studiosissimus*: & in Augusto cap. 71 *invidiam lautitiarum refutare.* Plinius lib. 9 cap. 35 regina *lautitiam ejus omnem apparatumque obtrectans.* De luxu Antonii loquitur. Et

¶ Lautĭtas, ātis, die köstlichkeit. Gloss. gr. lat. πολυτέλεια, *lautitas.*

¶ Lautia, orum, apud Livium legimus 28 cap. 39, & lib. 30 cap. 17 extr. & lib. 33 cap. 24, & lib. 45 cap. 20 pro esculentis, supellectile aliisque ad victum lautiorem necessariis, quæ hospitibus dabantur, aut legatis, das tractament. vide & Festum ibique Scalig.

¶ Lautŭlæ, arum, locus extra urbem, ubi, quia aqua fluebat, lavandi usum exercebant. Festus.

¶ Lăvātio, ōnis, balneum, ein bad. Cic. lib. 9 fam. ep. 5 *Antè te certiorem faciam, ut lavatio parata sit.* Tertull. de Baptismo c. 5 pr. *ipsos etiam deos suos lavationibus efferunt.*

¶ Lăvācrum, i, idem. Claudian. 2 in Eutrop. v. 410 *Avidus splendere lavacris.* Et Gellius lib. 1 cap. 2 *lavacris nitidis.* Alcimus mediam corripuit contra originem. Est enim à *lavatum*, supino. vid. ipse lib. 5 v. 702, & lib. 6 v. 191.

¶ Lăvātrīna, æ, idem olim quod nunc balneum dicitur. vid. Nonius cap. 3 n. 131. Vnde & contracte *Latrinam* esse putat, de qua supra in *Lateo.*

¶ Lōtūra, æ, das waschen. Apud Plinium est pro ablutione, lib. 33 c. 7 *prima lotura*; item, *sequens lotura*, qua aliquid fit dilutius.

¶ Lōtio, ōnis, idem. De manuum crebra lotione in conviviis Lips. lib. 2 Saturn. cap. 1. De lotionibus Deorum in caris sibi amnibus, Barth. ad lib. 2 Thebaid. Statii p. 646. vide v. g. Silium lib. 8 v. 364.

¶ Lōtium, i, urina, à diluendis corporibus sic dicitur, der urin, harn. *Lotium reddere*, das wasser lassen. Lucretio, &, qui eum imitatus,

Sammo-

Sammonico Sereno eleganter & verecunde *saccatus corporis humor* vocatur. Percolatur enim per corpus quasi sacco. Arnobius absolute *saccatum* vocat. vide infra in *Saccus*. Sic Cato cap. 122 *Si lotium difficilius transibit*, & cap. 7 *lotium suillum*. Vespasianus apud Suetonium c. 23 *reprehendenti filio Tito, quod & urinæ vectigal commentus esset, pecuniam admovit ad nares, sciscitans, num odore offenderetur? at illo negante, atqui, inquit, è lotio est.*

¶ Lōtor, ōris, **ein wäscher.** Apud Fabrett. Inscript. p. 435 DIANAE AVG. COLLEG. LOTOR SACR. Hinc &

¶ Lotrix, īcis, ex vulgari usu, **eine wäscherin.**

Composita:

¶ *Abluo, Alluo, Colluo, Diluo, Eluo*, & alia composita & derivata infra ad *Luo* relata vide. Huc pertinent:

¶ Circumlăvo, are, **benetzen, umher waschen.** Hyginus fab. 276 *Ægyptum Nilus circumlavat.*

¶ Elăvo, are, **auswaschen.** Plautus, *Elavare se bonis*, **ausbaden und nichts behalten,** dixit in Asinaria a. 1 sc. 2 v. 9.

¶ Elōtus, a, um, **ausgewaschen.** Columella 12 cap. 50 sub fin. *oliva elota.*

¶ Illōtus, a, um, **ungewaschen:** ut, *Illoto sermone uti*, **unflätige rede führen,** Declam. in Sallustium. *Illoto versu*, id est, rudi, incomto, Rutilio Numatiano lib. 1 v. 422 restituit ὁ πάνυ Grævius, cujus animadversionem relegere operæ pretium omnino est. ¶ *Manibus illotis*, Plaut. Pœn. a. 1 sc. 2 v. 103, i. e. irreverenter, **ohne zucht, mit ungewaschenen händen.** *Illotis manibus protinus materiam tractare*, Gajus lege 1 D. de orig. jur. ¶ Item, *Illotis pedibus ad sacra irrumpere*, vide Chiliad. **wie eine sau zum troge.**

¶ Perlăvo, are, **auswaschen.** Tertullian. de Pœnit. c. 4 *Te peccatorum fluctibus mersum perlavabit.* Et Apicius lib. 8 c. 7 *liquamine perlavabis.*

¶ Prælăvo, ĕre: ut, *Os prælavere*, **den mund vorher ausspühlen.** Apul. Apol. p. 278 *Qui sese scit rationem promturum neque inutilem, neque injucundam, ejus merito os, ut bono potui poculum, prælavitur.*

¶ Prælautus, a, um, valde lautus, **sehr herrlich.** Suetonius Vitellio c. 2 *Prælautus alioqui famosusque cœnarum magnificentiâ.* Add. in Nerone cap. 30.

¶ Relăvo, are, **wieder waschen.** Lucret. 6 v. 799 *Calidis etiam cum te relavaris.* Sed Lambinus reposuit: *etiam cunctere lavacris.*

¶ Semilautus, a, um, **halbgewaschen.** Catullus carm. 55 *Semilauta crura.*

¶ Sublăvo, are, **ein wenig waschen, netzen.** Apul. de Herb. cap. 7 *Herbæ solatæ succo se sublavet.* Idem c. 113 *inde se sublavet.*

LAVRAGO, ĭnis, herba sic dicta. Apul. de Herb. c. 58.

Laurea, laureatus, &c. vide *Laurus.*

LAVRENTIA, æ, Romuli & Remi nutrix, secundum quosdam, Faustuli pastoris uxor, propter pulchritudinem & rapacitatem corporis quæstuosi Lupa à vicinis dicta. vide Liv. lib. 1 cap. 4. Plutarch. Romulo p. 1920, & Lactant. lib. 1 cap. 20. *Accam Larentiam* vocat Macrobius Saturn. lib. 1 c. 10.

¶ Laurentalia, ium, Laurentiæ festa. vide Varr. lib. 5 de L. L. & Scal. in Conject. itemque Plut. d. l. celebrantur x Kal. Junii. Macrobius l. c. *Larentinalia* nominat, & Festus *Larentalia.*

¶ Laurentum, i, oppidum Italiæ est in Latio. Λαύρεντον, à quo

¶ Laurens, tis, qui ex Laurento est, vel quod ad Laurentum pertinet: ut, *Laurens Turnus*, Virg. Æn. 7 v. 650. *Laurens prædium*, Plin. 2 epist. 17. *Laurentia arva*, Virgil. Æn. 9 v. 100. Martial. lib. 10 epigr. 45

Ilia Laurentis cum tibi demus apri.

¶ Laurentīnus, a, um, idem quod *Laurens*, i. e. ad Laurentum oppidum pertinens. Plin. lib. 2 epist. 17 pr. *Laurentinum meum*, puta, prædium. Et Val. Max. 8, 5, 6 *Laurentina via.*

LAVREŌTIS, is, in, λαυρεῶτις, spodos; vide *Spodos*. Plin. lib. 34 cap. 13 *Fit in argenti fornacibus spodos, quam vocant laureotin*, **rost von hüttenrauch, silberasche.**

LAVRĬCES, um, leporum genus, quos Hispania cuniculos appellat, **kaninichen.** vid. Plin. 8 c. 55.

LAVRVS, i, & ûs, 2 & 4, **ein lorberbaum.** *Apollinea, Delphica, Phœbea*, à poëtis vocatur, quod Apollini sacra fuerit. Plin. lib. 15 cap. 30 pr. *Laurus triumphis proprie dicatur, vel gratissima domibus, janitrix Cæsarum Pontificumque, sola & domos exornat, & ante limina excubat.* ¶ *Lauri baccæ*, δαφνίδες, **lorbeeren.** Ceterum lauro vaticinandi vim tribuebant veteres: unde & Phœbades redditturæ oracula lauri folia comedebant. Lycophron Cassandra v. 3, Tibull. lib. 2 eleg. 5, tangit & Juven. sat. 7 v. 17. Hanc & afflari fulmine negabant. vide Plinium l. c. itemque Suetonium Tiberio c. 62. ¶ De *Lauru* Cæsarum domibus perpetuo affixâ Barthius in Claudiani Panegyr. de 4 Cons. Honorii v. 3, & Plin. l. c.

¶ Laurea, æ, folium lauri, & ex lauro corona, quæ in triumphis adhibebatur, **ein lorberzweig, lorberkrantz.** *Laurea magnis periculis parta*, Cicer. de prov. cons. c. 12, & c. 14 *Si in Capitolium invehi victor cum illa insigni laurea gestiret.* Idem in Off. lib. 1 c. 22

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.

Quem versum in Pison. c. 30 etiam sic recitat:

Cedant arma togæ, concedat laurea laudi.

¶ 2. *Laurea* & *Laurus* pro victoria sæpe ponitur: tum quod victoriæ laureatis litteris nunciarentur, tum quod in Jovis Capitolini gremio *laurea* à victoribus deponeretur, etiam cum triumphus ductus haud esset. v. Suet. Domitiano c. 6, & ibi Casaubonus atque Torrentius. *Laurus Indica* pro victoria Indica apud Stat. lib. 4 Silv. Ita *Parthica Laurus*, Plin. Paneg. Trajani c. 14.

¶ Laureus, a, um, adject. **von lorbern:** ut, *Laureus ramus: Laurea corona*, Plin. 15 c. 30.

¶ Laurĭnus, a, um, idem; ut, *Oleum laurinum*, **lorberöl,** Plin. 23 c. 4. *Laurina folia*, Idem Plin. 19 cap. 8.

¶ Laureŏla, æ, diminutivum, **ein lorberzweiglein.** *Laureolam in mustaceo quærere*, est, ex frivolis negotiis famam captare haut præclaram, **ruhm suchen in einer unrühmlichen sache.** Usus est Cicero in Epist. ad Att. lib. 5 epist. 20. vide Chiliad. ¶ Significat & *Laureola* qualemcunque triumphum. Cic. lib. 2 fam. epist. 10 *Velles, ut haberem tantum negotii, quod esset ad laureolam satis.*

¶ Laureŏlus, i, nomen latronis sceleratissimi & ob id in crucem sublati ac à feris laniati, ut Josephus auctor est. Id argumentum frequenter tractatum mimis, suadent Sueton. Calig. cap. 57. Juvenal. sat. 8 v. 186, & Martialis in Spectaculis epigr. 8. Sed Juvenal. Scholiastes argumentum Laureoli mimi aliter interpretatur, quam Josephus exponit.

¶ Laureo, are, coronare, **bekräntzen, bezieren.** Chrysolog. Serm. 66 *Postes tuos suis ulceribus laureavit.* Sarisb. epist. 298 *Ecclesia martyrum sanguine laureatur.* Hinc

¶ Laureatus, a, um, laureâ coronatus, **mit lorbern geziert:** ut, *lictores laureati*, Cic. 7 Attic. epist. 10. Et, *Laureati fasces*, de Divin. lib. 1 c. 28. *Postes laureati*, Quintil. 8 c. 6 p. 622, **pfosten mit lorberzweigen besteckt.** *Laureatæ tabellæ*, (Lamprid. in Alexand. c. 58) seu litteræ res lætas notant: *pinnatæ hastæ* res tristes. Gronov. ad Stat. Silv. p. 130. Barth. ad Claud. p. 308.

¶ Laurētum, i, silva laurorum, **ein lorber-wald,** Plin. 15 c. 30.

¶ Laurĭcŏmus, a, um, **der lorbern trägt:** ut, *Lauricomi montes*, Lucret. 6 v. 151.

¶ Laurĭfer, a, um, idem: ut, *Lauriferi currus*, Lucan. lib. 5 v. 332.

¶ Laurĭger, a, um, idem: ut, *Laurigeri triumphi*, Martial. lib. 3 epigr. 66.

¶ Baccalaureus, vide in *Bacca.*

Laus, laudis, vide paullo ante in *Laudo.*

LĀVS, i, dissyllabum, fluvius Lucaniæ. vid. Cluver. Ital. Ant. p. 1262.

LAVSVS, i, Mezentii filius, Virgil. Æn. 7 v. 649 &c. ¶ Item, Numitoris frater Iliæ Silviæ, quem Amulius patruus occidit. v. Ovid. Fastor. 4 v. 55.

LAVSVS, i, nomen appellativum, quo veteres pro lessu utebantur. vide *Lessus.*

Lautia, lautitia, vide paullo ante *Lavo.*

LAVTŬMIAE, arum, quasi λαοτομίαι, linguâ Siculorum, ut Asconius in Verr. de Præt. urb. refert, dicuntur lapicidinæ, id est, loca cæsis lapidibus exsecta. Præcipue ita nominatus est carcer Syracusanus, quem Cicero ultimâ Verrinâ cap. 27 descripsit: *Opus est*, inquit, *ingens, magnificum regum ac tyrannorum. Totum est ex saxo in mirandam altitudinem depresso, & multorum operis penitus exciso. Nil tam clausum ad exitus, nihil tam septum undique, nihil tam tutum ad custodias nec fieri, nec cogitari potest.* conf. ibid. c. 55. Hujus carceris meminit & Livius 26 c. 27, & 32 c. 26 f. vid. Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 17 c. 9. ¶ 2. Deinde quemvis carcerem & vincula publica significat, **der bau, das gefängniß.** Ulpianus Lege 1 § ult. de Aleatoribus: *aut multâ multetur, aut in lautumias vel vincula publica ducatur.* Videtur tamen aliquid laboris duri, ut in lapicidinis esse solet, hoc verbo adnotari. Plautus Pœnulo a. 4 sc. 2 v. 5 *Vel in lautumiis vel in pistrino mavelim ætatem agere.* Sidonius lib. 1 epist. 7 *lautumiis aut ergastulo inferri.* Siculas tamen lautumias simpliciter carcerem fuisse, præsertim elaboratas, non dubitatur. Scribitur & *Latomiæ*, de quo supra; & *Latumiæ*: sed optimus quisque liber *Lautumiæ* præfert.

¶ Lautumarius, i, qui sæpe fuit in carceribus & lautumiis, **ein gefangen sitzender.** Sic Cic. in Pison. c. 9 *Lautumarium Catilinæ*, unum è sceleratis illius asseclatoribus vocat; uti legit Turnebus Advers. 21 cap. 15. Aliis est *Laternarius.*

Lautus, a, um, vide supra *Lavo.*

LAX, fraus est, inquit Festus, unde *Lacire.*

LAXVS, a, um, remissus, dissolutus, **locker, schlaff, weit:** ut, *Funes laxi*, qui non contenti sunt. *Laxus calceus*, Horat. lib. 1 sat. 3 v. 31. Ovidius 1 de Arte Am. v. 516 *Nec vagus in laxâ pes tibi pelle natet*, **du solst nicht in weiten schuhen schlürffen.** Cic. de Amicit. c. 13 *Commodissimum est, quàm laxissimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas cùm velis, vel remittas*, **sehr schlaffe zügel.** *Laxæ vestes*, **geraume kleider,** Lucan. 8 v. 367. *Laxiora spatia*, Columell. 4 c. 30. Et, *Laxior terra*, Pallad. lib. 1 cap. 8. *Laxior stomachus*, Idem lib. 11 c. 14 n. 12.

¶ Laxè, adverb. **weit, geraum.** *Habitare laxe & magnifice voluit*, Cicer. pro Dom. c. 44. *Romanos, remoto metu, laxiùs licentiusque futuros.* Superl. *Laxissime.* Plinius lib. 2 c. 16 *Ab his Mercurii stella laxissime*, subaudi, *vagatur.*

¶ Laxĭtas, ātis, amplitudo, **die weite, geraumigkeit:** ut, *Laxitas domus.* Cic. pro Domo c. 44 *Ut facile omnium domos laxitate superaret.* Add. 1 Offic. c. 39. Et, *laxitas semitarum*, Columella lib. 4 cap. 18. *Aëris laxitas*, Palladius lib. 1 cap. 5. De valle loquitur laxiore, ubi aër & venti montium altitudine & compressione vicina non impediantur.

¶ Laxo, avi, atum, are, est remittere, **nachlassen, weit machen, lüfften;** cui opponitur *adducere* vel *adstringere*, **zuziehen, an sich halten.** *Laxare habenas cupiditatibus*, **den zügel lassen, raum geben, nachgeben.** *Laxare forum & explicare*, Cic. ad Att. lib. 4 ep. 16, **erweitern.** *Laxare animum à laboribus*, Livius lib. 32 cap. 5 pr. **das gemüth frey machen.** *Laxare se molestiis*, Lucejus ad Ciceronem lib. 5 epist. 14. *Laxari a vinculis*, Cicero de Senectute, pro liberari, **aus den banden gelöset werden.** *Laxare vincula epistolæ*, Corn. Nepos Paus. c. 4, **den brief öffnen.**

¶ Laxātus, a, um, **loßgemacht, nachgelassen, gelüfftet, erweitert.** Cicer. Somn. Scip. c. 3 *qui jam vixerunt & corpore laxati.* Idem de Senect. c. 3 *Libidinum vinculis laxati.* Lucan. 3 v. 548 *Classis laxata.* Tac. Hist. 3, 25, 2 *Laxati ordines.* Compar. *Lini membrana laxatior*, Plin. lib. 19 cap. 1.

¶ Laxatīvus, a, um, **laxirend, lindernd.** Cæl. Aurel. Tard. 2 c. 3 *Laxativa cataplasmata.*

¶ Laxāmentum, i, relaxatio, **die linderung, lüfftung.** Trebonius Ciceroni lib. 12 epist. 16 *Ego nactus in navigatione nostrâ pusillum laxamenti, concinnavi tibi munusculum*, &c. Id Germani non ineleganter dicunt, **ein wenig lufft kriegen.** Seneca epist. 7 *Lusus expectans, & sales, & aliquid laxamenti, quo hominum oculi acquiescunt*, **eine ergötzlichkeit.**

Compo-

Compoſita:

¶ Prolixus, a, um, à *Laxus* ſine dubio deducitur, lang, weitläufftig: ut, *Capillus prolixus*, lang haar, Terent. Heaut. a. 2 ſc. 3 v. 49. *Barba prolixa*, Virg. ecl. 8 v. 34. *Prolixiores pollices*, largius ſpatium, Columella lib. 5 cap. 6. Sic *per prolixum tempus* plus eſt, quam *diu*, eique opponitur Lege 3 § 3 Dig. de Re Militari. *Prolixo ſatis itinere*, Apulej. lib. 3 Mileſ. ſub fin. conf. Borrich. Vindic. p. 190. ¶ 2. Liberalis: ut, *Ariobarzanes prolixior in Pompejum*, Cic. 6 Attic. epiſt. 3. *Animus prolixus*, id eſt, liberalis, propenſus: ut, *Animo libenti prolixove aliquid facere*, Idem Cic. Capitoni ſub ep. 16 lib. 16 ad Attic. mit willigem und geneigtem gemüth. Et 3 fam. ep. 8 ſub fin. *Natura prolixa & benefica*. ¶ 3. *Prolixum corpus*, *exili* opponit Suetonius Claudio cap. 30.

¶ Prolixè, adverb. nach der länge, weitläufftig. *Arbores prolixe foliatæ*, Apulejus lib. 4 Mileſ. ſub initium. *Prolixe promittere*, Cicer. lib. 6 fam. ep. 5, reichlich verſprechen. *Prolixe cumulateque facere aliquid*, Idem pro Flacco cap. 36, &, *prolixe reſpondere*, Idem 7 ad Attic. ep. 14. *Prolixe aliquem accipere*, id eſt, longe & laute, eines wohl pflegen, einem gütlich thun: Terent. in Eunuch. a. 5 ſc. 8 v. 52 *Accepit hominem nemo melius prorſus, nemo prolixius*. Suetonio in Tito c. 7 id eſt, *prolixius quem fovere*.

¶ Prolixĭtas, ātis, die länge, weitläufftigkeit. Arnobius lib. 7 p. 250 *Colubra prolixitatis immenſæ*. Idem lib. 4 p. 138 *ne forte prolixitas faſtidium audientiæ pariat*. Symmachus lib. 2 epiſt. 8 *litterarum prolixitas*.

¶ Prolixitūdo, ĭnis, idem. Pacuvius apud Nonium c. 2 n. 697 *fandi prolixitudo*.

¶ Prolixo, are, prolixum & longum facere, weit machen. Columella lib. 4 cap. 24 *Monendus putator eſt, ut prolixet aciem ferramenti*.

¶ Relaxo, relaxare, loß machen, erquicken. Cicer. ad Att. lib. 10 epiſt. 6 *Pater nimis indulgens, quicquid ego adſtrinxi, relaxat*, worinne ich ihn hart halte, darinne giebt ihm ſein vater zu viel nach. *Relaxare animum, & dare ſe jucunditati*, ſeinem hertzen lufft geben, und frölich ſeyn, Id. Off. lib. 1 c. 34; &, *Relaxare ſe occupatione*, ad Att. lib. 16 epiſt. 16.

¶ Relaxatus, a, um, erquickt, erleichtert. Idem Cic. 2 Divin. c. 48 *Relaxatus ſomno animus*.

¶ Relaxatio, ōnis, die lüfftung, erquickung: ut, *Animi relaxatio*, remiſſio, Cic. 2 de Fin. c. 29.

¶ Relaxator, ōris, der da loß machet. Cæl. Aurel. Acut. 2 c. 38 *Relaxator fluentium*.

¶ Relaxus, a, um, gelüfftet, locker. Colum. 11 cap. 3 *Relaxa humo plenioris craſſitudinis fiat radix*.

Lea, leæna: vide *Leo*.

LĔANDER, dri, & Leandrus, i, Λέανδρος, Erûs puellæ amator. vide epiſtolas 18 & 19 in Heroid. Ovidii, Leandri ad Ero, & Erûs ad Leandrum. Idem 3 Triſt. eleg. 10 v. 41

Si tibi tale fretum quondam, Leandre, fuiſſet,
Non foret anguſtæ mors tua crimen aquæ.

Inter Græcos hanc fabulam delicatiſſime carmine proſequutus Muſæus, vel potius Onomacritus eſt.

¶ Leandrius, a, um, adject. ut, *Helleſpontus Leandrius*, in quo Leander periit, apud Silium lib. 8 v. 622.

LEARCHUS, i, Athamantis & Inûs filius, qui tenellus adhuc à patre in furore ſuo occiſus eſt. vide Ovid. Faſt. 6 v. 490.

¶ Learchēus, a, um, adject. ut, *Learchea umbra*, ibid. v. 491.

LĔBĔDUS, i, Ioniæ oppidum minus frequens. Horatius lib. 1 epiſt. 11 v. 7

Scis, Lebedus quàm ſit Gabiis deſertior, atque
Fidenis vicus.

vide & Strabonem, itemque Plinium & Melam.

LĔBĒRIS, ĭdis, λεβηρίς, exuvium ſerpentis, ein ſchlangenbalg. Hinc proverb. *Leberide nudior*, nacket und bloß. vid. Chiliad.

LĔBES, ētis, λέβης, vas æneum, ein eherner tiegel, keſſel, pfanne. Virg. Æn. 3 v. 466

Stipatque carinis
Ingens argentum, Dodonæosque lebetes.

Vbi Servius *lebetem* exponit pollubrum ſeu malluvium, ollamque æream. Alii *lebetes Dodonæos* interpretantur vaſa rebus variis apta, ex ære Dodonæo & præſtantiſſimo conflata. *Lebes Dodonæus*, adagium eſt in garrulos, ein plaudermaul.

LĔBYNTHUS, i, inſula una ex Cycladibus, apud Ovid. Met. lib. 8 v. 222, & de Art. Am. lib. 2 v. 81.

Lectica, lecticarius, lectiſternium, vide in *Lectus*.

Lectus, a, um, &c. vide in *Lego, ĕre*.

LECTUS, i, λέκτρον, cubile, eine ruheſtätt, bette. *Lectus cubicularis*, Cicer. 2 de Divinat. c. 65 dixit, ad differentiam lecti in triclinio, in quo ſedebant cibum capientes. *Lectus genialis*, Horat. 1 epiſt. 1 v. 87, ein brautbette. *Lectus funebris*, ein ſarg, Val. Max. 4, 4, 1. *Lectus ad ſtudendum*, ſive *lucubratorius*: vid. Caſaub. ad Spartianum, & infra in *Lucubro*. *Lectum ſternere*, ein bette zurichten, machen.

¶ Lectŭlus, i, dimin. ein bettlein. Cicer. ad Att. lib. 14 epiſt 13 *A ducendâ uxore ſic abhorret, ut libero lectulo neget eſſe quicquam jucundius*, h. e. eſſe liberum & ſui juris. *Lecto teneri*, decumbere ægritudinis cauſſa, zu bette liegen, Cicer. in Verr. 7 c. 7. De ratione lectorum apud Veteres fusè Salmaſius in Spartianum, itemque Caſaubonus, quos licet videre.

¶ Lectiſternium, i, eine bettſtreu; fiebat Romæ, quum Diis, placandi gratiâ, lectos ſternerent & epulum anteponerent, de quo paſſim Livius: v. g. lib. 22 c. 10 *Curatum lectiſternium & per triduum habitum, decemviris ſacrorum curantibus: & pulvinaria in conſpectu fuere.* vide & Turneb. lib. 30 Adverſ. c. 32.

¶ Lectiſterniator, ōris, qui lectum ſternit, Plaut. Pſeud. a. 1 ſc. 2 v. 29, ein bettwärter.

¶ Lectīca, æ, ſedes, pulvinaribus & lecto ſtructa, qua divites & potentes ferebantur, (quamquam Tiberii ætate etiam mediocres iis uti ſolebant, de quo Caſaub. ad Sueton. p. 142) eine ſenffte, græcè ἑξάφορος, quod a ſex ſervis portabatur. Plura de iis Lipſius in Electis lib. 1 cap. 19, Bernegg. ad Sueton. Cæſ. c. 43, & Kirchmann. de Fun. Rom. 2 cap. 9 p. 175 ſeqq. Servius Sulp. lib. 4 epiſt. 12 ad Cicer. *Coactus ſum in eadem illa lectica, qua ipſe delatus eram, meisque lecticariis in urbem eum referre.*

¶ Lectīcŭla, æ, diminutivum. Livius lib. 24 c. 42 *Scipio lecticulâ in aciem illatus*. Sed, *Lecticula elatus Atticus*, Nepos extr. ejus vita, ſc. funebri, λέχει. Græcis eâ nobiliores, & ditiores: cæteri ſandapilâ efferebantur, Kirchm. de Fun. lib. 2 c. 9.

¶ Lectīcārius, i, ſervus lecticam portans, ein ſenfften-träger. vide *Lectica*.

¶ Lectīcārĭŏla, æ, quæ ſe aſſociat lecticariis, quod viliſſimum genus, ſeque iis ſubſternit, Martial. lib. 12 epigr. 58.

¶ Lectrix, īcis, eine bettfrau, in Inſcript. apud Fabrettum pag. 311 DRUSI. CUBIC. SER. COLIT. OSSA. EIUS. CNIDE. LECTRIX. CONIUNX. EIUS.

¶ Lectuālis, e, lagerhafft, bettlägerig. Spartianus de Adriano cap. 23 *In morbum incidit lectualem*; ubi Salmaſius notat, *lectuales* ejusmodi morbos Latinos vocaſſe, qui diu in lecto detinerent ægrotantes: Sed & ipſos longis ac lentis languoribus laborantes *lectuales* dictos, Græcis κλινικούς.

LĒCȲTHUS, i, λήκυθος, ampulla olei, ein oelkrug, ſchmierbüchſe. Quemadmodum autem *ampullæ* vox, ita & *lecythi* ad rem oratoriam tranſlata eſt. Cicero lib. 1 ad Attic. epiſt. 14 *Quid multa? totum illum locum, quem ego variè meis orationibus, quarum tu Ariſtarchus es, ſoleo pingere, de flamma, de ferro, (noſti illas ληκύθους) valde graviter pertexuit.* Et Plinius lib. 1 epiſt. 2 *Non tamen omninò Marci noſtri* (Ciceronis) *ληκύθους fugimus, quoties paullulum itinere decedere non intempeſtivis amœnitatibus admonebamur.* Vbi Buchnerum etiam poteris videre. ¶ Prov. *Oleum non eſt in lecytho*, hier iſt keine gnade noch barmhertzigkeit. Item, *Pinguior lecytho*, ein ſchmierflegel. vide Chiliadas.

LĒDA, æ, Λήδα, quæ & *Nemeſis*, Tyndari regis conjux, cum quâ in figurâ cygni concubuit Jupiter, unde nata duo ova: ex quorum uno Helena, ex altero Caſtor & Pollux progunati. vide Mythologos.

¶ Lēdæus, a, um, adject. ut, *Fratres Ledæi*, Caſtor & Pollux, Ovidius ad Liviam v. 283, & Silius lib. 15 v. 83. *Ledæi Dii*, Ovid. 1 Faſt. v. 706.

Legalis, Legatio, legatus, &c. Legibilis, Legicrepa, legifer, vide *Lex*, *Lego, are*, *Lego, ere*, *Lex*.

LĔGIO, ōnis, à delectu dicta eſt, continet decem cohortes, eine legion, ein regiment. Numerus autem militum in legionibus non idem ſemper, ſed varius diverſis temporibus fuit. Prima legio ſub Romulo trium millium peditum, & trecentorum equitum fuit. Poſt Sabinos autem in civitatem receptos legionem duplicatam fuiſſe, ſcribit Plutarchus. Vegetio legio eſt, 6666, ſex millium, ſexcentorum & ſexaginta ſex. vide Lipſium de Milit. Rom. & Marcell. Donatum ad Tacit. 1 Annal. c. 31. Manipuli autem in quâlibet triginta erant. Numerus legionum apud Romanos non unus fuit: Ipſæ vero diſtinguebantur vel ordine; ut, *prima, ſecunda, tertia* &c. *Legio*; vel cognominibus; quæ vel ab inſtitutoribus: ut, *Auguſta, Claudiana, Galbiana*, &c. vel à provinciis devictis: ut, *Parthica, Scythica, Gallica*, &c. vel à Deorum nominibus: ut, *Minerva, Apollinaris, Veneria*, &c. vel ab eventibus: ut, *Gemina, Victrix, Fulminatrix*, &c. accipiebant. vide Dionem Caſſium lib. 55 Hiſtor. & præcipuè Onuphrium Panvin. Deſcript. Imperii Romani, qui liber 3 Commentar. Reip. Rom. pag. 379 & ſeqq. *Legionem conſtituere*, Cæſ. 1 B. Gall. c. 42, ein regiment aufrichten. *Supplere legiones*, Livius 29 c. 24, die regimenter ergäntzen. Legiones autem ex Romanis militibus conſtabant, auxilia ſociorum erant. Veget. lib. 2 de Re Milit. cap. 2. Sed docuit P. Ciacconius ad columnam raſtratam C. Duillii, legiones non tantum Romanorum, ſed & aliarum gentium atque adeo Carthaginienſium ipſorum, à latinis dici exemplis. conf. Taubmann. ad Plaut. p. 28.

¶ Legiuncŭla, æ, dimin. ein klein regiment. Livius 35 c. 49 *Vix duæ plenæ legiunculæ*.

¶ Legionarius, a, um, zum regiment gehörig: ut, *Miles legionarius*, Aſinius Ciceroni lib. 10 fam. ep. 32. *Centurio legionarius*, ein hauptmann aus einer Legion. *Legionariæ cohortes*, Liv. 10 cap. 43.

Legislator, legirupa, legitimus, vide *Lex*.

LĒGO, avi, atum, are, eſt legatum mittere, einen ſenden, verſchicken. Plaut. Amphitr. a. 1 ſc. 1 v. 49

Continuo Amphitruo delegit viros primorum principes.
Hos legat: Teleboïs jubet ſententiam, ut dicant, ſuam.

Cic. 3 fam. ep. 8 n. 13 *Neque eram tam deſipiens, ut privatæ rei cauſſa legari putarem.* Et mox: *niſi forte poſtea cœperunt legare.* Et Salluſt. Jug. cap. 22 *In Africam legantur, qui ambos reges adeant.* Et cap. 25 *Legantur in Africam majores natu nobiles.* Cic. Verr. frument. c. 48 *Centuripini hominem honeſtum ac nobilem legarunt ad Apronium.* ¶ 2. Significat & mandare, committere, anbefehlen. Plaut. Caſ. a. 1 ſc. 1 v. 12

Quin potius, quod legatum eſt tibi negotium,
Id curas, atque urbanis rebus te abſtines.

¶ 3. Eſt & militare verbum, & ſignificat, aliquem ſibi ſubſtituere, adjungere, qui belli & imperii ſit adminiſter & ſocius. Cic. lib. 15 ad Attic. epiſt. 11 *Dolabella me ſibi legavit.* Idem lib. 6 fam. epiſt. 6 *Caſſium ſibi legavit*, er hat ihn zu ſeinem General-Lieutenant gemacht. ¶ 4. Et *legare teſtamento*, relinquere eſt, vermachen, beſcheiden. Cic. pro Cæcina c. 4 *Vſumfructum omnium bonorum ſuorum Ceſenniæ legat.* ¶ 5. Livius lib. 28 c. 42 etiam pro adſcribere, imputare &c. uſus: ut, *adverſa fortunæ legare*.

¶ Lēgatus, a, um, vermacht, verordnet. Cicero ad Octavium: *Qui tamquam in dotali matrimonio rempubl. teſtamento legatam ſibi obtineret.*

¶ Lēgātārius, a, um, idem; ut, *Provincia legataria*, quæ delegata eſt, apud Cic. ad Att. quamquam alii aliter legant. ¶ 2. *Legatarius*, cui legatum datum eſt, dem etwas vermacht iſt. Paulus Lege 14 Dig. de Vſurpationibus: *In re legata legatarius quodammodo heres eſt.* ¶ 3. Rurſus adjective, quod quis ex teſtamento & legatione debet vel facit. Tertullianus de Spectac. c. 6 *Etiam privatorum memoriis legatariæ editiones* [munerum] *parentant*, hoc eſt, in teſtamento mandatæ.

¶ Lēgātum, i, donatio testamento legata, ein vermächtniß, bescheiden guth. Cic. Attic. lib. 7 cap. 3 *Hortensii legata cognovi.*

¶ Lēgātus, i, substant. tripliciter accipitur & usurpatur. ¶ 1. De Oratoribus, qui publico nomine mitti solent, ein gesandter. *Legatos cum auctoritate mittere*, Cicer. lib. 1 Attic. epist. 19, legaten mit befehl und vollmacht abfertigen. *Mittere legatos de pace*, Livius lib. 2 c. 18, gesandten schicken des friedens halben. *Legatum decernere, eligere, constituere*, Cicer. ad Lentul. lib. 1 fam. epist. 1. ¶ 2. De iis, qui exercitibus præerant atque militibus, aut duces bellorum, aut præfecti. Alii enim *Consulares* dicebantur, qui totis exercitibus bellisque administrandis præerant Principis sive Imperatoris vicem: General-lieutenant: alii *prætorii*, qui singulis legionibus præfecti, unde & *Legati legionum* appellati, Obristen. Suet. Vespas. cap. 4 *Claudio principe, Narcissi gratiâ legatus legionis in Germaniam missus est.* Et hunc designat idem Scriptor, cum Tito cap. 4 scribit: Ex *quæsturæ deindè honore legioni præpositus, Tarichæum, & Gamalum, urbes validissimas Judææ in potestatem redegit.* Vtrorumque meminit Tacit. Agric. cap. 7. vid. Lipsium in 2 Annal. Taciti p. 111, præcipue de milit. lib. 2 dial. 11. ¶ 3 *Legati* provinciarum erant, qui & *Præsides* & *Rectores* alio nomine dicebantur, statthalter. Non autem omnium provinciarum; sed earum tantum, quæ Cæsarum erant. Vnde & *Legati Cæsarum* dicebantur. Vide Casaubonum & inprimis Salmasium ad Spartianum in Adriano, itemque Savil. Comm. ad lib. 1 Annal. Taciti p. 85. ¶ 4. In libera repub. *Legati* etiam dicebantur, quos Proconsules & Prætores ituri in provincias consiliorum atque officii adjutores sibi adjungebant. De quibus Sigonius lib. 2 de antiquo jure provinciarum cap. 2. Corn. Nepos vitâ Attici cap. 8 *Multorum Consulum Prætorumque præfecturas delatas sic accepit, ut neminem in provinciam sit secutus: qui nec cum Q. quidem Cicerone voluerit ire in Asiam, cum apud eum legati locum obtinere posset. Non enim decere se arbitrabatur, cum præturam gerere noluisset, asseclam esse prætoris.* Apulejus lib. 2 Florid. *Quod qui legatus mittitur, Proconsul ad nos cito reversurus est.* ¶ 5. *Legati nati*, itemque *Cancellarii nati* hodiè dicuntur, non quidem qui ita nascuntur, tales tamen, quorum muneri aut statui officium ejusmodi naturale, adeoque connatum est. Sic primi Archi-Episcopi regnorum sunt *Legati Nati* in iisdem, h. e. Legatio Pontificia Archi-Episcopali muneri illorum connata, atque adeo, quia Archi-Episcopi sunt, simul Legatorum qualitatem induunt. Sic *Archi-Episcopus Salisburgensis* est *Legatus Natus* sedis Apostolicæ in Germaniâ, *Toletanus* in Hispaniâ, &c.

¶ Legatio, ōnis, die bothschafft, gesandtschafft, eines gesandten stelle. *Legationem accipere*, Cic. pro Flacco cap. 19. *Legatione fungi*, Quintil. lib. 3 cap. 2. *Legationem obire*, Cic. 4 Acad. cap. 2; *suscipere*, Nepos Themist. c. 6; *administrare*, Idem Dione cap. 1. *Legationem perferre pro aliquo*, Sueton. Claudio cap. 6. ¶ Officium legati in legione &c. de quo supra. *Legatio legionis, provinciæ*, apud Tacit. Agric. cap. 9. *Libera legatio* dicitur, quando quis solo legati nomine, veluti ornamento, decoratus ab urbe discedit, non tam reip. quam privatorum commodorum caussa. Cic. 12 fam. ep. 21 n. 1 *C. Aricius negotiorum suorum caussa legatus est in Africam legatione libera.* Et Suet. Tiberio cap. 31 *Prætor designatus legationem liberam impetravit.* Vlpianus leg. 14 D. de Legationibus: *Qui libera legatione abest, non videtur reip. caussa abesse. Hic enim non publici commodi caussa, sed sui abest.* vid. JCtos & Beroaldum ad modo productum locum Suetonii. Est autem legationis jus sanctum apud omnes gentes. vid. Grot. de Jure belli & pacis lib. 2 cap. 18.

¶ Legatīvum, i, legatorum viaticum dicitur, der legaten auslösung. Vlpianus Leg. 2 Dig. de Legationib. *His, qui non gratuitam legationem susceperunt, legativum ex forma restituatur.*

¶ Legator, ōris, qui aliquid legat, der ein testament macht. *Voluntas legatoris*, Sueton. Tiber. cap. 31.

Composita:

¶ Ablēgo, are, aliò mittere, verschicken, wegschicken. Terent. Hecyr. a. 3 sc. 3 extr. *Aliquo mihi est hinc ablegandus, dum parit Philumena.* Et, *Foràs ablegare*, Plaut. Milite a. 3 sc. 2 v. 55. *Pueros venatum ablegavit*, Livius lib. 1 cap. 35. *Hoc à fratris adventu me ablegat*, Cicero ad Attic. lib. 2 epist. 18. *Ablegare pecus à prato*, Colum. lib. 6 c. 5.

¶ Ablegatus, a, um, abgefertiget, weggeschafft; ut, *dimisso atque ablegato consilio.*

¶ Allēgo, are, est mittere, einen abschicken, abfertigen. Plaut. prol. Cas. v. 52 *Pater allegavit villicum, qui posceret*
Sibi istam uxorem.

Terent. Andr. a. 5 sc. 3 v. 28
Hoc modò te obsecro, ut ne credas à me
allegatum hunc senem.

Cicer. in 3 Verr. cap. 57 *petit à me, & amicos allegat, facile impetrat*, er begehret es von mir, und schickt deshalben seine freunde an mich. Sed hîc animadverte, *Allegari* dici in rebus privatis; *Legari* autem in publicis. Apulej. de Deo Socratis: *Nullus, inquit, Deus humanis rebus intervenit: Cui igitur preces allegabo? cui vota nuncupabo?* Plautus Amph. a. 2 sc. 2 *Alium huic rei allegabo.* Et, *allegare aliquem ad negotium aliquod*, in Epidico a. 3 sc. 3 dixit, pro committere, ein amt auftragen. ¶ 2. Est & *allegare* idem quod adferre seu adducere, quod vulgo dicunt, citiren oder anführen, anziehen, fürwenden; ut, *adhibere preces, allegare exemplum*, sich auf etwas beruffen. Statius lib. 2 Achill. v. 225 *Allegantque suos utroque à sanguine divos.*

¶ 3. Pro significare, nunciare, Plinius Paneg. Trajani cap. 70 *Hoc senatui allegandum putanti.* Symmachus lib. 7 epist. 89 *Jamdudum litteras meas in manus tuas credo perlatas, quibus allegavi, quod judiciis approbatum est, amicum meum Jucundum per valetudinem non posse proficisci.* Ita & lib. 9 epist. 127 usus hoc verbo est.

¶ Allegatio, ōnis, die hinsendung, beschickung. *Allegationibus legationem expugnare*, Cic. in 3 Verr. cap. 16.

¶ Allegatus, ûs, idem. Plaut. Trin. a. 5 sc. 2 v. 18 *Allegatu meo venit*, auf meine ansuchung.

¶ Collēga, æ, ein amts-genoß, amts-bruder; plur. *Collegæ*, socii dicuntur in legatione, magistratu, aut quocunque officio, dicti quasi unà legati, unde & alteram productam habet, so in gleichem amt und gewalt sind. *Collega in prætura*, Cic. 1 Offic. cap. 40. *Collega in censura*, Idem de Amicit. cap. 11.

¶ Collēgium, i, societas ipsa collegarum, die versammlung, gesellschafft; ut, *Collegium prætorum, sacerdotum*, &c. *In collegium cooptare*, Cic. in Orat. cap. 33 extr. einnehmen. *Ad collegium deferre*, an die zusammenkunfft gelangen lassen, Cic. 2 Philipp. Etiam Livius de Consulibus dixit lib. 10 cap. 22 *nil concordi collegio firmius ad rempubl. tuendam esse.* Sed & quævis sodalitates, quibus jus coëundi erat, *Collegia* appellabantur, zünffte. Ita Suet. Cæs. cap. 42 *Cuncta collegia, præter antiquitus constituta, detraxit*, i. e. sustulit, numero collegiorum exemit. Plinius lib. 10 epist. 42 *Tu, domine, dispice, an instituendum putes collegium fabrorum, duntaxat hominum CL.* Liv. 2 cap. 27 *Collegium mercatorum instituere.* Et *Collegia Mercurialia* vocat Cicero ad Qu. Fratr. 2 epist. 5. *Ambubajarum collegia*, Horat. 1 sat. 2 v. 1. conf. Rosini Ant. Rom. lib. 8 p. 803.

¶ Collegiarius, a, um, zur gesellschafft gehörig; ut, *Collegiarii ministri*, Tertull. de Spectac. cap. 11.

¶ Collegiatus, a, um, idem; improbat Vossius de Vit. L. L. 3 cap. 26.

¶ Collegatarius, i, cui conjunctim cum alio legatum est, dem zugleich etwas vermachet ist, Lege 9 Dig. de usufr. adcresc.

¶ Dēlēgo, are, est committere, demandare, imponere, auferlegen, auftragen, übergeben. *Delegare alicui curam, officium, provinciam*, apud Cic. & Quintil. frequenter. *Laborem alteri delegare*, Cælius Ciceroni lib. 8 epist. 1. ¶ 2. Est & aliquando remittere sive rejicere quem ad aliquem, dahin verweisen: qua ratione & *τῷ relegare* utimur. C. Nep. Catone extrèmo: *Quare studiosos Catonis ad illud volumen delegamus.* Vbi male Lambinus contra manuscriptorum librorum auctoritatem, *Relegamus*, substituit. Ita enim & JCti *Delegare creditorem debitori* dicunt, cum creditorem suum aliquis ad alium, qui sibi debeat, remittit, ut solvat, anweisen. vid. L. Nesennius 41 D. de re judicata.

¶ Delegatus, a, um, constitutus, designatus, auferlegt, angewiesen, bestimmt. Livius 10 cap. 19 *Omnis rei bene aut secus gestæ decus dedecusque ad eum delegatum.* Sic, *delegata jurisdictio, delegata pecunia*, apud JCtos. Apulejus Apologia p. 493 *Magia ista, quantum audio, res est legibus delegata, & ab iis damnata.*

¶ Delegatus, i, subst. cui caussa committitur, ein abgeordneter; ut, *Delegatus principis*, apud JCtos.

¶ Delegatum, i, idem quod Legatum; ut, *ex delegato pupilli pecuniam solvere*, l. 4 § 26 ff. de doli except.

¶ Delegatio, ōnis, die anweisung der schuld. vide Titulum Digestor. de *Novationibus & Delegationibus*, inprimis Lege 11. *Habet delegationem*, Cic. ad Attic. lib. 12 ep. 3, & Seneca lib. 6 de Benef. cap. 5 *Delegatione & verbis solutionem perficere* dixit, durch anweisung zahlen. Similiter *Delegationem recipere*, anweisung annehmen, Idem dixit epist. 27.

¶ Prælēgo, are, Jurisperitorum verbum, quo significatur, aliquid præter hæreditariam portionem alicui heredi legare, zum voraus vermachen: e. g. Scævolæ l. 39 § 4 Dig. t. 3 lib. 10, & l. 54 D. t. 1 lib. 15. Vsus & Plinius eodem sensu lib. 33 cap. 2 extr. *Eam coronam testamento ei* [filio] *prælegavit.*

¶ Prælegatus, a, um, voraus vermacht. Papinianus Lege 77 § 8 Dig. de Legat. & fideicommiss. lib. 2 *Arbiter conjectura voluntatis non patietur, eum partes coheredibus prælegatas restituere.*

¶ Rēlēgo, are, separare, absondern, wegschaffen. Cic. lib. 3 Offic. cap. 31 *Filium ab hominibus relegavit, & ruri habitare jussit.* Et, *Rejicere & longe à cæteris relegare*, verstossen, ferne von andern leuten hinweg thun, Cæsar lib. 5 Bell. Gall. cap. 30. ¶ 2. Et *Relegare*, quod *in exilium relegare* Livius lib. 25 cap. 6 dicit, verweisen. Cicer. pro Sest. c. 12 *Lamiam in concione relegavit, edixitque, ut ab urbe abesset millia passuum ducenta.* Et lege 2 extr. ff. de his, qui sui vel alien. Vlpianus: *quamdam matronam in quinquennium relegavit.* ¶ 3. Est simpliciter aliquem aliquò remittere, dahin weisen. Plinius lib. 7 cap. 1 extr. *Nec tamen ego in plerisque eorum obstringam fidem meam: potiusque ad auctores relegabo, qui dubiis reddentur omnibus.* ¶ 4. Est denique idem quod transferre, schieben, weltzen. Vellej. 2, 64, 2 *Invidiam rei in auctorem relegabat.*

¶ Rēlēgatus, a, um, semotus, beyseit geschafft, verwiesen; ut, *relegata ambitio*, Horat. 1 sat. 10 v. 84. Exilio minorem facit Ovidius lib. 2 Trist. v. 137 *Quippe relegatus, non exul dicor in illo.*

¶ Relegatio, ōnis, exterminatio, cum quis exire fines patriæ jubetur, die wegschaffung, landesverweisung. Liv. 3 cap. 10 *Exilium & relegatio civium.* Cic. pro S. Rosc. cap. 15 *Tot prædia tam pulchra, tam fructuosa, Sex. Roscius filio suo relegationis ac supplicii gratia colenda ac tuenda tradiderat?*

LĔGO, lēgi, lectum, legĕre, lesen, auflesen. Virg. ecloga 3 v. 92
Qui legitis flores, & humi nascentia fraga.

Sic, *legere ossa, legere reliquias*: utrumque in Sueton. Aug. cap. 100. ¶ 2. *Legere librum, scriptum*, lesen. Cic. lib. 6 fam. epist. 5 *Liber tuus & lectus est, & legitur a me diligenter.* Idem de Orat. lib. 2 cap. 55 *Orationem alicui legendam dare*, zu lesen geben. Et ibidem lib. 1 c. 34 *Omnium bonarum artium scriptores & doctores legendi, & pervolutandi sunt.* ¶ 3. Transire, præterire, præternavigare, vorbeyfahren. *Legere oram Italiæ*, Liv. lib. 21 cap. 51. Et, *Litoraque Epiri legimus*, Virg. Æn. 3 v. 292. Et ibidem v. 127
legimus freta consita terris.

Vbi Servius: PRAETERIMUS. *Tractus autem sermo à nautis, quod funem legendo, id est, colligendo, aspera loca prætereunt.* ¶ 4. Idem interdum etiam est, quod Eligere; ut, *legere senatum*, Livius 40 cap. 51 pr. einen neuen rath wehlen. *Legere milites*, Pompejus ad Coss. sub ep. 12 lib. 8 Cic. ad Atticum. Et Seneca Medeâ v. 255 *Generum exulem legendo.* ¶ 5. Est & quid clam vel furto auferre, stehlen. Vnde & *Sacrilegii* appellatio est, quo respiciens Horatius lib. 1 sat. 3 v. 117 ait: *Et qui nocturnus Divûm sacra legerit.* Hinc, *legere alicujus sermonem*,

monem, furtim auscultando arripere, Plautus dixit Pseud. a. 1 sc. 2 v. 21, auffangen, behorchen. ¶ *Pugno aliquem legere*, i. e. ferire, (mit fäusten belesen,) dixit Idem Amph. a. 1 sc. 1 v. 160. vide ibi Interpretes.

¶ Lectus, a, um, lectior, lectissimus, est selectus, auserſehen, auserlesen. *Lectus ab eo socer*, Vellej. 2, 54, 2. *Lectissimus adolescens*, Cic. Div. in Verr. cap. 9. *Lectissimi atque ornatissimi viri*, Idem 3 Verr. cap. 6. *Lectis & illustribus verbis utendum est*, Idem 3 de Orat. cap. 37, auserlesene und deutliche worte. *Lectissimi flores*, Id. Cic. 6 Verr. cap. 48. *Lectior fœmina*, &, *lectissima uxor*, Idem cap. 31 lib. 1 de Inventione dixit.

¶ Lectè, lectissime, adverb. idem. Cic. in Orat. cap. 68 *Optimis sententiis verbisque lectissimè dicere.*

¶ Lectio, ōnis, die lesung. Quintil. lib. 1 cap. 8 ineunte: *In lectione puer sciat, ubi suspendere spiritum debeat, quo loco versum distinguere, ubi claudatur sensus, unde incipiat*, im lesen ꝛc. Et in cœna frequens veteribus: vide *Anagnostes*. Seneca epist. 2 *Lectio multorum autorum & omnis generis voluminum habet aliquid vagum & instabile.* ¶ 2. *Lectio*, i. e. electio, die kühr, wahl. Suet. Aug. cap. 35 *Senatorum affluentem numerum ad modum pristinum & splendorem redegit duabus lectionibus.*

¶ Lectiuncŭla, æ, dimin. eine kurtze lesung. *Matutina tempora lectiunculis consumere*, Cicero lib. 7 fam. epist. 1.

¶ Lector, ōris, ein leser. Cic. lib. 5 epist. 12 ad Lucejum: *Nihil est aptius ad delectationem lectoris.*

¶ Lecto, āre, frequent. ut lectitare, offt und viel lesen. Horat. lib. 1 satyr. 6 v. 122 *aut ego lecto, aut scripto*; ubi vetus Cruquii commentator: *Lecto, lectito.* Sed *lectito* usitatius.

¶ Lectĭto, āre, frequent. idem. Cic. de Clar. Orat. cap. 31 *Lectitasse Plato non studiose dicitur.* ¶ 2. *Lectitare conchulas*, zusammen lesen, Valer. Max. 8, 8, 2.

¶ Lecturio, īre, lesen wollen. Sidonius lib. 9 epist. 7 *cum merito lecturiremus.*

¶ Legibilis, e, quod legi potest, leserlich. Vlpian. leg. 1 Dig. § 1 de his quæ in testam. *Sufficit, si legibilia sint.* Et Gloss. gr. lat. ἐυανάγνωστον, *legibile.*

¶ Legio, ōnis, vide supra seorsim.

¶ Lĕgŭlus, i, qui aliquid legit, & maximè qui uvas vel oleas colligit, obst- oder weinleser. Varro L. L. 5 cap. 7 *à legendo leguli, qui oleam aut uvas legunt.* Et Cato cap. 145 *Legulos, quot opus erunt, prebeto & strictores.* Calpurn. eclog. 3 v. 49

extremas legulus cum sustulit uvas.

Idem tamen Varro vocabulum *Leguli* ad oleam cumprimis restringit. Nam lib. 4 ita scribit: *Pleraque* (vocabula) *aperta: ut* LEGVLVS & VINDEMIATOR. *Alter ab oleis, alter ab uvis* &c. ¶ Sed & qui purpuras legunt, sic adpellantur. Vetus apud Terentianum p. 99

Purpuræ leguli senes
Intus hîc ubi consitum est.

¶ Etiam *auri legulos* Paulinus dixit ad Nicetam v. 278.

Composita:

¶ Allĕgo, lēgi, ectum, ĕre, adscribere in cœtum & quasi cooptare, zu oder neben andern erwehlen, hinzuthun, mit aufnehmen. *Allegere in ordinem*, Vlpian. Lege 3 § 2 Dig. de Decurionibus. Sic Sueton. Cæsare cap. 41 *Senatum supplevit, Patricios allegit*, i. e. legit, quos patricios faceret, quos in patriciorum numerum referret. Tacitus *sublegere*, item *adsciscere* vocat, ut ibi observat Casaubonus. Ita *in decurias allegere* dixit idem Suet. Tiberio cap. 51. *Allegere* est legendo addere.

¶ Allectus, vel Adlectus, a, um, aufgenommen, hinzu gethan. Suet. Aug. cap. 2 *Ea gens allecta in senatum, mox à Ser. Tullio in patricias gentes transducta.* ¶ *Adlecti scenæ* erant adjuncti in comœdorum numero. De tali exstat Præneste marmor: FORTVNAE PRIMIG. L. ARNENO ADLECTO. vid. Ferret. Mus. Lap. p. 208, & Turnebi Advers. 11 cap. 9.

¶ Allectio, vel Adlectio, ōnis, die aufnahme. Tertull. adv. Hæretic. cap. 43 *Cura sollicita & allectio explorata.* Idem 2 adv. Marc. c. 24 *circa Saulis allectionem.* Et de Monogam. cap. 12 *allectio in clerum*, i. e. cooptatio ad sacerdotium. Capitolin. in Pertin. cap. 6 *Allectionibus innumeris prætorios miscere.*

¶ Collĭgo, ēgi, ectum, colligĕre, est contrahere, sammlen, zusammen lesen, auftreiben; ut, *Colligere exercitum*, Cic. 2 Catil. cap. 3, ein kriegsvolck zusammen bringen. *Colligere stipem*, Livius 38 cap. 45, zusammen betteln. *Naufragium reipub. colligere, ac salutem communem reficere*, Cic. pro Sextio cap. 6 extr. wiederum aufraffen, ꝛc. *Colligere & conciliare sibi hominum benevolentiam*, Idem 9 fam. epist. 16, ihm gunst und guten willen machen. *Colligere vires ad aliquid agendum*, id est, acquirere, Livius lib. 29 cap. 30, sich stärcken. Cic. in 4 Tusc. cap. 36 *Quid est seipsum colligere, nisi dissipatas animi partes rursum in suum locum cogere?* sich wieder ermannen, wieder zu ihm selber kommen. Seneca epist. 11 *ubi se collegit*, wie er sich gefasset. Cicero ad Fabium lib. 5 fam. ep. 18 *Te colligas, virumque prebeas.* Et, *Colligere se & confirmare*, Cæsar 1 B. Civil. cap. 14. *Colligere frigus*, id est, contrahere, Horatius dixit lib. 1 epist. 1 v. 13. ¶ 2. In Codice utroque Titulus est, *De Seditiosis, & de his qui plebem contra remp. audent colligere.* Vbi *colligere*, suscipere est, aufnehmen, hegen. Ita enim ipsi Impp. Lege 1 *Si quis contra evidentissimam jussionem suscipere plebem, & adversus publicam disciplinam defendere tentaverit.* Sic, *puerum & puellam susceptam colligere*, id est, suscipere seu tollere, Lege 1 tit. 6 lib. 5 Cod. Theodosiani dicitur. Concil. Vasense Can. 9 *De expositis processit querela, eos non misericordiæ jam, sed canibus exponi, quos colligere calumniarum metu mens humana detrectet.* Et paullo post: *Quisquis expositum colliget, ecclesiam contestetur, & nisi intra dies X repetatur, sit eju, qui collegit.* ¶ 3. Et *colligere*, schliessen, abnehmen, quasi ratione subductâ ita se habere aliquid, asserere. Nam & de ratiociniis & computationibus hoc verbum usurpatur. Tacitus de Germania cap. 37 *Ex quo si ad alterum Imp. Trajani consulatum computemus, centum fermè & decem anni colliguntur.* Sic, *Acute colligere*, Cic. 1 de Orat. cap. 57, aus scharffen verstand schliessen. *Apertissime colligere*, Quintil. procem. lib. 1.

¶ Collectus, a, um, gesammlet, zusammen gebracht; ut, *pulvis collectus turbine*, Horat. 1 sat. 4 v. 31. *Imperat aut servit collecta pecunia*, Idem 1 epist. 10 v. 47. Petrus Chrysologus Serm. 155 *Sermo Evangelicus non humana loquitur, sed divina - - à Deo venientia, non à fato: non collecta numeris, sed virtutibus acquisita.* Sic, *Vivere collecto*, contrarium huic, *vivere răpto.* Plin. lib. 11 cap. 37 sect. 60 de rostris ait: *Eadem rapto viventibus adunca: collecto, recta.* ¶ Item, non diffusus, ad pauca contractus, beysammen. Apulejus Apolog. p. 247 *Tanto beatior, quanto collectior*, ie weniger güther und geräthe, ie glückseliger. Et Tertull. de Monogam. cap. 14 *Tempore collectiore.*

¶ Collecta, æ, subst. symbola, beysteuer, was man aus vielen beuteln zusammen schiesset. *Collectam à convivis exigere*, Cicero 2 de Orat. cap. 57. Vet. Gloss. *Collecta*, ἔρανος. Item: ἔρανος, *stipes sodalium.* vide Turneb. Advers. 3 cap. 6.

¶ Collectio, ōnis, die sammlung. *Collectio dispersa*, Cicer. pro Leg. Man. cap. 9. ¶ 2. Argumentatio, der schluß. Sen. epist. 86 *Huic collectioni Peripateticorum quidam respondent.* ¶ 3. *Collectiones*, humores in membris, quos catarrhos vocant, & apostemata, flüsse, geschwüre; ut, *collectiones solvere, cobibere*, Plin. lib. 20 cap. 8, lib. 27 cap. 8, & lib. 22 cap. 22.

¶ Conlector, vel Collector, ōris, qui simul legit, eosdem nobiscum auctores tractat. Augustinus Confession. lib. 1 cap. 17 *Mihi recitanti acclamabatur præ multis coætaneis & conlectoribus meis.* ¶ 2. Qui colligit, ein einsammler: Vulgaris notio. ¶ 3. Conjector, qui colligit, der da muthmasset, schliesset aus zeichen. Vet. Gloss. *Collector*, ὀρνιθοκρίθης.

¶ Collecto, are, frequent. Glossæ Cyrilli: *Collecto*, συλλέγω.

¶ Collectāneus, a, um, eingesammlet; ut, *Æs collectaneum*, quod collectum est, Plinius lib. 34 cap. 9. Et, *liber collectaneorum*, Gell. 4 cap. 14. Et, *Dicta collectanea*, quæ Cæsar scripsit Suet. cap. 56. Et vetus Onomasticon: *Collectanea*, ῥαψῳδία.

¶ Collectacŭlum, i, ubi quid colligitur, ein sammelplatz; ut, *collectacula aquæ*, Innocent. de literis casarum p. 230 ed. Goes. Et fragmento de Limitib. p. 273 *collectaculum vallium*, id est, rivus.

¶ Collectarius, i, wechsler, wucherer, aufkauffer. Lege 16 Cod. Si certum petatur, *Si quis collectarius honoris pretium dederit ambienti.* Et Augustinus Civ. Dei lib. 22 cap. 8 *cujusdam collectarii filius ægritudine extinctus est.* Acron, Horatii scholiastes, in lib. 1 satyr. 6 v. 86 ad verbum *Coactor* ita: COACTORES *dicuntur argentarii in auctionibus, quia pecunias cogant, qui & collectarii nominantur*; Lege & quæ præcedunt verba. Suidas: Κολλεκτάριος, ἀργυραμοιβός, ἤτοι ὁ κέρμα ἀντὶ ἀργύρου ἀλλασσόμενος, τραπεζίτης. Horum integrum corpus sive collegium Romæ erat. Symmachus lib. 10 epist. 42 Jureti ed. [Sciopp. 49] *Vendendis solidis, quos plerumque publicus usus exposcit, collectariorum corpus obnoxium est, quibus arca vinaria statutum pretium subministrat.*

¶ Collectitius, a, um, gesammlet; ut, *Exercitus collectitius*, allerley zusammen gelesen volck, apud Cicer. lib. 7 fam. epist. 3. *Ignis collectitius*, Seneca 7 Quæst. Nat. cap. 23.

¶ Collectīvus, a, um, idem. Seneca 3 Quæst. Nat. cap. 7 *collectivus humor.* ¶ 2. schließlich. Quintil. lib. 7 cap. 2 *Ratiocinativa atque collectiva quæstio.*

¶ Recollĭgo, ĕre, decompositum, wiederum zusammen lesen. *Recolligere vires è longa ægritudine*, Plinius 24 cap. 6. *Recolligere se à longa valetudine*, hoc est, reparare vires paullatim, Idem lib. 23 cap. 7. Et, *Æger se recolligit*, Idem lib. 20 cap. 5, der krancke erhohlet sich wieder. ¶ 2. Sed, *Recolligere alicujus animum*, pro, ab ira revocare, vel placare, einen wiederum zu frieden stellen, Cicero dixit ad Attic. lib. 1 epist. 5.

¶ Dēlĭgo, deligĕre, ersehen, erkiesen, auslesen. *Deligit* imperator milites idoneos sibi, non eligit. *Deligere ex omni numero*, Cic. 4 in Verr. aus dem gantzen hauffen heraus suchen. *Ex Senatu quosdam in consilium deligere*, Idem Cic. pro Rosc. Amerino c. 3. Et de Pompejo pro Lege Man. cap. 22 *Vos unum illum ex omnibus delegistis, quem bello prædonum præponeretis.* Nepos 16, 2, 2 *diem delegerunt*, sie haben einen tag ausgesetzt. Atque sic plerumque in bonam partem sumitur, raro in deteriorem, ut apud Virg. Æn. 5 v. 716

Et quidquid tecum invalidum metuensque pericli est,
Delige.

¶ 2. Aliquando distractionem & avulsionem significat. Propertius lib. 2 eleg. 32 v. 50 *Altaque mortali deligere astra manu.*
Ovid. Her. ep. Phædræ 4, v. 30 *Et tenui primam deligere ungue rosam.*
Plautus Asinar. a. 3 sc. 3 v. 42 *ex ædibus quem deligere*, i. e. ejicere.

¶ Dēlectus, a, um, ausgelesen, ausgesondert; ut, *delecta manus*, Nepos 1, 1, 4. *Delectus dux*, Idem 20, 1, 3. *Delecta virûm corpora*, Virg. Æn. 2 v. 18.

¶ Delectus, ûs, die wahl, köhre, aussonderung. Cicer. in 4 Verr. c. 50 *Omnium rerum delectum atque discrimen pecunia sustulit.* Cæsar dixit, *Delectum verborum originem esse eloquentiæ*; Refert Cicero de Claris Orat. cap. 72. *Habere*, &, *adhibere delectum*, illud Idem 3 de Orat. cap. 37; hoc in Oratore cap. 15, unterscheid halten, und auslesen was das beste ist. Sed, *delectum agere, facere*, eadem significatione dixit Quintilianus; ut, *Facere certum studiorum delectum, nemo dissuaserit*, lib. 2 cap. 8. Quam formulam tamen impugnat Valla, quem vide lib. 5 cap. 61. *Delectum militum habere*, musterung anstellen, Cæsar lib. 1 B. Civ. cap. 11. *Novis delectibus multos contraxit*, durch neuen ausschuß, Nepos 23, 6, 4. *Habiti delectus*, man hat geworben, Vellej. 2, 111, 1.

¶ Dīlĭgo, dilexi, dilectum, diligĕre, minus est, quam *amare*, Valla teste & Nonio cap. 5 n. 3, ubi Cicero ad Brutum: *Sic igitur facies, & me aut amabis, aut quo contentus sum, diliges*, du wirst mich lieb haben, zum wenigsten nicht gram seyn. Idem 9 ad fam. epist. 14 *Quis erat, qui putaret, ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? tantum accessit, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexisse.*

Idem

Idem Cic. 1 ad Fam. ep. 9 *Eum non solum beneficio, sed amore etiam, & perpetuo quodam judicio meo diligebam.* Nepos 22, 3, 2 *Diligi turpius, quam pat est, ab aliquo.* Idem de Timoleonte c. 3 n. 4 *maluit se diligi, quam metui.* Ovid. 2 de Ponto epist. 3 v. 23

Diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est.

¶ Dīlectus, a, um, geliebt: ut, *magno dilectus amore*, Virg. Æneid. 1 v. 348. *O luce magis dilecta sorori*, Idem Æneid. 4 v. 31. Superl. August. in epist. 34 *Dominis dilectissimis & sincerissimis.*

¶ Dilectus, ûs, idem quod Delectus, die musterung. Ita constanter veteres; ut, *Dilectus militum*, Festus. Idem in verbo *Lacus*: *In dilectu censuve primi nominantur.* conf. Parei Lex. Crit. p. 360.

¶ Dilectio, ōnis, die liebe. Gloss. Vet. *Dilectio*, ἀγάπη, ἐπιλογή. Tertullianus 4 adv. Marcion. c. 27 *Oluscula decimantes* [Pharisæi] *& dilectionem Dei prætereuntes.*

¶ Dilector, ōris, amator, ein liebhaber. Apulejus 2 Florid. *Atque ego me dilectorem tuum profiteor.* Tertullianus 4 contra Marcion. cap. 23 *parvulorum dilector*; & cap. 25 extr. *Consequetur vitam longævam dilector creatoris.* Ambrosius epist. 84 p. 261 *dilectores hujus seculi.* Et Augustinus epist. 32 *fratrem & dilectorem meum.* Idem de Vera religione c. 40 *à suis dilectoribus amatur acerrime.*

¶ Dīligens, tis, studiosus, fleißig. Eorum enim, quæ amamus, sumus studiosi. *Diligens in re hæreditaria*, fleißig, und der gute achtung giebt, Cicer. in 3 Verr. c. 48. Et, *in omni genere diligens*, Id. ad Attic. 12 epist. 33. Et, *Diligentior ritus patrii custodia*, Vellej. Pat. lib. 1 cap. 4. Vtrumque autem dicitur: *diligens in re aliqua*, &, *alicujus rei*: Cicero pro Cælio cap. 30 *Diligentissimus officii.* Nepos Conone cap. 1 *Nam & prudens rei militaris, & diligens erat imperii.* Quamquam alii hic *imperator* legunt. Idem Epaminondâ c. 3 *adeo veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur.* Sic, *disciplina Sparta diligens fuit*, sie hat sich gute zucht lassen angelegen seyn, Vellej. 1, 6, 3. Sic, *diligentissimum vitæ* Mithridatem fuisse, Plinius lib. 25 cap. 5 scribit. Et Aristoxenus, *vir litterarum veterum diligentissimus*, apud Gellium 4 cap. 11. ¶ 2. *Diligens* dicitur, qui est parcus & frugi paterfamilias, haußhaltig. Cic. 4 Verr. c. 18 *Diodorus, homo frugi ac diligens, qui sua servare vellet.* Et Plaut. Amph. a. 3 sc. 3 v. 18 *Recte loquere, & proinde, diligentem ut uxorem decet.*

¶ Diligentia, æ, assiduitas, der fleiß. *Diligentia accuratissima*, Cicer. 7 ad Attic. epist. 3 pr. *Diligentiam adhibere*, Idem lib. 5 fam. ep. 6, fleiß anwenden. *Diligentiam ad aliquid conferre*, ibidem 10 ep. 2. *Magna cum cura atque diligentia scribere*, Idem lib. 1 de Invent. cap. 39. Et lib. 2 de Orat. cap. 35 *Diligentia in omnibus rebus plurimum valet: hæc præcipue colenda est nobis, hæc semper adhibenda, hæc nihil est, quod non assequatur*, &c. *quâ una virtute omnes virtutes reliquæ continentur.* ¶ Apud Symmachum 1 epist. 37 & 41 & alibi passim *Diligentia* novâ notione pro *amore* ponitur, quia origo ejus est a *Diligo*.

¶ Diligenter, adverb. studiose, accurate, mit fleiß. *Benigne ac diligenter audire*, Cic. 1 Philipp. cap. 15. Idem lib. 10 ad Attic. ep. 12 *Omnia quo diligentiùs cogitata, eo facta sunt imprudentius.* Cæsar 2 B. Gall. cap. 28 *diligentissime conservare*: & lib. 5 c. 35 *præceptum diligentissime observare.*

¶ Indilĭgens, tis, unfleissig. *Non indiligens paterfamiliâs*, Nepos Attico cap. 4. *Rerum memoriæ non indiligens*, Gell. lib. 15 cap. 28. *Si indiligentiores fuerint*, Cæsar 7 Bell. Gall. cap. 71.

¶ Indiligenter, adverb. ohne fleiß. *Indiligenter facere*, Cic. ad Att. 16 ep. 3. *Indiligenter agrum curare*, Gellius lib. 4 cap. 12. *Bene parta indiligenter tutari*, Terent. Phorm. a. 5 sc. 3 v. 5, unfleißig, unachtsam. *Indiligentiùs servare præsidia*, Cæs. 2 B. Gall. c. 33.

¶ Indiligentia, æ, negligentia, unfleiß, unachtsamkeit. Cic. ad Q. fratrem lib. 1 epist. 2 *Litterarum missarum indiligentiam reprehendere.* Tacitus 4 Hist. c. 49 *indiligentia veri, & adulandi libido.*

¶ Perdiligens, tis, sehr fleißig. Cic. 3 ad Q. frat. epist. 5 extr. *Res operosa est, & hominis perdiligentis.*

¶ Perdiligenter, adverb. idem. Cic. de Clar. Orat. c. 3 extr. *Omnium rerum memoriam perdiligenter complexus est.*

¶ Elĭgo, lēgi, ectum, eligĕre, erwehlen, erkiesen. *Ex multis eligere commodissimum quodque*, Cicero lib. 2 de Invent. cap. 2. *Optionem alicujus facere, ut eligat, utrum velit*, Idem Divin. in Verrem cap. 14, einem die wahl und macht lassen zu wehlen, welches er will.

¶ Electus, a, um, auserwehlt, auserlesen, gut: ut, *electi coloni*, Cic. contra Rull. 2 c. 35. *Princeps electus*, Suet. Galbâ c. 14. *Ex orationibus vel historiis electi loci*, Quintil. 2 c. 7. Superl. Cic. pro Quintio cap. 2 *Viri electissimi civitatis.* conf. Veget. de Re Milit. 2 c. 6. Catullus carm. 36 *Electissima pessimi poëtæ scripta.* Et Cic. Dialog. de Orator. cap. 34 *electissimus præceptor.* Comparativo usus Augustinus de Civ. Dei lib. 20 cap. 29, *Potest*, inquit, *sensus alius, idemque electior inveniri.* ¶ *Electa* substantive neutro genere, sunt liber selectarum rerum, vel excerpta. Plin. lib. 3 epist. 5 de avunculo: *Electorum commentarios mihi reliquit.*

¶ Electè, adverb. idem. Cic. lib. 1 de Invent. cap. 30 *Discrete & electe in genus quodque caussæ, quid cuique conveniat, digeremus.* Gellius lib. 18 c 7 *Veteres, qui electiùs locuti sunt.*

¶ Electus, ûs, substant. electio, die wahl, die erwehlung. Ovidius Heroid. epist. 2, quæ Phyllidis est, v. 144

In necis electu parva futura mora est.

¶ Electio, ōnis, idem, die köhrung, erwehlung. Cic. lib. 4 de Fin. c. 17 *Ex initiorum electione virtus existit.* Vellej. 2, 72, 5 *electionem cui dare*, einen wehlen lassen.

¶ Elector, ōris, qui eligit, ein erwehler. Auctor ad Herenn. lib. 4 c. 4 *Ipsi ab aliis potius eligendi, quam aliorum boni electores existimentur.* ¶ 2. *Elector*, ein Churfürst, hodie præcipuæ dignitatis post Cæsarem in Imperio nomen est. Illis enim principibus tribuitur, penes quos solos Imperatoris creandi seu eligendi potestas est. Quorum septem fuerunt antea, (unde *Septemviros Augustales*, h. e. Augustis seu Imperatoribus eligendis Strada in Historia Belgica dixit:) nuper octo erant; nunc nonus accessit. De origine eorum varia opinio est. Receptissima ad Ottonis III. imperium refert. Sed aliud facile per-

suadebitur, qui Onuphrium Panvinium legerit, quem vide libro de Comit. Imperatoriis cap. 6. Hinc

¶ Electoratus, ûs, die Chur, das Churfürstenthum.

¶ Electrix, īcis, eine wehlerin: ut, *electrix adolescentula*, apud Plautum Mil. a. 3 sc. 1 v. 194, quæ sibi eligit adolescentes.

¶ Electĭlis, e, erlesen, erwüntscht. Idem Plaut. Most. a. 3 sc. 2 v. 41 *Vino & victu & piscatu probo & electili vitam colitis.*

¶ Electibilis, e, idem. Apul. 10 Met. *Electibiles partes nusquam comparent.*

¶ Elĕgans, quod ipse Cicero de N. D. 2 cap. 28 ab *eligendo* dictum putat, cum derivatis suis vide supra suo loco.

¶ Prælĭgo, ĕre, vor besser halten. Sidonius lib. 7 epist. 4 *Ego tamen morum illius æmulator esse præeligerem.*

¶ Illectus, a, um, id est, non lectus, ungelesen. Ovid. lib. 1 de Arte Am. v. 469 *Si non accipiet scriptum illectumque remittet.*

¶ Interlégo, ĕre, zwischen etwas auf- oder ablesen. Palladius Februario cap. 25 de malis: *Si spissa poma ramos onerabunt, interlegenda sunt quæque vitiosa.* Hinc &

¶ Interlectio, ōnis, die darzwischenlesung: ut, *scripturarum interlectio*, Tertull. ad Vxor. 2 c. 6. Ejusdem compositionis, sed sensus diversi, aut translati potius est, quod sequitur,

¶ Intellĭgo, intellexi, ectum, intelligere, percipere, intelligentiâ assequi, cognoscere, verstehen, mercken, vernehmen. Suetonius in Augusto cap. 86 *Marcum quidem Antonium, ut insanum, increpat: quasi ea scribentem, quæ mirentur potius homines, quàm intelligant.* Donatus in Ter. Andr. prolog. *Quod* CREDIMVS, *plerumque falsum: quod* INTELLIGIMVS, *certum est.* Itaque *intelligere*, est penitus nosse, & ita, ut nihil ejus, quod in aliquo, notitiam nostram lateat. Similiter *intelligi*, eleganter dicuntur, quorum ingenium nobis moresque ac instituta virtutesque nota sunt. Seneca de Constantia Sapientis cap. 1 *Indigne ferebas, quod Catonem ætas sua parum intellexisset*, daß sie nicht gewust, was hinter ihm gewesen. Idem de Tranquillitate animi cap. 7 *Vtraque enim turba* (bonorum & malorum) *opus erat, ut Cato posset intelligi. Habere debuit & bonos, quibus se adprobaret, & malos, in quibus vim suam experiretur.* Idem de Providentia cap. 4 *Gubernatorem in tempestate, in acie militem intelligas.* Vellejus lib. 2 cap. 114 *Quem in quantum quisque aut cognoscere aut intelligere potuit, in tantum dilexit.* Et rursus cap. 116 *Quem virum, nec qui intellexit quidem, abunde miratus est.* Locutus ita & Plinius lib. 8 epist. 23, & lib. 6 epist. 27 *Intelligentem principis* dicit, quem Tacitus *peritum cogitationum principis* in Agricola cap. 42 vocat.

¶ Intelligens, tis, verständig, kundig. Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 2 pr. *Stulto intelligens quid interest?* Sic, *Judicium intelligens*, ein reiner und rechter verstand, Cic. de opt. gen. Orat. c. 4; &, *doctus & intelligens existimator*, Idem de Clar. Orat. c. 54. *Imminentium intelligens*, Tac. Ann. 5, 9, 2. Comparativus, *Vigilantiore atque intelligentiore mente discutiat*, Augustini est lib. 1 Retractat. c. 19.

¶ Intelligentia, æ, die erkändtniß: ut, *Rationis & intelligentiæ animus particeps est*, Cic. de Divinat. cap. 32. *Anteire omnes intelligentiâ*, mit verstand über alle seyn, Idem de Clar. Orat. c. 64.

¶ Intelligenter, adverb. mit verstand, verständlich. *Intelligenter audire*, Cic. de Partit. c. 8.

¶ Intellectus, a, um, erkandt, verstanden, gemerckt. Curt. 10, 9, 20 *fere intellectâ fraude.* Tac. Ann. 1, 49, 2 absolute: *intellecto*, i.e. cum intellexissent.

¶ Intellectus, ûs, substant. der verstand. *Communis intellectus*, Quintil. lib. 2 c. 16. *Facilis intellectus*, ibid. c. 5, ein behender verstand. *Intellectus disciplinarum*, Idem lib. 1 cap. 11 pro cognitione & scientiâ. *Habere duplicem intellectum*, Idem 2 c. 14 pro significatione. *Intellectus saporum*, Plin. 11 c. 37 pro perceptione & sensu. *Amittere intellectum rei optimæ & dulcissimæ*, Senec. 3 de Benef. c. 17.

¶ Intellectio, ōnis, idem. Auctor ad Herenn. lib. 4 cap. 33 *Intellectio est, cum res tota parva de parte cognoscitur, aut de toto pars.* Rhetorica figura est.

¶ Intellector, ōris, qui intelligit, der verstand hat. Augustinus lib. 2 de Doctr. Christiana c. 13 *Quid obest intellectori, quod ita scriptum est* &c. Idem lib. 8 de Genesi ad lit. cap. 2 *Intellector laudabilis.* Adde lib. 2 de Morib. Manich. c. 3.

¶ Intelligibilis, e, quod potest intelligi, verständlich. Seneca epist. 124 *bonum intelligibile.* Et Macrobius Somn. Scip. lib. 1 c. 6 *corporis intelligibilis lineæ.* conf. Borrich. Cogit. p. 143.

¶ Intelligibiliter, adverb. idem. Augustin. Soliloqu. 1 c. 1 *Deus intelligibilis lux, in quo, & a quo, & per quem intelligibiliter lucent, quæ intelligibiliter lucent omnia.* Idem epist. 218 *intelligibiliter cognosci potest.*

¶ Inintelligibilis, e, unverständlich, unbegreifflich. Ambrosius Offic. 1 c. 14 *Inintelligibilis Dei splendor.*

¶ Intellectualis, e, mit verstand begabt, Apul. de Dogm. Plat.

¶ Intellectualitas, ātis, die gabe des verstandes, Tertull. de Anima c. 38 extremo: *Habere intellectualitatem.*

¶ Neglĭgo, neglexi, ectum, negligĕre, est, ne legere quidem, ac videre dignari, aspernari, prætermittere, nicht achten, verachten, unterwegen lassen. Cic. 14 famil. epist. 4 *Periculum fortunarum & capitis negligere pro amico*, nichts ansehen oder achten, etc. *Negligere spem rerum amplissimarum*, Idem 3 Catil. c. 9, den grossen nutzen hintansetzen, so zu hoffen ist. *Non negligere aliquod negotium*, est diligenter illud curare, sich eines dinges fleißig annehmen. Terent. in Phorm. a. 1 sc. 2 v. 4 *Amo te & non neglexisse habeo gratiam.*

¶ Neglĭgens, tis, unfleißig, nachläßig. Varie construitur: *Sociorum atque amicorum negligentior*, Cic. 5 in Verr. c. 62. Et, *Me in se negligentem putabit*, Cic. 13 fam. epist. 1 extr. *Negligentior circa deos ac religiones*, Suet. Tiber. c. 69. *Negligentior barba*, Sen. epist. 5. Et, *Qui fortasse de alieno negligentes, certe de suo diligentes erunt*, Plin. lib. 4 epist. 13. Et Superl. *negligentissimus vernula*, Latinus Pacatus Paneg. Theodosio cap. 31, quamvis Civinejus *neglectissimus* legi malit ¶ 2. *Negligens* rarâ & exquisitâ significatione accipitur pro prodigus,

lieder-

liederlich, verschwenderisch. Cic. 3 fam. epist. 8 *Non potui in illo sumptu non necessario negligens esse.* Et Suet. Galb. c. 14 *modo parcior, modo negligentior.*

¶ Negligentia, æ, profectus omnis & studiorum turpissima pestis, der unfleiß, die nachläßigkeit. *Inopiâ & cognatorum negligentiâ, coacta,* Terent. in Andr. a. 1 sc. 1 v. 44, da die verwandten ihrer nicht achteten. Columell. lib. 12 c. 2 *In re familiari laboriosior est negligentia, quam diligentia*, in haußhaltung macht unachtsamkeit mehr mühe, als fleiß.

¶ Negligenter, adverb. unachtsam, nachläßig: ut, *Adservare aliquid negligenter*, Cic. pro Cæcin. c. 26, übel verwahren, aufheben. *Minuta non negligenter tractanda sunt*, Idem in Oratore c. 23. Et Plinius lib. 1 epist. 12 n. 12 *Vereor, ne negligentius vivam.* Et Cic. in Oratore c. 11 *Multa apud alterum negligentius*, puta, elaborata.

¶ Neglectus, a, um, hintangesetzt, verachtet. *Ipsi abjecti neglectique*, Cic. de Fin. 3 c. 20. *Adparatus neglectus*, Gell. lib. 13 c. 11, nicht geachtet. Et Horatius Carm. Secul. v. 57 *Neglecta redire virtus audet.* Superlat. Statius Theb. 7 v. 165

Scilicet è cunctis ego neglectissima natis
Progenies.

¶ Neglectus, ûs, substant. die verachtung. Terent. in Heaut. a. 2 sc. 3 v. 116 *Neutiquam hæc res neglectui est mihi*, ich kan die sache nicht in wind schlagen. Al. legunt *neglecta*. Et Plin. lib. 7 c. 51 *à somno moventium neglectum*, quarto casu substant.

¶ Neglectio, ōnis, idem. Cicer. pro Muræn. cap. 4 *amicorum neglectio.*

¶ Neglectè, adverb. liederlich. Sic, *Neglectius incedere*, sine cultu & ornatu, Hieron. epist. 25 c. 1, ad Paulam de Blæsillæ obitu.

¶ Perlĕgo, lēgi, ectum, ĕre, durchlesen, auslesen. Cic. 1 de Divinat. c. 5 *Perlegi tuum paullo ante tertium de natura Deorum.* Et Auson. de studio juvenili, sive Idyll. 4 v. 45

Perlege quodcunque est memorabile, prima monebo.

¶ Eleganter *Perlegere* Virgilius 6 Æneid. v. 34 pro inspicere & contemplari posuit, de picturâ agens; ait enim:

quin protinus omnia
Perlegerent oculis, id est, ordine lustrarent.

¶ Prælĕgo, ĕre, legendo præire, vorlesen. Quintil. lib. 1 cap. 8 *Pueris, quæ maxime ingenium alant, prælegenda*, denen knaben soll man, was zur besserung und verstand dienet, fürbringen. Tac. Ann. 6, 1, 1 *prælegere Campaniam*, i. e. præternavigare.

¶ Prælectus, a, um, vorhergelesen, ausersehen. Apul. Met. 7 *prælectum hircum victimare.*

¶ Prælectio, ōnis, das vorlesen. Quintil. lib. 2 cap. 5 *Prælectio in hoc adhibetur, ut facile atque distincte pueri scripta oculis sequantur.*

¶ Prælector, ōris, ein vorleser, lehrer. Gell. lib. 18 c. 5 *Quid putatis, si magistrum aut prælectorem habuisset?*

¶ Rĕlĕgo, relēgi, ectum, ĕre, wiederum lesen. Ovidius 3 ex Ponto epist. 5 v. 9 *Quæ, quamquam linguâ mihi sunt properante per horas*
Lecta satis multas, pauca fuisse queror.
Plura sed hæc feci, relegendo sæpe.

Idem de Remed. Amor. v. 717 *Scripta cave relegas.* Sic, *Dicti religiosi ex relegendo*, Cic. Nat. Deor. lib. 2 cap. 28. *Relegentem esse oportet*, Gell. 4 c. 9. *Relegere iter, litus*, poëtæ dicunt, pro, per eamdem viam redire, einen weg zurücke gehen. Virgil. Æn. 3 v. 690

relegens errata retrorsum
Litora.

Et Statius Achill. 1 v. 23 *Culpatum relegebat iter.*

¶ Relectus, a, um, wieder überlesen. Ovid. l. c. v. 718

Constantes animos scripta relecta movent.

¶ Retrolĕgo, ĕre, zurück lesen. Quintil. Declam. 6 p. 80 *Curva litora retrolego*, ich fahre zurück.

¶ Sēlĭgo, lēgi, ectum, seligĕre, seorsim colligere, secernere, auslesen, herausnehmen. Cic. in Orat. c. 29 *exempla selegisse.* Et ibid. cap. 15 *omnia expendet & seliget.* Idem 3 de Fin. cap. 6 *Illud autem ut feriat, quasi seligendum.* Ovid. Amor. 3 eleg. 11 v. 49 *Tu selige tantum.*

¶ Selectus, a, um, abgesondert, ausgelesen: ut, *selectæ brevesque sententiæ*, Cic. de N. D. 1 c. 30. *Selecti judices*, Idem pro Cluent. c. 43. Horat. 1 sat. 4 v. 123, & Plin. 33 c. 2. *Selecta pectora, patres*, Ovid. 5 Fast. v. 71. *Selectos Deos* Augustinus de C. D. 4 c. 23 viginti numerat. vid. Dempst. in Rosini Ant. Rom. p. 206.

¶ Selectus, ûs, substant. die aussonderung, vulgare est.

¶ Selectio, ōnis, idem; ut, *Selectio rerum*, Cic. de Fin. 2 c. 13. *Selectio vitiorum*, Idem de Leg. 3 c. 10.

¶ Sublĕgo, ĕre, legere in transcursu, behend überlesen, Gellius 3 c. 12.

¶ 2. Et Colligere, aufheben. Horat. lib. 2 sat. 8 v. 10

Puer alte cinctus, &c.
Sublegit quodcunque jaceret inutile.

At, *In demortui locum sublegere*, pro substituere, an des verstorbenen statt setzen, wehlen, dixit Livius lib. 23 cap. 23. Virgil. autem eclog. 9 v. 21 *Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper.*

id est, furto subripui, entführen, stehlen. Sic, *sublegere sermonem*, Plautus Mil. a. 4 sc. 2 v. 98, & Aul. a. 4 sc. 5 v. 7.

¶ Sublectus, a, um, aufgelesen: ut, *sublecti liberi*, i. e. surrepti, entführte kinder, Plaut. Rud. a. 3 sc. 4 v. 43. *Collegæ, & qui in eorum locum suppositi, sublecti*, Varro de L. L. 5 c. 7.

¶ Sublectio, ōnis, die nachlesung. Tertullianus 4 in Marc. c. 31, ubi Luc. 14 v. 21 interpretatur: *Mandat de plateis & vicis civitatis facere sublectionem.*

¶ Translĕgo, ĕre, durchlesen. Plaut. Asin. a. 4 sc. 1 v. 5 *Age quæso, mihi translege.*

Legulejus, Legulus, vide *Lex*, *Lego*.

LEGŪMEN, ĭnis, à legendo dictum est, allerley gemüß, hülsenfrucht: ut, *Faba, Pisa, Cicera, Lentes, Oryza.* A *legendo* nomen habent, quod non secantur, sed vellendo *leguntur*, ut Varro lib. 1 R. R. cap. 32 ostendit. Ejusdem libri c. 23 *cicer quoque legumen.* Et Virgilius Georg. 1 v. 74

lætum siliquâ quassante legumen.

¶ *Legaria* idem Varro etiam *legumina* dicta affirmat eodem lib. 1 de Re Rust. cap. 32.

¶ Legūmentum, i, idem quod Legumen, apud Gellium 4 c. 11.

¶ Leguminōsus, a, um, voll hülsenfrüchte: ut, *leguminosæ epulæ*, apud Celsum.

¶ Leguminārius, i, qui vendit legumina, ein gritzmann. Gloss. gr. lat. ὀσπριοπώλης, *leguminarius.*

Leiostrea, vide *Ostrea*.

LĔLĔGES, um, vagi Asiæ minoris populi, ita dicti quasi λελεγμένοι, eò quod diversis è locis Græciæ collecti essent, ut Eustathius docet. vide quoque Plinium 4 c. 7, & 5 c. 30. Virgilius *Lèlegas Carasque* conjungit Æneid. 8 v. 725. Et Ovidius Met. 9 v. 644 *armiferos Lelegas* vocat. *Narytiusque Lelex*, apud eumdem 8 Met. v. 312.

¶ Lelegeis, ĭdis, olim Miletus, Ioniæ caput, est appellata, secundum Plinium 5 cap. 29. *Lelegeides Nymphæ*, apud Ovidium 9 Met. v. 652.

¶ Lelegeius, a, um, adjectiv. ut, *Lelegeïa litora*, Ovid. Met. 8 v. 6.

LĒMA, æ, λήμη, congelata lacryma, eiter in augen. Plin. 23 cap. 1 *Aut si cruore suffunduntur oculi, vel si lemæ in oculis erunt.*

LĔMĀNUS, i, Galliæ lacus inter Helvetios & Allobroges, cujus longitudo octo aut novem adeo miliarium est. Hodie vocatur der Genffersee: Cæsar B. Gall. lib. 1 c. 2 & 8.

LEMBUS, i, λέμβος, navicula, ein kahn, kleines schifflein. Virg. 1 Georg. v. 201 *Non aliter, quam qui adverso vix flumine lembum*
Remigiis subigit, &c

der den kahn wider den strohm aufwarts führet. Verius autem parva & velocissima navigia, quam lintres fluviales & monoxyla, *lembi*. Hinc *piratici lembi* Curtio sunt lib. 4 cap. 5 n. 18, & Livius lib. 28 c. 8 *quinqueremibus septem, & lembis viginti amplius*, &c.

¶ Lembŭlus, & Lembuncŭlus, i, dimin. ein kähnlein. Tacit. Annal. 14 c. 5 *Lembunculorum occursu*: & Prudent. in Vincentio v. 455

Levique vectum lembulo
Amplum per æquor auferas.

¶ Lembarius, i, miles classicus, in lembis constitutus, ein schiff-soldat. vid. Vopisc. in Aurel. cap. 38 cum Not. Salmasii in H. A. p. 382.

LEMMA, ătis, λῆμμα, *sumtio*, ut exponit Cicero 2 Divin. c. 53, vel *assumptio* seu *assumtum*, das man anzeucht, zur beweisung eines dinges. ¶ 2. Pro inscriptione seu titulo sæpe usurpatur, die überschrifft, der innhalt. Ausonius epistolâ ad Gregorium filium super *Cupidine cruci affixo*, Idyllio 7, *Mihi præter lemma, nihil placet.* Et præfatione super Parentalia: *Quosdam solet commendare materia, & aliquotiens fortasse lectorem solum lemma solicitat tituli, ut festivitate persuasus, & ineptiam ferre contentus sit.* Martial. lib. 10 epigr. 59

Consumpta est uno si lemmate pagina, transis.
Et breviora tibi, non meliora placent.

Et lib. 11 epigr. 43

Vivida cum poscas epigrammata, mortua ponis
Lemmata, &c. Idem lib. 14 epigr. 2
Lemmata si quæris cur sint adscripta, docebo:
Ut, si malueris, lemmata sola legas.

¶ Dilemma, ătis, δίλημμα, argumentum est oratorium, lubricum & infirmum, in quo propositiones sunt duæ, quarum utramque ubi concesseris, victus esse videaris. *Syllogismum cornutum* nonnulli vocant. Tale erat captiosum illud Pharisæorum ad Christum Matth. c. 21 *Licetne tributum Cæsari reddere, annon?* Similes dilemmatis sunt captiones, quæ *argumenta* dicuntur ἀντιστρέφοντα. vide Gell. lib. 5 cap. 10 & 11. B. Hieronymus in Matth. cap. 23 v. 33 *Constringit eos Syllogismo, quem Græci vocant* δίλημμα. *Nos inevitabilem possemus appellare: qui interrogatos hinc inde concludit & utroque premit.* conf. Hieronymus, cujus verba supra in *Cornutus* protulimus, quia *Cornutum* hunc syllogismum dixerat.

LEMNISCI, orum, plurale, fasciolæ dependentes ex coronis, die bänder um die kräntze oder palmen gewunden oder angestricket, Plin. lib. 21 c. 3. Idem lib. 16 cap. 14 *Philyræ coronarum lemniscis celebres.* Et Liv. lib. 33 cap. 33 *Coronas lemniscosque jacientium.* Et Capitolinus in Vero c. 5 *Coronæ lemniscis aureis interpositæ.* vide Turneb. Advers. 18 c. 3, Scal. Lect. Auson. lib. 1 cap. 10, & Casaub. ad Sueton. pag. 189. Ad illorum similitudinem Celsus, Ætius, Paulus aliique Medici *Lemniscorum* nomen indiderunt involucris quibusdam ligneis longis retortis, quibus in dilatandis vulnerum, nec non amplificandis aliquorum locorum angustis oris utebantur. vid. Celsus lib. 7 cap. 28. *Lemniscos* angustas vittas vocasse Syracusios, auctor est Hesychius. vid. Mercurialis Var. Lect. lib. 3 cap. 9.

¶ Lemniscatus, a, um, mit bändern geziert: ut, *palma lemniscata*, apud Cic. pro Rosc. Amer. c. 35.

LEMNOS, i, Λῆμνος, insula Ægæi maris. vide Geograph. In ea colebatur Vulcanus Deus ignis; Hinc *Vulcania Lemnos* dicitur Val. Flacco 2 v. 78.

¶ Lemnius, a, um, quod est ex Lemno; ut, *Terra Lemnia*, quæ & *Lemnia rubrica* & *Lemnium sigillum*, vulgo *Terra sigillata*, optimum & præstantissimum remedium in peste. ¶ *Lemnium malum*, λήμνιον κακὸν, de ingenti ac miserando malo; vide Chiliadas.

¶ Lemnĭăcus, a, um, aliud adjectivum. Martial. lib. 5 epigr. 7 *Lemniacæ catenæ*, id est, à Vulcano factæ.

LĒMŌNIUM, i, rectius autem *Limonium*, λειμώνιον, herba nascitur in paludibus, foliis betæ, sed tenuioribus & longioribus, natterwurtz, Plin. 25 c. 9. Sunt & *Limonia* mala.

LĔMŬRES, um, mascul. spectra & larvæ nocturnæ, poltergeister, gespenst. vide supra *Larvæ*. Persio satyra 5 v. 185 *Lemures nigri*: & Horatio *nocturni* adpellati. Ita enim 2 epist. 2 v. 209

Nocturnos lemures, portentaque Thessala rides.

¶ Lĕmūria, orum, sacra ad placandos Lemures, quæ prius *Remuria* adpellata Ovid. lib. 5 Fastor. v. 479. vide & supra v. 421, & inprimis Lavater. de Spectris P. 3 c. 4.

Lena, vide *Leno*.

LĒNÆUS, i, Ληναῖος, Bacchus, ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, id est, à lacu torculari vinario.

nario; vide Diodorum Siculum. Virgil. 2 Georg. v. 4 *Huc pater o Lenee*, &c. conf. Ovid. 4 Metam. v. 14.

¶ Lenæus, a, um, etiam adject. ut, *Lenæa dona*; i. e. Bacchica, Stat. 4 Sylv. 6 v. 80. *Libat honorem Lenæum*, i. e. vinum, Virg. Æn. 4 v. 207. *Lenæi latices*, Idem Georg. 3 v. 510.

Lenimen, Lenio, vide in *Lenis* adject.

LĒNIS, is, substantivum, vasis genus est, quomodo Afranium & Laberium usos esse, docet Nonius cap. 15 n. 13, ein gefäß. Vsurpat & Alfenus in Digestis, de quo Cujacius Observ. 6 cap. 7, & 10 cap. 15. Estque à græco ληνὸς, quatenus *lacum torcularem* significat; à cujus similitudine & navigii parvi genus *Lenis* dicitur; & quidem sexto casu in illo Martialis 1 epigr. 50 v. 9

Tepidum natabis lene Congedi vadum. Hinc

¶ Lenuncŭlus, i, diminutivum, est navigium piscatorium, ut Nonius exponit cap. 13 n. 8. Gloss. Vet. *Lenunculus*, πίτυλος, σκαφίδιον. Legitur apud Cæsarem & Ammianum lib. 14 cap. 7, ein fischer-kählein. Cæsaris locus est 2 de B. C. cap. 43. Vbi tamen in MSto pro *Lenunculus*, *Lembunculus* legitur, Ciacconio teste. Nonius l. c. ex Sallustii lib. 2 Hist. huc refert, *in lenunculo piscantis*. Adde Lindebrog. ad d. l. Ammiani p. 9, & conf. Gellii Noct. Attic. 10 cap. 25.

¶ Lenuncŭlarii, in Vet. Inscript. apud Lindebr. c. l. navicularii sunt, qui lenunculis utuntur, schiffer.

LĒNIS, e, adjectivum, à mollitie lanæ, quæ græce ληνὸς, est molle, tactu non asperum, facile, mite, sanfft, gelind, weich: ut, *Lenis aura*, gelinde lufft; *lenes venti*, leise, stille winde. Ovidius sub fin. de Remed. amor.

Lenis alit flammam, grandior aura necat.

Cicero ad Atticum lib. 7 epist. 2 pr. *Belle nobis flavit ab Epiro lenissimus Onchesmites.* Sic, *lenior flatus*, Lucretius 6 v. 139. Et, *lenior amnis*, Panegyr. Constantino dictus cap. 8. *Lenes cibi*, Celsus lib. 2 cap. 22, weiche und gelinde speisen. *Lene vinum*, Terent. Heaut. a. 3 sc. 1 v. 50, milder wein. Et ibidem v. 29 *Lenis animus*, ein sanfftes hertz. *Homo lenissimus & naturâ & disciplinâ*, Cic. Verr. 3 cap. 32, sanfftmüthig von natur, und also gezogen. Plinius 9 epist. 21 *Torqueris enim, cum tam lenis irasceris.* Ergo *Lenis* est, non qui plane non irascitur; sed qui regit iram, & ita cohibet, ne quid per eam turbide faciat; vide *Lenitas* & *Lentus*. Comp. *Lenior quam mutum mare*, der sich nicht reget, Plaut. Mil. a. 3 sc. 1 v. 69. ¶ Per translationem *lene jugum* Cæsari 2 de Bello Civili cap. 24 dicitur, quod superatu facile est, & *aspero præruptoque* opponitur.

¶ Lenè, pro Leniter, poëtæ dicunt. Martialis lib. 1 epigr. 50 v. 9

Tepidum natabis lene Congedi vadum.

Et Avienus orbis descript. v. 847 *Lene Notus spirat.*

¶ Lēnĭter, adverb. idem; ut, *Placide leniterque procedere*, sanfft und leise fahren, Hirt. B. Afr. cap. 70. *Lenius ac remissius dicere*, Cicer. lib. 1 de Orat. cap. 60. Et Quintilian. lib. 9 cap. 4 *Quis dubitat, alia lenius, alia concitatius, alia sublimius, alia pugnacius, alia gravius esse dicenda.* Cicero rursus lib. 5 fam. epist. 2 *lenissime sentire*; & Sueton. Vespas. cap. 13 aliorum *libertatem & contumaciam lenissime ferre.*

¶ Leniuscŭlus, a, um, etwas gelind. In Plin. lib. 1 epist. 16 intrusit Catanæus, *Inseris, sed data opera, molliusculos, leniusculosque versus.* Sed antiquiores omnes *mollius, leniusque.* vide Cellario ibidem notata.

¶ Lēnĭtas, ātis, ipse habitus lenis hominis, mansuetudo, die gelindigkeit, sanfftmuth, ἀοργησία: vide post *Lenitudo*. Vt, *Dare se ad lenitatem*, Cic. 13 fam. epist. 1.

¶ Lēnitūdo, ĭnis, idem. *Nimia in aliquem lenitudo*, Cic. 6 in Verr. cap. 61, gar zu fromm. *Lenitudo orationis*, Cicero Tusc. 5 cap. 16. vid. Voss. lib. 2 Inst. Orat. p. 216.

¶ Lēnio, ῑvi, ītum, īre, mitigare, lindern, besänfftigen, stillen; ut, *Lenire miseriam*, Terent. in Heaut. a. 1 sc. 1 v. 75, trösten. *Lenire ægritudinem*, Cic. 2 de Divin. cap. 1; & *desiderium*, Idem 15 fam. epist. 21 extr. *Lenire invidiam obsequio.* Nepos Dione cap. 6 n. 5. *Iræ leniunt*, Plaut. Mil. a. 2 sc. 6 v. 100, pro *leniuntur*, der zorn legt sich. Virg. Æn. 4 v. 528 *Lenibant curas* &c. pro *leniebant*.

¶ Lēnītus, a, um, gestillet, besänfftiget, vide apud Nonium cap. 4 n. 415. *Lenitum lepide reddere*, pro lenire, Plaut. Bacch. a. 5 sc. 2 v. 31.

¶ Lēnīmen, ĭnis, & Lenīmentum, i, die linderung, besänfftigung. Ovid. 11 Metam. v. 450 *addidit illis*

Hoc quoque lenimen.

Et *Lenimenta dare* (suaviora medicamenta) Plinius lib. 25 c. 5 dixit.

¶ Adlenimentum, i, die stillung. Ammianus lib. 25 cap. 5 *adlenimenta tumultus operiri.* Ita & Vales. legit p. 480 ed. nov.

¶ Delīnio, ire, sive Delenire, id est, demulcere, streicheln, begütigen. Cic. pro Milone cap. 35 *Vt plebem non modo virtute flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis deliniret*, damit er es günstig und gewogen machte. Cicero ipse sui interpres addit: *cum plebem muneribus placarit.* Plautus Stich. argum. v. 4 *verbis delenitur commodis.* ¶ Item decipere, mentem adimere, verblenden; vide Taubmann. ad illud Plauti Cist. a. 2 sc. 1 v. 41 *tu me delenis.* Et Amph. a. 2 sc. 2 v. 214 *Delinitus sum ita, ut me, qui sim, nesciam.*

¶ Delinītus, a, um, exponitur placatus, delectatus, mente alienatus, à Nonio cap. 4 n. 115, gestillet, eingenommen, verblendet. Cic. de Orat. 1 cap. 9 *genus hominum disertorum oratione delinitum.* Idem de Fin. 1 cap. 10 *Blanditiis voluptatum deliniti atque corrupti.* Titinnius apud Nonium cap. 2 n. 26 *Dotibus deliniti ultro etiam uxoribus ancillantur.*

¶ Delinīmen, ĭnis, die ergötzung, lieblichkeit. Symmach. 3 epist. 11 *Spectator veteris monetæ solus supersum, cæteros delinimina aurium capiunt.*

¶ Delinimentum, i, die liebkosung, reitzung; ut, *vitiorum delinimenta*, Tac. Agric. cap. 21 n. 3. Sic Liv. 30 cap. 13 sub fin. *Delinimentis animum cujus avertere.* Et; *Voluptatum delinimenta*, Arnob. lib. 1 p. 35, id est, illecebræ. Vnde *illecebræ delinimento flecti* Ambrosius epist. 7 conjunxit. ¶ 2. Delenifica dicta &c. Symmach. lib. 4 epist. 42 *Juvet alios titulo sublimitatis attolli. Ego magnificentiæ adpellationem recuso: nisi forte me improbum putas, quod honori tuo eadem delinimenta non defero.* Livius *Delinimenta* & *Venena* conjungit lib. 39 cap. 11. Afranius in Voss. Etym. p. 284

Si possent homines delinimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus, &c.

¶ Delīnĭtio, ōnis, die stillung, besänfftigung. Cic. 2 Off. cap. 16 *Delinitio multitudinis ad breve exiguumque durat tempus.*

¶ Delīnītor, ōris, ein streichler, schmeichler, versöhner. Cic. de Clar. Orat. cap. 70 *Judicis delinitor debet esse orator.*

¶ Delenīfĭcus, a, um, qui lenit, mitigat, blande capit, liebkosend, schmeichelnd. Plautus Mil. a. 2 sc. 2 v. 37 *dolos, delenifica facta, fraudes* conjungit. Symmachus lib. 3 epist. 6 *delenifica & suada facundia*, geschmierte worte. Idem 7 epist. 27 *delenificis artibus aliquem retinere.*

¶ Oblenio, ire, idem quod lenire, delenire, ergötzen. Seneca de Ira lib. 3 cap. 9 *Lectio illum carminum obleniat.*

LĒNO, ōnis, qui leniendo animos seducit & corrumpit, ein hurenwirth, kuppler. Ter. Adelph. a. 2 sc. 1 v. 34 *Leno pernicies communis adolescentium.* *Lenonis* descriptio exstat apud Plautum Rud. a. 3 sc. 2 v. 38. Qui pueros, puellas, & mulieres in libidinis servitium venditabant, antiquo Romanorum vocabulo *Lenones* vocabantur; qui vero infantes in canistris, servos, eunuchos aliosque homines alterius operis gratia venales habebant, ἀνθρωποκάπηλοι & ἀνδροκάπηλοι à Galeno, à Latinis *Mangones* vocati sunt. vid. Mercurialis Var. Lect. lib. 2 cap. ult.

¶ Lenullus & Lenuncŭlus, i, diminut. ein kleiner hurenwirth. vide Plaut. Pœn. a. 2 sc. 1 v. 8, & a. 5 sc. 5 v. 7. ¶ 2. *Lenunculus*, navigium piscatorium, de quo supra in *Lenis* subst.

¶ Lēna, æ, fœm. respondens virili lenonis nomini, eine hurenwirthin, kupplerin. Vlpianus Lege 43 § 7 Dig. de ritu nuptiar. *Lenas eas accipimus, quæ mulieres quæstuarias prostituunt.* Et § seq. *quæ alterius nomine hoc vitæ genus exercent.* Tibullus 1 eleg. 6

Venit in exitium callida lena meum.

Et Martial. 9 epigr. 30

Quæ sciat hos illos vendere lena toros.

¶ 2. Hoc vocabulo ad res inanimatas, aliasque utuntur boni scriptores, teste Barth. ad Claudian. p. 812, sive ad Nupt. Honor. & Mariæ v. 25, ubi *lena pictura* explicatur ex Prudentio, Ovidio, &c. *Lena* pro veste, vide supra *Læna*.

¶ Lēnōnius, a, um, adject. hurisch; ut, *oppidum lenonium*, Plaut. Pseud. a. 2 sc. 4 v. ult. *Servitus lenonia*, ibid. a. 3 sc. 1 v. 1. *Lenoniæ ædes*, ein hurenhauß, Idem Truc. a. 1 sc. 1 v. 30. Apulejus Apolog. p. 335 *Aut ille puellæ meretriciis blandimentis, & lenoniis patris illectamentis captus, & possessus*, &c.

¶ Lenonīnus, a, um, idem; ut, *lenoninum cavum*, de fœtida muliere Plautus Menæch. a. 1 sc. 2 v. 49.

¶ Lenonicè, adverb. lenonum more, schmeichlerisch. Lamprid. in Commodo cap. 15 *quæ gladiatorie, quæ lenonice faceret.*

¶ Lenocĭnium, i, lenonis professio, disciplina meretricia, hurenwirthschafft. *Facere lenocinium*, unzüchtige handthierung treiben, Suetonius Calig. cap. 40 extr. ¶ 2. *Lenocinium* etiam vulgo vocant, quicquid exornando corpori seu cuicunque rei adhibetur, gepränge und schmuck; ut, *Lenocinia formæ*, quibus formam commendamus. Cicero de Nat. Deorum lib. 2 cap. 58 *Perspicuum est, quo corporum lenocinia processerint.* Et Suet. in Augusto cap. 79 *Omnis lenocinii negligens erat*, er achtet keines schmucks, keiner hoffart. Cicero etiam *lenocinia cupiditatum* dixit, pro illecebris aut blandimentis, in Orat. pro Sextio cap. 66. ¶ 3. De orationis etiam verborumque fucatis ornamentis atque illecebris ponitur, die lockung, reitzung, liebkosung. Suetonius Calig. cap. 39 *Cui instrumento distrahendo nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit.* LENOCINIVM vocat blandimenta verborum, quibus illiciebat captabatque emtores. Idem Claudio cap. 7 *Sub Cajo demum fratris filio secundam existimationem circa initia imperii omnibus lenociniis colligente*, &c. Tacitus 1 Histor. cap. 18 *Nec ullius oratione lenocinium additum.*

¶ Lenocĭnor, ari, lenocinium exercere, huren halten; & ¶ 2. per metaphoram, blandiri seu allicere, schmeicheln, liebkosen. Cic. Divinat. in Verr. cap. 15 *Tibi serviet, tibi lenocinabitur.* Plinius lib. 2 epist. 19 *Potest tamen fieri, ut libro isti novitas lenocinetur.* Symmachus lib. 9 epist. 87 *Ergo parce verbis lenocinantibus, & fuco oblitis, & ad gratiam comparatis.*

¶ Lenocinator, ōris, ein schmeichler. Tertullian. lib. 1 adv. Marcion. cap. 22 extr. *gratiæ lenocinator.* Vet. Gloss. *Lenocinator*, πορνοβόσκος, καλλωπιστής.

¶ Lenocinamentum, i, die anwerbung. Sidonius 7 epist. 9 *Pro omni gratiarum privilegio, decoramento, lenocinamento.*

¶ Leno, are, etiam invenitur pro *lenocinari, conciliare.* Vetus epigramma: *lenandi callidus arte.* Et aliud: *formosas lenare puellas.* vide Parei Lex. Crit. p. 243.

LENS, lendis, plur. lendes, græcè κόνιδες, sordes & excrementa pediculorum in capite, nüsse in haaren. Vet. Gloss. *Hi lendes*, κόνιδες. Adde Plin. 28 cap. 11.

LENS, lentis, legumen, linsen. Apulej. lib. 6 Met. *Et hordeo, & milio, & papavere, & cicere, & lente, & faba, commixtisque acervatim confusisque in unum grumulum.* Virgil. 1 Georg. v. 228

Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis.

Dives factus desiit gaudere lente, er achtet armer leute kost nicht mehr. Ἔπειτα πλουτῶν, οὐκ ἔθ' ἥδεται φακῶν. vide Chil. *Lentes palustres*, wasser-linsen. De lente Ægyptia Pererius ad cap. 25 Genes.

¶ Lenticŭla, æ, diminut. eine kleine linse. Plinius 27 cap. 12 *Lenticulæ dimidiæ figura.* Et pro cibo, ferculo hujus leguminis: Augustinus Civ. Dei lib. 16 cap. 37 *Lenticulam, quam minor paraverat, major immoderatius concupivit.* De Jacobo & Esavo. ¶ 2. In adagio, *Vnguentum in lenticula*, lentem coctam seu pulmentum lentis significat. vid. Turneb. Advers. 21 c. 4. ¶ 3. Porro, lentigo est seu faciei macula subrufa, aut leviter a lentigine distincta, sommerflecken. vid. Corn. Cels. lib. 6 cap. 5. ¶ 4. Tandem in gemmis *Lenticula*, Plin. 37 c. 12.

¶ Lenticularis, e, lentem referens, wie die linsen; ut, *forma lenticularis*, Apulej. 2 Florid. ubi de ampulla olearia loquitur.

¶ Lenticulatus, a, um, idem. Celsus: *Lenticulata folia.*

¶ Lentī-

¶ Lentīgo, ĭnis, macula subrufa in facie ad lentis similitudinem, sommersprossen, sommerflecken. Serenus Sammonicus carm. 12

Invida si maculet faciem lentigo decoram.

Adde Plin. lib. 20 cap. 20 & alibi.

¶ Lentiginōsus, a, um, cujus facies lentigine maculosa est, sommersproßicht. *Sparso ore* Terentius dixit Heaut. a. 5 sc. 5 v. 17. Et Valer. Maximus lib. 1 cap. 7 *Prævalentem virum, flavi coloris, lentiginosi oris.* Vet. Gloss. φάκοψις, *Lentiginosus, sparso ore.*

¶ Lentŭlus, i, Corneliorum Romæ cognomen, inde illis inditum, quod lentem optimè sererent; id quod tradit Plinius 18 cap. 3. Et hinc

¶ Lentŭlitas, ātis, i. e. ulla Lentuli ratio vel nobilitas, apud Cicer. 3 fam. epist. 7.

Lentare, Lentescere, vide *Lentus.*

LENTISCVS, i, arbor est, frequentissima in Italia, perpetuo virens, & præter alium quemdam liquorem in folliculis nutritum, etiam mastichen proferens, ein mastix-baum. Plinius lib. 14 cap. 20 pr. *Lentisci fundunt resinam, quam & mastichen vocant.* Trifera est, sive ut Cicero ait 1 de Divin. cap. 9

Lentiscus triplici solita est grandescere fœtu,
Ter fruges fundens.

Quæ verba etiam Plinius laudavit lib. 18 cap. 25 extr. ¶ 2. *Lentiscus* pro fructu vel oleo lentiscino. vid. Cato cap. 7, & Plin. lib. 15 c. 6 pr.

¶ Lentiscĭnus, a, um, ex lentisco, vom mastix-baum; ut, *Oleum lentiscinum,* Plinius lib. 23 cap. 2.

¶ Lentiscĭfer, a, um, das mastix trägt. Ovidius lib. 15 Metam. v. 714 *Linternum* [Campaniæ oppidum] *lentisciferum.*

LENTVS, a, um, flexibilis, zerricht, schwang, zach, ex *lenitum*; ut, *Lenta salix,* Virgil. eclog. 5 v. 16; &, *rami lenti,* Idem Georg. 4 v. 558. Et *Lenta vincula,* Plautus Menæch. a. 1 sc. 1 v. 18. Vide Muret. 3 Var. Lect. cap. 18. *Aurum* etiam *lentum* dicitur, quod ductile est, gold-drat. Ovid. 6 Metam. v. 68

Illic & lentum filis immittitur aurum. vide locum.

Quintil. lib. 11 cap. 3 *Opus est spatiis lentioribus aut citatioribus.* Ovid. lib. 13 Metam. v. 800 *Lentior & salicis virgis.* Seneca epist. 70 *Venti segnes tranquillitatis lentissimo tædio lassant.* ¶ 2. Sed, *homo consideratus & lentus,* ein bedachtsamer mann, der mit seinen anschlägen langsam umgehet. Cicero lib. 5 de Republ. apud Nonium: *Marcellus ut acer & pugnax: Maximus* [Fabius] *ut consideratus & lentus.* Et Valer. Maxim. lib. 1 cap. 2 *Lento quidem gradu ad vindictam sui divina procedit ira, tarditatemque supplicii gravitate compensat.* Juvenal. sat. 13 v. 100

Vt sit magna, tamen certe lenta ira Deorum est.

¶ 3. *Tu Tityre lentus in umbra,* &c. müßig, Virg. eclog. 1 v. 4, id est, otiosus, securus, ut Servius ibi interpretatur. ¶ 4. *Lentus* etiam segnis dicitur, & qui per stuporem ac tarditatem animi nunquam irascitur, träg, verdrossen. Laberius apud Gell. lib. 16 cap. 9

Nunc lentus es tu, nunc tu susque deque fers:
Materfamilias tua lecto in adverso sedet:
Servus sexcentis verbis nefariis utitur.

Vide Buchnerum ad Plin. lib. 9 epist. 21 n. 547. ¶ 5. *Lentus ignis,* ein gemachsam und nicht jähling feuer, Horat. 1 Carm. od. 13 v. 8. ¶ 6. *Lentissima brachia,* quæ reluctantur, nolunt obsequi, Idem Horat. lib. 1 satyr. 9 v. 64.

¶ Lentŭlus, a, um, dimin. langweilig. Cic. ad Att. lib. 10 epist. 11 *lentulus aut restrictus.* ¶ Aliam notionem vide supra in *Lens.*

¶ Lentè, adverb. gemächlich, langsam. *Lentè & securè aliquid ferre,* Suet. Nerone cap. 40. *Lentius agere,* Hirtius de Bell. Alexand. c. 71. *Lentius subsequi,* Cæsar lib. 2 Bell. Civil. cap. 40. Et Seneca 7 Quæst. Nat. cap. 29 *Stella Saturni iter suum lentissime efficit.* Columella lib. 2 cap. 15 *Optimum stercus, quod asinus facit, quoniam id animal lentissime mandit, ideoque facilius concoquit.* ¶ 2. *Festina lente,* eile mit weile, σπεῦδε βραδέως. Augusti & Vespasiani symbolum, vel, ἀεὶ σπεῦδε βραδέως. *Semper festina lente.* Et, *Lente agere,* hoc est, segniter & remisse, langsam und mit guter musse, Liv. lib. 1 cap. 10.

¶ Lentĭtia, æ, mollitia, flexibilitas, die zachheit, gefüglichkeit. Plin. lib. 20 cap. 7 *lentitia pituitæ,* zacher schleim. Idem lib. 16 cap. 37 *virga sequacis ad vincturam lentitiæ,* zache dreh-wenden.

¶ Lentitūdo, ĭnis, tarditas, die langsamkeit, gelindigkeit. Cic. in 4 Tuscul. cap. 19 *Quam lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine adpellant.* Vitium illud, quod ἀναλγησία Græcis dicitur. Vide Casaub. ad illud Suetonii Tiberio cap. 57 *Sæva ac lenta natura ne in puero quidem latuit;* itemque Buchnerum in Plinium dicto loco.

¶ Lentor, ōris, aliud substantivum, humorem significat tenacem, & glutinosum, klebrige feuchtigkeit, schleim; ut, *Lentor resinosus,* Plinius lib. 9 cap. 36.

¶ Lento, are, biegen, lang dehnen, zerren, strecken; à quo *lentandus* videtur fecisse Virgil. 3 Æneid. v. 384

Ante & Trinacriâ lentandus remus in undâ est.

Hoc est, aut lente, aut diu ducendus. Aut *lentare remum* simpliciter navigare est. vide Turneb. Advers. 4 c. 22, & Scal. ad Catullum. Et Silius lib. 8 v. 11 *lentando fervida bella Dictator.* Et Statius Achill. 1 v. 436 *arcus lentare,* i. e. incurvando flectere.

¶ Lentatus, a, um, gedehnet, ausgestreckt. Treb. Pollio in Claudio cap. 6 *Videntur fata Romana boni principis occupatione lentata,* i. e. tardata.

¶ Lenteo, ēre, esse lentum, molle ac tenerum, zerricht seyn. Sic apud Diomedem *Lentet opus,* dixit Lucilius, es geht langsam. Vsitatius est

¶ Lentesco, ére, lentum fieri, weich und klebrig werden, sich zerren lassen. Virgil. 2 Georg. v. 250

Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo.

Et Columella lib. 2 cap. 11 extr. *Aqua maceratur, dum lentescat.* De legumine quodam loquitur. Ovid. Art. Am. 2 v. 357 *lentescunt tempore curæ,* i. e. leniuntur.

¶ Relentesco, ĕre, rursus lentescere, wieder vergehen. Ovid. 1 Amor. eleg. 8 v. 76 *Neve relentescat sæpe repulsus amor.*

¶ Lentĭpes, ĕdis, tardus pedibus, langsam von schritten. Ausonius epist 21 v. 40 *Spondeus ille lentipes ibat comes.*

Lenullus, Lenunculus, vide *Leno.*

Lenunculus, Lenuncularii, vide *Lenis* subst.

LEO, leōnis, λέων, *fulvus, jubatus; magnanimus leo,* ein löwe. Plinius lib. 8 cap. 16 *Leoni præcipua generositas tunc, cum colla armosque vestiunt jubæ.* Cybelæ sacer erat, & Vulcano etiam ob vim igneam. ¶ *Leonem ex unguibus æstimare,* an den federn sehen, was es vor ein vogel sey: Est ex minimis de summis aut toto judicare. vide Chiliad. Et ibidem: *Mortuo leoni vel lepores insultant:*

Νεκρῦ σῶμα λέοντος ἐφυβρίζυσι λαγωοί.
Audet vel lepus exanimo insultare leoni.

Ovid. lib. 3 Trist. eleg. 5 v. 33

Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni:
Pugna suum finem, cum jacet hostis, habet.

conf. Plinius l. c. Prov. *In pace leones, in prælio cervi,* Tertull. de Coron. Mil. cap. 1. *In pretoriis leones, in castris lepores,* Sidon. 5 epist. 7. ¶ 2. *Leo* inter signa cælestia à Junone relatus apud Ampelium cap. 12 de Signis. ¶ 3. Est & *Leo marinus,* piscis ex cancrorum genere, Plin. 32 cap. 11. ¶ *Leonum simulacra* in heroum sepulcris statui solita, vetus Scholiastes Horatii ad epod. 16 v. 14 observat. Quam in rem ibidem Torrentius Ptolemæi Hephæstionis locum notat: addens, tales leones in sepulcris totâ Italiâ passim conspici. Sed in Germaniâ quoque sepulcra ejusmodi videre licet, ut pedibus, prostratis infra leonibus, insistere videantur. Quod & antiquitùs obtinuisse, videtur suadere Æsopi fabula 223, quæ ita habet: *Leo & homo faciebant iter unà. Qui cum contenderent, uter fortior esset, offendunt columnas, in quibus leones hominibus subjectos licebat videre. Quod cum pro se allegaret homo; respondit leo: si scirent leones fingere talia, homines leonibus subjectos intuereris.*

¶ Leæna, æ, fœm. λέαινα, eine löwin. Virg. eclog. 2 v. 63

Torva leæna lupum sequitur, &c.

¶ *Leæna* nomine Athenis adpellata & meretrix fuit. Meminit Lactantius lib. 1 cap. 20.

¶ Lea, æ, eadem quæ *Leæna.* Isidorus 12 cap. 2 latinum quidem, sed poëticum esse ait. Vsurparunt Lucretius 5 v. 1317, Ovidius lib. 9 Metam. v. 647, & 2 Fastor. v. 88, & Valer. Flaccus lib. 3 v. 736.

¶ Lĕōnīnus, a, um, vom löwen, löwenhafft; ut, *Leonina species,* Varro de R. R. 2 cap. 9. *Adeps leoninus,* Plin. 24 cap. 17. Prov. dicitur *Leonina societas,* gefährliche untreue gesellschafft, ubi alius damnum tantùm, alter lucrum sentit. vide Legem 29 § 2 Dig. pro Socio. Huc pertinet fabula Æsopica apud Phædrum lib. 1 n. 5. Et *Leonina pellis:* vide *Vulpes.* *Leonini versus* qui sint, vide apud Scalig. lib. 2 Poët. cap. 29.

LEOCHĂRES, is, sculptor eximius, Plin. 36 cap. 5.

LEOCŎRION, i, delubrum Athenis, honoris caussa exstructum, cum Leos filias puellas, quas κόρας Græci vocant, immolandas exhibuisset, ut sic ex oraculi responso annonæ caritas tolleretur. Meminit Strabo, Thucydides, Cicero de N. D. 3 cap. 19, Demosthenes, Suidas, Cælius A. L. 13 cap. 7.

LEONIDES, is, nobilis Spartanus & rex Lacedæmoniorum, de quo Nepos 2, 3, 1, Justin. 2, 11, Gell. 3 cap. 7 & alii. ¶ 2. Alius Alexandri pædagogus. vid. Quintil. 1 cap. 1, & Plin. 12 cap. 15.

Leoninus, a, um, vide supra *Leo.*

LEONTĬCE, es, λεοντική, herba Plinio 25 cap. 11, & Dioscoridi eadem quæ & *Cacalia* à Plinio dicitur, nascitur in Alpibus Apennini, folio tussilaginis, sed majore aversa parte candidiore, &c. vide & *Cacalia,* ejusque descriptionem integram apud Matthiolum.

LEONTIOS, i, gemma à leonis pelle sic dicta Plinio lib. 37 cap. 11.

LEONTIVM, i, meretrix, Epicuri amica: cujus Plutarchus meminit libello, *An recte dictum sit, latenter esse vivendum.* Item M. Tull. lib. 1 de Nat. Deor. cap. 33 *Sed meretricula etiam Leontium contra Theophrastum scribere ausa est, scito illa quidem sermone, & Attico.* Theon etiam Progymn. cap. de laudatione: *Animum ad philosophiam adplicasse scribit.* ¶ 2. *Leontium* Ptolemæo, urbs Siciliæ mediterranea, aliàs communi cum civibus nomine *Leontini* pluraliter adpellata. vide Cic. 5 in Verrem cap. 46, ubi & *Leontina civitas* vocatur. Nam

¶ Leontīnus, a, um, possessivum est; ut, *Ager Leontinus,* Cic. ibidem & 1 de Divinat. cap. 33.

LEONTOPĔTĂLON, i, λεοντοπέταλον, herba, Plinio lib. 27 cap. 9, & Dioscoridi lib. 3 cap. 96, löwentapp, löwentatsche.

LEONTOPHŎNON, i, λεοντοφόνον, vermiculus, iis in locis nascens, ubi leo gignitur, quem vero si gustet leo, extinguitur, Plinius lib. 8 cap. 38.

LEONTOPŎDIVM, i, λεοντοπόδιον, herba, Plinio lib. 22 cap. 8, & Dioscoridi lib. 4. Sed ut incognita, ita nec magni usus, cùm eâ alligatâ ad amatoria tantum usa fuerit antiquitas. Matthiol. Cordus.

LEOPARDVS, i, λεοπάρδαλις, animal ex *Pardo* & *Leæna* natum; valde iracundum, simile est leoni capite, & membrorum formâ, minus tamen, ein leopard. vide *Panther,* & Plin. 8 cap. 16.

LEPIDIVM, i, λεπίδιον, herba, quæ & *Iberis* & vulgo *piperitis* dicitur, wilde kreß, vide *Iberis,* & Plin. 19 cap. 8. Matthiol. ex Democrate:

Herba hæc ubique multaque frequens nascitur.
Monumenta juxta antiqua murosque veteres,
Tritasque quondam publice pedibus vias,
Semper virescens folia habet nasturtii, &c.

LEPIDŌTES, æ, λεπιδωτὶς, gemma, quæ squamas piscium imitatur, Plin. 37 cap. 10.

LĔPĬDVS, a, um, adjectivum, quod à λεπὶς, *lamina,* seu *squama* Donatus format, elegans, venustus, jocosus, salsus, manierlich, fein, artig. *Puer lepidus ac delicatus,* fein und zärtlich erzogen, Cic. 2 Catil. cap. 10. Sic Horat. Art. Poët. v. 273 *Lepidum dictum.* Plaut. Milite a. 3 sc. 1

Procreare liberos, lepidum est onus.
Pe. *Hercle vero liberum esse, id multo est lepidius.*

Lepidiora carmina, Apulej. Apolog. p. 280. *Lepidissima conjux,* Catull. carm. 79.

¶ Lepidus, i, cognomen apud Romanos, quo quatuor inprimis nobiles, de quibus Rutilius Numatianus Itinerario, cujus versus illustrat declaratque Lipsius ad 14 Annalium Taciti p. 369: *In Lepidorum gente tres obducto membranâ oculo geniti*, Plin. 7 c. 12. ¶ *M. Lepidi*, Conf. Rom. res gestas & bellum, quod cœpit, civile describit Florus lib. 3 cap. 23, Plutarch. Pompejo, Appian. lib. 1. Valer. Max. lib. 2 c. 3; & Sueton. Cæsar. cap. 3.

¶ Lĕpĭdè, adverb. artlich. *Lepide ludere*, Cicer. 3 de Orat. cap. 43. Plauto cumprimis familiare, qui etiam inde diminutivum fecit.

¶ Lepidŭlè, idem; Plaut. Pseud. a. 1 sc. 5 v. 115 *lepidule aliquem circumducere*.

¶ Lĕpor, ōris, festivitas, elegantia, dicitur de verbis, lieblichkeit, zierlichkeit, hofflicher schertz. Cognatum cum *Lepidus*, & ejusdem originis. Vossius in Etymolog. pag. 285 dubitanter: *Lepidus creditur esse à* LEPORE. *Lepor* autem à *Lepus* erit, si Prisciano credimus lib. 4. Aliis argute *Lepor* quasi λῷον ἔπος, *dictum politum ac suave*. *Lepor* est sane verborum plerumque, & καλλιέπεια in Onomastico exponitur. *Lepor admirabilis dicendi*, Cicero 4 Acad. Q. cap. 6. *Lepore ac venustate affluere*, Idem in Verr. 7 cap. 57. Et Plin. lib. 17 cap. 1 *Faceto lepore solers*. Sic, *Lepor nativus*, id est, suavitas linguæ naturalis. Nepos in Attico c. 4. Lucretius 4 v. 1126

Medio de fonte leporum,
Surgit amari aliquid, quod in ipsis floribus angat.

¶ Scribitur & *Lepos*. *Lepos facetiæque & eruditio*, Cicer. de Oratore lib. 1 cap. 5.

¶ Illepidus, a, um, sine gratia, ungeschickt, unlieblich, nicht fein. Gellius lib. 13 cap. 23 *illepida geminatio*.

¶ Illepidè, adverb. idem. *Non illepide existimatur*, Plinius lib. 8 cap. 51. *Non illepide fictum*, Gell. lib. 12 cap. 14.

¶ Perlepĭdus, a, um, sehr artlich. Plaut. Pseud. a. 2 sc. 4 v. 53 *Euge perlepide Charine*.

¶ Perlepidè, adverb. sehr artlich. Plautus Casin. a. 5 sc. 2 v. 47 *perlepide narrat*.

LĔPISTA, sive Lepesta, æ, vasis aquarii genus, vide Nonium c. 15 n. 35. Scalig. ad Varron. item ad Festum, & Vossium inprimis in Etymologico p. 285. Gloss. Philox. *Lepista*, εἶδος χύτρας.

LĔPONTII, orum, Germaniæ populi, in Alpibus Rhæticis, Salassiis vicini, apud quos Rhenus oritur, ut testatur Cæsar 4 B. Gall. c. 10. conf. Plin. 3 c. 20. Hinc

¶ Leponticus, a, um, adject. Silius lib. 4 v. 235

Occidis & tristi pugnans Lepontice fato.

Lepor, Leporarium, leporinus, vide *Lepidus*, *Lepus*.

LEPRA, æ, λέπρα, elephantiasis, der außsatz, *malam scabiem* vocat Horatius in Arte poetica. Nascitur ex corruptione humorum, & membrorum eorum, quæ humoribus nutriuntur. Lepram & elephantiasin eadem esse, negat Beza in Matth. c. 8 v. 2. vide ibi & Casaubon.

¶ Leprōsus, a, um, außsätzig. Gloss. Vet. *Leprosus*, λεπρὸς, ein außsätziger. Ecclesiasticis usitatior vox, quam cæteris. Sedulius lib. 4 de leprosis Luc. c. 17 *Decem maculosa gerentes*
Leprosi portenta viri.

Adjectivum autem est, &, si absolute ponitur, *vir*, *homo*, aut simile subauditur, uti ex Sedulio jam patuit. Prudentius passione S. Laurentii v. 285 *Peccante nil est tetrius:*
Nil tam leprosum aut putidum.

¶ Cŏlleprosus, a, um, mitaußsätzig. Sidon. 6 epist. 1 *Colleprosi mei conditio*.

LEPTŎMĔRĬCVS, a, um, λεπτομερικὸς, das klein und subtil macht. Th. Priscian. de Diæta cap. 10 *Acori radix virtutem habet leptomericam*.

LEPTYNTĬCVS, a, um, λεπτυντικὸς, i. e. attenuatorius, mindernd. Th. Priscian. de Diæta c. 10 *Ceparum virtus leptynsica*.

LĔPVS, ŏris, animal notum, quod λέποριν, vocabulo antiquo, Æoles dixerunt, ein haase, Terentius in Eunuch. a. 3 sc. 1 v. 36 *Lepus tute es & pulpamentum quæris*, was du selbst hast, suchest du bey einem andern. vide *Pulpa*. Horatius lib. 2 satyr. 4 v. 44

Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos.

Et Martial. lib. 13 epigr. 92

Inter aves turdus, si quis me judice certet,
Inter quadrupedes gloria prima lepus.

¶ *Duos insequens lepores, neutrum capit*, wer zu viel haben will, dem wird gar nichts: dictum est de negotiis susceptis urgendis, non distrahendis. Prov. *Lepus adparens inauspicatum facit iter*, es ist ein böses zeichen ꝛc. Φανεὶς λαγωὸς δυστυχεῖς ποιεῖ τρίβους. vide Chiliad. Antiqua fabula est, septem diebus pulchros fore, qui comedissent leporem. Martial. lib. 5 epigr. 30

Si quando leporem mittis mihi, Gellia, dicis:
Septem formosus, Marce, diebus eris, &c.

Lampridius in Alexandro Severo cap. 38 *Et quoniam de lepusculis facta est mentio, quod ille leporem quotidie haberet, jocus poëticus emersit, idcirco, quod multi septem diebus pulchros esse dicunt eos, qui leporem comederint.* vide ibi plura. *Leporum niveorum* fit mentio apud Calpurnium eclog. 7 v. 58. ¶ 2. *Lepus marinus*, piscis, qui Græcis & Latinis alius est, quam Germanis, venenatus nimirum, ein gifftiger meerhaase, ein kuttelfisch. Sed *Lepus marinus* Germanorum, ein seehaase. Conradus Gesnerus.

¶ Lĕpuscŭlus, i, diminut. ein häßlein. Seneca epist. 124 *Par lepusculo non eris*. Vsus & Cicero est lib. 1 de Nat. Deor. c. 31 extr. & Columella 9 cap. 1 extr.

¶ Lĕpŏrīnus, a, um, vom haasen; ut, *Lac leporinum*, Varro lib. 2 c. 11.

¶ Leporārium, i, λαγωτροφεῖον, ein thiergarten. Locus, in quo non lepores solùm, sed & aliæ feræ pascuntur, Varrone auctore de Re Rust. lib. 3 cap. 3 & 12.

LERNA, æ, lacus in Argivorum & Mycenæorum agro, in quo poëtæ fingunt hydram illam septem capitum constitisse, quam Hercules interfecerit, quæ nihil fuit aliud, quam palus ipsa exitiosas aquas evomens, cujus fontes Hercules igne occlusit: aut arx munitissima regis Lerni, quam Hercules expugnavit. ¶ *Lerna malorum*, Λέρνη κακῶν, de malis plurimis in unum locum congestis, ein hauffen übels; item de homine, omni turpitudinis genere contaminato. vide Chiliades.

¶ Lernæus, a, um: ut, *Hydra lernæa*, quæ septem capitum erat, passim apud poëtas; v. g. Lucretius lib. 5 v. 26

Quid Lernæaque pestis,
Hydra venenatis posset vallata colubris.

Lernei alumni, Græci dicuntur apud Statium Theb. 4 v. 638.

¶ *Lerniferum venenum*, quod ex Ovidii Heroid. epist. 9 v. 141 adferunt, docto antidoto infirmat Heinsius, legens *letifero Eveno*.

LESBONACTES, æ, Λεσβωνάκτης, græcus auctor, cujus orationes aliquot in opere magno orationum græcarum edidit Aldus. Ex Protreptico ejus adducunt illud: Ἀρετὴν πλεῖστον ἂν εὕροις αὐτὴν ἐπιδιδοῦσαν, ὅπου μεγίστην τιμὴν ἔχει σὺν ἄθλοις καὶ ἐπαίνοις. Hoc est, *Virtutem maxime invenias cultam & proficientem, ubi maxime honoratur laudibus & premiis*.

LESBOS, i, Λέσβος, insula in Ægæo, Æoliæ Asiaticæ propinqua, cui etiam annumerata fere fuit. Metropolis in ea fuit Mitylene, & aliæ urbes insignes. vide Geograph. & Horat. 1 epist. 11 v. 1.

¶ Lesbius, a, um, adject. ut, *Lesbia vina*, Horat. epod. 9 v. 34. *Lesbium plectrum*, Idem lib. 1 oda 26 v. 11.

¶ Lesbōus, a, um, idem; ut, *Lesboum barbiton*, Horat. 1 od. 1 v. 34, in quibus *Lesbous* optimum poësios Lyricæ significat, propter Lesbios Alcæum & Sappho, Lyrico carmine excellentes. conf. Horat. 1 od. 32 v. 5.

¶ Lesbiăcus, a, um, idem; Sidonius 9 epist. 13

Juncto Lesbiaco sive Anapæstico.

¶ Lesbĭdes, um, puellæ, à *Lesbis* patronym. Ovid. Heroid. ep. 3 v. 36.

LESCHE, es, Pausaniâ in Phocicis auctore, adpellatus Delphis locus est juxta fontem Cassotidem, quod eo convenientes seria & joca inter se conferebant, ein trösch-oder plauder-marckt. vid. Erasm. in Adag.

LESSVS, ûs, ui, ejulatio lugubris, seu lamentatio, ein klag-geschrey, todenklage. Vsus est eo Plautus in Trucul. a. 4 sc. 2 v. 18 *Lamentando lessum facere*, & Cicero lib. 2 de Legib. cap. 23. Antiqui pro *Lessu Lausum* dicebant, quo usus est Varro: cujus locum lege infra in *Silicernium*.

LESTRȲGŎNES, um, Λεστρυγόνες, populi in Italia, quos Homerus scribit socios Vlyssis verubus transfixos atque igni assos comedisse. Fuerunt autem latrones, dicti ἀπὸ τῆς λῃστρείας, à latrocinio. Juven. satyr. 15 v. 18

Fingentem immanes Lestrygonas, atque Cyclopas.

¶ Lestrygonius, a, um, adject. *Lestrygonia Bacchus in amphora*, Horat. 3 oda 16 v. 34.

Letare, lethalis, vide *Lethum*.

LĒTHARGVS, i, λήθαργος, qui & *Lethargia* dicitur, latine *torpor*, inexpugnabilis penè somni necessitas, ut Celsus describit lib. 3 cap. 20 pr. die schlaffsucht. Horat. 2 sat. 3 v. 145 *Lethargo grandi oppressus*.

¶ Lethargĭcus, a, um, lethargo laborans, schlaffsüchtig: ut, *morbus lethargicus*, Plin. 20 cap. 4, & Horatius d. l. versu 30 *lethargicus hic*.

LĒTHE, es, λήθη, fluvius apud inferos, oblivionem omnium rerum inducens; λήθη enim oblivio est. ¶ 2. Fluvius tamen ejusdem nominis Africæ quoque est, Berenicen urbem alluens,

Infernis, ut fama, trahens oblivia venis,

quemadmodum Lucanus scripsit lib. 9 v. 355.

¶ Lethæus, a, um, adject. ut, *Amnis Lethæus*, Virg. Æneid. 6 v. 705. *Lethæa papavera*, Idem 4 Georgic. v. 545.

LĒTHVM, vel Letum, i, (utroque enim modo scribitur,) mors, à λήθη, ut Varro putat, der tod: Sed Priscianus à supino verbi *Leo*, *Letum* deducit, quia *let*, sive delet omnia. Prisciani opinionem verisimiliorem: Varronis acutiorem censet Scalig. in Conjectan. *Leto interire*, Cicer. 1 de Divin. cap. 26. *Leto affici*, Nepos in Regibus cap. 3 de eo, qui prœlio ceciderat. Horat. lib. 2 satyr. 6 v. 94

nec ulla est
Aut magno, aut parvo leti fuga, &c.

Pers. satyr. 5 v. 153

Vive memor leti, fugit hora, hoc quod loquor, inde est.

Cornel. Gallus, vel quisquis sub hoc nomine latet, eleg. ult.

Omnibus est eadem leti via, non tamen unus
Est vitæ cunctis exitiique modus.

Statius lib. 9 Theb. v. 280

Mille modis leti miseros mors una fatigat.

Convenientius poëtis, quam oratoribus, est vocabulum. vid. Buchn. de Commut. rat. dicend. p. 231. Cicero raro habet.

¶ Lēthalis, vel Letalis, e, tödtlich: ut, *Letale vulnus*, Virg. lib. 11 Æn. v. 759, eine tödtliche wunde. Plin. 11 cap. ult. *Letalis inedia*.

¶ Lethaliter, adverb. idem, Plin. lib. 11 cap. 37.

¶ Letabilis, e, idem. Ammian. Marcell. 19 c. 4 *lues volucri velocitate letabilis*.

¶ Letĭfer, a, um, idem; ut, *Arcus letifer*, hoc est, mortem præsentem inferens, Virg. Æneid. 10 v. 169. *Letifer morbus*, apud Columellam lib. 7 cap. 12 extremo. *Letifer annus*, die pest-zeit, Virg. Æneid. 3 v. 139, & Ovidius Fast. 1 v. 123

Sanguine letifero totus miscebitur orbis.

¶ Lēto, are, i. e. interficere, letho dare, tödten. Virgil. in Culice v. 322

Rursus acerba fremunt, Paris hunc quod letat, &c.

¶ Letatus, a, um, trucidatus, getödtet, ermordet. Ovid. Met. 3 v. 55

Vt nemus intravit, letataque corpora vidit.

Levamen, levamentum, levatio, &c. vide *Levo, are*.

LEVCA, æ, spatium, quo Galli terras sive itinera metiebantur, quale apud Persas *Parasanga*; apud Romanos *Milliarium* dicebatur, eine meile. Id mille & quingentorum passuum erat, ut in Glossario scribit Papias, & Petrus Pithæus lib. 1 Adversar. cap. 13 observat. Id clarissimis verbis confirmat quoque Ammianus Marcellinus lib. 16 cap. 23; *A loco*, inquit, *unde Romana promota sunt signa, ad usque vallum barbaricum, quarta leuca signabatur & decima, id est, unum & viginti*

viginti millia paſſuum. Barthius putat, *Leucam* perperam ſcribi, & *Leuvam* potius dicendam, Nithardi auctoritate maxime adductus, quem vide ad lib. 2 Rutilii v. 8. Sed rectius videtur *Leuca*, ut præclare Voſſius obſervat, quem vide lib. 3 de Vitiis Sermonis cap. 19. Valeſius d. l. Ammiani pag. 140 *Leuga* ſcripſit. conf. Zimmermanni Analect. Miſc. Menſ. 10 p. 514.

LEVCACANTHA, æ, λευκάκανθα, *ſpina alba*, à qua tamen leucacantham differre, Matthiolus oſtendit, weiſſe gartendiſteln. vid. Dioſcoridem lib. 3 cap. 427, & Plin. 24 c. 16.

LEVCACHĀTES, æ, λευκαχάτης, Achatis gemmæ ſpecies, Plinio eſt 37 c. 10.

Leucadia, Leucadius, vide mox in *Leucas.*

LEVCAETHIOPES, um, populi in Africa habitantes cum Libyægyptiis. v. Plin. 5 c. 7.

LEVCANTHĔMIS, ĭdis, λευκάνθεμις, idem quod *Anthemis*, camillenblumen; vide *Anthemis*, & Plin. 22 c. 21.

LEVCARGILLION, i, λευκαργίλλιον, candida argilla, weiſſer thon, Plin. 17 c. 7.

LEVCAS, ădis, inſula Ionii maris, Λευκὰς, olim peninſula, (hodie S. Maura dicta:) Item, oppidum ejusdem inſulæ. vid. Livius lib. 33 c. 17. De ſaltu à petra, quæ inibi eſt, quo finiri amores credebantur, unde & Sappho deſiliit, vide Strabonem lib. 10. Meminit & Servius in eclog. 9 Virgilii, & neſcio quis apud Photium Bibliothecâ p. 49 extr. plura vide apud Scalig. Lect. Auſon. 2 cap. 18 p. 138. Statius Epicedio Patris lib. 5 Silv. 3 v. 154

ſaltuque ingreſſa viriles
Non formidatâ temeraria Leucade Sappho.

¶ Leucadia, æ, eadem inſula contra Ambracium ſinum, olim *Neritis.* Pomp. Mela 2 c. 7, & Plin. 4 c. 1.

¶ Leucădius, a, um, poſſeſſivum eſt. Livius cit. lib. 33 c. 17 *Eos acie in foro inſtructa aliquamdiu Leucadii ſuſtinuerunt*; id eſt, incolæ urbis Leucadis, cives. Et Ovidius lib. 3 Triſt. eleg. 1 v. 42

An quia Leucadio ſemper amata Deo;

hoc eſt, Apollini, cujus fanum ibidem erat.

LEVCASPIS, is, Æneæ ſocius, qui tempeſtate in mari obrutus periit. Virg. 6 Æneidos v. 334

Leucaſpim, & Lyciæ ductorem claſſis Orontem.

LEVCĀTES, æ, Λευκάτης, promontorium in Epiro, dictum à ſaxis candidis in pelagus projectis, in quibus fanum Apollinis. vid. Strabo lib. 10. Virgil. Æneid. 3 v. 274, & Æneid. 8 v. 677. Silius 15 v. 302. Et inde amore captos ſe præcipitaſſe, patet ex Auſon. Edyll. 6 v. 24. vide dicta in *Leucas.*

LEVCE, es, oppidum in finibus Ioniæ, Plin. 5 c. 29. ¶ 2. Inſula ponti ante Boryſthenem, Achillea cognomine, quia ibi Achilles ſepultus, Pomp. Mela 2 c. 7, & Plin. 4 c. 13.

LEVCIPPVS, i, Philoſophus, qui omnia ex pleno & inani, & ex atomis conſtare dixit: Cic. 4 Acad. c. 37, & de N. D. 1 c. 24.

LEVCOCHRȲSVS, i, λευκόχρυσος, gemma, quæ fit Chryſolitho interalbicante, Plin. 37 c. 9 & 10.

LEVCOGAEA, æ, λευκογαία, gemmæ ſpecies, Plin. 37 c. 10.

¶ Leucogæi, orum, λευκόγαιοι, colles in Neapolitano Campanoque agro Italiæ, in quibus alumen invenitur & ſulphur; Plin. 35 c. 15.

LEVCOIVM, i, λευκόιον, nomen eſt commune apud Græcos multis violis, ut *albæ, luteæ & purpureæ*, gelbe violen, weiſſe violen. v. Plinius 34 c. 12.

LEVCŌMA, ătis, λεύκωμα, album dicitur, hoc eſt, tabula illa, in quam judicum deſcripta erant nomina, & in quam ſingulorum annorum acta referebantur à pontifice maximo. *Matricem* vulgo vocant, das rathsbuch, ſtadtbuch, ſtadtregiſter. ¶ 2. Accipitur & pro *albo ovi*, & *albugine oculorum*, das weiſſe im ey, und das weiſſe in augen.

LEVCŎNIVM, i, λευκόνιον, & Leuconicum, tomentum, vel lanæ genus, baumwolle, ſcherwolle. Martial. 11 epigr. 22

Culcita leuconio quàm viduata ſuo.

LEVCŎNŎE, es, fœmina à candore mentis dicta, ad quam ſcripſit Horatius 1 oda 11. vid. Turnebi Adverſ. 11 c. 28, & Heinſ. ad Ovid. Met. 4 v. 168.

LEVCOPĔTRA, æ, Λευκοπέτρα, Weiſſenfels, promontorium agri Rhegini vel Tarentinorum, cujus meminit Cicero Philipp. 1 c. 3, & ad Att. 16 epiſt. 6, & Plin. 3 c. 5.

LEVCŎPHAEVS, a, um, λευκόφαιος, coloris adpellatio, apud Plinium 32 cap. 10, vel fuſci vel cineritii, ſchwärtzlich oder aſchenfarb, à λευκὸς, albus, & φαιὸς, fuſcus, pullus.

¶ Leucŏphæātus, a, um, λευκοφαιωτὸς, fuſcâ veſte indutus, der eine graue münchskappe an hat. Legitur apud Martialem lib. 1 epigr. 97.

LEVCOPHŎRVM, i, λευκοφόρον, glutinum auri, Plinius 35 cap. 6, & 23 c. 3.

LEVCOPHTHALMVS, i, λευκόφθαλμος, gemmam oculi ſpeciem candidam nigramque continens, Plin. 37 c. 10.

LEVCŎRIS, is, vel Leucorea, æ, quibusdam eſt *Witteberga*, urbs ad Albim ſita, Saxoniæ caput, ubi Anno 1502 celebris eſſe cœpit Academia.

LEVCOSIA, æ, inſula maris Tyrrheni, in ſinu Pæſtano, ſic dicta à conſobrina Æneæ ibi ſepulta, ut vult Feſtus; vel à Sirenum una ibi ſubmerſa, ut Plinius indicat lib. 2 cap. 90. conf. Ovid. Metam. 15 v. 708.

LEVCOSTICTOS, i, λευκόστικτος, lapis ab albis ſic dictus maculis ſeu punctis, Plinio lib. 36 c. 7, marmelſtein mit weiſſen flecken.

LEVCOSȲRI, orum, qui nunc *Cappadoces*, ſic dicti ad differentiam fuſci coloris Syrorum. Euſtathius Schol. in Dionyſ.

LEVCŎTHĔA, æ, Λευκοθέα, aurora, Ino Cadmi filia. Latini *Matutam* vocant, item *Albunam*, ſive *Albuneam*, de quâ ſupra, die morgenröthe. vide Cic. 1 Tuſcul. c. 12, & lib. 3 de Nat. Deorum c. 15 & 19; & Ovidium 6 Faſt. v. 545, & Plutarch. in Camillo pag. 131. Vbi & de ſacrorum, quibus coli ſolita, ritibus habes.

LEVCŎTHŎE, es, Solis ſ. Apollinis amica, in thuris arborem commutata. vide Ovid. Metam. 4 fab. 5. ¶ 2. Aſiæ regio thurifera: v. Plinius 5 c. 9.

LEVCOZŌMVS, a, um, λευκόζωμος, albo jure conditus, mit einer weiſſen brühe zugerichtet; ut, *pullus leucozomus*, Apicius 6 c. 9.

LEVCTRA, æ, & Leuctra, orum, gener. neut. Λεῦκτρα, oppidum Bœotiæ. vid. Cic. Off. 1 c. 18, & Tuſc. 1 c. 46. Hinc

¶ Leuctricus, a, um: ut, *Leuctrica pugna*, in qua, Epaminondâ Thebanorum duce, Lacedæmonii victi ſunt, omnisque eorum fracta potentia eſt, quam nunquam poſtea recuperarunt. vide Diodorum Siculum lib. 15 cap. 55 ſeq. & Nepotem vitâ Epaminondæ cap. 6. Pœna fuit ea pugna libidinum, quod in eo ipſo loco, duo adoleſcentes nobiles Spartani, Scedaſi filias vi ſtupraviſſent, diſſectasque in fruſta in puteum abjeciſſent. Cujus flagitii pœna illa & oraculo denunciata antea. vid. Pauſan. Facta eſt autem pugna Leuctrica initio anni ſecundi Olympiadis centeſimæ ſecundæ, die quinto Junii. Ejus iconem habes apud Joh. Arcerium in notis ad Æliani Tactica.

Leuga, vide paullo ante in *Leuca.*

Levicomis, leviculus, levidenſis, &c. vide mox in *Levis.*

LĒVIR, i, mariti, vel uxoris frater, ſecundum Nonium c. 19 n. 5 & Feſtum, ein ſchwager, des mannes oder des weibes bruder. Lege 4 Dig. de Gradibus § 6 *Viri frater Levir: is apud Græcos δαὴρ adpellatur.*

Lēvis, glatt, vide ſupra *Lævis.*

LĔVIS, e, adjectiv. ſine pondere, leicht, gering: ut, *Levis armatura*, leichte rüſtung. *Milites levis armaturæ*, apud hiſtoricos & Ciceronem 10 Philipp. cap. 6, qui id etiam eleganter ad orationis argumenta tranſtulit lib. 2 de Divinatione cap. 10, *Hæc fuerit nobis tamquam levis armaturæ prima orationis excurſio.* Proprie, *Plumâ levior*, apud Plaut. Menæch. a. 3 ſc. 2 v. 23, leichter als eine feder. *Labor levis*, Ter. Heaut. a. 2 ſc. 4 v. 19. *Cauſſa levis*, Idem Hecyr. a. 3 ſc. 4 v. 12, eine geringe urſache. Et Hecyr. a. 3 ſc. 1 v. 30 *Pueri inter ſe quam pro levibus noxiis iras plumbeas gerunt!* Sic, *In levi habere*, id eſt, parum curare, Tacitus 2 Hiſt. c. 21, wenig achten. *Levi manu, brachio*, id eſt, molli. vid. Not. Varior. Quintil. pag. 167. *Leviores uſuræ*, ſunt tolerabiles Sueton. Aug. c. 39 *Notavit aliquos, quod pecunias levioribus uſuris mutuati graviori fœnore collocaſſent.* ¶ 2. *Homo levis*, i. e. ſibi non conſtans, ein leichtſinniger, liederlicher menſch: Idem & *Inanis.* vide ſupra. *Mulieres levi ſententia*, weiber von unbeſtändigen ſinn, Terent. Hecyr. a. 3 ſc. 1 v. 32. Tacitus Hiſtor. lib. 1 cap. 88 *Sapientibus quietis & reip. cura: leviſſimus quisque & futuri improvidus, ſpe vana tumens.* Cæſar B. G. 5 c. 28 *Quid eſt levius aut turpius, quam auctore hoſte de ſummis rebus capere conſilium?* Qui *leves* ſint, & quid *levitas*, vide apud Gellium lib. 7 c. 11. ¶ 3. *Levis* etiam agilem, celerem, expeditum notat, geſchwind, flüchtig, raſch, hurtig. Cornel. Nepos Iphicrate cap. 1 *Peltam pro parma fecit, ut ad motus & concurſus eſſent leviores.* Sic *levem moloſſum* Lucanus dixit lib. 4 v. 440. Virgilius 9 Æneid. v. 548 *Enſe levis nudo*, geſchwinde mit dem degen. Idem *Meſſapum levem curſu* Æn. 12 v. 489 vocat. Tacitus de Germania cap. 6 *Nudi aut ſagulo leves.* ¶ 4. Tacitus 1 Hiſtor. cap. 62 *Lætum augurium Fabio Valenti ipſo profectionis die aquila levi volatu, prout agmen incederet, velut dux viæ prævolavit*; LEVI, id eſt, languido & remiſſo: qui contento, & in quem omni incumbitur vi, opponitur. Pichena tamen pro *levi* maluit *leni.*

¶ Levicŭlus, a, um, dimin. gar leicht, liederlich. Cicero 5 Tuſc. c. 36 *Leviculus noſter Demoſthenes.*

¶ Lĕvĭtas, ātis, die leichtigkeit, flüchtigkeit. Lucret. lib. 3 v. 388 *Plumæ nimia levitate cadunt gravatim*, i. e. ægre & vix cadere poſſunt. Idem 4 v. 203 & 746 *volucri* vel *ſumma levitate ferri.* ¶ 2. Inconſtantia, die leichtſinnigkeit, unbeſtändigkeit. Ei opponitur gravitas & conſtantia. *Levitas* enim eſt, cum repentino impetu & ſine ratione certa, veluti vento, rapitur animus atque impellitur in aliquid. Propert. lib. 2 eleg. 13 *Vulgo Formoſis levitas ſemper amica fuit.* Phædrus lib. 4 extr. ad Particulonem:

ergo non levitas mihi,
Sed certa ratio cauſſam ſcribendi dedit.

Cic. in Off. lib. 1 cap. 26 *Vt adverſas res, ſic ſecundas immoderate ferre, levitatis eſt.* vide & Gellium laudato loco lib. 7 c. 11.

¶ Leviter, leviùs, adverb. gering, ſchwächlich, obenhin: ut, *Studia leviter attingere*, Sueton. Gramm. c. 9. Et, *Leviter aliquid tangere*, Cic. pro S. Roſc. cap. 30, nicht ſonderlich berühren. *Leviter adſpergi*, Idem 6 fam. epiſt. 6, etwas beſprützet werden. *Homo leviter eruditus*, ſchlecht gelehrt, Idem de Orat. lib. 3 cap. 6. Sic, *Leviter ferre*, hoc eſt, facile & patienter, ſich eines dinges nicht groß annehmen: *Leviſſime feram, ſi forte bis minus probaro*, Cic. de Prov. Conſ. c. 20. ¶ *Levius cadere* dicuntur, quæ minus nocent, ac debilius allidunt. Cæſar lib. 3 B. Civ. c. 92 *Levius quoque caſura pila ſperabat* [Pompejus,] *in loca retentis militibus, quam ſi ipſi immiſſis telis occurriſſent.* Quod à militia ad alios quosque, præſertim fortunæ, caſus tranſtulerunt. Cicero enim lib. 2 de Divinat. c. 10 *Addunt*, inquit, *omnia levius caſura, rebus divinis procuratis.* ¶ *Vt leviſſime dicam*, formula eſt, qua atrocitatem rei mitigamus, zum wenigſten: Cicero 3 Catilin. c. 7 *Quod ſi Catilina in urbe ad hanc diem remanſiſſet, quamquam, quoad fuit, omnibus ejus conſiliis occurri atque obſtiti; tamen, ut leviſſime dicam, dimicandum nobis cum illo fuiſſet.*

¶ Lĕvĭcŏmis, e, mit leichten haaren. Fulgent. 1 Myth.

¶ Levidenſis, e, geringſchätzig: ut, *Veſtis levidenſis*, i. e. vilis, tenuis; ſic adpellata, quod raro filo ſit, leviterque denſata, ut Iſidorus auctor eſt lib. 19 c. 22, ein kleid von groben und dünnen futtertuch. Hinc *munus levidenſe*, orationem ſuam parum elaboratam atque expolitam pro Dejotaro Cicero dixit lib. 9 famil. ep. 12 ad Dolabellam: *Munuſculum mittere volui levidenſe, craſſo filo.*

¶ Levifăcio, ĕre, gering achten. Gloſſ. lat. gr. *Levefecit*, ἐξουθένησεν. Et gr. lat. κουφισθῆναι ποιῶ, *levifacio.*

¶ Levifidus, a, um, treulos, der nicht glauben hält. Plaut. Perſ. a. 2 ſc. 3 v. 61 *omnes ſunt lenæ levifidæ.*

¶ Lĕvĭpes, ĕdis, ſchnellfüßig: ut, *lepus levipes*, Cic. in Arat. & Varro de R. R. 3 cap. 12.

¶ Lĕvisomnus, a, um, wachsam, der einen leichten schlaff hat. Canum epitheton apud Lucretium lib. 5 v. 862

At levisomna canum fido cum pectore corda.

¶ Allĕvio, are, verringern. Vulg. Interp. Act. c. 29 v. 38, & Sarisb. 1 c. 5 *curarum gravium pondus alleviare.* Quin & Cicero de Invent. 1 c. 42 *Confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut alleviatur:* al. *allevatur.*

¶ Perlĕvis, e, sehr gering; ut, *Perleve momentum*, Livius lib. 24 c. 34. Sic & Cicero Agrat. 2 cap. 29 *An ignoratis, vectigalia perlevi sæpe momento fortunæ pendere?*

¶ Perleviter, adverb. sehr wenig. Cicero ad Q. frat. lib. 2 epist. 6 pr. *perleviter commotus.* Et 3 Tuscul. c. 25 extr. *Perleviter pungat animi dolor.*

LĔVO, avi, atum, are, heben, aufheben. *Levare manum*, Quintil. lib. 2 cap. 12. *Levare in sublime*, empor heben, Plinius lib. 2 cap. 16. Hinc posteriorum seculorum scriptores, *levare in regem aliquem*, pro facere, sive creare dixerunt. Receptum enim Francis, Gothis, & aliis quibusdam populis fuit, reges, seu duces suos futuros, scuto imponere, humeris levare, sive attollere, de quo ritu vide Pithæum lib. 2 Adv. cap. 6, & Lipsium ad 4 Histor. Taciti p. 519. ¶ 2. Sed, *Levare aliquem onere*, est *exonerare*, Cicer. 3 fam. epist. 12, einen seiner last entledigen. Sic, *Levare ægritudine*, Idem lib. 5 fam. epist. 13 extr. ad Lucejum: Et, *levare animum molestiis*, lib. 4 epist. 4 ad Serv. Sulpicium. *Levare dolorem alicujus*, Id. Cic. ad Brut. ep. 9 pr. leichtern, erleichtern. *Inopiam alicujus levare*, eines armuth zu hülffe kommen, Cæs. 3 B. Civ. cap. 48. *Levare inopiam publicam opibus suis*, Nepos Attico cap. 2, i. e. sublevare, subvenire. *Levare viam sermone*, Virg. Æn. 8 v. 309, den weg mit reden verkürtzen. *Vincula*, Idem 2 Æn. v. 146, der bande entledigen. *Nemus fronde*, Idem 2 Georg. v. 400, das laub abstreiffeln. Cic. lib. 6 famil. epist. 6 *Levat dolorem, communis quasi legis, & humanæ conditionis recordatio.* Sic & ægroti dicuntur *levari*, qui liberantur morbo, quo graves antea fuerant, sive gravati. Horatius Carm. Seculari de Apolline Medico v. 63

Qui salutari levat arte fessos
Corporis artus.

Sic, *animum levare*, pro recreare & revocare ab ægritudine Cicero dixit 13 ad Attic. epist. 13. Similiter *levari* dicuntur, quorum necessitati consulitur, adversitas emendatur. Cicero pro Balbo c. 17 *Pop. Romanum* (Gaditani) *in caritate annonæ, (ut sæpe antè fecerant) frumento suppeditato levaverunt.* ¶ 3. Horat. 2 epist. 2 v. 10 *Multa fidem promissa levant*, &c. hoc est, imminuunt, elevant, viel zusagens schwächt und mindert den glauben. ¶ 4. Est & rapere, furari, entführen. Sidonius lib. 7 epist. 2 *Peracta circumscriptione legitima, & fraude solenni levat divitem conjugem pauper ad amores* &c. LEVAT, i. e. abducit. vide ibi Savaronium.

¶ Lĕvans, tis, erquickend, lindernd. Horat. 2 epist. 1 v. 140 *Agricolæ levantes tempore festo corpus.* Idem epod. 11 v. 17 *fomenta vulnus levantia.*

¶ Levatus, a, um, empor gehoben, geleichtert. Liv. 21 cap. 58 *aqua levata vento.* Horat. epod. 16 v. 26 *Saxa vadis levata.* Mamertinus Paneg. Juliani cap. 7 *Omnes urbes, quæ Danubium incolunt, aditæ, omnium audita decreta*, (malim *desideria* legere,) *levati status, instaurataque fortunæ.* Gellius 17 cap. 8 *quæ levatiora levioraque sunt.*

¶ Levatio, ōnis, die erleichterung. Proprie Vitruvius lib. 10 cap. 8 *onerum facere levationes.* Deinde ad animum refertur. *Ea quæ levationem habent ægritudinum*, Cicer. lib. 1 Tuscul. Quæst. extremo, tröstlich seyn. *Ægritudini levationem reperire*, Idem lib. 1 de Nat. Deor. cap. 4, trost finden.

¶ Lĕvāmen, ĭnis, eine linderung, entledigung, trost. Cicer. ad Attic. lib. 12 epist. 16 *Quid si esset aliquod levamen, id esset in te uno.* Virg. 3 Æn. v. 709 *omnis curæ, casusque levamen.*

¶ Lĕvāmentum, i, idem; ut, *Levamentum miseriarum*, Cic. 5 de Fin. cap. 19. Idem ad Attic. lib. 12 epist. 43 *Levamento esse*, eine erleichterung geben.

¶ Levabĭlis, e, erleichternd. Cæl. Aurel. Acut. 3 c. 7 *levabilis & possibilis motus.*

¶ Levamentarius, i, qui levat naves, der die schiffe vom lande stößt. Theod. Cod. lib. 13 tit. 4 *Si navicularius originalis levamentarius fuerit.*

¶ Levator, ōris, qui rem aliquam levat, Petronius.

¶ Levana, æ, dea, quæ pueris de terra levandis præest. vid. Augustin. de C. D. 4 cap. 11. Turnebi Advers. 4 cap. 15. Rosini Ant. Rom. 2 c. 19.

Composita à *Levo*:

¶ Allĕvo, vel Adlevo, are, attollere, erheben, aufrichten. Ita, *manu aliquem allevare*, einem aufhelffen, Curtius dixit 3, 12, 17. Floro tralate *allevari* dicuntur, qui efferuntur & superbiunt, lib. 4 c. 2. *Lapsum in aquam allevare*, Quintil. Quod exemplum producit Valla. Sic, *Allevare afflictum*, Quintil. idem Declam. 1 pr. *Allevare dictis aliorum ærumnam*, Cic. Tusc. 3 cap. 29, mit trost lindern und leichter machen. *Onus alicui allevare*, Idem pro Sextio cap. 4.

¶ Allevatus, a, um, aufgerichtet, erhoben. Cic. ad Attic. 7 epist. 1 *de allevato corpore tuo*, i. e. sanitati restituto. Florus 4 cap. 11 *Naves turribus atque tabulatis allevatæ.*

¶ Allevatio, ōnis, die erleichterung. Cic. 1 de Fin. cap. 12 *ut doloris diuturnitatem allevatio consoletur.*

¶ Allevamentum, i, idem. *In adversis sine ullo remedio atque allevamento permanere*, im unglück bleiben ohne alle hülffe und linderung, Idem Cic. pro Sylla cap. 23.

¶ Allevator, ōris, qui allevat, der aufrichtet. Tertull. 4 adv. Marc. cap. 36 *Destructor superborum: allevator humilium.*

¶ Collĕvo, are, entledigen, leichter machen. Plin. lib. 22 cap. 1 *Mustum collevat renes, jecur, & interanea vesicæ.*

¶ Elevo, are, est in altum tollere, in die höhe heben; Item, extenuare, vel imminuere, verkleinern, schmälern, verunglimpffen; ut, *Elevare auctoritatem alicujus*, eines ansehen gering und unwerth machen. *Elevare verbis famam captæ urbis*, Livius lib. 20 cap. 1 extr. *Caussas suspicionum offensionumque tum evitare, tum elevare, tum ferre, sapientis est*, Cic. de Amic. cap. 24.

¶ Elevatio, ōnis, die erhebung. Quintil. lib. 9 *& illæ elevationes videlicet, ô dii boni!*

¶ Rĕlĕvo, are, erleichtern, erquicken. Terent. in Adelph. a. 4 sc. 4 v. 11 *Illi animum jam relevabis, quæ dolore & miseria tabescit*, id est, eriges aut suscitabis animum. *Relevari molestiis, curâ, metu*, id est, liberari, entlediget werden, Cic. 1 Catil. cap. 13. Sic Ovid. 1 de Ponto epist. 3 v. 17

Non est in medico semper, relevetur ut æger.

¶ Relevatus, a, um, erquicket. Cic. 2 Catil. cap. 4 *Relevata mihi & recreata respublica videtur.* Ovid. Trist. 1 eleg. 10 v. 12

Omnis ab hac cura mens relevata mea est.

¶ Relevāmen, ĭnis, eine erledigung, entbindung. Priscian. Perieg. *Facilis relevamine partus.*

¶ Sublĕvo, are, erigere, aufrichten, aufhelffen. Auct. oratione antequam iret exulatum: *Quem singuli stratum atque abjectum sublevastis.*

¶ Hinc & *sublevare*, idem quod auxilium præstare est, behülfflich seyn, rettung thun. Cic. ad Attic. lib. 2 epist. 18 *Hic statim una omnium voce gemitur, neque verbo cujusquam sublevatur.* Idem in Philipp. 7 c. 9 *Vicinos suos facultatibus suis sublevavit*, er hat ihnen ausgeholffen. *Sublevare inopiam alicujus*, Cæsar lib. 3 B. Civ. cap. 80.

¶ Sublevatus, a, um, unterstützt, vertreten, überhoben. Cic. Tusc. 4 cap. 37 *ab ipso Socrate sublevatus.*

LEX, lēgis, νόμος, quod ipsum à νέμω est, à quo lex dicitur, quod suum cuique tribuat, ein gesetz, geboth. Stoici & Chrysippus lib. de L. L. & ex eo JCtus L. 2 D. de legg. definiebant πάντων βασιλέα θείων τε καὶ ἀνθρωπείων πραγμάτων, i. e. *regem rerum omnium divinarum humanarumque*: quique sit juxtim eos λόγος ὀρθὸς, προστακτικὸς μὲν τῶν ποιητέων, ἀπαγορευτικὸς δὲ τῶν οὐ ποιητέων, i. e. *ratio recta jubens ea, quæ facienda sunt, & probibens non facienda*: quibus concinit illud Tullii Philipp. 11 cap. 12, *Est enim lex nihil aliud, nisi recta, & à numine Deorum tracta ratio, imperans honesta, probibens contraria.* Quibus gemina legere est lib. 1 de Legg. & 1 de Nat. Deor. Muretus in 1 Tusculanam Ciceronis p. 187 observat, *Legis* nomen sex ferè modis Veteribus usurpatum: 1 Pro pacto & conditione: ut, *Ea lege exierat*, mit dem bedinge, Cicero ad Attic. 2 Pro *mente divinâ* sive *summa ratione in natura insita*: 3 Cum omne *jus scriptum* & *non-scriptum* significat: 4 Quando tantum *jus scriptum* notat: 5 Cum Romæ ea demum *lex* proprie dicitur, quam Senatorius aliusve magistratus rogaverat: atque à *plebiscito* distinguebatur. 6 Cum & *plebiscita* ita adpellarentur. Præterea *Leges* dicuntur cujuscunque etiam artis præcepta, norma, regula: ut *leges Grammaticorum, Dialecticorum*, &c. Cic. de Orat. 3 cap. 49 *Hanc ad legem formanda vobis oratio est*, nach dieser vorschrifft, richtschnur. Idem in Orat. cap. 58 *Versibus certa & definita lex est, quam sequi est necesse.* ¶ Cicero à *legendo* vel *delectu*, legem dictam putat. Sunt qui à *ligando*, hoc est, *obligando* (vom verpflichten,) *legem* denominatam existiment. vid. Cicero lib. 1 de Leg. Propertius cum Phyllide & Theia amicis à Cynthia deprehensus, lib. 4 eleg. 9 v. 45

Admissæ si vis me ignoscere culpæ,
Accipe, quæ nostræ formula legis erit, &c.
Indixit leges: respondi, Ego legibus utar.

Sic, *legem ferre, constituere, promulgare, condere, statuere, sancire*, ein gesetz aufrichten, ordnen, setzen, geben. *Pareto legi, quisque legem sanxeris*, Ausonius de Sapientib. in Pittaco. *Lege* vel *legibus adstringi*, Cic. *Lege alligari*, Quintil. lib. 4 cap. 5, durch die gesetze verpflichtet werden. Sed & *Servare legem*, apud Ciceronem lib. 2 fam. epist. 17 legitur. *Legem abrogare*, ein gesetz abschaffen. Cui contrarium est *Rogare.* Vlpianus Tit. 1 Instit. §2 LEX *aut* ROGATVR, *id est, prior fertur: aut* ABROGATVR, *id est, tollitur: aut* DEROGATVR, *id est, pars primæ tollitur: aut* SVBROGATVR, *id est, adjicitur aliquid primæ legi:* OBROGATVR, *id est, mutatur aliquid ex prima lege.* A modo affigendi in tabulis dicimus *Leges figere, atque refigere*, Virgil. Æneid. 6 v. 622, anschlagen und abreissen, hoc est, leges ferre & abrogare. Quem morem scite Plautus sugillat Trinum. a. 4 sc. 3 v. 32 *Ea miseræ ad parietem sunt fixæ clavis ferreis, ubi malos mores affigi, nimio fuerat æquius.* Cicero: *Legibus solvere aliquem*, mit einem dispensiren. Adde Sueton. Cæsare cap. 18. *Legibus fit judicium de* &c. Nepos Phocione c. 3, nach den gesetzen. *Lege agere*, est actionem alicui intendere secundum legum præscripta: Corn. Nepos Timoleonte cap. 5 *Huic quidam Lamestius, homo petulans, & ingratus, vadimonium cum vellet imponere, quod cum illo se lege agere diceret*, &c. Sic, *legibus experiri*, das recht wagen, Idem ibid. dixit. *Aliquem legibus aggredi*, Sueton. Aug. c. 9. vid. Brisson. lib. 5 Formul. & Sigon. de Judic. lib. 1 c. 7 & 9. LEGE etiam AGERE lictor seu carnifex dicebatur, cum sumebat pœnam de sontibus, quam leges jusserant. vide Brisson. cit. lib. 5 Formularum Solennium. *Legibus eripere aliquem*, est pœnæ definitæ legibus vel judicio subtrahere, Sueton. Aug. cap. 56. Terent. Andr. a. 4 sc. ult. v. 4 *Ejus morte ad me lege redierunt bona*, von rechtswegen. Cicer. pro Cluent. cap. 53 *Vt corpora nostra sine mente, sic civitas sine lege suis partibus, ut nervis ac sanguine & membris, uti non potest.* De origine legum insignis extat locus Taciti lib. 3 Annalium cap. 25 & seq. De legibus Romanis scripsit, sed brevissime Pomp. Lætus, qui *propugnacula & muros otii & tranquillitatis* eas dixit, à quo & leges ipsæ & earum auctores petantur. Vide de his & aliis pluribus Romanorum legibus libellum eruditum *Rivalli* Allobrogis, item *Antonii Augustini*, doctissimi Tarraconensium Episcopi, & *Paulli Manutii*, qui in Antiquitatum volumine est liber sextus. *Leges XII Tabularum* veteres Romani, Draconis & Solonis dixerunt leges, tametsi eæ separatim ab illis recenseantur, & Decemvirales, XII tabularum leges ex Draconis, Solonis, aliorumque Græcorum sapientum decretis collectæ dicantur, quarum summam cum laude earum eximia Cicero exponit lib. 1 de Orat. cap. 43; *Præpotens & gloriosa*, inquit, *philosophia fontes habet omnium disputationum suarum, quæ jure civili, & legibus continentur, quarum auctoritate nutuque docemur domitas habere libidines, coërcere omnes cupiditates, nostra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abstinere. Fremant omnes licet, dicam quod sentio, bibliothecas mehercule omnium philosophorum, unus mihi videtur XII tabularum libellus, si quis legum fontes & capi-*

& capita viderit, & auctoritatis pondere, & utilitatis ubertate superare. ¶ 2. *Leges* etiam dicuntur conditiones, & capita, in quæ conveniunt fœdera, & paces, bündniß, articul. Virg. Æn. 12 v. 314
ictum jam fœdus, & omnes
Compositæ leges.
Livius lib. 33 cap. 16 *Legati ab Româ venerant; quorum ex consilio pax data Philippo in has leges est.* Terent. Heaut. a. 5 sc. 2 v. 45 *Tam facillime patris pacem in leges conficiet suas.* Sic, *Hac lege*, est hâc conditione: Terent. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 2 *Lege hac tibi meam adstringo fidem*, mit dieser bedingung. ¶ 3. *Lex* aliquando & honestatem dicit, & bonos mores. vid. Barth. ad Statii Silvas lib. 1 carm. 2 v. 35.
¶ Lēgālis, e, quod ad legem pertinet, gesetzlich, gerichtlich; ut, *legale genus*, Quintil. 3 c. 5. Et, *Papinianus, doctrinæ legalis thesaurus*, Spartian. Severo cap. 21. *Docti, sapientes, legales, & qui optimo legum ac judiciorum discursu omnia pertractant*, Firmicus 5 cap. 7.
¶ Legaliter, adverb. nach rechtsgebrauch; ut, *legaliter provocare*, Cassiodorus 4 epist. 37.
¶ Lēgĭtĭmus, a, um, quod definitum, decretum, constitutum legibus est, recht, rechtmäßig, billich, quemadmodum *Ætatem legitimam ad petendum consulatum* Livius dixit. Ita *Legitimæ nuptiæ*, secundum leges factæ. *Legitimi filii*, qui justo matrimonio orti. Apulej. lib. 7 Met. *Ad Venerem collata facie Jupiter, Nec tu, inquit, filia quicquam contristare: nec prosapiæ tantæ tuæ, statuique de matrimonio mortali metuas. Jam faxo nuptias non impares, sed legitimas & jure civili congruas.* Sic, *Legitima uxor*, secundum leges ducta. ¶ 2. Quod ad leges pertinet, gesetzmäßig. Seneca *verba legitima*, pro legis verbis dixit lib. 4 Controv. p. 174, &, *legitimam scientiam*, legum scientiam Justinianus Imperator prooemio Institut. ¶ *Legitima*, pro solennibus legum & judiciorum, Nepos Phocione dixit sub fin. *Inde judicio legitimis quibusdam confectis damnatus, traditus est undecim viris*, &c. Eleganter Zeno Veronensis Sermone de Resurrectione *legitimum diem* supremum vocat, quo judicaturus orbem sedebit DEUS. Tertullianus de Fugâ in persecutione cap. 3 & de Oratione, Orationem Dominicam *legitimam* vocat, quod pro lege edicenda & in orando observanda esset: Sicut & *legitimum carmen* dicebatur, quod *necessarium* Cicero dixit lib. 2 de Leg. cap. 23. vide Scalig. ad Festum in AXAMENTA: itemque Barth. lib. 60 Adverf. cap. 3 pag. 2851 extr. ¶ 3. *Legitimum* etiam dicitur quod *verum*, & cui nihil deest, quod & *justum* consuevit dici, de quo supra. Suetonius Claudio cap. 21 *Anniversarium in Castris Prætorianis, sine venatione adparatuque justum atque legitimum in septis. Ibidem extraordinarium & breve* (subaudi, *munus*, sive *spectaculum*) *exhibuit.* IUSTUM & LEGITIMUM, i. e. cui nec venatio nec adparatus deesset, & quantum satis, temporis tribueretur. Idem eodem libro supra cap. 5 *legitimos honores* dicit, non imaginarios, & qui non insignia tantum, sed rem haberent.
¶ Legitimè, adverb. rechtmäßiger weise; ut, *Juste & legitime imperare*, Cicer. Offic. lib. 1 cap. 4.
¶ Lēgŭlējus, i, qui legum studia sectatur, einer der in den rechten studieret, procurator. Ita enim ab Jurisconsulto Cicero discernit lib. 1 de Oratore cap. 55 *Legulejus quidam cautus, & acutus præco actionum.*
¶ Legĭcrĕpa, æ, rabula, qui leges crepat, ut Plautus loquitur in Mil. a. 3 sc. 1. Varro Atacinus apud Fulgentium:
Legicrepæ tundunt, latrant fora, classica turbant.
¶ Lēgĭfer, a, um: ut, *Legifera Ceres*, Virg. 4 Æn. v. 58, die gesetze giebt, ordnung macht. Et, *Legifer vates*, Moses, Alcimus Avitus lib. 2 v. 295. Et Paulinus Nolanus carm. 19 ad Jovium v. 39
Legifer antiquo venerandus nomine Moses.
¶ Legislātor, ōris, & Legislatio, ōnis, vide in *Fero, ferre*, quia distinctæ voces sunt, & transponi possunt, ut, *lator legis*, Cic. 4 Catil. c. 5.
¶ Lēgĭrŭpa, æ, παράνομος, τὰς νόμους παραβὰς, ein geboth-verächter: Plaut. Pseud. a. 1 sc. 3 v. 119, & Perf. a. 1 sc. 2 v. 16. Idem etiam
¶ Legirŭpio, ōnis, vocatur Plauto Rudente a. 3 sc. 4 v. 4.
¶ Legirŭpus, a, um, adject. ungerecht. Prudentius Hamartig. v. 238
Omnia legirupis quassantia viribus orbem.
Composita à *Lex*:
¶ Exlex, exlēgis, qui sine lege vivit, gesetzlos, frey vom gesetz. Cicero pro Cluent. cap. 34 *non quo illi aut exlegem esse Syllam putarent.* Livius lib. 9 cap. 34 *An hoc dicis, Appi, Æmilia lege populum teneri, te unum exlegem esse?*
¶ Illex, idem; Plaut. Perf. a. 3 sc. 3 v. 4 *Injure, illex, labes populi.*
¶ Illēgĭtimus, a, um, legi repugnans, nullum jus habens, unrechtmäßig, ungebührlich, unächtig. Improbat Vossius de Vit. L. L. 3 cap. 15, quamquam Hadrianus Junius in Nomencl. agnoscat *filius illegitimus.* Ol. Borrichius Cogit. p. 125 probat ex Val. Max. 2, 1, 3 ubi est: *illegitimæ cujusdam intemperantiæ signum.* Cellarius verò Cur. poster. p. 356, & Discuss. Append. p. 46 *legitimæ* legendum esse contendit. vide, quæ opponat Ol. Borrich. Analect. p. 15, & Andr. Borrich. Append. p. 46, & postremis Vindiciis p. 93 seqq. ubi verborum sensu maxime nititur.
¶ Privilegium, vide infra *Privus.*
LEXĬPȲRĔTUS, a, um, ληξιπύρετος, febres finiens; ut, *lexipyreta cataplasmata*, apud Th. Priscianum, i. e. medicamina febribus abigendis facta. conf. Plin. 20 cap. 18.
¶ Lexipyrexia, æ, ληξιπυρεξία, das fieber. Marcell. Emp. cap. 20 *Lexipyrexias sanare.*
LEXIS, eos, λέξις, dictio, ein wort. Lucilius apud Cic. 3 de Orat. cap. 43 *Quàm lepidæ lexes, compostæ ut tesserulæ omnes*, &c.
¶ Lexicon, i, λεξικὸν, dictionarium, ein wörter-buch.
LIACULUM, i, vitiligo, böse flecken: item, instrumentum, quo subiguntur tectoria in parietibus, die kelle. Vitruv. 7 cap. 3 *liaculorum subactionibus fundata soliditas.* conf. 2 cap. 4, & Salmas. ad Solin. pag. 142.
LĪBĂDIUM, i, λιβάδιον, tausendgülden-kraut. Plinius lib. 25 c. 5.
Libamen, libamentum, vide *Libo, are.*
LIBANIUS, i, Λιβάνιος, sophista fuit natione Syrus, patriâ Antiochenus, vixit Juliani Imperatoris temporibus, blasphemus, & Christianæ pietatis, perinde ut Julianus ipse, illusor. Antiochiæ Rhetoricam profitentem, Gregorius Nazianzenus & Basilius audiverunt, quemadmodum Socrates testatur, & plures epistolæ, quas Libanius & Basilius inter se scripsere. Docuit postea Libanius Constantinopoli, unde à pædagogis ejectus, Nicomediam concessit. Scripsit Lamentationem Juliani: Et librum alium de Ira Imperatoris. Edidit & argumenta in omnes orationes Demosthenis. Et orationes duas de Laudibus Juliani. Epistolas item 400. vide Socrat. lib. 4 Histor. Ecclesiast. & Suidam.
LĪBĂNŌTIS, ĭdis, λιβανωτὶς, herba, quæ Rosmarinum vulgo dicitur, rosmarin. Duorum est generum, quorum illud nobis notissimum est, quod *Libanotis coronaria*, λιβανωτὶς στεφανωματικὴ dicitur. Alterum, *fœniculus porcinus* est, beerwurtz. vide Dioscorid. lib. 3 cap. 492.
LĪBĂNŌTUS, i, alii Libonotus, ventus Plinio lib. 2 cap. 47 est flans inter *Liba*, id est, *Africum* & *Nothum*, südwestwind.
LĪBĂNUS, i, Λίβανος, mons inter Arabes & Phœnices sacris & profanis historiis notissimus. *Libanus Veneris*, de loco amœno, apud Æthicum p. 21. ¶ 2. Est *Libanus* & arbor thus producens, quod inde *Libanum* dicunt, der weyrauch, weyrauch-baum.
Libarius, libatio, &c. vide *Libo, are.*
Libella, vide *Libra.*
Libellaticus, libellio, libellus, vide *Liber, bri.*
Libens, libenter, libentia, vide *Libet.*
LĪBER, ĕri, Bacchus dicitur, quod vinum mentes curis exsolvat & liberet, ut Grammatici volunt: etiam Seneca de Tranquillitate animi c. 15. Quos tamen ineptire Heinsius ait Notis in lib. 1 Silii. Non enim à *liberare*, sed à λιβρὸς, quod est σκοτεινὸς, dicitur *Liber*: quo nomine eum Siculi indigitabant, quemadmodum iidem *Hecaten, Liberam*, adpellabant, quæ tamen in Vet. Gloss. Σεμέλη exponitur. *Liberæ* meminit Cicero 2 de Natura Deorum, itemque lib. 4 in Verrem cap. 47, quam cum Proserpina eamdem facit. Columella eam cum Baccho conjungit lib. 12 cap. 18. Apud Ovidium Ariadne *Libera* dicitur lib. 3 Fastor. v. 512. Terent. in Eunuch. a. 4 sc. 5 v. 6 *Sine Cerere & Libero friget Venus.* Horatio lib. 1 oda 12 v. 21 *prœliis audax Liber* salutatur: & oda 18 v. 7 *Transilire munera Liberi*, est immodice vinum ingurgitare; & libro 1 Serm. satyr. 4 v. 89
Condita cum verax aperit præcordia Liber.
In quibus exemplis metonymia est: pro *vino* enim accipitur.
¶ Liberālia, ium, dies Libero sacer, quo virilem togam pueri ingenui sumebant, XVI scilicet Calend. Aprilis, den 17 Martii. Cic. lib. 12 famil. epist. 25 ad Cornificium: *Liberalibus litteras accepi tuas*, &c. conf. ad Attic. 6 epist. 1, & Tertull. de Spectac. cap. 5.
¶ Libera, æ, dea est Proserpina: Cicero in Verr. 6 cap. 48. Minuc. Felix cap. 21. vide paullo ante in *Liber.*
LĪBER, libera, um, liberior, liberrimus, qui sui juris, & in sua potestate est, frey, ledig und loß. Plautus Captiv. a. 1 sc. 2 v. 10 *Omnes profecto liberi lubentius sumus, quam servimus.* Et Persius satyr. 5 v. 83
An quisquam est alius liber, nisi ducere vitam
Cui licet, ut voluit?
Lectulus liber, vide *Lectus.* Tiberius Imp. dicere consuevit: *In libera civitate linguas mentesque liberas esse oportere*, apud Sueton. c. 28. *Litteræ liberæ*, quæ liberius loquuntur, Cicero ad Attic. lib. 1 epist. 13. *Liberum arbitrium*, vide *Arbitrium. Liber à delictis*, Cicer. Agrar. 1 extr. &, *liber religione*, Idem Arusp. Resp. cap. 6 pr. Vtroque enim modo construitur: frequentius tamen cum præpositione. *Adolescentia liberior*, Cic. pro Cœlio cap. 18 pr. hoc est, moribus laxa. Nam de morum licentia etiam Terentius Eunuch. a. 3 sc. 1 v. 40 *Dolet imprudenti adolescenti & libero.* Et Plautus *loca libera* vocat, ubi liberius voluptates sectari licet, in Pœnulo a. 1 sc. 1 v. 49, & a. 3 sc. 2 v. 25. *Liberiore indignatione proscindere*, Valer. Max. lib. 5 cap. 3 n. 3, sicut & Horatius *liberrimam indignationem*, epod. 4 v. 10 dixit apertam & sine fuco. Et, *Liberrima otia*, Idem lib. 1 epist. 7 v. 36.
¶ Liberè, adverb. frey, ungescheut. Cic. ad Attic. lib. 4 ep. 16 *Queris, ego me ut gesserim? constanter & libere.* Cæs. B. Gall. lib. 1 cap. 18 *Dicit liberius atque audacius*: & lib. 6 ineunte, *liberius atque audacius de bello consilia inire incipiunt.* Sed, *libere educari*, est liberaliter & ut liberos decet: Terent. Andr. a. 5 sc. 4 v. 7 *Adolescentulos libere eductos, in fraudem illicis?* ¶ *Liberius vivere* morum licentiam notat Nepoti in Themistocle cap. 1.
¶ Prælīber, a, um, valde liber, gantz frey. Prudentius Apotheos. v. 87
liquido prælibera motu,
intellige, *Natura superni ignis*, de qua v. 84 prædixerat.
¶ Semilīber, a, um, halbfrey. Cicero lib. 13 ad Attic. epist. 31 *Abjiciamus ista, & semiliberi saltem simus.*
¶ Lībertas, ātis, die freyheit, est *potestas vivendi, ut velis*, quemadmodum in Paradox. 5 c. 1 inquit Cicero. Quæ definitio Stoicorum est, ut ex Laërtio & Epicteto apud Arrianum constat. Quos & secutus Persius iis versibus, quos paullo antè produximus, quibus liberum hominem definivit. Justinianus Facultatem definit, *naturalem ejus, quod cuique facere libet, nisi quod vi aut jure prohibeatur*: quæ restrictio & apud Persium est eâdem satyrâ cum ait v. 89
Cur mihi non liceat, jussit quodcunque voluntas,
Excepto, si quid Masuri rubrica vetavit?
Proprie voluntatem respicit, cui adeo *libertas* est propria, ut ne quidem sit voluntas, nisi sit *libera*, i. e. spontanea. Est autem alia animi, alia corporis: illa naturalis dicitur Philosophis, veraque & solida est: hæc multiplex & in varias species distincta: in quibus clarissima, quæ ex jure venit; cujus rursus tria genera erant: Alia major & justa, quâ manumissi civitatem Romanam consequebantur: alia minor, quâ Latini fiebant: alia inferior, quâ in dedititiorum numero censebantur. vide JCtos. Seneca cap. 15 extr. de Beata Vita: *Deo parere, libertas est.* ¶ 2. Sæpe *Libertas* παῤῥησίαν notat, freyheit im reden. Horatius lib. 1 epist. 18 v. 6
Asperitas agrestis & inconcinna gravisque,
Quæ se commendat tonsâ cute, dentibus atris,
Dum vult libertas mera dici, veraque virtus.

Dentes atros vocat conviciandi & arrodendi libidinem: in qua cum dediti nonnulli sunt, παῤῥησίαν videri id volunt. Virgilius *Libertatem fandi* vocat Æneid. 11 v. 346. Sed Curtius Tacitusque *libertatem* absolute haud semel: quomodo Callisthenes, Alexandri præceptor atque comes, *libertatis pœnas pependisse* dicitur Justino lib. 15 c. 3 n. 6. ¶ *Libertas* etiam vocabatur licentia Saturnalitia. vide Statium lib. 1 Silv. 6 v. 45, & ibi Barthium. ¶ 3. *Libertas* etiam nonnunquam pro Democratiâ auctoribus ponitur: quippe cujus præcipuus finis libertas est, ut Plato & Aristoteles monent. Tacitus princ. Annal. *Libertatem & Consulatum L. Brutus instituit.* Lucanus lib. 1 v. 269

Audax venali comitatur Curio lingua,
Vox quondam populi libertatemque tueri
Ausus, & armatos plebi miscere potentes.

¶ *Libertatem suam tenere*, Cic. 1 de Orat. cap. 52. *Retinere libertatem*, Idem ad Attic. lib. 15 ep. 13. *Tueri libertatem*, Lucan. lib. 2 v. 282, seine freyheit vertheidigen. *Libertatem adimere*, Cic. pro Domo c. 9. *Amittere*, ibidem cap. 29, die freyheit nehmen, verliehren. *Libertatem reipublicæ asserere*, die freyheit retten, Quintil. lib. 6 cap. 5. Hanc *potiorem metallis libertatem* vocat Horat. lib. 1 epist. 10 v. 39, freyheit die mit golde nicht zu bezahlen ist. Hinc,

Aurea libertas toto non venditur auro,

qui versus Ennio tribuitur. Sic, *Fides, libertas, amicitia, præcipua animi humani bona sunt*, Tacit. 1 Histor. cap. 15. ¶ 4. *Libertas*, Dea Romanis erat, cui Atrium dedicatum, quod Asinius Pollio refecit, ut Suetonius Augusto cap. 31 refert. Erat in Aventino: eoque dicti homines tamquam ad λέσχην conveniebant. Fuit ibi & tabularium, in quo acta publica servabantur. Vide Suetonianos Interpretes, & Taubm. ad Virg. p. 9, ubi *respiciens*, i. e. felix & propitia cognominatur.

¶ Lībertus, i, qui ex servo liber factus est, ein freygelassener, oder mit freyheit begnadeter knecht. Terent. in Andr. a. 1 sc. 1 v. 10

Feci, è servo ut esses libertus mihi.

Libertus & *Patronus*, Relata. Sed præter eos, à quibus manumissi erant & dati in libertatem, alios quoque adsciscebant Patronos, quorum tamen non *Liberti*, sed *Clientes* appellabantur. vide Casaub. Animadvers. Sueton. p. 6. Hi raso capite pileum gestabant, libertatis insigne. vide in *Pileus*. De potentia libertorum in quorumdam Cæsarum aulâ, Suetonius consulatur Claudio c. 28, & Calig. cap. 56 &c. unde Plinius Panegyr. Trajani cap. 88 *Tu libertis tuis summum quidem honorem, sed tamquam libertis habes: abundeque sufficere his credis, si probi & frugi existimentur. Scis enim, præcipuum esse indicium non magni principis, magnos libertos.*

¶ Līberta, æ, fœm. eine freygelassene. Sueton. Aug. c. 65 *cum una ex consciis liberta suspendio vitam finiisset.* Horat. 1 sat. 1 v. 99 *liberta fortissima.* In vetustis lapidibus *libertæ* laudantur *carissimæ, optimæ, benemerentes, gratissimæ, sanctissimæ*, nec raro patronorum connubio honoratæ fuerunt. Permultæ enim Inscriptiones hujusmodi visuntur: LIBERTA ET CONIVX: LIBERTAE ET VXORI BENEMERENTI: LIBERTAE CONIVGI CARISSIMAE BENEMERITAE &c. ut passim apud Gruterum prostat, qui & p. 935 n. 13 hanc profert: CASSIAE DAMALIDI LIBERTAE KARISS. ET BENEMERENTI EIDEM CONIVGI &c. Alia formula, ex qua tertius plurativi numeri casus intelligitur, maxime obvia est in lapidibus: LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EOR.

¶ Collībertus, i, der zugleich frey worden, composito hoc usus est Plautus Pœnulo a. 4 sc. 2 v. 88. Vet. Inscriptio apud Reines. p. 869 PATRONAE BENEMERENTI FECERVNT ET COLLIBERTIS COLLIBERTABVS POSTERISQ. Scribitur sæpius *Conlibertus*, ut apud Gruterum sæpenumero est.

¶ Colliberta, Conliberta, æ, fœm. Gruterus p. 968 n. 9 CAECILIAE SPERATAE CONLIBERT. IDEM CONIVGI BENEMERENTI. conf. in *Collibertus*.

¶ Lībertīnus, i, vel libertus, vel ex liberto natus, vom freygelassenen gebohren, opponitur *ingenuo*, qui ex libero natus est. Posterior enim ætas etiam *libertinos* vocavit, qui vetustioribus erant *liberti*, hoc est, manu ex servitute missi, observante Casaubono ad Suetonii Aug. c. 25. Olim autem ita distingebantur, ut *libertus* manumissus esset; *libertinus* ex liberto natus. Sueton. in Claud. cap. 24 *Ignarus libertinos dictos, non ipsos, qui manu mitterentur, sed ingenuos ex his procreatos.* Seneca epist. 31 fin. *Rectus bonusque animus tam in equitem Romanum, quam in libertinum, quam in servum potest cadere.*

¶ Libertina, æ, fœm. Horat. 1 satyr. 2 v. 28 *Merx libertinarum.* Et adjective, *Libertinæ conditionis homo*, Modestinus in l. homo liber. ff. de stat. hom.

¶ Libertinĭtas, ātis, status libertinorum, die freygelassenheit. Vlpianus Lege 14 Dig. de Probation. *Qui se ex libertinitate ingenuum dicat, & si quidem in possessionem libertinitatis fuit.*

¶ Libertinium, i, idem. Calpurn. Decl. 14 *Ego postulo tenue libertinium, quod vix sufficit istius funeri.*

¶ Līberālis, e, qui se libero & ingenuo dignum præstat, freymüthig. Ad omnia applicatur, quæ libertatis sunt aut status ingenuorum; e. g. *Caussa liberalis*, in quâ de libertate agitur, eine sache die freyheit betreffende. Plautus Curcul. a. 4 sc. 2 princ.

Memento promisisse te, si quisquam hanc liberali
Caussa manu assereret, mihi omne argentum redditum iri.

Ter. Adelph. a. 2 sc. 1 v. 40 *Ego illum liberali assero caussa manu.* Vbi Donatus: *Juris verba: à quibus etiam* ASSERTORES *dicuntur vindices alienæ libertatis. Nam & caussa ipsa* LIBERALIS *dicitur, quæ actionem in se continet libertatis.* Vide integros titulos in Digest. juxta & Codice *de caussâ liberali* inscriptos. ¶ Sed, *Liberale ingenium*, Terent. Adelph. a. 4 sc. 5 v. 50, ein munterer kopff. *Liberalis facies*, ein erbares gesichte, Idem Eunuch. a. 3 sc. 2 v. 20. *Liberalis formæ optimæque spei puer*, Valer. Max. lib. 9 cap. 2 extern. 5. *Artes liberales*, quæ liberis, hoc est, ingenuis dignæ sunt, redliche freye künste. *Liberalis & digna homine nobili doctrina*, Cic. 4 Acad. pr. *Studia liberalia* Seneca vocat epist. 88, quam vide: Tota enim huc pertinet. ¶ 2. Et *Liberalis* largus est, beneficus, munificus, freygebig, gütig, milde. Cicer. pro Q. Rosc. cap. 8 *Roscius semper liberalissimus, munificentissimus fuit*, überaus mild und wohlthätig. Et, *Fortuna liberalior.* Sic Liv. lib. 22 cap. 26 pr. *Animum ad spem liberalioris fortunæ adjecit*, quod Gronovius ex membranis ita emendat: *animos ad spem liberalioris fortunæ fecit.*

¶ Liberalia, festus dies, vide paullo ante in *Liber*, hoc est, Bacchus.

¶ Lībĕrālĭter, adverb. comiter, humaniter, large, benigne atque benefice, freundlich, mildiglich, &c. ut, *Liberaliter aliquem tractare*, einem gütlich thun. *Large liberaliterque æstimare*, Cicer. Verr. 5 cap. 88. *Liberalius accepi*, de hospitalitate, Idem 16 ad Att. epist. 6. Et, *Dotem largiri liberalissime*, Apul. lib. 10 Met. p. 250. Et, *Servire liberaliter*, Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 11, redlich dienen. *Ingenuus & liberaliter educatus*, Cic. de Oratore lib. 1 cap. 31, wohl erzogen. *Aliquem accurate & liberaliter habere*, Sallust. Jugurth. cap. 103, wohl halten, tractiren. *Liberaliter eruditus*, Cic. Tusc. 2 cap. 2 extr. ¶ Indulgenter, & licenter: Sallust. Catil. cap. 11 *Luxuriose aliquem, & nimis liberaliter habere.* Nepos Lysandr. c. 4 *Liberaliter polliceri*, i. e. prolixe, ample. Idem Nepos in Chabria cap. 3 *Vivebat laute, & indulgebat sibi liberaliùs, quam ut invidiam vulgi posset effugere.*

¶ Liberalitas, ātis, ingenuitas, bonitas, die gutheit, freymüthigkeit; ut, *Liberalitas ingenii: Liberalitas artium*, &c. Terent. in Adelph. a. 1 sc. 1 v. 32

Pudore & liberalitate liberos
Retinere, satius esse credo, quam metu.

Vbi Donatus etiam *Liberalitatem* interpretatur *Bonitatem.* Nec aliter Cicero hac voce usus est pro Marcello, & in altera pro Ligario. Nam quod ignovit plurimis Cæsar, qui contra se cum Pompejo fuerant: quod lenitate temperavit victoriam, quæ natura insolens, nec omnia egit pro suo jure, hoc *liberalitatem* vocat, & omne illud bonitatis est. ¶ 2. Hinc & pro *munificentia*, quæ ab ipsa bonitate est, ponitur; quæ vulgatissima vocis significatio est, die freygebigkeit. Vnde &, quæ conferuntur per liberalitatem in alios, *liberalitates* appellatæ, beneficia scil. & munera ipsa, die wohlthaten. Sic, *revocare liberalitates*, id est, data, Suetonius dixit Claudio cap. 29. Idem in vita Horatii: *Vnâque & alterâ liberalitate* (Horatium Augustus) *locupletavit.* Tacitus 1 Hist. cap. 18 fin. *Constat, potuisse conciliari animos qualicunque parci senis liberalitate.* Et cap. 20 *appellari singulos jussit, decimâ liberalitatis parte apud quemque relictâ.* Seneca de Vita beata cap. 24 LIBERALITAS, *non quia liberis debetur, sed quia à libero animo proficiscitur, ita nominata est.*

¶ Illiberalis, e, contrarium in utraque significatione, knechtisch, unerbar, unredlich, karg, unfreygebig: ut, *Illiberale facinus*, quod homine libero indignum est, eine unanständige that, Terent. Adelph. a. 3 sc. 4 v. 3. Et, *Jocus illiberalis*, Cicero 1 Offic. cap. 29, ein grober schertz. Idem lib. 13 epist. 1 ad Memmium: *non te in me illiberalem, sed me in se negligentem putabit.*

¶ Illībĕrālĭter, adverb. kärglich, unredlich. Cic. ad Attic. lib. 4 epist. 2 *Superficiem ædium consules de consilii sententia æstimarunt* H-S *vicies; cetera valdè illiberaliter.* Et lib. 16 epist. 3 ad eumdem: *De Xenone coram cognoscam, quamquam nihil ab eo arbitror neque indiligenter, neque illiberaliter* [factum.] Terent. Adelph. a. 4 sc. 5 v. 30 *facere aliquid illiberaliter*, i. e. injuste, inclementer. Idem Phorm. a. 2 sc. 2 v. 24 *Aspernari aliquam illiberaliter.*

¶ Illiberalitas, ātis, die filtzigkeit, kargheit. Cic. ad Att. lib. 8 ep. 6 *Malo, Tironis verecundiam in culpa esse, quam illiberalitatem Curii.*

¶ Perliberalis, e, rechtschaffen, gar freygebig. Terent. Hecyr. a. 5 sc. 4 v. 24 *Perliberalis visa est.*

¶ Perliberaliter, adverb. idem. Cic. pro Rosc. Amer. cap. 37 *ut perliberaliter ageretur.* Idem ad Att. 10 ep. 4 *hoc loco multa perliberaliter.*

¶ Lībĕro, avi, atum, are, est manumittere, in libertatem dare, freygeben, freysprechen. Cæsar lib. 3 de B. C. cap. 9 *Ad extremum auxilium descenderunt, servosque omnes puberes liberaverunt.* Et rursus eodem cap. *Cum iis, quos nuper manumissos liberaverant.* ¶ 2. Item, exsolvere, ex periculo eripere, erledigen, loß, ledig, frey machen, befreyen, erretten: ut, *Liberatus sum, Dave, hodie tuâ operâ*, Ter. a. 2 sc. 2 v. 33, heute bin ich durch deine hülffe aus aller meiner noth kommen. Sic, *liberare quem metu*, ibidem v. 14, & *curâ*, Cic. 7 Verr. cap. 5. & *errore animos hominum*, Idem 1 de Finib. cap. 5, die furcht, sorge, irrthum benehmen. *Prorsus eum libero omni suspicione cupiditatis*, Cic. lib. 1 ep. 2 ad fam. ich zehle ihn loß von allem verdacht. *Liberari ære alieno*, Idem ad Attic. lib. 6 ep. 2, der schulden loß werden. *Liberare periculo obsidionis*, Pompejus Marcello sub lib. 8 ad Attic. ep. 12. Quod Livius dixit *liberare obsidionem urbis*, lib. 26 cap. 8, ut Gronovius feliciter restituit, quem videas ex lib. 36 cap. 25 id quoque confirmantem. *Liberare fidem suam*, seine zusage halten, Cic. pro Flacco cap. 20. ¶ Aliquando & Genitivo jungitur græca ratione. Vlpianus Lege 50 Dig. de Legat. III *Puto & de eo sensum casu, quo curæ, & tutelæ liberetur.*

¶ *Liberare flumen* vel *mare*, est trajicere. Frontinus Strateg. lib. 1 cap. 4 n. 13 *Philippus nullo probibente angustias freti liberavit.* Et cap. 5 n. 3 *si flumen liberasset.* Et lib. 4 cap. 7 n. 28 *Pelopidas cum flumen liberasset.* Hyginus fab. 257 *liberato flumine.* vide Keuchen. ad Frontin. & Salmas. in Solin. p. 9 ed. nov. Schefferus ad Hyginum conjicit, legendum *librato*.

¶ Liberatus, a, um, befreyet, erlöset. Cic. 4 Tusc. cap. 1 *Dominatu regio republica liberata.* Nepos 19, 2, 3 *In judiciis liberatus discessit*, freygesprochen. Et Curt. 9, 7, 11 *pœna bis liberatus.*

¶ Liberator, ōris, ein erlöser, befreyer. *Liberator patriæ*, Nepos Dione cap. 10. *Liberator urbis*, Liv. lib. 1 cap. ult. *Terrarum orbis liberatores*, Curt. 3, 10, 5.

¶ Liberatio, ōnis, die erlösung, befreyung. *Liberatio culpæ*, Cic. pro Ligar. cap. 1; &, *Liberatio molestiæ*, Idem ad Q. Frat. 1 epist. 1 cap. 12.

¶ Delībĕro, avi, atum, are, in bedencken nehmen, überlegen, berathschlagen. *Ampliùs deliberandum censeo*, Terent. in Phorm. a. 2 sc. 3 v. 17, es ist weiter zu bedencken. *Tempus ad deliberandum sibi postulare*, Cic. post red. ad Quir. cap. 5, bedenck-zeit begehren. *Spatium deli-*

berandi habere, Cicero 1 Offic. c. 33. Et, *Deliberare cum aliquo*, *cum amicis*, noti usus sunt, mit einem rathschlagen. ¶ 2. Nepos & pro *consulere*, *quærere*, posuisse videtur, um rath fragen: ut in Themistocle c. 2 *miserunt Delphos consultum. Deliberantibus Pythia respondit*, &c. Item Miltiade c. 1 *Ex his delecti Delphos deliberatum missi sunt, qui consulerent Apollinem*, &c. Minuc. Felix p. 80 *Eos autem merito torqueri, qui Deum nesciunt, ut impios, & injustos, nisi profanus; nemo deliberat*, i. e. nemo dubitat. Deliberant enim, qui incerti sunt de aliqua re.

¶ Dēlīběratus, a, um, überlegt, wohlbedacht. Horat. 1 od. 37 v. 29 *Deliberata morte ferocior.* Cicer. lib. 5 fam. epist. 2 *Neque illi quicquam deliberatius fuit, quam me evertere.* Sic, *Deliberatum & constitutum est mihi*, Cicer. 1 Agrar. c. 8. Et, *Statutum cum animo, & deliberatum habere*, bey sich entschlossen haben, Idem in Verr. 5 cap. 41.

¶ Deliberatīvus, a, um, davon man rathschlaget: ut, *Caussa deliberativa*, eine sache so auf bedencken gestellet ist, Cicero 1 de Invent. c. 55. Idem eod. lib. cap. 5 *Genus deliberativum*, &c.

¶ Deliberatio, ōnis, die berathschlagung, überlegung: ut, *Deliberationem alicujus rei suscipere*, Cicero Attico 14 epist. 13. *Ad deliberationem alios adhibere*, Idem 1 Philipp. c. 1.

¶ Deliberator, ōris, qui deliberat, ein rathschlager. Cic. pro Sextio c. 34 extr. *Illi deliberatori merces duplicata est.*

¶ Deliberabundus, a, um, der zu rathe gehet. Liv. lib. 2 cap. 45 *Deliberabundi capita conferunt.*

¶ Deliberium, i, der rathschlag. Gloss. lat. gr. *Consilium, deliberium*, συμβουλία, γνώμη.

LĪBĔRI, orum, plural. à libertate regendi sunt dicti, auctore Donato, die kinder. Quamvis ergo non dubium sit, quin tamquam liberi homines & liberaliter educandi ab adjectivo *Liber* dicantur: tamen seorsum hîc scribere, vitandæ confusionis caussâ, placuit. Jurisconsultis *liberi* etiam nepotes & pronepotes significant. vide Leg. 10 Dig. de Grad. §7 parentes. Sed recepta significatione contenti sumus. Cic. post red. ad Quir. c. 1 *Quid dulcius hominum generi à natura datum est, quam sui cuique liberi?* Serv. Sulpicius Ciceroni lib. 4 epist. 5 *Malum est, liberos amittere*, es ist ein groß hertzeleid, wenn einem ein kind stirbt. De Tulliola enim Ciceronis loquitur. Nam *Liberos*, utut plurale, etiam de singulari filio filiave dici fas est. Vnde est, quod interdum numerale nomen adjiciatur. Plinius lib. 1 epist. 10 *Liberi tres, duo mares, quos diligentissime instituit*, er hat drey kinder, darunter zwey söhne, &c. vide Voss. de Analog. lib. 1 c. 42, & adde Munkeri in Hyginum observationem pag. 27. Et Augustinus Civ. Dei lib. 16 cap. 40 *Latinæ linguæ consuetudine liberi dicuntur pluraliter filii, etiamsi non sint uno amplius.* Terent. Andr. a. 5 sc. 3 v. 20 *Liberi inventi invito patre*, pro filio uno. conf. Heaut. a. 1 sc. 1 v. 99, & Hec. a. 2 sc. 1 v. 15. Cic. Philipp. 1 cap. 1 *Pax per eum* (Antonium) *& per liberos ejus* (filium obsidem datum) *confirmata est.* Plautus Aululariâ a. 4 sc. 10 v. 5

quid ego de te merui adolescens mali,
Quamobrem ita faceres, meque meosque perditum ires liberos?

Loquitur Euclio ad Lyconidem adolescentem: & dicit *Liberos*, cum tamen de sola filia, Phædrâ, intelligat, quam vitiarat Lyconides. vide & Gellium lib. 2 c. 13. Et, *Liberos tollere*, *suscipere*, idem quod accipere seu procreare est. vide in verbis illis. ¶ *Jus trium liberorum* sæpe memoratur apud auctores; Quod quale fuerit, non alienum erit explicare hoc loco. Inter cætera igitur præmia, quæ lege Papiâ, maritis patribusque decreta fuerunt, hoc etiam fuit, ut in petitione magistratus præferrentur candidati, quibus plures liberi essent: item, ut in magistratu ipso præcederent tales: denique ut ante 25 annum ætatis contra legem annariam possent admitti. Quæ beneficia non nisi in illis locum habebant, quibus terni liberi nati essent; quibus pauciores, excidebant. Poterat tamen Princeps hoc, quod proprium aliàs illorum erat, qui trium liberorum parentes essent, peculiari quadam indulgentiâ tribuere iis, qui totidem liberos non genuissent. Hoc itaque privilegium Principis, IVS TRIVM LIBERORVM appellabatur, de quo multa Lipsius Excursu ad Legem Papiam Comment. in 3 Annal. Taciti pag. 50 & seqq. Vocat *jura parentis* Juvenalis satyr. 9 v. 87, & *Jus liberorum* Plinius vocat lib. 7 epist. 16, & *Beneficium liberorum* Suetonius Claudio cap. 15. conf. Alex. Neap. lib. 4 cap. 8.

¶ Liber, ĕri, singulariter, pro filio, est lege 33 princ. Cod. de inoffic. test. *Si quis suo testamento maximam quidem portionem libero relinquat; minusculam autem alii vel aliis, de sua stirpe progenitis*, &c.

¶ Illīběris, e, ἄπαις, sine liberis, orbus, ohne kinder. Tertullianus lib. 4 adv. Marcion. c. 34 *Si frater illiberis decesserit.*

LĬBER, bri, substant. cortex interior ligno adhærens, die inwendige weiche rinde, bast. Virg. 2 Georg. v. 77

Huc aliena ex arbore germen
Includunt, udoque docent inolescere libro.

zu bekleiben in den inwendigen safftigen rinden. Vnde *delibratum* Nonio est *decorticatum*, de quo infra. ¶ 2. Et *Liber*, βίβλος, & βιβλίον, volumen, codex, ein buch. *Librum legere*, *evolvere*, *componere*, *conficere*, obvia sunt & notæ significationis: *Librum edere*, *emittere*, Quintilianus procem. lib. 6 & ibidem cap. 3, ein buch lassen ausgehen. Plinius dicere solebat: *Nullum esse librum tam malum, quin aliqua parte prodesset*, ut refert junior Plinius lib. 3 epist. 5. Seneca in epistola de varietate lectionis, quæ 2 est, *Distrahit animum librorum multitudo. Itaque cum legere non possis, quantum habueris, sat est habere, quantum legas.* Pro adagio est, *E libro gubernatores*, buchgelehrte regenten, vide Chiliad. Juliani impii, boni tamen sunt hi versus de amore librorum:

Ἄλλοι μὲν ἵππων, ἄλλοι δὲ ὀρνέων, ἄλλοι
Θηρίων ἐρῶσιν, ἐμοὶ δὲ βιβλίων κτήσεος
Ἐκ παιδαρίου δεινὸς ἐντέτηκε πόθος.

Hoc est, *Alii quidem equorum, alii verò avium, alii rursus ferarum ardent amore; Me verò possidendi libros ingens à puero tenuit cupiditas.* De ornamentis librorum apud priscos usitatis vide, quæ scripsit Barthius lib. 22 Adversf. cap. 18, & ad Statii Silv. p. 417. ¶ 3. Cæterum *Liber* non pro codice tantum aut volumine, (ein buch) sed & pro breviore scriptura, exempli gratia, epistolâ, ponitur. Ita Nepos Lysandro sub f. *Librum gravem multis verbis conscripsit, in quo summis eum effert laudibus*, &c. Per *librum* litteras intelligit. Putant, hoc nomen ab eo esse, quod veteres in libris arborum sive corticibus scribebant. Sed aliter sentit Salmasius, qui ex græco deducit, quem vide, si lubet, de Modo usurarum c. 10 pag. 404.

¶ Libellus, i, diminutivum, ein büchlein. Catullus carm. 1 *Cui dono lepidum, novum libellum?* Quintilianus lib. 1 cap. 7 extremo: *Messalla totos libellos non de verbis modo singulis, sed etiam litteris dedit.* ¶ 2. Sicut autem *liber*, ut diximus, pro quavis scriptura; ita & *libellus* usurpabatur. *Libellos* vocabant paucorum versuum carmina. vid. Barth. ad Stat. Silv. p. 7. Item, petitorias ad magistratum & alias litteras, schreiben, brieffe. Cic. ad Plancum sub epist. 16 lib. 16 ad Attic. *Atticus libellum composuit: eum mihi dedit, ut darem Cæsari; - - - Eum libellum Cæsari dedi: probavit caussam, rescripsit Attico, æqua, eum postulare*, &c. eine klage oder supplication auffsetzen, übergeben. Ita *libellos supplices*, (eine supplication,) Martialis 8 epigr. 31. *Postulationum libellos*, Plinius lib. 10 epist. 81. Et, *Libellum memorialem*, (ein memorial) Suetonius dixit Cæsare cap. 56. *Libelli conjurationem nunciantes dati, neque lecti*, Vellej. 2, 57, 2. *Libellus obsignatus*, Plaut. Pseud. a. 2 sc. 4 v. 16. Hinc *à libellis*, officii genus: Lampridius Alexandro c. 31 *Postmeridianis horis subscriptioni & lectioni epistolarum semper dedit operam, ita, ut ab epistolis, à libellis, à memoriâ assisterent.* ¶ Pro taberna libraria *Libellum* (sic, quasi *Medicinam* pro Medicamentaria Plautus,) Catullus posuit epigr. 52

Te campo quæsivimus minore,
Te in Circo, te in omnibus libellis.

Vide ibi Scaligerum, & Voss. lib. 4 Instit. Orat. pag. 131. In versu ultimo postrema in *te* non eliditur; sed corripitur propter sequentem vocalem: quod & alibi apud eum notare licet.

¶ Libellio, ōnis, veteribus idem erat, qui nunc *Tabellio*, ein brieffträger, ut Nonius c. 2 n. 499 explicat, qui ex Varrone refert: *libellionem esse sciebant.* ¶ 2. Qui minutos libros vendit, pauper bibliopola, ein buchhändler. Statius 4 Silv. carm. 9 v. 21

De capsa miseri libellionis.

¶ Lībellaris, e, zum büchern gehörig. Sidonius 9 epist. 11 *Libellare opus conficere.*

¶ Lībellārium, i, ein bücher- oder brieff-behältnüs. Exstat in nonnullis codicibus apud Cic. pro Milone c. 12, ubi vulgo *Librarium.* vid. Parei Lex. Crit. p. 674.

¶ Libellatĭcus, i, plur. *Libellatici* dicebantur, qui idolis non quidem accendissent thura, sed nomina per libellos dedissent, die sich schrifftlich zum heydenthum bekannten, und nicht räucherten. Sic exponit Erasmus, in Cypriani illo lib. 4 epist. 2 ad Antonianum: *Nec tu existimes, frater, libellaticos cum sacrificatis æquari oportere.* Nam prætores & alii ethnicæ tyrannidis ministri libellos timidioribus vendebant, quibus ostensis à sacrificandi necessitate erant immunes.

¶ Librārius, a, um, adject. zum büchern gehörig: ut, *Taberna libraria*, ein buchladen: Cic. in Philipp. 2 c. 9 *Nisi se sub scalas tabernæ librariæ conjecisset.* Horat. Art. P. v. 354 *scriptor librarius*, der bücher abschreibt.

¶ Libraria, æ, absolute, der buchladen, die bibliotheck. Gellius 5 c. 4 *in libraria considere.* ¶ Alio significatu vide in *Libra.*

¶ Librarium, i, gener. neut. ein bücher-kasten. Cicero pro Milone c. 12 *Exhibe librarium illud legum vestrarum*, hoc est, cistam, thecam librorum sive tabellarum.

¶ Librarius, i, substant. qui libros transscribit, ein bücher-schreiber: quomodo dici possunt etiam typographi, setzer und buchdrucker. Cicero filius lib. 16 epist. extrema 21 ad Tironem: *Peto à te, ut quam celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem græcus, qui mihi exscribat hypomnemata*, ein copist oder schreiber. Et Cic. pater ad Att. 6 epist. 6 *Legi litteras non tuas, sed librarii tui.* vid. Pignor. de Servis.

¶ Lĭbrārĭŏlus, i, dimin. ein schreibergen. Idem Cic. ad Attic. lib. 4 epist. 4 *Vellem mihi mittas de tuis librariolis duos*, &c.

¶ Librĭger, a, um, qui libros portat, der bücher trägt: item, tabellarius, ein bothe. Paulinus Nolanus epist. 28 [al. 9] cap. 4 *Postulasti per eumdem librigerum, ut tibi pluribus, si possim, essem molestior.*

¶ Delibro, are, est decorticare, schälen, abschälen, ex notione illa *libri*, qua corticem significat. Sic Columella lib. 5 cap. 6 *Ante, quam radix ulmi in eximendo delibretur, recte feritur.* Idem lib. 4 c. 24 *Cortex corpore tenus delibrandus est.* ¶ Aliam notionem vide in *Libra.*

¶ Delibratus, a, um, abgeschält. *Delibratum, decorticatum*, Nonius cap. 1 n. 314. Palladius lib. 3 c. 17 *Ramus ad modum foraminis delibratus.*

Liberalis, liberare, libertas, libertinus, libertus, vide *Liber, a, um.*

LĬBET, libuit vel libitum est, verbum impersonale, es geliebet, gelüstet. Plauto, & aliis antiquorum, *Lubet* (ut & cetera, quæ ab eo fiunt: ut, *Lubens, lubenter, lubido*,) dicitur. Cic. ad Attic. lib. 2 ep. 18 *De Republ. non libet plura scribere*, vom regiment habe ich nicht lust mehr zu schreiben. Ausonius in Sapientibus, & quidem Periandro:

Faxis, ut libeat quod est necesse.

Seneca in Troadibus v. 336 *Minimum decet libere, cui multum licet*, der soll sich das wenigste gelüsten lassen, dem viel erlaubet ist. *Libet interponere hoc loco*, Nepos in Pelop. c. 3; quæ formula cum tacita velut προθεραπεία servit inserendis in historiam judiciis, observationibus, egressionibus, locis memorabilibus. *Lubet* pro placet, apud Plaut. Cist. a. 2 sc. 1 v. 7. *Lubet mihi*, Idem Trin. a. 2 sc. 1 v. 36. *Lubet me scire*, Idem Merc. a. 1 sc. 2 v. 19. Et, *Quæ cuique libuissent*, Suet. Cæs. c. 20. *Prodeambulare libitum est*, Ter. Adelph. a. 5 sc. 1 v. 4.

¶ Libens, vel Lubens, tis, volens, willig, gutwillig; ut, *Animo libenti*: Cicero pro Cluent. c. 2 *opinionem animis vestris aut libentibus, aut æquis remittatis.* Idem ad Attic. lib. 4 epist. 2 *Porticum demoliti libentis-*

bentissimis omnibus. Cæsar lib. 1 B. Civil. c. 15 *Cunctæ earum regionum præfecturæ libentissimis animis eum recipiunt.* Et, *Lubentissimo corde atque animo,* Plaut. Pseud. a. 5 sc. 2 v. 22. Sic, *Lubens meritoque,* formula solennis in precibus, gratiarum actionibus, suppliciis, &c. vide Brisson. Plautus Persâ a. 2 sc. 3 v. 2 *Jovi opulento bonas copias commodanti lubens meritòque vitulor.* ¶ *Lubentes* Plauto dicuntur etiam læti & hilares, Pers. a. 5 sc. 1 v. 8, Curc. a. 2 sc. 3 v. 13, & Cist. a. 4 sc. 2 v. 13. Sic & *lubentior* dicitur lætior, hilarior, Asin. a. 2. sc. 2 v. 2, ubi vide. Et Terentius Adelph. a. 4 sc. 7 v. 38 *Hilarem ac lubentem fac te in nati nuptiis,* mache dich frölich und lustig. *Ausculto lubens,* i. e. lubenter, Plaut. Truc. a. 2 sc. 4 v. 46.

¶ Libenter, vel Lubenter, adverb. æquo animo, gerne. *Studiose libenterque audire,* Cicer. Divin. in Verr. cap. 12. *Non libenter erat ante oculos civium suorum,* Nepos Chabriâ c. 3. Et, *Caussam puto, cur huc libentiùs venias,* Cicer. 2 de Leg. cap. 2. *Libentissime dare,* Idem 6 Verrin. cap. 27. Et, *Libentissime quem audire,* Seneca epist. 30. Horat. lib. 2 epistolâ 1 v. 262

> *Dicit enim citiùs meminitque libentiùs illud,*
> *Quod quis deridet, quàm quod probat, & veneratur.*

¶ 2. *Libenter* aliquando est delicate, laute, köstlich. Terent. Eunuch. a. 5 sc. 9 v. 44 *Cum illâ libenter vivis: etenim bene libenter victitas;* ubi Donatus: *bonorum ciborum edax es.* Cato R. R. c. 156 *Si voles in convivio multum bibere cœnareque libenter.* Et Ennius apud Gellium 12 cap. 4 *Cum bene sepe libenter mensam sermonesque suos comiter impertit.*

¶ Libentia, vel Lubentia, æ, προθυμία, gratia, voluptas, die frölichkeit. Gell. 15 c. 2 *Cui libentiæ gratiæque omnes conviviorum incognitæ sunt.* Plauto similiter est *Lubentia,* Sticho a. 2 sc. 2 princ. *onustum,* inquit, *pectus porto letitia lubentiâque.* conf. Asin. a. 2 sc. 2 v. 2, ubi Pareus pro Dea lætitiæ habet *Lubentiam.*

¶ Libentīna, æ, Dea libidinis, Venus. Augustin. de C. D. 4 c. 8 *Libentinæ nomen à libidine.* conf. Varro L. L. 5 c. 6, & Arnob. p. 132, & paullo post *Libitina.*

¶ Lĭbīdo, sive Lubido, ĭnis, quilibet subitaneus motus animi, quo aliquid petimus, volumusque, die begierde, lustseuche. Μέσον itaque est: & ita *bonam* juxta ac *malam libidinem* dixerunt. Sallustius 1 Orat. de ordinandâ Rep. ad Cæsarem extr. *Quod si tibi bona libido fuerit, patriæ parentibus gratificandi,* &c. Livius lib. 1 cap. 57 extr. *Ibi Sext. Tarquinium mala libido Lucretiæ per vim stuprandæ cepit.* Et Plautus Epid. a. 2 sc. 2 v. 56 *Id libido est semel.* Terent. Heaut. a. 1 sc. 2 v. 27 *Fortasse aliquando iniquior, præter ejus libidinem,* id est, voluntatem. Sed magis in malam partem usurpatur, & absolutè ita dicitur temeraria omnis & inconsulta agendi quidlibet voluntas aut cupiditas: Sic, *Res libidine, non ratione gerere,* Cicero dixit pro Quint. c. 4. Idem in Oratore cap. 65 *Vbi libido dominatur, innocentiæ leve præsidium est.* Sallustius 1 Orat. de ordinanda Rep. pr. *Quia apud indignos sæpe erant, quasi per lubidinem data.* Idem Orat. 2 pr. *Plerasque res fortuna ex lubidine sua agitat.* Sic, *Libidinem assentandi: adulandi: epularum* item, & *sanguinis libidinem* Tacitus: *ulciscendi libidinem,* iram Cicero non semel 4 Tusculana appellat. ¶ Præcipue tamen incontinentia, sive Venerea cupiditas vel immoderatus coëundi appetitus *Libido* vocatur, die unkeuschheit, geilheit. Augustinus lib. 14 de Civit. Dei cap. 16 *Cum sint multarum rerum libidines, tamen cum* LIBIDO *dicitur, neque, cujus rei libido sit, additur, non fere assolet alia occurrere, nisi illa, quâ obscenæ partes corporis excitantur;* &c.

¶ Lĭbīdĭnōsus, a, um, geil, unkeusch. Cic. de Senect. cap. 9 *Libidinosa & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti.* vide *Fœtus.* Et, *Libidinosa voluptas,* Idem lib. 1 de Fin. cap. 18, unkeusche lust. Compar. Idem in Pison. c. 27 *Nihil scitote esse* [isto homine] *luxuriosius, nihil libidinosius.* Seneca inter otiosas quæstiones, epist. 88, & hanc ponit: *libidinosior Anacreon, an ebriosior vixerit?* Superl. *libidinosissima mulier,* Cic. Verr. 5 c. 33.

¶ Libidinosè, adverb. idem. *Facere aliquid libidinose, nefarie, crudeliter,* Idem Cic. in 1 Verrina seu Divinat. c. 12.

¶ Libidĭnor, ari, pro libidine tentari, geil seyn, unzucht treiben, Suetonius Nerone posuit cap. 28, & Martialis lib. 7 epigr. 56. Tertull. adv. Gnost. c. 3 *Abeunt libidinatum ad filias Moab.*

¶ Lubidinĭtas, ātis, pro lubidine, die geilheit. Laberius apud Nonium c. 8 n. 61 *Lubidinitate labitur.*

Composita:

¶ Allŭbet; Vnde

¶ Allubentia, vel Adlubentia, æ, die gefälligkeit. Apulejus lib. 1 de Asino Aur. post princip. *Jam allubentia proclivis est, sermonis & joci.*

¶ Allubesco, ĕre, gefallen. Plautus Mil. a. 4 sc. 2 v. 13 *Nitida fœmina jam mihi allubescit.* Apulejus lib. 9 Met. post principium: *si aquis allubescerem.* Idem 7 Metam. *Basiare volenti promtis suaviolis allubescere.*

¶ Collĭbet, collibuit, & collibitum est, ĕre, idem quod libere, placere, belieben. Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 8 v. 26 *Si quid collibuit, novi te.* Horat. 1 sat. 3 v. 6 *Si collibuisset.* Et alia formâ Plautus Most. a. 1 sc. 3 v. 137, & Cic. de N. D. 1 cap. 38 *Collibitum est mihi,* es gelüstet mich.

¶ Perlŭbet, es gelüstet. Plaut. Capt. a. 4 sc. 3 v. 53 *perlubet hunc hominem alloqui.*

¶ Perlubens, tis, gar willig. Cic. ad Q. fratr. lib. 2 ep. 8 *in quibus me perlubente Servius allisus est.*

¶ Perlibenter, vel Perlubenter, adv. gar gern. Cic. de Clar. Orat. c. 3 *Tum ille, legi, inquit, perlubenter epistolam, quàm ad te Brutus misit ex Asia.* Idem 8 ad Att. ep. 14 *Tecum perlibenter loquor.* Et de Vniverso c. 1 *Perlibenter & Nigidium vidi.*

¶ Prolubium, i, à *libet,* effusa cupiditas, eine unmäßige willfertigkeit. Terent. in Adelph. a. 5 sc. 9 v. 28 *Quod prolubium? quæ istæc subita est largitas?*

¶ Quilibet, quælibet, quodlibet, vel quidlibet, quicunque seu quisquis placet, ein jeder, der dir gefällt. Ovid. lib. 1 de Arte Am. v. 444

> *Pollicitis dives quilibet esse potest.*

Plinius lib. 11 extremo, *quolibet modo,* auf allerley weise. De Fabiis Livius lib. 2 c. 49 *Sex & CCC milites, omnes patricii, omnes unius gentis, quorum neminem ducem sperneret quibuslibet temporibus egregius senatus.*

¶ Quamlĭbet, adverb. obschon, wie du wilt. Quintil. 1 cap. 1 *Quamlibet parum.* Plinius 36 cap. 22 *Finditur in quamlibet tenues crustas.*

¶ Qualibet, wo hindurch du wilt. *Qualibet perambula ædes,* Plaut. Mostell. a. 3 sc. 2 v. 122. Quintil. 5 c. 13 *Si flumina in rivos deducantur qualibet transitum præbent.*

¶ Qualislibet, Quantuslibet, vide *Qualis, Quantus.*

¶ Quomodolibet, vide *Modus.*

¶ Vbilĭbet, quoquo loco, überall, es sey wo es wolle. Seneca de Tranqu. An. c. 1 *Cibus ubilibet non defuturus.* Augustinus Confession. lib. 3 c. 7 *Licebat pedem ponere ubilibet.* Potest etiam divise scribi.

¶ Vndelibet, allenthalben her, wo man her will. Aut. ad Herenn. lib. 4 c. 50 *At istua quidem facile fuit, undelibet invenire.*

¶ Vnusquilibet, unaquælibet, unumquodlibet, ein jeglicher. Seneca Controvers. 26 *ut unusquilibet satis sit.* vide ibi Gronovium. Dividitur etiam eleganter. Livius lib. 6 c. 40 *Si non sim ex patricio sanguine ortus, sed unus Quiritium quilibet,* &c.

LĪBETHRA, fons Magnesiæ, quæ Thessaliæ annexa est. Plinio est lib. 4 cap. 9 princ. & Solin. cap. 8 extr. masc. *Libethrus,* qui fontem hunc *præsidium poëtarum* dixit. Aliis in Macedonia locus est. vide Strab. & Hesych. Hinc

¶ Libethrĭdes, um, Musæ, nymphæ. Virg. eclog. 7 v. 21

> *Nymphæ, noster amor, Libethrides.*

Libidinari, libidinosus, libido, vide *Libet.*

LĬBĪTĪNA, æ, Dea funerum apud Romanos, die toden-göttin. Horat. lib. 2 sat. 6 v. 19 *Auctumnusque gravis Libitinæ quæstus acerbæ.* Sueton. Nerone c. 29 *Pestilentia unius auctumni, qua triginta funerum millia in rationem Libitinæ venerunt.* vide ibi interpretes. Dionys. Halicarnass. & Plutarchus in Romanis tradunt, Venerem hoc cognomento Romanis cultam fuisse. [vid. Rhodigin. lib. 19 c. 18.] Adde Juvenal. sat. 12 v. 122 *Si Libitinam evaserit æger:* ubi Scholiastes inedit. LIBITINA vocatur Venus a libendo, juxta cujus templum erat cœmeterium mortuorum. Ponitur ergo pro ipsa morte vel cœmeterio. ¶ 2. Significat & lectulum, in quo mortui efferuntur, ut exponit Acron ad illud Horatii lib. 3 ode ult. v. 6 *Multaque pars mei Vitabit Libitinam,* die todenbahre. Sidon. lib. 2 epist. 8 *Sed cum Libitinam ipsam flentes omnes, externi quoque prensitarent, remorarentur, exoscularentur, sacerdotum propinquorumque manibus excepta, perpetuis sedibus dormienti similier illata est.* ¶ 3. Etiam *Vespillonia* sic dicitur. Ita Valer. Max. lib. 5 c. 2 n. 10 *Libitinam exercere* dixit, pro, vespillonem agere. Martial. lib. 10 epigr. 97

> *Dum levis arsurâ struitur Libitina papyro,*
> *Dum myrrham & casiam flebilis uxor emit:*
> *Jam scrobe, jam lecto, jam pollinctore parato,*
> *Hæredem scripsit me Numa: convaluit.*

¶ Libitinarius, i, qui libitinam exercet, i. e. funerum curam mercede pactâ recipit, ein todengräber. Apud Senecam de Benefic. lib. 6 c. 38, & Vlpian. lege 5 § 8 ff. de Instit. act. ubi ait, *Libitinarium* esse, quem Græci κτεριστὴν vocant. Vet. Gloss. *Libitinarius,* ἐνταφιαστής. Item: ἐνταφιοπώλης, *Libitinarius.* Item: νεκροθάπτης, *Libitinarius.*

LĪBO, avi, atum, are, à græco λείβειν, leviter degustare, & primis veluti vix labris attingere, ein wenig kosten, oder an etwas nippen, ein wenig berühren. Quod de apibus proprie dicitur. Virg. 4 Georgicorum v. 54

> *Purpureosque metunt flores, & flumina libant.*

¶ 2. Hinc eleganti metaphora, *Libare,* Cicero dixit, pro excerpere legendo, in Tusc. lib. 5 c. 29 *Libas ex omnibus, quodcunque te maxime specie veritatis monet.* ¶ 3. Et *Libare* est sacrificare, opffern: Livius lib. 39 cap. 43 *Vbi libare diis dapes, ubi bene precari mos esset.* Et, *Thura diis libare,* Ovid. 4 Pont. ep. 8 v. 39. Præcipuè vero hoc verbo usi veteres, quum de primitiis Diis oblatis sermo esset. Illæ enim de frugibus delibabantur, sive decerpebantur; vide *Libatus;* vel quum inter epulas in honorem alicujus Dei in mensam, vel inter sacra in aram aliquid vini de patera defundebant. Apulej lib. 4 Met. *Poculis aureis memoriæ defunctorum commilitonum vino mero libant; Dehinc, canticis quibusdam Marti Deo blanditi, paullulum conquiescunt.* Virgilius de Didone Æneid. 1 v. 740

> *Dixit, & in mensâ laticum libavit honorem.*

Idem 8 Æneid. v. 279

> *In mensam læti libant, divosque precantur.*

Idem Æneid. 5 v. 77 *Hic dum rite mero libans carchesia Baccho Fundit humi,* &c. Hinc veteres Gloss. *Libat,* ἀπάρχεται. *Libat,* σπένδει. *Libare alienæ saluti,* Taubm. eines andern gesundheit trincken.

¶ Libatus, a, um, prægustatus, gekostet, credenzet. Tac. Ann. 13, 16, 3 *Libata gustu potio traditur Britannico.* Ovid. 1 Amor. eleg. 4 v. 34 *Rejicere libatos ore cibos.* Cicer. de Divin. 2 cap. 11 *Ex divinitate animos haustos, aut acceptos, aut libatos habere.* Liv. 21 c. 29 *nusquam ante libatis viribus,* i. e. attenuatis. ¶ 2. Sacrificatus, geopffert. Tibullus lib. 1 eleg. 1 v. 19

> *Et quodcunque mihi pomum novus educat annus,*
> *Libatum agricolæ ponitur ante Deo.*

¶ Libatio, ōnis, degustatio, die kostung. ¶ Item, quod in sacris libatur, ein opffer: ut, *Libationes sacerdotii,* Cic. Arusp. Resp. c. 10, quo nomine & χοαὶ, quæ mortuis fiebant, appellatæ. Apulejus de Mundo p. 74 *Diis sacrificatur: Geniis ministratur: obitis libatione profunditur.*

¶ Lībāmen, ĭnis, quod libatur, ein opffer. Ovid. 3 Fastor. v. 733

> *Nomine ab auctoris ducunt libamina nomen,*
> *Libaque, quod sacris pars datur inde focis.*

Vnde nota, *Liba & Libamina,* à Libero patre sive Baccho, qui primus Jovi libavit, sic appellata. vide ipsum locum.

¶ Libamentum, i, idem. Cicero lib. 2 de Leg. cap. 12 *libamenta sacrificiorum.* Statius 3 Silvar. carm. 1 v. 163

> *Hæc ego nascentes lætus bacchatus ad aras,*
> *Libamenta tuli.*

¶ Libum,

¶ Lībum, i, genus cibi seu panis dulcis ex farre, melle & oleo, honigkuchen oder fladen. Virg. Æn. 7 v. 109 *adorea liba*. Ovid. 3 Fast. v. 735

Liba Deo fiunt, succis quia dulcibus ille
Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt.

¶ Libus, i, masc. idem. Nigidius apud Nonium cap. 3 n. 127 *Faciat libos quatuor*, &c.

¶ Lībārius, i, qui liba vendit, ein kuchenbecker, apud Senecam epist. 56.

¶ Lībito, are, frequent. offt kosten, versuchen. Cic. 3 fam. ep. 8 *Si de tua prolixa beneficaque natura libitavit aliquid posterior annus*; al. *limavit*. vide Parei Lex. Crit. p. 673.

Composita à *Libo*:

¶ Dēlībo, are, degustare, decerpere, abnehmen, abbrechen, credentzen. Cicero pro Sextio cap. 56 *Vt omnes undique flosculos carpam atque delibem*. Sic, *Delibare de gloria alterius*, id est, detrahere, Cic. 2 de Invent. cap. 39. Et, *Quod de honestate delibatum, virtute aliquando recuperare*, Idem eodem libro cap. penult. Et Nepos Datame c. 6 *Quod prius ad hostem pervenire cupiebat, quam de male re gesta fama ad suos pervenisset: ne cognita filii morte animi delibarentur militis*. DELIBARENTUR, id est, minuerentur; al. *debilitarentur*.

¶ Delibatus, a, um, abgekostet. Cethegus ab Ennio apud Cic. in Bruto cap. 15 vocatur: *Flos delibatus populi, Suadæque medulla*; i. e. vir excellens atque eloquentissimus, ein auserlesener beredter mann. *Delibatus puer* fere in obsceno est Plauto Most. a. 4 sc. 2 v. 32.

¶ Delibatio, ōnis, die minderung, verringerung, l. 116 pr. ff. de legat. 1 *Legatum est delibatio hereditatis*.

¶ Delibamentum, i, idem quod *libamentum*, eine opfferung. Val. Max. 2, 6, 8 *Defusa Mercurio delibamenta*.

¶ Delibĭto, are, frequent. idem quod *delibare*. Cic. ad fam. 9 ep. 16 *Solebam antea delibitari oleis & lucanicis tuis*. Sic legit Turnebus Advers. 6 cap. 1, & Pareus Lex. Crit. p. 674, non *delectari*.

¶ Delibuo, ĕre, madefacere, inungere, schmieren, benetzen, bestreichen. Cyrilli Glossæ: *Delibuo*, *καταβρέχω, ἐλαίῳ βρέχω*. Notius est participium

¶ Delibūtus, a, um, oleo aut quovis humido imbutus, gesalbet, benetzt; ut, *delibutus capillus*, Cic. pro Rosc. Am. cap. 46. *Delibutus medicamentis*, Idem de Clar. Orat. cap. 60. *Aliquem gaudio delibutum reddere*, einen mit freuden überschütten, Terent. Phorm. a. 5 sc. 6 v. 17. *Delibutæ cœno meretrices*, mit dreck geworffene huren, Plaut. Pœn. a. 1 sc. 2 v. 56, & Truc. a. 4 sc. 4 v. 1.

¶ Illibatus, a, um, integer, incorruptus, unberühret, unversehrt, unverletzet: ut, *Imperium illibatum*, apud Liv. lib. 3 c. 61. *Fœdera tori illibata*, eine reine ehe, Lucanus lib. 2 v. 341. Et Val. Max. lib. 6 cap. 1 n. 4 *Vt non solum virginitatem illibatam, sed etiam oscula ad virum sincera perferret*. Et Vellej. 2, 48, 2 *Illibatam magnitudinem deferre ad inferos*.

¶ Illibabĭlis, e, unversehrlich. Lactant. lib. 2 Instit. cap. 7 *Illibabilis est* [sapientia] *tamquam lux*.

¶ Indelibatus, a, um, idem quod illibatus. Silius lib. 15 v. 271 *indelibata virgo*. Et Ovidius 1 Trist. eleg. 4 v. 28

Indelibatas cuncta sequuntur opes.

¶ Prælībo, are, prægustare, credentzen, zuvor versuchen; ut, *Superis prælibare verendum nectar*, Stat. Silvar. lib. 3 carm. 4 v. 60. Et, *Prælibare visu*, Idem 2 Achill. v. 88.

¶ Prælibatio, ōnis, ein vorschmack, versuch. Tertull. de Anima cap. ult. *Sine ulla prælibatione*.

¶ Prolībo, are, idem quod *prælibare*. Plinius 28 cap. 4 *Aquas prolibant novo fictili*. Et lib. 35 cap. 12 *fictilibus prolibatur simpuviis*.

LĪBRA, æ, λίτρα, idem omnino quod *As*, *Mina*, *Pondo*, quemadmodum aliquot in locis Budæus in libris de asse probat, ein pfund. Dividebatur libra in 12 uncias. ¶ 2. Nec ponderum solum, verum etiam mensurarum libra fuit. Et hanc quidem *mensuralem*, illam *ponderalem* appellant. Sic, ut *ponderalem libram*, *pondo*, *mensuralem libram*, *mensuram* dicerent. *Libra nummularia*, ein marck. *Libra aromataria*, ein kramer-pfund. Per *as* & *libram emere* dicitur, cum emtionibus, quæ mancipii erant, libra interponeretur, Plinius lib. 33 cap. 3. Et, *Turres ad libram factæ* apud Cæsarem lib. 3 de B. C. cap. 11 dicuntur, quæ æquatis fastigiis, sive ejusdem altitudinis sunt. Aliquando enim *Libra* pro altitudine & fastigio sumitur, propter perlibrationes aquarum: Turnebus Advers. 5 c. 5. ¶ 3. Est & instrumentum fabrile, die bleywage. Colum. 8 cap. 1 *locus pari libra*. ¶ 4. Præcipue vero instrumentum illud bilanx, quo res ponderantur, eine wage. Partes ejus vide paullo inferius. Quo pertinet elegans translatio Plinii lib. 9 epist. 9 *Quàm pari librâ gravitas comitasque!* scilicet in Pompejo Quintiano erant. ¶ 5. Et denique signum cæleste. Plin. 18 c. 26 *Significatur imber libræ occasu*. Virg. Georg. 1 v. 208

Libra die somnique pares ubi fecerit horas.

¶ Lībella, æ, diminut. fuit nummulus argenteus valens decima denarii parte, idem quod *As*, ein dreyer oder vierling. Plautus Pseudolo a. 2 sc. 2 v. 34 *Tibi libellam argenti nunquam credam*, ich wolte dir nicht einen creutzer trauen. Romani enim minimam pecuniam significare volentes, *assem* & *libellam* dicebant, Budæo auctore libro 1 de asse.

¶ Item, parva libra, eine kleine wage: Varro R. R. 1 cap. 6 *locus ad libellam æquus*, gleich abgemessen. Lucret. lib. 4 v. 516

Et libella aliquâ si ex parte claudicat hilum.

¶ Librālis, e, adject. unius libræ pondus habens, pfündig. Plin. lib. 19 cap. 2 *librale pondus*.

¶ Librarius, a, um, idem. Vitruvius lib. 8 extremo: *Cæmentum de silice frangatur, ne gravius, quam librarium*, &c. Columella 12 c. 53 *Caro in frusta libraria conciditur*, in pfündige stücken.

¶ Libraria, æ, subst. eine abwägerin. Fabrett. Inscript. p. 214 AUG. L. LIBRARIA. CON. SUO. PIISSIM. ET. BENE. MER. ET. SIBI. *Libraria*, non à libris scribendis vel conglutinandis, sed à libra, tamquam partiendis pensis præfecta. Juvenal. sat. 6 v. 475

Si nocte maritus
Aversus jacuit, periit libraria, &c.

¶ Lĭbrīle, is, subst. Festo *scapus libræ*, der wagbalcken, unde lances pendent. ¶ 2. Synecdochice pro tota libra. Gellius 20 c. 1 *perpendi in librili*. ¶ 3. Est & æquamentum seu inclinamentum libræ, die instehende oder überschlagende wage. Onomasticum Vetus: *Librile*, ῥοπή, quæ vox inclinamentum & propensionem significat. Æquamentum libræ Seneca 3 Quæst. N. cap. 25 *æquilibrium* appellat: *quædam ligna*, dicens, *ad æquilibrium aquæ descendunt*, fahren halb unters wasser, und bleiben halb heraus, cum alia vel tota submergantur, alia tota supernatent. vide supra in *Æquus*. ¶ 4. Instrumentum bellicum, de quo Paullus ad Festum: *Librilia appellantur instrumenta bellica, saxa scilicet ad brachii crassitudinem in modum flagellorum loris revincta*. Pareus in Lex. Crit. p. 677 huc Cæsaris locum refert 7 B. Gall. c. 81 *fundis, librilibus sudibusque Gallos perterrent*. Aliis *fundæ libriles* sunt, quæ lapidem unius libræ projiciunt.

¶ Lībrĭpens, endis, ein wag-meister. Veteres Glossæ *Libripens*, ζυγοστάτης, qui priscis fuerit, vide apud Plin. lib. 33 cap. 3, ubi plurali *libripendes* is usus est: *Stipendiorum, hoc est, stipis ponderandæ pensatores, libripendes dicuntur*. Cajus lib. 1 Instit. apud Priscianum extremo lib. 6 *Qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens*.

¶ Lībro, avi, atum, are, pŏnderare, wägen, erwegen. ¶ 2. Item, wichtig und schwer machen. *Librare telum*, Virg. Æn. 9 v. 417, schwingen, im schwang von sich werffen. *Aquila librat sese ex alto*, Plin. lib. 10 cap. 3, er schwingt sich. Et de Dædalo Ovidius lib. 8 Metam. v. 201

Ipse suum corpus geminas libravit in alas.

¶ 3. Æqualiter dividere, abtheilen. Columella lib. 10 v. 42

Et paribus Titan orbem libraverit horis.

¶ Libratus, a, um, æquatus, ponderatus, gewogen, geschwungen; ut, *terra librata ponderibus*, Cic. Tusc. 5 cap. 24. Comp. *Libratior*: Livius lib. 30 cap. 10 *Gravior & pondere ipso libratior superne ex onerariis ictus erat*.

¶ Libratio, ōnis, librandi actus, die abwägung. Vitruvius lib. 8 cap. 6 *Qui Archimedis libros legit, dicet, non posse fieri veram ex aqua librationem*. Minuc. Felix cap. 17 *divina libratio*.

¶ Librator, ōris, plur. Libratores, qui aquam dioptris aut libris aquariis aut chirobate librant deducuntque, die das wasser abwägen und wohin führen, röhrmeister. Plinius lib. 10 epist. 50 *Superest, ut tu libratorem, sive architectum, si tibi videbitur, mittas, qui diligenter exploret, sitne lacus altior mari*, &c. vide ibi Buchnerum. ¶ 2. Milites jaculatores, qui lapides emittebant, schleuderer. Tacitus Ann. 13 cap. 39 *Libratoribus funditoribusque attributus locus*. vide in *Librile* n. 4.

¶ Librāmen, ĭnis, das gewicht. Livius lib. 42 cap. 65 de teli genere loquens: *ad libramen pinnæ*. Metaphorice Claud. Mamert. 3 cap. 13 *Adhibere judicii libramen*. Et Paulinus Natal. 6 Felic. v. 306

æquato libramine constet
Judicium.

¶ Libramentum, i, æquamentum, die gleichheit. Vet. Gloss. *Libramentum*, ἰσοῤῥοπία. Columella lib. 1 cap. 5 *temperatum libramentum ventorum hiemalium & æstivorum tenet*. ¶ 2. Est id quo libratur, das gewicht; ut, *libramentum aquæ*, Plin. 31 cap. 6. Et Frontinus lib. 1 de Aquæduct. *Ductus* [Anienis] *habet longitudinem, ita exigente libramento, passuum XLII millium*. ¶ In tormentis etiam *libramenta* erant plumbum, saxa, quibus æquatio motus fiebat facilior. Livius lib. 38 cap. 5 *libramenta plumbi aut saxorum*. Tacitus lib. 3 Histor. cap. 23 *vincla & libramenta tormentorum*.

I. Composita cum numeral. & aliis:

¶ Æquilibrium, æquilibris, &c. vide in *Æquus*.

¶ Bĭlībra, æ, zwey pfund. Liv. lib. 4 cap. 15 *Frumentarium divitem bilibris farris sperasse se libertatem civium suorum emisse*. Vbi Gronovium vide, cui *bilibris* plurale est, quasi binis libris, sive in multos datas singulas bilibras.

¶ Bilibralis, e, zweypfündig. Gloss. Cyrill. *Bilibralis*, διλιτριαῖος.

¶ Bĭlībris, e, idem. Eodem Glossario: *Bilibris*, δίλιτρος. *Cornu bilibre*, apud Horat. 2 sat. 2 v. 61 vas duas libras olei continens. Martial. lib. 11 epigr. 50

Nunc ut emam grandemve lupum mullumve bilibrem.

¶ Trĭlībris, e, dreypfündig. Horatius lib. 2 satyr. 2 v. 33

Laudas insane trilibrem Mullum.

Gallienus in epistola apud Treb. Pollionem in Claudio cap. 17 *Misi ad eum pateras gemmatas trilibres duas: scyphos aureos, gemmatos trilibres duos*.

¶ Quadrilībris, e, vierpfündig. Plaut. Aulul. act. & sc. ult. v. 2 *Quadrilibris aula, auro onusta*.

¶ Quinquelibralis, e, quinque librarum, fünffpfündig. Columell. lib. 3 cap. 15 *quinquelibrale pondus*.

¶ Sēlībra, æ, eine halbe marck, halb pfund. *Selibra panis*, ein halb pfund brod. Martialis primam corripuit lib. 10 epigr. 57, quamvis sit ab ἥμισυ, per syncopen.

¶ Semilibra, æ, etiam ein halb pfund. Apul. de Herb. cap. 99 *Adipis cervini semilibra*.

II. Composita cum præposit.

¶ Collībro, are, gleich abwägen. Cato cap. 19 *Inter arbores medium quod erit, id ad mediam collibrato*.

¶ Delibro, are, ponderare, abwägen. Gell. 15 cap. 8 *Delibrari sibi cœnas jubeant, ne edendo defatigentur*. Et Festus: *Delibrare, aquam sulco derivare*. ¶ Aliam notionem vide supra in *Liber*, *bri*, h. e. cortex, unde est deductum.

¶ Perlībro, are, auswägen. Seneca 3 Quæst. Nat. cap. 28 *Si quis excelsa perlibret, maria paria sunt*, id est, ad unum omnia libret. Et Vitruvius lib. 8 cap. 6 *Cum perlibratum ita fuerit*. Et Silius lib. 2 v. 189

sævamque bipennem
Perlibrans mediæ fronti. Et lib. 5 v. 321
fervidus hastam
Perlibrat.

¶ Perlibratus, a, um, ausgemessen, abgewogen; ut, *planicies perlibrata*, Columell. 2 cap. 10. *Permensum & perlibratum opus*, Idem 3 cap. 13.

¶ Perlibratio, ōnis, die abwägung. Vitruvius lib. 8 cap. 6 *Perductionis*

nis [aquarum] *prima ratio est perlibratio. Libratur autem dioptris aut libris aquariis.*

Libralis, librarius, librile, libro, are, &c. vide ante in *Libra.*

LIBS, libis, λὶψ, ventus, qui & Africus, flat contra Aquilonem, Plinius 16 cap. 34. Apulejus de Mundo: *Africus, id est, λὶψ, Vulturno reflat.*

¶ Libanōtus, vide supra.

Libum, vide *Libo, are.*

LĬBVRNIA, æ, Λιβυρνία, regio Illyrici inter Istriam & Dalmatiam veterem, & hodie ditionis est Venetorum.

¶ Liburnus, i, einer aus Liburnien. Plinius lib. 3 cap. 21 pr. *Gens Liburnorum usque ad flumen Titium.*

¶ Liburnus, & Liburnicus, a, um, gentilia adjectiva; ut, *Liburna nostra*, Propert. 3 eleg. 11 v. 44. *Insulæ Liburnicæ*, Plin. lib. 3 cap. 26. Si *navis* subauditur, quasi substantive.

¶ Liburna, & Liburnica, æ, genus est navis bellicæ velocissimæ, ein leicht rennschiff, jagschiff, quo Liburni Illyrici usi olim dicuntur in prædationibus per Ionium mare. vide Appianum Alexandrin. in Bello Illyrico. Plin. lib. 6 epist. 16 *Jubet Liburnicam aptari mihi, si venire unà vellem, faciat copiam.* Horat. epod. 1 v. 1

Ibis Liburnis intra alta navium,
Amice, propugnacula.

LĬBȲA, æ, & Libye, es, Λιβύη, Latinis proprie Africa illa est, quæ circa Ægyptum est, non tota Africa; *Mareotis Libya Ægypto contermina est*, inquit Plin. lib. 5 cap. 6. Et Eutropius lib. 6 cap. 9 *Libya quoque Romano imperio per testamentum Apionis accessit*, hoc est, Pentapolis Cyrenaica. Non raro tamen latius patet, poëtis præsertim, Græcorum more, quibus Λιβύη *Africa* est: atque ita etiam Carthaginiensem agrum comprehendit.

¶ Lĭbys, yos, Λίβυς, ein Libyer, Africaner. Prudentius lib. 2 adv. Symmach. v. 685 *Adfirmentque Libyn Collinæ à cardine portæ*
Hannibalem Jovis imperio Martisque repulsum.

¶ Libyssa, æ, fœm. ut, *Arena Libyssa*, Catull. carm. 7. Hinc ambiguitas oraculi, quo Hannibal deceptus fuit. Nam & Bithyniæ Libyssa est. vide Scriptores de morte Hannibalis.

¶ Libs, invenitur eodem significatu, quo *Libys*, Sidon. carm. 9 v. 94, ubi labores Herculis recenset: *Nessus, Libs, juga, poma, virgo, serpens.* Est Phalæcius. Idem carm. 15 v. 143 de iisdem: *Cres, fluvius, Libs, poma*, &c. *Libs* autem Antæus est.

¶ Migdolibs, id est, mixtus Libys, apud Plaut. Pœn. act. 5 *Libes* in plurali idem. Sidon. Paneg. Majorani v. 46 *Arma Chalybs, frumenta Libes*, &c.

¶ Lĭbyssīnus, a, um, adject. ut, *Montes Libyssini*, Catull. carm. 61.

¶ Libystis, ĭdis, patronymicum, Λιβυστίς. Et, *pelle Libystidis ursæ*, Virg. Æn. 5 v. 37. De quo versu & Africæ ursis lis magna est. vide Lipsium 2 Elect. cap. 4, & Vossium ad Melam p. 177; quorum sententiæ Salmasius in Solin. p. 220 contrarium tenet. Et Avienus Perieges. v. 263 *terræque Libystidis ora per Austrum.*

¶ Libycus, a, um, aliud adjectivum; ut, *Gentes Libycæ*, Virg. 4 Æn. v. 320. Et Horat. lib. 1 oda 1 v. 10

Quicquid de Libycis verritur areis.

Licens, licenter, licentia, licentiosus, vide paullo post *Licet.*

LĬCEO, licui, licēre, feil seyn, gelten. *Licere* & *Liceri* significatione differunt. *Licet* enim, quod venditur; *Licetur* emptor. Itaque *Licere*, geachtet, geschätzet werden, wenn ein ding feil geboten wird: ut, *Quanti licet hic fundus?* wie theuer steht diß guth zu kauff? wie theuer wird es geboten? *Parvo pretio licere*, Martial. lib. 6 epigr. 66, um ein gering geld feil stehen, oder geboten werden. Cic. ad Attic. lib. 12 ep. 23 *De Drusi hortis, quanti licuisse tu scribis, id ego quoque audieram.* Neutro-passivum est, ut *Veneo.* Sed

¶ Liceor, citus sum, liceri, activam habet significationem, estque idem quod pretium polliceri, quemadmodum Valla ostendit lib. 5 cap. 28, auf die wahre bieten oder setzen, sie schätzen, feilschen; ut, *Quantum tu liceris?* was beutest du mir drauf, was wilt du mir geben? Pomponius Lege 7 § 8 Dig. de Minoribus: *Si existat, qui plus liceatur*, wenn einer ist, der mehr geben will. *Animosè liceri*, frisch drauf bieten, Paulus JCtus dixit lege 29 Dig. famil. hercisc. Persius sat. 5 extr.

Et centum Græcos curto vix asse licetur.

er beut kaum drey pfennige auf hundert Griechen. Plaut. in Stich. a. 1 sc. 3 v. 69 *Jocos ridiculos vendo, agite licemini.* Sed, *Contra aliquem liceri*, mehr bieten, denn ein ander: Cicero in Officiis lib. 3 cap. 15 *qui contra se liceatur*, scil. contra emtorem. Cæsar 1 B. Gall. cap. 18 *Vectigalia parvo pretio redemta; propterea, quod illo licente, contra liceri audeat nemo.* ¶ Neque vero in emtionibus tantum hoc verbum, sed in conductionibus etiam usurpabatur. Sueton. Cæsare cap. 20 *Ne in locatione novorum vectigalium immoderatius licerentur, propalàm monuit.*

¶ Lĭcĭtor, atus sum, licitari, pretium deferre, sive augere in auctione facienda, seu licendo contendere, drauf bieten, feilschen. Curt. lib. 4 cap. 1 *Impia bella geritis, &, cum habeatis arma, licitamini hostium capita*; quod ipse explicat: *percussorem in me emere voluisti.* Paulus JC. Lege 9 Dig. de publ. vectigalibus: *Locatio vectigalium, quæ calor licitantium ultra modum solitæ conductionis inflavit*, &c.

¶ Licitatio, ōnis, pretii in auctione oblatio, das gebot auf ein ding, die feilschung: ut, *Facere licitationem*, ein geld auf ein ding setzen, Cic. ad Attic. lib. 11 epist. 15. *Admittere licitationem*, Lege 7 § quæsitum 8 Dig. de Minoribus.

¶ Licitator, ōris, der ein gebot thut, ein steigerer. Cic. 3 Offic. cap. 15 *Non licitatorem venditor opponet.*

Compositum unum à *Liceor:*

¶ Polliceor, ĭtus sum, ēri, promittere, vel ultro, vel ex pactione, sich erbieten, versprechen; ut, *Benigne, liberaliter, prolixe*, redlich und nach der länge zusagen. Cic. Attic. lib. 5 ep. 13 *Liberalissime erat pollicitus tuis omnibus.* Et pro Domo cap. 11 *Quæ meum tempus postulat, satis prolixe mihi pollicetur.* Et, *Polliceri suam operam*, Cic. Divinat. in Verr. cap. 6, fleiß angeloben. *Pro certo hoc vobis polliceor atque confirmo*, Idem 2 Agrar. extr. das sage ich euch gewiß zu. *De caussa regia tantum habeo tibi polliceri*, &c. Cic. lib. 1 fam. epist. 5, das kan ich verheissen.

¶ Pollĭceo, ere, activa forma, idem. Varro apud Nonium cap. 7 n. 25 *Ne dares, ne polliceres*, pro *pollicereris.* Et hinc

¶ Pollĭcĭtus, a, um, passive, versprochen, zugesagt. Ovid. Fast. 3 v. 366 *pollicitam dictis addere fidem*, dem versprechen nachkommen. Vellej. 2, 111, 1 *ad id bellum operæ pollicitæ.* Et

¶ Pollicitum, i, subst. promissum, promissio, eine zusage. Colum. 11 c. 3 *memores polliciti nostri.* Ovid. Heroid. epist. 20 v. 180 *Polliciti conscia templa.* Idem Amor. 2 eleg. 16 v. 48 *Pollicitis suis facta addere.* Et 1 de Art. Am. v. 444 *Pollicitis dives quilibet esse potest.*

¶ Pollĭcĭtor, ari, frequentativum, viel verheissen, zusagen. *Pollicitando eorum animum lactas*, Terent. Andr. a. 5 sc. 4 v. 9.

¶ Pollicitātio, ōnis, die verheissung; ut, *Pollicitationes tuas hinc aufer*, hebe dich weg mit deinen grossen worten, da nichts hinter ist, Terent. Phorm. a. 5 sc. 6 v. 17. Sueton. Nerone cap. 13 *Regem magnis pollicitationibus solicitatum.*

¶ Pollicitator, ōris, qui pollicetur, ein verheisser. Tertullian. adv. Judæos cap. 1 *Habemus Deum idoneum pollicitatorem & fidelem sponsorem.* Et Augustinus de Morib. Manich. lib. 2 cap. 17 *pollicitatores rationis & veritatis.*

¶ Pollicitatrix, īcis, eine versprecherin. Idem Tertull. in Apolog. c. 23 *Virgo cælestis pluviarum pollicitatrix.*

LĬCET, licuit, & licitum est, ēre, geziemen, erlaubt, zugelassen, frey seyn. Cic. in Tusc. lib. 5 cap. 19 *Id licere dicimus, quod cuique conceditur. Peccare nemini licet*, Cicero ibidem. *Licet tibi per me*, meinet halben ist dirs vergunt, i. e. permitto, non impedio. *Statariam agere ut liceat per silentium*, Terent. in prolog. Heaut. v. 36. *Ut sibi liceret id de me discere*, Idem Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 31. Et, *Modo liceat vivere, spes est*, Heaut. a. 5 sc. 2 v. 28, GOtt friste mir mein leben, &c. Sic dicimus: *Licet tibi esse virum bonum*; Et, *Licet tibi esse viro bono*; Quæ formula posterior usitatior est. Cicero Tusc. 1 cap. 15 *Licuit esse otioso Themistocli.* Plaut. in Trin. a. 4 sc. 3 v. 25 *Nunc mores nihil faciunt quod licet, nisi quod lubet.* Claudian. de 4 Cons. Honor. v. 265

Sed comprime motus,
Nec tibi quid liceat, sed quod fecisse decebit,
Occurrat, mentemque domet respectus honesti.

conf. Grot. de J. B. & P. lib. 3 cap. 4 § 2 p. 456 & 465.

¶ Eleganter hoc verbum & in precationibus maxime interseritur. Horatius lib. 3 od. 27 v. 13

Sis, licet, felix ubicunque mavis,
Et memor nostri, Galathea, vivas;

i. e. ubicunque hinc profecta degere malis, felix sis: atque id licet esse, & fas esse, nec ullum malum omen impediet. Ovidius in Narcissi fabula lib. 3 Metam. v. 404

Inde manus aliquis despectus ad æthera tollens
Sic, amet iste licet, sic non potiatur amato,
Dixerat.

¶ *Liciturum esse*, Cicero dixit ad Attic. lib. 2 epist. 1.

¶ Licens, tis, adject. frey, freventlich. Propertius lib. 4 eleg. 1 v. 26 *Unde licens Fabius sacra Lupercus habet.* Et Stat. lib. 1 Silva ult. *Quis spectacula, quis jocos licentes.* Et Martial. 4 epigr. 8 *licenti gressu.* ¶ Hinc *Licentior, licentius.* Cic. 3 de Oratore cap. 48 *Inde ille licentior & divitior fluxit dithyrambus.* Et *licentior vita*, Val. Max. lib. 9 cap. 1 n. 2. *Licentior accusatio*, ibid. cap. 2 n. 3. Seneca Excerpt. Controvers. 6 cap. 8 *Conversatio cum viris licentior.*

¶ Lĭcentia, æ, est impunita facultas loquendi vel agendi quæcunque libuerint, impunitas, libertas immodica, & nimia permissio, zu viel freyheit, vergünstigung. Ter. in Heaut. a. 3 sc. 1 v. 74 *Deteriores omnes sumus licentiâ*, wenn uns zu viel übersehen und nachgelassen wird. Idem in Adelph. a. 3 sc. 4 extr. *Nimia isthæc licentia profectò evadet in aliquod magnum malum*, daß ihm so gar viel verstattet wird, das wird einmal übel ablauffen. *Largiri, dare licentiam*, zu viel oder zu weit erlauben: Cic. in Offic. lib. 1 cap. 29 *Pueris non omnem licentiam ludendi damus.* Idem pro Flacc. cap. 7 *Græcia hoc uno malo concidit, libertate immoderatâ, & licentiâ concionum. Libertas* cum transscendit limites, *licentia* dicitur. Phædrus fab. 2

Athenæ cum florerent æquis legibus,
Procax libertas civitatem miscuit,
Firmumque solvit pristinum licentia.

Tacitus 2 Histor. cap. 10 *In civitate discordi & ob crebras principum mutationes inter libertatem ac licentiam incerta, parvæ quoque res magnis motibus agebantur.* Quam *verborum licentiam* appellavit Curtius lib. 8 cap. 2, alio loco *intemperantiam linguæ* dixit, wenn man mehr redet, als man soll, und verantworten kan. Verum non semper in vitio esse hoc verbum, & aliquando honestam potestatem significare, ostendit Pontan. Vol. 1 Progymn. dial. 17 p. 79 & 80. Cui *dare licentiam* est ἐξουσίαν διδόναι, erlaubniß geben.

¶ Lĭcenter, adverb. per licentiam, sicher, frey, freventlich. *Licenter errare*, Cic. in Orat. cap. 23. *Licenter eludere*, Liv. lib. 29 cap. 31. *Licenter verbo usus est*, Seneca Controvers. 10. Et, *Licentiùs abuti*, Cic. 3 Orat. cap. 43. *Laxiùs licentiusque esse*, Sallust. Jugurth. cap. 87. *Licentius errare*, Virg. Æn. 7 v. 557. *Adversario remoto licentius eorum bona dispertivit*, Nepos 10, 7, 1.

¶ Licentiatus, i, honoris hodie vocabulum, quod nonnulli à *Licet* derivant. Respiciunt enim veterem consuetudinem, ubi vel *Papinianistæ*, vel *Lytæ*, vel *Prolytæ* dicebantur, prout vel biennium, vel triennium, vel quadriennium in legum studio versati sunt, & ab illa præscripta studiorum lege soluti, tamquam emeritis stipendiis, honestam à magistrorum scholis missionem impetrarunt. Et sic Hesychius προλυθέυς interpretatur παρειμένυς, παραλελυμένυς, ut ii sint, qui hodie *Licentiati* appellantur. vid. Hotomann. de verbis juris. Alii à *licitando* deducere malunt. vid. Erasm. Dial. de Pronunc. p. 35, & Lansii Comm. 1 de Academ. p. 75.

¶ Lĭcentĭōsus, a, um, der zu grosse freyheit hat, muthwillig. Quintilianus lib. 1 cap. 6 *Quod non minus est licentiosum.* Arnob. lib. 4 p. 149

tantum

tantum ibi licentiosi juris adsciscere. Et Apulejus 4 Milef. p. 154 *lamentationes licentiose.*

¶ Licĭtus, a, um, frey, zugelassen, erlaubt: ut, *Negociatio licita*, Vlpian. Lege 2 ff. de jure patron. eine vergönnete handthierung. Cic. lib. 14 fam. epist. 4 *si esset licitum per nautas.*

¶ Licitò, adverb. idem. Solinus c. 11 [al. 16] *Ædem Dianæ nudus vestigia nullus licitò ingreditur*, es ist niemand erlaubt.

¶ Licitè, idem. Orosius lib. 6 cap. 20 *licitè usurpare.*

¶ Illicitus, a, um, was nicht ziemet, unerlaubt, verboten. *Ire per illicitum*, Stat. 1 Theb. v. 223. *Illicitas tentare vias*, Valer. Flacc. lib. 1 Argon. v. 197. Superlat. *Illicitissimus* Augustinus epist. 202 dixit: *rem illicitissimam atque indignissimam prohibere.*

¶ Illicitè, adverb. unzuläßlich. Lege 11 § 14 Digest. de Legatis & fideicommiss. lib. 3 *Si quis illicite ædificasset, id est, hoc, quod dirui constitutiones jubent.* Et Tertullianus 4 adv. Marcion. c. 34 *Illicite dimissam, pro indimissa,* [uxorem] *ducens, adulter est.* Sed & Varro de L.L. 5 c. 9 fin. *illicite illexit.*

¶ Illicentiosus, a, um, ungebührlich. Apulej. lib. 2 Milef. *Inter hæc per convivium illicentiosus cachinnus effunditur.*

¶ Prælicenter, adv. allzufrey. Gell. lib. 16 c. 7 *prælicenter verba fingere*, hoc est, nimis licenter.

LĬCET, conjunctio adversativa, idem quod *quamvis*, & excipi solet verbo Conjunctivo, obgleich, obschon. Juvenalis satyr. 8 v. 18

Tota licet veteres exornent undique ceræ
Atria; nobilitas sola est atque unica virtus.

In quo versu, *Tamen*, omissum est, quod alioqui has particulas sequi solet. JCti & cum Indicativo non semel junxerunt. Vlpianus L. cum hi 8 § ult. de transact. *Fructus habitationis præstatur, licet ruinæ vel incendio subjecta transactio est.* Ita & Modestinus L. 20 ff. de accusat. & Julianus L. Si ei 2 § 2 D. de Jure Codicill. posuit. ¶ *Licebit*, alia conjunctio idem significans. Horat. epod. 15 v. 19

Sis pecore & multâ dives tellure licebit.

Idem lib. 2 sat. 2 v. 59 *licebit*

Ille repotia, natales, aliosque dierum
Festos albatus celebret.

Et Ovid. Trist. 5 eleg. 14 v. 3

Detrahat auctori multum fortuna licebit;
Tu tamen ingenio clara ferêre meo.

Et Martial. 8 epigram. 21

Jam, Cæsar, vel nocte veni: sint astra licebit, &c.

¶ Sed hæc ex vulgi sententia, quod *Licet*, *Licebit*, conjunctiones sint: doctioribus semper verba sunt, post quæ *Vt* subaudiatur, à quo ἐλλειπτικῶς sequentis Verbi conjunctivus Modus pendeat. vide Sanctii Minervam lib. 3 cap. 14. Indicativus Jurisconsultorum sæculi vitio & cadenti Latinitati imputatur.

¶ Ilícet, pro *ire lícet*, vide supra in *Eo.*

LĬCHĂNOS, i, λιχανὸς, Phthongorum mobilium unus apud Vitruvium 5 c. 4. vide Baldi Lex. Vitr. p. 66.

LĬCHAS, æ, famulus Herculis, in mare projectus & in ejusdem nominis petram mutatus. vid. Hygin. fab. 36, & Ovid. Metam. 9 v. 211 sqq.

LĪCHEN, ēnis, masc. & Lichēne, es, fœmin. morbi genus, λειχὴν, latine *mentagra*, quod à mento incipiat, & per faciem deinde omnem serpat, eine schuppichte räudigkeit im gesicht, schwindflecht; Plin. 26 c. 1. Dicunt & *impetiginem.* Martial. 11 epigr. 99

Non ulcus acre, pustulæque lucentes,
Non triste mentum, sordidique lichenes,
Nec labra pingui delibuta ceroto,
Nec congelati gutta proderit nasi.

¶ 2. *Lichenes* sunt etiam calli indurati in genibus, & super ungulas equorum; λειχῆνες ἵππων, *lichenes equorum*, sic vocat Dioscorides lib. 2, die harte schwullen an den schenckeln der pferde. Meminit & Plinius 28 cap. 11. ¶ 3. Et *Lichen* herba est, quam *Hepaticam* vulgo dicunt, steinleberkraut, oder brunnenleberkraut, vocant & *pulmonariam*, quod pulmonis speciem referat, Plin. 26 cap. 4, & Matthiolus.

Liciniare, vide *Laciniare* sub *Lacinia.*

Licitari, licitatio, licitator, vide *Liceo.*

Licite, licitus, vide *Licet.*

LĪCIVM, i, plur. Licia, orum, fila sunt, quibus implicatur stamen, die drümer, daran die weber das garn oder warff knüpffen. Apulejus Apologiâ: *Si Virgilium legisses, profecto scisses, alia quæri ad hanc rem solere. Ille enim, quantum scio, enumerat vicias molles, & verbenas pingues, & thura mascula, & licia discolora* &c. Virgil. Georg. 1 v. 385 *licia telæ.* Et Ovid. Fast. 2 v 575 *cum fusco licia plumbo.*

¶ Licīnus, a, um, i. e. cornua sursum habens crispata. Gloss. lat. gr. *Licinus*, ἀνάθριξ. v. Meurs. P. 2 Exerc. Crit. p. 227.

¶ Liciatōrium, i, der weber- oder wendel-baum. Vulg. Interp. 1. Sam. 17 v. 7.

¶ Bilix, īcis, zwillich, zweyfädicht. Gloss. gr. lat. δίμιτος, *bilix.* Sic & *bilicem loricam* dixit Virg. Æn. 12 v. 375.

¶ Trilix, trilīcis, dreylich; Sic, *Vestem trilicem*, dicimus tribus liciis constantem, ein kleid von dreylich. Virgil. 3 Æn. v. 467

Loricam consertam hamis, auroque trilicem, id est, triplicem.

¶ Relicīnus, a, um, strupicht. Apul. Apol. *Erat & comâ relicinus, & barbâ squalidus, & pectore hirsutus.* Jul. Floridus p. 763 exponit: *comis retractis crispus.*

LICTA, æ, antiquum pro *Linea.* vide in *Monogrammus.*

LICTOR, ōris, plur. lictores, consulis & prætoris ministri, stadtknechte, häscher, schergeanten. *A ligando* dictos censet Gellius 12 cap. 3. Et Festus, *Lictores*, inquit, *dicuntur, quod fasces virgarum ligatos ferunt; Hi parentes magistratibus, delinquentibus plagas ingerunt.* Adde Nonium c. 1 n. 257, qui lictoris proprietatem a *ligando* inde probat, quod ita carnificis officium antiquitùs fungeretur, quodque Tullius pro Rab. c. 4 *Lictor*, dicat, *colliga manus.* De his accurata collectanea habes apud Lipsium lib. 1 Electorum cap. 23, & Rosin. lib 7 Antiq. Roman. cap. 48. Augustas etiam usas lictoribus, rursus Lipsius tradit ad lib. 1 Annal. Tacit. p. 14. Turneb. Advers. lib. 15 cap. 10. conf. Bernegg. ad Sueton. Cæsare c. 20. Barth. ad Stat. Silv. p. 54. Reines. in epist. p. 559. *Proximus* autem *lictor* dicebatur, qui proxime magistratum vel regem præcedebat. Consuli duodecim *lictores* erant: cæteris vero magistratibus (quales sunt proconsules, præsides, prætores,) sex. Hi fascem virgarum alligatum cum securi ferebant: unde *fasces* pro magistratu. Hunc autem morem ab Hetruscis sumptum tradunt, apud quos, creato rege ex duodecim populis, singulos singuli populi lictores dabant.

¶ Lictōrius, a, um, häscherhafft: ut, *Lictorii fasces*, Plinius lib. 7 c. 30.

LĪDVNA, æ, recessus maris, olim *Salacia*, der ablauff des wassers, die ebbe; sicut accessus *Malina*, olim *Venilia*, die fluth. vid. Rosini Ant. Rom. 2 c. 13 p. 203 Marcell. Emp. c. 25 *Liduna ante prandium.*

LIEN, ēnis, & Lienis, is, idem quod splen, quod græcum est, die miltz. Plaut. Curcul. 2. 2 sc. 1 v. 29 *Ambula, id lieni optimum est.* Celsus lib. 4 cap. 9 *At lienis ubi affectus est, intumescit.* Idem lib. 5 cap. 18 *At si lienis torquet.* In plurativo numero Cato dixit cap. 157 *Lienes turgent.*

¶ Liēnōsus, a, um, morbo lienis laborans, miltzsüchtig. Plinius lib. 7 cap. 2 *Quorumdam corpori partes nascuntur ad aliqua mirabiles, sicut Pyrrho regi pollex in dextero pede, cujus tactu lienosis medebatur.*

¶ Liēnĭcus, a, um, idem. Plinius lib. 29 cap. 3 *Sic & lienicis.* Ita vulgo legunt. Harduinus autem *Lientericis*, quod proxime sequetur.

LIENTERĪA, æ, morbus, alvi fluxus à melancholicis crudis excrementis à liene per intestina descendentibus ortus, ταχεῖα διέξοδος ἀμεταβλήτων σιτίων, inquit Galenus, id est, *celer transitus nutrimenti non commutati*, der rohe bauchfluß, der riet, durchlauff. Celsus lib. 2 cap. 1 *Fit lævitas intestinorum, quæ λειεντερία vocatur*, quia tunc λεῖα ἔντερα, lubrica intestina.

¶ Lienterĭcus, a, um, bauchflüßig. Plin. 29 c. 3 pro vulgata lectione *lienicis*, Harduinus restituit *lientericis.* vide emendationes ejus ad h. l. n. 15 p. 718.

Ligamen, ligamentum, ligatura, vide *Ligo, are.*

LĬGĒA, æ, Nymphæ nomen apud Virgil. Georg. 4 v. 336.

LĬGELLVM, i, apud Plautum legitur in Aulular. a. 2 sc. 4 v. 22 *De suo ligello fumus si qua exit foras*, quod Nonius c. 2 n. 504 turguriolum exponit, ein hüttichen, häußlein. Sed rectius alii libri, tam editi, quam MSS. *tigillo*, habent.

LĬGER, & Lĭgĕris, is, Galliæ fluvius, die Loire. Cæsar B. G. 7 c 5 *qui cum ad flumen Ligerim venissent:* & ibidem cap. 55 *ad ripas Ligeris:* & eodem cap. *Liger ex nivibus creverat.* Tibull. lib. 1 eleg. 8 v. 11

Testis Arar, Rhodanusque celer, magnusque Garumna,
Carnuti & fluvii cærula lympha, Liger.

¶ 2. *Liger* etiam Rutuli cujusdam nomen apud Virgil. Æneid. 9 v. 571.

LIGNVM, i, holtz: ab *legendo ligna*, quia ea caduca leguntur in agro, quibus in focum utimur, secundum Varronem de L. L. 5 c. 7. Isidoro 19 c. 19 *Lignum* vocatur à λύχνος, quia incensum in lumen convertitur. Sic, *Ligna & sarmenta circumdare, ignem subjicere*, Cic. 3 Verrin. cap. 27. Adagii modo: *Non ex quovis ligno Mercurius fingitur*, ein Marienbild kan man aus einem jeden holtz nicht schnitzen. Et, *Lignum pravum haud unquam rectum*, ein krumm holtz ist übel gerade zu machen. Quod hemistichium apud Galenum legitur ξύλον ἀγκύλον οὐδέποτ' ὀρθόν.

¶ Ligneus, a, um, höltzern, von holtz: ut, *Ligneam materiam flammâ uri posse, necesse est*, Cic. de Inventione lib. 2 c. 57. Et, *Lignea mœnia* ænigmatice de navibus apud Corn. Nepot. 2, 2, 6.

¶ Ligneŏlus, a, um, diminut. idem. Cic. lib. 3 ad Q. fratr. epist. 7 *Hæc scripsi ad lychnucham ligneolum.* Apulejus de Mundo p. 70 *Qui in ligneolis hominum figuris gestus moveat.* Et Augustinus Confession. lib. 11 c. 23 *circuitus ligneolæ rotæ.*

¶ Lignārius, a, um, adject. mit holtz umgehend: ut, *faber lignarius*, ein zimmermann. *Lignaria negotiatio*, der holtzhandel, Capitol. in Pertin. c. 1. Et subst. ut Vet. Gloss. *Lignarius*, ξυλοκόπος, ὁ κόπτων ξύλα, ein zimmermann, holtzhacker. Livius lib. 35 c. 41 *Porticum extra portam Trigeminam inter lignarios fecerunt.*

¶ Lignōsus, a, um, hart wie holtz: ut, *Radix lignosa*, Plin. lib. 12 cap. 7 extr. *Lignosiore callo induruit*, Idem lib. 16 cap. 36, quamvis in MS. *limosiore* est.

¶ Lignor, atus sum, ari, holtzen, nach holtz fahren. Hirt. B. Hisp. c. 7 *Dum lignantur, interfecti sunt.* Liv. lib. 10 c. 25 *lignatum ire*, nach holtz gehen. conf. Plaut. Capt. a. 3 sc. 4 v. 115.

¶ Lignatio, ōnis, die holtzung. *Milites lignationis caussâ in silvas discesserant*, Cæsar 5 Bell. Gall. c. 38.

¶ Lignator, ōris, miles qui lignatur, ein holtzsamler. Livius lib. 10 c. 25 *Lignatores ei cum præsidio occurrunt.* Et lib. 41 cap. 1 *pabulatores & lignatores tueri.*, die fouragirer bedecken.

LĬGO, avi, atum, are, est vincire, constringere, binden, hefften, knüpffen. *Ligare vulnera*, wunden verbinden, Ovid. 7 Metam. v. 850. *Pacta ligare*, Propert. 4 eleg. 4. *Legibus eum ligasti*, Stat. 4 Silv. 3 v. 75. Et, *Laqueo ligavit guttura*, Ovid. Met. 6 v. 134. *Ligare* est impiæ significationis vox in veneficiis. vid. Isidor. 8 c. 9.

¶ Ligatus, a, um, gebunden. Cic. Catil. 4 cap. 6 *Filium ligatum à prætore missum.* Sic, *Crines ligatos vittâ impedire*, Tibull. 1 eleg. 6. Et, *Ligatæ comæ*, Lucan. 3 v. 280.

¶ Lĭgāmen, ĭnis, quo quid ligatur, ein band. *Salices ad ligamina vitium præparari possunt*, Colum. 11 cap. 2. Et Propert. lib. 2 eleg. 29 v. 6 *Ligamina mitræ.*

¶ Ligamentum, i, idem. Tacitus Ann. 15 c. 54 *Vulneribus ligamenta, quibusque sistitur sanguis, parare eumdem monet.*

¶ Ligatūra, æ, die hefftung, bindung. Pallad. lib. 1 c. 6 *Ligatura in vitibus locum debet mutare.* ¶ *Ligaturæ*, φυσικὰ περίαπτα, quæ vocabant. vide *Philacteria.* Vsus Augustinus lib. 2 de Doctrinâ Christianâ c. 20.

¶ Lĭgŭla, æ, eine nestel, band, senckel, schnalle. Juvenalis satyr. 5 v. 20 *ligulas dimittere.* ¶ 2. *Ligula*, contemtûs vox, germ. du schuriemen,

Plaut. Pœn. a. 5 sc. 5 v. 39. Et Martial. 14 epigr. 120 *Quamvis me ligulam dicant.* ¶ 3. Mensuræ genus. Cœl. Apicius lib. 8 cap. 6 sub fin. *Super trituram colabis lactis sextarios duos, mellis ligulas duas.*

Composita:

¶ Allĭgo, are, anbinden. Apul. lib. 6 Met. *Luxuria puerilis nuptialibus pedicis alliganda est.* Et, *Alligare vitem palo*, vel, *ad palum*, den wein an den pfahl hefften. *Alligari in re aliqua*, plus est aliquanto, quam *impediri*, gefangen genommen und gehindert werden. Cicer. ad Attic. lib. 8 ep. ult. *Cedendum celeriter est, ne forte qua in re impediar atque alliger.* Terent. Eunuch. a. 4 sc. 7 v. 39 *Hic furti se alligat*, hoc est, *obnoxium facit*, er macht sich selbst zum diebe. Plaut. Epidico a. 3 sc. 2 v. 33 *Ibi leno sceleratum caput suum imprudens alligabit.* Et, *Alligare se ad præcepta, leges*, eleganter dixit Quintil. lib. 2 cap. 13 pro *accuratissime observare leges*, sich daran halten. ¶ 2. Pro *obligare* usus est Livius lib. 7 c. 24, *Consul vulnere alligato reversus ad prima signa.* Cicero Tusc. 2 c. 17 *Quiesce igitur, & vulnus alliga.*

¶ Alligatus, a, um, angebunden. Cic. ad Att. 2 epist. 18 *Cum videas civitatis voluntatem solutam, virtutem alligatam.* Idem pro Cluent. c. 64 *nuptiis alligatus*, verehlichet. conf. *Alligare*, n. 2.

¶ Alligāmen, ĭnis, ein band, eine schnur. Gloss. gr. lat. *ἀποδεσμὸς, alligamen.*

¶ Alligamentum, i, idem. Gloss. eædem: *δέμα, alligamentum.*

¶ Alligatio, ōnis, die anbindung: ut, *Arbustorum alligatio*, Colum. 9 cap. 2.

¶ Alligator, ōris, ein anbinder. Colum. 4 cap. 13 *Alligatoris officium est, ut rectam vitem producat in jugum.* Et c. 20 ejusdem libri pr. *Sequitur alligatoris cura.* Gloss. gr. lat. *δέτης, alligator.*

¶ Alligatura, æ, die hefftung, bindung: Idem Colum. c. 8 de Arboribus. Usus hac voce sæpius B. Ambrosius, ut in epist. 44 bis terve, & 1 Offic. c. 3 &c.

¶ Adallĭgo, are, decompositum, anbinden, daran binden. *Adalligare aliquid alicui rei*, Plin. 20 cap. 21. Et lib. 27 cap. 12 *in tertianis quidam sinistra manu evulsam* (de herba loquitur) *adalligant.* conf. lib. 30 cap. 6.

¶ Adalligatus, a, um, dran gebunden: ut, *Herba adalligata lævo brachio*, Plin. 24 c. 19, & *circa caput*, Idem 27 c. 10.

¶ Superalligo, are, drauff binden. Plin. 30 c. 6 *Quidam recentem superalligant.*

¶ Circumlĭgo, are, umbinden, umwinden. Livius lib. 21 cap. 8 *Stupa circumligabant, linebantque pice.*

¶ Collĭgo, are, constringere, zusammen binden. Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 5 v. 13 *Colligavit eum primum miseris modis*, er hat ihm alle vier gebunden. Cicer. pro Rab. cap. 4 *Lictor, colliga manus*, binde ihm die hände auf den rücken. Et, *Colligare in fasciculos*, Plin. 19 cap. 1.

¶ Colligatus, a, um, zusammen gebunden: ut, *vinculis colligati*, Cicer. de Universo cap. 11. Et ibidem substant. *Omne colligatum solvi potest.*

¶ Colligatio, ōnis, die zusammenbindung. Cic. 1 Offic. cap. 17 *Arctior colligatio est societatis propinquorum.*

¶ Delĭgo, are, idem quod alligare: ut, *Deligare vulnus*, Quintil. lib. 2 cap. 17, eine wunde verbinden. *De sanguinis fusione deligandum brachium*, Cels. 2 c. 10.

¶ Deligatus, a, um, angebunden. Plinius 22 cap. 25 *Deligata in linteolo grana.* Valer. Max. 3, 8, 1 *Deligatis ad palum hostibus*, am pranger gestellt.

¶ Illĭgo, are, anbinden. Livius lib. 1 cap. 28 *in currus distentum illigat Metium.* Idem lib. 36 c. 11 *Invitus illigat se gravioris fortunæ conditioni.* Cicero Acad. 4 c. 2 *Sermonibus hujusmodi nolunt personas tam graves illigari.* Idem Orat. cap. 27 *Genus dicendi, in quo omnes illigantur verborum & sententiarum lepores.*

¶ Illigatus, a, um, verknüpfft, angebunden. Cic. pro Dom. cap. 15 *Cæsaris actis illigatus tenetur.* Liv. 5 cap. 27 *Illigatæ post tergum manus.* Et elegante tmesi Virgil. Æneid. 10 v. 794 *Inutilis, inque ligatus.*

¶ Illigamentum, i, eine binde. Salvianus lib. 7 de Gubern. p. 284 *fœmineis tegminum illigamentis capita velare.*

¶ Superillĭgo, are, drüber binden. Plinius lib. 30 cap. 6 *Quidam recentem* [lienem caninum] *superilligant*; al. *superalligant.*

¶ Superilligatus, a, um, drüber gebunden: ut, *folia superilligata*, Plinius 29 c. 3.

¶ Interlĭgo, are, darzwischen binden. Statius Theb. 7 v. 571

alterno maculas interligat ostro.

¶ Oblĭgo, are, umher binden, verbinden: ut, *Obligare vulnus*, Cicer. 3 Nat. Deor. cap. 22. ¶ 2. Significat & *devincire*, verpflichten, verbindlich machen, an sich bringen: ut, *Beneficio, liberalitate sua aliquem sibi obligare*, Cic. ad Quint. Frat. 3 ep. 1 c. 5, & lib. 2 ep. 14. Et, *Cæsar Brutum promittendo consulatum non obligaverat*, Vellej. 2, 56, 3. ¶ 3. Aliquando *oppignorare* est, verschreiben, verpfänden. Suetonius Vespasiano c. 4 *Rediit nihilo opulentior, ut qui prope labefactatâ fide, omnia prædia fratri obligarat.* ¶ 4. Est & veneficiis devovere, bezaubern. Paullus lib 5 Sentent. Tit. 23 sent. 9 *Qui sacra impia nocturnave, ut, quem obcantarent, interficerent, obligarent, fecerint, faciendave curaverint, aut cruci suffiguntur, aut bestiis objiciuntur.* Sic contra *solvi*, est veneficio liberari.

¶ Obligatus, a, um, zugebunden, verbunden, verpflichtet. Auct. ad Herenn. 1 c. 13 *Obvolutus & obligatus corio devehatur in profluentem*, er soll gesäckt werden. Sen. de Benef. 1 c. 4 *Tu me aliquid eorum doce, per quæ obligantium obligatorumque animi certent.* Plin. Paneg. c. 28 *Populus Romanus obligatus à tribunali tuo, non exoratus recessit*, i. e. obstrictus beneficio. Ibidem c. 60 *In principe rarum ac prope insolitum est, ut se putet obligatum.* Horat. 2 od. 7 v. 17 *Obligatam redde Jovi dapem*, i. e. debitum epulum, das schuldige opffer. Compar. Plin. lib. 8 ep. 2 extr. *Quanto quis melior & probior, tanto mihi obligatior abit.*

¶ Obligatio, ōnis, die verbindung. Cic. ad Brut. epist. 18 *Gravior est animi & sententiæ pro altero, quam pecuniæ obligatio.*

¶ Oblĭgāmentum, i, idem. Tertullianus de Corona cap. 14 pr. *Caput ne velamento quidem obnoxium, nedum obligamento.* Idem de Idololatria cap. 15 *consecrationis obligamentum.*

¶ Obligatūra, æ, idem. Gloss. Vet. *Obligatura, κατάδεσμος.*

¶ Obligatorius, a, um, verbindlich. Gloss. Vet. *Obligatorium, ἐνοχοποιόν.* Sic, *mandatum obligatorium*, Instit. Tit. de Mandato § Illud quoque 8.

¶ Prælĭgo, are, für oder an etwas binden. *Arida sarmenta præligantur cornibus boum*, Liv. 22 c. 16. Et, *Plagam* [deputati cacuminis] *foliis præligare*, Plin. lib. 17 c. 11 extr.

¶ Præligatus, a, um, zugebunden. Cic. de Invent. 2 c. 50 *Os obvolutum folliculo & præligatum.* Sed, *Præligatum pectus*, apud Plaut. Bacchidib. a. 1 sc. 2 v. 28, Turnebus *insanum* exponit Adv. 2 c. 30. Ducta metaphora ab his, qui veneficiis ceu vinculis ligari videntur ac constringi. Sed

¶ *Præliganeum* Catonis cap. 23 videtur à *Prælegendo* esse.

¶ Præligāmen, ĭnis, amuletum, gifftartzney, Marc. Emp. c. 8.

¶ Relĭgo, are, hart anbinden. Cicer. 1 Tusc. cap. 43 *Traxit Hectorem ad currum religatum Achilles*, er hat ihn geschleifft. *Religare robora catenis*, Lucan. lib. 2 v. 671, holtz mit ketten fassen und anbinden. Sic, *Religare religionibus alicujus bona*, est consecrare alicui Deorum, Cicer. pro Domo sua c. 47, sed *obligavit* alii legunt. ¶ Usurpatur non raro de navibus appulsis, quæ revinctæ in litore stare solent. Unde & *solvi* dicuntur, cum instituitur navigatio. Virg. Æneid. 7 v. 106

Gramineo ripæ religavit ab aggere classem.

Catullus Argonaut. sive carm. 65 v. 174

Perfidus in Creta religasset navita funem,

Horatius lib. 1 oda 32 v. 7

Sive jactatam religarat udo
Litore navim.

¶ Religatus, a, um, angeknüpfft, angebunden: ut, *religati equi*, Virg. Æn. 9 v. 352. *Hedera crines religata*, i. e. corona hederacea crines religatos habens, Horat. 4 od. 11 v. 5.

¶ Religatio, ōnis, die anbindung. Cicero de Senect. cap. 15 *Adminiculorum ordines, capitum conjugatio, religatio, propagatio vitium.*

¶ Religāmen, ĭnis, idem. Prudent. Psychom. v. 359

Ut mitra cæsariem cohibens aurata virilem
Conbibat infusum croceo religamine nardum.

¶ Irreligatus, a, um, non religatus, nicht aufgebunden, ungebunden. Ovidius lib. 1 de Arte Am. v. 530

Nuda pedem, croceas irreligata comas.

¶ Religio, ōnis, vide in suo elemento. Incerta enim hujus vocis origo est, ut ibi dicemus.

¶ Sublĭgo, are, unten binden, angürten. Virgil. 8 Æneid. v. 459

Tum lateri atque humeris Tegeæum subligat ensem.

¶ Sublĭgar, āris, ein niederkleid, badekleid, eine schürtze. Martial. lib. 3 epigr. 87 *Transfer subligar in faciem.*

¶ Subligacŭlum, i, idem. Cic. 1 Offic. c. 35 *Ut in scenam sine subligaculo prodeat nemo.* vid. Casaub. ad Suet. p. 160.

¶ Subligatio, ōnis, die aufknüpffung. Palladius lib. 1 cap. 6 *Subligatio acerbis uvis facienda est.*

¶ Subligatūra, æ, ein gurt, ein bruchband. Th. Priscian. 1 cap. 28 *Subligatura procurare hernias.*

LĬGO, ōnis, mascul. *δίκελλα*, instrumentum ferreum, quo vel veprium, vel arborum stipites eradicantur, eine rodehaue, hacke. Nam *bidens* vinitorum est, ein karst oder weinhacke. Horatius epod. 5 v. 30 *Ligonibus duris humum exhaurire.* Ovidius lib. 1 ex Ponto epist. 8 v. 59

Nec dubitem longis purgare ligonibus arva.

Statius Theb. 3 v. 589

Rastraque & incurvi sævum rubuere ligones.

Ligula, vide paullo ante *Ligo, are.*

LĬGURIA, æ, Italiæ regio, ad mare inferum Galliæ proxima. Situm præter alios describit Florus lib. 2 c. 3. Hinc

¶ Lĭgur, ŭris, *Λίγυς*, Liguriæ incola, ein Ligurier, Genueser. *Ligur vanus*, Virg. Æn. 11 v. 715. conf. Lucan. 1 v. 442.

¶ Lĭgŭrīnus, i, idem. *Circa te Ligurine solitudo*, Martial. 3 epigr. 44. Et adjective, *Ligurinæ Alpes*, Gratius Cyneget. v. 510.

¶ Ligus, fœmina, celebratur ob constantiam, quam cum milites Othoniani per cruciatus interrogarent, ubi filium occuleret, uterum ostendens, *latere* respondit. vid. Tacit. Hist. lib. 2 c. 13 n. 2.

¶ Ligustis, ĭdis, gentile. Sidon. 9 epist. 15 v. 44

Humo atque gente cretus in Ligustide.

¶ Lĭgustĭcus, a, um, adject. Genuesisch: ut, *saxa Ligustica*, Juvenal. sat. 3 v. 257. Sic, *mare Ligusticum*, pars maris Tyrrheni, Liguriæ adjacens, der Ligurier meer, Plin. lib. 2 c. 47.

¶ Ligusticum, i, herba, *λιγυστικὸν*, Dioscorides lib. 23 cap. 463. Sed Galenus *λιβυστικὸν*, *Libysticum* vocat, herba est in montibus Liguriæ nascens, ein wild bergkraut, alia prorsus ab illâ, quam *Levisticum* pharmacopolæ vocant, lübestückel, *Hipposelinum.* vide Plinium 19 cap. 8.

LĬGŪRIO, (vel Ligurrio,) ivi, ire, suavia carpere, naschen, verleckern, à *λιγυρὸν*, quod suave significat, auctore Donato in Terentii illud in Eunuch. a. 5 sc. 4 v. 14 *Quæ, cum amatore suo quum cœnant, liguriunt*, hoc est, cum fastidio se degustare simulant, sie kosten bald dieses, bald jenes. Horat. 2 Serm. satyr. 4 v. 79

Seu puer unctis
Tractavit calicem manibus, dum furta ligurit.

weil er verzehret, was er nicht essen darff. Cicer. in Verr. 5 cap. 76 *Non leviter improbissima furta ligurire, sed devorare pecuniam.* Plautus etiam dixit *ligurire aliquem*, einen auszehren, Capt. act. 1 sc. 1 v. 16. Vet. Gl. *Liguriunt, λιχνεύουσι.* Vetustis in libris R geminato *Ligurrio* scribitur.

¶ Liguritio, ōnis, aviditas, appetentia, die leckerhafftigkeit, lust nach guten bißlein, Cic. 4 Tuscul. cap. 11.

¶ Liguritor, ōris, gulosus, antiquis catillo dictus, ein lecker, näscher. Auson.

Auson. epigr. 128, in obsceno significatu. ¶ 2. *Liguritor*, piscis genus Macrobio lib. 2 Saturn. cap. 12 extr.

¶ Veteres etiam *Liguriam* (fortean & *Ligurionem*) dixerunt, qui bona sua abligurit. Vet. Gloss. *Ligurius*, *Gulosus*, *Catillo*, λίχνος.

Composita:

¶ Abligūrio, ire, liguriendo absumere, vernaschen, verfressen, verprassen. Terent in Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 4 *Itidem patria qui abligurierat bona*, der das seine durch den halß gejagt hatte. Apulejus Apolog. p. 313 *Patrimonium omne jam pridem abligurivit.* ¶ In obscenum sensum nescio quis abusus legitur apud Suetonium de Illustr. Grammat. c. 23 extr. Adde dicta in *Liguritor*.

¶ Abligurītio, ōnis, actus abliguriendi, die vernaschung. Capitolinus in Macrino cap. 15 *Heliogabalus imperium dedecoravit vitiis ingentibus, luxuriâ, turpitudine, abligurítione*, &c.

¶ Abligūrītor, ōris, homo qui sua cupediis consumit, ein naschmaul. Ambrosius epist 42 ad Sabinum: *Vnusquisque se eviscerat luxuriosus, beluo internecat, abliguritor perimit.*

¶ Obligurio, ire, idem quod abligurire, verschlucken. Cicero 2 Catil. cap. 5 *fortunas suas obligurierunt.* Ita Gruterus & Lambinus ex optimis membranis: vulgo *abligurierunt.*

¶ Obligurītor, ōris, ein schlemmer. Julius Firmicus lib. 5 Astrolog. cap. 5 n. 2 *In Tauro Mars si fuerit inventus, homines faciet audaces, temerarios, obliguritores.*

Ligus, ligusticum, ligusticus, vide paullo ante *Liguria*.

LĬGUSTRUM, i, arbor, quam φυλλυρέαν Græci dicunt, Germani, rein-weiden, mundholtz. Virg. eclog. 2 v. 18

Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur;

hoc est, *flores ligustri*, qui albissimi sunt. vid. ibi Taubm. p. 14 & 20. Martial. lib. 1 epigr. 116 *Loto candidior puella cygno,*
Argento, nive, lilio, ligustro.

LȲLAEA, æ, urbs Phocidis, apud Statium Theb. 7 v. 348.

¶ Lilæus, i, nomen viri apud Silium lib. 14 v. 490.

LĪLIUM, i, λείριον, planta, die lilie: ut, *Lilia alba*, Virg. Georg. 4 v. 131. Et *candida*, 6 Æn. v. 709. Idem eclog. 2 v. 45 *Tibi lilia plenis*
Ecce ferunt Nymphæ calathis.

Lilium rosæ nobilitate proximum, inquit Plinius, *candor ejus eximius, foliis striatis, & ab angustiis in latitudinem paullatim sese laxantibus, effigie calathi, resupinis per ambitum labris, tenuique filo & semine, stantibus in medio crocis.* Locus est lib. 21 cap. 5. Quomodo calathorum figura lilio respondeat, vide supra in *Calathus*. Crocos appellat luteos illos apices, qui de medio, sive ex ipso calyce surgunt. Nam & *Calyx* de lilio dicitur, sicut de rosâ. vide *Calyx*. ¶ Est & *Lilium silvestre*, heydnische lilien: item, *Lilium convallium*, mayenblumen.

¶ Liliăceus, a, um, von lilien; ut, *Oleum liliaceum*, (quod & *lirinum* à Plinio dicitur lib. 21 c. 5,) lilien-öl, Pallad. lib. 6 cap. 14 in lemmate.

¶ Liliētum, i, ein lilien-garten. Palladius lib. 3 cap. 21 *nova lilieta formabunt.*

LĬLȲBAEUM, i, Siciliæ promontorium, Africæ oppositum: item, oppidum ibidem. vid. Ovid. Met. 13 v. 727, & Silius 14 v. 75.

¶ Lilybēius, a, um, adject Virg. Æn. 3 v. 706

Et vada dura lego cæcis Lilybeïa saxis.

¶ Lilybætanus, a, um, idem. *Quæstor Lilybætanus*, *Cicero*, Ascon. Pedianus in Divin. Verrin. sub init.

LĪMA, æ, eine feile; ut, *Opus lima polire*, Quintil. lib. 10 cap. 3 dixit, feilen, glatt machen. Apulej. 2 Florid. *Non eo inficias, nec radio, nec subula, nec lima, nec torno, nec id genus ferramentis uti nosse.* ¶ 2. Perfectio, perpolitio, der letzte schmuck, die ausbesserung. Plin. lib. 1 epist. 8 *lima persequi scriptum*, i. e. emendare, verbessern. Idem lib. 5 ep. 11 *Perfectum opus absolutumque est, non splendescit lima, sed atteritur.* Vellej. 2 c. 9 *Limæ plus in illis est.* Ovid. lib. 1 Trist. eleg. 6 v. 30

Defuit & scriptis ultima lima meis.

¶ Līmo, avi, atum, are, limam addere, limâ polire, feilen, glatt machen. *Limare cornua elephanti*, Plin. lib. 18 cap. 1. Et, *Politiùs limare aliquid*, Cic. lib. 1 Acad. Quæst. cap. 1. Horat. lib. 1 epist. 14 v. 37

Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam
Limat, non odio obscuro morsuque venenat;

id est, fascinat, & ita atterit atque evertit. Cicero lib. 3 fam. ep. 8 ad Appium: *De tua prolixa beneficaque naturâ limavit aliquid posterior annus*, id est, atterendo quasi detraxit. ¶ *Limare caput cum aliqua*, Plautus dixit Pœn. a. 1 sc. 2 v. 81, & Turpilius in Leucadia, sich schnäbelen. vide Nonium cap. 4 n. 274, & Turneb. Advers. 15 cap. 6.

¶ Limatus, a, um, poliert, glatt gemacht, ausgebessert, ausgekünstelt. *Oratione limatus*, Cic. 1 de Orat. cap. 39. Et, *Limatius dicendi genus*, Idem de Clar. Orat. cap. 34. Horat. 1 sat. 10 v. 65

Comis & urbanus, fuerit limatior idem.

¶ Limatè, adverb. idem. Comparativo usus est Ammianus lib. 15 cap. ult. *Constantinus cum limatiùs superstitionum quæreret sectas*, h. e. accuratiùs.

¶ Limātŭlus, a, um, künstlich. Cic. lib. 5 fam. epist. ult. *Opus est hinc limatulo & polito tuo judicio*, id est, terso & subtili, da alles gar accurat und subtil seyn soll.

¶ Limator, ōris, der da feilet. Gloss. Cyrilli: *Limator*, ῥινητής.

¶ Limatura, æ, scobs, feilstaub. Onomast. Vet. *Limatura*, ῥίνημα.

Composita:

¶ Delīmo, are, idem quod elimare, abfeilen. Hinc

¶ Delīmatus, a, um, abgefeilt; ut, *Scobs delimata*, Plin. 34 cap. 11.

¶ Delimator, ōris, der da abfeilt. Gloss. Cyrilli: *Delimator*, διαρινήτης.

¶ Elīmo, are, ausfeilen. De Virgilio Gellius lib. 17 cap. 10 *Morbo oppressus oravit à suis impense, ut Æneida, quam nondum satis elimasset, adolerent.* Sic, *Commodiùs aliquid elimare*, auspolieren. Onomast. Vet. *Elimo*, ἀποῤῥίνω. ¶ Aliam notionem vide in *Limus, i.*

¶ Elimatus, a, um, expolitus, ausgefeilt, abgeputzt, sauber. Plin. 34 cap. 18 *Scobs elimata.* Cic. 4 Acad. cap. 20 *Rationes latiore specie, non ad tenue elimatæ.* Et Severus ad Augustinum epistola (quæ in Augustinianis est 37) comparative, *elimatiores.*

¶ Elimator, ōris, ein polierer: Tertulliani est 4 adv. Marc. cap. 35, nisi id à *Limus*, quod sordes significat, deducere velis. vide infra in *Limus, i.*

¶ Oblīmo, are, ex omni parte limare atque atterere sive consumere, wegfeilen, abnützen. Horatius lib. 1 sat. 2 v. 61

Bonam deperdere famam,
Rem patris oblimare, malum est ubicunque.

Vbi vetus Interpres: *Tractum à lima, quâ fabri utuntur.* Terentianus de metris p. 2419 ed. Putsch.

Quum venit in medium vocesque oblimat adhærens.

¶ Alia notione tam *Oblimare*, quam *Elimare*, vide in *Limus, i.*

¶ Perlīmo, are, auswetzen. Vitruv. lib. 5 cap. 9 *Perlimat speciem*, i. e. aciem oculorum reddit tenuem & acutam.

LĪMAX, ācis, cochlea terrestris, eine schwartze schnecke, à *limo*, quod in eo generetur, & nutriatur, auctore Varrone 6 cap. 3, & Festo. Vel potius à *limando*, quod plantas atque olera delimet sive corrodat. Vnde & *Limaces* meretrices dictæ, quæ miseros amantes καταφαγοῦσι. vid. Scalig. Conjectan. in Varr. lib. 6 de L. L. Columella lib. 10 v. 324 *Implicitus conchæ limax*, &c. Plautus vero apud Varr. dicto loco, *limaces lividas* in fœminino dixit.

LIMBUS, i, vestis instita, id est, fascia ambiens ejus extremitatem, ut Luctatius Placidius Scholiastes Statii ad Theb. 6 v. 367 describit, der saum, schweiff oder strich am kleid. Virg. 4 Æn. v. 137

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo,

mit einem bunten schweiff. À *Limis* deducit Donatus in Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 53, itemque Hyginus de Limitibus constituendis p. 161. vide post in *Limus, a, um.* ¶ 2. *Orbis oceani limbo circumseptus*, Oros. lib. 1 cap. 2 metaphorice.

¶ Limbolarius, i, limborum textor, ein posamentirer, Plaut. Aul. a. 3 sc. 5 v. 45. Pareus legit *Limborarius* à limbo & ora.

LĪMEN, ĭnis, à *limo*, eine schwelle. vide post in *Limus, a, um.* Est autem duplex, superum & inferum. *Superum* proprie *sublimen*, vel *sublimentum* vocatur. vide Scal. in Varr. de re rust. Et, *Jam ut limen exirem, ad genua accidit*, Terent. Hecyr. a. 3 sc. 3 v. 18, wie ich über die schwelle zur thür hinaus schritte, &c. Et, *Exturbari limine templi*, Silius lib. 11 v. 103, hinaus gestossen werden. *In limine deficere*, vel *offendere*, bald forne im eingange anstossen oder fehlen. Idem quod *in portu impingere*, vide Chiliad. ¶ *Limina* etiam dicuntur *limites*, sive *fines*. Vnde, qui captus ab hostibus, in nostros fines iterum pervenit, *postliminio reversus* dicitur. ¶ *A limine disciplinas salutare*, Seneca dixit epistola 49, pro leviter degustare, schlecht, wenig studieren. Denique *limine pelli*, eleganter dixit Virg. 7 Æn. v. 579 pro, ab amicitiâ repelli. Sic & Juvenal. sat. 3 v. 124 *Limine submoveor, perierunt tempora longi*
Servitii, &c.

ich werde abgewiesen, und ist alle freundschafft aus. Clientes enim in vestibulis patronorum conveniebant ad salutandum & deducendum eos.

¶ Liminăris, e, ad limen pertinens, zur schwelle; ut, *liminares trabes*, Vitruv. 6 cap. 4.

¶ Limentīnus, i, Deus, qui præest liminibus, vid. Tertull. de Idolol. cap. 15, & Elmenhorst. in Arnob. p. 23.

¶ Limnesia, sive Limenia, æ, Venus, quæ portubus præest, à Gr. λιμὴν, *portus*. vide Gallæum ad Lactant lib. 1 cap. 21 p. 119.

Composita:

¶ Elīmĭno, are, secundum Nonium cap. 1 n. 179, extra limen ejicere, zum hause hinaus stossen. Pacuvius: *Quonam clam vos eliminat?* Sic Ennius apud eumdem Nonium dixit in Medea, *extra ædes eliminare.* Horat. lib. 1 epist. 5 v. 25 *ne fidos inter amicos*
Sit, qui dicta foras eliminet, &c.

aus der schule schwatzen. ¶ Apud veteres etiam pro *exire* est *se eliminare.* Sic Accius apud Nonium cap. 4 n. 156 *Egredere, exi, effer te, elimina urbe.* Idem: *Timide eliminor clamore.* Et Varro: *Ex oraculo elimino me.*

¶ Eliminatus, a, um, ausgestossen. Gloss. lat. gr. *Eliminatus*, ἐξοστρακισθείς. Sidon. 4 epist. 10 *Soli patrii finibus eliminatus*, ein exulant.

¶ Postliminium, i, à *limen* est, Scævola auctore, indicante Cicerone in Topicis cap. 8 *Quæ à nobis alienata sunt, cum ad hostem pervenerint, & ex suo tamquam limine exierint, cum redierint ad idem limen, postliminio dicuntur redire*, wenn etwas, so entfrembdet gewesen, wiederum an seinen rechten herrn kömmt. Sic, *Recipere postliminiò* dicimus, cùm id recipimus, quod vel bello, vel aliis casibus amisimus, über lang, hinten nach, endlich einmahl wieder; Adeo ut *postliminium* nihil sit aliud, quàm reversio quædam seu restitutio in integrum, die wiederkunfft oder wiedererstattung des vorigen oder des verlohrnen. Tertull. de Pudicit. c. 15 *Fornicatori postliminium largitus ecclesiasticæ pacis.*

¶ Sublīmen, ĭnis, superius limen, die oberschwelle. Propert. 2 eleg. 19 v. 57 *At nullo dominæ teritur sublimine amor, qui* *Restat* &c.

¶ Sublīmis, e, quod Festo est à sublimine, vide in *Limus, i.*

¶ Superliminare, is, Plinio pars ostii superior est, Græcis ὑπέρθυρον, die oberthür. Nam lib. 29 cap. 4 dicit *suspensum in superliminari.*

¶ Superlimen, ĭnis, idem est in Vet. Gloss. atque etiam per ὑπέρθυρον græce vertitur.

LĪMES, ĭtis, ὅρος, terminus, & via transversa in agro, ein grentzstein, fußsteig, querweg durch einen acker. Hyginus de Limitibus constituendis p. 160 *Primum duos limites constituerunt: unum, qui ab oriente in occidentem dirigeret: Hunc appellaverunt duodecimanum, ideo quod terram in duas dividat partes, & ab eo omnis ager nominatur. Alteram à meridiano ad septemtrionem, quem Kardinem appellaverunt à mundi Kardine.* Duodecimanum, *postea*, Decimanum *appellaverunt. Reliquos limites fecerunt angustiores, & qui spectabant in orientem, prorsos: qui ad meridianum, transversos appellaverunt.* Limites autem appellati à LIMO, antiquo verbo, id est, transverso. Nam & *Limus* (qui postea LIMBUS) cinctum, ideo, quod purpuram transversam habeat &c. Vide & alium Gromaticum veterem ad Rigaltium p. 296, & alium p. 336. ¶ In urbibus quoque & juxta illas in suburbiis viæ *Limites* dicuntur, gassen, breite wege. Livius lib. 31 cap. 24 *Intra portam extraque latæ sunt viæ, ut & oppidani dirigere aciem à foro ad*

portam

portam possent: & extra limes mille ferme passus in Academia gymnasium ferens, pediti equitique hostium liberum spatium praeberet. Eo limite Athenienses, acie intra portam instructa, signa extulerunt. Atque ita fere Virg. Æn. 9 v. 324 *lato te limite ducam;*
nisi quod ipse viam inter hostes caedibus & strage faciendam intelligit, sicut ipse lib. 10 Æn. v. 514 *latumque per agmen*
Ardens limitem agit ferro.
Id quod *viam* Corn. Tacitus appellavit Annal. 2 cap. 21 *Cum miles* [Romanus] *viam strage hostium aperiret.*

¶ Līmĭto, are, limitibus distinguere, marckſteine ſetzen, grentzen austheilen, unterſcheiden. Cicero ad fam. 3 epist. 8 *De tua prolixa beneficaque natura limitavit aliquid posterior annus propter quamdam tristitiam temporum.* Ita Budaeo legendum videtur: al. *limavit.* Plin. 17 cap. 22 *vineas limitari decumano oportet.* Sidon. 7 epist. 1 *limitare terminos.*

¶ Limitatus, a, um, unterſchieden, eingeſchrenckt; ut, *Ager limitatus,* descriptus limitibus & finitus, apud Festum. *Quaestio limitata,* id est, terminata, absoluta, Varroni lib. 2 de Re Rust. cap. 2.

¶ Limitatio, ōnis, die unterſcheidung. Colum. lib. 3 cap. 12 pr. *Limitatio terrae vinealis.* conf. Agrariam Goesii p. 16 & 119.

¶ Limitaris, e, ſcheidend; ut, *Limitare iter,* apud Varr. lib. 4 de L. L. cap. 4 pro semita modica, quae relinquitur inter duo confinia.

¶ Limitaneus, a, um, an den grentzen; ut, *Limitanei milites,* qui in limitibus regni constituuntur in praesidio, knechte, ſo auf die grentzen zum ſchutz geſtellet werden. Sextus Rufus cap. 25 *reparato de limitaneis Daciae exercitu.* Spartianus in Nigro cap. 7 *Quum apud Ægyptum ab eo limitanei milites vinum peterent, respondit: Nilum habetis, & vinum quaeritis?* Et Vopiscus in Probo cap. 14 extr. *Ut limitaneis militibus quinquagenos & sexagenos intersereret.*

¶ Limitrophus, a, um, unde limitanei milites aluntur; vide titulum Cod. de fundis limitrophis.

¶ Collīmĭto, are, mit einander grentzen. Ammianus lib. 31 cap. 5 *Gelonis Agathyrsi collimitant.* Utitur & Solinus cap. 15 [al. 25] ubi eadem verba deponentialiter aut passive: *Gelonis Agathyrsi collimitantur.* Adde Anonym. de Limitib. p. 249.

¶ Collimitium, i, conjunctio vel coitio limitum, die grentzſcheidung, da die grentzen an einander rühren. Solinus cap. 49 [al. 62] de amne Jaxarte: *Hoc est collimitium, in quo limes Persicus Scythis jungitur.* Ammianus saepe *collimitia* pluraliter dixit; e. g. lib. 15 cap. 6 *Alemannicis pagis collimitia Romana latius irrumpentibus:* & lib. 26 cap. 16 *collimitia Thraciarum.* Adde lib. 31 cap. 26 &c.

¶ Collimitaneus, a, um, an einander ſtoſſend, benachbart. Solin. c. 40 *Collimitanea Galatiae Phrygia.*

¶ Delīmĭto, are, i. e. limites apponere, grentzen machen, umſchrencken, ut ex Frontino declarat Fabrettus Inscript. p. 245. vid. Frontin. Goesii p. 38.

¶ Delimitatio, ōnis, die grentzſetzung, Idem Frontinus p. 142.

¶ Elīmes, ĭtis, extra limites, ein vertriebener. Gloss. Vet. *Elimes,* ἄποικος, πάρόριος.

LIMEUM, i, herba cervaria, Plin. 27 cap. 11.

Limicola, limigenus, vide *Limus, i.*

Limitaneus, limitaris, limitatio, limito, vide *Limes.*

LIMNISCUS, i, est nota critica in censendis auctoribus; & quidem virgula inter geminos punctos jacens: Apponitur in iis locis, quae sacrae scripturae interpretes eodem sensu, sed diversis sermonibus transtulerunt. Isidor. Orig. 1 cap. 20. conf. supra *Lemniscus.*

¶ Sublimniscus, i, est simplex linea subjectum habens punctum, cum sententia iisdem verbis & eodem sensu est translata à pluribus. vid. Jochius de Not. Crit.

Limo, are, vide *Lima.*

LĪMŌNIA, ae, λειμωνία, genus anemones, Plin. 21 cap. 11.

LĪMŌNIĀTES, ae, λειμωνιάτης, gemma eadem, quae smaragdus, Plin. 37 cap. 10.

LĪMŌNIUM, i, λειμώνιον, herba non dissimilis betae, nisi quod foliis est tenuioribus & longioribus, Plin. 22 cap. 22. *Pyrolam* officinae vocant, holtzmangold, wintergrün. Nomen inde accepit, quod in palustribus nascatur pratis, unde & *brassicam pratensem* nonnulli dixêre, wieſenmangold, biberklee: Cordus.

Limosus, vide mox *Limus, i.*

LIMPĬDUS, a, um, clarus, purus, lauter, klar. *Lacus limpidus,* Catull. epigr. 4. *Vinum limpidissimum,* Colum. lib. 12 cap. 28. *Vox limpida & canora,* eine reine ſtimme, Plin. 34 cap. ult. Et, *limpidae gemmae,* Idem lib. 37 cap. 9, id est, clarae, lucidae. Bernh. epist. 8 *Numquid de luto limpidum quippiam haurire potestis?*

¶ Limpĭdo, are, läutern. Macer 2 v. 5 *Appositum humores limpidat omnes.*

¶ Limpitudo, ĭnis, die lauterkeit, der ort, da das waſſer lauter iſt, Plinius lib. 32 extr.

LĪMUS, i, coenum, lutum, ſchleim, ſchlamm, leimen, koth. *Limus ut hic durescit,* &c. Virgilius eclog. 8 v. 80. Et Plinius lib. 35 cap. 7 *India conferente fluminum suorum limum.* Ac Horat. lib. 2 sat. 4 v. 80
Sive gravis veteri craterae limus adhaesit.

¶ Līmōsus, a, um, ſchlammicht, kothicht. *Flumina limosa,* Ovid. 1 Metam. v. 634. Idem Remed. Ann. v. 142 *limosa canna.*

¶ Līmĭcŏla, ae, habitator limi, der im kothe lebt. Ausonius epist. 7 v. 36
Junctus limicolis musculus ostreis.

¶ Līmĭgĕnus, a, um, in limo natus, ſchlammicht. Idem Ausonius Mosellâ v. 45 *limigenis ripam praetexeris ulvis.*

¶ Elīmo, are, limum educere, distinctum ab altero, quod à lima est, & expoliendi significationem habet. Tertullianus de Poenitentia c. 11 *Cedo pulverem dentibus elimandis,* zahnpulver. Ubi Le Prieur: *Aptissime verbo ELIMARE usus est; nam LIMUS vocatur illa scabrities, seu sordes illae dentibus adhaerentes.* Hinc forte etiam

¶ Elimator, ōris, ein reiniger, est apud eumdem Tertull. 4 adv. Marcion. cap. 35, *Christus elimator humanarum macularum.* Comparatio ibi cum lepra est, quae non limâ abradi, sed ut limus & sordes abstergi ac elui postulat.

¶ Elimatio, ōnis, die ausſauberung. Cael. Aurel. Tard. 5 cap. 12 *Elimatio carnis.*

¶ Illīmis, e, sine limo, rein, ohne ſchlamm. Ovidius Metam. 3 v. 407
Fons erat illimis, nitidis argenteus undis.

¶ Oblīmo, are, i. e. limo obducere, beſudeln, verwüſten, verſchlämmen. Virg. Georg. 3 v. 136 *sulcos oblimare inertes.* Claudian. 3 de Raptu Proserp. v. 29 *humanas oblimat copia mentes.* ¶ Alia notione *Oblimare* quaere in *Lima.*

¶ Oblimatus, a, um, überſchlämmt. Suetonius Augusto cap. 18 *Fossas omnes, in quas Nilus exaestuat, oblimatas longa vetustate, militari opere detersit.* Et Cicero lib. 2 de Orat. cap. 52 *Nilus Ægyptum irrigat, mollitosque & oblimatos agros ad serendum relinquit.*

¶ Sublīmis, e, in altitudinem elatus, quasi supra limum, (Festo dicitur à limine superiore, quia supra nos est,) hoch, erhaben. Ennius apud Festum: *Adspice hoc sublime candens, quem vocant omnes Jovem. Aura sublimis.* vide *Exsulto.* Terent. in Andr. a. 5 sc. 2 v. 20 *Sublimem hunc intro rape, quantum potes,* id est, in sublime, seu per altum. Livius 1 cap. 16 *Hec locutus sublimis abiit,* id est, in caelum. *Tendere in sublime,* Plin. lib. 2 cap. 5. Et Ovidius 1 Fast. v. 301
Non Venus & vinum sublimia pectora fregit.

¶ Quemadmodum autem *altum* pro *profundo:* ita & pro eodem *sublime,* per catachresin quandoque dicitur. Virg. 1 Georg. v. 320
Omnia ventorum concurrere praelia vidi,
Quae gravidam late segetem ab radicibus imis
Sublime expulsam eruerent.
Nisi potius sit, *sublime* ad τὸ *eruerent* interpretari: ut *sublime eruere* sit *in sublime eruere.* Ac ita fere & Servius. ¶ *Sublimior Atlas,* Juvenal. satyr. 11 v. 24. *Sunt alia aliis sublimiora,* Quintil. 8 cap. 3. Et, *Vir sublimissimus,* Symmachus lib. 6 epist. 56. Et Tertullianus Apolog. cap. 33 *Triumphans in sublimissimo curru.*

¶ Sublīmus, a, um, pro *Sublimis,* veteres etiam dixerunt. vide Nonium cap. 8 n. 45, & Priscianum. Lucretius lib. 1 v. 340
At nunc per maria ac terras sublimaque caeli.
Idem Seneca Medeâ extrema:
Per alta vade spatia sublimi aetheris. Et

¶ Sublimè, adverbialiter, hoch oben, in der höhe. Cicero lib. 1 Quaest. Tuscul. cap. 43 *Nihil mea interest, humine, an sublime putrescam,* in der erde oder in der lufft. *Animi sublime feruntur,* Idem in Tuscul. 1 cap. 17. Et Tacitus 4 Histor. cap. 30 *Singuli pluresque hostium sublime rapti.* Comp. *Sublimiùs:* Quintilianus lib. 9 cap. 4 p. 722 *Quis dubitat, alia leniùs, alia concitatiùs, alia sublimiùs, alia pugnaciùs, alia gravius esse dicenda?* Statius lib. 2 Silv. 6 v. 75
solito sublimius ora levavit.

¶ Sublimiter, aliud adverbium, idem; ut, *sublimiter volitare,* Columella 8 cap. 11 sub initium. conf. Cato de R. R. cap. 70 & 71.

¶ Sublīmĭtas, ātis, die höhe. *Natura sublimitatis avida,* Plin. lib. 19 cap. 5. Plur. *Sublimitates,* Tertull. adv. Valentin. cap. 7.

¶ Sublīmo, are, in sublime ferre, erhöhen, erheben. Apul. in Floridis: *Aquila enimverò quum se nubium tenus altissimè sublimavit.* Mamert. Paneg. Juliani cap. 29 *quem sublimat & illustrat consulatus.* Et Ennius Medeâ apud Nonium: *Sol qua candentem in caelo sublimat facem.* conf. Festus.

¶ Sublimatus, a, um, evectus, elatus, erhoben. Epitoma Victoris in Claudio: *Pallas* [libertus Claudii] *praetoriis ornamentis sublimatus.* Sed & Vitruvius 6 cap. 9 *granaria sublimata.* Sic vulgo *vinum sublimatum,* brandtewein. Nam Chymici vocabulum artis fecerunt.

¶ Sublimator, ōris, ein erhöher, erheber. Salvianus lib. 1 de Gubern. Dei pag. 28 *Deus est sublimator, quia potentiorem omnibus fecit,* puta, Abrahamum.

LĪMUS, a, um, adject. quod & *Limis, e,* dicitur, significat obliquum, transversum, überzwerch, ſchieff, ſchlimm, ſchielend. Festus: LIMUS, *obliquus, id est, transversus, unde &* LIMINA. Donatus ad illud Terentii Eunuch. a. 3 sc. 3 *Ego limis specto:* LIMIS, inquit, *si nominativus singularis est, transversus significat: si septimus pluralis, deest,* OCULIS. *Nam* LIMIS *est transversus: unde* LIMEN *dicitur quoque, quod ingredientibus, exeuntibus transversum est. Cum igitur dissimulant homines, se videre quod vident, & non recta facie, sed transversa intuentur,* LIMIS *dicuntur* ASPICERE. De LIMUS vide & veteres Gromaticos, quos supra laudavimus in LIMES. Sic *Limos oculos, transversa tuentes* ex Virgilii eclog. 3 v. 8 interpretari liceat. Hoc autem libidinosorum esse, notavit Aristoteles in Physiognomicis. Hinc *Venerei* appellati Quintiliano lib. 11 cap. 3, ubi de oculorum gestu agit: *Lascivi,* inquit, *& mobiles, aut natantes, & quadam voluptate suffusi, aut limi, & ut sic dicam Venerei* &c. Vide & Coelium Rhodiginum lib. 15 Antiq. Lect. cap. 10, & Lindebrochium ad supra citatum locum Terentii. ¶ 2. Faciunt & quidam *Limum* vestis genus, idque probare conantur illo Virgilii lib. 12 Æn. v. 120
Velati limo, & verbenâ tempora cincti.
Ita enim hunc locum Caper & Higinus legendum censuere, qui *limum* exponunt vestem, quâ ab umbilico usque ad pedes prope tegebantur: ab eo sic appellatur, quod in extremo haberet purpuram, limam sive transversam & flexuosam, ut Servius auctor est. De qua veste & Gromatici veteres, quorum paullo ante mentionem feci. Sed Servius existimat, poëtam *Lino* scripsisse (uti & editur) idque summo judicio, quem vide. ¶ *Limibus oculis quem contueri,* Ammian. 20 c. 9.

¶ Līmŭlus, a, um, diminut. etwas ſchielend; ut, *Limulis intueri,* apud Plaut. in Bacchidib. a. 5 sc. 2 v. 12.

¶ Limò, adverb. ſchielend. Solin. cap. 40 *nunquam limò vident.*

¶ Collīmo, are, faciunt à *limis.* Volunt autem idem esse *collimare,* quod *collineare,* & à limis oculis, quibus scopum intueri jaculatores solent, factum, zielen, oder das ziel treffen: sed vix probo exemplo confirmari potest, cum meliores libri pro eo habeant *collineare,* quod vide in *Linea:* & adde sis, quae Cellarius in Antibarbaro dixit de hoc, uti videtur, sordidiore verbo p. 18, & Cur. poster. p. 349. Nimirum frustra provocari ad Ciceronem, qui 2 Divin. cap. 59 scripserit: *Quis est, qui totum diem jaculans non aliquando collimet?* & ad locum

Gellianum

Gellianum 9 c. 1 *Si ad percutiendum manus & oculos collimes*: Et ad participium

¶ Collīmatus, a, um, abgezielt, ex Apul. Met. 9 *Collimatis oculis ad umbram*; ubi Pricæus vult *collineatis*. conf. Vorſt. de Lat. ſuſp. c. 23 pag. 207.

Linamentum, vide *Linum*.

Linctus, vide in *Lingo*.

LĪNEA, æ, proprie eſt funiculus fabrorum, qui in rubricam intingitur, die rötelſchnur, richtſchnur: ut, *Perpendiculo & linea uti*, Cic. ad Q. frat. lib. 3 epiſt. 1 cap. 1. ¶ 2. Et figura illa longa ſine altitudine & latitudine, die linie. *Lineam ducere*, einen zug oder ſtrich thun, mit der farbe oder feder. Plin. de Apelle lib. 35 cap. 10 *Apelli fuit perpetua conſuetudo, nunquam tam occupatam diem agendi, ut non lineam ducendo exerceret artem, quod ab eo in proverbium venit.* Vtile dictum: *Nulla dies ſine linea.* Fauſtus Andrelinus, Italus ſuperioris ſæculi poëta:

Nulla dies abeat, quin linea ducta ſuperſit,
Non decet ignavum præteriiſſe diem.

Ducere primas lineas, Quintil. lib. 2 c. 6 pr. &, *Aliquid velut primis lineis deſignare*, Idem lib. 4 cap. 2 ſub fin. etwas entwerffen. *A linea incipere*, forn anheben. Erant in circo quoque, itemque in ſtadio lineæ duæ cretâ ſignatæ, à quarum alterâ procurrebatur ad carceres: alterâ, ubi flectebatur ad metam, victoriæ nota. De quibus notat Buchnerus ad illud Prudentii Hymno de Natali Servatoris:

Scandit gradatim denuo
Jubar priores lineas.

Hinc interpretandum putaverim illud Terentii Eunuch. a. 4 ſc. 2 v. 12

certè extrema linea
Amare haud nihil eſt.

Id eſt, quamvis abſim ab amica, & videndi tangendique copia haud ſit, tamen ex longinquo etiam amare haud nihil eſt: hoc eſt non extra ſpem potiundi poſitum eſt. *Extrema* enim *linea*, unde inſtituebatur curſus: primam enim & principem habebat alteram ad metam, à qua *extrema* iſta longiſſime diſtabat. Hinc *extremâ lineâ amare* eſt ex longinquo. Proverbialiter *Alba linea*, (λευκὴ στάθμη) qui res nullo diſcrimine habent, appellabantur. Qua locutione Plutarchus & Plato uſi ſunt, uti Caſaub. ad Theophraſti Characteres obſervat pag. 130. Et Gellius lib. 20 c. 11 *Græci multa & varia lectitantes, in quas res cumque inciderent*, ALBA, *ut dicitur*, LINEA, *ſine cura diſcriminis ſolam copiam ſectati, convertebant.* Namque linea illa, unde procurſus, quoslibet ſine diſcrimine admittit curſores: at altera ad metam diſcrimen facit, victoremque à cæteris ſeparat atque diſtinguit. Huic igitur lineæ ſimiles ſunt, qui nullum rerum diſcrimen habent. * *Linea alba* apud Romanos dicebatur ſulcus transverſus ſolo impreſſus, cui creta erat inſperſa, qui à ſiniſtro podio ad dextrum extendebatur inter primas metas & carceres. Ad iſtam lineam nonnihil conſiſtebant aurigæ ex carceribus emiſſi, antequam effunderentur in aream, ut frontibus æquarentur. *Grævius.* ¶ 3. Martialis *lineam* funiculum dixit, ex quo piſcatorum hamus dependet, eine angelſchnur, lib. 5 epigram. 57

Tremulâque captum lineâ trahit piſcem.

Hinc *lineam mittere*, den angel werffen, Plautus dixit Moſtell. act. 5 ſc. 1 v. 22. ¶ 4. *Linea* idem quoque eſt quod longurius, vacerra, ein ſtallbaum. *Lineam poſcere*, Caſſius Severus urbane. vid. Ludov. Creſoll. Vacat. Autumn. lib. 11 cap. 12 ſect. 3 pag. 383. Cœl. Rhodigin. lib. 5 cap. 14. conf. Voſſ. lib. 6 Inſtit. Orat cap. 11 pag. 529. ¶ 5. Et *linea* agnationis gradus eſt Jureconſultis, linien der geſipſchafft. ¶ 6. *Linea*, pro ordine ſubſelliorum in circo apud Ovid. ut Lipſius exponit Centur. 5 Miſcell. epiſt. 56. * Male. Circus habebat quatuor vias latiores à quatuor mundi cardinibus, ſed plures anguſtiores, quæ ſemitæ, viæ, lineæ dicebantur. Huc reſpexit Ovid. 3 Amor. eleg. 2 v. 19

Quid fruſtra refugis? cogit nos linea jungi.

Indicat nempe, puellam ſediſſe in ultimo ſubſellii loco ad lineam ſeu ſemitam, ita ut, ſi ulterius voluiſſet fugere, cum ſe nollet ab eo, qui proxime ſedebat, tangi, aut ſtandum illi fuerit, aut de ordine ſubſelliorum, in quo ſedebat, cadendum. *Grævius.* ¶ 7. *Lineam margaritarum* Scævola dixit ſeriem margaritarum nexarum in filo, einen ſtrich oder ſchnur angereiheter perlen, l. 26 ff. ad L. Falcid. Et *Margaritas in lino* Vlpianus dixit. ¶ 8. In Notitia Imperii, *Linea valli* dicitur tractus valli in directam longitudinem lineæ inſtar, productus. ¶ 9. Severus Sulpicius *Lineam lactis* dixit lac demanans ubere & lineam veluti ſignans, Dial. 2 cap. 3 *Vt ſolet ex uberibus caprarum aut ovium, paſtorum manu preſſis, longa linea copioſi lactis effluere.* ¶ 10. *Lineam* pro formidine dixit Seneca Hippolyto v. 46

Alius rarus
Cervice gravi portare plagas.
Alius teretes properet laqueos;
Picta rubenti lineâ pinna
Vano eludat terrore feras.

Vbi Farnabius lineam hanc interpretatur formidinem, ſive genus retis plumis verſicoloribus iisdemque uſtulatis intertextum, quod viſu & odore feras terret & in plagas impellit. ¶ 11. * *Linea dives* apud Martialem lib. 8 epigr. 78 nihil aliud notat, quam orcheſtram & equeſtria, in quibus ſenatores & equites ſpectabant opulenti. *Grævius.*

¶ Lineŏla, æ, dimin. eine kleine linie, Gellius 10 cap. 1.

¶ Linearis, e, mit linien: ut, *linearis pictura*, & *linearis* abſolutè Plinio lib. 35 cap. 3 dicitur, quæ ſine coloribus, lineis tantum perficitur: quam Græci *Graphida* appellant, quo vocabulo idem Plinius atque Vitruvius uſi ſunt, die reißkunſt, das reiſſen. vide ſupra *Graphis*.

¶ Linealis, e, idem. Ammianus lib. 22 cap. 40 [Valeſ. cap. 16] *Omnes ambitus lineales farinâ reſperſit.* Loquitur de metatione Alexandriæ, quam Curtius lib. 4 c. 8 n. 6 deſcripſit. *Ambitus* autem *lineales* ſunt lineæ, quæ murorum ductum deſignabant, farinâ, quod calx defuerat, ut notiores eſſent operantibus, reſperſæ

¶ Lineāmentum, i, ein merckmahl; plur. lineamenta, notæ ſunt, & quaſi lineæ quædam ac fila corporis, ex quibus de forma judicatur, ejusque ſimilitudine cum alio corpore: ut, *Lineamenta faciei*, die bildung und geſtalt des angeſichts, habitus ipſe faciei. *Pythagoras ex lineamentis oris judicabat de ingeniis eorum, qui ad diſcendum ſeſe obtuliſſent*, Gell. lib. 1 cap. 9. Et Cicero lib. 1 Nat. Deor. cap. 18 *Quæ compoſitio membrorum, quæ conformatio lineamentorum, quæ figura, quæ ſpecies, humanâ poteſt eſſe pulchrior?* Juſtinus lib. 2 cap. 2 *Lineamentorum qualitas matri ac filio ſimilis*, ſie ſehen ſich ähnlich. Adde Livium lib. 21 cap. 4.

¶ Līneo, are, idem eſt ac delineare, abzeichnen, mit linien entwerffen: ut, *Lineare radios*, Vitruv. 9 cap. 4. *Lineari*, Idem ibidem. Adde Caton. de Re Ruſt. cap. 14 *Dolare, lineare, ſecare.*

¶ Lineatus, a, um, abgezeichnet: ut, *Carina belle lineata*, Plaut. Mil. Glor. a. 3 ſc. 3 v. 42.

¶ Lineatio, ōnis, die abzeichnung, Vitruv. 9 c. 4.

¶ Collīneo, are, eſt ad certam lineam dirigere, etwas zum zweck haben, zielen, und das ziel treffen. Cicer. de Divinat. lib. 2 cap. 59 *Quis eſt, qui totum diem jaculans non aliquando collineet?* Ita omnes meliores codices. Idem de Finib. lib. 3 c. 6 *Haſtam aliquò, aut ſagittam collineare*, etwa ein ziel mit dem ſpieß oder pfeil treffen.

¶ Collineatus, a, um, abgezielt, erzielt, zum ziel geſetzt. Apul. Florid. cap. 23 *Collineato pro fronte ſitu, & cohibentibus ad regulam lineis.*

¶ Delineo, are, eſt rei primas lineas ducere, abreiſſen, entwerffen, einen riß von etwas machen, ut pictores ſolent. Plinius lib. 35 cap. 10 *Apelles arrepto carbone exſtincto è foculo, imaginem in pariete delineavit.* Apulejus 1 Florid. *Solus Apelles coloribus delineavit.* Arnobius lib. 1 p. 17 de Deo: *quem nulla delineat forma corporalis.*

¶ Delineatio, ōnis, der abriß, die entwerffung. Tertullianus adverſ. Valentinianos c. 27 *In delineationem ſuperioris Chriſti*, &c.

Lineus, vide *Linum*.

LINGO, linxi, linctum, lingĕre, λείχειν, lecken. Plaut. Caſin. a. 2 ſc. 8 v. 21 *Mel mihi videor lingere.* ¶ 2. Et, aliquid paullatim deglutire, im munde zergehen und hinab laſſen, in qua ſignificatione apud Plinium aliquoties legitur, ut lib. 37 cap. 10 *Lingentium calculos frangit pellitque.*

¶ Linctus, ûs, das gelecke. Idem Plin. 31 c. 9 *Multi tuſſim veterem linctu ſalis diſcuſſere*, ſie haben einen alten huſten mit ſaltzlecken zertheilet. Adde lib. 36 c. 17.

¶ Linctor, ōris, ein lecker. Gloſſ. gr. lat. λείκτης, *linctor*.

Compoſita:

¶ Delingo, ĕre, ablecken. *Delingere ſalem*, Plautus Perſâ a. 3 ſc. 3 v. 24. Et Celſus 3 cap. 23 *Cochleare plenum paullatim delingatur.*

¶ Pollingo, ĕre, beſchmieren, ſalben, balſamiren. Plautus prol. Pœnuli v. 63 *mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat*, i. e. mortuum curaverat, laverat, unxerat. Scribunt etiam *Polingo*, vel *Pollincio*. Vet. Gloſſ. *Polingo*, περιστέλλω νεκρὸν διρωπλοκῶ, ἐνταφιάζω, ταριχεύω. *Pollingo* igitur nonnullis eſt quaſi *poliens ungo*: vel quaſi *pollutos ungo*: Turnebus Adverſ. 28 c. 31 dici ait quaſi *pellem ungo*. Sed ſimplicius multò ex *perlingo*, *pellingo*, *pollingo*; ſicuti ex *perliceor* & *perluceo* fit *polliceor* & *polluceo*. Et hinc

¶ Pollinctus, a, um, geſalbet: ut, *Voluptas medicamentis pollincta*, Seneca de Vit. beat. c. 7.

¶ Pollinctorius, a, um, idem. Plaut. Suppoſ. Aulul. Sc. Quid hic v. 4 *Sive pollinctorius efferar.*

¶ Pollinctor, ōris, curator funerum & unctor cadaverum, ein leichenwärter, todtenſalber. Plaut. Aſin. a. 5 ſc. 2 v. 61 *Ecquis currit pollinctorem arceſſere?* Martial. 10 epigr. 97 *jam pollinctore parato*, da man ſchon anſtalt zur leiche gemacht. Vet. Gloſſ. *Pollinctor*, ἐνταφιαστής. Et Lege 5 § 8 Dig. de inſtit. act. *Si libitinarius ſervum pollinctorem habuerit.* Eſt igitur *pollingo*, quaſi poliens ungo. Cadavera enim olim ungi ſolebant. Plautus prol Pœnuli v. 63 *Quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.* Apul. Florid. *Jam miſeri illius membra omnia aromatis perſperſa, jam os ipſius unguine odoro delibutum, jam eum pollinctum, jam ſcenæ paratum, contemplatus diligentiſſime*, &c. conf. Elmenh. in Arnob. p. 45, & Parei Lex. Crit. p. 945.

¶ Pollinctura, æ, ipſa funeris curatio, die beſchickung der leiche. Plautus in Sticho act. 5 ſc. 4 v. 6, ubi quidam & *polluctura* legunt. Cæterum de modo & ritu pollincturæ veteris vide diſſertationem Andr. Rivini 1655 Lipſiæ editam, ubi copioſiſſime cuncta explicantur.

¶ Sublingo, ĕre, belecken. Hinc

¶ Sublingio, ōnis, apud Plaut. Pſeud. a. 3 ſc. 2 v. 103 *Eſt coqui ſublingio*, qui patinas linguâ detergit, ein ſchüſſellecker, küchenjunge.

LINGVA, æ, die zunge, maximum bonorum & malorum inſtrumentum, ὄργανον μὲν ἀγαθῶν, ὄργανον δὲ τῶν κακῶν μέγιστον, quemadmodum Pittacus ſcripſit. Dicta eſt vel à ſenſu guſtûs, hoc eſt, à *lingendo*, vel quod dentium ſeptis, quaſi vallo, munita ac ligata ſit: vide Gell. lib. 1 c. 15. Sic, *Linguam continere, cohibere*, die zunge im zaum halten. Cic. ad Quint. fratr. lib. 1 epiſt. 1 cap. 13 *Lingua omnibus quam diligentiſſime continenda eſt.* Idem pro Flacco cap. 23 *Lingua quaſi flabellum eſt ſeditionis*, die zunge richtet uneinigkeit an, hilfft zum aufruhr. *Immodicum linguâ* dixit Tacitus 3 Hiſt. cap. 53, qui licenter nimis loquitur, qui temperare ſermonibus non poteſt. Namque & ipſum vitium *intemperantia linguæ* Curtio appellatur. vide ſupra *Libertas*: item *Licentia*. Et, *Petulantiam linguæ*, dicacitatem improbam impudentemque Suetonius dixit Tiberio cap. 61 extr. *Titubantiam* vero *linguæ* Idem Claudio cap. 30, quam in Vitellio cap. 7 *Titubantiam oris* vocat, das anſtoſſen der zungen. ¶ *Linguam*, ψυχῆς ἄγγελον, Democritus dixit: ex ſermone enim de ſenſibus & cogitatis animi conſtat. Horat. de Arte poëtica v. 111

Poſt effert animi motus interprete linguâ.

Et, *Interpretem animi* linguam Lucretius etiam lib. 6 v. 1147, itemque Prudentius Romano v. 771 dixit. *Cogitationis interpretem* vocat Lactantius de Ira Dei cap. 14. ¶ *Linguis favere* jubebantur olim in ſacris: quo aliquando ſilentium, aliquando εὐφημία ſignificabatur, vide Briſſon. lib. 1 Form. ſolenn. ¶ 2. *Linguam* pro obtrectatione poſuit Cicero lib. 9 fam. ep. 2 ad Varronem: *Tibi idem conſilii dedi, quod mihimetipſi, ut vitemus oculos hominum, ſi linguas minus facile poſſumus.* Apud Siracidem c. 28 v. 15 γλῶσσα τρίτη, *lingua tertia*, redditur ein

böses maul. Cujus locutionis ratio est, quod obtrectator duorum amicorum verba deferens, linguâ utriusque abutatur, suamque tertiam admisceat. In Targumim eâdem loquendi formulâ delatio sive calumnia describitur. vide Drusium Quæst. l. 1 c. 4, & Buxtorff. Lex. Talmud. p. 1160. ¶ 3. Et *Linguæ*, differentiæ sermonum, sprachen: ut, *Lingua græca, latina* &c. Horat. 3 oda 8 v. 5 *Doctus sermones utriusque linguæ*, beyder sprachen erfahren. Ovid. 2 de Arte Am. v. 121

Nec levis, ingenuas pectus coluisse per artes,
Cura sit, & linguas edidicisse duas.

Pro eloquentiâ *linguâ* ponitur apud Apostolum 1 Corinth. 13 v. 1 *Si linguis angelorum loquar.* ¶ 4. *Linguæ* etiam dicuntur promontoria à similitudine. Cæsar de Bello Gallico lib. 3 cap. 13 *Erant ejusmodi fere situs oppidorum, ut posita in linguis promontoriisque neque pedibus aditum haberent, neque navibus.* Lucanus eleganter describit lib. 2 v. 613 de Brundusii situ agens:

Hanc lacus angustum jam se cogentis in arctum
Hesperiæ, tenuem producit in æquora linguam,
Adriacas flexis claudit quæ cornibus undas.

Ex quibus intelligere licet, *linguam* appellari terram aliquam editiorem, quæ longo arctoque dorso, instar linguæ, porrigatur in mare. vide Schottum lib. 3 Observat. Human. cap. 28. ¶ 5. *Lingua* etiam herbam denotat Plinio 24 c. 19.

¶ Lingŭla, æ, diminut. ein zünglein, quod & *Ligula* indifferenter fere scribitur. Priscianus lib. 3, de Diminutivo: *Lingua, lingula; & per concisionem N, ligula.* Sic, *Lingula* vel *ligula calcei*, das zünglein im schuhrincken. Martialis lib. 2 epigr. 29

Non hesterna sedet lunatâ lingula plantâ,
Coccina non læsum cingit aluta pedem.

¶ 2. Et *Ligula* instrumentum, ein schäufflein, eine schaumkelle. Columell. lib. 9 cap. 15 extr. *Liquatum mel transfertur in vasa fictilia, quæ paucis diebus aperta sint, dum musteus fructus defervescat, isque sæpius ligula depurgandus est.* ¶ 3. Et mensura, cochleat, quarta cyathi pars, ein löffel voll. Plinius lib. 20 cap. 5 *duarum aut trium ligularum mensura.* ¶ 4. Pro ipsis cochlearibus posuisse Cato videtur *Lingulas*, (à *lingendo* videlicet) de Re Rustica cap. 84. conf. supra *Ligula* in *Ligo.*

¶ Lingulatus, a, um, bezüngelt: ut, *lingulati tubi*, qui ad aquæ ductionem ita aptati sunt, ut palmi spatio unus in alterum possit intrare, Vitruv. lib. 8 cap. ultimo; brunn-röhren, die sich in einander schliessen.

¶ Linguatus, a, um, gesprächig, schwätzig, plauderhafft. Tertull. de Anima c. 3 *Apostolus Athenis expertus linguatam civitatem.*

¶ Linguōsus, a, um, idem. Petronius fragmento Tragur. p. 21 *Duræ buccæ fuit, linguosus; Discordia, non homo.* Et Hieronymus Epitaphio Paullæ [epist. 27] c. 10 *Quam linguosam, garrulam, ac procacem, rixisque perspexerat delectari,* &c. Et Augustinus Confession. lib. 1 cap. 9 pr. *linguosæ artes.*

¶ Linguax, ācis, locutulejus, blatero, ein schwätzer. Onomast. *Linguax*, λάλος, ἀθυρόγλωττος.

¶ Lingulāca, æ, dem die zunge wohl gelöst ist, ein klappermaul. Plaut. in Casina a. 2 sc. 8 v. 63 *Uxor lingulaca est nobis domi, nam nunquam tacet.* Et Gellius lib. 1 cap. 15 extremo: *Veteres nostri hoc genus homines, in verba projectos, locutulejos, & blaterones, & lingulacas dixerunt.* ¶ 2. Sed, *Lingulacam piscem*, cum Festo Hermolaus, *soleam* esse, aut ab ea piscem non valde dissimilem voluit, ein schollen. Ex eo jocus Plauti l. c. v. 62

OL. *Vin Lingulacas?* (pisces scil.) ST. *quid opus est, quando uxor domi est?*
Ea lingulaca est nobis (satis loquax,) &c.

Lingulacæ nimirum sunt, qui Græcis λάλοι, B. Hieronymo *Linguosi*, aliis *linguaces.* ¶ 3. Hoc nomine etiam herba appellatur Plinio 25 cap. 11.

¶ Linguarium, i, instrumentum, quo lingua alicui occluditur, ein zungen-gebiß. Unde prov. *linguario indiget*, er kan das maul nicht halten. Apud Senecam 4 de Benef. cap. 36 est multa, vel vectigal pro lingua inconsideratius locuta, ut recte Muretus explicat in Variis 12 cap. 5. vide & Lipsium ad eum Senecæ locum.

¶ Bilinguis, e, proprie duas linguas habens, zweyzüngig; quemadmodum Diodorus Siculus sub fin. lib. 2 p. 97 fabulose de incolis insulæ in australi Oceano tradit, δίπτυχον αὐτοὺς ἔχειν τὴν γλῶτταν. conf Freinsh. Ind. ad Curt. voce *bilinguis.* ¶ 2. Duarum linguarum peritus, zweyer sprachen kundig. Sic Brutios Ennius *bilingues* apud Festum vocavit, quod osce & græce loqui fuerint soliti. Et Curtius lib. 7 cap. 5 n. 29 *bilingues* vocat, qui græce & barbare loquebantur. Apud Horatium 1 sat. 10 v. 30 *Canusinus bilinguis*, qui græca cum latinis conjunxerat. ¶ 3. Qui lubrica & parum sincera fide loquitur, der mit zweyen zungen redet, ein zweyzüngler, ein falscher mund, διπλοῦς ἀνήρ, vide Chiliad. Tales Paulus 1 Tim. 3 v. 8 διλόγους vocat. Plautus Truc. a. 4 sc. 3 v. 7 *Ne duplices habeatis linguas, ne ego bilingues vos necem.* Virgilius Æn. 1 v. 665

Quippe domum timet ambiguam Tyriosque bilingues.

¶ Trĭlinguis, e, trium linguarum, dreyzüngig, ut apparere in serpentibus dicuntur. Prudentius Cathemer. 3 v. 127 ex protevangelio:

ut mulier
Colla trilinguia calce terat.

vide Weitzium ad Prudent. 1 contra Symmach. v. 28 p. 723. ¶ 2. Tergemini sermonis peritus, der drey sprachen kan. Apulejus lib. 11 Met. post principium: *Siculi trilingues Stygiam Proserpinam nominant.* Quod Cœl. Rhodig. extremo lib. 3 Antiqu. Lect. interpretatur, *initio barbare, mox græce, postremo latine locutos esse.*

¶ Elinguis, e, mutus, sprachloß. Cicer. pro Flacco cap. 10 *Convicit & elinguem reddidit*, er hat ihn überzeuget, daß er verstummen müssen.

¶ Elinguo, āre, die zunge ausschneiden: ut, *Elinguandum te dabo usque à radicibus*, Plaut. Aul. a. 2 sc. 2 v. 72.

Lingula, lingulaca, lingulatus, linguosus, vide in anteced. *Lingua.*
Linifarii, linificii, liniger, quære in *Linum.*

LĬNIO, linīre, apud Columellam subinde reperitur, pro quo tamen usitatius est Līno, līvi, vel lēvi, lĭtum, linĕre, schmieren, streichen, bestreichen, überziehen. *Linere pice*, verpichen: Columella lib. 6 cap. 17 *Optimum est inurere, atque ita liquida pice cum oleo linire.* Idem lib. 12 cap. 50 *dolia gummi liverunt.* Et Ovidius Fast. 3 v. 760 *linit ora luto.* Altera formâ Vitruvius lib. 7 cap. 3 *luto liniuntur.* Sed & *Auro sublimia tecta linuntur*, Ovidius fragm. de Medicam. faciei v. 7. Martialis lib. 3 epigram. 42

Lomento rugas uteri quod condere tentas,
Polla, tibi ventrem, non mihi labra linis.

Ubi *Labra linere*, das maul schmieren, betriegen. Horat. 1 oda 20 v. 3 *Vile Sabinum ego ipse testa conditum levi*: Ubi *linere vinum* est den wein einlegen. Oblinebantur enim pice vel gypso amphoræ, in quibus vinum recondebatur. Virgil. 4 Georg. v. 38 *cera spiramenta linunt.*

¶ Lĭtus, a, um, geschmieret, bestrichen: ut, *Paribus lita corpora guttis*, Virg. Georg. lib. 4 v. 99.

¶ Litus, ûs, das schmieren, die bestreichung. Plin. 33 cap. 6 *Litu cicatricum fœditates tollere.*

¶ Lĭtūra, æ, der strich, die durchstreichung. *Litura in nomen alicujus*, subaudi, *facta*, Cic. pro Arch. c. 5. *Lituram facere*, Ovid. Heroid. epist. 3 v. 3, ausstreichen. Martialis lib. 4 epigr. 10

Non possunt nostros multæ, Faustine, lituræ
Emendare jocos: una litura potest.

Horat. Art. poët. v. 292 *Carmen reprehendite, quod non*
Multa dies, & multa litura coërcuit.

Claudius Imperator cum orantibus familiaribus appositam cuidam demsisset notam, *Litura tamen*, inquit, *exstat*, ut Suetonius auctor est ejus vitâ cap. 16. Significat autem, notam quidem ignominiosam tolli posse, memoriam vero ipsius notati flagitii manere. Apud Columellam 4 cap. 24 idem quod *litus*, die bestreichung, ubi ait: *Solem etiam & pluvias arcet ejusmodi litura.*

¶ Litūro, are, inducere, delere, ausstreichen, apud Sidon. lib. 6 epist. 3 extr. *Tunc certius te probasse reliqua gaudebo, si liturasse aliqua cognovero.* Ubi hæc ex veteri Inscriptione Savaro laudat: CUM IN RE PRAESENTI INSPEXERIM LITURATUM AGR. ET ERASUM &c.

¶ Liturarius, a, um, idem quod deleticius, zum ausstreichen. Ausonius præfat. in Centonem: *Hoc die uno & addita lucubratione properatum modo inter liturarios meos cum reperissem* &c. Ubi *liturarios*, ut Scaliger reponit, vocat codicillos, in quibus prima concepta scriptionis nostræ perscribimus, & quæ displicent, inducimus, ut postcà chartæ puræ commendentur. v. Auson. Lect. 2 cap. 14 p. 124.

¶ Linīmen, inis, die schmiere. Th. Priscian. 1 cap. 18 *pro linimine adhibere.*

Composita à *Lino* & *Linio*:

¶ Allĭno, ĕre, adspergere, anstreichen, anschmieren. *Vitia sua alteri allinere*, dixit Seneca epist. 7 pr. einen anstecken, beschmitzen. Horat. de Arte poët. v. 445

Vir bonus & prudens versus reprehendet inertes,
Culpabit duros, incomtis allinet atrum
Transverso calamo signum.

¶ Circumlĭno, ĕre, umher beschmieren, bestreichen: ut, *Circumlinere oculum*, Plin. 6 epist. 88. Et alter Plinius lib. 21 cap. 14 *Circumlini alveos fimo bubulo utilissimum.* Unde

¶ Circumlĭtus, a, um, überstrichen. Plinius c. l. *vasis melle circumlitis.* Et pro *circumdatus*, Horatius lib. 1 epist. 10 v. 7 *musco circumlita saxa*: Et Ovidius 11 Metam. v. 137 *auro circumlitus*, übergüldet. Et Quintilianus lib. 8 cap. 5 *pictura, in qua nihil circumlitum est.*

¶ Circumlitio, ōnis, die bestreichung. Seneca epist. 86 *In picturæ modum variata circumlitio* [parietibus] *prætexitur.* Ac Plinius lib. 24 cap. 7 *Oris circumlitiones.* conf. lib. 35 cap. 11.

¶ Circumlĭnio, īre, idem ac circumlinĕre. Columella lib. 6 cap. 16 extr. *Vulnera medicamento circumlinienda.* Quintilianus lib. 1 cap. 11 *simplicem vocis naturam pleniore quodam sono circumlinire*, scilicet magister haud patietur.

¶ Collĭno, ĕre, beschmieren, besudeln. Plaut. Most. a. 1 sc. 3 v. 133, & Pœn. a. 1 sc. 2 v. 93 *Pulchrum ornatum turpes mores pejus cœno collinunt.* Horat. 1 od. 15 v. 20 *Crines pulvere collines.*

¶ Collĭtus, a, um, bestrichen, angestrichen. Prudentius Cathem. 5 v. 15

Fila favis scirpea floreis
Presso melle prius conlita fingimus.

Quod candelarum apud veteres genus erat. Sic, *filum cera collitum*, ein wachslicht.

¶ Collinītus, a, um, facit Columella à *Collinio*, lib. 6 cap. 17 extr. *Semina melle collinita.*

¶ Delĭno, ĕre, fœdare, corrumpere, besudeln; (Non autem huc pertinet *Delinire*, quod à *Lenis* est; sicuti etiam *Delinimentum, Delinitio*, &c. De his supra in *Lenis.*) Hinc

¶ Delĭtus, a, um, bestrichen, ausgelescht. Cicero in quadam epistola, citante Prisciano, lib. 9 sub fin. *Tuli moleste, quod litteræ delitæ mihi ante redditæ sunt*, ein besudelter brieff. Idem apud Diomedem: *Ceteris delitis*, pro *deletis.*

¶ Delĭtor, ōris, ein tilger. Accius Atreo, apud Priscian. c. l. *Scelerum fratris delitor.*

¶ Illĭno, ĕre, anschmieren, anstreichen. Seneca de Ira 3 cap. 16 *Aves viscum plumis omnibus illinunt.* Idem epist. 120 *Tectis aurum illinere.* Horat. 1 sat. 5 v. 30 *Illinere oculis collyria.* Plin. 9 cap. 30 *nassis illinuntur.*

¶ Illĭnio, īre, idem. Plinius 20 cap. 17 *Phreneticis illinivit cum polenta* &c. Et lib. 30 cap. 11 *Cornicis carnes esse & nidum illinire.* conf. Colum. 6 cap. 14. Hinc

¶ Illinītus, a, um, angestrichen, angeschmiert. Plin. 25 cap. 12 extr. *Psyllion illinitum fronti.* conf. Marc. Emp. cap. 6.

¶ Illĭtus, a, um, idem. Cic. de Orat. 3 c. 52 *Color venustatis non fuco illitus, sed sanguine diffusus*, nicht geschminckt. *Aurum vestibus illitum*, Horat.

Horat. lib. 3 od. 9 v. 14. Et Livius *Illitum veneno donum* dixit lib. 5 cap. 2. Sic, *Ipsa facies illita*, Plin. 29 cap. 3.

¶ Illītus ûs, subst. das anstreichen. Plinius lib. 23 extremo: *adpositu, fotu, illitu.* conf. lib. 24 cap. 6.

¶ Illinīmentum, i, die salbe. Cæl. Aurel. 3 cap. 8 *Illinimenta medicaminum.*

¶ Superillīno, ĕre, drüber her schmieren. Celsus 3 cap. 20 *Totum corpus superillinendum est.*

¶ Superillītus, a, um, drauf geschmiert. Plin. 30 cap. 12 *Superillito butyro ovillo cum melle.*

¶ Interlīno, ĕre, variis locis delere, durchstreichen. Cic. pro Cluent. cap. 44 *Qui testamentum interleverit.* conf. l. 42 ff. ad leg. Aquil.

¶ Interlītus, a, um, durchstrichen, durchschmalgert. *Codex interlitus proferebatur*, Cic. pro Cluent. cap. 33. *Corruptæ atque interlitæ tabulæ*, Idem 4 Verr. cap. 42. Et, *Murus bitumine interlitus*, Curt. 5 c. 1 n. 16 & 25.

¶ Oblīno, ĕre, verstreichen, umher schmieren. Varro de Re Rust. 3 c. 7 *Aves decipiuntur, cum se obleverint visco.*

¶ Oblītus, a, um, befleckt, beschmitzt; Ita improprie Cic. Philipp. 14 cap. 3 extr. *Libidine flagitiosâ oblĭta est Antoniorum vita*, beschmitzt und berüchtiget.

¶ Oblinītus, a, um, verschmiert. Columella lib. 12 cap. 39 *Vasis oblinitis includere.* Scribonius Compositione 245 *Prodest & cinis de filice facta, aqua conspersa, oblinita.*

¶ Perlīno, ĕre, wohl durchschmieren. Columella lib. 7 cap. 5 *Vlcera lavantur aceto, & pice liquidâ cum adipi suilla perlinuntur.*

¶ Perlītus, a, um, bestrichen, gesalbt; ut, *Vnguentis perlitus ignave incedis*, Plaut. Casinâ a. 2 sc. 3 v. 23. Alii *unguentatus per vias*, legunt.

¶ Perlīnio, īre, idem quod perlinere. Columell. 9 c. 12 *Loculamentum perliniat intrinsecus.*

¶ Prælīno, ĕre, von aussen, oder von fornen beschmieren, anstreichen. Gellius lib. 13 cap. 23 *Villas inexcultas & rudes, ne tectorio quidem prælitas fuisse*, sie seyn nicht getüncht gewesen. Et lib. 7 cap. 14 extr. Vnumquodque *cum caste pudiceque ornatur, fit illustrius: cum fucatur atque prælinitur, fit præstigiosum*

¶ Relīno, ĕre, quod oblitum & obturatum fuit, aperire, aufthun, aufspinden. Ter. in Heaut. a. 3 sc. 1 v. 51 *Relevi dolia omnia*, &c.

¶ Sublīno, ĕre, aliquantulum illinire, bestreichen. Plinius lib. 33 c. 5 *sublinunt atramento.* ¶ 2. *Sublinere os*, proverbiale est, pro illudere, vanis promissis decipere. Plaut. Captiv. a. 3 sc. 4 sub fin.

> *Nucleum amisi, reliquit pignori putamina.*
> *Ita mihi stolido sursum vorsum os sublevêre offuciis.*

Et in Aulul. a. 4 sc. 6 princ.

> *Fidei censebam maximam multò fidem*
> *Esse, ea sublevit os mihi plenissimè.*

vide Taubm. ad Argumentum Epidici.

¶ Sublītus, a, um, geschmiert, bestrichen. Plinius 33 cap. 6 de argento vivo: *Cum æra inaurantur, sublitum bracteis pertinacissime retinet.* Et Symmach. 1 epist. 4 *Stultus sum, si os sublitum mihi esse non sentio.*

¶ Sublitio, ōnis, der erste überzug, die erste farbe.

¶ Sublīnio, īre, idem quod Sublinere. Plaut. Mil. a 2 sc. 5 v. 57 *Sublinitur os custodi.* Et ibidem sc. 1 v. 75 *Sublinitum est os custodi mulieris.*

¶ Subterlīno, ĕre, von unten schmieren. Plinius 28 cap. 7 *Plantas ægri subterlinere*, die fußsolen schmieren.

¶ Superlino, ĕre, überstreichen; unde participium apud Plinium 22 cap. 23 *visco superlitum, ut hæreat.*

LĪNOSTROPHON, i, λινόστροφον, herba, quæ & dicitur *Marrubium, Prasium*, &c. vid. Plin. 20 cap. 22.

LĪNOZOSTIS, is, λινόζωστις, herba, quam & Mercurialem vocant, Plin. 25 cap. 5.

LINQVO, līqui, lictum, linquĕre, deserere, relinquere, lassen, verlassen. *Dulcia linquimus arva*, Virg. eclog. 1 v. 3. *Mensas liquêre*, pro liquerunt, Idem Æn. 3 v. 213. *Linquens terram eam, quam servaverat*, Cic. pro Planc. cap. 19. *Animo linqui*, in ohnmacht fallen, Sueton. Cæs. cap. 45. *Animum linquentem revocare*, Curtius lib. 9 cap. 5 n. 11, sich wieder erhohlen.

Composita:

¶ Dēlinquo, līqui, lictum, ĕre, prætermittere, quod prætermitti non oportuit: & peccare, versehen, mißhandeln, sündigen. Terent. Hecyr. a. 4 sc. 4 v. 41 *An quia non delinquunt viri?* können denn männer kein wasser betrüben? Cic. Off. lib. 1 cap. 41 *Si quid delinquitur, fit nescio quomodo, ut magis in aliis cernamus, quam in nobismetipsis.* ¶ Veteres *delinquere* & pro deesse ponebant: unde *deliquum*, quod deest, de quo postea.

¶ Delinquentia, æ, die versündigung. Tertullian. Resurr. Carn. c. 46 & 47 *homo delinquentiæ, Antichristus.*

¶ Delictum, i, die versehung, sünde. Cic. Off. lib. 1 cap. 13 *Quæ parva videntur esse delicta, ab iis est diligentius declinandum.* Idem lib. 5 fam. epist. 17 *Homines sapientes delicto suo, non aliorum injuriâ commoventur.*

¶ Delictor, ōris, peccator, ein verbrecher. Cyprian. epist. 59 cap. 1 *gravissimis delictoribus, & in Deum multum ante peccantibus.*

¶ Delĭquus, a, um, i. e. minor, weniger, minder, fehlend, à *delinquendo*, quod defuerit; sicut *reliquum* à relinquendo, quod remanserit. *Tibi nil domi deliquum est*, Plaut. Cas. a. 2 sc. 2 v. 32, du hast zu hause alles, es mangelt dir nichts.

¶ Dēlĭquium, i, defectus, der fehl, mangel, abgang; ut, *Deliquium solis*, die sonnenfinsterniß, Plin. 2 cap. 12; a *delinquendo* dictum, secundum Festum, quod delinquat in cursu suo. Falluntur igitur, qui deliquium à *liquando* deducunt. vid. Varro de L. L. 6 cap. 5, & Voss. Etym. p. 291. Plautus Capt. a. 3 sc. 4 v. 93 *Parentum & libertatis deliquium.* Sic Medici vocant *animi deliquium*, die ohnmacht, quem defectum quidam dicunt syncopen.

¶ Rĕlinquo, ĕre, deserere, verlassen. Terent. in Adelph. a. 3 sc. 4 v. 52 *Animam relinquam potius, quam illam deseram*, ehe ich sie verlasse, so will ich ehe mein leben lassen. Idem in Phorm. a. 2 sc. 2 v. 46 *At si talentûm rem reliquisset decem*, wenn er so viel nach sich gelassen. Cic. pro Domo cap. 58 *Liberis nostris satis amplum patrimonium paterni nominis ac nostræ memoriæ relinquemus.* Et, *Testamento relinquere aliquid alicui*, Idem Offic. lib. 3 cap. 24, einem etwas bescheiden, vermachen. *In medio relinquere*, Cic. 1 Acad. cap. 10, in seinem werth und unwerth bleiben lassen. Sic, *Scriptum relinquere*, Nepos Conone c. 5, nach sich beschrieben lassen. Et, *Relinquere res*, est imperfectas deserere seu interrumpere res vix inchoatas; nos dicimus, alles stehen und liegen lassen: Terent. Andr. a. 2 sc. 5 princ.

> *Herus me, relictis rebus, jussit Pamphilum*
> *Observare.*

Vbi Donatus: *Imponitur manus rebus, cum perficitur id, quod cœperit: ut Virgilius*, Imponit regina manum. *Relinquuntur verò res, cum imperfectæ relinquuntur. Idem Virgilius:* ATQVE OPERE IN MEDIO DEFIXA RELIQVIT ARATRA. *Adeò præposuit hoc negotii rebus omnibus.*

¶ Relictus, a, um, hinterlassen, zurückgelassen. Nepos 15, 2, 1 *Pauper jam à majoribus relictus.* Idem 24, 1, 1 *heredium à patre relictum habebat.* Cæsar 3 de B. C. cap. 102 *Cæsar, omnibus relictis, persequendum sibi Pompejum existimavit.*

¶ Relictus, ûs, subst. die verlassung. Gell. lib. 3 cap. 1 *Labor civilis, exercendique corporis studium relictui sunt*, i. e. relinquuntur, negliguntur.

¶ Relictio, ōnis, idem. *Desperationes & relictiones reipublicæ*, Cic. ad Attic lib. 16 epist. 7.

¶ Relĭquus, a, um, übrig, überblieben, quod vel restat, vel superest: ut, *Nihil est reliqui*, Cic. 2 de Fin. cap. 31, es ist nichts mehr übrig. Ter. in Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 9 *Itane parasti te, ut spes nulla reliqua in te siet?* daß du keine hoffnung mehr an dir selbst habest? *De reliquo, velim tibi persuadeas*, &c. Cic. lib. 6 fam. ep. 21, demnach, im übrigen, &c. Nepos Attico c. 21 *Quoniam nihil reliqui feci, quod ad sanandum me pertineret: reliquum est, ut ego mihi consulam*, weil ich nichts unterlassen &c. so ists nun an dem &c. Vbi *Reliqui nihil facere* eleganter dicitur, pro, omnia facere, tentare; quibus simillima Cicero scripsit lib. 3 fam. ep. ult. *nullum munus officii cuiquam reliquum fecisse.* Et Curtius 6, 9, 27 *Eum reliquum calamitas fecit.* Sed, *in reliquum tempus*, est in posterum, hinführo, künfftig, hernachmahls: Cæsar 1 B. Gall. cap. 20 *Monet, ut in reliquum tempus omnes suspiciones vitet.*

¶ Reliquum, i, substantivè, plur. Reliqua, quæ subductis rationibus, & computatis acceptis expensisque debita resident, & solvenda præstandaque supersunt; Ἐλλείμματα Græcis; item λοιπάδες, & λοιπογραφίαι, reste. Terentius Phorm. a. 1 sc. 1 pr.

> *Amicus summus meus & popularis Geta*
> *Heri ad me venit: erat ei de ratiuncula,*
> *Jampridem apud me reliquum pauxillulum*
> *Nummorum id ut conficerem.*

Cicero ad Atticum lib. 16 epist. 3 *Angit me ratio reliquorum meorum*, die rechnung meiner schulden. Plin. lib. 3 epist. 19 *Reliqua colonorum minuit*, die schulden und reste, so aufgewachsen waren, &c. Atque ita etiam JCti absolute *Reliqua* vocant: perinde, ut *debita* dicuntur. Et ita alii quoque auctores. Spartianus Adriano cap. 7 *In provinciis verò etiam ex reliquis ingentes summas remisit.* In Nummis Adriani: RELIQVA VETERA HS. NOVIES MILLIES ABOLITA. Quintilianus lib. 6 cap. 4 ex emendatione Salmasii: *Dispensatori, qui cum reliqua non responderent, dicebat subinde* &c. Symmachus lib. 10 epist. 47 *Adversum rescripta tot principum, qui præfectis debita eruenda mandarunt: adversum relationem, quæ uberiorem summam docuit exclusam; reliquum verò secundum rectorum litteras exsculpendum ab obnoxiis intimavit.* Vocantur & *Residua*: vide *Resideo* in *Sedeo*. A priori est

¶ Relĭquor, ari, verbum, rest bleiben, quo usus Scævola leg. 20 § 1 ff. de fundo instructo: Adde infra in *Pagina*.

¶ Reliquatio, ōnis, die restirung. Gloss. Philox. λοιπογραφία, *Reliquatio.* Et Tertullianus de Anima cap. 56 *Ajunt & immaturâ morte preventas (animas) eo usque vagari istbinc, donec reliquatio compleatur ætatis, qua cum pervixissent, si non intempestive obiissent.* Paullus in l. qui nominibus ff. de Admin. & per. tut. *Si pupillus post pubertatem rationibus à tutore acceptis, reliquationem ejus secutus*, &c.

¶ Reliquator, ōris, qui, quod alicui debet, ex asse & integro non persolvit, sed alicujus partis debitor adhuc remanet, der halb zahlt, halb schuldig bleibt: Quod etiam ad illos referri potest, qui malam rationem reddunt; Crinitus de H. D. lib. 15 cap. 3. vid. infra in *Pariare*. Scævola lege 102 § 2 Valerius, ff. de Solutionib. *superioris anni reliquator*, ein restant aus vorigem jahre.

¶ Reliquatrix, īcis, eine restantin, schuldnerin. Tertull. de Anima cap. 35 *Anima reliquatrix delictorum, donec exsolvat novissimum quadrantem.*

¶ Reliquiæ, arum, quæ reliqua sunt, überbleibungen, das übrige; ut, *reliquiæ cibi, prandii, cœnæ*, was vom essen übrig blieben, Plaut. Stich. a. 3 sc. 2 v. 40, & Menæch. a. 3 sc. 1 v. 15, &c. Sic, *reliquiæ conjurationis*, Cicer. Paradox. die von den zusammengeschwornen noch verhanden. *Reliquiæ exercitûs*, Hirtius Alex. B. cap. 40; *Belli*, Vellej. 2, 17, 1. *Reliquias legionum conservare*, Idem 2, 46, 4. Et, *reliquias cladis velut ex naufragio colligere*, Livius lib. 22 cap. 56. Terent. Adelph. a. 3 sc. 3 v. 91 *Quàm gaudeo, ubi hujus generis reliquias restare video!* ¶ 2. *Reliquiæ* dicuntur etiam cineres & ossa mortuorum. Suetonius in Domitiano cap. 8 *Monimentum diruit, ossaque & reliquias, quæ inerant, mari mersit.* Idem Aug. cap. 100 *Reliquias* (cremati corporis) *legerunt.* De *reliquiis* sepultorum *transferendis* scripsit epistolam 73 ad Trajanum Plinius lib. 10. Sunt *Reliquiæ*, die toden cörper, oder was von denselbigen noch nicht verweset. Et, *Reliquiæ sanctorum* vel *martyrum*, heiligthümer. vide Elmenhorst. ad Gennad. p. 168. ¶ 3. Observa, *Reliquia, orum*, in neutro genere usurpasse olim Plautum Mil. a. 1 sc. 1 v. 54, ut ex veteribus libris constat: *At pedites tibi reliquia erunt, si viverent.* Sic & Phædrus 1 fab. 23 *ut fruaris reliquiis, quæ sunt rosuri.*

¶ Abrĕ-

¶ Abrĕlinquo, ĕre, idem quod relinquere, deserere. Hine

¶ Abrelictus, a, um, abgelassen. Tertullian. adv. Judæos cap. 1 *Divinitate abrelicta:* & eodem cap. *Deo abrelicto.*

¶ Derelinquo, ĕre, verlassen. *Communem caussam derelinquo*, Cic. pro Cæcina c. 35 extr. Et, *Agros deserere & totas arationes derelinquere*, Idem 5 in Verr. cap. 51, das feld wüst liegen lassen, darvon gehen.

¶ Derelictus, a, um, verlassen. Cic. Brut. cap. 4 *Seremus aliquid tamquam in inculto & derelicto solo.* Idem Catil. 1 cap. 10 *Ab omni non modo fortuna, verum etiam spe derelicti*, arme, verzweiffelte leute. Idem ad Attic. 8 epist. 1 *oppida pro derelicto habere*, vor verlohren halten.

¶ Derelictus, ûs, subst. die verlassung; ut, *Derelictui habere*, nicht achten. Gellius lib. 4 cap. 12 *Vineam derelictui habuerat*, id est, minime curaverat, liegen lassen, nicht abwarten.

¶ Derelictio, ōnis, die unterlassung. Cic. lib. 3 Offic. cap. 6 *Communis utilitatis derelictio contra naturam est.*

Linteamen, lintearius, linteatus, linteo, vide *Linteum.*

LINTER, tris, masc. & fœm. sed fœmininum frequentius, scapha, ein kahn, fischer-kahn. *Lintribus in insulam aliquid convehere*, Cic. pro Mil. cap. 27. *Amnem lintre transvehi*, mit einem kahn übergesetzet, übergeführet werden, Claudianus lib. 1 de Laud. Stilic. v. 206. ¶ 2. Item, ein trog. *Cavat arbore lintres*, Virg. 1 Georg. v. 262. Tibullus lib. 1 eleg. 5 v. 23 *Hæc mihi servabit plenis in lintribus uvas.*

¶ Lintrārius, i, qui lintri præest, ein fährmann, der da überführet. Vlpian. Lege 1 § 4 Dig. Nautæ, Caupones &c.

LINTEVM, i, à *lino* dictum, ein leinen tuch, leinwad, leinlach; ut, *Linteum tepefacere*, Celsus lib. 3 cap. 6. Et, *Merces fallaces & fucosæ chartis & linteis & vitro delatæ*, Cicero pro Rab. Post. cap. 14. ¶ 2. Velum nauticum sæpe poëtis est, ein segel. Ovidius 13 Metam. v. 195

Orba suis essent etiamnum lintea ventis.

Virg. 3 Æn. v. 686 *certum est, dare lintea retro.*

¶ Linteŏlum, i, dimin. ein leinen tüchlein. Plin. 20 cap. 17 *Gith in linteolo olfactum.* Colum. 6 cap. 16 *linteola aceto imbuta.* Plaut. Epid. a. 2 sc. 2 v. 46 *linteolum cæsitium.*

¶ Linteus, a, um, leinin, flächsin; ut, *Linteæ loricæ*, Nepos in Iphicr. cap. 1 n. 4. *Lintea vestis*, Cic. 7 Verr. cap. 56, ein kittel, leinen kleid. *Linteæ candidæ tunicæ*, Livius lib. 9 cap. 40. *Lintei libri*, cujusmodi fuêre *Sybillini.* Plin. lib. 13 cap. 11 *In plumbeis linteisque libris scriptitatum constat*, bücher von leinwad.

¶ Linteātus, a, um, linteo indutus, in leinwad gekleidet; ut, *Senex linteatus*, Seneca de Vita beata cap. 27. *Linteata legio*, Liv. lib. 10 cap. 38. vide Interpretes.

¶ Linteārius, a, um, von leinlach; ut, *Lintearia negotiatio*, ein leinwand-handel, Vlpian. Lege 5 Dig. de Tribut. act. § 15 Si plures.

¶ Lintearius, i, substantive, qui lintea conficit aut vendit, ein leinweber. Lege 5 § 4 Dig. de institor. act. & Cod. Theod. Leg. 16 de murilegulis & gynæceariis: *Si quis ex corpore lineariorum*, hoc est, ex collegio illorum.

¶ Lintea̅men, ĭnis, idem quod linteum, ein leinen tuch oder decke. Apulej. Met. 11 p. 261 *Candido linteamine cinctum pectorale.* Lampridius Heliogab. cap. 26 *Linteamen lotum nunquam attigit, mendicos dicens, qui linteis lotis uterentur*, weisse wäsche. Novis ergo semper, non lotis ille linteis usus fuit. P. Chrysologus Serm. 84 de Christi resurrectione: *linteamina resoluta sunt.*

¶ Linteo, ōnis, qui linteamina texit, ein leinweber. Cod. Theodos. Lege 8 ff. de murileg. & gynæc. & Plaut. Aul. a. 3 sc. 5 v. 38.

Lintrarius, vide *Linter.*

LĪNVM, i, λίνον, à λινέω, dictum antiquo verbo, quod est, *teneo*, lein, flachs. *Herbam esse*, ait Plin. lib. 19 proœmio, *quæ Ægyptum Italiæ, paucarum intervallo dierum, admoveat, atque orbem terrarum ultro citroque portet.* De navigatione loquitur, cui vela serviunt ex lino facta. Sic, *Ex lino intexere*, Plin. 10 cap. 33. *Lini semen*, Idem 34 cap. 12. *Linum crudum*, Celsus 7 cap. 4. ¶ Ex lino autem contextas vestes habebant Isidis sacerdotes, unde *Linigeri* à Martiale adpellantur. Lanam enim & Orpheus & Pythagoras profanum vestitum judicarunt, ut est apud Apulejum in Apologia p. 504. In quo videntur gentes Judæos æmulatæ, apud quos summi Dei scitis *lineæ vestes* sacræ & sacerdotibus propriæ. ¶ 2. *Linum* pro filo ponitur aliquando, ein faden. Celsus 7 cap. 21 *Duo lina acu trajiciunt.* Idem 7 cap. 14 *Acus duo lina ducens.* Sic, *tortum linum*, pro fune nautico, ein schiff-seil, Ovid. Fast. 3 v. 587. *Humida lina*, pro verriculo, fisch-netz, Virg. 1 Georg. v. 142. *Nodosa lina*, pro cassibus venatoriis, jäger-garn, Ovid. Met. 3 v. 153, conf. & v. 148. Est & *Linum* vinculum, quo epistola obligatur, & cui signum ipsum impositum impressumque, brieff- oder bindfaden. Inde *linum incidere*, apud Cicer. Catil. 3 cap. 5 est *epistolam solvere.* vid. Taubm. ad Plaut. p. 1011.

¶ Lineus, a, um, flächsin, leinin; ut, *Vincula linea*, Virg. Æn. 5 v. 510. *Lineæ vestes*, Plin. 12 cap. 6. Substantive *Linea*, idem Plinius 35 c. 3. Summa elegantia Laberius apud Petronium vestem Coam, mollissimam ac pellucidam, *nebulam lineam* vocat; quod per eam velut per nebulam corporis facies adpareat:

Æquum est, induere nuptam vestem textilem?
Palam prostare nudam in nebula linea?

¶ Linămentum, i, ein lümplein, etwas aus flachs oder leinwad zusammen gewickeltes: item, eine wicke, so der barbier in die wunde drehet. Colum. lib. 6 cap. 11 ac 38, & Cels. lib. 5 cap. 26, & 8 cap. 9 *linamentum demittere.*

¶ Linarius, i, qui linum vendit, ein flachs-mann, Plaut. Aulul. a. 3 sc. 5 v. 34.

¶ Linĭficius, i, idem qui linteo, ein leinweber. In Cod. Lege 13 de Murileg. & Gynæc. & in Cod. Theod. eod. Tit. Lege 8 & 16, quamquam in litteris quibusdam variata ibi scriptura librorum est.

¶ Līnĭger, a, um, leinwad tragend. Martial. lib. 12 epigr. 29 de sacerdotibus Isidis: *Linigeri veniunt calvi sistrataque turba.*

Hos sacerdotes Juvenalis sat. 6 v. 33 *gregem linigerum* vocat. Et Ovid. Amor. 2 eleg. 2 v. 25 *linigera Isis* dicitur.

¶ Linyphio, ōnis, vel Linyphiarius, i, idem etiam, qui lini textor, ein leinweber, Vopisco Saturn. cap. 8, & Cod. Theod. l. c. vid. Salmas. H. Aug. p. 455.

LĬNVS, i, Λίνος, poëta Thebanus fuit antiquissimus, qui Herculem litteras & musicam docuit. Quem cum objurgaret, adolescens iratus tabulam, in qua litteras pinxerat, capiti Lini illisit, quo ictu Linus mortuus est. vid. Ælianus lib. 3 Var. cap. 32. Ejus versus aliquos annotavit Stobæus Sermone 37 & 261. conf. de *Lino* Virg. eclog. 4 v. 56, & eclog. 6 v. 67.

LIO, are, tectorio polire, tectoria inducere, tünchen, à λειῶσαι. Vnde *liare cisternam*, Tertull. de Idolol. cap. 5. Hinc

¶ Liăcŭlum, i, λείωμα, politio sive tectorium, tünchwerck, uti Salmasius Vitruvio 7 cap. 3 restituit *liaculorum subactiones*; vel, ut in Glossis est, *Liaculum*, λιαντὴρ, pro instrumento, quo liantur parietes. vid. Salmas. in Solin. p. 142.

Liostrea, vide *Ostrea.*

LĬPĂRA, æ, λιπαροῦ, plur. Liparæ, *emplastra lenia* sunt apud Celsum lib. 5 cap. 19 v. 25, gelinde pflaster; vide & Plin. 33 cap. 6.

¶ Lĭpăre, es, proprium nomen insulæ unius ex Æoliis inter Italiam & Siciliam, Vulcano sacra. vid. Virg. 8 Æn. v. 417. Hinc

¶ Liparensis, e, adject. ut, *testimonium Liparensium*, Cic. Verr. 5 c. 37. Et, *Liparenses camini*, Sidonius carm. 23 v. 202.

¶ Liparæus, a, um, idem; ut, *Liparæa taberna*, Juvenal. sat. 13 v. 45.

¶ Liparitanus, a, um, idem; ut, *Liparitana obsidio*, Val. Max. 2, 6, 4.

¶ Liparis, is, genus lacertorum, Plin. 32 cap. 7. ¶ 2. *Liparis*, gemma, cujus suffitu omnes bestiæ evocantur, Plin. 37 cap. 10. ¶ 3. *Liparis*, ἀπὸ τῦ λιπαρῦ, Ciliciæ fluvius, de quo Vitruvius 8 cap. 3 *natantes in hoc flumine, aut se lavantes, non aliter ungi ab ipsa aqua, quam si oleo aut adipe lavarentur.* conf. Plin. 5 cap. 27.

LĬPIO, ire, de milvo, schreyen, wie ein weiher. Auct. Philom. v. 24

Accipiter pipat, milvus hiansque lipit.

LĪPOPSYCHĪA, æ, & LIPOTHYMIA, æ, λειποψυχία, λειποθυμία, animi deliquium, eine ohnmacht. vide Medicos.

Lippio, lippitudo, vide mox in *Lippus.*

LIPPVS, a, um, oculos lacrymantes habens, trieffäugig, dem die augen stets trieffen. Plaut. in Persa a. 1 sc. 1 v. 11 *Lippo quasi oculo me herus meus manum abstinere haud quit.* Martial. 7 epigr. 19 *Lippa ficus.* Hinc proverb. apud Horat. 1 Serm. sat. 7 v. 3

Omnibus & lippis notum & tonsoribus, &c.

es ist stadtkündig. Idem lib. eodem sat. 3 v. 25

Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernes acutum? &c.

Martial. lib. 8 epigr. 9

Solvere dodrantem nuper tibi, Quincte, volebat
Lippus Hylas: Luscus vult dare dimidium.
Accipe quamprimum: brevis est occasio lucri,
Si fuerit cæcus, nil tibi solvet Hylas.

¶ Lippŭlus, a, um, diminut. etwas trieffäugig, Arnobius lib. 7 p. 240.

¶ Sublippus, a, um, idem. Gloss. Vet. *Sublippus*, ὑπόπτιλλος.

¶ Lippitudo, ĭnis, morbus ipse, das augenwehe, quamquam ab ὀφθαλμία differt. *Lippitudo perodiosa*, das sehr verdrießliche augentrieffen, Cicero ad Attic. 10 epist. 17. Et Seneca lib. 2 ad Neronem de clementia cap. 6 *Imbecilles oculos esse scias, qui ad alienam lippitudinem suffunduntur.*

¶ Lippio, īre, lippitudine laborare, böse trieffende augen haben. Cic. ad Attic. 7 epist. 14 *Cum leviter lippirem, has ad te dedi.* Plin. lib. 27 cap. 12 *Si quis hujus herbæ succo inungitur mane, priusquam loquatur, non lippiturum eo anno.* Tertullian. adv. Marc. lib. 1 cap. 2 *Lippientibus etiam singularis lucerna numerosa est.* Plaut. Curcul. a. 2 sc. 3 v. 39 *Lippiunt fauces fame*, der schlund schäumet mir für hunger.

Liquabilis, liquamen, &c. liquatio, &c. liquefacio, &c. liquenter, vide seq. *Liqueo.*

LĬQVEO, ēre, liquidum & fluidum esse, weich seyn, zerfliessen, schmeltzen, pro quo sæpius *liquescere.* Impersonaliter *non liquere*, vide in sequens *Liquet.*

¶ Liquet, ēre, impersonale, significat constare, manifestum & certum esse, öffentlich und am tage seyn, klar seyn. Cicer. lib. 1 Nat. Deor. c. 12 *Negat omnino de diis sese habere, quod liqueat*, von den göttern, sagt er, habe oder wisse er gar nichts, das da klar und gewiß sey. Ibid. cap. 42 *Protagoras, cui neutrum liquerit*, der beydes nicht gewust. Et lib. 2 c. 1 *Si haberem aliquid, quod liqueret.* Tertull. adv. Gnost. cap. 6 *Liquuit Africæ.* Seneca epist. 66 *Aut fer sententiam, aut, quod facilius est, nega tibi liquere.* In re ambigua & dubia dici solet: *De caussa mihi nondum liquet*, ich habe der sachen noch keinen grund; vid. Cicero pro Cluentio. Donatus ad illud Terentii Eunuch. a. 2 sc. 3 *Illum liquet mihi dejerare*: LIQVIDVM, inquit, *est constans, manifestum & certum. Et sic* LIQVET, *pro liquidum est: ut* CLAVDIT, *pro claudum est. Est &* LIQVET *verbum juris, quo utebantur judices, quum* AMPLIVS *pronunciabant, obscuritate commoti caussæ magis, quàm negotii simplicitate.* Nimirum cum in caussa obscura atque ambigua versarentur, neque constaret, quid esset pronunciandum, tum dicebant, NON LIQVET: item, AMPLIVS: quo significabatur, proferendum esse judicium, & amplius de eo judicio tractandum. Cicero in Cluentiana cap. 28 *Homines sapientes ex vetere illa disciplina judiciorum, qui neque absolvere hominem nocentissimum possent, neque eum, de quo esset orta suspicio, pecunia oppugnatum, re illâ incognitâ, primò condemnare vellent*, NON LIQVERE *dixerunt.* vide Brissonium in Formulis lib. 5 p. 480. ¶ *Liquet* etiam turbido & fæcato opponitur. vide Turneb. 6 Advers. cap. 10.

¶ Lĭquens, tis, klar, lauter, flüßig. Virg. Æn. 5 v. 238 *Vina liquentia fundam.* Idem Æn. 6 v. 724 *Terras camposque liquentes*, i. e. maria.

¶ Sed priori longa Idem Æn. 1 v. 436 *liquentia mella*: conf. lib. 9 v. 679 *liquentia flumina*; à depon. *Liquor* scilicet.

¶ Liquenter, adverb. idem. Gellius lib. 18 cap. 5 *ut pure liquentiusque foret.*

¶ Liquesco, ĕre, in liquorem solvi, weich werden, zerrinnen, zergehen;

ut,

ut, *Cera liquescit igni*, Virgil. ecl. 8 v. 80, das wachs zerschmeltzet vom feuer. *Voluptate liquescere, & diffluere mollitia*, Cicer. Tuscul. 2 c. 22, gantz dissolut werden. ¶ 2. *Liquescere*, & disparere est, evanescere, perire & abire in nihilum, verschwinden, zu nichte werden, vergehen. Seneca epist. 26 *Incommodum summum est*, inquit, *minui & deperire, & ut proprie dicam, liquescere.* Prudentius Hymno ante somnum extremo:
O tortuose serpens, &c.
Discede, CHRISTVS hîc est,
Hîc CHRISTVS est, liquesce.
Idem Apotheosi v. 1023
Sed cassa cadit, ventoque liquescit Assimilis.
Laurentius Novariensis Homil. de pœnitentia: *Mens perdita obstupescit, spes depravata liquescit.* Verbo *deliquescere* ita usus Lactantius, de quo infra.

¶ Lĭquĕfacio, ĕre, schmeltzen, weich machen. Catullus in Gellium epigr. 89. *Omentum in flamma pingue liquefaciens.*

¶ Liquefio, ĕri, passivum est; Hinc

¶ Liquefactus, a, um, zerschmoltzen, zergangen: ut, *glacies admisto calore liquefacta*, Cicer. de N. D. 2 cap. 10. *Æra liquefacta legum*, Cic. Catil. 3 c. 8, die eherne tafeln waren zerschmoltzen. *Saxa liquefacta*, apud Virgil. 1 Georg. v. 473. Silius lib. 11 v. 416
& carmina rursus
Pieriâ liquefacta lyrâ.
id est, suavissimo mollissimoque cantu deducta. Ita enim & *liquida vox* suavis & candida adpellatur. vide *Vox* & *Liquidus.*

¶ Lĭquĭdus, a, um, adjectivum, lauter, rein, weich, flüßig: ut, *Liquida mella*, Virgil. Georg. 4 v. 102, id est, pura, defecata. Cicer. pro Cæcina cap. 28 *Quicquid inde haurias, purum liquidumque sit.* Sic, *Liquidus aër*, *Liquidi fontes*, Virg. Georg. 1 v. 404, & 2 v. 200. *Liquidissima tempestas cæli*, apud Lucret. lib. 4 v. 168. *Liquidissimus æther*, apud eumdem lib. 5 v. 501. *Liquidissima veritas*, Augustinus Retractat. lib. 2 cap. 1. Et, *Oratio liquida:* Cicer. de Clar. Orat. cap. 79 *ita pura erat, ut nihil liquidius.* In his *purum* & diffusile sonat. Plin. 34 cap. 8 *Fecit Eutychides Eurotam, in quo artem ipso amne liquidiorem plurimi dixere.* Sic, *Liquidum auspicium*, bonum est apud Plautum Pseud. a. 2 sc. 4 v. 72, quod liquido, id est, puro sudoque cælo ostenditur. *Liquida vox*, pura, limpida, candida, eine reine, unverfälschte, klare, liebliche stimme: Lucretius de avibus lib. 2 v. 145
Aëra per tenerum liquidis loca vocibus opplent.
Horatius lib. 1 oda 24 de Melpomene Musa:
Cui liquidam Pater
Vocem cum cithara dedit.
vide & *Vox.* Notandum autem, primam in *liquidus* & *liquor* non semel produxisse Lucretium contra aliorum rationem: ut libro 1 v. 348
permanat aquarum
Liquidus humor, & uberibus flent omnia guttis.
Et lib. 3 v. 428 *quam liquidus humor aquai.*
Item lib. 1 v. 452 *Pondus uti saxis, calor ignibu', liquor aquai.*
Id inde factum, quia veteres haut raro vocalem brevem, si *q* & *v* sequerentur, producebant, quod & Beda notavit de metris cap. 18. Ita idem Lucretius alio in loco primam in AQVA longam facit. ¶ *Liquidum* etiam substantive pro *Aqua*; ut, *liquidi urna*, Horat. 1 satyr. 1 v. 54.

¶ Liquidiuscŭlus, a, um, dimin. pro leni, molli sive sereno usus est Plautus Milite a. 3 sc. 1 v. 70,
Liquidiusculusque ero, quàm ventus est favonius.

¶ Liquido, & Liquide, adverb. manifeste, klar, rein. Cicer. lib. 10 fam. epist. 10 *Lectis tuis litteris, liquidiùs de toto sensu tuo judicavi*, ich habe desto klärer können urtheilen, was deine meynung sey. *Liquido dicere*, Idem Verr. 5 cap. 59. *Liquido jurare*, Terent. Andr. a. 4 sc. 3 v. 14, id est, aperte, ohne scheu, unverhindert, frey. *Siderum stellarumque observatio haudquaquam liquide consistit*, Gellius lib. 14 cap. 1. *Cælum liquide serenum*, Idem lib. 2 cap. 21. Et superlative, *liquidissime constat*, Augustin. Soliloq. lib. 2 cap. 13. Et, *liquidissime defendere*, Idem epist. 28 sub finem.

¶ Lĭquĭdĭtas, ātis, die lauterkeit. Apulej. de Mundo: *Aëris liquiditas ad modum tegminis.*

¶ Lĭquor, ōris, humor, die feuchtigkeit, der safft: ut, *liquor mellis*, Lucret. lib. 1 v. 936. *Fluidus liquor*, Virgil. 3 Georg. v. 484. *Liquores perlucidi amnium*, Cicer. lib. 2 de Nat. Deor. cap. 39.

¶ Lĭquo, liquare, liquefacere, flössen, läutern, schmeltzen, ut cum liquantur metalla. Martialis lib. 9 epigr. 3 *Nives liquantur*, der schnee zerschmeltzt. *Liquare alvum*, Cels. lib. 4 cap. 4, den bauch erweichen. *Vina liques*, i. e. promas, fundas, Horat. 1 od. 11 v. 6.

¶ Lĭquātus, a, um, geschmeltzt, zerlassen: ut, *expressis mella liquata favis*, Ovid. Fast. 4 v. 152. *Liquatæ solis ardore guttæ*, Cicer. Tusc. 2 cap. 10.

¶ Liquātio, ōnis, actus liquandi, die zerlassung, zerschmeltzung. Vopiscus Aureliano cap. 46 *Aurum per varios bractearum, filorum & liquationum usus perit.*

¶ Liquatorium, i, ein schlauch zum durchseigen. Cœl. Aurel. Acut. 2 cap. 39 *Non aliter quam si vinum sine fæce per liquatoria fundatur*, i. e. per colum.

¶ Lĭquābĭlis, e, quod liquescere potest, leicht zerschmeltzend: ut, *cera liquabilis*, Apulej. Apol. *Saxum liquabile facta*, de uxore Lothi Prudent. Hamart. v. 743.

¶ Liquāmen, ĭnis, schmaltz, brühe. Colum. 7 cap. 4 sub fin. *Ovis tecta, quandocunque detonsa fuerit, ungi debet tali medicamine: Succus excocti lupini, veterisque vini fex & amurca pari mensura miscentur, eoque liquamine tonsa ovis imbuitur.*

¶ Liquaminārius, i, qui liquamen conficit, ein suppen-koch. Gloss. lat. gr. *Liquaminarius*, γαροπώλης.

¶ Liquaminatus, a, um, mit einer brühe: ut, *Liquaminatus porcellus*, Apicius 8 cap. 7.

¶ Liquaminosus, a, um, safftig, schmaltzicht. Marcell. Emp. cap. 5 *Res salsæ & liquaminosæ.*

¶ Līquor, liqui, deponens, priore producta, dissolvi, zergehen, fliessen, aufthauen. Virgil. 1 Georg. v. 43
Vere novo gelidus canis cum montibus humor
Liquitur.
Et Claudianus lib. 3 de Raptu Proserp. v. 251
subrepit crinibus humor:
Liquitur, in roremque pedes & brachia manant.
Tralate ab aquis Lucret. 2 v. 1140 *Liquitur ætas.*

Composita à *Liqueo* & *Liquo:*

¶ Collĭquesco, ĕre, composit. idem quod simplex, zerschmeltzen. *Permisceto, dum ea, quæ addideris, in pice colliquescant, & unitas fiat*, Columella lib. 12 cap. 22. *Malus cum malo colliquescit voluptate.* Refertur ab Aristotele inter adagia similitudinis, vide Chiliadas.

¶ Collĭquo, āre, schmeltzen; a quo

¶ Colliquiæ, vel Colliciæ, arum, quæ sulci sunt majores, in quos se exsolvunt minores; dicuntur & *Elices*, wassergräben, wasserfurchen, wasserläuffe; Item, tegulæ, per quas aqua defluit, rinnen. Colum. 2 cap. 8 *humorem in collicias derivare.* Et Plin. 18 cap. 19 *Collicias interponere.* Vitruvius *colluviaria* vocat. vide Baldi Lex. Vitr. p. 28.

¶ Colliquefacio, ĕre; & passive Colliquefio, ĕri; Vnde

¶ Colliquefactus, a, um, zerschmoltzen, zerlassen: ut, *Venenum colliquefactum in potione*, Cicer. pro Cluentio cap. 62.

¶ Dēlĭqueo, ēre, & Deliquesco, ĕre, zerschmeltzen. Columell. lib. 12 cap. 41 *Ita coquuntur, ut omnia poma deliquescant cum musto.* Et Ovidius 4 Metam. v. 252 *Protinus imbutum cælesti nectare corpus*
Delicuit.

¶ Item, perire, diffluere, vergehen; Ita usus Lactantius, & cum τῷ *perire* conjunxit lib. 8 Instit. cap. 12; *Tam celeriter*, inquit, *etiam corpus adhuc spiritu in eo manente deliquesceret ac periret, quam celeriter anima discedet.*

¶ Dēlĭquo, āre, schmeltzen, läutern. Varro lib. 6 de lat. lingua: DELIQVIVM *dictum ab eo, quod* DELIQVATVR: ut, *turpida quæ sunt*, DELIQVANTVR, *ut liquida fiant.* Sed de *Deliquio* vide supra in *Linquo.* Columella 12 cap. 39 *Vinum in alia vasa deliquare.* Sidon. 7 epist. 2 *per cola subterranea deliquari.*

¶ Deliquiæ, arum, die trauffe des regenwassers, die rinnen: ut, *Deliquia aquam sustinentes*, Vitruvius 6 c. 3.

¶ Deliquium, i, vide supra in *Linquo.*

¶ Elĭquesco, ĕre, schmeltzen, ausschmeltzen. Varro 1 de R. R. cap. 55 *Olea alia ad cibum eligitur; alia, ut eliquescat, ac non solum corpus intus ungat, sed etiam extrinsecus.*

¶ Elĭquo, āre, pro liquidum reddere, & ad aliquem usum purgare, läutern. Seneca 3 Quæst. Natural. cap. 26 *Est in Chersoneso Rhodiorum fons, qui post magnum intervallum temporis, fœda quædam turbidus ex intimo fundat, donec liberatus, eliquatusque est.* Colum. 12 c. 12 *Cum in alia vasa transfuderint & eliquaverint.* Prudentius Hamartigen. v. 259 *operta metalla*
Eliquat ornatus, solvendi leno pudoris.

¶ Eliquatus, a, um, geflossen, geläutert. Sidon. 2 epist. 3 *Fluentum de supercilio montis eliquatum*

¶ Eliquāmen, ĭnis, pinguedo liquefacta, geschmoltzen schmeer, schmaltz, fett, Colum. 9 cap. 14.

¶ Eliquium, i, der ausfluß: ut, *Eliquia irrumpentis oceani*, Solin. Salm. c. 18 (al. c. 28.) vide Salmas. in Solin. p. 151.

¶ Perlĭquĭdus, a, um, sehr lauter. Celsus 2 c. 4 *Siquod descendit, est perliquidum.*

¶ Prolĭquo, āre, fliessen lassen. Virdung. Carm. *Melleas voces ore proliquare.*

¶ Proliquatus, a, um, herfürgeflossen. Apulejus Apolog. *An, ut alii Philosophi disputant, radii nostri, seu mediis oculis proliquati & lumini extrario mixti*, &c.

LĪRA, æ, quæ & *Porca* dicitur, pars agri elatior inter duos sulcos, quæ conseritur, ein beet oder furche. Videtur autem LIRA hortorum, agrorum vero PORCA esse. Vetus Gromaticus apud Rigaltium pag. 298 PORCA, *quod in arando exstat:* LIRA, *quod defossum est.* Columella lib. 11 cap. 3 *Habet allium plures cohærentes spicas, eæque cum sint divisæ, liratim seri debent, ut in pulvinis positæ minus infestentur hiemis aquis. Est autem* LIRA *similis ei* PORCAE, *quam in sationibus campestribus rustici faciunt; ut uliginem vitent*, &c. ¶ *Lyra* per y vide infra.

¶ Līro, āre, semina in agrum dejecta operire, quod fit per crates, egen, furchen machen; *Boves lirare dicuntur*, Varro R. R. lib. 1 cap. 29. Veterum autem lirandi modum Plinius lib. 18 cap. 20 ineunte accuratius exposuit, quem videas. conf. Auson. epist. 12 v. 9.

¶ Liratim, adverb. per liras, furchenweise, Columella 11 cap. 3.

¶ Delīro, avi, atum, are, de recto recedere, überzwerg fahren, falsch egen, proprie; v. Nonius c. 1 n. 62. ¶ 2. Per metaphoram, desipere, dementem esse, mente captum esse, irren, aberwitzig seyn, phantasiren, wahnsinnig seyn, schwärmen. Quamquam hoc alii non a *liris* rusticorum, sed a Græcorum λήροις deducunt: quos Plautus Latio donavit Pœn. act. 1 sc. 1. *Gerræ germanæ atque edepol liræ*, id est, nugæ meræ. *Liræ*, ut *Adelphæ*, id est, Adelphi apud Terentium ex Ἀδελφοί. A *liris* ergo *lirare*, (quemadmodum apud Græcos à λήροις, ληρεῖν,) id est, ineptire: & *delirare.* Τὸ *de* enim auget. Cui originationi favent & Veteres Glossæ, in quibus hæc sunt: *Delerus*, ληρῶν, παράληρος, *Delerat*, παρακόπτει, ληρεῖ. E enim pro I antiquorum more positum. Alteræ græco-latinæ clarius: Λῆρος, *Delirus.* Frustra igitur est vir doctus, qui inter *Delerus* & *delirus* distinguit. De λήροις etiam quædam ex Hesychio & græcis Epigramm. Illustriss. Scal. in Varronem notat. Sed quæ proprie huc non faciunt. *Deliramus interdum senes*, Plautus Epid. a. 3 sc. 3 v. 11. *Senex delirans*, ein alter narr, der nicht weiß was er thut, Terent. Adelph. a. 4 sc. 7 v. 43. Horat. 1 epist. 2 v. 14
Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.
wenn sich die herren rauffen, müssen die unterthanen die haare dazu leihen. Cic. de N. D. 1 c. 16 *Non philosophorum judicia, sed delirantium somnia.*

¶ Dēlīratio, ōnis, die schwärmung, irrung. Cicer. de Senect. cap. 11 *Ista stultitia (quæ deliratio adpellari solet,) senum levium est, non omnium.* Et lib. 2 de Divinat. cap. 43 pr. *O delirationem incredibilem! Non enim omnis error stultitia est dicenda.*

¶ Delīrus, a, um, aberwitzig, albern: ut, *Anus delira*, Cicer. lib. 2 de Divin. cap. 68. Apud eumdem Hannibal libere de Phormione Philosopho, rei militaris præcepta jactante, judicabat: *Multos se deliros senes sæpe vidisse, sed qui magis, quam Phormio deliraret, vidisse neminem*: quæ leguntur lib. 2 de Orat. cap. 18. Comparativo usus est Lactantius lib. 3 cap. 18 *Quo quid delirius dici possit, non invenio.* Et ex intervallo: *Ego plane contenderim, nunquam dictum esse quicquam delirius.* Adde lib. 7 cap. 13 sect. 9. & quæ dicta sunt in *Deliro.*

¶ Delirium, i, insania, der aberwitz, die unsinnigkeit. Celsus lib. 3 c. 18 extr. *Raro, sed aliquando tamen, ex metu delirium nascitur.*

¶ Deliramentum, i, absurditas, der schwarm. Plaut. Amphitruone a. 2 sc. 2 v. 64 *deliramenta loquitur*, er redet ungereimte dinge.

¶ Deliritas, ātis, Laberii apud Nonium c. 8 n. 36 inusitatius est.

¶ Perdelīrus, a, um, valde delirus, sehr albern, närrisch. Lucretius 1 v. 693 *Quod facit hic idem, perdelirum esse videtur.*

LĪRIŎPE, es, Nympha, Oceani & Tethyos filia, ex qua Cephissus Narcissum suscepit. vid. Ovid. Metam. 3 v. 342.

LĪRIS, is, fluvii nomen, qui Campaniam à Latio disterminat, olim *Clanius* apud Strabonem & Plinium, hodie autem *Garigliano* dicitur. Horatius lib. 1 oda 31 v. 7 *Rura, quæ Liris quieta*
Mordet aqua, taciturnus amnis. conf. 3 od. 17 v. 7.

LIS, lītis, controversia, concertatio, jurgio tamen major & vehementior. *Lis* enim inter inimicos concertatio; *Jurgium* inter benevolos aut propinquos levior dissensio, ut docet Nonius cap. 5 n. 34 ex Ciceron. lib. 4 de Rep. eine streitige sache, ein streithandel, zanck; actio suscepta vel in personam, vel rem aliquam. *Lites serere*, hader anrichten: *Lis litem serit*, Plaut. Pœn. a. 3 sc. 2 v. 10, ein unnütz wort holet oder langet das ander. Phocylidis est, ἔρις δ' ἔριν ἀντιφυτεύει. *Litem suscipere*, Quintil. lib. 4 cap. 2, einen streit anfangen. *Litem instruere*, vide *Instruo* in *Struo*. *Dijudicare litem*, Horat. 3 oda 5 extrem. einen handel erkennen und richten. *Litem contestari*, auf die klage sich einlassen, auf die klage antworten. Prima autem *Petitio rei* est: deinde *Litis contestatio*: hinc *Constitutio* sive *conjectio*. vid. Gell. lib. 5 c. 10. *Lites sequi*, rechten, apud Terent. Andriā a. 4 sc. 6 v. 16, item Adelph. a. 2 sc. 2 v. 40. *Æstimare litem*: & *lis æstimata* frequenter reperitur apud auctores veteres, de quo ita Asconius in 2 Verrin. quæ prœmium dicitur: LIS AESTIMATA, *hoc est, pecunia, de quâ lis fuit, & propter quam condemnatus est, in summam redacta, quæ de ejus rebus exigeretur. Duæ res enim consequebantur damnationem: Altera, redditio pecuniæ iis ad quos pertinebat; in quo vel simpli, vel dupli, vel quadrupli ratio ducebatur: altera exilii.* Sermo est de peculatus crimine, & repetundarum judicio. Tunc igitur *æstimare litem*, est, quando damnato reo rationes ineuntur furtorum sive pecuniarum, quas peculatus rapuit, quasque repetunt socii, atque redigitur summa, quæ restituatur. Aliquando & *æstimari lis* dicitur, quando definitur summa, quam absolutus quis capitis mulctæ nomine pendere debeat. Nepos Miltiade cap. 7 *Caussâ cognitâ, capitis absolutus, pecunia mulctatus est, eaque lis quinquaginta talentis æstimata est, quantus in classem sumtus factus erat.* Cæsar lib. 5 de Bello Gallico cap. 1 extr. *Arbitros inter civitates dat, qui litem æstiment, pœnamque constituant*, id est, quantum intulerint damni piratæ incursando vastandoque provinciam, quo nomine accusabantur à provincialibus, iis ut satisfieret; vide & L. 21 § ult. D. de pignoribus &c. *Litibus distineri*, Nepos in Attico cap. 9 n. 4, rechts-processe führen. *Litem dare*, vide *Dare*. *Litium depector*, vide *Paciscor*. *Litem perdere*, die sache verlieren, Plautus Cas. a. 3 sc. 3 v. 6. Quod & *lite cadere* dicitur apud Festum. *Nostra omnis lis est: Vicimus*, Plautus eadem fab. a. 2 sc. 8 v. 73, wir haben die gantze sache erhalten. *Lis pendens*, eine sache so noch nicht ausgemacht. *Adhuc sub judice lis est*, Horat. Art. poët. v. 78. *Componere lites*, den streit aufheben, Virg. ecl. 3 v. 108.

¶ Lītigium, i, idem quod *Lis*, gezäncke. Plaut. in Casina a. 3 sc. 2 v. 31 *Ego quid contrahere cupio litigii inter eos*, ich will einen hader unter ihnen anrichten. Et, *Cum viro litigium natum*, Plaut. Menæch. a. 5 sc. 2 v. 15, er ist mit zanck auf die welt kommen.

¶ Litigiōsus, a, um, zänckisch, haderhafftig: ut, *Disputatio litigiosa*, ein zanck-gespräch, Cicer. 5 de Fin. cap. 26. Et, *Litigiosus ager*, Ovid. 2 Fast. v. 660, de quo litigatur. *Litigiosus dominus*, Horat. 2 satyr. 3 v. 285. Superl. *litigiosissimus* Augustini est epist. 68.

¶ Lītigo, āre, disceptare, streitig seyn, zancken. Cicero ad Quintum frat. lib. 2 epist. 9 *Litigarem tecum, si fas esset.* Et lib. 9 fam. epist. 25 *Noli pati litigare fratres.* Et Plautus Rud. a. 4 sc. 4 v. 16 *qua de re litigatis nunc inter vos?* Adagii vim habet, *Qui non litigat, cælebs est.* Quia *Semper habet lites alternaque jurgia lectus,*
In quo nupta jacet, &c. Juvenal. satyr. 6 v. 267.

¶ Litigatio, ōnis, streitigkeit. Gloss. Vet. *Litigatio*, μάχη, ἡ διὰ λόγων.

¶ Litigator, ōris, ein zäncker, haderer. *Rusticus illitteratusque litigator*, Quintil. lib. 2 c. 21. *Litigatoribus defatigatis*, Cic. pro Domo c. 44.

¶ Dēlītigo, āre, vehementer litigare, keifen. Horat. in Art. poët. v. 94
Iratusque Chremes tumido delitigat ore.

¶ Vitilitigo, are, ex *vitio* & *litigare* compositum, vide infra in littera V suo loco.

LISSVS, i, urbs Macedoniæ in Illyrici confinio, inter Epidaurum & Aulonam media. vid. Lucan 5 v. 719 *Litora Lissi.* ¶ 2. *Lissus* Thraciæ fluvius, quem adveniens Xerxis exsiccavit exercitus, teste Herodoto lib. 7. Vnde Juvenal. satyr. 10 v. 177 *epotaque flumina Medo prandente.*

Litabilis, litamen, litania, litatio, &c. vide *Lito.*

LĪTĔRA, æ, a *litura* dicta est, significat elementum, seu minimas partes vocis, ex quibus syllabæ conficiuntur, ein buchstab. Scribitur tamen etiam *Littera*, elemento geminato, præsertim in antiquis monumentis. Literas invenerunt Cadmus, qui ex Phœnicia in Græciam primùm eas intulit, & Evander. Auxerunt Palamedes, & Simonides. vide Plin. lib. 7 cap. 56, Tacitum 11 Annal. cap. 14, & ibi Lipsium, itemque Scalig. ad Eusebium. *Literæ fidissimæ sunt memoriæ custodes. Literæ posteritatis caussa repertæ sunt, quæ subsidio oblivioni esse possunt*: Cicero pro Sylla c. 16, *Ad literam*, den worten nach. *Literis mandare, commendare*, beschreiben. *Homo trium literarum*, i. e. fur, Plaut. in Aulul. a. 2 sc. 4 v. 51. *Literam ex se longam facere*, est *suspendio vitam finire*, Idem in eadem fabula a. 1 sc. 1 v. 39. *Literæ exolescentes*, Suetonio in Aug. cap. 7 sunt vetustate detritæ & vanescentes. *Grandes & maximæ Literæ* sunt, quas alias *Capitales*, item *Cubitales* adpellamus; *Cubitum longas* Plautus dixit duobus locis, quibus Romani in Inscriptionibus uti solebant; ut & nos hodie, si quid notari in scripto præ cæteris volumus. Petronius *Quadratas* adpellare videtur: *Vnciales* Hieronymus vocavit præfat. in Jobum, grosse versal-buchstaben. Literarum sonum in artificio priscæ poëseos sæpius observat Barth. ad lib. 1 Theb. Stat. p. 3 & 4. ¶ 2. *Literæ* plural. epistolam significant, ein brieff. Quam significationem poëtæ singulariter etiam efferre consueverunt; ut Ovidius Heroid. epist. 3 pr. *Quam legis, à rapta Briseide littera venit.*
Sic & lib. 1 Pontic. epist. 7, & lib. 2 epist. 7, & lib. 4 epist. 8 exorditur, ut *litteram* ponat pro epistola. In prosa semper multitudinis numero: ut, *dare literas ad aliquem*, an einen schreiben. *Per literas cum aliquo colloqui. Literæ tenues & obscuræ notæ sunt voluntatis. Literæ scriptæ meâ manu. Literas reddere*, einen brieff überantworten. *Literas consignare*, versiegeln, omnia hæc Ciceronis sunt. Et, *Literas intercipere*, auffangen: *Literæ non committendæ sunt ejusmodi periculo, ut aut interire, aut aperiri, aut intercipi possint*, Idem ad Attic. lib. 1 epist. 13. *Literæ laureatæ* erant, quibus victoria nuntiabatur. vide Cellarii adnotat. ad Plin. Panegyr. cap. 8. ¶ 3. Sumuntur & pro cautione seu syngrapha: unde titulus in Jure Romano *de literarum obligationibus.* Notavit Grotius in Lucæ cap. 16 v. 5. ¶ 4. *Literæ*, disciplinæ humaniores, philologia, studia liberalia, quæ literarum monumentis continentur, sprachen, wissenschafften, gute künste. *Literas attingere, leviter attingere, discere: Literis deditum esse, Literis imbutus; Literis aliquem instituere; Dare operam literis; Literis eruditus, initiatus, perpolitus, tinctus; in studiis humanitatis literarum versari, in literis ætatem agere*, studiren. *Homo sine ingenio, sine literis*, ungelehrt, Cicer. in Verrem 6 cap. 44, cujus etiam, aut Quintiliani, priora omnia sunt. *Vnum est perfugium doctrinæ & literæ*, Cicero lib. 6 fam. epist. 12. Hinc Græcus Senarius:
Γράμματα μαθεῖν δεῖ, καὶ μαθόντα νοῦν ἔχειν.
Literas discere oportet, & discentem mentem habere.

¶ Lītĕrulæ, arum, dimin. literæ breves, ein kurtzer brieff, schrifftlein. Cicero ad Attic. lib. 12 ineunte: *Postquam à te discesseram, hoc literularum ad te exaravi*, ich habe diß brifflein an dich verfertiget. ¶ 2. Studia, παιδεία, das studiren. Horat. lib. 2 epist. 2 v. 7
Litterulis græcis imbutus, idoneus arti Cuilibet.
Sic etiam Cicero lib. 16 epist. 10 ad Tironem: *Literulæ meæ sive nostræ tui desiderio oblanguerunt.* Martial. 9 epigr. 75
At me literulas stulti docuere parentes.

¶ Literalis, e, buchstäblich. Cœl. Aurel. 1 cap. 5 *literalis lectio adhibenda.* Sic *sensus literalis*, apud Theologos.

¶ Literārius, a, um, zum studiren gehörig: ut, *Ludus literarius*, eine schule: Plin. 9 cap. 8 *in ludum literarium itare.* Quintilianus lib. 1 cap. 4 sub finem: *In verbis quis est adeo imperitus, ut ignoret genera, & qualitates, & personas, & numeros. Literarii pæne ista sunt ludi, & trivialis scientiæ.*

¶ Lītĕrātus, a, um, literis doctus, excultus, ornatus, gelehrt. Cicero pro Corn. Balb. c. 1 *Viri literati ac studiis doctrinisque dediti.* Sed, *mediocriter literatus*, der mittelmäßig studiret hat. *Quid dulcius literato otio?* was ist lieblicher, denn die musse haben und studiren? Cicero 5 Tuscul. cap. 37 *Frater tuus, quem literatissimum fuisse judico, facile diceret, hic versus Plauti non est, hic est.* Idem lib. 9 familiarium epist. 16 *Pueri literatissimi*, quales in familia more eruditorum plures habuit Atticus Corn. Nep. 25, 13, 3. vid. Pignor. Comment. de servis p. 116. Suetonius de Illustr. Gramm. cap. 4 ostendit, *Grammaticos* initio *literatos* vocatos esse, & proprie sic appellandos *poëtarum interpretes*: Nepotem quoque distinxisse *literatum ab erudito, & literatos vulgo appellari, qui aliquid diligenter & acute scienterque possint aut dicere aut scribere* &c. ¶ 2. *Literatus* est literis inscriptus aut stigmate notatus, gezeichnet, gebrandmahlet: ut, *Silex literatus*, in veteri Inscriptione; & *Frons literata*, notis Threiciis exarata, Apul. Met. 9. Veteres solebant servos suos aliquo signo inusto, ut hodie equis, bobus & aliis animalibus fit, notare, ut patet ex Gell. 17 cap. 9. Vt etiam adhuc cum furibus agitur, quibus exilii caussa stigmata inuruntur, quos *servos inscriptos* vocat Plinius 22 cap. 3, & *literatos* Plautus Cas. a. 2 sc. 6 v. 49. vid. Parei Lex. Crit. p. 684, & Vineti notas ad Auson. p. 207. Sic, *Lacinias auro literatas* Psychen in Junonis fano vidisse Apulejus fingit Metam. lib. 6, id est, aureis literis inscriptas. Et, *Ensiculus literatus* Plautus Rudente a. 4 sc. 4 v. 112, & a. 2 sc. 5 v. 21 de *urna* Sceparnio inquit: *Hæc literata est: ab se cantat cuja sit*, sie ist gezeichnet, und verräth sich selbst.

¶ Literate, adv. docte, erudite, gelehrt, künstlich. Cic. in Pison, c. 25 *Literæ scite & literate scriptæ*; & de Clar. Orat. c. 56 *Scriptorum veterum literate peritus.* Compar. ibidem c. 28 *loqui literatius latine.* Et Augustinus epist. 19 c. 4 *Quod ineptius fortasse, quam literatius, a me commemoratum est.*

¶ Literatŭlus, i, dimin. der etwas weniges kan: Hieronymus lib. 1 adversus Rufinum cap. 7.

¶ Literatūra, æ, Grammatica, ars de literis, die sprach-kunst. Seneca epist. 88 *Prima illa literatura, per quam pueris elementa traduntur.* ¶ 2. Item, cognitio & scientia litterarum, die gelehrsamkeit. Cicer. Philipp. 2 cap. 45 de Cæsare: *Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, literatura, cogitatio, diligentia.*

¶ Lĭtĕrātor, ōris, ein schüler oder schulmeister, qui literas novit, vel docet: vel literis non perfecte imbutus est, Suetonio teste, quem vide de Illustr. Grammaticis cap. 4. Gellius lib. 16 cap. 6 *quispiam linguæ latinæ literator.* Apulejus 4 Florid. de cratera Musarum: *Prima cratera*

tera litteratoris ruditatem eximit: secunda Grammatici doctrina instruit: tertia Rhetoris eloquentia armat. Vbi vides, *Literatorem* esse, qui vix prima literarum rudimenta deposuit. Catull. 14 v. 9 *Munus dat tibi Sylla literator.*

¶ Lĭteratōrius, a, um, wissenschafftlich; ut, *Litteratoria eruditio*, Tertull. de Idolol. cap. 10, i. e. litteratura, de qua ibid. dixerat, quod *instrumentum sit ad omnem vitam.*

¶ Lītĕrio, ōnis, idem qui literator, vel contemtius aliquid, ein a b c schütz. Ammian. Marcell. lib. 17 cap. 22 *Julianum carpentes adpellantesque loquacem talpam, & purpuratam simiam, & literionem Græcum.*

¶ Lĭterosus, a, um, studirend. Ex Cassio Hemina adducit Nonius c. 2 n. 495 *Homo mere literosus*, idque *literatus* interpretatur. Onomastic. *Literosus*, ἐγγράμματος.

Composita:

¶ Illĭtĕrātus, a, um, indoctus, ungelehrt. Cicer. de Orat. lib. 2 cap. 6 *Vir bonus & non illiteratus.* Et ad Pætum lib. 9 famil. epist. 16 *Incidunt in sermone vario multa, nec illiterata, nec insulsa*, nicht ohne kunst, und nicht ungeschickt. *Illiteratissimæ literæ*, Plin. lib. 1 epist. 10, id est, incomtæ, inornatæ: quibus *literatæ literæ*, hoc est, docta epistola, apud Sidonium opponuntur lib. 4 epist. 17 pr.

¶ Oblĭtĕro, are, quasi ex literarum monumentis delere, obscurare, auslejchen, austhun, wegstreichen. *Obliterare memoriam*, Liv. 21 c. 29. Cicero post red. in Senat. cap. 8 *publici beneficii memoria privatam offensionem obliteraverunt.* Seneca Medeâ v. 556 *Hæc iræ data obliterentur*, was aus zorn geschehen, soll vergessen seyn. Catullus carm. 65 v. 232 *Hæc vigeant mandata, nec ulla obliteret ætas.*

¶ Obliteratus, a, um, ausgelescht, ausgetilgt, vergessen; ut, *Res obliterata vetustate*, Livius 3 cap. 71. *Peccata obliterata repetere*, ibidem cap. 59. Et lib. 43 cap. 2 idem Livius: *præteritis silentio obliteratis.* Et Accius apud Nonium cap. 2 n. 601 *Inimicitias extinctas jam atque obliteratas memoria renovare.*

¶ Obliterus, a, um, veraltet. Gellius 19 cap. 7 de Nævio: *Obliteram gentem pro obliterata dixit.*

¶ Obliteratio, ōnis, deletio, die auslesch ung, vergessung. Plinius lib. 34 cap. 7 extr. *Æris obliteratio*, id est, fundendi æris scientia obliterata. Et Arnobius *Vetustatis obliteratione celari* dixit lib. 6 p. 194. Etiam Ammianus Marcell. lib. 30 cap. 22 *pacem cum præteritorum obliteratione suppliciter obsecrantes*, id est, oblivione.

¶ Obliterator, ōris, ein vertilger. Tertullianus lib. 4 adv. Marc. c. 26 *Commemorator, non obliterator vetustatum.* Paulinus Nolanus epist. 16 [al. 38] cap. 7 *quasi illos patriæ obliteratores de baccarum suavitate Lotophagos evita.*

¶ Inobliteratus, a, um, non obliteratus, unausgelescht, unvergessen. Tertullianus de Anima cap. 24 *& homini obliviosissimo inobliterata perseverabit scientia naturalium.*

¶ Perliteratus, a, um, sehr gelehrt. Cic. Fragm. pro Q. Gall. apud Hieronym. epist. 2 *homo perliteratus.*

LĬTHARGȲRIUM, seu Lithargyros, i, λιθάργυρος, scoria argenti, glett, silberschaum, Plin. lib. 26 cap. 9.

LITHIASIS, is, λιθίασις, calculi generatio in renibus aut vesica, der lenden- oder blasen-stein. ¶ 2. Tubercula item candicantia in palpebris, harte weisse blätterlein an den augbraunen.

LĬTHŎCOLLA, æ, λιθοκόλλα, glutinum, quo lapides conjunguntur, kütt, Dioscor. lib. 5, & Plin. 7 cap. 56.

LĬTHOSPERMUM, i, λιθόσπερμον, herba, *milium Solis*, vulgo à barbaris dictum, meerhirsen, steinsaamen, à seminis duritia sic adpellatum: Plin. 27 cap. 11.

LĬTHOSTRŌTOS, i, λιθόστρωτος, locus lapidibus stratus, ein pflaster oder steinweg, ein estrich. ¶ Dicunt & *Lithostrotum* genere neutro. Varro 3 R. R. cap. 2 *nunc quod emblema aut lithostrotum.* conf. Isidor. 19 cap. 14.

Liticen, vide *Lituus.*

Litigare, litigator, litigiosus, litigium, vide *Lis.*

LĪTO, avi, atum, are, non simpliciter sacrificare, sed sacrificando Deos placare amicosque reddere nobis atque propitios, glücklich opffern, mit opffer versöhnen. Plaut. Pœnulo a. 2 v. 41

Si hercle istuc unquam factum est, tum me Jupiter
Faciat, ut semper sacrificem, nec unquam litem.

Martial. lib. 10 epigr. 73

Non quacunque manu victima cæsa litat.

Et sese credebant litasse veteres, cum exta hostiarum luculenta & notis felicibus insignita essent. Suetonius Cæsare cap. 81 *Dein pluribus hostiis cæsis cum litare non posset, introit curiam spreta religione.* Pertinet huc & Livii locus infra in *Litatio.* Proprie autem dicimus, *Deum sacris litare*, non, *Deo sacra litare*, si Servium audimus ad illud Virgilii 4 Æneid. v. 50

Tu modo posce deos veniam, sacrisque litatis
Indulge hospitio.

Diis, inquit, *litatis debuit dicere. Non enim sacra, sed Deos sacris litamus, id est, placamus. Ergo nove dixit.* Ita tamen & Livius dixit, cujus verba post paullo in *Perlitare*, ex lib. 41 cap. 15 dabimus: & Suetonius Othone cap. 8 *Victimas Diti Patri cæsas litavit.* Itemque Seneca Medeâ sub finem: *plura non habui dolor*
Tibi quæ litarem.

Et Tertullianus de Patientia cap. 7 *Quem autem honorem litabimus Domino Deo?* Sed apud Senecam & Tertullianum *litare* simpliciter sacrificare notat. Etiam *hostia litare* dicitur. Sueton. Aug. cap. 96 *Circa Perusiam sacrificio non litante.* Sed est ambigua lectio. *Molâ salsa litant, qui thura non habent*, arme leute tragen arm creutz, Plinius in præfatione. Vide interpretes Virgilianos de hoc verbo, Macrob. lib. 3 cap. 5, Nonium cap. 5 n. 12, & Turneb. Adversf. 18 cap. 20. Eleganter hac voce usus est Apulejus lib. 3 Milesf. *Succurrite, & de latronis hujus sanguine legibus vestris & disciplinæ publicæ litate.*

¶ Lĭtātus, a, um, geopffert. Festus: *Litatum alii solutum, deditum deo, quasi luitatum: alii ex Græco à precibus, quas illi λιτὰς dicunt.* Locum Virgilii vide in *Lito.*

¶ Lĭtāto, quasi adverbium ex ablativo participii, sub quo *Sacrificio* subaudiri potest. Livius lib. 5 cap. 38 pr. *Tribuni militum nec auspicato, nec litato instruunt aciem.*

¶ Lĭtatio, ōnis, gute opfferung, glückliche anzeigung im opffer. Livius lib. 27 cap. 23 *Per dies aliquot hostiæ majores sine litatione cæsæ, diuque non impetrata pax Deorum.* Et lib. 41 cap. 15, cum jecur hostiæ defluxisse narraretur, nec tribus posthac bobus perlitatum esse, *Senatus majoribus hostiis usque ad litationem sacrificari jussit*, so lange mit opffern fortzufahren, biß es gut würde. conf. Plaut. Pseud. a. 1 sc. 3 v. 99. Vet. Gloss. *Litatio*, λιτανεία. Sed

¶ Lĭtānia, æ, à λιτομαι pro λίσσομαι, *supplico, precor*, græcum nomen ad publicas rogationes & supplicationes in ecclesiis translatum est & latinitate donatum Sidonio lib. 5 epist. 7, itemque Bedæ & aliis, die litaney. conf. de re ipsa idem Sidonius dicti lib. 5 epist. 14 ibique Savaro: vide & Walafridum Strabonem de Rebus Ecclesiasticis cap. 28.

¶ Lĭtāmen, ĭnis, sacrificium quo litatur, ein opffer. Prudentius præfat. Hamartig. v. 50 de Caino immolante:

Cujus litamen sordet, & terram sapit.

¶ Litabilis, e, opfferlich. Lactantius lib. 1 Instit. Div. cap. 21 *Apud Lampsacum Priapo litabilis victima est asellus: Litabilis*, id est, justa, grata, qua litatur & placatur. Minuc. Felix cap. 32 *hostia litabilis.* Iterum Lactantius Epitom. cap. 5 *litabilior victima.*

¶ Perlĭto, are, recte litare, das opffer wohl vollbringen. Livius lib. 36 cap. 1 *hostiis perlitatum est.* Valer. Antias apud Gellium lib. 1 cap. 7 *Si hæ res divinæ factæ riteque perlitatæ essent.* Rursus Livius lib. 41 cap. 15 *Cæteris diis perlitatum ferunt: Saluti Petilium perlitasse negant.*

Litura, liturare, liturarius, &c. vide *Linio.*

LĪTUS, sive Littus, ŏris, non maris tantùm extremitas est, (sicut fluminis ripa) verum omnis etiam terra, quæ mari fluminibusve alluitur, ein land oder strich, so ans meer oder an einen fluß rühret, ein ufer des meers, die küste. Nam & Aquillius JCtus, *Littus* definiit, *qua fluctus eluderet*, ut Cicero auctor in Topicis est cap. 7. Poëtis *Litus arenosum*, Virg. Æneid. 4 v. 257. Et, *Curvum*, Æneid. 3 v. 16. *Sinuosum*, Val. Flacc. 2 v. 452 &c. ¶ 2. Et quia secedentes otii & voluptatis caussa, maritima loca quærebant cumprimis, propter jucundum prospectum in mare; idcirco *litora* non raro pro secessibus amœnis ponuntur ab auctoribus. Tacitus 3 Histor. cap. 63 *Vitellius de numero servorum & electione litorum loqui.* vide ibi Lipsium. Cicero 1 ad Atticum epist. 15 *Metellus non homo, sed litus & aër & solitudo mera.* Quid *Litus* & *Ripa* differant, vide in *Ripa.* Et, *Littori loqui*, proverbialiter à Græcis dicitur, de opera inani, αἰγιαλῷ λαλεῖν. Sic & *litius arare*, vergebens arbeiten.

¶ Littŏreus, a, um, am ufer befindlich; ut, *Aves littoreæ*, Virg. Æn. 12 v. 248. Et, *Littorea arena*, Ovid. Met. 15 v. 725.

¶ Littŏrālis, e, idem; ut, *piscis litoralis*, Plin. 9 cap. 17. Et, *Dii litorales*, Catull. carm. 4 v. 22.

¶ Litŏrōsus, a, um, idem; ut, *Lapis litoroso mari similis*, id est, aquæ marinæ circa litus colorem referens, Plin. lib. 37 cap. 10.

LĬTŬUS, i, buccina, eine trompete, zinck oder schalmey. Ovid. 3 Fast. v. 216 *Jam lituus pugnæ signa daturus erat.*

conf. Virg. Æn. 6 v. 167. Claudian. lib. 1 de laud. Stilic. v. 168

Scilicet in vulgus manant exempla potentum:
Vtque ducum lituos, sic mores castra sequuntur.

¶ 2. Erat & *lituus* virga brevis, insigne auguratus, ein bischoffs-stab. Cicer. de Divinat. lib. 1 cap. 17 *Romuli lituus, id est, incurvum & leviter à summo inflexum bacillum.* Livius lib. 1 cap. 18 *baculum sine nodo aduncum* vocat, quem vide: Itemque Gell. lib. 5 cap. 8. Virg. 7 Æn. v. 187 *Ipse Quirinali lituo, parvaque sedebat*
Succinctus trabea, lævaque ancile gerebat.

¶ Lĭtĭcen, ĭnis, qui lituo canit, ein zinckenbläser. Varro lib. 4 de Ling. Lat. cap. 16 *Tubicines a tuba & canendo: similiter* LITICINES. Nonius cap. 1 n. 268 in Siticines: *Liticines à lituo, ut tubicines à tuba.* Ammianus lib. 14 cap. 8 *audito liticinum cantu:* Et lib. 16 c. 34 *occinente liticine.*

Livedo, liventer, vide mox *Liveo.*

LĪVEO, livēre, atrum esse, blau, schwartzbleich, bleyfarbig seyn. Nam & Tacitus *livens* & *suffuscum* conjungit Agric. cap. 12, *Gignit & Britanniæ oceanus margarita, sed subfusca ac liventia.* Virg. Æn. 7 v. 687 *glandes liventis plumbi spargere*, mit bley-kugeln schiessen. ¶ 2. Invidere etiam est, mißgönnen, neiden. Tacit. Annal. 13, 42, 3 *Livere iis, qui eloquentiam exercerent.* Martial. lib. 9 epigr. 24

Albanæ livere potest pia quercus olivæ,
Cinxerit invictum quod prior illa caput.

Idem lib. 6 epigr. 86

Possideat Libycas messes, Hermumque Tagumque,
Et potet calidam, qui mihi livet, aquam.

Statius Epithalamio Stellæ v. 150

queis purpura sæpe
Oebalis, & Tyrii moderator livet aheni.

Vbi vide Gevartium.

¶ Liventer, adverb. ex *Livens*, participio. Sonat fuscè, vel ad modum lividi coloris, fahl. Paulinus Petrocor. lib. 4 v. 192

Liventer fracto nigrescunt gutture fauces.

¶ Lĭvesco, ĕre, erschwartzen, todenfarbe bekommen. Lucret. lib. 3 v. 529

Hominem paullatim cernimus ire,
In pedibus primum digitos livescere & ungues,
Inde pedes & crura mori.

¶ 2. Invidere, abgünstig, neidisch werden. Martial. 8 epigr. 51

Livescit nulla caligine fusca, nec odit.

Et Claudianus de Raptu Proserp. lib. 3 v. 27

Haud equidem invideo, neque enim livescere fas est,
Vel nocuisse Deos, &c.

¶ Lĭvor, ōris, der blaue fleck, die todenfarbe. Juvenal. sat. 2 v. 81

Vvaque conspectâ livorem ducit ab uva.

Colum. 12 cap. 47 *Oliva ex contusione livorem contrahit.* Auct. ad Herenn

Herenn. 2 cap. 5 *livore decoloratum corpus.* Plin. 20 cap. 22 *Illinitur & livoribus*, i. e. vestigiis & notis ex aliqua percussione. ¶ 2. *Livor*, invidia, abgunst, neid. *Malevolentiâ & livore impediuntur, ne quid faciant*, Brutus ad Ciceronem lib. 11 fam. epist. 10. Ovid. 1 Amor. el. 15 v. 39 *Pascitur in vivis livor, post fata quiescit,*
abgunst weidet sich an lebendigen leuten. Videant pueri carmen Virgilio tributum: *Livor tabificum malis venenum*, &c.

¶ Līvēdo, ĭnis, idem. Apulejus Met. 9 p. 222 *Dii boni! quales illic homunculi vibicibus livedinis totam cutem depicti!*

¶ Līvĭdus, a, um, subfuscus, braun und blau; ut, *Livida armis brachia*, Horat. lib. 1 oda 8 v. 10. *Ora livida*, Ovid. Heroid. epist. 20 Acontii v. 82. Et Virgilius de inferno fluvio lib. 6 Æn. v. 320

remis vada livida verrunt,

hoc est, *nigra*, Servio interprete. Catullus carm. 17

paludis
Lividissima maximeque est profunda vorago.

¶ 2. Invidus, malevolus, mißgünstig. Martial. lib. 1 epigr. 41

Omnibus invideas, livide, nemo tibi.

¶ Lividŭlus, a, um, etwas blau. Juvenal. satyr. 11 v. 110 *Quibus invideas, si lividulus sis*, ein neidhart.

¶ Sublividus, a, um, idem. Celsus lib. 5 cap. 28 pr. *Pustulæ sublividæ.*

LĪVIA, æ, columba silvestris, eine holtztaube, à *lividis*, hoc est, nigricantibus plumis dicta. ¶ 2. *Livia Drusilla*, uxor Augusti, fœcunda antea, cum Augusto sterilis, Plin. 7 c. 13. Multa de ea Tacitus & Suetonius. Prima omnium mulierum à Romanis consecrata est, & inter divas relata. Ovid. 1 Fast. v. 536

Sic Augusta novum Livia numen erit.

conf. Dempster. in Rosini Ant. Rom. 3 cap. 18. ¶ 3. Fuerunt aliæ plures; ut *Livia* uxor Drusi, quæ *Livilla* Suetonio; item *Livia Medullina, Ocellina, Orestilla* apud Suetonium.

Lividus, lividulus, vide *Liveo.*

LĪVIUS, i, alter Andronīcus fuit, de quo ita Gell. lib. 17 cap. ultimo: *Primus omnium L. Livius poëta fabulas docere Romæ cœpit, post Sophoclis & Euripidis mortem annis plus fere C & LX, post Menandri, annis circiter LII. Hujus Livii versus celebratur, ex Equo Trojano: Vsquequaque sapere oportet, id erit telum acerrimum.* ¶ 2. Alter Patavinus fuit *T. Livius*, cui *lacteam* tribuit *ubertatem, miram jucunditatem, clarissimumque candorem* Quintilianus lib. 10 cap. 1, eumque pueris proponendum censet, lib. 2 cap. 6. Cremutius *eloquentiæ & fidei præclarum inprimis*, apud Tacitum 4 Annal. cap. 34; ipse Tacitus *eloquentissimum* Agricolâ cap. 10 vocat. Tantâ famâ vivus fuit, ut ad eum videndum ab ultimis Gadibus quidam Romam venerint, ut Plinius lib. 2 epist. 3, & B. Hieronymus epist. 103 cap. 1 tradunt. Scripsit Romanam Historiam ab Vrbis initio ad suam usque ætatem libris 111, de quibus 35 habemus: Cæterorum vix epitomæ supersunt; Quin plura alia, atque in iis etiam Dialogos, quæ tamen omnia perierunt. vide Senec. epist. 45 & 100, & Fabium Quintil. lib. 10 cap. 1. Natus est annis ante Ciceronem interfectum 18. ¶ 3. Plures hujus nominis in historia Romana occurrunt; ut *Livius Drusus, Laurensis, Salinator.* vid. Sueton. Tib. cap. 3.

¶ Livius, a, um, adject. ut, *Livia lex*, apud Romanos passim. *Livia familia*, Tacit. Annal. 6, 51, 1. conf. Suet. l. c. *Arbos Livia*, Colum. 10 v. 413.

¶ Livianus, a, um, idem; ut, *Livianæ fici*, idem Colum. 5 cap. 10. *Livianum æs*, Plin. 34 cap. 2.

LIX, lĭcis, cinis, vel aqua cum cinere confusa, asche vom heerd, lauge. Plin. lib. 36 cap. 27 *Lix cinis est foci.* conf. Nonius cap. 1 n. 309.

¶ Lixivia, æ, vel Lixivium, i, genere neutro, aqua per cinerem colata, lauge, seiffe. Columell. lib. 12 cap. 16 *lixiviam facere.*

¶ Lixīvus, vel Lixivius, a, um, adject. quod colatur & transit, laugicht. Columell. 12 cap. 41 *lixivum mustum, quod destillat, antequam nimium calcetur uva.* Plin. lib. 14 cap. 20 *Lixivius cinis*, laug-asche. At Scribon. Largus frequenter: *ex cinere lixiva.*

¶ Lixa, æ, qui exercitum sequitur, coquendo & eluendo lucrum quærens, ein marcketender, feld-koch. vide Festum. Livius lib. 33 cap. 16 *Impedimenta subsequi jussit, calones, lixasque, & invalidos milites.* Sane cum negotiatoribus conjungit, & propter commercia pecuniamque augendam secutos castra, Tacitus significat 2 Annal. cap. 62. *Lixarum proprietas hæc est*, inquit Nonius cap. 1 n. 309, *quod officium sustineant militibus aquæ vehendæ; lixam namque aquam veteres vocaverunt.* conf. Curt. 3, 3, 26, & Suet. Galb. cap. 20.

¶ Lixabundus, a, um, umher streiffend, Plautus apud Festum, quod ipse exponit, *iter libere & prolixe faciens*, à more forsean lixarum.

¶ Lixus, a, um, adject. cujus compositum tamen

¶ Elixus, a, um, usitatius est, significat aqua mollitum & percoctum, gesotten; ut, *Elixa caro*, gekocht fleisch. Plaut. in Pœnulo a. 1 sc. 2 v. 67 *Assum apud te eccum*, siehe da hast du einen braten: respondet alter, *At ego elixum volo.* Et, Horat. 2 Serm. sat. 2 v. 73

at simul assis
Miscueris elixa, simul conchylia turdis:
Dulcia se in bilem vertent.

gebratens und gesottens untereinander. *Calcei elixi* per metaphoram ita dicti apud Varronem, quasi ita madefacti, ut est caro, quæ elixatur.

¶ Elixo, are, kochen, in brühe sieden. Apicius lib. 3 cap. 9 *Coliculos elixatos mediabis*, wenn sie gesotten haben, so soll man sie mitten entzwey schneiden.

¶ Elixatim, adverb. siedend, siedheiß, gesotten. Apicius lib. 5 extremo: *Elixatim sumto semine*, &c.

¶ Elixūra, vel Elixatura, æ, ut coctura, das sieden, kochen. Apicius lib. 9 princip. *jus adjicere sinapi in elixaturis.* Et Macer 1, 22 *Illius elixatura vertigo fugatur.*

¶ Perelixo, are, wohl sieden lassen. Idem Apicius lib. 7 cap. 7 *Denuo eum* [aqualiculum] *perelixabis, ut coqui commode possit.*

¶ Semilixa, æ, ein halber koch. Livius lib. 30 cap. 28 *Statorius semilixa.*

LŌBA, æ, λώβη, milium Indicum. Id enim *lobas* appellari, Plinius scripsit lib. 17 cap. 7. *Melicam* Matthiolus vocat, türckischer weitzen.

Localis, localiter, locare, locarium, &c. locellus, vide *Locus.*

LOCRIS, ĭdis, regio Græciæ inter Ætoliam, Phocida, & Bœotiam. vid. Geograph.

¶ Locri, orum, populi ejusdem regionis, qui pro situs diversitate triplicis ordinis erant, Ozoles, Epicnemidii, Opuntii. vid. Geograph. Antiq. ¶ 2. Et, *Locri*, urbs insignis in Brutiis, à Locris Ajacis sociis condita.

¶ Locrenses, cives ejus urbis; Cic. 7 Verr. cap. 34.

Loculamentum, vide in *Locus.*

LŎCŬPLES, ētis, dives, abundans, reich, begütert. Proprie, qui plures possessiones seu fundos habet: quasi *locorum plenus*: *Locus* enim antiquitùs dictus, qui postea fundus: de quo mox in *Locus.* Gellius lib. 10 cap. 5 LOCVPLETEM *dictum ait Nigidius ex compositis vocibus, qui pleraque loca, hoc est, qui multas possessiones teneret.* Plinius lib. 18 cap. 3 *Hinc &* LOCVPLETES *dicebant* LOCI, hoc est, agri PLENOS. Ovidius 5 Fastorum v. 279

Cetera luxuriæ nondum instrumenta vigebant:
Aut pecus, aut latam dives habebat humum.
Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est, &c.

Nimirum significat, veterum divitias omnes in agris pecoreque positas fuisse. Hinc *locupletes* pro divitibus ab agris; *pecuniam* ipsam quoque à pecore appellatam. Et, *Locuples ac referta provincia*, Cic. 5 in Verr. cap. 19, reich und voll. *Domus locuples*, Horat. lib. 2 sat. 6 v. 101. *Annus locuples frugibus*, Idem 2 epist. 1 v. 137. Sic, *Locuples oratio*, verborum abundans, Cic. de Orat. lib. 3 cap. 48. *Locuples & speciosa vult esse eloquentia*, von reichen und scheinbarlichen worten, Quintil. lib. 5 cap. 14. *Locuples auctor, testis*, hoc est, certus, & magnæ auctoritatis, ein gnugsamer, vollständiger, ansehnlicher, gewisser zeuge: Cicer. 3 Off. & de Div. lib. 2 cap. 58 *Pythagoras & Plato locupletissimi auctores.* Et Corn. Nep. Ages. cap. 3 *Locupletissima regio.* Horat. 1 sat. 1 v. 113 *Sic festinanti semper locupletior obstat.*
Livius lib. 1 cap. 47 extr. *Census institutus, ut insignis ad invidiam locupletiorum fortuna esset.*

¶ Locupletissimè, adverb. sehr reichlich; ut, *Filia locupletissime dotata*, Epit. Victoris in Vespas.

¶ Locuplēto, avi, atum, are, ditare, augere, reich machen, vermehren. *Fortunis aliquem locupletare*, an güthern reich machen, Cic. 2 Agrar. cap. 26. Et, *Multitudinem excursionibus locupletavit*, Nep. Miltiade cap. 2.

¶ Locupletatus, a, um, bereichert, vermehrt. Cic. Verr. 5 cap. 31 *mancipiis, argento, veste locupletatus.*

¶ Locupletator, ōris, ein reichmacher. Eutrop. lib. 10 cap. 7 n. 9 *familiarium locupletator*, scilicet Constantius. Et nummo Hadriani apud Vaillantium Tom. 1 p. 66 LOCVPLETATORI ORBIS TERRARVM.

¶ Collocuplēto, are, idem quod locupletare. Terent. in Heaut. a. 2 sc. 3 v. 16 *Tu interea loci collocupletasti te*, du hast dich wohl versorget. Et Auct. ad Herenn. 2 cap. 18 *rei collocupletandæ caussa.*

LŎCVS, i, quicquid aliquid continet, plural. *Loci* & *Loca*, ein ort. Proprie *locus* antiquitus idem, qui fundus postea. Vetus auctor de limitibus apud Rigalt. p. 337 *Nostri &c. duodecim decempedas esse voluerunt. Exactum concivium locum primum appellatum, deinde dictum* FVNDVM. Sed locus manifestè mendosus. Legendum puto: Et *actum collimitium* LOCVM, &c. COLLIMITIVS ACTVS est modus agri quatuor terminis collimitantibus definitus. *Collimitantes termini* sunt, qui mutuo respectu limitem ostendunt. vide & *Locuples.* Et, *Loci dejecti & inferiores*, Cæsar lib. 1 de B. Civ. cap. 46, niedrige örter. *Locus communis* terra vel orcus Plauto dicitur Cas. prol. v. 19. Senecæ lib. 1 Controvers. 2 *Lupanar* ita appellatur. *Loca & Lautia dare*, quartier und mahl geben, frey halten, Livius 28 cap. 39. *Homo locum ornat, non ornat hominem locus*, incerti auctoris dictum apud Carisium. ¶ 2. Efferuntur plura cum hoc nomine oppido quam eleganter, & accipitur pro statu, & fortuna; ut, *Pejore res loco non potest esse, quam in quo nunc sita est*, Terent. Adelph. a. 3 sc. 2 v. 46, es könte die sache übler nicht stehen, &c. *Nostræ res meliore loco videbantur*, Cicer. Attic. 11 epist. 13. Et, *Perbono res loco est*, ad eumdem lib. 6 ep. 1. Item, *Res in eum locum deducta*, lib. 16 fam. ep. 12, die sache ist dahin gebracht. *Eo loci res est*, Idem pro Sextio cap. 31. Et, *Difficili loco res est*, Idem 12 fam. ep. 28, die sache läst sich schwerlich an. *Quem locum apud ipsum Cæsarem obtinuisti?* Cic. 2 Philipp. cap. 29, was bist du bey ihm sonderlich geacht gewesen? *Tenere locum oratorum*, Idem Clar. Orat. c. 36. Et, *In maledicti & contumeliæ loco ponere*, in Pison. cap. 14, für scheltworte und beschimpffung aufnehmen. *Locum relinquere alicujus admonitionibus*, Cic. 1 fam. ep. 1. Et, *Principem locum & auctoritatem tenere*, pro Domo cap. ult. der fürnehmste und in grossem ansehen seyn. *Obtinere locum primum ac potentissimum*, Quintil. lib. 6 cap. 5. *In loco*, id est, oportune, da es gelegen ist, da es noth ist, Terent. Heaut. a. 3 sc. 2 v. 26. Et, *Dulce est, desipere in loco*, Horatius lib. 4 od. 12 v. 28. Manutio in Annot. ad Cic. 11 fam. epist. 16 idem est, ac justo, non alieno tempore; cum & *Locum* pro tempore veteres sumpsisse appareat. Vnde locutiones istæ: *Ad id locorum; Tunc locorum; Interea loci*, apud Sallust. B. Jug. cap. 63 & 72. ¶ 3. Pro natalibus & genere & pro ordine; ut, *Summo loco natus*, Livius lib. 1 cap. 34, der hoher ankunfft ist. *Infimo loco natus*, Cic. pro Flacco cap. 11 pr. von geringem geschlecht und herkommen. Et, *Nobili, equestri, ignobili loco natus, ortus*; *Haud obscuro loco natus*, &c. Ac, *honesto loco natus*, Cic. pro Flacco cap. 8. Hic enim *Locus* genus vel generis dignitatem ordinemve significat. Plautus Capt. prol. v. 30 *De summo loco summoque genere.* Vbi *Locus* ordinem notat. Nam potest in summo loco impar genus esse. Gellius lib. 12 cap. 1 initio: *Is erat loci Senatorii.* Lampridius Alexandro Severo cap. 19 *Libertinos numquam in equestrem locum redegit: asserens seminarium Senatorum equestrem locum esse.* ¶ 4. Sæpius accipitur pro vice, an statt, ut cum dicimus, *loco patris, loco fratris te habeo*, &c. *Habere aliquem vetustissimorum familiarium loco*, Asinius Ciceroni lib. 10 epist. 31. *Fratris loco diligere*, Terent. Andr. a. 1 sc. 5 v. 57. Et, *Te mihi fratris lo-*

eo esse duco, Metellus Ciceroni lib. 5 epist. 3. ¶ 5. Aliquando pro occasione & facultate ponitur. Terent. a. 2 sc. 1 v. 22

Neque pol consilii locum habeo, neque auxilii copiam.

Vellej. 2, 48, 2 *Defuit fortunæ destruendi ejus locus.* ¶ 6. Sæpe etiam *Loci* dicuntur auctorum librorumque certæ partes: ut, *iste ex Platone desumtus locus est.* Græcis χώριον aliquando, & περιοχὴ ita usurpatur. vide *Perioche.* Sed disciplinarum etiam seu doctrinarum partes seu capita *Loci* vocantur, τόποι Græcis: ut, *Locus Physicus, Mathematicus, Dialecticus.* Cicero lib. 2 de Divinat. cap. 1 *Magnus locus, Philosophiæque proprius.* Idem in Oratore cap. 48 extremo: *Est enim hic locus late patens, de natura usuque verborum.* ¶ 7. *Loci* item dicuntur sedes argumentorum, ex quibus velut ex promtuario quodam argumenta petuntur. Et hoc sensu tantum masculino genere in plurali usurpatur. Vulgo cum Cicerone vocant *Locos communes.* vid. Parei Lex. Crit. p. 688 & 689. ¶ 8. *Loci* etiam genitalia vocantur, præcipue fœminarum. Varro de L. L. 1 cap. 2 *loci muliebres, ubi nascendi initia consistunt.* Plinius lib. 11 cap. 37 *Fœminis eadem omnia, præterquam vesicæ junctus utriculus, unde uterus: quod alio nomine* LOCOS *appellant: hoc in reliquis animalibus* VVLVAM. Et Columella lib. 6 cap. 27 *Quod si admissarius iners in Venerem est, odore perfricatur detersis spongiâ fœminæ locis & admota naribus equi.* De viris tamen & usus Lucretius lib. 4 v. 1032 & v. 1041 & 1043. Vet. Gloss. *Loci muliebres*, ὕστερα, κόλποι, μῆτραι. ¶ 9. *Locus* & sepulcrum notat. Plura exempla in Inscriptionibus antiquis: ut Romæ: LOCVS OPORTVNI CIRCITORIS CONIVGISQVE EIVS ALBINAE, &c.

¶ Lŏcŭlus, i, diminutivum, ein örtlein. Plaut. Mil. a. 3 sc. 2 v. 38 *In cella est paullum nimis loculi.* ¶ 2. Sed *Loculi* plurale, pro sacco aut marsupio, der beutel. *Mendicorum loculi semper inanes*, der bettelsack ist bodenloß, ist nicht zu füllen. vide Chiliad. *Nummum in loculos dimittere*, in den beutel stecken, dixit Horat. lib. 2 epist. 1 v. 175. ¶ 3. Et *Loculus* feretrum dicitur, cui mortui includuntur, ein sarck. *Creator omnium rerum, quem tu fabri filium appellas, loculum Juliano jam parat*, er richtet dem Juliano einen sarck zu. Sic respondit ludimagister Antiochenus Libanio Sophistæ, Christianam religionem deridenti, & quærenti, quid fabri nunc faceret filius. vid. Theodoretus lib. 3 Hist. Eccles. cap. 23, qui græce γλωσσόκομον vocat. Latinum exemplum habes apud Plinium lib. 7 cap. 2, *Hunc*, inquit, *cremari cum reliquo corpore non potuisse tradant, conditumque loculo in templo.* Loquitur de pollice pedis illo Pyrrhi, de quo supra in *Lienosus.*

¶ Lŏcellus, i, diminutivum aliud, ein säcklein; quo Martialis usus est lib. 10 epigr. 88 *persequi locellos.* Idem 14 epigr. 13

Quid superest in nostri fæce locelli? &c.

¶ Lŏcŭlāmentum, i, plur. Loculamenta, winckel in häusern, darinnen tauben und vögel nisten, Columell. lib. 8 cap. 8, & lib. 9 cap. 12, & Vitruv. lib. 10 cap. 14. ¶ 2. Item *thecæ*, vel *loculi*, libris digerendis compositi in bibliotheca, buchschräncklein, buchbreter, fache, rähmen. Seneca de Tranquill. c. 9 *Librorum tecto tenus exstructa loculamenta.*

¶ Loculōsus, a, um, voll fächlein, löcherícht. Plin. lib. 15 cap. 22 *Putamen* [juglandis] *loculosum*, id est, loculis intus plenum.

¶ Loculātus, a, um, in loculos distinctus, voll fache. Varro lib. 3 R. R. cap. ult. *loculatas piscinas* vocat, quibus dispares disclusi habeantur pisces, darinnen iede gattung allein und besonders behalten wird.

¶ Loculāris, e, in loco factus, des orts gezeugt; ut, *localaris resina*, Pallad. Febr. t. 25 de malis.

¶ Lŏcālis, e, ad locum pertinens, örtlich. Tertullianus 4 adv. Marc. cap. 34 *Esse aliquam localem determinationem, quæ sinus dicta sit Abrahæ.* Et Ammian. 14 cap. 7 *locales ærumnæ.*

¶ Localiter, adverb. idem. Tertull. de Pallio cap. 2 *Mutat & nunc localiter habitus, cum situs læditur*, &c. Et Ammian. 19 cap. 12 *localiter appellatus*, nach dem ort.

¶ Lŏco, avi, atum, are, constituere, setzen, stellen; ut, *Fundamenta locant alii*, sie legen den grund, Virgil. 1 Æn. v. 432. Et Plin. 36 cap. 14 *Fundamenta instabili loco locare.* ¶ 2. Sed, *Locare agrum, fundum*, ein guth austhun, oder vermiethen, verdingen: sic, *marmora secanda locare*, Horatius dixit lib. 2 od. 18 v. 17. *Beneficium locare apud gratos*, Livius lib. 7 cap. 20, danckbaren wohlthun. *Locare filiam*, eine tochter ausgeben, oder ausstatten, Terent. Phorm. a. 4 sc. 3 v. 40. *Operam suam locare alicui*, Gell lib. 3 cap. 3. * *Locare mentem, operam, tempus in aliquid*, leguntur apud Tullium & alios, sed *virtutem locare*, quod vulgo legitur apud Tullium de Amicit. cap. 26, non memini quemquam dixisse, nec, quo sensu dici possit, nisi addatur res, in quam locetur virtus, video. Vereor ne ex litterarum trajectione labes orta sit, quæ hunc locum fœdavit. Legendum suspicor, *ita virtutem colatis.* Grævius.

¶ Locatus, a, um, gestellt, gesetzt. Cic. de Clar. Orat. cap. 57 *Membra suo quæque loco locata.* Lucret. 3 v. 610 *Anima in certa regione locata.* Et Ennius apud Cic. Off. 2 cap. 18 *Benefacta male locata, malefacta arbitror*, übel angewandt.

¶ Locatio, ōnis, die vermiethung, der pacht, est, quâ alteri rem certo pretio utendam, aut faciendam damus. Cic. lib. 1 ad Attic. epist. 17 *ut induceretur locatio, postulaverunt*, hoc est, deleretur, aut minueretur.

¶ Locator, ōris, qui locat, & pretium accipit, aut rem arte factam, ein vermiether; ut, *Locator fundi*, Lege 35 Dig. Locati conduct. der verpachtet; *operis*, ibidem Lege 36. *Domus faciendæ*, ibidem Lege 60 § 3, der verdinget. Et, *locator funeris*, Plin. 7 cap. 52. Quibus *Conductor* opponitur, qui pretium dat; ut *Redemptor*, qui opus faciendum in se recipit. vide Leges cit.

¶ Locārius, i, idem. Martial. lib. 5 epigr. 25 *Hermes divitiæ locariorum*, der da vermiethet.

¶ Locarium, i, merces, quæ datur in stabulo & tabernâ, pro loco ubi consistant. Varro lib. 1 de L. L. mieth-stand-stall-geld.

¶ Lŏcĭto, are, frequent. ausleihen. Terent. in Adelph. a. 5 sc. 8 v. 26 *Agelli hic sub urbe est paullulum, quod locites foris.*

¶ Locabilis, e, das zu verpachten oder auszustatten ist. Vnde

¶ Inlŏcābilis, e, das man nicht unterbringen kan. Varro 4 L. L. cap. 2, ex Plaut. Aul. a. 2 sc. 2 v. 10, *Inlocabilis filia, cassa dote.*

¶ Locatārius, i, qui domum, aut fundum, aliudve in locationem conducit, ein pachter, miethmann; JCti.

¶ Locatitius, a, um, vermiethet, verpachtet. Gloss. Vet. *Locatitius*, μισθώσιμος. Salvianus epist. 1 *Mercenario victum quæritans, uxoribus barbarorum locatitias manus subdit.* Et Sidonius lib. 6 epist. 8 *Mercenariis prosecutionibus & locatitia fatigatione.*

A *Loco* composita:

¶ Ablŏco, are, vermiethen. Suetonius Vitell. cap. 7 *domum in reliquam partem anni ablocare*, i. e. alteri locare.

¶ Collŏco, are, ordnen, stellen; ut, *Suo quidque loco collocare*, ein ieglich ding an seinen ort stellen und setzen, Cic. de Orat. 1 cap. 35. *Collocare legionem in aliquo loco*, Cæsar lib. 3 de B. G. initio, & sæpe alias. Et, *collocare rem militarem*, i. e. ordinare, Cic. ad fam. 2 epist. 13. *In lecto illam collocant*, Terent. Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 45, sie bringen sie zu bette. *Collocare in tuto*, Cic. de Arusp. resp. c. 25, auf einen sichern ort bringen, ins treuge bringen. *Collocare beneficium apud aliquem*, Idem pro Cæcin. cap. 5. *Pecuniam collocare*, geld anlegen, oder austhun und auf zinse verleihen: Cicero ibid. cap. 4 *Curavit, ut in eo fundo dos collocaretur*; id est, pecunia dotis data: alia ibidem habet exempla. Suetonius August. cap. 39 *Notavit aliquos, quod pecunias levioribus usuris mutuati, graviore fœnore collocassent.* Et, *Collocare insidias alicui*, Cic. pro Milone c. 10, auf einen lauren, einem nachstellen. Sic, *Collocare in matrimonium filiam*, Cic. 1 Div. cap. 46. *Collocare nuptum & nuptui*, Cæs. 1 B. Gall. c. 18, seine tochter verheyrathen, ausstatten, quod & absolute *collocare* dicunt: Nepos Aristide extremo: *Quo factum est, ut filiæ ejus publice alerentur, & de communi ærario dotibus datis collocarentur.* Similiter locutus in Epaminonda & Attico est. Suetonius Cæsare cap. 21 *Suam Juliam Cn. Pompejo collocavit.* Ita & Claudio c. 27. Et, *Studium suum in doctrina ac sapientia collocare*, Cic. ad Q. fratr. lib. 1 epist. 1 cap. 10, seinen fleiß anwenden. *Collocare spem suam in aliquo*, Hirtius B. Alex. cap. 29. Et, *Horas male collocare*, übel anlegen. ¶ Tacitus 6 Annal. cap. 27 *De cujus moderatione atque sapientia in prioribus libris satis collocavi*, i. e. exposui, in loco dixi.

¶ Collocatus, a, um, gestellt, geordnet, angelegt. Cicero pro L. Manilia cap. 7 *Homines navi & industrii partim in Asia negotiantur: partim suas & aliorum in ea provincia pecunias magnas collocatas habent.* Idem de Orat. 1 cap. 35 *Signis propalam collocatis.* Et mox cap. 43 *Posita ante oculos, collocata in usu quotidiano.*

¶ Collocatio, ōnis; ut, *Collocatio filiæ*, Cicer. pro Cluent. cap. 56 extr. die ausstattung. *Ordo & collocatio argumentorum*, Idem lib. 2 de Orat. cap. 42 extr. die ordnung und stellung. Et Vitruvius lib. 5 cap. 3 *collocationes mœnium.*

¶ Elŏco, are, loco movere, ausheben. Cicero pro Flacco cap. 28 extr. *Quam cara illa gens* [Judæorum] *diis immortalibus esset, docuit, quod est victa, quod elocata, quod servata.* ¶ Et, *Elocare fundum*, idem quod locare, verpachten, Cicer. in Verr. lib. 5 c. 22. Sic, *Boves elocare*, Colum. 1 cap. 7, vieh um zinß austhun.

¶ Elocatus, a, um, versetzt von seinem ort. vide ex Cic. in *Eloco.*

¶ Oblŏco, are, idem quod locare, elocare, verdingen. Justin. 11, 10, 9 *Operam oblocare ad puteos exhauriendos.*

¶ Oblocatus, a, um, verdungen. Sueton. Cæsare cap. 26 *quæ ad epulum pertinebant, macellariis oblocata.*

¶ Prælŏco, are, voransetzen. Augustinus lib. 7 de Genesi ad lit. cap. 17 *Sensus in sola facie prælocati sunt*, hoc est, in anteriori parte.

¶ Relŏco, are, wieder vermiethen. Vlpian. Lege 13 § 10 ff. Locati conducti: *Si lege operis locandi comprehensum esset, ut, si ad diem effectum non esset, relocare id liceret*, &c.

LŎCVSTA, æ, ἀκρίς, eine heuschrecke. Sed *Locusta*, cancri species, κάραβος, *Carabus*, ἀκρίς, dicitur, ein meer-krebs. Nam cancros fluviatiles nostros, quos locustas suprà diximus, Gesnerus dicendos putat *Astacos*, ἀστακὸς, ut sit *Astacus fluviatilis*, ein bach-krebs; *Astacus saxatilis*, qui minor est & brevior, ein stein-krebs. Ad cancros referuntur & *Squillæ.* vide suo loco. Cæterum locustarum multitudine & terram, & solem obumbratum scribit Plinius 11 cap. 29. Earum appulsum fames comitatur & pestis, si computruerint. vid. Dausquejus ad Q. Calabrum p. 52, 53, 54. Tacit. Ann. 15, 5, 4 *Exorta vis locustarum.* Alcim. 5 v. 188 *Bruchus & excusso confidens ore locusta.* ¶ 2. *Locusta* mulier veneficii peritissima, Neroni grata, apud Tacitum Ann. 12, 66, 3, & 13, 15, 5. conf. & Juvenal. sat. 1 v. 71.

Locutio, locutor, &c. vide *Loquor.*

LŌDIX, īcis, ein leinlach oder deckbette. Juven. sat. 7 v. 66

Magnæ mentis opus, nec de lodice parandâ.

Et Martial. 14 epigr. 152

Lodices mittet docti tibi terra Catulli.

¶ Lōdīcŭla, æ, dimin. ein deckbettlein. Sueton. in Augusto cap. 83 *Lodicula involutus.*

Logarium, Logica, Logodædalus, &c. vide in seq. *Logus.*

LŎGVS, vel Logos, i, latina enim literatura scripserunt Cicero apud Nonium cap. 1 n. 318, & Terent. in Phorm. a. 3 sc. 2 v. 8 *Logi*, dicta ridicula, nugatoria, inepta & contemnenda, verba sine re, lächerliche worte oder reden da nichts hinter ist. Apud Plautum in Stich. a. 1 sc. 3 v. 68 *Logos ridiculos vendo.* In bonam tamen partem usus vocabulo isto Paulinus Jambo ad Cytherium v. 425

Referensque paucos de tuis scriptis logos,
Quasi labra melle adsperserit.

Nisi potius legendum *locos.* ¶ Λόγος, Græcis multa significat: ut, *verbum, sermonem, rationem, librum*, & in Johanne, *personam Filii Dei.*

¶ Logārium, i, λογάριον, ein register oder rechen-büchlein der ausgaben. Chartæ ad ratiunculam paratæ, vel adversaria, quæ fiunt caussa describendi, quod quotidie in victualibus expendatur. Vsus est Vlpianus Lege 3 § 10 Dig. de Penu legata. Veteres dixerunt *diurnum.*

¶ Logēum, i, suggestum, ein predigtstuhl; item, pulpitum in scena, in qua chorus tragœdiarum & comœdiarum ceterique personam non haben-

habentes, fabulæ subserviebant; Vitruv. lib. 5 c. 8. vid. Baldi Lex Vitr. p. 67.

¶ Lŏgĭce, es, vel Logica, æ, λογικὴ, Philosophiæ instrumentum est. Cicer. de Fato cap. 1 *Logice, quam rationem disserendi voco*, die kunst zu disputiren, die vernunfft-kunst. *Docet enim Logica in pluribus generibus quæstionum, quemadmodum disputando vera & falsa disjudicentur*, &c. Isidor. 2 c. 22 & 24.

¶ Logica, ōrum, λογικὰ, Cicero vocat disputationes subtiliores, subtile und scharffe gedancken und gespräche, 4 Tusc. c. 14.

¶ Logicus, i, qui Logicam docet, vel qui in rebus rationem adjungit. vid. Isidor. 8 cap. 6. Sidon. 15 v. 101

Physica vel Logico, Logicum vel mittit ad ethos.

¶ Logion, i, λόγιον, Græci oraculum vocant, præsertim soluta oratione editum: χρησμὸν enim nominant, quod carmine respondebatur. vid. Rhodig. lib. 7 c. 6.

¶ Lŏgista, æ, rationalis, qui reddendis rationibus præest, ein rent- oder rechen-meister. Hoc vocăbulum apud JCtos repetitur. In veteri Inscriptione Hispanicâ: LOGISTAE CIVITATIS SPLENDIDISSIMAE NICOMEDENSIVM, &c.

¶ Logistĭce, es, λογιστικὴ, ars ipsa computatoria, die rechen-kunst. vid. Voss. de Scient. Mathem. p. 76.

¶ Logarithmus, i, λογάριθμος, genus numeri, die zahl-rechnung. vid. Casp. Schotti Curs. Mathem. p. 588.

¶ Logempŏrus, i, λογέμπορος, qui præter verba nihil affert; qualis Hermodorus, de quo supra. vid. Erasmi Adag.

¶ Logistoricum, i, λογιστόρικον, titulus fuit libri cujusdam Varronis sermones & historias continentis, quem Gellius citat lib. 4 cap. 19, à λόγος & ἱστορία.

¶ Lŏgŏdædălus, i, orator versutus, ein wort-künstler. Λογοδαίδαλος Socrates dixit, qui inanem verborum ornatum, non rerum pondera sectantur; vide Ciceronem in Oratore cap. 12.

¶ Logodædalia, æ, λογοδαιδαλία, ingeniosa vel nimis operosa sermonis elaboratio, die wort-künstelung. Ausonius Idyll. 12 in Grammaticomastige pr. *E logodædalia strides modo qui nimium trux.*

Idem epist. 14 v. 26 græce in græco versu posuit.

¶ Logogrăphus, i, rationarius, qui libros rationum scribit, ein buchhalter; quique in tabulas publicas refert, quæ ad rempublicam pertinent, ein stadtschreiber. v. Cod. lib. 10 t. 69 de Tabulariis, scribis, logographis, &c. Et Dig. lib. ult. t. 4 l. 18 § 10.

¶ Logopœus, i, λογοποιὸς, idem qui Mythographus, & qui falsa comminiscitur, ein fabelhans, zeitungsmacher. Talem Æsopum dici inaudimus. vid. Rhodig. 8 cap. 47. Plutarchus in Nicia tonsorem scribit ab Atheniensibus ad rotam alligatum velut λογοποιὸν, quod temere nunciasset cladem Siculam a peregrino in tonstrina exceptam.

Composita a *Logus* ab initio:

¶ Analogia, Analogus, vide supra in A.

¶ Antelŏgium, i, vox neque plane latina, neque plane græca, pro eo quod prooemium, die vorrede. Plaut. Men. prol. v. 13 *Huic argumento antelogium hoc fuit.* conf. Auson. præf. epist. 16.

¶ Antilogia, ἀντιλογία, græc. contradictio, der widerspruch.

¶ Apologia, Apologus, &c. vide supra in A.

¶ Decalŏgus, vide supra *Decem.*

¶ Dialogismus, Dialogus &c. vide litt. D.

¶ Dĭlŏgia, æ, διλογία, sermo ambiguus, eine zweydeutige rede. Asconius in 2 Verr. Cic.

¶ Ēlŏgium, vide supra in E.

¶ Epĭlŏgus, i, ἐπίλογος, conclusio, peroratio, ein schluß oder beschluß-rede. Auctor ad Herennium lib. 2 cap. 30 *Conclusiones, quæ apud Græcos ἐπίλογοι nominantur, tripartitæ; nam constant ex enumeratione, amplificatione, & commiseratione.* Et Cicero de Orat. lib. 2 cap. 69 *Orator in epilogo misericordiam movet.* Dicitur ἐπίλογος, ut ἐπίμετρον, ἐπίκυκλος, ἐπῳδός.

¶ Evlŏgia, æ, εὐλογία, probabilis convenientia; item, benedictio, segen, glückwünschung, apud Cicer. ad Att. 13 epist. 22. Apud eundem εὔλογον est probabile, consentaneum, ad Att. 13 epist. 6 & 7 & 33, & lib. 14 epist. 22.

¶ Philologia, Philologus, vide infra in P.

¶ Prŏlŏgus, i, πρόλογος, præfatio, die vorrede. In prologis vel poëta aut fabula commendatur, vel adversariis respondetur, vel fabulæ argumentum exponitur, vel hæc omnia fiunt promiscue. Species enim prologi sunt: συστατικὸς, *commendatitius*, ἀναφορικὸς, *relativus*, ὑποθετικὸς, *argumentum narrans*, & μικτὸς, id est, *mistus*. *Prologos scribere*, Terent. Andr. prol. v. 5. *Non debet prologus enormior esse quam fabula*, Spartian. Ælio Vero c. 1. ¶ 2. Est & *Prologus* is, qui prologum recitat, der vorredner. Ter. Heaut. prol. v. 11 *Oratorem voluit esse me, non prologum.*

¶ Prolŏgium, i, προλόγιον, proloquium, die vorrede. Pacuvius apud Festum: *Quid est? nam me exanimasti prologio tuo.*

¶ Pseudŏlŏgus, i, ψευδολόγος, mendax, qui falsa loquitur, ein lügenredner, 1 Tim. 4 v. 2.

¶ Syllŏge, es, συλλογὴ, collectio, die zusammenfassung.

¶ Syllogismus, i, συλλογισμὸς, ratiocinatio, argumentum, eine schluß-rede, à συλλογίζομαι, ratiocinor. Arithmeticorum vox est: quia ut, cum putamus rationes, primo æra singula notamus, inde summam subducimus: sic argumentatio hæc è duobus pronunciatis colligit tertium. ¶ Ab Aristotele conclusio *Syllogismi* nomine non raro signatur, quia pars ejus potissima est. vid. Quintil. 3 cap. 7, & 5 cap 10 & 14 de *Syllogismo oratorio*; & Sen. epist. 108.

¶ Syllogisticus, a, um, zur schluß-rede dienlich. Quintil. 5 cap. 10 *Cicero statum syllogisticum ratiocinativum appellat.*

¶ Syllogismaticus, a, um, idem. Fulgent. 1 Myth. *Aristotelis syllogismaticum verbiloquium.*

¶ Theologia, Theologus, vide infra in T.

LŌLĪGO, inis, piscis, Græcis τευθὸς & τευθὶς, ein blackfisch, ab humore atramento simili, quo sanguinis loco utitur, ein dintenfisch: Plin. 9 cap. 15. Atramentum enim Germani ac Saxones fere, black, vocant.

Loligo major, ein grosser blackfisch; *Loligo minor*, ein kleiner blackfisch; *Sepia*, ein breiter blackfisch; *Polypus*, ein blackfisch mit füssen, Gesnerus. ¶ 2. Pro livore atque invidia usus Horatius lib. 1 sat. 4 v. 100

hic nigræ succus loliginis, hæc est
Ærugo mera.

¶ Loligiuncŭla, æ, diminutivum, fecit Plautus illud piscis nomen, in Casinâ a. 2 sc. 8 v. 57.

LŎLIVM, i, αἶρα, segetibus inimica, trespen, oder lulch. Virg. 1 Georg. v. 153

Interque nitentia culta
Infelix lolium & steriles dominantur avenæ.

¶ *Lolio victitare*, apud Plaut. in Milite a. 2 sc. 3 v. 50 jocus proverbialis est in lusciosos & cæcutientes, nicht wohl sehen. *Lolio* enim vitium illud inest, ut caliginem oculis inducat. Ovid. 1 Fastorum v. 691

Et careant loliis oculos vitiantibus agri.

Servius in Virg. ecl. 5 *Qui lolium manducant, cæcitatem patiuntur.*

¶ Loliāceus, a, um, von trespen; ut, *farina loliacea*, trespen-mehl, Varro de R. R. 3 c. 9.

¶ Loliārius, a, um, zum trespen dienlich: ut, *cribrum loliarium*, Columella lib. 8 cap. 5.

¶ Loliētum, i, locus lolio obsitus, ein trespen-feld. Gu. Brito Philipp. 5 v. 170 *Per Bajocarum lolieta, per arva Caletum.*

LŌMENTVM, i, λῶμα, farina fabacea, bohnen-mehl. Plin. 18 cap. 12 *Inter legumina maximus bonos &c. Lomentum appellatur farina ea.* Et metaphorice Cœlius ad Cic. 8 fam. ep. 14 *Appio persuasum est, censuram lomentum aut nitrum esse.* Et Martial. lib. 3 epigr. 42

Lomento rugas uteri quid condere tentas?

¶ Lomentārius, i, qui lomentum conficit. Gloss. gr. lat. σμηγματοπώλης, *lomentarius.*

LONCHĪTIS, idis, λογχῖτις, herba foliis scolopendrio similis, sed quæ asperiora ipsa habet, majoraque, spicanten, großspicanten, steinfahren, quæ *Lonchitis* altera est & *aspera* cognominatur. Duplex enim est, prior porri habet folia, sed latiora, flores nigros ceu galericulos, schwartze kappen, pueri vocant, Dioscorides c. 567, & Plin. 25 c. 11.

LONDINIVM, i, Λονδίνιον, Ptolem. al. Londinum, metropolis Angliæ, Londen, de qua urbe jam tum Tacitus scripsit 14 Annal. cap. 33 *Londinium cognomento quidem coloniæ non insigne, sed copia negotiatorum & commeatuum maxime celebre.*

LONGĀBO, ōnis, farciminis genus, quod longius, quàm duo hila, ut docet Varro lib. 4 de L. L. c. 22. Vsus hac voce & Arnobius lib. 7 adversus Gentes.

Longævitas, longævus, longanimus, &c. vide mox *Longus*, & supra *Ævum.*

LONGĀNON, ōnis, masc. intestinum rectum juxta anum excrementa emittens, κῶλον, der mastdarm, Veget. 1 cap. 42. ¶ Item, farciminis genus; ut, *Longanones porcini*, Apicius.

Longinquus, longitudo, &c. vide mox in *Longus.*

LONGVS, a, um, porrectus, lang. *Longus pedes septem*, Plin. 6 cap. ult. *Agmen longum pascitur per valles*, &c. Virg. Æneid. 1 v. 190. *Iter longum*, Horat. 1 satyr. 5 v. 94, eine ferne reise. *Longi versus*, Diomedi lib. 3 p. 493 sunt epici, hexametri. Et, *Nimium longi sumus in rebus apertissimis*, Cicer. 2 de Fin. cap. 27 pr. wir machen allzu viel worte, wir sind weitläufftig, 2c. *Sed nolo esse longus*, Idem lib. 1 Nat. Deor. c. 36, ich will nicht mehr davon sagen. Et, *De omnibus longum est dicere*, Cicer. 3 Verrina cap. 60 formula præcisionis. *In longiorem diem conferre aliquid*, Cæsar 1 B. Gall. c. 40, etwas weit hinaus schieben. *Longior oratio*, Idem lib. 2 cap. 21. *Longissimo agmine magnisque impedimentis*, ibid. lib. 5 cap. 31, & Juvenalis satyr. 3 v. 284

comitum longissimus ordo.

¶ 2. Est etiam diuturnum, mora molestum. Terent. Andr. a. 5 sc. 6 v. 13 *Memini: atque adeò longum est, nos illum expectare, dum exeat*, es will uns lang werden zu warten, biß er heraus gehet. Cic. lib. 11 fam. epist. 27 *nihil sibi longius fuisse, quam ut me videret.* ¶ 3. *Longus homo*, stolidus est Catullo carm. 68, & Martiali *magnus* dictus 7 epigr. 99. Tales enim plerumque sunt, qui nimis proceri & vasti. conf. Voss. lib. 1 Instit. Orator. p. 73, & Taubm. Plaut. Mil. Glor. p. 852.

¶ Longùm, adverbialiter, in die länge, auf lange zeit. Claudian. lib. 2 de Raptu Proserp. v. 234 *Sis memor, ô longumque vale.* Et, *Nec longum lætabere*, i. e. diu, Virg. 10 Æneid. v. 740. conf. ecl. 3 v. 79.

¶ Longè, adverb. procul, ferne, weit, lang: ut, *Longe à mari rus est*, Terent. Eunuch. a. 3 sc. 3 v. 13, weit von meer. *Non longe ab ædibus*, Cicer. 1 de Legib. cap. 1. Et Plautus Cas. a. 2 sc. 6 v. 68 *Scin' tu ruri esse ad villam longe?* Sic, *Longe abesse*, Cicer. de Senect. cap. 16, weit von dannen seyn. *Longe gentium abest*, id est, quam maxime longe, Idem ad Att. lib. 6 epist. 3. Et, *Longe lateque diffusum*, weit hin und wieder zerstreuet, Idem de Finib. lib. 2 cap. 34. Dicimus &, *Longe doctior, longe doctissimus*: Horat. lib. 1 satyr. 5 v. 3 *Græcorum longe doctissimus.* Et Cicer. lib. 1 de Orat. cap. 11 *princeps longe omnium in dicendo gravissimus & eloquentissimus Plato.* Sic, *Longe aliter, longe secus*, weit oder viel anders. Cicer. pro Domo cap. 16 *Longe aliter, atque à me dicta sunt, detulerunt.* Idem Partit. Orat. cap. 5 *Omnia longe secus.* Et, *Longe ante videre venientia*, Idem Tusc. 3 cap. 14, lange zuvor, lange vorher. *Longe errare*, weit fehlen, Terent. in Adelph. a. 1 sc. 1 v. 40. Et, *Longiùs abire*, weiter gehen: *longius abesse*, etwas weit von hinnen seyn. *Longiùs prodire*, Cæsar lib. 1 B. Gall. c. 48. *Provinciæ longissime absunt*, ibid. cap. 1. Et, *Longissime abesse à vero*, Cicer. 4 Acad. cap. 11. ¶ Virgil. 12 Æneid. v. 52 *Longe illi Dea mater erit*, id est, nihil proderit, nihil juvabit, ut longè esse videatur. Absentes enim nihil opis possunt conferre. Plinius Paneg. cap. 49 *Longeque tunc illi divinitas sua.* Ita non semel & Florus usus est: e. g. 2, 2, 8 *Longe illis nauticæ artes*, &c. Hinc Freinshem. in Indice ad Flor. mallet in Cæs. B. G. 1 c. 36 *Longe iis* (pro *Longe ab his*) *fraternum P. R. nomen futurum.* Certe Davisius, qui Cantabrigiæ Cæsaris Comment. edidit, MS. uno & editis nonnullis fretus particulam *ab* omittendam judicat. vide Lipsium & Livinejum ad modo citatum Plinii locum: itemque Barthium ad Rutilium lib. 1 v. 335. ¶ *Longius*, diutius, länger hinaus: Virg. Æneid. 5 v. 461

procedere

procedere longius iras.

¶ Longiter pro *longe* Lucretius dixit: ut lib. 3 v. 682

Non, ut opinor, ea ab telo jam longiter errat.

Similiter alibi *Vniter* dixit. Et lib. 5 v. 133

Sic animi natura nequit sine corpore oriri
Sola, neque à nervis, & sanguine longiter esse.

¶ Longŭlus, a, um, diminut. etwas lang. Cicero ad Attic. lib. 16 epist. 13 *Longulum sane iter.*

¶ Longulè, adverb. idem. Plaut. prologo Menæch. v. 64, & Terentius Heaut. a. 2 sc. 2 v. 10 *Haud longule ex hoc loco.* Apul. Florid. 1 *Neque longule dissita*, nicht weit abgelegen, ein wenig ferne.

¶ Longiuscŭlus, a, um, à *Longius* diminutivum, eben oder etwas lang. Cicero pro Archia cap. 10 *Epigramma alternis versibus longiusculis.*

¶ Longĭtūdo, ĭnis, die länge und weite: ut, *Longitudo itineris*, Cicer. Philipp. 9 cap. 1, & *orationis*, Idem Partit. cap. 17. Et, *Consulere in longitudinem*, elegans apud Terentium locutio in Heaut. a. 5 sc. 2 v. 10, bedencken wo es heut oder morgen hinaus will.

¶ Longitia, æ, idem. Occurrrit apud agrimensorem Innocentium edit. Gœsii p. 230 & 241, & Auct. de Limit. p. 271.

¶ Longisco, ĕre, longum fieri, lang werden. Ennius apud Nonium c. 2 n. 506 *Neque corpora firma longiscunt quicquam.*

Idem: *Cum sola est, eadem faciunt longiscere longe.*

¶ Longo, āre, lang machen, längern. Fortunat.

Tempore longatur, sed variatur amor.

Composita hujus verbi vide paullo post.

¶ Longŭrius, i, masc. pertica longa, ein hebe-baum, eine stange: item, ein stand-baum so man zwischen die bösen pferde einlegt, Varro R. R. 2 c. 7, & Cæsar 7 de B. G. c. 84, & lib. 2 de B. C. c. 11.

¶ Longurio, ōnis, homo longæ staturæ, ein langer mensch. Varro apud Nonium cap. 2 n. 484 *qui ante me est nescio qui longurio.*

¶ Longinquus, a, um, remotus, distans, ferne, weit, entfernet. *Venire è longinquo*, Plin. 10 cap. 42. Et, *Homo longinquus & alienigena*, Cicero pro Dejotaro cap. 3, id est, longe habitans: quemadmodum eidem Ciceroni *propinqui* appellantur, qui propius habitant. *Longinquum tempus*, id est, longum, diuturnum. Nepos Themistocle cap. 4 *Qui si discessissent, majore cum labore & longinquiore tempore bellum confecturum.* Similiter *longinquam oppugnationem* Cæsar dixit lib. 3 de Bello Civil. cap. 80. Itemque Lucilius *bene longinquum morbum.* *Bene*, id est, valde, eine langwierige kranckheit. *Longinquiores civitates*, id est, remotiores, Cæsar lib. 1 Bell. Civil. cap. 60. Nam etiam de loco dicitur, sicut *longinquæ provinciæ*, apud Tacit. 1 Histor. c. 76.

¶ Longinque, adverb. von weiten, in der ferne. Ennius apud Nonium cap. 11 n. 49 *Annos multos longinque à domo bellum gerentes.*

¶ Longinquĭtas, ātis, temporis & loci, die länge der zeit, die entlegenheit der örter. *Nihil est, quod longinquitas temporis efficere non possit*, Cicer. lib. 1 de Divinat. cap. 7, lange zeit vermag alles. Et 3 Tusc. c. 16 *Est tarda illa quidem medicina, sed tamen magna, quam affert longinquitas & dies.* Et pro Lege Manil. c. 9 de exercitu Romano in Asia militante: *nimia longinquitate locorum, ac desiderio suorum commovebatur.*

¶ Longinquo, āre, entfernen, ferne wegtreiben. Claud. Mamert. 1 c. 1 *Deum à se longinquare.*

¶ Longiturnus, a, um, langwierig. Vulgat. Baruch 4 v. 35 *Ignis superveniet ei in longiturnis diebus.*

¶ Longitrorsus, adverb. fernerweit: sic dicitur sicut dextrorsus, sinistrorsus. Festus.

¶ Longævus, a, um, alt, betagt, langen alters: ut, *Longævi senes*, alte leute, so lang gelebet haben, Virgil. Æneid. 5 v. 715. De vocis hujus significatione disputatur apud Gellium lib. 2 cap. 16. conf. supra in *Ævum.*

¶ Longævĭtas, ātis, grosses alter. Macrobius lib. 7 Saturn. cap. 5 *De longævitate eorum* [corvorum] *opinio fabulatur.* Et mox cap. 10 *longævitate siccari.*

¶ Longănĭmus, a, um, langmüthig; à Theologis introductum hoc vocabulum, ut exprimerent μακρόθυμον, lenem, tardum ad iram, in ulciscendo remissiorem. ¶ Isidoro 10 lit. L est *Longanimis, e*, qui nullis passionibus perturbatur, sed ad universa sustinenda patiens est, cui contrarius est *pusillanimis.*

¶ Longanimitas, ātis, μακροθυμία, die langmuth, ejusdem censuræ est, ad usus pertinens Theologorum.

¶ Longĭfluus, a, um, langfliessend. Eugenius Toletanus Carm. 25

Ac ne longifluo grandescat epistola tractu.

¶ Longĭpes, ĕdis, longos habens pedes, langfüßig: ut, *Scarabæus longipes*, Plinius lib. 30 cap. 4.

Composita ab initio:

¶ Elongo, āre, erlängern. In Glossario Cyrilli & Onomastico ita μακρύνω, & ἀφίστημι latine vertitur. Forum Rom. Plinio nescio cui tribuit: *Quo maxime tempore dies elongantur.*

¶ Oblongus, a, um, fast lang, länglicht: ut, *Figura oblonga*, Plinius lib. 37 cap. 2.

¶ Oblongŭlus, a, um, diminut. idem. Gellius lib. 17 cap. 9 *Surculi teretes, oblonguli.*

¶ Perlongus, a, um, sehr lang. Cicer. Attico lib. 5 epist. 20 *Perlonga, & non satis tuta via.*

¶ Perlongè, adverb. sehr weit. Terentius Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 61 *Perlonge est: sed tanto ocius properemus.*

¶ Perlonginquus, a, um, valde longinquus, sehr ferne. Plaut. Bacch. a. 5 sc. ult. v. 77 *Id quidem esse haud perlonginquum.*

¶ Prælongus, a, um, valde longus, sehr lang: ut, *Homo prælongus*, Quintil. lib. 6 cap. 4. *Gladii prælongi*, Tacit. lib. 1 Hist. cap. 79. Et, *prælongæ hastæ*, Livius lib. 31 cap. 39.

¶ Prælongo, āre, länger machen. Plin. lib. 11 cap. 2 *Prælongavit pedum crura*, scil. natura insectis.

¶ Prolongo, āre, verlängern, weit ausstrecken, idem Plinio Lexicorum auctores tribuunt, qui lib. 13 cap. 3 pr. dixerit: *Vestes prolongant tempus*: ubi libris est *prorogant.* Eadem ratio est loci Senecæ lib. 5 de Benef. cap. 17 *Vt prolongetur tibi dies mortis.* Nam meliores libri: *Vt prorogetur* &c. Vsus tamen eo est Vulgatus Interpres Psalm. 128 [sec. Hebr. 129] v. 3 *prolongaverunt iniquitatem suam.*

LŎPAS, ădis, λεπάς, fœm. Plauto videtur esse genus conchæ marinæ, in Rudente a. 2 sc. 1 v. 8, eine meerschnecke. conf. Nonius cap. 17 n. 9, & Voss. Etym. in *Lepas* p. 285. Nam concha petris ita arcte adhærens, ut vix avelli queat, Græcis λεπάς.

Loquacitas, loquax, loquela, loquentia, &c. vide mox *Loquor.*

LŎQVOR, lŏcūtus sum, lŏqui, dicere, reden. Varro ad etymologiam allusit lib. 5 de Ling. Latina: *Is loquitur*, inquit, *qui suo loco quodque verbum sciens ponit.* Et, *Loqui paucula*, Terent. Heaut. a. 4 sc. 6 v. 24; *loqui apertè*, Idem Andr. a. 1 sc. 2 v. 31. *Plane & diserte loqui*, Plaut. Amph. a. 2 sc. 1 v. 30, deutlich und vernehmlich reden. *Loqui dilucide*, Cicer. de Orat. 1 cap. 32. *Loqui latine, grammatice*, Quintil. lib. 1 cap. 6. *Rem loqui*, verum, non nugas & verba loqui, Plauto est Epid. a. 2 sc. 2 v. 101. Sed Ciceroni pro Milone cap. 20 *Res ipsa loquitur*, idem est, ac clara & manifesta res est, es liegt am tage. *Forma, lex, ratio, observatio loquendi*, Quintil. 1 cap. 6. Eleganter Seneca epist. 10 *loqui cum Deo*, beten. Ibidem: *Crates adolescentulo dicenti, mecum loquor, cave, inquit, ne cum homine malo loquaris.* Plaut. in Epid. a. 1 sc. 1 v. 57 *Plus scire satius est, quam loqui servum hominem, ea sapientia est*, nicht alles reden was man weiß. Ovid. lib. 2 Art. Am. v. 603

Eximia est virtus præstare silentia rebus;
At contra gravis est culpa, tacenda loqui.

¶ 2. *Loqui*, pro referre, narrare, commemorare, ferre rumoribus, ποιητικώτερον est, fürbringen, erzehlen, sagen. Plaut. Menæch. a. 2 sc. 2 v. 47 *Quos parasitos tu loqueris?* Ibidem a. 5 sc. 9 v. 7 *Quæso adolescens loquere mihi tuum nomen.* Petronius:

quam Musa loquentibus annis
Battiadæ veteris mirando tradidit ævo.

Sidonius Paneg. Anthemii v. 192

nunquam sine laude loquendas.

vide & Livinejum ad Plinii Panegyric. 7 cap. 11, & Nepot. 22, 3, 2.

¶ Lŏquĭtor, āri, frequentativum, immer reden. Plaut. Bacch. a. 4 sc. 7 v. 5, & Apulejus in Floridis extremo lib. 2 de Pythagoræ disciplina *Hoc erat primum sapientiæ rudimentum meditari, condiscere, loquitari, dediscere.*

¶ Loquens, tis, redend, sprechend. Cic. de Leg. 3 cap. 1 *Magistratus lex est loquens, lex autem mutus magistratus.* Nepos 1, 3, 2, & 10, 1, 5 *græca lingua loquens*, ein grieche.

¶ Loquentia, æ, λαλιά, die schwatzhafftigkeit. Ita apud Sallustium pro *eloquentia* legendum, Valerius Grammaticus apud Gellium probat lib. 1 cap. 15. Sallustii verba erunt: *Satis loquentiæ, sapientiæ parum*, de Catilina cap. 5. Sic apud Plinium lib. 5 epist. 20 Julius Candidus non invenuste solebat dicere: *Aliud esse eloquentiam, aliud loquentiam.*

¶ Lŏcūtus, a, um, der geredt hat. Horat. 1 epist. 7 v. 72 *Dicenda, tacenda locutus.* Ovid. Trist. 3 eleg. 1 v. 21 *Lingua furtim titubante locutus.* Et Martial. 8 epigram. 2 *Lingua pariter locutus omni.*

¶ Lŏcūtus, ûs, substant. das reden. Apulejus 2 Florid. sub fin. *passis versibus, soluto locutu, libera oratione.*

¶ Lŏcūtio, ōnis, eine rede, red-art. *Locutio recta, emendata, latina*, Cicer. de Clar. Orat. c. 74. Et, *Locutio græca*, ibidem. Quintil. lib. 1 cap. 10 *Quid tam necessarium, quam certa locutio?* Catull. carm. 62 v. 127 *Fescennina locutio.*

¶ Lŏcūtor, ōris, ein schwätzer: ut, *Importuni locutores*, Gell. lib. 1 c. 15. Et Augustinus Confess. lib. 1 cap. 18 *Pacta litterarum & syllabarum accepta à prioribus locutoribus.*

¶ Lŏcūtŭlejus, i, loquax, blatero, ein verdrießlicher schwätzer: λάλος Græcis. vide Gellium lib. 1 cap. 15 extr. & Casaubonum ad Theophrastum περὶ λαλιᾶς. ¶ Adjective Alcimus 5 v. 148

Sueta locutuleis fundet succumbere ranis.

¶ Lŏcūtius, i, qui & *Ajus Locutius*, ab ajendo & loquendo, Deus apud Romanos. Nam quum noctu esset audita vox humanâ major, quæ juberet, ut monerent senatum, Gallos adventare, providerent igitur, ne urbs caperetur; non dubitarunt Dei alicujus vocem esse. Cujus nomen quum ignorarent, à reipsa eum *Ajum Locutium* appellarunt templumque ei condiderunt. vid. Livius lib. 5 cap. 50, & Cicero lib. 2 de Divinat. cap. 32.

¶ Lŏquax, ācis, verbosus, gesprächig, von vielen worten: ut, *Epistola loquax*, id est, longa & verbosa, Cic. ad Atticum lib. 4 epist. 14. Et, *Senectus naturâ loquacior*, Idem de Senect. cap. 16. *Vnus omnium loquacissimus, & minime aptus ad docendum*, Idem lib. 8 ad Attic. epist. 4. Sic & *ranæ loquaces*, Virg. 3 Georg. v. 431.

¶ Lŏquācĭtas, ātis, garrulitas, die schwatzhafftigkeit, viel worte. Cicero Torquato lib. 6 epist. 4 *Facit autem non loquacitas mea, sed benevolentia longiores epistolas.* Idem Attico lib. 7 epist. 13 *Loquacitati ignosces, quæ & me levat, ad te quidem scribentem; & elicit tuas litteras.*

¶ In meliorem partem usus est pro *facundia* Sidonius Apollinaris Carm. 14 sive præfat. Epithalam.

Eja Calliope, nitente palma
Da sacri laticis loquacitatem,
Quem fodit pede Pegasus volanti &c.

¶ Lŏquaciter, adverb. plauderhafft. Cicero pro Muræna cap. 12 *Loquaciter litigiosus.* Horat. 1 epist. 16 v. 4 *Scribere loquaciter.* Paulinus Nolanus epist. 39 ad Aprum cap. 8 *dum loquacius vos fatigo.*

¶ Lŏquācŭlus, a, um, diminut. a *loquax*, klatschmäulicht, schwatzhafft. Lucret. 4 v. 1158 *flagrans, odiosa, loquacula.*

¶ Lŏquēla, æ, die rede: ut, *Fallax loquela*, Cicer. lib. 4 de Fin. cap. 25 ex Accio, ut Steph. citat: at Gruterus *fallaciloquentia* legit. Tamen Catullus carm. 56 ad Camerium:

Verbosa gaudet Venus loquela.

Et Virg. Æn. 5 v. 842 *fuditque has ore loquelas.*

I. Composita cum nominibus: ut,

¶ Blandilŏquens, blandiloquentia, blandiloquium, blandiloquus, Brevilŏquens, breviloquentia, breviloquus, Cæliloquus, Diviniloquus,

quus, Doctilŏquus, doctiloquax, Dulciloquus, dulcioriloquus, Falsiloquus, Grandiloquus, Inaniloquus, Magniloquentia, magniloquium, magnilŏquus, Maliloquium, Multiloquium, multiloquus, Pauciloquium, Risiloquium, Stultiloquentia, stultiloquium, stultiloquus, Suaviloquentia, suaviloquus, Subtililoquentia, subtililoquus, Superbiloquium, Tardiloquus, Tortiloquium, Vaniloquentia, vaniloquium, vaniloquus, vide sub prioribus membris *Blandus*, *Brevis*, *Cælum*, *Deus*, *Doceo*, *Dulcis*, *Fallo*, *Grandis*, *Inanis*, *Magnus*, *Malus*, *Multus*, *Paucus*, *Rideo*, *Stultus*, *Suavis*, *Subtilis*, *Superbus*, *Tardus*; *Torqueo*, *Vanus*.

II. Composita cum præposit.

¶ Allŏquor, alloqui, anreden, ansprechen. Plaut. Amph. a. 1 sc. 1 v. 232 *Alloqui te perparce liceat obsecro*, laß dich doch gar ein wenig ansprechen. ¶ 2. Consolari, trösten. Varro lib. 5 cap. 7 *Hinc ALLOCVTVM mulieres IRE ajunt, cum eunt ad aliquam locutum consolandi caussa.*

¶ Allocūtio, ōnis, die anrede, der zuspruch. Plinius lib. 2 epist. ult. *Mutat personam, vertit allocutionem.* ¶ 2. Sæpius & consolationem significat, quemadmodum & *alloquium*. Ita enim & Græci παραμυθίας voce, quæ *allocutionem* significat, usi sunt. Seneca Consolat. ad Helviam cap. 1 *Quid quod nobis verbis, nec ex vulgari & quotidiana sumtis allocutione opus erat homini ad consolandos suos*: vide Petr. Victor. lib. 8 Var. Lect. cap. 23, & Muret. lib. 2 V.L. cap. 4.

¶ Allŏquium, i, idem. Livius 1 cap. 34 *Blando alloquio & comitate invitare*, mit einem freundlichen zusprechen an sich locken. *Blandioribus alloquiis prosequi*, Plin. lib. 1 epist. 8. ¶ Pro solatiis Horat. epod. 13 extr.

Illic omne malum vino cantuque levato,
Deformis ægrimoniæ Dulcibus alloquiis.

¶ Antelŏquium, i, das vorwort, die vorrede. Macrobius lib. 7 Saturn. cap. 4 pr. *Omnes prætextato anteloquium detulerunt*, i. e. primas loquendi vices. Symmach. 1 epist. 71 *Quorsum hoc spectet anteloquium, breviter explicabo.* Idem lib. 8 epist. 23 *Anteloquio aliquid complecti.*

¶ Circumlŏquor, loqui, umreden, weitläufftig beschreiben. Ausonius epigr. 146

Cum maxime nunc proloquor
Circumloquentis ambitu.

Et idem Ausonius epist. 16 v. 8

Sed dulcius circumloquar.

¶ Circumlocūtio, ōnis, der umschweiff im reden. Apulejus Apolog. p. 296 *Virile marinum, nescio qua circumlocutione male & sordide nominavit.* Græci περίφρασιν vocant, cum una res non proprio nomine, sed verbis multis significatur. Vsus & latino Arnobius lib. 6 extremo, *sine ullis circumlocutionibus dicere.*

¶ Collŏquor, loqui, gespräch halten, mit einander reden. Cic. de Orat. lib. 1 cap. 8 *Hoc uno præstamus vel maxime feris, quod colloquimur inter nos, & quod exprimere dicendo sensa possumus.* Et, *Colloqui cum aliquo per litteras*, Idem ad Atticum lib. 6 epist. 1. *Colloqui per internuncios*, Nepos Alcibiade c. 5. Et, *Colloqui aliquem*, Plautus Capt. a. 4 sc. 2 v. 53.

¶ Collocūtio, ōnis, die unterredung; ut, *Blandissimæ cum aliquo collocutiones*, Cicer. in Philipp. 2 cap. 2.

¶ Collocutor, ōris, ein sprach-gesell. Tertullianus adv. Praxean. c. 5 *Collocutorem pateris sermonem.* Et Augustinus Confess. lib. 9 cap. 6 *ex persona collocutoris mei.*

¶ Collŏquium, i, die unterredung, das gespräch. *In congressum alicujus colloquiumque venire*, Cic. Philipp. 9 cap. 1. Et, *Omnium colloquio in solitudine carere*, Idem ad Attic. lib. 12 ep. 15.

¶ Elŏquor, loqui, aussprechen, ausreden, apte, ornate, composite, eleganter, copiose dicere, auctore Cicerone lib. 1 de Orat. cap. 11, *Oratoris*, inquit, *nihil vis esse, nisi composite, ornate, copiose eloqui.*

¶ Elŏquens, tis, qui copiose loquitur, beredt, beredsam. *Eloquentis est, qui ad id, quodcunque docet, potest accommodare orationem*, Cic. in Orat. cap. 36. Idem lib. 1 de Oratore cap. 14 *Socrates dicebat, omnes in eo, quod scirent, satis esse eloquentes.* Et eod. lib. cap. 5 *Antonius disertos ait se vidisse multos, eloquentem adhuc neminem.* Sueton. in Galba cap. 3 *Serg. Galba consularis, temporum suorum eloquentissimus.*

¶ Elŏquentia, æ, dicendi facultas singularis, copia, gravitas, die beredsamkeit. *Nihil enim est aliud eloquentia, quam copiose loquens sapientia, una de summis virtutibus, ingenii lumen, & domina rerum, pacis comes, otii socia*, quemadmodum passim Cic. docet, v. g. Partit. Orat. cap. 23 & alibi. Plato dixit: *Eloquentiam esse, Deo grata dicere.* Sed, *Eloquentiam nemini unquam plus profuisse, quam obfuisse*, dixit in quadam declamatione Quintil. Et Cic. 2 Off. c. 14 *Nihil est tam inhumanum, quam eloquentiam a natura ad salutem & conservationem datam, ad bonorum pestem, perniciemque convertere.*

¶ Eloquenter, adverb. beredt. Gloss. Vet. *Eloquenter*, λογίως. Plin. lib. 3 epist. 18 *eloquentius scribere.* Idem, *eloquentissime respondere*, lib. 2 epist. 11. Et, *eloquentissime scribere*, lib. 6 epist. 21.

¶ Elŏquium, i, sermo, facundia, die rede, ausrede, aussprache. Vellej. 2, 68, 1 *Vir in eloquio perfectior.* Statius lib. 4 Silv. 4 v. 65 *cui potentis eloquii virtus est*, ein beredter mann. Silius lib. 3 v. 619 similiter:

Queis erit eloquio partum decus.

Et Juvenalis sat. 10 v. 114

Eloquium ac famam Demosthenis, aut Ciceronis,
Incipit optare, &c.
Eloquio sed uterque perit orator.

¶ Elŏcūtio, ōnis, enarratio, est *idoneorum verborum & sententiarum ad rem inventam accommodatio*, Cic. 1 de Invent. cap. 7, ein bequemes und zierliches ausreden. Auct. ad Herenn lib. 4 c. 12 *Elocutio commoda & perfecta, quæ maxime admodum oratori accommodata est, tres res in se debet habere, elegantiam, compositionem, dignitatem.* Hinc est, quod exornationem orationis, eam maxime, quæ per tropos & figuras fit, artifices *elocutionem* appellant.

¶ Elocūtor, ōris, ein redner. Ennod. 1 cap. 1 *blandus elocutor.*

¶ Elocutorius, a, um, rednerisch. vide Quintil. in *Elocutrix*.

¶ Elocutoria, &

¶ Elŏcūtrix, īcis, eine rednerin. Quintil. lib. 2 cap. 15 *Oratoria sic efferetur, ut elocutoria: oratrix, ut elocutrix.*

¶ Elocutilis, (Eloquutulis,) e, rednerisch. Apulejus Met. lib. 11 p. 240 *Copia eloquutilis facundia.*

¶ Inelŏquens, tis, unberedt. Lactantius de Opific. Dei cap. ult. *M. Tullius, eloquentiæ unicum exemplar, ab indoctis & ineloquentibus, qui tamen pro vero nitebantur, sæpe superatus est.*

¶ Ineloquibilis, e, ineffabilis, unsäglich, unaussprechlich. Lactant. lib. 7 cap. 11 *Divinos & ineloquibiles immortalitatis suæ fructus capit.*

¶ Perelŏquens, tis, wohl beredt. Cic. de Clar. Orat. cap. 70 *In consulatu pereloquens visus est.*

¶ Interlŏquor, loqui, darzwischen reden. Terent. in Heaut. a. 4 sc. 3 v. 13 *Siccine mihi interloquere?* sollst du mir also ins wort fallen?

¶ Interlocūtio, ōnis, die einrede. Gellius lib. 14 cap. 2 *Qui judicat, crebis interrogationibus necessariisque interlocutionibus & suos sensus aperiat, & litigantium deprehendat.* Quintil. 5 cap. 7 *Brevi interlocutione patroni refutandus est.*

¶ Oblŏquor, loqui, entgegen reden, widersprechen: ut, *Ferocissime oblocuti erant*, Curt. lib. 10 cap. 2 extr.

¶ Oblocūtor, ōris, qui alteri detrahit, ein widersprecher. Plaut. in Milite a. 3 sc. 1 v. 48 *Obloquutur non sum alteri*, ich halte nicht widerpart.

¶ Obloquium, i, contradictio, calumnia, die widersprechung. Sidonius lib. 7 epist. 9 in subnexa concione: *Nosse vos par est, in quas me obloquiorum Scyllas turbo conjecerit.*

¶ Prælŏquor, loqui, præfari, die vorrede thun, vorher reden. Plin. lib. 8 epist. 21 *quod mihi caussam præloquendi dedit.*

¶ Prælocutio, ōnis, eine vorrede. Frontinus præfat. lib. 3 Strat. *Nec morabor ulla prælocutione.* Et Seneca Excerpt. controv. lib. 3 præfat. p. 426 *Silo haberetur disertus, si à prælocutione dimitteret.*

¶ Prolŏquor, loqui, profari, efferre loquendo, heraus reden, darthun. Terent. in Andr. a. 1 sc. 5 v. 21 *Censen' ullum me verbum potuisse proloqui?* meinst du auch, daß ich ein wort habe machen können? *Proloqui cogitata*, Idem Phorm. a. 2 sc. 1 v. 5.

¶ Prolŏquium, i, exordium, ein eingang oder vorrede. ¶ 2. Ἀξίωμα, propositio; Gell. lib. 5 cap. 10 *Proloquium disjunctivum*: & lib. 16 c. 8 ex M. Varrone: *Proloquium est sententia, in qua nihil desideratur.*

¶ Relŏquor, loqui, nachreden. Varro lib. 5 L. L. cap. 7 ad sacra refert. *Dicuntur*, inquit, *eloqui & reloqui in fanis Sabinis.*

LŌRA, æ, δευτερίας, liquor ex uvarum folliculis, & acinis post mustum affusa aqua expressus, lauer, lauerwein, tresterwein, [*Acinaceum* Vlpianus vocat,] daturque servis pro potu. vide Varr. de R.R. lib. 1 cap. 54. Catoni cap. 25 *Lorea* vocatur. conf. Juvenal. sat. 5 v. 165 *de paupere lora.*

Loramentum, lorare, lorarius, loreus, vide *Lorum*.

LŌRĪCA, æ, χιτών, à *loris* dicitur, ein pantzer, brustharnisch. Antiqui enim faciebant à *loris de corio crudo pectoralia.* Recte autem *Pectoralia* Varro dixit: antiqui enim pectus tantum tegebant armis: tergum nudum relinquebant. Inde enim & *Thoracis* nomen est. Polybius καρδιοφύλακα hoc monumentum eâdem de causâ vocat. Lutatii, Scholiastæ Statiani, in istam rem locum notavimus supra in *Cæcus*: ubi docemus, quos Maro *parietes cæcos*: & quod Sallustius *Cæcum corpus* dixerit. *Loricarum lintearum* mentio apud Suetonium in Galba c. 11, ubi vid. Casaubonus: itemque apud Nepotem in Iphicrate. Cic. pro Flacco cap. 17 *Mithridates ambulat cum loricâ, metuit enim.* Virgil. Æneid. 9 v. 707

Nec duplici squama lorica fidelis & auro.

conf. Æn. 10 v. 485. Juvenalis satyr. 11 v. 30

Nec enim loricam poscit Achillis
Thersites.

¶ 2. *Lorica*, projectura & semifastigium est, quod parietibus imponitur, ein schirmdächlein, Vitruv. lib. 2 cap. 8, & lib. 7 cap. 1. ¶ 3. Corium ex calce & arena, quod parietibus & pavimentis inducitur, ein tünchwerck, bewerffung mit kalck, Vitruv. lib. 7 cap. 1. ¶ 4. Est & munimenti castrensis genus, eine brustwehr, schantze. vide Lips. lib. 2 Poliorceticon Dial. 2, itemque Stewechium ad Veget. p. 275.

¶ Lōrīcŭla, æ, diminut. eine kleine brustwehr. Hirtius 8 Bell. Gall. c. 9 *quorum frontes viminea loricula munirentur.*

¶ Lorīco, are, loricâ induere, bepantzern, einen pantzer anlegen. Plin. 8 cap. 24 *Pluribus coriis se loricare.* ¶ Et altera notione *Loricare parietes* Varro lib. 1 de re rust. cap. 24 dixit, pro incrustare, & calce obducere, mit kalck bewerffen.

¶ Loricatus, a, um, gepantzert; ut, *loricati milites*, Hirtius B. Hisp. cap. 4. *Loricata statua*, Liv. 23 cap. 19 extr.

¶ Loricatio, ōnis, ein überzug, ex architectonica significatione, actus, quo lorica seu incrustatio ædificio inducitur. Vitruvius lib. 7 cap. 1 *Coassatio clavis fixa præbeat contignationi loricationem.* conf. l. 79 fin. ff. de Verb. signif.

¶ Loricārius, i, ein pantzermacher. Gloss. gr. lat. θωρακοποιὸς, *loricarius.*

¶ Lorīcifer, a, um, der einen pantzer trägt. Eæd. Gloss. θωρακοφόρος, *loricifer.*

¶ Dilorīco, are, loricam solvere, exuere: item, vestes quascunque dissolvere, entpantzern, aufschnüren, von einander zerren. Cic. de Orat. 2 cap. 28 *non dubitavit ejus diloricare tunicam.* Et Apulej. Met. 6 *Involat in eam vestemque diloricat.* Hinc

¶ Diloricatus, a, um, aufgeschnürt, aufgelöst. Idem Apulejus lib. 7 p. 191 [Pric. p. 138] *Diloricatis statim pannulis.* Vbi Pricæus ex Hegesippi 1 cap. 25 addit: *Amictu diloricato.*

Loripes, vide mox in *Lorum*.

LŌRVM, i, λῶρον vel λῶρος, a recentioribus Græcis usurpatum, corrigia, ein riemen, strick. Terent. Adelph. a. 2 sc. 1 v. 20 *Atque ibi usque ad necem operiere loris*, du wirst mit peitschen gestrichen werden. *Loris cædere*, Cic. dixit 8 Philipp. cap. 8. Multa eorum mentio apud Plautum. ¶ 2. *Lora* etiam habenæ dicuntur, zügel. *Corripe lora manu*, Ovid. 2 Met. v. 14. Eruditum est apud Plutarch. Ἐκ τοῦ βοὸς τοὺς ἱμάντας λαμβάνειν, *Ex ipso bove lora sumere*; hoc est, *Quo lædis aliquem, ex ipso*

ipso, quem la tis, sumere. vide Chiliad. ¶ 3. *Lorus*, eine karbatsche, alia forma apud Apulejum Met. 3 *lorum quempiam sinu depromere.*

¶ Lōrārius, i, lictor, tortor, ein steckenknecht, häscher, peiniger. Gellius lib. 10 cap. 3 extremo: *Hi sequebantur magistratus, tamquam in scenicis fabulis, qui dicebantur lorarii, & quos erant jussi, vinciebant, aut verberabant.*

¶ Lōro, are, loris constringere, verbum, unde superest participium

¶ Loratus, a, um, loris constrictus, bewunden mit riemen. Auctor Moreti extremo carmine:

Sub juga parentes cogit lorata juvencos.

¶ Lōramentum, i, ligamentum ex loris, ein bund, eine schnur. Justinus lib. 11 cap. 7 extr. *Cum capita loramentorum inter nodos abscondita reperire* (Alexander) *non posset, gladio loramenta cædit.*

¶ Lōreus, a, um, adjectivum, von riemen; ut, *Loreus funis*, ein lederner strick, Cato cap. 12. *Lorea latera facere*, pro loris lacerare, Plaut. Mil. a. 2 sc. 2 v. 2.

¶ Lorĭpes, ĕdis, krummfüßig. Juvenal. sat. 2 v. 23

Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus,

der eines andern gebrechen spotten will, soll nicht selbst gebrechlich seyn. *Carere* enim *debet omni vitio, qui in alterum paratus est dicere*, quemadmodum Cicero dixit in Sallustium.

¶ Monoloris, Diloris, Triloris, Penteloris, e, Vopisci verba sunt, Aureliano cap. 46, quibus vestes militares ex numero lororum distinguit.

Lotio, vide *Lavo.*

LŌTIS, ĭdis, Nympha, quæ fugiens Priapum in *Loton* arborem conversa esse fingitur. vide mox loca Ovidii in *Lotos.*

Lotium, vide *Lavo.*

LŌTOS, vel Lotus, i, λωτὸς δένδρον, arbor Africæ familiaris, ubi *Celtis* dicitur. Nomen accepisse fingitur à *Lotide* Nympha in eam commutata, qua de fabula Ovid. lib. 9 Metam. v. 347, & Fast. 1 v. 416. Ceterum est pyri magnitudine, aut paullo minori, fructumque fert magnitudine fabæ, tanta dulcedine, ut advenas ibi morari longius & patriæ oblivisci faciat. Vnde proverbium *Lotum gustasti*, de iis, qui justo diutius in peregrinis regionibus hærent. vide Chiliadas & Plin. lib. 13 cap. 17. Quidam volunt esse canniam sacchari, quam appellant γλυκοκάλαμον. Homer. Odyss. 9 v. 12. Plin. lib. 7 cap. 16. Theophrasto herba quædam est suavissima, & esculenta: de qua intellexisse videtur & Quintil. lib. 5 cap. 8, Idem testatur Plinius lib. 22 cap. 21. ¶ 2. *Lotos* pro tibia poëtis ponitur, quod illæ ex ligno arboris fieri solitæ, eine pfeiffe. Festus: LOTOS *arboris genus, ex cujus materia frequenter tibiæ fiebant.* Ad cavandum enim apta. Ovidius Fast. 4 v. 190

horrendo lotos adunca sono.

Et Silius Italicus lib. 8 v. 505 de Marsya:

Mygdoniam Phœbi superatus pectine loton.

Sic, *strepere ad Phrygiam loton*, Idem dixit lib. 11 v. 432. ¶ 3. Est & *Lotos Ægyptiaca*, & *Lotos urbana* & *silvestris*, planta seu herba, *Melilotos*, μελίλωτος, & *Sertula Campana*, steinklee, taubenkröpflein, welscher steinklee, *Melilotus Italica.* Tragus *Trifolium* odoratum vocat, siebengezeit: vera enim melilotos gratissimum habet mellis odorem, unde nomen ipsi.

¶ Lōtŏmetra, æ, λωτομήτρα, panis genus, Plin. 22 cap. 21.

¶ Lōtŏphăgi, orum, Λωτοφάγοι, populi Africæ minoris, loto arbore victitantes. Plin. 5 cap. 4, & Ovid. de Rem. am. 2 v. 393. Eleganter Paulinus epist. 16 n. 7 *Lotophagos oblitteratores patriæ* dixit. vide supra in *Oblitterator.*

¶ Lotophagia, æ, Pharos insula: & ¶ *Lotophagite*, insula alia *Meninx* ad minorem Syrtim, Plinio auctore lib. 5 cap. 7.

Lotrix, lotura, lotus, vide *Lavo.*

LŎVĀNIVM, i, urbs Brabantiæ ampla & munita, ubi Academia celebris, Löven. A Julio Cæsare condita creditur. vide Lipsii *Lovanium.*

LOXIAS, æ, Λοξίας, Apollo dictus, quia obliquis & obscuris ambagibus responsa dabat consulentibus; vel quia sol obliquis flexibus cælum percurrit. vid. Macrob. Saturn. 1 cap. 17.

LVA, æ, dea a luendo expiandoque dicta, præerat lustrationibus & lustris. Ejus mentio apud Livium 8 cap. 1. vid. Turneb. Advers. 16 cap. 20, & 23 cap. 22.

Lubet, lubens, &c. vide *Libet.*

LVBRĬCVS, a, um, schlüpfferig, glatt, da man bald kan ausgleiten und fallen, a verbo *labare* vel *labi.* Silius lib. 3 v. 518

Tum qua durati concreto frigore collis
Lubrica frustratur canenti semita clivo,
Luctantem ferro glaciem premit.

Et Propertius lib. 4 eleg. 4 v. 49

Lubrica tota via est, & perfida, quippe tacentes
Fallaci celat limite semper aquas.

Est & *Lubricus anguis* Virg. Æn. 5 v. 84. Et, *In lubrico versari*, Cic. in Oratore cap. 28, in gefährlichem wege gehen. *Oculi lubrici*, Idem Nat. D. lib. 2 cap. 57, die im kopffe hin und her gehen. Sic, *Ætas lubrica*, *Adolescentia lubrica*, per Metaph. h. e. prona in lapsus & errores, die jugend, die ihr selbst nicht mächtig, und bald zu verführen ist. Cicer. pro Cœlio cap. 17 *Lubricæ viæ sunt adolescentiæ, quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix potest.* Idem in Philipp. 5 cap. 18 *Dominandi cupiditas præceps & lubrica.* ¶ *Lubricum linguæ*, incontinentia, substantive. Modestinus Lege 7 § 3 Dig. ad L. Jul. majestat. *Nec lubricum linguæ ad pœnam facile trahendum est.* Sed *Lubricitas* sine exemplo dicitur. Classici aliter: e. g. Plin. lib. 2 epist. 3 *In hoc lubrico ætatis.* Tacit. Hist. lib. 2 cap. 85 n. 5 *lubrico viæ.*

¶ Lubrice, adverb. liederlich. Cic. Philipp. 2 cap. 24 *Lubrice versatus in bello est.* Ita ex vetusto codice in Foro Rom.

¶ Lubrĭco, are, lubrĭcum efficere, schlüpffrig machen, glätten. Juven. sat. 9 v. 173 *Qui Lacedæmonium pytisinate lubricat orbem.*

vide ibi interpretes. Adde Prudent. Pass. Petri & Pauli v. 35 *Lubricat clivum.*

¶ Lubricatus, a, um, geglättet; ut, *lapis lubricatus*, Arnob. lib. 1 p. 22.

¶ Illubrĭco, are, idem. Apulejus lib. 2 Metam. p. 117 [Pric. p. 25]

Membra sua leniter illubricans. Vbi agilitas expedita & quasi lubrica significatur.

LV̄CA, æ, *Bos Luca* antiquioribus Latinis elephas dicebatur, ein elephant. vid. Plin 8 c. 6. Ennius apud Varronem lib. 6 de Lat. Ling. cap. 3 *Prius pariet locusta Lucam bovem:* & Lucret. lib. 5 v. 1301

Inde boves Lucas turrito corpore tetros,
Anguimanos belli docuerunt vulnera Pœni Sufferre.

Auson. epist. 15 ad Tetradium:

Cur me propinquum Santonorum mœnibus
Declinas, ut Lucas boves
Olim resumto præferoces prælio
Fugit juventus Romula?

Seneca Hippolyto v. 351 *amat insani*
Bellua Ponti, Lucæque boves.

Cur autem elephantes dicti sint Lucæ boves, non satis convenit. Ælius apud Varronem l. c. *Lucas*, quasi Libycos dictos censet: Virginius vero, quasi *Lucanos*: ab eo quod Latini nullum animal grandius bove viderant, & quod primum in Lucanis viderant bello Pyrrhi. Varro vero a *Luce* dictos censet, quod relucerent propter inauratos clypeos, quibus eorum ornatæ erant turres. Virginii sententiam & Isidorus sequitur lib. 12 Orig. cap. 2, quam & Scalig. probat in Appendice ad Conjectanea, contra Varronem. Et videntur ei Lucani antea dicti *Lucæ*; ut *Luca*, aut *Lucus* potius, & *Lucanus* idem sit. Observat & Lipsius quædam, quæ huc faciunt lib. 2 Elector. cap. 4. ¶ 2. *Luca* etiam Galliæ Cisalpinæ urbs est: quam tamen Plinius lib. 3 cap. 5 Hetruriæ facit oppidum. conf. Bernegg. ad Sueton. Cæsar. cap. 24.

¶ Lucensis, e, qui in ea urbe Luca habitat, vel ex ea ortus. Cic. 13 fam. ep. 13 *Lucense municipium.* Martial. 1 epigr. 2

Libertum docti Lucensis quære secundum.

LV̄CĀNIA, æ, Italiæ regio juxta inferum mare inter Campaniam & Bruttios. vide Geographos. Horatio lib. 2 satyr. 1 v. 38 *est violenta Lucania.*

¶ Lūcānus, i, plur. Lucani, incolæ. Livius lib. 22 cap. 42 *turma Lucanorum. Lucani appellati dicuntur, quod eorum regio sita est ad partem stellæ luciferæ; vel quod loca cretosa sunt; id est, multæ lucis; vel à Lucilio duce, vel quod primitus in luco consederunt.* Festus.

¶ Lūcānus, a, um, adjectivum; ut, *Lucana pascua*, Horat. 1 epod. v. 28. *Lucana amica*, Idem 1 epist. 17 v. 21. *Lucanum mare*, Statius 3 Silv. 1 v. 85.

¶ Lūcānĭca, æ, genus farciminis porcinis carnibus infarcti, eine bratwurst. Martialis lib. 13 epigr. 35

Filia Picenæ venio Lucanica porcæ.

LV̄CĀNVS, i, poëta magni ingenii, magni spiritus. Natus est Cordubæ in Hispania, patremque habuit Annæum Melam, sive Mellam, Senecæ Rhetoris filium, Philosophi fratrem. Floruit sub Nerone, cui primum carus & gratus, mox ut æmulus invisus & aversatus; denique retecta conjuratione Pisoniana, cujus & ipse socius, damnatus & mori jussus, permisso tamen libero mortis arbitrio. Scripsit præter X illos Pharsaliæ, quos habemus, libros alia plura: *Saturnalia, Tragœdiam Medeam, de Incendio Vrbis, de Incendio Troico, Silvarum* lib. X, *Orphea* & alia, quæ veteres Grammatici enumerant in ejus vita. Maxime illum sua ætas mirata est. Quintilianus *ardentem & concitatum & sententiis clarissimum, oratoribus tamen magis, quam poëtis annumerandum censet* lib. 10 cap. 1. Quo fortasse Martialis respexit hoc de Lucano epigrammate 194 lib. 14

Sunt quidam, qui me dicunt non esse poëtam:
At, qui me vendit, bibliopola putat.

Ille ipse Martialis honorificentissimam ejus mentionem passim facit, & tamquam summum poëtam admiratur. Auctor Dialogi de caussis corruptæ eloquentiæ ita meminit: *Exigitur jam ab oratore poëticus decor: non Attici aut Pacuvii veterno inquinatus; sed ex Horatii & Virgilii & Lucani sacrario prolatus.* Nimius videtur fuisse Statius, qui eum non cum Homero & Virgilio componere solum, sed iis ipsis præponere voluit in lib. 2 Silv. ult.

Nos non tam duri gestamus pectora Pœni.

Nostra ætate Scaligeri non ita bene de eo sensisse videntur. Sane pater poësin ejus ut *tyrannicam* & *tædii parentem*, sæpe etiam *ineptam*; filius vero & Astronomiam exagitat. Mihi omnium candidissime de Lucano judicasse videtur Daniel Heinsius in de Constitutione Tragœdiæ c. 12. vide & Barth. lib. 53 Advers. c. 6 cumprimis extremo.

Lucar, lucaria, lucaris, vide *Lucus.*

LV̄CĒIVS, i, sive potius Lucceius, ut in antiquis monumentis est, Historicus fuit Romanus, quem Cicero rogat, ut res in consulatu gestas seorsim describat, lib. 5 fam. epist. 12.

Lucellum, Luceo, vide *Lucrum, Lux.*

LVCĔRES, um, prim. ancip. & med. brev. Hoc nomen fuit tertiæ parti populi Romani sub Romulo. Sed hujus nominis caussam non liquere, Livius scripsit. Joh. Annius de Rebus Etruriæ in *Falucer* ita scribit: Lucerum nomen a Lucumone derivatur; Quod Varro doctissimus lib. 4 de L. L. cap. 10 probat auctoribus se antiquioribus & ratione derivationis Grammaticæ. Doctores affert, ut Ennium, qui dicit Romam divisam in tres partes a Romulo, unde tribus dictæ, & eas a tribus ducibus nominatas, *Tatienses* a Tatio, *Ramnenses* a Romulo, *Luceres* a Lucumone, ut ait Junius. Et hæc sunt nomina Etrusca auctore Tolumnio, Tragœdiarum Tuscarum scriptore. Primam produxit Ovidius 3 Fast. v. 132. Sed eamdem corripuit Propertius lib. 4 eleg. 1 v. 31

Hinc Taties Ramnesque viri, Luceresque coloni,
Quatuor hinc albos Romulus egit equos.

¶ Lucerenses, & Lucertes, ium, iidem qui Luceres, sic appellati a *Lucero*, Ardeæ rege, si Festum audimus.

¶ Luceria, æ, civitas Apuliæ, Plin. 3 cap. 11, circa quam lanæ optimæ conficiebantur. De nobili ibi fano Minervæ vid. Strabo lib. 6. Horat. 3 od. 15 v. 13 *Te lanæ prope nobilem tonsæ Luceriam, non citharæ decent.*

Lucerna, &c. lucescit, vide *Lux*.

LVCĔTIVS, i, ita dictus Jupiter, quasi *Lucispater*, vel *Diespiter*. Festus: *Lucetium Jovem appellabant, quod eum esse lucis caussam credebant.* ¶ 2. Est & nomen viri apud Virgil. 9 Æn. v. 570.

LVCIĀNVS, i, Λουκιανὸς, Samosatensis fuit sub Trajano Imperatore Christianæ religionis blasphemus ac contumeliosissimus derisor, quam antéa tamen fuerat professus. Libri ejus græci 171, argumenti omnino varii ac jucundi, exstant. Dedit blasphemiæ suæ pœnas & periit a canibus discerptus, quemadmodum Suidas scripsit, apud quem de Luciano vide plura. conf. Voss. de Hist. Gr. p. 232.

Lucidus, lucifer, lucifugus, &c. vide *Lux*.

LVCĪLIVS, i, latinus fuit Satyricus, qui Diis & hominibus non pepercit, cujus frequenter Horatius meminit in Sermonibus, sed non laudat admodum. *Sapientem* tamen vocat lib. 2 sat. 1, eique libertatem in vitiis reprehendendis tribuit. Quintilianus vero, etiamsi in uno eum reprehendat verbo, tamen eruditissimum vocat hominem lib. 1 cap. 9. Et lib. 10 cap. 1 *In Lucilio*, inquit, *& eruditio est mira, & libertas, & abunde salis.* Cicero lib. 2 de Orat. cap. 9 *C. Lucilius homo doctus & perurbanus dicere solebat, ea quæ scriberet, neque ab indoctissimis, neque a doctissimis legi velle, quod alteri nihil intelligerent; alteri plus fortasse quam ipse.* vide ibi cætera: & adde Plinii locum præfat. Historiæ Naturalis, qui stili nasum eum condidisse scribit, quia Satyram invenit. Lucilii versus aliquos recenset Nonius, ut:

Hunc laborem sumas, laudem qui tibi ac fructum ferat.

Et: *Amici animum quærunt, parasiti divitias.*

Et: *Nihil est in vita proprium mortali datum.*

Reliquias Lucilii omnes collegit & cum notis edidit Franc. Douss, Jani F. Idem *Lucillus* vocatur apud Rutilium lib. 1 v. 613 & 600. ¶ 2. Alius *Lucilius*, Senecæ Epistolis clarus, & Natural. Quæstionum libris, quos ei inscripsit; fuit Procurator Siciliæ, vir eruditus, & studiosus; post ista & poëta insignis, ut ex eodem Seneca constat.

¶ Lucilianus, a, um, adject. ut, *Lucilianus filius*, Cicer. Att. 16 epist. 11.

LVCĪNA, æ, partûs Dea, alias Juno & Diana dicta: a *luco*, qui Romæ Junoni sacer erat in Exquiliis; vel a *luce*, quod oculis & luci præsit; vel ideo maxime, quod ejus beneficio partus edantur *in lucem*, die geburts-göttin. Terent. in Andr. act. 3 sc. 1 v. 15 *Juno Lucina fer opem* &c. Catullus ad *Dianam* Seculari Carmine 35

Tu Lucina dolentibus
Juno dicta puerperis:
Tu potens trivia, & notho es
Dicta lumine Luna.

Plautus Aulul. a. 4 sc. 7 v. 11

Juno Lucina tuam fidem!

Ovid. 2 Fastorum v. 449

Gratia Lucinæ, dedit hæc tibi nomina lucus;
Aut quia principium tu, Dea, lucis habes.

conf. ibid. v. 451. Eadem ἐλείθυια sive εἰλείθυια, qua voce Ovidius etiam & Horatius usi. Quam tamen Junonis filiam, non ipsam Junonem Pindarus facit Nem. ode 12 pr. vide Taubm. ad Plauti Aulul. loco laudato. *Lucretiam* etiam dictam ad Plin. lib. 16 cap. 44 Dalechampius observat, quem ibi vide. ¶ Pro partu ponitur apud Virgil. 3 Georg. v. 60

Ætas Lucinam, justosque pati Hymenæos Desinit.

¶ Lucīnus, a, um, adject. Ita *Lucinas horas* elegantissime dixit Prudentius pro iis, quibus edimur in lucem. Locus est posteriore lib. contra Symmachum v. 222

Lucisator, lucisomnus, vide infra *Lux*.

LVCIVS, i, prænomen Romanum perfrequens. *Lucius*, ait Pompejus Festus, *prænomen primum fuit ejus, qui oriente luce natus est.* Et Varro de L. L. 5 cap. 2 *Lucii nominati, qui prima luce nati.* Martial. 5 epigr. 14 *Post Cajumque Luciumque.* ¶ 2. *Lucius* piscis, qui & *lupus* dicitur, ein hecht; quem Ausonius in Mosella v. 120 describit:

Latio risus prænomine, cultor
Stagnorum, querulis vis infestissima ranis, Lucius.

Lucomones, vide paullo post *Lucumo*.

LVCRĒTIA, æ, nobilis Romana, Collatini uxor, per vim stuprata a Sex. Tarquinio, Tarquinii Superbi, Romanorum regis filio, cultro in pectus defixo seipsam interemit, cúm paullo ante dixisset: *Quid salvi esse potest mulieri, pudicitiâ amissa?* Livius in fin. lib. 1. vide & Ovid. 2 Fastor. v. 741. An seipsam interficiendo recte fecerit, disputat Augustinus lib. 1 de C. D. cap. 19. vide ibi Interpp. ¶ Pro pudica, & unius mariti amante accipitur in illo Petronii: *Cum ego clamarem, gladium strinxit, & si Lucretia es, inquit, Tarquinium invenisti.* Martialis lib. 11 epigr. 105 in Vxorem:

Si te delectat gravitas: Lucretia toto
Sis licet usque die.

LVCRĒTĬLIS, is, mons in Sabinis, in cujus valle Horatius villam habuit. vid. Festus, & Horat. 1 od. 17 v. 1.

¶ Lucretilīnus, a, um, adject. ut, *Lucretilinus sol*, Cic. 7 Att. epist. 11.

LVCRĒTIVS, i, poëta latinus, minor Cicerone 12 annis. Scripsit de natura rerum libros sex, qui exstant. Ovid. lib. 1 Amor. eleg. 15 v. 23

Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti,
Exitio terras cum dabit una dies.

Quintilianus lib. 10 cap. 1 *scriptorem difficilem esse, & qui non faciat ad φράσιν* dixit. *Arduum* vocat Statius, *Magnum* Serenus Sammonicus: Vterque ob materiæ sublimitatem. Phavorinus vero apud Gellium, *ingenio & facundia præcellentem.* Cæterum valde proprie locutus est, & ob id vel maxime legendus. Periit furore, propinato sibi ab uxore Lucilla poculo amoris, pro quo furorem hauserat. De quo Politiani extat illud:

Hic, qui philtra bibit, nimioque insanus amore,
Mox ferro occubuit, sic mentem amiserat omnem.

B. Hieronymus Chronico Eusebiano: *T. Lucretius poëta nascitur: qui postea amatorio poculo in furorem versus, quum aliquot libros per intervalla insaniæ conscripsisset, quos postea Cicero emendavit, propria se manu interfecit anno ætatis XLIV.*

Lucrifacere, vide mox in *Lucrum*.

LVCRĪNVS, i, Campaniæ lacus, sicut & Avernus, inter Bajas & Cumas, a lucro ex piscibus sic appellatus, ut Festus tradit.

¶ Lucrinus, a, um, etiam adject. ut, *Lucrina aqua*, Propert. 1 eleg. 11. *Lacus Lucrinus*, Horat. 2 od. 15 v. 3. *Lucrina conchylia*, Idem epod. 2 v. 49.

¶ Lucrinensis, e, idem; ut, *Lucrinenses res*, Cicer. 4 Att. epist. 10.

Lucror, lucrosus, vide mox *Lucrum*.

LVCRVM, i, quæstus, der profit, genieß, gewinn. Terent. in Heauton. a. 4 sc. 4 extr. *Ne ille haut scit, hoc paullum lucri quantum ei damni apportet*, der weiß nicht, wie grossen schaden ihm dieser kleine gewinn zufüge. Idem Phorm. a. 1 sc. 5 [al. a. 2 sc. 1] v. 16 *in lucro deputare*, für gewinn rechnen. *In lucro ponere*, Cicer. 8 fam. epist. 24. *Ad lucrum revocare*, Idem Philipp. 3 cap. 12. Et, *Lucro apponere*, Horat. lib. 1 od. 9 v. 14. *Lucri bonus est odor ex re qualibet*, Juvenal. satyr. 14 v. 204. Plautus Capt. a. 2 sc. 2 v. 75

Non ego omnino lucrum esse utile existimo.
Scio ego multos jam lucrum luculentos homines reddidit.
Est, ubi profecto præstet damnum facere, quam lucrum.
Odi ego aurum, multa multis sæpe suasit perperam.

Rem facere lucri dicitur pro facere lucrum alicujus rei: ut, *facere rem compendii*, pro, facere compendium alicujus rei: Corn. Nepos Thrasyb. cap. 1 n. 3 *Quæ ille universa naturali quodam bono fecit lucri*, i. e. fecit, ut præclare gesta non collegæ, sed sibi tribuerentur.

¶ Lucrōsus, a, um, vortheilhafftig, zuträglich, da viel gewinns bey ist. *Eloquentia lucrosa*, Dial. de causs. corr. eloq. c. 12. Et, *Lucrosa voluptas*, Ovid. Amor. 1 eleg. 10 v. 35. *Neque est ulla fraus vitæ lucrosior*, Plin. 37 cap. 12 extremo, de gemmis factitiis. *Annona utriusque anni uti, est lucrosissimum*, Idem lib. 18 cap. 31 extr.

¶ Lucrose, adverb. idem. Hieronymus epist. 22 de custod. virgin. cap. 5 *Sub virginali nomine lucrosius pereant.* Mar. Victorius ibi *tutius* mavult.

¶ Lŭcellum, i, diminut. ein gewinnlein. *Dare aliquid lucelli*, Cicer. in 5 Verr. cap. 30. *Facere aliquid lucelli*, ibid. cap. 44 fin. Et Sen. epist. 5 *Hujus diei lucellum tecum communico.* Horat. lib. 1 epist. 18 v. 102 *Quid pure tranquillet; honos, an dulce lucellum.*

¶ Lucror, atus sum, ari, lucrum facere, gewinn treiben, erübrigen, gewinnen. Cicer. in Verr. 7 cap. 24 extr. *certo pretio missos facere nautas: missorum omne stipendium lucrari.* Idem Offic. 2 c. 24 pr. *Non si fuerit, ut locupletes suum perdant, debitores lucrentur alienum.* Statius 9 Theb. v. 779

Quoniam usque moram lucrabere fati.

¶ 2. * *Lucrari dedecora* dicimur, quæ aut non indicantur, aut non puniuntur. Cicer. in Verrem lib. 1 cap. 12 *Lucretur indicia veteris infamiæ.* confer *Lucrificare*, ubi par ratio. *Grævius.*

¶ Lucratus, a, um, der gewonnen hat. Horat. 4 od. 8 v. 18 de Scipione Africano: *Lucratus nomen domita ab Africa.* Idem Art. poët. v. 238

Pythias emuncto lucrata Simone talentum.

¶ Lucratīvus, a, um, gewinn-bringend, nutzbar. Quintil. dixit lib. 10 c. 7 *Neque vero tam ullus est dies occupatus, ut nihil lucrative, ut Cicero Brutum facere tradit, operæ ad scribendum, aut legendum, aut dicendum, rapi aliquo momento temporis possit.*

¶ Lucrĭfacio, ere, idem. Brutus Ciceroni lib. 11 epist. 20 *ut quam plurimum lucrifaciant.* ¶ *Lucrifacere injuriam*, est injuriam impune committere, unrecht thun, und damit frey ausgehen, Plin. lib. 7 cap. 39. Scipio Africanus ad sacerdotem apud Valer. Max. 4, 1, 10 *Traduc equum, & lucrifac censoriam notam*, i. e. a censore non notaberis. Potest etiam dividi eleganter & transponi. vide supra *Lucrum*.

¶ Lucrifio, ĕri, passivum, erübriget, gewonnen werden. Cicero Verr. 5 cap. 46 *Ostendo, in hac una emtione lucrifieri tritici modios C.*

¶ Lucrifactus, a, um, gewonnen. Cicer. Verr. 3 cap. 75 *Omnem pecuniam ex ærario lucrifactam videtis.*

¶ Lucrificābilis, e, ersprießlich. Plaut. Pers. a. 4 sc. 3 v. 46 *lucrificabilis dies*, ein glücklicher tag, da man vortheil hat.

¶ Lucrĭficus, a, um, idem; ut, *lucrifica fortuna*, apud eumdem Plaut. Pers. a. 4 sc. 3 v. 46.

¶ Lucrĭfŭga, æ, masc. der keinen gewinn sucht. Plaut. Pseud. a. 4 sc. 7 v. 33 *Hos huc adigit lucrifugas.*

¶ Lucripĕta, æ, masc. ein gewinnsüchtiger: ut, *Lucripeta fœnerator*, Plaut. Most. Argum. v. 6.

Lucta, luctamen, &c. vide mox in *Luctor*.

Luctifer, luctisonus, &c. vide in *Lugeo*.

LVCTOR, atus sum, ari, ringen, kämpffen, a *Lugeo*. Virg. 6 Æn. v. 643

Contendunt ludo & fulva luctantur arena.

Cicero pro Sylla cap. 16 *Nondum statuo, te virium satis habere, ut ego tecum luctari, & congredi debeam.* *Luctando exerceri*, Nepos Epaminondâ cap. 2 extr.

¶ Lucto, are, active, idem. Terent. Hecyr. a. 5 sc. 3 v. 31 *Annulum dum luctat detrahere.* Et Ennius apud Nonium c. 7 n. 31 *Viri validis viribus luctant.*

¶ Luctans, tis, ringend, streitend: ut, *Luctans anima*, Virg. Æneid. 4 v. 696. *Luctantes venti*, Idem Æneid. 1 v. 57. Et, *Luctantia oscula carpere*, Ovid. Metam 4 v. 358.

¶ Luctatus, a, um, der gerungen hat. Vellej. 2, 63, 3 *dubia fide diu, quarum esset partium, secum luctatus*, da er lange darüber bey sich angestanden.

¶ Luctatus, ûs, substant. pro luctatione, das ringen, der kampff. Plin. 32 cap. 2 *Quem luctatum ejus si forte alius scarus extrinsecus videat.* Tertullianus de Spectaculis cap. 29 pluraliter: *Vis & pugillatus & luctatus?*

¶ Luctatio, ōnis, idem. Cicero de Fato cap. 6 *Cum Diodoro tibi magna luctatio est*, ein groß gekämpffe. Seneca lib. 5 Q. Nat. cap. 13 pr. *Nonnunquam conglobationem illam spiritus rumpit inclusi, & in exitum nitentis luctatio.*

¶ Luctāmen, ĭnis, idem. Virg. Æn. lib. 8 v. 89

remo ut luctamen abesset.

Mamer-

Mamertinus Panegyr. Juliani cap. 4 *Emendatio morum judiciorumque correctio, & difficile luctamen, & periculi plenum negotium est.* Et Lampridius Alexandro cap. 30 *operam luctaminibus mollioribus dare.*

¶ Lucta, æ, idem, ein kampff. Onomast. *Lucta, πάλη.* Ausonius epigr. 93

Ne quis Hylam cæstu, ne quis certamine luctæ
Phegea, ne cursu te, Lyce, prætereat.

Sidonius lib. 2 epist. 1 *Palæstritarum luctas, si involvantur obscenius, casta confestim gymnasiarchorum lucta dissolvit.* Hyginus fab. 273 *Ajax vicit lucta.* Et Augustinus epist. 106 *lucta convincitur.* Habet & Capitolinus in Maximino cap. 6 *exercere luctam*, sed MSS. libri, Palatini præsertim, *luctamina*, ut Salmasius & Gruterus observarunt.

¶ Luctatius, vide infra *Lutatius.*

¶ Luctator, ōris, ein ringer, kämpffer. Plautus *vinum dolosum luctatorem* vocat, quia *pedes captat primum*, in Pseud. a. 5 sc. 1 v. 6. Ovid. in Ibin v. 393

Vt jacet Aonio luctator ab hospite fusus.

Prudentius Cathemer. 2 v. 74

Luctator audax Angeli.

Composita:

¶ Adluctor, ari, idem quod colluctari. Apul. Met. lib. 10 edit. Elmenh. pag. 247 *Me quidem mensam accumbere suffixo cubito, dein adluctari, & etiam saltare sublatis primoribus pedibus perdocuit.*

¶ Colluctor, ari, luctando congredi, miteinander ringen. Plin. lib. 27 cap. 2 *Cum eo solo colluctatur.*

¶ Colluctatio, ōnis, der kampff. Collumella lib. 6 cap. 2 *Ne in colluctatione alter alteri noceat.* Apul. 9 Met. *Colluctationibus Veneris operari*, in dem liebeskampffe fleißig seyn.

¶ Colluctator, ōris, qui cum aliquo colluctatur, ein kämpffer. Lactantius de Opific. Dei cap. 1 *Ille colluctator & adversarius noster scis quam sit astutus, & idem ipse violentus.*

¶ Deluctor, ari, idem quod luctari. Plautus in Persa a. 1 sc. 1 v. 4 *Cum Antæo deluctari mavelim.* Idem active usus est Trin. a. 4 sc. 1 v. 20 *quibus ærumnis diluctavi?*

¶ Eluctor, ari, luctam superare, sich heraus ringen, überwinden. *Locorum difficultates eluctari*, Tacitus Agric. cap. 17. Idem 3 Histor. cap. 59 *nives eluctari.* Et Valer. Flacc. lib. 8 v. 184 *eluctanda via est*, man muß durchdringen, sich hindurch reissen.

¶ Eluctābilis, e, überwindlich, daraus man sich helffen kan. Sen. Nat. Qu. 6 c. 8 *Lacus nec pediti eluctabilis, nec navigio.*

¶ Inēluctabilis, e, quod lucta evinci nequit, unvermeidlich, daraus man sich weder winden noch ringen kan: ut, *Inelectuabile fatum*, id est, insuperabilis vis fati, Virg. 8 Æn. v. 334. Et lib. 2 v. 324

Venit summa dies, & ineluctabile tempus
Dardaniæ, &c.

Et Vellej. 2, 57, 3 *Ineluctabilis fatorum vis.*

¶ Illuctor, ari, in quo luctari, sich bemühen. Statius Theb. 4 v. 790

Et teneris meditans verba illuctantia labris.

¶ Obluctor, ari, adversus aliquid luctari & niti, gegen einem ringen, widerstreben. Virgil. 3 Æneid. v. 38

Aggredior, genibusque adversæ obluctor arenæ.

Et alii cum tertio casu componunt. Silius lib. 8 v. 10 *soli obluctandam Fabio.* Et, *obluctari oblivioni*, Curt. lib. 7 cap. 1 n. 9, sich gerne auf etwas besinnen wollen. Et lib. 6 cap. 6 n. 27 *obluctari difficultatibus*, idem Curtius dixit.

¶ Obluctatus, a, um, der sich gewehret hat. Lucan. 3 v. 662 *Turba morti obluctata.*

¶ Obluctatio, ōnis, die widerstrebung. Arnobius lib. 2 p. 77 *Qui cum suis cupiditatibus pugnant, pertinaci moliuntur obluctatione virtutis.*

¶ Rĕluctor, ari, repugnare, obniti, sich widersetzig machen, widerstreben. Claudian. lib. 2 in Rufin. v. 354

equites poscentia cursum
Ora reluctantur pressis sedare lupatis.

hoc est, equorum cursum inhibent. *Ore reluctanti*, de equo, Ovid. 3 Amor. eleg. 4 v. 14. Et, *Dracones reluctantes*, Horat. 4 od. 4 v. 11.

¶ Relucto, are, active, idem. Apul. Metam. 4 & 6 *reluctare alicui.* Et Fulgent. de Contin. Virg. *Contra omnem furiam sapientiæ & ingenii arma reluctant.* Hinc

¶ Reluctatus, a, um, passive, geweigert, widrig. Claudian. de Raptu Pros. 1 v. 42 *Pene reluctatis iterum pugnantia rebus*, &c.

¶ Reluctatio, ōnis, die widerstehung. Apul. de Mundo: *Terrenæ reluctationes.*

Luctuosus, luctus, vide infra in *Lugeo.*

LV̆CV̆BRO, avi, atum, are, noctu studiis, vel aliis rebus operam dare ad lucernam, des nachts bey licht studiren, schreiben, arbeiten. Ita *lucubrantes ancillas* Livius dixit lib. 1 c. 57. Et Apulejus Metam. 9 *Lucubrare pervigilem farinam* dixit, bey der nacht mahlen: & lib. 6 *Latrones risu maligno nos salutant, & unus e numero sic appellat: Quorsum istam festinanti vestigio lucubratis viam, nec noctis intempestæ Manes Larvasque formidatis?* wohin wollet ihr bey nacht reisen, wandern?

¶ Lucubratus, a, um, bey licht gemacht. Cicer. in Parad. procemio: *Accipies hoc parvum opusculum lucubratum his jam contractioribus noctibus*, bey nächtiger weile, bey licht geschrieben. Martial. lib 4 epigr. 90

Hæc dat nocturnis nox lucubrata Camenis,

i. e. lucubrando transacta, wachsam zugebracht.

¶ Lucubratio, ōnis, die nacht-arbeit, das sitzen bey licht. Plinius lib. 18 cap. 26 *Reliqua opera nocturna maxime vigilia constant: cum sint noctes tanto ampliores. Qualos, crates, fiscinas texere. Faces incidere, ridicas præparare interdiu XXX palos LX, in lucubratione vespertina ridicas V palos X, totidem antelucana* &c. subaudi, *lucubratione.* Colum. lib. 11 cap. 2 *ad lucubrationem vespertinam palos decem conficere, totidemque per antelucanam lucubrationem.* De lucubrationibus veterum vide Muretum in Var. Lect. lib. 18 cap. 13.

¶ Lucubrātiuncŭla, æ, diminut. kleine licht-arbeit. Gellius præfat. *Si cui forte nonnunquam tempus voluptasque erit, lucubratiunculas istas cognoscere.* Vbi pro re ad lucernam facta ponitur. Alibi pro tempore lucubrationis. Ausonius prosa epistolæ 21 *Isti* [versus] *spatio lucubratiunculæ unius effusi*, hoc est, vigilia unius noctis.

¶ Lucubratōrius, a, um, zum nachtsitzen dienlich: ut, *Lucubratoria lecticula*, in qua lucubrare solitus est Augustus, Sueton. ejus vita c. 78, ubi Casaub. videas.

¶ Lūcubrum, i, ita vocabant veteres, quicquid ex materia arida erat ad concipiendum ignem apta, ut sunt sulphurata & arborum fungi putres ad ignem arefacti vel insolati: Scalig. in Moretum Catonis. Nomen a *luceo* est: Sicut a *Polluo*, *Pollubrum*: Ita a *Luceo*, *Lucubrum.* Salmas. Proleg. Exercit. Plinian. pag. 17. vide Plin. lib. 16 c. 40, & ibi Dalech.

¶ Elūcubro, are, ad lucernam elaborare, ausarbeiten des nachts. Activa forma est Columellæ præfat. lib. 10 *Quidquid est istud, quod elucubravimus, propriam sibi laudem non vindicat.* Cicero deponentaliter extulit ad Att. lib. 7 epist. 19 *Nihil habeo quod ad te scribam, quin etiam epistolam, quam eram elucubratus, ad te non dedi.* At participio usus est passive.

¶ Elucubratus, a, um, verfertiget bey licht. Cicer. de Clar. Orat. cap. 90 extr. *Orationes diligenter elaboratæ, & tamquam elucubratæ.* Valer. Maxim. lib. 3 cap. 7 extern. 1 *cunctante stilo elucubratum opus.*

Luculentus, &c. vide in *Lux.*

LV̆CVLLVS, i, clarissimus Romanus, prænomine *Lucius*, qui adversus Mithridatem bella gessit. Ejus vitam scripsit Plutarchus. Adde Cicer. pro Archia c. 4 & Acad. Qu. 2 c. 1. ¶ 2. Alius *Lucullus*, prænomine *Marcus*, Lucii frater patruelis, Macedoniæ proconsul, victor Thracum & Ponticæ oræ. Eutrop. lib. 6 cap. 6 & 8.

¶ Lucullēa, orum, Λευκόλλεια, festi dies Cyzicenorum, in L. Luculli honorem instituti, qui eos obsidione Mithridatica liberaverat. vid. Appian. Alexandrin. in Bello Mithrid. p. 222.

¶ Lucullēus, a, um, adject. ut, *Marmor Lucullеum*, quod in Romam Lucullus invexit, Plin. lib. 36 cap. 6.

¶ Lucullānus, a, um, idem. Sidonius Panegyr. Anthemii v. 511

Lucullanis freta cincta carinis.

LV̆CV̆MO, ōnis, per syncopen *Lucmo*, vocabulum Tuscum, quo rex vel princeps significabatur, ut Servius auctor est in Virg. 3 Æn. ein fürst. Et ita videtur usus Sidonius lib. 5 epist. 7 *Temperat Lucumonem nostrum Tanaquil sua.* Loquitur enim de Chilperico rege. Annius de Rebus Etruriæ in *Luceres*, hunc in modum disserit: *Lucumo* fuit Etruscus, qui post Cœlium Tuscum fuit auxilio Romulo contra Sabinos, ut Dionysius Halicarnasseus in lib. 2 scribit. Cœlius enim primus cum manu sua venit auxilio Romulo contra Ceninenses & alios Latinos, uti Varro ait lib. 4 de L.L. c. 8; Galeritus vero Arbanus Lucumo auxilio fuit Romulo contra Sabinos, & illos devicit. Propert. lib. 4 eleg. 2 v. 51 *Tempore quo sociis venit Lucumonius armis,*
Atque Sabina feri contudit arma Tati, &c.

Idem elegia 1 asserit Galeritum vicisse, posuisse prætoria Romæ primum, indidisse tribubus nomina, & ita ejus auxilio quatuor triumphos Romulum egisse, cum ait v. 29

Prima Galeritus posuit prætoria Lucmo, &c.

Vide Annium loco laudato, & Quæstione 14 de Tuscia, pag. 310; ubi eidem *Lucumo* a *Luca* vocabulo Etrusco, *senem* sive senatorem, & *Moni* (quod rationem notat) supputatorem, dictatoremve significantibus derivatur: Adeoque Lucumo proprie *Senem dictatorem*, latine *Viterbum*, græce *Palæologum* notat. ¶ Aliter Festus: LVCVMONES (*Lucomones*) inquit, *homines insani dicti: quod loca, ad quæ venissent, infesta redderent*, wahnwitzige. Et inde Scaliger interpretatus est locum Ausonii epist. ad Theonem 4 v. 68

Anticipesque tuum Samii Lucumonis acumen:

Quem vide lib. 2 Lect. Auson. cap. 12. conf. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 176. Idem Vossius Etym. p. 296 adstipulatur Josepho Scaligero Notis in Orphei Initia, *Lucumones* esse eosdem ac λυκάονας, a Lycaone rege, de quo infra; & a λυκανθρωπίᾳ, melancholiæ genere, quo qui laborant, noctu luporum instar exeunt, & usque dum lucescat, circa mortuorum corpora versantur, ut adeo λυκάων apud Græcos, & *Lucumo* apud Tuscos ex Arcadia in Italiam venientes utramque habeant notionem, & tum pro rege aut præfecto, tum pro melancholico vel insano sumantur. De *Lucumone*, qui Romæ L. Tarquinius Priscus vocatus, vid. Liv. 1 c. 34.

LV̆CVNTER, ēris, græce λευκάντηρ, ab adspersione albæ farinæ, placentæ genus: dicitur & *Lucuns* & ὑποκοριστικῶς, *Lucunculus.* Varro: *Panis, pemma, lucuns, cibu', qui purissimu' multo est.* Apulejus lib. 1 Metam. *Panes, crustula, lucunculos & complura scitamenta.* vide Scaliger. ad Festum in *Lucunter*, Nonium cap. 2 n. 483, & Turneb. 18 Advers. cap. 20.

LV̂CVS, i, silva densa, religiosa & alicui divo consecrata, ein hain-wald, wahlfart-holtz. Græce ἄλσος est. Quo nomine Homeri interpres quemcunque locum arboribus consitum, habentem aquam, & Diis sacrum, appellari tradit. conf. Barth. ad Stat. Silv. pag. 69 & 101. Cæterum *Lucos* omnes, etsi & aliis Diis dicati, Dianæ tamen nihilo secius sacros esse, Servius ad Virg. 3 Georgic. & Lutatius, vetus Scholiastes Statii ad 4 Thebaid. docet. *Lucus* dictus est per antiphrasin, quod minime sit lucidus, per religionem enim cædi non licuit. Alii tamen aliter. vide quæ diximus in *Antiphrasis.* Annius de Rebus Etruriæ aliter sentit, cui certo certius a *Luca*, i. e. sene seu senatore *Lucus* derivari Aramee atque Etrusce videtur, ut Lucus proprie sit senatorum curiæ templum, affirmatque, Virgilium 7 Æneidos Etruscum hoc vocabulum definivisse his versibus:

Templum augustum, ingens, centum sublime columnis:
Horrendum silvis & religione parentum, &c.

Adi, si lubet, ipsum Annium p. 472 & seqq. Differt *lucus* a *silva*, *nemore* & *saltu*, vide Vallam lib. 4 cap. 56.

¶ Lucāria, orum, festa Romanorum, quæ in luco magno, inter viam Salariam & Tiberim, colebantur: pro eo quod victi a Gallis fugientes in prœlio ibi se occultarant, ut tradit Festus. Varro tamen non a *luco*; sed a *luce* dicta censet lib. 5 de L.L. c. 3.

¶ Lūcāris, e, adject. in luco datus; ut, *Lucaris pecunia*, Festus.

¶ Lucar, āris, merces saltatorum & histrionum. Veteres Glossæ: *Lucar*, *θεατρικόν*. Tertullianus adversus Gnosticos cap. 8 de Johanne Baptista loquens: *Ipse clausula legis & prophetarum, nec prophetes, sed angelus dictus, contumeliose cæde truncatur in puellæ saltricæ lucar.* Exstat hæc vox & apud Liv. lib. 3. vide & Festum in hac voce & ibi Scalig. itemque Lipsium ad Tacitum p. 74, nec non Paull. Leopard. lib. 7 cap. 17, & Marcell. Donatum ad 1 Ann. Taciti cap. 77, & Pamelium ad c. l. Tertulliani, & Cœl. Rhodig. Ant. Lect. 8 cap. 9.

Composita:

¶ Collūco, are, ramos luci officientes amputare, den wald behauen. Cato cap. 139 *lucum collucare*. Colum. lib. 2 cap. 22 *arborem collucare*.

¶ Interlūco, are, idem, sive ramis inutilibus resecatis, lucem arboribus reddere, die bäume beschneideln und licht machen, apud Plin. lib. 17 cap. 23.

¶ Interlucatio, ōnis, die schneidelung der bäume. Plin. lib. 17 cap. 27 *Interlucatio arboribus prodest.*

¶ Oblūcĭno, are, quod Festus *mente errare* exponit, unsinnig seyn, a *luco* Heinsius deducit Notis in lib. 1 Silii: *Antiquis*, inquit, LYMPHARE *idem quod* OBLVCINARE *erat, utrumque* ἐνθεσιάζειν *& furore corripi: ut enim a* luco oblucinare *dicebant, quod lucos sacros Diis æstimarent, & qui in iis multum versarentur, Deorum occursu & præsentiâ furore agitari: Sic eum, cui conspectæ Nymphæ essent,* νυμφόληπτον *vocant, & lymphatum, furiosum nempe & furore divino percitum*, &c. Hæc ille. At vero Scalig. non a *luco*, sed a *luce* videtur ducere, quem vide ad Festum in hac voce: vide & supra *Hallucinor*.

¶ Oblucinā̆mentum, i, pro caligine videtur usurpasse M. Anton. Sabellicus Coccius oratione 4 de præstantia latinæ linguæ in Plautum: *Nemo est*, inquit, *ita rerum humanarum expers, ut Græcorum in hac parte oblucinamenta comparare audeat cum Theologica luce, quæ Romanarum litterarum complexu continetur; nisi forte aliquis aut Anaxagoræ tenebras miretur*, &c.

¶ Sublūco, are, est arbores & ramos earum supputare, & veluti subtus lucem mittere. Festus.

Ludia, ludibrium, ludibundus, ludicrum, ludifico, ludimagister, ludio, ludo, vide mox in *Ludus*.

LŪDUS, i, proprie quodvis ludicrum est, ad animi recreationem, & corporis exercitationem fieri solitum, kurtzweil, kurtzweilig spiel; ut, *Ludus pilæ*, das ballspiel. *Ludus tesserarum, talorum; lusus & lusus aleæ*, bretspiel, würffelspiel. A Lydis hoc nomen esse dicitur, quos id genus ludos excogitasse ajunt. vid. Rhodig. Lect. Ant. 20 cap. 14. Sed &, quicquid fert adolescentia & juvenilis animi prolubium, ut amare, comissare, saltare, & alia hujus generis, *Ludus* & *Ludere* dicitur. Horatius lib 1 epist. 14 v. 36

Nec lusisse pudet, sed non incidere ludum.

Lege & præcedentia: inde cognosces, quid *ludere* & *ludum* vocet. Terentius Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 8

qui si amare occeperit, ludum jocumque
Dices fuisse illum alterum, præut hujus rabies quæ dabit.

Ludum jocumque appellat, quæ longe minora & contemtiora sint, si comparentur cum aliis. Ita nos: gegen dem ists lauter kinderspiel. Livius lib. 28 cap. 42 pr. *Næ sibi P. Cornelio, cum ex alto Africam conspexerit, ludus & jocus Hispaniæ videbuntur*. Sed, *Ludum jocumque quem facere*, einen zum narren machen. vide supra *Jocus*. * *Ludum dare alicui rei*, est indulgere. Sic, *ludum dare ætati*, dixit Cicero pro Cœlio cap. 12 & 18. *Grævius*. ¶ 2. *Ludus* etiam dicitur, ubi habebantur, alebanturque & exercebantur gladiatores, cujusmodi plures erant Romæ: ut ille Æmilius, cujus Horatius meminit de Arte Poëtica v. 32. vide Torrentium ad Suetonii Cæsarem cap. 26. Et ibidem cap. 31 *ludum gladiatorium ædificare*. ¶ Sed & quævis aliæ scholæ *Ludi* appellatæ etiam *litterarum*. Livius lib. 6 cap. 25 *Vidit ludos litterarum strepere discentium vocibus*. Hinc *ludum aperire*, Cicero lib. 9 fam. ep. 18, eine schule eröffnen, sive, anfangen schule zu halten. *Ludum habere*, schule halten: *In ludum itare*, Plin. 9 cap. 8, in die schule gehen. Sic, *Ludus palæstræ, ludus armorum*; item, *Ludus musicus*, die sing-schule. *Ludus litterarum*, Plin. 9 cap. 8, & *litterarius*, Quintil. lib. 1 cap. 4. Terent. in Hecyr. a. 2 sc. 1 v. 6 *In eodem ludo doctæ mihi omnes videntur ad malitiam*. Et ibidem v. 7 *Et ei ludo, si quis usquam est, magistram hanc esse satis certo scio*, sie ist über die schule zur lehrmeisterin gesetzt. Valer. Max. lib. 6 extr. *Magister ludi factus ex tyranno est*, de Dionysio. ¶ 3. *Ludi*, plurale, spectacula dicuntur publica, vel placandæ Deorum iræ, vel pro salute populi, aut gratiæ populi demerendæ caussa edita, schauspiele; ut, *Ludi Apollinares, Megalenses, Funebres*, &c. *Ludos magnificentissimos apparare*, Cic. ad Q. fratr. lib. 3 epist. 8 extr. *Facere ludos Apollini*, Idem de Clar. Or. cap. 20, schauspiele halten. *Celebrare dies festos ludorum*, Idem pro Archia cap. 6. Et, *Ludos instituere*, Quintilianus lib. 3 cap. 8. Hinc *Ludos facere, ludos reddere, ludos præbere*, i. e. spectaculo atque irrisui esse, ein possenspiel anrichten, Terentius Andr. a. 3 sc. 1 v. 21, & Phorm. a. 5 sc. 7 v. 72. *Ludorum* apud Romanos in universum duo erant genera, *Circenses*, & *scenici*. Fuerunt & Ludi sacri, &c.

¶ Lūdio, ōnis, & Ludius, i, histrio, ein spielmann, springer, gauckeler. Livius 7 cap. 2 *Ludiones ex Hetruria acciti, ad tibicinis modos saltantes*, täntzer. Arnobius lib. 4 p. 148 *Si ludius constitit, aut tibicen repente conticuit*. Vide quæ de ludionibus hisce notant, Turneb. lib. 6 Advers. c. 26, Scaliger Pater lib. 1 Poët. c. 4, & Filius ad Catull. Quem tamen notat Salmasius in Histor. August. quod apud Catullum carm. 32 *Lydias undas* in *Ludias* corrigendo mutaverit. Cum & *Ludius*, cum histrionem significat, non a *Ludendo*, sed a *Lydia* nomen acceperit. Nam ludicrum illud Lydorum inventum est, ut Halicarnass. auctor est. Exemplum formæ *Ludius* est etiam Ovidii Art. am. 1 v. 112

Ludius æquatam ter pede pulsat humum.

Et Prudentii Romano v. 222 *Saltat tonantem tauricomem ludius*. ¶ *Ludius* est quoque gladiator; vide Salmas. ad Flor. 3, 20, 3.

¶ Ludia, æ, fœm. eine täntzerin, gaucklerin. Martialis lib. 5 epigr. 25

Hermes cura laborque ludiarum.

¶ Lūdo, lusi, lusum, ludĕre, spielen: ut, *tesseris ludere*, Ter. Adelph. a. 4 sc. 7 v. 21. Et, *Ludum consimilem ludere*, Idem Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 38. *Ludere par impar*, Horat. 2 sat. 3 v. 248, quod etiam Suetonius Aug. cap. 71 habet, *inter cœnam talis sive par impar ludere*. ¶ 2. Et *Ludere*, irridere est, deludere & decipere, spotten. Ter. in Andr. a. 4 sc. 5 v. 48 *Hic ille est, non te credas Davum ludere*. Idem, *Ludere dolis*, pro deludere, Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 94, mit einem betrüglich umgehen. Et, *Ludere operam*, est perdere, Phorm. a. 2 sc. 2 v. 18. ¶ 3. *Ludere versibus*, & *versus*, est scribere versus parum operosos & argumenti minime gravis & serii, ut amatorii sunt. Virg. 4 Georg extr. *Carmina qui lusi pastorum*. Et Ovid. 5 Trist. eleg. 1 v. 7 *Læta & juvenilia lusi*. Horatius 4 oda 9 v. 9 *Non si quid olim lusit Anacreon*. ¶ 4. *Ludere* etiam Venereum est. vid. Barth. ad Script. Venat. p. 183. Catullus Epithal. v. 211

Ludite, ut lubet, & brevi
Liberos date.

Horatius lib. 2 epist. 2 extrema:

Lusisti satis, edisti satis, atque bibisti,
Tempus abire tibi est.

¶ 5. *Ludere* etiam dicuntur, qui in scholis seu ludis gladiatoriis exercentur. Horat. Art. Poët. v. 379

Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis.

Ludere, id est, per ludum, non serio, sed exercendi caussa tantum pugnare. *Armis ludere* Vulcatius Gallicanus dixit. Claudianus de 4 Consul. Honorii v. 538 *Simulacraque Martia ludis.*

Alius poëta: *Maternis caussam qui lusit in ulnis.*

Vbi *Caussam ludere* est declamando se ad caussas agendas exercere. ¶ 6. *Ludere* etiam est saltare, & *undæ ludere* dicuntur, quod motu perpetuo subsiliant, resiliantque, atque sic saltent quasi. Vnde illa Aquilii *Litoris* definitio apud Ciceronem Topicis cap. 7, *Litus esse* dicentis, *quà fluctus eluderet*, hoc est, desineret ludere. Et inde *Ludiæ undæ* Catullo dictæ carm. 32. *Ludiæ*, id est, χορεύουσαι, ut Scaliger præclare explicat. Virgil. eclog. 6 v. 27

Tum verò in numerum Faunosque ferasque videres
Ludere.

id est, ad rhythmi, & cantelæ modum saltare, ut Servius interpretatur. ¶ 7. Paulinus & verbo *ludere* de pictura usus Natali 9 Felicis v. 580 dixit: *Propterea visum nobis opus utile, totis*
Felicis domibus picturâ ludere sancta.

¶ 8. Qua ratione de bellis hoc verbum dicatur, & prœliis, vid. apud Corvin. Dubior. Philolog. fascicul. 3 dub. 6.

¶ Lusus, a, um, gespielt: item, verspottet. Cic. de Fin. 2 cap. 1 *Sophistas lusos videmus a Socrate.*

¶ Lūsus, ûs, *voluptatis est*, inquit Valla lib. 4 cap. 16, ein lustspiel kinderspiel. Quintil. lib. 1 cap. 3 *Nec me offenderit lusus in pueris, est & hoc signum alacritatis*. Et, *Dare venustissimos lusus*, liebliche kurtzweil und schertz machen, apud eumdem lib. 5 cap. 13. Ovid. ex Ponto 1 epist. 4 v. 4 *Nec, juveni lusus qui placuere, placent.*

¶ Lusio, ōnis, idem. Cicer. de Senect. cap. 16 *Nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant & tesseras*, von spielwercken, &c. *Lusio pilæ*, das ballschlagen, Idem de Orat. 1 cap. 16.

¶ Lusor, ōris, ein spieler. Plauto Amphitr. a. 2 sc. 2 v. 62 est fraudator, ein betrieger: *Te ut deludam contra lusorem meum*. ¶ 2. *Lusor amorum*, id est, scriptor, Ovid. 4 Trist. eleg. 10 pr. ¶ 3. Pro aleatore est in illo ejusdem poëtæ lib. 1 de Arte amandi v. 451

Sic, ne perdiderit, non cessat perdere lusor,
Et revocat cupidas alea sæpe manus.

¶ Lūsorius, a, um, spielerisch, spielend; ut, *Alveus lusorius*, Plin. 37 c. 2 pr. ein bretspiel. *Lusoria pila*, Plin. lib. 7 cap. 56. Et, *Quæstio lusoria*, eine frage vom spiel, ibidem cap. 53. *Lusoria arma*, Senecæ sunt epist. 117, quibus exercentur tirones, quibus *decretoria* opponuntur. vide Lipsium in Saturnalibus. * *Lusoriæ* dicebantur *naves*, quas Romani habebant in fluminibus, ut imperium disterminarent a barbaris, vid. Baluzium ad Lactant. de mort. persec. cap. 21 & quos ibi laudat. *Lusorius* etiam erat, qui ridebatur. Senec. 5 de Benef. cap. 8 *velut lusorium nomen statim transit*. conf. Baluzius c. l. ¶ *Lusorium* quoque substantive dicebatur amphitheatrum, aut locus, in quo ludi edebantur. *Grævius*. Huc faciunt loca Ammiani 17 cap. 3, & 18 cap. 2 de *navibus lusoriis*. Et Lamprid. de Heliog. cap. 25 *Stravit sibi triclinium in summo lusorio.*

¶ Lusorie, adverb. idem. Lege 50 § 1 Dig. de Legat. & fideicommiss. lib. 1 *Si hæreditatis judex contra heredem pronunciaverit non agentem caussam, vel lusorie agentem.*

¶ Lūsĭto, are, frequentativum, offt spielen. Plaut. Capt. a. 5 sc. 4 v. 6 *Coturnices dantur, quibuscum lusitent.*

¶ Ludibundus, a, um, spielend, kurtzweilig; ut, *Omnia ludibundus perficies*, Cicer. in Verr. 5 cap. 67. Et, *Per lasciviam & jocum ludibundi rediere*, Livius lib. 24 cap. 16.

¶ Ludibrium, i, spott, gespötte; ut, *Ludibrio habere*, Terent. in Hecyr. a. 4 sc. 1 v. 11. Et, *Ludibrio alicui esse*, Cicero ad Brut. ep. 2. *In ludibria vertere*, einen possen draus machen, Tacit. Ann. 12 c. 26. *Fortunæ ludibria*, opes & divitias Cicero 1 Paradoxo dixit, quod variis fortunæ casibus obnoxiæ sunt. ¶ *Ludibrii* vox & in obscenis est. Namque Terentius in Hecyrâ a. 1 sc. 2 v. 74 *aliquam ludibrio habere*, pro vitiare dixit, zu fall bringen. Vbi Donatus: *Honesto*, inquit, *verbo & pleno pudoris usus est: & nove, pro vitiare*. Imperat. lege 5 Cod. de Episc. audient. *Mimæ & quæ ludibrio corporis sui quæstum faciunt*. LVDIBRIO, i. e. prostitutione corporis. Prudentius in Agnetem v. 29

Omnis juventus irruat, & novum
Ludibriorum mancipium petat.

Mancipium ludibriorum, id est, scortum, eine hure.

¶ Ludibriōsus, a, um, plenus ludibrii, ludibrio habitus, spöttlich. Ammianus lib. 15 cap. 13 *ludibriosa auspicia*, daraus man ein gespötte machet. Vsus quoque Idem est lib. 17 cap. 22, & lib. 29 cap. 11.

¶ Ludibriose, adverb. zu spott. Ambrosius epist. 36 ad Sabinum: *Non ludibriose, sed gloriosissime denudatus*. Et Ammianus 26 cap. 6 *Ad hoc dehonestamentum honorum omnium ludibriose sublatus.*

¶ Lūdĭcrus, a, um, kurtzweilig; ut, *Ars, res ludicra*, spielwerck. *Certamen ludicrum*, Seneca Agamemn. v. 935, spiegelfechten. Cic. de Nat. Deor. lib. 1 cap. 37 pr. *Pueri exercitatione ludicra delectantur*, kinder haben lust zu lustigen übungen. Idem in Acad. lib. 4 cap. 2 *Clarorum virorum ludicros esse sermones non oportet.*

¶ Ludicrum, i, substantivum, non tam ludos histrionicos, & scenicos, quam quodcunque lusorium opus, seu quemcunque ludum & rem, quæ joco & non serio fit, significans, allerley kurtzweil, schimpff-spiel, affen-spiel. ¶ 2. Catullus pro oblectamento lusorio hoc nomine usus, in de Nuptiis Mallii v. 21

Floridis velut enitens
Myrtus Asia ramulis,
Quos Hamadryades Deæ
Ludicrum sibi roscido
Nutriunt humore:

zu ihrer ergötzung. ¶ 3. Pro *ludis* sive *spectaculo* etiam ponitur, ein freuden-spiel. Sic Livius lib. 1 cap. 9 *Ludicrum* de ludis consualibus, & lib. 7 *Ludicrum Olympiæ* pro ludis olympicis dixit. Tacitus 1 Annal. cap. 54 *Indulserat ei ludicro Augustus* &c. Loquitur de ludis Augustalibus, quorum jam modo meminerat. Ita & 1 Hist. cap. 32, & 3 Hist. cap. 62 usus est. Vet. Gloss. *Ludicrum*, θεατρικὸν, σκηνικόν.

¶ Ludicre, adverb. schertzweise. Ennius apud Nonium cap. 2 n. 505 *pars ludicre jactant.* Et Apulej. Met. 9 *Astu meretricio ludebat ludicre.*

¶ Lūdĭfĭco, are, &

¶ Ludificor, ari, deponentaliter, (nam utroque usus Plautus est,) per jocum, & ludum fallere, vexiren, spotten, narren, hetzen. Terent. in Eunuch. a. 4 sc. 3 v. 3 *Tu me hic etiam nebulo ludificabere?* Et, *Aperte ludificari & calumniari*, Cic. pro Rosc. Am. cap. 20, öffentlich verspotten und lästern. Silius lib. 7 v. 646 *Ludificatus equo*, equo in gyros rapto, indem er mit dem pferde bravieret. Sed *Ludificari virginem* est stuprare. vide *Illudere.* ¶ * *Ludificari rostra fuga*, apud Flor. lib. 2 cap. 2 est eludere levi flexu impetum navis hostilis, quæ in latus adversarii rostro fertur. *Grævius.* ¶ Activa forma Sallust. Jugurth. cap. 36 dixit, *pacis mora consulem ludificare.* Et sic sæpe etiam Plautus, ut Amph. a. 2 sc. 1 v. 15 & 38 &c. Hinc &

¶ Ludificatus, a, um, id est, deceptus, passive, betrogen. Sallust. Jugurth. cap. 50 *Ludificati incerto prœlio.* Apulej. Met. 10 *Ludificato judicio pœnam facinoris evadere.* ¶ Sed & active Plautus Most. a. 4 sc. 3 v. 41 *Te ludificatus & me hodie in perpetuum modum*, der dich und mich hinter das licht geführet. Sic & alii.

¶ Ludificatio, ōnis, die verspottung. Cic. pro Sestio cap. 35 pr. *Cum mora, ludificatione, calumnia, senatus auctoritas impediretur.* Liv. 7 cap. 39 *Ignari ludificationis*, die von dem betrug nicht wissen.

¶ Ludificatorius, a, um, betrüglich. Augustinus Civ. Dei lib. 11 cap. 46 *phantasiarum vel phantasmatum imaginatio ludificatoria.*

¶ Ludificabĭlis, e, vexiterisch; ut, *Ludi ludificabiles*, Plaut. Casin. a. 4 sc. 1 v. 3.

¶ Ludificus, a, um, idem; ut, *ludificis caveis habere*, Plaut. Pœn. a. 5 sc. 5 v. 2.

¶ Ludimagister, stri, qui ludo litterario præest, ein schulmeister. Cic. de N. D. 1 cap. 26 *Epicuri pater, cum agellus eum non satis aleret; ludimagister fuit.* Alibi apud Ciceronem & *magister ludi* legitur. Martial. 10 epigr. 62 *Ludimagister parce simplici turbæ.*

¶ Suaviludius, qui ludis delectatur. Ita Tertullianus Christianos appellat, qui à gentilium ludis non abstinebant: vide de Spectac. cap. 20, & de Corona cap. 6 extr. Adde Rhenani notas. *Suadiludii* vocem a persuadendo recte Tertulliano restituisse Latinum Latinium, docet Barthius ad Stat. Theb. 4 p. 1092.

Composita cum præposit.

¶ Ablūdo, si, sum, ĕre, quod est, absonum aut absimilem esse, ungleich seyn, nicht übereinstimmen. Horat. 2 Serm. sat. 3 v. 320

Hæc a te non multum abludit imago.

¶ Allūdo, ĕre, ad aliquem jocari, ludere, abblandiri, schertzen, kurtzweil treiben, sich zudäppisch machen, anlächeln: sicut alludunt infantes parentibus & nutricibus. Terent. in Eunuch. a. 3 sc. 1 v. 34 *Cœpit ad id alludere*, er hub an mit ihr zu schertzen. Suetonius Cæsare cap. 22 extr. *Proinde ex eo insultaturum omnium capitibus* (jactavit,) *ac negante quodam per contumeliam:* FACILE HOC VLLI FOEMINAE FORE, *responderit quasi alludens* IN ASSYRIA QVOQVE REGNASSE SEMIRAMIN &c. *Alludere* enim hic προσπαίζειν est, ut recte Casaubonus explicat. Nam Beroaldus audiendus non est. Videtur proprie de canibus dici: qui blandiendo & assultando ludos faciunt heris. Plin. lib. 9 cap. 8 de delphino: *alludens natantibus.* ¶ 2. Sed, *alludere ad historiam* aliquam, *fabulam*, aut ejusmodi quodcunque, significat, inter alia narranda, latenter se eo referre aut respicere, auf etwas sehen, sich dahin beziehen, darauf zielen: Virg. lib. 3 Æn. v. 280 *Actiaque Iliacis celebramus litora ludis.*
Dum enim narrat ludos *Æneæ*, alludit ad *Augusti* victoriam, quâ contra Antonium in his locis potitus est, Valla lib. 4.

¶ Alludio, are, alludere, spielen, schertzen, artliche geberden machen. Plaut. Stich. a. 2 sc. 2 v. 58 *quando adbibero, alludiabo.* Idem Pœn. a. 5 sc. 4 v. 64 *Tu alludiato.*

¶ Allusio, ōnis, vulgo est ornatus in dicendo, qui ex similitudine cujusdam rei quæritur.

¶ Anteludia, orum, ein vorspiel. Apulej. Met. lib. 11 post princ. *Ecce pompæ magnæ paullatim procedunt anteludia.*

¶ Collūdo, ĕre, mit einander schertzen und stocken. *Colludere cum aliquo*, ut cum actor & reus litem simulant, sich zusammen verstehen, Cic. 4 Verr. cap. 24. Et, *paribus colludere*, mit seines gleichen spielen, Horat. Art. poët. v. 159.

¶ Colludium, i, collusio, ein schertzspiel. Solin. cap. 12 (al. 22) de delphinis: *post adsueta colludia.* Ammian. 18 cap. 9 *per colludia.*

¶ Collusio, ōnis, zusammenhaltung. *Per collusionem*, Seneca Controv. 31 sub fin. *Collusio cum aliquo*, Cic. 5 Verr. cap. 13, id est, dolus compositus, ein abgelegtes verständniß.

¶ Collūsor, ōris, ein mitspieler, spielgesell; ut, *Compransores & collusores alicujus*, Cicer. 2 Philippica cap. 39. *Delphinus collusor puerorum*, Plin. lib. 9 epist. 33.

¶ Collusorie, adverb. per collusionem, partheyisch. Lege 50 § 2 Dig. de Legat. & fideicommiss. lib. 1 *qui collusorie de hæreditate litigavit.*

¶ Delūdo, ĕre, deridere & decipere, vexiren, höhnen. Terent. in Andr. a. 1 sc. 2 v. 32 *Vbivis, facilius passus sim, quam in hac re, me deludier*, in allen andern sachen könte ich mich leichter äffen und narren lassen, als in dieser. *Deludere dolis*, Idem Andr. a. 3 sc. 4 v. 4. Translate Propertius lib. 2 eleg. 15 v. 31

Terra prius falsò partu deludet arantes.

¶ Delusus, a, um, verspottet, betrogen. Ovid. Met. 8 v. 826

Exercetque cibo delusum guttur inani.

¶ Delūdĭfĭco, are, idem quod deludere. Plaut. Rud. a. 1 sc. 2 v. 53 *deludificavit me indignis modis.*

¶ Dīlūdia, orum, pro induciis quasi, & dilatione ludorum, frist nach den spiel-tagen; Horatius 1 epist. 19 extr.

Displicet ille locus, clamo, & diludia posco.

¶ Elūdo, ĕre, est ad finem ludere, desinere ludere, aufhören zu spielen. Vnde & JCti veteres *litus* definierunt, *quà fluctus eluderet.* vide in *Ludere* § 6, ubi citatur Cic. in Topicis c. 7; & legem 96, item leg. 112 Dig. de verb. signif. itemque Isidorum 14 c. 8. ¶ 2. Ita & Gladiatores dicebantur *eludere.* Donatus ad illud Ter. Eun. a. 1 sc. 1 v. 10 *Eludet, ubi te victum esse senserit:* ELVDERE, inquit, *gladiatorum est, cum vicerunt & ludo finem imposuerunt.* Plautus Curc. a. 5 sc. 2 v. 2 *Elusi militem in alea*, ich habe ihn gantz fertig gemacht, daß er das spiel einstellen müssen. Sic dicimus etiam *eludere aliquid alicujus*, id est, vincendo ludum aliquid ab aliquo obtinere, einem etwas abspielen, abgewinnen. Plautus eadem fabula, iisdemque actu & scenâ v. 30

dicas unde illunc habeas annulum,
Quem parasitus hic te elusit.

id est, quem in aleæ ludo lucratus est: quem tibi ludendo ademit victor. Nam *Te* antique pro *tibi* dixit. Quemadmodum & *me* pro *mihi* dicebant. Itaque eleganti translatione Propertius lib. 4 eleg. 1 v. 139 *Nam tibi victrices, quascunque labore parasti,*
Eludet palmas una puella tuas.

i. e. extorquebit, eripiet. Similiter *Eludere gloriam alicujus* Livius dixit lib. 28. ¶ 3. Sed & *Eludere* gladiatores dicuntur, cum adversarii petitiones flexu corporis declinant atque frustrantur. Martialis lib. 5 v. 163 *Ille cito motu rigidos eludere cæstus,*
Nunc exire levis missas, nunc mittere palmas.

Inde Horatius lib. 1 epist. 17 v. 18 *Mordacem Cynicum sic eludebat:* Vbi Lambinum, si lubet, vide. Hinc *eludere* pro elabi. Tacitus 3 Histor. cap. 47 *Classi quoque faces intulit, vacuo mari eludens.* Impune fuit faces intulisse, quod nullæ Romanorum naves in mari, quæ ab eo sumerent pœnas. Eaque de caussa *eludere*, fallere & decipere est: quod elusionibus istis sive declinationibus adversarii fallantur. ¶ 4. Sæpe & pro *illudere* sive *ludere* ponitur. *Facete ab aliquo eludi*, höfflich von einem vexiret werden. Cicer. Acad. 4 cap. 39 *Sed & vos ab illo irridemini, & ipsi illum vicissim eludetis.*

¶ Elusus, a, um, geschnellt, betrogen. Horat. 2 epist. 1 v. 47 *Dum cadat elusus.* Et Ovid. Met. 6 v. 103 *Europe elusa imagine tauri.*

¶ Elusio, ōnis, die verspottung. Gloss. Vet. *Elusio*, ἐμπαιγμός.

¶ Illūdo, ĕre, aushöhnen, das gespötte treiben. Vtrumque autem dicimus *illudere alicui* & *aliquem.* Virg. 2 Æn. v. 64

Certantque illudere capto.

Vbi Servius: *Et* ILLVDO TIBI, *dicimus, ut hoc in loco:* ILLVDO TE, *ut:* VERBIS VIRTVTEM ILLVDE SVPERBIS. *Simile est:* INSVLTO TIBI, *&* TE. Terent. Heaut. a. 4 sc. 4 v. 19 *Dignam me putas, quam illudas.* Sed & dicimus ILLVDERE IN ALIQVEM. Idem Terent. Eunuch. a. 5 sc. 4 extr. *Vt ne impune in nos illuseris.* Imo etiam, IN ALIQVO ILLVDERE. Idem Ter. Andr. a. 4 sc. 5 v. 19 *Adeone videmur vobis esse idonei, in quibus sic illudatis?* Sed hic *in quibus* est *quibus.* Non raro enim Latini tertium casum cum præpositione ad istum modum circumloquuntur. Idem Comicus eadem fabula a. 5 sc. 1 v. 3 *Dum studeo obsequi tibi, pæne illusi vitam filiæ*, ich habe darüber meiner tochter heyl und wohlfahrt schier verschertzet. *Pecuniæ illudere*, Tacitus 2 Histor. cap. 94 extr. das geld liederlich durchbringen. ¶ 2. Aliquando *illudere* in turpibus est, & pro stuprare sive vitiare ponitur. Tacit. 15 Annal. cap. 72 extr. *Sive C. Cæsar scortorum quoque cupiens, etiam matri ejus illusit.* Victor in Caligula: *Quin & sororum stupro & matrimoniis illudens nobilibus, Deorum habitu incedebat.* Lactant. lib. 6 cap. 23 *Nihil amplius istos appellare possum, quam impios & parricidas, quibus non sufficit sexus a Deo datus, nisi & suum profane & petulanter illudant.* ¶ 3. *Illudere* de acupictoribus vide mox in *Illusus.*

¶ Illusus, a, um, ausgelacht, verhöhnet. Cic. pro Quintio cap. 16 *Vadimoniis desertis sæpe illusi ac destituti.* Tacit. Annal. 15, 68, 4 *Asperis facetiis illusus.* ¶ Virgilius 2 Georg. v. 464 de acupictoribus usus *illusas auro vestes* dixit, in quibus artifex, seu acupictor ludens auro aliqua depingit, ut Servius interpretatur, goldgestückte kleider. Eum imitatus Prudentius Agnete v. 105 *Illusa pictæ vestis inania.* Et Paulinus epist. 12 *musivo illusam cameram* dixit.

¶ Illusio, ōnis, die verspottung. Cic. 3 de Orat. cap. 53 *Concisa brevitas & extenuatio, & huic adjuncta illusio.*

¶ Illūsor, ōris, ein spötter. Augustin. epist. 253 priore, *illusorem potius, quam veritatis doctorem fuisse.* Paulinus Natali 7 Felic. v. 77

Luderis illusor, dolus & tuus in tua cedit
Vincla tibi.

¶ Illusorius, a, um, spöttisch. Vnde substantive in Gloss. gr. lat. χλεύη, *illusorium.*

¶ Interlūdo, ĕre, dartzwischen spielen. Ausonius in Mosella v. 75

Intentos tamen usque oculos errore fatigant
Interludentes examina lubrica pisces.

¶ Oblūdo, ĕre, gegen einem schertzen. Plautus Trucul. a. 1 sc. 2 v. 10 *Si videant quempiam se adservare, obludunt.* Et Prudentius Hamartig. v. 6 *terrarum tibi forma duplex obludit.*

¶ Perlūdo, ĕre, spielen. Manilius lib. 5 v. 81

totum perludere circum.

Propertium quidam addunt ex lib. 4 eleg. 4 v. 19, sed castigatiores libri ibi habent *proludere.*

¶ Perlusorius, a, um, vorspielend; ut, *perlusorium judicium*, Lege 14 pr. Dig. de Appellationibus & Relat. dicitur pro *prolusorio.*

¶ Prælūdo, ĕre, vorspielen, vorher kurtzweilen. Seneca in epist. 102 *Illi meliori vitæ longiorique præluditur.*

¶ Præludium, i, ein eingang oder vorspiel. Onomasticum Vetus: *Prædium*, προοίμιον. An etiam Ciceronis verbum sit, in controversia est. Vulgo adfertur ex Philippica 14 cap. 3 *Præludium illud & portentum L. Antonius.* Sed plures MSS. libri habent *proludium.* Ferrarius & Lambinus ex contextu divinant *propudium:* Gruterus *proluvium.*

¶ Prælusio, ōnis, ein versuch, vorspiel. Plinius lib. 6 epist. 13 *Tu tamen æstima, quantum nos in ipsa pugna prœlii & certaminis maneat, cujus quasi prælusio atque præcursio has contentiones excitavit.*

¶ Prolūdo, ĕre, exordium quasi legitimi certaminis dare, ein vorspiel, ein vortrab machen, einen versuch thun. Cicer. de Orat. lib. 2 cap. 80 *Ipsis sententiis, quibus proluserunt, pugnare.* Et Virgil. 3 Georg. v. 234

sparsa ad pugnam proludit arena.

¶ Prolusio, ōnis, ein vortrab, vorspiel, eingang. Sic Cicero divinationem suam, *prolusionem* vocat Verrinæ accusationis, 1 Verr. cap. 14 extr. Et Macrobius 7 Saturn. cap. 5 post principium: *Est Rhetorica prolusio, communes locos in utramvis partem inventorum alternatione tractare.*

¶ Proludium, i, idem; pro *præludio* Gellius dixit lib. 5 cap. 10. Immo ubi vulgariter est *præludium*, meliores libri *proludium* habent: etiam ipse Cicero 14 Philipp. cap. 3 L. Antonium *proludium & portentum* fratris Marci appellat. vide tamen de h. l. ad *Præludium* dicta.

¶ Prolusorius, a, um, vorspielend; ut, *Prolusorium judicium*, Digest. Lege 14 pr. de Appellationib. & Relat. Alii *perlusorium* legunt.

¶ Rĕlūdo, ĕre, wieder spielen. Sen. 2 Controv. 10 *temerarios mariti jocos relusit.*

Lues, vide paullo post in *Luo.*

LVGDŪNVM, i, Galliæ urbs, ad Araris & Rhodani confluentes, Lion. Dictum quasi *Lucii dunum.* Antiquis enim Gallis *dunum* collem significabat, ubi Luc. Munatius Plancus urbem condidisse dicitur. vid. Turneb. Ant. Lect. 20 cap. 15. ¶ 2. Lugdunum Batavorum, urbs ampla & culta in Hollandia, vulgo Leyden. Sidon. 5 v. 576

Lugdunumque tuam dum præteris aspice victor.

¶ Lugdunensis, e, adject. Juvenal. sat. 1 v. 44

Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram.

LŪGEO, luxi, luctum, lugēre, in luctu esse, trauren, betrauren, leyd tragen. Cic. Philipp. 12 cap. 10 *Quis bonus non luget mortem Trebonii?* Idem in Pison. cap. 8 extr. *Senatum reipubl. occasum atque interitum lugere vetuisti.* Et *Luxti* pro *luxisti* dixit Catullus epigr. 61. Julius Paulus lib. 2 recept. Sentent. tit. 21 *Qui luget, abstinere debet a conviviis, ornamentis & alba veste.* ¶ 2. Significat & μινυρίζειν, sive vocem flectere ad imitationem lugentium, apud Manilium lib. 4 v. 845. Hinc

¶ Lugesco, ĕre, est acutum clamorem edere, Ammiano lib. 31 cap. 3 de Hunnis: *Vtque ad pernicitatem sunt leves & repentini, ita subito de industria dispersi lugescunt, & imposita acie cum cæde vastâ discurrunt.* At Vales. ex MSS. *vigescunt.*

¶ Luctus, ūs, vultu scilicet ipso atque vestitu doloris testatio, die trauer, das leydwesen. Cicer. in 4 Tusc. cap. 8 *Luctus ægritudo est ex ejus, qui carus fuit, interitu acerbo.* Idem in Pison. cap. 8 *Luctu afficere*, ein trauren machen. *In luctum incidere*, Idem 1 Offic. c. 10. *In maximo luctu esse:* quod etiam plurativo numero usurpavit Cicero lib. 3 de Offic. cap. 25, *Theseus in maximis fuit luctibus*, in grossem trauren.

¶ Luctŭōsus, a, um, traurig, betrübt. *Res, bellum, victoria cruenta atque luctuosa*, voll traurens: Cic. pro Quintio cap. ult. *Luctuosum est, tradi alteri cum bonis: luctuosius, inimico.* Sic, *Luctuosissimum bellum*, Cic. 2 Philipp. c. 32. Et, *Luctuosissimum exitium*, pro Sylla c. 11.

¶ Luctuose, adverb. idem. Comparat. Livius usus est lib. 28 cap. 39 *Imperatores vestri luctuosius nobis prope, quam vobis perierunt*, zu unsern grössern leydwesen. Positive Augustinus de Opere Monachor. cap. 32 pr. *luctuose ridiculum est.*

¶ Luctĭfer, a, um, kläglich; ut, *Bubo luctifer*, der sterben und trauren bedeutet, Seneca Herc. Fur. v. 687.

¶ Luctĭficus, a, um, luctum inducens, schmertzlich. Vetus poëta apud Cicer. 2 Tusc. cap. 10 *Luctifica clades.* Et Silius lib. 6 v. 557 *luctificus pavor.* Et Prudentius 2 adv. Symmach. v. 508

Luctifico camporum in pulvere.

¶ Luctĭficābilis, e, ächzend. Persius sat. 1 v. 78

Antiope ærumnis cor luctificabile fulta.

¶ Luctĭsŏnus, a, um, jämmerlich. Ovid. 1 Metamorph. v. 733 *Luctisonus mugitus.*

¶ Lugium, i, pro luctu & dolore legitur apud Commodianum Instruct. 29 *Lugia sunt semper.*

¶ Lūgubris, e, quod ad luctum pertinet, kläglich; ut, *Lugubris ejulatio*, Cic. 2 de Legib. cap. 23, ein traurig heulen. *Cantus lugubris*, Horat. lib. 1 oda 24 v. 2, ein trauer-lied. *Vestis lugubris*, trauer-kleidung, Terent. Heaut. a. 2 sc. 3 v. 45. Comp. Salvianus Gub. 4 p. 131 *illud gravius & lugubrius.*

¶ Lugubria, um; substantive, habitus lugentium, der trauer-habit. Seneca Consolat. ad Helviam cap. 16 *Nosti quasdam, quæ amissis filiis imposita lugubria nunquam deposuerunt.* Sic, *lugubria induere*, Ovid. Metam. lib. 11 v. 669. Et Trist. 4 eleg. 2 v. 73

Illa dies veniet, mea qua lugubria ponam.

Et Propert. lib. 4 eleg. ult.

Et bene habet, nunquam mater lugubria sumsi.

¶ Lugubriter, adverb. kläglich. Apulejus lib. 3 Miles. p. 132 *lugubriter ejulantes.*

Composita:

¶ Conlūgeo, ēre, mitleiden haben. Ambrosius principio libri ad Virginem lapsam: *Qui Ecclesiæ gaudio congaudetis, & tristitiæ conlugetis.*

¶ Elūgeo, ēre, est luctum deponere, austrauren. Cic. ad fam. 9 epist. 20 *Patriam eluxi jam & gravius & diutius, quam ulla mater unicum filium.* Liv. lib. 34 cap. 2 *Quid aliud in luctu, quam purpuram & aurum deponunt? quid aliud, quum eluxerunt, sumunt?* Gell. lib. 7 c. 5 *Eum luctum quoniam satis visus est eluxisse*, &c. Paulus Lege 10 de his qui notantur infamia: *Quæ virum eluget, intra id tempus sponsam fuisse non nocet.*

¶ Perluctuōsus, a, um, gantz trauer-voll. Cic. ad Q. fratrem lib. 3 ep. 8 *Funus perluctuosum fuit.*

¶ Prōlūgeo, ēre, fort trauren, über die zeit trauren. Festus: *Prolugere dicuntur, qui solito diutius lugent.*

¶ Sublugeo, ēre, traurig seyn, in Cenotaphio Pisano Caji Cæsaris legitur: MATRONAS, QVAE IN COLONIA NOSTRA SVNT, SVBLVGERE &c. Nec vero, quod etiam doctissimus vir, Henr. Noris, ad illud Cenotaph. p. 368 observat, SVB, præpositio, minuendi ibidem vim habet; nam omnino maximus gravissimusque luctus describitur, quod manifesto apparet ipsam cenotaphii inscriptionem contuenti & perlegenti.

Lugubris, Luitio, vide *Lugeo, Luo.*

LVMA, æ, Festo spinæ genus est, ein dorn. ¶ Apud Trebellium Pollionem in Zenobia *Luma* seu *Lumum*, sagum est; ex Græco λῶμα. vide ibi Salmasium.

¶ Lumarius, a, um, vor die dornen. Sic *lumariæ falces* Varroni sunt lib. 4 de L. L. cap. 31, quibus *lumeta* purgantur.

Lumbago, Lumbifragium, vide *Lumbus.*

LVMBRĪCVS, i, ein regenwurm. Colum. lib. 7 cap. 9 *Sues effodiant lumbricos.* ¶ 2. Vermes item, qui in ventribus puerorum ex cruditatibus nascuntur, *lumbrici* dicuntur, suntque *teretes* alii, alii *lati*, die bauchwürme, spulwürme. vid. Celsus lib. 4 cap. 20, Cato cap. 126. Colum. 6 cap. 30. ¶ 3. *Lumbrici* dicebantur, qui ex imis sordibus ad summas dignitates erant evecti. Plaut. Aul. a. 4 sc. 4 v. 1 *Lumbrice, qui sub terra erepsisti modo.* Eosdem *terræ filios* vocant. vid. Casaub. ad Pers. sat. 5, & Cic. ad fam. 7 epist. 9.

LVMBVS, i, plur. Lumbi, circa renes sunt, quinque inferiores spinæ vertebræ, die lenden, hüfften. *Lumbos infringere*, Horat. epodo 11 v. 22, die lenden einschmeissen. *Lumbos dolare fuste saligno*, Idem 1 sat. 6 v. 22, gut abprügeln. *Lumbus vitulinus*, der lenden-braten vom kalbe. *Lumborum tenus*, Cic. Arat. in Cepheo.

¶ Lumbŭlus, i, diminut. eine kleine hüffte, Plinius fecit lib. 28 cap. 11. Et Apicius lib. 7 cap. 8 *lumbuli assati*, lenden-brätgen.

¶ Lumbellus, i, aliud diminut. apud Apicium 7 cap. 1.

¶ Lumbāgo, ĭnis, *lumborum vitium & debilitas*, Festo est, lendenwehe.

¶ Lumbifrăgium, i, fractura lumborum, ein lendenbruch, lähmung an hüfften. Plaut. Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 298

Si me irritassis, hodie lumbifragium hinc auferes,

es sollen dir die lenden entzwey geschlagen werden.

¶ Delumbis, e, qui lumbis caret, & ideo debilis est, lahm, schwach: Ideo quod in lumbis corporis robur situm est. Plinius lib. 10 cap. 33 extr. *Perdix prægravem aut delumbem se simulans.* ¶ Translate mollis est & effœminatus. Sidonius lib. 8 epist. ult. *Dictio exossis, tenera, delumbis.* Persius sat. 1 v. 104

Summa delumbe salivâ Hoc notat in labris.

¶ Delumbo, are, debilitare, lähmen, schwächen. vide *Delumbatus.* ¶ 2. Cicero in Oratore cap. 69 *Delumbare sententias* per translationem dixit, pro *mutilare*, verstümpffen, verbrechen.

¶ Delumbatus, a, um, gelähmt, geschwächt, zerstümmelt; ut, *quadrupede delumbata*, Plin. 28 cap. 4, & *Delumbatæ radices*, Idem lib. 19 c. 6.

¶ Elumbis, e, qui præ lumbi debilitate erigere se non potest, dem die lenden gebrochen seyn. Dialog. de Orat. cap. 18 *tamquam fractum atque elumbem.* Et Festus Pompejus: *Elumbem, evulso lumbo.*

¶ Prælumbo, are, lumbos perfringere, lähmen. Nævius apud Nonium cap. 2 n. 673 *Cœpit unumquemque prælumbare fustibus.*

LŪMEN, ĭnis, lux, licht, schein, glantz; ut, *Lumen diurnum, jucundum cæli lumen.* Ita Cicero 1 Catilin. cap. 6 *Potestne tibi hujus cæli spiritus esse jucundus?* Item, *Lumen de suo lumine accendere*, lib. 1 Offic. cap. 16 ex Ennio. *Ad lumina*, i. e. ad lucernas, bey lichte: Sueton. Cæs. cap. 37 *Adscendit Capitolium ad lumina.* Idem Calig. cap. 45 *ad lumina reversus.* Et Quintilian. lib. 5 cap. 12 *In rebus apertis argumentari, tam sit stultum, quam in clarissimum solem mortale lumen inferre.* Et Curt. 8, 1, 50 *Clitus ultimus sine lumine exibat.* ¶ 2. *Lumen* pro oculo, poëtis maxime usitatum est. Ovid. 1 Metam. v. 625

Centum luminibus cinctum caput Argus habebat.

Suetonius Vespas. cap. 7 *E plebe quidam luminibus orbatus*, i. e. visu: cæcus puta. *Lumina oculorum*, pro oculis Nepos Timol. cap. 4 pr. Et Martial. lib. 6 epigr. 78 *Lumine uno*

Luscus Phryx erat, alteroque lippus.

Vnde *Male luminati* Apulejo Met. 9 dicuntur, quibus fumo oculi sunt exesi. ¶ 3. Iidem poëtæ *Lumina* aliquando pro diebus ponunt. Ennius in Medeâ: *Si te secundo lumine hic offendero.* Catullus Coma Berenic. v. 90 *Placabis festis luminibus Venerem.* Virg. 6 Æn. v. 356

Vix lumine quarto Prospexi Italiam.

¶ 4. *Lumina* etiam significant fenestras, sive capacitatem, per quam lumen immittitur. Apulej. lib. 2 Miles. *Intro vocat me, & conclave obseratis luminibus umbrosum demonstrat.* Frontinus lib. 1 de aquæduct. *Est autem calix modulus æneus, qui rivo vel castello inducitur: huic fistula applicatur; longitudo ejus habere debet digitos non minus XII lumen, id est, capacitatem, quanta imperata fuerit.* Cicer. lib. 1 de Orat. cap. 39 *mutare lumina.* ¶ 5. Significat & *Lumen* expositionem clariorem, eine deutliche erklärung. Cic. lib. 7 fam. ep. 19 *Doctorem lumenque desiderant*, sie bedürffen eines lehrers und einer erklärung: quamvis *unum* alii, & forte rectius, legunt. *Lumen menti præferre*, fürleuchten und eingeben, rarâ & eleganti locutione dixisse Cicero creditur, antequam iret in exil. *Vos, vos obtestor, dii immortales, qui meæ menti lumina prætulistis.* ¶ 6. Sed, *lumen civitatis, familiæ.*

lie &c. pro insigni aliquo & claro viro, qui sit tamquam ornamentum civitatis, domus, &c. ein schatz und sonderliche ehre. Vellej. 2, 52, 2 de Pompejo: *Effossum alterum Romani imperii lumen.* conf. de Tiberio 2, 99, 1. ¶ 7. De *Lumine* in pictura Plinius 35 cap. 5 *Ars ipsa invenit lumen atque umbras, differentia colorum alterna vice sese excitante*, &c. Cicer. de Clar. Orat. c. 75 *tabulas bene pictas collocare in bono lumine.* conf. infra *Pictura* & *Vmbra*. ¶ 8. Ab ipsa pictura *Lumen* transfert Cicero ad ornatum oratorium. Sic de Orat. 2 cap. 27 *Certa dicendi lumina* sunt ornamenta, zier und schmuck, Græci σχήματα dicunt. ¶ 9. *Lumen* etiam pro vita ponitur. Lucretius lib. 3 v. 1047

donec
Lumine ademto animam moribundo in corpore ponam.

Plautus Cist. a. 3 v. 12 *Lumen linque*, id est, morere. Sed & *vitæ lumen* dixerunt. Lucretius lib. 3 v. 687

Tum cum gignimur & vitæ cum lumen adimus.

Similiter & *Lux* pro vita ponitur.

¶ Lumĭnōsus, a, um, klar, helle, leuchtend: ut, *luminosæ partes*, Cicer. in Oratore cap. 36. Sic Vitruvius lib. 6 cap. 9 *Omnia ædificia luminosa ut sint, curari oportet.* Et Augustinus Confession. lib. 12 c. 28 extr. *luminosum cælum suspicimus.* Idem epist. 137 extrema, *fructu olei luminosioris impleri.* Et epist. 144 *sancta opera luminosissimæ caritatis.*

¶ Lūmĭnāre, is, idem quod *lumen*. Cic. Philipp. 2 cap. 21 de viris claris: *Tot luminaribus exstinctis*, nachdem so viel fürnehme leute sind umkommen.

¶ Lumĭno, are, lichte machen. Martianus Capella lib. 1 *Amictus hyalinos, stellantibus oculis interdistinctos, crebri vibratus ignium luminabant.* Apulejus in Herm. Trismeg. p. 96 *Tibi, Deus summe, gratias ago, qui me videndæ divinitatis tuæ luminasti lumine.* Avienus in Prognost. Arati v. 127 de Luna:

Aërias quarta face luminat oras.

Et Paullinus Nolanus epist. 41 (al. 26) c. 2 extr. *Spiritu Sancto oculus interior luminatur.*

¶ Luminatus, a, um, beleuchtet. Apulejo lib. 9 Metam. *male luminatus* est male videns.

Composita:

¶ Collūmĭno, are, bescheinen, beleuchten. Apulej. de Deo Socrat. p. 45 *ut Servius Tullius flamma colluminetur a capite.* Et Prudentius 2 adv. Symmach. v. 830

Solis radius colluminat omnes
Diffuso splendore locos.

¶ Elūmĭno, are, lumine privare, excæcare, blind machen. Vnde

¶ Eluminatus, a, um, blind gemacht. Sidonius lib. 8 epist. 11 *Quis ita gemino obtutu eluminatus, qui exanimati cadavere inspecto non statim signa vitæ colligeret extortæ?* Rarum verbum, quod tamen etiam videtur contrariam notionem sustinuisse. Nam inde est

¶ Eluminatio, ōnis, quæ in Vet. Gloss. φωτισμὸς vertitur, eique *Inluminatio* & *Lux*, ut synonyma vocabula, adjunguntur, die leuchtung.

¶ Illūmĭno, avi, atum, are, illustrare, erleuchten, helle machen. Cicer. 3 de Orat. cap. 54 extr. *Illuminare orationem* dixit, pro, lucem orationi adferre. Apulejus lib. 3 Milef. sub finem: *Cuncti gladiis & facibus instructi noctem illuminant.* ¶ Interdum idem est ac celebrem reddere, berühmt, bekandt machen. Vellej. 2, 35, 1 *Illuminavit ille dies virtutem Catonis.* Idem 2, 66, 5 *Illuminavit orbem eloquentiâ Cicero.* Et 2, 18, 3 *Illuminavit horum fidem illorum perfidia.*

¶ Illuminatus, a, um, erleuchtet, hell gemacht. Cic. de N. D. 2 cap. 46 *Sol mundum omnem sua luce compleat, ab eoque luna illuminata graviditates & partus afferat.*

¶ Illuminate, adverb. klar, deutlich, apud Cicer. lib. 3 de Oratore c. 14 *Distincte, explicate, abundanter, illuminate dicere*, id est, luculenter & perspicue, vel ornate.

¶ Illuminatio, ōnis, die erleuchtung. Tertull. advers. Hermog. cap. 15 *Mala necessaria ad illuminationem bonorum.* conf. Macrob. Sat. 1 c. 17.

¶ Illuminator, ōris, ein erleuchter. Tertullianus lib. 4 adv. Marcion. cap. 7 *Illuminator nationum:* & ibidem cap. 17 extr. *Illuminator religionis.* Et Lactantius lib. 6 cap. 18 *Illuminator noster Deus.*

¶ Illumĭnābĭlis, e, das zu erleuchten ist, Claud. Mamert. de Stat. An. 2 cap. 2. Sed

¶ Illumĭnus, a, um, sine lumine, dunckel, finster: ut, *Illuminæ nuptiæ*, Apulejus Met. lib. 6 sub initium, de Proserpina & inferis agens.

¶ Perlumĭno, are, durchleuchten. Tertull. de carne Christi cap. 4 *Carnem cæcam perluminat.*

¶ Prælumino, are, vorleuchten. Tertullianus de Resurr. Carn. cap. 33 *Parabola a commentatore præluminata.*

¶ Relumĭno, are, rursus luminare, lumen reddere, sehend machen. Idem Tertull. Apolog. cap. 21 *Cum ille* [Christus] *cæcos reluminaret, leprosos purgaret*, &c. Et Paullinus Nolan. epist. 30 [al. 8] c. 4 *reluminare quod cæcatum fuerat.*

Luminare, luminosus, &c. vide ante in *Lumen*.

LV̄NA, æ, der mond; Græcis σελήνη, quod jubar suum reparet, παρὰ τὸ σέλας νεῦν. Latinis a *lucendo*, cum alieno tamen, a sole nimirum recepto lumine luceat, dicta est. De ejus natura Plinius lib. 2 cap. 9. Solis filia, itemque soror dicitur Cœl. Rhodigin. lib. 11 cap. 6, cælestium ultima & proxima terræ. Cicero in Somn. Scipionis c. 3 *Erant eæ stellæ & eæ magnitudines omnium, quas esse nunquam suspicati sumus, ex quibus erat ea minima, quæ ultima cælo, citima terris, luce lucebat aliena.* Sed *Luna nova*, quæ & *prima* Plinio, novilunium, der neue mond. *Luna crescens*, der mond so zunimmt. *Luna plena*, plenilunium, der volle mond. *Luna decrescens*, quæ *minuitur*, ut Plinius loquitur, quam & *senescentem* Varro dicit, der mond, so abnimmt. *Conjunctio* vel *coitus lunæ* vel *interlunium*, triduum illud dicitur, quo luna nova nondum conspicitur. Quod tempus etiam *lunam silentem* Plinius dixit lib. 16 cap. 39. *Cornua lunæ*, die ecken oder spitzen des monds, passim apud poëtas: unde *bicornis* illa Horatio cognominata in Seculari carmine v. 35. *Defectus Lunæ*, Plin. 2 cap. 10. *Labores Lunæ* Virgilio 2 Georg. v. 478, die mondfinsterniß. Quare tunc æra

pulsaverint veteres, docet Barthius ad Stat. Theb. 2 p. 436 & 437. *Lunæ aucta & damna*, das zunehmen und abnehmen des monds, Gellio est lib. 20 c. 7. Sic Manil. lib. 2 v. 94

Ad lunæ motum variant animalia corpus,

nachdem der mond ab- oder zunimmt, neu oder alt ist. De singulari lunæ vi in res animales vide Gellium lib. 20 c. 7. ¶ Lunæ orbem habitari quidam crediderunt, qua de re Lactantius lib. 3 cap. 22. Poëtæ maculas in Luna puerum esse fingunt, quem dilectum secum Luna ferat, præ pudore faciem celantem. vid. Dalech. ad Plin. l. all. ¶ *Quarta luna nati*, i. e. infelices & laboriosi. vid. Chiliad.

¶ Lūnŭla, æ, diminutivum, res parva, in lunæ modum incurvata. Plaut. in Epid. a. 1 sc. 1 v. 33 *Lunulam atque anellum aureolum in digito*, eine güldene spange. Nobiles veteres *lunulas* in calceis gestabant, vel ut admonerentur rerum in vita instabilitatis; primum enim luna obscure prodit, deinde luce ac splendore impletur, & cum clarissima facta sit, rursus deficit & ad nihilum redit; vel ut imperium æquo animo ferre discerent, sicut *luna* meliori, ut *soli* obsequitur, ac *solem* semper intuetur modestiæ atque obedientiæ exemplo, Plutarch. in Problematibus.

¶ Lunāris, e, des monden: ut, *Annus lunaris*, eine mond-zeit. *Globus lunaris:* Claudianus lib. 2 de Raptu Proserp. v. 298

Cuncta tuis pariter cedent animalia regnis
Lunari subjecta globo.

Idem in 6 Consul. Honor. v. 499, Padi, in Adriam se evolventis, litora propter æstus ex mari redundantes vocat

Oceani lunaribus æmula damnis.

Lunaris cursus, Cicer. Somn. Scip. cap. 5. Et, *Lunares currus*, Ovid. Metam. 15 v. 790.

¶ Luno, are, poëtis idem est quod *curvare*, krümmen, biegen. Ovid. 1 Amor. eleg. 1 v. 23

Lunavitque genu sinuosum fortiter arcum,

hoc est, curvavit vel intendit, er hat den bogen gespannet. Hinc

¶ Lunatus, a, um, wie ein halber mond: ut, *Cauda lunata delphinorum*, Senec. Oedipo v. 465, der krumme oder gekrümmete schwantz. *Mare obliquatur lunatis cornibus*, Plin. lib. 6 cap. 13, das meer zeucht sich in die krümme. Frontinus lib. 2 Stratagem. cap. 3 *Corn. Scipio hostem lunata acie aggressus facile fudit.* Virg. Æneid. 1 v. 494 *lunatis agmina peltis.* Stat. Theb. 5 v. 145 *Lunatum agmen.* ¶ * *Lunati calcei:* Hos soli patricii habebant, vide Alberti Rubenii librum 2 de Re Vestiaria cap. 1 & 3, quæ perperam reprehendit Ferrarius in Analectis c. 31 & 32. *Grævius.*

¶ Lunātĭcus, a, um, qui aut insania aut alio quopiam morbi genere certis lunæ temporibus agitatur, mondsüchtig. Morbum ipsum ita describit Juvencus lib. 1 v. 476

Et lunæ cursum comitata insania mentis.

vide de his plura apud Voët. part. 1 dispp. pag. 1039, 1040, 1056. Paulus JCt. l. Bovem § Aliquando ff. de Ædil. edict. *Mancipium lunaticum.* Veget. 2 cap. 18 *Lunaticus oculus.*

¶ Lunus, i, Deus Carrenorum, de quo Spartianus in Caracalla cap. 7 *Ita a Carrenis præcipue haberi, ut, qui Lunam fœmineo nomine ac sexu putaverit nuncupandam, is addictus mulieribus semper inserviat; at vero, qui marem Deum esse crediderit, is dominetur uxori, neque ullas muliebres patiatur insidias.* conf. ex Strabone Rhodig. Ant. Lect. 20 cap. 7.

¶ Illūnis, e, ohne mondenschein. Plinius lib. 6 epist. 20 *Nox illunis & nubila.* Apul. Met. 4 p. 150 *Noctis illuni tempore, quo somnus obvius impetu primo corda mortalium validius invadit & premit.*

¶ Illūnus, a, um, alia forma, ut libri præferunt Apulejani. Nam lib. 9 Milesiar. legitur: *tenebris illunæ caliginis impeditus.* Ita Elmenh. p. 232, & Pricæus p. 200.

¶ Interlūnis, e, da sich der mond erneuert. Ammianus lib. 19 cap. 12 *Nocte squalida & interluni.* Quod tempus uno verbo dicitur

¶ Interlunium, i, der neumond. Plinius lib. 18 cap. 32 *Humidis locis interlunio serito, & circa interlunium quatriduo.* Et Horatius lib. 1 od. 25 v. 11 *Thracio bacchante magis sub interlunia vento.*

¶ Plenilūnium, i, luna plena, der vollmond. Plinius 18 c. 32 *Cum occidente sole orietur ex adverso* [luna,] *ita ut pariter adspiciantur; tum erit plenilunium.*

LV̄NA, æ, oppidum maritimum in Etruriæ & Liguriæ confinio. Vnde *Etruscam Lunam* vocat Martialis lib. 13 epigr. 30.

¶ Lunensis, e: ut, *Lunensis ara*, Sueton. Ner. cap. 50, quæ structa Romæ erat ex marmore Lunensi. *Caseus Lunensis*, Plin. lib. 11 cap. 42, de quo & Martialis l. c. *Marmor Lunense*, Plin. 36 c. 6.

LVO, lui, luĕre, persolvere est, gelten, entgelten, zahlen, bezahlen. *Luere peccata*, id est, delictorum supplicium ferre, dafür büßen. Livius lib. 38 cap. 48 *Coacti luere peccata sua:* & *luere pœnas*, ibidem cap. 47 extremo: & Cicero ad Att. lib. 3 epist. 9 *Mei peccati pœnas luo*, id est, do vel fero supplicium, ich leide straffe dafür. *Supplicia crucibus luere*, Justinus lib. 2 cap. 5 n. 6, mit dem galgen bezahlen. Cicer. ad Brutum epist. 12 *Acerbum est, parentum scelera filiorum pœnis lui.* ¶ Proprie nihil aliud quam *solvere* est, a λύω. Nam & *æs alienum luere*, pro solvere, Curtius dixit lib. 10 cap. 2 n. 25. Et Jurisconsultis, v. g. lege 78 § Titia, 6, Dig. ad SC. Trebell. *luere fundum a testatore obligatum:* Et lege 6 Cod. de fideicommiss. *prædia obligata luere*, ubi *Luere* est, pecunia numerata rem obligatam liberare. Servius ad illud Virgil. Æneid. 10 v. 31

invito numine Troes
Italiam petiere; luant peccata.

LVANT, inquit, i. e. *absolvant. Dicimus autem &* LVO POENAM; *sed melius est,* LVO PECCATVM. *Nam peccatum solvitur pœna. Qui enim crimine tenetur obnoxius, pœna eum a pristina liberat obligatione. Contra* LVO POENAM, *non procedit: quasi pœna solvatur. Auctoritas tamen ista confundit licenter. More quo solet poni, vel a sequenti, quod procedit; vel a præcedenti, quod sequitur.* Idem alibi tradit, Verbum LVERE proprium in pecuniis habere locum: inde ad alias, ac etiam capitis pœnas translatum; quod omnes vete-

rum pœnæ pecuniariæ fuerint. Vellej. 2, 54, 1 *Alicui meritas pœnas luere suppliciis*, nach verdienst am leben gestrafft werden.

¶ Luitio, ōnis, die zahlung, büßung. Vlpian. Dig. de suis & legit. Hæred. Lege 1 § 4 *Quod si filius apud hostes sit, quamdiu vivit, nepotes non succedunt: proinde etsi fuerit redemtus, nondum succedunt ante luitionem.*

¶ Luēla, æ, idem. Lucret. lib. 3 v. 1028 *Sceleris luela, carcer.*

¶ Lues, is, eine seuche. Priscianus ait lib. 4 *A sepio sepes est, a struo strues, a luo lues.* Hominum, pecudum, aliarumque rerum est. *Dira lues*, Ovid. lib. 7 Metam. v. 124. Et, *demissa cælo lues*, Statius Theb. 11 v. 274. Et, *morbi lues*, Claudian. Gild. B. v. 39. Cicero quoque per metaphoram, de Aruspic. resp. cap. 12 *ut eos ludos hac lues impura pollueret.* De vegetabilibus Virg. 3 Æneid. v. 138

Corrupto cælo, subito cùm tabida membris,
Arboribusque satisque lues miserendaque venit.

Differt a pestilentia, ut a specie genus. *Lues* non secus ac *Luo* a λύειν deduci potest, quod est *solvere.*

¶ Luis, pro *Lues*, metri forsan caussa, etiam nominandi casu Prudentius dixit Hamartig. v. 249 *Si terras luis incentiva fatigat.*
Et Psychom. v. 508 *Stupuit luis improba.*

Composita a *Luo*:

Quæ a *Lavo* alii formant, atque ad ejus verbi significationem propius accedunt; huc tamen, ut obvia magis sint, reponere dudum libuit. Sunt autem:

¶ Abluo, ĕre, abwaschen, abwischen, abspühlen. Virg. 2 Æn. v. 719

Donec me flumine vivo
Abluero.

¶ 2. Transfertur & ad animum; apud Plin. lib. 3 epist. 7 *Maculam veteris industriæ, laudabili otio abluerat.* De Silio Italico loquitur.

¶ Ablūtus, a, um, abgewaschen: ut, *ova abluta*, Varro R. R. 3 c. 9.

¶ Ablutio, ōnis, die reinigung, abwaschung. Macrob. lib. 3 Saturn. c. 1 *Corporis ablutione purgari.*

¶ Ablūtor, ōris, ein abwascher. Orient. Commonit. lib. 2 *Errorum ablutor.*

¶ Ablūvium, i, pro diluvio dixit Labienus, ut Gell. monet lib. 16 cap. 7, die überschwemmung.

¶ Superabluo, ĕre, überschwemmen. Avienus Periegesi v. 881

Caspinam late terram superabluit unda,

nisi velis cum anastrophe separare.

¶ Alluo, ĕre, daran herfliessen: ut, *Fluvii alluunt urbes*, qui eas præterlabuntur. vid. Virgil. Æneid. 8 v. 149. Sic Cicero in Verr. 7 cap. 37 *Mœnia alluuntur a mari.* Et Plinius lib. 3 cap. 4 pr. *Narbonensis Gallia interno mari alluitur*, es stösset an das mittelländische meer.

¶ Alluvies, ēi, & Alluvio, ōnis, inundatio, ein schnelles gewässer. Livius lib. 1 cap. 4 *in proxima alluvie pueros exponunt.* Cicer. 1 de Orat. cap. 38 *jura alluvionum, colluvionum.* Avienus Phænom. Arat. v. 1249 *Alluvione sali.* vide ibi Grot.

¶ Alluvius, a, um, quod ex alluvione est, angespühlt: ut, *ager alluvius*, quem paullatim fluvius in agrum reddit, ut vetus Grammaticus describit.

¶ Circumluo, ĕre, vel Circunluere, herum fliessen. Livius lib. 25 cap. 11 *Mari in peninsulæ modum pars major circumluitur.* Et Tacitus Hist. 4 c. 12 de Batavia: *Rhenus amnis tergum ac latera circumluit.*

¶ Circumluvio, ōnis, die umschwemmung. Cic. 1 de Orat. c. 38.

¶ Colluo, ĕre, ausspühlen, waschen. *Dentes colluere*, Plinius 20 c. 6, & 24 c. 7. Adde l. 30 § 2 Dig. de acquir. rerum dominio. Et, *Colluere amphoram*, Cato c. 88.

¶ Collūtus, a, um, ausgewaschen. Plin. 20 c. 13 *Sic & collutis dentibus prodest.*

¶ Collúvies, ēi, & Colluvio, ōnis, gesammleter unflat, spühlwasser, schlamm. *Colluvies peregrini & servilis sanguinis*, Sueton. Aug. c. 40, ein loser hauffe fremdes und unredliches geblüts. Cicero de Senect. cap. ult. *O præclarum diem, cum ad illud divinum animorum concilium cœtumque proficiscar, quumque ex hac turba, & colluvione discedam*, aus dieser schändlichen grundsuppen der argen und bösen welt. Sic, *Colluvio gentium*, apud Livium lib. 4 cap. 2. Pluraliter Arnobius lib. 5 p. 172 *in quem spurcitiæ se omnes sentinarum colluvionibus derivant.*

¶ Dīluo, ĕre, temperare, feuchten, läutern, durchläutern, abwaschen, vermischen. Plin. 25 cap. 12 *diluere aliquid in pastillos.* Virgil. 1 Georg. v. 344 *miti dilue Baccho.* Auson. Perioch. Odyss. 6 *fatigationem somno diluere*, die müdigkeit vertreiben, ausruhen. ¶ 2. Sed, *Diluere crimen*, est purgare & refellere, sich der übelthat halben entschuldigen, und sie widerlegen, Cicer. pro Milone c. 27. Et pro Rosc. Amer. cap. 15 *Infirmare res leves, & diluere*, widerlegen.

¶ Dilūtus, a, um, abgeläutert abgekläret, abgesäuget, gemischt. Horat. 2 satyr. 2 v. 16 *Mella Falerno diluta.* Et Persius satyr. 3 v. 14

Dilutas querimur geminet quod fistula guttas,

die dinten sey zu dünne, fliesse zu sehr. Compar. *Dilutior.* Cicero Fragmento pro Fontejo apud Ammianum lib. 15 cap. 29 *Gallos posthæc dilutius esse poturos, quod illi venenum esse arbitrabantur.* Et Tertullianus de Anima cap. 24 *dilutioris divinitatis esse*, hoc est, inferioris. Celsus lib. 1 cap. 3 & comparativum *dilutius* habet & superlativum, *potio quam dilutissima.* ¶ *Dilutum* substantive, ein tranck; ut, *absynthii dilutum*, Plin. 27 cap. 7. *Vncia diluti Falerni*, Martial. 1 epigr. 177.

¶ Dilúvium, i, inundatio, ein groß gewässer, sündfluth, verschwemmung. Seneca Quæst. Nat. lib. 3 cap. 29 *Berosus conflagrationi atque diluvio* (ex cursu siderum) *tempus assignat.* Plin. lib. 8 epist. 17 *Hic assiduæ tempestates & crebra diluvia. Tiberis alveum excessit* &c.

¶ Diluvies, ēi, idem. Horat. lib. 3 od. 29 v. 40 *Fera diluvies quietos irritat amnes.* Adde 4 od. 14 v. 28.

¶ Diluvio, ōnis, fœmin. idem. Censorinus de Die Nat. cap. 18 *Cujus anni hiems summa est κατακλυσμὸς, quam nostri diluvionem vocant.*

¶ Diluviālis, e, adjectivum, ad diluvium pertinens, überschwemmend. Solinus c. 9 [al. 14] de Macedonia: *Quas solas* [montium eminentias] *diluvialis irruptio inaccessas reliquit.* Est &

¶ Dilŭvio, are, verbum apud Lucretium, pro inundare, verschwemmen, lib. 5 v. 388.

¶ Eluo, ĕre, aquis expurgare, auswaschen, abspühlen. *Eluere maculam vestium*, Plin. lib. 20 cap. 8, flecken auswaschen. Cicer. de Legib. lib. 2 cap. 10 *Animi labes nec diuturnitate vanescere, nec manibus ullis elui potest*, die gebrechen der hertzen lassen sich durch keine hände auswaschen.

¶ Elūtus, a, um, ausgewaschen; ut, *Eluta & siccata vinaria*, Colum. 6 cap. 34. Et, *Eluta alica*, Plin. 22 cap. 24. Comparat. *elutius* etiam Horatius fecit 2 satyr. 4 v. 16

Irriguo nihil est elutius horto.

¶ Elŭvies, ēi, schlamm, unflat. Plin. lib. 2 cap. 82 *Oppida crebris ad eluviem cuniculis cavata*, canäle zu abführung des unflats. ¶ 2. Vorago a torrente facta, ein graben, so das wilde wasser gerissen. Sic Curtius lib. 5 cap. 4 n. 26 *eluviem* vocat, quam paullo ante n. 23 *voraginem* dixerat, *concursu cavatam torrentium.* Et lib. 8 cap. 11 n. 7 *voragines eluviesque præruptæ.* ¶ 3. Translate pro vitiis. Cicer. pro Domo cap. 20 extr. *Labes atque eluvies civitatis.*

¶ Eluvio, ōnis, die ausschwemmung, ergiessung der wasser. Cic. Somn. Scip. cap. 7 *propter eluviones exustionesque terrarum.* Idem 2 Offic. cap. 5 *caussæ eluvionis, pestilentiæ, vastitatis.*

¶ Eluĭbĭlis, e, quod elui potest. Vnde

¶ Ineluibilis, e, quod nequit elui, unauslöschlich. Lactantius de Ira Dei cap. ult. *Ineluibiles sibi maculas inusserunt.* Sic Rom. vetus edit. & Parrhasii: at MSS. plures *indelebiles.*

¶ Elutrio, elutriare, est de vase in vas transfundere, quod & *transvasare* dicitur, sed rarius, fassen, aus einem faß ins ander ziehen, ut vinum, &c. huc Vossius referendum magis censet, quam & a *lura*, i. e. utre, elutriandi instrumento, putet derivare posse. Gellius 16 cap. 7 ex Laberio adfert *elutriare lintea*, quod ipse in obsoletis & plebejis numerat. Sed

¶ Elutriatus, a, um, ausgespühlt, bis occurrit apud Plinium, ut lib. 9 cap. 38 *Vellus elutriatum*; & lib. 14 cap. 17 *Sextarii elutriati.*

¶ Elutia, orum, id est, metalla elutis sordibus purgata, ex Plinii lib. 34 cap. 16 ostenduntur, sed Harduinus ibi *aluta* legit MSS. libris confisus, quem vide.

¶ Elutio, ōnis, die abwaschung. Cæl. Aurel. Tard. 1 cap. 1 *panis calida elutione purgatus.*

¶ Illūtus, sive Inlutus, a, um, non lotus, unbenetzt. Arnobius lib. 1 p. 26 *Christus per altissimos gurgites pedem ferebat inlutum.* Horat 2 satyr. 8 v. 52 *Incoquere illutos echinos.*

¶ Illutibilis, e, unvertreiblich, was man nicht saubern kan; ut, *odor illutibilis*, Plaut. Menæch. a. 1 sc. 2 v. 57.

¶ Illutibarbus, a, um, intonsus, unbalbiert. Apul. Flor. *Hispidus, illutibarbus, spinis & pilis obsitus.*

¶ Illŭvies, ēi, quæ ἀλουσία Græcis, ea Latinis similiter a non lavando *illuvies* appellatur, quæ ad δυσχέρειαν seu fœditatem pertinet: quam ἀθεραπευσίαν σώματος Theophrastus, id est, *incultum neglectumque corporis*, definit, schmutz, unflat, wenn man sich nicht reiniget und wäscht. Curtius lib. 4 cap. 1 *Elue corpus illuvie æternisque sordibus squalidum.* Terentius Heaut. a. 2 sc. 2 v. 53 *pannis obsita, neglecta, immunda illuvie.* Lucretius lib. 6 extr.

Languida semanimo cum corpore membra videres
Horrida pædore & pannis cooperta perire
Corporis illuvie.

Plauto Mostell. a. 1 sc. 1 v. 39 convicii verbum est *illuvies*, ein unflat.

¶ Interluo, ĕre, interfluere, darzwischen fliessen. Livius lib. 41 cap. 25 *quantum interluit fretum?* Solinus cap. 56 *Babylon amni interluitur Euphrate.* Et Virgilius 3 Æn. v. 418 de freto Siculo:

arvaque & urbes
Litore diductas angusto interluit æstu.

¶ Interlŭvies, ēi, aqua interluens, der durchfluß. Solinus cap. 22 *Hebudes insulæ, quotquot sunt, omnes angusta interluvie dividuntur.* vide ibi Salmas. p. 176.

¶ Perluo, ĕre, reinigen, waschen. *Os vino perluere*, Colum. lib. 6 c. 8. *Manus perluere fontana unda*, Ovid. 5 Fastorum v. 435. Heinsius tamen *proluit.*

¶ Pelluvium, i, (Pelluvia, æ,) vas ad abluendos pedes, ut Malluviæ, quibus manus lavantur, Festus, ein fußbecken.

¶ Pelvis, is, ein becken, waschbecken. Juvenal. sat. 3 v. 277

patulas effundere pelves.

¶ Polluo, ĕre, contaminare, inquinare, besudeln, beschmitzen, beflecken. Cicero pro Domo sua cap. 40 *Cærimonias incesto, stupro, & flagitio polluere.* Et in 11 Philipp. cap. 12 *Inexpiabili scelere omnia jura Deorum hominumque polluere*, schändlich wider alle göttliche und menschliche rechte handeln. Sic, *polluere se libidine, vitiis, peccatis*, &c.

¶ Pollūtus, a, um, unrein, besudelt. *Mensa cruore polluta*, Silius lib. 7 v. 183. *Polluta dolis fœdera*, Idem lib. 11 v. 323. *Pollutissimus dives*, Apulejus lib. 9 Met. p. 234. Et rursum Silius lib. 11 v. 46

temeraria pubes
Delicta augebat: pollutior ipsa senectus.

¶ Pollutio, ōnis, die befleckung, beschmitzung, verunreinigung. Palladius lib. 9 cap. 10 *Aqua omni labe pollutionis aliena.*

¶ Impollūtus, a, um, unbefleckt. Tacitus Ann. 14 c. 35 *Virginitas impolluta*: & lib. 16 cap. 26 *intemeratus, impollutus.* Et Paullinus Nolan. carm. 6 de Baptista v. 227 *mens impolluta.*

¶ Prælūtus, a, um, vorhergewaschen: ut, *præluta habitacula*, Sidon. 4 epist. 25.

¶ Proluo, ĕre, wohl durchspühlen, schwemmen. Persius in præfatione:

Nec fonte labra prolui Caballino.

Colum. lib. 2 cap. 18 *Impetus aquarum proluit terram*, das wasser verschwemmet die erde. Et Apulejus de Mundo p. 73 *Audivimus, abruptis imbribus prolutas esse totas regiones.* Metaphorice Gellius lib. 2 cap. 24 *pecuniam suam prandiorum gurgitibus proluisse.*

¶ Prolŭvies, ēi, schlam, unflat, koth: ut, *Alvi proluvies*, retrimenta, Columellæ lib. 12 cap. 38 pr. &, *Ventris proluvies*, Virgilio Æn. 3 v. 216.

¶ Prolu-

¶ Prōlŭvio, ōnis, der ausfluß, die austretung des wassers. Apulejus de Mundo p. 73 *In Occidentis plagis scaturigines quædam ac proluviones eædem strages dederunt.*

¶ Prolŭvium, i, verschwemmung, verschwelgerung. Terent. in Adelph. a. 5 sc. 9 v. 28 *Quod proluvium? quæ isthæc subita est largitas?* Sed ibi Donatus *Prolubium* agnoscit, & προθυμίαν interpretatur.

¶ Proluviōsus, a, um, ausfliessend, schlammicht; ut, *proluviosa pestis*, Q. Fab. Lucullus apud Fulgent. de prisco Serm. in *Ramentum* n. 31.

¶ Rĕluo, ĕre, repignerare, wieder einlösen. Festus ex Cæcilio: *Aurum & vestem, quod matris fuit, reluat, quod viva ipsi opposuit pignori.* Turnebus lib. 17 cap. 8 ex Declamatione in Sallustium, quæ Ciceroni tribuitur, idem probavit, veteris libri auctoritate inductus.

¶ Subluo, ĕre, von unten auf abwaschen, abspühlen. Cæsar lib. 7 de B. G. cap. 69 *Cujus collis radices duo duabus ex partibus flumina subluebant.* Et Avienus Perieg. v. 556 *citus Hadria rursus Subluit hanc fluctu.* Et Celsus 4 cap. 12 *Subluere se aqua calida.*

¶ Sublūtus, a, um, eingetaucht. Martial. 2 epigr. 42

Zoile, quid solium subluto podice perdes?

¶ Sublŭvies, ēi, idem ac proluvies, schlamm, unflat, wust. Apulejus Met. 9 p. 221 *Via subluvie cænosâ lubrica.* Et Ammianus lib. 15 cap. 6 de Rheno: *limosa subluvie tardatur properans flumen.* ¶ 2. *Subluvies* morbus ovium, die räudigkeit. Colum. lib. 7 cap. 5 *Subluvies & intertrigo pice per se liquida, vel alumine & sulfure atque aceto mistis rite, eruentur.*

¶ Subterluo, ĕre, idem quod subluere. Claudianus 6 Consul. Honor. v. 177 *Gurgite sidereo subterluit Oriona.*

De Eridano cælesti sive sidereo intelligendus est.

¶ Subterlŭvio, ōnis, subluvies, die wegschlemmung. Claud. Mamertus de Statu animæ lib. 1 cap. 2 *Loca humoris assidui subterluvione cedentia*, durch das, was unten dran hinfliesset.

Lupa, lupanar, lupatum, vide *Lupus*.

LVPERCAL, ālis, locus Romæ consecratus Pani Arcadiæ Deo, ut ejus beneficio greges & armenta a *lupis* tuta essent: seu, quod ibi per caprum *lueretur*, hoc est, sacrificaretur. Hæc Servius in Virg. Æn. 8 v. 343. conf. Ovid. Fast. 2 v. 381.

¶ Lupercālia, ium, λυκαῖα, sacra erant in honorem Panis, quæ in Februario celebrabantur. vide Ovid. 2 Fast. v. 367 & seqq. plurimis, item Dionys. lib. 1 & Livium: Plutarchum in Romulo p. 31, itemque in Cæsare p. 736.

¶ Lŭpercālis, e, adject. ut, *Lupercale sacrum*, ab Augusto restitutum, vid. Suet. ejus vita cap. 31.

¶ Luperci, orum, sacerdotes dicebantur Pani sacra facientes. Sing. Cicero in 2 Philipp. cap. 34 *Ita eras Lupercus, ut te consulem esse meminisse deberes.* M. Antonium intelligit. Lupercalibus autem Luperci discurrebant per urbem nudi, & loris caprinis nuptas percutiebant, fœcunditatis & facilioris partus augurio. Hinc proprie dicebantur *Currere*, ut nos fastnacht lauffen. Sueton. Augusto cap. 31 *Lupercalibus vetuit currere imberbes.* Terga mulierum Lupercos percutere solitos refert Ovid. 2 Fast. v. 385. Plutarchus vero in Cæsaris vita manus feriendas præbuisse testatur. Et hunc morem perstringit Juvenalis sat. 2 v. 142

Nec prodest agili palmas præbere Luperco.

Cæterum *Lupercorum* duæ sodalitates erant, *Fabiana* & *Quintiliana*: quibus tertiam addidit Cæsar & *Julianam* appellavit. Ovid. Fast. 2 v. 377. Dio Cass. initio lib. 44, & Sueton. in Cæsare cap. 76. vide Turneb. lib. 7 Advers. cap. 3.

¶ Luperca, æ, Dea, quæ lupis præest, ne noceant. Arnob. lib. 4 pag. 128.

LVPIA, sive Luppia, æ, Λουπία, Germaniæ fluvius, die Lippe. Tacit. Annal. 1 cap. 60, & lib. 2 cap. 7.

LVPĪNVS, & Lupinum, i, genus leguminis; plur. Lupini, feigbonen, wolffsbonen. Rationem nominis afferunt, quod lupina quadam natura terram voret. Sed est ἀπὸ τῆς λύπης, *quia vultum gustantis amaritudine contristat*, dicente Isidoro 17 cap. 4. Hinc Virg. Georg. 1 v. 75 *Tristis lupini fragiles calami.* conf. Cato de R. R. cap. 37, & Colum. 2 cap. 10. Est pauperum cibus, de quo Calpurnius etiam eclog. 3 extr. Pontanus in Ancone:

Post dulces quandoque epulas juvat esse lupinum.

Circumagitur lupinus quotidie cum sole, horasque agricolis etiam nubilo demonstrat, Plinius lib. 18 cap. 14. Zeno difficilis erat & iracundus omnino inter amicos, multum autem bibens vini, suavis & placidus fiebat. Interrogatus igitur de hujusmodi consuetudinis ratione, *se lupinis valde similem esse dicebat, qui asperrimi priusquam irrigarentur, poti vero dulces essent & placidissimi*; ἔλεγε τὸ αὐτὸ τοῖς θέρμοις πάσχειν· καὶ γὰρ ἐκείνους πρὶν διαβραχῆναι πικροτάτους εἶναι, ποτισθέντας δὲ γλυκεῖς καὶ προσηνεστάτους. Athen. lib. 2 cap. 15 p. 57, & D. Laërtius in Zenone. ¶ *Lupini* non in comœdiis tantum, sed extra eas etiam, nummorum vice erant, ut Marcilius docet ad istud Horatii 1 epist. 7 v. 23 *Nec tamen ignorat, quid distent æra lupinis*,

i. e. quid intersit inter veros nummos & illos lupinarios. Quamquam alii aliter eum locum & legant & explicent. vid. Erasmi Chiliad.

¶ Lŭpillus, i, diminut. eine kleine feigbone. Plaut. Stich. a. 5 sc. 4 v. 9 *Lupilli comminuto crustulo.*

¶ Lupinārius, a, um, zu denen feigbonen gehörig; ut, *labrum lupinarium*, Cato de R. R. cap. 10 & 11. ¶ Substantive *Lupinarii* sunt negotiatores lupinorum, feigbonen-krämer, apud Lamprid. in Alex. Sev. cap. 33.

¶ Lupinētum, i, vulgo ubi lupini seruntur, ein feigbonen-beet.

LŬPVS, i, rapax, infestus pecori, insatiabilis, λύκος, ein wolff. Olim Marti sacrum fuit hoc animal. Vnde Horatius lib. 1 od. 17 v. 9 *Lupos Martiales* vocavit. vide Plutarch. in Romulo p. 19, qui tamen in libro, *cur Pythia oracula reddere desinat*, inter Apollinaria etiam refert p. 400. vide & Justinum lib. 43 cap. 2. Plautus Asinar. a. 2 sc. 4 v. 88

Lupus est homo homini, non homo, cum qualis sit, non novit.

Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 1 v. 16 *Ovem lupo commisisti*, du hast den bock zum gärtner gesetzt. Hinc & Cic. 3 Philipp. cap. 11 *O præclarum custodem ovium, ut ajunt, lupum!* Prov. *Non curat numerum lupus*, der wolff frist auch wohl ein gezehlt schaf. Lupus a dextro occurrens, ore pleno, felix omen. vid. Voss. lib. 1 Instit. Orat. p. 95. ¶ *Lupus in fabula*, Terent. in Adelph. a. 4 sc. 1 v. 21. Servius ad illud Virg. eclog. 9 *Lupi Mœrin vidêre priores: Hoc physici*, inquit, *confirmant, quod vox detrahitur ei, quem primum lupus viderit. Vnde etiam proverbium hoc natum est*, LVPVS IN FABVLA, *quoties supervenit ille, de quo loquimur, & nobis sua præsentiâ amputat facultatem loquendi.* Hæc ille. vide & Donat. ad loc. Terentii, & Plinium lib. 8 cap. 22, & Albericum Gentilem Lection. Virgilian. cap. 18. Cicero ad Attic. 13 ep. 33 *De Varrone loquebamur, lupus in fabula, venit enim ad me*, hätten wir seiner eher gedacht, so wäre er eher kommen. ¶ *Lupus pilum mutat, non mentem*, alter hilfft vor thorheit nicht. ¶ *Auribus lupum teneo*, id est, ejusmodi negotio involutus sum, quod neque relinquere integrum mihi est, neque tolerare possum, Terent. Phorm. a. 3 sc. 2 v. 21, & Sueton. Tiberio cap. 25, & ibi Beroaldus. Alia notione illo adagio usus est Plutarchus πολιτικῶν παραγγελμάτων p. 802, quam exposuit Cellarius Notis ad Petri Cunæi orationem quintam p. 88. ¶ 2. *Lupus* piscis, sic dictus a rapacitate & voracitate, ein hecht. *Lucius* non est, nisi quod cognatum quippiam cum eo habet, vorax enim uterque est, Gesnerus. Alii *Lupum* eumdem esse, qui sit *Lucius*, disputant. *Lupus* piscis Græcis λάβραξ dicitur, ὅτι λάβρως τὸ δέλεαρ καταπίνει, quia cum impetu & avide escam devorat. ¶ 3. *Lupus*, ἅρπαξ, instrumentum aduncum, quo ex puteis, quæ inciderunt, extrahuntur, ein hacken; vide *Harpago*. Livius lib. 28 cap. 3 *Qui erexerant ad murum scalas, alii furcis ad idipsum factis detrudebantur, in alios lupi superne ferrei injecti, ut in periculo essent, ne suspensi in murum extraherentur.* ¶ 4. *Lupus salictarius*, herba est Plinio 21 cap. 15, & *Lupulus*, vulgo humulus, hoppen. ¶ 5. *Lupus* genus freni asperrimi, a lupinis dentibus dicti, ein scharff gebiß, oder brechzaum. Ovid. lib. 5 Trist. eleg. 6 v. 3

Tempore paret equus lentis animosus habenis,
Et placido duros accipit ore lupos.

¶ 6. *Lupus*, aranei genus, eine kleine spinne. Plin. 11 cap. 24 *Luporum nomine minimi non texunt.*

¶ Lŭpa, æ, fœm. eine wölffin. *Rapidæ tradis ovile lupæ*, Ovid. 3 de Art. am. v. 8. *Romulus & Remus, infantes finguntur esse nutriti a lupa*, id est, uxore parum honesta pastoris Faustuli, Acca Laurentia, quæ vulgato corpore *Lupa* inter pastores vocata. vid. Livius lib. 1 cap. 4, & Dion. Halic. lib. 1. ¶ 2. Nam & meretrices *Lupæ* dicebantur ob rapacitatem. Plautus Epidico a. 3 sc. 3 v. 22 *Divertunt mores virgini longe ac lupæ.* Catullus carm. 100 al. 97 ad Juventium:

Tamquam comminctæ spurca saliva lupæ.

Apul. Apolog. *Ipse propudiosus, uxor lupa.* Hinc *Lupanar*, de quo mox sequitur. conf. Taubm. ad Plaut. Pseud. p. 956, & Vineti Not. Auson. p. 212. Hinc &

¶ Lupŭla, æ, ein hürlein. Apulej. Met. 5 *Perfidæ lupulæ insidias tibi comparant.*

¶ Lupŭlus, i, vulgo lupus, hoppen. vide *Lupus* n. 4.

¶ Lŭpīnus, a, um, wölffisch; ut, *Lupina ubera*, Cic. Catil. 3 cap. 8. *Lupino ritu devorant*, Prudent. Pass. Calagurritan. v. 98. ¶ De *Lupino* legumine vide paullo ante seorsum.

¶ Lŭpānar, āris, & Lupanarium, i, domus inhonesta, fornix, *stabulum* Petronio, ubi meretrices prostabant: Senecæ Rhetori *Locus communis*: ubi impune permittebatur libido, ein huren-hauß. * *Lupanaria* fornices erant plerumque subterranei, hinc erant fuliginosi, quia in iis ignis accendi solebat: vid. Schult. ad Controv. 1 Senec. 2 p. 93. *Grævius.*

¶ Lupanaris, e, adject. hurisch. Apulej. Met. 9 *Larem mariti lupanari maculare infamia.* Et in Apolog. *Idem libidinum ganearumque locus, lustrum, lupanar.* Et Juvenal. sat. 6 v. 121 de Messalina Augusta: *Intravit lupanar.* conf. ibid. v. 132, & Martial. 9 epigr. 7. Exemplum alterius formæ, *lupanarium*, habes Lege 27 § 1 Dig. de Heredit. petit. & lege 43 Dig. de ritu nuptiar. Hinc etiam verbum

¶ Lupor, ari, scortari, vel prostitui, hurerey treiben. Accius apud Nonium cap. 2 n. 497 *Qui cum meretrice per vias lupantur.*

¶ Lupātum, i, frenum asperrimum, a lupinis dictum dentibus, juxta Servium, ein brechzaum. Sic *Frena lupata* Horat. dixit 1 od. 8 v. 6; quæ & *Lupos* Ovid. dixit loco supra in *Lupus* n. 5 cit. Et, *Duris parere lupatis*, Virg. Georg. 3 v. 208.

LV̄RA, æ, os culei, vel etiam utris, Festus. vide mox in *Luridus*.

LVRCO, ōnis, nepos, gulosus, Festo *capacis gulæ homo*, ein prasser, schlemmer. *Lurco edax*, Plaut. in Persa a. 3 sc. 3 v. 16. Lucilius apud Nonium cap. 1 n. 34 *Vivite lurcones, comedones, vivite ventres.*

Lenæus Grammaticus, ut auctor est Suetonius cap. 15, Sallustium *lastaurum, & lurconem, & nebulonem popinonemque* appellavit.

¶ Lurconianus, a, um, adject. schlemmerisch. Tertullian. de Anima cap. 33 *Condimenta Apiciana & lurconiana.*

¶ Lurco, are, & Lurcor, ari, verbum, est cum aviditate cibum sumere, schlemmen, sauffen und fressen. Lucil. apud Nonium l. c. ut *lurcaretur lardum.* Et Varro ibid. *cum psaltria & cum Flora lurcare.* conf. Gronov. observ. 23 p. 254.

¶ Collurcinatio, ōnis, schwelgerey. Apulej. Apol. *Quæ omnia in paucis annis hic degulator studiose in ventrem condidit, & omnimodis collurcinationibus dilapidavit.*

LV̄RĬDVS, a, um, adject. supra modum pallidus, schwartzgelb, bleyfarbig; ut, *Color luridus*, Plin. 18 cap. 10, qualis est membrorum, quæ vel loris cæsa sunt, vel gelu mortua, die da erfroren seyn. *Dentes luridi*, garstige gelbe zähne, Horat. 4 od. 13 v. 10. Et in epod. 17 v. 22 *Pelle lurida amicta ossa.* Sic, *Pallor luridus*, Ovid. 4 Metam. v. 267. Et, *sulfura lurida*, lib. 14 Metam. v. 797: Idemque 1 Metam. v. 146 *Lurida aconita.* Est a *Lura*, secundum Festum, quod est os culei vel utris. Quamquam & utrem ipsum sive corium significet, ut Lambinus ex Lucilio ad Horatium lib. 3 ode 4 extr. observat.

¶ Luror, ōris, Lucretius dixit lib. 4 v. 333, pro *pallore*, die blässe. Apul. Met. lib. 9 p. 222 *Lurore deformes* dixit; & p. 131 *lurore buxeo*, quod lib. 8 p. 211 est *buxanti pallore*, gantz bleich und blaß.

¶ Luridatus, a, um, squalidus, beschmutzt. Tertullian. 4 adv. Marc. cap. 8 ineunte: *Qui retro luridati delinquentiæ maculis, & nigrati ignorantiæ tenebris.*

¶ Sublūrĭdus, a, um, blaulicht. Plautus (vel quisque supplevit) Amphitr. a. 4 sc. 4 v. 64 *Coivit cicatrix rufula, sublurida.*

LVSCĪNIA, æ, ἀηδών, philomela, sic Græcis dicta, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ ᾄδειν, quod sine intermissione fere, cum cœpit, canat, die nachtigall. Sappho eam appellat ἦρος ἄγγελον, *veris nuntiam.* Horat. 2 sat. 3 v. 245 *Luscinias coëmtas soliti prandere.* Apulej. lib. 3 Florid. *Lusciniæ in solitudine Africana canticum adolescentiæ garriunt.* vide de cantu ejus locum elegantem apud Plin. lib. 10 cap. 39. Proverb. *Neque picæ cum luscinia dormiunt:* De iis dictum, qui somni parcissimi sunt. Luscinias enim insomnes esse, Ælianus Var. Hist. 12 cap. 20 ex Hesiodo tradidit. *Pica cum luscinia certat*, proverbiale de impari certamine. *Corvi lusciniis honoratiores*, κόρακες ἀηδόνων αἰδεσιμώτεροι. vide *Corvus*. Memorabile porro est, quod de lusciniis prodidit Plutarch. in libello de industria animalium: *Quod etiamsi innatam habeant & natura cantus suavitatem, tamen, nisi a matribus primum condocefiant, & in cœtu aliarum discant, canant inconcinniter.* Proverb. aliud: *Lusciniæ cantio deest*, q. d. mulieri desunt verba, poëtæ versus, oratori color, sophistæ cavillum. Est & aliud: *Luscinia Musarum*, in hominem insigniter eruditum, præcipue in poëtam carmine felicem, qui ab aliis μουσῶν ὄρνις, ab aliis cygnus appellatur.

¶ Luscĭnius, i, in masc. idem, apud Phædrum 3 fab. 19 v. 2 & 11. Putat Rittershusius, apud solum Phædrum reperiri. Sed exstat etiam in Glossis *Luscinus* pro *Luscinius*.

¶ Lusciniŏla, æ, dimin. eine kleine nachtigall. Plaut. in Bacchid. a. 1 sc. 1 v. 4 *Pol ego quoque metuo, lusciniolæ ne defuat cantio.*

Lusciosus, luscitio, luscitiosus, vide mox *Luscus*.

LVSCVS, a, um, qui altero captus est oculo, vel qui cæcutit, einäugig, blödsichtig. Est a *luce*, τῷ S interjecto, ut docet Scaliger ad Festum. Cic. de Orat. 2 cap. 60 *Huic lusco, familiari meo, C. Sextio*, &c. Juvenal. satyr. 10 v. 158 de Hannibale:

Cum Getula ducem portaret bellua luscum.

Et Alanus class. 3 parab. 12

Lippo non lusco collyria nigra medentur,
Qui semel est luscus, non nisi luscus erit.

vide *Collyrium*. ¶ *Lusca*, fœm.. Martial. lib. 4 epigr. 65

Oculo Philænis semper altero plorat.
Quo fiat illud quæritis modo? lusca est.

¶ Luscinus, i, idem fere, qui luscus, blödsichtig. Fabriciorum Romæ cognomen fuit. * *Luscini* sunt, qui vi & injuria hominum lusci erant. Plinius 8 cap. 37 *Qui altero lumine orbi nascerentur, coclites vocabantur; qui parvis utrisque, ocellæ; Luscini injuriæ cognomina habuerunt.* Grævius.

¶ Lusciosus, a, um, qui exiliter admodum videt, halb blind, blödsichtig; de quorum remediis agit Plinius 23 cap. 7, & 28 cap. 10.

¶ Luscitiosus, a, um, idem, μύωψ & νυκτάλωψ, der blöde und blinzende augen hat, und des abends schärffer sehen kan, als am tage, Varro, item Lege 10 § 4 Dig. de Ædilitio edicto & redh. Plautus Mil. a. 2 sc. 3 v. 52 *Tu quidem cæcus, non luscitiosus.* conf. Taubm. ad h. l.

¶ Luscitio, ōnis, vitium oculorum, quod clarius vesperi quam meridie cernit, apud Festum. Dicitur a Græcis νυκτάλωψ, seu νυκταλωπία, blöde augen. vide *Nyctalops*.

¶ Elusco, are, luscum facere, ein auge ausschlagen, blind machen; apud Jurisconsultos legitur. Vlpianus Lege 5 § ult. Dig. ad Legem Aquil. *Julianus scribitur Aquilia teneri eum, qui eluscaverat discipulum in disciplina.* Marcellus Lege 27 Dig. de pignorib. vel hypoth. *Si servum interfecisset aut eluscasset.* Gloss. gr. lat. ἐκτυφλόω, *excæco, elusco.*

¶ Ēluscatus, a, um, blind gemacht. Iterum Vlpianus l. 3 Dig. de condict. triticiar. *servus eluscatus.*

¶ Eluscatio, ōnis, die blindmachung. Gloss. Cyrill. *Eluscatio*, ἀποτύφλωσις.

Lusio, vide *Ludus*.

LV̄SĪTĀNIA, æ, Hispaniæ regio ad oceanum occidentalem fere in eo tractu, ubi hodie *Portugallia*. Dicitur a *Luso* Hispanorum rege, das königreich Portugall.

¶ Lusitani, orum, populus Lusitaniæ, die Portugiesen.

¶ Lusitanus, a, um, adject. ut, *Lusitana tela*, Valer. Max. 9, 1, 5. conf. Silius 5 v. 335.

Lusito, Lusor, lusorius, vide *Ludus*.

Lustralis, lustrare, lustratio, lustricus, vide mox *Lustrum*.

LVSTRVM, i, ferarum habitaculum, ein wildlager, eine wildbahn. Virgil. 2 Georg. v. 471

Non absunt illic saltus ac lustra ferarum.

¶ 2. *Lustra* & Lupanaria dici, Servius auctor est, item Vet. Schol. Horatii ad lib. 1 sat. 6 v. 68, huren- und buben-gelag. Cicero pro Red. in Sen. cap. 6 *Cur in lustris, & beluationibus hujus saltatoris eximia virtus tamdiu cessavit.* Et Philipp. 2 cap. 3 *vino lustrisque confectus.* ¶ 3. Et *Lustrum* Olympias est, quinquennale spatium; quum quadriennio exacto, quintus annus jam procurrit, eine fünffjährige zeit. Hinc sæpe *lustrum* pro absoluto quadriennio ponitur. vide Scalig. lib. 5 de Emendat. temporum, item lib. 2 Auson. Lect. cap. 23; & Cujacium lib. 2 Codicis de auro lustrali: itemque Barth. ad Stat. Silv. p. 120. Dictum a *luendo*, quod quinto quoque anno vectigalia & tributa ex prædiis lui, hoc est, solvi juberentur, Varrone auctore. Sed *Lustrum condere* est censum finire, ut mox dicemus. ¶ 4. Denique *Lustrum* sacrificii genus est, seu purgatio Livio lib. 2, de cujus ritu vide Peuceri Divinationes. *Lustra* autem alia *stata* erant, quæ quinto quovis anno iterabantur per censores, alia *piacularia*, quæ fiebant mense Februario. De priori genere intelligendus est Livius lib. 1 cap. 44 *Exercitum omnem sue, ove, taurilibus lustravit, idque conditum lustrum appellatum, quia in censendo finis factus est.* Idem lib. 40 cap. 46 *Agatis censum, lustrum condatis.* Et Cicero de Orat. lib. 1 c. 40 *Quæritur is, qui domini voluntate census sit, si non sit conditum lustrum, sitne liber?* In his ergo *condere lustrum*, est lustratione & solennibus sacrificiis censum finire.

¶ * *Armilustrum* fuit locus in Aventino, in quo annuam festivitatem celebrabant milites armati, gestantes ancilia a. d. 19 Octobr. uti ex calendario vetere & Festo constat. Contra

¶ *Armilustrium* erat ipsa festivitas. vid. Fam. Nardinus lib. 7 de Roma vetere cap. 7. *Grævius.* Vide supra *Arma*, & *Tubilustrium* in *Tuba*.

¶ Lustro, avi, atum, are, activ. expiare est seu pugnare, reinigen, weyhen, heiligen, versühnen. Virgil. eclog. 5 v. 74

Et cum solennia vota
Reddemus Nymphis, & cum lustrabimus agros.

Idem passive 3 Æneid. v. 279

Lustramurque Jovi, votisque incendimus aras.

Et Ovid. Met. 10 v. 398 *Magico lustrabere ritu.*

Idem Met. 13 v. 951 *Ego lustror ab illis,*
Et purgante nefas novies mihi carmine dicto,
Pectora fluminibus jubeor supponere centum.

Sic, *lustrare urbem*, Plin. 10 cap. 13. ¶ 2. *Lustrare exercitum*, id est, recognoscere & sacrificiis expiare, musterung halten. Quod fiebat, cum Imperator ad novum exercitum veniret. vide Ciaccon. ad Hirtium lib. 8 de B. G. n. 529, & Livium lib. 38 cap. 12. Quo ritu id apud Macedonas celebraretur, apud eumdem habes lib. 40 cap. 6, itemque apud Curtium lib. 10 cap. 9 n. 12. ¶ 3. Est & *Lustrare* circumire, peragrare, visere, considerare, quod lustrationes scilicet tali ratione fierent, umher gehen, durchwandern, beschauen, besichtigen. Cic. 5 de Fin. cap. 25 *Pythagoras Ægyptum lustravit.* Virg. Æn. 1 v. 581 *Libyæ lustrare extrema.* Idem Æn. 3 v. 377 *Quo tutior hospita lustres æquora.* Et eclog. 2 v. 12 *Tua dum vestigia lustro.* Iterum Æneid. 8 v. 153 *Totum lustrabat lumine corpus*, er betrachtete ihn von oben biß unten. Et de sole Æn. 4 v. 607 *Flammis opera omnia lustras*, du beleuchtest alles. conf. Æn. 2 v. 6. Sic, *omnia ratione animoque lustrare*, alles wohl erwegen, bedencken, Cic. de Off. 1 cap. 17. conf. Nonius cap. 4 n. 277. Sed deponentialiter

¶ Lustror, lustrari, id est, in lustris meretricum, sive lupanaribus ætatem & rem consumere, den huren nachlauffen, apud Nonium l. c. ex Lucilio. Sic Plautus Pseud. a. 4 sc. 7 v. 6

Luxuriantur, lustrantur, comedunt quod habent.

Idem Casin. a. 2 sc. 3 v. 29 *ubi fuisti? ubi lustratus? ubi bibisti?*

¶ Lustratus, a, um, passiv. geweyhet, gereiniget, gemustert. Liv. 3 c. 19 *Lustratum atque purgatum Capitolium.* Ovid. Met. 14 v. 605 *Lustratum corpus ungere.* Martialis præf. lib. 8 epigr. *Non nisi religionis purificatione lustratus accedere ad templa debet.* Cic. 1 de Divin. cap. 35 *Exercitus lustratus.*

¶ Lustratio, ōnis, expiatio, die weyhung, reinigung, das feg-opffer. Colum. 2 cap. 22 *Desideraturi lustrationum cæterorumque sacrificiorum, quæ pro frugibus fiunt, morem priscis usurpatum.* Lustrationis ritus vide apud Casaub. in sat. 2 Persii, & Barth. ad lib. 4 Theb. Statii p. 1073. ¶ 2. Est & circuitio, ut apud Cic. in Philipp. 2 c. 23, *Peragratio itinerum, lustratio municipiorum*, der durchzug und die besichtigung. *Lustratio exercitus*, die musterung, heer-schau. vide supra *Lustrare*.

¶ Lustrāmen, ĭnis, idem. Val. Flacc. 3 v. 409 *quæ danda forent lustramina cæsis.* conf. v. 442.

¶ Lustramentum, i, idem. Lege 3 § 3 Dig. ad Legem Cornel. de sicar. & venef. *quod lustramenti caussa dederint cantharidas.* Lustramenti, id est, *purgamenti.* Sed Hotomann. de Verb. Jur. de intemperanti & effrenata rei Venereæ cupiditate intelligit, cum cantharidum ea vis sit, ut ad illam incitent.

¶ Lustrator, ōris, qui lustrat, ein reiniger, beschauer. Apulej. Apolog. p. 288 *Hercules lustrator orbis, purgator ferarum, gentium domitor.* Vbi *lustrator* est peragrator, sicut *lustrare* aliquando peragrare sonat, ut supra diximus. ¶ Deinde id nominis ad alias etiam notiones extendi potest, ut, *lustrator infantis, lustrator exercitus*, &c.

¶ Lustrābĭlis, e, ansehnlich. Gloss. gr. lat. περίβλεπτος, *spectabilis, lustrabilis.*

¶ Lustralis, e, ad lustrum spectans, versühnlich; item, fünffjährig; ut, *Sacrificium lustrale*, Livius lib. 1 cap. 28 pr. *Lustrale certamen*, Tacit. Annal. 16 cap. 4, quod cap. 2 *quinquennale ludicrum* dixerat. *Aqua lustralis*, sprengwasser, oder weyhwasser, Ovid. 3 Pont. epist. 2 v. 73.

¶ Lustrĭcus, a, um, zum reinigen gehörig; ut, *Dies lustrici*, secundum Macrob. lib. 1 Saturn. cap. 16 erant, quibus infantes lustrabantur, & nomen accipiebant. Nonus scil. dies puerorum, & octavus puellarum, der achte und neundte tag von der geburt. Tertull. de Idololatr. cap. 16 *Nominalia* vocat. vide Scalig. ad Fest. in hac voce & lib. 2, Auson. 50 cap. 22; præcipue Casaubonum in sat. 2 Persii, & Torrent. ad Sueton. Ner. cap. 6.

¶ Lustrĭficus, a, um, idem. Val. Flacc. 3 v. 448

Atque ita lustrifico cantu vocat: Ite peremti &c.

¶ Lustro, ōnis, homo Venereæ rei deditus, ein hurenjäger. Catull. epigr. penult. *Tamen ipse est maximus lustro.* Nævius apud Festum in *Aleo: Pessumorum pessume, audax, ganeo, lustro, aleo.*

Composita:

¶ Bĭlustris, e, decennis, duorum lustrorum quod est, zehnjährig. Ovidius 2 Amor. eleg. 12 v. 9

Pergama cum caderent bello superata bilustri.

Quod Sidonius imitatus est carm. 23 v. 299

Seu quod carminis atque fabularum
Clausa ad Pergama dat bilustre bellum.

¶ Collustro, are, besehen, beleuchten, licht machen; ut, *Collustrare oculis*, Cic. 5 Tusc. cap. 23, umher besichtigen. Virg. Æn. 3 v. 651

Omnia collustrans, hanc primum ad litora classem
Conspexi venientem.

Et Cicero 2 Nat. Deor. cap. 36 *Sol omnia clarissima luce collustrat.* Et, *Luna solis lumine collustrari putatur*, Idem 2 de Divin. cap. 43.

¶ Collustratus, a, um, hell gemacht. Cic. in Orat. cap. 11 *In picturis alios opaca, alios collustrata delectat.*

¶ Delustro.

¶Deluſtro, are, reinigen. Apul. de Herb. cap. 84 *Aſparagi radice cum aqua fontana deluſtrabis eum.*

¶Illuſtro, are, lucem afferre, erleuchten. *Illuſtrari a ſole*, Varro lib. 1 de R.R. cap. 12. *Sol cuncta ſua luce illuſtrat & complet*, Cicer. Somn. Scip. cap. 4. Et, *Sol illuſtrat habitabiles oras*, Horat. 4 oda 14 v. 5. ¶2. Significat & declarare, perſpicuum facere, clarum item ac celebre reddere, erklären, ausſtreichen, berühmt und anſehen machen. *Patefacere & illuſtrare alicujus nomen*, an tag bringen, beruffen machen: *Tuam amplitudinem, mihi crede, illuſtrabit hominum injuria*, Cicer. 1 fam. epiſt. 6. Idem 3 in Catil. cap. 8 *Haruſpices ſe ſperare dixerunt, ſi illud ſignum, quod videtis, ſolis ortum & forum curiamque conſpiceret, fore, ut ea conſilia, quæ clam eſſent inita contra ſalutem urbis atque imperii, illuſtrarentur, ut a S. P. Q. R. conſpici poſſent.* Corn. Nepos in Themiſtocle c. 1 *Quo factum eſt, ut brevi tempore illuſtraretur*, i. e. notus clarusque fieret. Salvianus lib. 4 de Gubern. p. 112 *Vt pauci illuſtrentur, mundus evertitur; Vnius honor orbis excidium eſt. Vt illuſtrentur*, id eſt, ut ad honores & dignitates altiores adſpirent, ex quibus illuſtres fiant, & appellentur.

¶Illuſtratus, a, um, kund gemacht, erläutert. Cicer. 3 in Catil. cap. 1 *Quæ in ſenatu illuſtrata, patefacta, compertaque ſunt per me.* Idem de Orat. 2 cap. 39 *Obſcurum ſane, & ignotum, patefactum in judicio atque illuſtratum eſt.*

¶Illuſtratio, ōnis, illuſtrandi actus, die erleuchtung. Quintil. lib. 6 c. 2 *Ενάγεια a Cicerone illuſtratio & evidentia nominatur.* Et Cicero lib. 1 de Nat. Deor. cap. 31 *Solis illuſtrationem, ejusdem incenſam radiis menſtruo ſpatio luna complet.*

¶Illuſtrāmentum, i, idem. Quintilianus lib. 12 cap. 3 *illuſtramenta pronunciationis.*

¶Illuſtrator, ōris, qui illuſtrat, der da erleuchtet. Lactant. lib. 2 Div. Inſtit. cap. 9 *Deus luminis fons & illuſtrator rerum.* Et Hieronymus procemio Quæſt. in Geneſin: *Cicero latinæ linguæ illuſtrator.* Vſus & Auguſtinus Confesſion. lib. 12 cap. 11 & 16. Inſcriptio vetus apud Reineſium Claſſe 6. num. 129 INLVSTRATORI PROSAPIAE SVAE.

¶Illuſtris, e, ſplendidus, clarus, nobilis, hell, klar, berühmt, edel, herrlich: ut, *Civitas, locus illuſtris*, cui *obſcurus* contrarium eſt, ein beruffener ort; *Illuſtre notumque omnibus factum: Homo illuſtris honore ac nomine*, Cicer. Et, *Illuſtriores legationes*, Cornel. Nepos Dione cap. 1. *Vbi major atque illuſtrior incidit res*, Cæſar B. G. 8 c. 3, eine wichtige ſache. *Illuſtriſſimum prælium*, Nepos in Pauſania c. 1. ILLVSTRES in monumentis veterum appellabantur primi ordinis Senatores: ſecundi SPECTABILES: tertii CLARISSIMI; Iſidorus lib. 9 Orig. cap. 4. Sidonius lib. 8 epiſt. 6, ab inferiore ad ſummum gradum procedens: *Nicetius vir ortu clariſſimus, privilegio ſpectabilis, merito illuſtris:* vide ibi Savaronem, & ſupra ad Concionem, quæ lib. 7 epiſt. 9 ſubjungitur p. 450.

¶Illuſtrius, Illuſtrisſime, adverb. fürtrefflich. Cicer. lib. 10 epiſt. 19 ad Plancum: *Video, quaſi ea quæ oculis cernuntur, me a te amari. Dices, quid antea? Semper equidem, ſed nunquam illuſtrius.* Gellius lib. 5 cap. 1 *labores ſuos illuſtriſſime narrare.* Et lib. 9 cap. 13 *illuſtrisſime deſcripſit.*

¶Perilluſtris, e, valde illuſtris, ſehr fürnehm. Cicer. lib. 5 ad Att. epiſt. 20 ſub initium: *perilluſtres fuimus.*

¶Perluſtro, are, fleiſſig beſichtigen. Liv. lib. 25 cap. 9 *Diſcurrere circa vias, perluſtrareque oculis omnia.* Cicero etiam *perluſtrare animo* dixit, betrachten, Partit. Orat. c. 11.

¶Prælustris, e, hoch, edel, anſehnlich, ſcheinbar, fürtrefflich. Ovid. 3 Triſt. eleg. 4 pr. *Vive tibi, quantumque potes, prælustria vita:*
Sævum præluſtri fulmen ab arce venit.

¶Subluſtris, e, aliquid lucis habens, etwas licht und deutlich. Livius lib. 5 cap. 47 *Nocte ſubluſtri*, quod Paullinus 6 Nat. Felic. v. 373 *ſubluſtri lumine noctis* dixit. Translate *Verba ſubluſtria*, Gell. lib. 13 cap. 24. Et, *Nox ſubluſtris*, Horat. lib. 3 ode 27 v. 31, id eſt, aliquantulum luminoſa.

Luſus, Lutamentum, lutare, &c. vide *Ludus, Lutum.*

LV̄TĀTIVS, i, (vel Luctatius,) hujus nominis duo fuere. Vni cognomen erat *Catulus*, de quo collega Marii quintum conſulis, prolixe Voſſius de Hiſt. Lat. 1 cap. 9 p. 40. Alter autem eo junior fuit, de quo idem Voſſ. lib. 3 cap. 1 p. 662. ¶ *Lutatius* etiam dictus vetus Scholiaſtes Statii, de quo itidem Voſſ. P. 3 Ariſtarchi p. 214. conf. Barth. ad Stat. Theb. 6 p. 488.

LV̆TĒTIA, æ, Λευκοτεκία, Galliæ celebertima, maxima & populoſisſima urbs, hodie *Pariſii.* Cæſar *Lutetiam Pariſiorum* dixit, Pariß.

Lutenſis, luteoſus, luteus, lutoſus, vide in *Lutum.*

LVTRA, æ, & Lutris, ἐνυδρίς, ἀμφίβιον eſt, ut Caſtor, eine fiſchotter, oder natter; *Canem fluviatilem* etiam dici a quibusdam, Gesnerus indicavit. vid. Rhodig. Ant. Lect. lib. 18 cap. 40.

LV̆TVM, i, terra humore ſoluta, a λύειν, koth, moraſt: ut, *In luto pervolvere, provolvere*, im koth weltzen. *In eodem hæſitas luto*, Terentius Phorm. a. 5 ſc. 2 v. 15, id eſt, in eodem, quo ego, verſaris periculo, du ſteckſt ſo tieff, als ich. conf. Plaut. Perſ. a. 4 ſc. 3 v. 66. *Hærere in cœno*, dixit Horat. lib. 2 Serm. ſat. 7 v. 26. ¶ *Extra lutum pedes habes*, ἐκ τοῦ πηλοῦ πόδας ἔχεις, quoties extra periculum quis eſt conſtitutus. vide Chiliad. ¶3. *Lutum niſi tundatur, non fit urceus*, h. e. Nihil egregium ſine labore eſt. ¶ *Lutum es*, ein unflätiger menſch, convicium apud Romanos in hominem nequam & nullius rei, in lutulentum & ſordidum. vide Plaut. Mil. a. 2 ſc. 3 v. 54, & Moſtell. a. 5 ſc. 2 v. 45 &c. Sic apud Nonium c. 1 n. 165 Lucilius: *Nihil parvi ac penſi utiliter edoceas lutum.* Sed & apud Græcos obtinuit hæc ratio. Vnde Origeniſtæ olim Orthodoxos per contemtum πηλουσιώτας appellabant, quaſi luteos: a πηλὸς, *Lutum.* S. Hieronymus epiſt. 65 cap. 3 *Peluſiotas nos appellant & luteos.* Vbi imperite Baronius *Piloſiotas* reſcribi voluit, uti Caſaubonus Prolegom. Exercit. contra Baron. pag. 20 animadvertit. Aliò Perſii illud ſat. 3 v. 23 *Vdum & molle lutum es*, interpretandum eſt. Ibi enim ſignificatur ejusmodi indoles, quæ ad argillæ inſtar ductilis ſit, & melioris cultus capax, ſed multis hactenus diſciplinis exculta, ut virtutis indueret formam. vide infra & *Luteus.*

¶Lutenſis, e, ut pratenſis, im koth erzogen. Plin. lib. 9 cap. 37 *Purpuræ nomine alio* pelagiæ *vocantur. Earum genera plura* &c. LVTENSE *putri limo;* & ALGENSE, *enutritum algâ.*

¶Lŭteus, a, um, kothicht, leimern: ut, *paries luteus*, von koth, von leimen. *Lutea vaſa.* Et, *Luteum opus*, leim-werck: Ovid. Faſt. 1 v. 158
Et luteum celſa ſub trabe fingit opus.

¶Eſt & convicium in vilem & ſordidum. Plautus Trucul. a. 4 ſc. 4 pr. *Blitea & lutea eſt meretrix, niſi quæ ſapit in vino ad rem ſuam*, ſie iſt nichts werth. Juvenalis ſatyr. 10 v. 132 Vulcanum *luteum* vocat, quod oppletus cœno & ſordibus eſſet. Sic, *Luteum negotium*, Cicer. 6 Verr. cap. 14. *Rheni luteum caput*, Horat. 1 ſat. 10 v. 37.

¶Lŭtōſus, a, um, idem; ut, *Terra lutoſa*, Plin. lib. 17 c. 19.

¶Luto, lutare, mit koth beſchmieren, beſchmutzen. Martial. Apophoretis epigr. 50 de Galericulo:
Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos,
Hac poteris madidas condere pelle comas.

Cato de R. R. cap. 92 *Conſpergito amurca omne quod lutaveris*, i. e. ex luto feceris. Sic apud Calpurn. ecl. 5 v. 17 *nidos lutat hirundo.* Varro apud Nonium cap. 2 n. 482 hoc verbo *Lutare* pro luere vel ſolvere uſus eſt.

¶Lutatus, a, um, beſchmutzt, unſauber gemacht. Perſius ſat. 3 v. 104 *Craſſis lutatus amomis.* Et Lamprid. in Heliog. cap. 14 *Lutati tituli ſtatuarum*, i. e. luto tecti.

¶Lútŭlo, are, conſpurcare, luto inquinare, garſtig machen, beſudeln. Plaut. Trin. a. 2 ſc. 2 v. 15 *Eosdem lutulant, quos collaudant.*

¶Luteſco, ĕre, ſchlammicht werden. Collumell. lib. 8 cap. 17 *Stagna, quæ limo cænoque luteſcunt.* conf. Nonius cap. 2 n. 498, & Gellius 18 cap. 11.

¶Lutamentum, i, ein klebwerck, leim-wand, Cato de R. R. c. 128.

¶Lŭtŭlentus, a, um, luto plenus, moraſtig, kothicht: ut, *Sus lutulentus*, Declam. in Salluſt. ſub Cic. nomine. Et, *Amnis lutulentus*, ein unflätig, trüb waſſer, Ovid. 3 Amor. eleg. 6 v. 95. *Lutulenta vitia*, Cicer. in Piſon. principio.

¶Lutārius, a, um, im koth lebend. Sic *Lutarias teſtudines* Plinius vocat lib. 32 cap. 4 in luto degentes, ſchnecken, die ſich im ſchlamm enthalten. De *lutario mullo* idem 9 c. 17.

¶Collŭtŭlo, are, beſchmieren, beſudeln. Plaut. Trin. a. 3 ſc. 2 v. 66 *Hæc famigeratio te honeſtet, me autem collutulet.*

¶Delŭto, are, pro, luto contegere, mit leim bewerffen: Cato de Re Ruſt. cap. 128, ubi docet quomodo inſtituenda delutatio ſit, ne & aſpergo noceat, nec cava faciant mures, neque herba naſcatur, nec lutamenta ſe ſcindant.

LV̄TVM, i, ſive *Luteum*, Plinio 33 cap. 5 *Lutea*, herba eſt, qua cæruleum inficiunt, auctore Vitruvio lib. 7 cap. 17, waid. Virg. ecl. 4 v. 44 *Croceo mutabit vellera luto.* Cæſar 5 de Bell. Gall. c. 14 *Omnes vero ſe Britanni luteo inficiunt, quod & cæruleum efficit colorem.* Sunt qui eam putent, quæ Græcis ἰσάτις, Italis *Glaſtum*, nobis waid, vocatur: Brodæus lib. 5 Miſcell. cap. 1. Turneb. Adverſ. 6 cap. 17. ¶2. *Luteum ovi* vitellus eſt, der dotter. Plin. lib. 10 cap. 53 *Pullis cibus in luteo eſt.*

¶Lūteus, a, um, gelb, goldfarb; ut, *Lutea viola*, Plin. lib. 21 cap. 6. *Panis luteus*, Plaut. Menæch. a. 5 ſc. 5 v. 19, geſaffert brod. Virgil. lib. 7 Æn. v. 26 *Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis.*

¶Lūtĕŏlus, a, um, diminutiv. gilbicht; ut, *Luteolæ violæ*, Colum. lib. 9 cap. 4. *Luteola caltha*, Virg. eclog. 2 v. 50.

¶Sublūteus, a, um, aliquantum luteus, dunckelgelb. Arnobius lib. 5 p. 164 *Illis color eſt purpurei luminis offectione ſubluteus.* Apulejus lib. 2 Florid. de Pſittaco: *Non lacteus ille vel lividus, vel utrimque ſubluteus aut ſparſus eſt: ſed color pſittaco viridis.*

LVX, lūcis, λύξ, λύκη, lumen, claritas, licht, tag. Lux proprie cæli, ſiderum, diei eſt. Ovidius 2 Metam. v. 35 de Phœbo:
O lux immenſi publica mundi!

Cicer. de Divin. 2 cap. 26 *Ante lucem galli cantant*, vor tage. *Prima luce*, Livius lib. 1 cap. 44: & Terentius in Adelphis a. 5 ſc. 3 v. 55 *Cum prima luce*, mit dem früheſten. Veteres etiam dixerunt *primo luci*, v. Torrent. ad Ter. l. c. Et, *Ad lucem*, tempus quod lucem antecedit, gegen morgen: Suetonius Cæſare cap. 31 *Tandem ad lucem duce reperto per anguſtiſſimos tramites pedibus evaſit.* Sic, *ad meridiem, ad mediam noctem*, dicebant. *Lucem invocare*, nach dem tage wünſchen, Idem Sueton. Calig. cap. 51. *Lux naturale ſolatium*, Curt. 8, 4, 8. *In uno die invenis lucem & noctem, & alternas mundi vices*, Sen. epiſt. 12. ¶2. Metaphora Vocis hujus varia eſt, v. g. *Hiſtoria eſt lux veritatis*, Cicer. de Orat. lib. 2 cap. 9. *Signa omni luce clariora*, Idem pro Cœlio cap. 9. Sic, *Luce clarius*, heller denn das licht. *Proferre in lucem res occultas*, an das licht bringen, Cic. Acad. 4 c. 19. Κλεπτῶν γὰρ ἡ νὺξ, τῆς δ' ἀληθείας τὸ φῶς, i.e. *Furibus idonea eſt nox, ſed veritati lux*, Euripides Iphigeniâ in Tauris v. 1026. ¶3. Non raro *Lux* & vitam notat. Virgil. 4 Æneid. v. 31
o luce magis dilecta ſorori!

Cicero 2 Tuſcul. cap. 4 *Objiciebatur interdum animo metus, & dolor cogitandi, fore aliquando finem hujus lucis, & amiſſionem omnium vitæ commodorum.* Sic, *Lucis cupiditas*, Quintil. lib. 3 cap. 8. Et Cicero in Verr. 7 cap. 29 *Cur piratis lucis uſuram tam diuturnam dediſti?* warum haſtu ſie ſo lange leben laſſen? *Edi in lucem*, auf die welt gebohren werden, Seneca in Oedip. v. 939. ¶4. *Lux* etiam pro *die* ponitur cum poëtis, tum proſæ auctoribus. *Hodierna lux*, Ovid. Heroid. epiſt. 9 Deianiræ extrema, der heutige tag. *Heſterna lux*, Id. 2 Amor. eleg. 2 v. 3. *Lux ſacra*, Stat. 1 Achill. v. 287. *Luces feſtæ*, Horat. lib. 4 od. 6 v. 42, ein heiliger, oder feyertag. Gellius lib. 2 cap. 29 *Alia luce ortâ avis in paſtum profecta eſt.* Plinius lib. 2 cap. 9 *Luce viceſima*, id eſt, die. Atque ita Cicero pro Milone cap. 35 *Centeſima lux eſt hæc ab interitu P. Clodii.* ¶5. *Lux doctrinarum altera Cicero*, Plinius dixit lib. 17 c. 5, quo inſigne quid & præſtantisſimum ſignificatur. Ipſe

Cicero Catil. 4 cap. 6 *Hæc urbs lux orbis terrarum, arx omnium gentium.* Et Virg. Æn. 2 v. 281 de Hectore:

O lux Dardaniæ! spes o fidissima Teucris!

Cum *lucem* vocat, significat felicitatem atque securitatem patriæ in eo maxime tum fuisse. Ita enim *lucis* vocabulum ad læta & prospera aliquando refertur. Cicero pro L. Manilia cap. 12 *Dii immortales! tantamne unius hominis incredibilis atque divina virtus tam brevi tempore lucem afferre reip. potuit, ut vos, qui modo ante ostium Tiberinum classem hostium videbatis, nunc nullam intra Oceanum prædonum navem esse audiatis?* ¶ 6. *Lux* claritatem quoque conditionis, & honoris notat. *In luce Asiæ versari*, Cic. pro Lege Manil. c. 3, hoc est, in clarissima & cultissima Asiæ parte. Et Lege 3 Cod. de commerc. & mercat. *honorum luce conspicui.* Claudianus 4 cons. Honor. v. 273

Lux altissima fati
Occultum nihil esse finit,

hoc est, splendor dignitatis augustalis. ¶ 7. Pro oculis, ut *Lumina*, etiam ponitur aliquando *Lux*. Statius Thebaid. 11 v. 585

Effossæ squalent vestigia lucis.

¶ 8. *Lux* etiam est color. Manilius:

Tyrias imitata papavera luces.

vid. Gronov. 2 observ. cap. 7.

¶ Luci, adverbialiter, bey tage. Plaut. Casin. a. 4 sc. 2 *Venire luci.* Cic. Philipp. 12 cap. 10 *Quin enim audeat luci?*

¶ Lūcĭdus, a, um, clarus, perspicuus, lichte, hell: ut, *Sidera lucida*, Horat. 1 oda 3 v. 2. *Aër lucidus*, Lucret. 4 v. 341. Et, *Gemma lucida*, Ovid. Heroid. epist. 15 Sapph. v. 74. Et Virgil. Æn. 7 v. 626 *Et spicula lucida tergent.* Ovid. 13 Metam. v. 796 *Lucidior glacie.* Ac Vitruvius lib. 9 cap. 6 *lucidissima stella.* ¶ 2. Hilaris, lætus, frölich: v. Barth. ad Stat. Silv. p. 266. ¶ 3. Alia translatione de ingeniis & scriptoribus dicitur. Quintil. lib. 10 cap. 1 *Philistus imitator Thucydidis, ut multo infirmior, ita aliquatenus lucidior.*

¶ Lucide, adverb. klar, deutlich: ut, *Lucide breviterque definire*, Cic. 2 de Orat. cap. 25. Compar. Seneca epist. 71 p. 265 *Animus lucidius tranquilliusque inter divina mansurus.*

¶ Lūcĭdo, are, hell machen, erläutern. Chrysol. Serm. 112 *Obscura lucidare.*

¶ Lucina, Lucius, Lucetius, vide supra suis locis.

¶ Lūceo, luxi, lucēre, lucem emittere, leuchten, scheinen. *Luna lucet alieno lumine*, Cic. Somn. Scip. c. 3. Et Tibull. lib. 1 eleg. 1 v. 6

Dum meus assiduo luceat igne focus.

¶ In agendi significatu posuit Plautus; ut, *cereum lucere alicui*, i. e. præferre, Curcul. a. 1 sc. 1 v. 9; & *facem*, Idem Casin. a. 1 sc. 2 v. 30. ¶ Impersonaliter Cicero pro Rosc. Amer. c. 34 *Nondum lucebat, cum Ameriæ scitum est*, es war noch nicht recht tag, quod ibidem cap. 7 *primo diluculo* dixerat.

¶ Lucens, tis, leuchtend, scheinend. Virg. Æn. 6 v. 725 *Lucens globus lunæ.* Et Stat. 1 Silv. 3 v. 36 *lucentia marmora.*

¶ Lūcesco, ĕre, leuchten. Virg. ecl. 6 v. 37

Jamque novum terræ stupeant lucescere solem.

¶ Lucescit, & antique Luciscit, impers. es wird tag. Livius 4 cap. 28 *Et jam lucescebat, omniaque sub oculis erant.* Terentius Heaut. a. 3 sc. 1 v. 1 *Luciscit hoc jam.* *Hoc*, id est, cælum. Plautus Amphitr. a. 1 sc. 3 v. 45 *Eamus Amphitruo: luciscit hoc jam.* Et in Milite a. 2 sc. 2 v. 63 *Lucet hoc jam* similiter dixit. Designatur autem his locis diluculum, cum sole nondum orta jam lucet. Et HOC δεικτικῶς effertur.

¶ Lŭcerna, æ, λύχνος, candela, ein licht, eine kertze. *Lucerna cubicularia*, Martial. lemmate epigr. 39 Apophoret. ein kammerlicht, nachtlicht: *Cubicularis* etiam dicitur. *Lumen lucernæ obscuratur luce solis*, Cic. 3 de Fin. c. 14. Et Apul. lib. 4 Met. *Tædis, lucernis, cereis, sebaceis, nocturni luminis instrumentis clarescunt tenebræ.* Persius sat. 5 v. 181

Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

¶ *Olet lucernam*, proverbialiter de scripto elaborato dicitur. *Lucerna eâdem hanc epistolam scripsissem*, &c. Cicer. 8 Att. epist. 2, bey demselben licht, und zu derselbigen zeit. Primam autem brevem habet, quia ex græco λύκη, unde & *Lux*, & λύχνος est: a quo & Servius in 1 Æn. Virg. deducit: *Græco*, inquit, *sermone usus est. A lychno enim* lucerna *dicta est, unde & brevis est* LV. *Si enim* a luce *diceretur, non staret versus.* Sed & alia quantitate a primitivis divertunt. De lucernis, & lampadibus perpetuis vid. Voëtius part. 1 dispp. Theolog. p. 669 seqq.

¶ Lŭcernŭla, æ, dimin. ein lichtlein, kertzlein. Hieronymus de vitando suspecto contubernio, quæ est epistola 47 in fine: *Extemporalis est dictatio, & tanta ad lumen lucernulæ facilitate profusa, ut notariorum manus lingua præcurreret.*

¶ Lŭcernatus, a, um, mit lichtern behängt. Tertullianus lib. 2 ad Vxorem cap. 6 *Janua laureata & lucernata*, id est, lucernis illustrata.

¶ Lucubro, are, quod hinc videtur esse, vide cum deritatis suo loco superius.

¶ Lūcŭlentus, a, um, adject. luce plenus, lichte, scheinbarlich. Cicer. lib. 7 fam. epist. 10 *Camino luculento utendum censeo.* Apulej. lib. 4 Met. *Facies luculenta.* ¶ *Patriæ fumus alieno igne luculentior est*, vide Chiliad. *Forma luculenta*, hübsche gestalt, Terent. Heauton. a. 3 sc. 2 v. 12. Et, *Luculentus scriptor*, Cicer. Att. 7 epist. 17, ein herrlicher, guter scribent. *Oratio luculenta*, i. e. ornata, elegans, Sallust. Catil. c. 31. ¶ *Luculenti* etiam dicuntur, divitiis conspicui & clari sive splendidi, ansehnlich. Plautus Capt. a. 2 sc. 2 v. 76

Scio ego, multos jam lucrum luculentos homines reddidit.

Idem Cistell. a. 2 sc. 3 v. 17

Ego te reduco & voco ad divitias, ubi
Tu collocere in luculentam familiam,
Vnde tibi talenta magna viginti pater Det dotis.

Compar. *luculentioribus verbis rem comprehendere*, Cicero lib. 12 ad Atticum epist. 21.

¶ Luculente, & Luculenter, adverbia, hell, herrlich: ut, *scribere luculente*, id est, eleganter, splendide, Cicero 14 ad Att. epist. 21. ¶ *Luculente habere diem*, est laute atque opipare se curare: ut, sicut Poëta loquitur, *multo splendeat igne focus.*

In multo enim & magno apparatu ciborum multo igne opus est, seiner wohl warten und frölich seyn. Plautus Epidic. a. 1 sc. 2 v. 54

eamus intro ad te, ut hunc hodie diem
Luculente habeamus.

Et ibidem a. 3 sc. 2 v. 5 *Dii, mihi hunc diem dedistis luculentum!* Quod tamen ideo dicit, quia a sene argentum abstulerat. Itaque ibi *luculentus dies*, felix ac fortunatus est. Sic, *Vendere luculente*, theuer verkauffen, Idem Plaut. Mercat. a. 2 sc. 3 v. 88.

¶ Lūcŭlenter, ut diximus, æque usitatum est. Cicero ad Q. fratr. lib. 3 epist. 5 *Sane opus texebatur luculenter.* Idem lib. 2 de Fin. cap. 5 *cum græce, ut videor, luculenter sciam.*

¶ Luculentia, æ, splendor, nitor, der glantz, schein. Pluraliter, *Verborum luculentias sumere a Cicerone*, Arnob. lib. 3 p. 103.

¶ Luculentĭtas, atis, die scheinbarkeit, das ansehen. Cæcilius apud Nonium c. 2 n. 510 *Vide luculentitatem ejus & magnificentiam.* Ibid: Laberius: *luculentitate captus.*

¶ Lūcĭfer, ĕri, quem *stellam diurnam* Plautus in Menæchm. a. 1 sc. 2 v. 62 dicit. *Stella Veneris*, φωσφόρος, ἑῷος, der morgenstern, Virg. 2 Æn. v. 801

Jamque jugis summæ surgebat Lucifer Idæ.

Aristot. 5 Ethic. κρατίςη τῶν ἀρετῶν ἡ δικαιοσύνη, καὶ ὔθ' ἕσπερος, ὔθ' ἑῷος ὕτω θαυμαςός, *Pulcherrima virtutum justitia, & neque est Hesperus, ita neque Lucifer admirabilis.* conf. Plin. lib. 2 cap. 8, & ibi Dalechamp.

¶ Lūcĭfer, a, um, adject. licht-bringend: ut, *Equi solis luciferi*, Ovid. Heroid. epist. 11 v. 46. *Luciferæ faces*, Valer. Flacc. lib. 5 v. 370. *Luciferæ fenestræ* opponuntur prospectivis in Cod. lib. 8 t. 10 lege 12 §. 3.

¶ Lucĭfĭcus, a, um, lichtmachend. Cœl. Aurel. Acut. 2 cap. 9 *Vapor lucifici solis.* Habet & Augustinus contra Manich. 1 cap. 9 &c.

¶ Lucĭfluus, a, um, luce fluens, lichtgebend. Prudent. Psych. v. 625 edit. Weitz. *Quærite lucifluum cælesti dogmate pastum.*

Et Juvencus in Matth. c. 24 *gens omnis habebit*
Testem lucifluo sancta sermone salutis.

¶ Lūcĭfŭgus, a, um, lichtscheu. Cic. de Fin. lib. 1 cap. 18 *Invidi, difficiles, lucifugi, maledici.* Virg. Georg. 4 v. 243 *lucifuga blatta.* Fulgent. 3 Mythol. *Lucifuga conjux.* Et Minuc. Felix cap. 8 *Lucifuga natio.* Ita MSS. & veteres libri; vulgo *lucifugax.*

¶ Lucifŭga, æ, masc. subst. idem; Seneca dixit epist. 122, sub finem, *lucifugarum turbam*, quos Pedo Albinovanus græca voce λυχνοβίυς appellavit, apud eundem Senec. c. l. id est, qui noctu agunt omnia diurna opera, & quidem ad lucernam: interdiu se somno dant. Lege Senecam. Et Apulejus quoque *lucifuga* dixit lib. 5 Metam. p. 167.

¶ Lucĭfŭgax, ācis, idem; quidam in Minucio Fel. c. 8 legunt, ubi alii *lucifuga natio.* vide modo dicta in *Lucifugus.*

¶ Lucipărens, tis, idem quod lucifer. Avienus in Phænom. Arat. v. 854 *Luciparens nox.*

¶ Lucĭsător, ōris, auctor lucis, der geber des lichts. Prudent. Cathem. 3 v. 1 *O crucifer bone, lucisator.*

¶ Noctiluca, vide infra *Nox.*

Composita cum præposit.

¶ Allūceo, sive Adluceo, ēre, anscheinen. Seneca epist. 92 p. 425 *Nisi aliquis igniculus alluxerit.* August. Confess. lib. 11 cap. 23 *Dilucescant allucente misericordia tua, Domine.*

¶ Antelucìò, adverb. ante lucem, vor tage. Apulejus lib. 1 Miles. pag. 107 *Itaque maturius quieti nos reponamus: & somno levata lassitudine noctis, antelucìò aufugiamus isthinc quam pote longissime.* Idem paullo inferius pag. 108 etiam

¶ Anteluculò, dixit, früh vor tags: *Anteluculò furtim evadere, & viam, licet trepido vestigio, capessere.* Add. lib. 9 p. 223.

¶ Antelucanus, a, um, was früh vor tag geschiehet: Symmach. lib. 1 epist. 22 *Antelucanus somnus.* Sic, *Studia, opera antelucana:* Cicer. 4 Tusc. cap. 19 *Dolere se ajebat Demosthenes, si quando opificum antelucana victus esset industria.*

¶ Circumlūceo, ēre, umherleuchten: Seneca Consol. ad Marciam cap. 2 *Magnitudinis fraternæ nimis circumlucentem fortunam exosa defodit se, & abdidit.*

¶ Colluceo, ēre, gläntzen. *Cælum omnibus collucet*, Cicer. de Vnivers. cap. 9, es leuchtet allen zugleich. *Collucet flammis tota acies*, über dem gantzen heer ist es hell vom feuer, Livius lib. 38 cap. 6. Sic & Curtius lib. 3 cap. 3 *Castra ignis fulgore collucere ei visa sunt.* Fuisse idem verbum etiam tertiæ flexionis, Nic. Heinsius ad Prudentii Vincentium v. 10 ex antiqua scriptura probat: *Collucis insigni stola.*

¶ Collucernatio, ōnis, die anzündung vieler lichter. Hodie vocant *Illuminationes.* Claud. Mamert. de statu animæ 2 c. 9 *Stipem suam variis collucernationibus dilapidare*, i. e. comessationibus & spectaculis nocturnis.

¶ Dīlūceo, ēre, erscheinen, durchscheinen. Horat. lib. 1 epist. 4 v. 12

Inter spem, curamque, timores inter & iras,
Omnem, crede, diem tibi diluxisse supremum.

Sed *Dilucet res*, hoc est, clara & aperta est, Livius lib. 3 cap. 16 pr. Idem lib. 25 cap. 29 *Dilucere, id quod erat, cœpit*, es ist kundbar worden: Et Apulejus Apolog. p. 317 *Cuivis clare dilucet, aliam rem nullam esse*, &c.

¶ Dilucescit, es wird tag. Cicer. 3 Catilin. cap. 3 *Cum jam dilucesceret.* Livius lib. 36 cap. 24 *Jam dilucescebat, cum signum consul dedit.*

¶ Dilūcĭdus, a, um, clarus, helle, klar: ut, *Oratio dilucida*, eine deutliche rede, Cicer. 3 de Fin. cap. 1. Comp. *Dilucidior:* Cicer. in Oratore cap. 5 extrem. *Omnia docentes, & dilucidiora, non ampliora facientes.*

¶ Dilucide, adverb. perspicue, idem. Terent. Phorm. a. 2 sc. 3 v. 52 *Dilucide expedivi, quibus me oportuit judicibus*, ich habe klaren bericht gethan für denen richtern, für denen ichs thun müssen. *Dilucide docere*, Livius lib. 39 cap. 47. *Dilucide explicare*; Cicer. lib. 1 de Divin. cap. 51. Compar. *Quæstio dilucidius tractata*, Vlpianus Lege 19 § 1 Dig. de Peculio. Superl. *Dilucidissime* est apud August. epist. 29 ad Hieron. col. 112 *Eorum vanitatem in Joviniano de scripturis sanctis dilucidissime convicisti.*

¶ Dilū-

¶ Dīlūcĭdo, are, declarare, erklären. Auct ad Herenn. lib. 3 cap. 4 *Rei dilucidandæ caussa.*

¶ Dilucŭlum, i, tempus diei lucentis, der morgen, der anbrechende tag. *Primo diluculo venire*, so bald es beginnet zu tagen, Cicer. pro Rosc. Am. cap. 7. Et lib. 16 ad Attic. epist. 13 *Cum ante lucem surrexissem, venissemque diluculo ad pontem, qui est Minturnis*, &c.

¶ Dilucŭlo, are, tagen, tag werden. Gellius lib. 2 cap. 29 *Die crastini, ubi primum diluculabit.*

¶ Elūceo, ēre, herfür leuchten, erscheinen. Cicero de Amicit. cap. 6 *Amicitia magis elucet inter æquales*, sie läst sich mehr spüren und kennen. *Ingenium in eo elucet*, es thut sich herfür, es läst sich mercken, Cic. pro Cœl. cap. 19. Et, *Spes in pueris elucet*, Quintil. lib. 1 cap. 1.

¶ Elucescit, es erhellet, ex analogia Scioppius tuetur, exemplis autem antiquis vix probari potest: vide Voss. de Vitiis Serm. lib. 1 cap. 23, & Cellar. Cur. Posterior. p. 302. Augustinus tamen Retract. 1 cap. 13 *quod apud eos veritas elucesceret.* Et Petr. Chrysol. Serm. 156 *ut in sequentibus clare elucescant.*

¶ Elūcĭdo, are, klar machen, Vulg. Interp. Sirac. cap. 24 v. 31. vid. Voss. de Vit. L. L. 4 cap. 7.

¶ Elucĭfăcio, ĕre, blenden. Laberius apud Gellium 10 cap. 17 *Splendore pecuniæ elucifacere*,

¶ Elucubro, are, vide supra in *Lucubro.*

¶ Illūceo, ēre, & Illucesco, ĕre, erscheinen, licht werden, tag werden. Cic. pro Milon. cap. 26 *Illucescit aliquando ille dies.* Plautus Pers. a. 5 sc. 2 v. 3 *Pessimus hic mihi dies hodie illuxit.* Idem Capt. a. 3 sc. 4 v. 65 *Atra pix tuo capiti illuceat.* ¶ Etiam antiqua forma pro collustrare, beleuchten, Plaut. Amphitr. a. 1 sc. 3 v. 49 *dies mortales illuciscat luce clara & candida.* ¶ Item active, pro illustrare, lichte machen. Plautus Bacchid. a. 2 sc. 3 v. 22

> *Vulcanus, Sol, Luna, & Dies, Dii quatuor*
> *Scelestiorem nullum hoc illuxere alterum.*

¶ Interlūceo, ēre, unter etwas herfür leuchten. Liv. lib. 29 cap. 14 *Duos soles visos & nocte interluxisse.* Et Virgil. 9 Æn. v. 508

> *Quà rara est acies, interlucetque corona*
> *Non tam spissa viris.*

¶ Sed *Interlucare*, quære in *Lucus.*

¶ Perlūceo, ēre, vel Pellucere, durchleuchten, gar helle seyn: ut, *Perlucentibus alis*, Ovid. 4 Metam. v. 411. *Oratio pellucens*, Cicero de Clar. Orat. cap. 79. Idem Offic. lib. 2 cap. 9 *Decorum honestumque ex virtutibus maxime perlucet.*

¶ Perlūcĭdus, & Pellucidus, a, um, durchaus licht und klar, durchsichtig. *Stella illustris & perlucida*, Cicer. 1 Divin. cap. 57. *Mundi fervor purior, perlucidior, mobiliorque*, Idem de N. D. 2 cap. 11. *Vitro pellucidior*, Horat. lib. 1 od. 18 extr. durchsichtiger als glaß. ¶ *Perlucidi* etiam dicebantur, qui pellucentes vestes, quales sericæ atque bombycinæ erant, induti essent: quod mollium atque mulierum erat. Seneca de Constantia Sapientis cap. 18 *Hæc ipse perlucidus, crepidatus, armillatus.* Intelligit Caligulam, cui parum virilem cultum exprobrat: Et sic vestiti *perlucere* ipsi etiam dicebantur: Juvenal. sat. 2 v. 77

> *libertatisque magister*
> *Cretice, pelluces.*

Nam quia tenuissimæ istæ vestes erant, pæne nudi apparebant tales induti. Vnde idem Seneca epist. 90 *Vestem nihil celaturam* dixit. vide & lib. 7 de Benefic. cap. 9.

¶ Pellucĭdŭlus, a, um, dimin. etwas durchsichtig. Catull. epigr. 70 *Pelluciduli deliciæ lapidis*, id est, gemma.

¶ Pellucidĭtas, & Perluciditas, ātis, die durchsichtigkeit. Vitruvius lib. 2 cap. 8 *Parietes tectoriis operibus expoliti, ut vitri pelluciditatem videantur habere.*

¶ Pollūceo, ēre, convivio lauto sacrificare, consecrare, ein herrlich mahl anrichten, aufopffern, zueignen, geloben. Vox hæc inde est, quod vel sacrificii lumina admodum lucerent, vel quia splendor epuli pelluceret. Ex *Pelluceo* itaque E in O conversum, ut in *Polliceor* pro *Pelliceor.* vid. Turneb. Advers. 28 cap. 31, & Vossii Etymol. pag. 398. Cato de R. R. cap. 132 *Jovi dapali culignam vini, quantum vis, polluceto*, &c. Plaut. Stich. a. 2 sc. 1 v. 80 *Vti decumam partem Herculi polluceam.* conf. Festus, & Macrob. lib. 3 Sat c. 12, & Plin. 32 c. 2. Hinc

¶ Pollūctum, i, subst. proprie convivium, quod sacrificii caussa fieret, ein opffer-mahl. *Cum enim ex mercibus libamenta porrecta sunt Herculi in ara, tum polluctum est*, ait Varro de L. L. 5 cap. 7. *Qui ad polluctum emerent*, Plin. 32 cap. 2. *Ad polluctum Herculis ultimi cum venirent, catillos ligurribant*, Macrob. Saturn. 2 c. 12. ¶ 2. Quia *Polluctum* plane opiparum ac sumtuosum erat, vocabulo eo generatim etiam cœna lauta ac sumtuosa significatur, ein panquet, schmauß, offene tafel, herrlich gastmahl. Plaut. Rud. a. 5 sc. 3 v. 63 *Ni sit quicquam polluctî domi.*

¶ Pollūctūra, æ, idem. Plaut. Stich. a. 5 sc. 4 v. 6 *Hodie polluctura dabitur*, man wird offene tafel halten.

¶ Pollūctus, a, um, adject. repletus, expositus, erfüllet, dargestellet. Plaut. Curc. a. 1 sc. 3 v. 37 *polluctus virgis servus.* Idem Rud. a. 2 sc. 4 v. 11 *Non ego sum pollucta pago*, i. e. commune prostibulum, ut in pollucto omnia exponebantur obviis. vid. Turneb. Advers. 11 cap. 7.

¶ Pollucibilis, e, stattlich, köstlich, prächtig. Ita *pollucibilem cœnam*, opiparam & splendidam dixit Macrob. lib. 2 Saturn. cap. 13, & Symmach. lib. 6 epist. 71. Comparat. *Pollucibilior*, Tertull. de Jejuniis cap. ult.

¶ Pollucibiliter, adverb. idem. *Obsonare pollucibiliter*, Plaut. Mostell. a. 1 sc. 1 v. 23, & Symmach. lib. 3 epist. 24.

¶ Pollucibilitas, ātis, die köstlichkeit. Fulgent. 1 Myth. *Pollucis filium, sive a pollendo, sive a pollucibilitate, quam humanitatem dicimus.*

¶ Præluceo, ēre, lucem præferre, vorleuchten. *Prælucere virtute sua majoribus*, Auct. declam. in Sallust. die vorfahren übertreffen. *Prælucere bona spe*, Cic. de Amicitia c. 7. Et Martial. lib. 12 epigr. 42 *Præluxere faces*, nuptiarum ritus. Sueton. Aug. cap. 29 *Cum expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam ejus fulgur perstrinxisset, servumque prælucentem exanimasset.*

¶ Prælūcĭdus, a, um, sehr hell, sehr schimmernd. Plinius 37 cap. 6 *Arabicæ Sardonyches excellunt candore circuli prælucido.*

¶ Relūceo, ēre, zurück strahlen, ein licht und schein von sich geben; ut, *Flamma relucens*, Livius lib. 22 cap. 17. Et Plinius lib. 6 epist. 16 *E Vesuvio latissimæ flammæ altaque incendia relucebant.* Et, *Vestis fulgore reluxit*, Ovid. 11 Met. v. 617.

¶ Subluceo, ēre, aliquantulum lucere, ein wenig herfür blicken, einen schein von sich geben. Ovidius Heroid. epist. 21 v. 217

> *Candida nec misto sublucent ora rubore.*

¶ Sublūcĭdus, a, um, etwas licht. Apulejus Met. lib. 6 post princip. *sublucidus lucus.*

¶ Sublucānus, a, um, demmericht. Plin. lib. 11 cap. 12 *Sublucanis temporibus*, nechst vor tage.

¶ Sublucare, quod Festo est ramos arborum decidere officientes lumini, vide supra in *Lucus.*

¶ Translūceo, ēre, pellucere, durchsichtig seyn, hindurch schimmern, oder scheinen; ut, *Corpus* vel *cutis per vestem tenuem translucet.* Sic Plinius lib. 6 cap. 17 per ἐπιφώνημα: *Tam multiplici opere tam longinquo orbe petitur, ut in publico matrona transluceat.* De serico loquitur. Ovid. 4 Metam. v. 354 *In liquidis translucet aquis.*

¶ Translūcĭdus, a, um, durchschimmernd. *Elocutio translucida & versicolor*, apud Quintilianum in proœmio libri 8.

¶ Pertranslucidus, a, um, idem. Plinius lib. 13 cap. 12 *Charta indecoro visu pertranslucida.*

LVXO, avi, atum, are, frequentativum videtur esse a *Luere*, & significat solvere, aut loco suo movere, verrücken, verrencken. Plinius 17 c. 24 *Subarator imprudens luxavit radices.*

¶ Luxatus, a, um, verrenckt; ut, *Membra luxata*, Plin. lib. 25 cap. 28, verrenckt. Seneca epist. 104 *Fregit aliquis crus, aut extorsit articulum? non vehiculum, navemque conscendit, sed advocat medicum, ut fracta pars jungatur, ut luxata in locum reponatur.* Prudentius Hymno matutino:

> *Sub nocte Jacob cærulâ*
> *Luctator audax Angeli,*
> *Eo usque, dum lux surgeret,*
> *Sudavit impar prælium.*
> *Sed cum jubar clauresceret,*
> *Luxante claudus poplite*
> *Femurque victus debile*
> *Culpæ vigorem perdidit.*

Vbi *luxante* passive dixit, pro luxato.

¶ Luxus, a, um, idem quod luxatus, id est, vulsus, loco motus, apud Nonium cap. 1 n. 272.

¶ Luxatio, ōnis, die verrückung, verrenckung. Vet. Gloss. *Luxatio*, στρέμμα.

¶ Luxatūra, æ, idem, apud Marcell. Emp. cap. 36.

¶ Eluxatus, a, um, verrissen, verrückt; ut, *Fistulæ eluxatæ*, Plin. lib. 20 cap. 19.

Luxuria, luxuriari, &c. vide mox *Luxus.*

LVXVS, ûs, quæcunque intemperantia, & profusio sumtuosa, pracht und allerley übermaß mit essen, trincken, kleidern, bauen. Virgil. 6 Æn. v. 605 *Regificus luxus.* Terent. in Adelph. a. 5 sc. 7 extr. *Adolescens luxu perditus*, der im luder liegt. *In luxum effusus*, Tacitus Hist. 2 cap. 36. Claudian. lib. 1 in Rufin. v. 35

> *Et luxus populator opum, quem semper adhærens*
> *Infelix humili gressu comitatur egestas.*

Et pluraliter Silius lib. 11 v. 402

> *Combibat illapsos ductor per viscera luxus.*

¶ Tacitus Hist. 4 cap. 14 pro libidine usus est, cum ait: *quem suapte natura gravem onerabant ministri avaritia & luxu.* Nam *luxum* vocat, ut impubes & forma conspicuos ad stupra traherent: Vti ibidem sequitur.

¶ Luxŭria, æ, & Luxuries, ēi, dissolutio morum, üppigkeit, schwelgerey, schlemmerey. Nonius cap. 1 n. 272 LVXVM, *id est, vulsum & loco motum, quod nunc* LVXARI *ignari latine dicimus: Inde* LVXVRIA: *quia a recta vivendi via sit exclusa & ejecta.* Alibi ita scribit, *ut contra pudorem & supra modum profusionem* nominet. Boëthius lib. 1 de Disciplina Scholarium cap. 2 LVXVRIEM *Satyrici triplici partitione diviserunt. Aliquam in ornatu vestium dicentes consistere: aliam coitu: tertiam vero gulositatis assistricem.* Primæ & ultimæ notionis exempla passim obvia sunt. * Plin. 36 cap. 6 *Versicolores maculas & in totum marmorum apparatum Menander etiam diligentissimus luxuriæ interpres primus & raro attigit.* Vbi *luxuria* est sumtus elegantia, curiositas, rarissima & pretiosissima instrumenta luxus. *Luxuriæ diligentissimus interpres* est callidus æstimator & judex istarum rerum, quæ non tam ad usum & necessitatem, quam ad lautitiam, & delicias ac magnificentiam referuntur. Male quidam exponunt obscenitatem. *Grævius.* ¶ 2. In secunda notione usus Terentius est Heaut. a. 5 sc. 1 v. 72

> *Egone? ut illius animam, qui nunc luxuria & lascivia*
> *Diffluit, retundam.*

Laurentius Novariensis Homil. de pœnitentia sæpius utitur hoc vocabulo, semper tamen in hoc significatu. Vnde & *Luxuriæ* expiandæ exemplum Mariæ Magdalenæ proponit. Tertullian. lib. 1 ad Nation. cap. 16 *Si quæ nunc concubitu ipso ætatis ac sexus necessitate, ne dixerim, libidine & luxuria caret*, &c. Et ita post binis vicibus isto vocabulo utitur. Isidorus quoque lib. 10 ganeonem *luxuriosum* interpretatur. Cicer. 1 Offic. cap. 30 *Intelligimus, quam sit turpe diffluere luxuriâ, delicate ac molliter vivere*, in wollust, in fressen und sauffen gerathen. Et ibidem cap. 34 *Luxuria cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est.* Et, *Luxuriæ gnata est inopia*, Plaut. in Trinum. prolog. v. 8. Claudianus lib. 2 de Laud. Stilic. v. 132

> *Luxuries prædulce malum.*

Blandum malum luxuria, quam accusare aliquanto facilius, quam vitare, Valer. Maximus lib. 9 ineunte. *Luxuria pullulans reprimenda*, Corn. Nep. in Catone cap. 2 n. 3. ¶ 3. Intempestiva abundantia, ut

Nonius

Nonius cap. 4 n. 286 interpretatur, unnöthiger überfluß. Virgil. 1 Georg. v. 112 *Luxuriem segetum tenera depascet in herba.* wenn die saat zu geil und dicke stehet. Idem ibid. v. 191

Aut si luxuriâ foliorum exuberat umbra.

¶ Luxŭriōsus, a, um, schwelgerisch, dem pracht und wollust ergeben. Cic. de Finibus lib. 2 cap. 7 *Luxuriosi reprehendendi sunt ob eam ipsam caussam, quod ita vivunt, ut prosequantur cujusque modi voluptates.* Idem & *luxuriosa frumenta* dixit in Oratore cap. 24. Livius lib. 2 cap. 21 *Eo nuntio* (Tarquinii mortui) *erecti patres, erecta plebs: sed patribus nimis luxuriosa ea fuit lætitia.* LVXVRIOSA FVIT, id est, Luxuriæ præbuit caussam: fecit ut luxuriarent animi & impotentia ferociaque nimis efferrent se, unde seditionum gravissimæ caussæ nascerentur. Ita & *luxuriare lætitiam* dixit, de quo post. Compar. *Luxuriosior.* Seneca epist. 7, de turba vitanda: *Avarior redeo, ambitiosior, luxuriosior.* Plin. lib. 17 cap. 13 *luxuriosius genus.* Marius tyrannus apud Trebellium Pollionem cap. 8 Gallienum appellat *luxuriosissimam pestem.*

¶ Luxuriose, adverb. wollüstig; ut, *Luxuriose vivere*, Cic. 2 de Fin. cap. 7, schwelgen, üppiges leben führen. Columella proœmio: *luxuriosius fercula struere.* Nepos in Pausania cap. 3 n. 2 *epulari luxuriosius.* Et Augustinus de Morib. eccles. cathol. cap. 34 *luxuriosissime bibere.*

¶ Luxŭrio, are, & Luxurior, ari, est lascivire, übermaß treiben. Livius lib. 1 cap. 19 *Animi otio luxuriare.* Idem lib. 23 cap. 12 *Vereor, inquit Hanno, ne hæc quoque lætitia luxuriet nobis & vana evadat*, id est, inani gaudio titillet animos, nullum de cætero afferat fructum. Sicut arbores fallere solent, nec poma ferre, quæ foliorum ramorumque luxuria nimis exuberant. Ovidius lib. 2 de Arte am. v. 436

Luxuriant animi rebus plerumque secundis,
Nec facile est æqua commoda mente pati.

Columella de Arbor. cap. 11 *Luxuriantur arbores*, sie bekommen viel äste. Et, *Littera nostra joco luxuriata suo*, Ovid. Trist. 5 eleg. 1 v. 44.

¶ Eluxŭrior, ari, idem. Columella de Arbor. cap. 3 *Si pingui agro validas vites deposueris, pampinis magis eluxuriabuntur, & qualemcunque fructum tulerint, ad maturitatem non perducent.*

LYAEVS, i, Λυαῖος, Bacchus, ἀπὸ τῦ λύειν, quia curam solvit; hinc & pro vino sumitur: *Libare Lyæi latices*, Silius lib. 6 v. 183. Et Horatius eleganter dixit 3 od. 21 v. 14 *tu sapientum*

Curas, & arcanum jocoso
Consilium retegis Lyæo. conf. epod. 9 v. 37.

¶ Lyæus, a, um, adjectivum. Virg. Æn. 1 v. 690

Regales inter mensas laticemque Lyæum.

LYCAMBES, is, Thebanus fuit, quem Archilochus poëta maledicus jambis ad laqueum adegit. vide Horat. epod. 6 v. 13, & 1 epist. 19 v. 25, & supra *Archilochus.*

¶ Lycambēus, a, um, adject. Ovid. in Ibin v. 51

In te mihi liber Iambus
Tincta Lycambéo sanguine tela dabit.

Et Martial. lib. 7 epigr. 11

Si qua Lycambeo sanguine tela madent.

LYCANTHROPIA, æ, λυκανθρωπία, rabies lupina, melancholiæ species, vide supra in *Lucumo*, & Peucer. de Divinat. p. 208.

¶ Lycanthrōpus, i, λυκάνθρωπος, qui illo morbo laborat. vid. Schotti Physic. Curios. 4 cap. 10.

LYCAON, ŏnis, rex Arcadiæ, ab Jove in lupum conversus. Ovid. 1 Metam. v. 198 *Struxerit insidias notus feritate Lycaon.*

¶ Lycāŏnius, a, um, adject. Catull. carm. 76, sive Coma Berenices, v. 66 *Callisto Lycaonia*: & Avienus Phænom. Arat. v. 118 *Lycaoniæ Vrsæ.* Idem Periegesi v. 759 *in Lycaonias Arctos.*

¶ Lycāŏnis, ĭdis; Ovid. 2 Fastor. v. 173 *perjura Lycaoni*, Callisto, Lycaonis filia, vocandi casu.

LYCAONIA, æ, Λυκαονία, Asiæ regio, inter Cappadociam, Pamphyliam, Pisidiam & Ciliciam asperam: Plin. lib. 5 cap. 27.

¶ Lycaones, um, die Lycaonier, Plin. lib. 5 cap. 28. ¶ 2. Et *Lycaones* lupi sunt jubati & varii Indiæ, Indianische, zotigte und bunte wölffe, Plin. lib. 8 cap. 34.

LYCĒVM, i, Λύκειον, Schola Aristotelis, in qua inambulantes disputabant Peripatetici. Nomen ab Apolline Lyceo accepit, cui sacrum fuit, ut auctor est Lucianus de Gymnasiis. ¶ 2. Fuit idem etiam nomen gymnasii Ciceronis in Tusculano, de quo lib. 1 de Divinatione cap. 5 pr. & alibi. ¶ 3. Dicitur & de quovis gymnasio, sive loco colendis studiis idoneo, eine schule.

LYCĒVS, i, Λύκειος, vel Lycæus, Λύκαιος, mons Arcadiæ, sic a frequentia luporum dictus. Vnde *Jupiter Lycæus.* Plinius lib. 4 cap. 6 *Montes in Arcadia, Pholoë cum oppido: item Cyllene: Lycæus, in quo Jovis Lycæi delubrum.* Pani etiam sacrum fuisse hunc montem, constat ex Virg. Georg. 1 v. 16. Qui & hinc *Pan Lycæus* dictus eidem Æn. 8 v. 334.

LYCHNIS, ĭdis, λυχνίς, *Lucernulam* transfert Gaza, herba est coronaria, & silvestris Dioscoridi lib. 3 cap. 520 & 521. Coronaria quæ *rosa Græca* Plinio est, marienrosen, margenrößlein; Silvestris vero, wiederstöß, liedwerck, Hadriano est. Nam hæ appellationes, tausendschön, damernäglein, feldnäglein, graseblumen, *Lychnidi* non conveniunt. vide descriptionem Matthioli.

¶ Lychnītis, ĭdis, λυχνῖτις, herba alia Plinio 25 cap. 10.

¶ Lychnites, æ, λυχνίτης, lapidis genus. Gemmam etiam vocat Agricola, ein gelblicher rubin. *Lychnites* rubinus noster est, Encelio. vide Jacob. Philipp. Mausacum ad Plutarchi librum de Fluminibus capite de Hydaspe, & Plin. 36 cap. 5.

Lychnobii, vide mox in *Lychnus.*

LYCHNVS, ī, λύχνος, lucerna, eine leuchte. Candelis sebaceis olim non nisi pauperes utebantur: reliqui facibus, vel lucernis. Has Græci λυχνυς vocant. Virg. Æn. 1 v. 730

Dependent lychni incensi laquearibus aureis.

¶ Lychnuchus, i, λυχνῦχος, lucernæ sustentaculum, ein lampenstock, leuchter. Cicero ad Q. fratr. lib. 3 ep. 7 *Hanc* (epistolam) *scripsi ad lychnuchum ligneolum.* Et Sueton. Cæs. cap. 37 *Ascenditque Capitolium ad lumina, quadraginta elephantis dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus.* vide ibi Casaubon. & Torrent.

¶ Lychnobii, orum, λυχνόβιοι, qui ad lucernam vitam degunt, præpostere sc. viventes, apud Senecam epist. 122 sub finem. vide supra in *Lucifuga.* Adde Chiliadas, & P. Crinitum lib. 16 de D. H. cap. 6.

¶ Bilychnis, e, duos lychnos habens, mit zwey lichtern. Petronius Arbiter p. 75 *Lucerna bilychnis de camera pendebat.*

¶ Ellychnium, i, ἐλλύχνιον, funiculus est in oleo ardens, ein tocht in der lampen. Stat. lib. 4 Silvar. carm. 9 v. 29

Non ellychnia sicca, non replicta
Bulborum tunicæ.

LYCIA, æ, Asiæ regio inter Pamphyliam & Cariam a *Lyco* rege cognominata. *Chimærifera Lycia*, est Ovidio 6 Metam. v. 339, quia in ea regione mons Chimæra.

¶ Lycius, a, um, adject. ut, *Lycii montes*, Statius 1 Silv. 2 v. 222. *Lycia tela*, Idem Theb. 6 v. 923. *Deus Lycius*, id est, Apollo, Propert. lib. 3 eleg. 1 extr. *Lycia coma*, pro ea quæ promissior sit & comptior: proverbium est inde natum, quod Lycii studiose consueverint fovere comam, atque adeo, ut mulctam subire maluerint, quam eam præcidere, ut Aristotel. scribit. Sed adagii hujus originem plurimis refert verbis Cœlius Rhodig. 16 Antiq. Lect. cap. 19. ¶ *Lycii* incolæ apud Virg. Æn. 1 v. 117.

LYCĬDAS, æ, unus e Centauris, qui Pirithoo Hippodamiam eripere conati, in Ovid. Metam. 12 v. 310. ¶ 2. Est pastoris nomen in Virg. eclog. 7 v. 67, & eclog. 9.

LYCISCA, æ, dimin. a λύκος, canis nomen, ein wölfichen; ut, *multum latrante lycisca*, Virg. eclog. 3 v. 18, quod vel similis sit lupo, vel quasi ex lupo & cane nata. Eugenius Toletanus carm. 22

At lupus & catula formant coëundo lyciscam.

In canum nominibus & Ovidius posuit Metam. 5 v. 220.

¶ Lyciscus, i, pueri nomen Horatio epod. 1 v. 36. De *Lyciscis canibus* vid. Isidor. 12 cap. 2.

LYCIVM, i, λύκιον, arbor spinosa in Lycia, Cappadocia, Italia & Dalmatia nascens. ¶ 2. Medicamentum ex succo baccarum ejus arboris, quam Galenus *Pyxacanthum*, πυξάκανθον vocat. Vide tum de arbore, tum de medicamento Dioscoridem lib. 1 cap. 114, & Plinium 24 cap. 14.

LYCŎMĒDES, is, rex Scyri insulæ, apud quem muliebri habitu delituit Achilles, ne ad bellum Trojanum proficisci cogeretur, cujus & filiam Deidamiam vitiavit, suscepto ex ea Pyrrho. Stat. 1 Achill. v. 396 *Cedo equidem, sit virgo pii Lycomedis Achilles.*

LYCŌPHRON, ōnis, Λυκόφρων, Grammaticus, & Tragœdiarum scriptor, quem sic nominatum ferunt, quod ænigmatice καὶ πανύργως scribat, quæ sua est lupis natura. Ovid. in Ibin v. 531

Vtque cothurnatum periisse Lycophrona narrant.

Lycophronis autem sive hujus, sive alterius poema vetustissimum, inscriptum Cassandra, doctissimum illud quidem, ac copiosissimum fabularum atque historiarum oceanum, continens narrationem de rebus ab Hercule gestis usque ad tempora Alexandri Magni, historiam item Argonauticam, bellique Thebani & Trojani, sed obscurissimum; unde Statius lib. 5 Silv. carm. 3 v. 157

latebrasque Lycophronis atri

dixit; erudite exposuerunt Theodorus Canterus, & Joh. Meursius, quod Jos. Scaliger Carmine Jambico latino, ad antiqui sermonis faciem accommodato divine, ut solet, transtulit.

LYCOPHTHALMVS, i, λυκόφθαλμος, gemma luporum oculis similis, Plin. 37 cap. 11.

LYCOPŎLIS, is, urbs Ægypti, a lupis cognominata, eo quod lupi facta acie repulerint Æthiopes Ægyptum incursantes. Diod. lib. 2. Strab. lib. 7, & Plin. 5 cap. 9.

LYCOPSIS, ĭdis, λύκωψις, herba anchusæ adeo similis, ut vix ab ea discerni possit. Quare & a Dioscoride inter anchusarum genera refertur lib. 4. Est autem *Anchusa*, rothe ochsenzung. *Lycopsin*, cui a floribus, quorum hiantium faucium luporum figura est, hoc est nominis, vocant wilde ochsenzung, oder scharffe zung. Plin. 27 cap. 11.

LYCŌRIS, ĭdis, Volumnii senatoris liberta alias *Cytheris*, a Corn. Gallo adamata, quo spreto Antonii castra secuta est. vid. Virgil. eclog. 10 v. 2 &c.

¶ Lycōrias, ădis, Nymphæ nomen, Virg. Georg. 4 v. 339.

¶ Lycorīdes, æ, a Λυκωρεὺς, Apollinis cognomine, id est, Apollineus poëta, Simonides; quamquam aliter Scaliger Lect. Auson. 2 cap. 29. vid. Ovid. in Ibin v. 516.

LYCVRGVS, i, Λυκόεργος, Λυκοῦργος, rex & legislator Lacedæmoniorum. Reipublicæ rationem & leges optimas Lacedæmoniis constituit, quibus usi illi ad quingentesimum usque annum bene habuerunt. Lycurgi instituta explicat & commendat elegantissime Xenophon libro de Repub. & legibus Lacedæmoniorum, & Plutarchus in vita Lycurgi: & Justinus lib. 3 cap. 2 & 3 summam quamdam earum dedit. ¶ Hinc pro severo judice *Lycurgum* per antonomasiam non semel Ammianus dixit, ut lib. 22 cap. 23 *Verum ille judicibus Cassiis tristior & Lycurgis, caussarum momenta æquo jure perpendens, suum cuique tribuebat, nusquam a vero abductus.* Et lib. 30 cap. 29 *Judices nunquam consulto malignos elegit: sed si semel promotos agere didicit immaniter, Lycurgos invenisse se prædicabat & Cassios, columina justitiæ priscæ.* ¶ 2. Fuit & alius *Lycurgus* Thraciæ rex, qui omnes vites in regno suo excidi jussit, cum temulentos aliquot conspexisset nimio mero pugnantes. Vide Servium ad illud Virgilii 3 Æneid. v. 14

acri quondam regnata Lycurgo,

item Vet. Schol. Sophoclis Antigone v. 967, itemque Philippum poëtam Græcum lib. 1 Anthologias εἰς ἄμπελον: inprimis Plutarchum lib. 4 de Vtilitate ex poëtarum lectione capienda. ¶ 3. *Lycurgus* alius rhetor Atheniensis fuit, cujus exstant orationes aliquot inter reliquas orationes græcas multorum. Is dixit: Ἔπαινος μόνος ἆθλον τῶν κινδύνων τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἐστὶ, hoc est, *Laus sola præmium bonis est viris.*

¶ Lycur-

¶ Lўcurgéus, a, um, adject. λυκέργειος. Cic. ad Attic. 1 epist. 13 *Nosmetipsi, qui Lycurgei ab initio fuissemus, quotidie demitigamur*; i. e. severissimi legum asseclæ & propugnatores, uti Lycurgus.

LЎCVS, i, puer ab Alcæo dilectus, Horat. 1 od. 32 v. 11. ¶ 2. Vnus ex comitibus Æneæ, Virg. Æn. 1 v. 226, & 9 v. 545. ¶ 3. Historicus, de quo Suidas & Voss. Hist. Gr. 1 cap. 12. ¶ 4. Medicus, de quo Plin. 20 cap. 20. ¶ 5. Fluvius Asiæ, qui cuniculis subterraneis absorbetur, ac rursus emergit, Ovid. Met. 15 v. 273. Alius in pontum Euxinum illabens, Ovid. ex Ponto 4 epist. 10 v. 47. ¶ 6. Araneæ genus, Plin. 30 cap. 6.

LЎDIA, æ, Λυδία, quæ & *Mæonia*, regio Asiæ mediterranea, Crœsi regno, fortuna, opibus & rebus gestis celebris, tum etiam Pactoli fluvii auriferi famâ. Nomen a *Lydo* rege est, Tyrrheni fratre: vide Servium in 8 Æneid. Virg.

¶ Lydus, i, ein Lydier. Lydi, Herodoto auctore lib. 2, primi aurum argentumque percussere, post hos Ægyptii. *Lydorum carycas* antiquitus appellabant, quicquid esset opiparum, & variis conditum cupediis, leckerbißlein, confect. vid. Erasm. in Adag. Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ, i. e. *Lydus in meridie*, in hominem insatiatæ, aut etiam intempestivæ libidinis dicebatur. De gentis hujus luxu deliciisque multa commemorat Athenæus Dipnos. lib. 12. *Lydo viro negotium non erat, at ipse foras egressus paravit*: Ἀνδρὶ Λυδῷ πράγματα οὐκ ἦν, ἀλλ' αὐτὸς ἐξελθὼν ἐπρίατο. De Crœso dictum, qui rebus florentissimis utens Cyrum in se provocavit. Aures habebant perforatas, sive annulatas, qui mos Afrorum etiam fuit: Plaut. Pœnul. a. 5 sc. 2, & Voss. lib. 6 Instit. Orator. p. 477. ¶ 2. Possessive pro *Lydius*. Ovid. Met. 6 v. 11

Lydas tamen illa per urbes.

¶ Lydius, a, um, adjectivum aliud; ut, *Aurifer amnis Lydius*, apud Tibull. lib. 3 eleg. 3 v. 29. *Lydius lapis*, vel Heraclius, ein probierstein, pro acri & exacto judicio proverb. vide Chiliad. ¶ *Lydius sonus* & *modus* quid sit, vid. Micrælii Lexicon Philosoph. in Musica. Apulej. lib. 1 Florid. *Seu tu velles Æolium simplex, seu Asium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum.*

LЎMĬRA, æ, Lyciæ fluvius & ejusdem nominis civitas, Mela 1 cap. 15, & Ovid. Metam. 9 v. 646.

LYMPHA, æ, aqua, unius litteræ mutatione factum ex græco νύμφη, wasser. *Dant famuli manibus lymphas*, &c. Virg. 1 Æn. v. 705. Et, *Fluvialis lympha*, fliessend wasser, 4 Æneid. v. 635. Catull. epigr. 27

At vos, quo libet, hinc abite lymphæ,
Vini pernicies.

¶ Lymphor, ōris, das wasser, die nässe; Sic masc. genere Lucilius apud Nonium cap. 3 n. 129 dixit *impermistum lymphorem*.

¶ Lympho, are, verbum activum, pro, in furorem impellere, seu horrorem incutere, qualis perstringebat Nympham sive spectrum conspicientes in aqua, einen greuel und schrecken machen. Val. Faccus lib. 3 v. 46 *Deus ancipitem lymphaverat urbem.*

Et Statius 7 Thebaid. v. 662

It, lymphante deo, media inter millia longum
Vociferans, (i. e. deo in furorem agente.)

Et passivum *Lymphari*, rasen, unsinnig werden. Plinius lib. 24 cap. 17 de herba quadam Indica: *Hac pota lymphari homines*, &c. Maxime ita participium usitatum est

¶ Lymphatus, a, um, attonitus, horrore percitus, insanus, schüchtern, erschrocken, unsinnig. Virg. Æn. 7 v. 377 de fœmina: *furit lymphata per urbem.* Livius lib. 7 cap. 17 *Tunc quidem velut lymphati & attoniti, munimentis suis trepido agmine inciderunt.* Tacitus Hist. 1, 82, 2 *Lymphati animi cæco pavore.* Curtius 6, 2, 16 *Discurrunt lymphatis similes.* Idem 4, 12, 14 *Lymphati trepidare cœperunt.* conf. 4, 13, 13, & 9, 7, 8. *Mens lymphata Mareotico* (præstantissimi vini genere) apud Horat. lib. 1 carm. 37. Vbi vide Interpretes. Hinc & adjectivum

¶ Lymphātĭcus, a, um, νυμφόληπτος, furiosus, toll, thöricht, unsinnig. Cujus furoris caussa vulgo credita fuit conspectus Nymphæ, id est, spectri, in fonte aut aquis. Festus: *Lymphæ dictæ sunt a Nymphis: vulgo autem memoriæ proditum est, quicunque speciem quamdam e fonte, id est, effigiem Nymphæ viderint, furendi non fecisse finem, quos Græci* Νυμφολήπτους, *Latini* Lymphaticos *appellant.* Solebant autem, qui furore eo agebantur, corpus jactare, & plerumque in aquam conjicere. Vnde pastor quidam apud Theocritum optat, si pejeret, *Lymphaticus* fieri, & in flumen desilire. vide Heinsium ad illud Horatii lib. 1 sat. 5 v. 97 *dehinc Gnatia lymphis*

Iratis exstructa dedit risusque jocosque.

Item ad Theocritum cap. 9. Prudentius Hymno Καθημερ. 9 v. 55 de Gergesenorum suibus malo genio percitis, seque in mare præcipitantibus: *Pulsa pestis lubricorum mille formis, Dæmonum*
Corripit gregis suilli sordida spurcamina,
Seque nigris mergit undis: fit pecus lymphaticum.

Vbi ὕστερον πρότερον est. Nam præcedere debet: *Fit pecus lymphaticum*; sequi vero, *seque nigris mergit undis.* Livius lib. 10 cap. 28 *Lymphaticum pavorem* dixit. Apulej. lib. 4 Miles. p. 153 *Jam commodum conniverat, nec diu, cum repente lymphatico ritu somno recussa, longeque vehementius afflictare sese, & pectus etiam palmis infestis tundere, & faciem illam luculentam verberare incepit*, sie ist im schlaffe aufgefahren. Sic, *lymphatica somnia*, Plin. 26 cap. 8. *Lymphatici nummi aurei*, qui ex crumena exire gestiunt, Plaut. Pœn. a. 1 sc. 2 v. 132.

¶ Lymphatus, ûs, subst. morbus in nimio pavore consistens, thörichte bangigkeit, schrecknüß, unsinnigkeit. Plin. 37 cap. 10 *Aspilate argentei coloris contra lymphatum habenda.*

¶ Lymphatio, ōnis, idem. Plinius lib. 34 cap. 15 *nocturnæ lymphationes*, nachtschrecken. Quid *lymphationes* abigat, vide apud eumdem lib. 37 cap. 3 & 4.

LYNCESTIS, is, aqua acidula in Paphlagonia, vini modo inebrians. Plin. lib. 2 cap. 106.

¶ Lyncestius, a, um, adject. Senec. Nat. Qu. 3 cap. 20, & Ovid. 15 Met. v. 329 *Huc fluit effectu dispar Lyncestius amnis,*
Quem quicunque parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quam si mera vina bibisset.

Lynceus, dissyllabum & trisyllabum, &c. mox sub *Lynx* invenies.

LYNX, lyncis, λύγξ, λυγκός, & *lupus cervarius*, ein luchs. Helvetii nominant einen thierwolff, animal est vario & maculoso tergore, visus acutissimi, cervis vehementer infestum, duorum aut trium generum. Minus etiam in Germania notum est, Gesnerus. Vide de Lyncibus & D. Hieron. lib. 1 epist. 4 ad Chrysogonum monachum: ubi & iis a natura insitum refert, ut post tergum respicientes priorum obliviscantur. *Lynces variæ, maculosæ, imbelles, fugaces*, epitheta sunt. Propert. lib. 3 eleg. 17 ad Bacchum:

Lyncibus in cælum vecta Ariadna tuis.

¶ Lynceus, ei, dissyllabum, Λυγκεύς, unus ex Argonautis accuratissimâ oculorum acie præditus. Hunc Varro centum triginta millia passuum prospexisse scribit, er hat können sehen über zwanzig grosser teutscher meilwegs weit. Tot enim milliaria germanica, non communia, sed magna numerus 130000 passuum efficit. Quin saxa truncosque transmittere visu creditus est. Plutarchus de communibus notitiis adversus Stoicos; qui & de alio docet, qui ex Lilibæo Siciliæ promontorio, navium numerum solventium Carthagine notare, & edicere potuerit, de quo & Strabo lib. 6. De utroque Ælianus Var. Hist. lib. 11 cap. 13, & Nazarius Panegyrico Constantini cap. 10. Ac ultimo quidem *Strabonis* nomen fuit, ut ex Varrone Plin. tradit lib. 7 cap. 21. Apulej. lib. 2 A. A. *Ineptias, inquam, mihi narras, & nugas meras. Vides hominem ferreum, & insomnem, certe perspicaciorem ipso Lynceo, vel Argo, & oculeum totum.* Horat. lib. 1 epist. 1 v. 28

Non possis oculo quantum contendere Lynceus,
Non tamen iccirco contemnas lippus inungi.

Seneca Medeâ v. 228 *Munus est Orpheus meum*
Satique Borea, quique trans pontum quoque
Submota Lynceus lumine immisso videt.

¶ Lyncēus, a, um, adject. tribus syllab. λύγκειος, luchsin, scharffsichtig; ut, *Lynceis oculis contemplari*, apud Horat. 1 Serm. satyr. 2 v. 90. Et Cicero ad Varr. lib. 9 fam. ep. 2 *Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nunquam incurrat*, wer ist so scharffen gesichts und verstands, der in so grosser blindheit und finsterniß nirgend anstosse, anlauffe und fehle? Boëthius de Consol. Phil. lib. 3 Prosa 8 *Quod si, ut Aristoteles ait, lynceis oculis homines uterentur, ut eorum visus obstantia penetraret, nonne introspectis visceribus, illud Alcibiadis superficie pulcherrimum corpus, turpissimum videretur?* Ovid. 5 Fast. sub fin. v. 709 *Pectora trajectus Lyncéo Castor ab ense*
Non exspectato vulnere pressit humum.
Vltor adest Pollux, & Lyncea perforat hastâ.

In primo versu est adjectivum, in tertio accusativus græcus substantivi.

¶ Lyncīdes, æ, aut Lyncei filius, aut certe proprium est nomen, in Ovidii Met. 4 v. 767.

¶ Lyncūrium, i, Λυγγούριον, gemma e lyncis urina coacta, colore succini, Plin. 8 cap. 38, & 37 cap. 3, de quo Ovid. lib. 15 Met. v. 413

Victa racemifero lyncas dedit India Baccho,
E quibus, ut memorant, quicquid vesica remisit,
Vertitur in lapides, & congelat aëre tacto.

¶ Dicitur autem & *Lyncurius* & *lapis lyncurinus*.

LЎRA, æ, λύρα, dicta a λύρειν, ut Etymol. vel οἱονεὶ λύτρα λέγεται, ut Eustath. *Lyra* quasi lytra dicta est, quod est pretium pro redimendis. Mercurius enim, qui lyram primus (tensis super cochleam chordis) invenit, eam Apollini, cum pax inter illos post furtum facta esset, largitus: Pausanias in Eliacis proribus, & Homerus Hymno in Mercurium. Estque instrumentum musicum, eine leyer laute, harffe. Alexander Magnus cum Ilium venisset, Paridis lyram ostensam sibi admirari noluit, sed pluris se facturum respondit, si quis ei monstraret lyram Achillis, Ælian. lib. 9 Variar. cap. 38. Et Quintil. lib. 1 cap. de Musica: *Socrates jam senex institui lyra non erubescebat*, auf seitenspielen lernen. Apulej. lib. 2 Florid. *Poëmata, omne genus apta virgæ, lyræ, socco, cothurno.* Lyræ cantu omnem circumscribere musicam poëtas, notat Barth. ad Claudian. p. 501. ¶ 2. *Lyra* sidus est cæleste, fides vel fidicula. vid. Varro de R. R. 2 cap. 5, & Ovid. 2 Fast. v. 75 *Illa nocte aliquis, tollens ad sidera vultum,*
Dicet, ubi est hodie, quæ Lyra fulsit heri? &c.

¶ Lўrĭcus, a, um, leyerhafft; ut, *Poëta lyricus*, qui carmina sua ad lyram recitabat. Inter eos poëtas excellere se jactat Horatius, lib. 1 od. 1 v. 35 *Quod si me lyricis vatibus inseres,*
Sublimi feriam sidera vertice.

Lyrici apud Græcos novem fuere, inter quos excelluit Pindarus. vide infra *Pindarus*.

¶ Lyrīcen, īnis, ein geiger, seitenspieler, spielmann, leyermann. Onomast. Vet. *Lyricen*, λυρῳδός.

¶ Lyristes, æ, λυριστής, idem. Sidonius lib. 8 epist. 11 in carmine: *Alcæo potior lyristes ipso.* Et Plinius lib. 9 epist. 17 *cum lector, aut lyristes, aut comœdus inductus est*, puta in convivium.

LYRCAEVS, i, fons Arcadiæ, ex quo Inachus fluvius oritur. Stat. Theb. 4 v. 711 *Aret Lerna nocens, aret Lyrcæus & ingens*
Inachus.

¶ Lyrcæus, a, um, adject. Ovid. Met. 1 v. 598

Consitaque arboribus Lyrcæa reliquerat arva.

¶ Lyrceius, a, um, aliud adject. ut, *Lyrceia tellus*, Valer. Flacc. 4 v. 355.

LYRNESSVS, i, Λυρνησσός, Troadis urbs in Phrygia contra Lesbon, ex qua Briseis fuit. ¶ 2. Alia urbs & illius quasi colonia in Pamphylia. Vide quæ ad Curtium 3 cap. 4 n. 10 notavit Cellarius.

¶ Lyrnessius, a, um, adject. Virg. 10 Æn. v. 128 *Lyrnessius Acmon.*

¶ Lyrnessis, ĭdis, patronymicum seu gentile: Ovid. 4 Trist. eleg. 1 v. 15

Fertur & abducta Lyrnesside tristis Achilles &c.

id est, *Briseide*, quæ ex Lyrnesso erat.

LЎSANDER, dri, Λύσανδρος, dux fuit Lacedæmoniorum invictissimus, tempore Pausaniæ & Agesilai. Decessit admodum pauper, adeo ut ille, cui vivens filiam desponsaverat, retrocederet ac ducere nollet, quam ob caussam ab ephoris punitus est, ut qui amico mortuo gratiam non præstaret, & pactis fideque divitias potiores haberet, φίλου τε ἀποθα-

ἀποθανόντος ἀμνημονῶν, καὶ τῶν συνθηκῶν τὸν πλοῦτον προτιμῶν, Ælian. lib. 6 Hist. Var. cap. 4.

LYSIAS, æ, *Λυσίας*, Syracusanus fuit genere, unus ex decem illis clarissimis oratoribus, quos una ætate Athenæ habuerunt, quem Cicero pluribus in locis egregiis ornat testimoniis. *Disertissimum* eum vocat, *venustissimum & politissimum scriptorem*, in Oratore cap. 9; *Subtilem* item atque *elegantem*, de Clar. Orat. cap. 9, quæ repetit Quintilianus lib. 10 cap. 1, additque, *nihil eo quæri posse perfectius*, &c. Lysiæ orationes aliquot in opere Aldi exstant, & seorsum quoque excusæ sunt.

LYSIDICUS, i, *λυσιδικὸς*, apud Cic. Philipp. 2 c. 6 *qui jura omnia dissolvit*. Hodie dici potest controversiarum diremptor.

LYSIMACHUS, i, *Λυσιμάχος*, Alexandri Magni pædagogus fuit, Callisthenis auditor studiosus, cui, cum Alexandro invisus, in vinculis teneretur, poculum remediumque miseriæ optanti, propinavit, quamobrem leoni eum Alexander objecit, sed qui a Lysimacho in congressu interfectus est, Justin. lib. 15 cap. 3, & Plutarch. in Alex. Magno. Periit in ultima pugna principum Alexandri, (de quorum numero & ipse fuit) amissis ante a variis casibus quindecim liberis, victus a Seleuco: Justin. lib. 17 c. 2.

¶ Lysimachia, æ, urbs fuit in ore Chersonesi Thraciæ, condita a Lysimacho, Justinus ibidem. ¶ 2. *Lysimachia*, herba, cujus vis tanta esse dicitur, ut, jumentis discordantibus, jugo imposita asperitatem cohibeat. De qua Diosc. 4 c. 3, & Plin. 25 c. 7 & 8.

¶ Lysimachiensis, e, gentile nomen ab hac urbe ductum: Livius lib. 33 cap. 38.

LYSIPPUS, i, Sicyonius fuit nobilis statuarius, de quo multa Plinius lib. 37 cap. 7. Et Cicero ad Luceium lib. 5 fam. epist. 12 *Alexander ab Apelle potissimum pingi, & a Lysippo fingi volebat.* Horat. lib. 2 epist. 1 v. 239

Edicto vetuit, ne quis se, præter Apellem,
Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum simulantia.

LYSIS, is, Philosophus Pythagoræus, quo magistro in philosophia & præceptore Epaminondas usus est. vide Plutarchum & Nepotem in Epaminonda cap 2, & Cic. de Orat. 3 cap. 34. Dictum de hoc etiam aliquid in *Aristippus*. ¶ 2. *Lysis* ex verbo græco est solutio, eine auflösung. Cic. Tusc. 3 cap. 25 *Ex quo ipsam ægritudinem & λύσιν Chrysippus, quasi solutionem totius hominis, appellatam putat.* Alii habent *λύπην*. ¶ 3. *Lysis* in architectura est hiatus continui parietis, die lücke, die klaffung, Vitruv. 6 cap. 11. conf. Lex. Vitr. p. 67.

LYSISTRATUS, i, Lysippi statuarii fuit frater, qui primus statuas e gypso finxit. Plin. lib. 34 cap. 8, & 35 c. 12. ¶ 2. Ejusdem nominis parasitus sive adulator Atheniensis apud Aristophanem Equit. a. 4 sc. 1.

LYTA, æ, *λύτης*, i. e. solutor. *Lytæ* Justiniano ad Antecessores § 5 sunt, ut Turnebus interpretatur Advers. 8 cap. 19, qui jam tantos progressus habent in jure, ut de eo respondere prope possint, & quæstiones solvere, de quibus Juvenalis satyr. 8 v. 50

Qui juris nodos legumque ænigmata solvant.

¶ Prolyta, æ, *προλύτης*, plur. Prolytæ, vocati, qui, postquam quintum annum juri operam dederunt, missionem jam nacti sunt a magistrorum castris. vid. Hotoman. de verb. juris & supra *Licentiatus* in *Licet*.

LYTRA, æ, *λύτρα*, eine otter, sic dicta, quod succidat arborum radices in ripa, atque eas dissolvat, Varro de L. L. 4 cap. 13. conf. supra *Lutra*.

LYTRON, i, *λύτρον, ἀπὸ τῆς λύσεως*, a solutione auri, estque pretium redemptionis, quod datur liberatoribus, die rantzion, das lösegeld: sicuti *μαίωτρα* obstetricibus, *θρεπτήρια* parentibus, *δίδακτρα* præceptoribus, *σῶστρα* servatoribus, *ὀπτήρια*, alicujus videndi, *μήνυτρα* indicii, *εὐαγγέλιον* boni nuntii præmia sunt. vid. Rhodig. lib. 13 c. 30, & lib. 20 cap. 29. In Festi & Nonii codicibus sæpe citatur *Ennius in Hectoris Lytris*, quæ aliis *Lustra* dicuntur. vide Ennii Fragm. per Hesselium p. 227.

LYTTA, æ, *λύσσα*, vermiculus in lingua canum, qui si catulis eximatur, rabidi postea non fiunt, ein hundswurm, Plin. lib. 29 cap. 5, *λύσσαν*, sive *λύτταν* Græci *rabiem* vocant.

LLS. Sestertium antiqui his modis exprimebant IIS. HS. LLS. duarum librarum & semissis charactere; superposita lineola, millenarii index sestertium in neutro signif. vide Budæum & Glarean. *de Asse*: item Henisch. & præsertim tabulas Scioppianas: sed eas ad veriorem sententiam correctas, suis *de pecunia vetere* libris subjunxit Gronovius p. 889 seqq.

M.

M Consonans liquida (quam litteram mugientem Quintilianus vocat) transit in *n*, per derivationes sequentibus *d*, *t*, *c*, *q*, ut, *tantundem*, *identidem*, *nuncubi*, *nunquis*, *nunquam*, *quicunque* &c. Et in his quidem, *anceps*, *anfractus*, quæ ex præpositione inseparabili *am* componuntur. Convenit rebus vastis & insuavibus, & cum litteræ R miscetur, murmur exprimit: ut apud Virg. Æneid. 1 v. 59

magno cum murmure, montis
Circum claustra fremunt.

Cum nimium, aut temere repetitur, Græcis *μυτακισμὸς* dicitur, teste Capella lib. 5. Sed Diomedi vitium est pronunciationis, cum M profertur, ubi debet absorberi: ut si vocem claudat, & sequens dictio incipiat a vocali. Alii *Motacismum* vocant, quod non improbat Vossius lib. 4 Instit. Orat. p. 46. Nam litteram hanc non *μῦ* tantum, sed *μῶ* quoque dixere, ut Eustathius ex Lexico Rhetorico init. Commentarii in Iliad. *γ* testis est. ¶ 2. Majuscula, Marcum repræsentat, ut, *M. Manilius*, *M. Lepid. M. T. C. Marcus Tullius Cicero.* M' cum apostrophi signo, *Manii* nota est. ¶ 3. In numerorum notis, millenarium refert.

MACAE, arum, populi Arabiæ felicis, quæ & *Maces*. Mela 3 cap. 8, & Sil. Ital. 2 v. 60.

MACAREUS, ei, *Μακαρεὺς*, filius Æoli, qui Canaces sororis amore correptus suscepit ex ea filium. Exstat Canaces ad Macareum epistola, quæ est Ovid. Heroid. ep. 11.

MACARIUS, i, Ægyptius Abbas, cognomine senior, S. Antonii discipulus, Evagrii præceptor, doctrina & sanctitate anno 350 claruit. ¶ 2. *Macarius*, Alexandrinus, junior, regularum monachalium auctor.

MACCUS, i, ein tölpel. *Maccos*, ut Diomedes lib. 3 tradit, Attellanarum poëtæ fecere personas sordidas, fatuas, stultas. Apulejus Apolog. p. 325 *Si cum hac una Ruffini fallacia contendantur, Macci prorsus & buccones videbuntur*, &c. Ita hunc locum emendavit Lips. lib. 2 epist. quæst. 22. Sed ante Lipsium ita Turnebus legit, & citat hunc locum lib. 17 Advers. cap. 21. Idem ille, maximus litterator, lib. 29 cap. 20 *maccos* a surda quadam & stolidissima muliere, *Macco*, dictos putat. Unde & *μακκοᾷν* verbum Aristophanes fecit, & pro desipere, seu delirare posuit, ut vetus Scholiastes interpretatur. Helladius Bisantinus apud Photium Cod. 279 *Ὅτι τὸ μακκοᾷν ἀρχαϊκῶς ἐστὶ τὸ μὴ ἀκούειν. ἢ τὸ μὴ κοεῖν, ὅπερ τὸ νοεῖν ἐδήλου. Μακκοᾷν*, *juxta antiquos est*, *μὴ ἀκούειν*, (non audire) *vel μὴ κοεῖν*, *quod νοεῖν* (intelligere) *significat*.

MACEDONIA, æ, sic dicta a filio Osiridis, prius Emathia appellabatur ab Emathio filio Camesis, conf. Isidori Orig. 14 cap. 4. Regio fertilissima inter Thraciam, Epirum & Græciam propriam: regnum quondam Philippi & Alexandri Macedonum, quinquaginta populorum frequentia, Plinio auctore lib. 4 cap. 10, celebre. Dicta & fuit *Macetia*: Gellius lib. 9 cap. 3 *Philippus Amyntæ terræ Macetiæ rex.* Hesych. *Μακετία, ἡ Μακεδονία.*

¶ Macedo, onis, & Maceta, æ, ein Macedonier. Stat. lib. 4 Silv. 6 extr. de Alexandro: *Nec te regnator Macetûm* &c.

Auson. in Alexandria:

Et vos ite pares: Macetûmque attollite nomen.

Et in his & aliis poëtarum locis corruptum fere hoc nomen: legiturque *Macedum*, non *Macetûm*, quod verum & genuinum. Est enim contractio, pro *Macetarum*: At *Macedum* pro *Macedonum* quis dicat? Primus *Macetarum* nomen restituit Scaliger ad Ausonium de Clar. Urb. cap. 3. Fuit Macedonum gens fortitudine virtuteque bellica inprimis celebris, quibus rebus & summum sibi imperium peperit. Corn. Nepos Eumene cap. 3 *Macedones vero milites ea tunc erant fama, qua nunc Romani feruntur: etenim semper habiti fortissimi, qui summâ imperii potirentur.* Cæterum de Imperio Macedonum vide Liv. lib. 45 cap. 109.

¶ Macedonius, & Macedonicus, a, um, adjectiva: ut, *Mare Macedonicum*, Plin. 4 cap. 11. Et, *Macedonia sarissa*, Ovid. 12 Metam. v. 466, ubi secunda contra legem originis producta est, metri caussa.

¶ Macedoniensis, e, idem. Plautus Pseud. a. 4 sc. 4 v. 4 *vir Macedoniensis*.

MACELLUM, i, *ὀψοπώλιον*, locus ubi veneunt quæcunque ad victum pertinent, die fleischbanck, der speisemarckt. Cicer. de Divinat. lib. 2 cap. 27 extr. *Annona in macello cara.* vide Casaub. ad Cæsarem Sueton. cap. 26. Varro nomen ipsum a Macillo quodam Romano derivat, Donato notante. vide ipsum Varronem de L.L. 4 c. 32.

¶ Macellarius, i, qui necessaria ad victum vendit, ein garkoch, ein metzger. Vet. Glossæ: *Macellarius, ὀψωνιοπώλης.*

¶ Macellarius, a, um, adject. zum speisemarckt gehörig: ut, *Macellaria taberna*, die fleischbanck, garküche, Val. Max. 3, 4, 3.

Maceo, macesco, vide paullo post in *Macer*.

MACER, cra, crum, macrior, macerrimus, exilis, extenuatus, dürr, mager, abgezehrt, a *μακρὸν*, longum, geschlang. Horat. 1 epist. 7 v. 33

Macra cavum repetes arctum, quem macra subisti.

Virg. ecl. 3 v. 10 *Macer taurus.* Seneca epist. 78 *Maximi dolores consistunt in macerrimis corporis partibus.* Columella lib. 2 cap. 9 *macerrima humus.* Et, *macrior ager*, apud Caton. cap. 6. *Macrior vitis*, Colum. lib. 4 cap. 24. *Loca macriora*, Columell. lib. 2 c. 18. Et, *Macerrima pars vineti*, Idem lib. 4 cap. 23.

¶ Macellus, a, um, diminutivum, etwas hager, mager. *Homo non magnus, macellus*, Lucilius apud Nonium cap. 2 n. 534. conf. Martial. 10 epigram. 96.

¶ Macritudo, inis, ipsa macies, die magerkeit. Plautus Captiv. a. 1 sc. 2 v. 32 *Ossa atque pellis sum miser macritudine.* vide Nonium cap. 2 n. 517.

¶ Macritas, atis, Vet. Gloss. *Macritas, λεπτότης*, & Palladius lib. 11 c. 1 *propter macritatem semen aliud ferre* [terra] *non valet.* Et Vitruvius lib. 2 cap. 4 *macritatem arenæ* dixit.

¶ Macies, ei, *φθίσις*, die verdorrung, die schwindsucht. Ovidius de Invidia, lib. 2 Met. v. 775 *Pallor in ore sedet, macies in corpore toto.*

Et lib. 3 Metam. v. 397 *Adducitque cutem macies.*

Lucret. 1 v 325 *ævo & macie senescere.* Et Solin. cap. 8 *in maciem ire*, von kräfften kommen, verdorren. Idem cap. 36 *maciem aquarum* pro siccitate posuit.

¶ Macor, oris, idem. Pacuvius apud Nonium cap. 2 n. 525 *Corpus meum tabe, mærore, macore senet.* conf. Seneca de Tranquill. c. 2.

¶ Macilentus, a, um, hager, mager, dürfftig. Plaut. in Capt. a. 3 sc. 4 v. 114 *Macilento est ore, naso acuto*, er siehet dürr und spitzig aus.

¶ Macio, are, macher machen. Solin. cap. 15 *maciari imbribus*, i. e. siccari.

¶ Maceo, ere, mager seyn. Plaut. Aulul. a. 3 sc. 6 v. 28 *qui ossa atque pellis totus est, ita curâ macet.*

¶ Macesco, ere, macrum fieri, mager werden. Pallad. lib. 11 cap. 1 *semine macescunt arva.* Et Varro de R.R. 3 cap. 6 *Propter laborem assemantur & macescunt.*

¶ Ma-

¶ Mācresco, ĕre, idem quod macescere. Varro de R. R. 2 cap. 5 *Algor eas & fames macrescere cogit.* Horat. 1 epist. 2 v. 57

Invidus alterius macrescit rebus opimis.

De *Marcesco*, vide infra in *Marceo*.

¶ Mācĕro, avi, atum, are, id est, attenuare, mollificare, quod a *Macer* est, & tamen primam producit, abmergeln, mürbe machen. Horat. 1 ode 13 v. 8

arguens
Quam lentis penitus macerer ignibus.

Ovidius Heroid. epistola Acontii 20 v. 125

Maceror interdum, quod sim tibi causa doloris.

Sic, *circumvallatos inclusosque fame macerare*, Livius 26 cap. 13, die belagerten aushungern lassen. Sed, *Salsamenta hæc Stephanio fac macerentur pulchre*, Terent. Adelph. a. 3 sc. 3 v. 27, laß sie wässern, weichen. *Macerare sale*, einsaltzen, Plin. 31 cap. 7 extr. *Calcem macerare*, Vitruv. 7 cap. 2, den kalck löschen. ¶ 2 Sæpius autem & ad animum transfertur. Terentius in Andr. a. 5 sc. 3 v. 15 *Tu modo, anime mi, noli te macerare*, kräncke dich nicht. Et ibidem, *Cur me excrucio? cur me macero?* ¶ 3. Et aliâ metaphora Florus 2 cap. 6 n. 28 *Fabius Cunctator per Falernos Gauranosque saltus maceravit Hannibalem*, hoc est, exercitum ejus fatigavit, vexavit.

¶ Maceratus, a, um, eingeweicht, abgemergelt, mürbe; ut, *maceratum aurum*, Plaut. Pœn. a. 3 sc. 2 v. 21. *Calx macerata*, Pallad. 1 cap. 14.

¶ Maceratio, ōnis, die einweichung, abmergelung. Vitruvius lib. 7 cap. 2 *Calx in maceratione diuturna liquore defervere coacta.* Et Arnob. lib. 4 *Viscerum maceratione in ultimam tabem consumi.*

¶ Maceresco, ĕre, weich werden, mürbe werden. Cato de R. R. cap. 99 *Sinito macerescant bene.*

¶ Mācĕria, æ, & Maceries, ēi, τεῖχιον, paries, eine trockene wand, leimwand. Livius 23 c. 9 fin. *Gladium in publicum trans maceriam horti abjecit.* Adde Terent. in Adelph. a. 5 sc. 7 v. 10 *Hanc in horto maceriam jube dirui.*

¶ Maceriŏla, æ, dimin. Sponius Misc. Erud. Antiq. p. 293 ex Inscriptione veteri, LOCVS MACEREOLA CLVSVS. Sic scriptum per E pro I.

Composita:

¶ Commācĕro, are, zerreiben, ausdrücken. Marcell Emp. cap. 36 *commacerare aliquid.* Strabo Gallus de Lilio: *Pistillo lilia præstat Commacerare gravi.*

¶ Emacĕro, are, ausmergeln. Vnde

¶ Emaceratus, a, um, ausgemergelt. Sen. Consol. ad Marc. c. 10 *Alios morborum variis generibus emaceratos diu inter vitam mortemque medios detinebit.*

¶ Emacio, are, macie conficere, ausʒehren, ausmergeln. Colum. 4 cap. 24 *Palmæ* (vitis) *emaciant stirpem suam.*

¶ Emaciatus, a, um, ausgesogen, abgezehrt: ut, *Emaciatum armentum*, Colum. 2 cap. 11, mager vieh: & *Vineæ emaciatæ*, ibidem c. 10 pr.

¶ Emacro, are, macrum reddere, mager machen. Plin. lib. 18 cap. 10 extr. *terram emacrari hoc satu existimantes.* Non tamen certa satis auctoritas, manuscriptis repugnantibus. vide Harduinum.

¶ Emacresco, ĕre, mager werden, valde macrescere. Celsus lib. 2 cap. 4 *Mali morbi signum est, nimis celeriter emacrescere:* & cap. seq. *Ubi æger pro spatio parum emacrescit*, abnehmen und verfallen.

¶ Permacer, a, um, gar mager; ut, *caro permacra*, Celsus 2 cap. 21. *Creta permacra*, Plin. 18 cap. 6.

¶ Permacĕro, are, durchweichen. Vitruvius 7 cap. 2 *Calculi in opere cum permacerantur, dissolvunt & dissipant tectorii politiones.*

¶ Præmacero, are, vorher einweichen. Scribon. Largus Compos. 193 *Præmacerantur mala cydonia*, id est, ante macerantur.

¶ Remacresco, ĕre, mager werden. Hæc enim particula aliquando intendit, de quo suo loco monuimus. Sueton. Domit. cap. 18 *Quæ* (crura) *tamen longa valetudine remacruerant.*

Maceria, macero, are, vide paullo ante in *Macer*.

Maceta, item Macetia, vide in *Macedonia*.

MĂCHAERA, æ, μάχαιρα, gladius, sica, ein messer, schwerd. Apud Suetonium in Claudio cap. 15 carnifici tribuitur, ad præcidendas manus. Et Juvencus in Lucæ cap. 2

Atque tuam fulgens animam, mihi crede, machæra,

scilicet *percurret.* Proverbium: *Ne puero machæram*, subaudi *commiseris*, kindern gehöret nicht, damit sie nicht wissen umzugehen. Plutarchus sic, quemadmodum Stobæus indicat: Μὴ παιδὶ μάχαιραν, ἡ παροιμία φησίν. Ἐγὼ δὲ φαίην ἄν, μὴ παιδὶ πλοῦτον, μηδὲ ἀνδρὶ ἀπαιδευσίαν, hoc est, *Ne puero gladium, proverbium ait. Ego vero dixerim, Ne puero divitias, neve viro imperitiam.*

¶ Machærophŏrus, i, μαχαιροφόρος, sicarius, gladium ferens, sic legitur apud Ciceronem lib. 2 ad Qu. fratrem epist. 9, ein degenstutzer.

¶ Machæropœus, i, μαχαιροποιός, ein degenschmid, messerschmid, schwerdfeger.

MĂCHĀON, ŏnis, Μαχάων, medicus apud Homerum in Iliade: Et Propertium lib. 2 eleg. 1 v. 59

Tarda Philoctetæ sanavit crura Machaon.

¶ Măchāŏnius, a, um, adject. Ovid. Remed. am. v. 546

Ille Machaonia vix ope salvus erit.

MĀCHĬNA, æ, μηχανή, molimen, opus, instrumentum, ein werckzeug, gerüst: ut, *Machina bellica*, eine kriegsrüstung. *Machina lignea*, eine rüstung von holtz. *Machina mundi*, Lucret. lib. 5 v. 97, das gebäue der welt. Proprie est instrumentum, quo commodius moles in eum, quem volumus, locum transfertur. Ita Horat. 2 epist. 2 v. 73

Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina lignum.

Ejusmodi machinarum apparatus describit Vitruvius lib. 10. ¶ 2. Sed & de aliis rebus dicuntur *machinæ*; nam & *machina* de mola usurpatur: unde *Asinus machinarius*, molendinarius est. *Machinam frumentariam* JCtus dixit lege 12 § 10 Dig. de Instructo vel instrumento legato. vide Turnebum lib. 8 cap. 9. Magnus *machinarum* usus in theatris olim & tragœdiis fuit: per quas aut ex insperato superveniebant Dii, ut homines, cum effugere alias non possent, elaberentur. Vnde solutionis in tragœdiis species PER MACHINAM dicta. Et inde proverbia: E MACHINA DEVS, de repentino & insperato remedio: item, ATTRAHERE MACHINAM pro elabi. Quo & Plutarchus usus est in Themistocle p. 116. vide Heinsium de Constitutione Tragœd. cap. 12. Machinarum scientiam Archytas instituit & Eudoxus, quæ primum cum Geometria conjuncta fuit: post separata contemtaque a Philosophis, jacuit, donec inter militares artes accepta ab Archimede in summum splendorem adduceretur; Plutarchus Marcello p. 305. Proverb. *Machinas post bellum adferre*, τὰς μηχανὰς μετὰ τὸν πόλεμον κομίζειν. ¶ 3. Sed & *Machinæ* doli & callida consilia, per metaph. listige anschläge. Cicero ad Brutum epist. ult. *Ad aliquos hic quoque labor mihi accessit, ut omnes adhibeam machinas ad tenendum adolescentem*, alle behendigkeit und griffe muß ich brauchen. Plaut. Bacchid. a. 2 sc. 2 sub fin.

Ego hodie aliquam machinabor machinam,
Vnde aurum efficiam,

ich muß einen ranck erdencken, wie ich geld mache.

¶ Māchĭnālis, e, zur rüstung gehörig: ut, *Machinalis scientia*, apud Plin. 7 cap. 37. Et, *Machinale pondus*, apud Ausonium epist. 21 v. 34.

¶ Machinarius, a, um, idem; ut, *Asinus machinarius*, id est, molendinarius, qui molam volvit & torquet, Alfeno & Vlpiano JCtis, Lege 60 § 3 Dig. de Legat. & fideicom. 3. Sic, *Mola machinaria*, eine zugmühle, Apul. lib. 7 Met. Et Solin. cap. 5 *Machinarius commentator Archimedes fuit.*

¶ Machinarius, i, substant. ein werckmeister; Paulo JCto est, qui tractoria machinâ onera in altum collocat. Et Vlpiano *mensor machinarius*, idem, Lege 7 § 1 Dig. Si mensor falsum modum dix.

¶ Māchĭnor, atus, sum, ari, μηχανάομαι, moliri, cogitare, invenire, per dolum aliquid moliri, mit etwas umgehen, erdencken, erfinden, zurüsten. *Machinari calamitatem alicui*, Auctor ad Herenn. lib. 4 cap. 8, zu schaden trachten. Et, *Machinari pestem in aliquem*, Cicer. de Divinat. cap. 26 pr. quod etiam *moliri pestem*, initio secundæ Catilinariæ dixit. Et Livius lib. 1 cap. 51 pr. *Confestim Turno necem machinatur*, so bald gehet er damit um, wie er den Turnum umbringe.

¶ Machinatus, a, um, der etwas angestifftet hat. Justin. 39, 4, 6 *Alteri exitium per insidias machinata.* ¶ Passive *machinatum strepitum*, pro *per machinas effectum*, zugerüstet, Sallustius dixit apud Nonium cap. 2 n. 859 *Præterea sedenti transenna demissum victoria simulacrum cum machinato strepitu tonitruum coronam capiti imponebat* &c.

¶ Machinatus, ûs, eine zurüstung, erfindung. Apul. Apolog. p. 321 *me suo machinatu reum postulatum.* Et Sidonius lib. 5 epist. 6 *tuo precipue machinatu.*

¶ Machinatio, ōnis, idem. Cæs. 2 Bell. Gall. cap. 31 *tantæ altitudinis machinationes tanta celeritate promovere.*

¶ Machinator, ōris, proprie architectus, ein baumeister, apud Tacitum Ann. 15 cap. 42. Inscriptio vetus apud Gruterum p. 642 n. 4 BAEBIO MVSAEO MACHINATORI. Livius 24 c. 34 *Archimedes machinator bellicorum tormentorum.* Et Seneca epist. 88 vocat *machinatores*, *qui pegmata per se surgentia excogitant.* Atque sic Deus *rerum omnium machinator* appellatur a Lactantio lib. 2 cap. 11, & lib. 4 cap. 6 ineunte. ¶ 2. Translate cujusque rei auctor & inventor, ein erfinder. *Machinator doli*, Tacit. Annal. 1 cap. 10 n. 2. Et, *Improbissimus machinator omnium scelerum*, Cicero 3 Catil. cap. 3.

¶ Machinatrix, īcis, fœm. eine erfinderin. Seneca Medeâ v. 266

Tu tu malorum machinatrix facinorum.

¶ Machinamentum, i, idem quod machina, ein gerüst. Livius 24 c. 34 *Turres contabulatas machinamentaque alia portabant.* Et Tacit. Ann. 12 cap. 45 *Machinamenta oppugnationum & astus*, künstliche wercke zur belagerung und bestürmung. Et Vegetius lib. 4 cap. 8 *Saxa maxima pondere, dimissa per præceps, machinamenta confringunt.*

¶ Machinosus, a, um, künstlich zugerichtet: ut, *Navigium machinosum*, id est, ita concinnatum arte, ut laxata machina solveretur, quare & paullo ante *solubilem navem* appellarat Sueton. Nerone cap. 34.

MACHLIS, is, fera, ein rennthier, Plin. lib. 8 cap. 15. Cluver. lib. 3 G. A. cap. 47.

Macies, macilentus, macio, are, macor, vide *Macer*.

MACRA, æ, fluvius Ligurum innavigabilis, de quo Plinius 3 cap. 5. Et Lucan. 2 v. 426

Nullasque vado qui Macra moratus
Alnos vicinæ procurrit in æquora Lunæ.

Macresco, vide paullo ante *Macer*.

MACRĪNVS, i, Maurus, obscura stirpe, per omnes gradus a fortuna evectus, & Imperator factus Caracallæ successit. vid. Aur. Victor in Macrino, & Auson. Cæs. 23. ¶ 2. *Macrinus* Grammaticus latinus, de quo idem Auson. Profess. 10.

Macritas, macritudo, vide *Macer*.

MACRŎBII, orum, Μακρόβιοι, populi vivaces supra Ægyptum, de quibus Pomp. Mela lib. 3 c. 10, & Solinus cap. 43. Vitæ spatium dimidio fere, quam nos, longius agunt. ¶ Sed istud nominis apud Græcos non certæ genti tantum proprium est, verum commune cum iis omnibus, qui præter solitum ætatem suam protraxerunt; & Lucianus Dialogum suum, seu dissertationem potius, de iis, qui longissima vitæ spatia confecissent, μακρόβιοις inscripsit, ubi plura longævorum exempla leges. vide & Plinium lib. 7 cap. 48, & Valer. Maximum lib. 8 cap. 13, die ein hohes alter erreichen.

¶ Macrobius, i, auctor latinus, scripsit in Somnium Scipionis libros duos. Et libros alios septem Saturnaliorum, diversas materias & res ad litteras & studia adolescentum maxime pertinentes, Gellii exemplo, cujus fur seu simia dictus est, ideo quod ex eo inter commentarios suos multa descripsit, Gellii nomine dissimulato.

MACROCHĒRA, æ, penult. longa, μακρόχειρα, tunica manicata, ein rock mit langen ermeln, apud Ælium Lampridium in Alex. Severo cap. 33.

¶ Macrochir, μακρόχειρ, Longimanus latine, cognomen Persici regis Artaxerxis, quod manum alteram haberet longiorem.

MACROCOLLVM, i, μακρόκολλον, seu *macrocollon*, regia charta, regalpapier, quemadmodum ex Plinio exponit Hermolaus. Budæus *novam chartam* exponit, ex illo Ciceronis: *Archetypum, tralatum in* macro-

macrocollum, lege in Arcano convivis tuis, lib. 16 ad Att. epist. 3. Et ad eumdem lib. 13 epist. 25 *Impensam fecimus in macrocolla.* Est a κολλᾶν, quia compaginatam & agglutinatam chartam significat. vide interpretes.

Mactabilis, mactare, mactator, &c. vide paullo post *Mactus*.

Mactea, vide infra *Mattya*.

MACTRA, æ, ein backtrog, a μάσσειν, vel μάττω, subigo, mollio, secundum Budæum. vide *Magis*.

MACTUS, a, um, a *magis* & *auctus*, fürtrefflich. Sic *macta munera* luculenta & magna Sallustius: *mactum infortunio* Chremem Terentius: *Herbam mactam*, id est, adultam Cato dixit. Verum hæc non certissima exempla sunt, quia Sallustii Jugurthino cap. 13 & 80 *magna munera*: Terentii Phormione a. 5 sc. 8 v. 39 *mactatum infortunio*, plerique legunt: certiora apud Catonem R. R. cap. 134 *mactus hoc ferto*: & Donatum p. 1750 ed. Putsch. *mactus virtute*.

¶ Macte, vocativus; ut, *Macte esto!* qua formula applaudimus aliis, iisque de aliqua re gratulamur, simul apprecantes, ut propria sit & perpetua, viel glücks darzu! Virg. 9 Æn. v. 641 *Macte nova virtute puer.* Stat. 1 Silv. 2 v. 201

Macte toris Latios inter placidissime vates.

Idem 1 Silv. 3 v. 106 *Macte bonis animi.* Seneca epist. 66 *Macte virtute esto: Sanguinolentis & ex acie redeuntibus dicitur.* Et in plurali numero: Liv. lib. 7 cap. 36 *Macti virtute milites Romani estote.* Plin. lib. 2 cap. 12 *Macti ingenio cæli interpretes.* Cæterum hæc forma MACTE ESTO, a sacris tracta est. vide Servium ad illud Virg. lib. 9 Æn. *Macte nova virtute puer*, &c. Josephus Scaliger in quadam Epist. ad Francisc. Fortumanum Doctorem Medicum: *De* MACTE, inquit, *quod petis, plane tractandum est nobis non* κριτικῶς, *neque* ἱστορικῶς, *sed* τεχνικῶς. *A significatione igitur* MACTUM *veteres Romani vocant auctum: herbam adultam Cato vocavit* MACTAM: *nempe quod ita aucta esset: quod verbenis aucta & coronata*, MACTA HOSTIA *quum frugibus & molâ aucta erat. Sic* MACTA ARA, *quod verbenis aucta & cumulata.* MACTARE HOSTIAM *postea, pro cædere hostiam dicebant* κατ' εὐφημισμὸν, *ne sc. cædem nominarent. Quare* MACTARE *pro cædere? quia nunquam cædebatur hostia, nisi frugibus macta esset: a præcedentibus consequentia, ut vulgo Rhetores & Dialectici Scholastici loquuntur: ut veteres Chrysippéi,* ἀπὸ τῶν προηγουμένων τὰ ἐπιφερόμενα. *Nunquam mactabant hostiam, quin dicerent,* MACTA ESTO HAC MOLA SALSA. *Sic, quum Deo alicui vinum libabant:* MACTE HOC VINO ESTO. *Sed cur vocandi casu* MACTE? *In hoc quoque est* τεχνικὸν *Grammaticorum. Nam* MACTUS ESTO *dicendum erat, sed utriusque linguæ auctores ita loqui solent. Theocritus:* ὄλβιε κῶρε γένοιο, *dicendum erat* ὄλβιος. *Tibullus*, Huc venias hodierne, *hodiernus Persius*; Stemmate quod Tusco ramum millesime ducis, *millesimus. Ausonius creber est in hoc genere loquendi. Quare &* MACTE ESTO *pro mactus. Propterea non mirum, si in Atticismo ἡ κλητικὴ confunditur cum ὀνομαστικῇ: cum contra hic videamus vocandi casum cum nominativo commutari. Sic igitur dictum,* MACTE ESTO VIRTUTE. Hæc Heros ille. Epistola ipsa legitur in Variis Opusculis a Casaubono primum editis. Vtebantur hac forma ita veteres, ut τὸ MACTE indeclinabile, nec certi generis esset, & interjectionis locum subiret. Livius lib. 2 c. 12 extr. *Juberem macte virtute esse, si pro mea patria ista virtus staret.* Florus lib. 2 cap. 8 *Macte esse fortissimam & meo judicio beatissimam in ipsis malis civitatem asseruit.* conf. Philip. Caroli Animadv. 14 ad lib. 3 Q. Curtii. ¶ Cum genitivo junxit Statius lib. 5 Silv. 1 v. 37

Macte animi, notat ipse Deus, &c.

¶ Macto, avi, atum, are, id est, augere, vermehren. Sic, *mactare quem damno*, Plaut. Aulul. a. 3 sc. 5 extr. *infortunio*, Terent. Phorm. a. 5 sc. 8 v. 39. *supplicio & morte*, Cicero Catilin. 1 extr. ¶ 2. Cædere & immolare, schlachten: Cujus significationis caussa ex verbis Scaligeri modo adductis satis patet. Virg. 4 Æn. v. 57 *Mactant lectas de more bidentes.*

¶ Mactatus, a, um, geschlachtet. Ovid. Metam. 15 v. 114 *Caper Bacchi mactatus ad aras.* Horat. lib. 1 od. 19 v. 16 *Mactatâ venies lenior hostiâ.* Vossium adde lib. 4 Inst. Orator. p. 118. ¶ 2. Idem ac *Auctus* apud Macrobium lib. 2 *Immortalitatis conditione mactatus.*

¶ Mactatus, ûs, die schlachtung. Lucret. lib. 1 v. 98

nubendi tempore in ipso
Hostia concideres mactatu mœsta parentis,

Loquitur de Iphigenia, quam Iphianassam vocat.

¶ Mactator, ōris, occisor, ein schlächter. Seneca in Troad. v. 1002 *Perge mactator senum, Et hic decet te sanguis.*

¶ Mactābilis, e, schlachtend. Lucretius lib. 6 v. 805

Tum fit odor vini plagæ mactabilis instar.

Ita Lambinus, & recentissimus Thomas Creech: alii *manabilis*, qui & alia mutant.

MĂCŬLA, æ, labes, vitium, ein flecken: ut, *Maculæ albæ, nigræ, luridæ, discolores.* Sic, *Fullones maculas e vestibus tollunt*, Plin. waschen die flecken aus den kleidern. Cicero pro Cornel. Balb. cap. 6 *Est hujus seculi labes quædam & macula virtuti invidere*, i. e. vitium, ein gebreche oder böse gewohnheit. Terent. in Adelph. a. 5 sc. 8 v. 30 *Vitium commune omnium est, quod nimium ad rem in senecta attenti sumus. Hanc maculam nos decet effugere*, id est, infamiam. Hinc illæ formulæ: *Maculâ afficere: Inurere æternas maculas alicui: Maculis aspergere*, einen schandflecken anhengen, Cicer. Pro Roscio, Planco & in Sallust. Idem, *Delenda est vobis illa macula, Mithridatico bello superiore suscepta*, pro leg. Manil. cap. 3. Et, *Maculam eluere*, pro Sextio cap. 29. ¶ 2. Sunt & *Maculæ* foramina retis, die netzelöcher. *Reticulum minutis maculis*, Cicer. in Verr. 7 cap. 11. Et Varro 3 R. R. cap. 11 *Septum totum grandibus maculis integitur, ne eò involare aquila possit, neve ex eo evolare aves.* Quo in loco *maculas* videtur pro ipsis retibus posuisse. Nemesianus Cyneget. v. 30

longoque meantia retia tractu
Addiscant raris semper contexere nodis,
Et servare modum maculis.

Auson. epist. 21 ad Theonem:

An cum fratre vagos dumeta per avia cervos
Circumdas maculis & multâ indagine pinnæ?

¶ Mācŭlōsus, a, um, varius, maculis conspersus, fleckicht, bunt, sprenglicht; ut, *Lynces maculosæ*, Virg. Æn. 1 v. 327. ¶ *Avaritiâ & libidine fœdus aliquis, & maculosus*, i. e. turpis, pollutus, Tacitus lib. 2 Hist. cap. 7 n. 2; &, *omni dedecore maculosus*, lib. 3 Hist. cap. 38 n. 6. Et Lactantius lib. 1 cap. 10 sub fin. *Jupiter in expugnanda fœminarum pudicitia maculosus*, mit schandflecken beschmitzet.

¶ Maculo, avi, atum, are, macula afficere, beflecken, besudeln. Virg. Æn. 3 v. 29 *Terram tabo maculant.* Idem Æn. 10 v. 850 *Tuum maculavi crimine nomen.* Cicero Arusp. Resp. cap. 13 *Omni flagitio polluere, omni dedecore maculare*, mit aller schande beschmitzen. *Maculari gloriam turpi morte*, Corn. Nep. in Pausania cap. 5 n. 4.

¶ Maculatus, a, um, inquinatus, befleckt. Val. Flacc. Argon. 6 v. 704

Perque levem & multo maculatam murice tygrim.

¶ Maculatio, ōnis, die befleckung. Jul. Firmicus lib. 3 cap. 15 *maculatione pollutus.* Et Apulejus Apolog. p. 306 *maculationibus convariat.*

Composita:

¶ Commăcŭlo, are, idem quod simplex, beflecken. *Commaculare manus sanguine alicujus*, Virg. eclog. 8 v. 48. Et, *Commaculare se ambitu*, per metaph. Cicer. pro Cœlio cap. 7.

¶ Emaculo, are, flecken auswaschen, saubern, reinigen. Plin. 21 cap. 19 *Narcissus nigras vitiligines emaculat*, es vertreibet die schwartzen flecken. Apulej. Apolog. *exotico pulvere dentes emaculare*, die zähne fegen.

¶ Immaculo, are, idem quod maculare. Firmicus lib. 4 cap. 16 *nullus invidiæ livor immaculet.* Sed contrariam vim præpositio habet in *Immaculatus* & *Immaculabilis.* Nam

¶ Immaculatus, a, um, unbefleckt, unbesudelt, sic usus est Lucanus lib. 2 extr. *Abscondat Fortuna nefas, Romanaque tellus*
Immaculata sui servetur sanguine Magni.

Plura vide in Borrich. Cogit. p. 125.

¶ Immaculābilis, e, rein, unbefleckt. Auson. ad Gratianum Imperatorem discipulum Gratiarum actione pro consulatu: *Nullum tu unquam diem ab adolescentiâ tuâ, nisi adorato Dei numine, & reus voti & illico absolutus egisti: Lautis manibus, mente pura, immaculabili conscientia, & quod in paucis est, cogitatione sincerâ.*

MADAURA, æ, civitas Africæ in Numidiæ & Getuliæ finibus, patria L. Apuleji philosophi Platonici.

¶ Madaurensis, e, adject. ut, *Apulejus Madaurensis*, Augustinus epist. 49 quæst. ult.

MĂDEO, mădui, ēre, humidum esse, naß, feucht seyn. Cicero in Philipp. 2 cap. 41 *Natabant pavimenta vino, madebant parietes.* Et, *Madent genæ imbre tristi*, Catull. carm. 68 ad Mall. v. 56. Et Lucanus 1 v. 95 *Fraterno primi maduerunt sanguine muri.*

¶ 2. *Madere* etiam est, esse ebrium, truncken seyn. Plautus Mostell. a. 1 sc. 4 v. 7 *Madet homo.* Et, *Vino madere*, dixit Apulej. lib. 2 Milef. ¶ 3. Transfertur etiam ad alia perquam eleganter. *Madere metu*, id est, plenum esse, dicit Plautus Mostell. a. 2 sc. 1 v. 48, &, *madere arte*, Lucretius lib. 4 v. 793. *Madere sermonibus Socraticis*, Horat. lib. 3 od. 21. ¶ 4. *Madere* pro coctum esse accipit Turnebus Advers. 18 cap. 15, in illo Virgilii Georg. v. 596

Et quamvis igni exiguo properatu maderent.

Plautus Menæch. a. 2 sc. 2 v. 51 *Jam ergo hæc madebunt faxo*, i. e. cocta sint. Et Aulul. a. 1 sc. 3 v. 28 *Madida* pro coctis idem dixit.

¶ Madens, tis, naß, triefend; ut, *os fletu madens*, Ovid. Trist. 3 eleg. 5 v. 12. *Madens sanguine vestis*, Quintil. 6 cap. 2 das bluttriefende kleid.

¶ Madesco, ĕre, humectari, feucht, naß werden. Celsus 3 cap. 6 *Partes corporis paullum madescunt.* Ovid. 1 Met. v. 65 de australi terra:

Nubibus assiduis, pluvioque madescit ab austro.

¶ Mădĭdus, a, um, adjectivum, imbutus, naß, feucht. Cicer. ad Quintum fratr. lib. 2 epist. 11 *Ille fasciculus totus aqua madidus mihi redditus.* Et Plinius 27 cap. 5 *semina madidiora.* Eleganti metaphora Martialis 1 epigr. 40 *Si quis Cecropiæ madidus, Latiæque Minervæ*
Artibus, &c.

¶ 2. Ponitur pro *ebrio* etiam Plauti Amphitr. a. 3 sc. 4 v. 18. Similiter *uvidos* pro potis seu ebriis vide in *Vvidus.*

¶ Madulsa, æ, antiquum, pro ebrio, ein trunckener, apud Festum, & Plautum Pseud. a. 5 sc. 1 v. 7 *Ego nunc probe adeo madulsa.*

¶ Mădĭdo, are, madidum facere, naß machen. Arnob. lib. 5 *mero multo madidari.* Idem lib. 2 *Proluvie linerent & madidarent se suâ.* Claudian. lib. 2 de Raptu Proserpinæ v. 88

madidantes nectare pennas Concutit.

¶ Madidatus, a, um, befeuchtet, genetzt. Arnobius lib. 1 *Madidata ex imbribus arva succrescunt.* Apulej. lib. 8 Met. *Spongiæ madidatæ.*

¶ Mădor, ōris, pro humiditate apud Sallustium in fragm. legitur, die nässe, feuchtigkeit. Vsi præterea sunt Ammianus lib. 17 cap. 15, & lib. 20 cap. 14, & Arnob. lib. 2 p. 70.

¶ Mădĕfacio, ĕre, inficere, & humore aspergere, einnetzen, feuchten naß machen. Virg. Æn. 5 v. 330 *virides madefecerat herbas.*

¶ Madefio, ĕri, naß werden. Cicer. de Divinat. lib. 1 cap. 32 *Vaticinatus est, madefactum iri minus triginta diebus Græciam sanguine*, daß Griechenland in blut schwimmen solte.

¶ Madefactus, a, um, gefeuchtet, genässet. Ovid. Met. 8 v. 402 *Madefacta terra cruore.* Et Tibull. 3 eleg. 7

Tyrio madefactus tempora nardo.

¶ Madefacto, āre, frequentativum, naß machen. Venantius Fortunatus lib. 1 carm. 21 v. 26

Si tamen est fluvius, qui madefactat humum.

¶ Mădĭfĭco, āre, idem. Plin. 28 cap. 7 *oculorum anguli subinde madificentur.*

Composita cum præposit.

¶ Commădeo, ēre, prorsus madere, gar naß, feucht seyn. Cato cap. 156 *Brassicam coquito, usquedum ea commadebit bene.*

¶ Demă-

¶ Demādeo, ēre, idem; Ovid. lib. 5 Trist. eleg. 4 v. 40. Sed Heinsius emendat *emaduisse*. vide mox *Emadere*.

¶ Demadesco, ere, feucht werden, Scribon. Larg. Compos. 73. vid. Barth. Advers. 40 cap. 4.

¶ Dimadeo, ēre, vel Dimadesco, ēre, zerfliessen. Lucan. 6 v. 479 *Dimaduêre nives*.

¶ Emadeo, ēre, vel Emadesco, ere. Ita Heinsius ex plurimis MSS. restituit Ovidio 5 Trist. eleg 4 v. 40; vocatque *elegans verbum*, quamlibet *rari usus*. Poëta emendatus ita:

Et te flente suos emaduisse sinus.

¶ Immādēre, sive Immadescere potius, gefeuchtet werden. Plin. 17 cap. 5 *immaduit imbre*. Et Ovid. Metam. 6 v. 396 *Fertilis immaduit terra*: & lib. 1 Trist. eleg. 8 v. 34 *lacrymis immaduisse genas*. Et Ammian. 20 cap. 11 *Assiduis imbribus immaduerat solum*, es hatte immerfort geregnet.

¶ Permādeo, ēre, & Permadesco, ēre, durchaus naß seyn. Seneca epist. 20 extr. *Deliciis permaduimus*. Et proprie Columella lib. 2 c. 4 *Quasi hibernis pluviis terra permaduerit*.

¶ Permadesco, ēre, durchaus naß werden. Seneca de Provid. cap. 4 *Fugite enervatam felicitatem, qua animi permadescunt*.

¶ Permadefacio, ēre, durchnässen. Plautus Mostell. a. 1 sc. 2 v. 63 *Amor permadefacit cor meum*.

¶ Præmadeo, ēre, vel Præmadesco, ēre, vorher zerrinnen. Orientius in Commonit. lib. 2 *Ante diem nimio præmaduisse mero.*

¶ Semimadĭdus, a, um, halb feucht, halb naß. Columella lib. 2 cap. 4 *Ager exiguis nimbis semimadidus*.

Madido, āre, madidus, mador, vide ante in *Madeo*.

MAEANDER, dri, Μαίανδρος, Mæandrus, fluvius Phrygiæ admodum sinuosis flexibus, unde cum eodem Labyrinthum comparat Ovid. 8 Met. v. 162 *Non secus ac liquidus Phrygiis Mæander in arvis*
Ludit, & ambiguo lapsu refluitque fluitque, &c.

Et Silius 7 v. 139 describturus versatile ingenium:

Qualis Mæonia passim Mæandrus in ora
Quum sibi gurgitibus flexis revolutus oberrat, &c.

¶ 2. Per metaphoram *Mæandros*, ambages dicimus, & consilia obliqua, umschweiffige reden und anschläge, damit man nicht gleich zugehet, ränke. Cicer. in Pison. cap. 22 *Quos tu Mæandros, quæ diverticula, flexionesque quæsisti?* conf. Erasmi Adag. Prudentius ante somnum:

O tortuose serpens,
Qui mille per mæandros,
Fraudesque flexuosas
Agitas quieta corda.

Et Columella lib. 8 cap. ult. *more Mæandri*, id est, flexuose. *Lentum* Claudianus 2 in Eutrop. v. 291 appellat cursus respectu: quam ob caussam & paullo ante Mæandrum, & Marsyam, velocem fluvium, cum Rhodano, Arareque comparat: quorum ille admodum celer, hic lentus est. De fluvio flexuoso vide Livium 38 cap. 13, & Nicol. Heinsium ad Prudentii hymnum ante somnum, p. 12 seq. ¶ Est & picturæ genus variis ambagibus implexum, Festo & Nonio cap. 2 n. 550, quod oris vestium addi solebat. Virg. 5 Æn. v. 250

Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.

id est, victori præmium decernit, chlamydem pictam, vel variatam duplici lacinia, in se recurrente, Mæandri modo, ein rock rings umher belegt mit zweyen strichen von purpur.

¶ Mæandrius, a, um, adject. ut, *Mæandria gleba*, Avienus Periegef. v. 1000.

¶ Mæandrātus, a, um, flexus, flexuose tortus, in die krümme gebogen. vide Heinsium c. l. p. 13 ad Prudentium, & ex Varrone apud Nonium cap. 2 n. 550 *Mihi facies Mæandrata*, i. e. ad similitudinem Mæandri formata.

MAECĒNAS, ātis, Μαικήνας; plures exstitisse, Mæcenatis nomine insignitos, ex bonis auctoribus constat. ¶ 1. Antiquissimus omnium, cujus apud Silium Italicum lib. 10 mentio, qui originem ex Etruriæ regum prosapia duxit. ¶ 2. Proximus ab hoc ille est, quem inter fortes equites, & robora Pop. Rom. recensuit Cicero Orat. pro Cluent. c. 56. ¶ 3. Diversus ab istis *Cajus Cilnius Mæcenas*, ex eadem Tyrrhenorum seu Etruriæ regum prosapia oriundus, Augusti Cæsaris familiaris, & consiliorum moderator, cæterorumque omnium clarissimus. Fuit & ipse elegantissime doctus, & doctorum hominum patronus. ¶ 4. Hinc Martialis lib. 8 epigr. 56 ad Flaccum *Mæcenates* vocat eos, qui doctis favent, & eosdem fovent,

Sint Mæcenates, non deerunt, Flacce, Marones, &c.

Et lib. 12 epigr. 4 *Quod Flacco Varioque fuit summoque Maroni*
Mæcenas atavis regibus ortus eques.

Et lib. 1 epigr. 108 *Otia da nobis; sed qualia fecerat olim*
Mæcenas Flacco Virgilioque suo.

Sic enim beneficos & liberales in studia, *Mæcenates* dicere omnes possumus, der studierenden wohlthäter, beförderer der studien. *Laboravisse Mæcenatem perpetua febri, nec ullius horæ momento, triennio supremo, contigisse ei somnum*, Plinius tradidit lib. 7 cap. 2. ¶ 5. Sed & pro mollibus ac effœminatis *Mæcenates* dixit Juven. sat. 12 v. 39. Quippe & discinctus ipse fuit, & soluta ejus oratio, qua de re Paterculus lib. 2 cap. 88, Seneca epist. 92, 114 & 140, Sueton. in August. cap. 66, & Macrob. lib. 2 Saturn. cap. 4. ¶ De varia vocabuli hujus scriptione lege Claud. Dausq de Orthogr. tr. 12; Lev. Torrentium, Lambinum & Chabotium ad Horat. 1 od. 1, qui cum Mureto non *Mæcenas* aut *Mecœnas*, sed *Mæcenas* scribendum esse ex vetustissimis marmoribus & codicibus evincunt; Cum contra Becmanus de Orig. L. L. a μὴ & κοινὸς esse contendat, ut idem sit ac singularis, non plebejus, non unus e multis, supra vulgum patronus.

¶ Mæcenatiānus, a, um, quod Mæcenatis est vel fuit; ut, *Turris Mæcenatiana*, Sueton. Nerone cap. 38. Et, *Horti Mæcenatiani*, Idem Tiberio cap. 15.

MAENA, æ, μαινὶς, piscis in Italia, quam Germania notior, heuting, Gesner. *Mæna candida*, ein weisser heuting. *Acipenserem mæna non antepenere*, Cic. 2 de Fin. cap. 28. Et Arnobius lib. 3 p. 118 *pistricum dominus atque mænarum Neptunus*.

MAENĂDĒS, um, plural. μαινάδες, mulieres bacchantes, insanientes, a μαίνεσθαι, furere. Catullus carm. 64 de Aty v. 23

Ubi capita Mænades vi jaciunt hederigeræ.

conf. Ovid. Met. 11 v. 22, & Martial. 11 epigr. 85.

¶ Mænas, ădis, singul. Seneca in Medea v. 382

Incerta qualis entheos cursus tulit
Cum jam recepto Mænas insanit Deo.

Et Catullus loco allegato v. 69

Ego Mænas, ego mei pars, ego vir sterilis ero?

Et Silius Italicus lib. 3 v. 102 de Baccho:

Concutiens thyrso, atque armata Mænade Calpen.

MAENĂLUS, i, & plur. Mænăla, orum, Arcadiæ mons altissimus, & amœnissimus. Virg. eclog. 8 v. 22

Mænalus argutumque nemus pinosque loquentes
Semper habet. conf. eclog. 10 v. 55.

¶ Mænălius, a, um, adject. ut, *Nemus Mænalium*, Statius 9 Theb. v. 719. *Incipe Mænalios versus*, i. e. bucolicos, quales Arcades faciunt, Virg. eclog. 8 v. 21 &c.

¶ Mænalis, ĭdis, patronym. pro adjectivo *Mænalia*, Ovidius facit, *Mænalis ursa*, lib. 3 Trist. eleg. 11 v. 8.

Mænas, Mæniana, vide supra *Mænades*, infra *Meniana*.

MAEŎNIA, æ, Μαιονία, Lydia est, præsertim qua procurrit ad Ioniam atque Cariam. vid. *Lydia*, & adi Geographos antiquos.

¶ Mæones, um, populi ejus regionis.

¶ Mæŏnius, a, um, adject. ut, *Homerus Mæonius*, Horat. 4 od. 9 v. 5. *Carmen Mæonium*, Martialis de Batrachomyomachia

Perlege Mæonio cantatas carmine ranas.

Et quia Tyrrhenus ex Lydia advenit in Italiam, ut Vellejus lib. 1 cap. 1 tradit; fit, ut *Mæonius* sit etiam Etruscus, e. g. *gens Mæonia*, Silius lib. 8 v. 484, & *Mæonius lacus*, apud eumdem lib. 15 v. 35, Trasimenus.

¶ Mæŏnĭdes, æ, Μαιονίδης, Homerus. Martialis lib. 5 epigr. 10

Et sua riserunt secula Mæonidem.

Et *Mæonidum tellus*, Etruria, apud Silium lib. 6 v. 607.

¶ Mæŏnis, ĭdis, patronymicum; ut Ovidius 6 Metam. v. 103 de Arachne Lydia: *Mæonis elusam designat imagine tauri Europen.*
Avienus Periegef. v. 1002 *Mæonis hîc etiam deducit turba choreas.* Musas quoque *Mæonides* Ovidium 5 Metam. v. 268 dixisse, vulgo adhuc creditum fuit, ad quem locum hæc Heinsii, viri consummatissimi, censura est: *MAEONIDAS cur Musas appellet* [poëta,] *nihil caussæ est.* Ipse autem ex MSS. legit *Memnonidas*, de quo nomine suo loco.

MAEŌTIS, ĭdis, Μαιῶτις, Scythiæ septemtrionalis palus, supra Euxinum Pontum, in quam Tanais effunditur. Gen. *Mæotidis*, Acc. *Mæotida*, Pomp. Mela 1 cap. 1 extr. & *Mæotin*, Plin. 4 cap. 12. Africanus apud Ennium: *A sole exoriente, supra Mæoti' paludes,*
Nemo est, qui factis me æquiparare queat.

Citat Cicero lib. 5 Tusc. Qu. cap. 17.

¶ Mæōtis, ĭdis, patronymicum, quo pro adjectivo Ovidius aliquoties usus est: vide 3 Trist. eleg. 12 pr. sed Heinsium quoque ibidem adde. Et Juvenalis sat. 15 v. 115 *Mæotide sævior ara.*

Ara scilicet Dianæ Tauricæ, cui hospites immolabantur.

¶ Mæōticus, a, um, adject. ut, *Palus Mæotica*, Plin. 2 cap. 67. *Tellus Mæotica*, Virg. 6 Æn. v. 799.

¶ Mæotius, a, um, idem; ut, *Lacus Mæotius*, Plin. 4 cap. 12 sect. 24.

¶ Mæōtæ, arum, accolæ illius lacus. Plin. d. l. sect. 26 *Per oram* [Mæotidos,] *Tanaim usque, Mæotæ, a quibus lacus nomen accepit.*

¶ Iidem sunt *Mæotidæ*, Vopisc. in Tacito cap. 13.

¶ Mæōtici, orum, iidem qui Mæotæ. Pomponius Mela lib. 1 cap. 2 extr. *Ad lacum, Mæotici: ad Tanaim, Sauromatæ.* Et sub finem libri 1 *Primi Mæotici γυναικοκρατούμενοι: regna Amazonum*: &c.

Mæreo, mæror, mæstus, mæstitia, vide *Mœreo*.

MĀGĀLIA, orum, quod nomen ex ἀντιστοίχῳ, pro *Magaria* dictum, pars exterior Carthaginis, Byrsam amplectens, Corn. Nep. Fragm. Vir. Illustr. 3, 2. *Magar* enim Pœnorum lingua villam dici, Servius contendit super illo Virg. 1 Æneid. v. 425

Miratur molem Æneas, magalia quondam.

so vor zeiten schlechte hütten gewesen, hirten-häuser. Carisius: *Magalia*, καλύβαι ἀγρῶν. *Magaria* invenies apud Plautum Pœn. prol. v. 86, & Pers. a. 1 sc. 3 v. 57. *Magaria*, inquit Reinesius de Lingu. cap. 8, locum Carthagine fuisse suspicor, ædes publicas secundas vel tertias a Byrsa arce ob publicum usum; quemadmodum Athenis πομπεῖον, in quo frumentum dividi ac divendi, pomparumque choragia servari solebant.

Magia, magice, magicus, vide *Magus*.

MĂGĪRISCIUM, i, neutr. gen. diminutivum videtur esse a μάγειρος, quod coquum significat. Plin. lib. 33 cap. 12 *Fecit & coquos, magiriscia appellatos*, &c.

¶ Măgīrus, i, μάγειρος, ein koch, vide supra *Archimagirus*.

MĂGIS, ĭdis, μαγὶς, idem est quod mactra, vas sc. in quo farinæ subiguntur, ein backtrog oder knetefaß, Plin. 33 cap. 11; & Pollux lib. 6 c. 10 n. 2 ἡ μάκτρα καὶ μαγὶς ἐκλήθη.

MĂGIS, & antique *mage*, μᾶλλον, adverbium comparandi, plus, mehr. Terent. in Heaut. a. 5 sc. 1 v. 16 *Magis, si noris, putes ita rem esse*, du möchtest es mehr dafür halten. Cicero pro Rosc. cap. 14 *Annos natus magis quadraginta.* Sic, *magis idoneus, magis ineptus, magis molestus, magis severus*, usitata descriptio comparativi est. *Magis placebat*, i. e. potius, vielmehr, Nepos Themist. c. 3 n. 1. Et, *Eò, quò, tanto, quanto, magis*, je mehr, desto mehr. *Neque eo magis carebat suspicione*, Idem Nepos Pausania cap. 3 n. 5, i. e. nihilominus suspicionem habebat. *Quam magis, tam* &c. Plautus dixit Asin. a. 1 sc. 3 v. 6

Quam magis te in altum capessis, tam æstus te in portum refert.

Et, *multo magis*, vielmehr. ¶ *Magis ac magis, magis & magis, magis magisque*, je mehr und mehr, je länger je mehr, eleganter dicitur & græco more. Cic. fil. lib. 16 fam. ep. 21 *Enitar, ut indies magis magis-*

que hæc nascens de me duplicetur opinio. Et pater Attico lib. 14 epist. 18 *De Græcia quotidie magis & magis cogito.* ¶ Aliquando abundat in oratione, videlicet quando comparativis additur. Plaut. Pœn. prol. v. 82 *Nisi qui argentum dederit, nugas egerit; Qui dederit, magis majores egerit.* Virgil. Culice: *Qui queat optato magis esse beatior ævo.* ¶ Aliquando contra deest & subintelligitur. Plaut. Rudente a. 4 sc. 4 v. 70 *Tacita bona est semper mulier, quam loquens.* Tacit. 4 Ann. c. 61 *Asinius Agrippa claris majoribus quam vetustis, vitaque non degener.*

¶ Maxime, superlativus, zum meisten, zum höchsten: ut, *Maxime idoneus; Maxime necessarius; Maxime indigere*, allermeist bedürffen. ¶ 2. Significat & præcipue, potissimum, sonderlich, fürnemlich, bevoraus. Cicer. ad Lentul. lib. 1 famil. epist. 9 *Quod ego cum audissem ex aliis, maxime ex meo fratre cognovi.* ¶ 3. Habet & concedendi seu annuendi potius significationem. Terent. in Andr. a. 4 sc. 5 v. 23 *Duc me ad eam, quando huc veni. M. maxime*, ja. ¶ 4. *Maxime* superlativo junctum rarissimum est. Colum. 9 cap. 3 *Virgilius maxime probat apes parvulas*, &c. *si vero sævior apis, maxime pessima est.*

¶ Maximopere, vide *Magnus*.

¶ Cummaxime, vel, ut cummaxime, elegans compositio est. Terent. Heaut. a. 4 sc. 4 v. 40 *atqui cummaxime*

Volo te dare operam, ut stat.

Idem in Hecyr. a. 1 sc. 2 v. 36 *hanc Bacchidem*

Amabat, ut cummaxime, tum Pamphilus,

so sehr als man iemand lieben kan. Cicero pro Cluentio: *Quæ multos jam annos, & nunc cummaxime, filium interfectum cupit.* Consule de elegantissima hac compositione virum exactissimum J. G. Grævium in Suetonii Domit. c. 10, & ad Ausonii Gratiar. action. p. 723. * *Cum maxime* est hoc ipso tempore, in præsenti. Seneca de Beneficiis 3 cap. 3 *Nemo nostrum novit id tempus, quod cum maxime transit, ad præterita rari animum retorquent.* Cic. de Harusp. responsis: *Antiqua negligimus, etiamne ea negligemus, quæ fiunt cum maxime.* Idem de Offic. lib. 2 cap. 7 *quæ paret quam maxime mortuo*; hoc est, quæ hoc ipso tempore quamvis extinctus sit tyrannus, mortuo tamen paret. Videndus inprimis Justus Zinzerlingius in Promulside critica cap. 22, qui primus harum particularum minus tritam notionem observavit, & multis asseruit scriptoribus. *Grævius.*

¶ Tum cummaxime, Frontinus lib. 2 cap. 9 n. 5. vide ibi Keuchenium, & Curtium 5, 7, 2.

MĂGISTER, magistri, ein meister, lehrer. Vexatissima vox, quod ad originem attinet. Alii, quibus pollicem pressit Daumius, derivant ab obsoleto verbo *Magere*, quod *magnum esse* significat; alii a *magis* & *ter*, ut magister sit quasi τρισμέγιστος; alii a *magis* tantum, ut *ter* sit terminalis adjunctio, derivarunt. vid. Paullus JCtus in l. 57 ff. de V. S. Debent enim magistri magni esse doctrina, & docti magis cæteris, hoc titulo nondum decoratis. conf. Bernegg. Orat. 1 p. 10, & Besoldi Dissert. de Stud. Mag. &c. p. 83. Isidorus lib. 10 litt. M sic dictum censet, quod sit *major in statione; quia Græcis*, inquit, *στερὸν, statio dicitur.* Qui omnia ex Hebraicis petenda autumant, cum Jul. Cæs. Scaligero a *Magis*, Persarum sapientibus, deducunt; ut si *Magister* quasi μαγίστωρ sive τῆς μαγίας ἴστωρ, & primario nihil aliud notet, quam σοφὸν θεωρητικόν. Mihi omnium proxima & simplicissima videtur originatio Festi, qui ab antiquo verbo *magisterare* deducit. Nam quemadmodum ab *arbitrari, arbiter*; ita a *magisterare, magister*. *Magisterare* autem procul omni dubio a *magis*. Verba Festi hæc sunt: *MAGISTERARE regere & temperare est: unde MAGISTRI non solum doctores artium, sed & pagorum, societatum, vicorum, collegiorum, equitum dicuntur, quia omnes hi ceteris magis possunt, unde &* magistratus, *qui per imperia potentiores sunt, quam privati*, &c. Ad significationem, duplex fere est: vel enim eum notat, qui docet aliquid; vel qui imperium in aliquos exercet. Sive *Magistri* proprie dicuntur artium præceptores, pædagogi: & transfertur deinde hoc nomen ad omnes, quibus præcipua cura rerum incumbit, sive ad quoscunque præfectos: vel quod *magis* cæteris possunt, vel quod *magis*, quam cæteri, diligentiam & solicitudinem rebus, quibus præsunt, debent. Veteres Gloss. *Magister*, ἐπιστάτης, ἔξαρχος, διδάσκαλος. Persius satyr. 4 pr.

barbatum hoc crede magistrum Dicere.

Apud Terentium Maurum κατ' ἐξοχὴν de Grammaticis frequenter usurpatur *Magistri* vocabulum. Et ita Remmius Palæmon *Magister* apud Suet. de Illustribus Grammaticis cap. 23. Ita *Iso Magister*, qui Glossas in Prudentium scripsit. Cicero de Oratore lib. 1 cap. 33 *Stilus optimus dicendi effector & magister.* vide *Stilus*. Sic *mutos magistros* libros dixit Gellius lib. 14 cap. 2. *Magister ludi, Ludimagister*, ein schulmeister, qui ludo præest. Sic, *Magister tabernæ*, ein kauffherr: ut contra *discipulus*, ein kramjunge, apud Jul. Paullum lib. 2 Receptar. Sentent. Tit. 8 § 1. *Magister morum*, id est, Censor, apud Cicer. epist. famil. lib. 3 extremo, ein zuchtmeister. *Magister equitum*, ein marschall. *Magister scripturæ*, Cic. Attico lib. 5 epist. 15 extr. Et, *pro magistro in scriptura*, 4 in Verr. cap. 70 pr. ein rentmeister. *Magister convivii* Apulejo & aliis, qui *Modimperator* Varroni, & Horatio *arbiter bibendi*, συμποσίαρχος, βασιλεὺς Græcis: unde *regna vini* apud Horatium 1 od. 4 v. 18. vide Lips. 3 Antiq. Lect. *Sæpe in magistrum scelera redierunt sua*, untreu schlägt ihren eigenen herrn, Seneca in Thyeste. vid. Scip. Gentilis de significatu vario hujus vocis in Lect. Virgil. cap. 4, & Camerar. Hor. Subc. cent. 3 cap. 61. ¶ *Magister* etiam aliquando pro custode accipitur, qui præest, & curam rei gerit, ein auffseher; ut, *Magister horreorum*, vide Reinesii Var. Lect. 3 c. 12. *Magister pagi*, vid. Meursius Miscell. 1, 7. *Magister militiæ utriusque*, in Cod. Theod. & antiquis Inscriptionibus. vid. Noris ad Cenotaph. Pisan. p. 441. Sic nos Germani, ein bürgermeister, rathsmeister. Virg. Æneid. 5 v. 176

Ipse gubernaclo rector subit, ipse magister

Terentius Phorm. a. 1 sc. 2 v. 22 *Me filiis relinquunt quasi magistrum*, sie setzen mich zum hofmeister über ihre kinder. ¶ * *Magister societatis* dicebatur, qui maximam partem vectigalium in illa societate, quæ coierat ad hujus vel illius provinciæ aut portoria aut scripturam aut decumas conducendas, conduxerat, sive in urbe esset, sive in provincia. Hunc enim ex ordine suo societas præficere solebat. *Promagistro*, qui ejus vicem gerebat. *Promagistro* dicitur, ut proconsule, proprætore, qui quasi magistri vicarius est & optio. *Grævius.*

¶ Măgistra, æ, fœmin. institutrix, eine lehrmeisterin. Terentius in Hecyr. a. 2 sc. 1 v. 7 *Et ei ludo, si quis est, magistram hanc esse satis certe scio.* Quintil. lib. 1 cap. 6 *Certissimam loquendi magistram* vocat *consuetudinem*. Vetus sententia: *Paupertas est magistra morum*; annotat ex Antiphane Stobæus, Πενία γάρ ἐστιν ἡ τρόπων διδάσκαλος. Martial. lib. 10 epigr. 35 de Sulpitia:

Hac condiscipula vel hac magistra

Esses doctior & pudica Sappho.

Et Virgil. Æn. 8 v. 442 *Omni nunc arte magistra.*

¶ Măgistĕrium, i, ἀρχὴ, imperium: item, institutio, die meisterschafft, das regiment. *Municipalia magisteria* Suetonius dixit Augusto cap. 2, ubi Casaubonus & Torrentius videri possunt. *Equitum magisterium*, Idem Suet. Tiber. cap. 3. Et, *Magisterium collegii*, Domitiano cap. 4. Plautus Bacchid. a. 1 sc. 2 v. 40 *Jam excessit mihi ætas magisterio tuo*, ich bin der ruthen entwachsen. Tibull. lib. 1 eleg. 4 extr.

Quum mea ridebunt vana magisteria.

Columell. præf. Lib. de Re Rust. *Vulgaris existimatio, rem rusticam, sordidum esse negotium, quod nullius egeat magisterio præceptoris* &c. i. e. institutione seu disciplina. Arnob. lib. 1 *Nam quum hominum vis tanta, magisteriis ejus* (CHRISTI) *acceperimus ac legibus, malum malo rependi non oportere* &c. Idem eodem libro: *Oratores, grammatici, rhetores, consulti juris, medici, philosophiæ etiam secreta rimantes, magisteria hæc* (Christianam religionem) *expetant, spretis, quibus ante fidebant.* Cyprian. lib. 1 adversus Demetrian. *Non hoc sine magisterii divini auctoritate faciebam.* Apulej. 10 de adolescente Paridem in scena repræsentante: *Pecuarium simulabat magisterium*, er gab sich vor einen hirten aus. ¶ *Magisteria* etiam dicebantur συμποσιαρχίαι, *Regna vini*, ut Horatius vocat lib. 1 ode 4 v. 18. Nam in conviviis vel sorte vel suffragio eligebatur, qui præesset, & leges bibendi præscriberet. Hujus igitur *Magisterium*, sive imperium quoddam erat: unde & *Modimperator* dicebatur; Horatius *bibendi arbitrum* vocavit 2 od. 7 v. 25. Quin & *Magistri* appellabantur. Catullus Carm. 27 *Vt lex Posthumiæ jubet magistræ.* vide & supra in *Magister*. Cicero Catone majore cap. 14 *Me vero & magisteria delectant, a majoribus instituta, & is sermo, qui more majorum a summo magistro adhibetur in poculo.*

¶ Magistĕro, are, & per Syncopen, Magistro, are, magistrum agere, moderari, meistern, regieren. Sic Festo idem est verbum hoc, quod *regere & temperare*. vide supra in *Magister*. Spartianus in Hadriano c. 10 *Inter manipulares vitam militarem magistrans.* vide Casaub. ad h. l. Hieronym. epist. 25 cap. 5 extrem. *Te magistrante.* ¶ Taubmanno in Sched. poët. p. 657 *Magistrare* idem est quod facere magistrum

¶ Măgistratus, ûs, a magistris, vel *magisterare* potius cognominatus est, & vel personam vel honorem demonstrat, eine obrigkeitliche persohn oder amt, die obrigkeit. In phrasibus, *Magistratum gerere, obtinere*, apud Nepot. 13, 3, 1, & 16, 3, 2, vox *magistratus* significat officium: at in alteris, *Magistratui tradere, Magistratuum largitiones*, ipsos homines denotat, qui magistratum gerunt, apud Nepot. 15, 4, 3, & 1, 6, 4. Sic *servitium* notat servorum statum, & ipsos deinde homines. Cicer. 1 Offic. c. 34 *Est proprium munus magistratus, intelligere, se gerere personam civitatis, debereque ejus dignitatem & decus sustinere, servare leges, jura describere, & fidei suæ commissa meminisse.* Idem de Legibus lib. 3 c. 1 *Magistratus lex est loquens.* Sic, *Magistratum gerere*, Cicer. pro Planc. c. 3. Et, *Magistratum habere*, in Verr. 6 c. 61, ein oberkeitlich amt führen. *Magistratum inire*, Id. in Verr. 2 c. 10. Et, *in magistratum venire*, Lentulus Ciceroni lib. 12 epist. 14, zum regiment kommen. *Abire magistratu*, Cicer. 3 de Leg. sub finem: &, *magistratu se abdicare*, Idem 2 de Divin. c. 35, & Livius lib. 8 c. 17, das amt der obrigkeit übergeben. Ex Demosthene: *Magistratus virum indicat*, was der mann kan, zeigt das amt an; Ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείκνυσι. vide Chiliadas. Magistratus Romæ, majores minoresque erant: Majores, *Consules, Prætores, Censores*: minores reliqui, ut *Ædiles, Quæstores*, &c. vide Gellium lib. 13 cap. 15. Fenestell. de Magistrat. & Sacerdot. Rom. & Joach. Perion. de Roman. & Græcor. Magistr. Hinc Sueton. Cæsare cap. 41 *Senatum supplevit, patricios allegit: prætorum, ædilium, quæstorum, minorum etiam magistratuum numerum ampliavit.* *Minorum*, scilicet ædilium atque quæstorum: qui & ipsi in minoribus erant, uti notavimus. Cæterum *Magistratus* nomine ii continebantur maxime, qui domi atque in pace administrarent rempublicam. Namque de illis, qui bellis præessent, *Imperia* dicuntur: qua de caussa & Sueton. Cæsare cap. 53 *Imperia & Magistratus* distinguit. *Abstinentiam*, inquit, *neque in imperiis, neque in magistratibus præstitit.* Præsterne perpetuos, an ambulatorios esse magistratus, disquirunt Politici. vid. Besold. lib. 2 Polit. c. 3. Piccart. Observat. decad. 6 c. 7. Bernegg. ad Suet. Cæs. cap. 10.

¶ Măgistratio, ōnis, die unterrichtung. Apul. de Dogm. Plat. *Quæ beneficio solo naturæ proveniunt, vel quæ solis disciplinis traduntur, & magistratione discuntur.* Ita restituit Salmas. in Solin. p. 336. Inde *publicæ magistrationes* in Cod. Theod. sunt scholæ publicæ.

¶ Magistrālis, e, ad magistrum pertinens, meisterhafft. Vopiscus in Saturnino sub finem: *Romæ frequentaverat pergulas magistrales.* Idem in Tacito c. 6 *qui manuum magistralium ictibus terrorique subjaceat*, der noch unter der zucht ist, ein schulknabe.

MAGMA, ătis, μάγμα, fex unguenti, secundum Plinium lib. 13 cap. 2, die grundsuppe der salben, hefen.

MAGMENTUM, i, quasi majus augmentum, Fest. vel a *magis*, quod ad religionem magis pertinet, Varr. de L. L. 4 c. 22, ein opfer. *Non magmenta, non augmina* &c. Arnob. lib. 7 p. 230. vid. Elmenh. ad h. l. p. 186.

¶ Magmentārius, a, um, adject. ut, *magmentaria vasa*, quibus magmenta imposita. vid. Turneb. Advers. 22 cap. 7. ¶ Subst. in Gloss. lat. gr. *Magmentarius*, μυρεψὸς, ein salbenbereiter.

Magnalia, Magnanimus, Magnarius, Magnates, vide *Magnus.*

MAGNES, ētis, & Magnītes, æ, *μαγνίτης*, **ein magnet**, Dioſcor. lib. 5 cap. 922, lapis ferrum attrahens, ſic dictus ab inventore, Plinio auctore lib. 36 c. 16, cui *Magno* nomen fuit, aut a *Magneſia* regione, ut Lucretius tradidit lib. 6 v. 908 & 1044. conf. Iſidor. Orig. 17 cap. 4. Dicitur etiam *lapis Heraclius* ab Heraclia urbe, & *Sideritis* a *σίδηρος*, quod ferrum trahat arcana ac nondum alicui Philoſophorum comperta ratione, quod tamen non facit allii ſucco tinctus, ſicut auctor eſt Plutarch. in Probl. conf. Voſſ. lib. 1 Inſtit. Orat. p. 188. *Magnetis more attrahere*, vid. Chiliad. Auguſt. de C. D. 21 c. 4 *Magnetem novimus mirabilem eſſe ferri raptorem, quod cum primum vidi, vehementer inhorrui.* Cicero de Divin. 1 cap. 39 *Magnes ferrum ad ſe allicit & trahit*, &c.

¶ Magnēticus, a, um, **magnetiſch.** Claudian. de Magnete v. 26

Venerem magnetica gemma figurat.

MAGNĒSIA, æ, *Μαγνησία*, Macedoniæ regio, Theſſaliæ annexa, a qua *Magnetes*, & *Magneſii* populi, Centauris Theſſalis vicini, de quibus Lucanus 6 v. 385. Et Theognis v. 1099

Ὕβρις καὶ Μάγνητας ἀπώλεσε, &c.

Injuria etiam Magnetas perdidit, **unrecht ſchlägt auch groſſe gewalt.** ¶ 2. Fuit & Aſiæ minoris civitas, Themiſtocli profugo patriâ in domicilium a rege Perſarum donata, de quo Thucydides itemque Nepos in vita Themiſtoclis cap. 10 n. 3. Sed hæc Magneſia ad Mæandrum fluvium. ¶ 3. Præter hanc alia erat ſub Sipylo monte, juxta quam Antiochus Magnus ab Romanis victus fuit: utraque in Lydia, ſive Aſia propria.

¶ Magnēſis, ĭdis, fœmininum, quæ ex Magneſia eſt. Ovid. Heroid. ep. 12 v. 9 *Cur unquam Colchi Magneſida vidimus Argo.*

¶ Magneſius, a, um, & Magneſſus, adject. ut, *Magneſium ſaxum*, Lucret. 6 v. 1062. *Magneſſa Hippolyte*, Horat. 3 od. 7 v. 18.

Magnidicus, magnifacio, magnificus, &c. vide mox in *Magnus.*

MAGNVS, a, um, Major, us, Maximus, a, um, *μέγας, μείζων, μέγιστος*, **groß.** Cicero in Orat. cap. 10 *Magnum opus & arduum, Brute, conamur.* Idem de Nat. Deor. lib. 2 c. 66 *Nemo vir magnus ſine aliquo afflatu divino unquam fuit*, **ein groſſer fürnehmer mann.** *Quæ magna ſunt, magnis etiam malis implicantur*, Euripidis apud Stobæum: *τὰ μεγάλα, μεγάλα καὶ πάσχει κακά.* Seneca: *Nihil magnum, quod non eſt placidum*; quia, ut Ovidius canit 3 Triſt. eleg. 5 v. 31

Quo quisque eſt major, magis eſt placabilis iræ,
Et faciles motus mens generoſa capit.

Magna ex parte, maxima parte, **mehrentheils, meiſtentheils**, Cicer. 1 Tuſc. cap. 1. ¶ 2. *Magni* dicuntur *homines*, qui magnas res geſſerunt; qua de cauſſa & Alexandro Philippi filio, & Cn. Pompejo MAGNI cognomen datum eſt: quoniam magna & excellenti virtute ingenioque fuerunt. Differunt tamen *magnus* & *bonus.* Tacit. Agric. c. 44 n. 2 *Bonum virum facile crederes, magnum libenter.* Ex ambiguo luſit Martialis lib. 11 epigr. 50, cum ſcriberet:

Ingenium mihi, Gaure, probas, ſic eſſe puſillum,
Carmina quod faciam, quæ brevitate placent.
Confiteor, ſed tu, bis denis grandia libris
Qui ſcribis Priami prœlia, magnus homo es.

Magnum etenim vocat, non quod res magnas ingreſſus ſcribere, ſed ſtultum & ſtolidum, qui impar tantis rebus, inepte easdem proderet. ¶ 3. Nimirum & *Magnus* aliquando pro ſtolido ſumitur, ſicut & *Longus.* Quod longi homines raro ingenio valeant, vide Barth. ad Claudian. Mamert. p. 373. ¶ 4. *Magnus* etiam pro potente & opulento ponitur: ut *amplus* etiam divitem notat: & utrique *parvus* opponitur, id eſt, pauper. Suetonius in Galba c. 2 *Magnaque & vetere proſapia* &c. Quod utrumque cum Tacitus vellet exprimere, *vetus*, inquit, *in familia nobilitas, magnæ opes.* Sic *magnas propinquitates* pro opulentis dixit Suetonius Othone cap. 1. Similiter & *maximos cultus* Florus dixit de Cleopatra, quos poëtæ *divites* appellarent, quod magno conſtant. ¶ Abſolute *Magni eſſe*, id eſt, æſtimari, Nepos Conone initio: *In eoque* (bello) *ejus opera magni fuit.* Item Datame cap. 1 n. 4 *multis millibus hoſtium & regiorum interfectis, magni fuit ejus opera.* Eodem ſenſu in Themiſtocle dixit cap. 6 *Magnus hoc bello Themiſtocles fuit, nec minor in pace.* vid. Voſſ. de Conſtruct. cap. 29. ¶ Abſolute *Magno* etiam ponitur pro *magno pretio.* Virg. 2 Æn. v. 104 *Magno mercari aliquid.* Cic. contra Rull. 2 cap. 13 *Emere agros quam volent magno poterunt.* Plin. 2 epiſt. 6 *magno conſtat.* Sed Suetonius Cæſare cap. 23 *Ad ſecuritatem poſteri temporis in magno negotio habuit obligare ſemper animos magiſtratus*, i. e. magno negotio ſe functum credidit: magnum quid præſtitiſſe ſibi viſus eſt, **er hat es für ein groſſes gehalten.** Ita Virg. lib. 5 Æneid. v. 537

in magno munere Cyſſeus
Ferre ſui dederat monumentum & pignus amoris:

id eſt, magni muneris loco. Nihilominus apud Suetonium vehementer Caſaubono placebat legere, *in magno habuit*, quemadmodum Græci ſolent, *ἐν μεγάλῳ τίθεσθαι*: & Tacitus *in levi habitum* dixit.

¶ *Magna loqui*, vide infra *Magniloquus.*

¶ Mājor, majus, comparat. **gröſſer**; ut, *Major res*, i. e. magni momenti, Nepos Themiſtocle cap. 1. Et, *Alia clariora ſunt, alia majora*, Plin. lib. 3 epiſt. 16. *Major morbus* comitialis dicitur, Celſ. 3 c. 23. *Major magiſtratus* dicitur conſul, Feſtus. *Major herus* appellabatur paterfamilias: nam *minor* filius vocabatur. Plaut. Trucul. a. 2 ſc. 2 v. 53

Niſi iſta ego veſtra hero majori facta denarravero.

Dominas minores pro filiabus ponit Auguſtinus lib. 9 Confeſſion. c. 8 § 5. *Major natu*, Cicer. 1 Tuſcul. c. 1 extr. **älter oder betagter.** *Majores natu*, i. e. ſeniores, Nepos 2, 2, 8. *Senis noſtri fratrem majorem noſti*, Terent. Phorm. a. 1 ſc. 2 v. 14. Et, *Sexagenario major*, Capitolinus in Pertinace cap. 4, **über ſechzig jahr, älter als ſechzig** &c. Eleganter enim hic comparativus in ætatis deſcriptione ponitur. ¶ 2. In veteri Gallicorum regum aula, qui loco a rege proximo eſſet, & toti aulæ præfectus, *Major Domus* appellabatur. Eginhardus in Vita Caroli Magni: *Opes & potentia regni penes palatii præfectos, qui* MAIORES DOMVS *dicebantur, ad quos ſumma imperii pertinebat.* Beatus Rhenanus ex Germanico, **Meyer**, quod præfectum notat, putavit deductum, ut Vincentius Lupanus obſervat lib. 1 de Magiſtrat. Francorum cap. 4. Cui & Johan. Tilius de Rebus Gallicis adſtipulatur. Sed videntur cedente latinitate, *Majores domus*, in Magnatum familiis, appellati, qui antiquitus ATRIENSES, & DIAETARII vel DIAETARCHI appellati: qui primi & honoratiſſimi inter ſervos erant, ut ex iis, quæ de hoc genere ſervorum Laurentius Pignorius Commentario de Servis notavit, conſtare poteſt: qui nihil aliud, quam quos hodie **marſchalle**, item **hofmeiſter** vocamus. Ita Hieronymus ad Nepotianum de vita Clericorum: *Solus cum ſola, ſecreto & absque arbitrio vel teſte non ſedeas. Si familiarius eſt aliquid loquendum, habet nutricem, majorem domus, virginem, viduam, maritatam: non eſt tam inhumana, ut nullum præter te habeat, cui ſe audeat credere.* MAIOREM DOMVS, **eine hofmeiſterin.** Sane fuerunt *majores domus* apud Francorum reges initio nihil aliud, quam aulæ præfecti, & ſic primarii miniſtri aulæ, non eâ potentiâ ac vi, quam poſtea ſibi, ſocordiâ regum & lenitudine, uſurparunt & arrogarunt, de quo videre Iſaacum Pontanum licebit lib. 6 Origin. Francicarum cap. 12. ¶ 3. *Majores* dicuntur, qui a tritavo ſunt, & ante hunc in infinitum. L. 10 § 7 Dig. de gradibus, **die vorfahren, voreltern, alten anherren.** Sic apud Nepotem 11, 1, 1 *Ne de majoribus natu quidem quisquam*, i. e. nemo eorum, qui olim vixerant. *Viri nullis majoribus orti*, i. e. obſcuri, ignobiles, Horat. 1 ſat. 6 v. 10. ¶ 4. *Majores* etiam vocantur auctores doctrinæ, ſectæ, quam aliquis ſequitur. Gell. lib. 20 cap. 1 *Majores noſtri conditores ſectæ Stoicæ.* Apulej. Apolog. *Majores meos Ariſtotelem dico & Theophraſtum*, &c. Item in Floridis: *At non itidem major meus Socrates*, &c.

¶ Majorennis, e, major annis, vulgo dicitur, qui adultior factus tutoris cura non indiget, **mündig.**

¶ Mājuſcŭlus, a, um, comparativus, diminut. aliquanto major, **etwas gröſſer.** Refertur tam ad corpus quam ad ætatem. Ter. in Eun. a. 3 ſc. 3 v. 21 *Thais, ego quam ſum, majuſcula eſt*, **ſie iſt etwas älter als ich.**

¶ Maxĭmus, a, um, ſuperlativus, **der gröſte.** Hujus vocis uſum oſtendit Feſtus, dum explicat, quis ſit *Maximæ dignationis flamen, Maxima hoſtia, Maximi annales, Maximus pontifex* &c. Sic, *maximus natu*, **der älteſte**, Liv. 21 cap. 19, & Terent. Adelph. a. 5 ſc. 4 v. 27. Pro quo Nepos 14, 7, 1 *Maximo natu filius.* ¶ *Optimus maximus*, de Deo dicitur, & apud Gentiles fere de Jove tantum. Exempla ſunt obvia. Tamen etiam de hominibus, aliisque rebus. Papinianus Lege 30 Dig. de excuſation. *Optimi maximique Principes noſtri conſtituerunt* &c. Lege 69 § 3 Dig. de Legat. 1 *Fundus optimus maximus.* Adde Leg. 126 de verborum ſignif. Et, *Homo, vir, maximi pretii*, **ein mann, der mit gelde nicht zu bezahlen iſt**, Terentius Adelph. a. 5 ſc. 6 v. 3.

¶ Maxime, adverb. vide ſupra *Magis.*

¶ Maximopere, vide paullo poſt *Magnopere.*

¶ Maxĭmĭtas, ātis, **die gröſſe.** Arnobius lib. 6 p. 204 *porrigere ſe longius, atque in maximitatem producere.* Hauſit ex Lucretio, cujus lib. 2 v. 497 eſt *immani maximitate.*

¶ Magnĭtas, ātis, idem. Accius apud Nonium cap. 2 n. 523 *Neque ſat fingi, neque dici poteſt pro magnitate.*

¶ Magnities, ēi, idem. Auctor Carminis de Phœnice ſub fin.

Magnitiem, terris Arabum quæ gignitur ales,
Vix æquare poteſt ſeu fera, ſeu ſit avis.

¶ Magnĭtūdo, ĭnis, **die gröſſe**; ut, *Magnitudo periculi*, id eſt, gravitas. *Magnitudo animi*, **die großmüthigkeit**, quæ in quibus rebus poſita ſit, declarat Cicer. 1 de Offic. cap. 20. Sic Seneca epiſt. 43 *Magnitudo non habet certum modum: comparatio illam aut tollit aut deprimit.*

¶ Magnālia, ium, res magnæ atque illuſtres, **groſſe herrliche thaten.** Vulgatus Interpres uſus eſt Act. Apoſt. c. 2 v. 11, & Auguſtinus Confeſſion. lib. 13 cap. 27 *magnalia miraculorum.* Eſt etiam apud Tertullianum & Cyprianum, ubi exprimunt *τὰ μεγαλεῖα* Græcorum. vide Borrich. Cogit. p. 157.

¶ Magnarius, a, um, **groß**; ut, *Negotiator magnarius*, apud Apulej. lib. 1 Mileſ. poſt principium. Vetus Inſcriptio apud Gruter. pag. 283 n. 1 CORPVS CORIARIORVM MAGNARIORVM &c. Turnebus Adverſ. lib. 27 cap. 21 *Hi negotiatores*, inquit, *videntur fuiſſe, qui multas magnasque merces coëmere ſolebant.* Onomaſticon: *Magnarius, μεγαλέμφορος*, prave. Legas autem *μεγαλέμπορος.* Nam *ἔμπορος mercator* eſt.

¶ Magnātes, um, primates, optimates, **die groſſen herren, die oberſten regenten.** Onomaſt. Vet. *Magnas, ates, μεγιστᾶνες.* Exſtat etiam in Inſcriptione antiqua a Dempſtero allata in Roſini Antiqu. Rom. 2 c. 12, & a Borrichio in Cogit. p. 158.

¶ Majeſtas, ātis, a magnitudine dicta eſt, vox cum ſplendore ſuo nulli alii linguæ ſeſe ſubmittens, ſignificat amplitudinem, decus, dignitatem, vel ſenatus, vel regis, vel imperatoris, **das anſehen, die hoheit, majeſtät.** vide Adami Theodori Siberi Orationem de majeſtate, itemque Salmaſium ad Trebell. Pollionem &c. Elegantiſſimam fabulam de majeſtatis origine ejusque vi, lege apud Ovid. 5 Faſtorum ipſo principio libri. *Minuere* & *imminuere majeſtatem*, Cic. 2 de Orat. cap. 25 & 39. Item, *lædere*, **der obrigkeit hoheit und anſehen ſchwächen.** *Majeſtas imperatoria*, Tac. Ann. 1 c. 46. Sic, *Læſæ majeſtatis reus*, **einer, der ſich an ſeiner obrigkeit vergriffen.** *Damnatus majeſtatis*, Cic. pro Cluent. cap. 35. Et, *Conſervare majeſtatem*, pro Rabir. cap. 7. Sic, *Majeſtas in oratione*, ſublimitas dicitur vel gravitas, **anſehnligkeit, tapfferkeit.** Cic. de Amicit. cap. 25 *Quanta illi fuit gravitas, quanta in oratione majeſtas?* *Afferre orationi majeſtatem quamdam*, Quintil. lib. 1 cap. 6 p. 65, **ein tapfferes anſehen machen.** *Detrahere majeſtatem amicitiæ*, Sen. epiſt. 9.

¶ Majeſtaticus, a, um, **majeſtätiſch.**

Compoſita a *Magnus*:

¶ Magnævus, a, um, **ſehr alt.** Gloſſ. gr. lat. *ἀρχαιογέρων, magnævus.*

¶ Magnănĭmus, a, um, *μεγαλόψυχος, μεγαλήτωρ*, qui magno & excelſo animo eſt, **großmüthig**: ut, *Magnanimus leo*, Ovid. 3 Triſt. eleg. 5 v. 33. Et, *magnanimi heroes*, Virg. Æn. 6 v. 647. Cicer. 1 Offic. cap. 19 *Viros fortes & magnanimos, eosdem bonos & ſimplices, veritatis*

tis amicos, minimeque fallaces esse volumus. Et de equis Virgil. Æn. 3 v. 704 . *magnanimûm quondam generator equorum.*

¶ Magnănĭmitas, ātis, μεγαλοψυχία, [illegible]. Cicer. 1 Offic. cap. 43 *Omnis honestum manat e partibus quatuor: quarum una sit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis.*

¶ Magnĭdĭcus, a, um, μεγαλήγορος, großsprecherisch. Plaut. Rud. a. 2 sc. 6 v. 31 *dum tuis ausculto magnidicis mendaciis.* Et Militem Gloriosum a. 3 sc. 3 v. 48 vocat *magnidicum.* Ammianus 23 cap. 6 de Persis: *Abundantes inanibus verbis, insanumque loquentes & ferum, magnidici,* &c.

¶ Magnifacio, ĕre, extollere, erheben: ut, *Aliquem haud minus quam seipsum magnifacere,* Terent. Hecyr. a. 2 sc. 2 v. 18. Sic, *maximi facere fidem,* Plautus dixit Casin. prol. v. 2. Sic & *magnum aliquem facere,* hoc significatu dicebant. Terentius Andr. a. 3 sc. 3 extr. *Merito semper maximum feci.* Ita enim in plerisque MSS. legi; & qui in *maximi* mutarunt, hos antiquitatis imperitiam prodere, Georg. & Franciscus Fabricii auctores sunt.

¶ Magnĭfico, are, groß achten, pro magni, pluris, maximi facere. Plaut. Cistell. a. 1 sc. 1 v. 23 *Quia me colitis & magnificatis.* Idem Menæch. a. 2 sc. 3 v. 19 *unum ex omnibus Venus voluit me magnificare.* conf. Terent. Hecyr. a. 2 sc. 2 v. 18. Et Venantius Fortunatus lib. 2 carm. 3

Et textis crucibus magnificatur opus.

Gloss. Vet. μεγαλύνω, *Amplio, amplifico, magnifico.*

¶ Magnificatio, ōnis, die erhebung. Macrob. Saturn. 5 cap. 13 *Personarum varia magnificatio.*

¶ Magnificium, i, die pracht. Gloss. gr. lat. μεγαλοεργία, *magnificium.*

¶ Magnificus, a, um, magnificentior, magnificentissimus, splendidus, qui magna facit, vel qui magnis in rebus pro dignitate in ludis, in sacrificiis, in ædificiis, in epulo publico sumtum facit, prächtig, herrlich: ut, *magnificus apparatus,* Cic. 1 Offic. cap. 8. Et, *Domus magnifica,* Plin. 17 cap. 1, ein stattliches, prächtiges hauß. *Cœna magnifica & lauta,* Cic. lib. 9 fam. ep. 16 ad Pætum. *Verba magnifica,* Terent. in Eunuch. a. 4 sc. 4 v. 4, grosse prächtige worte. Cic. in Pisonem cap. 2 *Sed omitto* &c. *Magnificentius est dicere, quemadmodum gesserimus consulatum.* Superlat. *magnificentissimus triumphus, magnificentissimum spectaculum,* apud Vellejum lib. 2 cap. 40 & 56, qui & in aliis hac usus est voce, ut delectatus eâ videatur: ut cap. 52 n. 4 *nihil illa victoria magnificentius.* Sed & Nepos 8, 1, 4 *magnificentissimum factum.* Idem Attic. cap. 13 *Elegans, non magnificus.* Explicat h. l. Baptista Pius Annot. post cap. 8.

¶ Magnificentia, æ, die pracht, herrlichkeit, großachtbarkeit; ut, *Magnificentia verborum & gloria,* Cicer. de Amic. cap. 6. Et, *magnificentia epularum,* Idem in Oratore cap. 25. Et pro Muræna cap. 36 *Odit populus Romanus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit.* ¶ Apud Cic. 1 de Offic. cap. 21 *Magnificentia rerum humanarum* pro admiratione dicitur, quæ magnum quid iis tribuit, sive quæ eas magnifacit, cui *despicientia* opponitur. Verba ejus sunt: *Capessentibus autem rempubl. nihilominus, quam Philosophis, haud scio, an magis etiam, & magnificentia & despicientia adhibenda sit rerum humanarum,* &c.

¶ Magnifice, adverb. herrlich; ut, *Magnifice donatus,* nach aller herrlichkeit beschencket, Nepos 14, 3, 5. *Magnifice loqui,* Cicer. ad Brut. epist. 16. *Magnifice incedere,* Livius lib. 2 cap. 6, prächtig einhergehen. *Magnifice utilis,* i. e. mire, valde, Plin. lib. 23 cap. 7. Et, *Omnia excelsius magnificentiusque & dicet & sentiet,* Cic. in Orat. cap. 34. Idem cap. 43 eodem Oratore: *Necessaria fiunt magnificentius, quam docentur.* Et lib. 4 epist. 7 ad M. Marcellum: *cum consulatum magnificentissime gesseris.* conf. Curt. 10, 4, 7.

¶ Magnificenter, idem. Vitruvius lib. 6 extremo: *Cum magnificenter opus perfectum adspicietur.* Idem 1 cap. 6 *Oppidum magnificenter ædificatum.*

¶ Magnĭlŏquus, a, um, qui magna sonat, loquitur, *omnia magna loquens,* ut vocatur Horat. lib. 1 sat. 3 v. 13, großsprechend, prahlerisch; ut, *magniloquus Homerus,* Statius Silv. 5 carm. 3 v. 62. conf. Martial. 2 epigr. 43.

¶ Magnĭlŏquax, ācis, idem. Gloss. gr. lat. μεγαλόλαλος, *magniloquax.*

¶ Magniloquentia, æ, grosse worte, prahlerey, aufschneiderey. Græcis hoc vitium μεγαληγορία dicitur. Cic. 4 Tusculan. *Superbiloquentiam* appellavit. Et, *Verba magnifica,* Plaut. Curcul. a. 4 sc. 4 v. 23, itemque Terentius Eunucho a. 4 sc. 4 v. 4. Cui etiam *magnifice loqui* est μεγαληγορεῖν; & Tibullo lib. 2 eleg. 7. Exemplum vocis *Magniloquentiæ* Cic. ad fam. 13 epist. 15 *Ab Homeri magniloquentia confero me ad vera præcepta* Ευριπίδȣ. Addo aliud ex Livii lib. 44 cap. 15 pr. *Rhodiorum legati magniloquentiam vix curia ante ceperat.*

¶ Magnipendo, ĕre, magnifacere, groß achten. Terent. in Adelph. a. 5 sc. 4 v. 25 *Ego quoque a meis me amari, & magnipendi postulo.*

¶ Magnopere, Maximopere, adverb. valde, etiam atque etiam, majorem in modum, sehr fleißig, hefftig. *Magnopere censeo tibi Romam properandum,* Cicer. lib. 15 epist. 14 ad Cassium, ich achte es gar nöthig. *Magnopere miror,* mich nimmt es sehr wunder, Idem de Invent. 2 cap. 1. Et, *Non magnopere laboro,* pro Rosc. Comœdo c. 15, ich frage nicht sonderlich darnach. *Abs te maximopere pro nostra summa conjunctione etiam atque etiam quæso & peto,* &c. Cic. lib. 3 fam. ep. 2. Et Terent. in Eunuch. a. 3 sc. 4 v. 26 *Thais maximo te orabat opere, ut cras redires,* ubi elegans facta est divisio.

MAGO, Pœnorum dux, frater Hannibalis, qui duodetriginta volumina de agricultura scripsit, quæ convertenda latine per linguæ Punicæ peritos Rom. Pop. curavit: Plin. lib. 18 cap. 3 extr. Columell. lib. 1 cap. 1. Vide etiam Livium de 2 bello Punico, ubi & alii hujus nominis duces Carthaginienses commemorantur.

MAGONTIACVM, sive Maguntiacum, i, Tacitus 4 Hist. cap. 15 &c. & Ammianus lib. 15 cap. 27 *Maguntiacus,* uterque *A* in prima scribunt: cæteri fere *Mogontiacum* vel *Moguntiacum* vocali quarta: etiam Inscriptio apud Grut. p. 468 n. 3 MOGVNTIACI. Adde de diversa scriptura Hadr. Vales. Notit. Gall. p. 340. Vrbs Germaniæ superioris sive primæ, in ripa Rheni Gallica, haud longe a Mœni confluente, hodie Maintz.

¶ Magontiacensis, e, adject. Salvianus lib. 6 de Gub. Dei p. 211 *Civitas Magontiacensium.*

MAGVDARIS, sive Magydaris, is, μαγύδαρις, meisterwurtz. Plaut. in Rud. a. 3 sc. 2 v. 19 *Seu tibi confidis, fore multam magudarim.* Radix est *Silphii* seu *Laserpitii:* vide hæc suo loco.

MĂGVS, i, μάγος. Magos Persæ eos vocarunt, quos Græci *Philosophos,* Latini *Sapientes,* Galli *Druydas,* Ægyptii *Prophetas* sive *Sacerdotes,* die weisen und gelehrten naturkündiger. vide Barth. ad Claudian. p. 590. Des. Herald. ad Arnob. p. 43 seq. Cic. de Divin. lib. 1 cap. 23 *Sapientum & doctorum genus Magorum habebatur in Persis.* Apulej. Apologiâ: *Persarum linguâ Magus est, qui nostrâ Sacerdos.* Porphyrius lib. 4 περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων: *Persæ,* inquit, *eos, qui circa divina occupantur,* Magos *vocant; quod sua patria linguâ idem sonat, quod apud nos* SAPIENTES &c. vide locum p. 398 & seq. Vbi etiam docet, tria eorum genera fuisse. Quando autem dicit, circa τὸ θεῖον sapientes fuisse, significat, non tantum circa Dei cultum occupatos fuisse; sed rerum quoque scrutatos naturam: quam sibi præcipue inquirendam putabant. (vide supra *Divinus.*) Hinc Philo in libro, *quod omnis probus liber sit,* ita Magos describit, ut eos τὰ φύσεως ἔργα διερευνωμένȣς appellet, p. 678. Vide & post in *Magia,* & Brisson. de Regno Persico lib. 2 p. 227 seq. ubi de Magorum ortu, incremento & magia solerter edisserit. ¶ 2. Et *Magus* incantator dicitur, ein schwartzkünstler, zauberer. Sic, *Portenta magorum,* Cic. de N. D. 1 cap. 16.

¶ Maga, æ, eine zauberin, hexe. August. de C. D. 18 cap. 17 *Maga famosissima Circe.* Ovidius *magas artes* adjective dixit, id est, *magicas,* 1 Amor. eleg. 8 v. 5

Illa magas artes Ææaque carmina novit.

¶ Magia, æ, (μαγεία) duplex est, altera *probata,* naturalis sc. Philosophiæ apex: altera *improbata,* & infamis, zauberey, schwartze kunst, γοητεία, φαρμακεία, ad quam pertinent præstigiæ, fascinum. Ejus magiæ auctores fuerunt, Cham, filius Noæ, & filius ejus Misraim, quem gentes Zoroastrem dixerunt, & a Plinio lib. 30 cap. 1 primus artes magicas invenisse traditur. vid. Wierus lib. 2 de Præstigiis dæmonum cap. 3. De hac impura spuriaque magia ita Apulej. Apolog. p. 493 *Magia ista,* inquit, *quantum ego audio, res est legibus delegata, jam inde antiquitus XII tabulis propter incredendas frugum illecebras interdicta. Igitur & occulta non minus, quam tetra & horribilis, plerumque noctibus vigilata, & tenebris abstrusa, & arbitris solitaria, & carminibus murmurata* &c. Ea, Deo connivente, est vis magiæ, ut ipsas cogitationes hominum penetret. Rupert. ad Flor. lib. 1 cap. 3 n. 3 p. 108, adde Tacit. Ann. lib. 6 cap. 21, & Barth. ad Script. Venat. pag. 140.

¶ Magice, es, ἡ μαγική, idem quod magia, Plinio lib. 30 cap. 1.

¶ Măgĭcus, a, um, adject. ut, *Ars magica,* Plin. loco jam dicto, & lib. 11 cap. 37. Et, *Sacra magica,* Virg. eclog. 8 v. 66.

MĂHŎMĒTVS, i, Mahomet, der Türcken grosser prophet. Arabs fuit patre ethnico, & matre Ismaëlitica natus, auctor sectæ Saracenorum, & regni Saracenici sive Chaliphatûs, cui Turcorum imperium successit. Initium collocatur in annum Chr. 623 sub Heraclio. De occasione vide historias Turc. Arabice scribitur *Mohammed* vel *Muhammed:* nec diversum ab illo est nomen *Mechmet,* Turcis perquam usitatum nomen. Mantuan. 1 Alphons. v. 320

Fit Mahometus atrox hominum violator & armis.

¶ Mahometānus, sive Mohammedanus, a, um: ut, *Religio Mohammedana,* &c.

¶ Mahometius, a, um, idem; ut, *Mahometia tempora,* Mantuanus a Parth. 1 v. 97.

¶ Mahometismus, i, Turcarum religio, der Türckische glaube.

MĀIA, æ, Atlantis filia, Mercurii mater, &c. *Maja genitum demittit ab alto,* Virg. 1 Æneidos v. 301. Et 1 Georg. v. 225 *Multi ante occasum Majæ cœpere,* hoc est, ante occasum *Plejadum.*

¶ Majŭgĕna, æ, i. e. Majâ genitus, Mercurius dicitur poëtis. Martianus Capella in choriambico sub finem lib. 1

Nostri Majugenam pignoris inclyti.

¶ Majālis, is, porcus castratus, ein geschnitten schwein, ein borg, Varro lib. 2 de re rust. cap. 4 & 7. conf. Turneb. Advers. 21 cap. 15. Nomen est ex eo, quod Majæ sacrificetur, ut est in Glossis Isidori. Eleganter, *Ne ego majalis fiam,* pro, *ne ego castrer,* dixit Titinnius apud Nonium. vide iterum Turneb. 29 cap. 23.

Majestas, major, majores, vide *Magnus.*

MĀIVS, i, μάϊος, mensis, vel a *Maja,* vel a *majoribus* sic dictus, ut Ovidius censuit lib. 5 Fastorum v. 73,

Hinc sua majores posuisse vocabula Majo.

der Mey, a frondibus. conf. Festus & Macrob. Saturn. 1 c. 12. Carolus Magnus, der wonnemonat, id est, mensem amœnitatis, olim nuncupavit. ¶ *Mense Majo* adjective dixit Cic. Philipp. 2 cap. 39, & ad Attic. 13 epist. 5. Sic, *Calendæ Majæ, Idus Majæ, Nonæ Majæ,* Idem ad Att. 3 epist. 7 & 8 &c.

¶ Majūma, æ, ludi genus, das stechen auf den kähnen. Suidas scribit a Majo mense sumtam denominationem, quod cives Romani certo ejus mensis die ad maritimam civitatem Hostiam secundo Tiberi descenderint, se in aquas marinas dejecerint, & ibi mutuo se invaserint profusa quadam lætitia. Theod. Cod. l. 15 t. 6 *Placuit, ut Majumæ lætitia provincialibus redderetur.* vid. Dilherr. T. 2 Dispp. p. 81, & Chok. Fac. Hist. Cent. 1 cap. 56 fol. 111.

Majusculus, vide *Magnus.*

MĀLA, æ, contractum ex maxilla, plur. Malæ, die backen, wangen. Plin. lib. 11 cap. 37 *Infra oculos malæ homini tantum, quas prisci genas vocabant. Pudoris hæc sedes, ibi maxime ostenditur rubor.* Virg. Æn. 5 v. 435 . . . *Errat tempora circum*

Crebra manus, duro crepitant sub verbere malæ.

¶ Maxilla, æ, quod a *mala* diminutivum fecit Priscianus, ein kinnbacken; Cum a *maxilla, mala* potius dicta videatur per detractionem mediarum litterarum, Cicerone auctore in Oratore cap. 45, cum de

suavitate vocum auriumque judicio agit: *Quomodo*, inquit, *vester* AXILLA, ALA *factus est, nisi fuga litteræ vastioris? Quam litteram e* MAXILLIS *&* TAXILLIS, *&* VEXILLO *&* PAXILLO &c. *consuetudo elegans latini sermonis evellit.* Sunt autem *maxillæ*, in quibus fixi sunt dentes, die kinnbacken. *Maxilla senibus scipionis est vice.* vide *Scipio.* *Sub lentis maxillis esse*, apud Suetonium Tiberio cap. 21 est lenta sævitia consumi. vide ibi Casaub.

¶ Maxillaris, e, vom kinnbacken; ut, *Dentes maxillares*, qui & *molares* sunt, backenzähne.

MĂLĂBĂTHRUM, & Malobathrum, i, μαλάβαθρον, καὶ φύλλον, *folium Indicum*, odore nardi, a nemine hac ætate visum. Nascitur in palustribus locis Indiæ, aquis innatans sine radice, lenticulæ aquaticæ modo. Vide Dioscoridem cap. 11, Matthiolum, & interpretes Horatianos ad illud 2 od. 7 v. 7 *coronatus nitentes*
Malobathro Syrio capillos. conf. Sidon. 2 v. 415.

¶ Malobathratus, a, um, malobathro unctus. Sidon. 8 epist. 3 *Satrapæ pumicati, malobathrati.*

MĂLĂCHE, es, μαλάχη, herba malva, pappeln, Plin. 20 cap. 21. Columell. 10 v. 247 *Et malache, prono sequitur quæ vertice solem.*

MĂLACHRA, æ, arbor in Bactriana regione, magnitudine oleæ, fructu caprifici, Plin. 12 cap. 9.

MĂLĂCIA, æ, μαλακία, in mari dicitur, quum stat, & sine ventis ac motu fere est, die meerstille, windstille. Cæs. lib. 3 Bell. Gall cap. 15 *Tanta subito malacia ac tranquillitas exstitit, ut se loco movere non possent.* Et Seneca epist. 67 *Sed in otio inconcusso jacere, non tranquillitas est, malacia est.* Aurel. Victor de Viris illustr. cap. 22 *Legati Deum vehentes Antium profecti sunt, ubi per malaciam maris proximum Æsculapii fanum petiit.* Ita enim legendum est, nec aliter habet vetus codex Mediolani anno ∞ IↃ IX excusus. Vulgo: *per mollitiem* legitur, quod Glossema videtur. Quamquam Sulpitius Severus, elegantissimus auctor, ita usus hac voce Dial. 1 de virtutibus Monachorum Oriental. cap. 4 *Consolatus* (senex) *accepit nos benigne; ejectos nos in illud litus, exponimus, & ne statim repetere cursum possimus, maris mollitie attineri.* Quod ipsum tamen eruditis viris de glossemate suspectum est, & pro eo *malacia* substituendum videtur. De hac *malacia* maris, Virg. ecloga 2 v. 25

Nec sum adeo informis, nuper me litore vidi,
Cum placidum ventis staret mare.

¶ 2. Est & stomacho *Malacia*; languor scilicet, cibos fastidiens, der eckel für dem essen, apud Plin. aliquoties. Appetentia absurdissimorum interdum eduliorum in prægnantibus, *pica*, κίττα, ab avis ejus versicolore varietate dicitur, der schwangern weiber lust, Plin. 23 c. 6.

¶ Mălăcus, a, um, μαλακὸς, id est, mollis, weich, zart; ut, *malacum pallium*, Plaut. Mil. a. 3 sc. 1 v. 93. *Malacus mœchus*, i. e. effœminatus, Idem Truc. a. 2 sc. 7 v. 48.

¶ Malacisso, are, μαλακίζειν, mollem reddere, emollire, erweichen. Plaut. Bacchid. a. 1 sc. 1 *Nimium ferus es, malacissandus es.* Senec. epist. 66 *malacissandos articulos* dixit. Pincianus legit *malaxando.* vid. Taubm. ad Plaut. p. 539.

¶ Mălaxo, are, μαλάσσειν, idem. Laberius apud Gellium 16 cap. 7 *Malas malaxavi.* Hinc &

¶ Commalaxo, are, subigere, exercere, maturare, mürbe machen. Varro apud Nonium cap. 2 n. 103 *Philosophia commalaxat eam partem.*

¶ Malaxātio, ōnis, die erweichung. Th. Priscian. 1 cap. 28 *Malaxationes adhibendæ.*

¶ Malactĭcus, a, um, μαλακτικὸς, vim habens molliendi, erweichend. Priscian. de Diæt. cap. 15 *malacticam habet virtutem.*

¶ Mălagma, ătis, neut. μάλαγμα, ein weichpflaster, dictum a μαλάττειν, mollire. Corn. Celsus lib. 5 cap. 17 *Malagmata vero atque emplastra pastillique, quos τροχίσκους Græci vocant, cum plurima eadem habeant, differunt eo, quod* MALAGMATA *maxime ex arboribus, earumque etiam surculis,* EMPLASTRA, PASTILLIQUE *magis ex quibusdam metallicis fiunt. Deinde* MALAGMATA *contusa abunde mollescunt: nam super integram cutem injiciuntur. Laboriose vero conteruntur ea, ex quibus* EMPLASMATA PASTILLIQUE *fiunt, ne lædant vulnera, cum imposita sunt.* Salvian. lib. 6 de Provident. c. 14 *Sicut optimi ac peritissimi Medici dissimilibus morbis curas dispares præstant, atque aliis per dulcia medicamina, aliis per amara succurrunt, & quosdam curant cauteriorum adustione, quosdam malagmatum placabilitate*, &c. conf. Columell. 6 cap. 17.

MALCHUS, i, Historicus, cujus puritatem & elegantiam laudat Photius, commendatque illum, velut Historici consummati exemplum. vid. Voss. de Hist. Gr. 2 cap. 21.

Male, vide post paullo *Malus, a, um.*

MĂLEA, æ, Μαλέα & Μάλεια, promontorium Laconiæ, ventis æstibusque turbulentum & sævum. Vide adagium, *Maleam legens, quæ domi sunt, obliviscere*, de periculo admodum præsenti, bleibe entweder darvon, oder erwege dich deines lebens. Virg. Æn. 5 v. 193

Ionioque mari, Maleæque sequacibus undis.

Statius 7 Thebaid. v. 16 *& raucæ circumtonat ira Maleæ.*
Vide ibi Lutatium Scholiasten, & Servium ad allegatum locum Virgilii. conf. Senec. Medeâ v. 149.

¶ Malēus, a, um, adject. ut, *jugum Maleum*, Florus lib. 2 cap. 9, & *Maleus sinus*, lib. 3 cap. 6.

Maledico, &c. malefacio, &c. maleficus, &c. malefidus, maleloquax, malesuadus, malevolus, &c. vide *Malus, a, um.*

Malicorium, malifer, vide *Malum.*

Malignitas, malignus, maliloquium, vide *Malus, a, um.*

MALINA, æ, æstus maris seu *Venilia*, die fluth. vide Rosini Antiqu. Rom. 10 cap. 20 p. 988, & Augustin. de Mirabil. S. Script. cap. 7.

Malitia, malitiosus, &c. vide *Malus, a, um.*

MALLEUS, i, ein hammer, ἡ σφῦρα. Plaut. Menæch. a. 2 sc. 3 v. 52 *navem sæpe excussam malleo.* Paulus Lege 2 § 1 Dig. de Lege Rhod. *Si faber incudem aut malleum fregerit.*

¶ Malleŏlus, i, dimin. ein hämmerlein: item, novus palmes in vite, ein schoßreben, oder rebenschößlein. Sed pars in vite majori, ex qua malleolus nascitur, *Flagellum* dicitur, die alte reben: vide *Vitis.* ¶ *Malleoli* etiam dicebantur manipuli spartei, pice tecti, qui incensi, aut in muros, aut in testudines jaciebantur, pechkräntze, brandpfeile, feuerballen, granaten. vide Nonium cap. 18 n. 27, Ammianum Marcellinum lib. 23 cap. 10, Vegetium lib. 4 cap. 18, Lipsium 5 Poliorcetic. Dial. 5, Casaubon. in Æneam Tacticum p. 103, & Stewechium ad Vegetium.

¶ Malleŏlāris, e, schoßicht; ut, *Virga malleolaris*, id est, malleolus, Columell. de Arbor. cap. 3, ein jung rebschoß.

¶ Malleator, ōris, malleo cudens, ein hämmerer. Martial. lib. 12 epigr. 57 *paludis malleator Hispanæ*, i. e. lini, in paludosis locis nascentis, vel macerati. conf. supra *Balluca.* Gloss. Vet. *Malleator*, σφυροκόπος.

¶ Malleatus, a, um, gehämmert; ut, *Libri malleati*, geschlagene bücher, Ulpian. Lege 52 § 5 *Unde*, Dig. de Legat. 3. Et, *spartum malleatum*, Columell. lib. 12 cap. 19.

MALLŬVIUM, i, vas, in quo manus lavantur, ein handbecken, handfaß. Onomast. Vet. *Malluvium*, χειρόνιπτρον. Vossio Etymol. *Malluviæ*, plur. fœm. Est autem quasi manuluvium, sicut *pelluvium*, quasi pediluvium, ποδόνιπτρον. vide Festum.

Malo, vide infra *Volo.*

Malobathrum, vide ante *Malabathrum.*

MALTHA, æ, kleister, glettwerck, lötwerck; quicquid vim habet conglutinandi, quod maltha factitia dici potest. Nam quid maltha sit naturalis, docet Plinius lib. 36 cap. 24; & lib. 2 cap. 104, ubi limum flagrantem maltham vocat. *Est autem* maltha *massa quædam ex calce recenti, vino, adipe & oleo confecta, quæ, cum semel ignem concepit, retinet illum tenacissime, & cum aliquid solidi attingit, ita adhæret, ut neque revelli, neque ulla arte restingui possit, nisi operiatur terra & suffocetur*, Milich. in lib. 2 Plinii. Et *Maltham*, röthe, reddit G. Agricola. ¶ 2. Aliis *Maltha* est cera, qua tabella judicum illinebatur. vide Turneb. Advers. lib. 6 cap. 9.

¶ Maltho, are, kleistern, löten. Plin. 36 cap. 24 *Quod malthatur, oleo perfricatur ante.* Verbo hoc vetus Scholiastes Juvenal. usus est ad illud sat. 5 v. 48 *& rupto poscentem sulphura vitro:*
Sulphura, *quia hoc solent vitrum solidare, id est, malthare.* conf. Salmas. ad Solin. p. 1094, & Barth. ad Stat. Silv. p. 258.

MALVA, æ, μαλάχη, utrumque a mollitie vocabulum factum, pappeln. Martial. lib. 10 epigr. 48

Exoneraturas ventrem mihi villica malvas
Attulit, & varias, quas habet hortus, opes.

¶ Malvaceus, a, um, von pappeln; ut, *Caulis malvaceus*, eine pappelstaude, Plin. 21 cap. 4.

MĀLUM, i, græce μῆλον, ein apffel, fructus arboris, quæ *Malus* fœminino genere dicitur. Virg. eclog. 3 v. 64 *Malo me Galatea petit* &c. *Malum medicum*, vel *citreum*, eine citrone. vide *Citrus.* *Mala Limonis* vel *aurantia*, pomerantzen: *mala aurea*, Virg. eclog. 3 v. 71. Et, *Malum Punicum*, quod Plinius lib. 26 cap. 8 *Granatum* vocat, & aliquibus etiam *Citrium* est, ein granatapffel. *Malum orbiculatum* seu *Epiroticum*, ein scheibapffel, Plin. lib. 15 cap. 14; &, *Malum cotoneum* seu *cydoneum*, κυδώνιον μῆλον; ein quittenapffel, a *Cydone* oppido Cretæ, ib. c. 11. Tria eorum sunt genera, *Chrysomela*, χρυσόμηλα, colore aureo, grosse quitten: *Mala struthia*, kleine süsse quitten: *Mala cydonia* vires pharmacorum lethalium odoris sui bonitate debilitant. Athen. lib. 3. ¶ *Malum terræ* Cylcaminus dicitur Gazæ, erdäpffel, erdscheiben, säubrod. Plinio vero etiam aristolochia rotunda, malum terræ est, lib. 25 cap. 8, die holtzwurtz.

¶ Malus, i, fœm. arbor, ein apffelbaum. Virg. 2 Georg. v. 70

Et steriles platani malos gessere valentes.

¶ Malicorium, i, putamen mali granati aut Punici, granat-rinde. Plinius lib. 23 cap. 6 *Cortex ex acerbis* [malis Punicis] *in magno usu. Vulgus coria maxime perficere illo novit: ob id malicorium appellant medici.*

¶ Mālĭfer, a, um, pomifer, äpffel tragend. Virgilius Æn. 7 v. 740 *Maliferæ mœnia Abellæ.*

¶ Malogranatum, i. composita voce, est malum granatum, ein granatapffel, latino Interpreti Hagg. cap. 2 v. 20, & Hieronymo ibidem in commentariis.

MĀLUS, i, masc. a malo, arbore, arbor navis, der mastbaum mitten im schiffe, qui in suprema parte antennam habet, ex qua dependent vela, das creutz oben am mastbaum, daran die segel hangen. Joach. Fortio Ringelbergio in Encyclopædia *Malus* dicitur a *malis* vel nodis circumdantibus, quorum volubilitate facilius attollatur & demittatur velum. Cic. de Senect. cap. 6 *In navigando alii malos scandunt, alii per foros cursant* &c. Horat. lib. 1 od. 14 v. 5

Et malus celeri saucius Africo,
Antennæque gemunt.

MĂLUS, a, um, adject. κακὸς, φαῦλος, absolute pro *improbo*, böse, arg, unartig, schlimm. *Homo minime malus*, Cicer. 3 Offic. cap. 9, redlich, fromm. Juvenal. sat. 4 v. 8 *Nemo malus felix*, es gehet keinem bösen buben wohl. *Malus ipse fies, si malis convixeris*, græcus est senarius:

Κακοῖς ὁμιλῶν κἀυτὸς ἐκβήσῃ κακός.

Plaut. in Trinum. a. 1 sc. 2 v. 25 *Nota res mala, optima est.* Quintil. lib. 3 cap. 10 *Nec quisquam tam malus, ut videri velit*, es ist niemand so böse und arg, daß er dafür angesehen wolte seyn, was er ist. *Mala manus*, id est, noxia & affligens: Plautus Persa a. 2 sc. 5 v. 12 *ubi quis malâ tetigit manu.* ¶ 2. *Mala virgo* apud Plautum non semel pro invenusta, deformi dicitur. Sic *Mala facies* apud Quintil. lib. 4 deformis est. ¶ 3. Aliquando *malus* & furtivum & valde noxium significat, schädlich, betrieglich. Virgil. eclog. 3 v. 11

Atque malâ vites incidere falce novellas.

Tibullus lib. 3 eleg. 5 v. 19

Quid fraudare juvat vitem crescentibus uvis,
Et modo nata malâ vellere poma manu.

Phallicorum Poëta carm. 86

Herique villulam, hortulumque pauperis

Tueor,

Tueor, malasque furis arceo manus.

Ita *mala brachia* dixit Calpurnius eclog. 3. Sic ἐμφατικῶς Catullus carm. 3 v. 12 *Mala tenebrę orci.* Sic JCti *dolum malum* dicunt, & Horatius 1 od. 3 v. 28 *Fraudem malam.* ¶ 4. *Malum* etiam dicitur magicum, sive quicquid aptum ad artes magicas, Tibull. lib. 1 eleg. 2 v. 51 *Sola tenere malas Medeæ dicitur herbas:*

loquitur de Saga. Silius lib. 8 v. 499 *Mala gramina primam monstravisse ferunt.* Sic in XII tabb. LL. *Malum carmen* est incantatio. ¶ 5. *Malus*, id est, infelix, inauspicatus, unglückselig; ut, *Mala ales*, Horat. epod. 10 v. 1. *Mala arbor*, Calpurnius eclog. 3 v. 89. ¶ 6. *Mala vita*, dura & aspera: ut mollis contra, & delicata, *bona*: ita & *mala mors* dura atque difficilis: quemadmodum *male mori* Plin. dixit lib. 3 epist. 16. *Mala ætas*, senectus est: quia plura incommoda affert. Exempla aliquot Plautus habet. Vide Nonium, apud quem elegantes hosce Afranii versus habes:

Si possent homines delinimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus.
Ætas, & corpus tenerum, & morigeratio,
Hæc sunt venena formosarum mulierum:
Mala ætas nulla delinimenta invenit.

conf. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 248. ¶ 7. Comparatio est irregularis: *Pejor, us; Pessimus, a, um;* unde & adverbia *pejus, pessime*; De quibus infra seorsim in *Pejor*, suo sub elemento.

¶ Mălum, i, substantive, infortunium, calamitas, etiam pro damno, detrimento ac pernicie sumitur, ein übel, ein schade. Vnde *malo alicui esse*, nocere est, apud Nepot. Alcibiade cap. 7 n. 3, & Cic. ad Attic. lib. 14 extr. Catullus epigr. 78 pr.

Rufe, mihi frustra ac nequicquam cognite amice,
Frustra? Immo magno cum pretio atque malo.

Ita sæpe apud Plautum: *Cum magno malo*, &c. Et ita Nepos 2, 9, 2 *Plurima mala in domum tuam intuli.* ¶ 2. Idem Plautus voce *Mali* substantive pro pœna servili, ut plagis, pedicis &c. usus est: ut Rud. a. 4 sc. 4 v. 81 *Non ego te comprimere possum sine malo.*

Item in Persa a. 3 sc. 1 v. 33

Herus si minatus est malum servo suo.

Terent. Andr. a. 2 sc. 5 extr.

Renunciabo, ut pro hoc malo mihi det malum.

i. e. ut me pro malefacto meo verberet. Idem Eunucho a. 4 sc. 4 v. 46 *non potest sine malo fateri, video.* *Sine malo*, id est, sine verberibus, er bekennet nicht, er bekommet denn schläge. Sallustius in Jugurtha cap. 100 *Pudore magis, quam malo exercitum coërcebat.* vide Taubm. ad Plaut. p. 11 & 1447. ¶ 3. *Mala* etiam dicuntur morbi, & ipsæ partes malo adfectæ: Barth. ad Script. Venat. p. 143. Plaut. Stich. a. 1 sc. 2 v. 63 *E multis malis, malum quod minimum est, id minimum est malum.* Cic. in epist. ad Octav. *In duobus malis cum fugiendum majus sit, levius est eligendum.* Memineris & proverbium harum locutionum: ἰλιὰς, λέρνη, θάλασσα κακῶν. *Ilias*, seu *Lerna*, seu *mare malorum*, de malis cumulatis, & calamitatibus immensis. vide Chiliades. Sic, *Mala ultro adsunt*, man darff dem unglück keinen boten schicken. vide ibidem.

¶ Malùm, interjectio, ut veteres Grammatici docent, detestantis & indignantis, sed per interrogationem. Terent. Eunuch. a. 4 sc. 7 v. 10 THRASO. *Vbi alii?* SANGA. *Qui (malum) alii?* Vbi Donatus: *Malum per παρένθεσιν suaviter infertur. Plautus in Epidico: Quæ, malum! hæc impudentia est? Et non interponitur, MALVM, nisi oculis conversis ad eum, qui id, quod reprehendimus, dixerit. MALVM nunc interjectio est:* quod & ad alium locum Donatus pronunciat. At vero ad illud Phormione a. 5 sc. 7 v. 55

Quid vos, malum! ergo me sic ludificamini.

MALVM, inquit, *adverbium est, interpositæ indignationis.* Nimirum Græcorum more *interjectionem* inter adverbia refert: de quo & Priscian. lib. 15 observat. Vossius τὸ MALVM negat interjectionem, sed ἐπιφώνημα esse asserit, ut, *Nefas* apud Virg. Æn. 8 v. 688

sequiturque, nefas! Ægyptia conjunx:

Quem Voss. vide lib. 1 de Analogiâ c. 2, & lib. 9 c. 28. *Malum!* o des unglücks! was zum hencker! ut nos diceremus. Cic. Offic. 2 cap. 16 *Quæ te, malum, ratio in istam spem induxit?* Idem in Verrem lib. 2 cap. 17 *Quæ (malum) ista fuit amentia?* Plin. lib. 7 cap. 57 *Quæ (malum) ista dementia est, iterari vitam morte?* Ita contra pacati & lenes dicebant *bonum*. Apulej. lib. 10 Miles. *Sciscitatus denique, quid (bonum) videret familia.*

¶ Măle, adverb. nicht wohl, übel; ut, *Animo male est*, Ter. Adelph. a. 4 sc. 5 v. 21, mir ist übel zu muth. *Male sanus*, Cic. 9 ad Attic. ep. 15, übel bey vernunfft. *Male accipere*, Nepos 18, 8, 1. *Male accipi*, mit worten übel angelassen werden, Lentulus Cic. lib. 12 fam. ep. 14. Et, *Male audire*, Cic. ad Attic. lib. 1 epist. 17, einen bösen nahmen haben. conf. supra *Audire* n. 6. *Male de aliquo cogitare*, gegen einem nichts guts im sinn haben. *Male in aliquem consulere*, einen in schaden bringen. Nepos 15, 10, 1, & 19, 2, 2 *Patriæ male consulere.* Et, *Hæc me res male habet*, es verdreust mich. Sic Ter. in Andr. a. 2 sc. 6 v. 5 *Præter spem evenit, sentio, hoc male habet virum*, es kräncket ihn. Et, *Beneficium male locare*, die wohlthat übel anlegen. ¶ 2. Quandoque idem est quod infeliciter: Sic, *Male rem gerere*, unglücklich seyn, Nepos Miltiade c. 3 n. 3; & Cic. Offic. c. 2 *Male vertat*, imprecandi locutio, es müsse dir übel bekommen. Terent. in Adelph. a. 2 sc. 1 v. 37 *minis viginti tu illam emisti, quæ res tibi vertat male.* Et Senec. epist. 72 *Male tibi esse malo, quam molliter. MALE nunc sic excipe, quemadmodum a populo solet dici, dure, aspere, laboriose.* ¶ 3. *Male conciliare*, apud Plaut. Pseud. a. 1 sc. 2 pr. est, care, magno pretio emere; & contra *bene conciliare*, vili emere. Hinc apud Cicer. *domus male emta* est cara & pretiosa. Nos eodem modo dicimus, wohl, übel kauffen. ¶ 4. *Male præcinctum puerum* Sylla vocavit Cæsarem, i. e. luxuriose ac effœminate, sive perverse cinctum, ut Sueton. auctor Cæsare cap. 45. Sic, *Male dispar*, i. e. valde dispar, Horat. dixit lib. 1 od. 17 v. 25. vide ibi Marcilium. MALE-DEVS, MALE-HOMINES, MALE-MATER quo sensu dicatur, vid. apud Barth. ad Script. Venat. p. 138; Sen. in Thyeste act. 1

Quis male-Deorum Tantali vivat domos,
Ostentat iterum.

¶ 5. *Male* significat simulate, non multum, vel minus. Petronius: *Consurrexi ad aurem male dormientis*, der sich stellete, als schlieffe er, der einen hasenschlaff that, & p. 97 *Male repugnanti gaudium extorsi*, h. e. interprete Dousa in Præcidan. p. 258, simulate repugnanti sive obluctanti potius: idque ex disciplina adeo puellari, cui respondet Ovidianum istud lib. 1 Amor. eleg. 5 v. 15

Quæ cum ita pugnaret, tamquam quæ vincere nollet,
Victa est non ægre proditione suâ.

Sic Horat. lib. 1 od. 9 v. 23 *Pignus direptum lacertis,*
Aut digito male pertinaci.

Sic & pro *non multum*, nur ein wenig, Ovid. de Pont. 1 epist. 2 v. 105
Non petito, ut bene sit, sed uti male tutius.

Et, pro *non* vel *minus*, Id. Fast. 3 v. 102 *Facundum, sed male forte genus.*

¶ Permăle, sehr übel. Cic. ad Attic. 1 epist. 19 *Sequani permale pugnarant.*

¶ Mălignus, a, um, malus, invidus, boßhafftig, mißgünstig. Glossæ Vet. *Malignus*, πονηρὸς, κακοήθης. Horat. 2 od. 16 v. 39 *malignum spernere vulgus.* Et, *Oculis malignis spectare*, Virg. Æn. 5 v. 653. Et metaph. *colles maligni*, Idem 2 Georg. v. 179, i. e. infrugiferi. Comparativ. *Malignior.* Martialis lib. 4 epigr. 86 ad librum suum:

Nec ronchos metues maligniorum.

Superlativus quoque usu nonnunquam venit. Seneca de Vita beata cap. 18 *Malignissima capita & optimo cuique inimicissima.* ¶ 2. Significat & dubium, non verum, infidum, ungetreu. Virg. lib. 6 Æn. v. 270 *Quare per incertam lunam sub luce malignâ*
Est iter in silvis.

Martialis lib. 10 epigr. 96 *tepet igne maligno*
Hic focus, ingenti lumine lucet ibi.

Plin. lib. 7 cap. 1 *Incertum ac fragile est hoc munus naturæ quicquid datur nobis, malignum vero, & breve in iis etiam, quibus largissime contingit, universum utique ævi tempus intuentibus*, übel gegönnet, genau, kurtz. Statius lib. 4 Silv. 3 v. 29

Sordebatque rotas maligna tellus;

das gar nicht feste erdreich, so nicht hält oder trägt. ¶ 3. Aliquando *Malignus* est δύσκολος, morosus, tetricus, difficilis, verdrüßlich. Nam proprie MALIGNVS dicitur, qui difficultatem sui præbet, ut Donatus interpretatur; cui BENIGNVS opponitur. vide Buchner. ad Plin. lib. 8 epist. 12 n. 394. Vnde & pro parvo & modico ponitur, & *maligne*, parve est. Seneca 3 Quæst. Nat. cap. 27 *Pars tamen major, ut maligno ostio retenta, restagnat; Malignum ostium*, angustum, nec latum satis. Lucanus lib. 9 v. 500

Conspecta est parva maligna
Vnde procul vena.

Ovid. lib. 1 Amor. eleg. 4 v. 66

Blanditiæ taceant, sitque maligna Venus.

¶ Măligne, adverb. böslich, aus boßheit, abgunst. *Ager maligne divisus*, Livius lib. 8 cap. 12. ¶ Item parce, exigue, kärglich. Livius lib. 39 cap. 9 *Maligne omnia præbentibus suis, meretriculæ munificentiâ sustinebatur.* Comparat. *Malignius habere sermonem*, Curtius lib. 8 cap. 1 n. 29. *Malignius tecum egisse naturam*, Senec. epist. 44.

¶ Malignĭtas, ātis, κακοήθεια, ein übelstand. Livius lib. 2 cap. 42 *Malignitas conferendi ex privato.* Valer. Max. lib. 4 cap. 7 *Nulla tam molesta felicitas est, quæ malignitatis dentes vitare possit*, id est, invidiæ. vide Buchnerum lóco paullo ante laudato.

¶ Malignor, ari, & Maligno, are, böses thun, übel handeln. Gloss. gr. lat. κακοηθεύομαι, *malignor.* Ammianus 22 cap. 15 *Volucres venena malignantes.* Et Vulg. Interpr. Psalm. 83 v. 3 *Super populum tuum malignaverunt consilium.*

¶ Malignosus, a, um, böse, ruchloß. Vet. Gloss. *Malignosus*, κακεντρεχής.

¶ Malĭtas, ātis, die boßheit. Vlpian. leg. 5 Dig. quod metus caussa: *Timor majoris malitatis.*

¶ Mălĭtia, æ, κακία, perversitas, cum quis data opera male agit, fürsetzliche untugend und boßheit. Sallust. Orat. 2 de Rep. ordin. *Malitia præmiis exercetur, ubi eadem seris, nemo omnium gratuitò malus est*, boßheit wird geübt um belohnung willen, &c. Senec. in epist. 82 *Malitia ipsa maximam partem veneni sui bibit*, die boßheit thut ihr selbst den grösten schaden. Hieronym. in apolog. adversus Ruffinum: *Malitia non habet tantas vires, quantos conatus.* Et Senecæ *Malitia* vitiositas est, quæ virtuti opponitur, epist. 31, *Si intellexeris bona esse, quibus admixta virtus est: turpia, quibus malitia conjuncta est.* Et mox: *honesta & turpia virtutis & malitiæ societas efficit.* Item epist. 106 extr. *Quicquid facimus, aut malitiæ, aut virtutis gerimus imperio.* Et Gell. lib. 18 cap. 1 *Cum essent malitia & virtus contraria, vita misera atque beata æque contraria*, &c. Sed eam loquendi rationem improbat Cic. 4 Tusc. his verbis: *Hujus igitur virtutis contraria est VITIOSITAS. Sic enim malo, quam MALITIAM appellare, quam Græci κακίαν appellant. Nam MALITIA certi cujusdam vitii nomen est: VITIOSITAS omnium* &c. Interim tamen & Vetus Gloss. *Malitiam* κακίαν interpretatur.

¶ Malitiōsus, a, um, fallax, böse, betrieglich. *Malitiosa interpretatio juris*, falsche und betriegliche auslegung, Cic. lib. 1 Offic. cap. 10. Conjunctim *malum & malitiosum hominem* Gellius dixit lib. 9 cap. 2.

¶ Malitiose, adverb. dolose, fälschlich, betrieglich. Cic. in Verr. 4 cap. 53 *Nihil sane vafre aut malitiose facere conatus est.* Idem pro Rosc. Am. cap. 38 *Si quis rem mandatam malitiosius gessisset sui quæstus aut commodi caussa.*

¶ Malitiosĭtas, ātis, eine leichtfertigkeit. Tertullian. 3 adv. Marc. c. 15 extr. *Aut diffidentiæ, aut malitiositatis consilium est.*

Composita a *Male*:

¶ Malebarbis, & Malibarbis, e, dünnbärtig, geringbärtig. Vet. Gloss. *Malebarbis*, σπανοπώγων. In aliis est *Malibarbis*.

¶ Mălĕdīco, ĕre, maledictis afficere, schelten, vernichten, fluchen. Terent. Eunuch. a. 4 sc. 7 v. 29 *Cave sis, nescis cui maledicas viro*, du weist

weist nicht, wen du für dir hast, daß du dich so unnütze machest. Cic. pro Cœl. cap. 3 *Quis est, qui isti ætati non possit, quam velit, petulanter, etiamsi sine ulla suspicione, at non sine argumento, maledicere?* Idem ad fam. 3 epist. 8 *Si legatorum cuipiam maledicitur.* Paullo post reddit: *ut gravius diceretur.*

¶ Mălĕdictus, a, um, verflucht. Tertull. adv. Marc. 5 cap. 3 *Maledictus omnis in ligno suspensus.* Spartianus in Geta cap. 3 *Maledicte parricida.* vid. Salmas. in Hist. Aug. p. 168.

¶ Maledictum, i, ein lästerwort, scheltwort. Plaut. Curc. a. 4 sc. 2 v. 27 *Indignis si maledicitur, maledictum id esse dico; verum si dignis dicitur, benedictum est, meo quidem animo.* Cicero pro Planc. cap. 12 extr. *Maledicta conjicere in aliquem:* &, *Maledicta aspere, & ferociter, & libere in aliquem dicere*, ibidem cap. 13, einen mit unnützen worten anlassen. *In maledicto plus est injuriæ, quam in manu*, ein scheltwort hat mehr auf sich als ein schlag, Quintil. lib. 6 cap. 3. Apulej. lib. 2 Flor. de corvo & psittaco: *Si convicia docueris, conviciabitur, diebus ac noctibus perstrepens maledictis.*

¶ Maledictio, ōnis, idem. Cic. pro Cœl. cap. 3 *Maledictio nihil habet propositi, præter contumeliam.* Item, ein fluch: Tertull. adv. Marc. 5 cap. 3 *Christus factus pro nobis maledictio.*

¶ Maledictor, ōris, ein schmäher, lästerer. Festus: *Maledictores dicebantur ab antiquis, qui nunc maledici.*

¶ Mălédĭcus, a, um, adject. lästernd. *Maledicus conviciator*, Cic. pro Muræn. cap. 6. *Maledici non desunt Hamilcari*, er hat verleumder, Nepos 22, 3, 2. Comparat. *Hominem maledicentiorem, quam te, novi neminem*, Plaut. Merc. a. 1 sc. 2 v. 31. *Maledicentissima civitas*, Cicer. pro Flacco cap. 3. *Historici maledicentissimi*, Nepos 7, 11, 1.

¶ Maledice, adverb. schmählich. Cicer. Offic. 1 cap. 37 *cum de absentibus maledice contumelioseque dicitur.*

¶ Maledicentia, æ, die lästerung. Gell. lib. 3 cap. 3 *ob assiduam maledicentiam & probra in principes civitatis in vincula conjectus est.*

¶ Præmaledīco, ĕre, vorher verfluchen. Tertull. adv. Marc. 5 cap. 3 *Quomodo præmaledixisset eum creator, quem ignorat?*

¶ Remaledīco, ĕre, wieder schelten. Sueton. Vespas. cap. 9 *Non oportere maledici senatoribus: remaledici civile fasque esse.* Tertullianus de Idololatr. cap. 21 *se maledictum indigne tulisse, demonstraverat remaledicens.* Gloss. Vet. ἀντιλοιδορῶ, *Remaledico.*

¶ Malefāber, a, um, verschmitzt, arglistig. Prudent. Hamartig. v. 714 *Suadelis malefabris illecta.*

¶ Mălĕfăcio, ĕre, zum verdrieß thun, übel thun. Terent. in Adelph. a. 2 sc. 1 v. 10 *Neque tu verbis solves unquam, quod mihi re male feceris.*

¶ Malefactum, i, die übelthat. Ennius apud Cic. de Offic. 2 cap. 18 *Benefacta male locata malefacta arbitror.* Ἕν δὲ ἐπίσαμαι μέγα, τὸν κακῶς δρῶντα δεινοῖς ἀνταμείβεσθαι κακοῖς, Archilochus, i. e. *Vnum novi, & illud quidem magnum, malefacta malefactori gravissimis compensatum iri malis.*

¶ Malefactor, ōris, ein übelthäter. Plaut. Bacch. a. 3 sc. 2 v. 11 *Malefactorem amitti satius, quam relinqui beneficum.*

¶ Malefĭcus, a, um, schädlich, boßhafftig. Cic. Verr. 5 cap. 55 *Hominum maleficorum sceleratorumque custodiæ.* Plin. lib. 11 cap. 17 *Maleficum frondibus animal capra*, id est, nocens. ¶ 2. Item, invidus, malignus, ungütig. Nepos Agesilao cap. 8 *Atque hic tantus vir, ut naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus; sic maleficam nactus est in corpore.* ¶ 3. *Malefici* per excellentiam dicuntur *Magi*, vel secundum Suidam, *Magi, Venefici, Sortilegi*, qui per mille artes hominum generi nocent, die zauberer. vid. Cod. Tit. 18 Leg. 9 de Maleficis & Mathemat. Superl. Suet. in Galba cap. 15 *Maleficentissimos incolumes præstitit.*

¶ Maleficium, i, quodlibet facinus improbe admissum, eine übelthat, unredliche böse that. *Admittere, & committere maleficium*, Cic. pro S. Rosc. cap. 22. ¶ Item, quævis noxa ac damnum, mißhandlung. Cæsar lib. 2 de B. C. cap. 20 *Altera ex duabus legionibus, ex castris Varronis, adstante & inspectante ipso, signa sustulit, seseque Hispalim recepit, atque in foro & porticibus sine maleficio consedit*; id est, ita consedit, ut nemini injuriam ac damnum inferret. Ita *sine maleficio iter facere exercitus* dicitur, qui innoxius transit, Cæs. B. G. 1 cap. 7, wann ein volck ohne zufügung eines schadens durchziehet. ¶ 3. Veneficium, magorum artificium, quod atrocius omni homicidio, adulterio, & furto.

¶ Maleficiosus, a, um, & Maleficiose, boßhafftig, suspecta verba. *Maleficiose intendere*, Cic. pro Cæcin. cap. 7, sed Grut. *malitiose.*

¶ Maleficentia, æ, die beleidigung. *Assimulati maleficentiæ*, Plin. lib. 9 cap. 9.

¶ Maleferiatus, vide *Feriatus*, in *Feriæ.*

¶ Malefīdus, a, um, untreu. Virg. Æn. 2 v. 23 *Statio malefida carinis.* Ovid. in Ibim v. 83 *Caput malefidum.*

¶ Maleformis, e, ungestalt. Gloss. lat. gr. *Maleformis*, δύσμορφος.

¶ Malelŏquax, ācis, schmähend. Gloss. gr. lat. κακολόγος, *vituperator, maleloquax.* Est & Publii Syri in sententiis aureis: *Lingua est maliloquax mentis indicium malæ.*

¶ Malilŏquium, i, die schmähung. Tertullian. de Spectac. cap. 2 *Non sumsimus* [i. e. accepimus] *linguam ad maliloquium, & aures ad exceptaculum maliloquii.* Adde eumdem Apolog. cap. 45.

¶ Malesānus, a, um, unsinnig. Cic. ad Attic. 9 epist. 15 *Ego illum malesanum semper putavi.* Prudent. Psychom. v. 203 *Malesana superbia.*

¶ Malesuādus, a, um, übel rathend. Plaut. Most. a. 1 sc. 3 v. 56 *Malesuada vulgi lena.* Virg. Æn. 6 v. 276 *Et metus, & malesuada fames.*

¶ Malevŏlus, a, um, invidus, abgünstig. Cicer. 2 famil. ad Curionem: *Qui malevolo sunt animo, deteriores sunt rogati*, die ein böses unholdes gemüth haben, die seyn noch ärger, wenn man sie bittet. Idem ad Brut. epist. 15 *Illo die cognovi, paullo plures in senatu malevolos esse quam gratos.* Idem pro Dejotaro cap. 12 *malevolorum sermunculi.* Et, *Malevolis sermonibus credere*, Idem 3 fam. ep. 10. Superl. *Malevolentissimæ obtrectationes*, Cic. lib. 1 fam. epist. 7 ex *Malevolens*, quod sequitur. Pro fascinatore *malevolus* etiam Latinis usurpatur. vid. Barth. ad Script. Venat. p. 137 & 138.

¶ Mălĕvŏlens, tis, idem. *Est miserorum, ut malevolentes sint, atque invideant bonis*, Plaut. Captiv. a. 3 sc. 4 v. 51.

¶ Malevolentia, æ, abgunst, ungunst, *voluptas est ex malo alterius, sine emolumento suo*, definiente Cicerone lib. 4 Tusc. cap. 9.

MAMBLIA, æ, oppidum Æthiopiæ ab ea parte, qua Africam spectat, Plin. 20 cap. 4.

MĀMERS, tis, lingua Oscorum dictus est Mars, sive Mavors. vid. Festus. Inde

¶ Mamercus, i, nomen, Æmiliis Romæ assignatum. vid. Livius 4 c. 17 & 60. Meminit & Cicero *Mamercorum* in Bruto cap. 47, de Off. 2 cap. 16, & pro Rosc. Am. cap. 32.

¶ Mamertes, is, Corinthius, a fratre Sysaphone membratim discerptus, cum ob regnandi libidinem interfecisset ejus filios, de quo Ovid. in Ibim v. 547 *Trunca geras sævo mutilatis partibus ense,*
Qualia Mamertis membra fuisse ferunt.

¶ Mamertinus, a, um, adject. ut, *Mamertina civitas*, in Campania, Cic. 2 Verr. cap. 5, & 3 Verr. cap. 6. *Mamertini populi*, Plin. 3 cap. 8. Liv. Epit. 14 & lib. 28 cap. 28. *Mamertina vina*, Plin. 14 cap. 6, & Martial. 13 epigr. 117. De *Mamertinis* prolixe Festus.

MAMMA, æ, τιτθίον, die zitze, dutte, oder brust. *Fontem sanctissimum corporis, humani generis educatorem*, vocat Gellius 12 cap. 1. Terent. in Adelph. a. 5 sc. 9 v. 17 *Et quidem tuo nepoti, hujus filio, hodie primam mammam dedit*, sie hat es zum ersten mahl gesäuget. *Puer lactens, in gremio matris sedens, mammam appetens*, Cic. de Div. lib. 2 cap. 41. Festus auctor est, veteres mammam lacte deficientem *Minam* vocasse. At contra eam, quæ præbet lac, *munificem* eleganter dixit Plin. lib. 11 cap. 40, quod ad Varronem Scaliger observat. ¶ 2. *Mammas* etiam pecudum esse, apparet ex Virg. 3 Georg. v. 310

Læta magis pressis manabunt flumina mammis.

De *Mammis capræ*, & de *quaternis ursæ*, & aliis, Plin. 11 cap. 40. *Porci mammæ*, Martial. 2 epigr. 37. ¶ 3. *Mamma*, & græcum μάμμα, puerorum vox, qua nutrices, avias, matres appellant; quemadmodum *Tatas* vocabant patres. Pers. sat. 3 v. 18

& iratus mammæ lallare recusas.

Hinc elegans jocus Martialis in Afram vetulam lib. 1 epigr. 101

Mammas atque Tatas habet Afra: sed ipsa Tatarum
Dici & Mammarum maxima Mamma potest.

vide Turneb. Advers. lib. 8 cap. 8. conf. Plaut. Most. a. 1 sc. 4 v. 7. In Inscript. apud Fabrett. p. 58 quoque legas: MAMMAE PIENTISSIMAE. ¶ 4. *Mamma* in surculis arborum parva extuberantia corticis, e qua prosiliunt & enascuntur rami. vid. Plin. 17 c. 16 pr.

¶ Mămilla, æ, dimin. das brustwärtzlein. Juvenal. sat. 13 v. 163

In Meroe crasso majorem infante mamillam.

Et Vellej. 2, 70, 5 *Sinistra mamilla, qua cor emicat.*

¶ Mammŭla, æ, aliud dimin. ein zitzlein. Celsus 7 cap. 26 *Vrinæ iter mammulæ simile.*

¶ Mammeatus, a, um, mit brüsten; ut, *amica mammeata*, apud Plautum Pœn. a. 1 sc. 2 v. 181.

¶ Mammillanus, a, um, idem; ut, *Mammillanæ ficus*, a mammarum similitudine, Plin. 15 cap. 18.

¶ Mammillare, is, velum seu fascia, qua mulieres mammas tegunt, der brustlatz, das brusttuch, de quo Martial. 14 epigr. 71.

¶ Mammōsus, a, um, wohl gebrüstet; ut, *Mammosa pyra*, Plin. lib. 15 cap. 15. Sic, *mammosum thus*, idem 12 cap. 14. Proprie autem Martialis 14 epigr. 149

Mammosas metuo, teneræ me trade puellæ.

¶ Mammacuthus, i, vir quidam sola insignis fatuitate apud Aristophanem. Vnde *Mammacuthi* hiantes & stupidi. vid. Cœlius Lect. Antiqu. 17 cap. 4.

¶ Bimammia, æ, i. e. binas habens mammas; ut, *uvæ bimammiæ*, Plin. 14 cap. 3.

¶ Multimammia, æ, id est, multas mammas habens, Diana dicta, quæ Græcis appellata πολύμαστος, & apud Ephesios culta fuit. S. Hieronymus in Prooem. Epist. Pauli ad Ephes. *Dianam colentes non hanc* VENATRICEM, *quæ arcum tenet, atque succincta est; sed illam* MVLTIMAMMIAM, *quam Græci πολύμαστον vocant, ut scilicet ex ipsa quoque effigie mentiretur, omnium eam bestiarum & viventium esse nutricem.* Minucius Felix in Octavio, *Diana*, inquit, *interim est alte succincta venatrix, & Ephesia mammis multis*, &c.

¶ Vnimammia, vel Vnomammia, æ, unam mammam habens, ficta Plauti vox, Curcul. a. 3 sc. un. v. 75.

MAMMŌNA, æ, mascul. vox Syriaca, opes significans, ut apud Græcos πλοῦτος, der mammon, der übrige reichthum. vid. Erasm. in Matth. cap. 6 v. 24. Pronunciatur penultima longa. Augustin. Punice *lucrum* esse dicit. vid. Ludov. Vives ad Augustin. de C. D. lib. 1 cap. 10. Significanturque hac voce omnia, quæ ad rem pecuniariam pertinent. vid. Ang. Canin. cap. 8 de locis Hebræis. *Amicos de mammona fabricare sibi*, i. e. pauperes beneficiis conciliare, Tertull. de Patient. cap. 7.

¶ Mammoneus, a, um, reich; ut, *Mammoneam fidem sequi*, Prudent. Hamartigen. v. 428.

MAMPHVLA, æ, panis Syriacus, de quo Lucilius apud Festum.

MAMPHVR, ŭris, lignum rotundum loro circumvolutum, quod circumagunt fabri in operibus tornandis. Festus.

MĀMVRIVS, i, Veturius, faber ærarius, qui ancilia, Romæ quæ colebantur, item Palladis simulacra fecit: vide Ovidium 3 Fastor. v. 382 & seq. & Servium in Virg. 2 Æn. p. 239. conf. Rosini Ant. Rom. 3 cap. 20 pag. 303.

MAMVRRA, æ, eques Romanus, Formiis natus, qui primus Romæ parietes domus suæ crusta marmoris operuit. Nepos Fragm. cap. 10 n. 7, & Plin. 36 cap. 6. Hinc Formias *Mamurrarum urbem* vocat Horatius 1 sat. 5 v. 37.

MĀNĂCVS, i, ein monats-circul. Tarentina voce lineam eclipticam, lunæ orbitam, *circulum manacum* veteres appellarunt, quasi *maniacum*: Vitruv. lib. 9 cap. 8. Vnde Calendarium *Almanach* dictum putat Dalechamp. ad Plin. lib. 2 cap. 9.

Manalis, manatio, vide in *Mano, āre.*

MANCEPS, mancĭpis, conductor, redemtor, qui, teste Festo, a populo aliquid emit, conducitve; ejus rei quoniam sublata manu indicium facit, seque auctorem profitetur, *manceps* dicitur. vid. Sigon. de Antiqu. jur. civ. Rom. lib. 2 cap. 4, ein miethmann, pachter, der etwas miethet, pachtet. *Manceps*, inquit Asconius, *publicanorum princeps*; *Propola*, ein zöllner, *Decumanus*, a decimis redemtis, *Portitor*, a portu conducto, *Pecuarius*, a pascuis publicis. Nepos Attico cap. 6 *Nullius rei manceps factus est.* Tacitus 3 Annal. cap. 31 *Idem Corbulo plurima per Italiam itinera fraude mancipum & incuria magistratuum interrupta & impervia clamitando* &c. Vbi *mancipes* vocat, qui vias reparandas & muniendas conduxerant, idque maligne & malitiose fecerant. vide ibi & Lipsium. ¶ 2. Prædem sive fidejussorem significat, ein bürge. Plaut. Curc. a. 4 sc. 2 v. 29 *Ego mancipem te nihil moror.*

¶ Mancĭpo, & Mancŭpo, avi, atum, are, zueignen, zu eigen übergeben, einräumen. Horat. 2 epist. 2 v. 159 *Quædam mancipat usus.* Plaut. Curc. a. 4 sc. 2 v. 10 *Alienos mancupatis, alienos manumittitis.* Apul. Met. 10 *Semel conditis calculis nihil postea commutare licebat, sed mancipabatur potestas capitis in manum carnificis.*

¶ Mancipatus, a, um, zugeeignet; ut, *Venditus atque mancipatus Tribunatus*, Cic. Philipp. 2 cap. 21. Et de Senectute cap. 11 *Senectus nemini mancipata*, hoc est, devincta, obligata, sed sui juris, niemand unterthan oder verpflichtet.

¶ Mancipatus, ûs, subst. die zueignung. Plin. 9 cap. 35 *In mancipatum venire*, in eigenschafft übergeben werden.

¶ Mancipatio, ōnis, id est, in manus traditio. Ritus fuit Romanorum mancipia sibi vindicandi. ¶ Scribitur & *mancupatio* (sicut etiam *mancupium*;) v. g. Plin. 9 cap. 35 p. 335, uti ex MSS. ibi Harduinus legit, quem videas.

¶ Mancĭpium, vel Mancupium, i, ein leibeigener, erkauffter, oder im krieg gefangener sclave. Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 72 *Vt mancipia hæc, ita ut jussit frater, deducam ad Thaidem*, diese zwo erkauffte personen. Quintilianus lib. 5 cap. 12 *Negotiatores mancipiorum*, ein sclaven-händler. Sic *mancipium Christi* in bonam partem pro Christiano dixit Prudentius Apotheos. v. 408. ¶ 2. *Mancipium* est jus possidendi & dominium. Brutus Ciceroni epist. 16 *ut esset sui juris ac mancipii respublica*, i. e. nemini subjecta. Sic Plauto Most. a. 5 sc. 1 v. 43 *Mancupio poscere*, est dominium in se transferre. Sic, *Dare & accipere mancipio*, zu eigen geben, zu eigen annehmen, Plaut. Curcul. a. 4 sc. 2 v. 9. Ciceroni lib. 1 ad Attic. epist. 1 *mancipio accipere*, est ita emere, ut venditor periculum præstet, die gewähr empfangen, cui opponitur *suo periculo emere.* Seneca epist. 70 *Fortuna nihil dat mancipio*, das glück giebt nichts zu eigen. Huc Lucretii illud pertinet lib. 3 v. 985 *Vitaque mancipio nulli datur, omnibus usu.*

¶ Mancipi, vel Mancupi, indeclinabile singul. & plur. eigenthümlich; ut, *Res mancipi*, id est, propria. *Ædes mancipi*, Plaut. in Mostellaria a. 5 sc. 1 v. 43, quamquam & *mancipio* ibidem legant. *Emtio mancipi*, Plinius lib. 32 cap. 3.

Composita:

¶ Emancĭpo, are, est per imaginariam venditionem addicere alicui, vel quovis modo alienare, & in alterius jura transferre, vel dono etiam dare, vel potius e patria potestate dimittere, aus seiner gewalt lassen, abtreten. Nam cum Tacitus Hist. 1 c. 24 scribit, Othonem Proculo, de parte finium cum vicino ambigenti, *universum agrum vicini sua pecunia emtum dono dedisse*; Sueton. Othone cap. 4 eamdem rem narrans *emancipasse* dixit: *Totum*, inquit, *agrum redemit emancipavitque.* Cic. 1 de Fin. cap. 7 *Filium in adoptionem alicui emancipare.*

¶ Emancipātus, a, um, sui juris factus, freygesprochen; item, obligatus, dedititius, ergeben, verbunden. *Emancipati*, inquit Festus, *duobus modis intelliguntur, aut ii, qui ex patris jure exierunt, aut ii, qui aliorum fiunt dominii.* Apulej. Met. 10 *Nequissimus & ad omne facinus emancipatus servulus.*

¶ Emancipatio, ōnis, die erlassung aus seiner gewalt; est relaxatio patriæ potestatis, de qua JCti: vid. § 6 Instit. quib. mod. jus patr. pot. solv. Conf. l. 6 C. de Emanc. Distinguit a manumissione Vlpianus Lege 1 § 4 Dig. Quando de peculio &c. quod *Manumissio ad servos, Emancipatio ad filios pertineat*, quando hi sui juris fiunt, dimissi e potestate parentum.

¶ Emancipator, ōris, qui emancipat, ein loßgeber. Gloss. gr. lat. ἐξωχειρωτής, *Emancipator.* Prudentius Hymno Jejunant. v. 184

Emancipator servientis plasmatis.

¶ Remancĭpo, are, dem verkäuffer wieder zustellen. Hinc

¶ Remancipatus, a, um, wieder eingelöset. Apud Festum *Remancipatam Gallus Ælius esse ait, quæ mancipata sit ab eo, cui in manum convenerit.*

MANCVS, a, um, quasi manu carens, der nur eine hand hat. ¶ 2. Deinde, qui quoquo modo debilis est, lahm, gebrechlich, unvollkommen, schwach, gestümmelt. Cicer. pro Rab. perduell. cap. 7 *Scævola mancus, ac membris omnibus captus ac debilis.* Idem in Offic. lib. 1 cap. 43 *Cognitio naturæ manca atque imperfecta.* Et pro Milone cap. 9 *Occurrebat, mancam ac debilem præturam suam futuram, Consule Milone.* Vet. Gloss. *Mancus*, κυλλός. vide & supra *Debilis.*

¶ Emanco, are, id est, manus præcidere aut debilitare, zerstümmeln; rarum verbum, quo Seneca usus est Controvers. 33 sub fin. *Gaudeo*, inquit ibi nescio quis, *me non omnes emancasse.*

Mandator, mandatum, &c. vide mox in *Mando, āre.*

MANDĒLA, æ, pagus seu vicus in Sabinis, ubi fundum habuit Horatius, quem vide lib. 1 epist. 18 extremâ.

Mandibula, mandibulum, vide *Mando, ĕre.*

MANDO, avi, atum, are, est gerendum aliquid alicui exsequendumque committere, tradere, auferlegen, befehlen, unde & *Commendare*, est custodiendum dare, de quo infra. Nepos Phocione cap. 1 *Cum divitissimus esse posset, propter frequentes delatos honores, potestatesque summas, quæ ei a populo mandabantur.* Sic Lambinus legit: cæteri ex MSS. *dabantur.* Nec vero alterum contra latinitatis indolem. Cic. 6 in Verr. cap. 27 *Populum Rom. hominibus novis atque industriis libenter honores mandare, semperque mandasse*, quod 7 in Verr. cap. 14

dixit *magistratum alicui mandare*: & Livius lib. 24 cap. 8 pr. *ad mandandos, quibus velitis, honores.* Sic, *honores alicui mandare*, est conferre. Eleganter Florus lib. 3 cap. 1 *Primum scelus mandat insidiis*, i. e sceleris ordinem ab insidiis ducit: quibus initia peraganda mandat veluti, seu committit & tradit. Seneca Medeâ v. 150

Sile obsecro, questusque secreto abditos
Manda dolori, schweig und verschmertze es.

Terentius in Adelph. a. 3 sc. 3 v. 18 *Huic mandes, si quid recte curatum velis*, wilt du etwas wohl bestellet und ausgerichtet haben, so befiehle es dem. *Animis & mentibus mandare*, in das hertze bilden, zu hertzen nehmen: Cicero in Catil. 1 cap. 11 *Percipite quæso diligenter, quæ dicam, & ea penitus animis vestris mentibusque mandate.* Et, *Mandare memoriæ*, ins gedächtniß fassen, mercken. Cicero de Amicit. c. 1 *Ejus disputationis sententias memoriæ mandavi.* Item, *Litteris vel memoriæ mandare aliquid*, etwas schreiben, Cic. 1 Nat. D. c. 4 pr. & de Amic. c. 1, & Offic. lib. 2 c. 2 pr. & Sen. epist. 8. *Monumentis mandare*, Cic. 4 Acad. cap. 1, *posteritati, scriptis, monumentis mandare*, zu ewigem gedächtniß beschreiben. *Mandare terræ semina*, idem est, quod seminare, säen, Columell. lib. 1 cap. 7. Et, *Mandare se fugæ*, Cæsar lib. 5 B. Gall. c. 18, est fuga salutem sibi quærere, sich auf die flucht begeben. *Mandare quem humo*, Virgil. 9 Æn. v. 215 est sepelire, begraben. ¶ 2. Interdum *Mandare*, est mittere, ablegare, abfertigen. Cicero pro Quintio cap. 15 *Is non modo ex numero viventium exturbatur; sed, si fieri potest, infra etiam mortuos mandatur.*

¶ Mandatus, a, um, befohlen, anbefohlen. Cic. pro Rosc. Am. cap. 38 *Si quis rem mandatam malitiosius gessisset*, &c. Idem pro L. Manil. cap. 16 *Imperia mandata, atque exercitus commissi.*

¶ Mandātum, i, ein befehl. *Dare mandata ad aliquem alicui*, einem befehl oder gewerb an einen geben, Cic. 3 fam. epist. 11. *Dare mandata alicui de magnis rebus*, Idem in Philipp. 8 cap. 7. *Accipere mandata ad aliquem*, Quintil. lib. 3 cap. 16. *Mandata conficere*, Cic. 9 Philipp. cap. 3. Et, *exsequi mandata*, ibidem cap. 4 extr. *Venire cum mandatis*, Idem 4 Verrin. c. 64. Et, *Habere mandata ab aliquo*, 2 Philipp. c. 34.

¶ Mandatus, mandatu, nomen, apud JCtos sæpius, idem quod mandatum, ein geheiß, befehl: ut, *Mandatu creditorum*, Lege 32 Dig. Mandati vel contra. *Mandatu meo*, ibidem Lege 45 pr.

¶ Mandatio, ōnis, idem. Julianus leg. 37 pr. Dig. de acquir. rer. dominio: *Nec stipulatione, nec mandatione.*

¶ Mandator, ōris, ein befehlhaber, befehlgeber. Tertullianus lib. 3 adv. Marc. cap. 2 *Nec missus credetur, quem nunquam mandator designavit, nuncupaturus pater & designaturus mandator si fuisset.* ¶ 2. Et Impulsor, ein anstiffter; ut, *Mandator delationis, cædis.* Sic enim Jureconsulti veteres utuntur, quos vide: itemque Sueton. Tito cap. 8 *Inter adversa temporum, & delatores mandatoresque erant ex licentia veteri.*

¶ Mandatrix, īcis, eine gebieterin. Claudianus 4 Consul. Hon. v. 235 *Mandatrix operum.*

Composita:

¶ Amando, are, ablegare, cum mandatis mittere, abfertigen, verschicken. Cic. ad Attic. 7 ep. 13 *De Ciceronibus nostris dubito quid agam, nam mihi interdum amandandi videntur in Græciam.* Idem ad Quir. post red. cap. 4 extr. *Spiritu duntaxat vivit: re quidem infra omnes mortuos amandatus est.*

¶ Amandatus, a, um, weggeschickt. Cic. pro Domo cap. 25 *Me expulso, Catone amandato.* Gellius 12 cap. 1 *Amandati ad nutricem aliam filii oblivio.*

¶ Amandatio, ōnis, eine abfertigung. *Relegatio atque amandatio*, Cic. pro Rosc. Amerino cap. 15.

¶ Commendo, are, treulich befehlen, anbefehlen, plus enim est, quam *committere.* Nam proprie nihil aliud est, quam deponere, ut Vlpianus docet leg. 186 Dig. de verb. signif. & Papinianus Lege Lucius 24 Dig. Depositi vel contra. Seneca epist. 27 *Bona mens nec commendatur, nec emitur.* Malit tamen Lipsius *commodatur* pro *commendatur* legi: ut sensus sit, nec usu, nec mancipio bonam mentem dari. Justinus lib. 35 cap. ult. *Initio belli Demetrii, duos filios apud Gnidium hospitem suum cum magno auri pondere commendaverat, ubi belli periculis eximerentur, &, si id fors tulisset, paternæ ultioni servarentur.* Phædrus 1 fab. 18 v. 2 *Calumniator ab ove cum peteret canis, quem commendasse panem se contenderet*; alii *commodasse* legunt. Augustin. lib. 5 Dulciloquiorum cap. 18 *Veni ad partes ejus, ubi commendavi affectiones proximi mei*; id est, deposui. Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 2 v. 47 *Ego tuæ commendo & committo fidei*, ich empfehle und ergebe mich dir in deine treue. *Commendo tibi ejus omnia negotia, liberos, opes, fortunas*: &, *Commendare se, filios suos alicujus fidei, virtuti, tutelæ*, Ciceronis sunt. *In clientelam alicujus se commendare*, Terent. Eunuch. a. 5 sc. 8 v. 9, sich in eines schutz und schirm befehlen. *Perge, ut agis, nomenque tuum commenda immortalitati*, Cic. lib. 10 epist. 12 ad Plancum, mache dir einen ewigen nahmen. ¶ 2. Frequenter & de morituris usurpatur hoc verbum, qui liberos aliosve suos tutandos fovendosque aliis tradunt. Cæsar 2 de B. C. cap. 41 extr. *Hi de sua salute desperantes, ut extremo vitæ tempore homines facere consueverunt, aut suam mortem miserabantur, aut parentes suos commendabant*, &c. Cicero 3 de Off. cap. 10 *Et is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum caussa postulavisset.* Et Hirtius de B. Afric. cap. 88 *Ipse, omnibus rebus diligentissime constitutis, liberis suis L. Cæsari commendatis, ferrum in cubiculum tulit, atque ita se trajecit.* ¶ 3. Sed, *commendo te apud regem*, id est, laudo, probo, ich lobe dich bey dem könige, Vall. lib. 3 cap. 45. Horatius 1 epist. 18 v. 76 *Qualem commendes, etiam atque etiam adspice*, &c. Curius ad Cic. lib. 7 fam. epist. 30 *Quare mi Cicero, persevera constanter nos conservare, Sulpicii successori nos de meliore nota commendare*, zum treulichsten und besten zu commendiren. Cic. de Clar. Orat. cap. 59 *Nulla re magis orator commendatur, quam verborum splendore & copiâ*, er wird um keines dinges willen mehr gerühmet und gelobet, &c. Idem 1 de Orat. cap. 59 *Eloquentiam vox maxime commendat*, es macht angenehm. Sic, *Modestia, silentium, adolescentes maxime commendat*, es macht beliebt.

¶ Commen-

¶ Commendatus, a, um, anbefohlen, belobt; ut, *Habere aliquem commendatum*, ihm einen lassen befohlen seyn, Trebon. ad Cic. 12 fam. ep. 16. *Dignitatem meam commendatam tibi habeas*, Cassius ad Cic. 12 fam. epist. 12. *Commendatus litterarum honore*, Plin. 35 cap. 18. Ambros. lib. de Tobia cap. 20 *PIGNUS dicunt, quod pro mutuo ære susceptum est: COMMENDATUM autem & DEPOSITUM, quod custodiæ caussa alicui commissum.* Compar. *Commendatioris famæ esse*, Plin. lib. 25 cap. 10. *Civitas commendatior*, lieber und angenehmer. *Rogo, ut habeas eos a me commendatissimos*, Cic. ad Cornificium lib. 12 fam. epist. 26.

¶ Commendatio, ōnis, die empfehlung, lob-schrifft, commendation-schrifft. Cic. ad Lentul. lib. 1 fam. ep. 3 *Nostra ceterorumque amicorum commendatione gratissimus in provincia fuit.* Idem 2 Offic. cap. 13 *Prima commendatio proficiscitur a modestia, pietate*, &c. id est, prima laus, das erste lob, die erste gunst, 2c.

¶ Commendator, ōris, ein förderer. Symmach. lib. 1 epist. 40 *Amicum meum promtus commendator insinuo.* Et Vopiscus in Probo c. 2 *Omnes tenebræ possiderent ac tegerent, nisi commendatores eorum historici exstitissent.*

¶ Commendatrix, īcis, eine förderin; ut, *Lex commendatrix virtutum*, Cic. lib. 1 de Legibus cap. 22. *Miraculorum ferax commendatrixque terra*, Plin. lib. 8 epist. 20.

¶ Commendātitius, a, um, lobend, förderlich; ut, *Litteræ commendatitiæ*, Cic. lib. 5 fam. ep. 5. *Statueram nullas ad te litteras mittere, nisi commendatitias*, eine vorschrifft, lobschrifft, vorbitte. Plato, cum Heliconi cuidam Cyziceno ad Dionysium litteras dedisset commendatitias, eumque ut humanum ac modestum laudasset, in fine adjecit: *Hæc tibi scribo de homine animante natura mutabili*, γράφω δέ σοι ταῦτα περὶ ἀνθρώπου ζώου φύσει εὐμεταβόλου, Plutarch. lib. de vitiosa verecundia.

¶ Commendatōrius, a, um, idem. Sidon. Apollin. 9 epist. 10 *Quem litteris non commendatoriis minus, quam refusoriis jam placatus insinuo.*

¶ Commendabilis, e, rühmlich, lobenswerth. Livius lib. 42 cap. 5 *nullo commendabilis merito.* Et, *Quæ commendabilia apud Africanum erant*, Idem lib. 37 cap. 7. *Cantu commendabiles aviculæ*, Val. Max. lib. 9 cap. 1 n. 2. *Commendabiliorem injuria patientiam facit*, Nazarius Panegyr. Constantini cap. 12.

¶ Incommendatus, a, um, non commendatus, unanbefohlen. Ovid. 11 Metam. v. 434 *incommendataque tellus*
Omnis, & omne fretum.

¶ Demando, are, diligenter, prorsus mandare, gantz und gar befehlen. Liv. 8 ab urb. cap. 36 *Curam eorum nominatim legatis, tribunisque & præfectis demandabat.* Idem lib. 5 cap. 27 pr. *Plures pueri unius curæ demandabantur.*

¶ Præmando, are, prius mandare, zuvor befehlen. Legitur in Epistola Vatinii ad Cic. lib. 5 fam. ep. 9 *Dicitur mihi servus tuus Vardæis esse, de quo tu mihi nihil mandasti, ego tamen terra marique, ut conquireretur, præmandavi.*

¶ Remando, are, zurück entbieten. Eutrop. lib. 2 cap. 7 n. 6 *Remandatum Pyrrho a senatu est.* Usus & vulgatus interpres Es. 28 v. 10 pro iterato mandare, *Manda, remanda*, &c.

MANDO, mandi, mansum, mandĕre, dentibus conficere, käuen, beissen. Virg. 4 Æn. v. 135 *Stat sonipes & frena ferox spumantia mandit.* Cic. 2 Nat. Deor. cap. 54 *Dentibus manditur, extenuatur & mollitur cibus.* Vet. Gloss. *mandit*, μασᾶται.

¶ Mansus, a, um, gekäuet, zerbissen. Cic. 2 de Orat. cap. 39 *Qui omnia minima mansa, ut nutrices infantibus pueris in os inferant.* Quintil. 10 cap. 1 *Cibos mansos ac probe liquefactos demittimus.*

¶ Mansĭto are, frequentat. fressen. Plaut. Amph. Supp. sc. DI vostr. v. 4 *Et sævas belluas mansitasse.*

¶ Mando, ōnis, edax, ein esser. Lucilius & Varro apud Nonium c. 1 n. 58 *magnæ mandonum gulæ.*

¶ Mandĭbŭla, æ, & Mandibulum, i, quæ & maxilla, in qua siti sunt dentes, der kinnbacken. Macrobius lib. 7 Saturn. cap. 4 *Virtus καθεκτικὴ deorsim trahit cibaria confecta mandibulis.* Idem de Somn. Sc. lib. 1 cap. 6 *Post septem menses dentes incipiunt mandibulis emergere.*

¶ Mandūco, are, idem quod mandere, essen. Suet. in Aug. *In balneo duas bacceas manducavi prius quam ungi inciperem*, ich habe zween bissen brods gessen. ¶ *Manducari* pro *Manducare* deponens est apud antiquos, Pompon. Lucil. & Afran. apud Nonium cap. 17 n. 79.

¶ Mandūcus, i, mando, edax, ein fresser. Pompon. *Magnus Camillus, manducus, cauterius.* vide Nonium cap. 1 n. 58. ¶ 2. *Manducus* apud Plautum Rudente a. 2 sc. 6 v. 51 dicitur μορμολύκειον, quod in ludis circumferebatur inter cæteras ridicularias, & formidolosas personas, maxillis magnis, latisque dehiscens, & clare crepitans dentibus, &c. ein popelmann, popantz, ruprecht. Verba Plauti sunt: *Quod si aliquo ad ludos me pro manduco locem?* Vide Festum, Scaligerum in Conjectan. Meursium Mantissa ad lib. de luxu Roman. cap. 12. Boxhorn. ad Plaut. Rudent. p. 924. Et supra in *Arco*.

¶ Mandūco, ōnis, idem qui manducus, edax. Apulejus lib. 6 Miles. sub fin. *De isto asino, semper pigro quidem, sed mandacone summo.*

¶ Mandūcum, i, obsonium apud veteres dicebatur, die kost, speise. Varro de L.L. 6 cap. 5 *A mandendo in Atellanis obsonium vocant manducum.*

¶ Mandalia, ium, frustilla, bißlein. Valer. Plin. 1 cap. 6 *Facere mandalia.* Adde lib. 2 cap. 37, & confer Reines. Var. Lect. 2 cap. 8, & Barth. Advers. 1 cap. 14.

Composita a *Mando* & *Manduco*:

¶ Commandūco, are, käuen, zerbeissen. Plinius 19 cap. 8 *Cum ob religionem minime commanducarent.* Et Scribon. Largus compos. 55 *commanducare herbam.* ¶ *Commanducari* deponens Lucilio vide apud Nonium cap. 17 n. 89.

¶ Commanducatus, a, um, gekäuet, zerbissen. Plin. 24 cap. 4 *Nucleus commanducatus dentium dolorem sedat.* Et 20 cap. 4 *mandendo commanducatum.*

¶ Præmando, ĕre, vorkäuen. Gellius lib. 4 cap. 1 *Si idem me tibi præmandere, quod ajunt, postulas.* Hinc natum adagium: *Præmansum in os inserere*, quod Erasmus commendat Centur. 5 n. 33, einem was gantz deutlich einkauen und einstreichen. Nam & Cicero lib. 2 de Oratore cap. 39 de institutione doctrinæ ita fere locutus est. vide paullo ante *Mansus*.

¶ Remando, ĕre, wiederkäuen. Quintil. lib. 11 cap. 2 de memoria: *Pueri statim quamplurima ediscant, & quæcunque ætas operam juvandæ studio memoriæ dabit, devoret initio tædium illud & scripta & lecta sæpius revolvendi, & quasi eumdem cibum remandendi.* Plin. 10 c. 73 *Pontici mures simili modo remandunt.*

¶ Supermando, ĕre, auf etwas essen, nachkäuen. Plin. 31 cap. 6 *Raphanos supermandi jubent*, man soll rettiche drauf essen.

MANDŎNIUS, i, dux Hispanus, qui cum Indibili partes Romanorum in Hispania juvit, quem, cum seditionem agitasset, Scipio castigatum verbis dimisit. vid. Liv. lib. 29, & Sil. Ital. 3 v. 376.

MANDRA, æ, μάνδρα, stabulum & receptaculum quodcunque significat pecudum, seu gregem ipsum, ein viehstall, schaafhürde. Martial. lib. 5 epigr. 22 *Vixque datur longas mulorum vincere mandras.* Laur. Novar. Homilia de Pœnitentia: *Quæ sunt istæ oves, quæ sunt de mandra mea.* ¶ Martiali lib. 7 epigr. 72, & Panegyrici ad Pisonem auctori *Mandræ* etiam dicuntur sedes & septa, in quæ distinctæ tabulæ lusoriæ sunt, atque in quibus discolores calculi collocantur. vide Salmas. in Vopisci Proculum.

¶ Archimandrita, vide supra in A.

MANDRĂGŎRA, æ, μανδραγόρας, herba, quæ & Circæa dicitur, Germanis, alraun. *Cujus inter venenum & soporem media vis est*, uti Frontin. lib. 2 Stratagem. cap. 5 n. 13 affirmat. Apulej. lib. 10 Met. *Dedi non venenum, sed somniferum mandragoram, illum gravedinis compertæ famosum, & morti simillimi soporis efficacem.* Radix ejus humanam formam non refert, sed ejusmodi forma ex aliarum plantarum radicibus ab impostoribus fingitur. Matthiol. ¶ *Bibere mandragoram; Sub mandragora dormire*, est, in negotio segnem esse & dormire, träg, faulseyn. Luciani est, ὑπὸ μανδραγόρᾳ καθεύδειν. Inest enim mandragoræ vis somnifica. vide Chiliadas.

MANDRO, ōnis, nauta, adspirante fortuna tandem factus est imperator. Unde etiam factus est adagio locus: *Fuit & Mandroni ficulna navis.* In eos hoc dicitur, qui præter meritum ad opes evecti pristinæ conditionis non meminerunt.

Manducare, manduco, manducus, vide paullo ante in *Mando*, *ĕre*.

MĀNE, πρωΐ, ἕωθεν: a *manando*: quod tum manet dies ab oriente. Nisi potius quod bonum antiqui *manum* dicebant. Varro lib. 5 de L. L. cap. 2. Macrobius lib. 1 Saturn. cap. 3 etiam a *diis manibus* deducit: quod tum lux a *manibus* sive inferioribus locis emergat. conf. Festus & Nonius cap. 1 n. 337. Instar adverbii est, sed tamen epitheta fert ut nomen. Sic, *Multo mane*, Cic. lib. 5 ad Att. epist. 4. *Clarum mane*, *Obscurum mane*, vide paullo post. *Eo die mane*, Cicer. lib. 11 Attic. epist. 12; & *Hodie mane*, ad eumdem lib. 13 epist. 9, heute früh: &, *Bene mane hæc scripsi*, ibidem lib. 4 epist. 9 extrema, eben früh. Revera autem primarioque nomen est, significans primam diei partem post tenebras noctis. ¶ *Mane* etiam dicitur illud tempus, quod diluculum sequitur, cum sole orto jam lucet, der helle morgen. Persius sat. 3 pr.

Jam clarum mane fenestras
Intrat, & angustas extendit lumine rimas.

Martialis lib. 1 epgr. 50 v. 36 *Sed mane totum dormire.*
Sic, *sub obscuro mane*, Columella lib. 7 cap. 12, &, *a mane diei*, Hirtius, sive Oppius dicit de Bello Africano c. 42. Donatus in Ter. Phorm. a. 1 sc. 1, auctor, veteres in sexto casu *manu & mani* dixisse: ut *vespere & vesperi: luce & luci: tempore & tempori:* Utrumque enim & *manus* & *manis* dixerunt pro bono. A *manis* igitur *mani* est.

¶ Manius, i, prænomen, dictum est ab eo, quod mane quis initio natus sit, sicut *Lucius*, qui luce, Festus & Varro de L. L. 8 cap. 38. Idem Festus meminit Manii, qui agrum Nemorensem Dianæ consecravit, a quo multi & clari viri orti.

¶ Manico, are, früh kommen: habet Vulg. Interpr. Luc. 21 v. 38. Et Chrysolog. Serm. 82 *Tunc sol ut mane faceret, manicavit.*

¶ Matutinus, vide infra *Matuta*.

MĂNEO, mansi, mansum, manēre, μένω, loco insistere, bleiben, fußhalten, stille stehen. *Paullisper mane*, i. e. exspecta, Terent. Adelph. a. 2 sc. 2 extr. warte ein wenig. *Mane pulvillum*, i. e. dum pulvillum apponatur, quo sedeas, Plautus Sticho a. 1 sc. 2 v. 37. Terentius Eunuch. a. 3 sc. 3 v. 28 *Apud nos hic mane, dum redeat ipsa.* Item: *Maneas apud me cum tuis*, Cicer. ad Attic. lib. 4 extremo. *Domi manere oportet belle fortunatum*, vide Chiliad. ¶ 2. *Manere aliquem*, exspectare est, auf einen warten. Terent. in Phorm. a. 3 sc. 1 v. 36 *Mansurus patruum pater est, dum huc adveniat*, er wird auf den vetter warten. Sic, *Pœna te manet*, i. e. debetur tibi, imminet, Tibull. 1 eleg. 8, die straffe wartet auf dich. Virg. Æn. 7 v. 596 *Te, Turne, nefas, te triste manebit supplicium.* Livius 10 cap. 35 *Qui nudus & inermis hostem maneat*, &c. Idem subintellecto accusativo personæ lib. 24 c. 22 extremo: *Periculum ingens manet, nisi communi concordiæ consulitis*, es ist grosse gefahr zu besorgen. *Omne malum vindicta manet*, auf übelthat wartet Gottes rach und straffe, Herodoti est, τίς οὐκ οἶδεν, μένει τὸ κακὸν δίκη. *Manere in officio*, sich seiner gebühr nach verhalten, Nepos 9, 3, 1. Et, *In fide & officio manere*, Livius lib. 28 c. 24. ¶ 3. *Manere* pro inhibere ineptum, Plautus dixit Milite a. 5 v. 10, PE. *Mentitur: feri.* PY. *Mane, dum narro.* *Mane*, halt inne. ¶ 4. Cum dativo *Manere* idem est ac durare, superesse, contingere. Sic, *Aliis ritus patrii mansit custodia*, Vellej. 1, 4, 2. *Manent immota tuorum fata tibi*, Virg. Æn. 1 v. 257. *Contentio mihi manet cum illo*, id est, durat, der hader währet noch, Cicero Antonio sub ep. 13 lib. 14 ad Atticum. conf. Borrich. Vindic. p. 135. ¶ 5. *Manere* etiam dicimur, ubi per noctem cubamus, sive quiescimus, unde & *mansiones* Latinis, quæ nobis nachtlager appellantur. Sueton. Cæsare cap. 39 *Tantum undique confluxit hominum, ut plerique advenæ, aut inter vicos tabernaculis*

positis,

positis manerent. Idem Augusto cap. 72 *Eodem cubiculo hieme & æstate mansit.* Et eod. c. 72 *Matutina vigilia offendebatur: ac si vel officii vel sacri caussa maturius evigilandum esset, ne id contra commodum faceret, in proximo cujuscunque domesticorum cænaculo manebat,* i. e. cubabat. Horat. lib. 1 od. 1 v. 25

manet sub Jove frigido
Venator, teneræ conjugis immemor.

Hinc *manere cum aliqua*, sive *apud aliquam*, concumbere est. Donatus ad illud Terentii in Andria a. 2 sc. 5 extr.

Si se illam in somnis, quam illum, amplecti maluit:

Dicet, inquit, *quod vulgo dicitur*, Cum ILLA MANERE: Cum ILLA DORMIRE. Seneca lib. 3 de Beneficiis cap. 16 *Quam invenies tam miseram, tam sordidam, ut illi satis sit, unum adulterorum par? nisi singulis divisit horas & non sufficit dies omnibus? nisi apud alium gestata est, apud alium mansit?* Huic contrarium, *manere ab aliquo*, id est, secubare, (alleine schlaffen:) Capitolinus in M. Antonino cap. 7 *Per viginti & tres annos in domo patris ita versatus, ut ejus quotidie amor cresceret, nec præter duas noctes, per tot annos ab eo mansit diversis vicibus.* ¶ 6. *Manere promissis*, est stare promissis, seine zusage halten: Virg. 2 Æn. v. 160

Tu modo promissis maneas, servataque serves
Troja fidem.

Vbi *Promissis manere*, Servius *in promissis manere* interpretatur. Idem Virg. 8 Æn. v. 643 *at tu dictis, Albane, maneres:*
Similiter Græci ἐμμένειν νόμῳ: ἐμμένειν ὅρκῳ dicunt: *legem & jusjurandum servare.* Vid. de his, & similibus formulis Pricæus ad Apulej. Milef. 2 p. 110, & Gronov. ad Stat. Thebaid. lib. 6 v. 630.

¶ Mansurus, a, um, immerwehrend, beständig. Ovid. Met. 5 v. 227

Mansura dabo monumenta per ævum.

Idem Amor. 3 eleg. 15 v. ult. *Opus post mea fata mansurum.* Virg. Æn. 3 v. 86 *Da mansuram urbem.* Lucan. 8 v. 74 *Fama mansura in secula.* Stat. 4 Silv. 2 v. 3 *Mansurum carmen*, i. e. immortale.

¶ Mansus, a, um, geblieben. Terent. Heaut. a. 1 sc. 2 v. 26 *ut ut erat, mansum tamen oportuit.*

¶ Mansio, ōnis, die bleibung. Terent. in Phorm. a. 5 sc. 8 v. 23 *Haccine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ Lemni?* bedeutet das das stete reisen, und lange aussenbleiben? Et Cic. 4 fam. epist. 4 *Is mecum sæpe de tua mansione, aut discessione communicat.* ¶ 2. Et *Mansio* locus, ubi confecto itinere diurno per noctem quiescebant. das nacht-lager, quartier, herberge. Apulejus lib. 1 de A. A. *Sumo sarcinulam: & pretio mansionis stabulario persoluto, capessimus viam*, herberg-geld. Plin. lib. 12 cap. 14 *Mansionibus octo distat.* Sulpitius Severus Dial. de Virtutibus Monach. Orient. cap. 4 *Bethleem ab Alexandrea sedecim mansionibus abest.* vide Salmas. Exercitat. Plin. p. 495.

¶ Mansor, ōris, hospes, ein gast. Sedulius lib. 5 v. 495

Et faciat tenues tanto mansore capaces.

¶ Mansĭto, are, frequentativum, verbleiben. Tacitus Annal. 8 c. 44 *unà mansitasse:* & Annal. 14 cap. 42 *sub eodem tecto mansitaverat.* Adde Tertullian. de Anima cap. 57.

¶ Manto, are, aliud frequentat. pro sæpe manere. ex Cæcilio apud Festum, & Nonium cap. 10 n. 9. Et apud Plautum Most. a. 1 sc. 2 v. 35, item Pseud. a. 1 sc. 3 v. 22, &c.

¶ Mansionarius, i, qui præstat mansionem, qui missum excipit tecto, qui villas gubernat, der wirth. vid. Voss. de Vit. L. L. 3 cap. 23 p. 511. Fulgent. 3 Myth. adjective: *ignoto atque mansionario uti conjugio.*

Composita:

¶ Commăneo, ēre, bey einander bleiben; inusitatiore verbo usus est Augustinus de Civ. Dei lib. 22 cap. 8, post initium, *quocunque commanentium loco.* Et Macrobius Saturn. lib. 6 cap. 8 *qui in domo commanent.*

¶ Emăneo, ēre, aussenbleiben. Gloss. Vet. *Emaneo*, ἐκκοιτῶ, ἀπομένω. Est fere militum extra castra manentium. Vide

¶ Emansio, ōnis, die wegbleibung. Est Jurisconsultorum, v. g. Digest. de Re militari Lege 4 § 14 Arrius Menander: *Levius delictum emansionis habetur, ut erronis in servis; desertionis gravius, ut in fugitivis. Examinantur autem caussa semper emansionis, & cur, & ubi fuerit, & quid egerit.* Et

¶ Emansor, ōris, ein verlauffener soldat. Modestinus l. 3 §. 2 Dig. de Re milit. *Qui diu vagatus ad castra regreditur.* Gloss. gr. lat. ἐξώκοιτος, *emansor.* Sed

¶ Emĭneo, ui, ēre, cum derivatis; ut & Imminere, Præminere, Prominere, quæ analogiam verbi *Maneo* non habent, rectius evolvuntur infra in antiquo verbo *Mineo.*

¶ Intermăneo, ēre, zwischen etwas bleiben. Lucan. lib. 6 v. 47

Defessus Cæsar mediis intermanet agris.

¶ Permăneo, ēre, überbleiben, beharren, perseverare. Terent. in Hecyr. a. 3 sc. 1 v. 25 *Ira inter eos intercessit, quæ tam permansit diu,* der so lange gewähret. *Mos permansit*, Cic. de Leg. 2 cap. 25. Sic, *Permanere in amicitia, in eadem mente, in sententia, in incepto, in proposito susceptoque consilio*, auf einem sinn, auf einer meynung und anschlag beharren, Cic. passim: v. g. lib. 2 de Orat. cap. 6 *In qua permaneo, Catule, sententia.* Et Lucejus Ciceroni 5 fam. epist. 14 *Cupio deterrere, ne permaneat in incepto.* Et, *Permanere in officio*, Cæsar lib. 5 B. Gall. cap. 4. *Permanere tenoris sui*, Sen. epist. 77.

¶ Permansio, ōnis, die verbleibung. Cic. 2 de Invent. cap. 54 *Perseverantia est in ratione bene considerata stabilis & perpetua permansio.*

¶ Remăneo, ēre, zurück bleiben. Cic. 1 Tuscul. cap. 12 *Animi remanent post mortem.* Lucret. lib. 3 v. 403

At manet in vita, cui mens animusque remansit.

¶ Remansio, ōnis, die zurückbleibung. Cic. pro Ligario cap. 2 *Profectio certe animum tuum non debet offendere. Num igitur remansio?*

¶ Remansor, ōris, in militia idem qui *Emansor.* Lege 4 § 13 Dig. de Re militari: *Edicta Germanici Cæsaris militem desertorem faciebant, qui diu afuisset, ut is inter remansores haberetur.*

¶ Subremaneo, ēre, dahinten bleiben. Tertull. de Anima cap. 18 *a qua nec in fine subremanet.*

MĀNES, manium, plural. animæ corporibus exutæ sunt poëtis, quæ in corpore dicuntur *Genii*, geister, die seelen der verstorbenen; ab antiquo *manis*, vel *manus*, quod *bonum* significabat, Festo auctore in *manare*, & Nonio cap. 2 n. 337. De his Propert lib. 4 eleg. 7 pr.

Sunt aliquid manes, letum non omnia finit,
Lucidaque evictos effugit umbra rogos.

Virg. Æn. 6 v. 743 *Quisque suos patimur manes*, ein ieder hat seine plage. Ad quem locum Servius: *Manes supplicia, quæ sunt apud manes.* Prima in Manes semper producitur; Solus Lucretius, ut notat Erythræus in Virg. Ind. corripuit lib. 3 v. 52

Et nigras mactant pecudes Manibusque Deisque.

At Gifanius legit, *& Manibu' divis.* ¶ 2. *Manes* Dii ab auguribus vocabantur, quod eos per omnia manare credebant, eosque Deos superos atque inferos dicebant. Festus. Cic. de Leg. 2 cap. 9 *Deorum Manium jura sancta sunto.* Sunt & lactentium Dii Præsides. Cato de liberis educandis:

Hisce manibus lacte fit, non vino:
Cuninæ propter cunas; Ruminæ propter rumas.

¶ 3. Pro laboribus, *Manes* posuit Silius lib. 2 v. 588

ceu prodita tecta
Expulsi fugiant Manes.

Vide ibi Heins. & de Manium evocationibus, seu sacro Romano inferis facto, Barth. ad lib. 4 Thebaid. Statii p. 1088 & 1108. Accurate de Manibus etiam Salmas. ad Solin. p. 412; quem vide.

¶ Mania, æ, mater Larum, quam capitibus allii aut papaveris placabant, aut effigie suspensa, cum olim capite humano placari soleret. vide Varr. de L. L. 8 cap. 38, & Macrob. Saturn. lib. 1 cap. 7. ¶ 2. *Mania, æ*, insania est sive furor, unsinnigkeit. *Græci* μανίαν *unde appellent*, scribit Cicero Tuscul. 3 cap. 5, *non facile dixerim*, &c. ¶ 3. *Maniæ* etiam dicuntur infantum terriculamenta, der popantz. Festus prolixe. *Maniæ turpes deformesque personæ. Manias Ælius Stilo dici ait ficta quædam ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant, quas alii* Maniolas *appellant. Manias autem, quas nutrices minitantur pueris parvulis, esse larvas, i. e. Manes, quos deos deasque putabant, quosque ab inferis ad superos emanare putabant.* conf. Cœl. Rhodig. 17 cap. 4.

¶ Maniōsus, a, um, unsinnig. Ammianus 28 cap. 4 *Quid faciat maniosus & nequam.* Sed lectio variat.

¶ Immānis, e, ferus, importunus, teter, scheußlich, greulich. *Immanis ac tetra bellua*, Cic. 4 Tusc. c. 20. Et, *Immanis ac barbara natio*, lib. 1 ad Q. frat. ep. 1 cap. 9, ein greulich und grobes volck. *Immane facinus*, Cicer. pro S. Rosc. cap. 24 extr. *Voluptatem immanissimus quisque sequitur*, Idem in Partit. Orat. cap. 25. Et, *Bestiis immanioribus uti*, Idem pro Rosc. Am. cap. 26. Et, *Bellua immanissima*, Plin. Panegyr. c. 48. ¶ 2. Idem est atque ingens, stupendus, innumerabilis; ut, *Immane antrum. Immania templa*, hoc est, ingentia, Virg. 4 Æn. v. 199. Ita *Græciam immanem* Attius dixit; & Eumenius pro Restaur. Schol. cap. 4 *molem restitutionis immaniorem:* Et Cic. Philipp. 2 c. 25 *immania pocula.* Adde Ovid. Trist. lib. 2 v. 335 *Immania Cæsaris acta condere.* Frequens vox Vellejo: e. g. 2, 46, 1 *immanes res agere.* Et mox § 3 *Immanes copiæ equitum*, überaus groß, unzehlich viel. Sic 2, 51, 1 *Immanis exercitus.* Et 2, 59, 6 *Immanis frequentia amicorum*, i. e. maxima. Et 2, 69, 6 *Rem immanis operis cœperat.* ¶ 3. *Immane quantum*, pro valde, vehementer, sive in modum maximum, græca loquendi ratio est. Horatius lib. 1 od. 27 v. 6

Vino, & lucernis Medus acinaces
Immane quantum discrepat.

Sallustius fragm. lib. 2 Hist. *Immane quantum animi exarsere.* Apulej. Apolog. *Quod quidem matrimonium nostrum Æmiliano huic immane quanto angori, quantæque invidiæ fuit.* Similiter Cicero *mirum quantum* dixit. vid. Vechneri Hellenolexias lib. 1 cap. 17.

¶ Immānĭtas, ātis, feritas, crudelitas, die grausamkeit. *Gentes immanitate efferatæ*, Cic. Nat. D. lib. 1 cap. 23, wilde und greuliche leute. *Vitiorum immanitas*, Idem pro Cœlio cap. 6. Est illud vitium, quo homo humanitatem plane exuit, & in naturam efferatissimarum belluarum transit; sicut contra heroicâ virtute, humanæ virtutis modum excedit, & Deo fit similis. vide peculiarem tractationem de *Immanitate* Joviani Pontani.

¶ Immāniter, adverb. greulich, wild. *Immaniter clamare*, Gell. lib. 1 cap. 26. Et Augustinus Confession. lib. 10 cap. 37 *Perdite & immaniter vivere*, wild leben. *Immanius efferescunt*, Ammianus lib. 18 cap. 17.

¶ Submānus, vel Summānus, i, hoc est, Pluto, sic quasi summus manium appellatus, ut Turnebus interpretatur lib. 11 cap. 7, qui omnes avarissime rapit in suum thesaurum. Ejus tamen tamquam incerti alicujus Dei, & de quo non constaret, qui esset, Ovidius meminit 6 Fastor. v. 733. De eo & Cicero 1 de Divinat. & Plin. lib. 2 cap. 52, itemque lib. 20 c. 4. Mentionem ejus & Plautus fecit Curc. a. 3 v. 43 seqq. & Bacch. a. 4 sc. 8 v. 54. conf. Dalech. ad Plin. lib. 2 cap. 52, & Augustin. de C. D. 4 cap. 23.

¶ Summāno, are, id est, Summani more avide rapere & furari, rauben. vide Plaut. Curc. a. 3 v. 46, & Taubm. ad h. l. & Arnob. lib. 6 p. 191.

¶ Summanālis, e, i. e. Plutonius; ut, *Summanalia liba, farinacea in modum rotæ ficta.* Festus.

MĂNES, ētis, Μάνης, Persa fuit genere, hæreticus, dæmoniacus & insanus, quemadmodum nomen ipsum testatur. Fuit temporibus Aureliani & Probi Impp. sub annum Christi trecentesimum. Auctor fuit insani dogmatis, de Deo bono & malo. Vivus excoriatus est arundine a rege Persarum, cum filio ejus gravi & desperato morbo laboranti, incantamentis fretus, liberationem promisisset, sed is inter manus ipsius fuisset extinctus. Epiphan.

¶ Manĭchæi, orum, a Manete, sectatores ejus nominati sunt, quos in Græcia, vitandi insaniæ nominis caussa, *Manichæos*, hoc est, *Manna fundentes*, se dixisse Augustinus scribit, Manicheer. Adde Prudent. Apoth. v. 1025 & 1043, & Cœl. Rhodig. 1 cap. 14, & 18 cap. 18.

MĀNĔTHO, ōnis, vel Manethus, i, Sebennita, scripsit historiam Ægyptiacam.

ptiacam. ¶ Alius Mendesius dictus, de quo Suidas. De utroque vide Voss. de Hist. Gr. 1 cap. 14, & de Poët. cap. ult.

MANGANVM, i, μάγγανον, instrumentum ad jacienda tela, ut ballista: item, ad torquendum. Usus hac voce Hegesippus est. vide Casaub. ad Suetonium p. 195.

MANGO, ōnis, ein trödler. Proprie canum educator & altor: Vet. Gloss. *mango*, κυνοτρόφος. ¶ 2. Deinde longius tractum, & ita dicti puerorum, sive servorum negociatores, Seneca epist. 80 in fine. [vid. supra *Leno*.] Martialis lib. 1 epigr. 59

Millia pro puero centum me mango poposcit.

Mangones mulorum, Suetonius Vespasiano cap. 4, & *Spadonum mangones*, Domitiano cap. 7. Sic, *Mangones gemmarum*, Plinius lib. ult. cap. ult. dixit.

¶ Mangōnium, i, artificium ipsum, quod rebus facilius vendendis adhibetur, putzwerck, Plinius 10 cap. 50.

¶ Mangōnĭcus, a, um, trödelhafft. Suet. Vespas. cap. 4 *ad mangonicos quæstus descendere.*

¶ Mangonīzo, are, ornare, ausputzen zum verkauff. Plin. 32 cap. 10 *Pueros mangonizavit sæpe obstetrix.*

¶ Mangonizatus, a, um, aufgeputzt, erneuert; ut, *mangonizatæ villæ*, Plin. 9 cap. 54. Et, *Equos mangonizatos venire videmus*, wenn sie glatt gestriegelt seyn, Idem 23 cap. 1.

Mania, vide paullo ante *Manes, ium.*

MANĬCA, æ, pars vestis, qua manus teguntur, ein ermel; a manu enim derivatur. Virg. 9 Æn. v. 616

Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ.

¶ 2. Sunt & manuum vincula *Manicæ*, daumenstocke, handschrauben, handeisen, χειροδῆκαι. Apulej. lib. 3 Florid. *Quid si manus manicis restringantur? quid si pedes pedicis coarctentur?* Virg. 2 Æn. v. 146

Manicas atque arcta levari

Vincla jubet Priamus.

Ita usus & Plautus est Mostell. a. 5 sc. 1 v. 17, & Horat. 1 epist. 16 v. 76.

¶ 3. Lucanus *Manicas* dixit, quas alii *manus ferreas* appellant; quibus utebantur ad retinendas constringendasque naves, haacken: Locus est lib. 3 v. 565. ¶ 4. Et *Manicæ* chirothecæ sunt, quibus adversus frigus manus muniuntur, χειροδῆκαι, muffe, handschuh. Plin. 3 epist. 5 *Cujus manus hieme manicis muniebantur.*

¶ Manicātus, a, um, das ermel hat; ut, *Tunica manicata*, ein rock mit ermeln, Cic. in Catil. 2 cap. 10. Eas apud Romanos veteres habere, flagitium erat, Augustino teste: militaribus enim viris parum conveniebant. Persis Curtius lib. 3 c. 3 n. 13 tribuit, ut mollitiem notaret.

¶ Manicleatus, a, um, idem; ut, *Manicleata tunica*, Isidor. 19 cap. 22.

Manichæi, vide paullo ante *Manes, ētis.*

Manico, are, vide supra *Mane.*

MANĬCON, i, μανικὸν, sthryæmi herbæ species, quam si quis drachmæ pondere sumserit, variæ ac lætitia plenæ species animo obversantur; quod pondus duplicatum, mentis excessum triduo affert; triplicatum mortem, Plin. 21 cap. 31.

Manicula, vide paullo post *Manus.*

MANĬFESTVS, a, um, clarus, apertus, handgreifflich, augenscheinlich, öffentlich, das am tage ist; ut, *Furtum manifestum*, Cic. 4 Verrin. c. 20. Gell. 1 cap. 11 extr. *Quo manifestior fieret securitas.* Et Quintil. lib. 3 cap. 8 *manifestius est, quam ut* &c. Et, *Manifestissimum scelus*, Idem Declamat. 14. Construitur sæpe cum genitivo casu, *crimine, culpa*, vel simili vocabulo subintellecto. Sallustius Jugurth. cap. 35 *manifestus tanti sceleris.* Et Tacitus 2 Annal. cap. 85 n. 3 *manifesta delicti uxor.* Idem Annali 15 cap. 60 n. 3 *manifestus conjurationis.*

¶ Manifeste & Manifesto, palam, perspicue, non obscure, klar, ausdrücklich; ut, *Manifeste deprehendere*, Cic. 3 Catil. cap. 11. *Manifesto compertum atque deprehensum facinus*, Idem pro Cluentio cap. 14, öffentlich entdeckte that. Comparat. *Manifestius* Taciti est 4 Histor. cap. 23, *quo discreta virtus manifestius spectaretur.* Idem lib. 1 Hist. cap. 88 *manifestius pavidi.* Adde Virgil. 8 Æn. v. 16. Superl. *Manifestissime* Hieronymi epist. 59 cap. 2 ad Avitum, & Apuleji in Apolog. p. 316 *Vt omnibus manifestissime pateat.* Sic & Augustinus Confess. lib. 12 cap. 17 *manifestissime apparent.*

¶ Manifestarius, a, um, idem quod *Manifestus*: ut, *Solœcismus manifestarius*, Gell. lib. 1 cap. 7. *Manifestarius fur*, Plaut. in Aulul. a. 3 sc. 4 v. 10.

¶ Manifesto, avi, atum, are, manifestum facere, offenbahren, entdecken. Justin. 41, 1, 2 *Hoc ipsorum vocabulo manifestatur.* Ovid. lib. 13 Met. v. 106 *Insidias prodet, manifestabitque latentem.*

¶ Manifestatio, ōnis, die offenbahrung. Sulpic. Severus Dial. 3 cap. 4 *Perculsus miser tantæ manifestatione virtutis.* Gloss. Vet. *Manifestatio*, φανέρωσις, φανεροποίησις. Et Augustinus lib. 20 Civ. Dei c. 30 *præsentiæ manifestatio.* Et Ambros. Serm. 18 de Temp. *Christi per stellam manifestatio.*

MANĪLIVS, i, Octavius, a quo Manilii fluxere, Tusculanorum dux & Tarquinii gener: Liv. lib. 1. ¶ 2. *C. Manilius*, Trib. plebis A.V.C. 627 legem tulit, pro qua oratio Ciceronis exstat. vid. Rosin. Ant. Rom. 8 cap. 3 & 4. ¶ 3. *C. Manilius* Antiochensis, insignis Mathematicus & Poëta, qui de Astronomicis libros quinque scripsit ad Augustum Cæs. vid. Voss. de Poëtis Lat. cap. 2 p. 36. ¶ 4. *T. Manilius*, Historicus, tempore Marii & Sullæ, in omni litterarum genere versatissimus. Plin. 10 cap. 11. Voss. de Hist. Lat. 1 cap. 9.

¶ Manilianus, a, um, adject. ut, *lex Maniliana*, Cic. de Orat. 1 cap. 58. Sæpius est *lex Manilia*, eidem in Orat. cap. 29, & in Bruto cap. 33 &c.

Maniosus, vide paullo ante *Manes, ium.*

MANĬPVLVS, i, & poëtice per syncopen Maniplus, i, a manu fit, & proprie significat manualem frumenti, stipulæ vel herbæ fasciculum, quem manu quis comprehendit metendo, eine handvoll, oder armvoll, eine garbe. vid. Isidor. 9 cap. 3. *Alligare fœni manipulos*, bündlein heu machen, Plin. 18 cap. 28. Adde Virg. 3 Georg. v. 297, & Colum. 11 cap. 2. ¶ 2. *Manipulus* ponitur pro exigua militum manu, quæ unum signum sequebatur, eine rotte knechte, corporalschafft, schaar. Terent. in Eunuch. a. 4 sc. 7 v. 6 *Vbi centurio est Sanga, & manipulus furum.* Vegetius 2 c. 13 *contubernium militum*, ait, *manipulum vocari ab eo, quod junctis manibus pariter dimicent.* Donatus: *MANIPVLVS proprie est militis: cum Romani & Latini sub uno centurione bellum aggressuri deputabantur, sibi sertam vel coronam ex manipulo herbæ vel hujusmodi conficiebant, quod pro signo sequebantur.* Plutarchus a Romulo hanc repetit rem p. 22, itaque Auctor de Origine gentis Rom. p. 17. Ovidius 3 Fastor. v. 113

Non illi (Romani) *cælo labentia signa tenebant;*

Sed sua (militaria:) *quæ magnum perdere crimen erat.*

Illa quidem fœno; sed erat reverentia fœno,

Quantam nunc Aquilas cernis habere suas.

Pertica suspensos portabat longa maniplos,

Vnde maniplaris nomina miles habet.

¶ Manipulāris, e, vel Maniplaris, zur rotte gehörig, &

¶ Manipularius, a, um, idem; ut, *Miles manipularis*, Cæs. 7 B.G. c. 50. Adde Ovid. c. l. *Judices manipulares*, Cic. 1 Philipp. cap. 8, richter die man aus einer rotte genommen. *Habitus manipularius*, Suet. Caligula cap. 9, eine feldtracht.

¶ Manipulātim, adverb. per manipulos, rottenweise. Liv. 2 cap. 53 *manipulatim excurrunt*: & lib. 8 cap. 8 *manipulatim structa acies.* Adde Tacit. Hist. 1 cap. 82, & Nonium cap. 2 n. 561.

¶ Commanipŭlus, i, qui & Commanipulo, ut mox dicemus; socius manipularis, ein rottgesell, der mit in einer compagnie ist. Vetus Inscriptio apud Gruter. p. 46 n. 10 REGRESSI CVM COMMANIPVLIS LIBENTES VOTVM SOLVERVNT. Et pag. 532 n. 1 TITVS COMMANIPVLVS ET HERES EIVS &c. Et contracte COMMANIPLVS p. 551 n. 4 apud eumdem Gruter.

¶ Commanipŭlo, ōnis, idem. Spartianus in Nigro cap. 10 *decem commanipulones securi percuti jussit.*

¶ Commanipulatio, ōnis, societas commanipulonum, die zusammenrottirung. Spartianus ibidem: *ut tota in expeditione in commanipulatione nemo focum faceret.*

¶ Commanipularis, is, idem qui commilito, in eodem manipulo, ein spießgesell. Tacitus 4 Hist. cap. 46 *prensare commanipularium pectora.* Inscriptio apud Gruter. p. 521 n. 9 C. IVLIVS PROCVLVS COMMANIPVLARIS. Et p. 555 n. 7 CVRAM EGIT SEPVLTVRAE C. VARIVS OPTATVS COMMANIPVLARIS EVOK.

Manius, vide supra *Mane.*

MANLIVS, i, Torquatus cognomine, cum esset Cos. filium suum securi percussit, quod speculatum ab eo missus, cum interdictione pugnæ, hostem, a quo provocatus fuerat, occidisset, Liv. lib. 8 cap. 7. Nimirum maluit pater carere forti filio, quam patriam disciplina militari. ¶ *Manlii* plures alii; ut *Marcus Manlius*, servator Capitolii contra Gallos, de quo Livius lib. 5 cap. 47; *Manlius Volso*, Galatarum victor, Idem lib. 38; & *C. Manlius* Catilinæ apud Fæsulas præfectus militum, de quo Cic. 1 in Catilinam cap. 3. De Manlia gente vid. Festus.

¶ Manlianus, a, um, adject. ut, *Manliana imperia*, Cic. de Fin. 2 c. 32, sic dicta aspera & immitia, a Manlio Torquato, ernst und scharff regiment. vid. Gell. 9 cap. 13.

MANNA, æ, μάννα, ros seu liquor est suavis ex aëre veniens sublucanis temporibus, atque arborum ramis & frondibus, herbis, lapidibus, & solo interdum adhærescens, ac brevi temporis spatio in grumas coalescens, süsser thau, so sich auf die bäume und kräuter setzet und hart wird. vide Salmasii de Manna commentarium. Ecclesiastice vertitur himmelbrod. ¶ 2. Sed *manna thuris*, micæ sunt thuris concussu elisæ, zermalmeter oder zertriebener weyrauch, Matthiol. conf. Reines. Var. Lect. 2 cap. 8.

MANNVS, i, & Mannulus, i, equus pusillus, ein füllen. Horat. epod. 4 v. 14 *Et Appiam mannis terit.*

Propert. lib. 4 eleg. 8 v. 15

Huc mea detonsis avecta est Cynthia mannis.

schürkämmichen. Plin. lib. 4 epist. 2 *Habebat puer mannulos multos, & junctos & solutos*, kleine rößlein. Vetus Scholiastes Horatii notat, eos vulgo *burdos, burdones*, item *burichios* dictos. Vetus Gloss. *mannis*, βυρίχοις.

MANO, avi, atum, are, defluere, triefen, rinnen, fliessen. *Aqua manat e fonte*, quemadmodum Tibullus lib. 3 eleg. 5 pr.

manat quæ fontibus unda.

Et Silius lib. 7 v. 709 *Manavere genis lacrymæ*,

die thränen lauffen über die backen. Cic. de Divinat. 1 cap. 34 *Herculis simulacrum multo sudore manavit.* ¶ 2. Vsitata & in hoc verbo metaphora est: *Serpit in urbe malum, & manat in dies latius*, Cic. 1 Philipp. cap. 2, es flicht sich weiter, bricht weiter aus, disseminatur. Sic, *Manat in tota urbe rumor*, Livius lib. 2 cap. 49 pr. ein gerüchte gehet in der gantzen stadt. Cic. Off. 3 cap. 17 *Fidei bonæ nomen manat latissime.* Et, *Vlcera manantia*, quæ serpunt, geschwär, so sich weiter flechten, apud Plin. 22 cap. 25. ¶ 3. Active hoc verbo Horatius usus est lib. 1 epist. 19 v. 44 *fidis enim manare poëtica mella*

Te solum;

quemadmodum & Plinius lib. 14 cap. 20 pr. *arbores succo picem resinamque manantes* dixit. Et lib. 37 cap. 10, de gemma quadam Indica: *in attritu sudorem purpureum manat.*

¶ Manatio, ōnis, actus manandi, die fliessung. Augustinus lib. de Trinitate cap. 20 *Filius Dei est manatio claritatis omnipotentis Dei sincera.* Plural. Frontin. de Aquæduct. 2 sub init. *Ductus depressior non facile manationes ostendit.*

¶ Mānālis, e, fliessend; ut, *fons manalis*, id est, perpetuis aquis manans, perennis. vide Festum.

¶ Mānābilis, e, facile manans. *Frigus manabile* apud Lucretium lib. 1 v. 535 est penetrans.

Composita a *Mano*:

¶ Dimāno, are, defluere, abfliessen, auskommen. Cic. pro Cœl. cap. 3 *Meus hic forensis labor vitæque ratio dimanavit ad existimationem hominum paulo latius commendatione & judicio meorum.*

¶ Emāno, are, herausfliessen; ut, *ex fonte emanare*: Metaphorice

Cic. 2 de Invent. cap. 2 extr. *Alii alio ex fonte præceptores dicendi emanaverunt.* Idem Attico 7 epist. 21 pr. *Mala nostra isthinc emanant*, id est, oriuntur. Vbi *emanare* est herfliessen, herrühren, herkommen. Deinde eleganter de rumore & manifestatione. Cic. pro Rosc. Am. cap. 1 *Nequaquam similiter oratio mea exire atque in vulgus emanare poterit.* Vbi *in vulgus emanare*, est auskommen, nachgesaget werden. Sic & Livius lib. 42 cap. 14 pr. *Silentio clausa curia erat. Bello denique perfecto, quæque dicta ab rege, quæque responsa essent, emanavere.* Ibidem cap. 16 *ne indicium emanaret.* Rursus Cicero ineunte 3 Verrina: *fama emanârat*, es war kundbar worden.

¶ Immāno, are, hineinfliessen. August. lib. 2 de Genesi ad lit. cap. 4 extr. *minutioribus guttis, & levioribus immanare vaporibus.*

¶ Permāno, are, pervenire, divulgari, durchfliessen. Cic. pro Rosc. Am. cap. 22 extr. *Ad animam permanat macula ex sanguine paterno aut materno concepta*, flicht sich biß auf das hertz. Terent. in Adelph. a. 2 sc. 4 v. 19 *Ne aliquando ad patrem hoc permanet*, daß es nicht für meinen vater komme. Cic. pro Domo sua cap. 46 *Effluunt multa ex vestra disciplina, quæ etiam ad nostras aures sæpe permanant*, viel dinge, die uns zu ohren kommen. Plaut. Most. a. 1 sc. 2 v. 63 *Amor usque in pectus permanavit.*

¶ Permananter, perenniter, durchdringend. Lucretius lib. 6 v. 916

Vsque adeo permananter vis pervalet ejus.

¶ Permanasco, ĕre, hindurch dringen. Plaut. Trin. a. 1 sc. 2 v. 118 *Vnde ad eum id posset permanascere.*

¶ Promāno, are, quod pervulgatum hodie, desideratur apud antiquos. Senecæ enim quod quidam exemplum afferunt, falsum pravatumque est. vide Curas posterior. Cellarii p. 364.

¶ Rĕmāno, are, zurückfliessen. Lucretius lib. 5 v. 270

Percolatur enim virus, retroque remanat
Materies humoris,

es tritt zurück, geht hinter sich. Quæ verba repetiit lib. 6 v. 635.

¶ Submano, are, drunter hin fliessen. Vitruvius lib. 8 cap. 1 *Aquæ ex montibus sub terra submanantes erumpunt in medios campos.*

Mansio, mansionatius, vide *Maneo.*

MANSVĒTVS, a, um, auctore Nonio cap. 1 n. 294, mitis, placidus, a feritate alienus, quasi ad manum adsuetus accedere, manum patiens, sanffte, sanfftmüthig. Cic. de Orat. lib. 2 cap. 49 *In moribus suis erga necessarios declarandis mansuetissimus visus est.* Idem lib. 1 fam. ep. 9 *mansuetiores Musæ.* Valer. Max. lib. 2 cap. 7 n. 11 *mansuetissimum ingenium.* Rursus Cicero lib. 1 de Invent. cap. 2 *Ex feris & immanibus mites reddidit & mansuetos.*

¶ Mansues, is, antique idem ac *Mansuetus.* Varro ὄνος λύρας, apud Nonium cap. 8 n. 5 *Quadrupedem galli tympanis adeo fecerunt mansuem, ut tractarent manibus.* Accii addit & Plauti exempla, quamquam, quod hujus est, non omnino certum sit. confer Festum. Apulejus quoque lib. 11 Met. p. 261 *Vidi ursam mansuem.* Delectatur enim obsoletis, ut nemo magis. Vnde lib. 7 p. 198 *mansuetos & mansues*, ut synonyma conjungit: *Multos ego*, inquit, *scio non modo asinos inertes, verùm etiam ferocissimos equos, nimio libidinis calore laborantes, atque ob id truces vesanosque, adhibita tali detestatione mansuetos ac mansues exinde factos.* Sic etiam Pricæus legit p. 148.

¶ Mansuete, adverb. placide, clementer, sanfftmüthig. *Mansuete facere aliquid*, Cic. pro Marcello cap. 3.

¶ Mansuētūdo, ĭnis, die gelindigkeit, sanfftmuth, est lenitas & facilitas morum. Cicero in 7 Verr. cap. 1 *Clementia mansuetudoque imperii in crudelitatem inhumanitatemque conversa.* Et lib. 1 Offic. cap. 9 *mansuetudo morum ac facilitas.*

¶ Mansuesco, ĕre, mitescere, zahm werden. Columella lib. 6 cap. 2 de bubus domandis: *Per blandimenta triduo fere mansuescunt*, durch streichen und güte worte werden sie zahm. *Tellus mansuescit arando*, Virg. 2 Georg. v. 239.

¶ Mansueto, āre, bändigen. Vulg. Interpr. Sap. 16 v. 8 *Quodam tempore mansuetabatur ignis.*

¶ Mansuetarius, i, qui feras mansuefacit, der wilde thiere zahm machet. Gloss. gr. lat. ἡμεροποιός, *mansuetarius.* Sic, *Leones & leopardi docti per mansuetarios*, Lamprid. Heliogabalo cap. 21.

¶ Mansuefacio, ĕre, domare, mansuetum reddere, zähmen, zahm machen. Livius lib. 3 cap. 14 *Paullatim permulcendo tractandoque mansuefecerant plebem.* Et Augustinus Confess. lib. 10 cap. 36 *mansuefecisti jugo tuo cervicem meam.*

¶ Mansuefio, ĕri, passivum, zahm werden. Cæs. B. G. 6 cap. 28 *Adsuescere ad homines & mansuefieri ne parvuli quidem excepti possunt.* Apulejus de Mundo p. 72 *Leges ad mansuefaciendos homines sunt inventæ.*

¶ Mansuefactus, a, um, besänfftiget, zahm gemacht. Cic. Tusc. 1 c. 25 *A quibus mansuefacti & exculti ad elegantiora defluximus.* Plin. 34 cap. 9 *Æs domitum & veluti mansuefactum.*

¶ Immansuētus, a, um, ferus, wild, ungezähmt. Cic. lib. 1 de Legib. cap. 8 *Nulla gens est neque tam immansueta, neque tam fera, quæ non, etiamsi ignoret, qualem habere Deum deceat, tamen habendum sciat.* Seneca lib. 2 de Ira cap. 16 *In frigora septemtrionemque vergentibus immansueta ingenia sunt.* Idem lib. 1 de Ira cap. 15 *bovem immansuetum cædimus.* Et ad Helviam cap. 6 *quid immansuetius?* Ovidius Heroid. epistola 18 v. 37 ad Boream:

At tu de rapidis immansuetissime ventis.

Mansurus, Mansus, Mantele, mantellum, vide *Maneo*, *Mando*, *ĕre*, *Mantile.*

MANTES, vel Mantis, is, μάντις, ein wahrsager. Cic. de Divinat. lib. 1 cap. 43 *Divini sacerdotes, quos mantes vocant.*

¶ Mantēum, i, μαντεῖον, locus oraculis dicatus, da man ihm läst wahrsagen, Plin. lib. 5 cap. 29.

¶ Mantice, es, μαντική, ars divinandi, die wahrsager-kunst. Cic. 1 Nat. Deor. c. 20 *Sequitur μαντική vestra, quæ latine divinatio dicitur.*

¶ Mantiscinor, ari, pro vaticinari, ex μάντις & *cano*, wahrsagen, Plaut. Capt. a. 4 sc. 2 v. 116.

¶ Axinomantia, Chiromantia, Coscinomantia, Geomantia, Necromantia, &c. vide suis in locis.

MANTĬCA, æ, eine satteltasche, ein wadsack, rantzen, felleisen. (*Hippopera* Senecæ epist. 87.) Apulej. lib. 1 de A. A. *At cum dicto manticam meam humero exui*, ich habe den rantzen abgelegt. Catull. carm. 21

Nimirum idem omnes fallimur, neque est quisquam,
Quem non in aliqua re videre suffenum
Possis: suus cuique attributus est error:
Sed non videmus, manticæ quod in tergo est.

id est, vitia nostra non perspicimus. vide Chiliadas. Pers. sat. 4 v. 24

Vt nemo in sese tentat descendere, nemo,
Sed præcedenti spectatur mantica tergo.

Ad quem locum Casaubonus: MANTICAM, inquit, *volunt a manu deductam vocem: est vero peregrina vox, & propriè baltheum significat aut zonam, quæ veteribus instar peræ cujusdam fuit. Frequens in libris Arabum, & tam quod inde formârunt sibi verbum, quam illud unde est ipsum deductum. Pro* hippopera *posuerunt Lucilius atque Horatius.* Horatii locus est lib. 1 satyr. 6 v. 106; ubi & Vet. Schol. vide, qui Lucilii locum producit.

¶ Mantĭcula, æ, dimin. ein säcklein, beutel. Festus: *Manticularum usu pauperibus in nummis recondendis*, &c.

¶ Manticulārius, i, qui furandi gratia manticulas attrectat, ein beutelschneider, spitzbube, Tertull. Apologet. cap. 44. Festus etiam adjective *Manticularia* dixit ea, quæ frequenter in usu habentur & quasi manu tractantur.

¶ Mantĭcŭlor, ari, die beutel spülen, abschneiden, stehlen, dolose captioseque agere & furari. vide Festum. Sic Apulej. Apolog. *Vt olim Vlyssis socii thesaurum reperisse arbitrati sunt, cum utrem ventosissimum manticularentur.*

MANTICŌRA, vel Mantichora, animal ferum, quod homines interficit, eorumque carnibus maxime delectatur. Solin. cap. 52. Ælian. 4 cap. 20. Plin. 8 cap. 21 & 30.

MANTĪLE, vel Mantele, is, μαντήλιον Polluci, Hesychio μανδύλιον, χειρόμακτρον, 1 est quod in mensis ad manus tergendas adhibetur; 2 Integumenti humeralis genus, quo brachium manusque involvebant; unde a *manu tergenda*, *terenda*, *tegenda* dici volunt Grammatici, eine handquele, salvet, servet, tellertüchlein, achseltüchlein. Virg. lib. 1 Æneid. v. 701

Dant manibus famuli lymphas Cereremque canistris
Expediunt, tonsisque ferunt mantilia villis.

Ovid. 3 Fast. v. 931 *villis mantele solutis.* Plin. lib. 7 cap. 2 *Anthropophagos ossibus humanorum capitum bibere, cutibusque cum capillo pro mantilibus uti, Isogonus Nicæensis tradit.*

¶ Mantilium, Mantelium, Mantellum, i, idem. Festus: *Frequens antiquis ad manus tergendas usus fuit mantiliorum.* Varroni de L. L. 6 cap. 8 *Mantelium est quasi manuterium*, ubi manus terguntur. ¶ Est quoque pallii genus, aut velamentum, ein mäntelgen. Plautus Capt. a. 3 sc. 3 v. 6 *Nec mendaciis subdolis mihi usquam mantellum est meis*, ich habe nichts, da ich meine lügen mit bemänteln könte. vide Cœl. Rhodig. lib. 16. Varron. 50 c. 10. Scalig. in Conjectan. Casaubon. ad Athenæum lib. 9 cap. 16. Hugon. Grot. in Arateis ad Imag. asterismorum p. 62, & Boxhorn. ad Plaut. p. 203.

¶ Mantiliarius, i, qui mantilia conficit, ein schneider, Plaut. Aulul. a. 3 sc. 5 v. 37.

MANTINĒA, æ, Μαντίνεια, Arcadiæ urbs, victoriâ Epaminondæ ejusque morte nobilis. vide Diodorum Siculum lib. 15, & Cornel. Nepot. Epaminondâ cap. 9.

MANTISSA, æ, additamentum rei, quæ venditur, id est, pauxillum illud quod adjicitur ponderi, ita dictum, quod *manu* addatur, die zugabe. Festus: *Mantissa est additamentum lingua Tusca, quod ponderi additur:* & Lucilium advocat, qui scripsit alicubi: *mantissa obsonia vincit.* Simplici & geminato S invenimus expressum.

MANTO, Mantûs, Μαντὼ, Tiresiæ vatis Thebani filia, a qua *Mantua*, Virgilii patria, civitas clarissima, dicta est. Eam enim Bianor, Mantûs filius, condidit, ut Servius in eclog. 9 Virgilii auctor est. vid. Nannii Miscell. lib. 6 cap. 1.

¶ Mantua, æ, urbs Transpadanæ Galliæ clarissima, quæ jam tum a conditore, tum ab alumno poëta laudata fuit, cujus Virg. eclog. 9 v. 28 est: *Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.*

¶ Mantuanus, a, um, adject. ut, *Mantuanus Virgilius*, & *Baptista Mantuanus*, Carmelita, poëta Latinus doctissimus, qui vixit ac scripsit sub Alphonso rege Arragonum, natus A. C. 1444. Libri Carminum ejus exstant, de quibus non pauca suo loco adduximus.

¶ Mantōus, a, um, adject. idem quod Mantuanus. Ita enim ecloga 6, quæ Cornix dicitur, de se Baptista:

Sic factum est servile genus, sic ruris & urbis
Inductum discrimen, ait Mantous Amyntas.

MANTVRNA, æ, conjugii Dea. Augustin. de C. D. 6 cap. 9 *Vt fœmina maneat cum viro, additur Dea Manturna.*

Manualis, manuarius, manubiæ, manubialis, &c. manubriatus, manubriolum, manubrium, vide in *Manus.*

MĂNŪCLA, æ, pars illa in catapultis, quæ nervum attractum continet, die nuß im armbrust. Vitruv. 10 cap. 15. conf. Bald. Lex. p. 68.

MĂNVCŌDIĀTA, æ, der paradieß-vogel. vid. Casp. Schotti Phys. cur. 9 cap. 42.

Manuleatus, manumittere cum derivatis manupretium, vide in *Manus.*

MĂNVS, ûs, dextra, sinistra & læva, die hand. *Manus non verterim*, pro eo, quod est, nihil omnino laboro, ich wolte nicht eine hand darum umkehren. Vsus hac forma Apulej. in Apologia. Anaxagoras *manum* dixit sapientiæ caussam esse; nisi enim fabri haberent organa, neque doceri, neque disci ullæ artes possent. Quamquam Plutarchus erudite interpretatur *manus*, id est, experientiam sapientiæ caussam esse. Xenophon: Τὴν χεῖρα ὁ θεὸς ἐπὶ τὸ συλλαμβάνειν ἀλλήλαις ἐποίησεν, hoc est: *Manus Deus, ut altera alteram juvet, creavit.* Sic, *Manus manum lavat*, χεὶρ χεῖρα νίπτει, proverbiale de mutua opera præstanda: Seneca Ludo de morte Claudii: *Noli mihi invidere: mea res agitur: deinde si quid volueris, invicem faciam: Manus manum lavat*, eine hand wäschet die andere. *Manus compressa in pugnum*,

Quintil.

Quintil. lib. 2 cap. 20, eine faust. *Manus explicata*, sive *explicita*, ibidem, quæ palma est, eine flache hand. *Vola*, media pars manus, der handteller. *Manum admovere: Manum adhibere operi* vel *ad opus*, die hand an die arbeit legen. *Conferre manus*, Silio lib. 6 v. 600 est congredi, sich mit einem schlagen. Apulej. lib. 1 de A. A. *Quam sanctissime dejurantes, sese neque ei manus admolituros*. Sed, *Inferre manus*, est manus injicere, die hände an einen legen: Cicer. in Catil. 1 cap. 8 *Senatus vim ac manum intulit*. Et Plinius lib. 9 epist. 13 *Inter multa scelera multorum, nullum atrocius videbatur, quam quod in senatu senator senatori, prætorius consulari, reo judex manus intulisset*. Sed, *Manus sibi inferre* vel *afferre*, sich selbst entleiben, Sen. de Benef. 2 c. 5. Et, *Tollere manus*, die hände aufheben: quod diverso respectu dicitur. ¶ 1. In admiratione Cicero lib. 4 Acad. Quæst. *Hortensius autem vehementer admirans, quod quidem perpetuo Lucullo loquente fecerat, ut etiam manus sæpe tolleret*. Idem lib. 7 ad fam. epist. 5 *Sustulimus manus, & ego & Balbus: tanta fuit opportunitas, ut illud nescio quid, non fortuitum, sed divinum videretur?* Catull. carm. 54

Admirans ait hæc, manumque tollens.

Prolata, & reducta manu multa veteres indicarunt, jusserunt, permiserunt, petierunt, vetuerunt. vid. Barth. ad Stat. lib. 1 Thebaid. p. 60, ubi explicat, quid sit *tollere manus*. vide Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 162 & 163, ubi de *porrectione manus in sublime*, cum suffragium ferrent. Adde eumdem ibid. lib. 6 p. 535 & 536. Porrigebant etiam manus victi: Petrus Faber Agonist. lib. 1 cap. 8. ¶ 2. *Manum* etiam *tollere* dicebantur, qui victos se faterentur, quod a gladiatoribus tractum. Cicero apud Lactantium lib. 3 cap. 8 *Cedo, & tollo manum*. B. Hieronymus adversus Luciferianos: *En tolle manum, cedo, vicisti*. Idem est *dare manus*. Nepos Hamilcare: *Donec aut virtute vicissent, aut victi manum dedissent*. vide ibi Andr. Schottum, & Savaron. ad Apollinarem, itemque Petrum Fabrum lib. 1 Agonistici cap. 8. *Abstinere manus, continere manus*, est *continere animi impetum*, an sich halten, die hände bey sich behalten. Terent. in Adelph. a. 5 sc. 2 v. 6 *Non manum abstines mastigia*. Cic. in Catil. 1 cap. 8 *Ego vix abs te jamdiu manus ac tela contineo*. Sed, *Continere manum intra pallium*, apud Athenienses pudoris & modestiæ signum erat. Hinc Quintilianus lib. 12 cap. 10 *Falli videntur, qui solos esse Atticos credunt tenues & lucidos & significantes; sed quadam eloquentiæ frugalitate, & semper manum intra pallium continente*. vide Casaubonum ad Diogen. Laërt. in Polemone. *Manus supinas ad cælum ac Deos tendere*, Virg. 3 Æn. v. 176, die hände gen himmel aufheben: *Supinas*, id est, expansas. Sic, *manibus supinis accipere*, Seneca dixit lib. 1 de Benef. cap. ult. Et Cicero in Catilin. 4 cap. 9 *Supplex manus tendit patria communis*, es streckt die hände aus, und bittet. *Tradere per manus*; ut, *Religio tradita per manus*, von den vorfahren auf uns geerbet: Quintil. 12 cap. 4 *Etiamsi nobis cum urbe simul positæ traditæque per manus religiones nullæ essent*. Et, *Disciplina militaris tradita per manus jam inde ab initiis urbis*, Livius 5 cap. 51. Quod vulgo *de manu* dicitur. Dicunt & *inter manus*. Plautus Mostell. a. 2 sc. 1 v. 39 *Abripite hinc intro actutum inter manus*. Cæsar lib. 2 de B. C. cap. 2 *Hinc agger inter manus proferebatur*. Virg. etiam 2 Æn. v. 681 *interque manus*: & 8 Æneid. v. 528 *inter nubem*: pro *per manus, per nubem* dixisse, Servius auctor est. *Præ manu pecuniam dare*, zuvor herausgeben, fürstrecken, Terent. in Adelph. a. 5 sc. 9 v. 23. *Esse sub manu*, zur hand seyn. *Consilium nascitur sub manu*, Seneca epist. 71, der rath ist bald zu finden. Plaut. in Milite a. 3 sc. 2 extr. *Lepide hoc succedit sub manu negotium*, dieser handel gehet wohl von der faust. Suetonius Augusto cap. 49 *Et quo celerius ac sub manum annunciari posset*. SVB MANVM, id est, facile; vide ibi Torrent. *Ad manum esse*, id est, in promptu, in bereitschafft, zur hand seyn. Nepos Eumene cap. 1 *Ad manum habuit scribæ loco*. Seneca epist. 4 *Ad manum est, quod satis est*. Sed, *In manu*, id est, in potestate. *In manu est mea*, Plaut. Rud. a. 4 sc. 3 v. 44, es stehet in meiner hand, es ist in meiner macht. Cic. lib. 14 fam. epist. 2 *Verum hæc non sunt in nostra manu*. Terentius Hecyra a. 3 sc. 5 v. 43 *Tibi id in manu est, ne fiat*, daß es nicht geschehe, stehet bey dir. C. Nepos Timotheo cap. 3 n. 4 *Et, ut si in sua manu fortuna esset, quo contenderet, pervenit*. Tacitus 2 Histor. cap. 76 *Juxta Deos in tua manu est positum*, nechst GOtt stehet es bey dir. vid. Taubman. ad Plaut. p. 14. ¶ 3. Sed & usus tritus & vulgaris hac formula, *in manu esse*, significatur. Quintilianus lib. 10 cap. 1 sub fin. *Tum Seneca solus hic fere in manibus adolescentium fuit*. ¶ 4. *Imponere summam* vel *supremam manum alicui operi*, ein werck fertigen und beschliessen: Virg. 7 Æn. v. 572 *Nec minus interea extremam Saturnia bello*

Imponit regina manum.

Vbi Servius: id est, *quod superest, perficit. Et est translatio a pictura, quam manus complet & ornat extrema*. Donatus ad Ter. Andr. a. 2 sc. 5 v. 1 IMPONITVR, inquit, MANVS REBVS, *cum perficitur, id quod ceperit*: ut Virgilius: IMPOSVIT REGINA MANVM. RELINQVVNTVR *vero* RES, *cum imperfectæ relinquuntur*. Idem Virgilius: ATQVE OPERE IN MEDIO DEFIXA RELINQVIT ARATRA. Petronius de Carmine: *Etsi nondum recepit ultimam manum*. Vbi plura Wowerius. *Potatio, quæ ebrietati summam manum imponit*, was vollends den rest giebt, truncken zu werden, Sen. epist. 12. Et, *Ab opere perfecto removere manum*, fertig seyn, Idem epist. 9. *Manum ferulæ subducere*, Juvenal. satyr. 1 v. 15, aus der zucht seyn. vide Chiliad. *In manibus omnium esse*, von iederman gelesen werden. *Manu venerari*, est honoris alteri habendi caussa manum ori admovere & basiare: id enim vel adeuntes vel prætereuntes simulacra Deorum faciebant, cultus & venerationis caussa: vide infra *Adorare* in *Oro*, & Vossium lib. 6 Instit. Orat. p. 539. Tacitus 16 Ann. cap. 4 *Postremo flexus genu cætum illum manu veneratus, sententias judicum operiebatur*. Et Sueton. Claudio cap. 12 *Eosdem spectacula edentes voce manuque veneratus est*. Idem significat Tacitus 1 Histor. cap. 36, *Nec deerat Otho protendens manus, adorare vulgum, jacere oscula, & omnia serviliter pro dominatione*, gegen einem einen reverentz oder baselmanes machen. ¶ 5. *Manum conserere*, id est, pugnare apud Nepotem non semel. Vbi & Lambinum licebit videre.

¶ 6. *Manus* accipitur pro proboscide elephantis, quod eâ in decerpendo pabulo pro manu utatur elephas. Cicero lib. 2 Nat. Deor. cap. 47 extr. *Manus etiam data elephanto, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebat ad pastum*. vide & *Anguimanus*. ¶ 7. *Manus adire alicui*, est lepide frustrari apud Plautum: De quo Muretus lib. 19 Var. Lect. cap. 19. Sed melius forte a Gladiatoria repetenda videtur loquendi forma. Similiter nos dicimus: er ist stattlich angelauffen. conf. Parei Lex. Crit. p. 38. ¶ 8. *Manu agere*, est vi uti: cui contrarium, *jure agere*. Tacitus Germ. cap. 36 *Vbi manu agitur, modestia ac probitas nomina superioris sunt*. Et in Agricola cap. 9 *Castrensis jurisdictio secura & obtusior: ac plura manu agens, calliditatem fori non exercet*. Sic, *manu reducere: manu opprimere*, apud Florum est vi armisque reducere, opprimere, lib. 1 cap. 11, & lib. 4 cap. 1. ¶ 9. *Manu facere* dicimur, quorum caussæ a nobis ipsis petendæ: qua formula sæpe usus est Seneca: ut Consolat. ad Marciam cap. 19 *orbitatem manu facere*. Vbi vide Lipsium. Sic, quæ non sponte suâ nascuntur & fiunt, sed nostro producuntur labore atque industria, *manu* dicuntur *fieri*. Cæsar 3 de B. C. cap. 44 *Multaque erant inter eum locum manu sata, quibus interim jumenta pascerentur*. Vbi per *manu sata* frumenta intelligit, quæ non sponte nascuntur, ut ex cap. 58 ejusdem libri constare potest. Plin. præfat. lib. 8 de Venenis: *Ne iis quidem, quæ nascuntur, contenti, quando plura eorum humanâ manu fiunt*. Seneca epist. 52 *Quædam ingenia facilia, & expedita: quædam manu (quod ajunt) facienda*, id est, labore, disciplina. ¶ *De manu reddere*, selbst und aus seiner eigenen hand geben. Sueton. Tiberio cap. 34 *Consueverat & quadruplam strenam & de manu reddere*. Lampridius Severo cap. 37 *Nam semper de manu ministris convivii & panem & partes aut olerum aut carnis dabat*. ¶ *Manibus pedibusque*, id est, summa contentione, Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 133, & a. 4 sc. 1 v. 52 *Conari manibus, pedibus*. ¶ 10. *Manu utraque amplecti*, id est, libenter ac prompte. Martial. lib. 1 epigr. 16

Hæc (gaudia) *utraque manu complexuque assere toto:*
Sæpe fluunt imo sic quoque lapsa sinu.

Reperitur hæc formula & apud Petron. Similiter *ambabus manibus* dicimus. ¶ 11. *Manus ferrea*, machinæ genus, quo in navalibus prœliis ad retinendas constringendasque naves utebantur: Græce *Harpagones* vocabantur. Curt. lib. 4 cap. 2 *Ferreæ quoque manus, (harpagonas vocant) quas operibus hostium injicerent, corvique & alia tuendis urbibus excogitata præparabantur*. Et cap. seq. iterum meminit, & has a *corvis* separatim nominat. Appian. lib. 5 de Bellis civil. p. 737. Lucanus *Manicas* vocat. vide supra *Manica*. Livius *asseres ferreo unco præfixos*, HARPAGONAS interpretatur lib. 30 cap. 10. ¶ 12. *Manus* pro chirographo, eigene handschrifft. Cic. ad Attic. lib. 4 epist. 16 *Occupationum mearum vel hoc signum erit, quod epistola librarii manus est*, der brieff ist meines schreibers hand. Quintil. lib. 1 c. 7 *Quomodo & ipsum* (Ciceronem) *& Virgilium scripsisse, manus eorum docent*. vid. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 116. Similiter & Attici scripturam, χεῖρα appellabant. Sed & artificum opera, ab iisdem Græcis juxta Latinisque χεῖρες seu *manus* dicebantur; ut picturæ: Petronius: *Nam & Zeuxidis manus vidi, nondum vetustatis incuriâ victas*. *Protogenis manus* apud Gell. lib. 15 cap. 31. vid. Barth. ad Stat. Silv. p. 101, 102, 228. Item signa: Martialis lib. 8 epigr. 51

Mentoris hæc manus est, vel, Polyclete, tua.

Propertius lib. 3 eleg. 21 v. 30

Sive ebore exactæ, seu magis ære manus.

Notat & Salmasius de modis usurarum, itemque Rigaltius in Artemidorum p. 7 & 18. ¶ 13. Notat & *Manus* pecuniam, quam quisque lusorum in lusum confert, einen satz, einen auffsatz. Augustus apud Sueton. vitâ suâ cap. 71 *Si, quas manus remisi cuique, exegissem, & retinuissem, quod cuique donavi, vicissem vel quinquaginta millia*, wann ich von einem ieglichen gefordert hätte, was er zusetzen sollen, und ich ihme erlassen, &c. Sed & ipsi jactus, *manus* appellantur: sicuti *manus* quoque Gladiatorum istas dici solebant. vide ibi Casaubonum. ¶ 14. *Manus* pro multitudine & exercitu, die mannschafft. *Manus comitum*, Statius 5 Silv. 3 v. 262, ein hauffen gefehrten. Virg. 6 Æn. v. 660

Hic manus, ob patriam pugnando vulnera passi.

Idem lib. eod. pr. *Juvenum manus emicat ardens.*

Vet. Gloss. *manus*, χεὶρ, *manus*, πλῆθος. Sed Cæsar & Hirtius in multitudinis numero pro copiis *manus* dicit: *Convenientes manus dissipare*, lib. 8 de B. Gall. cap. 6, &, *quam maximas manus cogere*, lib. 5 c. 38. Sed singulari Corn. Nepos Dione cap. 4 *Manum comparare*. Idem Miltiade cap. 1 *Delecta manus*. Plaut. Amph. a. 1 sc. 1 v. 80 *nostra superat manus*. Horatius carmine Seculari v. 53

Jam mari terraque manus potentes
Medus, Albanasque timet secures.

¶ 15. Ponuntur etiam *manus* pro famulis, sive operis, quibus utimur. Martial. lib. 1 epigr. 101

Illa manus quondam studiorum fida meorum.

Loquitur de Demetrio servo, cujus mortem ibi deflet. Ita Plinius lib. 9 epist. 37 agriculturam *manus multas poscere* dixit: & lib. 10 epist. 50 *Sed hoc opus multas manus poscit* &c. Tacitus Agricolâ c. 15 *Æque discordiam præpositorum: æque concordiam subjectis exitiosam: alterius manus; centuriones alterius, vim & contumelias miscere*. Per præpositos intelligit legatum, & procuratorem provinciæ: ille juris dicendi caussa, hic exigendi reditus gratia præponebatur. Hunc per *manus*, id est, servos suos, illum per centuriones suos vim, & contumelias miscere ait. vide ad eum locum Boxhornium.

¶ Manceps, mancipium, &c. & Mancus, vide suis locis.

¶ Manica, Manifestus, &c. vide itidem suis locis.

¶ Manicŭla, dimin. a *manu*, ein händlein, Plaut. Pseud. a. 5 sc. 1 v. 16.

¶ Manipulus, cum derivatis, vide supra suo loco.

¶ Mănuālis, e, was zur hand ist; ut, *Manualis fasciculus*, ein handbindel, Plinius lib. 19 cap. 1. Et, *Saxa manualia*, Tacit. lib. 4 Annal. cap. 51, wurffsteine, so man mit der hand tractiren kan. *Aqua manualis*, handwasser, apud Tertullian. Apologet. cap. 39. vide ibi Pamel.

¶ Mănuarius, a, um, idem; ut, *Æs manuarium*, handgeld, Gell. lib. 18 cap. 13.

cap. 13. Apud eundem 16 cap. 7 Laberius furem appellat *manuarium.*

¶ Mānŭbiæ, arum, plural. tantum, præda ex hostibus, & pecunia ex præda vendita, coacta, auctore Nonio cap. 5 n. 39, beute. vide & Gell. lib. 13 cap. 23, itemque Asconium in Verrinam de Prætura urbana. Cicero in oratione prima pro lege Agraria cap. 4 *Quod ad quemque pervenit, pervenerit ex præda, ex manubiis,* &c. Vet. Gloss. *Manubiæ, σκῦλα ἀπὸ ζώνλων ἀφαιρόμενα.* ¶ * *Manubiæ* sæpe sunt pars prædæ, imperatori pro opera reipublicæ navata assignata, quam illi plerumque impendebant in opus aliquod publicum. Vnde illa inscriptio templo præfixa *Ex manub.* apud Gellium, quam tamen Phavorinus ipse, licet alios false irrideat, non intellexit. *Grævius. Ex manubiis Athenarum arx est ornata,* Nepos 5, 2, 5. ¶ 2. *Manubiæ* etiam dicuntur spolia, & quæstus illiciti cogendæ pecuniæ. Ita usus Suetonius ea voce est Vespas. cap. 16, ut interpretatur Torrentius. ¶ 3. Jactus fulminum *manubiæ* etiam dicuntur, quas Hetrusci a tribus superioribus sideribus, Saturno, Jove, Marte, decidere putarunt: undecim manubias esse, ex his tres Jovi datas. vide Festum, & Senec. 2 Quæst. Nat. cap. 41, & Plin. lib. 2 cap. 52, & ibi Dalechamp. p. 98.

¶ Manubialis, e, von der beute; ut, *Manubialis pecunia,* i. e. ex venditione manubiarum collecta, geld aus verkauffter beute, Sueton. Aug. cap. 30.

¶ Manubiārius, a, um, fructum & quæstum manubiarum afferens, das beute giebt. Plautus Trucul. a. 4 sc. 4 v. 27 *Saltem amicus mihi esto manubiarius,* hoc est, si non ex animo, at fructuosus, utilis.

¶ Manŭbrium, i, capulus cujuscunque rei, ein hefft, ein griff, eine handhabe. *Eximere e manu manubrium,* pro, præripere alicui occasionem & facultatem quippiam agendi, Plaut. in Aulul. a. 3 sc. 4 v. 12. vide Chiliadas. *Malleus sapientior manubrio,* apud eundem Plautum Epid. a. 3 sc. 4 extr.

¶ Manubriŏlum, i, diminutivum, ein kleiner griff. Celsus lib. 7 cap. 6 sub fin. *Scalpelli manubriolo* [tunica] *diducenda a cute & carne est.*

¶ Mānŭbriatus, a, um, manubrio præditus, das einen handgriff hat. Ammianus lib. 25 cap. 4 *manubriati cultri.*

¶ Manŭlea, æ, idem quod *Manica.* Inde

¶ Manuleātus, a, um, das ermel hat; ut, *Tunica manuleata,* id est, manicata, ein rock mit ermeln, Plautus Pseud. a. 2 sc. 4 v. 43, & Sueton. Calig. cap. 52. Alii legunt *maniclatus.* Seneca Epicurum *manuleatum* dixit epist. 33, hoc est, delicatum. Nam *tunicæ istæ* mollitiei notabantur: unde & eas Trojanis exprobrat Virg. 9 Æn. v. 616.

¶ Manuleārius, i, qui vestes cum manicis conficit, ein schneider. Sponius Misc. p. 224 MANVLEARIVS PATAGIAR. Adde Reines. ad Class. 11 Inscr. 83.

¶ Manuor, ari, stehlen. Laberius apud Gellium 16 cap. 7 *manuatus est,* pro furatus.

¶ Mānŭfactus, a, um, mit der hand gemacht. Cic. de Fin. 3 cap. 22 *Aut in natura aut in operibus manufactis.* Varro de R. R. 3 cap. 11 *manufacta piscina.*

¶ Mānĭfĭcus, a, um, idem. Cœl. Aurel. *Manifica ulcerationes.* vid. Reines. Var. Lect. p. 667.

¶ Manuinspex, ĭcis, der aus der hand wahrsagt. In Gloss. Vet. exponitur χειροσκόπος, i. e. chiromanta.

¶ Manŭmitto, ĕre, libertate donare, frey machen, loßgeben. Cicero pro Cœlio cap. 29 pr. *Adsunt servi de cognatorum sententia manumissi.* Terent. Phorm. a. 5 sc. 5 v. 2 *Manu emitti* dixit. Et Plaut. in Curcul. a. 5 sc. 2 v. 18 *Mea ancilla, libera ut sit, quam ego nunquam emisi manu.* Dividitur etiam interposito alio verbo: Cicero pro Milone cap. 22 pr. *Manu vero cur miserit?* Cæterum manumissionis duæ species erant: una, cum vindicta, censu, testamento aliquis manumittebatur: hæc justam & plenam libertatem conferebat; altera, cum inter amicos, convivia, per epistolam quis mittebatur manu: unde non plena libertas erat: & metuendum habebant tales, ne rursus ad pristinum statum revocarentur: manebant itaque adhuc quodammodo servi. Vnde Tacitus, *quos vindicta patronus non liberavit: veluti vinculo servitutis attineri,* scribit Annal. 13 cap. 27. ¶ Est & aliud genus manumissionis liberorum, cum adoptandi a parentibus, quos natura dederat, manu emitterentur. Plinius lib. 8 epist. 18 *Curtius Mantia perosus generum suum Domitium L anum sub ea conditione, ut filiam ejus, neptem suam, institueret heredem, si esset manu patris emissa. Emiserat pater: adoptaverat patruus.* Adde Titul. Digestor. *Si a parente quis manumissus sit.*

¶ Manumissus, a, um, freygelassen, loßgegeben. Cic. ad Attic. 2 ep. 18 & 19 *De Statio manumisso.* Adde de ritu per alapam Isidorum 9 c. 4.

¶ Manumissio, ōnis, die freylassung. Vlpianus Lege 1 § 4 Dig. Quando de peculio: *Alienatio & manumissio ad servos pertinet, non ad filios: emancipatio vero ad solum filium.* Ita ut plurimum distinguebant veteres: quamquam manumissio etiam de emancipatione invenitur, ut modo dictum fuit.

¶ Manumissor, ōris, qui manumittit, ein freylasser. Vlpianus Lege 1 § 5 Dig. Si a parente quis &c. usus est: ac Tertullianus lib. 5 adv. Marc. c. 4 *Nonne eum constituit manumissorem, qui fuit dominus?*

¶ Manupletius, a, um, manum implens, das die hand füllet. Gloss. gr. lat. χειροπληθὲς, *manupletium.*

¶ Manupretium, vel Manuspretium, i, quod datur pro eo, quod manufactum est, a *manibus* & *pretio,* ut Varro lib. 5 de L.L. cap. 36 interpretatur. Isidorus lib. 11 cap. 1 *Abusive* MANVS *etiam ars, vel artifex. Vnde* manupretium *dicimus,* handlohn, macherlohn. Cicer. Verr. 1 cap. 56 *Quantum paucæ operæ fabrorum mercedis tulerunt, & manupretium machinæ.* Livius lib. 34 cap. 7 *In auro præter manupretium nihil intertrimenti est,* am golde verleurt man nichts als das macherlohn. Plautus Menæchm. a. 3 sc. 3 v. 17

> AN. *Amabo, mi Menæchme, inaures da mihi*
> *Faciundas pondo duûm numûm stalagmia.*
> ME. *Fiat, cedo aurum, ego manupretium dabo.*

Asconius ad orat. de Præt. urb. observat, MANVPRETIVM dici, *ubi non tam materiæ ratio, quam manus atque artis ducitur.* conf. Plin. 33 cap. 11, & Parei Lex. Crit. p. 714.

¶ Mānŭtĭgium, i, χειραφία, i. e. mollis contrectatio, die anrührung. Cœl. Aurel. 1 cap. 4 *Manutigio oculos relevare velle.* vid. Reines. Var. Lect. p. 667.

¶ Mansuetus, &c. vide supra suo loco.

Composita a *manus* ab initio:

¶ Adminicŭlor, adminiculum, &c. vide supra in *A.*

¶ Æquĭmănus, i, qui *Ambidexter* a nonnullis dicitur: nempe qui utraque manu æque utitur, lincks und rechts. Ausonius Technopægnio: *Quis Myrmilloni contenditur? æquimanus Thrax.*

¶ Amanuensis, vide supra in elemento *A.*

¶ Ambĭmănus, i, idem qui Æquimanus. Gloss. Vet. *ambimanus,* περιδέξιος.

¶ Anguĭmănus, i, de elephanti proboscide, vide in *Anguis.* Adde Lactantium de Opific. Dei cap. 5.

¶ Centimănus, i, centum manus habens, der hundert hände hat. Horat. 2 od. 17 v. 14 *Centimanus Gyges,* vel *Gyas.*

¶ Cōmĭnus, adverb. e loco propinquo, nahe, in der nähe. Cic. pro Balbo cap. 9 *pugnare cominus,* dem feind nahe auf den leib gehen. Idem ad Attic. 2 epist. 2 *Cominus ad aliquem accedere.* Apulej. 5 Miles. *Videsne, quantum tibi periculum velitatur fortuna eminus? ac nisi longe firmiter præcaves, mox cominus congredietur.* Ovid. 3 Met. v. 119

> *Cominus ense ferit: jaculo cadit eminus ipse.*

¶ Ēmĭnus, e longinquo, von ferne, cui opponitur *Cominus.* Sic, *Eminus hastis, cominus gladiis uti,* Cic. de Senect. cap. 6. Et Cæsar 7 B. Gall. cap. 24 *Faces atque aridam materiem de muro in aggerem eminus jaciebant.*

¶ Longĭmănus, i, langhändig. Artaxerxes, rex Persarum sic dictus, quod manum alteram haberet longiorem. ¶ 2. Alius *Longimanus,* ad quem nonnullas epistolas scripsit Symmachus: vide lib. 7 ep. 93 seqq.

¶ Vnimănus, i, mit einer hand, einhändig. Liv. lib. 35 cap. 21, & lib. 41 cap. 21, utrobique *puer natus unimanus* traditur. Gloss. gr. lat. μονόχειρ, *Vnimanus.*

MANZER, ĕris, hebraica dictio, i. e. spurius, quo nomine appellantur Judæi apud Sedulium 4 Pasch. v. 259

> *Manzeribus populis in deteriora volutis.*

Et Fortunat. 5 carm. 4 v. 75

> *Christicolæ ut cernunt tunc agmina manzera jungi.*

MĂPĀLIA, orum, casæ seu domus dicuntur agrestes, lingua Punica, hirtenhäuser, zelte, feldhütten. Martial. lib. 10 epigr. 20

> *Tecum ego vel sicci Gætula mapalia Pœni,*
> *Et poteram Scythicas hospes amare casas.*

Virg. 3 Georgic. v. 339

> *Quid tibi pastores Lybiæ, quid pascua versu*
> *Prosequar, & raris habitata mapalia tectis?*

In 4 Æn. v. 259 *Magalia* vocant. Eadem enim *magalia mapaliaque* sunt: nisi quod alterum primam longam, alterum brevem habet, quod Servius ibi annotat. Plinius lib. 5 cap. 3 NVMIDAE *vero* NOMADES (appellati) *a permutandis pabulis,* MAPALIA *sua, hoc est, domos plaustris circumferentes.* Festus observat, hoc vocabulum & dissolute viventibus objici. MAPALIA, inquit, *casæ Pœnicæ appellantur: in quibus, quia nihil est secreti, solet solute viventibus id vocabulum objici.* Ita Seneca ludo de Morte Claudii: *Ego,* inquit, *Patres conscripti, interrogare vobis permiseram, vos mera mapalia fecistis. Volo servetis disciplinam curiæ.* Vbi *mera mapalia facere,* est omnia incondite agere.

MAPPA, æ, linteum, quo sternebantur mensæ, manus tergebantur, ein tischtuch, handtuch. Horat. lib. 1 epist. 5 v. 22

> *ne sordida mappa*
> *Corruget nares.*

Servius observat, *mappas* non nisi in plurali secundum artem dicendum esse: sed aliud introduxisse scriptorum auctoritatem. Seneca lib. 3 de Ira cap. 30 *Taurum color rubicundus excitat: ursos leonesque mappa proritat.* Volunt autem differre a *mantilibus mappas:* quod illa lotis manibus inserviant: hæ cibo madidis sordidisque. Sed Servius ad illud Virgilii 1 Æneid. v. 702

> *tonsisque ferunt mantilia villis,*

videtur eadem habuisse. Et ita Vet. Gloss. *Mappa,* χειρόμακτρον. Item χειρεκμαγεῖον, *Mantela, mappa.* Item χειρόμακτρον, *Mantela.* In Veteribus Colloquiis latino-græcis *Mappa,* μάκτρον: *Mantile,* ἐπιτραπέζιον redditur. ¶ 2. *Mappa* etiam dicebatur panniculus candicans, quem prætor sive ludorum editor mittebat, sive attollebat, daturus signum committendis ludis: unde & Quintilianus lib. 1 cap. 5 *usurpatum circo nomen* appellitat. vide Torrentium ad Suetonii Neronem cap. 22. Imaginem prætoris seu editoris mittentis mappam ex marmore antiquo Philippus Rubenius exhibuit lib. 1 Electorum cap. 30, unde res ipsa patere potest. Et inde, *mappam mittere,* pro signum quodlibet dare, proverbialiter dixerunt. Tertullianus adversus Valentinianos cap. 16 *Quanto meliores, qui totum hoc tædium de medio amoliti, nullum æonem voluerunt alium ex alio per gradus revera Gemonios structum, sed mappa, quod ajunt, missa semel octojugem istam ex patre & Ennœa ejus exclusam.* MAPPAM, quod a manibus pendeat, dictam volunt nonnulli. Sed Quintilianus lib. 1 cap. 5 Punicam vocem pronunciat.

¶ Mappŭla, æ, diminut. Hieronym. epitaphio Paulæ, sive epist. 27 cap. 13 pro linteo, quo ægrotantes tergimus, usus est, ein schnuptuch, serviet.

MĂRASMVS, i, μαρασμὸς, tabes, die schwindsucht. Apud Medicos; & Mantuan. 1 alph. v. 76

> *Vt consumta gravi vitæ instrumenta marasmo.*

MĂRĂTHON, ōnis, (Μαραθών,) campus & civitas Atticæ: pugna celebris, qua ingentes Persarum copiæ deletæ, Miltiade duce. Vide Herodotum, Strabonem: itemque Plutarchum Nepotemque in vita Miltiadis.

¶ Marathonius, a, um, adject. ut, *Marathonia pugna,* Corn. Nepos Themist. cap. 2; &, *Marathonium tropæum,* id est, pugna, seu pugnæ gloria, ibid. cap. 5.

MARATHRUM, i, μάραθρον, fœniculum, fenchel, vide *Fœniculum*.

¶ Marathrites, æ, μαραθρίτης, fenchelwein, Colum. lib. 12 cap. 35.

MARCELLUS, i, cognomen apud Romanos: quo insignis maxime fuit M. Claudius Marcellus, strenuus, bellicosus vir, ideoque *Ensis Romanorum* appellatus. Hic primus vinci Annibalem docuit, ut de eo Victor scribit. Syracusas quoque stupenda obsidione per tres annos expugnavit, ut idem Victor in hoc viro tradit. vide & Livium, & Plutarchum in ejus vita. Adde not. Lud. Viv. ac Coquej. ad August. de C. D. lib. 1 cap. 5. ¶ 2. Alius *Marcellus*, ex Octavia Augusti sorore natus, lætissima atque egregia indole juvenis, isque ab Augusto in spem imperii adoptatus, sed immaturo funere præreptus: cujus obitum Virgilius in 6 Æneid. sub fin. deplorat. De eo non semel Suetonius, item Vellejus lib. 2 cap. 93. Elogium ejus est & apud Senecam Patrem Consolat. ad Marciam cap. 2. ¶ 3. Alius *M. Marcellus*, vir clarissimus, Ciceronis amicus, qui, victo Pompejo, in Asia exul vixit: tandem restitutus a Cæsare, in Piræeo interfectus fuit. vide Ciceronem lib. 4 epist. fam. & in Oratione pro M. Marcello.

¶ Marcellēa, orum, festum Syracusanorum, in memoriam Marcelli honoremque, quod ab rebellibus urbem liberaverat, institutum: Cic. 4 in Verr. cap. 21.

MARCEO, ui, ēre, contrahi marcore, putrere, welck seyn, dürre seyn. ¶ Item languere, gravem ac tardum esse, matt seyn. Sic, *vino marcere: epulis marcere*, dixerunt auctores. Suetonius Caligulâ cap. 58 *Cunctatus an ad prandium surgeret, marcente adhuc stomacho pridiani cibi onere.* Vbi *marcens stomachus* dicitur, qui crudus & gravis nihil appetit. Vet. Gloss. *Marcidus* & *Marcens*, (ita enim legendum est) τεθηκώς, νωθὴς ἀπὸ κραιπάλης.

¶ Marcesco, ĕre, idem fere quod *Macrescere*, a quo per metathesin differt, (vide *Macresco*,) verwelcken, welck werden. *Desidia & otio marcescere*, für faulheit stinckend werden, Livius lib. 28 cap. 35.

¶ Marcīdus, a, um, putridus, welck, faul. *Otia luxu marcida*, Claudian. de 3 Consul. Hon. v. 40. Sidon. 1 epist. 6 *Pingui otio marcidus*.

¶ Marcidŭlus, a, um, diminutiv. Martianus Capella lib. 7 sub init. *marcidulis luminibus conspicatur*.

¶ Marcor, ōris, putredo, languor, consumtio, tabes, die verwelckung, darre, mattigkeit. Celsus lib. 3 cap. 20 *In hoc* (lethargo) *marcor & inexpugnabilis perdormiendi necessitas.* Seneca 3 Quæst. Nat. cap. 27 *Inde vitium satis, & segetum sine fruge surgentium marcor.* ¶ Ad animum Seneca cap. 2 de Tranquillitate refert: *Inde mæror marcorque, & mille fluctus mentis incertæ.* Et Vellej. Paterc. lib. 2 cap. 119 *Exercitus marcore ducis, perfidia hostis, iniquitate fortunæ circumventus.*

¶ Marcīdo, are, activum, marcidum reddere, welck machen. Gloss. Vet. *Marcidat*, τήκει, τήκεται.

¶ Marculentus, a, um, marcidus, welckicht. Fulgentius lib. 2 Mytholog. cap. 8 *marculenta calvities.*

¶ Marcescībĭlis, e, idem; eique contrarium

¶ Immarcescibilis, e, quod nequit marcescere, unverwelcklich. Hieronymus in Psalm. 45, quæ 140 epistola ad Principiam est: *immarcescibilis gloriæ corona.* Et Paulinus 4 Natal. Felic. extremo:

Immarcescibilis redimivit honore coronæ.

¶ Commarceo, ēre, welck seyn. Ammianus lib. 17 cap. 19 *bellicosus ante hæc & industrius repente commarcuit*, er ist laß und träg worden.

¶ Emarcesco, ĕre, verwelcken, idem quod simplex. Plinius lib. 15 c. 29 *Marsico bello languida auctoritas patrum facta est, ac paullatim in sterilitatem emarcuit majestas.*

MARCOMANNI, orum, Μαρκόμανοι, Germanica gens, antiquitus quidem ad Rhenum coluit, postea vero, Maroboduo duce, Bojohemum occupavit, Vellej. Paterc. lib. 2 cap. 108. Hodie *Moravi* dicuntur. vide Cluverium lib. 3 Antiquæ Germaniæ cap. 3 & cap. 30. Statius penultimam corripuit 3 Silv. 3 v. 170

Quæ modo Marcomanos post horrida bella vagosque
Sauromatas.

¶ *Marcomanus* Rhetor fuit, cujus meminit Sulpitius Victor. vid. Voss. Instit. Orat. p. 171.

Marcor, marculentus, vide paullo ante *Marceo.*

MARCŬLUS, i, malleus, sive malleolus, ein hammer. Plin. lib. 7 c. 56 *Tegulas invenit Cinyra Agrippæ filius, & metalla æris, utrumque in insula Cypro: Item forcipem, marculum, vectem, incudem.* Quædam editiones non *Marculum*, sed *Martellum* ibi legunt. vide infra *Martellus.* Vet. Gloss. *Marculus, Malleolus & Malleus*, Σφύρα, σιδηρᾶ, καὶ κόπανον. Martial. lib. 12 epigr. 57

Nec cogitandi, Sparse, nec quiescendi
In urbe locus est pauperi: negant vitam
Ludi magistri mane, nocte pistores,
Ærariorum marculi die toto.

Et Theodulfus lib. 2 Carm. v. 284

Marculus & parvus magna metalla polit.

MĀRCUS, i, Romanorum prænomen notissimum, per M. signari solitum. ¶ 2. Multorum nomen, ut Evangelistæ &c. ¶ 3. Hujus nominis hæreticus fuit, & magus, quique juxta Irenæum lib. 8 adv. Hæreses, *præcursor quasi vere exstitit Anti-Christi:* Irenæus ejusdem somnium de concentu cæli harmonico lib. 1 ejusdem libri refert. Nimirum statuebat, primum cælum sonare α, proximum ε, tertium η, quartum sive medium ι, quintum ο, sextum υ, septimum ω. vid. Voss. lib. 6 Instit. Orat. p. 445.

¶ Marcion, ōnis, hæreticus alius, contra quem Tertullianus quinque libros scripsit. Deum alium Christi patrem, alium mundi dicebat conditorem. vide præter Tertullianum, Eusebii Hist. eccles. lib. 4 cap. 11. Prudent. Hamartig. v. 502

Ipse Charon mundi, numen Marcionis, ipse &c.

¶ Marcionīta, æ, qui Marcionis hæresin sectatur. Et *Marcionita Deus*, apud Prudent. Hamartig. v. 129 est commentitius Deus Marcionis.

MARDI, orum, populi Asiæ, de quorum dubio situ ad Curtii lib. 5 cap. 6 n. 17 notavit Cellarius. Videntur hoc nomine latrones & fugitivi significari. vide ibidem.

AMARDONIUS, i, dux Persarum, a Pausania ad Platæeas victus; Corn. Nep. in Pausan. cap. 1.

MĂRE, is, nomen est generale, sed varias & speciales appellationes recipiens a locis, das meer, die see; ut, *Mare Indicum, Atlanticum, Tyrrhenum*, seu *inferum*, & *Tuscum* seu *superum* vel *Adriaticum, Ionium, Mare Caspium, Mare mediterraneum*, &c. De quibus appellationibus singulis, suis vide locis. *Mare violentum & vastum & jactabundum*, apud Gell. lib. 19 cap. 1, quod & *hibernum* appellatur. vide *Hiems.* Cui contrarium *placidum* & *stans:* vide ad Virg. eclog. 2 v. 26. Et, *Mare pigrum & grave navigantibus*, Tacitus Agricolâ c. 10. *Tempestivum ad navigandum* Cicero pro L. Manilia cap. 12 dixit. *Claudi mare, & clausum mare* dicebatur, cum navigationes cessarent per tempestatum acerbitatem hiberno anni tempore, ex die 3 Id. Novembr. usque in diem Iduum Martiarum, ut Vegetius lib. 5 cap. 9 definit; ut Impp. Gratianus & Valentin. Lege *Quoties* 3 C. de *Naufragiis*, a Kalend. Octobr. ad Kalend. Apriles. conf. Plin. lib. 2 cap. 47, & ibi Dalechamp. p. 95, Turneb. lib. 18 Advers. cap. 24. Cæsari *conclusum mare* est, ubi litora sunt vicina; Ejus de B. Gall. 3 cap. 9 hæc sunt verba: *Longe aliam esse navigationem in concluso mari, atque in vastissimo atque apertissimo oceano perspiciebant.* De maris origine, æstu, salsedine, admirandis aliis multa Voët. p. 1 dispp. Theol. p. 640 seqq. Plautus in Pœnulo a. 3 sc. 3 v. 14

Viam qui nescit, qua deveniat ad mare,
Eum oportet amnem quærere comitem sibi;

hoc est, qui per se non sapit, obtemperet aliis, qui plus sapere videntur. Cic. Tiron. lib. 16 fam. epist. 9 *Mare magnum & difficile tibi restat.* Vatinius Ciceroni lib. 5 famil. epist. 9 *Terra marique conquirere aliquem*, zu land und wasser. Ea autem natura maris est, ut omne immundum, stercorosumque litoribus impingat: nec tantum tempestate fluctuque, sed tranquillum quoque & placidum purgatur. vide Senecam 3 Quæst. Natur. cap. 26. Ejusdem altitudinis, fastigiique mare cum terra esse; idem dicit eodem libro cap. 28. ¶ 2. *Maris* nomen aliquando & amplioribus fluviis tribuitur. Ita Virg. 1 Æn. v. 250 *It mare præruptum*, de Timavo fluvio, cujus paullo ante meminerat. vide ibi Servium, & Turnebum lib. 10 Advers. cap. 11. Franciscus Junius ad Genes. cap. 4 v. 10 observat, hanc rationem loquendi Ebræis propriam quasi fuisse. ¶ 3. *Mare malorum*, de malis immensis & multiplicibus proverbialis locutio. *Maria & montes polliceri*, Sallust. B. Catil. cap. 23, id est, res maximas. Catullus carm. penult.

Mentula habet justa triginta jugera prati,
Quadraginta arvi, cætera sunt maria.

Sic θάλασσα χρυσοῦ apud Græcos. vide ibi Scaligerum. Nicolaus Rigaltius ad Geographorum rationem refert: qui ad incognita loca cum veniunt, fere ea adumbrare his verbis solent: *obstat mare magnum.* vide ipsum ad Onosandri Strategicum p. 4.

¶ Mărīnus, a, um, adjectivum, quod in mari vel ex mari est, in oder aus dem meer. *Aqua marina*, Plin. 14 cap. 16. Sic & *piscis marinus.* Item, *humores marini*, Cic. 2 Nat. D. cap. 16, meer-wasser. *Dii marini*, Ovid. 13 Metam. v. 964, meer-götter. *Monstra marina*, meer-wunder, Virg. 7 Æn. v. 780.

¶ Maritĭmus, a, um, qui mare accolit, am meer gelegen; ut, *Gens maritima*, ein volck, das am meer wohnet. *Homines maritimi*, Cicer. 7 in Verr. cap. 27. *Maritima domus*, Livius lib. 27 cap. 31. Et, *Ora maritima*, Cic. Tusc. 5 cap. 14. *Civitates maritimæ*, see-städte. *Bellum maritimum*, quod ad mare commissum est, ein krieg oder schlacht, so am meer geschehen ist, Cicero pro Lege Man. cap. 19. Et, *Imperium maritimum*, Nepos Aristide cap. 2. *Prædo maritimus*, ein seeräuber, Idem in Themistocle cap. 2 n. 3. *Fluctus maritimi*, meeres-wellen, Idem Attico cap. 6.

¶ Bimăris, e, zwischen zwey meeren gelegen; ut, *Bimaris Corinthus*, apud Horatium lib. 1 od. 7 v. 2. vide *Corinthus.* Sic, *Calpe bimaris*, apud Paulinum Nolanum carm. 10 v. 230. Et Ausonius epist. 24 v. 69

bimaris juga ninguida Pyrenei.

¶ Permărīnus, a, um, auf dem meer; ut, *ædes Larium permarinûm*, apud Livium lib. 40 cap. 52; & extremo capite: *ædem Laribus permarinis vovit.*

¶ Semimarīnus, a, um, halb von meer-art. Lucretius lib. 5 v. 890

Aut rapidis canibus succinctas semimarinis
Corporibus Scyllas.

¶ Transmarīnus, a, um, jenseit des meers; ut, *Hospes transmarinus*, ein fremder mann, der über meer kommen ist. Plaut. in Mostell. a. 2 sc. 2 v. 66 *Ego transmarinus hospes sum Diapontius.* Et, *Vectigalia transmarina*, Cic. 2 Agr. cap. 29. Et *Res transmarinas accersere*, die dinge, so über meer gewachsen, holen lassen, Idem in 7 Verr. cap. 18. *Provinciæ transmarinæ*, Vellej. 2, 60, 5.

MĂRĔŌTIS, ĭdis, Μαρεῶτις, Ægypti, sive ut alii volunt, Lybiæ pars Ægypto contermina, a quo *Mareotidas vites* Virg. dixit 2 Georg. v. 91,

Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ.

¶ 2. Est & *Mareotis* palus Ægypti prope Alexandriam. vide Curtium lib. 4 cap. 7 n. 9.

¶ Mărĕōtĭcus, a, um, adject. ut, *Vites Mareoticæ*, Colum. lib. 3 cap. 2. Et, *Vina Mareotica*, Statius lib. 3 Silv. 2 v. 24, & absolute *Mareoticum* pro vino, Horat. 1 od. 37 v. 14.

MARGA, æ, terra alba ex pinguedine soli durata, qua ad agros stercorandos non Britanni tantum, & Galli, sed in aliquibus etiam locis Saxones utuntur, & vocant mergel: Plin. lib. 17 cap. 6.

MARGĂRIS, ĭdis, μάργαρις, palmæ genus est Plinio lib. 13 cap. 4, eine art eines dattelbaums.

MARGĂRĪTA, æ, μαργαρίτης, unio, eine perle. *Ornatus margaritarum*, perlenschmuck. Varro apud Nonium cap. 3 n. 138

Imperito nonnunquam concha videtur
Margarita, ut amethystus, smaragdus.

¶ Margaritum, i, neut. genere etiam legitur. Augustus joco ad Mæcenatem apud Macrob. 2 Saturn. cap. 4 *Tiberinum margaritum.* Et ipse Mæcenas apud Sueton. in vita Horatii:

Nec precandida margarita quæro.

Tacitus Agricolâ cap. 12 *Gignit & oceanus margarita.* Sed fœmininum frequentius eſt. Græce enim μαργαρίτης dicitur: atqui Græca in ης exeuntia, in a tranſeunt, & fœminini generis fiunt: ut ὁ χάρτης, *hæc charta*: itaque & μαργαρίτης, *hæc margarita*, ut Cariſius lib. 1 obſervat. vide & Salmaſium Exercitat. Plinianis p. 1123. Quomodo naſcantur margaritæ, vide apud Solinum cap. 53, & Plinium lib. 9 c. 35, itemque Ammianum Marcellinum Hiſtor. lib. 23 extr. Adde Scaligerum in Manilium p. 441, itemque Salmaſium Exercitat. Plinianis.

¶ Margărītārius, i, ein perlen-krämer, juwelirer. Reineſ. Inſcr. 110 claſſ. 11 p. 647 MARGARITARIO DE SACRA VIA. Item, piſcator margaritarum, apud Julium Firmicum lib. 7 cap. 16. ¶ Dicitur etiam adjective *porticus margaritaria*, in Victoris lib. de Region. Vrb. Rom. reg. 8.

¶ Margaritatus, a, um, von perlen gemacht. Fortunat. 7 Carm. *Vitta margaritato flexilis arte ſinu.*

¶ Margaritifer, a, um, das perlen trägt; ut, *Margaritiferæ conchæ*, perlen-muſcheln, Plin. 32 cap. 11. Gignuntur enim margaritæ a conchis marinis. Vide elegantem margaritarum hiſtoriam apud Matthiolum.

Marginare, vide mox in *Margo*.

MARGĪTES, æ, μαργίτης, ſtupidus dicitur, nullius rei, a μὴ & ἔργος, voce facta, quod ad nullam actionem ſit utilis, ein ſchlüngel: vide Chiliadas. Condidit poëma hoc nomine Homerus, Heroicis Hexametris Jambicos ſubmiſcens, de quo præter alios etiam Victorinus lib. 1 extr.

MARGO, ĭnis, extremitas cujuſcunque rei, der rand, das ufer. In maſculino genere Ovid. poſuit Metam. 1 v. 13

nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Et Curtius 7, 9, 5 *primus margo.* In fœminino Juvenal. ſat. 1 v. 5 *Plena jam margine libri.* Item Æmilius Macer: *Fluviorum margine ſumma.* Citat Soſipater Cariſius lib. 1.

¶ Margĭno, are, apud Livium & Plin. legitur pro margine munire, einen rand ſchütten. *Viam marginare*, munire: Livius lib. 41 cap. 27 *Cenſores vias ſternendas ſilice in urbe, glarea extra urbem ſubſternendas marginandasque primi omnium locaverunt.*

¶ Margĭnātus, a, um, was einen rand hat; ut, *tabula marginata*, Plin. 35 cap. 12. *Signa limbis marginata puniceis*, Sidon. 4 epiſt. 20.

¶ Margĭnālis, e, zum rand gehörig; ut, *marginales notæ*, randſchrifften.

¶ Commargĭno, are, idem quod *Marginare*. Ammianus Marcell. lib. 31 cap. 2 *commarginare pontes.*

¶ Emargĭno, are, den rand wegthun. Plin. 28 cap. 9 *emarginare ulcera*, i. e. ſordes & cruſtas in ora ulcerum adimere.

MARIA, æ, Μαριὰμ, quo pacto latine etiam *Mariam* legendum indeclinabiliter contendit Valla, voce & accentu ſcilicet Hebræo. Penultimam corripuit Claudianus Feſcenn. extrem.

Formoſus Mariam ducit Honorius.

Choriambus eſt. Et Juvencus paſſim, ubi Deiparæ mentionem fecit; v. g. in Matthæi cap. 1

Interea Mariæ ſponſo miracula mentem
Sollicitant.

Ac ita quoque Prudentius Pſychom. v. 88

Nec mea poſt Mariam potis es perfringere jura.

Sedulius autem in cap. 1 Lucæ produxit:

Angelus intactæ cecinit properata Mariæ.

MĂRĪCA, æ, Nympha Laurens apud Virg. Æn. 7 v. 47. Eam, *Minturnenſium litoris Deam*, ibidem Servius tradit. Lactantius lib. 1 Inſtit. Div. cap. 21 *Circen* mortuam & conſecratam ita appellatam prodit. ¶ Ab ea palus Minturnenſium ita appellata eſt, in quam ſe Marius fugiens abdiderat arundineto latens, ut auctor Vellejus eſt lib. 2 cap. 19

Marinus, vide *Mare.*

MĂRISCA, æ, ficus vilis, inſipida & fatua, eine geringe, unſchmackhaffte feige, Plin. 15 cap. 18, & Martialis lib. 7 epigr. 24. ¶ 2. Ex hujus fici ſimilitudine podicis ulcus attritu genitum in iis, qui equo nudo inſident, ex mina & natium affrictu, *mariſcam* & *ficum* olim eſſe appellatum, obſervat Dalechamp. ad Plin. lib. 15 cap. 20. vide *Ficus.* Juvenal. ſat. 2 v. 13 *Cæduntur tumidæ medico ridente mariſcæ.* feigblattern und feigwartzen. Sed

¶ Mariſcus & Mariſcum, i, junci genus eſt, ex quo tegeticulæ texuntur, die groſſen ſembden oder binſen, μαρίσκος, Plin. lib. 21 cap. 17.

Maritimus, vide *Mare.*

MĂRĪTVS, i, conjux, uxoris vir, ein ehemann, bräutigam. *Sparge marite nuces*, Virg. eclog. 8 v. 30. Aliquando pro eo uſurpatur, qui nondum cognovit fœminam, ſponſalia tamen facta. Ita Matth. c. 1 v. 16 accipitur: vid. ibi Pricæus. Apulej. Met. lib. 4 *Votis nuptialibus pacto jugali deſtinatus tabulis etiam maritus nuncupatus.*

¶ Marīta, æ, uxor, ein eheweib; ut, *ſtultæ ſe jactare maritæ*, Ovid. Heroid. ep. 12 v. 175. *Marita rotundioribus onuſta baccis*, Horat. epod. 8 v. 13.

¶ Maritus, a, um, ehelich, adject. ut, *marita fides*, Propert. 4 eleg. 3 v. 11. Sic Livius lib. 27 cap. 31 *domos maritas*, conjugales dixit, eheliche häuſer. *Fœdus maritum*, Ovid. 3 Pont. epiſt. 1 v. 73. Et Plaut. *pecuniam maritam*, pro *uxoris dote* poſuit in Epid. a. 2 ſc. 1 v. 11. *Arbores* vero *maritas*, Plin. & Columella eas dicunt, ad quas vites, aut aliæ id genus applicantur, bäume, an denen man den wein wachſen läſt. Columella lib. 11 cap. 2 *Si quæ in agris, aut vepribus ſingulares arbores maritæ a putatoribus relictæ ſunt.* Et Plinius lib. 14 cap. 1 *In Campano agro vites populis nubunt, maritasque complexæ, atque per ramos earum procacibus brachiis geniculato curſu ſcandentes cacumina æquant.* E quibus ratio tralatitiæ ſignificationis elucet.

¶ Marīto, are, verbum in eadem ſignificatione a ſcriptoribus rei ruſticæ uſurpatur, den wein, oder weinſtock an einen baum binden, pfählen; ut, *Vlmus arbor eſt maritandis vitibus idonea*, vid. Colum. lib. 5 c. 5. Sed & populus conjugio hujusmodi apta. Horatius epod. 2 v. 9

adultæ vitium propagine
Altas maritat populos.

¶ 2. Propria verbi ſignificatio eſt, verheyrathen, verehlichen. Sueton. in Veſpaſ. cap. 14 *Vitellii hoſtis ſui filiam ſplendidiſſime maritavit dotavitque.* Hinc Julia lex *de maritandis ordinibus*, quam non inſtituit Auguſtus, ſed retractavit, revocavitque in uſum, de quo Suetonius ejus vitâ cap. 33. Quid eâ ſancitum fuerit, aliaque ad eam quæ pertinent, vide apud Suetonianos interpretes, & qui Hiſtoriam legum Romanarum veterem compoſuerunt. Deponentialiter Solinus cap. 36 *Equæ ſpirante Favonio vento concipiunt, & ſitientes viros aurarum ſpiritu maritantur.*

¶ Mărītātus, a, um, verehlichet. Tertull. de Monog. cap. 4 *Lamech duabus uxoribus maritatus.* Et Fulgent. Myth. 1 *Maritatus aër igne.*

¶ Maritalis, e, conjugalis, ehelich. Colum. lib. 12 ineunte: *maritale conjugium.* Ovid. 2 de Arte am. v. 258 *veſtis maritalis.* Juven. ſat. 6 v. 43 *Capiſtro maritali ora porrigere*, heyrathen.

¶ * Bimarītus, i, duarum mulierum vir, der zwey weiber hat. Cic. pro Cn. Plancio cap. 12 *Bimaritum appellas, ut verba etiam fingas, non ſolum crimina.* Ita *Bivira* Catoni apud Nonium, quæ duos habuit viros. *Grævius.*

¶ Commarītus, i, ein zugleich vermählter. Plaut. Caſin. a. 4 ſc. 2 v. 18 *Compar, commaritus villicus.*

MĂRIVS, i, vel C. Marius, Arpinas fuit, humili loco natus: ſed exemplum poſtea factus utriusque fortunæ memorabile, multa & præclara, ſed non ſine tyrannide geſſit, & atrocia pertulit. Conſulatum ſepties adminiſtravit Romæ. A Sylla prœlio infelici ſuperatus Minturnis in fuga latuit, in carcerem deinde conjectum cum lictor percuſſurus adiiſſet, vultus gravitate, & flamma ex oculis fulgurante deterritus eſt. Ita in Africam delatus cum filio, Romam tamen denique rediit, ac in ſeptimo conſulatu ilium & febris doloribus cruciatus diem ſuum obiit, natus annos 68, cum inter inſomnia triſtia & cruciatus, vocem illam crebro in auribus inſonare ſibi viſus fuiſſet, *dura ſunt leonis cubilia*, auf ein gewaltſam und böſes leben folgt ein hartes lager und ſchrecklicher tod: Plutarchus in vita Marii. Vide paullo ab his diverſa in Sylla. ¶ Per antonomaſian ſive heteroſin hoc vocabulum de homine, populari factioni addicto uſurpatur: ut Berneggerus obſervat ad Sueton. Cæſar. cap. 1 n. 3. Marii tropæa a Sylla disjecta Cæſar reſtituit: eaque hodie lapidea (aurea enim olim erant, Plutarch. Cæſare;) in ſuggeſtum Capitolinum S.P.Q.R. transferri juſſit. Rycquius de Capitol. Rom. cap. 28. conf. Propert. lib. 3 eleg. 9 v. 46.

¶ Marianus, a, um, adject. ut, *Miles Marianus*, *pugna*, & *rabies Mariana*, Florus lib. 4 cap. 2 pr. *Marianæ foſſæ*, in Narbonenſi provincia. Vide Geograph. antiquam: & *Colonia Mariana* inſulæ Corſicæ, Plin. 3 cap. 6. *Mariano prœlia ſigno*, Propert. 3 eleg. 2 v. 43.

MARMĂRĬCA, æ, regio inter Ægyptum & Cyrenaicam: unde

¶ Marmaricus, a, um, adjectivum. Silius lib. 2 v. 57

Marmaricis audax in bella Oenotria ſignis &c.

Et Lucanus 3 v. 293

Mittere Marmaricas ceſſavit in arma catervas.

¶ Marmarĭdæ, arum, pop. ejus tractus. Silius lib. 3 v. 300

Marmaridæ, medicum vulgus, &c.

hoc eſt, Pſylli, ſerpentum veneno reſiſtentes. Et, *phalanx Marmaridum*, Idem lib. 5 v. 184.

¶ Marmaritis, ĭdis, herba Plinio 24 cap. 17.

MARMOR, ŏris, μάρμαρος, lapis, marmelſtein. Aliud eſt candidum ſive *Parium*, weiſſer marmelſtein, aliud *Laconicum*, id eſt, viride, grüner marmelſtein. De *marmore Luculleo* vide ſupra. Plures ſpecies recenſet Plinius libro 36, cui Sidonium addas lib. 2 epiſt. 2 ſcribentem: *Si marmora inquiras, non illic quidem Paros, Caryſtos, Proconneſus, Phryges, Numidæ, Spartiatæ rupium variatarum poſuere cruſtas*, &c. unde de fodinis quoque præſtantioribus judicari poteſt. *Ponere ſimulacrum e marmore*, ein bild aufrichten von marmelſtein, Cicer. pro Dom. cap. 43. *In marmor incidere*: unde *inciſa notis publicis marmora*, Horatio ſunt lapides inſcriptionibus notati, vel ſubſcriptiones ſtatuarum, lib. 4 od. 8, in marmelſtein hauen oder bilden. *Marmor expolire*, Quintilianus lib. 2 cap. 19 fin. ¶ 2. Poëtis *marmor* ſæpe pro *mari* ponitur: Virg. Æn. 7 v. 28 *In lento luctantur marmore tonſæ.*

¶ Marmŏreus, a, um, quod ex marmore eſt, marmelſteinern; ut, *Columna marmorea*, Cic. pro Domo cap. 24. *Opus marmoreum*, Ovid. 4 Metam. v. 674, ein werck von marmelſtein. *Cervix marmorea*, ein weiſſer nacke, Virg. 4 Georg. v. 523 per metaph.

¶ Marmŏro, are, marmore incruſtare, mit marmel beſetzen, marmeliren. Lampridius vitâ Alexandri cap. 25 *Alexandrinum opus marmoris de duobus marmoribus, hoc eſt, porphyretico & Lacedæmonio, primus inſtituit, Palatio exornato hoc genere marmorandi.* Et Inſcript. Grut. p. 129 n. 1 AEDICVLAM MARMORAVIT.

¶ Marmoratus, a, um, mit marmel beſetzt; ut, *Tectorium marmoratum*, Varro 1 de R. R. cap. 57 pr. Et Statius lib. 4 Silv. carm. 3 v. 96 *Ingenti via marmorata dorſo*, id eſt, marmoribus ſtrata. Cic. pro Arch. cap. 9 *marmoratæ laudes*, de ſtatuis. Sed lectio hodie alia.

¶ Marmoratum, i, ſubſtantive, ein pflaſter oder tünchwerck von marmelſtein, Varro de re ruſtica 3 cap. 7.

¶ Marmoratio, ōnis, conſtructio ex marmore, arbeit aus marmel, marmelirung; ut, *Marmoratio pavimenti*, Apulejus 4 Florid. pr.

¶ Marmorōſus, a, um, voll marmel, hart wie marmelſtein, Plin. 35 c. 6.

¶ Marmorārius, i, qui marmora vel ſecat, vel polit, der marmelſtein arbeitet. Vet. Inſcript. apud Gruter. p. 640 n. 6 SEMPRONIO FELICI MARMORARIO. Seneca epiſt. 90 *Faber marmorarius.* Gloſſæ Vet. *Marmorarius*, μαρμαροποιός, ἀγαλματογλύφος. conf. Plin. 36 cap. 5.

MĂRO, ōnis, Μάρων, Virgilii cognomen, a patre derivatum. Juvenalis ſat. 11 v. 178 *Conditor Iliados cantabitur, atque Maronis*
Altiſoni dubiam facientia carmina palmam.

¶ Et plur. per antonomaſian pro *poëtis* Martial. 8 epigr. 56

Sint Mæcenates, non deerunt, Flacce, Marones.

¶ Marōnēus, a, um, adject. i. e. Virgilianus. Statius 4 Silv. 4 v. 54

Maronei ſedens in margine templi.

¶ Maroniānus, a, um, idem; ut, *Stylus Maronianus*, Sidon. 8 ep. 11 v. 23.

MARPĒSUS, i, mons in Paro insula: Unde

¶ Marpesius, a, um, adject. ut, *Marpesia cautes*, **i. e. lapis Parius**, marmel, Virg. Æn. 6 v. 471, ubi Servium videas. Dicitur proverbialiter de pertinaciter silente tam ab ipso poëta, quam ab Arnobio lib. 2 p. 60. *Ut stipes*, inquit, *aliquis, aut Marpesia, ut dictum est, rupes stabit elinguis & mutus.*

MARRA, æ, instrumentum ferreum, quo exciduntur herbæ, ein grabeisen, krauthacke. *Ne marra & sarcula desint*, Juvenal. satyr. 3 v. 311. Et Colum. 10 v. 72 *Marris eradere viscera matris*; alii legunt *clatris*.

MARRŬBIUM, i, πράσιον, andorn, lungenkraut. *Marrubium nigrum*, μέλαν πράσιον, vel βαλλωτή, schwartz andorn, Plin. 20 c. 22. ¶ 2. *Marrubium* oppidum Marsorum in Italia, quod & Marruvium vocatur, situm ad orientalem Fucini lacus ripam. vid. Cluver. Ital. lib. 2 c. 15. Silius 8 v. 506 *Marruvium veteris celebratum nomine Marri.*

¶ Marrubii, seu Marruvii, orum, pop. circa lacum Fucinum. Adjective Virg. Æneid. 7 v. 750

> *Quin & Marrubia venit de gente sacerdos.*

Plinius lib. 3 cap. 12 *Fucentes, Lucenses, Marruvii: Albensium Alba ad Fucinum lacum.*

MARRŪCĪNI, orum, populi Italiæ, quorum meminit Strabo lib. 5, & Plin. 15 cap. 19.

¶ Marrucinus, a, um, adject. ut, *Marrucini montes*, Stat. 4 Silv. 4 v. 86. *Marrucina pubes*, Silius 8 v. 521. Et, *Gens Marrucina*, Idem 15 v. 564.

MARS, Martis, planeta, stella Martis. Cic. de Nat. Deor. lib. 2 cap. 20 *Jovi proximum inferiorem orbem tenet* πυρόεις, *quæ Martis stella dicitur, eaque quatuor & viginti mensibus, sex, ut opinor, diebus minus, eumdem lustrat orbem.* ¶ 2. *Mars*, Deus belli, Ἄρης, *Mars cruentus, ferox, impius, torvus, belliger.* Varro de L. L. 4 cap. 10 ait, *Martem ab eo dici, quod maribus in bello præest.* Mantuanus:

> *Mars implacabile monstrum*
> *Dira lues hominum, mortisque Erebique minister.*

Animalia Marti sacra recenset Vossius lib. 1 Instit. Orat. p. m. 94 & 95. *Marti arma non sunt oneri.* Vel, *Mars non concutit sua ipsius arma*, des dings, so man gewohnet ist, fühlet man keine beschwerung, vide Chiliadas. ¶ 3. Item, fortuna belli & ipsum bellum, krieg. Cicero 6 fam. epist. 4 *Omnis belli Mars communis, & incerti semper exitus sunt præliorum*, das glück im krieg ist ungewiß, &c. *Vario Marte pugnatum est*: Quem sermonem eruditum ait esse Quintil. lib. 8 cap. 6. *Plusquam dubio Marte*, da es in der schlacht allzumißlich stehet, Vellej. 2, 55, 3. conf. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 115. ¶ 4. *Suo, nostro Marte*, proverbiale est, pro propriis viribus, sine alicujus adminiculo. Cicero 2 Philipp. cap. 37 *Rex suo Marte res suas recuperavit*, ohne frembde hülffe. Et 3 Offic. cap. 7 *Hanc partem relictam explebimus nullius adminiculis, sed, ut dicitur, Marte nostro.* Est & hæc latina locutio, *aperto Marte*, aufrichtig, ohne list. Ovidius Metam. 13 v. 208

> *nec aperti copia Martis*
> *Ulla fuit.*

Et, *æquo Marte*, ohne vortheil. Curtius lib. 4 cap. 1 n. 8 *De regno æquo Marte, si vellet, contenderet*

¶ Martius, a, um, adject. martialisch, kriegerisch; ut, *Campus Martius*, Romæ inter urbem fuit & Tiberim. *Legio Martia, Calendæ Martiæ, Martius mensis*, der Mertz- oder lentz-monat. vid. Festus. *Post idus Martias, Idibus Martiis*, Cic. Philipp. 2 cap. 36 & 37. Hinc

¶ Ancus MARTIUS, quartus Romanorum rex, religionis & æquitatis studio laudatus. Horat. lib. 4 Carm. od. 7 v. 15

> *Quò pius Æneas, quo Tullus dives & Ancus?*
> *Pulvis & umbra sumus.*

¶ Martia, æ, aqua Romana, de qua Plin. lib. 31 cap. 3 *Clarissima aquarum omnium toto orbe frigoris salubritatisque palma præconio Martia est*, &c.

¶ Martialis, e, dem Marti gehörig; ut, *Flamen Martialis*, Cic. Arusp. Resp. cap. 6. Et, *Ministri Martiales*, qui Marti serviunt, Idem pro Cluent. c. 15 pr. *Ludi Martiales*, in honorem Martis instituti. Et, *lupi Martiales*, Horat. lib. 1 od. 17 v. 9. Hinc

¶ MARTIALIS, is, poëta latinus, scripsit libros epigrammatum 14, qui leguntur excusi. Eum vero poëtam quamvis, ut ingeniosum & candidum, Plinius junior commendet, tamen in scribendo parum est verecundus, imo nimium spurcus & obscenus, ac talis omnino, ut a lectione ejus pias & honestas puerorum mentes arcendas censeam. Habet quidem doctas, breves & argutas sententias, sed quas ex stercore, veluti aurum, oportet colligi. Scripsit sub Domitiano. vid. Petr. Crinitum de Poët. Latinis cap. 71.

¶ Martianus, a, um, aliud adject. ut, *Fœdus Martianum*, i. e. omni Marte sanctius, Cic. pro Corn. Balbo cap. 17. Hinc

¶ MARTIANUS, i, Imp. Rom. successor Theodosii junioris, dicere solitus: *Dum pax constare possit, non sumenda arma.* ¶ 2. *Martianus Capella*, de quo supra in *Capella*.

¶ Marspĭter, i. e. Mars pater, apud Gellium 5 cap. 12. De obliquo casu *Marspitris* disputat Varro de L. L. 8 cap. 46.

¶ Martĭcŏla, æ, Martis cultor, ein soldat, kriegsmann. Ovid. 5 Trist. eleg. 3 v. 22 *Getes Marticola.*

¶ Marticultor, vide *Cultor* supra in *Colo*.

¶ Martĭgĕna, æ, Marte genitus, ein Martis sohn; ut, *Martigenæ Romulus & Remus*, Ovid. 3 Amor. eleg. 4 v. 39. Et Silius 12 v. 582 *Martigena populus*, i. e. Romanus. Et Plaut. Amphitr. Sc. DI vestram v. 14 *Martigena bellua*, i. e. serpens.

¶ Martiobarbŭlus, i, miles qui glandes gerit plumbeas, ein granatirer; & ipsæ plumbatæ vocatæ *Martiobarbuli*, handgranaten. vid. Veget. de Re Milit. 1 cap. 17 ibique Stewech. & Turneb. Advers. 24 c. 12.

¶ Mavors, ortis, per epenthesin *Mars* dicitur, quod magna vertat, daß er grosse dinge verkehre, ut testatur ipse Cicero de N. D. 2 cap. 26.

¶ Mavortius, a, um, idem quod Martius; ut, *Terra Mavortia*, Virg. 3 Æneid. v. 13.

MARSI, orum, populus Italiæ supra Picenum inter Vestinos Pelignosque montibus incolens: parvus quidem, sed fortissimus: quippe qui duce Popedio acerrimum bellum concitavit Romanis. Quod ab auctoribus, *Marsicum*, a conjunctis aliis Italiæ populis, *Sociale*, itemque *Italicum* appellatum est. Funestius fere Italiæ, quam Civilia, si Plinio credimus lib. 2 cap. 83. Hi excantandis non modo serpentibus, sed naturali quadam repugnantià contra serpentum venena, nobiles fuere: sicut Psylli Ophiogenes. Ovid. de medicamine faciei v. 39

> *Nec mediæ Marsis finduntur cantibus angues.*

Et Silius Italicus 8 v. 496 *Marsica pubes* (scil. norat)

> *Et bellare manu, & chelydris cantare soporem,*
> *Vipereumque herbis hebetare & carmine dentem.*

Adde Solinum, quem ad hunc Silii locum allegavit Cellarius. Plinius aliquot locis: Gellius lib. 16 cap. 11. Est de his & luculentus locus apud Alcimum Avitum lib. 2 de Mundi origine v. 305 & seq. Atque hi etiam vendebant remedia contra serpentes. Arnobius lib. 2 adversus gentes: *Adversus ictus noxios & venenatos colubrarum morsus remedia sæpe conquirimus, & protegimus nos laminis, Psyllis Marsisque vendentibus, aliisque institoribus atque planis.* Quem locum frustra de mendo suspectum habuere viri eruditi. Per *laminas* phylacteria intelligit, quæ Psylli Marsique contra serpentum morsus vendebant. Quin omnes plani illi & circumforanei, qui serpentes tractabant innoxie, (schlangenfänger,) quos Martialis lib. 1 epigr. 41

> *Custodes dominosque viperarum*

appellat, *Marsi* (forte & *Psylli*) appellabantur. Jul. Firmicus lib. 8 cap. 6 *Marsi erunt*, (nempe sic nati, uti descripserat hactenus,) *qui pestiferos angues sopitis & mitigatis aculeis opprimant.* Vet. Gloss. *Marsos*, ἀσπιδοθήρας, ὀφιοδιώκτας, schlangenfänger.

¶ Marsus, & Marsicus, a, um, adjectiva; ut, *bellum Marsicum*, Cic. 2 de Leg. Agr. cap. 33. *Marsi cantus*, apud Ovidium, vel si quis alius Carminis ejus auctor est, cujus versum supra laudavimus: item *Marsæ voces*, apud Horat. epod. 5 v. 76. *Marsa nenia*, apud eumdem epod. 17 v. 29 pro incantationibus Marsicis. *Marsæ nives*, Statius 1 Silv. 5 v. 26.

MARSŪPIUM, i, loculi, ein beutel, geldsack, μαρσύπιον. Nonius lib. de proprietate verborum ex Varronis libro de liberis educandis adducit, *Majorem curam homines habere marsupii, quam vitæ*, sie sorgen mehr vor den beutel, als ihr leben. *Exenterare alicui marsupium*, Plaut. Epidic. a. 2 sc. 2 v. 2, einem den beutel fegen.

MARSYAS, æ, amnis Phrygiæ, Μαρσύας, a Marsya Satyro, qui victus canendi arte ab Apolline, in fluvium mutatus est. Fabulam eam habes apud Apollodorum, itemque Ovidium 6 Metamorph. v. 383 seqq. & 6 Fastorum. ¶ Statua ejus Romæ fuit in foro, ubi caussæ agebantur. Horatius lib. 1 satyr. 6 v. 120

> *Non sollicitus, mihi quod cras*
> *Surgendum sit mane, obeundus Marsya.*

Vide Lips. Antiq. Lect. lib. 3 p. 121. Fluvium describit Livius lib. 38 cap. 13, & Curtius lib. 3 princ. vid. & Claudianus 2 in Eutrop. v. 265. Solent autem Latini in græcis nominibus in AS finitis ultimum elementum abjicere haud raro, & in A terminare: ut & *Marsya* dicerent: quod apud Horatium lib. 1 satyr. 6 v. 120 legimus: & apud Martialem & Juvenalem, quorum loca Torrentius ad Horatium notavit. Claudianus quoque citato loco *Marsya* dixit. Ita *Jarbas*, & *Jarba*: *Pterelas*, & *Pterela* dicebant, ut Vossius ostendit Addendis ad lib. 2 de Analogia cap. 2 p. 245 n. 33. Similiter *Helia* pro *Helias* Prudentius dixit Jejunantium Hymno. Curt. lib. 3 cap. 1 n. 5 *Marsyan & Lycum* confundit, quum *Marsyas Apameam* adluat, vel interfluat, *Lycus Laodiceam*: utraque urbs Phrygiæ est, quas fere semper jungit Strabo.

MARTELLUS, i, sive Marteus, Gall. *Marteau*, malleus est, & novum diminutivum ex *Marculus*, de quo supra, quod ab inusitatiore *Marcus* est. *Martellus* hinc appellatus est Carolus, Galliæ princeps, quasi malleus, quo hostes contundebantur. vide Spelm. Gloss.

MARTES, is, animal, cujus pellis magno habetur in pretio, ein marder. *Martes Scythica*, mustela Scythica, ein zobel. Martial. 10 epigr. 37

> *Venator capta marte superbus adest.*

Martialis, Martianus, Marticola, Martigena, Martius, vide *Mars*.

MARTYR, ўris, commune, μάρτυρ, testis, ein zeuge, ein märtyrer. Prudent. hymn. Epiphan. v. 125 de pueris ab Herode occisis: *Salvete flores Martyrum.* Et, *Martyres non pœna, sed caussa facit*, Augustin. lib. 7 contra Crescon. Gramm. cap. 48 epist. 61 & 167. Eorum memoria iis in locis culta, ubi eorum reliquiæ, Ludov. Vives ad August. de C. D. lib. 1 cap. 1.

¶ Martyrium, i, μαρτύριον, testimonium proprie, uti ex græcismo notum est, das zeugniß. ¶ 2. Supplicium sanctorum, pro confessione Christi & religione susceptum, die marter. Tertullianus de Spectacul. cap. 29 *Ad martyrii palmas gloriare.* ¶ 3. Templum Constantini in resurrectionis dominicæ loco positum. Vide Henr. Valesii Epistolam ad amicum, commentariis Eusebianis subjectam. Etiam alia templa ita vocata, ubi martyres sepulti; ut, *Martyrium Eufemiæ*, Anastas. in Leone. Adde Gloss. Spelm.

¶ Protomartyr, ўris, πρωτομάρτυς, martyrum primus, Stephanum puta, qui primus in N. T.

MAS, măris, cui opponitur fœmina, ein mannsbild. Cic. de Natura Deor. *Bestiæ aliæ mares, aliæ fœminæ sunt*, unter den thieren seyn etliche männlichs, etliche weiblichs oder mutter-geschlechts. Prudent. Hymno de Epiphan. v. 101 *Mas omnis infans occidat.*

Auson. epigr. 110 in puerum formosum:

> *Dum dubitat Natura, marem faceretne puellam,*
> *Factus es ô pulcher pæne puella puer.*

¶ Auctores etiam non raro adjective usurparunt, & *marem* pro forti ac virili, seu masculo, dixerunt, männlich. Apulej. lib. 3 de A. A. post princ. *Maribus animis, & viribus alacribus dormientes aggrediamur.* Horat. lib. 1 epist. 1 v. 63

> *Nænia, quæ regnum recte facientibus offert,*
> *Et maribus Curiis & decantata Camillis.*

Idem de Arte Poët. v. 402 *post hos insignis Homerus*

> *Tyrtæusque mares animos in Martia bella*
> *Versibus exacuit.*

Idem Horat. *murem vitellum* lib. 2 sat. 4 v. 14 dixit.

¶ Mascŭlus, i, diminut. a *mas*, notatque virum, seu virilis sexus qui est, ein månnlein. Livius 31 c. 12 *incertus, masculus an fœmina esset.*

¶ Masculus, a, um, adject. månnlich; ut, *mascula proles*, Horat. 3 od. 6 v. 37; &, *Mascula Sappho*, Idem lib. 1 epist. 19 v. 28. *Masculum thus*, Plin. 12 cap. 14. *Masculus animus*, ein unerschrocken gemůth: Apulej. lib. 6 Met. *Quin igitur tandem masculum sumis animum.* Ibidem: *Ærumnas ingenio masculo sustinebat.*

¶ Mascŭlīnus, a, um, månnlich. Plinius lib. 19 cap. 5 *De rapis abunde dixisse poteramus videri, nisi medici masculini sexus facerent in his rotunda: latiora vero & concava, fœminini.* Et Phædrus 4 fab. 14 *masculina membra.*

¶ Mascŭlētum, i, plur. Masculeta, vites masculæ sunt Plinio, quæ non subiguntur, ut palmites alios emittant, sed quas in altum crescere sinunt, lib. 17 cap. 22.

¶ Masculesco, ĕre, id est, masculum fieri, månnlich werden. Plin. lib. 18 cap. 13 *densiore satu masculescere.*

¶ Mascŭlo, āre, id est, masculum facere, ermannen.

¶ Mascarpio, ōnis, emasculator, qui virilia carpit. Petron. p. 186 *Ingemui ego utique propter mascarpionem.*

¶ Masturbo, are, est sui ipsius stupratorem esse, relicto naturali usu fœminæ; quam fœditatem notat ipse Apostolus Rom. cap. 1 v. 24 & 27. Gloss. lat. gr. *Masturbat*, δέφει, δέφεται. Et passive Martial. 11 epigr. 105 *Masturbabantur servi.* Alii *Mastuprare* scribunt, ut idem sit ac *manu stuprare.* vid. Voss. Etym. p. 312. Hinc

¶ Masturbatus, i, effœminatus, ein weichling. Quantum scelus hoc verbo significetur, vel ipse impurissimus Martialis, qui habet, lib. 9 epigr. 42 in Ponticum, ostendit.

¶ Masturbator, ōris, idem, apud Martialem 14 epigr. 203. Adi Scioppium ad Lus. Priap. carm. 18. Quibusdam est *Mastuprator.*

¶ Commascŭlo, are, mannhafft machen. Apulej. Miles. 2 *His cognitis, animum meum commasculo*, ich fasse mir einen muth. Et Macrob. 7 Saturn. cap. 11 *Commasculare frontem.*

¶ Emasculo, are, est castrare, virilitate privare, die mannheit nehmen. Apulejus Met. lib. 7 p. 198 *Possum amatorem istum dissectis femoribus emasculare, & quovis vervece mitiorem efficere.*

¶ Emasculator, ōris, ein knabenschånder. Apulejus Apolog. p. 321 *Emasculatoribus suis ad omnia nefanda morigerus.*

¶ Semĭmas, ăris, castratus, ein halber mann, verschnitten; ut, *Capri semimares*, Varro de R. R. lib. 3 cap. 9. Et Ovidius 1 Fast. v. 588

Semimaris flammis viscera libat ovis.

¶ 2. Androgynus, ein zwitter. Livius lib. 31 cap. 12 *Ante omnia abominati semimares, jussique in mare extemplo deportari.* Dicuntur ibi *ambiguo sexu* esse, *incerti, masculi an fœminæ sint.*

¶ Semimasculus, i, semimas, idem. Fulgentius Mytholog. lib. 3 cap. 5 *Berecynthia Attin castrando semimasculum fecit.*

MASCAUDA, æ, pro Bascauda, vas escarium vel potorium. Gloss. lat. gr. *Mascauda*, βάυκη. vid. Salmas. ad Hist. Aug. p. 333, & ad Solin. p. 923, & supra *Bascauda.*

MASCHĂLA, æ, μασχάλη, machina, qua sarcinæ deponuntur in naves, aut eximuntur e navibus. Hinc *maschalam tollere*, μασχάλην αἴρειν, dicuntur illi, qui avidius bibentes poculum tollunt in altum. vid. Erasm. in Adag.

Masculetum, masculinus, masculus, &c. vide paullo ante *Mas.*

MĂSĬNISSA, vel Masanissa, æ, ut Suidas habet, Μασανάσσης, rex Numidarum, avus Jugurthæ, pater Micipsæ, hostis primum capitalis populi Rom. deinde amicissimus ei factus, ad finem usque vitæ perseveravit. Multa de eo Livius lib. 7 Bell. Pun. Ac meminit ejus etiam Cicero de Senect. cap. 10, & Ovid. 6 Fast. v. 769.

MASŌRA, æ, doctrina critica Ebræorum, quæ creditur a viris synagogæ magnæ, quibus præsedit sapientissimus Esdras, confecta: qua observatum est, non modo quot commata & verba, sed etiam quot litteras contineant libri singuli, quibus Canon biblicus constat. Sepimentum, & munimentum quasi sacrarum scripturarum V. T. vocat Buxtorff. in Comm. Masoreth. cap. 13.

¶ Masorēthæ, arum, Ebræorum critici, de quibus Heinsius Prolegom. in N. T. p. 11, item in Aristarcho Sacro p. 650.

MASPĔTUM, i, μάσπετον, folium silphii seu laserpitii, Plin. 19 cap. 3.

MASSA, æ, μάζα, farina aquâ subacta, ein teig. Vetus Gloss. *Massa*, μάζα, φύραμα, μάγμα. ¶ 2. Sed *massa auri, argenti, ferri*, &c. ein klump. vid. Plaut. Milit. a. 4 sc. 2 v. 73. Et Columell. lib. 12 cap. 5 *Quidam ferri massas exurunt.* Item Virgilius 4 Georg. v. 170

Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis
Cum properant.

Et Vet. Gloss. *Massa*, βῶλος ἀργύρου, ἢ ἄλλης ὕλης. ¶ 3. *Massa* etiam vocatur fundus, vel certa agri pars, & quævis moles densa. Ammian. 14 cap. 11 *Natus apud Tuscos in massa Veternensi.* conf. Cassiod. Var. 9 epist. 3. Fabrett. Inscript. p. 98, & Barth. Advers. 45 cap. 17.

¶ Massŭla, æ, diminutivum, ein klümpgen. Columella lib. 12 cap. 38 *Posthac complures ex ea massulæ fiunt.* Sic, *Massula nivea*, ein schneeball.

¶ Massālis, e, totalis, gantz; ut, *massalis moles*, Tertull. adv. Hermog. cap. 30; &, *Massalis summa*, Idem adv. Marc. 4 cap. 18.

¶ Massaliter, adverb. gåntzlich; ut, *vitia massaliter solidata*, Tertull. adv. Valent. cap. 16. conf. de Fuga in persecut. cap. 13.

¶ Masso, are, verbo etiam Lucretius utitur, pro, in massam redigere, densare, zu einem klump machen, lib. 1 v. 666, sed alii *mutare* legunt. vide Pareum ad h. l. ¶ 2. Pro *masticare* posuit Theod. Priscian. 1 cap. 8 *Massando corpus purgare.* Idem 2 cap. 29 *papaveris radix massata.*

¶ Submassa, æ, die einknåtung. Columella 12 cap. 34 *Mustum de submassa & limpidum fit.*

MASSAESȲLI, orum, Numidæ occidentales, a Massylis, ut orientalibus, distincti. Numidia Massæsylorum, regnum Syphacis. vide Histor. & Geograph. Antiquam, & Harduinum in Plin. lib. 5 cap. 5 p. 527.

MASSĂGĔTAE, arum, Μασσαγέται, populi Scythiæ Asiaticæ orientem versus, lac equinum cum sanguine mixtum potantes in alimentum, ut Herodotus scribit & Strabo. Dicti *Massagetæ* quasi graves Getæ. vid. Isidor. 9 cap. 2. *Massagetes* singulari numero dixit Claudianus lib. 1 in Rufin. v. 312, & Lucan. 3 v. 283.

MASSĂRIS, is, uva, quæ ex vite silvestri cum flore in Africa decerpitur. vid. Plin. 12 cap. ult. & prœm. lib. 23.

MASSĬCUS, i, plural. Massica, mons Campaniæ vini optimi ferax. *Vina Massica*, adjective, Horatius lib. 2 sat. 4 v. 51. Et, *Munera Massica Bacchi*, Virg. 3 Georgicorum v. 526.

¶ Massicum, i, substantivum, idem. *Veteris pocula Massici*, Horat. lib. 1 od. 1 v. 19.

MASSĬLIA, æ, Μασσαλία, secunda syllaba correpta, urbs Galliæ Narbonensis, condita a Phocæensibus, sive Phocæis, civitate Ioniæ, qui relicta patria Phocæa eo demigrarunt, ut Strabo lib. 4, & Mela testantur. Horatius epod. 16 v. 17 *Phocæorum*

Velut profugit exsecrata civitas.

S. Hieronymus præf. lib. 2 in Epist. Pauli ad Galatas: *Massiliam Phocæi condiderunt.* Solinus cap. 8 a *Phocensibus* conditam prodit. Sed alii sunt *Phocæi*, alii *Phocenses*: sicut *Phocæa*, unde *Phocæi*, seu *Phocæenses* appellati; & *Phocis*, unde *Phocenses*, diversa loca sunt, quæ confudit Solinus, cum ista de Massilia litteris proderet. Etiam Seneca, cum Consol. ad Helviam c. 8 scriberet: *Phocide relictâ Graji, qui nunc Massiliam colunt, prius in hac insula consederunt.* Liv. lib. 35 c. 9 *Jam tum - - - duo oppida erant, muro divisa: unum Græci habebant, a Phocæa, unde & Massilienses oriundi; alterum Hispani. Græci a Phocæa, id est, Phocenses.* Et *Græculam civitatem* vocavit Florus lib. 4 cap. 2. *Grajam filiam* Paulinus Jambo ad Cytherium v. 306, quod a Phocæensibus Græcis condita esset. Quod factum anno 1 Olymp. 45, ut Eusebius notavit, hoc est, An. 153 post urbem conditam. Magna semper gloria ac fama hæc civitas fuit: tum ob optime constitutam rempubl. legumque ac disciplinæ sanctitatem, tum ob Philosophiæ ac litterarum studia, quibus adeo floruit celebrataque est, ut ipsis Athenis palmam propemodum faceret ambiguam. Quare patricii quoque juvenes Româ studiorum & morum fingendorum caussa eo mitti solebant; quod de Agricola etiam suo Tacitus refert. Et eam ob caussam Cæsar Massiliensibus, quamvis, ut pessime de se meritis, iratissimus esset, ignovit eosque conservavit, ut Cicero auctor est Philippica 9, & Cæsar ipse lib. 2 de B. C. cap. 22. Luculentum civitatis elogium habes apud eumdem Ciceronem orat. pro Flacco c. 26. Vide etiam Strabonem lib. 4 Geograph. Situm ejus describit Cæsar lib. 2 de B. C. initio. Vide & Eumenium Rhetorem Panegyrico Constantini cap. 19.

¶ Massiliensis, e, adject. apud Ausonium epist. 9 v. 27. Et, *Massilienses*, cives incolæ, apud Cæsarem cit. lib. sæpissime.

¶ Massilitanus, a, um, idem. *Massilitani*, id est, cives Massilienses, apud Vitruvium lib. 10 cap. ult.

¶ Massalioticus, a, um, idem; ut, *Massalioticum os Rhodani*, Plin. lib. 3 cap. 4, Græca formatione.

MASSȲLIA, æ, mediterraneo pars est Mauritaniæ, non procul ab Atlante, & hortis Hesperidum, auctore Servio in illud Virgilii Æn. 4 v. 483 *Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos.*

¶ Massylus, & Massylius, a, um, adject. Idem ibidem:

Massylique ruunt equites, &c. Et Lucan. lib. 4 v. 682
Et gens, quæ nudo residens Massylia dorso,
Ora levi flectit frenorum nescia virga.

Nec ephippiis enim, nec frenis hæc gens utitur.

¶ Massylēus, a, um, aliud adject. Martial. lib. 9 epigr. 23

Et Massyleum virga gubernet equum.

MASTĬCHE, es, penult. brevi, μαστίχη, lacryma lentisci, in Asia, Arabia, Græcia, Ponto & Italia, Plin. 12 cap. 17, mastixkörner, resina, lentiscina. vide *Lentiscus.*

MASTĬCO, are, ex græco μαστάζω, notat manducare, cibum mandere, dentibus terere, kåuen, essen. Macer de Viribus Herb. carm. 3

Masticet hoc patiens teneatque diutius ore.

Et carm. 71 *Illud si patiens jejuno masticet ore.*

¶ Masticatus, a, um, gekåuet, gegessen. Apulej. de Herb. 79 *Cum fuerit masticatum, fervorem commovens*, &c. Et Theod. Priscian. de Diæta cap. 10 *Portulaca masticata stuporem dentium sanat.*

¶ Masticatio, ōnis, die kåuung. Cœl. Aurel. Tard. 4 cap. 3 *Cibum masticatione exercere.*

¶ Commastico, are, zerkåuen, zerbeissen. Macer carm. 2 v. 15

Ægilopas curat, si quis commasticet illam.

¶ Commasticatus, a, um, zerbissen; ut, *commasticatæ frondes*, Idem Macer carm. 4 v. 8.

Mastigia, mastigophorus, vide mox in *Mastix.*

MASTIX, mastīgis, μάστιξ, scutica, flagellum, a μαστιγόω, seu μαστίζω, *flagello*, eine peitsche, geissel. ¶ 2. *Mastix*, arboris lentisci gutta est, mastix, Isidor. 17 cap. 8.

¶ Mastigia, æ, masc. μαστιγίας, verbero, sive qui verberibus dignus est, ein galgenschwengel, henckermåßiger bube, apud Plaut. Most. a. 1 sc. 1 v. 1 &c. & Terent. Adelph. a. 5 sc. 2 v. 6.

¶ Mastīgo, āre, geisseln, Cyprian. Serm. de rat. circumcis. p. 489.

¶ Mastigŏphŏrus, i, μαστιγοφόρος, plur. Mastigophori, flagelliferi, lictores erant agonothetarum in sacris certaminibus, qui turbam submovebant, & strepitum ac seditiones cohibebant, steckenknechte, scherganten. Prudent. in Symmach. 2 v. 516.

¶ Grammaticomastix, Granomastix, Homeromastix, vide in *Gramma*, *Granum*, *Homerus.*

MASTRŪCA, vel Mastruga, æ, vestis pellicea Sardorum & populorum septemtrionalium, eine totze, madratze. Cicero pro Scauro: *Quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum mastruca mutavit.* conf. Plaut. Pœn. a. 5 sc. 5 v. 34. Prudent. lib. 2 contra Symmachum v. 698 Gothis tribuit. Isidorus vero & Germanis: *Mastruca*, inquit 19 c. 23, *vestis Germanica ex pellibus ferarum.* vid. Barth. ad Claudian. p. 56.

¶ Mastrucatus, a, um, mastrucam indutus, der eine totze trågt. Cicero de

de provinc Consul. cap. 7 *Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis gesta est.*

Masturbare, masturbator, vide *Mas.*

MASTUS, i, μαςὸς, mamma, eine zitze. Vitruvius latine extulit lib. 8 cap. 3 *Masti salientes*, id est, Tubuli mammati, in balneis vel fontibus, löwen-köpffe, aufgeblasene bilder, daraus das wasser läufft über brunnen und röhrkasten. Sed alii *in æsty* legunt pro *masti*. ¶ 2. Herba, quæ pilos mammarum e partu nascentium aufert, & tineas in facie aliaque cutis vitia emendat. Plin. 26 cap. 15.

MĂTAEŎTECHNIA, æ, ματαιοτεχνία, ars vana, eine vergebliche kunst, Quintil. 2 cap. 21.

MATARA, æ, seu Mataris, is, teli Gallici genus, & procul omni dubio Gallica etiam vox, apud Cæsarem 1 de Bello Gallico cap. 26. Sed ibi Turnebus *Materes* legit. Livius autem 7 cap. 24 *humero matari trajecto*. Nonius *Materæ*: & ex Sisenna, *materibus configunt*. Auctor ad Herenn. lib. 4 cap. 32 *materis transalpina*. vide Vossium de Vitiis sermonis p. 12.

MĂTAXA, æ, restis vel funiculi species, ein seil. Vitruvius 7 cap. 3 pro filo agglomerato convolutoque usus est, ein kneul. vid. Baldus p. 68, & Isidor. 19 cap. 29.

Matella, matellio, vide *Matula*.

MĀTEŎLA, æ, sarculi genus est Catoni de re rust. cap. 46, ein häckichen. *Malleolâ aut mateola adigere*, pflöcken oder hinein treiben.

MĀTER, matris, μήτηρ, parens, genitrix, die mutter. Dicitur non tantum de humano genere, sed & brutis, de quo Buchnerus ad Venantium de Resurrectione v. 9, immo & de rebus inanimatis. Cicer. de Legib. lib. 1 cap. 22 *Sapientia omnium bonarum rerum mater est*, die weißheit ist der ursprung. Idem lib. 2 de Orat. cap. 40 *Luxuries, avaritiæ mater*, geitz wächst aus übermaß. Ita Plautus Amph. a. 1 sc. 1 v. 274 *matrem vini* vitem vocat. Ita Virg. laurum pullulantem *matrem* vocat lib. 2 Georg. v. 19. Et apes *matres mellis* vocat Varro lib. 2 de re rustica cap. 5. ¶ 2. Est & honoris vocabulum. Solemus enim in compellatione seniores *Matres* salutare. Plaut. Rudente a. 1 sc. 5 v. 5 *Jubemus te salvere, mater.* vide Wower. ad Petron. Apud Christianos id frequentissimum erat, ut ex Hieronymo & aliis constat. vide infra *Soror*. ¶ 3. Deæ quoque honoris caussa appellatæ *Matres*; ut Dii, *Patres*. Seneca lib. 4 Controvers. 4 *Vesta mater, fortasse nullum sacerdotem haberes, nisi Metellum habuisses.* Festo teste, *Matrem Matutam* antiqui ob bonitatem appellabant. ¶ 4. *Mater*, pro materno affectu poëticum est. Seneca Medeâ v. 628

ira discessit loco,
Materque, tota conjuge expulsa, redit.

Mater, id est, στοργὴ in liberos. Similiter eodem versu, *conjugem*, pro odio conjugali dixit, quod Medea in Jasonem maritum conceperat. Ita & *Pater* pro paterno affectu ponitur. Claudianus de 3 Cons. Honor. v. 157 *Indue mente patrem.*

¶ 5. *Mater* etiam pro nutrice ponitur Plauto prologo Menæchm. v. 19; itemque Virg. Æn. 8 v. 632. vide Nonium cap. 4 n. 294, & Voss. lib. 5 Instit. Orat. p. 247.

¶ Matercŭla, æ, diminut. ein mütterlein. Cic. pro Flacco cap. 36 *Materculæ suæ festivus filius.*

¶ Māternus, a, um, adject. mütterlich. Cic. pro Cluent. cap. 5 *Nomen amantius, indulgentiusque maternum.* Et, *Animus maternus*, Terent. Heaut. a. 4 sc. 1 v. 24, mütterlich hertz und treu.

¶ Matertĕra, æ, μητροκασιγνήτη, matris soror, die baase, muhme, der mutter schwester. Dicta quasi *mater altera*. Tacitus lib. 4 Annal. cap. 71 *Agrippina matertera erat liberorum Asinii Galli.* Persius sat. 6 v. 54 *patrui sterilis matertera vixit.*

¶ Matralia, ium, festa matronarum, a quibus famulæ excludebantur. In honorem *Matris Matutæ*, quæ Græcis *Leucothea* appellata: de quibus Ovidius 6 Fast. v. 475 & seqq. & Dempst. in Ros. Ant. Rom. 4 cap. 10. Alia *Matronalia*, de quibus infra.

¶ Matresco, ĕre, der mutter nachschlagen; ut, *Vtinam nunc matrescam ingenio, ut meum patrem ulcisci queam*, Pacuv. apud Nonium cap. 2 n. 526.

¶ Matrĭmōnium, i, conjugium, der mutterstand, ehestand. *Matrimonii jus castum & legitimum*, Cic pro Cluent. cap. 62. *Habere in matrimonio*, zu der ehe haben, Cic. 3 Leg. cap. 16. Et, *Ducere in matrimonium*, zu der ehe nehmen, Idem pro Cluentio cap. 44. *Jungere & conjungere secum aliquem matrimonio*, Curtius 6, 9, 30, & 8, 1, 9. *Vxor matrimonio exigitur*, bekömmt einen scheidebrieff, Plaut. Merc. a. 4 sc. 6 v. 6. ¶ 2. *Matrimonium* ponitur pro matrona sive conjuge, apud Livium lib. 23 *Matrimoniis convocatis.* Justinus lib. 3 cap. 3 *Vt severius matrimonia sua viri coercerent*: & cap. 5 *Servos manumitterent, hisque interfectorum matrimonia pollicerentur*, vide Suet. in Caligula cap. 25. Per matrimonia autem non paucos promotos notat Piccart. Observat. Polit. decad. 6 cap. 3. Bernegg. ad Sueton. Cæsarem cap. 21. Virdung. ad Tacit. Agricol. cap. 7. ¶ Falso Cujacius Conanusque, & alii e JCtis existimarunt, *Matrimonii* vocem materna etiam Latinis bona denotasse; sicut *Patrimonium* paterna bona significaret. Nam eos corruptæ codicum lectiones apud Suetonium, Valer. Maximum & Senecam deceperunt: de quo Casaub. ad Suetonium monuit. vide Christoph. Colerum Parerg. cap. 6.

¶ Matrimoniālis, e, zur ehe gehörig; ut, *tabulæ matrimoniales*, ehestifftung, Jul. Firmicus lib. 7 cap. 17.

¶ Matrīmus, i, cujus mater adhuc superstes est, dessen mutter noch lebt. Sic & *patrimus* legitur apud Liv. lib. 37 cap. 3 *Decem ingenui, decem virgines, patrimi omnes matrimique ad id sacrificium adhibiti.* conf. Cic. de Arusp. Resp. cap. 11, & Tacitus 4 Histor. cap. 53.

¶ Matrix, īcis, plur. matrīces, mutterthiere, die zur zucht gehalten werden, apud Scriptores de re rust. Varro lib. 3 de re rust. cap. 5 *Habeo tauros ad matrices septuaginta duos.* ¶ 2. Et *matrix*, μήτρα, organum conceptionis & generationis in utero materno, die mutter, beermutter, Plin. 27 cap. 10. ¶ 3. Nominat & *matricem* Theophrastus cor seu medullam in medio ligni arboris, der kern oder marck im holtz. Et sic Suetonius in Augusto cap. 94 *matricem arborem* dicit, ex qua stolones succreverunt. ¶ 4. Item, index sive regestum, hoc est, codex, in quo certa nomina describuntur. Glossæ Philoxeni: *Matrix*, σημεῖον ὀνομάτων. Tertullianus de fuga in persecutione: *Nescio, dolendum an erubescendum sit, cum in matricibus beneficiariorum & curiosorum inter tabernarios & lanios, & fures balnearum, & aleones, & lenones Christiani quoque vectigales continentur.* Sed usitatior hac notione, *Matriculæ* vox est.

¶ Matricŭla, æ, catalogus militum, ein nahmens-buch, die rolle, apud Vegetium lib. 1 cap. 26, & lib. 2 cap. 6. Inde ad alios indices translatum vocabulum est. vide Vossium lib. 3 de Vitiis Sermonis c. 24.

¶ Matricālis, e, von der beermutter; ut, *matricalis vena*, Veget. 1 c. 10. *Matricalis herba*, Apulej. de Herb. cap. 66.

¶ Matricaria, æ, herba, metram, meterkraut, vide *Parthenium*.

¶ Mātrōna, æ, honesta fœmina, a *matre* dicta est, eine eheliche, ehrliche matron; ut, *Matronæ primores civitatis*, Livius lib. 29 cap. 14. Et Cicero Trebatio lib. 7 famil. epist. 6 *Opulentæ, optimates matronæ.* Et Plautus Cist. a. 1 sc. 1 v. 27 *matronæ summates.* Justinus lib. 20 cap. 4 n. 12 Pythagoram Crotonienses docuisse refert: *Vera ornamenta matronarum pudicitiam, non vestes esse*, der rechte schmuck der weiber sey zucht, und nicht kleider. ¶ Proprie autem *matrona* dicitur, quæ in matrimonium cum viro convenit, licet non peperit, Gellius lib. 18 c. 6. Hinc pro *uxore* ponitur. Ovidius lib. 6 Metam. v. 581

sævi matrona tyranni.

id est, Procne, Terei tyranni, uxor. Idem Her. epist. 5 Oenones ad Paridem v. 85 *Dignaque sum, & cupio fieri matrona potentis.*

¶ Matronālis, e; ut, *Gravitas matronalis*, Plin. lib. 5 epist. 16. *Decus matronale*, Liv. lib. 26 cap. 49. *Matronalis labor*, Colum. procem. lib. 12.

¶ Matronalia, ium, festa fuerunt, Kal. Martii in Martis honorem, ob diremtum a matronis bellum cum Sabinis, instituta a Romulo; qua de re in ejus vita Plutarchus, & Ovidius Fast. 3 v. 170, & Plautus Mil. a. 3 sc. 1 v. 96. *Matronales feriæ* dicuntur Tertull. de Idolol. cap. 14. conf. Dempster. in Rosin. Ant. Rom. 4 cap. 7.

¶ Matronātus, ûs, der frauenstand. Apulej. lib. 4 Met. *ut matronatus ejus indicabat.*

¶ Matruēlis, is, ex matris fratre natus, der mutter bruder kind, Lege 1 Dig. ad Leg. Pomp. de parricid. Et Aur. Vict. de Orig. Gent. Rom. *Turnus matruelis Amatæ.*

¶ Materfamiliâs, matrisfamilias, plur. matresfamilias, matrumfamilias, &c. die haußmutter. Sumitur hoc vocabulum pluribus modis. Primum pro ea, quæ peperit ex marito, patrefamilias: deinde pro ea, quæ tantummodo patremfamilias habet, licet non peperit: tertio, quæ convenerit in manum, i. e. per coemtionem nupserit: quæ sola in hæredis locum veniebat: quarto, quæ amiserit maritum, viduaque honeste vivat. Vtrumque autem dicitur: *Materfamilias, matresfamilias*, & *Materfamiliæ, matresfamiliæ*. vide Festum, & Tertull. de vel. Virg. cap. 11, & P. Manut. in epist. 10. Sic Cicero pro Cœlio c. 13 *Petulanter facimus, si matremfamilias secus, quam matronarum sanctitas postulat, nominamus.* Festus ab isto nomine excludit viduas, item quæ sine filiis sunt. Cicero Topicis cap. 3 *Genus est, uxor: ejus duæ formæ*, (species) *una matrumfamilias earum, quæ in manum* (h. e. plenam viri potestatem) *convenerunt: altera earum, quæ tantummodo uxores habentur*, hoc est, in quas vir nullum jus, quam usum habet.

¶ Matrĭcīda, æ, ut *Parricida*, qui patrem: ita *Matricida*, qui matrem occidit, ein mutter-mörder. Nepos 15, 6, 2 *Orestes & Alcmæon matricidæ.* Vtrumque autem secundam correptam habet, ut *officiperda* apud Dionys. Catonem. Horat. lib. 3 od. 29 v. 8

Telegoni juga parricidæ.

Ausonius Cæsaribus per Tmesin:

Claudius ambiguo conclusit fata veneno,
Matrique cida Nero proprii vim pertulit ensis.

Vide & Vossium lib. 2 de Arte Grammat. cap. 20. Vide etiam de hac voce Savar. ad Sidon. carm. 5.

¶ Matrĭcīdium, i, der mutter-mord; ut, *Orestes accusatur matricidii*, Cicer. 1 Invent. cap. 13.

¶ Bĭmāter, Bacchi epitethon, apud Ovid. 4 Metam. v. 12

Ignigenamque, satumque iterum, solumque bimatrem.

¶ Commatrōna, æ, eine erbare frau gleich andern. Tertull. ad Vxor. 2 cap. 8 *dives commatrona nomine inflata.*

¶ Promatertĕra, æ, matertera major, der großmutter schwester, Lege 1 § 7 Dig. de Grad.

MĀTĔRIA, æ, & Materies, ēi, ex qua aliquid fit, seu quicquid ad formam alicujus rei requiritur, die materie eines dinges; ut, *Materiæ ædificii*, lapides sunt & ligna; *materia calcei* est corium, &c. woraus was gemacht wird, wächst und entstehet. Præcipue ligna significat, bauholtz. Vet. Gloss. *Materia*, ξυλεία. Vnde & *Materiari*, & *Materiarii*, de quibus infra. Cæs. B. G. 5 c. 12 *materia cujusque generis, ut in Gallia est, præter fagum atque abietem.* Jureconsulti tamen inter *Materiam* & *Ligna* distinguunt. *Ligna* enim vocant, quæ comburendi caussa; *materiam*, quæ ad ædificandum parantur. Tacitus de Germania cap. 16, ubi de veterum Germanorum ædificandi ratione agit: *Materia ad omnia utuntur informi, & citra speciem ad delectationem.* Et Ovidius 2 Metam. v. 5 *Materiem superabat opus*, die arbeit war mehr werth, als das zeug darzu. ¶ 2. Significat & hypothesin seu argumentum: ut, *ingens materia ad dicendum*, Quintilian. lib. 2 cap. 4. *Scribere de integro materiam retractatam*, Idem lib. 2 cap. 4. Et Horat. de Art. Poëtica v. 38

Sumite materiam, vestris, qui scribitis, æquam
Viribus, &c.

Plaut. in Pœnulo a. 4 sc. 2 v. 93 *Proba materia est, si probum adhibeas fabrum.* Sallust. Catil. cap. 10 *Cupido pecuniæ primo, deinde imperii crevit, ea quasi materies omnium malorum fuère.* Vellej. 2, 62, 3 *materiam belli præbere*, ursach, anlaß, gelegenheit. Et, *Vt lenta fuit materia*, Plaut. Milite a. 4 sc. 5 v. 4. * Materiam dictam puto a matre, proprieque dici de eo, quod a fœmina confertur ad generationem embryonum. Nam ut docent philosophi, semen maris est quasi

caussa

caussa agens, quæ cogit & format ἀπὸ τῆς γυναικὸς, sive σπέρμα appelles, sive alio nomine. Hoc puto proprie materiam appellari, deinde ad πᾶσαν ὕλην esse translatum. Tacit. 1 Annal. cap. 35 n. 2 *propriis nominibus incusant vallum, fossas, pabuli, materiæ, lignorum aggestus.* Vbi *materia* sunt tam trabes & stipites ingentes, quam vimina. *Grævius.*

¶ Mātĕriŏla, æ, dimin. eine kleine materie. Tertull. de Bapt. cap. 17 *Concludere materiolam.*

¶ Materiālis, e, ad materiam pertinens, materialisch. Macrobius lib. 1 de Somn. Scip. cap. 12 *Priusquam materialis influxio in corpus venientes animas ebriaret.*

¶ Materialiter, adverb. Sidonius lib. 8 epist. 11 *In pectore viri iracundia materialiter regnans.*

¶ Materiārius, i, qui materiam confert vel præstat, der da verschaffet, was zum gebäude von nöthen. Plautus Milite a 3 sc. 3 v. 45

Adsunt fabri architectique, a me, a te, haud imperiti,
Si non nos materiarius remoratur, quod opu'st, qui det.

¶ Item, *Faber lignarius*, ein zimmermann. Inscriptio vetus apud Gruter. p. 642 n. 6 FVLVIVS L. F. QVINTIANVS FABER MATERIARIVS &c. Ex quo apparet ellipsin esse, cum *Materiarius* absolute, sine apposito fabri nomine, dicitur lignarius faber, ut in Onomastico vetere: *Materiarius*, τέκτων. Nam

¶ Materiarius, a, um, adjectivum per se est, zum holtzwerck gehörig. Plinius lib. 7 cap. 56 *Fabricam materiariam Dædalus invenit, & in ea serram, asciam, perpendiculum, terebram, glutinum, ichthyocollam,* eine zimmer-werckstatt, tischer-werckstatt.

¶ Materior, ari, idem quod lignari, holtzen. Cæsar lib. 7 Bell. Gall. cap. 73 *Erat eo tempore & materiari & frumentari necesse*, nach holtz und getreide auslauffen.

¶ Materiatus, a, um, passivæ notionis, von holtzwerck; ut, *Ædes male materiatæ ac ruinosæ*, Cic. 3 Offic. c. 13, daran das holtz nicht taug.

¶ Materiandus, a, um, aliud participium, von holtz zu bauen. Vitruvius lib. 5 extremo: *Ea ædificia minime sunt materianda propter incendia.*

¶ Materiatio, ōnis, zimmerwerck; ut trabes, contignationes, &c. in ædificiis. Vitruvius 4 cap. 2 *In ædificiis collocatur materiatio, variis vocabulis nominata.*

¶ Materiatūra, æ, idem; ut, *materiatura fabrilis*, apud Vitruvium l. c.

¶ Materiōsus, a, um, holtzicht. Gloss. gr. lat. πολύυλος, *materiosus.*

Matertera, quære paullo ante in *Mater.*

MĂTHĒMA, ătis, &

¶ Măthēsis, is, vel eos, μάθημα, μάθησις, disciplina, doctrina, die lehre: τὰ παθήματα, μαθήματα, *Quæ nocent, docent; nocumenta, documenta*, mit schaden wird man klug. Herodotus l. 1. Gellius lib. 1 c. 9 *Geometriam & Gnomonicam, Musicam cæterasque item disciplinas altiores* μαθήματα *veteres Græci appellabant.* ¶ 2. Recentiores auctores latini *Matheseos* vocabulo pro Astrologiâ judiciariâ, sive Genethliace, usi sunt: sicut & eam profitentes, *Mathematici* appellati. Prudentius, cum lib. 2 contra Symmachum v. 888 eas artes recenset, quas dæmon invenerit, eo & Genethliacen referens (quod & Tertullianus de Idololatria, & Apologetici cap. 35, itemque Lactantius lib. 2 Instit. Divin. cap. 16 facit,) ait:

Involvit (Dæmon) *mathesi, magicas impellit in artes.*

Quo loco secundam in *Mathesi*, non ignorantiâ (quod obiter in tyronum gratiam notandum duximus,) naturæ elementi græci poëta corripuit, sed pro seculi sui consuetudine: quâ breves poni solebant syllabæ, ubi accentus non esset: & contra produci, ubi esset, licet litteraturæ græcæ ratio contra esset. Sic Julius Firmicus libros, quibus hujus vaticinatoriæ Astrologiæ rationes explicat, *Matheseos* inscripsit: inque iis sæpe hac notione ea voce usus est. Vet. Scholiastes Juvenalis ad satyr. 6 v. 574 *Thrasyllus multarum artium scientiam professus, postremo se dedit Platonicæ sectæ, ac deinde Mathesi, quæ præcipue viguit apud Tiberium.* Per *Mathesin* hic Genethliacen intelligendam, & Scholiastes ipse in sequentibus ostendit, & adstruunt ea, quæ de Thrasyllo isto Suetonius, & Dio Cassius prodiderunt.

¶ Mathēmătĭcus, i, μαθηματικός, ein lehrschüler, Gell. ibidem 1 cap. 9. ¶ 2. *Mathematici* genethliaci dicuntur astrologi, Chaldæi, gelehrte in der Astrologie, nativitätsteller. Juvenal. satyr. 14 v. 248

Nota mathematicis genesis tua.

Tacit. lib. 1 Hist. cap. 22 *Mathematici, genus hominum potentibus infidum, sperantibus fallax* &c. Quin & alibi hac notione isto vocabulo usus. Ac ita quoque Suetonius August. cap. 94 extr. & Tiberio cap. 36, & Caligulâ cap. 57. Origo vocabuli ex schola Pythagoræ petenda est. Ibi enim alii ἀκουστικοί, alii μαθηματικοί vocabantur. Inde Chaldæi sumserunt, & sibi imposuerunt tandem, ut magnifico nomine vanitatem artis exornarent, quemadmodum Sextus Empiricus lib 5 adversus Mathematicos scribit. vide Gellium lib. 1 cap. 9.

Matralia, matresco, matricida, matricula, matrimonium, matrix, vide ante in *Mater.*

MATRŌNA, æ, fluvius Galliæ: Ausonius in Mosella v. 461

Non tibi se Liger anteferet, non Axona præceps,
Matrona non Gallos Belgasque intersita fines.

Matrōna, eine ehrliche matrone, & matronalis, vide *Mater.*

Matruelis, vide *Mater.*

MATTA, æ, storea, vel teges ex materia vili, eine decke von stroh oder rohr geflochten. Ovid. 6 Fastorum v. 680

In plaustro scirpea matta fuit.

¶ Mattarius, i, qui in matta dormit, der auf einem strohsack lieget, August. contra Faustum 5 cap. 5.

MATTIĂCVM, i, Germaniæ oppidum, de quo Plinius 31 cap. 2.

¶ Mattiacus, a, um, adject. ut, *Mattiacæ pilæ*, saponis quoddam vile genus, quo ad ruffandos crines mulieres utebantur, apud Martialem 14 epigr. 27.

MATTYA, æ, ματτύη, edulium preciosum. Scribunt & *Mattea*, neut. plural. allerley niedliche essen, kuchen. Suetonius *Matteas* dixit Caligulâ cap. 38. Vbi vide Casaubon. atque Torrentium.

MĂTŬLA, æ, vas aquæ & urinæ, ein nacht-topff, kammer-topff. Plautus Mostell. a. 2 sc. 1 v. 39 *Ego vos pro matula habebo, nisi mihi matulam datis.* Vbi semel pro re vilissima accipitur, ich will euch vor ec. halten, wenn ihr nicht ꝛc. Sic etiam Idem in Persa a. 4 sc. 3 v. 64 *Numquam ego te tam esse matulam credidi*, id est, tam stolidum, insipidum.

¶ Mătella, æ, diminutivum, idem significat. Vas aquarium est Plauto & Varroni apud Nonium cap. 15 n. 2, eine gelte. *Cibum in matellam ne immittas*, quod inter Pythagoræ symbola recenset Erasmus: vide Chiliad. *Indignus qui illi matellam porrigat*, er ist nicht werth, daß er ihm ꝛc. Sic enim Martial. lib. 10 epigr. 11

Dispeream, si tu Pyladi præstare matellam
Dignus es, &c. vide Chiliadas.

¶ Matellio, ōnis, aliud diminut. ut, *Matellio Corinthius*, pro vase Corinthio, Cicer. in paradoxo 5 cap. 2.

Maturare, maturesco, maturitas, vide sequens *Maturus.*

MĀTŪRVS, a, um, maturior, maturissimus & maturrimus per contractionem: proprie de frugibus dicitur & coctum significat, & ad maturitatem perductum, reiff, zeitig; ut, *fruges maturæ*, Virgil. eclog. 3 v. 80. *Vvæ maturæ*, Idem eclog. 10 v. 36. Contrarium est *crudum*, roh, unzeitig. ¶ 2. Transfertur ad alia multa: ut, *Puer maturus alicui rei faciendæ.* Sic Quintil. lib. 2 cap. 1 *Quando iis, quæ Rhetorice præcepit, percipiendis puer maturus esse videtur.* Sic & *maturus militiæ*, apud Livium lib. 42 cap. 52, &, *maturus ad arma*, apud Silium lib. 16 v. 656, hoc est, per ætatem idoneus. *Virgo matura viro*, Virg. Æn. 7 v. 52, mannbar. *Scribendi exspectandum est tempus maturius*, eine gelegnere zeit, Cicer. ad Attic. lib. 15 epist. 4. Et de Senect. cap. 20 *Satietas vitæ tempus maturum mortis affert*, wer des lebens müde ist, dem ist die rechte zeit zu sterben. *Maturrimum robur ætatis*, Tacitus Ann. 12 c. 65 n. 5, das rechte manns-alter. ¶ 3. Aliquando *maturum*, *sero* opponitur. Cæsar lib. 4 de B. G. cap. 20 *Et si in iis locis, ubi omnis Gallia ad septemtrionem vergit, maturæ sunt hiemes* &c. es wird zeitlich winter. Celsus similiter *maturam senectutem* lib. 1 cap. 1 dixit, & *maturissimam ætatem*, auctor ad Herenn. lib. 4 cap. 17. Et Pallad. lib. 1 cap. 34 extr. *Calidis regionibus* [satio] *autumnalis serior fieri potest, & verna maturior.* Sic, *Maturum diem* perinde Auson. Eidyll. 14 de rosis v. 6 *Maturo cupiens me vegetare die.* De matutino enim tempore loquitur. ¶ 4. Non raro & plenum, & quod ad summum seu τὴν ἀκμὴν venit, τέλειον, ἄκρον. Virgilius 10 Æn. v. 256

revoluta ruebat
Matura jam luce dies.

Matura lux, quæ eo venit, ubi incrementa omnia consumta sunt, & nunc deinceps imminuit. Similiter B. Hieronymus *Maturam noctem*, pro exacta dixit epist. ad Innocentium de muliere septies icta. *Festinato*, inquit, *sol cursu occidit, & misericordia Dei celerior matura nocte advenit.* Suetonius quoque Caligulâ cap. 44 *Centuriones maturos* vocat, qui implevissent stipendia. vid. Caris. lib. 2, Barth. ad Script. Venat. p. 66, & ad Claudian. lib. 1 in Eutrop.

¶ Matura, æ, Dea maturescentium frumentorum. vide August. de C. D. 4 cap. 8.

¶ Mature, adverb. tempestive, frisch, zeitlich, beyzeiten, quod neque *citius* est, nec *serius*, ut Nigidius explicat apud Gellium lib. 10 cap. 11. Terent in Eunuch. a. 5 sc. 4 v. 10 *Meretricum ingenia & mores noscere mature*, gar bald innen werden, was sie im schilde führen. *Mature fias senex, si diu velis esse senex*, Cicer. de Senect. cap. 10, hoc est, mature abjicias stultitiam juvenilem, & valetudinis tuæ curam agas, si velis esse vivax, ac diuturna senecta frui, quod Cicero adagii loco commendat. *Mature decessit*, Nepos Attico cap. 2, i. e. cito, ante tempus, allzu früh. Livius lib. 6 cap. 23 *Patere te vinci consilio, ut maturius bello vincas.* Et Juvenalis satyr. 11 v. 88

ad has epulas solito maturius ibat.

Plinius lib. 8 epist. 17 *quam maturissime sollicitudini meæ consulas.* Atque ita etiam lib. eod. epist. 21, & lib. 10 epist 14. Et Apulejus Met. 10 p. 250 *quam maturissime.* At Tacitus lib. 1 Annal. cap. 63 *pontes quam maturrime superare.* Sic pariter antiquiores variant. Cicero pro Cæcin. cap. 2 *Quæque res turpissima maturissime judicanda est.* At Cæsar Gall. Bell. lib. 1 cap 33 *Rebus quam maturrime occurrere*, aufs schleunigste vorkommen. Sallust. lib. 1 Hist. apud Carisium lib. 2 *Vt Lepidus, & Catulus decretis exercitibus maturrime proficiscerentur.*

¶ Maturitas, ātis, tempus maturum, die reiffung, rechte zeit, vollkommenheit; ut, *Maturitas frugum*, Cicer. Tuscul. 1 c. 28; & *frumenti*, Cæsar B. Civ. 3 cap. 49. *Maturitas ætatis*, Cicer. lib. 4 fam. ep. 4 ad Sulpic. das vollkommene alter. *Ingenium celeriter maturitatem assecutum*, ut fere Cicero ait lib. 2 de Orat. cap. 21, so behende zur vollkommenheit kommen ist. Idem pro Cœl. cap. 31 *Studia, quæ sunt in adolescentia, tamquam in herbis, significant, quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges industriâ sint futuræ.* ¶ Refertur & ad animum, & pro exacta sive adulta peritia ponitur. Vellejus lib. 2 c. 125 *Sed hæc omnia veteris Imperatoris maturitas brevi sopiit ac sustulit.* Tacit. 1 Histor c. 87 de Licinio Proculo: *Is urbanæ militiæ impiger, bellorum insolens, auctoritatem Paulini, vigorem Celsi, maturitatem Galli, ut cuique erat, criminando bonos & modestos anteibat.* Ita *maturitas* in oratione gravitas est, ubi nihil juvenile & minus decens intercurrit. Auctor Dial. de caussis corruptæ eloquentiæ c. 26 *Ceterum si omisso optimo illo & perfectissimo genere eloquentiæ, eligenda sit forma dicendi, malim hercle C. Gracchi impetum, aut Gracchi maturitatem, quam calamistros Mæcenatis aut tinnitus Gallionis.*

¶ Matūro, avi, atum, are, præter propriam significationem, quæ est, ad maturitatem perducere, reiff machen, significat etiam ¶ 2. Accelerare, sed cum tarditate quadam & diligentia, vel non præpropere facere aliquid, neque serius quam oportet, σπεύδειν βραδέως, quemadmodum exponit Gellius 10 c. 11, & ex eo Erasmus, eilends thun, und sich doch nicht übereilen, beschleunigen. Terent. in Heauton. a. 3 sc. 1 v. 87 *Id ut maturent facere*, daß sie bald thun, was sie thun wollen. Et Sallust. Catil. c. 36 *Antonius Catilinam cum exercitu persequi maturet*, er mag ihm nacheilen. ¶ Dicimus autem absolute *Maturare*, & *Maturare rem aliquam.* Virgil. Georg. 1 v. 260

Multa

Multa forent, quæ mox cælo properanda sereno
Maturare datur, &c.

dinge, die nit musse zu fertigen. Sic Livius lib. 24 c. 13 *Maturare cœpta*, pro mature absolvere. *Maturare mortem*, est accelerare, den tod behende verursachen, Cicero pro Cluent. c. 61, & Celsus lib. 7 c. 26. Multa de hoc verbo Gellius lib. 10 c. 11. Passivum *maturari* est maturato fieri. Tacitus Annal. 12 c. 41 *Neroni virilis toga maturata fuit.* Item pro *mature*, *cere*: Plin. lib. 15 c. 18 *Novissima sub hieme maturatur chelidonia.*

¶ Mātūrātus, a, um, reiff, zeitig, vollständig. Cic. de Senect. c. 15 *Uva primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit.* Idem de N. D. 1 c. 2 *Quæ terra gignit, maturata pubescunt.* Sed *maturato opus est*, i. e. celeritate, man hat nicht zu säumen, man muß hurtig daran seyn, Livius 1 c. 58.

¶ Maturate, adverbium, idem quod festinanter, bey zeiten, förderlich: apud Livium lib. 32 c. 16 *maturate sequi*, eilig folgen.

¶ Maturatio, ōnis, die beschleunigung. Auct. ad Herenn. 3 cap. 2 *Dolus maturatione consumitur.*

¶ Maturesco, ĕre, maturum fieri, reiffen, reiff werden, zeitig werden. *Maturescunt frumenta, mella, vites, partus.* Et Quintil. in epist. ad Thryphonem, *Libros*, inquit, *opinabar nondum satis maturuisse.* Seneca Cons. ad Marciam cap. 23 *Eripit se aufertque ex oculis perfecta virtus: nec ultimum tempus respectant, quæ in primo maturuerunt.*

¶ Maturefăcio, ĕre, reiff machen. Theod. Priscian. de Diæt. cap. 14 *Aqua marina maturefacit duritiam.*

Composita cum præposit.

¶ Admātūro, are, befördern, beschleunigen. Cæsar lib. 7 B. G. c. 54 *Horum discessu admaturari defectionem civitatis existimabat*, beschleunigen.

¶ Emātūro, are, reiff machen. Eumenius Panegyr. Constantini, Flaviensium nomine, cap. 10 *Fruges calor ematurat.*

¶ Ematuresco, ĕre, recht reiff werden. Plin. lib. 25 cap. 4 *si non ematuruit.* Ovidius lib. 2 Trist. v. 123 *si modo læsi*
Ematuruerit Cæsaris ira.

¶ Immatūrus, a, um, unreiff, unzeitig; ut, *Immaturi fructus*, Plin. 2 c. 13. Frequenter metaphorice; ut, *Immaturum consilium*, quod ante tempus datur, apud Sueton. Aug. cap. 8. Et, *Mors immatura*, Cicer. 4 Catil. cap. 2. Idem de Clar. Orator. cap. 33 *Damnum illius immaturo interitu res Romanæ Latinæque litteræ fecerunt*, durch seinen allzufrühen tod haben sie schaden genommen. *Virgo immatura*, nondum nubilis, die noch nicht mannbar. *Tempore ad navigandum immaturo*, Liv. lib. 35 cap. 44.

¶ Immaturĭtas, ātis, die unvollkommenheit; ut, *immaturitas sponsarum*, apud Sueton. Aug cap. 34. ¶ 2. * Ante tempus properatio. Nam quod tempestive & suo tempore fit, mature fieri dicitur. Cic. pro Publ. Quintio cap. 26 *Quid hæc festinatio, quid hæc immaturitas tanta significat?* Grævius.

¶ Immature, adverb. zur unzeit. Paulus l. si absente ff. de usufruct. *Oliva immature lecta; fœnum immature cæsum.* Ausonius epist. 22 initio: *Immature periclitatur expelli.* Apulej. lib. 6 Miles. *Haud immaturius reaito.*

¶ Permatūrus, a, um, sehr reiff, recht zeitig. Columella lib. 12 cap. 48 pr. *Olivæ cum jam nigruerint, nec adhuc tamen permaturæ fuerint.* Et Celsus lib. 6 cap. 13 extr. *non permatura mandere*, das noch nicht recht reiff ist.

¶ Permaturesco, ĕre, wohl und durchaus reiff werden. Corn. Celsus lib. 2 cap. 24 *Oleæ nigræ, quæ in arbore bene permaturuerunt.* Ovidius 4 Metam. v. 165

Nam color in pomo est, ubi permaturuit, ater.

¶ Permatūro, are, idem; an usus recipiat, dubitavit Cl. Munkius ad Hygini fabul. 136, qui *permaturuit* substituit, cum antea legeretur, *permaturavit.* Vir tamen æque clarissimus Jo. Schefferus edidit: *arbori moro similem esse: nam primum album est; deinde rubrum; cum permaturavit, nigrum.*

¶ Præmaturus, a, um, nondum maturus, præcox, zu zeitlich reiff, frühzeitig; ut, *Fructus præmaturus*, Colum. 11 cap. 3. *Mors præmatura*, der tod, so für der zeit kömmt: *Senilis juventa præmaturæ mortis signum*, Plin lib. 7 cap. 51. *Præmatura denuntiatio*, Plancus ad Cic. lib. 10 fam. epist 8.

¶ Præmature, adverb. vor der zeit. Plautus Most. a. 2 sc. 2 v. 69 *Præmature vita careo.* Gellius 10 cap. 11 *Coactius factum & festinantius, præmature factum dicitur.* Comparativus *præmaturius* est apud Papin. Dig. lib. 45 tit. 1 leg. 118.

¶ Semimaturus, a, um, halb reiff. Pallad. Jun. 12 *hordeum semimaturum.*

MĀTŪTA, æ, græce Λευκοθέα, Aurora, sic dicta a tempore matutino, cui præest. vid. Cic. de N. D. 3 cap. 19. Ovidius 6 Fastor. v. 545

Leucothee Grajis, Matuta vocabere nostris.

vide *Albunia*: item *Leucothea*, die morgenröthe.

¶ Matutīnus, a, um, früh; ut, *Tempus matutinum*: *Horæ matutinæ*, die morgenstunden. Cicer. lib. 7 fam. epist. 1 *Matutina tempora lectiunculis consumo*, die morgenzeiten bringe ich zu mit lesen. Apud Plinium lib. 10 cap. 43 pr. *omnibus matutinis*, est singulo mane, alle morgen. Apulej. lib. 1 de A. A. *Quin imus, inquam, & itineris matutini gratiam carpimus?* Virg. 8 Æn. v. 465

Nec minus Æneas se matutinus agebat,

er machte sich frühe herfür. Horat. 2 sat. 6 v. 45

Matutina parum cautos jam frigora mordent.

¶ Matutinālis, e, idem. Auctor Philomelæ v. 16 *matutinali tempore*, des morgends.

Mavors, & inde Mavortius, vide *Mars.*

MAVORTES, is, & Mavorta, æ, vestimenti muliebris genus simile ricino, ein weiber-kleid, schleyer. Servius ad Virg. 1 Æn. *Ricinus dicitur ab eo, quod in tergum rejicitur, quod vulgo Mavortes dicitur.* Græcis est μαφόριον, vel μαφόρτιον. conf Isidor. 19 cap. 25. Hieronymus ad Eustach. epist. 22 *Purpura tantum in veste tenuis, & laxius ut crines decidant, ligatum caput: soccus vilior, & per humeros hyacinthina mavorta volitans.* Adhelmus T. 5 *Pulla capitis velamina candidis & coloratis mavortibus cedunt.*

MAVRĔLLA, æ, herba, de qua Macer 2 cap. 34

Herbam, quam Græci strygnon dixere, Latini
Maurellam dicunt, nachtschatten.

MAVRITANIA, æ, Μαυριτανία, Μαυρουσία, & in antiquis monumentis *Mauretania*, Africæ regio extrema, occasum versus, dicta a Μαῦρον, nigrum, quod colonos nigros habet. Duas Mauritanias memorat Tacitus 1 Histor. cap. 11. Harum altera *Tingitana*, altera *Cæsariensis* appellata. Quam divisionem Plinius Caligulæ; Dio Claudio adscribit. De utraque idem Tacitus 2 Hist. cap. 58 & 59. Alteram autem productam habet Manilius lib. 4 v. 720

& Mauritania nomen
Oris habet, titulumque suo fert ipsa colore.

A Μαυρὸς, *Maurus*, fit Μαυρίτης, *Maurita*, Græca inflexione. Inde Latinis *Mauritanus*, & *Mauritania.*

¶ Maurus, i, Μαῦρος, plur. Mauri, populi Mauritaniæ, die Mohren oder Mauritanier. Auson. Parental. epigr. 5 de Æmilia Corinthia Maura:

Nomen huic joculare datum, cute fusca quod olim
Æquales inter Maura vocata fuit.

¶ Mauritanus, & Mauritanicus, & Mauricus, a, um, adject. Et gentile. Martial. 5 epigr. 29 *Licet vincas æquitate Mauricos.*

¶ Maurusius, a, um, Μαυρούσιος; ut, *Arundo Maurusia*, hoc est, telum Mauritanicum, apud Silium lib. 10 v. 401. *Gens Maurusia*, Virgil. Æneid. 4 v. 206.

¶ Maurusiacus, a, um, idem, apud Martial. lib. 12 epigr. 67.

¶ Maurice, adverb. *A Gallo & a Mauro Gallice & Maurice dicimus*, ait Gellius 2 cap. 25.

MAVSŌLVS, i, Μαύσωλος, rex fuit Cariæ, cujus uxor Artemisia luctu atque desiderio defuncti flagrans, conservandæ memoriæ ejus caussa, sepulcrum illud condidit memoratissimum, relatum inter miracula mundi. De quo multa Plinius lib. 36 cap. 5, & Gellius lib. 10 cap. 18.

¶ Mausolēus, a, um, adject. Propertius lib. 3 eleg. 2 v. 21

Nec Mausolei dives fortuna sepulcri.

¶ Mausolēum, i, substantive, μαυσωλεῖον, sepulcrum magnificum & operosum, quale Mausoli illud fuit, ein köstlich grab. Sane Regum & Cæsarum sepulcris id datum nomen. De quo Hieronymum videas lib. 1 adv. Jovinian. c. 27 p. 134. Hinc Florus lib. 4 c. 11 extr. *Quod ubi desperavit a Principe* (Cleopatra,) *servarique se triumpho vidit, incautiorem nacta custodiam in Mausoleum se (sepulcra regum sic vocant) recipit.* Suetonius Vespasiano cap. 23 *Cum inter prodigia cætera Mausoleum Cæsarum derepente patuisset.* Cæsarum, quod ei Cæsares inferri soliti; de quo & in Nerone mentio cap. 46. Id autem primum Augusto exstructum fuit in campo Martio. Ejus rationem exponit Strabo lib. 5. Meminit & Suetonius vitâ ejus cap. 100, *Reliquias legerunt primores equestris ordinis tunicati & discincti, pedibusque nudis, ac in Mausoleo condiderunt.* conf. Vulg. Interpr. 2 Paral. c. 35 v. 24. Item Martial. 5 epigr. 66, & Spect. 1.

MAXENTIVS, i, crudelissimus tyrannus, qui a Prætorianis Romæ Augustus nuncupatus, omnibus exitiis in nobiles & Christianos sæviit, donec eum Constantinus signo in aëre viso vicit, & ille fugiens in Tiberi periit. vid. Zosim. lib. 2 & 3. Eutrop. lib. 10, & Aur. Vict. Epit. cap. 55 & 56.

Maxilla, maxillaris, vide *Mala.*

Maxime, vide *Magis.*

MAXIMIĀNVS, i, a Diocletiano consors imperii factus, & *Herculeus* appellatus, sævus Christianorum persecutor, tandem a Constantino Massiliæ obsessus, sibi ipsi fauces elisit laqueo. vid. Eutrop. lib. 9. Ammian lib. 16, & Aur. Vict. Epit. cap. 55. ¶ 2. Alius *Maximianus Armentarius*, quem *Galerium* vocat Aur. Vict. Epit. cap. 54 & 57. Hunc a vermibus corrosum plerique scribunt.

MAXIMĪNVS, i, Thrax, ex pastore miles, hinc dux, & denique imperator, apud Tarsum morte simplici periit. vid. Aurel. Vict. Epit. c. 56, & Eutrop. 10 c. 4. ¶ 2. *Maximinus Daza*, nepos ex sorore Maximiani Armentarii, Cæsar quadriennio, Augustus triennio, de quo Aur. Vict. Epit. c. 57, & de Cæs. c. 40.

Maximus, a, um, &c. vide supra *Magnus.*

MAXĬMVS Tyrius, philosophus Platonicus. Exstant ejus sermones ac disputationes græce & latine.

MAZA, æ, μάζα, massa farinæ, oleo & aqua subacta, aut etiam lacte, ein kuchen-teig. Latini *massa* pro eo dicunt. Gloss. Vet. *Massa*, μάζα, φύραμα. Sed græca forma in expressis ex græco sententiis retinetur; v. g. *Maza esurienti homini carior & auro & ebore*: Athen. Πινῶντι γὰρ ἀνδρὶ μάζα τιμιωτέρα χρυσοῦ τε κἀλέφαντος, vide in Chiliad.

MAZARA, æ, sic apud Cæsarem legitur lib. 1 Bell. Gall. c. 26. Videtur autem esse genus teli, ein pfeil oder geschoß. Sed ibi alii legunt *Mataras.* vide supra.

MĀZŎNŎMVM, i, μαζόνομον, aut μαζονομεῖον, lanx major, quo cibi apponuntur, eine grosse schüssel. Horat. 2 Serm. satyr. ultima v. 86

Mazonomo pueri magno discerpta ferentes
Ossa gruis. conf. Varro de R. R. 3 cap. 4.

Meabilis, meatus, vide *Meo, are.*

MĒCHĂNĬCVS, i, μηχανικὸς, faber eorum operum, quæ ingenio simul ac manibus perficiuntur, ein künstlicher handwercksmann, a μηχανάομαι, *machinor*, vel *excogito.* Abusu vulgari admodum contaminatur hoc vocabulum, dum hodie ad illiberalia fere opificia, & sellularias artes detruditur. Opera quidem manuum in mechanicis opus, sed magis ingenio, unde *Ingeniarios* hodie appellant, Ingenieur. Sueton. Vespas. cap. 18 *Mechanicum* vocat, *qui grandes columnas exiguâ impensâ perducere in Capitolium pollicebatur.* conf. Parei Lex. Crit. p. 724. Quod & adjective usurpatur; ut, *ars mechanica*, quæ &

¶ Mechanice, es, appellatur, μηχανική, ars conficiendi ingeniosas fabricas; Plutarcho ὀργανική, in Marcello, eine kunst, die durch räder, winden und dergleichen, was schweres zuwege bringt. vid. Voss. de Scient. Mathem. p. 264.

Mecœnas,

Mecœnas, Mecænas, prave scriptum nomen, vide *Mecenas*. Sic enim scribendum est.

MĒCŌNIS, idis, *μηκωνίς*, lactucæ genus, a copia lactis soporiferi; *μηκὼν* papaver Græcis dicitur. vid. Plin. 19 c. 8, & 20 c. 7.

¶ Mēcōnītes, æ, *μηκωνίτης*, gemma, papaveris similitudinem exprimens, de qua Plin. 37 c. 10.

MECVM, pronomen, Prisciano; adverbium personale, Donato est. Terent. in Hecyr. a. 1 sc. 2 v. 56 *Vt colloqui una mecum posset*, daß sie mit mir könte gespräch halten. *Mecum facit*, er hälts mit mir. *Verba hæc mecum faciunt*, Cicer. pro Cæcin. diese worte seyn vor mich. Terent. in Andr. a. 2 sc. 1 v. 26 *Haud mecum sentis*, er hälts mit mir nicht. *Mecum* & *Tecum*, pro *Cum me, cum te*, quod refugerint dicere, Cicero ostendit in Oratore c. 45 *Non olet, unde sit, quod dicitur*, CVM ILLIS? CVM *autem* NOBIS, *non dicitur, sed* NOBISCVM? *Quia si id diceretur, obscenius concurrerent litteræ; ut etiam modo, nisi* AVTEM *interposuissem, concurrissent. Ex eo est*, MECVM *&* TECVM: *non* CVM ME, CVM TE, *ut esset simile illis*, VOBISCVM *atque* NOBISCVM. Ex quibus manifestum, hæc verius provocabula, sive pronomina, quam adverbia esse. vide Priscianum lib. 12 cap. penult. de figura.

MEDALIA, æ, vulgo vocatur, quæ alias *προτομὴ*, Arabes etiam *Methalia*: quod ab illis ad Italos & Gallos delatum. Ita autem vocant numismata Christianorum, quæ expressum caput humanum præferunt, eine medaille. Verbum proprie significat *εἰκόνα*, item *ænigma*. Vetus Glossarium Latino-Arabicum ad verbum reddit, *monetum, ænigma*. *Clypeum* Latini vocant, in quo imago, sive *προτομὴ*, Imperatoris expressa erat thoracetenus. Adhelmus *imagines* vocat *Thoracidas*, quod in Germanico ad verbum dicitur, ein brustbild. Ruffinus *Thoracas* vocat H. E. lib. 11 c. 29. vid. Scaliger. Animadvers. ad Euseb. Chronic. p. 218.

MEDDIX, icis, vel Medix, apud Oscos nomen magistratus est, ut refert Festus, ein fürst, ein oberster. Ennius ibid.

Summus ubi capitur Meddix, occiditur alter.

Idem esse putatur cum *Mediastutico*, qui summus magistratus apud Campanos est, ut notat Livius 24 c. 19, & 26 c. 7.

MĒDĒA, æ, *Μήδεια*, Æētæ regis Colchorum filia, venefica insignis, Jasonis uxor, a quo repudiata, Ægeo regi Atheniensi postea nupsit, & ex eo filium suscepit *Medum* nomine, a quo *Media* provincia, & *Medi* appellati sunt, Justin. 42 c. 2.

Μήδειαν Ἰάσων γαμέει, κέλεται δ᾽ Ἀφροδίτη.

id est: *Medeam ducit Jason, Venus aurea mandat:*

Versus inscriptus statuæ Jasonis & Medeæ, apud Pausaniam in Eliacis. De Medea lege Tragœdiam Senecæ. Hanc *sævus amor* docuit *commaculare manus natorum sanguine*; Virg. eclog. 8 v. 47. Adde Cic. de Nat. D. 3 c. 19 & 26, & pro Lege Manil. c. 9, ubi commemorat, quod fratrem suum Absyrtum, patrem fugiens, obtruncarit, membraque articulatim diviserit, & per agros dispertierit. Hinc

¶ Mēdēis, idis, pro possessivo; Ovid. lib. 2 de Arte amandi v. 101 *Medeides herbæ*, quibus usa Medea ad veneficium.

Medela, quære in sequenti *Medeor*.

MĔDEOR, ēri, deponens, curare, medicinam adhibere, afferre, heilen, gesund machen, rathen. Cicer. lib. 2 de Orat. c. 44 *Cum morbo alicui mederi vis, consuetudo valentis, & natura corporis cognoscenda est.* Sed veteres etiam accusativum junxere. Terent. Phorm. a. 5 sc. 4 v. 2 & 3

Quam scitum est, ejusmodi parare in animo cupiditates,
Quas, cum res adversæ sient, paullo mederi possis?

Agnoscit hanc rationem & Servius in Virg. 1 Georg. Sed *medeor illam rem* figuratum putat: *medeor*, rei proprium: quod non satis capio. Namque activæ significationis verba proprie accusativos adsciscunt. vide infra & *Medicor*. ¶ 2. Metaphora in hoc verbo frequentissima est. Cic. cont. Rull. Orat. 1 c. 9 *Huic malo pro se quisque nostrûm mederi debemus*, wir sollen dem unglück abhelffen. *Mederi afflictæ reipubl.* Idem pro Sextio cap. 13. Et lib. 7 fam. ep. 28 *Dies etiam stultis mederi solet*, mit der zeit vergessen auch unverständige ihres leides. *Mederi satietati lectoris*, i. e. cavere, ne satietate obtundatur, Nepos Pelopidâ cap. 1.

¶ Medens, tis, heilend. Adjective Apulejus de Philosophia, *Medentes manus adhibere*, dixit. Locum integrum vide infra in *Medicus*. ¶ 2. Substantive est medicus, ein artzt. Veteres enim participiis pro nominibus substantivis uti solebant. Plinius Panegyrico Trajani cap. 22 *Te parvuli noscere, ostentare juvenes, mirari senes, ægri quoque neglecto medentium imperio, ad conspectum sui, quasi ad salutem sanitatemque prorepere.* Ovid. Met. 15 v. 629

Nihil artes posse medentum.

Et Lucretius lib. 1 v. 834

Sed veluti pueris absinthia tetra medentes
Cum dare conantur.

¶ Mĕdēla, æ, die artzney, hülffe. Gellius lib. 12 c. 5 *Medicos arcessit, collocutusque de facienda medela.* Idem pluraliter lib. 16 c. 11 *facere medelarum miracula*, de Marsorum incantationibus. Idem lib. 17 c. 16 de Mithridate: *assiduo medelarum usu a clandestinis epularum insidiis cavisse.* Et Auson. Profess. Burd. epigr. 15

Medela nostri, Nepotiane, pectoris.

¶ Mĕdĭbĭlis, e, i. e. medicabilis, heilbar, Festus.

¶ Mĕdĭco, āre, est medicamento inficere, zurichten, ein mittel brauchen. Sic *medicare semina*, Virg. 1 Georg. v. 193. Et, *Capillos medicare*, Ovid. 1 Amor. eleg. 14 pr. Pro *mederi* Silius lib. 6 v. 98

Marus instat vulneris æstus
Expertis medicare modis.

¶ Medĭcor, ari, idem quod mederi, artzneyen, dativo & accusativo jungitur. Terent. in Andr. a. 5 sc. 4 v. 42 *Cum ego possim in hac re medicari mihi*, so ich mir doch selber rath schaffen kan. Cum accusativo jungit Virg. lib. 7 Æneid. v. 756, *Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum Evaluit.* Vbi Servius: *Medicor illam rem, & illi rei: sicut* MODVLOR. Sed quis auctorum *Modulor* cum dativo construxit? Itaque pro *Modulor* ego *Moderor* legendum puto. Id enim utroque casu gaudet. Ita *Palpari aliquem*, & *alicui*; *Concitari aliquem*, & *alicui* dicimus. Idem Virg. 3 Georg. v. 135

Senibus medicantur anhelis.

Atque hæc ratio usitatior est, quæ & in verbo *Mederi* obtinet. *Multo, quam finem, medicari initia præstat*, es ist besser im anfang rath schaffen, als am ende; Refertur a Suida:

Ἀρχὴν ἰᾶσθαι πολὺ λῷον, ἢ τελευτήν.

¶ Mĕdĭcātus, a, um, zugerichtet; ut, *medicata pocula*, Martial. lib. 9 epigr. 95, ein artzneytrunck. *Medicatus sapor vel odor*, Plin. 8 epist. 20 n. 4, ein geschmack oder geruch mit artzney zugerichtet. *Vinum medicatum*, kräuterwein. *Medicati fontes*, heilbrunnen, Plinius H. N. 2 c. 93. Sic *medicatas sedes*, i. e. sapore herbarum infectas, Virgilius dixit 4 Georg. v. 65. Sic, *Boletum medicatum*, pro veneno infecto, dixit Sueton. Claudio c. 44. Et, *medicata veneno tela*, Silius lib. 7 v. 453, vergifftet. Gradus habet, & Comparativum quidem, ut Plin. 28 c. 9 *Lac bubulum medicatius*: Superlativus ibidem c. 7 *res medicatissimæ*, i. e. aptissimæ ad medicinam. De *fontibus medicatis* vid. supra in *Medicor*.

¶ Medicatus, ûs, subst. die artzneyung. Ovidius Heroid. epist. Medeæ 12 v. 165 *Quæque feros pepuli doctis medicatibus ignes.*

¶ Medicatio, ōnis, idem. Colum. 2 c. 10 *Potest etiam citra istam medicationem servari.*

¶ Medicator, ōris, medicus, medens, ein artzt. Tertullian. 3 adv. Marc. c. 17 extr. ubi Christum vocat *medicatorem*. Et Avienus in Ophiucho v. 216

Animæ rursum tepefacta calore
Viscera mundanas revocat medicator in oras.

¶ Medicābilis, e, cui medicina adhiberi potest, heilbar, dem zu helffen, oder das zu heilen ist. Ovid. 1 Metam. v. 123

Hei mihi, quod nullus amor est medicabilis herbis.

Et Silius lib. 10 v. 416 *medicabile vulnus*. Active Prudentius hymn. ante somn. v. 23

Vt temperet laborem
Medicabilis voluptas.

¶ Medicabiliter, adverb. idem. Palladius Februario c. 31 *Limum dysentericæ passionis medicabiliter asperare.*

¶ Medicabulum, i, quod medicinam affert, ein artzney-mittel. Ita Apulejus principio 3 Flor. thermas appellavit: *Gratissima prorsus sanis natabula, & ægris medicabula.*

¶ Mĕdĭcāmen, inis, &

¶ Medicamentum, i, remedium, medicina, die artzney. Cic. in Pison. c. 6 *Quod diceres vinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari*, durch artzney, da viel wein zukömmt. Et 2 Nat. Deor. c. 53 *Terræ plenæ medicamentorum salutarium.* Idem 3 Offic. c. 24 *Dare medicamentum ad aquam intercutem.* Et, *medicamento uti*, ibidem. Ac idem Cicero in Oratore c. 23 *Fucati medicamenta candoris & ruboris*, artzney zu gemachter röthe und auchfarbe. Seneca epist. 8 *Medicamentorum utilium compositiones litteris mandare*, recepte schreiben.

¶ Est autem vocabulum *μέσον*, sicut *Φάρμακον* apud Græcos, quod & *Venenum* significat. Curtius lib. 6 c. 1 *Parmenio enim, cum audisset venenum a Philippo medico regi parari, deterrere eum voluit epistola scripta, quo minus medicamentum biberet, quod medicus dare constituerat.* Tacitus 12 Annal. c. 68 *Vt temporum illorum scriptores prodiderint, infusum delectabili cibo boletorum venenum, nec vim medicaminis statim intellectam* &c. Et, *medicamentum innoxium* Seneca 3 de Beneficiis c. 24 contra *medicamentum malum* Musa declamator apud Senecam dixit Controvers. 18, zauberey. Vet. Gloss. *Medicamentum*, *φάρμακον ἰάσιμον*. conf. Nonius c. 4 n. 297.

¶ Medicamentarius, i, ein apothecker. Plin. lib. 19 c. 6 de porro herbaceo: *quo utuntur medicamentarii.* Item, ein vergiffter. Cod. Theod. lib. 3 tit. 16 *Homicidam aut medicamentarium maritum suum esse probare.* ¶ Hinc fœmininum *Medicamentaria*, eine hexe. Ibidem: *Vxorem mœcham vel medicamentariam probare.* ¶ Sic & adjective, *Ars medicamentaria*, die apothecker-kunst, Plin. 7 c. 56.

¶ Medicamentōsus, a, um, quod medicamenti vice est, gesund, heilsam. Cato de re rustica c. 157 *De omnibus brassicis nulla est medicamentosior.* Vitruv. lib. 8 c. 3 *aqua medicamentosa*, ut thermæ sunt.

¶ Medicīna, æ, remedium, die artzney. *Facere medicinam*, Cicer. 14 fam. epist. 7. *Adhibere medicinam reip.* Idem pro Sext. c. 65. Et, *afferre cui*, in Catilin. 2 c. 8. *Exercere medicinam*, Id. pro Cluent. c. 65, practiciren. Et, *Petere medicinam a litteris*, lib. 5 epist. 15 ad Lucejum. Idem ad Attic. 16 epist. 15 *Desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam.* ¶ 2. Ipsa quoque medendi ars, sive scientia, ut quidam vocant, *Medicina* dicta, die artzney-kunst. Celsus principio præfationis: *ut alimenta sanis corporibus agricultura, sic sanitatem ægris medicina promittit.* Apulejus lib. 10 Miles. *Non exitio, sed saluti hominum, medicinam quæsitam esse didici.* Inventionem ejus cuidam Pœoni tribuit Homerus Odyss. δ, Ovidius Apollini, Galenus Æsculapio. Hæc olim *sapientiæ*, ut Celsus c. l. auctor est, hoc est, philosophiæ habita pars est, atque tractata etiam a philosophis atque exercita, ac inter liberales numerata. Qua Aristotelem quoque instructum Plutarchus sentit in Alexandro p. 668. Quem & vide de tuenda valetudine p. 12, & Ælian. lib. 9 cap. 22, tum Apulejum Apologia p. 498. Primum Hippocratem separasse a sapientiæ studio, & disciplinam peculiarem constituisse, Celsus observat: quem vide præfatione operis, itemque Plinium lib. 29 c. 1; ubi historiam quamdam hujus artis habes. Quamquam autem Hippocrates separavit a philosophia medicinam, alteram tamen conjungendam cum altera idem *περὶ εὐσχημοσύνης* monuit, adjiciens: *Ἰατρὸς γὰρ φιλόσοφος ἰσόθεος*, *Medicus philosophus Deo æqualis est.* ¶ 3. Quin & medicorum, sive chirurgorum etiam, pergula seu officina sic appellata, eine artzeney-stube, apothecke, *τὸ ἰατρεῖον*. Plautus Amphitr. a. 4 sc. 1 v. 5

In medicinis, in tonstrinis, apud omnes ædes sacras.

Item Epidico a. 2 sc. 2 v. 13

per omnem urbem quam sum defessus quærere,
Per medicinas, per tonstrinas, in gymnasio atque in foro.

conf. Douza & Manutius ad Cic. 13 fam. epist. 21. ¶ 4. *Medicinam*, inquit Nonius cap. 1 n. 75, dicimus & *venenum*, tractum a Græcis, qui

venenum

venenum φάρμακον appellant, gifft. Accius Phœnissis: *Sterilem esse illius opera medicinam autumans.* ¶ 5. Nonnulli hanc vocem prorsus pro nomine adjectivo habent, ita ut subaudiatur vel ars vel taberna. Varro de L. L. 4 cap. 18 *Artificibus maxima caussa ab arte: i. e. ab arte medicina ut sit medicus, a sutrina sutor, non a medendo ac suendo.* Hyginus fab. 274 *Ne quis servus artem medicinam disceret.*

¶ Medicinalis, e, zur artzney dienlich; ut, *Ars medicinalis*, Cels. præfat. *Herba medicinalis*, ein kraut, so zur artzney gebraucht wird, Plin. 32 cap. 10. ¶ 2. Et digitum minimo proximum *medicinalem* appellari, Macrobius indicavit lib. 7 Saturn. cap. 13.

¶ Medicinius, a, um, idem. Auson. ad Symmachum epistolâ Gripho præfixâ, *Librosque medicinios.*

¶ Mĕdĭcus, a, um, adject. heilsam; ut, *Medicas adhibere manus*, Virg. 3 Georg. v. 455. Et Ovidius Metam. 2 v. 618 *Medicas exercet inaniter artes*, er richtet nichts aus mit seiner cur. ¶ 2. Et substantivum, ein artzt, qui medicinam facit. Ovid. ex Ponto lib. 1 epist. 3 v. 17

Non est in medico, semper relevetur ut æger,
Interdum medica plus valet arte malum.

Apulejus de Philosophia Morali p. 21 *Optimi medici conclamatis desperatisque corporibus non adhibent medentes manus, ne nihil profutura curatio doloribus spatia promulget: ita eos, quorum animæ vitiis imbutæ sunt, nec curari queunt medicinâ sapientiæ, eos mori præstat. Namque eum, cui nec ex natura, nec ex industria recte vivendi studium conciliari potest, vitâ existimat Plato esse pellendum: vel si cupido vitæ eum teneat, oportere sapientibus tradi, quorum arte quadam ad rectiora flectatur.* Terent. in Hecyr. a. 3 sc. 1 v. 43 *Nemone medicum adduxit?* hat niemand den doctor zu ihr geholet? *Adhibere medicum*, Cic. de Fato c. 13; &, *Medico honorem habere*, Idem lib. 16 fam. epist. 9. Medici celebres fuêre: *Æsculapius*, *Hippocrates*, *Asclepiades*, qui medicinas communes, & efficaces esse professus est, *abstinentiam cibi & interdum vini, corporis fricationem, ambulationem, gestationem*, Plin. lib. 26 cap. 2. *Galenus*, qui sub Marco Antonino vixit, &c. Livius lib. 22 cap. 18 *Medici plus interdum quiete, quam movendo atque agendo proficiunt.* Divites olim Romæ in cæteris servis urbanæ familiæ & *Medicos* habuisse, præter alios etiam Pignorius docet commentario de Servis: quos Seneca de Constantia Sapientis principio, *domesticos & familiares medicos* appellat. Idem Senec. lib. 3 de Beneficiis cap. 24 *Imperavit medico eidemque servo suo.* Augustus epistolâ ad Agrippinam apud Sueton. in Caligula c. 8 *Mitto præterea cum eo ex servis meis medicum*, &c. Sed quod his atque aliis hujus generis auctoritatibus Robortellus omnes omnino Medicos Romæ servilis conditionis pronunciavit, in eo recessit a veritate: & merito ipsum eo nomine taxat castigatque Casaubonus ad Suetonii Cæsarem cap. 4, itemque Bernegg. ibid. conf. Tacit. Annal. 4 cap. 3.

¶ Medica, æ, obstetrix, die ärtztin, hebamme. Ejusmodi *Medicæ* sæpe occurrunt in vett. Inscriptt. & in Glossis Isidori V. *Maja*, ubi perperam editum *Media.* vid. Casp. Bartholinus de rit. Puerp. p. 37, qui *Medicas* pro obstetricibus affert ex veteri Inscript. apud Gruter. pag. 636.

¶ Medicōsus, a, um, durch artzney gewircket; ut, *medicosæ fermentationes*, Cœl. Aurel. Tard. 2 cap. 1.

¶ Meditrina, æ, dea medicamentorum, Festus.

¶ Meditrinalia, orum, sacra deæ Meditrinæ, in quibus vinum novum & vetus libabant & degustabant, medicamenti caussa, dicentes: *Novum vetus vinum bibo, novo veteri morbo medeor.* vid. Varro de L. L. 5 cap. 3, & Voss. lib. 5 Instit. Orat. p. 409.

Composita:

¶ Immedicatus, a, um, ungeheilet; ut, *immedicatum os*, Apulej. in Apolog.

¶ Immedicabĭlis, e, unheilbar, das nicht zu heilen ist; ut, *Malum immedicabile cancer*, Ovid. 2 Metamorph. v. 825. *Immedicabilis ira*, Silius lib. 1 v. 147. *Immedicabile telum*, Virg. Æn. 12 v. 858.

¶ Præmedicatus, a, um, vorher mit artzney verwahrt. Ovid. Her. ep. 12 Medeæ v. 15 *Isset anhelatos non præmedicatus in ignes*
Immemor Æsonides.

Et Tertullianus de Jejun. cap. 12 *antidoto præmedicatus*, mit einem præservativ versehen.

¶ Rĕmĕdium, i, medicina, das mittel, die artzney; ut, *Efficax, præsens remedium*, kräfftige artzney. *Remediis acrioribus saluti suæ subvenire*, mit scharffer artzney sein heil retten, Cicero pro Cluent. cap. 24. Idem ad Octavium: *Nulla remedia, quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quam quæ salutaria sunt.* Et Terent. in Andr. a. 3 sc. 1 v. 10 *Quod remedium nunc huic malo inveniam?* Et, *Quærere remedium ad aliquam rem*, Cic. pro Cluent. c. 9, rath suchen. *Remedium sibi comparare*, Idem 7 in Verr. cap. 10. *Nihil æque sanitatem impedit, quam remediorum crebra mutatio*, Sen. epist. 2.

¶ Remedio, are, remedio esse, heilen, helffen. Scribonius Largus Compos. 11 *Capitis dolorem in perpetuum remediat.* Et Hieronymus vita Hilarion. f. 94 *remediantis animas.* Adde Tertull. 4 adv. Marcion. cap. 35. Et passive *remediari*, sanari. Idem Scribonius Compos. 18 *Viros facilius mulieribus remediari.* Et Apulej. de Herb. cap. 112 *lepus hac herba remediatur.* Idem ibid. *Herbam lactucam leporinam suppones sub pulvino, infirmo nesciente, remediabitur.* ¶ Sed & *Mediari* deponentialiter usurpatur, uti Cl. Munckerus probavit ad Hygini fabul. 101, quem vide. Item Andr. Borrich. in Vindic. p. 201 ex Apulejo de Herb. cap. 2 *Herba quinquefolium contrita, potui si datur cum vino, mire remediatur.* Et cap. 105 *Febricitanti mire remediaberis.*

¶ Remediatus, a, um, curatus, geheilet. Scribon. Larg. *Oportet non indifferentèr remediatos in futurum vivere.* Et Tertull. ad Scapul. c. 4 *Aut a dæmoniis aut valetudinibus remediati.*

¶ Remediatio, ōnis, sanatio, die heilung. Rursus Scribonius Compos. 11 *Torpor signum est remediationis.*

¶ Remediator, ōris, der artzt. Tertullianus lib. 4 contra Marc. cap. 8 *Remediator valetudinum:* & cap. 35 *remediator languorum.*

¶ Remedialis, e, heilsam. Macrobius lib. 7 Saturn. extremo: *Inest æri vis quædam remedialis*, id est, vim remediandi habens.

¶ Remediābĭlis, e, heilbar. Seneca epistolâ 95 *minora peccantes, & levi cura remediabiles*, h. e. qui facile sanari possunt.

¶ Irremediabilis, e, contrarium, unheilbar, apud eumdem Senecam epist. 114 *tyranni irremediabilis factio.*

MĒDIA, æ, Asiæ regio *ab occasu transversa oblique Parthiæ occurrens*, ut Plinius de ea scribit lib. 6 cap. 26. Ejus caput *Ecbatana* a Seleuco rege condita. Nomen a *Medea* inditum voluit, de quo & supra.

¶ Medus, i, plur. Medi, ipse populus, qui summum imperium Chaldæis eripuit Pharnace duce, ut Vellejus 1, 6, 2; Arbace vel Arbacto, ut Justinus 1, 3, 1 appellat, mox Persis cedendum. Horatius adjective usus lib. 1 od. 27 v. 5 *Vino & Lucernis Medus acinaces*
Immane quantum discrepat.

¶ Mēdĭcus, a, um, adjectivum: ut, *Medicum imperium: Medica vestis*, pro pellucida, Corn. Nepos in Pausania c. 3. Dicitur autem *Medica vestis* pro Persica. vid. Freinshem. ad Curt. 6, 6, 4. Tertullian. de Pallio cap. 4 de Alexandro: *Vicerat Medicam gentem; & victus est Medica veste.*

¶ Mēdica, æ, Μηδίκη, herba, pabulum jumentorum, pferdefutter, Germania ignorat: ex Media vero in Græciam, ut Plinius 18 cap. 16 memorat, bellorum sub Dario occasione; inde in Italiam translata. *Fœnum Burgundiacum* vocant, Medisch-kraut, Burgundisch-heu. Ex genere trifoliorum est. Multa de ea habent scriptores de re rustica. Virg. 1 Georg. v. 215 *Tunc te quoque medica putres*
Accipiunt sulci, &c.

Adde Isidorum 17 cap. 4, & Columellam lib. 2 cap. 11, *Eximia*, dicentem, *est herba Medica, quod, cum semel seritur, decem annis durat: quod per annum, deinde recte quater; interdum sexies demetitur.* ¶ Et *Medica*, malus est Assyria. *Malum Medicum*, vide *Malus.*

¶ Medipontus, i, instrumentum funarium in conficiendo oleo, q. d. *Medi* Xerxis *pons*, scil. funalis, quo is Hellespontum junxerat, vel a similitudine, vel per derisionem. Legitur apud Catonem de R. R. cap. 12.

Mediare, mediastinus, Mediastuticus, Mediator, Medicabilis, medicamen, medicamentum, medicina, medicus, &c. Medietas, quære in *Medius, Meddix, Medius, Medeor, Medius.*

MĔDIMNVS, i, μέδιμνος, ἐςὶ ξυρῶν μοδίων ἕξ, inquit Suidas, id est, *Medimnus est mensura aridorum, modios sex continens*, ein getreide maß, ein malter. *Medimnus Atticus*, de quo C. Nepos Attico cap. 2 n. 6 *Vniversos frumento donavit, ita ut singulis modii sex tritici darentur, qui modus mensuræ* MEDIMNVS *Athenis appellatur.* ¶ Dicimus & *Medimnum*, neutro genere. Cicero 5 in Verr. cap. 47 *In jugere Leontini agri medimnum fere tritici seritur.* Et ibidem: *Quot jugera sunt sata, totidem medimna decumæ debeantur.* Auson. in Gripho ternario:
Hinc Bromii quadrantal, & hinc Sicana medimna.

Mediocris, mediocritas, vide *Medius.*

MEDIOLANIVM, i, Μεδιολάνιον, urbs Britanniæ, Manchester, & Germaniæ illa, quam Monasterium vulgo vocant, Münster, Ptolemæo. Sed

MĔDIŌLĀNVM, i, Galliæ Cisalpinæ, quæ hodie ad Italiam pertinet, urbs est, a Gallis Insubribus condita, aut occupata potius, ut Puteano videtur lib. 1 Histor. Insubricæ p. 10, quam notis eruditis illustratam edidit rursus Rudolph. Godofredus Knichen, Consiliarius Lignicensis. vide & Gaudent. Merul. de Gallia Cisalpina lib. 3 cap. 12, & Bonaventuram Castillionæum de Gallorum Insubrium antiquis sedibus; Meyland. Ausonius de Clar. Vrb. 5 v. 1

Et Mediolani mira omnia, copia rerum,
Innumeræ cultæque domus, facunda virorum
Ingenia, &c.

¶ Mediolanensis, e, adject. Cic. in Pison. cap. 26 *Mediolanensis præco.*

Medioximus, Medipontus, Meditatio, &c. Mediterraneus, vide *Medius, Media, Meditor, Medius.*

MĔDĬTOR, atus sum, ari, cogitare est, & mente pertractare, dichten, betrachten, nachdencken. Servius in 1 eclog. Virg. a Græco μελετῶ format per antistœchon. Terent. in Phorm. a. 2 sc. 1 v. 12 *Omnes, cum secundæ res sunt maxime, tum maxime meditari secum oportet, quo pacto adversam ærumnam ferant.* Quod autem Terentius *meditari secum*, id *animo meditari* Nepos dixit Agesilao cap. 4 n. 1. Nam & *meditari* exercere est, quod extra mentem, de quo mox. Cicer. de Clar. Orat. cap. 88 *Nullum patior esse diem, quin aut in foro dicam, aut mediter extra forum.* ¶ 2. *Meditari* etiam exercere est. Plautus Sticho a. 2 sc. 1 v. 34 *Ad cursuram meditabor me.* Cum accus. absolute, & interveniente præpositione construitur: Cic. 1 Catil. cap. 10 *Ad hujus vitæ studium meditati sunt labores tui.* Idem Cicero 1 de Orat. cap. 61 *Demosthenes perfecit meditando, ut nemo planius eo loqueretur.* Virg. ecloga 1 v. 2

Silvestrem tenui Musam meditaris avena.

i. e. cantando exerces. Et eclog. 6 extr. similiter:

Omnia quæ Phœbo quondam meditante beatus
Audiit Eurotas.

Meditante, i. e. canente, ut Servius interpretatur. conf. Virg. 1 Georg. v. 133. Ita & μελετᾷν apud Græcos *declamare* est. Gellius 9 cap. 15 *Erat adolescens tum quisquam e ditioribus cum utriusque linguæ magistris meditans & exercens ad caussas Romæ orandas eloquentiæ latinæ felicitatem.* Suetonius Nerone cap. 20 *Paullatim & ipse meditari exercerique cœpit.* ¶ 3. *Meditari* insidias, vindictam, dolum, est machinari, struere. Virg. eclog. 5 v. 61

Nec lupus insidias pecori, nec retia cervis
Vlla dolum meditantur.

¶ Meditatus, a, um, vorbereitet, bedachtsam, mit nachsinnen. Terent. in Andr. a. 2 sc. 4 v. 3 *Venit meditatus aliunde ex solo loco.* Et Cic. in Verr. 4 cap. 6 *Meditati ad dicendum paratique venimus.* Quod participium in passiva etiam legitur significatione, apud Cicer. frequenter, ut, *Nihil feci non diu consideratum, & multo ante meditatum*, de Arusp. Resp. cap. 1, das nicht lange zuvor betrachtet und bedacht worden. Idem Philipp. 2 c. 54 *Attuleras meditatum & cogitatum scelus.* Et in Tusculanis 3 c. 14 *Sint semper omnia homini humana meditata.*

¶ Meditate, adverb. idem. Plaut. in Bacchid. a. 3 sc. 6 v. 16 *Ne tu illorum mores perquam meditate tenes*, du hast ihrer weise lange nachgedacht.

¶ Mĕdĭtātio, ōnis, consideratio, exercitatio, die übung, betrachtung. Tacit. Annal. 16 cap. 27 *Cæterum ipse, an in senatum venire deceret, meditationi suæ reliquit.* Cic. 2 Tusc. cap. 17 *Tantum exercitatio, meditatio, consuetudo valet*, also viel vermag übung, nachdencken, und gewohnheit. Seneca 2 de Ira cap. 12 *Nihil est tam difficile & arduum, quod non humana mens vincat, & in familiaritatem perducat assidua meditatio.* Μελέτη πάντα δύναται, *Meditatio*, vel *cura*, vel *exercitatio potest omnia*, vide Chiliadas. Cicer. de Divinat. 2 cap. 16 *Multi naturæ vitium meditatione atque exercitatione sustulerunt*, sie haben angebohrnen mängeln durch nachdencken und übung abgeholffen. *Meditatio campestris*, Plin. Paneg. cap. 13, est exercitatio armorum, atque rei equestris, reiten, fechten, ringen.

¶ Meditamentum, i, idem. Tacitus 4 Hist. cap. 26 *Ceteris belli meditamentis militem firmabant*, sie exercireten die soldaten. Et

¶ Meditāmen, ĭnis, dicitur pro meditamento. Prudentius Psychom. v. 234 *Desidiam pigro rerum meditamine palpent.*

¶ Meditatus, ûs, subst. idem; Theodulfus lib. 2 Carm. v. 187.

¶ Meditator, ōris, der fleißig nachsinnet, Weitzius legit in Prudentii Vincentio v. 266; sed Fabricius ibi atque Heinsius *meditatus*.

¶ Meditabundus, a, um, der auf etwas umgehet. Justin. 38 cap. 3 n. 7 *Romanum meditabundus bellum.* Nam casum etiam Verborum suorum regere possunt, quæ in *undus* adjectiva participiorum æmula formantur.

¶ Meditatīvus, a, um, ad meditationem faciens, nachdenckend; ut, *verbum meditativum* apud Priscianum, quod *desiderativum* dici commodius censet Valla lib. 1 cap. 24. Gloss. Vet. *Meditativus*, σκεπτικὸς, μελετικός.

Composita:

¶ Commĕdĭtor, ari, una meditari, zugleich überlegen. Auct. ad Herenn. lib. 3 cap. 18 *Locos, quos assumserimus, egregie commeditari oportebit.* Lucretius 6 v. 111 *Et fragiles sonitus chartarum commeditatur.*

¶ Emeditor, ari, erdencken, ersinnen. Vnde

¶ Emeditatus, a, um, ausgedacht, ausgesonnen. Apulejus lib. 2 Miles. *Emeditatis ad hæc illa fletibus, quamque sanctissime poterat, adjurans cuncta nomina, tantum scelus abnuebat.*

¶ Immeditatus, a, um, non meditatus, unbedacht, unbesonnen; ut, *Immeditatus incessus*, Apulej. lib. 2 Miles. sub init. Idem 3 Florid. *animalium immeditati sonores.*

¶ Immeditate, adverbium, sine meditatione præeunte, idem. Gellius præfatione: *Nos, ut captus noster est, incuriose & immeditate, ac prope etiam subrustice ex ipso loco ac tempore hibernarum vigiliarum* ATTICAS NOCTES *inscripsimus.*

¶ Permeditatus, a, um, wohlbedachtsam, vorbereitet. Plaut. Epid. a. 3 sc. 2 v. 39 *Eam permeditatam meis dolis astutiisque onustam, mittam*, i. e. instructam a me & doctam subornabo.

¶ Permeditate, adverb. idem; ut, *perquam meditate*, per Tmesin ex Plauto vide supra in *Meditate*.

¶ Præmĕdĭtor, ari, ante cogitare & prospicere, zuvor betrachten; ut, *Præmeditari, quid sibi usu sit venturum*, vorher bedencken, was einem begegnen wolle, Aut. ad Herenn. lib. 2 cap. 5.

¶ Præmeditatio, ōnis, die vorbereitung, vorhergehende betrachtung. Cicer. 3 Tuscul. cap. 14 *Præmeditatio futurorum malorum lenit eorum adventum.*

¶ Præmeditatorium, i, locus ubi meditatio fit & præparatio, ein zubereitungs-ort. Tertullianus de Jejun. cap. 6 *Totum illud domicilium interioris hominis, escis stipatum, vinis inundatum, decoquendis jam stercoribus æstuans præmeditatorium efficitur latrinarum.* Adde ibi Pamelium ex Hieronymo.

¶ Remeditor, ari, reminisci, wieder bedencken. Sic Lipsius legit Senecæ epist. 72 ineunte: alii aliter.

Meditullium, vide mox in *Medius*.

MĔDIUS, a, um, μέσον, quod æqualiter distat ab extremis, mitten inne, im mittel. Horat. 1 epist. 18 v. 9

Virtus est medium vitiorum utrinque reductum;

id est, media inter duo extrema vitiosa. vide *Virtus*. Cic. 1 Tuscul. cap. 17 *In medio mundi terra sita est.* Sic, *Medium diei*, Liv. lib. 27 cap. 49, der mittag. *In medios dormire dies*, Horat. 1 epist. 2 v. 30. *Medium accipere*, in der mitten ergreiffen. *Mediam mulierem complectitur*, Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 106. Sed, *Afferre in medium*, hoc est, in communem usum, Cicer. in Offic. lib. 1 cap. 7. *In medium consulere*, dixit Virg. Æn. 11 v. 335, id est, in commune, der gemeine zum besten. Idem Georg. 1 v. 126

Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat; in medium quærebant.

In medium proferre, Cicer. 15 fam. epist. 2, auf den platz bringen, darthun. *In medium producere*, Sen. epist. 7. *Ponere in medio:* Terent. in prolog. Phormionis v. 17 *Is sibi hoc responsi habeat, in medio omnibus palmam esse positam*, &c. daß einem ieden freystehe zu gewinnen, der da könne. *Esse in medio:* Idem Adelph. a. 3 sc. 4 v. 33 *Mater virginis in medio est*, sie stehet da, ist verhanden. Cicer. in 4 Verr. cap. 42 *Tabulæ in medio sunt*, die verzeichniß liegen da. *Relinquere in medio*, locutio latina & elegans est, pro nihil statuere, seu de re aliqua pronunciare, ein ding in seinem werth und unwerth, oder an seinem ort gestellet seyn lassen: Sallust. Catilin. cap. 19 *Nos eam rem in medio relinquimus.* Cic. pro Cœlio cap. 20 *Mulierem nullam nominabo: tantum in medio relinquam.* Sic, *Tollere de medio*, est interficere, Cic. pro Rosc. Amer. cap. 7; &, *Recedere de medio*, ibidem c. 38, beyseits gehen. *De medio aliquid removere*, hinweg räumen. *E medio excedere, æquum est*, Terent. Hecyr. a. 4 sc. 3 v. 14, aus den augen gehen, sich verkriechen. Cicer. 3 Offic. cap. 8 *Pellere e medio*, aus dem lande jagen. ¶ 2. *Medius* etiam pro mediocri ponitur, qui præteriit quidem ultimos, in primis tamen haud est. Vellejus lib. 2 cap. 29 de Pompejo: *Innocentiâ eximius, sanctitate præcipuus, eloquentiâ medius* &c. Tacitus 1 Histor. cap. 49 de Galba: *Ipsi medium ingenium, magis extra vitia, quam cum virtutibus.* Eodem sensu *media bella* dixit Livius lib. 5 cap. 37. Sic, *mulier ætatis mediæ*, die in ihren besten jähren, weder zu alt, noch zu jung ist, Phædrus 2 fab. 2. ¶ 3. *Medium erat Anco ingenium*, Liv. lib. 1 cap. 32, i. e. ad utrumque paratum, tam ad pacis, quam belli artes. Sic Tiberius *medium agebat plurima dissimulantis, aliqua inhibentis*, Vellej. 2, 114, 3. ¶ 4. Livius lib. 39 cap. 39 *Medio responso*, pro dubio seu ancipiti, dixit. ¶ 5. *Medii* etiam dicuntur, arbitri & sequestri, qui lites certantium partium componunt, qui & *Mediatores* appellati. Quintil. 12 cap. 8 *Sequester ille, & media litium manus, & quidam interpres.* Cassiod. Var. 3 epist. 5 *Mediis amicis jurgia atque discordias placabiliter finire.* Symmach. 6 epist. 5 *Promisi media unanimitate tua, si quid inter eos concertationis est, posse finiri.* Adde Juret. in Symmach. p. 117. ¶ 6. *Medii* etiam, qui hodie *neutrales* appellantur; quod neutrius partis sint: sive cum neutra parte faciant. Cicero lib. 10 ad Attic. epist. 8 *Navigabit igitur* (Pompejus,) *& ad Italiam accedet, in qua nos sedentes quid erimus? Nam medios esse jam non licebit.* Et Antonius Ciceroni in lib. 10 ad Attic. epist. 10 *Qui se medium esse vult, in patria manet: qui proficiscitur, aliquid de alterutra parte judicare videtur.* Vellejus lib. 2 cap. 21 *Se dubium mediumque partibus præstitit.* Et Sueton. Cæsare cap. 75 *Ipse medius & neutrius partis.* Item Nerone cap. 2 *Consultante autem Pompejo de mediis ac neutram partem sequentibus.* ¶ 7. *Media vocabula*, μέσα, nomina & verba illa dicuntur, quæ in bonam & malam partem accipi possunt, ut, *facinus*, eine gute und böse that: *valetudo*, gesundheit und schwachheit: *tempestas*, gut wetter und ungewitter: *Deprecor:* ut, *Deprecari culpam*, & *Deprecari facinus*, id est, detestari, Gell. lib. 6 cap. 16. Sed Horatius lib. 2 od. 19 v. 28 *Pacis eras mediusque belli*, id est, in utrumque paratus: ad utrumque aptus. ¶ 8. *Media* pro *subsidiis*, aut *sumptibus* non raro ex Germanismi consuetudine dicuntur, mittel, e. g. *media salutis, studiorum* &c. At substantive vix in usu est vocabulum pure Latinis: Adjective quid significet, jam dictum est: cujus neutrum Genus *Mediam rem* Græcorum imitatione designat; e. g. *medio tutissimus ibis*, Ovid. 2 Met. v. 137. Et, *a medio ad summum*, Cic. de Vnivers. vid. Antibarb. Cellar. ¶ 9. *Medium* pro *dimidia parte* Capitolinus in Pio fin. c. 4 scripsit: *Aurum, quod oblatum fuerat, Italicis totum, medium provincialibus reddidit.* Casaubonus ad h. l. *Nove*, inquit, *medium pro alicujus dimidio.*

¶ Medie, adverb. mediocriter, mittelmäßig. Apulejus lib. 2 Doctr. Plat. p. 22 *Nec plane optimi, nec oppido deterrimi sunt, sed quasi medie morati.* Eutropius lib. 7 cap. 8 de Claudio: *Hic medie imperavit*, id est, neque optime, neque pessime.

¶ Medietas, ātis, pro medio, das mittlere, die helffte. Cicero scripsit, *se vix audere dicere medietates*, lib. de Vniversitate cap. 7, ipse vero c. l. habet: *in singulis esse bina media* &c. Vsi tamen hac voce sunt Palladius, Apulejus, & his inferiores Ammianus, Eutropius, ut Curis Secundis monstravit Cellarius p. 222. Apulejus lib. 2 Doctr. Plat. p. 14 etiam pluraliter *medietates inter virtutes & vitia* dixit.

¶ Mediālis, e, qui in medio est, der mittlere. Solin. cap. 33 *Arboris mediale succino lacrymat.* Idem cap. 51 *lignum mediale.*

¶ Medianus, a, um, idem; ut, *Columnæ medianæ*, die mittel-seulen, Vitruv. lib. 3 cap. 1. *Medianus digitus*, Veget. 2 cap. 4. *Mediana malvarum*, Apicius 4 cap. 2. De Meniana, vide suo loco.

¶ Mediastīnus, i, minister balnei, ut Nonius cap. 2 n. 573, & Priscianus exponunt. Quo Plinius referri potest lib. 29 cap. 1. Sed latius patuit nomen, eoque omnes, quibus certum officium non creditum esset, appellabantur servi, quod in medio starent ad capessendas partes parati, quæ eis darentur, unde & dicti, ein haußknecht, haußbüffel. Quin & viliores cæteris erant. Vide Horatianos Interpretes, atque inprimis Torrentium ad lib. 1 epist. 14 v. 24

Tu mediastinus tacitâ prece rura petebas.

Itemque Pignorium de servis p. 44 & p. 103. ¶ 2. Vocant & *mediastinum* panniculum, dividentem pectus per medium & pulmonem, idem quod diaphragma, das zwergnetze, dividens thoracem in duos veluti ventriculos.

¶ Mĕdio, are, medium facere, medio dividere, halbiren, mitten entzwey schneiden. Apicius lib. 3 cap. 9 *coliculos elixatos mediabis* Palladius lib. 4 cap. 10 sect. de ficu, *Junio mediante*, id est, dimidio, wenn der monat halb ist. vide Cur. Posterior. Cellarii p. 379.

¶ Mediate & Immediate, adverbia, mittelbar und unmittelbar, usu disputantium vulgata. *Immediate* habet Gellius 20 cap. 10, ubi agit de opere suo.

¶ Mediator, ōris, ein mittler, eine mittelsperson. Pro quo *conciliatoris* vocabulum usurpat Nepos Attico cap. 12 n. 2. Sidon. 6 epist. 8 *frigoribus fontium civicorum sæpe fontem mediatoris anteferat.* Sic de Christo μεσίτης Tertull. de Carne Christi c. 15, & de Resurr. Carn. c. 51 & 63, & Lactantius 4 cap. 25. vid. Buchnerus ad Prudentium Salvatoris Natali v. 16 *Mediator & duplex genus.* conf. Apoth. v. 242.

¶ Mediatrix, īcis, eine mittlerin. Alcimus lib. 5 v. 554

Vt mediatricis curet tutela columnæ.

¶ Mediocris, e, mittelmäßig, ziemlich, contrarium *excellenti*; ut, *Orator mediocris*, Cic. de Clar. Orat. cap. 26. *Status mediocris*, Idem ad Q. Fratr. ep. 1, ein ziemlicher zustand. B. Ambros. in cap. 10 Lucæ: *Non mediocris ille Samaritanus*, i. e. non vulgaris, nicht ein schlechter mann. Terent. Adelph. a. 5 sc. 9 v. 9 *Non mediocris hominis hæc sunt officia.* Et Cicero de Amic. cap. 17 *Nec vero negligenda est fama, nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium.* Et, *Non mediocris est industriæ*, i. e. eximiæ, singularis, Nepos Attico cap. 13 n. 4.

¶ Mediocrĭtas, ātis, der mittelstand, das maß. Horatius *auream* vocat *mediocritatem*, vide lib. 2 od. 10 v. 5, id est, longe pulcherrimam. *Mediocritas tutior in omnibus*, das mittel halten ist überall sicher: Apollodori apud Stob. ἡ μεσότης ἐν πᾶσιν ἀσφαλεστέρα. Cicer. in Offic. lib. 2 cap. 17 *Mediocritas regula optima est.* Sic, *Mediocritas ingenii*, quam modeste sibi tribuit Cic. Philipp. 2 cap. 1. conf. Nonius cap. 1 n. 122. *Mediocritas nostra*, ita de se suaque humiliore conditione

Vellejus

Vellejus 2, 111, 3, meine wenigkeit. Sic, *Mediocritas hominum*, Idem 2, 130, 3.

¶ Mĕdiocrĭter, adverb. ziemlicher weise, mäßig. *Mediocriter vestitus*, Terent. Heaut. a. 2 sc. 3 v. 45. *Mediocriter doctus*, Plin. lib. 1 epist. 10. Et, *Litteratus mediocriter*, Auct. ad Herenn. lib. 4 c. 4. *Non mediocriter conqueri*, Cic. pro Quintio cap. 18, id est, valde, vehementer. Et, *Non mediocriter doctus*, id est, egregie, excellenter.

¶ Mediocricŭlus, a, um, diminut. idem quod mediocris, ex Catone apud Festum.

¶ Medioxĭmus, vel Medioxumus, a, um, mediocris, mittelmäßig; ut, *Medioximi Dii* apud Plautum in Cistell. a. 2 sc. 1 v. 36 sunt, quos Græci Δαίμονας vocant; Apulejus *medias potestates inter homines & Deos* appellat lib. 1 Doctr. Plat. p. 8. Et, *Medioxumam duxit uxorem*, iterum Plautus Cist. a. 2 sc. 3 v. 67.

¶ Medioxime, adverb. idem. Varro apud Nonium cap. 2 n. 556 *facere ad mortalem modum medioxime*.

¶ Mediterraneus, a, um, quod a mari remotum est, mittelländisch, sive weit vom meer gelegen; ut, *Mare mediterraneum*, das mittelländische meer. Et, *Oppidum mediterraneum*, Plinius lib. 6 cap. 23, quod a mari longius abest. Junior Plinius lib. 2 epist. 17 extr. *Villa nostra etiam mediterraneas copias præstat, lac in primis.* Quintilianus lib. 5 cap. 10 *Ducuntur argumenta & ex LOCO. Spectantur enim ad fidem probationis, montanus an planus, maritimus an mediterraneus &c. sit.* ¶ *Mediterranei* substantive, populi sunt a mari remotiores. Cic. 1 de Nat. Deor. cap. 31 *Mediterranei mare esse non credunt.* ¶ *Mediterraneum*, neutro genere, pro tractu seu regione mediterranea. Plin. lib. 3 cap. 1 *Inter Bætim & Oceani oram in mediterraneo*, &c. Idem lib. 5 cap. 27 *Comprehendit in mediterraneo* scilicet [illegible]

¶ Meditterreus, a, um, idem. Sisenna apud Festum, *mediterreum melius quam mediterraneum dici* putat.

¶ Mĕditullium, i, medium ipsum, auctore Cicerone, qui, *tullium*, extensionem dixit esse vocabuli nihil significantem, in Topicis cap. 8, das mittel oder der mittel-platz. Festo tamen *Meditullium* dicitur, quasi *Meditellium*, ab eo quod est tellus. Apulej. lib. 3 de A. A. *In ipso fere meditullio.* Et lib. 5 princ. *Videt lucum proceris & vastis arboribus consitum: videt fontem vitreo latice placidum medio luci meditullio.* Idem de Philosophia Morali p. 15 *In meditullio quodam vitiorum sunt sitæ*; loquitur de virtutibus.

¶ Medulla cum derivatis vid. mox seorsim.

Composita:

¶ Dimĭdius, a, um, quasi per medium divisus, halb; ut, *Pars dimidia*, Plaut. Curc. a. 3 v. 77. *Hæres ex parte dimidia*, der das halbe guth erbet, Cic. 13 famil. epist. 29.

¶ Dimidium, i, subst. pars altera ex dimidiato, das halbe theil, oder die helffte eines dinges, secundum Gellium, quem vide & disce discrimen inter DIMIDIUM & DIMIDIATUM, lib. 3 cap. 14. Plaut. in Pseudolo a. 1 sc. 5 v. 37

Bonus animus in re mala dimidium est mali.

Et Ausonius epigr. 81 *Incipe; dimidium facti est cœpisse.*

conf. Horat. 1 epist. 2 v. 40. Quocum vulgaris versiculus convenit:

Dimidium facti, qui bene cœpit, habet.

Dimidium plus toto; Πλέον ἥμισυ παντός. Ænigma proverbiale Hesiodi, quo commendatur mediocritas, es ist besser zu wenig, als zu viel. vide Chiliad.

¶ Dimidiatus, a, um, quod in duas partes divisum est, halb getheilet; ut, *Mensis dimidiatus*, Cicer. in Tuscul. lib. 2 cap. 16. *Dimidiati versiculi*, Idem Tuscul. 5 cap. 23. Et, *Luna dimidiata*, Plin. 16 cap. 39. *Procumbunt dimidiati*, Plaut. Mil. a. 3 sc. 1 v. 164, ubi Turnebus olim legit *dimidiatim*, Adverſ. 7 cap. 6.

¶ Intermĕdius, a, um, interjectivus, mittelst, mitten inne, oder zwischen etwas gelegen. Varro lib. 3 R. R. cap. 5 *Porticus sunt, primoribus columnis lapideis, intermediis arbusculis humilibus ordinatæ.* Adfertur etiam Cicero in Oratore dicens cap. 6, *Est quidam interjectus intermedius* &c. Sed Gruterus legit *inter hos medius*.

¶ Permediocris, e, valde mediocris, sehr gering. Cic. 1 de Orat. cap. 51 *Permediocres ac potius leves motus.*

Mediusfidius, vide *Fidius* in *Fides*.

Medix, vide supra *Meddix*.

MĔDON, ontis, Codri regis filius & primus Archon Atheniensium, claudus fuit: cujus imperium cum frater Nileus propterea negaret ferre se posse, res delata est ad oraculum Delphicum: quod Medonti adjudicavit imperium: eaque res occasio fuit migrationis Joniæ, duce Nileo. ¶ 2. Alium hujus nominis inter procos Penelopes Ovidius memorat Heroid. epist. 1 Penelopes v. 91, & Metam. 12 v. 303.

MĔDULLA, æ, dicta quod in ossibus media sit, das marck in den beinen. Cicero eleganter dixit, *Herere in medullis alicujus*, lib. 15 fam. epist. 16, einem sehr lieb seyn. Et Philipp. 1 cap. ult. *In populi Rom. medullis ac visceribus herere.* Et 4 Tusc. cap. 10 *In venis medullisque insidere*, also tieff ins hertz einsitzen, daß man sein nimmermehr vergessen kan. *In mediis litium medullis versantur*, Quintil. lib. 2 cap. 1, sie sind mitten im zanck begriffen. *Mellis medulla*, der rechte kern vom honig, pro re majorem in modum suavi. vide Chiliad. Plaut. Sticho a. 2 sc. 2 v. 16 *Cui medullam ventris percepit fames.* Virg. 8 Æn. v. 389 *Medullas intravit calor.* Idem 4 Æn. v. 66 *Est mollis flamma medullas.* Juvenal. sat. 8 v. 90

Ossa vides regum vacuis exhausta medullis, &c.

¶ Medullŭla, æ, diminut. ein wenig marck; ut, *Medullula anseris*, apud Catullum carm. 25.

¶ Mĕdullĭtus, adv. ex intimis medullis, inniglich, von hertzen. Ennius lib. 3 Sat. apud Nonium cap. 2 n. 544

Enni Poëta salve, qui mortalibus
Versus propinas flammeos medullitus.

Vsus & Varro, iterúque Plautus, eodem Nonio observante. Apulejus Floridorum lib. 3 *Summis medullitus viribus contendunt ambo.* Idem 7 Metamorph. post initium: *medullitus ingemebam.* Et, *Alicui se medullitus ostendere*, Plaut. Trinum. a. 2 sc. 4 v. 85, einem sein gantzes hertz offenbahren. Prudentius Hamartig. v. 391

feris ille medullitus omnes
Nequitias, spargitque suos per membra ministros.

¶ Mĕdullaris, e, das im marck ist; ut, *Dolor medullaris mihi insidet*, Apulejus lib. 7 Milesf. p. 195, es thut mir biß in marck und beine weh.

¶ Medullatus, a, um, fett, voll marck, a verbo Medullare. Apulejus lib. 2 Doctr. Plat. p. 21 *medullati nimia cura artus.* Et Vulg. Interpr. Ps. 66 v. 15 *Holocausta medullata.*

¶ Medullosus, a, um, idem; ut, *humerus medullosus*, Cels. 8 cap. 1.

¶ Emĕdullo, are, medullam extrahere, das marck heraus thun, auskernen. Hinc

¶ Emedullatus, a, um, ausgekernt, ohne marck. Plinius 22 cap. 22 *radix emedullata.* Sidon. 8 epist. 6 *Virtutes artium per ætatem mundi jam senescentis lassatis veluti seminibus emedullatæ.*

MĔDULLIA, æ, Latii oppidum, Albanorum opus, Plin. 3 cap. 5.

¶ Medulli, orum, populi, Plin. 3 cap. 20, & Vitruv. 8 cap. 3. ¶ Sed Medŭli, Aquitaniæ populi, apud Ausonium epist. 5 v. 14, &c.

¶ Medullīna, æ, virgo Romana, ab ebrio patre in tenebris violata, ut stupri autorem agnosceret, digito ejus annulum detraxit; & ubi ex pignore patrem esse cognovit, eumdem ad aram gladio confodit. Plutarch. in Parall. ¶ 2. Est & meretricis nomen apud Juvenal. sat. 6 v. 322.

MĔDUSA, æ, Μέδουσα, cujus capilli in angues mutati sunt, quam Perseus peremit, vide *Gorgon*. Ovidius 4 Metam. fab. ult.

¶ Mĕdūsæus, a, um, adject. ut, *Medusæus equus*, Ovid. lib. 5 Fast. v. 8.

MĔGÆRA, æ, Μέγαιρα, una ex tribus Furiis, a μεγαίρω, invideo, quod quieti hominum invideat; vide *Furia*. Lucanus 1 v. 577

Horruit Alcides viso jam Dite Megæram.

MĔGĂLENSES, ium, (subaudi *Ludi*,) seu Megalensia, ium, vel Megalēsia, orum, (subaudi *Ludicra*, tot enim modis reperitur apud auctores vocabulum istud;) ludi erant, qui in honorem matris Deûm, sive Cybeles, quæ *Magna Mater* dicebatur, peragi solebant, idque ex instituto Junii Bruti, ut Livius auctor est lib. 36. Sic Cic. Orat. de Arusp. Resp. cap. 12 *Quid ego de illis ludis loquar, quos in Palatio nostri majores ante templum in ipso matris magnæ conspectu Megalensibus fieri celebrarique voluerunt.* Nec aliter Varro ac Festus. Non audiendus itaque Donatus est, qui Prolegomenis in Terentium de Comœdia non magnæ matri, sed universim magnis Diis hos ludos peractos litteris prodidit. MEGALENSES, inquit, *magnis Diis consecrati, quos Græci μεγαλεσίας appellant.* Sed pro μεγαλεσίας in Pithœi, & Mureti libris μεγάλας σιὸς legitur. Bene. Σιὸς enim Æolibus est, qui Θεὸς cæteris. vide in dictione *Cybele*.

¶ Megalĕsĭăcus, a, um, adject. ut, *Megalesiacæ matris operta*, i. e. Cybeles, Auson. eclog. de Feriis Rom. v. 2. Et Juvenal. sat. 11 v. 193 *Megalesiacæ spectacula mappæ.*

MĔGĂLIUM, i, μεγάλειον, unguentum a magnificentia sic dictum. vid. Diosc. 1 cap. 6, & Plin. 13 cap. 1.

MĔGĂLOGRĂPHIA, æ, μεγαλογραφία, est picturæ genus apud Vitruvium 7 cap. 4, & ut ipse declarat cap. 5 *habens Deorum simulacra, seu fabularum dispositas explicationes*, &c. ein groß gemählde. conf. Baldi Lex. Vitruv. p. 69.

MĔGĂRA, æ, & plur. Magaræ, arum, urbs Græciæ juxta Isthmum Corinthiacum, patria Euclidis, qui Socratem Athenis audiendi cupidissimus sub noctem pallium muliebre indutus & tunicam versicolorem, eo se recepit, cum decreto gravissimo Athenienses cavissent, ut, si quis Megarensium intulisse pedem Athenas deprehensus esset, ei capitale id esset, Gellius lib. 6 cap. 10. Τὰ Μέγαρα vocat Thucyd. lib. 4, & Strabo lib. 8 in Attica collocat. Sulpicius ad Cic. 4 epist. 5 *Cum ab Ægina Megaram versus navigarem.*

¶ Megarus, a, um, adject. ut, *Megari sinus*, Virg. Æn. 3 v. 689.

¶ Megarĭcus, a, um, aliud adjectivum; ut, *Megarica signa*, Cic. 1 ad Attic. epist. 8 & 9. ¶ Et substantive *Megarici. Discesserunt non multum a Platone Megarici*, Cicero 4 Academ. cap. 42. Philosophi erant, ab Euclide Megareo, Socratis discipulo, nominati. vid. Cicero ibidem.

¶ Megarĕus, a, um, idem; ut, *Euclides Socratis discipulus Megareus*, Cicero in Acad. 4 cap. 42. conf. Ovid. Fast. 4 v. 471.

¶ Megareïus, a, um, quinque syllabis, idem; ut, *Heros Megareïus*, Ovid. 10 Metam. v. 659.

¶ Megarensis, e, idem. Gell. lib. 6 cap. 10 *Athenienses odio flagrabant hominum Megarensium.* Proverbium: *Megarenses obsonant, quasi crastina die morituri: ædificant, quasi nunquam morituri*, Diogenes dixit apud Tertullianum Apolog. cap. 39. *Ars Megarensis*, μεγαρικὴ μηχανὴ dicitur, cum dolo & astu res agitur, non sincera fide; quoniam fraudulenti olim fuerunt Megarenses, qui aliud sentire solerent, aliud loqui. vid. Erasm. in Adag.

¶ Megăreus, ei, trisyll. pater Hippomenis, Ovid. 10 Met. v. 604.

MĔGISTANĂ, nis, μεγιστάν, plur. Megistanes, penult. product. viri summates & regni cujusque proceres, quibus permissum cum regibus epulari, die fürnehmsten, die grossen herren bey hofe. Nam & Herodes S. Marco cap. 6 scribitur, μεγιστᾶσιν convivium præbuisse: quos vetus Interpres *principes* vertit. Vsus hac voce Seneca epist. 21, Tacitus 15 Annal. cap. 27, itemque Suetonius Calig. cap. 5. vid. Brisson. de Regno Pers. lib. 1 p. 173, & Reines. Var. Lect. lib. 3 p. 630.

Mehercle, Mehercule, vide in *Hercules*.

MĔIO, ĕre, sine præterito proprio, urinam emittere est, harnen, das wasser lassen. conf. infra *Mingo*. Persius sat. 1 v. 113

Sacer est, pueri, locus, extra mejite.

¶ Demējo, jĕre, deorsum mejere, vel evacuare vesicam, hinunter harnen. Gloss. Vet. *Demejo*, ἀφουρῶ, ἐξουρῶ.

¶ Immejo, ĕre, hinein harnen, Persius sat. 6 v. 73 *Patritiæ immeiat vulvæ.*

¶ Submējo, ĕre, unter sich harnen, Marcell. Empiricus cap. 8.

¶ Submējŭlus, i, qui in lectulo mingit, ein bettenbuller, Idem c. 26.

MEL, mellis, μέλι, honig; ut, *Mella flava, liquentia, dulcia, fragrantia.* Plaut. Trucul. a. 1 sc. 2 v. 75

In

In melle ſunt linguæ ſitæ veſtræ atque orationes,
Lacteque: Corda felle ſunt lita atque acerbo aceto.

Mantuan. lib. 5 Silv. *Mel nulli ſine felle datur*, hoc eſt, nihil dulcè contingit ſine dolore vel difficultate, was ſüſſe iſt, kömmt ſauer an. Apul. in Floridis: *Nihil quidquam homini tam proſperum divinitus datur, quin ei tam admiſtum ſit aliquid difficultatis; ut etiam in ampliſſima quaque lætitia ſubſit quæpiam vel parva querimonia, conjugatione quadam mellis & fellis. Vbi uber, ibi tuber.* Mellis natura talis eſt, ut putreſcere corpora non ſinat. vid. Plin. lib. 22 cap. 24. Cœl. Rhodigin. lib. 27 cap. 28. Vide & Nepotem extremo Ageſilao, & quæ ibi notarunt interpretes. ¶ Horatius lib. 2 ſat. 6 v. 32 *Hoc juvat & melli eſt*; id eſt, gratiſſimum ac jucundiſſimum mihi eſt. ¶ Aliquando & pro ἐυςομελίᾳ & ſermonis lepore ponitur. Auſonius epiſt. 15 v. 5

Qui melle carmen atque felle temperans
Torpere Muſas non ſinis.

¶ Inſervit hæc dictio & blanditiis. Cœlius Ciceroni lib. 8 epiſt. 8 pr. *Scito, Sempronium mel ac delicias tuas, calumniam maximo plauſu tuliſſe.* B. Hieron. ad Nepotianum de vita Clericorum: *Mel meum, lumen meum, meum deſiderium, omnes delicias & lepores & riſu dignas urbanitates, & cæteras ineptias amatorum in comœdiis erubeſcimus, in ſeculi hominibus deteſtamur.* Sidon. 9 epiſt. 11 *Cuncta blandimentorum mella vincere.* Vtrum autem apes faciant magis, quam colligant mel, quærit Seneca epiſt. 84. De origine mellis vide etiam, ſi lubet, Buchnerum ad Elegiam Venantii de reſurrectione v. 28.

¶ Mellarius, a, um, zum honig gehörig; ut, *Vaſa mellaria*, quæ & *apiaria*, Plin. 21 cap. 14.

¶ Mellārius, i, ſubſtant. μελιτουργὸς, ein honigmacher. *Verno tempore & æſtivo fere ter in menſe mellarius inſpicere debet*, Varro lib. 3 de R. R. cap. 16.

¶ Mellarium, i, μελιτοτρόφειον, melitrophium, ein bienenſtock, honig-garten. De loco mellariis idoneo vid. Colum. lib. 9 cap. 5, Pallad. lib. 1 cap. 37, & Varro de R. R. lib. 3 cap. 16.

¶ Melleus, a, um, honigſüß, wie honig; ut, *Melleus ſapor, odor*, Plin. 15 cap. 14, & 21 cap. 14. *Melleus color*, Idem 11 cap. 16.

¶ Mellĭcŭlum, i, dimin. blandientis, ein liebichen. Plaut. Caſin. a. 4 ſc. 4 v. 14 *Meum corculum, meum melliculum.*

¶ Mellĭgo, ĭnis, μέλιγμα, ſuccus eſt, ex arborum lacrymis ſive florum, quem ad mellificationem apes convehunt, ſafft von bäumen und blumen, den die bienen einführen zum honigzeuge, Plin. lib. 11 cap. 6. ¶ 2. Idem & ſuccum uvæ immaturæ *melliginem* dixit lib. 12 cap. 27.

¶ Mellina, vel Mellinia, æ, dulcedo, potio e melle, ſüßigkeit, meet. De re grata Plautus Truc. a. 4 ſc. 1 v. 6 *Hoc magnæ melliniæ mihi.* conf. Pſeud. a. 2 ſc. 4 v. 51. Hinc

¶ Mellilla, æ, dimin. in blanditiis amantium apud Plautum Caſin. a. 1 ſc. 1 v. 47 *Mea vita, mea mellilla*, mein honigſeim.

¶ Mellītus, a, um, melle conditus, ſüß, mit honig eingemacht; ut, *Placentulæ mellitæ*, Horat. lib. 1. epiſt. 10 v. 11, honig-kuchen. Cicero ad Attic. lib. 1 epiſt. 18 *Puer mellitus*, ein lieblicher knabe. Plaut. Pſeud. a. 1 ſc. 2 v. 47 *mellita puella.* Superlat. *mellitiſſimum ſuavium*, Apulej. lib. 2 Metam. p. 119.

¶ Mellītŭlus, a, um, dimin. ſüßlich. Apulej. Metam. 3 p. 139 *Mea mellitula.* Et apud Plautum Caſin. a. 4 ſc. 4 v. 19 aliqui legunt: *corpuſculum mellitulum.*

¶ Mello, are, eſt mel colligere, honig ſammlen. vid. Gronovii Obſervat. 2 cap. 16. Hinc

¶ Mellatio, ōnis, mellis vindemia, die ausnehmung des honigs: ut, *mellatio æſtiva*, die zeit im ſommer, wenn man das honig ausnimmt, Plin. 11 cap. 15. Et Columella lib. 11 cap. 2 p. 376 *Differenda eſt in menſem Octobrem mellatio.*

¶ Mellōna, æ, Dea mellis, Arnob. 4 p. 131, & Auguſt. de Civ. D. 4 cap. 34.

¶ Melloſus, a, um, voll honig, honigſüß. Cœl. Aurel. Acut. 2 cap. 29 *melloſa dulcedo.*

¶ Mulſum, & mulſus, vide ſuo loco infra.

¶ Mellĭfer, a, um, honigreich; ut, *Mellifer exercitus*, apes, Claudian. de Raptu Proſ. lib. 2 v. 127. *Mellifera apes*, Ovid. 15 Metam. v. 385.

¶ Mellĭfico, are, honig wircken. Plin. 11 cap. 18 *alites, quæ in arboribus mellificant.* Et in vita Virgilii:

Sic vos non vobis mellificatis apes.

¶ Mellificus, a, um, honigmachend. *Apes ab opere mellifico evocatæ*, Columella lib. 9 cap. 13 extr. &, *Locus mellificus*, eod. lib. cap. 8.

¶ Mellificium, i, das honigwerck; ut, *Apes mellificiis ſtudent*, Columella lib. 9 cap. 13 ſub fin. Et, *aptiſſimum ad mellificium thymum*, Varro de R. R. 9 cap. 12.

¶ Mellifluens, tis, honigflieſſend. Auſonius epiſt. 16 v. 14 *Mellifluentem Neſtora* &c.

¶ Mellifluus, a, um, idem; ut, *Oratio melliflua*, hoc eſt, dulcis, jucunda. *Homerus melliflui oris*, Boëth. lib. 5 metr. 2. *Mellifluis ſub antris*, Avien. Perieg. v. 468. Drepanius ad Vulſinum Grammaticum v. 11 *Sed mihi mellifluum rapuit ſors invida carmen.*

¶ Melligĕnus, a, um, nach honig art; ut, *Pilula melligeni ſucci*, quæ mellis ſaporem refert, wie honig geartet, Plin. lib. 16 cap. 7.

MĒLA, æ, fluvius Galliæ ciſalpinæ, qui ex monte Brenno oritur, & in Ollium ſe exonerat. Hujus meminit Virgil. Georg. 4 v. 278, & Catullus carm. 68 v. 33. ¶ 2. *Pomponius Mela*, geographus, natione Hiſpanus, qui temporibus Claudii Imp. floruit, & cujus exſtat liber de ſitu orbis. vid. Voſſ. de Hiſt. Lat. 1 cap. 25.

MĔLAMPHYLLVM, i, μελάμφυλλον, herba eſt Plinio ſpecies acanthi, lib. 22 cap. 22. *Pæderota* ab aliis dicta, bärenklau.

MĔLAMPŎDIVM, i, μελαμπόδιον, nigrum hellebori genus, ſchwartze nieſewurtz, idem Plinius lib. 25 cap. 5.

MĔLAMPVS, ŏdis, Amythaonis filius, medicus & vates, de quo Apollodorus lib. 1 Bibliothecæ. vide & ſupra *Amythaon.* ¶ 2. Canis nomen eſt apud Ovidium Metam. 3 v. 205.

MĔLAMPȲGOS, i, cognomen Herculis, quaſi nigro podice, quod eam partem corporis nigris pilis hirſutam ac ſilvoſam haberet. Proverb. *Nec incidas in Melampygum*, de laſcivis & injurioſis dicitur. vide Eraſm. Adag. ut & Manutii p. 656.

MĔLAMPȲRON, i, μελάμπυρον, triticum exilius, wachtelweitzen.

MĔLANCHAETES, æ, μελαγχαίτης, etiam canis nomen apud Ovid. Metam. 3 v. 232.

MĔLANCHŎLIA, æ, μελαγχολία, atra bilis, ſchwartz geblüt, melancholey, quæ nec parvis nec abjectis ingeniis accidit, & πάθος ἡρωϊκὸν eſt. vid. Gell. lib. 18 cap. 7. An poſſit eſſe cauſſa divinationis, & ſermonis peregrini, & quidem de rebus antea ignotis, diſputat Voëtius part. 1 Diſpp. Theolog. p. 1043.

¶ Mĕlanchŏlĭcus, a, um, μελαγχολικὸς, atra bile abundans, ſchwermüthig, melancholiſch. Cicer. 1 Tuſc. cap. 33 *Ariſtoteles ait omnes ingenioſos melancholicos eſſe.* Vide Ariſtotel. Problem. ſect. 30, & Plutarchum de oraculorum defectu.

MĔLANCŎRȲPHVS, i, μελαγκόρυφος, avis, quæ & *Atricapilla*, dicta quod κορυφὴν μέλαιναν, id eſt, verticem nigrum habeat, ſchwartzkopff, mönchlein. vide ſupra *Atricapilla*, & Feſtum.

MĔLANDRȲS, ȳos, μέλανδρυς, piſcis ex Thynnorum genere Athenæo, a quo *Melandrya ſalſamenta* dicuntur, Martial. lib. 3 epigr. 77

Teque juvant gerres & pelle Melandrya cana,

groß geſaltzen fiſchwerck.

MĔLĂNES, um, nigri montes, juxta deſerta Arabiæ, hodie mons *Sinai*, mons S. Catharinæ. Ptolem. lib. 5 cap. 17.

MĔLĂNEVS, ei, triſyll. Centauri nomen eſt in Ovid. Metam. 12 v. 306. ¶ 2. Numeratur etiam inter canes Actæonis ab eodem Ovid. Metam. 3 v. 222.

MĔLANTHIVM, i, μελάνθιον, herba vulgo *Nigella* a ſeminis dicta nigredine, ſchwartzer römiſcher kümmel. Sativum eſt & ſilveſtre. Sed

¶ Pſeudomelanthium, i, inter ſegetes naſcitur, raden, kornroſen.

MĔLANTHIVS, i, Cappadociæ fluvius, Plin. 6 cap. 4. ¶ 2. *Melanthius* quidam, cum Gorgias de Concordia ſcripſiſſet librum, eum inſectatus dixit: *Hic nobis de Concordia præcipit, qui tres in una domo concordes facere non poteſt.* ¶ 3. *Melanthius* pictor, cura pingendi præcipuus, Plin. 35 cap. 7, & Quintil. 12 cap. 10. ¶ 4. Tragicus guloſus, de quo Suidas ex Ariſtophane. ¶ 5. Hiſtoricus, qui de rebus Atticæ libros reliquit, de quo Athenæus lib. 7, & Voſſ. de Hiſt. Gr. 3 p. 302. ¶ 6. Paſtor caprarum Vlyſſis, qui rem domini abſentis abſumpſit, & a Telemacho trucidatus eſt. vid. Homer. Odyſſ. lib. 22. Ovid. Heroid. epiſt. 1 Penelopes v. 95

Irus egens, pecorisque Melanthius autor edendi.

MĔLANTHO, ûs, filia Protei, quam, cum delphino inſidens ſæpe per maria patris vagaretur, Neptunus ſub delphini forma, transvectam in adverſum litus ſtupravit, unde Amycus natus fuiſſe dicitur. vid. Ovid. Metam. 6 v. 120.

MĔLANTHVS, i, Athenienſium rex 16, interfecto ſingulari certamine Bœotorum duce Xanthia ad regnum evectus, unde *Melanthidarum* familia. ¶ 2. *Melanthus* alius Cyzicenus cum fratre Are in conflictu nocturno interfectus. vid. Flacc. 3 v. 206. ¶ 3. *Melanthus* Sarmatiæ fluvius, qui in Boryſthenem labitur. Ovid. Pont. 4 epiſt. 10 v. 54

Et tacite peragens lene Melanthus iter.

MĔLĂNŪRVS, i, μελάνουρος, piſcis ſic dictus a cauda nigricante, ein kulparſch. Antecellunt Melanuri percis, ſie ſind beſſer als die gemeinen parſen. Qui ex illis rotundiore ſunt corporis figura, *Melanderini* dicuntur. Μελανδήρινοι, runde kulparſe, quamquam diverſos eſſe a *Melanuris* docuit Geſnerus; nimirum, eine ſeebrachſmen art, mit ſchwartzen flecken am ſchwantz. Lippius, Oppiani interpres, lib. 3 Halieutic. *Haud facili parvus melanurus fallitur arte.*

¶ *Melanurum* Plaut. in Capt. a. 4 ſc. 2 v. 70 *Ophthalmiam* dixit, id eſt, oculatam, ab oculorum magnitudine. ¶ Ἕπεται πέρκη μελανούρῳ, *Sequitur perca melanurum*, proverb. de tali ſocietate, in qua minor ductor eſt majoris, Eber. vide Chiliad.

MĒLAPIVM, i, plur. Melapia, poma apiana majora, groſſe grüne äpffel. Plin. lib. 15 cap. 14, äpffelbirn, rectius.

MĔLAS, ănos, vitiliginis ſpecies, ſchwartze flecken, oder flechten am leibe, vide *Vitiligo.* ¶ Eſt & fluvii nomen, cujus Plutarchus in Pelopida meminit; & Ovidius 2 Metam. v. 247

Mygdoniusque Melas, &c.

Mele, vide paullo poſt in *Melos.*

MĔLEĀGER, gri, Oenei & Altheæ filius, cui Parcæ æqualem cum ſtipite a matre aſſervato vitam aſſignarunt. Sed mater in furorem verſa fatalem illum ſtipitem in ignem conjecit, quo exuſto Meleager etiam exuſtis inteſtinis conſumptus eſt. vid. Ovid. Metam. 8 v. 385 &c. ¶ 2. *Meleager*, inter duces Alexandri M. poſt mortem ejus ſummæ rerum præfectus, Juſtin. 13 cap. 2 & 4.

MĔLEĀGRIS, ĭdis, μελέαγρις, plur. Meleagrides, gallinæ Africanæ, de quibus Plin. 10 cap. 26, & Columella 8 cap. 2, quas alii interpretantur auerhennen. Ova edunt maculis & punctis variata, ut phaſiani, Eber. Alii *Meleagridas* gallinis Africanis annumerant, quæ nunc *Pharaonis* dicuntur aves, Welſch- oder Indianiſche hüner, ex Geſnero.

Meles, is, vide infra *Melis.*

MĔLES, ētis, fluvius prope Smyrnam, apud quem Homerus natus fuit. Vnde

¶ Meleſigĕnes, is, Homeri fuit nomen proprium, priusquam a cæcitate Homerus diceretur. vide ſupra *Homerus*, & Plin. 5 c. 20. Hinc &

¶ Meletæus, a, um, adject. i. e. Homericus. Tibull. 4 in Meſſalam v. 201 *Poſſe Meletæas nec mallem vincere chartas.*

MĔLĔTĒMA, ătis, μελέτημα, meditatio, a μελετᾶν, unde &

¶ Commeleto, are, apud Hyginum fab. 165 *Tibiis aſſidue commeletando ſonum in dies ſuaviorem fecit*, ſcilicet Marſyas; id eſt, meditando, ſtudendo.

MĔLĬBOEA, æ, urbs Magneſiæ, propinqua Theſſaliæ, purpurâ nobilis. vid. Plin. 4 cap. 9, & Voſſ. ad Melam p. 141. Hinc

¶ Melibœus, a, um, adject. idem ac Melibenſis; ut, *Melibœa purpura*, a nomine inſulæ, ut Feſtus ait, in qua tingitur, Lucret. 2 v. 499. Sic & Virg. 5 Æn. v. 251 *quamplurima circum*

Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.

¶ Melibœus,

¶ Melibœus, i, subst. nomen pastoris Virgilio & Theocrito.

MĔLĬCA, æ, milium Indicum, türckischer weitzen, Matthiolo est; vide *Milium*.

MĔLĬCĒRIS, ĭdis, & Meliceria, æ, tuberculum, in cubitis & genibus, humorem melli similem includens, ein gelber schwer, honig-schwer. vide Plin. 20 cap. 21, & lib. 21 cap. 20. Celsus 5 cap. 28 ita describit: *Est ulceris genus, quod & a favi similitudine* μελικηρία *a Græcis nominatur*, &c.

MĔLĬCERTA, æ, Inûs & Athamantis, Thebarum regis, filius, in cujus honorem Isthmii ludi celebrati. Meminit ejus Virgil. Georg. 1 v. 437, & Ovid. Metam. 4 v. 528, & Fast. 6 v. 494.

MĔLICHROS, ōtis, μελιχρὼς, lapis modo niger, modo flavus, a mellis colore vocatus, Plin. 37 cap. 11. Adde Lucret. 4 v. 1153.

MĔLICHRȲSUS, i, μελίχρυσος, gemma quasi per aurum sincero melle translucente, hodie *topasium*, Plin. 37 cap. 9.

MĔLICRĀTON, i, μελίκρατον, aqua mulsa, meet. vid. Isidor. 20 c. 3.

Melicus, a, um, vide post *Melos*.

MĔLĬLŌTUS, i, μελίλωτος, sertula Campana, Gratiano ἀείφρυρος sempercustos dicta, quod ebrietatis fervorem sedaret; vide Mercurialem lib. 3 Var. Lect. cap. 9, gelber klee, steinklee. conf. supra *Lotos*. Ovid. 4 Fastor. v. 440

Pars thyma, pars casiam, pars meliloton amant.

MĔLȲMĒLI, μελίμελι, scribunt & Melomeli, μηλομέλι, quod & *cydonomeli* dicunt, liquor est & sapor malorum Cydoniorum conditorum, quittensafft, quittenlatwerge, Dioscorid. lib. 5 cap. 24, & Columell. 12 cap. 45. ¶* *Melomeli* fuit potus ex melle & pomis, non vinum sine ulla admixtione suavissimum, uti falso existimat Salmasius. *Grævius.* Sed

¶ Melimēlum, i, μελίμηλον, plur. Melimela, poma sunt mustea seu dulcia, a μέλι & μῆλον, honig-äpffel, süsse äpffel, a sapore melleo, paradieß-äpffel. Martial. lib. 7 epigr. 25

Infanti melimela dato, fatuasque mariscas.

Adde lib. 13 epigr. 24, & Plin. 15 cap. 14.

MĒLĬNA, æ, scortea mantica, eine lederne tasche, Plaut. Epid. a. 1 sc. 1 v. 21. vide Scaligeri Conjectanea. Aliis videtur esse genus vestis gilvæ sive luteæ, quasi Plautus melis pellem significet. Alii vero, quibus est potio ex melle, legunt *Mellina*, secundum Turneb. Advers. lib. 20 cap. 1.

MĒLĬNUM, i, μήλινον, oleum ex flore malorum, Plinio lib. 23 cap. 6. Item ex malis cotoneis nondum plane maturis, quitten-öl. ¶ 2. Et *Melinum* coloris nomen est, Plin. lib. 35 cap. 6, sic dicti ab insula *Melo*, schöne weisse farbe. Aliis vero color est *mali cydonii*, quittengelbe farbe, apffelgrün. Fuci genus apud Plautum Most. a. 1 sc. 3 v. 106.

MĔLIOR, neut. melius, præstantior, aptior; besser, feiner. Comparativi vicem supplet in *Bonus*, & est quasi *mollior*, secundum Isidor. 10 lit. M; vel a *mel* quasi *mellitior*; vel a μέλει, quia id melius, quod magis curæ est; vel, si Vossium audimus, *melior* est e *mavelim*, ut ex *opto optimus*. Sic, *Loco meliore esse*, besser stehen, es besser haben: Cicero ad Brutum epist. 3 ineunte: *Nostra res meliore loco videbantur*. Virg. 4 Georg. v. 90 *Melior vacua sine regnet in aula.* Idem 6 Æn. v. 546 *Melioribus uti fatis*, glücklicher seyn. Idem 5 Æn. v. 68 *jaculo incedit melior*, i. e. exercitatior, geübter. Sic Sallust. Jug. cap. 13 *bello meliores*, i. e. fortiores. Horat. 1 epist. 10 v. 34 *Cervus pugna melior.* Adde notata ad Justinum 9, 2, 4. *Ad meliora patriæ tempora se reservare*, Idem Justin. 2, 11, 5, & 28, 4, 9. ¶ 2. *Melius est*, idem atque opportunum est apud Plautum Most. a. 5 sc. 1 v. 20; Pseud. prol. v. 24; & Stich. a. 5 sc. 4 v. 10. *Mihi melius est*, es ist rathsamer vor mich, Curt. 3, 5, 13. *Quibus non erit melius*, Liv. 3 cap. 48. conf. Parei Lex. Crit. p. 728. ¶ 3. *Melius fit mihi*, i. e. convalesco, Plaut. Curc. 4, 2 v. 40. *Melius anno hoc mihi non fuit*, Idem Most. a. 3 sc. 2 v. 1. Sic *Meliores fieri* dicuntur, qui recuperandæ valetudinis fiduciam habent, mit der krankheit es besser wird: quibus *melius*, vel *meliuscule* est, ut Cicero loquitur. Sic idem 1 Tuscul. cap. 35 *Pompejo nostro familiari, cum graviter ægrotaret Neapoli, melius est factum.* Celsus lib. 3 cap. 15 *Neque enim vigilando melior fit; sed per se, si melior est, vigilat.* Adde eumdem in *Meliusculus*, de quo proxime dicetur. Aliis *commodiores esse* dicuntur. Plinius lib. 3 epist. 16 *Vivere filium atque etiam commodiorem esse simulabat.*

¶ Mĕlius, adverb. besser. Cicer. Attic. lib. 14 epist 15 *Incipit res melius ire, quam putaram*, die sache gehet besser fort, als ich gemeinet. Claudianus lib. 1 in Rufin. v. 215

Vivitur exiguo melius, natura beatis
Omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti.

Seneca epist. 99 *dico melius agi cum eo, qui* &c. Curtius 4, 10, 7 *Multitudo melius vatibus quam ducibus suis paret.*

¶ Mĕliuscŭlus, a, um, dimin. etwas besser. Plautus Captiv. a. 5 sc. 2 v. 6 *Rem tuam facies ex malâ meliusculam.* Idem Curc. a. 4 sc. 2 v. 3 *Meliusculum est*, es hat sich ein wenig gebessert. Terent. Hecyr. a. 3 sc. 2 v. 19 *Meliuscula est.* Celsus lib. 3 cap. 22 *Qui meliusculus esse cœpit, adjicere debet exercitationem.*

¶ Meliuscule, adverb. idem. Cicero 16 epist. 5 ad Tironem: *cum meliuscule tibi esset.* Et Plautus Most. a. 4 sc. 2 v. 51 *Meliuscule, quam sat fuerit, bibere.*

¶ Meliōresco, ĕre, besser werden. Colum. 2 cap. 10 *Napus glareosis sabulosisque arvis melioreſcit.* Alii: *melior exit.*

¶ Meliōro, are, i. e. meliorem facere, verbessern, posterioris ævi est, e. g. Lege 13 § 5 ff. de usufr. & quemadm. *Meliorare proprietatem.* Hinc

¶ Melioratio, ōnis, die verbesserung. Gloss. gr. lat. ἐπιβελτίωσις, *melioratio.*

MĔLĬPHYLLON, i, & Melissophyllum, μελίφυλλον, & μελισσόφυλλον, latine *apiastrum* & *citrago*, herba apibus gratissima, melissen- oder bienen-kraut. Plin. 20 cap. 11 *Apiastrum Hyginus quidem Melissophyllon appellat.* Apud Virgilium Georg. 4 v. 63 vulgo est: *Trita meliphylla.* Sed Vossius in Etym. p. 34, & Ruæus, Heinsium secutus, reponunt *Melisphylla*, & a *melissis* deducunt.

MĔLIS, & Meles, is, fœm. animal, vulgo *Tassus*, *Taxus*, vel *Taxo* dictum, μέλις, a melle, cujus avidissimum esse ferunt, ein dachs. Martial. lib. 10 epigr. 37 *Venator captâ mele superbus adest.* conf. Plin. lib. 8 cap. 38. Lotich. ad Petron. p. 392.

MELISSA, æ, Cretensium regis Melissi filia, quæ una cum sorore Amaltheâ Jovem caprino lacte aluit. vid. Columell. 9 cap. 2. ¶ 2. Nympha, quæ mellificium primo invenit, unde Melissam finxere in apem fuisse conversam; vide Columell. l. c. Vnde & apes Græcis μέλισσαι dicuntur. ¶ 3. Periandri uxor, de qua Laërtius. ¶ 4. *Melissas* mortuorum animas esse dictas, quibus melle, sicuti vivis felle, antiqui faciebant, scribit Porphyrius in antro Nympharum. Mortis enim symbolum mel est. vid. Heinsium ad Silii lib. 13 p. 474. ¶ 5. Sacerdotes Cereris sic appellatæ sunt. Callimachus hymno in Apollinem v. 10 Δηοῖ δ' ὐκ ἀπὸ παντὸς ὕδωρ φορέουσι Μέλισσαι,

Cereri non ex omni fluvio aquam libant Melissæ.

¶ 6. Abusive *Melissam Delphicam* pro Pythia positam esse a Pindaro, docet Scholiastes ad Pythionicarum oden 4. vide Rhodiginum lib. 12 cap. 1 & lib. 22 c. 3, & Gyraldum Syntagm. 5 Hist. Deorum. ¶ 7. Denique *Melissæ* Hesychio sunt fœminæ omnis ætatis, dignitatis, & ordinis sacris initiatæ. vid. Jonston. de Festis Junonis p. 95. ¶ 8. *Melissa* quoque herbæ genus est, melissenkraut.

¶ Melissophyllum, vide *Meliphyllon*.

MĔLISSUS, i, rex Cretensium antiquissimus, pater Amaltheæ & Melissæ, quem primum Diis sacrificasse scribit Lactantius 1 cap. 22. ¶ 2. *Cajus Melissus* grammaticus, muneri datus Mæcenati, & ab eo manumissus & bibliothecæ suæ præpositus, Suet. de Gramm. Illust. cap. 21. Hujus meminit Ovidius Pont. 4 epist. 16 v. 30, & Commentarium ejus de apibus laudant Plinius & Servius. ¶ 3. *Melissus*, quem historiarum scriptorem laudat Palæphatus initio libri de Incredibilibus. conf. Voss. de Hist. Gr. 3 p. 303. ¶ 4. *Melissus*, Samius Philosophus, Ephesiis carus, quibus præcepta dedit, quorum remp. administravit, classique in bello præfuit. vid. Diog. Laert. lib. 9.

MĔLĬTE, es, & Melita, æ, Μελίτη, insula inter Italiam & Epirum Straboni, sive, ut Plinius ait lib. 3 extremo, inter Corcyram & Illyricum, in Adriæ sinu. ¶ 2. *Melite*, alia insula inter Siciliam & Africam sita, de qua ita Vadianus: *Melita naufragio Pauli notata, medio fere pelago inter Lilybæum Siciliæ promontorium & Cernicinam Africæ insulam, quæ sinui magnarum Syrtium adjacet, ponitur, cum oppido ejusdem nominis. Malta* hodie vulgo dicitur. Meminit ejus Cicero actione in Verrem sexta cap. 46, ubi situm quoque ejus describit; & Ovid. lib. 3 Fastorum v. 567

Fertilis est Melite, sterili vicina Cosyræ,
Insula, quam Libyci verberat unda freti.

¶ Melitæus, a, um, adject. ut, *Melitæi canes* vel *catuli*, ab insula maris Adriatici, ut Plinius 3 c. ult. cum Callimacho sentit, & Stephanus Byzantius, dicuntur nominari, kleine spiel- und schoßhündichen; quos Sybaritis vehementer in deliciis fuisse scribit Athenæus lib. 12. Meminit eorum & Aristot. sect. 10 probl. 14 indicans eos omnibus membris pusillos, gracilesque fuisse. Nostris quoque temporibus cum otiosis & delicatis matronis lusitant. vid. Erasm. Chiliad. tit. *Canis*. Alii tamen ex altera Melite hos catulos cognominant. Hodie in neutra reperiuntur. Vnde lis appellationis dubia. vide Harduin. in d. l. Plinii.

¶ Melitensis, e, gentile ex Melite Africani maris: ut, *vestis Melitensis*, Cic. 4 in Verr. cap. 72. Nam celebris textrina in oppido ejus insulæ cognomine fuit, ut ex Cic. 6 Verrin. cap. 46 apparet. Silius quoque Italicus lib. 14 v. 251 *telaque superba*
Lanigera Melite.

Vbi Dausquejum adeas.

¶ Melitesius, a, um, aliud adject. ut, *Melitesia coralia*, in Gratii Cyneget. v. 404.

MELITĬDES, is, Atheniensis, unus est e felicissimis illis fatuis, quos Homerus suo carmine nobilitavit. Hic jam eversâ Trojâ venisse legitur auxilium laturus Priamo; Eustathius ad Odyss. 10. Comicorum quoque conviciis traducitur ob stultitiam, qui non potuerit numerare ultra quinque, quique ignoraverit, a quonam parente, patre an matre editus in lucem esset. Hinc *Melitide stultior*, proverbium. Apulej. Apolog. p. 289 *Quædam* (gentes) *stultitia vel solertia insigniores. Apud socordissimos Scythas, Anacharsis sapiens natus est: apud Athenienses catos Melitides fatuus.* Lucianus in Amoribus: Μελιτίδην, ἢ κόροιβον οἴει με πρὸς θεῶν, *An Melitidem, aut Corœbum me putas per Deos?* vid. Chiliadas.

MĔLĬTĪTES, æ, μελιτίτης, potio ex musto & melle, ein süsser tranck, honig-tranck, meet, Plinio est lib. 22 cap. 24. ¶ 2. Lapis, qui tusus dulcem mellitumque remittit succum, Plin. 36 cap. 19.

MĔLITTON, ōnis, μελιττὼν, ubi apes enutriuntur, quem & μελιττοτροφεῖον appellant, ein immenstall, bienen-hauß, Varro de R. R. c. 16.

MĔLĬTURGUS, i, μελιτουργος, qui mellaria exercet, ein honigmacher. Varro c. l. 3 cap. 2.

Melium, vide *Millus*.

Meliusculus, vide paullo ante in *Melior*.

MĔLĬZŌMUM, i, μελίζωμον, jus mellitum, eine honig-brühe. Apic. 1 cap. 2 *adjicere melizomo parum vini.*

Mellarius, mellatio, melleus, mellificium, mellifluus, melligo, &c. vide in *Mel*.

MĔLO, ōnis, ita dicebatur olim *Nilus*, teste Festo in vocibus *Alcedo*, *Alumento* atque *Melo*: & Servio in 4 Georg. & 4 Æneid. Hinc apud Auson. epist. 4 ad Theonem v. 73 *Melonis alba pagina*, vel rectius *filia*, papyrum Niloticam notat. Ita autem Græci nomen Ægyptium reddiderunt a μέλας, *niger*, nempe a *nigris*, h. e. *turbidis aquis*, ut Jerem. 11 cap. 18 vocatur *Schichor*, Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 207 seq.

MĔLO, ōnis, & Melopĕpon, ŏnis, μηλοπέπων, genus peponum, eine pfebe oder melone, διὰ τῦ μήλυ, hoc est, a malo cotoneo, quod ejus figuram referant. *Melonum* vox apud Palladium est lib. 4 tit. 9.

Melodia, melodus, vide mox *Melos*.

Melomeli, vide ante *Melimeli*.

MĔLOS, neut. indeclinabile, μέλος, der gesang. Persius prologo extremo: *Cantare credas Pegaseium Melos.*
Nam obliqui non nisi apud vetustissimos, & quosdam Christianos poëtas, qui temere imitandi non sunt, inveniuntur. Accius apud Cic. lib. 2 de Nat. Deor. cap. 35 *Silvani melo*
Consimilem ad aures cantum & auditum refert.
Ausonius Profess. Burdigal. epigr. 10 *Flebile Musa melum.*
Venantius Fortunatus elegiâ de resurrectione Christi, quæ vulgo Lactantio adscribitur, *Fitque repercusso dulcior aura melo.*
Ambrosius in Hymno Paschali *Chorus novæ Hierusalem,*
Novam meli dulcedinem
Promat
Auson. Parental. epigr. 37 *At amita veneria properiter obiit,*
Cui brevia mela modifica recino.
μέλος, τοῦ μέλεος, cantus, cantionis suavitas, gesang.
¶ *Mele*, in plurali, (ex græco μέλη,) ut alibi *pelage*, dixit Lucret. lib. 2 v. 504 *Et cygnea mele, Phœbeaque dædala chordis*
Carmina. Idem 2 v. 412 *Musæa mele.*
¶ Melĭcus, a, um, musicalisch; ut, *Poëma melicum*, hoc est, musicum, Cicer. de optimo gen. orat. cap. 1.
¶ Melodia, æ, μελῳδία, ein lieblicher gesang, liebliche art eines gesanges, die melodey.
¶ Melōdes, is, μελῳδής, qui carmina cantat, ein sänger. Sidon. 9 epist. 15 *Proculus melodes insonare pulsibus.*
¶ Mĕlōdus, a, um, suaviter sonans vel canens, wohlklingend, apud cadentis latinitatis auctores. Auson. de Profess. carm. 16
Te fabulantem non Vlysses linqueret,
Linquit canentes qui melodas virgines.
Melodas virgines vocat Sirenas. Prudent. Hymno 9 Cathemer. v. 2
Dulce carmen & melodum.
Significat canorum harmonicum, sive modulabile, ut Isonis in Prudent. Glossæ explicant.
MĔLŌTA, æ, & Melote, es, gr. μηλωτή, vellus sive ovina pellis, ein schafs-peltz. Vulg. Interp. Hebr. cap. 11 v. 37. Bapt. Mantuanus Cornice sive ecloga 6 *& ad ilia vulpes*
Melotasque trahunt, maculosaque tergora lyncis.
¶ Melotæus, a, um, adject. von schafpeltz gemacht. Idem Mantuan. 1 Silv. 6 v. 18 *Et melotæis terga fovere togis.*
MELPŎMĔNE, es, Μελπομένη, una ex Musis, a μέλπω, canto, ludo, vide *Musa*. Auson. epigr. 138
Melpomene tragico proclamat mœsta boatu.
Membrana, membranaceus, &c. vide mox in *Membrum.*
MEMBRVM, i, das glied, gliedmaß. Membra differunt ab artubus, quod hos dicimus ossa cum nervis & venis; *Membra* vero carnem artus contegentem. Attamen & singulæ corporis partes membra dicuntur. Terentius Adelph. a. 4 sc. 4 v. 3 *Membra metu debilia sunt.* Et, *Membra componere*, Virg. 4 Georg. v. 438, sich setzen, legen: item, sich geberden. *Infans membris expressus*, ein kind mit seinen gliedern gebildet, Quintilianus lib. 2 cap. 4. *Membra teretia*, vide *Teres.* *Membra compacta & firma*, dichte an einander gesetzte, starcke glieder, Suetonius Vespas. cap. 20. ¶ 2. *Membrum* etiam κατ' ἐξοχὴν de illa parte dicitur, qua sexus discernitur. Poëta phallicus epigr. 69
Hujus & Alcinoi mirata est filia membrum.
Hinc *virile, muliebre membrum*: quamquam & absolute *Virilia, Muliebria* dicimus per ellipsin, de quibus suis locis. ¶ 3. Suetonius & statuarum partes *membra* dixit lib. eodem cap. 1. ¶ 4. *Membrum* in oratione est sensus numeris conclusus, sed a toto corpore abruptus per se, & nihil efficiens. vid. Cic. in Oratore cap. 62, & Auct. ad Herenn. lib. 4 cap. 19. Differt ab inciso, qui sensus est non expleto conclusus numero, Valla lib. 6 cap. 10. vide *Comma, Colon.* Et *Membrum*, ein stück aus einem text, darin von mehr stücken oder articklen gehandelt wird. ¶ 5. Et partem domus *Membrum* vocant. Cicer. lib. 3 ad Quint. fratr. epist. 1 *Neque solet, nisi in his ædificiis fieri, in quibus est atrium majus: nec habere poterat adjuncta cubicula, & ejusmodi membra.* Et Plinius lib. 2 epist. 17 *Adhæret dormitorium membrum, transitu interjacente.* Apulejus sub fin. lib. 3 Metamorph. *Singula domus membra cingit armata factio.*
¶ Membror, ari, per membra formari, glieder bekommen. Censorinus de Die Nat. cap. 11 *Quinque & triginta diebus infans membratur.*
¶ Membrātim, adverb. stückweise, von stück zu stück, idem quod *speciatim*; unde & τῷ *Generatim* opponitur. Plin. proœm. lib. 12 *Animalium omnium naturæ generatim membratimque ita se habent.* Sic, *Incise & membratim dicere*, stück oder artickel weiß, Cic. in Orat. c. 63.
¶ Membratūra, æ, membrorum compositio, die einrichtung der glieder, Vitruv. lib. 8 cap. 5.
¶ Membrosus, a, um, groß von gliedern. Compar. apud poëtam phallicum præfat. Carminum:
Sed ruber hortorum custos membrosior æquo.
Vbi *Membrosior*, qui carm. 36 *Mentulatior* dicitur.
¶ Membrāna, æ, pellis, quæ artus tegit, ein fell, eine haut. Cicer. de Nat. Deor. lib. 2 cap. 57 *Natura oculos membranis tenuissimis vestivit*, mit sehr dünnen häutichen. *Membranæ ligni*, die dünne rinden zunechst am holtz, Plin. lib. 16 cap. 14. ¶ 2. Et *membranæ*, chartæ Pergamenæ sunt, pergamen, operment, operimenta, quibus includuntur libelli. Tibullus lib. 3 eleg. 1 v. 9
Lutea sed niveum involvat membrana libellum.
Horat. in arte v. 389 *Membranis intus positis delere licebit,*
Quod non edideris, &c.
Membranæ autem æmulatione Ptolemæi Ægyptii & Eumenis Pergameni regis inventæ sunt. Nam cum uterque amore librorum & bibliothecas condendi studio teneretur, Ptolemæus impediturus æmulum chartas Ægypto exportari vetuit. Sic membranæ, quæ chartarum vice essent, Pergami repertæ; quæ & abinde *Pergamenæ* quasi *chartæ Pergamenæ* appellatæ, vide Plin. lib. 21 cap. 11. Et eo B. Hieronymus respexit epist. 43 ad Chromatium, Jovinum & Eusebium scribens: *Etsi alicui Ptolemæus maria clausisset, tamen rex Attalus membranas a Pergamo miserat, ut penuria chartæ pellibus pensaretur, unde & PERGAMENARVM nomen ad hunc usque diem, tradente sibi invicem posteritate, servatum est.* ¶ 3. *Membranæ* appellatione serpentis exuviæ etiam veniunt, quæ & *senectus* appellantur. Ita non semel hac voce Plinius usus, & Ovid. 7 Metam. v. 272 *squamea membrana chelydri*, ein schlangen-balg. vide & *Senectus.*
¶ Membrānŭla, æ, dimin. ein häutlein, Celsus 7 cap. 7. Pro libri ornamento Cic. ad Atticum lib. 4 epist. 4 habet.
¶ Membranŭlum, i, idem, neutro genere *tenue membranulum* dixit Apulejus lib. 6 Metam. Ita Elmenh. p. 184, & Pricæus p. 127 legunt.
¶ Membranaceus, a, um, similitudinem habens membranæ, wie pergamen; ut, *Cortex membranaceus vitis*, Plin. 16 cap. 31.
¶ Membrāneus, a, um, idem; ut, *Codex membraneus*: Vlpianus Lege 52 Dig. de Legat. lib. 3, *Codices membranei vel chartacei.*
¶ Membranarius, i, ein pergamentmacher. Gloss. lat. gr. *Membranarius*, διφθεροποιός.

Composita:

¶ Vnimembris, e, das nur ein glied hat, Lege 13 Dig. §2 de Jurejur. vox græca ibi scripta μονομερὴς latine vertitur ibidem *unimembris*. Sed græcum ab Vlpiano esse, non dubitatur; a quo versio apposita, incertum.
¶ Bimembris, e, zweygliedrig. Ovid. in epistola 9 Heroid. v. 99
Et male confisum pedibus formaque bimembri.
Virgilius 8 Æn. v. 293 *Nubigenas bimembres*, Centauros; & Ovidius 15 Metamorph. absolute *Bimembres*, eosdem vocat. Et Silius lib. 3 v. 41 *bimembres Centauri.* Sic
¶ Trimembris, e, dreygliedrig, &
¶ Quadrimembris, e, viertheilig, ex analogia defenduntur. Ad hæc Vetus Onomasticon: *Quadrimembris*, τετραμερής.
¶ Commembratus, a, um, compactus, conjunctus, zusammengefügt. Paulinus Nolanus epist. 44 [al. 31] cap. 4 *commembrata in corpore compago.*
MĔMĔCȲLON, i, μεμήκυλον, arbuti species, ein fremder pflaumenbaum, Plin. 15 cap. 24.
MĔMĬNI, memento, meminero, meminisse, verbum defectivum, ab antiquo *Meno*, per reduplicationem in præterito, gedencken, eingedenck seyn. *Bene memini*, Horat. 1 satyr. 9 v. 68, ich weiß es sehr wohl. Ter. Andr. a. 2 sc. 5 v. 18 *Memini videre.* Cicer. *Hoc me memini dicere*, ich weiß mich zu erinnern, daß ich solches gesaget. Virg. eclog. 9 v. 52
Cantando longos memini me condere soles.
Aliquando tamen & cum præterito construitur. Cic. pro Rosc. Am. cap. 42 *Meministis, me ita distribuisse initio caussam.* Adde, si placet, Cellarii Cur. Posterior. p. 97. Virg. eclog. eâdem v. 45
Numeros memini, si verba tenerem.
¶ *Meminisse alicujus rei*, vel *de aliqua re*, est mentionem facere, erwehnen, meldung thun. Quintil. lib. 11 cap. 2 *Neque omnino hujus rei meminit usquam poëta ipse*, er gedenckt des handels nirgend. Idem, *de quibus multi meminerunt.* Ab hac significatione fortassis est *Mentio*, de quo vide infra, & conf. Vall. lib. 3 cap. 58. ¶ Elegans formula in gratiis agendis: SEMPER MEMINERO, ich will es zeit meines lebens nicht vergessen. Plautus Cistell. a. 1 sc. 1 v. 9
Ita in prandio nos lepide atque nitide
Accepisti, apud te ut semper meminerimus.
Phædrus lib. 4 fab. 25 extr.
Dum sanitas constabit, pulchre meminero.
Plautus Pœn. a. 4 sc. 4 v. 24 *Faciam ut mei memineris, dum vitam vivas*, i. e. ut gratias mihi agas. Apud eumdem Casinâ a. 3 sc. 6 v. 13 monentis & minantis formula est: *Memento, memento*, merck es wohl, schreib es hinter ein ohr.
¶ Memĭnens, tis, eingedenck, ab antiquo *Memino*, quod a *Memini* formatur. Sidon. 2 epist. 20 *Sis oppido meminens.* Idem 4 epist. 12 *naturæ meminens.* conf. Voss. de Vit. L. L. p. 767.
¶ Mĕmor, ŏris, qui meminit, eingedenck, mercksam. Terent. in Andr. a. 1 sc. 5 v. 47 *Vnum hoc scio, hanc meritam esse, ut memor esset sui.* Virgil. 4 Æneid. v. 539
Et bene apud memores veteris stat gratia facti.
Cicer. lib. 1 famil. epist. 9 *Memorem in bene meritos animum præstare*, ein danckbares hertz erzeigen. *Memorem me dices esse & gratum*, Terent. Adelph. a. 2 sc. 2 v. 44. Livius etiam in neutro usus est lib. 1 cap. 32 *Medium erit in Anco ingenium & Numæ & Romuli memor*, i. e. & belli & pacis artibus imbutum, atque exercendis utrisque par. Virg. Æn. 1 v. 4 *memorem iram* dixit. Horat. lib. 1 oda 13 v. 12
Impressit memorem dente labris notam.
Ovid. de Ponto lib. 4 epist. 2 v. 7
Carmina sola tibi memorem testantia curam
Non data sunt: quid enim, quæ facis ipse, darem?
¶ In veteri ecclesia receptissima formula erat, qua petebant ab aliis, VT SVI MEMORES ESSENT; aut, APVD DEVM MEMORES ESSENT. Quæ eo spectabat, ut orarent pro se. August. de Civ. Dei lib. 21 cap. 27 *Sed adjecit* (Virgilius) *atque ait:*
Quique sui memores alios fecere merendo.
Id est, qui promeruerunt alios, eosque sui memores merendo fecerunt. Prorsus tamquam eis diceret, quod frequentatur ore Christiano, cum se cuique sanctorum humilis quisque commendat, & dicit, MEI MEMOR ESTO. Licentius Carmine ad Augustinum:
Et cum Luciferos precis ordia vesper in ortus
Distulerit, sanctumve super bene dixeris ignem:
SIS MEMOR IPSE MEI.
S. quoque Cyprianus frequenter epistolas hac clausula finit: *Opto, vos semper in Domino bene valere, ET NOSTRI MEMINISSE.* Tertullianus de Baptismo, extremo: *Tantum oro, ut, cum petitis, etiam Tertulliani peccatoris MEMINERITIS.* Exstat hæc formula & apud Chrysostomum epist. ad Cyracium exulem ipso fine & Paulinum Nolanum de obitu Celsi v. 594 &c. & B. Hieronymum epist. 55 ad Riparium, in fine.
¶ Mĕmoria, æ, μνήμη, quæ est, *per quam animus repetit illa, quæ fuerunt,*

runt, recordatio superioris vitæ, custos ingenii, thesaurus rerum inventarum, Cic. de Orat. lib. 1 c. 5, & Aut. ad Herenn. lib. 3 c. 15 extr. das gedächtniß. vide eumdem & 1 Tuscul. cap. 24 & 25, ubi divinitatem ejus dignis modis admiratur. Et lib. 2 de Orat. cap. 86 *Non sum tango ego*, inquit, *ingenio, quanto Themistocles fuit, ut oblivionis artem, quam memoriæ malim: Gratiamque habeo Simonidi illi Ceio, quem primum ferunt artem memoriæ protulisse.* Et Quintil. lib. 11 cap. 2 *Omnis disciplina memoriâ constat, frustraque docemur, si, quicquid audimus, præterfluat. Neque immerito thesaurus hic eloquentiæ dicitur.* Et ibidem: *Memoria excolendo, sicut alia omnia, augetur.* Et, *Nihil æque vel augetur curâ, vel negligentiâ intercidit. Quare pueri statim quam plurima ediscant, & quæcunque ætas operam juvandæ studio memoriæ dabit, devoret initio tædium illud, & scripta & lecta sæpius revolvendi, & quasi eumdem cibum remandendi. Memoria tenax, tenacissima*, Quintilian. lib. 1 cap. 1, ein gut gedächtniß. *Memoriam firmare*, das gedächtniß gewiß machen, Idem. *Memoria complecti*, Cic. 2 Divin. cap. 71, & *comprehendere memoriam rerum*, Idem de Clar. Orat. cap. 5, ins gedächtniß fassen. *Memoria tenere*, Cic. 7 fam. ep. 3 pr. im gedächtniß behalten. *In memoria habere*, Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 13. Et, *In memoriam redigere*, Cic. 1 fam. ep. 9, & Ter. Phorm. a. 2 sc. 3 v. 36. *Memoriæ mandare*, Aut. ad Herenn. 3 cap. 11, ihm einbilden, auswendig lernen. *Redire in memoriam*, sich besinnen, erinnern: Cicero in Verrin. 3 cap. 46 *Quæso redite in memoriam, judices:* Adde Nonium cap. 5 n. 78, & quæ mox ex Plauto dicentur. *Memoriam prodere alicujus rei posteris*, Cœlius Ciceroni lib. 8 ep. 3, etwas vor die nachkommen aufzeichnen. Item, *Memoriam amittere: Memoria falli*, nicht recht gedencken. *Memoria vacillare*, mit dem gedächtniß fehlen, Cicer. ad Attic. lib. 12 ineunte. *Memoriam alicujus rei adhibere*, id est, meminisse, gedencken: Nepos Epamin. cap. 7 *Nullam adhibuit memoriam contumeliæ; & exercitum obsidione liberatum, domum reduxit incolumem.* Et, *Immortali memoria recepta beneficia retinere*, idem dixit in Attico cap. 11. Plautus Capt. a. 5 sc. 4 v. 25

Nunc demum in memoriam redeo, cum mecum recogito.
Nunc ædepol demum in memoriam regredior, audisse me &c.

Cicer. lib. 10 famil. ep. 16 *Nihil post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius accidere vidi*, bey menschen gedencken. C. Nepos Themistocle cap. 5 n. 3 *Maxima post hominum memoriam classis est devicta*, i. e. maxima earum, quarum homines meminisse possunt. Item Aristide: *Unus post hominum memoriam cognomine IUSTUS appellatus.* Sed, *Memoriâ nostra*, pro nostro tempore, zu unserer zeit. *Superiore memoria*, Cic. pro Balbo cap. 11 extrem. vor dieser zeit, vor alten zeiten. Idem pro Fontejo cap. 7 *Et nostrâ & patrum memoriâ*, beyde zu unser und unserer vorfahren zeit. *Omni memoriâ*, &, *in omni memoriâ*, id est, omni tempore, zu allen zeiten, Idem de Arusp. resp. Huic opponitur *oblivio*: inter utramque media est *recordatio*, alio nomine *reminiscentia*. ¶ 2. *Memoriæ* dicuntur commentarii, quibus rerum olim gestarum memoria conservatur, antiquitates, ὑπομνημονεύματα. Gellius 4 cap. 6 *In veteribus memoriis scriptum est:* & alibi sæpius. Tertullianus: *Ite per memorias veteres*, &c. Minutius Felix: *Memoriæ & Tragœdiæ vestræ incestis gloriantur.* Arnobius lib. 6 adversus gentes MEMORIALIA SCRIPTA appellat. vide Casaub. ad Sueton. p. 105. Sic *memoria* relatio, traditio est. Nepos Hannibale cap. 8 n. 2 *De Magonis interitu duplex memoria est.* ¶ 3. Appellantur quoque sepulcra *memoriæ*: præcipue cadentis latinitatis & Christiani ritus scriptoribus. Vetus Inscriptio apud Gruter. p. 827 n. 8 SERVILIUS TROILUS SE VIVO COMPARAVIT MEMORIAM SIBI ET SUIS. Augustin. de cura pro mortuis cap. 4 *Non ob aliud vel* Memoriæ *vel* Monumenta *dicuntur ea, quæ insignita fiunt sepulcra mortuorum, nisi quia eos, qui viventium oculis morte subtracti sunt, ne oblivione etiam cordibus subtrahantur, in memoriam revocant & admonendo faciunt cogitari*, &c. Atque in hac significatione procul dubio etiam accipitur in vita S. Antonii ex Athanasio per Evagrium translata, & a Joh. Majore Wittenbergæ An. 1544 edita, p. 114; *Igitur S. Antonius secum reputans, oportere DEI famulum ex instituto magni Heliæ exemplum capere, & ad illud speculum vitam suam debere componere*, ad sepulcra *longe a villa constituta secessit: uni de cognatis mandans, ut statutis diebus sibi alimenta deferret. Et cum* in una memoria *supra dictus frater eum clausisset, solus ibidem morabatur*, &c. Nec aliter forte Augustinus lib. 22 de C. D. cap. 8 circa med. quo tamen in loco per *memoriam* Basilicam intelligit Georg. Wicelius lib. 4 epist. ad D. J. C. vid. & Cassandr. Consult. p. 185, & Coquejum in d. l. Augustini. Ibi Augustinus dicit, Stephani *memoriam* fuisse in colonia Calamensi: sed ejusdem *memoriam* etiam apud Hipponem Regium postea. ¶ 4. Honorificæ quoque mentioni mortuorum inservit hoc vocabulum. Sic *Beatæ memoriæ* Hieronymus dixit. vide supra *Beatus*. Et Ambrosius epist. 30 *a fratre clementiæ tuæ, augustæ memoriæ*: & epist. 31 sub fin. *Constantius augustæ memoriæ*, nisi quod *Constans* ibidem legendum videtur ex Symmachi lib. 10 epist. 61.

¶ Mémŏrĭŏla, æ, dimin. ein klein gedächtniß. Cicer. lib. 12 ad Attic. epist. 1 *γεροντικώτερον est memoriola vacillare.* ¶ In veteri Inscript. apud Fabrettum p. 85 idem est quod conditorium vel sepulcrum.

¶ Memoriālis, e, dem gedächtniß dienlich; ut, *Memorialis liber*, ein gedenck-register, memorial, Sueton. Cæsare cap. 56. Fuerunt & inter Palatina officia dicti *Memoriales*, quorum B. Ambrosius meminit ep. 31. Hi in scriniis sacræ memoriæ militabant, de quibus vide l. 10 & 11 C. de proximis sacrorum scriniorum.

¶ Memoralis, e, idem. Arnobius lib. 6 p. 196 *Memoralia ut indicant scripta.* Et absolute *Memoralia*, verzeichnisse, l. 144 ff. de Verb. Signif. vid. Colerus in Parerg. cap. 23.

¶ Memoraliter, adverb. mit guten andencken. Fortunat. lib. 4 Carm.

Annuat omnipotens longo memoraliter ævo.

¶ Memoralius, i, ein buchhalter, registrator. Gloss. gr. lat. *ὑπομνηματογράφος, actuarius, memoralius.*

¶ Memorĭter, adverb. mente memori, sine libro, auswendig. Cicer. 1 de Oratore cap. 19 *Memoriter pronunciare multa ex orationibus Demosthenis.* Et, *Memoriter recitare*, auswendig sagen. *Memoriter respondere*, Cic. in Vatin. cap. 4. *Memoriter salutare*, Sueton. Nerone cap. 10, hoc est, sine monitore. *Memoriter proferre*, Terent. Phorm. a. 2 sc. 2 v. 47. *Orationem memoriter habere*, eine rede auswendig thun, Cicer. 4 Acad. cap. 19, quod eidem etiam est *ex memoria*, 3 in Catilinam cap. 6. *Et quoniam nondum est præscriptum SC. ex memoria vobis, Quirites, quid Senatus censuerit, exponam.* Et, *Memoria meminisse*, Plautus dixit Capt. a. 2 sc. 3 v. 33, quod a. 2 sc. 1 v. 53 *memoriter meminisse* dixerat.

¶ Mĕmŏro, avi atum, are, est commemorare, narrare, dicere, erzehlen. Cicer. de Legib. lib. 2 cap. 24 *Honoratorum virorum laudes in concione memorare*, öffentlich rühmen und erzehlen. *Memoriter memorare*, Plautus dixit Amph. a. 1 sc. 1 v. 161. Virg. Æn. 1 v. 8

Musa mihi caussas memora &c.

Incredibile memoratu est, id est, dictu, unglaublich zu sagen, Sallust. Catil. cap. 6 & 7. ¶ Sunt qui existiment, perperam hanc vocem usurpari, quando idem est ac *memoriæ infigere*. Festus tamen statuit, quod *Memorare* significet *nunc dicere, nunc memoriæ mandare.*

¶ Memorandus, a, um, denckwürdig; ut, *memorandæ pugnæ*, Plaut. Epid. a. 3 sc. 3 v. 52. *Memoranda facta*, Ovid. Metam. 13 v. 13.

¶ Memorātus, a, um, erzehlt, berühmt; ut, *memorata olim regna*, Justin. 41, 1, 8. *Quid istis memoratis opus est?* Plaut. Mil a. 3 sc. 3 v. 40. Superlat. Gellius lib. 10 cap. 18 *sepulcrum memoratissimum*, Mausoleum: & lib. 19 cap. 8 *Ennius in illo memoratissimo libro.*

¶ Memoratus, ûs, das andencken, die erzehlung, subst. nomen fecit Gellius lib. 10 cap. 4, *Versus assiduo memoratu digni*, hoc est, vel memoria, vel commemoratione.

¶ Memorator, ōris, ein erzehler. Propert. lib. 3 eleg. 1 v. 33

Nec non ille tui casus memorator Homerus.

¶ Memoratrix, īcis, die erzehlerin. Valer. Flacc. lib. 6 v. 142

Eoæ memoratrix tibia pugnæ.

¶ Memorabilis, e, memoria & commemoratione dignum, merck- und denckwürdig. Terent. in Heaut. a. 2 sc. 3 v. 73 *Non fit sine periculo facinus magnum & memorabile.* Cic. 13 Philipp. cap. 19 *Memorabilis & divina virtus.* Item, de Clar. Orat. cap. 13 *Multa jam memorabilia in domesticis & bellicis rebus effecerat.*

¶ Memoracŭlum, i, ein denckmahl. Apulej. Apolog. *Dixi, me sanctissime tot sacrorum signa & memoracula custodire.*

¶ Memorosus, & Memoriosus, a, um, eingedenck. Vetus Glossar. latino-græc. *Memoriosus, μνήμων.* Alterum græco-latinum: *μνημονικὸς, memorosus, memorabilis.* Festus inquit: *Memoriosus, memoriosior, memoriosius, & memoriosissime facit.*

Composita:

¶ Commĕmĭni, isse, sich erinnern, wissen. Plaut. Pœn. a. 5 sc. 2 v. 25 *Ecquid commeministi Punice?* conf. Plaut. Truc. a. 4 sc. 3 v. 4 &c. Cic. de Orat. 1 cap. 53 *Quem hominem probe nosse & commeminisse se ajebat.*

¶ Commemŏro, are, recitare, erzehlen. Cic. de Senect. cap. 11 *Pythagoræorum more, exercendæ memoriæ gratia, quod quoque die dixerim, audiverim, egerim, commemoro vesperi.* Idem de Amicit. cap. 20 *Beneficia meminisse debet is, in quem collata sunt; non commemorare, qui contulit.* ¶ Additur & præpositio interdum; ut, *Omnes de tua virtute commemorant*, Cic. ad Qu. frat. 1 epist. 1 cap. 13.

¶ Commemorandus, a, um, memoria dignus, denckwürdig. Cic. action. in Verr. 1 cap. 14 *O commemoranda judicia, præclaramque existimationem nostri ordinis.*

¶ Commemoratus, a, um, vorgebracht, erwehnet. Cic. pro Planc. cap. 40 *Nihil ex meis est temporibus, quod minus mea celebratione commemoratum sit.*

¶ Commemoratus, ûs, subst. die erwehnung. Apul. Flor. lib. 1 *Commemoratu meo*, auf mein vermelden.

¶ Commemoratio, ōnis, die erzehlung. Terent. in Andr. a. 1 sc. 1 v. 16 *Isthæc commemoratio, quasi exprobratio est immemoris beneficii*, diese meldung ist gleich als ein fürwurff einer undanckbarkeit. Cic. in Verr. 3 cap. 39 *Verres in assidua commemoratione omnibus omnium flagitiorum fuit*, von seinen übelthaten hat iederman täglich zu reden gehabt.

¶ Commemorator, ōris, ein erzehler. Tertull. 4 ad Marc. cap. 26 *Commemorator, non obliterator vetustatum.*

¶ Commemorabilis, e, dignus commemoratione, rühmlich, löblich. Cic. pro Marcell. cap. 4 *Vir optimus & commemorabili pietate ac virtute præditus.* Plaut. Pseud. a. 1 sc. 5 v. 111 *Commemorabilis pugna.*

¶ Commemoramentum, i, die erwehnung, vorrückung. Cæcilius apud Nonium cap. 2 n. 115 *Pudebat, credo, commemoramentum stupri.*

¶ Demĕmĭni, isse, oblivisci, vergessen. Vulgo ex Martialis lib. 2 epigr. 59 proferunt, *dememinisse mortis*: sed meliores ibi libri *te meminisse.*

¶ Immĕmor, ŏris, qui non meminit, uneingedenck. Cicer. ad Att. 4 ep. 6 *Ne me immemorem mandati tui putes*, halte mich nicht dafür, als hätte ich deines befehls vergessen. Idem in Philipp. 2 cap. 23 *Hujus rei ne posteritas quidem omnium seculorum immemor erit*, dessen wird nimmermehr vergessen werden.

¶ Immemoria, æ, die vergessenheit. Hanc vocem adhuc inauditam Papiniano l. 44 Dig. de acquir. vel amitt. poss. vindicavit Pareus Lex. Crit. p. 571.

¶ Immĕmorābilis, e, memoria vel commemoratione indignus, nichts-würdig, undencklich. Plautus prolog. Captiv. v. 65 *Versus immemorabiles.* Et Lucret. lib. 4 v. 192 *Immemorabile per spatium transcurrere posse.* Sed *Immemorabilis* active usurpavit Plaut. Cistell. a. 2 sc. 2 v. 3 de eo, qui nihil vult memorare. vid. ibi Taubm.

¶ Immemoratus, a, um, unbekandt, unerhört; ut, *Immemorata ferens*, i. e. non dicta, nova, Horat. 1 epist. 19 v. 33. *Immemoratus eris*, Auson. Parentat. epigr. 20.

¶ Remĕmĭni, isse, wieder gedencken. Tertullianus 4 adv. Marc. cap. 1 *ne rememineritis priorum.*

¶ Remĕmŏrare, wieder erzehlen, erinnern: Ejusdem Tertulliani est 4 adv.

adv. Marcion. cap. ult. ut *rememoramini* respondeat Græco μνήσθητε Luc. 24 v. 6, ubi Vulgatus interpres *recordamini*.

¶ Rememoratio, ōnis, die wiedererzehlung. Sarisb. 8 cap. 6 *Rememoratio vitiorum.*

MEMMIVS, i, civis Romanus. Hic Largio rivali brachium aliquando mordicus arripuit, unde proverb. *Lacerat lacertum Largii mordax Memmius.* Memmiorum familiam a Mnestheo Trojano ortum habuisse, tradit Virgilius Æn. 5 v. 117

Mox Italus Mnestheus, genus a quo nomine Memmi.

¶ *C. Memmius Gemellus* est, Lucii filius, ad quem suos libros misit Lucretius, & epistolas aliquot scripsit Cicero lib. 13 fam. epist. vid. Gellius 19 cap. 9, & Ovid. Trist. 2 v. 433. ¶ De *Memmio Regulo* tempore Neronis Tacitus Ann. 14 cap. 47.

¶ Memmiădes, æ, patronymicum, apud Lucretium 1 v. 26 & 44.

¶ Memmianus, a, um, adject. ut, *Memmiana prædia*, Cic. ad Attic. 5 epist. 1.

MEMNON, ŏnis, Μέμνων, dux Æthiopum fuit, qui ex oriente suppetias Trojanis cum venisset, ab Achille interfectus est. Virgilius 1 Æn. v. 489 *Et nigri Memnonis arma.* Hujus statua apud Ægyptios magica arte ita facta fuit, ut citharâ, quam tenebat, certis horis musicum sonum ederet: quo factum, ut plurimi ejus videndæ caussa vel longinquas peregrinationes eo susciperent, ut ex Spartiani Severo, & Luciani Toxari discimus. Juven. sat. 15 v. 5

Dimidio magicæ resonant ubi Memnone chordæ.

Vbi notandus vetus Scholiastes est, quod ex ære conflatam hanc statuam tradidit: nam de durissimo marmore fuisse, Strabo lib. 13 cap. 5, & Plin. lib. 5 cap. 9 prodidêre. Etiam Tacitus 2 Annal. c. 61 *Saxeam effigiem* vocat. Perperam Philostratus in vita Apollinis in Æthiopia hanc statuam ponit. Nam de Ægypto omnes, qui meminerunt scriptores cæteri, consentiunt. Quod & ad Tacitum Lipsius monet. conf. Andr. Schottus ad tabulam Ortelii, qua Alexandri M. expeditiones adumbrantur, & ex eo Freinshem. ad Curt. lib. 4 c. 8 n. 4.

¶ Memnŏnius, a, um; ut, *Aves Memnoniæ*, quas *Memnonidas* Ovid. 13 Metam. v. 619 vocat, quæ singulis annis ex Æthiopia ad Trojam adventantes, super Memnonis sepulcro decertant. vid. Ælian. Hist. Anim. lib. 5 cap. 1. Propert. 1 eleg. 6 v. 4

Vlteriusque domos vadere Memnonias.

¶ Memnŏnĭdes, æ, patronym. Sic *Memnonides Musæ* Ovidio lib. 5 Metam. v. 268 dicuntur. Vbi Heinsium vide. Vulgo *Mæonides* lectum fuit, quod improbat vir laudatissimus. Sensus autem & nominis ratio eodem interprete est, quod sint Μνημοσύνης θυγατέρες, *filiæ Mnemosynes* sive memoriæ.

Memor, memorare, memoria, &c. vide supra *Memini.*

MEMPHIS, is, Μέμφις, urbs Ægypti, omnium ante Alexandriam clarissima, proxime divortium Nili, sedes regum Ægyptiorum, quæ Alexandriam postea translata. Veneri sacram fuisse Horatius tradit lib. 3 od. 26 v. 10. Fuit in ea *Apis* taurus Ægyptiorum Deus. Propert. lib. 3 eleg. 11 v. 33

Noxia Alexandrina dolis aptissima tellus,
Et toties nostro, Memphi, cruenta malo.

¶ Memphītes, æ, incola ejus urbis, ein Egyptier. Tibull. 1 eleg. 7 v. 28

Barbara (pubes) *Memphiten plangere docta bovem.*

¶ Memphītis, ĭdis, patronym. fœm. ut, *Terra Memphitis*, Juvenal. sat. 15 v. 122. Et, *princeps Memphitidis aulæ*, i. e. Pharao, Alcimus lib. 5 v. 682.

¶ Memphĭtĭcus, a, um, Egyptisch; ut, *Memphitica sacra juvencæ*, Ovid. lib. 1 de Arte am. v. 77. *Memphitica templa*, Martial. 2 epigr. 14.

MĒNA, æ, Dea, quæ menstruis fluoribus præerat, ipsa scilicet luna, quæ Græcis μήνη dicitur. vid. August. de C. D. 7 cap. 2. *Fluonia Juno* est apud Festum. ¶ 2. *Mena* piscis. Cicero apud Nonium cap. 17 n. 4 *Acipenserem menæ non anteponere.*

MĔNAECHMI, orum, fabula Plauti. vide argumentum ejus.

MĔNALCAS, æ, pastoris nomen apud Virgil. eclog. 3.

MĔNĂLIPPE, es, una Amazonum ab Hercule capta & balteo spoliata & a Theseo in uxorem ducta. vid. Juvenal. sat. 8 v. 229.

¶ Menalippus, i, Thebanus, cujus caput a Tydeo, cui lethale vulnus inflixerat, dentibus dilaniatum est. vid. Statius 8 Theb. v. 718.

MĔNANDER, & Menandrus, i, Μένανδρος, Atheniensis, γνωμικώτατος poëta, comicorum princeps, cujus egregiam commendationem vide apud Quintil. lib. 10 cap. 1. Comœdias scripsit 108, de quibus præter sententias paucas, a philologis & gnomologis passim annotatas, nihil habetur amplius. Menandri & Philistionis σύγκρισιν, sive libellum veteris cujusdam grammatici, in quo Menandri & Philistionis, sive potius Philemonis, sententiæ de una re inter se opponuntur, ex Galliarum regis bibliotheca primus edidit *Nicol. Rigaltius.* Sed proximis annis longe emendatius auctiusque Rutgersius lib. 4 Variar. Lect. cap. 13. Est liber ille plane aureus.

¶ Menandrēus, a, um, μενάνδρειος, adjectivum. Propert. lib. 2 eleg. 6 v. 3 *Turba Menandreæ Thaidos*, i. e. proci.

¶ Menandrĭcus, a, um, idem. *Menandricus fluxus*, Tertullian. de Pallio cap. 4. Adde Salmas. ibi p. 339 seq.

MĔNĂPII, orum, Rheni ad utramque ripam accolæ, juxta Nervios; vulgo Geldrenses & Juliacenses esse putant. *Menapos* vocat Martialis 13 epigr. 54.

MENDA, æ, & Mendum, i, erratum, & corporis vitium, ein flecken, schnitzer, fehl oder fehler, versehen. Cic. ad Attic. lib. 13 epist. 23 *Librariorum menda tolluntur.* Et Cæcina Ciceroni lib. 6 epist. 7 *Mendum scripturæ liturâ tollitur.* Ovid. lib. 1 Amor. eleg. 5 v. 18

In toto nusquam corpore menda fuit,

kein tadel. Idem lib. 1 de A. A. v. 249 *Nocte latent mendæ*, &c. des nachts sind alle kühe schwartz.

¶ Mendōsus, a, um, voller fehler, unrichtig, falsch; ut, *Exemplar mendosum*, Plin. lib. 10 epist. 75 sub finem. *Nihil mendosum, sed recte atque integre scriptum*, Gellius lib. 18 cap. 9. Et, *Historia mendosior*, id est, plena mendis, Cicer. de Clar. Orat. cap. 16. *Librarius mendosus*, Cic. 4 Verr. cap. 77, der falsch schreibt. *Facies mendosa*, voll flecken und unthätlein, Ovidius lib. 12 Metam. v. 399.

¶ Mendose, adverb. falsch, schnitzerhafft. Cic. ad Quint. frat. lib. 3 ep. 5 *De Latinis quo me vertam nescio, ita mendose & scribuntur & veneunt*, hoc est, inemendate. Persius sat. 5 v. 85 *Mendose colligis*, i. e. falso argumentaris. Cic. lib. 1 de Invent. cap. 6 *Ejus ars, quam edidit, mihi mendosissime scripta videtur.*

¶ Mendosĭtas, ātis, die unrichtigkeit. Augustinus epist. 10 cap. 3 *mendositatem corrigere.* Idem lib. 1 Retractat. cap. 1 *Mendositas nostri codicis me fefellit.*

¶ Emendo, avi, atum, are, mendas expurgare, corrigere, bessern, verbessern, übersehen. Cic. ad Attic. lib. 2 epist. 16 *Me rogat, ut annales suos emendem.* Idem de Legibus lib. 3 cap. 13 *Civitas emendari & corrigi solet principum continentia*; vide *Inficio* in *Facio.* Horat. 2 epist. 1 v. 2 *Res Italas legibus emendes.* Item 2 sat. 8 v. 85 *Arte fortunam emendaturus.* ¶ 2. Plinius pro *Auferre* hoc verbo frequentissime utitur; ut, *Dolores capitis emendantur contrito nasturtio*, lib. 20 cap. 13, das hauptweh wird dadurch vertrieben. Et, *Gravitas aurium emendatur, nasturtio trito*, Idem lib. 20 cap. 13.

¶ Emendatus, a, um, verbessert; ut, *Emendati mores*, Cic. de Amicit. cap. 17. *Emendata locutio & latina*, Idem de Clar. Orat. cap. 74. *Sapiens emendatusque*, der keinen fehl hat, untadelhafft, Horat. 1 epist. 16 v. 30. Hinc comp. & superlativus. Petronius: *Mulier omnibus simulacris emendatior.* Nazarius Paneg. Constantini cap. 34 *Nullam matronarum, cui forma emendatior fuerit, boni sui piguit.* Ausonius gratiar. act. ad Gratianum: *Emendatissimi viri est, pigenda non facere.* Lactantius lib. 2 cap. 4 *emendatissimi libri.*

¶ Emendate, adverb. reinlich, correct. Cic. de opt. gen. orat. cap. 2 *Perficiendum est, ut pure & emendate loquamur, quod est latine*, rein und recht latein. *Emendate loqui*, Quintil. 8 cap. 1, &, *Emendate describere*, Vitruvius lib. 10 cap. 11.

¶ Emendatio, ōnis, die verbesserung, quam *partem studiorum longe utilissimam* Quintilianus dixit lib. 10 cap. 4. Sed *nimia emendationis severitate deficere puerorum ingenia* sensit, lib. 2 cap. 4. Cic. de Fin. 4 cap. 9 *Correctio Philosophiæ veteris & emendatio.*

¶ Emendator, ōris, ein verbesserer, corrector. Cic. pro Corn. Balb. cap. 8 *Sisenna quasi emendator sermonis usitati esse volebat.* Plin. lib. 7 epist. 17 *Timor est emendator acerrimus.*

¶ Emendatrix, īcis; Cic. lib. 1 de Legibus c. 22 *Vitiorum emendatricem legem esse oportet*, die gesetze müssen die laster ausfegen.

¶ Emendābilis, e, qui corrigi potest, verbesserlich, änderlich; ut, *In errorem emendabilem lapsus*, Livius lib. 44 cap. 10. *Ætatem alicujus emendabilem intueri*, Sen. de Clem. 2 cap. 7.

¶ Emendatorius, a, um, das da bessert. Augustinus epist. 109 *emendatoriam sustinere vindictam*; [al. *disciplinam* legunt.]

¶ Coëmendatus, a, um, zugleich gebessert. Arnob. lib. 2 p. 52 *Coëmendata ad exitum perducere.*

¶ Inemendabilis, e, unverbesserlich. Valer. Max. lib. 7 cap. 2 *Inemendabilis est error, qui violentia Martis committitur.* Loquitur de Scipione Africano, qui turpe esse ajebat, in re militari dicere, NON PVTARAM. Seneca lib. 3 de Ira cap. 41 *Inemendabilis affectus, cum ex ira in odium occalluit.*

¶ Inemendatus, a, um, ungebessert. Hieronymus lib. 3 adv. Rufin. cap. 9 *inemendatæ chartulæ.* Et Augustinus epist. 54 *Tanto minus volumus inemendatum interire vitiosum.*

Mendacium, mendax, Mendicabulum, mendicare, mendicitas, &c. vide *Mentior*, & sequens *Mendicus.*

MENDĪCVS, i, pauper, proprii nihil habens, ein bettler. Plautus Stich. a. 1 sc. 2 v. 76 *Placet ille meus mihi mendicus: suus rex reginæ placet.* ¶ Etiam adjectivum est; ut, *exiguum & mendicum instrumentum*, Cic. lib. 3 de Orat. c. 24. Et superl. *Mendicissimus*: Cic. pro Muræna cap. 29 *Solos sapientes esse, si distortissimi sint, formosos: si mendicissimi, divites.* Compar. *Mendicior.* Ambrosii exemplum vide supra in *Egestuosus.* ¶ *Mendico ne parentes quidem amici sunt*: Quod proverbialiter magis Germani efferunt, an das armuth will iederman die schuhe wischen. Πτωχοῦ πήρα οὐ πίμπλαται, *Mendici pera non impletur*, der bettelsack ist bodenloß. Hesiodus Εργ. v. 26

Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ,
Mendicus mendico invidet, & cantor cantori;

es ist dem bettler leid, daß der ander für der thüre stehet. vide Chiliad.

¶ Mendĭcŭlus, i, dimin. ein armer mann. Cic. in Catil. 2 cap. 3 *Ex rusticis mendiculis & decoctoribus.* Sed Gruterus & alii omittunt.

¶ Mendicŭla, æ, de veste, quæ mendicis convenit, ein bettlers rock, Plautus Epid. a. 2 sc. 2 v. 39.

¶ Mendicabŭlum, i, die betteley; Item, ein bettler; Sic dicitur, ut *flagitium, scelus*, pro *scelesto.* Apulej. lib. 1 Florid. sub finem: *Palliata mendicabula obambulant*, vaganten. Plaut. Aulul. a. 4 sc. 8 v. 3 *Hominum mendicabula* reges cæteros appellat & præ se spernit Strobilus. Rursus Apulejus Apolog. p. 288 *Hæc tibi* [exempla Cynici &c.] *ut quædam mendicabula sordent.*

¶ Mendīce, adverb. bettlerisch. Seneca epist. 33 *Non tam mendice tecum agam: sed plena manu fiet.* Compar. *Mendicius.* Tertull. de Pallio sub finem: *Credo, ne mendicius patre cœnasset.*

¶ Mendīco, are, mendicando colligere, betteln; ut, *Mendicare sibi malum ab aliquo*, Plaut. Amph. a. 4 sc. 2 v. 12, einem die schläge abbetteln. *Dignus qui mendicaret*, Juvenal. sat. 4 v. 117. ¶ Plautus deponentis forma *Mendicari* dixit in Captiv. & Aulularia, teste Nonio cap. 2 n. 541.

¶ Mendīcatus, a, um, erbettelt; ut, *mendicato cibo pasci*, das bettelbrod essen. Ovid. Trist. 5 eleg. 8 v. 13

Vilia qui quondam miseris alimenta negarat,
Nunc mendicato pascitur ipse cibo.

¶ Mendicatio, ōnis, die betteley, das betteln. Seneca epist. 101 *fœda vitæ mendicatio*, betteley.

¶ Mendicabundus, a, um, bettelhafft. Augustin. epist. 140 *mendicabunda prece stipem rogare*, betteln gehen.

¶ Mendicĭtas, ātis, idem. Cicer. de Fin. lib. 5 cap. 11 *Mendicitatem multi perpetiuntur, ut vivant*, um des lebens willen sind viel bettler.

bettler. *Emergere ex mendicitate*, reich werden, Idem in Vatin. cap. 9.

¶ Mendīcimonium, i, idem. Laberius apud Nonium cap. 2 n. 55, & Gell. 16 cap. 17.

¶ Emendīco, are, erbetteln, ausbetteln. Sueton. Aug. cap. 91 *stipem a populo emendicare.*

¶ Emendicatus, a, um, erbettelt, ausgebeten. Idem Sueton. Cæsare cap. 54 *Emendicata pecunia.* Et Lege 14 Cod. de Accusation. *Emendicata suffragia*, erbettelte stimmen, beyfall.

Mendosus, vide *Menda.*

MĔNECRĀTES, is, medicus Syracusanus, hac sola mercede contentus, ut sacro morbo, quem inprimis curabat, liberati, se ipsius esse servos faterentur. Se vero Jovem appellabat, quam stultitiam lepide redarguit Philippus rex Macedonum. vid. Suid. Athenæus lib. 7, & Ælianus V. H. 12 cap. 51. ¶ Fuerunt hujus nominis plures; ut *Menecrates*, Xanthius Historicus. vid. Voss. de Hist. Gr. p. 387. Alius Ephesius architectus, quique de re rustica scripsit. vid. Varro R. R. 1 cap. 1, & Auson. Mosell. v. 307. Et *Julius Menecrates* sub Domitiano medicus, ad quem scripsit Statius 4 Silv. 8.

MĔNĔDĒMUS, i, Eretriensis, philosophus Socraticus, primum ludibrio habitus, postea in tanta admiratione vixit, ut & civitatis gubernacula ei traderentur. vid. Strab. lib. 9. ¶ 2. *Menedemus* Lampsacenus, Cynicus, tam prodigiosæ superstitionis, ut sumpto habitu Furiæ dictitaret, se exploratorem ab inferis venisse, delaturum dæmonibus peccata mortalium. vid. Laërt. lib. 6. ¶ 3. Alius prætor Alexandri M. a Dahis cæsus. vid. Curt. 7 cap. 6 & 9. ¶ 4. Est & senis nomen apud Terent. in Heaut.

MĔNĔLĀUS, i, Μενέλαος, rex Spartæ, & Helenæ maritus, dux alter cum Agamemnone belli ad Trojam, cui breviloquentiam Homerus tribuit 3 Iliad. v. 213 Μενέλαος ἐπιτροχάδην ἀγόρευε,
Παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως, ἐπεὶ οὐ πολύμυθος.
Hoc est, *Menelaus succincte dicebat, pauca quidem, sed valde acuta, siquidem non multis loquebatur verbis.* Cic. de Clar. Orat. cap. 13 *Menelaum ipsum, dulcem illum quidem tradit Homerus, sed pauca dicentem.* ¶ *Menelai portus* inter Cyrenas & Ægyptum, de quo Nepos Agesilao meminit cap. 8 n. 6.

¶ Menelāēus, a, um, adject. Propert. lib. 2 eleg. 15 v. 13
Ipse Paris nuda fertur periisse Lacena,
Cum Menelaëo surgeret e thalamo.

MĔNĒNIUS, i, vixit ætate Horatii, homo stolidus & superstitiosus, de quo ille lib. 2 sat. 3 v. 287 *fœcunda in gente Meneni*,
h. e. in numero stultorum, qui infinitus est, in der narren zunfft. Alias *Menenia gens* Romæ primis reip. temporibus celebris fuit, ex qua *Agrippa Menenius* & alii apud Livium.

MĔNĔPHRON, ŏnis, incestus, quem cum matre coire non puduit. vid. Hygin. fab. 253, & Ovid. Met. 7 v. 386.

MĔNESTHEUS, ei, Iphicratis filius, Nepos in vita Iphicratis c. 3 extr. & in Timotheo, cujus gener fuit, cap. 3 n. 2.

MENIANUM, i, plur. Meniana, *podium* vel *podiolum* dicitur, ein erker, übersatz oder austritt auswendig am hause. Sueton. in Calig. cap. 18 *Columna Meniana*, ein pfeiler, so unten her frey stehet, und auf sich ein gebäu trägt, a *Menio* dictum utrumque. *Is enim domum suam vendens Catoni, jus sibi exceperat unius columnæ, cui podium imponeret, ut ex eo spectare gladiatores posset*, Ascon. in Divination. Verr. vide & Festum & Nonium cap. 1 n. 333, & Isidorum lib. 15 Orig. cap. 3, cujus locum emendat Casaubon. ad Suet. p. 185. vid. & in *Mænia*, & Vales. in Ammian. 27 p. 497, & Bald. Lex. Vitruv. p. 69.

MENINX, gis, μήνιγξ, cerebri involucra, barbari *duram* & *piam matrem* appellant, das hirnhäutlein.

MENIPPUS, i, Phœnix, philosophus Cynicus, conditione servus, nihil dedit præter nænias aliquot, testamenta, epistolas, & id genus nugas crebris salibus, Cynicaque mordacitate refertas: Ad quarum imitationem M. Varro Satyras conscripsit, quas ab illius nomine Menippéas appellavit, ut tradit Macrobius Saturn. 1 cap. 11. Hic ad rem augendam tam avidus fuisse dicitur, ut etiam nauticum fœnus exerceret. Ex quo immensam pecuniæ vim brevi congessit, eam ubi per insidias sibi ereptam comperisset, laqueo vitam finivit, Laërt. lib. 6. ¶ 2, Ejus nominis fuit etiam poëta comicus, Suidas. ¶ 3. Alius Stratonicensis, tota Asia disertissimus, apud Cicer. in Bruto cap. 91. De variis *Menippis* vid. Voss. in Hist. Gr. p. 388.

MĒNIS, ĭdis, veteres ut in calce librorum coronidem appingebant, ita, ut suspicor, in fronte lunulam ad ornatum designabant. Menis autem *lunula* est, quæ cum corniculata sit, idcirco & cornua Latini ea ornamenta librorum vocavére. vid. Turneb. Advers. lib. 22 cap. 10. Auson. Profess. *Coronide:*
Quos legis a prima doctores Menide libri,
Doctores patriæ scito fuisse meæ.

Meniscor, unde composita supersunt, vide in jam sequente *Mens.*

MĔNOECEUS, ei, juvenis Thebanus, Creontius filius, qui pro patria sua oraculo edito vitam profudit; Cic. 1 Tusc. cap. 98, & Statius 10 Thebaid. v. 614.

MENS, mentis, altior pars animi, dicta quasi eminens, qua homini Deus nihil contulit præstabilius, das gemüth, die vernunfft, sinn, gedancken. Jul. Cæsar Scalig. παρὰ τὸ μηνύω dictam censet Exerc. 307. Unde & μνῆμα postea. Est enim mens judicatrix rationum. Gerardus Vossius lib. 4 Instit. Orat. cap. 13 p. 253 a Græco μένος deducit, quod *animum* significat. Qua origine nihil verius. Sic enim & *gens* a γένος. *Mentis compos*, der bey guter vernunfft ist, vide *Compos.* Et, *Mentis alienatio*, Plin. lib. 21 c. 21, unsinnigkeit. *Mente comprehendere aliquid*, Cic. 3 Nat. Deor. cap. 8 extr. begreiffen. *In mentem venire*, in den sinn kommen. *Hoc in mentem venit: Illius mihi rei in mentem venit: Venit mihi in mentem de hac re*, das ist mir eingefallen. *Mens illiberalis*, Quintil. lib. 1 cap. 3, ein unartig gemüth. Idem lib. 2 cap. 4 *Doctoribus hoc esse curæ velim, ut teneras adhuc mentes more nutricum mollius alant, & satiari velut quodam jucundioris disciplinæ lacte patiantur.* Sic, *Mente labi*, est ex morbo desipere, seu *linqui mente*, seu *capi mente*, wahnwitzig seyn, Sueton. Aug. cap. 48. ¶ 2. Aliquando accipitur *Mens* pro voluntate, intentione. Nepos 23, 2, 5 *eadem mente esse*, eben des sinnes seyn. Virg. 1 Æn. v. 303
inprimis regina quietum
Accipit in Teucros animum, mentemque benignam.
Aliquando & pro consilio. Idem d. l. v. 676
nostram nunc accipe mentem.
Nepos Conone cap. 4 n. 4 *Hac mente magnam contrahunt classem.* Item in Pelopida c. 1 n. 4 *Hac mente amicis suis summas potestates dederant*, id est, *hoc consilio*, quemadmodum in Hamilcare loquitur. ¶ 3. *Mentem* pro anima, qua vivimus, Prudentius dixit Hymno ad exequias v. 34. ¶ 4. *Mens* Romanis Dea fuit & templo culta. vid. Ovid. 6 Fast. v. 241, & Livius lib. 23 cap. 31. Quæ & aliquando BONA MENS appellatur. Propertius lib. 3 elegia 24 v. 19
Mens bona, si qua Dea es, tua me in sacraria dono.
Et Ovidius Fastor. lib. 6 v. 241
Mens quoque numen habet: Menti delubra videmus
Vota metu belli, perfide Pœne, tui.
Vide Passeratium ad laudatum Propertii carmen. Sed & *bona mens* dicitur sana, recta, justaque, nec illa intelligitur Dea. Ita Petronius *Bonæ mentis sororem paupertatem* dixit. Seneca epist. 10 *Votorum tuorum veterem licet Diis gratiam facias: alia de integro suscipe: Roga bonam mentem.* Idem præfat. lib. 4 Quæst. Natural. *Demetrium egregium virum memini dicere cuidam libertino potenti, facilem sibi esse ad divitias viam, quo die ipsum pœnituisset bonæ mentis.* Et Ovidius lib. 1 Amor. eleg. 2 v. 31 de Cupidinis triumpho:
Mens bona ducetur manibus post terga retortis,
Et pudor, & castris quidquid amoris obest.
Elegantissimi sunt senarii, quos in oratione contra Leocratem affert Lycurgus: Ὅταν γὰρ ὀργὴ δαιμόνων βλάπτῃ τινὰ
Τούτῳ τὸ πρῶτον ἐξαφαιρεῖται φρενῶν
Τὸν νοῦν ἐσθλὸν εἴς τε τὴν χείρω τρέπει
Γνώμην, ἵν' εἰδῇ μηδὲν, ὧν ἁμαρτάνει.
Si indignatio divina læsura est aliquem,
Ei principio aufert e præcordiis
Mentem bonam, & in pejorem flectit
Sententiam, ne videat, ubi exerret.
¶ 5. *Mala* contra *mens*, insana, stulta, vitiosa. Hinc, qui aliquem dicto vel facto contumelioso læsissent, & jam de eo redituri in ejus gratiam, satisfaciebant ei, seque purgabant, dicentes: SE MALA MENTE FUISSE. Tibullus 2 eleg. 5 v. 101
Ingeret hic potus juvenis maledicta puellæ,
Postmodo quæ votis irrita facta velit.
Nam ferus ille suæ plorabit sobrius idem,
Et se jurabit mente fuisse mala.
Paullo post vocat *insanam mentem*, quam hîc *malam* appellat,
tu me mihi dura precari
Cogis, & insana mente nefanda loqui.
vid. & Senec. 3 de Benef. cap. 27. ¶ 6. *Suæ mentis esse* dicuntur, qui sapiunt recte; Item, qui se unos respiciunt sequunturque, quos ἰδιογνώμονας Græci dicunt, *sui arbitrii* Suetonius dixit Tib. cap. 18, alii & *sui sensus*: qui nihil probant, nisi quod ipsi senserint: id autem αὐθαδείας est, eigensinnig, seines kopffs, &c. *Suæ menti aliquem relinquere*, i. e. consilio, arbitrio, Silius dixit lib. 11 v. 326
Et tu securis concede penatibus, & me
Linque meæ menti, laß mich meines willens leben.
¶ Mentio, ōnis, quam vocem a *Memini* Valla facit; sicut & *Mentem*, lib. 3 cap. 13, *Recordationem* significat, erinnerung, meldung, erwehnung. *Facere mentionem alicujus rei*, Cic. passim, v. g. in Pison c. 10. *Tu etiam mentionem facies consulatus tui?* Et pro S. Rosc. cap. 2 *Ejus rei mentio facta non est.* Idem sæpe cum *De* composuit, ut Agrar. 3 cap. 2 pr. *De quo ego neque apud vos feci mentionem.* Et Philipp. 2 cap. 15 suppresso verbo: *Nunquam ab eo* [Pompejo fugiente] *mentio de me, nisi honorifica, nisi plena amicissimi desiderii.* Et Nepos Epam. cap. 4 n. 5 *de quo supra mentionem fecimus.* Etiam *inferre mentionem* idem significat: Livius lib. 4 ineunte: *Mentio sensim illata a tribunis, ut* &c. Et, *mentionem alicujus habere*, Idem lib. 38 c. 56. Omnia hæc vertas: eines dinges erwehnen, gedencken. *In mentionem alicujus rei incidere*, Cic. de Amic. cap. 1, auf ein ding kommen, dessen zu gedencken. *Mentionem alicujus rei intermittere*, eines handels nicht gedencken. *Mentionem de aliqua re movere*, dixit Livius 28 cap. 11. *Cæsaris nulla habita mentio*, Vellej. 2, 62, 5. *Conditionum jacta mentio*, die vorschläge sind aufs tapet kommen, Idem 2, 65, 1. ¶ Circa sponsalia occurrunt termini *Mentio* & *repromissio*: *Mentionem facere* est poscere sponsam, qui respondet, *repromittere* dicitur. vid. Taubman. ad Plaut. Aulul. a. 2 sc. 2 v. 27 p. 183.
¶ Meniscor, sci, verbum obsoletum etiam a *Mens* fluxisse videtur; unde *Comminiscor*, *Reminiscor*, &c. vid. Varro de L. L. 5 cap. 6.

I. Composita a *Mens*:

¶ Āmens, tis, ἄνους, de statu mentis dejectus, stultus, quasi sine mente, närrisch, unweiß. Cic. 2 de Fin. cap. 22 *An me tam amentem putas, ut apud imperitos isto modo loquar?* Idem pro Rosc. Amer. cap. 14 *Pater amens, qui odisset filium sine caussa.* Idem Philipp. 5 c. 23 *Homo amentissimus.* Idem pro Rabir. cap. 8 extr. *quos, amentissimus fuisset, si oppugnasset.* ¶ Item consternatus, stupefactus, erstaunt. Virg. Æn. 4 v. 279 *Æneas aspectu obmutuit amens.*
¶ Amentia, æ, ἄνοια, die unsinnigkeit. Terent. Andr. a. 5 sc. 3 v. 16 *Cur meam senectutem sollicito hujus amentia?* Cic. 2 Catil. cap. 11 *Mens sana cum amentia confligit.*
¶ Dēmens, tis, aberwitzig, thöricht, idem fere quod amens. Quamquam alii distinguant: ut *amens* dicatur, qui omni sensu & ratione caret; *demens* vero sit, qui non est integra mente sana, retinet tamen communem vitæ cultum. At Cic. 3 Tuscul. cap. 5 confundit: *Nec minus*, inquit, *illud acute, quod animi affectionem lumine mentis carentem nominaverunt* amentiam, *eamdemque* dementiam. Idem in Offic. 1 cap. 24 *in tranquillo tempestatem adversam optare, dementis.*

Idem de Aruſp. Reſp. cap. 27 *plenus inconſideratiſſimæ ac dementiſſimæ temeritatis.* Et in Piſon. cap. 20 *Dementior tragico Oreſte aut Athamante.* Lactant. lib. 5 cap. 10 *Quid poteſt eſſe hac pietate dementius, quam mortuis humanas victimas immolare & ignem cruore hominum tamquam oleo paſcere?* Idem de Morte Perſecut. cap. 31 *dementiſſimus tyrannus.* Valer. Max. 3, 7, 8 *dementiſſima actio.*

¶ Dēmentia, æ, ſtultitia, die thorheit. Cic. 4 Catil. cap. 10 *dementiâ depravatus.* Cæſ. lib. 4 Bell. Gall. cap. 13 *id ſummæ dementiæ eſſe judicabat.*

¶ Dementer, adverb. ſtulte, inſane, thöricht, unbeſonnener weiſe. Cic. 3 in Catil. cap. 9 *Tanta res tam dementer credita.* Et Ovid. Met. 4 v. 259 *dementer amoribus uſa.*

¶ Dementio, īre, deſipere, inſanire, nicht klug ſeyn. Lucret. lib. 3 v. 464 *Quin etiam morbis in corporis avius errat*
Sæpe animus; dementit enim, deliraque fatur.

Vſus & Tertullianus eſt Apolog. cap. 23, ubi Pamelium vide: Et Apulejus Apolog. ſemel iterumque. Eſt autem quaſi mente exire. Pro quo &

¶ Demento, are, Lactantius de Mort. Perſecut. cap. 7 extr. dixit, *Ita ſemper dementabat*, id eſt, Jo. Columbo interprete, inſaniebat, furioſus & demens erat. Vetus Onomaſticon: *Demento, as*, ἐξιςῶ. Quod etiam in Tertulliani locum irrepſerat, ubi membranarum fide emendatum purgatumque eſt.

II. Compoſita a *Meniſcor*:

¶ Commĭniſcor, commentus ſum, comminiſci, quod eſt excogitare, ausſinnen, erdencken, erdichten. Terent. Heaut. a. 4 ſc. 6 v. 8 *Hujusmodi res ſemper comminiſcere*, du erdenckeſt immer ſolche räncke. *Ingenioſus ad comminiſcendum*, Aut. ad Herennium lib. 2 cap. 7.

¶ Commentum, i, res ficta atque excogitata, erdichtetes ding, ein gedicht. Ter. Andr. 2. 1 ſc. 3 v. 20 *Atqui ipſis commentum placet*, ſie haben gefallen an ihren eigenen lügen. In quo paſſivi ſignificatio eſt. Similiter adjective *commenta funera* pro fictis & falſis dixit Ovidius 6 Metam. v. 565.

¶ Commentĭtius, a, um, fictitius, erdichtet; ut, *Commentitii & ficti Dii*, falſche und erfundene götter, Cic. 2 Nat. D. cap. 28. Et, *Ficta & commentitia fabula*, Idem 3 Off. cap. 9. *Crimen commentitium*, Idem pro Roſc. Am. cap. 15. Et *commentitia ſpectacula* apud Suet. Claud. cap. 21, ſunt recenter inventa, quæque uſitatis opponuntur.

¶ Commentor, ōris, pro *inventore* poſuit Ovidius 3 Faſt. v. 785 *uvæ commentor*, i. e. Bacchus, ein erfinder.

¶ Commentor, atus ſum, ari, cogitare, tractare, diſputare, betrachten, erklären. Cic. Tuſc. lib. 3 cap. 14 *Futuras mecum commentabar miſerias*, ich bedachte und beherzigte bey mir ſelbſt mein künfftiges elend. *Commentandi cauſſa atque inter ſe colloquendi congregari*, Idem 1 de Divin. cap. 41, zuſammen kommen, von ſachen mit einander zu reden und zu handeln. ¶ 2. Vtuntur & pro *enarrare ſcribendo*: ut, *Acron in Horatium commentatus eſt*, er hat geſchrieben über den Horatium.

¶ Commentatus, a, um, paſſive, beſchrieben; ut, *diu & multis lucubrationibus commentata oratio*, Cic. lib. 16 fam. epiſt. penult.

¶ Commentatio, ōnis, cogitatio, meditatio, die betrachtung; ut, *Accuratæ & meditatæ commentationes*, gute anmerckungen, Cic. 1 de Orat. cap. 60.

¶ Commentātor, ōris, mendax, ein dichter, erfinder. Apulejus Apolog. p. 321 ed. Elmenh. *Omnium falſorum commentator, omnium ſimulationum architectus.*

¶ Commentarienſis, is, is ſpeciatim dicebatur, qui commentariis damnatorum ſeu carceris præerat, ein ſchreiber, regiſtrator; item, ein kerckermeiſter. Jul. Firmicus lib. 3 Aſtrol. cap. 6 *Erunt commentarienſes*, inquit, *quibus damnatorum cura committatur.* Lege 4 Cod. de Cuſtodia reor. *Ad commentarienſem receptarum perſonarum cuſtodia obſervatioque pertineat.*

¶ Commentārium, vel Commentarius, i, liber in quem memoriæ gratia capita & ſummas rerum annotamus, ein verzeichniß, regiſter, brieffſchafften. Vellej. 2, 60, 4 *Actorum commentaria corrumpere.* Seneca epiſt. 33 *Zenoni* tribuit, *Turpe eſſe ſeni ex commentario ſapere, experientia enim multa docet.* Seneca Pater in Excerpt. proœm. 3 Controv. *Sine commentario nunquam dixit: nec hoc commentario contentus erat, in quo nudæ res ponuntur* &c. Scripſit commentarios bellorum ſuorum aliquot Cæſar, hoc eſt, non libros exacte explicantes & plene bellorum eorum hiſtorias, ſed perſtringentes & materiam eas exequendi aliis ſubjicientes, quemadmodum Valla indicat lib. 4 cap. 21. Hinc hiſtoriam compendioſam & rudem *commentarium* dixit Cicero ad Attic. 1 epiſt. 16 & 17, & lib. 2 epiſt. 1 *Commentarium conſulatus mei græce compoſitum miſi ad te*, &c. *Facere* & *conficere commentarios*, Ciceronis & Quintiliani locutiones ſunt. vid. 5 fam. ep. 12 extr. Sic cum alii, tum Trajanus ad Plin. epiſt. 106 ſub lib. 10 epiſtolar. Plinii dixere, *Referre in commentarios*, verzeichnen. Sic & in Inſcript. apud Fabrett. p. 88 SINGVLA. QVAE. SCIEBAT. VOLVMINE. POTIVS. QVAM. TITVLO. SCRIBI. POTVERVNT. NAM. COMMENTARIOS. ARTIS. SVAE. QVOS. RELIQVIT. PRIMVS. FECIT. ¶ 2. Eſt & expoſitio & interpretatio auctorum *Commentarius* vel *Commentarium*. Sic, *Conſcribere, componere in auctorem aliquem commentarios*, *commentaria* a Gellio dictum legitur lib. 2 cap. 6, & lib. 14 cap. 3. vid. de hac voce plura apud Laur. Vallam lib. 4 eleg. cap. 21. Ramirez in Pentecont. p. 127. Bernegg. ad Suet. Cæſ. cap. 56 n. 1. Buchn. ad Plin. lib. 6 epiſt. 22, & lib. 10 epiſt. 96. ¶ *A Commentariis*, latina phraſis eſt, ſignificans eum, qui commentariis præeſt, quem *Commentarienſem* vocant Aſconius & Budæus, ein buchhalter, der allerley handlungen aufzeichnet, ein ſchreiber.

¶ Commentariŏlum, i, ein klein verzeichniß. Cic. 4 de Fin. cap. 4 *eisdem de rebus ſemper, quaſi dictata, decantare, neque a commentariolis ſuis diſcedere.*

¶ Commentăcŭlum, i, plur. Commentacula, virgæ, quas Flamines portabant, pergentes ad ſacrificium, ut a ſe homines abigerent: Feſtus.

¶ Recommĭniſcor, ſci, wieder eingedenck ſeyn. Plaut. Trin. a. 4 ſc. 2 v. 70 *Litteris recomminiſcar.*

¶ Emĭniſcor, ſci, etiam veteres dixere pro *comminiſci*. Vnde *Eminiſcitur*, Gloſſarium Iſidori exponit, *in memoriam reducit.* Et hinc

¶ Ementum, i, ibidem eſt *excogitatio*, die erdenckung.

¶ Remĭniſcor, ſci, recordari, ſich erinnern, ſich wieder beſinnen; cum ea, quæ tenuit mens ac memoria, cogitantur & cogitando repetuntur, uti Varro exponit de L. L. 5 cap. 6. Genitivo & Accuſativo jungitur; ut, *Reminiſcebantur Calend. Januarii*, Cic. Attic. 4 ep. 2. *Ea potius reminiſcere, quæ digna tuâ perſonâ ſunt*, Serv. Sulp. Ciceroni lib. 4 fam. ep. 5, bedencke vielmehr das, oder dencke an das, &c. *Reminiſceretur veteris incommodi*, Cæſar 1 de Bell. Gall. cap. 13. Et Statius 12 Theb. v. 391 *miſeros reminiſcitur actus.* Deponens eſſe, non Activum, eleganti epigrammate oſtendit Auſonius n. 49. ¶ *Reminiſco* Rufus rhetor olim dixit, exagitatus ideo ab Auſonio epiſt. 47

Reminiſco Rufus Rufus in verſu ſuo,
Cor ergo verſus, imo Rufus non habet.

¶ Reminiſcentia, æ, die beſinnung; qua voce nonnulli ἀνάμνησιν illam Socraticam reddiderunt, ut Tertullianus de Anima cap. 23, quod Cicero maluit *recordationem* vertere 1 Tuſc. cap. 24. Nihil autem aliud eſt, quam progreſſio, qua ex aliquibus memoria comprehenſis in ejus cognitionem venimus, quod nec *memoriæ* occurrebat, nec a *memoria* penitus exciderat: e. g. Si quis heri librum in loco aliquo repoſuit, cujus loci ei hodie in mentem non venit, & ut ipſum in memoriam reducat, loca, ubi heri fuit, & eos, quibuscum locutus eſt, animo repetat, tandemque ex alicujus memoria occurrat menti locus, ubi librum reliquerat, dicitur locum illius *reminiſci*, cujus antea ſimpliciter recordari non poterat. ¶ Arnobius lib. 2 p. 56 dixit in plurali *Reminiſcentiæ, arum.*

MENSA, æ, ein tiſch, inde dicta, quod in medio poni ſolebat, μῆνσα τῆς ἐν μέσῳ θέσεως, quemadmodum Plutarchus ſcripſit in probl. *Acerna, querna menſa*, &c. ein ahörnin, ein eichen tiſch. *Accumbere ad menſam*, zu tiſch ſitzen. *Menſas conquiſitiſſimis cibis exſtruere*, wohl ſpeiſen, Cicero 5 Tuſc. cap. 21. In Salluſt. declamator: *Tu omnium menſarum aſſecla*, der du dich überall zu gaſte bitteſt. Seneca Thyeſte v. 452 *Tutus menſâ capitur anguſtâ cibus*, id eſt, frugali vel tenui. Plaut. in Trin. a. 2 ſc. 4 v. 77 *Verecundari neminem apud menſam decet.* Eoban. Idyll. 14

Semper abundantes pariunt faſtidia menſæ,

wenn die maus ſatt iſt, ſchmeckt das meel bitter. *Jucunda poſt venationem menſa plena*, nach der arbeit ſchmecket das eſſen wohl, τερπνὸν, ἐκ κυναγίας τράπεζα πλήρης, Euripid. in Hippolyt. *Menſæ ſecundæ* dicuntur, quæcunque vel ex fructibus, vel aliis rebus poſt cibos loco poſtremo apponuntur, confect, obſt, gebackene kuchen, &c. Cicero ſingulariter extulit ad Attic. lib. 14 ep. 6 *Hæc ad te ſcripſi, appoſitâ menſa ſecunda.* Itemque Nepos Ageſil. cap 8 *Secundam menſam ſervis diſpertiit.* De inſtructu hujus vid. Stuck. Antiqu. Convival. lib. 3 cap. 2, & Buleng. de Conviviis lib. 2 cap. 39. ¶ 2. *Menſa* etiam aliquando arulam, ἐσχάραν ſignificat. Petron. *Enothæa menſam veterem poſuit in medio altari, quam vivis implevit carbonibus.* vide Feſtum & ibi Scalig. ¶ 3. Et *Menſa*, *Tabula* argentariorum eſt, ein wechſeltiſch, eine wechſelbanck. *Menſa publica*, Cicero. Vnde & ipſi *menſarii* dicti. ¶ *Menſam lanioniam* in carnificis inſtrumento Suetonius nominat Claud. cap. 15, ubi vide Caſaub. & Beroald.

¶ Mensŭla, æ, dimin. ein tiſchlein. Plaut. in Moſt. a. 1 ſc. 3 v. 150 *Puer appone hic menſulam*, richte hie ein tiſchlein zu. Et Apul. 2 Mileſ. p. 121 *Grabatulum meum adſiſtit menſula cœnæ totius honeſtas reliquias tolerans.*

¶ Mensālis, e, ad menſam pertinens, zum tiſch gehörig; ut, *Argentum menſale*, Vopiſc. in Tacito cap. 10. Et, *Vinum menſale*, Idem in Aureliano cap. 9 ex epiſtola Valeriani.

¶ Mensārius, i, argentarius, trapezita, τραπεζίτης, ein wechsler, der mit gelde umgehet. Livius lib. 7 cap. 21 *Quinque viris creatis, quos menſarios ab diſpenſatione pecuniæ appellarunt.* Pecunia enim in *menſa* numerabatur. Vnde ſubjicit Livius ibidem: *menſis cum ære in foro poſitis.* Adde lib. 23 cap. 21, & Cic. pro Flacco cap. 19.

¶ Menſulārius, i, idem. Gloſſ. Vet. *Menſularius*, τραπεζίτης. Vſus & Seneca Controverſ. lib. 4 contr. 24.

¶ Mensātim, adverb. von tiſch zu tiſch. Juvencus de XIV panibus hiſtoriâ p. 76.

Menſio, vide *Metior.*

MENSIS, is, tempus lunæ curſus, eine monatzeit, ein monat. Cic. de Nat. Deor. lib. 2 cap. 27 *Lunæ curſus, quia menſa ſpatia conficiunt, menſes dicuntur.* Terent. in Hecyr. a. 3 ſc. 3 v. 34 *Menſis hic agitur jam ſeptimus*, es iſt nun der ſiebende monat. Idem in Adelph. a. 4 ſc. 5 v. 57 *Hæc dum dubitas, menſes abierunt decem*, ſie ſeyn verlauffen oder hingangen. *Exacto menſe*, Virgil. 3 Georg. v. 139, nach verlauffener monatzeit. Cic. 5 fam. ep. 6 *Res tota in menſem Januarium rejecta eſt*, es iſt aufgeſchoben biß auf den Jenner. Manilius lib. 3 v. 526

Non annis anni, non menſes menſibus uſque
Conveniunt, &c.

Auſonius de menſibus:

Æthereos menſes, & tempora quattuor anni,
Quattuor iſta tibi ſubjecta Monoſticha dicent:
Martius, Aprilis, Majus ſunt tempore veris;
Julius, Auguſtus, nec non & Junius, æſtas;
Septembri, Octobri, autumnus totoque Novembri;
Brumales, Janus, Februarius, atque December.

Nomina menſium ad ſuum nomen transferre conabantur Impp. Rom. De Julio & Auguſto res nota: de Neroneo, Suet. cap. 55, & de Commodo menſe, Herodian. lib. 1 cap. 14, & Lamprid. c. 11. ¶ *Menſes* pluraliter fluxus mulierum, menſtruum, der weibliche monatfluß. Plin. lib. 7 cap. 15 de mola: *Movetur*, inquit, *ſiſtitque menſes.* Idem 22 c. 8 *Menſes mulierum abundant vel ſubſidunt.* Eodem ſignificatu in ſingulari Idem lib 17 cap. 28 *Mulier incitati menſis.*

¶ Menſtruus, a, um, monatlich; ut, *Menſtruum ſpatium*, Cic. de Nat. Deor. 1

Deor. 1 cap. 31. *Ratio menstrua*, Idem pro Q. Rosc. cap. 3, eine rechnung von vier wochen. *Cibaria menstrua*, Idem in Verr. 5 cap. 30, zehrung auf vier wochen. Quod & *Menstruum* simpliciter Livius dixit lib. 44 cap. 2, *Consul, menstruum jusso milite secum ferre, profectus est*, id est, annonam mensis unius, proviant auf einen monat. ¶ *Menstrua* etiam *sacra* sunt, quæ quotmensibus pro exercitus incolumitate, & maxime salute suorum persolvi, nescio an Romani, barbari certe moris antiquitus fuisse videtur.

¶ Menstruum, i, substantive dicimus profluvium mulierum, quod singulis mensibus iis accidere soleat, die blume der weiber. Tacitus 5 Hist. cap. 6 *Sanguinem* vocat, *quo fœmina per menses exsolvuntur.* vid. Plin. lib. 2 cap. 36, & lib. 7 cap. 15. *Mulier, quæ in menstruis est*, die ihre monat-zeit hat, Colum. 11 cap. 3. *Menstrua bene respondentia*, Celsus 6 cap. 6.

¶ Menstrualis, e, menstruus; item, singulis mensibus quod fit, aut aliquid patitur, monatlich. Prudentius lunam, quam *menstruam* dixit Hymno Epiphaniæ v. 10, vocat in Romano v. 538 *sphæram menstrualem:* *Sphæram ruina menstrualem destruet.*
Sic Plauto Capt. a. 3 sc. 1 v. 23 *menstruales epulæ* sunt, quæ vel in mensem satis essent. Plinius lib. 7 cap. 15 pr. & ex eo Solinus c. de Homine [1 vel 4] *Mulier solum animal menstruale est.* Rursus Plinius 19 cap. 10 *mulier menstrualis*, menstruo laborans. Et, *pannus menstrualis*, menstruo pollutus, Marcell. Emp. cap. 35.

¶ Menstruatus, a, um, menstruo laborans, das den blutgang hat. Vulg. Interpr. Es. cap. 64 v. 6 *Pannus menstruatæ.*

¶ Mensurnus, a, um, menstruus, monatlich; Priscianus sub fin. lib. 2 Ciceroni vindicat ex lib. 1 de Invent. cap. 26, ubi vulgo hodie *menstrui* legunt: sed etiam *mensurni* nonnullos MSS. codices referre, testis Gruterus est. Cyprianus epist. 34 extr. *Divisiones mensurnas æquatis quantitatibus partiantur.*

Composita:

¶ Bimensis, is, duo menses, zwey monat. Livius 45 cap. 15 *ut anni & bimensis tempus prorogaretur.*

¶ Bimestris, e, duorum mensium, zwey monat lang; ut, *Bimestris Consulatus*, Plancus Ciceroni 10 epist. 24. *Frumentum bimestre*, Plin. 18 cap. 7, quod intra duos menses maturescit. *Porcus bimestris*, Horat. 3 od. 17 v. 15.

¶ Bimenstruus, a, um, ut bimestris. Gloss. Cyrill. διμηνιαῖος.

¶ Decemmestris, e, decem mensium, zehen monat lang; ut, *partus decemmestris*, Censorin. de D. N. cap. 11.

¶ Intermestris, e, ohne mondenschein; ut, *Luna intermestris*, hoc est, interlunium, Plinius 16 cap. 39.

¶ Intermenstruum, i, luna extrema & prima, sive tempus, quo nec vetus luna, nec adhuc nova apparet, wenn kein mondenschein ist. Varr. de re rust. lib. 1 cap. 37 pr. *Luna decrescit, quoad ventat ad intermenstruum: e quo die dicitur luna esse extrema & prima.* Et Ammianus lib. 20 cap. 3 *Intermenstruum lunæ ad idem revocatur initium certis temporum intervallis.* ¶ Adjective etiam dixit Plinius 18 cap. 32 *luna intermenstrua*, der neumond.

¶ Quinquemestris, e, fünff monat lang, oder zwanzig wochen alt; ut, *agni quinquemestres*, Plin. lib. 8 cap. 48 extr. & *pulli quinquemestres*, Varr. lib. 2 cap. 7, de equis.

¶ Quotmensibus, sicut *quotannis*, compositum, monatlich. Vitruvius lib. 10 cap. 7 *Hodie quotmensibus magistratus in eum locum proficiscitur.* Et Cato de R. R. cap. 43 [Popma 44] *Semel in mense sulcos, & circum capita oleagina quotmensibus, usque donec trimæ erunt, fodere oportet.* Varro autem 4 de L. L. cap. 8 *qua* [via] *sacra quotquotmensibus feruntur in arcem*, geminata vocula, quamvis & *quot* semel legatur, ut in margine editionis cum Scalig. &c. notis adscriptum est.

¶ Semestris, e, sechs monat lang, halbjährig; ut, *Regnum semestre*, ein regiment von einem halben jahre, Cic. ad Attic. lib. 10 epist. 8.

¶ Semestrium, i, pro semimenstruum, i. e. dimidia mensis pars, ein halber monat, Columella 11 cap. 2.

¶ Septemmestris, e, sieben monat lang; ut, *Septemmestres infantes*, Censorin. cap. 8, sieben monats-kinder. *Partus septemmestris*, ibidem cap. 11 pr.

¶ Trimestris, e, drey monat lang, viertheljährig. Plin. 7 cap. 15 *trimestri spatio largius.* Et cap. 48 *trimestres anni Arcadum.* conf. lib. 18 cap. 7 aliquoties.

¶ Trimenstruus, a, um, idem. Gloss. gr. lat. τριμηνιαῖος, *trimenstruus.*

Mensor, Menstrualis, menstruus, mensurnus, Mensula, mensularius, Mensura, mensurabilis, vide *Metior*, *Mensis*, *Mensa*, *Metior.*

MENTA & Mentha, æ, herba ab odore grato Græcis ἡδύοσμος dicta, müntze, krausemüntze. Diversæ ejus species sunt: *Mentha rubea*, quam & *crispam* vocant, krausemüntz. *Mentha Græca*, seu *Saracenica*, unser frauen müntz, oder römische salbey. *Calamintha*, καλαμίνθη. *Calamentum* vulgo, wilder poley. *Mentha aquatica*, bachmüntz, oder fischmüntz. Martial. 10 epigr. 47

In quibus est lactuca sedens, & sectile porrum,
Nec deest ructatrix mentha, nec herba salax.

¶ Mentastrum, i, seu rectius Menthastrum, i, mentha silvestris est, pferdmüntz, roßmüntz, Plin. 20 cap. 14. Bord. Matth.

Μίνθην ἐν πολέμῳ μήτ' ἔσθιε, μήτε φύτευε.
Mentham nec comedas, nec plantes tempore belli.

Hoc est, ne quid alieno tempore facias, quod officiat. vid. Chil. Mentham enim propterea, quia membra refrigeret, audaciæ, fortitudinis, quibus in bello opus maxime est, retundere vires, Aristoteles indicat in problematibus: meminit Tiraquellus.

MENTA, & Mentula, æ, idem quod penis, quasi μηνυτής, *index*, quia ejus indicio sexus virilis cognoscitur, das männliche glied. vid. Voss. Etymol. p. 318, & exempla in Carmin. Priap. Hinc

¶ Mentulatus, a, um, der ein männlich glied hat; ut, *Priapo mentulatior*, in iisdem carminibus.

Mentagra, Mentastrum, Mentigo, Mentio, vide *Mentum*, *Menta*, *Mentum*, *Mens.*

MENTIOR, ītus sum, iri, mendacium dicere, lügen. Antiqui etiam *Mentio* dixēre auctore Prisciano lib. 8 p. 799, sed nullum exemplum adfert. Terent. Adelph. a. 1 sc. 1 v. 30 *qui mentiri aut fallere insueverit patrem, tanto magis audebit cæteros.* Idem in Heaut. a. 3 sc. 2 v. 38 *Non est mentiri meum*, man ist an mir keiner lügen gewohnet. Cic. de Orat. 2 cap. 45 *De me nulla est caussa, cur mentiar*, ich habe keine ursach, lügen von mir zu sagen. Idem 3 Offic. cap. 20 *In virum bonum mentiri non cadit emolumenti sui caussa.* Gell. ex Nigidio sic lib. 11 cap. 11 *Vir bonus præstare debet, ne mentiatur*, er soll nicht unwarhafftig seyn. *Prudens ne mendacium dicat*, er soll nicht nachreden, was von andern gelogen. Sic enim inter *mentiri*, & *mendacium dicere*, discernit. Qui *mentitur*, alios fallit; Qui *mendacium dicit*, ipse fallitur. Quæ tamen sæpe confunduntur. Corn. Nep. Attic. cap. 15 n. 1 *Mendacium neque dicebat, neque pati poterat.* Ubi *Mendacium dicere* nihil aliud est quam *mentiri.* Cic. ad Quint. fratr. lib. 1 ep. 1 cap. 5 *Natura, frons, oculi, vultus, persæpe mentiuntur, oratio vero sæpissime*, die augen und geberden triegen offt, die rede aber sehr offt. ¶ 2. *Mentiri* aliquando est similitudinem alicujus referre, imitari, assimulare. Virgil. eclog. 4 v. 42

Nec varios discet mentiri lana colores.

Martial. lib. 3 epigr. 43

Mentiris juvenem tinctis, Lentine, capillis;
Tam subito corvus, qui modo cygnus eras.
Non omnes falles, scit te Proserpina canum;
Personam capiti detrahet illa tuo.

¶ Mentītus passive, pro falso & commentitio, belogen, erlogen. Vellej. 2, 33, 2 *Cum neuter ab eo, quo arguebatur, mentitus argui posset.* Vetus poëta apud Suetonium Othone cap. 3

Cur Otho mentito sit quæritis exul honore.

conf. Barth. ad Scriptor. Venat. p. 78. ¶ Item assimulatus, nachgemacht. Val. Flaccus lib. 7 v. 155

Non jam mentitæ vultum vocemque resumit,
Calliopes. Idem lib. 7 v. 211
Sicut erat mutata, Deam mentitaque pictis
Vestibus, & Magicâ Circen Titanida virgâ.

¶ Mentitio, ōnis, das lügen. Auct. ad Herenn. cap. 2 *Dolus consumitur in pecunia, &c. maturatione, mentitione*; alii: *mentione.*

¶ Mendax, ācis, qui mendacium frequenter dicit, lügenhafft, der gerne leuget. *Fama mendax*, Propert. 4 eleg. 2. *Forma mendax*, die offt betreuget, Ovid. 3 Metam. v. 439. *Parthis mendacior*, Horat. 2 epist. 1 v. 112. ¶ Subst. ein lügner: *Mendaces facere, ut nec vera dicentibus credatur*; antiquum sermonem D. Hieronymus tradit epist. 2. Quam verum ergo erit, quod Cicero dixit lib. 2 de Divinatione cap. 71, *Mendaci homini, ne verum quidem dicenti, credere solemus.* Nec minus illud tritum est: *Mendacem memorem esse oportet*, quod Apulej. Apolog. p. 318 non de nihilo ita dici existimat.

¶ Mendacium, i, eine lügen, unwahrheit; ut, *magnum & impudens mendacium*, Cic. pro Cluent. cap. 60. At *mendacium dicere* quotuplici sensu dicatur, vide supra in *Mentiri.* Rursus Cic. pro Muræna cap. 30 *Improbi hominis est mendacio fallere*, lügen und triegen gehört keinem ehrlichen manne zu. Plaut. Most. a. 3 sc. 1 v. 136 *Calidum, hercle audivi optimum mendacium.* Lactant. lib. 5 cap. 3 pr. *Hæc est mendaciorum natura, ut cohærere non possint.* Οὐδὲν ἕρπει ψεῦδος εἰς γῆρας χρόνου; hoc est, *Nullum mendacium veterascit*, keine lügen wird alt, oder bestehet lange, Sophocles. De duplici mendacio, quorum alterum ex ignorantia, alterum ex malitia est, vide Polyb. lib. 12 p. 68. Alias malitioso opponitur *officiosum:* & Augustinus quoque *officiosa mendacia* memoravit epist. 8 cap. 3, & epist. 9 cap. 3.

¶ Mendaciuncŭlum, i, dimin. eine kleine lügen; ut, *Mendaciunculis aspergere*, legunt alii, *mendaciolis*, apud Cicer. lib. 2 de Orat. cap. 59.

¶ Mendacĭter, adverb. lügenhafft. Solinus cap. 4 de Similitudine formæ: *Liquido manifestabitur, nihil te antiquitatem mendaciter prædicasse.* Augustinus Hieronymo epist. 9 cap. 4 *nec mendaciter, nec incongrue faceret.* Arnobius lib. 5 p. 186 *mendaciter & falsitatis alicujus fictione composita.* Idem lib. 1 p. 33 *Conscriptores nostri mendaciter illa promserunt.* Superlative, *mendacissime affirmare*, Augustinus lib. 1 contra Julian. Pelagian. [al. 5] a Menardo in lucem producto, cap. 104. Idemque de Morib. eccles. cathol. cap. 17 *mendacissime dicere.*

¶ Mendacĭtas, ātis, die lügenhafftigkeit. Tertull. de Præscript. cap. 13 *Principalitatem veritati, & posteritatem mendacitati deputare.*

¶ Mendacilŏquus, a, um, lügnerisch. Plaut. Trin. a. 1 sc. 2 v. 163 *nihil mendaciloquius*, comparativo.

¶ Mendaciloquium, i, ein verlogen gewäsche. Gloss. gr. lat. ψευδολογία, *mendaciloquium.* Composita cum præposit.

¶ Commentior, iri, mentiri, comminisci, erdencken. Apulejus Apolog. p. 314 *Lignum a me toto oppido quæsitum, non piguit vos commentiri.* Ita & Pricæus p. 71.

¶ Ementior, iri, palam mentiri, erlügen. Cic. de opt. gen. orat. cap. 7 *Æschines legationem ementitus est*, er hat die legation mit lügen ausgebracht, oder fürgewandt. *Ementiri suum genus*, falschen bericht thun von seiner ankunfft, Idem pro Corn. Balbo cap. 2.

¶ Ementītus, a, um, passive, erlogen. Cic. Philipp. 2 cap. 35 pr. *quod me de ementitis auspiciis putares esse dicturum.* Idem de Nat. Deor. 2 cap. 21 *ementita ea, & falsa, plenaque erroris.*

MENTOR, ŏris, mirus in vasis cælandis artifex, de quo Plinius lib. 33 cap. 2. Et Juvenalis sat. 8 v. 102

Et cum Parrhasii tabulis, signisque Myronis,
Phidiacum vivebat ebur, nec non Polycleti
Multus ubique labor: raræ sine Mentore mensæ.

Et Martial. lib. 4 epigr. 38 *Argenti genus omne comparasti*
Et solus veteres Myronis artes,
Solus Praxitelis manus, Scopæque,
Solus Phidiaci toreuma cæli,
Solus Mentoreos habes labores.

Ponitur per metonym. pro *toreumate* apud Juvenal. dicto loco *Raræ sine Mentore mensæ.*

¶ Mentŏreus, a, um, adject. ut, *Opus Mentoreum*, Propert. lib. 1 eleg. 14 pr. Adde Martialem jam laudatum, & apud eumdem 9 epigr. 60

Pocula Mentorea nobilitata manu.

Mentula, mentulatus, vide *Menta*.

MENTUM, i, quod homini tantum est, quemadmodum & malæ, Plinio teste, das kinn, ab eminendo dictum, γένειον. Plin. lib. 11 cap. 45 *Antiquis Græciæ in supplicando mentum attingere mos erat.* Lactant. de Opif. cap. 10 *Deductum clementer a genis mentum, & ita inferius conclusum, ut acumen ejus extremum signare videatur leviter impressa divisio.* Figurate bobus mentum Virgilius tribuit Georg. 3 v. 53

Et crurum tenus a mento palearia pendent.

¶ Mento, ōnis, majore mento præditus, der ein grosses kinn hat, Arnob. lib. 3 p. 108.

¶ Mentagra, æ, morbus, quoniam a mento oritur, jlocalariter primum, deinde usu confirmante, etiam sine joco ita appellatus. vide Plinium lib. 26 ineunte. Elegantius græco nomine *Lichen*, λειχὴν, vel pluraliter nominatur *Lichenes*. v. Plinius ibidem, der ansprung, flechten.

¶ Mentīgo, īnis, morbus est, velut ignis sacer agnorum lactentium, fœdis ulceribus obsidens, pastores *ostiginem* vocant, eine böse räude um das maul der lämmer, Columell. 7 cap. 5.

MEO, meare, ultro citroque ire, gehen, wandern. Plin. lib. 10 cap. 38 extr. *Aves in volatu subrectæ, pronæ, obliquæ, resupinæ feruntur, ut, si pariter cernantur plura genera, non in eadem natura meare videantur.* Lucanus lib. 3 v. 640

Discursusque animæ diversa in membra meantis.

¶ Meatus, ûs, ein gang, eine fahrt; ut, *Aves vario meatu feruntur*, die vögel haben mancherley flug oder gang, Plin. 10 c. 38 pr. &, *Meatus siderum*, id est, cursus vel motus, Idem lib. 2 cap. 8. Est & meatus fluminum. Tacitus German. cap. 1 *Danubius in Ponticum mare sex meatibus erumpit*, mit sechs strömen, oder armen.

¶ Meābĭlis, e, quod facile penetrat, gänge, gangbar, durchdringend; ut, *Aër meabilis per cuncta rerum*, die lufft, so leichtlich durch alles gehet, Plin. lib. 3 cap. 5. Et idem lib. 6 cap. 1 de Bosphoro: *vel bubus meabili transitu.*

Composita a *Meo*:

¶ Commeo, are, ausgehen, auswandern. Terent. Hecyr. a. 1 sc. 2 v. 100 *Senex rus abdidit se, huc raro in urbem commeat*, er kommt selten hieher in die stadt. Cic. pro Lege Manil. cap. 18 *omnes undique cum mercibus atque oneribus Delum commeabant.* Et, *Vicissim retro commeant omnia*, de N. Deor. lib. 3 cap. 12. Idem ad Attic. 8 epist. 9 *Crebro illius litteræ ad nos commeant.*

¶ Commeatus, ûs, est facultas ad tempus a militia aliove ministerio recedendi, militi ab imperatore data, Valla auctore. COMMEATUS, inquit Festus, *tempus illud significat, quo quis ire & redire possit.* Hoc spatium si excederet miles, *emansoris* aut *desertoris* loco habebatur, de quo JCti Dig. de re militari; freyheit zu reisen; item, ein geleitsbrieff, paßport. Livius lib. 3 cap. 46 *Appius collegis in castra scribit, ne Virginio commeatum dent; atque etiam in custodia habeant.* Paullo post: *Commeatu sumto profectus Virginius.* Sic *petere, dare, accipere, sumere commeatum* dicimus. Suetonius Tiberio cap. 12 *a commeatu repetentes castra*: est præterita commeatus die. Ita *ex commeatu redire*, Seneca dixit lib. 1 de Ira cap. 16. ¶ 2. Quamvis autem *Commeatus* iste ad militiam pertinebat maxime: tamen extra eam non nisi data venia magistratus & alii ex urbe Italiaque abire poterant; ut ita quævis abeundi & peregrinandi facultas veniaque *commeatus* appellaretur. Vellej Pat. 2 cap. 99 de Tiberio: *Dissimulata caussa consilii sui, commeatum a socero atque eodem vitrico* (Augusto) *acquiescendi a continuatione laborum petiit*; id est, veniam secedendi in otium, urlaub, vergönstigung. vid. Suet. Tiber. cap. 10 & 31, itemque Calig. cap. 29, nec non in Claudio cap. 20 & 23, & Lipsium ad 12 Annal. Taciti p. 304. Seneca præfat. lib. 3 Nat. Quæst. sub fin. *Sine intervallo, sine commeatu*, i. e. absque vacatione. Id quod ad morbi vacationem eleganter idem Seneca transfert epist. 54 pr. *Longum mihi commeatum dederat mala valetudo.* ¶ 3. Et *Commeatus* in utroque numero, pro exercitus alimonia, aut hominis etiam privati, proviant, zufuhre. Cic. pro Leg. Manil. cap. 17 *Commeatu & privato & publico prohibebamur.* Cæs. lib. 1 Bell. Civ. cap. 36 *Commeatus ad obsidionem urbis reservare.* Et Plinius Paneg. cap. 32 *Æternis commeatibus orientem occidentemque connectit*; id est, frumentariis navibus, ultro citroque commeantibus. *Intercludere hostes commeatu & frumento*, Cæsar B. Gall. lib. 1 cap. 48, die zufuhr versperren. Item Vet. Gloss. *Commeatus*, σιτηρέσιον. *Commercium* vocavit Frontinus. vide infra in *Merx*. ¶ 4. *Commeatus* etiam dicuntur, cum plures naves una aliquo appulerunt: Græcis στόλος, κατάπλους. Cæsar 5 de B. G. cap. 23 *His* (navibus) *deductis, quod & captivorum magnum numerum habebat, & nonnullæ tempestate deperierant naves, duobus commeatibus exercitum reportare constituit.* Suetonius Nerone cap. 20 *Captus modulatis Alexandrinorum laudationibus, qui de novo commeatu Neapolim confluxerant.* vid. Casaub. ad Sueton. August. p. 120.

¶ Commeātor, ōris, der hin und wieder gehet. Apul. lib. 11 Met. p. 262 de Mercurio: *Ille superûm commeator & inferûm.* Quæ repetit in Apologia p. 315. Interpretis loco potest Claudianus esse lib. 1 de Raptu Proserp. v. 89 seq.

¶ Commeābilis, e, gangbar. Arnobius lib. 2 p. 84 *Venæ fistulatæ & commeabiles.* Idem lib. 7 p. 233 *Quidquid reciprocos halitus auris commeabilibus ducit*, was athem holet. Commeabile ergo, quod ultro citroque commeat, vel ubi licet ita commeare.

¶ Commeatālis, e, aliud adject. ut, *miles commeatalis*, qui in stipendii partem accipit alimenta ex commeatu, i. e. ex alimento publico, der commißbrod bekömmt, l. 2 § 9 C. de Off præf. præt. Afr.

¶ Incommeabilis, e, non commeabilis, unwegsam. Ammianus lib. 16 cap. 20 pr. *via clivosa & incommeabilis.*

¶ Demeo, are, deorsum meare, hinabgehen, herunter kommen. Apul. lib. 6 Met. p. 180 *ad Tartarum Manesque demeare*: & lib. 10 p. 254 *Corpus candidum, quod cælo demeat.*

¶ Demeacŭlum, i, die hinabfahrt, der gang unter der erden. Apulejus sub init. lib. 6 Met. *Illuminarium Proserpinæ nuptiarum demeacula, & luminosarum filiæ inventionum remeacula.* Vetus Onomasticon: *Demeaculum*, καταβασία, id est, descensus.

¶ Immeo, are, hineingehen. Plin. lib. 8 cap. 25 *Delphini immeantes Nilo*, hoc est, in Nilo meantes, natantes.

¶ Intermeo, are, zwischen hingehen. Plin. 5 cap. 30 *Pergamum intermeat Silenus.*

¶ Permeo, are, durchwandern, durchgehen; ut, *Permeare & transire per omnia*, Cic. 4 Acad. cap. 37 extr.

¶ Permeatus, a, um, particip. passiv. durchwandert, Ammiani est lib. 21 cap. 25 [Vales. 13] *permeato flumine.* Et lib. 24 c. 8 [Vales. 2 extr.] *navigiis parvis permeato amne.*

¶ Permeator, ōris, der hindurch gehet. Tertull. Apol. cap. 21 *Permeator universitatis spiritus.*

¶ Permeabilis, e, quod transiri potest, durchgängig. Solinus cap. 49 (al. 60) de Caspiis portis: *Latitudo vix est plaustro permeabilis.*

¶ Prætermeo, are, vorbeygehen. Lucretius lib. 1 v. 319

Sæpe salutandum tactu præterque meantum.

Tmesis est non inelegans. Et Ammianus lib. 31 cap. 23 *quos* [tractus] *Ister prætermeat.*

¶ Rĕmeo, are, redire, zurück gehen, wieder kommen. Virg. 2 Æn. v. 95

Si patrios unquam remeassem victor ad agros.

Martialis lib. 1 epigr. 16

Gaudia non remeant, sed fugitiva volant.

¶ Remeatus, ûs, die wiederkunfft, zurückkehrung. Marcian. JC. Dig. lib. 48 t. 19 l. 4 *Remeatum dare exuli.*

¶ Remeācŭlum, i, reditus, locus per quem reditur, die rückreise. Vide, quod præcessit, *Demeaculum*, ubi Apulejum auctorem laudavimus.

¶ Remeābilis, e, zurückkehrend. Prudentius Apotheosi v. 1053

Cum moritur Christus, cum flebiliter tumulatur,
Me video: e tumulo cum jam remeabilis adstat,
Cerno Deum.

¶ Irrĕmeābilis, e, unrückgängig. Virgil. 5 Æn. v. 591 *irremeabilis error*: & 6 Æn. v. 425 *irremeabilis unda*: & Silius lib. 5 v. 40 *irremeabile litus.*

¶ Subtermeo, are, drunter hingehen. Claudianus Eidyllio, cui *Aponus* nomen, v. 61 *Et junctos rapido pontes subtermeat æstu.*

¶ Supermeo, are, drüber gehen. Plinius lib. 2 cap. 103 *Quædam dulces inter se* [aquæ] *supermeant alias*, h. e. non miscentur, sed supernatant, quod ex amnibus probat, qui se lacubus infundunt.

¶ Transmeo, are, ultra meare, hinüber gehen. Plin. 10 cap. 29 *ad quem ciconiæ non transmeant.* Idem 30 cap. 11 *sole transmeante.*

¶ Transmeatus, a, um, durchwandert, durchzogen. Apulejus lib. 6 Met. *limite transmeato*, ut Priceus legit p. 120. Corrupte Elmenh. (p. 180) *transmeatam.* Et Ammianus lib. 27 cap. 18 *Transmeato lentius freto.*

¶ Transmeatōrius, a, um, ad transmeandum aptus, durchgängig. Tertull. adv. Valent. c. 27 *transmeatorio potius quam generatorio more.*

¶ Transmeabilis, e, idem. Ausonius Gratiarum act. fin. *spatio non transmeabili terminum calcis ignorat.* Et Beda lib. 1 Histor. eccles. Angl. cap. 25 *Transmeabilis fluvius.*

¶ Trames, vide infra suo loco.

MĔPHĪTIS, mephītim, μεφίτις, terræ putor ex aquis nascens sulphuratis, unde omnis putor mephitis appellatur, ein gestanck vom schwefel. Virg. 7 Æn. v. 84 de valle Amsancti in Hirpinis:

Sævamque exhalat opaca mephitin.

Pers. sat. 3 v. 99 *Gutture sulphureas lente exhalante mephites.*

¶ 2. *Mephitis* etiam dea tetri putoris avertendi. Plin. 2 c. 93 *ad ædem Mephitis*, in Hirpinis. Tacit. Hist. 3 cap. 33 *templum Mephitis.*

¶ Mephītĭcus, a, um, adject. stinckend. Sidonius lib. 3 epist. 13 *Exhalatus e concavo molarium computrescentium mephiticus odor.*

Meraculus, meracus, Mercabilis, mercator, &c. Mercedula, mercenarius, vide *Merus*, *Merx*, *Merces*.

MERCES, ēdis, stipendium pro labore, a *merendo*, lohn, tagelohn. *Conducere mercede*, Cic. Offic. 2 cap. 6 fin. um lohn dingen oder miethen. *Mercede cum aliquo pacisci*, Livius lib. 25 cap. 33 pr. mit einem dingen, eins werden. Juvenal. sat. 7 v. 157

Nosse velint omnes, mercedem solvere nemo.

Silius lib. 13 v. 663

Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces.

¶ 2. Transfertur & ad pecunias, quæ pro conductis a nobis rebus penduntur. Cæsar 3 de B. C. cap. 21 *Duas* (leges) *promulgavit; unam, qua mercedes habitationum annuas* (jährlichen haußzinß) *conductoribus donavit.* Græci ἐνοίκια vocant. Suetonius absolute *Habitationes* Cæs. cap. 38, JCti *obventiones* vocant, ut ibi notat Casaubonus. Idem Sueton. Cæs. cap. 20 *mercedes* dixit, quas publicani pro vectigalibus pendebant. ¶ *Mercedes prædiorum* Cicer. lib. 2 de Fin. cap. 26 extr. dixit, einkommen von den güthern.

¶ Mercēdŭla, æ, dimin. ein kleiner lohn. Cic. 1 de Orat. cap. 45 *Infimi homines mercedula adducti præbent se ministros.* Et Seneca epist. 6 *diurna mercedula.*

¶ Mercenārius, i, operarius mercede conductus, ein miethling, taglöhner. Vet. Gloss. *Mercenarius*, μισθωτὸς, μισθοφόρος. Nec de operariis tantum, sed de aliis quibusque dicitur, qui mercede parantur. Cicer. pro Font. cap. 10 *Potestis mercenarios gratuitis anteferre?* Quamquam hic adjectivum videtur esse, ut *gratuitus*, sub quo *homines* intelligantur. Nam

¶ Mercenarius, a, um, revera adjectivum est, gemiethet, ums lohn gedungen; ut, *mercenarii testes*, qui testimonium dicunt pretio, Cic. 3 fam. epist. 11. Vet. Gloss. *Mercenarius*, μίσθιος; & Onomasticon: *Mercenarius adject.* ἔμμισθος. Apul. 7 Met. p. 194 *mercenariis discursibus.* Et Cic. in Pison. cap. 21 *Gabinius tribuit se mercenarium comitem regi*, zum geferthen um den lohn. *Liberalitas mercenaria*, cui opponitur *gratuita*, Idem de Legibus lib. 1 cap. 18. *Mercenaria opera, mercenarii homines* &c. apud auctores passim non sine contemtu dicuntur.

cuntur. Nam Cicero dixit Offic. 1 cap. 42 *illiberales & ſordidi quæſtus mercenariorum omnium:* & Corn. Nep. 18, 1, 5 *Mercenarii ſcribæ.* Et 20, 1, 3 *Mercenarii milites.* Adde Liv. 29 cap. 49 &c.

Mercimonium, mercor, ari, cum derivatis, quære infra ſub *Merx.*

MERCŬRIUS, i, planeta. Plin. lib. 2 cap. 8 *Proximum ſoli Mercurii ſidus.* ¶ 2. Item Majæ & Jovis filius, Deorum nuntius & interpres. Qui & palæſtræ & mercaturæ, & eloquentiæ &c. præeſſe creditus. vid. prolog. Amphitr. Plautinæ, & ibi Taubm. p. 10, itemque Horatium lib. 1 od. 10, ibique Interpretes: & Alexandrum expoſitione Tabulæ Heliacæ p. 31 & ſeqq. quibus adde Lubin. ad Perſ. p. 389 & 814, & Virg. Æn. 8 v. 138. Furum quoque Deus, & doctor erat. Gallæus ad Lactant. p. 50 & 51. De eo Apul. lib. 10 Met. *Adeſt luculentus puer &c. quem caduceum & virgula Mercurium indicabat.* ¶ *Non ex quolibet ligno exſculpi debere Mercurium*, Pythagoræ monitum fuiſſe, Apulejus auctor eſt Apologiâ p. 302. Ὁ Ἑρμῆς ab ἑρμήνεια, interpretatio; item *Atlantides, Cyllenius* cognominatur. Plures *Mercurios* recenſet Cic. lib. 3 de N. Deor. cap. 22. Adde Barth. ad lib. 4 Theb. Statii p. 114 & 115. ¶ 3. Fuit & apud Ægyptios alius *Mercurius* ſive *Hermes Triſmegiſtus*, græce Ἑρμῆς τρισμέγιστος, id eſt, *termaximus* appellatus. Tribus enim excellentibus donis præditus, & philoſophus maximus, & ſacerdos maximus, & rex Ægypti fuit maximus, primusque adeo, qui de Deo & dæmonibus diſputavit. Fuit auditor Noachi, ſcripſitque libros longe plurimos ad divinarum rerum cognitionem pertinentes: quorum teſtimoniis ſæpe uſi ſint veteres patres, *Juſtinus, Lactantius, Auguſtinus*, &c. Hodie tantum habemus duos ejus libros, quorum prior Pimander, alter Aſclepius, a præcipua perſona (ſunt enim Dialogi,) inſcribitur. Edidit Marſilius Ficinus & egregio Commentario illuſtravit. Chalcidius tradit, eum, quum morti vicinus eſſet, hæc verba pronunciaſſe: *Hactenus fili, pulſus e patria vixi peregrinus & exul, nunc incolumis patriam repeto. Cumque paullo poſt a vobis corporeis vinculis ſolutus diſceſſero, videte, ne me, quaſi mortuum lugeatis. Nam ad illam optimam beatamque civitatem regredior, ad quam univerſi cives mortis ſorte venturi ſunt. Ibi ſolus Deus eſt ſummus princeps, qui cives ſuos replevit ſuavitate admiranda. At hæc, quam multi vitam exiſtimant, mors eſt potius dicenda, quam vita.* vide Caſaub. Exerc. 1 contra Baron. ſect. 10, ubi plura habes de hoc Mercurio Triſmegiſto, & quid de libris ejus cenſendum ſit. Nonnihil & Daniel Heinſius epiſt. ad Balſacum p. 238. Pro ingenuitate eorum pugnat Athanaſ. Kircherus S. J. lib. 1. Obeliſci Pamphilii cap. 3. Copioſiſſime & ex profeſſo de Zoroaſtre, Hermete Triſmegiſto & Sanchoniathone ſcripſit Jo. Henr. Vrſinus, & in Spicilegio ſuo Arnold. vide ſupra *Hermes.* ¶ 4. *Mercurii* etiam dicebantur ſtatuæ viarum, ac pontium, (de quibus Ammianus lib. 31,) quas *Hermas* Græci vocant, item acervi ex lapidibus a prætereuntibus ex tempore jactis, qui Mercurio ſacri. vid. Joſeph. Scalig. Comment. in Ætnam, item Lipſ. Cent. Miſcell. lib. 5 epiſt. 5, & Alexandrum in Expoſitione Tabulæ Heliacæ p. 43 & ſeqq. ¶ 5. *Mercurius* apud chymicos eſt argentum vivum, queckſilber.

¶ Mercuriŏlus, i, imago minuta Mercurii, apud Apulej. Apol. p. 315.

¶ Mercurialis, e, adject. mercurialiſch; ut, *Mercuriales viri*, poëtæ, docti, Horat. lib. 2 od. 17 v. 29. ¶ 2. Videntur collegium certum fuiſſe. Cic. ad Q. fratr. lib. 2 epiſt. 5 *M. Furium Flaccum Capitolini & Mercuriales de collegio ejecerunt.* Proprie *Mercurialium collegium* fuit mercatorum, inſtitutum Appio Claudio & Servilio Coſſ. Livio teſte lib. 2 cap. 21 & 27, ſic dictum, quod Mercurium mercatores ut patronum colerent. ¶ 3. *Mercurialis herba*, eadem quæ *Linozoſtis*, λινόζωστις, eſt, bingelkraut. vid. Apulej. de Herb. cap. 83.

MERDA, æ, excrementum, dreck, menſchenkoth. Horat. lib. 1 ſatyr. 8 v. 37 *merdis inquinari.* Veget. 2 cap. 8 *Merda bubula.*

MĔRENDA, æ, cibus pomeridianus, das veſper-brod. vid. Nonius c. 1 n. 118. Veteres & prandium, quia medio die caperent, *merendam* dicebant, Feſtus. At Joſeph. Scalig. non a *meridie* ſed a *merendo* deducit. Quod iis, qui merebant ære, id eſt, mercenariis, antequam labore mitterentur, a domino vel conductore dabatur. Quo nihil verius. Neque enim in meridiem, ſed poſt meridiem, ſub veſperam ſcilicet, *merenda* apponebatur. De quo diſerte Calpurnius eclog. 5 v. 60

> *Verum ubi declivi jam nona tepeſcere ſole*
> *Incipiet, ſeræque videbitur hora merendæ.*

Itaque bene Iſidorus lib. 20 Origin. cap. 2 MERENDA, inquit, *eſt, qui declinante die ſumitur cibus.* Gloſſ. Vet. δειλινή, *Merenda.* vide Mercurial. Var. Lect. lib. 4 cap. 17. Muret. V. L. lib. 4 cap. 12. Turneb. Adverſ. lib. 17 cap. 7. Voſſ. Inſtit. Orat. lib. 4 p. 222.

¶ Merendarius, i, alumnus, qui merenda veſcitur, der veſper-brod iſſet. Seneca in Controverſiis: *Oſtende nobis merendarios tuos*, i. e. alumnos.

¶ Merendo, are, quaſi meridie edere, veſpern, veſper-brod eſſen. Iſidor. Orig. 20 cap. 2.

MĔREO, ui, ēre, & Mereor, meritus ſum, eri, eſt in aliqua re dare operam, vel ex conducto, ut mercedem auferas, vel quæſtus cauſſa, ut acquiras, vel ex officio, benevolentia, & cura honeſti, ut proſis aliis, & laude, honore, gratia dignus fias, verdienen. Quamquam & verbo hoc utimur, cum peſſime conſulimus aliis atque incommodamus. Μέσον enim eſt, & in utramque partem vim habet, unde & *male & bene mereri de aliquo*; *malum & bonum meritum* dicimus, ſich wohl und übel um einen verdienen. *Merere* autem de iis uſitatiſſime dicitur, qui locant operas ſuas ac quæſtum faciunt, um lohn dienen und arbeiten: *merere & mereri* de iis, qui non tam mercede, quam præmio gratiaque digni ſunt, atque in quibus non tam factum, ſicut in mercenariis, quam animus ſpectatur. Vnde & *Meritus* ἄξιος in Vet. Gloſſ. exponitur. Sic *merere milites* dicuntur, cum ſtipendia faciunt, ſeu belli operam imperatori navant: quod idem eſt ac στρατεύειν ſeu militare. Livius 21 cap. 4 *Triennio ſub Haſdrubale imperatore meruit.* Aliquando & aliquid additur, quo modus merendi deſignatur; ut *equo merere*, zu roſſe dienen: *pedibus merere*, zu fuß dienen. Sed & *ære merere* dicimus, um geld dienen. Lucanus lib. 10 v. 409 *Ære merent parvo.* Item, *ſtipendia merere*, apud Sueton. & Livium. Et Tacitus 2 Annal. cap. 10 n. 4 *Qui in caſtris ductor meruit*, der für einen obriſten gedienet. Idem 1 Annal. cap. 36 n. 4 *ſtipendia meritos* dixit. ¶ 2. Neque vero *milites* tantum dicuntur *merere*, ſive mercedes facere, ſed & alii: ut *proſtitutæ*, quæ *meretrices* hinc appellatæ. Suetonius Caligulâ cap. 40 *Vectigalia nova atque inaudita per centuriones tribunosque prætorianos exercuit*, &c. *Pro eduliis, quæ tota urbe venirent, certum ſtatumque exigebatur*, &c. *Ex gerulorum diurnis quæſtibus pars octava: ex capturis proſtitutarum, quantum quæque uno concubitu mereretur.* Horatius epiſt. ad Piſon. v. 345

> *Hic meret æra liber Soſiis.*

id eſt, acquirit Soſiis. Significat enim, Soſios librarios ex tali libro magnum quæſtum facere. Vbi nota, verbum iſtud non de perſona ipſa, quæ acquirit; ſed re, per quam acquiritur, uſurpari, quemadmodum & *demerendi* verbo Plautus uſus, de quo infra. ¶ 3. Quamquam autem, ut ſupra notabamus, verbum μέσον eſt, & *bene* juxta ac *male merere* ſive *mereri* dicimus: ſæpe tamen pro *bene mereri* abſolute ponimus. In quo & a *Commereo* diſtinguitur ex Donati ſententia, qui ad Terentii illud Adelph. a. 2 ſc. 1 v. 47

> *Verum enim quando bene promeruit, fiat:*

BENE, inquit, *i. e. multum PROMERVIT, adjuvit, profuit; cui contrarium eſt COMMERVIT. Nam MERERI & PROMERERI eſt præſtare beneficium.* Virgilius [Æn. 6 v. 664]

> *Quique ſui memores alios fecere merendo.*

Et [Æn. 4 v. 334] *nunquam regina negabo Promeritam.*

Idem ad illud Hecyræ a. 3 ſc. 5 v. 36

> *Quæ nunquam quicquam erga me commerita eſt, pater.*

Adverte, inquit, *Proprietatem expreſſit* COMMERITAM, pro male meritam, dici; MERERI vero in bonam accipi partem. Sed hoc diſcrimen perpetuum non eſt. Neque vero tantum dicimus *bene mereri de aliquo*: ſed & *omni bono mereri.* Vetus Inſcriptio apud Gruter. pag. 787 n. 5 L. BAEB. PARDVS OMNI BONO DE SE MERITAE FECIT. ¶ 4. Eſt & illa elegans forma: *Non mereum hoc vel hoc, ut hoc vel illud faciam*, ich wolte nicht viel nehmen und dieſes thun. Plautus Menæch. a. 1 ſc. 3 extr. *Neque hodie ut te perdam, meream Deûm divitias mihi.* Idem Moſtellariâ a. 4 ſc. 2 v. 71 *Quid merear, quamobrem mentiar?* Et rurſus Bacchid. a. 5 ſc. ult. v. 65

> *Quem quidem ego ut non excruciem*
> *Alterum tantum auri non meream.*

Cicero 2 de Finibus: *Quid merearis igitur, ut te dicas, in eo magiſtratu omnia voluptatis cauſſa facturum?* id eſt, quid pretii tibi poſtules dari, &c. ¶ 5. Vrbaniſſimæ modeſtiæ eſt, cum in delatione honorum & laudum, quæ fit ab aliis; vel ipſi, cum aliquid petimus, SI MERVERO dicimus. Sueton. Auguſto cap. 56 *Nunquam filios ſuos populo commendavit, ut non adjiceret*, SI MEREBVNTVR. Idem Nerone cap. 10 *Agenti ſenatui gratias, reſpondit*, CVM MERVERO. ¶ 6. Notanda & Caſauboni obſervatio eſt, qui ad Plinii lib. 1 epiſt. 8 n. 14 ad verba: *ſi caſu aliquo non ſequatur, idcirco, quod gloriam non meruit, minus pulcrum eſt*; monet, verbum *mereri* veteribus non ſemper ἀξιοῦσθαι ſive dignum eſſe: ſed τυγχάνειν etiam ſimpliciter, & factum notare, non jus: quod & Grotius ad Matthæum cap. 6 v. 1 obſervat. Quod in patrum ſcriptis recte accipiendis magnum uſum habet adverſus eorum corruptores ſiniſtrosque interpretes. Prudentius de Maria θεοτόκῳ Hymno 3 καθημερ. ſive ante cibum, v. 151

> *Edere namque Deum merita*
> *Omnia virgo venena domat.*

Alcimus Avitus de eadem ad Sororem v. 214 *quæ pondere caſto*

> *Factorem portare ſuum, Dominumque perennem*
> *Edere commeruit.*

id eſt, conſecuta eſt, ut ederet. Itaque *mereri* hîc eſt, non ſuo aliquo jure quem dignum fieri; ſed ſola gratioſa dignantis diſpoſitione. *Meruit* itaque *Deum edere* virgo, non quod præſtaret aliis; ſed ſola Numinis gratia quod eſſet delecta ad id, atque in eo aliis prælata. Dracontius Hexaemero v. 125

> *Exſilit inde volans, gens plumea, læta per auras,*
> *Aëra concutiens pennis, crepitante volatu,*
> *Ac varias fundit blando modulamine voces:*
> *Ac, puto, collaudant Dominum meruiſſe creari.*

MERVISSE dicit: non quod earum ullum exſtaret meritum, quod obligaverit Deum, (neque enim exſtiterant hactenus,) ſed quod rem dignam bonitate ſua ſtatuerat DEVS, ſi & aves crearet. Similiter *legatum mereri* dicitur Paulo L. 21 D. ad Leg. Falcidiam, qui accipit, ſive conſequitur: Et *donationem merere* Valentiniano & Valenti Impp. Lege 10 de Piſtoribus Cod. Theodoſ.

¶ Merens, tis, nomen participiale, verdienend; ut, *Bene merenti*, paſſim in Inſcriptionibus: etiam in ſuperlativo. Gruter. pag. 932 n. 7 REGIVS ARISTIVS PRIMITIVVS ARISTIAE FILETENI PATRONAE BENE MERENTISSIMAE ET REGIVS HERMES VXORI MERENTISSIMAE P. Adde Reineſ. Claſſ. 16 Inſcript. 8.

¶ Merĭtus, a, um, ut deponens; qui meruit, der da verdienet hat; ut, *In toga triumphum linguæque lauream merite*, Plin. lib. 7 cap. 30 de Cicerone. Et, *Diu meritus*, Tac. Ann. 11, 18, 2, der lange gedienet. Idem 12, 20, 4 *Meritus noviſſima exempla*, der das leben verwircket, und daß man an ihm ein exempel ſtatuire. Cic. 1 fam. epiſt. 9 *Erat infinitum, bene de me meritos omnes nominare.* ¶ 2. Vt paſſivum, debitus, juſtus, dignus, verdient, verſchuldet, gehörig, gebührend, würdig. Ovid. Faſt. 4 v. 239 *Meritas dare ſanguine pœnas*, mit der haut bezahlen. Idem in Ibim v. 25 *Huic meritas grates agam.* Virgil. 3 Æneid. v. 118 *Meritos aris mactavit honores*, pflichtige oder gebührliche opffer. Cic. de Orat. lib. 2 cap. 50 *Iracundiam meritam ac debitam defendere.* Plinius lib. 5 epiſt. 15 *meritiſſima fama frui.* Et Vet. Inſcript. apud Reineſium claſſe 5 n. 35 FILIAE MERITISSIMAE, &c. quod ideo adferre viſum fuit, quia ſummus hujus vocis gradus tam in libris, quam lapidibus rarior, quam pro vulgari opinione eſt: & vix aliud in ſaxis conſpicitur, quam *bene meritus, optime meritus, bene merens, bene merentiſſimus* &c. Index Adfectuum in Opere Gruteri.

¶ Mĕrĭtum, i, beneficium, officium, das verdienſt, die wohlthat. Cic. ineunte epiſt. 1 lib. 1 ad Lentulum: *Tanta eſt magnitudo tuorum in me meritorum.* Et, *Divinum atque immortale meritum*, Idem Philipp. 3 cap. 6, groſſe unvergeßliche wohlthat. *Merita alicujus prædicare*, eines wohlthat rühmen, &, *prædicator meritorum alicujus*, Plancus Ciceroni lib. 10 epiſt. 7. Ovid. Heroid. epiſt. 12 Medeæ v. 21

Eſt quædam ingrato meritum exprobrare voluptas.

Sic, *Meo merito*, aus meinem verdienſt oder ſchuld, Plaut. Aſin. a. 2 ſc. 4 v. 84. *Merito tuo*, i. e. quoniam mereris, Terent. a. 3 ſc. 2 v. 5. Vatinius Cic. lib. 5 fam. epiſt. 9 *Scis, meam fortunam, neſcio quo modo, facile obtrectatores invenire, non meo quidem mehercules merito. Pro*, &, *Ex merito*, dem verdienſt nach. Ovid. Heroid. epiſt. 5 v. 7

Leniter, ex merito quicquid patiare, ferendum eſt.

Eſt autem & hoc vocabulum μέσον ſeu medium, & bene juxta ac male factum notat. Macrobius lib. 1 in Somn. Scip. cap. 1 *Conſequens eſſe me animadvertit, ut certa illis* (animis) *loca nexu corporis pro contemplatu probi improbive meriti deputata ſint.* Lactant. lib. 5 Inſtit. cap. 23 *Jubet Deus nos exſpectare patienter illum cæleſtis judicii diem, quo ipſe pro ſuis quemque meritis aut honoret aut puniat.* Et lib. 7 cap. 20 *Donec tempus adveniat, quo maximus judex meritorum faciet examen.* ¶ 2. Aliquando & *meritum* ſignificat, quod facta noſtra conſequitur, atque vel præmia notat, vel pœnam. B. Hieronymus in vita Pauli extr. *Cui ſi Dominus optionem daret, multo magis eligeret tunicam Pauli cum meritis ejus, quam regum purpuram cum pœnis.* CVM MERITIS, i. e. præmiis: his enim POENAS oppoſuit. Præmia autem intelligit, quæ ipſemet meruit bene operando. Vide Buchnerum ad illud Prudentii Hymno de Natali Chriſti extr.

Meritis rependet congrua.

Egregie Proſper præfat. in Ingratos extrema:

Sed bona quæ tibi ſunt, operante fatebere Chriſto,
Non eſſe ex merito ſumta, ſed ad meritum.

Idem ipſo opere v. 992 ſeu ſub fin. operis:

Si quid enim recte gerimus, Domine, auxiliante
Te, gerimus; tu corda moves, tu vota petentis,
Quæ dare vis, tribuis; ſervans largita creansque
De meritis merita, & cumulans tua dona coronis.

De verbo *mereri*, & voce *meritum*, egregia diſſertatio eſt apud Radulph. Ardentem Homil. in Vigilia Aſcenſionis Dominicæ, qua docet, ſolum Chriſtum & *meruiſſe* & *mereri* potuiſſe: nec niſi divinam gratiam proprie *merita* vocari poſſe. vid. p. 484 ſeq. Cæterum vocem hanc apud veteres uſurpatam cum magna latitudine, docet Dorſchæus in relat. Anonymi de S. Marci corpore not. p. 211. ¶ 3. Eſt & *Meritum*, quo quævis maxime cenſetur res, & dignitatem, excellentiam, pretiumque acquirit, ſeque reddit inſignem. Gratius Cyneget. v. 249 *Hoc ingens meritum eſt, hæc ultima palma tropæi,*
Hagnon magne, tibi Divum conceſſa favore.

Idem v. 370 *exercitus ingens*
Æquali ſub labe ruit: nec viribus ullis
Aut merito venia eſt.

Ovidius lib. 1 Faſtorum v. 8

Et quo ſe merito quæque notata dies.

Martialis lib. 8 epigr. 65

Grande loci meritum teſtantur & altera dona.

Claudianus de 4 Conſ. Honorii v. 589

Nec rudis in tali ſuffecit gratia textu,
Auget acus meritum, picturatumque metallis
Vivit opus.

Loquitur de veſtimento, cujus pretium magnum quidem eſſe ſignificat, ſi materiam æſtimes; intendi id tamen atque augeri arte pingendi acu, qua mirum in modum excelleret. Marcianus JC. lege 18 § 5 Dig. de jure fiſci: *Veterani quoque ſacris conſtitutionibus delatores eſſe prohibentur propter honorem utique & merita militiæ.* PROPTER MERITA, id eſt, exiſtimationem & dignitatem ſive ἀξίαν. Vet. Gloſſ. ἀξία, *Meritum, dignitas.* Palladius de Inſitione, de piſtaceis:

Quin & amygdaleos ſubeunt piſtacea ramos.
Et meritum (ita legendum, non *debitum*, ut vulgo,) *majus de brevitate petunt.*

Significat, piſtacea ob ipſam brevitatem ſuam amygdalis præſtantiora eſſe, ſeu majore pretio habenda. Ita hac voce & alii, præcipue patres & Chriſtiani ſcriptores, Tertullianus, Hieronymus, Prudentius, Severus, Sidonius &c. uſi ſunt. Auſonius Profeſſ. Burdigalenſ. epigr. 13

Qua forma aut merito fueris, qua ſtirpe parentis.

¶ Merito, non immerito, non injuria, billich, verdienter weiſe. Terent. Eunuch. a. 1 ſc. 2 v. 106 *Merito te amo.* Cicero in Verrem 5 cap. 68 *Quamquam merito ſum iratus Metello, tamen hæc, quæ vera ſunt, dicam.* Hinc ſuperlat. *Meritiſſime.* Solinus cap. 12 *Hymetto meritiſſime tribuitur principatus.* ¶ *Meritiſſimo*, ſimili ratione dicitur. Cic. 1 de Orat. cap. 55 *Scævolæ te dediſti, quem omnes amare meritiſſimo pro ejus eximia ſuavitate debemus*, mit höchſter billichkeit. conf. Nonius cap. 2 n. 545. Aliquando tamen utrumque non adverbium eſt, ſed nomen, atque ut technici loquuntur, ſubſtantivum. Cic. lib. 14 fam. ep. 2 *Piſonem noſtrum merito ejus amo plurimum.* Plaut. Aſinar. a. 3 ſc. 3 v. 147 *Meritiſſimo ejus, quæ volet, faciemus.*
Peſſimo publico ſimiliter Livius dixit, de quo infra in *Pejor.*

¶ Mĕrĭto, avi, are, frequentat. quod hodie in aliquot linguas vernaculas irrepſit, meritiren, erwerben, gewinnen. Cato apud Feſtum *meritavere* pro *meruere.* Et Plin. 7 cap. 39 *Roſcius hiſtrio ſeſtertia quingenta annua meritaſſe proditur.* Cic. 5 in Verr. cap. 50 *qui HS dena meritaſſet.* Et Silius lib. 10 v. 656

Damnatis Siculas longe meritare per oras
Impoſitum.

Mertaret, pro *meritaret*, ſeu *merentem faceret*, ex Accio affert Nonius cap. 2 n. 533.

¶ Meritōrius, a, um, quod meret, damit man geld verdienet, verdienſtlich; ut, *Rheda meritoria*, Sueton. Cæſ. cap. 57, eine miethkutſche. *Vehiculum meritorium*, Idem Calig. cap. 39. Et, *Cænaculum meritorium*, Vitellio cap. 7; &, *Scorta meritoria*, Claudio cap. 15 dixit. *Puer meritorius*, qui *Catamitus* Servio ad Virg. eclog. 8. Sed *meritorii pueri* ſunt, qui ſe mercede proſtituunt: *Catamiti*, qui dominorum deliciæ & concubini. *Taberna meritoria*, eine garküche, ein wirthshauß, da um geld iederman zehret, Valer. Max. lib. 1 cap. 7 ext. 10. Et

¶ Meritōrium, i, abſolute, ein gaſthof, wirthshauß. Juvenal. ſat. 3. v. 234 *Nam quæ meritoria ſomnum Admittunt?* Et leg. 13 § 8 Dig. de uſufr. & quem. *meritoria facere.* Vet. Gloſſ. *Meritorium*, ξενοδοχεῖον. ¶ 2. Sumitur & pro cella meretricis, ein hurenhauß. Ambroſ. in Pſal. 118 *An putas, tunc primum te intrare meritorium, quum fornicem meretricis ingredieris?* Firmicus 6 c. 31 *Mulier de meritorio detracta.* Item: *In publicis meritoriis proſtituta.* Vide Barth. lib. 48 Adverſar. c. 6.

¶ Mĕrĕtrix, īcis, eine hure. A *merendo*, ſecundum Vallam, quia mercede ſuam exercet militiam. *Meretricis amor turpis*, Horat. lib. 1 ſat. 4 v. 111. Et, *Mercabilis ære meretrix*, Ovid. 1 Amor. eleg. 10. Atticæ utebantur veſte diverſicolore, Romanæ vero togâ. v. Artemidor. lib. 2 c. 3, & Voſſ. lib. 1 Inſtit. Orat. p. 168.

¶ Meretrīcŭla, æ, diminut. ein hürchen. Cic. lib. 1 Nat. D. c. 33 *A meretricula commendatus.*

¶ Meretrīcius, a, um, adject. huriſch. Terent. Andr. a. 5 ſc. 4 v. 10 *Meretricios amores nuptiis conglutinas.*

¶ Meretricium, i, ſubſtantive, quæſtus meretricius eſt, ut *Lenocinium* lenonum, der huren-handel. Sueton. Calig. cap. 40 *Meretricium facere.*

¶ Meretricie, adverb. huriſch. Plaut. Milite a. 3 ſc. 2 fin.

Quam digne ornata incedit: haud meretricie.

¶ Mĕrĕtrīcor, ari, huren. Columell. lib. 11 cap. 1 *Plurimum affert mali, ſi operario meretricandi poteſtas fiat.* vid. Barth. ad Briton. Aremor. p. 60. Vbi, quomodo *meretrix*, & *proſtibulum* differant, etiam docet.

¶ Meretricatio, ōnis, die hurerey. Chryſologus Serm. 19 *Reperit in ea totius meretricationis illuviem.*

Compoſita a *Mereo* & *Mereor*:

¶ Commĕreo, ēre, & Commereor, eri, idem quod *mereri*, verdienen, verſchulden. Terent. Hecyr. a. 4 ſc. 2 v. 4 *Nunquam ſciens commerui, merito ut caperet illam odium mei*, wiſſentlich habe ichs nie verſchuldet, daß ſie mir konte feind ſeyn. Et Andr. a. 1 ſc. 1 v. 112 *Quid feci? quid commerui aut peccavi, pater?* Plaut. in Aulul. a. 4 ſc. 10 v. 8 *Fateor me peccaviſſe, & me culpam commeritum ſcio.* Idem Epid. a. 1 ſc. 1 v. 59 *Aliquid mali in ſe commereri*, i. e. facere. Quæ auctoritates omnes pro Donato ſunt: qui *commereri* in malam; *mereri* & *promereri* in bonam partem uſurpari obſervat, de quo ſupra n. 3.

¶ Demereo, ēre, & Demereor, ēri, idem quod *mereri.* Plaut. Pſeud. a. 4 ſc. 7 v. 90 *Quid mercedis Petaſius hodie domino demeret?* Similiter uſus hoc verbo Gellius eſt lib. 1 cap. 8 de Laide meretrice: *grandem pecuniam demerebat.* ¶ *Demereri aliquem*, eſt merito aliquo ſibi obligare, quemadmodum Valla exponit in Raudenſ. einen durch eine wohlthat an ſich bringen und verpflichten. Quintil. præfat. lib. 1 *Pleniori obſequio amantiſſimos ſui demereri*, ſich um ſeine freunde wohl verdient machen. Livius lib. 3 cap. 18 *Demereri beneficio civitatem.* Sic, *Benevolentia, officiis demereri amicos*, &c. Tacitus Annal. 15 cap. 21 *Plura ſæpe peccantur, dum demeremur, quam dum offendimus.* Columell. 1 cap. 4 *Demereri amœnitate aliqua uxorem.* Ovid. ad Liviam v. 131 *Numina cultu demeruiſſe.*

¶ Demerĭtus, a, um, verdient; ut, *Demeritas dare lætitias*, Plaut. Pſeud. a. 2 ſc. 4 v. 14.

¶ Emĕreo, ēre, & Emereor, ĕri, idem interdum fere, quod ſimplex; ut, *Emereri judicium hominum*, Quintil. proœm. lib. 1, der leute erkäntniß und urtheil verdienen oder überkommen. *Emereri aliquem obſequiis*, dixit Mamertus Panegyr. Juliani cap. 19. Et Vellej. 2, 66, 1 *Ambo malebant ſibi nuntiari, quid emeruiſſent.*

¶ Emerĭtus, a, um, qui jam merere, ſive ſtipendia facere deſiit, hoc eſt, qui defunctus militiâ eſt, der ausgedienet hat, vollendet. Proprie enim *Milites* dicuntur *emeriti.* Vet. Gloſſ. *Emeritus*, ἀπολειτουργήσας, ἢ ἀποστρατευσάμενος. Iterum: *Emeritus*, ἔντιμος κατὰ στρατιωτικοὺς καμάτους. *Miles emeritus*, Lucan. lib. 1 v. 344, ein alter ſoldat, ſo ausgedienet hat. Martial. lib. 7 epigr. 62

Emeritos Muſis & Phœbo tradidis annos,

id eſt, effœtos, ſeine alten abgelebten jahre. *Emeritæ apes*, bienen, die nicht mehr wircken, Plin. lib. 11 cap. 11. Et, *Emeritum aratrum*, Ovid. 1 Faſtor. v. 665. *Emeritum ſtipendium*, Livius 39 cap. 19, i. e. finitum: quemadmodum & *emeritam militiam* Suetonius dixit Caligulâ c. 44. *Emeritam mortem*, pro peracta, & ubi nulla ad vitam reliqua ſpes, eleganter dixit Lucanus lib. 3 v. 620

crebrâ confixus cuſpide perſtat;
Telaque multorum leto caſura ſuorum
Emeritâ jam morte tenet.

¶ Emerĭtum, i, ſubſtantive pecunia dicitur, quæ dabatur emeritis, ſeu ſolutis militiâ. Modeſtinus l. 3 D. de re militari: *Qui militiæ tempus in deſertione implevit, emerito privatur.* vid. Lipſ. ad 1 Annal. Taciti p. 40, itemque Torrentium in Suet. Aug. cap. 24.

¶ Emerita, æ, urbis Hiſpanicæ nomen. Integre *Auguſta Emerita*, colonia Auguſti Cæſaris in ripa Anæ Luſitanica, in quam emeritos milites deduxit.

¶ Emeritenſis, e, qui hujus urbis eſt. Auſonius epiſt. 24 v. 74

Emeritenſis Anæ, lateque fluenta Garumnæ.

¶ Immĕrens, tis, unverdienend, unſchuldig. Suetonius Veſpaſiano cap. 10 *Multumque conqueſtus, eripi ſibi vitam immerenti.* Plin. 3 epiſt. 9 med. *Honeſtiſſimum credidi, non premere immerentem.* Et Nepos 10, 10, 1 *Immerentes ut ſceleratos occidunt.*

¶ Immerenter, adverb. præter meritum, unverdienter weiſe. Valer. Max. lib. 6 cap. 2 *Mulier a rege temulento immerenter damnata.*

¶ Immĕrĭtus, a, um, unverdient. Ovid. lib. 2 Triſt. v. 274

Protegit hæc ſontes immeritosque premit.

Livius lib. 4 cap. 14 *laudes haud immeritæ.*

¶ Immeri-

¶ Immĕrĭtum, i, substantive, Plautus Asinar. a. 3 sc. 3 v. 18 *immerito meo*, ohne meine verschuldung.

¶ Immerito, adverb. unbillich, unschuldiger weise. Terent. in Hecyr. a. 2 sc. 1 v. 11 *Meque abs te immerito esse accusatam, postmodum resciscES.* Idem in Phorm. a. 2 sc. 1 v. 59 *Jamdudum te omnes nos accusare audio immerito, & me omnium horum immeritissimo.* Et Seneca epist. 11 *Nec immerito*, und zwar nicht unbillich.

¶ Permĕreo, ēre, multum & legitime merere, ausharren. Statius lib. 1 Silv. 4 v. 73 *sole sub omni*

Permeruit jurata manus,

hoc est: multis expeditionibus, in variis regionibus, sacramento obstrictus miles interfuit.

¶ Promĕreo, ēre, & Promereor, ēri, verdienen. Terent. in Adelph. a. 2 sc. 1 v. 47 *Verum enim, quando bene promeruit, fiat; suum jus postulat.* Et in Phorm. a. 3 sc. 2 v. 31 *Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicabit.* Et Cicero, *Bene promereri de multis*, id est, bene mereri, 2 Offic. cap. 15. Ac, *Optime promereri de republ.* Philipp. 3 cap. ult: *Promereri* & *Mereri*, de bono dici Donatus observat, ut annotatum superius est. In malam tamen partem & poni solitum, Plautus evincit Amphitr. a. 2 sc. 1 v. 20

Quid mali sum, here, tua ex re promeritus?

Et rursus a. 5 sc. 2 *Haud promeruit, quamobrem vitio verteres.* Cicero 2 de Invent. cap. 27 *Reus levius punitus est, quam sit promeritus.*

¶ Promerĭtum, i, ein verdienst. Cicer. ad Quir. post red. cap. 4 pr. *Hoc majus est in nos vestrum promeritum.* Et, *Vestra in nos universa promerita*, Idem post reditum in Senatu c. 1, h. e. merita vel beneficia.

Meretrix, cum derivatis, vide ante in *Mereo.*

MERGA, æ, furcula supra falcem, qua acervi frugum fiunt, eine korngabel, Columella lib. 2 cap. 21.

¶ Merges, ĭtis, fœm. spicarum manipulus, eine garbe. *Merges Cerealis culmi*, Virgil. 2 Georg. v. 517. Derivant utrumque a *Mergo.*

MERGO, mersi, mersum, ĕre, tauchen; ut, *Mergere in aquam*, Cic. 2 Nat. D. cap. 3, unter das wasser tauchen. *Aves se in mari mergunt & emergunt*, ibidem cap. 49. Improprie Plinius 9 cap. 17 *Qui peritissime censum domini mergit*, der gar künstlich seinem herrn das geld verthut.

¶ Mersus, a, um, eingetaucht, versenckt; ut, *mersa carina*, Lucanus 3 v. 632. *Res altâ terra & caligine mersæ*, Virg. Æn. 6 v. 267. *Mersus in corde dolor*, Statius 5 Silv. 1 v. 201. Et Livius lib. 9 cap. 18 pr. *Alexandrum mersum* dixit *rebus secundis*, id est, obrutum, eleganti metaphora. Et Juvenal. satyr. 11 v. 38

quis enim te, deficiente crumena,
Et crescente gula, manet exitus, ære paterno,
Ac rebus mersis in ventrem, &c.

wenn man alles durch die gurgel gejagt hat.

¶ Mersio, ōnis, actus mergendi, das tauchen. Gloss. Cyrill. *Mersio*, βύθισις, δύσις ἐν ὕδατι.

¶ Merso, are, frequentat. schwemmen. Virgil. 1 Georg. v. 272 *Balantumque gregem fluvio mersare salubri*, schaafe schwemmen. *Fluctibus fortunæ mersor*, Catull. carm. 69, das unglück schlägt über mir zu wie eine wasserwoge. Prudentius Hamart. v. 833 animam vocat:

Mersandam penitus puteo ferventis abyssi.

¶ Mersatus, a, um, eingetaucht; ut, *Mersatus condimento*, Seneca Quæst. Nat. lib. 4 extr.

¶ Mersĭto, are, frequent. aliud, eintuncken, eintauchen. Solinus c. 45 [al. 57] *profundius nares mersitat in bibendo.*

¶ Merto, are, pro *mersare* etiam dici, testatur Festus. Et apud Nonium cap. 2 n. 542 Accius: *Fortasse an sit, quod hic non mertet, metus.* Item: *Præsentem præsens dictis mertare institit.*

¶ Mergĭto, are, pro *mersitare*; Tertull. de Corona Mil. cap. 3 loquens de baptismate: *Ter mergitamur*, ubi Junius mallet legi: *mersitamur.*

¶ Mergus, i, ab *immergendo* avis dicta. Victum enim ex aquis conquirit se immergens, Græci αἴθυιαν vocant. Estque nomen quodammodo generale plurimis commune speciebus, *Mergus*, ein merg, taucher. *Columbus* vel *Vrinatrix*, ein schwartzes taucherlein. *Mergi* alii rubri sunt, alii nigri. *Celeres mergi*, Virgil. 1 Georg. v. 361. Et Ovid. 1 de Ponto epist. 6 v. 51 de re incredibili: *Prius incipiet vitare mergus aquas, &c.* *Agrarii mergi* Luciliano dicterio dicti sunt, occupandis latissimis agris inhiantes. vid. Capitol. de Pertinace cap. 9, & Janus Gebhard. Animadv. in Tibull. 2 eleg. 3 v. 45. ¶ 2. *Mergus* in vite, pars est vitis curvata, & ex alto scrobe submersa, evocata ad palum, ein rebengesencke, Columell. lib. 4 cap. 15.

¶ Mergŭlus, i, dimin. ein taucherlein, apud Gesnerum.

Composita a *Mergo*:

¶ Dēmergo, ĕre, versencken, untertauchen. *Demergi in aqua*, Cic. 3 de Finib. cap. 14. *Rex naves omnes demersit*, Curt. 4, 4, 9. *Demergi in cænum*, in koth geworffen werden, Idem 3, 13, 11. Democriti dictum: ἐν βυθῷ ἡ ἀλήθεια, *In profundo veritas est demersa*, Cic. Acad. Qu. 1 cap. 12.

¶ Demersus, a, um, versenckt. Cic. 2 Divin. cap. 68 *Equus, in quo vehebar, demersus una mecum, rursus apparuit.* Idem pro Sylla cap. 31 *Patriam demersam extuli*, ich habe ihm aus der noth heraus geholffen. Sic, *ære alieno demersus*, in grossen schulden steckend, Livius 2 cap. 29. Et, *Domus demersa excidio*, ein wüstes haus, Horat. 3 od. 16 v. 13.

¶ Demersus, ûs, substant. die untertauchung. Apulejus Apolog. p. 287 *Sunt in vita humana tempestates: levia sustentatui, gravia demersui.*

¶ Demersio, ōnis, idem. Macrob. Somn. Scip. lib. 1 cap. 12 *Sua morte anima non exstinguitur, sed ad tempus obruitur: nec temporali demersione beneficium perpetuitatis eximitur.*

¶ Emergo, ĕre, heraus schwimmen, wieder herfür kommen. *Emergere e flumine*, Cic. 2 de Divin. cap. 31. *Emergere in fastigium & attolli*, Vellej. 2, 65, 1, zu hohen ehren gelangen, empor steigen. *Emergere se ex malis*, (namque & active ponitur,) pro eluctari eleganter dixit Ter. Andr. a. 3 sc. 3 v. 30, aus der noth kommen. C. Nepos in vita Attici c. 11 n. 1 *Quibus ex malis ut se emerserat.* vide ibi Schottum. *Emergere ex mendicitate*, Cic. in Vatin. cap. 9. *Emergere, & ad bonam se frugem recipere*, Idem pro Cœlio cap. 12, aus der gefahr kommen, und sich

bessern. Et pro Cluent. cap. 65 *Multarum improbitate depressa veritas emergit*, sie kommt wieder herfür. Juvenal. sat. 3 v. 164

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat
Res angusta domi, &c.

id est, non adspirant facile ad dignitates, arme gesellen kommen nicht leichtlich zu ehren. *Emergunt stellæ*, Plin. lib. 2 cap. 14, id est, oriuntur, sie gehen auf. Idem 11 cap. 51 de infante: *antequam totus emergat utero*, ehe es gebohren wird.

¶ Emersus, a, um, emporgestiegen, herausgegangen. Liv. 1 cap. 13 *ex profunda emersus palude equus.* Cic. in Vatin. cap. 7 *unus tu emersus e cæno.* Idem pro Sext. cap. 9 *Homo emersus subito ex diuturnis tenebris lustrorum ac stuprorum.*

¶ Emersus, ûs, subst. Plinius lib. 22 cap. 22 *ab emersu earum*, puta serpentium: & de ortu heliaco lib. 18 cap. 25 *Emersum hoc melius, quam exortum, consuetudo dixisset*: & cap. 26 *Vindemitoris emersu*, id est, ortu stellæ, quæ Vindemitor vocatur. *Emersum facere*, herfür kommen: Vitruvius lib. 10 cap. ult. *neque certum locum scire poterant, quo emersum facturi fuissent hostes.* De cuniculis loquitur & subterraneis fossionibus, earumque exitu.

¶ Immergo, ĕre, demergere, einsencken, eintauchen. Virgil. 3 Æn. v. 605 *Vastoque immergite ponto.* *Immergere se in voluptates*, Livius festivâ dixit metaphora lib. 23 cap. 18, sich in wollust vertieffen. Et Cicer. pro Cluent. cap. 13 *Blanditiis se penitus in consuetudinem alicujus immergere.* Apulejus lib. 1 de A. A. sub fin. *Gladium sinu liberatum arripio, latrones involo, ac singulis altissime immergo.*

¶ Immersio, ōnis, die untertauchung. Arnobius lib. 2 cap. 47 *Oleum respuit immersionem in se pati.*

¶ Immersābilis, e, a *mersare*, qui mergi nequit, unversenckt, dixit Horat. lib. 1 epist. 2 v. 22 de Vlysse, *Adversis rerum immersabilis undis*, h. e. qui fortunæ iniquioris fluctibus mergi non potuit, der sich aus allerley nöthen tapffer loßgerissen hat.

¶ Submergo, ĕre, versencken, untertauchen. *Innatare & submersum esse* contraria, Colum. 12 cap. 4. *Submergi voraginibus*, in einem tieffen tümpel versincken, Cic. lib. 1 de Divin. cap. 33.

¶ Submersus, a, um, untergetaucht. Cic. de N. D. 2 cap. 39 *Genera partim submersarum, partim fluitantium, & innatantium belluarum.* Et, *Medio in fluctu submersus*, untergangen, zu grunde gesuncken, Virg. Æn. 1 v. 585. *Submersæ puppes*, ibid. v. 69.

¶ Submersus, ûs, subst. die untertauchung. Tertullian. de Anima cap. 32 *submersu piscinarum.*

¶ Submersio, ōnis, idem: ὑπόδυσις, Gloss. Vet.

MĔRĪDIES, ēi, quasi *medidies*, id est, medius dies, μεσημβρία, der mittag. Horatius lib. 3 od. 28 v. 5 *Inclinare meridiem sentis.*

¶ 2. Abusive Varro Marcipore apud Nonium cap. 6 n 26 de media nocte: *Repente noctis circiter meridiem*, gegen mitternacht. ¶ 3. *Meridies* etiam vocatur australis mundi regio. Cicero 2 Nat. Deor. c. 19 *Sol cursum flectit tum ad septemtrionem, tum ad meridiem.*

¶ Merīdiānus, a, um, mittägig; ut, *Sol meridianus*, Plin. 12 cap. 19. Et, *Orbis meridianus*, lib. 13 c. 4. *Hora meridiana*, die mittagsstunde. *Meridianum mare*, die süd-see: Plin. lib. 6 cap. 17 *Indorum gens non Eoo tantum mari adjacens, verum & meridiano.* ¶ *Meridiani*, gladiatorum genus, apud Suet. Claud. cap. 34, & Tertull. Apolog. cap. 15, qui sine arte & armis seminudi inter se pugnabant. Nomen habent a tempore. Nam sub meridiem dari solebant Lips. lib. 2 Saturn. c. 15, & Torrentius ad Claudium Suetonii cap. 34.

¶ Meridiālis, e, idem. Gellius lib. 2 cap. 22 *Meridialis ventus*, ut Salmasius Exerc. Plin. p. 1248 emendavit. Vulgo *meridionalis* legitur, quod summo huic viro male latinum videtur. Tertullianus de Anima cap. 25 *Populi frequentiores apud orientalem & meridialem* [aëris] *temperaturam, & ingenia expeditiora.* Ammianus 22 cap. 34 *a meridiali latere.*

¶ Meridionalis, e, idem. Salmasio vix latinum, quia non dicamus *Meridio*, sicut *Aquilio*, *Septemtrio*: ut inde in ONALIS terminatio adjectivi formetur. Vide jam ante in *Meridialis*, & adde, si placet, Curas Posteriores Cellarii p. 311, ubi ex Firmico (lib. 2 cap. 12) *signum meridionale* produxit. Lactantius quoque lib. 2 cap. 9 *meridionalis plaga.* Ita Aldus, Thomasius, Thysius, & auctor novæ edit. Cantabrigiensis (1685) vulgarunt: At Th. Spark. ibidem *meridiana.*

¶ Merīdio, are, & Meridior, ari, est, in meridie dormire, seu insititio somno, ut Varro de R. R. 1 cap. 2 appellat, interquiescere, mittags-ruhe halten. Catullus ad amicam carm. 29

Jube, ad te veniam meridiatum.

Non enim epulas respiciebat poëta, sed volebat cum amica dormire, ut satis sequentia arguunt. Ita usus hoc verbo Celsus est lib. 1 cap. 2, itemque Suetonius in Caligula cap. 39, & Nerone cap. 6. Vetus Glossarium: μεσημβρίζω, *Meridio.* Meridie per æstatem ex more Romanos dormiisse, refert Buchnerus ad Plinii epist. p. 69 n. 263. Rationem hujus æstivi otii exsequitur Plinius 9 epist. 39. conf. Taubm. in Plaut. Most. p. 658.

¶ Meridiātio, ōnis, pro quiete meridiana, die mittags-ruhe. Cicer. de Divin. lib. 2 cap. 68 *Meridiationes addidi, quibus uti antea non solebam.*

¶ Antemeridianus, a, um, quod ante meridiem est, vormittägig; ut, *Ambulatio antemeridiana*, Cic. 3 de Orat. c. 30; &, *Antemeridianus sermo*, eodem lib. cap. 6. Idem Attico lib. 13 epist. 23 pr. *Antemeridianis tuis litteris heri statim rescripsi.*

¶ Antemeridialis, e, idem, apud Martian. Capell. lib. 6.

¶ Postmeridianus vel Pomeridianus, a, um, quod fit post meridiem, nachmittägig; ut, *Postmeridianum tempus*, Cic. 3 de Orat. c. 5; &, *Pomeridiana sessio*, ibidem cap. 30. Et Quintil. lib. 3 cap. 1 *Pomeridianis scholis Aristoteles præcipere artem oratoriam cœpit.* Adde Cic. in Oratore cap. 47, ubi *pomeridianus* præfert alteri *postmeridianus.*

MĒRIŎNES, is, auriga Idomenei, & dux navium, quæ e Creta venerunt ad Trojam. vid. Ovid. 13 Met. v. 359. Horat. 1 od. 6 v. 15, & 1 od. 15 v. 26. ¶ Item, Jasonis frater, dives & avarus, de quo Polyænus 6, 1, 6.

Merito, are, meritorium, meritum, vide paullo ante *Mereo*.

MERMĔROS, i, Centaurorum velocissimus, qui in pugna cum Lapithis vulneratus fugâ salutem invenit. Ovid. Met. 12 v. 305.

MERMESSUS, i; Lactant. Marpessus, vicus, Sibyllæ Hellesponticæ patria. vid. Gallæus ad Lactant. p. 35.

Mero, merobibus, vide paullo post *Merum* sub *Merus*.

MĔROE, es, Μερόη, insula supra Ægyptum, omnium Nili insularum maxima. vide Plin. lib. 1 cap. 73, & Lucan. 10 v. 303.

MĔROPS, ŏpis, Μέροψ, avis, quæ & *Apiaster* & *Apiastra* Latinis dicitur, quia apibus vescitur, ein bienenfraß, oder bienenfresser, Virgil. 4 Georg. v. 14. Albertus *picum viridem* dixit, ein grünspecht, & Eberus, ein krinitz oder windehalß, vocat; sed quod Gesnerus refutat. *Merops* enim *Æropś* dicitur: Plin. *Æropes dicuntur parentes suos alere, & in pennis gestare ut ciconiæ.* conf. Isidor. 12 cap. 7. ¶ 2. *Merops* Clymenes maritus, & Phaëthontis pater putativus. vid. Ovid. 3 Tristium eleg. 4 v. 30, & Met. 1 v. 763, & 2 v. 184. ¶ 3. *Meropes* præterea ab Homero homines dicuntur, γενεὴ μερόπων ἀνθρώπων, 1 Iliad. v. 250, quod distinctam habeant vocem a vocibus brutorum; μερίζω namque *divido*, ὄψ, ὀπός, *vox* dicitur.

¶ Merŏpe, es, filia Atlantis, cujus stella inter Plejades obscurissima, quia Sisypho nupsit, cum sorores ejus Diis nupsissent omnes: Ovid. Fast. 4 v. 173 *Septima mortali Merope tibi, Sisyphe, nupsit.*

Mersare, mersio, &c. vide *Mergo*.

MĔRŬLA, æ, κόσσυφος, vel κόττυφος, avis tota nigra, cantu valens, eine amsel. vid. Cic. 5 Fin. cap. 15, & Plin. lib. 10 cap. 29. Dividuntur ita: *Merula fusca*, bergamsel, non est canora. *Merula silvatica*, waldamsel, habet lineam albam sub gutture collum totum ambientem, ringamsel. *Merula novalium*, eine brachamsel, brachvogel, Gesnerus. Dicitur quasi *mera*, id est, sola volans, juxta Varronem de L. L. 4 cap. 11. ¶ 2. *Merulæ*, de genere hydraulorum, *quæ aquæ motu voces edunt*, wasserpfeiffen, Vitruv. 10 cap. 12. vid. Baldi Lex. Vitruv. p. 70. ¶ 3. Est & piscis, *Merula*, saxatilis, laudatus, tincæ fluviali similis, colore nigro, sed quem mutat. Tincæ marinæ species, eine art der meerschleyen, Plin. 32 cap. 7, & 9 cap. 15.

¶ Merŭlus, i, eine amsel, gen. masc. Autor Philom. v. 13
Et merulus modulans tam pulcris concinit odis.

MĔRUS, a, um, solus, purus, immistus, rein, lauter, unvermischt. Festus: *MERUM antiqui dicebant SOLUM: at nunc MERUM, PURUM appellamus.* conf. Nonius cap. 4 n. 294. Cic. 6 Attic. epist. 3 *Meræ nugæ*, nichts anders als schwenckreden. Idem: *Dolabella suis litteris merum bellum loquitur*, lib. 9 ad Attic. ep. 13 extr. er giebt nichts als eitel krieg für. Et ibid. epist. 12 extr. *Scelera mera loquuntur*, h. e. nihil aliud quam scelera. *Spes mera*, die blosse hoffnung: *Nihil habet nisi spem meram*, Terent. in Phorm. a. 1 sc. 2 v. 96. *Mera veraque virtus*, Horat. 1 epist. 18 v. 8. Et, *Merus pes* pro nudo apud Juven. sat. 6 v. 158. Et, *Vinum merum*, ἄκρατον, Ovid. 15 Met. v. 331. Et

¶ Merum, i, absolute, reiner, klarer wein; *Vinum* autem subauditur; v. g. *Nocturno certare mero*, Horat. lib. 1 epist. 19 v. 11. Et Ovidius lib. 1 de Arte am. v. 238 *Cura fugit multo diluiturque mero*, &c. *Ingurgitare in se merum*, Plaut. Curcul. a. 1 sc. 2 v. 35. Et, *ingurgitare se mero*, sich voll weins sauffen.

¶ Merālis, e, adject. von lautern weine. Marcell. Emp. cap. 27 *Meralem calicem jejuno dare.* Sic &

¶ Mĕrācus, a, um, id est, merus, purus. *Vinum meracum*, Celsus lib. 5 cap. 27, reiner, ungemischter wein. *Bibere meracius*, Idem lib. 1 cap. 3. *Vinum meracius sumere*, id est, cui minus aquæ sit admistum, Cicero 3 Nat. Deor. cap. 31, wein, der etwas starck, milde ist, und ungemenget. Et Apulejus Florid. lib. 4 sub fin. *Musarum cratera, versu vice quanto crebrior, quantoque meracior, tanto propior ad animi sanitatem.* Propertius lib. 2 eleg. 33 v. 27 *Ah pereat quicunque meracas repperit uvas.*

¶ Mĕraclus, & Merăcŭlus, a, um, etwas starck vom wein. Plaut. Cas. a. 3 sc. 5 v. 15 *Meraclo se percussit flore Libyco.* vid. Lips. Ant. Lect. 5, 1. *Meraculum vinum*, Plin. lib. 20 cap. 19 extr. & Scrib. Larg. Composit. 134 per diminutionem.

¶ Meracius, adverb. lauterlich. Sidonius principio lib. 4 *Purius, fortius, meracius amat.*

¶ Mere, idem. Plaut. Truc. a. 1 sc. 1 v. 22 *Amoris poculum accepit mere.*

¶ Mero, ōnis, pro Nerone per ludum atque convicium Tiberius Cæsar propter aviditatem vini appellatus fuit. Quemadmodum & *Caldius*, pro *Claudius*: *Biberius* pro *Tiberius* dictus fuit, ut Suetonius Tiberii vitâ refert cap. 42.

¶ Merobĭbus, Merobĭba, fœm. weinsäuffer. Plaut. in Curc. a. 1 sc. 1 v. 77 *Nomen est lenæ multibiba atque merobiba.*

¶ Meribibŭlus, a, idem. August. de Confess. 9 cap. 8 *Meribibula*, eine weinsäufferin.

¶ Merulentus, a, um, weinicht, voll wein. Fulgent. 1 Myth. *Pierides, perpetis ungula rivo merulentæ.* vid. Barth. Advers. 25, 1 p. 1210.

¶ Submĕrus, a, um, etwas lauter. Plautus Sticho act. 1 extremo: *vinum submerum*, fast ohne wasser.

MERX, mercis, quicquid emitur venditurve, allerley wahre, so gekaufft oder verkaufft wird. *Fallaces & fucosæ merces*, Cic. pro Rab. Posth. cap. 14, betriegliche und falsche wahre. *Proba merx facile emtorem reperit*, Plaut. in Pœnulo a. 1 sc. 2 v. 129, gute wahre findet wohl ihren käuffer. Horat. 2 epist. 2 v. 11
Laudat venales qui vult extrudere merces.
Plaut. in Pœnulo a. 1 sc. 2 v. 128 *Invendibili merci oportet ultro emtorem adducere.* Sic dicimus: *Merx ultronea putet*, angebotene wahre ist verdächtig. Et, *officia ultro oblata ingrata sunt*, quod Germani dicunt, angebotener dienst war nie werth. vide Chiliad. ¶ *Merx mala* in convicio de homine nihili & nequam, apud Plautum Cist. a. 4 sc. 2 v. 61, & Pers. a. 2 sc. 2 v. 56, & Pseud. a. 4 sc. 1 v. 44.

¶ Mercĭmōnium, i, antiquum, pro merce, kauffmanns-wahre. Plaut. prolog. Amph. pr. *Emere, vendere mercimonia.* Usus est & in Mostell. a. 3 sc. 3 v. 12. Et Tacitus lib. 16 Ann. cap. 38 *Ubi per tabernas, quibus id mercimonium inerat, quo flamma alitur, simul cœptus ignis*, &c.

¶ Mercor, atus sum, ari, deponens, emere, nundinari, mercaturam exercere, kauffen, kauffschlagen, handthieren, kramen. Cicer. Offic. 1 cap. 42 *Qui mercantur a mercatoribus, quod statim vendant*, krämer. Idem in Verr. 2 cap. 49 *Precio magistratum mercari*, ein amt ums geld erkauffen. vid. hic Bernegg. ad Suet. Cæs. cap. 9. *Mercari præsenti pecunia*, Plaut. Captiv. a. 2 sc. 2 v. 8. Et, *Mercari græcâ fide*, um baar geld kauffen: Plaut. in Asinar. a. 1 sc. 3 v. 46 *Diem, aquam, solem, noctem, hoc argento non emo; Cætera quæ volumus uti, græcâ mercamur fide*, hoc est, pecunia numerata. Græcis enim, ob levitatem, fidei nihil habebatur, nisi præsentem pecuniam numerassent.

¶ Mercatus, a, um, passive pro emptus, gekaufft; ut, *Trulla ante multos annos mercata*, Plin. 37 cap. 2. *Mercatus cultus*, Propert. 1 eleg. 2 v. 5. *Commeatibus mercatis*, Sallust. apud Nonium cap. 2 n. 535.

¶ Mercātio, ōnis, die handlung. Gell. lib. 3 cap. 3 *Pecuniæ in mercationibus perdita.* Avienus Astron. v. 250
Hæc concessa etenim curvis mercatio velis.

¶ Mercātor, ōris, qui mercaturam facit, ein handelsmann, kauffmann. MERCATORES dicebantur, qui cum Romæ domicilium haberent, interdum tamen exportandarum vel importandarum mercium caussa in provincias ad aliquod tempus excurrebant; a quibus negotiatores & institores differebant. vid. Hotom. de Verb. Jur. Horatius lib. 1 epist. 1 v. 45 *Impiger extremos curris mercator ad Indos.*

¶ Mercatorius, a, um, kauffmännisch; ut, *mercatoria navis*, ein kauffarten-schiff, Plaut. Bacch. a. 2 sc. 3 v. 2.

¶ Mercātūra, æ, actus ipse vel lucrum de merce, Nonio cap. 5 n. 35, der handel, die kauffmannschafft. Cicer. Tuscul. lib. 5 cap. 31 pr. *Quæstuosa mercatura, fructuosa aratio dicitur.* Et, *Facere mercaturam*, Idem 7 in Verr. cap. 28. *Verti in mercatura*, Plautus Mostell. a. 3 sc. 109, kauffmannschafft treiben. Tralatione eleganti Cicero initio lib. 3 Offic. cap. 2 ad Marcum filium: *Suscepisti onus grave & Athenarum & Cratippi, ad quos cum tamquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus, inanem redire turpissimum est, dedecorantem & urbis auctoritatem & magistri.* Cæterum an honesta sit mercatura, & ex usu reipubl. disputat Bernegg. ad Tacit. Germ. quæst. 17.

¶ Mercātus, u, nundinæ, ein marckt, jahrmarckt. Nonius l. c. & Donatus ad locum Terentii mox allegandum: MERCATUS *locus temp usque, in quo agitur mercatura.* Tacitus lib. 3 Histor. cap. 30 *Magna pars Italiæ stato in eosdem dies mercatu congregata.* Terent. in Adelph. a. 2 sc. 2 v. 23 *Nisi eo ad mercatum veniam, damnum maximum est.* Item, *Mercatus frequens*, Livius lib. 1 cap. 30, ein grosser marckt. *Instituere mercatum*, Cic. Philip. 3 cap. 12, jahrmarckt anlegen. *Indicere mercatum*, Idem 4 Verrin. cap. 53, ausschreiben.

¶ Mercābĭlis, e, kaufflich. Ovid. 1 Amor. eleg. 10 v. 21 *ære mercabilis.*

¶ Mercālis, e, idem. Colum. 7 cap. 6 Cætera *mercalibus traduntur.* Ita legit Calepinus; Sed exemplaria impressa: *mercantibus.*

¶ Mercurius cum derivatis vid. supra seorsim.

¶ Mercipretium, i, der werth oder preiß einer wahre. Plaut. Most. a. 3 sc. 1 v. 130 *Sicuti mercipretium statui.* Sic ibi una dictione legit Acidalius, ut Seneca *Manupretium.*

Composita a *Merx* cum præposit.

¶ Commercium, i, libera est commeandi contrahendique facultas, ab iis, qui merces ultro citroque convehunt, appellata, ein gewerbe, gewerbschafft, handel. Ulpian. *Homines rerum habent commercia*, Lege 34 Dig. de Verbor. oblig. Cicer. in Verr. 6 cap. 59 *Mihi commercium illius rei cum illo non est*, ich habe nichts mit ihm zu schaffen. Et Verrin. 5 cap. 40 *Commercium in eo agro nemini est*, da hat niemand nichts zu thun. Plinius in Panegyr. cap. 29 *Diversas gentes miscere commercio.* ¶ 2. Hinc pro *usu* seu *consuetudine*, frequens est nomen *commercii*, ac tum præpositioni *cum* jungitur. *Ne sit tibi*, vel, *habeas commercii quicquam cum improbis*, halte keine gemeinschafft mit bösen. Quin potius id commendatum adolescentibus sit, quod Cic. dixit lib. 5 Tusc. Qu. cap. 23, *Cum Musis, id est, cum humanitate & doctrina habere aliquod commercium.* Idem de Senect. cap. 12 *Non habet ullum cum virtute commercium voluptas.* Nec minus eleganter dicitur *Commercium litterarum*, brieffwechselung. Paulinus Nolanus epist. 28 [al. 9] cap. 1 de tabellario: *ferens indefessus ac referens commercia litterarum.* Symmachus lib. 4 epist. 54 *litterale commercium* dixit: & Vellejus lib. 2 cap. 65 n. 1 *Tum inter Lepidum Cæsaremque & Antonium commercia epistolarum*, scil. fuerunt, sie haben mit einander briefe gewechselt. Sic &, *Commercium strenarum*, Sueton. Tiberio cap. 34, &, *Commercium stupri*, Calig. cap. 36, pro consuetudine mittendi mutuo strenas; item, pro consuetudine stupri mutua, dixit. Et Valerius Maximus lib. 5 cap. 3 extern. 3 *Dandi & accipiendi beneficii commercium.* *Commercia belli* negotiationes de pace inter arma susceptas Tacitus vocat 3 Hist. cap. 81 extr. ¶ 3. Pro commeatu sive annona usus est Julius Frontinus lib. 2 de Stratagem. cap. 5 *Tiberius Gracchus in Hispania certior factus hostem inopem commercio laborare, instructissima castra omnibus esculentis deseruit.*

¶ Commercor, ari, zusammen kauffen. Sic, *Captivos commercari*, Plautus dixit Captiv. prolog. v. 27, & ibid. a. 1 sc. 1 v. 32.

¶ Commercator, ōris, ein mitkauffer. Gloss. gr. lat. συνέμπορος, *Commercator.*

¶ Commerciarius, i, ein einkauffer. Gloss. gr. lat. συνωνήτης, *comparator, commerciarius.*

¶ Præmercor, ari, in emtione prævenire, vor weg kauffen. Plin. lib. 32 cap. 2 *Ni pretio minus parcerent, eaque præmercarentur.* Usus & Plautus Epidic. a. 3 sc. 3 v. 26.

¶ Promercālis, e, verkaufflich; ut, *Res promercales*, Columella lib. 1 cap. 8, was man loß zu schlagen und zu verkauffen hat. Gellius lib. 4 cap. 1 extr. *promercalia* neutro genere dixit. Sueton. Cæs. cap. 54 *aurum promercale per provincias dividere.* Idem de Illust. Grammat. cap. 23 *officinam promercalium vestium exercere.*

¶ Promercium, i, negotiatio, ut promercii caussa haberi dicantur, quæ in hoc habentur, ut veneant, was einem zu verkauffen ist. Lege 3 § 4 Dig. ad Leg. Corn. de sicar. *qui hominem libidinis vel promercii*

cauſſa caſtraverit. Et Lege 41 § 5 de Legat. & fideicom. lib. 1 *pro-mercii cauſſa aliquid habere.*

MĔSANCŬLON, i, μεσάγκυλον, genus teli, ein pfeil an einem riemen, Gellius 10 cap. 25.

Meſapia, Meſapus, vide paullo poſt *Meſſapus.*

MĔSAULA, æ, μεσαύλη, der ſaal, der raum zwiſchen gemächern, Vitruv. 6 cap. 10. vid. Baldi Lex. Vitruv. p. 70.

MĔSE, es, μέση, i. e. media, nempe chorda. Eſt autem unus ex 18 phtongis, e quibus conſtat muſicum ſyſtema, Vitruv. 5 c. 4. vid. Baldi Lex. Vitruv. p. 71.

MĔSEMBRIA, æ, urbs Thraciæ, Megarenſium colonia. Hinc

¶ Meſembriăcus, a, um, adject. ut, *Meſembriaci portus*, Ovid. Triſt. 1 eleg. 6 v. 37.

Meſene, Meſenius, vide *Meſſene.*

MĔSENTĔRIUM, i, μεσεντέριον, medium inteſtinorum, quo lactes involvuntur, ne contactu ſpinæ duro lædantur. Græci etiam μέσαρχον dicunt. Omnes enim venas, quæ ad ipſum ex hepate feruntur, una cum adjacentibus arteriis circumquaque ambit & complectitur, das mittlere am gedärme, gekröß.

MĔSES, is, μέσης, ventus medius inter boream & cæciam, ein nord-oſt-wind, Plin. 2 cap. 47.

MĔSŎCHŎRUS, i, μεσόχορος, fiſtulator in medio ſaltantium, ein ſpielmann, pfeiffer, capellmeiſter, Plin. lib. 2 ep. 15, & Sidon. lib. 1 ep. 2.

MĔSŎLĂBUM, & Meſolabium, i, μεσολάβιον, organum ad duas medias proportionales inveniendas aptum, ein proportional-circkel, Vitruv. 9 cap. 3. vid. Baldi Lex. Vitruv. p. 71.

MĔSŎLEUCUS, i, μεσόλευκος, gemma, quam candida diſtinguit linea, Plin. 37 cap. 10. ¶ 2. Herba, cum linea media per folium, Plin. 27 cap. 11.

MĔSŎMĒDES, is, Μεσομήδης, poëta lyricus, Euſebio κιθαρῳδικῶν νόμων ποιητής. Jul. Capitolinus in Anton. Pio cap. 7 *Salaria multis ſubtraxit, quos otioſos videbat accipere, dicens, nihil eſſe ſordidius, imo crudelius, quam ſi remp. ii arroderent, qui nihil in eam ſuo labore conferrent. Unde etiam Meſomedi lyrico ſalarium imminuit.* vide ibi Salmaſ. p. 69 & 70.

MĔSŎMĔLAS, æ, μεσομέλας, gemma, nigra vena quemlibet colorem ſecante per medium, Plin. 37 cap. 10.

MĔSON, ōnis, perſona comica, autore Feſto, aut coci, aut nautæ, aut ejus generis, dicta ab inventore ejus *Meſone*, ſecundum Ariſtophanem Grammaticum. ¶ 2. *Meſon* Aſtrologus, qui, cum navigandum eſſet in expeditionem Siciliæ, & futuram tempeſtatem cognoſceret, inſania ſimulata miſſionem impetravit. *Melon* dicitur in Plutarchi Nicia, & *Meton* in Æliani Hiſt. Var. 13 cap. 12.

MĔSŎNAUTA, æ, μεσονάυτης, qui medium inter nautas ſive remiges locum obtinens reliquis remigandi ſignum præbet, l. 1 § 1 ff. de naut. caup. ſtab.

MESOPOTAMIA, æ, Μεσοποταμία, Aſiæ regio media inter duos fluvios, Tigrim & Euphratem. Alexander Severus Imperator μεσοποταμίας vocabulum reddens, *Interamnam* dixit. Ad ſenatum enim ſcripſit: *Terras interamnas, Meſopotamiæ ſcilicet, neglectas ab impura illa bellua, recepi*, Lamprid. in vita cap. 56. Ubi *Meſopotamia ſcil.* gloſſema videtur Caſaubono.

MESPĬLUS, i, fœm. μέσπιλον, & ἡ μεσπίλη, *Meſpila*, arbor nota, ein miſpelbaum, Plin. 17 cap. 24.

¶ Meſpilum, i, fructus, quem *tricoccum* Galenus vocat, quod tria intus in univerſum grana dura contineat, eine miſpel, Plin. lib. 15 c. 20.

MESSĀLA, vel Meſſalla, æ, a civitate Siciliæ *Meſſana* victa, nomen fuit Valerio Corvino victori. A quo & *Meſſalarum* familia Romæ florentiſſima dicta fuit. vid. Seneca de Brevitate vitæ cap. 13. Meſſala Corvinus proprii oblitus nominis fuit, teſte Plinio lib. 7 c. 24.

¶ Meſſalīna, æ, Claudii Imperatoris uxor libidinis incontinentiſſimæ, de qua multa Juvenal. ſat. 6. Adde Sueton. Claud. cap. 26, & Plin. 10 cap. 63.

¶ Meſſallīnus, i, nomen viri, ad quem ſcripſit Ovidius ex Ponto 1 epiſt. 7.

MESSĀNA, æ, Siciliæ urbs prope fretum & Pelorum promontorium, condita a Meſſenis Peloponneſi, unde & nomen eſt. Hodie *Meſſina*, civitas ampla & dives. vide Geogr. & Silium 14 v. 195.

MESSĀPUS, i, Italorum dux, qui Turno adverſus Æneam ſuppetias tulit. Ideo Neptuni filius creditus, quod mari in Italiam advectus eſt, uti Servius notat ad Virg. 7 Æn. v. 691

At Meſſapus equûm domitor, Neptunia proles.

¶ Meſſapia, æ, Italiæ regio, alias Apulia; Feſtus. Hinc

¶ Meſſapius, a, um, adject. ut, *Meſſapia arva*, Ovid. 14 Metam. v. 513.

MESSĒNA, æ, & Meſſene, es, Peloponneſi urbs, quam dirutam ac deſertam Epaminondas reſtituit: Nepos ejus vitâ cap. 8. vide & Diodorum Siculum & Strabonem. Hinc

¶ Meſſenius, a, um, adject. ut, *Meſſenia mœnia*, Ovid. 12 Met. v. 549.

MESSĪAS, æ, ex Hebræo vel Syriaco ſic dictus mundi redemptor Joh. 1 v. 42. Græce χριστὸς, latine *unctus*, der geſalbte.

Meſſio, meſſor, meſſorius, vide *Meto, ĕre.*

MĒTA, æ, κῶνος, proprie terminus eſt, quo agrorum menſores utebantur, & deinde congeries quæcunque faſtigiata, was unten breit und obenaus geſpitzt iſt. Qua forma poni ſolebant ſcopi ſeu metæ certantium, ein zweck, ziel: & *Perveniſſe ad metam* dicuntur, qui iter, aut aliquod aliud opus perfecerunt. Virg. Æn. 5, v. 129

Huc viridem Æneas frondenti ex ilice metam
Conſtituit.

¶ 2. Eſt & *meta* terminus ad inſtar metæ turbinatus. Frontinus de coloniis: *In campis vero ſtatuerunt terminos curſorios, ſpatulas vel metas aſſignatas.* ¶ 3. Hinc & quemcunque terminum ac finem ſignificat, das ende. Apulej. lib. 9 de A. A. *Ad ultimam ſalutis metam detruſum* eum vocat, de quo actum & pæne conclamatum eſt, vide *Incita.* Virg. 1 Æneid. v. 278

His ego nec metas rerum, nec tempora pono.

Idem Æneid. 3 v. 714

Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum.

Horat. de Arte Poët. v. 12

Multa tulit fecitque puer, ſudavit & alſit,
Qui ſtudet optatam curſu contingere metam, &c.

Sic & *meta mortis* dicitur. Ovid. vel Albinovanus de morte Druſi ad Liviam v. 359

Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam,
Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas.

¶ 4. Plin. lib. 28, & Colum. lib. 2 cap. 19 *Metam fœni* dixére acervum illum fœni in formam pyramidalem faſtigiatum, ein heu-ſchober, heu-hauffen. Martial. lib. 1 epigr. 44 *Metæ lactentes*, quarck-käſe. ¶ Eſt & *molæ* pars *Meta.* vide infra *Mola.*

¶ Mētŭla, æ, dimin. ein kleines ziel, Plin. junior lib. 5 epiſt. 6 n. 35.

¶ Metalīter, adverb. ſpitzig wie ein kegel. Marcian. Capell. lib. 7 *umbra metaliter jacitur.*

¶ Metatius, a, um, das ein ziel hat. Arnob. lib. 2 *Metariæ circumſcriptionis expers.*

¶ Mētor, atus ſum, ari, a *meta* eſt: ſignificat enim metas ponere ſeu conſtituere: & ita locum ſeu ſpatium definire, ſive certis finibus terminisque circumſcribere, abſtecken, ausmeſſen. Valerius Cato in Diris v. 45 *Pertica quæ noſtros metata eſt impia agellos.*

Livius lib. 1 cap. 10 *Jupiter Feretri, hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero, templumque iis regionibus, quas modo animo metatus ſum, dedico.* METATUS SUM, id eſt, determinavi, finii. ¶ 2. Virg. 2 Georg. v. 274 *ſi pinguis agros metabere campi:*

id eſt, eliges, ut Servius interpretatur. Nam qui menſurantur agri, ſecernuntur a cæteris & ita eliguntur quaſi: vel quod aſſignatione vel metatione non niſi ager cultus atque electilis, ut Apuleji voce dicam, dari ſolebat. ¶ 3. Sic locum caſtris deligere, *metari* eſt: id enim fit metis poſitis ſive directis, das lager abſtecken. Curtius lib. 3 cap. 8 n. 19 *eo ipſo loco metari ſuos caſtra juſſerat.* vide & Feſtum. ¶ 4. Tranſlatum hoc verbum denique eſt ad quævis hoſpitia & manſiones aſſignatas, de quo videndus eſt Lipſ. de milit. Rom. lib. 4 Dial. 12.

¶ Mĕto, metare, in forma activa Virg. dixit Culice v. 173

Metabat ſeſe circum loca.

¶ Mētātus, a, um, gemeſſen, abgemeſſen, inde paſſivum Horatio eſt 2 od. 15 v. 14 *Nulla decempedis*
Metata privatis opacam
Porticus excipiebat Arcton.

Et lib. 2 ſat. 2 v. 114 *videas metato in agello*
Cum pecore & gnatis fortem mercede colonum.

¶ Metatio, ōnis, die ausmeſſung, abtheilung; ut, *Metatio vinearum*, Colum. lib. 3 cap. 15.

¶ Mētator, ōris, qui arbores diſponit & digerit, ein ausmeſſer; ut, *Metator oliveti*, Plin. lib. 19 cap. 33. ¶ 2. Item deſignator hoſpitii, qui præparandi diverſorii cauſſa præcurrit, ein fourierer. ¶ 3. Qui locum caſtris deſignat, Veget. lib. 2 cap. 2, der ein lager abſtecket. Cic. Philipp. 11 cap. 5 *Caſtrorum antea metator: nunc, ut ſperat, urbis.* ¶ 4. Menſor, quem Cicero *Decempedatorem* a *Decempeda*, inſtrumento menſorio, dixit, ein feld-meſſer. Eleganti metaphora Tertullianus lib. 1 adv. Marcion. cap. 8 extr. *Deus tam alienus ab initio & fine eſt, quam a tempore, arbitro & metatore initii & finis.*

¶ Metatorius, a, um, zum ausmeſſen gehörig; ut, *Metatoria pagina*, id eſt, epiſtola quæ advenienti amico metatur hoſpitium, Sidon. lib. 8 epiſt. 11. vide & Scalig. lib. 2 Lect. Auſon. cap. 24. Item, der fourier-zettel.

Compoſita:

¶ Dimētor, ari, metari, abſtecken, abmeſſen. Cic. de Nat. Deor. lib. 2 cap. 62 *Siderum curſus dimetati, maturitates temporum, & varietates mutationesque cognovimus.* Livius lib. 8 cap. 38 *locum caſtris dimetari juſſit.*

¶ Immetatus, a, um, unabgeſteckt; ut, *Immetata jugera*, unausgemeſſene felder, Horat. 3 od. 24 v. 12.

¶ Intermetium, i, locus inter metas, ſicut *Intercolumnium*, ſpatium inter duas columnas. Gloſſ. Vet. *Intermetium*, τὸ μεταξὺ καμπτήρων. Adde Salmaſ. Exerc. Plin. p. 460, ed. nov.

¶ Præmētor, ari, vorher meſſen. Solinus cap. 40 *Dinocratem Alexandri juſſu Alexandriam in Ægypto præmetatum, ſupra expoſuimus.*

MĔTĂBUS, i, Privernatium tyrannus, Camillæ pater, regno pulſus filiam fugæ comitem Dianæ conſecravit. vid. Virg. Æn. 11 v. 535, & Silius 4 v. 339.

MĔTĂCARPIUM, i, μετακάρπιον, torus manûs, unde digiti exoriuntur, der berg in der hand.

METALEPSIS, is, μετάληψις, tropus poëticus, *Transſumtio* dictus a Quintiliano lib. 8 cap. 6, quæ ex alio in aliud velut viam præſtat. Virgil. eclog. 1 v. 70

Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas.

Per ariſtas enim intelligit meſſes, per meſſes æſtates, per æſtates annos. vide libellos de Schematibus, & Eraſmi Copiam.

MĔTALLUM, i, ein metall, ertzwerck, ab inquirendo dicitur; μεταλλάω enim ſcrutor vel inquiro eſt, ad quam etymologiam alluſiſſe videtur Ovid. Metamorph. lib. 1 v. 140

Effodiuntur opes irritamenta malorum.

Plinius ab eo nomen adduxit, quod una metalli vena aliam proxime poſt ſe oſtendat, μετ᾽ ἄλλων. Sic enim lib. 33 cap. 11 *Ubicunque*, ait, *una inventa vena eſt, non procul invenitur alia.* Metalli ſpecies ſunt: *Aurum, Argentum, Electrum*, conterfey: *Stannum, Plumbum, Æs Cyprium*, kupffer: *Orichalcum*, meßing: *Ferrum*, quod notum. *Metallum gignitur*, das ertz wächſt: *metallum invenire*, ertz treffen: *metallum fodere, effodere, eruere*, ertz hauen: *metallum perfectum*, gediegen ertz: *metallum aliquod ſub ſummo ceſpite invenire*, ertz am tage treffen: *metallum torrere*, röſten: *metallum urere*, brennen, *tundere*, pochen, *molere*, mahlen, *lavare*, waſchen. ¶ 2. *Metalla* etiam dicuntur ipſa loca, unde metalla effodiuntur, ertzbrüche. Sic *Metalla auraria* dicit Plinius pro aurifodinis lib. ult. cap. 12, goldbrüche, goldbergwercke. *Metalla æraria* pro ærifodinis apud Solinum cap. 20. Corn. Nepos 2 cap. 2 *Pecunia publica, quæ ex metallis redibat*, was aus den bergwer-

cken einsam. Item Cimone cap. 1 *Magnas pecunias ex metallis fecerat.* Lucanus lib. 4 v. 223

Non chalybem gentes penitus fugiente metallo
Eruerant.

Galgacus apud Tacitum vitâ Agric. cap. 31 *Neque enim arva nobis, aut metalla, aut portus sunt, quibus exercendis reservemur.* ¶ 3. Quin & ad lapicidinas transfertur hæc vox. Lucanus 4 v. 303

Tunc exhausta super multo sudore juventus
Extrahitur, duris silicum lassata metallis.

Stat. lib. 1 Silv. 5 in Balneo Hetrusci v. 36

Sola nitet flavis Nomadum decisa metallis Purpura.

Hinc *in metallum damnare*, est in lapicidinam damnari, Plin. lib. 10 epist. 66. vide & Castalionis Varias cap. 20.

¶ Mĕtallĭcus, a, um, adject. metallisch; ut, *Natura metallica*, Plin. 27 cap. 4.

¶ Metallicus, i, subst. ein bergmann, bergknapp; plur. *Metallici*, bergleute. Plinius lib. 34 cap. 16 *Lavant eas harenas metallici, & quod subsidit, coquunt in fornacibus.* ¶ *Metallici* etiam dicuntur in metalla damnati, die auf dem bau sitzen, Lege 10 § 1 Dig. de Pœnis. Est autem vere adjectivum, ut homo, vel aliud subaudiatur. Sic *Dæmon metallicus*, das bergmännlein, Georg. Agricola.

¶ Metallārius, i, qui metallum effodit vel sponte, vel sua conditione, apud JCtos, ein bergknapp. vide Titul. Cod. de hisce.

¶ Metallĭfer, a, um, ertzreich. Silius lib. 15 v. 498 *Metalliferæ terræ*, länder, die ertz tragen.

¶ Metallifodīna, æ, eine ertz-grube, ein bergwerck.

MĔTĂMORPHŌSIS, is, μεταμόρφωσις, transformatio, eine änderung oder wechsel in eine andere gestalt. Ovidius in initio operis fabulosi μεταμορφώσεως ἔτυμον exponit:

In nova fert animus mutatas dicere formas, &c.

Quintil. 4 cap. 1 *Ovidius lascivire in Metamorphosi solet.*

MĔTĂNOEA, æ, μετάνοια, pœnitentia, resipiscentia, mentis mutatio, die bekehrung, die reu. Ausonius epigr. 12 v. 12

Nempe ut pœniteat, sic Metanœa vocor.

MĔTĂPHŎRA, æ, μεταφορὰ, translatio, figura, quæ vocem a genuina ac propria significatione ad non propriam transfert. Quæ, quia non necessitatis solum, sed & ornatus gratia excogitata est, in lingua latina latissime patet, quemadmodum Cicero ostendit lib. 3 de Orat. *Nihil enim tum gratius est, tum delectat magis, quam metaphoræ in loco usurpatæ.* vide Festum & Erasm. Copiam, & Quintil. 8 cap. 6.

¶ Metaphoricus, a, um, verblümt; ut, *metaphorica locutio.*

¶ Metaphorice, adverb. verblümter weise.

Metaphysica, vide infra *Physis.*

MĔTAPLASMVS, i, μεταπλασμὸς, transformatio est unius dictionis in carmine, quæ in prosa *barbarismus* dicitur. Constat suis figuris, quæ dictionis dicuntur, *Prosthesi, Epenthesi, Aphæresi, Syncope*, &c.

METAPONTVM, & Metapontium, i, Italiæ oppidum in sinu Tarentino, Mela 2 cap. 4, & Plin. 14 c. 1.

¶ Metapontinus, a, um, adject. ut, *Metapontinus ager*, Liv. 29 cap. 19. Et *Metapontini*, incolæ, apud eumdem 22 cap. 61 &c.

METATHĔSIS, is, μετάθεσις, transpositio litterarum est: ut, *Tymbre* pro *Tymber*, *Evandre* pro *Evander*, *Accerso* pro *arcesso*, καρδία, κραδία.

Metatio, metator, &c. vide paullo ante *Meta.*

MĔTAVRVS, & Metaurum, i, fluvius Vmbriæ, Liv. 27 cap. 9. Lucan. 2 v. 405. Silius 8 v. 451. Sic *Metaurum flumen*, Horat. 4 od. 4 v. 38.

MĔTAXA, æ, μέταξα, latine sericum, seide, qua voce usi sunt Arcadius & Honorius l. 10 C. de murileg. Martianus quoque ff. de public. & vectig. l. ult. *Metaxa*, inquit, *vestis serica vel subserica.*

¶ Metaxārius, i, metaxæ sive serici negotiator, ein seidenhändler, Justinian. lib. 8 C. tit. 14 de pign. & hypoth.

MĔTELLVS, i; plures fuerunt *Metelli*, plebeji quidem, sed victoriarum fortunâ celebres; ut, *Metellus Cæcus Pontifex Maxim.* 2 *Balearicus.* 3 *Numidicus.* 4 *Creticus.* 5 *Dalmaticus.* 6 *Macedonicus*, a Balearibus Hispaniæ populis, a Numidis, Cretensibus, Dalmatis & Macedonibus devictis. Hic ultimus ille *Metellus* est, qui in exercitu arcanum quiddam interrogatus, respondit: εἰ ᾤμην τὸν χιτῶνά μοι συνειδέναι τοῦτο ἀπόῤῥητον, ἀποδυσάμενος ἂν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πῦρ ἔθηκα: hoc est, *Si existimarem, tunicam esse mihi consciam hujus arcani, exutam eam in ignem conjicerem*, Plutarch. lib. de garrulitate. Idem ille id felicitatis consecutus est, ut præter amplissimos honores, a quatuor filiis illatus rogo uno prætorio, tribus consularibus, duobus triumphalibus, uno censorio, ut de ceteris liberis nepotibusque nihil dicam. vid. Plin. lib. 7 cap. 13 & 44. Cic. 1 Tusc. cap. 34. Aur. Victor de Vir. Illustr. cap. 61. Val. Max. lib. 7 cap. 1 n. 1. ¶ *Metelli milites*, qui & Ærarii, hoc est, qui publico sumtu militabant, & quasi mercenarii. vide Festum, & Meurs. ad Cassandr. p. 335.

¶ Metellīnus, a, um, adject. ut, *Metellina oratio*, Cic. 1 ad Att. ep. 13.

MĔTEMPSȲCHŌSIS, is, μετεμψύχωσις, transanimatio, sive transmigratio animæ ex uno corpore in aliud. Rationales creaturas fuisse in cælestibus, & propter quædam antiqua peccata in corpora esse delapsa ad pœnas luendas, delirarunt Pythagoras, Plato & Origenes: qui ob dogma male sanum doctorum sermonibus lancinantur, & vapulant. vid. Hieronym. in Epitaph. Paulæ matris, ad Eustochium Virgin. Tom. 1 epist. 27 cap. 12, & ad Avitum epist. 59 cap. 1, Isidor. Pelusiot. lib. 4 epist. 163. Lipsius *reciprocum hunc discursum, & animarum recidivatum*, Tertulliani verbo, Pythagoræ somnium vocat Monit. Polit. p. 183. Crediderunt eamdem Judæi, qua de re Majol. Dier. Canic. p. 336, Hotting. Pentad. dissert. miscell. p. 155. Kipping. ad Pappi Histor. Eccles. p. 158, Barth. ad Zachar. Mitylen. p. 297.

MĔTEŌRON, i, μετέωρον, plur. Meteora, quorum materia sunt fumi vel exhalationes ex terra & aquis, alles was oben in der lufft entstehet von dünsten aus der erden, oder aus dem wasser. Hinc enim meteora alia *ignita* sunt, alia *humidis mixta* vel *aquosa*. *Ignita*: ut, *fulmina, tonitrua, stellæ cadentes, titiones, acontia*, schiessende feuerflammen oder strahlen, *chasmata* vel *hiatus*, wenn sich der himmel aufthut, *candelæ, capræ saltantes*, hüpffende lichtlein, &c. quæ suis locis videnda sunt. *Meteora aquosa* dicuntur, *Ros, pruina, nix, grando, nebula, caligo*

¶ Meteorologĭce, es, μετεωρολογική, i. e. scientia meteororum. vid. Voss. de Scient. Math. p. 137.

MĔTHŎDVS, i, fœm. μέθοδος, via compendiaria docendi, qualem monstrat Dialectica, eine kurtze und richtige art zu lehren.

¶ Methodice, es, pars Grammatices rationem loquendi complectens, Quintil lib. 1 cap. 15.

¶ Methodĭcus, a, um; Celsus prooœmio: *Methodici seculi nostri contendunt*, &c. i. e. qui methodice res suas tractant.

¶ Methodium, i, μεθόδιον, fictio, ludificatio, ein ranck. Petronius p. 82 *Ejusmodi methodio lætus.*

METHŌNE, es, urbs Peloponnesi in ora Messeniæ, hodie Modona. vid. Val. Flacc. 1 v. 388.

MĒTHYMNA, æ, urbs in insula Lesbo, ubi bonum nascitur vinum. Ovid. de Arte am. 1 v. 57

Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos.

¶ Methymnæus, a, um, adject. ut, *Methymnæa uva*, Horat. 2 sat. 8 v. 50.

Meticulosus, vide paullo infra *Metus.*

MĒTIOR, mensus sum, metīri, μετρεῖν, mensurare, messen, abmessen, ermessen. *Intervallis æqualibus aliquid metiri*, gleich abmessen. *Metiri agrum*, Cic. 9 fam. ep. 17, &, *frumentum*, in Verr. 5 c. 83. ¶ 2. Interdum idem est quod æstimare. Cic. in Pison. cap. 28 *Epicurei omnes res, quæ sunt homini expetendæ, voluptate metiuntur.* Et de Nat. Deor. lib. 1 cap. 40 *Omnia quæ ad beatam vitam pertinent, ventre metiri*, id est, æstimare, spectare, schätzen, rechnen. Et, *Fidelitas, quam ego ex mea conscientia metior*, Plancus ad Cicer. lib. 10 fam. epist. 4. Boëth. lib. 3 Prosa 6 *Qui falso prædicantur, suis ipsi necesse est laudibus erubescant. Quæ si etiam meritis conquisita sint, quid tamen sapientis adjecerint conscientiæ, qui bonum suum non populari rumore, sed conscientiæ veritate metitur.* *Metiri aliquem fortunâ, virtute*, Corn. Nepos Eumene pr. i. e. æstimare. Symmachus lib. 8 epist. 12 *Religio magis fide animi metienda est, quam ostentatione verborum.* Horatius lib. 1 epist. 7 extr. *Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.*

Martialis lib. 12 epigr. 100 ad Bætim:

Qui sua metitur pondera, ferre potest.

vid. Barth. ad Claudian. p. 906 & ad Stat. Silvas p. 68, cui idem est quod animo expendere. ¶ 3. Passive habet Lactantius de Mort. Persecut. cap. 23 n. 2 *Agri glebatim metiebantur.* In præterito *metitus sum* idem Lactantius format Div. Instit. 7 cap. 14 n. 13 *Perfectis omnibus, quæ in usum hominis metitus est Deus.* Sed meliores libri: *molitus est.* Paulin. ad Auson. *Modum magno metitus amore.* Vlpian. l. 52 § 1 Dig. de legatis ex fideicomm. *quæ quis ingenio suo metitus sit.* vid. Voss. de Vit. L. L. 1 c. 24 p. 105, & Goclen. Probl. Gramm. 2 c. 2.

¶ Mensus, a, um, gemessen. Cato de R. R. cap. 146 *modio oleario mensum.* Cic. de N. D. 2 cap. 27 *Mensa spatia conficere.*

¶ Mensio, ōnis, actus metiendi, das abmessen. Cicero in Oratore c. 53 *Aures, vel animus aurium nuntio, naturalem quamdam in se continet vocum omnium mensionem.* Arnobius lib. 3 p. 107 *Deos formarum amplectimini mensione.* Ausonius in Sapientibus:

Ἄριστον μέτρον *esse, dixit Lindius*
Cleobulus, hoc est, Optimus cunctis modus.

masse ist die beste weise. Hesiodus Ἐργ. v. 692

Μέτρα φυλάσσεσθαι, μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.
Mensuram serva: modus in re est optimus omni.

maße ist zu allen dingen gut. Nomina mensurarum, quibus veteres sunt usi, hæc sunt: *Digitus*, is continet 4 grana hordei, secundum latitudinem: *Palmus*, quatuor digitos, & est manus transversa: *Palmus major* 12 digitos, Græci σπιθαμὴν, Latini *dodrantem*, eine spanne: *Pes* quatuor palmos: *Cubitus* sesquipedes seu ulnam, hoc est, palmos sex: *Passus simplex* seu gressus, pedes duos & semissem: *Passus Geometricus* quinque pedes: *Pertica* decem pedes, *Stadium* 125 passus. *Stadia octo*, milliare Italicum, quod & 1000 passus habet. Germanicum commune 4 Italica, seu 4000 passus. De quibus hi sunt versiculi vulgares:

Ex granis digitis quatuor, formabitur unus,
Et quater in palmo digitus, quater in pede palmas;
Quinque pedes passum faciunt, passus quoque centum
Viginti quinque stadium dant, sed miliare
Octo dabunt stadia, at duplatum dat tibi Leuca:

id est, milliare Gallicum. De mensuris veterum earumque generibus vide Fannii Carmen, & Gromaticos scriptores Rigaltii p. 333, itemque Dalechamp. ad Plin. lib. 2 cap. 23 p. 80 & 81, ubi tabellam in hanc rem consule. ¶ 2. Pro æstimatione dignitatis usus est Tacitus 1 Hist. cap. 52 *Nec consularis legati mensura, sed omnia in majus accipiebantur*, i. e. non pro conditione & modo Consularis legati. B. Hieron. lib. 2 epist. 13 p. 284 *Non est humilitatis meæ neque mensuræ, judicare de clericis.* *Mensuræ*, i. e. loci mei, conditionis.

¶ Mensor, ōris, geometra, ein feldmesser. Horat. lib. 1 od. 28 pr.

Te maris & terræ numeroque carentis arenæ
Mensorem &c.

Plin. lib. 10 epist. 28 *Dispice, Domine, an necessarium putes, mittere huc mensorem*, ubi architectum, dimetiendarum operarum peritum, significat. ¶ *Agrimensor* conjuncte & divise scribitur, ein feldmesser. Ammianus lib. 19 cap. 24 *cum Innocentio quodam agrimensore* &c.

¶ Mensūra, æ, mensio, das maß. Plinius cit. epist. *Videntur non mediocres pecuniæ posse revocari a curatoribus operum, si mensuræ fideliter aguntur*, wenn fleißig abgemessen wird. Plinius lib. 7 cap. 56 *Mensuras & pondera Phidon invenit.* Et Cic. 1 Off. cap. 15 *Majori mensura reddere, quæ acceperis utenda*, mit grösserm maß.

¶ Mensūro, are, hoc est, metiri aut metari, messen, posterioris ævi est, v. g. Veget. lib. 1 cap. 25. Vnde

¶ Mensurābilis, e, meßlich, apud Prudentium Apotheos. v. 817.

¶ Mensuralis, e, damit man misset; ut, *linea mensuralis*, qua scil. mensura agitur, apud Siculum Flaccum p. 19 & 23 ex edit. Gœsii.

¶ Mensura-

¶ Mensurālĭter, adverb. durch die abmessung. Hygenus de Limitibus p. 192 *In forma mensuraliter comprehendimus.*

¶ Mensuratio, ōnis, die abmessung; ut, *mensuratio jugeri*, Var. Auct. de Limit. p. 264 edit. Gœsii.

Composita a *Metior*:

¶ Admētior, mensus sum, admetīri, messen oder zumessen. Sueton. Aug. cap. 41 *Frumentum viritim admensus est.* Sic & *Admetiri vinum emtoribus*, Cato cap. 154.

¶ Commetior, iri, messen. Cic. lib. 1 de Invent. cap. 26 *Oportet commetiri cum tempore negotium*, man muß rechnen, wie lange man daran zu thun habe. Idem de Vniverſ. cap. 9 *ſiderum inter ſe ambitus commetiri.*

¶ Commensus, ûs, ſubſtant. quo συμμετρίας vocem græcam Vitruvius reddidit, die gleichförmigkeit: ut lib. 1 cap. 3 *Venuſtatis vero* (habita erit ratio,) *cum fuerit operis ſpecies grata & elegans membrorumque commenſus juſtas habeat ſymmetriarum rationes*: ſive *ratiocinationes*, ut alii legunt. Cæterum pæne eſt, ut hoc in loco *Symmetriarum* vocem, gloſſema putem. Tamen etiam prooemio extremo lib. 6 *commenſus ſymmetriarum explicabo.* Idem lib. 3 cap. 1 *Vt etiam in operum perfectionibus ſingulorum membrorum ad univerſam figuræ ſpeciem habeat commenſus exactionem.* conf. Borrich. Vind. Latin. pag. 171 ſeq.

¶ Demētior, & Dimetior, īri, diligenter metiri, fleißig abmessen. Cic. de Senect. cap. 14 *Mori videbamus in ſtudio pæne dimetiendi cæli & terræ C. Gallum*, über dem abrechnen und ausmessen. *Demetiri & dinumerare ſyllabas*, Idem in Orat. cap. 43. Et, *Linea dimetiens*, Plin. lib. 2 cap. 23, eine gerade linie, ſo gleich durchgehet und theilet.

¶ Demensus, & Dimensus, a, um, particip. paſſiv. abgemessen. Plaut. Menæch. prol. v. 14 *Nunc argumentum vobis demenſum dabo.* Cic. in Orat. cap. 12 *Verba verbis quaſi demenſa & paria reſpondeant.* Virgil. Georg. 1 v. 231 *Certis dimenſum partibus orbem Sol regit.* Idem active dixit: *Campum ad certamen dimenſi*, Æn. 12 v. 116. Sed, *a quo eſſent illa dimenſa atque deſcripta*, Cic. de Senect. cap. 17.

¶ Demensum, i, victus vel cibus erat menſtruus, apud Romanos, quaterni ſcilicet modi frumenti, qui ſervis dabantur in menſem, auctore Donato in illud Terentii in Phorm. a. 1 ſc. 1 v. 10 *Quod ille unciatim vix de demenſo ſuo, ſuum defraudans genium, comparſit miſer*, was er von ſeinem beſcheidenen theil erübriget hat: Servi enim frugales ex demenſo peculium ſuum augebant, ut Budæus inquit.

¶ Dimetītus, a, um, pro *dimenſus*, aliqui Ciceroni tribuunt, ubi accuratiores libri habent *dimetatus*. vid. Parei Lex. Crit. p. 362, & Ol. Borrich. pro Voſſ. adverſus Sciopp. p. 273.

¶ Demensio, & Dimensio, ōnis, die abmessung; ut, *Dimenſio quadrati*, Cic. 1 Tuſcul. cap. 24. Et Auſonius epiſt. 5 v. 9

jubet demenſio legum.

¶ Indĭmensus, a, um, immenſus, ungemessen, unzehlich. Ammianus lib. 19 cap. 3 (Valeſ. cap. 2 f. 209) *Cernentes populos tam indimenſos*, id eſt, immenſos, innumerabiles.

¶ Emētior, īri, messen, ausmessen; ut, *Emetiri iter*, Virg. 7 Æn. v. 160, &, *Emetiri uno die ſpatium ingens*, id eſt, conficere, ein groß theil wegs zurück laſſen, Livius lib. 31 cap. 24. Et Cic. de Clar. Orat. cap. 4 *Ego voluntatem tibi profecto emetiar; Sed rem ipſam nondum poſſe videor*, ſcil. emetiri, h. e. cumulate præſtare, ſatisfacere.

¶ Emensus, a, um, der gemessen hat. Virg. Æn. 16 v. 772 *Oculis ſpatium emenſus.* Plin. 18 cap. 28 *Sol ardua emenſus.* ¶ Et, *Multo major pars itineris emenſa*, ſignificatione paſſiva, Liv. lib. 21 cap. 30. Et Tacitus lib. 1 Hiſt. cap. 49 *Galba quinque principes proſpera fortuna emenſus*, der ſie überlebet, ausgehalten.

¶ Immensus, a, um, adject. unmeßlich, unermeßlich, überaus groß; ut, *iter immenſum*, Livius lib. 21 cap. 29. Cicero in Tuſcul. lib. 1 cap. 30 *Tamquam ratis in mari immenſo noſtra vehitur oratio.* Et, *Aër immenſus & infinitus*, Idem de Nat. Deor. lib. 1 cap. 10. Et, *Immenſa vorago vitiorum*, in 5 Verr. cap. 9, unergründliche laſter. *Immenſa, infinita, immoderata cupiditas*, Auctor ad Herenn. lib. 2 cap. 22. *Immenſiſſimæ voluptates*, Spartianus Hadriano cap. 19. ¶ Abſolute *per immenſum*, ſubintellecto ſpatio, dixit Tacitus Annal. 15, 40, 1, & Agric. 23, 2, weit und breit. *Immenſum attolli*, adverbialiter Idem Ann. 4, 40, 7, &c.

¶ Immensĭtas, ātis, die unermeßlichkeit; ut, *Immenſitas latitudinum, longitudinum, altitudinum*, die unmeßliche breite, länge, höhe, Cic. de Nat. Deor. lib. 1 c. 20; &, *Immenſitates camporum*, ibidem lib. 2 c. 39.

¶ Immensurabilis, e, unmeßlich, apud Salvianum lib. 2 de Avaritia. vid. Cellarii Cur. poſter. p. 310.

¶ Immensuratim, adverb. ohne maß. Idem Salvianus lib. 6 *Rideamus quæſo, quamlibet immenſuratim.* vid. Rittershuſ. in Salv. p. 199.

¶ Permētior, īri, durchmessen. Cic. 4 Acad. cap. 41 *Vos vero ſolis magnitudinem, quaſi decempeda permenſi, refertis.* ¶ 2. Peragrare, durchwandern. Stat. 1 Silv. 2 v. 202 *Iter durum permetiri.* Virg. 3 Æn. v. 157 *Nos tumidum ſub te permenſi claſſibus æquor*, &c.

¶ Permensus, a, um, paſſive, gemessen; ut, *permenſum & perlibratum opus*, Columell. 3 cap. 13 fin. ¶ Item, durchwandert. Tibull. 3 eleg. 3 paſſive: *permenſo defunctus tempore lucis.*
alt und abgelebet. Et Apulejus lib. 8 Met. p. 209 *aliquanto viæ permenſo ſpatio.*

¶ Præmensus, a, um, zuvor gemessen; ut, *præmenſi ſoli ſpatium*, Frontin. de Re Agrar. n. ult. p. 283.

¶ Remetior, īri, zurücke messen, zurücke reiſen, wiederholen. Curt. 5 cap. 3 extr. XXX *fuere ſtadia, quæ remenſi ſunt.* ¶ Metaphorice *Facta ac dicta remetiri*, pro recognoſcere, Seneca dixit lib. 3 de Ira cap. 36, zurück dencken, was man gethan und geredt hat. Apulej. lib. 2 Met. *Fabulam illam tuam remetire, ut & filius meus iſte Lucius lepidi ſermonis tui perfruatur comitatu.* Et, *Frumentum pecunia remetiri*, pro penſare, Quintil. Declam. 12 p. 175, gegen korn ſo viel geld messen.

¶ Remensus, a, um, wieder zumessend. Martial. 6 epigr. 89 *ſua vina remenſus.* ¶ Et paſſive, ut ſæpe ſolent participia deponentium, zurück gemessen. Virg. Æn. 2 v. 181 *pelagoque remenſo.*

¶ Supermētior, īri, drüber messen. Tertullianus de Anima cap. 38 *ſecundæ poſt diluvium genituræ ſupermenſus eſt.*

MĒTIS, is, Galliæ Belgicæ urbs antiquiſſima, media inter Tullum, Virdunum ac Trevirim, Metz. Sic appellata a Metio Romano, qui captam a Julio Cæſare ampliavit. Fortun. 6, 10, 7 *Venimus ut Metin.*

MĔTISCUS, i, auriga Turni apud Virgilium Æn. 12 v. 469 & 472. Pro auriga poſuit Auſonius epiſt. 17 v. 16.

MĔTIUS, i, Suffetius, dux Albanorum, a Tullo Hoſtilio rege, quod contra fœdus ſocietatis in bello Fidenatum egiſſet, quadrigis diſcerpi juſſus, Liv. lib. 1 & Plutarch. in Parallelis, & Virg. Æn. 8 v. 642.

Meto, āre, vide *Metor* in *Meta.*

MĔTO, vel Meton, ōnis, aſtronomus celebratiſſimus, cujus annus novendecim annos complectebatur. Hinc Tullius 12 ad Attic. epiſt. 3 proverbialiter *annum Metonis* uſurpat pro longiſſimo temporis tractu. conf. ſupra *Meſon*, & Auſon. epiſt. 9 v. 12, & Dempſter. ad Roſini Ant. Rom. 4 cap. 4 p. 340.

MĔTO, meſſui, meſſum, metére, ſecare, ſchneiden, erndten, abbrechen, *frumenta, pabula, flores*, Virg. Georg. 4 v. 54, &c. Cic. lib. 2 de Orat. cap. 65 *Vt ſementem feceris, ita & metes*, wie du ſäeſt, ſo wirſt du auch erndten: id eſt, reportabis præmium factis tuis dignum. Plaut. in Epid. a. 2 ſc. 2 v. 80 *Mihi iſtic nec ſeritur, nec metitur*; h. e. res iſta ad me non pertinet. vide de utroque Chiliad. Sic Aut. declam. anteq. iret in exil. *Serere beneficium, ut fructum metere poſſis, liberale eſt officium.* ¶ Elegans quoque metaphora eſt, quando *Metere* ſignificat obtruncare in prœlio. Virg. Æn. 10 v. 513 *Proxima quæque metit gladio.* Silius lib. 13 v. 218 *Scipio & oblatum metit inſatiabilis agmen.*
Idem lib. 14 v. 135 de prœlio Siculo:

Ite, gregem & metite imbellem, ac ſuccidite ferro.

Plura in Indice ad eumdem poëtam dedit Cellarius.

¶ Meſſus, a, um, abgeſchnidten, geerndtet. Virg. Æn. 4 v. 513 *Falcibus meſſæ herbæ.*

¶ Meſſio, ōnis, ipſa metendi actio, die erndte, der ſchnitt. Vet. Onomaſt. *Meſſio*, θέρισις. Et Vulg. Interpr. Job. 29 v. 19.

¶ Meſſis, is, metendi tempus & opera, die erndte: ut, *Sementis*, die ſäe zeit. Plautus feſtiva dixit metaphora in Epid. a. 5 ſc. 2 v. 53 *Vt eſt acerbum, pro benefactis, cum mali meſſem metas*, wie wehe thuts, ſo man für wohlthat ein hauffen undancks einerndten muß. Perſ. ſat. 6 v. 25 *Meſſe tenus propriâ vive*, id eſt, fac ſumtum pro modo tuarum facultatum, ſtrecke dich nach der decke. *Falcem in alienam meſſem immittere*, vide ſupra *Falx.* Et, *Tua meſſis in herba eſt*, de affulgente bona ſpe aliud proverbiale apud Ovidium Heroid. epiſt. 17 Helenæ ad Paridem in fine.

¶ Meſſor, ōris, ein ſchnitter, meder. Virg. eclog. 2 v. 10 *rapido feſſis meſſoribus æſtu.* Claudian. lib. 1 in Rufin. v. 382

ſubitis meſſor gaudebit ariſtis.

¶ Meſsōrius, a, um, zur erndte gehörig; ut, *Falx meſſoria*, Vlpian. Lege 8 Dig. de inſtructo vel inſtrum. legato, eine ſichel, ſenſe. *Corbis meſſoria*, Cic. pro Sextio cap. 38.

¶ Meſſius, a, um, idem. Tertull. de Spectac. cap. 8 *Columnas meſſias a meſſibus, tutelinas a tutelis fructuum ſuſtinent.*

¶ Meſsūra, æ, actus metendi fructus, die einerndung, apud Diomed. Gramm.

¶ Demĕto, ĕre, metere, einerndten, abſchneiden. Catull. carm. 65 v. 353 *flaventia demetit arva.* *Fructus demetendi*, Cicero de Senect. cap. 19. Etiam de interfectis prœlio, ut ſupra *Metere.* Silius lib. 4 v. 213 *Demetit averſi Veſagus tum colla.*
Et lib. 5 v. 286 idem Silius:

Enſe ferit tum colla viri, dextramque micantem
Demetit. Idemque lib. 16 v. 101
Tantum acies, hominumque ferox diſcordia ferro
Demetit.

¶ Demeſſus, a, um, abgepflücket, abgemeihet. Virg. 11 Æn. v. 68 *flos demeſſus pollice virgineo.*

¶ Emĕto, ĕre, abmeihen, einerndten. Horat. 1 epiſt. 6 v. 21 *Ne plus frumenti emetat agris.*

¶ Præmetium, i, Feſtus: *Præmetium, quod prælibationis cauſſa ante præmetitur.* Primitiæ frugum, die erſtlinge. Onomaſticum: *Præmetium*, ἀπαρχή. Adde Salmaſ. Exerc. Plin. ſub fin. cap. 16.

¶ Præmetīvum, i, idem. Gloſſ. Vet. ἡ πρὸ θερισμοῦ Δημήτρας θυσία.

MĔTOECUS, i, colonus, advena, ein ankommling. Eumenius Panegyr. Flavienſium nomine cap. 4 *Civitatem jacentem erigere, metœcis undique transferendis.* Suidas: Μέτοικοι, οἱ ἀφ' ἑτέρας πόλεως μεταστάντες, καὶ εἰς ἑτέραν οἰκοῦντες, qui aliam urbem inhabitant, priore relicta.

MĔTŌNȲMIA, æ, μετωνυμία, denominatio ſecundum Ciceronem dicitur, vel nominis transmutatio, qua aut inventor pro re inventa ponitur; ut, *Sine Cerere & Baccho friget Venus*; vel, continens pro contento; ut Virg. *Nunc pateras libate Jovi*, vel *contra*, ut, *vina coronant*, &c. Reliqua, quæ hujus ſunt figuræ, vide in libellis de Schematibus, & apud Feſtum.

METŎPA, æ, architecturæ vocabulum, quod Vitruvius explicat lib. 4 cap. 3. Eſt autem ſpatium inter foramina. vid. Baldi Lex. Vitruv. pag. 71.

¶ Semimetopia, apud eumdem d. l. p. 67 appellantur, quæ dimidiatarum metoparum ſunt loco.

MĔTŎPIUM, i, μετώπιον, arbor in Africa, ex qua ammoniaci lacryma deſtillat, Plin. 12 cap. 28. ¶ 2. Eſt & *Metopion* olei genus ex amaris amygdalis confectum, Plin. 15 cap. 7.

MĔTŎPOSCŎPUS, i, μετωποσκόπος, divinator ex inſpectione faciei, a μέτωπον frons, & σκοπὸς inſpector, ein wahrſager aus der geſtalt des geſichts, apud Plin. lib. 35 cap. 5, & Suet. Tit. cap. 2.

¶ Metopoſcopia, æ, ars illa divinandi.

Metor, ati, vide paullo ante *Meta.*

METRA, æ, filia Eriſichthonis, vide ſupra *Eriſichthon.*

METRENCHȲTES, æ, μετρεγχύτης, inſtrumentum & ſypho, quo fit injectio liquoris medicati in uterum, ein cliſtierſack. vide Medicos

METRĒTA, æ, μετρητής, idem quod cadus, mensura scilicet decem congiorum, etwas weniger als dreissig kannen. *Duæ metretæ*, ein eymer fere. (conf. Waser. & Pontan. Progymn. sacr. p. 623.) Martialis lib. 5 epigr. 16 *Plurimus Hispanas mittet mihi nauta metretas.*

¶ Ex bibacitate Xenarchus Rhodius *Metretes* est nuncupatus. vid. Cœl. Rhodig. Ant. Lect. 29 cap. 1 ex Athenæi 10 cap. 12.

METRŎCŌMIA, æ, μετροκωμία, caput inter vicos, pagus cæteris major, ein hauptdorff. vid. Tit. non licere habitatoribus metrocomiæ loca sua ad extraneum transferre, lib. 11 C. item in l. ult. de exact. trib. lib. 10.

METRŎDŌRUS, i, Lampsacenus, Epicuri discipulus, pæne alter Epicurus. Cic. de Fin. 2 cap. 3 & 28, Laërt. lib. 10 in vita Epicuri. ¶ 2: Alius Atheniensis, Carneadis auditor, pictor & philosophus: Cic. de Orat. 1 cap. 11. *Stratoniceum* vocat Acad. 4 cap. 6, quia Stratonica oriundus. ¶ 3. Alius Scepsius, cujus summa memoria celebratur Cic. Tusc. 1 cap. 24, Plin. 3 cap. 16 & 31, & lib. 34 cap. 7. conf. de variis *Metrodoris* Voss. Hist. Græc. 1 cap. 21.

METRŎPŎLIS, is, μητρόπολις, urbs ex qua coloniæ deductæ sunt, eine hauptstadt, ex μήτρα & πόλις, id est, *matrix* & *urbs*. Falso Isidorus 7 cap. 11 ἐκ τοῦ μέτρου, id est, a *mensura* fictum vocabulum tradit. *Metropoles dictæ sunt matres urbium, sive capita provinciæ*, l. 1 C. de Metrop. Diogenes cupiditatem dixit esse μητρόπολιν πάντων τῶν κακῶν, *metropolim omnium malorum*, geitz ein ursprung aller laster. In historia ecclesiastica *Metropolis* civitas est, quæ metropolitam habet pontificem.

¶ Metropolita, æ, μητροπολίτης, pontifex metropoleos, major episcopo. Vide Petr. Jos. Cantelium in Historia Metropolitan. urbium pag. 15.

¶ Metropolitanus, a, um, oriundus ex metropoli, aut ad metropolim pertinens, aus einer hauptstadt. Sic *Ecclesia metropolitana*, archiepiscopalis dicitur, quamquam inter Archiepiscopum & Metropolitam aliquid discriminis sit, de quo Cantelius c. l. p. 13. Deinde *Metropolitanus* absolute sæpe pro Metropolita ponitur.

METRUM, i, μέτρον, mensura seu dimensio versus, duo pedes, ein maß, ein vers. vid. Vet. Grammat. & Quintil. 9 cap. 4. *Servire metro*, Idem 1 cap. 8. *Compositi metro Tibulli libelli*, Martial. 4 epigr. 6.

¶ Metrĭcus, a, um, μετρικός, zum versen gehörig; ut, *leges metricæ*, Plin. 11 cap. 37. Et, *Pedes metrici*, Quintil. 9 cap. 4. Hinc

Composita:

¶ Centĭmĕter, tri, genus carminis. Sidonius carm. 9 v. 265

Sed nec centimeter Terentianus.

¶ Diamĕter, vel Diametrus, i, διάμετρος, latine *Dimetiens*, linea recta, ducta ab extremitate una circuli ad alteram per centrum, eine gleiche und gerade linie mitten durch den circkel. Columella lib. 5 cap. 2 *Esto area rotunda, cujus diametros habeat pedes LXX.* Hinc illæ locutiones sunt Græcis & Latinis receptæ, *Ex diametro esse opposita: Ex diametro distare*, vel, *inter se distare*; ἐκ διαμέτρου & κατὰ διάμετρον, *juxta diametrum*, de rebus a sese mutuo alienis, & inter se maxime pugnantibus, schnurstracks einander entgegen seyn und streiten; δὶς διὰ πασῶν. conf. Dalechamp. ad Plin. lib. 2 cap. 23, ubi, quoties diametrum contineat, circumferentia exponit.

¶ Diametrus, a, um, adjective usus est Jul. Firmicus lib. 4 cap. 1, *si luna istum cursum diametra radiatione respexerit.*

¶ Dimĕter, tri, versus duorum metrorum seu quatuor pedum.

¶ Hexamĕter, tri, ἑξάμετρος, sex pedum versus, heroicus, cujusmodi versibus Homeri & Virgilii opera sunt conscripta.

¶ Hypermĕter, tri, qui legitimum pedum & regionum numerum excedit syllaba, quæ in principium versus sequentis cogitur, ut Æn. 4 v. 558 *Omnia Mercurio similis vocemque coloremque,*
Et crines flavos, &c.

¶ Monomĕter, tri, μονόμετρος, versus unicam mensuram habens.

¶ Multĭmĕter, tri, multis metris constans. Sidonius lib. 8 epist. 12 *multimeter, argutus, artifex.*

¶ Pentamĕter, tri, versus quinque constans metris. vid. Quintil. 9 cap. 4.

¶ Perimĕter, vel Perimetrus, i, περίμετρος, ambitus, circuitus, die runde des circuls, Frontin. lib. 1 de aquæduct. sæpius; & Vitruv. 5 cap. 6. conf. Baldi Lex. Vitruv. p. 82.

¶ Semetrum, i, quod est sine mensura, symmetris contrarium, unförmigkeit; ut, *dissona semetra*, Prudent. Psychom. v. 829. Sic meliores libri per vocem hibridam.

¶ Symmetria, æ, συμμετρία, proportio conformis, die gleichförmigkeit, gleichmässigkeit. Hanc *congruentiam* & *æqualitatem* Plin. lib. 2 epist. 5; Suetonius Augusto cap. 79 *Commoditatem*; Gellius lib. 1 cap. 1 *Competentiam*; Vitruvius lib. 3 cap. 1, & aliis locis pluribus, *Commensum*; Sidonius lib. 8 epist. 4 *Continentiam* vocat. Et Vitruvius 1 c. 2 describit: *Symmetria est ex ipsius operis membris conveniens consensus, ex partibusque separatis ad universæ figuræ speciem, ratæ partis responsus.* Vbi etiam plural. *Symmetriarum ratiocinatio.* Idem 3 cap. 1 *Ædium compositio constat ex symmetria.* Plin. 34 cap. 8 de Lysippo statuario: *Symmetriam diligenter custodivit.* conf. Baldi Lex. Vitruv. pag. 121.

¶ Symmetrus, a, um, adject. gleichförmig, Vitruv. 1 cap. 2.

¶ Tetramĕter, tri, τετράμετρος, quatuor constans metris, i. e. octo pedibus, unde *octonarius* latine.

¶ Trĭmetron, i, τρίμετρον, *trimetrum* & *versus trimeter*, a tribus metris, hoc est, sex regionibus. Senarius Jambicus Terentianus. Horat. de Arte poët. v. 259

Nobilibus trimetris apparet rarus, & Enni. conf. v. 252.

¶ Trimetrius, a, um, ex senariis constans; ut, *Æsopia trimetria*, quam se vertisse dicit Ausonius epist. 16 v. 78.

¶ Retrotrimĕter, tri, inversus senarius. Quintil. 9 cap. 4 *Sotadeo adjungat retrotrimetros.*

MĔTUO, mĕtui, metuĕre, in metu esse, timere, fürchten, sich fürchten, besorgen. Cicero lib. 1 fam. ep. 5 *Quamquam omnia sunt metuenda, nihil magis, quam perfidiam timemus. Ab inimico periculum sibi metuere*, Auctor ad Herenn. lib. 2 cap. 19. Et Cicero lib. 5 epist. 6 ad P. Sextium, *Insidias ab aliquo metuere*: & ad Attic. lib. 1 epist. 13 *Metuo malum reipub. ab eo*, ich besorge mich eines schadens, so der republic entstehen möchte. Nam cum dandi casu, significat timorem, ne alicui malum accidat. Plin. lib. 18 cap. 29 *Tria tempora fructibus metuebant*, sie furchten sich vor drey zeiten, die den früchten möchten schädlich seyn. *Metuere de vita*, des lebens halben furcht haben. Cicero lib. 10 ad Attic. epist. 4 *Jacet in mærore meus frater, neque tam de sua, quam de mea vita metuit.* Idem lib. 6 fam. ep. 4 *Plus est in metuendo mali, quam in illo ipso, quod timetur.* Construitur autem cum *ne* & *ut*, sicuti *vereor*; ut, *Metuo, ne fiat*, i. e. *metuo futurum*: *Metuo ut fiat*, id est, *futurum haud esse.* Idem Terent. in Heaut. a. 5 sc. 3 v. 15 *Metuis, ne non, cum velis, convincas*, &c. besorgst du dich, du möchtests nicht können erweisen, etc. Idem in Hecyr. a. 2 sc. 2 v. 15 *Si metuis, satis ut meæ domui curetur diligenter.* Sed, *Oderint dum metuant*, vox tyrannica, quem versum exsecrabilem, qui multos dederit præcipites, vocat Seneca lib. 1 de Clementia cap. 12 ad Neronem. vide Chiliad. Sic Cic. 2 Off. c. 7 *Quem metuunt, oderunt, quem quisque odit, periisse expetit.* Differunt autem *Metuere*, & *Vereri*. Nam *Veretur* liber, *Metuit* servus: Donatus. Ita & Cicero pro P. Quinctio distinguit statim in princ. conf. Voss. lib. 2 Inst. Orat. p. 35 seq. ¶ 2. *Metuo*, pro Caveo. Virg. lib. 1 Georg. v. 246

Arctos Oceani metuentes æquore tingi.

Horat. lib. 2 carm. od. 2 v. 7

Illum aget penna metuente solvi Fama superstes.

Ad quem locum plura exempla congessit Lambinus. ¶ 3. Pro *dubito* Plautus posuit Amphitr. a. 5 sc. 1 v. 53

si isthæc vera sunt divinitus,
Non metuo, quin meæ uxori latæ suppetiæ sient.

¶ Mĕtuens, tis, furchtsam, fürchtend. Ovid. ex Ponto 3 epist. 6 v. 49 *Fortunam metuens.* Virg. Georg. 1 v. 186 *Inopi metuens formica senectæ.* Cic. pro domo cap. 26 *Homines legum judiciorumque metuentes.* Hinc comparativum fecit Ovidius aliquoties; ut, *metuentior unda*, epist. 19 Heroid. v. 83. Et, *Quo non metuentius ullum Numinis ingenium*, lib. 6 Fastor. v. 259 de Numa. Etiam alii, ut Silius lib. 8 v. 503 *metuentior hospes*: & Tacitus lib. 13 cap. 25 *Nero metuentior in posterum, milites sibi circumdedit.*

¶ Metuendus, a, um, erschrecklich. Statius 3 Silv. 3 v. 73 *Metuenda ferarum corda.* Virg. 4 Georg. v. 37

Vtraque vis apibus pariter metuenda.

¶ Metūtus, a, um, gefürchtet. Lucret. 5 v. 1139

Nam cupide conculcatur nimis ante metutum.

¶ Mĕtus, ûs, *exspectatio mali, ægritudo de futuro malo, ægritudinis futuræ solicita recordatio, opinio mali impendentis*, quemadmodum in Tuscul. Cicero exposuit lib. 4 cap. 37, & lib. 5 cap. 18, die furcht. Sic, *Hoc metuere, alterum in metu non ponere*, Cic. 14 ad Attic. ep. 21. Et, *Metum alicui afferre*, Idem 4 Verr. cap. 54, fürchtend machen. *Metum incutere*, Cœlius Cicer. lib. 8 fam. ep. 4, eine furcht in einen jagen. *Civitas metu suspensa*, Cic. Agrar. 1 cap. 8, so für furcht zappelt. *In metu esse*, pro *metuere*, Terent. in Phorm. a. 1 sc. 2 v. 7. Et, *Liberare aliquem metu; adimere, eximere metum*, furcht benehmen, Cic. lib. 11 fam. ep. 21 &c. Idem Off. lib. 2 cap. 7 *Malus custos diuturnitatis metus*, was lange bestehen soll, muß nicht mit lauter furcht zugehen. Et lib. 1 Off. *Benevolentiæ vis maxima est, metûs imbecillis.* ¶ 2. Accipitur aliquando & pro *furore* Græcorum more, quibus φόβος est ἡ μανία, ὁ ἐνθουσιασμός. Horat. lib. 2 od. 19 v. 5 *Evæ recenti mens trepidat metu.* Sic *timores* pro insania posuit Græcissans Silius lib. 2 v. 621

verbera Erinnys
Incutit, æque atros insibilat ore timores.

¶ 3. Pro *religione* ponitur, quod individuo nexu eidem junctum esse judicabant veteres. Certe Maro 7 Æn. de lauro dixit v. 60

multosque metu servata per annos.

In quem locum ita Servius: METU, i. e. *religione quæ nascitur per timorem*: Nempe juxta illud Arbitri:

Primus in orbe Deos fecit timor.

Quin θεὸς a δέος, i. e. metus eapse de caussa deducitur a Grammaticorum vulgo. vid. Voss. lib. 6 Instit. Orat. p. 451.

¶ Meticulosus, a, um, formidolosus, feige, furchtsam. Plaut. Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 137 *Nullus est hoc meticulosus æque.* Idem Most. a. 5 sc. 1 v. 52 *Meticulosa res.*

¶ Permĕtuo, ĕre, sehr fürchten. Virg. 2 Æn. v. 572

deserti conjugis iras Permetuens.

¶ Præmĕtuo, ĕre, metuere, cavere, zuvor fürchten. Lucret. 3 v. 1032 *Mens sibi conscia facti præmetuens* &c. Cæsar lib. 7 B. Gall. c. 49 *Cæsar præmetuens suis.* Phædrus lib. 1 fab. 17 *dolum præmetuens.* Prudentius 2 adv. Symmach. v. 581

Præmetuit cultus inolescere Christi.

¶ Præmetuenter, adverb. fürsichtig. Gronovius Observat. lib. 3 c. 5, Lucretio restituit lib. 4 v. 822, ubi vulgo legebatur *præmeditator, præmeditemur*, &c. Ita autem emendat ex MSS.

Effugere, errorem vitareque præmetuenter.

MĒVĀNIA, æ, Vmbriæ urbs, inclyta Propertio alumno, ferax armentorum. Colum. 3 cap. 18 *Armentis sublimibus insignis Mevania est.* conf. Lucan. 1 v. 473. Silius 6 v. 647. Propert. 4 eleg. 1 v. 124. Plin. 35 cap. 14.

¶ Mevaniates, um, populi, Plin. 5 cap. 41.

MĒVIUS, vel Mævius, i, pessimus poëta, Virgilii & Horatii osor. Virg. eclog. 3 v. 90 *Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Mævi.*
conf. Horat. epod. 10, ubi Mevio naufragium precatur.

MEUM, i, vel Meon, μῆον, herba anetho foliis & caule similis, beerwurtz oder hertzwurtz, Matthiol. & Plin. 20 cap. 23.

MEUS, mea, meum, mein. *Meum est*, id est, mei officii, es stehet mir zu, es gebühret mir: Cic. ad Attic. lib. 5 epist. 13 *Intelligis, quam sit meum scire & curare, quid in republica fiat*, wie hoch mir gebühret zu wissen, etc. Terent. in Heaut. a. 3 sc. 2 v. 38 *Non est mentiri meum*, lügen ist wider meine natur. Idem eâdem fab. a. 4 sc. 5 v. 34 *Mea non est simulatio.*

simulatio. Sed, *Meum hoc est dictum*, Idem Eunuch. a. 3 sc. 1 v. 39, das wort habe ich erdacht. *Mea est descriptio*, Cicer. de Senect. c. 17, das habe ich geschrieben. *Mea sententia*, hoc est, *ut ego sentio*, meiner meynung nach. *De meo nihil addo*, von dem meinen. Plaut. Trin. a. 2, sc. 2 v. 74

> LY. *Bene ego volo illi facere, si tu non vis.* PH. *nempe de tuo.*
> LY. *De meo; nam quod tuum est, meum est: omne meum autem est tuum.*

Seneca epist. 8 *de meo, de tuo*, aus meinem, aus deinem beutel. *Littera mea manu*, vide *Manus*. *Mi* vocativus pro *Meus*. *O mi Æschine, o mi germane*, Terent. Adelph. a. 2 sc. 4 v. 4. *Mi patrue salve*, Idem Phorm. a. 2 sc. 1 v. 42, ubi Donatus: *MI vim blandimenti habet; nam significat Meus.* *Domine meus*, dixit Sidonius 4 epist. 10. ¶ 2. *Meus est*, elegans forma de iis, quos inducimus sive decipimus. Plautus Curc. a. 3 v. 61 *Meus hic est, hamum vorat.* Idem Pseud. a. 2 sc. 2 v. 6 *Meus hic est homo, ni omnes Dii atque homines deserunt.* Ovid. lib. 4 Metam. v. 356

> *Vicimus, & meus est, exclamat Nais, & omni*
> *Veste procul jacta mediis immittitur undis.*

¶ 3. *Meus dies est*, elegans formula, quando diem aliquem sumendum hilariter, & comburendum quasi, ut Plautus loquitur, nobis vindicamus. Quemadmodum & nos dicimus, der tag ist mein. Corn. Severus apud Senecam Rhetor. Suas. 2 de militibus epulantibus:

> *stratique per herbam*
> *Hic meus est, dixere, dies.*

vide Gevartium lib. 2 Papiniarum Lect. cap. 18. ¶ Catull. epigr. 17

> *Talis iste meus stupor nihil videt, nihil audit;*

q. d. ita comparatus est ille meus, de quo loquor, (quicum mihi negotium) municeps, est stupidus magis, quam stupor ipse. Terent. Eunuch. a. 2 sc. 1 extr. *Cum meo decrepito hoc Eunucho.* vide & infra in *Noster*. ¶ 4. *Mei*, substantive, die meinen, meinigen, die mir zustehen. Cic. in Epp. sæpissime.

¶ Meapte, Meopte, ablativi cum syllabica adjectione *pte*; ut, *Meapte caussa*, von mein selbst wegen, Terent. Heaut. a. 4 sc. 3 v. 8. *Meapte culpa*, aus meiner eigenen schuld, Plaut. Pœn. a. 1 sc. 3 v. 37. *Meopte ingenio id reperi*, Idem Most. a. 1 sc. 2 v. 77.

MĒZENTIUS, i, rex Etruriæ, de quo Virg. Æn. 8. v. 482 seqq. *Hanc gentem Lydiam, quæ jugis insederat Etruscis, multosque annos florentem*, Rex superbo

> *Imperio, & sævis tenuit Mezentius armis:*
> *Mortua quin etiam jungebat corpora vivis,*
> *Componens manibusque manus atque oribus ora,*
> *(Tormenti genus!) & sanie taboque fluentes*
> *Complexu in misero, longa sic morte necabat.*

¶ Tamquam agnomentum pro contemtore Dei usurpat Apulejus Apolog. de Æmiliano. vid. supra *Charon* n. 3.

MĪCA, æ, ein krümgen, bißgen. Sunt *Micæ* pulvisculi in arena, & panis omniumque aliarum rerum frustula, schimmernde sandkörnlein, brosamen. *Thuris mica*, Colum. lib. 6 cap. 30. *Auri micæ*, Lucret. lib. 1 v. 839. Et, *Mica salis*, ein saltzkörnlein. Catull. epigr. 87 de Quinctia: *Nulla in tam magno est corpore mica salis.*
vide Scalig. ¶ 2. Cœna tenuis & exigua Cæsaris appellabatur *Mica*, de qua Martialis lib. 2 epigr. 59

> *Mica vocor, quid sim cernis: cœnatio parva,*
> *Ex me Cæsareum prospicis ecce tholum.*

Ne micam quidem sapientiæ habet, pro, ne minimum quidem.

¶ Mīcŭla, æ, diminut. ein bröcklein, stücklein. Arnobius lib. 2 p. 77 *exiguæ miculæ.* Idem lib. 7 p. 230 *In exiguas arvina est miculas castillaminum insecta.*

¶ Micĭdus, a, um, tenuis, exilis, klein, gering. Innocent. in Agrat. Gœsii p. 231 *Terminos micidiores, hoc est, minores invenies.*

MĬCIPSA, æ, Numidarum rex, Masinissæ regis filius, de quo Sallust. B. Jug. cap. 5, & Florus 3, 1, 3.

MĪCO, micui, micare, resplendere, schimmern, gläntzen. Cicer. 2 Nat. Deor. cap. 42 *Stella micans radiis* &c. *Gladii micant*, Liv. lib. 6 c. 12. Et, *Crebris micat ignibus æther*, Virg. 1 Æn. v. 90. ¶ 2. *Corde micante*, scil. timore, wenn das hertze klopfft, Ovid. 3 Art. am. v. 722. Et, *Metu micuere sinus*, dixit Idem Heroid. epist. 1 v. 45, de qua loquendi ratione Heinsius ad locum alterum p. 6. ¶ 3. *Micare*, & *Micare digitis*, zu rathen geben, gerade oder ungerade spielen. Cic. Off. lib. 3 c. 19 *Cum fidem alicujus bonitatemque laudat, dignum esse dicunt, quicum in tenebris mices.* Erasm. *Dignus, quicum in tenebris mices, dicitur, qui sit usque adeo certa fide, ut nec, si tuto possit, velit quempiam mendacio fallere*, der niemand betrieget. Rursus Cic. l. c. cap. 23 *In sorte aut in micando victus.* Casaubon. ad Suetonii August. cap. 13 SORTIRI & MICARE, inquit, *non aliter differunt, quam ut genus & species.* *Glossar.* Micare, λαγχάνειν. *Sortitionis varii erant modi:* MICARE *de eâ dicitur, quæ fit per digitos subito expansos sub certo numero. Nonnus lib. 33 istum morem eleganter exprimit. Describit certamen inter Cupidinem & Hymenæum, quos inducit, miro jaculationis genere brabeuta Ganymede certare. Hinc dictum est* dimicare, *quod proprie est, sorte ac micatione finem imponere controversiæ. Deinde accipi cœpit pro tollere controversiam quoque modo: Sed quia ferro id sæpe fit, propterea pro pugnare ponitur. Græci Magistri* συνδεῖν *vertunt eleganter: nam proprie dicitur de ea pugna, quæ ex rixa inter duos orta est. Fuit autem frequens apud veteres micationis usus in controversiis: nam etiam in contractibus faciendis, si de pretio aliave qua re non convenerit, micatione controversiam tollebant. Sic res in foro, sic carnes de lanio emebantur. Quod tamen postea jure mutatum est, cautumque, ut sub exagio, hoc est,* πρὸς σταθμόν, *non micatione, carnes emerentur. Cujus instituti auctorem facit vetus inscriptio omnibus nota Apronianum præfectum urbi.* [Apud Gruter. p. 647 n. 6] *Ejus initium est:* EX AUCTORITATE TURCI APRONIANI V. C. PRAEFECTI URBIS RATIO DOCUIT UTILITATE SUADENTE CONSUETUDINE MICANDI SUMMOTA SUB EXAGIO POTIUS PECORA VENDERE, QUAM

DIGITIS CONLUDENTIBUS TRADERE. *Varro Parmenone:* micandum erit cum Græco, utrum illius numerum, an ille meum sequatur. *Alludit Varro non ad lusionem, ut volunt: sed ad illam, quam notavimus, consuetudinem transigendi de pretio in emtione, & id genus aliis per micationem. Atque hinc potius ortum putem proverbium:* Dignus, quicum vel in tenebris mices, *quam ex lusu, quem ajunt quidam Græcis fuisse familiarem, & ab iis* ἐπάλλαξιν τῶν δακτύλων *appellatum. Somnia mera.* Hæc ille. Pertinet huc locus Suetonii Claudio cap. 21 *Oblatos victoribus aureos prolata sinistra pariter cum vulgo, voce digitisque numeraret.* Nam *digitis numerare*, micare est, hoc est, digitis significare, quot aureos expectare victores deberent. Veteres enim non calculis tantum, sed digitis etiam numerabant. Eos enim fingebant varie, & figurabant nunc aperientes, nunc constringentes, aut componentes inter se diversis formis, ut numeros diversos exprimerent. Ac digitis quidem numerandi ratio altera illa longe antiquior, ut docet Wowerius de Polymathia cap. 7, qui omnino videndus: itemque Beda, qui de hâc computandi ratione, & variis digitorum schematis, peculiarem librum dedit: quem in compendium Ludovicus Berus Basileensis civis redegit olim, publiceque exhibuit Erasmus Appendice Schol. in lib. 1 Hieronymi adversus Jovinianum. Omnem quoque ordinem a decem usque ad mille millia ære insculptum expressit Parisiis eleganter ad Bedæ præscriptum An. 1544 Jac. Bogardus: quam picturam in conditoriis suis servasse se scribit Barth. Comment. ad Claudian. p. 1116. conf. Scip. Gentil. in Apolog. Apul. p. 429. Petr. Faber lib. 3 Semestr. cap. 23. Bernegg. ad Sueton. Cæsar. cap. 33. Voss. lib. 6 Inst. Orat. p. 537. Lips. Saturn. lib. 2 cap. 22. Politian. Miscell. cap. 42.

¶ Micans, tis, splendidus, hellgläntzend; ut, *aurum micans*, Ovid. Met. 2 v. 2. Prudent. καθημερ. Hymn. 5 sive ad incens. lucernæ v. 44

> *Ducebat radius sole micantior.*

Composita:

¶ Dīmĭco, dimicavi & dimicui, are, pugnare est, kämpffen, fechten, scharmützieren. Cic. 4 Tuscul. cap. 19 *Pro legibus, pro libertate, simul ac pro patria dimicare convenit.* Et ad Attic. lib. 7 epist. 3 *De potentia sua dimicant homines hoc tempore, periculo civitatis.* Sic, *Dimicare prælio, in acie, & acie*, gegen den feind kämpffen, eine schlacht halten. Cicero lib. 2 Nat. Deor. cap. 2 *Quum A. Postumius cum Octavio Manilio Tusculano prælio dimicaret.* Livius lib. 2 cap. 49 *Cum Etruscis dimicant acie.* Ovid. 2 Amor. eleg. 13 extr.

> *Hac tibi sit pugna dimicuisse satis.*

¶ Dimicatio, ōnis, ein scharmützel, kampff, gefechte; ut, *Dimicationem subire*, in den kampff treten, Livius lib. 2 cap. 13. *In aciem dimicationemque venire*, Cic. in Oratore cap. 13 extr.

¶ Emĭco, emicui, emicare, herfür schimmern, herfür leuchten. *Flamma emicat ex incendio*, Seneca lib. 2 de Benefic. cap. 27. ¶ Tralate Virg. Æn. 5 v. 337 *Emicat Euryalus.* Et, *Juvenum manus emicat ardens*, sie thut sich herfür, springet herfür, Æn. 6 v. 5. Et rursus lib. 5 v. 318 *longeque ante omnia corpora Nisus*
Emicat:
er raget herfür über die personen alle. Florus lib. 1 cap. 18 *Hostem rati, emicant, sine discrimine insultant*, sie fallen aus. Curt. 9, 5, 10 *magna vi sanguinis emicante.* Vellej. 2, 50, 5 *Mamilla, qua cor emicat*, wo das hertze liegt.

¶ Emicatio, ōnis, die herfürblickung. Apulej. de Mundo: *Emicationes silvarum*, i. e. exortus.

¶ Emicatim, adverb. schimmernd, wie ein blitz; ut, *Emicatim prosilire.*

¶ Intermĭco, are, darzwischen schimmern. Statius Theb. 12 v. 252

> *e speculis moriens intermicet ignis.*

Lactantius lib. 6 cap. 20 *intermicantibus astrorum luminibus.* Claudianus consul. Prob. & Olybr. v. 26

> *Plaustro jam rara intermicat Arctos.*

¶ Præmĭco, are, vorleuchten. Apul. Met. lib. 11 ineunte: *Præmicantis lunæ candore nimio completus orbis.* Et Prudentius hymno Calagurrit. v. 84 *Quæ viam patere cœli præmicando ostenderent.*

¶ Promico, are, herfür schimmern. Ex Nævio citat Nonius c. 1 n. 329 *promicanda oratio.* Et Apulej. lib. 3 Miles. p. 133 *lacrymis rursum promicantibus:* & p. 138 *promicant molles plumulæ.*

¶ Supermico, are, übertreffen. Seneca 3 Benefic. cap. 32 *Beneficia parentum supermicant.* Quamvis dubitet de lectione Lipsius: tamen vel ex Avieni Phænom. v. 846 verbo sua constare ratio potest:

> *tepidamque supermicat austrum.*

¶ Superēmĭco, are, drüber gehen. Sidonius carm. 15, quod Polemii Epithalamium est v. 75

> *Hinc fieri, ut terram levior superemicet unda.*

MICRŎCOSMUS, i, μικρόκοσμος, parvus mundus, homo, die kleine welt, Isidorus Orig. lib. 3 cap. 22. Mantuan. lib. de contemnenda morte:

> *Omnia, quæ in mundo fieri majore videmus,*
> *In nobis simili cernimus esse modo.*
> Cor, jecur atque caput, *cœli sunt, sidera,* sensus,
> *Est animus nobis, cum ratione* Deus.

MICRŎPSȲCHUS, i, μικρόψυχος, pusillanimus & timidus, ein kleinmüthiger. Plin. 22 cap. 24 *Homines animi humilis ac præparci, quos illi dixere micropsychos.*

MICRŎSCŎPIUM, i, μικροσκόπιον, ein fern-glaß, vergrösserungs-glaß.

MICRŎTRŎGUS, i, μικρότρωγος, paucirodus, parasitus, qui, ut mures, aliena rodit, der schmale bißlein isset, Plaut. Stich. a. 1 sc. 3 v. 89.

Micturio, &c. vide *Mingo*.

MĪDAS, æ, Μίδας, Phrygiæ rex fuit ditissimus. Fabulæ stolidissimum quoque fuisse eum indicant: qui a Baccho (sive a Satyro, quod alii volunt, quos inter & Maximus Tyrius est Dissert. 30, qua totam fabulam eleganter interpretatur,) impetravit, ut, quidquid attingeret, aurum fieret. Cujus quum eum cepisset tædium, in silvis degit vitam & Pana coluit. Qui, quum aliquando in certamen canendi Apollinem provocasset, victoria Apollini, & a Tmolo constituto judice, & cæteris silvarum Diis, attributa est. Id autem solus pro stultitia sua Midas improbavit, & Pana dixit victorem. Quâ re offensus Apollo,

Midæ aures in asininas convertit, ut ejus stultitia omnibus innotesceret. Fabulam narrat Ovidius lib. 11 Metamorph. Hinc factum, prov. *Auriculas asini Midas habet*; vide Chiliad. & Scholiast. Aristophanis in Plutum. Eidem parvulo in cunabulis formicæ grana tritici congessisse dicuntur, auctore Æliano lib. 12 Var. Histor. cap. 45. Omine non vano, ditissimum eum fore: ut etiam est apud Sarisberiensem Policratici lib. 1 cap. 13. ¶ Græcis autem, μίδαι, vermiculi sunt fabas consumentes, bonenwürmlein.

MIDIAS, æ, (leges & *Medias* & *Medius*,) calumniator fuit in aula Alexandri, qui dicere solitus est: *Calumniare audacter, quia semper aliquid hæret*, lästere getrost, es bleibt allzeit etwas kleben. Plutarchus, *Ut enim maxime*, inquit, *sanet vulnus, qui delatus est, manet tamen cicatrix.*

Migdolibs, vide *Libya*.

MIGRO, avi, atum, are, conferre se alio ad habitandum, & conductoris proprie est, cum habitationem mutat, wandern, ausziehen, auf einen andern ort ziehen, Valla lib. 5 c. 95. Virgilius primam semper produxit, Manilius corripuit isto versu 79 lib. 3

Nascentum acciperent proprias, signisque migrarent.

Migrare ex urbe, domo: Migrare de vita, & *ex vita*, aus dieser welt ziehen, Cicero. *Migrare ex vita sicut ex domo in domum*, Nepos Attico cap. 22. ¶ 2. Interdum active ponitur & significat mutare. Cicer. lib. 1 Offic. cap. 10 *Promissa non facere, quæque pertinent ad veritatem & ad fidem, ea migrare interdum, & non servare sit justum.* Idem lib. 3 de Legibus cap. 4 *Quo quis earum rerum migrasset, noxæ par pœna est.* Gellius lib. 2 c. 29 *Cassita nidum migravit*, sie hat anders wohin genistet. Hinc est, quod passive dixit Silius lib. 7 v. 431

migrantur Rhœteia regna.

¶ *Migratu difficile*, quod facile deportari nequit: Livius lib. 10 c. 34 *Relicta, quæ migratu difficilia essent.*

¶ Migratio, ōnis, die fortziehung. Migrationes populorum quare hodie infrequentiores, quam olim, exponit Bernegg. ad Tacitum quæst. 3. ¶ 2. *Mors, quasi migratio est, commutatioque vitæ*, Cic. 1 Tusc. c. 41; &, *Cui verbo domicilium est proprium in officio, migrationes in alienum multæ*, Idem 16 fam. epist. 17.

¶ Migrator, ōris, ein wanderer. Gloss. gr. lat. μετανάστης, *migrator.*

Composita:

¶ Admigro, are, accedere, hinzugehen. Plaut. Pers. a. 3 sc. 1 v. 19 *Ad paupertatem admigrant infamiæ.*

¶ Commigro, are, fortziehen. Terent. in Adelph. a. 4 sc. 5 v. 15 *Neque enim diu huc commigrarunt*, es ist nicht lange, daß sie anher gezogen seyn. *Romam commigravit*, Livius lib. 1 c. 34.

¶ Commigratio, ōnis, die reise, wanderschafft. Seneca Consol. ad Helv. cap. 6 *aliunde alio commigratio est*: de motu stellarum loquitur.

¶ Demigro, are, einen ort räumen, wegziehen. *Demigrare ex agris in urbem*, Liv. lib. 1. *Demigrare ex ædificiis*, Cæsar B.G. 4 c. 4; & *de oppidis*, ibidem c. 19. Et, *Ex hominum vita demigrare*, von der welt abscheiden, sterben. Cicer. 1 Tusc. c. 30 *Vetat dominans ille in nobis Deus, injussu hinc nos suo demigrare.* Stat. lib. 1 Silv. 2 v. 4 *Demigrant Helicone Deæ.*

¶ Demigratio, ōnis, die wegreise. Corn. Nepos Miltiade c. 1 *Cum multi ejus demigrationis peterent societatem.*

¶ Emigro, are, ausziehen: ut, *Emigrare domo*, &, *ex domo*. Et, *Emigrare e vita*, Cicero de Leg. 2 cap. 19. *Emigrare se*, Titinnius dixit, cujus hos versus Nonius citat:

quot pestes & jurgia
Ex meis ædibus se emigrarunt.

¶ Immigro, are, einziehen, habitandi caussa. Cicer. Philipp. 13 cap. 17 *Paucis diebus, & in domum & in hortos paternos immigrabit.* Sic Livius prooœmio: *Immigravit avaritia & luxuria in remp.* geitz und übermaß ist eingeschlichen in die stadt.

¶ Præmigro, are, antea emigrare, voraus wegziehen. Plin. lib. 8 c. 28 *Ruinis imminentibus musculi præmigrant*, wenn was will einfallen, ziehen die mäuse zuvor heraus.

¶ Remigro, are, in domum priorem reverti, zurück kehren, wiederum einziehen. *In nostram domum remigremus*, Cic. Tusc. 1 cap. 49. *Romam tibi remigrandum est*, Idem 9 fam. epist. 18. *In locum quando remigrant*, Lucret. 2 v. 964.

¶ Semigro, are, anders wohin ziehen. Cic. pro Cœlio cap. 7 *Reprehendistis, a patre quod semigrarit*, &c.

¶ Transmigro, are, hinüber ziehen. Livius lib. 5 cap. 54 *Aliam urbem quæsituri sumus, quo transmigremus?* Et Vitruvius lib. 1 cap. 4 *Ita transmigrabant, & mutabant regiones.*

¶ Transmigratio, ōnis, der fortzug. Etiam de exsilio, ut apud Vulgatum Interpretem Matth. 1. v. 17 *Transmigratio Babylonis.* Et Prudentius Hamartig v. 448

Hæc illa est Babylon, hæc transmigratio nostræ
Gentis, & horribilis victoria principis Assur.

MĪLES, ĭtis, *barbarus, ferus, impius, infestus*, apud Poëtas, στρατιώτης, ein soldat, kriegsmann. Opponitur *Pagano*. Plin. 10 epist. 17 *Et milites & pagani, a quibus justitia ejus & humanitas penitus inspecta est, certatim ei, qua privatim, qua publice testimonium perhibuerunt.* Vide & JCtos, & infra *Paganus* in *Pagus*. Cæsar κατ' ἐξοχὴν de pedite dixit, ut lib. 2 de B. C. cap. 40 & 42, & lib. 3 cap. 76, & aliis locis. *Miles subitus*, subito collectus, apud Tacitum 4 Histor. cap. 66. Nam *veteri* & *experto* opponitur, ein in der eil aufgerafftes volck. *Extrema pueritia miles fuit summi imperatoris*, &c. Cic. pro Lege Manil. cap. 10, in letzten knaben-jahren hat er vor einen soldaten unter dem general gedienet. *Tirones*, &, *Milites tirones*, junge kriegsleute. *Milites veterani*, alte knechte. *Legere milites*, knechte zusammen bringen, Cicer. ad Attic. 8 sub epist. 12. *Milites Fabiani, Iphicratenses*, apud Corn. Nep. 11 c. 2 n. 4, pro præstantibus. ¶ In genere fœminino occurrit apud Ovidium Heroid. epist. 11 v. 48

Et rudis ad partus & nova miles eram.

¶ Mīlĭtia, æ, bellum, res militaris, das kriegswesen. *Dare nomen militiæ*, Cicer. Philipp. 7, sich unterhalten lassen. *Militiam colere*, Ovid. Fast. 2 v. 508, ein soldat seyn. *In militiam proficisci*, Sulp. Apollinar. in Periocha Heauton. Terentianæ. Item, *proficisci in militiæ disciplinam*, Cicer. pro Lege Manil. cap. 10, in krieg ziehen. *Militiâ vacare*, ohne dienst seyn, Quintilian. lib. 9 cap. 2. Sic, *Militia pedestris: militia equestris*, quæ pedibus aut equo obitur. Sed apud Suetonium Claudio cap. 25 *Equestris militia* non eam significat, quæ pedestri opponitur; sed quam equestri loco editi juvenes qua pedibus, qua equo obeant. Vide supra in *Cohors*, & Buchnerum ad Plinium lib. 7 epist. 25 n. 314. ¶ 2. De militum copia seu exercitu Justinus 32, 2, 2 *Concursu insularium cum omni militia interficitur*, mit der gantzen armee oder soldatesque. ¶ 3. *Militiæ*, genitivus adverbialis. Cicer. in Tusc. lib. 5 c. 19 *Quorum virtus fuerat domi militiæque cognita*, daheim und in kriegen. Idem de Oratore lib. 3 cap. 33 *Iidem & domi & militiæ consilium suum fidemque præstabant.*

¶ Militiŏla, æ, dimin. kleiner krieges-dienst. Auctor vitæ Juvenalis, quæ Suetonii Rhetoribus adjuncta cum aliis est: *Satyra composita in pantomimum poëtamque Cl. Neronis, ejus semestribus militiolis tumentem.*

¶ Mīlĭto, avi, atum, are, militiam colere, merere stipendia, kriegen, zu felde liegen, dienen. Terent. in Heaut. a. 1 sc. 1 v. 65 *In Asiam ad regem militatum abiit.* Et, *Militare sub alicujus signis*: Liv. lib. 23 c. 42 *Nostra juventus omnis sub signis militat tuis.* Horat. lib. 1 epist. 2 extr.

ex quo
Tempore, cervinam pellem latravit in aula,
Militat in silvis catulus.

i. e. inservit, & persequitur feras, ut miles hostem. Recentioris latinitatis auctoribus non raro *Militare*, pro munus seu ministerium aliquod obire dicitur. Exempla plura cum apud alios, tum apud JCtos occurrunt. Quibus togatorum quoque & palatinorum vita, *militia* dicebatur; nec *milites* tantum, qui contra hostem pugnabant; sed qui in foro atque palatio etiam munera & dignitates obibant. Sic ἄκυρος στρατιώτης, *urbanus miles*: i. e. qui civilibus negotiis atque officiis fungitur Themistio: *Palatinus miles* Prudentius Gennadio de viris illustribus appellatur. Ipse Prudent. procem. in καθημερινῶν:

Tandem militia gradu
Evectum pietas principis extulit
Assumtum propius stare jubens ordine proximo.

Quibus verbis poëta significat, ut mihi videtur, ad patriciatus dignitatem se fuisse evectum: quæ principali proxima habebatur.

¶ Militaris, e, soldatisch, kriegerisch: ut, *Militaris industria*, kriegs-geschicklichkeit. *Rem militarem discere*, Cicer. de Orat. lib. 1 cap. 29. *Signa militaria*, kriegs-fähnlein, Livius 22 cap. 21. Et, *Ætas militaris*, Tacitus 2 Annal. cap. 60 n. 4, quæ ab anno 17 erat, uti ex Livii lib. 25 cap. 5 constat. *Statura militaris*, Lege 9 Cod. Theodos. de desertor. & occultator. eorum, quæ media est inter exiguam & grandem; Plauto *commoda* dicitur & Romana æstimatione senum erat pedum vel certe quinum & denarum unciarum, ut constat e Vegetii lib. 1 cap. 5. Comparativo Tertullianus usus est, Apologet. c. 11 extr. *Quis justior & militarior Scipione?*

¶ Militariter, adverb. militari more, auf soldaten manier. *Militariter gravis*, Livius lib. 4 cap. 41. *Tecta militariter ædificare*, Idem lib. 27 c. 3.

Composita:

¶ Commīlĭto, ōnis, militiæ socius, ein camerade im kriege, ein spieß-gesell. Val. Max. lib. 2 c. 2 de Leonida Spartano: *Tam alacri animo suos ad id prælium, quæ perituri, cohortatus est, ut diceret, sic prandete commilitones, tamquam apud inferos cœnaturi.* Cic. pro Dejot. cap. 10. *Hic adolescens meus in Cicilia miles, in Græcia commilito fuit.* Vellej 2, 59, 4 *Aliquem belli commilitonem habere.*

¶ Commīles, ĭtis, idem Plinio lib. 37 cap. 2 de triumpho Pompeji: *Reip. datum mille talentûm: legatis & quæstoribus H-S bina millia, commilitibus singulis quinquaginta.*

¶ Commilitium, i, belli societas, die rottgesellschafft, cameradschafft. *Commilitio alicujus uti*, Quintil. lib. 5 cap. 10 sub fin. Et Ovidius 2 ex Ponto epist. 5 v. 72 *Et commilitii sacra tuenda putas.* Eleganter quoque Apulejus lib. 3 Floridor. *Jura amicitiæ a commilitio studiorum eisdem magistris inchoata honeste*, hoc est, *a condiscipulatu*, ut Nepos dixit in Attico.

¶ Permīlĭto, āre, fort für fort streiten. Ulpianus Lege 9 Dig. de Excusation. *Si tribunus in cohortibus prætoriis permilitaverit.* Adde ibidem Leg. 8 §. 9.

MĪLĒTUS, i, Μίλητος, urbs maxime celebris Ioniæ, sic dicta a conditore suo Mileto, Apollinis & Deiones filio, de quo Ovidius lib. 9 Metamorph. fab. 11.

¶ Milētis, ĭdis, patronym. Byblis, Mileti, qui Miletum condidit, filia. Ovid. Met. 9 v. 634 *Mœstam tota Miletida mente defecisse.*

¶ Milēsius, a, um, adject. *Thales Milesius, Timotheus Musicus Milesius*, de quo Quintil. lib. 2 cap. 3. *Milesia vellera* apud Virgilium Georg. 3 v. 306 pro pretiosissimis lanis. Mileti enim oves præ cæteris lanâ nobiles. Unde *milesia ovilia* Tertull. celebrat de Pallio cap. 3 in fine. B. Hieronymus quoque in Ezechiel. cap. 27 auctor est, ex Mileto lanas præcipue solitas Tyrum deferri, ut non sine caussa libuerit interpretibus septuaginta apud eum prophetam vertere, *Et lanas de Mileto*: cum tamen *Mileti* vocabulum in Hebræo nusquam comperiatur. Hinc Tertullianus de Habitu muliebri cap. 1 scribit: *Age nunc si ab initio rerum Milesii oves tonderent, & Seres arbores nerent, & Tyrii tingerent, & Phryges insuerent*, &c. Quoniam Milesiorum evanuit robur, ubi voluptate corrupti sunt, natum est inter eos proverbium: *Olim fuere strenui Milesii.* vid. Athen 12 c. 7.

¶ Milesiaca, orum, & Milesiæ, arum, narratiunculæ sive fabellæ ludicræ & amatoriæ atque lascivæ. Μιλησιακοὶ λόγοι, quales Aristides scripsit, de quibus Lucianus in Amoribus & alii meminerunt: item Clodius Albinus, ut quidam volebant, de quo Capitolinus ejus vitâ. Sed & Severus epistolâ ad senatum, quæ in eadem Albini vita apud Capitolinum legitur, Apuleji libros Metamorphoseon, quæ vulgo de *Asino aureo* inscribuntur, *Milesias Punicas* appellat. Ipse Apulejus

jus principio ejus operis: *At ego tibi sermone isto Milesio varias fabellas conseram* &c. Vide & Politiani Miscellan. cap. 16, Wowerium in vita Apuleji p. 26, & Voss. lib. 3 de Histor. in Aristide.

Militare, militaris, militia, &c. vide paullo ante *Miles.*

MĬLIUM, i, κέγχρος, hirsen. *Milio venit annua cura*, Virgil. Georg. 1 v. 216. *Milium Indicum*, Türckischer weitzen, vide *Melica.*

¶ Miliarius, a, um, im hirsen: ut, *Miliaria avis*, Varro R.R. lib. 3 cap. 5, quæ milio vescitur. *Herba miliaria*, quæ milium necat, apud Plinium 22 cap. 25.

MILLE, substantivum & adjectivum indecl. & Millia, um, tausend. Virg. eclog. 2 v. 21

Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.

Apulej. lib. 6 Met. *Sic fatus, jubet Mercurium deos omnes ad concionem protinus convocare: ac si qui cœtu cælestium defuisset, in pœnam decem millium nummûm conventum iri pronunciare.* Sic, *Octo millia nummorum*, Horat. lib. 2 epist. 2 v. 5. *Centum millia*, Idem 1 satyr. 1 v. 45, hundert tausend. *Mille hominum* recte dici ostendit Gell. lib. 1 cap. 16. Et Cicero pro Milone cap. 20 *Clodii in fundo, propter insanas illas substructiones, facile mille hominum versabatur valentium.* Hîc *mille* in singulari ponitur, & idem est, quod χιλιάς. Sic *mille drachmarum* Terent. Heaut. a. 3 sc. 3 v. 40, & *mille nummûm*, v. 45 dixit. Vide Gell. lib. 1 cap. 16, & Macrob. lib. 1 Saturn. cap. 5. Gronov. de pecun. veter. lib. 1 c. 1. Ovid. de Pont. 2 epist. 3 v. 11

Nec facile invenies multis e millibus unum,
Virtutem pretium qui putet esse sui;

hoc est, qui putet, virtutem per se, non præmii caussa, expetendam.

¶ Millēni, æ, a, distribut. je tausend.

¶ Millenārius, a, um, adject. quod mille complectitur, auf tausend bestehend. Item substant. pro tempore mille annorum, incertæ auctoritatis.

¶ Millēsĭmus, a, um, ordinale, der tausendste; ut, *Annus millesimus*, Cicer. de Fato c. 7. *Millesima pagina*, Juvenal. sat. 7 v. 100.

¶ Milliarius, a, um, adject. tausendpfündig: ut, *Apri milliarii*, hoc est, mille librarum, Varro de R.R. lib. 3 c. 2. ¶ At vero *Milliarius grex*, apud eumdem Varronem lib. 2 R. R. c. 10 sub fin. est totidem capitum, eine heerde von tausend stücken.

¶ Milliare, is, & Milliarium, i, μίλιον, spatium mille passuum, eine Welsche meile. *Milliare Italicum, Germanicum, Persicum, Gallicum*, &c. vid. & supra in *Lapis*, & in *Mensura*. Formam *Milliare* probant ex principio lib. 6 Cicer. ad Atticum, *Accepi tuas litteras ad quintum milliare Laodiceæ.* Sed doctissimus quisque Criticorum *a. d. quintum Terminalia* legunt. Et rectissime. Altera, *Milliarium*, frequens & obvia, præsertim apud posterioris ætatis scriptores. Nam vetustiores *M. P.* hoc est *mille passus* dicebant, aut *millia passuum*; vel per *lapides* significabant locorum intervalla, ut ex Livio aliisque notum est. Vlpianus Lege 1 § 4 Dig. de offic. præf. Vrbi, *intra centesimum milliarium.* Idem Lege 4 Dig. de hered. inst. § Puto: *a primo milliario Alexandriæ.* Eutropius lib. 1 cap. 3 *Albani ab urbe Roma duodecimo milliario absunt.* Attamen Valerius etiam Maximus lib. 1 c. 8 n. 4 de Fortunæ Muliebris simulacro: *quod est viâ latina ad quartum milliarium.* Et Vellejus 2 cap. 27 *Hannibalis intra tertium milliarium castra.* ¶ 2. *Milliarium aureum* Romæ dicebatur columna, a qua omnes militares viæ per Italiam incipiebant, ac in eamdem desinebant. Vide Plinium lib. 3 c. 5 circa finem, & Dion. Cass. lib. 54. Vocatur etiam *milliarium urbis.* Lege 154 de Verb. signif. Macer: *Mille passus non a milliario urbis, sed a continentibus ædificiis numerandi sunt.* ¶ 3. *Milliaria* sive Miliaria erant etiam vasa ad calefaciendam in balneis aquam, a mille sive multis gyris & flexibus ita dicta. Vide Senec. Quæst. Nat. lib. 3 cap. 24, & lib. 4 cap. 9, & quæ ibi Muretus ac Th. de Juges. Vet. Gloss. *Miliarium*, θερμηρὸν, χαλκεῖον.

¶ Millies, adverbium, tausendmahl. Terent. Andr. a. 5 sc. 4 v. 44 *Ex ipsa millies audivi*, i. e. sæpissime. Sic Cicero in Off. lib. 1 cap. 31 *Millies oppetere mortem, quàm hæc pati maluisset*, er hätte lieber tausendmahl wollen des todes seyn, denn solches leiden. *Bis millies*, Val. Max. 3 c. 7 n. 1, zwey tausendmahl. *Quinquies millies*, Plin. lib. 2 c. 23. Sic *Decies millies*, &c.

Composita quædam a *Mille*: ut,

¶ Millefolia, millefolium; Milleformis; Millemodus & millimodus, Millepeda, vide sub simplicibus *Folium, Forma, Modus, Pes.*

¶ Duomillesimus, a, um, der zweytausendste, ut ducentesimus. Proculus JCt. 1, 80 *Alter ex millesima parte, alter ex duomillesimis partibus socius.*

MILLUS, i, *collare canum venaticorum*, inquit Festus, *factum ex corio confixumque clavis ferreis eminentibus adversus vim luporum. Scipio Æmilianus ad populum: Vobis, inquit, Reique publicæ præsidio eritis, quasi millus cani*, ein stachlicht halsband. Hæc Festus. Varro in neutrali posuit lib. 2 de Re Rust. cap. 9. Conf. Barth. ad Script. Venat. pag. 135.

MĬLO, ōnis, Romanus, cujus caussam, cum Clodium occidisset, Cicero diligentissime quidem, sed infeliciter egit. De qua oratione quid Dio prodiderit litteris, adjicere libet: sed conversa latine. *Milonis cædem defensurus videt Pompejum armatis militibus præter consuetudinem judicio adesse. Animo igitur collapsus ac perculsus nihil eorum, quæ præmeditatus erat, dixit, sed brevi ac languidâ oratione contentus finem dicendi fecit. Quæ enim nunc pro Milone habita extat oratio, eam post illud tempus Cicero, animo collecto per otium, scripsit: Ferturque Milo in exilium actus, missam hanc sibi a Cicerone orationem cum legisset, rescripsisse: Bene sibi evenisse, quod eam is non in judicio pronunciâsset. Nunquam enim futurum fuisse, si hoc modo pro se dictum fuisset, tantos ut mullos Massiliæ (eò enim exul se contulerat,) ederet. Quod vero Milo non eo scripsit animo, quasi præsenti statu suarum rerum delectaretur, (quippe multa reditus sui caussa impetrandi molitus est;) sed Ciceronem verbis exagitans, quod, cum defensionis tempore nihil caussæ conducibile dixisset, nunc demum orationes inutiles componeret, sibique mitteret, quasi vero nunc aliquid ab his juvari posset.* Hæc Dio lib. 40, non sine obtrectatione in Ciceronem: cujus gloriæ & alibi se parum æquum fuisse, homo Græcus ostendit. Conf. de hac oratione quoque Voss. lib. 1 Instit. Orat. pag. 119 & 344 & 345. ¶ 2. Fuit alius *Milo* Crotoniates vel Crotoniensis, athleta robustissimus, qui in certamine Olympio taurum ictu nudæ dextræ jugulavit, totumque eo die devoravit, cum alioqui in cibum absumere consuevisset carnium minas 20, totidemque panum: bibere vero tres vini choas, quemadmodum ex Theophrasto retulit Athenæus lib. 10, apud quem de Milone plura vide. Periit senex, manibus ejus retentis ab arbore caudice discissâ, quam discindere penitus fuisset conatus. vide Gell. lib. 15 cap. 16, & Valerium Max. lib. 9 cap. 12. Conf. Ovid. in Ibin v. 609, & Metam. 15 v. 228. ¶ 3. Alius *Milo* Pisæ Elidos tyrannus a suis projectus in Alpheum fluvium, de quo Ovid. in Ibin v. 325.

MĪLONIUS, i, scurra temulentus & saltare solitus, apud Horatium 2 sat. 1 v. 24.

MILTIĂDES, is; Plures fuisse hoc nomine insignes, indicat Ælianus lib. 3 Var. Histor. cap. 35. *Miltiadæ tres: unus, qui Chersonesum condidit, alter Cypseli filius, tertius Cimonis*; quos Corn. Nepos in Vitis Excellent. Impp. ex parte confundit. Vide Jani Rutgersii Lectiones Varias. Athenienses post pugnam Marathoniam, quam victor obtinuerat, perpetuo eum carceri addixerunt: factumque id colore istiusmodi tuebantur, quod præstabilius esset, unum Miltiadem innoxium pœna affici, quam rempubl. universam in perpetuo tyrannidis metu versari.

MILVIUS, & Milvus, i; sic enim Terent. in Phorm. a. 2 sc. 2 v. 16 *Non enim rete accipitri tenditur neque milvio.* Cicer. de Nat. Deorum lib. 2 cap. 49 *Milvo est quoddam bellum naturale cum corvo.* Avis est rapacissima, ein weye, weyher, hünergeyer. Persius satyr. 4 v. 26

Dives arat Curibus quantum non Milvus oberret,

Proverbiale de vehementer locuplete. vide Chiliadas. Gifanius ad Lucret. observat, *milvius* non dici, neque id inveniri in Motis; sed *Milvus*, & per diæresin *miluus*. Idem ad Ovid. observavit Hercules Ciofanus. In Plauti quoque Aul. a. 2 sc. 4 v. 40 libros veteres constanter *milvus* habere pro *milvius*, Lambinus & Gruterus testantur. Sed ne sic quidem exterminari civitate latina *Milvium*, probat Borrichius Cogit. de L.L. p. 163. ¶ 2. Translate de homine rapace, ein räuber. Plaut. Rud. a. 4 sc. 4 v. 80 *Vidi petere milvium.* Idem Pœn. a. 5 sc. 5 v. 3 *Milvos metuere male.* ¶ 3. *Milvus* piscis, qui & *Miluago* & *Lucerna*, eine art vom gornart oder redfisch, so bey nacht scheinet, vel uno nomine ficto appellabimus, ein scheinfisch, Gesn. Subit in summa maria, piscis ex argumento appellatus lucerna, linguaque ignea per os exerta, tranquillis noctibus relucet, Plin. lib. 10 c. 27.

¶ Milvīnus, a, um, adjectivum, vom weyher: ut, *Pullus milvinus*, apud Cic. ad Qu. frat. lib. 1 ep. 2, ein junger geitzhalß. *Milvinæ plumæ*, weyhers-federn. *Oculi milvini: Milvinæ ungulæ*, Plaut. Pseud. a. 3 sc. 2 v. 63. Et, *Milvina tibia*, quæ in accentus exit acutissimos, ut testatur Solinus cap. 11. ¶ *Milvinam* substantive, pro vehementi appetitione cibi, qualis in hoc avis genere voracissimo est, Plautus dixit Menæch. a. 1 sc. 3 v. 29.

MĬMALLŎNES, & Mĭmallŏnĭdes, um, Μιμαλλόνες, Bacchæ, mulieres cornutæ, a μιμέομαι dictæ, quod ad Bacchi imitationem cornua ferrent; vel a Mimante, monte Ioniæ, Baccho sacro. Quæ & *Bassarides* & *Thyades*, & *Ogygides* vocatæ sunt, schwarm-frauen, fastnachts-weiber. Priore vocis forma, *Mimallones*, usus Statius est lib. 4 Thebaid. v. 660. Patronymica alterâ (*Mimallonides*) Ovidius lib. 1 de Arte amandi v. 541.

¶ Mimallŏneus, a, um, adject. Pers. sat. 1 v. 99

Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis.

MĬMAS, antis, mons Ioniæ Baccho sacer, de quo Ovid. Metam. 2 v. 222. ¶ 2. *Mimas*, gigas, quem Jupiter fulmine percussit, de quo Horat. 3 od. 4 v. 53, & Silius 4 v. 278.

MĪMERMNUS, vel Mimnermus, i, Μίνερμος, elegiarum scriptor antiquissimus. Vixisse enim traditur temporibus septem sapientum, aut prius adeo. Stobæus hanc ejus annotavit sententiam serm. 61

Τίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσῆς Ἀφροδίτης.

Plutarchus eamdem citat lib. περὶ ἀρετῆς ἠθικῆς. Sed ibi pro τίς δὲ βίος, &c. legitur, τίς δὲ χάρις, τί τὸ ἄνευ χρυσῆς, &c. Huc respexit Horat. lib. 2 epist. 6 v. 101

Si, Mimnermus uti censet, sine amore jocisque
Nil est jucundum: vivas in amore jocisque.

Alia de humanæ vitæ miseria ex eodem citat Stobæus serm. 46, quæ eleganter admodum latine vertit Joh. Livinejus apud Andr. Schottum lib. 2 Observ. Humanar. c. 52. Fuit poeta ille veteribus valdè in deliciis. Vnde Propert. lib. 1 eleg. 9 v. 11 de eo scribit:

Plus in amore valet Mimnermi versus Homero.

MĪMĒSIS, is, μίμησις, imitatio. Figura est, qua non verba solum, verum etiam gestum vocemque imitamur & fingimus, eine nachthuung. Vid. Rhetor.

¶ Mīmus, i, μῖμος, histrio, gesticulator & imitator dictorum, morumque hominum intra vel extra scenam, ein possenreisser, gauckeler, oder narr im spiel. Dicuntur ἀπὸ τοῦ μιμεῖσθαι, eo quod imitarentur plerumque actiones obscenas; Græci μιμαλλόνας vocant, quam vocem & Ovidius, forma tamen patronymicâ, usurpavit lib. 1 de Art. amandi v. 541, quod alii de Bacchis fœminis intelligunt, ut paullo ante in *Mimallones* dictum fuit. De obscenitate Juvenal. sat. 11, Arnob. lib. 2. Habebant & illi suas partes, ut comœdiarum actores, *primas*, puta, & *secundas*, &c. qui & *secundarii* dicebantur. Illi videlicet, qui primarum actores exprimebant, solaque imitatione oblectabant. Vide Torrentium ad illud Horatii lib. 1 epist. 18 v. 13

Vt puerum credas sævo dictata magistro
Reddere, vel partes mimum tractare secundas.

Mimos, qui Deorum personas, quas gerebant, non referrent satis digne, flagellatos ab agonum præfectis, Lucianus Piscatore p. 169 auctor est. ¶ 2. Et *Mimi* poëmata sunt duplicis generis: alii enim *morales*: alii

alii *ridiculi*, qui & sæpius obsceniusculi erant, unde Ovid. lib. 2 Trist. *Obscena jocantes, & imitantes turpia, mimos* appellavit. Nomina ab argumento accipiebant. Ita *Laureolus mimus* apud Suet. Calig. c. 57, a Laureolo, latrone, qui in eo repræsentabatur. ¶ 3. Quia vero in mimis istis, sicut in aliis fabulis, ficta omnia erant & assimulata; ita ad alia etiam translata vox, quæ plus speciei ac simulationis haberent, quam veritatis. Sic *vitæ mimum* Augustus dixit apud Sueton. vitâ sua cap. 99, & Seneca epist. 80. Fictum & falsum triumphum Caligulæ *mimum* vocat Suetonius ejus vitâ cap. 45. Idem Othone cap. 3 *Quare diducto matrimonio sepositus est per caussam legationis in Lusitaniam. Id satis visum, ne pœna acrior mimum omnem divulgaret.* Poppæa nupta erat Rufo Crispino formosissima fœminarum. Eam impense amabat Nero. Sed matris & conjugis reverentia impediebat matrimonio divellere, pellicemque inducere. Erat inter amicos intimos principis Otho. Hic abducit marito Poppæam nuptiarum specie; revera, ut ejus copia apud se fieri Neroni posset. Qui cum ægre ferret rivalem, Othonem præfecit Lusitaniæ; id agens, non ut afficeret honore, sed uti submoveret velut æmulum, quo posset Poppææ amori libere indulgere. Durius tractaturus Othonem, ni veritus, amores suos in Poppæam sic enotescere. Hoc ergo *Mimum* vocat. vide Scalig. lib. 1 Poët. cap. 10. De histrionibus & Mimis, Vallam lib. 4 cap. 31.

¶ Mīma, æ, fœm. hoc est, gesticulatrix, die gauckelwerck und kurtzweil treibet, Cic. in Philipp. 2 cap. 24.

¶ Mimŭlus, i, dimin. ein gauckler. Arnob. lib. 2 p. 69 *Quid pantomimos, quid mimulos, histriones, cantores*, &c.

¶ Mimŭla, æ, dimin. fœm. eine gaucklerin. Cic. Philipp. 2 c. 25 ineunte: *Venisti Brundusium in sinum quidem & complexum tuæ mimulæ.*

¶ Mīmĭcus, a, um, adject. gauckleri sch. Cic. de Orat. lib. 2 cap. 59 *Vitandum est oratori utrumque, ne aut scurrilis jocus sit, aut mimicus*, lotterbübisch, grob und unschambar. *Mimicum nomen*, Idem Philipp. 2 cap. 24.

¶ Mimice, adverb. idem. Catull. carm. 43

Turpe incedere mimice ac moleste.

¶ Mimiambus, vide supra *Jambus*.

¶ Mimŏgrăphus, i, μιμογράφος, mimorum scriptor, ein poet. Suet. de Grammat. illust. cap. 18 *Hic initio circa scenam versatus est, dum mimographos adjuvat.* Mimographi latini celebres fuerunt, *Publius*, cujus mimi selectiores, sententias graves & utiles continentes exstant, & ab Erasmo expositi sunt; & *Laberius*, de cujus mimis quædam Gellius percensuit. vide *Laberius*.

¶ Archimīmus, i, ἀρχυποκριτής, princeps histrionum, der öberste unter den comödianten. Habetur apud Suet. in Vesp. cap. 19, & Augustin. C. D. lib. 6 cap. 10.

¶ Pantŏmīmus, i, ein gauckler. Pantomimi & Pantomimæ erant histrionum genus, qui, quidquid volebant, artifici motu gestuque corporis exprimebant, etiam historias fabulasque repræsentabant. Prudentius Romano v. 222 *Saltat tonantem tauricornem ludius.* Intelligit enim de Pantomimo fabulam Jovis & Europæ saltando repræsentante. Primum omnium in scenam Romanam productus Pylades, ab Augusto ex Asia evocatus. Plura de his passim notârunt viri docti: ut Scaliger ad Manilium, Rigaltius ad Artemidorum, Salmasius ad Histor. Augustam, Barth. ad Claudian. &c. vide & Lucian. de Saltatione. Seneca Consol. ad Helviam cap. 13 *Quorum* (divitum, qui tales domi habere solebant servas, vel libertinas, ut ex Plinio etiam constat lib. 7 epist. 24) *pantomimæ decies sestertio nubunt.*

¶ Pantomimĭcus, a, um, adjectivum, gaucklerisch; ut, *Pantomimica ornamenta*, Seneca epist. 29 extrema.

MĬNA, æ, & apud Plautum *Mna*, μνᾶ, idem quod libra & pondo, valebat drachmis Atticis centum, ein pfund; Decem vero drachmæ aureo uno coronato. *Mina* igitur decem coronis seu coronatis valuit, eine summa zehen cronen werth, Budæus. Esse autem *Minam* ipsam Græcorum Μνᾶν, Fannius docet de Ponderibus v. 32

parvo quam nomine Graji
Mnam vocitant, nostrique Minam dixere priores.

MĬNAE, arum, plural. eminentiæ dicuntur murorum seu pinnæ, die zinnen an der mauer. Virg. 4 Æn. v. 88

Pendent opera interrupta, minæque
Murorum ingentes.

¶ 2. *Minæ*, comminationes, dräuungen, dräuwort, drohung. Cic. ad Attic. lib. 2 ep. 19 *Minæ Clodii contentionesque modice me tangunt*, die dräuworte achte ich nicht. *Minas jactare*, groß dräuen oder pochen, Idem pro Quintio cap. 14. Et, *Clamore ac minis aliquem insequi*, groß geschrey und dräuworte über einen führen, Idem pro Cluent. cap. 8. Et de Orat. lib. 1 cap. 58 *Virtus instituendo ac persuadendo, non minis & vi ac metu traditur.*

¶ Mĭnor, atus sum, ari, minis insequi, minas jactare, drohen, dräuen, bedräuen. *Malum alicui minari, mortem*, &c. *Nulla minantis auctoritas est apud liberos*, seine bedräuungen gelten nicht. Brut. & Cass. ad Anton. lib. 11 fam. epist. 3 Ciceronis: qui & pro Planc. cap. 40 *Mea domus ardore suo deflagrationem urbi minatur.* ¶ 2. Eminere, empor ragen. Virg. Æn. 1 v. 162 *Geminique minantur*

In cælum scopuli;

id est, eminent, zweene felsen reichen hoch hinan in die lufft. vid. Servius. ¶ 3. Promittere, præ se ferre, versprechen. Horat. 2 sat. 3 v. 9

Atqui vultus erat multa & præclara minantis.

Idem lib. 1 epist. 8 v. 3 *multa & pulchra minantem.*

Phædrus lib. 4 fab. 22 *hoc scriptum est tibi,*

Qui magna cum mineris, extricas nihil.

Magna minari, est promittere de se. Horatius de Arte v. 27 *grandia profiteri* dixit. Sic contra *promittere*, pro *minari* Virgilius dixit 2 Æn. v. 96 *Promisi ultorem & verbis odia aspera movi.*

Ita enim ibi Servius: PROMISI: *minatus sum: per contrarium.* MINAMVR *mala*: PROMITTIMVS *bona.* vid. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 228.

¶ Minanter, adverb. cum minis, bedrohlich, trotziglich. Ovid. 3 de Arte am. v. 582

Multaque submisse, multa minanter agat.

¶ Mĭnatio, ōnis, die dräuung, bedrohung. Cic. 2 de Orat. cap. 71 *Colliguntur a Græcis alia nonnulla: exsecrationes, admirationes, minationes.* Gloss. gr. lat. ἀπειλὴ, *Minatio*.

¶ Minator, ōris, qui minatur, ein trotzer. vide post paullo in *Minax*.

¶ Pro actore, compulsore, ein treiber, qui minat, a *Mino, are*, quod sequitur; h. e. pecus agere. Tertull. ad Nationes lib. 2 cap. 3 *Per se moventur*, [animalia] *nullo extrinsecus apparente motatore eorum aut minatore.*

¶ Minatōrius, a, um, bedrohlich. Ammianus lib. 17 cap. 16 *Terræ motus sonitu audiuntur minatorio.*

¶ Minabiliter, adverb. idem. Gloss. Vet. *Minabiliter*, ἀπειλητικῶς.

¶ Mĭnĭtor, atus sum, ari, frequentativum, crebris minis insequi, für und für dräuen. *Minitari malum*, Terent. in Phorm. a. 5 sc. 6 v. 11. Et Cic. Philipp. 13 cap. 9 extr. *Hostis teterrimus omnibus bonis cruces ac tormenta minitatur.* Et initio Catilinar. 2 *Vobis atque huic urbi ferro flammâque minitatur.* Virgil lib. 12 Æn. v. 762 *Excisurum urbes minitans.*

¶ Minitabundus, a, um, id est, minitans, drohend. Liv. lib. 39 cap. 41 *Etenim tum quoque minitabundus petebat.* Et Tacitus 2 Annal. cap. 9 *minitabundus Arminius.*

¶ Minax, ācis, trotzig, bedrohlich. Cicer. 16 fam. epist. 10 *Cæsar minaces & acerbas litteras ad senatum misit*, zornige dräu-briefe. *Minacior, quam perniciosior*, Livius lib. 4 cap. 52. Et, *vi minacissimæ plebis*, Ammianus lib. 19 cap. 21 pr. ¶ 2. Josephus Scalig. ad Festum ex Catullo & Ausonio docet, *Minaces* antiquis dictos, quos *aretalogos* appellamus vulgo, qui multa cum minentur ac jactent, nihil præstent tamen. ¶ Iidem & *Minatores* dicebantur vulgo. B. Eligius Homilia 16 *Qui erat scurra, i. e. minator, turpia sectans, & immunda loquens.* De *Aretalogis* vid. supra suo loco.

¶ Minācĭæ, arum, drohworte. Plaut. Mil. a. 2 sc. 4 v. 21, & Rudente a. 3 sc. 5 *Minacias ego istas flocci non facio tuas.*

¶ Minaciter, adverb. trotziglich; ut, *Fremere minaciter*, zornig seyn, und dräuen, Liv. lib. 2 cap. 6. *Terrere minaciter adversarios*, Cic. 1 de Orat. cap. 20. Et, *Num putatis dixisse eum minacius, quam futurum fuisse?* Philipp. 5 cap. 8.

¶ Mino, are, quoque huc pertinet, quod *agere* significat, & de jumentis aliave pecude dicitur, treiben. Nam & hoc minis plerumque fit, sive minitando. Germanicus Cæsar in Arateis:

Inde Helicem sequitur senior baculoque minatur,
Sive ille Arctophylax &c.

Tibullus lib. 1 eleg. 1 v. 12

Aut stimulo tardos increpuisse boves.

Veteres enim *Mino* & *Minor*, item *Minito* & *Minitor*, Prisciano auctore lib. 8 p. 799 dixerunt. Hinc factum, ut obsoletior illa forma rusticæ notioni relinqueretur; altera, deponentalis, serviret minis & increpationi: vide Voss. Etymolog. p. 323, & Scalig. ad Manil. lib. 1 v. 317 p. 42. *Minare* ergo, activæ formæ, est verbum sequioris ævi scriptoribus frequentatum. [Locum Victoris Vticensis quære supra in *Æthiops*.] Apulejus lib. 3 Miles. p. 141 *Nos duos asinos minantes baculis exigunt.* Auson. de bucula Myronis epigr. 67 *Suam relinquens, minabat, ut suam.* Paulus Festi Epitomator: *Agasones equos agentes, id est, minantes.* Et paullo post: *agere modo significat ante se pellere, id est, minare.* Anianus ad Paulum JCtum: *Actus, qua pecora minare consuevimus.* Interpres Vulgatus Act. Apost. 18 v. 16 *minavit eos a tribunali*: translatione a pecoribus ad homines facta. Hinc *Minator*, de quo supra.

¶ Mĭnĭto, are, frequentat. pro Minitari, antique, drohen. Plaut. Capt. a. 3 sc. 5 v. 85 *quæ minitas mihi.* Terent. Phorm. a. 5 sc. 6 v. 12 *qui minitat malum.* Et Nævius apud Nonium cap. 7 n. 51 *Etiam minitas?* &c.

¶ Minitabiliter, adverb. pro minaciter, trotziglich, ex Accio & Pacuvio produxit Nonius cap. 2 n. 546.

Composita:

¶ Commĭnor, atus sum, ari, minari, bedräuen. Liv. lib. 10 cap. 39 *Comminando magis, quam inferendo pugnam, dies absumebatur.* Suet. Cæs. cap. 62 *Vt aquilifero moranti cuspide sit comminatus.*

¶ Commĭno, are, forttreiben. Vsus est Apul. 7 Miles. *Nec multo post adveniunt illi, vinarios utres ferentes, & gregatim pecua comminantes.*

¶ Comminātus, a, um, passive, angedrohet. Idem Apulej. 6 Miles. *Scrupulus comminatæ mihi mortis.*

¶ Comminatio, ōnis, die bedrohung. Liv. lib. 26 cap. 8 *Fabius circumagi ad nutus comminationesque Hannibalis flagitiosum ducebat.* Et Cic. 3 de Orat. cap. 54 pr. *Orationis comminatio.* Suet. Tib. cap. 37 *Reges comminationibus magis quam vi repressit.*

¶ Comminator, ōris, ein drohender. Tertullian. adv. Gnost. cap. 9 *ignium comminator.*

¶ Comminatīvus, a, um, bedrohlich. Tertull. adv. Marc. 2 cap. 25 *Non dubitativum sed comminativum exprimens sensum.*

¶ Comminabundus, a, um, idem. Tertull. lib. 4 adv. Marcion. cap. 15 *In filias Sionis invehitur comminabundus per Esaiam.*

¶ Emĭnor, ari, drohen. Plaut. in Capt. a. 4 sc. 2 v. 11

Eminor interminorque, ne quis obstiterit obviam.

¶ Eminatus, a, um, der gedrohet hat. Florus 2, 12, 7 *Quum alias (vias) eminatus, alias irrepsisset.* Alii: *minatus*. vid. Not. Freinsh.

¶ Eminatio, ōnis, die drohung. Plaut. l. c. v. 19.

¶ Intermĭnor, ari, mit dräuworten verbieten, untersagen. Terent. Andr. a. 3 sc. 2 v. 16 *Interminatus sum, ne faceres.* Et in Eunuch. a. 5 sc. 2 v. 14 *Istæccine interminata sum hinc abiens tibi?* conf. Plaut. Pseud. a. 3, sc. 1 v. 10, & Asin. a. 2 sc. 2 v. 96, & Casin. a. 3 sc. 5 v. 28. Sed &

¶ Intermĭno, are, wehren. Plaut. Milit. a. 2 sc. 3 v. 42 *Quis homo interminat?*

¶ Interminatus, a, um, passive, verboten. Sic *Interminatum cibum*, pro inhibito vetitoque Horatius dixit epod. 5 v. 39.

¶ Præmĭnor, ari, valde minari, ut Elmenhorstius in Indice Apulejano interpretatur, sehr drohen. Apulejus enim lib. 5 Milef. p. 167 *Malum grande de vultus curiositate præminatur*, h. e. si curiose vultum ejus perscrutarer. Psyche enim ad sorores loquitur de ignoto marito. Et Tertull. Apol. cap. 21 *Cum hæc sanctæ voces illis præminarentur.* conf. adv. Marc. 5 cap. 19.

¶ Promĭno, are, ut comminare, forttreiben, usus Apulejus Milef. lib. 9 *Vniversa nos jumenta ad lacum proximum bibendi gratia prominabat.*

MINCIUS, i, Italiæ fluvius, Mantuam circumfluens, cujus in Bucolicis eclog. 7 v. 13, & Georgicis lib. 3 v. 15 meminit Virgilius, quem ab eo *Minciaden*, i.e. Mantuanum dixit Juvencus procemio Evangeliorum:

Illos Minciadæ celebrat dulcedo Maronis.

Mineides, Mineius, vide *Minyæ.*

MĬNEO, ui, ēre, idem ac prominere, antique, hangen, als wolte es fallen. Lucret. 6 v. 562

Inclinata minent in eandem prodita partem.

Sic & ibidem v. 1194, ut vult Lambinus: *frons tenta minebat.* Hinc composita, quæ Voss. Etym. p. 308 ad *Maneo* retulit, & quæ aliqui malunt venire a *Minis*, sive altitudine ædificiorum, Daumius de Radicibus amissis L. L. a primitivo *Minere* ait esse: e. g.

¶ Emĭneo, ui, ēre, exstare, cæteris esse altiorem, herfürragen, herfürgehen, oben ausstehen. Plin. lib. 16 cap. 21 *Æsculus quantum corpore eminet, tantum radice descendit*, so hoch er über der erden heraus stehet, so tieff wurtzelt er unter sich. Curt. 4, 2, 21 *Paululum moles aquam eminebat.* Idem 4, 4, 4 *Super undas eminens.* Cic. in Orat. cap. 29 *Inter omnes in omni genere dicendi unus eminet Demosthenes*, id est, *omnes excellit*, er gehet über alle. Seneca in Octavia v. 472 *Pulchrum eminere est inter illustres viros.* Plautus Captivis a. 3 sc. 2 v. 5

Vix ex gratulando miser jam eminebam,

id est, turba gratulantium, quo velut demersus ac obrutus latueram, me liberabam, ac emergebam veluti, ut conspici possem. Tacitus Agric. cap. 35 *A loquente adhuc Agricola ardor eminebat*, i. e. apparebat, conspiciendum se dabat.

¶ Emĭnens, tis, ex participio nomen, hoch, herfürragend, fürtrefflich; ut, *Eminentes ædes*, i. e. excelso loco positæ, Flor. 1, 9, 4. *Eminentia saxa*, Curt. 5, 3, 20. *Eminentia bona*, Idem 6, 6, 1. Compar. *Nasus eminentior*, Sueton. Augusto cap. 79. *Magnanimitas eminentissima*, Seneca epist. 115. *Eminentissimæ simplicitatis vir*, Vellej. 2, 72, 3. *Eminentissimus mons*, Flor. 4, 12, 49.

¶ Eminenter, adverb. in hohen grad. Sidonius lib. 1 cap. 11 *non eminentius quam municipaliter natus*, nicht höhern standes, als 2c.

¶ Eminentia, æ, die hoheit; ut, *Eminentiæ in pictura*, Cic. 4 Academ. cap. 7. *Habere eminentias similes verrucis*, Plin. 37 cap. 10.

¶ Emĭnŭlus, a, um, etwas erhaben; ut, *rectis genibus, eminulis*, Varro de R. R. 2 cap. 5. *Spina eminula*, ibid. cap. 9.

¶ Præemĭneo, ēre, fürgehen, übertreffen. Tribuitur Tacito lib. 12 Ann. c. 12 pr. *Cassius cæteros præeminebat peritiâ legum.* Ita etiam Julianus Pichon nuper vulgavit. Quod tuetur Jo. Pricæus ad Apulejum 6 p. 325: at Bernegg. & Ryckius *præminentes.* Pricæus c. l. producit etiam ex Augustini Confession. lib. 6 cap. 9 *ad cancellos plumbeos, qui vico argentario desuper præeminent:* sed Frobenius *præminent* edidit.

¶ Præeminentia, æ, der vorzug, die fürtrefflichkeit. Claud. Mamert. 1 præf. *Ad negotii præeminentiam spectare.*

¶ Superemineo, ēre, drüber gehen. Virgil. 6 Æn. v. 857 *Viros supereminet omnes.* Plinius 26 cap. 8 *paullum supereminens extra aquam.* conf. Ammian. 22 cap. 15.

¶ Immĭneo, ēre, inflare, impendere, herankommen, herzunahen, vor der hand seyn. Cic. 1 Tusc. cap. 38 *Mors propter incertos casus quotidie imminet*, um der fälle willen sitzt uns der tod täglich auf dem halse. *Imminet nobis periculum*, gefahr ist vorhanden. Sic Plinius Paneg. cap. 18 *Princeps, qui sibi imminere putat, quod in hostes paratur*, h. e. tyrannus, qui semper sibi timet. *Imminere imperio*, nach dem regiment stehen, drauf lauren. Cic. pro Balbo cap. 15, quod Tacitus 16 Ann. cap. 14 dixit *imminere rebus.* Et Sen. epist. 2 *Imminere alieno.*

¶ Immĭnens, tis, begierig, trachtend; ut, *Homo ad cædem imminens*, Cic. pro domo cap. 6. *Verres avaritia semper hiante atque imminenti fuit*, Idem Verr. 2 cap. 54.

¶ Imminentia, æ, die herannahung; ut, *Imminentia fraudis*, Gell. 9 cap. 12.

¶ Superimmĭneo, ēre, nahe auf dem halse seyn. Virg. Æn. 12 v. 306

Ense sequens nudo superimminet.

Avienus in Phænom. Arat. v. 963

Virgineusque pudens zonæ superimminet artus.

¶ Præmĭneo, ēre, præ aliis eminere, fürgehen, den vorzug haben. Seneca Medeâ v. 93 *Hæc si virgineo constitit in choro*
Vnius - - præminet omnibus.

Tacitus cum quarto casu junxit: ut Ann. 15 cap. 34 *Eo usque valuit, ut gratiâ, pecunia, vi nocendi etiam malos præmineret.* Adde 12 Annal. cap. 12 pr. ut Bernegger & Ryckius legunt, de quo supra in *Præemineo* videas. Augustinus de Genesi ad lit. cap. 14 extremo, *litteræ auctoritate præminentes.*

¶ Promĭneo, ui, ēre, ultra aliquid eminere, herfür ragen. *Prominent dentes*, die zähne stehen heraus, Plin. lib. 11 cap. 37. *Prominet in pontum collis*, Ovid. Met. 13 v. 778.

¶ Promĭnens, tis, herfürragend; ut, *rubens prominentibus venis*, Martial. 5 epigr. 4. Comparatur ut nomen, v. g. *prominentiore cauda*, Plin. lib. 10 cap. 3. *Pectore nudo prominentes mulieres Cæs. B G VII. c. XLVII*

¶ Prominenter, adverb. idem. Cœl. Aurel. Acut. 1 cap. 11 *Paullo prominentius a lecto producendus æger*

¶ Prominentia, æ, fœm. die herfürragung. Vitruvius lib. 6 cap. 11 *habere summam prominentiam.* Et Solinus cap. 27 pr. *Africa extenta in duas prominentias*, id est, promontoria. Idem cap. 2 de Italia: *In cornua duo scinditur, quorum alterum Ionium spectat æquor, alterum Siculum. Inter quas prominentias* &c.

¶ Promĭnŭlus, a, um, prominens, herfürhangend. Idem Solinus c. 27 extr. *mammis prominulis:* & cap. 30 *habere rictus caninos & prominula ora*, lange schnautzen, aufgeworffene mäuler. Capitolinus in Pertinace cap. 12 *Habitudine corporis pinguiore, ventre prominulo.*

MĬNĔRA, æ, matrix, seu vena terræ metallica: unde

¶ Mineralia, um, dicta Philosophis, quæ inde eruuntur, erdsäffte. Est vocabulum barbarum, a *myne*, cuniculus: a quo & *minare* verbum est, cuniculos agere, miniren. Vide Vossium de Vitiis sermonis lib. 2 cap. 12 p. 246, & Barth. ad Briton. Aremor. p. 106. Colores minerales enumerat Plinius 35 cap. 6.

MĬNERVA, æ, *armifera, bellatrix, casta, innupta, operosa*, (hæc enim a poëtis epitheta tribuuntur:) Παλλὰς, Ἀθήνη, Ἀθηναία, Ἀθηνᾶ, quod ex Adonai factum videtur. Pallas vero non a πάλλειν, quæ ridicula Etymologia est, sed forsan a *Pale* voce ebraica, significante admirabile quiddam seu miraculosum: Casp. Peucer. Veteribus fuit disciplinarum Dea, *Minerva* vel a *minuendo*, vel *minitando* Ciceroni dicta de N. D. 3 cap. 24. Sed ut Festus admonet, quod bene *moneat:* Filia Jovis, belli & lanificii inventrix, Cicerone teste ibid. 3 cap. 21. Vnde pro *lanificio* etiam ponitur Ovid. 4 Metam. v. 32, & Virg. Æn. 8 v. 409. Arnobius lib. 3 p. 118 quasi *Meminervam* dictam vult, eandemque *memoriam* esse putat, quam alii matrem ejus faciunt. Isidorus 8 cap. 2 vocatam ait *quasi munus artium variarum.* Apulej. de Deo Socratis extr. *Nec aliud te, quam qualis esse debeas, in eodem Vlysse Homerus docet; qui semper ei comitem voluit esse Prudentiam: quam poëtico ritu Minervam nuncupavit. Igitur hac eadem comitante, omnia horrenda subiit, omnia adversa superavit. Quippe eâ adjutrice Cyclopis specus intravit; sed egressus est: Solis boves vidit; sed abstinuit: ad inferos demeavit; sed adscendit. Eadem sapientiâ comite Scyllam præternavigavit; nec abreptus est Charybdi: & conseptus est; nec retentus est: Circes poculum bibit; nec mutatus est: Lothophagos accessit; nec remansit: Sirenes audivit; nec accessit.* Cur nata de Jovis capite dicatur, ejusque, non tamen nolentis, exemta imperio, cum aliis quam plurimis huc facientibus vid. apud Barth. ad lib. 2 Thebaid. Stat. p. 640 seqq. & Lucian. festivo hac de re Dialog. Eadem & arcium Dea habita, quod de Jovis capite nata esset, ut Serv. ad 2 eclog. Virg. docet. Catullus de ea in de nuptiis Pelei v. 8

Diva, quibus retinens in summis turribus arces.

¶ Pythagoræos triangulum ἰσόπλευρον *Minervam* vocasse, Plutarchus auctor est de Iside & Osiride p. 381. De Minervæ sive Palladis statua, quæ *Palladium* vocata, & Trojæ culta fuit, vide Julium Firmicum de Erroribus profanæ religionis, itemque Servium in 2 Æneid. pag. 239.

¶ *Invitâ* seu *repugnante Minervâ*, idem est, quod ingenio vel naturâ repugnante, infeliciter, ohne vermögen, ohne geschicklichkeit, ohne fortgang. Horat. de Arte poët. v. 385

Tu nihil invitâ dices faciesve Minervâ.

Et Cicero ad Cornificium lib. 12 fam. epist. 25 *Quinquatribus frequenti senatu caussam tuam egi, non invitâ Minervâ*, es gieng wohl von statten. Idem in Offic. lib. 1 cap. 31 *Nihil dicet invitâ (ut ajunt) Minervâ*, id est, repugnante & adversante naturâ; *Male enim respondent*, quemadmodum Seneca scripsit, *ingenia coacta.* Sic & *pingui* seu *crassa Minerva fieri, dici, agique* dicuntur, quæ indoctius fiunt nec exquisita arte, auf grobe, ungeschickte art und weise. Cic. de Amic. c. 5 *Agamus igitur pingui Minerva, ut ajunt.* Et Horat. 2 sat. 2 v. 2 *Rusticus crassa Minerva.* Contrarium Martialis dixit lib. 6 epigr. 64 *Tibi cor limante Minerva acrius*, hoc est, Minerva polivit ingenium tuum. Et Petron. Fragm. Tragur. p. 15 *omnis Minervæ homo*, i.e. valde ingeniosus, der sehr kunstreich ist. vid. ibi Scheffer. p. 91. ¶ *Sus Minervam*, subaudi, docet aut monet, Cic. 9 fam. epist. 18. vid. Chiliad. ¶ *Cum Minerva manum quoque move*, helfft euch selbst, so hilfft euch GOtt, man muß hand anschlagen.

¶ Mĭnerval, seu Minervale, is, δίδακτρον, præmium, quod dabatur præceptoribus, aut cœnula, aut tale quiddam satis exiguum, quod & hodie scholis & præceptoribus penditur, at vix tamen, schul-lehr-geld. Vtitur Varro lib. 3 de re rustica c. 2 extr. *Axius, Merula mi, inquit, Recipe me quæso discipulum villaticæ pastionis. Ille: Quin simul ac promiseris minerval, incipiam.* Hinc

¶ Minervalitius, a, um, i. e. commendatitius, quo aliquis se in disciplinam tradens novo commendat magistro. Gloss. lat. gr. *Minervalitium*, συςατικόν.

¶ Minervius, a, um, i. e. Atticus; ut, *cives Minervii*, i. e. Athenienses, Arnob. lib. 5 p. 175. *Athenis in Minervio*, scil. templo, Idem lib. 6 pag. 193.

MINGO, minxi, mictum, mingĕre, mejere, das wasser lassen, harnen. Martial. lib. 3 epigr. 77 *Minxisti semel*, &c. Ammian. 23 cap. 6 *Nec stando mingens, nec ad requisita naturæ secedens facile visitur Persa.* Horat. 1 sat. 8 v. 38 *In me veniant mictum atque cacatum.* Celsus 4 cap. 20 *Cum urina super potionum modum mingitur.* vid. Borrich. in Voss. Cogit. p. 167.

¶ Mictus, ûs, das harnen. Cœl. Aurel. Tard. 5 cap. 3 *Sanguinis mictu affectus.* Idem 2 cap. 1 *difficultas mictus.*

¶ Mictĭlis, e, verächtlich; ut, *merx mictilis*, apud Lucilium, da man was anders drauf thut.

¶ Mictōrius, a, um, ad mictum pertinens, zum harnen dienlich. Cœl. Aurel. Acut. 3 cap. 8 *Mictoria medicamenta, quæ appellant diuretica.*

¶ Mictualis, e, idem; Apul. de Herb. cap. 117 *Ocimum, herba virtutis mictualis.* Cœl. Aurel. Acut. 5 cap. 4 *Mictualis via.*

¶ Mictŭrio, ire, gerne das wasser lassen wollen. Juvenal. sat. 6 v. 308 *micturiunt hic.*

¶ Circummingo, ĕre, beharnen. Fragm. Petronii p. 41 *Si circumminxero illum:* & p. 49 *At ille circumminxit vestimenta sua.*

¶ Commingo, ĕre, idem. Horat. 1 sat. 3 v. 90 *Comminxit lectum potus.*

¶ Commictĭlis, e, contemptibilis, schmählich, verächtlich; ut, *Servus comicus commictilis*, Pomponius apud Nonium cap. 2 n. 109.

¶ Demingo ĕre, pruntzen. Gloss. gr. lat. ἐξουρῶ, *Demejo, demingo.*

¶ Permingo, ĕre, über und über mit harn besudeln. Horat. 1 sat. 2 v. 44 *Hunc perminxerunt calones.*

Miniaceus, miniare, miniarius, &c. vide *Minium*.

Miniambus, vide ſupra *Jambus*.

MĬNISTER, tri, διάκονος, & Miniſtra, æ, fœm. ein diener, eine dienerin: ut, *Succincti miniſtri*, Lucan. lib. 1 v. 612. Et, *Omnes artes miniſtræ ac comites oratoris*, Cic. 1 de Orat. c. 17. Sed vere eſt adjectivum: ut, *Lumina miniſtra*, Ovid. Heroid. epiſt. 21 v. 114. Et, *Præbere ſe miniſtrum*, Cic. 1 de Orat. c. 45. *Magiſtratus miniſtri legum*, Idem pro Cluent. c. 53, hoc eſt, adminiſtratores. *Manus multarum artium ſunt miniſtræ*, Idem 2 Nat. D. cap. 60 pr.

¶ Miniſtra, æ, fœm. vide in *Miniſter*. *Vna miniſtrarum*, Ovid. Metam. 9 v. 306.

¶ Miniſtrix, īcis, idem. Gloſſ. lat. gr. *Miniſtrix*, ὑπηρέτις.

¶ Miniſtĕrium, i, διακονία, miniſtri opera, ein dienſt. Tacit. Agric. cap. 2 *In libros quoque ſævitum, delegato triumviris miniſterio, ut monumenta clariſſimorum ingeniorum urerentur*, id eſt, negotio dato, es war ihnen aufgetragen, befohlen. Virg. Æn. 7 v. 619 *Fœda miniſteria refugere*. Notat hæc vox non raro honeſtiorem aliquam operam, ſive officium, quod reip. præſtatur. Valerius Maximus lib. 7 c. 3 *Idem ut Puteolos vertit perinde ac publicum miniſterium agens* &c. Vellej. lib. 3 c. 39 *Quippe Senatus conſulto, miniſterio Catonis, Regis morte* (Cyprus) *facta provincia eſt*. MINISTERIO, id eſt, ductu, operâ. Et c. 45 *Idem P. Clodius, in ſenatu ſub honorificentiſſimo miniſterii titulo, M. Catonem a rep. relegavit*. MINISTERII, id eſt, legationis. Nam lege a Clodio lata miſſus in Cyprum Cato eſt, ut regem Ptolemæum ſpoliaret regno, & Cyprum provinciam Romanam faceret. ¶ 2. Pro miniſtris uſurpatur, ſicut ſervitium pro ſervis, magiſterium pro magiſtris, &c. Apulej. l. 3 de A. A. *Tunc me per proſcenium medium, velut quamdam victimam, publica miniſteria perducunt & orcheſtræ mediæ ſiſtunt*.

¶ Miniſterialis, e, zum dienſt gehörig. Improbat Voſſius de Vitiis L. L. 3 c. 26. Conf. Cellar. Antibarb. p. 67.

¶ Mĭniſtro, avi, atum, are, dienen, dienſt verwalten, handreichung thun. Virg. 1 Æneid. v. 154 *Furor arma miniſtrat*, i. e. ſuggerit, objicit, die wuth wirfft zu, reicht dar. *Vinum verba miniſtrat*, Horat. 1 epiſt. 15 v. 20, der wein macht ſprechend. *Miniſtremus noſmet inter nos*, Plaut. Stich. a. 5 ſc. 4 v. 7, wir wollen uns untereinander ſelbſt aufwarten. ¶ Nove Colum. lib. 12 cap. 1 *Si quis ex familia cœperit adverſa valetudine affici, videndum erit, ut is quam commodiſſime miniſtretur*, es iſt zu beobachten, daß er auffs beſte bedienet werde.

¶ Miniſtratio, ōnis, die handreichung, dienſtleiſtung. Tertull. de Pudic. c. 15 ita vertit græcum διακονία 2 Corinth. c. 4 v. 1.

¶ Miniſtrator, ōris, qui miniſtrat, ein handlanger, aufwärter. Cicer. 2 de Orat. c. 75 *Te objurgabam, quod miniſtratorem peteres, non adverſarium*. Varro 3 R. R. c. 14 *parvus* [cochleis] *cibus opus eſt, & is ſine miniſtratore*. Sueton. Vitell. c. 17 *Miniſtratorem ſe exhibere alicui*, einem aufwarten; *Cum auriganti*, inquit, *miniſtratorem exhiberet*.

¶ Miniſtratrix, īcis, eine aufwärterin, dienerin. Si Nonium audimus c. 2 n. 567, Cicero de Orat. 1 c. 17 *artes miniſtratrices oratoris* dixit, ubi in impreſſis *miniſtræ*.

¶ Miniſtratōrius, a, um, dienſtbar. Martial. lemmate epigr. 105 l. 14 *Vrceoli miniſtratorii*.

Compoſita:

¶ Admĭniſter, tri, & Adminiſtra, æ, miniſterio aliquo fungens, ein mithelffer, diener, ſo zur hand gehet. *Adminiſter audaciæ, libidinis alicujus*, Cic. in Catil. 1 c. 3. *Adminiſtra & comes virtutis ars*, Idem pro Leg. Manilia cap. 13.

¶ Adminiſtro, are, zureichen, beytragen. Cæſ. lib. 7 B. Gall. c. 19 *Reliqua, quæ ad oppugnationem oppidi pertinebant, adminiſtrare inſtituit*. ¶ 2. Item, gubernare, regieren, verwalten; ut, *Adminiſtrare bellum, civitatem, rem familiarem, rempublicam, leges, judicia, negotium*, &c. Cicero paſſim. Cæſ. 3 de B. C. cap. 26 *Illi* [Cæſariani] *adhibita audacia & virtute, adminiſtrantibus M. Antonio & Fuſio Caleno, naves ſolvunt*: ADMINISTRANTIBVS, id eſt, curantibus. Illi quippe præerant, & cogendi habebant poteſtatem. Vellej. 2, 61, 4 *Bellum ab eo fortiſſime adminiſtratum eſt*. Nepos 9, 1, 2 *Male res adminiſtrata eſt*, man hat übel hauß gehalten. Hinc & pro *peragere* ponitur: Sic *adminiſtrare ſementem, fœnificium, vindemiam, alia*, Columella dixit 2 c. 22, & 11 c. 2, & Varro de R. R. 1 c. 17.

¶ Adminiſtratio, ōnis, die verwaltung. *A curatione & adminiſtratione rerum vacare*, des amtes und dienſtes quitt seyn, Cicer. lib. 1 Nat. D. c. 1. Et, *Officiis & adminiſtrationibus peccare*, Tacit. Agric. 19 cap. 5.

¶ Admĭniſtrātor, ōris, ein verwalter. Cicer. lib. 1 de Orat. c. 48 *Adminiſtrator belli gerendi conſtitutus*.

¶ Adminiſtratōrius, a, um, aufwartſam, dienſtbar. Vulg. Interp. Hebr. 1 v. 14 *Adminiſtratorii ſpiritus*.

¶ Adminiſtratīvus, a, um, idem; ut, *Ars activa vel adminiſtrativa*, Quintil. lib. 2 cap. 18 extr.

¶ Comminiſtro, are, zugleich dienen, ex Plinio Cœlius annotavit, oſtenſa tamen ſimul lectione variante. Locus eſt lib. 28 c. 8, & vera lectio, etiam Harduini, *commonſtrant*, non *comminiſtrant*.

¶ Præmĭniſter, tri, ein aufwärter, diener. Macrob. 3 Saturn. cap. 8 *Mercurii vocabulo ſignificant præminiſtrum*. Tertull. de Orat. c. 1 *opus præminiſtri*, baptiſtæ ſcilicet præcurſoris.

¶ Præminiſtra, æ, fœm. eine dienerin. Macrobius dicto loco: *Camilla Dianæ præminiſtra*. Et Apulej. Apolog. p. 278 *Lingua mendaciorum & amaritudinum præminiſtra*.

¶ Præminiſtro, are, aufwarten, darreichen, zu tiſche dienen. Apulejus lib. 2 Mileſ. p. 119 *Aſſidue reſpiciens præminiſtrantem Fotidem*. Tertull. Apolog. c. 21 *Fabulas ad deſtructionem veritatis, iſtius æmulas, præminiſtraverunt*.

¶ Submĭniſtro, are, darreichen, zuſtecken. *Tela clam ſubminiſtrantur*, Cic. pro Cœlio c. 9. Et, *Subminiſtrare frumenta*, Cæſ. B. Gall. l. 1 c. 40; &, *Auxilia*, lib. 4 c. 20.

¶ Subminiſtratus, ûs, die darreichung, vorſchub. Macrob. Saturn. 7 c. 12 *Exiguo ſubminiſtratu penuriam conſolari*.

¶ Subminiſtratio, ōnis, idem. Tertull. lib. 4 adv. Marc. c. 39 *Excepit pronunciandi ſubminiſtrationem*. Et Apologet. c. 48 *ſubminiſtratio incorruptibilitatis*.

¶ Submĭniſtrator, ōris, ein helffer, handlanger, mittels-perſon. Seneca in epiſtola 114 ſub fin. *Subminiſtrator libidinum*, der vorſchub thut. Tertull. Apolog. c. 23 *Æſculapius vitæ ſubminiſtrator morituris*.

Minitor, ari, vide ante in *Minæ*.

MĬNIVM, i, terra rubra, rothe farbe. Duplex eſt *Minium*, alterum *nativum*, bergzinnober: alterum *ſecundarium*, menning oder rubricken. Plin. lib. 33 c. 7 *Minium in voluminum ſcriptura uſurpatur*. Minio illitas Deorum facies, quorum proprius rubeus color, qui ſimilitudinem ætheris refert: & ob id triumphantium quoque, qui omnia Jovis inſignia habebant, miniatas fuiſſe, Servius ad eclog. 5 & eclog. 10 Virgilii notat. De Minii rationibus v. Vitruv. 7 c. 8 & 9.

¶ Miniāria, æ, locus, in quo minium foditur, eine menninggrube. Plin. 33 c. 7 *Miniaria Siſaponenſia*, pluraliter.

¶ Miniarius, a, um, adjectivum, ex minio, von menning: ut, *Metallum miniarium*, Plin. 33 cap. 7. *Miniaria expolitio parietum*, der anſtrich von menning.

¶ Miniāceus, a, um, idem. Vitruv. lib. 7 cap. 4 *Cuneis ſilaceis ſeu miniaceis interpoſitis*. Et eodem libro cap. 9 *expolitionem miniaceam ſuum colorem retinere*.

¶ Minio, are, minio tingere, roth färben. Onomaſt. vetus, *Minio, as*, μιλτόω. Hinc

¶ Miniātus, a, um, minio infectus aut oblitus, mit menning gefärbt. *Cerula miniata*, roth wachs: Cic. Attic. 15 epiſt. 14 poſt illam, quæ ad Dolabellam inſeruit: *me ad συντάξεις dedi: quæ quidem vereor, ne miniata cerula tua pluribus locis notandæ ſint*. Plinius 10 c. 42 *torque miniato in cervice*. ¶ *Funiculum fugiunt miniatum*: de illis, qui officium faciunt non ex animo, ſed metu notæ & mulctæ. vide Chiliadas.

¶ Miniatŭlus, a, um, dimin. röthlich. Cic. ad Attic. lib. 16 epiſt. 11 *Cerulas tuas miniatulas illas extimeſcebam*. His enim emendanda notabantur.

¶ Miniculārius, i, qui minio quid inficit vel illinit, ein färber, l. 3 de Indulg. debit. lib. 11 C. Theod.

¶ Miniculator, ōris, Vlpiano Pand. lib. 38 de operis libert. dicitur, qui minio aut rubrica majuſculas litteras in ſcriptis libris aut ejusmodi aliquid pingit.

¶ Subminia, æ, tunicæ genus apud Plautum Epid. a. 2 ſc. 2 v. 48 quaſi *ſubminiata*.

Mino, are, & Minor, ari, vide paullo ante *Minæ*.

MĬNOR, ōris, & neutr. Minus, kleiner, weniger, minder, jünger. Vulgo eſt comparativus irregularis a *Parvus*. Quidni ab obſoleto *Miner*? cujus ſuperlativus *Minerrimus* pro minimo apud Feſtum reperitur. Non dubitandum eſt, quin ſit a μινυὸς, quod Atticum eſt pro μικρὸς, ut ſcribit Euſtathius, unde μινύθω, *minuo*. Nepos 18, 7, 2 *Credens, minore ſe invidia fore*. Terent. Heaut. a. 2 ſc. 3 v. 113 *Quaſi iſtic minor mea res agatur quam tua*, id eſt, quaſi non tam mea interſit, quam tua, als wäre mir weniger dran gelegen, als dir. *Minoris facere, æſtimare, vendere*: Cic. 5 in Verrem cap. 64 *Negare non poteſt, ſe minoris, quam potuerit, decumas vendidiſſe*. ¶ *Minores*, poſteri, majoribus oppoſiti. Virg. Æn. 1 v. 532

nunc fama, minores
Italiam dixiſſe.

Sic, *Minor natu*, jünger. Et, *Minor natu aliquot annis*, Cic. in 4 Acad. Quæſt. cap. 19, & Nepos 23, 3, 2. ¶ *Minus*, ut nomen neutrum a *Minor*, jam expoſitum, v. g. in formula *minoris vendere*, ubi *pretium* ſubauditur. Cætera vim adverbii habent.

¶ Mĭnus, adverb. weniger. *Multo minus*, Cic. 13 fam. epiſt. 1 &c. viel weniger. *Minus diebus XXX*, i. e. minus quam &c. Nepos Themiſtocle cap. 5 n. 2, nicht gar in dreyßig tagen. *Minus potens*, i. e. impotentior. Sic omnibus poſitivis jungi poteſt, præſtatque periphraſin comparativi. Sæpe non comparativum eſt, ſed idem ac *Non valet*: ut, *minus bene veſtitus*, Nepos Cimone c. 4 n. 2. *Minus proſpere*, improſpere, Idem Datame c. 6 pr. Et, *Miſerum? quem minus credere eſt?* Terent. Heaut. a. 1 ſc. 2 v. 18. *Minus intelligo*, Idem Eunuch. a. 4 ſc. 5 v. 11, hoc eſt, non intelligo. *Minus minusque mihi obtemperat*; je länger, je weniger, Terent. Heaut. a. 3 ſc. 3 v. 33, quod *minus & minus* eſt Ovidio 2 Pont. epiſt. 8 v. 73. Et, *Minus dicere*, eſt non omnia dicere, quæ erant dicenda. Plaut. Amphitr. a. 1 ſc. 2 v. 17

Nunc de Alcumena dudum quod dixi minus,
Hodie illa pariet.

¶ Quomĭnus, id eſt, ut non, damit nicht, auf daß nicht. Terent. in Andr. a. 4 ſc. 2 v. 17 *Ne pater per me ſtetiſſe credat, quo minus hæ fierent nuptiæ*. Sæpius autem, ut revera eſt, in duas voces dividitur, additurque verbis, quæ impedimentum aliquod ſignificant. Vellejus l. 2 c. 51 *Mare præſidiis claſſium* [Pompejus] *ſepſerat, quo minus Cæſar legiones poſſet transmittere*. Ibidem: *Cæſar nihil in mora habuit, quo minus & ipſe exercitusque claſſibus perveniret, & primo pæne caſtris Pompeji ſua jungeret*.

¶ Nihilomĭnus, vide infra *Nihil*.

¶ Minuſcŭlus, a, um, dimin. a *Minor*, klein: ut, *Minuſcula epiſtola*, Cicero lib. 3 ad Q. fratr. epiſt. 1 cap. 4 pr. ein klein briefflein. *Minuſcula villa*, Idem Attico lib. 14 epiſt. 13. *Minuſculus canis* [ſidus] Vitruv. lib. 9 cap. 7.

¶ Minōro, are, mindern, verringern: Vulg. Interpr. 2 Cor. 8 v. 15. Et Tertull. de Anima c. 43 *Perit anima, ſi minoratur*. Gloſſ. lat. gr. *Minoro*, ἐλαττόω.

¶ Minoratus, a, um, gemindert, verringert, eſt in Pandect. 1, 10 de ſervis export. *quos minorato pretio vendidit*. Conf. Tertull. adverſ. Judæos c. 14, & de Corona c. 14.

¶ Mĭnĭmus, a, um, ſuperl. der kleinſte, geringſte, minſte. Plaut. Sticho a. 1 ſc. 2 v. 63 *E malis multis, malum quod minimum eſt, id minimum eſt malum*. Sic, *Minimo emere, redimere*, um das geringſte wieder an ſich löſen: Idem Epidic. a. 2 ſc. 2 v. 110 *Quanti emi poteſt minimo?* Sed,

Minimus natu, Cic. 2 de Orat. cap. 14, der jüngste. *Minimo me provocat*, scil. digito, Horat. 1 sat. 4 v. 14. ¶ Superlativum ex superlativo Græcorum more format Arnobius lib. 5 p. 160 & 166 *Digitorum minimissimus*.

¶ Mĭnĭmum, adverb. zum wenigsten. Apul. in Floridis: *Eodem die in palæstra adeò vehementer talum inverti, ut minimum abfuerim, quin articulum defringerem.*

¶ Minime, adverb. mit nichten, keines wegs. *Spectaculum minime gratum*, Livius lib. 1 cap. 25, ein nicht gar angenehm spectakel. *Minime mirum est*, Terent. Hecyr. a. 2 sc. 1 v. 23, id est, non, nequaquam. *Minime gentium*, bey leib und leben nicht, Idem Eunucho a. 4 sc. 1 v. 11, pro eo, quod est, omnium gentium judicio minime esse faciendum, uti Festus explicat.

¶ Minimopĕre, adverb. wenigstens. Licinius apud Priscianum: *Non minimopere milites quietos volebant esse.*

¶ Mĭnuo, ui, ūtum, ére, μειόειν, extenuare, detrahere, gering machen, verkleinern, schwächen. *Minuere dolorem, iram, laborem, fructum*, Terent. prolog. Heaut. v. 42, & in Phorm. a. 5 sc. 8 v. 24. *Auctoritatem alicujus minuere*, id est, elevare, eines ansehen verringern, verkleinern. *Majestatem Pop. R. minuere*, Cicer. 2 de Orat. c. 39. *Minuere sumtus*, &c. Idem 3 fam. epist. 8. ¶ Pro omittere, desinere, veteres posuere: Terent. Andr. a. 2 sc. 3 v. 18 *Neque tu ea caussa minueris hæc, quæ facis.* Et Phorm. a. 2 sc. 2 v. 88 *Minue vero iram*, i. e. desine irasci. Ita Lucret. lib. 2 v. 1027

quod non minuant mirarier omnes Paullatim.

Et Cæs. de B. G. 3 cap. 12 *Rursus minuente æstu.* ¶ *Minuere religionem*, Cornel. Nep. Agesil. cap. 4 extr. id est, violare.

¶ Minūtus, a, um, parvus, klein, gemindert: ut, *Fruges minutæ*, Cicer. Verrin. 5 c. 7, kleine gewächse. *Pisciculi minuti*, Terent. Andr. a. 2 sc. 2 v. 32. *Minutioris est curæ*, Quintilian. lib. 8 cap. 6, es ist kleinigkeit. *Animalia minutiora*, Tertullian. 1 adv. Marc. c. 14 pr. *Minutissimi ictus*, Sueton. Vitell. cap. 17. *Minutissimæ animantes*, Gell. lib. 14 c. 1.

¶ Minutŭlus, a, um, diminutiv. à *Minutus*, gar klein; ut, *minutulæ quæstiones*, Macrob. lib. 7 c. 3. *minutulæ litteræ*, Vopisc. in Tacito c. 11, kleine schrifft. *Pueri infantes minutuli*, Plautus prologo Pœnuli v. 28.

¶ Minūte, adverb. in minutas partes, zu kleinen bißgen. *Dens aratri minute diffindit humum*, Colum. lib. 2 cap. 4, & ¶ Comparat. & Superl. quoque inveniuntur. Quintilian. lib. 5 c. 14 *Minutiùs & scrupulosius scrutari omnia.* Cato R. R. c. 107 *quam minutissime per cribrum cernere.*

¶ Minūtim, adverb. idem. Colum. 4 c. 14 *Minutim soli terga convertere*, das erdreich zerkrümeln. Conf. Gell. 17 c. 8, & Apicius 3 c. 13, & lib. 8 c. 8. Sic & .

¶ Minutātim, id est, perexigue, sparsamlich. Cic. ad Attic. 16 epist. 1 *Perexigue & γλισχρῶς præbere, id est minutatim*; cui ibi opponitur, *abunde, affatim.* ¶ 2. Item, in minutissimas particulas, stückweise, allmählich, nach und nach: ut, *Minutatim addere aut demere*, ein wenig und aber ein wenig zu oder ablegen, Cic. 4 Acad. c. 16. Et Senec. ad Marciam c. 8 *Tristitiam ætas minutatim eximet.* Virg. Georg. 3 v. 485 *Ossa minutatim morbo collapsa trahebat.*

¶ Minutia, æ, pars minutissima, ein klein stücklein. Sen. epist. 91 *Attritu grana franguntur, donec in minutiam frequenter trita redigantur.* ¶ 2. *Minutia*, vel *Minitia* (nam & ita scriptum invenitur hoc nomen) est locus Romæ in Circi Flaminii regione, auctoribus Rufo & Victore, ubi frumentum dividebatur populo; sic dictus vel a *Minutio*, cujus inibi ara, de qua apud Festum, ut Lipsio videtur lib. 1 Elector. c. 7. Vide & Scalig. ad lib. 5 Manilii.

¶ Minuties, ēi, die kleinigkeit. Arnob. lib. 6 p. 204 *palmarum in minutiem contrahi.* Apulejus Met. lib. 9 p. 195 *ad summam minutiem contero.* Idem lib. 11 *In minutiem redire.*

¶ Minutio, ōnis, die verkleinerung, minderung: ut, *capitis minutio*, Gell. lib. 1 cap. 12, hoc est, diminutio dignitatis & status prioris. Et Tertullian. de Spectac. cap. 22 *Damnant ignominia & capitis minutione.*

¶ Mĭnūtal, ālis, condimenti genus ex rebus minutatim concisis, eine pastete, zerhackte speise, lungenmuß. Juven. sat. 14 v. 128

Hesternum solitus medio servare minutal
Septembri. Conf. Martial. 11 epigr. 32.

Plural. *Minutalia.* Tertull. de Anima cap. 32 *Culices, formicæ, tineæ, & hoc genus minutalia.* Ergo de aliis etiam minutis rebus, non de cibis solum, hoc verbum dici potest, ut hoc loco de minutissimis bestiolis. Idem Tertull. de Habit. mul. c. 6 *lapillos, qui cum auro superbiam jungunt*, vocat *terræ minutalia*, stücklein, bröcklein. Et Marcell. Emp. 8 *Minutalia fetri vetusta.*

¶ Minutālis, e, adject. eintzeln; ut, *minutalia regna*, Tertull. adv. Marc. 1 c. 4.

¶ Mĭnuisco, ĕre, weniger werden. Auson. Ephemer. sub fin.

profugi minuiscunt crimina somni.

¶ Minutilŏquium, i, eine kurtze rede. Tertull. de Anima cap. 6 *Micas de minutiloquio Aristotelis infersit.*

Composita cum præposit.

¶ Commĭnuo, ĕre, verringern, zerbißeln, zerstückeln. *Frangere & comminuere*, Cic. 2 Offic. c. 11. Et, *Comminuere vires ingenii*, Ovid. 3 Pont. epist. 3 v. 34, id est, exhaurire, debilitare, schwächen. Cic. pro Quint. c. 6 *Nullum officium tam sanctum est, quod non avaritia comminuere atque violare soleat.* Idem ad Attic. lib. 4 epist. 3 *Re familiari comminuti sumus*, man hat unsere mittel geschmählert.

¶ Comminūtus, a, um, zerbröckelt, geschwächt: ut, *annulus comminutus*, Cic. Verr. 4 c. 25; &, *Opes civitatis comminutæ depressæque*, Idem Verr. 5 c. 37.

¶ Comminutim, adverb. in kleine stücklein. Apicius 4 c. 4 *Comminutim concisa.*

¶ Demĭnuo, & Diminuo, ĕre, in partes minutas confringere & attenuare, verringern, schmälern. Terent. in Eunuch. a. 4 sc. 7 v. 33 *Diminuam ego caput tuum hodie, nisi abis*, den kopf zudreschen. *Detrahere & diminuere de re aliqua*, Cic. 2 de Invent. cap. 10, abkürtzen und abbrechen. Et, *De bonis alicujus diminuere*, Idem ad Qu. frat. 1 epist. 2. ¶ Interdum idem quod alienare, enteusern, uti prolixe docet Pareus Lex. Crit. p. 332.

¶ Demĭnūtus & Diminutus, a, um, geschwächt, geschmälert: ut, *deminuta potentia*, Cæs. B. G. 1 cap. 18. *Copiæ deminutæ*, ibid. 7 c. 31. Secundum Festum *Deminutus capite* appellatur, *qui civitate mutatus est; & ex alia familia in aliam adoptatus; & qui liber alteri mancipio datus est; & qui in hostium potestatem venit; & cui aqua ignique interdictum est.* Cic. de Clar. Orat. princ. *Interitu talis auguris dignitatem nostri collegii diminutam dolebam*, daß unserm collegio ein grosses abgangen. *Diminutum quicquam ex regia potestate*, Liv. lib. 2 c. 1, ubi Gronovius *deminutum*: alii *diminutum*. Hinc Compar. *Diminutior* est. Tertull. adv. Marcion. lib. 2 c. 9 *transire in aliquam diminutiorem qualitatem.*

¶ Diminutio, ōnis, die verkleinerung, der abbruch. *Diminutio civium*, Cic. 3 Catil. c. 10; &, *libertatis*, 2 de Lege Agrar. c. 7. Idem in Offic. lib. 2 cap. 21 *Ne de bonis privatorum publice diminutio fiat*, daß kein abbruch geschähe, rc. *Diminutio facta de imperio*, Servius ad Cicer. lib. 4 epist. 5.

¶ Deminutīvus, & Diminutivus, a, um, verkleinerlich; ut, *diminutiva vox*, Tertull. Apolog. c. 32.

¶ Deminōro, vel Diminoro, are, pro deminuere, verkleinern, verunehren. Idem Tertull. de Anima cap. 33 *Diminoratur illic ille*, &c.

¶ Deminoratio, ōnis, die verkleinerung. Vulg. Interp. Sirac. cap. 22 v. 3.

¶ Immĭnuo, ĕre, attenuare, verringern, geringer machen, contrarium verbo amplificare. *Imminuere auctoritatem suam*, Cicer. ad Attic. lib. 1 epist. 18, sein ansehen schwächen. *Imminuere alicujus laudem*, Idem Dolabellæ lib. 9 epist. 14, einen verkleinern. *Imminuere virginem*, i. e. violare, Apul. Flor. lib. 2. *Nec pudicitiam mihi quisquam imminuit*, Plaut. Cist. a. 1 sc. 1 v. 90.

¶ Imminūtus, a, um, gemindert: ut, *Attenuatum atque imminutum bellum expectatione Pompeji*, Cicero pro Lege Manil. c. 11. Et, *Cupiditas imminuta atque debilitata*, Idem Philipp. 12 cap. 3. *Imminutum & amputatum corpus*, zerstümmelt, Sen. epist. 9. Hinc compar. *Imminutior*: Solinus c. 3 *Cum modus intercalandi interdum fieret imminutior, interdum auctior.*

¶ Imminutio, ōnis, die verringerung, schmälerung: ut, *Imminutio dignitatis*, Cic. 3 fam. epist. 8. Ausonius in Cent. Nupt. primum cum uxore congressum *imminutionem* vocat, quod tum virginitas imminuatur.

¶ Perminuo, ĕre, unde esse videtur

¶ Perminūtus, a, um, sehr geschwächt oder geringert. Cicer. in Tusc. lib. 2 cap. 13 *Omnia bona corporis & fortunæ perexigua & perminuta*, sehr gering und sehr klein. Sed hoc & a *minutus* esse potest; ut a *magnus, permagnus*, &c. Quamquam ne sic quidem certissimum hoc exemplum est, quod castigatiores libri simpliciter *Minutum* exhibent.

MĪNOS, Minois, Μίνως, rex Cretensium, Jovis & Europæ filius, qui Cretensibus primus leges dedit, quas ex antro patris se proferre simulavit ad firmandum imperium; Lactant l. 1 cap. 22. Videatur Platonis Minos, & Nicolaus Damascenus de moribus gentium in Cretensibus. Suet. Tiberio cap. 70 *Quo primùm die post excessum Augusti, curiam intravit: quasi pietati simul, ac religioni satisfacturus; Minois exemplo, thure quidem ac vino, verum sine tibicine, supplicavit: ut ille olim in morte filii.* ¶ 2. Judex item animarum apud inferos. Cicer. 1 Tusc. cap. 5 *Inexorabiles judices apud inferos sunt, Minos & Rhadamantus.* Etsi autem tres judices sunt apud inferos, *Minos, Æacus & Rhadamantus* duo fratres, Minos tamen præcipuus est: Et si quid cæteris ambiguum, ipse dijudicat: Sed & solus aureum sceptrum gerit. Virgil. Æneid. 6 v. 432

Quæsitor Minos urnam movet: ille silentum
Conciliumque vocat, vitasque & crimina discit.

¶ Minōis, ĭdis, patronym. i. e. filia Minois, Ariadne: Ovid. Met. 8 v. 174
Protinus Ægides rapta Minoide, &c.

¶ Mīnōĭus, a, um, adject. ut, *Minoia Creta*, Lucan. 3 v. 163. Et Virg. 6 Æneid. v. 14

Dædalus, ut fama est, fugiens Minoia regna.

¶ Mīnōus, a, um, idem. Ovid. in Ibin v. 509
Si tua contigerit Minoas puppis arenas.

¶ Minotaurus, soboles ex Pasiphaë, Minois uxore, & Tauro, ejusdem amasio: Virg. 6 Æn. v. 24 seq. & Catullus de nuptiis Pelei & Thet. a. v. 76. Ut biforme monstrum describitur, cui Athenienses quotannis septem ex suis liberis devorandos miserint, donec Theseus occiderit, quem Ariadne amavit. Servius interpretatur, Taurum fuisse scribam Minois, cum quo Pasiphaë congressa gemellos pepererit, alterum Minoi, alterum Tauro similem, & inde fabulam fuisse de Minotauro. vid. Plut. in Theseo, Ovid. Heroid. epist. 10, & de Arte am. 2 v. 24.

MINTHA, æ, Cocyti filia, Plutonis pellex, quam Proserpina in herbam sui nominis commutavit. Virile membrum a se *Mentulam* vocasse dicitur. Herba Latinis quoque *Mentha* vel *Menta* dicta est, de qua supra. vid. Ovid. Met. 10 v. 729.

MINTRIO, ire, vel Mintro, are, pfipfern wie eine maus. Aut. Philom. v. 61 *Mus avidus mintrit*, al. *mintrat.*

MINTURNAE, ārum, oppidum in Campaniæ finibus ad Lirim fluvium, inter Sinuessam & Formias, habens paludes, in quibus Marius Sullam fugiens delituit. vid. Horat. 1 epist. 5 v. 4. Lucan. 2 v. 424. Juvenal. sat. 10 v. 276. Liv. 10 c. 21.

Minuisco, Minuo, ĕre, vide paullo ante in *Minor*.

MĬNŪRIO, īre, est tenui & deducta voce canere, proprieque dicitur de avibus minoribus, girren, singen wie die vögel. Veteres Glossæ: *Minurit*, μινυρίζει. Festus: *Minuritiones minorum sunt avium cantus.* Sidonius lib. 2 epist. 2 *Philomelam* [quam volupe est audire]

inter frutices sibilantem, Prognen inter asseres minurientem! Spartianus *minurire* palumbum proprium tradit in Antonin. Geta circa finem.

¶ Mīnūritio, ōnis, aviculārum cantus, der vogelgesang, apud Ciceronem lib. 1 de Oratore c. 59, ut eum locum feliciter restituit Turnebus, quem vide lib. 1 Advers. c. 12. Adde Festum modo in *Minurio* allegatum.

Minutal, minutia, minutus, &c. vide *Minuo* in *Minor.*

MĬNȲAE, arum, Argonautæ, Jasonis socii. Servius ad Virg. eclog. 4 *Socii vero Jasonis appellati sunt* MINYAE, *vel ab Argo hujus nominis Colchorum: vel quod multi ex quadam* Minya *nati Jasoni se conjunxerunt: vel quod* Minya *Jasonia terra avia fuerit.* Sed in his verbis bis nonnulla corrupta & emendanda sunt. Itaque pro *Argo hujus nominis Colchorum*, legendum puto: *a rege hujus nominis Tolchorum.* Tolchi enim omnes *Minyæ* appellati, ut Diodorus Scapsius apud Scholiasten Apollonii tradit: procul dubio ab isto rege suo. Deinde pro *Jasonia terra avia fuerit*, lego: *Jasonia terra, patria fuerit. Jasonia terra*, Thessalia est, regnum Jasonis.

¶ Minyas, æ, Orchomeni filius Thebanus, qui, cum omnes mortales suæ ætatis opibus superaret, primus omnium gazophylacium construxisse dicitur. v. Pausan. & Cæl. Rhodig. 20 c. 25.

¶ Mīnȳēides, um, (vel, ut perperam alii volunt, Mīnēides,) Minyæ filiæ, in vespertiliones transformatæ, eo quod Bacchi sacra spernerent, Ovid. Met. 4 v. 31 & 425. Quarum una ibid. v. 1 *Alcithoë Minyeias* in sing. dicitur.

¶ Minyeïus, a, um, adject. (alii Mineius;) ut, *Minyeia proles*, Ovid. Met. 4 v. 389. *Minyeia manus*, Val. Flacc. 1 v. 706.

Mirabilis, Miraculum, mirificus, &c. vide mox *Miror.*

MIRMILLO, ōnis, plur. Mirmillones, gladiatorum genus, quibus origo e Gallis. vide Lips. lib. 2 Saturnal. cap. 10. Cicero L. Antonium *gladiatorem & mirmillonem* sæpe vocat Philipp. 6. Vetus Scholiast. Juven. sat. 8 v. 199 *Mirmillo armaturæ Gallicæ nomen, ex pisce inditum, cujus imago in galea fingitur.* Adde Vales. in Ammiani 23 extr. pag. 385.

¶ Mirmillonium, i, genus armaturæ Gallicæ.

MĪROR, atus sum, ari, proprie est in admirationem rapi, re aliqua, tamquam nova, obstupefieri, sich verwundern. *Magnopere miror*, Cicer. Acad. 4 cap. 19. *Miror, te ad me nihil scribere*, Pompejus Domitio sub epist. 12 lib. 8 ad Atticum. Ipse Cicero 10 ad Attic. epist. 5 *Satis mirari hominis negligentiam non possum, non queo.* Idem de Orat. 2 cap. 14 *Illud jam mirari desino, quod multo magis ante mirabar.* Et, *Mirabar hoc si sic abiret*, Terent. Andr. a. 1 sc. 2 v. 4, es nahm mich wunder, daß diß also solte hinaus gehen. *Se mirari*, sibi placere, Martial. 13 epigr. 2. ¶ 2. Virg. 8 Æneid. v. 517 *Primis & te miretur ab annis*, hoc est, tuas virtutes primum miretur, deinde imitetur: Servius MIRETVR; *imitetur:* Lucanus lib. 9 v. 807

miratorique Catonis.

id est, IMITATORI. *Optima enim ingenia necesse est, ut ea, quæ mirantur, imitentur.* Idem Lucanus lib. 3 v. 106

Superos mirata vetustas,

id est, imitata. Valerius Flaccus lib. 1 v. 68

te parvus lituos, & bella loquentem
Miretur: sub te puerilia tela magistro
Venator ferat.

¶ 3. Nonnunquam significat in deliciis habere, cum voluptate & delectatione intueri. Sallust. Catilin. cap. 11 *Insuevit exercitus Pop. Rom. vasa cælata mirari*, i. e. in deliciis habere. ¶ 4. Aliquando hoc verbum non simplicem admirationem significat, sed effectum aliquem; quando videlicet blanditiæ & adulationi inservit: cujus proprium est alios mirari. Cicero in Paradoxis: *Loquitur ad voluntatem: quicquid denunciatum sit, facit; assentatur, assidet, miratur.* Idem 2 de Divinatione: *Neque porro aut adulatus aut miratus sum fortunam alterius, ut me meæ pæniteret.* Apud Græcos quoque θαυμάζειν abjecti animi verbum ac servile esse Casaubonus ad Theophrastum περὶ ἀρεσκείας observat. ¶ 5. *Mirari*, pro nescire, ignorare, in illo Plaut. prol. Aulul. *Ne quis miretur qui sim, paucis eloquar*, Donatus accipit: quem vide ad Terent. Andr. a. 4 sc. 4, conf. Voss. lib. 4 Instit. Orat. cap. 7 n. 5 p. 122. ¶ 6. *Miro*, active Varro apud Nonium cap. 7 v. 105 dixit: *Hospes, quid miras?* &c.

¶ Mirandus, a, um, admiratione dignus, wunderns werth. Cicer. ad Marcell. 15 fam. ep. *Mirandum in modum gaudeo*, wunderbarlicher weise. *Mirandum in modum concupiscere*, Idem ad Attic. lib. 9 ep. 7. Et, *Quæ mihi minime miranda acciderunt*, Idem lib. 3 fam. ep. 10, darüber ich mich nicht wundere.

¶ Miratus, a, um, der sich verwundert hat. Horat. 4 od. 9 v. 14 *Aurum vestibus illitum mirata.* Virg. Georg. 3 v. 49 *Miratus præmia.*

¶ Miratus, ûs, subst. die verwunderung; ut, *Miratu digna*, Senec. epist. 94 p. 451.

¶ Miratio, ōnis, idem. Cic. lib. 2 de Divin. cap. 22 *Caussarum ignoratio in re nova mirationem facit.*

¶ Mirator, ōris, ein verwunderer. Martial. lib. 10 epigr. 87 *Mirator veterum senex avorum.* Adde Lucan. cit. jam loco. *Mirator tantum sui*, Senec. Vit. Beat. cap. 8.

¶ Miratrix, īcis, die sich wundert; ut, *Miratrix turba*, Juvenal. sat. 4 v. 62. Et Seneca Hippolyto v. 742

Fama miratrix senioris ævi.

Et Lucan. lib. 4 v. 654 *famosa vetustas*
Miratrixque sui.

¶ Mirabundus, a, um, admirans, wundernd. Liv. lib. 3 cap. 38 *Plebs mirabunda.* Idem lib. 4 cap. 33 *quum utramque mirabundam in se aciem vertisset.*

¶ Mīrābĭlis, e, mirandus, dignus miratione, wunderbar, wundersam. *Mirabile dictu*, Cic. 5 Paradox. cap. 1. *Mirabilem in modum*, Idem lib. 5 ad Attic. epist. 13. Lucretius lib. 2 v. 1026

Nil adeo magnum, nec tam mirabile quicquam
Principio, quod non minuant mirarier omnes
Paullatim.

Mirabilis cupiditas, C. Nep. Miltiad. c. 5, vehemens, ingens. Cic. lib. 2 de Orat. cap. 18 *Tum Catulus: Quo mirabiliora fecisti, eo me major exspectatio tenet.* Liv. lib. 9 cap. 18 *Mirabiliores, quam Alexander.* Sen epist. 9 *Quanto hic mirabilior vir.* Vellej. 2, 52, 4 *Nihil illa victoriâ mirabilius.* Columell. 6 cap. 36 *Mirabilissima soboles.*

¶ Mirabiliter, adverb. wunderlich, wunder sehr. Cic. ad Brutum lib. 11 fam. epist. 14 pr. *Mirabiliter, mi Brute, lætor, mea consilia, measque sententias a te probari*, es ist mir eine wunder-grosse freude. Idem lib. 4 epist. 13 ad Nigidium: *Familiares ejus mirabiliter de te & loquuntur & sentiunt*, i. e. præclare, honorifice. Nepos 10, 10, 2 *Mirabiliter mutata voluntas.*

¶ Mirabilitas, ātis, die wunder-art. Lactantius 7 cap. 4 *Mirabilitas operum.* Nonius cap. 8 n. 53, & Nizolius etiam Ciceroni tribuunt in Offic. 2 cap. 11, ubi aliis est *Admirabilitas.*

¶ Mīrācŭlum, i, θαῦμα, res miranda, quæ admirationem afferre potest, quasi sit contra naturam, ein wunderwerck, eine wunderthat. Plinius lib. 10 cap. 52 *Generatio avium simplex esse videtur, cum & ipsa sua habeat miracula.* Liv. lib. 25 cap. 9 *Vigil incautius miraculo magnitudinis in eos, qui ferebant* [aprum prægrandem] *versus.* Ædificia quædam & moles admirandas, *Miracula mundi* vocat Plinius; ut, *Mausoli monumentum, Obeliscos, Pyramides Ægyptias, Labyrinthos, Hortos pensiles, Templum Dianæ Ephesi, Lapidem fugitivum, Ædificia quædam sine clavo*, &c. vide ipsum lib. 36 cap. 12 seqq.

¶ Miraculosus, a, um, miraculis plenus, priscis ignotum verbum.

¶ Mīrio, ōnis, qui admiratur omnia, inque iis stupet, der maul und nase aufsperret. Tertull. de Præscription. cap. 1 *Solent isti miriones ædificari in ruinam.* Varro de L. L. 6 cap. 3 ex Accio probat, *personas distortas oribus & deformes miriones* dici.

¶ Mirus, a, um, mirabilis, admiratione dignus, seltzam, wunderbar. Cic. ad fam. lib. 2 ep. 10 *Me mirum desiderium tenet urbis, incredibile meorum*, ich habe wundergroß verlangen nach der stadt. Notentur & istæ locutiones: Plaut. Amph. a. 1 sc. 1 v. 127 *Mira sunt, nisi invitavit sese in cœna plusculum*, es nähme mich wunder, wenn er sich nicht ziemlich solte besoffen haben. Terent. Andr. a. 3 sc. 4 v. 19 *S. Vbi nunc est ipsus? D. Mirum, ni domi est.* Idem in Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 52 *Mirum, ni hanc dicit, modo huic, quæ data est dono.* Eodem modo Plautus Bacch. a. 3 sc. 3 v. 46 *Mira sunt, ni* &c. Alibi Plautus subjunxit particulam, *quin*, ut Amphitr. a. 2 sc. 2 v. 118 *Mirum, quin te adversus dicat*, es solte mich wundern, wann er dir nicht widerspräche. ¶ 2. Gifanio in Indice Lucretiano videtur hoc nomen in remotiore quadam significatione posuisse veteres; ut, pro *novo*, item *egregio*, Lucretium: pro *tristi* ac *duro* Cic. & Plaut. vide ipsum. Formulæ, *Mirum quam, Mirum quantum*, vim augendi habent. Liv. lib. 1 cap. 16 *Mirum, quantum illi viro, nuntianti hæc, fides fuerit.* ¶ 3. *Mira*, wunderbare dinge; ut, *Nimia mira memoras*, Plaut. Amph. a. 5 sc. 1 v. 53. *Mira ausus*, Vellej. 2, 61, 1. *Minime mirum tibi debet videri*, Cic. 10 fam. ep. 31, das soll dich nicht wunder nehmen. *Non, nec mirum*, es ist kein wunder, Idem. ¶ Compar. *Mirior, mirius*, Festus ex Titinnio: Nonius cap. 2 n. 515 ex Varrone attulerunt.

¶ Mire, adverb. wunderlich, überaus. Terent. Heaut. a. 5 sc. 1 v. 25 *Tuus Syrus mire finxit filium.* Cic. ad Attic. lib. 16 ep. 11 *Puero municipia mire favent.* Sen. epist. 11 *Pudor illum mire decuit.*

¶ Mīrĭfĭcus, a, um, wunderschön, wundergroß. *Mirificam cepi voluptatem*, Cic. 3 fam. ep. 11. *Agere gratias mirificas alicui*, Cic. ad Attic. 14 fam. ep. 13 *Cæsaris pueri mirifica est indoles virtutis*, Idem ad Brutum epist. 3, läst sich wunderfein an. ¶ *Mirificissimum*, Terent. in Phorm. a. 5 sc. 6 v. 32, ficte; At veriore forma Augustinus de Civ. Dei lib. 18 cap. 42 pr. *Post Alexandri Macedonis mirificentissimam, minimeque diuturnam potentiam.*

¶ Mirifice, adv. admirabiliter, sehr, über die massen. *Te ab eo mirifice diligi intelligebam*, Cic. 1 de Nat. Deor. cap. 21. Et, *Mirifice aliqua re delectari*, Cic. 2 fam. ep. 11. *Studiis mirifice deditus*, Idem 1 de Orat. cap. 13, der sehr fleißig überm studieren lieget. Nec tantum de lætioribus rebus, sed de tristibus etiam usurpatur. Cic. Attico lib. 6 epist. 3 sub finem: *Mirifice conturbatum vidi puerum*, sehr bestürtzt.

¶ Mirificentia, æ, die bewunderung. Chrysolog. serm. 63 *Mirabilium mirificentiam esse pervidemus.*

¶ Mirifico, are, mirabilem facere, wundersam machen. Eugenius Toletanus carm. 9 *Gestit & athletam mirificare suum.*
Tribuunt etiam Plauto Amphitr. a. 2 sc. 2 v. 46, sed MSS. *rumificant:* vide Lambinum: Nonius *rumiferant.*

Composita:

¶ Admīror, atus sum, ari, sich verwundern. Cic. Attic. lib. 6 epist. 9 *Admiratus sum brevitatem tuæ epistolæ.* Idem in Acad. 4 cap. 36 *Diodorum & admiror & diligo*, hoc est, veneror, suspicio, ich halte viel von ihm. Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 19 *Eorum ingenia admiror sæpe.* Et, *De Dionysio sum admiratus*, Cic. ad Attic. lib. 9 epist. 12.

¶ Admirandus, a, um, admiratione dignus, wundernswürdig. Nepos Catone de ejus historiis reddens: *In iisdem exposuit, quæ in Italia Hispaniisque viderentur admiranda*, id est, res admirandæ, quæ ibi viderentur. Sic Lipsius libros suos *de magnitudine Romana* ADMIRANDORVM nomine inscripsit.

¶ Admiratio, ōnis, die verwunderung. Cic. Off. lib. 2 cap. 14 *Magna est admiratio copiose sapienterque dicentis*, man verwundert sich groß über einen &c. Idem lib. 5 fam. epist. 12 *Varii casus habent admirationem*, die fälle tragen sich zu mit verwunderung. Et de Fin. lib. 4 cap. penult. *Quid habent admirationis, si propius accesseris?* was findet sich bey ihnen, so wunderns werth sey? *Afficere admiratione*, Idem 1 Offic. cap. 10. *Movere maximam admirationem alicui*, Idem 10 Philipp. cap. 2. Et, *In maxima admiratione pinus est*, Plin. lib. 16 cap. 26, sie ist sonderlich wunderns werth. Apulej. de Deo Socratis: *Parit enim conversatio contemtum; raritas conciliat ipsa rebus admirationem.* Et Nepos Iphicrate cap. 3 *Ipso adspectu cuivis injecit admirationem sui*, i. e. reverentiam. Pluraliter Vitruvius lib. 7 cap. 13 *Non minores sunt, quam ceterarum naturæ rerum considerantibus, admirationes.*

¶ Admirator, ōris, ein verwunderer; ut, *Antiquitatis admirator*, Quintil. lib. 2 cap. 5. Et Seneca epist. 94 sub fin. *Irritamentum est omnium, in quæ insanimus, admirator & conscius*.

¶ Admirabilis, e, admiratione dignus, wunderbar, wundersam; ut, *Res nova & admirabilis*, Cic. 2 de Divin. cap. 28. *Vir admirabilis in dicendo atque in omnibus artibus*, Id. de Orat. lib. 1 c. 2. Et, *Admirabilis ac singularis sapientia*, Id. ad Cæsarem sub 9 ad Attic. ep. 10. *Admirabile fuit in eo*, Nep. Agesil. cap. 7, i. e. insigne ad gloriam. *Tractatio rerum efficit admirabiliorem orationem*, Cic. in Orat. cap. 35. Et, *Magnitudo populi Rom. admirabilior prope adversis rebus, quam secundis fuit*, Liv. lib. 22 cap. 37 pr. ¶ *Admirabilia* interpretatus est Cicero, quæ apud Græcos Stoici παράδοξα appellabant. Ipse lib. 4 de Finibus sub fin. *Hæc παράδοξα illi* (Stoici,) *nos ADMIRABILIA dicamus*. Idem Paradox. præf. *Quæ quia sunt admirabilia, contraque opinionem omnium, ab ipsis etiam* (Stoicis Græcis) *παράδοξα appellantur*. Et Paradoxo 4 *Nec hoc tam re est, quam dicto inopinatum atque mirabile*.

¶ Admirabiliter, adverb. idem. Cic. de Nat. Deor. lib. 2 cap. 53 *Mundus consilio admirabiliter gubernatur*, also, daß es zu verwundern ist. Eidem in Tusculana 4 cap. 16 *admirabiliter dicere*, παραδόξως est.

¶ Admirabilitas, ātis, die wunder-art, verwunderung. Et hoc nomine Cicero usus est: ut, *Admirabilitas cælestium rerum*, de Nat. Deor. 2 cap. 36 pr. die wunderliche beschaffenheit himmlischer creaturen. Et 2 Offic. cap. 11 pr. *Hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit*.

¶ Demīror, ari, valde mirari, sich sehr verwundern. Terent. in Heaut. a. 2 sc. 3 v. 121 *At hoc demiror, qui tam facile potueris persuadere illi*, das nimmt mich groß wunder, wie &c. Gellius 16 cap. 18 *ὀπλικὴ facit multa demiranda*.

¶ Emīror, ari, pro demirari; Horat. lib. 1 Carm. od. 5 v. 8 *Emirabitur insolens*.

¶ Permirabilis, e, sehr verwunderlich. Augustinus de Genesi ad litter. cap. 10 *Immo vero id ipsum permirabile est, cum* &c.

¶ Permīrus, a, um, valde mirus, überaus wunderlich. Cic. 3 fam. ep. 10 *Illud permirum mihi accidit*. Idem de Orat. lib. 1 cap. 49 *Per mihi mirum visum est*.

MĪSANTHRŌPOS, i, μισάνθρωπος, osor hominum, ein unleutseliger sauertopff, menschenfeind, qualis Timon quispiam fuisse legitur, [de quo Lucianus:] vide *Timon*, & Cic. Tusc. 4 cap. 11.

Miscellaneus, miscellus, vide in sequenti *Misceo*.

MISCEO, miscui, mistum & mixtum, miscēre, μίγνυμι, permiscere, temperare, confundere, mengen, vermengen, mischen. *Qui alteri misceat mulsum, ipse non sitiens*, Cic. de Fin. 2 cap. 5. *Miscere vinum aquâ*, Plin. 7 c. 56. *Omnia turbare & miscere*, Cic. de Arusp. resp. c. 22. *Omnia armis tumultuque miscere*, krieg und lermen anrichten, Vellej. 2, 74, 3. *Cum amico omnes curas, omnes cogitationes tuas misce*, id est, communica, confer, Sen. epist. 3. Sed, *Mare cælo miscere: Miscere sacra profanis*, das hunderte ins tausende werffen, Horat. 1 epist. 16 v. 54. vide Chiliadas. Sic &, *Miscere summa imis*, Vellej. 2, 2, 3. ¶ 2. Non infrequenter auctores de turbatoribus & per ambitionem ac impotentiam res novas molientibus uti solent. Nepos in Pausania: *Qua victoria elatus plurima miscere cœpit, & majora concupiscere*. Cic. pro Milone: *Quando ille plura miscebat?* Phædrus fab. 3 *Procax libertas civitatem miscuit*. Vellej. 2, 86, 3 *Miscere se partibus*. ¶ 3. Iidem de architectis fraudum & deceptionum. Terent. Heaut. a. 4 sc. 4 v. 33

Ita tu isthæc tua misceto, ne me admisceas.

Itaque nos diceremus: braue, koche wie du wilst: menge mich nur nicht darein. ¶ 4. Vsurpatur & in re Venerea. Virg. Æn. 7 v. 661 *mista Deo mulier*. Sulpic. Sever. lib. 1 H. S. cap. 1 *Socero mista est*. Cic. 1 de Divin. cap. 29 *Corpus cum matre miscere*.

¶ Mistus, & Mixtus, a, um, gemengt, gemischt; ut, *Amor voluptate & molestia mistus*, Cic. de Univers. cap. 12, vermengt mit wohl und wehe, mit lust und unlust. *Mistus candore rubor, ea mixta ex dissimilibus erunt*, Cic. 1 Nat. Deor. cap. 27. Superlativo Vellejus Paterc. lib. 2 cap. 98 n. 3 *Mores vigore ac lenitate mixtissimi*.

¶ Mixtio, ōnis, ein gemeng, eine vermischung. Vitruvius 1 cap. 4 *Aliam mixtionem habet*. Et paullo post: *amaræ mixtiones*. Quæ vox apud eumdem frequentius occurrit. vid. Andr. Borrich. Vind. pag. 50.

¶ Mixtura, & Mistura, æ, idem. Quintil. lib. 6 cap. 3 *Frequentissima aliorum generum cum aliis mistura est*. Adde Varron. apud Nonium cap. 8 n. 58 *Mistura immoderata*. Et Lucret. 2 v. 977 *de rerum mistura dicere*.

¶ Mixtarius, vel Mistarius, i, vas, quo vinum aquâ, vel alia miscemus, ein schrotfaß. Lucil. apud Nonium cap. 15 n. 30

Vrceus aut longa geminus mistarius ansa.

¶ Mixtim, adverb. untereinander. Lucret. 3 v. 565 *per venas & viscera mixtim*.

¶ Mixtitius, a, um, vermischt. Hieron. in Jerem. cap. 25.

¶ Mixtix, īcis, sociabilis, gesellig. Petron. Fragm. Trag. p. 17 *Non est Mixtix*. Reinesius in Petron. p. 66 mavult *mixtilis* legere.

¶ Miscellaneus, a, um, gemischt. Gell. lib. ult. cap. 11 *Varia, miscellanea, & quasi confusanea doctrina*, aus mancherley zusammen gelesen, zusammen gebracht. *Æra miscellanea*, ex variis metallis mixta & confusa, ut *Corinthia* erant; de quibus copiose in Fragm. Petronii Tragur. p. 33 disseritur, ibique *miscellanea* vocantur. *Opus miscellaneum*, in quo variæ res commixtæ tractantur, ein buch, darinn von mancherley zusammen gesuchten dingen gehandelt wird. Apulejus lib. 3 de A. A. sub init. *Nec mora, cum magna irruptione patefactis ædibus, magistratibus eorumque ministris & turbæ miscellaneæ cuncta completa*. ¶ Substantive Juvenalis satyr. 11 v. 20 *veniunt ad miscellanea ludi*. Vbi *miscellanea* Vetus Scholiastes interpretatur cibum gladiatorum, sic dictum, quod omnia, quæ apponuntur eis, misceant, & sic manducent. Sed *Miscellanea*, ludi genus Juvenalis appellat, quod ita dictum, quia ad nullum certum genus ludorum, seu argumentum spectes, seu apparatum scenæ, referri posset. *Ludos miscellos* Suetonius vocat Caligulâ c. 20. Vbi vide Torrentium itemque Scaligerum lib. 5 de emendat. temporum p. 449.

¶ Miscellus, a, um, aliud adjectivum; ut, *Ludi miscelli*, i. e. mixti, de quibus paullo ante ex Suetonio l. c. *Miscellum genus columbarum*, Varro lib. 3 de Re Rust. cap. 7, zahme und wilde untereinander. *Miscellæ vites*, quæ omni agro conveniunt, omnibus aliis vitibus utilibus miscentur, Varro R. R. lib. 1 cap. 54.

¶ Miscellio, ōnis, qui novit artem miscendi cibos, ein koch. Sed apud Festum *Miscelliones* appellantur, *qui non certæ sunt sententiæ, sed variorum mixtorumque judiciorum sunt*.

Composita:

¶ Admisceo, ēre, einmischen, mit einmengen; ut, *Versus admiscere orationi*, Cic. 2 Tusc. cap. 11. Et Terent. in Heaut. a. 4 sc. 5 v. 35 *Ita tu isthæc tua misceto, ne me admisceas*. Et ibidem a. 5 sc. 2 v. 22 *Ne te admisce, nemo accusat Syre te*, menge dich nicht drein. Cic. in Philipp. 12 cap. 7 *Ego ad id consilium admiscear? in hac legatione sim?* Idem de Universo cap. 3 *Deus bonis omnibus mundum explevit, mali nihil admiscuit*.

¶ Admistus, & Admixtus, a, um, eingemischt. Cic. de N. D. 2 cap. 10 *Aqua admisto calore liquefacta*. Idem de Senect. cap. 21 *Animus non habet in se quidquam admistum*, &c.

¶ Admixtus, ûs, die vermischung. Macrob. Saturn. 2 cap. 1 *Honorem Dei nullo admixtu voluptatis augemus*.

¶ Admistio, ōnis, idem. *Admistione corporis liberatus*, Cic. de Senect. cap. 22. *Sine admistione terreni*, Pallad. lib. 1 cap. 5.

¶ Commisceo, ēre, in einander vermengen. Plautus Rud. a. 2 sc. 6 v. 3 *Aliquid cum altero commiscere*, etwas mit dem andern zu thun haben. Cic. pro Marcell. cap. 2 *Nunquam temeritas cum sapientia commiscetur*, sie leiden einander nicht, sie stehen nicht beysammen. Sen. epist. 7 *Populo commisceri*, unter die leute kommen.

¶ Commixtus & Commistus, a, um, vermischt. Lucret. 6 v. 1154 *Commista gemitu querela*. Virg. 9 Æneid. v. 76 *Commixta favilla*. Idem 6 Æn. v. 762 *Italo commixtus sanguine*.

¶ Commixtio, ōnis, die vermischung. Gloss. Vet. *Commixtio, χύμα*. Et Firmicus: *Commixtionis moderatio*.

¶ Commiscuus, a, um, vermischt. Gloss. gr. lat. *κοινὸς, commiscuus*.

¶ Commiscibilis, e, vereinbarlich. Tertullian. de Anima cap. 12 *commiscibilis animus*.

¶ Incommiscibilis, e, unvereinbarlich. Ibidem: *simplex & incommiscibilis animus*.

¶ Immisceo, ēre, drein mengen, einmischen. *Immiscere se aliorum colloquiis*, Liv. 21 cap. 32, in anderer gespräche sich mengen. *Immiscere se rei ad se non pertinenti, culpa est*, Pompon. 36 de divers. Regul. Jur.

¶ Immistus, & Immixtus, a, um, eingemischt; ut, *Immisti turbæ militum togati*, Liv. 3 cap. 50. ¶ Item, non mixtus, ungemischt. Auson. epigr. 20 v. 12 *Potare immixtum sueta merumque merum*.

¶ Immixtim, adverb. mit unter. Plaut. Aulul. a. 2 sc. 3 v. 12 *Mœrorem metuo ne immixtim bibam*. Alii aliter.

¶ Intermisceo, ēre, zwischen etwas mit einbringen, mit untermengen. Liv. lib. 4 cap. 56 *Turbam indignorum candidatorum intermiscendo dignis*. Et Virgil. eclog. 10 v. 5

Doris amara suam non intermisceat undam.

¶ Intermistus, a, um, untermischt; ut, *Intermisti hostibus*, Liv. 10 c. 20.

¶ Permisceo, ēre, confundere, durch einander mengen; ut, *Permiscere cum materia*, Cic. de Univers. cap. 7. Et, *Suas sordes permiscere cum clarissimorum virorum splendore*, Idem in Vatin. cap. 5.

¶ Permixtus, & Permistus, a, um, vermischt. Sallust. Bell. Jug. c. 44 *Lixæ permisti cum militibus*. Et cap. 46 *cum his permixti velites*. Horat. 1 od. 1 v. 23 *Lituo tubæ permistus sonitus*. Cic. pro Plancio cap. 38 *Fructus magnâ acerbitate permistos tuli*, früchte oder nutz mit vieler bitterkeit vermenget.

¶ Permixte, & Permiste, adverbium, idem; apud Cicer. 1 de Invent. cap. 30 *Partes confuse & permixte dispersimus*. conf. Gell. 17 cap. 7.

¶ Permixtim, idem; Prudent. in Hippolyto v. 192.

¶ Permistio, & Permixtio, ōnis, die vermischung. Cicer. de Univers. cap. 12 *permixtionis reliquiæ*. Et Sallust. B. Jug. cap. 41 extr. *Permixtio terræ*. Vitruv. 2 cap. 6 *in unam permixtionem perveniunt*. Et Apulejus lib. 1 Dogm. Plat. sub fin. *Intemperans & intemperata permixtio animal celeri exitio corrumpit*, ein übel temperament.

¶ Impermixtus, a, um, unvermischt. Ambrosius epist. 2 p. 72 *Sapientia impermixta atque incorrupta*.

¶ Præmisceo, ēre: unde participium

¶ Præmixtus, a, um, vorher gemischt. Apicius 4 cap. 5 *olera præmixta compones*.

¶ Promiscuus, a, um, confusus, incertus, untereinander, ohne unterscheid. Sallustius Catil. cap. 12 *Divina atque humana habere promiscua*, eins halten wie das andere, für einerley halten. *Connubia promiscua*, Liv. lib. 4 cap. 2, unordentliche heyrathen. ¶ Veteres & *Promiscus* dicebant. Gell. lib. 16 cap. 13 *De hujus opinionis tam promiscæ erroribus* &c. conf. Parei Lex. Crit. p. 1000.

¶ Promiscue, & antique promisce, gemenget, gemein, ohne ordnung, ohne zucht. *Pecudum ferarumque ritu promiscue in concubitus ruere*, Liv. 3 cap. 47. Et Gellius lib. 20 cap. ult. *Indistincte atque promiscue annotatum*. Iterum Liv. lib. 1 cap. 43 *Suffragium eodem jure promiscue omnibus datum est*.

¶ Impromiscuus, a, um, ungemengt, jedes besonders. Gellius lib. 1 c. 7 *Verbum liberum undique & impromiscuum*. Idem lib. 12 cap. 4 *Suavitas impromisca*. Vtraque enim & hîc forma valet, *impromiscuus* & *impromiscus*, sicut in simplici *promiscuus* & *promiscus* dicimus.

¶ Remisceo, ēre, wieder mengen, wieder mischen. Seneca epist. 71 p. 265 *Animus naturæ suæ remiscebitur*, hoc est, in sideream naturam redibit, si mansurus post mortem non est. Et Horatius Arte Poëtica v. 151 *Atque ita mentitur, sic veris falsa remiscet*. Hinc

¶ Remixtus, a, um, vermischt; ut, *venenum remixtum cibo*, Seneca de Constant. cap. 7. Et, *Remixto corpore*, Paulinus 6 Natali Felic. v. 80.

MĪSĒNUS, i, Æneæ fuit tubicen, Æoli filius, a quo & Æolides dictus est, quia sonus omnis vento creatur. Virg. 6 Æn. v. 164
Misenum Æolidem, quo non præstantior alter,
Ære ciere viros, Martemque accendere cantu.

¶ Misenum, i, promontorium Campaniæ prope Cumas, nomen habens ab Æneæ tubicine, ibi sepulto. Silius 12 v. 155
Nec non Misenum servantem Idæa sepulcro
Nomina, scilicet *videt.*

¶ Subter promontorium egregius portus, Flor. lib. 1 cap. 16 n. 4, atque ibi classis Romana ad tutelam inferi maris ab Augusto collocata fuit, ut Suetonius ejus vitâ cap. 49 refert. vide & Vegetium. Huic classi Plinius præfuit, ut ex sororis filio, Plinio Secundo constat lib. 6 epist. 16. ¶ 2. *Misenum* quoque oppidum, juxta portum, Plin. cit. loco.

¶ Misenensis, e, denominativum; ut, *Villa Misenensis*, Phædr. 2 fab. 6. *Classis Misenensis*, Tacitus 3 Hist. cap. 57. Et *Misenenses*, incolæ Miseni oppidi. Et

¶ Misenates, ium, iidem dicti apud Veget. lib. 4 de Re milit. c. 31.

MĬSER, a, um, calamitosus, ærumnosus, infelix, afflictus, flebilis, elend, arm, mühselig. Cicer. pro Plancio cap. 34 *Ego miseris & laborantibus negare nihil possum.* Lucan. lib. 8 v. 535
Nulla fides unquam miseros elegit amicos.

Et, *Miseros convicia non decent*, Justin. lib. 14 cap. 4. *Misera fortuna*, ein elender stand. Martial. lib. 11 epigr. 57
Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

Miserrima est fortuna, quæ inimico caret, Publius. Miseri gratiosi, etiam quos injuriæ invisos faciunt. conf. Bernegg. ad Sueton. Cæsar. cap. 12, & ad Justin. lib. 27 cap. 2 not. p. 378. ¶ Terentius Eunuch. a. 5 sc. 2 v. 4 *Miserrimus fui fugitando*, i. e. fatigatus, lassus & languidus sum, dum fugio, ut Donatus interpretatur. ¶ *Quem miserum habere*, est affligere, molestiam exhibere alicui. Plautus Cistell. a. 2 sc. 2 ineunte: *Anum sectatus cum clamore per vias*
Miserrimam habui.

Cic. lib. 14 ad Fam. epist. 7 *Omnes molestias & solitudines, quibus te miserrimam habui.* Compar. *Miserior.* Cicero lib. 1 Tusc. cap. 34 *Vitam efficere deplorando miseriorem.* Hirtius 8 Bell. Gall. cap. 7 *miseriore ac duriore conditione decertare.*

¶ Misellus, a, um, diminutivum, armselig. Cicer. ad Attic. lib. 3 epist. 23 extr. *Ciceronem meum, cui nihil misello relinquo præter invidiam & ignominiam nominis mei, tuere quoad potueris*, dem armen kinde verlasse nichts, als 2c. Idem ad Terent. 14 fam. epist. 4 *Illius misellæ & matrimonio, & famæ serviendum est.* Lucret. lib. 4 v. 1089 *Spes misella.*

¶ Miserŭlus, a, um, aliud diminut. quo Catullus usus apud Nonium in *Prosperiter: Anima miserula.*

¶ Misĕre, adverb. jämmerlich, elendiglich. Cic. ad Quint. fratr. lib. 1 epist. 3 pr. *Tua me invidia, ac non ego te misere perdidi.* Sed, *Misere amare, misere invidere*, id est, *valde*, hertzlich lieb haben, einen sehr neiden, Terent. Heaut. a. 1 sc. 2 v. 16, & Eunuch. a. 3 sc. 1 v. 22. Comparat. *Nihil profecto gravius, nihil miserius, Roma, doluisti*, Nazarius Panegyr. Constantini cap. 4.

¶ Miserĭter, idem; quod ex Laberio antiquatum, Nonius adfert, & ex Ennio Priscianus lib. 15. Sed & Catullus carm. 64 v. 49
Patriam allocuta est ita voce mœsta miseriter.

¶ Misĕria, æ, infelicitas, calamitas, afflictio, das elend, unglück. *Te miseriæ & ærumnæ premunt omnes*, Cic. Paradoxo 2, alles elend und jammer. *In miseriam nasci*, Cic. Tusc. lib. 1 cap. 5, zu unglück und elend gebohren. *In miserias incidere*, Id. Philipp. 2 cap. 10. Et, *Levis est consolatio ex miseriis aliorum*, lib. 6 fam. epist. 3, daß es andern auch übel gehet, ist ein schlechter trost. Signa miseriæ summopere misericordiam ciere solent. vid. Vossius lib. 2 Instit. Orat. p. 266.

¶ Miserĭtūdo, ĭnis, idem, apud Nonium cap. 2 n. 521. Accius: *Miseritudine commovere animum.*

¶ Miserimōnium, i, betteley, apud Nonium cap. 3 n. 144 Laberius: *Tibi relictum est miserimonium.*

¶ Misĕrĕor, misertus sum, miserēri, alicujus miseriâ affici, misericordiâ moveri, sich eines erbarmen, jammern, mitleiden haben. *Nil nostri miserere*, Virgil. eclog. 2 v. 7. *Misereri supplicum*, Cic. lib. 1 de Invent. cap. 30. Idem ad Attic. lib. 4 epist. 5 *Qui misereri mei debent, non desinunt invidere.* Et, *Misereri ætatis*, scil. senectutis, Corn. Nep. 19, 4, 1, subintell. vox *Caussa*, ut docet Voss. de Construct. cap. 27. *Miseretur* pro *Miseret*, Turpilius & Pacuvius apud Nonium c. 7 n. 80.

¶ Misĕret, impersonale, ejusdem significationis. Idem enim est, *Miseret me tui*, mich jammert dein, quod *Misereor tui.* Cicer. pro Milon. cap. 34 *Eorum nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quam qui eam efflagitant.* Idem pro Ligario cap. 5 *Cave te fratrum obsecrantium misereat.* ¶ Veteres etiam personaliter usi sunt *Misereo.* Ennius apud Nonium cap. 7 n. 58 *Miserete anuis.* conf. Hessel. p. 247. Et Lucret. 3 v. 895 *Miseret ipse sui.*

¶ Miseresco, ĕre, idem quod *Misereri*, sich erbarmen; verbum tragicum pronunciat Scalig. lib. 4 Poët. c. 17. Virg. 2 Æn. v. 145
His lacrymis vitam damus, & miserescimus ultro.

Idem 8 Æneid. v. 573 *Arcadii miserescite regis.*

¶ Miserescit, impersonale, effertur perinde, ut *Miseret.* Terent. in Heaut. a. 5 sc. 4 v. 3 *Atque inopis nunc te miserescat mei*, laß dich mein, der ich ohne hülffe gelassen, jammern.

¶ Misertor, ōris, ein erbarmer, Fortunat. lib. 2 Mart.

¶ Misĕror, atus sum, ari, est lacrymis aut verbis dolorem ex alicujus miseria declarare, deplorare, beklagen, beweinen. Cicer. pro Muræn. cap. 27 *Non queo satis hujus eventum fortunamque miserari.* Virgil. Æn. 12 v. 243 *Turni sortem miserantur iniquam.*

Misereri autem, est reipsa misericordiam exhibere. Vetus Grammaticus de differentiis rerum: MISEREMUR, *cum eodem tempore & dolet nobis de alicujus caussa, & subvenimus laboranti*; MISERARI, *consolari tantum est intra affectum doloris.* Talia & apud Festum legimus. Poëtæ tamen hæc duo, *miserari*, & *misereri* plerumque confundunt, & altero utuntur pro altero indifferenter. Virg. 5 Æneid. v. 350 *Me liceat casum miserari insontis amici*,
laß mich mitleiden haben. Et paullo post v. 452
Æquævumque ab humo miserans attollit amicum,
aus mitleiden. Neque Servius agnoscit discrimen, nisi constructionis: cujus verba ad illud poëtæ Æn. 1 v. 601
O sola infandos Trojæ Miserata labores;
hæc sunt: *Et* MISEROR, *&* MISEREOR *unum significant: Sed* MISEROR *accusativum regit:* MISEREOR *genitivum.* ¶ Apud Nonium cap. 7 n. 18 Accius dixit *miserarent*, pro *miserarentur.*

¶ Misĕrans, antis, erbarmend, Virg. 5 Æn. v. 452 *Miserans attollit amicum.* Idem 2 Georg. v. 499 *Doluit miserans inopem.*

¶ Miseranter, adverb. erbärmlich. Gellius 10 cap. 3 *Miseranter dicere.* Venant. Fortunatus lib. 4 de vita Martini v. 114
Pervenit ut senior gressu miseranter anhelo.

¶ Misĕrandus, a, um, jämmerlich, kläglich. Cicer. de Provinc. Consul. cap. 3 pr. *Miserandum in modum, milites populi Rom. capti, necati, deserti, dissipati sunt*, daß es zu erbarmen, daß es einen stein erbarmen möchte. Livius 5 cap. 42 *Tanto ante alios miserandi.*

¶ Miseratus, a, um, der sich erbarmet hat. Virg. 4 Æn. v. 694 *Juno longum miserata dolorem.* Idem 10 Æn. v. 686 *Animo miserata.* Et 6 Æn. v. 28 *Reginæ miseratus amorem.* Manilius cum genit. *Instantis fati miseratus.*

¶ Miseratio, ōnis, significatio misericordiæ, qua ex alicujus infelicitate movemur, die erbarmung, beklagung. Cic. 2 de Orat. cap. 47 *Non sine lacrymis, non sine dolore miseratio.* Et in Oratore cap. 38 pr. *Miseratione mens judicum permovenda est*, man muß ihnen das hertz erweichen, sie mitleidig machen.

¶ Miserator, ōris, qui opus aliquod misericordiæ exhibet in eum, cujus miseretur, ein erbarmer. Onomast. *Miserator*, ἐλεῶν. Juvenc. lib. 2 v. 294 *Peccantum largus miserator Iesus.*

¶ Miseratrix, īcis, eine erbarmerin. Prosper Aquitanicus de Ingratis cap. 30 *Et tamen ex istis miseratrix gratia quosdam Eligit.*

¶ Miserabĭlis, e, erbärmlich; ut, *Casus miserabilis*, ein jämmerlicher oder kläglicher fall, miseratione dignus, Cic. de Fin. 2 cap. 20. *Nihil tam miserabile, quam ex beato miser*, Idem Partit. Orat. cap. 17. *Voces miserabiles exaudiebantur mulierum*, Liv. lib. 1 cap. 29, klägliche worte. *Cædes miserabilis*, ibidem cap. 59, & mox eodem cap. *Tricipitino morte filiæ caussa mortis indignior & miserabilior.* Juvenalis sat. 9 v. 6 *Non erat hac facie miserabilior Crepereius.*

¶ Miserabiliter, adverb. kläglicher weise. Cic. ad Attic. lib. 14 ep. 10 *Cæsar in foro combustus, laudatusque miserabiliter.* Valer. Max. lib. 4 cap. 1 extern. 4 *vitam miserabiliter exigere.* Et Livius lib. 45 cap. 42 pr. *miserabiliter orbitatem suam deflere.*

¶ Mĭsĕrĭcors, cordis, clemens, qui aliena calamitate afficitur, barmhertzig, mitleidig. *Misericordem se præbere*, Cic. pro Cæcin. cap. 10. Et, *Mitis & misericors animus*, Id. 1 de Invent. cap. 55, ein sanfftes und mitleidiges hertz. *Misericordem judicem esse non oportet*, Cic. de Finibus 4 cap. 9. ¶ Comparat. *Misericordior.* Plautus Rudente a. 1 sc. 5 v. 23 *Misericordior nulla me est fœminarum.*

Et Augustinus Civ. Dei lib. 21 cap. 17 *Sententia tanto verior, quanto misericordior.* Idem & lib. 1 Confession. cap. 4 *misericordissime Deus:* & ibidem lib. 6 cap. 8 extr. *manu validissima & misericordissima eripuisti.* Et Salvian. lib. 2 Gub. p. 54 *misericordissimo Deo.*

¶ Misericordia, æ, quæ ægritudo est ex alterius miseria injuriâ laborantis: item, ægritudo ex alterius rebus adversis, das mitleiden, die barmhertzigkeit, erbarmung. Cicer. pro Ligar. cap. ult. *Nulla de virtutibus tuis plurimis, nec gratior, nec admirabilior misericordia est.* Et, *Misericordiâ commoveri*, Idem 4 Tuscul. cap. 8. *Misericordiam alicui impertiri*, Idem ad Brut. epist. 12. Et pro Plancio cap. 1 *Peto a vobis, ut ei vestram misericordiam, me deprecante, tribuatis.* Et pro Milone cap. 34 *Implorare & exposcere alicujus misericordiam*, um gnade bitten. *Confugere in misericordiam alicujus*, Idem pro Quintio cap. 2. Et, *Alienâ misericordiâ vivere*, pro S. Rosc. cap. 50, anderer leute gnade leben. Stoici *misericordiam*, virtutem esse, negarunt: vide Senecam 2 de Clementia cap. 4 & 5, itemque Lactantium, qui eos refutat, & hanc in homine singularem virtutem agnoscit, lib. 6 cap. 10 & 11. Plautus Mostell. a. 3 sc. 2 v. 114
Lucri quicquid est, id domum trahere oportet,
Misericordias jam habere haud hominem oportet.

¶ 2. *Misericordiam*, pro eleemosyna dixisse Christianos Scriptores, Des. Heraldus Commentar. ad Tertull. Apolog. cap. 42 observat. ¶ 3. *Misericordiæ ara.* Heraclidæ ab Eurystheo post Herculis obitum pulsi, cum facile ab Atheniensibus auxilium impetrassent, aram misericordiæ dedicarunt Athenis, quæ commune miseris confugium & asylum calamitosorum esset. De ea Statius Theb. 12 v. 481
Urbe fuit mediâ, nulli concessa potentum
Ara Deûm, mitis posuit clementia sedem.
Et miseri fecere sacram, sine supplice nunquam, &c.

Apul. lib. 11 Met. *Multis & variis exantlatis laboribus, magnisque fortunæ tempestatibus & maximis actus procellis ad portum quietis & aram misericordiæ tandem, Luci, venisti.* Vide de hac ara plura apud Cœl. Rhodig. lib. 6 Ant. Lect. cap. 17. Livinej. not. ad Panegyr. pag. 325. Hug. Grot. lib. 2 de J.B. & P. cap. 21. Barth. ad lib. 12 Theb. Stat. v. 481 p. 1504, & ad Claudian. Bell. Gildon. v. 404.

¶ Misericordĭter, adverb. barmhertziglich. Lactantius lib. 6 cap. 18 *Justus nunquam prætermittet, quo minus aliquid misericorditer faciat.* Hieronymus ad Augustinum epist. 89 cap. 5 *Miselli & misericorditer deplorandi.* Habet & Augustin. epist. 5.

Composita cum præposit.

¶ Commĭsĕresco, ĕre, sich erbarmen. Ennius apud Nonium cap. 7 n. 37 *servos, & nostrum imperium, & fidem commiserescite.* Terent. Hecyr. a. 1 sc. 2 v. 54 *Ibi demum ita ægre tulit, ut ipsam Bacchidem, si adesset, credo ibi ejus commiseresceret*, mit ihm würde mitleiden haben.

¶ Commisĕror, ari, conqueri, beklagen, bedauern; ut, *Commiserari fortunam*

fortunam alicujus, scil. sermone, Corn. Nep. Ages. cap. 5 n. 2. Gellius 5 cap. 14 *Murmura dolorem cruciatumque commiserantia.*

¶ Commiseratio, ōnis, das mitleiden, die bedauerung; ut, *Commiserationem brevem esse oportet: nihil enim lacrymâ citius arescit*, Auctor ad Herenn. lib. 2 extr.

¶ Commisĕro, ōnis, ein elender mensch. Tertull. adv. Marc. 4 cap. 9 *Apud illum suum nescio quem συνταλαίπωρον, i. e. commiseronem.* Ibid. cap. 36 *Commiserones & coodibiles hæretici.*

¶ Immiserabĭlis, e, qui nullius misericordia sublevatur, unbeklagt. Horat. 3 od. 5 v. 17 *Immiserabilis captiva pubes.*

¶ Immisericors, cordis, unbarmhertzig. Cicer. lib. 2 de Inventione cap. 36 *Ipsum immisericordem, superbum fuisse.*

¶ Immisericorditer, adv. unbarmhertziger weise. Ter. Adelph. a. 4 sc. 5 v. 28 *Factum a vobis duriter, immisericorditerque*, &c.

¶ Immisericordia, æ, die unbarmhertzigkeit. Liv. 37 cap. 1 *Plus ira quam immisericordia in caussa eorum valebat*; Alii: *Misericordia.*

Miseria, misericordia, &c. miserari, vide *Miser.*

Missitius, missilis, missio, missito, missus, ûs, &c. Mistura, mistus, vide *Mitto, Misceo.*

MISNIA, æ, provincia Germaniæ, cujus caput *Misna* urbs ad Albim sita, Meissen. Hinc

¶ Misnícus, a, um, & Misnensis, e, adject. Meißnisch; substant. ein Meißner.

MĪSŪMĔNUS, i, μισούμενος, i. e. invisus, & quem odêre vulgo, ein verhaßter mensch. Comœdia erat Menandri hoc nomine. Vnde Martialis 14 epigr. 214 *Non erit in turba quisquam Misumenus ista*, i. e. persona ejus, qui invisus sit.

MĪSY, μίσυ, est minerale, sive succus in metallis concretus, vitriol, Plin. 19 c. 3.

Mitella, Mitesco, vide *Mitra, Mitis.*

MĬTHRA, Mithras, æ, Μίθρα, a Persis sol dicitur, testibus Xenophonte, Pausania, Curtio & aliis. Et simulacrum vultu leonis, cum tiara, Persico habitu, utrisque manibus bovis cornua comprimens, colebaturque in antro quodam. Vide vet. Schol. Statii ad vers. ult. lib. 1 Theb. ubi & allegorice interpretatur. Conf. ibid. Barth. p. 245. Freinshem. Indice Curtiano, hac voce, & inprimis Brisson. de Regno Pers. 2 p. 206. Martianus Capella lib. 2 de Nupt. Phil. & Merc.

Te Serapin Nilus, Memphis veneratur Osirin,
Dissona sacra Mithram, &c.

¶ 2. *Mithra* & funis nauticus est, quo navis media vincitur, ut Isidorus lib 19 Orig. c. 4 docet. Tertullian. de Jona & Ninive v. 44 *Oblaqueare mithram* &c. Ita enim legendum est. vid. Rosini Ant. Rom. 10 c. 20 p. 988.

¶ Mithriaca, orum, μιθριακά, sacra Mithræ sive Solis, de quibus Tertull. de Pallio, Hieron. epist. ad Lætam, & Justinús Martyr Apol. 2 pro Christianis, alii.

¶ Mithrax, ăcis, μίθραξ, gemma variis coloribus contra solem refulgens, Plin. 37 c. 10.

MĬTHRĬDĀTES, is, Μιθριδάτης, rex Ponti, qui duarum & viginti gentium linguas tenuit, & locutus est. Invictum se adversus venena fecit, subinde venena bibens. Ad quod allusit Martialis lib. 5 epigr. 76

Profecit poto Mithridates sæpe veneno,
Toxica ne possent sæva nocere sibi.

¶ Mithridaticum, i, μιθριδατικόν, ab hoc Mithridate antidotum appellatum, artzney wider gifft, mithridat. Vid. Plin. 25 c. 2. Serenus c. 62

Antidotus verò multis Mithridatica fertur
Consociata modis. Sed Magnus scrinia regis
Cum raperet victor, vilem deprendit in illis
Synthesin, & vulgata satis medicamina risit.
Bis denum rutæ folium, salis & breve granum,
Juglandesque duas terno cum corpore ficus,
Hæc oriente die modico conspersa Lyæo
Sumebat, metuens dederat quæ pocula mater.

Vide Camerar. Cent. 1 Horat. subcis. cap. 88. ¶ Alius *Mithridatis* meminit Nepos in Datame, cui Aspis a Datame ad regem captivus ducendus traditus fuerat. Notat ibi Lambinus, in nummis antiquis MITHRADATES, non MITHRIDATES scribi.

Mitifico, mitigo, &c. vide mox in *Mitis.*

MĬTĬLO, are, singen wie eine nachtigall. Aut. Philom. v. 16

Matutinali tempore tunc mitilans.

MĪTIS, e, mansuetus, lenis, placidus, gelind, gütig, sanfft. *Homo mitissimus atque lenissimus*, Cic. Catil. 4 c. 5. Et, *Patientia dolorem mitiorem facit*, Idem in Tusc. lib. 2 c. 22 extr. gedult lindert den schmertzen. *Exilium mitius*, Ovid. 2 Trist. v. 185, erträglicher. *Mitissima numina*, Idem 1 Trist. eleg. 1 v. 73. *Mitissimus dominus*, Curt. 10, 5, 9. ¶ 2. Vsurpatur & de fructibus. Virg. Bucolicis eclog. 1 v. 81

sunt nobis mitia poma,

mürbe, quod ex maturitate est. Vnde & Nonius c. 4 n. 306 MITEM, *maturum* interpretatur. Et ita Virgilius *vindemiam mitem* appellavit lib. 2 Georg. v. 522. Et Curtius lib. 7 c. 4 n. 26 *Vitis largos mitesque fructus alit.* Petronius: *mitia sorba*

Inter odoratas pendebant texta coronas.

Item de terris, quæ teneræ, molles, facilisque culturæ: quibus notis optimam terram describit Plinius lib. 17 cap. 5. Horat. lib. 1 od. 18 v. 2 *Circa mite solum Tiburis & mœnia Catili.* Statius lib. 3 Silv. ult. v. 79 *Parthenope, cui mite solum*, &c. Curtius cit. loc. *mitiora sola*, & n. 30 *mitior terra.* Nec alia ratione idem poëta, *mite Tarentum*, iisdem Silvis dixit lib. 1 carm. 1 v. 102.

¶ Mitius, adverb. gelinder: ut, *Ferre aliquid mitius*, gedultiger leiden; Ovid. 15 Metam. v. 494 *Similes aliorum respice casus;*

Mitius ista feres.

Et lib. 3 de Pont. epist. 7 v. 29

Mitius ille perit, subita qui mergitur unda.

Cæsar 7 Bell. Gall. c. 43 *Cæsar, quam mitissime potest, legatos appellat.*

¶ Mitiuscŭlus, a, um, etwas gelinder. Cæl. Aurel. Acut. præf. *Febres parvæ & mitiusculæ.*

¶ Mītesco, ĕre, mansuescere, gelinde werden: ut, *Hiems mitescit*, Livius lib. 23 cap. 19. Et, *Vvæ mitescunt*, Colum. 3 c. 1, sie werden reiff. Horat. lib. 1 epist. 1 v. 39

Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit,
Si modo culturæ patientem commodet aurem.

Vellej. 2, 118, 1 *feritas disciplinâ mitescit.* Ovidius lib. 2 Pont. epist. 7 v. 79 *Spes quoque, posse mora mitescere Principis iram.*

¶ Mītĭgo, avi, atum, are, mitiorem facere, lenire, besänfftigen, lindern. Cicer. 3 Attic. epist. 15 *Dolores mitigantur vetustate*, mit der zeit verlieret sich der schmertz. Idem pro Cœl. cap. 31 *Jam dies omnia, jam res, jam ætas mitigabit.* Et, *Mitigare alicujus animum*, id est, placare, Cic. pro Fontejo cap. 12, begütigen, befriedigen, versöhnen. Idem ad Quint. frat. lib. 1 epist. 1 c. 7 *Severitatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare.* Idem 2 Nat. Deor. cap. 60 *Mitigare cibum*, die speise gar machen, kochen. Curt. 6, 3, 8 *Feras bestias captas & inclusas longior dies mitigat.*

¶ Mitigātus, a, um, gestillet, besänfftiget: ut, *Mitigatus animus*, Cic. 6 fam. epist. 1, & Curt. 5, 3, 1. *Mitigata hiems*, Idem Curt. 9, 10, 4. Et, *Mitigata feritas*, Idem 5, 5, 16, & Plin. 16 c. 12.

¶ Mitigatio, ōnis, die besänfftigung, linderung, stillung. Cic. de Orat. 3 cap. 30 *Omnis ad omnem animi motum & impulsio, &, si ita res feret, mitigatio.* Et Aut. ad Herenn. 4 c. 37 *Licentia, si nimium videbitur acrimoniæ habere, mitigationibus lenietur.*

¶ Mitigabiliter, adverb. gelind. Cæl. Aurel. Acut. 3 c. 4. *Partes mitigabiliter relaxandæ.*

¶ Mitiganter, idem. Cæl. Aurel. Tard. 5 c. 1 *Partes mitiganter emollire.* Idem Acut. 1 c. 11 *Cucurbitam occipitio apponere mitiganter.*

¶ Mitigatīvus, a, um, stillend, lindernd. Cæl. Aurel. Tard. 1 c. 4 *Mitigativa adhibere.* Idem Acut. 1 cap. 5 *Laxativa & mitigativa curatio.*

¶ Mitigatōrius, a, um, idem. Plin. 28 c. 6 *Contra renum aut lumborum vesicæque cruciatus, in balinearum soliis pronos urinam reddere, mitigatorium habetur.*

¶ Mītĭfico, are, mitem efficere, gedultig und zahm machen. Plin. lib. 8 cap. 7 *Elephanti capti celerrime mitificantur hordei succo.* Gellius 2 c. 12 *Regere atque mitificare.*

¶ Mitificatus, a, um, gelindert, verdäuet: ut, *In omne corpus divisus & mitificatus cibus*, id est, coctus, Cicer. de Divin. lib. 2 c. 26.

¶ Mitificus, a, um, quod facit vel quod fit mite, gelinde, zahm. Prudent. Hamartig. v. 963

mitificos incendia lenta vapores
Exhalent.

Idem Tetrasticho 20 *Regia mitifici fulgent insignia David.*

Apulej. de Mundo: *Mitificum aliquem facere.*

Composita cum præposit.

¶ Commītĭgo, are, geschmeidig machen. Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 7 *Vtinam tibi commitigari videam sandalio caput.*

¶ Demitigo, are. Cic. ad Attic. lib. 1 epist. 13, idem est quod *Mitigare: Quotidie*, inquit, *demitigamur.*

¶ Immītis, e, asper, durus, unfreundlich, wild, unreiff. *Dolor immitis*, Senec. in Octavia v. 53. *Immite & turbidum cælum*, Plin. Jun. lib. 8 epist. 17. Et, *Fructum ferre immitem*, Plin. lib. 13 c. 4 pr. hoc est, ad maturitatem non perducere, unreiffe früchte, übel zu essen. ¶ 2. Crudelis etiam est & immisericors, ungütig, greulich. Manil. lib. 5 v. 408

immitis tortor pœnæque minister.

Tacitus Annal. 1 cap. 20 *Antiquam duramque militiam revocabat, vetus operis & laboris, & eo immitior, quia toleraverat.* Atque ita etiam de ferocia bestiarum. Plinius lib. 10 c. 74 *Serpentes, immitissimum animalium genus.* Ovidius lib. 13 Metam. v. 804

calcato immitior hydro.

Sic & *Immitis mors* non solum est immatura atque acerba, sed etiam violenta. *Immiti morte consumptus*, Tibull. 1 eleg. 3 v. 55. Sic Propertius 4 eleg. 12 v. 13 *Parcas* vocat *immites.*

¶ Permitis, e, valde mitis, sehr gelinde, gantz reiff: ut, *Sorba non permitia*, Colum. 12 c. 41.

¶ Præmītis, is, valde mitis, idem. Venant. Fortunatus lib. 3 carm. 12 v. 37

Horrea præmitis melius tua condita servans.

MĬTRA, æ, μίτρα, vocabulum barbarum, quo capitis ornamentum aut pileus significatur, quo Mæonii primum usi sunt. Hinc *Mæoniam mitram* Virgilius dixit in Æneid. 4 v. 216, eine mütze, ein bischoffs-hut. Fuit fœminarum & meretricum *Mitra* proprie, itemque mollium. Vide ad illum locum Virgilii Servium, & Isidorum lib. 19 Orig. cap. 31, Mercerum ad Alexandri Neapol. Geniales sermones p. 424, Passeratium ad Propertium, itemque Salmasium ad Histor. August. & in Exercit. Plinian. p. 263 & 392, & Grævium in Lectionibus Hesiodeis cap. 25.

¶ Mĭtella, æ, dimin. ein mützlein. Virg. in Copa pr.

Copa Syrisca caput Graiâ redimita mitellâ.

Cic. pro Rabir. Post. cap. 10 *Nobiles adolescentes & quosdam etiam senatores, non in hortis, sed in celeberrimo oppido cum mitella sæpe vidimus.* Et Apulej. lib. 7 Met. p. 191 *mitella textili contecto capite*, mit einem gestrickten häubgen. ¶ 2. Pro *fascia* Celsus 8 cap. 10 *Brachium involutum mitellâ commodissime excipitur.*

¶ Mitrŭla, æ, diminutiv. aliud. *Alba mitrula lineatus serpens*, die ein weisses käppichen oder sträußlein hat, apud Solinum capite 27 [al. 40] de basilisco. vid. Salmas. loc. cit.

¶ Mitrātus, a, um, mit einer mütze bedeckt; ut, *mitrata capita*, Solinus cap. 33. *Arabes mitrati degunt*, Plin. 6 cap. 28.

¶ Semimitra, æ, dimidiata mitra, eine halbe mütze, Vlpianus Lege 25 §10. Dig. de auro, arg. & mund.

MITTO, misi, missum, mittĕre, schicken, senden, abfertigen: ut, *Mittere legatos, litteras*, Nepos 2, 6, 4, & 18, 6, 1. Terent. in Andr. a. 3 sc. 2 v. 34 *Missa ancilla illico obstetricem accersitum ad eam*, sie ist abgefertiget, die wehmutter zu holen. *Mittere oratores petitum pacem*, Livius lib. 1 cap. 15. Et, *Mittere in consilium judices*, est dimittere ad consultandum, Cicer. pro Cluent. c. 30, quod eleganter ad Deos adhibet Plinius in Paneg. ad Trajanum cap. 67. Sed, *Mittere sanguinem*, zur ader lassen, das blut springen lassen, Cicero ad Atticum lib. 6 epist. 1.

Et

Et Celsus lib. 2 cap. 10 princ. *Sanguinem incisa vena mittere, novum non est.* ¶ 2. *Mittere* aliquando *κατ' ἐξοχὴν* est legatos mittere. Nepos Themistocle cap. 2 n. 6 *Miserunt Delphos consultum, quidnam facerent de rebus suis.* Phædrus lib. 1 fab. 3 v. 22

Alium rogantes regem, misere ad Jovem.

Tacitus 1 Histor. cap. 74 *Rursus ad utrumque Germanicum exercitum, & ad Legionem Italicam* &c. *specie Senatus misit.* ¶ 3. Aliquando pro *dimittere* ponitur. Ita enim *mittere noxiam* Terentius dixit Eunuch. a. 5 sc. 2 v. 13. ¶ 4. Sic & *omittere* interdum significat: ut apud Horatium haud semel, fahren lassen, unterlassen. Terent. Andr. a. 5 sc. 4 princ. *Mitte orare.* Et, *Mitte iram*, id est, *omitte*, ib. Hec. a. 5 sc. 2 v. 14. *Quin mittimus ambages*, hoc est, missas facimus, Livius lib. 34 cap. 58 dixit. *Mitte male loqui*, Terent. Andr. a. 5 sc. 3 v. 2, höre auf zu schelten. ¶ 5. Vtimur hoc verbo & in talorum lusu, idemque est quod jacere, werffen. Augustus apud Suetonium in vita sua cap. 71 *Vt quisque canem aut senionem miserat.* Seneca ludo de morte Claudii:

Nam quoties missurus erat, resonante fritillo,
Vtraque subducto fugiebat tessera fundo:
Cumque recollectos auderet mittere talos &c.

¶ 6. Est & circi verbum: nam *mitti agitatores* dicebantur, cum procurrendi ex carceribus fiebat copia signo dato; quod sublevatâ mappa fiebat: quod ipsum & *mappam mittere* dicebatur. Et inde *missus* dicebantur illæ excursiones, de quo infra. ¶ 7. Pro dejicere, deturbare Catull. epigr. 17 *Nunc eum volo de tuo ponte mittere pronum.*

¶ 8. *Mittere* est nuntiare, scribere. Corn. Nepos: *quin Attico mitteret, quid ageret:* in vita Attici c. 20 n. 1.

¶ Missus, a, um, gesendet: ut, *Missi legati de rebus magnis*, Horat. 1 sat. 5 v. 28. *In bellum missus dux*, Idem Art. poët. v. 3. *Missis muneribus*, Idem 1 sat. 7 v. 8. Et, *Missis ambagibus*, ohne umschweiff, 2 sat. 5 v. 9. ¶ 2. Idem ac emissus, ausgelassen. Lucret. 2 v. 194 *E corpore sanguis missus.* Et Horat. Art. poët. v. 390 *Nescit vox missa reverti.* ¶ 3. *Missum, missam, missos, missas, missa facere*, nota phrasis accommodatur omnibus generibus ac numeris. *Missum me fac*, Terent. Andr. a. 4 sc. 1 v. 56, laß mich zu frieden. *Missos nos face*, ibidem a. 5 sc. 1 v. 14. *Missa hæc facio*, Cicer. pro S. Rosc. cap. 45, ich lasse es seyn, ich höre auf. *Missum facere amorem*, Plautus Mercat. a. 1 sc. 1 v. 83; *iram*, Ter. Hec. a. 5 sc. 2 v. 14. *Vxorem*, i.e. repudiare Suet. Calig. c. 25. *Quin aut interfici aut missum fieri juberet*, getödtet, oder loßgelassen zu werden, Nepos 18, 11, 3. ¶ 3. *Missa est*, scilicet concio, quid in ecclesiis fuerit, notum est, dimissio nempe populi, vel saltem catechumenorum, finitis sacris. ¶ Sed eadem vox etiam in prætoriis usitata. Alcimus Avitus epist. 1 ad Gundobadum, Burgundionum regem: *In ecclesiis, palatiisque, sive prætoriis, MISSA fieri pronuntiatur, cum populus ab observatione dimittitur.* Vide ibi Sirmondum.

¶ Missa, æ, substantive sumi cœpit pro missione, vel remissione, die erlassung. L. 39 § Nupt. ff. de Adult. *Ite, missa est.* ¶ Item, pro sacro piaculari, die messe: ut, *missa sicca*, &c. apud Pontificios. Vid. Zimmerm. Analect. menstr. mens. 1 p. 29.

¶ Missus, ûs, die sendung, abschickung. Tacitus 1 Hist. c. 9 *Inferioris Germaniæ legiones diutius sine Consulari fuere: donec missu Galbæ, Vitellius aderat.* Et ita idem alibi non semel. *Ad quem legatus venerat missu Marsyæ regis*, Solin. cap. 2. Et, *Missu Ephororum*, Corn. Nep. 17, 4, 1. ¶ 2. In circo *Missus* dicebatur, singulæ procursiones & circuitiones equorum, ein rennen. Sueton. Claudio cap. 21 *Circenses frequenter, etiam in Vaticano, commisit, nonnunquam interjecta per quinos missus venatione.* Idem Nerone cap. 22 *Spectaculum multiplicatis missibus in serum protraxit.* Significat, plures missus dedisse, quam alias esset receptum & constitutum. Legitimos enim missus 25 fuisse, Servius ad illud Virgilii princ. 3 Georg.

Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus:

ex Varrone observat. Postea vero centum exhibitos, ex Suetonii Domitiano cap. 4 colligitur. Quo forte respiciens Maro *Centum quadrijugos* &c. dixit. Cæterum singuli missus septenis spatiis absolvebantur; nisi quod Domitianus ad quina illa redegerit, quo facilius centum missus peragerentur, ut Suetonius ejus vitâ refert cap. 4, Beroaldus nonnulla egregie notavit, quem videre, si lubet, potes. ¶ 3. Dicitur & ferculorum *missus*, ein gang. Nam *mittere* hic est apponere, auffsetzen, aufftragen. Capitolinus in Pertinace cap. 12 *Erat illiberalis ac prope sordidus, ut dimidiatas lactucas & carduos in privata vita convivis apponeret: & nisi quod missum esset edulium, quotquot essent amici, novem libras carnis per tres missus ponebat. Si autem plus aliquid missum esset, etiam in alium diem differebat.* ¶ 4. Sed & telorum conjectio, *missus* vocatur, ein wurff. Livius lib. 9 cap. 19 *Pilum haud paullo, quam hasta, vehementius ictu missuque telum.* Sane & *telum mittere* dicimus: Similiter etiam *vocem mittere.* Nam in his *mittere*, jacere est. Vet. Gloss. *Mittit, βάλλει.*

¶ Missio, ōnis, die sendung, abfertigung. Cicer. 7 Philipp. cap. 1 *missio legatorum.* Idem lib. 1 ad Attic. epist. 5 *De litterarum missione sine caussa abs te accusor.* ¶ 2. Jactus, ein wurff. Vitruvius lib. 2 cap. 9 *Cæsar jussit extra telorum missionem eos circumvallari*, weiter als ein bogenschuß. Idem lib. 1 cap. 5 *telorum missionibus hostes rejicere*, durch geschoß. ¶ 3. Dimissio, die loßlassung: ut, *missio ludorum*, Cic. lib. 5 fam. epist. 12 sub fin. Et Sueton. in Cæs. c. 7 *Missionem continuo efflagitavit*, er hat seinen abschied begehret. Et Livius lib. 26 c. 1 *Quibus senatus missionem reditumque in patriam negasset ante belli finem.* Dicitur de militibus, cum solvuntur militiâ. Quorum *missio* triplex erat, *honesta, caussaria, ignominiosa*, Lege 13 Dig. de re militari. v. Lips. lib. 5 Dial. 9. Sigon. lib. 1 de antiq. jure civium Roman. cap. 15. P. Fabrum lib. 1 Semestr. cap. 17. *Honesta*, cum implessent stipendia: *Caussaria*, quæ ob morbum seu valetudinem dabatur. Vide supra in *Caussa, Caussarius: Ignominiosa*, quæ cum pœna conjuncta erat.

¶ Missicius, vel Missitius, i, veteranus, militiâ dimissus, ein loßgelassener soldat. Sueton. Nerone c. 48 *Agnitus a quodam missicio prætoriano.* Vet. Inscript. TRIB. LEG. XI AVG. ET MISSICIVS LEG. VI AVG. apud Gruterum p. 1109 n. 5.

¶ Missĭlis, e, quicquid facile mittitur, was leichtlich zu werffen ist. Sic *lapides missiles*, apud Livium lib. 1 cap. 43, steine, damit man werffen kan. *Telum missile*, vel *globus missilis*, eine bleykugel. *Res missiles*, Sueton. Aug. cap. 98. Et Propertius lib. 3 eleg. 14 v. 10 *missile pondus disci.* ¶ Plur. *Missilia* substantive, munera, quæ sparguntur, ut diripiantur, ludicri & hilaritatis caussa, was man ausstreuet, und in die rapusen wirfft. Sueton. in Calig. c. 23 *Sparsit missilia variarum rerum:* vide eumdem & in Aug. c. 48, & Domitiano cap. 4. Erant autem variarum rerum, de quibus idem Suetonius Nerone c. 11; item Statius lib. 1 Silvarum carm. ult. ubi vide Gevartium & Crucæum. Vide & infra *Sparsio.* ¶ Pro telis etiam substantive Curtius lib. 4 cap. 4 n. 9 *Rex portum intrare non potuit, cum procul e muris missilibus submoveretur.* Livius lib. 34 cap. 39 *Lacedæmonii missilibus pugnabant*, mit pfeilen, wurff-pfeilen. Sic & Virg. Æneid. 9 v. 519 *Pellere vallo Missilibus certant.* conf. 10 Æneid. v. 802.

¶ Missĭto, are, frequent. offt schicken. Plin. lib. 33 cap. 1 *codicilli missitati:* & Livius lib. 9 c. 45 *missitaverant Samniti auxilia.*

¶ Missicŭlo, are, idem, apud Plaut. Epid. a. 1 sc. 2 v. 29.

¶ Mittendarius, i, miles palatinus, qui sæpius in provincias mittebatur. Item, exactor tributorum, ein exequirer. Theod. Cod. lib. 6 tit. 30 *Mittendarii palatini officii.* conf. l. 3 l. 7 l. 8 C. de palat. sacr. largit.

Composita a *Mitto:*

¶ Admitto, isi, issum, ĕre, recipere, intromittere, zulassen, einlassen. *Consilium admittere auribus*, Livius 33 c. 35, guten rath hören, annehmen. Martial. 1 epigr. 26 *Ante fores stantem dubitas admittere famam.* ¶ 2. Perpetrare, committere, begehen, auf sich laden; ut, *Culpam admittere*, Livius 31 cap. 46, sive, *culpam in se admittere*, Plautus Trin. a. 1 sc. 2 v. 6, quod Cicero Philipp. 2 cap. 19 dixit: *Ea in te admisisti, quæ* &c. Et Terentius Adelph. a. 4 sc. 5 v. 48 *me hoc delictum admisisse in me.* Rursus Cicero Attico lib. 9 epist. 4 *Tantum mihi dedecoris admisisse videor.* ¶ 3. *Admittere equum*, est permissis frenis ad cursum incitare, rennen. Livius lib. 2 cap. 19 *Tarquinius equum infestus admisit, ictusque ab latere*, &c. Plura vide in *Admissus.* ¶ 4. Marem cum fœmina conjungere, zulassen. *Admittere ovibus arietes*, Columell. lib. 6 cap. 37. Eodem significatu Lucretius & Virgilius *submittere* posuere. ¶ 5. Est & inaugurale verbum *Admittere.* Nam cum volatu aut voce faustum omen præbent & ratum faciunt aves, *admittere* dicuntur. Plaut. Asinariâ a. 2 sc. 1 v. 11

Impetritum, inauguratum est: quovis admittunt aves.

Vsus & Livius lib. 1 c. 36 extremo, & lib. 4 c. 18. Idem *addicere* est. Vide supra in *Dico.*

¶ Admissus, a, um, intromissus, zugelassen, vorgelassen. Horat. de Arte poët. v. 5 *Spectatum admissi amici.* Curt. 3, 12, 10 *Irrupisse non admissus videbatur.* ¶ 2. Commissus, begangen; ut, *admissa peccata*, Lucret. 3 v. 840. *Admissum fœde*, Idem 5 v. 1223. Vnde *Admissa* absolute, delicta sunt, verbrechen. Tacitus Ann. 11 c. 4 n. 5 *Rogatus sententiam & Scipio: Cum idem, inquit, de admissis Poppææ sentiam, quod omnes: putate me idem dicere, quod omnes.* Et Livius 25 cap. 23 *Ne quid falleret tale admissum.* ¶ 3. *Admisso equo*, idem est ac *equo citato*, spornstreichs in vollen rennen. Cicero 2 de Finib. c. 19 *Decius equo admisso in mediam aciem Latinorum irruebat.* Cæsar 1 de Bello Gall. c. 22 *Considius equo admisso ad eum accurrit.* Ovid. de Ponto lib. 2 epist. 6 extrem.

Nil nocet admisso subdere calcar equo.

Et, *Admissus passus* pro celeri & concitato: Idem 1 Metam. v. 532

admisso sequitur vestigia passu.

¶ Admissus, ûs, substant. idem quod admissio, die einlassung, der zutritt. Palladius lib. 6 c. 1 *Admissu solis maturitati consulere.*

¶ Admissio, ōnis, idem. *Amici primæ, secundæ admissionis*, id est, qui primo, vel secundo loco admittuntur ad salutationem, apud Senecam lib. 1 de Clement. c. 10, ubi Lipsium vide. Hinc *Admissionum magister*, Vopisco in Aureliano cap. 12, [qui & *Admissionalis* Lampridio,] inter officia aulica. Suetonius *Admissionis officium* dixit Vespasiano c. 14. Vid. Lips. ad 6 Annal. Taciti, item Senecam lib. 6 de Benef. cap. 34, & Laur. Pignorium de Servis pag. 231 & seqq.

¶ Admissūra, æ, tempus & actio ipsa, qua mares gregum admittuntur fœminis, die zulassung des viehes. Varro de R. R. 2 cap. 5 *Propter feturam hæc observare soleo ante admissuram* &c. Sic *Admissuræ idonei boves*, Colum. lib. 6 c. 24. Plin. lib. 20 c. 12 de Venere pecudum & armentorum.

¶ Admissarius, i: ut, *Admissarius equus*, ein spring-hengst, Varro de R.R. 2 c. 7. Columell. lib. 6 c. 27. Plin. lib. 28 c. 15. ¶ Tralatitie Cicero in Pisonem c. 28 *Admissarium* vocat hominem pervagatæ libidinis, einen hurenhengst: quo ipso, vel obsceniore etiam sensu, usus est Seneca lib. 1 Quæst. Nat. cap. 16.

¶ Admissionalis, is, qui admittit aliquem ad principem salutandum, &c. ein cammerdiener, pförtner, thürknecht. Lamprid. in Alexandro c. 4 *Admissionalibus remotis.*

¶ Admissīvus, a, um, zulässig. *Admissivæ aves* Festo sunt, *quæ consulentem juvant*, i. e. quæ voce aut volatu faustum omen præbent.

¶ Admissor, ōris, scilicet facinoris, ein übelthäter. Lactantius Epitom. c. 4 sect. 4.

¶ Amitto, ĕre, amandare, *ἀποπέμπειν*, wegschicken, weglassen. Plautus in Capt. a. 2 sc. 2 v. 82 *Et te & hunc amittam hinc.* Ita Terentius passim: ut Phormione a. 1 sc. 3 v. 23 & 24, & a. 2 sc. 2 v. 67, & a. 3 sc. 2 v. 22 &c. Donatus: *Quod nos dicimus dimittere, antiqui dicebant amittere.* ¶ 2. Perdere, verlieren. Terent. Heaut. a. 2 sc. 3 v. 84 *aut hæc cum illis sunt habenda, aut illa cum his amittenda sunt*, id est, perdenda, man muß jenes mit diesem fahren lassen. *Amittere ex animis*, Cicer. pro Rosc. Amer. extr. aus dem sinne lassen, vergessen. *Amittere de manibus*, Cicer. pro Cœl. c. 27, &, *è manibus*, Livius 29 cap. 32, aus den händen oder unter der hand verlieren. *Amittere fidem*, Phædr. 1 fab. 10 v. 2, um seinen credit kommen. *Amittere occasionem*, Cicer. ad Attic. 15 epist. 11. Et ad eumdem lib. 8 epist. 3 *Necesse est*,

est, servire tempori, & non est amittendum tempus cum sit datum. Idem lib. 7 ad Attic. epist. 13 *Conditionum amissum tempus est*, die zeit zum vergleich ist verstrichen, aus den händen. Plaut. in Bacchid. a. 5 sc. 2 v. 70

Quod Dii dant boni, cave culpa tua amißis.

Amißis, id est, amiseris, antique. ¶ 3. Significat etiam per negligentiam deserere sive omittere, verlassen. Plautus Amph. a. 2 sc. 2 v. 217

Istam rem inquisitam certum est non amittere.

Et a. 4 sc. 1 v. 9

Nam me, quam illam quæstionem inquisitam hodie amittere,
Mortuum satius est.

¶ 4. De morte etiam eleganter adhibetur non solum, *vitam amittere*, Cic. pro Marcell. cap. 7, & *animam amittere*, sterben, Nepos Epamin. cap. 9; sed etiam *amittere patrem, liberos* &c. einbüssen. Servius Sulp. Ciceroni lib. 4 ep. 5 *Malum est, liberos amittere*, es ist ein grosses hertzeleid, wenn einem die kinder sterben. Sueton. Tiberio cap. 7 *Drusum fratrem in Germania amisit.*

¶ Amissus, a, um, dimissus, perditus, weggelassen, verlohren. Virg. Æn. 2 v. 148 *Amissos hinc jam obliviscer Grajos.* Horat. 3 od. 5 v. 27 *Neque amissos colores lana refert.* Idem 2 sat. 5 v. 2 *Amissas reparare res.* Absolute, *Amissa recuperare*, Nepos 13, 3, 2. Suetonius Claudio cap. 6 *Amissam incendio domum* dixit, ein abgebrandtes hauß.

¶ Amissus, ûs, subst. der verlust, die verliehrung. Nepos 7, 6, 2 *Siciliæ amissum culpæ suæ tribuebant.*

¶ Amissio, ōnis, idem. Cic. lib. 4 epist. 3 ad Serv. Sulpitium: *Omnium rerum amissio, & desperatio recuperandi.* Et in Pison. cap. 18 extr. *Amissio dignitatis.* Seneca epist. 4 *Nullum bonum juvat habentem, nisi ad cujus amissionem præparatus est animus.* Et ibid. *Nullius rei facilior amissio est, quam quæ desiderari amissa non potest.*

¶ Amissibĭlis, e, verlustig. Augustinus lib. 5 de Trinit. cap. 4 *Nihil accidens in Deo, quia nihil mutabile aut amissibile.* Ibidem lib. 15 de Trinit. cap. 13 sub fin. *Nostra scientia amissibilis est & receptibilis.*

¶ Antemitto, ĕre, vorherschicken. Solinus cap. 38 de elephantis: *Flumen transituri minimos antemittunt.*

¶ Circummitto, ĕre, herumschicken. Livius lib. 4 cap. 18 *Qui inter dimicationem castra Romana aggrederentur, post montes circummisit*, hinter den bergen herum lassen ziehen. Cæs. B. G. 7 cap. 63 *legationes in omnes partes circummittuntur.*

¶ Circummissus, a, um, herum gesandt. Idem Cæsar B. Civ. 3 cap. 55 *Circummissis legionibus.*

¶ Committo, ĕre, est duos pluresve in certamen conjicere, sive potestatem certandi facere, zusammen lassen: ut, cum exercitus ad imperia ducum & tubæ signum concurrunt; vel cum in Circensibus agitatores mappa missa contendunt ad metam. Hinc *bellum, prælium, certamen committere:* item *ludos, spectacula committere*, pro *edere* dicimus. Quo sensu etiam Eutropius absolute *committere* dixit, pro *prælium committere*, lib. 4 cap. 5 n. 4, & lib. 5 cap. 4 n. 3, & lib. 9 cap. 15 n. 7. Neque vero milites & quadrigarii tantum dicuntur *committi:* sed & poëtæ ac oratores, & si qui alii ingenii ac eloquentiæ certamen possunt instituere. vide Torrentium ad Augustum Suetonii cap. 89, & infra in *Commissio*. Nec tantum dicuntur *poëtæ committi:* sed & poëtas ipsos *committere sua opera* dicimus, cum edunt & recitant, ut comparentur cum aliis & censeantur. Suetonius Claudio cap. 41 *Historiam in adolescentia, hortante T. Livio, Sulpitio vero Flavo etiam adjuvante, scribere aggressus est. Et cum primum frequenti auditorio commisisset, ægre perlegit:* COMMISISSET, id est, recitasset. Antiquus auctor in vita Juvenalis, quem alii Suetonium, alii Probum esse putant: *Diu ne modico quidem auditorio quicquam committere est ausus: mox magna frequentia, magnoque successu bis ac ter auditus est.* ¶ 2. *Committere* etiam est, arcanum quoddam secretumque alicui credere, einem etwas in geheim sagen und vertrauen. Cæsar 3 de B. C. cap. 60 *Cum paucis collocuti clientibus tantum facinus committere audebant.* Seneca epist. 3 sensu duplici: *Nihil committas, nisi quod committere etiam inimico possis.* ¶ 3. *Committere* etiam est, servandum tuendumque aliquid alicui tradere: sive fidei alicujus commendare ac credere, anbefehlen, übergeben. Cic. ad Quint. frat. lib. 1 epist. 1 cap. 9 *Eos, quos tuæ fidei potestatique Senatus commisit & credidit, diligas.* Idem lib. 13 fam. epist. 5 *Cæsar rem magnam difficilemque tibi commisit.* Terentius Andr. a. 3 sc. 5 v. 3

Caesar Gallis nihil committendum existimavit Caes. B. G. IV. V. 1.

Servon' fortunas meas me commisisse futili.

ubi Donatus: COMMITTIMUS, *quæ cum magno periculo volumus servata.* Sic, *committere cui filiam*, pro collocare, in matrimonium tradere, Terentius dixit Heaut. a. 4 sc. 3 v. 36. Sic nos: einem sein kind vertrauen. ¶ 4. Est & nauticum verbum *committere:* quod vela dare significat. Cæsar 3 de B. C. cap. 25 *Hiems præcipitaverat, neque Brundusio naves legionesque ad Cæsarem veniebant: ac nonnullæ ejus rei occasiones prætermissæ Cæsari videbantur: quod certe sæpe flaverant venti, quibus necessario committendum existimabat.* ¶ 5. *Committere*, peccare est, versehen, sündigen. Cic. pro Milon. cap. 23 *Non timent, qui nihil commiserunt.* Et, *Committere contra legem*, Idem pro Cluent. cap. 34. *Committere culpam, delictum, flagitium, adulterium*, &c. etwas begehen. *Non committam, ut*, &c. ich wills nicht geschehen lassen, wills nicht versehen. Cic. ad Attic. lib. 1 epist. 6 *Non committam posthac, ut me accusare de epistolarum negligentia possis.* Idem epist. 20 ejusd. libri: *Non committemus, ut ea, quæ gessimus, fortuito gessisse videamur*, wir lassen es darzu nicht kommen. vide & infra *commissum*.

¶ Commissus, a, um, anvertraut, anbefohlen: item, zusammengefügt, begangen, &c. ut, *res inter se commissæ*, Quintil. 7 cap. 1. *Commissa piacula*, Virg. Æneid. 6 v. 569. *Solvere commissas acies*, Propert. 4 eleg. 12. Absolute Horat. lib. 1 epist. 18 v. 38

Commissumque teges & vino tortus & ira.

Idem lib. 1 sat. 4 v. 84 *commissa tacere Qui nequit.* Juvenalis sat. 10 v. 337 *Hæc tu secreta & paucis commissa putabas.*

¶ Commissum, i, substantiv. pro delicto, ein versehen, was versehen und übel gethan ist: ut, *Audax commissum*, Cic. pro Sylla cap. 26. Sed Asconius constringit, & COMMISSA *facta contra testatoris voluntatem* interpretatur, de Jurisdict. & prætur. Sicil. p. 117.

¶ Commissio, ōnis, die antretung, zusammenkommung; ut, *Commißio ludorum*, Cicer. lib. 15 ad Attic. epist. 26. *Ab ipsa commißione*, id est, initio ludorum. *Commißio poëtarum;* quæ δεῖξις Græcis, ἐπίδειξις, item ἀγών dicebatur. *Certamen latinæ græcæque facundiæ* vocat Suetonius Calig. cap. 20. Erant autem duplicis generis: aliæ publicæ, quæ in theatro, amphitheatro, odeo &c. instituebantur: aliæ privatæ, cum sibi quisque committebat auctores, & comparabat inter se, pronunciabatque, in quibus alius alium vicisset ac superasset: Quæ proprie συγκρίσεις dicebantur. De tali Juvenalis sat. 6 v. 439

Laudat Virgilium, perituræ ignoscit Elisæ,
Committit vates & comparat, inde Maronem,
Atque alia parte in trutina suspendit Homerum.

Vide Casaubonum ad Suetonii Aug. cap. 89, & Danielem Heinsium in Menandri & Philistionis Σύγκρισιν apud Rutgers. lib. 4 Variar. Lection. cap. 12. ¶ 2. *Commißiones* pro scriptis ipsis, quæ in commissionibus edebantur, & græce appellabantur ἀγωνίσματα, Caligula posuit; cum Senecam *Comißiones meras componere* argueret, ut Suetonius ejus vitâ cap. 53 refert. Notabat enim in eo dicendi genus, quod magis ad pompam & ostentationem, (quam soleant spectare præcipue, qui committunt sua opera,) quam gravitatem comparatum esset. Vide ibi Casaubonum, & Justum Lipsium in Judicio super Senecam ejusque scriptis, quod in Prolegomenis leges.

¶ Commissūra, æ, die fuge oder zusammenfügung. Cicero 2 de Nat. Deor. cap. 55 *Ossa subjecta corpori mirabiles commissuras habent.* Sic, *commissura lapidum*, apud Senecam lib. 2 Quæst. Nat. cap. 6. Et Quintilianus lib. 7 extr. de dispositione: *Non modo ut sint ordine collocati sensus, elaborandum est, sed ut inter se juncti, atque ita cohærentes, ne commissura pelluceat.*

¶ Commissurālis, e, zusammen gekerbt. Veget. 2 de Re Veter. cap. 13 *Loci ossuosi & commissurales.*

¶ Commissarius, i, Jurisconsultorum verbum, ut *Fideicommissarius:* Lege 29 § 2 Dig. Quibus modis ususfr. *Marcellus notat, nihil hanc rem fideicommissario nocere.* Pro eo, cui aliquid gerendum vel dijudicandum committitur, valde frequens vocabulum; sed improbat Voss. de Vit. L. L. 3 cap. 6 p. 408.

¶ Commissor, ōris, ein kämpffer, streiter. Gloss. gr. lat. συμβαλλομάχος, *commissor pugnæ.*

¶ Commissorius, a, um; ut, *Lex commissoria*, de qua integer titulus in Digestis est.

¶ Dēmitto, ĕre, herab lassen; ut, *Demittere in carcerem*, Livius lib. 34 cap. 44 extr. Et, *Demittere se in caussam*, Cic. ad Attic. lib. 7 ep. 12, sich einlassen in eine sache. *Ad minora me demittere non recusabo*, Quintilianus in procem. lib. 1. Et, *Demittere oculos, vultum*, die augen, den kopff niederschlagen. *Demittere animum*, Cic. 5 de Fin. cap. 15. *Contrahere & demittere animum*, Idem lib. 1 ad Qu. frat. epist. 1 cap. 1, den muth verliehren, kleinmüthig werden.

¶ Demissus, a, um, niedergelassen; ut, *Demißis humeris virgo*, von geraden oder schmalen schultern, Terent. Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 22. Et, *Demißis labiis homo*, Ibidem v. 44, dem die leffzen herunter hangen. Sic, *Demissus animus: fracto ac demisso animo esse*, Cic. ad Lentul. lib. 1 fam. epist. 9, kleinmüthig, verzagt seyn. *Demissa usque ad talos purpura, vestis*, so da lang herab gehen biß auf die füsse, Cic. pro Cluent. cap. 40. Comparat. *Demißior.* Plin. lib. 8 epist. 18 *Tiberis demißioribus ripis alte superfunditur*, über die niedrigen ufer. Ovidius lib. 8 Metam. v. 204

Icare, ait, moneo, ne, si demißior ibis,
Unda gravet pennas.

Cicero in Oratore cap. 24 *Orator ornamentis & verborum & sententiarum demißior.* Livius lib. 4 cap. 44 *Demißiore animo*, kleinmüthiger.

¶ Demisse, adverb. idem. Cic. 5 Tusc. c. 8 extr. *ample loqui: humiliter demisseque sentire.* Val. Maximus lib. 9 cap. 13 n. 2 *Petiit demisse & flebiliter*, demüthig. Ovid. 3 Trist. eleg. 4 v. 23

hic alte, demißius ille volabat.

Cæsar lib. 1 B. Civil. cap. 85 *Demißißime atque subjectißime exponit*, kleinlaut, demüthig, unterthänigst.

¶ Demissio, ōnis, proprie, die herablassung. Vitruvius lib. 5 cap. 10 extr. *Ex eo clypeum æneum catenis pendeat: per cujus reductiones & demißiones perficietur sudationis temperatura.* Tralate dein usurpatur: ut, *demißio animi*, Cic. 3 Tusc. cap. 7, die kleinmüthigkeit.

¶ Demissitius, a, um, herabhangend; ut, *demißitiæ tunicæ*, Plaut. Pœn. a. 5 sc. 5 v. 24.

¶ Dīmitto, ĕre, verschicken, hin und wieder versenden. Virg. Æn. 1 v. 576 *Equidem per litora certos Dimittam*, &c.

ich will gewisse kundschaffer ausschicken. *Dimittere exercitum*, Sueton. Cæs. cap. 30, & Vellej. 2, 48, 1, den hauffen von sich lassen, abdancken. Et, *Discedentem non sine magno dolore dimittere*, Cicer. 12 ad Attic. epist. 18. *Dimittere curam ex animo*, Livius lib. 30 cap. 3. Et, *Dimittere comitia, senatum, concionem.* Sic, *Dimittere scholam*, Sueton. de Clar. Grammaticis cap. 6, von einander lassen.

¶ Dimissus, a, um, erlassen, von einander gelassen. Cicer. ad Attic. 2 epist. 24 fin. *Dimissa concione.* Sen. epist. 31 *Dimissa in populos notitia nominis*, i. e. dispersa, ausgebreitet. Suet. Tib. cap. 49 *Dimissa e matrimonio*, i. e. repudiata, eine abgeschiedene.

¶ Dimissio, ōnis, ἄφεσις, urlaub, loßlassung. Cicer. 7 Verrin. cap. 33 *Inops claßis propter dimißionem propugnatorum atque remigum.* Deinde amandatio. Cic. Paradox. 6 cap. 2 *Dimißiones libertorum ad fænerandas diripiendasque provincias.*

¶ Dimissōrius, a, um, abschickend; ut, *Dimissoria littera*, Leg. 106 de Verb. signif. Gloss. lat. gr. *Dimissoria*, ἀποσχετική.

¶ Indimissus, a, um, non dimissus, unerlassen, nicht frey. Tertullianus 4 adv. Marcion. cap. 34 *Illicite dimissam* [uxorem] *pro indimissa ducens, adulter est.*

¶ Emitto, ĕre, auslassen; ut, *Emitti e carcere*, Cicer. pro Planc. c. 12. Et, *Emitti e custodia, & levari vinculis*, Idem lib. 1 Tuscul. cap. 49. Et, *Emittere aliquid dignum suo nomine*, lassen ausgehen, unter die leu-

te kommen lassen, Idem ad Volumnium lib. 7 fam. epist. ult. *Emittere vocem*, reden, Livius lib. 1 cap. 54, & Seneca epist. 9. Cic. de Orat. lib. 2 cap. 54 *Facete dicta, statim ut emissa sunt, hærere debent.* Idem pro Planc. cap. 23 *Maledicto nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur*, wird leicht ausgestossen, entfähret einem. *Emittere e manibus*, von den händen kommen lassen, Livius lib. 28 cap. 42. ¶ 2. *Emittere manu*, est manumittere, einen frey machen, apud Plautum, & Terentium Phorm. a. 5 sc. 5 v. 2. ¶ 3. *Emittere* etiam est aquam deducere facto canali, wasser abführen: unde & *Emissarium* dicitur, de quo & infra. Suetonius Claudio cap. 20 *Fucinum* (lacum) *aggressus est, non minus compendii spe, quam gloriæ: cum quidam privato sumtu se emissuros promitterent.* Et cap. 21 extr. *Quin & emissurus Fucinum lacum naumachiam ante commisit.*

¶ Emissus, a, um, ausgelassen; ut, *Emissum caveis agmen*, Virg. Georg. 4 v. 58. *Emissam hiemem sensit*, Idem Æn. 1 v. 129. *Emissa manu contorsit spicula*, Idem Æn. 11 v. 676. Et Horat. 1 epist. 18 v. 71

Et semel emissum volat irrevocabile verbum.

¶ Emissio, ōnis, die auslassung; ut, *Emissio anguis*, Cic. lib. 2 de Divin. cap. 29. Idem lib. 2 Tusc. Quæst. cap. 24 *Tormenta telorum eo graviores emissiones habent, quo sunt contenta atque adducta vehementius.* Et Vitruvius lib. 10 cap. ult. *citra sagittæ emissionem*, nicht gar einen bogenschuß weit.

¶ Emissārius, i, ein ausspäher, ad calumniandum subornatus, ad invehendum paratus. Cic. lib. 7 fam. epist. 2 *Persuaserat nonnullis invidis meis, se in me emissarium semper fore*, wolte immer auf mich abgericht seyn, mir in haaren liegen. conf. Suet. Domit. cap. 11. *Emissarii* enim *milites* dicuntur subornati ad excursiones subitas, quacunque occasione oblata. *Per emissarios suæ factionis*, Vellej. Paterc. lib. 2 cap. 18. ¶ 2. Et, *Emissarius exercitus*, qui aciem præcedit ad lacessendum hostem. ¶ 3. *Emissarius equus, aries*, ein zuchthengst, springhengst, schäler. *Emissarius palmes*, reben, die man gehn und schiessen läst, Plinius lib. 17 cap. 23.

¶ Emissarium, i, substant. ein ausgang eines teichs oder sees, auslauff, eine gosse, abzug. Locus, qui aquam emittit, sistitve obicibus vel demissis, vel reclusis. Cicer. 16 fam. epist. 18 *Hortus nullo emissario, nulla maceria, nulla casa*, ein garten, so keinen ausfluß hat, &c.

¶ Emissitius, a, um, quicquid emittitur, ausgeschickt; ut, *Oculos emissitios*, Plautus dixit *vagos*, & *huc atque illuc spectantes*, unstete, leichtfertige und vorwitzige augen, in Aulularia a. 1 sc. 1 v. 2. Et Tertullianus de Pallio cap. 3 *circumspectu emissitii ocelli.*

¶ Immitto, ĕre, einlassen, eingehen lassen; item, ausschicken; ut, *Servi in tecta nostra cum facibus immissi sunt*, Cic. ad Atticum lib. 14 epist. 10. Et, *Immittere se in medios hostes*, Idem in Tuscul. lib. 3 cap. 48. Et pro Fontejo cap. ult. *Armatum se in hostium manum multitudinemque immittere.* Et Plinius lib. 8 epist. 4 *immissa terris nova flumina.* Cœlius Ciceroni 8 epist. 10 *hostes immittere in provinciam.*

¶ Immissus, a, um, eingelassen. Virg. Æn. 2 v. 494 *primos trucidant immissi Danai.* Idem Æn. 8 v. 242 *Immisso lumine.* Idem Æn. 3 v. 593 *Barba immissa*, i. e. prominens, longa, ein langer bart. Sic & Ovid. Fast. 1 v. 503 *Immissi capilli.*

¶ Immissio, ōnis, die einlassung. Cic. de Senect. cap. 15 *sarmentorum immissio*, quæ amputationi opponitur in cultura vinearum, die einpfropffung.

¶ Immissarium, i, receptaculum, in quod aqua immittitur, eine cistern, Vitruv. lib. 8 cap. 7.

¶ Immissīlus, vel Immissŭlus, i; avis est ex aquilarum seu vulturum genere, inde dicta, quod subito & inexspectata se immittit, ein fischarn. vid. Plin. 10 cap. 7. Stewech. in Arnobium p. 80, & Elmenh. in eumdem p. 95.

¶ Intermitto, ĕre, unterlassen, aussetzen, darzwischen vorbey lassen. Cic. ad Att. 8 epist. 12 *Ne quis a me dies intermittatur.* Cæsar B. G. 5 c. 38 *Neque diem neque noctem intermittit, peditatumque se subsequi jubet.* Ibidem lib. 3 cap. 29 *uti opus necessario intermitteretur.*

¶ Intermissus, a, um, aufgehört, ausgesetzt, vorbeygelassen. Horat. 4 od. 1 v. 1 *Intermissa diu bella rursum movere.* Ovid. Trist. 2 v. 151 *Venti intermissi silescunt.* Cic. 3 fam. epist. 1 *Intermissa consuetudine.* Pallad. 11 c. 8 *Intermisso triennio*, nach drey jahren. Cæs. 1 B.G. c. 27 *Nocte intermissa*, i. e. interposita. Idem 6 cap. 9 *Intermissis paucis diebus.* Plin. 10 cap. 46 *Continenti & intermisso* (non continuato) *spiritu.*

¶ Intermissus, ûs, die unterlassung. Plinius lib. 9 cap. 29 *Lusciniis diebus ac noctibus continuis XV garrulus sine intermissu cantus*, unaufhörlich.

¶ Intermissio, ōnis, idem; ut, *Intermissio officii*, Cic. de Amic. cap. 2. *Intermissio consuetudinis*, Idem lib. 5 fam. epist. 17. Et, *Excusatio de intermissione litterarum*, lib. 16 epist. 25. Et Frontinus lib. 2 de Aquæduct. *ut sine intermissione diebus noctibusque aqua fluat.*

¶ Intromitto, ĕre, hinein lassen. Terent. Hecyr. a. 2 sc. 1 v. 40 *Heri nemo voluit visentem ad eam intromittere*, es hat sie niemand für sie kommen lassen. *Comissatum aliquem intromittere*, Cic. 1 fam. epist. 9.

¶ Omitto, ĕre, unterlassen, bleiben lassen, fahren lassen; ut, *Omitte ista, quæ nec percontari, nec audire sine molestia possumus*, Cic. Acad. 1 cap. 1. Et, *Omittere iracundiam, tristitiam*, Terent. Adelph. a. 2 sc. 4 v. 3, & a. 4 sc. 7 v. 36. *Consilium alicujus rei omittere*, Liv. lib. 33 cap. 41, anstehen lassen. *Vt alia omittam*, i. e. prætercam, daß ich von andern stücken nichts sage, Terent. Eunuch. a. 5 sc. 4 v. 4, quamquam hîc alii *mittam* legunt. Cicero tamen pro Quintio cap. 22 *Vt alia omittam, hoc satis est.*

¶ Omissus, a, um, id est, remissus, languidus, unachtsam; ut, *Esse animo omisso*, Terent. Heaut. a. 5 sc. 2 v. 9. Idem Adelph. a. 5 sc. 3 v. 45 *Ab re esse omissiorem paullo*, sich zur nahrung nicht wohl anlassen, nachläßig seyn. ¶ 2. Sepositus, relictus, beyseit gesetzt, zurück gelassen, überhüpfft; ut, *Omissa controversia*, Cic. pro Ligar. cap. 1. *Omissis deliciis hoc age*, Horat. 1 epist. 6 v. 30. *Aliquid ex omissis petere*, Vellej. 2, 68, 4.

¶ Permitto, ĕre, weiter schicken; ut, *Trans maria permitti*, Columell. lib. 7 cap. 8, id est, mitti, seu transmitti. Seneca de constantia Sapientis cap. 3 *Ego vero sapientem non imaginario honore verborum exornare constitui, sed eo loco ponere, quo nulla permittitur injuria*, i. e. quo nulla mitti & penetrare injuria possit. Alia exempla ad eum locum Lipsius notat. ¶ *Permittere se alicujus fidei*, Cæsar B. G. 5 cap. 3 extr. vel, *in fidem, in deditionem*, sich ergeben, überlassen, Liv. lib. 7 & 8. *Permittere aliquid amico*, est concedere, erlauben, zulassen, verstatten, Cic. Tusc. 1 cap. 43. *Tibi pater permittimus*, Ter. Adelph. a. 5 sc. 9 v. 38, wir stellen dirs heim. *Permittere omnia alicujus judicio*, zu eines gutdüncken stellen, Idem Phorm a. 5 sc. 8 v. 56. Et, *Leges permittunt*, Cic. 2 de Invent. cap. 49, das recht läst zu: *vetant*, contrarium. *Permittamus vela ventis*, Quint. epist. ad Tryphonem, operibus præmissa, last uns wagen. ¶ *Permittere equos, canes*, i. e. immittere, lauffen lassen. vid. Parei Lex. Crit. p. 917.

¶ Permissus, a, um, überlassen, zugelassen, vergünstiget. Liv. 4 cap. 30 *Cognitio ejus rei L. Sergio permissa.* Lucan. 1 v. 595 *Quibus sacri permissa potestas*, die geistlichen.

¶ Permissum, i, die zulassung, verstattung, vergünstigung, erlaubniß. Horat. 2 epist. 1 v. 45 *Vtor permisso.* conf. Labeo JCtus apud Vlpian. Dig. 11 t. 7 l. 8.

¶ Permissus, ûs, idem. Cic. de Arusp. Resp. cap. 12 *Omne servitium permissu magistratus liberatum.* Livius lib. 3 cap. 43 *Decemvirorum permissu.*

¶ Permissio, ōnis. Cic. ad Qu. fratr. lib. 3 epist. 1 cap. 3 *Quod tibi mea permissio mansionis tuæ grata est, id ego summo meo dolore & desiderio, tamen ex parte gaudeo.* ¶ Est & figura Rhetorica apud Auct. ad Herenn. 4 cap. 29.

¶ Permissor, ōris, qui permittit, der zulässet, gestattet; ut, *Mali permissor*, Tertullian. lib. 1 adv. Marcion. cap. 22 extr.

¶ Impermissus, a, um, ungestattet, unvergönnet; ut, *Impermissa gaudia*, Horat. 3 od. 6 v. 27.

¶ Postmitto, ĕre, quod Nizolius & Cœlius Rhodig. ex Cic. pro Cœlio c. 22 arcessunt, falsum est, quia optimo quoque libro legitur *prætermitteret.*

¶ Præmitto, ĕre, vorher schicken, voran lassen; ut, *In Siciliam cum imperio præmittitur*, Cicer. ad Attic. lib. 7 epist. 15. *Cogitationes in longinqua præmittere*, weit hinaus dencken, Sen. epist. 5. Et de defunctis Martial. 10 epigr. 12 *Te præmitto libenter.* vid. Parei Lex. Crit. pag. 970.

¶ Præmissus, a, um, vorangeschickt; ut, *Præmissus Achates*, Virg. Æn. 6 v. 34. Et, *Præmissi equites*, Ibid. 9 v. 367.

¶ Prætermitto, ĕre, præterire, vel omittere, ignorantia scilicet, aut oblivione, aut negligentia, vorbey oder vorüber lassen. Ter. Adelph. a. 3 sc. 3 v. 60 *Nihil prætermitto, consuefacio*, &c. ich unterlasse oder versehe nichts. *Nihil, quod ad rem pertinet, prætermittere*, Cic. 1 fam. epist. 5. Et, *Nullum locum laudandi tui prætermitto*, Idem 12 fam. epist. 24. *Nullum officium hominis amantissimi erga aliquem prætermittere*, Idem 1 fam. epist. 8. Et Corn. Nepos Cimone extremo: *Quotidie sic cœna ei coquebatur, ut, quos non vocatos vidisset in foro, omnes devocaret: quod facere nullum diem prætermittebat.* Vbi male Lambinus *intermittebat* emendat.

¶ Prætermissus, a, um, vorbeygelassen, überhüpfft. Cic. Offic. 3 cap. 2 *Negant eum locum a Panætio prætermissum, sed consulto relictum.*

¶ Prætermissio, ōnis, die vorbeylassung. Cicero Topic. cap. 7 *sine nullius prætermissione.*

¶ Prōmitto, ĕre, polliceri, verheissen, zusagen; ut, *Vix videbar, quod promiseram, præstare posse*, Cic ad Brut. epist. 18; & *Promittere damni infecti*, apud Cic. Topicis c. 3, item Dig. de damno infecto, est *nomine damni infecti promittere*: qui & *Cavere damni infecti* dixerunt. *Promittere ad cœnam*, de iis dicitur, qui invitati ituros ad cœnam se pollicentur, Plaut. Menæch. a. 5 sc. 2 v. 43 &c. a quo diversum est *condicere ad cœnam*: de quo supra in *Dico*, vide *Condico*. Dicimus & absolute *Promittere*. Plautus Mostell. a. 4 sc. 3 v. 12 *Promisi foras*, ich habe mich ausser hause verredet. ¶ 2. Est & *Promittere* minari, Virg. 2 Æn. v. 96 *Promisi ultorem.* vide ibi Servium, & supra in *Minari*. Plautus Asinar. a. 5 sc. 2 v. 6 *Quin surrepturum pallium promisit tibi* &c. pro minatus est. Terent. Heaut. a. 4 sc. 4 v. 6

BACCHIS. *Syrus mihi tergo pœnas pendet.*
CLIN. *Satis scite promittit tibi*, i. e. minatur.

¶ 3. *Promittere* etiam est porrigere, extendere, ausstrecken. P. Mela 1, 3 *Deinde rursus Gallia est longe & a nostris litoribus hucusque promissa*, i. e. porrecta. Cæs. B. G. 8 cap. 9 *Audacius longiusque tela promittere.* Tacit. A. 2, 39, 3 *Crinem barbamque promittere*, das haar lang wachsen lassen. Et Livius lib. 6 cap. 16 *Multos mortales capillum ac barbam promisisse.*

¶ Promissus, a, um, zugesagt, versprochen; ut, *fides promissa*, Virg. Æn. 4 v. 552, & 6 v. 346. *Aderat promissa dies*, Idem Æn. 9 v. 107. *Promissum carmen*, Horat. epod. 14 v. 6, & de Arte v. 45. vid. Parei Lex. Crit. p. 1000. ¶ 2. Extensus, longus, lang, ausgestreckt; ut, *Promissa barba*, prolixa, Plin. lib. 7 epist. 27. *Comæ promissæ*, Liv. lib. 38 cap. 17. *Promisso ventre arietes*, Colum. 7 cap. 3.

¶ Promissum, i, subst. die zusage; ut, *Servare promissa*, Cic. 3 Offic. cap. 24. Et, *Satisfacere promisso*, Id. in Verr. 7 cap. 53. Et, *Stare promissis*, lib. 1 Offic. cap. 10. *Fac promissa appareant*, Terent. Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 19. *Miscere minis promissa*, Tacit. Hist. 5, 24, 4. *Largus promissis*, Idem Hist. 3, 58, 5.

¶ Promissus, ûs, idem: Manil. lib. 5 p. 126.

¶ Promissio, ōnis, pollicitatio, die verheissung, versprechung; ut, *Promissio auxilii*, Cic. lib. 4 fam. epist. 13. *Promissio provinciæ*, Idem ad Attic. lib. 8 epist. 9.

¶ Promissīvus, a, um, versprechend; ut, *promissivus modus*, P. Consent. inter Grammat. Putschii p. 2061.

¶ Promissive, adverb. idem. Tertull. adv. Marc. 5 cap. 10 *præceptive, non promissive.*

¶ Promissor, ōris, der viel verspricht. Horatius de Arte poëtica v. 138

Quid tanto feret hic promissor hiatu.

Decom-

Decomposita a *Promitto.*

¶ Apprŏmitto, ĕre, neben einem andern verheissen, bürge werden. Reperitur hoc Decompositum aliquoties usurpatum a Cicerone, lib. 5 ad Attic. epist. 1, & pro Rosc. Am. c. 9.

¶ Appromissor, ōris, ein bürge: Lege 43 Dig. de Solution.

¶ Compromitto, ĕre, mit andern bewilligen, zugleich angeloben. Cicero 2 ad Q. frat. epist. 14 sub finem: *Tribunicii candidati compromiserunt.*

¶ Compromissum, i, ein vertrag, gegenversprechung. Cicer. pro Rosc. Com. c. 4 *compromissum facere.*

¶ Expromitto, ĕre, plus est quam recipere, geloben, apud JCtos.

¶ Expromissor, ōris, ein bürge, der für einen andern eintritt und angelobet. Paulus JC. Reg. Jur. 110 sub An. Digest. Et Lege 7 § 8 Dig. de dolo malo.

¶ Repromitto, ĕre, dargegen versprechen. Cicer. de Clar. Orat. cap. 5 *Non tibi repromittere istuc quidem ausus sim.* Apud Plautum Curcul. a. 5 sc. 3 v. 67, & Suet. in Claud. cap. 20, idem quod promittere. Ve apud JCtos promittere & repromittere damni infecti eadem sint. Vide Leg. 9 § 7 Dig. quod met. caussa, &c.

¶ Repromissus, a, um, dargegen versprochen. Aurel. Vict. Vir. Illustr. cap. 2 *Annulis & armillis dolose repromissis.*

¶ Repromissio, ōnis, die gegenzusage. Tertull. adv. Hæretic. cap. 8 *Deum nationes non magis noverant, quam ullam repromissionem ejus.* Habet & Cicero pro Qu. Rosc. Com. c. 13 & 18.

¶ Rĕmitto, ĕre, zurück schicken, wieder senden. Ovid. Metam. lib. 13 v. 702 *Nec leviora datis Trojani dona remittunt.*

¶ 2. Aliquando *Remittere* idem est quod *mittere*, sive *permittere*; ut, *Nuntium remittere: Repudium remittere*, apud Ciceronem, & Terent. Tacit. Annal. 3 cap. 55 *Auditis Cæsaris litteris remissa ædilibus talis cura*, luxus videlicet reprimendi. REMISSA, i. e. permissa: sive datum negotium ædilibus est, ut de hac ipsa re agens Sueton. loquitur Tiberio c. 34. Idem Tac. 1 Annal. c. 8 *Remisit Cæsar* Tiberius nempe, ut corpus Augusti ad rogum Senatorum humeris ferretur. Symmach. l. 6 epist. 8 *Actores absentium, quibus res longinqua remittitur, tamquam soluti legibus vivunt.* ¶ 3. Idem ac cessare, desinere, aufhören. *Remittas me jam onerare injuriis*, laß ab, laß nach, &c. Terent. Andr. a. 5 sc. 1 v. 8. Et, *Remittere se*, Nepos 7, 1, 4. *Nunquam remisit animum a colligendis in pace viribus*, Liv. 39 cap. 24, er hat nicht geruhet &c. *Remittere laboras*, Martial. lib. 10 epigr. 82, est cessare a laboribus. *Animi curam remittere*, Cicer. in Verrem 6 cap. 61. *Morbus, dolores remittunt*, die wehtagen lassen nach. Sic, *Frigus remittit.* ¶ 4. *Remittere de supplicio*, Cicer. 7 Verr. c. 65, die straffe mindern, nachlassen. *Remittere debitum*, Idem ad Attic. lib. 13 epist. 23 extr. die schuld erlassen. *Caussam ad senatum remittere*, id est, referre, gelangen lassen, oder an den rath weisen, Tacit. *Nuntium remittere uxori*, Cic. lib. 1 ad Attic. epist. 13. *Repudium remittere*, est repudiare, sich vom weibe scheiden, Terent. in Phorm. a. 5 sc. 7 v. 35. ¶ 5.* *Remittere* sæpe est dissolvere, fluidum reddere, zerlassen, schmeltzen. Virg. 4 Georg. v. 35 *frigore mella*

Cogit hiems, eademque calor liquefacta remittit,

hoc est, resolvit. Palladius lib. 1 *Ammoniacum super ignem remissum.* Sextus Placitus lib. 1 cap. 31 *adeps vulpis remissus & instillatus dolorem sanat.* Sammonicus de faucium morbis: *ceræ remissæ.* Grævius.

¶ Remissus, a, um, nachgelassen: ut, *Studia remissa temporibus*, Cic. 1 Tusc. cap. 1. *Remissius frigus*, gelindere kälte, Cæsar lib. 5 de Bell. Gall. cap. 12. *Remissior ventus*, Idem lib. 3 Civil. Bell. cap. 26, &, *Remissior ira*, Livius lib. 24 c. 39, hoc est, lenior. ¶ 2. Resolutus, fluidus redditus, vide in *Remittere.* ¶ 3. *Remissus*, hilaris, negotiis liber: quemadmodum contra *tristes*, adstricti appellantur. Similiter & nos de valde hilaribus dicimus: er ist gar ausgelassen. Sueton. Claudio c. 21 *Nec ullo spectaculi genere communior aut remissior erat*, &c. Et in Augusto cap. 98 *Remississimo ad otium & ad omnem comitatem animo.*

¶ *Remissus* & *Acri* opponitur ac *Strenuo.* Nepos Iphicrate cap. 3 n. 1 *Sed in labore remissus nimis parumque patiens*, allzu faul.

¶ Remisse, remissius, adverb. leniter, gelinde, schwächlich: ut, *Remisse loqui*, Sallust. *Remisse cum aliquo agere*, Cicer. pro Cœlio cap. 14. *Remissius & placatius ferre* [molestias,] Cicer. 6 fam. epist. 13. Et, *Nihilo remissius, atque etiam multo vehementius instabat*, Idem 6 Verr. cap. 34. Est & *Remisse* per ludum & jocum: & τῷ *serio* opponitur, schertzweise. Suetonius Claudio cap. 33 *ingredientem destituebant poplites minus firmi, & remisse quid vel serio agentem multa dehonestabant.*

¶ Remissio, ōnis, relaxatio, die ruhe, ergetzung: ut, *Remissio animi*, Cicer. lib. 5 fam. epist. 2. *Danda est omnibus aliqua remissio*, Quintil. lib. 1 cap. 3. Et, *Remissio vocis*, nachlassung, Cicer. de Clar. Orat. cap. 91. *Remissio febris*, Sueton. Tiber. cap. 73. *Remissio pœnæ*, Cicer. 4 Catil. cap. 6 extr. die erlassung der straffe. *Remissio pensionis*, est diminutio, die erleichterung des pacht-geldes: Sueton. in Cæsare cap. 20 *Publicanos remissionem petentes tertia mercedum parte relevavit.*

¶ Remissa, æ, pro *Remissione*, die vergebung, dicta Cypriano lib. 8 epist. 14 *Qui blasphemat in Spiritum Sanct. remissam peccatorum non habet.* Et Tertull. adv. Marc. 4 cap. 18 *Diximus de remissa peccatorum.*

¶ Remissārius, a, um, was man kan auf und nieder lassen: ut, *vectis remissarius*, ein schlagbaum, Cato R R. c. 19.

¶ Remissīvus, a, um, nachlassend. Cæl. Aurel. Acut. 3 cap. 4 *Res congruæ & remissivæ.*

¶ Remissor, ōris, ein verzeiher. Ambros. 1 de Offic. *Remissor injuriæ usque ad remunerationem.*

¶ Remissibĭlis, e, vergeblich; &

¶ Irremissibilis, e, unvergeblich, ecclesiastici usus sunt, sed oppido antiqui. Vtrumque vides in Tertulliani de Pudicitia c. 2 *Delicta alia remissibilia, alia irremissibilia*, &c. Et Fulgent. ad Venant. epist. 7 *Peccata irremissibilia permanent.*

¶ Submitto, ĕre, unter sich halten. *Submittere se*, cui *extollere se* opponitur, sich demüthigen, unterwerffen. *Submittere animum*, den muth fallen lassen, Livius lib. 23 cap. 25. *Submittere verba*, leise reden, Seneca epist. 11. *Submittere genua*, knien, Plin. 8 cap. 1. Et, *Submittere se ad mensuram dicentis*, sich herab lassen, Quintil. lib. 2 cap. 3. ¶ 2. Est & rusticum verbum, & de pecoribus dicitur, quæ educantur ad fœturam & usum, das man zur zucht aufzeucht und hält. *Submittere* enim est *in gregem compellere*, ut Varro loquitur: ejus verba lib. 2 de Re Rustica c. 2 ista sunt: *Cum oblivione jam lactis* (agni) *non desiderant matrem, tum denique compellendum in gregem* &c. *Quos arietes submittere volunt.* Idem in eodem lib. cap. 3 *In nutricatu hœdi trimestres cum sint facti, tum submittuntur, & in grege incipiebant esse.* Et Columella lib. 7 cap. 3 *Post fœturam longinquæ regionis pascua petiturus opilio, fere omnem sobolem pastioni reservet suburbanæ. Villicus enim teneros agnos lanio tradit, dum adhuc herbæ sunt expertes: quoniam & parvo sumtu devehuntur, & iis summotis fructus lactis ex matribus non minor percipitur. Submitti tamen etiam in vicinia urbis quandoque oportebit.* Vbi *submittere* & *lanio tradere* opponuntur: *reservare pastioni* & *submittere* eadem sunt. Significat igitur, non omnes agnos tradendos lanio, sed quosdam submittendos sive servandos esse, ne grex effœtus tandem fiat. Virg. 3 Georg. v. 157 *Post partum, cura in vitulos traducitur omnis:*

Continuoque notas, & nomina gentis inurunt:
Et quos aut pecori malint submittere habendo,
Aut aris servare sacris, aut scindere terram,
Et campum horrentem fractis invertere glebis.

Et ante eodem lib. 3 v. 73

Tu modo quos in spem statues submittere gentis,
Præcipuum jam inde a teneris impende laborem.

In quibus locis *submittere* est ideo submittere, ut admissarii fiant, ut Servius interpretatur: quod Varro *ad admissuram submittere* lib. 3 c. 3 dixit. Columella etiam ad alia traduxit: Ad *vitem* lib. 3 cap. 6 *Vitis fœcunda, cujus progeniem studemus submittere.* Ad *prata* lib. 11 cap. 2 *Per hosce dies locis maritimis & calidis & siccis prata vel arva purgantur & in fœnum submittuntur.* SVBMITTVNTVR, i. e. intacta servantur, ut neque depascatur, neque secetur herba, sed in fœnum sinatur crescere, sie werden geschonet, und nicht betrieben. ¶ 3. Illud Virgilii eclog. 1 v. 46

Pascite ut ante boves, pueri, submittite tauros,

nonnulli pro jugo supponere interpretantur, quod Apulejo *subjicere* in Floridis dicitur. Nam de Gymnosophistis ita scribit: *Non illi norunt arva colere, vel aurum colare, vel equum domare, vel taurum submittere.* ¶ 4. Est & clanculum immittere, *percussores submittere* apud Suetonium in Galba extremo.

¶ Submissus, a, um, niedergelassen, eingezogen, niedrig. *Submissa voce canere, dicere, agere*, mit halber stimme, mit leiser stimme: Cicero pro Plancio: *Submissa voce agam, tantum ut judices audiant.* Et Martialis lib. 8 epigr. 75

Hos comes invalidus submissa voce precatur.

Ovid. Metam. 8 v. 638 *submisso humiles vertice postes.* Hirtius 8 de Bello Gall. cap. 31 etiam comparativo usus est. *Non dubitabat*, inquit, *quin recenti calamitate* [civitates] *submissiores essent futuræ*, demüthiger, nicht so trotzig. Et Seneca Controv. c. 32 *submissioribus verbis.* Et magis proprie Livius lib. 44 c. 9 de testudine militari: *stantibus primis, secundis submissioribus, tertiis magis & quartis, postremis etiam genu nixis.*

¶ Submissus, ûs, substant. die einschiebung. Tertull. advers. Marc. 5 c. 16 *Ex submissu erroris ulciscitur.*

¶ Submissio, ōnis, die niederlassung: ut, *Submissio vocis*, Cicer. Offic. lib. 1 cap. 41; &, *orationis*, Idem in Oratore c. 25.

¶ Submisse, adverb. demüthiglich. Cicero in Offic. lib. 1 cap. 26 *Quanto sumus superiores, tanto nos submissius geramus*, je höher wir sind, je demüthiger wir uns halten sollen. Idem 2 de Orat. c. 53 *Qui aut breviter, aut submisse dicunt, docere judicem possunt; commovere non possunt.* Idem in Oratore cap. 8 *submissius a primo* [dicere,] *deinde pressius*, &c.

¶ Submissim, idem. Sueton. Aug. c. 74 *Submissim fabulantes.*

¶ Supermitto, ĕre, drüber her thun, oben drauff thun. Apicius lib. 2 cap. 1 *& sic supermittes jecur:* & lib. 5 cap. 3 *pisa supermittes.*

¶ Transmitto, ĕre, committere, tradere, überlassen: ut, *Transmittere alicui bellum*, est ei administrandum committere, Cic. pro Leg. Man. c. 14. ¶ 2. Trajicere, hinüber schicken; ut, *Transmittere mare*, Cicer. 2 Nat. Deor. cap. 49, übers meer schiffen. Et, *Transmittere mari supero*, Cicer. ad Attic. lib. 9 epist. 3. *Bellum transmittere*, apud Livium lib. 21 cap. 20, durchzug verstatten, ein kriegsvolck durchlassen: pro quo & *exercitum transmittere* dici potest. Sed *Transmittere tempus* apud Plinium lib. 9 epist. 6 est, die zeit vertreiben, hinbringen: *Omne*, inquit, *hoc tempus inter pugillares & libellos jucundissima quiete transmisi.* Et major Plinius lib. 12 cap. 12 *Papyrus transmittit literas*, h. e. bibula est, das papier schlägt durch. ¶ 3. *Transmittere* & absolute pro *transfretare* ponitur. Vide Gell. lib. 2 c. 21, & 10 c. 26. Adde Curt. 4, 1, 27, Vellej. 2, 51, 1, & Cic. pro Lege Man. c. 11.

¶ Transmissus, a, um, hinübergesetzt, übergeführt: ut, *Transmissæ classes*, Virg. Æneid. 3 v. 403.

¶ Transmissus, ûs, die überfahrt; pro trajectu apud Cæsarem lib. 5 de Bello Gallico cap. 13 *Pari spatio transmissus, atque & ex Gallia, est in Britanniam.* ibid cap. 11.3

¶ Transmissio, ōnis, die übersendung. Salvianus lib. 4 contra Avarit. p. 166 *sibi opulenta rerum transmissione prospiciunt.* Et pro trajectu, die überfahrt, überschiffung: Capitolinus in Marco cap. 8 *audita Veri transmissione*, id est, navigatione in Asiam ad bellum Parthicum.

MĬTȲLĒNE, es, Μιτυλήνη, urbs in Lesbo, μεγάλη καὶ καλή, *magna & pulchra*, ut Longus sophista appellat lib. 1 Ποιμενικῶν. *Pulchram* & Horatius vocat lib. 1 epist. 11 v. 17. vide Strabon. lib. 13. Ejus expugnationem narrat Livius epit. 89 in fin.

¶ Mitylenæus, a, um, adjectiv. ut, *Mitylenæus mango*, Martial. 7 epigr.

epigr. 79 *Mitylenæo modulari pectine*, Claudian. de Nupt. Honor. v. 235.

Mixtura, Mixtus, vide ante in *Miſceo.*

MNA, æ, μνᾶ, mina. Plinio lib. 21 cap. 24 *Mna, quam noſtri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum.* Vide ſupra *Mina.*

MNĒMŌNĬCA, orum, plurale neutr. μνημονικά, præcepta de memoria, gedächtnüß-künſte. *Qui mnemonica didicerunt*, Auctor ad Herennium lib. 3 cap. 17.

MNĒMŌSȲNE, es, μνημοσύνη, mater novem Muſarum, *Memoria.* vid. Ovid. Metam. 6 v. 114, & Auſon. epiſt. 5 v. 62.

¶ Mnēmŏsȳnon, i, μνημόσυνον, memoriæ monumentum, ein gedenck-zeichen, gedenckmahl, Catullus epigr. 12.

MNESTHEVS, ei, duabus ſyllabis, Trojanus eſt Virgilio ex Aſſarici regis familia. *Mneſthea, Sergeſtumque vocat*, &c. *Et genus Aſſarici Mneſtheus*, &c. Virgil. 4 & 12 Æneid.

Mobilis, mobilitari, mobilitas, mobiliter, quære in *Moveo.*

Moderabilis, moderamen, moderanter, moderari, &c. vide in *Modus.*

MŎDERNVS, a, um, qui noſtro vivit tempore, itzig. Hoc ſenſu Priſciano, atque Caſſiodoro, & Bedæ in uſu eſt: quorum tamen auctoritas, niſi antiquior acceſſerit, tanta haud eſt, ut a barbariſmo eos, qui hoc verbo frequenter hodie utuntur, liberare poſſit. Barth. ad Briton. Aremor. p. 687 eam latinam non eſſe, dudumque doctis exploſam aſſerit. Et quid opus vocabulo ſordido, cum non deſint puriora: *præſens, recentior, junior*, &c. Vid. Antibarb. Cellarii p. 312.

Modeſte, modeſtia, modeſtus, Modialis, Modice, modicellus, modicus, modificatio, modificator, modifico, modificus, modimperatus, Modiolus, quære in *Modus*, & ſequenti *Modius.*

MŎDIVS, i, menſura duas & triginta heminas, vel ſextarios ſedecim, vel amphoræ partem tertiam continens, ein maß. Eſt autem tum liquidorum, tum aridorum menſura. Liquidorum, zwey ſtübichen, acht kannen: Aridorum, ein viertel. Cicer. de Amic. c. 19 *Verum illud eſt, quod dicitur, multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, ut amicitiæ munus expletum ſit.* vid. Proverb. in Chiliadibus. *Nemini fidas, niſi cum quo prius modium ſalis abſumſeris.* Et, *Modius agri*, ein ſtück landes hundert ſchuhe breit und lang, Varroni de Re Ruſt. lib. 1 cap. 10. ¶ Plinius lib. 18 cap. 16 etiam *Modium* dixit genere neutro, *Modia vicena.* Vetus auctor de menſuris apud Rigaltium: *Vrnæ duæ amphoram complent, quæ ſunt modia tria.* Et mox: *Modia quinque medimnum faciunt.*

¶ Modiŏlus, i, dimin. ein mäßlein. Plautus Ciſt. a. 2 ſc. 2 v. 7 *Ei promiſi modiolum vini dare*, alii: *dolium.* ¶ 2. Vitruvio etiam eſt, ein brunnen-eimer, ſchöpffgelte, lib. 10 c. 12 ſeq. ¶ 3. *Modiolus* in rota, cui affixi ſunt radii, die nab am rad, Plin. 9 c. 4. ¶ 4. Quale ſit inſtrumentum chirurgicum, vide apud Celſum 8 c. 3.

¶ Modiālis, e, mäßlich: ut, *aulæ modiales*, id eſt, capaces modii, Plaut. Capt. a. 4 ſc. 4 v. 8, darein ein ſcheffel gehet.

¶ Modiatio, ōnis, tritici menſura, modius frumenti, apud JCtos & Caſſiodorum lib. 4 Var.

¶ Semŏdius, i, dimidium modii, ein halb maß. Martial. lib. 4 epigr. 46 *Farris ſemodius*, halb kornmaß. Columella lib. 2 cap. 11 extr. *modiis tribus, interdum duobus ac ſemodio jugerum occupatur.* Dicitur quaſi *Semimodius.* Gloſſæ vet. *Semodium*, ἡμιμόδιον.

¶ Semodialis, e; *Placenta ſemodialis*, Cato de Re Ruſt. cap. 76 extr.

¶ Trimŏdium, i, menſura trium modiorum, drey maß. Plin. lib. 33 c. 1 *Trimodia annulorum Carthaginem ab Hannibale miſſa*, drey korn-maße voll ringe.

¶ Trimodius, a, um, adjectivum. Columella lib. 12 c. 50 *Corbulæ trimodiæ ſatoriæ.*

¶ Decemmodius, vel Decimodius, a, um, adjectiv. Columella ibidem: *Corbulæ decemmodiæ*, darein zehn mäßgen gehen.

MŎDO, adverb. minùs ſignificat quam *nuper*, neulich, itzt, erſt, allererſt. Cicer. in 6 Verrin. cap. 3 *Quid dico nuper? imo vero, modò, ac plane paullo ante vidimus.* Terent. in Eunuch. a. 4 ſc. 4 v. 47 *Modo ait, modo negat*, itzt ſaget er ja, itzt nein. *Modo ut tacere poſſis*, id eſt, *Dummodo* vel *ſaltem ut*, ſo du nur ſchweigen könteſt. Idem Phormione a. 1 ſc. 2 v. 9; & Heaut. a. 4 ſc. 1 v. 4

Vtut ſatis contemplata modo ſis.

Virgil. 4 Æneid. v. 109

Si modo, quod memoras, factum fortuna ſequatur.

Terent. in Eunuch. a. 4 ſc. 4 v. 47 *Chærea aliquid inveni modo*, id eſt, ſaltem, vel tantummodo, vel tantùm. Suetonius Domitiano cap. 5 *De Sarmatis lauream modo Jovi Capitolino retulit.* *Mediocriter modo conſideres*, dencke ihm nur ein wenig nach. *Modo non*, id eſt, tantum non, hoc eſt, propemodum. Terent. in Phorm. a. 1 ſc. 2 v. 18 *Senem per epiſtolas pellexit modo non montes auri pollicens.* Nota ſunt *non modo, ſed etiam.* Cicer. pro Ligario: *Non modo cum repub. ſecunda ſperare, ſed etiam, ſi adverſa omnia eſſent*, id eſt, non ſolum &c.

¶ Amŏdo, von nun an, vox non infrequens veteri bibliorum interpreti; unde & uſurpat Euſebius Gallicanus Homil. in nativ. B. Steph. p. 21, 6. Guil. Brito lib. 4 v. 136, & 12 v. 81. vide Barth. ad Britonem p. 718.

Modulabilis, modulamen, modulari, modulate, modulus, vide in ſequenti *Modus.*

MŎDVS, i, menſura, μέτρον, ratio jubens, ne quid nimis, ſed cum moderatione omnia fiant, maß und weiſe. Μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον, Pythagoræ, Phocylidis, Heſiodi, omnium denique ſapientum præceptum. Plaut. in Pœnulo a. 1 ſc. 2 v. 30 *Modus omnibus in rebus optimum eſt habitu: Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus ex ſe.* Et Plin. lib. 26 cap. 4 *Nulla in re modum humana ingenia noverunt*, menſchen wiſſen in keinem dinge maß zu halten. *Modum facere*, maß und ziel treffen: Cicer. in 4 Verr. c. 48 *Nos modum aliquem, & finem orationi noſtræ faciamus.* Et, *Statuere modum inimicitiarum*, Idem pro Syll. cap. 17. *Statuere modum gravibus ærumnis*, Senec. Herc. Fur. v. 206. *Tenere & retinere modum*, Cicer. in Offic. 1 cap. 29. Lucan. lib. 2 v. 380

Hæc duri immota Catonis
Secta fuit, ſervare modum finemque tenere.

¶ 2. Significat & rationem ſeu viam, ritum ac morem, eine art, eine weiſe. Plaut. Amphitr. a. 3 ſc. 4 v. 12

recte facit, animo quando obſequitur ſuo:
Quod omnes homines facere oportet, dum id modo fiat bono:

i. e. bona ratione: hoc eſt, juſte ac licite. Idem Menæchmis a. 2 ſc. 1 v. 8 *Nam quid modi futurum eſt illum quærere?* auf welche weiſe ſoll man ihn künfftig ſuchen? *Novo modo*, Cicer. in Verr. 4 cap. 38. Et, *Multis modis aliquem exſpectare*, Terent. Hec. a. 2 ſc. 3 v. 7, quod Donatus *vehementer* interpretatur. *Omnibus modis*, Terent. Eunuch. a. 2 ſc. 3 v. 92, in alle wege. Sic, *In modum:* ut, *Ferarum in modum*, & *Ferarum modo*, wie die wilden thiere. *Hoſtilem in modum*, Livius lib. 1 cap. 5, feindſeliger weiſe. Horat. lib. 4 od. 2 v. 27

ego apis Matinæ
More modoque
Grata carpentis thyma:

auf art und weiſe einer bienen. *Majorem in modum*, Cicer. lib. 11 fam. epiſt. 22. Et, *Mirum in modum*, lib. 15 epiſt. 9. *Miris modis*, wunderlich, wunderſehr: Et, *Miſerandum in modum*, Idem de provinc. conſ. cap. 3. *Quod tamen in modum procedit*, es gehet ziemlich von ſtatten. ¶ 3. Terent. Andr. a. 1 ſc. 1 v. 125 *Sine nunc meo me vivere interea modo*, i. e. voluntate & arbitrio meo, ut Donatus explicat. Idem Eunuch. a. 5 ſc. 3 v. 11 *Spero me habere, qui hanc meo excruciem modo*, i. e. ut volo, ſicut Donatus interpretatur. Plautus Menæchm. a. 2 ſc. 1 v. 25 *Moleſtus ne ſis, non tuo hoc fiet modo.* Idem Terentius Andr. a. 1 ſc. 1 v. 66

Nam qui cum ingeniis conflictatur ejusmodi,
Neque commovetur animus in ea re tamen,
Scias, poſſe habere jam ipſum ſuæ vitæ modum.

Habere modum vitæ, i. e. imperare, ſeu moderari vitæ; & quaſi aliquam dare legem poſſe, ſich gouverniren können. Videturque hæc ratio a muſicis petita, qui cantilenas ſuas ad certam aliquam legem (*modum* Latini, Græci νόμον appellant) componunt. Nam & Horatius lib. 2 epiſt. 2 v. 141 eadem uſus translatione dixit:

Nimirum ſapere eſt abjectis utile nugis,
Et tempeſtivum pueris concedere ludum,
Ac non verba ſequi numeris modulanda latinis,
Sed veræ numeroſque modoſque ediſcere vitæ.

i. e. recte vivendi diſciplinas ac leges. Idem lib. 1 epiſt. 18 v. 59

Quamvis nil extra numerum feciſſe modumque
Curas; id eſt, contra decorum, ac recti legem.

¶ 4. *Modus* igitur muſicorum eſt: In cantilenis enim *modos* vocant, quos νόμους Græci dicunt. Ariſtoteles apud Suidam: νόμοι καλοῦνται οἱ μουσικοὶ τρόποι καθ' οὓς τιν' ᾄδομεν. Vetus auctor, qui cum Cenſorino edi ſolet cap. 11 MODVS *eſt lex quædam & ordo vocalium intervallorum & differentia: vel, ut Ariſtoxenus definit, non utcunque compoſitum vocalium temporum intervallum.* Idem principio capitis, Muſicam ipſam *peritiam faciendorum & canendorum modorum* definit. *Modi* enim, ſive τρόποι, varii fuerunt: ut *Æolius, Lydius, Phrygius, Dorius* &c. Apulejus in Floridis: *Tibicen quidam Antigenidas fuit, omnis voculæ melleus modulator & idem omnis modi* (ita legendum putat Salmaſius, non *omnimodis*) *peritus modificator, ſeu tu velles Æolium ſimplex, ſeu varium, ſeu Lydium querulum, ſeu Phrygium religioſum, ſeu Dorium bellicoſum*, &c. Vid. Dalechamp. ad Plin. lib. 2 cap. 22. Cicero: *Extra modum vox abſona eſt.* In titulis Terentianarum fabularum legimus, *Modos fecit Flaccus Claudii*, i. e. præcepit, præſcripſit, quos & tibicen caneret, & actor ſequeretur. Hoc autem præſtabat peritus muſicæ: quæ eam ob cauſſam & *faciendorum* juxta & *canendorum modorum peritia*, auctori veteri, quem citabamus paullo ante, definitur. Evanthius prolegomenis in Terentium: *modis canticum temperare.* Tertullianus, quod Salmaſius ad Capitolinum obſervat, *Canticum muſicis notis expedire* dixit. Apulejo in Floridis *Modificator* cantor eſt. ¶ 5. *Modus agri*, pro certa menſura, ein gewiß ſtück landes oder ackers, apud Horatium lib. 2 ſat. 6 v. 1 *Modus agri non ita magnus.* Et Cicer. pro Marcello c. 8 *Vitæ modum* dixit, i. e. ſpatium. vid. Rhodii Lexicon Scribonian. Sic *modum ſpatiumque plantæ* Gellius dixit lib. 1 cap. 1; vide & Buchnerum ad Plinii lib. 8 epiſt. 20. A quo non longe abludit, quando pro *termino* ſumitur, uti de Herculis columnis Avienus Deſcript. Orb. v. 100 dixit: *Hic modus eſt orbis.* ¶ 6. Hinc & *Modus* pro copia, ſive inſtrumento ponitur; ut, *Veſtis ingens modus:* item, *ingens pecuniæ captivæ modus*, Curt. lib. 5 cap. 6 n. 8. *Magnum modum legionum efficere*, viel regimenter aufbringen, Vellej. 2, 74, 3. Seneca de Tranquillit. animi cap. 7 extr. *Optimus pecuniæ modus eſt, qui nec in paupertatem cadit, nec procul a paupertate diſcedit.* Apulejus lib. 6 Mileſ. *Erant & falces & operæ meſſoriæ modus omnis.* Frontinus de aquæductib. lib. 1 *Qui foderant, ingentem aquæ modum invenerunt.* Aur. Victor in Trajano: *Tantus erat in eo maximarum rerum modus.* ¶ 7. * *Modo ac ratione* latinis ſcriptoribus eſt *ordine* & *recte*, ordentlich. Cic. pro Publ. Quintio c. 7 *Exiſtima C. Aquili, modo ac ratione omnia Romæ Nævium feciſſe.* Integra locutio eſt *bono modo*, qua utitur Plaut. Amph. a. 3 ſc. 4 v. 13 *quod bono fiat modo.* Et ipſe Cicero 13 ad Atticum: *de die tantum videto, & id ipſum bono modo tantum, quantum videbitur.* Et in Acad. Quæſt. cap. 2 *Hæc tibi tam ſunt defendenda quam mœnia, mihi autem bono modo.* Grævius.

¶ Modulus, deminutivum; item

¶ Modicus, Immodicus, &c. nec non

¶ Moderor, Moderatio, &c. ut &

¶ Modeſtus, cum derivatis & compoſitis, vide diſtincto ordine poſt compoſita ex *Modus* num. III. IV. V. & VI.

¶ Modernus, Modius & Modo, vide paullo ante ſeorſim.

I. Ex *Modus* compoſita varia:

¶ Mŏdĭfĭcus, a, um, modum ſervans, maßhaltend, gemeſſen. Auſon. Parental. 27 *Cui brevia mela modifica recino.*

¶ Modifico, are, & Modificor, ari, meſſen, mäßigen. Apulejus extrem. Florid.

Florid. *orationi modificabor.* Et, *Verba modificata ab oratore, & inflexa quodammodo*, gesangsweise gerichtet und gezogen, apud Cicer. in Partit. Orat. cap. 5.

¶ Mŏdificatus, a, um, gemäßiget. Sidon. 8 epist. 12 *Modificato celeusmate laudes canere.* Idem 9 cap. 2 *Modificatæ lusciniarum querelæ.*

¶ Modificatio, ōnis, die mäßigung. Seneca in epist. 88 post princip. *Versuum lex ac modificatio.* Adde Gellium lib. 10 cap. 3.

¶ Modificator, ōris, ein musicant. Apulej. Florid. de Antigenida: *Omnis voculæ melleus modulator & idem omnis modi peritus modificator.*

¶ Modimperator, ōris, Varroni dicitur *Magister convivii*, qui modos legesque bibendi dabat, de quo Lips. lib. 3 Antiq. Lect. & Nonius c. 2 n. 565.

¶ Dulcĭmŏdus, vide supra *Dulcis.*

¶ Millĕmŏdus & Millimŏdus, a, um, tausendfältig. Venant. Fortunatus lib. 3 de vita Martini v. 303

Hic ubi millimodas animalis adegerit iras.

¶ Multimŏdus, Omnimodus, omnimodo, vide *Multus, Omnis.*

¶ Ejusmodi, Hujusmodi, Hujuscemodi, Illiusmodi, Istiusmodi, genitivi compositi, sæpe vim adjectivi habentes, etiam huc pertinent. Sic Nepos 10, 7, 2 *Id hujusmodi erat*, das war also beschaffen. Terent. Heaut. a. 2 sc. 3 v. 98 *Hujusmodi, obsecro, aliquid reperi*, erfinde doch etwas von dergleichen art. vide supra *Is, Ille, Iste.* Inprimis

¶ Cujusmŏdi, welcher art, welcherley, fœcundum est derivationibus. Hirtius B. Afric. cap. 31 *Cujusmodi victoria esset futura.* Vnde

¶ Cujuscemŏdi, omnis generis, allerley art. Hirtius l. c. cap. 36 *Cujuscemodi generis hominum delectus habere.*

¶ Cuicuimodi, id est, qualiscunque, qualitercunque. Cicero Attico lib. 3 epist. 22 extrema: *Tu ad me velim omnia, cuicuimodi sunt, scribas.* Idem Tusculanis extremis: *Vbi melius uti possumus hoc, cuicuimodi est, otio?*

¶ Cujusdammŏdi, & Cujusmodicunque, legunt in quibusdam Ciceronis locis, waser gestalt es sey: ut, lib. 5 de Fin. cap. 12 *Animus non esse solum, sed etiam cujusdammodi esse debet.* Et pro Cluent. cap. 6 *cujusmodicunque mater sit.*

¶ Cujuscunquemodi, & Cujusquemodi, i. e. omnis generis, allerley. Sallust. Catil. cap. 39 extr. *cujuscunquemodi genus hominum.* Cicer. 2 Fin. cap. 1 *quamvis multa cujusquemodi rapiat* (oratio,) *nihil tamen teneat.*

¶ Quodammŏdo, aliquo modo, etlicher massen. Cic. de Amic. cap. 8 *Propter virtutem & probitatem, etiam quos nunquam vidimus, quodammodo diligimus.*

¶ Quomŏdo, adverb. qua ratione: wie? auf was weise; ut, *Quomodo se res habet tibi?* Plaut. Aulul. a. 1 sc. 1 v. 8, wie steht die sache? Item Terent. Heaut. a. 4 sc. 3 v. 2 *Miror, quomodo tam ineptum potuerit tibi venire in mentem.* Cicero ad Atticum lib. 13 epist. 2 *Quomodo nunc est, pedem ubi ponat in suo, non habet*, hoc est, ut nunc est, wie es ietzt um ihn steht, 2c. Martialis lib. 10 epigr. 16

Quicquid habent omnes accipe, quomodo des.

Manilius lib. 3 v. 415

Quomodo divinis Nemeæus duxerit horis.

¶ Quomodocunque, id est, quoquo vel quocunque pacto. Cic. de Finib. lib. 5 cap. 11 *Quomodocunque dicitur, intelligi tamen, quid dicatur, potest*, man rede nun gleich, wie man wolle, 2c.

¶ Quomodolibet, wie es auch wolle. Augustinus Civ. Dei lib. 21 c. 19 *quomodolibet vixerint.*

¶ Quomodonam, wie oder welcher gestalt nach? Cicer. ad Qu. fratr. lib. 2 extremo: *Quomodonam, mi frater, de nostris versibus Cæsar?*

¶ Quoquomŏdo, i. e. quomodocunque. Cic. ad Att. 8 epist. 3 *quoquomodo ea res huic quidem cecidit*, es sey ihm auch diese sache gerathen wie sie wolle.

II. Composita ex *Modus* & præposit.

¶ Admŏdum, adverb. idem quod mirum in modum, valde, sehr: ut, *Litteræ tuæ admodum me delectărunt*, dein schreiben hat mich sehr erfreuet, Cic. Attico 7 epist. 24. ¶ 2. *Admodum quam*, pro *admodum* Plautus dixit Amph. a. 1 sc. 3 v. 43, *ex amore hic admodum quam sævus est.* ¶ 3. Habet in responsione & annuendi vim, valetque idem, quod *omnino*, ja, freylich, allerdings. Terent. Phorm. a. 2 sc. 2 v. 1 PH. *Itane patris ais conspectum veritum hinc abisse?* GE. *admodum.* vide ibi Donatum. Atque ita Plautus non semel, ut Trin. a. 2 sc. 4 v. 19. ¶ 4. Etiam extra responsionem fortiter atque asseverate affirmat interdum, idemque adeo valet, quod *omnino, plane, certe*, ut explanat Pareus in Lex. Crit. p. 42. Terent. Heaut. a. 1 sc. 1 *Quamquam hæc inter nos nuper admodum notitia est*, gantz neulich. Gell. lib. 19 cap. 12 *quia nihil admodum super vite aut arbore colenda sciret*, weil er sich auf den wein- und garten-bau so viel verstund als nichts, i. e. gantz und gar nichts. Ac frequenter hunc in sensum hac particula uti amat Salvianus, de quo & Barthium consule lib. 29 Adverf. cap. 3 f. 1352. ¶ 5. Vicissim tamen alicubi trepide tantum, atque non prorsus determinate affirmat, ut idem sit quod *fere*, ut Pareus reddit in Lex. Crit. vel, quomodo Freinshemius quædam Justini loca in Indice exponit, *circiter*, (quæ tamen in Indice ad Florum ad rotundam illam & exactam asseverandi formam revocat.) Atque sic eleganter inservit numeris exprimendis, cum ad certum numerum nolumus adstringi. Cæsar lib. 5 de Bello Gall. cap. 40 *Turres admodum C X X excitantur incredibili celeritate.* Livius lib. 44 cap. 43 *Secuti sunt eum admodum quingenti Cretenses.* Epitom. lib. 55 *Alexandri filius rex Syriæ decem annos admodum habens*, wenn er alt war, so war er etwa zehen jahr.

¶ Quemadmŏdum, similitudinis adverbium, ad quem modum, wie, auf was art; ut, *Quemadmodum spero*, Cic. 1 fam. epist. 2, wie ich hoffe. *Quemadmodum ipsum dicere audivi*, Idem 5 in Verr. cap. 65. *Quemadmodum exponam, dubito*, i. e. quomodo, Nepos Pelopidâ pr. *Quæsivit a Medicis, quemadmodum se haberet*, Idem Dione cap. 2 n. 4. *De iis rebus, quæ hic geruntur, quemadmodumque se provincia habeat.*

¶ Commŏdus, a, um, proprie quod *cum modo* fit, quod modum non excedit, h. e. quod justum est, in rechter maß; ut, *commoda statura*, Plaut. Asin. a. 2 sc. 3 v. 21, die nicht zu groß, nicht zu klein. *Commodum talentum, commodæ minæ*, i. e. justi ponderis, Idem Asin. a. 3 sc. 3 v. 135. Hinc *commodi cyathi*, apud Horat. lib. 3 od. 19 v. 14, qui justum modum habent, qui, cum exsiccandi sunt, non nimis affligunt: quibus alibi *iniqua pocula* opposuit. Hinc &, qui ita sibi moderantur homines, ut ne offendant ac molesti sint aliis, h. e. modesto ingenio sunt, & alieni ab omni fastu atque superbia, quæ facile adducunt in odium, *Commodi & moribus commodis* esse dicuntur, mit denen wohl umzugehen ist. Ita *commodos convivas* Plautus dixit Pœnul. a. 3 sc. 3 princ. Terent. Heaut. a. 3 sc. 2 v. 10 *Mulier est commoda, &*

Faceta hæc meretrix.

His opponuntur *superbi & importuni.* Vnde & Plautus, *incommodum, & importunum* conjungit Asinar. a. 1 sc. 1 v. 46. Auctor ad Herenn. lib. 4 cap. 18 *Qui privatus intolerabili superbiâ fuerit, eum commodum & sui cognoscentem videre in civitate quis potest?* Græci tales homines εὐαρμόστυς appellabant. Latinis & *Concinni* dicuntur. vide supra. ¶ 2. *Commodus*, opportunus, utilis, bequem, dienlich, füglich, nützlich. *Commodum id mihi non est*, es ist mir nicht gelegen. Terent. Phorm. a. 5 sc. ult. *Exsequias Chremeti, quibus est commodum, ire jam tempus est.* Cic. in Verrem de Jurisdict. Sicil. sub fin. *Aut eum judicem, quem commodum erat*, &c. Ad quem locum Asconius: *Venuste*, inquit, *posuit pro eo, quem volebat. Sic Terentius* Adelph. a. 1 sc. 2 v. 38 *Amat? dabitur a me argentum, dum erit commodum. Nam meretrici dare, quando est commodum?* ¶ Gradibus etiam adsurgit. Cic. Attic. lib. 9 epist. 3 *si commodius anni tempus esset.* Cæsar lib. 7 B. G. c. 6 *urbanas res commodiorem in statum pervenisse.* Et lib. 2 Bell. Gall. cap. 47 *commodissimum visum est*: & 3 B. Civ. cap. 85 *hanc sibi commodissimam belli rationem judicavit.* Ita *Commodiores* esse dicuntur, qui cum valetudine in gratiam redeunt, sive qui melius habent, apud Plin. lib. 3 epist. 16.

¶ Commŏdum, i, subst. utilitas, emolumentum, nutz, frommen, gute gelegenheit. Terent. Andr. a. 4 sc. 1 v. 4 *Sua commoda ex alterius incommodis comparare*, seinen vortheil schaffen mit eines andern schaden. *Commodis vel suis, vel aliorum servire, inservire.* Sic Cicero ad Qu. frat. lib. 1 epist. 1 cap. 8 *Est ejus, qui aliis præsit, eorum, quibus præsit, commodis utilitatique servire.* Idem in Offic. lib. 3 cap. 6 *Suum cuique in commodum ferendum est potius, quam de alterius commodis detrahendum.* Et Terent. Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 25 *Commodum ex aliqua re capere*, genüß nehmen. Item Horat. Arte poët. v. 175

Multa ferunt anni venientes commoda secum,

Multa recedentes adimunt.

Observa formulas: *Quod commodo tuo facere possis, quod commodo tuo fiat*, so es ohne deine beschwerung geschehen möchte. *Quod commodo reip. facere possis*, Cicer. lib. 1 fam. ep. 1, & lib. 4 ep. 2 &c. *Sed est positum pro eo; quamdiu libuerit.* Hinc formula *per commodum*, nach guter gelegenheit, quam gemmulam Gronovius ad Livium lib. 30 c. 29 vocat, eamque aliquot locis eidem auctori restituit. ¶ 2. *Commoda* etiam dicebantur præmia, quæ super stipendia milites cum missione consequebantur. Vnde *missionum commoda*: item, *militiæ commoda*, Suetonio Aug. c. 24, & Calig. c. 44 appellantur. *Tribunatus commoda*, Cic. 7 fam. epist. 8. Ovid. de Arte am. 1 v. 131

Romule, militibus scisti dare commoda solus, &c.

vid. Lips. lib. 5 de Milit. Rom. dial. 19 extr. *Commodum valetudinis*, Cic. pro Muræn. cap. 23, ziemliche gute gesundheit.

¶ Commodùm, adverb. i. e. opportune, ipso eodemque tempore, zu rechter zeit. Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 51 *Illa sese interea commodum huc advorterat*, &c. sie hatte sich gleich hergewandt. *Commodùm intervenit*, er kam gleich eben dazu. Cic. ad Attic. lib. 13 epist. 9 *Commodum discesseras heri, cum Trebatius venit*, h. e. vix discesseras. Et rursus ad eumd. epist. 19 ejusd. lib. *Commodum ad te dederam litteras de pluribus rebus, cum ad me bene mane Dionysius venisset*, h. e. vix ad te dederam, &c. Apul. lib. 1 Met. *Commodum quieveram: & repente impulsu majore, quam ut latrones crederes, januæ reserantur, imo vero fractis & evulsis funditus cardinibus prosternuntur.*

¶ Commŏde, bene, scite, apte, fein, artlich; ut, *Commode saltare*, Nepos præfat. *Commode verba facere*, Idem in Themist. cap. 5 n. 1 de eo, qui nativum linguæ leporem exprimit. *Commodius disputare*, Cic. 2 Offic. extr. *Commodius administrare rempubl.* Cæs. 6 B. Gall. cap. 19. Idem lib. 5 cap. 47 *explorat, quo commodissime itinere vallem transire possit.* Varro R. R. lib. 2 cap. 5 *pascuntur armenta commodissime in nemoribus.* ¶ 2. *Commode* valet *Bene*, wohl. Cic. pro S. Rosc. c. 12 *quem pro dignitate ne laudare quidem quisquam satis commode posset.* Terent. Heaut. a. 3 sc. 2. v. 49 *Nunquam commodius herum audivi loqui*: i. e. æquius, comius, minusque pro herili ingenio.

¶ Commoditas, ātis, gute sache, bequemlichkeit; ut, *Quæ commoditates ex ea re sint, vide*, Terent. Andr a. 3 sc. 3 v. 37. Et,

Commoditas omnis sua fert incommoda secum.

Mantuan. eclog. 12. Eleganter Plautus dixit, *commoditatis omnes articulos scire*, auf das genaueste wissen, wie und wann ein ding gelegen, in Menæch. a. 1 sc. 2 v. 31. Nepos Attico cap. 9 *in eo [illegible] aliquam consecuturos commoditatem sperabant*: id est, commodum, lucrum, quæstum. ¶ *Commoditas membrorum*, apud Suetonium in Augusto cap. 79 concinnitas est.

¶ Commŏdo, avi, atum, are, zu willen seyn, dienen. Cicer. 13 fam. epist. 35 *Omnibus rebus, quod sine molestia tua facere possis, his commodes*, diene ihnen mit allen dingen. Tacitus in Agricola c. 19 *parvis delictis veniam, magnis severitatem commodare*, id est, adhibere. ¶ 2. Habet & mutuandi interdum quodammodo significationem, verleihen. Cic. Off. 1 cap. 16 *Quicquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur vel ignoto.* ¶ *Commodamus* autem proprie, *vestes, libros, vasa, equos*, hoc est, quæ eadem redduntur numero & specie: non autem *aurum, frumentum, vinum*, quæ non redduntur eadem, ut Grammatici observant. Sed hoc non raro migrant auctores. Nam & ipse Cicero Verr. 6 cap. 9 dixit *commodasti tritici modios sexaginta.* Item pro Cœlio cap. 13 *aurum commodare.* Vellej. 2, 70, 4 *Commodare cui manum*,

manum, einem hülff iche hand leisten. Et Seneca epist. 8 *In senatu candidato vocem & manum commodare*; i. e. voce & manu latentem quasi producere & extrahere, uti est apud Senecam de Tranquill. c. 9. vid. Lips. ad Senecæ epist. 8, & Plin. 3 epist. 20.

¶ Commŏdātus, a, um, geliehen, vorgestreckt; ut, *pecuniæ commodatæ*, Ascon. Pedian. in Verr. de Prætur. urb. Idem ibid. *Signis ac tabulis pictis partim ab amicis, partim e Græcia commodatis utebantur.* Cicero pro Marcello cap. 6 *donata* & *commodata* opposuit. Seneca epist. 120 *Nihil suum judicat, sed ut commodatis utitur.*

¶ Commŏdĭto, are, frequentativum, apud Catullum carm. 10 de Varri scorto, v. 26 legi putatur, sed castigatiores libri habent *commodo nam* pro *commodita*.

¶ Commodator, ōris, ein leiher, Dig. lib. 13 t. 6 l. 7.

¶ Commodatarius, i, cui aliquid commodatur, dem man etwas leihet, vide § 2 Inst. quib. mod. contr. oblig.

¶ Accommŏdo, are, applicare, adjungere, adhibere est, an etwas fügen, auf etwas lencken, richten, anlegen, bequemen. Virg. 2 Æneid. v. 393 *Laterique Argivum accommodat ensem.* Sic, *accommodare orationem auribus multitudinis*, die rede also stellen, daß sie die leute gerne hören, Cic. lib. 2 de Orat. cap. 38. Et, *Accommodare testes ad crimen*, zeugen führen, Idem in 2 Verr. cap. ult. Ac Suetonius Tiberio c. 48 *Largitus est singula millia denariorum prætorianis cohortibus, quod se Sejano non accommodassent.*

¶ Accommŏdātus, a, um, geschickt, bequem; ut, *accommodatus ad consolandum*, Cic. 5 fam. ep. 16 pr. Et, *Accommodatior concionibus*, pro Cluent. c. 1. *Reliqua illis essent aptiora & accommodatiora*, Cæs. 3 B. Gall. c. 13. *Terrarum omnium Ægyptus accommodatissima unguentis*, Plin. 13 cap. 3 extr. *Res alendo surculo accommodatissimæ*, Columell. lib. 3 cap. 11.

¶ Accommodate, adverb. füglich, bequem. Cic. 1 de Orat. cap. 33 *dicere ad veritatem accommodate.* Idem lib. 5 de Fin. cap. 9 *vivere ad naturam accommodatissime.*

¶ Accommodatio, ōnis, die bequemung. Cic. Verrin. 5 cap. 82 *Ex hujuscemodi principio atque ex liberalitate atque accommodatione magistratuum, consuetudo æstimationis introducta est.*

¶ Accommodator, ōris, der ins geschicke bringt. Vetus Inscriptio apud Gruter. p. 789

D. M.
HERMA. ACCOMMODATOR
VIXIT. AN. XLVIII

¶ Accommŏdus, a, um, geschickt, füglich. Virg. lib. 11 Æn. v. 522
Est curvo anfractu valles accommoda fraudi.
Et Statius 4 Silv. 4 v. 65 *sunt membra accommoda bellis.*

¶ Accommŏde, adverb. probant ex Quintil. 4 cap. 1 extr. *Cui accommodissime jungi initium sequentium poterit*: sed libri habent *commodissime*.

¶ Peraccommodatus, a, um, sehr bequem. Per tmesin Cicero 3 fam. epist. 5 *Perfore accommodatum tibi.*

¶ Superaccommŏdo, are, drüber schlagen. Celsus lib. 8 cap. 10 *ferulæ superaccommodandæ sunt, quæ fissæ circumpositæque ossa in sua contineant*, man muß den bruch mit schienen verbinden.

¶ Incommŏdus, a, um, unbequem, ungelegen; ut, *Uxor incommoda & importuna*, Plaut. Asin. a. 1 sc. 1 v. 46. *Iter incommodum*, Terent. Hecyr. a. 3 sc. 4 pr. eine verdrüßliche reise. *Carcinus incommodiorem faciebat Herculem*, Ampel. de 12 signis, er hinderte ihn.

¶ Incommŏdum, i, damnum, detrimentum, schade, unrath. Terent. in Hecyr. a. 5 sc. 3 extr. *Multa ex quo fuerint commoda, ejus incommoda æquum est ferre.* Cicer. 1 Nat. Deor. cap. 9 extr. *Leniunt incommoda vitæ commodorum compensatione sapientes.* Et 1 Offic. cap. 7 *Affici incommodo*, in unrath kommen. Horat. in Arte v. 169
Multa senem circumveniunt incommoda, &c.

¶ Incommode, adv. unbequemlich, zu ungelegener zeit. Livius lib. 40 c. 51 *incommode opposita signa.* Cæsar lib. 5 B. G. c. 33 *incommode accidit.* Cic. de Amic. cap. 4 *Cum illo actum optime est: mecum incommodius.* Et lib. 5 ad Attic. ep. 9 *qui incommodissime navigassemus.*

¶ Incommodĭtas, ātis, damnum, molestia, ungelegenheit. Terent. in Andr. a. 3 sc. 3 v. 135 *Nempe incommoditas denique huc omnis redit.* Pluraliter, *Morborum incommoditatibus frangi*, Arnobius lib. 2 p. 54.

¶ Incommŏdo, are, schaden zufügen, beschwerlich seyn. Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 124 *Magis id adeo mihi ut incommodet*, &c.

¶ Incommodatio, ōnis, die schädlichkeit. Ciceroni ad Attic. lib. 1 ep. 17 Nizolius tribuit: at libri habent, *in ista incommoditate.*

¶ Perincommŏdus, a, um, sehr ungelegen. Liv. lib. 37 cap. 41 *Quæ nihil admodum Romanis eadem perincommoda regiis erant.*

¶ Perincommode, adverb. idem: Cic. Attico lib. 1 epist. 17.

¶ Percommŏdus, a, um, valde commodus, sehr bequem. Livius 22 cap. 43 extr. *Id castris percommodum fuit.*

¶ Percommode, adverb. idem. Cic. in Verr. 2 cap. 2 *Hoc adhuc percommode cadit.* Et pro Cæcina cap. 27 *Hoc loco percommode accidit, quod non adest is.* Addunt ex Livii lib. 30 cap. 29 *Percontatus, satin' percommode omnia explorassent.* Sed Gronov. ex MSS. *per commodum.*

¶ Præcommŏdo, are, præbere, darreichen. Corippus lib. 1 v. 7
Officio quocunque datur, præcommodo linguam.

¶ Præmŏdum, idem quod *admodum*; ex Livio poëta produxit Gell. lib. 7 cap. 7 extr. *Parcentes præmodum*: quasi *supra modum.*

¶ Prŏpemŏdum, adv. pene, bey nahe, schier, fast. Ter. in Adelph. a. 1 sc. 2 v. 51 *Ambos curare, propemodum reposcere illum est, quem dedisti.* Et Cicero Divinatione in Verr. cap. 2 *Propemodum manere in instituto meo videor.*

¶ Propemodo, idem. Livius lib. 24 cap. 20 *Quum propemodo muris accessisset.*

¶ Quemadmŏdum, vide paullo ante post *Admodum.*

III. *Modulus* cum derivatis & compositis:

¶ Mŏdŭlus, i, diminut. ein maß oder leisten. Horat. 1 epist. 7 v. 98
Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est,
jeder soll sich halten nach seinem maß und vermögen.

¶ Mŏdŭlor, atus sum, ari, proprie metiri, mensurare, cum mensura & numerorum ratione componere, abmessen. Gellius lib. 1 cap. 1 *In reperienda modulandaque status longitudinisque Herculisque præstantia.* ¶ Deinde ad modos canere, eine weise geben. Virg. eclog. 10 v. 51 *Carmina pastoris Siculi modulabor avena*,
ich will auf der pfeiffen spielen. Cicer. in Orat. cap. 18 *Ipsa natura modulatur hominum orationem*, sie giebt der rede eine weise.

¶ Modulātus, a, um, particip. quod passive sæpe usurpatur, nach dem tact gerichtet; ut, *modulata cantica*, apud Quintil. lib. 9 cap. 2. Et, *modulata carmina*, apud Suetonium Augusto cap. 57, & Caligulâ cap. 16 modis musicis instructa, sic, ut cani possint, appellantur. Florus lib. 2 cap. 7 *Modulatissimum tibiarum aut fidium cantum* dixit. ¶ *Modulatum* pro concinno Apulejus dixit, vide infra *Musicus.* Comparat. *Modulatiores animi*, id est, moderatiores, modum magis tenentes, apud Gellium lib. 1 cap. 11.

¶ Modulatus, ûs, subst. das singen nach dem tact; ut, *Canoro modulatu*, hoc est, *modulatione*, Seneca Herc. Fur. v. 263.

¶ Modulatio, ōnis, idem. Quintil 9 c. 4 *verba, quæ modulatione produci aut corripi possint.* Idem 11 cap. 3 *Vocis modulationem fidibus ac tibiis adjuvemus.* Plin. 2 cap. 8 *Modulatio signiferi.*

¶ Modulabĭlis, e, quod cani potest, singbar. Calpurn. eclog. 4
Hyblæa modulabile carmen avena.

¶ Modulāmen, ĭnis, ein lied, gesang. Auctor Philomelæ v. 5
aliæ volucres modulamina tentent.

¶ Modulamentum, i, idem, Gell. lib. 1 cap. 7.

¶ Modulator, ōris, ein sänger. *Hermogenes cantor tamen atque*
Optimus est modulator,
Horat. 1 sat. 3 v. 129. Et, *Modulator cantus*, Colum. procem.

¶ Modulate, adverb. gesangweise; ut, *Modulate canere*, nach der weise, oder tact, oder melodey singen, Cic. lib. 2 Nat. Deor. cap. 8. Et, *Hæc tu quam perite & concinne, quam modulate & dulciter enuntiasti?* Auson. epist. 19. Comparat. *Ars modulatius incedendi concinentibus fistulis*, (vel fidibus,) Ammianus lib. 16 cap. 7, die tantz-kunst.

¶ Commŏdŭle, adv. wohl, füglich. Plaut. in Rudente a. 2 sc. 5 v. 11 *Commodule melius.* Et in Sticho a. 5 sc. 4 v. 8 *pro opibus nostris satis commodule.* Idem etiam adverbialiter dixit

¶ Commodulùm. Milite a. 3 sc. 1 v. 155 *commodulum obsonare*, wohlfeil, mit rath einkauffen.

¶ Commodulatio, ōnis, i. e. proportio, eine übereinstimmung, gleichförmigkeit. Vitruvius lib. 3 cap. 1 pr. *Proportio est ratæ partis membrorum in omni opere totius commodulatio.*

¶ Emŏdŭlor, ari, nach dem tact singen. Ovid. de Arte am. 1 eleg. 1 v. 30
Musa per undenos emodulanda sonos.

¶ Immodulatus, a, um, nicht nach der melodey gerichtet. Horat. de Arte poët. v. 263 *Immodulata poëmata*, quæ suis numeris non constant.

¶ Præmodulatus, a, um, nach dem tact formiret. Quintil. 11 cap. 3 *Præmodulati gestus cogitatio.*

IV. *Modicus* cum derivatis & compositis:

¶ Mŏdĭcus, a, um, mediocris, moderatus, pusillus, mäßig, wenig.
Sume cibum modice, modico natura fovetur.
Cicer. de Senect. cap. 11 *Utendum est exercitationibus modicis*, mäßige übung des leibes soll man gebrauchen. *Pecunia modica*, Idem Paradoxo 6 cap. 2. *Modico contentus agebas*, begnüget an einem wenigen, Juvenal. sat. 9 v. 9. *Ne in modico quidem servari potest*, Vellej. 2, 68, 1. *Modicus dignationis*; *modicus originis*, pro dignatione, origine modicus, apud Tacitum lib. 4 Annal. cap. 52, & lib. 6 cap. 39. Idem 4 Hist. cap. 60 *Pauca & modica disseruit*, i. e. modesta.

¶ Modicellus, a, um, diminut. gar klein, apud Sueton. Nerone cap. 48 *Decubuit super lectum modicella culcitrâ instructum.*

¶ Modĭce, adverb. mediocriter, moderate, mäßig, wenig. Cic. 4 fam. epist. 4 *Modice hoc faciam, aut etiam intra modum.* Gellius 12 cap. 13 *Modice est cum modo: intra modum, minus.* Cic. 1 de Fin. cap. 14 *Sapientia ipsius fortunæ modice ferre docet injurias.* Et lib. 2 ad Attic. epist. 19 *Minæ, quæ mihi proponuntur, modice me tangunt.*

¶ Immodĭcus, a, um, ohne maß, zuviel, unmäßig; ut, *Verbis & rebus immodicus*, Suet. Domit. cap. 22 extr. Et, *Immodicus linguâ*, Tacit. Hist. cap. 53. Item, *Immodicus sævitiâ*, Hist. 1 cap. 69. *Immodicus animi*, Idem Hist. 1 cap. 53 græcâ ratióne loquendi. *Immodica & intempestiva libertate usus*, Vellej. 2, 68, 4.

¶ Immodice, adverb. unmäßig, über die weise. Cic. 4 Tuscul. cap. 17 *Cum id ferret immodice.* Palladius lib. 1 cap. 5 *Situs terrarum arduus tempestates immodice sentit.*

¶ Permodĭcus, a, um, admodum modicus, sehr wenig; ut, *Locus permodicus*, Sueton. Aug. cap. 6, ein kleiner, geringer ort. *Permodica res familiaris*, Idem in Tiber. cap. 47, geringes vermögen.

¶ Permodice, adverb. idem. Colum. lib. 5 cap. 11 *Truncum acuto scalpello permodice findito.*

V. *Moderor* cum derivatis & compositis:

¶ Mŏdĕror, atus sum, ari, modum vel moderationem adhibere, temperare, & gubernare, mäßigen, nach dem maße halten. Accusativum & dativum adsciscit, sed hunc frequentius. Cic. 5 Tuscul. cap. 36 *Cantus numerosque arbitrio multitudinis moderari.* Et Verr. 5 cap. 98 *Res rusticas venti & tempestates moderantur.* Idem in epist. 7 lib. 2 ad Curionem: *Te hortor, ut omnia gubernes, & moderere prudentia tua.* Horat. lib. 1 epist. 2 v. 59 *Qui non moderabitur iræ,*
Infectum volet esse, dolor quod suaserit & mens.
Cic. ad Quint. fratr. lib. 1 epist. 1 cap. 13 *Moderari animo & orationi, cum sis iratus, non mediocris ingenii est.*

¶ Mŏdĕro, are, active; Plautus Milite a. 2 sc. 2 extr. *Ego voci moderabo meæ.* Gloss. Vet. *Mŏdero*, διοικῶ. Quod ex Sallust. Catilin. cap. 51 exemplum addunt, falsum est, nec *moderabit* in correctis libris legitur, sed *moderabitur.* Exempla tamen Accii & Pacuvii vide apud Nonium cap. 7 n. 36.

¶ Moderanter, adverb. mäßiglich. Lucretius lib. 2 v. 1093
Quis habere profundi
Endo manu validas potis est moderanter habenas.

Compara-

Comparativus Ovidii 1 Metam. v. 510 putatur eſſe,

Moderantius, oro,
Curre, fugamque inhibe: moderantius inſequar ipſe:

ſed membranæ caſtigatiores habent tum hîc, tum aliis Ovidii locis, quos Cælius Secundus citat, *Moderatius*.

¶ Mŏdĕrātus, a, um, temperans, mäßig, beſcheiden, ſittig. Cicer. 12 fam. epiſt. 27 *Temperati moderatique mores.* Et 2 de Orat. cap. 37 *Ego iſta ſtudia non improbo, moderata modo ſint,* allein daß ſie eine maß haben. *Nihil habere moderati,* Salluſt. Catilin. cap. 12, nichts beſcheidenes an ſich haben. Cicero pro Fontej. cap. 10 *cupidos moderatis* opponit. Comparative: *Vita geſtu moderatior,* Cic. Paradox. 3 extr. *Neque enim moderatior alter,* Ovid. lib. 1 Triſt. eleg. 8. Et Superlat. *Moderatiſſimi ſenſus eſſe,* Ciceroni Plancus lib. 10 epiſt. 24. conf. Plin. 31 cap. 6.

¶ Moderate, adverb. cum moderatione, modeſte, mäßiglich. Cic. lib. 6 fam. epiſt. 1 *Omnia humana placate & moderate feramus,* i. e. æquo animo, non impatienter, gedultig und beſcheiden. Idem contra Rull. 1 cap. 6 *Copiam rerum moderate ferre non poſſunt,* können keine beſcheidenheit halten. Idem de Legib. lib. 3 cap. 5 *Res moderatiſſime a majoribus conſtitutæ.* Idem in Oratore cap. 52 *Iſocrates feſtivitates moderatius temperavit.*

¶ Moderatim, idem; ut, *Moderatim creſcere,* Lucret. 1 v. 323.

¶ Moderatio, ōnis, die mäßigung, beſcheidenheit, quæ & *Modeſtia*: de qua vide infra. *Novi moderationem animi tui & æquitatem,* Cic. de Senect. pr. Et, *Moderationem adhibere,* maſſe halten, Idem 2 de Orat. cap. 59.

¶ Moderāmen, ĭnis, idem quod moderatio, die lenckung, regierung; ut, *Moderamen navis,* Ovid. 3 Metam. v. 644. Et, *Sceptra & moderamen rerum capere,* 6 Metam. v. 687. *Moderamina mundi,* Claudian. de Laud. Serenæ v. 46.

¶ Moderamentum, i, idem. Gellius lib. 13 cap. 6 *Accentus* vocat *moderamenta vocum.*

¶ Moderator, ōris, rector, gubernator, ein regierer, anordner. Cicer. in Tuſc. lib. 1 cap. 28 *Sol moderator eſt & dux temporum,* die ſonne regieret und führet die zeiten. Idem lib. 1 fam. epiſt. 9 *Tu eris omnium moderator conſiliorum meorum.* Et de Nat. Deor. lib. 2 cap. 35 extr. *Rector & moderator, & tamquam architectus tanti operis.*

¶ Moderatrix, īcis, gubernatrix, eine regiererin. Cicer. Philipp. 5 c. 18 *Cæſar rempubl. ſibi judicem conſtituit, & moderatricem omnium factorum.* Et in Tuſcul. 5 cap. 14 *Temperantia eſt moderatrix omnium commotionum,* mäßigkeit regieret alle bewegungen und affecten.

¶ Moderabĭlis, e, beſcheiden, vernünfftig. Ovid. lib. 1 Amor. eleg. 6

Nox & amor vinumque nihil moderabile ſuadent.

¶ Emŏdĕror, ari, idem quod moderari, mäßigen. Ovid. 1 de Remedio Amor. v. 131 *Ille dolor verbis emoderandus erit.*

¶ Immoderātus, a, um, intemperans, nimius, unmäßig, unbeſcheiden, der ihm zu viel thut: ut, *Immoderata cupiditas,* Aut. ad Herenn. 2 c. 22. *Immoderatæ tempeſtates,* Cic. pro Roſc. Am. c. 45. Et, *Nihil eſt immoderatius, quam poſt longam triſtitiam recens gaudium,* Nazarius Panegyr. Conſtantini cap. 32. *Motus animi immoderatiores,* Gell. lib. 19 cap. 12. *Luxuriæ eſſe immoderatiſſimæ,* Suet. Neron. c. 51. ¶ 2. *Immoderatus,* i. e. immenſus, unermeßlich. Cicero in verſione Euripidis quorumdam verſuum lib. 2 de Nat. Deor. cap. 25

Vides ſublime fuſum, immoderatum æthera,
Qui tenero terram circumjectu amplectitur, &c.

¶ Immoderate, adverb. idem. Cic. Offic. 1 cap. 26 *Vt adverſas res, ſic ſecundas immoderate ferre, levitatis eſt,* ſich in unglück und wolfarth unbeſcheidentlich halten. Auguſtinus de Trinitate lib. 2 extr. *ne immoderatius progrediatur ſecundi hujus voluminis longitudo.* Spartianus Severo cap. 20 *immoderatiſſime lætari.*

¶ Immoderatio, ōnis, die unmäßigkeit. Cicer. pro Sylla cap. 10 *Immoderatio verborum.*

¶ Immoderantia, æ, pro Immoderatione. Tertullian. extremo lib. de Baptiſmo: *Plenitudo & immoderantia ventris.*

¶ Præmodĕror, ari, anführen. Gellius lib. 1 cap. 11 *Cretenſes in prælia ingredi ſolebant præcinente ac præmoderante cithara greſſibus,* id eſt, præmodulante.

VI. *Modeſtus* cum derivatis & compoſitis:

¶ Mŏdeſtus, a, um, ſittig, züchtig, beſcheiden, eingezogen: quod nonnulli ad tectos occultosque animos, & qui inſidiantur aliorum libertati, interpretantur. Horat. lib. 1 epiſt. 18 v. 94

plerumque modeſtus
Occupat obſcuri ſpeciem.

Cicero *modeſtum* & *petulantem* opponit 2 ad Atticum epiſt. 2. *Homo frugi & modeſtus,* Idem 13 fam. epiſt. 70. Et, *Modeſtior epiſtola,* ibidem lib. 3 extrem. *Modeſtiſſima adoleſcentia,* Idem pro Muræn. cap. 26. ¶ Tacitus 4 Annal. cap. 7 *Rari per Italiam Cæſaris agri, modeſta ſervitia,* i. e. modica, pauca. *Servitia* autem pro ſervis dixit.

¶ Modeſte, adverb. idem. Terent. in Hecyr. a. 4 ſc. 1 v. 36 *Quid tum poſtea, ſi modeſte ac raro hoc fecit,* mit einer maße. *Modeſte ferre injurias fortunæ,* Cicer. de Fin. *In prætura modeſte ſe geſſit & abſtinenter,* Idem in Salluſt. *Modeſtius in convivio eſſe,* Gracchus apud Gellium lib. 15 c. 12. *Modeſtius appetere,* Curt. lib. 10 c. 6 n. 18. *Dignitate quam modeſtiſſime uti,* Plin. lib. 1 epiſt. 19.

¶ Modeſtia, æ, beſcheidenheit, zucht, mäßigkeit, *virtus eſt, per quam pudor honeſtus claram & ſtabilem comparat auctoritatem,* ut Cicero lib. 2 de Inventione cap. 54 deſcribit. Idem Tuſc. Quæſt. lib. 3 cap. 8 *Eam virtutem σωφροσύνην vocant, quam ſoleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modeſtiam,* &c. Auctor Rhetor. ad Herenn. lib. 3 cap. 2 extr. MODESTIA *eſt in animo continens moderatio cupiditatum.* Vide & Cicer. 1 de Offic. cap. 5 & 15, & lib. 2 de Finibus cap. 19, & Orat. pro Dejotaro, ubi *Modeſtia* & *temperantia* ſynonyma ſunt. Idem Cic. lib. 11 fam. epiſt. 28 *Vitæ modeſtia non parum valet contra falſos rumores.* Statius lib. 3 Silv. 5 v. 67 ad Claudiam uxorem:

Ingenium probitas, artemque modeſtia vincit.

¶ Aliquando *modeſtia* extra animum & mores ſtatuitur & *magnitudini* opponitur. Tacitus Annal. 1 cap. 11 *Ille varie diſſerebat de magnitudine Imperii, ſua modeſtia,* i. e. mediocritate. Item 12 Annal. cap. 43 *Magna Deum benignitate & modeſtia hiemis rebus extremis ſubventum.* Nobilitatem maxime ornare *modeſtiam,* aſſerit Loccen. not. ad Corn. Nep. p. 5 & 6.

¶ Immŏdeſtus, a, um, unbeſcheiden. Terent. in Heaut. a. 3 ſc. 3 *Heri in vino quam immodeſtus fuiſti.* Et Cicer. 1 Offic. cap. 29 *Ipſum genus jocandi non profuſum, ac immodeſtum, ſed ingenuum & facetum eſſe debet.* ¶ *Immodeſtæ largitiones,* i. e. immodicæ, vid. Schult. ad Controv. 1 Senecæ, p. 63.

¶ Immodeſte, adverb. idem. Livius lib. 22 c. 27 pr. *Immodice immodeſteque gloriari,* unbeſcheiden.

¶ Immodeſtia, æ, die unbeſcheidenheit, unvernunfft. Plaut. Mercat. a. 1 ſc. 1 v. 27 *Excors immodeſtia.* Et Amphitr. a. 1 ſc. 1 v. 9 *Immodeſtia cogit me.* Ἀμάθεια μετὰ σωφροσύνης ὠφελιμώτερον ἢ δεξιότης μετ' ἀκολασίας, hoc eſt, *utilior eſt imperitia cum modeſtia, quam peritia cum immodeſtia.*

¶ Permodeſtus, a, um, valde modeſtus, ſehr beſcheiden, erbar. Cicer. ad Attic. lib. 4 epiſt. 8 *permodeſtus ac bonæ frugi.* Tacit. 1 Annal. c. 7 *Verba edicti fuere pauca ac ſenſu permodeſto.*

MOECHVS, i, μοιχὸς, adulter, ein ehebrecher. Terent. Andr. a. 2 ſc. 1 v. 16 *Vt arbitretur, te ſibi paratum mœchum, ſi illam duxeris.* Plaut. Pœn. a. 4 ſc. 2 v. 40 *Mœchi manifeſto deprehenſi.* Idem Mil. a. 3 ſc. 1 v. 179 *Magnus mœchus mulierum.*

¶ Mœcha, æ, fœmin. eine ehebrecherin. Catull. Carm. 43, & Juvenal. ſatyr. 6 v. 277.

¶ Mœchor, ari, μοιχεύειν, ehebrechen. Catull. epigr. 95 *Mentula mœchatur.*

¶ Mœchiſſo, are, idem. Plaut. Caſ. a. 5 ſc. 4 v. 7 *In adulterio dum mœchiſſat, Caſinam, credo, perdidit.*

¶ Mœchīle, is, adulterium, ehebruch. Petronius: *Redierat in animum mœchile.*

¶ Mœchimonium, i, pro adulterio etiam finxit Laberius apud Gellium 16 cap. 7.

¶ Mœchŏcĭnædus, i, μοιχοκίναιδος, qui & adulter & mollis eſt, apud Lucilium.

MOENIA, ium, τοῖχοι, a muniendo dicuntur, pluraliter, ab obſoleto *Mœne,* quo Ennius uſus, ut Feſtus auctor eſt, fortifications- oder feſtungs-wercke. Differunt a muris, Virgil. 2 Æneid. v. 234

Dividimus muros, & mœnia pandimus urbis.

Vbi Servius *mœnia* cætera urbis tecta vel ædes interpretatur. At vero Pimpontius *muros* pro ambitu lapideo urbem cingente, ſtadtmauren, *mœnia* pro propugnaculis & munitionibus non urbis tantum, ſed & caſtrorum & aliorum ædificiorum accipit, wall und bollwerck. Cæſar lib. 2 de Bello Civili cap. 16 *Cum pæne ædificata ab exercitu noſtro in muris mœnia viderentur.* Vide & Varron. lib. 4 de L.L. Et Vitruvius lib. 8 cap. 4 pr. *Zama eſt civitas Afrorum, cujus mœnia rex Juba duplici muro ſepſit.* Ovid. tamen *mœnia* & *muros* pro iiſdem habuit lib. 11 Metam. v. 204

Phrygiæque Tyranno
Ædificas muros, pacto pro mœnibus auro.

Viri civitas ſunt, non mœnia, Ἄνδρες πόλις, καὶ οὐ τοῖχοι. Sic reſpondit Ageſilaus interroganti, quamobrem Sparta nullis eſſet mœnibus cincta. Tribuitur & Themiſtocli apud Juſtinum lib. 2 cap. 12 n. 14, & Niciæ apud Thucydidem lib. 7 p. 542. *Vrbem mœnibus cingere,* Cicer. 3 de Nat. Deor. cap. 40, die ſtadt befeſtigen. Idem pro Sextio cap. 42 *Domicilia conjuncta, quas urbes dicimus, invento & divino & humano jure, mœnibus ſepſerunt.* Sic, *Mœnia dejicere, mœnia promovere.* Et Plautus Sticho a. 5 ſc. 4 v. 13 *Nos tamen efficimus pro operibus noſtris mœnia.* Quod Lambinus a civibus tractum ait, qui urbis ſuæ mœnia pro opibus ſuis faciunt. Ita nos: kleine vögel bauen kleine neſter. At vero Turnebus *Mœnia* pro *munia,* ſive *munera* accipit: quaſi hoc comicus eorum imitatione dixerit, qui pro opibus & facultatibus ſuis, ſe munera facere dicunt, quem vide lib. 16 Adverſar. cap. 11. Vide Chiliad. *Mœnia lignea* ænigmat. naves apud Cornelium Nepotem Themiſt. cap. 2. ¶* *Mœnia* ſunt etiam ipſa ædificia. Florus 1, 4, 2 *Hic igitur mœnia muro amplexus eſt.* Grævius. Cui ſententiæ favere videtur etiam illud Virg. Æneid. 6 v. 549

Mœnia lata videt triplici circumdata muro.

¶ Mœniana, orum, a *mœnibus* etiam deducit Salmaſius, id eſt, ædificia, quæ ultra columnas tigna extendunt, ercker, ausläden, gänge. *Mœnia* enim ſunt περίβολοι. Nam quod a *Menio* quodam ſic appellata Grammatici volunt, ac Feſtus inprimis; nugas magnas eſſe, ſibi habet perſuaſum. Vide ipſum ad Peſcennium Nigrum, Spartiano pag. 155, ſive cap. ult. Add. Sueton. in Caligula cap. 18. Vitruvius lib. 5 cap. 1 pr. Leg. 242 de Verb. Signif. & ſingulare *Mœnianum* Lege 20 Dig. de Servitut. præd. urban. Sed de his plura ſupra in *Menianum,* ubi vide.

¶ Mœnio, ire, antique pro munire, i. e. muris cingere, mit mauern umgeben. Priſcian. in Perieg. *Tarentum, quod mœnivere Lacones.* vid. Salmaſ. de Pallio p. 171.

¶ Mœnītus, a, um, pro *munitus,* befeſtiget. Plaut. Bacch. a. 4 ſc. 9 v. 2

Pergamum divina mœnitum manu.

Conf. Trucul. a. 2 ſc. 2 v. 55.

Compoſita:

¶ Admœnio, īre, pro obſidere, belagern. Plaut. Pſeud. a. 1 ſc. 3 v. 150 *Oppidum admœnire, ut capiatur.* Idem Ciſt. a. 2 ſc. 2 v. 5 *Quot admœnivi illi fabricas,* i. e. quaſi ad mœnia admovi.

¶ Circummœnio, īre, befeſtigen von allen ſeiten, umzingeln. Idem Plaut. Capt. a. 2 ſc. 2 v. 4 *Vinclis cuſtodiisque circummœniti ſumus.* Cæſ. B. C. 1 cap. 18 *Vallo caſtellisque circummœnire:* alii *circummunire.*

¶ Præmœnio, ire, i. e. præmunire, verſchantzen, apud Gellium 13 cap. 27, & 14 cap. 2.

¶ Sub-

¶ Submœniãnus, vel Summœnianus, a, um, sub mœnibus habitans. Martialis lib. 3 epigram. 82

Summœnianas cœnet inter uxores.

Et lib. 11 epigr. 62 *Summœnianis inquinatior buccis.*

Vtrobique meretrices intelligit, die hinter der mauer wohnen.

MOENVS, i, fluvius Germaniæ, etiam Tacito ita appellatus Germ. c. 28, & Plinio lib. 9 cap. 15. At *Mœnis*, alia forma, apud Melam est lib. 3 cap. 3, uti Voss. & Gronov. ediderunt, der Mayn.

MOEREO, mœrēre, quod a *Marceo* Varro fecit, tristari, mœrore & dolore affici, trauren, betrübt seyn. *Mœrere calamitatem reipubl.* Cicer. pro Sextio cap. 14. *Mœrere filii mortem*, ibidem cap. 17, betrauren. Et rursus Cicer. 9 Philipp. cap. 5 *Nemo unquam unici filii mortem magis doluit, quam ille mœret patris.* Et Serv. Sulpicius lib. 4 epist. 5 ad Cicer. *Amici tuo dolore mœrent.* Apulej. 4 de A.A. sub finem: *Mœretur, fletur, lamentatur diebus plusculis.*

¶ Mœrens, tis, traurig, betrübt: ut, *Mœrentia pectora mulcere dictis*, Virg. Æneid. 1 v. 201.

¶ Mœro, are, mœrentem facere, betrüben. Pacuv. apud Nonium: *qui multis mœravit modis.*

¶ Mœror, ōris, ægritudo flebilis, ut ait Cicero 4 Tuscul. cap. 8, herzeleid, betrübniß, trauren. Differt a *dolore*. Cicero ad Attic. lib. 12 epist. 28 *Mœrorem minui, dolorem non potui.* Mœror ergo in gestum & fletum erumpit: dolor in animo residet. *Jacet in mœrore meus frater*, Idem ad Attic. lib. 10 epist. 4. Et Seneca Troad. v. 77 *Nulla dies mœrore caret.* Rursus Cicer. lib. 1 de Fin. c. 18 *Mœrores, qui animos exedunt, conficiuntque curis.*

¶ Mœstus, a, um, tristis, miserabilis, traurig, betrübt, kläglich: ut, *Mœstus & conturbatus vultus*, Aut. ad Herenn. 3 cap. 15. *Quem videam æque mœstum, quasi dies dicta sit*, Plaut. Asinar. a. 5 sc. 1 v. 11. Et, *Mœstas promere voces*, Virg. 2 Æneid. v. 280. *Mœstissimus Hector*, ibid. v. 270. *Vultu mœstissima*, scil. patria, Lucan. lib. 1 v. 187. *Camillus mœstior fortunâ publica, quam sua*, Livius lib. 5 cap. 43. Et Cicero in Orat. c. 22 *Cum, immolanda Iphigenia, tristis Chalcas esset, mœstior Vlysses*, &c.

¶ Mœste, adverb. idem. Auctor ad Herenn. lib. 3 cap. 14 *Modo acriter, tum clementer, mœste, hilariter in omnes partes commutabimus.*

¶ Mœstĭter, idem. Plaut. Rud. a. 1 sc. 5 v. 7 *Mœstiter vestitus.*

¶ Mœstitia, æ, mœror, die traurigkeit. *In mœstitia esse*, Cicer. 2 Philipp. cap. 15. *Mœstitiam inferre*, Idem 1 Tuscul. cap. 44, traurigkeit zufügen. *Mœstitia animos incessit*, Livius lib. 29 cap. 3, traurigkeit kömmt das hertz an. Idem Cicero lib. 1 de Finib. cap. 13 *Sapientia una est, quæ mœstitiam pellat ex animis*, die die traurigkeit vertreibet.

¶ Mœstitūdo, ĭnis, idem. Plaut. Aulul. a. 4 sc. 10 v. 2 *Cui tanta mœstitudo obtigit.* Et Pallad. lib. 1 cap. 26 de turdis recenter captis: *Claudantur mistis aliquibus ante nutritis, quorum societate ad capiendos cibos pavidam novæ captivitatis mœstitudinem consolentur.* conf. Nonius c. 2 n. 522.

¶ Mœstĭfĭco, avi, atum, are, betrüben, in traurigkeit setzen. Sidon. 3 epist. 13 *Vmbris mœstificari larvalibus.* Et Augustin. epist. 121 *Si luctus mœstificat.*

¶ Mœstificatus, a, um, betrübt, traurig gemacht. Martian. Capella l. 9

Insuetis mœstificata modis.

¶ Mœstificus, a, um, das traurig macht, apud Nonium cap. 2 n. 531.

¶ Permœstus, a, um, valde mœstus, sehr traurig. Paulinus Petrocor. lib. 5 v. 711 *Nam cum Trevirica permœstus ab urbe rediret.*

¶ Submœstus, a, um, etwas traurig. Ammianus lib. 30 c. 1 *Demisse ambulans, semperque submœstus.*

MOERIS, is, nomen villici apud Virgilium eclog. 8 v. 96 & 9 v. 1 seqq.

MOERVS, i, antique, plur. *Mœri*, pro *Muri*, legit Lipsius in Plaut. Truc. prol. v. 2. vide Taubm. p. 1383.

MOESIA, æ, Europæ provincia, inter Danubium & Macedoniæ juga Thraciamque longissime procurrens. Divisa fuit in superiorem, Pannoniæ conterminam, cui nunc Serviæ nomen est: & inferiorem, quæ Thraciam & Pontum spectat, hodie Bulgaria, Servien und Bulgaren. Errant, Græculi præsertim, qui *Mysiam*, Μυσίαν, vocant, cum Mysia sit Asiæ regio juxta Propontidem: Mœsia, Μοισία, Europæ sub Danubio.

¶ Mœsi, orum, incolentes Mœsiam. Eutropius lib. 4 cap. 4 *Sylla etiam Dardanos, Scordiscos, Dalmatas, & Mœsos partim vicit, alios in fidem accepit.*

¶ Mœsiaci, orum, iidem. Antiquus lapis, Mediomatricis repertus: EX ORDINE MOESIACORVM. Adi Vales. in Ammian. lib. 20 post principium f. 234.

Mœste, mœstiter, mœstus, &c. quære paullo ante in *Mœreo*.

MŌGVNTIA, æ, civitas ad Rhenum, ab amne Mogi dicta, Mayntz, quæ & *Moguntiacum*. vide supra *Magontiacum*.

¶ Moguntīnus, a, um, adject. zu Mayntz gehörig.

MŎLA, æ, μύλη, pistrinum, eine mühle. Erant autem duplicis generis apud antiquos: aliæ *trusatiles*, quas jumenta: aliæ *versatiles*, quas homines agitabant. Earum mentio apud Catonem de R. R. c. 10, Plin. 36 c. 18, & Gellium 3 c. 3. Javolenus JCtus Lege 26 Dig. de Instruct. vel instr. *manuarias* & *jumentarias* vocat. Ad *manuarias* illud Calpurnii pertinet ecloga 3 v. 85.

Vilia cum subigit manualibus hordea saxis.

Recentiores *Aquariæ*, quarum meminere Palladius de re rustica lib. 1 Tit. 42, & Justinianus Imp. Lege Decernimus, Cod. de aquæduct. Sic, *Mola alata, quæ ventorum flatibus agitatur*, eine windmühle. *Molæ* autem partes duæ, *meta* seu *turbo*, & *catillus*. Paulus JCtus leg. 18 § 5 D. de instructo & instrum. legato: *Est autem meta inferior pars molæ, catillus superior.* Super quo loco Scaliger ad Manilium: *falsum*, inquit, *JCtus scripsit*: Est autem META superior pars molæ, CATILLVS inferior. *Apud Veteres enim superior mola κωνοειδὴς fuit: inferior cava, instar catini, unde illi nomen.* META

instar turbinis inversi conveniebat in catillum, ut mas in fœminam, qua parte basis est, non qua mucro. Nam mucro superne pendebat, basis autem in catillo vertebatur &c. Græci superiorem partem molæ, ὄνον: inferiorem μύλον appellant. Vide Salmasii Exercitationes Plinianas pag. 659. *Molam versare*, die mühle treiben, Juvenal. satyr. 8 v. 67. *Molis operam dare*, Cicer. 2 ad Attic. epist. 1, müller-arbeit treiben. ¶ *Sero molunt Deorum molæ*, id est: Qui peccant, etiamsi serius, tamen aliquando dant pœnas. Vide Chiliad. Exstat inter Sibyllinos versus & iste:

Ὀψὲ θεῶ μῦλοι ἀλέουσι τὸ λεπτὸν ἄλευρον,
Nam mola postremò pinset divina farinam.

¶ 2. *Mola* etiam far tostum, & sale conspersum est, cujus in sacrificiis usus. *Sparge molam*, Virgil. eclog. 8 v. 82. Plaut. in Amph. a. 2 sc. 2 v. 108 *Aut mola salsa hodie, aut thure comprecatum oportuit*, Plin. in præfat. *Mola salsa litant, qui non habent thura*, wer nicht kalck hat, muß mit leim mauern; arme leute tragen arm creutz. Et, *mola salsa supplicare*, Idem lib. 18 cap. 2. *Molam & vinum adspergere*, Cicer. de Divin. lib. 2 cap. 16. Fiebant autem hæ molæ ex fruge horna, & horno sale, ut Servius docet ad modo dictam Virg. eclog. 8 v. 82, itemque ad Æneid. 2 v. 133. Parabatur *mola salsa* a Virginibus Vestalibus, & dicebatur *far pium*, vid. Heins. epist. ad Balsac. p. 185. Sine mola salsa nullum Diis sacrificium antiquitus fiebat. vid. Alex. ab Alex. 4 cap. 17. ¶ Ab hac significatione factum videtur verbum *Immolare*, cum sacerdos molam salsam in caput victimæ deponebat addito thure: deinde vinum adspergebat. Qui ritus *immolatio* dicebatur, quasi molæ in caput victimæ collocatio. Vnde *immolare hostias* est cædere. Quia nulla cædebatur hostia, nisi *immolata*, id est, mola salsa macta esset. De quo verbo paullo post in compositis dicemus. ¶ 3. Et *Mola* caro est informis in uteris mulierum, die afterbürde. Plutarchus Præceptis Connubial. pag. 145 Τὰ δὲ ἄμορφα κυήματα καὶ σαρκοειδῆ καὶ σύστασιν ἐν ἑαυτοῖς ἐκ διαφθορᾶς λαμβάνοντα, μύλας καλοῦσι. i. e. *Informis autem fœtus ac carnis moles, quæ ex corruptis humoribus in uteris coëunt, MOLAS vocant.* Vide Plin. lib. 7 cap. 15.

¶ Mŏlāris, e, adjectivum, zur mühle gehörig: ut, *Lapis molaris*, ein mühlstein, Plin. 36 cap. 23, & Quintil. 2 cap. 19 *Dens molaris*, ein backzahn. ¶ 2. Substantive pro lapidibus Virg. Æneid. 8 v. 250 *Ramis vastisque molaribus instat.* Et Stat. Theb. 5 v. 571

Librati saliunt portarum in claustra molares.

Etiam pro dentibus Juvenal. satyr. 13 v. 212

interque molares
Difficili crescente cibo.

Et Sidonius 4 epist. 22 *Colubrinis oblatratorum molaribus figi.*

¶ Molarius, a, um, idem. Cato R.R. c. 11 *Asinus molarius.*

¶ Mŏlo, molui, molĭtum, molĕre, mola confringere, mahlen. Terent. in Phorm. a. 2 sc. 1 v. 19 *Molendum usque in pistrino.* Plin. lib. 6 c. 61 *Ceres frumenta invenit, quum antea glande vescerentur. Eadem molere & conficere in Attica.* ¶ *Nisi purges & molas, non comedes.* Quia molam qui vitat, farinam vitat. vide Chiliad. ¶ Sumitur etiam sensu obsceno. vide infra *Permolere*, & Dilherri Electa 2 c. 9.

¶ Molĭtor, ōris, ein müller. Onomast. vet. *Moliter*, ἀλητής.

¶ Molitrix, īcis, eine müllerin.

¶ Molitūra, æ, das müllerwerck, Plin. 18 cap. 9, & 15 c. 23.

¶ Molendīnum, i, idem quod mola. S. Bernh. epist. 8 *Aquam quærit molendinum a furno?*

¶ Molendarius, a, um, quod ad molendinum pertinet: ut, *meta molendaria*, apud Paulum JCt. Lege 18 § 5 de instruct. & instrum. leg. Et, *Asina molendaria*, ibid § 2. Ammianus quoque lib. 17 cap. 8 *molendarias metas* dixit, ut Lindebrog. p. 101 edidit: Valesius autem p. 161 legit *molendinarias*.

¶ Molendinarius, i, qui molendino præest, ein mühl-herr. Programma ab Ædesio Præfecto urbis sub Janiculo affixum (anno Christi 369 & 374, ut patet ex Lege 20 & 22 Cod. Theod. Quorum appellationes non recipiuntur) VT OMNIVM MOLENDINARIOR. FRAVDES AMPVTENTVR. apud Gruter. pag. 114 n. 6.

¶ Molendīnārius, a, um, adjective: ut, *meta molendinaria.* Sic Valesius legit apud Ammian. lib. 17 c. 4 [Grut. cap. 8] p. 161, ubi Lindebr. *molendaria.*

¶ Molīna, æ, idem quod mola, molendinum, apud sequioris latinitatis scriptores. Ammianus lib. 18 cap. 20 *molinæ ad calles artandas ædificatæ.* Gloss. Vet. *Molina*, ὑδρολεσία. Gregor. Turonensis lib. 3 cap. 19 de Divione scripsit: *Ante portam fluvius molinas mira velocitate divertit*, der fluß treibet die mühlen. Adde, quæ plura de his Valesius collegit ad d. l. Ammiani f. 204.

¶ Molinārius, i, der müller. Gloss. Vet. *Molinarius*, ὑδρολέτης.

¶ Moletrīna, æ, idem quod mola, molendinum. Nonius cap. 1 n. 320 ex Catone adfert, explicatque ita: *Moletrina, a molendo, quod pistrinum dicimus.* Item, die werckstätt der müller.

¶ Molīle, is, die mahlrüstung, mahlzeug, Cato R.R. c. 11.

¶ Mŏlucrum, i, non solum lignum, quo molæ vertuntur, ubi immolatur; sed etiam tumor ventris; de quo Afranius apud Festum: *Ferme virgini tamquam gravidæ mulieri crescit uterus; molucrum vocatur, transit sine doloribus.*

Composita:

¶ Commŏlo, ĕre, zermahlen, zermalmen. Columell. lib. 12 cap. 50 *Olivam primo quoque tempore commolere præloque subjicere.*

¶ Commolĭtus, a, um, ausgemahlen. Idem Columell. l. c. *Bacca commolita & expressa.*

¶ Emŏlo, ĕre, ausmahlen. Persius satyr. 6 v. 26

Granaria, fas est, Emole.

¶ Emŏlĭtus, a, um, gemahlen. Veget. 3 cap. 24. *Emolitum hordeum*, zermalmete gerste, graupen.

¶ Emolumentum, i, ab *Emolo*, lucrum proprie molendini; deinde quævis utilitas, fructus, contrarium *detrimento*, frommen, nutz, genieß. Cicero lib. 3 de Finib. cap. penult. *Vt vero conservetur omnis homini*

homini erga hominem societas, conjunctio, caritas; & emolumenta & detrimenta, quæ ὠφελήματα & βλάμματα appellantur, communia etiam voluerunt, nutz und verlust. Vetus Inscriptio: DEMANDATVM EST VT CCCCX. PONDO ARGENTI E PVBLICIS POP. ROM. EMOLVMENTIS QVAE PRAETERITIS TEMPORIBVS QVAESTORES RECEPISSENT PROVINCIAM SVBLEVARENT. *Emolumento esse*, zuträglich seyn, Cicer. lib. 7 fam. epist. 10. Idem lib. 1 de Orat. cap. 8 extr. *Pergite, ut facitis, adolescentes, atque in id studium, in quo estis, incumbite, ut & vobis honori, & amicis utilitati, & reip. emolumento esse possitis.* Et pro Milone cap. 12 *Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem*, durch keinen nutz oder gewinn. Idem lib. 1 de Finib. cap. 16 *Plus in ipsa injuria detrimenti est, quam in his rebus emolumenti, quæ injuria pariuntur.* Juvenal. sat. 3 v. 21 *artibus, inquit, honestis*

Nullus in urbe locus, nulla emolumenta laborum.

Dictum *emolumentum* aliqui putant, quod ex *molimine*, id est, studio & labore nostro ad nos redeat, unde & pro operoso & quod magnum studium requirit, posuisse videtur Varro de re rustic. & Cæsar lib. 1 de Bello Gallico, ut Victorius observat lib. 22 Var. Lect. cap. 10. Sed de dubia vocis hujus origine Vossium cumprimis legas, Etymolog. in *Mola* p. 325. vid Salmasium in not ad Caes. l. 1. de B. G. c XXXIV.

¶ Immŏlo, avi, atum, are, quid proprie sit, & quomodo huc pertineat, paullo ante diximus in *Molæ* significatione secunda, opffern, opffer schlachten: ut, *Hostias immolare*, Cic. 3 Tuscul. cap. 26. Idem de Nat. Deor. lib. 3 cap. 36 *Pythagoras cum in Geometria quiddam novi invenisset; Musis bovem immolasse dicitur.*

¶ Immolatus, a, um, geopffert. Horatius lib. 4 Carm. od. 11 v. 7

Ara - - - avet immolato Spargier agno.

¶ Immolatio, ōnis, die opfferung. Cic. lib. 1 de Divinat. cap. 52 extr. *in ipso immolationis tempore.*

¶ Immolator, ōris, qui immolat, non tantum minister, qui mactat, aut sacrificulus, verum is etiam, cujus nomine immolatur, ein opfferender. Cicero lib. 2 de Divinat. cap. 15 *Decessio capitis, aut accessio subitone fieri potest, ut se exta ad immolatoris fortunam accommodent?* Ita Gruter. & Gronovius, ut corrupti libri censeantur, qui *immolantis* legunt, v. g. Jo. Sturmii &c. Prudent. Cathem. 12 v. 48 de Abrahamo: *Nati immolator unici.* Idem Hamart. præf. v. 49 *Immolator squalidus.*

¶ Immolatitius, a, um, opfferlich; ut, *Caro immolatitia*, Augustinus epist. 154, quæ immolatur vel immolata est. Gloss. gr. lat. θύσιμος, *immolatitius.*

¶ Permŏlo, ĕre, zermahlen. Quo verbo per metaph. in obsceniore significatu usus Horat. 1 Serm. sat. 2 v. 34 *alienas permolere uxores*, quemadmodum simplici usus Varro apud Nonium, imitatione Græcorum. Theocritus Eidyll. δ sub fin.

Εἰπ' ἄγε μοι κορύδων, τὸ γερόντιον ἦ ῥ' ἔτι μύλλοι
Τήνων τὰν κυανόφρυ ἐρωτίδα, τᾶς ποτ' ἐκνίσθη;

Vbi vide Scholiasten. Adde Interpretes Petronii.

Molendarius, molendinarius, moletrina, quære ante in *Mola*.

MŌLES, is, sing. & plur. magnitudo, pondus, eine last. Ovid. Met. 1 v. 7 *Chaos rudis indigestaque moles.* Et lib. 2 de Arte am. v. 467

Prima fuit rerum confusa sine ordine moles.

Virgil. Æneid. 1 v. 37

Tantæ molis erat Romanam condere gentem,

id est, tanti res negotii seu difficultatis, also grosse mühe kostete es. Cicero Catilin. 1 cap. 9 *Vix molem istius invidiæ sustinebo*, die schwere last. *Non facile tantam molem mali a cervicibus depulissem*, Idem 3 Catil. cap. 7. Sic, *Moles belli*, Tacitus 1 Histor. cap. 61, & lib. 2 cap. 16 *Totâ mole*, i. e. totis viribus, sive tota belli mole. Florus lib. 2 cap. 6 *In Africam totâ mole conversus.* Vellejus Paterc. lib. 2 extremo: *Romani imperii moles.* ¶ 2. Videntur *Moles* proprie dici structuræ mari vel flumini injectæ. Horat. lib. 3 od. 1

Contracta pisces æquora sentiunt
Jactis in altum molibus - - :

Ovid. lib. 11 Metam. v. 728 *Adjacet undis Facta manu moles.* Hirtius de Bell. Alexand. cap. 17 *Insulam molemque ad insulam pertinentem.* Iterum cap. seq. *Seque per molem in mare præcipitaverunt.* Sidonius Paneg. Anthemii v. 57 *itur in æquor Molibus* &c. Cæsar 1 de B. C. cap. 25 *Qua fauces erant angustissimæ portus, molem, atque aggerem ab utraque parte litoris jaciebat, quod his locis erat mare vadosum.* Et, *Molem jacere*, idem dixit apud Ciceron. lib. 9 ad Attic. epist. 18. *Molem fundare*, Sueton. Claudio cap. 20 extr. & *Objectus molium*, Tacit. Ann. 14 c. 8, ein tamm. Ita vocabulo isto & usus Virg. 2 Æn. v. 497. Tacit. 1 Histor. cap. 86, & Florus lib. 2 cap. 1. ¶ 3. Et extra aquas quævis magnifice structa ædificia *Moles* vocantur. Horat. lib. 2 od. 15 v. 1

Jam pauca aratro jugera regiæ
Moles relinquent.

Cicero pro Milone cap. 31 de Clodianis ædificiis: *Substructionum insanæ moles.* ¶ 4. Tacitus hac voce & de Amphitheatri machina usus 2 Hist. cap. 21. Et Cicero 14 Philipp. cap. 12 de monumento gloriæ, interfectis pro patria consulibus ponendo, *Erit*, inquit, *exstructa moles opere magnifico, incisæque litteræ, divinæ virtutis testes sempiternæ.* ¶* *Moles* eleganter est pompa, majestas, vis, potentia. vid. Gronov. Observ. 1, 20.

MŎLESTVS, a, um, gravis, ingratus, odiosus, beschwerlich, verdrießlich. A *mole*, quamquam mutata quantitate, dictum. Terent. in Eunuch. a. 3 sc. 2 v. 31 *Vbi molestum tibi non erit*, wenn du deß keinen verdruß oder beschwerung tragen wirst. Cic. lib. 13 fam. epist. 73 *Si tibi grave non erit.* Idem de Amic. cap. 24 *Molesta veritas est, si quidem ex ea nascitur odium.* Ibidem cap. 6 *Intempestiva & molesta nunquam est amicitia*, freundschafft ist nimmer ungelegen und verdrießlich. Et ibidem cap. 20 *Sunt quidam, qui molestas amicitias faciunt, cum ipsi se contemni putant.* Plaut. in Mostell. a. 1 sc. 1 v. 69 *Vnum hoc scito, nimio celerius venire, quod molestum est, quam id quod cupide petas.* Pallad. lib. 1 cap. 5 *Molestiores venti.* Et Cic. lib. 5 fam. epist. 3 *Ne vobis multitudine litterarum molestior essem.* Idem in Verr. Divin. cap. 11 *Omnis arrogantia odiosa est: tum illa ingenii atque eloquentiæ multo molestissima.* De *Tunica molesta*, vide infra *Tunica*.

¶ Molestia, æ, est *ægritudo permanens*, ut Cicero definit 4 Tusc. cap. 8, stete unlust, mühe und beschwerung. *Esse in maximis molestiis*, Idem 4 fam. epist. 13. Et, *Magnam animo molestiam capere*, de Amic. c. 24. *Epistola jucunda hoc molestiæ adspersit*, Cic. 2 ad Qu. frat. epist. 10, hat mir diese verdrießligkeit zugefüget. *Omnes molestias & solicitudines deponere*, Idem lib. 14 fam. epist. 7. Et, *Molestias omnes depellere*, Ibid. lib. 2 epist. 16. *Molestiam alicui exhibere*, Cic. ad Atticum lib. 2 ep. 1. *Tradere alicui molestiam*, Nepos dixit fragmento Orationis Corneliæ Gracchorum matris.

¶ Mŏleste, adverb. ægre, mit beschwerung, mit unlust. *Moleste ferre: Graviter molesteque tuli*, Serv. Sulpicius Ciceroni lib. 4 epist. 5. Et Cicero lib. 1 epist. 1 ad Quintum fr. sub initium: *Quoniam ea molestissime ferre homines debent, quæ ipsorum culpâ contracta sunt; est quiddam in hac re mihi molestius ferendum, quam tibi.*

¶ Molesto, are, molestia afficere, beschweren, unlust machen. Modestin. JC. Lege 20 Dig. de Liberat. legata, *fratri meo neminem molestari volo nomine debiti.* Et *Molestare* etiam est apud Apulejum lib. de Herb. cap. 71 *Qui herbæ Herbasci virgulam portaverit secum, hunc occursus mali non molestant.* Sequioribus seculis usitatius, non tamen illatini usus verbum censet Barth. ad Briton. Aremor. p. 580. Sane & Scribonius Largus Compositione 71 usus est, sed forsan ut plebejo sui temporis. vide Cellarii Curas posteriores p. 223. Sed & Jul. Obsequens observ. 42 *pestilentia utrumque exercitum molestante.* Et Petron. in Fragm. Trag. p. 30 *Aut tace, aut meliorem noli molestare.*

¶ Permolestus, a, um, sehr beschwerlich. Cic. lib. 1 ad Attic. epist. 18 *Hi non sunt permolesti, sed tamen insident atque urgent.*

¶ Permoleste, adv. idem. Cicer. Verrina 6 cap. 58 extr. *Marcellus Archimedem requisisse dicitur, eumque cum audisset interfectum, permoleste tulisse.*

¶ Præmŏlestia, æ, *metus* Ciceroni *quasi dux consequentis molestiæ* dicitur 4 Tusc. Quæst. cap. 30, die vorherige beschwerlichkeit.

¶ Submolestus, a, um, etwas verdrießlich, Cic. ad Attic. lib. 16 ep. 4 sub fin.

¶ Submoleste, adverb. nonnihil moleste, idem; ut, *Submoleste ferre*, Idem Cic. lib. 5 ad Attic. epist. 21 pr.

MŌLIOR, ītus sum, īri, primum *movere molem* significat, unde etiam dictum est: ut apud Livium lib. 9 cap. 3. *Num montes moliri suâ sede paramus*, verrücken, versetzen. Sic, *fores moliri*, i. e. parare effringere, Tacitus 1 Annal. cap. 39, & 2 Hist. cap. 22 dixit. ¶ 2. Sane *Moliri* est multum conari, & cum labore ac nisu multo, sich unterstehen, bemühen. Plautus Curc. a. 1 sc. 3 v. 31 *Vident ut misere moliuntur, nequeunt satis conari.* Tacitus 2 Histor. cap. 35 *Erat insula amne medio, in quam gladiatores navibus molientes, Germani nando prælabebantur.* Livius lib. 6 c. 34 *caussa moliundi*, pro moliendi. ¶ Non raro de operibus exstruendis usurpatur: Sic *arcem moliri* Virgilius dixit 1 Æn. v. 424. Vellejus lib. 2 cap. 8 *Minucius porticus, quæ hodieque celebres sunt, molitus est.* Solin. cap. 20 de Scythis quibusdam: *pocula de inimicorum capitibus moliuntur.* Florus 1, 7, 7 *moliri ædem.* In quibus locis *moliri* nihil aliud est, quam *condere, struere* vel *parare*, &c. Cæterum sicut verbum *struere* ad formæ ornatusque studium translatum est, de quo infra suo loco; ita & verbum *moliri* eo transtulit Terentius Heaut. a. 2 sc. 1 v. 11 *Dum moliuntur, dum comuntur, annus est. Dum moliuntur*, i. e. dum instruuntur, finguntur, ornantur: παθητικῶς enim verbo isto usus est, sicut & aliis ejus generis. Similiter & *vultum moliri*, ac *demoliri*, pro *fingere, adstruere* dicebant. Hieronymus ad illud S. Matthæi cap. 6 v. 16 ἀφανίζουσι τὰ πρόσωπα, *Verbum exterminant*, inquit, *quod in Ecclesiasticis scripturis vitio interpretum tritum est; aliud multo significat, quam vulgo intelligitur.* EXTERMINANTVR *quippe exules, qui mittuntur extra terminos. Pro hoc ergo sermone* DEMOLIVNTVR *semper accipere debemus, quod Græce dicitur ἀφανίζουσι.* DEMOLITVR *autem hypocrita faciem suam, ut tristitiam simulet & animo forte lætante luctum gestet in vultu.* Sic, *moliri animum*, est in certum statum componere. Ovid. lib. 2 de Arte amandi v. 119

Jam molire animum, qui duret, & astrue formam
Solus ad extremos permanet ille rogos.

¶ 3. *Moliri crimina*, id est, parare, instruere, Tacitus Annal. 12 cap. 22. Et, *moliri imperium*, i. e. agitare, sive parare, invadere, idem 1 Histor. cap. 5 dixit. Corn. Nep. 7, 10, 1 *Hæc cum moliretur.* Cic. ad Attic. lib. 14 ep. ult. *Minime obscurum est, quod moliuntur*, was sie vorhaben, womit sie umgehen. *Moliri insidias alicui, aliquid mali: Moliri pestem patriæ*, dem vaterland nach schaden und verderb trachten: *Moliri periculum*, Cicero passim. *Moliri fugam*, damit umgehen, daß man die flucht gebe, Virg. 2 Æn. v. 109. conf. Nonius cap. 4 n. 300.

¶ Molītus, a, um, der etwas gestifftet hat, oder darauf umgangen. Cic. pro Milon. c. 25 *molitus aliquando aliquid.* Ovid. Amor. 1 eleg. 7 v. 35

I nunc magnificos victor molite triumphos.

¶ Molītio, ōnis, ipse conatus, machinatio, die unterwindung, das unterstehen oder fürnehmen. *Molitio valli*, Livius lib. 33 cap. 5. *Inter molitionem pii pariter ac fortis propositi oppressus*, Val. Max. lib. 3 cap. 3 n. 1. *Clandestina molitio*, Petron. Et, *dura molitio*, Seneca 3 Quæst. Nat. cap. 30. *Molitio agrorum solique*, Columella procemii fine, id est, labor rusticus, agricultura.

¶ Molīmen, īnis, & Molimentum, i, idem. Livius lib. 2 cap. 56 *Res suo ipsa molimine gravis.* Et lib. 5 cap. 22 *Parvi molimenti adminiculis moveri sede sua.* Et Seneca ad Marciam cap. 11 *Res magni molimenti est.* Adde Horat. 2 epist. 2 v. 93 *Quanto molimine circumspectemus ædem.* Et Ovid. 12 Met. v. 357. *Molimentum* reddunt etiam multi Cæsari B. G. 1 cap. 34, nisi *Emolimentum* ibi legendum.

¶ Mōlītor, ōris, qui molitur, ein schaffer, urheber. Cic. de Vnivers. c. 5 extr. *Effector mundi molitorque Deus.* Sic, *Molitores novarum rerum*, Sueton. Domit. c. 10. *Molitores scelerum*, Seneca de Tranquill. cap. 7. *Primæ ratis molitor Iason*, Ovid. 8 Met. v. 302.

¶ Mōlītrix, īcis, eine urheberin. Sueton. in Nerone cap. 35 *Antoniam*

filiam

filiam Claudii, quasi molitricem novarum rerum interemit, als die mit neuen practiken umgienge. Composita a *Molior:*

¶ Amōlior, īri, cum magno molimine e medio tollere, amovere, abschaffen, hinwegbringen. *Hinc vos amolimini*, Terent. Andr. a. 4 sc. 2 v. 24, hebt euch hinweg. *Periculum amoliri*, Plinius 32 cap. 2. Et, *Singula amoliri*, id est, refellere, widerlegen, Quintil. lib. 5 cap. 13. Et Curtius lib. 8 cap. 5 n. 17 *Prius ab oculis mortalium amolita natura est, quam in cælum fama perveheret.* ¶ Plinius 11 cap. 10 passive quibusdam loqui videtur: *Amoliuntur omnia e medio, nullæque inter opera spurcitiæ jacent.*

¶ Amolitio, ōnis, die wegschaffung. Gellius lib. 12 cap. 1 *Vbi infantis facta ex oculis amolitio est*, aus den augen gethan werden. De infante loquitur, qui a matre removetur, ut alieno lacte alatur.

¶ Amuletum, vide supra in *A* seorsim.

¶ Admōlior, īri, admovere, mit grosser mühe herzu weltzen, herbey bringen. Curtius 8 cap. 10 n. 24 *Velut de industria rupes prealtas admolita natura est.* Et, *Manus admoliri*, pro adhibere, dixit Plaut. in Asin. a. 3 sc. 2 v. 24. Sic Apulej. lib. 1 de A. A. *Quam sanctissime dejerantes, sese neque ei manus admolituros*, sie haben doch betheuret, sie wolten keine hand an sie legen, oder sich an ihr vergreiffen. Idem lib. 6 p. 177 *Nec Psyche manus admolitur inconditæ illi & inextricabili moli, sed* &c.

¶ Commōlior, īri, anstifften, anrichten; ut, *Dolum aut machinam commoliri ad aliquem*, Cicer. de Nat. Deor. lib. 3 cap. 29. Et Gellius lib. 3 extremo: *moleste atque odiose confabricatus commolitusque est originem vocabuli.*

¶ Demōlior, īri, destruere, dejicere, zerbrechen, einreissen, abwerffen; ut, *Demoliri domum*, Cicero 1 Offic. cap. 39. *Demoliri tectum*, Nepos Pausaniâ cap. ult. Et, *Partem muri*, Cassius Ciceroni lib. 12 ep. 13. Et, *In pariete demoliendo*, Cic. Top. c. 4. *Statuas demoliendas locare*, Idem in 4 Verr. cap. 67. *De se culpam demoliri*, die schuld ablehnen, Plaut. Bacch. a. 3 sc. 1 v. 16. ¶ Activa forma Lactantius lib. 4 cap. 11 *Altaria demolierunt.* Quæ forma etiam in Jure Romano occurrit, ut Lege 12 Communi divid. *demolire parietem*, infinito modo: & Lege 30 pr. Locat. conducti, *insulam demolierat*, hoc est, ædificia in insula.

¶ Demolītio, ōnis, die niederreissung; ut, *Demolitio statuarum*, Cic. 4 Verr. cap. 67

¶ Demolītor, ōris, ein niederreisser. Vitruv. lib. 10 cap. 19 *Corvum demolitorem* memorat, i. e. machinam demolitionis poliorceticam.

¶ Emōlior, īri, verrichten, ins werck setzen. Plautus Bacchid. a. 4 sc. 5 *Insanum magnum molior negotium, metuoque ut hodie possim emolirier.* ¶ 2. Item, exscreare, expellere. Celsus lib. 4 cap. 9 *Sicca tussis, quæ nihil emolitur*, ein treuger husten, so nichts erhebt und auswirfft. Colum. lib. 8 cap. 5 *Per nares emoliri pituitæ nauseam.* Apud eumdem lib. 12 cap. 50 *emoliri* resingitur ab aliis in *emolliri.* ¶ 3. *Venti fretum emoliuntur*, Sen. Agam. v. 478, i. e. molem ejus loco movent.

¶ Emolimentum, i, die auffführung eines wercks, Lege 19 Cod. Theod. de Operibus publ. vide Jac. Gothofred. ibi.

¶ Immolītus, a, um, apud Livium 39 cap. 44 est, pro inædificatus, hineingebaut; *Quæ immolita privati habebant, demoliti sunt.*

¶ Obmolior, īri, fürschieben, fürweltzen; ut, *Arborum truncos & saxa obmoliuntur*, Curtius lib. 6 cap. 6. Et Livius lib. 33 cap. 5 *Arbore vulsa* (vallum) *portæ instar patebat, nec in promtu erat, quod obmolirentur.* Idem lib. 37 cap. 32 *ad munienda & obmolienda, quæ ruinis strata erant, concurrerunt.*

¶ Præmōlior, īri, præparare, vorher zurichten, bestellen. Livius lib. 28 cap. 17 *Præmoliendam sibi ratus jam rem.*

¶ Remolior, īri, removere; Ovid. 5 Metam. v. 354

Sæpe remoliri luctatur pondera terræ.

Silius lib. 1 v. 36 *iterum instaurata capessens*

Arma remolitur.

Passive Columella 2 cap. 12, qui locus refictus in *Remolliri*, infra producitur.

Molitio, molītor, Molītor, molitura, Mollesco, mollestra, mollifico, mollio, &c. vide *Molior*, *Mola*, *Mollis*.

MOLLIS, e, tractabilis, tener, weich, sanfft; ut, *Cera mollis*, Cic. 3 Orat. c. 45. *Infirma auricula mollior*, Idem ad Quint. frat. lib. 2 epist. 14. Et, *Quodammodo molli brachio aliquem objurgare*, id est, leviter, straffen und nicht wehe thun. *Mollibus lenire verbis*, Horat. epod. 5 v. 83. *Mollior cygni plumis*, Ovid. 13 Metam. v. 797. Et, *Tactus mollissimus*, Colum. lib. 6 cap. 1 extr. Seneca in Hercul. fur. v. 437 *Non est ad astra mollis e terra via.* ¶ 2. Pro temperato, gelinde. Florus lib. 3 cap. 3 *Quo fere tractu Italia mollissima est*; & lib. 1 cap. 16 de pulcherrima Campaniæ plaga: *Nihil mollius cælo*; & lib. 4 cap. 12 *Cælum ipsum mitius molliusque solito videbatur.* Apud Virg. eclog. 4 v. 28 *Mollem aristam* Servius *fertilem* interpretatur: Ego potius maturescentem interpreter. Namque & dixit *Flavescet:*

Molli paulatim flavescet campus arista.

Sic *campum mollem* dixisset, libenter *fertilem* acciperem. *Arista* ipsa fertilis dici vix potest. Idem Virgilius *Castaneas molles* de maturis eclogâ 1 v. 82 dixit, quas tamen Macrobius *novas & recentiores* interpretatur. Turneb. lib. 5 Advers. c. 12 certum earum genus posse intelligi putat, quod μαλακὸν appellant. ¶ 3. *Mollissimæ aures* sunt verecundæ, Plin. Panegyr. cap. 68. ¶ 4. Aliquando *Molle* opponitur arduo editoque, & quod ascensu difficile est. Sic *molle fastigium* Cæsar dixit lib. 2 de B. C. cap. 10, ubi Ciacconium, si lubet, vide. conf. Nonius cap. 4 n. 301. ¶ 5. Non raro *molle* pro artificioso & egregie effecto sumitur. Virg. Æn. 6 v. 847

Excudent alii spirantia mollius æra.

MOLLIUS, i. e. propius ad naturam, ut vivere atque spirare videantur. Ita contra *durum* pro rudi & inelaborato ponitur. Horat. lib. 2 Serm. sat. 3 v. 33

Quid sculptum infabre, quid fusum durius esset.

Ac ita fortassis Claudianus *fugas molles* de 4 Cons. Honorii v. 540, id est, perite & eleganter institutas dixit. Nam & fuga artem requirit atque solertiam. Quamquam Barthius aliter explicet. Horatius lib. 1 sat. 10 v. 44 *molle atque facetum*

Virgilio annuerunt gaudentes rure Camenæ.

Vbi *molle* nihil aliud, quam exactum, elaboratum & summâ arte compositum est. Loquitur de Georgicis ejus, quibus nihil absolutius est. vide supra *Durus*. Celsus 4 cap. 4 de Tussi, *ovum molle* dixit, quod alias frequenter vocat *sorbile.* ¶ 6. *Molles*, pro pathicis, sive, qui muliebria patiebantur, item Eunuchis, dicuntur. Phædrus fab. 71

Rogavit alter tribades, & molles mares.

Molles, pathici, ut dixi, sunt, quos S. Paulus etiam 1 ad Corinth. cap. 6 v. 9 μαλακοὺς appellavit. Petronius *Molles, veteres, deliciaci manu recisi.* Vbi per *Veteres* dura & exoleta scorta mascula intelligit. *Molles & effœminatos* conjungit Sueton. Calig. cap. 56. Hinc *Mollities*, ipsa fœditas illa, in qua operantur molles. vide infra. ¶ *Ne quære mollia, ne tibi contingant dura:* μὴ τὰ μαλακὰ μώεο, μὴ τὰ σκληρὰ ἔχῃς, Phurnuti est, vide Chiliad. Sed, *Homo mollis*, id est, effœminatus, ein weibischer mensch. *Molles Sabæi*, die zarten, Virg. 1 Georg. v. 57. Et, *Versus molles*, Ovidius *amatorios* dixit in Tristib. lib. 2 v. 307, unzüchtige buhlen-lieder. Juvenal. sat. 2 v. 47 *Magna inter molles concordia.*

¶ Mollĭcŭlus, & Mollĭcellus, a, um, diminutiva, gar weich; ut, *Versus molliculi*, apud Catull. epigr. 16. *Volo molliculas escas, ut ipsa mollicula est*, Plaut. Casin. a. 2 sc. 8 v. 58. conf. Pœn. a. 1 sc. 2 v. 154 &c. *Specie molliculus & morbosus*, Ammianus lib. 27 cap. 22. Et iterum Catullus carm. 25 ad Thallum, *nates mollicellæ*, &c.

¶ Molliuscŭlus, a, um, aliud diminutivum; ut, *Versus molliusculi*, apud Plin. lib. 1 epist. 16, ut Catanæus cum sequacibus legit: alii veteres *mollius leniusque.* vide Cellarii editionem & notas.

¶ Mollĭtia, æ, & Mollities, ei, die weiche, lindigkeit, zärtligkeit; ut, *Officia deserere animi mollitiâ*, darum, daß man zu feige und furchtsam ist, Cicer. 1 de Fin. cap. 10. Et Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 1 v. 16 *Ejiciunda hercle hæc mollities animi est*, der weibische sinn, das blöde und verzagte hertz. *Mollitia* autem omne genus excedentis teneritudinis notat. Vellej. lib. 2 cap. 18 de Mæcenate: *Simul vero aliquid ex negotio remitti posset, otio ac mollitiis pæne ultra fœminam fluens.* ¶ 2. *Mollities*, vitium ipsum mollium & obscenorum appellatur Senecæ de constantia Sapientis cap. 18, & Tacito 11 Annal. cap. 2.

¶ Mollĭtūdo, ĭnis, idem. Cic. de Natur. Deor. lib. 2 cap. 55 pr. *In pulmonibus inest raritas quædam, & assimilis spongiæ mollitudo.* Lactant. lib. 5 cap. 4 *Infans solidi ac fortis cibi capere vim non potest, ob stomachi teneritudinem, sed liquore lactis ac mollitudine alitur, donec firmatis viribus vesci fortioribus possit:* &c. Et apud Arnobium lib. 2 c. 64 *corrumpi mollitudine vitiorum.*

¶ Mollĭter, mollius, adverb. ut, *Aves nidos mollissime substernunt, ut ova serventur*, sie füllen die nester aufs allerweicheste aus, Cic. lib. 2 de Nat. Deor. cap. 52. Sic mortuis bene precantes dicebant: *molliter ossa cubent*, ut apud Ovidium est 3 Trist. eleg. 3 v. 76, vel, *molliter ossa quiescant*, ut apud Virg. eclog. 10 v. 33. ¶ Metaphorice, *Molliter & delicate vivere*, Cic. in Offic. lib. 1 cap. 30, zärtlich, und in wollust leben. *Molliter se curare*, seiner wohl und mit lust pflegen, Terent. Adelph. a. 5 sc. 1 pr. Et, *Mollius aliquid interpretari*, ein ding nicht zu harte annehmen, Tacitus lib. 2 Hist. cap. 96. Et Columella lib. 1 cap. 2 *Ager mollissime devexus*, hoc est, ita declinis parumper, ut nec adscendenti, neque descendenti molestia sit: seu qui similis campestri positioni, ut ipse ibi Columella interpretatur.

¶ Mollio, ivi, ītum, ire, molle efficere, weichen, erweichen, geschmeidig machen, lindern. Horatius lib. 1 satyr. 4 v. 20

dum ferrum molliat ignis.

Cicero lib. 1 Nat. Deor. cap. 34 *Vsu mollienda nobis dura verba sunt.* Ovidius 3 de Art. am. v. 545

Scilicet ingenium placida mollitur ab arte.

Cic. Tuscul. 2 cap. 11 *Poëtæ molliunt animos nostros*, hoc est, vel mites, vel effœminatos reddunt. ¶ 2. Accipitur etiam *Mollire*, pro sedare, mitigare, placare, stillen; ut, *mollire mare*, Accius apud Nonium. *Iras mollire*, Livius lib. 1 cap. 9, quod Virgilio Æn. 1 v. 57 est *mollire animos & temperare iras.* ¶ * Veteres dixerunt *molliam & mollibo*, uti *serviam & servibo*. Terent. in Hecyra: *Matris servibo commodis.* Sic & *sciam & scibo*, unde apud Plautum, *verum jam scibo magis*, quod & apud Terentium sæpius occurrit. *Grævius.*

¶ Mollimentum, i, die linderung, pro lenimento, & mitigatione quadam dixit Seneca de Tranquill. vitæ cap. 10 *Natura calamitatum mollimentum, consuetudinem, invenit*, gewohnheit und zeit lindert elend.

¶ Molleo, ēre, & Mollesco, ĕre, weich oder gelinde werden. Ovid. lib. 1 de Ponto epist. 6 v. 7

Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est,
Pectora mollescunt, asperitasque fugit.

id est, mitescunt, humaniora fiunt, sie werden sittiger, freundlicher, leutseliger. Theod. Priscian. 1 cap. 28 *Coquas, ut molleat.*

¶ Mollestra, æ, eine schaafshaut. Festus: *Mollestras dicebant pelles oviles, quibus galeas extergebant.*

¶ Mollĭcina, æ, vestis a mollitie dicta; vid. Nævius apud Nonium cap. 14 n. 23.

¶ Mollĭcŏmus, a, um, weichblätterícht. Avienus Descript. Orbis v. 1081 *Mollicomis tellus insternitur herbis.*

¶ Mollĭfico, are, weich machen, erweichen. Macer de Herbis lib. 4 cap. 14 *Escis illius quia venter mollificatur.*

Gloss. Vetus: *Mollifico*, ἁπαλύνω, μαλάσσω.

¶ Mollificus, a, um, erweichend. Cœl. Aurel. Tard. 4 cap. 1 *Arificus carnis, & mollificus corporis.*

¶ Mollĭpes, ĕdis, quam vocem ex Arato vertit Cic. lib. 1 de Divin. c. 9

Mollipedesque boves spectantes lumina cæli.

Sic & Gloss. gr. lat. ἁπαλόπους, *Mollipes*.

¶ Mollūgo, ĭnis, species lappaginis, sternmegerkraut, Plin. 20 cap. 10. Apud Marcell. Emp. cap. 26 *Molligo* dicitur.

¶ Mollusca, æ, prunum Persicum est Macrobio lib. 2 Saturn. cap. 14. Aliis nux est molli putamine. vid. Plin. 15 cap. 22. Sed

¶ Molluscum, i, aceris arboris genus, Plinio est lib. 16 cap. 15 & 16, fladern. Composita:

¶ Emollio, īre, erweichen. Ovid. lib. 2 de Ponto epist. 9 v. 47

Adde,

Adde, quod ingenuas didicisse fideliter artes,
Emollit mores, nec sinit esse feros.

Hoc est, mores mites & humanos efficit.

¶ Emollītus, a, um, erweicht. Liv. lib. 31 *Degener & emollitus Asiæ amœnitate hostis.*

¶ Emollĭdus, a, um, weich: ut, *Emollida & fluida corpora Gallorum,* Liv. 34 cap. 47. Recentiores habent *mollia.*

¶ Emollesco, ĕre, weich werden. Celsus 5 cap. 28 *Sine ulla vi clavus* (in pedibus) *emollescit.*

¶ Permollis, e, sehr weich. Quintil. 9 cap. 4 p. 707 *Quod etiam in carminibus est permolle.*

¶ Præmollio, īre, vorher lindern und erweichen. Quintil. lib. 4 cap. 3 *Si quid erit asperum, præmolliemus, quo facilius aures judicium admittant.*

¶ Præmollītus, a, um, besänfftiget, gelindert: ut, *Mentes præmollitæ,* Quintil. 6 cap. ult.

¶ Præmollis, e, pro valde molli, sehr weich, apud Plinium legitur lib. 9 cap. 51 *Torpedo intra se parit ova præmollia:* Et lib. 11 cap. 37 pag. 564 [ed. Hard.] *Cor præmolli firmoque opertum membranæ involucro.*

¶ Remollio, īre, weich machen. Columell. lib. 2 c. 22 *In iteratione remolliri debet terra æqualiter.* Adde Ovid. Metam. lib. 4 v. 286 *Remollire artus.*

¶ Remollītus, a, um, erweicht, begütiget. Apulej. de Herb. cap. 3 *Grana humore remollita.* Et Suet. Aug. cap. 79 *Vultu inhibitus & remollitus.*

¶ Remollesco, ĕre, idem quod mollescere, weich werden, zerschmeltzen: ut, *Cera sole remollescit,* Ovid. 10 Metam. v. 285. Et lib. 1 Metam. v. 377 *Precibus si numina justis*
Victa remollescunt, si flectitur ira Deorum.

Molo, ĕre, vide paullo ante in *Mola.*

MŎLO, ōnis, Rhodius fuit, clarissimus dicendi magister caussarumque actor, de quo non uno loco Cicero. Vide & Strabonem. Meminit & Suetonius Cæsare cap. 4. Male hunc nonnulli cum Apollonio & ipso Rhodio, dicendique magistro, confundunt. De quo Casaubonus videndus ad allegatum Suetonii locum.

MŎLŎCHE, es, μολόχη, herba, pappeln, Plin. 20 cap. 4. Et Colum. 10 v. 247 *Et Moloche, prono sequitur quæ vertice solem.*

¶ Mŏlŏchĭnus, a, um, μαλάχινος, color malvæ flori similis, a μαλάχη, quasi malachinus, pappelnfarbe, braunroth, aut a μολόχη, moloche, quod idem est, quod μαλάχη. Hinc

¶ Molochinarius, i, infector coloris molochini apud Plautum Aulul. a. 3 sc. 5 v. 40. Conf. Parei Lex. Crit. p. 749.

¶ Molochītes, æ, μολοχίτης, gemma malvæ colorem referens, Plin. 37 cap. 8.

MŎLORCHVS, i, plumbum rectum, a μόλυβδος, plumbum, & ὀρθὸς, rectius perpendiculum, die richtschnur, bleywage. Ita enim Joh. Baptista Pius in Annot. Posterior. cap. 10, apud Statium lib. 3 Silv. 2 v. 30 *Sint quibus exploret rupes gravis ante molorchus,* legendum censet, sed alii aliter legunt. Et nondum is locus recte constitutus est. Vid. quæ de hac voce notat Barth. ad Stat. Silv. p. 295. ¶ 2. *Molorchus* pastor seniculus in agro Cleonæo, qui Herculem hospitio suscepit. vid. Stat. 3 Silv. 1 v. 29, & 4 Theb. v. 160. Hinc

¶ Molorchæus, a, um, adject. Tibull. 4, 1 v. 13
Læta Molorchæis posuit vestigia tectis.

MŎLOSSVS, i, μολοσσὸς, ein rüd, schafhund. *Molossi* autem gentes fuerunt Epiroticæ, fœcunditate canum generosorum celebres. Hinc canes dicuntur *Molossi,* Horat. epod. 6 v. 5 & 2 sat. 6 v. 114. Et, *Acremque molossum, pasce sero pingui,* Virgil. 3 Georg. v. 405. ¶ 2. *Molossus* Pes, tribus syllabis longis, ut *Æneas*, a Pyrrho Molosso sic dictus.

¶ Molossus, a, um, adjectiv. Ovid. 1 Metam. v. 226 *Gens Molossa.* Propert. lib. 3 eleg. 8 *Atque armillatos colla Molossa canes.*

¶ Molossĭcus, a, um, idem, apud Plautum Capt. a. 1 sc. 1 v. 18.

Molucrum, vide supra in *Mola.*

MŌLY, μῶλυ, neut. gen. molyos, &c. *Herbarum laudatissima* Plinio lib. 25 cap. 4, sed ignota. Homerus a Mercurio monstratam eam scribit contra veneficia Circes lib. 10 Odysseæ v. 302. vide & Plinium lib. 25 cap. 4.

MOLYBDAENA, æ, μολύβδαινα, plumbago, bleyertz, bleyweiß, bleyschweiß, glantz, multorum est colorum, ut, nigri, cærulei, grauer glantz, flavi, &c. Agricol. Vena communis plumbi & argenti, quam & *Galenam* Plinius vocat lib. 34 cap. 18. ¶ Item herba, flohkraut; apud eumdem 25 cap. 13.

¶ Molybdītis, ĭdis, plumbi spuma, bleyschaum, Plinio eidem lib. 40 cap. 6.

¶ Molybdoīdes, æ, μολυβδοειδὴς, lapis plumbarius Dioscoridi est, idem cum molybdæna.

MŌMAR, stultus Siculis, ut Festus auctor est.

MŌMENTVM, i, temporis punctum, & mutatio subito nata; quasi *motamentum* a *motu* dicitur, ein augenblick, eine kleine bewegung. Vnde & Cicero lib. 1 Tuscul. Q. cap. 17 elementorum motus *momenta* vocat. Terentius Andriâ a. 1 sc. 5 v. 32 *Cum in dubio est animus, paullo momento huc illuc impellitur*, id est, motu. *Translatio*, inquit Donatus, *hæc est a mole alicujus ponderis, quæ, antequam in loco sederit, cùm incerta pendet, facillime commovetur.* Videtur hæc vox ad libram, sive stateram pertinere inprimis. Zeno Veronensis, elegans auctor, Sermone de præcepto ATTENDE TIBI &c. *Sicut stateræ momentum, si in unam partem depresseris, leviorem sine dubio alteram feceris; ita in hoc animæ & corporis jugo, cum in unam partem propensior eris, clara erit alterius & manifesta deminutio* &c. Nempe quod Græcis ῥοπὴ, Latinis *Momentum* est: & sicut ῥοπὴ Græcorum de statéra juxta ac tempore dicitur: ita & *momenti* vox apud Latinos de utroque usurpatur. Seneca de Tranquillitate animi c. 2 *Horæ momentum interest solium & aliena genua.* Vet. Gloss. ῥοπὴ ἐπὶ ὥρας, *Momentum:* ῥοπὴ ἐπὶ ζυγῦ, *Incrementum.* Cicer. lib. 6 ad Trebat. epist. 10 *Omnia momenta observabimus, neque ullum prætermittimus tui juvandi & levandi locum.* Idem in Philipp. 5 cap. 10 *Minimis momentis, maximæ inclinationes temporum sunt*, in einem hui tragen sich merckliche veränderungen der zeiten und läuffte zu. Et Livius lib. 21 cap. 33 *Tumultus momento temporis sedatur.* ¶ Sed, *Res magni, permagni, parvi, nullius momenti*, ein ding, daran groß oder viel, wenig oder nichts gelegen. *Minimi momenti esse ad aliquid*, Cicer. 4 Fin. cap. 17. Et ibidem: *minimum momentum ad aliquid habere.* nichts zur sache thun. *Magnum ad salutem momentum preces attulerunt*, Quintil. lib. 6 cap. 1, das bitten hat grosse förderung oder vorschub gethan. *Officiorum omnium momenta diligentissime perpendebat Cato*, Cicer. pro Muræn. cap. 2. Et Livius lib. 27 cap. 9 pr. *Ex parvis sæpe magnarum rerum momenta pendent*, aus kleinen dingen pflegen sich wohl grosse dinge zuzutragen.

¶ Mōmen, ĭnis, quod idem est: ut enim a *stratum, stramen, stramentum*, a *monitum, monimem, monimentum*; ita & a *motum, momen, momentum.* Lucret. lib. 3 v. 144
Cætera pars animæ per totum dissita corpus
Paret, & ad numen mentis momenque movetur.

¶ Momentāneus, a, um, sehr kurtz, nicht lange währenb. *Momentaneum* est, quidquid seu breve, seu singulis momentis mutationi obnoxium est: ut, *Momentanea felicitas*, Fulgentius lib. 2 Mythol. cap. 17. Et, *Momentaneus ardor*, Tertull. lib. 3 adv. Marcion. cap. 17. *In oculi momentaneo motu*, adversus eumdem lib. 5 cap. 10. Gloss. Vet. *Momentaneus*, πρόσκαιρος.

¶ Momentarius, a, um, idem, augenblicklich. Apul. lib. 5 Met. p. 164 *momentarius maritus.* Idem lib. 9 post princ. *momentaria salus:* & lib. 10 p. 251 *momentarium venenum.* Ambros. 2 Offic. cap. 5 *interitus momentarius*, ein geschwinder und plötzlicher tod. Loquitur de Jobi filiis, ruina ædium oppressis. Onomast. Vet. *Momentarius*, ἀκαρὴς.

¶ Momentalis, e, idem, unde

¶ Momentaliter, adv. hoc est, ictu oculi, brevissimo momento, augenblicks. Fulgentius lib. 2 Mytholog. c. 3 *Iris ornatus varios pingens arcuato curvamine, momentaliter refugit.* Idem tit. Venus: *Libido libet momentaliter, & fugit perenniter.* Sed

¶ Momentōsus, a, um, aliud adjectivum, rem magni momenti esse significat, wichtig, von importantz. Quintil. Declam. 13 *Nunc autem differendum mihi est, quam momentosa sit hujus animalis rapina*; id est, quanti momenti, h. e. quam magna & gravis. Nempe significat, leve & advertendum minime esse, de floribus apes quod populantur. Quod in sequentibus declarat.

Momia, vide infra *Mumia.*

MŌMVS, i, Μῶμος, Deus reprehensor Hesiodo in Theogonia. Qui in hominis opificio illud potissimum notavit, quod artifex non in pectore fenestras, aut ostiola quædam addidisset, per quæ perspici, quid in corde lateret, posset, quod sinuosum multis alioqui recessibus finxisset. Vide Lucian. in Hermotimo. Vitruvius vero præfat. lib. 2 id ipsi Socrati tribuit. *Momus*, ein tadler, der alles meistert, und an keinem dinge, was andere thun, gnüge haben kan. Hinc proverbiales locutiones non paucæ natæ: ut, *Momo ipsi satisfacere*, vel, *Momo judice cum aliquo decertare; Nec Momum judicem recusarim:* Vel, *inculpatior, quam ut vel Momus possit carpere*, &c. De quibus in Chiliad. Erasmi plura: Μῶμος, reprehensio. Hinc, ῥᾴδιον μωμήσασθαι, ἢ μιμήσασθαι, *facilius est reprehendere, quam imitari.*

MŎNĂCHVS, i, μοναχὸς, solitarius, a μονάζειν, ein münch. Eleganter Rutilius Numatianus Itinerarii lib. 1 v. 439
Processu pelagi jàm se Capraria tollit,
Squalet lucifugis insula tota viris.
Ipsi se monachos Grajo cognomine dicunt,
Quod soli nullo vivere teste volunt.

S. Hieronymus ad Paulin. de institut. Monachi: *Sin autem cupis esse, quod diceris, monachus, id est, solus: quid facis in urbibus? quæ utique non sunt solorum habitacula, sed multorum.* Habitarunt enim principio monachi non in urbibus, sed in locis desertis, procul a conversatione hominum: progressu vero temporis in urbes commigrarunt. Primus in Occidente monasteria in civitatibus condidisse dicitur Eusebius Vercellensis episcopus circa annum Christi 360, Basilius circa annum Christi 370 in Oriente. Vide Ambros. epist. 62.

¶ Monacha, æ, fœmin. eine nonne. Hieronym. epist. 25 de Blæsillæ obitu cap. 5 matrem Paulam vocat *Christianam & monacham:* & cap. 6 *quia monacha esse noluerit.*

¶ Monachĭcus, a, um, adjectivum. Novella Constitut. 130 c. 5 pr. *monachicum certamen superantes.*

¶ Monachium, i, status vel sodalitas monachorum, das klosterleben, l. Generali 13 C. de sacros. eccl.

¶ Monastērium, i, μοναστήριον, ein kloster.

¶ Monasterialis, e, klosterlich. Sidon. 6 epist. 2 *Monasterialis disciplina.*

¶ Monastĭcus, a, um, μοναστικὸς, idem; ut, *vita monastica*, &c. apud ecclesiasticos.

¶ Moniālis, is, pro ea, quæ virginitate in perpetuum votâ se dicavit Christo, eine nonne, klosterjungfer. Vid. Voss. de Vit. L. L. 3 cap. 27 p. 531.

MŎNARCHA, æ, μονάρχης, μόναρχος, qui solus cum summa potestate imperat, neque alium se superiorem agnoscit.

¶ Monarchia, æ, μοναρχία, cum unus & solus imperat: *Singularis potestas* Cornelio Nepoti in Regibus cap. 2 appellata. Et Tertullian. adv. Praxean cap. 3 *Monarchiam nihil aliud significare scio, quam singulare & unicum imperium* &c. ¶ 2. Speciali notione *Monarchia* est unum grande & vastum pæne totius orbis imperium, quorum vulgo quatuor statuuntur, Assyriacum, Persicum, Græcum, Romanum.

MŎNAS, ădis, μονὰς, unitas sive singularitas, ein einiges, eintzelnes. Macrob. Somn. Scip. 1 cap. 6 p. 27 *Hanc monadem reperies.* Et mox: *Hæc de monade.* Item: *Monas incorrupta.* Conf. Tertull. de Præscript. cap. 49, & adv. Valent. cap. 37.

¶ Monasterialis, monasterium, monasticus, vide ante *Monachus*.

MŎNAVLVS, i, μόναυλος, tibia simplex, eine einzele flöte oder pfeiffe. Plin. 7 cap. 56 *Monaulum Mercurius invenit.* Martial. lib. 14 epigr. 64

Sæpe duas pariter, sæpe monaulon habet.

MŎNĒDŬLA, æ, κολοιὸς λύκος, βωμολόχος, quorum nominum alterum a rapacitate, alterum a strepitu scurrili factum est, eine thale, dale, thole. Sic dictam volunt a *moneta*; singularis enim illi avi auri argentique rapacitas inest. At vero Joseph Scalig. a *Moneta Dea*, quæ Juno est, dictam censet. In cujus tutela est *cornix* congener avis. Vide ipsum ad illud Tibull. lib. 2 eleg. 2 v. 21

Huc veniat natalis avis.

Ovidius Metamorph. lib. 7 v. 470

Nigra pedes, nigris velata monedula pennis.

Cicer. pro Flacco cap. 31 *Non plus aurum tibi, quam monedulæ committebant.* Germani eam furacitatem *corvis* tribuunt. Sic enim de homine furace dicunt, er stiehlt wie ein rabe. ¶ Et *Pyrrhocorax* e graculorum seu monedularum genere est, eine bergthole, oder wilde thole. Ves. vide *Graculus*.

MŎNEO, ui, ĭtum, ēre, commonefacere, erinnern, vermahnen, warnen. Minus est quam *hortari*. Cicer. de Amic. cap. 24 *Et monendi sæpe amici sunt, & objurgandi, & hæc accipienda amice, cum benevole fiunt.* Sic, *Monere atque hortari aliquem*, Cicer. 10 fam. epist. 1. Et idem lib. 2 de Invent. cap. 22 *Pietas officium erga parentes conservare monet.* Et 11 ad Attic. epist. 16 *Te oro, ut Terentiam moneas de testamento.* Sic dicimus: *Multis, pluribus monere*, mit vielen worten vermahnen. *Monere litteris, per litteras*, schrifftlich ermahnen. *Moneo te hanc rem, & de hac re.* Terent. in Hecyr. a. 3 sc. 3 v. 15 *Neque voce alia, ac res monebat, conqueri poterat*, nicht anders, als es das werck an sich selbst leiden wolte. *Qui monet, quasi adjuvat*, Plaut. Curcul. a. 3 extr. ein guter anreger ist ein halber arbeiter. Horat. lib. 4 ode 7 v. 7

Immortalia ne speres, monet annus, & almum
Quæ rapit hora diem.

¶ 2. *Monere* etiam pro castigare ponitur. Statius 3 Silvarum carm. 3 v. 160 *tonitru tantum lenique procella*
Contentus monuisse.

Ita, *hortari quem verbere*, dicere liceat. Nam *hortamen verberis* Palladius dixit lib. 4 tit. 11. Similiter *stimulo increpare* Tibull. lib. 1 eleg. 1 v. 12. Et, *Flagro quem objurgare*, Sueton. Othone cap. 2 dixit. Conf. mox *Admonere.* ¶ 3. Aliquando & præcipere, docere, erudire est. Vitruvius præfat. lib. 7 *Ex eo* (Agatharcho) *moniti Democritus & Anaxagoras de eadem re scripserunt* &c. MONITI, i. e. docti, eruditi. Valerius Flaccus principio Argonautic.

Prima Deûm magnis canimus freta pervia nautis, &c.
Phœbe, mone.

i. e. doce me de istis rebus: memora mihi & subjice omnia quæ canenda sunt. Plinius Paneg. cap. 26 *Labor parentibus erat, ostentare parvulos impositosque cervicibus adulantia verba blandasque voces edocere: reddebant illi, quæ monebantur.* Horat. lib. 3 ode 7

Et peccare docentes
Fallax historias monet.

¶ Mŏnĭtus, a, um, gewarnet, ermahnet: ut, *Celsus monitus multumque monendus*, Horat. 1 epist. 3 v. 15. *Moniti meliora sequamur*, Virg. 3 Æneid. v. 188. ¶ *Moniti somni* dicebantur, in quibus dii apparebant. vid. Heinsius ad Ovid. Met. 13 v. 216.

¶ Mŏnĭtum, i, pro monitione, die erinnerung. Cicer. lib. 5 fam. epist. 8 *Meis consiliis monitisque nituntur*, sie verlassen sich auf meinen rath und vermahnung.

¶ Monitus, ûs, idem. Cic. 2 de Divin. cap. 41 *Fortunæ monitu.* Plin. Panegyr. cap. 76 *Una erat in limine mora, consultare aves, revererique numinum monitus.* Virgilius 4 Æneid. v. 464

Vatum prædicta priorum
Terribili monitu horrificant.

¶ Monitio, ōnis, die vermahnung, der rath. Apulej. lib. 8 de A. A. *Spreta salubri monitione.* Cic. de Amic. cap. 24 *Monitio acerbitate, objurgatio contumeliâ careat.*

¶ Mŏnĭtor, ōris, ein anreger, erinnerer. Terent. in Heaut. a. 1 sc. 1 v. 119 *Nihil opus fuit monitore*, des anregens und ermahnens hätte es nicht bedurfft. Erant *monitores* servi a colono præfecti, ut operariorum, veluti vinitorum & aratorum turbam obeuntes, unumquemque moneant, & segniores castigent. vid. Hotoman. de verb. jur. ¶ 2. *Monitores* dicebantur, qui in scena verba subjiciebant & dictabant, die einhalffen, wenn man fehlete. Festus: MONITORES non solum dicuntur, qui in scena monebant histriones, sed etiam libri commentarii. Vet. Gloss. *Monitor*, ὑποβολεύς. Aliis *Secundarii* dicebantur, item *Subdicæ*, quod secundo dicerent, ut ad Propertium observat Scaliger. Similiter & pro *Nomenclatore*, sive qui nomina subjicit, usurpatur Ciceroni Orat. pro Muræna cap. 36. Et Plinius Panegyr. cap. 23 *Gratum, quod equestris ordinis decora honore nominum sine monitore signares.* ¶ 3. *Monitores* dicebantur, quorum fidei & curæ pueri committebantur, ut erant pædagogi & custodes: a præcipuo eorum officio, quod in monendo versatur, appellati. Horatius in Arte v. 163

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper.

Ita Terent. in Phorm. a. 1 sc. 5 *O facinus audax, ô Geta monitor!* Eumdem enim & *Custodem* & *Magistrum* dicit. Adde Barth. ad lib. 12 Thebaid. Statii p. 1460.

¶ Monitōrius, a, um, warnend: ut, *monitorium fulmen*, quod de futuris moneat, Seneca 2 Quæst. Nat. cap. 49.

¶ Monēla, æ, die warnung. Tertullian. de Patient. cap. 8 *Præsto est dominica monela.* Et adv. Marc. 4 cap. 34 *Nostri Dei monela de cælo.*

¶ Mŏnenda, orum, Martiano Capellæ sacrificii genus, quo Dii monentur, ut succurrant mortalibus.

¶ Monimentum, ac de cæteris, quæ a *monendo* facta videntur, paullo vide post.

¶ Mŏnĭto, are, frequent. offt vermahnen. Fortun. 5 Carm. 4

Quos in amore Dei monitabat sæpe sacerdos.

Idem 2 Mart. *Martinus monitat, cunctis talem esse sequendum.*

Composita:

¶ Admŏneo, ēre, ermahnen, erinnern. *Illud te admoneo, illius te admoneo, de illo te admoneo.* Cicer. lib. 4 fam. epist. 10 *Putavi ea de re te esse admonendum.* Idem ad Attic. lib. 7 extremo: *Quod me amicissime admones, gratum mihi est.* Et ad Fam. 5 epist. 8 *Si quippiam essem admonitus.* Liv. 5 cap. 51 *Adversæ res admonuerunt religionum.* Et lib. 35 cap. 13 *Qui admonerent fœderis eum Romani.* ¶ 2. *Admonere* pro castigare, excitare. Virg. Æneid. 10 v. 586

ut pronus pendens in verbera telo
Admonuit bijuges.

i. e. percussit, ut & Nonius interpretatur cap. 4 n. 20. Valerius Maximus lib. 1 cap. 1 *digna visa est, quæ flagro admoneretur.* Tacitus de Germania cap. 37 *Medio tam longi ævi spatio, multa invicem damna. Non Samnis, non Pœni, non Hispaniæ, Galliæve, ne Parthi quidem sæpius admonuere.* Significat, ne cæteras gentes, quas nominat, nec ipsos Parthos, sæpius infestasse Romanum nomen, & percussisse veluti, & suæ virtutis admonuisse. Nihil enim mutandum est, ut visum nonnullis: quod & Pichena rectissime monuit. Seneca lib. 1 de Clementia cap. 14 *Qui* (parentes) *objurgare liberos nonnunquam blande, nonnunquam minaciter solent, aliquando admonere etiam verberibus.*

¶ Admonĭtus, a, um, gewarnt. Cicer. pro Cœlio cap. 3 *Illud te esse admonitum volo.* Idem Top. cap. 1 *Admonitus hujus æris alieni.*

¶ Admonĭtum, i, subst. die warnung. Cicero de Oratore lib. 2 cap. 15 *Cohortationes, consolationes, præcepta, admonita tractanda sunt omnium disertissime.*

¶ Admonitus, ûs, idem; ut, *Admonitu tuo perfeci libros ad Varronem*, Cic. ad Atticum lib. 13 epist. 18. Et, *Admonitu Allobrogum*, Idem 3 Catilin. cap. 3, auf erinnerung, ermahnung. Conf. Ovid. Fast. 3 v. 612.

¶ Admonitio, ōnis, die erinnerung. Plancus Ciceroni lib. 10 epist. 4 *Quare si aut aliter sentirem, certe admonitio tua me reprimere, aut si dubitarem, hortatio tua impellere posset.*

¶ Admonĭtor, ōris, ein vermahner. *Admonitore non eges*, Cicer. Top. cap. 1. *Admonitor operum Lucifer*, Ovid. Metam. 4 v. 663.

¶ Admonefăcio, ĕre, erinnern. Gloss. gr. lat. ὑπομνηματίζω, *admonefacio.*

¶ Commŏneo, ēre, erinnern, lehren. *Aliorum me exempla commonent*, Terent. Andr. a. 4 sc. 5 v. 17. Et, *Amice aliquid commonere*, Quintil. lib. 6 cap. 1 sub fin.

¶ Commonĭtus, a, um, erinnert. Liv. lib. 34 *Commonitos, in quo statu rerum accepisset eos, dimisit.*

¶ Commonitio, ōnis, die ermahnung. Quintilianus lib. 4 cap. 2 *Erit non inutilis in extrema parte commonitio*; id est, repetitio, quæ epilogi more breviter recolligat.

¶ Commonitōrius, a, um, erinnernd. ¶ Substantive *Commonitorium* scriptum vel epistolam denotat, qua quis officii admonetur. Ita Vincentius Lirinensis libros suos ad Catholicos *Commonitorii* titulo præscripsit. Symmachus lib. 5 epist. 21 *Secundum commonitorium, quo summatim muneri præparanda rescripsi*; & epist. seq. *Non graveris commonitorium strictim signatum percurrere.* Ammianus lib. 28 cap. 5 *Commonitorium repertum est, manu scriptum Hymetii.* Sidon. figurate lib. 8 epist. 11 in carmine

Phœbus Commonitorium Thaliæ.

Est versus Phaleucus. Vet. Gloss. ὑπομνηστικόν, *Commonitorium.*

¶ Commonefăcio, ĕre, idem quod Commonere, erinnern. Cicer. lib. 13 fam. epist. 72 *Procuratores scripserunt, te propter magnitudinem provinciæ, & multitudinem negotiorum, etiam esse commonefaciendum.* Passive *Commonefieri*, Idem 7 Verrin. cap. 43 *Nemo est, quin tui sceleris & crudelitatis ex illa oratione commonefiat.*

¶ Præmŏneo, ēre, zuvor warnen. Cic. in 2 Verr. cap. 8 extr. *Animo sane benevolo, ut magnopere caverem, præmonebat.*

¶ Præmonĭtus, a, um, zuvor gewarnt: ut, *urbs præmonita oraculo*, Plin. 16 cap. 39.

¶ Præmonitum, i, subst. die vorerinnerung, verwarnung. Gell. 14 cap. 2 *Generalia quædam præmonita & præcepta.*

¶ Præmonitus, ûs, subst. idem. Ovid. lib. 15 Metam. v. 804

Nec tamen insidias venturaque vincere fata
Præmonitus potuêre Deûm.

¶ Præmonitio, ōnis, idem. Tertullian. lib. 2 advers. Marcion. cap. 4 extr. *Agnosce bonitatem Dei ex legibus & præmonitionibus bonis & benignis.*

¶ Præmonĭtor, ōris, ein verwarner. Apulejus de Deo Socratis: *Incertis prospector, dubiis præmonitor, periculosis tutator.*

¶ Præmonitōrius, a, um, verwarnend. Tertullian. de Anima cap. 3 *præmonitorium edictum*, die warnung.

¶ Submŏneo, ēre, latenter monere, eine kleine erinnerung und anweisung thun. Terentius in Eunuch. a. 5 sc. 3 v. 22 *Submonuit Parmeno ibi servus, quod ego arripui.*

MŎNĒRIS, is, navium genus, quod uno seu simplice remorum ordine agitur, ut Tacitus 5 Histor. cap. 29 describit. Livius lib. 38 cap. 38 de pacificatione cum Antiocho: *neve plures, quam decem naves actuarias habeto; neve monerem ex belli caussa, quod ipse illaturus erit.* Gr. μονήρης, ut διήρης, τριήρης, *biremis, triremis*, &c.

MONĒTA, æ, cognomen Junonis apud Romanos, a *monendo* inditum. Nam cum terræ motus factus esset, VT SVE PLENA PROCVRATIO FIERET, vox ab ejus templo in arce prodita est, ut Cicero lib. 1 de Divinat. cap. 15 auctor est: cujus & lib. 2 cap. 32 extr. meminit. Alio referre videtur Ovidius 6 Fast. v. 103, cum ait:

Arce quoque in summa Junoni templa Monetæ,
Ex voto memorant facta, Camille, tuo &c.

Suidas auctor est, inde *Monetæ* Junoni factum cognomen, quod bello Pyrrhi & Tarentino consulentes de pecuniarum inopia Romanos monuisset, PECVNIAM NON DEFORE IVSTITIAM ET ARMA CO-

MA COLENTIBVS, quem vide in *Μονήτα*, & Kipping. lib. 1 Antiq. ¶ 2. Inde *Monetæ* vox translata ad numismata est, quod in Junonis æde Capitolinâ cuderetur, ut idem observat. Quamquam alii sic dictam volunt, quod nos illius character tum de auctore, tum de illius pretio moneat. Proprie enim nota numinis impressa MONETA est, die müntze. Zeno Veronensis de somnio Jacob: *Denarii sunt duo, sed una moneta impressi.* vide & Salmasium ad Lampridium p. 218. ¶ 3. Ipse etiam locus, ubi moneta cuditur, MONETA vocatur. Et ita non semel in Justinianeo Codice hæc usurpata legitur vox. Ammianus Marcellinus lib. 22 cap. 28 *Dracontius monetæ præpositus & Diodorus quidam veluti comes, injectû per crura funibus simul examinati sunt: ille, quod aram in moneta, quam regebat, recens locatam evertit* &c. Vbi *Moneta*, die müntze, das müntzhauß. *Monetæ præpositus*, ein müntz-meister. Vetus Inscriptio apud Gruterum p. 74 n. 1

FORTVNAE AVG.
SACRVM.
OFFICINATORES MONETAE
AVRARIAE, ARGENTARIAE
CAESARIS &c.

¶ Monetārius, i, ein müntz-meister, müntzer. Eutropius lib. 9 cap. 6 *Aureliano imperante monetarii rebellaverunt*: quod Vopiscus eodem Principe cap. 38 vocat *monetariorum bellum.* Suidas: *Μονητάριοι, οἱ περὶ τὸ νόμισμα τεχνῖται.* conf. Firmic. 8 cap. 17.

¶ Monetalis, e, zur müntze gehörig; ut, *Aurum monetale*, apud Apulej. lib. 7 Met. *Monetalem* Cicero ad Attic. lib. 10 epist. 11 extr. dicit vel Triumvirum monetalem, vel nimium nummorum amatorem.

MŎNĪLE, is, ornamentum colli, virginum, vel juvenum ingenuorum, inde dictum, quod virtutis admoneat, ein halsband. Barthius omnem ornatum corpori appensum designare ait, ad Stat. Silv. p. 69, & ad lib. 2 Thebaid. v. 296, & lib. 162 Adversar. cap. 2. Tertullian. fœminis adsignat *monilia*, ut viris *annulos*. *Splendida ornamenta muliebria* exponit Vetus Scholiastes Prudentii. Virg. Æn. 1 v. 658 *Collo monile baccatum.* Ovid. 10 Metam. v. 264

Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo.

Erat enim præmium egregii alicujus facti. Vide de omnibus mulierum ornamentis eruditam indicationem Andreæ Tiraquelli in expositione legum connubialium. *Monile ex gemmis: monile margaritis gemmisque consertum*, Sueton. Galbâ cap. 18.

MŎNĬMENTVM & MŎNŬMENTVM, i, quicquid ad memoriam debet spectare posteritatis, ut Cicero inquit, a *monendo* dictum, ein gedenckmahl, gedenckzeichen. vid. Buchner. ad Plin. lib. 10 epist. 40 p. 254. Monumenta enim sunt, tituli, sepulcra, statuæ, fana, porticus, carmina, historiæ, libri, aliaque hujusmodi. conf. Festus, & Nonius cap. 1 n. 136, & cap. 6 n. 79. *Insigne honoris, monumentum laudis*, Cicer. 3 Catil. cap. 11, ein ehren-gedächtniß. *Monumenta rerum gestarum, & vetustatis exempla oratori nota esse debent*, Idem de Orat. lib. 1 cap. 46. *Monumenta odii publici sempiterna*, Idem ad Brutum epist. 15. Et, *Monumentis mundare*, etwas zum ewigen gedächtniß beschreiben, aufrichten: Cic. pro Sextio cap. 48 *Hæc famâ celebrantur: monumentis annalium mandantur: posteritati propagantur.* Sic Idem, *Monumentis commendare res suas*, lib. 5 fam. epist. 12. *Celebrare, consecrare amplissimis monumentis alicujus*, Idem ad Qu. frat. lib. 1 epist. 1 cap. 15. Et Tacitus 2 Histor. cap. 101 *Scriptores temporum, qui potiente rerum Flaviâ domo, monumenta hujus belli composuerunt.* MONVMENTA, id est, historiam. Sic aræ & lapides cum inscriptionibus sive titulis, memoriæ alicujus rei positi *monimenta* passim vocantur. Vetus Inscriptio:

OB PERPETVVM REI GESTAE MONVMENTVM POSVERVNT.

Alia:

AD AETERNAM GRATIAM ET MONVMENTVM RERVM &c.

i. e. memoriam. Præcipue de sepulcris usurpatur. Varro lib. 5 de L. L. cap. 6 MONIMENTA, *quæ in sepulcris. Et ideo secundum viam, quo prætereuntes admoneant, & se fuisse, & illos esse mortales. Ab eo cætera, quæ scripta ac facta memoriæ caussa*, MONIMENTA *dicta.* Martialis lib. 1 epigr. 35

Abscondunt turpes & monumenta lupas.

Namque in cryptis sepulcrorum lupæ, seu meretrices, sæpius stabulabantur, unde & *Bustuarias mœchas* idem dixit. Nam quia sepiri atque fornicibus exstrui sepulcra seu tumuli solebant, receptacula & diversoria poterant præbere iis, qui aliud, quo se reciperent, non habebant. Sic plebs Romana vastata urbe incendio a Nerone *ad monumentorum bustorumque diversoria compulsa fuit*, ut Suetonius ejus vitâ scribit cap. 38. Hinc est, *Monumentum ponere, facere*, &c. Et *Monumentum marmoreum*, id est, sepulcrum, Serv. Sulpic. lib. 4 epist. 12 ad Cic. Et, *Monumentum sepulcri*, Idem 1 Tusc. cap. 14. ¶ 2. *Monimenta* etiam dicebantur, quæ cum infantibus exponebantur donaria atque crepundia, ut erant annuli, ensiculi, & alia: quæ Græcis *λείψανα, σπάργανα, γνωρίσματα* appellabantur. Vide Donatum ad Terentii Eunuch. a. 4 sc. 6 v. 16, (v. 30 SIGNA appellat Comicus) itemque Eugraphium & Lindebrogium: nec non Victorium lib. 2 Var. Lect. cap. 3, & Isaac. Casaubon. ad Theophrasti Characteres p. 158. ¶ 3. Cæsar 2 de B. C. cap. 21 *Monumenta* vocat, dicata donataque templis, quæ ante cap. 18 ORNAMENTA dixerat.

¶ Monumentārius, a, um, ad monumentum sive sepulcrum pertinens, zum grabmahl gehörig: ut, *Ceraula monumentarius*, Apulej. lib. 1 Florid. vide *Choraula* in *Chorus*.

¶ Monumentalis, e, idem. Vetus scriptor de Limitib. (in de Re Agrar. Gœsii p. 305) *monumentalis lapis*.

Monitio, monitorius, monitum, &c. require ante in *Moneo*.

MŎNŎCĔROS, ōtis, *μονόκερως*, unicornis, animal solitarium, in montibus excelsis vastisque solitudinibus errans, atrocissimum, armatum cornu inexpugnabili in media fronte, reperiri creditum in India, Indiæque vicinis desertis, ein einhorn, Plin. 8 cap. 21. Cornu monocerotis præstantissimum adversus venena remedium præstat; Vocant & *Carozonum*. *Cornu monocerotis*, einhorn. Vnicornes gemini asservari, & ostentari miraculi loco dicuntur in urbe Arabiæ Mecha, Mahometis delubro insigni, Gesnerus. conf. Casp. Schotti Phys. Curios. 8 cap. 48, & supra *Vnicornis* in *Cornu*.

Monochromata, vide supra *Chroma*.

MŎNŎCŌLVS, i, *μονόκωλος*, *unimembris*. Solin. cap. 51 *Legimus, monocolos ibi quoque nasci singulis cruribus & singulari pernicitate.* Hodie *monoculos* scribunt ibidem. Plinius & Gellius corrupte *Monoscelos* nominarunt. vid. Turneb. Advers. 24 cap. 42. Salmas. in Solin. pag. 708.

Monoculus, vide infra *Oculus*.

MŎNŎDVS, ontis, *μονόδους*, die nur ein gebiß hat. Sic, dicente Festo, appellatus est Prusiæ filius, qui unum os habuit dentium loco. Similiter Pyrrhum Epirotarum regem habuisse, Plinius & Plutarchus referunt.

MŎNOECVS, i, *μόνοικος*, portus & statio Liguriæ, ubi Hercules pulsis aliis solus habitavit, unde portus Herculis dictus. vid. Virg. 6 Æn. v. 830. Lucan 1 v. 408, & Sil. 1 v. 584.

Monogămus, monogamia; Et Monogramma, monogrammus, require in *Gamus*, *Gramma*.

MŎNŎMĂCHIA, æ, *μονομαχία*, ein duell, besonderer kampff, vox græca est.

MŎNŎMĒRVS, i, *μονόμηρος*, unum femur habens. Ita vocat Gellius 9 cap. 4 populos quosdam in ultimis orientis terris.

Monopodium, vide infra *Podium*.

MONOPŌLIVM, i, *μονοπώλιον*, potestas vendendi aliquid penes unum, eine handthierung mit einer wahre, so ein kauffmann alleine treibet. Res minime admittenda in bonam rempubl. ut valde opportuna fraudi: itaque & legibus vetita. Vide Titulum Codicis de *Monopoliis*, & Plinium lib. 8 cap. 37. Suetonius Tiberio cap. 71 *Monopolium nominaturus prius veniam postulavit, quod sibi verbo peregrino utendum esset.*

¶ Monopōla, æ, qui jus monopolii, ut solus certas merces divendat, impetravit.

MŎNOPTŌTON, i, *μονόπτωτον*, unius casus, ut, *Tot*, *Quot*, adjectiva, &c.

MONOSCĔLI, orum, homines Indici singulis cruribus, Plin. 7 cap. 2. vide paullo ante *Monocolus*.

Monostichon, Monosyllabus, vide *Stichus*, *Syllaba*.

MŎNOTESSĂRON, i, *μονοτέσσαρον*, liber concordantiarum, quas vocant, quatuor Evangelistarum, cujusmodi librum magno sumptu fieri curavit Ludovicus Pius Imperator, & quo Lutherus diu usus est. Asservatur in Paulina bibliotheca Academiæ Lipsiensis.

Monotriglyphus, vide infra *Triglyphus*.

MONOTRŎPHVS, i, *μονότροφος*, der vor sich allein isset, sich selbst verköstiget. Sic apud Plautum Stich. a. 5 sc. 4 v. 7 appellatur *Monotrophus*, qui nec contubernalem habet ancillam nec vicarium; sed ipse sibi minister esse cogitur, solusque vescitur. vid. Turneb. Advers. 9 cap. 21, & Taubm. ad h. l.

Monoxylum, vide infra *Xylum*.

MONS, montis, *ὄρος*, ein berg. *Altitudo montium*, Cic. de prov. cons. cap. 14. *Mons saxeus*, Florus lib. 3 cap. 1 sub fin. ein felß. ¶ 2. Tralate pro magna mole aut copia dicitur. *Montes frumenti*, Plautus a. 1 sc. 2 v. 55. Et, Virg. 1 Æn. v. 105 *præruptus aquæ mons*, Sic, *montes volvuntur aquarum*, Ovid. 1 Trist. eleg. 2 v. 19. *Aureos montes polliceri*, Terentius in Phorm. a. 1 sc. 2 v. 18. Et Pers. sat. 3 v. 65 *Magnos promittere montes*, de immensis pollicitationibus, grosses versprechen. *Montes mali*, Plaut. Merc. a. 3 sc. 4 v. 32. ¶ 3. *Mons cum monte non miscetur*; vel, *Duo montes non facile junguntur*, id est, non convenit inter superbos, si una vivant. Quemadmodum Germani dicunt, zweene harte steine mahlen selten kleine.

¶ Monticŭlus, i, diminut. ein berglein. Onomast. Vet. *Monticulus*, *ὄρυτον, βουνός*. Itinerarium Hierosolymitanum vetus p. 153 *monticulus Golgatha*.

¶ Monticellus, i, idem, apud Auctores Rei Agrar. Gœsii pag. 231, 243, 252 &c. Et p. 306 *Monticellos plantavimus de terra*.

¶ Montānus, a, um, vom berge, bergicht; ut, *Flumen montanum*, ein wasserfluß, so aus einem berge entspringet. Cicer. de Lege Agrar. 2 cap. 35 *Ligures montani, duri, atque agrestes*, qui montes incolunt, die auf dem gebirge wohnen. Liv. lib. 21 cap. 32 *Apparuerunt imminentes tumulos insidentes montani.* Adde cap. 33 & 35. ¶ 2. *Montanus*, Phryx natione, hæreticus seculo secundo, a quo *Montanistæ*. vid. Eusebius 5 cap. 15 & 18.

¶ Montāna, orum, plur. neut. das gebirge. Livius lib. 21 cap. 34 *Perventum inde ad frequentem cultoribus alium, ut inter montana, populum.*

¶ Montaniōsus, a, um, bergicht; ut, *montaniosus locus*, vetus scriptor Rei agrar. Gœsii p. 239.

¶ Montosus, a, um, bergicht, uneben; ut, *regio montosa*, Cicer. pro Planc. cap. 9. Item, in montibus nascens; ut, *Montosa ulmus*, Plin. 16 cap. 17, quamquam utroque loco *montuosa* alii legunt, etiam in Cic. Gruterus, & in Plinio Harduinus. Atque ita de aliis quoque locis, quibus *Montosus* legi putatur, censendum est, nec Glossæ veteres aliter quam *Montuosus*, ut ita de *Montosus* dubitari possit, nisi præsidio essent poëtæ. Virg 7 Æn. v. 744

Et te montosæ misêre in prælia Nursæ.

¶ Montuosus, a, um, aliud adject. Cic. Partit. Orat. cap. 10 *In locis* [spectatur] *plani, an montuosi*, &c. Cæsar 3 de B. C. cap. 42 *Loca aspera & montuosa*, quæ etiam lib. 1 cap. 66 leguntur. Aggen. Vrb. per Gœsium p. 75 *per devia & montuosa*.

¶ Montīnus, i, montium Deus, apud Arnobium lib. 4 p. 132.

¶ Montĭcŏla, æ, qui montem incolit; ut, *Monticolæ Silvani*, Ovid. 1 Metam. v. 193, die auf dem berge seyn.

¶ Montĭgĕna, æ, der auf dem berge gebohren ist. Onomast. Vet. *Montigena*, *ὀρεσιγενής*.

¶ Montĭvăgus, a, um, qui per montes vagatur, der auf den bergen umher ist; ut, *Cursus montivagi*, Silius lib. 3 v. 546. *Diana montivaga*,

 Statius

Statius Achill. 1 v. 450. Et, *montivagi Panes*, Seneca Hippolyto v. 784.

¶ Promontōrium, i, quasi prominens mons & in mare procurrens, ein vorgebirge. Mela lib. 2 cap. 7 *Sicilia tribus promontoriis in diversa procurrens.* Cæsar 3 B. Gall. cap. 12 *oppida in extremis promontoriis posita.* Sed hæc ex vulgari sententia. Doctiores non a *Mons*, sed à *Promineo* Promontorium ducunt, ut sit *litoris prominentia*, etiam sine monte. Malunt etiam, secuti veteres libros, *Promuntorium* scribere. Isaacus Vossius ad Melæ lib. 1 cap. 13 p. 70 *Multa passim sunt promuntoria, ubi tamen nulli sunt montes, nedum qui mari incumbant: multi vero montes mari incumbunt, ubi tamen nulla sunt promuntoria.* Quod si omnino à *Mons* est, dicetur ita, quod *pro monte*, hoc est, *loco montis* sit, seu *vicem montis* teneat. Nam rupes primum, vel aliud in mare prominens, ita appellatum fuit, quod vicem montis adversus fluctus præstaret: postea etiam montes ipsi, maris fluctibus oppositi, hac appellatione comprehendi cœperunt. vide Ger. Jo. Voss. Etymolog. p. 412. ¶ Est & *Promontorium* alibi, quam ad mare Liv. lib. 21 cap. 35 *Hannibal in promuntorio quodam consistere jussis militibus, Italiam ostentat*, quod erat in Penninis Alpibus.

¶ Septimontium, i, festus Romæ dies, in memoriam & honorem Vrbis, septem montibus impositæ, celebratus: vel ita dictum, quod septem in montibus eo die sacrificaretur. Vide Festum, & Tertullian. de Idololatr. cap. 10.

¶ Septimontius, i, Deus, quem septimontii sacris coluerunt Romani. vid. Tertullian. lib. 2 ad Nat. cap. 15.

¶ Septimontialis, e, ad septimontii dies pertinens; ut, *Septimontiale sacrum*, Suetonius in Domit. cap. 4. Et, *Septimontialis satio*, Columell. 2 cap. 10.

¶ Transmontānus, a, um, trans montem habitans, jenseit des berges gelegen. Livius lib. 39 cap. 2 *Subactis cis Apenninum omnibus, tum transmontanos adortus.* Plinius lib. 3 cap. 3 *Transmontani Astures.*

Monstrabilis, monstratio, monstrator, &c. vide mox *Monstro.*

Monstrifer, monstrificus, monstrigenus, vide paullo post *Monstrum.*

MONSTRO, avi, atum, are, ostendere, monendo indicare, zeigen, weisen, lehren; ut, *Homo, qui erranti comiter monstrat viam*, &c. Vide in Ennii versibus. Persius sat. 1 v. 28

At pulchrum est, digito monstrari & dicier, Hic est.

¶ 2. Item, docere, monere, præcipere. Plautus Curcul. a. 1 sc. 3 v. 43 *Bene monstrantem pugnis cædis.* Et Curcul. a. 2 sc. 3 v. 20 *Recte hic monstrat.* Statius lib. 2 Silvâ 1 v. 122

illa genas, & adultum comere crinem,
Et monstrare artes, & verba refringere, quæ nunc
Plangimus.

Tacit. 2 Histor. cap. 1 *Pueritiâ & juventâ, qualem monstravimus.* ¶ 3. Item, judicare, deferre, angeben. Tacit. 1 Histor. cap. 88 *Nullum ob crimen, sed vetusto nomine & propinquitate Galbæ monstratus.* Et lib. 4 cap. 1 *Alii ab amicis monstrabantur.* Et cap. 41 *Ad Pactium Africanum transgressi eum quoque proturbat, tamquam Neroni Scribonianos fratres concordia opibusque monstrasset.* Plaut. Menæch. a. 5 sc. 1 v. 42 *Monstra, quod bibam*, reiche etwas zu trincken her.

¶ Monstratus, a, um, gewiesen; ut, *vitæ via monstrata*, Horat. Art. poët. v. 404. *Monstrata radice vel herba*, Idem 2 epist. 2 v. 149.

¶ Monstratus, ûs, subst. die zeigung, weisung. Apulej. lib. 5 Met. p. 171 *cujus monstratu puellam cognosceret.* Auson. Per. 3 Iliad. *Monstratu alicujus edoceri.*

¶ Monstratio, ōnis, idem. Terent. in Adelph. a. 4 sc. 6 v. 2 *Vt, Syre, te cum tua monstratione magnus perdat Juppiter.* Et Vitruvius lib. 6 cap. 1 sub fin. *Habemus ab ipsa natura solertem & expeditam monstrationem.*

¶ Monstrator, ōris, zeiger, weiser. Virg. 1 Georg. v. 19 *Curvique puer monstrator aratri*, i. e. inventor, doctor. Senec. Cons. ad Marc. c. 25 *Ignotarum urbium monstrator hospiti gratus est.* Tacit. Germ. cap. 21 n. 4 *Monstrator hospitii & comes.*

¶ Monstrabĭlis, e, ansehnlich. Plin. lib. 6 epist. 21 *Est probitate morum, ingenii elegantia, operum varietate monstrabilis.* Sidon. 3 epist. 7 *Ob naturæ dona monstrabilis.*

Composita:

¶ Commonstro, are, zeigen, weisen. Terentius Heaut. a. 5 sc. 4 v. 4 *Quod peto & volo, parentes meos ut commonstret mihi.* Sic, *Aurum defossum commonstrare*, Cicer. de Oratore 2 cap. 41 pr.

¶ Demonstro, are, mit fingern zeigen. Terent. ibidem: *Audistin' homo iste, modo quam villam demonstravit.* Quod & Cicero dixit Somn. Scip. c. 8 *Digito demonstrare.* ¶ 2. Item, docere, exponere, declarare, beweisen, darthun. *Breviter demonstrare*, Quintil. procem. lib. 1. Et Cic. 3 fam. epist. 4 *Mihi & Q. Fabius & C. Flaccus demonstravit, me a te plurimi fieri.* Sueton. Aug. cap. 9 *Quo distinctius demonstrari cognoscique possent.*

¶ Demonstratus, a, um, bewiesen, erwiesen; ut, *Re demonstrata*, Cæs. B. G. 5 cap. 38.

¶ Demonstratio, ōnis, bona consequentia, immota & necessaria conclusio, ein gewisser grund, eine beweisung, die nicht umzustossen. Vide præceptiones dialecticas. Cicero lib. 3 de Orat. cap. 54 *Gestus rem & sententiam non demonstratione, sed significatione declarans.*

¶ Demonstrantia, æ, der beweiß, die erweisung; ut, *Demonstrantia raræ degenerisque herbæ*, Plin. 17 cap. 4. conf. Salmas. Exerc. Plin. p. 81.

¶ Demonstrator, ōris; Cicero 2 de Orat. cap. 86 *Simonides demonstrator uniuscujuslibet sepeliendi.* Colum. lib. 3 cap. 10 *Hujus rationis demonstratorem magis esse me, quam inventorem, libenter profiteor.* Et Hieronymus epist. 61 adv. err. Jo. Hieros. cap. 4 *Esaias Virginis demonstrator.*

¶ Demonstratīvus, a, um, erweißlich; ut, *Syllogismus demonstrativus; Genus demonstrativum caussarum*, vide præcepta Rhetorices, & Cic. 1 de Invent. cap. 6. *Demonstrativus digitus*, der zeigefinger, Cœl. Aurel. Tard. 5 cap. 1.

¶ Demonstrative, adverb. idem. Macrob. in Somn. Scip. 1 cap. 16 *Hunc locum demonstrative terram di.ens.*

¶ Demonstrabĭlis, e, idem. Apulejus περὶ ἑρμηνείας, *Modos demonstrabiles* dixit: &

¶ Indemonstrabĭlis, e, unerweißlich, itidem de Modis syllogismorum, eodem libro Apuleji sæpius repetitum est.

¶ Permonstro, are, hinweisen. Ammianus lib. 18 cap. 13 [Vales. cap. 6 p. 197] *erupisse hostium vastatorias manus superato flumine permonstrantes.*

¶ Præmonstro, are, vorher zeigen. Cic. de Divin. lib. 1 cap. 7 ex poëta quopiam: *Atque etiam ventos præmonstrat sæpe futuros*
Inflatum mare, i. e. prædicit, indicat.

¶ Præmonstratio, ōnis, die vorbildung. Lactant. lib. 7 cap. 14 n. 12 *Sæpe diximus, minora & exigua magnorum figuras & præmonstrationes esse.*

¶ Præmonstrator, ōris, præceptor, magister, ein führer und anleiter. Terent. in Heaut. a. 5 sc. 1 v. 2

Adjutor meus, monitor, præmonstrator.

Ad quem locum Guyetus observat, & Plautum verbo *præmonstrare* pro docere usum.

¶ Prætermonstro, are, ultra monstrare, vorbey weisen, Gell. 20 cap. 10. vid. Gronovium ibi.

MONSTRVM, i, a *moneo*, quicquid inusitatum ac præter naturam accidit, ein ungeheuer, ungewöhnliches und unnatürliches ding. Servius in Virg. 2 Æn. v. 680 MONSTRVM *τῶν μέσων est & a* monstrando, i. e. monendo *dicitur. Et refertur ad præsens ejus significatio.* Prodigium *vero est, quod in longum tempus dirigit significationem.* Hactenus vetus ille interpres. De *rebus* ac *personis* dicitur. *Monstrum hominis*, eine mißgeburt, convicium in admodum deformem, Terent. Eunuch. a. 4 sc. 4 v. 29. Et, *Aliquid monstri alunt*, es ist ein hund dahinter begraben, Idem Andr. a. 1 sc. 3 v. 16, quasi dicat, occulti vitii aliquid latere: Inde sumpta metaphora, quod monstra ob pudorem clanculum alantur & occultentur. vide Chiliad. *Immanissimum & fœdissimum monstrum*, Cic. in Pison. cap. 14, ein ungeheures und greuliches muster. *Monstri, ita me Dii amant, simile*, id est, prodigii, Terent. Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 42. Et Cic. de Arusp. resp. cap. 12 *Periculum ex aliquo monstro significatum cavere.* Idem 2 ad Quint. frat. epist. 6 *de Cæsare monstra promulgarunt*, sie haben seltzame sachen vom Cäsare ausgegeben. Ruffinus, non contemnendus auctor, lib. 2 Hist. Ecclesiasticæ *monstrum* vocat, quod sacerdotis Ethnici filia B Macarii navi terram contingente furore correpta fuerit, discurrensque immane clamarit: *Quumque ad spectaculum*, inquit, *tam ingentis monstri perveniunt ad naviculam*, &c. Nec aliter Ovidius lib. 7 Metam. v. 298

Viderat ex alto tanti miracula monstri.

Monstrum vocat, quod arte Medeæ Æson ex sene in juvenem recoctus esset. Juvenal. sat. 2 v. 122

Scilicet horreres majoraque monstra putares,
Si mulier vitulum, vel si bos ederet agnum!

In bonam partem etiam sumitur apud Flor. lib. 1 cap. 6, vid. Gruter. ad Hist. Aug. p. 4. ¶ In illo Catulli carm. 103 *Sed tu cum Tappone omnia monstra facis*, videtur res turpis obscenaque significari. vide Scalig. ad eum locum; item Conjectaneis in Varron. p. 156. Aliis est τερατολογεῖν, portentosa commenta de aliquo narrare. vid. Philipp. Silv.

¶ Monstrōsus, a, um, ungeheuer, unnatürlich; ut, *Partus monstrosus*, Lucan. lib. 1 v. 562, eine mißgeburt. *Monstrosa lues*, Claudian. 2 in Eutrop. v. 549. *Conceptus monstrosiores*, Tertullian. de Anima cap. 26, &, *Quintilla monstrosissima*, Idem de Baptismo cap. 1. Sic &, *Oratio monstrosa*, eine seltzame unerhörte rede, &c. Cic. 1 de Fin. cap. 17 conjungit *invidos, lucifugos, maledicos, monstrosos.* Sueton. Grammat. illustr. cap. 15 *vita scriptisque monstrosus*, scil. Sallustius, ungeheuer.

¶ Monstruosus, a, um, idem; ut, *Monstruosæ libidines*, Sueton. Calig. cap. 16. *Monstruosissima bestia*, Cic. 1 de Divinat. cap. 32. Et, *Omnium, quæ monstra dicuntur, monstruosissimum*, Gellius lib. 17 c. 10 extr. Prudentius in Laurentio v. 7 de Roma Christo dedita:

Nunc monstruosis idolis
Imponis imperii jugum.

¶ Monstrōse, & Monstruose, adverbia. Cic. lib. 2 de Divin. cap. 71 *Nihil tam incondite, tam monstruose cogitari potest*, so ungeheuer, so seltzam.

¶ Monstrĭfer, a, um, wunderlich, wundersam. Plin. 4 cap. 30 *Monstriferæ animalium effigies.* Et, *Monstrifer tumultus*, Lucanus lib. 2 v. 3. *Monstrifer annus*, Claudian. 2 in Eutrop. v. 3.

¶ Monstrĭficus, a, um, idem; ut, *Monstrifica hominum ingenia*, hoc est, monstrosa, aut monstris res similes cogitantia, wunderseltzame köpffe, so seltzame dinge fürgeben, Plinius lib. 21 cap. 5.

¶ Monstrifice, adverb. wunderseltzamlich, greulich. Plin. lib. 28 cap. 11 *monstrifice repræsentare.*

¶ Monstrificābĭlis, e, abentheuerlich, greulich. Lucil. apud Nonium cap. 2 n. 540 *mirum ac monstrificabile.*

¶ Monstrĭgĕnus, i, seu Monstrigĕna, æ; Avienus Descript. Orbis v. 789

Anæ monstrigenis hostem licet inferat æstus
Fluctibus.

¶ Monstrĭger, a, um, ut monstrifer. Salvian. lib. 5 de Gub. p. 114 ed. Baluz. *Illud quam non ferendum, atque monstrigerum.* Rittershus. autem p. 180 prætermisit.

¶ Promonstrum, i, ein wunderwerck. Festus: *Promonstra, prodigia.*

Montana, montanus, monticŏla, monticulus, montigena, montivăgus, montosus, &c. quære ante in *Mons.*

Monumentum, vide supra *Monimentum.*

MŌNȲCHVS, i, Centaurorum fortissimus, ab equinis pedibus dictus, sunt enim μώνυχες equi, solidas ungulas habentes. vid. Ovid. Met. 12 v. 499. Lucan. 6 v. 388. Juvenal. sat. 1 v. 11, & Val. Flacc. 1 v. 146.

MŎNȲMA, æ, Mithridatis uxor, quæ in desperatione rerum profligatarum sese suspensura, detractum e capite diadema collo circumligavit, eoque dirupto dixit: *Execrandum diadema, neque in tam tristi ministerio*

sterio mihi profuisti. Cumque illud humi abjectum insputasset, eunucho jugulandam sese obtulit: Plutarch. in Lucullo.

MŎNȲMUS, i, Corinthii trapezitæ servus, propter philosophiæ amorem simulata insania monetam spargere cœpit, ideoque dimissus Diogenem secutus est, & egregias scripsit facetias: Diog. Laërt.

MOPSUS, i, Deus Cilicum, cui divinos honores exhibebant, ut est apud Tertull. de Anima cap. 46, & apud Origen. lib. 3 cont. Celsum. Adde Statium Theb. 3 v. 521, & Ammian. 14 cap. 8. Tres *Mopsos* vulgo celebrant: Alius Mantûs filius Colophonem condidit, de quo Mela 1 cap. 17. Alius Lapitha sive Thessalus, Ampicis & Cloridis filius, de quo Strabo lib. 9. Et alius, cum quo certavit Calchas de peritia divinandi, Apollinis & Himantis filius, cui post mortem templa dicata sunt. ¶ 2. Est & pastoris nomen Virg. eclog. 5. Idem eclog. 8 v. 26 *Mopso Nisa datur*, de impari conjugio.

¶ Mopsuhestia, vel Mopsvestia, æ, urbs Ciliciæ. Græci Μόψου ἑστίαν appellant, Appianus in Syriacis ἑστίαν Μόψου, Ammianus l. c. *Domicilium Mopsi.* Cic. 3 fam. epist. 8 *Cum castra haberem in agro Mopsubestiæ.* Mopsos dicitur Plin 5 cap. 27.

¶ Mopsŏpius, a, um, adject. ut, *Mopsopius juvenis*, Atheniensis, Ovid. Met. 6 v. 662 de Triptolemo. Et *Mopsopia* Attica regio, teste Strabone.

MŎRA, æ, dilatio, cunctatio, verzug, verweilung, säumniß. Terent. in Andr. a. 5 sc. 6 v. 7 *Nec mora ulla est, quin eam uxorem ducam.* Ciceronis sunt: *Afferre, Inferre moram & impedimentum alicui.* Et, *Injicere, interponere moram*, verzug, hinderung einem in den weg werffen, v. g. lib. 1 de Inventione cap. 9 *Ne, si diutius in hoc constiterimus, moram atque impedimentum reliquis præceptis intulisse videamur.* Idem pro Cæcin. cap. 2 *Sperarunt id, quod adsecuti sunt: se injecturos vobis caussam deliberandi, & judicandi justam moram.* Et principio 10 Philippicæ: *Ne minimam quidem moram interposuisti, quin quamprimum* &c. *Moram facere*, aufziehen, verziehen. Livius lib. 31 cap. 32 *Nullam dimicandi moram facturus.* Sic, *nectere moras*, Senec. 3 de Ira cap. 39. *Trahere moras*, Virg. 10 Æn. v. 888. *Tollere moram*, Quintil. lib. 4 cap. 4. Et, *Rumpere, pellere moras*, poëtica sunt, nicht säumen. *In mora esse alicui*, Terent. Andr. a. 3 sc. 1 v. 9, einen aufhalten. *In me mora est*, es fehlet an mir, Idem Andr. a. 2 sc. 5 v. 9. *In me mora non erit ulla*, Virg. eclog. 3 v. 52. *Sine mora*, unverzüglich. *Per hunc nulla est mora*, Terent. Andr. a. 3 sc. 4 v. 14, dieses halben hat man sich keines verzugs oder hinderung zu befahren. *Nihil in mora habere, quominus* &c. Vellej. 2, 51, 2, sich nichts aufhalten lassen. *Moras orbium*, id est, rotarum, Apulejus lib. 3 Floridorum: &, *Moram ætatis*, dixit Petronius: *Longæ*, inquit, *ætatis moram tremulis vocibus cœpit accusare.* ¶ 2. Eleganter & figurate *Mora* dicitur ipse homo, qui aliquam rem remoratur. Livius lib. 23 c. 9 *Restituendæ Romanis Capuæ mora & impedimentum tu es.* Vetus poëta apud Senecam Suasor. 2

Ite triumphantes, belli mora concidit Hector.

Et Seneca Troad. v. 124 *Columen patriæ, mora fatorum.*

Ita Florus Antonium, *scopulum, & moram, & nodum publicæ securitatis* appellat lib. 4 cap. 9. Prudentius Hamartig. v. 211

Pugnæ nodumque moramque.

¶ 3. *Mora*, μόρα sive μοῖρα, ordinatio hominum militaris apud Lacedæmonios ex 500 vel 700 vel 900 militibus. Diodorus lib. 15 τὴν δὲ μοῖραν ἀναπληρῶσαν ἄνδρες πεντακόσιοι. *Mœram sive Moram implent viri quingenti*, vid. Meurs. lib. 1 Lect. Atticar. cap. 15. Nepos Iphicrate cap. 2 *Hoc exercitu moram Lacedæmoniorum intercepit: quod maxime totâ celebratum est Græciâ.* vide Plutarch. in Pelopida p. 286. Nomen, a μειράω, partior, est: sicut a φθείρω φθορά. vide Voss. Etymol. p. 327, & Interpretes Nepotis.

¶ Morŭla, æ, diminut. eine kleine weile, kurzer verzug. Augustinus Confession. lib. 11 cap. 15 *Præsens tempus ita raptim a futuro in præteritum tempus transvolat, ut nulla morula extenuatur.* Et ejusd. libri cap. 23 *morula solis super terram.*

¶ Mŏror, atus sum, ari, moram facere, retardare, verziehen, verzögern, aufhalten. Terentius in Heaut. a. 1 sc. 1 v. 120 *Egomet convivas moror*, ich halte die gäste selbst auf. Cicero Philipp. 5 cap. 9 extr. *Belli celeritatem morari.* Et 3 de Orat. cap. 20 *Diutius morari*, länger warten, verziehen. *Ne multis morer*, Idem Verr. 6 cap. 46, damit ich nicht länger aufhalte. Et Plin. lib. 7 cap. 49 *Ne pluribus moremur in re confessâ*, &c. *Non moror*, id est, non repugno, ich bin nicht darwider, ich bin des zu frieden, Terentius in Eunuch. a. 3 sc. 2 v. 7. ¶ 2. Aliquando *Morari* etiam accipitur pro *curare*, vel *laborare*. Plaut. Aulul. a. 2 sc. 1 v. 47 *Nihil moror magnas istas dotes dapsiles*, i. e. nihil curo, nihili facio. *Nihil moror rationes tuas*, nach deinem bedencken frage ich nichts. Et Livius lib. 3 cap. 54 *Nihil ne ego quidem moror, quo minus decemviratu abeam.* Pro quo vulgo dicunt: *Nihil curo.* Horat. 1 sat. 4 v. 13 *Scribendi recte: nam ut multum, nil moror, ecce.*

Et lib. 1 epist. 15 v. 16 *nam vina nihil moror illius oræ.*

Plautus Capt. prol. v. 19 *Alieno uti nihil moror.* ¶ NIHIL VOS MORAMUR PATRES: Formula, qua mittebatur senatus, apud Capitolinum in Antonino. ¶ 3. *Morari cum aliquo*, est vivere, agere, conversari cum aliquo. Seneca epist. 32 *Ab omnibus sciscitor, qui ex istâ regione veniunt, quid agas, ubi & cum quibus moreris.* Idem epist. 2 *Primum argumentum compositæ mentis existimo, posse consistere, & secum morari:* id est, non in plura diversaque vota cupiditatesque externarum rerum distrahi, sed sibi constare, sibi similem semper, atque æqualem esse. Horat. id, *secum esse*, dixit lib. 2 sat. 7 v. 112

Non horam tecum esse potes, non otia recte
Ponere, teque ipsum vitas fugitivus & erro.

Corn. Nepos Catone cap. 2 *Morari alicubi.* ¶ 4. Aliquando *expectare* significat. Cicero lib. 12 fam. epist. 15 *Diutius morari aut expectare præsidium non necesse habui.* ¶ 5. *Morari* etiam pro delectari ponitur; sicut & *Tenere.* Horat. lib. 1 epist. 14 v. 6

Me quamvis Lamiæ pietas & cura moratur.

Item epist. ad Pisones de Poëtic. v. 321

Valdius oblectat populum meliusque moratur.

¶ Moratio, ōnis, verweilung, verzug. Vitruvius lib. 9 cap. 4 *morationibus impediri.* Et mox: *Faciunt eæ stellæ regressus & morationes.*

¶ Morātor, ōris, ein verzögerer, verhinderer; ut, *Morator publici commodi*, Livius lib. 2 cap. 44. conf. Curt. 4, 10, 10 cum Not. ad modum Minellii. ¶ 2. *Moratores* olim appellati rabulæ, quod morarentur caussas. Vide Cujac. lib. 4 Observat. cap. 40. *Moratores forenses* Ammianus dixit lib. 30 cap. 10 p. 448 ex verissima emendatione Lindebrogii, quem ib. vide: vulgo, etiam Valesii, legunt *oratores.* ¶ 3. *Moratores* etiam dicebantur, qui frontes aurigarum in circo olim æquabant, illosque morabantur, ne ante tempus justum transilirent lineam. Inscriptio vetus inedito in corpore Gudiano:

DIS. MAN.
A. TUCCIUS. A. L. STEPHANUS
AURIGATOR. FACT. RUSSAT.
ET. T. TULCIUS. PACHRYSUS
MORATOR. EIUSD. FACTION.
DEDIC. *Grævius.*

¶ Mŏrātōrius, a, um, verweilend, zurückhaltend; ut, *Moratoriæ ambages*, lege fin. C. de Compensat.

¶ Moracius, a, um, i. e. durus, hart; ut, *Moraciæ nuces*, Titinnius apud Festum.

¶ Moramentum, i, die verzögerung. Apulejus Florid. lib. 4 *His moramentis qui volunt devitari, advectorem sibimet equum deligunt;* pro mora & impedimento.

¶ Moratim, adverb. tarde, mit weile. Solinus cap. 3 (al. 9) pr. *ut moratim insularum omnium oras legamus.*

Composita:

¶ Commŏror, ari, verharren, warten, verziehen. Cic. lib. 3 fam. epist. 5 *Fuit mecum familiariter triduum illud, quod ego Ephesi commoratus sum.* Et, *In vita misera commorari*, Idem ad Quint. frat. lib. 1 epist. 3. Et de Senect. cap. ult. *Ex hac vita ita discedo, tamquam ex hospitio, non tamquam e domo. Commorandi enim natura diversorium nobis, non habitandi dedit.* Sic, *Pluribus verbis in re aliqua commorari*, viel worte von einem dinge machen, Cic. pro Cluentio cap. 19. ¶ Activa forma *commorare* Plinius dixit lib. 19 cap. 6 extr.

¶ Commoratio, ōnis, die verbleibung, wohnung. Cic. 6 fam. epist. 19 *Amœnitas illa commorationis est, non diversorii.*

¶ Dēmŏror, ari, aufhalten; ut, *Diutius aliquem demorari*, Cic. de Orat. lib. 2 cap. 58. *Detinere & demorari aliquem*, Lentulus lib. 12 fam. epist. 15. Et Silius lib. 10 v. 289

Quid enim te demoror æger,
Lentule, conquestu?

¶ *Demorari* etiam idem est, quod expectare apud Virg. Æn. 10 v. 30 *Mortalia demoror arma.*

¶ Demoratus, a, um, passive, aufgehalten. Gell. 19 cap. 8 *His, quæ dixi, demoratos vos video.*

¶ Demorator, ōris, ein verhinderer, apud Martian. Capellam lib. 1.

¶ Immŏror, ari, moram trahere, diutius in re aliqua morari, beharren. *Immorari honestis cogitationibus*, mit guten gedancken umgehen, Plin. lib. 1 epist. 8. Et Colum. lib. 8 cap. 5 de gallinis incubantibus: *Juxta ponendus est cibus, ut saturæ studiosius nidis immorentur*, daß sie aufm nest bleiben. Et, *terrenis immorari* (puta, exemplis, quæ iis opponuntur, quæ de cælo sumimus,) Quintil. lib. 2 cap. 16.

¶ Immoranter, adverb. sine mora, unverzüglich. Gloss. gr. lat. *ἀνυπερθέτως, immoranter, incunctanter.*

¶ Remŏra, æ, substant. retardatio, die hinderniß; ut, *Remoram facere alicui rei*, etwas aufhalten, Plaut. Pœnul. a. 4 sc. 2 v. 106, & Lucilius. ¶ 2. *Remora*, pisciculus, navem retinens, ein schiffheber, schneckfisch, vide *Echeneis*, & Plin. 32 cap. 1. ¶ 3. *Remoræ* etiam dicebantur aves infelices, & quæ auspicium impediebant, sive remorabantur. vid. Scalig. in Conject.

¶ Remŏror, ari, retardare, hindern, hemmen, aufhalten. Terent. in Andr. a. 4 sc. 3 extrema: *Ne quod vestrum remorer commodum*, auf daß ich euch keinen nutz hemme oder verhindere. Cicer. pro Leg. Manil. cap. 14 *Hæ res, quæ ceteros remorari solent, non retardarunt.*

¶ Remoratus, a, um, zurück geblieben; ut, *Calamitas remorata longius*, das elend, das so lange verzogen, Cic. anteq. iret in exil. cap. 6.

¶ Remoratio, ōnis, die hemmung, hinderung; &

¶ Remorator, ōris, ein verhinderer; ac

¶ Remoratrix, īcis, die hinderlich ist, ex veteri Glossario, quod Cyrilli inscribitur, desumta sunt, quo istud ἀναστροφή, διατριβή, illud παρελκύτης, hoc παρελκύστρα, latine vertitur, nec non βραδεῖα.

Moralis, moralitas, &c. vide infra *Mos.*

Moramentum, moratio, morator, &c. vide paullo ante in *Mora.*

MORAVIA, æ, Mähren, regio Germaniæ, regno Bohemiæ adjuncta, olim *Marcomannia.*

Morbidus, morbilli, morbonia, morbosus, vide sequens *Morbus.*

MORBUS, i, habitus corporis contra naturam, imbecillitas, ægrotatio, invaletudo, affectio alicujus membri a præveniente excitata caussa, lædens ejus actionem, leibs-schwachheit, kranckheit. *Morbi supplicia luxuriæ*, Seneca epist. 95, ubi id latius exponit. *Morbo ægrum esse*, Cic. 1 Catil. cap. 13. Et, *Morbo affligi*, Idem in Pison. cap. 35. *Cadere in morbum*, Idem 1 Tuscul. c. 32. Et, *Incidere*, lib. 13 fam. epist. 30. Item, *Implicari morbo*, Livius lib. 5 cap. 31. Et, *in morbum*, Nepos Agesilao extremo. Adde, *in morbum delabi, Morbo affici, corripi: Morbo tentari, nancisci morbum*, in eine kranckheit fallen, kranck werden, Cic. passim, cujus & *Laborare morbo* est, 1 de Fin. cap. 18, &, *in morbo esse*, Tusc. 3 cap. 4, kranck seyn. *Morbus aggravescit, ingravescit*, Cic. 1 in Catil. cap. 13, die schwachheit nimmt überhand. *Morbus amplior fit, augetur*, Terentius in Hecyr. a. 3 sc. 1 v. 50 & 54. *Morbo levari*, der schwachheit linderung fühlen. *Morbum depellere*, Cic. 7 fam. epist. 27, &, *Morbos curare, Morbis mederi*, heilen. *Morbo explicari*, gesund werden, vide *Plico.* *Venienti morbo occurrere*, Pers. sat. 3 v. 64. Et Cicero ex Eurip. Tuscul. 3 cap. 25 *Mortalis nemo est, quem non attingat dolor morbusque.* Cornelius Gallus:

Non intellecti nulla est curatio morbi.

Item,

Item, *Morbus acer & durus*, eine harte und schwere kranckheit, Plaut. Menæchm. a. 5 sc. 2 extr. *Morbus tenax*, Sueton. Claudio cap. 2, anhaltende kranckheit. *Morbus cæcus*, cujus caussas neque medici ipsi possunt perspicere, apud Columell. lib. 1 cap. 5. *Anniversarii morbi & certo tempore recurrentes*, die einen jährlich zu gewisser zeit anstossen, Sueton. August. cap. 81. *Morbus patrius, hæreditarius*, qui parentum vitio obtingit, eine angeerbte kranckheit. Plinius lib. 1 epist. 12 *Tertio & tricesimo anno pedum dolore correptus est. Patrius hic illi. Nam plerumque morbi quoque per successiones quasdam, ut alia, traduntur.* Caussam Aristoteles aperit Problem. 22 sect. 4. *Morbo obire*, an einer kranckheit sterben, Idem Sueton. Claudio cap. 1. Et, *Morbus regius*, Celsus lib. 3 cap. 24, die geelsucht. *Morbos animi, inveterata vitia* Seneca vocat epist. 85 p. 355, & ab affectibus distinguit epist. 75. Sallust. in Cicer. *Graviter, & iniquo animo maledicta tua paterer, M. Tulli, si te scirem judicio magis, quam morbo animi, petulantiâ ista uti.* Horat. 2 sat. 3 v. 121

Maxima pars hominum morbo jactatur eodem.

¶ Morbĭdus, a, um, morbo infectus, morbo obnoxius, siech, gebrechlich: ut, *Morbidus aër*, Lucret. 6 v. 1095. *Apes morbidæ*, Varro 3 de Re Rust. cap. 16: *Morbidum corpus profluvio sanguinis exonerare*, Plin. lib. 8 cap. 26. Versus proverbialis:

Morbida facta pecus totum corrumpit ovile, &c.

ein räudig schaaf macht die gantze heerde räudig.

¶ Morbōsus, a, um, morbo obnoxius, valetudinarius, ungesund, gebrechlich: ut, *Iracundi soli morbosi sunt*, Cicer. Tuscul. lib. 4 cap. 24 extr. *Servus morbosus*, Cato cap. 2 extr.

¶ Morbilli, ōrum, qui Plinio *Vari* sunt, Græcis ἐκθήματα, pustulæ, in summa cute extuberantes, pueritiæ admodum infestæ, *albæ*, sed in ambitu *rubræ*, die masern. *Affligi morbillis*, an den masern kranck liegen. *Varioli*, vel *papulæ*, die blattern, oder pocken. Sic enim infantum & puerorum morbos hosce discernere medici solent.

¶ Morbonia, æ, fictum & proverbiali sermone tritum vocabulum. Nam cum imprecari alicui male vellent; *Morboniam* eum *abire* jubebant, i. e. *in malam crucem*, in locum morbis plenum. Suetonius Vespasiano cap. 14 *Trepidum eum interdicta aula sub Nerone, quærentemque* QVIDNAM AGERET, *aut* QVO ABIRET, *quidam ex officio admissionis simul expellens*, ABIRE MORBONIAM *jusserat.* Xiphilinus dum id ponit, ἐς κόρακας vertit. Quod nos: geh an galgen. Similiter Itali, cui male volunt, morbum imprecantur, quod ad Sueton. Torrentius observat.

¶ Remorbesco, ĕre, in morbum recidere, wieder kranck werden, Ennius apud Festum.

Mordacitas, mordax, mordicus, &c. quære in sequenti *Mordeo*.

MORDEO, mŏmordi, (antique *memordi*, vide Lauremb. p. 272) morsum, mordēre, est dentibus lædere, beissen. *Canes & latrare & mordere possunt*, Cicer. pro Rosc. Amer. cap. 20. *Mordere frenum*, vide *Frenum*. ¶ 2. Detrahere est & calumniari. Terent. Eunuch. a. 3 sc. 1 v. 21 *Invidere omnes mihi, mordere clanculum*, id est, detrahebant, sie mißgunten mirs alle, und stachen heimlich auf mich. *Morderi falsis opprobriis*, Horatius dixit lib. 1 epist. 16 v. 38. *Jam dente minus mordeor invido*, ich werde jetzt nicht mehr so geneidet, Idem lib. 4 od. 3 v. 16. ¶ 3. Cicer. ad Attic. lib. 11 epist. 7 extr. *In bonam partem accipiam, si qua sint in tuis litteris, quæ me mordeant*, hoc est, quæ molestiâ me afficiant, dinge, die mich verdriessen könten. Terent. Eunuch. a. 3 sc. 1 v. 55 *Par pari referto, quod illam mordeat.* Et Cicer. 4 Tuscul. cap. 20 *Morderi est optimum conscientiæ, post commissum facinus*, im gewissen gebissen werden nach begangener missethat. ¶ 4. Vtimur & eo verbo pro corrumpere; Horat. lib. 1 epist. 8 v. 5

oleumve momorderit æstus.

¶ 5. Dicitur & de frigore, cum urit, sive affligit. Idem Horatius lib. 2 satyr. 6 v. 45

Matutina minus cautos jam frigora mordent.

Auson. Idyll. 14 princ.

Ver erat, & blando mordentia frigora sensu
Spirabat croceo mane revecta dies.

¶ 6. Horat. lib. 1 oda 31 v. 8 *Amnis mordet rura*, id est, radit, detrahit ripis, er reisset weg von feldern.

¶ Morsus, a, um, gebissen. Plin. 29 cap. 3 *Datur morsis a rabioso, ne rabidi fiant.*

¶ Morsus, ûs, substant. ein biß: ut, *Morsus serpentum*, Cicer. 1 Divin. cap. 10. Et, *Morsus viperinus*, 2 Tuscul. cap. 7, ein schlangenstich, otterbiß. Ovidius 9 Metam. v. 384

A pecudis morsu frondes defendite nostras.

Propertius lib. 4 eleg. 9 v. 39 *morsu cruentare*, wund beissen. *Non inest remedium adversus Sycophantæ morsum*, vide Chiliad. *Acer morsus doloris*, Cic. lib. 2 Tuscul. cap. 22.

¶ Morsiuncŭla, æ, dimin. ein kleiner biß. Plaut. in Pseud. a. 1 sc. 1 v. 65 *molles morsiunculæ.* Et Apulejus lib. 8 Met. p. 211 de formicis: *numerosis & continuis morsiunculis inhærentes.*

¶ Morsĭco, are, frequent. beissen. Apulejus lib. 7 Met. p. 197 *ore improbo compulsat ac morsicat.*

¶ Morsicātim, adverb. mit beissen. Varro apud Nonium cap. 2 n. 547 *Labellis morsicatim ludunt.*

¶ Mordax, ācis, beissig. *Homo mordax*, detractor, der um sich beisset und verleumbdet: *Lacerat mordax Memmius*, Cicer. de Orat. lib. 2 cap. 59. Et Horat. 1 od. 18 v. 4 *Solicitudines mordaces* dixit, sorgen, so da beissen und quälen. *Curæ mordacissimæ*, Augustinus Confession. lib. 7 cap. 5 sub finem. *Verum mordax*, die bittere warheit: Persius satyr. 1 v. 107

Sed quid opus teneras mordaci radere vero
Auriculas?

¶ Mordacĭtas, ātis, die beissigkeit, schärffe. Plinius lib. 21 cap. 15 fin. de urticis: *Mordacitas non protinus cum ipsa herba gignitur.* Et Palladius lib. 2 cap. 16 *Ne germen extinguat ex multo melle mordacitas.*

¶ Mordaciter, adverbium, beissig. Macrob. lib. 7 cap. 3 *Ait nimis ille mordaciter.* Comparativo usus Lactantius est lib. 5 cap. 2 *Alius eamdem materiam mordacius scripsit.*

¶ Mordĭco, are, idem quod morsicare, beissen, aufretzen. Cæl. Aurel. Acut. 2 cap. 8 *mordicantis qualitatis esse.*

¶ Mordicatio, ōnis, levis arrosio, die anbeissung. Cæl. Aurel. Acut. 3 cap. 20 *Ventris mordicatio.* vid. Barth. Advers. 39 cap. 1.

¶ Mordicatīvus, a, um, herb, beissend: ut, *mordicativum acetum*, Idem Cæl. Aurel. Tard. 5 cap. 1.

¶ Mordĭcus, adverb. mit den zähnen, feste, ὀδάξ. Cicer. in Acad. 4 cap. 16 *Perspicuitatem mordicus tenere debemus*, wir sollen feste drob halten. *Mordicus arripere*, Plaut. Curcul. a. 5 sc. 1 v. 7, mit den zähnen ergreiffen. Apulej. lib. 3 de A. A. *Mox alium, pedibus meis mordicus inhærentem, per scapulas ictu temperato, perimo.* Horatius lib. 1 satyr. 8 v. 27

pullam divellere mordicus agnam.

¶ Mordicĭtus, aliud adverbium, idem. Apulej. lib. 3. Met. sub fin. *mordicitus adpetens.* Ita Elmenhorst. & Pricæus. Alii *mordicibus*, quod jam explicandum sequitur.

¶ Mordices, um, pro dentibus, ut Catullus *nutrices* pro mammis, videtur posuisse Plautus illo Aulul. *Asini me mordicibus scindant, boves incursent cornibus*, mit zähnen. Ita *mordicibus appetere* Apulejus lib. 3 de Asino A. p. 140, ubi alii *mordicitus* legunt, ut prædictum: alii *mordicus*. Vid. Taubm. ad Plaut. Aulul. a. 2 sc. 2 v. 57, & Voss. lib. 5 Instit. Orat. p. 344.

¶ Mordōsus, a, um, beissig. Gloss. gr. lat. δηκτικὸς, *mordosus.*

Composita a *Mordeo*:

¶ Admordeo, ēre, anbeissen, benagen. Tralate Plaut. Pers. a. 2 sc. 3 v. 15 *Homines bene admordere*, i. e. *insigni damno afficere.* Idem Pseud. a. 4 sc. 7 v. 24 *Jam admordere hunc mihi lubet*, i. e. adoriri.

¶ Admorsus, a, um, angebissen: ut, *Brachia admorsa colubris*, Propert. 3 eleg. 9 v. 53. *Admorso signata in stirpe cicatrix*, Virgil. 2 Georg. v. 379.

¶ Admorsus, ûs, substant. der biß, anbiß. Symmach. 1 epist. 15 *Vereor æmula venena lectoris, ne libellus iste admorsu duri dentis uratur.*

¶ Commordeo, ēre, beissen, zerbeissen. Seneca de Vita beata cap. 21 *Gemite, & infelicem linguam bonorum exercete convicio, instate, commordete*, &c.

¶ Commorsus, a, um, zerbissen, gebissen. Plin. 24 cap. 11 *Commorsi a cane rabiem sentiunt.*

¶ Commorsĭco, āre, frequentat. zerbeissen. Apulej. lib. 7 Met. p. 195 *totum me commorsicat.* Vide integra verba supra in *Equus*, sub fin.

¶ Demordeo, ēre, morsu auferre, abbeissen. Plin. 28 cap. 4 *E ligno fulgure icto demordere aliquid.* Hinc

¶ Demorsus, a, um, abgebissen. Persius satyra 1 v. 106 *Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit ungues*; hoc est, scribit incogitanter, & negligenter. Qui enim intenti & cogitabundi quippiam scribunt, vel ungues *demordendo*, vel caput *scabendo*, cogitandi atque emendandi moram sibi sumunt. Horatius, *Vivos rodere ungues*, dixit lib. 1 satyr. 10 v. 17.

¶ Demorsĭco, are, frequent. abklauben. Apul. 2 Metam. *Demorsicare os alicujus.*

¶ Demorsicatus, a, um, abgeklaubt. Idem Apul. lib. 3 de A. A. p. 140 *Rosis tantùm demorsicatis exibis asinum.*

¶ Immordeo, ēre, einbeissen, tuetur Nic. Heinsius ad Vellej. 2, 87, 1, eo quod ibi in vet. Cod. legatur: *Aspidis immorsu.*

¶ Præmordeo, ēre, forn abbeissen; ex Plauti Trigeminis adfert Gellius lib. 7 cap. 9 his verbis: *Idem Plautus in Trigeminis non* præmordisse, *neque* præmemordisse *dixit, sed* præmorsisse. NI FVGISSEM, *inquit*, MEDIVM, CREDO, PRAEMORSISSET.

¶ Remordeo, ēre, wieder beissen, wieder bekümmern und wehe thun. *Libertatis desiderium remordet animos*, Liv. 8 cap. 4. *Quando hæc te cura remordet*, Virgil. 1 Æneid. v. 261. Et Lucret. 3 v. 840

Præteritis admissa malis peccata remordent.

Mores, vide infra *Mos*.

MŎRĒTVM, i, quodvis intritum, eingebrocktes. Veteres Glossæ: *moretum*, τρίμμα. Ovidius 4 Fastor. v. 367

Non pudet herbosum, dixi, posuisse moretum.

Vide Scalig. itemque Taubm. & Salmas. Exercit. Plinian. p. 379 ad illud carmen quod *Moretum* inscribitur, & Virgilii, quamquam ejus non est, nomine vulgo præscribitur. Donatus &

¶ Moretarium, i, dixit pro *moreto*. Sic, *Moretarium alliatum*, Apic. 1 cap. 35. vide & post *Mortarium*.

Moribundus, Morigerari, morigeratio, &c. vide *Mors*, *Mos*.

MŎRĪNI, ōrum, ultimi Gallicarum gentium populi ad Oceanum. vide Melam 3 cap. 2, & Virg. Æneid. 8 v. 727.

Morio, ōnis, Morior, vide sub *Morus*, & *Mors*.

MŎRĬSĒNI, orum, Thraciæ populi, circa Ponti latera incolentes, Plin. 4 cap. 11.

MORMŸRA, æ, piscis marinus, coloribus pictus, cujus meminit Ovid. in Halieut. & Plin. 32 cap. ult.

Morologus, Mŏror, ari, Mōror, ari, Morositas, morosus, vide *Morus*, *Mora*, *Morus*, *Mos*.

MORPHEVS, ei, Μορφεὺς, filius aut minister somni Dei; sic dictus, quod dormientibus inducat varias formas & visiones, der traumgott. Ovid. Metam. 11 v. 634

Excitat artificem simulatoremque figuræ
Morphea, &c.

MORPHNVS, i, μορφνὸς, aquilæ genus, Plin. 10 cap. 3. vide supra *Aquila*.

MORS, mortis, a græco μόρος, quo *sors fatalis* significatur, est excessus e vita, *extremus vitæ dies, supremus dies*, mutatio loci, non animæ extinctio, der tod, tödtlicher abgang, das absterben. Cicero sic definit: *Discessus animi a corpore, dissolutio, migratio, commutatioque vitæ. Migratio in eas oras, quas, qui e vita excesserunt, incolunt. Finis vitæ miseræ*, in Tuscul. 1 cap. 9 & 41. Et, *Extremum omnium rerum*, lib. 6 famil. epist. 21. Et Horat. lib. 1 epist. 16 extr. *ultima linea rerum.* Sed rectius Christiani definiunt:

Securus morte est, qui scit, se morte renasci,
Mors ea non dici, sed nova vita potest.

Quem

Quem versum pie & eleganter Germani reddunt, wohl sterben, ist nicht verderben, id est, Mori pie non est interire. *Mors turpis, immatura, honesta.* Cicer. pro Quintio cap. 15 *Honesta mors sæpe vitam exornat, vita turpis ne morti quidem honestæ locum reliquit.* At, *Consciscere sibi mortem,* Idem lib. 7 fam. epist. 3, sich selbst entleiben. *Mortem oppetere, mortem occumbere,* sterben. Cicero lib. 1 Tuscul. Quæst. cap. 42 extr. *Qui pro patria mortem non dubitaret occumbere.* Idem lib. 4 epist. 7 ad Marcellum: *si oppetenda mors esset, domi atque in patria mallem, quam in externis atque alienis locis.* Sic & *mortem obire.* Cic. in 5 Philipp. cap. 17 *Macedo Alexander, quum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, tertio & tricesimo anno mortem obiit.* Et, *Morte extremum diem conficere,* Idem de Finib. lib. 3 extrem. *Vitam cum morte commutare,* Servii est locutio ad Ciceronem lib. 4 fam. epist. 5. Et, *Ad mortem dare,* id est, occidere, Plaut. Amphitr. a. 2 sc. 2 v. 177. Nævius in Plauti Epitaphio apud Gellium lib. 1 cap. 24 *Postquam est morte captus Plautus, comœdia luget,* &c. Lactant. de Opif. cap. 4 *Mors sequela morborum est;* Et, *Morte immatura multari,* ibidem. *Mors quasi saxum Tantalo, semper impendet,* Cicer. lib. 1 de Fin. cap. 18. Lucan. lib. 8 v. 395

Mors ultima pœna est, Nec metuenda viris.

Senec. in Theb. v. 151

Vbique mors est, optime hoc cavit Deus:
Eripere vitam nemo non homini potest:
Ac nemo mortem, mille ad hanc aditus patent.

Martial. lib. 2 epigram. 59

Ipse jubet mortis te meminisse Deus.

Mors bona, lenis & facilis: *Mors mala,* difficilis ac dura; vide *Bonus, Malus.* *Mors voluntaria* illicita, vid. Augustin. lib. 1 de C.D. cap. 17, & ibi Coquejus p. 62 & 63. *Mors pura* eorum vocabatur, qui ense occidebantur: Eustathius in Odyss. x. Nam, uti hodie, ita olim etiam, honestum censebant, gladio perire; inhonestum, laqueo. Isidorus lib. 2 Origin. cap. 2 *Tria sunt genera mortis: acerba, immatura, naturalis: acerba infantum, immatura juvenum, naturalis senum.* ¶ 2. *Sua morte mori* dicitur, qui non ipse sibi fabricatus est mortem, sed natura & fato, ut Cicero loquitur, obiit, eines natürlichen todes sterben. Sueton. in Cæsare extremo: *Neque sua morte defunctus est.* Seneca epist. 69 extr. *Bella res est, mori sua morte;* Idem est *die sua mori* in veteri epigram.

Inviolatus artus
Die sua peremtus
Hoc situs est in agro.

Tacitus 6 Annal. cap. 10 *Per idem tempus L. Piso Pontifex, rerum in tanta claritudine, fato obiit,* i. e. sua morte. ¶ 3. *Mortes* plurale etiam usitatum. Cicer. 1 Tuscul. cap. 48 *Claræ mortes pro patria appetitæ.* Et lib. 2 de Finib. cap. 30 *Præclaræ mortes sunt imperatoriæ.* Virgil. 10 Æneid. v. 854

Omnes per mortes animam sontem ipse dedissem:

id est, per omnia mortis genera. Sæpius ita Tacitus. Gargonies apud Senecam Suasor. 7 extr. *Juba & Petrejus mutuis vulneribus concurrerunt & mortes fœneraverunt.* Inter cœnandum Cæsar interrogatus, quænam mors esset optima, ἀπροσδόκητος, respondit, hoc est, *inexspectata,* Plutarchus. vide & Suet. Cæs. cap. 82 extr. conf. Plin. lib. 7 cap. 53.

¶ Morta, æ, Μόρτη, una Parcarum; Gellius lib. 3 cap. 36. vide & infra in *Parca.*

¶ Mortālis, e, contrarium æterno, sterblich: ut, *Vita mortalis,* Lucret. lib. 3 v. 882, das zeitliche oder sterbliche leben. *Corpora mortalia,* Cicer. de Senect. cap. 22. Horat. de Arte v. 68 *Mortalia facta peribunt.* Virgil. Æneid. 9 v. 95

Mortaline manu factæ immortale carinæ
Jus habeant?

Vbi eleganter Servius: *Non possunt æterna esse, quæ ab hominibus facta sunt. Nam sicut animi facta immortalia sunt, ita corpora pereunt.* Lactantius lib. 7 cap. 15 *Nihil est humanis viribus elaboratum, quod non humanis æque viribus destrui possit: quoniam mortalia sunt mortalium opera.* Et, *Mundum mortalem fecit Pronœa,* Cicer. de Nat. Deor. lib. 1 cap. 8 extr. vergänglich. Ovid. lib. 3 Trist. eleg. 7 v. 44 *nil non mortale tenemus,*

Pectoris exceptis, ingeniique bonis.

¶ *Vulnus mortale,* Virgil. Æneid. 12 v. 797, ubi Servium consulas, non uno modo interpretantem. Comparativo usus est Plinius lib. 36 cap. 15 *aliquid ipso homine mortalius.* ¶ 2. *Mortalis,* substant. *homo.* Cicer. de Arusp. Resp. cap. 26 *Vnus omnium mortalium, sine ulla dubitatione deterrimus.* Et Sallustius Catil. cap. 12 *nostri majores, religiosissimi mortales* &c. Autor Declam. anteq. iret in exil. *Miserrimi mortalis casum subire,* zum elendesten menschen werden.

¶ Mortalĭtas, ātis, mors, finis, der untergang. Cicer. de Natur. Deor. lib. 1 cap. 10 extr. *Omne quod ortum est, mortalitas consequitur,* was einen anfang hat, darauf folget auch ein ende. *Mortalitate intercipi,* Plin. lib. 10 epist. 50. ¶ 2. *Mortalitas,* mortalis vitæ conditio, die sterblichkeit, das vergängliche wesen dieses lebens. Plin. lib. 35 cap. 11 *exuere mortalitatem.* Pro ipsis hominibus *mortalitatem* dixit idem Plinius lib. 2 cap. 12; *In Luna,* inquit, *veneficia arguente mortalitate, & ob id crepitu dissono auxiliante* &c. Curt. lib. 8 cap. 4 *Omnium tamen oculos convertit in se* (Roxane,) *maxime Regis, minus jam cupiditatibus suis imperantis inter fortunæ obsequia, contra quam non satis cauta mortalitas est.*

¶ Mortaliter, adverb. sterblich. Augustinus Enchirid. cap. 64 *Filii Dei, quamdiu mortaliter vivunt, cum morte confligunt.*

¶ Mortĭcīnus, a, um, θνησιμαῖον, quod absque amissione sanguinis vitam mittit, verreckt, erstickt: ut, *morticinæ carnes,* vom aaß, schindfleisch, quæ & absolute *morticina* vocantur, Græcis νεκρὰ. Varro lib. 6 de L.L. *Scortea ea, quæ ex corio & pellibus sunt facta. Inde in aliquot sacris ac sacellis scriptum habemus:* NE QVID SCORTEVM ADHIBEATVR, NE QVID MORTICINVM ADSIT. Hoc Ovidius in Fastis ita expressit & interpretatus quasi est lib. 1 v. 629

Scortea non illi fas est inferre sacello,
Ne violent puros exanimata Deos.

Veteres Glosæ, *Morticina,* θανάσιμα. Vetus Interpres Bibliorum Levit. cap. 22 v. 8 *Morticinum aut captum a bestia non comedent.* Ita & aliis locis. Et Tertullianus Apologet. cap. 9 *Suffocatis & morticinis abstinemus.* ¶ *Clavi pedum, vulgo morticini appellantur,* Plin. 22 cap. 23, leichdornen, quod velut morticina caro sint. ¶ Erat & *Morticinus* convicium in homines tetros, & exsangui, sive cadaverosa, ut Terentius vocat, facie, todenbleich. Plaut. Persâ a. 2 sc. 4 v. 12 *Non hercle, si os præciderim tibi, metuam, morticine.* Observat Scaliger Conjectan. in Varron. p. 142.

¶ Mŏrior, mortuus sum, mŏri, diem suum obire, sterben. Cicer. lib. 6 fam. epist. 3 *Mori nemo sapiens miserum dixit.* Idem de Senect. cap. 23 *Æquissimo animo moritur sapientissimus quisque, stultissimus iniquissimo.* Et, *Mori ex vulnere,* Pollio Ciceroni lib. 10 fam. epist. 33. Et Plautus in Bacchid. a. 4 sc. 7 v. 18 *Quem dii diligunt, adolescens moritur.* Sic de verbo expressit *Menandri* illud: ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν, ἀποθνήσκει νέος. Seneca de Brevitate vitæ cap. 7 *In tota vita discendum est mori.* Et ibidem: *Quid est novi, hominem mori, cujus tota vita nihil aliud, quam ad mortem iter est?* Idem epist. 24 *Quotidie morimur, quotidie enim demitur pars vitæ: & nunc quoque cum crescimus, vita decrescit.* Proverbii speciem habet illud Virgilii eclogâ 3 v. 13

Et si non aliqua nocuisses, mortuus esses.

Brissonius lib. 8 de Formul. adnotat, in titulis monumentorum nunquam legi, *obiit,* vel *mortuus est,* sed semper *vixit.* Sed ipse in eodem libro contrarium sibi exemplum producit: *Mortuus est III Kal. Julii hora X. Elatus est hora IIII frequentia maxima.* ¶ *Moriar* jurandi verbum, quemadmodum *Dispeream;* Cicer. ad Attic. lib. 8 epist. 6 *Moriar, si magis gauderem, si id mihi accidisset,* ich sey des todes, oder der tod hole mich. ¶ *Moriri* pro *mori* posuit Plautus Asin. a. 1 sc. 1 v. 108.

¶ Mortuus, a, um, tod, gestorben. Cicero de Clar. Orat. cap. 11 *Concidit mortuus veneno,* puta Themistocles, ex falsa Clitarchi sententia. Et in Pison. cap. 36 *Exsanguis & mortuus concidisti,* du bist tod niedergefallen. *Mortuo verba facere,* Terentius in Phorm. a. 5 sc. 8 v. 26. Et, *Excitare aliquem a mortuis,* Cicer. 1 de Orat. cap. 57. Cæsar, Athenienses cum post multa delicta in deditionem ultro venissent, *servari a mortuis* dixit, id est, propter majores, eorumque gloriam & virtutem, ὅτι πολλὰ, inquit, ἁμαρτάνοντες ὑπὸ νεκρῶν σώζοιντο, διὰ τοὺς προγόνους καὶ διὰ τὴν δόξαν τήν τε ἀρετὴν αὐτῶν, cum omnibus ipsis injuriis remissis parceret; Dion.

¶ Mortuālis, e, sterblich. Vnde ¶ *Mortualia* absolute, neniæ, præficarum carmina, Plauto Asinar. a. 4 sc. 1 extr. *Hæc sunt non nugæ: non enim mortualia.* Vide Scalig. Conjectan. in Varron. p. 142. Nævius *mortualia* appellat vestimenta, quæ in luctu sumebantur. ¶ *Mortualia Glossaria* Cato appellavit Philosophos, quod res tetras & inanes ac frivolas, & similia præficarum carminibus, quæ nudæ voces essent, differerent, Gellius lib. 18 cap. 7. Sed plures ibi *mortuaria* legunt. Hi vero

¶ Mortuarius, a, um, eodem modo interpretantur, quo alii *Mortualis,* ut idem sit ac in morte derelictus, vel vanus.

¶ Mortuosus, a, um, dem tode ähnlich. Cæl. Aurel. Acut. 1 cap. 3 *Vultus mortuosus.*

¶ Mŏrĭbundus, a, um, non qui similis morienti est, sed qui moritur, sterbend. Sic Livius lib. 2 cap. 20 *Moribundus Romanus, labentibus super corpus armis, ad terram defluxit.* Prudent. lib. 2 advers. Symmach. v. 136 *quantum moribundus & æger*

Corporis ac vitæ volucris sibi posceret usus.

Et, *Vox moribunda,* Statius 8 Theb. v. 643. *Hostia moribunda cecidit,* Virg. 3 Georg. v. 488.

¶ Moriturio, īre, sterben wollen, quo verbo Ciceronem usum, testis est D. Augustinus in Grammat. de verbis meditativis agens. vid. Schott. Nod. Cic. 3 cap. 17.

¶ Mortĭfer, & Mortiferus, a, um, mortem afferens, tödlich. *Cum in manibus jam mortiferum illud teneret poculum,* Cicer. 1 Tuscul. cap. 29 extr. de Socrate. *Mortifera potio,* Quintil. lib. 7 cap. 3, ein gifttrunck. Liv. lib. 2 cap. 47 *mortifero vulnere ictus.* Et, *insanabilis & mortifera plaga,* Cicer. pro Sextio cap. 19. *Mortifer æstus,* Claudian. 3 Rapt. Proserp. v. 237. *Dolor mortiferus,* Cels. lib. 4 cap. 2.

¶ Mortifere, adverb. idem; ut, *mortifere ægrotare,* Plinius lib. 3 epist. 16.

¶ Mortĭfĭcus, a, um, tödlich, est Valer. Maximi lib. 5 cap. 6 n. 1, *mortifico vulnere,* ut quidam legunt, etiam Cantelius: at Vorstius *mortifero.* Tertullian. 4 poëm. advers. Marc. cap. 5 *Mortificus cibus.*

¶ Mortifico, are, töden, vox biblica. Hinc

¶ Mortificatus, a, um, tod, getödet. Prudent. Cathem. Hymn. 10 v. 93

Sic corpora mortificata
Redeunt melioribus annis.

¶ Mortificatio, ōnis, die tödung. Tertullian. de Resurr. Carn. cap. 44 *Mortificationem Domini circumferimus in corpore,* &c.

Composita cum præposit. &c.

¶ Commŏrior, commŏri, simul cum aliquo mori, mit sterben. *Exitialia per se ambo cum fuerint duo venena, in homine commoriuntur,* Plin. 27 cap. 2. *Eam commorientes Plautus fecit fabulam;* Terent. prol. Adelph. v. 7. De gallorum pugnacitate Plin. lib. 10 cap. 21 *Nec finis sæpe commorientibus.*

¶ Commortalis, e, sterblich: ut, *infirmitas commortalis naturæ,* Columella 3 cap. 20.

¶ Dēmŏrior, demŏri, idem quod simplex *mori,* hinsterben, wegsterben. Cicer. 4 Verr. cap. 50 *Cum esset ex veterum numero quidam senator demortuus.* ¶ 2. Plauto est valde amare, ut *Depereo:* e.g. Mil. Glorios. a. 4 sc. 1 v. 23 *Ea demoritur te.* Et sc. 2 v. 49 *quæ te demoritur.*

¶ Demortuus, a, um, verstorben, abgestorben. Livius 5 cap. 31 *In demortui locum sufficitur.* Idem lib. 9 cap. 34 *demortuo collega.* Tralate l. 18 ff. de Vsufr. *demortuæ arbores,* verdorrete bäume.

¶ Emŏrior, emŏri, ut simplex, ersterben. Terent. Heaut. a. 5 sc. 5 v. 18 *Emori cupio.* Cic. in Off. lib. 3 cap. 32 *Aut vincere aut emori.* Idem in Paradox. 2 *Quorum laus emori non potest.* Curt. 4,7,10 *Sterilis & emoriens terra.*

¶ Emortuus, a, um, tod, erstorben; ut, *Emortuo verbi facere*, Plaut. Pœn. a. 4 sc. 2 v. 18. Et, *Emortuum ego me mavelim leto malo*, Idem Aul. a. 4 sc. 5 v. 1. conf. Pseud. a. 1 sc. 3 v. 105.

¶ Emortualis, e, sterblich; ut, *dies emortualis*, der sterbetag, Plaut. Pseud. a. 4 sc. 7 v. 136.

¶ Ĭnēmŏri, idem quod *immori.* Horat. epod. 5 v. 34 *Inemori spectaculo*, id est, mori in spectaculo, vel ex spectaculo cibi

¶ Superēmŏri, super quo mori. Plin. lib. 10 cap. 2 de Phœnice ave: *Senescentem casiæ thurisque surculis construere nidum, replere odoribus & superemori.*

¶ Immŏrior, immŏri, über etwas sterben. Horat. lib. 1 epist. 7 v. 85

Immoritur studiis, & amore senescit habendi:

er geitzet sich zu tode. *Immori ferro*, Seneca Hercul. Oet. v. 869.

¶ Immortuus, a, um, darinn erstorben; ut, *Immortuus in vino*, Plin. 29 cap. 4. *Immortuæ reliquiæ conjurationis*, id est, mortuæ vel exstinctæ, Cic. ad Attic. lib. 1 epist. 14.

¶ Immortalis, e, unsterblich, unvergänglich, ewig; ut, *Mens, anima immortalis:* Cicero de Legib. lib. 2 cap. 11 *Animi omnium immortales sunt, sed fortium virorum divini.* Idem pro Balbo cap. 17 *Memoria immortalis.* Et Sallust. B. Jugurth. cap. 85 extr. *Nemo unquam ignaviâ immortalis factus est.* Horat. lib. 4 Carm. od. 7 v. 7

Immortalia ne speres, monet annus, & almum
Quæ rapit hora diem.

Immortales gratias agere, Cic. lib. 10 fam. epist. 13. ¶ *Immortales*, milites Persarum, quorum numerus (decem millia erant) ita conservabatur integer, aut perpetuo novi sufficerentur iis, quos casus aut mortalitas interceperat. vid. Curtius lib. 3 cap. 3 n. 13, & Herodot. lib. 7 cap. 83.

¶ Immortalĭtas, ātis, immortalis vitæ conditio, das ewige leben, die unsterblichkeit. Terentius in Andr. a. 5 sc. 5 *Mihi immortalitas parta est, si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit*, ich bin im himmel, mir ist nun ewig geholffen, &c. Cicero de Senect. cap. 20 *Non est lugenda mors, quam immortalitas consequitur*, dieweil auf den tod ein ewiges leben folget, ist er nicht zu betrauren. *Mandare, commendare immortalitati*, Idem pro Dom. cap. 29, verewigen. Et, *Socratis sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit*, de Orat. lib. 3 cap. 16. Pluralem suum quoque Cicero fecit lib. 3 Nat. Deor. cap. 18; *Vide igitur*, inquit, *ne virtutibus hominum isti honores habeantur, non immortalitatibus.*

¶ Immortaliter, adverb. unsterblich. Cic. ad Quint. Frat. 3 epist. 1 cap. 3 *Quod scribis, te a Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.*

¶ Intermŏrior, intermŏri, gantz ersterben, vergehen; ut, *Intermoritur officium alicujus apud aliquem*, Bithynicus Ciceroni lib. 6 fam. ep. 16.

¶ Intermortuus, a, um, halb tod, erstorben; ut, *Mores boni plerique omnes jam sunt intermortui*, Plaut. Trin. a. 1 sc. 1 v. 7. *Memoria intermortua*, id est, abolita, Cic. pro Muræn. cap. 7. Suetonius Nerone cap. 42 *Diu & sine voce & prope intermortuus jacuit.* ¶ Plinio *Intermori* non plane mori est, sed animo linqui ac exanimari: *Vituli*, inquit lib. 32 cap. 10, *marini adeps instillatur naribus intermortuarum vulvæ vitio.*

¶ Permŏrior, permŏri, idem quod simplex *Mori*, apud Commodianum Instruct. 27 & 29.

¶ Præmorior, præmori, ante mori, zuvor sterben. Ovid. Heroid. epist. 8 extrema: *Aut ego præmoriar, primoque extinguar in ævo.*

¶ Præmortuus, a, um, erstorben; ut, *membra præmortua*, Ovid. Amor. 3 eleg. 7 v. 65. Et, *Præmortui jam est pudoris*, er ist gantz unverschämt, Liv. lib. 3 extr.

¶ Semimortuus, a, um, halb tod. Catullus carm. 51 v. 14 & 15

At defessa labore membra postquam
Semimortua lectulo jacebant.

Usus & Petronius hac voce in Satyrico & Apulej. 1 Metam.

Morsicare, morsicatim, morsiuncula, morsus, Morta, mortalis, mortalitas, &c. quære in *Mordeo*, & *Mors.*

MORTĀRIUM, i, ein mörser, a *mortando*, quo verbo veteres usi pro conterere, Festus. Sed Scaliger *Mortarium* dictum putat, quasi *moretarium:* quod in eo tunderentur herbæ, unde moretum fieret. *Mortaria Cypria*, Plinius 33 cap. 5, küpfferne mörsel. *Mortaria ærea*, Idem lib. 34 cap. 11. Et, *Lapidea*, ibidem c. 18. conf. Virg. in Mor. v. 115. ¶ 2. *Mortarium* etiam architectonibus dictum, quod subigitur ex calce, aut arena, aut marmorato. ¶ 3. Item locus ipse, in quo tereretur aut pinseretur; Scaliger ad Moretum.

¶ Mortariŏlum, i, diminut. ein mörselein. Macer 1 v. 8 *Semen in mortariolo tritum.*

Morticinus, mortifer, mortificare, mortificus, mortuarius, morturio, mortuus, Morula, vide *Mors, Mora.*

MŌRUS, a, um, μωρὸς, fatuus, insipiens, närrisch. Plaut. in Trin. a. 3 sc. 2 v. 43 de amore: *Is hominum*, inquit, *mores moros & morosos efficit*, die liebe macht närrische köpffe. Idem Milite a. 2 sc. 4 v. 17

Ego stulta atque mora multum.

¶ Mōrio, ōnis, μωρίων, ein narr. Augustinus epist. 28 *Quidam tantæ sunt fatuitatis, ut non multum a pecoribus differant, quos* MORIONES *vulgo vocant.* Martialis lib. 8 epigr. 13

Morio dictus erat: viginti millibus emi.

Et lib. 12 epigr. 95 *Parvum basiat usque morionem.*

¶ Hinc verbum *Morari*, primâ productâ, finxit Nero, cum Claudium mortuum designaturus *morari desiisse inter homines* diceret, dementiam ejus atque vecordiam irridens. vide Suet. Nerone cap. 33.

¶ Mōrŏlŏgus, i, μωρόλογος, stultiloquus, ein phantast. Plaut. in Persa a. 1 sc. 1 v. 50 *Nunc tibi morologus fio.*

MŌRUS, i, fœm. Dioscoridi cap. 181 μορέα, συκάμινος, *arborum sapientissima*, ein maulbeerbaum, Plin. lib. 16 cap. 25.

¶ Mōrum, i, plur. mora, συκάμινον, *mori fructus*, maulbeere, μαυρὸν, *nigrum;* Horat. 2 sat. 4 v. 21

ille salubres
Æstates peraget, qui nigris prandia moris
Finiet.

Virg. eclog. 6 v. 22 *Sanguinea mora.* Et Ovid. Met. 1 v. 105

In duris hærentia mora rubetis.

¶ Sycomŏrus, vide infra in *S.*

MOS, mōris, consuetudo, institutum, disciplina, ritus, mores, sitten, gewohnheit, gebrauch. Festus, *Mos est*, inquit, *institutum patrium, pertinens ad religiones, cæremoniasque majorum.* Sic, *Mos est hominum*, Cic. de Clar. Orat. cap. 21, es ist der leute art und weise. *Virginibus Tyriis mos est* &c. Virg. Æn. 1 v. 336. *Mos erat Hesperio in Latio*, Idem Æn. 7 v. 601. *More hominum evenit*, Terent. Andr. a. 5 sc. 6 v. 3, es ist nach gemeinem lauff gegangen. *Moris est*, wie der brauch ist. Cicero in Verr. 3 cap. 26 *Negavit moris esse Græcorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres.* Et, *moris antiqui fuit*, Plin. lib. 3 epist. 21. Et, *Ferarum more*, Horat. lib. 1 sat. 3 v. 109, wie das vich. *Meo more*, nach meiner manier. Plautus Trin. a. 2 sc. 2 v. 16 *Meo modo & moribus vivo.* Sic, *De more, ex more, in morem*, nach gewohnheit, Horatius 2 sat. 3 v. 280. Et Virg. 1 Æn. v. 318. conf. Spon. Misc. p. 62. Sic & *ad morem* dicimus, auf art und weise. Quintil. lib. 4 cap. 1 pag. 277 *ad morem actionum prosequuntur*, sie führen es durch wie rechte sachen. Persius sat. 3 v. 31

Non pudet in morem discincti vivere Naccæ.

In morem venire, Livius lib. 42 cap. 21 extr. auffkommen. *Mihi semper moris fuit*, Quintil. lib. 2 cap. 13. *Morem diu servasse*, Pomp. Mela lib. 3 cap. 5. Et, *Romanorum epulis fides ac tibias adhibere, moris fuit*, Quintil. lib. 1 cap. 10. *Mores boni, mali, compositi, probati, lepidi, mites, perditi*, gute, böse, verderbte sitten, wandel. *Congruere cum alterius moribus*, Cic. de Amicit. cap. 8. *Conveniunt mores*, Ter. Andr. a. 4 sc. 2 v. 13, meine und ihre weise kommen überein. *Suis cujusque fingitur moribus fortuna*, Nepos Attico cap. 11. *Mores alicujus oratione exprimere*, Cicer. 2 de Orat. cap. 43. ¶ 2. *Morem gerere*, obsequi, zu willen seyn, proprie lenonis & meretricis esse censet Taubman. ad Plautum p. 16 & 458. Terent. in Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 108 *Mos gerendus est Thaidi.* Et, *Morem gerere voluntati regis*, i. e. obedire, Nep. Datame cap. 4. *Animo suo morem gerere*, sein müthlein kühlen, Terent. Andr. a. 4 sc. 1 v. 17. Plaut. prolog. Amphitr. v. 131 *Ut mores sunt, ita fortuna respondet*, wie man sich hält, so hat man glück, &c. Φθείρουσιν ἤθη χρησθ' ὁμιλίαι κακαί, *Mores bonos convictus inficit seu corrumpit improbus*, böse gesellschafft verderbet gute sitten, Menandri dictum, quod S. Paulus usurpavit. *Præfectus morum*, Corn. Nep. 22, 3, 2, hodie tales appellari amant, hofmeister. ¶ 3. Non raro *Mores* pro virtutibus ipsis ponuntur. Propertius lib. 4 eleg. ult. *Moribus & cælum patuit.* Et Manilius lib. 4 v. 18

Moresque creati Et vitia.

Dionysius Cato in Distichis:

Maxima enim morum semper patientia virtus.

¶ 4. * *Mores Adriæ*, Statius 3 Silv. 2 v. 87 vocat naturam & affectiones ejus maris; ut Virgil. 1 Georg. v. 51 *varium cæli morem*, Tibull. 4 eleg. 1 v. 73 *morem Charybdis*, & Lucret. 1 v. 194 *Ventorum mores.* ¶ 5. Sed *Mores ferre, accipere*, est in ordinem redigi, quietem & modestiam assumere; ut, *Mores ponere viris*, Virg. 1 Æn. v. 268. *Grævius.* ¶ 6. *Mos* etiam jus est, consuetudine longâ, inveterato consensu populi introductum. Unde Cicero Topic. cap. 5, cum partes juris civilis recenset, *Morem* etiam nominat. Alibi *mores* dixit, ut in Orat. pro Cæcina non semel. *Jus sine scripto* Imperator vocat Institut. ¶ 7. Contra pro vitiis sumitur vox apud Tacitum 3 Histor. cap. 72 *Propitiis, si per mores nostros liceret, Diis.* Nempe, *mores* vivendi rationem notant, quæ vel præclara ac recta secundum virtutem, vel prava ac vitiosa est.

¶ Mōrātus, a, um, adjectiv. moribus præditus, gesittet, geartet. Terent. in Hecyr. a. 4 sc. 4 v. 22 *Quid mulieris uxorem habes, aut quibus moratam moribus?* was hat sie für sitten, wie führt sie sich auf? Sic, *Bene, optime, male, pessime moratus:* ut, *Bene morata & bene constituta civitas*, Cic. de Clar. Orat. cap. 2. *Bene morati reges*, Idem lib. 2 Off. cap. 12. ¶ Transfertur & ad alia. Ovid. lib. 15 Metam. v. 94

placare voracis
Et male morati poteris jejunia ventris.

Plautus Asinar. a. 2 sc. 3 v. 10

Ita hæc morata est janua: extemplo janitorem
Clamat, procul si quem videt ire ad se calcitronem.

Sed istud comicum est & joculare.

¶ Moscŭlus, i, diminut. mos parvus, ein gebräuchlein; Festus Catoni tribuit.

¶ Mōrālis, e, sittlich, zu sitten gehörig; ut, *Philosophia moralis*, ἠθική, mores formans, seu ad mores pertinens, Cic. de Fato cap. 1. Et Seneca epist. 89 *Philosophiæ tres partes esse dixerunt & maximi & plurimi auctores:* MORALEM, NATURALEM & RATIONALEM. *Lex moralis*, decalogus. conf. Isidor. 2 cap. 24.

¶ Moralĭtas, ātis, morum conditio, die sittlichkeit. Macrob. Saturn. 5 cap. 1 *Sunt styli dicendi duo, dispari moralitate diversi.*

¶ Moraliter, adverb. Ambros. Serm. 1 in Nativit. Christi T. 5 p. 11 *In quo facto* (angelorum cantantium) *moraliter monemur*, &c.

¶ Mōrĭgĕro, are, zu willen seyn, active Plautus dixit Captiv. a. 2 sc. 1 v. 4, quamquam plures & hic *morigerari* legunt, quemadmodum Cic. in Oratore c. 48 *Voluptati aurium morigerari debet oratio*, i. e. obsequi, satisfacere, die rede soll nach dem gehöre gerichtet seyn. ¶ *Morigerari alicui*, Suetonio in Tiberio cap. 94 in turpibus est.

¶ Morĭgĕrus, a, um, adject. obsequens, gehorsam, zu willen, gutwillig. Terent. Andr. a. 1 sc. 5 v. 59 *Tibi morigera fuit in rebus omnibus.* Lucret. 4 v. 1275 *Morigeris modis.*

¶ Morigeratio, ōnis, die gutwilligkeit. Afranius apud Nonium c. 1 n. 1

Ætas, & corpus tenerum, & morigeratio,
Hæc sunt venena formosarum mulierum.

¶ Mōrōsus, a, um, qui moribus est difficilibus & fastidiosis, mürrisch, wunderlich, eigensinnig, mit dem es bald zu verderben ist. *Qui nimis exacte*

exacte nimisque ad unguem fieri omnia postulat, ut aliquando ob id indignetur, Valla lib. 1 cap. 21. Cic. in Orat. cap. 29 *Usque eo difficiles & morosi sumus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes.* Idem de Senect. cap. 18 *Sunt morosi & anxii & iracundi, & difficiles senes.* Suetonius Cæsare cap. 45 *Morosior circa corporis curam*, i.e. curiosior, diligentior, ut nunquam tamen sibi faceret satis. His contrarii *indifferentes* vocabantur, die es nicht so genau nehmen. Idem Suetonius Cæsare cap. 53 *Circa victum C. Oppius adeo indifferentem docet* &c. Vbi vide Casaubonum. Gellius lib. 18 cap. 7 pr. *homo naturâ intractabilior & morosior.* Superl. *morosissimus* est Tertulliani de Corona sub init.

¶ Mōrōse, adverb. idem; e.g. *Piso respuebat ineptias hominum, sive morose ut putabatur, sive ingenuo liberoque fastidio*, Cicer. de Clar. Orat. cap. 67, aus einem eckeln und wunderlichen sinn. *Judicium alicujus morosissime pensitare*, Sueton. Aug. cap. 66.

¶ Morosĭtas, ātis, ein wunderlicher sinn, seltzame weise, widerwärtigkeit, verdrießlichkeit; ut, *Morositas tamen habet aliquid excusationis*, Cic. de Senect. cap. 18. Et Sueton. Tiber. cap. 70 *Affectione & morositate nimia obscurabat stylum: ut aliquando ex tempore, quam a cura præstantior haberetur.*

¶ Submorōsus, a, um, aliquantulum morosus, etwas verdrießlich. Cic. lib. 2 de Orat. cap. 69 *Stomachosa & quasi submorosa ridicula.*

MŎSA, æ, fluvius Galliæ Belgicæ, die Maaß, unde *Trajectum ad Mosam*, Mastricht. Jul. Cæs. B. G. 4 cap. 10 *Mosa profluit ex monte Vogeso, qui est in finibus Lingonum, & parte quadam Rheni recepta, insulam efficit Batavorum. Neque longius ab eo millibus passuum* 80 *in oceanum transit.* conf. Sidonii carm. 5 v. 208. Plin. 4 cap. 14 & 15, & Tacit. Ann. 2, 6, 6.

MOSCHVS, i, μόσχος, seu *Muscus*, odoramentum notum, ex sanguine crassiore in umbilico animalis cujusdam similis natum, biesem oder thiesem, a *Tebeth* regione Africæ, in qua animalia multa sunt *moscum* vel *muscum* producentia. *Capreolus moschi*, ein biesem-thier. Gesner. Matthiol. ¶ 2. *Moschus*, poëta Græcus Bucolicus, Syracusis in Sicilia natus, Ptolemæo Philometori coætaneus, cujus aliquot hodieque Idyllia legimus. Delicatissimum est *Amor Fugitivus*, & Epigramma in *Amorem Arantem.* ¶ 3. *Moschus*, citharœdus imperitus, unde adagium: *Moschus canens Bœoticum*, in multiloquos & intempestivos locutores. vid. Chiliad. ¶ 4. *Moschi*, Scythici sunt populi ad Hyrcanum mare, de quibus Lucanus 3 v. 270 *sævis affinis Sarmata Moschis.* Hi nunc *Moscovitæ* dicuntur, unde

¶ Moschovia, seu Moscovia, æ, quæ & Russia alba, Moscau, Reussen, regio ad septemtrionem amplissima.

MŎSELLA, æ, fluvius Galliæ Belgicæ, qui & *Mosula* apud Florum 3, 10, 14, die Mosel. Dictus quasi parvus Mosa. Ad Confluentes Rheno miscetur. vide de *Mosella* Ausonii Edyllium 10.

MŌSES, Mosis, vel rectius *Mose*, ab Ebraico *Maschach*, id est, extractus vel servatus ex aqua. Græci per ωυ scribunt *Moyses.* Clem. Alex. lib. 1 Strom. p. 252 edit. Heins. τίθεται τῷ παιδίῳ ὄνομα ἡ βασιλὶς Μωυσῆν, ἐτύμως, διὰ τὸ ἐξ ὕδατος ἀνελέσθαι αὐτόν. Vbi de eo plura. Juvenalis sat. 14 v. 102

Tradidit arcano quodcunque volumine Moses.

Sedulius de Transfiguratione Christi:

Quid? quod & Eliam, & clarum videre Moysen.

Mŏȳsen, tribus syllabis. conf. Justin. lib. 36 cap. 2.

¶ Moseus, a, um, adject. vulgo *Mosaicus.* Juvenc. 2 v. 219 in Joh. c. 3 v. 14 *Moseis manibus summo sublatus honore est.*

MOSTRVM, i, antique idem quod *Monstrum.* Hinc

¶ Mostellum, i, diminut. ein gespenst, abentheuer. Gloss. gr. lat. φάσμα, *Mostellum.*

¶ Mostellarius, a, um, abentheuerlich, voller gespenst; ut, *vicus mostellarius*, quem in urbis locis collocat Varro de L. L. 4 cap. 8. Et hinc fabula Plauti *Mostellaria* dicta est, quia senex a servo manium monstris exterretur. Eadem dicta fuit PHASMA.

MŌTĂCILLA, æ, avis ab assidua caudæ vibratione sic dicta, eine bachsteltz, a nigro & albo colore, Gesn. σεισοπυγὶς, Græcis eadem, quæ Latinis est etymologia.

MŌTĂCISMVS, i, frequens litteræ M repetitio; vel, quoties in M litteram vocalis sequitur. vid. Isidor. 1 cap. 31. Adhelm. de Virg. cap. 29 *Labdacismi collisiones, & motacismi voragines.*

Motamen, motatio, motio, moto, motor, &c. vide mox *Moveo.*

MŎVEO, mōvi, mōtum, movēre, ciere, motum facere, regen, bewegen. Terent. in Andr. a. 4 sc. 3 v. 16 *Move ocius te*, gehe bald fort. Cicer. ad Attic. lib. 7 epist. 16 *Si nondum profectæ sunt, nihil est quod se moveat*, daß er sich aufmache. Quod & *movere* simpliciter dixit, ibid. lib. 9 epist. 1 *Hæc ego scribebam pridie*, &c. *Postquam ille Canusio moverat*, war aufgebrochen, hoc est, discesserat. Estque castrense fere verbum. Suetonius Cæsare cap. 60 *Prælia non tantum destinatò, sed ex occasione sumebat: ac sæpe ab itinere statim, interdum spurcissimis tempestatibus, cum minime quis moturum putaret.* Lucanus lib. 2 v. 528

Jamque secuturo jussurus classica Phœbo,
Tentandasque ratus moturi militis iras.

Movere autem per ellipsin dicitur. Nam integrum est *castra movere*, quo Cæsar est usus, itemque Cicero, Corn. Nepos 14, 8, 4, & 18, 12, 4. *Bellum movere*, id est, excitare, erregen, erwecken. *Movere controversiam, indignationem, lacrymas, misericordiam, risum, suspicionem*, passim obvia. *Movere mentionem*, Livius lib. 28 cap. 11. Et Sueton. Cæsare cap. 75 *Motis apud Ilerdam conditionibus*, i.e. mota conditionum mentione. *Movere alicui stomachum*, Cic. ad Attic. lib. 6 epist. 3, zu zorn bewegen, in harnisch jagen. *Mente ac sensibus moveri*, Cic. 4 Acad. cap. 31 *moveri animo, lacrymis, fletu*, &c. *nihil moveor* &c. Propertius lib. 3 eleg. 25 v. 5

Nihil moveor lacrymis, &c.

Res magnæ moventur, id est, commoventur, excitantur, es wird groß ding erreget, Cicer. ad Q. frat. lib. 2 epist. 3. *Movere ac moliri aliquid*, Liv. lib. 23 cap. 39, auf etwas umgehen. *Senatu motus est a censoribus*, er ist aus dem rath gestossen worden, Vellej. 1, 10, 6. ¶ *Movere* etiam persuadere est. *Moveri auctoritate alicujus* scil. ad fidem habendam, Corn. Nep. Conone cap. 4. *Moveri consilio alicujus*, Idem in Dione cap. 1 n. 3. ¶ *Moveri quæ possunt*, vulgo *mobilia bona*, Nep. 2, 2, 8, & 10, 4, 2, fahrende haabe. ¶ *Moveri* etiam de terræ motu dicitur. Livius lib. 35 cap. 40 extr. *Terra dies duodequadraginta movit*, es ist ein erdbeben gewesen.

¶ Mōtus, a, um, erregt, bewegt, bewogen. Virg. Æn. 1 v. 139 *Motos præstat componere fluctus.* Curt. 6, 5, 23 *precibus motus.* Idem 8, 6, 8 *Juvenem sua sponte jam motum perpulit.* Sen. epist. 94 *mens mota*, i.e. turbata, ein verruckter sinn.

¶ Mōtus, ûs, motio, agitatio, die regung, bewegung. Motus autem duplex est, alter qui secundum rectam fit lineam, alter circularis. *Motus cæli & siderum*, Cic. de Univers. cap. 6, des himmels lauff. *Quod animatum est, id motu cietur interiore*, Idem 1 Tusc. cap. 23, was das leben hat, das reget und beweget sich von inwendig heraus. *Omne quod est calidum, & igneum, cietur & agitatur motu suo*, Cic. de Nat. Deor. lib. 2 cap. 9. *A motu corporis non removeri*, Nepos 18, 5, 4. *Crebris motibus terræ fatigati*, die offt vom erdbeben plage gehabt, Curt. 4, 4, 20. ¶ 2. *Motus*, commotio, unruhe, aufruhr, empörung. *Motus populi factus est*, Cic. de Orat. lib. 2 cap. 48. *Afferre motum reip.* Idem 2 in Catilin. cap. 2 extr. ungelegenheit machen. *Græcia maximis concussa est motibus*, Vellej. 1, 3, 1. ¶ 3. *Motus animi*, perturbationes sunt, affecten, Cic. Offic. lib. 1 cap. 36. Et, *Dulcem motum afferunt sensibus res quædam*, Idem de Finibus 2 cap. 3. ¶ *Motus* & *Movendi* verbum etiam de Enthusiasmo usurpant auctores. vid. Barth. ad Claudian. p. 520 de poëtarum sive furore, sive ἐνθουσιασμῷ. Idem ibid. p. 862 ostendit.

¶ Mōtio, ōnis, die bewegung. Cic. de Fato cap. 19 *Qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem non dedit.* Idem lib. 1 Acad. Qu. cap. 8 *Animi motiones* affectus dixit, die begierden.

¶ Motiuncŭla, æ, diminutivum, eine kleine bewegung, ein kleiner anstoß; qua voce de valetudine usus Sueton. Vespas. cap. 24 pr. *Tentatus motiunculis levibus.* Et Seneca epist. 53 *Levis aliquem motiuncula decipit: sed cum creverit & vera febris exarserit*, &c.

¶ Mōtor, ōris, qui movet, ein beweger; ut, *Motor cunarum*, Martial. 11 epigr. 40 *Cunarum fueras motor, Charideme, mearum,*
Et pueri custos, assiduusque comes.

du hattest mich gewieget.

¶ Mōtōrius, a, um, bewegend; ut, *fabula motoria*, quæ *statariæ* opponitur. vide infra in *Sto.*

¶ Mōto, motare, frequentativum, offt bewegen. Virg. eclog. 6 v. 28 *tum rigidas motare cacumina quercus*, (videas.) Idem eclog. 5 v. 5 *Zephyris motantibus.* Et Æn. 3 v. 581 *Fessum quoties motat latus.*

¶ Motatus, a, um, fortgeschoben; ut, *motatus uterus*, scil. viperæ, Prudent. Hamart. v. 596.

¶ Motatio, ōnis, motio, die bewegung. Tertullianus de Anima c. 45 *perpetuitas motationis.*

¶ Mōtāmen, ĭnis, idem. Paulinus Petrocor. lib. 5 v. 581 *motamine caudæ.*

¶ Motator, ōris, motor, ein beweger. Tertullian. 2 ad Nation. cap. 3 *Per se moventur* [animalia,] *nullo extrinsecus apparente motatore.* Et ibidem: *motator cælestium rerum.* Item Arnobius lib. 3 p. 118 *Neptunus tremebundi motator sali.* Et rursus Tertullian. de Anima c. 12 pr. *Qui universitatis motatorem animum decernunt.*

¶ Mōtābĭlis, e, beweglich, Vulg. Interpr. Gen. cap. 1 v. 21.

¶ Mōbĭlis, e, quod facile movetur, beweglich; ut, *Lubrici & mobiles oculi*, Cic. lib. 2 Nat. Deor. cap. 57. *Homo mobilis*, inconstans, unstät, unbeständig. *Mobili esse animo*, einen unbeständigen sinn haben, Metellus Ciceroni lib. 5 epist. 1. *Mobile ingenium*, Liv. lib. 2 cap. 37. Claudianus 4 Consul. Hon. v. 301

Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

Compar. & Superl. apud Ciceronem & alios sunt: ut lib. 2 Nat. Deor. cap. 11 *Mundi fervor pellucidior, mobiliorque multo.* Et mox: *acerrimo & mobilissimo ardore teneri.* Liv. lib. 6 cap. 6 pr. *populus mobilior ad cupiditatem.* Et Gell. lib. 15 cap. 22 extr. *Quamquam id genus hominum esset mobilissimum*, hoc est, inconstans & ad novandas res proclive. Et Tacitus 1 Histor. cap. 24 *mobilissimus quisque ingenio.* ¶ Aliquando tamen *mobilis animus* etiam in bonam partem dicitur, & tardo stupidoque opponitur. Vitruvius lib. 5 cap. 7 *Architectus erit usu peritus: præterea ingenio mobili, solertiaque non fuerit viduatus.*

¶ Mōbĭlĭtas, ātis, die beweglichkeit; ut, *Celerrima mobilitate sunt sidera*, Cic. de Nat. Deor. 2 cap. 15. Et, *Mobilitas linguæ*, Idem lib. 1 de Orat. cap. 28. *Fama viget mobilitate*, Virg. 4 Æneid. v. 175. Item: *Quid est inconstantiâ ac mobilitate turpius?* Cicer. 7 Philippica cap. 3. *Mobilitas fortunæ*, Nepos Dione cap. 6, inconstantia, varietas.

¶ Mobiliter, adverb. beweglich. Cic. lib. 2 de Nat. Deor. cap. 9 *Animadversum sæpe est, cum cor animantis alicujus evulsum ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur igneam celeritatem.* Cæsar 3 de Bell. Gall. cap 10 *Cum intelligeret, omnes fere Gallos novis rebus studere, & ad bellum mobiliter celeriterque excitari.*

¶ Mobilĭto, are, promovere, rege machen, apud Lucret. legitur lib. 3 v. 249 *Inde aër, inde omnia mobilitantur.*

Composita:

¶ Admŏveo, ēre, hinzu rücken, hinzu thun, anwenden; ut, *Aurem admovere*, zuhören, Cic. 2 de Orat. cap. 36, & Seneca epist. 10. *Admovere manum operi, alicui rei*, die hand anlegen, Cic. 1 Agrar. cap. 4. Proverbii vicem habet: *Manum admoventi fortuna est imploranda*, vide Chil. *Quasi faces doloris alicui admovere*, Cic. 2 Tusc. c. 25 extr. *Admovere quem in convivium: ad aleæ lusum*, Suetonius Claudio c. 39, einen darzu gebrauchen. *Stimulos admovere alicui*, i.e. stimulare aliquem, Cic. pro Sext. cap. 5. *Vim admovere*, nöthigen, Celsus 7 c. 26. *Preces admovere*, bitten, Ovid. ex Ponto 3 epist. 7 v. 36.

¶ Admōtus, a, um, angewandt, angelegt. Cic. pro Cluent. cap. 13 *Tamquam aliqua machina admota capere & expugnare.* Idem de Orat. 2 cap. 45 *Nulla materies, nisi admoto igni, ignem concipere potest.*

Curt. 6, 11, 31 *Tormentis admotis expressere.* Idem 9, 2, 7 *In propiorem amicitiæ locum admotus.*

¶ Admōtus, ûs, die hinzufügung, anwendung. Plin. lib. 24 cap. 11 pr. *Arundo* [Judææ odorata] *ciet menstrua admotu.* (*Admota* alii legunt, etiam Harduinus.)

¶ Admotio, ōnis, idem. Cicer. 2 Nat. Deor. cap. 60 *Ad nervorum eliciendos sonos, ac tibiarum, apta manus admotione digitorum.*

¶ Subadmŏveo, ēre, aliquantum admovere, ein wenig beyfügen: ut, *subadmovere mari fœminam*, Columella 6 cap. 36 sub fin.

¶ Amŏveo, ēre, compositum contrarium, abschaffen, abthun, wegräumen; ut, *Amovere ex aliquo loco saxum, lignum,* &c. Terent. in Adelph. a. 4 sc. 2 v. 14 *Age, tamen ego hunc amovebo*, ich will ihn doch hinweg schaffen. *Amovere metum, opinionem*, Idem Andr. a. 1 sc. 2 v. 10, & a. 3 sc. 2 v. 30. *Amovere a se culpam*, Livius lib. 4 cap. 42, ablehnen, von sich weltzen. *Amovere aliquem ab officio*, quod & *removere* dicitur, einen absetzen. Cicer. de Arusp. resp. cap. 20 *Quæstorem a sua frumentaria procuratione Senatus amovit.*

¶ Amōtus, a, um, bey seit geschafft, hinweggethan. Propert. 1 eleg. 11 v. 15 *Amoto labi custode.* Horat. 1 satyr. 1 v. 27 *Amoto quæramus seria ludo.* In furtis quoque locum habet. Ita enim Horatius lib. 1 ode 10 v. 10 *Boves per dolum amotas* dixit. Idque verecunde: ne Deum (de Mercurio enim loquitur,) furti reum videretur agere. Eodem ὑποκορισμῷ filiusfamilias, si quid patri surripit, non *furari*, sed *amovere* in Jure dicitur, quod ad Horatium Rutgersius observat, entwenden.

¶ Amōtio, ōnis, die abwendung, vertreibung: ut, *Amotio doloris*, Cicer. 2 de Finib. cap. 3.

¶ Commŏveo, ēre, bewegen, erregen: ut, *Animum cujuspiam, aut oculos commovere*, Cicer. 4 in Verr. cap. 34. *Exspectationem sui commovere*, Idem 1 ad Attic. epist. 4 pr. *Discendi aut scribendi studium commovere*, Idem 1 Nat. Deor. cap. 4. *Invidiam, misericordiam, miserationem, iracundiam, odium, suspicionem in aliquem, tumultum, bellum commovere*, Cicero passim. *Miseriis ac periculis alicujus commoveri*, Idem pro Fontejo cap. 16, sich lassen zu hertzen gehen. *Commoveri misericordiâ*, Idem. *Ab aliquo loco se commovere*, aufbrechen: *Nec me Thessalonicâ commovi*, Cic. ad Attic. 3 epist. 13. Idem lib. 2 de Orat. c. 44 *Facilius est currentem (ut ajunt) incitare, quam commovere languentem*, einen krancken oder faulen auf die beine bringen. *In aliquâ commoveri*, in eine verliebt werden, Terentius Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 19.

¶ Commōtus, a, um, bewegt: ut, *Graviter commotus*, i. e. iratus, erzürnt, Virgil. Æneid. 1 v. 126. *Commotus ingenio*, qui facile movetur, *irasci celer*, (ut Horatius 1 epist. 20 v. 25 loquitur,) apud Tacitum Annal. 6 cap. 45 extr. der leicht aufzubringen. Compar. *commotior.* Cic. lib. 1 de Divinat. cap. 37 *Potestne actio esse vehemens, & gravis, & copiosa, nisi est animus ipse commotior?* Livius lib. 6 cap. 14 *Addita alia commotioris ad omnia turbanda consilii res.*

¶ Commotio, ōnis, die bewegung. Cicero lib. 3 Tuscul. Q. cap. 4 *Quid? tibi omnisne animi commotio videtur insania?*

¶ Commotiuncŭla, æ, diminut. eine kleine bewegung. Cic. lib. 12 ad Attic. epist. 11 *Atticæ hilaritatem libenter audio: commotiunculis συμπάσχω.*

¶ Commotacŭlum, i, virga, qua flamines, pergentes ad sacrificium, homines a se amovebant. Sic Scaliger legit apud Festum. Al. *Commentaculum*, ein stäblein.

¶ Demŏveo, ēre, de loco movere, abrücken, abwenden. Terent. in Adelph. a. 2 sc. 1 v. 16 *Cave nunc jam oculos a meis oculis quoquam demoveas tuos*, daß du deine augen von meinem gesichte verwendest. *Demoveri & depelli de loco*, Cicer. pro Cæcin. cap. 17. Et Tacitus Ann. 6 cap. 30 *in insulas demoti sunt*, h. e. relegati.

¶ Demōtus, a, um, verrückt, abgetrieben. Livius 6 c. 32 *Quantum Romana se invexit acies, tantum hostes gradu demoti*, id est, pulsi de loco & statione, sie haben sich treiben lassen, sind gewichen.

¶ Dimŏveo, ēre, idem ferme, aut in diversa movere, verwenden, verrücken: ut, *aratro terram dimovere*, Virgil. 2 Georg. v. 513. Quod ad animum quoque & alias res transferri potest. Sic Cicero Paradoxo 1 extrem. *Voluptas mentem ex sua sede & statu dimovet.* Et pro Domo cap. 26 *Labem a republ. dimovere*, abschaffen, abweisen.

¶ Dimōtus, a, um, verkehret, verrücket; ut, *Dimota a centro suo tellus*, Plin. 36 cap. 10. *Dimotis omnibus*, Tacit. Hist. 2 cap. 49 n. 1.

¶ Emŏveo, ēre, heraus treiben, hinaus schaffen. *Plebem de medio emovere*, Livius lib. 6 cap. 38. Et, *Multitudinem e foro emovere*, den hauffen vom platz treiben, hinweg bringen, Idem lib. 25 cap. 1. Valer. Max. lib. 2 cap. 4 n. 5 *pertinaci spiritu flammam emovere*, feuer anblasen, aufblasen.

¶ Emōtus, a, um, hinausgetrieben, ausgehoben, umgekehrt. Virgil. Æneid. 6 v. 382 *Curæ emotæ.* Idem Æneid. 2 v. 493 *Emoti cardine postes.* Et ibid. v. 610 *Emota fundamenta quatit.*

¶ Immōtus, a, um, quod non movetur, unbewegt, fest, standhafftig. *Mens immota manet*, Virgil. 4 Æneid. v. 449. Et ibid. v. 15

Si mihi non animo fixum immotumque maneret.

Tacitus 1 Histor. cap. 86 *immotum diem* eum dixit, quo venti nulli spirant, ein stiller tag.

¶ Immōbĭlis, e, unbeweglich. *Immobilibus oculis contueri solem*, Plin. lib. 7 cap. 2. *Immobilior scopulis*, Ovid. Metamorph. lib. 13 v. 802.

¶ Immobilitas, ātis, die unbeweglichkeit. Apulej. in Trismeg. p. 95 *Deum agitari credibile est in seipsum eadem immobilitate stabilitatis.* Lactantius lib. 6 cap. 17 *Qui immobilitatem animi adserunt, privare animum vita volunt, quia vita actuosa est, mors quieta.* Arnob. lib. 1 p. 26 de Christi miraculo: *Articuli immobilitates jam ingenitas explicabant*

¶ Permŏveo, ēre, durchaus bewegen. Cicer. in Orat. cap. 38 *Miseratione mens judicum permovenda est.* Ibidem cap. 28 *permovere animos.*

¶ Permōtus, a, um, bewogen: ut, *Tumultu permoti*, Nepos 1, 4, 3. conf. 18, 6, 2. Sic, *Permotus metu*, Cicer. pro Cæcin. cap. 17. Item, *Iracundia, dolore, lacrymis,* &c.

¶ Permōtio, ōnis, die bewegung. Cicero lib. 2 de Orat. cap. 53 extr. *Quæ aut conciliationis caussa leniter, aut permotionis, vehementer aguntur.* Hic affectuum significat concitationem. ¶ *Permotio mentis* etiam raptus fatidicorum dicitur. Cicer. lib. 1 de Divinat. cap. 40 *Priamus Helenum filium & Cassandram filiam divinantes habebat, alterum auguriis, alterum mentis incitatione & permotione divina.*

¶ Permōto, are, idem quod permovere. Commodian. Instruct. 12 *Vino permotati honorem illi* (Baccho) *dedere.*

¶ Prōmŏveo, ēre, förder oder weiter bringen, heben, rücken, vorschub thun. Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 3 v. 3 *Move vero ocius te nutrix. Moveo. Video, sed nihil promoves*, du kommst aber nicht forder. Idem in Andr. a. 4 sc. 2 v. 28 *Quantum huic promoveo nuptias*, id est, producam, protraham, aufziehen, aufhalten. Quintil. lib. 2 cap. 13 *Cornua aciei utrinque promovere*, id est, extendere, zu beyden seiten weiter ausstrecken, erweitern. Sic, *promovere mœnia*, Sueton. dixit Nerone cap. 16. Et Ovid. lib. 2 Amor. eleg. 9 v. 17

Roma nisi immensum vires promosset in orbem.

Virg. Æneid. 10 v. 195 *Remis Centaurum promovet.* Terentius Hecyrâ a. 4 sc. 4 v. 18 *Abibo hinc, præsens quando promoveo parum*, hoc est, proficio, dieweil ich wenig ausrichte, wenig nutzen schaffe. Idem Andriâ a 4 sc. 1 v 16 *Nihil promoveris*, id est, proficies. Apulejus Apol. *Sed nihil ab eloquentia metuant, quam, si quid omnino promovi, potius spero, quam præsto.* Idem in Floridis: *Quod quis videbatur paullo largius in arte promovisse.* Gellius lib. 5 cap. 10 *Cum in studio facundiæ abunde promovisset.* ¶ *Promovere quem in ampliorem gradum*, id est, provehere, befördern, Sueton. Othone cap. 1.

¶ Promōtus, a, um, fortgebracht, befördert: ut, *Classis promota*, Stat. Achill. 1 v. 444. *Promota & remota*, Cicer. de Fin. 3 cap. 16. *Promotus ad amplissimas procurationes*, Plinius lib. 7 epist. 31.

¶ Promotus, ûs, substant. der fortgang, die beförderung. Tertullian. de Coron. Mil. cap. 3 *Ad omnem progressum atque promotum.*

¶ Promotio, ōnis, idem. Jul. Firmicus lib. 3 cap. 7 n. 5 de certo stellarum positu: *Argumenta vitæ promotionesque, sed cum maxima largitur infamia*; & n. 9 *promotionibus adornantur, & ex his rebus augmenta patrimonii consequuntur.*

¶ Promōtor, ōris, patronus, ein förderer, beförderer. Ammian. 21 c. 1 *Nullo arbitrio ejus promotorum suscepto præter Nebridium.*

¶ Remŏveo, ēre, hinweg thun, abschaffen. *Oculos removere & se totum avertere*, Cic. pro Balb. cap. 5, die augen hinweg wenden, &c. Idem 16 famil. epist. 12 *Accipimus conditiones, sed ita, ut removeat præsidia ex his locis, quæ occupavit.* Et, *Removere de medio*, Cicer. pro Rosc. Am. cap. 8 extr. Item, *Suspicionem a se removere*, 2 de Leg. Agrar. cap. 8, verdacht von sich ablehnen. *A negotiis publicis se removere*, gemeiner händel sich entziehen, Idem in Offic. lib. 1 cap. 20. Sic, *Removere se ab alicujus amicitia*, Idem de Amicit. cap. 12. *A republ. aliquem removere*, Cæs. lib. 3 B. Civil. cap. 31, einen absetzen.

¶ Remōtus, a, um, remotior, remotissimus, qui longius abest, entfernt. *Apulia ab impetu belli remotissima*, Cicer. 8 ad Attic. epist. 3. *A vulgari intelligentia remotiora sunt*, Idem lib. 2 de Invent. cap. 22. Et, *Sermo a forensi strepitu remotissimus*, Cicer. in Oratore cap. 9 extr. Sic apud eumdem lib. 15 fam. epist. 4 *Remotus ab inani laude & sermonibus vulgi*, id est, vel abhorrens, vel alienus, vel nihili faciens. *Procul remotus ab oratoris officio*, Idem de Invent. lib. 1 cap. 6. Et, *Remoti ab injuriis magistratuum*, Idem 4 Verr. cap. 66. *Remoto joco*, ohne schertz, Idem 7 fam. epist. 11.

¶ Remote, adverb. weit davon, entfernt. Compar. est Cic. 1 de Nat. Deor. cap. 31 de stellis erraticis: *Aliæ propius a terris, aliæ remotius eadem spatia conficiunt.* Superl. *remotissime* apud Augustinum est de Trinit. lib. 12 cap. 5.

¶ Remotio, ōnis, die entfernung, wegräumung: ut, *Remotio criminis*, die ablehnung deß, so man beschuldiget wird, cum crimen, quod ab adversario infertur, in alium dimovetur, ut ipse Cicero interpretatur lib. 2 de Invent. cap. 29.

¶ Sēmŏveo, ēre, removere, bey seit schaffen, absondern. Cicero de Orator. lib. 3 cap. 5 *Neque res lumen habere possunt, si verba semoveris.* Idem de Arusp. resp. cap. 12 extr. *Qui antea voce præconis a liberis semovebantur.*

¶ Semōtus, a, um, abgesondert: ut, *a curis semotus*, Lucret. lib. 1 v. 46. Et, *Arcana semotæ dictionis*, Dialog. de Orator. cap. 2, heimliche gespräche. Compar. *Nihil a sapientis ratione semotius*, Lactantius lib. 5 cap. 15.

¶ Semote, adverb. absonderlich, besonders. Plin. Valerian. 3 cap. 4 *Terere semote.*

¶ Submŏveo, ēre, vel Summovere, aus dem wege schaffen: item, heimlich abschaffen. *I lictor, submove turbam*, Livius lib. 3 cap. 48. Et lib. 4 cap. 50 *Cum summoventes lictores vexarent turbam.* Hoc enim proprie verbo lictorum illud munus appellatum fuit. Idem Livius lib. 45 cap. 7 *Donec consul lictores misisset, qui summovendo iter ad prætorium facerent.* Vnde Horat. lib. 2 oda 16 v. 9 *consularis summovet lictor.* Plin. Paneg. Trajani cap. 76 *Nemo submovebatur.* Vide integrum locum. Omnium autem elegantissime Seneca epist. 94 ad mores & vitia transtulit: *Non est*, inquit, *quod feliciorem eum judices, cui summovetur, quam quem lictor semitâ dejicit. Si vis exercere tibi utile, nulli autem grave imperium,* SVMMOVE *vitia.* Sic, *Arcere & submovere*, Plinius Paneg. cap. 55. *Submovere insidias*, Propert. lib. 1 eleg. 20 v. 30. Et, *A consulatu aliquem submovere*, absetzen, oder nicht zulassen. Sic

¶ Submōtus, vel summotus, abgesetzt, weggeschafft. Plinius lib. 2 epist. 12 *Summotus a proconsulatu, quia se in legatione turpiter gesserat.* Et Vellej. 2, 68, 2 *Summotus a republica.* Nepos 6, 4, 3 *Summoto Lysandro*, i. e. secedere jusso, da er einen abtritt nehmen müssen.

¶ Submōtor, ōris, qui submovet, ein wegschaffer: ut, *Submotor aditûs*, id est, lictor, apud Livium lib. 45 cap. 29 pr.

¶ Trans-

¶ Transmŏveo, ēre, transferre, fort bewegen, fortsetzen. Terent. in Eunuch. a. 3 sc. 1 v. 9 *Labore alieno magnam partam gloriam verbis sæpe in se transmovet.*

MOX, adverb. statim, bald, alsbald. *Mox ego huc revertor*, Terent. Andr. a. 3 sc. 2 v. 5. Item, paullo post, bald darauf; ut, *Expecto, quam mox veniat, qui adimat hanc mihi consuetudinem*, wie bald, so bald, Ter. Phorm. a. 1 sc. 3 v. 9. ¶ 2. Aliquando idem ac *deinde*, nachmahls, hernach. Non enim continuatam modo temporis successionem, sed & ordinem qualemcunque significat: Auctor Panegyrici ad Constantin. cap. 18 *Sancte Tibris quondam hospitis monitor Æneæ, mox Romuli conservator expositi: Mox*, id est, deinde. Nam inter Æneam & Romulum quatuor fere secula intercesserunt. Florus lib. 3 cap. 19, postquam de servili tumultu, quem Appius Herdonius Sabinus anno urbis conditæ CCXCIV concitavit, expotuisset, subjungit: *Mox imperio per diversa terrarum occupato, quis crederet, Siciliam multo cumulatius servili, quam Punico bello, esse vastatam.* Atqui Punicum, de quo loquitur, bellum A. V. CCCCXIIX cœpit. Ergo *Mox* pro *deinde* posuit. Vsus ita particula hac Sueton. etiam est Cæsare cap. 1, Augusto cap. 47, Nerone cap. 6, item Othone cap. 10, & Tacitus de German. cap. 34 in fin. Et Plinius lib. 36 cap. 8 *Probatissimus in Carmania: mox in India.* Loquitur de *Alabastrite* lapide. Et optimum esse, qui in Carmania nascitur, significat; deinde, quem India mittit. Etiam localiter: Plin. lib. 6 cap. 29 *Mox oppidum parvum est.* Eleganter quoque cum *Deinde* conjungi potest. Tibullus lib. 1 eleg. 7 v. 35 *mox deinde recurrit.*

MV, sive Mut, Mū, interjectio, inde *mutire* & *mussare*. Varro lib. 6 de L. L. *Mussare dictum, quod muti non amplius quam* mu *dicunt: a quo idem* (Ennius) *dicit:* Quod minimum est, neque ut ajunt, mu facere audet. Apulejus in proverbiis, ut Sosipater Charisius citat, *mut non facere audet.* Lucilius apud eumdem Charis. *Nec laudare hominem quemdam, nec mu facere unquam.* Scalig. in Conject. notat *mu* canum esse, unde dicuntur *mutire:* sicut γρῦ porcorum, unde *Grunnire.* Conf. Parei Lex. Crit. p. 757.

Muccedo, muccinium, mucculentus, muccus, vide *Mucus*.

MV̄CEO, ēre, schimmlicht seyn, verschimmeln. Vossius derivat ab hebræo [illegible], *tabescere, corrumpi.* Cato de R. R. cap. 148 *Vinum neque aceat, neque muceat*, er soll weder sauer, noch kahnicht seyn.

¶ Mucesco, ĕre, mucidum reddi, kahnicht oder zu essig werden. Plin. lib. 14 cap. 20 *Proprium est vino, mucescere, aut in acetum verti.*

¶ Mūcĭdus, a, um, adjectivum, verlegen, schimmlicht, beschlagen. Juvenal. satyr. 5 v. 69 *Solidæ jam mucida frusta farinæ*, klumpffe mehls so da verschimmlet seyn. conf. satyr. 14 v. 128. *Vinum mucidum*, kahnichter wein, Martial. lib. 8 epigram. 6. *Mucidus senex*, Plaut. Milit. a. 5 sc. 1 v. 51.

¶ Mūcor, ōris, lanugo, quæ situ diutino contrahitur, der unflat auf einem dinge, so da beschlägt, der schimmel. *Situ penora mucorem contrahunt*, küchen-speise wird schimmlicht, wenn sie lange liegen bleibt, Columella lib. 12 cap. 4. Est & *mucor vini*, Lege 4 § 1 Dig. de peric. & commodo rei vend. kahn, wenn der wein anläufft, kahnicht wird.

¶ Emūcĭdus, a, um, verdorben, verschimmelt. Varro de R. R. 1 cap. 31 *emucidum ramentum* dixit. Plinius etiam *vitem emucidam* dixit lib. 17 cap. 22, sed *ejuncidam* Harduinus legit, cujus emendationem consulere non pigebit.

Mucosus, quære paullo post in *Mucus*.

MVCRO, ōnis, cuspis & acumen ensis ac telorum, die spitze eines messers, degens rc. ut, *mucro falcis*, de quo Colum. 4 cap. 25, & per synecdochen ipse gladius, der degen. Cicer. in Catil. 3 cap. 1 *Gladios in rempubl. districtos retudimus, mucronesque eorum a jugulis nostris rejecimus.* Idem in Philipp. 14 cap. 3 *Mucrones in cive aut hoste figere.* Idem, *Mucronem defensionis* per metaphor. dixit, das schärffste in der verantwortung, pro Cæcin. c. 29. Sic *Ardescere mucro* dicitur, qui summe acutus. vide in *Ardeo.* ¶ 2. *Mucrones*, quarumvis rerum summitates; ut, *Mucrones herbarum*, die wippel, Virgil. Æneid. 12 v. 663
Strictisque seges mucronibus horret.

¶ Mucrōnātus, a, um, spitzig, zugespitzt: ut, *Mucronata folia*, id est, mucronum similia, blätter wie messerspitzen, Plin. lib. 25 cap. 13. Et, *Xiphias piscis rostro mucronato*, Idem lib. 32 cap. 2.

MV̄CV̄LA, æ, Persarum linguâ appellatur gemma, cordis colorem habens, Plin. 37 cap. 10.

MV̄CVS, seu Muccus, i, κόρυζα, vel μύξα, á μύσσω, unde veterum *Mugo* pro *mungo*, & *Mucus*, narium pituita, der rotz, schmutz, unflat in der nasen. Catullus Carm. 23 v. 16

A te sudor abest, abest saliva,
Mucusque & mala pituita nasi.

Celsus fere in plurali numero usus est, ut lib. 4 cap. 18 *Descendunt autem pituitæ mucisque similia.* Juvenal. sat. 10 v. 199 *madidi nasi infantiam* hoc vitium vocat.

¶ Muccēdo, ĭnis, idem. Apulej. Apolog. pag. 496 *Enimvero si perniciosa illa muccedo intus cohibita, & bili atra sociata venis omnibus furens pervasit.*

¶ Mucōsus, vel Muccosus, a, um, rotzig, eitricht: ut, *Mucosa ventris proluvies*, Colum. lib. 6 cap. 7. Et, *exulceratio muccosa*, Celsus 5 cap. 28. Apud Festum *Muger muccosus* est.

¶ Mucculentus, a, um, idem; ut, *munctiones mucculentæ*, Arnobius lib. 3 p. 107. Et, *Muculenti nares*, Prudent. Perist. 2 v. 282.

¶ Muccinium, i, linteum est, quo excipiatur nasi muccus, ein schnupftuch. Arnobius lib. 2 p. 59 *Indicet, in quos habitus vestis stragula facta sit, mitra, strophium, fascia, pulvinus, muccinium*, &c. Add. Turneb. lib. 13 Advers. cap. 14.

¶ Muco, ōnis, μύξων sive μύξινος, piscis est ex mugilum genere, Gazæ.

MV̄GIL, & Mugilis, is, piscis plurimorum generum & nominum, *marinus* alius, *fluviatilis* alius. Mugilum marinorum hæ sunt species: *Capito*, κέφαλος, ein alet, harderen: *Cestreus*, Cephalo similis, sed capite minore, ein harderen mit einem kleinen kopff. Hoc piscis

genus in puniendis mœchis, cum deprehendebantur, adhiberi solebat. Juvenalis satyr. 15 v. 317

quosdam mœchos & mugilis intrat.

Vbi vetus Scholiastes: MVGILIS *piscis grandis capitis, postremis exilis: qui in podicem mœchorum immitti solebat.* Huc respexit Catullus epigram. 15 extr.

Quem attractis pedibus, patenti porta
Percurrent raphanique mugilesque.

MV̄GĬNOR, ari, verbum vetus, secundum Festum est nugari & quasi tarde conari. Apud Nonium, qui per *murmurare* explicat, Lucilius cap. 2 n. 543 *Muginamur, molimur, subducimur.* Cicer. ad Attic. lib. 16 epist. 12 *De ocella dum tu muginaris, neque mihi rescribis, cepi consilium domesticum*, indem du langsam mit der sachen umgehest. vid. P. Crinit. d. H. D. lib. 18 cap. 5.

MV̄GIO, ivi, itum, mugīre, verbum factitium a sono boum, brüllen. Livius lib. 1 cap. 7 *Cum actæ boves ad desiderium relictarum mugissent.* Propert. lib. 2 eleg. 28 v. 17 de Io in vaccam versa:

primos mugiverat annos.

Et lib. 3 eleg. 12 v. 29 *mugisse juvencos.* ¶ Transfertur hinc eleganter ad terræ motum, qui cum mugiente sono solet fieri. Virg. 4 Æneid. v. 490 *mugire videbis*
Sub pedibus terram.

Treb. Pollio in Gallienis cap. 5 *Auditum tonitruum terra mugiente, non Jove tonante: quo motu multæ fabricæ devoratæ sunt cum habitatoribus.*

¶ Mugītus, ûs, das gebrülle. *Mugitus boum*, Virgil. 2 Georg. v. 470. *Mugitibus agros implere*, Idem eclog. 6 v. 48. Sueton. Galbâ cap. 18 *Vrbem & palatium ingressum excepit terræ tremor, & assimilis quidam mugitui sonus.* ¶ *Mugitus edere*, Ovid. lib. 1 Metam. v. 637. *Fremitus & mugitus terræ*, Cicer. de Divinat. lib. 1 cap. 18, nempe ad omnem amplissimum sonum ducitur. vid. Barth. ad Stat. Silv. p. 35.

¶ Mugonia, æ, porta Romæ a mugitu, quod per eam venale pecus intraret; vel a Mugio quodam, qui eidem tuendæ præfuit, & a frequenti murmuratione sic dictus est. vid. Festus.

Composita:

¶ Admūgio, īre, anbrüllen, zubrüllen. Ovid. 1 de Arte am. v. 279
Mollibus in pratis admugit fœmina tauro.

¶ Demugio, īre, voll von gebrülle machen. Ovid. 11 Metam. v. 375
demugitæque paludes.

¶ Emūgio, īre, cum mugitu proferre, herausbrüllen. Quintilianus lib. 2 cap. 12 *Clamant ubique, & omnia, levata manu, emugiunt.*

¶ Immugio, īre, erschallen, brausen und sausen. Virgilius 3 Æneid. v. 674
curvis immugiit Ætna cavernis.

Et, *Mœsto immugit regia luctu*, Idem Æneid. 11 v. 38. Et Silius lib. 5 v. 63 *rauco immugire sono.*

¶ Rĕmūgio, īre, cum mugitu respondere, wiederbrüllen, wiederschallen. Virgil. 3 Georg. v. 45
Ex vox assensu nemorum ingeminata remugit.

Mula, mularis, vide post *Mulus*.

MVLCEO, mulsi, mulsum, mulcēre, est mollire, mitigare, schlichten, erquicken, streicheln, zu frieden stellen. Plin. lib. 8 cap. 12 de cervis: *Mulcentur fistula pastorali & cantu.* Et, *Mulcere fluctus*, Virg. Æn. 1 v. 66, stillen. *Carmina mulcent mentes*, Ovid. 10 Metam. v. 301. *Dictis mærentia pectora mulcere*, trösten, Virg. Æneid. 1 v. 201. *Volucres concentibus aëra mulcent*, die vögel singen, Ovid. 1 Fast. v. 155. *Mulceri jure*, i. e. mitigari, besänfftiget werden, Vellej. 2, 117, 3.

¶ Mulcēdo, ĭnis; Boeth. lib. 3 prosâ 1 *Jam cantum illa finierat, cum me audiendi avidum stupentemque arrectis auribus carminis mulcedo defixerat.* Sidonius lib. 5 epist. 17 *Cultu peracto vigiliarum, quas alternante mulcedine monachi clericique psalmicines concelebraverant.* Et Gellius 19 cap. 9 *Nullam mulcedinem Veneris neque musæ habere.*

Composita:

¶ Circummulceo, ēre, bestreicheln, belecken. Plinius lib. 28 cap. 3 *circummulcentibus linguis.*

¶ Commulceo, ēre, idem quod simplex. *Aures commulcere*, Arnobius lib. 1 p. 35. Idem lib. 7 p. 233 *Thus commulcet sensum.* Et Gell. 7 cap. 7 *Alicujus sensus honorificis sententiis commulcere.*

¶ Demulceo, ēre, delinire, freundlich schlichten, liebkosen. Terent. in Heaut. a. 4 sc. 5 v. 14 *Non possum pati, quin tibi caput demulceam*, id est, leniter destringam. Id enim fieri solet illis, qui placent. Vide ibi Eugraphium. *Aures demulcere*, est demittere, Turneb. 21 Advers. c. 22.

¶ Permulceo, ēre, idem. *Permulcere atque allicere*, schlichten und an sich bringen, Cicer. 2 de Orat. c. 78. Et, *Sonus & numerus permulcent*, Idem in Oratore cap. 49, es thut den ohren wohl. *Permulcere iras*, Liv. lib. 7 cap. 40. Et lib. 39 cap. 23 *permulsit iram ejus consul.* Colum. 12 cap. 2 *Permulceri voluptate lætissima*, ergötzet werden. Priscianus lib. 9 ex Sallustii lib. 4 Histor. fragmentum servavit: *Dein lenitâ jam ira, postero die liberalibus verbis permulcti sunt.*

¶ Permulsus, & Permulctus, a, um, erquickt, ergötzt. Aut. ad Herenn. 3 cap. 12 *Arteriæ leni voce permulsæ.* Gell. 1 cap. 11 *permulcti sonis mitioribus.*

¶ Præmulceo, ēre, &

¶ Promulceo, ēre, streicheln. Vtriusque participiis usus est Apulejus lib. 1 Floridor. p. 342, & una quidem sententia: *Crines ejus præmulsis antiis, & promulsis caproneis anteventuli & propenduli*, gestreichelt.

¶ Remulceo, ēre, wiederum stillen und schlichten. Statius 8 Theb. v. 93 *Corda stimulata remulcere.* Et Virg. Æn. 11 v. 812

Occiso pastore lupus, magnove juvenco
Conscius audacis facti, caudamque remulcens,
Subjecit pavitantem utero, &c.

id est, reflectens deorsum inter pedes, quod timentis lupi vel canis est. vid. Turneb. 21 Advers. cap. 22.

MVLCĬBER, bĕris, (quamquam & *Mulciberus* secunda declinatione apud Martianum legitur lib. 6 cap. 1,) *Vulcanus* dictus est, a *mulcendo*, id est, *molliendo ferro.* v. Voss. lib. 3 Instit. Orat. p. 375. Ovid. 2 de arte am. v. 562 *Mulciberis capti Marsque Venusque dolis.*

MVLCO, are, zerblauen, abdreschen, idem quod mulceo, (a quo & est) sive mollio: quod male nonnulli cum *multare* confundunt, de quo Vossius monuit lib. 3 Instit. Orat. cap. 5 sect. 8. Isidorus in Gloss. *Mulcat, percutit.* Petronius: *Harundinem ab ostio rapuit iterumque nihil respondentem mulcavit.* Tacit. 1 Annal. cap. 32 *Prostratos verberibus mulcant*, ubi Lipsius ex Cicerone & Livio exempla adducit & illis locis τὸ *mulcat*, non æque probat. (Vide & infra *Multare* in *Multa.*) Addimus, quod hoc verbum, patri suffragata, Terentio restituerit Daceria in Notis ad Eunuch. a. 4 sc. 7 v. 4, & Adelph. a. 1 sc. 2 v. 10. Quod & fecit Taubmannus ad Plauti Mostell. a. 4 sc. 2 v. 23, & Trin. a. 4 sc. 2 v. 142. conf. Parei Lex. Crit. p. 757.

¶ Mulcatus, a, um, geschlagen, gestossen. Livius lib. 3 cap. 11 *Mulcatus nudatusque abibat*: & cap. 12 *alii se suosque mulcatos querentes.* Tacit. Annal. lib. 1 cap. 70 *nudo aut mulcato corpore.* Sueton. Julio Cæs. cap. 17 *male mulcatum & pro Rostris pæne discerptum conjecit in carcerem.* Vbi J. G. Grævii, viri exactissimi, annotamentum vide, & Parei Lex. l. c.

¶ Commulco, are, abschmeissen, prügeln. Apulej. Met. 8 *Multinodis commulcare ictibus.*

Mulcta, mulctare, vide infra *Multa*.

Mulctra, mulctrale, mulctrum, vide sequens *Mulgeo*.

MVLGEO, si, ctum, ēre, lac e mammis exprimere, melcken, Græci ἀμέλγειν. *Oves bis mulget in hora*, Virg. eclog. 3 v. 5. *Quod surgente die mulsēre*, Idem Georg. 3 v. 400. *Mulgere hircos*, de re palam absurdâ proverbialiter dictum est eâdem eclog. 3 v. 91. Theocritus Idyllio 11, quod Cyclops inscribitur:

> Τὰν παρεῦσαν ἄμελγε, τί τὸν φεύγοντα διώκεις;
> *Præsentem mulge, quid enim fugientem sectaris?*

¶ Mulctus, ûs, das melcken, gemelcke. Varro de R. R. 2 cap. 11 *Lactis discrimina quædam, & a pastionibus, & a pecudum natura, & a mulctu.*

¶ Mulctra, æ, vas, in quo lac mulsum excipitur, ein melckfass. Virgil. eclog. 3 v. 30 *Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fœtus.*
Vbi Servius: *Et fœmineo genere dicimus*, HAEC MVLCTRA: *vas, in quo mulgetur; & Neutro*: HOC MVLCTRALE. *Vnde in Georgicis*: IMPLEBVNT MVLCTRALIA *vaccæ. Alii faciunt discretionem, ut sit* MVLCTRA *tempus, quo mulgentur animalia*; MVLCTRALE *vas, in quod mulgentur.*

¶ Mulctrum, i, idem; in neutro Horatius dixit epod. 16 v. 49

> *Illic injussæ veniunt ad mulctra capellæ.*

¶ Mulctrāle, is, idem: Virg. Georgic. 3 v. 177. vid. Verba modo, Servio auctore, prodita & explicata in *Mulctra.*

Composita:

¶ Caprimulgus, vide supra in *Caper.*

¶ Equimulgus, vide in *Equus.*

¶ Emulgēre, ausmelcken, Colum. lib. 7 cap. 3, & Catull. carm. 81.

¶ Immulgēre, auf etwas oder hinein melcken. Plin. 28 cap. 7 *Oculo si immulgeatur.* Lucret. 4 v. 1202 *Cum semen virile fœmina immulsit.* Et Virg. Æn. 10 v. 572 *Nutribat teneris immulgens ubera labris.*

MVLGO, mulgare, inusitatum, apud Plautum legitur in Cistellaria, offenbar machen. Incertus & suspectus quidem locus: tamen compositum huc referre visum fuit

¶ Promulgo, are, quod est proponere, palam pronunciare, publicare, kund thun; *quasi provulgare*, secundum Festum. *Promulgantur leges, cum in vulgus eduntur*, gesetze werden ausgeruffen, angeschlagen. Cic. ad Qu. fratr. lib. 2 epist. 3 *Cato legem promulgavit de imperio Lentuli abrogando.* Idem pro Muræna cap. 14 *Prœliis promulgatis, tollitur e medio sapientia.* Quod si suspectum est *mulgare*, quod Plauto quidam tribuunt; alias origines hujus verbi apud Vossium in Etymologico p. 414 licet investigare.

¶ Promulgatus, a, um, publicirt, kund gemacht. Cic. de Leg. 3 cap. 4 *Promulgata, proposita, in ærario cognita agunto.* Idem Philipp. 1 c. 10 *Loquor de legibus promulgatis.*

¶ Promulgatio, ōnis, die öffentliche kundmachung, ausruffung; ut, *Illæ leges nulla promulgatione latæ sunt* &c. Cic. Philipp. 1 cap. 10.

MVLIER, ĕris, fœmina, eine weibsperson. Vt *vir* nominatus, quod major in eo *vis* est: Ita *mulier*, ut Varro interpretatur, a *mollitie* est dicta, velut *mollior.* vid. Lactant. de Opif. cap. 12. Plaut. Stich. a. 1 sc. 2 v. 64 *Qui potest mulieres vitare, vitet.* Varie autem accipitur vox:
¶ Aliquando enim communiter de sexu dicitur, & omnem ætatem ac conditionem ejus complectitur. Itaque & de puellis usurpatur: vide L. 81 §1 D. de Legat. 3. L. 25 §9 D. de auro, argento: præcipue Tertull. de velandis Virginibus cap. 4 & seqq. ¶2. Juvencula, sive viripotens, vel ut Virgil. loquitur, matura viro, & plenis nubilis annis, *mulier* vocatur. Vlpian. L. 13 D. de Verb. Signif. MVLIERIS *appellatione etiam virgo viripotens continetur.* Huc pertinent, quæ Tertullianus dicto libro de velandis Virginibus cap. 10 disputat. ¶3. *Mulier* appellatur virum passa, & sic opponitur *Virgini*; quo sensu Cicero irrisus, quod sexagenarius virginem duxisset, dixit apud Quintilianum lib. 6 cap. 3 *cras mulier erit.* Vlpianus L. 14 §7 D. de ædilitio edicto: *Mulierem ita arctam, ut mulier fieri non possit, sanam non videri constat.* Vbi primam & tertiam miscuit. Nam *mulierem fieri*, est virum pati. Et Lactantius lib. 1 Institut. cap. 17 de Junone: *si adolevit, si virgo fuit primo, postea mulier.* ¶4. Hinc *mulier* denique pro nupta, sive uxore ponitur, ein eheweib. Tertullianus de velandis Virgin. cap. 5 *Ipsa divinitas animæ in usum sermonis eduxit nescientibus uti*, MVLIERES NOSTRAS, *dicamus uxores.* Scævola L. 43 §1 D. de Legat. 3 *Semproniæ mulieri meæ, reddi jubeo ab hæredibus meis C aureos* &c. Cato in Distich.

> *Nil temere uxori de servis crede querenti:*
> *Sæpe etenim mulier, quem conjux diligit, odit.*

Ita hac voce etiam Horatius usus est epod. 2 v. 39, itemque Sueton. Vitellio cap. 2. Contra *Vacua mulier* libera est, nullo matrimonio copulata, apud Tacit. Annal. 13 cap. 44. *Vulgaris mulier* appellatur, quæ vulgo nubit, prostibulum, eine gemeine hure. *Mulieres infames*, Lampridius Alexandro Severo, *Famosas* Livius lib. 39 cap. 44 appellat, quæ ob libidines, & ob impudicitiam audiunt male. ¶5. Non raro hæc vox reprehensionem atque convicium habet, cum impotentiam sexus & alia vitia mulieribus exprobramus, eine feige memme. Plautus Casinâ a. 2 sc. 2 v. 36 *I foras, mulier.* Item Amphitruone a. 2 sc. 2 v. 209 *Mulier es, audacter juras.* conf. ibid. v. 182 cum Comm. Taubmanni p. 67. Terent. Heaut. a. 5 sc. 3 v. 3 *Pergin' mulier esse?* id est, mulierum more rixari. Ita Amphitruo apud Plautum a. 2 sc. 2 v. 217 per contumeliam veluti Alcumenæ ait: *Mulier, istam rem inquisitam certum est non amittere.* Et bene Eugraphius Terentii Scholiastes: *Aliud est*, inquit, MVLIEREM *per naturam dicere, aliud per vitium.* Vide & Passeratium ad Propertii lib. 3 eleg. 24. Scalig. Conjectan. Varron. Barth. ad lib. 2 Thebaid. Statii p. 600 seq. Cic. pro Muræn. cap. 12 *Mulieres omnes propter infirmitatem consilii majores in tutorum potestate esse voluerunt.* Sic, *Mulieribus ornamento silentium est*, weibern stehet stillschweigen wohl an: Sophoclis est in Ajace, γυναικὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.

¶ Muliercŭla, æ, diminut. ein weiblein. Serv. Sulpicius Ciceroni 4 fam. epist. 5 *In unius mulierculæ animula si jactura facta est.* Et Cic. 2 in Catil. cap. 10 *Num suas secum mulierculas sunt in castra ducturi?* Horat. epod. 11 v. 23 *Mulierculam mollitiâ vincere.*

¶ Mulierculārius, i, qui mulierculas amat, der die jungen mädgen liebt. Theod. Cod. l. 3 t. 16 *Repudium mittere marito, velut mulierculario.*

¶ Muliĕbris, e, weibisch, weiblich, nach weiber art; ut, *Vox, audacia, fraus muliebris*, weiber- oder weibische list. Citat ex Ennio Cic. 1 Off. cap. 18 *Vos etenim juvenes animum geritis muliebrem*;
i. e. levem. Idem in Tuscul. lib. 2 cap. 6 *Enervata muliebrisque sententia*, feige und weibisch. Horat. epod. 16 v. 39 *Muliebrem luctum tollite.*

¶ Muliebria, ium, per ellipsin (*membra* enim subaudienda) pro natura muliebri, substantive ponuntur, weibliche scham. Tacitus 14 Annal. cap. 60 *Ex quibus una instanti Tigellino, castiora esse muliebria Octaviæ respondit, quam os ejus.* ¶ *Pati muliebria* sæpius sumitur pro præpostera libidine, cum quis sexus sui oblitus, alterius libidini obsequitur, & mulieris quodammodo partes suscipit: Curtius lib. 6 cap. 6 n. 8.

¶ Muliebrĭter, adv. effœminate, auf weibische art. Horat. lib. 1 od. 37 v. 22 *Nec muliebriter expavit enses.* Cic. 2 Tusc. cap. 21 *Si se lamentis muliebriter, lacrymisque dedet*, weibisch, wie ein weib. Et Spartianus Hadriano cap. 14 *Muliebriter flevit.*

¶ Muliebrĭtas, ātis, die weiblichkeit. Tertull. de veland. Virg. cap. 14 *Consciæ muliebritatis audent* &c.

¶ Mulierĭtas, ātis, idem; apud eumdem Tertull. l. c. cap. 12 *Apertam professæ mulieritatem.*

¶ Muliebriōsus, a, um, weibersüchtig. Gloss. lat. gr. *Muliebriosus*, γυναιμανής. Apud Plautum Pœn. a. 5 sc. 5 v. 24 *Genus hoc muliebriosum.*

¶ Muliĕro, muliĕrāre, γυναικίζειν, weibisch machen; & *Mulieratus*, in Glossis vetustis reperiuntur. Et Varro apud Nonium cap. 2 n. 552 *Hic ephebum mulieravit.*

¶ Mulierārius, a, um, weibisch; ut, *manus mulieraria*, ein hauffen weibischer leute, Cic. pro Cœlio cap. 28 pr. Et Capitolinus in Albino c. 11 *Mulierarius inter primos amatores.* Treb. Pollio in Victorino tyranno: *cupiditas mulierariæ voluptatis.*

¶ Mulierōsus, a, um, addictus & indulgens mulieribus, weibersüchtig. Onomasticon Vetus: *Mulierosus*, φιλογύνης. Cicero de Fato cap. 5 *Hunc scribunt ipsius familiares, & ebriosum, & mulierosum fuisse*, ein frauen-mann. conf. Nonius cap. 1 n. 116.

¶ Mulierosĭtas, ātis, φιλογυνεία, cupiditas fœmineæ voluptatis, die weibersucht. Vtitur & hoc Cic. in 4 Tusc. cap. 11. Ita enim græcam illam vocem censet interpretandam esse. conf. Nonius cap. 2 n. 570.

Mulio, mulionius, &c. vide paullo post *Mulus*.

MVLLEVS, i, calceamenti lunati genus, quo reges primum Albanorum, postea & patricii Romani usi sunt, dictum a *mullando*. *Mullare* autem *Suere* est, a græco μυλλαῖν, königsschuh. Vopiscus in vita Aureliani cap. 49 *Calceos mulleos, & cereos, & albos, & hederaceos viris omnibus tulit, mulieribus reliquit.* TVLIT, pro abstulit, id est, ademit, dixit. Vide de his calceis Plutarchum in Quæst. Rom. Suidam in voce χλαμὺς, item Festum & Isidorum lib. 19 cap. 34, ubi *Mulleos* dictos arbitratur, *a colore rubro, qualis est mulli piscis.* Vet. Schol. Horatii ad lib. 1 satyr. 5 v. 27 *Zanchas* appellat, de quibus Casaubonus ad Trebell. Pollion. p. 500. Vide & Torrentium ad locum Horatii citatum, Turneb. Advers. 10 cap. 2, Jac. Rævard. lib. 1 Varior. cap. 8, & Rosini Ant. Rom. 5 cap. 36 p. 593.

¶ Mulleŏlus, i, diminut. apud Tertull. de Pallio cap. 4 *Impuro cruri purum* (i. e. sine lunulis) *aut mulleolum* (cum lunulis) *inducit calceum.*

MVLLVS, i, τρίγλη, *Trigla*, piscis qui & *Barbo* dicitur, eine barbe oder barme. Juvenal. sat. 11 v. 37

> *Nec mullum cupias, cum sit tibi gobio tantum*
> *In loculis.*

id est, tantum pecuniæ, qua præstinare gobionem possis; kauffe keine barme, wenn du kaum ein köbichen bezahlen kanst. Legitur ibidem & *Mulum*; vide *Barbo.*

¶ Mullŭlus, i, diminutive, eine kleine barme. Cic. in Parad. 5 cap. 2 *barbatulos mullulos exceptare de piscina.*

Mulocisiarius, mulomedicus, vide *Mulus*.

MVLSVM, i, οἰνόμελι, potio ex vino & melle confecta, meet, wein-meet. Plin. lib. 2 cap. 24 *Multi senectam longam mulsi tantum nutritu toleravere, neque alio ullo cibo, celebri Pollionis Romuli exemplo, quem centesimum annum excedentem cum divus Augustus interrogaret, quanam ratione maxime vigorem illum animi corporisque custodisset? ille respondit, intus mulso, foris oleo.* Cic. Tuscul. lib. 3 cap. 19 *Huic calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat.* Idem de Orat. 2 cap. 70 *Mulsum frigidum bibere.* Martial. lib. 3 epigr. 108 de mulso:

> *Attica nectareum turbatis mella falernum,*
> *Misceri decet hoc a Ganymede merum.*

Mulsi pultarium, ex Petronio, vide *Pultarium* in *Puls.*

¶ Mulsus, a, um, adject. mit honig gemischt; ut, *Aqua mulsa*, meet, ὑδρόμελι,

ὑδρόμελι, μελίκρατον. *Lac mulsum*, Plin. lib. 10 cap. 22. *Mulsa dicta*, i. e. suavia, Plaut. Rud. a. 2 sc. 3 v. 84. *Mulsa mea*, blandientis vox apud eumdem Stich. a. 5 sc. 5 v. 14.

¶ Mulseus, a, um, adjectiv. von meet; ut, *Sapor mulseus*, ein süsser honig-schmack, Colum. lib. 12 cap. 45.

¶ Promulsis, ĭdis, fœm. antecœna, ideo, quod daretur ante mulsum. Nam antiqui in conviviis non temere primam sitim nisi mulso sedabant. vide Lips. lib. 3 Antiq. Lect. & Petronianos interpretes. Cic. ad Pætum lib. 9 fam. epist. 16 *Neque est, quod in promulside spei ponas aliquid*, &c. Et Petronius: *Cras in promulside libidinis nostræ militabit.* vid. Salmas. de Pallio p. 437.

¶ Promulsidārium, i, repositorium promulsidis. Petronius p. 77 *in promulsidari:* quod Wowerus & alii legi volunt *in promulsidario.* Vlpianus Lege 19 § 10 Dig. de Auro, arg. &c. legato, *scutellas* & *promulsidaria* conjungit, & in vasis numerat, ut promulsidarium sit vas promulsidis. Glossæ Isidori *Pransorium* per *Promulsarium* interpretantur, ubi Wowerus quoque legit *promulsidarium:* vide hujus ad Petron. adnotationes.

MVLTA, æ, scribunt & *Mulcta.* Sed male: a *Multus* enim est: significat pœnam pecuniariam, geld-busse oder straffe. Varro lib. 4 de L. L. cap. 36 MVLTA *pecunia, quæ a magistratu dicta, & exigi possit ob peccatum. Quod singulæ dicuntur appellatæ* MVLTAE: *quod olim unum, dicebant*, MVLTA. *Itaque cum in dolium aut culeum unum addunt rustici, prima urna addita, dicunt etiam nunc* MVLTA, Ad quem locum Scaliger: *Varro*, inquit, *obviam it objecturis, quare singulæ*, Multæ *ita appellatæ essent, cum* Multus *adjectivum multitudinem significet: cujus rei caussam magis subtilem, quam veram reddit. Olim enim* unum *dixisse* multa. *Sed nimis tenuis & λεπτολόγος est in hac etymologia Varro. Nam Veteres, cum plures culeos in dolium unum indituri essent, primo addito dicebant* MVLTA: *hoc est*, NVMERA. *Pro quo Galli dicunt* enprun, *id est*, en pro uno. *Id enim* Multare *verbum. Plautus Sticho* (a. 3 sc. 2 v. 19) cum quo multas multavi miserias, *id est*, ἐξηριθμησάμην. *Quamquam proprie* multare *est polliceri in auctionibus*, πλειστηριάζειν &c. mehr bieten. Olim ovium, boumque impendio dicebatur, *maxima* 30 bobus, & duabus ovibus, *minima* ove una. Romani reges homicidio convictos *ariete* multabant. Dalechamp. ad Plin. lib. 18 cap. 3 *Solvere*, vel *pendere multam*, die busse geben. *Multam committere*, Cic. pro Cluent. cap. 37, bußfällig werden. *Multam irrogare*, Idem pro Milone cap. 14. *Multam dicere*, Idem 11 Philipp. cap. 8, eine straffe ernennen, auflegen. Et, *Multam legis sufferre*, pro Cæcin. cap. 33, ausstehen, leiden. *Multam remittere*, itidem 11 Philipp. cap. 8, erlassen. *Multæ aliquid detrahere*, Corn. Nep. 13, 4, 1, etwas nachlassen.

¶ Multo, avi, atum, are, proprie numerare, imo plus polliceri sive πλειστηριάζειν, de quo supra in *Multa* ex Scaligero monuimus. ¶ Deinde multâ punire, büssen, straffen. Quamvis autem de pecunia dicatur proprie, tamen ad quamvis etiam aliam pœnam transfertur auctoribus. Plaut. in Rudente prolog. v. 20 *Majore multâ multat* (*Deus*,) *qui litem adferunt*, die den hader anrichten, strafft GOtt am schwersten. *Multare exilio, morte:* Cic. lib. 1 de Orat. cap. 43 *Vitia hominum atque fraudes damnis, ignominiis, vinculis, verberibus, exiliis, morte multantur.* Nepos etiam *multari pecunia* aliquoties dixit Miltiade cap. 7 n. 6, & Cimone c. 1. Idem, *Lex morte multat*, in Epaminonda cap. 7 n. 5. *Stultitia multatur famâ*, Cæcina ad Cic. 6 fam. epist. 7. Et Plaut. Amph. a. 2 sc. 2 v. 222 *Numquid caussam dicis, quin te hoc multem matrimonio*, id est, de solutione matrimonii, sive repudio & missione dotis. Ita enim in adulteras olim animadverti solebat, de quo Lipsius ad 4 Annal. Taciti p. 210. Et, *Multantur bonis omnibus exules*, id est, privantur, Cic. 5 Tusc. cap. 37, sie werden gestrafft mit verlust ihrer güther. Suetonius deponentis forma *multari* dixit August. cap. 2 *Neque aut crebrius aut perfidiosius rebellantes graviore unquam multatus est pœna* &c. ¶ Aliud est *mulco, mulcare*, de quo supra dictum.

¶ Multatus, a, um, gestrafft; ut, *maleficium exilio multatum*, Cic. pro Cæcin. cap. 34. *Multatus ingenti pecunia*, Vellej. 2, 37, 5. *Creta libertatis fine multata*, Idem 2, 38, 6. De clade & damno prœlii Idem 2, 70, 2 *Cornu fugatum & male multatum*, übel zugerichtet.

¶ Multatio, ōnis, die bestraffung. Cic. pro C. Rab. cap. 5 *misera multatio bonorum*, die einziehung der güther.

¶ Multatitius, a, um, straffgefällig; ut, *Pecunia multatitia*, Livius lib. 10 cap. 23 extr. & lib. 24 cap. 17, geldbusse oder straffgeld. *Argentum multatitium*, Idem lib. 30 cap. 39 extrem.

Multangulus, multannus, multesimus, multibibus, multicola, multifarius, & quamplurima alia composita vide mox in *Multus.*

MVLTĪTIA, orum, plur. indumenta minutissimis filis contexta, vel *vestes sericæ* tenuissimæ, a multis filis, ac propterea tenuibus, sic appellatæ, weiche und zarte kleider von kleiner leinwand. Erant fœminarum & mollium. Juvenalis ea Cretico objicit sat. 2 v. 66

sed quid
Non facient alii, cum tu multitia sumas,
Cretice? Et paullo post v. 76
Quæro, an deceant multitia testem?

Multitudo, multivira, multivŏla, &c. Multo, āre, quære in *Multus*, *Multa*, *æ.*

MVLTVS, a, um, viel; ut, *Vnus de*, vel *e*, vel *ex multis*, Horat. 3 od. 11 v. 33, & lib. 1 epist. 6 v. 60. *Nimis, nimium multi*, Cic. 4 fam. epist. 14. *Minime multi: Multo mane*, Idem lib. 5 ad Attic. epist. 4. *Multa nocte*, Virgil. 4 Georg. v. 180, tieff in die nacht. Tacitus 2 Histor. c. 44 *Multâ adhuc die castra ingressus*, i. e. cum multum adhuc de die superesset. Idem 4 Hist. cap. 35 *Qui ubi rursus missos Novesium frumentatores, velut multâ pace, ingredi accepit.* Et, *Multa opinio*, id est, vulgata & a multis recepta, apud Gellium lib. 3 cap. 16. *Multus est in ea re*, Cic. 4 Acad. cap. 6, er macht viel worte davon. *Multus est in alicujus admiratione*, Plin. lib. 25 cap. 2. *Multus est in labore, studio*, hoc est, assiduus, er hält stets an mit arbeit, &c. Sallust. Jugurth. c. 96 de Sylla: *In operibus, in agmine, atque ad vigilias multus adesse*, scil. cœpit. *Multis modis te exspecto*, Terent. Hecyr. a. 2 sc. 3 v. 7. *Multis modis aliquid reprehendere*, id est, vehementer, gar sehr, Cic. 2 de Fin. ¶ 2. *Multi* & *Plurimi* sæpe ponuntur pro *malis* more Græcorum, ubi πόλλοι notant vulgus hominum. Sic apud Terent. Eunuch. prol. v. 2 juxta sententiam Mureti. Eugraphius addit hanc caussam, quod boni admodum pauci sint. vid. Weitz. ¶ 3. *Multus* pro *pluribus* posuit. Lucanus lib. 3 v. 707

multus sua vulnera puppi
Affixit moriens, & rostris abstulit ictus: i. e. multi.

¶ 4. *Multus* pro *multiplici* Plinius 19 cap. 3 *Radice multa crassaque.* ¶ *Multa* pro *multum* adverbialiter Græcorum more Virgilius Georg. 4 v. 301 *Multa reluctari.* ¶ 5. Vbi apud Cic. ad Attic. 11 epist. 2 exstat: *Ex multis meis miserrimis curis* &c. antea legebatur: *Ex multissimis & miserrimis curis.* Sed superlativus ille merito exploditur, cum *Plus, plures*, mehr, & *Plurimus, plurimi*, die meisten, comparationis vices hic sustineant, de quibus infra suo loco in *P.*

¶ Multùm, adverb. viel, sehr; ut, *Multum & diu cogitare*, Cic. de Divin. lib. 2 ineunte. *Multum diuque*, fleißig, Sen. epist. 11. Et, *Longe omnes multumque superare*, Cic. 7 Verr. cap. 44. *Multùm*, pro valde, vide apud Plautum Capt. a. 1 sc. 1 v. 19, & Most. a. 3 sc. 2 v. 94 &c. *Multum miser*, Idem Stich. a. 2 sc. 1 v. 52. Et, *Multum loquaces*, Aulul. a. 2 sc. 1 v. 5. conf. Nonius cap. 5 n. 68 & 98.

¶ Multo, adverb. viel, amat post se hæc fere: *Multo aliter*, id quod longe aliter, viel anders. Terent. in prolog. Andriæ: *Verum aliter evenire multo intelligit.* Et Cic. lib. 4 epist. 9 ad Marcellum: *quod non multo secus fieret, si* &c. Sic, *Multo ante*, Terent. Eunuch. a. 4 sc. 5 v. 7, lang zuvor: *Multo ante mala providere.* Et, *Multo post*, lange hernach. *Non ita multo ante, post*, kurtz zuvor, bald hernach. *Multo præstat*, ut apud Sallustium Jugurth. cap. 31 extr. *Multo præstat, beneficii, quam maleficii memorem esse*, es ist viel besser &c. *Multo magis, multo prius, multo præstantius. Multo minoris vendidit, quam tu*, Cic. in Verr. 5 cap. 16 extr. *Multo potius*, Plaut. Pseud. a. 1 sc. 2 v. 75, & a. 2 sc. 4 v. 38. *Multo mavelim*, Idem Pœn. a. 1 sc. 2 v. 88. Gaudet & superlativo; ut, *Multo omnium fortunatissimus*, Terent. Heaut. a. 4 sc. 8 pr. Et, *Conspectus vester multo jucundissimus*, Cic. pro Leg. Manil. cap. 1. *Multo maxima pars*, ibidem cap. 18. Et, *Multo elegantissimus poëta*, Nep. Attic. cap. 12. Et, *Multo locupletissima regio*, Idem Agesil. cap. 3.

¶ Multĭtūdo, ĭnis, frequentia, numerus, die menge, anzahl, vielheit; ut, *multitudo tormentorum*, Cæsar lib. 2 B. Civ. cap. 2. *Helotum magna multitudo*, Nepos Pausan. cap. 3 n. 6. Atque ita sæpe idem est, quod *Multi.* Nepos Eumene cap. 7 n. 1 *Macedonum ibi erat multitudo*, id est, multi Macedones. ¶ 2. Plebs, populus, οἱ πολλοί, qui principibus & magistratibus opponuntur, der pöbel. Idem Nep. Alcibiade c. 3 n. 3 *Magnus multitudini timor est injectus.* Cic. 1 Off. cap. 19 *Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus.* Et, *Multitudo imperatorum Cariam perdidit*, viel köche versaltzen den brey, kochen selten wohl. vide supra *Caria.*

¶ Multēsĭmus, a, um, vielfältig; ut, *pars multesima*, apud Lucretium 6 v. 651. conf. Nonius cap. 2 n. 520.

¶ Multangŭlus, a, um, vieleckicht, Lucret. 4 v. 655. vid. *Angulus.*

¶ Multannus, a, um, vieljährig. Gloss. gr. lat. πολυχρόνιος, *vivax, multannus.*

¶ Multĭbarbus, a, um, vielbärtig. Apul. in Florid. *Multibarbus, spinis obsitus & pilis.*

¶ Multĭbĭbus, a, um, versoffen. Plaut. Curc. a. 1 sc. 1 v. 77 *Multibiba lena.* Idem Cist. a. 1 sc. 3 v. 1 *Anus multibiba.*

¶ Multicaulis, e, vide supra *Caulis.*

¶ Multicăvus, Multicavatus, a, um, vide supra *Cavus.*

¶ Multĭcŏla, æ, qui multos colit. Fulgentius advers. Arianos, *multicolæ pagani.*

¶ Multicŏlor, ōris, & Multicolorus, a, um, mannigfärbig, vielfärbig. Apud Plin. lib. 37 cap. 10 bis occurrit. Et Prudent. Cathem. 3 v. 104 *prata multicolora.*

¶ Multicŏmus, a, um, vielhäricht; item, laubicht. Mantuanus:

Sunt juga, sunt valles, multicomumque nemus.

¶ Multĭfăcio, ĕre, achten, hoch halten. Cato apud Festum: *Nec fidem, nec jusjurandum multifacit.*

¶ Multifarius, a, um, quod secundum Festum in multis locis fari possumus, mancherley art, allerhand; ut, *Militares coronæ multifariæ*, Gell lib. 5 cap. 6. Et Apulejus in Trismeg. p. 83 *Multifaria ratione.* Solinus cap. 51 *Multifaria species.*

¶ Multifarie, adverb. idem. Plinius lib. 18 cap. 7 *Panis multifarie fit.* Solin. cap. 18 pr. *Ortygia clarissima in Cycladum numero multifarie traditur.*

¶ Multifariam, idem. Liv. lib. 3 cap. 5 *Hostes carpere multifariam vires Romanas aggressi sunt.* Et lib. 33 cap. 18 *Multifariam disjecta præsidia.* Cic. de Orat. 2 cap. 41 *aurum multifariam defossum.* Plin. lib. 18 cap. 18 *Multifariam in Italia octoni boves ad singulos vomeres anhelant.*

¶ Multĭfer, a, um, ferax, fertilis, fruchtbar. Plin. 16 cap. 8 *genere multifero.*

¶ Multĭfĭdus, in multas partes fissus, vielspaltig; ut, *Pedes multifidi*, Plin. 11 cap. 37. *Dens multifidus*, de pectine, Martial. lib. 14 epigr. 25. *Multifidus Ister*, Lucan. 3 v. 202.

¶ Multĭfluus, a, um, vielflüßig. Juvencus in Matth. cap. 6

Multifluisque diem verbis ducendo fatigant.

Arator in Act. Apost. cap. 26 *cunctosque rigari*
Multifluo sermone jubet.

¶ Multiforābĭlis, e, viellöchericht. Apulejus sub fin. lib. 10 Met. *Jam tibiæ multiforabiles cantus Lydios dulciter consonant.*

¶ Multiforatilis, e, idem: ut, *tibiæ multiforatiles*, apud eumdem Apulejum Florid. lib. 1, & Sidonium lib. 8 epist. 9.

¶ Multifŏrus, a, um, idem. Ovid. 12 Met. v. 153

multifori delectat tibia buxi.

Et Seneca Agamemnone v. 348

Tibi

Qua [?] lingua [?] iam Ariovistus longinqua consuetudine utebatur Caes. B.G. L. I. c. XLVII. 4.

Tibi multifora tibia buxo
Solenne canit.

¶ Multifŏris, e, idem. Plinius lib. 8 cap. 55 *Injiciunt eas in specus, qui sunt multifores in terra.*

¶ Multiformis, e, varius, plurium formarum, mancherley gestalt, mannichfaltig: ut, *Partus multiformes*, Plin. lib. 8 cap. 16. *Qualitates variæ & quasi multiformes*, Cicer. Acad. Qu. 1 cap. 7. Apulejus in Trismegist. p. 79 *Multiformis variaque humani generis species.* Idem lib. 10 Miles. p. 252 *multiforme facinus.* Arnobius lib. 7 p. 216 *multiformium morum varietatibus lubricus.*

¶ Multiformĭter, adverb. auf mancherley art und weise. Gell. lib. 9 cap. 5 *Plato multiformiter disseruit de voluptate.* Plinius lib. 36 cap. ult. *multiformiter auxiliari.*

¶ Multigĕner, & Multigeneris, re, multorum generum, vielerley, mancher art, apud Plautum aliquoties: e. g. Captivis a. 2 sc. 1 v. 56
Multis & multigeneribus opus est tibi
Militibus. Adde in Stich. a. 2 sc. 2 v. 59.

¶ Multĭgĕnus, a, um, idem. Plin. 11 cap. 1 *Multa & multigena terrestrium volucriumque vita.* Et Lucret. 2 v. 335
Percipe, multigenis quam sint variata figuris.

¶ Multijŭgis, e, & Multijugus, a, um, multiplex, varius, numerosus, mancherley, vielspännig. Cicer. ad Attic. lib. 14 epist. 9 *De republ. multijuges a te accepi litteras uno tempore*, viel und mancherley brieffe. Livius lib. 28 cap. 9 *Iret alter consul sublimis curru, multijugis equis.*

¶ Multilaudus, a, um, qui multæ laudis, sehr belobt. Ammian. 21 c. 18 *Vir sobrietatis gratia multilaudus.*

¶ Multĭlŏquax, ācis, schwatzhafft, plauderhaffte. Plaut. Aulul. a. 2 sc. 1 v. 5 *Multiloquaces mulieres.*

¶ Multilŏquus, a, um, idem. Plaut. Pseud. a. 3 sc. 2 v. 5 *Coquum multiloquum, gloriosum*, &c. Et in Cistell. a. 1 sc. 3 pr. *multiloqua* [illegible]

¶ Multilŏquium, i, die schwatzhafftigkeit, plauderey. Idem Plaut. Mercat. prolog. v. 31 *Multiloquium, pauciloquium*, &c. Conf. Vulg. Interpr. Matth. 6 v. 7. Et Symmach. 1 epist. 50 *Facile erit angustiam scriptorum tuorum multiloquio repensare.*

¶ Multimammia, vide supra *Mamma.*

¶ Multimĕter, vide supra *Metrum.*

¶ Multĭmŏdus, a, um, mannichfaltig, vielerley. Livius 21 cap. 8 *Multimoda arte.* Prudentius Cathemer. 3 v. 64 *fœta legumine multimodo.* Apulejus lib. 10 Metam. p. 153 *multimodæ ambages.*

¶ Multimodis, adverbialiter pro *multis modis, multipliciter, varie*, auf allerhand art und weise. Cicer. de Fin. 2 cap. 26 *Hoc multimodis reprehendi potest.* Idem de Orat. 3 cap. 58 ex veteri poëta: *Multimodis sum circumventus.* Dictio Lucretio sæpius frequentata, lib. 1 v. 813, 893 &c. item Plauto Bacch. a. 3 sc. 2 v. 1, & Mil. a. 4 sc. 4 v. 53, & Pers. a. 4 sc. 6 v. 24.

¶ Multinŏdus, a, um, multos nodos habens, knöticht. Prudent. Hymn. Jejunant. v. 139 de propheta Jona: *Tectus flagellis multinodi germinis.* Apulejus lib. 5 Met. p. 166 *Immanis coluber, multinodis voluminibus serpens.* Idem lib. 8 p. 214 *multinodis commulcat ictibus.*

¶ Multinŏmĭnis, e, viel nahmen habend, πολυώνυμος. Apulejus Met. lib. 11 p. 268 *multinominis Dea.*

¶ Multinūbus, a, um; ut, *Salomo multinubus*, der viel weiber hat, Hieronym. lib. 1 advers. Jovin. cap. 15 ineunte. Et, *Uxor multinuba*, Idem Hieronym. epist. 11 ad Ageruchiam de Monogamia, die viel männer hat.

¶ Multinubentia, æ, die verheyrathung mit vielen. Tertull. contra Psych. cap. 1 *Tam multivorantiæ, quam multinubentiæ prona.* Conf. Idem de Pudicit. cap. 1.

¶ Multinummus. a, um, multæ pecuniæ qui est, vel possessæ, vel acquirendæ & promerendæ, geldreich, geldverdienend: Sic, *Asini multinummi*, id est, multos nummos sua opera quærentes, so viel gelds erwerben, Varro lib. 3 de Re Rustica cap. 17.

¶ Multipartītus, a, um, vielfältig getheilet, sehr zertheilet. Plin. 6 cap. 19 *Vita mitioribus Indorum populis multipartita degitur.* Et Tertull. adv. Hæret. cap. 7 *Sapientia humana varietate sectarum in suas hæreses multipartita.*

¶ Multĭpes, ĕdis, multos pedes habens, vielfüssig. Plin. lib. 11 cap. 45 *Sic & multipedibus*, &c. hoc est, araneis, muscis, apibus, ut ex Aristotele Harduinus ibi interpretatur.

¶ Multipĕda, æ, insectum, quod & *millepeda* dicitur, asellus; vide *Millepeda* in *Pes*, & Plin. 29 cap. 6.

¶ Multiplex, ĭcis, varius, copiosus, vielfältig: ut, *Sermones multiplices variique*, vielerley, mancherley reden, Cicer. in Orat. cap. 3. *Multiplex ingenium*, Idem de Amic. cap. 18. Et Vellejus Paterc. lib. 2 cap. 105 *Vir multiplex in virtutibus.* Ac Silius lib. 5 v. 544 *multiplicem proavis* dixit antiquitate generis florentem.

¶ Multiplicĭter, adverb. auf mancherley art und weise. Gell. lib. 14 cap. 1 *Tam sæpe, ac tam multipliciter eadem ipsa non eâdem stellarum facie denotantur.* Compar. *Multiplicius periculosa tentationis forma*, Augustinus Confession. lib. 10 cap. 25 pr.

¶ Multiplĭco, avi, atum, are, multiplex efficere, mehren, vermehren, vervielfältigen: ut, *Æs alienum multiplicare*, viel schulden machen, Cæs. 3 B. Civil. cap. 32. *Multiplicandis usuris crescit æs alienum*, id est, dum multiplicantur, Corn. Nep. 25, 3, 5.

¶ Multiplicatus, a, um, gemehrt. Plancus Cicer. 10 fam. epist. 8 *Auctus exercitus, auxilia multiplicata*, verstärckte hülffe. Ovid. Trist. 5 eleg. 6 v. 38 *Maia multiplicata.*

¶ Multiplicatio, ōnis, die vermehrung. Columella lib. 3 cap. 2 *Multiplicatione frugum reditus augetur.* Senec. epist. 12 *Annorum multiplicatione vita componitur.*

¶ Multiplicator, ōris, ein vermehrer. Paulinus Nolanus epist. 44 [al. 31] n. 4, de parabola Matth. c. 25 *Herilium talentorum multiplicator.*

¶ Multiplicabĭlis, e, quod multiplicari potest, das viel und gemehret werden kan, Cicer. 2 Tuscul. cap. 9 ex poëta.

¶ Multĭpŏtens, entis, gewaltig, großmächtig, viel vermögend; ut, *Habere pectus multipotens*, Plaut. Bacch. a. 4 sc. 4 v. 9. *Multipotens Neptunus*, Idem Trin. a. 4 sc. 1 v. 1.

¶ Multiscius, a, um, viel wissend. Apulej. lib. 9 Met. *Et si minus prudentem, multiscium certe reddidit.* Idem Florid. *Arte multiscius.*

¶ Multĭsŏnus, a, um, unterschiedlich klingend. Martialis lib. 1 epigr. 54
Multisona fervet sacer Attide lucus,
id est, philomelæ cantu. Et Statius lib. 3 Silv. 2 v. 103 *multisonum sistrum* dixit. Et Theb. 8 v. 25 *Multisonas catenas.*

¶ Multisŏnōrus, a, um, idem. Claudian. epigram. 1
Esseda concordes multisonora trahunt.

¶ Multĭvăgus, a, um, umschweiffig: ut, *Avis multivaga columba*, so hin und wieder fleucht, Plin. lib. 10 cap. 37. *Multivagus Lunæ flexus*, Idem lib. 2 cap. 10.

¶ Multivīra, æ, multorum virorum mulier, die viel männer hat. Minucius Felix in Octavio p. 226 ed. Ouzel. *Alia sacra coronat univira, alia multivira, & magna religione conquiritur, quæ plura possit adulteria numerare.*

¶ Multĭvius, a, um, vielwegig. Apulej. Metam. 9 *Multivii circuitus.* Sic & Mantuanus: *Ambagibus actus multiviis.*

¶ Multivŏlus, a, um, multa volens, der viel haben will; ut, *Multivola est mulier*, Catull. Carm. 69 in Mallium, v. 128.

¶ Multivorantia, æ, die vielfreßigkeit, Tertull. cont. Psych. cap. 1. vid. paullo ante *Multinubentia.*

¶ Multopere, adverb. sicut magnopere, sehr viel. Plaut. Merc. a. 1 sc. 2 v. 65 *Multopere mundo rustico exercitus.*

¶ Multoties, adverb. offtmahls. Epit. Livii lib. 58 *Multoties contra hostium eruptiones pugnavit.* Conf. Voss. de Vit. L. L. 1 cap. 25, & Cellar. Cur. post. p. 313.

¶ Aliquammultus, id est, aliquanto multus, vide supra in *Aliquis.*

¶ Permultus, a, um, sehr viel. Cicer. 3 de Leg. cap. 14 *Permulti imitatores principum existunt.*

¶ Permultò, Permultùm, adverbia, idem. Cicer. 2 de Divin. cap. 61 *permulto clariora.* Idem lib. 3 epist. 11 ad Appium: *Etsi permultum ante certior factus eram litteris.*

MŪLUS, i, ἡμίονος, est ex asino & equa, ein maul, maulesel, maulthier, v. Varro de R. R. 2 cap. 8. *Mulus clitellarius*, Cicer. Topic. cap. 8. *Mulorum utilitates & asinorum ad hominum usum paratæ*, Idem de N. D. 2 cap. 64. ¶ *Mulus*, imago est ingratorum; lacte enim materno saturatus, matrem calcibus petit. Hinc tecto sermone Plato Aristoteli ingratitudinem objiciens, *mulum* eum nominare solebat: Ælian. lib. 4 cap. 9. Est & convicium in ἀναισθήτους, seu stupidos ac vecordes. Catullus Carm. 84 *Mule, nihil sentis.* Lysippus Comicus de Athenarum urbe apud Dicæarchum:

εἰ μὴ τεθέασαι τὰς Ἀθήνας, στέλεχος εἶ,
εἰ δὲ τεθέασαι, μὴ εὐαρεστήσας δ', ὄνος·
εἰ δ' εὐαρεστῶν ἀποτρέχεις, κανθήλιος.

Ubi κανθήλιος jumentum clitellarium est sive *Mulus.* ¶ *Mutuum muli scabunt*, sive, *Mulus mulum scabit*, vide Chiliades.

¶ Mūla, æ, ἡμίονος, eine maulesclin. *Gignitur etiam mula ex equo & asina, sed effrenis & tarditatis indomitæ*, Plin. lib. 8 cap. 44. ¶ *Cum mula pepererit*: Sermo proverbialis de re nunquam futura, apud Sueton. Galbâ cap. 4, ubi vide Beroaldum.

¶ Mulāris, e, das zur maulesel-zucht dienet, Columell. lib. 6 cap. 27.

¶ Mulīnus, a, um, mauleselhafft; ut, *Mulina ungula*, Vitruv. 8 cap. 3. *Mulino corde Vagellus*, Juvenal. satyr. 16 v. 23.

¶ Mulio, ōnis, ein mauleseltreiber. Martialis lib. 13 epigram. 11 de hordeo: *Mulio quod non det tacituris, accipe, mulis.*
Seneca Ludo de morte Claudii: *perpetuarius mulio*, hoc est, qui ad magna & longinqua itinera, non ad paucas proximas mansiones seque & mulas probet. Adi Gronov.

¶ Muliōnius, a, um, dem mauleseltreiber gehörig: ut, *Penula mulionia*, ein eseltreibers rock, Cicer. pro Sextio cap. 38.

¶ Mulionĭcus, a, um, idem. Lamprid. Heliog. cap. 32 *Tectus cucullione mulionico.*

¶ Mūlŏcĭsiārius, i, ein kärner. Gloss. gr. lat. καρουχάριος, *Mulocisiarius, carucarius.*

¶ Mulŏmĕdĭcus, i, ein roßartzt, Firmicus lib. 8 cap. 13. vide supra *Equitiarius.* Gloss. gr. lat. ἱππολατρος, *Mulomedicus.*

MUMĪA, æ, bitumen est pissasphaltum, quo humana cadavera condiebantur. ¶ 2. Deinde & liquor quidam, qui ex infarcto fit humanorum corporum, myrrha scil. aloe, & humiditate, quam exudant humana corpora, *Momia* seu *Mumia sepulcrorum* dicitur; Matthiolus. vid. supra *Amomum*, & Quendstedt. de Sepult. Vet. p. 75.

MUMMIUS, i, L. Achaicus dictus, novus homo, ad consulatum evectus, omni Achaja subacta Corinthum excidit, & tam rudis fuisse dicitur, ut, cum Corinthias artificum tabulas ac statuas in Italiam portandas locaret, juberet prædici conducentibus, si eas perdidissent, novas eos reddituros. De eo Vellej. 1 cap. 13. Flor. 2 cap. 16. Aurel. Vict. de Vir. Illust. cap. 60. Plin. 34 cap. 7, & 37 cap. 1 &c. ¶ 2. *P. Mummius* dexteritate morum valde commendatus est, quem C. Publicius cuivis tempori hominem esse dixit. v. Cic. de Orat. 2 cap. 67. Item, poëta latinus. vid. Macrob. Saturn. 1 cap. 10.

¶ Mummianus, a, um, adject. ut, *Mummiana ædificia*, Festus.

MUNĀTIUS, i, Luc. Plancus, orator & discipulus Ciceronis, patrem, avum, & proavum eodem prænomine habuit. Militavit sub Cæsare & ab eo consul factus. Plinius refert in præfat. quod, cum Asinius Pollio orationes in eum parasset, sed post mortem ejus edendas, ne respondere posset, dixerit: *Cum mortuis non nisi larvas luctari.*

Munctio, vide paullo post *Mungo.*

MUNDŬS, a, um, adject. tersus, elegans, sauber, rein, reinlich. Horat. 1 epist. 5 v. 2 *Munda supellex.* Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 4 v. 12 *Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius, nec magis compositum quicquam.* Catull. Carm. 68 *Mundior & melior.* Et Livius lib. 8 cap. 15 *mundior cultus.*

cultus. Columella lib. 7 cap. 3 *ſquala mundiſſima:* & cap. 9 extr. *mundiſſimum cubile.* Conf. Plaut. Trucul. a. 2 ſc. 7 v. 6.

¶ Mundŭlus, a, um, dimin. ausgeputzt. Plaut. Trucul. a. 3 ſc. 1 v. 13 *Mundulos, urbanos, amaſios.*

¶ Mundus, i, ſubſtantive inſtrumentum illud mulierum appellatur, quo mundiores fiunt, vel unde ſe mulier mundiorem, cultioremque efficit, ſchmuck, putz. *Mundus muliebris,* dicitur: weiber-ſchmuck; & differt ab ornatu, ut ex Vlpiano poteſt patere Lege Argumento 25 § Ornamenta 10 Dig. de auro, argento, mundo. Tertullianus de habitu muliebri cap. 3 *Habitus fœminæ duplicem ſpeciem circumfert, CVLTVM & ORNATVM. CVLTVM dicimus, quem MVNDVM MVLIEBREM vocant: ORNATVM, quem IMMVNDVM MVLIEBREM convenit dici. Ille in auro & argento, & gemmis & veſtibus deputatur: Iſte in curâ capilli, & cutis & earum partium corporis, quæ oculos trahunt* &c. *Mundus virginalis,* Accius: *Mundum iis omnem muliebrem ademit,* Livius lib. 34 cap. 7 *Munditiæ & ornatus, & cultus, hæc fœminarum inſignia ſunt: his gaudent & gloriantur, hunc mundum muliebrem appellarunt majores noſtri.* Varro lib. 4 de L. L. cap. 29 *MVNDVS MVLIEBRIS dictus a MVNDITIA. ORNATVS quaſi ab ore natus. Hinc enim maxime ſumitur, quod eam deceat.* Diſtinguit autem Varro ab *ornatu mundum:* quod & JCti faciunt. Vide Julium Paulum lib. 3 receptarum ſententiarum cap. 6. Similiter & Tertullianus *cultum,* quem eumdem *mundo* facit, ab *ornatu* diſtinguit. Locum ipſum & ſupra in *Cultus,* & modo adduximus. ¶ 2. *Mundus,* die welt, cum derivatis, vide mox ſeorſim.

¶ Mundĭtia, æ, & Mundities, ēi, lautitia, elegantia, die reinligkeit, ſauberkeit. Cicer. in Offic. lib. 1 cap. 36 *Adhibenda munditia eſt, non odioſa, neque exquiſita nimis.* Plaut. Menæch. a. 2 ſc. 3 v. 4 *Munditia illecebra animo eſt amantum.* Gellius lib. 1 cap. 5 *Hortenſius, quod multa munditia & circumſpecte compoſiteque amictus eſſet,* &c. *maledictis compellationibusque probroſis jactatus eſt.* Hic *munditia* ad veſtes pertinet; At vero Sueton. Cæſ. cap. 46 ad exquiſitam ædificiorum elegantiam refert: quem vide. Idem Othone cap. 12 vulſuram corporis, galericuli ſitum, & faciei raſuram, ad munditias interpretatur. ¶ Obſerva autem, *munditiem* ſing. & *munditias* plur. uſitatiſſimum eſſe bonis auctoribus. Salluſt. in Orat. Marii: *Ex parente meo, & aliis ſanctis viris ita accepi, munditias mulieribus, viris laborem convenire.* Seneca epiſt. 5 *Hoc contra naturam eſt, faciles odiſſe munditias.* Ovidius 3 Art. Am. v. 133

Munditiis capimur: non ſint ſine lege capilli.

¶ Munde, adverb. reinlich, ſäuberlich. Columella lib. 12 cap. 51 *Aromata in pila quam mundiſſime contundito.*

¶ Mundĭter, idem. Plaut. Pœnulo a. 1 ſc. 2 v. 26

Nam cum ſedulo munditer nos habemus,
Vix, egreque amaturculos invenimus.

¶ Mundŭle, idem. Apulej. lib. 2 A. A. *Ipſa linteâ tunicâ mundule amicta, & ruſſea faſciola prænitente altiuscule ſub ipſas papillas ſuccinctula.*

¶ Mundĭcīna, æ, ein reinigungs-mittel: ut, *Mundicinæ dentium,* medicina ad munditiem & nitorem dentibus conciliandum, zahn-pulver, Apulej. Apolog. p. 277.

¶ Mundo, mundare, mundum efficere, reinigen, fegen. Plinius lib. 15 cap. 6 *Vaſa mundanda.*

¶ Mundator, ōris, ein ausfeger, reiniger. Jul. Firmicus lib. 8 cap. 19 extr. *cloacarum mundator.* Repetit cap. 29 parte 13.

¶ Mundatōrius, a, um, purgirend: ut, *Mundatorium medicamentum,* eine purganz, Plin. Valer. 2 cap. 25.

¶ Munditior, ari, mundum eſſe vel munditias amare, es reinlich halten. Plaut. Caſ. a. 2 ſc. 3 v. 9 *munditianti Deo,* i. e. Amori. Alii aliter. vid. Parei Lex. Crit. p. 760, & Taubm. ad l. c. p. 379.

¶ Mundifico, are, reinigen. Macer 3 v. 12 *Mundificare ſtomachum,* purgiren.

Compoſita:

¶ Emundo, avi, atum, are, rein machen, ſaubern, ausputzen. Colum. 2 cap. 15 *Bubilia & ovilia debent emundari.* Et Vlpian. lege 25 § 10 de auro, arg. &c. *quæ ſe emundaverint lotæ in balneo.*

¶ Emundatus, a, um, geſaubert, gereiniget, ausgeputzt; ut, *emundata paſtinatio,* Colum. 3 cap. 15 pr.

¶ Commundo, are, idem quod emundare. Colum. 12 cap. 18 *Vaſa dulci aquâ eluenda ſunt & commundanda.*

¶ Commundatus, a, um, idem quod emundatus. Vlpianus l. c. *Ornata, non tamen commundata.*

¶ Immundus, a, um, impurus, unrein, unflätig. Catull. Carm. 68

Nil immundius hoc, nihiloque immundius illud.

Seneca lib. 5 Quæſt. Nat. cap. 4 *immundius aliquid timere.* Plinius lib. 10 epiſt. 99 *immundiſſima adſpectu cloaca.*

¶ Immundĭtia, æ, impuritas, die unflätigkeit. Frontinus lib. 2 de Aquæduct. *Immunditiarum facies, & impurior ſpiritus, & cauſſæ gravioris cæli,* &c.

¶ Immundabĭlis, e, unſäuberlich. Tertullian. de Pudicit. cap. 20 *immundabile vitium.*

¶ Permundus, a, um, ſehr ſauber. Varro lib. 3 cap. 8 Rei Ruſt. de columbis: *Permundæ ſunt hæ volucres.*

MVNDVS, i, univerſi compages: *communis quaſi deorum atque hominum domus aut urbs utrorumque,* Cicer. 2 de Nat. Deor. cap. 62, himmel und erde, die welt. Apulej. de Mundo: *Mundus omnis ſocietate cæli & terræ conſtat, & eorum naturis, quæ utriusque ſunt.* Nomen a pulchritudine & abſolutiſſima elegantia eſt. Plinius lib. 2 cap. 4 *Quem κόσμον Græci nomine ornamenti appellaverunt, eum & nos a perfecta abſolutaque elegantia mundum.* Cicer. de Vniverſ. cap. 10 *Varietate diſtinctum bene Græci κόσμον, nos lucentem mundum nominaremus.* Lucret. lib. 5 v. 69

Vna dies dabit exitio, multosque per annos
Suſtentata ruet moles, & machina mundi.

De mundi ætatibus & duratione legitur apud Platonem in Philebo prope finem Orphei verſiculus, ſumtus, ut quidam ſuſpicantur, ex Eliæ dicto de ſex millibus annorum mundi:

Ἕκτῃ ἐν γενεᾷ καταπαύσατε κόσμος ἀοιδῆς.

ubi quidem alii ſic maluñt: κόσμος καταπαύσετ' ἀοιδῆς. Id eſt: *In ſexto millenario mundus ceſſabit,* &c. vide Seberi Florileg. græcolat. pag. 75. De forma & motu Plinium lib. 1 H. N. cap. 2, 3, 4, & ibi Dalechamp. Philo de Incorruptibilitate mundi principio, tribus potiſſimum modis apud Græcos κόσμυ ſeu *mundi* vocabulum ſumi tradit. Primo enim ita vocari univerſitatem rerum, 2. Cælum, 3. Eſſentiam quamdam. At vero Scaliger ad lib. 5 Manilii obſervat, ſexfariam κόσμυ vocabulum uſurpari Græcis: 1. De complexu cæli & terræ. 2. De domicilio Deorum. 3. De Deorum & hominum corpore. 4. De æthere. 5. De orbe ſtellarum inerrantium. 6. De providentia: & tot modis *Mundi* vocabulo uſum Manilium. Stoicis ſane *Deus, fatum, providentia, mundus* unum erant. vide Senecam 2 Quæſt. Natur. cap. 45. Idem ibid. 3 cap. 28 extr. *Ergo quandoque res novæ placuere mundo* &c. id eſt, quandocunque Deo placuit mundum renovari &c. Nam paullo ante dixerat: *Cum Deo viſum ordiri meliora, vetera finiri.* ¶ 2. Cæterum de *cælo* frequenter utuntur poëtæ: modo ἁπλῶς; ut Claudianus lib. 2 in Ruffin. v. 3 *Auctor ab adjecto fulgebat ſidere mundus.*

Idem lib. 2 de Raptu Proſerpinæ v. 47

Firmior Herculea mundus cervice pependit.

Lucretius lib. 5 v. 1376

At vigiles mundi magnum & verſatile templum
Sol & Luna ſuo luſtrantes lumine circum.

modo cum Epitheto declarando diſcrimini: Tibullus lib. 3 eleg. 4 v. 17

Jam nox ætherium nigris emenſa quadrigis
Mundum, cæruleas laverat amne rotas.

Seneca Medeâ v. 401

Dum terra cælum media libratum feret,
Nitidusque certas mundus evolvet vices.

Conf. Barth. ad Claudian. pag. 1190. ¶ 3. *Mundus* apud eccleſiaſticos ſonat genus humanum & res humanas. Verum extra eccleſiam ita etiam locutus eſt Seneca de Provid. cap. 1, *Si providentiâ mundus ageretur,* &c. Et Seneca Trag. Herc. Oet. v. 541 *Te, te precor, quem mundus & ſuperi timent.* Et Lucanus 2 v. 48 *Conjuret in arma mundus.* Idem deteriorem hominum partem *mundi fæcem* vocat lib. 7 v. 405. Plura vide in Ol. Borrichii Anal. p. 42, & in And. Borrich. Vind. p. 139 ſeqq. ¶ 4. Lucretius lib. 5 v. 529 & 1344 etiam in plurali dixit: *In variis mundis varia ratione creatis.*

¶ Mundānus, a, um, weltlich, von der welt. Cic. 5 Tuſcul. cap. 37 *Interrogatus Philoſophus Socrates, cujas eſſet,* mundanum *ſe eſſe, reſpondit.* ¶ 2. Avienus Arateis v. 47 *Mundanum* pro cæleſti dixit, ſicut & *Mundanas oras* eodem ſignificatu, v. 216.

¶ Mundiālis, e, idem quod *Mundanus.* Tertullianus lib. 5 adv. Marcion. cap. 4 *Mundialium elementorum derogatio.* Salvianus præfatione libror. de Gubernat. Dei, *Litterarum ſcriptores mundialium.* Et Prudent. 1 Cathem. v. 90 *mundialis gloria.* Et Ambroſius de myſterio paſchæ cap. 2 *in ornatum mundialis fabricæ.* Conf. Borrich. Cogit. p. 172.

¶ Mundialiter, adverb. nach der welt art: ut, *Vivere mundialiter,* Tertullian. de Reſurr. Carn. cap. 46 extr.

¶ Munditĕnens, tis, qui mundum tenet, ein herr der welt. Tertull. adv. Valent. cap. 22 *Diabolum munditenentem appellant.* Eodem modo Hilarius diabolos vocat *Mundipotentes,* non ineleganter efficta compoſita dictione.

¶ Extramundanus, a, um, auſſer der welt. Martianus Capella lib. 9 *Extramundana intelligentia.*

¶ Intermundium, i, ſpatium inter fictos Epicuri mundos, ein ort auſſer der welt. Cicero 1 Nat. Deor. cap. 8 pr. *Tamquam modo ex Deorum concilio, & ex Epicuri intermundiis deſcendiſſet.*

¶ Supermundialis, e, über der welt. Tertull. de Anima cap. 18 *ſubſtantiæ ſupermundiales.*

¶ Vltramundanus, a, um, auſſer der welt. Apulejus lib. 1 Dogm. Plat. p. 8 *Deus ille ſummus, ultramundanus.*

Munerabundus, muneralis, munerarius, munero & muneror, &c. quære paullo poſt in *Munus.*

MVNGO, xi, ctum, ĕre, mucum ex naribus extrahere, ſchneutzen, ſchnauben. Onomaſt. Vet. *Mungo, μύσσω.*

¶ Munctio, ōnis, die ſchneutzung: ut, *Munctiones muculentæ,* Arnob. lib. 3 p. 107.

¶ Emungo, ĕre, ausſchneutzen, die naſe wiſchen. Gloſſ. Vet. *Emungo,* ἀπομύσσω. Et Onomaſt. *Emungo,* ἀπομύττω. *Cubito ſe emungere,* eſt ſordidum quæſtum exercere, unflätige handthierung treiben. vide Eraſmi Chiliadas. ¶ 2. Eſt & *Emungere* aliquem defraudare, circumſcribere, einen ums geld bringen. Plautus Epid. a. 3 ſc. 4 v. 57 *Qui me emunxiſti, mucidum minimi pretii.* Et Terentius Phorm. a. 4 ſc. 4 *Emunxi argento ſenes.*

¶ Emunctus, a, um, geſchneutzt, geputzt: ut, *Homo emunctæ naris,* qui acri eſt exactoque judicio, ein mann eines fertigen verſtands, klug, Horat. lib. 1 ſatyr. 4 v. 8. conf. Chiliadas. Hinc Attici *limati & emuncti* Quintiliano lib. 12 cap. 10 dicuntur. ¶ 2. Spoliatus, beraubt, ausgebeutelt. Horatius de Arte poëtica v. 398

Pythias emuncto lucrata Simone talentum.

¶ Emunctio, ōnis, die ausſchneutzung. Quintil. lib. 11 cap. 3 *Emunctio frequentior non ſinè cauſſa reprehenditur.*

¶ Emunctorium, i, eine lichtſchere, lichtputze, Vulg. Interpr. Exod. 25 v. 38.

Munia, municeps, municipium, &c. munificentia, munificus, quære poſt in *Munus.*

MVNIO, ivi, ītum, munire, (etiam *Mœnire* veteres ſcripſerunt, vide ſupra *Mœnia,*) eſt firmare, inſtruere, verſchantzen, verwahren, feſt machen: ut, *Munire caſtra,* Cæſ. 2 B. Gall. cap. 5 &c. *Præſidiis, cuſtodiis, vigiliisque munire coloniam,* Cicer. Catil. 1 cap. 3. Et, *Tenere & munire ſe benevolentia multorum,* Idem 2 de Finib. cap. 26. Et,

Munire viam, die wege bessern und bereiten: Quo tralate sæpe usus est Cicero, ut lib. 1 ad Attic. epist. 17 *Munitur quædam nobis ad retinendas opes nostras tuta, ut spero, via.* Idem pro Muræn. cap. 23 *Hæc omnia tibi accusandi viam muniebant*, es gab dir darzu gelegenheit und vortheil. *Munire*, absolute pro muros struere, schantzen, fortificiren, Nepos 2, 6, 5. Similiter Curtius 4, 2, 13 *Munientibus coria velaque jussit obtendi.* Translate est firmare vim dominationis; ut, *Munire imperium singulare*, Nepos in Regib. cap. 2.

¶ Mūnītus, a, um, fest, befestiget; ut, *Nihil tam munitum, quod non expugnari possit*, Cicero in 2 Verr. cap. 2. *Oppidum munitissimum oppugnare*, Idem lib. 2 fam. epist. 10, eine festung belagern. Et, *Munitissimi portus*, in Verr. 2 cap. 5. *Munitissima pars insulæ*, Livius lib. 24 cap. 22. Et, *Sapientiâ munitum pectus gerere*, hoc est, instructum, Cic. lib. 1 de Divin. cap. 22. *Munitior legatio*, id est, tutior, Idem lib. 2 ad Attic. epist. 18. Sic & lib. 2 Offic. cap. 4 extr. *Ex quo leges moresque constituti, effectum, ut esset vita munitior*, desto sicherer.

¶ Mūnītio, ōnis, actus muniendi, die befestigung, fortification. Cæsar lib. 1 Bell. Gall. cap. 49 *Quæ copiæ nostros perterrerent, & munitione prohiberent.* Nepos Themistocle cap. 7 n. 2 *cum audisset, non multum superesse munitionis*, es sey nicht viel mehr zu arbeiten am festungs-bau. ¶ 2. Pro opere & munimento, die schantze, mauer, bollwerck, batterie. *Munitionibus urbem sepire*, Cicero Philipp. 13 cap. 9. Et, *Munitiones disjicere*, schleiffen, Nepos Eumene c. 5. Et, *Munitioni, quam fecerat, legatum præfecit*, Cæsar lib. 1 B. Gall. cap. 10.

¶ Mūnīmentum, i, opus munitionis, die schantze, mauer, wall, &c. Curtius lib. 3 cap. 1 *cum extra munimenta se* (fluvius) *evolvit.* Cæsar lib. 2 de Bello Gall. cap. 17 *Instar muri sepes munimenta præbent.*

¶ Mūnīmen, ĭnis, idem. Lucanus lib. 6 v. 22

Sed munimen habet nullo quassabile ferro.

¶ Munitūra, æ, idem. Romæ in hortis Carpensibus legitur: STRVCTVRAM CVM MVNITVRA SARCOPHAGI SVIS IMPENDIS FECIT. vid. Ferret. Mus. Lapid. p. 73.

¶ Mūnītor, ōris, ein schantzer, schantz-gräber. Livius lib. 7 cap. 23 *Hastati pro munitoribus intenti armatique steterant*, sie bedeckten die arbeiter. Tacitus Annali 1 cap. 64 *Barbari perfringere stationes, seque inferre munitoribus nisi.*

¶ Munīto, are, frequentativ. fest stellen. Cic. pro Rosc. cap. 48 *Quam viam munitet, quod iter affectet, videtis*, wo er hinaus gedenckt.

¶ Munībilis, e, quo quid munitur, bequem zu befestigen. Sidon. 2 epist. 2 *Porticus columnis invidiosa munibilibus.*

Composita:

¶ Circummūnio, īre, umher befestigen, umschantzen. Cæsar lib. 1 de Bello Civ. cap. 18 *Oppidum vallo castellisque circummunire instituit.* conf. supra *Circummœnire* in *Mœnia.*

¶ Circummunītio, ōnis, die umschantzung. Cæsar c. l. cap. 19 extr. *oppidi circummunitione.*

¶ Communio, īre, befestigen, verwahren; ut, *Communire castella*, Cæsar 1 de B. Gall. cap. 8, & Nepos 7, 7, 4. Et, *loca castellis idonea*, Idem Nep. 1, 2, 1.

¶ Commūnītus, a, um, fest gestellt, verwahrt, bestetiget, per metaph. ut, *Omni autoritate aulæ communita*, Cic. 15 fam. epist. 4. *Communita caussa Roscii firmissimis & sanctissimis testimoniis*, Idem pro Roscio Comœdo cap. 15.

¶ Communitio, ōnis, die befestigung. Cic. de Orat. 2 cap. 9 *Aditus ad caussam & communitio.* Et Vitruv. 10 cap. 19 *Totam communitionem dissipare.*

¶ Emūnio, īre, idem quod munire, vel altius munire, den festungs-bau hoch führen. Tacitus in Agricola cap. 31 *Corpora ipsa ac manus, silvis ac paludibus emuniendis, verbera inter ac contumelias conterunt.* Virg. 8 Æn. v. 228 *fultosque emuniit obice postes.*

Translate Seneca Controv. 17 *adversus metus emunire animum.*

¶ Emunītus, a, um, befestiget, fortificiret. Liv. 14 cap. 21 extr. *Locus saxo quadrato septus, arcis in modum emunitus.* Idem 21 cap. 7 *Murus supra cæteræ modum altitudinis emunitus.*

¶ Immunītus, a, um, unbefestiget, unverwahrt; ut, *Immunita via*, non munita, Cicer. pro Cæcin. cap. 19, ungepflastert, nicht ausgebessert. *Immunita castella*, Liv. 22 cap. 11. *Immunita Sparta*, Ovidius 10 Met. v. 169, ohne mauern. At

¶ Immūnio, īre, est intus munire, sive simpliciter munire. Tacit. Ann. lib. 11 cap. 19 *præsidium immunivit.*

¶ Permunio, īre, wohl befestigen. Tacitus 3 Histor. cap. 9 *Castra permuniit.* Livius lib. 7 cap. 16 *Cum ante mœnia sua, castris permunitis, consedissent.*

¶ Præmūnio, īre, vor etwas eine schantze legen, vorher verwahren, unterbauen. Cæsar lib. 3 B. Civ. cap. 55 *Rutilius, qui Achaiam, missus a Pompejo, obtinebat, Isthmum præmunire instituit.* Et cap. 58 *Cæsar aditus duos magnis operibus præmunivit.* Per metaph. Cicero pro Cœlio cap. 8 *Illa quæ ex accusatorum oratione præmuniri & fingi intelligebam, fretus vestra prudentia, judices, non pertimesco.* vide *Præmœnire*, supra in *Mœnia.*

¶ Præmunītio, ōnis, die verschantzung, verwahrung. Cicer. 2 de Orat. cap. 75 *Sine præmunitione orationis.*

¶ Supermunio, īre, zudecken. Columella 9 cap. 7 *Convenit alvearia porticibus supermuniri.*

MVNVS, ĕris, quod per liberalitatem ac benevolentiam datur alteri, eine gabe, ein geschenck. Vetus Gloss. *Munus*, φιλοτιμία, φιλοξοὶ, δῶρον: Vbi φιλοξοὶ corruptum est. An φιλοξενία legendum? Donatus in Terent. Eunuch. a. 5 sc. 8 DONVM, inquit, *præmium est: & MVNVS, præmium.* Sed DONVM *præmium Diis datur*: MVNVS, *præmium hominibus. Nam separatim* DONVM *Deorum est*: PRAEMIVM *virorum est fortium*: MVNVS *hominum. Et* DONVM MVNVS*que, tam ante factum, quam post factum datur.* PRAEMIVM *non nisi post factum est*: DONVM & MVNVS *voluntarium*: PRAEMIVM *debetur.* Hæc ille. *Munera militaria* erant centurionatus, præfecturæ, decurionatus &c. *Dona militaria*, quæ militibus singulis virtutis ergo dabantur, ut coronæ, quæ multifariæ erant, muralis, triumphalis, civica &c. JCti *Munus* dicunt, quod ex caussa datur: Lege *Inter donum*, Dig. de Verbor. signif. *Dare, largiri, offerre munus*, Cicer. *Dare, offerre aliquid muneri*, Quintilian. lib. 1 cap. 10 p. 85, etwas zum geschenck geben, schencken. Hinc, ξενίων θυμὸς ἄριστος, *Munerum animus optimus*, man muß den guten willen für die that nehmen. Martial. lib. 5 epigr. 18

Odi dolosas munerum & malas artes:
Imitantur hamos dona. Namque quis nescit,
Avidum voratâ decipi scarum muscâ?

Porro de modestia in muneribus ac delectu, dictum est aliud; οὔτε πάντα, οὔτε πάντη, οὔτε παρὰ πάντων, i. e. *nec omnia, nec ubique, neque ab omnibus*, in Pandectis ex Epistolâ Severi & Antonini Imperatorum.

¶ *Aliquem sui muneris*, sive *beneficii facere*, est ita mereri de aliquo, ut sibi omnia debeat, einen verbündlich machen. Æneas apud Ovidium lib. 14 Metamorph. v. 124

Numinis instar eris semper mihi, meque fatebor
Muneris esse tui.

Tacit. lib. 15 Annal. cap. 52 *Plerique Vestini quoque consulis acre ingenium vitavisse Pisonem crediderunt; ne aut libertatem moliretur, vel, delecto Imperatore alio, sui muneris rempubl. faceret.* vide Gruterum lib. 1 Suspicion. cap. 13. In Justino 13, 4, 9 etiam loquendi hoc genus notavit Casaubonus ad Suetonii Claud. cap. 23. Et Horat. lib. 4 ode 3 v. 21

Totum muneris hoc tui est,
Quod monstror digito prætereuntium
Romanæ fidicen Lyræ:
Quod spiro, & placeo, si placeo, tuum est.

¶ Hinc & spectacula appellata *munera* sunt, quod ambitiosa liberalitate & maximis sumtibus edi solerent: vel, quod ad officium seu munus, quod mortuis debetur, pertinere existimarentur. Mortuis enim ita litari, obtinebat opinio. Lege Tertullianum de Spectaculis, & Lipsium lib. 1 Saturnal. cap. 7, itemque, si munerum origines, & ritus nosse velis, Petr. Fabr. lib. 2 Semestr. p. 139. ¶ * *Munera* etiam dicuntur theatra seu loca, in quibus eduntur munera. Vellejus lib. 2 cap. 130 *Quam magnifico animi temperamento Cnæi quoque Pompeji munera absumta igni restituit.* conf. Idem lib. 2 cap. 48. vid. ibid. Gerh. Vossius. Ovidius de Arte am. 1 v. 69

Aut ubi muneribus nati sua munera mater
Addidit, externo marmore dives opus.

Intelligit porticum Octaviam non longe a Marcelli porticu positam. vid. Heinsius ad Ovid. Fast. 6 v. 92 p. 194. *Grævius.* ¶ 2. *Munus*, functio, die gebühr, das amt, die verrichtung. *Tuum hoc est munus, tuæ partes*, Cic. lib. 11 fam. epist. 5. Idem lib. 3 de Orat. cap. 30 *Me ad munus meum, pensumque revocabo*, ich will mich zu dem halten, das mir befohlen, mir zustehet. Sic, *Fungi, perfungi munere. Curare munus suum*, Plaut. Truc. a. 2 sc. 4 v. 76. Et, *colere & efficere munus*, Cic. 1 de Leg. cap. 5. *Exsequi munus*, Idem de Senect. cap. 10 extr. ein amt verwalten, ausrichten. *Munus suscipere*, Quintil. procœm. lib. 4. *Muneri alicui præponere aliquem*, Cic. 2 de Orat. cap. 10, einen über ein amt setzen. Cæterum JCti id *Munus* esse volunt, quod cum magna dignitate conjunctum non est, sed cum sumtu; L. *Honor.* D. de Munerib. Vide & quæ summus vir Hugo Grotius in Florum Sparsione de hac voce eleganter disserit ad L. *Munus* D. de verb. signif.

¶ Mūnuscŭlum, i, diminutivum, donum parvum, ein geschencklein. Cic. 1 ad Attic. epist. 9 *Tulliola tuum munusculum flagitat.* Catull. carm. 65 sive Argonaut. v. 103 *Non ingrata munuscula.* Sen. epist. 10 *ut cum aliquo munusculo epistolam mittam.*

¶ Munusculārius, i, qui munuscula corradit, ein bettler, apud Augustinum. vid. Sarisb. 3 cap. 11 & 12.

¶ Mūnĕro, are, act. & Muneror, ari, deponentale, munere afficere, begaben, beschencken, verehren. Cicero pro Dejotaro cap. 6 *Locus erat quidam, in quo erant ea composita, quibus rex eum munerare constituerat.* Seneca epist. 119 *Inani me lance muneras.* Plautus Captiv. a. 5 sc. 1 v. 15 *Munerare beneficium*, pro gratum se pro beneficio præstare, sive referre gratiam dixit. Rursus Cic. ad Attic. 7 epist. 2 *Alexion me opipare muneratus est.* Adde Gellium 18 cap. 12 sub fin.

¶ Muneratus, a, um, passiv. beschenckt. Spartianus Adriano cap. 3 *locupletissime muneratus.* Ammian. 14 cap. 7 *Mulier munerata vehiculoque imposita.*

¶ Muneratio, ōnis, die beschenckung. Vlpianus: *Non necessaria muneratio.*

¶ Munerātor, ōris, qui munera edit, ein verehrer, geschenckgeber, apud Florum 3, 20, 9. vide mox *Munerarius.*

¶ Munerabundus, a, um, begierig zu beschencken. Apulejus 11 Metam. p. 265 *Quisque munerabundi ad meum festinant illico reducem ab inferis conspectum.*

¶ Munerālis, e, die geschencke betreffend. Sic *Muneralem legem* Plautus dixit, qua munera prohibentur, quam Cincium tulisse attestatur Festus.

¶ Mūnĕrārius, i, muneris exhibitor, ein verehrer. Quam vocem Augustum primum usurpasse, Quintil. scripsit lib. 8 cap. 3. ¶ 2. Est & qui ludos gladiatoris sive spectacula præbet populo, quæ & ipsa *munera* appellantur, apud Suet. Domitiano cap. 10, & Senecam patrem præfat. lib. 4 Controvers. quem Florus lib. 3 cap. 20 *Muneratorem* appellat.

¶ Mūnis, e, ad officium seu munus obstrictus, verpflichtet, verbunden. Plautus Mercatore a. 1 sc. 1 extr. *Dico ejus pro meritis gratum & munem fore.* *Munes* itaque, qui munia faciunt sive tenentur facere. Quibus opponuntur *Immunes*, de quibus in compositis. conf. Festus.

¶ Mūnia, orum, plur. tantum, officia, quæ publice præstantur, dienst, amt und pflicht; ut, *Suis cervicibus munia sustinere*, Cic. pro Sextio cap. 66. Et Livius lib. 1 cap. 42 *Belli pacisque munia non viritim, sed pro habitu pecuniarum fiant.* Tacito frequens vocabulum, cujus sunt: *Munia consulatus obire*, 2 Annal. cap. 26; *Vrbis & militiæ munia simul obire*, Annali 6 cap. 8; Et, *implere ducis munia*, lib. 1 Hist. cap. 62. conf. Vellej. 2, 70, 1. Sponius Misc. Erud. Antiqu. p. 36 ex

Romano lapide: OB HAEC INSIGNIA GENERA MVNIORVM.

¶ Mūníco, are, pro *Communicare*, dixerunt veteres. Feſt.

¶ Municeps, ĭpis, qui munera civilia ſuſtinet, ſed aliunde in civitatem receptus eſt, ein mitgenoß der bürgerſchafft, mitbürger, bürger. Juſtin. lib. 2 cap. 12 *Themiſtocles perſuadet omnibus, patriam municipes eſſe, non mœnia, civitatemque non in ædificiis, ſed in civibus poſitam.* Breviter, *municeps* eſt, qui in ſua patriâ munus, id eſt, officium publicum capere poteſt: & *incolæ* opponitur, id eſt, indigenæ ſive advenæ. Namque & Cicero *incolas* cum *peregrinis* conjungit. Vide Vlpianum Lege 1 Dig. *ad municipalem*, & ibi Grotium in Florum Sparſione: itemque Onuphrium Panvinium lib. 3 Deſcript. Imperii Romani p. 325, & p. 354, & inprimis Pompejum Feſtum, diverſas vocabuli notiones in ſuo de Verborum Significatione libro interpretantem. ¶ *Municipes* etiam ſocios ejusdem municipii appellamus, landsleute. Sic Cicero C. Marium vocat *municipem ſuum*, quia uterque Arpinas, ſeu Arpino municipio oriundus: Poſt red. ad Quir. cap. 8 *Vidi ego*, inquit, *fortiſſimum virum, municipem meum, C. Marium* &c. meinen landsmann ꝛc.

¶ Municipium, i, certum genus oppidorum, in Italia præſertim, jure ſuo & magiſtratu utentium, ideoque diſtinctorum a coloniis & præfecturis, eine ſtadt oder flecken, ſo das bürger-recht hat. Cicero pro Roſcio cap. 6 *Roſcius municeps fuit, genere & nobilitate ſui municipii primus.* Vide Grotium atque Onuphrium Panvinium laudatis locis. *Municipia dicebantur civitates ſuo jure, & legibus gaudentes, muneribus tamen Pop. Romani & honoribus gaudentes*, Gellius lib. 16 cap. 13, quem vide.

¶ Municipiŏlum, i, dimin. ein marcktflecken, ſtädtlein. Sidon. 3 epiſt. 1 *Eccleſia Arverni municipioli.*

¶ Municipālis, e, bürgerlich; ut, *Homines municipales*, Cicer. ad Att. lib. 8 epiſt. 13, mitbürger. *Jus municipale*, das bürger-recht, ſtadt-recht, i. e. jus privatum uniuscujusque civitatis. *Municipalia prodigia*, pro municipibus ſumme ſceleratis, Florus 3, 18, 6.

¶ Municipaliter, adverb. idem. Sidon. Apollinaris lib. 1 epiſt. 11 *Non eminentius, quam municipaliter natus:* hoc eſt, cujus majores nullam publicam dignitatem attigerunt.

¶ *Municipatim dividere*, id eſt, *per municipia*, in die gemeinen austheilen, Sueton. Cæſare cap. 14.

¶ Municipatus, ûs, ſubſt. jus municipale, die mitbürgerſchafft. Tertullianus de Corona mil. cap. 13 ita vertit Apoſtoli πολίτευμα Philipp. 3 v. 20 *Tu peregrinus es, mundi hujus civis ſupernæ Hieruſalem. Noſter, inquit, municipatus in cælis.* Imitatur Hieronymus ſæpe idem Apoſtoli verbum ita vertendo, epiſtola 1 ad Heliodorum, & 3 ad eumdem, ſive Nepotiani Epitaphio: & 13 ad Paulinum: & epiſt. 58 ad Damaſum extrema, &c.

¶ Munificus, a, um, freygebig. Cic. lib. 2 Offic. cap. 18 *Convenit tum in dando munificum eſſe, tum in exigendo non acerbum.* Et pro Roſc. Comœdo cap. 8 *ſemper liberaliſſimus munificentiſſimusque fuit.* Feſtus Pompejus: MVNIFICIOR *a munifico identidem Cato dixit, cum nunc* MVNIFICENTIOR *dicamus; quamvis munificens non ſit in uſu.* ¶ Nonius cap. 1 n. 88 ex Pacuvio & Lucilio probat, quod *Munificus* apud veteres dictus fuerit *pariter volens*, vel *conſentiens ad ea, quæ amici velint.*

¶ Munifice, adverb. gütig; ut, *Munifice & æque tueri*, Cic. lib. 5 de Fin. cap. 23. *Munifice adjuvare rem alicujus*, Livius lib. 22 cap. 37.

¶ Munificentia, æ, liberalitas, die mildigkeit; ut, *Sine munificentia quem præterire*, Livius lib. 22 cap. ult. Idem lib. 7 cap. 16 *Ad copiam rerum addidit munificentiam, quod nihil in publicum ſecernendo, augenti rem privatam militi favit.*

¶ Munĭfex, ĭcis, der dienſte thut. *Munifices* dicebantur milites infimi ordinis, quibus omnia militiæ munia incumbebant, quibusque tribuni & centuriones in modum ſervorum utebantur. His opponebantur *Beneficiarii*, qui vocationem munerum militarium habebant, Caſaubon. ad Sueton. Auguſt. vide & paullo poſt *Immunis.* Vſus hac voce, ut militari, Vegetius lib. 2 cap. 7 extr. & Ammianus lib. 16 cap. 5 *munificis militis vili & fortuito cibo contentus.* Plinius autem lib. 11 cap. 40 vocat *Mammam munificem*, quæ fœtum lactat.

¶ Munificium, i, res non immunis, non libera a vectigalibus & portoriis. Paulus JCt. l. 4 § 1 D. de Publ. & Vect. *Si quid amplius quam mandatum eſt, transferat, id munificium ſit.* conf. Parei Lex. Crit. pag. 761.

¶ Mūnĭfico, are, beſchencken, begaben. Lucret. 2 v. 625 de Cybele:

Munificat tacita mortales muta ſalute.

¶ Munerigerŭlus, i, ein geſchencktrâger. Plaut. Pſeud. 2. 1 ſc. 2 v. 48 *Manipulatim mihi munerigeruli jam hic aſſint.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Commūnis, e, quod non eſt proprium, quo multi ſimul utuntur, a *Con* & *Munus*, ut τῷ *immunis* oppoſitum ſit, gemein. Cic. 3 de Fin. cap. 1 *cujus uſus vulgaris communisque ſit.* Sic mortalitas dicitur eſſe res *communis* hominis, & beſtiæ: contra rationalitas propria dicitur eſſe homini. Interdum ponitur ſine caſu: Cicer. 1 Offic. cap. 17 *Magnum eſt, ſepulcra habere communia:* interdum cum dativo: Idem Senect. cap. 19 *Omni ætati mors eſt communis:* aliquando cum genitivo: Idem Off. 1 cap. 16 *Amicorum omnia ſunt communia:* nonnunquam cum dativo, & ablativo, præeunte præpoſitione *cum:* Salluſt. initio Catil. *Nobis commune cum Diis*, &c. Cicer. de Leg. lib. 2 c. 23 *Hæc locupletibus fere cum plebe communia.* Idem ad Atticum lib. 11 epiſt. 1 *Pericula, quæ mihi communia ſunt cum cæteris, fortius feram.* Etiam cum præpoſitione *Inter:* Idem Cic. de Leg. lib. 1 cap. 7 *quibus hæc ſunt inter eos communia.* Et cum *Apud:* Cic. 7 fam. epiſt. 12 *Commune nihil poteſt eſſe apud eos, qui omnia voluptate ſua metiuntur.* Menandri eſt: *Bonum commune eſt vir bonus bene habens*, κοινὸν ἀγαθόν ἐϛι τῦτο χρηϛὸν ἐυτυχῶν, deſſen können ihr viel genieſſen. Virg. 2 Æn. v. 709

unum & commune periclum,
Vna ſalus ambobus erit,

wir wollen gutes und böſes mit einander ausſtehen. Cicer. Off. 1 cap. 16 *Omnes res ad communem hominum uſum natura genuit*, zu gemeinem nutz und brauch. *Senſus communis*, fünff ſinne. *Senſu communi carere*, Horat. 1 ſat. 3 v. 66. *Conferre in commune*, Cic. 2 de Invent. c. 3, zu gemeinem nutz wenden. *Communi & leni eſſe animo*, gedultig und gutwillig ſeyn, Terent. in Heaut. a. 5 ſc. 1 v. 39. *In commune*, id eſt, communiter, insgemein. Tacitus 1 Hiſt. cap. 25 *In commune omnes metu militiæ mutandæ exterrebantur.* Claudianus Paneg. de 4 Conſ. Honorii v. 296

In commune jubes ſi quid, cenſesque tenendum,
Primus juſſa ſubi.

Communem locum, pro lupanari bis dixit Seneca lib. 1 Controverſ. 2. ¶ 2. *Communes* etiam dicuntur, qui nihil ſuperbe & ſuperciliofe ſibi præ aliis arrogant; ſed omnia ſibi cum aliis communia volunt; qui iidem civiles, comes, jucundi, ut & clementes benignique audiunt. Cicer. 4 fam. epiſt. 9 *Eum magis communem cenſemus in victoria futurum fuiſſe.* Nepos in Attico cap. 3 *Hic autem ſic ſe gerebat, ut communis infimis, par principibus videretur.* Nam *Communis* hic eſt, qui ſe æqualem infimis quodammodo, & parem facit. Nam & ita loquuntur auctores. Sic enim Eutropius Trajanum *æqualem ſe omnibus exhibuiſſe* ſcribit, cum ejus civilitatem laudat, & de eodem Victor Junior: *Liberalis in amicos, & tamquam vitæ conditione par ſocietatibus perfrui:* Plinius Paneg. ejus cap. 2 *Enim vero quam commune & ex æquo, quod* FELICES NOS, FELICEM ILLVM, *prædicamus?* id eſt, quam civile. Suetonius Claudio cap. 21 *Nec ullo ſpectaculo communior aut remiſſior erat.* Servius ad illud Virgilii: COMMVNEMQVE VOCATE DEVM: *humanum, beneficum*, φιλάνθρωπον. *Vnde &* Communes homines *dicimus.* Græci perinde tales κοινὺς vocabant: ut Plutarchi, Dionis, & aliorum exempla evincunt. S. Paulus κοινωνικὺς appellat 1 ad Tim. 6 v. 18. Recentiores Latinorum *Communibus*, hoc ſignificatu, *Singulares* opponunt: de quo ſuo loco.

¶ Commune, ſubſtantive pro communi republica. Horat. lib. 1 od. 15 v. 14

Privatus illis cenſus erat brevis,
Commune magnum &c.

Idem lib. 1 epiſt. ult. v. 4 *Paucis oſtendi gemis, & communia laudas.* *Communia*, id eſt, publica. *In commune*, cui opponitur *partim.* Latinus Pacatus Paneg. Theodoſ. cap. 21 *Quæ non partim, ſed in commune conducunt.* conf. Parei Lex. Crit. p. 233.

¶ Commūnio, ōnis, communitas, die gemeinſchafft. Cicer. 1 de Leg. cap. 7 *Inter quos eſt communio legis, inter eos communio juris eſt.* Et pro Milone cap. 36 *fortunas meas in communionem tuorum temporum contuli*, id eſt, in ſocietatem periculorum.

¶ Communĭtas, ātis, idem. Cic. de Amic. cap. 17 *Sit inter eos omnium rerum, conſiliorum & voluntatum, ſine ulla exceptione, communitas.* Idem lib. 9 fam. epiſt. 24 *communitas vitæ atque victus.* Et 6 Philipp. cap. 2 *legationis communitas.*

¶ Commūniter, non diviſe, gemeinſchafftlich, ungetheilt. Livius lib. 1 cap. 10 *tres populi communiter bellum parant.* Et cap. 45 *Dianæ Epheſiæ templum communiter a civitatibus Aſiæ factum*, mit einander, zuſammen. Cicero pro Roſc. Am. cap. 37 *Iſte Roſcius omnia cum Chryſogono communiter poſſidet*, er ſitzt mit ihm in ungetheilten gütern. ¶ Lactantio idem eſt quod *vulgariter*, lib. 5 cap. 12 n. 3 *Quoniam communiter cum Deorum cultoribus loquimur.*

¶ Communĭtùs, adverb. pro *Communiter*, Varro apud Nonium cap. 11 n. 6 *Vt Deos colere debet communitus civitas, ſic ſingulæ familiæ debemus.*

¶ Commūnĭco, avi, atum, are, conferre eſt, & impartire, mittheilen. Sic autem utimur, communicare cum aliquo aliquid, communicare inter ſe de aliqua re, &c. Cic. ad Attic. lib. 1 epiſt. 18 *Nihil mihi nunc ſcito tam deeſſe, quam hominem eum, quicum omnia, quæ me curâ aliquâ afficiunt, unà communicem.* Et in Verr. Divinat. cap. 11 *Benigniſſime communicare cum aliquo aliquid.* Et lib. 1 fam. ep. 7 *Pompejus mecum ſæpiſſime de te communicare ſolet.* Sic, *Multa de re aliqua inter ſe communicare*, idem Cic. pro Quintio cap. 4, h. e. colloqui & conferre. Cum dativo etiam Cæſar B. C. 3 cap. 18 *Quibus communicare de maximis rebus Pompejus conſueverat.* vid. Borrich. Vind. p. 28.

¶ Communicātus, a, um, mitgetheilt. Liv. 22 cap. 27 *Sibi communicatum cum illo ſed non ademtum imperium eſſe.* Idem lib. 8 cap. 25 *Communicato inter ſe conſilio*, da ſie ſich mit einander berathſchlaget.

¶ Communicatus, ûs, ſubſt. die mittheilung. Apulejus de Deo Socrat. p. 44 *nullo inter ſe propinquo communicatu naturæ.*

¶ Communicatio, ōnis, idem; & quidem *conſilii, ſermonis:* ut, *Suaviſſima ſermonis communicatio*, Cic. ad Attic. lib. 1 epiſt. 17. ¶ 2. Eſt & *Communicatio* ſchema, ἀνακοίνωσις, de quo ſic Cicer. lib. 3 de Orat. cap 53 *Communicatio eſt quaſi cum iis ipſis, apud quos dicas, deliberatio;* ut, *Vos interrogo, quid tandem fieri oportuit?* vid. Voſſ. lib. 5 Inſtit. Orat. p. 366.

¶ Communicator, ōris, ein mittheiler. Arnobius lib. 4 ſub fin. *familiaris communicatores rei.* Tertulliano de Pudicitia cap. 22 eſt particeps communionis eccleſiaſticæ, excommunicato oppoſitus: *Alii*, inquit, *ad metalla confugiunt, & inde communicatores revertuntur.* Lege quæ ibi Rigaltius commentatus eſt.

¶ Communicārius, a, um, gemeinſchafftlich; ut, *Communicarius dies*, in quo omnibus Diis communiter ſacrificabatur. Quære apud Feſtum *Pandicularius.*

¶ Communĭceps, ĭpis, ein mitbürger, reperitur in vet. Inſcript. apud Conſtantin. Landum in Numiſm. p. 18.

¶ Excommunĭco, are, apud ſcriptores eccleſiaſticos, ausſchlieſſen aus der gemeine, verbannen; v. g. Hieron. 2 adv. Rufin. cap. 5 *Synodus, a qua excommunicatus eſt*, &c. Sic &

¶ Excommunicatio, ōnis, der bann, die verbannung.

¶ Emūnĭtas, ātis, idem fere quod Immunitas, levi differentia, quam oſtendit Rigaltius ad Tertullian. de Reſurrect. cap. 58. Ibi enim hoc vocabulo uſus fuit Tertullianus.

¶ Immūnis, e, frey; plur. *Immunes*, ſine munere, qui liberi ſunt, & munere vacantes, ut Feſtus interpretatur, ſteuer- und dienſt-frey. Cicer. de Leg. Agrar. 5 cap. 2 *Conditione commodiore ſunt immunia, quam illa,*

illa, quæ pensitant, freye güter sind besser als zinsbare. *Sine fœdere immunes & liberæ civitates*, Idem in Verr. 5 cap. 6. Et, *A malis nemo est immunis*, unglücks ist niemand überhoben, Sophocl. in Oedip. Κακῶν δυσάλωτος οὐδείς. Vellej. 2, 14, 3 *Domus immunis ab omnibus arbitris.* Idem 2, 46, 2 etiam sine præpositione dixit: *Immunis voluptatibus.* Item 2, 35, 2 *Immunis humanis vitiis.* Et 2, 120, 3 *Immunis calamitate exercitus*, verschont von der plage. Livius, *Vna*, inquit lib. 1 cap. 43, *centuria facta est immunis militia.* Et Seneca Hippolyto v. 1054 *immunis metu.* Cum genitivo Virgil. Æneid. 12 v. 559 *Vrbem immunem tanti belli.* Et Ovid. Metam. 3 v. 11 de bove:

Nullum passa jugum, curvique immunis aratri.

Sic & Vellej. 2, 7, 2 *Immunis delictorum paternorum.* Sunt autem proprie *munia*, quæ publice præstantur: ut *tributa*, *vectigalia*, &c. In militia *valli*, *fossæ exstructio: pabuli, lignorum* &c. *aggestus.* Hæc qui facere cogebantur, appellati MVNIFICES: liberi ab his, IMMVNES, aut BENEFICIARII. Nam vocationem horum muniorum beneficio Imperatoris milites consequebantur. vide Grotium l.c. in Florum Sparsione. Hinc *immunis* pro otioso & ἀσυμβόλῳ apud Horat. lib. 4 ode 12 v. 23. Sic pro pura & vacua scelere, *immunem manum* idem dixit lib. 3 ode 23 v. 17. vide ad utrumque locum Torrentium.

¶ Immūnĭtas, ātis, vacatio a muneribus & oneribus, freyheit. *Dare immunitatem*, Cicer. 12 fam. epist. 1. *Alios immunitatibus juvare*, Tacitus 3 Histor. cap. 55.

¶ Immunĭtio, ōnis, idem. Theod. Cod. *Immunitionis onera.* vid. Salmas. Hist. Aug. p. 517.

¶ Immunĭficus, a, um, unfreygebig, karg. Plaut. in Trin. a. 2 sc. 2 v. 69 *Immunifico, scis, quid cantari solet; quod habes, ne habeas; Et illud, quod nunc non habes, habeas malum.*

¶ Rĕmūnĕro, are, & Remuneror, ari, quod est, munus munere vicissim compensare, vergelten, wiederum begaben. *Quibus officiis beneficia remunerabor?* Cicer. post red. in Senat. cap. 12 pr. *Ad remunerandum nihil suppetit, præter voluntatem*, Idem lib. 15 famil. epist. 13. *Remunerare* invenies apud Cicer. de Petit. Consul. Quintil. Declam. 2, & Papin. JCt. D. 17 t. 1 l. 7.

¶ Remuneratio, ōnis, die vergeltung: ut, *Nihil est remuneratione benevolentiæ jucundius*, Cic. de Amicitia cap. 14. Et lib. 2 Offic. cap. 20 *A quo expeditior & celerior remuneratio fore videtur, in eum fere est voluntas nostra propensior.* Gloss. Vet. *Remuneratio*, ἀντίδωρον.

¶ Remunerator, ōris, ein vergelter. Tertull. Apolog. cap. 36 *A Deo remuneratore.* Vsus & Interpres Vet. epist. ad Ebræos cap. 11 v. 6.

¶ Remunerābĭlis, e, unde

¶ Irremunerabilis, e, das man nicht vergelten kan; ut, *Irremunerabili beneficio pigneratus*, Apulej. lib. 11 Miles. p. 269.

¶ Irremuneratus, a, um, unbegabt. Cassiodorus lib. 2 epist. 16 extr. *Si hanc sobolem irremuneratam relinquere debuimus.*

MV̄NY̆CHIA, æ, portus Atticæ, ut Stephanus ait, seu ut Strabo lib. 9, collis Chersonesi speciem præbens, introitum habens oris angusti. Nepos Thrasybulo: *Hinc in Pyræeum transiit, Munychiamque munivit.* Clem. Alexandr. lib. 1 Strom. p. 253 C. Θρασυβούλῳ στύλος ὁδηγὸς γίνεται διὰ τῶν ἀτριβῶν ἰόντι, νύκτωρ ἀσελήνου καὶ δυσχειμέρου τοῦ καταστήματος γεγονότος, πῦρ ἑωρᾶτο προηγούμενον, ὅπερ αὐτοὺς ἀπταίστως προπέμψαν, κατὰ τὴν Μουνυχίαν ἐξέλιπεν· ἔνθα νῦν, ὁ τοῦ φωσφόρου βωμός ἐστι, i. e. *Thrasybulo per invia eunti columna dux facta est; Nam sub noctem illunem & intempestam ignis visus est antecedens, qui, ubi eos inoffense deduxisset, juxta Munychiam defecit: Ibi nunc Phosphori ara est.* vide Lambinum ad Nepotem, Statium 5 Silv. 3 v. 108, & Joh. Meursium, qui peculiari commentario de illa egit.

¶ Munychius, a, um, adjectivum; ut, *Agri Munychii*, Ovid. 2 Metam. v. 709. *Rura Munychia*, Statius 12 Theb. v. 616.

MV̄RAENA, æ, μύραινα, piscis marinus, anguillam magnitudine & figurà referens, sed qui corpore paullo est crassiori, eine murene, muraal, prick, lamprete. Cum serpentibus non miscetur aut generat, sed marem habet proprium, qui *Myrus* dicitur, serpenti similis. Hinc fabulæ ejus origo. *Murænæ flutæ*, summis aquis perpetuo innatant, Gesnerus. vide *Fluta.* Martial. lib. 10 epigr. 30

Natat ad Magistrum delicata Muræna.

Conf. Horat. 2 sat. 8 v. 42. Macrob. lib. 3 Saturn. c. 15. Plin. 9 c. 55.

¶ 2. *Muræna* etiam cognomen Romanum: ut L. Muræna Consul, pro quo orationem habuit Cicero, quæ extat.

¶ Murænŭla, æ, dimin. eine neunauge. ¶ 2. Est & *Murænula* catena collaris ex auri lentescentis segmentis flexibilis, ein schnürlein, Vet. Interpr. Esa. 3 v. 20.

Muralis, vide paullo post *Murus.*

MVRCIA, æ, olim *Murtia*, a *myrto* dicta, auctoribus Varrone, Plinio & Plutarcho, Dea amoris, sive Venus. Item, Dea segnium, ut Arnobius vocat lib. 4. De ea ita Augustin. lib. 4 de Civ. D. cap. 16 *Vocaverunt Deam Murciam, quæ præter modum non moveret, ac faceret hominem, ut ait Pomponius, murcidum*, id est, *nimis desidiosum & inactuosum.* Murciæ Deæ sacellum erat sub monte Aventino, qui antea *Murcus* vocabatur; Festus. vide Juretum 10 miscell. in Symm. ad epist. 12. Dempster. in Rosin. p. 400, & Elmenh.

¶ Murcidus, a, um, vel *muricidus*, faul, schläfferig. Plaut. Epidic. a. 3 sc. 1 v. 12 *Homo murcidus.*

¶ Murcus, i, qui, ut refugeret necessitatem subeundæ militiæ, manus sibi debilitavit: vide Leg. 4 Dig. de re militari: & Leg. 4 & 5 Cod. Theodos. de tironibus: itemque Cujacium lib. 15 Observat. cap. ult. Rei ipsius & Suetonius meminit Augusto cap. 24. Ejusdem autem originis & *Murcus*, & *Murcidus* in Etymolog. fecit Vossius. Vide ex Ammiano supra in *Debilito.*

MV̄REX, ĭcis, piscis marinus, cujus species est concha, eine stachelschale, stachelschneck, purpurschneck, Gesner. Ex cujus sanguine color efficitur purpureus. ¶ 2. Hinc pro *purpura* interdum id nomen usurpatur. Virgil. 4 Æneid. v. 262 *Tyrioque ardebat murice lana*, sein rock gläntzte von purpurfarbe. *Imperatorius murex*, Ammianus lib. 15 cap. 21.

¶ 3. *Muricem*, saxi etiam asperitatem Virgilius dixit 5 Æneid. v. 205

Concussæ cautes & acuto murice remi
Obnixi crepuere,

scharffe ecken am felsen. Et Silius lib. 17 v. 281

tum murice acuto
Dissiliens sonuit rupta compage carina.

¶ 4. Et *Murices* machinulæ sunt ferreæ aculeatæ, quas τριβόλους Græci dicunt, fußeisen, fußangel. *Murices ferreos in terram defodere*, apud Curtium lib. 4 cap. 13 n. 36.

¶ Muricatus, a, um, formam muricis habens, gespitzt wie ein fußeisen. Plin. 20 cap. 23 *Vtrique carduo* [silvestri] *folia panda, spinosa, muricatis cacuminibus.*

¶ Muricātim, muricis modo & more, wie eine purpurschneck. Plinius lib. 9 cap. 33 *Vertice muricatim intorto.*

¶ Muriceus, a, um, spitzig von steinen. Auson. epist. 9 v. 4

Antra & muriceis scopulorum mersa lacunis.

¶ Mūrĭlĕgŭlus, i, qui purpuras & murices perquirit, ein purpurschnecken-fischer. Vet. Gloss. *Murilegulus*, κογχυλευτής. Est & in Codice titulus *de Murilegulis*, &c.

MV̆RIA, æ, & Muries, ēi, salsamentum ex piscium liquamine, eine brühe von fischtron. ¶ 2. Item, *aqua salsa*, vel *salsugo*, heringslacke, saltzwasser. *Muriâ condire*, apud Columell. lib. 12 cap. 25. Et Cato cap. 88 *Ea muries erit, qua carnem, vel caseos, vel salsamenta condias.* Horat. 2 satyr. 4 v. 65 *Miscere mero muriaque.*

¶ Muriātĭcus, a, um, in der lacke liegend. Vide Taubmanni collectanea ad illud Plauti Pœnulo a. 1 sc. 2 v. 32 *Quasi salsa muriatica esse autumantur*, hering, stockfisch.

Murīnus, vide infra *Mus.*

MVRMVR, ŭris, aquæ & cujuscunque rei strepitus nomen est fictitium, Quintil. ein gethöne, geräusch, murmeln; ut, *Maris murmur*, Cicer. 3 de Orat. cap. 40. Et Virgil. 4 Æneid. v. 160

Magno miscetur murmure cœlum.

¶ Murmŭro, āre, murmur edere, murren, brummen. Cic. 5 Tuscul. Quæst. cap. 40 *fremitus murmurantis maris.* Ovid. 11 Metam. v. 52

flebile lingua
Murmurat exanimis.

¶ Murmurātio, ōnis, das murmeln. Plin. lib. 10 cap. 3 de aquilæ genere, quæ Valeria dicitur: *Sola sine clangore, sine murmuratione.*

¶ 2. *Murmuratio*, unwille, ungedult, gemurre. Seneca in epist. 107 *Optimum est, Deum, quo auctore cuncta proveniunt, sine murmuratione sequi.*

¶ Murmurator, ōris: Gloss. Vet. *Murmurator*, γογγυστής. Augustinus lib. 2 Retract. cap. 20 *non illis adversus Deum murmuratoribus.*

¶ Murmurabundus, a, um, murrend. Apul. lib. 2 Metam. *indigna murmurabundus.*

¶ Murmuriosus, a, um, idem. Gloss. lat. gr. *Murmuriosus*, γογγυστής.

¶ Murmurillum, i, dimin. a *murmur*, ein klein geräusch. Nonius ex Rudente Plauti a. 5 sc. 3 v. 48 affert; Alii divisis vocibus *murmur ullum* legunt.

¶ Murmurillo, are, heimlich murmeln. Plaut. Rud. a. 5 sc. 3 v. 61 *Quid murmurillas tecum, ac te discrucias?* Sed hic versus plerumque deest.

Composita:

¶ Admurmŭro, are, quod est submisso quodam murmure dicenti adplaudere, darzu murmeln. Cicer. ad Attic. lib. 1 epist. 13 *Admurmurante senatu.* Idem in Verr. 7 cap. 16 *Memoriâ tenetis, judices, quam valde universi admurmurarint*, hoc est, murmure adstrepuerint, wie sie mit murmeln ihren beyfall zu verstehen gegeben.

¶ Admurmuratio, ōnis, beystimmung. Cicer. pro Lege Manil. cap. 36 *Vestra admurmuratio facit, ut agnoscere videamini, qui hæc fecerint.* Idem ad Quint. frat. lib. 2 epist. 1 *Claudium accusavi, multis & secundis admurmurationibus.*

¶ Commurmŭro, āre, murmeln. Plinius lib. 10 cap. 23 de ciconiis: *congregatæ inter se commurmurant.* Silius lib. 15 extremo:

clauso commurmurat ore.

¶ Commurmŭror, ari, forma deponenti usus est Cicero in Pison. cap. 25 *Secum ipse, caput sinistra manu perfricans, commurmuratus est.*

¶ Commurmuratio, ōnis, die murmelung. Gell. 11 cap. 7 *Commurmuratio fieri cœpta est a plerisque.*

¶ Demurmuro, āre, her murmeln. Ovid. Metam. 14 v. 58

Ter novies carmen magico demurmurat ore.

¶ Immurmŭro, āre, hinein murmeln: ut, *Silvis immurmurat Auster*, Virgil. 4 Georg. v. 261, brauset durch den wald. Et Silius lib. 5 v. 333

admorsæ immurmurat hastæ.

¶ Obmurmŭro, āre, widerbellen, murren. Ovid. Heroid. epist. Leandri 18 v. 47 *precibusque meis obmurmurat ipse.*

¶ Remurmuro, āre, wider murren. Statius lib. 5 Silvar. Carm. 1 v. 153 *pinus*

Deficit, & nulli spoliata remurmurat auræ.

Fortunatus lib. 3 extr. de vita Martini:

Et vitiata tibi quod lingua remurmurat.

¶ Submurmŭro, āre, paullulum murmurare, ein wenig brummen. Augustinus Confess. lib. 6 cap. 9 *Submurmuraverunt argentarii.* Vsus & eodem verbo est lib. 8 Confession. cap. 11, *submurmurabant.*

MVRRHA, æ, μύῤῥα, gemma, ex qua pocula fiebant, Chalcedonier. Hoc enim non ut germanicum, sed ut notius ei tribuit Agricola. Alii aliter censent, & multi murrhina pocula *porcellana* credunt fuisse, in quibus & Salmasius est & Scaliger pater. Contra fossilem materiem esse, & ex terra effodi, Harduinus ex Plinii præfat. in lib. 33 probat, quam inspicias, & laudati viri Notas.

¶ Murrhĭnus, a, um, ex murrha factus; ut, *pocula murrhina*, Senec. 7 Benef. cap. 9, & epist. 123 absolute *Myrrhina*; & *calix myrrhinus*, Sueton. Aug. cap. 71, de quibus peculiari libro Nicol. Guiberthus Lotharingus, Salmas. ad Solinum p. 203. Barth. ad Stat. Silv. v. 330.

¶ Murrhæus, a, um, adjectivum aliud. Propert. lib. 4 eleg. 5 v. 26

Murrheaque in Parthis pocula cocta focis.

Etiam Seneca epistola 119 dixit *murrheum poculum*, quod epist. 122 appellat

pellat *myrrhinum.* Pompeji Mithridatica victoriâ primum myrrhina in Vrbem inducta esse, Plinius auctor est lib. 37 cap. 2.

¶ Murrhatus, a, um, idem. Exstat XII Tabularum Lege 8 de Jure sacro: VITI NE SVMPTVOSA RESPERSIO FIERET, NEVE MVRRHATA POTIO MORTVO INDERETVR.

¶ Murrhina, æ, vinum conditum, vide in *Myrrha.*

MVRSA, æ, Pannoniæ oppidum ad Dravum fluvium, fere in loco, ubi nunc Essek est. Scribitur & *Mursia*, sed male, & contra Veterum monumenta. Crebra ejus mentio in historia Constantii apud Zosimum lib. 2 cap. 43, & Eutropium lib. 10 cap. 6 n. 8. Adde eumdem lib. 9 cap. 6 n. 6.

¶ Mursensis, e, adject. ut, *prælium Murſenſe*, apud Ammian. lib. 15 cap. 14, &, *Mursiensis episcopus*, Hieronymus adv. Luciferian. cap. 7 ex altera forma *Mursia.*

MVRVS, i, a *muniendo* dictus, eine mauer. Justin lib. 14 cap. 5 *Murus urbis, civium virtus:* vide *Mœnia.* *Murum ariete percutere*, Cicer. 1 Offic. cap. 11. *In planum effundere muros*, hoc est, diruere, solo æquare, Lucan. lib. 1 v. 383. ¶ Aliquando pro quovis præsidio ac tutela, ein schirm. Claudianus de 4 Conf. Honorii v. 109 *Non dabitis murum sceleri*, id est, præsidium & securitatem. Etiam de fortibus viris, in quibus præsidium gentis vel civitatis est, *murus* apud probatos scriptores dicitur. Ovidius Metamorph. 13 v. 281

> *quo Grajûm murus Achilles.*

Et Silius lib. 16 v. 68 de Laro Cantabro:

> *Qui postquam murus miseris ruit*, &c.

Vbi plura a Cellario adnotata vide.

¶ Murālis, e, zur mauer gehörig: ut, *Herba muralis*, in muris crescens, *belxine*, Plin. 24 cap. 19. *Pila muralia*, quæ de muris dejiciuntur, Cæsar lib. 7 B.G. c. 82. *Corona muralis*, qua ab Imperatore donabatur, qui primus muro superato in hostium oppidum ascendisset, eine sturmkrone, apud Plinium 16 cap. 4, & Livium lib. 23 cap. 18. *Tormentum murale*, ein mauerbrecher, Virgil. Æneid. 12 v. 921.

¶ Muratus, a, um, muro circumdatus, bemauert. Vegetius lib. 1 cap. 21 de castris munitis: *quasi muratam civitatem videntur secum ubique* (milites) *portare.* Adde lib. 3 cap. 8 extr. & vide supra in *Castrum.*

¶ Antemūrāle, is, exterius propugnaculum, die contrescarpe, der zwinger, apud Vulg. Interpretem Thren. 2 v. 8, & Hieronym. Homil. 2 in Cantic. ex Origene versa, sub fin. An etiam apud antiquiores? non liquet.

¶ Antemuranus, a, um, vor der mauer. Ammianus lib. 21 cap. 22 [Vales. p. 280] *Antemuranum vallum*, die pastey.

¶ Circummuranus, a, um, um die mauer. Ammianus lib. 14 cap. 14 *Populus R. annis fere trecentis circummurana pertulit bella.* Adde lib. 21 cap. 25.

¶ Extramuranus, a, um, ausserhalb der mauer, &

¶ Intramuranus, a, um, innerhalb der mauer: Lampridii sunt Heliogabali vitâ cap. 27 *Exoleti extramurani & intramurani.* Ambrosius epist. 33 pr. ad Marcellinam: *Extramurana basilica.* Ibidem: *Basilica intramurana.* Antiquior his Asconius in Orat. de Prætura & jurisdict. Sicil. p. 115 *magistratus intramuranus.* vid. Borrich. Cogit. p. 148.

¶ Intermuralis, e, idem quod intramuranus: ut, *Amnis intermuralis*, Livius lib. 44 extremo.

¶ Pomœrium, vide suo loco.

MVS, mūris, μῦς, eine mauß. Plaut. in Trucul. a. 4 sc. 4 v. 15 *Cogitato, mus pusillus quam sit sapiens bestia, ætatem quæ uni cubili nunquam committit suam.*, sie weiß mehr als ein loch. *Mures antiquæ domus ruinam imminentem præsentiunt & fugiunt*, Ælianus lib. 1. Allusit huc Cicero ad Attic. lib. 14 epist. 9 *Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ ruinas agunt. Itaque non solum inquilini, sed mures migraverunt.* Murium variæ appellationes: *Mus major domesticus*, vulgo *Rattus* Germanis, Hispanis, Italis, & Anglis, eine ratte. *Mus aquaticus*, wassermauß. *Mus agrestis*, feldmauß. *Mus silvaticus*, waldmauß. *Mus avellanarum*, haselmauß. *Sorex*, spitzmauß. *Mus Ponticus, Venetus*, seu *Varius*, eine bunte mauß oder bech. *Mus alpinus*, seu *montanus*, plurimum dormit, ein murmelthier. *Mus araneus*, zißmauß: ex Gesnero. *Mures rodunt*, zernagen, zerbeissen. *Derosi a muribus clypei*, Cicer. de Divinat. lib. 2 cap. 27. Satyrice & risus captandi caussa Seneca Ludo de morte Claudii: *Venisti huc, ubi mures ferrum rodunt*, id est, ubi magna rerum locique mutatio atque diversitas est, ut Rhenanus explicat. Aliud proverbiale ibidem paullo post: *Hic mures molas lingunt*, de iis, qui optima & delicatissima sequuntur. vide ibi Rhenanum. Et apud Petron. in Fragm. Trag. p. 30 *Satagis, tamquam mus in matella.* Murium encomium inter antiquos Polycrates scripsit: in quorum laudibus juxta Aristot. lib. 2 Rhetor. reposuit hoc, quod corrosis atque absumtis hostilium arcuum nervis, auxilium tulerint sive Ægyptiis, contra Arabes & Assyrios, ut vult Herodotus lib. 2 cap. 141; sive, ut apud Aristotelem est, Troadis incolis: qui ob beneficium a σμίνθος, quomodo murem vocabant, *Apollinem Sminthium* dixere, ut ex Polemone testatur Clem. Alexandrinus.

¶ Murīnus, a, um: ut, *Color murinus*, Colum. lib. 6 cap. penult. mäusefahl. *Hordeum murinum*, quod & *Chœnix*, mäusekorn: Plinius lib. 22 cap. 25.

¶ Murĭcīdus, i, ignavus, imbellis, ut, qui hostem non possit, mures cædat, ein grillenfänger, mäusemörder. Plaut. Epid. a. 3 sc. 1 v. 12 *Væ tibi, muricide homo.* conf. Festus. Meursius contra probat *Murcide*, vide *Murcia.*

¶ Muscŭlus, i, diminut. ein mäußgen. Cicer. 2 Divin. cap. 14 *Musculorum jecuscula bruma dicuntur augeri.* Et Apulejus lib. 2 Miles. p. 125 ad mustelam: *Quin abis, impurata bestia, teque ad tui similes musculos recondis.* ¶ 2. Quod nomen etiam *partibus organicis*, quæ carne, nervis & venis constant, in corpore tribuitur, die mauß. Albertus Magnus lib. 1 de Animal. *musculum* definit esse *nervosum membrum*, & memorat, *quingentos amplius musculos esse in corporibus.* ¶ 3. *Musculus piscis*, dux balænarum, qui inter saxosa & brevia balænarum corpulentiam, ut Sidonius loquitur, gubernat. vide Plinium lib. 9 cap. 62. Hunc intelligit Claudianus, cum lib. 2 in Eutrop. v. 425 scribit:

> *Sic ruit in præceps amisso pisce sodali*
> *Bellua, sulcandas cui prævius edocet undas*, &c.

Piscis sodalis, musculus: *Bellua*, balæna est. ¶ 4. *Musculus* etiam machina bellica erat, sub qua milites tecti murum perforarent, aut fossata implerent: Veget. lib. 4 cap. 16, ein sturmdach. ¶ 5. Item, Conchæ species, quæ & Germanis eine muschel.

¶ Muscŭlōsus, a, um, musculis plenus, ädericht. Celsus lib. 4 cap. 1 *Cor naturâ musculosum.* Et lib. 5 cap. 20 *locus corporis nervosus aut musculosus.* Columell. lib. 6 cap. penult. *pectore musculoso esse.*

¶ Muscerda, æ, stercus murum, mäusedreck. Plinius lib. 29 cap. 6 pr. *Murinum fimum, quod Varro muscerdas appellat.* vid. Meurs. Auctar. Philol. p. 139.

¶ Muscipŭla, æ, eine mäusefalle. Varr. R. R. lib. 1 cap. 8 *Nisi totas vineas oppleveris muscipulis.*

¶ Muscipŭlum, i, neutro genere, idem. Gloss. Vet. *Muscipulum*, μυάγρα. Et in plurali *Muscipula*, παγίδες. Nec aliter Phædrus 4 fab. 1 v. 8 *Mus, qui sæpe laqueos & muscipula evaserat.* Et Commodian. Instruct. 48 *Escam muscipuli, ubi mors est, longe vitate.*

¶ Muscellarium, i, idem. Gloss. gr. lat. γαλεάγρα, *cavea, viverrarium, muscellarium.*

MVSA, æ, μοῦσα, *vestigatio* seu *inquisitio* latine dicitur, eine erforschung, ein dichten. Sic enim Phornutus in lib. de Nat. Deor. Καλοῦνται δὲ μοῦσαι ὑπὸ τοῦ μῶσθαι, ὅ ἐστι ζητήσεως, id est, *appellantur Musæ ab inquisitione. Hæc enim artes, quæ per musas significantur, peperit.* ¶ 2. Sunt qui a *convenientia*, seu nexu disciplinarum, & *encyclopædia*, Musas quasi ὁμοῦσας dictas putent. ¶ 3. Eusebius in Præparat. Evangelica, a μυέω *Musæ* nomen deducit. Id significat *Instituo, Instruo.* ¶ 4. Jul. Cæs. Scal. lib. 1 Poët. 2 ἀπὸ τοῦ μαιῶσθαι, quod iis inventio tribuatur, Platonem secutus deducit: Vel ἀπὸ τοῦ μανῶσθαι, unde *Mysta* & *Mysteria*, quo verbo *judicium* designatur. ¶ 5. Dan. Heinsius Aristarcho Sacro, & Gerhardus Johann. Vossius lib. 1 de orig. & progressu Idololatriæ cap. 13 ab Ebræo *Musar* seu *Mosar* (unde Dorice μῶσα) quod disciplinam significat, derivant. *Musas* poëtæ *Jovis*, id est, intellectus & *Memoriæ* filias fecerunt. His enim rebus eruditio constat. *Musarum* autem nomine omnes artes liberales continentur: quippe quæ ab iis inventæ creditæ sunt, die kunstgöttinnen, die künste: Plutarchus lib. 8 Symposiac. Quæst. 14. Hinc Cicer. MVSAS *humanitatem & litteras* interpretatur in Tusc. Qu. & pro Archia. Gell. lib. 9 cap. 3 *A liberali tamen Musa & a studiis humanitatis nunquam abfuit.* Idem: *Ejusdem Musæ*, id est, studii seu disciplinæ: &, *ejusdem Musæ æmulum esse*, lib. 9 cap. 10, & lib. 20 cap. ult. dixit. Fannius de ponderibus v. 54

> *Vt docuit tenui scribens in pulvere Musa;*

id est, Arithmetica, vel Mathematica. Idem v. 101

> *Quod tibi mechanica promtum est depromere Musa.*

Musam Platonis pro Philosophia, Boethius dixit lib. 3 Metro 11; & lib. 1 prosa 1 *Poëticas musas* ad differentiam aliarum dixit; de quo & Barthius lib. 6 Advers. cap. 20 extr. *Musas forenses* pro caussarum studio, Auctor Dialogi de causs. corruptæ eloq. dixit cap. 12. Præcipue tamen *Musarum* voce *Poësis* & *Musica* designabantur. His enim artibus primum omnium pueri imbuebantur. Hinc *Amusus*, id est, imperitus musicæ apud Vitruvium: & *Amusia* pro imperitia canendi, Varroni dicitur: de quibus supra. Imo omnis antiquitus sapientia hoc nomine censebatur: Barth. ad Claudian. pag. 1094. Vulgo sedem Musarum Helicona Parnassumque montes constituunt; sed in cælo Hesiodus locat, itemque Horatius lib. 3 ode 4 v. 1, & lib. 4 ode 3 v. 1. Vide Macrobium lib. 2 in Somnium Scipionis cap. 3, ubi & SIRENAS appellat. Initio tres fuere; postea novem: quarum 7 circa res cælestes versarentur; una terrestres mulceret, ex turbulento errore revocans, ut Plutarchus tradit de procreatione animæ pag. 29 D. Vide eumdem supra citato loco ex Augustino lib. 2 de Christiana doctrina cap. 20; itemque Fragmentum incerti scriptoris, qui cum Censorino edi solet cap. 12. De nominibus & inventis earum hoc epigramma Ausonii est Eidyll. 20:

> Clio *gesta canens transacti temporis edit.*
> Melpomene *Tragico proclamat mæsta boatu.*
> *Comica lascivo gaudet sermone* Thalia.
> *Dulciloquis calamos* Euterpe *flatibus urget.*
> Terpsichore *affectus citharis movet, imperat, auget.*
> *Plectra gerens* Erato *saltat pede, carmine, vultu.*
> *Carmine* Calliope *libris heroica mandat.*
> Vraniæ *Cæli motus scrutatur & astra*
> *Signat cuncta manu, loquitur* Polyhymnia *gestu.*
> *Mentis Apollineæ vis has movet undique Musas.*
> *In medio residens complectitur omnia* Phœbus.

Musæ nusquam ab ullo vel pictore vel fictore armatæ exhibitæ sunt. Quo significatur, *id genus vitæ, quod in litteris exigitur, placatum & mansuetum esse oportere*, Ælianus lib. 14 cap. 37 de Varia Historia. Cicer. in Tusc. lib. 5 cap. 23 *Cum Musis*, id est, *cum humanitate, & litteris habere aliquod commercium*, studiren. Et ad Atticum lib. 2 epist. 4 *Delectare se cum Musis*, seine lust in büchern und studiren haben. Et, *A Musis aversus*, hoc est, alienus vel abhorrens, ἄμουσος, Id. pro Arch. cap. 9. Eum, qui facile artes discit quasvis, Petronius Fragm. Trag. p. 4 vocat *Omnis Musæ mancipium;* sicut alibi p. 15 *omnis Minervæ hominem*, ein fleißiger student. Ἄφθονοι μουσῶν θύραι, *candidæ vel expertes invidentiæ sunt Musarum januæ.* Et, *Apertæ Musarum januæ*, ἀνεῳγμέναι &c. Vid. Chiliad. Pueri & Theocriti hujus versus meminerint ex Eidyll. 16 cap. 58

> Ἐκ Μοισᾶν ἀγαθὸν κλέος ἔρχεται ἀνθρώποισι.

Musarum epitheta sunt: *Camenæ, Heliconiades, Parnassides, Aonides, Pierides, Pegasides, Pimpleides, Aganippides, Thespiades, Libethrides, Castalides*, &c. quæ omnia suis vide locis. ¶ 6. *Musa* ob ingenii solertiam per antonomasiam, Palamedes ab Euripide appellatur:

Musa Attica Xenophon a sermonis dulcedine. Imo, ut in vitâ Orbilii Eunapius refert, nomen hoc tributum fuit omnibus, qui Athenis nati, eloquentiâ præcellerent. Vnde Anatolius, præfectus prætorio Illyrici, cognomine hoc etiam Milesium Smyrnæum donavit: ut apud eumdem leges in Proæresii vitâ. ¶ 7. MVSA, viri cognomen: ut, *Antonius Musa*, Augusti medicus. vide supra *Antonius*: & Torrent. ad Suet. Aug. cap. 59.

¶ Mūsæus, vel Museus, a, um, adject. gelehrt; ut, *musæus lepor*: Lucret. lib. 1 v. 932 *museo contingens cuncta lepore.*
Et v. 945 *Et quasi museo, dulci contingere melle.*

¶ 2. *Museum* idem quod *Musivum*. Spon. Miscell. p. 39 OPERE MVSEO EXORNAVIT. Sic, *corona picturata de museo*, Treb. Pollio in 30 Tyrann. n. 24.

¶ MVSAEVS, i, subst. Μουσαῖος, poëta fuit antiquissimus Orphei tempore, qui primus scivit, ab eodem omnia proficisci, & in idem resolvi omnia, teste Laërtio lib. 1. Meminit hujus Maro lib. 6 Æn. v. 667; ubi Servius: *Theologus iste fuit post Orpheum: Et sunt de eo variæ opiniones. Nam alii Lunæ filium, alii Orphei volunt, cujus eum constat fuisse discipulum. Nam ad ipsum primum carmen scripsit, quod appellatur* CRATERA. Hæc Servius. Vossius de arte poëticâ nunquam Musæum extitisse putat, sed esse nomen ab antiqua Phœnicum lingua, qua Cadmus usus &c. ¶ 2. Fuit & alius *Musæus* recentior, grammaticus, æqualis fortasse Nonnii temporibus. Ei carmen illud græcum multo elegantissimum de Herone & Leandro tribuunt docti. vide Casaub. ad Laërt. p. 3. Suidas tres enumerat hujus nominis poëtas celebres.

¶ Musæum, vel potius Museum, i, μουσεῖον, eine schul- oder studier-stube. MVSEA dicebantur ædificia seu loca, ubi aut degebant aut conveniebant homines circa disciplinas versantes: quæ hodie in Academiis *Auditoria* appellantur. Sic *Museum Alexandriæ* nominat & describit Strabo lib. ultimo: meminit & Suetonius Claudio c. 42, & Spartianus Hadriano cap. 20. Ad utrumque vide interpretes. Plutarchus lib. de Curiositate scribit, veteres *Musea* quam maxime procul ab urbibus collocasse, ne qua re assiduitas & studia interpellarentur. Timon Phliasius philosophos ridere solebat; quod tamquam aves pretiosissimæ in Musarum calatho (sic enim vocabat *Museum*,) nutrirentur, de quo Athenæus lib. 1 cap. 17.

¶ Musāgĕta, vel Musagetes, æ, μουσαγέτης, Musarum ductor, Apollo, ein fürsteher der gelehrten: Græc.

¶ Musārcus, a, um, alias *Musivus*, de quo posteà, musirt, eingelegt. vid. Voss. de Vit. L. L. 1 cap. 11.

¶ Musĭca, æ, & Musice, es, μουσική, ars canendi, die music, singkunst; ut, *Musicam invenit Amphion*, Plin. lib. 7 cap. 56. *Musicam tractare*, Cic. de Orat. lib. 3 cap. 33, μουσικὴν ἔρως διδάσκει, *Musicam*, hoc est, litteras *docet amor*. Quemadmodum Germani dicunt, lust und lieb zum ding, macht alle müh gering. Vetus auctor fragmenti Censorino additi cap. 11 *Musicam* definit *peritiam faciendorum & canendorum modorum, cujus partes* HARMONICA, ORGANICA, CRVSMATICA &c. Boëthius alia ratione triplicem facit: MVNDANAM, quæ in cælo, itemque compage elementorum & varietate temporum spectatur: HVMANAM, quæ est in harmonia animæ & corporis humani: & denique quæ in vocibus ac instrumentis consistit, lib. 1 de Musica cap. 2. Musicæ magnam vim in humanum animum esse, ejusque rationem temere non mutandam, idque severe vindicasse veterem Græciam, docet Cicero lib. 2 de LL. vide & Polybium lib. 4 p. 289, & Maximum Tyrium Dissert. 4 extr. Schefferum item ad Ælian. p. 392, Senec. lib. 3 de Ira cap. 9. De divinitate, præstantia atque utilitate ejusdem, vide eumdem Maximum Dissert. 21. Alexandr. Aphrodis. Probl. 79 & 122, item Quintil. lib. 1 cap. 17. Macrob. lib. 2 in Somnium Scipionis cap. 3, & Boëth. lib. 1 de Musica cap. 1 &c. ¶ 2. *Musicæ* nomine omnem doctrinam liberalem complexum fuisse Aristophanem, Muretus ad 1 Tusculanam p. 198 observat. ¶ 3. *Musicam* de poësi dici, Turnebus observat lib. 3 Adversar. cap. 20, quia hæc ars propter metricam rationem musicæ affinis est; vel potius, quod Musæ poëtis præsint. conf. Cic. de Orat. 2 cap. 44, & Interpretes ad Terent. Heaut. prol v. 23, & Phorm. prol. v. 18. ¶ *Occultæ musicæ nullum respectum esse*: Græcorum proverbium fuit, quod sæpe jactavit Nero, vid. Sueton. cap. 20, & ibi Beroald. Sensus est: Egregias ingenii dotes, si non proferas, perinde esse, quasi non habeas.

¶ Mūsĭcus, a, um, adject. zur music gehörig; ut, *Ars musica*. Et, *Tractare artem musicam*, Terent. dixit in prologo Phorm. v. 18, pro *scribere comœdias*. Nam & *Poësis* & *Musica* numeris constant. Quomodo & *studium* dixit *Musicum* in prolog. Heaut. v. 23. Ausonius epist. 11 *Nam qui ipse facundus & musicus*, id est, poëta, vel poëticis litteris eruditus. *Musicus sonus*, Phædrus lib. 4 fab. 19. ¶ Daniel Heinsius ad Maximum Tyrium observat, Platonicos omne concinnum *Musicum* appellasse. Et ita Apulejus Platonicus de dogmate Platonis p. 17 de structura hominis loquens: *Audi tu vero*, inquit, *quid homini magnificentius potuit evenire? Per quem prudentiam sapientiamque condisceret, numerosque orationis metiretur, ac modos faceret; fieretque totus ipse modulatus & musicus.* Gellius 20 cap. 11 *Profestum & profanum vulgus a ludo musico diversum*, der ungelehrte pöbel. Sidonius Narbone v. 122
Musas vix mage musicas putares.
id est, poëticas artes æque doctas. Ita Auson. epist. 16 v. 10
Hunc dico, qui lingua potens,
Minorem Arridam præterit
Orando pauca & musica.

¶ Musĭcus, i, substant. qui musicam tractat vel docet, ein musicant, sänger; ut, *In Græcia musici floruerunt*, Cic. 1 Tusc. cap. 2. *Vt in fidibus musicorum aures vel minima sentiunt*, &c. Idem Offic. 1 cap. 41. Et Quintil. lib. 1 cap. 10 *Quis ignorat, musicen tantum jam tuis antiquis temporibus non studii modo, verum etiam venerationis habuisse, ut iidem musici, & vates, & sapientes judicarentur?*

¶ Musica, orum, neutr. plur. die music. Terent. in Eunuch. a. 3 sc. 2 v. 24 *Fac periculum in musicis*. Cic. de Orat. 1 cap. 42 *In musicis numeri & voces & modi.*

¶ Mūsĭcē, adverb. μουσικῶς, frölich; ut, *Musice vivere*, id est, delicate & laute, sed alieno sumptu. vid. Casaub. ad Athenæi lib. 1 c. 8 ἄκαπνα ἀοιδοὶ θύομεν, & Barthii Advers. 6 cap. 20. Plautus in Mostell. a. 3 sc. 1 v. 99 *Musice agere ætatem*, dixit, schlemmen und wolleben. Adde ibi Taubm. p. 658.

¶ Musicārius, i, instrumentorum musicorum artifex, ein orgel- geigen- pfeiffen- macher. Vetus Inscriptio: COLOCASIO VERNAE DVLCISS. ET MVSICARIO INGENIOSISS.

¶ Musicatus, a, um, musicirt, gesungen. Apulej. in Asclep. *Musicatæ cantilenæ.*

¶ Mūsĭnor, ari: verbum fictum à *Musa*, sicut a *Muges*, *muginari*; à *vulpes*, *vulpinari*: significat scribere, commentari, künstlich aussinnen, dichten. Plin. præfat. Naturalis Historiæ: *Dies vobis impendimus, cum somno valetudinem computamus: vel hoc solo præmio contenti, quod dum ista (ut M. Varro ait) musinamur, pluribus horis vivimus. Profecto enim vita vigilia est.* Ante Plin. etiam Varro hoc verbo usus est. Nos dicimus kalmeusern.

¶ Musīvus, a, um, concinne tessellatus varieque picturatus, musirt, künstlich eingelegt; ut, *Opus musivum*, de quo Philander in Vitruv. 7 cap. 1. ¶ *Musiva*, sunt pavimenta sectilibus scutulis aut tessellis structa & ad regulam exacte perfricata, quæ Græci ψηφοθετητὰ vocant, Latini *tessellationem* & *opus tessellarium*. Vt enim ab ἀχαιὸς *Achivus*, ita a *Museus Musivus*: *Musiva* autem dicta a concinnitate: in eam enim partem Græci μοῦσαν, ἔυμουσον & μουσικὸν accipiunt. *Camerum musivo illusam* Paulinus dixit epist. 12 de Basilicorum structuris. Et, *pictum de musivo*, Spartianus in Nigro cap. 6. Hinc

¶ Musivarius, i; plur. *Musivarii* dicuntur artifices talium operum, tessellatores & ψηφοθέται, die musirte arbeit machen, vide Jos. Scalig. ad Manil. lib. 5 v. 513; item Casaubon. ad Ælii Spartiani Pescennium Nigrum p. 276. Frid. Morell. ad Statii Silvas lib. 1 Silv. 3. Philandr. ad Vitruv. l. c. & Theod. Cod. lib. 13 tit. 4.

¶ Musōnius, i, philosophus, amicus Apollonii Thyanæi, de quo Suidas, & Gell. 16 cap. 1. ¶ 2. Alius *Musonius Rufus* sub Nerone, de quo Philostratus lib. 7, & Tacit. Histor. 3 cap. 81. ¶ 3. Alius rhetor, Asiæ præfectus apud Ammianum 27 cap. 9.

¶ Musonianus, a, um, adject. *Constantinus officio functum perite, Musonianum voluit appellari, ante Strategium dictitatum*, Ammian. 15 cap. 13.

¶ Amūsus, i, ex græco ἄμουσος, i. e. alienus a Musis, indoctus, rudis, ein ungelehrter, ungeschickter mensch. Vitruvius latinum fecit, & *Amusum* pro imperito musicæ dixit lib. 1 cap. 1. *Non enim*, inquit, *debet, nec potest esse architectus grammaticus, ut fuit Aristarchus: Sed non agrammatos, nec musicus ut Aristoxenus, sed non amusus.* Et Symmachus lib. 1 epist. 14 *Amusus tibi videbar, qui dijudicare non possem.*

¶ Amūsia, æ, ἀμουσία, ruditas, canendi imperitia, die ungelehrsamkeit, ungeschicklichkeit im singen. Varro ὄνος λύρας apud Nonium cap. 1 n. 54 & 247
Si quis me lodis neniis ὄνος λύρας
Præsepibus se retineat forensibus;
Quibus suam delectet ipse amusiam.

¶ Amusium, vide supra in *A*.

¶ Amūsologia, æ, ἀμουσολογία, *inerudita fabula*, eine ungelehrte und ungeschickte rede. vide Chiliad.

¶ Immusĭcus, i, musicæ rudis, der music unerfahren. Tertull. in Apolog. cap. 1 *Immusici judicantes de musicis.*

Musæum, musæus, vide in præcedenti *Musa*.

MVSCA, æ, μυῖα, insectum notum, eine fliege, mücke; ut, *Muscas abigere*, i. e. depellere. Jocus in homines importunos apud Ciceronem de Orat. 2 cap. 60 *Puer, abige muscas*, schaff mir die fliegen vom halse. ¶ *Ne musca quidem*, Vibii Crispi oratoris in Domitianum Cæsarem jocus, vide Sueton. in Domitiano, qui muscas captare ac configere solitus, cap. 3, & Chiliad. Aliud proverbium: *Ne muscam excitare potest*, Seneca Ludo de morte Claudii. ¶ *Muscam* de curioso dixit Plautus Mercatore a. 2 sc. 3 v. 26. De impudente, Homerus. De parasito, Petronius, & Plautus Pœn. a. 3 sc. 3 v. 76.

¶ Muscŭla, æ, diminut. ein mücklein. Augustinus lib. 3 de Trinit. c. 7 *Magorum potentia, quæ serpentes facere potuit, ubi ad muscas minutissimas ventum est, omnino defecit. Cyniphes enim musculæ sunt brevissimæ, qua tertia plaga superbus populus Ægyptiorum cædebatur.* Gloss. Vet. Cyrilli: *Muscula*, μυῖα ὑποκοριστικῶς.

¶ Muscārius, a, um, denen fliegen gehörig; ut, *araneus muscarius*, qui muscas captat, Plin. lib. 29 cap. 6. ¶ Vitruvio 7 cap. 3 *clavi muscarii* sunt umbellati. vid. Bald. p. 73.

¶ Muscarium, i, flagellum, ein fliegenwedel; ut, *Muscarium pavoninum*, ein fliegenwedel von einem pfauen-schwantz, Martial. lib. 14 epigr. 67 in Lemmate. ¶ Comas & umbellas herbarum *muscaria* vocat Plinius 12 cap. 26 *Semine e muscariis dependente.*

Muscerda, muscipula, Muscidus, muscosus, Musculosus, musculus, quære in *Mus*, *Muscus*, *Mus*.

MVSCVS, i, lanugo in arborum corticibus, in fontibus & locis aliis humidis, mooß; ut, *Muscus mollis*, Ovid. 8 Metam. v. 564. *Muscus virens*, Idem 3 Fast. v. 297. *Musco circumlita saxa*, Horat. lib. 1 epist. 10 v. 7. *Musco circumdari*, Virgil. eclog. 6 v. 62, mit mooß bewachsen. ¶ *Saxum sæpius volutatum non obducitur musco*: vide Chiliad.

¶ Muscōsus, a, um, moosicht; ut, *Muscosi fontes*, Virg. eclog. 7 v. 45. Comparat. *Muscosior*: Cic. 3 ad Qu. fratr. epist. 1 cap. 2 *Apodyterio nihil muscosius.*

¶ Muscĭdus, a, um, idem. Sidon. 8 epist. 16 *Muscidi pumices.*

¶ Emusco, are, apud Columellam legitur lib. 11 cap. 2, pro muscum auferre, a musco purgare, das mooß abschaben, vom mooß reinigen. *Oleæ putantur, & emuscantur*

Museum, museus, musica, musice, musicus, quære ante in *Musa*.

MVSĪMON, ōnis, Strabo μούσμων, duabus syllabis scripsit, animal Sardiniæ, pelle & pilis corvo simile, cornibus arieti sed retro circa aures flexis, cervi magnitudine, quod incolæ *Muslonem* vocant, ein muffelthier, Plin. 8 cap. 49. Isidor. 12 cap. 1, & Gesner. Nonius Marcellus c. 2 n. 530 *Musimones*, inquit, *asini, muli, aut equi breves*. Lucilius ibi vo-

cac

cat *equum Musimonem.* At Straboni Sardinienses Μόσμονες sunt κριοὶ, *arietes.* vide hunc lib. 5 p. 156. Et huc Cato pertinet apud Nonium l. c. *Asinum, aut musimonem, aut arietem.* Videtur etiam mediæ formæ inter capram & arietem fuisse. Eugenius Toletanus carm. 22

Musmonem capra ex verveno sanguine gignit.

Musivarius, musivus, Mussare, mussitare, mussitatio, &c. Mustace, mustaceum, vide *Musa, Mutio, Mustum.*

MVSTĒLA, æ, eine wiesel. Apulejus lib. 2 de Asin. A. p. 125 *Repente introrepens mustela contra me constitit.* Duorum est generum, alia *domestica*, alia *silvestris* vel *rustica*, Plin. lib. 29 cap. 4. ¶ 2. *Mustela* piscis, sic dictus a tergoris superioris subluteo colore, cujusmodi in *mustela* quadrupede est, vulgo *Lampredam* & *Lampretam* vocant. Sed revera mustela alia & diversa, eine aalraupe, Plin. 9 cap. 17. Vide Joseph. Scalig. ad Auson. & Ludovicum Nonium in Ichthyophagia. Quidam & *Lubricum fluviatilem*, eine lampreten oder langbrück, (quod nomen in Germania inferiori usitatum est,) dicunt; Mustelæ marinæ sunt, & fluviatiles. Sed

¶ Mustēlus, i, piscis alius est, nimirum *Galeus*, ein hundfisch, plurimarum specierum: Gesnerus.

¶ Mustēlīnus, a, um, wieselfarbig; ut, *color mustelinus*, gelbliche farbe, Terent. in Eunuch. a. 4 sc. 4 v. 22. *Vtriculus mustelinus*, Plin. 30 c. 14.

¶ Mustelatus, a, um, idem. Apul. Met. 2 *Mustelatis peplis laceratus atque discerptus.*

Musteus, vide mox *Mustum.*

MVSTRĬCŬLA, æ, formula sutorum, ein schuchleisten, cui calceus novus insuitur. Ita ex Afranio exponit Festus, *Mustriculam in dentes indam tibi.* Sed in Isidori glossis est *machina ad stringendos mures.*

Mustulentus, vide in sequenti *Mustum.*

MVSTVM, i, vinum recens, most. Virg. 1 Georg. v. 295 *Mustum dulce.* Ovid. 2 de Arte am. v. 695 *Musta nova*; Et 3 Trist. eleg. 10 v. 72 *Musta fervida.* Propert. lib. 3 eleg. 17 v. 17

Dummodo purpureo spument mea dolia musto,
Et nova pressantes inquinet uva pedes.

Cic. Brut. cap. 83 *Nova ista quasi de musto & lacu fervida oratio.* Mustum non solum vinum, verum etiam novellum quicquid est, recte dicitur. Est enim

¶ Mustus, a, um, adject. novellus, recens, neu, frisch, jung. Nævius apud Nonium cap. 2 n. 518 *Virginem ducere uxorem, si musta est.* Sic, *Agna musta pascenda*, ex Catone apud Priscianum.

¶ Musteus, a, um, aliud adjectivum, idem; ut, *Mala mustea*, süsse äpffel, Varro de R. R. 1 cap. 59. *Caseus musteus*, Plin. lib. 2 cap. 4, ein frischer süsser käse. *Musteus liber*, Plin. lib. 8 epist. 21, & Sidon. 8 epist. 3, ein neu buch.

¶ Mustulentus, a, um, dixit Plautus eadem significatione, Cistell. a. 4 sc. 2 v. 90 *Ita mustulentus æstus nares attigit.* Ita Lambinus pag. 323 hæc verba, & Pareus Lex. Critico. Operarius illa prætermisit. Præterea Apulejus lib. 1 Met. p. 116 *mustulentus autumnus*, mostreich, voll most.

¶ Mustārius, a, um, zum most gehörig; ut, *mustarius urceus*, in quo mustum reponitur, Cato de R. R. cap. 11.

¶ Mustāceus, vel Mustaceum, i, libi quoddam genus, foliis lauri suppositis coctum, e farina siliginea, musto, aniso, cumino, &c. ein fladen, kuchen. *Mustaceos facere* docet Cato de R. R. cap. 121. Inde,

Causa nec est, cœnam quare & mustacea perdas,

Juvenalis sat. 6 v. 201 dicit. Et, *Laureolam in mustaceo quærere*, Cic. 5 ad Att. epist. 20, hoc est, ex re frivola & exigua laudem. conf. Barth. ad Statii Silvas p. 149, & Dalechamp. ad Plin. lib. 15 cap. 30.

¶ Mustāce, es, tertium lauri genus. Plinius 15 cap. 30 *Duo lauri genera tradit Cato, Delphicam & Cypriam; Pompejus Lenæus adjecit, quam mustacem appellavit, quoniam mustaceis subjiceretur.*

¶ Mustellāgo, ĭnis, herba, quæ & Daphne, Apul. de Herb. cap. 27.

Muta, Mutabilis, mutatio, &c. Mutesco, vide *Mutus, Muto, are, Mutus.*

MŬTĬCVS, a, um, ejusdem originis & significationis ac *Mutilus*, abgekippt. Sic *Mutica spica* Varroni de R. R. 1 cap. 48 est, quæ non habet aristam.

MŬTĬLVS, a, um, truncatus & comminutus, a græco μίτυλος, verstümmelt, krüppel, unvollkomen; ut, *Bos cornibus mutilus*, Cæsar 6 B. Gall. cap. 26. Et, *Mutila & hiantia loqui*, Cicer. in Orat. cap. 9; *Mutilum pecus*, quod sine cornibus est. Columell. enim *Cornuto* opponit præfat. lib. 1; *Dissimilem*, inquit, *rationem postulat Tarentinum, atque hirtum, aliud caprinum: Et idipsum aliter curatur mutilum & raripilum: aliter cornutum & setosum.* Qui *mutili brachiis* erant, *Hermas* appellatos Casaubonus ad Strabonem observat p. 251. Vbi & exempla habes eorum, qui suis manibus pedibusque difficillima præstiterint.

¶ Mŭtĭlo, avi, atum, are, verstümmeln. Terent. in Hecyr. a. 1 sc. 1 v. 8 *Quin spolies, mutiles, laceres, quamquam nacta sis.*

¶ Mŭtĭlātus, a, um, zerstümmelt; ut, *Mutilati rami*, Ovid. de Nuce v. 37. Et Cicero in Philipp. 3 cap. 12 *Antonius in Galliam mutilatum ducit exercitum.* Mutilatos a sacerdotio prohibitos testatur Heraldus ad Martial. lib. 7 epigr. 86.

¶ Mutilatio, ōnis, die zerstümmelung. Gloss. Vet. *Mutilatio*, στέρωσις σώματος, ἀκρωτηριασμός.

¶ Demutĭlo, are, abkippen. Colum. de Arborib. cap. 11 *Cacumina virgarum, ne luxurientur, demutilato.*

¶ Immutilatus, a, um, unzerstümmelt. Theod. Cod. lib. 4 t. 22 *Omnia ad disceptationem litigii immutilata permaneant.*

MŬTĬNA, æ, Galliæ togatæ sive Cisalpinæ civitas in Flaminia, cujus mentio est apud Lucan. 1 v. 41. Ovid. Metam. 15 v. 824, & Martial. 3 epigr. 59.

¶ Mutinensis, e, adject. ut, *Mutinensia arma*, Ovid. 4 Fast. v. 625.

Mūtīnus, vide in *Muto, ōnis*, substantivo nomine.

MŪTIO, īre, signo, nutu, aut submissa voce aliquid prodere, leise reden, nispeln, muchseln. Terent. in Andr. a. 3 sc. 2 v. 25 *Itaque hercle nihil jam mutire audeo*, ich darff nicht ein wort sagen. Idem in Hecyr. sc. ult. v. 26 *Neque opus est adeo mutito*, es ist nicht noth, daß mans so gar heimlich hält. Vbi *mutito*, participium est, eadem syntaxi, quâ, *opus*

consulto, maturato &c. pro, *Neque opus est adeo mutire.* Phædrus lib. 4 fab. 25 *Palam mutire plebejo periculum est.* Scalig. a sono λ υ deducit, quod canum est, unde *mutire* dicuntur: sicut γρῦ porcorum, unde *Grunnire.* Nec aliter Varro de L. L. 6 cap. 5, & Nonius cap. 1 n. 29, quod sc. muti nihil amplius quam μῦ vel μῦ dicunt. In Gloss. Vet. tamen & *Muttum* legimus, atque per γρῦ explicari. De hirco Autor Philom. v. 58 *At mutire capris, hirce petulce, soles.*

¶ Musso, are, & Mussito, are, frequentativa duo, mummeln, brummeln. Significat autem *Mussare* mutire, id est, hæsitare, tergiversari, & pauca vel nihil propemodum, certe nihil diserte & clare proloqui, wenn man stutzt, nicht raus will, und heimlich etwas verheist. Plin. lib. 7 epist. 1 *Quum mussantes medicos repente vidissem, caussam requisivi*, da die ärtzte zusammen murmelten. Virg. 11 Æn. v. 345

cuncti se scire fatentur,
Quid fortuna ferat patriæ, sed dicere mussant.

Vbi Servius *Modo*, inquit, VERENTVR *vel* TIMENT, *significat*; *Alias* DVBITANT: *ut* Æn. 12 v. 657 . *mussat rex ipse Latinus,*

Quos generos vocet.

Interdum SVSVRRANT: *& de apibus dicitur, & proprie* obmussare *est obmurmurare, & queribundum, l & x velut muto esse vicinum. Alias* TACENT, *alias* QVIESCVNT. In illo ejusdem libri v. 718

fremit arma juventus,
Flent mœsti mussantque patres:

MVSSANT, *queruntur*, interpretatur. Sed potest & pro *tacere*, *quiescere* accipi. Idem ad illud 12 Æneid. *Mussat rex ipse Latinus:* MVSSAT, inquit, *modo* dubitat. *Veteres* MVSSAT *pro* timet. *Ennius* MVSSARE *pro* tacere *posuit. Clodius Tuscus* (forte *Clodio Tusco*) MVSSARE *est ex græco comprimere oculos: Græci* μῦ *dicunt.* Liv. lib. 7 cap. 25 *Mussantes inter se rogitabant* &c. sie befragten sich unter einander mit leisen reden. Terent. in Adelph. a. 2 sc. 1 extr. *Accipiunda & mussitanda injuria adolescentum est*, hoc est, dissimulanda tacendo, man muß es verbeissen, in sich fressen, gedencken, als hätte einen ein hund gebissen. Donatus ad eum locum: MVSSITANDA *patienda, consideranda cum silentio, & ut in amatore putanda, atque per hoc perferenda.* MVSSITARE *enim proprie est, dissimulandi caussa tacere: dictum vel a* MOTO: *vel ab* M, *quæ littera est nimium pressæ vocis ac pæne nullius* &c. Plautus Pseud. a. 1 sc. 5 v. 85

Non a me scibas pistrinum in mundo tibi,
Cum ea mussitabas?

Apulejus Apolog. p. 320 *Hunc illa timorem mussitabat, adversari propalam non audebat.*

¶ Mussatio, ōnis, das stillschweigen, die verbeissung der rede. Ammian. 20 cap. 8 *Salutem mussatione quæritabam & latebris*, quæ emendatio est Gelenii: Alii, *simulatione.*

¶ Mussĭtātio, ōnis, idem. De canibus venaticis Apulejus lib. 8 Met. post principium: *Tacitaque prius servata mussitatione, signo sibi repentino reddito, latratibus fervidis dissonisque miscent omnia.*

¶ Mussitator, ōris, ein nispler. Vet. Gloss. *Mussitator*, ὑπογογγυστής. conf. Vulg. Interpr. Jes. cap. 29 v. 24.

¶ Mussitabundus, a, um, nispelnd. Onomast. Vet. *Mussitabundus*, μύζων.

¶ Demussatus, a, um, dissimulatus, verschmertzt, verbissen, verschwiegen. Ammian. 30 cap. 1 *Injuriis, quas pertulerat, omnibus demussatis.* Apul. Met. 3 *Demussata contumelia.*

¶ Obmusso, are, & Obmussito, are, est obmurmurare, vorbrummeln, entgegen murmeln. conf. verba Servii in *Musso.* Tertull. de Anima cap. 18 *Poëtæ hæc nobis semper obmussant.* Idem de Pallio cap. 4 *Tacendum, ne quid & illi de Cæsaribus obmussitent.*

¶ Summusso, are, mummeln. Ennius ex mente Festi: *Quintus in occulto summussabat.* Et Accius: *Non decet jam summussare.*

¶ Summussus, i, ein mummler. Festus: *Summussi dicebantur murmuratores.* Nævius, *odi*, inquit, *summussos* &c.

Mutitas, Mutito, are, vide paullo post *Mutus, Mutuus.*

MŪTIVS, i, nobilis Romanus, Cordus cognomine, qui Scævola dictus est, quia in castris Porsenæ regis sponte sibi dextram manum exussit, postquam in occidendo rege aberraverat. vid. Flor. 1 cap. 10. Aur. Vict. Vir. illust. cap. 12. Martial. 1 epigr. 22, & 8 ep. 30, & 10 ep. 25, & infra *Scævola.*

MŪTO, avi, atum, are, quasi *motare a motu*, ändern, verändern, anders machen; ut, *Mutare animum*, Terent. Phorm. a. 5 sc. 2 v. 9. *Sententiam*, Cic. 9 Att. epist. 2. *Consilium*, Idem ad eumd. 7 epist. 23. *Mores*, Terent. Adelph. a. 5 sc. 9 v. 27. *Locum*, Cicer. 2 de Leg. cap. 1. *Sedem*, Plin. 2 cap. 37. *Mutari in horas*, Horat. 2 satyr. 7 v. 10, alle stunden anders gesinnet seyn. *Naturam mutare pecunia nescit*, Idem 1 epist. 12 v. 10. *Vestem cum aliquo mutare*, Terent. Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 24, kleider mit einem wechseln. Idem in Adelph. a. 4 sc. 7 v. 19 *Factum hoc non placet, si queam mutare*, so ichs ändern könte, id est, corrigere. *Mutare jumenta*, frische pferde nehmen: Cæsar lib. 3 de B. C. cap. 11 *Mutatis ad celeritatem jumentis ad Pompejum contendit.* Sed, *mutare arma*, Nepos Iphicr. cap. 1 n. 3, est alia & nova invenire. ¶ 2. Eleganter etiam activa forma pro passiva ponitur, e. g. Liv. lib. 39 cap. 51 *Mores populi Rom. quantum mutaverint, vel hic dies argumento erit.* ¶ 3. *Mutare quid cum aliquo*, umwechseln, umsetzen, vertauschen. Quam phrasin injuste Latio expulit Acidalius. Ita enim Plaut. Captivis prolog. v. 28 *Si quem reperire posset, cum quo mutet suum illum captivum.* Ita Sallust. in Jugurth. cap. 44 dicit: *Albani milites pecora & mancipia cum vino advectitio mutasse.* Medea apud Ovidium Met. 7 v. 59 *Quemque ego cum rebus, quas totus possidet orbis,*

Æsoniden mutasse velim.

¶ Mutātus, a, um, geändert, verwechselt; ut, *Mutata flumina*, Virgil. eclog. 8 v. 4. *In nova corpora mutatæ formæ*, Ovid. Met. 1 v. 1.

¶ Mutatus, ûs, subst. die veränderung, der wechsel. Tertullian. de Pallio cap. 4 *incredibili mutatu.*

¶ Mutatio, ōnis, die änderung. Cic. in Philipp. 12 cap. 2 extr. *Optimus est portus pœnitenti mutatio consilii*, andere resolution. *Mutationem facere*, Idem in Off. lib. 1 cap. 33, ändern. *Mutationes temporum,*

rum, Idem in 2 Nat. D. cap. 19. Spartianus in Severo cap. 14 *Omnium rerum ſemper quaſi naturali lege mutatio eſt*, all: dinge währen eine weile.

¶ Mutātor, ōris, ein wechsler. Lucanus lib. 8 v. 854 *mercis mutator Eoæ.* Arnob. lib. 3 p. 119 *mercium commerciorumque mutator.*

¶ Mutatōrium, i, quo vel veſtimentum ſubauditur, ut apud Vulg. Interpretem Eſa. cap. 3 v. 22; adde Car. du Freſne Gloſſarium: vel ædificium, ut *Mutatorium Cæſaris*, luſthauß. vide Bellorium in Veſtig. Vet. Romæ.

¶ Mūtābĭlis, e, wanckelmüthig, veränderlich. Virg. 4 Æn. v. 569

Varium & mutabile ſemper Fæmina.

Livius lib. 2 cap. 7 *Mutabiles vulgi animi.*

¶ Mutabilĭtas, ātis, die unbeſtändigkeit; ut, *Mutabilitas mentis*, Cic. lib. 4 Tuſc. cap. 35, wanckelmüthigkeit.

¶ Mutabiliter, adv. unbeſtändig. Varro apud Nonium cap. 2 n. 548 *Quibus inſtabilis animus, ardens mutabiliter aret habere & non habere.*

Compoſita a *Muto*:

¶ Commūto, āre, verändern, verwechſeln, tauſchen. Terent. Eunuch. a. 5 ſc. 5 v. 3 *Vbi ſatietas fieri cœpit, commuto locum*, wo ich eines orts überdrüſſig werde, rück ich auf einen andern. *Commutare verba cum aliquo*, worte wechſeln, zancken, Idem in Andr. a. 2 ſc. 4 v. 7. Et in Phorm. a. 4 ſc. 3 v. 33 *Vt eſt ille bonus vir, tria non commutabitis verba hodie inter vos.* Et, *Commutare vitam cum morte*, Sulpitii eſt ad Cicer. 4 fam. epiſt. 5, ſterben. *Cum patriæ caritate conſtantiæ gloriam commutare*, Cicer. pro Sextio cap. 16, lieber wollen das vaterland meiden, als von ſeinem redlichen vorſatz weichen. *Loricam cum aliquo commutare*, Juſtin. 3, 1, 8.

¶ Commutatus, a, um, geändert. Nepos 10, 4, 5 *Vitæ ſtatum commutatum ferre non potuit.*

¶ Commutatus, ūs, ſubſtant. die änderung. Lucret. 1 v. 794 *In commutatum veniunt.*

¶ Commutatio, ōnis, die veränderung: ut, *commutatio morum aut ſtudiorum*, Cic. de Amic. cap. 21. Et, *Horum adventu tanta commutatio rerum eſt facta, ut* &c. Cæſ. lib. 2 de B. Gall. cap. 27. Conf. Nepos 7, 5, 5. Idem 10, 6, 1 *Proſperas res conſecuta eſt ſubita commutatio.* ¶ 2. *Commutatio* talis etiam dicitur ſententiæ figura, ἀντιμεταβολή, v. g. *Eſſe oportet, ut vivas; non vivere, ut edas*, Auctor ad Herenn. lib. 4 cap. 33.

¶ Commutabĭlis, e, veränderlich. Cicer. pro Milone cap. 26 *Vide, quam ſit varia vitæ commutabiliſque ratio.* Idem de Amicit. cap. 25 *Animus varius, commutabilis, multiplex.*

¶ Commutatīvus, a, um, idem. Sic *Commutativa juſtitia* Ethicis eſt, quæ æqualitatem rerum efficit ſine reſpectu perſonarum.

¶ Incommutabilis, e, unveränderlich. Ambroſius epiſt. 84 *Æterna & incommutabilis voluntas.* Paulinus Nolan. epiſt. 13 ad Pammachium n. 24 *incommutabilis Dei veritas.* Et Auguſtinus lib. 1 Retractat. cap. 9 *Voluntas avertitur ab incommutabili bono ad commutabile.*

¶ Incommutabilĭter, adverb. idem. Auguſtin. epiſt. 3 *incommutabiliter immortalis.* Et lib. 1 extremo Confeſſionum: *immutabiliter æternus.* Adde de Civ. Dei lib. 5 cap. 9 &c.

¶ Incommutabilitas, ātis, die beſtändigkeit. Idem Auguſtin. lib. 7 Confeſſion. cap. 19 *Novit hoc omnis, qui novit incommutabilitatem verbi tui.* Idem lib. 12 Confeſſion. cap. 12 *æternitas & incommutabilitas.*

¶ Demūto, are, idem quod ſimplex, verändern. Plaut. Menæch. a. 5 ſc. 2 v. 218 *Imperium tuum demutat.* Adde eumdem Trin. a. 1 ſc. 2 v. 36, & Pſeud. a. 1 ſc. 5 v. 142. Tacit. Annal. lib. 4 cap. 16 n. 6.

¶ Demutatio, ōnis, die veränderung. Tertull. 4 adv. Marcion. cap. 1 *Omnis demutatio veniens ex innovatione.* Et lib. 5 cap. 10 extr. *Demutatio carnis reſuſcitatæ.* Plinius 28 cap. 8 *verſicoloris eſſe demutationis.*

¶ Demutator, ōris, ein veränderer. Tertullian. de Reſurr. Carn. cap. 32 *Argutiſſimi demutatores oſſium*, &c.

¶ Demutabĭlis, e, wandelbar. Prudentius Apotheoſ. v. 276

Non convertibilis, nec demutabilis unquam
Eſt Deus.

Tertullianus de Anima cap. 21 *Omnium natorum atque factorum convertibilis & demutabilis eſt natura.*

¶ Indemutabilis, e, unwandelbar. Tertullian. adv. Hermogen. cap. 12 *Naturam oportebit eſſe apud Deum inconvertibilem & indemutabilem.* Adde eumd. de Pudicit. cap. 12 extr. Sic & Salvian. lib. 2 Gub. ſub fin. *Cenſura indemutabilis.* Proſper Aquitanicus de Providentia v. 728

indemutabilis inſtat Finis.

¶ Emūto, āre, verkehren, verdrehen. Hinc

¶ Emutatus, a, um, umgekehrt. Quintilian. lib. 8 cap. 2 *Emutatis in perverſum dictis.*

¶ Immūto, āre, anders machen, ändern. Terent. in Eunuch. a. 2 ſc. 1 v. 19 *Adeon' homines immutari ex amore?* Idem in Hecyr. a. 3 ſc. 3 v. 9 *Vultum eorum ſenſi immutari omnium.* Et Cicer. pro Flacc. cap. 14 extr. *Aliquid immutare de inſtitutis priorum.*

¶ Immutatus, a, um, umgekehrt, verändert. Cicer. 1 fam. epiſt. 9 *Converſis rebus, & bonorum voluntatibus immutatis.* Plaut. Curcul. a. 1 ſc. 2 v. 59 *Immutatis moribus eſſe.* ¶ 2. Item, unverändert. Cicer. de Invent. 2 cap. 54 *veritas eſt, per quam immutata ea, quæ ſunt, aut ante fuerunt, aut futura ſunt, dicuntur.* Et Terent. in Andr. a. 1 ſc. 5 v. 7 *Id immutavit, quoniam me immutatum videt*, h. e. non mutatum, dieweil er ſiehet, daß ich nicht wancke.

¶ Immutabilis, e, unwandelbar, unveränderlich: ut, *Immutabilis æternitas*, Cicer. de Vniverſ. cap. 2; &, *Res ſtabilis & immutabilis*, ibidem. *Omnia in præteritis neceſſaria ſunt, quia ſunt immutabilia*, Idem de Fato cap. 7.

¶ Immutabilĭtas, ātis, die beſtändigkeit. Cicer. de Fato cap. 9 *In factis immutabilitas apparet.*

¶ Immutabiliter, adverb. beſtändiglich. Celſus JC. Leg. 99 ff. de Verbor. obligation. *Immutabiliter verum fuit.* Et Auguſtin. Civ. Dei lib. 22 cap. 9 *immutabiliter & incorporaliter.*

¶ Immutatio, ōnis, die veränderung: ut, *Immutatio verborum*, Cicer. 4 Acad. cap. 6. *Immutatio ordinis*, Idem lib. 3 de Orat. cap. 44.

¶ Immutator, ōris, qui immutat, ein veränderer. Oroſius lib. 7 cap. ult. de Athaulpho Gothorum rege: *Haberetur apud poſteros Romanæ reſtitutionis auctor, poſtquam eſſe non poterat immutator.*

¶ Intermutatus, a, um, umgewechſelt. Tertullian. de Bapt. cap. 8 *Impoſitis & intermutatis manibus.*

¶ Permūto, āre, ex alio loco in alium transferre, cum commutare aliud ſit pro alio ſubſtituere, umwechſeln, verwechſeln. Cicer. in Offic. lib. 2 cap. 4 *Dando & accipiendo, & permutandis facultatibus nulla re egere.* Idem, *Permutare pecuniam*, 2 fam. epiſt. 17, geld durch den wechſel gehen laſſen. *Permutare mercibus*, tauſchen, ſtechen mit wahr um wahr, Plinius lib. 9 cap. 55.

¶ Permutatus, a, um, verwechſelt, umgekehrt: ut, *Permutato ordine principiorum*, Lucret. 1 v. 826, & 5 v. 126.

¶ Permutatio, ōnis, wechſel, umſchlag. Cicer. lib. 3 fam. epiſt. 5 *Dum pecunia accipitur, quæ mihi ex publica permutatione debetur*, wechſel empfahen. ¶ 2. Et figura oratoria *Permutatio.* vid. Aut. ad Herenn. 4 cap. 34.

¶ Submūto, are, vel Summutare, in etwas ändern, verwechſeln. Cicero in Orat. cap. 27 *quia quaſi ſummutantur verba pro verbis.*

¶ Submutatio, ōnis, die verwechſelung. Gloſſ. Cyrilli: *Submutatio*, ὑπαλλαγή.

¶ Transmūto, āre, verſetzen, von einem zum andern verwechſeln. Horat. 3 ode 29 v. 49

Fortuna ſævo læta negotio
Ludum inſolentem ludere pervicax,
Transmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alii benigna.

¶ Transmutatio, ōnis, die verſetzung. Quintil. lib. 1 cap. 5 *duos in uno nomine faciebat barbariſmos, & immutatione* (litterarum) *& transmutatione*, id eſt, transpoſitione. Tertullian. de Præſcript. cap. 38 *detractione, vel adjectione, vel transmutatione remediaremus.*

MŪTO, ōnis, penis, mentula, das männliche glied. Horat. lib. 1 ſatyr. 2 v. 68

Huic ſi mutonis verbis mala tanta timentis
Diceret hæc animus.

Vbi Vet. Scholiaſtes: MVTO *dicitur membrum virile.* Hinc

¶ Mūtīnus, ſive *Motonus*, aut *Mutunus*, *i*, Deus Romanis dicebatur, qui *Priapus* Græcis, ſuper cujus pudendis nova nupta ſedere jubebatur, ut ejus pudicitiam Deus prior delibaſſe videretur, Lactantius lib. 1 cap. 20 ſub finem: Arnobius lib. 4, & Auguſtinus lib. 4 cap. 11, & lib. 6 de Civitate Dei cap. 9. ¶ Item, ipſum membrum virile. Poëta Phallicus Carm. 73

rubro
Priape furibus minare mutino.

¶ Mutōnius, & Muttonius, um. Vet. Gloſſæ: *Muttonium*, προβασκάνιον, λύκιος. *Muttenius*, προβασκάνιον. *Mutonium*, πρόσθεμα: quod & ipſum *faſcinum* accipio. *Faſcinus* autem mentula. Iisdem Gloſſ. *Mutonium*, ἀκυδώνιον exponitur.

¶ Mutoniatus, i, bene vaſatus, probe peculiatus, der ein mannsglied hat. Martial. 3 epigram. 73, & 11 epigram. 64 *Pueri mutoniati.* Poëta Phallicus Carm. 52

Ad partem veniet ſalax aſellus
Nihilo deterius mutoniatus.

Vbi nota primam in *Mutoniatus* correptam; Vt primam itaque ancipitem ſtatuere oporteat, aut vere brevem potius, ut, cum prima producitur, *Mutto, Muttinus*, ſcribendum ſit, ut in veteri Gloſſario reperitur.

Mutuatio, mutue, mutuiter, &c. vide poſt paullo *Mutuus*.

MŪTŬLUS, i, ein krackſtein, darauf man balcken legt. A *mutilus* enim *Mutuli* ſunt quaſi *mutilæ trabes*, i. e. ligneæ vel lapideæ partes prominentes, quibus capita trabium imponuntur. Varro R. R. 3 cap. 5 *Mutuli crebri omnibus columnis impoſiti, ſedilia avium.* Colum. 8 cap. 9 *Ad lineam mutuli per parietem defixi.* vide & Vitruv. 7 cap. 3, & Baldi Lex. p. 73.

Mutunus, vide paullo ante *Mutinus* in *Muto, ōnis.*

MŪTUS, a, um, βυβός, ἄφωνος, ἄλαλος, ſprachloß, ſtumm. Plaut. in Aulul. a. 2 ſc. 1 v. 6 *Ne mutam profecto repertam ullam eſſe hodie dicunt mulierem ullo in ſeculo.* Cicer. Philipp. 3 cap. 9 *Mutum eſſe ſatius eſt, quam quod nemo intelligat, dicere.* Idem poſt Red. in Senat. cap. 3 *Forum mutum, elinguem civitatem, tacitam & fractam civitatem videbatis.* Et, *Formoſa facies muta commendatio eſt*, Publius in Mimis, ſchönheit lobt ſich ſtillſchweigens. *Mare mutum*, Plaut. Milite a. 3 ſc. 1 v. 69, ein ſtilles meer. *Pecus metu mutum*, Virg. Æneid. 12 v. 718.

¶ Muta, æ, Dea, quæ & *Lara* & *Larunda*, Larium mater. Vna ex Najadibus: quam ob intemperantiam linguæ Jupiter mutam fecit, unde & hoc nomen. Vide Ovidium lib. 2 Faſtorum v. 583 & ſeqq. Meminit & Lactantius lib. 1 Inſtit. Div. cap. 20.

¶ Mūteſco, ĕre, ſtumm werden. Martian. Capella lib. 8 *Cuncta, velut muteſcentia, tacuerunt.* Et Apulejus: *Muteſcere taciturnitate.*

¶ Mutĭtas, ātis, die verſtummung, ſtummigkeit. Gloſſ. gr. lat. ἀφωνία, *mutitas.*

¶ Mutōſus, a, um, ſtumm: ut, *mutoſus venter*, Veget. 3 cap. 3.

¶ Immuteſco, ĕre, verſtummen. Quintil. lib. 10 cap. 3 *Immuteſcamus alioqui, ſi nihil dicendum videatur, niſi quod non invenimus.* Adde Stat. Theb. 5 v. 545.

¶ Obmūteſco, ĕre, mutum fieri, erſtummen, verſtummen. Cicer. lib. 2 de Orat. cap. 7 *Ego neque Antonium verbum facere patiar, & ipſe obmuteſcam, niſi prius a vobis impetraro.* Virgil. Æneid. 6 v. 155 *preſſo obmutuit ore.* ¶ Plinio 33 cap. 13 res *obmuteſcere* dicitur, quæ non eſt amplius in uſu: *Lydium Sardis emebatur, quod nunc obmutuit.*

MŪTUSCAE, arum, Sabinorum civitas, quæ & Trebia & Suffena vocatur, circa quam Annibal Romanos maxima clade affecit. Ab olivis celebrata; unde *oliviferæ Mutuſcæ* apud Virgilium Æneid. 7 v. 711

¶ Mutuſcæi, orum, oppidani, apud Plinium 2 cap. 12.

MŪTVVS, a, um, *ἀντίος*, eins ums ander, wieder vergolten, geborgt, geliehen: ut, *Amor mutuus*, Cic. lib. 12 fam. epist. 17 sub finem, is est, quo ab eo vicissim amor, quem ego amo, die gegen-liebe. Et, *Pro mutuo inter nos animo*, Metellus Ciceroni, ut hic lib. 5 fam. epist. 2 refert. *Officiis mutuis commune commodum gubernatur*, Cicer. pro Rosc. Amer. cap. 38, durch gegen-dienste, gegen-hülffe. Et Terent. Phorm. a. 1 sc. 5 v. 37 *Tradunt operas mutuas*, einer hilfft dem andern über. *Par & mutua voluntas*, Cic. Planco sub epist. 16 lib. 16 ad Attic. Item, *Da mihi mutuum testimonium*, pro Flacc. cap. 4, hilff mir zeugen, ich will dirs wieder thun. *Odio mutuo inter se flagrare*, Plin. lib. 9 cap. 62. *Mutuum cum aliquo facere*, Plaut. Curc. a. 1 sc. 1 v. 47. *Mutuum muli scabunt*, proverbium, cum improbi & illaudati se mutuo mirantur & prædicant. Vide Chiliad. *Mutuum frumentum dare*, leihen, vorstrecken, Cicer. 2 Agrar. cap. 30. Et, *Mutuam pecuniam dare*, borgen, vorstrecken. Quod *fænore dare* opponitur: Sicut & *mutua sumere*, & *fænore sumere* opponuntur: Plaut. Asinar. a. 1 sc. 3 extr. *Nam si mutuas* (pecunias) *non potero, certum est, sumam fænore.* Sed Nonius cap. 5 n. 70 pro *mutuas*, legit *mutuo*, & *Mutuum* interpretatur *sine usuris*; *Fænus* vero *cum usuris*. Eleganter & Plautus *mutua sumi* dixit, quæ in nobis non sunt, simulantur tamen, Amphitr. a. 2 sc. 2 v. 137, ubi vide interpretes. *Mutuum sumere* & Cicero dixit 12 fam. epist. 28, borgen, aufnehmen.

¶ Mutue, Mutuò & Mutuùm, adverbia, significant vicissim, invicem, untereinander, wiederum: ut, *Amamus nos mutuo*, &, *Amamus nos invicem*, Vall. lib. 2 cap. 59, & lib. 3 cap. 74. Cicer. 10 fam. epist. 9 *Fac valeas, meque mutuo diligas*, liebe mich, wie ich dich. Idem lib. 5 epist. 7 *Officiis mutue sibi respondere*, gegen einander dienst beweisen. Sic & *Mutuùm* pro *mutuo* Lucilius apud Nonium cap. 2 n. 538 *Si maxime mutuum hoc mecum facis.*

¶ Mutuiter, idem. Varro apud Nonium cap 11 n. 30 *Vive meque ama mutuiter.*

¶ Mūtuo, mutuare, & Mutuor, ari, leihen, entlehnen, borgen. Sed, *qui mutuat pecuniam, dat mutuo: Qui mutuatur, mutuo accipit*, Vall. lib. 5 cap. 25. Cicer. ad Attic. lib. 15 epist. 15 *Cum abundare debeam, cogor mutuari.* Et, *Mutuari auxilia ad rem aliquam*, Hirt. 8 Bell. Gall. cap. 21, hülffe leihen, volck zu einem kriege erborgen. Translate Livius: *Ab amore temerarium atque impudens mutuatur consilium*, h. e. petit vel sumit. Sic, *Mutuari nomen, verba ab aliquo*: Cicer. in Tuscul. lib. 2 cap. 18 *A viris virtus nomen est mutuata.* Idem ad Attic. lib. 8 epist. 6 *Tironem video in sumtum ab aliis mutuatum.* Cæcilius apud Nonium cap. 7 n. 48 *Ad amicum currat mutuatum, mutuet mea caussa*, i. e. mutuum sumat.

¶ Mutuātus, a, um, passive mutuo sumptus, geborgt, gelehnt. Plin. 2 cap. 9 *Luna in totum mutuata a sole luce fulget.* Item, active mutuo sumens, der geborget hat. Val. Max. 6, 7 ext. 1 *Mulier præsidium ab innocentia mutuata.*

¶ Mutuatio, ōnis, das borgen, die entlehnung. Cic. Tusc. Q. lib. 1 c. 42 *Lacedæmonius quidam, cum ad mortem duceretur, dixissetque ei quidam inimicus: Contemnisne leges Lycurgi? respondit: Ego vero illi maximam gratiam habeo, quod me ea pœna multaverit, quam sine mutuatione, & sine versura possem dissolvere.* Idem pro Flacc. cap. 20 *cum multos minutis mutuationibus fraudasset.*

¶ Mutuaticius, a, um, quod mutuo sumitur: ut, *pecunia mutuatitia*, apud Gellium lib. 20 cap. 1, entlehntes geld.

¶ Mutuarius, a, um, idem quod *Mutuus*. Apul. Apol. *Mutuarias operas cambire cum vicinis.*

¶ Mutuĭto, āre, frequent. gerne borgen wollen. Plaut. Merc. prol. v. 52 *Mutuitanti credere.*

¶ Mutĭto, āre, antiquum verbum, quod mutua convivia agitare significat, ein kräntzlein halten. Gell. 2 cap. 24 *Legi senatus decretum vetus, in quo jubentur principes civitatis, qui ludis Megalensibus* mutitarent, *id est, mutua inter sese convivia agitarent, jurare apud Coss. verbis conceptis*, &c.

¶ Promūtuor, ari, ante fœnerare, vorher borgen. Gloss. gr. lat. *προδανείζομαι, promutuor.*

¶ Promutuus, a, um, geliehen: ut, *promutua pecunia*, quæ in antecessum datur, sive prænumeratur ante diem, apud Cæsarem lib. 3 de Bello Civili cap. 31 & 32, ita enim ibi legendum. Vbi & *Vectigal promutuo* sive *promutuùm*, ut Scaliger legit, *tollere*, i. e. ante diem dixit. Vide Cujacium lib. 8 Observ. cap. 34.

MY; *Ne my quidem facere audet*, i. e. metu ne hiscere quidem audet, er darff nicht muchsen. vide Chiliad.

MYĀCANTHON, i, *μυάκανθον*, silvestris asparagus, wilder spargel, Plin. 8 cap. 9.

MYĀCES, um, *μύακες*, pisces ex concharum genere, qui muricum modo coacervantur; Plin. 32 cap. 9.

MYCĂLE, es, *Μυκάλη*, promontorium Ioniæ, e regione insulæ Sami, juxta quod Persæ a Græcis superati. v. Diod. Sicul. lib. 11 cap. 35. ¶ 2. *Mycale*, nomen veneficæ mulieris, de qua Ovid. Metam. 12 v. 263.

¶ Mycalæus, a, um, adject. Claudianus in Eutrop. lib. 2 v. 264

Icarium pelagus, Mycaleaque litora.

¶ Mycalensis, e, idem; ut, *excelsissimus Mycalensis montis vertex*, Valer. Max. 6, 9 ext. 5.

¶ Mycalēsus, i, promontorium ejusdem civitatis, de quo Statius 7 Theb. v. 272.

MŸCĒMĂTIAS, æ, *μυκηματίας*, a *μύκημα*, *mugitus*, inter tria genera terræ motuum, apud Ammianum 17 cap. 7.

MYCĒNAE, arum, urbs Peloponnesi, in Argolide, regia Agamemnonis, unde *Agamemnoniæ Mycenæ*, apud Virg. 6 Æneid. v. 838.

¶ Mўcēnensis, e, adject. Cic. 2 de Finib. cap. 6 ex poeta:

Omnes Danai, aut Mycenenses, Attica pubes.

¶ Mўcēnæus, a, um, idem. Ovid. 2 Trist. v. 400

Teque Mycenæo Phœbas amata duci.

Duci Mycenæo, i. e. Agamemnoni.

¶ Mycēnis, ĭdis, fœmin. pro Iphigenia Mycenæa, Ovid. Metam. 12 v. 34.

MYCĬTHVS, i, Anaxilai Rheginorum tyranni servus, ejusque liberorum tutor optimus, de cujus pietate Macrobius Saturn. 1 cap. 11. Herodotus *μίκυθον* vocat, & Justinus 4, 2, 5 *Micalum.*

MYCŎNE, es, & Mycŏnus, i, *μύκονος*, maris Ægæi insula una ex Cycladibus. v. Virgil. Æneid. 3 v. 76. Statius 1 Achill. v. 205, & Strabo lib. 10.

¶ Myconius, a, um, adject. ¶ *Myconii calvi* dicuntur proverbialiter, ideo, quod Myconi incolæ calvi fuerint omnes, auctore Strabone lib. 10 p. 335. Lucilius, *Myconi omnis calva juventus*, apud Donatum in Terent. Hecyr. a. 3 sc. 4 v. 26. ¶ *Myconius conviva*, &, *Myconius vicinus*, ein ungebetener gast. Et, *Myconii*, vel *Myconiorum more venire*, i. e. ad convivia accedere invocatum, ungebeten kommen. Nam hoc nomine *Myconios* notavit antiquitas, quod liguritores essent, & alienæ appetentes mensæ. vide Suidam, Athenæum 1 cap. 3, & Chiliad.

MYGDŎNIA, æ, Macedoniæ regio, a Mygdone rege appellata, Plin. 4 cap. 10.

¶ Mygdŏnĭdes, æ, patronym. i. e. Chorœbus filius Mygdonis, Virg. Æneid. 2 v. 343.

¶ Mygdonius, a, um, adject. ut, *Mygdoniæ opes*, Horat. 2 od. 12 v. 22. *Mygdonii campi*, Idem 3 od. 16 v. 41. *Mygdonium marmor*, Ovid. Heroid. epist. 15 v. 142.

MŸIĀGRVS, i, *μυίαγρος*, herba ferulacea, leindotter, kühkraut, Plin. 27 cap. 12. ¶ 2. *Myjagrus* statuarius, Plin. 34 cap. 8. ¶ 3. Item, Deus muscarum, Plin. 10 cap. 28.

MYINDA, æ, ludi genus, die blinde kuh.

MŸLOICVS, i, *μύλοικος*, genus blattæ, circa molas nascens, Plinio 29 cap. 6.

MYŎBARBVM, i, poculi genus; cantharus turbinatus. Auson. in Lemm. epigram. 30. Vox ex græco & latino jlocaliter composita. Vide Joseph. Scalig. lib. 2 Auson. Lect. 128.

MYOCTŎNVS, i, *μυοκτόνος*, radix aconiti, Plin. 27 cap. 3.

MŸŎPĂRO, ōnis, *μυοπάρων*, ein raubschiff, jagtschiff; navicula piratarum, a longitudine sic dicta, ut Scaliger ad Festum censet, quem vide, & Nonium cap. 13 n. 6 in hac voce. Cicer. in Fragment. lib. 3 de Republ. *Nam cum quæreretur ex eo* (pirata,) *quo scelere compulsus mare haberet infestum uno myoparone? Eodem, inquit, quo tu* (Alexander) *orbem terræ.* Valer. Max. lib. 2 cap 8 n. 5 *myoparonum piratica rostra.* Seneca Controv. 2 *Jacuisti in piratæ myoparone.* conf. Dempster. in Rosin. p. 1164.

MYŎPHŎNON, i, *μυόφονον*, herba muribus exitialis, Plin. 11 cap. 9.

MYOPS, ōpis, plur. myōpes, *μύωπες*, luscïosi qui nisi oculis quam proxime admota contueri queunt, die ein blöd gesicht haben, vide *Lusciosus.*

MYOSŌTON, Myosotis, & Myosota, *μυὸς ὠτίς*, herba, latine muris auricula, mäußöhrlein, Plin. 27 cap. 4 & 12.

MŸRIAS, ădis, fœm. 3. zehen tausend: Græcum est, *μυριάς*.

MŸRĪCA, æ, vel Myrice, es, *μυρίκη*, tamarix arbor, tamarisken oder porst. *Myricæ humiles*, Virg. eclog. 4 pr. *fragiles*, Ovid. 3 de Arte Am. v. 691; &, *tenues*, Idem 10 Metam. v. 97. Prudent. Natali Chr. v. 76 *Jam sunt myricis balsama.* Sed heyden oder heydenkraut, *Erica* est, *ἐρείκη*, Matthiol. Vet. Gloss. *Genista, μυρίκη.* ¶ Est & nomen Nymphæ apud Silium 3 v. 103.

MŸRĬNVS, i, *μύρινος*, mas murænæ, Plin. 9 cap. 23, ein lampret. ¶ 2. *Myrinus* cognomentum Apollinis, a *Myrina* Æolidis urbe, ubi colebatur.

MŸRIŎPHYLLVM, i, *μυριόφυλλον*, herba, quæ & Millefolium, schafgarben, Plin. 24 cap. 16.

MYRMĒCION, i, tuberculum in palmis aut inferioribus partibus pedum, ingentem dolorem ciens, eine wartze, das adel, so man an den händen kriegt, Celsus 5 cap. ult. ¶ 2. *Myrmecion*, caverna formicarum est, ein ameißhauff. Sic, *Μυρμηκιὰ ἀγαθῶν*, *Myrmecia bonorum*, prov. de ingentibus bonis, ein vorrath und schatz von gütern, vide Chiliad. ¶ 3. *Μυρμήκιον*, araneus capite formicis similis, Ebero & Plin. 29 cap. 4.

¶ Myrmecias, æ, *μυρμηκίας*, gemma quæ habet eminentias similes verrucis, Plin. 37 cap. 10.

¶ Myrmecĭdes, æ, statuarius, de quo Plin. 7 cap. 21, & lib. 36 cap. 5 *Sunt & in parvis*, inquit, *marmoreis famam consecuti, Myrmecides cujus quadrigam cum agitatore cooperuit alis musca*, &c.

¶ Myrmecītes, æ, *μυρμηκίτης*, gemma innatam repentis formicæ effigiem habens, Plin. 37 cap. 11.

¶ Myrmēcŏleon, ōnis, *μυρμηκολέων*, animalculum, quod formicas enecat: Job. cap. 4 v. 11.

MYRMĪDŎNES, um, *Μυρμιδόνες*, Thessaliæ populi, Achillis socii. Virgil. 2 Æneid. v. 7 *Myrmidonum Dolopumve*, &c. Conf. Ovid. Metam. 7 v. 655.

Myrobalănus, vide supra *Balanus*.

MYRON, ōnis, insignis statuarius, inter cujus opera præcipuum fuit bucula, ab Ovidio de Arte am. v. 239, Propertio, Statio, Ausonio, aliis celebrata. vide *Mentor*: & Ovid. 3 de Pont. epist. 1.

MŸRŎPŌLA, æ, *μυροπώλης*, unguentorum venditor, ein salbekrämer, apotheker, Plaut. Casin. a. 2 sc. 3 v. 10.

¶ Myropolium, i, eine apotheke. Idem Amphitr. a. 4 sc. 1 v. 3 *Omnia myropolia perreptare.*

¶ Myrothēcium, i, *μυροθήκιον*, unguentorum repositorium; pro *ornamentis oratoriis* posuit Cicero ad Attic. lib. 2 epist. 1; *Myrothecium*, inquit, *Isocratis totum consumsi*, &c.

MYRRHA, æ, *σμύρνα*, arbuscula, & gutta ex ea stillans amara, quæ corpora a putrefactione servat, nascitur in Arabia, sicut *thus*, myrrhen, Plin. 12 cap. 15. ¶ 2. *Myrrha* Cinyræ filia, fugiens iram patris, cum quo inscio concubuerat, in arborem sui nominis mutata est. v. Ovid. Metam. lib. 10 fab. 9. ¶ 3. *Myrrha* sive *Murrha* dulcis & suavis potus ad arcendam ebrietatem, Plaut. Pseud. a. 2 sc. 4 v. 51, & Pers. a. 1 sc. 3 v. 7.

¶ Myrrhātus, a, um, myrrhâ conditus, mit myrrhen angemacht, balsamirt: ut, *Ora virûm myrrhata*, Silius 13 v. 478.

¶ Myrrheus, a, um, myrrhâ delibutus, von myrrhen. Inde *Myrrhea coma*, Tibullo lib. 3 eleg. 4 v. 28, & Horatio *coma myrrhea*, ſive *murrea*, lib. 3 od. 14 v. 22. Sed in Tibulli MSto Codice Scaliger *myrtea coma* ſcriptum invenit. Apud Horatium quoque lib. 3 od. 14 v. 22 *myrteum crinem* vetus Scholiaſtes agnoſcit, & ad colorem refert. vide paullo poſt in *Myrtus*.

¶ Myrrhĭnus, a, um, adjectivum, mit myrrhen zugerichtet: ut, *Vinum myrrhinum*, myrrhâ conditum. ¶ *Myrrhina pocula*, vide in *Murrha*.

¶ Myrrhina ſive Murrhina, æ, ſubſtant. vinum aromaticum ſeu myrrhæ odore conditum, ut Plinius lib. 14 cap. 23 exponit, ubi ex Fabio hunc verſum citat: *Mittebam vinum pulchrum, murrhinam.*

¶ Myrrhapius, a, um, gratiſſimum odorem habens, wohlriechend: ut, *pyra myrrhapia*, Plin. 15 cap. 15.

¶ Myrrhītes, æ, *gemma myrrhæ colorem habens, odoremque unguenti*, Plin. lib. ult. cap. 10, & Iſidor. 16 cap. 7.

MYRRHIS, ĭdis, μύῤῥις, herba eſt cicutæ ſimilis Dioſcoridi lib. 4; *Cicutariam* vulgo vocant, wilder kerbel, buſchmören; ab arbuſta enim naſcitur.

MYRSĬNĪTES, æ, μυρσινίτης, ſpecies tithymali, Plin. 26 cap. 8. ¶ 2. Gemma eſt melleum colorem habens & myrti odorem, Plin. 37 c. 10.

MYRTŌUS, i, Oenomani auriga, a quo *Myrtoum* nomen accepit mare, in quod præcipitatus ille fuit. Alii vero a *Myrtilo* Mercurii filio: alii a *Myrtone* muliere appellatum volunt, quod Pauſaniæ in Arcadicis maxime placet. Vide Horatianos interpretes ad illud lib. 1 od. 1 v. 14 *Myrtoum pavidus nauta ſecet mare.*
Cæterum *mare Myrtoum* Ægæi pars eſt, auctore Plinio lib. 4 cap. 5 extr. & cap. 11 circa finem, ubi nomen ei a parva quadam inſula tributum prodit.

MYRTUS, i, ἡ μυρσίνη, arbor frequens in Italia, ein myrten-bäumlein. *Sativa* eſt & *ſponte proveniens*; *alba* quoque & *nigra*, welſche heydelbeeren. *Myrtus ſilveſtris*, *Ruſcus* eſt Dioſcoridi, vide *Ruſcus*. In templum bonæ Deæ non inferebatur; Gallæus ad Lactant. p. 128. conf. Barth. ad lib. 4 Theb. Statii p. 1012 ſeq.

¶ Myrtum, i, neutr. myrti fructus eſt. Virg. Georg. 1 v. 306
Et lauri baccas, oleamque, cruentaque myrta.

¶ Myrtāceus, a, um, adject. von myrten; ut, *ad ſimilitudinem myrtacei folii*, Corn. Celſus lib. 7 cap. 17.

¶ Myrtatus, a, um, idem; ut, *Myrtatum obſonium*, Plin. 15 cap. 29.

¶ Myrteus, a, um, quod ex myrto eſt; vel myrti colorem refert, quem vetus Scholiaſtes Horatii medium inter flavum & nigrum interpretatur. Vide Scalig. ad paullo ante citatum locum Tibulli in *Myrrheus*, & mox *Myrrhinus*.

¶ Myrtidanus, a, um, idem; ut, *Vinum Myrtidanum*, Plin. 15 cap. 29. De *Myrtidano*, fructu myrti, a veteribus loco piperis uſurpati, vide Mercurial. Var. Lect. 1 cap. 12 p. 30.

¶ Myrtĭnus, a, um, idem; ut, *oleum myrteum* & *myrtinum*, Plin. lib. 23 cap. 4.

¶ Myrtuoſus, a, um, voll myrten; Idem Plin. lib. 12 cap. 13 *fruticem* dixit *myrtuoſum*, id eſt, denſum & ramoſum, quemadmodum myrtus.

¶ Myrtētum, i, locus in quo myrti proveniunt, ein myrten-wald. Virgil. Georg. 2 v. 112 *Litora myrtetis lætiſſima.* Salluſt. Jugurth. cap. 48 *Collis veſtitus oleaſtro & myrtetis.*

¶ Myrtītes, æ, welſch heidelbeerwein. Colum. lib. 12 cap. 37 *Vinum myrtiten ſic facito*, &c. Palladius lib. 13 cap. 2 *myrtite vinum.*

¶ Myrtŏpĕtălum, i, μυρτοπέταλον, herba, quæ alio nomine Polygonaton, Plin. 27 cap. 12, weißwurtz.

MYS, myos, μῦς, piſcis ex oſtrea, mus aquatilis, eine waſſer-mauß, Plin. 37 cap. 11. ¶ 2. *Mys* nomen fuit artificis in argento cælando. Martialis 8 epigr. 50 *Quis labor in phiala? Docti myos anne Myronis?*

MYSCAE, *Myiæ, arum, Myes, Myaces, um, Mytali* & *Muſculi, orum*, conchæ ſunt, muſcheln, Geſner.

¶ Myites, æ, ein muſchel-ſtein, Agricola.

MYSCĔLUS, vel Myſcellus, conditor Crotonis urbis in Italia, cum ſecundum ſortem ei redditam, ipſum in ſerenitate excipere debuiſſet pluvia; id quod factum eſt, poſtquam eodem in loco pellex uberius flens aſſedit illi. vid. Cœl. Rhodig. 12 cap. 4, & Ovid. Met. 15 v. 20.

MȲSIA, æ, Aſiæ regio juxta Propontidem & Helleſpontum. Vide Geographos, & quæ ſupra in *Mæſia*, quæ perperam cum hac confunditur, dicta ſunt.

¶ Mȳſi, orum, populus Myſiæ: ut, *Myſus juvenis*, Propert. lib. 2 eleg. 1 v. 65. Sed *Myſorum ultimus* vel *poſtremus*, proverb. in hominem vehementer deſpectum, utitur Cic. pro Flacco cap. 27. *Myſorum poſtremus es*, du biſt ein aſchenbrödel. Idem *Myſios* & *Phrygios* pro contemtiſſimis quibusque dixit lib. 1 epiſt. 1 ad Quintum Fratr. *Barbaros Barbarorum* Florus *Myſos* vocat lib. 4 cap. 12.

¶ Myſomacedŏnes, um, populi Aſiæ, in tractu majoris Myſiæ, a Macedonibus oriundi, Plin. 5 cap. 29.

MYSO, ōnis, philoſophus, Apollinis judicio omnium hominum ſapientiſſimus, eo nomine habitus ignobilis eſt, quod ex vico obſcuro natus eſſet: Laertius.

MYSTA, vel Myſtes, æ, μύστης, ſacris alicujus numinis initiatus, ſacra diſcens, myſteriorum peritus, a μυέω, ein prieſter. vide ſupra *Epopta*. Sic, *Attici myſtæ*, Senec. Herc. fur. v. 847. *Laſcivi myſtæ*, ſcil. Bacchi, Idem Oedipo v. 431.

¶ Myſtērium, i, μυστήριον, *arcanum*, ein geheimniß. Erant *myſteria* ſacra, arcana & ſecluſa Cereris apud Eleuſinen, *magna* & *parva*, in quibus, quæ agerentur a ſacerdotibus, ſummo ſilentio occultabantur. Alio nomine *Initia*. vid. Juſtin. 5, 1, 1. Briſſon. lib. 1. Formul. Alex. ab Alex. lib. 6 G. D. cap. 19. *Myſteria facere*, Corn. Nep. 7, 3, 6. Cic. ad Attic. lib. 4 epiſt. 18 *Epiſtolæ noſtræ tantum habent myſteriorum, ut eas ne librariis quidem fere committamus.* Idem de Orat. lib. 3 cap. 17 *Tamquam myſterium, tacitum aliquid tenere*, etwas verſchwiegen halten, als geheime ſachen. *Myſteria aperire*, Idem in 4 Tuſc. cap. 25. Vide Exercitat. Caſauboni contra Baronium, itemque Scaligerum ad illud Tibulli lib. 3 eleg. 5 v. 7 *Non ego tentavi nulli temeranda virorum,*
Audax laudandæ ſacra docere Deæ.
De Etymologia vocis vide Clement. Alexandrinum Protreptico ad Gent. p. 7 extr.

¶ Myſtĭcus, a, um, adject. μυστικὸς, arcanus, ſacer, geheim, geiſtlich. Martial. 8 epigr. 81 *Myſtica ſacra.* Virg. 1 Georg. v. 161
Arbuteæ crates, & myſtica vannus Iacchi,
hoc eſt, quæ in *Bacchi* ſacris vel myſteriis ſimul erat, & arcani quippiam ſignificat. Arator in Actor. cap. 5
Fama ciet populos ad myſtica ſigna ſalutis.

¶ Myſtice, adverb. idem. Solinus de Ægypto cap. 32 (al. 45) *Delubra, quibus ſuccedit aut incubat* (Apis,) *myſtice thalamos nominant.* Et Auguſtinus lib. 2 de Doctr. Chriſtiana cap. 16 *Translate ac myſtice poſita in ſcripturis.*

¶ Myſtagōgus, i, μυσταγωγὸς, ſacrorum princeps, ein geheimniß-lehrer, kirchen-fürſteher. Cicero Verr. 4 cap. 59 *qui hoſpites ad ea, quæ viſenda ſunt, ducere ſolent, & unumquidque oſtendere, myſtagogos vocant.* Symmach. lib. 5 epiſt. 64 *Amicitiæ meæ Scipio, te myſtagogo uſus, acceſſit.* Et lib. 6 epiſt. 25 *Hunc in amicitiam tuam, tamquam myſtagogus, induco.*

¶ Myſteriarches, æ, μυστηριάρχης, idem. Prudent. Periſteph. 2 v. 349 *Bene eſt, quod ipſe ex omnibus myſteriarches incidit.*

¶ Protomyſta, æ, primarius myſtarum, πρωτομύστης, ein biſchoff, Sidonius lib. 2 epiſt. 9.

¶ Symmyſta, Symmyſtes, æ, ſacrorum eorumdem particeps & collega, ein mitlehrer. *Symmyſta Liberi patris*, Apulej. Apolog. p. 310

MYSTUS, i, piſcis ex lacertorum genere, Plin. 32 cap. 11.

Mytaciſmus, vide ſupra *Motaciſmus*.

MȲTHOS, i, græc. μῦθος, fabula, eine fabel.

¶ Mȳthŏlŏgus, i, μυθολόγος, ſcriptor fabularum, ein ausleger der fabeln.

¶ Mythologia, æ, μυθολογία, fabulæ alluſio, ſignificatio, doctrina, morale, die lehre oder auslegung der fabel.

¶ Mythiſtŏria, æ, μυθιστορία, fabuloſa narratio, eine fabel, mährlein. Capitol. in Macrino cap. 1 *Libros mythiſtoriis replevit.*

¶ Mythiſtoricus, a, um, μυθιστορικὸς, fabelhafft; ut, *Mythiſtorica volumina*, Vopiſcus in Firmo &c. cap. 1.

¶ Epĭmȳthium, i, ἐπιμύθιον, *affabulationem* latine dixit Priſcianus ſophiſta; eſt fabulæ ſenſus, ſive morale ex fabula deductum, die bedeutung eines gedichts, die lehre aus der fabel, das morale.

¶ Prŏmȳthium, i, προμύθιον, præfatiuncula fabulæ ad mores formandos accommodatæ.

MȲTĬLUS, i, piſcis ex concharum genere, Plin. 32 cap. 5, & 9 cap. 51. Martial. 3 epigr. 59 *Sumitur inciſo mytilus ore mihi.*

MYUS, Myuntis, urbs Ioniæ. Vide præter Geographos, Corn. Nepotem Themiſtocle cap. 10 n. 3.

MYXA, æ, μύξα, proprie mucus, a μύσσω, *mungo*, der rotz. ¶ 2. *Myxæ* fructus ſunt exigui, *pruni* magnitudine, ex arbore pruno valde ſimili, guſtu dulces, *Sebeſtena* etiam vocant. Et nomen, ſebeſten, in officinis Pharmac. notum eſt. Ob mucoſum lentorem *Myxæ* dictæ ſunt, ex quibus in Ægypto & vina fiunt. vid. Plin. 13 cap. 5 & 15, cap. 13 & 28, & 17 cap. 10.

¶ Myxon, ōnis, μύξων, i. e. mucoſus, piſcis ex mugilum genere, Plin. 32 cap. 4, & 35 cap. 12.

¶ Myxus, i, μύξος, prominens pars lucernæ, cui inſeritur ellychnium, die dille, das ſchneutzgen oder röhrlein in der lampe, darin der docht ſteckt. Martial. lib. 14 epigr. 41 *Illuſtrem cum tota meis convivia flammis,*
Totque geram myxos, una lucerna vocor.
Alii malunt legere *myxas*, & ipſa ellychnia interpretantur. vide Suidam.

¶ Polymyxos, i, πολύμυξος, plura habens ellychnia, das viel dillen hat; ut, *lucerna polymyxos*, Martial. l. c. in lemmate.

N.

N CONSONANS liquida eſt, quæ in derivationibus & compoſitionibus in alias atque alias conſonantes, ob pronunciationem faciliorem tranſit: 1. In *l*, ut *unus*, *ullus*, *nullus*; *vinum*, *villum*; *bonus*, *bellus*; *catinum*, *catillum*. 2. In *m*, ut *imbecillus*, *immotus*, *improbus*, *impiger*, *imbibo*, *immineo*. Seneca de Brevit. vit. cap. 13 *Valerius Cervinus primus Meſſanam vicit, & primus ex familia Valeriorum, urbis captæ in ſe translato nomine*, Meſſana *appellatus eſt*, *paullatimque vulgo permutante litteras*, Meſſala *dictus eſt*. 3. In *r*, ut *corrigo*, *corrumpo*, *irrigo*, *irriguus*. 4. In *t*, ut *canis*, *catulus*, *catellus*. ¶ In abbreviaturis NON. eſt *Nonus* vel *Nonis*. NR. *Nero*. NEP. SAC. *Neptuno Sacrum*, &c. Si judici cauſſa videretur obſcura, probationesque & argumenta non ſatis idonea ad cauſſam dijudicandam, in tabella ſcribebat ampliationis nomen, N. L. quibus litteris ſignificabatur, *Non liquet.* ¶ N, quia ſonum vocalis additæ intus cohibet, ea exprimit, quæ intus ſunt, ut inquit Plato in Cratylo. Obſervat id Maro in illo 1 Æn. v. 172
Hic feſſas non vincula naves
Ulla tenent, unco non alligat anchora morſu. Voſſius.

NĂBARZĀNES, is, Darii, ultimi Perſarum regis, prætor & proditor. vide Curt. 5 cap. 10.

NĂBĂTHAEI, orum, Arabiæ felicis incolæ; vide Geographos. ¶ *Nabathæus*, adject. poëtis idem eſt atque *orientalis*, morgenländiſch. Ovidius 1 Metam. v. 61 *Eurus ad auroram, Nabathæaque regna receſſit.* conf. Lucan. 4 v. 63, & Juvenal. ſat. 11 v. 126.

NABIS, is, fœm. animal. Plinius lib. 8 cap. 18 ab Æthiopibus *Nabin* vocari ſcribit Camelopardalim, animal collô ſimile equo, pedibus & cru-

ribus

ribus bovi, capite camelo &c. ¶ 2. *Nabis*, crudelissimus Lacedæmoniorum tyrannus, de quo Florus 2, 7, 12; & Silius 15 v. 670.

NABLIUM, i, instrumentum musicum, idem quod psalterium, ein psalter, saitenspiel. Ovid. lib. 3 de Arte am. v. 327

Disce etiam duplici genialia nablia palmâ
Vertere, den psalter greiffen.

¶ Nablio, ōnis, ein sänger, saitenspieler. Gloss. gr. lat. ψάλτης, *nablio, psalta*.

¶ Nablizo, are, singen. Gloss. gr. lat. ψάλλω, *nablizo*.

NACCA, vel Nacta, æ, ein walcker, tuchknappe. Persius sat. 3 v. 31

Non pudet ad morem discincti vivere Naccæ.

Sed in membranis & nummis *Natta* legitur. Proprie sic appellabantur, qui sordidas artes exercebant, ut fullones. Postea ad animum translata vox est, & dissolutæ vitæ ac intemperantis homines sic appellati. vide Casaubon. ad Persium; Turneb. 23 cap. 33, & Scalig. Lect. Auson. 2 cap. 13 p. 123, ubi *Nactæ* sunt homines nugatores. *Immundi Nattæ* meminit Horatius 1 sat. 6 v. 124. Sed Apulej. Metam. 9 *Apud nactam proximum cœnitabat.*

NAE, ναὶ, adverb. affirmandi, ja, fürwahr. Terent. in Andria prolog. v. 17 *Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant.* Idem quod *certe*, eigentlich, gewißlich. Cic. in Catilin. 2 cap. 3 extr. *Næ illi vehementer errant*, gewißlich fehlen die weit. Cato in Nepotis fragm. cap. 4 n. 5 *Næ tu nimium nugator es.*

Nænia, vide *Nenia*.

NAEVIUS, i, poëta comicus vetustissimus, de quo Horat. lib. 2 epist. 1 v. 53

Nævius in manibus non est, & mentibus hæret
Pæne recens, adeo sanctum est vetus omne poëma.

vide Gellium lib. 17 cap. ult. & Cic. 1 Tusc. item de Senect. hanc citat Nævii sententiam: *Temeritas est videlicet florentis ætatis, sapientia senectutis.* Et Nonius hanc: *Ut quisque est meritus, pretium pro factis ferat.* Gellius ejusdem epigramma de se ipso superbe compositum exponit lib. 1 cap. 24. Nomen ipsum a *nævo* est. Nam qui nævis seu maculis insigniti essent, *Nævii* appellabantur. Arnobius lib. 3 *Ergo esse, dicendum est, quosdam Capitones, Silunculos, Frontones, Labeones, in his alios Mentones, Nævios atque Nasicas.*

¶ Nævianus, a, um, adject. ut, *Hector Nævianus*, apud Cic. lib. 5 ep. 12 ad Lucejum.

NAEVUS, i, genuina corporis macula, ein flecken, ein mahl am leibe. Olim *Gnæus* dicebant. Festus: *Gnæus, & corporis insigne, & prænomen, a generando dicta esse, & ea ipsa ex græco γίγνεσθαι apparet.* Salmasius tamen f. 38 ad Solin. mavult derivare ἀπὸ τοῦ κνάω, nempe quod nævi soleant resecari. Verrucas intellexit, quæ ex cute excrescunt. Nam & hoc sensu usurpatum priscis videtur. Alias maculam notat. Ovid. 5 Trist. eleg. 13 v. 14

Nullus in egregio corpore nævus erit.

Cicero 1 de Nat. Deor. cap. 28 *Nævus in articulo pueri delectat Alcæum: at est corporis macula nævus.* ¶ 2. Et *Nævi*, mendæ, vel vitia, vel crimina, gebrechen. vide Juret. in Symmach. p. 164.

¶ Nævŭlus, i, dimin. ein flecklein. Apulej. de Mundo p. 59 *Minores insulæ, ut nævuli quidam, per apertas ponti sunt sparsæ regiones.* Et Gell. 12 cap. 1 *venustiores nævuli.*

NĀIAS, ădis, plur. Nājădes, & Nāĭădes, fontium Nymphæ vel fluminum, wasser-nymphen. Ovid. Met. 1 v. 691

Naïas una fuit: Nymphæ Syringa vocabant.

Idem Met. 14 v. 328 *Fontana numina Naïades.* ¶ Aliquando generaliter quaslibet Nymphas hoc nomen designat. Sane Virg. eclog. 10 v. 10 *Najades*, pro *Oreades* dicit: vide ibid.

NĀIS, ĭdis, Ναΐς, a νάω, nomen Nymphæ. *Cærula Nais*, Stat. 3 Silv. 4 v. 42. *Candida Nais*, Virg. eclog. 2 v. 46. conf. Calphurn. eclog. 4 v. 69.

¶ Naĭcus, a, um, adject. Propert. 2 eleg. 32 v. 40

Supposita excipiens Naica dona manu.

NAM, conjunctio caussalis præpositiva, reddens caussam ejus, quod præcessit, denn. Subservit exordiis narrationum eleganter. Ter. Andr. a. 1 sc. 1 v. 24 *Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia.* Inservit continuationi. Cicero pro Dejotaro: *Nam de statua quis queritur?* Item interrogationibus non modo in compositione, (ut *quisnam, quidnam, undenam* &c.) sed & per se cum præponitur scilicet. Plautus Cistell. a. 4 sc. 1 v. 16 *Nam, obsecro, unde hæc gentium?* Virg. 12 Æn. v. 637 *Nam quid ago? aut quænam spondet fortuna salutem?*

¶ Aliquando & adversativa est, & pro *sed* sive *autem* ponitur: ut contra *sed* & *autem* pro *nam, enim*. Quemadmodum & apud Græcos δὲ & γὰρ mutuas vices obeunt. Marcell. JCtus Lege 6 § 1 D. de auro & arg. leg. *Nam qui fieri potest, ut legatum vel fideicommissum durare existimetur, cum id, quod testamento dabatur, in sua specie non permansit, nam quodammodo exstinctum sit.*

¶ Namque, idem est quod siquidem, sintemahl. Virg. eclog. 1 v. 7

Namque erit ille mihi semper Deus, &c. conf. v. 32.

NANCISCOR, nactus sum, nancisci, assequi, obtinere, acquirere, adipisci, erlangen und behalten; ut, *Pisces ex sententia nactus sum*, Terent. Adelph. a. 3 sc. 3 v. 66. *Boni aliquid fortuiti nancisci*, Cic. 3 Nat. D. cap. 36. Et, *Cato sic abiit e vita, ut caussam moriendi se nactum esse gauderet*, Idem in Tuscul. lib. 1 cap. 30. Et, *Nancisci potestatem per scelus*, Idem 3 Nat. D. cap. 35. Utimur hoc verbo maxime in iis, quæ aut fortuito nobis eveniunt, aut quorum eventus incertus est. Cæsar 3 de B. Civ. cap. 8 *nactus circiter* XXX (naves) *in eas indiligentiæ suæ ac doloris iracundiâ erupit.* Ubi *nancisci* forte fortuna excipere est, ohngefähr ertappen. Similiter locutus est cap. 23. Idem lib. 2 eorumdem commentar. cap. 22 *Nactus turbidam tempestatem*; & lib. 3 cap. 54 *Noctem subnubilam nactus*, Sallust. lib. 1 Hist. *Sertorius nactus obscuram noctem.* Ita *morbum nancisci*, Nepos dixit Attico cap. 21, itemque in Themist. cap. 6 *nancisci caussam idoneam*, i. e. opportune, commode oblatam. Ejus elegantiæ est locutio Floriana lib. 2 cap. 4 *Hostes nivalem nacti diem* &c. scilicet tempestatem ejus diei in consilium verterunt.

¶ Nactus, a, um, active, der was bekommen hat, vide in *Nanciscor*. *Nanctus* antique pro *nactus*, vide in Parei Lex. Crit. p. 769. Sed passive Hyginus fab. 8 *Ea occasione nactâ, fugæ se mandavit.* Et fabula 28 *Qui ab Apolline nacti, sunt interfecti.* Nam &

¶ Nancio, īre, pro nancisci, usus est Gracchus apud Priscianum lib. 10 col. 888. conf. Festus.

NANNACUS, i, rex Phrygum fuisse legitur ante Deucalionem, qui diluvium futurum præviderit. *Cannacum* alii scribunt, aut *Cannacam*, item *Annacum*. Erasmum vide in Adag. Noachum corrupta voce intelligi suspicatur Læl. Bisciola Tom. 1 subsec. lib. 19 cap. 13. Jo. Heinr. Ursinus fabulam Cannacæ fictam putat ex historia Mathusalem Gen. cap. 5. Nam cum obiisset, (vixisse autem scribitur trecentis annis,) Deucalioneum diluvium sequutum, morsque ejus solenni luctu omnium deplorata est; quod oracula consulta: *Quousque victurus esset?* respondissent: *Mortuo Cannacâ peritura universa.*

NANNIUM, i, meretriculæ cujusdam nomen, quæ, ut scribit Athenæus lib. 13, *proscenium* est cognominata, quoniam extrinsecus formosissima videretur instar prosceniorum theatralium, cum alias fœdissima foret. vide Franc. Philelph. Epist. ad Saxol. Pratens. (quam exhibet Goldast. Centur. Philol. Epist. p. 24) & Cœl. Rhodig. 8 (al. 5) Lect. antiq. cap. 8 f. 413. Atque inde emendare voluerunt illud Plautinum prolog. Amphitr. v. 91

Etiam histriones anno cum in proscenio *hic*
Jovem invocarunt, venit.

legique jusserunt: - - - *Nannio in proscenio.* Sed vide ibi notas Taubmanni p. 15.

NANUS, i, νάνος, pumilio, ein zwerg. Fest. Νάνος dictus est quasi μὴ αὐξόμενος, παρὰ τὸ ἄνω, ὃ δηλοῖ τὸ αὐξάνω, quod non excrescat in altum. Propert. 4 eleg. 9 v. 13

Nanus & ipse suos breviter concretus in artus.

Nanus cum sis, cede, aus dem wege, was geringe leute seyn. vide Chiliadas. Aristoteles dixit, *Nanos* sive pumiliones mente deficere: quod usquequaque verum haud esse, Beroaldus ostendit ad Suet. Domit. cap. 4. De Nano bipedali minore librarum XVII idem Suet. Aug. cap. 43, ubi vide Casaub. & Torrent. Ejus descriptionem habes apud Stat. lib. 1 Silv. 6 v. 57, ubi vide Barthium. ¶ 2. *Nani* etiam equulei vel muli humiliores dicebantur; Gellius lib. 19 cap. 13.

NĂPĒAE, vel Napææ, arum, Ναπαῖαι, fontium & silvarum Nymphæ, auctore Servio, waldgöttinnen. Virg. 4 Georg. v. 335

Tende petens pacem & faciles venerare Napeas.

NAPHTHA, æ, bitumen, quod igne admoto facillime accenditur: vide Plin. lib. 2 cap. 108, hartz. *Petroleum* scripsit esse Encelius. Vide Hesychium, & Suidam in Νάφθα. Plin. lib. 2 cap. 105, & lib. 35 c. 15. Ammian. lib. 23 cap. 23. Bell. Rer. Antiq. lib. 3. Olearium Itinerar. Pers. lib. 6 cap. 9. Naphthæ genus oleo cedrino simile.

NAPURA, æ, funiculus ex stramento, ein strohseil, Festus.

NĀPUS, i, rapi genus, eine steckrübe, Plin. lib. 20 cap. 4. *Napus devexam terram amat*, Colum. 2 cap. 10.

¶ Napīna, æ, ein rübenfeld. Columell. lib. 11 cap. 2 *Napinæ, item rapinæ, siccaneis locis fiunt.*

NAR, Naris, fluvius Italiæ, qui in Tiberim illabitur, Virg. 7 Æn. v. 517. Tac. Ann. 1 cap. 79, & lib. 3 cap. 9.

¶ Narnia, æ, oppidum illi flumini impositum, Tacit. ibidem.

Narabo, vide supra *Arra* & *Arrabo*.

NARBO Martius, Galliæ urbs, prope sinum mediterranei maris, qui Pyrenæos montes prospectat: vulgo *Narbona*, a qua *Galliæ Narbonensis* appellatio: vide *Gallia*. Laudes ejus Ausonius habet de Claris Urbibus cap. 13.

NARCISSUS, i, νάρκισσος, flos, die narcisse, mertz- oder hornungs-blume, zeitlosen, Matthiolus. ¶ De Narcisso juvene in florem istum mutato vide Ovidium lib. 3 Metam. fab. 6.

¶ Narcissĭnus, a, um, von narcissen; ut, *oleum narcissinum*, apud Plin. lib. 21 cap. 19.

¶ Narcissītes, æ, ναρκισσίτης, gemma, narcissi colorem habens, Plin. 37 cap. 11.

NARDUS, i, νάρδος, fœminino, & Nardum neutro genere & Nardinum, i, frutex est odoratus, Græcis νάρδος & νάρδου στάχυς, id est, *nardi spica*, Indica est & Syriaca, Germanis edelfrembd, wohlriechende spikenarden. *Nardus Italica*, gemeine spikenarden, cujus generis planta etiam illa est, quam *Lavendulam* vulgo vocant, lavendel. vid. Plin. 12 cap. 12. ¶ 2. Est & *Celtica Nardus*, Plin. 21 cap. 6. ¶ 3. *Nardus pistica* dicebatur, quæ sincera & absque vitio esset, ἀπὸ τῆς πίστεως, a fide; & plane ἄδολος, hoc est, germana, ut ait Erasmus, & nulla arte vitiata, unverfälschte und rechtschaffene spikenardi. *Assyria nardus*, Horat. 2 od. 11 v. 16. *Nardum purum* JCtus appellat Lege 21 Dig. de auro & arg. leg. vide & Salmasii Exercitat. Plinianas. Pro unguento nardino posuit Tibullus 2 eleg. 2 v. 7

Illius e puro distillent tempora nardo.

¶ Nardĭnus, a, um, aus spikenarden; ut, *Unguentum nardinum*, nardenbalsam, Plin. lib. 13 cap. 1.

¶ Nardostăchyon, i, spica nardi, Apic. 7 cap. 6.

¶ Pseudonardus, i, ψευδόναρδος. teutscher spik, Plin. 12 cap. 12.

NĀRĬCA, æ, ostrei genus, sive nomen piscis minutuli. Festus *Naticam* veteres scripsisse ait, a *natando*. conf. Plaut. in Fragm.

NĀRIS, is, fœm. plur. Nares, organa sunt olfactus, nasenlöcher. *Emunctæ naris versus* Horatius elegantes dixit & decentes lib. 1 sat. 4 v. 8. Ad quem modum *emunctæ naris homo*, sagax, intelligens, in judicando acer dicitur. Idem satyra præcedente 3 *acutas nares* dixerat v. 29

Iracundior est paullo minus aptus acutis
Naribus horum hominum.

i. e. Nasutis istis. Sic nos de tali dicimus: er hat eine dünne nase. His opponuntur *obesæ nares*. Idem Horat. Epodon 12 v. 2

Munera cur mihi, quidve tabellas
Mittis nec firmo juveni, nec naris obesæ?

id est, nec inverecundo, (nam impudentis est, munera temere, & conditiones oblatas accipere) nec stupido & parum intelligenti. Vide & Torrentium ad eum locum. Idem lib. 1 epist. 19 v. 45 *naribus uti* dixit pro judicare & sub censuram vocare aliorum dicta & facta; at-

que adeo vel subsannare, seu *naso suspendere adunco*, ut Persius loquitur: Atque hoc ipse Persius *naribus indulgere* dixit satyra 1 v. 40

rides, ait, & nimis uncis
Naribus indulges.

quod Apul. lib. 8 Met. p. 213 *Nare*, inquit, *detorta magistrum suum varie cavillantur.* Sed, *Humentes nares*, trieffende nase, apud Suetonium Claudio cap. 30. *De nare loqui*, durch die nase reden, Idem Persius dixit sat. 1 v. 33

¶ Narinōsus, a, um, apertis naribus odorans. Ita MSS. libris Lactantii lib. 5 cap. 12 extr. *Dii narinosi*, quod odoribus thuris colantur, appellari videntur: ubi alii legunt *cariosi*; alii *varicosi*.

NARRO, avi, atum, are, exponere, recitare, erzehlen, sagen. Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 5 extr. *Tuisti narrato omnem rem ordine.* Et Propert. lib. 2 eleg. 1 v. 43 *Navita de ventis, de tauris narrat arator.*
* *Narro tibi* Ciceroni est, verum dicam, aut vis dicam? *Narras male*, utebantur, cum quid nuntiaretur, quod nollent; *bene narras*, cum boni essent nuntii. *Grævius.* conf. Parei Lex. Crit. p. 769. *Mutato nomine de te fabula narratur*, Horat. 1 sat. 1 v. 69.

¶ Narratus, a, um, erzehlt, gesagt; ut, *fabula narrata*, Ovid. 3 ex Ponto epist. 2 v. 97. *Narrata vulgo*, Plin. 11 cap. 52. conf. Horat. 2 sat. 5 v. 1.

¶ Narratus, ûs, subst. die erzehlung. Ovid. 5 Metam. fab. 8 v. 499

veniat narratibus hora
Tempestiva meis.

¶ Narrātio, ōnis, rei gestæ expositio, die vermeldung, erzehlung zugetragener dinge, cujus summa virtus perspicuitas est. Cic. de Orat. lib. 2 cap. 19 *Narratio verisimilis sit, aperta, brevis.* Narrationum ejusmodi exempla aliquot Terentius, qui narrandi artifex egregius est, proponit. *Arida & jejuna narratio*, so weder krafft noch schmeck hat, Quintil. lib. 2 cap. 4. *Narratio obscura totam occæcat orationem*, Cic. 2 de Orat. cap. 80, ubi *Narratio* pars est totius orationis ab Exordio & Confirmatione &c. distincta.

¶ Narratiuncŭla, æ, dimin. Quintil. lib. 1 cap. 9 *Narratiunculas a poëtis celebratas notitiæ caussa, non eloquentiæ tractandas puto.*

¶ Narrator, ōris, qui narrat, ein erzehler; ut, *Faceti narratores*, die kurtzweilig von händeln reden können, Cic. de Orat. 2 cap. 54.

¶ Narrābĭlis, e, das sich melden läst. Ovid. 2 de Ponto epist. 2 v. 61

Lingua sile, non est ultra narrabile quicquam.

¶ Denarro, are, her erzehlen. Terent. in Phorm. a. 5 sc. 7 v. 51 *Hæc adeo ego illi jam denarrabo*, hoc est, ordine & ad finem usque narrabo.

¶ Enarro, are, nach einander melden. Terent. in Adelph. a. 3 sc. 3 v. 11 *omnem rem modo seni, quo pacto se haberet, enarramus ordine.*

¶ Enarrātus, a, um, deutlich erzehlet. Vnde

¶ Enarrate, adverb. cujus compar. *Enarratius* aliquoties Gellius usus est: ut lib. 10 cap. 1 *Tiro enarratius scripsit*; Et lib. 13 c. 12 *enarratius scriptum invenimus.*

¶ Enarratio, ōnis, die auslegung, erklärung; ut, *Diligens enarratio*, Quintil. lib. 1 cap. 8. Idem lib. 2 cap. 5 pr. *Exigitur a grammaticis poëtarum enarratio.*

¶ Enarrator, ōris, ein erklärer. Gell. lib. 18 cap. 9 *enarrator Sallustii*, id est, interpres: & cap. 6 *idonei vocum antiquarum enarratores.*

¶ Enarrabĭlis, e, das man ausreden kan. Vet. Gloss. *Enarrabilis*, διηγηματικός. Quintil. lib. 6 cap. 3 post init. *Non ratione aliqua, sed motu quodam, nescio an enarrabili, judicatur.*

¶ Inenarratus, a, um, unerzehlt, Gell. lib. 12 cap. 6, & lib. 19 cap. 14.

¶ Inenarrābĭlis, e, unsäglich, unaussprechlich. Seneca 3 Nat. Quæst. cap. 22 *Fluminum inenarrabilis natura est.* Quintil. circa finem lib. 11 *latens quædam ratio & inenarrabilis.*

¶ Inenarrabiliter, adverb. idem. Livius lib. 41 cap. 15 *Jecur omne inenarrabiliter absumtum.*

¶ Innarrabilis, e, idem quod Inenarrabilis. Lactantius Carm. de Phœnice v. 54 ex MS. Voss. *Innarrabilibus nocte dieque sonis.*

¶ Pernarro, are, gantz erzehlen. Glossæ Cyrilli: *Pernarro*, ἀφηγοῦμαι.

¶ Prænarro, are, vorher sagen. Terent. Eunuch. a. 5 sc. 3 v. 12 *Oportuit rem prænarrasse me*, ich hätte ihn des handels zuvor sollen unterrichten.

¶ Renarro, are, wiederholen, ante facta narrando repetere, vel explicare. Virg. 3 Æn. extr.

Sic pater Æneas, intentis omnibus, unus
Fata renarrabat divûm.

NARSES, ētis, Persa, Justiniani Imp. cubicularius, qui, cum bibliopola prius esset, ob animi virtutem consul & patritius factus, feliciter bella gessit cum Gothis. Sed, ut refert Paul. Diaconus, a Sophia imperatrice ad fila cum mulieribus trahenda, quod eunuchus esset, revocatus, respondit, se telam orsurum, quam ipsa retexere non posset. Et hinc Longobardos in Italiam vocasse dicitur. ¶ 2. *Narses* Persarum rex, Eutrop. 9 cap. 22 &c.

NARTHEX, ēcis, νάρθηξ, stirps quædam, Latinis ferula, gertenkraut, Plin. 13 cap. 22. Hinc

¶ Narthēcia, æ, ναρθηκία, alia ferulæ minoris species, quasi ferula humilis, ab aliis ferulago appellata. vid. Plin. l. c.

¶ Narthēcium, i, ναρθήκιον, repositorium medicamentorum, ein würtzlädichen, artzney-schachtel, a νάρθηξ, ferula, e qua olim fiebant narthecia, ut nunc ex ebore, vide *Ferula*. Cicer. de Fin. lib. 2 cap. 7 *Doloris medicamenta tamquam de narthecio promere.* conf. Martial. 14 epigr. 78.

¶ Narўcia, æ, Locrorum oppidum, Νάρυξ vel Ναρύκιον in Græcia. vid. Ovid. Met. 15 v. 705.

¶ Narycius, a, um, adject. ut, *Narycii Locri*, Virg. Æn. 3 v. 399. Et *Narycie picis* meminit Idem Georg. 2 v. 438. Adde Auson. epist. 4 v. 18, & Colum. 10 v. 386.

NĂSĂMŌNES, um, Libyæ supra Syrtes populus, spolians miseros, qui vadis illis detenti fuerant. Strabo lib. 17. Plin. 5 cap. 5. Atque ita

toto commercia mundo
Naufragiis Nasamones habent;

ut Lucanus de illis lib. 9 v. 443 censuit. Apud eumdem 4 v. 679 *Inops Nasamon.* Curtius 4 cap. 7 recte *gentem Syrticam* vocat, errabundus autem ad Hammonem usque removet: vide ibi notata.

¶ Năsămōnius, a, um, adj. Afer, Africanus, Libycus, synecdochice. Syrticis enim proprie gentibus debetur. Sidonius autem poëtica licentia ad Numidas usque transmovet carm. 9 v. 257

Et vinctum Nasamonium Jugurtham.

¶ Nasămōniăcus, a, um, idem. Silius lib. 16 v. 630

In Garamantas iter Nasamoniacosque triumphos.

¶ Năsamonītes, æ, νασαμωνίτης, gemma sanguinea, nigris venis aspersa, Plin. 37 cap. 10.

Nasatus, Nascentia, nascibilis, vide *Nasus*, *Nascor*.

NASCOR, natus sum, nasci, edi in lucem, introire in vitam, auf die welt kommen, gebohren werden, wachsen; ut, *Ex me is natus est*, Terent. Heaut. a. 5 sc. 4 v. 7, er ist mein sohn. *Nascetur pulchra origine*, Virg. Æn. 1 v. 290. *Quæcunque attribuit nascendi conditio*, was die geburt, was die natur mittheilet, Seneca epist. 11. Manilius lib. 4 v. 16

Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.

Philonis est, πᾶν τὸ γενόμενον κατθανεῖν ὀφείλεται. Cicer. 1 Tusc. cap. 48 pr. *Silenus a Mida cum captus esset, hoc ei pro sua missione dedisse scribitur: Non nasci homini longe optimum est; proximum autem, quam primùm mori.* Imo nasci longe optimum est. vide Chiliad. *Natus annos decem, quinquaginta*, zehen jahr alt, &c. passim obvia, ubi *Ante* subauditur, vel *Ad*, ut expressum est Cic. pro Cluentio c. 40 *cum annos ad quinquaginta natus esset.* ¶ *Qui mortui nascuntur, neque nati neque procreati videntur*, ait Paulus JCtus lege 38 de V. S. Quem ad locum Brechæus ita commentatur: *Cum hominem dicere haud liceat eum, qui & animo, & naturalibus facultatibus, sensu item, atque motu prorsus caret, & spiritûs sit expers: fit sane, ut, qui ejusmodi egeritur a pariente, (quoniam nasci proprium est eorum, quæ & motum, simul etiam sensum habent,) natus non censeatur.* ¶ 2. Transfertur ad alia quoque non raro, & pro *oriri* vel *fieri* ponitur: quemadmodum aliquando *fieri* pro *nasci* poni solet, entstehen, aufkommen. Statius Hercule [3 Silv. 1] v. 28

Huc ades, & genium templis nascentibus infer.

Lucilius apud Porphyrionem in Horat. lib. 1 odam 27

Judicis Hortensi est ad eam rem nata palæstra.

Columella lib. 11 cap. 3 *Et auctumno & vere plura seruntur: melius tamen vere riguis locis, quoniam & nascentis anni clementia excipit prodeuntia semina, & sitis æstatis restinguitur fontibus.* Et Cicer. Orat. post reditum ad Quir. cap. 2 *A parentibus, id quod necesse erat, parvus sum creatus: a vobis natus sum consularis.* De quo & Turnebum, si lubet, vide Advers. 22 c. 3. Virg. Æn. 7 v. 44 *Major rerum mihi nascitur ordo.* Cic. 2 de Fin. cap. 24 *Ipsum a se oritur, & sua sponte nascitur.* Et, *Nunc demum istbæc nata oratio est*, Terent. Adelph. a. 5 sc. 3 v. 19, es ist diese rede jetzt erst neu. Cic. 2 Off. cap. 5 *Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur.* *Luna nascens*, der neue mond, Horatius 3 od. 23 v. 2. *Lunæ nascentes implent conchylia*, Idem 2 sat. 4 v. 30. Immo interdum nil nisi *existere* significat. Cæs. lib. 2 de Bell. Gall. cap. 18 *Ab eo flumine pari acclivitate collis nascebatur.*

¶ Nascentia, æ, γένεσις, die geburt. Vitruvius lib. 9 cap. 7 *Postea eludens Antipater, itemque Achinapolus, qui etiam non e nascentia, sed ex conceptione, Genethliologiæ rationes explicatas reliquit.* Et Plin. Valer. 2 cap. 23 *Accipi cum nascentiis.*

¶ Nascĭbĭlis, e, das da kan gebohren werden. Tertull. 3 adv. Marcion. cap. 19 *Mortalem negat, quem nascibilem confitetur.*

¶ Nascitūrus, a, um, das da wird gebohren werden, das aufkommen will. Palladius de R.R. 7 tit. 7 *Signum nascituri regis.* Chrysologus serm. 84 *Bella nascitura compressit.* vid. Goclen. Probl. Gramm. 1, 43, & in Observ. p. 440.

¶ Nascendus, a, um, idem; apud Gellium 3 cap. 10 *Ad homines nascendos.*

¶ Nātus, a, um, entsprossen, gebohren; ut, *Nobili genere natus*, edel gebohren, Nepos 10, 1, 1. *Ex fratre & sorore nati*, vettern, geschwister-kinder, Idem 14, 2, 2. *Nata eodem patre*, eine schwester, Idem 5, 1, 2. Et, *Iisdem parentibus*, Idem 20, 1, 4. *Orpheus matre Musa natus*, Cic. de Nat. Deor. lib. 3 cap. 18. *Natus summo loco*, Cic. 11 fam. epist. 22, hoher ankunfft. *Vir ad dignitatem & gloriam natus*, Idem pro Sextio cap. 42. *Ad honestatem natum est genus humanum*, Idem Partit. Orat. cap. 27. Et, *Ad omnia summa natus Pompejus*, de Clar. Orat. cap. 68. *In litteris nati Græci*, Idem de Orat. 3 cap. 32, die bey dem studieren herkommen seyn. Et cum dandi casu, Cic. in Pison. c. 17 *natus abdomini, non laudi atque gloriæ.* Et, *Iterum mihi natus videor, quod te reperi*, mir ist, als wäre ich neu gebohren, Plaut. in Pœnulo a. 5 sc. 2 v. 117. Idem Capt. a. 4 sc. 2 v. 10 *Iterum natus videor, si vera audias.* Sermo est hominis impense lætantis; præcipue superato aliquo malo. Apud eumdem *natus nemo* eleganter pro *nemo* ponitur, niemand; Cistell. a. 2 sc. 1 v. 56 *Tamquam intus natus nemo in ædibus habitet.* Idem ibidem sc. 2 v. 21 *Natus nemo in ædibus servat.*

¶ Nātus, i, & Nata, æ, substant. quod nonnunquam G adsciscit sibi, *Gnatus*, *Gnata*, ein sohn, eine tochter; ut, *Gnatus unicus*, *Gnata unica*, ein eintzig kind, Ter. Heaut. a. 1 sc. 1 v. 78, & Andr. a. 3 sc. 3 v. 8. *Parvi nati*, kleine kinder, Horat. 3 od. 5 v. 42. Sic,

Et nati natorum, & qui nascentur ab illis,

kindeskinder, &c. Virg. Æn. 3 v. 98. Et, *Maxima natarum Priami*, seine älteste tochter, Idem Æn. 1 v. 658. Valla lib. 3 cap. 10 *Oratores sæpius dicunt filius, quam natus.* Si soluto sermone usurpare velimus, multitudinis numerus, quam singularis, convenientior videtur. Cicero de Amic. cap. 8 *Ex ea caritate, quæ est inter natos, & parentes.* Vnitatis numero tamen usus C. Nepos Epaminond. cap. 10 n. 1 videtur, *qui talem ex te natum relicturus sis:* nisi & ibi participium est.

¶ Natus, ûs, nomen substantivum, cujus ablativus in usu mansit *Natu*, an geburt, an alter; ut, *Grandis, major, grandior, minor, maximus, minimus natu.* Cic. de Senect. cap. 4 *Eum colere cœpi non admodum grandem natu*, da er noch nicht sonderlich alt war. Terent. in

Adelph

Adelph. a. 5 sc. 4 extr. *Id mea maxime refert, qui sum natu maximus*, der ich der älteste bin. *Minimus natu*, der jüngste. *Majores natu*, i.e. seniores, Nepos in Themistocle cap. 2. Idem Hannibale cap. 3 *Sic Hannibal minor quinque & viginti annis natu Imperator factus.* Solemus & ita loqui: *Homo magno natu* &c. Idem Timotheo cap. 3 *Hic cum esset magno natu, & magistratus gerere desisset.* Idem Datame cap. 7 *Ab hoc tamen viro Scismas, maximo natu filius, desciit.* Et Livius lib. 2 cap. 7 *Creatus Sp. Lucretius Cos. qui magno natu, non sufficientibus jam viribus, ad consularia munera obeunda intra paucos dies moritur.* Idem lib. 21 cap. 34 *magno natu principes.*

¶ Natālis, e, zur geburt, zum wachsen gehörig, angebohren; ut, *pallor in auro natalis*, Plin. 37 cap. 4. *Vineæ natali & ingenita sterilitate laborantes*, Colum. 3 cap. 7. *Natalis dies*, der geburtstag, Nepos 20, 5, 1. Et Cic. ad Attic. 9 epist. 5 pr. *Natali die tuo scripsisti epistolam ad me plenam consilii.* Sic, *Hora natalis*, die geburts-stunde, Horat. 2 oda 17 v 18. *Solum natale*, das vaterland: Ovid. 1 de Ponto epist. 3 v. 35

Nescio, qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.

¶ Nātālis, is, substantive dies, quo quis natus est, der geburts-tag. *Tertio nonarum [Januarii] natali meo*, Cic. 7 ad Attic. epist. 5. Et, *Agere natalem suum*, lib. 2 de Fin. cap. 31, seinen geburts-tag begehen. *Celebrare natales*, Horat. 2 satyr. 2 v. 60.

Solebant non hominum tantùm, sed urbium quoque natales festâ lætitiâ celebrari; ut *Romæ*: item *Constantinopoleos*, de quo Zonaras Tomo 3 Annal. p. 7. In prisca Ecclesia *Natales Martyrum* dici solebant, non quibus nati erant, sed quibus passi de seculo abierant. Lege Petr. Chrysologum Sermone 129, & Casp. Sagittarii de Martyrum Natalibus dissertationem, nec non Meurs. Græc. Fer. lib. 2, & lib. de Fun. cap. 36. *Natalis adoptionis*, i. e. primus ejus dies, Spartian. in Hadriano cap. 4. Et, *Natalis imperii*, ibidem, & Eumen. Paneg. Constant. cap. 2.

¶ Natāles, ium, plural. τὰ γενέθλια, conditio sanguinis, & familiæ, das geschlecht, der ursprung: ut, *Generosi natales*, edler stamm. Plin. lib. 8 epist. 18 *mulier natalibus clara, moribus proba.* Et Tacitus 1 Hist. cap. 49 *claritas natalium.* Idem 11 Annali cap. 21 de Curtio Rufo, qui gladiatore genitus credebatur, *dedecus natalium*, unehrliche herkunfft. *Natales diversarum gentium*, Plin. 7 cap. 12. ¶ Solebant etiam *Natales* non ineleganter quarumvis rerum origines appellari. Sic, *impatientiæ natales*, Tertullianus de Patientia cap. 4, & *agnitionis natales*, lib. 1 adversus Marcionem cap. 10 dixit.

¶ Natālĭtius, a, um, idem quod natalis: ut, *Dies natalitius*, der geburts-tag. *Sidera natalitia*, Cic. 2 de Divinat. cap. 43, quæ natali cujusdam hora oriuntur: *Notant*, inquit, *sidera natalitia Chaldæi.* Et ipsæ illæ divinationes cap. præcedente *natalitia prædicta Chaldæorum* appellantur, die stellung der nativität.

¶ Natalĭtium, i, & plur. Natalitia, orum, substant. præter natalem diem aut nativitatem, ut in veteri hymno *Christi natalitia*: significat quoque donum, quod die natali mittitur. Censorinus præfatione ad Q. Cerellium: *Quodcunque hoc libri est, meis opibus comparatum, natalitii titulo tibi misi.* De more autem munusculorum, natali die ab amicis missorum, Lindebrogius ad d. l. Censorini videatur. ¶ Item, convivium quod natali die instituitur. Vnde, *Dare natalitia*, seinen geburts-tag halten: Cic. Philipp. secunda cap. 6 *Hodie non descendit Antonius, cur? dat natalitia in hortis*, h. e. convivia ad celebrationem diei natalis instituta præbet. Solebant enim natalitia non sacris tantum, sed epulis etiam & aliis voluptatibus celebrari. Servius ad illud Virgilii eclog. 3 v. 76

Phyllida mitte mihi; meus est natalis, Iola:

Amicam, inquit, *communem caussa natalis diei: in cujus tantum sacrificio licebat voluptatibus operam dare. Nam in aliis sacrificiis erat castitatis observatio*, &c.

¶ Nātio, ōnis, procreatio, die geburt, ankunfft: ut, *natione Macedo*, Plin. 35 cap. 10. *Natio me hominis impulit*, Cic. 15 fam. epist. 20. ¶ 2. Item, qui unius familiæ, generis, ordinis, aut sectæ sunt: unde & populi ipsi seu gentes hoc nomine comprehenduntur, das geschlecht, das volck, der orden. Vet. Gloss. *Natio*, γένος, ἔθνος. Item: γενεὰ, *seculum, generatio, natio, nativitas, propagatio, progenies.* Festus: NATIO *genus hominum, qui non aliunde venerunt, sed ibi nati sunt. In pecoribus quoque bonus proventus fœturæ* BONA NATIO *dicitur.* Sane Prudentius Hymno de natali Domini v. 83 de bruto pecore:

Adorat excors natio,
Vis cujus in pastu sita est.

Natio ardelionum apud Phædrum lib. 1 fab. 6; *Natio Scholasticorum* apud Virgilium in Catalectis, &c. id est, genus, ordo. Vide Buchnerum ad modo citatum Prudentii carmen. Sic, *Natio optimatium*, Cicer. pro Sext. cap. 44. *Tota natio candidatorum*, Idem pro Mur. c. 33. Et, *Natio bellicosa*, pro Lege Man. cap. 10. *Erudita natio Græcorum*, Idem 2 de Orat. cap. 4. Et, *Servituti natæ Judæorum & Syrorum nationes*, Cicer. de Provinc. Consul. cap. 5. Et, *Exteræ nationes & gentes*, Idem pro Fontej. cap. 11. ¶ 3. Quamvis autem *Natio* & *Gens* revera nihil differant, (ut enim illud a *Nascendo*; ita hoc a *Gignendo* est,) aliquod tamen inter has voces discrimen Tacitus fecit; ita quidem, ut *Nationis* vocabulum angustius; *Gentis* latius esset. Nam cap. 2 de Germania scribit: *Ceterum Germaniæ vocabulum recens & nuper additum: quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint, nunc Tungri, tunc Germani vocati sint: ita nationis nomen, non gentis evaluisse paullatim* &c. Et cap. 38 *Nunc de Suevis dicendum est, quorum non una, ut Cattorum Tencterorumque gens: majorem enim Germaniæ partem obtinent, propriis nationibus nominibusque discreti.* Quibus locis *gentis* vocabulum generale, speciale *nationis* est, & partem gentis significat. Vide & Cluver. lib. 2 antiquæ German. cap. 20. ¶ 4. *Nationes* Tertulliano passim sunt, quos aliàs appellare solemus ethnicos, vel gentiles, die heyden. Loci sunt innumeri; paucos adscribemus: e.g. De præscr. adv. hær. cap. 20 de Christo: *Duodecim præcipuos lateri suo adlegerat destinatos nationibus magistros.* Ibid. cap. 23 unde videbis, nationes & ethnicos idem esse: *Inter se distributionem officii ordinaverunt, non separationem Evangelii: nec ut aliud alter, sed ut aliis alter prædicaret, Petrus in circumcisionem, Paulus in nationes. Ceterum si reprehensus est Petrus, quod, cum convixisset ethnicis, postea se a convictu eorum separabat*, &c. Et de Idolol. c. 22 *Benedici per Deos nationum, maledici est per Deum.* Et de Orat. c. 12 *Est quorumdam positis penulis orationem facere: sic enim adeunt ad idola nationes.* Paullo ante gentiles vocaverat. ¶ 5. *Natio* quoque Deæ nomen est, quæ nascentibus credebatur præesse. Cicero 3 de Nat. Deorum cap. 18 *Quod si tales dii sunt, ut rebus humanis intersint*, Natio *quoque dea putanda est: cui, cum fana circumimus in agro Ardeati, rem divinam facere solemus. Quæ, quia partus matronarum tueatur a nascentibus*, NATIO *appellata est.*

¶ Nātīvus, a, um, gewachsen: ut, *Nativi montes salis*, berge, so von natur saltz an sich haben, Plin. 31 cap. 7. ¶ 2. Congenitus, germanus, angebohren, natürlich. *Medicina, quæ nativum malum sanare posset*, Cicer. pro Domo cap. 5. *Color nativus*, Plin. 26 cap. 4, qui non est ascititius, non fictitius, natürliche farbe. Sic, *Nativus lepor, non adscitus*, Nepos 25, 4, 1. Sic, *Nativi mores*: ut, *nativos mores occultare, difficile*, quod proverbii instar est, ex Pindaro. *Coma nativa*, Ovid. Amor. 1 eleg. 14 extr. selbst gewachsen haar. *Sententia nativa*, i.e. germana, der rechte verstand, den die worte selber geben. Sic Cicer. Arusp. Resp. c. 9 *domestico nativoque sensu*, quamquam de Italica natione, non de verbis, loquitur. ¶ 3. *Nativum* etiam Cicero & Lucretius dixerunt pro eo, quod aliquando, cum non esset, esse cœpit; quod nascendi oriendive principium habet. *Nasci* enim idem esse, quod *oriri*, vel *fieri*, supra dictum. Cic. lib. 1 de Nat. Deor. cap. 10 *Anaximandri opinio est, nativos esse Deos, longis intervallis orientes, occidentesque.* Lucret. lib. 5 v. 66

Vt mihi mortali consistere corpore mundum,
Nativumque simul, ratio reddunda sit, esse.

¶ Natīvĭtas, ātis, die geburt: ut, *Annus, dies nativitatis.* Inscriptio vetus apud Gruterum p. 712 n. 11 VARIAE IVCVNDAE DEFVNCTAE ANNO NATIVITATIS XVIII. Vlpian. Leg. 1 Dig. ad municipal. *Municipem facit aut nativitas, aut manumissio, aut adoptio.* Minucius Felix p. 143 (ed. Ouzel.) *Deus nativitatem omnibus præstat.* Tertullianus de Anima cap. 39 *Spiritus nequam ab ipsa janua nativitatis animas aucupabundus.* Et Claud. Mamertus (vulgo Venantius) in hymno: *Pange lingua gloriosi* &c.

Et rigor lentescat ille, quam dedit nativitas.

¶ Nativitùs, adverb. a nativitate, von der geburt her. Tertullianus loco proxime citato: *Quæ omnia nativitus animæ collata*, &c. Iterum eodem de Anima cap. 12 *ingenitum, insitum, & nativitus proprium.*

¶ Nātūra, æ, *mater, parens communis, opifex rerum*, quemadmodum eam Cicero vocat, *Deus ipse*, das ewige, göttliche und allmächtige wesen, so alle dinge erschaffen hat. Silius Italicus lib. 4 v. 794

Heu primæ scelerum caussæ mortalibus ægris,
Naturam nescire Deum.

Sed exaudienda hæc sunt ex mente gentilium, qui passim creaturam cum creatore confundentes, *Naturam esse Deum ipsum*, censebant immani errore. Scholastici non male hîc, licet barbaris vocabulis, distinguerent inter *Naturam naturantem*, (quæ Deus est,) & *naturatam*, quæ res creata. vid. Barth. ad Claudian. p. m. 515, quamquam & *Deûm*, pluraliter & secundo casu Silius locutus videri possit. ¶ 2. Forma atque affectio, qua quodque est natum, das wesen der creaturen, die angebohrne art und eigenschafft; ut, *Natura mundi, aëris*, &c. Cicer. 1 Offic. cap. 31 *Adversante & repugnante natura nihil decet.* Idem 1 de Leg. cap. 6 *insitum esse naturâ*, von natur eingepflantzet seyn. *Vt fert natura, facere*, Terent. in Andr. a. 4 sc. 4 extr. wie es sich selbst giebt. *Præter naturam*, unnatürlicher weise, Idem in Adelph. a. 5 sc. 5 v. 4. Et Juvenal. satyr. 10 v. 303 - - *curâ natura potentior omni.* Idem satyr. 12 v. 239 *Ad mores natura recurrit*

Damnatos, fixa & mutari nescia.

Quo & Horatii illud pertinet, quo Juvenalis forsan respexit:

Naturam expellas furcâ, tamen usque recurrit.

Terentius Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 24 *Tametsi bona est natura, reddunt curaturâ junceas.* Vbi *natura*, temperamentum, unde succus nitorque corporis est; guter art, gesund und wohl gewachsen. Nam & Donatus, *plenam, magnam & pinguem* interpretatur. *Natura loci*, quæ aliàs *ingenium* appellatur: Cæsar 1 de Bello Gall. cap. 21 *Qualis esset natura montis, & qualis in circuitu adscensus, qui cognoscerent, misit.* Et ita non semel locutus Livius est. Sallustius in oratione Marii: *Mihi, qui omnem ætatem in artibus egi, benefacere jam ex consuetudine in naturam vertitur*, ich habe mich gantz und gar darzu gewöhnet. *Cedere naturæ*, vel *Concedere*, der natur ihren lauff lassen, sterben, Idem de Republ. ordinanda. *Secundum naturam vivere* quid sit, vide apud Cicer. lib. 5 de Finibus cap. 30, & Senecam de Vita Beata cap. 8. ¶ 3. *Naturæ* nomine & genitalia membra, (quæ & *Naturalium* nomine veniunt,) quibus discernuntur sexus, appellantur in hominibus juxta ac brutis, die scham. Rutilius Lupus lib. 1 de figuris Sentent. *Virilis naturæ membra, quæ non possumus honeste nominare.* B. Hieronymus, seu quisquis auctor est epistolæ de Circumcisione ad Theresiam, quæ 20 est in 9 Tomo: *Videamus, quæ caussa est, ut eam partem corporis, quæ secretior & occultior est, quæ a Græcis φύσις, a nostris dicitur natura, ad circumcidendum Dominus elegerit.* Varro lib. 2 de Re Rustica cap. 7 *Si fastidium saliendi est, scillæ medium conterant cum aqua ad mellis crassitudinem: tum ea re naturam equæ, cum menses ferunt, tangunt.* Sic Atellanarum poëta apud Suetonium Tiberio cap. 45 *Hircum vetulum capris naturam ligurire* dixit.

¶ Naturālis, e, natürlich; ut, *Naturalis atque insita in animis nostris notio*, Cicer. 1 de Finib. cap. 9. *Lex naturalis naturâ nota, atque omnium mentibus insita*, das natürliche gesetz. ¶ *Pater naturalis*, Cicer. in 3 Philipp. cap. 6, pro quo Terentius dixit, *pater naturâ*, in Adelph. a. 1 sc. 2 v. 46 *Naturâ tu illi pater es, consiliis ego.* Opponitur hic *naturalis*, *adoptivo patri*, quemadmodum & filiis hoc tribuitur.

buitur. Livius lib. 42 cap. 52 *Major Philippus naturâ frater, adoptione filius: Minor, quem Alexandrum vocabant, naturalis erat.* Idem lib. 44 cap. 44 *P. Scipio is erat, naturalis consulis Paulli, adoptione Africani nepos.* Sueton. Tiberio cap. 52 *Filiorum neque naturalem Drusum, neque adoptivum Germanicum patria caritate dilexit.* Ita & Vlpianus leg. 5 Dig. de Senatoribus. ¶ *Naturale bonum* apud Nepotem Thrasybulo cap. 1 n. 3 εὐφυῖα est: *naturalem bonitatem* in Attico vocat cap. 9 n. 1. Cicero pro Cœlio cap. 5 *Qua in ætate nisi qui se ipse sua gravitate & castimonia & cùm disciplinâ domesticâ, tum etiam naturali quodam bono defenderet,* &c. *Bonitatem naturæ* Idem Orat. post reditum in senatu vocat. Seneca de Clementia cap. 1 *Difficile hoc fuisset, si non naturalis tibi ista bonitas esset.* Sed ibi *Bonitas* strictius pro clementia sumitur. quam *naturalem* dixit, ut non fictam & temporariam significaret, ut sequentia ostendunt. ¶ *Jovem naturalem*, eum puta, qui vere quondam, ut homo, exstiterit in rerum natura, *fabuloso*, i. e. ei, quem gentilium commenta ex homine Deum fecerunt, opponit Lactantius lib. 1 cap. 2, *Philosophi, quod ea, quæ de Jove feruntur, minime in Deum convenire videbant, duos Joves fecerunt, unum naturalem, alterum fabulosum.* ¶ *Naturales* vocantur filii servorum, iidemque liberti, apud Gruterum Inscript. p. 845 FILIA NATVRALIS IDEM LIBERTA PATRI OPTIMO. Sic vocantur in servitute parentum concepti; *quia creditur,* (sunt verba Scævolæ) *appellatione filiorum & naturales liberos* (i. e. in servitute conceptos) *contineri.*

¶ Naturālia, ium, substantive dicuntur pudenda, & loca corporis, per quæ excrementa funduntur, die scham, der steiß. Celsus lib. 4 cap. 21 *Est etiam circa naturalia nimia profusio seminis.* Columella lib. 8 cap. 5 de pullis gallinaceis agens: *plumulæ sub cauda clunibus detrahendæ, ne stercore coinquinatæ durescant, & naturalia præcludant;* & cap. 7 *Loca naturalia;* & lib. 6 c. 30 *Naturales exitus* vocat. Onomast. Vet. *Naturalia,* αἰδοῖα. Iterum Columella 6 cap. 27 *Si equa marem non patitur, detrita scilla naturalia ejus linuntur.* Sic & lib. 7 cap. 7 *loca genitalia,* mox *naturalia* vocat. Singulari numero Celsus 7 cap. 26 eodem sensu: *Carunculæ simile inter imas oras super naturale positum.*

¶ Nātūrālĭtas, ātis, die natürlichkeit; ut, *Naturalitas somni,* Tertull. de Anima cap. 43.

¶ Naturaliter, adverb. von natur, natürlich, angebohren. Cicero de Senect. cap. 9 *Quod homini naturaliter insitum est, eo uti decet.* Cæsar 3 B. Civil. cap. 92 *Alacritas naturaliter innata.* Vellej. 2, 60, 5 *Naturaliter dissimillimi.*

¶ Naturalitùs, aliud adverb. idem. Sidon. lib. 9 epist. 11 *Mortalium mentibus vis hæc naturalitus inest.*

¶ Naturabĭlis, e, naturalis. Apulejus fine 2 Florid. *Pythagoras fertur naturabilia commentatus.* Idem de Dogm. Plat. *Sollicitudo & labor si naturabiles essent.*

¶ Naturificatus, a, um, naturalisirt; ut, *animæ naturificatæ,* Tertull. adv. Valent. cap. 29.

¶ Naticīdium, vel Gnaticidium, i, der kindermord. Gloss. gr. latin. τεκνοκτονία, *gnaticidium.*

Composita a *Nascor* &c.

¶ Adnascor, adnasci, anwachsen; ut, *Viscum in quercu adnascitur,* Plin. lib. 16 cap. 44. Scribitur & ¶ *Agnascor, agnasci,* D præpositionis in G euphoniæ caussa mutato. Quod verbum Jurisperitis est nasci post testamentum factum, hernach gebohren werden, wenn das testament geschlossen. Cicer. de Orat. lib. 1 cap. 57 *Constat, agnascendo rumpi testamentum,* es hat nicht krafft, wenn noch kinder darnach gebohren werden.

¶ Agnātus, a, um, quicquid ultra naturæ debitum natum est, angewachsen: ut, *Membra agnata,* quæ superflua sunt, seu quæ abundant, gliedmaß, so zu viel sind: Plin. lib. 11 cap. 52 *Membra animalibus agnata mutila sunt, sicut sextus homini semper digitus.*

¶ Agnati, ōrum, substant. freunde oder verwandte des vaters halben. Sub quibus etiam cognati continentur, ut patruus, *agnatus* & *cognatus* dicitur; Matris vero frater, id est, avunculus, *cognatus* tantum, non *agnatus.* Proverbialiter de furioso Varro R. R. 1 cap. 7 *Ad agnatos & gentiles est deducendus.* Furiosi enim ex leg. XII Tabb. in potestate agnatorum erant. Tacitus de Germania cap. 19 *Agnatos* pro liberis dixit: vide ibi Lipsium; præcipue vero Colerum n. 109.

¶ Agnatio, ōnis, die freundschafft vom vater her. Cicer. lib. 1 de Leg. cap. 7 extr. *Homines Deorum agnatione & gente tenentur.*

¶ Circumnascor, sci, um etwas herum wachsen. Plin. lib. 2 cap. 103 *Lacus circumnascente absinthio inficitur.*

¶ Cognātus, a, um, adject. anverwandt, befreundet: ut, *Cognatæ urbes,* Virgil. Æneid. 3 v. 502. *Cognato sanguine victus,* Idem Æneid. 12 v. 29. Et, *Cognatum cælum,* Ovid. Metam. 1 v. 81. ¶ Sed, *Cognata rebus vocabula,* id est, convenientia, Horat. lib. 2 satyr. 3 v. 280, gemäß, bequem. Et Cic. de Orat. 3 c. 51 *Nihil est tam cognatum mentibus nostris, quam numeri atque voces.*

¶ Cognatus, i, substant. cognatione alicui junctus, ein freund, verwandter. *Propinqui cognatique optime convenientes,* Cicero pro Roscio Am. cap. 34. Et, *Affines atque cognati,* post red. ad Quir. c. 3. *Cognatorum negligentia,* Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 44.

¶ Cognatio, ōnis, die verwandschafft. *Amplissima cognatio,* ein sehr grosses geschlecht, freundschafft, Cic. Verr. 2 cap. 43. *Serpit foras cognationibus domus & affinitatibus,* Idem 5 de Fin. cap. 23, das geschlecht breitet sich aus durch befreundung und schwägerschafften. *Conjunctum esse cognatione cum aliquo,* Idem in Verrem 6 cap. 33. *Habere cognationem cum aliquo,* Quintil. lib. 1 cap. 10 sub finem. *Propinquâ cognatione alicui conjunctus,* ein blutsfreund, Suet. Nerone c. 3, & Nepos præf. n. 7. Et, *Frater cognatione patruelis: amore germanus,* Cic. 5 de Fin. ineunte. *Felicibus cognatus est vel quilibet.*

¶ Denascor, sci, ἀπογίνεσθαι, mori, sterben. Varro lib. 4 de L. L. *qui denascitur, ignem amittit ac frigescit.* Cassius Hemina apud Nonium c. 2 n. 257 *quæ nata sunt, ea omnia denasci ajunt.*

¶ Enascor, sci, herauswachsen, entspringen. Cic. ad Attic. 11 epist. 2 *Ex multis meis miserrimis curis una est enata.* Et Varro de R. R. lib. 1 cap. 41 extr. *ex semine tardius enascebatur.*

¶ Superēnascor, sci, drüber heraus wachsen. Plinius lib. 19 cap. 3 *superenato caule.*

¶ Extranaturālis, e, quod vulgo *Supernaturalis* dicitur, übernatürlich. Tertullianus de Anima cap. 43 *naturalium & extranaturalium discretio.*

¶ Innascor, sci, angebohren seyn. Terent. Andr. a. 4 sc. 1 v. 1 *Hoccine credibile est, tanta vecordia innata cuiquam ut siet.* Horat. 1 satyr. 3 v. 37 *Neglectis urenda filix innascitur agris.*
i. e. nascitur in agris, es wurtzelt ein. Sen. epist. 9 *Nobis rerum innata dulcedo est.*

¶ Innātus, a, um, angebohren, eingepflantzt. Terent. Hecyr. a. 4 sc. 1 v. 28 *Vitium omnibus innatum.* Cic. de Finib. lib. 4 cap. 2 *Insitam quamdam vel potius innatam scientiæ cupiditatem habemus.* Proprie in loco natum esse. Justinus lib. 2 cap. 4 de Atheniensibus: *Quippe non advenæ, neque passim collecta populi colluvies originem urbi dedit, sed eodem innati solo, quod incolunt,* &c. Superlativum *Innatissimus* usurpavit Basilius Groning. lib. 7 de Orat. cap. 8 *Innatissimum* (bono filio) *illi* (patri) *semper cohærere.* ¶ 2. Alio sensu *Innatus* Tertulliano est, *non natus:* advers. Valentinianos c. 15 *Materia, quam innatam volunt.* Et Prudentius Apotheos. v. 246 *natum*
Scimus ab innato.

¶ Innascibĭlis, e, pro eo, qui nasci non potest, der nicht gebohren wird. Tertullianus de præsc. adv. hæret. c. 46 *Secutus est Saturnius, dicens, innascibilem virtutem, id est, Deum in summis & illis infinitis partibus, & in superioribus manere.* Et Maximus Taurinensis de Diversis, in Symboli expositione, de Deo Patre: *in Deo natura innascibilis.*

¶ Innaturalis, e, vel præternaturalis, vulgo dicitur, unnatürlich. Sarisb. 1 cap. 4 *Ad innaturales transire amplexus.*

¶ Internascor, sci, mitten in, oder darzwischen wachsen. *Herbæ internascentes,* Plin. lib. 23 cap. 16.

¶ Internātus, a, um, darzwischen gewachsen. Livius 28 cap. 2 *Angustiæ & internata virgulta.* Tac. Hist. 4, 60, 3 *Internatas saxis herbas vellere.* Plin. 17 cap. 27 *Cicatrices internato corpore expletæ.*

¶ Obnātus, a, um, empor gewachsen, ab *obnascor,* apud Livium 33 cap. 19 legitur. *Obnata ripis salicta,* h. e. circum vel ad ripas nata.

¶ Prænascor, sci, zuvor oder eher gebohren werden. Commodian. Instruct. 6 *Illum non aliquis prophetavit prænasci.*

¶ Prognatus, a, um, natus, entsprossen. Terent. Phorm. a. 1 sc. 2 v. 65 *Civis Attica, bona, bonis prognata,* fromm, und frommer leute kind. Horat. 2 satyr. 1 v. 26 *Ovo prognatus eodem.* Plaut. Amph. a. 2 sc. 2 v. 20 *Parentes, patria & prognati,* die kinder.

¶ Renascor, sci, wieder wachsen. Cicero ad Attic. 4 epist. 2 *Qui mihi pennas inciderunt, nolunt easdem renasci,* die mir die federn verschnitten haben, wollen nicht, daß sie mir wiederum wachsen sollen. *Primi cujusque mali excidendi caussa est, quod aliud renascitur illo pejus,* Idem ad Brut. epist. 4. Et, *Arborum flos est pleni veris indicium, & anni renascentis,* Plin. 16 cap. 25.

¶ Renātus, a, um, wieder gewachsen, verneuert; ut, *Dentes renati,* Plin. 11 cap. 37. *Rursus renatum fonte novo flumen,* Lucan. 3 v. 262. *Bellum istic renatum homines mirantur,* Cicer. 11 fam. epist. 11.

¶ Subnascor, sci, succrescere, dabey aufwachsen. Plin. lib. 12 cap. 3 *Malus Assyria omnibus horis pomifera est, aliis cadentibus, aliis maturescentibus, aliis vero subnascentibus.*

Nasica, nasiterna, naso, &c. vide mox *Nasus.*

NASSA, æ, ein fischreusen. Scribitur etiam *Naxa* in antiquis libris. Vide Orthogr. Claud. Dausq. Formam nassæ eleganter expressit Silius lib. 5 v. 47 *piscator ad undas*
Ore levem patulo texens de vimine nassam
Cautius interiora ligat, mediamque per alvum
Sensim fastigans, compressa cacumina nectit.
Plautus Milite a. 2 sc. 6 v. 98 *Nunquam hercle ex ista nassa ego hodie escam petam.* Cicer. 15 ad Attic. epist. 20 *Ex hac naxa exire constitui, non ad fugam, sed ad spem mortis melioris.* Vet. Gloss. *Nassa,* κύρτος ἁλιευτικός. Erasmus in Similibus: *Vt in nassam facilis illapsus est, sed exitus difficilis: Sic declive iter in vitia, reditus vero ad meliorem frugem non perinde facilis est.* Stobæus de Socrate lepidum sane retulit Apophthegma lib. 2. Is enim consulentibus se de ratione matrimonii contrahendi, respondere consuevit: Οἱ ἰχθύες οἱ περὶ τοὺς κύρτους, οἱ μὲν ἔξωθεν ὄντες βούλονται εἰσελθεῖν, οἱ δὲ ἔνδον ὄντες, βούλονται ἐξελθεῖν. Id est: *pisces, qui circa nassas sunt, volunt intrare: qui jam autem intus sunt, volunt exire;* Quod nos Germani de gallinis corbi inclusis dicere consuevimus.

¶ Nassiterna, [Festus S geminat,] vide *Nasiterna* sub *Nasus.*

NASTVRTIVM, i, κάρδαμον, herba a naribus torquendis, Varrone auctore, dicta, & Plin. lib. 19 cap. 8, ubi *Nasturtium,* inquit, *nomen accepit a narium tormento,* kresse, oder gartenkresse. Cicer. in 5 Tuscul. cap. 34 *Adhibent ad panem nihil præter nasturtium Persæ.* Quod de Xenophonte affert, quem etiam laudat. Inter viliores & plebejos cibos Plutarchus etiam *nasturtium* refert libello de virtute ac vitio sub fin.

NASVS, i, eine nase. Cicer. lib. 2 de Nat. Deor. cap. 57 *Nasus ita locatus est, ut quasi murus oculis interjectus esse videatur.* Et, *Nasus aduncus,* eine krumme habichts-nase, apud Suetonium Galbâ cap. 21. Nam alia ratione *aduncum* Horatius dixit loco infra adducendo. Græcis, qui ejusmodi naso sunt, γρυποὶ appellantur: quales Persæ præcipuè amarunt, propter Cyrum, qui talem nasum habuit, supra reges omnes ab iis amatus: de quo Plutarchus Apophthegm. Huic ferme opponitur *nasus collisus,* qui & *simus* est, qualis Silenis tribuebatur, apud Senecam lib. 3 de Ira cap. 22, eine eingedruckte, vernüffelte nase, als die affen haben. ¶ 2. Aliquando pro sagacitate & lepore in notandis irridendisque hominum vitiis ponitur. Martialis lib. 1 epigram. 42
Non cuicunque datum est habere nasum,
es kan nicht ein jeder die leute höflich anzapffen. Sane in irridendo fingitur

fingitur varie & occupatur veluti nasus: ut merito eum irrisioni olim dicaverint. Plinius lib. 11 cap. 37 *Altior homini tantum, quem novi mores subdolæ irrisioni dicavere, nasus.* Hinc *naso adunco*, ut Horat. lib. 1 sat. 6 v. 5, sive *excusso*, ut Persius sat. 1 v. 118 loquitur, *suspendere aliquem*, est irridere & subsannare, einen verhöhnen, auslachen. Hinc idem Plinius præfat. operis, *Lucilium primum condidisse stili nasum*, scribit, quem primum mordacitatis & irrisionis satyricæ auctorem seu conditorem fuisse significat. vid. Voss. lib. 6 Instit. Orat. p. 239. Sic *nasum Atticum*, Atheniensium irrisoriam vernilitatem Seneca vocat suasoria 1. ¶ 3. *Nasum* quoque iræ sedem esse, observat Raderus ad illud Martialis lib. 6 epigr. 64 *rabido nec perditus ore,*
Fumantem nasum vivi tentaveris ursi.
Quod proverbii speciem habet, quo moneantur homines, ne irritent. Theocrit. Idyll. 1 v. 18 χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται
Et Persius sat. 5 v. 91 *Disce, sed ira cadat naso, rugosaque sanna.*
¶ 4. *Nasus* etiam ad res instar nasi prominentes, ut ansæ sunt, transfertur. Sic *calicem nasorum quatuor* dixit Juvenalis satyr. 5 v. 47. Adde ibi interpretes, & infra in *Nasiterna* quæ dicentur. ¶ 5. *Nasus* denique piscis in Danubio, ein nasen.

¶ Nasum, i, genere neutro observat etiam Nonius cap. 3 n. 146 ex Lucilio. Sic & Plaut. Curcul. a. 1 sc. 2 v. 17 *Sagax nasum habet.* Et Menæchm. a. 1 sc. 2 v. 57 *Ex isto loco spurcatur nasum odore illutibili.* conf. Amph. a. 1 sc. 1 v. 288, & Mil. a. 4 sc. 6 v. 41.

¶ Nāsūtus, a, um, großnäsicht, qui & *Naso* appellatus: unde & inter Romanorum cognomina venit. ¶ Item, reprehensor, irrisorque, sive qui naso suspendit, ein klügling, spottvogel, nasenweiß. Phædrus lib. 4 fab. 6 *Tu qui nasute, scripta distringis mea.*
Martialis lib. 13 ad Lectorem:
Nasutus sis usque licet, sis denique nasus.
Comparat. apud eumdem 2 epigr. 54 *Nil nasutius hac maligniusque.* Et superlat. *Homo nasutissimus*, apud Senec. Suasor. 7. Nam adjectivum est, & aliis verbis commodari potest. Eugenius Toletanus præfatione Carminum: *nasutas fingere sannas.*

¶ Nāsūtŭlus, a, um, adjectivum diminutum, klügelnd; ut, *nasutula mulier atque meacula*, Steph. ex Apul.

¶ Nasatus, a, um, der eine nase hat. Lampridius in Heliogab. cap. 5 *Bene nasatos perquirere.* Eadem locutio repetitur ibid. cap. 8, 9 & 31. Sed alii legunt *bene vasatos.*

¶ Nasīca, æ, a *naso* est, quod cognomen Scipionis fuit. Alias ita dicebantur, puto, qui acuto contractoque naso essent, illis, quibus displosæ nares, oppositi. Arnobius lib. 3 *Ergo esse, dicendum est, quosdam capitones, simunculos, frontones, labeones: in his alios mentones, nævios, atque nasicas, Illos displosis naribus, illos resimis* &c. Item lib. 6 *Potest ut hic flavus sit, in veritate habeat oculos cæsios: displosas ut gestitet nares, quem esse vos facitis figuratisque nasicam.* ¶ Nec aliud *Nasonum* cognomen; *Nasones* enim, qui probe nasati.

¶ Nasidius, Nasidianus & Nasidienus, i, nomina Romanorum apud Lucanum 9 v. 790. Martial. 7 epigr. 53. Horat. 2 sat. 8 v. 1 &c. Sicut &

¶ Naso, ōnis, cognomen Romanum a *naso*: videntur enim *Nasones* appellati, qui magno naso essent. Plura enim cognomina a partibus corporis assumserunt: ut *Capitonum, Frontonum, Labeonum*, &c. Nobile inprimis hoc redditur nomen in P. Ovidio ingeniosissimo & disertissimo poëtarum. vide ejus epist. 9 ex Ponto lib. 4 v. 2.

¶ Nasĭterna, æ, genus vasis aquarii, a *nasis*, id est, ansis ternis sic dicti, ein dreyhencklicht gefäß. Plautus Sticho a. 2 sc. 2 v. 28 *Ecquis huc effert nasiternam cum aqua.* vide Festum & ibi Scaligerum, & Nonium cap. 15 n. 25. Onomast. *Nasiterna*, ὑδρία.

¶ Nasiternatus, a, um, qui nasiternam gestat. Calphurn. apud Nonium: *Vbi tu nasiternatus aquam petis.*

¶ Denāso, are, die nase abbeissen; apud Plautum legitur Capt. a. 3 sc. 4 v. 73 *os denasabit tibi*; pro quo in Menæchm. a. 1 sc. 3 v. 12 est: *nasum abripere mordicus.*

Nata, Natabulum, Natalis, natalitius, Natare, natator, &c. vide *Nascor, No, āre, Nascor, No, āre.*

NĂTES, ium, fœm plurale, quas a nitendo dictas volunt nonnulli; sustinent enim corporis sedentis molem, der hinter, darauf man sitzet, die arsbacken. Martial. lib. 14 epigr. 18
Alea parva nuces, & non damnosa videtur,
Sæpe tamen pueris abstulit illa nates.
Exstat tamen etiam singularis. Festus in voce Pullus: *natis fulmine icta.* Et Horat. 1 sat. 8 v. 46 *Diffissa nate.*

NATEX, cochlea parva marina, quæ & *nerites* dicitur, eine art kleiner meerschnecken, a *natando* dicta.

NĀTĬNOR, ari, negotiari, handthieren, kauffmannschafft treiben. Cato apud Festum: *Inter se natinari.* conf. Gloss. Isidori. Scaligero idem est ac more natantium semper in negotiis fluctuare.

¶ Natinatio, ōnis, negotiatio, die handthierung, Festus.

¶ Natinator, ōris, negotia gerens; item, seditiosus, ein handthierer, unruhiger mensch: Idem.

Natio, nativitas, nativus, &c. Nato, are, vide *Nascor, No, are.*

NATRIX, īcis, gen. commun. serpens, qui & Hydrus, Chersydrus, eine natter, wasserschlange. Nonius Marcellus cap. 1 n. 334 *Natrices dicuntur angues natantes.* Cic. 4 Academ. c. 38 *Cur Deus, omnia nostri caussa cum faceret, tantam vim natricum viperarumque fecit?* ¶ 2. Metaphorice *Natricem*, id est, pestiferum & noxium hominem, Tiberius Cajum Caligulam, populo Rom. futurum prædixit apud Sueton. in vita Calig. cap. 11. Alia metaphora Lucilius apud Nonium l. c. *Si natibus natricem impressit crassam & capitatam.* Vbi per *natricem* virgam intelligit aut scuticam, quæ serpentis instar curvetur & mordeat. ¶ 3. *Natrix* vocatur herba, cujus radix evulsa virus hirci redolet, Plin. 27 cap. 12.

Natta, Natura, naturalis, natus, vide in *Nacca, Nascor.*

Navalis, navarchus, nauclericus, nauclerius, nauclerus, vide *Navis.*

NAVCVS, vel Naucum, i, pro nugis ponitur, & est nucis aliarumque rerum putamen, was man von den nüssen oder sonst abschälet und wegwirfft: vide Festum, ubi Nævius: *Noctem nauco ducere*, i. e. nugis. ¶ 2. Item, olivæ nucleus, der kern von einer oliven: vid. eumdem Festum. ¶ Hinc *nauci hominem*, nihili dicimus, ein loser unnützer mensch. Plaut. in Mostell. a. 5 sc. 1 pr. *Qui homo timidus erit in dubiis rebus, is nauci non erit*, er wird nicht untüchtig oder verworffen seyn. *Nauci facere*, nichts achten, Idem Plaut. Bacchid. a. 5 sc. 1 v. 16.

Naufragium, &c. navicula, naviculari, &c. navigatio, navigator, naviget, navigium, &c. quære in *Navis.*

NĀVIS, is, fœm. ein schiff; quæ aut *oneraria* est & velis tantum incitatur, ein last-schiff, quæ & *frumentaria*; aut *longa* vel *actuaria*, quæ remis agitur, ein ruder-schiff. *Navis vectoria*, eine fähre oder schiff, damit man überfähret. *Navicula vectoria* Suetonio Cæsare cap. 63. *Navis piscatoria*, ein fischer-kahn. *Piratica, prædatoria navis*, ein raub-schiff. *Navis regia, prætoria.* Leguntur hæ navium differentiæ apud Livium, Cæsarem & Quintil. conf. Joh. Schefferus de Milit. navali. *Naves rostratæ*: quæ & *æratæ* apud Cæsarem lib. 2 de Bello Civ. cap. 3. Sunt enim rostra ex ære. *Naves tectæ, constratæ, apertæ*, apud eumdem Cæsarem lib. 1 de B. C. cap. 56, & lib. 2 cap. 3 & 23. *Naves claudæ & mutilatæ*, schadhaffte schiffe, apud Livium lib. 37 cap. 24, qui easdem & *vulneratas* sæpius dixit. vide v. gr. c. l. & lib. eodem cap. 30. Lucretius *clauda navigia* appellat lib. 4 v. 441. *Exarmata navis* est armamentis spoliata apud Senecam Consol. ad Helv. extr. *Tabellariæ naves*, quæ adventantis classis nuntium ferebant, jagten, apud Senecam epist. 72. *Naves efficiendo ponti*, apud Tacitum 5 Histor. cap. 19. *Navem ædificare*, Plaut. Merc. prol. v. 87. *Ex integro fabricare*, von neuem bauen, Suet. Aug. cap. 16, quod τῷ *reficere* opponitur. *Navem* vel *in navem conscendere*, Cic. lib. 14 fam. epist. 7. *Navem ascendere*, Nepos Hannibale cap. 7 n. 6, &, *in navem ascendere*, Idem Themistocle cap. 8, ubi quidam codices eleganter legunt *escendere*, ut alibi laudatur: vide Jo. Andr. Bosium ibidem: alii & absolute *conscendere* dixerunt, de quo suo loco: zu schiffe gehen. Huic contrarium *egredi navi*, & absolute *egredi*, aussteigen: apud Terent. Heaut. a. 1 sc. 3 v. 6. Et C. Nepos 7, 6, 3 *Navem incitare*: vid. *Cieo*. *Navem statuere*, i. e. sistere apud Plaut. Bacchid. a. 2 sc. 3 v. 57. *Navem tenere in ancoris*, vor encker liegen, Nepos Themistocle cap. 8, & alii. *Navem deprimere, supprimere*, versencken, Cicero, Nepos. Vnde *Naves depressæ*, apud Tacitum 4 Histor. cap. 79. *Navem frangere*, Terentius Andr. a. 1 sc. 3 v. 17, schiffbruch leiden. *Navis sidit*, das schiff sincket. vid. *Sido*. *Elidi* etiam dicitur *navis*, cum perit. *Navis in noctem conjecta*, id est, oppressa nocte, Cæsar lib. 3 de B. C. cap. 28. *Navem applicare ad terram*, Cæsar lib. 3 de B. C. cap. 101. *Navem applicare ad terram*, Cæsar lib. 3 de B. C. cap. 101. *Navem in terram ejicere*, Cæsar lib. 3 de B. C. c. 25 & 28, anfahren, landen. Vide ibi Ciaccon. *Subduci naves* dicuntur, quæ peracto cursu navigationis in terram subducuntur: *Deduci* contra, quæ accinguntur itineri. vide & in *Duco*. *Navem exercere*, zu schiffe handeln, Paullus JCtus lib. 2 Recept. Sentent. tit. 6. *Navi advehi*, Sulpic. Ciceroni lib. 4 epist. 12, zu schiffe ankommen. *Navibus venire*, Livius lib. 26 cap. 17. Et, *Salva nave in portum pervenire*, Quintil. lib. 2 cap. 17. *Conficit optime cursum navis, quæ scientissimo gubernatore utitur*, Cic. 1 de Invent. cap. 34. *Vna est navis jam bonorum omnium*, Idem lib. 12 fam. epist. 24, i. e. fortuna, einerley zustand. Similiter lib. 1 epist. 5 dixit, *In eadem esse navi.* Et Horatius 2 epist. 1 v. 114 *Navem agere ignarus navis timet.* ¶ Naves antiqui Diis, Deabusque consecrabant, eorum tutelæ committebant, & insignia navibus præponebant. Ovid. lib. 1 Trist. eleg. 3 v. 110
pictos verberat unda Deos.

¶ In navi sunt: *Malus, antenna, velum, carina, sentina, remi, funes, rudentes, camelus, contus, anchora, rostrum, prora, puppis, gubernaculum, clavus, temo, camera, tectum, statumina*, &c. de quibus vide alibi.

¶ Nāvĭcŭla, æ, dimin. ein schifflein, kähnlein; ut, *Naviculâ trajicere*, Cic. post red. ad Quir. cap. 8, übersetzen. Et extremo 4 Acad. Quæst. *Nos ad naviculas nostras descendimus.* Suet. Cæs. cap. 63 *Navicula vectoria.*

¶ Naucŭla, æ, per syncopen pro navicula. Paulin. epist. ad Cyther. v. 247 *Saliens in illam decidisset nauculam.*

¶ Naucella, æ, idem, Lege 17 § 1 Dig. de instruct. vel instr. leg. *Instrumento piscatorio contineri naucellas, quæ piscium capiendorum caussa comparatæ sunt.* Quasi Navicella.

¶ Navicella, æ; Bauhus. lib. 3 epigr. 38
Decurrit mea navicella cursu.

¶ Naucŭlor, ari, vel, quod idem est,

¶ Nāvĭcŭlor, ari, navi vehi, schiffen. Martialis lib. 3 epigr. 20
Piger Lucrino nauculatur in stagno.

¶ Naviculator, ōris, idem qui *Nauclerus*, ein schiffer. Cicero *Naviculatores* cum mercatoribus conjungit, pro Lege Manilia cap. 5.

¶ Navicularius, i, idem. Cic. 4 Verrin. cap. 55 *aratores, mercatores, navicularii.* Idem lib. 16 epist. 9 extrema ad Tironem: *Cum honesto aliquo homine* [naviges,] *cujus auctoritate navicularius moveatur.*

¶ Naviculārius, a, um, adjective, pertinens ad navigandi artem & usum, schifferisch; ut, *navicularia functio*, Lege 3 Cod. de prædiis naviculariot. *Onus navicularium*, Lege 2 & 12 Cod. Theod. de Naviculariis.

¶ Navicularia, æ, ars navis regendæ, die schiffer-kunst; ut, *Naviculariam facere*, Cic. in Verrem 7 cap. 17.

¶ Nāvālis, e, schifferisch; ut, *Apparatus navalis*, Cicer. 10 ad Attic. epist. 8, schiff-rüstung. *Socii navales*, remiges sunt, Liv. lib. 21 c. 50, schiff-cameraden. *Disciplina navalis*, Cic. pro Lege Manil. cap. 18, kunst und wissenschafft mit schiffen umzugehen. *Corona navalis*, quæ ei donabatur, qui primus in hostium navem armatus transiliisset, Festus & Gell. lib. 5 cap. 6. Et, *Bellum navale*, krieg zu wasser: *Navalis belli peritissimus*, Corn. Nep. in Themist. cap. 2 n. 3.

¶ Navāle, is, substantive, der port, hafen. Ovid. epist. 18 Leandri v. 207

aptum

aptum nostræ navale carinæ:

& 3 Metam. v. 661 *siccum navale.* Frequentius & usitatius in plurativo *Navalia*: locus, ubi texuntur naves; aut ubi subducuntur. Quamquam de isto nonnulli maxime capiunt. Servius ad Virg. Æn. 11 v. 326 *Quidam* TEXAMUS *proprie dictum tradunt: quæ loca, in quibus naves fiunt, Græcis ναυπήγια, latine* TEXTRINA *dicuntur. Ennius dicit:* Idem campus habet textrinam navibus longis. NAVALIA *enim non esse ναυπήγια*, sed *νεώρια.* Hæc Servius. Virgilius 4 Æneid. v. 593 *Diripientque rates alii navalibus*, &c.
Cæsar 2 de B. C. cap. 3 *Ex navalibus eorum unam* (navem) *deducit.* Et cap. 4 *Ex navalibus productas naves referant.* Genitivum pluralem Vitruvius lib. 5 extremo *navaliorum* ex alio ordine formavit.

¶ Nāvăcŭlum, i, navale, ein meer-hafen, eine schiffstelle. Gloss. lat. gr. *Navaculum, νάυσταθμον.*

¶ Naulum, i, *ναῦλον*, pretium pro vectione in navi, das schifflohn, fähr-geld. Juvenalis sat. 8 v. 97 *post omnia perdere naulum.*
Hoc *Portorium* Plautus Asin. a. 1 sc. 3 v. 6 dixit.

¶ Nauta, & Nāvĭta, æ, ein schiffmann. Cicero ad Atticum lib. 9 epist. 2 *Navitam ipse audire videor jam evocantem.* Cæsar lib. 5 Bell. Gall. cap. 10 *quod neque anchoræ funesque subsisterent, neque nautæ gubernatoresque vim tempestatis pati possent.* Propertius 2 eleg. 1 v. 43 *Navita de ventis*, &c. vide *Narro.*

¶ Nautālis, e, schiffmännisch. Auson. Mosellæ v. 223
Reddit nautales vitreo sub gurgite formas.

¶ Nautĭcus, a, um, zur schiffahrt gehörig; ut, *clamor nauticus*, Virg. Æn. 3 v. 128. *Cantus nauticus*, hoc est, in navi, vel inter nautas exortus, Cic. 2 Nat. Deor. cap. 35. Et, *Verbum nauticum*, Idem ad Atticum lib. 13 ep. 21. *Panis nauticus*, schiffbrod, Plin. lib. 22 cap. 25. *Castra nautica*, Nepos Alcibiade cap. 8 n. 5. Sic *Nautici*, qui navem gubernant, bootsleute, matrosen, Plin. 9 cap. 31. Liv. 37 cap. 28. Gell. 2 cap. 22.

¶ Nautea, æ, aqua de sentinis, ut Nonius ait cap. 1 n. 25, schiff-jauche. Plautus Asinar. a. 5 sc. 2 v. 45 *Nauteam bibere malim, quam* &c. Aliunde Festus ducit, quem videas.

¶ Navarchus, i, *ναύαρχος*, navis princeps, der schiff-herr, schiff-meister, schiff-patron, Cic. 5 Verr. cap. 80. Adde Leg. 6 Cod. de Navicular.

¶ Nauclērus, i, *ναύκληρος*, navis rector, der steuermann. Plaut. Mil. a. 4 sc. 3 v. 16, & Lege 4 Cod. de Navicular. Item Isidor. Orig. 19 cap. 1 *Naucleru dominus navis est appellatus, quod navis in sorte ejus sit. Κλῆρος enim græce sors dicitur.*

¶ Nauclerius, & Nauclericus, a, um, *ναυκληρικὸς*, dem schiff-herrn gehörig; ut, *Nauclerius & nauclericus ornatus*, die wasser-tracht, apud Plaut. Asin. a. 1 sc. 1 v. 54.

¶ Naufrăgus, a, um, qui navem frangit, hoc est, naufragium facit, schiffbrüchig, der schiffbruch leidet; ut, *Naufragorum ejecta & debilitata manus*, Cic. 2 in Catil. cap. 11. Et, *Dare naufrago tabulam*, Seneca 3 Benef. c. 9. *Puppis naufraga*, Ovid. Her. epist. 2 Phyllidis v. 16. Et, *Corpora naufraga*, Virg. 3 Georg. v. 542. ¶ Et active, das schiffbruch zu wege bringt; ut, *Mare naufragum*, Horat. lib. 1 od. 16. *Naufraga tempestas*, Val. Flaccus lib. 1 v. 584.

¶ Nāvĭfrăgus, a, um, poëtæ etiam dicunt pro *Naufragus.* Ovid. Trist. 5 eleg. 8 v. 11 *Vidi ego, navifragum qui riserat, æquore mergi.*
Prudentius præfat. 1 adv. Symmach. v. 9
Et vim navifragi pertulerat noti.
Et Auson. epist. 7 v. 405 *Non hic navifrago quæritur æquore.* Statius 5 Theb. v. 41 *saxa navifraga.*

¶ Naufragālis, e, pro *Naufragus*, schiffbrüchig. Martian. Capell. 6 *Capraria naufragalis.*

¶ Naufragiōsus, a, um, zum schiffbruch bequem. Claud. Mamert. de Stat. Anim. 1 c. 1 *Naufragiosum pelagus disputationis intrare.* Et Sidon. 4 epist. 12 *Naufragioso pelago conformis est motus animorum.*

¶ Naufragium, i, der schiffbruch; ut, *Naufragium facere*, Cic. 16 fam. ep. 9; *pati*, Sen. Herc. Oet. v. 118. *Naufragium commune omnibus solatium, κοινὸν ναυάγιον τοῖς πᾶσι παραμύθιον.* vide Chiliad. *Naufragium rei familiaris, fortunarum*, schaden und abbruch der nahrung, eleganti metaphora dixit Cicero lib. 1 fam. epist. 9, & pro Rabirio perduel. cap. 9.

¶ Naufrago, are, vel Naufragor, ari, pro naufragium facere, schiffbruch leiden; Vitiis sermonis annumeratur a Vossio lib. 4 p. 716. Adest tamen autoritas Petronii fragm. Trag. p. 49 *Omnes naves naufragarunt; uno die Neptunus trecenties sestertium devoravit.* Usurpavit Interpres Bibliorum vetus haud dubie verbum volens verbo reddere, 1 Tim. 1 v. 14 *περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν: circa fidem naufragaverunt.* Hæsit hic locus in mente Augustini, cum ex alio (1 Tim. 6 v. 10) hæc citaret Apostoli verba lib. 1 de Morib. Eccles. cathol. cap. 19, *Radix omnium malorum cupiditas, quam quidam sequentes naufragaverunt a fide:* quamquam ibi non *ἐναυάγησαν* est in fontibus, sed *ἀπεπλανήθησαν*, quod vetus Interpres reddidit, *erraverunt.* Cyprianus quoque de Lapsis cap. 10 *naufragaverunt a fide.* Iterum Augustinus epist. 48 *sine ullo lactamine naufragatis.* Et cap. 24 Meditat. *Loca periculosa Scylla & Charybdis, & alia innumerabilia, in quibus naufragantur incauti.* Sidon. 4 epist. 21 *Quo plus industrius quisque æquor agrorum frequentat, hoc minus naufragat.* Salvian. lib. 3 Gub. p. 49 *Apostolus ter naufragasse se dicit. Non ter tantummodo naufragavimus.* Paulinus ad Cytherium v. 154
Namque ante, pelago quam periret naufragus,
Jam mente naufragaverat.

¶ Nāvĭger, a, um, schiffreich. Lucretius lib. 1 v. 3 *Mare navigerum.* Vegetius lib. 3 cap. 7 *navigeri amnes.* Ammian. 23 cap. 20 *Adiabene sita inter navigeros fluvios.*

¶ Nāvĭgo, avi, atum, are, prius notabat *navem agere*, unde & conflatum: sed accipitur generatim pro *nave iter facere*, segeln, über wasser reisen, schiffen. Terent. in Hecyr. a. 3 sc. 4 pr. *Non hercle verbis dici potest, quantum reipsa navigare incommodum est.* Cic. ad Att. lib. 5 epist. 12 *Negotium magnum est navigare.* Et, *Probo navigio, bono gubernatore navigare*, Cic. lib. 4 Academ. cap. 31. *Navigare plenissimis velis*, Idem pro domo sua cap. 10, mit vollem winde segeln. Et, *navigare in portu*, est a periculo abesse, Terent. in Andr. a. 3 sc. 1 extr. ¶ Eleganti translatione *Navigare* dicuntur, quorum magna celeritas est: Cicero pro Lege Manilia cap. 12 *Quis unquam tam brevi tempore tot loca adire, tantos cursus conficere potuit, quam celeriter, Cn. Pompejo duce, belli impetus navigavit?* ¶ *Navigari* passive: Plinius lib. 2 cap. 67 *A Gadibus columnisque Herculis, Hispaniæ & Galliarum circuitu, totus hodie navigatur occidens. Septentrionalis Oceanus majori ex parte navigatus est auspiciis divi Augusti.* Impersonaliter Cic. pro Lege Manil. cap. 11 *Quum aut hieme, aut referto prædonum mari navigaretur.*

¶ Navigatus, a, um, beschifft; ut, *navigatus fluvius*, Plin. 6 cap. 20. Et Tacitus Germ. cap. 34 *Ambiunt immensos lacus Romanis classibus navigatos.*

¶ Nāvĭgātio, ōnis, die schiffahrt; ut, *Secunda navigatione pervehi*, Tacit. 2 Annal. cap. 8, glücklich schiffen. Cic. de Senect. cap. 19 extr. *Quo propius ad mortem accedo, eo citius quasi terram videor videre, aliquandoque in portum ex longa navigatione esse venturus.* Adagii vim habet: *Jucundissima navigatio juxta terram, ambulatio juxta mare*, Plutarchi est in primo Sympos. *πλοῦς μὲν ὁ παρὰ γῆν, περίπατος δὲ ὁ παρὰ θάλατταν ἥδιστος.* Diem anni, quo navigationem auspicabantur veteres, feriis publicis celebrabant. v. Turneb. lib. 18 Advers. c. 24.

¶ Navigator, ōris, ein schiffer. Quintil. Declamat. 12 *infelix navigator es, cujus votis auræ non respondent.* Adde Inst. Orat. 5 cap. 10. Paulinus Nolanus ad Cytherium v. 397
Qui veste trita navigator venerat.

¶ Navigābĭlis, e, schiffreich, das beschiffet werden kan; ut, *Flumina navigabilia*, Senec. 3 Benef. cap. 8. Sic Livius lib. 35 cap. 44 *Simul primum anni tempus navigabile præbuisset mare.*

¶ Nāvĭgium, i, omne genus navis, quo in mari utimur, allerley schiff- und fahrzeug. Cic. 4 Acad. cap. 31 *Probo navigio, bono gubernatore ac tranquillitate.* Et Cæsar 4 B. Gall. cap. 26 *Speculatoria navigia.* ¶ 2. Posteriore ævo pro Navigatione sæpe. Rutilius Numatianus lib. 1 v. 541 *Tempora navigii clarus reparaverat Eurus.*
Atque ita Servius in Virg. Georg. 1 v. 139 *navigio invento*, hoc est, navigatione. Ad quem modum in eodem Servii commentario plura loca Gronovius Observat. ad Script. Eccles. cap. 25 ex duobus membranaceis codicibus restituit, v. g. in Georg. 2 v. 44, ubi editum, *ad navigandum*, reposuit laudatus vir MSStorum fide *ad navigium.* Et exordio in 4 Æneid. pro, *navigationum pericula*, reposuit unum verbum, *navigium.*

¶ Navigiŏlum, i, dimin. ein schifflein. Lentulus Senatui lib. 12 Cic. fam. epist. 15 *Nos vix ipsi singulis cum navigiolis reciperemur.* Hirtius B. Afric. cap. 63 *navigiolum parvum conscendit.*

¶ Naumăchia, æ, *ναυμαχία*, pugna navalis ludicra, ein schiff-stechen; ut, *Naumachiam committere*, apud Sueton. Claudio cap. 21. *Naumachiæ spectaculum*, Vellej. 2, 56, 1. ¶ Item locus, ubi ejusmodi pugnæ fiebant: qua ratione *præclusam Naumachiam* Suetonius dixit Nerone cap. 27.

¶ Naumachiarius, i, *ἐπιβάτης*, qui prœlium navale committit, ein schiff-kämpffer, Suetonius Claudio cap. 21 &c. Et *Pontem naumachiarium* Plinius adjective dixit lib. 16 cap. 39 & 40.

¶ Naupēgus, i, ein schiff-bauherr. Gloss. gr. lat. *ναυπηγὸς, Faber navalis.* conf. Firmicus 4 cap. 17.

¶ Naupegiārius, i, idem. Inscript. apud Sponium Misc. Erud. Antiq. p. 67 COLLEG. NAVPEGIAR. Adde Reines. Inscript. p. 602.

¶ Naustĭbŭlum, i, Festus exponit *alveum ad navis similitudinem factum.* Vossio Etym. p. 339 videtur potius significare *portum* sive *navium stationem*, quasi *navis stabulum*: ut græce *νάυσταθμος*, ein schiff-hafen.

Composita cum præposit.

¶ Adnāvĭgo, are, vel, Annavigo, are, anschiffen, anländen, herzuschiffen. Plin. lib. 35 cap. 10 *Rhodum quum Apelles adnavigasset.* Idem lib. 36 cap. 12 *Pyramides conspicuæ undique adnavigantibus.*

¶ Circumnavĭgo, are, herum schiffen, umher schiffen. Vellej. Paterc. lib. 2 cap. 106 *Classis, quæ oceani circumnavigaverat sinus.*

¶ Enavigo, are, überschiffen, die schiffahrt vollenden. Plinius lib. 6 cap. 17 *Proditur, Alexandrum non potuisse ante menses quinque* [Indum] *enavigare.* Horatius lib. 2 od. 14 v. 11 *Unda* [inferorum] *omnibus enaviganda.* ¶ Tralate Cicero 4 Tusc. cap. 14 *E quibus tamquam ex scrupulosis scopulis enavigavit oratio.*

¶ Enavigatus, a, um, überschifft; ut, *sinus enavigatus*, Plinius 9 cap. 3. *Enavigato Maleo*, Symmach. 8 epist. 61.

¶ Innavĭgo, are, darinn schiffen. Scribanius in Prodigo: *Scelerum fluctibus innavigare.*

¶ Innavigābilis, e, unschiffbar. Livius lib. 5 cap. 13 *Insignis annus hieme gelida ac nivosa fuit, adeo ut via clausa, Tiberis innavigabilis fuerit.*

¶ Pernavĭgo, are, durchschiffen. Plinius lib. 2 cap. 67 *Ex Indico mari pars pernavigata est Macedonum armis.*

¶ Prænavigo, are, vorbey schiffen. Plin. lib. 6 cap. 28 *Duo oppida Tigri prænavigari tradunt.* Pomp. Mela lib. 2 cap. 3 *Ad Sunium tendentibus illa prænaviganda.*

¶ Prænavigatio, ōnis, die vorbeyschiffung. Plinius lib. 6 cap. 31 *Statius Sebosus a Gorgonum insulis prænavigatione Atlantis dierum XL ad Hesperidum insulas cursum prodidit.*

¶ Præternavĭgo, are, fürüberschiffen. Vet. Gloss. *Præternavigo, παραπλέω.* Apulejus de Deo Socratis extr. *Scyllam præternavigavit.*

¶ Præternavigatio, ōnis, die fürüberschiffung. Plinius lib. 4 cap. 12 *Æginæ XX mill. pass. præternavigatio est.*

¶ Renavĭgo, are, zurück schiffen, heimschiffen. Idem Plin. 6 cap. 23 *Ex India renavigant mense Decembri:* & Cic. ad Attic. lib. 14 epist. 16 *In Puteolana & Cumana regna renavigare.*

¶ Supernavĭgo, are, drüber schiffen. Gloss. Cyrill. *Supernavigo, ἐπιπλέω.*

¶ Trans-

¶ Transnavĭgo, are, hinüberschiffen. Sulpicius Severus Dialog. 1 de Monach. Orient. cap. 1 *Tot maria transnavigavimus.*

Navita, Navitas, naviter, Naulum, naumachia, &c. vide *Nauta* in *Navis*, *Navo*, *Navis*.

NĀVO, avi, atum, are, est studiose & strenue aliquid facere seu præstare, verüben, bestellen, ausrichten. Budæus hoc verbum a nautis deducit, quod sint auxilio aliis in navibus gubernandis. Conf. Voss. Etym. p. 238. Hinc *navare operam*, sive *studium alicui*, apud Ciceronem sæpius legitur: quod est studio atque opera sua aliquem studiose strenueque juvare, einem helffen fleiß anwenden. Livius, *fortiter in acie operam navare*, dixit lib. 7 cap. 16, sich in der schlacht wohl halten. Tacitus, *bellum alicui navare*, 4 Histor. cap. 25 dixit. Idem 4 Histor. cap. 59 *Interfectorem Voculæ aliis ordinibus, cæteros, ut quisque flagitium navaverat, præmiis attollit:* id est, ut quisque in exsequendo flagitio, sive interficiendo Vocula contulerat operam, seque præbuerat strenuum. Sic & Cicero 9 fam. epist. 2 *navare rempublicam* dixit pro *curare*. vid. Parei Lex. Crit. p. 774.

¶ Nāvus, & per prosthesin Gnavus, a, um, celer, studiosus, strenuus, wacker, rüstig. A *navis* velocitate Donatus & Festus deducunt. *Navus & industrius homo*, Cicero 5 in Verr. cap. 21. *Oderunt agilem gnavumque remissi*, Horat. 1 epist. 18 v. 90. *Timor navus*, qui vehementer sollicitat ad fugam &c. Silius 7 v. 349

stimulatque ruentes
Navus abire timor.

¶ Nāvĭtas, ātis, industria, die emsigkeit, hurtigkeit. Cic. 10 fam. epist. 25 *Istam operam tuam, navitatem, animum in rempubl. celeritati præturæ anteponendam censeo.* Arnob. lib. 1 *gnavitas studiosa.*

¶ Navities, ēi, idem. Gloss. gr. lat. *ἀρετὴ, industria, navities, virtus.*

¶ Nave, & Naviter, adverb. mit fleiß. Plaut. citante Festo: *Nave agere oportet, quod agas non ductarie.* Et, *Naviter perficere*, Terent. in Eunuch. a. 1 sc. 1. *Bellum gerere naviter*, Livius lib. 24 cap. 23. *Consilium agendi gnaviter*, Horat. 1 epist. 1 v. 24.

Composita:

¶ Enāvo, āre, ad finem navare. Vnde

¶ Enavatus, a, um, angewandt, vollbracht. Tacitus Hist. 3 cap. 74 n. 3 *Præmia enavatæ operæ petebant:* ubi vulgati libri *navatæ* habent. Vide Theodori Ryckii animadversionem.

¶ Ignāvus, a, um, cujus contrarium *fortis* est, faul, hinlässig: ut, *Ignavus miles ac timidus*, Cic. 2 Tuscul. cap. 23. Ovidius 1 Pont. epist. 5 v. 5

Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus.

Comparationis gradus quoque ferre potest: *Homo inertior, ignavior*, Cicer. 4 Verrina extrema. Et, *Pejor, an ignavior sit, deliberari non potest*, Sallust. orat. L. Philippi contra Lepidum. *Ignavissimus & fugacissimus hostis*, Livius lib. 5 cap. 28. Idem lib. 9 cap. 4 *ab ignavissimo ad opera ac muniendum hoste clausi.* ¶ *Ignavis semper feriæ*, desumtum ex Theocriti Eidyll. 15 v. 26, *Ἀεργοῖς αἰὲν ἑορτά*, wer nicht gern arbeitet, hat bald einen feyertag gemacht. vide Chiliad.

¶ Ignāvia, æ, die faulheit, hinlässigkeit. Cicer. pro Rabir. cap. 7 *Ignaviam suam tenebrarum ac parietum custodiis tegere.* Idem de Invent. lib. 2 cap. 54 *Contraria sunt, fortitudini ignavia; justitiæ injustitia.*

¶ Ignave, adverb. faul. *Ne quid timide, ne quid ignave faciamus*, Cicer. 2 Tuscul. cap. 23. Compar. *ignavius*. Virg. 3 Georg. v. 465

carpentem ignavius herbas.

¶ Ignavĭter, idem; ut, *facere aliquid ignaviter*, Hirtius Ciceroni sub lib. 15 ad Attic. epist. 6, qui & Bello Afric. c. 81 *castra non ignaviter munire.*

¶ Ignavesco, ĕre, träge werden, faullentzen. Tertullian. de Anima c. 43 *Anima nec quiescit, nec ignavescit.*

¶ Ignavio, īre, ignavum facere, faul machen. Accius apud Nonium cap. 2 n. 441 *Sæpe ignavit fortem in spe exspectatio.*

¶ Ignavio, ōnis, ein faullentzer. Gell. 16 cap. 24 *Isti ignaviones, qui nihil perficere possunt.*

¶ Prægnavĭter, adverb. tapfer, fleissig, Plaut. Pers. a. 4 sc. 4 v. 39.

¶ Prognaviter, idem. Ennius apud Nonium cap. 2 n. 625 *Pro populo Romano prognaviter armis certando.*

¶ Renāvo, āre, iterum navare. Cic. ad Attic. 1 epist. 14 *Renavabo operam.* Alii *navabo*, vel *renovabo*.

NAVPACTVM, vel Naupactus, i, urbs Ætoliæ in ora sinus Corinthiaci, hodie *Lepantho*. *Naupactum excubare*, dicitur de re plena discriminis, quia Pausanias Naupacti excubiis præfectus ab Achivis interfectus est. conf. Suid.

¶ Naupactous, vel Naupactæus, a, um, adject. ut, *Naupactous Achelous*, Ovid. Fast. 2 v. 43.

Naupegiarius, naupegus, vide paullo ante *Navis*.

NAVPLIA, æ, vel Nauplium, i, urbs Peloponnesi maritima, hodie *Napoli di Romania*.

¶ Nauplius, i, filius Neptuni & pater Palamedis, qui, cum Vlyssis opera lapidibus obrutus esset filius, acerbus in omnes Græcos ultor exstitit, & tandem seipsum in mare præcipitavit; Propert. 4 eleg. 1 v. 15. ¶ 2. *Nauplius* piscis, de quo Plinius 9 cap. 30.

¶ Naupliades, æ, Palamedes, apud Ovidium Metam. 13 v. 310.

NAVPORTVS, i, Istriæ fluvius, inter Æmoniam & Alpes, Plinius 3 cap. 18.

NAVSCIT, de grano fabæ dicitur, cum non dissimile navis formæ sese aperit: Festus.

NAVSEA, æ, & Nautea, *ναυτία, ναυτίασις*, stomachi concitatio ad vomitum, der eckel, abscheu, das grausen, grauen. Cicer. ad Tiron. 16 famil. epist. 10 *Festinare te nolo, ne nauseæ molestiam suscipias æger.* Idem ad Attic. lib. 5 epist. 13 *Navigavimus sine timore & nausea.* Et, *nausea abiit*, Cicer. ad eumdem lib. 14 epist. 10. Et Plinius 30 c. 14 *nauseam inhibere*, quod *coërcere* Horatius epod. 9 v. 35 dixit, das brechen stillen.

¶ Nauseŏla, æ, dimin. ein eckelein. Cicer. ad Attic. lib. 14 epist. 8 *Nauseola caussam otii dedit.*

¶ Nauseōsus, a, um, nauseam efficiens, eckelicht; ut, *Radix nauseosa*, Plin. lib. 26 cap. 8.

¶ Nauseo, āre, nauseam habere, stomachi fastidio laborare, eckeln, eckel haben. Horat. 1 epist. 1 v. 93 *æque nauseat ac locuples.* *Ructare & nauseare*, sich würgen und brechen, Cicer. 12 fam. epist. 25. ¶ Item, contemnere, respuere, verachten. Cic. de N. D. 1 cap. 30 *Quam bellum erat, confiteri potius, quam ista effutientem nauseare.*

¶ Nauseābĭlis, e, eckelnd. Cæl. Aurel. Tard. 3 cap. 2 *Nauseabilis oris humectatio.*

¶ Nauseabundus, a, um, idem. Senec. epist. 108 *Gubernator in tempestate nauseabundus.*

¶ Nauseator, ōris, ein eckler mensch. Seneca epist. 53 *nauseator erat.*

¶ Nausificus, a, um, eckelhafft; ut, *Nausificus pædoris odor*, Guil. Brito Phil. 10 v. 448.

NAVSĬCĂE, es, Alcinoi Phæacum regis filia. Martial. 12 epigram. 31

Si mihi Nausicaë patrios concederet hortos,
Alcinoo possem dicere: Malo meos.

Nauta, nautalis, nautea, nauticus, vide ante *Navis*.

NAVTĬLVS, i, *ναυτίλος*, piscis, polypus testaceus, ein schiffküttel, Plin. lib. 9 cap. 29.

Navus, a, um, vide paullo ante *Navo*.

NAXIVM, i, ita vocantur cotes in insula Cypro genitæ, Plin. lib. 36 cap. 7. *Lapis Naxius*, & *Cos Naxia*, *ἀκόνη Ναξία*, Dioscorid. ein schleiffstein, wetzstein aus Cypern.

NAXVS, i, *Νάξος*, insula in Ægæo, una ex Cycladibus, *Dionysias* alio nomine dicta a vinearum copia, Plinio auctore lib. 4 cap. 12. *Bacchica Naxos*, Stat. Achill. 1 v. 4. Conf. Virg. Æneid. 3 v. 125.

¶ Naxius, a, um, adjectiv. ut, *Naxia turba*, Propert. lib. 3 eleg. 17.

NĂZĂRĒI, vel Nazareni, orum, apud Judæos erant voto obstricti, & abstinentes a vino, novacula & mortuorum pollutione. ¶ 2. Christiani sic dicti ab urbe Nazareth, in qua Christi parentes habitarunt. Apud Prudentium Cathem. 7 v. 1 *Nazarenus* ipse Christus dicitur. Et adjective in Symmach. 1 v. 550 *Viri Nazarēi*, die Christen: item Perist. 10 v. 45 *disciplina Nazarena*, das christenthum.

NĒ, adverbium prohibendi, significat *non*, nicht. *Ne metuas*, Terent. Eunuch. a. 4 sc. 7 v. 16. *Ne fugite hospitium*, Virgil. 7 Æneid. v. 202. *Ne quis illud admiretur*, Cicer. 3 de Orat. cap. 50. In his igitur ac similibus NE adverbium est prohibendi seu vetandi: quod distinguere jubet Quintilianus ab adverbiis negandi, lib. 1 cap. 9 (al. 5) NE *ac* NON *adverbia* (sunt:) *qui tamen dicat pro illo*, NE FECERIS, *non feceris, in vitium incidat, quia alterum* (non) *negandi est, alterum* (ne) *vetandi.* ¶ 2. Sciendum tamen, in aliis loquendi formulis certis etiam NE adverbium esse negandi. *Te obsecro, ut ne dicas*; hoc est, *ne dicas*, vel, *ut non dicas*; nam & apud Quintilianum, *ut non*, reperias lib. 12 cap. 10 *ut non dicam pinguioribus, fortioribus certe verbis.* Cicero utrumque simul adhibuit 2 de Fin. cap. 8 *Ex quo efficitur, non ut voluptas ne sit voluptas, sed ut voluptas non sit summum bonum.* Plura vide infra in *Vt*. Observatione dignus hic Ovidii locus est, qui ordine inverso, quo carminis metro consuleret, *ne ut* usurpavit, pro *ut ne*, lib. 1 de Pont. epist. 2 v. 113

Et ne, si superest aliquis post funera sensus,
Terreat ut manes Sarmatis umbra meos.

Quamquam ita locutus est & Tacitus 4 Histor. cap. 13 n. 3. ¶ 3. Ita, *utinam ne* valet, *utinam non*. Notum illud Ennii apud auctorem ad Herenn. lib. 2 cap. 22

Vtinam ne in nemore Pelio securibus
Cæsa cecidisset abiegna ad terram trabes;

quod & Cicero affert de Fato cap. 15. Ita, *ne vivam: ne valeam; ne sim salvus*, pro *non vivam*, &c. qui modi sunt asseverandi cum obtestatione aut devotione. Cicer. ad Attic. lib. 16 epist. 13 *Ne sim salvus, si aliter scribo ac sentio:* quod ferociores nostri dicunt: GOtt straffe mich. Etiam composita *ne* servant pro *non*. Tale est *nefrendes*, de quo vide in *Frendeo*. Gell. lib. 13 cap. 21 extremo: *Nerio dictum; quasi neirio, hoc est, sine ira. Ne enim particula, ut apud Græcos, ita plerumque in latina quoque lingua, privativa est.* ¶ 4. *Ne quidem*, pro nec quidem. *Ne istius quidem laudis sum cupidus*, Cicer. pro Rosc. Am. cap. 1. *Ne hoc quidem tacebit Parmeno*, Terent. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 49. *Ne id quidem*, ibidem a. 2 sc. 3 v. 30. *Ne tantillum quidem commotus est*, Cicero apud Donatum in Terent. Adelph. a. 2 sc. 1 v. 9, er hat sich auch das geringste dinglein nicht bewegen lassen. *Ne pilum quidem*, Idem 5 ad Attic. epist. 20, nicht ein härichen. ¶ 5. Alias *Ne* conjunctio caussalis est, valetque idem quod *ut non*, daß nicht, damit nicht. Sic semper construitur cum conjunctivo. *Ne amicis nihil tribuamus, epulamur; Ne nihil*, id est, ut non nihil, seu ut aliquid tribuamus, damit wir unsern freunden etwas zu willen seyn, etwas einräumen, Cicer. ad Pætum lib. 9 famil. epist. ult. ¶ 6. *Ne*, interdum dubitativum aut interrogativum est: *Estne hic Crito sobrinus Chrysidis?* Terent. Andr. a. 4 sc. 5 v. 6. Et Cicer. 1 Offic. cap. 3 *Honestumne factu sit, an turpe, dubitant.* Plaut. in Capt. a. 3 sc. 5 v. 55 *Emitteresne nec ne eum servum manu?* ob du denselben knecht frey liessest oder nicht? *Fiat, nec ne fiat, id quæritur*, Cicer. Plautus & ante verbum suum ponit; ut Captivis a. 1 sc. 2 v. 24 *Visam, ne nocte hac quicquam turbaverint*, pro *turbaverintne quicquam*. ¶ 7. Interdum *παρέλκει*, nec aliud quicquam sonat, quam adjectio syllabica, qualis est Græcorum *γε*. Horat. 1 satyr. 10 v. 21

O seri studiorum, qui ne putetis
Difficile & mirum, Rhodio quod Pytholeonti *Contigit.*

Vide ibi notas Xylandri pag. 142, qui observat, similiter eumdem Horatium dixisse *uterne* 2 satyr. 2 v. 107; &, *quone & quantane*, satyr. 3 v. 295 & 317; Terentium item *anne*, de quo dictum in *An*.

¶ Nec, necne, vide infra suo loco *Nec*.

¶ Nedum, conjunct. vielweniger geschweige; ut, *Nedum tu possis*, id est, tantum abest, ut tu possis, ich geschweige denn, daß du es soltest vermögen. Terent. in Heaut. a. 3 sc. 1 v. 43 *Satrapes si siet amator, nunquam sufferre ejus sumtus queat, nedum tu possis.* Postponitur autem & *nedum* & *ne modo* plerumque, ut in allegato Terentiano loco, item in isto Horatiano, epistolâ ad Pisones de Arte Poët. v. 68

Mortalia facta peribunt:
Nedum sermonum stet honos, & gratia vivax.

Aliquando tamen utrumque ei præponitur, quod in Actio suo Jo.

Jovianus Pontanus pag. 110 observat. Cicero ad Atticum: *Tu, quoniam quartana cares, & nedum morbum removisti, sed etiam gravedinem, te vegetum nobis in Græcia siste.* Locus est lib. 10 epist. 16 extr. Gruterianæ editionis: quæ in vulgatis Edit. modo 17, modo 18 est. Vbi tamen pro *nedum*, legitur *non modo*. Sed & Grævius, vir acutissimi judicii, *ne dum* æque legit ac Gruterus. Oppius quoque & Balbus ad Ciceronem lib. 9 ad Atticum: *Nedum hominum humilium, ut nos sumus, sed etiam amplissimorum virorum consilia ex eventu, non ex voluntate, a plerisque probari solent.*

¶ Nequa, nequaquam, nequicquam, nequis, vide in *Qui*.

¶ Nequando, vide in *Quando*.

¶ Neque, particula negativa & disjunctiva, auch nicht, weder, noch. Terent. in Andr. a. 1 sc. 2 v. 34 *Ne temere facias, neque tu haud dicas, tibi non prædictum*, &c. noch auch. ¶ 2. Interdum sæpius repetitur in sententiis distributivis: ut, *nulla vitæ pars, neque publicis neque privatis, neque forensibus neque domesticis in rebus*, &c. *vacare officio potest*, Cicer. 1 Offic. cap. 2, weder, noch. ¶ 3. *Neque dum*, nec dum, noch nicht. Cicer. ad Q. fratr. lib. 3 epist. 8 *Sed ejus rei maturitas neque dum venit, & tamen jam appropinquat.* ¶ 4. Neque nihil: ut, *Neque nihil, neque tantum tamen, quantum postules, consequi*, Cic. pro Rosc. Com. cap. 4, nichts gar nichts, oder etwas. ¶ Asconius Pedianus in Orat. Ciceronis pro M. Scauro: NEQVE, inquit, *conjunctio disjunctiva est, & semper postulat ut rursus inferatur. Vt cum dicimus:* NEQVE HOC, NEQVE ILLVD. Atqui apud auctores non ipsa infertur semper: sed non raro copula sequitur. Terentius Eunuch. a. 5 sc. 5 v. 23 *Quid agas, ne neque illi prosis, & tu pereas.* Cicero ad Atticum lib. 1 epist. 17 *Id neque amoris mediocris, & ingenii summi ac sapientiæ judicio.* (vide & infra *Nec.*) ¶ 5. Valla, non recte dici, *Neque autem*, sed semper *neque vero*, putat. Sed sic Cicero 5 fam. epist. 12 *Neque autem ego sim ita demens, ut* &c. Et Vlpianus Dig. 2 tit. 6 l. 5 §4 *Neque autem in heredem, neque post annum dabitur.* vid. And. Borrich. Vind. p. 144.

¶ Neve, neu, idem. Terent. in Andria a. 1 sc. 5 v. 56 *Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deseras*, du wollest sie nicht von dir stossen, noch sie verlassen. Fiunt hæc omnia ab adverbio *Ne*.

¶ Neutīquam, a *ne* & *utique*, *utiquam*; idem est, quod nequaquam, nullo modo, mit nichten, gar nicht. Cicer. ad Attic. lib. 9 epist. 10 *Cui te socium neutiquam puto esse oportere.* Conf. Terent. Andr. a. 2 sc. 1 v. 30, & Heaut. a. 2 sc. 3 v. 116.

NEAERA, æ, puellæ formosæ nomen, quam amavit Tibullus poëta, quod ex libro 3 patet. Hanc illustrissimus Scaliger eam esse existimat, quam *Glyceren* Horatius appellavit lib. 1 ode 33 v. 1. Solent enim poëtæ amores suos fictis nominibus celebrare. Sed & Horatius amicam suam ita vocavit epod. 15 v. 11. Vnde sequioris seculi poëtæ hoc vocabulo sic, quasi amicam aut pellicem significaret, fuerunt usi, ein kebsweib. Ita enim Prudentius Omphalem, *Herculis Neæram* Romano v. 240, & lib. 1 contra Symmach. v. 139 Ariadnen, *Bacchi Neæram* vocat, quam Iso in Glosis *pellicem* aut concubinam interpretatur. Plura vide apud Georg. Fabric. expos. in Prudent. Rom. qui & hæc addit: *Neæra Ægonis Pastoris apud Virgilium, & aliorum multorum apud Athenæum. Neæra Autolyci uxor dicitur a Pausania, quæ nomine proprio Metra ab Ovidio, quia aliis se prostituit. Neæram scripsit Lucinius Imbrex*, (adi Gellium lib. 13 cap. 21) *estque convicium proverbiale in quamvis procacem & petulantem. Vocis origo Ebraica est.* Conf. Virg. eclog. 3 v. 3.

NĔAETHVS, i, Νήαιθος, *ποταμὸς κρότωνος, ὠνόμασαι δὲ, παρόσον ἐν αὐτῷ νῆας ποτὲ κατακαῆναι ἑλληνικάς*, Scholiastes Theocr. ad Idyll. 4. Fluvius Crotonis, inde sic appellatus, quod aliquando naves Græcorum in eo sint exustæ. Conf. Ovid. Metam. 15 v. 51.

NEANTHES, is, Cycizenus, scripsit tum alia, tum libros *περὶ τελετῆς*: eos *μυστικὸν λόγον* vocat Harpocratio in Ἄτλις. Eo explicabat ritus mysticos gentilis superstitionis. Scripsit etiam librum *περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν*, *de viris illustribus*, ut censet Voss. lib. 1 de Hist. Græc. cap. 15 pag. 98. Maussacus tamen notis in Harpocr. pag. 115 adhuc quærit, an Illustrium hic scriptor sit idem cum scriptore *μυστικοῦ λόγου*.

NEAPŎLIS, is, Campaniæ in Italia celeberrima & antiquissima urbs: *Parthenope* prius a Sirene ejus nominis ibi sepulta; postea vero, cum Chalcedonenses Græci & Athenienses (unde & *Græca urbs* Tacito & Statio Epicedio patri nominata,) eo demigrassent, *Neapolis*, quasi nova urbs appellata: de quo Strabo lib. 5. ¶ 2. *Neapolis* alia in Thraciæ finibus, sive inter Strymonis & Nessi ostia, ubi Paulus appulsus est, cum primum ex Asia in Europam trajiceret, Actor. 16 v. 11. ¶ 3. Iterum alia Palæstinæ, antea *Sichem* dicta, de qua plura Cellarius in Collectan. Histor. Samaritanæ tradidit. ¶ Plura hujus nominis oppida Geographia Antiqua monstrabit.

¶ Neapolitani, ōrum, cives & incolæ non modo dictarum urbium, sed aliarum etiam ejusdem nominis: v. g. Plinius lib. 3 cap. 7 memorat *Neapolitanos* Sardiniæ. ¶ Et adjectivum *Neapolitanus*; ut, *civitas Neapolitana, regnum Neapolitanum*, &c.

NEARCHVS, i, cum Alexandro militavit, deque eo historiam scripsit; v. Voss. 1 de Hist. Græc. c. 10 pag. 60, qui hunc esse illum censet Nearchum, cui post Alexandri obitum Lyciæ & Pamphyliæ præfectura obtigit, ut scribit Justinus lib. 13 cap. 4 n. 15. ¶ 2. *Nearchi* cujusdam Tarentini mentio fit apud Ciceronem de Senect. cap. 12. ¶ Apud Horatium lib. 3 od. 20 v. 6 *Nearchus* juvenis cujusdam eximiæ pulcritudinis nomen est.

NEBRIS, nebrīdis, *νεβρίς*, damarum sive hinnulorum pellis: qui Græcis *νεβροί*, ein gemsenfell, rehbockleins fell. ¶ Item, vestis Bacchica ex pellibus hujusmodi concinnata. Claudianus de 4 Cons. Honorii v. 606

> *Talis Erythræis incinctus nebrida gemmis*
> *Liber agit currus.*

Statius 2 Thebaid. v. 664 de comitatu Bacchi loquens:

> *Nebridas & fragiles thyrsos portare putastis*
> *Imbellem ad sonitum.*

Vbi vetus Scholiastes: NEBRIDAS, *pelles damarum, quæ Græce νεβρίδες appellantur. Ac per hoc indumenta Baccharum significat, quibus sacrificiorum tempore uti consueverunt.* Adde Senec. Oedip. v. 438, & Silium 3 v. 395.

¶ Nebrītes, æ, *νεβρίτης*, gemma, Libero patri sacra, a nebridum pellium similitudine, Plin. 37 cap. 10.

¶ Nebrŏphŏnus, i, canis venaticus, quasi hinnulorum interfector, a *νεβρός*, *hinnulus*, & *φονεύω*, *occido*. vid. Ovid. Metam. 3 v. 211.

NĔBŬLA, æ, vapor ex terra atque aquis surgens, qui in nubem convertitur, ein nebel. Apulejus de Mundo pag. 61 *Nebula constat aut ex ortu nubeculæ, aut ex ejus reliquiis. Est autem exhalatio vaporata, & humore viduata, aëre crassior, nube subtilior, cui serenitas abolitionem infert.* Hæc Apulejus. ¶ 2. *Per nebulam scire*, item *audire*, est leviter atque obscure, non satis clare ac certe: Plautus Capt. a. 5 sc. 4 v. 26

> *Nunc ædepol in memoriam regredior, audisse me*
> *Quasi per nebulam, Hegionem patrem meum nominarier.*

Nos dicimus, wie, oder als im traum. Idem Pseud. a. 1 sc. 5 v. 47

> *Sunt, quæ te volumus percontari, quæ quasi*
> *Per nebulam nosmet scimus atque audivimus.*

Sed & mollia *nebulæ* comparantur. Plautus Cas. a. 4 sc. 4 v. 21

> *Nebula haud est mollis atque cutis hujus est.*

¶ 3. Hinc Laberius apud Petronium *nebulam lineam* pro tenui & pellucido amiculo dixit, quod nebulæ raritatem imitetur. Versus ejus hi sunt:

> *Æquum est, inducere nuptum ventum textilem;*
> *Palam prostare nudam in nebula linea?*

¶ 4. Sed & obscuras poëtarum fabulas, quæque levia per se sola specie magna sunt, *nebulas* Latini vocant. Ita Persius satyr. 5 v. 7

> *Grande locuturi nebulas Helicone legunto*, &c.

Vbi vide Casaub.

¶ Nĕbŭlōsus, a, um, neblicht, dunckel: ut, *aër nebulosus*, Plin. 21 cap. 7, dunckele und trübe lufft. *Nebulosum & caliginosum cælum*, Cicer. 1 Tuscul. cap. 25. *Nebulosa palus*, Silius lib. 8 v. 381. *Locus nebulosior*, Cato R.R. cap. 6 extr. & Plin. 14 cap. 4.

¶ Nebulosītas, ātis, die dunckelheit. Arnobius lib. 7 p. 334 *Cælum redundantium vaporum nebulositate cluditur.*

¶ Nebŭlo, vel Enebulo, āre, verdunckeln, verbum, quo Tertullianus usus est Apolog. cap. 35 *Elatissimis*, inquit, *& clarissimis lucernis vestibula nebulabant*, hoc est, fuligine implebant, quam etiam clarissimæ lucernæ edunt.

NĔBŬLO, ōnis, nequam, vanus ut nebula, ein bube, schelm. *Nos ab illo nebulone facete illudimur*, Cicer. pro Roscio Am. cap. 44. Terent. Eunuch. a. 2 v. 38 *Nebulonem hunc, certum est, ludere.* Vbi Donatus: NEBVLONEM, inquit, *vel* FVREM, *quia nebulas objiciat; vel* MOLLEM, *ut nebulam; vel* VANVM, *ut nebula est.* Quas duas ultimas acceptiones & Vetus Glossarium repræsentat: & simul aliam addit, qua *Nebulo* luxuriosum & nulli frugi denotat. Ita enim ibi legitur: *Nebulo, μάλθων: ὁ τὰ ἴδια λάθρα καταφαγών, οἰκεῖος: λάθρα ἄσωτος*: Ac eam ob caussam Horatius *avaro* opposuit lib. 1 satyr. 1 v. 103

> *Non ego avarum*
> *Cum veto te fieri, vappam jubeo, ac nebulonem.*

Et ita sequ. satyra dixit v. 12

> *Fufidius vappæ famam timet, ac nebulonis,*
> *Dives agris, dives positis in fœnore nummis.*

Item lib. 1 epist. 2 v. 28

> *Sponsi Penelopes, nebulones, Alcinoique,*
> *In cute curanda plus æquo operata juventus.*

Vbi vetus Scholiastes observat, Varronem NEBVLONES obscuro loco natos dixisse: sed quia NEBVLO & *μάλθων* sive *mollis* est, idcirco & *Viro* opponitur. Terent. Eunuch. a. 4 sc. 7 v. 15

> *Sane, quod tibi nunc vir videatur esse, hic nebulo magnus est.*

¶ Nebŭlor, āri, schelmisch seyn, lotterbübisch handeln. Gloss. gr. lat. *ἀχρηστῶ, nebulor.*

NEC, conjunctio disjunctiva, negationem significans, a *neque* per apocopen facta est, & q transiit in affinem litteram c, und nicht, weder, noch. Cicero de Amicit. cap. 2 *Nec enim melior vir fuit Africano quisquam, nec clarior*, weder frömmer noch berühmter. Terent. in Andr. a. 1 sc. 2 v. 9 *Id voluit, nos sic nec opinantes duci falso gaudio*, hoc est, ne quidem, vel non opinantes. Idem in Adelph. a. 1 sc. 2 v. 61 *Nec nihil, neque omnia hæc sunt, quæ dicit*, es ist wohl etwas, aber doch nicht alles, &c.

¶ Necdum, id est, nondum vero, nondum tamen, noch nicht. Virgil. eclog. 3 *Nec dum illis labra admovi*, &c. Et Cic. ad Attic. lib. 6 epist. 1 *Nec dum erant allatæ Bibuli litteræ.* Et Sueton. August. cap. 10 *Se candidatum ostendit, quamquam Patricius, nec dum senator.*

¶ Necne, oder nicht. Cicer. 2 fam. epist. 17 *Parthi transierint, nec ne, præter te video dubitare neminem.*

¶ Necnon, id est, *Et*, quod ipsum tamen quandoque adjicitur, und, wie auch. Suet. Tiberio cap. 5 *Suppliciter nec non & minaciter efflagitantes.*

¶ Necŭbi, i. e. ne alicubi, aut aliquo in loco, daß nicht irgendwo; item, nusquam, nirgends. Livius lib. 25 cap. 33 extr. *Necubi hosti æquo se committeret loco.* Idem lib. 22 cap. 2 *Necubi consistere coacti.* Varr. lib. 1 cap. 45 *Si erunt imbres secuti, videndum, necubi aqua consistat*, damit das wasser nicht irgend einen stillstand gewinne. Apulej. Apol. *Necubi tibi ob caussam istam videar blanditus.* Lucan. 9 v. 1058 *Necubi suppressus pereat gener.*

¶ Necunde, i. e. ne ex aliquo loco, daß nicht etwa woher. *Necunde ab stationibus Punicis conspiceretur*, Livius lib. 28 cap. 1 extr.

Necator, necatus, vide paullo post *Neco*.

NĔCEPSVS, i, astrologus Ægyptius, artem suam ab Æsculapio & Anubi, quorum magister Mercurius Trismegistus fuit, edoctus. Tradidit & mundi genesin. Vide Julium Firmicum præfat. lib. 3 & lib. 4 præfat. Plura de eo quære apud Petr. Crinitum lib. 19 de hon. disc. cap. 12. Auson. epist. 19 v. 18

> *Quique magos docuit mysteria vana Necepsus.*

NĔCESSE, & Necessum, quod vi aliqua fit cogente, quod vitari non potest, noth, nöthig, unumgänglich, unentbehrlich. Differre ab *opus esse*,

esse, hoc ipsum, *necesse esse*, indicat Catonis præceptum apud Senecam epist. 94 *Emas non quod opus est, sed quod est necesse*, kauffe nicht, was du wohl bedürffest, sondern was du nicht entbehren kanst. *Corpus mortale aliquo tempore interire, necesse est*, Cic. 2 de Invent. cap. 57, es muß ein ende nehmen. *Homini necesse est mori*, Idem de Fato cap. 9. Terent. Eunucho a. 5 sc. 5 extr.

Non dubium est, quin mihi magnum ex ea re sit malum:
Nisi quia necesse fuit hoc facere.

Vbi Donatus: NECESSE *est nomen: Nam* NECESSVS, NECESSIS, *&* NECESSE, NECESSVM *lectum est.* Hæc Donatus. ¶ At etiam *necesse habere* latine dicimus, von nöthen haben, müssen. Cicero de Opt. Gen. Orat. cap. 5 *In quibus non verbum pro verbo necesse habui reddere.* Et Quintilianus lib. 7 cap. 2 *Reliqua non necesse habet dicere.* ¶ Altera forma *Necessum*, non modo apud Plautum frequens, ut Stich. a. 1 sc. 3 v. 66

Foras necessum est, quidquid habeo, vendere;

verum etiam apud Livium lib. 34 cap. 5 *Necessum est, paucis respondere.* Sic & Lucretius 2 v. 724 *differre necessum est*, &c.

¶ Něcessārius, a, um, quod necesse est, nöthig, nothwendig; ut, *Ferrum ad agros colendos res est necessaria.* Et, *Inquirere omnia, quæ ad vitam necessaria sunt*, Cicero 1 Offic. cap. 4. Durus est Comparativus, quo Tertullianus utitur de Habitu mulier. cap. 5, *necessariores operæ:* & alibi, ut de Anima cap. 4 &c. Sed malim *magis necessarius* dicere, quemadmodum Cicero lib. 2 epist. 6 ad Curion. *maxime necessarius*, pro Superlativo. ¶ 2. *Necessarius*, subst. & plur. *Necessarii*, familiaritate & necessitudine aliqua conjuncti, nahe verwandte freunde. Cicer. pro Sulla cap. 1 *Meus familiaris ac necessarius.* Idem lib. 13 fam. epist. 29 *In necessariis, qui tibi a patre relicti sunt, ego tibi sum vel conjunctissimus.* Hinc, *Mortem hominis necessarii graviter ferre*, Ciceroni Matius lib. 11 fam. epist. 28. Et Nepos 14, 6, 3 *Homo tam necessarius.*

¶ Pernecessarius, a, um, sehr nothwendig. Cic. Attic. 5 epist. 21 pr. *meo tempore pernecessario.* Vlpianus Lege 11 § 4 Dig. de Minoribus, *emere sibi rem pernecessariam.* ¶ Et *Pernecessarius*, intimus amicus. Cic. pro Flacc. cap. 6 *Paternus amicus & pernecessarius.*

¶ Necessarie, adverb. nothwendig. Cic. 1 de Invent. cap. 29 *necessarie demonstrantur ea.* Et Papinianus Lege 51 de Hereditat. petitione: *tam necessarie, quam utiliter.* Adde Tertull. de Jejun. cap. 11.

¶ Necessariò, idem. Cicer. 4 Tusc. cap. 4 *Disciplinæ legibus in philosophia necessario pareamus.*

¶ Necessĭtas, ātis; & necessitudo, idem sunt, ut *suavitas, suavitudo*, Gellius lib. 13 cap. 3, die noth, nothwendigkeit, zwang. Plaut. in Rud. a. 2 sc. 1 v. 3 *Necessitate quicquid est domi, id sat est habendum.* Et, *Necessitate coactum, & invitum aliquid facere*, Cic. pro Quintio c. 16, aus noth und ungern was thun. *Quæ necessitas tanta premebat?* Cic. pro Rosc. Am. cap. 34 extr. was trieb dich darzu? Et lib. 4 fam. epist. 9 *Tempori cedere, id est, necessitati parere, semper sapientis est habitum.* Et Livius lib. 4 cap. 28 *Vltimum ac maximum telum necessitas*, muß ist ein bitter, herbes kraut. *Adversus necessitatem ne dii quidem pugnant*, noth bricht eisen, Ἀνάγκῃ οὐδὲ θεοὶ μάχονται, Simonidis est, vide Chiliad. Seneca pater lib. 4 Controvers. 27 *Necessitas magnum humanæ infelicitatis patrocinium est.* Idem Excerptis Controvers. lib. 4 *Necessitas est, quæ navigia jactu exonerat. Necessitas est, quæ ruinis incendia opprimit. Necessitas est lex temporis.* ¶ 2. Pro necessitudine sive vinculo, quo cognati invicem obligati sunt, (de quo post;) Cæsar posuit lib. 1 de Bello Civ. cap. 8. Per *privatas* enim *necessitates* conjunctionem affinium intelligit, nahe freundschafft. Similiter & vocabulo isto usus est Oratione pro Bithynis apud Gellium lib. 5 cap. 13 extr. Sed & Cic. pro Sulla cap. 1 *Si nostram accusatione sua necessitatem familiaritatemque violasset.* ¶ 3. *Necessitas*, quocunque opus ad vitæ cultum usumque est, bedürffniß. Tacitus de Germania cap. 15 *Mos est conferre principibus vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum, & necessitatibus subvenit*; vide ibi Lipsium. ¶ 4. Pro necessariis expensis Idem 1 Annal. cap. 11 *Tributa aut vectigalia: Et necessitates ac largitiones.* Quem ad locum plura cumulat Lipsius n. 67. ¶ 5. Etiam casum & adversitatem, in quam incidimus, & ferre necesse est, denotat, noth, unfall, widerwärtigkeit. L. Sen. epist. 12 *Malum est, in necessitate vivere; sed in necessitate vivere necessitas nulla est.* Sueton. Cæsare cap. 48 *Famem & ceteras necessitates toleraverat.* Item Tiberio cap. 47 *Paucorum senatorum inopia sustentata, ne pluribus opem ferret, negavit se aliis subventurum, nisi senatui justas necessitatum caussas probassent.* Similiter pro inopia & ære alieno *necessitatem* Tacitus 2 Annal. cap. 27, & pro quæstione per tormenta, 15 Ann. cap. 57 posuit. Sic mortem, *supremam & ultimam necessitatem* non semel dixit. ¶ 6. *Necessitates* etiam sunt, quæ muneris aut officii caussa necessario obeundæ sunt, angelegenheiten. Celsus lib. 1 cap. 1 *Nam & intermissus propter civiles aliquas necessitates ordo exercitationis corpus affligit.*

¶ Necessĭtūdo, ĭnis, quam a NECESSITATE Grammatici distinguunt. Cornel. Fronto de differentiis vocum: NECESSITVDO *vel sanguinis vel meritorum cum præceptoribus, amicis.* NECESSITAS *immutabilis res est.* Sosipater Charisius lib. 1 p. 76 NECESSITAS *imperii est:* NECESSITVDO *sanguinis conjunctio. Sallustius tamen*, NECESSITVDINEM (etiam Tacitus, Sallustii æmulus) *ponit, nec unquam* NECESSITATEM *pro* NECESSITVDINE, *aut ipse aut quisquam veterum.* In quo tamen falsus est. NECESSITATEM enim pro NECESSITVDINE, sive conjunctione sanguinis dixisse Cæsarem, supra probavimus. Et docuit jamdudum Gellius lib. 13 cap. 3, nihil discriminis in his duobus vocabulis revera esse. ¶ 1. Est igitur *Necessitudo* idem quod necessitas, & vis ipsa, die dringende noth, der nothzwang. Cic. de Invent. 2 cap. 57 *Necessitudo est, cui nulla vi resisti potest, quæ neque mutari neque leniri potest. Hujusmodi necessitudines cum incident*, &c. Sallust. Catil. cap. 58 *Necessitudo etiam timidos fortes facit.* Vellej. 2, 50, 2 *Reddita ratione miserrimæ necessitudinis.* Tacit. Ann. 3, 64, 1 *Valetudo necessitudinem principi fecit reditus*, i. e. coëgit eum redire. ¶ 2. *Necessitudinis* vox quam frequentissime propinquitatem ac conjunctionem significat, verwandschafft, freundschafft: ut, *Habere necessitudinem cum aliquo*, Cic. in Oratore cap. 55, mit einem in freundschafft stehen. *Necessitudinem cum aliquo conjungere*, Cic. 6 Verr. cap. 65, sich mit einem befreunden. *Summa necessitudine aliquem attingere*, einem sehr nahe zugehören. vid. *Attingo.* Et, *Necessitudo fraterna*, Idem pro Quintio cap. 4. Recte vero Fronto non ad sanguinem tantum, sed & ad merita amicosque, *necessitudinis* vocabulum retulit. Ita enim Cicero Orat. pro Dejotaro extr. *Laboro equidem regis Dejotari caussâ: quocum mihi amicitiam resp. conciliavit: hospitium voluntates utriusque conjunxit: familiaritatem consuetudo attulit: summam vero necessitudinem magna ejus officia in me & in exercitum meum effecerunt.* Vet. Gloss. *Necessitudo*, ἀνάγκη, κατὰ φιλίαν καθῆκον. ¶ 3. *Necessitudines*, pro ipsis necessitudine conjunctis dixerunt etiam auctores, die freunde, anverwandten. Tacitus 3 Histor. cap. 59 *Atque Vitellius respectu suarum necessitudinum nihil in Domitianum atrox parabat.* Et Suetonius Augusto cap. 17 *Remisit tamen hosti judicato* (Antonio) *necessitudines amicosque omnes.* Similiter Tiberio cap. 11 sub fin. & cap. 50 hoc vocabulo usus est.

¶ Necessĭto, are, nöthigen, zwingen, philosophorum est, barbare loqui non erubescentium, v. g. *Astra inclinant, non necessitant.* Latine dixeris, *necessitatem afferre* vel *imponere, cogere.*

¶ Necesso, are, idem. Fortunat. lib. 2 Mart. *Nisi quod natura necessat.*

NĔCO, avi, & ui, atum, are, interimere, interficere, necem afferre, würgen, tödten. A νέκυς, quod idem ac νεκρὸς, *mortuus.* Cicer. pro Rosc. Amer. cap. 25 *in eum, qui parentem necavisset, nullum supplicium constituit Solon.* Curt. 4, 10, 29 *Quem tuorum propinquorum necavi?* Sic, *Necare ferro, fame, veneno.* Horatius 2 sat. 7 v. 58 *uri virgis ferroque necari.* Et Virg. Æn. 8 v. 488 *longa morte necare.* Dicitur etiam de aliis rebus; ut, *Legumina necare*, Plin. 22 cap. 25. Ennius & *necui* dixit pro *necavi.* Priscianus lib. 9 de 1 Conjug. ex illo refert:

Hos pestis necuit, pars occidit illa duellis.

Sic & Phædrus 4 fab. 18 v. 4 *Colubra necuit hominem.*

¶ Nĕcātus, a, um, getödet, umgebracht. Sallust. Jugurth. cap. 14 *Alter eorum necatus:* & cap. 46 *uti Jugurtham maxume vivum: sin id parum procedat, necatum sibi traderent.* Apulej. Met. 3 *fame necatus*, verhungert. Vellej. 2, 18, 2 *Necatis civibus.* Ovid. Fast. 1 v. 363 *Apes cum stirpe necatæ.* ¶ *Nectus* particip. Priscianus l. c. habet, & Diomedes lib. 1 p. 362, sed sine exemplo & auctoritate, nisi compositum sumas *Enectus.*

¶ Necator, ōris, ein mörder. Vet. Gloss. *Necator*, φονεύς, ἀγχονιστής. Macrobius lib. 1 Saturn. cap. 12 *Marti dicatus, deo plerumque hominum necatori.* Et Lamprid. Commodo cap. 18 *Necator civium.*

¶ Nex, nĕcis, necem, nece, (quamquam *nex* raro reperiatur,) der tod, todschlag; ut, *Latroni quæ potest afferri injusta nex?* Cicero pro Milone cap. 4. *Necem sibi ipsi consciscere*, Idem 2 Nat. Deor. cap. 3, sich selbst entleiben. Ovid. lib. 1 de Arte am. v. 655

Neque enim lex justior ulla est,
Quam necis artifices arte perire suâ.

Festus observat, *neci datum* proprie de illo dici, qui sine vulnere interfectus est, ut veneno aut fame. Sed contra Suetonius Cæsare cap. 14 *armatos equites* Cæsari *comminatos necem* dixit; ubi sane *necis* vocabulo ita est usus, ut cædem & vulnus designaret. Itaque *Nex*, quævis non naturalis mors: quamquam & de naturali hac voce usus Justinus lib. 42 cap. 1, observante Berneggero, & ad Sueton. Cæsar. c. 5 n. 2. Adde Freinshem. ad Florum lib. 3 cap. 23 n. 7. Plural. *neces*, apud Val. Flacc. 3 v. 381 *Fas ideo miscere neces.*

Composita:

¶ Denĕco, are, fuit olim a *Neco.* Vnde

¶ Denicālis, e, adject. vor todte gehörig; ut, *denicales feriæ*, ein todtenfest, apud Festum, *cum hominis mortui caussa familia purgabatur.* Illustrem quoque de iis Ciceronis locum corrigit Meursius lib. de Funere cap. 37. Colum. lib. 2 cap. 22 *feriis denicalibus mulos jungere non licere.* Et Gell. 16 cap. 4 *Denicales lacrymæ.*

¶ Enĕco, are, tödten, abmergeln. *Enecas me*, Idiotismus est hominis, ab aliqua re abhorrentis, ut observat Casaub. ad Theophrast. Characteres p. 135 & seq. Terent. Andr. a. 4 sc. 1 v. 36 *Cur me enecas? hoc audi*, was marterst du mich? Similiter Phormione a. 2 sc. 3 v. 57

Ph. *Eho tu sobrinum tuum non nòras?* D. *Enecas.*

Sic, *rogitando aliquem enecare*, Idem Eunucho dixit a. 3 sc. 5 v. 6. *Puer ambas angues enecat*, Plaut. Amph. a. 5 sc. 1 v. 67. *Ne herbis enecetur ruta*, Colum. 11 cap. 3.

¶ Enectus, a, um, getödet, abgemergelt; ut, *enectus fame*, Cic. 2 de Divin. cap. 35. *Siti enectus*, Idem 1 Tuscul. cap. 5. Et, *Inopiâ enectus*, Idem 1 de Divin. cap. 29, hungers, frosts, armuths halben gestorben. *Etiam pecudibus enectis*, Tertull. de Jejun. cap. 7.

¶ Enecatrix, īcis, eine mörderin. Tertull. adv. Marc. 1 cap. 29 *Duritia Pharaonis nascentium enecatrix.*

¶ Internĕco, are, est penitus interficere, gantz und gar verderben, umbringen. Prudent. præfat. Apotheos. v. 49

Ne forte culmum fibra inanis spiceum
Simul revulsa internecet. Hinc

¶ Internecatus, & Internectus, a, um, ertödet; ut, *internecatis hostibus*, Plaut. Amph. a. 1 sc. 1 v. 34. *Internecti nota testamenta [illegible]iciunt*, Cic. Philipp. 14 cap. 3. Sed alii aliter ibi legunt.

¶ Internectio, ōnis, Festo appellatur interfectio, die tödung. Et Priscianus lib. 4 ait, *Internecio* pro *Internectio* eliso T dici εὐφωνίας caussa. Sed magis in usu

¶ Internecio, ōnis, occisio, vitæ privatio, die ertödung, gäntzliche niederlage. Cic. ad Attic. 2 epist. 20 *Neque resisti sine internecione arbitramur.* Crebro historici: *ad internecionem cædi*, Vellej. Paterc. 2 cap. 110; & *trucidari*, ibid. cap. 119. *Armis inter se concurrere*, Sueton. Othon. cap. 12. *Ad internecionem persequendus*, Curtius lib. 4 cap. 11 n. 18. *Internecio gentis*, Tac. 2 Ann. c. 21, hoc est, excidium. Eutropius lib. 4 c. 6 *Pseudophilippus Rom. prætorem ad internecionem vicit.*

¶ Internecies, ēi, idem. Sic locutos esse veteres, cognoscimus ex

Isidori Glossis, ubi exponitur *mors, jactura.* Item Orig. lib. 5 cap. 26, ubi *interneciei judicium* esse dicit in eum, qui internecivum testamentum fecerat.

¶ Internecīnus, & Internecīvus, a, um, i. e. capitalis, exitiosus, schädlich am leben, mördlich, blutig; ut, *Bellum internecinum*, quô altera pars funditùs deletur, ein verderblicher krieg, Liv. lib. 9 cap. 25 extr. *Internecivum* Justinus 26, 2, 3 dixit; Et Ammianus lib. 28 cap. 33 *Leptitanoque agro & Oensi internecivâ populatione transcursis*, da man das land mit raub und mord durchstrichen. Ita Lindebrog. & Valesius. Festo *Internecivum testamentum* est, propter quod dominus ejus necatus est.

¶ Internecīve, adverb. Idem Ammianus lib. 27 cap. 20 *Internecive cuncta disperdere*; [Valeſ. cap. 9 p. 495.]

¶ Internecīda, æ, ein todschläger; *Qui falsum testamentum fecit, & ob id hominem occidit*, Isidor. lib. 10 litt. I.

¶ Interniciālis, e, tödlich. Liv. 27 cap. 25 *Pestilentia magis in morbos longos quam interniciales evasit.* Ita Rhenanus ex Vet. Cod.

¶ Pernĕco, are, töden, umbringen. Silius lib. 4 v. 611

Sitne in terris domitare quod ensis
Non queat Ausonius, Tyrrhenaque pernecet hasta.

Augustinus Serm. 17 de Temp. (tom. 10 fol. 605) *Moses regem Pharaonem freto hiante subduxit, non diabolum cum suis legionibus pernecavit.* Et Th. Priscian. 2 cap. 13 *Pernecare homines.*

¶ Pernīcies, ēi, exitium, pestis, ein verderb, schaden, untergang. Ter. in Adelph. a. 2 sc. 1 v. 36 *Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium.* Cic. 4 Catil. cap. 5 *De pernicie reipubl. & exitio urbis cogitare.* Idem 1 Catil. cap. 5 *Videbam, perniciem meam cum magna calamitate reipubl. esse conjunctam.*

¶ Perniciālis, e, verderblich, schädlich; ut, *Perniciales morbi, qui perniciem afferunt*, Livius lib. 27 cap. 23, (al. 25.) *Cato perniciali odio Carthaginis flagravit*, Plin. lib. 15 cap. 18.

¶ Perniciābilis, e, idem. Tacitus 4 Annal. cap. 34 n. 2 *Id perniciabile reo.* Et Curtius 7, 3, 13 *Nix plurimorum oculis perniciabilis fuit.*

¶ Perniciōsus, a, um, idem; ut, *Consilium perniciosum reipubl.* Cic. pro Domo cap. 43. Et Quintil. lib. 2 cap. 2 *Humanitas invicem qualiscunque laudandi, perniciosissima studiorum hostis est.* Val. Max. lib. 3 cap. 1 extrem. *Alcibiadis nescio, utrum bona, an vitia patriæ perniciosiora fuerint.* Idem lib. 9 cap. 5 pr. *perniciosissimas reipubl. leges introducere.* Seneca lib. 2 Quæst. Nat. cap. ult. *Nullus perniciosior hostis est, quam quem audacem angustiæ faciunt.* Et vetus Inscript. apud Gruter. p. 245 n. 1 SVBLATO HOSTE PERNICIOSISSIMO.

¶ Perniciose, adverb. schädlicher weise. Cic. lib. 2 de Leg. cap. 5 *Multa perniciose, multa pestifere sciscuntur in populis.* Comparat. Idem 3 de Leg. cap. 14 *Perniciosius de rep. merentur vitiosi principes.* Et Superlat. Augustinus epist. 39 *Rebus mortalibus validissime & perniciosissime compediri.*

¶ Semīnex, semĭnĕcis, halb tod. Ammianus 31 cap. 45 *semineces aliqui.* Paulinus Petrocor. lib. 5 v. 800 *corpora seminecum.* Sedulius de homine manu arida:

Seminecem membris, non totum vivere.

Et Aut. eleg. de Morte Drusi v. 394 *Semineces oculi.* Et Tacit. Hist. 3, 28, 4 *Semineces cum exspirantibus volvuntur.*

NECRŌMANTIA, æ, νεκρομαντεία, *sive Necyomantia*, νεκυομαντεία, divinandi genus ex mortuis, quod sine sanguine, illoque humano, & pueri maxime, peragi haud poterat. Vide Cic. Tusc. 1 cap. 16, Varronem apud Augustin. lib. 7 cap. 35, & ibi Coquejum p. 707. Lucanum lib. 6 v. 710, Statium 4 Thebaid. v. 450. Senecam Oedipode v. 150 & seqq. Itemque Heliodorum in Æthiopicis. Vet. Gloss. νεκυομαντεία, *Inferorum consultatio.* Revera diaboli illusio est: mortui nequaquam corpus, sed phantasticam solum imaginem ostentant, quemadmodum ex historia Samuelis clarum est.

¶ Necromantes, æ, & Necromanticus, i, ein schwartzkünstler.

NECRŌTHȲTVS, a, um, νεκρόθυτος, den toden geopffert. Tertull. de Spect. cap. 13 *Oculos & aures ab idolothytis & necrothytis voluptatibus abstinere.*

NECTANĔBIS, is, seu Nectanebus, i, Ægypti rex, de quo præter alios, Plutarchus & Nepos in Agesilao cap. 8. *Nectabis* Plinio dicitur lib. 36 cap. 9. Nisi ibi *Nectanebis* aut *Nectanebus* legendum. Sed *Nectabis* etiam apud Tertullianum reperio cap. 57 de Anima.

NECTAR, ăris, νέκταρ, Homero potio est deorum, ut cibus, *ambrosia*, götter-tranck. Ita dictum volunt Grammatici a νὲ & κτείνω, ut intelligatur, potum esse immortalium. Sed hanc & similes etymologias ridet Georg. Horn. lib. 1 Hist. Philos. cap. 4, & vocabulum ex Hebræis fontibus derivat, quo significetur voluptas, quæ ex contemplationibus oritur. Hoc certum, ea voce notari beatorum suavissimam potionem. ¶ 2. Hinc usurpatur pro omni, quod gustu vel odoratu dulce est. Nam pro *melle* Virgilius in illo dixit 4 Georg. v. 164

Et dulci distendunt nectare cellas.

Alibi pro *vino* dixit, quod *Bacchæum nectar* Statio 2 Silv. carm. 2 v. 99. De *odore* Prudentius hymno in Natal. Domini v. 68 *fragrasse nardo & nectare*: & Lucretius lib. 2 v. 847

Et nardi florum, nectar qui naribus halant.

¶ *Nectaris flos*, νέκταρος ἄνθος, de cibis lautioribus, eine niedliche speise; vide Chiliadas.

¶ Nectareus, a, um, νεκτάρεος, lieblich, wohlschmeckend; ut, *Nectareum Falernum*, apud Martialem lib. 13 epigr. 108. *Nectarei fontes*, Claudian. de Nupt. Honor. & Mar. v. 209.

¶ Nectarea, æ, herba, alantwurtz, Plin. 14 cap. 16.

¶ Nectarītes, æ, apud Plinium pro potu dulci legitur, alantwein, lib. 14 cap. 6.

NECTO, nectĕre, ligare, jungere, knüpffen, binden, zusammen fügen: ut, *Nectere coronam, flores*, Horat. 1 od. 26 v. 7 & 8. *Nectere catenas, laqueum*, Idem 1 od. 29 v. 54, & 1 epist. 19 v. 31. *Nectere dolum alicui*, Livius lib. 27 cap. 28. Præteritum est *nexui* & *nexi*. Sed istud antiquum puto. *Innexui* apud Virgilium est lib. 5 Æn. v. 425. Propertius 3 eleg. 6 v. 37

At tibi qui nostro nexisti retia lecto.

¶ Nexus, a, um, geknüpfft, gewunden, geflochten; ut, *Nexæ coronæ*, Horat. 1 od. 38 v. 2. *Caussa caussæ nexa rem ex se gignit*, Cic. 1 de Divin. cap. 55. ¶ 2. *Nexi* Justino lib. 21 cap. 1, & eod. lib. cap. 2 sunt vincti captivi, gefesselte, gefangene, arrestirte. Hoc sensu Florus etiam in Epitome Livii lib. 6 *nexos exsolvere* dixit.

¶ Nexus, ûs, subst. copulatio, ein bund, flechtwerck, bande. Livius lib. 2 cap. 23 *nexu vincti solutique se undique in publicum proripiunt.* Ovid. Met. 6 v. 242 *Arcto luctari nexu.* Tacit. Ann. 4, 62, 2 *firmis nexibus compagem superstruere.* ¶ 2. *Nexus* etiam & *Nexum* juris verbum est; ut, *nexus legis*, Tacit. Ann. 3, 28, 6. Festus: NEXVM *est, quod per æs & libram geritur.* NEXVM AES *dicebatur pecunia, quæ per* NEXVM *obligatur.* Id ita fiebat: Manceps, i. e. qui vendebat rem, & abalienabat, h. e. in alterius jus seu dominium tradebat, stipulabatur ab altero: DARE SPONDES? alter respondebat: SPONDEO, simulque dicis caussa spondentem alligabat, & nectebat. Hinc *mancipio & nexu* alicujus esse dicitur, quod factum proprium est. Hinc Cicero lib. 7 fam. epist. 30 *Atticum nostrum, cujus quando proprium te esse scribis, mancipio & nexu, meum antea usu & fructu.* Respicit id, quod initio præcedentis epistolæ Curio Ciceroni scripserat: *Sum enim* χρήσει μὲν *tuus*, κτήσει δὲ *Attici nostri. Ergo fructus est tuus, mancipium illius.* Idem Cicero inter abalienationis species, & *traditionem nexu* vocat cap. 5 Topicorum. Plura apud Sigonium lib. 2 de antiquo jure civium Romanorum cap. 11, & Cœlium Rhodig. Ant. Lect. 12 cap. 26.

¶ Nexio, ōnis, die verknüpffung. Arnob. lib. 5 *Vinculorum nexiones.* Adde Martian. Capell. lib. 1 carm. 4 & 5.

¶ Nexīlis, e, das sich knüpffen und binden läst; ut, *corona nexilis*, ein gewundener krantz, apud Senecam Agamemnone v. 362. Et Silius lib. 3 v. 140 *loricæ squama nexilis*, pantzer. Et Prudentius Cathem. 3 v. 75 *Nexilis inscia connubii.*

¶ Nexībilis, e, idem. Ammianus lib. 29 cap. 13 [Valeſ. 2 fol. 559] *nexibili adseveratione*, id est, mendaciis callide connexis.

¶ Nexuōsus, a, um, verwirrt. Claud. Mamertus de Stat. Anim. lib. 2 cap. 7 *nexuosissimas quæstiones in minutias resolvere.*

¶ Nexo, nexare, frequent. verknüpffen. Virg. Æn. 5 v. 279 *nexantem nodis.*

Composita:

¶ Annecto, ĕre, alligare, anknüpffen, anhencken; ut, *Pedibus aliquid annectere*, Plin. 10 cap. 37. *Insulam continenti annectens*, Idem 4 cap. 1. *Ad linguam stomachus annectitur*, Cic. 2 Nat. D. cap. 54.

¶ Annexus, a, um, angeknüpfft; ut, *Scapham annexam puppi, & ad puppim* (sic enim præpositionibus Cic. libenter utitur,) *funiculus trahit*, Cic. lib. 2 de Invent. cap. 51. *Cor annexum in lana ovis nigræ*, Plin. 28 cap. 8.

¶ Annexus, ûs, substant. der anhang, die zugesellung. Tacit. Hist. 3 cap. 34 n. 2 *Annexu connubiisque gentium adolevit floruitque.*

¶ Circumnecto, ĕre, umher bewinden, umgeben. Seneca lib. 1 Quæst. Nat. cap. 2 pr. *Fulgor, qui sidera circumnectit.*

¶ Connecto, ĕre, zusammen binden, an einander knüpffen. Quintil. 5 cap. 14 *Connectere aliquid inexplicabili serie*, an einander fügen. Cic. lib. 1 de Fin. cap. 20 *Amicitia cum voluptate connectitur.*

¶ Connexus, a, um, zusammengeknüpfft, angehenckt, vereiniget. Cic. de Nat. Deor. 2 cap. 38 *Qui omnia inter se connexa & apta viderit.* Virg. Georg. 4 v. 257 *Apes pedibus connexæ.* Lucret. 3 v. 741 *Res connexa subtiliter.* Absolute Cicero Acad. 4 cap. 30 *Ipsa ratio connexi, cum concesseris superius, cogit inferius concedere.* Vnde compar. *Connexius*, vel ἀρχαϊκῶς *Connectius*, apud Lucretium est lib. 3 v. 557.

¶ Connexus, ûs, subst. connexio, die zusammenfügung. Lucretius lib. 1 v. 626 *Habere varios connexus.*

¶ Connexio, ōnis, die aneinanderhangung. ¶ 2. Quo nomine conclusionem etiam Quintilian. dixit lib. 5 cap. 14, *Connexio aut vera negatur, aut nihil ad quæstionem dicitur pertinere.*

¶ Connexe, adverb. mit einander, zugleich. Martian. Capella lib. 4 part. 1 extr. *Hæc non nisi connexe dicuntur.*

¶ Connexīvus, a, um, zusammenbindend; ut, *Conjunctio connexiva*, Gell. lib. 10 cap. ult. ex usu grammaticorum.

¶ Inconnexus, a, um, das nicht an einander hanget. Auson. Edyll. 12 ad Paulin. *Cura exigua est & fastiditur: inconnexa & implicatur.* Et Edyll. 13 præf. *Accipe opusculum de inconnexis continuum.*

¶ Innecto, ĕre, verknüpffen, an etwas knüpffen; ut, *Palmas amborum innexuit armis*, Virgil. 5 Æn. v. 425. *Cervicibus innecti*, Tacit. Hist. 4, 46, 7.

¶ Innexus, a, um, hineingeknüpfft; ut, *columba vinculis innexa*, Virg. Æn. 5 v. 511. *Alicui per affinitatem innexus*, mit einem beschwägert, Tacit. Ann. 6, 36, 5.

¶ Internecto, ĕre, darzwischen knüpffen. Statius 8 Theb. v. 168

Efflantes libet internectere plagas.

hoc est, letalia & animam quasi exspirantia vulnera futuris nectere ac ligare.

¶ Obnecto, ĕre, obligare, verbinden, Pompejus Festus.

¶ Prænexus, a, um, zugebunden. Solin. cap. 2 *Prænexo obsignatoque ore simulacrum.*

¶ Pronecto, ĕre, pro, producere, erstricken, erlängern, fortknüpffen; apud Statium est 4 Silvarum carm. 3 v. 145

Vide, quam seriem morantis ævi
Pronectant tibi candidæ sorores.

¶ Renecto, ĕre. Avienus in Phænom. Arat. v. 475

Cornipedis simul hunc lux indiscreta renectit.

¶ Subnecto, ĕre, angürten; ut, *Subnectit fibula vestem*, Virgilius 4 Æn. v. 139. Et, *Subnectere aliquid superioribus*, id est, subjungere, mit anhencken, Plin. 24 cap. 14. Quintilianus lib. 3 cap. 3 *His adjecerunt quidam sextam partem, ita ut inventioni Judicium subnecterent.*

¶ Subnexus, a, um, aufgeknüpfft; ut, *comam subnexus*, Statius 5 Silv. 3 v. 115.

Necubi,

Necubi, necunde, vide supra *Nec.*

NECYDALVS, i, νεκύδαλος, insectum, quod ex bombyce fit, ex ipso vero sex mensibus bombyx, die raupe oder raupen-gesäm, daraus ein seidenwurm wächst, Plin. lib. 11 cap. 22.

Necyomantia, Nedum, Nefandus, Nefarius, nefas, Nefastus, vide in *Necromantia, Ne, Fari, Fas, Fasti.*

NEFRENS, dis, ein sugferckel, Varro lib. 2 de Re Rust. cap. 4. vide supra in *Frendeo.*

Negabundus, negantia, negativus, Neglectus, negligentia, negligo, vide mox *Nego*, & supra *Lego, ĕre.*

NĔGO, avi, atum, āre, ire inficias, recusare, nein sagen, leugnen, verleugnen, versagen, abschlagen. *Modo ait, modo negat*, Terent. in Eunuch. a. 4 sc. 4 v. 47. Ovid. Heroid. in epistola 15 Sapphûs v. 31

Si mihi difficilis formam natura negavit,
Ingenio formæ damna rependo meæ.

Cic. in Topic. cap. 11 *Sunt negantia contraria ajentibus.* ¶ Observavit Raderus ad Curt. lib. 4 cap. 1 elegantissimum hujus vocis usum apud cultissimos scriptores, Cæsarem, Ciceronem, Plautum, Terentium, alios, pro eo quod vulgo teritur, *dicere quod non.* Quibus quidem locis observa, ut accurate sensum teneas, a *dicendi* vocabulo abjungendam esse *negandi particulam*, & in comma sequens transferendam. Curtii verba sunt lib. 4 cap. 1 n. 17 *Negaverunt, quemquam patrio more in id fastigium recipi, nisi regiâ stirpe ortum*, id est, dixerunt, non quemquam, seu, neminem &c. sie sagten, es würde niemand darzu genommen, &c. Terentius in Andria a. 2 sc. 3 v. 5 *Si tu negaris ducere*, &c. wirstu sagen, du wilt sie nicht freyen. Livius lib. 28 *Negate, vos id omnes fecisse*, (id est: Dicite, vos id non-omnes fecisse,) aut factum voluisse, milites; paucorum enim furorem atque amentiam esse, sprechet nur, ihr habt nicht alle drein gewilliget. ¶ Imo ab eodem *negandi* verbo pendent interdum duo commata, quorum alterum sit exaudiendum negative, alterum affirmative. Cicer. lib. 13 fam. epist. 29 *Non possum dicere, eum præfuisse, neque possum negare, eam affuisse, sed non plus duobus aut tribus mensibus.* Clarior in hanc rem est Lactantii locus lib. 5 cap. 21 (al. 20) prope fin. *Epicurei quidem esse Deos, sed curare quicquam negant:* pro, Epicurei dicunt, esse quidem Deos, sed non curare quicquam. Sic & passivè Plin. 10 cap. 29 *Negatur esse in Tarentino agro picus Martius.*

¶ Nĕgātus, a, um, verneinet, verboten, untersagt: ut, *Negata via*, Horat. 3 od. 2 v. 22. *Cupimus negata*, Ovid. Amor. 3 eleg. 4 v. 17.

¶ Negatio, ōnis, inficiatio, die verneinung, leugnung. Cicer. 1 de Invent. cap. 28 *Disparatum est, quod ab aliqua per oppositionem negationis separatur.* Et Tertullian. de Fuga cap. 12 *Negatio est martyrii recusatio.*

¶ Negantia, æ, idem. Cic. in Topic. cap. 14 *Addunt conjunctionum negantiam, sic: Non & hoc est & illud*, &c.

¶ Negator, ōris, ein leugner, verleugner. Prudent. Cathem. 1 v. 58 de Petro:

Flevit negator denique
Ex ore prolapsum nefas.

Tertullianus advers. Hæretic. cap. 11 *Fidem meam deserens, negator invenior.* Et de Fuga in persecut. cap. 1 *discernens frumentum martyrum, & paleam negatorum.* Ex quo apparet, negatorem esse ecclesiasticis apostatam, ein mamluck.

¶ Negatrix, īcis, eine leugnerin. Prudentius Apotheos. v. 549

triumphat
Gens infida prius: Christi sed victa negatrix
Subditur imperio.

¶ Negabundus, a, um, leugnend. Festus Pompejus auctor est, veteres, ut Catonem, dixisse *Negabundus.* Onomast. *Negabundus*, ἔξαρνος.

¶ Negatīvus, a, um: ut, *Propositio, particula negativa*, id est, negans. Cajus leg. 237 de verb. significat. *Duobus verbis negativis.*

¶ Negatōrius, a, um, idem; ut, *Actio negatoria*, leg. 5 & 6 § ult. ff. si ususfr. pet. leg. 2 & 4 § 1 si serv. vind. Eam Justinianus in § 2 Inst. de action. vocat *negativam.*

¶ Negĭto, are, frequent. verleugnen. *Abnuere, negitare*, Plaut. Merc. prol. v. 50. Conf. Bacch. a. 5 sc. 2 v. 76. Et, *Ne fieri negites, quæ dicam, posse*, Lucret. 4 v. 911. Idem verbum ex MS. Parif. S. Victoris vindicatur Ciceroni Acad. Qu. 4 cap. 22 *Quam multos annos esse negitavisset*, al. *negavisset.*

Composita;

¶ Abnĕgo, are, renuere, recusare, verleugnen, absagen, verschweren, abschlagen. Horat. 1 od. 35 v. 22 *comitem abnegat.*

¶ Abnegator, ōris, ein verleugner. Tertullian. de Fuga in persecut. cap. 12 *Quis talem abnegatorem spernat?*

¶ Abnegatīvus, a, um, verneinend. Diomed. lib. 2 *Duæ abnegativæ unam affirmationem faciunt.*

¶ Denĕgo, are, idem propemodum quod simplex, vel quod *Abnegare.* Terent. in Andr. a. 1 sc. 5 v. 6 *Quid Chremes, qui denegarat, se commissurum gnatam suam uxorem.* Et, *Auxilium alicui denegare*, Hirt. 8 Bell. Gall. cap. 45. *Denegare naturæ omnia jucunda*, alle lust vorhalten und entziehen, Cicer. in Verrem 7 cap. 11.

¶ Pernĕgo, āre, omnino vel constanter negare, stracks nein zu einem dinge sagen. Terentius, in prologo Eunuch. v. 34 *Sed eas fabulas factas prius latinas, id vero pernegat.*

¶ Subnĕgo, āre, nonnihil negare, zum theil absagen, abschlagen. Cicero Trebatio lib. 7 famil. epist. 19 *Quod præsenti tibi prope subnegarem, non tribuerem certe, id absenti debere non potui.*

Negotium, negotiari cum derivatis, vide infra *Otium.*

NEHALLENNIA, æ, Dea navigantium. Servatius Gallæus Dissert. de Sibyllis, derivat a vocabulo sive Hebræo sive Phœnicio נהל, eo quod *commode & leniter deducere* naves & merces credita.

NELEVS, ei, Νηλεύς, Neptuni filius fuit ex Tyro nymphâ, filia Salmonei regis: cujus duodecim filios præter Nestorem Hercules occidit, totamque ejus domum, patriamque evertit. Ovid. Metam. 2 v. 690 *Pascua Nelei.*

¶ Nelēus, & Nelēius, a, um, adjectivum. Ovid. Metam. 6 v. 418 *Et*

Nelea Pylos. Idem Metam. 12 v. 558 *Nelei sanguinis autor.* Idem Heroid. epist. 1 v. 63 *Nos Pylon, antiqui Neleia Nestoris arva.*

¶ Nelīdes, æ, patronym. Idem Ovid. Metam. 12 v. 553

Bis sex Nelidæ fuimus conspecta juventus.

Nema, vide paullo post *Neo.*

NĔMAVSVS, i, urbs Galliæ Narbonensis trans Rhodanum, hodie *Nismes*, Amphitheatrum Romanum ad nostra tempora conservans. vide Lipsium de Amphitheatro. Plinio 3 cap. 4 *Nemausum*, neutro genere est. Conf. Auson. Vrb. 13 v. 33.

¶ Nemausiensis, e, adject. Plin. ibidem cap. extremo: *Nemausiensibus attributa oppida.*

¶ Nemausiăcus, a, um, idem. Theodulfus lib. 1 Carm. v. 131

Inde Nemausiacas sensim properamus ad arces.

NĔMĔA, æ, & Nĕmēe, es; oppidum Arcadiæ, juxta quod silva ejusdem nominis, in qua Hercules leonem miræ magnitudinis confecit. In cujus rei memoriam postea sacra ibi Herculi & ludi instituti. vid. Plin. lib. 4 cap. 6, & Virgil. Æneid. 8 v. 295.

¶ Nĕmeæus, & Nemæus, a, um, adject. ut, *Leo Nemeæus*, quem Hercules occidit, de quo Hyginus fab. 30. Et, *Nemæum vellus*, Ovid. 9 Metam. v. 235.

NĔMĔSIS, is, Νέμεσις, indignatio, Jovis filia Euripidi, dea ulciscens immoderatos & insolentes: unde ejus iram deprecabantur, qui loquebantur de se. Vide Callimachum Hymno in Cererem v. 56. Euripidem Phœnissis v. 189, itemque Ausonium Eidyllio 5 v. 66 & Eidyll. 8 v. 40. Dicta est a νεμεσάω, *succenseo*, seu a νέμω, quod bona & mala distribuat. Dicta fuit & *Adrastéa*, ab *Adrasto* rege, qui primus ei templum posuit, & *Rhamnusia* a *Rhamnunte*, oppido Asiæ, in quo templum habuit: itemque *Leda*, Lactant. lib. 1 Institut. cap. 21. ¶ 2. *Nemesis* amica formosa Tibulli, de qua Martial. 8 epigram. 73, & ipse Tibullus 2 eleg. 3.

NĔMĒTES, um, populi Germaniæ ad Rhenum, ab urbe *Nemen*, quæ & *Noviomagus Nemetum*, vel *Nemetum Augusta*, Speyer. Meminit Nemetum Cæs. B. G. 1 cap. 52, & Plin. 4 cap. 17.

NĔMO, ĭnis, quasi *ne homo* quidem, niemand. *Nemo hominum*, Terent. Eunuch. a. 4 sc. 6 v. 19. *Nemo omnium:* ut Cicer. 8 ad Attic. epist. 2 *Neminem omnium hominum pluris facio.* Et, *Nemo quisquam*, Terent. Hecyr. a. 1 sc. 1 v. 10. *Nemo de, è, ex nobis, nostris. Nemo de tanto populo, Nemo ex hoc numero*, Virgil. 5 Æneid. v. 305 &c. Sic enim cum præpositionibus illis effertur. *Nemo mortalium omnibus horis sapit*, Plinius lib. 7 cap. 40. *Vitiis nemo sine nascitur*, Horatius 1 satyr. 3 v. 68. *Nemo non*, iederman. *Nemo non Atticum magno in periculo fore putavit*, Nepos Attico cap. 10. ¶ Vsurpatur aliquando adjective, pro *nullus.* Ita Terentius Eunuch. a. 3 sc. 5 pr. *Nemo homo est.* Cicero 13 fam. epist. 55 *ut hominem neminem pluris faciam.* Sic, *auctorem neminem unum sequar*, dixit Plinius lib. 3 ineunte: &, *Diem neminem*, id est, nullum, Prudentius Romano v. 744.

Nemoralis, Nemorensis, &c. vide paullo post *Nemus.*

NĔMOSSVS, i, metropolis Avernorum, Lucan. 1 v. 419.

NEMPE, nimirum, adverb. confirmandi, nehmlich, quod cum interrogatione quandoque, interdum sine interrogatione ponitur. ¶ Cum interrogatione: ut Cicero 5 Tuscul. cap. 5 *Nempe negas, ad beate vivendum satis esse virtutem?* so sagstu nun, daß &c. ¶ Sine interrogatione: Terent. in Andr. a. 2 sc. 3 v. 13 *Nempe hoc sic esse dicturum patrem*, eigentlich ist das mein gedancke, es werde der vater &c. ¶ Elegantissime autem interrogationibus cum responsione subjicitur. Cicer. in Philipp. 1 cap. 7 *Pompeji consulatus, in quibus actis consistit? nempe in legibus.* Terent. in Andr. a. 3 sc. 5 v. 11 *Expedies? nempe ut modo.* Vid. Valla lib. 2 cap. 22. ¶ Eleganter etiam cum *ergo* jungitur. Terentius Andr. a. 1 sc. 2 v. 21

S. Nempe ergo aperte vis, quæ restant, me loqui?
D. Sane quidem.

NĔMVS, ŏris, a νέμω, *pasco*, silva est amœna, ein lustwald, spatzierwald. Differt a *silva*, quæ cædua est; a *luco*, qui religiosus est; a *saltu*, in quo jumenta pascuntur, Valla auctore. Vide de singulis suis locis. *Nemus opacum, umbrosum, arduum, argutum*, poëtarum epitheta sunt. *Nemus omne virebit*, Virgil. eclog. 7 v. 59.

¶ Nĕmŏrōsus, a, um, höltzicht, mit holtz oder bäumen bewachsen; ut, *colles, montes nemorosi*, Ovid. 3 Art. Am. v. 427.

¶ Nĕmŏralis, e, idem. *Templum nemorale Dianæ*, apud Ovid. 1 de Art. am. v. 259, eine wald-kirche. *Vmbræ nemorales*, apud eumdem lib. 3 Amor. eleg. 1 v. 5. Et Avienus Orbis descript. v. 936

Vellera per silvas Seres nemoralia carpunt.

¶ Nĕmŏrensis, e, idem; ut, *mel nemorense*, Columella lib. 9 cap. 4, waldhonig, quod in nemoribus apes conficiunt. *Rex nemorensis*, Sueton. in vita C. cap. 35.

¶ Nemorivăgus, a, um, im wald herum lauffend: ut, *Aper nemorivagus*, apud Catullum carm. 64.

¶ Nemestrinus, i, Deus nemorum, der wald-gott, Arnob. lib. 4 p. 131.

NĒNIA, æ, quam per diphthongum *Nænia* Festus scribit, alii vocali simplice; est cantio funebris, quæ in laudes defunctorum a præficis ad tibias canebatur, ein trauer-lied, leich-gesang. Græci νηνίατον vocarunt ejusmodi carmen & νήνιαν, unde *nenia* est. Cicero 2 de LL. cap. 24 *Honoratorum virorum laudes in concione memorentur: easque etiam cantus ad tibiam persequatur, cui nomen* NENIAE: *quo vocabulo etiam a Graccho cantus lugubres nominantur.* Suetonius Augusto cap. 100 *canentibus neniam principum liberis.* Apud Sidonium lib. 7 epist. 17 *Nenia sepulcralis*, est carmen sepulcro inscriptum. Vide ibi Savaronium. *Neniam dicere*, Plaut. Trucul. a. 2 sc. 1 v. 3, zu grabe singen. Vet. Gloss. *Nænia*, ἐπιτάφιος ᾠδή. ¶ 2. *Nenia* nutricum cantio dicitur, qua pueris inducunt somnos, subinde repetendo *Lalla, Lalla*; Arnob. lib. 7 *Vt somno occupari possint, lenes audiendæ sunt neniæ.* ¶ 3. *Nenia* dicitur omne dictum vulgatum & nugatorium, kinderey. Sic Horatius illum versum:

Rex eris, si recte faxis; si non faxis, non eris;

vocat *puerorum neniam* lib. 1 epist. 1 v. 62. Vide Scaligerum in Conjectan. pag. 142 & 143, item lib. 2 Lection. Auson. cap. 1. Phædrus de scri-

de scriptis nullius momenti lib. 3 fab. 1 v. 10 *Legesne potius viles nenias?* Hieronymus epist. ad Riparium, adversus Vigilantium, extr. *Si volueris longiorem nos adversum eum scribere librum, mitte nenias illius & ineptias.* Paucis versibus ante similiter *Cantilenas* per contemtum vocat: *Si librorum*, inquit, *ipsius ad nos voluisses mittere cantilenas.* Prudentius Passione Laurentii v. 513

Quicquid Quiritum sueverat
Ornare nenias Numæ.

Vbi *Nenias* vocat ridicula illa a Numa conficta numina, sive idola. Paullo ante v. 496 *Nugas* appellarat. Et observat Scaliger, *Nugas* proprie appellatas, quæ in mortuorum laudem canebantur: quæ *næniæ* erant; vide ipsum Conjectaneis Varronianis d. l.

NĒNV, antique pro *non*, nicht. Apud Nonium cap. 2 n. 580 Lucilius: *Nenu molestum est.* Et Varro: *Si hodie nenu venis.* Sic & Lucret. 4 v. 713 *Nenu queunt rapidi contra constare leones.*

NEO, nĕvi, nētum, nēre, *νέω*, est lanam torquendo in fila ducere, spinnen, nähen. Justinus lib. 1 cap. 3 de Sardanapalo: *Invenit eum inter scortorum greges purpuram colo nentem.* PVRPVRAM, i.e. lanam purpura, sive murice infectam. Ovidius de medicamine faciei v. 14

Assiduo durum pollice nebat opus.

In tertia Tibullus hoc verbo usus est lib. 3 eleg. 3, eum ait v. 36

Stamina quæ ducunt, quæque futura neunt:

Vbi *neunt* pro *nent* positum est. Sed quæ ratio ita flectendi? Josephus Scalig. ad eum Tibulli locum ita commentatus: Neunt *non a* Neo, *sed a* Neeo, *ut* Abnueo *Ennius:*

Certare abnueo, metuo legionibu' labem.

Et quamvis sic secundæ conjugationis videatur, tamen abnueo non facit abnuent, ut docent, sed abnueunt. Sic hîc neunt, non nent. Hic Grammatista volui esse, quia hoc non est in aliis scriptoribus vulgare. Hæc ille. Verum nescio an hac via res accurate procedat. Nam si exemplum verbi *abnueo* hic valere patimur, non paucioribus syllabis efferri debet tertia pluralis, quam prima singularis. Vt ergo ab *abnueo* est *abnueunt*, sic a *neeo* flectendum erat tribus syllabis *neeunt*, non duabus, *neunt*. Quod si sic dicamus potius: ut quarta nominum declinatio contractio quædam est secundæ, (ex *fructuis* enim factum apparet *fructûs*:) ita secundam verborum con[jug]ationem esse contractionem tertiæ: Veteres igitur *doceis, doceun[t]* [d]ixisse, pro quibus postea *doces, docent*, obtinuerit. Quamobrem similiter a *neo* (non ut Scaliger, a *neeo*,) dictum olim *neunt*, quod retinuit Tibullus. Nihil tamen affirmo. ¶ *Nevi* a *neo* dixere Ovidius, Silius, alii. Iste 2 Fastor. v. 771 *stamina nevit:* hic (Silius) lib. 7 v. 81

Quod nostræ nevere manus, venerabile donum.

Supinum *Netum* usurpat Corippus lib. 1 de laudibus Justiniani Aug. cap. 15 *Justinianorum series ubi tota laborum*
Neto auro insignita fuit, gemmisque corusca.

Ita legi is locus debet, ubi vulgo, *necto auro*, editum est: Voss. lib. 3 de Analog. cap. 24 p. 89. ¶ Passive Plinius extulit lib. 33 cap. 3 de auro loquens: *Netur & texitur*, inquit, *lanæ modo.* Inde

¶ Netus, a, um, gesponnen: ut, *Lana neta*, apud Vlpianum Lege *Si cui lana* de legatis 3. Hinc &

¶ Nēma, ătis, *νῆμα*, filum, stamen, ein faden, ein gespinst; ut, *Nema sericum*, l. *interdum* 16 § *species* § 7 ff. de publican. vid. Salmas. de Pallio p. 225.

Composita:

¶ Perneo, ēre, abspinnen. Martial. 1 epigram. 89

Cum mihi supremos Lachesis perneverit annos.

¶ Pernētus, a, um, abgesponnen. Sidon. Apollin. carm. 15 v. 167

Quam cernas Parcarum vellere in ipso
Nondum pernetam fato præstare salutem.

¶ Rĕneo, ēre, auftrennen. Incertus Autor ad Liviam Aug. de morte Drusi Neronis v. 444

Stant rata non ulla fila renenda manu.

NEŎBVLE, es, Lycambis Thebani filia, cujus patrem ob negatam filiam insectatus est jambis suis Archilochus. Conf. Horat. 3 od. 12.

NEŎCAESĂRIA, æ, urbs Cappadociæ ad Lycum fluv. Plin. 6 cap. 3.

NEOCLES, is, philosophus Atheniensis, frater Epicuri. v. Laërt. Patrem Epicuri facit Cicero Nat. Deor. 1 cap. 26. ¶ 2. Alius Themistoclis pater, de quo Ælianus V. H. 2 cap. 12.

NEŌCŎRVS, i, *νεώκορος*, latine æditu us, ein kirchner, küster. *Neocori, aut præpositi templis*, Firmic. 3 cap. 7. conf. 4 cap. 7.

NEŎMĒNIA, æ, *νεομηνία*, der neumond. vid. Isidor. 6 cap. 8. Prov. *Ad neomenias latinas*, i.e. nunquam, Hieron. Latini neomeniis carent. vid. Novarini Adag. Eccl. T. 2 p. 446.

NEŎPHȲTVS, i, *νεόφυτος*, novellus, ein neuling, quasi *νέον φυτὸν*, *novum germen.* Vulg. Interpr. 1 Tim. 3 v. 6 de eo, qui nuper ad fidem accessit, quasi nuper insitus. Conf. Isidor. 7 cap. 4.

NEOPTŎLĔMVS, i, *Νεοπτόλεμος*, novus miles; cognomen Pyrrhi Achillis filii. ¶ *Neoptolemi*, vel *Neoptolemia vindicta*, (*νεοπτολέμειος τίσις*) ubi quis idem patitur, quod in alios fecit. Siquidem Neoptolemus, Achillis filius, qui Priamum in ipsis palatii focis occiderat, ipse vicissim apud Delphos ad Apollinis aram interfectus est. vide Chiliadas. ¶ 2. *Neoptolemus*, rex Molossorum, pater Olympiadis, quæ genuit Alexandrum M. Justin. 7, 6, 10. ¶ 3. Alius socius Eumenis, de quo Justin. 13, 6, 15, & Nepos 18, 4, 1. ¶ 4. Fuit & isto nomine Tragœdus, de quo Suetonius Caligulâ cap. 107, ubi Torrentius videri potest.

NEŌTĔRĬCVS, a, um, *νεωτερικὸς*, recentior, neu, heutig. Aurelius Victor de Orig. Gent. Rom. pr. *Vt quisquam neotericorum asseveravit.* Et Claudian. Mamert. de Anima 1 cap. 3 *Neotericus scriptor.*

¶ Neoterice, adverb. idem. Ascon. Pedian. in Divin. Cic. *Hoc leviter a Cicerone dictum, & neoterice putant.*

NĔPA, æ, & Nepes, is, scorpius, signum cæleste. Legitur apud Plautum, Cicer. Columellam, & Manil. lib. 2 v. 32, & lib. 4 v. 356. Festus Africum esse vocabulum ostendit. Cicer. 2 de Nat. Deor. cap. 42 in carmine, *pectusque Nepaï.* Columella lib. 11 cap. 2 *Pridie Non. Maj. Nepa medius occidit.*

NĒPENTHES, is, neutr. *νηπενθὲς*, herba Homerica oblivionis tristitiam depellens; *Nobile nepenthes*, Plin. 25 cap. 2. Sunt qui eamdem esse cum Buglosso suspicantur; propterea, quod in vino injectum, hilaritatem inducat, Plin. c. l. Alii tamen aliter exponunt: vide Becmani Origines L.L. p. 729. Nec desunt, qui rem totam ad allegoriam revocant. Copiose de hac re scripsit Petrus la Seine, opere, quod inscripsit: *Homeri Nepenthes, seu de abolendo luctu liber:* appellatum est a *νὴ* & *πένθος*, *luctus*.

NĔPĔTA, æ, herba, pulegium agreste, secunda species calaminthæ. vide *Calaminthæ*, wilder poley, bergmüntz. vid. Plin. 20 cap. 14, Columell. 5 cap. 7, Macer 1 v. 15, & Seren. v. 420 & 503.

NĒPHĀLIA, orum, *νηφάλια*, sobria festa, in quibus non libabatur vinum, sed aqua melle diluta, & quidem in honorem Mnemosynæ, Auroræ, Solis, Lunæ, Nympharum, Veneris & Vraniæ, ein panquet ohne wein. vid. Suid. Jul. Pollux 6 cap. 3, & Athen. 15 cap. 20. Conf. Cœlius Rhodig. 7 cap. 16.

NĔPHĔLE, es, uxor Athamantis, mater Phryxi & Helles. Hinc

¶ Nephelēis, ĭdos, Helle dicitur Ovid. Metam. 11 v. 296, & Auson. Edyll. 3 v. 287.

¶ Nephelæus, a, um, adject. ut, *pecus Nephelæum*, aries, qui Phryxum & Hellen per mare vexit, Valer. Flacc. 1 v. 56.

NEPHRĪTIS, ĭdis, *νεφρῖτις*, renum dolor, nierenweh, colick. vid. Cœlius Rhodig. 4 cap. 20, & Isidor. 4 cap. 7.

¶ Nephriticus, a, um, *νεφριτικὸς*, renum morbo laborans, nierensüchtig.

NĔPOS, ōtis, ex filio, filiave natus, sohns-kind, tochter-kind, enckel, quod ab *ἔγγονος* est: Sicuti latinum Nepos etymologi deducunt a græco *νέπως, νέποδος*, qua voce nepotes interdum significari, docebit post alios Casaubon. cap. 28 Lect. Theocrit. p. 127. Ac proferuntur in hanc sententiam tres præcipue loci, unus Theocriti Idyll. 17 v. 25; alter Apollonii lib. 4 haud procul a fine: tertius Callimachi, quem tamen frustra quæras in integris ejus *σωζομένοις*: ne fragmenta quidem ab H. Stephano collecta eum exhibent. Servavit eum Pindari Scholiastes ad Isthm. β *οὐ γὰρ ἐργάτην τρέφω*
Τὴν μοῦσαν, ὡς ὁ Κῖος, Ὕλλιχου νέπως.

¶ Fuit autem olim Nepos generis communis, ut intelligis ex versu Ennii, quem profert Nonius Marcellus cap. 3 n. 147

Ilia dia nepos, quas ærumnas tetulisti.

Postea, *ut neptis dicamus, in jure est propter discretionem successionis admissum:* Isidor. lib. 9 Orig. cap. 5. ¶ Porro, tametsi *Nepos* proprie filii filiæve, uti diximus, natus est: aliquando tamen latius extenditur vocabulum. Nam apud JCtos *nepotes ex fratre: nepotes ex sorore* reperiuntur. Sed alii auctores *fratris, sororis filios* nuncupant: ut Nepos; & Tacitus de Germania cap. 20. Cum Jureconsultis tamen locutus est Ovidius lib. 2 de Ponto epist. 3

Cæsar, ab Ænea qui tibi fratre nepos.

Sic Ambrosius Lothum vocat nepotem Abrahami lib. 1 Offic. cap. 24. Et apud Petrum Blesensem epist. 131 *nepos* & *avunculus* relata sunt.

¶ 2. *Nepos*, id est, luxuriosus, prodigus, dissolutus, perditus, ein wüstling, durchbringer. Cicero 2 in Catilin. cap. 4 *Quis ganeo? quis nepos? quis adulter?* Horat. epod. 1 v. 32

Haud paravero,
Quod, aut avarus ut Chremes, terra premam,
Discinctus aut perdam ut nepos.

Lactant. lib. 3 cap. 22 *Viri, qui multas mulieres habent, nihil aliud dici possunt, quam luxuriosi atque nepotes.* vide Casaub. ad Persium Commentar. pag. 508. Fuit autem fortasse quis ex Nepotum gente, qua & Cornelius Nepos, nobilis ille historicus oriundus, cujus perdita & dissoluta vita occasionem proverbio dedit; (vide supra *Cornelius*.) Sic & *Catones* dicti omnes sancti & serii viri a Catone Censore, qui talis. Aliter tamen Paulus Festi epitomator: *Nepotes luxuriosæ vitæ homines appellati, quod non magis his rei suæ familiaris cura est, quam iis, quibus pater avusque vivunt.* Cum quo & facit magnus Casaubonus ad Persii satyr. 6. Seneca epist. 95 *In Rhetorum ac philosophorum scholis solitudo est: at quam celebres culinæ sunt, quanta circa nepotum focos juventus premit?*

¶ Nĕpōtulus, i, diminutiv. ein zechbrüderlein. Plaut. Milite a. 5 v. 20 & 28 *Venereus nepotulus.*

¶ Neptis, is, fœmin. eine nefe, enckelein. *Neptis ex aliquo*, Nepos Attico cap. 19.

¶ Neptĭcŭla, æ, diminut. kindstöchterlein. Symmachus lib. 6 epist. 32 *Nepticulæ meæ Gallæ infirmitas.*

¶ Nepōtīnus, a, um, schwelgerisch: ut, *Nepotini sumtus*, i. e. profusi, immodici, quales luxuriosorum sunt, apud Sueton. Caligulâ cap. 37.

¶ Nepotālis, e, idem. Ammianus lib. 31 cap. 13 *In nepotali mensa ludicris concrepantibus diu discumbens.* Apulej. 2 Metam. *Nepotalis luxus.*

¶ Nepōtor, ari, prodige & luxuriose vivere, schlemmen, prassen. Seneca lib. 1 de Beneficiis cap. ult. *Veto liberalitatem nepotari*, i. e. profundere, dilapidare. Tertullian. Apolog. cap. 46 *Aristippus in purpura nepotatur.*

¶ Nĕpōtātus, ûs, ipsa actio, die schwelgerey. Vet. Glossæ: *Nepotatus, ἀσωτία.* Adde Plinium 14 cap. 4 extr.

¶ Pronĕpos, ōtis, & Proneptis, nepotis filius, filia, des sohns oder tochter enckel, urenckel, Cic. Philipp. 13 cap. 7. Et *Proneptis* apud Pers. satyr. 6 v. 53. Seneca Ludo de Morte Claudii p. 854 ex persona Divi Augusti: *Hanc mihi gratiam retulit, ut duas Julias proneptes meas occideret: unum abnepotem L. Silanum.*

¶ Abnepos, pronepotis filius: Seneca de Morte Claudii, verbis jam indicatis.

¶ Adnepos, abnepotis filius. vide multas Inscript. Gruteri p. 253 n. 3, p. 262 n. 4, 5, 6, p. 263 n. 8, & p. 268 seqq. Adde Inscript. apud Fabrett. p. 331.

¶ Trinĕpos, Lege 10 § 9 Dig. de in jus vocando, *ultra trinepotem.*

NEPTVNVS, i, Opis & Saturni filius, maris Deus, der meergott, a

nando

nando dictus, auctore Cicerone 2 de Nat. D. cap. 26. Seu Scaliger pater lib. de Plantis ἀπὸ τοῦ νίπτειν deducit. Nam ut a *Verto vertumnus*: ita a νίπτω *Neptunus* est. Varroni a *nuptu*, i. e. opertione, quasi *Nuptunus*: quod mare terras obnubat atque præcingat, lib. 4 de L. L. n. 10. conf. Voss. lib. 4 Inst. Orator. p. 135. Sed Bochartus, lib. 4 Geogr. sacræ, suspicatur, nomen Neptuni deductum a verbo Ægyptio, νέφθυν, de quo Plutarchus in de Iside & Osir. Νέφθυν δὲ καλοῦσι τῆς γῆς τὰ ἔσχατα, καὶ παρόρια, καὶ ψαύοντα τῆς θαλάσσης; i. e. *Nepthun vero adpellant terræ extrema & promontoria, & quæ maria attingunt.* Insignis oratio Neptuni est in Virg. Æn. 1 v. 129. ¶ 2. *Neptunum* pro mari poni, haud est insolitum. Sic *Neptunus Ægæus* est mare Ægæum, Virg. Æn. 3 v. 74. conf. Dempster. in Rosin. p. 342 & 632. Reines. in Epist. p. 174 & 301. Sic apud Catullum carm. 32 v. 3 *Vterque Neptunus* ponitur pro mari infero ac supero. ¶ 3. Pro piscibus accipitur in illo Nævii apud Festum in *Coquus*:

Coquus edit Neptunum, Venerem, Cererem.

¶ Neptūnius, a, um, adject. Neptunisch; ut, *Neptunia prata*, i. e. mare, Cic. in Arat. v. 129. Et, *Arva Neptunia*, Virg. Æn. 8 v. 695. *Neptunia Troja*, Idem Æn. 2 v. 625, quia Neptunus muros Trojanos condidit cum Apolline.

¶ Neptunālis, e, idem; ut, *Neptunales ludi*, Tertull. de Spectac. c. 6.

¶ Et absolute *Neptunalia*, Neptuni feriæ, Varr. de L. L. 5 cap. 3. Auson. de Feriis Lat. v. 19

Aut duplicem cultum, quem Neptunalia dicunt.

¶ Neptunine, es, patronym. i. e. Neptuni filia, Thetis, apud Catullum carm. 65 v. 28.

¶ Neptūnĭcŏla, æ, der am meer wohnet. Silius lib. 14 v. 444

Et Neptunicolæ transverberat ora Telonis,

id est, mare vel insulam inhabitantis. Potest etiam esse, qui Neptunum veneratur.

Nequa, vide infra *Qui*.

NĒQVAM, indecl. improbus, ein schalck; item, schalckhafftig, arg. *Qui ne tanti quidem est, quam quod habetur minimi*, ut ait Festus. Ex *ne* & *quicquam* coactum esse *nequam*, Varro ostendit de L. L. 9 cap. 5. Priscianus lib. 4 a *nequeo* deducit, quod nihil queat, nullique rei sit aptus. vide Gell. 7 cap. 11. *Servus nequam*, ein schalcksknecht, Plaut. Casin. a. 2 sc. 3 v. 39. *Nequam atque improbus homo*, Cicero pro Cœlio cap. 4, ein bösewicht. *Cum hominem invenire nequam neminem posses*, Idem pro Fontejo cap. 13. Vet. Gloss. *Nequam*, ἀχρεῖος, der zu nichts nütze, nichts taugt. In neutro genere Publius Syrus in Mimis: *Bonum quidem supprimitur; nequam extinguitur.* Columell. 3 cap. 10 extr. *Nequam vitis*, i. e. inutilis. ¶ Compar. *Nequior*, *nequissimus*: Horat. 3 od. 6 v. 46 *Ætas parentum pejor avis tulit*

Nos nequiores, &c.

Et, *Quid est nequius, aut turpius effœminato viro?* Cic. 3 Tusc. cap. 17. *Homo omnium nequissimus*, Idem ad Brutum lib. 11 fam. epist. 21 pr. *Omnium bipedum nequissimus*, Plin. 1 epist. 5, ein ertz-schalck.

¶ Nequĭter, nequius, nequissime, adverb. schalckhafftig, böslich; ut, *Turpiter & nequiter aliquid facere*, Cicero in Tuscul. 3 cap. 17. Prudentius Cathem. 2 v. 29 *Qui mane sumtis nequiter*

Non erubescit poculis.

Livius lib. 41 cap. 7 *Vtrum bellum susceptum sit nequius, an inconsultius gestum, dici non potest.* Apulejus Apolog. p. 292 *Epistolæ perperam lectæ, & nequius interpretatæ.* Et Plinius lib. 12 cap. 25 *Nequissime gummi* [balsami vitiatur,] *quoniam inarescit in manu inversa, & in aqua sidit*, [atque ita difficillime deprehenditur.]

¶ Nequĭtia, æ, improbitas, malitia, fraus, schalckheit, büberey, boßheit. Phædrus lib. 2 fab. 7 *Vis & nequitia quicquid oppugnant, ruit.* Vlpianus L. *Cum autem § capitalem* D. de Ædilitio edicto: *Capitalem fraudem admisisse accepimus dolo malo & per nequitiam.* In Vet. Inscriptione Hispan. OPVS PATERNVM NEQVITIA PVBLICANORVM ET MORTE VESPASIANI INTERRVPTVM, &c. CONFICI IVSSIT. *Fenestram ad nequitiam patefacere*, Terent. in Heaut. a. 3 sc. 1 v. 72. *Officina nequitiæ & flagitiorum omnium domus*, Cicer. pro Rosc. Am. cap. 46, ein auffenthalt loser buben. ¶ 2. Item, libido, intemperantia, luxuria, geilheit. Ovidius 1 Fastor. v. 411 *Te quoque inextinctæ, Silene, libidinis urunt* (Najades,)

Nequitia est, quæ te non sinit esse senem.

Terent. Adelph. a. 3 sc. 3 v. 3

Id misero restat mihi mali, si illum potest,

Qui alicui rei est, etiam ad nequitiam abducere.

Vbi Donatus: NEQVITIA *proprie libidinosa inertia dicta est: quod nihil queat, nullique rei sit: vel a non agendo.* Vide & Cic. 3 Tusc. cap. 8, & Gellium lib. 7 cap. 11, & in eum Animadvers. Phil. Caroli p. 369. Seneca epist. 95 *Nondum in tantum nequitia processerat.* NEQVITIA, i. e. luxuria, ut ex sequentibus patet. ¶ 3. Aliquando lasciviam & petulantiam venustate quâdam, & vernilitate conjunctam notat, muthwille: Barth. ad Claudian. p. 806. Vetus Gloss. ἀχρειότης, ἀχρειοσύνη: *Nequitia, Nugacitas.*

¶ Nequities, ēi, idem. Horat. 2 sat. 2 v. 131 *Illum nequities expulit.*

Nequaquam, Neque, Nequeo, Nequicquam, nequis, Nequiter, nequitia, vide *Qui*, *Ne*, *Queo*, *Qui*, *Nequam*.

NĒREVS, duab. syllab. Nerei, Νηρεύς, Deus marinus, Oceani & Tethyos filius, ein meer-gott. Virg. 2 Æn. v. 419

imo Nereus ciet æquora ponto.

¶ Nērēides, um, patronymicum, maris nymphæ, meer-fräulein, nymphen; ut, *Æquoreæ Nereides*, Catull. de Nupt. Pel. & Thet. v. 15. Singulariter Ovidius 13 Metam. v. 858 vocandi casu:

Nerei, te vereor &c. conf. ibid. v. 750.

Νηρηΐδες belluæ sunt marinæ, habentes speciem aliquam conformem homini, Gesnerus ex Philostrato. An dentur? disputat Voëtius part. 1 Dispp. Theolog. p. 742.

¶ Nērīne, es, media longa, patronymicum aliud. Virg. eclog. 7 v. 37

Nerine Galathea, thymo mihi dulcior Hyblæ.

¶ Nērēïus, a, um, adjectivum. Ovid. 13 Met. v. 162

Præscia venturi genitrix Nereïa leti; i. e. Thetis.

NERIĒNE, es, Martis uxor, apud Plaut. Trucul. a. 2 sc. 6. vide & Gellium lib. 13 cap. 21.

NĒRĪTA, æ, & Nerite, es, ex concharum est genere, eine art meer-schnecken, Plin. 9 cap. 33, a νέω, *nato*, unde & *naticem* vertit Gaza, vide *Natex*.

NĒRĬTOS, i, mons Ithacæ & insula ejusdem nominis in mari Ionio, Plin. 4 cap. 12, & Virg. Æn. 3 v. 271.

¶ Neritius, a, um, adject. ut, *Dux Neritius*, Vlysses, Ovid. 1 Trist. eleg. 4 v. 57. *Neritia ratis*, qua vectus Vlysses, Idem Met. 14 v. 563. *Neritia proles*, Silius 2 v. 317.

NĒRIVM, i, νήριον, frutex est foliis quàm amygdala longioribus, quem & *Rhododaphnen*, & *Rhododendron*, ῥοδοδάφνην & ῥοδόδενδρον, Græci vocant, Germani olander. vid. Plin. 24 cap. 11.

NĔRO, Nerōnis, Νέρων: Sabinum vocabulum est, quod virtutem & fortitudinem significat. Itaque ex Claudiis, qui ex Sabinis oriundi fuerunt, qui erat egregia atque præstanti fortitudine, NERO adpellatus: quod in posteros cognomen descendit. Vide Gellium lib. 12 cap. 21, itemque Suetonium Tiberio cap. 1, & ibi Casaubonum. Qui Claudio, quarto Imperatori Romano, *Claudius Domitius Nero* successit, flagitiosissimus ac crudelissimus omnium Imperatorum Romanorum fuit, quo rapinas publicas & sacrilegia plura nemo exercuit, nemo libidinosior & profusior exstitit, adeo, ut aurato piscaretur reti. Matrem & amitam suam interfecit, imo & uxorem, affines & necessarios, virosque illustres alios multos, Senecam præceptorem ad necem compulit, Romam incendit. Quam improbitatem ejus Domitius pater tum ex suis, tum uxoris Agrippinæ moribus olim prædixerat, quemadmodum Xiphilinus scripsit, ἀδύνατόν ἐστιν, ἄνδρα τινὰ ἀγαθὸν ἔκ τε ἐμοῦ καὶ ταύτης γεννηθῆναι, id est, *fieri nullo modo potest, ut ex me & illâ vir bonus nascatur.* Tandem, cum ab omnibus derelictus esset, ex urbe fugit. Sed quæsitus, ut ad supplicium vivus attraheretur, ferrum jugulo adegit, ac sic defecit, exstantibus rigentibusque oculis ad horrorem usque formidinemque visentium, eodem die, quo Octaviam quondam e medio sustulerat: Suetonius. Imperavit annos 13, menses 8. *Nero calvus* Domitianus dictus ob crudelitatem. Juvenal. sat. 4 v. 38 *Et calvo serviret Roma Neroni,*

Vbi *calvus* discriminis caussa additum.

¶ Nĕrōnēus, a, um, &

¶ Nerōniānus, a, um, adjectiva. *Quid thermis melius Neronianis?* Martialis lib. 7 epigr. 33. Et Statius lib. 1 Silv. 5 v. 62

Neronea lotus in unda.

NERVA, æ, cognomen fuit Romæ Liciniorum, Coccejorum, & Silliorum; ductum a *nervis*, hoc est, a robore. ¶ *Nerva* Coccejus, Rom. Imp. decimus tertius, Flavii Domitiani successor dissimillimus, de quo Eutrop. Aur. Victor in Cæs. & Martial. 8 epigr. 70, & 11 epigr. 6.

NERVII, orum, Galliæ Belgicæ populus ferocissimus; cum eo pugnavit Cæsar maximo totius exercitus discrimine, ut ipse testatur B. Gall. 2 cap. 27. Et, *Nimiumque rebellis Nervius*, Lucan. 1 v. 428.

Nervosus, &c. vide in sequenti *Nervus*.

NERVVS, i, νεῦρον, νεῦρα, a quo nomine *nervum* latinum factum esse, Gellius ostendit, eine spannader oder seenader. Nervis enim vis inest sentiendi, qui oriuntur ex cerebro. *Nervis artus continentur*, Cic. 2 Nat. Deor. cap. 23. *Nervorum valetudo*, Suetonius Vespasiano c. 7, wenn man contract ist. *Nervorum labores* Vitruvius vocat lib. 8 c. 3 *Namque sulphuriosi fontes nervorum labores reficiunt.* Hoc qui laborant morbo, *Nervicos* idem adpellavit eo ipso loco paullo post; *Igitur*, inquit, *nervi inflatione turgentes, ex longitudine contrahuntur, & ita aut nervicos aut podagricos efficiunt homines.* ¶ 2. Et *Nervus*, plur. *nervi*, per metaphoram, robur significant & vires, stärcke und krafft; ut, *Nervi belli pecuniæ & equitatus*, Cic. 5 Philipp. cap. 2. Et, *Nervi reipubl. vectigalia*, idem pro L. Manilia cap. 7. *Nervi sapientiæ, nil temere credere.* vide *Credo*. Et, *Omnes nervos in re aliqua contendere, intendere*; Et, *omnibus nervis contendere*, est summâ vi, summoque studio conari, alle seine stärcke und vermögen an etwas setzen. Cic. in Verr. 2 cap. 12 *Opus dignum, in quo omnes nervos ætatis industriæque meæ contenderem.* Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 20 *Sive adeo digna res est, ubi tu nervos intendas tuos.* Sic, *Frangere nervos & mentis & corporis*, Quintil. 1 cap. 2. vide *Educatio*. Et, *Incidere nervos*, hoc est, vim & robur frangere, schwächen. *Incidere nervos populi Romani*, Cic. Agrar. 2 cap. 18. ¶ 3. *Nervus*, amentum vel chorda arcus, die sehne am bogen oder armbrust. *Sagittam nervo aptare, accommodare, imponere*, den boltzen auflegen. Terent. Phorm. a. 2 sc. 2 v. 11 *Vereor, ne istbæc fortitudo in nervum erumpat denique.* Vbi Donatus: *Ex consuetudine Romana dixit: quia sæpe in nervum conjiciebantur, ex aliquo maleficio in carcerem missi. An nunquid proverbium a sagittariis natum est: quod immoderatæ plerumque vires adducendo arcu non telum incitent, sed nervum rumpant? An ex eo, quod sæpe fortius nitentes, nervum sibi aliquem lædant?* Ego primam interpretationem primariam, hoc est, omnium optimam atque verissimam statuo. ¶ 4. *Nervus* enim & vinculi lignei genus est, in quod pedes arctabantur, ut Tertullianus loquitur ad Martyras cap. 2 *Nihil crus sentit in nervo, quum animus in cælo est*, im stock. In Legg. XII Tabular. SECVM DVCITO: VINCITO: AVT NERVO, AVT COMPEDIBVS QVINDECIM PONDO &c. Vet. Gloss. *Nervus*, ξυλοπέδη. Nec alio trahendum illud Terentii eadem fabula a. 4 sc. 4 v. 14

Cum argentum repetent, nostra caussa scilicet

In nervum potius ibit.

Nam quod Terentius *ire in nervum*; hoc Plautus *in nervum corripere* dixit Rudente a. 3 sc. 6 v. 34. Festivum Catonis adagium apud Gellium 11 cap. 18 *Fures privatorum furtorum in nervo atque in compedibus ætatem agunt: fures publici in auro atque in purpura.* ¶ 5. *Nervus*, sicut νεῦρον Græcis, αἰδοῖον etiam est, sive pudendum virile, mentula. Tibullus Carmine ad Priapum:

Repente nervus excitat libidinem.

Alius poëta in Phallicis carm. 63

Libidinoso tenta pyramis nervo.

Et ita Juvenalis etiam sat. 9, & sat. 10 usus est. Et Horat. epod. 8 v. 17

v. 17 *Illiterati num minus nervi rigent.* Quamobrem in phrasi illa, *nervos intendere*, sive *contendere*, κακέμφατον statuerunt: hoc est, illud dictionis vitium, cum mala consuetudine in obscenum intellectum sermo detorquetur. De qua te vide Vossium lib. 4 Institut. Oratoriar. cap. 6 Tmemate 10 p. 105. ¶ 6. Et *nervi* fides sunt, die saiten. *Cithara intenta nervis*, Quintil. lib. 2 cap. 8 extremo, mit saiten bezogen. *Nervos percutere*, Idem lib. 1 cap. 12.

¶ Nervia, æ, idem. Fœminino genere apud doctos lectum est sæpe, inquit Nonius cap. 3 n. 149. Adde Suetonium apud Gell. lib. 9 cap. 7 extrem.

¶ Nervium, i, neutro quoque genere dixit Varro apud Nonium l. c. *quæ ejus nervia tractare solebat.*

¶ Nervŭlus, i, ein spannäderlein; ut, *Nervulos suos adhibere*, seine kleine stärcke darzu brauchen, Cicero Capitoni sub lib. 16 ad Attic. epist. 16.

¶ Nervālis, e, adericht. Scribonius Largus: *Herbam, quam Græci* πολύνευρον, *nos nervalem appellamus.*

¶ Nervĭcus, a, um, sive Neuricus, nervorum vitio laborans, der das zipperle hat. Qua de re ex Vitruvio dictum in *Nervus* signif. 1.

¶ Nerviceus, a, um, e nervo factus, vom frischen bast. Vulg. Interpr. Jud. cap. 16 v. 7 *Nervicei funes.*

¶ Nervōsus, a, um, adericht, voll adern, und darinn viel stärcke ist. Celsus lib. 4 cap. 1 *Sub corde atque pulmone transversum ex valida membrana septum est, quod a præcordiis uterum diducit, æque nervosum, multis etiam venis per id discurrentibus.* Et post paullo: *Stomachus nervosus a septima spinæ vertebra incipit.* Et ibidem: *Vesica in ipso sinu nervosa & duplex.* ¶ Translate firmus, validus, kräfftig, nachdrücklich. Cicer. de Clar. Orat. cap. 31 *Quis Aristotele nervosior? Theophrasto dulcior?* puta, oratione.

¶ Nervōsitas, ātis, krafft, stärcke. Plinius lib. 19 cap. 1 de lino: *Nervositas filo æqualior pæne, quam araneis.*

¶ Nervose, adverb. firmiter, mit krafft und nachdruck. Ciceroni Plancus lib. 10 epist. 23 *Tu, mi Cicero, quod adhuc fecisti, idem præsta, ut vigilanter nervoseque nos, qui stamus in acie, subornes*, hoc est, instruas iis rebus, quæ necessariæ ad bellum sunt, & quidem summa cura & industria id facias. Et Cicero in Oratore c. 36 *Aliquando nervosius dicere:* & lib. 3 Offic. cap. 29 *qui ista nervosius disserunt*, id est, accuratius.

¶ Enervis, e, sine nervis & viribus, krafftloß; ut, *Spectaculum non enerve*, apud Plin. in Panegyr. cap. 33. Et Quintil. lib. 9 cap. 4 sub fin. *effœminata & enervis compositio.* Et Valer. Maximus lib. 8 c. 8 pr. *ne vitam enervem exigant*, daß sie nicht faul werden. Ita Pighius e MSS. & Cantelius: at Vorstius *inertem.*

¶ Enervo, avi, atum, are, nervos frangere, debilitare, schwächen, krafftloß, matt machen. Cic. de Senect. cap. 10 *Vt vos videtis, non plane me enervavit senectus.* Virgilius, sive quisquis auctor carminis est de Venere & Vino:

Vt Venus enervat vires, sic copia Bacchi.

¶ Enervatus, a, um, entkräfftet, geschwächet; ut, *Tam afflictus, tam infirmus, tam enervatus reus*, Cic. in Pison. cap. 33. *Mollis & enervata ratio & oratio*, Idem 4 Tusc. cap. 17.

¶ Quinquenervia, æ, vulgo plantago minor est, πεντάγλωσσος [?], spißwegerich.

¶ Subnervo, are, nervos incidere, lähmen. Tertullian. adv. Judæos cap. 10 *Subnernaverunt taurum*, vertens verba Genes. cap. 49 v. 6. Et Vetus Interpres latinus Josuæ cap. 11 v. 6 *equos subnervabis.* Græci LXX utrobique νευροκοπεῖν. Tralate Apulejus Apolog. p. 327 *Calumnias, ne corroborentur tempore, præcipitasti, & nulla impertita mora subnervasti.*

NĔRYLLĪNUS, i, Νερυλλῖνος, vir clarus, cui Troadenses erexére statuam. Meminit Athenag. legat. pro Christ. p. 242, additque, suo eum seculo claruisse.

NĒSAEE, es, Nympha marina, Nerei & Doridis filia, a νέειν, sive *natando* dicta Virg. Georg. 4 v. 338, & 5 Æn. v. 826.

Nesapius, Nescientia, nescio, nescius, &c. vide *Sapio, Scio.*

NĒSIS, ĭdis, & Nesium, i, insula in Campano litore inter Pausilypum & Puteolos, Stat. 3 Silv. 1 v. 150, & Lucan. 6 v. 90.

NESSOTRŎPHIUM, i, νεσσοτροφεῖον, locus ubi anates clausæ aluntur, ein enten-stall, νῆσσαι, anates, Colum. lib. 8 cap. 15.

NESSUS, i, inter Centauros celeberrimus fuit: quem Hercules, Deianiram conjugem sibi rapere volentem, sagittâ transfixit. ¶ Item fluvius Thraciæ: vid. Geograph.

¶ Nesséus, a, um, adject. *Nesseum venenum*, Ovid. Heroid. epist. 9 v. 163.

NESTOCLES, is, statuarius, Phidiæ æmulus, Plin. 34 cap. 8.

NESTOR, ŏris, Νέστωρ, rex Pyli sapientissimus & eloquentissimus, qui consiliis suis & prudentia regit ubique apud Homerum Agamemnonem, & universum Græcorum exercitum consilio & verbis; quemadmodum ipse inquit: βουλῇ καὶ μύθοισι, Iliad. δ. Cicero Dolabellæ lib. 9 epist. 14 *Non alienum est dignitate tua, quod ipsi Agamemnoni regi fuit honestum, aliquem in consiliis capiendis Nestorem habere.* ¶ *Nestoris eloquentia: Nestoris anni, ætas, senecta*, proverbiis locum fecerunt. Exegisse autem Nestorem tria secula vivendo, Homerus prodidit, ad quod alludit Juvenal. sat. 10 v. 246

Rex Pylius, magno si quicquam credis Homero,
Exemplum vitæ fuit a cornice secundæ.

Homeri versus de Nestoris vita is est Odyss. γ v. 245

Τρὶς γὰρ δή μιν φασὶν ἀνάξασθαι γένε' ἀνδρῶν.

Nævius ipsum *Trisaeclisenem*, quamquam durius, apud Gell. lib. 19 cap. 7 adpellavit. Quam ob caussam de eodem Horatius lib. 2 od. 9 v. 13

At non ter ævo functus amabilem
Ploravit omnes Antilochum senex Annos.

Antilochus enim Nestoris filius fuit. Sed nondum sic certi satis sumus, quot annos exegerit Nestor; cum *seculi, ætatis, ævi*, γενεᾶς, vocabula sint ambigua. Et Ovidius quidem ac Tibullus existimant, *trecentos annos* vixisse Nestorem. Sed Homeri Scholiastes monet, *ætatem* unam ex veterum sententiâ *triginta annorum spatio* definiri, quâ ratione *nonagesimum* annum tantum attigisset Nestor. Sic intelligunt ætatem Nestoris Acron & alii non pauci, quos citat Raderus ad Martial. 2 epigr. 8 f. 544. Quem eumdem & de scypho seu poculo Nestoris consule ad ejusd. libri epigr. 6 f. 549. ¶ 2. Antiphon, rhetor propterea, quod esset ingenio promptus, (ἀγχίνους,) Nestor fuit cognominatus: in Testis Plutarchus in ejus vita. ¶ 3. *Nestores* scriptores, vide apud Voss. de Hist. Gr. lib. 2 cap. 4.

¶ Nestŏreus, a, um, adject. ut, *Nestorea senecta*, Stat. 1 Silv. 3 extr.

Neu, Neve, vide supra in *Ne.*

NEURAS, ădis, νευρὰς, herba nervorum dissolutiones juvans, quæ & *poterion* dicitur, monkraut, Plin. 25 cap. 10.

NEURI, orum, populi Scythiæ Europææ ad Borysthenem, Plin. 4 c. 12.

Neuricus, vide paullo ante *Nervicus* in *Nervus.*

NEURŎBĂTA, æ, νευροβάτης, ambulans super nervis, a νεῦρον & βαίνω, *funambulus*, ein seiltäntzer. Exstat hoc nominis apud Julium Firmicum lib. 7. Item apud Hyginum cap. 273 Mytholog. cujus locum expendit Turnebus lib. 11 Adversar. cap. 15.

NEUROĪDES, æ, νευροειδὴς, species silvestris lactucæ, wintergrün, Plin. 20 cap. 8.

NEUROSPASTON, i, νευρόσπαστον, illud est, quod Horatius περιφράζων vocat *nervis alienis mobile lignum*, lib. 2 sat. 7 v. 82. Est enim a νεῦρον & σπάω, quia nervo trahi potest. Imaguncula eo artificio confecta, ut, si occultum funiculum trahas, ad speciem hominis vivi movere membra, quin & totum corpus videatur, puppenspiel. Vide, præter interpretes Horatianos, Muretum Comm. in 1 Platon. de Rep. p. 649. Cœl. Rhodig. lib. 7 (al. 4) antiq. Lect. cap. 16. Favorinus Gellii lib. 14 cap. 1 *Vt plane homines non, quod dicitur,* λογικὰ ζῶα, *sed ludicra & ridenda quædam neurospasta esse videantur, si nihil sua sponte, nihil arbitratu suo faciunt, sed ducentibus stellis, & aurigantibus.* Hinc

¶ Neurospastes, æ, νευροσπάστης, circulator, qui tales icunculas lucelli atque quæsticuli caussâ circumfert, ein puppenspieler. Vide præter jam citatos Budæum comm. ling. Græc. f. 466. Pseud-Aristoteles de Mundo: οἱ νευροσπάσται μίαν μήρινθον ἐπισπασάμενοι, ποιοῦσι καὶ αὐχένα κινεῖσθαι, καὶ χεῖρα τοῦ ζώου, καὶ ὦμον, καὶ ὀφθαλμόν· ἔστι δὲ, ὅτε πάντα τὰ μέρη μετά τινος εὐρυθμίας. Hæc Apulejus lib. de Mund. ita extulit: *Illi, qui in ligneolis hominum figuris gestus movent, quando filum membri, quod agitari solet, traxerint, torquebitur cervix, nutabit caput, oculi vibrabunt, manus ad ministerium præsto erunt, nec invenuste totus videbitur vivere.* Non refugit græcam vocem Muretus Vol. 2 Orat. 5, *Demus hanc veniam sophistis, ut tamquam neurospastæ inter pueros ludant.*

¶ Neurospastos, i, herba, quam alii *cynosbaton*, alii *cynospaston* vocant. *Folium habet vestigio hominis simile. Fert & uvam nigram, in cujus acino nervum habet, unde neurospastos dicitur:* Plin. lib. 24 cap. 14.

NEUTER, neutra, neutrum, genit. neutrius, dat. neutri, de duobus dicitur, der beyder oder zweyer keiner. Ex *ne* & *uter.* *Quid bonum, quid malum, quid neutrum sit*, &c. Cicer. 2 Divinat. cap. 4, id est, indifferens. *In neutram partem moveri*, Idem 4 Academ. cap. 42. Et, *Neutrius partis*, qui nunc neutrales adpellantur, unpartheyisch. *In neutris partibus esse*, Seneca dixit lib. 2 de Ira cap. 23 extr. vide supra in *Medius.*

¶ Neutrò, adverbialiter Livius lib. 5 cap. 26 fecit, pro, in neutram partem, auf keinen theil; ut, *Neutro inclinata spes est.* Et, *neutro inclinata est pugna*, Idem lib. 24 cap. 15.

¶ Neutralis, e; ut, *Nomina, Verba neutralia*, Quintil. lib. 1 c. 4 & 5.

¶ Neutraliter, grammaticorum adverbium. Charisius lib. 1 p. 55 [ed. Putsch.] *Gellius* FORA *navium neutraliter dixit.*

¶ Neutrālĭtas, ātis, die unpartheylichkeit, qua animus a partium studio est alienus, barbarum est. vid. Voss. de Vit. L. L. 3 cap. 29 p. 539.

¶ Neutrŭbi, in neutro loco, an keinem beyder orten. Plautus Aulul. a. 2 sc. 2 v. 56 *Neutrubi habeam stabile stabulum.* Ammianus lib. 19 cap. 5 *Neutrubi prœlio inclinato.*

Neutiquam, Neutralis, vide *Ne, Neuter.*

Nex, Nexibilis, nexilis, nexio, nexo, nexus, &c. Ni, quære in *Neco, Necto, Nisi.*

NIBAS, vicus in Thessalonica Macedoniæ civitate, ubi galli nunquam vocem edunt; unde proverbium de iis, quæ nunquam fient: ὅταν Νίβας κοκκύσῃ, i. e. *cum Nibas coccyssaverit.* Simillimum illi, *ad calendas græcas.* vid. Erasmi Chiliad.

NĪCAEA, æ, Νίκαια. Plures hujus nominis urbes; Stephanus Byzantius, octo nominatim enumeratis, addit: εἰσὶ καὶ ἄλλαι, *Sunt etiam aliæ.* Clarissima Bithyniæ, mater urbium Bithyniæ quondam dicta, in qua synodum illam œcumenicam Constantinus Imperator coëgit, & in qua CCCXVIII Episcopi Arii blasphemum dogma refutârunt, anno Domini CCCXXIV. conf. Catull. 47 v. 5. ¶ Aliæ celebriores sunt: *Nicæa* in Italiæ Galliæque collimitio, Massiliensium colonia, *Nizza* hodie: *Nicæa* Locrorum ad Thermopylas: *Nicæa* Indiæ ab Alexandro condita, Curt. 9 cap. 3 n. 23. Alia, octava Stephani, *Nicæa* Thraciæ.

¶ Nicænus, a, um, adject. ut, *Synodus Nicæna*: *Symbolum Nicænum.* Scribitur & *Nicenus*, sicut ipsa urbs Bithyniæ *Nicea*, apud Plin. lib. 10 epist. 48. *Nicænus* Holstenio ad Steph. male contractum videtur ex *Nicaënus*, Νικαηνός

¶ Nicæensis, e, adject. De *Nicæensibus*, incolis, Cic. 13 fam. epist. 61.

NICAEARCHUS, i, pictor sua ætate eximius, Plin. 35 cap. 11.

NICAGŎRAS, æ, Cyprius inter eos fuit, qui, cum Deorum gentilium historiam paullo curatius cæteris scrutati deprehendissent, quos pro Diis coleret vulgus, revera homines fuisse, idque palam enuntiassent, per calumniam sunt habiti athei, ut intelliges ex Arnob. lib. 4 p. 147 (ed. Lugd. 1651,) & Clem. Alex. Protrept. f. 11 ed. Heins. quamquam apud Clementem pro Nicagora vocatur *Nicanor*: quamquam & apud Arnobium sic legi docebit Voss. lib. 4 de Hist. Græc. p. 521. ¶ 2. Alios *Nicagoras*, Atheniensem, Zelitam, Leucadium, Rhodium, memorabit Jonsius lib. 3 Hist. Philos. cap. 14 p. 283.

NĪCANDER, dri, *poëta Colophonius*, inquit Cicero lib. 1 de Orat. c. 16, *scripsit de rebus rusticis*. Sed hæc ejus *Georgica* ad nos non pervenerunt. Pervenerunt *Theriaca*, hoc est, remedia adversus serpentes & animalia, quæ vel morsu, vel ictu venenum infligunt; & *Alexipharmaca*, id est, antidota adversus cetera venena, quæ in cibo nocent aut potu. Quæ præterea scripserit, cognosces e Vossio de Poët. Græc. p. 68, & lib. 4 de Histor. Græc. cap. 14 p. 473 seq. Rutgersio item lib. 4 Var. Lect. cap. 18.

NĪCĀNOR, ŏris, Alexandrinus grammaticus: fortasse idem, qui Alexandri M. Historiam prodidit. ¶ 2. Alius *Nicanor* Samius, qui de fluviis scripsit. ¶ 3. *Nicanor* Cyprius. vide ante *Nicagoras*. De his autem tribus Vossium lege p. 520 & 521 de Hist. Græc. ¶ 4. *Nicanor* unus e septem Diaconis primis Actor. 6 v. 5, de quo Baron. Martyrolog. sub 10 Januar. ¶ 5. *Nicanor*, inter duces Alexandri M. Parthos sortitus, Justin. 13, 4, 23.

NICASIO, ōnis, legatus Ennensis, apud Cicer. in Verrem 4 cap. 51. *Nicasionum archetypa*, apud eumdem ad Attic. 12 epist. 4, quid significent, hariolatur Turnebus in Adversf. 12 cap. 4. Alii aliter legunt.

NICĒPHŎRUS, i, villicus Quinti fratris Ciceronis; v. ejus ad Quint. 3 epist. 1 cap. 2. ¶ Fuerunt hujus nominis plures Constantinopolitani Imperatores & scriptores. De *Nicephoro Gregora* vid. Voss. de Hist. Gr. 2 cap. 28.

¶ Nicephŏrium, i, oppidum Mesopotamiæ, Plin. 6 cap. 26. Conf. Liv. 32 cap. 33 & 34. *Nicephorius amnis*, apud Tacit. Ann. 15, 4, 2.

NĪCER, cri, fluvius Sueviæ in Germania, alias Neccarus, die Neckar. v. Sidon. carm. 7 v. 324, & Auson. Edyll. 3 v. 423.

NĪCĔROS, ōtis, myropola sive unguentarius, apud Martialem 12 epigram. 66.

¶ Nicerōtiānus, a, um, adjectiv. unde *Nicerotianum* odoramentum videtur esse aut unguentum delicatius, sic dictum a *Nicerote*, ejus artifice. Legitur apud Martialem lib. 6 epigram. 55 *Fragras plumbea Nicerotiana*. Et rursus lib. 10 epigram. 38 *Nimbis ebria Nicerotianis*.

NĪCĒTAS, æ, scriptor historiæ Byzantinæ, ubi desiit Zonaras. vid. Voss. de Hist. Gr. 2 cap. 29, deque alio *Niceta* lib. 2 cap. 25.

NĪCĒTĒRIA, orum, νικητήρια, præmia sunt victorum, & epulum post victoriam partam institutum, kleinod und freuden-fest nach erlangtem sieg. Cujus notionis passim exempla apud Græcos sunt, v. g. Ælian. Var. Histor. lib. 2 cap. 41 extrem. ¶ 2. *Niceteria* etiam remedia dicebantur incantatoria, quæ gladiatores & agitatores suballigabant aut suspendebant, ut vincerent; cui rei & sacrificia magica faciebant. De quo Augustinus lib. 4 Confession. cap. 2, & B. Hieron. vitâ Hilarionis: *Hic itaque æmulo suo habente maleficum, qui dæmoniacis quibusdam imprecationibus hujus impediret equos & illius incitaret ad cursum*, &c. Juvenalis satyr. 3 v. 68

Et ceromatico fert niceteria collo.

Ad quem locum vide veterem Scholiasten.

NICIAS, æ, homo clarus Atheniensis fuit, reipubl. post Periclem gubernator primarius. Post pugnam infelicem contra Syracusanos, captus, & in carcerem conjectus, manus sibi intulit: Plutarch. apud quem & Aristophanis facetissimum in eum dicterium legere poteris. ¶ 2. *Nicias* alius, pictor Atheniensis est, Plin. lib. 35, qui in artem pingendi tantâ incubuit diligentia, quemadmodum Ælianus tradidit lib. 3 cap. 31, ut cibum sumere sæpenumero sit oblitus. ¶ 3. *Nicias* tertius, Cous fuit grammaticus, familiaris Pomponio & Ciceroni, qui ejus meminit lib. 7 ad Atticum epist. 3. ¶ 4. Idem & *Niciam* quemdam Smyrnæum se complecti scripsit, lib. 1 ad Qu. fratr. epist. 2 cap. 2.

NICIPPUS, i, Coorum tyrannus, cui, cum adhuc privatam ageret vitam, ovis in pascuis ejus leonem pariens, regnum portendere visa est: Ælian. lib. 1 Histor. Var. cap. 20.

NĪCO, vel Nicon, ōnis, princeps Tarentinæ conjurationis in Annibalem, Liv. 20 cap. 8. ¶ 2. Alius, Galeni pater, geometriæ & architecturæ peritissimus. ¶ 3. Item, pugil quidam, de quo Suidas.

NICOCLES, is, filius Evagoræ, Salaminis Cypriæ rex, notus e scriptis Isocratis. ¶ 2. Alius *Nicocles* grammaticus, citatus Varino voce σκάλοψ.

NĪCŎLĀUS, i, nomen proprium, quasi *victor populi*. ¶ 2. *Nicolai* vocantur palmarum balani grandiores, Plin. 13 cap. 4. A *Nicolao Damasceno*, peripatetico, Augusti familiarissimo, eas palmas vocatas scribit Rhodig. 2 cap. 6 ex Plutarchi Sympos. 8 quæst. 4.

¶ Nicolaītæ, arum, a *Nicolao* diacono dicti hæretici Apoc. c. 2 v. 15. v. Euseb. H. E. 3 cap. 29, & Isidor. 8 cap. 5.

NĪCŎMĂCHUS, i, poëta fuit tragicus. ¶ 2. Et alter Machaonis medici filius, Æsculapii nepos. ¶ 3. Alii rursus aliquot ejus fuere nominis, quos enumerat Suidas. E quibus minime prætereundus Aristotelis filius, cui decem Ethicorum libros pater inscripsit, qui ideo vocari solent *Nicomachea*. ¶ 4. *Nicomachus* Gerasenus, scripsit libros duos ἀριθμητικῶν θεολογουμένων, quorum excerpta habes apud Photium cod. 187 f. 419, item Isagogen Arithmeticam, quam commentariis suis exposuerunt præter Asclepium Trallianum, Jamblichum, Proclum, etiam Philoponus, cujus ἐξήγησιν manuscriptam scimus fuisse in Bibliotheca Renesiana. Epitomen velut ejus quasi dederunt Apulejus, Boëthius, Cassiodorus, & e junioribus Joachimus Camerarius in Logistica sua. Adparet autem, omnino ipsum fuisse Pythagoræum: unde suspicari licet, de hoc loqui Eusebium lib. 4 Histor. Eccl. cap. 18, & Niceph. lib. 5 cap. 13, cum Origenem narrant diligenter evolvisse commentarios Nicomachi Pythagoræi. vide Jonsium lib. 3 de script. hist. philos. cap. 13 pag. 280.

NĪCŎMĒDES, is, Νικομήδης, rex Bithyniæ, pater & filius. vid. Justin. 34, 4, 5, & 38, 5, 15.

¶ Nicomēdia, æ, civitas Bithyniæ clarissima, a Nicomede ædificata, Plin. H. N. 5 c. 32. De vastissimo ejus incendio vid. Plin. Secund. 10 epist. 42.

¶ Nicomedensis, e, adject. *Nicomedenses*, incolæ, Plin. lib. 10 epist. 43.

NICŎPHĂNES, is, pictor celebris, Plin. 35 cap. 10.

NĪCŎPŎLIS, is, Νικόπολις, multarum urbium nomen. Celeberrima Epiri a victoria Augusti sic adpellata, cum Cleopatram & Antonium apud Actium bello superasset. v. Plinius lib. 4 cap. 1, & Sueton. Aug. cap. 18, ubi Casaubonum legas de situ accuratius differentem. Aliæ sunt in Thracia; nobilis quoque in Mœsia ad Danubium: rursus alia in Bithynia: & in Armenia Minore, Pompeji opus: & ad Sinum Issicum, monumentum Alexandri: & in Palæstina, vetus Emmaus. vide Geograph.

¶ Nicopolītānus, a, um, adject. ut, *Nicopolitana civitas*, Plin. lib. 4 cap. 1. Et, *Nicopolitanus episcopus*, Alcimus Avitus epist. ult.

Nīcostrata, eadem, quæ *Carmenta*: ubi vide.

NĪCOSTRĂTUS, i, Achæorum prætor, Liv. 32 cap. 39 & 40. ¶ 2. Macedo, orator, quem laudat Suidas. ¶ 3. Poëta comicus, de quo Athenæus & Ælian. Var. Hist. 4 cap. 12. ¶ 4. Trapezuntius, sophista & historicus. v. Evagr. Hist. 5 cap. ult. & Voss. de Hist. Gr. lib. 4 p. 420.

NICOTIĀNA, æ, scil. herba, sic dicta ab autore, qui ejus usum ostendit, taback. In America *petum* appellant.

NICTO, nictare, & Nictor, nictari, quod fit palpebrarum & ciliorum continuo motu, wimpern, blinckern, oder nicken mit den augen. Plin. lib. 11 cap. 37 *Qui nictare non cessant, pavidiores accepimus*. Conf. Plaut. Asinar. a. 4 sc. 1 v. 39, & Menæch. a. 4 sc. 2 v. 49, & Merc. a. 3 sc. 2 v. 72. Apud Lucret. 6 v. 181 *Nictantia fulgura flammæ*, sunt vibrantia, micantia. Videtur autem *Nicto* frequentativum esse ab obsoleto verbo: *Niveo*, a quo est *conniveo*, vide *Niveo*. Sed

¶ Nicto, nictĕre, apud Festum, ex Ennio, verbum aliud, beffen, bellen: *Si forte feram ex nare sagaci sensit, voce sua nictitque ululatque.*

¶ Nictatio, ōnis, actus nictandi, die zublinzung. Solinus cap. 27 [al. 40] de Crocotta, monstroso in Africa animali: *Nunquam cohibet aciem orbium, sed in obtutu sine nictatione contendit*. Idem cap. 40 [al. 53] de Chamæleonte: *subducti oculi, & recessu concavo introrsum recepti, quos nunquam nictatione obnubit*.

¶ Nictus, ūs, subst. idem. Consule Festum, qui nictum & nictationem facit synonyma. Laurentius Valla annotationibus in N. T. p. 168 in 1 ad Corinth. 15 v. 52, ubi legitur *in ictu oculi*, (ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, in einem augenblick,) putat dici oportere, *in nictu*. Sed nondum satis est caussæ, cur receptam ibi lectionem mutemus.

¶ Adnicto, are, sæpe & leniter oculo annuere, wincken. Nævius apud Festum: *Alii adnutat, alii adnictat, alium amat, alium tenet*.

Nidamentum, nidicus, nidificare, nidificium, &c. vide mox *Nidus*.

NĪDOR, ōris, odor cujuscunque rei adustæ, der geruch von speisen; ut, *Nidor culinæ*, Martial. lib. 1 epigram. 93, küchen-geruch, vom kochen und braten. *Nasum nidore supinare*, den geruch zu sich in die nasen ziehen, dixit Horatius 2 satyr. 7 v. 38. Suetonius Claudio cap. 33 *Nidore prandii ictus*. Lucret. 6 v. 792 *Nidore acri offendit nares*, es stinckt. Virg. Æneid. 12 v. 301 de barba: *Nidoremque ambusta dedit*, es roch brenzlicht. Et, *Exi nidor e culina*, Plaut. Mostell. a. 1 sc. 1 v. 5 de servo, qui culinam redolet, ein lecker aus der küche. *Nidor impudicitiæ*, Salvianus lib. 7 p. 278.

¶ Nidorōsus, a, um, plenus nidoris, brenzlicht. Tertullianus lib. 5 adversf. Marcion. cap. 5 *Holocaustomata nidorosa*.

¶ Renīdeo, ēre, fulgere, splendere, schimmern, glänzen. Statius 10 Theb. v. 654 [al. 660]

Emicat effigies, & sparsa orichalca renident.

Horat. 2 ode 18 v. 1 *Non ebur, neque aureum*

Meâ renidet in domo lacunar.

Idem 2 od. 5 v. 19 *Renidet mari luna*. Sic, *Renidet oratio*, hoc est, ornata est, & afficit, apud Quintil. lib. 12 cap. 10. *Os renidens*, Ovid. 8 Metam. v. 197, ein frölich angesicht.

¶ Renīdesco, ĕre, einen widerschein geben. Lucretius lib. 2 v. 327

totaque circum

Ære renidescit tellus.

¶ Renidentia, æ, der glanz, widerschein. Tertull. de Anima cap. 49 *Animadvertere alicujus nutus & renidentias*.

NĪDUS, i, avium receptaculum, ein nest, vogelnest. Cicer. de Orat. lib. 2 cap. 6 *Fingunt & construunt nidos procreationis atque utilitatis suæ caussa volucres*, sie bauen und machen nester. *Texere nidos*, Quintilianus dixit lib. 2 cap. 16. ¶ 2. Pro fœtu avium, metonymice. Virgilius Æn. lib. 12 v. 475 de hirundine:

Pabula parva legens nidisque loquacibus escas.

Seneca Herc. Fur. v. 148 *querulos inter nidos*, h. e. inter pullos. ¶ 3. Eleganter de quovis receptaculo, sive secessu usurpatur. Ita Virginius villam suam Alsiensem *nidum senectutis suæ* vocare est solitus, ut Plinius refert lib. 6 epist. 10. Hesiodus Ἔργ. v. 501

Οὐκ αἰεὶ θέρος ἐσσεῖται, ποιεῖσθε καλιάς.

Æstas non semper fuerit, componite nidos.

Versus proverbialis, de occasione oblata arripienda. *Nidum servare*, stets zu hause seyn, Horat. 1 epist. 10 v. 6. *De primo alterove nido*, i. e. forulo sive capsa, aus dem ersten oder andern fächlein, Martial. 1 epigram. 118.

¶ Nidulus, i, dimin. ein nestlein. Cicer. 1 de Orat. cap. 44 *Patriæ tanta est vis, ac tanta natura, ut Ithacam illam, in asperrimis saxulis tamquam nidulum affixam, sapientissimus vir* (Ulysses) *immortalitati anteponeret*. Arnobius lib. 2 p. 55 *Nidulorum sibi construere mansiones*.

¶ Nidamentum, i, Arnobius quoque dixit pro nido lib. 6 p. 202, *Non videtis sub istorum simulacrorum cavis stelliones, sorices, mures, blattasque lucifugas nidamenta ponere, atque habitare?* Et Plaut. Rud. a. 3 sc. 4 v. 51 *Mille hodie nidamenta congeret*: Ubi Pareo *nidamenta* sunt flocci, pennæ, muscus, tomentum, pili, acus, cæteraque, unde aves nidos congerunt.

¶ Nīdicus, a, um, genistig. Varronis fragmentum:

Ad quos tum volucres venit pusillos

Usque ad limina nidica esca vilis.

Sed non certissimum hoc adjectivum. Ita quidem, ut scripsimus, Popma p. 75 fragm. Varr. dedit, nec non Scaliger, qui vero alias quo-

que lectiones adponit in margine: Nonius autem, conservator fragmenti unicus, tam in *Limen* cap. 4 n. 278, quam in *Vile*, habet *indica* pro *nidica*: atque ita Godofredus altero; Mercerus utroque loco, ediderunt, & ante hos quoque H. Stephanus in fragminibus poëtarum: altero loco Godofredus legit *nitida*.

¶ Nīdŭlor, āri, nisten, ein nest machen. Varro apud Nonium cap. 2 n. 589 *Halcyones hieme in aqua nidulantur.* Gellius lib. 2 cap. 29 *Cassita habitat nidulaturque in segetibus.*

¶ Nīdĭfĭco, are, idem. Notum quoque verbum ex epigrammate, quod Virgilio tribuitur: *Sic vos non vobis nidificatis aves.*
Et Plinius lib. 10 cap. 39 *Cypselli nidificant in scopulis.*

¶ Nidificus, a, um, nistend. Seneca Medeâ v. 714 *Quodcumque tellus vere nidifico creat.*

¶ Nidificium, i, das nisten, geniste. Apulejus lib. 8 Met. p. 211 *In carioso stipite inhabitantium formicarum nidificia burriebant.* Ita & Pricæus, nisi quod hic *cariosa* legit muliebri genere.

¶ Internidifico, are, darzwischen nisten. Plin. lib. 10 cap. 33 *Ripas excavant, atque ita internidificant.*

Nigella, nigellus, vide mox in *Niger, a, um.*

NIGER, gri, sive Nigris, ītis, fluvius Africam ab Æthiopia dirimens juxta Plin. 5 cap. 1 & 2. Ptolem. in Geogr. lib. 4 cap. 6. Ab hoc flumine *Nigritæ* dicti, qui amplam regionem a Nilo, & Meroë insula ad ostia Nigri usque & oceanum incolunt; Plin. lib. 5 cap. 8. Fontem quoque in interiori Æthiopia *Nigrin* citat Plinius lib. 5 cap. 9. Sed hæc veteres dubii & incerti. Certiora de hoc fluvio ὁ πάνυ Ludolfus profert ex Geographo Nubiensi aliisque monumentis, esse Nili alveum sinistrum, qui in Occidentem feratur, & in Atlanticum mare se exoneret; vide ejus Hist. Æthiop. lib. 1 cap. 8.

¶ Nigrītæ, arum, Æthiopum populi: vide jam in fluminis, a quo dicuntur, expositione.

NĬGER, a, um, obscurus, ater, fuscus, schwartz. *Pice nigrius*, pechschwartz. Nam & *Nigrior* Martialis dixit lib. 12 epigram. 34, & Plinius lib. 24 cap. 15 *folia nigriora.* Adde Columellam lib. 3 cap. 2. Plinius 15 cap. 25 *Cerasorum nigerrima.* Et Virgil. Georg. 3 v. 278 *Nigerrimus auster.* Idem eclog. 10 v. 39

Et nigræ violæ sunt, & vaccinia nigra.

Martialis 12 epigram. 54 *Crine ruber, niger ore*, &c. Proverbialiter Cicero lib. 2 de Divinat. cap. 3 *Quæ alba sunt, nigra dicere*, verkehrte dinge reden. Et, *Nigrum in candida vertere*, Juvenal. satyr. 3 v. 30. ¶ 2. Et *Niger*, improbus est, insincerus. Horat. 1 satyr. 4 v. 84

Fingere qui non visa potest, commissa tacere
Qui nequit, hic niger est, hunc tu, Romane, caveto.

Et rursus eodem carmine v. 90

Hic tibi comis & urbanus liberque videtur
Infesto nigris, i. e. qui inimicus es malis.

Cicero pro Cæcina cap. 10 de Clodio: *Nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus Phormio.* Nempe color candidus ad naturam boni; ater, seu niger ad malum spectat. Hinc Catullus epigram. 94

Nil nimium studeo, Cæsar, tibi velle placere;
Nec scire, utrum sis albus an ater homo.

i. e. bonus an malus.

¶ Nĭgellus, a, um, diminutivum, schwärtzlich. Ausonius epist. 4 v. 72 litteras dixit *Cadmi nigellas filias.*

¶ Nĭgella, vide *Melanthium.*

¶ Nigrēdo, ĭnis, die schwärtze, schwartze gestalt. Ex semibarbaro Jornandis seculo originem habere hanc vocem, Vossius putat: sed Antoninorum, & DD. Fratrum tempore in usu fuisse, ex Apulej. 2 de A. A. constat: *Corvina*, inquit, *nigredine cærulos columbarum colli flosculos æmulantur.* Et Martian. Capella lib. 2 *Erant quidam libri sacra nigredine colorati.*

¶ Nigrĭtia, æ, & Nigrities, ēi, idem. Plin. 9 cap. 38 *Nimiæ ejus nigritiæ dat austeritatem.* Celsus 8 cap. 2 *Nigrities colligi potest etiam ex dolore & ex febre.*

¶ Nigritūdo, ĭnis, idem. Plin. 10 cap. 36 de passeribus: *Nulla apparet nigritudo in rostro, quæ ab æstate incipit.*

¶ Nigror, ōris, idem. Cicer. lib. 1 de Divin. cap. 14 ex Pacuvio: *Noctis & nimbûm obcæcat nigror*; nec non Cornel. Celsus 2 c. 1 *Nigrorem in ulceribus excitat.*

¶ Nigreo, ui, ēre, & Nigresco, ĕre, in nigrum verti, schwartz werden. Virgil. Æneid. 11 v. 824

tenebris nigrescunt omnia circum.

Plinius lib. 12 cap. 22 *Phœnicobalanus nigrescit.* Colum. 12 cap. 48 pr. *Olivæ cum jam nigruerint.*

¶ Nigro, āre, esse aut reddere nigrum, schwartz seyn, schwärtzen. Lucret. 2 v. 732 *Ea quæ nigrant.* Conf. Pacuv. & Accius apud Nonium cap. 2 n. 582. Hinc

¶ Nigrans, tis, schwartz, schwärtzlich; ut, *Nigrans color*, Lucret. 2 v. 792. *Nigrantes terga juvenci*, Virgil. 5 Æneid. v. 97. *Antra nigrantia*, Statius 10 Theb. v. 129. Et Silius lib. 9 v. 225

Corpora ab immodico servans nigrantia Phœbo.

¶ Nigratus, a, um, geschwärtzt. Tertullian. lib. 4 adv. Marcion. cap. 8 pr. *nigrati ignorantiæ tenebris.*

¶ Nigrĭco, āre, nigrum aliquantulum esse, schwärtzlich seyn. Plin. 10 c. 3 *colore nigricans.* Conf. lib. 35 cap. 16.

¶ Nigrĭcŏlor, ōris, schwartzfärbig; ut, *Nigricolor facies*, Solin. cap. 2.

¶ Nigrĭfico, āre, schwartz machen. Marcell. Emp. cap. 35 *Nigrificare dentes.*

¶ Nigrefacio, ĕre, idem. Onomast. *Nigrefacio*, μελαίνω.

Composita cum præposit.

¶ Denigro, āre, schwartz machen, schwärtzen. Plinius de palmæ quodam genere lib. 23 cap. 5 *Capillum denigrat suffitu.* Et Scribon. Largus compos. 208 *ligulæ calceolorum denigrantur.*

¶ Denigratio, ōnis, die schwärtzung: ut, *Denigratio capillorum*, Th. Priscian. 1 cap. 2.

¶ Internigrans, tis, schwartz darzwischen: ut, *maculæ internigrantes*, apud Statium 6 Thebaid. v. 336.

¶ Obnĭger, a, um, est quidem apud Plin. lib. 20 cap. 23 pr. sed suspecta lectio: vide Harduinum.

¶ Perniger, a, um, kohlschwartz. Plaut. Pœn. a. 5 sc. 2 v. 153 *oculis pernigris.*

¶ Subnĭger, a, um, braun, schwartzbraun. Plautus Merc. a. 3 sc. 4 v. 55 *subnigris oculis.* Celsus lib. 5 cap. 26 n. 31 *subnigræ pustulæ.*

NIGĪNA, æ, herba, tribus foliis longis intubaceis illita, cicatrices ad colorem reducit, Plin. 27 cap. 12.

Nigrans, nigredo, nigrefacio, nigresco, nigritia, &c. vide paullo ante *Niger.*

NĬHIL, & Nihilum, i, a *ne* & *hilum*, quasi dicas, *ne hilum quidem*, nichts. Et *Nil*, quod ex *nihil* concisum est, unde & *Nilum* apud Lucretium lib. 1 v. 205 *Nil igitur fieri de nilo posse fatendum est.*
Et v. 237 *Haud igitur possunt ad nilum quæque reverti.*
Pers. satyr. 3 v. 84 *De nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti.*
Et, *Nil ad illum, ad illud, ad hanc rem*, nichts gegen dem, Terent. Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 69. *Nihil ad rem*, Cicer. in Oratore cap. 64, es thut nichts zur sachen. *Nihil ad te*, es gehet dich nichts an: *Nihil ad me attinet*, Terent. Andr. a. 4 sc. 1 v. 60, & a. 1 sc. 2 v. 16. *Nihil aliud quam*, i. e. duntaxat, more græco, μηδὲν ἄλλο, usitata phrasis Suetonio in Cæsare cap. 20, Augusto cap. 83, Claudio cap. 10, Nerone cap. 43, Vespas. c. 10, & Domit. cap. 21. Et, *Nihil admodum litterarum sciebat*, Cicer. de Clar. Orat. cap. 58. *Nihil minus*, nichts weniger, Idem de Offic. 3 cap. 20, & Terent. Eunuch. a. 3 sc. 3 v. 29. *Nihil amplius*, mehr nichts, Cicer. 12 fam. epist. 1. Sed, *cui minus nihilo est*, der ich weniger als nichts habe, Terent. Phorm. a. 3 sc. 3 v. 1. *Non hoc de nihilo est*, diß kan so gar ohne ursache nicht seyn: non frustra est, Idem Hecyr. a. 5 sc. 1 v. 1. Et Propertius lib. 2 eleg. 3 v. 16

Non sum de nihilo blandus amator ego.

Idem lib. 2 eleg. 16 v. 52 *Nec si de nihilo fulminis ira cadit.*
Macrob. 5 Saturn. c. 9 *Hanc Virgilius non de nihilo fabulam fingit*, nicht umsonst, nicht vor die lange weile. *Nihilo secius*, Terent. Andr. a. 3 sc. 2 v. 27, idem quod nihilominus, nichts destoweniger. *Nihil non*, i. e. omne, alles: *Nihil non arroget armis*, Horat. Art. poët. v. 122. *Nihil quicquam*, pro *nihil*, Plaut. Bacch. a. 4 sc. 9 v. 113, & Merc. a. 4 sc. 3 v. 37. *Nihil incommodi, gratiæ, lucri*, &c. Atticismi sunt. Et, *Nihil cari, nihil sancti, nihil pensi est:* Sallustianæ locutiones. Livius lib. 11 cap. 8 *Nihil clari, nihil sancti est in omnium vicem regni unius insatiabilis amor successit.* Sic, *Nihil est*, quando quid elevamus, aut negamus: Terentius Andriâ a. 2 sc. 2 v. 3 *Lætus est, nescio quid.* C. *Nihil est.* Idem Heaut. a. 4 sc. 1 v. 56 *Nam quod sperem de argento, aut posse postulem me fallere, Nihil est.* Ita & nos: es ist nichts. *Nihil pol falsi dixi, mi senex*, Idem Terent. Andr. a. 4 sc. 4 v. 49. *Ex nihilo oriri, in nihilum interire, occidere, venire, recidere*, Cicer. *Redigi, reverti ad nihilum*, zu nichts werden, gar aus seyn, Lucretius lib. 1 v. 238 & 791. *Homo, res nihili*, nichtswürdig, Plautus Asin. a. 2 sc. 4 v. 66 &c. Idem Pseudol. a. 4 sc. 7 pr. *Servus nihili est, suum qui officium facere est immemor, nisi adeo monitus*, der ist ein unnützer und loser knecht, der etc. *Nihili facere, nihili pendere*, non curare, nichts darnach fragen, nichts achten, Plaut. Bacch. a. 1 sc. 1 v. 56, & Menæch. a. 5 sc. 7 v. 4 &c. Cicer. de Finib. lib. 2 cap. 27 *At eum nihili facit.* ¶ 2. *Nihil* & sæpe pro *non* ponitur: Terent. Andr. a. 1 sc. 2 v. 31 *Nihil circuitione usus es.* Cicero lib. 4 Tuscul. Quæst. cap. 8 *Æmulatio autem dupliciter quidem illa dicitur, sed eâ nihil hoc loco utimur.* Tibullus lib. 1 eleg. 9 v. 24 *Forma nihil magicis utitur auxiliis.* Item Stat. lib. 1 Achill. v. 104 *Illa nihil gavisa locis.* Et alibi sæpius. Eodem modo *Nil* pro *non*: Lucret. 5 v. 164 *Nil opus est verbis.* Virg. Æn. 5 v. 751 *Nil magnæ laudis egentes.*

¶ Nihilo etiam, nihili homo, sive nulla re æstimandus. Vet. Gloss. οὐδαμινὸς, *Nihilo, nugatorius, gerra.* Nihilo, indeclinabile est, der nichts taug, nichts werth ist.

¶ Nihildum, id est, nihil adhuc, nondum quicquam, noch nichts. Cicer. 12 fam. epist. 12 *Quamquam nihildum audieramus.* Idem ad Attic. 9 epist. 2 *Brundisio nihildum erat allatum.* Idem Catil. 3 cap. 3 *Statim ad me nihildum suspicantem vocavi.*

¶ Nĭhĭlomĭnus, nichts destoweniger. Cic. 10 fam. epist. 2 *Nihilominus, ut ego absim, hæc confici possunt.* Terent. Heaut. a. 5 sc. 3 v. 9 *Nihilominus ego hoc faciam tamen.* Idem Phorm. a. 4 sc. 2 v. 7 *ubi Phædriæ se ostenderet nihilominus amicum esse.* Plin. 17 cap. 16 *Nihilominus tamen & luto munire & vinculo melius.* Et alter Plin. lib. 7 epist. 27 de Athenodoro domum spectro infestam conducente: *audito pretio, quia suspecta vilitas, percunctatus omnia docetur, ac nihilo minus, immo tanto magis conducit.* Conjuncte & divise hæc scribi solent.

¶ Nonnĭhil, quære infra in *Non.*

Nil & Nilum, pro *Nihil, Nihilum*, quære in antecedente *Nihil.*

NĪLUS, i, Νεῖλος, *Cadmus*, a nigredine, itemque *Melas* & *Melo*, (de quo supra,) quibusdam adpellatus, de quo Petr. Cunæus ad Nonni Dionysiaca notat. Fluvius Ægypti, unus de majoribus totius orbis fluminibus, unde κατ' ἐξοχὴν *flumen* adpellatus non Ciceroni tantum pro Dejotaro, & Juvenali, sed & Mosi Exodi cap. 7. Habet ostia septem, ad quæ respexit Juvenalis satyr. 13 v. 26

Rari quippe boni, vix sunt numero totidem, quot
Thebarum portæ, vel divitis ostia Nili.

Conf. Virg. Æn. 6 v. 800, & Ovid. Heroid. epist. 14 v. 107. De *Nilo* hæc Seneca lib. 4 Natural. Quæst. cap. 2 *Quantum crescit*, inquit, *Nilus, tantum spei est in annum: nec computatio fallit agricolam, adeo aa mensuram fluminis respondet, quam fertilitatem facit Nilus. Is arenoso & sitienti solo & aquam inducit & terram; nam cum turbulentus fluat, omnem in siccis & hiantibus locis fæcem relinquit, & quicquid pingue secum tulit, arentibus locis illinit. Mira itaque natura fluminis, quod cum cæteri amnes abluant terras & eviscerent, Nilus tanto cæteris major adeo nihil exedit, nec abradit, ut contra adjiciat vires* &c. Vbi revera ortum habeat, quæque caussa incrementi ejus, veteribus minus exploratum & cognitum fuit. Hinc tanta auctorum super ea re discrepantia, quam Diodorus notat lib. 1 antiq. rerum cap. 3, item Seneca lib. 6 Qu. Nat. cap. 8. Atque hoc ipsum clariorem magisque augustum hunc fluvium reddidit: unde eleganter Alcimus Avitus lib. 1 v. 262 de eo canit:

Tertius

Tertius inde Geon, Latio qui nomine Nilus
Dicitur, ignoto cunctis plus nobilis ortu.

Cui illud Sidonii prorsus concinit Panegyrico Aviti v. 44

ignotum plus notus Nile per ortum.

Vide & Scalig. Exerc. 17, & Petri Gassendi philosophiam Epicuri in de Meteorologia: Certiora prodiderunt Isaacus Vossius de Nili & fluminum origine cap. 15, & Jobus Ludolfus Histor. Æthiop. lib. 1 cap. 8, oriri non ultra Æquatorem in australi hemisphærio, sed cis Æquatorem in regno Habessinorum, sive Christianorum Æthiopum. Magna religione hic fluvius cultus ab Ægyptiis: quippe qui illis omnia est, καὶ ποταμὸς, καὶ γῆ, καὶ θάλασσα, καὶ λίμνη, *& fluvius, & terra, & mare, & palus*, ut est apud Achillem Tatium lib. 4. Hinc etiam *patrem, servatorem, opificem*, (δημιουργὸν) adpellabant: eique quotannis sacra omnium maxime solennia, *Niloa* dicta, peragebant, ut scribit Heliodorus lib. 9 Æthiopic. Adde Barth. Comment. ad Carm. Claudiani de Nilo, & ad Stat. Silv. p. 301 & 302. ¶ 2. Dicitur & *Nilus*, quum rivuli plures in piscinam confluunt, ein teich. Cicero ad Quintum fratrem lib. 3 epist. ult. *Imagines enim istæ, & palæstra & piscina & Nilus, multorum Philotimorum est, non Diphilorum.* Item lib. 2 de Legib. princ. *Ductus vero aquarum, quos isti Nilos, & Euripos vocant, quis non, cum hæc videat, irriserit?*

¶ Nīlĭăcus, a, um, adjectivum; ut, *Lens Niliaca*, apud Martial. lib. 13 epigr. 9. Et Prudentius 2 adv. Symmach. v. 865

Vilia Niliacis venerantur oluscula in hortis.

Et Cathemer. 5 v. 45 *Rex Niliaci litoris.*

¶ Nīlōtĭcus, a, um, idem; ut, *Aqua Nilotica*, Seneca Quæst. Nat: lib. 3 cap. 25. Et, *Nilotica tellus*, Martial. 6 epigr. 80.

¶ Nīlōtis, ĭdis, fœm. patronym. ut, *Acus Nilotis*, apud Lucanum lib. 10 v. 142. Et, *picti tunica Nilotide Mauri*, Martial. 10 epigr. 6.

¶ Nileus, ei, gentile. Ovid. Met. 5 v. 187

At Nileus, qui se genitum septemplice Nilo
Ementitus erat.

¶ Nīlion, i, νείλιον, gemma, a Nilo fluvio, in cujus litoribus gignitur, fulgore hebeti, Plin. 37 cap. 6.

¶ Nilis, ĭdis, lacus inferioris Mauritaniæ, quem Nili aquæ stagnantes efficere creduntur, Plin. 5 cap. 9.

¶ Nīlĭcŏla, æ, pro Ægyptio apud Prudent. 2 adv. Symmach. v. 493 *Isis Nilicolas reliquit.*

¶ Nilĭgĕnus, a, um, adject. apud Ovidium lib. 1 de Arte am. v. 77, sed *linigeræ* pro Niligenæ doctiores legunt, præsertim Heinsius, quem consulas. Nihilominus, alia quamvis & virili forma, Macrobius lib. 1 Saturn. cap. 16 dixit *argutus Niligena, & gentis accola numerorum potentis*, id est, Ægyptius.

NIMBVS, i, vis venti cum pluvia, ungestümer regen mit wind, pluvia præceps, ein platzregen, schlagregen, sturmwind. Livius lib. 1 cap. 16 *Subito coorta tempestas cum magno fragore tonitribusque, tam denso regem operuit nimbo, ut conspectum ejus concioni abstulerit.* Et Virgil. 2 Æn. v. 113 *Toto sonuerunt æthere nimbi*, id est, venti. ¶ 2. Translate *Nimbus* ponitur pro quavis densa subitaque sparsione, sive multitudine, quæ in modum imbris aut procellæ, sive nimbi contingit, ein gantzer hauffen. Sic *nimbum florum* Statius & Claudianus dixere; *Saxorum manualium nimbos*, Ammian. Marcellinus; *Nimbos equitum*, Prudentius lib. 2 adversus Symmach. v. 702. Et Florus lib. 3 cap. 8 *Ingenti*, inquit, *lapidum saxorumque nimbo classem operuerunt:* item Sextus Rufus cap. 27 *Nimbo sagittarum obruti sunt:* Ac Silius lib. 12 v. 176 . . *fundite portis*

Telorum in campos nimbum.

Plura dabit Casp. Gevart. cap. 13 ad 1 Silv. Statii: qui & cap. 7 ad lib. 5 *nimbum orationis* eleganter pro vehementi & præcipiti quodam orationis genere usurpatum veteribus docet. ¶ 3. *Nimbus* per translationem pro repentino & præcipiti casu atque impetu, ein unfall, ungestümigkeit. Cic. ad Attic. 15 epist. 9 *Quid iste in domo tua casus armorum? Sed hunc quidem nimbum cito transiisse lætor.* ¶ 4. Est & *Nimbus* vasis genus, quo vinum spargebant, apud Martial. 14 epigr. 92. ¶ 5. Dicitur & *Nimbus* divina nubes, sive fluidum illud lumen, quod Deorum capita tinguit, græce μνίσκος, ut notat Servius ad illud Virg. lib. 2 Æn. v. 615 *Jam summas arces Tritonia (respice) Pallas*

Insedit, nimbo effulgens.

Plura monebimus paullo postea. ¶ 6. Denique *Nimbus* est *fasciola transversa ex auro assuta in linteo, quod est in fronte fœminarum*, Isidoro lib. 19 Orig. cap. 31, ein haubenschmuck, fontange. Quare nimbi vocem Barthius Animadvers. in Claud. p. 122, & Philipp. Pareus Lex. Crit. p. 788 quibusdam scriptorum locis reddunt, quæ alias migraverat in *Limbum*. vide & Taubman. ad Plaut. p. 1055. Plauto enim ab hoc sensu est

¶ Nimbātus, a, um, umschleyert, verkappt; ut, *Nimbata meretrix*, quæ est fascia frontali seu nimbo tecta: Plaut. Pœnul. a. 1 sc. 2 v. 135

Quàm magis adspecto, tam magis est nimbata.

Quem locum etiam Isidorus observaverat. ¶ Quod autem sequitur mox apud Isidorum: *Nam & lumen, quod circa angulorum capita pingitur, nimbus vocatur*, emendatione putem opus habere, proque *angulorum*, legendum *angelorum*. Interpretor enim de ea nimbi significatione, quam supra habes quintam. De qua alias & Weitzium consule ad Prudent. 2 adv. Symmach. v. 576 & 760, & Taubm. ad Virg. p. 474, 506 & 866. Lips. ad Tacit. lib. 1 Ann. Dempst. ad Rosin. lib. 1 A. R. p. 68. Freinsh. ad Flor. lib. 4 cap. 2.

¶ Nimbōsus, a, um, stürmisch, regenhafft, windig; ut, *Bruma nimbosa*, der ungestüme winter, Stat. 1 Silv. 3 v. 89. *Nimbosus Orion*, Virg. 1 Æn. v. 535.

¶ Nimbĭfer, a, um, idem; ut, *nimbiferæ nubes*, apud Avienum in Arat. Phæn. v. 858. Et Ovid. 4 Pont. epist. 8 v. 60

Ad styga nimbifero vindicis igne datos.

Vt Heinsius ex MSS. legit, & ante hunc Scaliger, pro vulg. *nubifero.*

NĪMĪRVM, adverb. nempe, certe, sine dubio, nehmlich, freylich. Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 37 *Nimirum hic homines frigent*, eigentlich ist hier bey den leuten nicht viel zum besten. Horat. lib. 1 epist. 14 v. 11

Cui placet alterius sua nimirum est odio sors.

Subjicitur interrogantibus eodem modo, quo *nempe*. Quintil. lib. 12 cap. 1 *Vter melior dicetur orator? nimirum, qui homo quoque melior.* Cicer. pro Flacc. cap. 28 pr. *Hoc nimirum est illud*, das ist ja eben das Terent. Eunuch. a. 3 sc. 3 v. 2

Nimirum dabit hæc Thaïs mihi magnum malum.

Ad quod Donatus: NIMIRVM, *& fac*, NON EST MIRVM: *Et statim consequens erit per* ἀσύνδετον *ista sententia, quasi dixerit:* NON EST MIRVM. *Nam* NI, NE *significat:* ET NE, NON. NI *pro* NE *Virgilius.* NE *pro* NON *Plautus* &c. Vetus Gloss. *Nimirum*, εἰ μὴ θαυμαστὸν σφόδρα.

NĬMIS, allzu sehr, gar zu viel, adverbium augendi, jungitur adjectivis, aliis adverbiis, & verbis; ut, *Nimis acer:* Cicero pro Arch. cap. 11 *De meo quodam amore gloriæ nimis acri fortasse, verumtamen honesto, vobis confitebor.* Sic, *Nimis longum tempus, nimis sero*, allzu spat oder langsam. *Nimis antique*, Horat. lib. 2 epist. 1 v. 66. Et Cicer. 3 de Leg. principio: *Tu vero eum nec nimis valde unquam, nec nimis sæpe laudaveris.* Sic, *Nimis cito*, Cic. de Amic. cap. 21. Et, *Nimis delectarunt litteræ tuæ*, Idem ad Attic. 7 epist. 24. *Nimis dixi*, Plinius Panegyr. cap. 45. *Ne quid nimis*, μηδὲν ἄγαν, zuviel zerreist den sack, quam juvenum dixit esse virtutem Socrates, velut retulit Laërtius. Interrogatus enim, quænam juvenum esset virtus? respondit: τὸ μηδὲν ἄγαν. conf. Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 34.

¶ Nĭmius, a, um, quod modum excedit, gar zu groß, zu viel, zu hefftig. Cicero pro Milone cap. 24 *Diligentiam nimiam nullam putabam*, man könte nicht zu fleißig seyn. Neutro substantivi naturam induit: ut, *Te nimio plus diligo*, Antonius Ciceroni sub 8 epist. ad Attic. lib. 10, mehr als zu viel. Senec. de Tranquillit. cap. 9 *Vitiosum est omne, quod nimium est.* Et Cic. in Orat. cap. 53 *Nimium quod est, offendit vehementius, quam id quod parum est.* Livius his etiam locutionibus delectatus est: *Nimius animi*, lib. 6 c. 11; &, *Nimius imperii*, lib. 3 cap. 26. Cicero ad Brutum epist. 15 *Nimium esse in re aliqua*, einem dinge zu viel thun. ¶ Sic *Nimii*, impotentes, superbi, & contumaces, ut ita *modestis* opponantur. Sæpe ita usus Tacitus est, ut in Agricola cap. 7 de legione vicesimâ: *Legatis quoque consularibus nimia & formidolosa erat.* Idem Tac. 3 Hist. c. 52 *Erant inter duces, qui necterent moras, quippe jam nimius Antonius.* Item 4 Hist. cap. 23 *Præferoces initio, & rebus secundis nimii.* Florus lib. 3 cap. 15 *Jamque nimius & potens altero tribunatu.* Vellej. 2, 32, 1 *Nimius reip. liberæ vir.* Sic de Tarquinio Superbo Manilius lib. 1 v. 776

Tarquiniique nimii reges;

hoc est, nimii regni, sive imperii: seu, qui regnum in superbum dominatum atque tyrannidem vertunt. Sed Jos. Scalig. & Mich. Fayus ex MS. restituerunt, *Tarquinioque minus reges.*

¶ Nimiùm, adverb. idem quod *Nimis*. Cicero in Catilin. 1 cap. 5 *Nimium diu te imperatorem illa tua Manliana castra desiderant.* Horat. 3 od. 3 v. 58 *Nimium pii.* Ovid. 7 Met. v. 14

Nam cur jussa patris nimium mihi dura videntur?

Virg. eclog. 2 v. 17 *nimium ne crede colori.*

¶ Nimie, adverb. aliud. Augustinus Confess. lib. 2 cap. 9 *Si aliquid nimie ridiculum vel sensibus occurrerit, vel animo.* Idem lib. 3 de Genesi ad lit. cap. 4 *cum corpus nimie frigescit.*

¶ Nimiò, idem, pro *valde*, sehr; ut, *nimio magnus*, Plaut. Truc. a. 4 sc. 1 v. 6. *Nimio mavolo*, Idem Pœn. a. 1 sc. 2 v. 90. Pro *multo* frequenter jungitur comparativis; ut, *nimio melius, nimio rectius, nimio celerius*, Plaut. Pers. a. 1 sc. 3 v. 31; & Bacch. a. 2 sc. 3 v. 80, & Most. a. 1 sc. 1 v. 69, &c.

¶ Nĭmiĕtas, ātis, der überfluß, die allzu grosse menge. Columella lib. 6 cap. 24 *Nimietate verni pabuli pecudes exhilaratæ lasciviunt.* Palladius lib. 7 cap. 7 *sanguinis nimietatem prohibet.* Et Macrob. 7 Saturn. cap. 6 *vini nimietas.* Qui præterea usi sunt, Curis Secundis declaravit Cellarius p. 165, & Borrich. Cogit. p. 176.

¶ Nimiopĕre, contractum ex nimio opere. Sed meliores libri dividunt, *nimio opere*, ut Cic. Paradox. 5 cap. 2 *Quos ædificia magnifica nimio opere delectant.*

¶ Nimium quantum, valet veteribus idem, quod plurimum, immensum, überaus viel. Vide de hac locutione Manutium ad Cicer. lib. 4 de Finib. p. 106, & Parei Lex. Crit. p. 790. Ciceronem imitati sequiores. Gell. lib. 16 cap. 6 *Sed nimium quantum audacter inquit* &c. Eumenius Gratiar. actione ad Constantinum Flaviensium nomine, cap. 5 *qui locus nimium quantum plus mihi suppeditaret orationis, si fas esset, audiente te, rebus tristioribus immorari.* conf. Terent. Phorm. a. 4 sc. 3 v. 38.

¶ Pernĭmius, a, um, sehr groß. Paulinus Petrocor. lib. 5 v. 25

Pernimium sentiret onus.

¶ Pernimium, adverb. überaus viel. Terent. Adelph. a. 3 sc. 4 v. 29 *Nimium inter vos ac pernimium interest.* Papin. l. 2 § 1 D. de custod. & exhib. *Hæc interpretatio prædura pernimiumque severa est in eo.*

¶ Prænĭmis, adverb. allzu sehr. Gellius 19 cap. 10 *Hoc prænimis plebejum est.*

NINGO, ninxi, ningĕre, schneyen. Virgil. Georg. 3 v. 367

Interea toto non secius aëre ningit. ¶ 2. Metaphorice usus Lucretius est lib. 2 v. 627 *ninguntque rosarum Floribus:*

i. e. ut ibi recte Lambinus exponit pag. 225, tantam rosarum copiam diffundunt, ut ningere videantur. Vide & Gevart. cap. 13 ad lib. 1 Silv. Stat. ¶ Veteres pro *Ningo* dixerunt *Ninguo*, pro Tingo, *Tinguo*. Atque hinc est

¶ Ninguis, is, apud antiquos, der schnee; cujus loco nunc *nix, nivis*, dicimus. Lucret. 6 v. 736 *Albas decedere ningues.* Et Apul. *Omnia ningue canebant.* vide Servium ad Virg. Æn. 4 p. 329. Charis. lib. 1 p. 71. Priscian. lib. 6 p. 724.

¶ Ninguĭdus, a, um, idem quod *nivosus*, de quo postea, schneeicht. Prudentius Apotheos. v. 665 *ninguidus boreas*; & Cathemer. 5 v. 97 *Implet castra cibus ninguidus*, id est, Manna. Ausonius epist. 24, quæ est ad Paulinum, v. 68 *me Punica lædit*

Barcino, me bimaris juga ninguida Pyrenæi.

Et v. 124 ejusdem epistolæ:

Ecce tuus Paulinus adest, jam ninguida linquit
Oppida Iberorum.

Ac epist. 25 v. 51 *ninguida Pyrenæi hospitia.*

¶ Ningor, ōris, das schnee-wetter. Apulejus de Mundo p. 61 *Eam tempestatem nos ningorem vocamus.*

¶ Nix, nĭvis, a *ningo* etiam est, quasi *Ninx*, vapora frigore resolutus molliterque conglobatus & congelatus, der schnee. *Aquarum cælestium spumam* Plinius vocat lib. 17 cap. 2. *Candida, cana, gelida, hiberna nix*, apud poëtas. *Nix cumulata vento*, Curt. lib. 5 cap. 4 n. 18, zusammen geweheter schnee. *Nive discussa*, Idem 7 cap. 3 n. 10, wenn der schnee zerschmoltzen. *Nives altæ*, tieffer schnee, ibidem n. 11. *Nivibus pruinisque obrui*, Livius lib. 5 cap. 2, beschneyet werden. *Pruinas ac nives perferre*, Cic. 2 Catil. cap. 10. ¶ Duras & a longinqua similitudine ductas comparationes vocat Quintilianus 8 cap. 6, quando *capitis nives* dixit Horatius 4 od. 13 v. 12, &, *canam nivem*, 2 satyr. 5 v. 41. conf. Bartholin. de Nivis usu p. 24.

¶ Nivālis, e, schneeicht; ut, *Nivalia loca*, Plin. 26 cap. 8. *Nivalis dies*, in qua nix plurima delabitur, Livius lib. 21 cap. 54, & Seneca 4 Quæst. Nat. cap. 4. *Nivale osculum*, Martial. lib. 7 epigr. 95, i. e. frigidum & madidum. *Nivales auræ*, Horat. 1 epist. 11 v. 18. *Nivali compede vinctus*, gefroren, Idem 1 epist. 3 v. 3.

¶ Nivārius, a, um, zum schnee dienlich, adjectivum aliud in lemmatis lib. 14 Martialis epigr. 103, 104 & 116, *Colum nivarium, Saccus nivarius, Lagena nivaria.* conf. Plin. 24 cap. 1.

¶ Nivatus, a, um, nive refrigeratus, gekühlt durch schnee. Suetonius Nerone cap. 27 *Refotus sæpius calidis piscinis, ac tempore æstivo nivatis.* Seneca 4 Quæst. Nat. extremo, *nivatæ potiones.*

¶ Niveo, ēre, & Nivesco, ĕre, schneeweiß seyn. Tertull. de Pallio cap. 3 *Lavacro nivescunt.* ¶ *Nivit*, pro *ningit*, ex Pacuvio apud Nonium cap. 10 n. 23.

¶ Niveus, a, um, quod ex nive est, schneeicht; μεταφορικῶς pro candido ponitur, schneeweiß; ut, *Niveus color*, Horat. 2 od. 4 v. 3. *Nivei lapilli*, Idem 1 satyr. 2 v. 80. *Pecus niveum*, i. e. oves candidæ, Virg. eclog. 2 v. 20.

¶ Nivōsus, a, um, nivibus abundans, voll schnee; ut, *Hiems nivosa*, Livius lib. 5 cap. 13. *Scythia nivosa*, Ovid. Met. 12 v. 29.

¶ Nivĭfer, a, um, idem; ut, *Niviferæ valles*, Salvianus lib. 6 v. 196.

NINGŬLUS, i, id est, nullus, keiner. Ennius apud Festum: *Ne ningulus mederi queat.*

NINNUS, sive Ninnius, i, parvus equus, ein füllen, qui & *Hinnus* dicebatur, ex græco γίννος, ut docet Scalig. ad lib. 5 Manilii. Hesychius Νίννον τὸν καβάλλην ἵππον. Glossar. Vetus: *Popus*, νίννιον. Mecænas ad Horatium:

Ni tuum sodalem
Ninnio videas strigosiorem,

Quemadmodum εὐστόχως hunc locum Tiliobroga emendavit.

NĪNUS, i, Νῖνος, primus rex Assyriorum; Justinus lib. 1. Diod. Sicul. lib. 2. Oros. lib. 1. A quo

¶ Ninīve, es, Νινεΐη, ingens civitas, sacris scriptoribus ita dicta: profanis & ipsa Νῖνος, *Ninus*, Diodor. Sicul. lib. 2 cap. 3. Herodot. lib. 2 cap. 150, & Lucan. 3 v. 215. Tigride alluebatur, Herodot. ibidem. Hinc

¶ Ninivītæ, arum, incolæ. Tertull. lib. 5 adv. Marc. cap. 11 pr. *Deus misericordiam Ninivitis exorantibus præstitit.* conf. Prudent. Cathem. 7 v. 131.

NIŎBE, es, Tantali filia fuit, luctu ex liberorum orbitate in saxum, hoc est, luctum æternum conversa: Fabulam Ovidius habet lib. 6 Met. Et Cicero in 3 Tuscul. cap. 26 *Niobe fingitur lapidea, propter æternum, credo, in luctu silentium.* Homer. Iliad. lib. ultimo. Sunt, qui fabulam Niobes ex historia de uxore Lothi deducunt. Sed magis hic probem expositionem Ciceronis modo prolatam. Nec male Gilbertus Cognatus lib. 2 Silv. Narrat. p. 62 propterea fictum hoc ait a poëtis perhiberi, quod ipsa post occisos liberos immodico dolore diriguerit, suamque ipsius lapideam statuam super liberorum monumento posuerit. Etiam velut in proverbium res abiit apud Hieronym. ad Ocean. epistola 83 *Secundo ac tertio sciscitari cœpi. Nioben putares, quæ nimio fletu in lapidem versa est.* Nos ita solemus: antwortet ein stein, so ꝛc. Vide & Hadr. Jun. adag. 68 *Niobes archetypum.* De numero liberorum *Niobes*, non consentiunt auctores. Homerus Iliad. ult. XII prodidit: quem secutus Propertius lib. 2 eleg. 16. Ovidius vero 6 Metam. & Seneca Medeâ v. 955 XIV ponunt: alii rursus vel pauciores. vid. Ælian. lib. 12 ποικίλης ἱστορίας cap. 36, & Gellium lib. 20 cap. 7.

¶ Niobæus, a, um, adject. ut, *Proles Niobæa*, Horat. 4 od. 6 v. 1.

NĪPHĀTES, is, fluvius & mons Armeniæ. Virg. 3 Georg. v. 30

Addam urbes Asiæ domitas, pulsumque Niphaten,

id est, Armenios, νιφὰς, ἄδος, nivem significat. Adde Horat. 2 od. 9 v. 20, & Lucan. 3 v. 245.

NĪPHE, es, una ex comitibus Dianæ, Ovid. Met. 3 v. 171.

NĪREUS, ei, Νιρεὺς, Charopi & Aglajæ filius, Græcorum ad Trojam pulcherrimus. Homer. Iliad. β v. 673

Νιρεὺς ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε.
Nireus, qui pulcherrimus vir sub Ilium venit.

Subjungit tamen poëta, *mollem fuisse.* Vnde factum, Galenus Suasor. ad artes cap. 5 putat, quod ejus semel tantum meminerit poëta, ut indicaret, formæ nullam esse utilitatem, nisi res ad usum vitæ necessariæ ei adjunctæ sint. Propertius lib. 3 elegia 18 v. 27

Nirea non facies, non vis exemit Achillem, &c.

¶ Niræus, a, um, derivativum a *Nireus*, ut a Theseus, *Thesæus*, ab Orpheus, *Orphæus*: vel potius absque diphthongo, tribus tamen syllabis & productâ penultimâ, *Nirēus*, ut Thesēus. Atque hanc vocem Catullo reddit Bernardinus Rutilius cap. 8 decur. Locus est epigr. ad Aurel. 21 *esurire*

Nirēus puer & sitire discet.

Nireus puer, id est, pulcherrimus, & Nireo Homerico similis. Alii tamen aliter legunt. Nobis Rutilii conjectura non penitus aspernanda videtur: sed e diphthongo fecimus vocalem, quæ respondeat Græcorum ει.

NĪSA, æ, urbs Hellados, Homer. Iliad. 2. ¶ 2. Nomen fœminæ, Virg. eclog. 8 v. 26 *Mopso Nisa datur, quid non speremus amantes?*

NISAEUM, i, Νισαῖον, campus sive planicies Mediæ, magnis equis nobilis, qui *Nisæi* inde adpellati, ut Eustathius Dionysii Scholiastes tradit. Celerrimos prodit Aristoteles 9 de Histor. Animal. vid. de iisdem Herodotus lib. 3 cap. 106. Vide & Ammianum Marcellinum lib. 23 cap. 21 extrem. & de *Nisæa*, urbe, Plin. 6 cap. 26.

NĪSI, conjunctio, verbis præponitur indicativis & conjunctivis, idem quod *si non*, wo nicht; ut, *Nisi me animus fallit*, Terent. Heaut. a. 4 sc. 1 pr. *Nisi quis nos Deus respexerit*, Cicer. ad Attic. lib. 1 epist. 16. *Nisi forte, nisi vero*: ut, *Nisi forte volumus Epicureorum opinionem sequi*, Cic. de Fato cap. 16, es wäre denn sache, oder, es wäre denn, daß ꝛc. quasi dicat, quod esset absurdum. ¶ 2. Inservit exceptionibus, & idem est, quod *præterquam*, ohne nur. Terent. Andr. a. 2 sc. 1 v. 6 *Nihil aliud nisi Philumenam volo*, niemand anders als nur allein ꝛc. Cic. de Amic. cap. 5 *Nisi in bonis, non potest esse amicitia.* Ovid. 4 Trist. eleg. ult. *Si tamen extinctis aliquid, nisi nomina, restat.*

Aptius apud Senecam Suasor. 2 *Ideo Taygeti montis, nisi Laconibus difficillima juga.* Solet autem ista particula non nisi similia ejusdem generis excipere. Contra quod Plautus prolog. Menæchm. v. 59

Liberorum, nisi divitiæ, nihil erat.

¶ 3. *Nisi si*, pro *nisi*. Terentius Andr. a. 1 sc. 5 v. 13 *Nisi si id est, quod suspicor.* Ita & Plautus locutus est Menæchm. a. 1 sc. 2 v. 22. L. Florus lib. 4 cap. 7 extr. Quintil. lib. 1 cap. 9 *Poëtas metri necessitas excusat, nisi si quando nihil impediente in utroque modulatione pedum alterum malunt.* Columella lib. 4 extremo: *Nisi si dumosi glareosique montes glandem magis, quam castaneam, postulabunt.* ¶ 4. *Nisi* pro *sed*, non semel Terentius posuit; ut Adelph. a. 1 sc. 2 v. 73 *Ecce autem de integro: nisi quicquid id est, volo scire*: & Eunuch. a. 3 sc. 4 extr. *Nisi quicquid hic est, procul hunc.* Similiter locutus & Plautus est. Cajus JCt. 1 Instit. tit. 6 § ult. *Succedere is naturalis pater non potest, nisi fiduciarii, a quo manu missi sunt.*

¶ Ni, ex *Nisi*, per apocopen factum est, pro *si non*. Terent. Andr. a. 3 sc. 4 v. 19 *Mirum, ni domi est*, so er nicht zu hause ist, ists wunder. *Quod ni ita se haberet*, &c. hoc est, *nisi*, so es nicht also wäre, Cicer. 5 Tuscul. cap. 39.

¶ Quidni? interrogativa locutio, vide infra *Qui, quis.*

NISĪBIS, is, urbs Mesopotamiæ antiquissima, a Lucullo capta, & ad Joviani tempora Romanorum ditioni subdita, eorumque contra barbaros satis tutum propugnaculum. vid. Ammian. lib. 25 cap. 31. Philostorg. lib. 8 cap. 1, & Plin. 6 cap. 13.

¶ Nisibēnus, a, um; *Nisibeni*, gentile nomen, Ammian. lib. 25 c. 38.

NĪSUS, i, rex Megarensium, cui comam purpuream fatalem filia Scylla abscidit, & hosti Minoi a se adamato tradidit. Tibullus lib. 1 eleg. 4 v. 57 *Carmine purpurea est Nisi coma* &c.

Adde Virg. Georg. 1 v. 404. ¶ 2. *Nisus* alius, Euryali indivulsus amicus, inter vera amicorum paria numerandus, de quo copiose Virg. Æn. 9 v. 176 &c. ¶ 3. *Nisum* avem alii *haliæetum* dicunt esse, einen fischarn. Is enim Virgilio Georg. l. c. *Nisus* est; alii *accipitrem minorem*, einen sperber, qui *Nisus* recentiorum dici possit. Dicitur a *nisu*, id est, conatu ad prædam: Gesner. David tamen Chytræus Enarr. in cap. 11 Levit. f. 384 forte nominatum scribit a Latinis nisum ab Hebr. נֶשֶׁר *aquila.* Avenarius & Schindlerus, Becmanno p. 519 de Orig. citati, deducunt a נֵץ, quod LXX reddiderunt ἱέρακα, i. e. accipiter.

¶ Nisæus, a, um, adject. ut, *Nisæi canes*, Ovid. Fast. 4 v. 500, quia Nisi filia, Scylla, dimidia sui parte in canes mutata fuit.

¶ Niseïus, a, um, aliud adj. ut, *Niseïa virgo*, Scylla, Ovid. Met. 8 v. 55.

Nisus, pro Nixus, vide post paullo in *Nitor.*

Nitedula, nitela, quære in sequenti *Niteo.*

NĬTEO, ui, ēre, splendidum, cultum, politum esse, gleissen, glintzen, glänzen, blanck seyn. Ovid. Medicam. faciei v. 52

Candida quo possint ora nitere modo.

Et Cic. Catil. 2 c. 3 *qui nitent unguentis.* Et, *Nitens galea*, ein blancker helm, Virg. 9 Æn. v. 457. *Oculi nitentes*, helle augen, Id. Æn. 1 v. 228. *Nitentia astra*, die funckelnden sterne, Ovid. Fast. 5 v. 543. *Nitens oratio*, id est, exculta & elaborata, hübsch, zierlich, Cic. de Clar. Orat. c. 67. ¶ Vtimur etiam hoc verbo de armentis ac pecoribus, quæ boni habitus, plenaque ac pinguia sunt, ac strigosis opponuntur, die glatt und wohl bey leibe seyn. Phædrus lib. 3 fab. 8

Cani perpasto, macie confectus lupus,
Forte occurrit: Salutantes dein invicem
Vt restiterunt: unde sic quæso nites,
Aut quo cibo fecisti tantum corporis?

Vide paullo post *Nitidus*, & mox *Nitesco.*

¶ Nitesco, ĕre, nitidum fieri, glänzend, blanck werden. Cic. 1 Tuscul. cap. 28 *Non intermittit suo tempore cælum nitescere.* Et de pecoris curatura, ut *Niteo*, de quo diximus. Plinius lib. 2 epist. 17 n. 3 *Multi greges ovium, multa ibi equorum boumque armenta: quæ montibus hieme depulsa, herbis & tepore verno nitescunt.* ¶ Et per metaphoram, *ingenio, doctrinâ, præceptione, natura nitescit*, Auctor ad Herennium lib. 3 cap. 16.

¶ Nitor, ōris, der glantz, schein; ut, *Auroræ exoriens nitor*, Lucret. 4 v. 539. *Gemmæ nitore & auri splendore aspectus omnium præstringere*, Aut. ad Herenn. 4 cap. 50. *Corporis nitor*, hübsche gestalt, reinligkeit, sauberkeit, apud Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 11. *Nitor orationis*, Cic. ad Attic. lib. 13 epist. 19 extr. liebligkeit. Idem de Clar. Orat. c. 9 *Ad hanc ætatem oratorum, in qua naturalis inesset, non fucatus nitor.* Item, splendor vitæ & elegantia cultus, pracht: Statius 3 Silv. 3 v. 149 *Testis adhuc largi nitor inde assuetus Hetrusci.*

Item in Protreptico Crispini lib. 5 Silv. 2 v. 73

& frons tranquilla nitorque
Luxuriæ confine tenens.

¶ Nitidus,

¶ Nĭtĭdus, a, um, nitens, blanck, schön, gleissend: ut, *Nitida pictura*, Cicer. in Oratore cap. 11. *Colles nitidissimi viridissimique*, Idem in Verrem 5 cap. 18. Inprimis de verborum orationisque ornatu eleganter dicitur. Quintilianus lib. 8 cap. 3 *Aliis alia sublimiora, nitidiora, jucundiora, vocaliora*: & mox: *A sermone tenui sublime nitidumque verbum discordat.* Et Cicero lib. 1 de Oratore cap. 18 *Genus quoddam verborum nitidum ac lætum*, feine und lustige worte. ¶ 2. *Nitida* etiam dicuntur animalia pinguia & bene habita, fett, wohl bey leibe. Nepos Eumene cap. 5 n. 6 *Quo factum est, ut jumenta æque nitida ex castello educeret, ac si in campestribus & planis locis ea habuisset.* Horatius 1 epist. 4 extr.

Me pinguem & nitidum bene curata cute vises,
Si videre voles Epicuri de grege porcum.

B. Ambrosius serm. 32 *Videas nimirum in nonnullorum domibus nitidos & crassos canes.* Palladius lib. 1 cap. 21 *Boves nitidiores.* ¶ 3. *Nitidi* etiam dicebantur homines elegantiæ atque splendoris in omni cultu studiosi, zierlich, ausgeputzt. Vnde Horatius *nitidum* & *rusticum* opponit lib. 1 epist. 7 v. 83, *ex nitido fit rusticus.* Capitolinus Maximino Juniore: *Vestibus tam accuratus fuit, ut nulla mulier nitidior esset in mundo.*

¶ Nĭtĭde, adverbium, nett, köstlich. Plautus Trucul. a. 2 sc. 4 v. 3

Vt tota floret! ut olet! ut nitide nitet!

Idem Cistellar. a. 1 sc. 1 v. 11

Ita in prandio nos lepide atque nitide
Accepisti apud te, ut semper meminerimus.

¶ Nitidiuscŭlus, a, um, etwas gleissend. Plaut. Pseudolo a. 1 sc. 2 v. 84 *Nitidiusculum caput*, scil. unctum oleo.

¶ Nitidiuscule, adverb. idem. Ibidem a. 3 sc. 1 v. 8 *Vt curet tandem nitidiuscule.*

¶ Nĭtĭdo, are, nitidum facere, ausputzen, blanck machen. Columella lib. 12 cap. 3 *Ferramenta detersa nitidentur atque rubigine liberentur.* Pallad. lib. 2 cap. 17 *Plagam ferramentis ac tis nitidamus.* Ex Ennio & Accio plura vide apud Nonium c. 2 n. 583

¶ Nitidĭtas, ātis, pro nitore, apud Nonium cap. 2 n. 578 Accius: *formæ, figuræ nitiditas.*

¶ Nitēla, æ, (Nitella,) idem. Solinus cap. 35 *Præcipua viris gloria est in armorum nitela.* ¶ 2. *Nitelæ*, micæ sunt auri colore resplendentes ex arena, die glänzenden sandkörnlein. Solinus cap. 36 de Hispanis: *Depurgant in minium nitelas pulveris.* Atque hunc in sensum *auream* quoque *nitellam* Martialis exponere solent ejus interpretes. Locus est lib. 5 epigram. 38 de Erotio puella:

Quæ crine vincit Bætici gregis vellus,
Rhenique nodos, aureamque nitellam.

Quem ad locum Raderus f. 396, *Nitella*, inquit, *aurea, pulvis aureus fuit, aureaque ramenta, quibus illuminarunt capillos.* Sed repugnat syllabæ quantitas. Cum enim eo sensu *nitella* sit a verbo *niteo*, primam syllabam corripi postulat; Eam vero produxit Martialis. Ergo nobis hîc sequendus Salmasius Exerc. Plin. f. 316 seq. qui *nitelam* legit, & vel murem agrestem, vel sciurum interpretatur, ita dictum, non quod *niteat*, sed quod *nitatur* in scandendis arboribus, eine feldmauß, oder eichhorn. Vt adeo rutilos puellæ crines comparet poëta cum lana Bætica, capillis Germanorum & pilis nitelæ. Quod & Vossius probat Etymol. f. 343. Nos hic ipsa Salmasii verba adscribemus e f. 224 ad Solin. *Vocarunt nitelam veteres Latini, quem Græci* σκίουρον & ἐλειὸν μῦν. *Notat Servius, nitelam esse murem agrestem, quem Græci* μῦν ἀρουραῖον *adpellant. Mulorum Galli adpellant vulgo, & colore rubeus est, qui color etiam est sciuri. Hinc & nitelam pro sciuro vetus auctor glossarum interpretatur. De ea nitela accipiendus Martialis, quod nemo adhuc animadvertit.*

¶ Nitēdŭla, æ, mus subterraneus, vel agrestis, eine feldmauß, Servio auctore. Cicer. pro Sextio cap. 33 *Fatum illud civitatis fuit, ut illa ex vepreculis extracta nitedula rempubl. conaretur arrodere.* ¶ 2. Est & *Nitedula* insectum illud, quod *cicindela* aliàs dicitur, (& lampyris) noctu lucens, ein Johannis-würmlein: vide *Cicindela.* Sed negat Vossius Etymol. f. 343 *nitelam* vel *nitedulam* (utrumque enim scribitur,) hoc sensu reperiri unquam.

¶ Nitēlīnus, a, um, röthlich. Plin. 16 cap. 37 de salice: *Vimineam vocant, eamdem purpuream; alteram nitelinam a colore*, i. e. rufam, rutilam, interprete Vossio.

¶ Nitĕfactus, a, um, hell gemacht. Juvencus in Matth. cap. 6

Grato crinem nitefactus olivo.

Composita cum præposit.

¶ Enĭteo, ēre, eminere, einen glantz von sich geben, scheinen, leuchten. *Decus enitet ore*, Virgil. 4 Æneid. v. 150. *Athenæ in Græcia enitebant*, Cicer. pro Flacco cap. 7, sie waren der glantz. Idem pro Muræn. c. 14 *Quo quidem in bello virtus enituit egregia Catonis.* Et Plinius Paneg. cap. 4 *Enituit aliquis in bello, sed* &c.

¶ Enitesco, ĕre, idem. Columella lib. 9 cap. 14 *Mel optimæ notæ enitescit autumni æquinoctio.* Et Gellius lib. 17 cap. ult. *Jam fama virtusque felicitatis Romanæ apud exteras gentes enitescere inceptabat.*

¶ Internĭteo, ēre, darzwischen schimmern. Plinius lib. 37 cap. 5 *tellure internitent*, de smaragdis. Curtius lib. 3 cap. 3 *gemmæ internitentes*: & lib. 5 cap. 4 n. 25 *etiamsi qua sidera internitebant.*

¶ Præniteo, ēre, vor andern herfür leuchten; item, valde nitere. *Prænitens Catonis virtus*, Vell. Paterc. lib. 2 cap. 35. *Devictarum gentium titulis forum Augusti prænitet*, ibidem cap. 39.

¶ Reniteo, ēre, resplendere, apud Plinium lib. 37 cap. 6, sed quidam *renidente* legunt: Harduinus *ridente*, quem vide sect. 23.

¶ Subnĭtĭdo, āre, aufputzen. Venantius Fortunatus lib. 8 carm. 5 de angelis, quæ Mariæ ministrent:

Credo alter cuperet plantis substernere plantas,
Ille excussâ ala subnitidare viam.

Nitido, are, nitidus, nitor, ōris, vide antecedens *Niteo.*

NĪTOR, nisus & nixus sum, niti, est multum & magno cum opere conari, ut *cacantes*, item *parturientes* solent, sich stemmen, drücken. Vnde & parturientium conatus laboresque *Nixus* dicuntur, de quo infra. Sueton. Vespasiano cap. 20 *Statura fuit quadrata, comparataque vultu veluti nitentis. Vnde quidam urbanorum non infacete: Siquidem petenti*, ut & in se aliquid diceret: DICAM, *inquit*, CUM VENTREM EXONERARE DESIERIS. Et cap. 24 *Alvo repente usque ad defectionem soluta*, IMPERATOREM, *ait*, STANTEM OPORTERE MORI. *Dumque consurgit ac nititur, inter manus sublevantium exstinctus est.* ¶ 2. Hinc ad alia transfertur, in quæ cum labore multo studioque incumbimus, streben, trachten. Terent. in Adelph. a. 3 sc. 4 v. 51 *Quapropter nitar, faciam, experiar*, ich will mich bemühen. Cicero de Senect. cap. 23 *Optimi cujusque animus maxime ad immortalem gloriam nititur*, id est, contendit, er strebet nach ewigen ruhm und lob. Quintil. procem. lib. 1 *Niti ad summa.* Et, *Niti pro aliquo*, est multum laborare, atque contendere, apud Tacitum 1 Histor. cap. 55. Atque ita etiam Livius lib. 35 cap. 10 *Cum Africanus pro C. Lælio niteretur.* Et Ovid. 3 Pont. epist. 1 v. 40 *Te niti pro me nocte dieque decet.* Cicero Cæsari sub lib. 9 epist. 11 *contra cujus honorem niti*, zu wider seyn, sich widersetzen. Gerund. *in nitendo*, i. e. cum niteretur. Nepos Attico cap. 15 *In nitendo, quod semel annuisset, tantâ erat curâ, ut non mandatam, sed suam rem videretur agere.* ¶ Huic affinis illa notio, qua vehementer suadere significat. Nepos Miltiade cap. 4 *Miltiades maxime nitebatur, ut primo quoque tempore castra fierent*, er drung hart darauf. Sic e contrario *Reniti*, est vehementer dissuadere, de quo infra. ¶ 3. *Niti* etiam *iis* dicimur, quibus freti sumus maxime, & velut fulcimur, sich auf etwas gründen, verlassen. Cicer. 1 Offic. cap. 34 *Est adolescentis, majores natu vereri, exhisque deligere optimos & probatissimos, quorum consilio atque auctoritate nitatur*, hoc est, fulciatur, gubernetur. Atque ita tam absolute ablativo conjungitur, quam interveniente IN præpositione. *Niti alicujus consilio, & auctoritate, & exercitu*, Cicer. 12 fam. epist. 10, darauf beruhen. *Nititur hic humeris*, Ovid. Fast. 1 v. 565. *Viribus suis respubl. nititur*, singulari ad Brutum libro Brutus Ciceroni epist. 4 extr. Ipse Cicer. 5 Tusc. cap. 1 *Virtutis fiduciâ nitendum nobis est ad spem beate vivendi.* Et Claudianus 4 Conf. Honor. v. 219 *Virtute decet, non sanguine niti.* Cic. in Somn. Scip. cap. 2 *Tu eris unus, in quo nitatur civitatis salus.* Idem de Divinat. lib. 2 cap. 26 pr. *Divinatio in conjectura nititur*, es bestehet auf blossem muthmassen.

¶ Nīsus, a, um, gesteifft, gestemmet, gestützet. Cicer. pro Cluent. cap. 57 *Vestra æquitate nisi confidimus.* vide Parei Lex. Crit. p. 793.

¶ Nixus, a, um, idem. Aut. declam. Antequam iret c. 4 *innocentia freti, nobilitate nixi, potentia amicorum fulti.* Plaut. Rud. a. 3 sc. 3 v. 33 *Genibus nixus*, knieend. Virgil. Æneid. 10 v. 736

Super abjectum posito pede nixus.

¶ Nīsus, ûs, substant. conatum significat, eine bemühung. Cicer. in Tusc. lib. 2 cap. 21 *pedetentim ire & sedato nisu*, mit leiser bewegung. Virgil. Æneid. 11 v. 852 *Dea rapido pulcherrima nisu.* Pluraliter Augustinus de Civ. Dei lib. 22 cap. 13 *misericordiâ Dei meis nisibus opem ferente.*

¶ Nixus, ûs, subst. idem quod nisus. Quintil. lib. 2 cap. 12 *Totius corporis nixu in aliquid incumbere*, an etwas setzen mit gantzer leibesmacht. ¶ 2. Poëtæ pro *partu* etiam hoc nomine utuntur. Virgil. 4 Georg. v. 199 de apibus, *Haud fœtus nixibus edunt.*

¶ Nixus, i, substant. sidus cæleste Herculis, Engonasis apud Avienum Arateis v. 2107 & 1222, & Cic. in Arato v. 373 & 400. ¶ 2. *Nixi* etiam Dii appellabantur, quos putabant præsidere parientium nixibus, geburts-götter. Vide Festum, & Dempster. in Rosin. p. 336.

¶ Nitibundus, a, um, strebend: ut, *Animorum conspiratu tacito nitibundi*, Gell. lib. 1 cap. 11.

¶ Nixor, ari, hoc est, conari, niti, sich sehr bemühen. Lucret. lib. 3 v. 1014

Hoc est adverso nixantem trudere monte Saxum.

Et lib. 4 v. 508 pro fulciri:

Fundamenta, quibus nixatur vita salusque.

¶ Nixurio, īre, niti velle, sich gern bemühen wollen, Nigidius apud Nonium cap. 2 n. 584.

Composita:

¶ Adnītor, vel Annitor, ti, est dare operam, & ad aliquid, cui innitaris, tendere, sich nach etwas bemühen. Cicer. de Amicit. cap. 23 extr. *Natura solitarium nihil amat, semper ad aliquid adnititur, tamquam adminiculum.* Et Liv. lib. 21 cap. 8 *Pœno, cepisse jam se urbem, si paullulum adnitatur credente.* Sallustius Jugurth. cap. 43 *Ad ea patranda omnis civitas summo studio adnitebatur.* Et sine præpositione Plinius lib. 6 epist. 18 *Quod ego, quamquam plurimis occupationibus distentus, adnitar.*

¶ Annīsus, & Annixus, a, um, der sich bemühet hat. Ita Livius sæpe: e. g. lib. 5 c. 25 *Patres hoc idem de intercessoribus legis annisi.* Et lib. 8 c. 16 *Omni ope annixi sunt* &c. Vnde *Annisurus* & *Annixurus* apud eumdem.

¶ Connītor, ti, simul & vehementer niti, hülff und fleiß zusammen setzen; ut, *Animo conniti & labore contendere*, Cicer. 3 Offic. cap. 2.

¶ Connixus, a, um, sich unterstehend. Liv. 1 cap. 33 *Connixus omnibus copiis Ancus aciem primam vicit.* Virgil. Æneid. 10 v. 127 *Toto connixus corpore.* ¶ Item, gebehrend: ut, *Gemellos silice in nuda connixa reliquit*, hoc est, *enixa*, Virgil. eclog. 1 v. 15. Imitatus est Baptista Mantuanus lib. 1 Dionys. v. 10 de Virgine Matre: *Quæ connixa Deum.*

¶ Enītor, ti, significantius aliquanto verbum, quam niti, dahin trachten. Terent. in Andr. a. 3 sc. 4 v. 17 *Corrigere mihi gnatum porro enitere*, kehre weiter fleiß an. *Eniti & contendere*, Cicer. 3 Offic. cap. 10. Et, *Illud pugna & enitere*, Idem 3 fam. epist. 10. Et Curtius lib. 8 cap. 11 *Nihil tam altum natura constituit, quo virtus non possit eniti.* ¶ 2. *Eniti*, & *eniti partum*, parere est, vel partu levari, gebehren. Quintilianus lib. 5 cap. 13 p. 410 *Adulterii rea est, quæ, cum anno vidua fuisset, enixa est.* Suetonius Caligulâ cap. 25 *Quam enixam, vario nomine dignatus est.* Et Valer. Max. lib. 8 cap. 1 *Materfamilias Smyrnæa virum & filium interemit, cum ab iis optimæ indolis juvenem, quem ex priore viro enixa fuerat, occisum comperisset.* Livius lib. 40 cap. 4 *Theoxena principi gentis Æneatum nupsit, & apud eum plures*

res enixa partus, parvis admodum relictis omnibus, decessit. Sedulius hymno de Christo: *Enixa jam puerpera est,*
Quem Gabriel prædixerat.

¶ Enixus, a, um, adj. empor gestiegen. Tacitus Ann. 14 c. 27 *fratris opibus enixus.* Plinius lib. 9 cap. 8 sub fin. *conscii sibi enixioris operæ*, i. e. vehementioris. ¶ 2. *Enixa* partu levata dicitur, die gebohren hat: vid. Nonius cap. 1 n. 281, & cap. 4 n. 166. *Sus fœtus enixa*, Virgil. 3 Æneid. v. 391. Idem ibid. v. 327 de Andromache, quæ Pyrrho in servitute peperit Molossum. Aliter Nonius cap. 15 n. 58. Conf. *Enitor.*

¶ Enixus, ûs, subst. pariendi actus, die gebehrung. Plin. lib. 10 cap. 63 de equabus: *post unum ab enixu annum.*

¶ Enixe, adverb. cum conatu, hefftig, eusserst: ut, *Enixe suscipere*, Cicer. pro Sextio cap. 16. *Enixe quid præstare*, Livius lib. 31 cap. 11. Et, *Enixius adjuvare*, Idem lib. 29 cap. 1. *Enixius opem ferre*, Sueton. Tiber. cap. 50. Et, *Enixissime juvare*, Idem vitâ Jul. Cæs. cap. 5.

¶ Enixim, pro enixe, Sisenna apud Nonium cap. 2 n. 301 *Enixim omnia facere ac dicere.*

¶ Innītor, ti, incumbere est, auf etwas liegen, beruhen. Varie construitur. Stat. 12 Theb. v. 144 *fractæque innititur hastæ.* Tacit. Ann. 3, 30, 6 *Præcipuus, cui secreta Imperatorum inniterentur.* Idem 15, 60, 4 *Salus incolumitate ejus innititur.*

¶ Innixus, a, um, ruhend, angelehnt. Quintil. 6 cap. 2 *Omnia curæ tutelæque unius innixa.* Virg. Æneid. 4 v. 690 *Cubito innixa.* Livius lib. 4 cap. 19 *hastâ innixus.* Cicero de Arusp. Resp. cap. 27 extrem. *innixa in omnium nostrûm humeris.* Plinius lib. 7 cap. 53 *in fratrem innixus.*

¶ Obnītor, ti, contra niti, obluctari, sich gegen etwas steuren, auflehnen, widerstehen. Vellej. Paterc. lib. 1 cap. 9 *Triumphum Pauli impedire obnitebantur*, id est, conabantur, ἀυξητικῶς. *Obnitens repugnavit*, Idem 2 cap. 89.

¶ Obnixus, a, um, widerstehend. Sic, *Obnixus curam premebat*, Virgil. Æneid. 4 v. 332. *Stant obnixa omnia contra*, Idem Æneid. 10 v. 359. *Obnixus impetum hostium excepit*, Liv. 6 cap. 12. ¶ *Obnixum*, Græcorum more neutrum adjectivum pro adverbio usurpans, dixit Ausonius epist. 25 v. 28

Obnixum, Pauline, taces; i. e. constanter taces.

¶ Obnixe, adverb. mit gantzer krafft, mit macht, hefftiglich. *Manibus pedibusque obnixe omnia facere*, Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 134. *Obnixius argumentari*, Claud. Mamert. lib. 1 de Statu animæ, cap. 3.

¶ Renītor, ti, reluctari, adversum niti, widerstreben, sich darwider legen. Plinius lib. 2 cap. 82 *Postes alterno pulsui renitentes.* Livius lib. 5 cap. 49 *cum illi renitentes, pactos dicerent sese.* Celsus lib. 5 c. 28 *si magis id renititur.* Hoc etiam dissuadendo fieri potest. Ammian. lib. 18 cap. 2 *Florentio & Lupicino destinate certantibus, per pontem transiri debere, renitebatur firmissime Cæsar, asserens, pacatorum terras non debere calcari*, er stritt hefftig darwider. Respice ad simplex, *Nitor.*

¶ Renixus, seu Renisus, ûs, subst. der widerstand. Celsus 5 c. 28 *Ex renixu patet.*

¶ Subnītor, ti, idem quod *niti*, nisi quod verbum sonantius præpositio efficit, sich auflehnen, anstemmen. Hinc

¶ Subnixus, a, um, unterstützt: ut, *Axe subnixus mundus*, Manil. lib. 1 v. 376. *Fulgore gloriæ subnixus*, Valer. Max. lib. 8 cap. 1 n. 11. Et, *Per omnia subnixum Deo vadere*, Nazarius Panegyr. Constantini c. 18. *Subnixus, & fidens innocentiæ animus*, Liv. lib. 4 cap. 42. *Subnixo animo*, Gellius 17 cap. 2.

NITRUM, i, νίτρον, durum est, lapidi simile, ac cæditur in terra, aliorum fossilium modo, tincar oder niter, salpeter, bergsaltz, Plinius 31 c. 10; salpeter vocat Encel. ¶ 2. *Acetum in nitro*, qui cantat carmine pessimo, proverb. de oratione ingrata & permolesta. ¶ *Asini caput ne laves nitro*, vide Chiliad. ¶ *Nativum* aliud est, *factitium* aliud, ex quo conficitur *Chrysocolla*, borras. Est &

¶ Aphronitrum, i, ἀφρόνιτρον, quasi ἄφρον νίτρου, id est, nitri spuma, nitri factitii species. Martial. lib. 14 epigram. 58 *Spuma vocor nitri, dicor & Aphronitrum.* Statius in Silvis lib. 4 carm. 9 v. 37 *Et panes viridantis Aphronitri.* Agricol. *Nitrum in areis multo ante tritis, in rupibus, cellariis, muris, nitrum spumosum*, salpeter, der an den mauren und felsen wächst, mergel, Encel.

¶ Nitreus, a, um, salpetrisch: Mantuanus:

Humidus & nitrea paries lanugine candens.

¶ Nitrōsus, a, um, idem: ut, *aqua nitrosa*, Plin. lib. 31 cap. 6 & alibi. *Nitrosus locus*, Idem lib. 20 cap. 19.

¶ Nitrātus, a, um, voll salpeter: ut, *Aquæ nitratæ*, apud Martialem lib. 13 epigram. 18.

¶ Nitraria, æ, locus, ubi nitrum invenitur, eine salpeter-grube, Plin. lib. 31 cap. 10.

Nivalis, nivarius, nivatus, vide paullo ante *Ningo.*

NĬVEO, ēre, (Nivesco, ēre,) weiß seyn, vide supra in *Ningo.* Sed ¶ 2. *Niveo, ēre*, priore producta, verbum vetus & obsoletum, nicken, cujus participio usus est Petronius: *Niventibus oculis maris fidem inspicere.* Hinc esse putant

¶ Nicto, are, frequentativum; de quo supra seorsim; Et compositum

¶ Connīveo, ēre, quod proprie esse oculorum, quando clauduntur & aperiuntur, Valla dicit lib. 4 cap. 4, mit den augen blicken. Suetonius Calig. cap. 51 *Ad minima tonitrua & fulgura connivens caput obvolvere solebat.* Sic & proprie *connivere* dicuntur, qui dormitant, zublintzen: ut, *oculi somno conniventes*, Cicer. de N. D. 2 cap. 57. *Quid melius, quam in mediis vitæ laboribus obdormiscere, & ita conniventem somno consopiri sempiterno?* Idem Tusc. 1 cap. 49. ¶ 2. Et, dissimulare visum, metaphorice, durch die finger sehen, verhängen, nachsehen. Cicer. in Philipp. 1 cap. 7 *Ea ipsa concedo, quibusdam in rebus etiam conniveo*, dasselbe lasse ich ihm, in etlichen dingen übersehe ich ihn auch. Et pro Cœlio cap. 24 *Dii immortales, cur interdum in hominum sceleribus maximis connivetis?* Silius 7 v. 461 *pacem serenis connivens oculis*, i. e. simulans gestu oculorum. Præteritum ex Nimio Cassio est *Connivi*; ex Turpilio vero *Connixi*, apud Priscian. lib. 9 p. 866. Ibidem Calvus fecit *Connivo, ĕre*, secundum tertiam conjugationem:

Cum gravis ingenti connivere pupula somno.

¶ Connīventia, æ, dissimulatio, die übersehung, nachsicht. Asconius in procem. Verr. p. 65 *An conniventia Ciceronis ipsius, parum compertum est.* Et lib. 1 Cod. de fund. & saltibus rei dom. *Venalis procuratorum conniventia.*

¶ Inconnīvens, tis, immotis palpebris, unverrückt, wachsam. Gell. lib. 2 cap. 1 *inconnivens, immobilis.* Et metaphorice Ammianus lib. 39 cap. 16 *inconnivens justitiæ oculus*, de Nemesis rigore & severitate.

¶ Inconnīvus, a, um, idem. Apulej. Metam. 2 *Inconnivi oculi*, i. e. aperti micantesque. Idem Metam. 6 *Inconnivæ vigiliæ.*

Niveus, nivosus, &

Nix, vide paullo ante in *Ningo.*

NO, nas, are, piscium proprium est, im wasser gehen, schwimmen. Unde participio *nantium greges*, pisces dicuntur apud Apulejum de Mundo pag. 70. ¶ 2. *Nare sine cortice*, apud Horat. 1 sayr. 4 proverbiale est, pro, se ipsum per ætatem jam posse regere, sine opera custodis aut præceptoris. vide Chiliad.

¶ Nāto, are, frequentativum, schwimmen. *Natarunt æquore damæ*: &, *natantia monstra*, Horat. 1 od. 2 v. 11, & od. 3 v. 18. De ipsis fluminibus usurpavit Statius lib. 9 Theb. v. 437

Non Strymonis impia tanto
Stagna cruore natant.

Et *natare campi* dicuntur, qui aquâ sunt superfusi, Lucret. 6 v. 266. *Natabant pavimenta vino*, Cicer. Philipp. 2 c. 41. *Bajas venire ploratum potius quam natatum*, Idem 9 fam. epist. 2. ¶ 2. Eleganter & de incertis labentibusque & parum sibi constantibus usurpatur, hin und her wancken, ungewiß seyn. Ovid. 6 Fast. v. 673

Nox erat, & viris oculique animique natabant.

Horatius 2 satyr. 7 princ.

Pars hominum vitiis gaudet constanter & urget
Propositum; pars multa natat, modo recta capessens,
Interdum pravis obnoxia.

Tibullus panegyrico ad Messalam v. 44 de libra:

Qualis, inæquatum si quando onus urget utrinque,
Instabilis natat alterno depressior orbe.

Similiter *natare pes* dicitur, si quando calcei nimis laxi sunt, nec probe conveniunt: sive cum *male laxus*
In pede calceus hæret,

ut Horatius loquitur 1 satyr. 3 v. 31. Ovidius de Arte amandi lib. 1 v. 516 *Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.*

Sidonius lib. 8 epist. 11 in subjecto carmine:

Laxo pes natet altus in cothurno.

Aristophanes similiter νεῖν ἐν ταῖς ἐμβάσιν, *natare in soccis* dixit, ut Casaubonus ad Theophrastum περὶ ἀγροικίας observat. Ad rusticitatem enim hoc pertinet. Sed & *natare oculi* dicuntur soluti & fluidi Lucretio & Virgilio: *putres* ejusmodi oculos Horatius dixit lib. 1 od. 36 extr. ubi vide Torrentium.

¶ Nātātus, ûs, subst. das schwimmen, das baden. Pallad. lib. 1 c. 17 de cisternis: *Anguillas piscesque fluviales mitti in his pascique conveniet, ut horum natatu aqua stans agilitatem currentis imitetur.* Et Claudianus lib. 3 de Raptu Proserp. v. 333

Lacus quem candida præfert
Sæpe mari, pulchroque secat Galatea natatu.

Idem 4 Cons. Honor. v. 347

liquidos tu scinde natatu, scil. fluvios.

Pluraliter Statius lib. 1 Silv. 5 v. 25

Quas præceps Anien, atque exceptura natatus
Virgo juvat.

Virgo, aqua hujus nominis, in urbem ducta. Et Prudentius Cathem. 5 v. 143 *Languidulis fota natatibus.*

¶ Nātātio, ōnis, idem. Corn. Celsus 3 cap. 25 *Si æstas est, frigidis natationibus utendum.* Idem 4 cap. 7 n. 4 *Utilis in omni tussi est peregrinatio, navigatio longa, loca maritima, natationes.*

¶ Natatūra, æ, idem. In Gloss. Cyrill. κολυμβήθρα vertitur.

¶ Natātor, ōris, ein schwimmer. Ovid. Remed. amor. v. 122

Pugnat in adversas ire natator aquas.

¶ Nătātĭlis, e, quod natare potest, schwimmend. Tertullianus contra Hermog. *Natatiles & volatiles animæ.* Prudentius in Romano v. 332

Feras, volucres, reptiles, natatiles.

¶ Natatile, is, substant. locus quo natatur, eine schwemme, Varro lib. 3 de Re Rust. cap. 5. Sed *navalia* pro *natatilia* Scaliger legit.

¶ Natābĭlis, e, idem quod natatilis, schwimmend. Coripp. lib. 4 cap. 43

Cedrus olens, solidum nunquamque natabile robur.

¶ Natatōria, æ, i. e. piscina, ein teich, eine schwemme. Utitur hac voce vet. Interpres Joh. c. 9 v. 7 & 11, nempe quia græcum est κολυμβήθρα, quod a κολυμβάω, *nato*, descendit. Idem tamen cap. 5 v. 4 & 7, ubi eadem græca vox reperitur, *piscinam* reddit. Ambrosius autem hîc modo *natatoriam* exhibet, modo piscinam: *Angelus Domini descendebat secundum tempus in natatoriam, & movebatur aqua, & qui prius descendisset in natatoriam post commotionem aquæ, sanus fiebat a languore, quocunque tenebatur. Hæc piscina in Hierosolymis erat.* vid. cap. 4 de iis, qui myst. init. Sidonius lib. 2 epist. 2 *per exteriora natatoriæ latera.*

¶ Natābŭlum, i, vel potius plural. Natabula, locus ubi natatur. Onomasticum vetus: *Natabula*, τὰ νηχεῖα. Apulejus principio 3 Florid. *Persiacæ aquæ gratissima prorsus & sanis natabula, & ægris medicabula.*

Composita a *No* & *Nato*:

¶ Abnăto, āre, wegschwimmen, davon schwimmen. Statius Achill. 1 v. 383 *Abnatat, & blandis affatur litora verbis.*

¶ Adno, āre, natando aliquò pervenire, hinzuschwimmen; ut, *Paulatim adnabam terræ*, Virgil. Æneid. 6 v. 358. *Plures adnabunt thynni*,

Horat.

Horat. lib. 2 sat. 5 v. 44. *Qui naves adnare possent, recepti*, Cæs. B. C. 2 cap. 44.

¶ Adnăto, are, idem; ut, *Adnatare insulæ*, Plin. lib. 8 cap. 25. *Adnatat natanti*, Plin. Junior lib. 9 epist. 33. *Adnatare ad litus*, ans land schwimmen. Silius lib. 10 v. 609 *ex æquore sospes*
Adnatet.

¶ Denăto, are, herab schwimmen. Horat. lib. 3 od. 7 v. 28 *Tusco denatat alveo.*

¶ Eno, are, enatare, heraus schwimmen, ans land schwimmen. Livius lib. 33 cap. 41 *Multæ naves ejectæ: multæ ita haustæ mari, ut nemo in terram enaverit.* Et Cicero lib. 3 de Fin. cap. 19 *Is, qui enat e concha, pinnoteres vocatur.* Et Valer. Flaccus lib. 5 v. 316 de Argonautis:
tantumque fretis enavimus orbem.
De Dædali volatu metaphorice Virg. Æn. 6 v. 16
Insuetum per iter gelidas enavit ad Arctos.

¶ Enăto, are, ausschwimmen, zu lande kommen; ut, *Si fractis enatat exspes Navibus* &c. Horat. Art. Poët. v. 20. Et, *Ad oppidum enataverunt*, Hirt. B. Alex. cap. 18.

¶ Superēnăto, are, drüber schwimmen. Lucanus lib. 4 v. 133
tumidum superenatat amnem.
Et Alcimus lib. 4 v. 240 *fluctus superenatet omnes.*
Nisi forte dividendum est, *super tumidum amnem* &c.

¶ Inno, are, in- oder auf was schwimmen. Livius lib. 21 cap. 26 *Innare aquæ*, auf dem wasser schwimmen. Et, *Fluvios innare rapaces*, apud Virg. 3 Georg. v. 142.

¶ Innabĭlis, e, darauf man nicht schwimmen kan; ut, *Innabilis unda*, apud Ovid. 1 Metam. v. 16. Et Virg. 6 Æn. v. 438 *palus innabilis undâ tristi.*

¶ Innăto, are, in- oder auf etwas schwimmen. Plin. lib. 31 cap. 7 *Sal fontibus quibusdam innatat*, Idem lib. 12 cap. 25 *olei modo innatat.* Et Cic. de Nat. Deor. lib. 2 cap. 48 *cum pisciculi parvi in concham hiantem innataverint.*

¶ Obnăto, are, umher schwimmen. Virgilio tribuunt, in Catalectis forte, *Obnatat umbra foris.*

¶ Prænăto, are, vorher schwimmen, voran schwimmen; ut, *Prænatante pisciculo*, Plin. lib. 9 cap. 45. Et Virg. Æn. 6 v. 705 *domos qui prænatat amnis*, hoc est, præterfluit, Servio interprete.

¶ Reno, are, zurück schwimmen. Ovidius vel Albinovanus ad Liviam v. 432 *Nullaque per Stygias umbra renavit aquas.*
Horatius epod. 16 v. 25 *Simul imis saxa renârint*
Vadis levata.

¶ Rĕnăto, are, zurück schwimmen, Augustin. vide mox *Transnatare.*

¶ Subnăto, are, unten herschwimmen. Silius lib. 14 v. 483
Pars subnatat unda
Membrorum, pars exstat aquis.

¶ Subternăto, are, idem quod subnatare, unten schwimmen, drunter hin schwimmen. Solinus cap. 32 de Ægypto: *Delphines crocodilos studio eliciunt ad natandum, demersique astu fraudulento tenera ventrium subternatantes secant, & interimunt.*

¶ Superno, are, oben aufschwimmen. Gellius lib. 9 cap. 9 *Gaudia in summo pectore supernantia.* Macrobius lib. 7 cap. 12 ed. Gronov. p. 617 *Mellis pars, quæ in imo est, utique præstat pondere, & ideo supernante pretiosior est*; al. leg. *supernatante.*

¶ Supernăto, are, oben schwimmen. Plinius 28 cap. 9 *Quod supernatat, butyrum est.* Solinus cap. 5 de Sicilia: *In lacu Agrigentino oleum supernatat.* Rursus Plinius lib. 7 cap. 15 *supernatans bitumen*, scil. in lacu asphaltite.

¶ Supranăto, are, idem. Vitruv. 8 cap. 3 *Limne Asphaltitis habet supranatans bitumen.*

¶ Trano, vel Transno, are, überschwimmen. Livius 21 cap. 27 *flumen tranavere.* Ita Gronovius: at Gruterus *transnatavere.* Habet tamen Cæsar B. C. 1 cap. 48 *transnare flumen.* Et Curt. 7, 5, 18 *transnavêre amnem.* Exstat etiam monimentum in ripa Danubii prope Budam inventum, quod hanc vocem conservat in Ferret. Mus. Lapid. p. 135 *Æquora Danubii cunctis transnare sub armis.*

¶ Transnăto, are, durchschwimmen, hinüber schwimmen. Plinius lib. 6 cap. 27 *nec e Tigri pisces in lacum transnatant.* Augustinus 18 de Civ. Dei cap. 17 *Varro commemorat de Arcadibus, qui sorte ducti transnatabant quoddam stagnum, atque ibi convertebantur in lupos, & cum similibus feris per illius regionis deserta vivebant. Si vero carne vescerentur humana, rursus post novem annos eodem renatato stagno reformabantur in homines.*

NŌBĬLIS, e, a *nosco* fit, & ita dicitur quasi noscibilis, quia præ aliis notus est, (unde & *Ignotum* pro *Ignobili* Horatius dixit 1 sat. 6 v. 6,) clarus, insignis, excellens, summo loco natus, illustri loco natus, berufen, berühmt, edel, stattlich. *Magnus & nobilis rhetor Isocrates fuit*, Cicer. 2 de Invent. cap. 2. Et, *Adolescens adeo nobilis*, Ter. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 124. *Nobili genere natus*, Sallust. Catil. cap. 5. *Nobilior animo, quam gente*, Vellej. Paterc. lib. 2 cap. 112. *Quod optimum, est nobilissimum*, ibidem cap. 128. *Nobilissimæ inimicitiæ*, notissimæ sunt & insignes: Liv. lib. 39 cap. 4 *Cum sint nobilissimæ sibi cum consule inimicitiæ*, vide Gronov. Plaut. Pseud. a. 4 sc. 7 v. 10 *Neque his unquam nobilis fui*, i. e. notus, sie kennen mich nicht. Differentia tamen est inter *nobilem* & *notum*, quod patet ex Varrone de R. R. 3 c. 1, & Seneca de Beneficiis 3 cap. 18. ¶ 2. *Nobilis* substantive de eo, qui nobili genere natus est. Livius lib. 22 cap. 58 *Missus cum his Carthalo, nobilis Carthaginensis.* Plin. lib. 5 epist. 17 *Mireque cupio, ne nobiles nostri nihil in domibus suis pulcrum nisi imagines habeant.* ¶ 3. Cæterum non in bonam tantum, sed & in malam partem sumitur. Plautus Rud. a. 3 sc. 2 v. 5 *Qui se scelere fieri volunt nobiles.* Sic Cicer. 4 Verr. cap. 33 *nobile facinus.* Et Liv. lib. 39 cap. 9 *nobile scortum*, dixit. Vide Jan. Meller. Palmer. Spicileg. p. 30, qui observat, etiam Apulejum, *rem sibi non nobilem*, pro, *ignotam*, dixisse. ¶ 4. NOBILISSIMI CAESARES, dicti Imperatorum filii, qui & IVVENTVTIS PRINCIPES appellati. Notat ad Ammianum Lindenbrogius p. 5. Adde Zosim. lib. 2 cap. 39. ¶ Ab antiquis scribebatur etiam *gnobilis*, sicuti *gnosco* pro *nosco*. vid. *Nobilis* apud Festum, ubi exempla Plauti, Accii & Livii.

¶ Nōbĭlĭtas, ātis, generis claritas, der adel, adelstand; ut, *Præstantes nobilitate familiæ*, Cic. 1 Divin. cap. 41. *Genere ac nobilitate suæ civitatis facile primus*, Id. pro Rosc. Am. cap. 6. Et Juven. sat. 8 v. 20
Nobilitas sola est atque unica virtus,
tugend ist der einige und beste adel. ¶ 2. Tacitus 1 Annal. cap. 29 *Drusus orto die, & vocatâ concione, quamquam rudis dicendi, nobilitate ingenita, incusat priora, probat præsentia*, &c. Quo in loco *nobilitatem ingenitam*, pro nobiliore naturâ, quæ altiore loco natos comitatur plerumque, videtur dixisse. Solet enim talibus fere major quædam vis, majoresque impetus inesse, quibus concitati, per se efficiunt, quæ aliis studio, & disciplinâ comparanda. Significat itaque Tacitus, Druso eloquentiæ loco nobilioris naturæ, quam ipso ex genere traxerit, fuisse beneficium: ut, licet dicendi rudis esset, rei tamen indignitate commoto facile verba suppetierint, quibus libere, & efficaciter & incusaret priora, & approbaret præsentia. ¶ *Nobilitates* idem scriptor in plurali Annal. 12 cap. 20 pro ipsis *Nobilibus* dixit: *Atque Claudius*, inquit, *quamquam nobilitatibus externis mitis, dubitavit tamen, accipere captivum* &c. NOBILITATIBVS EXTERNIS, i. e. externis, qui magno & nobili genere orti sint. vide Tiraquell. de Nobilitate; & Sim. Simonii libellum de vera Nobilitate.

¶ Nobiliter, adverb. egregie, laudabiliter, &c. fürtrefflich. Vitruvius præfatione lib. 7 *Ædem Jovis Olympii, civis Romanus Cossatius nobiliter architectatus*, i. e. ita architectatus est, ut magnam ex eo laudem, famam, ac celebritatem sive nobilitatem sit consecutus. Valer. Max. lib. 3 cap. 7 extr. *Nobiliter Spartanus increpitus a quodam, quod in aciem claudus descenderet; pugnare, non fugere propositum sibi esse respondit.* Epitoma Livii cap. 54 *Viriatus ab exercitu suo comploratus ac nobilissime tumulatus.*

¶ Nōbĭlĭto, avi, atum, are, nobilem facere, edel machen, adeln, zum ritter schlagen, beruffen machen. Cic. in Tuscul. lib. 1 cap. 15 *Poëtæ post mortem nobilitari volunt*, sie wollen nach ihrem tode berühmt seyn. Et in malam partem: *Flagitiis aliquem nobilitare*, Terent. Eunuch. a. 5 sc. 6 v. 20.

¶ Nobilitatus, a, um, geadelt, berühmt; ut, *rerum gestarum vestigiis nobilitati*, Cic. Partit. Orat. cap. 10. *Praxiteles nobilitatus marmore*, apud Plin. 7 cap. 38. *Obsidio nobilitata periculo regis*, Curt. 4, 6, 30. Sic, *Phalaridis nobilitata crudelitas*, apud Cicer. in Offic. lib. 2 c. 7.

Composita:

¶ Cognōbĭlis, e, quod bene cognosci potest, erkenntlich. Onomast. vet. *Cognobilis*, εὔγνωστος. Gellius lib. 20 cap. 5 Aristotelis epistolam interpretans de acroamaticis libris: *His solis, qui nos audiunt, cognobiles erunt.* Secutus autem, ut ibidem fatetur, Catonem est, qui 6 Origine *cognobiliorem cognitionem* dixerat.

¶ Ignobilis, e, obscurus, ungeacht, unedel; ut, *Inglorius & ignobilis*, Cicer. 3 Tuscul. cap. 24. *Vulgus ignobile*, der gemeine pöbel, Virgil. Æn. 1 v. 149. ¶ Item, *ignotus*, quod jam initio monuimus. ¶ Comparat. Ignobilior, ignobilissimus. Gellius lib. 14 cap. 2 extr. *ignobilius verbum*, hoc est, inusitatius, quod *celebratiori* ibidem opponitur. *Ignobilissimi homines & despicatissimi*, Idem lib. 15 cap. 4. Sic & Plinius 23 cap. 1 *Innocentius jam est, quodcunque & ignobilius.* Idem 35 cap. 4 *Ignobilissimos alioquin senatus spectat.*

¶ Ignobĭlĭtas, ātis, die geringschätzigkeit; ut, *Ignobilitas generis*, geringe ankunfft. Cicero pro Muræn. cap. 8 pr. *Multis viris fortibus ne ignobilitas objiceretur generis, meo labore est perfectum.* Et Ovid. Metam. 6 v. 319 *Res obscura est ignobilitate virorum.*

¶ Ignobiliter, adverb. schlecht, gering, unansehnlich. Solinus cap. ult. *Ædes ignobiliter fastigatæ.* Et Eutropius lib. 7 extr. *ignobiliter sepultum.*

¶ Innobilitatus, a, um, ignobilis, ungeadelt. Lampridius Heliogabalo cap. 4 *Quæ nobilitatos maritos non habuerant, ne innobilitatæ remanerent.*

¶ Pernōbĭlis, e, sehr berühmt; ut, *Epigramma græcum pernobile*, Cicero in Verr. 6 cap. 57.

¶ Prænobilis, e, valde nobilis, wohledel. Apulejus lib. 3 Floridor. *Prænobilior proprio ingenio, quam patrio consulatu.*

NŎCEO, ui, ĭtum, ēre, obesse, officere, schädlich seyn, schaden; ut, *Non licet sui commodi caussa nocere alteri*, Cic. Off. lib. 3 cap. 5. *Quæ nocent, docent*, mit schaden wird man klug. Et passive seu impersonaliter. Cæsar lib. 5 B. Gall. cap. 19 *ut, in agris vastandis incendiisque faciendis, hostibus noceretur.* Et ibidem cap. 38 *ipsi nihil nocitum iri.* Vide plura in Borrich. Cogit. in Voss. p. 177.

¶ Nŏcens, tis, & Nociturus, a, um, participia, schädlich. Prius, comparatione induit naturam nominis; ut, *ferro nocentius aurum*, Ovid. 1 Metam. v. 141. Et, *Mores nocentissimi*, Quintil. lib. 2 cap. 15 sub fin. *Declinare, quæ nocitura videantur*, Cicer. Offic. lib. 1 cap. 4. ¶ 2. *Nocens*, reus, ein übelthäter. Cicer. 2 Verrin. cap. 17 *nocenti reo*, conjungit: & cap. 16 *homo nocentissimus damnari possit.* Plin. Paneg. cap. 35 *Iisdem, quibus antea cautibus, innocentissimus quisque, tunc nocentissimus affigebatur.* Et Lactantius lib. 5 cap. 9 *Nulli nocentiores habentur, quam qui sunt ex omnibus innocentes*, hoc est, Christiani.

¶ Nocenter, adverb. schädlich; ut, *Nocenter armatus*, Columell. lib. 8 cap. 2 de gallis.

¶ Nŏcĭbĭlis, e, das schaden kan. Gloss. gr. lat. βλαβερὸς, *detrimentabilis, nocibilis.*

¶ Nŏcīvus, a, um, quod nocet, schädlich. Phædrus lib 1 fab. 29 *Et sibi nocivum concitant periculum.* Plin. lib. 20 cap. 2 *pecori nocivum.*

¶ Nŏcuus, a, um, idem. Eugenius Toletanus Carm. 20
frugi nocuas frondique locustas.

¶ Nŏcŭmen, ĭnis, & Nocumentum, i, der schade, nova sunt.

¶ Innŏcens, tis, unschuldig; ut, *Vir bonus & innocens*, Cic. de Clar. Orat. cap. 48. Et, *Damnare innocentem*, lib. 1 Tuscul. cap. 42. *Pater innocentissimus*, Idem 4 Verr. cap. 33. *Innocentissimus servus*, Seneca Controvers. 21. ¶ 2. Salutaris, non noxius, de cibis, unschädlich, gesund. Plinius lib. 22 cap. 23 *Noxii erunt fungi, qui in coquendo duriores*

duriores fient: innocentiores, qui nitro addito coquentur: tutiores fient cum carne cocti. Et lib. 19 cap. 4 *innocentiore victu.* Et lib. 23 cap. 7 [sect. 67] *Non est alius eis pomis* [prunis Persicis] *innocentior cibus.*

¶ Innŏcenter, adverb. idem. *Spes in futurum innocenter victuri,* Quintil. lib. 7 c. 4. *Vita innocentissime acta,* Auct. declamat. in Sallustium. Et hæc quidem de morali notione. Alterius est Plinii illud lib. 18 cap. 32 *Omnia quæ cæduntur, carpuntur, conduntur, innocentius decrescente luna, quam crescente fiunt.*

¶ Innŏcentia, æ, integritas, affectio animi ejusmodi, quæ nemini noceat, frömmigkeit, unschuld; ut, *Summa integritate, & innocentia vir,* Cicer. in Philipp. 3 cap. 10. Et Sallust. in Bell. Jugurth. cap. 31 pr. *Innocentiæ plus periculi, quam honoris est.* Cic. in Orat. cap. 65 *Vbi libido dominatur, innocentiæ leve præsidium est.* ¶ 2. Aliquando idem est quod *Abstinentia,* & *Avaritiæ* inprimis opponitur. Cicero pro L. Manilia cap. 13 *Quantâ innocentiâ debent esse imperatores, quantâ deinde in rebus omnibus temperantia,* &c. Innocentiam autem in his ponit; *centurionatus non vendere: pecuniam ex ærario in belli sumtus depromtam, non in privatos usus convertere: per itinera atque hiberna abstinere rapinis,* &c. ut ex sequentibus patet. Et ita supra dixerat: *Vtinam, Quirites, virorum fortium ac innocentium copiam tantum haberetis,* &c. *Innocentes* enim abstinentes sunt, & alieni ab omni avaritia ac rapacitate. Cæterum *Innocentiam* nomen nullum habere apud Græcos, posse tamen nominari ἀβλάβειαν, Cicero monet 3 Tuscul. cap. 8.

¶ Innŏcuus, a, um, innocens, unschädlich; ut, *Ludere verbis innocuis,* Martial. lib. 7 epigr. 11, niemand zu schaden. Et Lucanus lib. 3 v. 482

ut grandine tecta
Innocuâ percussa sonant.

¶ 2. Aliquando sensu passivo usurpant poëtæ, pro illæso, unbeschädigt. Virg. 10 Æn. v. 301 & 302 *sedere carinæ*
Omnes innocuæ.

Quem ad locum Servius observat, *innocuum* & *innoxium* a poëtis plerumque confundi. Claudianus in 4 Consul. Honor. v. 195

Subitâ cum luce comarum
Innocuus flagraret apex.

Paulinus contra poëtas paganos de Jonâ propheta:

Spaciosa bellua rictu
Cepit, & innocuum vastâ ructavit ab alvo.

Quem locum Comment. in Claud. p. 602 adjecit Barthius. Imitatus est etiam in prosa scribendi genere Muretus Vol. 2 Orat. 2 de Johanne Evangelista: *Longus sim, si cætera sigillatim persequi velim,* - - - - *ut mortiferum poculum innocuus obduxerit.*

¶ Innŏcue, adverb. ohne schaden, unschädlich. Sueton. Domit. cap. 19 *Sagittas tanta arte direxit, ut omnes per intervalla digitorum (pueri manum dispansam pro scopulo præbentis) innocue evaderent.*

¶ Noxius & Innoxius, &c. vide infra in *Noxa.*

Noctesco, nocticolor, noctifer, &c. noctu, noctua, noctuabundus, nocturnus, &c. vide infra *Nox.*

Nodare, nodatio, nodatus, vide mox *Nodus.*

NODIA, æ, herba, quæ & mularis dicitur, coriariorum officinis nota, Plin. 24 cap. 19.

Nodo, nodosus, Nodotus, &c. vide sequens *Nodus.*

NŌDUS, i, ligatura firma, & difficilis resolutu, ein knote, ein knopff; ut, *Nodum connectere,* Cic. 2 Nat. Deor. cap. 43 extr. *Solvere nodum,* Horat. 3 Carm. od. 21 v. 22. *Nodus Herculeus,* pro indissolubili, vide Chiliad. *In nodum difficilem incidere,* Cœlio ad Cicer. 8 fam. epist. 11 est in difficultatem incidere, in noth und beschwerung gerathen. *Nodum in scirpo quærere,* eine leichte sache schwer machen, dicitur in anxium nimisque diligentem. vid. Terent. Andr. a. 5 sc. 4 v. 39, & Phorm. a. 4 sc. 5 v. 3. Plaut. Menæch. a. 2 sc. 1 v. 22, Ennius apud Festum, & infra *Scirpus.* Cicero ad Brutum epist. 18 *Maximus in republ. nodus est inopia rei pecuniariæ.* Nam quicquid moram & difficultatem affert, *Nodus* dicitur. Florus lib. 4 cap. 9 *Nodus & mora publicæ securitatis Antonius* &c. Prudentius Hamartig. v. 211

Ense ferit Dominum pugnâ nodumque moramque.

Quod de Virgilii 10 Æn. v. 428 est. *Nodus* nempe quod firmat continetque pugnam, nec sinit dirimi. Servius ibidem: NODUS *proprie est densa peditum multitudo: sicut TVRMA, equitum, ut lectum est in disciplina militari. Modo autem NODVM pro difficultate posuit, quæ vix possit resolvi.* ¶ 2. *Nodi* etiam articulorum sunt, die knöbel an den händen. ¶ 3. *Nodus* in arbore, ein knorren. Columell. de Arborib. cap. 3 *Ejus imam partem, quam in terram demissurus es, acutissima falce juxta nodum sic, ne gemmam lædas, rotunda plaga amputato.* Hinc proverb. *Malo nodo malus est quærendus cuneus.* vid. supra *Cuneus.* ¶ 4. *Nodi arundinis,* die absätze oder knötlein am rohr. Claudianus in Torpedine seu 3 Eidyllio v. 21

Transit arundineos arcano frigore nodos.

¶ Nōdŭlus, i, dimin. ein knötlein, knöpffgen. Plin. lib. 21 cap. 5 extr. *Nudantibus se nodulis.*

¶ Nōdōsus, a, um, knorricht, knötigt. Sen. epist. 12 *Nodosi rami.* Horat. 1 epist. 1 v. 31 *Nodosa chiragra.* Ovid. Heroid. epist. 10 Ariadnes v. 101 *nodoso stipite:* & de Ponto lib. 1 epist. 3 v. 23

Tollere nodosam nescit medicina podagram.

Metaphorice *nodosæ & anxiæ quæstiones,* apud Macrob. lib. 7 Saturn. cap. 1, quo modo & Augustinus Enchirid. cap. 20 *nodosissimam quæstionem* dixit: & Confession. lib. 4 extremo, *nodosissimos libros enodare.*

¶ Nodōsĭtas, ātis, die verwirrung. Idem Augustinus Confess. lib. 2 extremo, *tortuosissima & implicatissima nodositas.*

¶ Nōdo, nodare, in nodos ligare, knüpffen, flechten. Virg. 4 Æneid. v. 138 *Crines nodantur in aurum,* die haare werden geflochten in gold. Cato de R. R. cap. 33 *Nodare vites per ramos.* Hinc

¶ Nodātus, a, um, geknüpfft, knötigt; ut, *Ferula nodata geniculatis scapis,* Plin. 13 cap. 22. Ovid. Remed. am. v. 17 *Collum laqueo nodatus ab arcto.* Lactant. de Opif. Dei cap. 7 *Ossa nodata nervis alligare.*

¶ Nōdātio, ōnis, die knüpffung. Vitruv. lib. 2 cap. 9 *propter nodationis duritiem.*

¶ Nodōtus, i, Deus, quem præfecerunt frumenti germinantis geniculis nodisque culmorum. vid. August. de C. D. 4 cap. 8, & Elmenh. in Arnob. p. 131.

Composita varia:

¶ Abnōdo, are, nodos abrumpere, beschneiteln, abknüpffen. Colum. lib. 4 cap. 24 *Nunc palmitem, tamquam æmulum, diligenter amputant, & abnodant.*

¶ Centinōdia, æ, herba, quæ & genicularis & polygonon a multis nodis & geniculis dicta, wegtritt, Plin. 27 cap. 12, & Marcell. Emp. c. 31.

¶ Connōdo, are, in nodos constringere, verknüpffen. Prosper Aquitanicus lib. 1 de Prædiction. cap. 6 *Facinus suum Cain multis etiam vinculis connodavit.*

¶ Enōdis, e, sine nodo, schlecht, ohne knoten; ut, *Truncus enodis,* apud Virg. 2 Georg. v. 78, & Plin. lib. 12 cap. 14. Metaphorice Ambrosius lib. 1 Offic. cap. 12 *Ipse quæstionem enodem reddidit,* er hat die frage aufgelöset.

¶ Enōdo, are, aufknüpffen; ut, *Enodare laqueos,* Gellius lib. 13 cap. 10, hoc est, nodis exsolvere. ¶ 2. Per metaphoram est *Explicare,* klärlich darthun. Auctor ad Herenn. 2 cap. 10 extr. *Contrariæ legis enodabimus voluntatem.* Adde Gell. lib. 1 cap. 4, & lib. 13 cap. 10.

¶ Enōdātus, a, um, aufgelöset, erläutert. Cic. de Invent. 2 cap. 2 *præcepta enodata diligenter exposuit.* Et Augustinus epistolâ ad Aurelium Carthaginiensem, libris de Trinitate præmissa: *sententiæ enodatiores atque planiores.*

¶ Enodate, adverb. klar, deutlich; ut, *Enodate narrare,* Cic. 1 de Invent. cap. 21 extr. Et, *Enodatius explicare:* Idem 5 de Fin. c. 9 extr. *Hæc nobis enodatius explicanda sunt.* Et Superl. Augustinus lib. 2 Retract. cap. 57 *Quod utrum enodatissime fecerim, nescio.* Idem Confession. lib. 5 cap. 6 *enodatissime expedire.*

¶ Enodatio, ōnis, explicatio, die auflösung, erklärung. Cicero lib. 3 de Nat. D. cap. 24 *Explicatio fabularum & enodatio nominum.*

¶ Enodator, ōris, ein ausleger. Tertullianus de Pallio, extremo libro: *primus enodator vocis.* Alii legunt *Edomator.*

¶ Enodābĭlis, e, auflößlich: Vnde

¶ Inenodabilis, e, unauflößlich. Cicero de Fato cap. 9 *Suscipere res inenodabiles.* Apulejus Apolog. p. 276 *Capillus inenodabilis diutina incuria non modo comendi, sed saltem expediendi & discriminandi,* ein verwirrt haar.

¶ Innōdo, are, in nodum inserere, nodo constringere, verknüpffen, zuschnüren. Sidon. 9 epist. 9 *Spiris categoricis lubricas quæstiones innodare.*

¶ Innodātus, a, um, verknötelt, zugeknüpfft. Gloss. gr. lat. ἐνδεδεμένος, *innodatus.* Ammianus lib. 28 cap. penult. *Innodato gutture laquei nexibus interire,* gehenckt werden. Eadem lib. 30 cap. 7 extr. Et lege fin. Cod. de Compensat. *Caussa multis ambagibus innodata,* eine weitläufftige, verwirrte sache.

¶ Internōdium, i, spatium inter duos nodos, ut in arundinibus, ein glied am rohr oder stengel zwischen zweyen knoten. Plin. lib. 7 cap. 2 *Arundines tantæ proceritatis, ut singula internodia alveo navigabili ternos interdum homines ferant.* Et Colum. de Arbor. cap. 3 *Brevia internodia habent.* Ovidius etiam ad crura transtulit lib. 6 Metam. v. 256 *Mollia nervosus facit internodia poples.*

¶ Internodius, i, virili genere, Columellæ est lib. 3 cap. 2 *internodius rarior.*

¶ Multinōdis, & Multinodus, vide supra in *Multus.*

¶ Renōdis, e, renodatus. Capitolinus in Clodio Albino cap. 13 *Fuit staturâ procerus, capillo renodi & crispo.*

¶ Renōdo, are, nodo rursus, vel retro constringere, hinten zusammen knüpffen. Horat. epod. 11 extr. *pueri longam renodantis comam.* Item, aufknüpffen. Gloss. gr. lat. διαλύω, *renodo, dissolvo.*

¶ Trĭnōdis, e, tres nodos habens, dreyknötigt. Ovid. Heroid. epist. 4 Phædræ v. 115 *Ossa mei fratris, clavâ perfracta trinodi,*
Sparsit humi.

NOĒMA, ătis, νόημα, cogitatio, allusio ad sententiam sive ad locum communem, neque integra tamen sententia; ut,

Fortisque viri tulit arma disertus;

Item: *Tum pudor incendit vires,* &c. Virg. Æn 5 v. 455.

¶ 2. Sunt, qui scomma sententiosum *Noëma* esse velint. Vide libellum de Schematibus, & Quintil. 8 cap. 5.

NOLA, æ, urbs Campaniæ, ex bello Hannibalis, & Marcelli defensione: nec non Augusti excessu satis nota. Vide Silium lib. 12 v. 161. Sueton. August. cap. 99. Vellej. 1, 7, 2, & 2, 123, 2.

¶ Nolānus, a, um, natus vel habitans Nolæ; ut, *Nolana plebs,* Livius 24 cap. 13. Et, *Paulinus Nolanus,* episcopus, cujus epistolæ exstant & elegantissima carmina.

NOLA, æ, tintinnabulum, eine schelle, ein glöcklein. Quintil. lib. 8 c. 6 ænigmatis instar a quodam prolatum dicit: *In triclinio choa; in cubiculo nola.* conf. Voss. P. 2 Rhet. lib. 4 cap. 11.

Nōlo, noluntas, vide infra *Volo.*

NŎMĂDES, um, Νομάδες, nationis nomen, sed in diversis gentibus. Nam & in Scythia, & India, & Africa *Nomades* commemorantur apud Plinium. Scytharum *Nomades* sunt, qui Tartari hodie appellantur. Dicuntur autem in illis gentibus ita armentarii vagi, atque cum pascuis mansiones suas subinde mutantes. Vnde & nomen factum est. Νομεύειν enim *pascere* seu pabulari est. Plin. lib. 5 cap. 3 *Numidæ vero Nomades a permutandis pabulis mapalia sua, hoc est, domus plaustris circumferentes.* Virg. 3 Georg. v. 343

Omnia secum
Armentarius Afer agit, tectumque laremque
Armaque Amycleumque canem &c.

Silius de iisdem lib. 3 v. 290

Nulla domus, plaustris habitant, migrare per arva
Mos, atque errantes circumvectare penates.

Illustris de his Nomadibus locus apud Hippocratem est, libro de aëre, locis

locis & aquis, sectione 3, ubi mores eorum & plaustra &c. describit: notatque, mulieres ipsorum in curribus, mares equis vehi, cum migrant. Nec inelegantem Nomadum descriptionem suppeditabit Ammianus Marcellinus lib. 31 cap. 6. ¶ Singulari aliquoties usus est Silius, *Garamasque Nomasque*, lib. 5 v. 194, & lib. 6 v. 705. Apud Martial. 8 epigr. 55 *Marmore picta Nomas*, est ipsa Numidia marmore clara. Sed veneficæ nomen esse videtur apud Propertium 4 eleg. 7 v. 45 *Aut Nomas arcanas tollat versuta salivas.*

¶ Nomadĭcus, a, um, adject. unde Proverb. *Nomadicam vitam agere*, de vagabundis, qui sedem stabilem & certam nullam habent, sed modo huc, modo illuc oberrant & divagantur, überall herum ziehen, einen ziegeuner abgeben. vid. Erasm. Chiliad.

NŎMAE, arum, νομαὶ, τὰ νεμόμενα τῶν ἑλκῶν, ulcera serpentia, quæ & *nomata* & *carcinomata* dicuntur, geschwäre, die üm sich fressen, wie der krebs. Plin. 23 cap. 4 *Nomas repurgare.*

Nomarcha, Nomas, vide *Nomus*, *Nomades.*

NŌMEN, ĭnis, ὄνομα, rei nota, ut Cicero ait, appellatio, vocabulum, der nahme. Quamquam inter NOMEN & VOCABVLVM Varro de L. L. 9 n. 2 distinguit, ut illud *proprium* sit, hoc *appellativum* sive *commune*. Quod discriminis tamen non observarunt auctores. vide *Vocabulum.* *Invidiosum nomen voluptatis*, Cicer. 4 Acad. cap. 45. *Alicui rei imponere nomen*, einen nahmen geben, Quintil. lib. 2 cap. 1. Sic Cicero 3 de Fin. cap. 1 *Imponenda nova novis rebus nomina.* Sed, *profiteri nomen apud quem*, Livius lib. 2 cap. 24; &, *dare nomina*, Idem lib. 4 cap. 26, sich angeben, einschreiben lassen. *Edere suum nomen*, seinen nahmen sagen, sich melden: Ovidius 9 Metam. v. 532 *pudet edere nomen.* Et Cicero 4 Philipp. cap. 2 *traxisse nomen a quo*, von etwas her genennet werden. Idem, *Nomen tuum dic quod est: Nomen est mihi* &c. Et, *Nomine tantum notus aliquis*, Horat. lib. 1 sat. 9 v. 3. Sic, *Nomen immortale*, laudem significat & decus: *Pervenit ad me aliquod nomen ingenii*, Quintil. lib. 6 cap. 2 extr. *Vir nominis sui*, der den nahmen mit der that hat: Spartianus in vita Severi cap. 14 *Damnabantur plerique, cur jocati essent; alii, cur tacuissent; alii, cur pleraque figurata dixissent, ut esset Imperator vere nominis sui, vere Pertinax, vere Severus.* Trebell. Poll. in Claudio cap. 5 *Gallus Antipater, - - historicorum dehonestamentum, principium de Aureolo sic habuit: Venimus ad Imperatorem nominis sui.* *Magna ejus videlicet virtus, ab auro nomen accipere.* ¶ 2. *Nomen* igitur sæpe respectum habet celebritatis, & interdum etiam avitæ nobilitatis, der ruff, der ruhm, wenn man viele ahnen zehlen kan. Cic. 3 fam. epist. 7 *Ista vestra nomina nunquam sum admiratus.* Plin. 3 epist. 3 *Quibus imaginibus oneretur, quæ nomina & quanta sustineat.* Vellej. 2, 94, 4 *nominis tanti fama territus.* Idem 2, 34, 4 *Clari nominis vir*, ein fürnehmer mann, &c. ¶ 3. Sed in his locutionibus, *Meo, tuo, suo, illius, alterius* &c. *nomine*, nomen pro caussa usurpatur, von meinetwegen, deinethalben, &c. ut, *Amicitiæ nomine aliquid petere*, Cassius Ciceroni 12 fam. epist. 12, um freundschafft willen: &, *Negligentiæ nomine alicui esse suspectum*, Cic. 2 fam. ep. 1 ineunte, unfleisses halben. *Eo nomine*, deßhalben, &c. Vellej. 2, 104, 2. *Quo nomine mirari convenit*, Idem 1, 3, 2. Et, *Quo nomine non est mirandum*, Idem 1, 5, 4, wannenhero, weshalben, um des willen, &c. ¶ 4. *Nomina Debitores* interdum, *Debitum* etiam nonnunquam ipsum, significat: Hinc, *nomina facere*, id est, debitores comparare, ut Hadrianus exponit, schuldener an sich bringen, borgen: Seneca lib. 1 Benef. cap. 1 *Nomina facturi diligenter in patrimonium & vasa debitoris inquirimus.* Vt autem *nomen facere* dicitur creditor, cum in tabulis accepti & expensi nomen ejus, cui pecuniam dat, scribit: Ita debitor dicitur *locare nomen*, sich verschreiben: Phædr. 1 fab. 17

Fraudator nomen cum locat sponsu improbo,
Non rem expedire, sed malum dare expetit.

Et Colum. lib. 1 cap. 7 *Optima nomina non appellando fiunt mala.* ¶ 5. Et *Nomina* simpliciter, verschreibungen geld belangende. *Nomina exigere*, schuld einmahnen, Cicer. in Verr. 3 cap. 10. *Nomina idonea*, gewisse schuld, gute bezahler: v. g. Lege 19 Dig. ad SC. Vellej. § 4 *Cum de adeunda hereditate dubitaret Titius, quod parum idonea nomina debitorum viderentur.* Sic, *Nomina impedita*, alte verwirrete schulden, apud Livium, ut contra, *Expedita, explicata nomina*, richtige, &c. vide Grotium Florum Sparsione ad Jus Justinianeum p. 234. ¶ 6. Notandum autem hoc loco, *Nomen* pro re ipsa sæpius ponere auctores. Ita Tibullus lib. 3 eleg. 4 *nec fidum fœmina nomen.*
Cato in Diris: *Et felix nomen agelli.*
Vbi vide Scaligerum. Est autem hæc græca loquendi ratio. Hinc iidem καλεῖσθαι, pro εἶναι, sæpius ponunt, sicuti in Homerum Eustathius notat. ¶ 7. *Nomen* etiam de personis, aliquando & de gente usurpatur. Ita Valerius Flaccus lib. 4 v. 224 Jasonem & Herculem *maxima nomina* appellat. Idem lib. 5 v. 118

nova dux accedere gaudet Nomina:

i. e. socios. Livius lib. 1 cap. 10 *Nomen Cæninum in agrum Latinum*, &c. i. e. Cœninenses. *Sic nomen Volscum: nomen Latinum*, &c. apud eumdem, pro gente Volscorum, Latinorum. Tacitus 4 Histor. c. 18 *Pulsum Batavorum insula Romanum nomen.* Ausonius epist. 16 v. 76

Ausonius nomen Italum: id est, Italus.

Ita sæpe Vellejus: ut 1, 6, 3 *Clarissimus graji nominis.* Et 2, 53, 2 *Nominis Romani princeps.* Ita 2, 114, 5 *Tanta nomina*, i. e. viri tam clari. Et 2, 69, 3 *Nulli nomini non postferendus*, i. e. cuilibet, &c. Loci hujus lectionem tuetur Gruterus, cum quidam vellent *homini*. ¶ 8. * *Nomen* sæpe rei vel personæ opponitur. Livius lib. 3 cap. 65 *jamque plebs ita in tribunatu ponere aliquid spei, si similes Icelio tribunos haberet: nomina tantum se biennio habuisse.* Idem lib. 7 cap. 29 *Campani magis nomen ad præsidium sociorum, quam vires cum attulissent.* Vides, *nomen* opponi *viribus* in hoc loco. In superiore vero cum dicit Livius, biennio tribunos tantum fuisse *nomina*, ut clarissime patet, significat, nulla eos potestate & auctoritate fuisse, qualis fuerit in Icelio, sed fuisse tantum inania nomina. Tacit. lib. 4 Hist. cap. 75 *Muciani ac Domitiani vana & sine viribus nomina.* Persuasissimum itaque habeo, Tullium Parad. 4 scripsisse: *cum ferro pulsis magistratibus senatus nomen in republica non erat*, hoc est, senatus quidem erat, sed nullæ vires, nulla potestas, nulla auctoritas. *Grevius.* ¶ 9. *Inferioris personæ*, scribit Servius in Virg. 1 Æn. *reverentia est majorem meritis appellare, non nomine: contra majoris est, minorem nomine tantum vocare. Qui ordo non nisi per indignationem corrumpatur*, &c. Sane nomine proprio appellare, familiaritatis est. Terent. Andriâ a. 1 sc. 1 v. 107 *Mea* GLYCERIVM: ubi Donatus: MEA, inquit, *quasi amator*; GLYCERIVM, *quasi familiaris dixit.* Vide eumdem ad illud Ter. Eun. a. 3 sc. 2 *Salve, mi Thraso:* & ad illud Adelphis a. 2 sc. 2 v. 2 *Quid istuc Sanio est?* Aliquando & comitatis ac popularitatis est. Ita Imperatores milites suis propriis appellabant nominibus, amoris & benevolentiæ conciliandæ caussa. Vide Plutarchum Themistocle p. 114, Polybium lib. 10 p. 592, Tacitum 1 Histor. cap. 23, & Plinium panegyr. Trajani c. 23. Nam superborum est, ne meminisse quidem. Paulinus in obitum Celsi v. 515

Tu, cui sordet inops, qui nomine divitis excors,
Triste levas crispâ fronte supercilium:
Nec dignaris nos homines vel nomine farì,
Quos simili luxu non fluitare vides.

¶ 10. Cæterum *nominibus* aliquam vim inesse, & creditum olim fuit, & nunc quorumdam opinio est. Quapropter non modo deliberabant diligenter de illis, cum imponenda primum essent: sed &, si quos cui rei adhibere volebant, dispicere solebant, quam bene ominatis nominibus essent. Vide Origenem contra Celsum lib. 1 p. 19, Festum in *Lucrinus*, & ibi Scaligerum: & patrem Scaligerum Exercitat. 266, Lipsium item ad 4 Hist. Taciti p. 526, nec non Grotium prolegomenis in Phœnissas Euripidis p. 20, Caussinum denique de Eloquentia lib. 4 cap. 39, & Vossium lib. 1 Instit. Orator. cap. 5 sect. 17 p. 69. Huc pertinet etiam ex parte Homilia 54 Petri Chrysologi. ¶ De ratione nominum apud Romanos veteres, præter ea, quæ Sigonius lib. 2 Emendat. itemque Beroaldus & Torrentius ad Suetonium aliique prodiderunt litteris, vide peculiarem librum Onuphrii Panvinii *de antiquis Romanorum nominibus* inscriptum. Nempe omnibus seculis in hominum nominibus & varietas, & licentia fuit. Græci uno nomine contenti erant: quemadmodum & servi apud Romanos unicum habebant nomen: Romani vero πολυώνυμοι, nam & nomine familiæ & prænomine & cognomine & agnomine honorobantur.

¶ Nominalis, e, ad nomen pertinens, zum nahmen gehörig; ut, *Nominalis gentilitas*, Varro 7 de Lat. Ling. cap. 2.

¶ Nominālĭter, adverb. nahmentlich. Arnob. lib. 2 p. 80 *Nominaliter annuerimus.*

¶ Nōmĭnālia, ium, dies solennis, quo puero imponebatur nomen. Vet. Gloss. *Nominalia*, ὀνοματοθεσία. Gregor. Nazianzenus ὀνομαστήρια vocat, der nahmens-tag, das nahmens-fest. Tertull. de Idololatria cap. 16 *circa officia privatarum & communium solennitatum, ut togæ puræ, ut sponsalium, ut nuptialium, ut nominalium.* Vide Scaligerum ad Festum in *Lustricus dies*, item lib. 2 Auson. Lect. cap. 22, præcipue Casaubon. in Pers. sat. 2, ubi fusius totam rem explicat.

¶ Nōmĭno, avi, atum, are, nominatim compellare, mentionem facere, mit nahmen nennen; ut, *Suo certo ac proprio vocabulo rem aliquam nominare*, Cicer. pro Cæcin. cap. 8. Terent. Heaut. a. 2 sc. 3 v. 62 *Quid ait, ubi me nominas?* was sagte sie, da du meiner gedachtest? *Nominare nomen alicujus*, Idem Phorm. a. 5 sc. 1 v. 12. ¶ 2. *Nominare* etiam est, nomen alicujus ad magistratum deferre criminis caussa, sive indicare. In senatus consulto apud Livium lib. 31 cap. 17 *Si quisquam ad se deduxisset nomenve absentis detulisset, qui nominatus profugisset, diem certum definituros: ad quem nisi citatus respondisset, absens damnaretur. Si quis eorum, qui tum extra terram Italiam esset, nominaretur, ei laxiorem diem daturos.* Ita & Suetonius usus Cæsare cap. 17 & cap. 20, item Tiberio cap. 72, & Plinius Junior lib. 10 epist. 97. ¶ 3. Est &, ad obeundum aliquod munus quem designare, benennen. Qua ratione proprie de sacerdotibus usurpatur. Plinius panegyrico Trajani cap. 71 *Jam quo assensu senatûs, quo gaudio exceptum est, cum candidatis, ut quemque nominaveras, osculo occurreres?* Plin. lib. 2 epist. 1 *Sic illo die, quo sacerdotes solent nominare, quos dignissimos sacerdotio judicant, me semper nominabat.* Ita & lib. 4 epist. 8, quem locum paullo post adducemus. Sueton. Claud. cap. 22 *In cooptandis per collegia sacerdotibus, neminem nisi juratus nominavit.* ¶ 4. *Honoris caussa nominare*, elegans dictio est, qua in honorifica alicujus mentione utuntur. Cicero pro Rosc. Amer. cap. 2 *L. Sylla, quem honoris caussa nomino:* & cap. 6 *quas, ut æquum est, familias honestatis amplitudinisque gratia nomino.*

¶ Nominatus, a, um, genennet, benahmet. Cic. Act. 1 in Verr. cap. 7 *Quem ego hominem honoris potius quam contumeliæ caussa nominatum volo.* Idem Off. 3 cap. 33 *Ab Aristippo Cyrenaici philosophi nominati.* ¶ 2. Celebris, berühmt: Idem Cic. 4 Verr. cap. 12 *Attalica tota Sicilia nominata peripetasmata.* Tertull. de Anima cap. 13 *Nominatiora pericula.* Et Augustinus de C. D. 16 cap. 2 *Quid nominatius Christo?* Plin. 12 cap. 9 *In Bactriana bdellium nominatissimum.* Et, *Nominatissimi Græciæ auctores*, Priscianus libro de Versibus Comicis p. 1327 ed. Putsch.

¶ Nōmĭnātus, ûs, subst. die nennung, benennung. Varro de L. L. 9 cap. 1 *Ad nominatuum similitudines animadvertendas.*

¶ Nominatio, ōnis, idem. Tacitus 6 Annal. cap. 45 *Sed æstimando cujusque detrimento quatuor progeneri Cæsaris delecti, additusque nominatione consulum P. Petronius.* De sacerdotibus Cicero Philipp. 13 de Pompeji filio loquens: *In paternum auguratus locum, ut, quod a patre acceperam, filio reddam, mea nominatione cooptabo.* Plin. lib. 4 epist. 8 *Qui me nominationis die per hos continuos annos inter sacerdotes nominabat.*

¶ Nominātim, adverbium, nahmentlich, mit nahmen; ut, *Nominatim quem appellare*, Cæsar 2 B. Gall. c. 25. *Nominatim proferre*, Cicero pro Rosc. Amer. cap. 16. Idem ad Sulpitium lib. 13 fam. epist. 28 *Duo te nominatim rogo*, hoc est, expresse. Sic, *excipere aliquem nominatim:* Idem Cic. ad Att. lib. 11 ep. 7 *Tum ille edixit ita, ut me exciperet, & Lælium nominatim, quod sane nollem, poterat enim sine nomine, re ipsa excipi.*

excipi. Corn. Nepos Miltiad. cap. 1 *Confidentibus nominatim Pythia præcepit, ut Miltiadem ſibi imperatorem ſumerent.*

¶ Nominatīvus, a, um, nennend: ut, *Nominativus caſus*, grammaticorum verbum, ſed antiquum, quo jam tum Varro uſus eſt lib. 7 de L. L. cap. 29 & lib. 9.

¶ Nōmĭnĭto, are, frequent. offt nennen, apud Lucretium; e. g. lib. 3 v. 353 *Motus, quem ſenſum nominitamus.* Item lib. 6 v. 423 *Graji nominitarunt.* Et lib. 4 v. 48 *Cortex nominitanda eſt.*

¶ Nominitatus, a, um, benahmet. Ferretio teſte Muſ. Lapid. p. 158 legimus in cippo Romano:

Viva Philematium ſum Aurelia nominitata.

¶ Nōmenclo, āre, a *nomen* & καλέω, nennen, apud Mantuanum legitur. Hinc

¶ Nomenclātor, ōris, qui nomina tenet, & cum opus eſt, recitat; *Servum, qui dictet nomina*, Horatius vocat lib. 1 epiſt. 6 v. 50. Cicero *monitorem* dixit pro Muræna cap. 36, der die nahmen aufzeichnet und herſaget. Quintil. 6 cap. 3, & Suetonius in Claudio cap. 34 *Nomenculatorem* dixerunt, quod plenum & integrum eſt. *Nomenculator* enim a nomine calando, ſive vocando dicitur: quippe qui Græcis etiam ὀνοματοκλήτωρ appellatur. Niſi fortaſſe ſimplicius eſt, a *Nominare* dictum putare, ſicut *Miſſiculare* a *Mittere.* Vet. Gloſſ. ὀνοματοκλήτωρ, *Nomenculator.* Ita Martialis quoque lib. 10 epigram. 30

Nomenculator mugilem citat notum.

Vbi Raderus inter alia hæc notat: Idem valent *nomenclator* & *nomenculator*, ut *templum* & *tempulum.* Vſus eſt Suetonius hoc eodem verbo *Nomenculatoris* in Aug. c. 19 & Calig. c. 14. Cæterum adhibiti NOMENCLATORES, tum ob prenſationes, tum ob ſalutationes fuerunt. Nam candidati magiſtratuum commendaturi ſe tribubus in ſuffragia, ut quemque civium ſuo appellare nomine poſſent, habebant ſervos, qui vocabula eorum, quæ ignorabant, ſæpius ſibi ſubjicerent. Sed magiſtratus etiam & alii potentiores ob frequentiam adeuntium ac ſalutantium, ut ſua iis reddere poſſent nomina, de iis a nomenclatoribus ut admonerentur neceſſe erat. His enim memoriter omnium tenere nomina, qui dominos adire ac ſalutare vellent, incumbebat. Quamquam ſervorum quoque ipſorum cauſſa hoc genus ſervorum haberi ſolitum, Plinius auctor eſt lib. 33 cap. 1; *Hoc*, inquit, *profecere mancipiorum legiones, & in domo turba externa, ut ſervorum quoque cauſſa nomenclator adhibendus.* Nam cum in tanta multitudine tenere omnium nomina domini haud poſſent, habendus erat, qui ea ipſis dictaret, ut Horatius loquitur. Eoſdem *Fartores* etiam appellatos, Feſtus obſervat, qui etiam rationem appellationis adjicit: FARTORES, inquit, NOMENCLATORES, *qui clam velut infarciunt nomina ſalutatorum in aurem candidati.* Vbi pro *ſalutatorum*, *ſalutandorum* malim legere: *Salutandorum*, id eſt, eorum, quos ſalutare atque ambire pro impetrandis eorum ſuffragiis candidatum oporteat. Iidem citabant etiam reos ex memoria in foro, convivas domi. Plura ſuggeret Popma de operis ſervor. p. 38.

¶ Nomenclātio, ōnis, nominum recitatio, appellatio, die nennung. Columella lib. 3 cap. 2 ſub finem: *Nomenclationis aucupium.*

¶ Nomenclatūra, æ, das verzeichnüs oder regiſter der nahmen. Plin. lib. 3 procem. *Sit quædam in his nomenclatura.*

Compoſita a *Nomen*:

¶ Agnōmen, ĭnis, eſt nomen, quod extrinſecus, vel aliqua cauſſa quæſitum eſt, & ad ultimum adjicitur, der zunahme. Quomodo a cognomine ac prænomine differat, vide mox in *Prænomen.* Cicero lib. 2 de Inventione cap. 9 *Nomen cum dicimus, cognomen quoque & agnomen intelligatur oportet.* ¶ Nec ineleganter *Adnomen* ſcribitur, quod æque προσηγορίαν ſonat. Capitolinus in Vero cap. 3 *Nec aliud ei honorificentiæ adnomen adjunctum eſt, quam quod Auguſti filius eſt appellatus.* Adi Salmaſium eo loco.

¶ Agnomentum, i, idem. Apulejus Apolog. pag. 310 *Agnomenta ei duo indita*

¶ Agnominātio, ōnis, παρονομασία, figura, quæ ſimilitudine litterarum deflectit vocem in contrarium, ut Terent. Andr. a. 1 ſc. 3 v. 13 *Inceptio eſt amentium, haud amantium.* Cicer. in Verr. *Sicilia te non prætorem, ſed prædonem habuit.*

¶ Binōmĭnis, e, was zwey nahmen hat; ut, *Iſter binominis.* Dicitur enim & *Danubius*, Ovidius 1 de Pont. epiſt. 8 v. 11.

¶ Cognōmen, ĭnis, der beynahme, zunahme. Cic. 3 Offic. c. 31 *Manlius, ad Anienem Gallo, quem ab eo provocatus occiderat, torque detracto, cognomen invenit.* Idem Somn. Scip. c. 2 *hæreditarium cognomen.*

¶ Cognōmentum, i, idem. Cicer. pro Milone cap. 17 *C. Caſſinius, cognomento Scola.* Idem lib. 2 de Finibus cap. 5 *Heraclitus, cognomento qui σκοτεινὸς perhibetur.*

¶ Cognomĭnis, e, plur. *cognomines*, qui ejuſdem ſunt cognominis, die einen zunahmen haben: ut, *Duæ germanæ cognomines*, Plaut. Bacchid. a. 1 ſc. 1 v. 5. Et Virgil. 6 Æneid. v. 383

gaudet cognomine terra,

ubi Servium adeas, qui de recto caſu ita cenſet: *Facit Hic & Hæc* COGNOMINIS. *Quod autem communi genere in E miſit ablativum, metiri neceſſitas fecit.* Hæc Servius. Plinius lib. 6 cap. 2 pr. *Ab Henetis in Italia ortos cognomines eorum Venetos credi.* Suetonius Vitell. cap. 2 *Quatuor filios cognomines, ac tantum prænominibus diſtinctos, reliquit.*

¶ Cognomĭno, are, mit dem zunahmen nennen. Plin. lib. 21 cap. 3 *Serapio cognominabatur propter ſimilitudinem ſuarii cujusdam negotiatoris.*

¶ Cognōmĭnatus, a, um, zugenandt. Cicero Partit. Orat. cap. 15 *Verba plena, ſonantia, juncta, facta, cognominata, non vulgata.*

¶ Denomĭno, āre, nomen imponere, nemmen, ernennen. Aut. ad Herennium lib. 4 cap. 32 *Ab eo quod continet id, quod continetur, denominabitur.*

¶ Denominātio, ōnis, die nennung, *quæ a propinquis & finitimis rebus trahit orationem, qua poſſit intelligi res, quæ non ſuo vocabulo ſit appellata*, idem Aut. ad Herenn. initio cit. cap. ¶ Grammaticis nomen aliud ex alio deducere, *denominare* eſt. Hinc

¶ *Denominativum nomen*, ut *Ferrum, ferreus: Quercus, Quernus*; adjectivum ſcilicet ex ſubſtantivo.

¶ Ignōmĭnia, æ, infamia, probrum, dedecus, ſchmach, hohn, ſchande. *Ignominiâ afficere*, Cicer. pro Roſc. Am. cap. 39, beſchimpffen. Plus eſt, *ignominia quem notare*, quod in pœnarum generibus habetur, einen öffentlichen ſchimpff anthun. Idem 7 Philipp. cap. 9 *Reſpondendum honorifice eſt Marrucinis, qui ignominia notandos cenſuerunt eos, qui militiam ſubterfugiſſent.* Et, *Ignominiam depellere*, Quintilian. lib. 1 cap. 2.

¶ Ignōmĭniōſus, a, um, ſchmählich, ſchimpfflich: ut, *Ignominioſa fuga*, Liv. lib. 3 cap. 23. *Ignominioſa dicta*, Horat. de Arte Poët. v. 247, ſchimpffworte. Et, *Ignominioſiſſimum caput*, Tertullian. Apolog. c. 15.

¶ Ignominioſe, adverb. idem: ut, *Ignominioſe turpare*, Eutrop. lib. 4 cap. 10. *Ignominioſius tractari*, Arnob. lib. 4. *Ignominioſiſſime fugere*, Oroſius lib. 7 cap. 7 extr.

¶ Ignominiatus, a, um, ignominiâ affectus, beſchimpfft, geſchändet, Gell. lib. 8 cap. ult.

¶ Innōminabĭlis, e, ἄῤῥητος, unnennlich. Apulejus lib. 1 Dogm. Plat. p. 3 *Deus indictus, innominabilis.* Et Tertullianus adv. Valentinian. cap. 27 *Inenarrabile & innominabile.*

¶ Multinominis, e, vide ſupra *Multus.*

¶ Prænōmen, ĭnis, quod præponitur, der vornahme. Sequuntur nomina hoc ordine *P. Cornelius Scipio Africanus.* *Publius*, prænomen eſt, quod ita dicitur, quia proprio ſeu gentilitio nomini præponitur; *Cornelius* nomen eſt gentilitium, vel familiæ; *Scipio* cognomen eſt, proprium ſcilicet, quod gentilitio ſubjungitur; *Africanus*, agnomen eſt, quod ex aliquo facto ſeu eventu accedere ſolet. Sic *M. Portius Cato Cenſorius.* vid. Valer. Maximi Epit. de Nominum ratione. Raro *prænomen* litteratura integra nominibus præponitur, ſed aut unâ littera majuſcula, aut duabus aut tribus, ut C. *Cajus*; M. *Marcus*; Cn. *Cneus*; Sex. *Sextus.* Vide Diomed. lib. 1. Et Horat. lib 2 ſatyr. 5 v. 32

gaudent prænomine molles Auriculæ.

¶ Prænōmĭno, āre, einen vornahmen geben. Exſtat in Epitoma de Nomin. rat. quam vulgo Val. Maximo adſcribunt: *Tullus prænominatus eſt ominis gratia, quaſi tollendus.*

¶ Prōnōmen, ĭnis, eſt pars quædam orationis, ein vorwort, vox, quæ eſt vice nominis, apud Priſcianum, Cariſ. &c. Sic & Varro lib. 7 de L.L. cap. 23 *Nomina, Romulus, Remus; pronomina, hic, hæc.* Conf. Quintil. 9 cap. 3, & Apulej. de Syll. Categ.

¶ Pronominālis, e, das ein vorwort hat: ut, *Pronominalis conſtructio*, Priſcian. lib. 17.

¶ Pronominatio, ōnis, figura rhetorica, *quæ cognomine extraneo demonſtrat id, quod ſuo nomine appellari non poteſt*, Aut. ad Herenn. 4 cap. 31. Græce ἀντονομασία.

¶ Supernōmĭno, āre, noch darzu nennen. Tertull. Apol. cap. 18 *Ptolemæorum eruditiſſimus, quem Philadelphum ſupernominant.*

¶ Transnomĭno, are, aliud nomen imponere, nomen mutare, den nahmen verändern. Sueton. de Illuſtr. Grammat. c. 18 *L. Craſſicius, cognomine Paſides, mox Panſam ſe transnominavit.* Adde Tertullian. 4 adv. Marcion. cap. 39 pr.

¶ Transnominatio, ōnis, die nahmens-veränderung. Gloſſ. lat. gr. *Transnominatio*, μετωνυμία.

NŌMENTUM, i, urbs Sabinorum in Latio, quæ colles vitiferos habuiſſe dicitur. vid. Ovid. Faſt. 4 v. 903, & Martial. 13 epigram. 15.

¶ Nomentānus, a, um, adject. ut, *Nomentanus agellus*, Martial. 7 epigram. 92. *Nomentana vindemia*, Idem 13 epigram. 119. *Nomentanus nepos*, Horat. 2 ſatyr. 1 v. 22. *Nomentana via*, Liv. 3 cap. 52.

Nomisma, vide paullo poſt *Numisma* in *Numus.*

NŎMUS, i, νομὸς, præfectura, regio, ein gebiete oder pflege. Nomen Ægyptiis proprium Plinius facit lib. 5 cap. 4, *Dividitur* (Ægyptus) *in præfecturas oppidorum, quas* NOMOS *vocant.* Vide eumdem & lib. 36 cap. 13. Signate igitur Trajanus apud Plinium minorem lib. 10 epiſtola 23 *Tu, ex quo nomo ſit, notum mihi facere debes.* Nam de Ægypto loquitur. ¶ 2. In muſicis *Nomus*, (νόμος,) lex vel qualitas vocis eſt, quæ alias τρόπος, latine *Modus* appellatur; ut *Dorius, Phrygius, Lydius*, &c. Vide Plutarchum & Boethium lib. 3 de Muſica c. 14. Suetonius Nerone cap. 20 *Ac ne concuſſo quidem repente motu terræ theatro ante cantare deſtitit, quam inchoatum abſolveret nomon*, i. e. cantilenam ad certum modum ſeu nomon inſtitutam. Nam pleræque cantilenæ νόμοι dicebantur, ut Ariſtoteles obſervat Problem. 28 ſect. 19, & cur id fiat, ibidem quærit.

¶ Nomanandria, æ, νομανανδρία, ignavia, inertia, vacatio in præfecturis, Cicer. ad Attic. 5 epiſt. 11.

¶ Nŏmarcha, æ, Nomi præfectus, ein landvogt, apud Plinium majorem lib. 5 cap. 14.

¶ Nŏmŏphȳlax, ācis, νομοφύλαξ, legum præſes & cuſtos, Cic. de Leg. 3 cap. 20, & Columella 12 cap. 3.

¶ Nŏmŏthēta, æ, vel Nomothētes, æ, νομοθέτης, qui legem fert, ein geſetzgeber, legislator, cujusmodi fuerunt Ageſilaus, Lycurgus, Solon, &c. a νόμος, & τίθημι.

NON, adverb. nein, nicht, jungitur omnibus modis, excepto imperativo: (hic enim *Ne* poſcit, de quo ſupra.) *Non aliter*, Cajus l. 2 ff. quibus mod. pign. &c. Et, *Non adeo inhumano ſum ingenio*, Terent. Eunuch. a 5 ſc. 2 v. 41, ich bin ſo unfreundlich nicht. *Non ab re eſſe, mihi videtur*, Livius lib. 35 cap. 32, es ſcheinet nicht ungereimt zu ſeyn. *Non ita multis ante annis*, Cicer. pro Roſc. Am. cap. 23. *Non ita multo poſt*, Livius lib. 35 cap. 11, nicht ſo gar lange darnach. *Non temere eſt*, Terent. Eunuch. a 2 ſc. 2 v. 60, es iſt nicht ohne urſach. *Non modo, non ſolum, non tantum*, nicht allein. Quibus reſpondent, *ſed etiam, verum etiam*, ſondern auch. Sed, *tantum non, modo non*, eſt, *propemodum.* vide ſupra *Modo.* ¶ 2. *Non modo, non ſolum*, pro, *non modo non, non ſolum non*, ſcriptoribus elegantisſimis haud infrequenter uſurpari, jam dudum eſt, quod viri docti animadverterunt. Lege Paul. Manut. Comm. ad 1 fam. Cic. 9 pag. 143. Sim. Boſ. ad 13 epiſt. Cicer. ad Attic. 5 p. 190.

p. 190. Budæum annot. prior. in Pand. p. 541, (ubi observat, etiam Græcorum imitatione hoc factum, de quo ipsum porro consule comm. ling. græc. f. 479.) Muret. lib. 10 Var. Lect. c. 7; ubi nescio cujus viri docti, huic observationi obloquentis, se ntentiam confutat; & Tursellin. de partic. c. 108. Sic, *Regnum non modo Romano homini, sed ne Persæ quidem cuiquam tolerabile*, Cicer. 10 ad Attic. epist. 7. Et Livius lib. 28 cap. 29 *adeo torpentibus metu, qui aderant, ut non modo ferocior vox adversus atrocitatem pœnæ, sed ne gemitus quidem exaudiretur.* Idem lib. 30 cap. 11 *Masæsuli non modo primum impetum, sed ne conspectum quidem signorum atque armorum tulerunt.* Hoc idem valet in *Neque modo* ac similibus. Cicer. 5 Tusc. cap. 33 *Tertias* (cupiditates,) *quod essent plane inanes, neque necessitatem modo, sed ne naturam quidem attingerent, funditus ejiciendas putavit* (Epicurus.) Vides autem, in hac loquendi forma sequi solere *sed ne quidem*, aut aliud quid ejusmodi, quod negationem haud obscure præ se ferat: quale est etiam, *sed vix*. Cicer. pro Cœl. cap. 17 *Hæc genera virtutum non solum in moribus nostris, sed vix jam in libris reperiuntur.* Neque nulla tamen sunt exempla, in quibus negationem sequentem desideres. Tale hoc est, quod e Cicer. 1 in Catil. cap. 3 profert Muretus: *Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ègo non modo audiam, sed etiam videam, planeque sentiam.* Sed omnino in alteram istam partem crebriora sunt exempla. Itaque Casaubonus not. ad lib. 3 Diog. Laërt. cùm hoc Apuleji (de dogm. Plat. pag. 250 ed. Colv.) protulisset: *ita suos libros explevit, ut primus tripartitam philosophiam copularit, sibique invicem necessarias partes neque pugnare inter se tantummodo, sed etiam mutuis adjuvare auxiliis ostenderit:* nescire se ait, an alibi loquendi hoc genus apud Latinos reperiatur. Atque postulat omnino ratio, ut, si quo in commate negandi particula desit, possit ea beneficio constructionis ex alio commate conjuncto elici, vel ita verborum connexio institui, ut intelligatur, semel positam negationem sensui sufficere. Vt si Ciceronis illud, quod primo ponebamus loco, sic interpretere: *Regnum non est tolerabile*, (seu est intolerabile,) *non modo Romano homini, sed etiam Persæ.* ¶ 3. Vicissim alicubi putes evenire, ut abundet negatio, quæ tamen censenda potius est, majoris emphaseos gratiâ altero in commate repeti. Quintil. lib. 9 cap. 1 *In dicendo irasci, dolere, misereri, timere, confidere, contemnere, non sunt figuræ, non magis, quam suadere, minari, rogare, excusare.* Pro quo dici concisius potuisset semel tantum negatione adhibita: *non sunt magis figuræ, quam suadere*, &c. ¶ 4. Porro meminerint elegantiæ studiosi, aliquando æquipollere negationem affirmationi, aliquando valere plus, non raro & minus, de quo & Hermogenes alibi monuit. (1) Aliquando, inquam, æquipollet: Cicero: *Non erat obscurum, quid homo improbus cogitaret*, i.e. manifestum erat. Corn. Nepos Conone cap. 2 n. 3 *Neque vero non fuit apertum.* (2) Plus valet: ut cum Cicero ad Brutum scribit, *Varronem non sine industria versari in studiis.* Intelligit enim, ipsum industriâ maxima in studiis versari. Nam paullo ante eumdem *Virum summæ industriæ appellarat.* Horatius lib. 3 od. 4 v. 20

Non sine Diis animosus infans.

Id est, maxime animosus cum Diis. Sulpitius apud Ciceronem lib. 4 famil. epist. 12 *Etsi scio, non jucundissimum me nuntium vobis allaturum*; i. e. multo tristissimum. Ita Apulejo Apologiâ, *non disertissimus*, maxime infans est, non indisertus tantum, uti ex præcedentibus patet. (3) Aliquando tamen & minus valet, & medium quiddam significat: Columella lib. 11 cap. 3 *Chærephyllum itemque olus atriplicis circa calendas Octobr. obrui oportet non frigidissimo loco*, id est, temperato, hoc est, nec calido nimis, nec nimis frigido. Nepos Agesilao 17, 8, 2 *Comites omnes vestitu humili & obsoleto, ut eorum ornatus non modo his regem neminem significaret, sed hominis non beatissimi suspicionem præberet. Vbi non beatissimum*, pro *non ditissimo* dixit: hoc est, qui non in magna quidem re, ut Cicero loquitur, neque pauperrimus tamen ac infelicissimus omnium esset. Inservitque hæc ratio modestiæ, ac verecundiæ, præcipue de nobis ipsis cum loquimur. Cicero 1 fam. epist. 9 pr. *Sed certe & ego te auctore amicissimo & sapientissimo, & tu me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli quidem & benevolo certe usus esses.* ¶ 5. *Vnus non*, pro, *ne unus quidem*. Florus lib. 2 cap. 18 extr. *Oppressa civitas nullum de se gaudium hosti reliquit. Vnus enim vir Numantinus non fuit, qui in catenis duceretur*, nicht ein einiger. ¶ 6. Totam periodum negandi particulâ claudi, rarum est apud Latinos. Exemplum invenies apud Senec. epist. 103 (al. 102) *Fama utique vocem desiderat, claritas non.* ¶ 7. Aliquando geminatur eleganter hæc negatio. Catull. epigram. 14 *Non, non hoc tibi salse sic abibit.* Terent. Phorm. a. 1 sc. 5 v. 73 *Non, non sic futurum est, non potest.* conf. Adelph. a. 1 sc. 2 v. 21, & Heaut. a. 5 sc. 1 v. 21. Plura collegit Manut. ad lib. 1 epist. 9 Cic. ad Atticum. ¶ 8. *Non* interdum adjectivis additur; ut, *non honestus, non dignus, non idoneus, non perceptus, non frequens, non artificiosus, non debitus, non naturalis, non scriptus.* Sic sæpe Cicero aliique, ubi vulgo fere, *inhonestus, indignus* &c. vid. Parei Lex. Crit. p. 797. Item substantivis; ut, *non corpus*, Cic. 1 Acad. cap. 11. *Non dominus*, leg. 8 *Culcinius* D. de vi & vi arm. vid. Pareus l. c. p. 800. ¶ 9. *Non vero* pro *non autem*, improbant Valla, Scioppius, Goclenius; sed vindicat Borrich. Vind. L. L. p. 142 autoritate Ciceronis de Senect. c. 9 *At hi quidem jam mortui sunt. Non vero tam isti quam tu ipse nugator.* Et Vlpiani Dig. lib. 1 tit. 16 leg. 6 § 3 *Non vero in totum xeniis abstinebit proconsul.* ¶ 10. *Non* pro *nonne* interrogative, Terent. Phorm. a. 1 sc. 2 v. 69 *Non, si redisset pater, ei veniam daret?* Sic & pro *ne* prohibendi particula, idem Terent. Hecyr. a. 3 sc. 2 v. 7 *Non visas nec mittas quemquam.* Plura ex Gellio, Virgilio & Horatio vide in Borrich. Cogit. p. 178. Quamquam reprehendere videatur ipse Quintilianus 1 cap. 5.

¶ Nondum, non adhuc, noch nicht. Terent. in Andria a. 1 sc. 2 v. 30 *Quid hoc, intellextin' an nondum etiam?* Sic, *Nondum omnium dierum sol occidit*, es ist noch nicht aller tage abend, Livius lib. 39 cap. 26.

¶ Nonne, annon, interrogandi adverb. ist dem nicht also? *Nonne oportuit præscisse me ante?* Terent. Andr. a. 1 sc. 5 v. 3.

¶ Nonnĭhil, aliquantum, etlicher massen, zum theil, in etwas. *Etsi nonnihil molesta hæc sunt mihi*, Terent. Adelph. a. 1 sc. 2 v. 62. Sic & Nepos 23, 13, 2 *Nonnihil temporis tribuit litteris.* Et Cicer. pro Quintio principio: *Eloquentiâ Q. Hortensii nonnihil commoveor.* Idem de Fin. 4 cap. 23 *Non quia sit bonum valere, sed quia sit nonnihilo æstimandum.* Quidam divise scribunt.

¶ Nonnullus, a, um, aliquis, einiges, plur. Nonnulli, æ, a, etliche. Plinius lib. 7 epist. 20 *nonnullius in litteris nominis.* Terent. Adelph. a. 1 sc. 2 v. 68 *Nonnullam nobis in hac re facit injuriam.* Virg. Georg. 1 v. 22 *Alitis nonnullo semine fruges.* Nepos 25, 3, 2 *Nonnulli ita interpretantur.*

¶ Nonnunquam, aliquando, bisweilen, zu zeiten. Cicero de Nat. Deor. lib. 3 cap. 37 princ. *Nonnunquam bonos exitus habent boni.* Adde Terent. Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 76, & Nepot. 20, 1, 6.

¶ Nonnusquam, in aliquibus locis, an etlichen orten. Plin. lib. 14 c. 19 *Nonnusquam vini fæce acetove condiunt.*

Nona, vide paullo post in *Novem.*

NŌNACRIS, is, oppidum Arcadiæ, juxta quod Stygium venenum stillabat, quo periisse Alexandrum, creditum fuit, Plutarch. in Alexandro extremo. Hinc Tertullianus advers. Valentinian. cap. 15 *Nonacris Alexandrum occidit.* Adde eumdem de Anima cap. 50, & inprimis Vitruv. 8 cap. 3.

¶ Nonacrius, & Nonacrīnus, a, um, adject. i. e. Arcadicus; ut, *Nonacrius heros* (Evander,) Ovid. Fast. 5 v. 97. *Virgo Nonacrina*, Idem Metam. 2 v. 409. conf. Metam. 1 v. 690, & Fast. 2 v. 275.

Nonæ, nonagenarius, nonagesimus, nonaginta, nonarius, vide paullo post *Novem.*

Nondum, Nongenti, Nonna, Nonne, nonnihil, nonnullus, nonnunquam, vide *Non, Novem, Nonnus, Non.*

NONNVS, i, Panopolites, poëta Christianus. Scripsit carmine græco paraphrasin Evangelii Johannis, item Dionysiaca. Floruisse eum Theodosio imperante, arbitratur Vossius de Poët. Græc. p. 79. ¶ Est autem *Nonni* vocabulum alias appellativum, quo significatur monachus. Vocem Ægyptiam esse, ad Hebr. נין *Nin*, i. e. filius, docet Voss. lib. 1 de Vit. Serm. cap. 6 p. 26, quem vide, & lib. 2 cap. 13 p. 251, & lib. 1 de Orig. Idolol. cap. 24. Vsurpant alicubi scriptores ecclesiastici.

¶ Nonna, æ, fœmininum, quo significatur monacha, apud Hieronymum epist. 22 cap. 6. Etiam ad Germanos transiit. Virginem enim sacram seu monialem vocamus eine nonne.

Nonnusquam, Nonus, vide *Non, Novem.*

NORBA, æ, colonia Romana in Latio, Plin. 3 cap. 5, Liv. 2 cap. 34, & 7 cap. 42.

¶ Norbanus, a, um, adject. ut, *Norbanus ager*, Liv. 8 cap. 19.

NŌRĬCVM, i, veteris Illyrici pars, Rhætis Vindelicisque finitima, inque plures civitates olim divisa. De quo videndus legendusque Cluverius est peculiari libro de Vindelicia & Norico: hodie Bayerland.

¶ Nōrĭcus, a, um, adjectivum: ut, *Castella Norica*, Virg. 3 Georg. v. 474. *Noricus ignis*, Ovid. 14 Metam. v. 713. *Norica rura*, Claudian. Bell. Get. v. 365.

¶ Norimberga, æ, Noricorum mons, urbs Franconiæ, quo Hunnorum causâ olim concesserunt Norici, Nürnberg.

¶ Norimbergenses, ium, die Nürnberger.

NORMA, æ, γνώμων, angulorum regula, ein winckelmaß, richtscheid. *Squadra* vulgo appellata, refert figuram litteræ L, duo vero brachia, ex quibus constat, *Ancones* vocantur: de quibus supra. Lucret. lib. 4 v. 516

Denique ut in fabrica si prava est regula prima,
Normaque si fallax rectis rationibus exit.

¶ 2. Item, lex quædam & præscriptio, die regel, vorschrifft; ut, *Norma juris, formula judicii*, Cicer. 2 de Oratore cap. 42. *Jus & norma loquendi*, Horat. Art. poët. v. 72. Et, *Vitam ad rationis normam dirigere*, Cicer. pro Muræn. cap. 2 pr. Et Plinius lib. 9 epist. 26 *Demosthenes, ille norma oratoris & regula.*

¶ Normālis, e, nach dem winckelmaß. Manilius lib. 2 v. 289

Quorum designat normalis virgula sedes:

hoc est, κάθετος, perpendiculum: vide ibi Scaligerum p. 125. *Rigores normales*, Aggenus de limitib. agror. vid. Rigalt. Sic *angulum normalem* Quintilianus lib. 11 cap. 3 (p. 844 edit. varior.) rectum & perpendicularem dixit.

¶ Normālĭter, adverb. idem. Frontinus de limitib. *Quæ normaliter ex rigore aguntur.* Ammianus Marcell. lib. 20 cap. 4 *Cum luna e regione* (solis) *normaliter steterit, lumine pleno fulgebit.*

¶ Normo, are, nach dem winckelmaß richten, Diomed. Grammat.

¶ Normatus, a, um, ad normam compositus, abgemessen. *Ad perpendiculum normatus*, Columell. lib. 3 cap. 13.

¶ Normātio, ōnis, die abmessung. Fragmentum agrarium de limitibus: *Proximam quamque extremitatem per omnes angulos, facta normatione, complectimur.*

¶ Normatūra, æ, idem. Innocentius de Caussis litter. p. 221 ed. Gœs. *Quæ res semper normaturam suam consequitur.*

¶ Abnormis, e, unrecht, unrichtig. Horat. lib. 2 satyr. 2 v. 3

Rusticus, abnormis sapiens, crassâque Minerva;

id est, ut interpretatur Lambinus, sapiens quidem, sed non ad istorum philosophorum normam. Legitur & *abnormi*, ut cohæreat cum *Minerva.*

¶ Denormo, āre, pro, inæqualem reddere, ungleich machen: ut, *Angulus iste denormat agellum*, Horat. 2 satyr. 6 v. 9.

¶ Enormis, e, normam excedens, übermäßig, über die schnur: ut, *Enormes colossi*, Statius 1 Silv. 3 v. 51, über die maße groß. Plinius lib. 9 epist. 27 *Acri intentione dijudicandum est, immodicum sit, an grande; altum an enorme.* Et, *enormes umbræ*, Plinius major lib. 17 cap. 12. Spartianus in Ælio Vero cap. 1 *Enormior prologus, quam fabula.*

¶ Enormĭter, adverb. idem, apud Plin. lib. 37 c. 6 *Si ex alio colore in se admittat aliquid enormiter*

¶ Enormĭtas, ātis, übermaß, unrichtigkeit. *Qui rusticitatis enormitate, incultique sermonis ordine sauciant, imo deformant ex amussim normatam*

matam orationis integritatem, Diomed. præf. librorum suorum. Et Tertullianus de Anima cap. 43 *Omnis natura aut defraudatione aut enormitate rescinditur.*

¶ Inenormis, e, non enormis, mäßig. Apulejus lib. 2 Miles. sub initium: *inenormis proceritas*, lange statur, doch nicht über die maße. Ita Elmenh. & Pricæus legunt.

NORMANNI, orum, septemtrionales populi, apud Eginhardum & alios recentiores scriptores; *Sitones* Tacito, nunc *Norvagii*, *Sueci*, &c. Nomen Germanicum a regione mundi est, ubi siti sunt. Septemtrionem enim Nord appellamus.

NORTIA, æ, fortuna Tuscis, quam *Hetruscam Deam* Livius vocat lib. 7 cap. 3. conf. Juvenal. sat. 10 v. 74.

NOS, genit. nostri vel nostrûm, dativ. nobis, &c. plurale ab *Ego*, wir. Terent. Adelph. a. 2 sc. 3 v. 7 *Quasi non norimus nos inter nos.* Virg. eclog. 1 v. 6 *Deus nobis hæc otia fecit.* Idem 8 Æn. v. 174 *Nobiscum assuescite mensis.* Idem eclog. 2 v. 7 *Nil nostri miserere?*

¶ Nosmet, pro *nos ipsi*, wir selbst. Plaut. Truc. a. 1 sc. 1 v. 38 *Cum rem fidemque, nosque nosmet perdimus.*

¶ Nosmetipsi, æ, a, idem. Cic. de Fin. 3 cap. 19 *Cariorem esse patriam nobis quam nosmetipsos.*

¶ Noster, nostra, um, unser; ut, *cibus noster*, Plaut. Pœn. a. 3 sc. 6 v. 15. *Nostra ætas*, Idem Bacch. a. 2 sc. 3 v. 121. ¶ *Nostri*, qui ejusdem familiæ aut patriæ sunt, & alienis opponuntur, zugehörige, einheimische. Idem Plaut. Milite a. 2 sc. 5 v. 20 — *perscrutari hic volo,*

Sceledre, nos nostri simus, an alieni.

Item Cistell. a. 4 sc. 2 v. 48 *Hæc mulier nostra est*, i. e. de familia nostra. Terent. Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 21 *Haud similis virgo est virginum nostrarum.* Vbi Donatus: NOSTRARVM: *Civium scilicet:* id est, *terræ ac patriæ nostræ:* ut Virgilius 2 Georg. v. 89

Non eadem arboribus pendet vindemia nostris.

Et Sallust. Jugurth. cap. 38 *Nostri fœda fuga* &c. Hinc Imperatores recipientes transfugas dicere solebant: QVISQVIS ES, NOSTER ERIS: ut Servius ad illud Virgilii 2 Æn. v. 148

Quisquis es, (amissos hinc jam obliviscere Grajos)
Noster eris,

annotat. Sunt enim Priami verba, Sinonem in fidem recipientis, & cooptantis veluti in Trojanorum gentem. *Nostra nobis notiora*, Tac. Orat. cap. 28 n. 3.

¶ Nostras, ātis, gentile, der unsere, unser landsmann. Cicer. lib. 9 fam. epist. 15 *Facetiis maxime nostratibus capior:* Idem 5 Tusc. cap. 32 *nostrates philosophi.* Commune est, sed neutris tamen etiam tribuitur; ut, *verba nostratia*, unserer landart gemeine worte, apud Cicer. lib. 2 fam. epist. 11.

¶ Nostrapte, von unsertwegen: ut, *Nostrapte culpa facimus* &c. es ist unser eigen schuld, Terent. Phorm. a. 5 sc. 2 pr.

Noscentia, noscibilis, noscitare, &c. vide sequens *Nosco*.

NOSCO, nōvi, nōtum, noscère, &, *Novi*, *novisse*, vel *nosse*, est agnoscere, scire, kennen, wissen, a græco γινώσκω. Terent. in Heaut a. 3 sc. 3 v. 9 *Novi animum tuum*, ich kenne deinen sinn wohl. *Novi de facie*, id est, leviter cognitum habeo, nur vom gesicht: Cicer. in Pison. c. 32 extr. *Virtutem tu ne de facie quidem nosti*, hoc est, ne tenuiter quidem. Plaut. Pseud. a. 4 sc. 2 v. 16 *Egomet me novi.* - SY. *pauci istuc faciunt homines, quod tu prædicas. Nam in foro vix decimus quisque est, qui ipsus sese noverit.* Juvenal. sat. 11 v. 27 *E cælo descendit* γνῶθι σεαυτὸν, *Nosce teipsum:* id est, quemadmodum Cicero interpretatur in 1 Tusc. Quæst. cap. 22, *Nosce animum tuum*, h. e. explora & considera tuam imbecillitatem: vide eumd. lib. 5 de Fin. & lib. 1 de Legibus. Menand. γνῶθι σεαυτὸν, γνῶθι καὶ τοὺς ἄλλους, *Nosce teipsum: sed & alios quidem cognosce.* Id enim non minus utile est. *Noscere excusationem*, est admittere & accipere eam, Cic. 4 fam. epist. 4, & ad Attic. 11 epist. 7. vid. Græv. ad hæc loca, & Gronov. de Pec. Vet. 4 cap. 3.

¶ Nōtus, a, um, notior, notissimus, bekandt, ruchtbar; ut, *Improbitate & vitiis notus omnibus est*, Cic. pro Cluent. *Res nota atque apud omnes pervulgata*, Idem 4 Verr. cap. 34. Et in Oratore cap. 31 extr. *Videmus, non te solum hæc esse lecturum, qui ea multo, quam nos, habeas notiora: sed* &c. Virg. Æn. 1 v. 383 *Fama super æthera notus.* Valer. Maximus lib. 4 cap. 7 *Orestes Pylade pæne amico, quam Agamemnone patre, notior est.* Idem lib. 8 cap. 3 n. 2 *notissimum evasit exemplum.* Cæs. 4 B. Gall. cap. 24 *notissimus locus.* Et Ovid. A. A. lib. 2 v. 561 *fabula notissima.* ¶ 2. *Noti*, etiam sunt amici. Virg. in Ciri:

Nec mihi notorum deflectunt lumina vultus.

Catull. Carm. 79 *Nec tria notorum basia reppererit.*

vide ad ista loca Scalig.

¶ Nōtio, ōnis, die wissenschafft, quam Cicero *conformationem quamdam, & impressam intelligentiam* vocat Topicis cap. 5. Græci ἔννοιαν & πρόληψιν dicunt, ut idem ibidem tradit cap. 7. ¶ Ponitur & pro cognitione judicis. Tac. Ann. 3, 59, 1 *dilata notione de jure.* Gell. 17 cap. 18 *notiones censoriæ.* vid. Parei Lex. Crit. p. 802.

¶ Nōtĭtia, æ, die wissenschafft, erkäntniß. Cic. de Legibus lib. 1 cap. 8 *Dei notitiam, nullum animal est, quod habeat, præter hominem.* Idem Off. lib. 2 cap. 24 *Valetudo conservatur notitia sui corporis.* Et Terent. in Heaut. a. 1 sc. 1 ineunte: *Hæc inter nos notitiâ nuper admodum est*, kundschafft. Seneca epist. 28 *Initium salutis notitia peccati est.* Nepos Dione cap. 9 *Propter notitiam intromissi*, h. e. tamquam noti. ¶ *Notitiam fœminæ habere*, est concumbere cum fœmina, apud Cæsarem de B. Gall. 6 cap. 21, ubi de Germanis: *Intra annum vigesimum fœminæ notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus.*

¶ Notities, ēi, idem, apud Vitruv. præfatione lib. 6 *Notities parum est adsecuta.*

¶ Noscentia, æ, idem, apud Symmach. lib. 6 epist. 11, *Fortasse queratis*, inquit, *quid etiam nunc referri in noscentiam meam postulem.* Adde lib. 4 epist. 9. Sed in utroque loco variatio codicum occurrit, cum malint alii legere *notitia*.

¶ Noscĭbĭlis, e, quod cognosci potest, erkenntlich. Augustinus lib. 9 de Trinit. cap. 5 *Mens noscens, vel nota, vel noscibilis.* Et ejusd. libri cap. ult. *Amor sibi noscibilis.* ¶ Hinc *Nobilis*, de quo supra seorsim.

¶ Noscĭto, are, frequent. quo Plautus & Livius usi. Hic enim lib. 6 cap. 25 pr. *In recensendis captivis cum Tusculani aliquot noscitarentur.* Et lib. 22 cap. 6 *facie quoque noscitans.*

¶ Noscĭtābundus, a, um, begierig zu kennen. Gell. lib. 5 cap. 14 *Leo tamquam noscitabundus ad hominem accedit.*

¶ Nōtesco, ĕre, notum fieri, bekandt werden; ut, *Malis facinoribus notescere*, Tacit. 12 Ann. cap. 8 n. 3. *Quæ ubi Tiberio notuére*, Idem 1 cap. 73 n. 3.

¶ Notĭfĭco, are, notum facere, bekandt machen. Nonius Marcellus cap. 2 n. 585 ex Pomponii Atreo: *meorum genus notifices mihi*, quod is interpretatur: *notum facias.* Et Ovidius 1 de Ponto epist. 2 v. 12

Atque modum culpæ notificare meæ.

¶ Nōtor, ōris, γνωστήρ, qui ignoti notitiam dat, ein anzeiger. Seneca epist. 39 *Qui notorem dat, ignotus est.* Idem in Ludo: *Si quis a me notorem petiisset, te fui nominaturus, qui me optime nosti.* Petronius: *nisi notorem dedissem.* Ciceroni & *Cognitor*, de quo infra.

¶ Nōtōrius, a, um, kundbar; ut, *Notorium crimen*, so gar bekandt, keines beweises bedarff. Paulus l. 6 Dig. ad S. C. Turpil. *Nunciatores, qui per notoria indicia produnt, notoriis suis adsistere tenentur.* ¶ *Notoria*, epistola est notificans, ein bericht. Gallienus apud Treb. Pollionem in Claudio cap. 17 *Nihil me gravius accepit, quam quod notoriâ tua intimasti*, &c. Et Apulej. Met. 7 *Ille, qui commodum falsam de me notoriam pertulerat.*

Composita a *Nosco*:

¶ Agnosco, ĕre, erkennen und annehmen. Cic. lib. 4 fam. epist. 3 *Dolorem tuum, meum quodammodo agnosco.* Idem in Tusc. lib. 1 cap. 29 *Deum ex operibus suis agnoscere.* Est autem *Agnoscere* recognoscere, quæ novimus ante: *Cognoscere*, proprie est nosse incipere hactenus ignota. Vnde Donatus in illo Terentii Eunuch. a. 5 sc. 2 v. 7

ita miserrimus
Fui fugitando, ne quis me cognosceret:

ἀκυρολογίαν notat, quia *cognosceret*, pro *agnosceret*, dixisset. Sed ita eâdem fabulâ a. 5 sc. 3 v. 12 *cognitionem* pro *agnitione* dixit. Et Heaut. a. 4 sc. 1 v. 44 *Cognovi* pro *agnovi*. Quod tamen substitui voluit Guyetus nullâ necessitate.

¶ Adnōtus, a, um, valde notus, kundbar. Sueton. de Illustr. Grammat. cap. 1 *Quos docuisse adnotum est.*

¶ Agnĭtus, a, um, erkandt. Val. Flacc. 4 v. 437

Expectata manus, nostrisque, ait, agnita votis.

¶ Agnĭtio, ōnis, die erkändtniß. Cicero principio de Nat. Deor. *Quæstio de natura Deorum ad agnitionem animi pulcherrima est.*

¶ Adagnitio, ōnis, idem. Tertull. 4 adv. Marc. cap. 28 *Revelatio & adagnitio Dei.*

¶ Agnĭtionālis, e, erkenntlich. Tertull. adv. Valent. cap. 27 *Substantivalis, non agnitionalis forma.*

¶ Agnoscĭbĭlis, e, idem. Tertull. de Resurr. Carn. cap. 55 *Lineamenta Petro agnoscibilia servaverat.*

¶ Cognosco, ĕre, erlernen, erkennen, verstehen. De proprio significatu vide ante in *Agnosco*. Terent. Andr. a. 3 sc. 4 v. 7 *Tandem cognosti, qui siem.* Et, *Cognoscere ex aliquo aliquid*, Cic. lib. 1 ad Lentul. epist. 8, erfahren. Sic, *cognoscere ex litteris*, pro, certiorem fieri, Cic. 1 fam. epist. 5. Et, *de toto statu rerum communium ex aliquo cognoscere*, ibidem epist. 8. *Cognoscere leges, libros*, lesen und lernen. ¶ 2. Est & judicum *cognoscere*. Sic, *cognoscere in foro*, Suet. Claud. cap. 33 dixit: & in Nerone cap. 15 *In cognoscendo eum morem tenuit* &c. Seneca Medeâ v. 194 *Si judicas, cognosce: si regnas, jube.*

¶ Vsurpatur de re Venerea etiam, ut & *Noscere*: vide mox *Cognitus*. Sic usurpatur & in sacris litteris Genes. cap. 4 v. 1, & alibi passim. Etiam Plutarchum sæpe sic loqui græce, docebit Xylander annot. ad hæc ejus verba Romulo: οὗτος ἔγνω τὴν Λαρεντίαν: *Hic Larentiam cognovit.*

¶ Cognĭtus, a, um, bekandt; ut, *cognitus nomine tantum*, Plin. 12 c. 21. *Longo cognitus usu*, Ovid. Trist. 3 eleg. 5 v. 9. Non solum dicitur *re cognita*, sed & simpliciter *cognito*, ubi sequentia vicem substantivi supplent. Liv. 37 cap. 13 *Ibi ex agrestibus cognito, hostium naves ad Æthaliam stare.* Quintil. Declam. 16 *Cognito, quod filius haberetur a tyranno.* Sic, *Caussa cognitâ judicare, statuere*, Vlpian. Lege 2 § 6 Dig. de Judiciis, nach erkannten sachen urtheilen. De re Venerea Tacitus 4 Hist. cap. 44 *Octavius Pontiam Postumiam stupro cognitam, & nuptias suas abnuentem, impotens amoris interfecerat.* Statius 2 Achilleid. v. 223 *tacito nam cognita furto*

Deidamia mihi est.

A *Cognitus* comparativus *Cognitior* apud Ovidium 4 Trist. eleg. 6 v. 28 *Mala nostra quo sunt cognitiora.* Idem Metam. 14 v. 14

Quanta sit herbarum, Titani, potentia, nulli
Quam mihi cognitius.

Superlat. *Cognitissimus* apud Catull. epigr. 4 *Tibi hæc fuisse & esse cognitissima.*

¶ Cognĭtus, ûs, subst. die erkändtniß. Val. Max. 5, 5 ext. 1 *ut ad jucundiora cognitu veniamus.*

¶ Cognĭtio, ōnis, die erlernung, wissenschafft; ut, *In rerum cognitione versari*, Cicer. in Oratore cap. 35, nachforschen, über etwas studieren. Et de Fin. lib. 5 cap. 12 *ea cognitionem habent faciliorem.* Sic, *Cognitionem alicujus rei dare*, licht geben: Cicero Capitoni sub epist. 16 lib. 16 ad Attic. *quæ lex earum rerum, quas Cæsar statuisset, decrevisset, egisset, consulibus cognitionem dedit:* nisi forensi significatu velis interpretari. Vsurpatur enim & de judiciis, ita tamen ut juri ordinario opponatur. Vnde *Jurisdictio* & *Cognitio* Suetonio vitâ Neronis cap. 15 separantur: Nam *Jurisdictio* ordinaria & magistratuum est; *Cognitio* extraordinaria, principis puta, eorumve, quibus negotii id princeps dedit. Suetonius Tiberio cap. 31 *Cætera quoque per magistratus & jure ordinario agebantur* &c. Idem Claudio cap. 15 *Negantemque cognitionis rem, sed ordinarii juris esse, agere caussam confestim apud se cogit.* * Hoc loco *Cognitio* opponitur *juri ordinario*.

rio. Idem Suet. de eodem Cæsare cap. 12 *Cognitionibus magistratuum ut unus e consiliariis frequenter interfuit.* Quinam illi essent magistratus, Dio significat, & nominat consules, prætores, præfectos. Hi cum apud se reos caussam agere juberent, nec eum remitterent ad jus ordinarium, *extra ordinem* cognoscere dicebantur, & hæc proprie cognitio dicta. Nec dubito, quin Trebon. in tit. D. de *extraordinariis cognitionibus* illud *extraordinariis* de suo adjecerit. Satis enim erat dixisse, quomodo & veteres passim loquuntur, *de cognitionibus*, quo nomine extra ordinem reddi judicium judicatur. *Grævius.*

¶ Cognĭtor, ōris, qui cognoscit, vel qui notitiam alicujus habet, ein bekandter, anzeiger: Græcis γνωςὴρ, Latinis & *Notor*, de quo supra. Cicero in Verrem 6 cap. 65 *Adeunt ad ea loca, quæ nunquam antea viderant: ubi neque noti esse iis, quo venerant; neque semper cum cognitoribus esse possunt.* Et paullo post: *Vt qui neque tibi notus esset, neque cognitorem locupletem daret.* Sic *Cognitores* appellati, qui testes alicui aderant in judicio, cui status movebatur quæstio, & caussam ejus tuebantur. ¶ 2. Est & alia ratione forense vocabulum, eumque significat, qui defendit alterum in judicio, & in præsentis caussam venit, & sic tuetur, ut suam, sicut Asconius interpretatur, ein beystand, fürsprecher. Nam *Procurator* eidem is dicitur, qui absentis negotium suscepit. Vide Torrentium ad Horatii lib. 2 Serm. sat. 5 v. 38 *Sis cognitor ipse.* Sic, *Per se litigare & dare cognitorem*, item, *aliquem in suam litem dare cognitorem*, Cicer. pro Rosc. Comœdo cap. 18 pr. Quia autem hi *Cognitores* alienas lites non raro suscipiebant turpis quæstûs caussa, idcirco eorum nomen non semper optime, ut & *sectorum*, audiit: indeque *Sectores* & *Cognitores* conjunxit Manilius lib. 5 v. 316, quem locum Barthius observat lib. 5 Adversar. cap. 4. Etiam Suetonius *sectiones* & *cognituras* copulat in vita Vitellii cap. 2. *Cognitura* enim cognitoris quæstus est. ¶ 3. *Cognitor* & judex extraordinarius est: vide *Cognitio.*

¶ Cognĭtūra, æ, das amt eines fürsprechers, modo exposita est ex Suetonii Vitellio cap. 2, ubi Grævius cum Gronovio explicat, quos summos viros pretium est ut adeas, eorumque relegas interpretamenta.

¶ Cognitionalis, is, officii genus, ut Rationalis: vide Symmach. lib. 10 epist. 62 extr.

¶ Cognoscenter, adverb. kenntlich. Tertull. adv. Marc. 4 cap. 22 *Manifesta te mihi, ut cognoscenter te videam.*

¶ Cognoscentia, æ, die erkändtniß, apud Mar. Victorin. lib. 1 adv. Arium. Et

¶ Omnicognoscentia, æ, die allwissenheit, apud eumd. lib. 4 adv. Arium.

¶ Cognoscĭbĭlis, e, erkenntlich, improbat Goclen. Probl. Gramm. 5 cap. 34. Hinc

¶ Cognoscibiliter, adv. idem, Vulg. Interpr. Sap. 13 v. 5.

¶ Cognobilis, e, vide supra in *Nobilis.*

¶ Incognosco, ĕre, penitius cognoscere, sehr wohl erkennen. Apulej. 4 Florid. p. 362 *Propius accessit, ut etiam incognosceret.* Imitatus est Jo. Picus Mirandulanus epist. 4 p. 34 *Sed amabo, incognoscamus, quid isthæc sit latinitas.*

¶ Incognĭtus, a, um, unerkandt. Cic. 1 Offic. cap. 6 *Vitandum, ne incognita pro cognitis habeamus.* Et 1 de Orat. cap. 11 *Natura hominum incognita.*

¶ Incognoscĭbĭlis, e, unkenntlich. Irenæi Interpr. 1 cap. 12 *Inenarrabile & incognoscibile.*

¶ Percognosco, ĕre, erforschen, eigentlich erkennen. Plin. lib. 4 c. 14 *Germania multis postea annis, nec tota, percognita est.* Et Plaut. Truc. 2. 1 sc. 2 v. 50 *Vtrosque percognovi.*

¶ Præcognosco, ĕre, vorher erfahren. Hinc

¶ Præcognĭtus, a, um, erkundiget, zuvor kundbar. Plancus ad Cic. 10 fam. epist. 15 *Præcognito nostro adventu.*

¶ Præcognoscentia, æ, die vorherige wissenschafft, apud Mar. Victorin. lib. 4 adv. Arium p. 201 & 231.

¶ Rĕcognosco, ĕre, agnoscere, wieder ersehen, erkennen; ut, *Amorem erga me tuum in litteris recognosco*, Cassius ad Cic. lib. 12 fam. epist. 12. Proprie est, denuo cognoscere, aufs neue wieder kennen. Cic. 1 Tusc. cap. 24 *Se non tam illa discere, quam reminiscendo recognoscere.* Loquitur de ἀναμνήσει Platonica. ¶ Item, recensere, besichtigen, untersuchen. Ita Curtius 5, 1, 23 de Alexandro: *Supellectilem Darii & omnem pecuniam recognovit.* Ita Suetonius Aug. cap. 29 *Decurias judicum recognoscere*: ibid. cap. 32 *Ergastula recognoscere*: & cap. 27 *Turmas equitum recognoscere*, (mustern) dixit. Transfertur & ad alia, quæ emendandi caussa retractantur: ut, *leges, scripta recognoscere*, wieder übersehen und bessern.

¶ Recognĭtus, a, um, untersucht, erkundiget. Cicer. Verr. 2 cap. 77 *Omnia summa cura recognita & collata.*

¶ Recognĭtio, ōnis, recensus, die untersuchung, erkundigung. Cic. 6 Verr. cap. 50 pr. *Animus est in recognitione scelerum.* Columell. lib. 11 cap. 1 de recensenda festis diebus rustica supellectile & instrumentis: *Frequens recognitio nec impunitatis spem, nec peccandi locum præbet.*

¶ Dignosco, ĕre, cognitione discernere, von einander unterscheiden. Horatius lib. 1 epist. 15 v. 29 *Curvo dignoscere rectum.* Et Juvenal. sat. 10 princ. *pauci dignoscere possunt*
Vera bona.

¶ Dignoscentia, æ, discretio, die unterscheidung. Augustinus de morib. eccl. cathol. cap. 24 *Ad prudentiam dignoscentia pertinet appetendorum & vitandorum.* Et lib. 2 de Genesi contra Manich. cap. 9 extr. *Ex ligno, in quo est dignoscentia boni & mali, non edas.*

¶ Enōtesco, ĕre, kundbar werden. Plinius lib. 2 epist. 10 *Enotuerunt tui versus*, sie sind unter die leute kommen. Suet. Othone cap. 3 *Minus tamen sic quoque hoc distichon enotuit.*

¶ Ignosco, ĕre, dare veniam, condonare, zu gut halten, verzeihen. Terent. Adelph. a. 3 sc. 4 v. 28 *Ignotum est, tacitum est*, impersonaliter, man hat es ihm vergeben. Plautus Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 3 *Velatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum.* Cicero pro Ligar. cap. 6 *Non hominis, nec ad hominem vox est: Cave ignoscas.* ¶ Particip. *Ignoturus*, ex Cicerone Priscian. lib. 10 affert: &, *Ignoscenda excusatio*, Symmach. lib. 1 epist. 19. Adde lib. eodem epist. 26.

¶ Ignoscens, tis, ignoscentior, geneigt zum verzeihen, apud Terent. in Heaut. a. 4 sc. 1 v. 32 *Animus ignoscentior*, id est, ad ignoscendum facilis.

¶ Ignoscentia, æ, die verzeihung, apud Gell. lib. 7 cap. 3 *Ignoscentias utiles esse rebus humanis docet.* Et Tertull. de Pœnit. cap. 7 *Clausa ignoscentiæ janua.*

¶ Ignoscĭbĭlis, e, quod facile veniam invenit, das zu verzeihen ist. Gell. 13 cap. 20 *Vester hujusmodi vestitus de multo jam usu ignoscibilis est*, i. e. venia dignus. Et Tertull. lib. 2 ad Vxorem cap. 1 [non sustinere continentiam,] *ignoscibile videri potest. Difficilium enim facilis est venia.*

¶ Ignōtus, a, um, incognitus, unbekandt; ut, *Gens ignotior*, Livius 5 cap. 32. *Ignotioribus verbis*, Quintil. 7 cap. 3 p. 532. Et, *Ab ignotissimo Phryge nobilissimum civem vindicare*, Cicer. pro Flacc. cap. 17. *Haud ignotissima inter nymphas*, Ovid. 5 Metam. v. 540. ¶ 2. *Ignotus* active, qui non novit, ein unwissender. Nepos Agesilao cap. 8 *Quæ res etiam nonnullam afferebat deformitatem: atque ignoti, faciem ejus cum intuerentur, contemnebant. Qui autem virtutes ejus noverant, non poterant admirari satis.* vide ibi Lambinum.

¶ Ignōtĭtia, æ, die unwissenheit. Gell. 16 cap. 13 *Jura, quibus uti jam per ignotitiam non queunt.* Sic ex MS. Pareus Lex. Crit. p. 566. Vulg. *ignorantiam.*

¶ Ignotare cum derivatis, quære supra in *Gnarus.*

¶ Innōtesco, ere, bekandt werden; ut, *Sceleribus innotescere*, Valer. Max. lib. 8 cap. 14 n. 3. Ovidius 3 Amor. eleg. 12 v. 7
An nostris innotuit illa libellis?

¶ Internosco, ĕre, inter alia noscere & noscendo distinguere, unterscheiden. Prudent. Psychom. v. 792
Rimante ingenio docte internoscere.

¶ Pernosco, ĕre, perspicere, exacte noscere, recht kennen, wissen; ut, *Non satis me pernosti, qualis sim*, &c. Terent. in Andr. a. 3 sc. 2 v. 23. Et Cic. de Fato cap. 5 *Hominum mores, naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere*, fertig erkennen. *Agricolationem pernoscere*, Columella præfatione operis.

¶ Pernōtesco, ĕre, ubique notum fieri, sehr bekandt, ganz laut werden. Tacitus 1 Annali cap. 23 n. 2 *Neque illi fuisse unquam fratrem pernotuisse.* Et Annal. 13 cap. 25 *Vbi Cæsarem esse, qui grassaretur, pernotuit.*

¶ Pernōtus, a, um, wohl bekandt. Curt. 9, 7, 16 *Dioxippus regi pernotus & gratus.* Minuc. Felix p. 117 *pernotum est.*

¶ Prænosco, ĕre, vorher erkennen, wissen; ut, *Futura prænoscere*, Cic. lib. 1 de Divinat. cap. 38. Et, *Futura prænosci non possunt*, Plinius lib. 18 cap. 24 extr. Statius 3 Theb. v. 490
Venturumque sinas cælo prænosse laborem.

¶ Prænōtio, ōnis, das vorwissen, die erkändtniß von natur. Cicero lib. 1 Nat. Deor. cap. 17 *Habere prænotionem Deorum.*

¶ Prænoscentia, æ, idem. Sarisb. Metalog. 4, 27 *Prænoscentia futurorum.*

¶ Prognosticon, προγνωςικὸν, vide supra in *Gnostici.*

¶ Recognoscere, vide paullo ante sub *Cognosco.*

NŎSŎCŎMĪVM, i, νοσοκομεῖον, locus publicus, in quo ægrotantes curantur, ein spital, lazareth, siechenhauß. Reperies in scriptoribus ecclesiasticis: Hieronymus epitaphio Fabiolæ, quæ epist. 30 ad Oceanum est, cap. 2 *Prima omnium νοσοκομεῖον instituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & consumta languoribus atque inedia miserorum membra foveret.*

NŎSŎDŎCHĪVM, i, νοσοδοχεῖον, idem quod *Nosocomium.*

Noster, nostrapte, nostras, vide paullo ante *Nos.*

NŎTA, æ, a *nosco* est, character, signum, ein merckmahl, kennzeichen. Vnde *Nota nummi*, das geld-gepräge, apud Suetonium Nerone cap. 25. *Nota naturalis*, ein angebohrnes mahl, apud Justinum lib. 15 cap. 4, quod Ausonio in Vrbibus carm. 3 v. 11 *Signum ingenuum*; & *Genitiva nota* Suetonio Aug. cap. 80 appellatur. Sic, *Notæ litterarum*; *Notæ musicæ*, buchstaben, noten. *Apponere notam ad malum versum*, Cic. in Pison. cap. 30. Et, *De meliore nota commendare*, Curius ad Cicer. lib. 1 fam. epist. 29, auf die beste form oder weise. Virg. 3 Georg. v. 427 de serpente: *Atque notis longam maculosus grandibus alvum*, hoc est, maculis, mit bunten plätzlein. *Homo omnis turpitudinis notis insignis*, Cicero pro Rabirio perduell. cap 9, kenntlich an schandflecken. Idem in 4 Verr. c. 47 *Notas & vestigia scelerum suorum multis in locis relinquere*, einen stanck hinter sich lassen. *Notam turpitudinis inurere*, id est, *ignominiam*, Idem in 1 Catilin. cap. 6, ein schandmahl anhängen. Respicit autem hæc formula ad morem veterum, qui servorum frontibus inurere solebant notas. ¶ 2. Et *Nota* reprehensionem significat, eine anmerckung; ut, *Nota censoria*, Quintil. lib. 5 c. 11. *Censoriæ severitatis nota*, Cic. pro Cluent. cap. 46. Erat autem *Nota censoria*, quando senatori interdicebatur curiâ, equiti adimebatur equus, plebejo jus suffragii eripiebatur. Vide Suetonium Claudio cap. 16, & Gellium lib. 4 cap. 12 & 20. Adde Buchner. in Not. ad Plin. Epist. § 534. Propert. lib. 1 eleg. 18 v. 8
Nunc in amore tuo cogor habere notam.
Ad cænam, non ad notam invito, Plin. lib. 2 epist. 6. Sic, *allevare notam*, Tacitus dixit 1 Hist. cap. 52, wieder redlich machen. ¶ 3. Habebant & Critici veteres certas *notas*, quibus scriptorum loca insigniebant, quæ vel probanda, vel improbanda existimarent: de quibus multa Scaliger ad Varronem de Re Rustica, Casaubonus ad Diogenem Laërtium, item Wowerius de Polymathia cap. 13. Huc pertinet illud Senecæ epist. 6 *Mittam itaque ipsos tibi libros: ac, ne multum operæ impendas, dum passim profutura sectaris, imponam notas, ut ad ea ipsa protinus, quæ probo & miror, accedas.* ¶ *Notæ* etiam scripturæ quædam sunt compendia, cum verba non perscribimus, sed signamus. vid. Lips. Cent. 1 ad Belg. epist. Rittershus. ad Nov. P. 6 cap. 2 n. 5. Vinet. ad Auson. p. 242. De notis sententiarum, deque vulgaribus, juridicis &c. vid. Isidor. 1 cap. 20 & seqq. ¶ 4. *Nota* vini est titulus sive

ſive inſcriptio amphoræ, quæ continebat & patriam vini, & nomen conſulis, ſub quo conditum, ut de ætate ejus conſtare poſſet. Horat. lib. 1 Serm. ſat. 10 v. 24 *Chio nota ſi commiſta Falerni eſt.* Vbi Scholiaſtes vetus: Nota *ideo, quod aut vina notantur in lagenis, aut conſules.* Ejusmodi inſcriptionem habes apud Petronium Satyrico: *Allatæ ſunt*, inquit, *amphoræ diligenter gypſatæ, quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo*, FALERNVM OPIMINIANVM ANNORVM CENTVM. Hinc proverbiale illud dictum apud Ciceronem & Catullum, *homines de meliore nota.* Niſi ibi potius ad nummos reſpicitur, ut putat Scaliger, in quibus *Nota* eſt, quicquid inſcriptum impreſſumque eſt, das gepräge. Sic, *nummi malæ notæ*, quæ πονηρῦ κόμματος, ϰοράσημοι, &c. Ariſtophani, böſe geld. At vero Caſaubonus proverbiale illud DE NOTA MELIORE, ad illas notas refert, quibus in commendatitiis litteris Romani proceres utebantur. Nam cum propter ambitionem ſuam multos quotidie amicis provincias obtinentibus commendare cogerentur, ac ſæpe etiam vix leviter notos, ſerias commendationes a perfunctoriis diſtinguebant notâ appoſita, quæ convenerat. Vide Notas in Æneæ Tactici cap. 31. ¶ 5. *Notæ* etiam litteræ ſingulariæ ſunt ſine coagmentis ſyllabarum ad fallendum. Suetonius Cæſare cap. 56 *per notas ſcripſit.* Item Aug. cap. 88, qui locus præcipue videndus, itemque Gellius lib. 17 cap. 9 princ. ¶ 6. *Notam* pro nomine poſuit Ovidius 1 Faſtor. v. 596

Ille Numantina traxit ab urbe notam,

i. e. nomen. Loquitur de Scipione Æmiliano, qui Numantinus eſt cognominatus. Et Virg. 3 Georg. v. 158

Continuoque notas & nomina gentis inurunt.

¶ Nŏto, avi, atum, are, eſt inſignire aliqua re, ſive notam aut ſignum apponere, zeichnen, bemercken. *Notare res novis nominibus*, neue nahmen geben, Cic. de Fin. 3 cap. 2. *Notare res propriis appellationibus*, Senec. de Benef. 2 cap. 34; &, *Notarunt hoc annales*, Plin. 8 c. 51. Sic & *notari infamiâ, ignominiâ* dicimus, vid. Cic. 7 Philipp. cap. 9 &c. ¶ 2. Eſt videndo obſervare, wahrnehmen, in acht nehmen: ut, *Curſus rerum obſervando notatus eſt*, Cicer. de Divin. 1 cap. 56. *Memori pectore dicta notare*, die worte behalten, Ovid. Faſt. 3 v. 178. Item, *Notat & deſignat oculis ad cædem unumquemque noſtrûm*, Cicer. 1 in Catil. cap. 1. Et Statius lib. 1 Silv. 4 v. 39

quæ tum Patrumque Equitumque notavi
Lumina?

Frequenter hoc verbo uſus ita Petronius eſt: *Dum hæc diligentius audio, non notavi mihi Aſcylti fugam.* Item: *cum notaſſet ſibi lumen inter monumenta clarius fulgens* &c. ¶ 3. Significat & reprehendere. Horat. lib. 1 ſat. 3 v. 24

Stultus & improbus hic amor eſt, dignusque notari.

Ita & alibi videtur hoc a cenſorum nota petitum. ¶ 4. *Notare* eſt compendioſo ſcribendi genere excipere, quod dicitur & *notis ſcribere* & *accipere*, Quintil. procem. lib. 1. Vide ibi not. Variorum p. 3.

¶ Nŏtātus, a, um, gezeichnet, angemercket: ut, *digitis charta notata*, Ovid. Heroid. epiſt. 1 v. 62. *Notatum annalibus*, Plin. 8 c. 36. *Præſcriptum fronte notatum*, Martial. 3 epigr. 21. Vnde *Notatiſſimus* formavit Cicero pro Domo ſua cap. 9. *Omnium ſcelerum libidinumque maculis notatiſſimus L. Piſo*, ein berüchtigter.

¶ Nŏtābĭlis, e, præ aliis conſpicuus & inſignis, mercklich, kenntlich, ſcheinbarlich. Tacitus 3 Hiſt. cap. 54 *Notabilis conſtantia.* Item in Agricola c. 40 *Ne notabilis celebritate & frequentia occurrentium introitus eſſet.* Suetonius Cæſare cap. 45 *Etiam cultu notabilem ferunt.* Vbi & Caſaubonum licebit videre. Sic, *Quæ in habitu aut genere vitæ notabilia*, was in die augen fällt, Sen. epiſt. 5; &, *Conſpicuus cunctisque notabilis*, anſehnlich, Juvenal. ſatyr. 6 v. 374. Compar. *Notabilior*: Auct. Dialog. de Orator. cap. 8 *Quo ſordidius & abjectius nati ſunt, quoque notabilior paupertas*, &c.

¶ Nŏtābĭlĭter, adverb. mercklich, kenntlich. Plinius lib. 5 epiſt. 17 *Tam notabiliter pro fratre recitante primum metus ejus, mox gaudium eminuit.* Apulejus Apolog. p. 312 *Notabiliter cui obructare.* Suetonius Aug. cap. 87 *Quotidiano ſermone quædam frequentius & notabiliter uſurpaſſe eum, litteræ ipſius autographæ oſtentant.* Compar. *Notabilius turbantes*, Tacit. 1 Hiſt. c. 55.

¶ Notātio, ōnis, das gemerck, die bemerckung. Cic. Bruto cap. 17 *Eligant ea, quæ notatione & laude digna ſint.* Et mox c. 19 *Ego vero delector iſta quaſi notatione temporum.* Idem Offic. 3 c. 31 *Notationes animadverſionesque cenſorum.* *Notatio* etiam Ciceroni eſt, quæ ἐτυμολογία Græcis; aliis *veriloquium*: quod tamen eidem Ciceroni minus placet. Vide eum in Topicis c. 8.

¶ Notarius, i, qui per notas & compendia celeriter ſcribit: ipſa ars *Notaria* Fulgentio appellata. Vide Brodæum lib 4 Miſcellan. cap. 9. Scaligerum Auſonianis Lectionibus lib. 2 cap. 13, præcipue Lipſium Cent. 1 ad Belgas epiſt. 27. *Notariorum quem premit chorus*, Martial. 5 epigram. 53. conf. lib. 10 epigram. 62.

¶ Notācŭlum, i, idem quod ſignum, ein merckmahl. Minuc. Felix in Octav. c. 31 *Nos non notaculo corporis, ſed innocentiæ ac modeſtiæ ſigno facile dignoſcimur.*

Compoſita:

¶ Annŏto, āre, notam ad aliquid adjicere, zeichnen, anmercken. *Legere, annotare, excerpere aliquid ex libro*, Plin. lib. 3 epiſt. 5. *Indiſtincte atque promiſcue annotare*, Gellius præfat. *Hæc annotanda eſſe exiſtimavimus*, Idem lib. 19 cap. 1 extr. ¶ Eſt etiam inſcribere, titulum præſcribere. Lactant. lib. 5 cap. 3 p. 311 *Auſus eſt libros ſuos nefarios ac Dei hoſtes* Φιλαληϑεῖς *annotare.*

¶ Annotatus, a, um, angemerckt, aufgezeichnet. Plin. 2 cap. 25 *Spatium ſeptem dierum annotatum.*

¶ Annotatus, ûs, ſubſt. die anmerckung, aufzeichnung. Valer. Max. 9 c. 12 ext. 1 *Mortes dignæ annotatu.*

¶ Annotātio, ōnis, idem. Gellius præfat. *Facta in commentariis eadem diſparilitas, quæ fuit in annotationibus priſtinis.*

¶ Annotatiuncŭla, æ, dimin. eine kleine anmerckung. Idem lib. 17 extremo: *Finem proponere annotatiunculis.*

¶ Annotāmentum, i, idem quod annotatio. Idem Gellius lib. 1 cap. 7 *Veterum locutionum copiam his annotamentis inſperſimus.*

¶ Annotator, ōris, ein aufzeichner. Pro obſervatore maligno & inſidioſo, Plinius poſuit Panegyr. cap. 49; *Non*, inquit, *ante medium diem diſtentus ſolitaria cœna ſpectator annotatorque convivis tuis immines.*

¶ Circumnŏto, āre, umher bezeichnen. Apulejus lib. 11 Met. p. 269 *Quaqua viſeres, colore vario circumnotatis inſignibar animalibus.*

¶ Connŏto, are, pro ſimul notare, non reperitur.

¶ Denŏto, āre, idem quod ſimplex, indicare, zeichnen, bezeichnen. Cicero pro Lege Manil. cap. 3 *Mithridates uno nuntio atque una litterarum ſignificatione cives Rom. necandos trucidandosque denotavit.* Apud Tertullianum ſæpius arguere eſt, & velut culpæ notâ defigere, ut de Oratione: *Vno igitur genere aut vocabulo & Deum cum ſuis honoramus, & præcepti meminimus, & oblitos patris denotamus.*

¶ Denotatus, a, um, gezeichnet. Cicer. Acad. 4 cap. 18 *Res non habere denotatas.* Columell. 3 cap. 15 *linea conſpicuo colore denotata.* Compar. *Denotatior*: Tertullianus lib. 1 adv. Nation. cap. 10 *tanto denotatior ad contumeliæ morſum.*

¶ Denotātus, ûs, ſubſtant. die zeichnung, bedeutung. Tertullian. de Pallio cap. 4 *Quantum denotatui offert.*

¶ Denotatio, ōnis, idem. Idem Tertull. de Cultu Fœm. cap. 13 *Bonum ipſa denotatione ſui exultat.*

¶ Enŏto, āre, auszeichnen. Plinius lib. 1 epiſt. 6 *Meditabar aliquid, enotabamque.* Conf. lib. 6 epiſt. 16.

¶ Prænŏto, āre, ante notare, vorher bezeichnen, bemercken. Pallad. lib. 9 cap. 8 *Signo aliquo vicinæ ſtirpis aut arboris* (locum) *prænotabis.* ¶ 2. *Prænotare librum*, dem buche eine überſchrifft geben: Hieron. ad Cteſiph. adv. Pelag. cap. 2 de Evagrio Pontico: *librum Xyſti Pythagorei, hominis ubique Chriſtiani atque ethnici, immutato nomine Sixti Martyris, & Romanæ eccleſiæ epiſcopi prænotavit.* Et paullo poſt: *Fecerat hoc & in Sancti Pamphili Martyris nomine, ut librum primum ſex librorum defenſionis Origenis, Euſebii Cæſareenſis, (quem fuiſſe Arianum, nemo eſt qui neſciat,) nomine Pamphili Martyris prænotaret.* Auguſtin. lib. 8 de Civ. Dei cap. 14 *De qua* (amicitia Dæmonis) *usque adeo & ipſe Apulejus erubuit*, (ita legendum extrita negatione,) *ut de Deo Socratis prænotaret librum*, (antea dixerat: titulum eſſe voluit de Deo Socratis,) *quem appellare de Dæmone Socratis debuit.*

¶ Prænotātus, a, um, vorgebildet, item, tituliret. Prudentius in Romano v. 629 *Crux prænotata, crux adumbrata eſt prius:*
id eſt, in Veteri Teſtamento præfigurata. Apulejus lib. 11 Met. p. 268 *Libri litteris ignorabilibus prænotati.* Et Auguſtin. Retractat. 2 c. 14 *Liber hoc titulo prænotatus.*

¶ Subnŏto, āre, drunter zeichnen; ut, *Vultu digitoque ſubnotare*, Martial. lib. 6 epigram. 82. Et, *non ſobria verba ſubnotaſti*, hoc eſt, ſubſcripſiſti, Idem lib. 1 epigram. 28. *Subnotare libellos*, unterſchreiben, Plin. lib. 1 epiſt. 10.

¶ Subnotātio, ōnis, die unterſchreibung. Hieronymus præfat. in Evangelia, quæ epiſtola 123 ad Damaſum eſt, ſub fin. *Subnotatio canonum.*

Notabilis, notaculum, notare, notarius, notatio, Noteſco, vide paullo ante in *Nota*, & *Noſco*.

NŎTHVS, i, νόθος, ein hurkind. Quintilianus lib. 3 cap. 8 ſub fin. *Νόθον, qui non ſit legitimus, Græci vocant, latinum rei nomen, ut Cato quoque in oratione quadam teſtatur, non habemus: ideoque utimur peregrino.* Ariſtoteles Politic. lib. 6 cap. 4, & Plutarchus in Themiſtocle princ. tradunt, Athenienſibus γνησίυς cives appellatos, qui utrumque parentem Athenienſem habuiſſent; νόϑυς, qui patrem aut matrem peregrinam. Vid. Voſſ. lib. 1 Inſtit. Orat. p. m. 651. Virg. Æn. 9 v. 691 *Thebana de matre nothus.* Idem Æn. 7 v. 283 *Suppoſita de matre nothos creare.* Vet. Gloſſ. νόθος, *ſpurius.* Hinc

¶ Nŏthus, a, um, adjectiv. falſch, fremd, unehlich. Eleganter poëtæ *nothum lumen* tribuunt lunæ, i. e. peregrinum & alienum: quippe quod a ſole mutuatur. Catullus carm. ſeculari v. 15

Tu potens Trivia, & notho es
Dicta lumine luna.

Lucretius lib. 5 v. 575

Lunaque ſive notho fertur loca lumine luſtrans,
Sive ſuam proprio jactat de corpore lucem.

Sic Catullus carm. 64 in Aty v. 27 *notha mulier*, i. e. non vera, ſed mas caſtratus. Sic Aldus & Achilles Statius: At ceteri legunt *nova*.

Notia, notialis, Notificare, notio, notitia, notor, notorius, nōtus, vide mox *Nŏtus*, & ante *Noſco*

NŎTVS, i, νότος, auſter, der ſudwind, mittagswind; ab humiditate ſic dictus, quæ Græcis νοτὶς eſt. Ovidius 1 Metam. v. 264

madidis Notus evolat alis.

¶ 2. Poëtæ interdum pro quovis utuntur vento; ut Virg. Æneid. 3 v. 268 *Tendunt vela noti*, &c.

¶ Notius, a, um, adject. auſtralis, mittägig, a νότος, *Notus*, apud Hyginum lib. 1 cap. 5, & lib. 4 cap. 11 &c.

¶ Notia, æ, gemma, quæ cum humore ſeu imbre cadere dicitur, Plin. 37 cap. 10.

¶ Nŏtiālis, e, idem quod *Notius*. Avienus Phænom. v. 551

jacet in notialia nubila pronus.

Novacula, novalis, novare, novatio, &c. novellare, novellus, &c. quære paullo poſt in *Novus*.

NŎVEM, numerale indeclinabile, neun. *In novem & dies & libros diſtributus ſermo*, Cicer. ad Qu. fratrem lib. 3 epiſt. 5.

¶ Nŏvēni, æ, a, je neune. Livius lib. 27 cap. 37 *Decrevere Pontifices, ut virgines ter novenæ per urbem euntes carmen canerent.* Ovid. Metam. 12 v. 97 *Terga novena boum.* Plin. 3 cap. 7 *novenorum conceptu dierum.*

¶ Nŏvies, adverb. neunmahl. *Novies ſtyx interfuſa*, Virgil. 4 Georg. v. 480. *Hoc ter novies cantare jubet*, Varro lib. 1 de Re Ruſt. cap. 2 ſub fin.

¶ Nōnus, a, um, ordinale, der neundte. Horat. 4 od. 11 v. 1 *Nonum ſuperans annum.* Juvenal. ſatyr. 13 v. 28

Nona ætas agitur, pejoraque ſecula ferri
Temporibus, &c.

¶ Nōna, æ, una Parcarum appellata. Nam Latinis *tria Parcarum nomina* ſunt: *Nona, Decima*, (a nono atque decimo menſe, partus tempeſtivi tempore) & *Morta*, Gellius 3 c. 16.

¶ Nōnæ, arum, *νόναι*, ſex dies, qui primum in menſe ſequuntur, *Martio* ſc. *Majo, Junio*, & *Octobri*, in reliquis vero menſibus quatuor primum ſequentes dies, ſechs oder vier tage im monat. vid. Macrob. Saturn. 1 cap. 13. Dicimus autem, *Nonis* & *Nonarum*, ſive *ante Nonas*; *Pridie Nonarum* vel *Nonas*; *Nonæ Januariæ, Decembres*, &c. Dicuntur *nonæ*, quod ante nonum menſis diem ſint. His diebus populus ex agris in Vrbem conveniebat, in arce, ibique rex ſacrorum prædicebat ſingulas ferias menſtruas, de quibus vid. Roſin. Antiquitat. lib. 4 cap. 3.

¶ Nōnāginta, neunzig: ut, *Annos nonaginta natus Maſiniſſa*, Cicer. de Senectute cap. 10. *Nonaginta dies*, Auſon. Edyll. 14 v. 1 & 16.

¶ Nonagēſĭmus, a, um, der neunzigſte. Cicer. de Senect. cap. 5 *Iſocrates quarto & nonageſimo anno ſcripſiſſe dicitur.*

¶ Nonāgies, adverb. neunzigmahl. Cicer. in Verrem 5 cap. 70 *ferme ad nonagies ſeſtertiûm.*

¶ Nonagenārius, a, um, neunzigjährig: ut, *ſenex nonagenarius*, ein alter mann von 90 jahren. *Motus* (Martis ſtellæ) *nonagenarius*, Plin. lib. 2 cap. 15.

¶ Nōnārius, a, um, zur neundten zahl gehörig: unde *petulans nonaria*, meretrix, quæ a nona hora proſtat, apud Perſium ſatyr. 1 extrema. Vide ibi Interpretes.

¶ Nongenti, noningenties, vide ſupra *Centum.*

¶ Nŏvember, bris, menſis, der wintermond, id eſt, menſis hibernus. Wintermond eum appellavit Carolus M. & Saxones ſchlachtmond. Nomen apud Latinos accepit, quod a Martio, unde annum inchoarunt antiquitus, nonus ipſe eſſet. Auſonius in eclog. de Menſibus:

Sidera præcipitas pelago intempeſte November.

Et ibidem: *Septembri, Octobri autumnus totoque Novembri.*

Cato etiam *Novembris* recto caſu dixit apud Priſcianum lib. 6 pag. 696 *Menſe Octobri fecimus: Novembris reliquus erat.* Scilicet vera adjectiva ſunt menſium nomina, quibus, ſi nude ponuntur, *menſis* ſubauditur. Sicut ergo *pedeſter* & *pedeſtris*, *ſaluber* & *ſalubris* dicimus digniori genere: ita veteres etiam *November* & *Novembris*.

¶ Nŏvēnārius, a, um, der neundte, oder etwas geneundtes: ut, *Novenarius numerus*, apud Auſonium in præfat. Edyll. 11. Hunc Muſis ſacratum Plutarchus lib. 9 Sympoſiac. quæſt. 3, & Cenſorinus de die natal. cap. 14 tradiderunt. Sic, *Sulcus novenarius*, Plin. 17 cap. 11.

¶ Nŏvenſĭles quoque dii a *novenario* numero appellati videntur, quamquam alii a *novitate* malunt ita dictos. Sed quinam hoc nomine cenſendi veniant, ne quidem heic controverſiâ caret. Qui a *numero* nomen eorum repetunt, alius interpretatur novem in Sabinis apud Trebiam conſtitutos Deos; alius novem Muſas; alius Deos novem, quibus ſolis Jupiter poteſtatem jaciendi ſui permiſerit fulminis; alius non tam ad numerum novenarium, quam ad vim ejus reſpicit, quæ in movendis rebus potentiſſima ſemper habeatur & maxima: qua ratione parum referret, ſive novem eos numeremus, ſive plures paucioresve, modo maximæ cujusdam fateamur eſſe poteſtatis. Qui deflectunt id nominis a *novitate*, differunt & hi ſententijs. Eſt, qui novitatum præſides velit intelligi; eſt, qui numina peregrina, atque ſic nova; eſt, qui ex hominibus divos factos, ut Herculem, Romulum, Æſculapium, Liberum, Æneam. Intelliges hæc omnia ex Arnobii lib. 3 adverſus Gentes p. 122, qui ex hac inconſtantia vanitatem arguit ethnicæ religionis. Conſulendus & Varro lib. 4 de Ling. Lat. cap. 10, qui *Larem, Veſtam, Salutem, Fortem, Fortunam, Fidem, Novenſiles* vocat. Eſſe, qui *Novenſiles* appellatos putent, quod noviſſime in Deorum numerum recepti ſint, quaſi *noviſſime ſalientes*, prodit Gyrald. Syntagm. 1 Hiſt. Deor. f. 19, (cui confer Cæl. Calcagn. lib. 1 epiſt. 29, quem Voſſ. fol. 346 Etymol. non recte videtur intellexiſſe,) ubi addit, etiam *Novenſides* appellari. Qua de re Mar. Victorinum vide lib. 1 Art. Gramm. cap. de Orthograph. extremo: cui & hoc debemus, *Novenſiles* a Græcis *συνεννέα* dici.

¶ Novendĕcim, vide ſupra *Decem.*

¶ Nŏvendiālis, e, neuntägig: ut, *Novendiales feriæ*, quæ diebus novem celebrabantur, Cicer. 3 ad Q. frat. epiſt. 5. *Novendiale ſacrum*, quod defunctis fiebat nono, poſt ſepulturam, die, Livius lib. 1 cap. 31, & lib. 27 cap. 37, & 29 cap. 14. Vide Taubmanni Collectanea ad Plaut. Aulul. a. 2 ſc. 4. Lambin. ad Horat. epod. 17 p. 402. Lipſ. ad 6 Annal. Tacit. n. 18. Cerd. ad 5 Æneid. Virgil. v. 104. Petr. Gregor. Tholoſ. lib. 8. Comm. in Syntax. art. mirab. lib. 1 c. 10 p. 176. Apud Auguſtinum legas *Novendial* lib. 1 Qq. ſuper Geneſin cap. penult. (Tom. 4 oper. f. 125) *Neſcio utrum inveniatur, alicui ſanctorum in ſcripturis celebratum eſſe luctum novem dies, quod apud Latinos* Novendial *appellant. Vnde mihi videntur ab hac conſuetudine prohibendi, ſi qui Chriſtianorum iſtum in mortuis ſuis numerum ſervant, qui magis eſt in gentilium conſuetudine.* Sed reſcribendum videtur *Novendiale*, quod & Index Auguſtini repræſentat. Ad hunc ipſum Auguſtini locum reſpiciens Alcuinus *Novendialem diem* vocat lib. de div. offic. cap. 50 (oper. f. 1133) *Quod apud aliquos nonus dies celebrabatur, & vocabatur* Novendialis, *Auguſtinus in libro Quæſtionum redarguit, maxime cum nullus ſanctorum hoc feciſſe probatur; cum ſit conſuetudo gentilium.*

¶ Nŏvempŏpŭli, orum, Auſcorum metropolis in Aquitania. Auſon. Profeſſ. Burdigal. 20 v. 4

Te, Staphyli, genitum ſtirpe Novempopulis.

¶ Duodenonaginta, acht und achtzig, Plin. lib. 3 cap. 16.

¶ Vndenonaginta, neun und achtzig. Livius lib. 37 c. 30 *claſſis undenonaginta navium.*

NŎVERCA, æ, *mala, ſæva, injuſta, ſcelerata, dira, triſtis*, epitheta ſunt ejus apud poëtas, eine ſtieffmutter. Virgil. ecl. 3 v. 33

Eſt mihi namque domi pater, eſt injuſta noverca.

Loquendi formulæ notentur: *Novercam inducere liberis*, Plin. lib. 6 epiſt. 33, &, *ſuperducere*, Capitolin. in Marco extremo: vide *Superduco*. Heſiodus metaphorice Ἔργων extremo:

Ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ.

Ipſa dies quandoque parens, quandoque noverca eſt:

id eſt, Non omni die bene eſſe poteſt, ſed aliis diebus bene eſt, aliis male. ¶ *Flere ad novercæ tumulum*, eſt luctum ſimulare, cùm re gaudeas. De utroque vide Chiliadas. ¶ 2. *Novercæ* quoque dicebantur loca iniqua, aſpera, lapidum congerie rudia; alio nomine Canabula, Canabulæ. Vid. Jan. Guil. Lauremb. Antiquar. p. 65 voce *Canabula*.

¶ Nŏvercālis, e, adjectivum, ſtieffmütteriſch, feindlich: ut, *Odium novercale*, bitterer haß, Tacitus Annal. 1 cap. 6, ubi plura Marcellus Donatus. *Novercali animo in aliquem eſſe*, Trebell. Pollio in Herode Tyranno. Et Seneca Controv. Excerpt. lib. 4 Declam. 6 *Quid alterum novercalibus oculis intueris?* Avienus Phænom. Arat. v. 380 in Cancro: *Juno novercales ut ſemper proderet iras.*

¶ Nŏvercor, āri, ſævitiam novercæ exercere, ſtieffmütteriſch handeln, zuwider ſeyn. Gloſſ. Vet. *Novercari*, μητρυιάζειν. Sidon. Apollin. 7 epiſt. 16 *quorum imbecillitati quodammodo novercaretur.* Sic dicunt: *novercante fortuna*, quod improbat Voſſius 4 cap. 14.

Nōvi, noviſſe, vide paullo ante in *Noſco*.

NŎVIŎDŪNUM, i, Sueſſonum oppidum in Gallia, vulgo *Noyon*, de quo Cæſar B. G. 2 cap. 12. Alterum Galliæ Celticæ, in finibus Biturigum, cujus meminit Cæſar B. G. 7 cap. 12. Tertium Nivernenſium, in finibus Æduorum, vulgo *Nevers*. vid. idem Cæſ. eodem lib. c. 55.

NOVIOMĂGUM, vel Novomagum, i, multiplex eſt, & reddi poteſt Neuhauß, Neuburg. Nam poſteriorem partem *Magum* priſcorum Gallorum linguâ domum ſignificaſſe, aſſerit Beatus Rhenanus Rer. Germ. lib. 3. Inſignis urbs Geldriæ *Noviomagum* ad Vahalim, vulgo Niemägen. Auſon. Moſellæ v. 11

Novomagum, divi caſtra inclyta Conſtantini.

NŎVUS, a, um, νέος, recens, neu; ut, *Luna nova*, &c. *Nihil novi auditur*, Cicer. 8 ad Attic. epiſt. 14, man höret nichts neues. *Res nova & inuſitata*, Idem ad eumd. lib. 3 epiſt. 24. *Novo modo contumelias facere*, Terent. in Phorm. a. 5 ſc. 7 v. 79. Et, *Nova ars*, Nepos Milt. cap. 5 n. 3, & *novum conſilium*, apud eumdem Eumene cap. 8 n. 4 eleganter dicitur, ſignificatione inventi tam ſolliciti, quam neceſſarii ¶ In illo Virgilii eclog. 3 v. 86

Pollio & ipſe facit nova carmina.

Servius NOVA, *magna mirandaque* interpretatur. Conf. Barth. ad Claudian. p. 1101 & 1102. ¶ 2. *Homines novi* dicebantur, qui nullos claros majores habuerant, quique ipſi primi lucem generi ſuo intulerant, & publicas dignitates in urbe erant aſſequuti. Cicero ad T. Fadium lib. 5 epiſt. 18 *adeptus es, quod non multi homines novi: amiſiſti, quæ plurimi homines nobiliſſimi.* Vide Plutarchum Catone Majore principio: itemque Bœclerum ad Vellej. 2, 128, 1 p. 245. Roſin. Ant. Rom. 1 cap. 89 p. 99, & Sigon. de Ant. jure Civ. Rom. 2 cap. 20. ¶ 3. *Res nova*, mutatio ſtatus publici, rebellio. Sic, *Novis rebus ſtudere*, Cicer. 1 Catil. cap. 1. *Nova* vel *novas res moliri*, Vellej. 2, 125, 1, & c. 129 n. 2. *Novarum rerum auctores*, aufwiegler, Idem 2, 19, 1.

¶ Nŏviſſĭmus, a, um, poſtremus, quod quæ recenter fiunt, ultimum locum habent, der letzte, euſerſte. *Eſſe in noviſſimis*, einer von den letzten ſeyn, Cicer. pro Roſc. Comœdo cap. 11. Vſus & aliis locis, uti notant Andreas Schottus lib. 3 Nodorum Cicer. cap. 17. Muretus Comment. in Catull. epigramm. de Faſelo pag. 22, & Franciſc. Florid. Sabin. lib. 1 Lect. ſubciſ. c. 2, apud Grut. Tom. 1 Lampad. Crit. p. 1022. Philipp. Carol. animadv. in Gell. p. 433, contra Gellium, qui hanc Ciceroni vocem abjudicat lib. 10 c. 21. Adde Borrich. Vind. p. 145 & 175. Vſi eâ & alii Ciceronis æquales, ut ſunt, M. Cato, M. Varro, C. Cæſar, Sueton. Cæſare c. 19 & 39, C. Salluſtius, &c. Virgilius quoque lib. 6 Æneid. v. 231, & Catullus epigram. de Faſelo. Ovid. lib. 3 Metam fab. de Narciſſo v. 361

Reddere de multis ut verba noviſſima poſſet.

Quintil. lib. 2 cap. 1 *Hinc accidit, ut, quæ alterius artis prima erant opera, facta ſint alterius noviſſima.* Conf. Voſſ. lib. 4 Inſtit. Orat. p. 17. *Noviſſimo tempore*, Nepos Eumene c. 1 n. 6, i. e. ultima ætate, zuletzt.

¶ Nove & Nŏvĭter, adverbia, auf neue art. Auctor ad Herenn. li. 1 cap. 9 *Ne quid ambigue, ne quid nove dicamus.* Apulejus ineunte lib. 3 Dogm. Plat. *Nova, uſitata, nove proferre.* Inſcriptio Romana apud Gruter. p. 171 n. 7, (ex ſeculo, ut Reineſius judicabat, Chriſtiano quarto, ſive anno 376) BASILICAE NOVITER REPARATAE. Ex Plinii Paneg. cap. 34 etiam vulgo accerſitur, ſed *non iter*, ibi pro *noviter* legendum. Fulgentius lib. 3 Mytholog. c. 1 *Amor noviter venit.*

¶ Nŏviſſime, ad poſtremum, jüngſtens, neulichſt: Plancus Ciceroni lib. 10 fam. epiſt. 24, zuletzt. Quintilian. lib. 2 c. 10 *Quæ ut ex omnibus noviſſime eſt inventa, ita eſt multo utiliſſima.* Conjunguntur primum, deinde, noviſſime, zum erſten, ferner, endlich oder letzlich: *Dicam primum, quemadmodum in iram non incidamus; deinde, quemadmodum ab illa liberemur; noviſſime, quemadmodum iraſcentem retineamus, placemusque*, Senec. lib. 3 de Ira c. 5. Geminus locus eſt Plinii lib. 7 epiſt. 17. Vid. de hac voce Borrich. Vind. p. 144.

¶ Nŏvellus, a, um, diminutivum, jung: ut, *Arbor novella*, Cicero de Finib. lib. 5 c. 14. *Vitis novella*, Virg. eclog. 3. Opponitur veteri: Varro de Re Ruſt. lib. 2 c. 23 *Novella* (ætas caprini generis) *quam vetus utilior.* Et, *Novellum imperium*, i. e. recens inſtitutum, apud Vopiſcum in Tacito, principio. *Novellas animas*, de pueris Prudentius dixit de Epiphan. v. 112.

¶ Novellĭtas, ātis, die neuigkeit. Tertull. adv. Prax. c. 2 *Tam ipſa poſteritas omnium hæreticorum, quam ipſa novellitas Praxeæ heſterni.* Conf. de Anima cap. 28.

¶ Nŏvello, are, novas vites pangere, wein anlegen. Suetonius Domitiano c. 7 *Edixit, ne quis in Italia novellaret.*

¶ Novellaſter, a, um, gar neu, allzujung. Marcell. Empir. cap. 8 *Vinum optimum, ſed novellaſtrum.*

¶ Novel-

¶ Nŏvellētum, i, vinea novella, apud Paullum JCt. lege 6 de impensis in rebus dotalibus factis, eine reben-schul, ein neugepflantzter weinberg. Gloss. Vet. *Novelletum*, νεοφυτεῖον.

¶ Nŏvītas, ātis, cujus *naturâ avidos homines esse*, Plinius dixit lib. 12 c. 1, die neuerung. *Rei novitate perculsus*, Cicero 1 Divin. cap. 42. *Grata novitas*, vide Chiliadas. *Gratiam novitatis exuere*, alt, abgeschmackt werden, Plin. lib. 1 epist. 2. Plural. *Novitatibus excitari*, ibidem epist. 4. Et Ammianus lib. 22 cap. 2 *Solet fama novitates augere.* Seneca epist. 11 *Novitas rei, etsi non concutit, movet*, die ungewohnte sache. Vellej. 2, 127, 1 *Novitas familiæ.* Virg. Æn. 1 v. 563 *Regni novitas.* Ovid. Fast. 1 v. 160

Hæc anni novitas jure vocanda fuit.

¶ Nŏvītius, a, um, gantz neu; ut, *puellæ novitiæ*, Terent. Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 34, i. e. imperitæ & simplices. *Novitium inventum*, ein neuer fund, Plin. lib. 17 cap. 21. ¶ Servi etiam venales *novitii* dicti, neulinge. Cicero Orat. in Pisonem pr. *Syrum nescio quem de grege novitiorum*, i. e. venalium. Quintil. lib. 8 cap. 2 *Item, quod commune est, & aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur: ut VRBEM, Romam accipimus: & VERNALES novitios* &c. Nam recens capti bello & pro servis venundati, novitii erant ac ministeriorum servilium rudes. Plaut. Capt. a. 3 sc. 5 v. 60

Quid tu unâ nocte postulavisti & unâ die
Recens captum hominem, nuperum & novitium
Te perdocere. conf. Juvenal. sat. 3 v. 265.

¶ *Adnovitium ærario*, quem Sim. Bosius 12 ad Attic. epist. 21 asseruit, & Gruterus quoque retinuit, explosum vide a Grævio τῷ πάνυ, ad eamdem epistolam.

¶ Nŏvītiŏlus, a, um, ein wenig neu; ut, *novitiola paratura*, Tertull. Apolog. cap. 47. Apud eumdem de Pœnit. cap. 6 sunt *novitioli, qui incipiunt divinis sermonibus aures rigare*, &c.

¶ Nŏvo, avi, atum, are, erneuen, neu machen; ut, *Agrum novare: Ager novatus*, novalis, Cicer. de Orat. lib. 2 cap. 30. Idem lib. 3 de Legibus cap. 5 *Nihil habui, quod putarem novandum in legibus*, hoc est, immutandum, ändern oder anders setzen. *Requies fessa membra novat*, Ovid. Heroid. epist. 4 v. 90. *Fortuna fidem mutata novavit*, Virg. 5 Æn. v. 604. *Novare* enim est, pristinam formam mutare; vide paullo post in *Novacula.* Manilius lib. 4 v. 580

Scilicet in piscem sese Cytherea novavit.

Sic, qui præsenti statu rerum contenti non sunt, & novis rebus student, *novare* dicuntur. Curtius lib. 7 cap. 7 *Haud dubium, quin eorum operâ redigi possent in potestatem, coërcendos, qui novaverant.*

¶ Nŏvātus, a, um, erneuert; ut, *Novata vox & facies*, Ovid. Met. 2 v. 674. *Vulnus novatum*, Idem Remed. am. v. 729. ¶ 2. *Novatus*, subst. nomen hæretici, de quo Prudent. Perist. 4 v. 19 & 29.

¶ Novatus, ûs, mutatio, neuerung, änderung. Auson. Edyll. 14 v. 39

Tot species, tantosque ortus, variosque novatus
Vna dies aperit: conficit una dies.

¶ Nŏvātio, ōnis, idem. Gloss. Vet. *Novatio*, καινισμός. Scævola JCt. Lege 57 Dig. de administr. & peric. tutor. *ad novationem faciendam cogere.* Et Tertull. 4 adv. Marc. cap. 1 *Luce ipsa clarius novatio prædicatur.*

¶ Novāmen, ĭnis, idem. Idem Tertullianus lib. 1 adv. Marc. cap. 20 usus est: *Hoc novamen, illas vetustates* &c.

¶ Novator, ōris, ein neuling, neumacher. Gellius lib. 1 cap. 15 Sallustium *novatorem verborum* dixit. Gloss. gr. lat. καινοποιὸς, *novator.*

¶ Novatrix, īcis, eine neumacherin. Ovid. lib. 15 Metam. v. 252

rerumque novatrix
Ex aliis alias reparat natura figuras.

¶ Nŏvācŭla, æ, culter tonsorum, quod novet seu mutet formam pristinam, radendo puta, ein scheermesser. Nam veteres *novare membra* pro radere dicebant, ut Scaliger in Ætnam Severi v. 57 observat. Cic. lib. 1 de Divin. cap. 17, & Liv. lib. 1 cap. 36 *cotem* alicubi *novaculâ esse discissam*, prodiderunt. Græcis est ξυρὸς, ut in dicto illo Theocriti, Βέλτιον ἐπὶ ξυρῷ, ἢ ὄγκῳ βαίνειν; hoc est, *præstat super novacula, quam super fastu ingredi.* Hoc enim in dicto additum est, μετὰ πϱολήψεως, cum præsumtione. *Novacula in cotem incidit*, vide *Cos.*

¶ Nŏvālis, e, primùm agrum significat requietum, qui annis alternis conseritur, brachland, brachacker, Virgilio auctore Georg. 1 v. 71

Alternis idem tonsas cessare novales.

Servius ad hunc locum: TONSAS NOVALES, *agros messos. Dicimus autem & has novales, & hæc novalia.* Ager vero qui singulis annis reseritur, *restibilis* est, ein acker den man alle jahr besäet. ¶ 2. Deinde agrum notat, ubi silva excisa, atque nunc primum proscissum, neu land acker. Servius ad d. l. Virg. Georg. 1 v. 71 *Proprie Novales sunt arva primum proscissa, & primùm segetem ferentia.* Sic Virg. eclog. 1 v. 71 *Impius hæc tam culta novalia miles habebit?*

Vide & ibi Servium, & Taubm. p. 12.

¶ Novensiles, vide in *Novem.*

Composita a *Novus:*

¶ Dēnuo, adverb. quasi *de novo*, de integro, rursus, aufs neue, von neuem, von forn an: ut, *Denuo recitare*, Cicer. Verrin. 3 cap. 14. *Ædificantur ædes totæ denuo*, Plaut. Mostellar. a. 1 sc. 2 v. 36. *Denuo rebellare*, Livius lib. 10 cap. 31.

¶ Enŏvo, are, idem quod *novare*, erneuern. Cic. Acad. 1 cap. 3 *Hæc ne obsolescerent, enovabam, cum licebat, legendo*; alii *renovabam.*

¶ Enovatus, a, um, erneuert. Petronius p. 107 in carmine:

Et pictis anas enovata pennis.

Alii *enotata* malunt: vide Interpretes.

¶ Innŏvo, are, verneuern. Cic. in Pison. cap. 36 extremo: *Quo te modo ad intemperantiam scelerate innovasti?*

¶ Innovātio, ōnis, die erneuerung. Apulejus in Trismeg. p. 95 *Ordo & tempus innovationem omnium rerum, quæ in mundo sunt, per alternationem faciunt.* Et Tertullian. principio lib. 1 contra Marcionem: *Emendationis* (libri) *necessitas facta est: innovationis ejus occasio aliquid adjicere persuasit.* Arnobius lib. 1 p. 7 *Rerum innovatio.* Idem lib. 3 p. 104 *successionis perpetuæ innovatione durare.*

¶ Innŏvator, ōris, ein erneuerer. Gloss. gr. lat. καινιστής, *innovator.*

¶ Rĕnŏvo, are, wiederum verneuern; ut, *Renovare & instaurare*, Cic. 2 Verr. cap. 4. Et, *Animus renovatur*, Hirt. B. African. cap. 18. *Animum a fatigatione renovare*, Quintil. lib. 6 cap. 3 pr.

¶ Renovatus, a, um, verneuert. Cic. de N. D. 2 cap. 23 *Honoris templum a M. Marcello renovatum.* Ovid. Met. 1 v. 110 *Renovatus ager.* Idem Met. 7 v. 215 *Succi, per quos renovata senectus*
In florem redeat, primosque recolligat annos.

¶ Rĕnŏvātio, ōnis, die verneuerung. Cic. lib. 11 fam. epist. 18 *Renovatio timoris magnam molestiam affert.* Idem de Clar. Orat. cap. 71 *Consolari se usurpatione & renovatione doctrinæ.*

¶ Renovāmen, ĭnis, idem, apud Ovidium 8 Metam. v. 729

& in hoc renovamine mansit.

¶ Renovatīvus, a, um, verneuernd; ut, *Renovativum fulgur*, apud Festum, cum ex aliquo fulgure factum est simile fulgur.

¶ Renovator, ōris, ein verneuerer, in Inscript. apud Fabrett. pag. 102 INSTITVTORI NOVOR. AC RENOVATORI OBR. OPERVM PVBLICORVM.

¶ Renŏvello, are, erfrischen, verjüngen. Colum. de Arbor. cap. 6 *Vinea factis sulcis optime sternitur atque ita renovellatur.*

NOX, noctis, die nacht; ut, *Nocte latent mendæ*, Ovid. 1 de Arte am. v. 249, des nachts sind alle kühe schwartz. Cic. lib. 4 ad Attic. epist. 3 *Milo media nocte magna manu in campum venit*, um mitternacht. *Nocte concubia*, Idem 1 de Divinat. cap. 27, wenn die leute im tieffesten schlaff liegen. Et, *Multa de nocte profectus est ad Cæsarem*, Idem ad Attic. lib. 7 epist. 4, da es schon tieff in die nacht war. Sic, *Nox provecta, adulta*, weit in die nacht, über mitternacht. Tacit. 13 Annal. cap. 20 *Provecta nox erat, & Neroni per vinolentiam trahebatur.* Idem 3 Hist. cap. 23 *Adulta nocte, luna surgens ostendit acies.* Sed, *Nox obducta*, est, valde tenebrosa, apud Nepotem Hannibale cap. 5. *Illum nox oppressit*, Cic. de Senect. cap. 14, die nacht hat ihn überfallen. *Noctem insomnem ducere, peragere, noctem pervigilare*, Cic. pro Rosc. Amer. cap. 35. Ovid. 1 de Arte am. v. 735

Attenuant juvenum vigilatæ corpora noctes.

Eleganter Apulej. lib. 1 Miles. *Noctem in diem ire* dixit, quum jam lucescit, wenn es taget. *Noctes diesque: Noctesque & dies*, tag und nacht, Plaut. & Terent. ¶ *In nocte consilium*, ἐν νυκτὶ βουλή, celebre apud Græcos proverbium fuit, admonens consilium non præcipitandum. Germani sic, wir wollens heinte beschlaffen, kömmt zeit, kömmt rath. ¶ 2. Tralate *Nox* pro cæcitate mentis, sive ignorantia poëtis sumitur. Ovid. lib. 6 Metam. v. 472

Proh superi, quantum mortalia pectora cæcæ
Noctis habent!

¶ 3. Item, pro concubitu & furto Venereo. Plaut. Trinum. a. 2 sc. 1 *Nox datur.* Et Apulejus Apolog. *Magno quidem pretio noctium computarat.* Sic, *promittere, condicere noctem*, Ovid. de Remed. amoris lib. 2 v. 123. Et ita poëtæ passim. Terent. Heaut. a 2 sc. 3 v. 124

miserum quemdam offendi ibi militem
Ejus noctem orantem.

¶ 4. Ponitur & pro morte, vel mortuorum statu, quod in tenebris degant. Vnde illa apud Plautum: *Stat ante tenebras, persequi tenebras*: i. e. mortem oppetere. Cicero 1 Tuscul. cap. 40 *Quam multi dies reperiri possunt, qui tali nocti anteponantur, cui similis futura est omnis perpetuitas consequentis temporis?* Horat. lib. 1 od. 4 v. 16

Jam te premet nox, fabulæque manes.

Et od. 28 v. 15 *Omnes una manet nox,*
Et calcanda semel via leti.

Hinc inferos, mortuorum sedem; *sine sole domos*, Virgilius dicit 6 Æn. v. 534. Sic apud Catull. carm. 5 v. 6

Nox est perpetua una dormienda.

¶ 5. *Nox* etiam inter Deas culta, eique gallus sacrificatus. Ovid. Fast. 1 v. 455 *Nocte Deæ Nocti cristatus cæditur ales.*

¶ 6. *Nox* pro noctu antiqui dixerunt, ut Macrobius lib. 1 Saturn. cap. 4 ex XII Tabularum lege probavit: SEI NOX FVRTVM FACTVM ESIT &c.

¶ Noctu, i. e. nocte, bey nacht; ut, *Die noctuque tentare*, Sallustius Jugurth. cap 38. *Die noctuque fatigare animum*, ibidem cap. 70. *Noctu ambulabat in publico Themistocles*, Cic. lib. 4 Tuscul. cap. 19. Videtur ablativus casus prisci obsoletique nominis esse. Vnde *hac noctu, qua noctu, concubiâ noctu*, ex Ennio Macrobius profert lib. 1 Saturn. cap. 4, & ex Quadrigario *de noctu*, ibidem.

¶ Noctua, æ, γλαύξ, sic dicta a tempore noctis, quo canit & volat, quia lucifuga est, & quia *seros exercet noctua cantus*, ut Virg. ait 1 Georg. v. 402, ein kautz, käutzlein. Nam *ululæ* seyn die grossen nacht-eulen, vide *Vlula.* Sic, *Noctua aurita*, ein ohr-kautz. *Noctua saxatilis*, stein-kautz, Gesner. ¶ *Noctuas* (non ululas,) *Athenas*, prov. subaudi mittere, γλαῦκας εἰς Ἀθήνας, wasser in den brunnen tragen. Vsus est Cicero ad Qu. fratr. lib. 2 epist. 15 extr. item lib. 6 fam. epist. 3, & lib. 9 epist. 3. ¶ *Noctua inter cornices*, proverb. aliud, ubi stupidior aliquis in petulantes ac dicaces incidit, die eule untern krähen.

¶ Noctuābundus, a, um, noctu vagens, vel iter faciens, nachtschwermend. Cic. lib. 12 ad Att. ep. 1 *Cum complicarem hanc epistolam, noctuabundus ad me venit cum epistola tua tabellarius.*

¶ Nocturnus, a, um, nächtlich; ut, *Horæ nocturnæ*, Cic. pro Rosc. Am. cap. 7, nacht, oder nächtige stunden. *Labores diurni, nocturnique*, Idem de Senect. cap. 23. Et, *Quies nocturna*, Seneca Hippol. v. 100.

¶ Nocturnus, i, substant. apud Plaut. Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 116, sive ut ex Augustino & Capella volunt quidam, *Nocturninus*, Deus noctis. Dalechamp. ad Plin. lib. 2 cap. 20 p. 70. ¶ 2. Item Vesper, apud Statium Theb. 6 v. 240, ubi Lucifero *Nocturnus* opponitur. vide Turneb. lib. 24 Advers. cap. 27.

¶ Nocturnalis, e, idem, ut *nocturnus*, sicut ab Æternus, *Æternalis*; a Perpetuus, *Perpetualis*; a Vernus, *Vernalis*, sequiore saltim ætate, derivatum fuit, de quibus suo loco invenies. Alcimus Avitus epist. 33 *in contenebrati recessu nocturnali habitatione.* Et Sidonius 7 epist. 16 *per quos nocturnalem cucullum transmisi.*

¶ Noctu-

¶ Noctuīnus, a, um, niger, tenebricosus, schwärtzlich, finster. Plaut. Curc. a. 1 sc. 3 v. 35 *Tune cum noctuinis oculis*. Sic & *nocturna ora* dixit Idem in Pœn. a. 1 sc. 2 v. 107.

¶ Noctius, a, um, nocturnus, nächtlich. Lucret. 6 v. 1218 *Nec noctia secla ferarum Exibant silvis*. vid. Barthii Advers. 1 cap. 9.

¶ Noctesco, ĕre, nacht werden, finster werden. Ex Furio Antiate Gellius 18 cap. 11 *Omnia noctescunt tenebris* &c. Nonius cap. 2 n. 591 per *Cæcari* exponit.

¶ Noctĭcŏla, æ, ein nacht-liebhaber. Prudent. Hamart. v. 634 *Noctícola Indus*, qui ob diurnum calorem noctem amat & tenebras.

¶ Noctĭcŏlor, ōris, ater, schwartz, finster. Ausonius Technopæg. de Diis v. 11 *noctícolor Styx*.

¶ Noctĭfer, a, um, noctem afferens: Item, Vesper, der abend-stern, apud Catull. carm. 63 v. 7

Æthereos ostendit noctifer ignes.

Et Calpurnius ecloga 5 extrema:

Frigidus æstivas impellit noctifer boras.

¶ Noctĭlūca, æ, pro luna, der mond, apud Horat. lib. 4 od. 6 v. 38. Ita & Veneris stella appellata, cum Hesperus est. vid. Dalech. ad Plin. lib. 2 cap. 8 p. 68. ¶ 2. Varro pro *lucerna* posuit in Bimarco, ut observat Scalig. in Conjectan. ein nacht-licht.

¶ Noctipūga, orum, obscena significant Lucilio, quod noctu pungant atque excitent Venerem. Ita Calepinus legit apud Festum.

¶ Noctĭvăgus, a, um, zu nacht umhergehend. Lucret. 5 v. 1190 *Noctivagæ faces cæli*, die sterne. Et Statius 10 Theb. v. 152 *Noctivagi vis blanda Dei*.

¶ Noctĭvĭdus, a, um, noctu videns, zu nacht sehend; ut, *Noctivida ales*, noctua, Martian. Capella princ. lib. 6 in metro.

¶ Noctuvigĭlus, a, um, noctu vigilans, zu nacht wachend, schlaffloß. Sic *Noctuvigilam Venerem* Plautus dixit Curcul. a. 1 sc. 3 v. 40, quia Venus amat pervigilia & amatores insomnes noctes ducunt. Eodem modo Seneca epist. 83 format *Somnum intervigilum*.

Composita ab initio:

¶ Abnocto, are, integram noctem abesse, foris pernoctare, zu nacht ausbleiben. Martianus JCtus l. 15 D. de officio præsid. *Nequis provinciam regit, fines ejus excedat, nisi voti solvendi caussa, dum tamen abnoctare ei non liceat.* Seneca de Vita beata cap. 26 *Poëta Jovem adulterum induxit, & abnoctantem.* Tribunis plebis *jus abnoctandi ademtum* scribit Gellius lib. 13 cap. 12. Sic enim est in codicibus emendatis, pro quo perperam in edit. Basil. Henric Petrinâ legitur, *jus ad se vocandi*.

¶ Æquinoctium, æquinoctialis, vide supra in *Æquus*.

¶ Binoctium, i, spatium duarum noctium, zwey nächte. Tacitus 3 Annal. cap. 71 n. 4 *Vt plus quam binoctium abesset*. Adde Ammian. 30 c. 2.

¶ Pernox, ctis, nomen omnis generis, die nacht hindurch währeud, über nacht stehend. Livius lib. 5 cap. 28 *prælium ante lucem, sed luna pernox erat, commissum est*, der mond hat die gantze nacht geschienen. Adde lib. 21 cap. 49. Et Ammianus lib. 31 cap. 2 *quivis pernox & perdius emit & vendit*.

¶ Pernocto, are, über nacht bleiben, schlaffen. Cic. pro domo sua cap. 30 *propter inopiam tecti in foro pernoctare.* Idem pro Arch. cap. 7 *studia pernoctant nobiscum, peregrinantur.* Et 2 Tusc. cap. 17 *Pernoctant venatores in nive.*

¶ Pernoctātio, ōnis, die nacht-ruhe. Ambrosius Sermone 90 de passione Agnes p. 394 *Dum parentes beatæ Agnes assiduis pernoctationibus vigilarent ad sepulcrum ejus.*

¶ Trinoctium, i, spatium trium noctium, die zeit von drey nächten. Fabius Pictor apud Gellium lib. 10 cap. 15 *De eo lecto trinoctium continuum non decubat.* Ipse Gellius lib. 3 cap. 2 *non posse impleri trinoctium.* Ammianus lib. 16 cap. 26 *per triduum & trinoctium flumen transisse Germanos.*

¶ Trinoctialis, e, dreynächtig. Martialis lib. 12 epigr. 78 *trinoctiali domicœnio.*

NOXA, & Noxia, æ, a *nocendo*, omne delictum, die schuld, verwirckung, mißhandlung; Item, omne damnum, læsio, der schade, die verletzung. Fronto facit discrimen, ut NOXA culpam; NOXIA culpæ pœnam significet. Sed utrumque idem significat; & *noxia* pro *noxa* per epenthesin dicitur. Donatus ad illud Terentii Phormione a. 1 sc. 4 extr. *Meministin' olim, ut fuerit vestra oratio,*

In re incipiunda ad defendendam noxiam:

NOXIAM, inquit, *nunc* culpam: *alias* pœnam. *Et est ἐπένθεσις, ab eo, quod est*, Noxam: *Et hoc factum est propter jambum.* Idem Comicus Eunuch. a. 5 sc. 2 v. 3 *Vnam hanc noxiam mitte:* id est, mitte, condona culpam. *Noxam admittere*, Lege 41 § 3 de Furtis. *Noxâ aliquem liberare*, Quintil. lib. 5 cap. 12, der straffe entledigen. *Noxæ esse cui*, Liv. lib. 34 cap. 19, schädlich seyn. *In noxa esse*, Ter. Phorm. a. 2 sc. 1 v. 36, schuldig und sträfflich seyn. *Noxiam remittere*, Plautus Mostell. scen. ult. v. 47, die schuld verzeihen. Cic. de Legibus lib. 3 cap. 4 *Noxiæ pœna par esto.* Sunt, qui *Noxiæ* vocabulum non latinum censent, contra quos disserit Jacob Nicol. Loens. lib. 5 Epiphyllidum c. 11. Pro quo etiam sunt Terentius, & Donatus, & Nonius c. 5 n. 67. De læsione Columella 1 cap. 6 *A noxa curculionum fruges defendere.* Celsus 7 cap. 26 *Eodem unco sine ulla noxa educitur.* Seneca epist. 9 *Sine noxa per medios ignes transire*, unverletzt, unversehrt durchs feuer gehen. Tacit. Annal. 15, 34, 1 *Sine ullius noxa theatrum collapsum est.*

¶ Noxitūdo, ĭnis, die schädlichkeit, die verschuldung, obsoletum, Accii est apud Nonium cap. 2 n. 576 *Noxitudo obliteretur Pelopidarum.*

¶ Noxiālis, e, quod a noxa est, tùm quod noxam affert, sive nocet, zur schuld gehörig, schädlich. Apud Prudentium legitur Cathem. 9 v. 18 *Lex noxialis.* Et hymno Mamerti: *Pange lingua gloriosi* &c. v. 5

Quando pomi noxialis morte morsu corruit.

¶ Noxalis, e, idem. Lege 1 Dig. Si ex noxali caussa, *noxalis actio:* & Lege 3 eodem tit. *judicium noxale.*

¶ Noxius, a, um, criminis compertus, nocens, schuldig, schädlich. Lactantius lib. 4 cap. 18 de Christo Salvatore nostro: *Suspenderunt eum inter duos noxios medium, qui ob latrocinia damnati erant*, zwischen zweyen übelthätern. Vbi vim habet substantivi. Sic Nepos 10, 10, 1 *Nonnulli pro noxiis conciduntur.* Tacit. Ann. 5, 11, 2 *Noxius conjurationis.* Adjective usurpatum passim reperies; ut, *crimina noxia*, Virg. Æn. 7 v. 326. *Noxia tela*, Ovid. Trist. 5 eleg. 10 v. 22. *Noxissimum animal*, supremo gradu, Seneca dixit lib. 1 de Clement. cap. 26. In scriptis libris est etiam *noxiosissimum*, nec id male, ut censet Lipsius. * *Noxii* proprie dicebantur, sententia judicis ad gladium, bestias, vel in metallum damnati, vid. Gronov. 1 observ. 8. *Grævius.*

¶ Noxiōsus, a, um, idem. Seneca epist. 70 sub finem: *Animi perditi noxiosique.* De Superl. *noxiosissimus* apud eumdem in *Noxius* modo dictum fuit. Reperitur etiam apud Petronium p. 178 *Noxiosissimum corpus.*

Composita:

¶ Innoxius, a, um, qui minime nocet, unschädlich, unschuldig. Plaut. in Capt. a. 3 sc. 5 v. 7 *Decet innocentem servum atque innoxium, confidentem esse.* Corn. Nepos extrem. Milt. *Maluit populus eum innoxium plecti, quam se diutius esse in timore.*

¶ Innox, ŏcis, i. e. innocens, unschuldig. Gloss. lat. gr. *Innox, ἀβλαβής.* conf. Salmas. ad Solin. p. 325.

¶ Obnoxius, a, um, unterworffen; ut, *obnoxius injuriis, crimini, ludibriis*, hoc est, expositus. Plinius lib. 3 epist. 14 *Vides, quot periculis, quot contumeliis, quot ludibriis simus obnoxii.* Sic dicimus: *Obnoxia ærumnis multis.* *Obnoxia corpora*, pro valetudinariis, Plin. 31 cap. 6. Suetonius Domitiano cap. 12 *Sed cum obnoxium se barbaris per hoc animadverteret*, i. e. expositum barbarorum incursionibus. ¶ Item, qui aliis devinctus est, & aliquid debet, verpflichtet, verbunden, unterthänig: vide Gell. lib. 7 cap. 17. Itaque *libero* interdum opponitur. Plaut. Bacch. a. 5 sc. 2 v. 80 *Ne obnoxius filio sim & servo.* Terent. Hecyr. a. 3 sc. 1 v. 22 *Tum uxori obnoxius sum, ita olim suo me ingenio pertulit.* Livius 23 cap. 12 *Si reticeam, aut superbus aut obnoxius videar: quorum alterum est hominis alienæ libertatis obliti, alterum suæ.* Seneca lib. 3 de Benefic. cap. 20 *Corpora obnoxia sunt, & adscripta dominis; mens quidem sui juris.* conf. Parei Lex. Plaut. p. 822. Hinc

¶ Obnoxie, adverb. i. e. serviliter, knechtisch, pflichtmäßig; ut, *obnoxie dicere sententias*, Liv. lib. 3 cap. 39 pr. conf. Plaut. Stich. a. 3 sc. 2 v. 41.

¶ Obnoxiōsus, a, um, unterwürffig, zugethan, apud Plautum legitur Trin. a. 4 sc. 3 v. 31 *Magis quîs sunt obnoxiosi, quam parentes* (subditi) *liberis.*

¶ Obnoxiose, adverb. idem, apud eumdem Epidic. a. 5 sc. 2 v. 30.

¶ Obnoxio, are, schuldig machen. Claud. Mamerti est lib. 2 de Anim. Statu cap. 9 *Alienis semet noxiis obnoxiantes.*

¶ Pernoxius, a, um, valde noxius, sehr schädlich. Pompon. Mela lib. 1 cap. ult. de Ponticis gentibus: *pernoxii appulsis.*

NŪBES, is, ab hebræo נָטַף *stillare*, vapor humidus in sublime elatus, eine wolcke, gewölcke. Ovid. lib. 2 Trist. v. 142

Nube solet pulsa clarior ire dies.

Fuit & divinationis genus ex nubibus, quam mulier Anthusa Leonis Imperatoris tempore invenit, ut Damascenus in Jamblichi vita auctor est apud Photium p. 1042. ¶ 2. Ponitur etiam pro fastu atque tristitia, wenn man sauer aussiehet. Horat. lib. 1 epist. 18 v. 94

Deme supercilio nubem.

Et Ovid. 5 Trist. eleg. 5 v. 22 *Vita tristi nube vacet.* ¶ 3. Pro multitudine densa. Livius 35 cap. 49 *Rex peditum equitumque nubes jactat.* Tacitus 3 Hist. cap. 2 *Nunc XVI alarum conjuncta signa pulsu sonituque, & nube ipsa operient & superfundent oblitos præliorum, equites equosque.* Hieron. lib. 2 adv. Jovinian. cap. 6 *Orientales & Libyæ populos, quia per desertum & calidam eremi vastitatem locustarum nubes reperiuntur, locustis vesci, moris est.* Etiam Græci sic loquuntur: Γεράνων νέφος, *gruum nubem*, habes in Epigr. Antipatri lib. 3 Anthol. cap. εἰς ποιητὰς, ubi de Ibyco loquitur; Et, νέφος μαρτύρων, *nubem testium*, Hebr. cap. 12 v. 1. Vide utrobique notas, illic Brodæi f. 403, hîc Erasmi Schmidii in N. T. f. 1335, itemque Barth. ad lib. 2 Thebaid. Statii p. 457. Virgil. etiam Georg. 4 v. 60 apium examen; & Æn. 9 v. 33 multam caliginem ex pulvere *nubem* vocat. Sic *Nubes belli* pro mole, apud eumdem Æn. 10 v. 809.

¶ Nūbēcŭla, æ, dimin. ein wölckgen. Plin. lib. 18 cap. 35 *Nubecula, quamvis parva, ventum procellosum dabit.* Apulejus de Mundo p. 61 *Nebula constat aut ex ortu nubeculæ, aut ex ejus reliquiis.* ¶ Ad irati habitum Cicero transfert, cum *frontis nebeculam* dixit in Pison. cap. 9, sicut *nubila fronte* apud Martial. est lib. 1 epigr. 11. ¶ 2. *Nubecula* in morbis ponitur & corporis vitiis. Plin. 27 cap. 12 *Purgat cicatrices & nubeculas.*

¶ Nubeculōsus, a, um, gewölckig, dunckel. Sarisb. epist. 184 *Ratio hæc nubeculosior est.*

¶ Nūbĭgŏsus, a, um, i. e. nebulosus, nebelicht; ut, *Nubigosus aër*, Claud. Mamert. de Statu anim. 1 cap. 7.

¶ Nūbĭlo, are, nubilum inducere, zuwölcken. Varro R. R. lib. 1 cap. 13 *si nubilare cœperit*, scil. aër. Metaphorice Plinius lib. 37 cap. 7 *Fulgor carbunculi extremo visu nubilans.* Et Paulinus Nolanus carm. 10 v. 38 *Lucem* [divinam] *figmenta vatum nubilant.*

¶ Nubĭlor, ari, nubibus obduci, trübe oder wölckicht werden. Cato de R. R. cap. 88 *Vbi nubilabitur, noctu sub tecto ponito.*

¶ Nubilus, a, um, trübe, gewölckig; ut, *Nubilo die*, Plin. lib. 2 cap. 35. Et Ovidius 1 Trist. eleg. 8 v. 6

Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Vbi tamen *Nubila tempora* pro tristibus & adversis ponuntur per metaphoram.

¶ Nūbĭlum, i, substantive pro ipsa nube, seu aëre tristi, gewülck, trübes wetter; ut, *Nubila cæli*, Virg. 4 Georg. v. 166. *Densa inter nubila*, Idem 6 Æn. v. 592. ¶ Refertur & ad animum, atque tristitiam significat. Plinius lib. 2 cap. 7 de sole: *Hic cæli tristitiam discutit, atque etiam humani animi nubila serenat.* Statius Epicedio patris lib. 5 Silvar. carm. 3 v. 12 *Quis Apolline merso*

Frigida damnatæ praeduxit nubila menti?

¶ Nubilōsus, a, um, plenus nubilorum, gewölckig. Apulej. lib. 11 Met. p. 260

p. 260 *Cælum, nubilosa caligine disjecta, nudo sudoque luminis proprii splendore candebat.*

¶ Nūbĭlārium, i, locus tectus, in quem propter nubila, & incertam aëris constitutionem frumenta comportantur, ein feld-schoppen, wetter-hütte. Columella lib. 2 c. 21 *Si falcibus seges cum parte culmi demessa sit, protinus in acervum, vel in nubilarium congeritur, & subinde solibus opportunis torrefacta proteritur.* Idem 2 c. 6 *Areæ nubilarium applicari debet propter inconstantiam cæli.* Legunt etiam *Nubilar.* Vid. Gronov. in Senec. p. 234.

¶ Nubĭfer, a, um, das wolcken aufziehet. *Noti nubiferi*, Ovid. Heroid. epist. 3 Briseidis v. 58. Idem 2 Metamorph. v. 226

Aëriæque Alpes, & nubifer Apenninus.

¶ Nūbĭfŭgus, a, um, wolcken vertreibend: ut, *Boreas nubifugus*, id est, nubes fugans & dissipans, Colum. lib. 10 v. 288.

¶ Nubĭgena, æ, ein wolcken-kind: ut, *Nubigenæ Centauri*, ex nube geniti, Stat. 5 Thebaid. v. 263, qui & *nubigenæ bimembres*, Virg. Æneid. 8 v. 293. Et, *Nubigenæ amnes*, idem Stat. 1 Theb. v. 365.

¶ Nubĭvăgus, a, um, inter nubes vagans. Silius lib. 12 v. 102 de Dædalo: *Hic pro nubivago gratus pia templa meatu*
Instituit Phœbo.

Composita cum præposit.

¶ Adnūbĭlo, are, nubila immittere, trübes wetter machen, verdunckeln. Stat. Silv. lib. 5 carm. 1 v. 149

Velis adnubilat aura secundis.

Ammianus lib. 27 cap. 14 *Virtutem ejus adnubilabant actibus pravis.*

¶ Enūbĭlo, āre, auswölcken, aufklären, hell machen; ut, *Cæcitatem hominis enubilare*, Tertullian. advers. Marc. 4 cap. 36. *Quam clarissimis lucernis vestibula enubilabant?* Idem Apolog. c. 35. Hinc

¶ Enubilatus, a, um, aufgeklärt, apud Paulinum Jambo ad Cytherium v. 667 *Enubilatam veritatem cernimus.*

Tertullianus de Anima c. 3 *Ea erunt Christianis enubilanda.*

¶ Innūbis, e, ungewölckt; ut, *Dies innubis*, id est, clarus vel sine nubilo, ein heller klarer tag, apud Senecam Hercule Oetæo v. 238.

¶ Innubĭlo, are, dunckel machen, ausschattiren. Solinus c. 66 *Orbiculi lapillorum ruso colore innubilantur.*

¶ Innubilus, a, um, clarus, serenus, klar, heiter, ausgewölckt. Lucret. 3 v. 21 *innubilus æther.*

¶ Obnubĭlo, are, mit wolcken überziehen, trübe machen, verdunckeln. *Serenitas vultûs obnubilatur ægritudine*, Gell. lib. 1 cap. 2.

¶ Obnūbilus, a, um, dunckel, finster: ut, *Obnubila & obsita tenebris loca*, Cic. 1 Tuscul. cap. 21 ex poëta.

¶ Prænubilus, a, um, valde nubilus, sehr dunckel. Ovidius 3 Amor. eleg. 13 v. 7 *Stat vetus & densa prænubilus arbore lucus.*

¶ Subnūbĭlus, a, um, aliquantum nubilus, etwas dunckel. Cæsar 3 B. Civil. cap. 54 *Nox subnubila.* Ovidius Remed. am. v. 599

Limes erat tenuis longa subnubilus umbra.

Nubifer &c. nubilare, nubilus, &c. Nubilis, vide *Nubes*, & seq. *Nubo.*

NŪBO, psi, ptum, ĕre, proprio primarioque significatu est, *nubis instar tegere, velare*, καλύπτειν, umhüllen, bedecken. Ita vetus poëta in Pervigilio Veneris v. 22 *Ipsa* (Venus) *jussit mane ut udæ virgines nubant* (velent, tegant virgines) *rosæ.* Arnobius lib. 3 p. 118 *quod aqua nubat terram, appellatus est, inquiunt, Neptunus.* ¶ 2. Hinc *Nubere* etiam *nuptias facere* significat; quod scilicet nova nupta flammeo nuberetur sive velaretur, freyen, heyrathen. Ambros. exhort. ad virg. Tom. 1 f. 108 *A nubibus verbum nubentium tractum arbitror. Denique operiuntur ut nubes, cum acceperint nupturæ velamina.* Vnde proprie puella *nubere* dicitur, adolescens *ducere*. B. Hieronymus ad illud Matthæi cap. 22 *In resurrectione neque nubent, nec nubentur: Latina,* inquit, *consuetudo græco idiomati non respondet, NVBERE enim proprie dicuntur mulieres: & viri* VXORES DVCERE. Ovidius lib. 9 Metamorph. extr. de Iphi puella, sed quam pro mare pater habuerat hactenus, & ei formosissimam virginem desponderat:

Pronuba quid Juno? quid ad hæc, Hymenæe, venitis
Sacra, quibus qui DVCAT abest, ubi NVBIMVS ambæ.

Claudianus in Eutropium Eunuchum lib. 1 v. 222

Quo struis hos auri cumulos, quæ pignora tantis
Succedunt opibus? nubas, ducasve licebit,
Nunquam mater eris, nunquam pater.

Quando vero de viris hoc verbi usurpant auctores, de hominibus uxoriis, id est, sub imperio uxorum viventibus fere loquuntur, ut observat Scalig. in Catalect. Poët. Vet. Comment. Et ita signate Martialis lib. 8 epigram. 12

Vxori nubere nolo meæ.

Sed neque hoc perpetuo observant auctores. Nonius cap. 2 n. 577 ait: *Nubere veteres non solum mulieres, sed etiam viros dicebant:* e.g. Pompon. *Meus frater nupsit dotatæ vetulæ.* Vide Barthium lib. 6 Advers. cap. 14, item ad Claudiani paullo ante citatum locum p. 1315. Scheurl. statuam Mercur. part. 1 c. 2 pag. 47. Taubman. ad Plaut. p. 15. ¶ 3. Aliquando *Nubere* concumbere est, coire. Apud Plautum Cistell. a. 1 sc. 1 v. 45, lena de meretricula:

Hæc quidem quotidie viro nubit, nupsitque hodie,
Nubet mox noctu, nunquam ego hanc viduam cubare sivi:
Nam si hæc non nubat, lugubri mihi fame familiæ pereat.

Atque huc referendum puto illud Vestalis carmen apud Senecam Excerptis Controversiar. lib. 6 Controvers. ult.

Felices nuptæ: moriar, nisi nubere dulce.

Eadem ratione & *nuptias facere* dicebant, de quo infra. ¶ Etsi autem rectius, frequentius & elegantius dicitur *Nubere viro*, cum mulier sola sit, quæ veletur viro: quomodo locutus est Ovidius in epist. Heroid. 9 v. 32 *Si qua voles apte nubere, nube pari:*

Veteres tamen & *Nubere cum viro* dixerunt: Plaut. Amphitr. prol. v. 98 *Amphitruo natus Argis ex Argo patre,*
Qui cum Alcumena est nupta Electri filiæ.

Vide ibi Collectanea Taubm. & Albericum Gentilem 2 de Nuptiis cap. 3. Sic Gell. lib. 7 c. 1 *Matrem ejus diu sterilem existimatam tradunt, Publium quoque Scipionem, cum quo nupta erat, liberos desperavisse.* Sic & Terent. Hecyr. a. 4 sc. 1 v. 19, & Phorm. a. 5 sc. 3 v. 34 *nuptam esse cum aliquo*, einen mann haben, verheyrathet seyn. Et Cic. 15 fam. epist. 3 *Quo cum esset nupta soror regis.* Pro quo Sulpitius 4 fam. epist. 5 *adolescentibus primariis nuptam fuisse* ait. Et ipse Cicero pro Cœlio cap. 14 *Cui* (viro) *cum ex amplissimo genere in familiam clarissimam nupsisses.* Terentius Andriâ a 2 sc. 1 v. 2, & Hecyr. a. 4 sc. 1 v. 13, nec non & Nepos aliquot locis, *alicui virginem nuptum dare*, pro tradere in matrimonium dixerunt, zur ehe geben, ausstatten: v. g. Nepos in Pausania cap. 2 n. 3 *Des ei filiam tuam nuptum:* & Dione cap. 1 *Priorem* [filiam] *Dionysio nuptum dedit.* Justinus lib. 23 cap. 2 *Nubendo non prosperæ tantum, sed omnis fortunæ initur societas.* Passive, *nubentur*, est apud sacros scriptores, ex Marci cap. 12 v. 25, de quo supra ex Hieronymo.

¶ Nūbens, tis, heyrathend. Cic. pro Cluent. cap. 5 *Mater lectum genialem filiæ suæ nubenti straverat.*

¶ Nūbĭlis, e, mannbar. Cicer. l. c. *Is reliquit grandem & nubilem filiam.* Virg. 7 Æneid. v. 53

Jam matura viro, jam plenis nubilis annis.

¶ Nuptus, a, um, verheyrathet: ut, *mulier nupta uni, proposita omnibus*, Cicer. Verr. 5 cap. 13. *Nuptus novus*, Plaut. Cas. a. 5 sc. 1 v. 5, ein bräutigam, neuer ehemann. *Nova nupta*, Idem Cas. a. 4 sc. 2 v. 5, eine braut. Et Ovid. 2 Fastor. v. 794 *nupta pudica.* ¶ *Nupta verba*, pro obscenis, Plautus in Dyscolo, ut citat Festus.

¶ Nuptus, ûs, subst. nuptiæ, die heyrath: ut, *Filiam nuptui collocare*, Columella lib. 4 cap. 3 extr. Et sexto casu, *solenni nuptu filiam locare*, Aurel. Victor de Viris Illustr. cap. 59 in Hostilio Mancino. Sed *nuptum collocare*, apud Cæsar. lib. 1 Bell. Gall. cap. 18, &, *nuptum dari adolescenti*, apud Terentium & Plautum, ex forma supini sunt secundum vulgares grammaticos. Attamen nominaliter Statius lib. 5 Silv. carm. 1 v. 45

Illa quidem nuptumque prior tædasque marito
Passa alio.

¶ Nuptiæ, arum, plur. eheliches beylager, hochzeit. *Nuptias apparare*, Terent. Andr. a. 4 sc. 1 v. 32. *In diem aliquem nuptias constituere*, ibidem a. 1 sc. 5 v. 34, ansetzen. *Exornare nuptias*, pro apparare, Plautus dixit Aulul. a. 4 sc. 10 v. 54, zuschicken. *Nuptias conciliare*, heyrath stifften, Corn. Nepos Attico cap. 5; apud quem & *Conciliatorem nuptiarum* legas. *Nuptiarum officium celebrare*, auf der hochzeit seyn, einen hochzeit-gast abgeben, Sueton. Claudio cap. 26 extrem. *Nuptiis inter se jungi*, einander heyrathen, ehlichen, Val. Max. 9, 1, 9. *Fæmina vetula & multarum nuptiarum*, die viel männer gehabt, Cicer. ad Attic. 13 epist. 29. ¶ 2. Transfertur vocabulum & ad libidines illicitosque & clandestinos concubitus. Sic *clandestinas nuptias* Plautus dixit Casinâ a. 5 sc. 3 v. 6, hurerey. Et, *Innuptas nuptias* eleganter poëta vetus apud Ciceronem lib. 3 de Oratore sub fin.

Qua tempestate Paris Helenam innuptis sibi junxit nuptiis.

Ita non semel Petronius *nuptias facere*, pro συνουσιάζειν. Justinus lib. 31 cap. 6 de Antiocho: *Rex ipse per hiemem in luxuriam lapsus, novis quotidie nuptiis deditus erat*, i.e. vitæ meretriciæ. Vid. Pet. Victorii Var. Lect. 21 c. 3. Dan. Pareum Comment. in Musæum pag. 137. Gonsal. ad Petron. pag. 283.

¶ Nuptiālis, e, hochzeitlich: ut, *Cœna nuptialis*, ein hochzeit-mahl, Plaut. Curcul. a. 5 sc. 2 v. 62. *Faces nuptiales*, braut-fackeln: &, *Dona nuptialia*, utrumque Cic. pro Cluentio cap. 6 & 9. *Nuptiale festum amici exercere*, Symmach. lib. 7 epist. 19.

¶ Nuptialĭter, adverb. idem; ut, *nuptialiter lætus*, apud Martian. Capell. 6.

¶ Nuptiator, ōris, qui facit aut adstruit nuptias, ein hochzeiter. Hieronymus epist. 11 ad Ageruchiam de monogamia: *secundus nuptiator*, qui secundas nuptias facit post viduitatem.

¶ Nupto, are, frequent. freyen. Tertull. Sodoma v. 45 *Quo nullæ nuptant animæ.*

¶ Nuptūrio, īre, zu freyen lust haben. Apul. Apol. p. 319 *Sponte eam diceres sine ulla magia jam olim nupturisse.* Sic, *Animi nuturientis curæ*, heyraths-gedancken.

¶ Multĭnūbus, multinubentia, vide supra in *Multus.*

Composita cum præposit.

¶ Connūbo, ĕre, sich verheyrathen, miteinander verloben. Apulejus: *Nescientibus parentibus puellari ætate connupseramus.*

¶ Connubium, i, jus est legitimi matrimonii, das eheliche verbündnüß, die ehe. *Conjungere connubia*, sich miteinander verehlichen: Cicer. lib. 1 de Oratore cap. 9 *Romulus Sabinorum connubia conjunxit consilio & sapientia singulari.* Quod *Connubio jungam stabili* dixit Virg. Æneid. 1 v. 73. *Connubia inire*, Ovid. 2 Amor. eleg. 7 v. 21, heyrathen. *Concelebrare connubia*, Liv. lib. 1 cap. 9, hochzeit halten. *Cui connubii jus non est*, seu, ut Gruterus legit, *quicum connubium non est*, Cic. Topic. c. 4. Cæterum anceps secunda est. Vide Virg. c. l. Æn. 1 v. 73, & lib. 4 v. 126 & 535, & lib. 9 v. 600.

¶ Connubius, a, um, ehelich, hochzeitlich: ut, *Connubia lege sociatus*, Apulej. Metam. lib. 9.

¶ Connubiālis, e, idem; ut, *Vincla connubialia*, Statius lib. 5 Theb. v. 112. *Carmen connubiale*, Claudian. 4 Cons. Honor. v. 649. *Vectigal connubiale*, Idem epist. ad Serenam v. 18, hochzeit-geschenck. *Fœdus connubiale*, Salvian. lib. 7 de Gubern. p. 244. Quin & Ovid. Heroid. epist. 6 v. 41 *Heu ubi pacta fides, ubi connubialia jura?*

¶ Denūbo, ĕre, idem quod nubere, enubere, freyen, heyrathen. Tacit. 6 Annal. c. 27 *Julia denupsit in domum Rubellii.* Adde Annal. 15 cap. 37. Et Apulejus lib. 5 Miles. p. 166 *Deo denupsit:* & in Apolog. p. 319 *fratri tuo denupturam.*

¶ Enūbo, ĕre, aus dem geschlecht in einen ungleichen stand freyen. Hac significatione usus Livius lib. 10 c. 23 *Virginiam, Auli filiam patriciam, plebejo nuptam Volumnio Cos. matronæ, quod enupsisset patribus, sacris arcuerant.*

¶ Enuptio, ōnis, jus nubendi extra gentem, das ausfreyen, apud Livium lib. 39 cap. 19, ut *Feceniæ Hispalæ gentis enuptio esset*, quod ei, ut præmium, decretum constitutumque fuit. Vi vocabuli latius quo-

que

que intelligi poteſt de quibusvis extra gentem & ordinem nuptiis, & quocunque verbum *enubere* poteſt retrahi.

¶ Innūbo, ĕre, ſich einheyrathen. Livius lib. 1 cap. 34 *Ea cum innupſiſſet*, i. e. in mariti domum tranſiſſet. Vide Feſtum.

¶ Innuptus, a, um, non nuptus, unverehlicht, ledig: ut, *Innuptæ puellæ*, Virgil. Æneid. 2 v. 238. ¶ At *Innuptas nuptias*, poëta vetus apud Cicer. lib. 3 de Oratore ſub finem eleganter dixit inconceſſam & meretriciam conjunctionem. Verba ejus ſupra dedimus in *Nuptiis*. Et, *Caninas nuptias*, Hieronymus vocat epiſt. ad Oceanum.

¶ Innŭbus, a, um, ἄγαμος, unverehlicht, eheloß, apud poëtas. Sic, *innuba laurus*, Ovidio dicta lib. 10 Metam. v. 92 propter Daphnes fabulam. Sic, *innuba Pallas*, Auſon. epigram. 106; & *Innuba Veſtalis*, Prudent. 2 adv. Symmach. v. 1072.

¶ Obnūbo, pſi, ptum, ĕre, ſequitur primigeniam notionem, quæ velandi, tegendi eſt, verhüllen, bedecken. Cicero pro Rabir. perduell. c. 4 *I lictor, colliga manus, caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito.* Et Virg. Æn. 11 v. 77 *comas obnubit amictu.*

¶ Obnuptus, a, um, velatus, verhüllt, umzogen. Macrobius lib. 1 Saturn. c. 21 *Simulacrum hujus Deæ fingitur capite obnupto:* & paucis interjectis: *Terra nubibus obnupta.*

¶ Prōnŭbus, a, qui vel quæ nuptiis præeſt, ein freywerber, eheſtiffter: ut, *Pronuba Juno*, apud Virgil. 4 Æneid. v. 166, & 7 Æneid. v. 319 *Bellona manet te pronuba*, als eheſtiffterin. Eſt autem vere adjectivum, & variis rebus, quæ nuptias conciliant, vel ſaltim eo pertinent, apponi poteſt; ut, *nox pronuba*, Claudian. 4 conſ. Honor. v. 642, & *flamma pronuba*, Idem lib. 1 de Raptu Proſerp. v. 131. Sic, *Annulus pronubus*, apud JCtos, ein trau-oder verlöbnüs-ring.

¶ Pronubo, are, ehe ſtifften helffen. Hieronymus vitâ Malchi pag. 99 *pronubante nobis mæſtitia.*

¶ Renūbo, ĕre, wieder heyrathen. Tertull. 1 ad Vxor. c. 7 *Etſi non delinquas renubendo.*

¶ Subnŭbus, a, qui vel quæ mariti vel uxoris loco eſt in domo, ein kebsmann, kebsweib. Sic Hypſipyle Medeam, Jaſonis pellicem, vocat *lecti ſui ſubnubam*, apud Ovid. Heroid. epiſt. 6 v. 153.

Nucamentum, nucella, nucetum, nuceus, nucifrangibulum, nuciprunum, nucleus, &c. vide *Nux*.

Nudare, nudipedalia, nuditas, Nudiuſtertius, nudiusquartus, vide mox *Nudus*, & ſupra *Dies*.

N ŪD V S, a, um, γυμνὸς, nackend, bloß; ut, *Nudo veſtimenta detrahere*, Plaut. Aſinar. a. 1 ſc. 1 v. 79, quod ſperare ab eo emolumentum eſt, cui ne ſit quidem, quod auferri queat. *Nuda ſilex*, Virgil. eclog. 1 v. 15 lapis, qui nullo gramine obductus, atque veſtitus veluti eſt. ¶ 2. Per metaphoram non ineleganter dicitur, *Vrbs nuda præſidio*, Cicer. 7 Attic. epiſt. 13, entblößt, verlaſſen. Et, *Reſpublica nuda a magiſtratibus*, pro deſtituta, Idem pro Domo c. 22. Item, *Nudus a propinquis*, poſt redit. ad Quir. cap. 3. Et, *Nuda verba*, vel *aperta*, apud Plinium lib. 4 epiſt. 14, vel, *ſatis explicata*, apud Cicer. in Paradoxis. *Nuda fuga deſerere Italiam*, ledig und leer herausziehen, Vellej. 2, 61, 4.

¶ Nūdŭlus, a, um, diminut. Hadrianus imperator carm. ſupremo apud Spartian. c. 25 *Animula, pallidula, rigida, nudula.*

¶ Nudĭtas, ātis, inopia, die blöſſe. Quintil. lib. 10 cap. 2 *Si tenuitas aut nuditas in aſperis gravibusque cauſſis ponderi rerum parum reſpondeant.* Gloſſ. Vet. *Nuditas*, γυμνότης.

¶ Nude, adverb. ſimpliciter, non fucate, bloß, ſchlecht.

¶ Nūdo, avi, atum, are, entbloſſen: ut, *Nudare corpus*, Ennius apud Cicer. 4 Tuſcul. cap. 33. *Nudare vaginâ gladium*, Cornel. Nepos Datame extremo, id eſt, diſtringere, den degen ausziehen. Metaphorice Livius lib. 35 cap. 32 *Jam, & id magis in dies, Ætoli defectionem nudabant*, id eſt, palam præ ſe ferebant, non tegebant, ut antea.

¶ Nudatus, a, um, ſpoliatus, entblöſſet, beraubt; ut, *Nudata interitu conſulum reſpubl.* Planc. ad Cic. lib. 10 fam. epiſt. 17. Et, *Nudatus defenſoribus murus*, Cæſar 2 B. Gall. cap. 6. Sed *Nudati equites* dicebantur, quibus notâ cenſoriâ ademti equi, ut ad Suetonium Caſaubonus obſervat pag. 26. *Cornicula furtivis nudata coloribus*, Horat. 1 epiſt. 3 v. 19.

¶ Nudatio, ōnis, die entblöſſung, Plin. 18 cap. 6.

¶ Nūdĭpes, ĕdis, barfüßig. Tertull. de Pallio c. 5 *Non expedit, in algore & ardore rigere nudipedem.*

¶ Nudipedalia, ium, ſacra nudis pedibus celebrata, ein barfüßerfeſt. vid. Tertullianus de Jejun. cap. 16, & in Apologet. c. 40. Adde Hieronymum in cap. 4 ad Galatas.

Compoſita cum præpoſit.

¶ Connūdo, are, entblöſſen. Hinc

¶ Connudatus, a, um, entblöſſet. Plinius lib. 28 cap. 7 *Connudata in menſe*, ſc. mulier.

¶ Denūdo, are, berauben. *Spoliare atque denudare aliquid ornatu ſuo*, Cicer. de Orat. lib. 1 cap. 55. Proprie, *Denudari a pectore*, um den leib entblöſſet werden, Idem in Verr. 7 cap. 13.

¶ Denudatus, a, um, ausgezogen, entblöſſet. Lentulus in Cic. 12 fam. epiſt. 15 *Cives crudeliſſime denudati ac divenditi.*

¶ Denudatio, ōnis, die entkleidung. Vet. Gloſſ. *Denudatio*, γύμνωσις.

¶ Denudator, ōris, ein entblöſſer: Ibidem, *Denudator*, γυμνωτής.

¶ Dinūdo, are, idem quod *Denudare*. Auſon. Eclogar. Q. Cic. verſ. v. 10
Effetos ramos dinudat flamma Nipai.

¶ Enūdo, are, idem quod ſimplex. ¶ 2. Sed, *res obſcuras enudare*, exponere eſt, erläutern, Ciceroni lib. 1 de Legibus c. 9.

¶ Renūdus, a, um, aufgedeckt. Tertullian. de Veland. virg. cap. ult. *A fronte quidem protectæ, qua autem proprie caput eſt, renudæ.*

¶ Renūdo, are, rurſum, vel retro nudare, aufdecken. Hinc

¶ Renudatus, a, um, aufgedeckt, geblößt. Apulejus lib. 8 Mileſ. p. 214 *Brachiis humero tenus renudatis*, die arme biß hinter aufgeſtreifft. Idem lib. 2 Mileſ. p. 122 *laciniis cunctis renudata.*

¶ Seminūdus, a, um, halb nackend. Livius lib. 24 cap. 40 *prope ſeminudus fugiens.* Adde lib. 31 cap. 35.

N ŪG AE, arum, proprie ſunt, quæ canebantur in mortuorum laudem. Plautus Aſin. a. 4 ſc. 1 v. 63 *Hæc ſunt non nugæ: non enim mortualia.* Et ſane id origo declarat. Nam *nugæ* Hebraicum & Syriacum vocabulum. Id ſonat mœrorem, ſicut *Nenia*, planctum, eadem linguâ, Scalig. Conjectan. in Varr. Donatus vero a *non agendo* dictas putat. Vide ſupra *Nenia*, & Parei Lex. Crit. p. 808. ¶ 2. *Nugæ*, φλυαρίαι, faul und loſe geſchwätz, unnütze ſchwäncke. *Nugis delectari*, zu fabelwerck luſt haben. *Nugis armatus*, Horatio lib. 1 epiſt. 18 v. 16 dicitur, qui levibus, nugatoriis argumentis nititur. *Nugas agere*, eſt aliquid ſtulte agere apud Plaut. Aſin. a. 1 ſc. 1 v. 78. Idem Menæchm. prologo v. 52
Nam niſi qui argentum dederit, nugas egerit:
Qui dederit, magis majores egerit.

Sic, *nugas poſtulare*, ſtulte quid poſtulare, eidem eſt Trinum. a. 2 ſc. 4 v. 40. Et abſolute *Nugæ!* narrenpoſſen, Plaut. Curcul. a. 1 ſc. 3 v. 36, & Capt. a. 5 ſc. 2 v. 16 &c. ¶ 3. *Nugæ* etiam de rebus Venereis & ſcortationibus dicuntur. Horat. lib. 1 ſat. 9 princip.
Ibam forte via ſacra, (ſicut meus eſt mos,)
Neſcio quid meditans nugarum,

i. e. ſcortillum aliquod lepidum quærens, ut Torrentius ad epod. 4 v. 7 interpretatur. Vide *Nugator*, pro ſcortatore, ut brevi poſt dicturi ſumus.

¶ Nūgālis, e, nugis plenus, poſſenhafft, liederlich, quod Onomaſt. φλυαρώδης interpretatur. Gell. 1 cap. 2 *Theorematibus nugalibus dilatrare.* ¶ *Nugalia*, pro nugamentis aut nugis dixit etiam Gell. lib. 3 cap. 16, *Alii alia quædam nugalia* ſcil. proferebant, andere brachten andere poſſen, oder alber zeug vor.

¶ Nugalĭtas, ātis, die ſchertzhafftigkeit. Vet. Gloſſ. *Nugalitas*, σαπρότης.

¶ Nugamentum, i, idem quod *nugæ*. Apulej. 1 Metam. ſub fin. *A quo iſtorum nugamenta hæc comparaſti?* Poſtea vocat *frivolos piſces*, elende geringe fiſche. Piſciculos enim Lucius emerat.

¶ Nugax, ācis, ſchertzhafft, liederlich. Gloſſ. Vet. *Nugax*, εἰκαῖος, σαπρὸς, ἀχρεῖος, φλύαρος. Petron. fragm. Tragur. p. 23 *Ne ſis nugax.* ¶ Antiquis S & X permutantibus *Nugas* pro *Nugax* legitur in Plauti Trin. a. 3 ſc. 3 v. 60. vid. ibi Taubm. p. 1358.

¶ Nugācĭtas, ātis, die ſchwatzhafftigkeit. Gloſſ. ἀχρειότης, ἀχρειοσύνη, *Nequitia, Nugacitas.* Et Auguſtin. epiſt. 67 fin. *Omnis ab eo deleta eſt nugacitas.*

¶ Nugo, ōnis, pro nugatore, ein unnützer menſch. Apulejus Metam. lib. 5 circa fin. *Sed utique præſumis nugo & corruptor.*

¶ Nūgor, ari, nugas agere, ſchertzen, ſchwatzen. Cicer. lib. 2 de Divinat. cap. 13 pr. *Democritus non inſcite nugatur.* Horat. 2 ſatyr. 1 v. 73 *Nugari cum aliquo.*

¶ Nugator, ōris, qui nugas i. e. nihil ſerii agit, ein ſchwätzer, poſſenreiſſer. Cic. pro Flacc. cap. 16 *Neque in iſtum nugatorem, tamquam in aliquem teſtem, invehar.* Vet. Gloſſ. *Nugator*, ἀχρεῖος. ¶ Item ſcortator, üppich, liederlich. Prudentius Hymn. 2 καθημερ.
Quis mane ſumtis nequiter
Non erubeſcit poculis,
Cum ſit libido, temperans,
Caſtumque nugator ſapit. Sic &

¶ Nūgātrix, īcis, fœmin. Idem Prudent. Pſychomachia v. 434 *Nugatricem aciem* de luxuriæ copiis dixit. Luxuria enim in gula & Venere eſt.

¶ Nugatōrius, a, um, nullius pretii, poſſenhafft, leppiſch: ut, *Res infimæ & nugatoriæ*, unnützes narren-werck, Cicer. pro Cæcina c. 23. *Nugatoriæ artes*, Plaut. Trin. a. 4 ſc. 2 v. 2. Sic Brut. & Caſſ. in Cic. 11 fam. epiſt. 2 *Illud valde leve eſt & nugatorium.*

¶ Nugatorie, adv. idem. Auct. ad Herenn. 4 c. 36 *Non contra tenuiter & nugatorie reſponſum?*

¶ Nugidololoquides, compoſitio ficta apud Plautum Perſ. a. 4 ſc. 6 v. 21, alii *Nugipolyloquides.*

¶ Nūgĭger, a, um, betrieglich, a quo *manum nugigeram* Cicero dixiſſe fertur ad Attic. lib. 4 epiſt. 5, ſed locus in mendo jacet. Vide Grævii edit. pag. 378.

¶ Nugigerŭlus, i, ein mährleinträger, lügenträger, apud Plautum in Aulul. a. 3 ſc. 5 v. 51. Lambino magis probatur

¶ Nugĭvendus, vel Nugivendŭlus, i, ein krämer mit liederlicher wahre. Plaut. l. c. *Nugivendis res ſoluta eſt omnibus.* Vide & Nonius cap. 2 n. 587 *Nugivendos dici voluit omnes eos, qui aliquid mulieribus vendant. Nam omnia, quibus matronæ utuntur, nugas voluit appellari.*

Nullus cum derivatis, vide infra in *Vllus*.

N V M, interrogandi adverb. quod ſoli indicativo jungitur, negatione ſubintellectâ, wie? ob denn? Terent. Andr. a. 5 ſc. 3 v. 7 *Num ejus color pudoris ſignum usquam indicat?* Virgil. 4 Æneid. v. 370
Num lacrymas victus dedit? aut miſeratus amantem eſt?

Et, *Num furis?* Horatius lib. 2 ſatyr. 5 v. 58.

¶ Numnam, ut, *Numnam periimus?* idem quod *num* vel *an*, apud Terent. Andr. a. 3 ſc. 4 v. 12, ſind wir denn dahin?

¶ Numquando, num aliquando, ob auch jemahls. Cicer. 5 Philipp. c. 11 *Numquando perditis civibus vexillum, quo concurrant, defuturum putatis?* Sed meliores libri omnes *Num quando*, diviſe.

¶ Numquis, quæ, quid, vel Nunquis, Nunquid, id eſt, num aliquis, aliquid, interrogativum eſt: ut, *Nunquis hic eſt? nunquis me ſequitur?* Terent. Eunuch. a. 3 ſc. 4 pr. iſt iemand &c.? *Numquem evocari hinc vis foras?* Idem Eunuch. a. 2 ſc. 2 v. 52, quod & diſtincte legitur, *Num quem* &c. *Nunquid nos vis?* bedarffſtu unſer zu etwas? Idem Phorm. a. 2 ſc. 3 (al. 4) v. 18. *Nunquid eſt, quod operâ mea vobis opus ſit?* Idem in Phorm. a. 3 ſc. 3 v. 31. *Rogo, nunquid velit*, Idem Eunuch. a. 2 ſc. 3 v. 49. *Numquid eſt aliud?* Cicer. pro S. Roſc. c. 18. *Numquid vis?* &, *Numquid aliud?* Formulæ diſcedentium apud Plautum Aul. a. 2 ſc. 1 v. 53, & Moſt. a. 2 ſc. 1 v. 57. v. Parei Lex. Crit. p. 813. *Num quæ rogatio lata? num quæ nova quæſtio decreta eſt?* Cicer. pro Milon. c. 7. *Numquid non*, pro *Annon*: Senec. epiſt. 90 (al. 91) *Nunquid non pelles ferarum, & aliorum animalium a frigore ſatis abundeque defendere queunt?*

¶ Numquidnam, comicum eſt & Terentianum, (inquit Donatus,) cum ſufficere ad interrogationem potuiſſet *quid*. Ter. Andr. a. 1 ſc. 4 v. 8 *ut*

ſciam, numquidnam hæc turba triſtitiæ afferat, &c. Cicer. 2 de Orat. cap. 3 *Craſſus, numquidnam, inquit, novi?*

NŬMA, æ, cognomine Pompilius, Romanorum rex alter a Romulo, juſtitia & pietate inſignis, qui annum in duodecim menſes diviſit. Hunc Numam Pythagoræ diſcipulum fuiſſe, tradiderunt nonnulli: ſed tempora non conveniunt. Cicero 4 Tuſc. Quæſt. cap. 1 eo id factum putat, quod priſci illi eos, qui ſapientia excellerent, Pythagoræ auditores fuiſſe crediderunt. Vide eumdem & lib. 2 de Oratore cap. 37, & Plutarch. in Numa p. 60; qui & alium Pythagoram, Spartiaten refert, qui, cum Italiam peragraret, verſatus cum Numa ſit. Quo factum, ut Numa multa Lacedæmoniorum inſtituta Romanis miſcuerit. De priore multa Lactantius lib. 1 cap. 22. ¶ 2. Per ἀντονομασίαν hominem ſanctum notat, & innocentem: Barth. ad Stat. Silv. pag. 118.

NŬMĀNA, æ, oppidum Piceni in Italia, Mela 2 cap. 4. *Scopuloſæ rura Numanæ*, Silius 8 v. 433.

NVMANTIA, æ, urbs Hiſpaniæ in Celtiberio, a Scipione poſteriore deleta, & diuturno obſidio, & ultima fame, & verſâ in furorem conſtantiâ inclita. Lege Florum lib. 2 cap. 17 &c.

¶ Nŭmantīnus, a, um, adject. Propert. lib. 4 eleg. ult.

Afra Numantinos regna loquuntur avos.

NŬMĀNVS, i, cognomine Remulus, Rutulus quidam, multum ſibi tribuens, de quo Virg. Æn. 9 v. 592 & 653.

NŪMĀTIVS, i, cognomine Plancus, nobilis Romanus, ad quem extant Ciceronis aliquot epiſtolæ, & Horatii carmen lib. 1 od. 7; vide ſupra *Munatius*. Nam ſunt, qui ſic ſcribunt.

Numella, vide paullo poſt in *Numus*.

Numen, vide infra in *Nuo*.

NVMENIVS, i, Apameenſis Syrus, philoſophus fuit Pythagoricus & Platonicus, cujus ſcripta paſſim citantur ab Origene, Euſebio, Theodoreto. Sub Antonio Pio videtur floruiſſe. vid. Jonſ. lib. 3 de Script. Hiſt. Philoſ. p. 23 ſeqq. ubi & hoc eodem nomine alios memorat. ¶ De *Numenio* latrone vide ſupra *Attabas*.

Numerabilis, numerare, numeroſus, vide ſequens *Numerus*.

NŬMĔRVS, i, quantitas collecta ex unitatibus, eine zahl; ut, *numerus par, impar*. Sic, *Non curat numerum lupus*, der wolff friſſet auch ein gezehltes ſchaaf. Et, *Magnus numerus frumenti*, Cicer. 4 Verr. c. 72, eine groſſe menge. *In numero ſuorum aliquem habere*, id eſt, in cœtu, grege ſuorum, ſeu inter ſuos, Cic. 13 fam. epiſt. 6, unter ſeine freunde rechnen. *Numero beatorum aliquem eximere*, Horat. lib. 2 od. 2 v. 18. Et, *In aliquo numero eſſe*, hoc eſt, in honore vel exiſtimatione, Cic. in Orat. cap. 61. Et ſine præpoſitione: *aliquo numero eſſe*, Idem lib. 1 fam. epiſt. 10, in einem anſehen ſeyn. Horatius lib. 1 epiſt. 2 v. 27

Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati,

id eſt, ſumus turba ſine nomine, ſine virtute ac dignitate: nullius loci, ordinis, claſſis. Nam qui præſtant aliqua re, notis quibusdam & numeris diſtinguuntur, ut alius primus, alius ſecundus, &c. pronuncietur. Qua ſignificatione & ἀριθμὸς apud Græcos ponitur, nec tantum de pluribus, verum etiam de uno, ut apud Euripidem annotavit Scalig. Comment. in Ætnam Severi. *In nullo eſſe numero*, Cic. 3 de Orat. cap. 56. Et, *In numeros referre*, in ordinem, Idem 2 de Divin. cap. 1. *In numerum exercitus aliquem recipere*, Vellej. 2, 73, 3. *Numero comprendere*, abzehlen, Virg. 2 Georg. v. 104. ¶ 2. Magnam *numeris* vim attribuére veteres, Pythagoras inprimis; vide Plutarch. de procreatione animæ, item de Iſide & Oſiride: Sextum Empiricum lib. 3 Pyrrhoniarum Hypotypoſ. cap. 18: Platonis Timæum ejusque interpretes; Cenſorinum de die natali. De *ſacris numeris* Hieron. in Jeſaiam cap. 3 v. 3, & Matth. cap. 15 v. 33, in Ezech. c. 41, & in Epiſt. ad Galat. cap. 1 v. 18. Ambroſium lib. 7 in Lucam cap. 11, Auguſt. epiſt. 119. De *ſenario* & *ſex millium numero* Scaligerum Opuſculis poſtumis epiſt. 31. De *quaternario* Eumenium Panegyrico Conſtantii cap. 4. ¶ 3. *Numerus quadratus* dicitur, qui gemina dimenſione in æqua concreſcit: ut, bis duo, ter tres, quater quatuor &c. ita Boëthius lib. 2 de Muſica cap. 6, vid. & Gell. lib. 1 cap. 20. ¶ 4. *Numerus*, orationis ac rhythmorum harmonia, modus numeris alligatus. Cicer. in Academ. lib. 1 cap. 3 *Varium & elegans omni fere numero poëma*, versweiſe, reimweiſe, geſangweiſe. *Numeris orationem aſtringere*, Idem Cic. 3 de Oratore cap. 44. *Numeri oratorii*, de quibus rhetores ex Quintilian. 9 cap. 4. ¶ 5. *Numerus* palæſtræ verbum in motibus illis flexuque membrorum quaſi lex quædam ac regula. Seneca 7 de Benef. cap. 1 *Quemadmodum magnus luctator eſt, non qui omnes numeros nexusque perdidicit, quorum uſus ſub adverſario rarus eſt, ſed qui in uno & altero ſe diligenter exercuit, & eorum occaſionem diligenter exſpectat.* Quintilianus 12 cap. 2 *Et ut palæſtrici doctores illos, quos numeros vocant, non idcirco diſcentibus tradunt, ut his omnibus in ipſo luctandi certamine utantur; ſed ut ſubſit copia illa, ex qua unum aut alterum, cujus ſe occaſio dederit, efficiant.* Atque hinc fluxit ille proverbialis ſermo: *omnes numeros implere, omnibus numeris perfectum eſſe*, & ſimilia. Vide Lipſium ad laudatum Senecæ locum. *Omnibus numeris abſolutum*, Plin. lib. 9 epiſt. 38. Et, *Perfectum, expletumque omnibus ſuis numeris & partibus*, Cic. 2 Nat. Deor. cap. 13 extr. durchaus vollkommen. Eleganter Plinius lib. 4 epiſt 11 *Omnibusque numeris pudoris*, πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν. ¶ 6. Similiter & in muſicis dicebantur *numeri*, qui iidem fere cum *modis* ſeu *nomis*, quos appellabant: unde hæc duo frequenter junguntur. Horatius lib. 2 epiſt. 2 v. 143

Ac non verba ſequi fidibus modulanda latinis,
Sed veræ numerosque modosque ediſcere vitæ.

Quintil. lib. 9 cap. 4 *Quod ſi numeris & modis ineſt quædam tanta vis* &c. Nam de cantilenis ibi loquitur. Lucret. lib. 2 de Curetibus v. 631 *Ludunt, in numerumque exſultant.*

Iterum v. 636 *Armati in numerum pulſarent æribus æra.*

Virgilius eclog. 6 v. 27

Tum vero in numerum Faunosque ferasque videres
Ludere.

Ludere & Lucretio & Virgilio *ſaltare* eſt. *In numerum*, i. e. ad cantum perite atque ex arte, ut modus pedum rhythmo canticoque reſpondeat: cui contrarium *extra numerum* eſt. Cicero Paradoxo 3 *Hiſtrio ſi paullo ſe moverit extra numerum, exſibilatur.* Horatius lib. 1 epiſt. 18 v. 59

Quamvis nil extra numerum feciſſe modumque Curat.

i. e. imperite, inepte. Sic *numeri* ſunt carmina, quæ certis legibus conſtricta: quibus opponuntur *numeri innumeri*: vide infra. ¶ 7. *Numerus* & τάξις, militaris eſt cohors, Tacitus in Agricola c. 18 *Sparſi per provinciam numeri, præſumta apud militem illius anni quies.* Suetonius Veſpaſiano cap. 6 *Et tunc quidem compreſſa res eſt, revocatis ad officium numeris.* Sic, *in numeris* ſive *per numeros diſtribuere militem*, apud Plinium legimus lib. 10 epiſt. 38 & 39. vide Lipſ. ad lib. 1 Hiſtor. Tacit. n. 25, & Buchner. ad Plin. lib. 10 epiſt. 38 n. 653. ¶ Significat & catalogum ſive breviculum militum, die rolle. Vnde, *referre in numeros*, Plin. 3 epiſt. 8 n. 4; &, *manere in numeris* &c. apud JCtos. Vide Torrentium ad paullo ante laudatum locum Suetonii.

¶ Nŭmĕro, der zahl nach, oder an der zahl. Juvenal. ſat. 13 v. 26

Rari quippe boni, vix ſunt numero totidem, quot
Thebarum portæ, vel divitis oſtia Nili.

Item *Numero*, pro *nimium cito*, non ſemel dixit Plautus & alii antiquiorum, ſtracks, alsbald; e. g. Plaut. Amph. a. 1 ſc. 1 v. 25 *Numero mihi in mentem fuit.* Et Menæch. a. 2 ſc. 2 v. 13 *Numero huc advenis ad prandium*, &c. vid. Parei Lex. Crit. p. 810. Atque hinc eos *puncto & numero fieri* dixerunt veteres, qui celeriter naſcebantur. Vide Feſtum in *Numero* & ibi Scaligerum. Et, *numero dicere*, pro nimis cito: conf. Nonium cap. 4 n. 319, & *ſæpenumero* infra in *Sæpe*.

¶ Numerōſus, a, um, magno numero, zahlreich; ut, *Exercitus numeroſus*, ſeu, ut Valer. Flaccus dicit lib. 1 v. 436, *numeroſa phalanx*, ein groß kriegsvolck. *Oratio numeroſa*, Cic. in Oratore cap. 65, quæ numeris egregie conſtat, völlig und wohl geſetzt. Et, *Pylio numeroſior ævo*, Martial. lib. 4 ineunte. *Oculi in homine numeroſiſſimæ varietatis atque differentiæ*, Plinius lib. 11 cap. 37, ſeu ſect. 53. *Numeroſiſſima ſuffragia*, Idem lib. 7 cap. 29. ¶ 2. Laxus, amplus, groß, weitläufftig. Plinius lib. 2 epiſt. 14 *Hoc pretio quamlibet numeroſa ſubſellia implentur.* Idem lib. 2 epiſt. 9 *numeroſiſſimam cauſſam*, ampliſſimam dixit, quæ plura capita ac quæſtiones habeat. Idem lib. 10 epiſt. 48 *Iidem Nicenſes gymnaſium incendio amiſſum, ante adventum meum reſtituere cœperunt, longe numeroſius laxiusque quam fuerat.* Nam *numeroſum* & *laxum* ſynonyma ſunt. Etiam apud Columellam lib. 10 principio *numeroſus hortus*, ſpatioſus & amplus eſt, quamquam Barthius lib. 1 Adverſ. cap. 2 aliter interpretatur. Nam & lib. 6 cap. 29 *Numeroſum pectus*, i. e. latum & amplum: &, *genua numeroſis toroſisque feminibus* in equâ perinde dicit & laudat.

¶ Numerōſe, adv. vollſtändig, nach gewiſſer maß; ut, *circumſcripte & numeroſe dicitur*, Cic. in Orat. cap. 66. *Sententia numeroſe cadens*, Idem de Clar. Orat. c. 8. Sic, *Diſtinctius numeroſiusque omnia dicere*, Gellius lib. 7 cap. 3. Et, *Sententias numeroſiſſime verſare*, Quintil. lib. 10 cap. 5. *Familias numeroſiſſime comparare*, hoc eſt, plurimos famulos, Apulej. de Deo Socrat. ſub fin.

¶ Numeroſĭtas, ātis, multitudo, die menge: vox poſterioris, ut videtur, ævi. Oroſius lib. 4 cap. 5 extr. *numeroſitas miſeriarum.* Sidonius lib. 7 epiſt. 2 *nepotum numeroſitate gaudere.* Idem carm. 23 v. 151 *Varro numeroſitate ſcriptorum verendus.* Adde Macrobium lib. 1 cap. 22 *Ordo temporum numeroſitate diſtinctus.* Et 5 cap. 20 *Numeroſitas innumera.* Et Auguſtinus de Doctr. Chriſtiana lib. 2 cap. 14 *interpretum numeroſitas.*

¶ Nŭmĕro, avi, atum, are, per numerum recenſere, zehlen; ut, *Numerare pecuniam*, Cic. Planco ſub lib. 16 epiſt. 16 ad Attic. priore, geld auszahlen; &, *Stipendium militibus numerare*, Idem in Piſon. c. 36, beſolden. ¶ 2. * *Numerare* pro æſtimare, habere, ſæpius apud bonæ notæ, ætatisque ſcriptores invenitur. Cic. 1 fam. epiſt. 9 *Itaque tota jam ſapientum civium, qualem me & eſſe & numerari volo, & ſententia & voluntas mutata eſſe debet.* Et lib. 12 epiſt. 2 *reliquos, exceptis deſignatis, ignoſce mihi, ſi non numero conſulares.* Idem 7 ep. 1 *Me autem uterque numerat ſuum*, h. e. exiſtimat, me ſuarum partium eſſe. *Grævius.* Sic, *in ſapientibus numerari*, eſt haberi, ſeu cenſeri, darunter gerechnet werden. Cic. Paradox. 1 *Neque non laudabo ſapientem illum Biantem, qui numeratur in ſeptem.* Idem cum *inter* efferri poteſt: Ovid. 4 Pont. epiſt. 9 v. 35 *præſentes inter numerarer amicos.*

Cic. de Fin. 2 cap. 28 *Voluptatem nullo loco numerare*, nichts werth achten. Livius lib. 2 cap. 1 *Vt haud immerito omnes conditores numerentur*, id eſt, exiſtimentur. Et paullo poſt: *Libertatis autem originem inde numeres.*

¶ Numerātus, a, um, gezehlt, baar; ut, *Præſentariæ argenti minæ numeratæ*, Plaut. Trin. a. 4 ſc. 3 v. 74. *Vti dote uxoris numerata*, Cic. pro Cæcina cap. 4. *Numerato milite*, i. e. cenſito, nachdem er die ſoldaten gemuſtert, Silius 7 v. 730. ¶ *Habere in numerato*, ſignificat promptum atque ad manum habere, in bereitſchafft, oder zur hand haben, im griffe haben, ꝛc. ut, *ingenium in numerato habere*, apud Quintilianum lib. 6 cap. 3 extremo. Quæ loquendi ratio petita eſt a præſente pecunia, quæ & ipſa *numerata* dicitur: baar geld. Vnde, *in numerato relinquere*, baar hinterlaſſen, Plinius dixit lib. 38 cap. 10. Pari metaphora Tertullianus eodem ſenſu *in confiſcato habere* dixit, de quo ſupra in *Fiſcus*.

¶ Numeratò, adverbii vice ponitur, baar bezahlt. Cic. ad Attic. 12 epiſt. 25 *Mihi & res & conditio placet, ſed ita, ut numerato malim.*

¶ Numerātio, ōnis, die zehlung: item, Perſolutio, die zahlung. Seneca epiſt. 18 *Ab iſto fiet numeratio.* Et Columella lib. 1 cap. 8 *Vbi numeratio exigitur, rem pro nummis oſtendit.*

¶ Numerator, ōris, calculator, ein zehler. Auguſtinus Confeſſ. lib. 5 cap. 4 extr. *Numerator ſiderum.*

¶ Numeralis, e, zum zehlen gehörig; ut, *Scientia numeralis*, i. e. Arithmetica; *Nomen numerale*, apud Grammat. Et Onomaſt. vet. *Numerale*, ἀριθμητικόν.

¶ Numerābĭlis, e, das zu zehlen iſt, zehlbar; ut, *Populus numerabilis*, Horat. Art. poët. v. 206, qui parvus, exiguus eſt, ut facile numerari poſſit.

poſſit. Eodem modo $\alpha\rho\iota\vartheta\mu\alpha\tau\grave{\eta}\varsigma$ pro paucis Theocritus uſurpat. vid. Taubm. in Plaut. p. 133.

¶ Nŭmĕrārius, i, arithmeticus, ein rechenmeiſter. Gloſſ. gr. lat. ἀριθμητὴς, *numerarius*. Alibi: ψηφιςὴς, *computator, numerarius*. Auguſt. in Pſ. 146 *Excedit omnes numerarios, intelligentia ejus numerari non poteſt.* ¶ 2. *Numerarii vocati ſunt, qui publicam nummum ærariis inferunt*, uti loquitur Iſidorus 9 cap. 4, caßirer, geld-einnehmer. conf. Sidon. 1 epiſt. 11 cum not. Sirmondi, & Zimmerm. Analect. menſtr. menſ. 1 § 36 p. 329.

¶ Numeria, æ, Dea numerorum, Auguſtin. de C. D. 4 cap. 11.

¶ Numerius, i, prænomen Romanum, de quo Feſtus.

¶ Numeriānus, i, Imp. Rom. cum Caro & Carino, patre & fratre, de cujus vita & morte Vopiſcus, Aur. Victor, Eutropius.

Compoſita:

¶ Annŭmĕro, vel Adnumero, are, zuzehlen. Plaut. in Mercat. prologo v. 88 *Mihi argentum ipſe annumerat ſua manu.* Cic. Divinat. in Verr. cap. 17 *Pecuniam ex ærario promere, & per ſingulos denarios alicui annumerare.* ¶ *Annumerare*, ad numerum aliorum adjungere: Cicero lib. 2 de Divinat. cap. 1 *His libris annumerandi ſunt ſex illi de Repub.* Sic etiam dicimus, *una cum aliquibus annumerari.* Et, *In grege aliquorum annumerari*, Cicer. pro Roſcio Am. cap. 32.

¶ Annumeratus, a, um, zugezehlt, hinzugerechnet. Cic. de Invent. 2 cap. 45 *Si dicemus infirmum aliquid annumeratum.* Macrob. in Somn. Scip. 1 cap. 6 *Termini adnumerato effectu.*

¶ Connumĕro, are, inter alios annumerare, vel in aliis, unter andere rechnen, mitzehlen. Gloſſæ Cyrilli: *Connumero*, συναριθμῶ. Paulus JCtus l. 14 Dig. de Statu hom. *Inter liberos connumerabitur.* Et Vlpianus Lege 43 § 3 de ritu nuptiar. *debuiſſe bis connumerari.* Et Lege un. Cod. de Profeſſor. in urbe CP. *inter ſtatutos connumerati.* Arnobius ſub finem lib. 5 p. 187 *Si Attis ſol eſt, quemadmodum connumeratis & dicitis.* Et Ammianus lib. 25 cap. 11 *Vir profecto heroicis connumerandus ingeniis.* Nec ſequioris tantum ætatis hoc verbum eſt, ſed Ovidio etiam vindicat Arundel. codex, lib. 5 Triſt. eleg. 4 v. 20 *Se quoque in exemplis connumerare ſolet.*

Vulgo *annumerare* legitur: vide Heinſium. Hæc ideo numeroſius probanda erant, quia hoc verbum in vulgatis Lexicis neglectum eſt.

¶ Denŭmĕro, are, pro dinumerare, enumerare, aufzehlen, herzehlen. Gloſſ. Vet. *Denumero*, καταριθμῶ, ἀπαριθμῶ, ἐξαριθμῶ. Plautus Moſtell. a. 3 ſc. 3 v. 18 *Mihi denumerato: ego porro illi denumeravero*, intellige argentum ſeu pecuniam.

¶ Denumeratio, ōnis, die ausrechnung. Gloſſ. Cyrilli: *Denumeratio*, ἐξαρίθμησις.

¶ Dinumĕro, are, ut alii ſcribunt, idem eſt quod Denumerare, nach einander zehlen; ut, *Dinumerare exercitum*, Plin. lib. 4 cap. 11. *Dinumerare & dimetiri ſyllabas*, abzehlen und ausrechnen, Cic. in Orat. cap. 43. Et, *Dinumerare pecuniam*, geld abzehlen, Terent. in Adelphis a. 5 ſc. 7 v. 17.

¶ Dinumeratio, ōnis, die zehlung, herrechnung. Cic. 3 de Orat. cap. 54 *Et dinumeratio, & alia correctio.* Et Quintil. lib. 9 cap. 3 *Quædam omnino non ſunt figuræ, ſicut ordo, dinumeratio, circumſcriptio.*

¶ Enŭmĕro, are, ausrechnen, die rechnung machen. Ter. in Adelph. a. 2 ſc. 2 v. 28 *Jamne enumeraſti, quid ad te rediturum putes?* haſt du nicht überſchlagen, was du daran gewinnen wirſt? ¶ *Enumerat miles vulnera*, id eſt, recenſet, er rechnet ſie her, Propert. lib. 2 eleg. 1 v. 44.

¶ Enumeratus, a, um, ausgerechnet, gezehlt. Liv. 3 cap. 58 *Septem & viginti enumeratis ſtipendiis.*

¶ Enumerātio, ōnis, die ausrechnung, erzehlung. Occurrit vox hæc ſæpe apud Cic. de Invent. & deſcribitur lib. 1 cap. 52, *Enumeratio eſt, per quam res diſperſe & diffuſe dictæ unum in locum coguntur, & reminiſcendi cauſſa unum ſub aſpectum ſubjiciuntur.*

¶ Innumĕrus, a, um, adject. innumerabilis, unzehlich. Eleganter Lucret. 2 v. 1052 *Semina innumero numero.* Cic. de Orat. lib. 2 cap. 22 *Ludô Iſocratis, tamquam ex equo Trojano, innumeri principes exierunt.* ¶ 2. *Innumeros numeros* Plautus in Epitaphio ſuo apud Gell. lib. 1 cap. 24 verſus dixit, quos Horatius *lege ſolutos* appellat. Eo videlicet modo, quo apud Græcos γάμος ἄγαμος, δῶρα ἄδωρα, apud Latinos, ut Ciceronem, *innuptæ nuptiæ; funera nec funera*, apud Catullum Argonaut. v. 83; *juſta injuſta*, apud Ovid. dicuntur. vide Scalig. Lect. Auſon. lib. 2 cap. 22. *Innumeri*, i. e. ſine certa lege numerorum. ¶ *Innumerum* etiam pro vano ponitur, & quod habendum nullo numero eſt: vid. Barthius lib. 1 Adverſar. cap. 2.

¶ Innumerabilis, e, unzehlich; ut, *pecunia innumerabilis*, Cicer. pro Quintio cap. 11. *Democritus innumerabiles finxit mundos*, Idem 4 Acad. cap. 17.

¶ Innumerābĭlĭter, adverb. idem. Lucretius lib. 5 v. 275

Innumerabiliter privas mutatur in horas.

¶ Innumerabilitas, ātis, die unzehlbarkeit; ut, *Democritus innumerabilitatem mundorum dixit*, Cic. 1 Nat. Deor. cap. 26. Et, *Innumerabilitas atomorum*, ibidem cap. 39.

¶ Innumerālis, e, unzehlbar, Lucret. lib. 2 v. 1084

Non eſſe unica, ſed numero magis innumerali.

¶ Innumerōſus, a, um, idem. Plin. 10 cap. 65 *Ex omnibus, quæ perfectos fœtus, vel tantos & innumeroſos edunt, ſupra cuncta eſt murium fœtus.*

¶ Pernŭmĕro, are, gantz oder gar zehlen; ut, *Pernumerare argentum*, Plaut. Epid. a. 5 ſc. 1 v. 26. *Pernumerare pecuniam*, Livius lib. 28 c. 34.

¶ Rènumero, are, wieder aufzehlen, wieder heraus geben. Terent. in Hecyr. a. 3 ſc. 5 v. 52 *Renumeret dotem huc; eat.*

¶ Sæpenumero, vide infra *Sæpe*.

¶ Supernumerārius, a, um, qui ſupra numerum ordinarium accedit, zum überſchuß gehörig; ut, *Milites ſupernumerarii*: Vegetius lib. 2 cap. 19 *Accenſi, hoc eſt, poſtea additi, quam fuiſſet legio completa, quos nunc SVPERNVMERARIOS vocant.*

¶ Transnumĕro, are, hinüber rechnen. Auctor ad Herenn. lib. 4 c. 50 *ſi hodie vis transnumerari.*

NVMĪCIVS, ſive Numicus, i, fluvius Latii, quo Æneas ſubmerſus fuit. Hic poſtea decrevit in fontem: & Veſtæ libari, non niſi de eo, fas fuit. Vide Servium ad illud Virg. lib. 7 Æn. v. 150

hæc fontis ſtagna Numici.

Et Ovid. lib. 3 Faſt. v. 647

Corniger hanc tumidis rapuiſſe Numicius undis
Creditur. conf. 14 Metam. v. 328 & 599.

¶ 2. *Numicius*, viri nomen, ad quem ſcripſit Horatius 1 epiſt. 6. De *Numicio Thermo* conf. Tacit. Ann. 16, 20, 2.

NVMĬDIA, æ, regio Africæ, ſub mediterraneo mari inter propriam Africam ſeu Carthaginienſis ditionis, ac Mauritaniam late extenſa, etiam in Auſtrum longius & ad Getuliæ fines procurrens

¶ Numĭda, æ, plur. Numidæ, incolæ, die Numidier, quaſi *Nomades*, a νομεύω paſco, vide *Nomades*. Celebrati Numidæ equites in comitatu divitum Romanorum fuerunt, de quo legendus Lipſius ad lib. 2 Hiſtor. Taciti, itemque Torrentius ad Suetonii Neronem cap. 30.

¶ Nŭmĭdĭcus, a, um, adject. ut, *Equi Numidici*, apud Livium lib. 30 cap. 6. *Gallinæ Numidicæ*: de quibus Columella lib. 8 cap. 2 *Africana*, inquit, *gallina eſt, quam plerique Numidicam dicunt, meleagridi ſimilis, niſi quod rutilam galeam, & criſtam capite gerit, quæ utraque ſunt in meleagride cærulea.* Commendat Salluſtius Jugurth. cap. 94 *ſcuta Numidica*, minimi ponderis, ex coriis facta. *Numidicum marmor*, Iſidor. 16 cap. 5. ¶ 2. *Numidicus* & proprium honoris nomen, Q. Cæcilio Metello, ob res in Numidia contra Jugurtham præclare geſtas, impoſitum. vid. Cic. 6 in Verr. cap. 66, & lib. 1 ad Attic. epiſt. 16, item Aurel. Victor de Viris Illuſtr. cap. 62.

¶ Numidiānus, a, um, aliud adject. ut, *Numidiana pyra*, Plin. lib. 15 cap. 15.

Numiſma, nummus, vide mox *Numus*.

NVMĬTOR, ōris, filius Procæ Albanorum regis, pater Rheæ Silviæ, Romuli & Remi matris, vide & initium lib. 1 Livii, & Ovid. Faſt. 4 v. 53.

Numnam, numquando, numquis, vide paullo ante *Num*.

NVMVS, vel Nummus, i, moneta, ſic dicta a νόμος, ex quo νοῦμος, ut ex ὄνομα, οὔνομα, lex, quod ejus uſus lege introduceretur, ein pfennig, eine müntze. Plur. *Nummi*, geld. *Aureus nummus*, eine güldene müntze. *Nominibus certis exponere nummos*, geld ausleihen, Horat. lib. 2 epiſt. 1 v. 105. *Doloſi ſpes refulget nummi*, Perſ. prologo. *Nummus aſper* apud Senecam epiſt. 19, & Suetonium in Nerone cap. 44, quis ſit, nondum certum ſatis eſt. Alii novum; alii veterem, ſed in theſauris ſervatum hactenus interpretantur. *Aſperum nummum* & Perſius dixit ſatyr. 3 v. 69. Vide Lipſium ad Senecam. *Nummo addicere alicui aliquid*, um bezahlung: vide ſupra *Addicere*. Et, *In nummo exigere aliquid*, eſt pretium rei exigere, non rem: vide ſupra *Adærare* in *Æs*. Sic, *Salarium in ſextenis numûm accipere*, Eumenius orat. pro reſtaurand. ſcholis Menianis cap. 11. *Numos ſcribere*, eſt obligare ſe de numis ſolvendis, apud Plaut. Aſin. a. 2 ſc. 3 v. 34. ¶ 2. *Numus* nomen ſpeciale idem eſt quod *Seſtertius*, acht oder achthalbe Meißniſche pfennige. ¶ 3. Dicitur & *Numus Seſtertius*: *Decem millia numûm*, idem quod *decem millia ſeſtertium*, *CCL* aurei coronati, dritthalb hundert kronen. Cæterum ſcias, ſibi non conſtare in hoc vocabulo ſcribendo vetuſtos libros, aut lapides inſcriptionibus ſignatos, ſed quosdam mutam M geminare, alios ſimplicem tenere, & his videtur origo favere; quod vel a *numerus* eſt, vel a *Numa* rege, qui primus, teſte Suida, ex ære & ferro factam monetam donaſſe Romanis dicitur; vel ex νόμος. Alteram ſcriptionem tuetur receptior uſus, quem & Manutius & Dausquejus in Orthograph. probant, quos conſulas.

¶ Nummŭlus, i, diminutivum, exigua pecunia. Cic. lib. 1 ad Attic. epiſt. 16 *Numulis acceptis, jus & fas omne delere.*

¶ Nummātus, a, um, adject. abundans nummis, geldreich, bemittelt. Cic. cont. Rullum 2 cap. 22 *Adoleſcens non minus bene nummatus, quam bene capillatus.* Horat. lib. 1 epiſt. 6 v. 38

Et bene nummatum decorat ſuadela Venusque.

Comparat. *Nummatior*: apud Apulej. lib. 1 Metam. poſt initium, *Nummatior revertor.*

¶ Nummatio, ōnis, tractatio aut poſſeſſio pecuniarum, geldhandel, wucher. Cicero Philipp. 2 cap. 45 *Lætitiam ſenatus populique Rom. confer cum nummatione tua tuorumque: tum intelliges, quantum inter laudem & lucrum interſit.*

¶ Nummārius, a, um, zur müntze gehörig; ut, *Res nummaria*, Cicer. 3 Offic. cap. 20, müntzweſen, handthierung mit gelde. *Ratio nummaria*, Idem 10 ad Attic. epiſt. 13, geldrechnung. Et, *Theca nummaria*, lib. 4 ad Attic. epiſt. 7, ein geldkaſten.

¶ Nummulārius, i, qui rei nummariæ negotiationem exercet, ein geldhändler, wechsler, wucherer. Sueton. Galbâ cap. 9 *Numulario non ex fide verſanti pecunias, manus amputavit, menſæque ejus affixit.* vide *Collybiſta*. Et Martial. 12 epigr. 57

Neroniana numularius maſſa.

¶ Nummulārĭŏlus, i, diminutivum, ein kleiner geld-ausleiher. Seneca de morte Claudii p. 852 *Proximus interrogatur ſententiam Dieſpiter Vicæ Potæ filius, & ipſe deſignatus Coſ. numulariolus.*

¶ Nŭmiſma, vel Nomiſma, ătis, νόμισμα, idem quod nummus, geld, müntze. Horatius in epiſtola 1 lib. 2 v. 234

Rettulit acceptos regale numiſma Philippos.

Et Martialis lib. 1 epigr. 12 *bis quina numiſmata.* ¶ 2. Specialiter nummum aureum ſignificat, qui *Solidus* dicebatur; vide ibi. ¶ 3. Prudentius pro charactere, ſeu forma nummi (gepräge) poſuit. Ita enim Hymno B. Laurentii 2 periſteph. v. 95

En Cæſar agnoſcit ſuum
Numiſma nummis inditum.

Numiſma ſuum, i. e. imaginem ſuam numis impreſſam. Vide & Salmaſium ad Lampridii Alexandrum p. 218.

¶ Numella, æ, machinæ genus ligneum ad diſcruciandos nexios paratum, cui collum & pedes immittunt, ut Nonius auctor eſt cap. 2 n. 568, ein halseiſen. Hinc Plautus inter carnificis inſtrumenta numerat Aſinariâ a. 3 ſc. 2 v. 5. Feſtus genus vinculi interpretatur, quo deligantur quadrupedes, ein koppelring: atque ita uſus eſt Columella lib. 6 cap. 19, & lib. 7 cap. 8, qui tamen in maſculino *Numellos*, non

Numellas dixit. Et vero nomen traxisse videtur a forma numorum, quos articuli sive ligamenta mutuo juncta repræsentant. Quæ Becmanni (pag. 746 Orig.) conjectura, nec Vossio displicet Etymol. f. 347.

¶ Decanummus, i, est denarius nummus, cujus quarta pars sestertius, decima as, apud Var. Auct. de Limit. Gœsii p. 265.

¶ Dīnummium, i, διένμμιον, species vectigalis, in Cod. Theod. lib. 14 t. 26.

¶ Multinūmus s. Multinummus, vide supra *Multus*.

¶ Pentanummus, i, nummus valens denarii dimidium, apud Auct. Gœsii l. c.

¶ Trinummus, i, ein dreyer. Sic dicta fabula Plautina a sycophanta tribus nummis conducto: vide ejus fabulæ argumentum.

NVNC, νῦν, adverb. temporis, nun, itzo. Cicer. Philipp. 7 cap. 5 *Erat tunc excusatio oppressis, misera illa quidem; sed tamen justa: nunc nulla est.* Tamen sine temporis significatione interdum ponitur, & conjunctionis adversativæ vim habet, ut Cicer. de Divinat. cap. 29 *Quæ quidem multo plura evenirent, si ad quietem integri iremus; nunc onusti cibo & vino confusa & turbata cernimus.* Valla lib. 1 cap. 2 *Nunc primum*, nun erst, nun zum ersten mahl. *Nunc primum audio, quid illo sit factum*, Terent. in Andr. a. 5 sc. 4 v. 33. Et, *Nunc demum*, nun allererst: Idem Heautont. a. 2 sc. 3 v. 3 *Ego vero audio nunc demum.* Ibidem v. 12 *Nunc demum intelligo.* Geminatur quoque non ineleganter: Horat. epod. 5 v. 53 *Nunc, nunc adeste.* Virgil. 5 Æneid. v. 189 , *nunc, nunc insurgite remis.*

¶ Nunccine, interrogat. nun erst? Terent. Andr. a. 4 sc. 1 v. 60 *Hem, nunccine demum?*

¶ Nuncŭbi, an vel numquid alicubi, irgendwo. Terent. in Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 83 *Nuncubi meam benignitatem sensisti in te claudier?* hast du auch jemahls gespüret, &c.

Nuncio & Nuncius, cum derivatis, vide paullo post *Nuntius*.

NVNCOREVS, i, Sejostridis filius, qui obeliscum Romæ in Vaticano curavit excidendum, Plin. 36 cap. 11.

NVNCVPO, avi, atum, are, est appellare, nominare, nennen, namhafft machen, klar darthun. Factum esse existimatur ex *nomen* & *capio*. Varro de L.L. 5 cap. 7 *Quis tu es, mulier, quæ me insueto nuncupasti nomine?* Liv. 1 cap. 2 *Julum Julia gens auctorem nominis sui nuncupat.* Cic. lib. 2 de Nat. Deor. cap. 28 *Dii per alia poterunt intelligi, qui qualesque sint, quæque eos nomine consuetudo nuncupaverit.* ¶ *Nuncupare* etiam est, concepta & constituta apud se testari præsentibus, rataque habere, & referre in tabulas, geloben, bestimmen. Sic, *vota nuncupare*, (de quo Rutgersius lib. 5 Variar. Lect. cap. 5,) apud Cicer. 3 Philipp. cap. 4. Et, *Testamenta nuncupare*, Plin. lib. 14 cap. ult. ubi de vino gravatis loquitur, qui arcana prodant omnia. *Adoptionem nuncupare*, Tacit. 1 Histor. cap. 17. *Hæredem nuncupare*, Justin. 12, 15, 9 & 12.

¶ Nuncupatus, a, um, expresse vel nominatim prædictus vel scriptus, benennet, angedeutet: ut, *res nuncupatæ*, *nuncupatæ pecuniæ*, *vota nuncupata*, apud Varr. de L. L. 5 cap. 7, & apud Festum.

¶ Nuncupātio, ōnis, die benennung. Plin. lib. 9 cap. 35 *Nuncupationem tabulis probare*, id est, appellationem.

¶ Nuncupator, ōris, ein stiffter. Apulejus 2 Floridor. sub fin. *Pythagoras primus philosophiæ nuncupator & conditor.*

¶ Nuncupatim, adverb. nominatim, nahmentlich. Claud. Mamertus lib. 2 cap. 9 de Statu Animæ: *Eruentur mihi atque extrahentur etiam nuncupatim ex abditis tenebellarum, qui hactenus delituére.*

¶ Prænuncŭpo, are, ante nominare, vorher nennen, zuvor verkündigen. Prudentius Hymno Jejunantium v. 179

Prænuncupatus ore qui prophetico
Emanuel est, sive nobiscum Deus.

NVNDĪNÆ, arum, plurale, a *nono die* dicebantur Romæ, ein wochenmarckt, jahrmarckt. Nam nono die rusticani urbem adibant ad mercatum & judicia, & ad leges denuo cognoscendas, postquam octo integros dies operi rustico impenderant. v. Festus & Macrob. Saturn. 1 cap. 16. Columell. præf. lib. 1, & Varro præf. lib. 2 de R.R. *Nundinas instituere*, einen jahrmarckt anrichten, Plin. lib. 5 epist. 4. *Domus quæstuosissima falsorum chirographorum officina, agrorum &c. flagitiosissimæ nundinæ*, i.e. ubi hæc omnia sunt venalia, ein solches kauffhauß, Cicer. 2 Philipp. c. 16. ¶ 2. In singulari, *In nundinam & auctionem mitti, si emptor inveniatur*, Sidonius dixit 7 epist. 5. ¶ 3. Est & *Nundina* Dea, a nono die nascentium dicta, qui dies est lustricus, quo infantes lustrabantur & nomen accipiebant: vid. Macrob. 1 Saturn. c. 16. ¶ 4. Est & *Nundinum*; vide mox *Trinundinum*.

¶ Nundinālis, e, zum jahrmarckt gehörig. Plaut. Aulul. a. 2 sc. 4 v. 45 *Nundinalis coquus.* Vide ibi Interpretes.

¶ Nundinarius, a, um, idem; ut, *Forum nundinarium*, Plin. 8 cap. 51.

¶ Nundĭnor, atus sum, ari, jahrmarckt halten, kauffschlagen, kauffen. Et venditare est, & emere. Gloss. Cyrilli: *Nundino*, καπηλεύω. Adde tralatitiam, quæ sequitur, notionem. Et Cic. 4 in Verrem cap. 49 *Pueri annorum senûm septenumque denûm senatorium nomen nundinati sunt*, h. e. pretio adquisiverunt, emtitarunt, sie haben den titul erhandelt. ¶ 2. *Nundinari* etiam dicuntur, qui corrupti muneribus jura pervertunt. Sueton. in Tito cap. 7 *Constabat, in cognitionibus patris nundinari præmiarique solitum.* Apulej. Metam. 10 *Sententias suas pretio nundinari*, i. e. vendere, verhandeln. Apud Firmicum 6, 31 etiam active dicitur: *Pudorem alicui nundinare.* Et apud Capitolinum in Gordianis c. 24 *velut in auctione positus nundinatus est*, i.e. venditus.

¶ Nundĭnātio, ōnis, mercatura, der meßhandel: ut, *Nundinatio juris*, krämerey und kauffschlagen mit dem recht, Cicer. 1 Agrar. c. 3.

¶ Nundinatitius, a, um, venalis, feilliegend. Tertull. de Veland. virg. c. 3 *Nundinatitia capita*, i. e. non velata.

¶ Nundinator, ōris, ein kauffmann. Vet. Gloss. *Nundinator*, ἀγοραῖος, καπηλευτής.

¶ Enundĭno, are, i. e. mercari, erkauffen. Tertull. de Idolol. cap. 9 *Spiritum sanctum enundinare.*

¶ Trinundĭnum, i, vel trinum nundinum, sunt, qui tertium nundinarum diem dictum fuisse putant. Idem igitur dicere est: *Trinundino, & tertiis nundinis, & in trinundinum*, h. e. tertias nundinas. ¶ Valla *trinum nundinum*, rogationem aut comitia tribus in locis uno die, aut tribus diebus uno loco celebrata, appellari putat lib. 3 cap. 5. Exempla sunto: Livius lib. 3 cap. 35 pr. *Postquam vero comitia decemviris creandis in trinum nundinum indicta sunt.* Et Cicero pro Domo cap. 16 *Si quod in ceteris legibus* [promulgandis] *trinundinum esse oportet, id in adoptione satis est trium esse horarum.* Idem Philipp. 5 cap. 3 *Ubi promulgatio trinundinum?* elliptica locutio. Et lib. 16 epist. 12 ad Tironem: *ad consulatus petitionem se venturum: neque se jam velle, absente se rationem haberi sui: se præsentem trinundinum petiturum.* Et Quintil. lib. 2 cap. 4 p. 120 *Aut de ipsius rogationis jure dubitari potest, quod est varium, sive non trino forte nundino promulgata, sive non idoneo die*, &c. Apud Lampridium in Alex. Severo cap. 28 etiam *primum nundinum*, est primus nundinarum dies.

Nunquam, Nunquando, nunquis, vide *Unquam*, *Num*.

NVNTIVS, sive Nuncius, i, ἄγγελος, ein bothe. *Per nuntium certiorem facere, quid actum sit*, Cicer. 11 ad Attic. epist. 24. ¶ 2. Res nuntiata, die bothschafft, die post; ut, *Nuntium accipere optatissimum*, Cic. lib. 2 fam. epist. ult. pr. *Nuntium exoptatum afferre*, Idem pro Rosc. Am. cap. 7. *Nunciare nuncium exoptabilem*, Plaut. Stich. a. 2 sc. 2 v. 67. Conf. Epid. a 1 sc. 1 v. 19, & Terent. Heaut. a. 3 sc. 1 v. 18. Pro eo & frequenter in genere neutro *Nuncium* vulgariter dicitur. An recte, disputatur. Valla lib. 6 cap. 15 prorsus negat, cumque eo & alii, in his Bonciarius Epist. p. 362. Ego vero etsi facile dedero, melius & consuetudini latinorum auctorum convenientius, *nuntium*, in masculino dici: tamen concedere vix possum, illud alterum prorsus Latio excludendum esse. Si rem recte putant, *nuntius* adjectivum est; namque Ovid. Heroid. epist. 16 Paridis v. 10 *nuntia verba*; Tibull. lib. 3 eleg. 4 v. 5 *nuntia exta* dixit, ut alia prætereamus. Quare, in quocunque genere id absolute ponitur vocabuli, necesse est aliquid subaudiamus. Si igitur *nuntius* pro ἀγγελία recte dicitur, subintellecto videlicet vocabulo *sermo*, vel simili; cur *nuntium* rectum non erit, si *verbum*, vel aliud tale subaudiamus? Sane ad istum modum *Sertam* & *Sertum* latine dicimus, commodo utrobique subintellecto vocabulo. Nam & illud revera adjectivum est. Atqui auctoritates urgent. Nec istæ prorsus deesse videntur. Certe Catullus in Attyne, omnium librorum consensu, scripsit v. 76

Geminas Deorum ad aures nova nuntia referens.

Atqui Scaliger, inquiunt, aliter legit. Nos vero non videmus, cur Scaligeri emendationem, quæ ex conjectura est, præ illa lectione admittamus, quæ omnium librorum autoritate nititur, præcipue quum sensus bene habeat. Et notum est, multa heroem illum sibi permisisse in illis auctoribus, quæ docti mirantur magis, quam probant. Quod si concedamus illis in Catulliano isto loco auctoritate Scaligeri pugnare in nos: concedent & ipsi quoque nobis in alio Plautino Gruteri auctoritate in se uti. Is ergo Curculione a. 5 sc. 2 ita legit: *Opta ergo ob istuc nuntium quidvis tibi?* Quæ quidem emendatio eo magis admittenda est, quod auctores habet libros manuscriptos. Sed in hoc genere *nuntium* posuisse videtur Apulejus, quando in de Deo Socratis scribit: *Quippe etiam semotis arbitris una cum Phædro extra pomerium, sub quodam arboris opacæ umbraculo, signum illud & nuntium sensit*, &c. Accedit, quod *hoc nuntium* Servius & Isidorus agnoscunt. Adjiciamus & Sedulii, Christiani, non antiquissimi quidem, latini tamen poëtæ, carmen lib. 2 v. 74

Eoi venere Magi, sævumque tyrannum
Grandia solicitis perturbant nuntia dictis.

Vide, si lubet, Cellarii Curas Posteriores cap. 5 p. 195, ejusdemque Discussionem Appendicis Danicæ p. 74, & quæ denique reposuit Andr. Borrich. in Vindiciis p. 146 usque ad p. 152, ubi hæc omnia copiosius examinantur, & ab ipso Borrichio post multa alia coronidis loco adjicitur testimonium Varronis de L. L. 5 cap. 9 *Ubi noctu in templum censura auspicatur, atque de cælo nuntium erit.* ¶ 3. *Nuntium mittere*, & *remittere* dicuntur conjuges, cum alter alterum repudiat, den abschied geben. *Nuntius* enim libellus repudii dicitur, quem conjuges solebant mittere, qui ab se invicem divertere vellent; cujus solennis formula erat: HABE TIBI RES TUAS. Addebantur & caussæ, quas propter divortium fieret. Cicero Topicis c. 4 *Si viri culpâ factum est divortium, etsi mulier nuntium remisit* &c. Et mox: *Si mulier fuisset nupta cum eo, qui cum connubium non esset, nuntium remisit* &c. Et ita etiam JCti: ubi REMITTERE pro MITTERE ponitur. Solent enim sæpius Latini composita, simpliciaque commutare, & alterum ponere pro altero. Nec aliter Nonius REMITTERE in hac locutione interpretatur. Similiter Plautus *renuntiare repudium*, pro *nuntiare* in Aululariâ dixit a. 2 sc. 10 v. 53. Hinc ad alia eleganter transfertur. Cicer. lib. 15 epist. 16 ad C. Cassium: *Biennium aut triennium est, cum virtuti nuntium remisisti, delinitus illecebris voluptatis.* Quod ille quidem per jocum de mutato philosophiæ genere intelligit, quod Cassius ex Stoico aut Academico Epicureus factus fuerat.

¶ Nuntia, æ, substant. eine ankündigerin. Sic, *Historia nuntia vetustatis*, apud Cic. de Orat. lib. 2 cap. 9. Sic, *Fama nuntia veri*, apud Virgil. Æneid. 4 v. 188, nisi & hic pro adjectivo malis habere. Namque

¶ Nuntius, a, um, adjectivum esse, ansagend, postbringend, exemplis Ovidii & Tibulli probatum est paullo ante in *Nuntius*, subst.

¶ Nuntio, avi, atum, are, nuntium afferre, exponere, bothschafft bringen, ankündigen, ansagen. *Nuntiare salutem*, Cicer. 4 Attic. epist. 10, grüssen. *Romam nuntiatur*, Idem 11 fam. epist. 12. Et Plin. lib. 3 epist. 7 *Nuntiatus est Silius Italicus vitam inediâ finisse.* Et, *Nuntiare ad aliquem aliquid*, Plaut. dixit Mostell. a. 1 sc. 3 v. 76.

¶ Nuntiātio, ōnis, die verkündigung. Ex augurali notione est apud Cicer. Philipp. 2 cap 32 *Nos nuntiationem solum habemus: consules & reliqui magistratus etiam inspectionem.*

¶ Nuntiator, ōris, ein verkündiger, bothschaffter. Arnob. lib. 1 sub fin. *Christus rei maximæ nuntiator.*

¶ Nun-

¶ Nuntiātrix, īcis, eine verkündigerin. Cassiodorus lib. 2 epist. 14 *Nuntiatrix redeuntis anni ciconia.*

Composita a *Nuntius:*

¶ Annuntio, vel Adnuntio, are, ansagen, ankündigen, verkündigen. *Annuntiare salutem*, Cicer. ad Attic. lib. 12 epist. 1.

¶ Annuntiatio, ōnis, die ankündigung. Cicer. de Fato c. 12 *Hæc annuntiatio vera esse non potest.*

¶ Annuntiātor, ōris, ein ankündiger. Tertullianus lib. 4 adv. Marcion. c. 7 *Indignum, ut Romulus adscensus sui in cælum habuerit Proculum affirmatorem: Christus vero filius Dei, descensus de cælo sui non invenerit annuntiatorem.* Et Augustinus Tom. 10 Serm. 14 de Sanctis, sive de Pauli conversione: *Paulus ex persecutore Christianorum, annuntiator factus est Christi.*

¶ Adnuntius, i, idem quod simplex, *nuntius:* quomodo passim idem quoque sunt verba, nuntio & annuntio. Apulej. de Deo Socr. p. 52 ed. Elmenh. *Sub quodam arboris opacæ umbraculo signum illud adnuntium sensit.* Ambros. 5 hexaem. 9 (Tom. 4 Oper. f. 57) *Echinus tempestatis aut tranquillitatis adnuntius navigantibus.* Dictum autem eadem formâ, ut *prænuntius.*

¶ Denuntio, are, prædicere, verkündigen, anmelden, zuvor sagen, zu wissen thun. *Multo ante denuntiare*, Cicer. de Senect. c. 6. *Denuntiare alicui periculum*, Idem lib. 2 ad Attic. epist. 20. *Denuntiare & indicere bellum*, Cicer. 1 Offic. c. 11. Et, *Denuntiare alicui testimonium*, Idem pro Rosc. Am. c. 38, est ad testimonium dicendum vocare. Quod Plinio est *testibus denuntiare* lib. 6 epist. 5 n. 2. ¶ 2. * *Denuntiare* sumitur & pro minari, drohen. Cicer. 2 ad Attic. epist. 21 *multis denuntiat.* Et sic sæpe in præcedentibus illius libri epistolis. Idem 2 epist. 23 *multos terrores jacit, atque denuntiat.* Grævius. ¶ 3. *Denuntiare* eleganter etiam est arcessere, jubere, rogare, præsto esse, uti Græcis παραγγέλλειν, monente Gifanio, accipitur. Sic Cicer. 11 fam. epist. 2 *Denuntiare veteranis*, est eos accire in urbem. Adde lib. 5 epist. 11, lib. 13 epist. 77, & ad Attic. 2 epist. 22.

¶ Denuntiatio, ōnis, die vermeldung, aufkündigung: ut, *Denuntiatio & significatio calamitatum*, Cicer. lib. 2 de Divinat. c. 25. *Denuntiatio belli*, Idem Philipp. 6 c. 2. Et Livius lib. 38 c. 14 *Hac denuntiatione deterritus.* Vellej. 2, 70, 1 *Denuntiatio quietis*, ein traum.

¶ Denuntiātīvus, a, um, andeutend. Cæl. Aurel. 2 Tard. c. 4 *Denuntiativo motu.*

¶ Denuntiator, ōris, ein ankündiger. Vet. Gloss. *Denunciator*, παραγγελεύς. Et vetus Inscriptio apud Gruterum p. 254 num. 4 DENVNCIATORES PVTEOLANI.

¶ Indenuntiatus, a, um, unangekündigt: ut, *Arma indenuntiata*, Senec. Suasor. 5. Idem Suasor. 2 *Indenuntiata sorte rapimur.*

¶ Enuntio, are, exponere, pronuntiare, aussagen, ausschwatzen. *Commissa enuntiare*, Cicer. 2 Tuscul. c. 13. Et, *Consilia amicorum adversariis enuntiare*, Idem 2 Agrar. c. 34, verrathen, entdecken, offenbahren. Conf. Nepot. 4, 4, 6.

¶ Enuntiatus, a, um, ausgesprochen: ut, *Sermo rectus & secundum naturam enuntiatus*, Quintil. 2 c. 5. Et, *Per judicium enuntiata res*, Cæs. B. G. 1 c. 16.

¶ Enuntiātum, i, substant. ein vortrag. Ita Cicero propositionem vocat de Fato c. 9 *Enuntiatum verum aut falsum.*

¶ Enuntiatio, ōnis, der ausspruch. *Propria, dilucida, & breviter comprehensa verbis enuntiatio*, Quintil. lib. 7 cap. 3, kurtze und deutlich gefaste ausrede. *Ratio enuntiationum; quæ Græci ἀξιώματα vocant*, Cicer. ineunte lib. de Fato.

¶ Enuntiatīvus, a, um, aussprechend: ut, *Motus animorum enuntiativi corporum*, Seneca epist. 117.

¶ Enuntiator, ōris, ein sprecher; unde fœmininum est

¶ Enuntiatrix, īcis, eine rednerin. Quintilianus lib. 2 cap. 15 *Ars enuntiatrix*, i. e. Rhetorica. Prudentius in Romano v. 770

> *Digna est fidelis lingua quæ sit hostia,*
> *Interpres animi, enuntiatrix sensuum,* &c.

¶ Internuntius, i, ein gesandter von einem zum andern, ein unterhändler. Terent. Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 56 *Ne quis forte internuntius clam a milite ad istam cursitet.* Et, *Internuntios ultro citroque mittere*, Cæsar lib. 1 B. C. cap. 20. Et, *responsa per internuntios dare*, Justin. lib. 1 cap. 2.

¶ Internuntio, are, reden und antwort von einem zum andern bringen, apud Livium lib. 42 cap. 39 *Postquam in conspectu steterunt* [rex Perseus & Q. Marcius &c. collocuturi,] *dirimente amne, paulisper internuntiando cunctatio fuit, utri transgrederentur.*

¶ Obnuntio, are, ankündigen, widerstreben. Terent. Adelph. a. 4 sc. 2 v. 7

> *Primus sentio mala nostra: primus rescisco omnia:*
> *Primus porro obnuncio:*

ubi Donatus: *Qui malam rem nunciat, OBNVNCIAT, qui bonam, ANNVNCIAT. Nam proprie dicuntur augures OBNVNCIARE, qui aliquid mali ominis scævumque viderint. Ergo OBNVNCIO, quasi OMEN NVNCIO. Inde enim ἐτυμολογία hujusce verbi est.* Sed frustra est, cum ab *omine* derivat. OBNVNCIARE enim est, obloquendo nuntiare: & ad auguria pertinet. Non poterat agi cum populo auspicato, si tonuisset. Quod si igitur quis haberet comitia, & perrogare aliquid vellet, non poterat, si magistratus aliquid aut augur nuntiaret, se audisse tonitru, fulgurve vidisse. Hoc igitur OBNVNCIARE vocabant. Poterantque id facere magistratus & augures cum coram atque in os: tum per edicta, si coram obloqui non auderent. Cui rei testimonio est Suetonii locus Cæsare cap. 20. Vide Nicolaum Gruchium de Comitiis lib. 1 cap. 4 p. 64 & seqq. & Bernegg. ad l. c. Sueton.

¶ Obnuntiatio, ōnis, ein widerspruch. Cic. lib. 4 ad Attic. epist. 16 *Obnuntiationibus per Scævolam interpositis.*

¶ Prænuntio, are, zuvorsagen. Terent. in Phorm. a. 5 sc. 2 v. 12 *Abi, prænuntia hanc venturam*, gehe hin, und bringe ihm die bothschafft voran, &c. Cicero lib. 1 Divin. cap. 6 *Inflatu divino futura prænuntiare.* Inde, *prænuntiandæ futuræ res*, apud Augustinum epist. 19 cap. 3.

¶ Prænuntiātio, ōnis, die weissagung. Augustinus Retractat. lib. 1 cap. 22 *In veteri testamento prædicatio & prænuntiatio novi est.* Et Tertullianus de Anima cap. 46 *Beneficia admonitionum & prænuntiationum.*

¶ Prænuntiator, ōris, ein weissager. Gloss. Cyrill. *Prænuntiator*, προάγγελος. Et Augustinus Confession. lib. 9 cap. 5 *Esaias prænuntiator evangelii apertior.* Idem de Genes. ad lit. lib. 8 c. 4 extr. *prænuntiator rerum futurarum.*

¶ Prænuntiatrix, īcis, eine weissagerin. Prudentius passione B. Laurentii v. 29

> *Extrema vox episcopi*
> *Prænuntiatrix gloriæ.*

¶ Prænuntiatīvus, a, um, vorheranzeigend. Plinius lib. 2 cap. 71 *Propter piraticos terrores in speculis prænuntiativi ignes accensi.*

¶ Prænuntius, a, um, aliud adjectivum, idem quod prænuntians, ein vorbote; ut, *Clari prænuntia solis aurora*, Cicer. in Arati Capricorno v. 300 ed. Grot. *Lucis prænuntius ales*, id est, gallus, apud Ovid. 2 Fast. v. 767. *Chasmata ingentium malorum sunt prænuntia*, Plin. lib. 2 cap. 27.

¶ Prænuntium, i, etiam substantive dicitur, ein vorbericht, eine anzeigung. Confirmat istud in Analectis Olaus Borrichius p. 43 exemplis Senecæ atque Plinii innixus. Ille enim lib. 3 de Ira cap. 10 *procellarum sunt quædam prænuntia:* hic lib. 2 Hist. Nat. cap. 27 *Hæc ingentium malorum fuere prænuntia.* Idem cap. 84 ejusdem lib. *Nunquam urbs Roma tremuit, ut non futuri eventus alicujus id prænuntium esset.* Adde Andr. Borrich. Vindic. p. 146.

¶ Pronuntio, are, recitare, vorbringen: ut, *Memoriter pronuntiare*, Cicer. lib. 2 de Divin. cap. 5, auswendig hersagen. Idem lib. 1 de Orat. cap. 61 *uno spiritu pronuntiare multos versus*, in einem athem hersagen. *Pronuntiare perperam*, Plin. lib. 3 epist. 5 n. 12, unrecht aussprechen. *Pronuntiare sententiam*, Cicer. de Fin. 2 cap. 12, ein urtheil sprechen. ¶ Et *Pronuntiare* simpliciter, urtheilen, richten. Suetonius Nerone cap. 15 *Quid ipsi libuisset, perinde ac pluribus idem videretur, pronuntiabat.* Hinc, *pronuntiari ad bestias*, est damnari, Lege 6 Dig. ad L. Juliam peculatus. Vide Buchner. ad Plin. lib. 6 epist. 31 n. 234. Nempe *pronuntiare*, est palam nuntiare seu dicere, öffentlich vortragen. Suetonius Claudio extremo: *In ultima cognitione pro tribunali ACCESSISSE AD FINEM MORTALITATIS semel atque iterum pronuntiavit.* Vnde & de mandatis, quando eduntur & significantur, hoc usurpari verbum solet. Cæsar lib. 2 de B. C. c. 25 *Interim adventu longarum navium Curio pronuntiari onerariis jubet, se in hostium habiturum loco, quæ non e vestigio ad castra Corneliana vela direxisset*, er befiehlt es auszuruffen. Item de promissis: Curtius lib. 3 cap. 5 extrem. *Quippe Darius mille talenta interfectori Alexandri daturum pronunciari jusserat.* Suetonius Cæsare cap. 19 *Nummos de suo communi nomine per centurias pronuntiavit.* Idem Nerone cap. 24 *Quæ beneficia e medio stadio Isthmiorum die sua ipse voce pronuntiavit.*

¶ Pronuntiatus, a, um, ausgesprochen, hergesagt. Cic. Paradox. 3 c. 2 *Versus pronuntiatus est syllaba una brevior.* Curt. 10, 6, 24 *Ipsum ad pronuntiatam prædam sequebantur.* ¶ Item, verurtheilet. Ammian. 15 cap. 3 extrem. *Protectores pronuntiati vertere solum, veniam meruere*, &c.

¶ Pronuntiātum, i, subst. idem quod enuntiatum, der ausspruch, vortrag; ut, *Pronuntiatum verum* aut *falsum*, propositio, Cicer. 1 Tuscul. cap. 8.

¶ Pronuntiatus, ūs, subst. die aussprache, ausrede. Gellius lib. 4 cap. 17 *Et numerus in versu, & ratio in pronuntiatu manet.* Idem lib. 15 cap. 3 *quo fieret vox pronuntiatu audituque lenior.*

¶ Pronuntiatio, ōnis, idem. *Pronuntiatio moderatio est vocis, vultus atque gestus cum venustate*, ut auctor ad Herenn. lib. 1 cap. 2 definit. Et Quintilianus lib. 3 cap. 3 *Cuncta corrumpit ac propemodum perdit indecora vel voce vel gestu pronuntiatio.* Hæc de oratoria significatione. ¶ 2. Est & judicialis sententiæ prolatio, ein gerichtlicher ausspruch. Cicero pro Cluent. cap. 20 *Lege & pronuntiatione nondum condemnatus.* Cæs. B. C. 2, 25, 7 *Qua pronuntiatione facta*, nach der publicirung. ¶ 3. Est vox ipsa. Valer. Max. lib. 7 c. 4 ab init. *Illa pars calliditatis egregia, & ab omni reprehensione procul remota, cujus opera, quia appellatione nostra vix apte exprimi possunt, græca pronuntiatione strategemata dicuntur:* id est, græca voce.

¶ Pronuntiator, ōris, ein redner. Cicero de Clar. Orat. cap. 83 *Thucydides rerum gestarum pronuntiator sincerus.*

¶ Pronuntiabīlis, e, aussprechlich. Apulejus lib. 3 Doctr. Plat. ineunte: *Oratio pronuntiabilis*, h. e. propositio, enunciatio Logica. Gloss. lat. gr. *Pronuntiabile*, ῥητόν.

¶ Pronuntiātīvus, a, um, idem; ut, *modus pronuntiativus, quo pronuntiamus*, apud Diomed. lib. 1 p. 329.

¶ Renuntio, are, referre, vermelden, wiedersagen. Terentius in Andr. a. 3 sc. 2 v. 28 *Id ego nunc tibi renuntio, here, futurum*, id est, aperte nuntio. *Posteaquam mihi renuntiatum est de obitu Tulliæ filiæ tuæ*, Servius Ciceroni lib. 4 fam. epist. 5. ¶ 2. *Amicitiam alicui renuntiare*, Tacitus 2 Annal. cap. 70, freundschafft auffsagen. *Civilibus officiis renuntiare*, Quintil. lib. 10 cap. 7 pr. abdancken. *Illis repudiam renuntiet, hanc ducat*, Terent. Phorm. a. 4 sc. 3 v. 72, er mag ihnen die ehe wieder auffsagen. Nam *renuntiare* est vel nuntio vel verbis irritum facere, de quo convenit, ut recte explicat Jan. Gebhard. ad Corn. Nepot. Alcibiad. n. 56. ¶ 3. *Renuntiantur* etiam consules, tribuni, magistratus &c. id est, lecti vel creati declarantur, sie werden ausgeruffen und publiciret, abgekündiget. Cicer. pro Lege Man. cap. 1 *Prætor primus centuriis cunctis renuntiatus sum.* Et lib. 2 de Orat. cap. 64 *renuntiare consulem.*

¶ Renuntiātio, ōnis, testimonium, die vermeldung. Cicero 5 in Verr. c. 39 *Cæsio renuntiat se dedisse. Cognoscite renuntiationem ex litteris.* ¶ 2. Declaratio dignitatis, die kundthuung. Cicer. pro Muræna cap. 8 *Non idem est ordo dignitatis, & renuntiationis*, &c.

¶ Renuntiator, ōris, ein verkündiger. Tertullianus de Anima cap. 57 *Dominus ex persona Abraha* (Luc. c. 16) *sanxit, non posse inde* [e cælo]

relegari renuntiatorem dispositionis infernæ. Idem de Pallio cap. 4 extr. *Deduc oculos, suadeo, reverere habitum unius interim erroris tui renuntiatorem.*

¶ Renuntius, i, ein bothschaffter. Plaut. Trin. a. 2 sc. 1 v. 23 *Nuntii, renuntii.* Et Theod. Cod. l. 3 t. 7 *Taciti nuntii, renuntiique corrupti.*

¶ Abrenuntio, āre, absagen, entsagen. Salvianus lib. 6 p. 208 hanc profert baptismi formulam: *Abrenuntio diabolo, pompis, spectaculis & operibus ejus.* Eadem est exorcismi formula Ambrosio lib. 1 cap. 2 de Sacramentis, T. 4 p. 354. Et auctor Comment. Epist. ad Roman. [Tom. 8 Hieronymi] cap. 7 v. 6 *Mundo abrenuntiaverunt.*

NVO, nui, nūtum, nuère, est capitis motu vel gestu voluntatem suam ostendere, wincken mit dem haupt, nicken. Et inde

¶ Nūtus, ûs, substant. significat voluntatem, & summam quidem, quovis indicio patefactam, potentium potissimum, & magnatum inter homines, qui dicuntur *nutu movere agmina, nutu imperare,* der winck, das gutachten. Hinc, *Ad alicujus nutum voluntatemque se totum convertere,* Cic. lib. 3 fam. epist. 10 sub fin. nach eines willen und gefallen sich richten. *Auctoritate nutuque legum docemur coërcere cupiditates,* Idem de Oratore lib. 1 c. 43. Sic, *Hæc omnia Deorum immortalium nutu atque potestate administrari.* Et mox: *Nutu Jovis optimi maximi factum,* durch Gottes verhängniß, Idem Cic. Catil. 3 c. 9. ¶ 2. Et *nutus*, proclivitas est rei alicujus in aliquam partem, der hang. Cicer. 2 Nat. Deor. cap. 36 pr. *Terra undique in sese nutibus suis conglobata.* Idem Tusc. 1 cap. 17 *Terrena & humida suopte nutu & suo pondere in terram feruntur.*

¶ Nūmen, ĭnis, proprie & naturâ suâ nihil aliud, quam *nutus* est, a *nuo*: ut *motus*, & *momen*, unde *momentum*, a *moveo*: *flatus, flamen*, a *flo*: a *fluo, flumen*, & alia similiter, die bewegungs-krafft. Lucretius lib. 2 de Curetibus v. 632 *Terrificas capitum quatientes numine cristas.*

Capitum numine, i. e. nutu, vel motu. Et lib. 3 v. 144

Cætera pars animæ per totum dissita corpus
Paret, & ad numen mentis, momenque movetur.

Plinius 7 epist. 27 *Perquam velim scire, esse phantasmata, & habere propriam figuram numenque aliquod putes*: i. e. vim potentiamque movendi se. ¶ 2. Κατ' ἐξοχὴν de nutu potentiaque ac voluntate seu providentia Dei, vel Deo ipso usurpatur, GOtt, GOttes macht, Gottheit. Lucanus lib. 3 v. 448 *Servat multos fortuna nocentes,*
Et tantum miseris irasci numina possunt.

Numina, i. e. Dii. Virgil. 4 Georg. v. 7 *Si quem Numina læva sinunt, auditque vocatus Apollo.* Et ita frequentissime idem aliis locis, e. g. lib. 11 Æn. v. 232 *Fatalem Æneam manifesto numine ferri Admonet ira Deûm*; *ubi manifesto numine* est decreto instinctuque divino. Sæpissime διακριτικῶς, seu distinctionis caussa aliquid additur, unde constet, de quo numine sermo sit. Cicero pro Domo sua: *Divino numine redditus reipubl. sum.* Virg. 2 Æn. v. 777

Non hæc sine numine Divûm Eveniunt.

¶ Romani & Imperatores suos *Numinis* appellatione, sub figura quadam, honorabant, quod secundi a summo numine essent, & ejus vicem fungerentur in terris. Hinc illa formula: DEVOTVS NVMINI MAIESTATIQVE EIVS. Symmachus lib. 10 epist. 21 ad Theodosium & Arcadium Imperatores: *Præcipua quidem beneficia numinis vestri populus Romanus exspectat.* Atque ab hac loquendi ratione nec ipsi Christiani abstinebant. De quo videndus Vossius lib. 3 de orig. & progressu Idololatriæ cap. 17, & Jo. Henr. Bœclerus egregio libro de Auspicio Regio cap. 3 § 5. ¶ Pluraliter *numina*, de uno Deo, sive persona. Silius lib. 1 v. 93 *Ennææ numina Divæ*, id est, Proserpinæ: quod secus apud Christianos habet. vide Prudent. Hamartig. v. 350.

¶ Nūto, are, frequentat. wancken, wackeln; ut, *Nutant ædificia*, quæ ruinam minantur, sie sencken sich, hangen für sich. Lucan. lib. 1 v. 494

aut jam quatiente ruina
Nutantes pendere domos.

Ovidius lib. 2 de Arte am. v. 263 *dum rami pondere nutant.*

Livius lib. 4 cap. 37 *Nutant circumspectantibus galeæ.*

¶ Nutatio, ōnis, die wanckung. Plin. lib. 11 cap. 37 *Capitis nutatio.* Et Plinius junior Paneg. cap. 5 *nutatio reipublicæ.*

¶ Nūtāmen, ĭnis, idem. Silius lib. 2 v. 399

Albentes niveæ tremulo nutamine pennæ.

De cristis galeæ loquitur.

¶ Nutabundus, a, um, wanckend, wackelnd. Solinus de Africa cap. 27 *capite nutabundo.* Salvianus lib. 6 de Gubern. p. 229 *ad gressum nutabundi.*

¶ Nutābĭlis, e, idem. Apulej. de Deo Socrat. *Regni nutabilis suggestus.*

Composita:

¶ Abnuo, ĕre, recusare, abschlagen, absagen, sich weigern. Cicero de Fato cap. 2 *Nihil unquam abnuit studio meo voluntas tua.* Livius lib. 9 cap. 17 *Haud equidem abnuo, egregium ducem fuisse Alexandrum*, ich bin nicht in abrede. Tacit. Hist. 5, 13, 6 *Quando impetus & subita belli locus abnueret*, wenn es der ort nicht gestattete. Pro *Abnuo* veteres dixisse *Abnueo*, annotavit Diomedes lib. 1 tit. de dubia verborum positione: provocatque ad Ennii versum 8 Annal.

Certare abnueo, metuo legionibu' labem.

Scipio tamen Gentilis Comm. in Apulej. Apolog. n. 323 p. 150 legere mavult *Abnuto*. Est autem

¶ Abnūto, are, sæpe abnuere, interprete Festo, sich sperren, verweigern. Vetus poëta apud Cic. 3 de Orat. cap. 41 *Quidnam est obsecro, quod te adiri abnutas?* Sed addit ibi Cicero: *melius esset, vetas, prohibes, absterres.* Nempe obsoleta illa vox est. Qua tamen usus est Plautus Captiv. a. 3 sc. 4 v. 79 *Quid mî abnutas?* TY. *Tibi ego abnuto?* Et Arnobius extremo lib. 2 *abnutemus verum.*

¶ Abnutīvus, a, um, i. e. negativus, abschläglich, l. 83 ff. de Verb. oblig. *Et qui spondet*, inquit Paulus, *dolum malum abesse, absuturumve esse, non simplex abnutivum spondet, sed curaturum se, ut dolus malus absit.*

¶ Annuo, seu Adnuo, ĕre, nutu assentiri, affirmare, approbare, willigen, ja sagen. Plinius 1 epist. 22 *Superest, ut promissis DEVS adnuat*: id est, faveat, ea approbet & firmet. Aliquando & active ponitur: Horat. lib. 4 od. 6 v. 21 *Ni tuis victus Venerisque gratæ*
Vocibus Divûm Pater, annuisset
Rebus Æneæ potiore ductos
Alite muros.

Valerius Flaccus 1 Argonaut. v. 40

Hanc mihi militiam, veterum quæ pulchrior actis,
Annue, i. e. concede.

¶ Et, *Annuere*, inter signa, quibus amicæ amatoribus suis se approbant. vid. Terent. Eunuch. a. 4 sc. 5 v. 31.

¶ Annūto, vel Adnuto, are, frequentativum, verwilligen. Apulejus lib. 10 Met. sub fin. *sensim annutante capite cœpit incedere.* Et Nævius apud Festum in *Adnictat*: *Alii adnutat, alii adnictat.*

¶ Innuo, ĕre, nutu aliquid significare, wincken, andeuten; ut, *Abiens innuit mihi*, Terent. Eunuch. a. 4 sc. 5 v. 9. conf. Nonius cap. 5 n. 65.

¶ Renuo, ĕre, respuere, recusare, ausschlagen, nicht wollen; ut, *Quin ullum convivium renuerit*, Cic. pro Cœl. cap. 11.

¶ Rĕnūtus, ûs, subst. die verweigerung; ut, *Simili nutu renutuque alicujus voto respondere*, Plin. lib. 1 epist. 7.

¶ Renūto, are, frequent. idem quod *renuo*. Lucret. 4 v. 601 *Vox*
Incolumis transire potest, simulacra renutant.

Prudentius Hamartig. v. 774 de Lotho & uxore:

Ille gradum celerat fugiens; contra illa renutat.

NV̄PER, nuperrime, adverb. non ita multo ante, unlängst, neulich. Virg. eclog. 2 v. 25 *Nuper me in litore vidi.* Terent. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 50 *Mater mea illic mortua est nuper.* Et *Nunc nuper* Idem dixit Eunuch. prolog. v. 9, nur neulich. Vbi Donatum vide. De aliquot seculis usurpari, auctor est Rupertus ad Pomponii Enchirid. p. 247. Superlat. Cic. lib. 1 de Invent. cap. 17 *quod ille nuperrime dixerit.*

¶ Nūpĕrus, a, um, neu, frisch, neulichst. Terent. Heaut. a. 1 sc. 1 v. 1 *Hæc inter nos nupera notitia admodum est.* Et Plaut. Capt. a. 3 sc. 5 v. 60 *Recens captum hominem, nuperum & novitium.*

¶ Pronūper, adv. vorlängst. Plautus Trinummo a. 2 sc. 4 v. 26 *Quas* [drachmas] *sponsione pronuper tu exactus es pro illo adolescente.*

Nupta, nuptiæ, nuptialis, &c. vide ante in *Nubo*.

NVRSIA, æ, Sabinorum, item Piceni civitas, *frigida* dicta a Virgilio Æn. 7 v. 716.

¶ Nursīnus, a, um, adject. ut, *Pilæ Nursinæ*, Martial. 13 epigr. 20.

NV̆RVS, ûs, fœm. filii uxor, des sohns weib, die schnur. Terent. Hecyr. a. 2 sc. 1 v. 4 *uno omnes animo socrus oderunt nurus.* Apud poëtas pro *quavis fœmina* sumitur. vide Ovid. Metam. 2 v. 366.

¶ Prōnŭrus, ûs, pro uxore nepotis, apud Ovid. Heroid. epist. 17 Helenæ v. 206 *Pronurus & magni Laomedontis ero.*

Nuspiam, Nusquam, vide infra *Vspiam, Vsquam*.

Nutabundus, nutare, nutus, &c. vide paullo ante in *Nuo*.

NV̄TRIO, īvi, ītum, ire, alere, fovere, nehren, ernehren, erhalten; ut, *Mammis fœtum nutrire*, Plin. lib. 11 cap. 40. Et Ovidius de Remed. am. v. 807 *Nutritur vento, vento restinguitur ignis.*

Idem 1 Fastor. v. 704 *Pax Cererem nutrit.* Et Declamator in Sallustium, *privatorum audacias nutrire*, metaphorice.

¶ Nutrītus, a, um, ernehret, erzogen. Ovid. Trist. 3 eleg. 11 v. 3 *Nutritus lacte ferino.*

¶ Nutritus, ûs, subst. die ernehrung, verköstigung. Plin. 22 cap. 24 *Multi senectam longam mulsi tantum nutritu toleravere.*

¶ Nutrīmentum, i, alimentum, die speise, nahrung; ut, *Arida nutrimenta ignis*, Virg. 1 Æn. v. 176. *Nutrimentorum locus*, id est, nutricationis, educationis, apud Suetonium Augusto cap. 6, & ita usus est etiam in Caligulâ cap. 9. Metaphorice Cicero in Oratore cap. 13 *Nutrimentis epidictici generis educata eloquentia est.*

¶ Nutrīmen, ĭnis, idem, apud poëtas. Ovidius lib. 15 Metam. v. 354

Naturæque suum nutrimen deerit edaci.

Et Juvencus in Matth. cap. 25 de 10 virginibus:

Ne desint claræ nutrimina pinguia flammæ.

¶ Nūtrītor, ōris, qui nutrit & alit, ein ernehrer. Suetonius de Clar. Grammat. cap. 7 *M. Antonius Gnipho, ingenuus, in Gallia natus, sed expositus, a nutritore suo manumissus institutusque.* Stat. Theb. 10 v. 228 *Nutritor equorum.* Dracontius in Hexaem. v. 565

Et generata vigent sub nutritore Tonante.

¶ Nutritōrius, a, um, nutriens, ernehrend, nehrhafft, das nahrung giebt. Th. Priscian. de Diæt. cap. 3 *Lac omne nutritorium est.* Augustinus Confession. lib. 12 cap. 27 *nutritoriæ cunæ.*

¶ Nutrībĭlis, e, idem. Cœl. Aurel. Tard. 4 c. 3 *Cibi nutribiles.*

¶ Nutrix, īcis, eine amme. Cic. de Amic. cap. 20 *Nutrices & pædagogi jure vetustatis plurimum benevolentiæ postulant.* Et, *Errorem pæne cum lacte nutricis suxisse videmur*, Idem in 3 Tuscul. cap. 1. ¶ 2. *Nutrices* pro *papillis* sive *uberibus* dixit Catullus carm. de Nupt. Pelei v. 18, ubi nymphas ait visas esse

Nutricum tenus exstantes e gurgite vasto.

quamquam sunt, qui legant ibi: *Jam crurum tenus*, quod & Josephus Scaliger in suo liquide scriptum fuisse testatur; Reatino autem pro *Nutricum* placuit *Vmblicum*. Sed locum poëtæ, qualem dedimus, Crotone saniorem pronuntiat Vossius lib. 5 Instit. Orat. cap. 6 p. 344.

¶ Nutrīcŭla, æ, diminutivum, eine amme, seugamme. Suetonius August. cap. 94 *Repositus vespere in cunas a nutricula, loco plano; postera luce non comparuit.* conf. Horat. 1 epist. 4 v. 8. ¶ Item, eine nehrerin, verpflegerin, aut quæ quocunque modo rem alit & educat. *Musicæ nutricula*, Apulej. lib. 6 Miles. p. 178. Juvenalis sat. 7 v. 148

Nutricula caussidicorum Africa.

¶ Nūtrīco, are, nutricis munere fungi, nutrire, nehren, erziehen, erhalten. Varro de R. R. 2 cap. 4 *Nutricare porcos.* Petron. Fragm. Tragur. p. 50 *Tu viperam sub ala nutricas*, du hegest eine schlange im busen. Tertullianus lib. 1 ad Vxor. cap. 5 *prægnantes & nutricantes*, schwangere und säugende, conjungit. Apulejus in Trismegisto p. 98 *Terra parturit fruges, & eadem partu nutricat suo.* Arnobius lib. 1 p. 32 *Quidquid malefici graminis nutricant terrarum sinus.*

¶ Nutrīcor, ari, idem, deponentali voce apud Cicer. 2 Nat. Deor. cap. 34

cap. 34 *Mundus omnia, sicut membra sua nutricatur & continet.* Apulej. Apologiâ: *Eum paupertas ab incunabulis nutricata est.*

¶ Nutricatio, ōnis, die ernehrung, die erziehung; ut, *Munus nutricationis*, Gellius lib. 12 cap. 1, das säugen, kinderstillen. Pluraliter Apulejus lib. 2 Dogm. Plat. p. 27 *Puerorum nutricationes.* conf. Varr. de R. R. 1 cap. 44.

¶ Nūtrīcātus, ûs, idem. Varro lib. 1 de R. R. cap. 47 *Herba non evellenda in nutricatu.* Idem lib. 3 cap. 9 *Gallinæ in nutricatu occupatæ.* Plaut. Milite 2. 3 sc. 1 v. 54 *Plane eductus in nutricatu Venereo.* Et Macrobius lib. 5 cap. 11 *ex ipso nutricatu.*

¶ Nutrīcium, i, pro nutricatione seu nutricatu, Seneca posuit Consolat. ad Helviam cap. 17 *Illius pio maternoque nutricio per longum tempus æger convalui.* Sic & plur. Arnobius lib. 5 *Nutricia ducere ab aliquo*, von einem nahrung haben. Et Manil. 3 v. 131 *Omnia infantum nutricia.* ¶ 2. *Nutricia, orum*, τροφεῖα, merces etiam nutricis, säug-ammen-lohn. Vlpian. lege 1 Dig. de var. & extraord. cognit. *Nutricia eo usque producemus, quoad infantes uberibus aluntur.* Græcis θρεπτήρια sunt. vid. Artemidorus lib. 3 Onirocritic. cap. ultimo extremo. Hinc & Angelus Politianus, eruditissimus majorum ætate, egregium illud poëma de Poëtica novissime *nutricia* inscribere voluit, ad quod vide Joh. Alex. Brassicanum.

¶ Nutrīcius, i, qui nutrit, ein pfleger, ernehrer; ut, *Nutricius ejus pueri eunuchus*, Cæs. lib. 3 de B. Civ. cap. 108. Scriptura reges *nutricios* vocat *ecclesiæ.* Adjective usurpavit Columella lib. 3 cap. 13 *Nutricio sinu recipere.* Et Varro de R. R. 2 cap. 1 *Quis Faustulum nescit pastorem fuisse nutricium, qui Romulum & Remum educavit.* Sic & Firmicus 3 cap. 16 *alimenta nutricia* dixit.

Composita:

¶ Adnūtrio, īre, zugleich ernehren. Plin. lib. 17 cap. 23 *Singulis denas fere adnutriunt vites.*

¶ Enutrio, īre, idem quod simplex, ernehren, auferziehen. Columella lib. 3 cap. 3 *Sata non ita enutriunt, ut convalescant.* Plinius lib. 12 c. 1 de platanis: *Tantum honoris increvit, ut mero infuso enutriantur.*

¶ Innūtrio, īre, speisen, sättigen, verköstigen. Seneca epist. 2 *Certis ingeniis immorari & innutriri oportet, si velis aliquid trahere*, id est, certis auctoribus.

¶ Innutrītus, a, um, gesättiget, darinn erzogen, verpfleget. Sen. Consolat. ad Polybium cap. 21 *Animus liberalibus disciplinis innutritus*, hoc est, educatus. ¶ 2. Qui est sine nutritione, ungespeiset. Cœl. Aurel. Acut. 1 cap. 17 *Ægrotantem innutritum relinquere.*

¶ Innutrībĭlis, e, das keine nahrung giebt; ut, *juscellum innutribile*, Cœl. Aurel. Acut. 2 cap. 9.

¶ Renūtrio, īre, rursus nutrire, wieder nehren. Paulinus Nolanus epist. 23 [al. 3] ad Severum cap. 9 *quem ex rusticanis receptum domi renutrimus.*

NVX, nŭcis, eine nuß. Generaliter *Nuces* dicuntur omnia corio duriore: ut, *avellanæ, amygdalæ, juglandes, castaneæ*; sicut *poma* contra dicuntur omnia molliora: scribit in Virg. eclogam 2 Servius. *Nuces amaræ* Celso 6 cap. 7 sunt, quas vulgo vocant bittere mandeln. ¶ Significat autem arborem & fructum simul, eine nuß und nußbaum. Dicta esse videtur, quod noceat, umbrâ scilicet suâ, segetibus: Sic, *quoniam sata lædere dicor*, &c. Ovid. canit de Nuce v. 61. *Nucum* appellationes sunt: *Nux Myristica*, eine muscaten-nuß. *Nux juglans* vel *regia*, welsche nuß. *Nux avellana*, hasel-nuß. *Nux Indica*, eine Indianische nuß. Virgil. eclog. 2 v. 52 *Castaneas* etiam *nuces* dixit. *Nux pinea*, zirbelnuß. *Nucem frangere*: Plaut. in Curc. a. 1 sc. 1 v. 55 *Qui e nuce nucleum esse vult, nucem frangit*, id est, qui commodum aliquod appetit, eum & laborem, quo id quæritur, fugere non oportet. *Nuce vitiosa, cassa emere*, Idem. vide *Cassus.* Et, *Nux solida: fressa*: vide *Faba.* ¶ *Nuces relinquere*, die kinderschue vertreten: apud Persium sat. 1 v. 10

Et nucibus facimus quæcunque relictis,
Cum sapimus patruos.

Sic *Nucum sparsionis* in nuptiis poëtæ passim mentionem faciunt. Ejus rei caussas varias recenset Servius ad illud Virgilii ecloga 8 v. 29

Mopse, novas incide faces: tibi ducitur uxor.
Sparge, marite, nuces:

Plinius lib. 15 cap. 22 *Nec non & honor his* (nucibus juglandibus) *naturæ peculiaris, gemino protectis operimento, pulvinati primum calycis, mox lignei putaminis. Quæ caussa & eas nuptiis fecit religiosas, tot modis fœtu munito: quod est verosimilius, quam quia cadendo tripudium sonumve faciant.* Suetonius de Augusto refert cap. 83, quod *animi laxandi caussa nucibus luserit cum pueris minutis.*

¶ Nŭcŭla, æ, diminutivum, ein nüßlein, Plin. Hist. N. 15 cap. 22. Teste Festo, *Nuculas Prænestinas* appellabant: quod inclusi a Pœnis Casilini famem nucibus sustentarunt: vel quod in eorum regione plurima nux minuta nascitur.

¶ Nŭcella, æ, aliud diminut. der nußkern; ut, *Nucella cocta*, apud Apicium. Item, glans, die eichel. vid. Barthii Adverf. 33 cap. 18.

¶ Nŭceus, a, um, nußbäumin; ut, *nucea materia*, apud Plinium lib. 16 cap. 39, nußbaumholtz. Onomast. Vet. καρυκρὸς, *nuceus.*

¶ Nucĭnus, a, um, idem; ut, *mensæ nucinæ*, Vet. Scholiast. Juvenal. sat. 11 v. 119.

¶ Nŭcētum, i, ein nußgarten. Statius in Silvis lib. 1 carm. 6 v. 12

Quidquid nobile Ponticis nucetis.

¶ Nŭcālis, e, zum nüssen gehörig. Cœl. Aurel. Acut. 2 cap. 37 *Palmulæ nucales, quas caryotas appellant.*

¶ Nucamentum, i, idem quod nux, aut quod nuci simile est. Plin. lib. 16 cap. 10 *Nucamenta* [abietis] *squamatim compacta*, tannzapffen.

¶ Nucĭfrangibŭlum, i, Plautus per jocum dixit dentem, in Bacchidibus a. 4 sc. 2 v. 16, nußbeisser, zahn.

¶ Nuciprūnum, i, id est, prunum nuci insitum, Plin. 15 cap. 13.

¶ Nŭcleus, i, id quod in nuce inclusum esui est, der kern; ut, *Qui e nuce nucleum esse vult*, &c. Vide paullo ante in *Nux* ex Plauti Curculione. Idem Captiv. a. 3 sc. 4 extr.

Nucleum amisit, reliquit pignori putamina.

Nucleus autem ex *Nuculeus* est, quod in Plautinis Manuscriptis reperitur, teste Grutero. ¶ 2. Sunt & alii nuclei, die zienen am knoblauch, Plin. lib. 19 cap. 4.

¶ Nŭcleātus, a, um, kernicht; ut, *uva passa, nucleata*, apud Scribon. Largum.

¶ Enŭcleo, are, nucleum a putamine extrahere, auskernen. Apicius lib. 4 extremo: *Duracina enucleabis.* ¶ 2. Item, *Declarare, explanare*, per metaphoram, eigentlich darthun, erklären. Cicer. Partit. Orat. cap. 17 *Nec quidquam in amplificatione enucleandum est*, hoc est, cum nimia cura & judicii acrimonia tractandum.

¶ Enucleatus, a, um, ausgekernt; ut, *Enucleata uva*, Th. Priscian. 1 cap. 20. *Enucleatæ baccæ*, Marcell. Empir. cap. 20. Improprie Cic. 3 de Orat. cap. 9 *Genus dicendi acre, acutum, enucleatum*, auserlesen.

¶ Enucleāte, adverb. eigentlich; ut, *eleganter enucleateque dicere*, deutlich und klärlich reden, Cic. in Orat. cap. 9. Item, *Enucleate & polite*, Idem de Clar. Orat. cap. 30.

¶ Innucleatus, a, um, unausgekernt: ut, *uvæ passæ, innucleatæ*, Plin. Valer. 1 cap. 7.

¶ Internŭcŭlus, i, apud Petronium idem qui *intercutitus*, i. e. valde stupratus. Sunt & apud Apulej. de Deo Socratis *internuculi recens cogniti.* P. Pithœus lib. 2 subsec. Hor. cap. 10 *Sic dicebant*, inquit, *impudicos: omne enim medium nucleum vocabant.* conf. Turneb. 21 Adverf. cap. 28.

NYCTALOPS, ōpis, νυκτάλωψ, penult. long. idem quod *Lusciosus*, qui vel acrius vesperi cernit, quam interdiu, vel vesperi exiliter cernens, interdiu tantum videt: sic enim *Lusciosi* significationem Nonius c. 2 n. 512 & Festus confundunt. ¶ 2. Sed Plinius lib. 8 cap. 50 *Nyctalopas*, νυκτάλωπας dixit, qui acie vespertina destituuntur, die des abends ein blöde gesicht haben, übersichtig.

¶ Nyctălōpia, æ, νυκταλωπία, vitium ipsum est: vide *Lusciosus* & *Myops*; & Isidor. 4 cap. 8.

NYCTEGRĔTON, i, νυκτέγρετον, herba, quæ & *Nyctilopa*, vel, ut alii legunt, *Nyctilampada*, quoniam e longinquo noctibus fulgeat, Plin. lib. 21 cap. 2.

NYCTĔLIA, orum, τὰ νυκτέλια, Bacchi sacra nocturna apud Plutarchum, a νὺξ & τελεῖν, quod noctu perficiebantur. vid. Taubm. ad Culic. Virg. p. 70.

¶ Nyctĕlius, i, νυκτέλιος; ut, *Nyctelius pater*, i. e. Bacchus, Ovid. de Arte am. 1 v. 567. conf. Metam. 4 v. 15. *Nyctelius latex*, i. e. vinum, apud Senecam Oedipo v. 492.

NYCTĔRIS, ĭdis, νυκτερίς, vespertilio, sic dictus a nocte, eine speck-mauß oder fledermauß. ¶ 2. Sic quoque dictus Chærephon philosophus, quod lucubrando expalluisset, & supra modum emaciatus esset: Suidas.

NYCTICŎRAX, ăcis, νυκτικόραξ, corvus nocturnus, ein nacht-rabe, avis est loca amans deserta & ruinosa, dicta inde, quod noctu vel clamet, vel cibum sibi venetur. ¶ 2. Sunt, qui noctuis adnumerant. Qua significatione ex Psalmo 102 v. 7 Græcorum & Latinorum *Nycticorax* interpretatus est Lutherus ein käutzlein. Fuit, qui non *nycticorax* in Psalmo legendum suaderet, sed *nycticora*, ingeniosâ magis suspicione, quam, ut opinor, vera. Adscribemus eam huc tamen ex epistola 40 Paulini Nolani ad Sanctum & Amandum cap. 6, *Quod nycticorax scriptum est, nycticoram esse verius, asserebat* (quidam sanctus & doctissimus vir,) *idque probabili ratione videbatur ostendere, cum illam avem hoc loco positam diceret, quam appellamus noctuam, quia secretò noctibus cantûs exerceat & volatûs, & obscuritate tenebrarum, qua fere cuncta caligant animalia, luminetur, unde nycticora aptius, quam nycticorax dicitur: quia nycticorax, nocturnus corvus, interpretatio est, nycticora autem nocte videns, eo quod pupilla oculi core* (κόρη) *Græcis vocetur; nihil autem noctuam simile corvi habere, manifestum est.*

NYCTĬMĔNE, es, filia Nyctei, in noctuam versa, postquam cum patre concubuerat, ideoque in silvas refugerat. vid. Ovid. Metam. 2 v. 591 & 594.

NYCTĬMVS, i, filius Lycaonis, quem interfectum Jovi se invisenti epulandum præbuit: Clem. Alexandr. admonit. ad gent. f. 18.

NYCTOSTRĂTĒGVS, i, νυκτοςράτηγος, præfectus vigilum, qui armati noctu urbem perlustrant publicæ quietis caussa, ein wachmeister, Arcad. l. ult. § 1 ff. de mun. & honor. t. 4 l. 18.

NYMPHA, æ, νύμφη, appellativum, Græcis sponsam significat, in qua tamen significatione, ut alterâ pro quavis puella, qua vulgo ponitur, Scaliger Latinis poni negat. Sed ita sane posuit Ovid. Heroid. epist. 1 Penelopes ad Vlyssem v. 27

Grata ferunt nymphæ pro salvis dona maritis:

ubi *nymphæ* uxores sunt. Sponsæ itaque *Nymphæ* ἀπὸ τοῦ νῦν πρώτως φαίνεσθαι, quia nunc visendas se præbeant, cum antea prodierint obtectæ. vid. Salmuth. in Panciroll. Deperd. P. 1 tit. 19. ¶ 2. Præcipue autem a νύμφη *aquam* significante, *Nymphæ* numina quædam muliebria habebantur lympharum, fontium, fluminum, silvarum &c. Varia enim earum genera erant, ut, *Najades, Napeæ, Oreades, Dryades* &c. de quibus suis locis. Vide Servium ad Virg. eclogam 10. ¶ 3. Sed & de Musis usurpatur istud vocabulum. Virg eclogâ 7 v. 21

Nymphæ, noster amor, Libethrides.

Illic vide Servium: itemque ad illud Virg. eclog. 10 v. 9

Quæ nemora, aut qui vos saltus habuere, puellæ Najades?

¶ 4. *Nymphæ* dicuntur apes, quamprimum formam cœperint habere, Plin. 11 cap. 16.

¶ Nymphēum, i, νυμφεῖον, locus oraculo celebris ad Apolloniam in Epiro: Dio Cassius lib. 41. ¶ 2. Item portus, cujus Cæsar meminit lib. 3 de B. C. cap. 26, ubi vide Ciacconium. ¶ 3. Est & *Nymphæum*, ὑδρεῖον, sive ὑδραγωγεῖον: Latinis *Aquarium*, itemque *Aquagium*, saliens puta, seu *fons*, minusculus & aquam ejaculans. Capitolinus Gordiano tertio cap. 32 *Opera Gordiani Romæ nulla exstant præter quædam nymphea & balneas.* Vide ibi Salmasium, & Plin. 35 cap. 12. ¶ 4. Item, νυμφῶν ἱερὸν, fanum nympharum & locus celebrandis nuptiis destinatus, ein hochzeit-hauß. Tales basilicas undecim fuisse Romæ, testatur Panciroll. & in eum Salmuth. in Deperd. P. 1 tit. 19.

¶ Nymphæa, æ, νυμφαία, herba nascens in paludibus & lacubus, gelbe und weisse seeblumen, oder haarwurtz. *Nymphæa Heraclia*, quæ Venerem extinguit, Plin. 25 cap. 7, & lib. 26 cap. 10.

¶ Nympharēna, æ, gemma, urbis & gentis Persicæ nomen habens. Plin. 37 cap. 10.

¶ Nymphon, ōnis, vir quidam Colophonius, de quo Cic. ad Quint. frat. 1 epist. 2 cap. 2 *Ego nugas maximas omni mea comitate complexus sum, Nymphonem etiam Colophonium.*

NȲSA, æ, urbs Arabiæ, a qua *Nysæus* duabus syllabis, & Nysæus, & Dionysius, Bacchus cognominatus fuit. vide Diodor. Siculum 3 c. 64, & lib. 4 cap. 2. Ibi enim fingitur in antro a nymphis educatus. Adde supra dicta in *Dionysius*, & Plin. 5 cap. 18. ¶ 2. *Nysa* urbs Indiæ vel condita a Baccho, vel eidem dedicata, ob educationis memoriam. vide Justinum lib. 12 cap. 7 n. 6. Alii confundunt cum Nysa Arabica, & in India tradunt Bacchum enutritum. Ita Mela lib. 3 cap. 7, & Curtius lib. 8 cap. 10 n. 12. ¶ 3. Mons quoque Indiæ *Nysa*, Baccho sacer. Virg. 6 Æneid. v. 806

Liber agens celso Nysæ de vertice tigres.

¶ 4. Sunt præterea aliæ hujus nominis urbes a Stephano Byzantio enumeratæ, in Caria, Thracia &c. Et alter e verticibus Parnassi dicitur *Nysa* nomen habuisse. Vide interpretes ad Juvenalis satyram 7 v. 64, & Dausqu. ad Sil. 7 v. 198. Unde Parnassus Lucano lib. 5 v. 73 est

Mons Phœbo Bromioque sacer.

¶ Nysēus, & Nysæus, a, um, adject. quó, quæ Bacchi sunt, notantur. Propertius lib. 3 eleg. 17 v. 22 *Indica Nysæis arma fugata choris.* Et Silius lib. 7 v. 198

Festas Nysæo redimivit palmite mensas.

¶ Nysēïus, a, um, idem. Lucanus lib. 8 v. 801

Et juga tota vacant Bromio Nyseïa.

¶ Nysigĕna, æ, in Nysa natus; ut, *Nysigenæ Sileni*, quod cum Baccho in Nysa educati sunt, apud Catullum carm. 65 Nupt. Pel. & Thet. v. 252.

NYSSA, vel Neissa, æ, civitas Silesiæ, sedes aliquando episcopi Vratislaviensis.

O.

O Littera, quando corripitur, rebus in subitis maxime locum habet. Virgilius extremo lib. 5 Æneid. ad significandum subitum Palinuri mortem:

O nimium cælo & pelago confise sereno.

At cum producitur, affectibus indicandis inservit: Cicer. Catil. 1 *O tempora, ô mores!* Etiam sublimem, ac grandem efficit orationem: conf. exordium 4 Catilin. Vossius.

O, ω, interjectio vocantis, admirantis; ut, *O faciem pulchram!* ¶ 2. Exclamantis; ut, *O cælum, ô terra, ô maria Neptuni, ô audaciam!* ¶ 3. Dolentis; ut, *ô Mysis, Mysis, etiam nunc mihi scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis*, ach meine liebe &c. apud Ter. Andr. a. 1 sc. 5 v. 48. Et Lucretius lib. 2 v. 14

O miseras hominum mentes, ô pectora cæca!

¶ 4. Irridentis; ut, *O præclarum custodem ovium, ut ajunt, lupum!* Cicer. 3 Philipp. cap. 11. ¶ 5. Exultantis; ut, *O factum bene, beasti me*, &c. Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 78. ¶ 6. Desiderantis vel optantis: *O si, O utinam*; ut,

O mihi præteritos referat si Jupiter annos! Virg. Æn. 8 v. 560.

Et, *O tantum libeat mecum tibi sordida rura*
Atque humiles habitare casas. Idem eclog. 2 v. 28.

¶ Sequente vocali producitur juxta & corripitur: Tibullus lib. 4 eleg. 4 v. 5 *O ego non possem tantos sentire dolores!* Ovidius Heroid. epist. 1 Penelopes v. 5

O utinam tunc, cum Lacedæmona classe petebat,
Obrutus insanis esset adulter aquis!

Contra Virg. ecl. 2 v. 65 *Te Corydon, ô Alexi*, &c. Correptionis ratio græca est. ¶ Per signum exclamationis egregie quasi suspenditur. vid. Taubman. ad Virgil. p. 20.

ŌARĪON, ōnis, id est, Orion, de quo infra. vid. Rutil. 1 v. 637, & Interpretes ad Catulli carm. 67 v. ult.

Proximus Hydrochoi fulgeat Oarion.

ŌASIS, is, locus desertus inter Ægyptum & Libyam, quo sontes exsilii caussa deportabantur. Vide Zosimum lib. 5 cap. 9 n. 7, & Leg. ult. § 2 Cod. de Pœnis. Hinc adjectiv.

¶ *Oasena deportatio*, Lege unica Cod. Theod. de Nili aggeribus.

ŌAXIS, is, Ὄαξις, Cretæ fluvius, ab Oaxe filio Apollinis sic dictus. Virgil. eclog. 1 v. 66 *Et rapidum Cretæ veniemus Oaxen.* Vid. hic Taubman. p. 12.

¶ Oaxus, i, Ὄαξος, civitas est Cretæ, Steph. Byzant.

OB, præpositio, idem quod propter, um, wegen. Cum accusativo jungitur; ut, *Pretium ob stultitiam fero*, Terent. in Andr. a. 3 sc. 5 v. 4, wegen meiner thorheit. *Ob delictum pœnas dii expetant*, Cicer. pro Marcell. cap. 6. Interdum significat coram: ut, *Ob oculos versari*, Idem pro Sextio cap. 21, für augen schweben. Sallustius Jugurthæ cap. 31 *Ob rem* τῷ frustra opposuit: *Ego*, inquit apud eum Memmius, *libertatem, quæ mihi a parente meo tradita est, experiar: verum id frustra, an ob rem faciam, in vestra manu situm est, Quirites.* ¶ In verbis compositis pro *ad* sæpe ponitur. Sic *occensi* pro *accensi*; *obmoveto* pro *admoveto* Ennio: *occurrere* pro *accurrere* Lucretio: *obtulerat* pro *attulerat* Catullo: *obligatus* pro *alligatus* Horatio dicitur. *Obstetrix* quoque ab *obstare*, quo pro *adstare* sive *adsistere* veteres Latini utebantur, appellatur. ¶ Aliquando tamen & quid contrarii, noxiique significat: ut in *Obsto, Obscenus, Obsum.*

Obæratus, Obambulo, &c. Obaresco, Obarmo, Obaro, Obater, obatresco, Obaudio, quære in *Æs, Ambulo, Areo, Armo, Aro, Ater, Audio.*

OBBA, æ, poculi genus vel ligneum, vel textile ex sparto, ein höltzern trinckgeschirr, eine schleifkanne. *Sessilem obbam* dixit Pers. satyr. 5 v. 148. Legitur & apud Varronem, auctore Nonio Marcello cap. 2 n. 597. Tertullianus Apolog. cap. 13 *Differt a simpulo obba.*

¶ Obbātus, a, um, instar obbæ, wie ein trinckgeschirr. Apulejus Met. lib. 10 p. 254 *Cassides obbatæ*, id est, formam obbarum habentes.

Obbibo, Obblatero, Obbrutesco, vide *Bibo, Blatero, Brutus.*

Obdo, Obdormio, Obduco, &c. Obduro, &c. vide *Do, Dormio, Duco, Duro.*

Obediens, obedientia, obedio, &c. vide supra *Audio.*

Obeliscus, &c. vide mox *Obelus.*

ŎBĔLUS, i, ὀβελός, veru, & virgula recte jacens, ein spieß; Et hinc inter notas criticas, dictionem redundantem quasi jugulans, ein strich. *Obelo notare*, ὀβελίζειν, etwas ausleschen, als unrecht zeichnen. Contrarium ἀστερίσκος, hoc est, stellulis signare vel illustrare, zeichnen, was wohl und fein gesagt ist. vide Chiliad. Sic Auson. præfatione Ludi septem Sapient.

Pone obelos igitur spuriorum stigmata vatum,
Palmas, non culpas esse putabo meas.

Isidor. lib. 1 cap. 20 *Obelus*, inquit, *virgula jacens, apponitur in verbis vel sententiis superflue iteratis, sive in iis locis, ubi lectio aliqua falsitate notata est, ut quasi sagitta jugulet supervacanea, atque falsa confodiat. Sagitta enim græce* ὀβελὸς *dicitur.* Hoc signo maxime Aristarchus usus in compungendis alienis carminibus. vid. Seneca epist. 88. Unde & Horat. de Arte poët. v. 445

Vir bonus & prudens versus reprehendet inertes,
Culpabit duros, incomptis allinet atrum
Transverso calamo signum, &c.

Hieronymus extrema præfatione in Paralipomenos libros, quæ epistola 108 est, *Obelum* quidem æque ac *Asteriscum* de additione usurpat, non autem eodem auctore: *Ubicunque*, inquit, *asteriscos, id est, stellas radiare in hoc volumine videritis, ibi sciatis de Hebræo additum, quod in latinis codicibus non habetur: ubi vero obelus, transversa scilicet virga præposita est, illic signatur, quid LXX interpretes addiderint.*

¶ Obeliscus, i, ὀβελίσκος, diminut. veru minutum, ein spießlein. Et inde est criticum signum, ut *Asteriscus*. Vide modo dicta in *Obelus*: & adde Augustini verba supra in *Asteriscus* producta, quibus *Obeliscum* etiam in signis Criticorum numerat. ¶ 2. Et moles lapidea, inferius lata & quadrata, paulatim in gracilitatem & metæ figuram assurgens, minor tamen pyramide, Soli sacrata, ein steinerner pfeiler oben zugespitzt und glatt. Vide Plinium lib. 36 cap. 8 extr. 9, 10 & 11. Ammianum Marcellinum lib. 17 cap. 7, & Tacitum 2 Annalium c. 60. Aristoteles lib. 7 Politicorum cap. 2 auctor est, tot numero obeliscos circa bellicosorum virorum tumulos figi solitos, quot hostes quisque interfecisset.

¶ Obeliscolychnium, i, ὀβελισκολύχνιον, apud Quintilian. 8 cap. 6 instrumentum militare, scil. lucerna obelisco sive veruculo præfixa.

Obeo, Obequito, Oberro, Obesitas, &c. Obesse, Obex, vide *Eo, Equus, Erro, Edo, Sum, Jacio.*

Obfirmo, Obfusco, vide supra *Firmus, Fuscus.*

Obgannio, Obhæreo, Obherbesco, Obhorreo, vide *Gannio, Hæreo, Herba, Horror.*

Objaceo, Objecto, &c. vide *Jaceo, Jacio.*

OBII, orum, mortui. Apulejus de Mundo pag. 74 *Geniis ministratur, obiis libatio profunditur.* Ita ex MSS. Elmenh. legit: in vulgatis est *obitis.*

Objicio, Obirascor, &c. Obiter, Obitus, Objurgo, &c. vide *Jacio, Ira, Iter, Eo, Jurgo.*

Oblangueo, Oblaqueo, Oblatio, &c. Oblatro, &c. Oblecto, &c. Oblenio, Oblido, Obligo, &c. Obligurio, Oblimo, &c. Oblinio & oblino, Obliquatio, obliquitas, &c. vide *Langueo, Laqueus, Fero, Latro, Lacio, Lenis, Lædo, Ligo, Ligurio, Limus, Linio, Obliquus.*

OBLĪQUUS, a, um, transversum, cui contrarium est *rectum*, überzwerch, schieff, über eine seite, schlimm; ut, *Ordo obliquus*, Cæs. B. G. lib. 7. Scaliger ad Festum in voce *Sublices*: Sublicus vel oblicus, inquit, vel Subliquus & obliquus, *composita sunt: quorum simplex liquus vel liquis. Vetus auctor loquens de figuris & lineamentis: Omnem autem summitatem metiundi observationes sunt duæ*: Enormis & liquis. Enormis, *quæ in omnem actum rectis angulis continetur: Liquis, quæ minuendi laboris caussa & salva rectorum ratione angulorum, secundum ipsam extremitatem extenditur.* Sic tralate *Obliqua infectatio* apud Tacitum lib 19 Annal. cap. 11, quæ non directe & palam, sed ex transverso velut & per insinuationem ac artem intenditur. Ita Florus lib. 4 cap. 2 *Catonem adversus potentes semper obliquum* dixit: id est, adversantem, obtrectantem potentibus. Statius lib. 2 Silv. 6 v. 102 *Obliquoque notat Proserpina vultu*, id est, invido: quod doleret, se forma a Pileto vinci, de quo ibi poëta agit. Aut impudico potius & libidinante quasi capta illius pulcritudine & amore ejus incensa. Nam *obliquum vultum habere*, seu *limis aspicere*, vel, ut Virgilius loquitur, *transversa tueri*, (schielen, schäl sehen,) non æmulorum tantum & invidentium, verum amantium quoque & libidinantium est. De quo alio loco. Apud eundem Statium in Epithalam. Stellæ v. 27 *obliquum carmen* est poëmation, dissimulato & mutato ejus nomine, de quo vere scriptum est, compositum. Intelligit enim versus Stellæ, quibus ille Violantillam, amicam suam, dissimulato ejus vero nomine Asteridem appellans, ne quam illa infamiæ labem contraheret, celebraverat. Ita *obliquas orationes* dicit Suetonius de Domitiano agens, qui Titum fratrem dissimulato nomine sæpe apud populum carpebat. Aurelius Victor junior sive Epitom. in Vespasiano *obliqua dicta*, vocat. Sic apud Rhetores *ductus obliquus simplici* opponitur. Fortunatianus 1 Rhetor. *Ductus orationis sunt quinque*, simplex, *subtilis*, *figuratus*, obliquus, *mixtus.*

tus. Simplex, *cum simpliciter quid agimus; ita, ut in themate propositum est.* Obliquus, *cum palam dicere pudor impedit.* Hæc e Gevart. Lect. Papin. ad 1 Silv. cap. 14. Conf. omnino Barth. ad Stat. Silv. p. 48 & 49.

¶ Oblīque, adverb. cui opponitur *recte*, überzwerch, schlimm, seitwerts. Cicer. lib. 1 de Finib. cap. 6 *Atomi, quæ oblique feruntur.* Cato cap. 41 *Vitis latus alterum præradito oblique.* ¶ Translate est dissimulanter: ut, *oblique admonere*, mit verblümten worten erinnern, Gellius lib. 3 c. 2 extr. &, *Oblique agere*, Idem lib. 7 cap. 17, ubi grammaticum dissimulanter irridet: *Tum vero*, inquit, *permotus ego agendum jam oblique, ut cum homine stulto, existimavi.*

¶ Obliquĭtas, ātis, die krümme. Plinius lib. 3 cap. 5 *Obliquitas in latus digredi videtur.*

¶ Oblīquo, are, obliquum efficere, überzwerch lencken, seitwerts beugen, krümmen. *Obliquare sinus in ventum*, apud Virgilium princ. 5 Æneid. est, quod nos laviren appellamus. De quo infra in *Pes.* Tacit. de Germania cap. 38 *Insigne gentis, obliquare crinem nodoque substringere.* Ovid. 7 Metam. v. 413 *obliquans oculos*, schielend. Apud Statium 3 Theb. v. 382 *preces obliquare*, das gebet verkehren, verdrehen. De Polynice enim agit, qui bellum quidem dissuadebat, animo tamen optabat:

> *Variis prætentat pectora dictis,*
> *Obliquatque preces commotæ questibus iræ.*

¶ Oblīquātus, a, um, gebogen, gekrümmt, seitwertig. Ammian. 16 c. 12 *Vndarum moles obliquatis meatibus declinantes.* Idem lib. 28 cap. 4 *Notos antea obliquato contuetur adspectu.*

¶ Obliquatio, ōnis, die krümmung, beugung: ut, *Hedera thyrso per obliquationem circumfusa*, Macrob. lib. 7 Saturn. cap. 1.

Obliteratio, oblitero, &c. Oblitesco, Oblĭtus, vide *Litera*, *Lateo*, *Linio.*

OBLĪVISCOR, oblītus sum, oblivisci, ab antiquo *Livisci*, memoriam alicujus rei amittere, vergessen. *Nescio quid oblitus sum ac volui dicere*, Terent. Andr. a. 5 sc. 1 v. 22. *Oblivisci veteris contumeliæ, injuriarum*, Cæsar lib. 1 Bell. Gall. cap. 14. Et, *Oblivisci suæ consuetudinis & instituti sui*, Cicer. lib. 4 ad Attic. epist. ult. ¶ Et cum Accusativo: *Oblivisci artificium, & studium deponere*, Cicer. pro Rosc. Amer. cap. 17. *Amissos obliviscere Grajos*, Virgil. Æneid. 2 v. 148. ¶ Participia habet etiam passiva; ut, *Obliviscendus*, Horat. lib. 1 epist. 11 v. 11. Et

¶ Oblītus, a, um, vergessen: ut, *Oblita mihi carmina*, Virg. eclog. 9 v. 53. *Poma succos oblita priores*, Idem Georg. 2 v. 59. Et Augustinus lib. 4 de Music. cap. 4 *Et canis dominum jam suis hominibus oblitum recognovisse prædicatur.* ¶ Sed active *Oblitus*, der vergessen hat. Virg. Æneid. 4 v. 267 *Rerum oblite tuarum.* Horat. 3 od. 5 v. 10 *Nominis & togæ oblitus.*

¶ Oblīvio, ōnis, memoriæ defectus, die vergessenheit. Publ. *Injuriarum remedium est oblivio.* Vulgo dicunt: *Rerum irrecuperabilium remedium optimum est oblivio.* Sic, *Dare oblivioni*, vergessen, Livii locutio est lib. 1 cap. 31, & lib. 4 cap. 37, & lib. 33 cap. 1. Adde Varr. de L.L. 6 cap. 3. *Cepit me oblivio alicujus rei*, Cicer. in Officiis lib. 1 cap. 8. *Venire in oblivionem*, Ejusdem nomine Declamator in Sallustium, in vergessenheit gestellet werden. *Laudem alicujus ab oblivione hominum vindicare*, Cicer. 2 de Orat. cap. 2, nicht lassen in vergessenheit kommen. Plur. *Lividæ obliviones*, Horat. 4 od. 9 v. 33. ¶ 2. Apud Suetonium Claudio cap. 39 vitium *reminiscentiæ* contrarium est, quam Græci μετεωρίαν dicunt: quæ ἀναισθησίας species est. Vide ibi Casaubon. & Heinsium dissertatione de Senecæ Apocolocynthosi. Laborantem hoc vitio Aur. Victor *immemorem* in Claudio vocat.

¶ Oblīvius, a, um, adject. vergessen; ut, *Oblivia verba*, i. e. obsoleta, quæ perierunt. Varro de L. L. 4 cap. 1 *Hæc sunt tripartita verba, quæ sunt aut nostra, aut aliena, aut oblivia.*

¶ Oblivium, i, subst. idem ac oblivio, die vergessung. Tac. Histor. 4, 9, 4 *Eam sententiam modestissimus quisque silentio, deinde oblivio transmisit.* Plurale neutrum, poëticum est. Virgil. 6 Æneid. v. 715

> *Securos latices & longa oblivia potant.*

Ovid. 1 Trist. eleg. 7 v. 11 *Te cepere oblivia nostri.* Et Horat. 2 sat. 6 v. 62 *Ducere sollicitæ jucunda oblivia vitæ.*

¶ Oblīviōsus, a, um, vergeßlich, der leicht ein ding vergisset: ut, *Obliviosi senes*; Cicer. de Senect. cap. 11. *Obliviosum Massicum*, i. e. vinum oblivionem malorum afferens, Horat. 2 od. 7 v. 21. Superlativo usus est Tertullianus de Anima cap. 24 *Obliviosissimo etiam homini inobliterata perseverabit scientia naturalium.*

¶ Oblīviālis, e, was vergessen macht. Prudentius hymno ante somnum:

> *Mens æstuans procellis,*
> *Curisque sauciata,*
> *Totis bibit medullis*
> *Obliviale poclum.*

¶ Inoblītus, a, um, memor, unvergessen. Ovid. lib. 2 Pont. epist. 15 v. 37

> *Semper inoblita repetam tua munera mente.*

Obloco, Oblocutor, Oblongus, Obloquor, &c. Oblucino, &c. Obluctor, &c. Obludo, vide *Locus*, *Loquor*, *Longus*, *Loquor*, *Lucus*, *Luctor*, *Ludus.*

Obmolior, Obmurmuro, Obmussito & obmusso, Obmutesco, vide *Molior*, *Murmur*, *Mutio*, *Mutus.*

Obnato, Obnatus, Obnitor, obnixus, Obnoxius, &c. Obnubilo, Obnubo, Obnuntio, &c. Obnuptus, vide *No*, *Nascor*, *Nitor*, *Noxa*, *Nubes*, *Nubo*, *Nuntius*, *Nubo.*

Oboleo, vide infra *Oleo.*

ŎBŎLUS, i, ὀβολὸς, moneta parva, ein pfennig, ein sechser. Terent. Andr. a. 2 sc. 2 v. 32 *Olera & pisciculos minutos ferre obolo in cœnam seni.* Vbi *ferre obolo*, est minimo pretio emtos afferre. *Quantum ubique possunt duo oboli?* was thut nicht das schnöde geld? Aristophanis est in Ranis: ὡς μέγα δύνασθον πανταχοῦ δύ' ὀβολώ;

¶ Diōbŏlus, & Diobolum, i, ὁ διώβολος, duo oboli, parva moneta Atticorum, zwey sechser, ein groschen. Inde

¶ Diobolāris, e, drey creutzer werth: ut, *Diobolare scortum*, eine drey creutzer hure, Plaut. Pœnul. a. 1 sc. 2 v. 58. *Diobolaris anus*, Idem Pseud. a. 2 sc. 2 v. 64. *Diobolares* enim vocabantur, qui minimi essent pretii. vid. Chiliad.

¶ Semiobŏlus, i, dimidius obolus, ein dreyer. Rhemnius Fannius de Ponder. & mensur. v. 8

> *Semioboli duplum est obolus.*

¶ Triōbŏlus, i, τριώβολος, drey sechser, moneta, quæ ab altera parte Jovis, ab altera noctuæ effigiem habebat, apud Atticos. Plaut. in Pœnulo a. 1 sc. 2 v. 168 *Non ego homo trioboli sum*, ich bin nicht drey pfennige werth. Idem Bacch. a. 2 sc. 3 v. 26 *Negat se debere tibi triobolum.*

¶ Tetrōbólus, i, vier sechser, qui & ipse ab altera parte effigiem Jovis, ab altera noctuas duas habebat, διώβολος, τριώβολος, τετρώβολος, Bud. lib. 5 de asse.

Obominor, Oborior, obortus, Obosculor, vide *Omen*, *Orior*, *Os*, *ōris.*

Obraucatus, Obrendarium, Obrepo, &c. Obretio, Obrigeo, Obrodo, Obrogo, &c. Obructo, Obruo, vide *Raucus*, *Obruo* in *Ruo*, *Repo*, *Rete*, *Rigeo*, *Rodo*, *Rogo*, *Ructus*, *Ruo.*

OBRŪSA, vel Obrussa, æ, monetæ vocabulum, auri argentique per ignem examen sive explorationem atque probationem significans, die gold- und silber probe, der probierstein. Cicero in Bruto cap. 74 *Adhibenda, tamquam obrusa, ratio est.* Senec. epist. 13 *Sic verus ille animus & in alienum non venturum arbitrium, probatur: hæc ejus obrussa est.* Suetonius Nerone cap. 44 *Exegitque ingenti fastidio & acerbitate numum asperum, argentum postulatum, aurum ad obrusam*, das die probe hält. Vide ibi interpretes.

OBRȲZUM, i, ὄβρυζον, aurum sincerum, fein gold, ἄπεφθον Theognis vocat, hoc est, coctum, purgatum. *Obryzum* autem ab *Ophir* deducunt, loco apud Indos, apud quos aurum optimum nascitur. Ita enim dici potuit, quasi *Ophirysum*, Hieronymo teste in Hieremiam. Vide Torrentium ad Sueton. Ner. cap. 44, & Harduin. in Plin. 33 cap. 3 p. 38. Vulgatus interpres aliquoties retinuit, & ubi præstantissimum aurum nominandum fuit, *Obryzum* vocavit, Esa. 13 v. 12, Job. 28 v. 15, & cap. 31 v. 24, Dan. 10 v. 5, 2 Paral. 3 v. 5. Isidorus Orig. 16 cap. 17 dictum putat, quod *obradiet splendore.* Alii a latino *obruso* derivant, quod ejus color rufus, fulvus seu rutilus appareat. Hermolaus quidam ex Phocione in Plin. l. c. & Cornelius a Lap. in Jerem. cap. 10 p. 69 ex græca origine ὄβρυζον dicunt quasi ἄβρυζον, quod vocabulum quale sit, nullibi invenitur. Sunt denique, qui ab *Obrussa Obryzum* denominant, quod sit ita expurgatum, ut nulla amplius excoctione aut exploratione indigeat.

¶ Obryzatus, a, um, aus gediegenem golde; ut, *solidi obryzati*, qui ex auro expurgato & excocto conflantur, ducaten von reinen golde, l. ult. C. de vet. numism. potest.

Obsaturo, Obscævo, vide *Satur*, *Scæa.*

OBSCĒNUS, a, um, adjectivum, turpis, spurcus, immundus, unflätig, unschambar, garstig. Quibusdam a κοινόω, *inquino*, est, qui per OE scribunt. Servius vero, cujus locum infra adducemus, ab *occanendo* deducit: qua ratione *obscenus* scribendum: quomodo & passim reperitur exaratum in monumentis vetustis. Quæ ratio recta quoque & vera erit, si a *scena* veniat, quæ Varronis sententia. Veteres tamen per *æ*, *Obscænus* scripsisse, idem innuit, quippe qui sæpius A ante E ponere soliti fuerint. Verba ejus, uti legenda videbantur, lib. 6 de L.L. cap. 5 ista sunt: OBSCAENUM, *dictum a scena, ut Græc.* (*iis enim* σκηνὴ *dicitur:*) *Ea, ut Accius scribit*, SCAENA. *In pluribus rectis A ante E alii ponunt, alii non. Vt quod partim dicunt* SCAEPTRUM, *partim dicunt* SCEPTRUM &c. *Quare turpe id OBSCAENUM? Quod nisi in scena palam dici non debet.* Nota est licentia scenarum ac theatrorum, turpitudoque insignis; ut mirum non sit, inde *Obsceni* vocem derivatam. Namque & Græcis ἐπίσκηνον, ἀπρεπὲς, est, ut Scaliger observat. Sed aliam originationem ibidem affert Varro, cum pergit dicendo; *Potest vel ab eo, quod pueris turpicula res* (fascinus seu pudendum virile, de quo suo loco dictum,) *in collo quædam suspenditur, ne quid obsit, bonæ scævæ caussā* &c. *Quod dixi* SCAEVUM, *bonum omen est:* OBSCAENUM *vero turpe*, &c. vide & paullo post *Obscæna verba.* Sic, *Genus jocandi obscenum*, Cicer. 1 Offic. c. 29, ein grober schertz. ¶ Obscenior, obscenissimus. Cicer. 5 Tuscul. cap. 38 *Illud Antipatri est quidem paullo obscenius: sed non absurda sententia est.* Idem ad Qu. frat. lib. 2 epist. 3 *versus obscenissimi.* Et Vellej. Paterc. lib. 2 cap. 83 *Obscenissimarum rerum & auctor & minister.* Lactantius lib. 5 cap. 8 *Victum sibi obscenissimum quærere*, de meretricibus. ¶ 2. *Obscena*, substantive partes eæ, quibus sexus discernitur: quæ & *pudenda*, item *verenda* appellantur. Pomp. Mela lib. 3 cap. 7 *Pars nudi agunt, pars tantum obscena velati.* Pro *podice* usus Seneca epist. 70 circa f. ¶ 3. *Obsceni* etiam, qui muliebria paterentur, qui & *impudici* appellati: unde & Seneca præfat. lib. 4 Controv. in Excerptis sub finem, *impudicos & obscenos* conjungit. ¶ 4. Veteres etiam *obscenum* dicebant, quod mali ominis erat. Sic Virgil. lib. 3 Æn. v. 242 Harpyas *obscenas aves* dixit. Vbi Servius: OBSCENAE AVES *sunt, quæ canendo adversa significant.* Hinc *Obscenum & funestum omen* Martius dixit apud Varronem. *Obscenum ostentum* Suetonius Galbâ c. 4. Et Festus: *Alliensis dies dicebatur apud Romanos obscenissimi ominis*, i. e. funestissimi, pessimi. ¶ 5. Et hac de caussa *Obscenus* & infelicem, infaustum, significat, unglücklich. Catull. eleg. 68 ad Mallium v. 99

> *Sed Troja obscena, Troja infelice sepulcrum*
> *Detinet.* Et

¶ Obscēno, āre, quoque, quod μολύνω in Onomastico vertitur, ex altera notione est βλασφημεῖν, sive, ut ex Plauto interpretatur Casaubonus ad Theophrastum, *omen vituperare alicui*, sive, *male ominatis verbis uti.* Verbum cætera usus rarioris.

¶ Obscenĭtas, ātis, die schändlichkeit; ut, *Rerum turpitudini adhibere verborum obscenitatem*, Cicer. 1 Offic. cap. 29. *Verborum turpitudinem, & rerum obscenitatem vitare*, Idem 2 de Orat. cap. 59 extr. Et, *Orationis obscenitas*, lib. 1 Offic. cap. 35. In strictiore significatione OBSCENITAS appellata veteribus fœda illa Venus est, qua ori illudebatur.

debatur. v. Suetonius Tiber. cap. 45, & Claudio cap. 15. Nec aliter accipienda est vox Lege 2 § 8 Dig. de officio præf. urbis. Vide & Festum in *Oscis*.

¶ Obscēne, adverb. unflätiglich; ut, *Obscene dici*, Cicer. 1 Offic. cap. 35. *Obscenius excitata natura Mercurii traditur*, Idem lib. 3 Nat. Deor. cap. 22.

¶ Subobscenus, a, um, etwas grob und unzüchtig. Cicer. in Orat. c. 26 *Ridiculo sic utatur orator, ut nec nimis frequenti, ne scurrile sit: nec subobsceno, ne mimicum: nec petulanti, ne improbum.*

OBSCŪRUS, a, um, caliginosus, sine luce, dunckel, finster: ut, *nox obscura*, Virgil. Æneid. 2 v. 420. Et, *infernis tenebris obscurior*, Claud. in Eutrop. 2 v. 231. Sed *oratio, sententia obscura*, id est, non aperta, non perspicua, undeutlich, unvernehmlich. *Non obscura benevolentia*, id est, nota & manifesta, Cicer. lib. 13 fam. epist. 70, nicht heimlich. *Fama est obscurior annis*, Virg. Æneid. 7 v. 205. *Videre res obscurissimas*, Cicer. 2 de Orat. cap. 36, hoc est, sagacem esse. Idem 4 Verrin. cap. 37 *Non erat obscurum, quid homo improbus cogitaret*, es war unverborgen. Sic, *Nomen obscurum*; *Homines obscuri*, h. e. ignobiles, non celebres. *Majoribus obscuris ortus*, Cicer. 1 Offic. cap. 32. *Obscurissimis initiis natus*, Vellej. Paterc. lib. 2 cap. 76. Et Horatius lib. 1 epist. 18 v. 94 *plerumque modestus*

Occupat obscuri speciem.

Vbi *obscurus*, tectum & minime apertum significat: alibi *fictum astutumque* vocat, ein Dockmäuser, der hinter dem berge hält. Cicero *occultum* vocat. Modesti enim dum tacent, & verecundantur, videntur simulare pudorem ac disciplinam, & insidiari aliorum simplicitati. Ex *Ob* & *cura* vocem conflari, placet Scaligero de Caussis L. L. cap. 34, quod ob ea, quæ obscura sunt, multa cura opus sit. Sed Vossius cum Becmano mavult ab obsoleto *scurus*, *scorus* vel *scaurus*.

¶ Obscūre, adv. heimlich; ut, *Non obscure ferre aliquid*, eines dinges keine scheu tragen. Cicer. pro Cluent. cap. 19 *Neque id obscure ferebat, neque dissimulare ullo modo poterat.* Et, *Malum obscure serpens*, Idem 4 Catilin. cap. 3, das unvermerckt sich ausbreitet.

¶ Obscurĭtas, ātis, quæ in rebus est & caussis, unde dubitatio & difficultas judicandi nascitur, ut Cicero describit, die dunckelheit. Cic. 3 de Orat. cap. 13 *Tanta insolentia ac turba verborum, ut oratio, quæ lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem & tenebras adferat.* Pluraliter Arnobius lib. 1 p. 38 *Incredibile dictu est, & cæcis obscuritatibus involutum.* ¶ 2. Est & ignobilitas, schlecht herkommen. Cic. 2 Off. cap. 13 *Propter humilitatem & obscuritatem in hominum ignoratione versari*, wegen geringen standes.

¶ Obscūro, avi, atum, are, obscuritatem inducere, verdunckeln; ut, *Nox tenebris rem obscurat*, Cic. 1 Catil. c. 3; &, *Oblivio obscuratura laudes*, pro M. Marcello cap. 10. ¶ Et occultare, heimlich halten, verbergen; ut, *Quod obscurari non potest, præ nobis ferendum est*, Idem Cic. pro Arch. cap. 11.

¶ Obscurātus, a, um, verdunckelt, verborgen. Cic. de Orat. 2 cap. 23 *Memoria sensim obscurata.* Horat. 2 epist. 2 v. 115 *Obscurata diu populo vocabula eruere atque proferre in lucem.*

¶ Obscuratio, ōnis, die verfinsterung. Fragm. Cicer. apud Augustin. 3 de Civ. D. c. 15 *Romuli interitus in obscuratione solis factus est.* Idem Cic. lib. 4 de Fin. cap. 13 *Tum licebit otiose quærere de istis ipsis obscurationibus, quæ propter exiguitatem vix, aut ne vix quidem appareant*: ubi dubiæ & abstrusæ res significantur.

¶ Inobscūro, are, idem quod obscurare. Cicer. Philipp. 9 cap. 5 *Nullam ejus legationem posteritatis inobscurabit oblivio.*

¶ Inobscurābĭlis, e, unverberglich. Tertull. de Anima cap. 3 *Inobscurabilis regula.*

¶ Perobscurus, a, um, valde obscurus, sehr dunckel; ut, *Perobscura quæstio est de natura Deorum*, Cic. principio de N. D. *Perobscura fama*, Livius lib. 1 cap. 16.

¶ Subobscūrus, a, um, ubi *sub* minuit, sicue *per* augebat, etwas dunckel. Cic. de Clar. Orat. cap. 7 extr. *Grandes verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves, & ob eam ipsam caussam interdum subobscuri*, etwas undeutlich.

¶ Subobscure, adverb. idem. Gellius lib. 3 cap. 14 *Subtiliter quidem, sed subobscure explicat.* Idem lib. 10 cap. 1 *breviter & subobscure.*

Obsecro, &c. Obsecundo, &c. Obsecutor, Obsepio, &c. Obsequor, &c. Obsĕro, āre, Obsero, ĕre, Observo, &c. vide *Sacer*, *Secundus*, *Sequor*, *Sepes*, *Sequor*, *Sera*, *Sero*, *Servo*.

Obses, obsessio, Obsibilo, Obsideo, &c. Obsido, Obsigno, &c. Obsipo, Obsisto, Obsitus, Obsoleo, obsoletus, &c. Obsolidatus, vide *Sedeo*, *Sibilus*, *Sedeo*, *Sido*, *Signum*, *Sipo*, *Sisto*, *Sero*, *Oleo*, *Solidus*.

OBSŌNIUM, vel Opsonium, i; ab ὄψον enim est, quo, quicquid in cibum coëmitur ex macello, significatur, eingekauffte speise, vorrath, kost, zugemüß. Hinc, ὄψον ἄριστον πόνος τῷ γήρᾳ: *Obsonium optimum senectuti labor*, vide Chiliad. Et Xenoph. περὶ παιδείας Κύρου lib. 7 exeunte: οἱ γὰρ πόνοι ὄψον τοῖς ἀγαθοῖς; *Labores obsonium bonis sunt viris.* Horat. 1 sat. 2 v. 9 *Omnia conductis coëmens obsonia nummis.*

¶ 2. Quamquam autem *obsonium*, uti dictum est, omne id significat, quicquid in cibum emitur, sive, quicquid cum pane editur, tamen signate id veteres de piscibus dixerunt. Nam & apud Græcos ὄψον & ὀψάριον, non temere nisi de piscibus dicitur, ut ad Aristophanem Florens Christianus observat. Ausonius in Mosella v. 127 ita

Obsonia plebis alosas,

signate dixit: & Apulejus Apolog. de piscibus loquens, *Sicinius*, inquit, *suomet obsonio discit*, &c. Nec aliter accipiendum putaverim illud Nepotis Themistocle cap. 10 n. 3 *Myuntem, ex qua obsonium haberet.* Nam Myus ad mare valde piscosum sita fuit. Vide & Ludovicum Nonium Ichthyophagias cap. 9. ¶ 3. *Obsonia* militum quoque stipendia dicebantur.

¶ Obsōno, aut Opsono, med. long. obsonare, obsonium emere, in die küchen einkauffen, einmarckten. Plaut. Aul. a. 2 sc. 4 v. 1 *Postquam obsonavit herus, & conduxit coquos.* Et

¶ Obsōnor, ari, idem. Terent. Andr. a. 2 sc. 6 v. 20 *Vix drachmis obsonatum est decem.* conf. Plaut. Aul. a. 2 sc. 4 v. 16, & Menæch. a. 1 sc. 3 v. 26.

¶ Obsōnātor, ōris, qui cibis emendis ac parandis præfectus est, ein einkäuffer, küchenmeister, speisemeister. Seneca epist. 47 *Obsonatoribus dominici palatus subtilis notitia est.* Et Plaut. a. 3 sc. 1 v. 73 *Primarius parasitus, obsonator optimus.*

¶ Obsonatus, ûs, subst. der einkauff der speisen. Plaut. Truc. a. 4 sc. 2 v. 27 *Dare minam in obsonatum*, marcktgeld geben. Sed, *Obsonatum mittere*, supini forma est apud eundem Casin. a. 2 sc. 8 v. 5.

¶ Obsōnito, are, frequentat. sæpe parare obsonia, vel convivari, schmaussen. Cato apud Festum: *Postea centenis obsonitavere.*

Obsopio, Obsordesco, vide *Sopor*, *Sordes*.

Obstaculum, obstantia, Obsterno, Obstetrix, &c. Obstinatus, obstino, &c. Obstipo, &c. Obstitus, Obsto, Obstragulum, Obstrangulatus, Obstrepitaculum, obstrepo, &c. Obstrictus, obstrigillo, &c. obstringo, Obstructio, obstruo, &c. Obstrusus, Obstupeo, &c. Obstupratus, vide *Sto*, *Sterno*, *Sisto*, *Stino*, *Stipo*, *Sisto*, *Sto*, *Sterno*, *Strangulo*, *Strepo*, *Stringo*, *Struo*, *Trudo*, *Stupor*, *Stuprum*.

Obsum, Obsurdesco, Obsutus, quære *Sum*, *Surdus*, *Suo*.

Obtego, Obtempero, &c. Obtendo, obtentus, &c. Obtero, Obtestor, &c. Obtexo, Obticentia, obticeo, Obtineo, Obtingo, Obtinnio, Obtorpeo, Obtorqueo, obtortus, Obtrectatio, obtrecto, &c. Obtritus, Obtrudo, &c. Obtrunco, &c. Obtueor, Obtundo, Obturamentum, Obturbo, &c. Obturgesco, Obturo, Obtusus, Obtutus, vide *Tego*, *Tempero*, *Tendo*, *Tero*, *Testis*, *Texo*, *Taceo*, *Teneo*, *Tango*, *Tinnio*, *Torpeo*, *Torqueo*, *Traho*, *Tero*, *Trudo*, *Truncus*, *Tueor*, *Tundo*, *Thus*, *Turba*, *Turgeo*, *Thus*, *Tundo*, *Tueor*.

Obvagio, Obvallo, &c. Obvarico, obvaro, Obvenio, obventio, &c. Obverbero, Obversor, &c. obverto, &c. Obviam, obvio, &c. Obviolo, Obumbratio, obumbro, Obunctus, Obuncus, Obundatio, obundo, Obvolvo, obvolutio, &c. Oburo, obustus, vide *Vagio*, *Vallum*, *Varus*, *Venio*, *Verber*, *Verto*, *Via*, *Violo*, *Vmbra*, *Vngo*, *Vncus*, *Vnda*, *Volvo*, *Vro*.

Occa, Occæco, Occallatus, occalleo, Occasio, occasus, Occatio, &c. Occentus, Occidens, &c. occīdo, Occīdo, &c. Occillo, &c. Occino, Occipio, Occiput, &c. Occisio, &c. Occlamo, Occludo, vide *Occo*, *Cæcus*, *Callus*, *Cado*, *Occo*, *Cano*, *Cado*, *Cædo*, *Occo*, *Cano*, *Capio*, *Caput*, *Cædo*, *Clamo*, *Claudo*.

OCCO, occare, est crate inducta glebas confringere, ac semina profundius condere, egen, zuegen. Horat. 2 epist. 2 v. 160 *Occat segetes villicus.* Plaut. in Mercat. prologo v. 71 *Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis.* Idem in Captiv. a. 3 sc. 5 v. 5 *Semper occant prius, quam sarriunt rustici.* Ex *Occæcare* est. Cicero de Senectute cap. 15 *Quæ* (terra) *cum gremio mollito ac subacto, sparsum semen excepit, primum id occæcatum cohibet: ex quo OCCATIO* (*quæ hoc efficit*) *nominata est.* Adde Nonium supra in *Occæcare* sub *Cæcus*.

¶ Occa, æ, instrumentum occationis, eine ege. Onomasticum: *Occa*, βωλοκόπημα.

¶ Occātio, ōnis, opera occatoris. Plin. lib. 18 cap. 20 pr. *Aratione per transversum iterata, occatio sequitur.*

¶ Occator, ōris, ein eger, der da eget: Columell. 2 cap. 13, proprie; & Plaut. Capt. a. 3 sc. 5 v. 4 metaphorice.

¶ Occatōrius, a, um, zum egen gehörig; ut, *Opera occatoria*, Columell. lib. 2 cap. 13.

¶ Occillo, are, contundere, zerstossen, Plauti est Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 28 *Advenienti os occillet probe*, er mag ihm das maul klopffen. Est enim ab *Occare* diminutivum, quod sonat glebas diminuere. Onomasticum Vetus: *Occilare*, συγκόπτειν: & Gloss. Cyrilli: *Occo*, *Occilio*, [leg. *Occillo*,] βωλοστροφῶ; &

¶ Occillator, ōris, qui scindit glebas, ibidem βωλοκόπος vertitur.

¶ Deocco, are, idem quod simplex, egen. Plin. 18 cap. 15 *Nec aliud quam deoccatur.*

¶ Inocco, are, unteregen, unterbringen. Columell. lib. 2 cap. 8 *Inoccare semen.*

Occubo, Occulco, Occulo, occulto, occultus, &c. Occumbo, Occupatio, occupo, &c. Occurro, occursatio, occurso, &c. vide *Cubo*, *Calx*, *Colo*, *Cubo*, *Capio*, *Curro*.

ŌCEĂNUS, i, ὠκεανός, mare magnum, quo tota cingitur terra, ab ὠκύς, ut putatur, quod est *velox*, & νάεσθαι, *fluere*; das grosse welt-meer. *Belluosus Oceanus*, Horat. 4 oda 14 v. 47. Secundum poëtas *Oceanus* Cæli & Vestæ fuit filius, maritus Tethyos, quem matris Deum esse asserunt. ¶ 2. Sortitur nomina a litoribus etiam, ut, *Oceanus Atlanticus*, *Gaditanus*, *Persicus*, *Indicus*, *Germanicus*, &c. Poëtæ *Oceanum* pro quocunque mari usurpant. ¶ 3. Quia vero rerum principium Thales aquam statuerat; idcirco Claudianus secutus Sophum, Oceanum, *rerum principem*, dixit Paneg. de 4 Conf. Honorii v. 23, ubi Barthius videri potest. Hanc eamdem gloriam Ægyptii Nilo suo asserebant, Deorum generationem illi attribuentes. Ac reperies quoque Nilum dictum *Oceanum*. Consule Eusebium lib. 3 de præparat. Evang. cap. 2. Kircher. Oedip. Tom. 1 cap. 4. *Orbis vinculum, terrarum custodiam* vetus Rhetor apud Senecam Suasor. 1 vocat. ¶ 4. Quidam adjective usurpant. Catullus carm. 63 v. 7 ex emendat. Scaligeri: *Nimirum oceano se ostendit noctifer imbre.* Juvenal. sat. 11 v. 94 *Qualis in oceano fluctu* &c. & paullo post: *Litore in oceano.* Sext. Rufus cap. 5 *Vsque Gades ad oceanum mare pervenimus.* Venantius Fortunatus lib. 3 carm. 7 de Resurr. v. 4

Qui (sol) *vagus oceanas exit & intrat aquas.*

Sic Fabricius edidit: Browerus autem: *Qua vagus Oceanus* &c. Alibi tamen & ipse Browerus adjective, nempe lib. 7 carm. 12 v. 56

Quicquid ab oceanis circulus ambit aquis.

¶ Oceănītis, itĭdis, filia Oceani Virg. Georg. 4 v. 341

Clioque & Beroë soror, Oceanitides ambæ.

Ocella, ocellus, vide post paullo *Oculus*.

OCHRA, æ, ὤχρα, terra acris adusta, colore luteo: quæ & *lutea* latine dici possit. Duplex est, *Ochra nativa*, berggelb; &, *Ochra factitia*, sive plumba-

plumbaria, bleygelb. vid. Agricola, & Plin. 35 cap. 6. Adde Bald. in Lex. Vitruv. p. 75.

OCHUS, i, Artaxerxis filius, Persarum rex, cum diu regnasset, & moriturus tandem a filio natu majore interrogaretur, quidnam faciens regnum tot annos custodivisset? respondit, τὰ δίκαια πράττων πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους καὶ θεὸυς, hoc est, *Justa erga omnes homines deosque faciens:* Athen. lib. 12 p. 548. Ochum Bagoas eunuchus veneno sustulisse dicitur, a quo & filius Arses post trium annorum imperium interemptus est. Cadaver ille Ochi felibus objecit, ossaque ejus, ut repræsentaret animum ad cædes propensum, in gladiorum manubria convertit. vid. Diod. Sic. 17 cap. 5, & Ælian. V.H. 6 cap. 8. ¶ 2. *Ochus* fluvius Indiæ, seu Bactrianæ potius. conf. Plin. 6 cap. 16, cum lib. 31 cap. 7.

ŎCĬMUM, vel Ocinum, i, non Ocymum, quia græce ὤκιμον, pabuli genus est, sic dictum, quod citius cæteris pabulorum generibus vere primo adolescat, ut Varro interpretatur lib. 1 R. R. cap. 31. In cujus libris tamen melioribus *Ocinum* legitur. Persio sat. 4 v. 22 *cantare ocima* idem est ac *convicia ingerere*. vide Interpretes. Adde Columell. 10 v. 319. ¶ Macer etiam masculino genere *Ocimus* usus est:

Inter præteritas numerabitur ocimus herbas.

Ocior, ocissimus, vide *Ocyor*.

Ocium, vide infra *Otium*.

OCNUS, i, Bianor a Virgilio dictus eclog. 9 v. 60, & Mantuæ conditor, Æn. 10 v. 198. ¶ 2. *Ocnus* quidam pictus a Socrate, qui spartum sive funem torquet, quem asellus arrodit. Hinc proverb. *Ocnus funem torquet*, in eos, qui non profuturam in aliqua re operam collocant. Vide Chiliades Erasmi: item Pausan. Phocicis, Plinium 35 cap. 11, & Nat. Comit. lib. 7 Mythol. cap. 16, ubi de Polygnoto pictore agit: nam & hic Ocnum pinxit. Propertius lib. 4 eleg. 3 v. 21

Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno,
Æternusque tuam pascat, aselle, famem.

Quamquam vero ὄκνος græce *pigrum* notat, ipse tamen Ocnus gnavus homo & industrius fuisse perhibetur, sed eo infelix, quod uxor ejus prodiga & sumtuosa profunderet, quicquid ipse opere faciundo per summum laborem quæritasset. Hæc illa pictura.

OCRA, æ, Alpium pars humillima, quâ ad Carnos accedunt. ¶ 2. Etiam urbs Venetorum est Plinio lib. 3 c. 19. ¶ 3. *Ocra* in pigmentis seu colorum materiis numeratur ab Isidoro lib. 19 Orig. c. 17. vide *Ochra*.

OCREA, æ, calceamenti genus, quo crura teguntur, ein stieffel; ut, *Ocreæ ferreæ*, bein-harnische. Livius lib. 9 cap. 40 *Sinistrum crus ocreâ tectum.* Varroni 4 de L. L. dicitur quasi *ob crus*, quod crus tegat. Isidorus lib. 19 Orig. cap. 34 *Ocreæ, tibialia calceamenta, dicta quod crura tegant.*

¶ Ocreatus, a, um, ocreas indutus, gestieffelt. Horat. lib. 2 sat. 3 v. 234

In nive Lucana dormis ocreatus.

Et Plinius lib. 19 cap. 2 *ocreatis cruribus*.

ŎCRĪSIA, æ, Publii Corniculæ uxor, Servii Tullii mater, Tanaquilis reginæ ancilla captiva, de qua, quomodo Tullium conceperit, mira narrat Plinius 36 cap. 27. Ovid. Fast. 6 v. 627

Namque pater Tulli Vulcanus, Ocrisia mater.

Octangulus, vide supra *Angulus*.

OCTĀVIA, æ, gens apud Romanos, e qua Octavius Augustus: vide Bernegg. ad Sueton. August. cap. 1 & 2. ¶ 2. *Octavia*, Neronis fuit uxor, quam interfecit: a qua ¶ 3. *Octavia*, Tragœdia Senecæ. ¶ 4. Et *Octaviæ porticus* duæ erant Romæ. vid. Vellej. lib. 1 cap. 11, & Sueton. August. cap. 29.

¶ Octaviānus, a, um, adject. ut, *Bellum Octavianum*, Cic. 1 de Divin. cap. 2. Porro Octavius, qui *Cæsaris*, deinde & *Augusti* cognomen assumsit, natus M. T. Cicerone & Antonio Coss. dictus *Octavianus* est post adoptionem, cum ante adoptionem esset *Octavius*. Vide Dion. Cassium lib. 46, & quæ inde ad Eutropium lib. 7 cap. 1 n. 3 novit Cellarius.

OCTO, ὀκτώ, numerale cardinale indecl. acht; ut, *Temo pedes protentus in octo*, Virg. 1 Georg. v. 171, acht schuh lang. Ajunt, Stesichori sepulcrum *octo columnas*, *octo gradus*, *octo angulos* habuisse. Unde proverbium: πάντα ὀκτώ, *omnia octo*, cum rei nihil deesse significamus. vid. Chiliad.

¶ Octies, adverb. achtmahl. Cic. Somn. Scip. cap. 2 *Ætas tua septenos octies solis anfractus reditusque convertit.*

¶ Octāvus, a, um, ordinale, der achte; ut, *Sapientum octavus*, Horat. lib. 2 sat 3 v. 296.

¶ Octavùm, adverbialiter, sicut *tertium*, *quartum*, zum achten mahl. Livius lib. 6 cap. 36 *Sextus Liciniusque jam octavum tribuni plebis refecti.*

¶ Octōnus, a, um, distributivum, ie acht, quod tamen pro cardinali, quemadmodum & cætera numeralia ejus generis, sæpe numero usurpatur. Plin. lib. 8 cap. 32 de cervis: *Octonis mensibus ferunt partus*, acht monat. Palladius lib. 1 cap. 35 *octonis diebus peractis*, in acht tagen.

¶ Octonārius, a, um, aus achten bestehend; ut, *Octonarius numerus*, Macrob. lib. 1 Somn. Scip. cap. 5. *Fistulæ octōnariæ*, Plin. 31 c. 6.

¶ Octoginta, indecl. achtzig. Cic. de Senect. cap. 19 *Octoginta regnavit annis.* Pro *octoginta*, quod politius esse existimatur, etiam *octuaginta* inveniri apud Vitruvium 10 cap. 17, & Gellium 3 cap. 10, docet Ol. Borrich. Cogit. p. 184. *Octoginta octo*, acht und achtzig, Plin. 4 cap. 12.

¶ Octogēnus, a, um, ie achzig; Et plur. Octogeni, idem quod octoginta. Plinius lib. 9 cap. 51 *Torpedo, octogenos fœtus habens invenitur.* Livius lib. 10 cap. 30 extr. *Data ex præda militibus æris octogeni bini.*

¶ Octogenārius, a, um, aus achzig bestehend. Plin. lib. 6 epist. 33 *octogenarius senex.* Eumenius panegyrista de restaurandis scholis cap. 17 *major octogenario*, über achtzig jahr alt.

¶ Octogēsimus, a, um, der achtzigste; ut, *Quartum annum ago & octogesimum*, Cic. in Catone cap. 10.

¶ Octogies, adverb. achtzig mahl. Cic. in Pison. cap. 35 *Sestertiûm centies & octogies.*

¶ Octans, antis, der achte theil eines dinges. Vitruv. 10 cap. 11 *Dividuntur circinationes octantibus, in partes octo ductis lineis.*

¶ Octōber, bris, mensis octavus a Martio, unde suum annum veteres auspicabantur Romani, der weinmonat, mensis vindemialis. Quæ appellatio Carolo Magno tribuitur: Saxones vocant den saatmonat, a semente. Vellejus Paterc. lib. 2 cap. 56 *Cum Cæsar mense Octobri in urbem revertisset, idibus Martiis interemtus est.* ¶ 2. *October equus appellabatur, qui in campo Martio immolabatur quotannis Marti*, &c. Festus.

¶ Octŭplus, a, um, achtfältig; ut, *pars octupla*, Cic. de Univers. c. 7.

¶ Octuplĭcātus, a, um, achtmahl mehr. Livius 4 cap. 24 *Octuplicato censu ærarium facere.*

Composita:

¶ Octangulus, Octachordos, Octastylos, vide *Angulus*, *Chorda*, *Stylus*.

¶ Octennis, vide supra *Annus*.

¶ Octiduum, i, die zeit von acht tagen.

¶ Octingenti, Octingentesimus, Octingenarius, vide *Centum*.

¶ Octipes, vide infra *Pes*.

¶ Octodecim, vide supra *Decem*.

¶ Octogōnos, vel Octagōnos, i, ὀκτάγωνος, achtseitig. Vitruv. 1 cap. 6 *Andronicus collocavit Athenis turrim marmoream octogonon, & in singulis lateribus octogoni singulorum ventorum imagines exsculptas designavit.* Et Hyginus de Castramet. *Omnis octagonus ductus* &c. Idem: *Octagoni areæ pedaturam sic invenies.*

¶ Octojŭges, vide supra *Jugum*.

¶ Octominutālis, e, quod octo minutos argenteos valet. Lamprid. Alex. Sever. cap. 22 *octominutalis carnis libra.* vid. ibi Casaub. & Salmas.

¶ Octŏphŏrum, vel Octaphorum, i, ὀκτοφόρον, lectica, quæ ab octo servis portabatur, apud Cicer. ad Qu. fratr. lib. 2 epist. 9, & Martial. lib. 6 epigr. 84. Delicatorum erat, v. Sueton. Calig. c. 43, & ibi Beroaldus.

¶ Octussis, vide supra *As*.

¶ Duodeoctoginta, acht und siebenzig; ut, *Duodeoctoginta millia passuum*, Plin. 3 cap. 5.

¶ Undeoctoginta, neun und siebenzig. Horat. 2 sat. 3 v. 117

Si & stramentis incubet undeoctoginta annos natus.

Ocularis, ocularius, &c. vide sequens *Oculus*.

ŎCŬLUS, i, ab *occultando*, sub palpebris enim quasi latet, ein auge, in quo sunt *iris*, vel *uvea*, der stern im auge, & *pupilla*, der augapffel. *Oculi nocturni*, glauci, Plauto inter convicia sunt Curc. a. 1 sc. 3. Idem *herbei* eidem Curc. a. 2 sc. 1. *Cæsii* alias: unde *Cæsia*, apud Ter. Heaut. a. 5 sc. 5 v. 18; ubi vide. *Oculi molles*, Ovid. lib. 1 de Remedio amoris v. 340, die immer thränen. *Oculi recti*, Senecæ de Const. Sapientis cap. 5, ubi vide Lipsium: itemque Suetonio Augusto cap. 16. *Irretortos* Horatius vocat lib. 2 od. 2 extr. qui non connivent ac nutant, steiffe, unverwandte augen. *Oculi contenti & tumentes*, Suet. Tiber. cap. 7. *Oculi exstantes rigentesque*, apud eumdem Nerone cap. 49. Et, *oculi nigri & vegeti*, eidem in Cæsare cap. 45, ubi Casaubonus. *Oculi natantes:* vid. *Nare*. *Oculos vigilia fatigatos cadentes in opere detinere*, Sen. epist. 8. *Oculos in terram dejicere*, (1) verecundiæ est, apud Terent. Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 132. Item (2) mœroris, Plutarchus de vitioso pudore princ. Et (3) pavoris, Horat. lib. 1 epist. 6 v. 14. *Oculis uti*, non falli videndo, Plautus Epid. a. 1 sc. 1 v. 4. *Oculis usurpare aliquid*, id est, videre. *Oculis cernere*, idem, apud Nep. 20, 2, 2. *Lumina oculorum*, i. e. visus. Nepos Timoleonte cap. 4 *Hic cum ætate jam provectus esset, lumina oculorum amisit*, er hat das gesichte verlohren. *Restituere alicui oculos*, i. e. visum, Suetonius Vespasiano cap. 7. *Ferre in oculis*, est carum habere, Cic. 3 ad Qu. fratr. epist. 1 cap. 3, lieb und werth haben. Quod *gestare in oculis*, Terent. dixit Eunuch. a. 3 sc. 1 v. 11. Et, *esse in oculis alicui*, Cic. 2 Tusc. c. 26. *Ponere in oculis*, Idem ad Quint. fratr. lib. 1 epist. 1 cap. 2. Ac, *Oculis subjicere*, Quintil. lib. 6 cap. 3. *Vir bonus semper ante oculos habendus*, Sen. epist. 11. *Obversari ante oculos*, Cic. pro Sextio cap. 3, für augen schweben. *Pascere oculos, animumque exsaturare alicujus cruciatu, supplicio*, Idem 7 in Verr. c. 26, die augen weiden, sättigen. Sic, *Fructum oculis capere ex aliqua re*, etwas gerne sehen, Nepos 18, 11, 2. Contra *aures* & *oculi vulnerari* & *dolere* dicuntur molestiæ & indignationis caussa. Cic. 8 fam. epist. 14 *Nunquam oculi tui doluissent, si in repulsa vultum Domitii vidisses.* vid. Taubm. in Plaut. Asin. p. 158. Petr. Victor. Var. Lect. lib. 2 cap. 5. Turneb. Advers. lib. 12 cap. 17. Et Ovid. 13 Metam. v. 70

Adspiciunt oculis superi mortalia justis.

De fascinis oculorum Barth. ad Script. Venat. p. 137. Turneb. lib. 9 Advers. cap. 28. Casaub. ad Pers. p. 202. Nonnunquam Romani per oculos jurabant. Plaut. Menæch. sc. ult. v. 1 *Sultis per oculos jurare.* Ovid. 2 Amor. eleg. 16 v. 43

At mihi te comitem juraras usque futuram,
Per me, perque oculos sidera nostra tuos.

¶ 2. Sunt & surculorum in arboribus, & vitium *oculi*, qui & *gemmæ* dicuntur, apud Catonem & Columellam. Radicibus etiam *oculos* Plinius tribuit lib. 17 cap. 20. ¶ 3. Quæ singulari ornamento decorique sunt, etiam *Oculi* vocantur. Ita Cic. lib. 3 de Nat. D. sub fin. *Corinthum & Carthaginem duos oculos oræ maritimæ*, vocat. Catullus epigr. 28 *Peninsularum, Sirmio, insularumque Ocelle.*

Similiter Pindarus Agrigentum, *Siciliæ oculum* appellavit. Vide Petrum Victorium lib. 9 Var. Lect. cap. 9. Obert. Gifan. observ. in Ling. lat. p. 257. Etiam e regiis ministris quosdam, significantes imperatoribus, quod scitu erat opus, *aures* ac *oculos* vocitatos fuisse, ex eleganti loco Apuleji de Mundo aperit Corn. Tollius Not. ad Palæph. p. 232. ¶ 4. *Oculos* dicimus, quos ad delicias amamus. Neque enim oculis nobis quicquam carius ac amabilius est. Unde *pretiosissimam partem corporis & quæ lucis usu vitam distinguit a morte*, Plinius appellat lib. 11 cap. 37, ubi plura de oculis leges. Plautus Curcul. a. 1 sc. 3 v. 47 *Bene vale,*

vale, ocule mi. Sic Sextus gloriatus, *se par oculorum in amicitia M. Antonii triumviri exstitisse*, auctore Suetonio de Claris Rhetoribus cap. 5. Atque hinc

¶ Oculissimus, a, um, pro multo carissimo Plautus dixit joculari atque ad risum composita voce, in Curcul. a. 1 sc. 2 v. 28 *Salve, oculissime homo.* Et Curc. a. 1 sc. 1 v. 17 *Ostium oculissimum.* vid. Festus. Sic *ocullitus*, adverb. pro, carissime, de quo postea.

¶ Ocellus, i, diminutivum, parvus oculus, ein äugelein. Martial. lib. 1 epigr. 93 *Sæpe mihi queritur non siccis Cestus ocellis.*

¶ 2. Per metaphoram res, quæ peculiari est ornamento, ut modo exposuimus. Apud Plautum Mostell. a. 1 sc. 3 v. 11 amica de suo: *Volo placere meo ocello.* ¶ 3. *Ocellæ*, vel, ut alii, *Ocelli* dicebantur apud Romanos, qui oculis parvis nati, Plin. lib. 1 cap. 37. Quod in cognomen etiam abiit, ut & alia vitia corporis. ¶ 4. *Servii Ocellæ* mentio apud Ciceronem lib. 2 fam. epist. 15, & lib. 8 epist. 7, & lib. 10 ad Attic. epist. 12 & 25. ¶ *Ocellus Lucanus*, philosophus Pythagoreus Aristotele prior, qui mundum statuit æternum. Qua ratione & Philo ejus meminit: quem vide libro, quod mundus sit incorruptibilis, non longe ab initio. Cujus nomine inscriptus libet περὶ τῆς τῦ παντὸς φύσεως, *de universi naturâ*, suppositius videtur.

¶ Ocellatus, a, um, das augen hat; ut, *Ludere ocellatis*, scil. calculis, würffeln, Suetonius Aug. cap. 83; *Ocellata* ibi, ut Casaubonus explicat, sunt globuli vel lapidei, vel eburnei, quibus olim puellæ lusitabant. conf. Salmas. in Solin. p. 496.

¶ Ocŭleus, a, um, von augen. Plaut. in Aul. a. 3 sc. 6 v. 19 *Argus totus oculeus fuit.* Et translate Apulej. Metam. 2 *Perspicacior ipso Lynceo vel Argo, & oculeus totus*, sehr scharffsichtig.

¶ Oculitus, adverb. wie ein auge; ut, *oculitus aliquam amare*, id est, instar oculi carissimam habere, Plautus apud Nonium cap. 2 n. 608 dixit, vel finxit potius.

¶ Ocŭlāris, e, zum auge gehörig. Veget. 2 cap. 17 *Ocularis tunica*, das häutlein über dem auge.

¶ Ocŭlariter, adverb. mit augen; ut, *oculariter intueri*, Sidonius 7 epist. 14.

¶ Ŏcŭlārius, a, um, zum auge gehörig; ut, *Medicus ocularius*, ein augenartzt, Celsus lib. 6 cap. 6, & Inscript. Grut. p. 634 n. 2, & *Chirurgus ocularius*, apud eumdem p. 400 Inscriptione 7. Sic, *Euphorbiæ succus proficit ad ocularium claritatem*, Solinus cap. 37. ¶ Et *Ocularius* simpliciter, & quasi substantive, pro medico ab oculis, apud Scribon. Largum compositione 37 & seq. ein oculist.

¶ Ocŭlariārius, a, um, idem; ut, *Oculariarius faber*, apud Reinesium class. 11 Inscript. 66, qui vitra muniendis oculis, vel objectis majori forma repræsentandis conficit, ein brillen- oder perspectiv-macher.

¶ Ocŭlo, are, i.e. oculorum usum dare, vel reddere, sehend machen. Sæpe invenitur apud patres. Tertull. de Pœnitentia cap. 12 *Ibi hirundo, si excæcaverit pullos, novit istos oculare rursus de Chelidonia sua.* Quæ eadem postea Pacianus in Parænesin suam de pœnitentia transscripsit. Cyprianus de Idolol. vanitate: *Cæcos & ignaros ad agnitionem veritatis ocularet.* vid. Barth. Advers. 33 cap. 12, & 43 cap. 24. Hinc

¶ Ocŭlātus, a, um, sehend. Plaut. in Truculento a. 2 sc. 6 v. 8

Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem.

Quia ὠτίων πιςότεροι ὀφθαλμοὶ, *Oculis magis habenda fides, quam auribus*, sehen geht für hören sagen. *Male oculatus*, Suet. Rhetor. c. 5. *Oculati circuli*, de maculis pantherarum apud Solinum cap. 27. *Oculatior Deus*, i. e. plura videns quam homines, Tertull. lib. 2 adv. Marc. cap. 25. *Oculatissimus locus*, id est, summe conspicuus, apud Plinium lib. 34 cap. 6.

¶ Oculata, æ, genus piscis apud Plinium 32 cap. 7.

¶ Oculatio, ōnis, die grünung der weinstöcke, wenn sie augen bekommen. Plin. 17 cap. 21 *Pampinatio & oculatio.*

Composita varia:

¶ Desiŏcŭlus, i, einäugig. Martial. 12 epigr. 59

Hinc desioculus & inde lippus.

¶ Exŏcŭlo, are, oculos eruere, die augen ausreissen, blind machen. Antique Plautus Rud. a. 3 sc. 4 v. 26 *Si ne ei caput exoculassitis*, pro, *Si non eum exoculaveritis.*

¶ Exoculatus, a, um, oculis privatus, blind. Apulej. 8 Miles. p. 207 *Thrasylli convulnerat tota lumina, eumque prorsus exoculatum relinquens*, &c. Idem lib. 7 *Cæca & prorsus exoculata fortuna.*

¶ Inocŭlo, are, verbum, significat inserere, äugeln, pfropffen. Columell. lib. 11 cap. 2 *His diebus arbores ficorum inoculantur.* ¶ Tralate Macrob. lib. 1 Comment. in Somn. Scip. cap. 1 *ad hunc igitur justitiæ affectum pectoribus inoculandum.*

¶ Inoculatus, a, um, insitus, eingepfropfft. Item, exornatus, ausgeschmückt gleich als mit augen. Apulej. Metam. 8 *Inoculatus bullis aureis.*

¶ Inoculātio, ōnis, insitio, die einpfropffung, quæ fit gemmis insitis intra lignum & corticem, quam vocant *emplastrationem*, Plinius lib. 17 cap. 14. vid. & Columell. 5 cap. 11.

¶ Inoculator, ōris, ein gärtner, der da pfropffet, Plin. lib. 18 cap. 33.

¶ Monŏcŭlus, i, einäugig, vox hybrida, ex græco & latino compacta, qua usus est Jul. Firmicus 8 cap. 19 *Erunt surdi, monoculi, ac stolido fatuitatis stupore confecti*, &c. vid. Ol. Borrich. Cogit. p. 171.

¶ Siccoculus, vide infra in *Siccus.*

¶ Vnocŭlus, i, einäugig. Gellius 3 cap. 11 *De cyclope inquit, vel maxime quod unoculus fuit.* Et in fœminino habet Solinus cap. 25 *Vnocula gens est.* Vnoculos viros illustres aliquot enumerat Vossius lib. 1 Instit. Orat. p. 76.

Ocȳmum, vide paullo ante *Ocimum.*

Ō C Y O R, us, & Ocyssimus, a, um, ὠκίων, ὤκιςος, a positivo ὠκὺς, quo Latini carent, celerior, celerrimus, geschwind, schnell, behend. Disputant grammatici, per *y* an per *i* scribi hæc vox debeat. Gisanius pertendit, per *i* simplex scribendam, auctoritate omnium librorum veterum, ipsiusque Prisciani, si vel sit ab ὠκύς. Adstipulatur Vossius lib. 2 de Analog. cap. 26 p. 369, & Etymol. fol. 352, cui primum est illud argumentum, quod græce etiam ὠκίων, ὤκιςος, eâdem exarentur vocali. Sed possunt, qui dissentiunt, provocare vicissim non modo ad Græcorum positivum ὠκύς, sed ad comparativos quoque alios ὠκύτερος, ὠκύτατος. Itaque pro altera parte validius argumentum dixerim, ab auctoritate veterum librorum quod petitur. Qui autem græcarum vocum scripturam urgent, his responderi potest, non insolens Latinis fuisse veteribus, vocalem græcam mutare in latinam. Fecerunt hoc in *silva*, quod est a græco ὕλη. Sic in veteribus libris legi *nimfa, limfa, mirtus, cignus*, testis est Vossius Etymolog. f. 507. Accedit, quod *ior* & *issimus* terminationes non Græcorum sunt, sed Latinorum. Hæc ita cum sint, non tamen eos damnabimus, qui originis græcæ contemplatione *ocyor* & *ocyssimus* scribunt, non magis quam eos, qui *nympha, lympha, myrtus, cygnus.* Alterum veteribus placuit; alterum amant recentiores. Sic, *Ventis & fulminis ocyor alis*, Virg. Æn. 5 v. 319. Et, *ocyor Euro*, ibid. lib. 8 v. 223. Plinius de Mercurii astro lib. 2 cap. 8 *Inferiore circulo fertur novem diebus ocyore ambitu.* Idem lib. 16 cap. 31 *Senectus ocyssima.*

¶ Ōcyus, ocyssime, adverbium, idem. Terent. in Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 61 *Perlonge est, sed tanto ocyus properemus.* Sallust. Jugurth. c. 25 *quam ocyssime provinciam accedat.* Apulejus etiam positivo *Ocyter* usus est lib. 1 Metam. p. 113.

¶ Quantocyus, adv. desto eher, contracte ex *Quanto ocyus*, apud Sulpitium Severum 3 Dialog. cap. 5 *Discede quantocyus.*

Ō C Y P E T E, es, Ὠκυπέτη, una ex Harpyiis, ab ὠκὺς, *velox*, & πέτομαι, *Volo*, vide *Harpyia.*

Ō C Ȳ R O E, es, Nymphæ nomen apud Ovid. Metam. 2 v. 639.

Ō D A, æ, vel Ode, es, ᾠδή, cantio, carmen, ein lied. Auctor elegiæ de Philomela v. 25 *Et merulus modulans tam pulchris concinit odis.*

¶ Odēum, i, ᾠδεῖον, cantilenarium, sive quoddam theatri genus, cantui destinatum, ein opern-hauß, musicanten-hauß, ut Pausanias lib. 1 declarat, & Vitruvius 5 cap. 9, ut & Suidas, qui tale quoddam Athenis Pisistratum ædificasse ait. Et Philander ad Vitruv. l. c. observavit, quatuor Romæ fuisse *Odea*, 1 in Aventino, 2 inter Palatinum & Cælium montes, 3 prope theatrum Pompeji, & 4 Domitiani. Cicero habet lib. 4 ad Attic. epist. 16, ubi tamen in emendatioribus hodie exemplaribus *forum* legitur, non *odeon*, quod Nizolius legit. vide Casaub. ad Theophrast. p. 133. Salvianus lib. 6 de gubernat. Dei p. 199 *Longum est nunc dicere de omnibus amphitheatris, scilicet odeis, lusoriis, pompis*, &c. Vbi adi notas Rittershus. p. 189. Habet & Eutropius lib. 7 extr.

¶ Odariārius, i, cantilenarum magister, ein singmeister. Vet. Inscript. VERGILIVS EPAPHRODITVS MAGISTER ODARIARIVS &c. *Odorarium* legit Reinesius class. 11 n. 81 ex Luc. Langermanno: sed legendum *Odariarius* ab *Odario*, quod est *cantilena* apud Langium in Glossario. vid. Fabrettus p. 716.

¶ Ĕpōdus, i, ἐπῳδὸς, & ἐπῳδὴ, carminis genus, in quo singulis versibus singulæ accinuntur clausulæ; hoc est, in quo secundus quisque versus contractior, seu brevior est priori, ut in libro ἐπῳδῶν Horatii videre est. Atqui duo postrema Horatii poëmata de Canidia monocola sunt; quibus accinitur nihil? Etiam Auson. epist. 16 quaternarios jambos perpetua serie connexos *Epodos* vocat. Falsum igitur hoc, quod de Epodis Horatianis tradunt grammatici. Galenus auctor est, post cantiones aliquas ad aras Deorum expletas accessisse aliquem, qui sacra certis versiculis clauderet, atque hunc *Epodon* appellatum. vide Scalig. Poëtic. lib. 1 cap. 44. In Lyricis *epodus* est, quod strophæ & antistrophæ accinitur. De qua re accurate Pindari interpretes agunt, qui consulendi. ¶ 2. *Epodi* etiam veteribus incantatores dicebantur, ein zauberer, beschwerer, Quintil. 10 cap. 1.

¶ Hilarōdus, vide supra *Hilaris.*

¶ Pălĭnōdia, æ, παλινῳδία, recantatio, seu retractatio, ein wiederruff. Cic. ad Attic. 4 epist. 5 *Subturpicula mihi videbatur esse palinodia.* conf. ad Att. 2 epist. 9, & lib. 7 epist. 7. *Palinodiam canere*, est diversum ab his, quæ prius dixeris, dicere, wiederruffen, παλινῳδεῖν. Macrobius lib. 7 cap. 5 *Nec abnego, potuisse me quoque tamquam palinodiam canere.* Vide Chiliadas & Interpretes Horatianos ad lib. 1 od. 16 extr. ubi *recantata opprobria* memorantur. ¶ 2. *Palinodia* pro veteri & iterata cantione, ein alt lied. Ammian. 18 cap. 5 *Cohors palinodiam in exitium concinens nostrum.*

¶ Părōdia, æ, παρῳδία, canticum ad alterius imitationem.

¶ Psalmōdia, vide infra in *Psallo.*

¶ Pseudōdia, æ, ψευδῳδία, falsa cantio, ein falsch lied, Hieron. epist. 79.

Ŏ D E S S O S, i, urbs, Milesiorum colonia, Plinio 4 cap. 11, Melæ 2 cap. 2, & Ovid. Trist. 1 eleg. 9 v. 37.

Ō D I, odisse, odio habere, prosequi, feind seyn, hassen; ut, *Acerbe & penitus aliquem odisse*, Cic. pro Cluent. cap. 61. *Aperte vel odisse magis ingenuum est*, &c. vide *Frons.* Sic, *Quem metuunt, oderunt, quem quisque odit, periisse expetit*, Cicer. in Off. lib. 2 cap. 7. vide *Metuo.* Interdum *odisse aliquid*, est fastidire & ab illo omni modo & mente abhorrere. Terent. Adelph. a. 4 sc. 1 v. 7 *Illud rus nulla alia caussa odi tam male*, es grauet mir dafür. conf. Plaut. Menæch. a. 1 sc. 3 v. 7. Et Cic. 7 fam. epist. 2 *Oderam multo pejus hunc quam illum.* Cæterum non ita defectivum est, ut sibi persuaserunt grammatici: cum & plura inveniantur tempora, quæ contrarium ostendunt; ut, *Odio, odiet, odient, odivi, odivit, odite, odientes, oditur*, ab *odior*, &c. vide Vossium lib. 3 de Analog. cap. 39. In perfecto sub deponentis forma *osus sum*, Plautus dixit Amph. a. 3 sc. 2 v. 19, & Gellius 4 cap. 8. vide Voss. ibid. *Oditur* passive dixit Tertull. Apolog. cap. 3. *Odivi* usus Antonius apud Cic. Philipp. 13 p. 256. Aldin. Edit. p. 1567.

¶ Osor, ōris, ein hasser. Plautini Pœnuli argum. *osor mulierum.* Et Pacatus Panegyr. Theodosii cap. 20 *Regii nominis Brutus osor.*

¶ Ōdium, i, prima brevi, ira inveterata, groll, haß, feindschafft, widerwille; ut, *Odium immane, crudele, hostile, intestinum, recens, vetus, diuturnum, inveteratum, capitale*, apud Cicer. & alios epitheta sunt. *Odio alicujus flagrare*, Seneca in Octavia v. 132. *Odium in aliquem concipere*, Cic. ad Quir. post red. cap. 1. Et, *Odium alicui conciliare*, Plin. lib. 28 cap. 8 sect. 28. *In aliquem concitare odium*, Quintilian. lib. 6

lib. 6 cap. 1, einem feindschafft machen, erregen. *Odio alicui esse*, Virgil. eclog. 8 v. 38. *In odio esse omnibus*, Cicer. 2 Attic. epist. 21 pr. Et, *Odio esse apud omnes*, pro Lege Manil. c. 22, von jederman gehasset seyn. *Venire in odium*, Idem 2 de Finib. cap. 24, haß verdienen. *Cepit me odium rei alicujus*, Idem 2 Philipp. cap. 36. Multitudinis numero non tantum poëtæ utuntur; ut, *premi odiis*, apud Claudian est 2 in Rufin. v. 13; verum & alii, ut Livius lib. 21 cap. 1 *odiis prope majoribus certarunt, quam viribus*: & Curtius lib. 4 cap. 11 n. 4 *Quid opus est armis, inter quos odia sublata sunt?* ¶ 2. Pro fastidio, tædio, Terentius posuit Eunuch. a. 3 sc. 1 v. 13 *Eum satietas hominum aut negotii odium ceperat*. Conf. a. 5 sc. 5 v. 2.

¶ Ŏdiōsus, a, um, qui in odio est, dem man nicht gut ist, dem man gram ist, verdrießlich. Terentius Hecyrâ a. 4 sc. 3 v. 13

Odiosa hæc est ætas adolescentulis.

Cicer. de Senect. cap. 2 *Senectus sic plerisque senibus odiosa est, ut onus se Ætnâ gravius dicant sustinere.* Idem de Amicit. cap. 20 *Odiosum sane genus hominum, officia exprobrantium*, es sind verdrießliche leute. Terent. in Phorm. a. 5 sc. 7 v. 44 *Enimvero si porro esse odiosi pergitis*, &c. wenn ihr noch länger verdrießlich seyd. *Palæstrici motus sunt odiosiores gestus*, Cicer. lib. 1 Offic. cap. 36. Et, *Ad reliqua aliquando odiosiora pergamus*, Idem 3 de Orat. cap. 13 extrem. *Nihil odiosius est affectatione*, Quintil. lib. 1 cap. 6. *Odiosissima aliis natio*, Phædrus lib. 2 fab. 6. Et Capitolinus in Albino cap. 11 *Vxori odiosissimus fuit.*

¶ Odiōse, adverb. verdrießlich. Cicero de Clar. Orat. cap. 82 *Si quis eos, qui nec inepte dicunt, nec odiose, nec putide, Attice putat dicere; is recte nisi Atticum, probat neminem.* Nazarius Panegyr. Constantini cap. 16 *odiose obloqui.*

¶ Odibĭlis, e, idem quod odiosus, odio dignus, unangenehm. Lampridius in Heliogabalo cap. 18 *Vitâ, moribus, improbitate ita odibilis, ut ejus nomen senatus eraserit.* Vsus & Ambrosius epist. 14, sæpe.

¶ Exōsus, a, um, active plerumque significat, qui odio habet, vel habuit, der da feind ist. Virgil. Æneid. 5 v. 687

si nondum exosus ad unum Trojanos.

¶ Pĕrōdisse, sehr hassen. Manilius lib. 5 v. 409

Quisquis vero favit, culpamve perodit.

¶ Perōsus, a, um, gehäßig, verhaßt. Livius lib. 3 cap. 34 *Plebs consulum nomen haud secus, quam regum perosa erat.* Prudent. Eulal. a v. 41 cum patrio casu, *perosa quietis*. Compar. *perosior* Tertulliani est de Anima cap. 1, *Veritas*, inquit, *tanto perosior, quanto plenior.*

¶ Perŏdiōsus, a, um, sehr verhaßt, Cicer. lib. 13 ad Attic. epist. 22.

¶ Subodiosus, a, um, aliquanto odiosus, ibidem lib. 1 epist. 5.

ODINOLYONTES, um, ὀδινολύοντες, pisces, quos Latini *remoras* vocant. Sic dicti, quod sale adferveti & adalligati gravidis partus solvant, Plin. 32 cap. 1.

ŎDĪTES, æ, unus ex Centauris in Ovid. Metam. 5 v. 97, & lib. 12 v. 457.

ŎDOR, ōris, ὀδμή, der geruch. *Odor suavis, jucundus, gravis, insuavis, fœdus, teter*, & quæ alia ejus generis sunt. *Odor evanescit*, Plin. 13 cap. 1, der geruch vergehet. Juvenal. satyr. 14 v. 204

Lucri bonus est odor ex re Qualibet.

Quod in Vespasianum poëta dixit, qui reprehendenti filio Tito, quod etiam urinæ vectigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admovit ad nares, sciscitans, *num odore offenderetur?* Suetonius ejus vitâ c. 23. ¶ 2. Res odorata, quæ odorem de se spargit, per metonymiam caussæ. Lampridius Heliogab. cap. 31 *Odores Indicos sine carbonibus ad vaporandas zetas jubebat incendi*, rauchwerck. Conf. Plaut. Menæch. a. 2 sc. 3 v. 3, & Horat. 2 epist. 1 v. 269. ¶ 3. Per metaphoram ponitur pro tenuissimo rei alicujus gustu, ut Barth. lib. 17 Adverf. cap. 2 extremo interpretatur. Lactant. lib. 6 cap. 12 de Philosophis: *quasi odore quodam veritatis retenti propius aberraverunt*, sie haben es etlicher massen gerochen. ¶ *Odos* pro *Odor*, antique apud Lucret. 4 v. 88, & lib. 6 v. 885 & 952. Adde & Plaut. Curcul. a. 1 sc. 2 v. 5 &c.

¶ Ŏdōrus, a, um, quod odorem spirat, riechend: ut, *Odora res*, Varro de L.L. 5 cap. 8. *Flos odorus*, Ovid. 9 Metam. v. 78, eine wohlriechende blume. Virgil. 4 Æneid. v. 132 *odora canum vis*, hoc est, canes odore vestigantes, seu vestigatores, spürhunde.

¶ Ŏdōro, are, θυμιᾶν, odore replere, riechend machen. Ovidius 15 Metam. v. 734 *Thura super ripas*, &c. *odorant aëra fumis.*

¶ Ŏdōror, ari, olfacere, riechen. Columella lib. 6 cap. 2 de bobus domandis: *Nares perfricato, ut hominem discant odorari.* ¶ 2. Cicero hoc verbo metaphorice frequentissime usus est; ut, *sagacissime odorari, quid existiment judices*, lib. 2 de Orat. cap. 44, mercken, gewahr werden. *Pervestigare & odorari*, Idem in Verrem 6 cap. 13.

¶ Ŏdōrātus, a, um, quod vel proprium, vel aliunde acceptum odorem spirat, riechend; ut, *Cedrus odorata*, Virgil. 3 Georg. v. 414. *Rosæ odoratæ*, Tibull. lib. 1 eleg. 3 v. 62. *Serta odorata*, Ovid. 5 Trist. eleg. 3 v. 3. Hinc *odoratior* & *odoratissimus*. Plinius lib. 21 cap. 7 *Hortensium odoratissima, quæ sicca: quædam vetustate odoratiora, ut cotonea*, &c. ac lib. 15 cap. 28 *tenue vinum odoratius*. Apulejus de Mundo p. 74 *Cupressorum odoratius lignum*: & rursus Plinius lib. 15 c. 29 *Myrtus odoratissima.*

¶ Odoratus, ûs, substant. der geruch, das riechen. Cic. 4 Acad. Quæst. cap. 7 *de gustatu & odoratu loqui.* Item lib. 2 de Nat. Deor. cap. 63 *Pomorum odoratus etiam, & adspectus dubitationem affert.*

¶ Odoratio, ōnis, vis odorandi, idem. Cic. 4 Tuscul. cap. 9 *Voluptas odorationum.*

¶ Odōrāmen, ĭnis, & Odoramentum, i, quicquid odoris gratia tenemus, wohlriechende speceren, rauchwerck. Macrob. præfat. lib. 1 Saturn. *Confusura omnium succos odoraminum in spiramentum unum.* Plinius lib. 21 cap. 7 pr. *Omnium odoramentorum differentia est in colore & odore & succo.*

¶ Odōrārius, a, um, riechend: ut, *Myrrha odoraria*, Plin. lib. 12 cap. 16. ¶ 2. Item, qui odores vendit, aromatopola, ein würtzkrämer.

¶ Odefacio, ĕre, pro olfacere, riechen; quæ vox a græco ὀσμή tracta est apud Festum.

¶ Ŏdōrĭfer, a, um, wohlriechend; ut, *Arabia odorifera*, so viel wohlriechende dinge gibt, Plin. lib. 5 cap. 11. Et Silius lib. 16 v. 309

odoriferis adspergit floribus aras.

¶ Inŏdōro, are, odore inficere, riechend machen. Columella lib. 11 cap. 3 de allio: *mandentium halitus inodorat*, es machet einen stinckenden othem. At nomen adjectivum

¶ Inŏdōrus, a, um, sine odore, quod apud Gellium lib. 7 cap. 9 in veteribus libris, (nam *inora* hodie vulgatum est, de quo infra in *Os*, dicemus,) reperitur, & apud Nonium in *Inauditus* cap. 2 n. 463.

ODRȲSA, æ, urbs Thraciæ; Hinc *Odrysarum gens*, Plin. 4 cap. 11.

¶ Odrysius, a, um, adjectiv. idem quod Thracius; ut, *Rex Odrysius*, Ovid. Metam. 6 v. 490. *Hasta Odrysia*, Stat. Achill. 1 v. 485. *Odrysius boreas*, Silius 5 v. 571.

ŎDYSSĒA, æ, Ὀδυσσεία, Homeri opus de erroribus Vlysſis, viginti quatuor libris absolutum, ab Ὀδυσσεύς, *Vlysses.*

OEAGRUS, i, pater Orphei vatis, &, ut volunt, fluvius Thraciæ. Hinc

¶ Oeagrius, a, um, adject. ut, *Oeagrius Hebrus*, quod ex Oeagro fluat, Virg. Georg. 4 v. 524. *Oeagrii nervi*, Silius 5 v. 463.

OEBALUS, i, Οἴβαλος, rex Oebaliæ, quæ Laconia est. ¶ 2. *Oebalus* alius, Telonis, regis Capreарum insulæ prope Neapolim, filius fuit, de quo Virgil. 7 Æneid. v. 733

Oebale, quem generasse Telon Sebethide nympha Fertur, &c.

¶ Oebălia, æ, regio Laconiæ, Statius lib. 1 Achill. v. 20

Solverat Oebaliæ classem de litore pastor Dardanus &c.

¶ 2. *Oebalia* altera in Italia est prope Tarentum Calabriæ. Virgil. 4 Georg. v. 125 *sub Oebaliæ memini me turribus altis.*

Quod ipsum ex priori notione emanavit: nam Tarentum Lacedæmonii condiderunt.

¶ Oebălĭdes, æ, patronymicum masc. apud Ovidium in Ibin v. 588

Quo puer Oebalides ictus ab orbe cadas.

id est, Hyacinthus, qui Laco fuit.

¶ Oebălis, ĭdis, patronymicum fœmin. positum pro adjectivo apud Statium lib. 1 Silv. 2 v. 150 *Queis purpura sæpe Oebalis, & Tyrii moderator livet aheni.*

hoc est, ostrum Laconicum & murex Tyrius.

¶ Oebălius, a, um, adjectivum. Idem Statius 9 Theb. v 690

Ipse bis Oebalio saturatam murice pallam, &c.

Idem 3 Silv. 2 v. 10 *Oebalii fratres*, i. e. Laconici Castor & Pollux.

OECHĀLIA, æ, pars Laconiæ, & civitas in ea, de qua Virgilius 8 Æn. v. 290 *Vt bello egregias idem disjecerit urbes, Trojamque Oechaliamque ut duros mille labores*, &c.

Conf. Ovid. Metam. 9 v. 136, & Heroid. epist. 9 v. 3.

OECLĪDES, æ, apud Ovid. Metam. 8 v. 317 *Amphiaraus*, Oeclei filius, de quo supra in lit. A.

Oeconomus, &c. vide mox in *Oecos.*

OECOS, i, οἶκος, *domum* significat, ein hauß; item, partem domus nobilem, in qua convivia celebrantur, ein saal. Vitruvius 6 cap. 10 *Constituuntur œci magni.* Cœnationibus œcos esse aptos, constat ex eodem loco, & Plin. 36 cap. 25. vide Baldi Lex. Vitruv. p. 77. Hinc

¶ Oecŏnŏmus, i, οἰκονόμος, distributor vel administrator rei familiaris, ein haußhalter, schaffner. ¶ Pro *Oeconomus* in Jure Pontificio & Novell. Justinian. legitur passim *Iconomus*. Quam scriptionem defendunt Alciat. lib. 9 Parerg. cap. 3, & Gifanius apud Muret. lib. 2 epist. 23, nempe quod οι Græcorum pronuntiari soleat ut *i* Latinorum. Videtur &, hîc aliis seculis aliud placuisse. Cur autem nos ab ea scriptione, quæ jam maxime probatur eruditis, recedamus, caussa non est.

¶ Oecŏnŏmia, æ, οἰκονομία, procuratio vel administratio rei domesticæ, die haußhaltung. ¶ 2. Est ordo, & dispositio quædam argumenti, ut omnia inter se quadrent nec pugnent priora cum posterioribus; Sulpitio Victori dicitur *dispositio artificiosa, pendens a consilio auctoris.* Sic, *Oeconomia orationis, caussæ*, dispositio dicitur, die ordnung, richtige theilung, einrichtung, apud Ciceronem principio lib. 6 ad Attic. Quintilianus lib. 3 cap. 3 *Quæ elocutionis sunt, Hermagoras subjicit œconomiæ, quæ græce appellata ex cura rerum domesticarum, & hîc per abusionem posita, nomine latino caret.*

¶ Oeconomĭcus, a, um, οἰκονομικός, rei familiaris procurandæ peritus, der sich auf haußhaltung verstehet, haußhälterisch. ¶ *Oeconomica*, libri oeconomici, bücher von der haußhaltung: ut, *Oeconomicus Xenophontis*, *Oeconomica Aristotelis.* Vid. Cicer. 2 Offic. cap. penult.

¶ Proœconomia, æ, pro dispositione aliquoties dicitur a Servio in Virgil.

OECUMĔNĬCUS, a, um, οἰκουμενικός, universalis, allgemein: ut, *Synodus Oecumenica*, ein allgemein concilium der gantzen Christenheit. Οἰκουμένη, orbem terrarum significat: frequentissime Romanum imperium Lucæ 2 v. 1. vid. Conring. de Concil. th. 11, & D. Ziegler ad Lancellot. Jur. Canon. pag. 267 seqq. *Episcopus Oecumenicus*, quæ appellatio scelesta olim, & invisa fuit. vid. Calixt. in Apparat. pag. 268.

OEDĬPUS, Oedipi & Oedipŏdis, filius Laji regis Thebarum, sic dictus a tumore pedum, contracto ex suspendio ab arbore, pedibus gladio perforatis, cum infans pastori occidendus a patre traditus fuisset, ab οἰδέω, *tumeo*, & πούς, *pes*. Terent. in Andria a. 1 sc. 2 v. 23 *Davus sum, non Oedipus*, ich bin ein schlechter gesell und kein doctor. Oedipus enim Sphingis ænigma dissolvit, ad quod Plautus allusit Pœnulo a. 1 sc. 3 v. 34 *Oedipo conjectore opus est.* Fabulam Oedipi habes apud Sophoclem Oedipo Tyranno v. 1052 & seqq. itemque Euripidem in Phœnissis v. 27 & seqq.

¶ Oedĭpŏdes, æ, Οἰδιπόδης, idem. Statius Thebaid. 1 v. 17

Limes mihi carminis esto Oedipodæ confusa domus. Conf. Martial. 10 epigram. 4.

¶ Oedĭpŏdĭŏnĭus, a, um, adjectivum; ut, *Oedipodioniæ Thebæ*, apud Lucan. 8 v. 407. Et Ovid. 15 Metamorph. v. 429

Oedipodioniæ, quid sunt nisi fabulæ, Thebæ?

¶ Oedi-

¶ Oedĭpŏdĭŏnĭdes, æ, Οἰδιποδιονίδης, patronymicum, apud Statium 1 Thebaid. v. 313.

OENANTHE, es, οἰνάνθη, herba Dioſcoridi, Theophraſto & Plinio 21 cap. 24 naſcens in petris. ¶ 2. Eſt & flos labruſcæ, Plin. 12 cap. 28, ſive vitis ſilveſtris Dioſcoridi, wilde reben oder holtztrauben. Non autem *Filipendula* eſt, ut multi exiſtimarunt, es iſt nicht der rothe ſteinbrech oder erdeichen, Matthiol. p. 299.

¶ Oenanthĭnus, a, um, adject. ex Oenanthe factus; ut, *Oleum Oenanthinum*, apud Plinium lib. 23 cap. 4.

OENEVS, duab. ſyllab. ei, Οἰνεύς, rex Calydoniæ fuit, pater Deianiræ, in cujus agros aprum vaſtantem Diana immiſit, quod ab eo in ſacrificiis neglecta fuiſſet. Vide Ovid. 8 Metam. fab. 4.

¶ Oenēus, a, um, adject. tribus ſyllabis. Idem ibid. v. 281

Inquit, & Oeneos ultorem ſpreta per agros
Miſit aprum &c.

¶ Oenīdes, æ, patronym. Idem ibid. v. 415 *Ad manus Oenidæ variat*, &c. id eſt, Meleagri, Oenei filii. Denique eſt

¶ Oenēĭus, a, um, quatuor ſyllabis, adject. apud Statium 5 Theb. v. 661 *Oeneius heros.*

OENOE, es, vicus quidam Atticæ, quem qui incolebant, alveum quemdam torrentis vicinum ſuis finibus incluſerant. At ingruente immodica vi aquarum, & ob id corruptis agris, agricolationem perdidere; unde vulgo jactata parœmia: Οἰνόη τὴν χαράδραν, i. e. *Oenoe charadram*, in eos ſcilicet, qui ſibi malum accerſunt, dum commoditatem quærunt. vid. Eraſm. in Adag. Strabo lib. 8 duas Oenoas commemorat, alteram Elidis in Peloponneſo, alteram apud Marathonem.

OENŎGĂRVM, i, condimenti genus, eine weinbrühe, apud Apicium 1 cap. 31. Hinc

¶ Oenogarātus, a, um, mit einer weinbrühe gemacht; ut, *Porcellus œnogaratus*, Apic. 8 cap. 7.

OENŎMAVS, i, Martis filius, Elidis & Piſæ rex. Hic oraculo acceperat, ſe a genero ſuo interfectum iri. Igitur quum ejus filia Hippodamia a multis ambiretur, curule certamen procis propoſuit, ea lege, ut, qui vinceret, præmium Hippodamiam duceret; qui vero vinceretur, morte afficeretur. Victis igitur & occiſis 13, Pelops tandem, Tantali filius, Myrtili aurigæ dolo adjutus, vicit; & Hippodamiâ ſimul & regno potitus eſt. Vide Hyginum fab. 84. Stat. Theb. 1 v. 275 &c. ¶ 2. *Oenomaus*, Οἰνόμαος, Cynicus Gatarenſis, Porphyrio paullo ſuperior juxta Suidam; cum Plutarcho, Sexto, Agathobulo ſub Adriano A. celebris, teſte Euſebio, Hieronymo, in Chronicis. Mentio ejus apud Socratem lib. 3 Hiſt. Eccleſ. cap. 19, Nicephor. lib. 10 cap. 36, Euſeb. de præparat. Evang. lib. 5 cap. 10, & lib. 6 cap. 6, quibus e locis patet, eum de falſitate quoque oraculorum ſcripſiſſe.

OENŎMELI, vinum mulſum, de quo Dioſc. 5 cap. 16, meet, ſüſſer wein. L. 9 D. de trit. vino vel ol. *Oenomeli plane, id eſt, dulciſſimum vinum continebitur.*

OENŌNE, es, Nympha Idæa, amore Paridis mutuo capta, antequam ille Helenam Menelai uxorem raperet. Exſtat epiſtola ejus ad Paridem inter Ovidianas quinta, qua de ejus perfidia conqueritur, utque Græcis Helenam reddat, ſuadet. ¶ 2. *Oenonen* inſulam, poſtea appellatam fuiſſe Æginam, vide ſupra in *Ægina.*

OENŎPHŎRVM, i, οἰνοφόρον, vas ad vina ferenda aptum, ein weingeſchirr. Cic. de Finib. lib. 2 cap. 8 *Vinum diffuſum e pleno œnophoro.* Martialis lib. 6 epigram. 89

Reddidit œnophori pondera plena ſui.

¶ Oenophŏrus, i, οἰνόφορος, ein kellner, weinſchenck, Plin. 34 cap. 8.

OENŎPIA, æ, inſula, quæ & *Ægina*: vide ſupra *Ægina.*

¶ Oenŏpius, a, um, adjectivum: ut, *Oenopii muri*, Ovid. Metam. 7 v. 490.

¶ Oenopides, æ, (quem & *Inopidem* & *Enopiden* ſcribi invenies,) patriâ Chius fuit, celebris Geometriæ ſtudio, quem diſcendi cupiditate incenſum Ægyptios adiiſſe, cognoſcimus e Diodor. Sicul. lib. 1 parte 2 cap. 6, cujus etiam verba repræſentat Euſebius lib. 10 de præpar. Evangel. cap. 2. Oenopides cum videret adoleſcentulum multos libros conquirentem, dixit: μὴ τῷ κιβωτῷ, ἀλλὰ τῷ σήθει, *non ciſtæ, ſed pectori*, Anton. Monach. lib. 1.

OENŎPŌLA, æ, vini venditor, οἰνοπώλης, ein weinſchenck.

¶ Oenopōlium, i, οἰνοπώλιον, taberna vinaria, ein wein-hauß, weinkeller. Plautus Aſinar. a 1 ſc. 3 v. 48

Quum a piſtore panem petimus, vinum ex œnopolio.

OENŌTRIA, æ, Οἰνωτρία, pars Italiæ, ſic vel ab *Oenotro*, vel a vini feracitate dicta.

¶ Oenōtrius, a, um, adjectiv. Virgil. Æneid. 1 v. 532 *Oenotrî coluêre viri*, contracte. Et, *Oenotria tellus*, Idem Æn. 7 v. 85.

¶ Oenotrīdes, um, duæ inſulæ contra Veliam, Pontia ſcilicet & Iſcia, Plin. 3 cap. 7.

OENVS, i, Germaniæ fluvius, qui & *Ænus*, de quo ſupra; vulgo, die Inn. ¶ 2. *Oenus*, quod in Inſcript. antiqua legimus, ἀπὸ τῦ οἰνῦ, i. e. μόνυ, *unus*; unio e græco οἰνὴ, ein eß auf den würffeln. Sic *utor* ex *oetor*, & id genus alia deſcendunt, notante Reineſio de Lingua Punica ſtatim principio.

OESŎPHĂGVS, i, m. 2. οἰσοφάγος, gula, ſive meatus a faucibus usque ad ventriculum, per quem cibus & potus eo defertur, der ſchlund, die ſpeiſeröhre. vide Medicos.

OESTRVM, i, οἶςρος, inſectum, equis infeſtum, quod eſt *Aſilus* & *Tabanus*, die roßbreme, horniß. Hôc quæ agitantur armenta, eo impetu ferri ſolent, ut furere videantur. ¶ Hinc *Oeſtrum* pro furore ſæpius ponitur. Vet. Gloſſ. *Aſilus, furor*, οἰςρομανία. Vide Virgilium 3 Georg. v. 148, ibique Servium: & ſupra *Aſilus.* Nam ſola dialecto differunt, ut poëta ibidem docet: *Cui nomen aſilo*
Romanum eſt, œſtron Graji vertêre vocantes.

De furore poëtico Statius Theb. 1 v. 32

Tempus erit, cum Pierio tua fortior œſtro
Facta canam.

OESŸPVM, i, & Oeſypus, i, οἰσύπη καὶ οἴσυπος, ſordes adhærentes ovium lanis ſuccidis, unflat, ſo an der wolle hanget, ſchaafbrallen. ¶ 2. Item, lana ipſa recens detonſa, nondum purgata, vellus ſuccidum, ſchmutzige wolle an ſchaafen, quaſi οἶος ῥύπος, hoc eſt, *ovis ſordes*, Plin. lib. 29 cap. 2. Ovid. 3 de Arte am. v. 213

Oeſypa quid redolent, &c.
Demtus ab immundæ vellere ſuccus ovis?

Et rurſus lib. 1 de Remed. amoris v. 353

Pyxidas invenies, & rerum mille colores,
Et fluere in tepidos œſypa lapſa ſinus.

OETA, æ, (ſcribunt & Oetha, ſed minus recte,) nomen commune: Virgil. Culice v. 202 *Et piger aurato procedit veſper ab Oeta.* Idem in Ciri v. 350 *Egelidum Oetam* dixit. Seneca Herc. Oetæo v. 861

Hæc, hæc renatum prima qui videt diem,
Oeta eligatur.

Et in Hercule Fur. v. 132 *Jam caruleis evectus equis*
Titan ſumma proſpicit Oeta,

ut in codice Florentino legitur. Et recte: nam τὴν Οἴτην Græci appellant. Mons eſt inter Theſſaliam & Macedoniam, morte & ſepulcro Herculis clarus. Vid. Auguſtin. de C. D. lib. 18 cap. 4. Plinius a Parnaſſo usque Pindum, partem in Thermopylas vergentem, *Oetam* proprie dici ſcripſit lib. 25 cap. 5, & Livius lib. 36 cap. 15 ſcribit, *extrema in orientem Montanorum Græciæ juga Oetæ nomine vocari.* Ad cujus radices *Heraclea* quondam ab Hercule condita inſignis fuit, ſed ipſe mons exceſſu Herculis nobilior, de quo Silius lib. 6 v. 453

Vix dum ſumma dies ſumma luſtrabat in Oeta
Herculei monumenta rogi.

Et idem lib. 3 v. 43

Inter quæ fulget ſacratis ignibus Oete,
Ingentemque animam rapiunt ad ſidera flammæ.

¶ Quod Virgilius dixit eclog. 8 v. 30 *tibi deſerit Heſperus Oetam*, ita accipiendum, quod in eo monte ſtellæ videantur occidere, ſicut in *Ida* naſci. Hæc Servius. Imo potius id Virgil. dixit, quod ab Oeta oriantur. vide Turneb. Adverſ. 37 c. 25, & Gevart. ad Stat. lib. 5 c. 8.

¶ Oetæus, a, um, adjectivum; ut, *Hercules Oetæus*, Tragœdia Senecæ. *Oetææ favillæ*, Statius lib. 4 Silv. 6 v. 53.

OETVS, i, ſunt &, quibus *Oeteus* ſcribitur, aliis *Otus*, frater Ephialtæ, cum quo filius fuit Aloei. De quibus Virgil. 6 Æneid. v. 582

Hic & Aloidas geminos, immania vidi
Corpora, qui manibus magnum reſcindere cælum
Aggreſſi, ſuperisque Jovem detrudere regnis.

OFA, & OFFA, æ, fruſtum carnis, ein ſtück fleiſch. Proprie ſuilla dicitur. Varro lib. 4 de L. L. cap. 22 PERNA *a pede ſuis. A nomine ejus* (Suis) OFFA & OFFVLA, *offa minima in ſue.* Quomodo vero *offa* a *ſue* dicatur, alius conjecerit. vide mox de *Offula* ſeorſim. Plautus Milite a. 3 ſc. 1 v. 165, & Nævius apud Feſtum *offam penitam*, offam porcinam cum cauda vocavit. Vide Feſtum & ibi Scaligerum. ¶ 2. A carnibus ad alia transfertur: ein biſſen, ein mund voll. *Sordidi panis offas* Columella lib. 9 cap. 7 extremo dixit. Idem lib. 12 cap. 14 *Quidam lectis ficis pediculos adimunt* &c. *tum pedibus lotis in modum farinæ proculcant* &c. *hac cum bene conculcaverint, & totam maſſam comminutæ fici permiſcuerint, modicas offas foliis ficulneis involvunt.* In panificio *tractas* vocant paſtillos in longum productos, ut contra *offas* paſtillos in rotundum glomeratos. Joſ. Scalig. lib. 1 epiſt. 16 p. 107. Sic, *melle ſoporatam offam objicere*, Virgil. Æneid. 6 v. 420. *Neceſſe eſt, offa objecta cadere fruſtum ex pulli ore, cum paſcitur*, Cicer. de Divin. 1 cap. 15. *Quantas robuſti carminis offas Ingeris*, Perſ. ſatyr. 5 v. 5.

¶ Offŭla, æ, dimin. ein ſtücklein fleiſch, ein bißlein. Columella lib. 12 cap. 53 de ſalſura carnis ſuillæ: *Deinde offulæ carnis ſpiſſe componuntur & alternis ſal ingeritur.* Ita & Varro *offulam* de ſuilla dixit lib. 2 de Re Ruſtica cap. 4. Sueton. Claud. c. 40 *Cum de laniis & vinariis ageretur, exclamavit in curia: Rogo vos, quis poteſt ſine offula vivere?* Apulejus lib. 6 Met. p. 181 *unius offulæ præda.* Minucius Felix in Octavio cap. 9 *Canis jactu offulæ ad impetum & ſaltum provocatur.*

¶ Ofella, æ, pulpa, carnis fruſtulum, ein ſchwein-brätgen, ein ſtück fleiſch: ut, *aprugneæ ofellæ*, Apic. 7 cap. 4. Et Juvenal. ſatyr. 11 v. 144 *Exiguæ fruſtis imbutus ofellæ.* Martialis lib. 14 epigram. 221

Parva tibi curvâ craticula ſudet ofella:
Spumeus in longa cuſpide fumet aper.

Et lib. 12 epigr. 48 *Me meus ad ſubitas invitet amicus ofellas.*

¶ Offātim, adverb. fruſtatim, biſſen-weiß, ſtück-weiß, in einzelen biſſen. Onomaſticum Vetus: *Offatim*, λεπτομερῶς. Plautus Trucul. a. 2 ſc. 7 v. 52 *Ego te hîc hac* (machæra) *offatim conficiam*, ich will dich in ſtücken zerhauen. Conf. mox & v. 60.

Offendo, offenſa, &c. Offero, vide *Fendo, Fero.*

Officialis, officina, officinator, officio, officioſus, officiperda, officium, &c. vide *Facio.*

Offigo, Offirmatus, vide *Figo, Firmo.*

Offlecto, vide *Flecto.*

Offrenatus, Offringo, vide *Frenum, Frango.*

Offucia, Offula, Offulcio, Offundo, Offuſco, Offuſus, vide *Fucus, Offa, Fulcio, Fundo, Fuſcus, Fundo.*

Oggannio, Oggero, vide *Gannio, Gero.*

OGMIVS, i, ita vocatus eſt a Gallis Hercules, quem eloquentiæ ſapientiæque Deum exiſtimabant. Effingebant autem ut ſenem calvum & rugoſum, leonino tergore indutum, qui dexterâ clavam tenens, arcum ſiniſtrâ, pharetram ex humeris pendulam haberet, hominum vero confertiſſimam multitudinem traheret, catenulis quibusdam tenuiſſimis e lingua ſua in ipſorum aures pertingentibus. Luciano enim huic fabulæ conſervationem debemus. Nomen Ogmii, (Ὄγμιυ,) corruptum eſſe, cenſet Reineſius ac reformandum in Ὄγκιον, Ὄγγιον, vel etiam Ὠγύγιον, in Linguæ Punicæ ἱςορυμ. lit. K 2.

ŌGŸGES, æ, conditor & rex fuit Thebarum Bœotiæ, ſub quo diluvium ingens

ingens fuisse, Varro de R. R. 3 cap. 1 scribit, in Attica sc. regione, ex maris exundatione. conf. August. de C. D. 18 cap. 8.

¶ Ōgȳgius, a, um, adject. ut, *Ogygiis circumdata mœnia Thebis*, Virg. Ætnâ v. 569. *Ogygius Deus*, i. e. Bacchus a Thebanis cultus, Ovid. Heroid. epist. 10 v. 48. *Luxus Ogygii Iacchi*, Stat. 2 Theb. v. 84. conf. Festus.

¶ Ōgȳgia, æ, insula, ab Ogyge in ea regnante cognominata ab Homero 1 Odyss. alias *Calypsus*, Plin. 3 cap. 10.

¶ Ōgȳgides, æ, id est, Thebanus, apud Statium Theb. 2 v. 586.

OH, interjectio est comica diversarum significationum, quarum exempla Terentii & Plauti Comœdiæ suppeditant: *Oh, tibi ego ut credam?* Terent. Andr. a. 3 sc. 5 v. 12. *Oh, iniquus es*, Idem Heaut. a. 5 sc. 3 v. 8, &c. CAP. *Oh! oh! oh!* LO. *Ejulatione haud opus est*, Plaut. Capt. a. 2 sc. 1 v. 6.

¶ Ōhe, interjectio satietatem designans: *Ohe jam desine Deos, uxor, gratulando obtundere*, laß es doch einmahl gut seyn, höre doch auf, &c. Terent. Heaut. a. 5 sc. 1 v. 6. *Ōhe jam satis est, ŏhe libelle*, Martial. 4 epigr. 91. conf. Horat. 1 sat. 5 v. 12, & Juvenal. sat. 7 v. 62.

¶ Oho! apud Plautum Pseud. a. 4 sc. 2 v. 31 interjectio admirantis & gaudentis.

¶ Ohoho! idem. Plaut. Most. a. 1 sc. 4 v. 12 *Ohoho! ocellus es meus.*

ŎĪLEVS, ei, tribus syllabis, rex Locrorum, pater Ajacis. Ovid. Met. 12 v. 622. Virg. 1 Æn. v. 41

Vnius ob noxam & furias Ajacis Oilei.

¶ Oīlīdes, æ, patronymicum. Propert. lib. 4 eleg. 1 v. 117

Victor Oilide rape nunc & dilige vatem.

OLBIA, æ, civitas Galliæ Narbonensis, Ptolemæo 5 c. 5, & Melæ 2 c. 5. Vulgo *Eres*. ¶ 2. Pamphyliæ oppidum, juxta Cataracten fluvium, Plin. 2 cap. 27. ¶ 3. *Olbia* Bithyniæ, quæ postea Nicæa, de cujus sinu Mela 1 cap. 19. ¶ 4. *Olbia* Sarmatiæ ad Borysthenem, Plin. 4 cap. 11, & Mela 2 cap. 1.

¶ Olbiānus, a, um, adject. ut, *Olbianus sinus*, Mela 1 cap. 19.

¶ Olbiopŏlis, is, ad Borysthenem, Plin. 4 cap. 12.

ŎLEA, æ, ἐλαία, ein öhl-baum, arbor duorum generum, altera sativa, altera silvestris. *Olea prima omnium arborum est*, Columell. lib. 5 cap. 8 pr. *Folia oleæ*, Plin. 21 cap. 4, &, *Rami oleæ*, Statius lib. 12 Theb. v. 468. Olim castitati hæc arbor consecrata fuit: vide in *Oliva*. ¶ Varro & Columella ipsos etiam fructus *Oleas* dixerunt, oliven. *Olea conditanea*, quæ ad condituram asservatur, apud Varr. de R. R. lib. 1 cap. 24 pr. Et Horat. lib. 2 epist. 1 v. 31

Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri,

proverbialiter dixit in concessa negantes & manifesto falsa pro veris affirmantes, vide Chiliad. Hinc *Olearum ossa* Suetonius dixit Claudio cap. 8. Ex olea arbore & *termini* ponebantur. Siculus Flaccus de Conditionibus agrorum: *In quibusdam regionibus palos pro terminis observant. Alii iliceos, alii oleagineos, alii junipereos* &c. Vide & Arcadii Fragmenta Terminalia, & Innocentium de Casis literatis apud Rigaltium. Hinc, *extra oleas vagari*, est extra fines legitimos sive terminos vagari. Vide Scholiastem Aristophanis in Ranas a. 4 sc. 1 sub fin.

¶ Ŏleāceus, a, um, adject. vom öhl-baum; ut, *liquor oleaceus*, apud Plin. lib. 35 cap. 15.

¶ Ŏleāgĭnus, a, um, idem; ut, *Radix oleagina*, Virgil. 2 Georg. v. 31. Et, *Oleaginæ virgulæ*, apud Nepotem Thrasyb. cap. 4.

¶ Ŏleāgĭneus, a, um, idem; ut, *Corona oleaginea*, Gellius lib. 5 cap. 6. *Oleaginea semina*, Varro R. R. lib. 1 cap. 40. *Folia oleaginea*, Plinius lib. 12 cap. 26.

¶ Ŏleaster, tri, olea silvestris, ein wilder öhlbaum. Virg. Georg. 4 v. 20

ingens oleaster obumbret.

Cic. Verrin. 3 cap. 23 *Hominem corripi ac suspendi jussit in oleastro quodam.* Apud Irenæum *Oleaster* fœm. gen. legitur.

¶ Oleastellus, i, dimin. Colum. lib. 12 cap. 49 extr. *Oleam Calabricam quidam propter similitudinem oleastellum vocant.*

¶ Oleum, i, ἔλαιον, öhl; ut, *Oleum camino addere*, Horat. lib. 2 sat. 3 v. 321 proverbialiter dixit, pro, malo fomentum suppeditare. Sicut &, *incendium oleo restinguere*, eadem figurâ dicitur, übel ärger machen. *Oleum & operam perdere*, est operam & sumtum perdere, hopff und maltz, mühe und unkosten verliehren. Plaut. in Pœnulo a. 1 sc. 2 v. 119 *Pol ego & oleum & operam perdidi.* Et Cicero lib. 2 ad Attic. epist. 17 *ne & opera & oleum philosophiæ nostræ perierit.* Ratio ducta a re culinaria est. Namque cum veteres omnes fere cibos cum oleo coxerint, coci, qui corrupissent cibos, *oleum & operam*, item *impensam perdidisse* dicebantur. *Impensa* autem fartura dicebatur, ut ex Apicio constat. Ita proverbium Jacobus Nicolaus Loensis interpretatur lib. 7 Epiphyllid. cap. 2; Barthius vero ad nocturnum oleum, hoc est, vigilias & lucubrationes refert, quem vide lib. 22 Adversar. cap. 21.

¶ Oleāmen, ĭnis, & Oleamentum, i, quod ex oleo factum, ut unguentum, öhl-fett, salbe. Vtroque usus Scribonius Largus, illo Compositione 269; hoc, 222.

¶ Oleāris, e, zum öhl gehörig; ut, *oleares cotes*, quæ oleo, non aquâ adsperguntur. Plin. lib. 33 cap. 14 *Cum in exacuendo* (ferro) *oleares cotes aquariæque differant, & oleo delicatior fiat acies.*

¶ Olearius, a, um, idem; ut, *Olearia ampulla*, apud Apulejum 2 Florid. post principium, ein öhl-krug, öhl-lägel. *Olearia cella*, apud Cic. Topic. cap. 3, öhl-kammer. *Dolia olearia*, Plin. lib. 15 cap. 8 pr. öhl-tonnen. *Olearii fructus*, Vitruv. lib. 6 cap. 9.

¶ Olearius, i, substantivum, qui oleum facit, vel vendit, ein öhlschlager. Columella lib. 12 cap. 50 *Diligentes olearii baccam integram prælo non subjiciunt.* conf. Plaut. Capt. a. 3 sc. 1 v. 29.

¶ Oleātus, a, um, geöhlt, in öhl gekocht. Cœl. Aurel. Acut. 2 cap. 37 *Pultes non oleatæ.*

¶ Oleĭtas, ātis, die auspressung des öhls, die öhl-erndte; ut, *Vbi vindemia & oleitas facta erit, præla extollito*, Cato R. R. cap. 68. conf. cap. 114.

¶ Oleōsus, a, um, oleo plenus, öhlicht. Plin. 27 cap. 12 *semen oleosum.* Idem lib. 28 cap. 9 *Butyrum est oleosum naturâ*, hoc est, vim olei habet, pingue instar olei est.

¶ Olētum, i, ein oliven-busch, öhl-garten, wo öhl-bäume stehn, Cato R. R. cap. 1 & 3. Alia notione vide proxime post in *Oleo*.

¶ Ŏlīva, æ, olea ipsa & fructus, ein öhl-baum, eine olive, cujus recrementum expressum *amurca* est. *Palladi*, quæ perpetuo virgo credita, & castitati olim hæc arbor sacra fuit. Palladius lib. 1 de Re Rustica cap. 6 *Græci jubent olivam, cum plantatur & legitur, a mundis pueris atque virginibus operandum: credo recordati, arbori huic esse præsulem castitatem.* vid. Barth. ad lib. 2 Thebaid. Stat. p. 653. Sed & *Paci* sacra olea fuit. Vnde *mitis oliva*, Ovidio 7 Metam. v. 277. *Placita paci*, Virgilio Georg. 2 v. 425; *Imbellis* Valerio Flacco lib. 5 v. 361 appellata. Hinc, qui petebant pacem supplices, olivæ ramum præferebant. Virg. Æn. 8 v. 116

Paciferæque manu ramum prætendit olivæ.

Inde Statius lib. 12 Thebaid. *supplicem* vocat. Vbi vetus Scholiastes: SVPPLICIS, *per quam pax petitur supplicando.* ¶ *Olivarum* porro alia *Orchas* est seu *Orchites* rotunda scilicet, oliven: alia *radius*, hoc est, *Oliva oblonga*: alia *pausia*, id est, nigricans præ maturitate: alia *regia* seu *majorana* seu *phaulia*, φαυλία, *oliva conditanea*, eingemachte oliven. *Drupa*, oliva immatura est, *Sansa* vel *Samsa*, ossiculum olivæ est, der kern. vid. Plin. 15 cap. 3 & 5; item Columella.

¶ Olīvum, i, pro oleo, baum-öhl, dixit Virg. 2 Georg. v. 466, *Corrumpitur usus olivi.* Et Horat. lib. 1 satyr. 6 v. 123 *Vngor olivo.* Eidem lib. 1 oda 8 v. 8 *olivum* palæstritarum unguentum, ex cera oleo subacta factum, significat.

¶ Ŏlīvētum, i, idem quod oletum, ein öhl-garten. Colum. lib. 5 cap. 9 extr. *De olivetis hactenus dixisse satis est.* Horatius lib. 2 oda 15 v. 7 *oliveta fertilia.* Adde post paullo in *Olivitor*.

¶ Olīvārius, a, um, zum oliven gehörig; ut, *Mola olivaria*, Lege 21 Dig. de Instructo vel instrum. legato. *Olivariæ metretæ*, Colum. 12 cap. 47 fin.

¶ Olīvĭtas, ātis, tempus legendarum olivarum, die oliven-lesung. Columella 12 cap. 50 pr. *Media est olivitas plerumque initium mensis Decembris.* Idem lib. 1 cap. 1 *largissimæ olivitates.*

¶ Olīvĭtor, ōris, qui colit oleas, ein öhl-gärtner. Apulejus lib. 2 Floridor. *Ager frumento piger, aratro irritus: fœcundior oliveto, nec vinitori, nec olivitori scalpitur.* Et Sidon. lib. 2 epist. 9 *Colles exercentur vinitori & olivitori.*

¶ Olīvīna, æ, eine öhl-kelter, oder öhl-lese. Plautus Pseud. a. 1 sc. 2 v. 76 *Olivinam domi habent maximam.* Sic MSS. vid. ibi Taubm. Apud Festum est *Oliveta*.

¶ Olīvo, are, olivas legere, oliven lesen, apud Plinium lib. 15 cap. 3 *Olivantibus lex antiquissima fuit: Oleum ne stringito.*

¶ Olīvĭfer, a, um, ferax olivæ, da öhl-bäume wachsen. Ovid. 3 Fast. v. 151 de Numa: *Primus oliviferis Romam deductus ab arvis.* Prudentius Tetrasticho 44

Montis oliviferi Christus de vertice sursum
Ad Patrem rediit.

ŌLEĂROS, i, insula una Cycladum, Virg. Æn. 3 v. 127. Stat. Achill. 2 v. 3. ¶ Dicitur etiam *Oliaros* Ovid. Met. 7 v. 470, & Plin. 4 c. 12.

Oleitas, Olentia, olenticetum, vide *Olea*, *Oleo*.

ŌLĔNVS, i, Achajæ oppidum, ubi Jovem ferunt educatum lacte capræ Amaltheæ, quæ inde dicta *Olenia*, Plin. 4 cap. 5. ¶ 2. Alia hoc nomine urbs Bœotiæ, cui nomen fecit. ¶ 3. *Olenus*, Vulcani filius, in lapidem conversus. vid. Ovid. Met. 10 v. 69. ¶ 4. *Olenus* Calenus, Hetruriæ celeberrimus vates, Plinio lib. 28 cap. 2.

¶ Ōlénius, a, um, possessivum. Ovid. 5 Fast. v. 113

Nascitur Oleniæ signum pluviale Capellæ.

Quod Statio 3 Theb. v. 25 *astrum Olenium* est. Rursus Ovid. c. l. v. 251

Oleniis flos missus ab arvis.

¶ Ōlénĭdes, æ, patronym. apud Valer. Flacc. 3 v. 204.

ŎLEO, ŏlui, ĭtum, (& ēvi, ētum,) ŏlēre, proprio & primario suo significatu crescere est, augeri πρὸς τὸ ὅλον, ut Scaliger censet, wachsen, zunehmen; inde *Adoleo*, *Indoleo* & *Indoles*, id est, incrementum: *Suboleo*, unde *Suboles*, quod succrescit patri, de quibus in compositis infra. Hoc significatu verbo *Olere* usus est princeps Christianorum poëtarum Prudentius hymno de incensu cerei Paschalis:

Nectar, inquit, *de liquido vertice fervidum*
Guttatim lacrymis stillat olentibus.

Ibi enim Iso Magister in Glossis: *Olentibus, i. e. crescentibus.* ¶ 2. *Olere*, est odorem spirare, einen geruch von sich geben, riechen, stincken; ut, *Bene, jucunde, male olere*: Martialis lib. 2 epigr. 12

Postume, non bene olet, qui bene semper olet.

Hoc est, qui mollitiei studet, non satis studet probitati, & integritati vitæ; vel proprie: fœtorem oris vel aliud malum tegit, qui unguentorum odorem sibi conciliat. Plaut. Most. a. 1 sc. 3 v. 116 *Mulier recte olet, ubi nihil olet.* Et, *Olet lucernam*, i. e. multo studio elucubratum est. vid. Chiliad. Sic fere, *Olere Musas*, Sidon. 5 epist. 17. *Olere hircum*, Horat. lib. 1 sat. 2 v. 27. Et, *olere nardo*, cum ablativo, apud Propertium lib. 4 eleg. 7 v. 32

Cur nardo flammæ non oluere meæ?

¶ 3. Interdum idem est ac prodere, indicare: Cic. pro Rosc. Com. c. 7 *Nonne illa olere malitiam & clamitare calliditatem videntur*, es zeigt eine boßheit und list an. ¶ 4. Etiam *Olĕre*, tertia conjugatione, antiqui dixere; ut, *Olat*, *Olant*, Afranius & Pomponius apud Nonium cap. 2 n. 603. Adde Plauti fragmentum, quod supra in *Arabice* ex Diomede produximus.

¶ Olētum, i, subst. stinckender unflat, dreck. Gloss. *Oletum*, κόπρος Festus exponit per stercus humanum. Persius sat. 1 v. 112

Veto, quisquam faxit oletum.

Alium hujus vocis significationem vide paullo ante in *Olea*.

¶ Olēto, are, oleto inquinare, bestuhlgängeln, bescheissen. Lex apud Frontinum de Aquæduct. lib. 2 p. 249 *Ne quis aquam oletato dolo malo, ubi publice salit. Si quis oletarit, sestertiorum X. M. mulcta esto.* Vetus Inscriptio apud Reines. Clas. 7 n. 2 eamdem legem repetit.

¶ Ŏlentia, æ, der geruch. Tertullianus adv. Marc. 2 cap. 22 *Suavis olentiæ gratia.* conf. infra *Suaveolentia* in *Suavis.*
¶ Olentīca, orum, mali odoris loca, cloacke: Paulus, Festi interpolator.
¶ Olentīcētum, i, sterquilinium, ein misthauffen. Apulejus Apolog. p. 278 *Semper in fœtutinis & olenticetis suis jacet.*
¶ Ŏlĭdus, a, um, odoratus, wohlriechend und stinckend; ut, *Olidæ vestes murice*: &, *olidæ vulpes*, apud Martial. lib. 1 epigr. 50, & lib. 10 epigr. 37. Superl. *Olidissima basia*, Petronius p. 66.
¶ Ŏlax, ācis, idem. Martian. Capella lib. 1 *Olacis temeti mador.* Idem lib. 2 *Olax acerra.*
¶ Olfăcio, vide mox post composita ab *Oleo.*
¶ Grateŏlens, Graveolens, Suaveolens, vide *Gratia*, *Gravis*, *Suavis.*

Composita ab *Oleo* præteritis variantia:

¶ Abŏleo, ui, ĭtum, & ēvi, ētum, ēre, abschaffen, abthun, austilgen; ut, *Igne abolere*, Tacit. 16 Ann. cap. 6, verbrennen. Virg. 4 Æn. v. 497

abolere nefandi
Cuncta viri monumenta jubet.

Livius lib. 3 cap. 38 *Haud ignari, tentationem eam fore abolendi sibi magistratus*, hoc est, abrogandi, abzusetzen. Quintil. lib. 1 cap. 5 p. 45 *Si consuetudo vicerit, vetus lex sermonis abolebitur* Et, *Abolere testamentum*, Vellej. 2, 58, 2. Etiam absolute & neutraliter pro *exolescere.* Livius lib. 9 cap. 36 *Cladis Caudinæ nondum memoria aboleverat*, es war noch unvergessen. Idem lib. 3 cap. 55 *Cujus rei prope jam memoria aboleverat.* Et Gellius 20 cap. 1 *Pœna ablevit*, i.e. in desuetudinem abiit.
¶ Abŏlesco, ĕre, vergehen, Virgilius etiam dixit 7 Æn. v. 232, *Tantique abolescet gratia facti*, hoc est, abolebitur. Et Columella 3 cap. 2 *Vinea siccitatibus non abolescit.*
¶ Abolĭtus, a, um, abgeschafft, aufgehoben, vertilget; ut, *nomen abolitum*, Plin. 14 cap. 4. *Abolitis & obliteratis elementis*, Gell. 12 cap. 1. *Abolitâ atque abrogata retinere, insolentiæ cujusdam est*, Quintil. 1 cap. 6.
¶ Abolĭtio, ōnis, die abschaffung; ut, *Abolitio legis*, Sueton. August. cap. 34. *Abolitio sententiæ*, Tacit. Annal. lib. 6 cap. 2 in fine. Et Vlpianus ad SC. Turpil. Lege 13 *Interveniente publica abolitione ex senatus consulto.*
¶ Abŏlĭtor, ōris, qui abolet, ein vertilger. Tertullianus lib. 1 de Cultu fœmin. (seu Habitu mulier.) cap. 3 *Non putaverunt, scripturam Enochi ante cataclysmum editam, post eum casum, omnium rerum abolitorem, salvum esse potuisse.*
¶ Abŏlĕfăcio, ère, idem quod abolere, vertilgen. Tertull. Apolog. cap. 35 *Civitatem tabernæ habitu abolefacere.* Hinc
¶ Abolefactus, a, um, vertilget, verderbet. Idem Tertull. de Habit. mul. cap. 3 *Scriptura abolefacta violentiâ cataclysmi.*
¶ Adŏleo, ui, & ēvi, ultum, ēre, augere, cremare, incendere, räuchern, anzünden. Virg. eclog. 8 *Verbenasque adole pingues* &c. Vbi Servius: ADOLE, *i. e. incende. Sed κατ' εὐφημισμὸν dicitur. Nam* ADOLE *est auge.* Idem 1 Æn. v. 705 *Et flammis adolere penates.* ADOLERE, inquit idem Servius, *id est, colere, sed* ADOLERE *proprie* augere. *In sacris* ADOLERE *per bonum omen dicitur*, &c. vide Festum in SVBOLES: & Nonium in ADOLEO.
¶ Adolesco, ĕre, incendi, brennen; ut, *Adolescunt ignibus aræ*, Virg. 4 Georg. v. 379. ¶ 2. Item, ætate augeri, crescere, aufwachsen, quam significationem Festus a græco ἀδολεσχέω natam tradidit. *Vix credibile memoratu, quantum superbiæ socordiæque adoleverit Vitellio*, Tacitus 2 Hist. c. 73. Et, *Simulatque adoleverit ætas*, Horat. 1 sat. 9 v. 34. *Adolevit in tantum numerus*, die zahl ist so groß worden, Vellej. 2, 30, 6.
¶ Ădŏlescens, tis, adject. crescens, wachsend, zunehmend. Tertullianus ad Nation. lib. 1 ineunte: *Adeo quotidie adolescentem numerum Christianorum ingemitis.* Ammianus lib. 22 cap. 18 *Borysthenes concursu multorum amnium adolescens.* Vnde quoque Comparativus est: Cic. lib. 9 fam. epist. 8 *Nosti os illius adolescentioris academiæ*, hoc est, impudentiam academicorum novorum. Et Hieronymus epist. 23 pr. *Benjamin adolescentior.*
¶ Adŏlescens, tis, substant. ein aufschößling, junger gesell, jüngling. Cic. lib. 1 Off. cap. 34 *Est adolescentis, majores natu vereri, exque his deligere optimos & probatissimos, quorum consilio & auctoritate nitatur. Ineuntis enim ætatis inscitia senum constituenda & regenda prudentiâ est.* Adolescentes autem veteribus ab anno XV ad usque trigesimum appellatos, Censorinus auctor de die natali cap. 14. Hinc Livius Tarquinios *adolescentes* appellat, qui mariti jam erant, lib. 2 c. 3. Sic Cæsar Curioni tribuno plebis *adolescentiam* tribuit lib. 2 de Bello Civili cap. 38, Scipioni Livius lib. 30 cap. 30, qui jam XXIX annum ætatis excesserat. Atque vel XXX annis majores esse *adolescentes* vocatos, Manutius ostendit ad Cicer. lib. 2 fam. ep. 1 extr.
¶ Adolescentŭlus, i, diminut. idem; ut, *Imberbis adolescentulus*, Cic. pro Domo sua cap. 14. Et Nepos præfat. n. 4 *Laudi in Græcia ducitur adolescentulis, quam plurimos habere amatores.* Nam virilis generis id nomen esse, exemplum Alcibiadis, ad quod respicit auctor, cap. 2 ostendit. Adde Hieronym. Magii in præfat. Nepotis commentationem.
¶ Perădŏlescens, tis, noch sehr jung. Cicer. pro Lege Manil. cap. 21 *Homini peradolescenti imperium dare.*
¶ Peradolescentŭlus, i, idem, Nepos Eumene cap. 1.
¶ Adolescentŭla, æ, fœm. ein jung mädgen. Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 91 *Forte unam adspicio adolescentulam.*
¶ Adolescentia, æ, die jugend; ut, *Vitia ineuntis adolescentiæ magnis emendare virtutibus*, Nepos Themist. cap. 1. *Studia adolescentiam alunt*, Cic. pro Arch. cap. 7.
¶ Adolescentŭrio, īre, thun wie junge leute pflegen, kälbern. Laberius apud Nonium cap. 2 n. 46 *Incipiunt adolescenturire, & nescio quid nugarum facere.* Quintil. 2 cap. 2 *Qui sunt in suprema parte pueritiæ, & adolescenturire incipiunt.*
¶ Adolescentior, ari, idem. Varro apud eumdem Nonium cap. 2 n. 25 *Tu quoque adhuc adolescentiaris*, h. e. petulanter & juveniliter agis.

¶ Adultus, a, um, qui adolevit, erwachsen; ut, *Virgo adulta*, Horat. 3 od. 2 v. 8. *Ætate adulta puer*, Cic. Verr. 5 cap. 68. Sic, *Ver adultum*: Sic & cæteræ partes anni: ut, *Æstas adulta*, Tacit. 2 Ann. c. 23, adde Servium ad Virg. 1 Georg. v. 43, die mittlere zeit des lentzens, sommers, &c. vide infra *Ver.* Et, *Nox adulta*, apud Tac. 3 Hist. c. 23, mitternacht. Sic, *adulta viribus Dalmatia*, i. e. aucta, das verstärckte Dalmatien, Vellej. 2, 110, 2. Comparat. *adultiores pulli* (avium,) Plin. lib. 10 cap. 33.
¶ Adŏlĕfactus, a, um, aufgewachsen. Vetus Inscriptio: ARBORVM ADOLEFACTARVM ET COINQVENDARVM &c.
¶ Coădŏlesco, ĕre, zugleich aufwachsen. Tertullianus de Anima c. 16 *Quod accidit ex serpentis instinctu, ipsum illud transgressionis admissum, exinde inolevit & coadolevit in anima ad instar jam naturalitatis.* Ibidem cap. 19 *Coalescens & coadolescens robori suo, donec ætas impleat habitum, quo natura fungatur.*
¶ Exŏlesco, ēvi, ētum, ĕre, vetustate deficere, evanescère, veralten, verriechen, verwelcken: Sueton. August. cap. 7 *litteris pene jam exolescentibus scriptum*, mit verblichener schrifft. Inscriptio Ancyrana: MAIORVM EXOLESCENTIA EXEMPLA. Et, *Exolescere vetustate*, Quintil. lib. 1 cap. 6. *Exolescente metu*, Macrob. 2 Saturn. c. 13. *Exoleverat dolor*, Tacit. Ann. 6, 25, 1. *Hic dies nullo exolescet ævo*, Stat. 1 Silv. 6 v. 99.
¶ Exŏlētus, a, um, alt, veraltet, verlegen; ut, *Exoletus, qui adolescere, id est, crescere desiit*, Festus. *Domi reliqui exoletam virginem*, Plaut. Fragm. ex Priscian. lib. 10. *Exoleta annalium vetustate exempla*, Liv. 27 cap. 15; &, *Odium exoletum vetustate*, Idem 2 cap. 35 extr. ¶ 2. *Exoletus*, obsceno sensu de scorto masculo, sodomitisch; ut, *histrio exoletus*, Vellej. 2, 28, 3, i. e. impudicus. Et subst. Cicer. pro Milon. cap. 21 *Semper secum scorta, semper exoletos ducebat.* Sen. de Provid. cap. 3 *Exoletus omnia pati doctus.* Prudentius in Romani passione v. 233

Quid vult sigillum, semper adfixum Jovi,
Avis ministræ? nempe velox armiger
Leno, exoletum qui tyranno pertulit.

¶ Inŏlens, tis, non olens, das nicht reucht. Lucretius lib. 2 v. 849

Quoad licet, ac potis es reperire, inolentis olivi
Naturam, nullam quod mittat naribus auram. Sed

¶ Inŏlesco, ēvi, ĭtum, ĕre, succrescere, bekleiben, anwachsen. Virg. 2 Georg. v. 76

aliena ex arbore germen
Includunt, udoque docent inolescere libro:

daß es bekleibe zwischen den safftigen rinden. Atque hic neutrali sensu accipitur. Gellius jam active, jam passive usus est: Active lib. 12 cap. 5 *Natura induit nobis inolevitque in ipsis statim principiis, quibus nati sumus, amorem nostri & caritatem*, sie hat uns die eigen-liebe eingepflantzet. Passive lib. eod. cap. 1 *In moribus inolescendis magnam fere partem ingenium altricis, & natura lactis tenet.* Est igitur Gellio *Inolesco* idem, quod *insero.*
¶ Indŏles, is, fœm. natürliche art, zuneigung, in adolescentibus maxime. Ab *inolesco* enim docti deducunt. Scaliger ad Festum ita: INDOLES *incrementum significat primigenia notione, ut apud Gellium* [lib. 20 cap. 6 extr.] *mendi indoles.* Olere *enim*, Crescere. *Significat & spem, quam ex vultu colligimus, virtutis futuræ in puero.* Hactenus Scaliger, & bene, ex veterum indole ac mente. Nam Cicero epist. 3 ad Brutum sub init. *Cæsaris pueri mirifica indoles virtutis.* Idem 2 de Fin. cap. ult. *In adolescentibus bona spes & magna indoles est.* Nec adultiori ætati inconveniens vocabulum, ut animi solertiam & naturalem bonitatem prudentiamque significet. Livius lib. 1 cap. 3 de Lavinia, Æneæ vidua regnatrice: *Tanta indoles in Lavinia erat*, ein solcher verstand. Seneca epist. 11 *Amicus bonæ indolis.* Quin etiam in malam partem, *indoles vitiorum* dicitur. Rursus Livius lib. 21 cap. 4 extr. de Hannibale: *Cum hac indole virtutum ac vitiorum triennio sub Asdrubale imperatore meruit.* Et sicut *industriæ indolem* Plautus Trinum. a. 2 sc. 2 v. 42, ita Tacitus Ann. 12 c. 26 *segnem* dixit *indolem.* De Britannico enim: *Neque segnem ei fuisse indolem ferunt.* Tandem de aliis quoque rebus fas est *indolem* dicere, ut *arborum* & *frugum*, apud Gellium lib. 12 cap. 1 &c.
¶ Obŏleo, ēre, & Obolesco, ĕre, nach etwas riechen, anstincken; ut, *Obolere allium*, Plaut. in Mostell. a. 1 sc. 1 v. 38. Quod etiam unguentis nitido adolescenti Vespasianus respondit: *Maluissem allium oboluisses*, apud Sueton. in vita ejus cap. 8. conf. & Calig. c. 23. ¶ 2. Translate idem est ac præsentiscere, mercken. Plaut. Amph. a. 1 sc. 1 v. 165 *Hei! numnam ego obolui?* Idem Menæch. a. 2 sc. 3 v. 33 *Oboluit huic marsupium, quod habes.*
¶ Obsŏleo, ēre, ab *ob* & *oleo*, S interposito, est inveterascere, ab usu recedere, veralten, nicht mehr gebräuchlich seyn. Cic. 2 Philipp. c. 41 *In homine turpissimo obsolebant dignitatis insignia.*
¶ Obsŏlesco, ĕre, idem. Cic. pro Sextio cap. 28 *Virtus splendet per sese semper, neque alienis unquam sordibus obsolescit.* Idem Acad. 1 c. 3 *Hæc ne obsolescerent, renovabam, cum licebat, legendo.* Curtius lib. 9 cap. 6 n. 14 *Cito gloria obsolescit in sordidis hostibus.* Rursus Cic. pro Lege Manil. cap. 17 *Obsolevit jam ista oratio*, die rede ist zu alt und nicht mehr bräuchlich. Idem lib. 1 de Invent. cap. 26 *Propter vetustatem obsoleverunt.*
¶ Obsŏlētus, a, um, alt, verlegen, unbrauchbar; ut, *Abjecta & obsoleta verba fugiat orator*, Cic. 3 de Orat. cap. 37. Et, *Paullo obsoletior oratio*, ibidem cap. 9. Livius etiam *vestem obsoletam* dixit, pro detritâ & sordidâ, ein abgerissenes altes kleid, sicut & Cicero 2 Agrar. cap. 5 *obsoletiorem vestitum*: & Apulejus lib. 4 Florid. *obsoletissimos vestitu.* Sic &, *Obsoletos honores*, pro invulgatis & multo usu velut detritis & imminutis Nepos dixit Miltiade cap. 6, eosque *raris* & *gloriosis* opposuit.
¶ Obsŏlēte, adverb. ältlich, cujus compar. est in Cic. 3 Verrina cap. 58 *obsoletius vestitus.*
¶ Obsŏlēto, are, pro obsolefacere, vel conspurcare, verledern, besudeln. Tertullianus adv. Gnostic. cap. 6 *Qui vestitum obsoletassent nuptialem.* Idem Apolog. cap. 15 *Majestatis vestigia obsoletant.* Hinc

¶ Obsŏletatus, a, um, abgenůtzet, zerlumpt. Zeno Veronenſis Sermone de Job: *obſoletatus ſordibus*, id eſt, inquinatus.
¶ Obſoleſacio, ĕre, in abgang bringen, abnůtzen, vernichten. Arnobius lib. 5 *Ne illam vis temporis & vetuſtatis obſoleſaceret longitudo.* Suet. Aug. cap. 89 *Admonebat, ne paterentur nomen ſuum commiſſionibus obſoleſieri.* Hinc
¶ Obſoleſactus, a, um, veraltet, abgeledert, beſchmutzt. Valer. Maxim. lib. 3 cap. 5 *Præturæ candidæ togæ, turpitudinis maculis obſoleſacta*, id eſt, inquinata. Et Senec. epiſt. 29 *Auctoritas obſoleſacta*, hoc eſt, contemta. Idem epiſt. 90 *Rivi coacto itinere obſoleſacti.*
¶ Inobsŏlētus, a, um, unveraltert, unabgenůtzt. Tertull. de Reſurr. Carn. cap. 58 *Veſtimenta & calceamenta indetrita & inobſoleta manſerunt.*
¶ Pĕrŏleo, perolēre, ſtarck riechen. Lucilius apud Priſcian. lib. 9 ſub finem: *Quis totum ſcis corpus jam peroleſſe biſulcis.*
Peroleſſe, pro *peroleviſſe*, κατὰ συγκοπήν.
¶ Rĕdŏleo, redolēre, nach etwas riechen. Cicer. in Philipp. 2 cap. 25 *Antonius vomens fruſtis eſculentis vinum redolentibus totum tribunal implevit.* Idem de Clar. Orat. cap. 21 *Oratio antiquitatem redolens*, per metaph. eine rede von alter art, nach alter weiſe. Prudentius Cathem. 3 v. 103 *Ver ubi perpetuum redolet.*
¶ Subŏleo, ſubolēre, aliquantulum olere, von ferne riechen. ¶ Per metaphoram præſentiſcere, mercken, gewahr werden. Terentius Phorm. a. 3 ſc. 1 v. 10 *Numquid patri ſubolet?* merckt auch der vater etwas? Tametſi in uſu germanica etiam ſit metaphora, reuchſtu das, ſo haſtu den ſchnuppen nicht, ſi tibi id ſubolet, pituitâ non laboras. ¶ Proprie eſt *ſuccreſcere*: unde quemadmodum ab *indoleo, indoles*; ita ab *ſuboleo, ſuboles* dicitur, quod ſciſicet patri ſuccreſcat. Exinde etiam
¶ Subŏleſco, ĕre, inchoativum eſt, itidem creſcendi notione, herfürwachſen. Livius lib. 29 cap. 3 *Romanis Latium juventutem præbuiſſe; majorem ſemper frequentioremque pro tot cæſis exercitibus ſuboleſcentem.*
¶ Sŭbŏles, (ita quidam malunt ſcribere; v. Voſſ. Etym. p. 499) vel, Sŏbŏles, is, propago, proles, ein geſchlecht, gewächs, kind, kinder. Eſt enim ab *ſub* & *olere*, id eſt, creſcere. Vnde & Livius loco modo citato *juventutem ſuboleſcentem* dixit. Sic, *Cara Deûm ſoboles* &c. Virg. eclog. 4 v. 49. *Soboles juventutis*, Cicer. 2 Philipp. c. 23. Et, *Robur & ſoboles militum interiit*, Pollio ad Cicer. lib. 10 fam. epiſt. 33, der ſtamm und beſte kern des kriegsvolcks. Cicer. 1 Offic. cap. 17 *Quæ propagatio & ſoboles origo eſt rerum publicarum?* welche zucht &c. ¶ 2. Neque vero de hominibus tantum dicitur; ſed & de àliis rebus: ut de arboribus, &c. knothöltzer. Apulej. Apolog. *Inter ſoboles herbarum & propagines vitium.* Nempe *ſuboles*, παραφυάδες, ut ad Albinovanum docte notat Scaliger. Palladius lib. 12 tit. 7 de pruno præcipiens: *Exſtirpandæ ſunt ſoboles a radice, exceptis rectioribus, quæ ſervabuntur ad plantas.* Columell. peculiari libro de Arboribus cap. 26 extrem. *Materia, quam inſeveris, ſi ſubolem, vel ſuperiores ramos habebit, omnia præcidito, ne quid ſit, quo poſſit ſuccus evocari.* Item de crinibus Varro: *Ante aures modo ex ſubolibus parvuli intorti demittebantur ſex cincinnuli* &c. Apulej. Metam. lib. 2 *Miles cum frequenti ſubole ſpiſſius cumulat verticem.* ¶ *Soboles*, in plurativo numero: Varro & Apulejus adductis locis. Columella lib. 10 de Cerere v. 213 *Et generet ſoboles varias.* Symmachus lib. 4 epiſt. 34 *Natæ ſuboles primo parentes die hilarant, mox pii metus brevem gratiam fugiunt.*
Oleoſus, Olerator, &c. Oleto, oletum, vide *Olea*, *Olus*, *Oleo*.
OLFĂCIO, olfacĕre, odorari, riechen. *Cernere, audire, guſtare, olfacere, tangere aliquid*, Cicer. Tuſc. 5 cap. 38. ¶ 2. Significat *præſentire*, per metaphor. gewahr werden. Terent. in Adelph. a. 3 ſc. 3 v. 43 *An non ſex totis menſibus prius olfeciſſem*, &c. ſolt ich es nicht ein halb jahr zuvor gemerckt haben?
¶ Olfactus, ûs, nomen ſubſtant. ſenſus odoris, das riechen. Plin. lib. 8 cap. 4 *ſubſiſtere ab olfactu.* Et lib. 29 cap. 4 *Baſiliſcus olfactu necat.*
¶ Olfacto, are, frequentativ. ab Olfacere, riechen. Plinius lib. 20 c. 17 de aniſo: *Parere facilius, olfactantes.* Et eodem lib. cap. 14 *Pulegii ramum olfactandum dare.* Conf. Plaut. Menæch. a. 1 ſc. 2 v. 56 & 58.
¶ Olfactatus, a, um, gerochen. Plin. lib. 28 cap. 16 *Membrana partus aſinarum olfactata, accedente morbo comitialium reſiſtit.*
¶ Olfactōrium, i, faſciculus florum vel odorum, olfactus gratia comparatus, ein ſtrauß. Plin. lib. 20 cap. 9 *Aridæ* [ſilveſtris braſſicæ] *farina in olfactorio collecta odore tantum naribus rapto, vitia earum graveolentiamque ſanat.*
¶ Olfactoriŏlum, i, diminutivum, apud Veterem Interpretem Eſa. 3 v. 20, ein ſträußlein, bieſemknopf. Iſidorus Originum lib. 19 c. 31 extr. *Olfactoriola vaſcula ſunt muliebria, in quibus odoramenta geſtantur*, balſam-büchslein.
¶ Olfactrix, îcis, die wohl riechen kan. Plinius lib. 17 cap. 24 extrem. de vite uſurpat, quæ raphanum & laurum odore ſentiat, fugiatque inimicum ſaporem. Sic autem ex MSS. Harduinus legit: vulgo *olfactatrix.*
¶ Subolfacio, ĕre, idem quod Olfacere, in Petronii Satyr.
Olidus, vide paullo ante *Oleo*.
ŎLĬGARCHIA, æ, ὀλιγαρχία, ſtatus reipublicæ paucorum conſtans imperio; Vnde *Oligarchici*, qui tali ſtatu gaudent.
ŎLĬGOCHRŎNIVS, a, um, ὀλιγοχρόνιος, id eſt, modicæ vitæ, ſecundum Firmicum 3 cap. 5, kurtze zeit währeud. Idem 4 cap. 8 *Quidam oligochronii ſunt, ac brevi tempore morituri.*
ŌLIM, adverbium omnium horarum, ut Taubmannus ait ad Virgil. p. 836. Nam quodlibet tempus ſignificat, præſens ſcilicet, præteritum & futurum. Servius ad Virg. Æn. 1 v. 203, jetzund. Virgil. eclog. 10 v. 34 *Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores.* ¶ 2. vorzeiten. Terent. Eunuch. a. 2 ſc. 2 v. 15 *Olim iſti fuit generi, quondam quæſtus apud ſeclum prius.* ¶ 3. mit der zeit. Quintil. lib. 10 cap. 1 *Sunt clari hodieque & qui olim nominabuntur.* Ovid. Faſt. 1 v. 517

Montibus bis olim totus promittitur orbis.

¶ 4. Horatius pro *aliquando* poſuit lib. 1 ſatyr. 1 v. 25

ut pueris olim dant cruſtula blandi Doctores:

zu zeiten, bißweilen. ¶ 5. *Olim jam nec perit quicquam mihi, nec acquiritur*, Senec. epiſt. 77 (al. 78) i. e. jam a longo tempore, ſchon eine geraume zeit her.
Olitor, olitorius, vide paullo poſt *Olus*.
Oliva, olivare, olivetum, olivitas, &c. vide paullo ante *Olea*.
OLLĂ, æ, pro qua *Aulam* veteres dixerunt, ut ex Plauto apparet, vas eſt fictile, ein irden gefäß, ein topf. Fragile fuiſſe vas, & itaque ex luto, Plautus adſtruit: eaque de cauſſa Columella lib. 12 cap. 43 extr. *bibulas & male coctas ollas* dixit. Vetus tamen Interpres apud Siracidem cap. 13 v. 3 græcam vocem, quæ æneum vas notat, *ollam* latine vertit. Nec fictiles tantum, ſed & aheneas fuiſſe, Avienus oſtendit fab. 11. *Ollæ veſtigium in cinere turbato*, id eſt, nullum iracundiæ veſtigium relinquas, ſed memoriam ejus omnem tolle. Vide Chiliadas. Item de amicis paraſitis: *Fervet olla, vivit amicitia.* Conf. Petron. Fragm. Tragur. cum Not. Schefferi p. 78.
¶ Ollŭla, æ, diminut. ein töpflein. Varro de R.R. 1 cap. 54 *uva in ollulas addatur.*
¶ Ollicŭla, æ, idem, apud Th. Priſcian. lib. de Phyſ. Scient.
¶ Ollāris, e, adject. zum topf gehörig: ut, *ollares uvæ*, quæ in ollis aſſervantur, apud Statium 4 Silv. 9 v. 42.
¶ Ollārius, a, um, idem; Vnde *ollaria æris temperatura*, vaſe hoc nomen dante, apud Plinium lib. 34 cap. 9. ¶ *Ollaria*, ſubſt. ſunt loculi ad ollas cinerarias aſſervandas, in Inſcript. apud Gruterum p. 307 Q. CANVSIVS PRAENESTINVS MACERIAM ET OLLARIA LIBERTIS LIBERTABVSQVE SVIS FECIT. Plura vide apud Fabrettum Inſcript. p. 13.
OLLVS, a, um, pro *Ille, a, um*, dixerunt antiqui. *Olli ſubridens* &c. apud Virgil. 1 Æneid. v. 254, & lib. 8 v. 94 & 595 &c.
¶ Ollic, pro *illic*, Paulus apud Feſtum.
ŎLOR, ōris, cygnus, quaſi ὅλος ὡραῖος, totus pulcher, ein ſchwan, vide *Cygnus*. Sic, *Argutos interſtrepit anſer olores*, Virg. eclog. 9 v. 36.
¶ Ŏlōrīnus, a, um, von ſchwänen: ut, *pennæ olorinæ*, Virgil. Æn. 10 v. 187. Et, *Cantus olorinus*, Sidon. Apollinaris lib. 8 epiſt. 9. *Color olorinus*, i. e. candidus, Plin. 37 cap. 10.
¶ Olōrĭfer, a, um, ſchwanenreich. Claudian. epiſtola ad Serenam:

Cygnus oloriferi vexit ab amne Padi.

ŎLOSTRAE, arum, Indorum gens, Plin. 6 cap. 20. Lucan. 3 v. 249

Tunc furor extremos movit Romanus Oloſtras.

OLVATIVM, i, menſuræ genus, apud Feſtum. Item, quod eſt in olla coctum. vid. Meurſ. P. 2. Crit. Exerc. lib. 3 cap. 16.
ŎLVS, ĕris, omnis herba & planta ſativa, quæ eſui eſt, ut, *rapa, malvæ, betæ, braſſicæ, lactucæ*, &c. allerley küchenkraut, kohl, &c. Horat. 1 epiſt. 5 pr.

Nec modica cœnare times olus omne patellâ.

Idem 1 epiſt. 17 v. 13 & 15 *Prandere olus*; *Faſtidire olus*, i. e. tenuem & quotidianum victum. Conf. 2 ſatyr. 7 v. 30. Proverbium, *Syrorum multa olera*, Plinius indicat lib. 20 cap. 5, quod in hortis colendis operoſiſſimi Syri fuerint. ¶ 2. κατ᾽ ἐξοχὴν tamen aliquando auctoribus *Olus* braſſica vocatur. Auctor Moreti:

Hic olus & late fundentes brachia betæ.

Sic Plin. lib. 27 cap. 4 *florem oleris* de braſſica dixit. Vſus ita & Varro de Re Ruſtica, ubi vide Scaligerum pag. 198. Oleribus olim, ut tenui cibo, qui optime ſumitur in morbis, victitaſſe ægrotos, Plautus indicat Captivis a. 1 ſc. 2 extrema. Sane *languentium cibos* OLERA Hieronymus vocat epiſt. ad Marcellum non procul ab initio: eamque ob cauſſam illorum comeſtione in ſomnis morbum portendi, Aſtrampſychus onirocrites obſervat. Vid. Voſſ. lib. 4 Inſtit. Orat. pag. 137.
¶ Ŏluſcŭlum, i, diminut. ein kräutlein, ſalat. Cicer. ad Attic. 6 epiſt. 1 *Oluſculis nos ſoles paſcere.* Horat. lib. 2 ſatyr. 6 v. 64

Vncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo,

ein mit ſpeck gerührter ſalat. Et Juvenalis ſatyra 11 v. 78

Curius, parvo quæ legerat horto,
Ipſe focis brevibus ponebat oluſcula.

¶ Ŏlĭtor, ōris, ein gärtner, kohlgärtner. Cicer. 16 fam. epiſt. 18 *Parhedrum excita, ut hortum ipſe conducat. Sic olitorem ipſum commovebis.* Columella lib. 10 v. 83

Ipſe ferens olitor diductos pendere qualos.

Gellius lib. 2 cap. 6 prodit antiquiſſimum verſum, qui vicem proverbii habuerit: Πολλάκι καὶ κηπωρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν.
Eraſmus in Adag. latine ita vertit:

Sæpe etiam eſt olitor valde opportuna locutus.

Alluſit ad hunc verſum Cicer. Philipp. 7 extrema: *Summi gubernatores in magnis nonnunquam tempeſtatibus a vectoribus admoneri ſolent.* Vide & Sophoclis Trachin. v. 60.
¶ Olitōrius, a, um, zum kraut gehörig: ut, *Forum olitorium*, Liv. lib. 21 cap. 62.
¶ Olĕrātor, ōris, idem qui Olitor. Gloſſ. Vet. *Holerator*, λαχανοπώλης. Nam veteres & *Holus* ſcribebant.
¶ Olerarium, i, vel Holerarium, ibidem λαχανάριον græce vertitur, ein kraut-eſſen.
¶ Olerāceus, a, um, wie kraut, dem kraute ähnlich: ut, *Oleraceus frutex*, Plin. 26 cap. 8.
¶ Oluſatrum, i, olus pullum, genus herbæ, Plin. 19 cap. 8. Apulej. de Herb. cap. 106. Ita *Hipposelinum* a Latinis adpellari, Dioſcorides ſcripſit, liebeſtöckel, vide *Hipposelinum*. Vet. Gloſſ. tamen *Oluſatrum*, πετροσέλινον interpretantur.
ŎLYBRIVS, i, plures hujus nominis recenſet Herm. Conring. diſſert. de Stud. liberal. V. R. & C. p. 6 & 7. Conf. Barth. ad Claud. Panegyr. de Conſulat. Probini & Olybrii.
ŎLYMPIA, æ, Ὀλυμπία, urbs Græciæ in Elide Peloponneſi, in qua Jupiter Olympius colebatur. De quo, & unde hoc ejus cognomen, vide Torrentium ad Sueton. Aug. cap. 60.

¶ Olympia, ōrum, ludi & certamina gymnica, in honorem Jovis instituta, quæ apud *Olympiam* seu *Pisam* urbem, quinto quoque anno recurrente celebrabantur. Horat. 1 epist. 1 v. 50 *Magna coronari Olympia.* Ennius apud Ciceronem de Senectute cap. 5

Sicut fortis equus, spatio qui sæpe supremo
Vicit olympia, nunc senio confectu' quiescit.

Nepos tamen in Alcibiade cap. 6 in fœminino videtur usus, *Olympiæ victores.* Vide ibi Schottum. *Olympium certamen* vocat Justinus 7, 2, 14, & 12, 16, 6. Vnde apparet, *Olympia* esse adjectivum neutrum plurale, subintellecto nomine.

¶ Olympĭăcus, a, um, adjectivum, ad Olympia pertinens. Auctor ad Herenn. lib. 4 cap. 3 *Si quis ad Olympiacum venerit cursum.* Statius 6 Theb. v. 554 *Nuper Olympiacis umbratus tempora ramis,* id est, oleagina corona. Virgil. 3 Georg. v. 49 *Olympiacæ præmia palmæ.*

¶ Olympĭcus, a, um, idem. Horat. 1 od. 1 v. 3

Sunt, quos curriculo pulverem Olympicum Collegisse juvat

¶ Olympionīces, æ, ὀλυμπιονίκης, victor in certamine olympiaco. Cicer. 1 Tuscul. cap. 46 *Nobilis olympionices Diagoras.* Idem de Invent. lib. 2 cap. 49 *Qui tyrannum occiderit, olympiacarum præmium capito.* De quo honore vide supra in *Hieronica:* adi & copiose de his agentem Paschalium lib. 11 de Coron. c. 7, 8, & P. Fabri Agonist. lib. 2 cap. 23.

¶ Olympias, ădis, ὀλυμπιάς, spatium quatuor annorum, vier gantzer jahr. vide Scalig. lib. 2 Auson. Lection. cap. 23, & lib. de Emendat temporum. Olympiadis primus, secundus, tertius & quartus annus numerabatur; tunc Olympiæ conveniebant ad ludos spectandos, & diem intercalarem inserebant. Seneca Hercule Furente v. 840

Quantus (populus) *Eleum coit ad Tonantem,*
Quinta cum sacrum revocavit æstas.

Et Ovid. ex Ponto 4 epist. 6 v. 5

In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est.

Manilius lib. 3 v. 592 *numero nisi deesset Olympias una.*

Per *Olympiades* Græci tempora numerare cœperunt paullo ante Romam conditam. Eutropius principio Breviarii: *Romulus urbem exiguam in Palatino monte constituit XI Kal. Maji, Olympiadis sextæ anno tertio.* Alii paullo aliter de Vrbis conditu, ejusque vero natali, quorum sententias Solinus cap. 1 collegit. ¶ 2. Et *Olympias* nomen fuit matris Alexandri Magni. vid. Justin. 9 cap. 7, & Gell. 13 cap. 4. ¶ 3. *Olympias* est ventus flans in Eubœa, Plin. 17 cap. 24.

ŎLYMPUS, i, ὄλυμπος, inter Thessaliam & Macedoniam mons omnium toto orbe terrarum altissimus, adeo, ut supra ejus verticem nulla avium sublimetur, ut Apulejus de eo loquitur libello de Deo Socratis pag. 46. ¶ Hinc ob caussam & ipsi cælo hoc nomen tribuitur, quo nihil altius est, der himmel. Quamquam aliis ὄλυμπος quasi ὁλολαμπὴς sic videatur dictum *cælum*, quod totum luceat. Apulejus de Mundo sub fin. *Hujus* (DEI) *locum quærimus, qui neque finitimus est terræ contagionibus, neque tamen medius in aëre turbido, verùm in mundano fastigio; quam Græci οὐρανὸν recte vocant; ut qui sit altitudinis finis. Et iidem ea ratione ὄλυμπον nominant, quam ab omni fuscitate & perturbatione vident liberum. Neque enim caliginem nubium recipit, vel pruinas & nives sustinet, nec imbribus cæditur. Hæc enim olympo, qui est celsitudinis summæ, contingere, poëta* (Homerus) *his verbis cecinit* &c. Ex quibus verbis intelligere licet, non omne cælum, sed ejus altissimam tantum & remotissimam partem, in qua Deorum sedes, *Olympum* antiquis appellatam. Quemadmodum & Homerus hac voce usus est. Et inde Seneca ludo, seu satyrâ de morte Claudii, quem Apocolocynthosin inscripsit: *Placet*, inquit, *in eum severe animadverti, eumque quam primùm exportari, & cælo intra dies XXX excedere, olympo intra diem tertium.* Lactantius lib. 1 de Falsa Religone cap. 11 ex Euhemero, Jovem, quem hominem fuisse docet, maximam vitæ partem in monte Olympo coluisse scribit. Hinc igitur fieri potuit, ut *Olympus* diceretur Deorum sedes. De summa serenitate ac tranquillitate, quæ in Olympi montis vertice est, exstat & Claudiani elegantissimum carmen Paneg. de Manlii Theodori consulatu v. 205 & seqq. item apud Lucanum lib. 2 v. 269. Sic, *vasti rector Olympi*, Ovid. Metam. 2 v. 60. *Superi regnator Olympi*, Virgil. Æneid. 2 v. 779. *Viam affectare Olympo*, Idem Georg. 4 v. 562.

¶ Olympius, a, um, adjectivum, ab Olympo; ut, *Jupiter Olympius*, Cicer. 2 Tuscul. cap. 17, & in antiquis Inscriptionibus. Vide Reines. p. 172. Vnde hæc appellatio originem trahat, Lactantius modo docuit lib. 1 de Falsa Relig. cap. 11. ¶ 2. *Olympius* idem ac cælestis, himmlisch.

¶ Olympius, i, substant. e Mysia regione tibicen & poëta melicus atque elegiacus, Marsyæ Satyri discipulus, a quo ante Trojanum excidium florente nomen sumpsit mons Mysius; Suidas. conf. Ovid. Metam. 6 v. 393. ¶ 2. Alius junior e Phrygia tibicen, tempore Midæ regis; Suid. ¶ 3. *Olympius Nemesianus*, poëta, teste Vopisco in vita Numeriani pr. scripsit *Halieutica, Cynegetica, Nautica.*

¶ Olympiodōrus, i, tibicen, qui Epaminondam docuit cantare tibiis, teste Aristoxeno apud Athenæum lib. 4 cap. 25, & Nepote 15, 2, 1. ¶ 2. Alius medicus, Plin. 1 cap. 12. ¶ 3. Alius historicus, qui Theodosio, Arcadii filio, historiam dedicavit. vid. Voss. de Hist. Græc. 2 cap. 20.

ŎLYNTHUS, i, ὄλυνθος, *urbs*, ut Cicero 3 in Verrem cap. 21 vocat, *antiqua, & omnibus rebus aucta & ornata:* sita in Macedoniæ finibus prope Ægæum mare: sed alieni juris, ut ex Curtio etiam 8 cap. 8 n. 19 apparet. Plutarchus de cohibenda ira p. 458 *Cum Philippus Olynthum excidisset, quidam dixit:* ἀλλ' οὐκ ἂν οἰκίσαι γε πόλιν ἐκεῖνος δύναιτο τηλικαύτην, *At certe tantam is urbem condere non potest.* Quod ille de ira quoque dicendum esse addit, quæ evertere possit ac dejicere; non autem erigere aut servare.

ŎLYRA, æ, ὄλυρα, frumentum, quod Plinio 18 cap. 8, & 22 cap. 25 *arinca* est, unde germanica appellatio, rocken, amelkorn.

ŎLYSIPPUM, i, ὀδύσσεια πόλις, Vlyssis civitas, Lusitaniæ urbs: Plinio est *Olysippo* lib. 4 cap. 22; *Municipium*, inquit, *civium Romanorum OLYSIPPO Felicitas Julia cognominatum.* Hodie *Vlysbona* appellatur, Lissabon.

ŎMĀSUM, i, intestinum pinguius, atque crassius bubulum, der feiste darm an einem rinde, seu pars potius ventriculi crassior & opimior, das dicke und niedliche an einem rinds-magen. *Patinas cœnabat omasi Vilis* &c. Horat. lib. 1 epist. 15 v. 34. Vbi vide Torrent. *Pingui tentus omaso*, ein dicker wanst, Idem 2 satyr. 5 v. 40. Vocabulum Gallicæ originis est. Vet. Gloss. *Omasum*, Βόειον κόπρεον λιπαρὸν, τῇ τῶν Γάλλων γλώττῃ.

OMBRIA, æ, tamquam ὀμβρίας λίθος, pluvialis gemma, quod cum imbribus caderet, Plin. 37 cap. 10.

ŌMEN, ĭnis, præsagium, significatio, quæ fit ore: unde *Omen* velut *Oremen*, secundum Festum. Germanicum vocabulum simplex & idoneum propemodum nullum dari potest. *Dextrum, sinistrum, faustum, bonum, triste*, ejus adjectiva sunt, passim obvia, ein gutes oder böses zeichen, gute und böse deutung, prophezeyung. Cicer. in Philipp. 11 cap. 5 *Hoc detestabile omen avertat Jupiter.* Idem ad Brut. epist. 10 *Quod dii omen avertant*, da GOtt für sey. Et, *Quod dii omen obruant*, Idem de Arusp. Resp. cap. 20. *Accipere aliquid in omen magni terroris*, etwas für ein böses zeichen halten. De superstitione veterum in ominibus vide Barthium ad Claudianum lib. 1, & in Eutropium v. 125, itemque Pontanum ad Macrobium p. 694. ¶ 2. *Omina* etiam dicuntur faustæ precationes, wüntsche. v. Nonius cap. 5 n. 31. Vnde, *optimis ominibus aliquem prosequi*, einem alles gutes wünschen, Cicero dixit 3 fam. epist. 12. Et Tacitus 1 Annal. cap. 35 *Fuere etiam, qui legatam a D. Augusto pecuniam reposcerent, faustis in Germanicum ominibus.* Idem 2 Hist. cap. 74 *Fausta Vitellio omina precantem.* Et Livius præfat. fin. *Cum bonis ominibus votisque ac precationibus incipere.* Hinc & *ominari*, precari est, de quo infra. ¶ 3. *Omina* pro auspiciis posuit Virgilius 2 Æn. v. 178. Conf. Nonius cap. 4 n. 332.

¶ Ōmĭnōsus, a, um, das was bedeutet. Plin. lib. 3 epist. 14 *Notabilis, atque etiam, ut exitus docuit, ominosa res accidit.*

¶ Omĭnor, atus sum, āri, augurari, prophezeyen, etwas zukünfftiges ihm ahnen lassen. Vellej. 2, 71, 2 *Varro vera de exitu Antonii ominatus est.* ¶ Item precari, optare, wüntschen. Plinius lib. 4 epist. 15 *Optamus tibi, ominamurque in proximum annum consulatum.* Et Plin. major 28 cap. 2 *Primum anni incipientis diem lætis precationibus invicem faustum ominamur.* Livius lib. 26 cap. 18 *Clamore & favore ominati extemplo sunt felix faustumque imperium.* ¶ Pomponius etiam activo usus est apud Nonium cap. 7 n. 53 *Et tibi bene sit, qui recte ominas.*

¶ Ominātus, a, um, passiv. gedeutet. Apud Horatium 3 od. 14 v. 11 Torrentius tuetur: *Male ominatis parcite verbis.* Lambinus hiatum timens cœpit reponere *nominatis.*

¶ Ominator, ōris, conjector, ein weissager. Plautus Amphitr. a. 2 sc. 2 v. 90 *Ob istud omen ominator capies, quod te condecet.*

¶ Omĭnālis, e, das ein zeichen giebt: ut, *Ominales aves*, Sarisb. 1 cap. 13.

Composita:

¶ Abōmĭnor, āri, exsecrari, & ut rem mali ominis detestari, einen greuel und abscheu für etwas haben. Livius lib. 30 cap. 30 *Quod igitur nos maxime abominaremur.* Proprie est, malum omen aversari. Idem Liv. 6 cap. 18 *benefacitis, quod abominamini.* Et cap. 40 *Quod abominaris.* Ovid. Metam. 9 v. 676, & 3 Pont. epist. 1 v. 105 *Quod abominor!* Elegans hæc veterum phrasis: vulgo dicitur: *Quod Deus avertat!* v. Parei Lex. Crit. p. 10. ¶ Activa forma *Abomino* usus est Plaut. Trin. a. 3 sc. 2 v. 82.

¶ Abominatus, a, um, der einen abscheu gehabt. Liv. 40 cap. 4 *Abominatus mentionem facinoris.* Apud eumdem lib. 30 c. 25 extr. Hannibal, Italiâ relicta, Africam repetens, cum exscensurus audisset, *Sepulcrum dirutum* illum locum appellari; *abominatus, prætervehi jusso gubernatore, ad Leptim appulit.* ¶ Passive, verabscheuet, verflucht. Horat. epod. 16 v. 8 *Parentibus abominatus Annibal.* Item Livius 31 cap. 12 *Abominati semimares.*

¶ Abominandus, a, um, detestandus, passive, abscheulich, greulich. Liv. lib. 9 cap. 38 extr. *Licinius tertia clade abominandam eam curiam facit.*

¶ Abōmĭnābĭlis, e, idem, sed cadentis Latinitatis. Hieronymus usus est in Jerem. c. 22 v. 30, & Gloss. Cyrilli: *Abominabilis*, βδελυκτός.

¶ Abōmĭnōsus, a, um, idem. Solin. cap. 3 *Propter pares dies Februarius quasi abominosus Diis inferis deputatur.* Diomed. lib. 3 *Sonum vocis abominosæ audire.*

¶ Abominatio, ōnis, ein greuel, abscheu. Lactantius lib. 1 cap. 17 extr. *Quid equorum tam pertinax abominatio?* Et vetus Bibliorum Interpres aliquoties usus est, & Gloss. Vet. *Abominatio*, βδέλυγμα, ἀποτροπιασμός. Tertull. advers. Jud. cap. 5 *Incensum abominatio est mihi.*

¶ Abominamentum, i, idem, vel res abominanda, Tertull. adv. Jud. cap. 13 *Projecit homo abominamenta sua aurea & argentea.* Paulus Orosius lib. 2 cap. 5 *Duo vel maxima malorum abominamenta, fames & pestilentia, fessam urbem corripuêre.* Et eodem lib. extrem. *Omnium abominamentorum quod immissa per hostem flamma non adiit, missus e cælo ignis evertit.*

¶ Inominatus, a, um, infelix, inauspicatus, unglückhafft, unselig. Horatius epod. 16 v. 15 *Inominata cubilia.*

¶ Inominalis, e, idem; ut, *Inominalis dies*, id est, infelix, apud Gellium lib. 5 cap. 17, & Macrob. 1 Saturn. cap. 16.

¶ Obōmĭnor, ari, contra ominari, diras devotiones in aliquem precari, böses anwüntschen, apud Apulejum est lib. 9 Met. *Crurum ei fragium obominata.* Ita Pricæus pag. 192 & alii: Elmenh. autem *abominata.* Sed alterum ad seriem & textum verborum propius accedit.

ŌMENTUM, i, quasi *operimentum*, tunica est, seu panniculus nervosus multis venis & arteriis constans, cui circumfusa est pinguedo copiosa, oritur a diaphragmate, & tegit interiorem ventriculi partem & intestina, ac porrigitur usque ad pubem, das netz im bauch, um dem magen, leber rc. Plinius lib. 11 cap. 37 sect. 80 *Ventriculus atque intestina*

stina pingui ac tenui omento integuntur. Vtilitas ejus est, ut innatum ventriculi calorem conclusum teneat. Græcis est ἐπίπλοον. ¶ 2. Pro cerebri membranâ, quam μήνιγγα Græci vocant, posuisse Macrobius quibusdam videtur lib. 7 Saturn. cap. 9. Ait enim: *Cerebrum, quod tactu sui hominem vel torquet, vel frequenter interimit, non suo sensu, sed vestitûs sui, id est, omenti, hunc importat dolorem.* Hinc occasio nata Vossio, vocem ipsam latinam derivandi a græca μήνιγξ, a cujus videlicet primâ syllabâ, si O præmittas, sit *omen*, ac postea *omentum*, eâ forma, qua *momentum* a *momen*: quamquam huic rationi non ipse sic inhæret, ut non alias quoque originationes tamquam verosimiles admittat, quas apud ipsum vide. Sed hæc etymologia certe minimum habet probabilitatis. Merito enim suspectus ille locus est Macrobii, placetque hic sententia Hieron. Mercurialis, qui lib. 6 Var. Lect. cap. 8 illa verba, *id est, omenti*, delenda putat. Videntur enim e scioli cujusdam glossemate in textum irrepsisse, qui hanc eamdem vocem cum in verbis paullo præcedentibus legisset, hîc etiam infarciendam est ratus. Quod si maxime Macrobium ipsum sic scripsisse arbitremur, caussa tamen non est, cur aliam hic significationem voci huic imponamus, quam habuerat paullo ante, ubi non membranam *cerebri*, sed generali sensu *quamvis*, atque adeo etiam ossis, denotabat. Clara sunt Macrobii verba: *ut os secetur, omentum, quod impositum est ossi, cruciatum, dum sectionem patitur, importat.* Vbi *omentum* certe idem est, quod in genere quodvis *operimentum*, eine decke, ein häutlein. Atque *operimenti* voce usum quoque Macrobium, suspicatur Mercurialis, quia nec alius quisquam, nec alibi Macrobius ipse omentum eâ notione usurpaverit. Ac sunt, qui *omentum* ipsum ita dictum putent quasi *operimentum.* Quorum sententia hoc Macrobii loco adjuvari videtur posse, si in *omenti* voce nihil apud ipsum mutemus. Dicemus enim, intellexisse vim originis Macrobium, eaque propter *omentum* dixisse tegumentum quodlibet, licet haud ignarum, id vulgo non aliter, quam per synecdochen generis usurpari pro illo membranoso reti, quod stomacho est & intestinis suprapositum.

¶ Omentātus, a, um, omento fartus, mit fettem netz umgeben. Apic. 2 cap. 1 *Omentata isicia.*

Ominari, ominosus, Omitto, vide *Omen, Mitto.*

Omnifariam, omnifer, omnigenus, omnimodus, omnino, &c. vide in sequenti *Omnis.*

OMNIS, e, plur. omnes, universi, cuncti, alle, jedweder; ut, *Omne cælum. tota terra, cum universo mari*, Cicer. lib. 2 de Fin. cap. 34. *Omnes ordinum homines*, Idem in Pison. cap. 22. *Omnibus partibus*, Idem lib. 1 de Invent. cap. 34. Et, *omnibus modis*, Idem 1 de Lege agrar. cap. 5, durchaus, allerdings. *Omnibus precibus orare*, Cæsar 7 de Bello Gallico cap. 78, so sehr als man kan bitten. *Omnem fidem interponere*, Idem 1 de Bello Civili cap. 86. *Per omnia repugnare*, gäntzlich darwider seyn, Vellej. 2, 69, 6. ¶ 2. *Omnis* crebro ponitur, pro *toto*, *totus* pro *omni*, cum tamen *totus* proprie respiciat corpus, quod quantitas est continua, & *omnis* dicatur ratione numeri, qui quantitas est discreta: quæ καλάχρησις est reciproca: sunt enim ἀκόλουθα, sive utrimque commutabiles. vid. Voss. lib. 4 Instit. Orat. cap. 12 p. 227. *Equitatui omni præfuit*, Corn. Nep. Hannibale cap. 3 n. 1, i. e. toti. Servius ad illud Virg. 1 Æn. v. 185

hos tota armenta sequuntur:

Inter TOTVM, inquit, & OMNE hoc interest, quod Totum *dicimus unius corporis plenitudinem:* Omne *de universis dicimus. Vt puta:* Totum auditorium habet scholasticos, *i. e.* plenum est auditorium scholasticis. Omne auditorium habet scholasticos, *hoc est*, omnia auditoria. *Vsurpant tamen Poëtæ & ista confundunt, ut hoc loco TOTA ARMENTA, pro omnibus posuit: & contra pro toto, omnem posuit: ut est:* Omnemque reverti per Trojam. *Et Statius* [Theb. 1 v. 81] Et totos in pœnam ordire nepotes: *id est*, OMNES, &c. Sic Plautus Epidico a. 2 sc. 2 v. 29 *Quantum in urbe omni fuit.* Horatius lib. 3 oda ult. *Non omnis moriar.* Macrobius lib. 2 de Somnio Scipionis cap. 13 *Omnis hic locus de Phædro Platonis ad verbum a Cicerone translatus est.* Apulejus in Floridis: *Prorsus omnes virtutes tuas ita effingit & repræsentat.* Hieron. epist. ad Helvid. quæst. 10, (Tom. 4 fol. 67) *Omnis* i. e. tota *ad Romanos epistola interpretatione indiget.* Augustin. lib. 10 Confess. cap. 28 *Cum inhæsero tibi ex omni me*, i. e. ex me toto; nec necesse fuit, pro his scribi: *ex memoriâ*, ut est in marg. Dulciloquiorum Augustini, quæ excerpta sunt quædam ex libris Confessionum lib. 2 cap. 19 p. 101 *nusquam erit mihi dolor & labor.* Sic, *Omnia facere* proverbialis sermo, de quo Barthius, in Cirin. *Omnia alicui esse*, apud Lucianum Tyrannicida p. 392. Quibus loquendi formulis usurpatur in modum substantivi. Quo loco observes, non alio numero sic poni solere, quam plurativo. Quamobrem reprehendit Bonciarius p. 362 Epist. ad Jacob. Sensium, illud non neminis:

Nempe Deum, quem qui possidet, omne tenet.

Dicendum enim fuerat, *omnia.* Nam *Omne*, inquit, *numero singulari adjectivum semper est, nunquam substantivum.*

¶ Omnīno, adverb. prorsus, gäntzlich, allerdings, überall; ut, *Omnino nihil*, Horat. lib. 2 sat. 8 v. 94, gantz und gar nichts. *Nusquam omnino*, Cic. de Amic. cap. 6, gar nirgends. Cæsar 3 de B. C. cap. 46 *Nostri vero quinque suorum omnino amissis, quietissime se receperunt.* C. Nepos Pelopidâ cap. 2 n. 3 *Cum omnino non essent amplius centum.* Suetonius Claudio cap. 17 *Expeditionem unam omnino suscepit*, nicht mehr als eine.

¶ Omnĭcănus, a, um, omnia canens. Apulej. Flor. 2 *utilis & omnicana.*

¶ Omnĭcarpus, a, um, alles benagend. Varro de L. L. 4 cap. 19 *Omnicarpæ capræ.*

¶ Omnĭcŏlor, ōris, allfärbig; ut, *Omnicolor pictura*, Prudentius passione Petri & Pauli v. 39.

¶ Omnifāriam, adv. omnibus modis, auf allerley weise. Gellius 12 cap. 11 *Oceanus terras omnifariam & undique versum circumfluit.* Apulejus in Trismegisto p. 85 *Dicunt, Deum debuisse omnifariam mundum a maliziâ liberare.* Et Macrobius lib. 7 cap. 13 *Senarius numerus omnifariam plenus, perfectus, atque divinus est.*

¶ Omnĭfer, a, um, ferens omnia, das alles trägt. Ovidius lib. 2 Metam. v. 275 *Sustulit omniferos collo tenus arida vultus.*

Sed alii aliter legunt. vid. Heins.

¶ Omnĭformis, e, von allerhand gestalten. Apulejus in Trismegist. p. 78 *Mundus præparatus est a Deo receptaculum omniformium specierum.* Prudentius in Romano v. 339

Verbo creavit omniformem machinam.

¶ Omnĭgĕnus, a, um, allerley art. Virg. 8 Æn. v. 698 *Omnigenûmque Deûm monstra.* Claudianus Gigantomach. v. 51 *omnigenis coëuntia numina formis.* Prudentius 1 in Symmachum v. 13 *patris omnigeni.* Lucretius 2 v. 758

E quibus omnigenos gignunt variantque colores.

Idem lib. 5 v. 441 *Omnigenis e principiis*, &c.

¶ Omnĭmŏdus, a, um, idem. Apulej. Apolog. *omnimodis maculationibus convariat.* Lucretius 1 v. 684 *Omnimodus ignis.*

¶ Omnĭmŏdis, adverbialiter, auf allerley weise. Apulejus Florid. 1 p. 342 *Tibicen quidem fuit omnis voculæ mellus modulator, & idem omnimodis peritus modificator*, auf allerley weise. Atque ita sæpe Lucretius *Omnimodis*, pro, Omnibus modis, quasi adverbialiter: vide lib. 2 v. 488 & 699, & lib. 3 v. 407 &c.

¶ Omnĭmŏdo, adv. idem; Celsus lib. 1 cap. 7, & lib. 7 cap. 4. Lactantius 6 cap. 12 pr. *Tenendum est omnimodo, ut* &c. & Gellius lib. 18 extremo; quæ vero divise quoque *omni modo* scribi possunt.

¶ Omnimorbia, æ, herba sic dicta, quod multis morbis subveniat, apud Isidorum 17 cap. 9.

¶ Omnĭpărens, tis, aller mutter; ut, *Omniparens terra*, Lucretius lib. 2 v. 259, & Virg. 6 Æn. v. 595. Et Avienus Phænom. Arat. v. 795 *Nutu Jovis omniparentis.*

¶ Omnĭpăter, tris, aller vater. Prudent. passione Eulaliæ v. 70

Omnipatremque negare Deum.

¶ Omnĭpăvus, a, um, der alle dinge fürchtet. Cœl. Aurel. Acut. 3 c. 12 *Pantophobus, i. e. omnipavus.*

¶ Omnĭpollens, tis, omnipotens, allmächtig. Prudent. Apotheos. præfat.

Statum lacessunt omnipollentis Dei
Calumniosis litibus.

¶ Omnĭpŏtens, tis, idem. Virgil. passim, v. g. Æn. 2 v. 689 *Jupiter omnipotens.* Idem Æn. 1 v. 64 *pater omnipotens.* Et Cic. 4 Tusc. cap. 34 ex poëta: *Te, omnipotens Neptune, invoco.* Superl. Augustin. de C. D. 21 cap. 19 *Omnipotentissimus creator.*

¶ Omnipŏtentia, æ, die allmacht. Macrobius lib. 5 Saturn. cap. 16 *Fortunæ omnipotentiam tribuit.*

¶ Omnĭtuens, tis, allsehend. Valer. Flacc. lib. 5 v. 248

Hæc tibi, fatorum genitor tutela meorum
Omnituens. conf. Lucret. 2 v. 940.

¶ Omnĭvăgus, a, um, allenthalben herumlauffend; ut, *Diana omnivaga*, Cic. 2 Nat. D. cap. 27.

¶ Omnĭvŏlus, a, um, qui omnia vult, der alles will. Catull. Carm. 69 v. 140 ad Manlium:

Conjugis in culpa flagravit quottidiana
Noscens omnivoli plurima furta Jovis.

¶ Omnĭvŏrus, a, um, der alles frißt. Plin. 25 cap. 8 *Boves omnivora sunt in herbis.*

ŎMŎLE, es, mons Thessaliæ, Virg. Æn. 7 v. 675.

OMPHĂCIUM, i, ὀμφάκιον, succus est uvæ acerbæ nondum maturescentis, agrest, oder safft aus unreiffen weinbeeren. *Omphaces* enim uvæ sunt & fructus immaturi, Plin. prolog. lib. 23.

¶ Omphăcinus, a, um, von unreiffen beeren; ut, *Omphacinum oleum*, quod ex olivis nondum maturis expressum est, Plin. lib. 23 cap. 4.

OMPHĂLE, es, Ὀμφάλη, regina Lydiæ, cui Hercules, mundi domitor, amoris caussa serviens, sæpius sandalio ab ea pulsatus, atque in tabulis ita pictus fuit. Ad lanificium Herculem compulit, cum ipsa calathum & colum cultusque fœmineos sagittis & clava, leonisque tegmine mutasset. vid. Ovid. Fast. 2 v. 305 seqq. Senec. Hippol. a. 1 v. 317 seqq. & Herc. fur. a. 2 v. 65. Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 8 v. 3

Qui minus huic, quam Hercules servivit Omphale.

Propertius lib. 3 eleg. 11 v. 17

Omphale in tantum formæ processit honorem.

Vbi secunda contra indolem producta est.

ŎNĂGER, gri, ὄναγρος, ὄνος ἄγριος, asinus ferus vel silvestris, ein waldesel, Cic. ad Attic. 6 epist. 1. Virg. Georg. 3 v. 409 *Cursu timidos agitare onagros.* conf. Varr. de R. R. 2 cap. 6.

¶ Onagra, æ, ὀνάγρα, frutex est Dioscoridi. ¶ 2. Et machina bellica, eadem quæ *Scorpio*; Veget. lib. 4 cap. 9 & 22.

Onasimus, vide mox *Onesimus.*

ONCA, æ; sic apud Thebanos appellata fuit Minerva, ut ex Æschylo intelligi datur. Vide Guilielm. Canter. lib. 6 nov. lect. cap. 1, qui sanat inde quemdam Pausaniæ, & alterum Sophoclei scholiastæ locum.

ONCHESTUS, i, urbs Bœotiæ, condita ab Onchesto, Neptuni filio. vid. Strab. lib. 9. Stat. Theb. 7 v. 272.

Onerare, oneratius, onerosus, &c. vide post paullo *Onus.*

ONĒSICRĬTUS, i, Ὀνησίκριτος, Ægineta, philosophus & historicus in comitatu Alexandri M. a quo & ad sophistas Indiæ missus est, & cujus ipse incunabula & laudes scripsit. vid. Curt. 9, 10, 3, & 10, 1, 10, Gell. 9 cap. 4, Plin. 6 cap. 22 & 23, Voss. de Hist. Græc. 1 cap. 10 p. 48

ONĒSĬMUS, i, Probi vixit ætate, ac diligenter vitam ejus Cæsaris exposuit, inquit Vossius lib. 2 de Hist. Lat. cap. 4 p. 184. Meminit ejus aliquoties Vopiscus. Qua lingua scripserit, nescio sitne compertum satis. Ac Vossius quidem Latinis eum historicis inserit. Sed Petrus Crinitus (cui per typographi, credo, errorem *Onesius* est,) græcum auctorem vocat, lib. 9 de honest. discipl. cap. 2. Hoc certum, vocem græcam esse, ὀνήσιμος. Suidas: ὀνήσιμος, ὠφέλιμος· καὶ ὄνομα κύριον. Cujus hominis nomen illud proprium fuerit, non addit. In præcedentibus vero memorat *Onasimum* quemdam Cyprium aut Spartanum, qui historicus juxta fuerit ac sophista, vixeritque temporibus Constantini. Hunc ipsum Robertus & Carolus Stephani *Onesimum* scribunt in Lexicis suis; sed Vossius lib. 4 de Hist. Græc. cap. 19 p. 486 *Onasimum.*

ŎNĒTOR, ŏris, philosophus, scripsit librum, cui titulus, εἰ χρηματιστέ-του ὁ σοφὸς, h. e. ut interpretatur Casaubonus, an is, qui vere fuerit sapiens, pecuniæ comparandæ operam dabit? Citatur a Diog. Laërt. in vita Plat. p. 192. ¶ 2. Alius, de quo Suidas in Ὀνήτωρ, ad quem Demosthenes scripsit. ¶ 3. Alius, pater Phrontidis ejus, qui Menelai nauclerus fuit, & inde Homero Ὀνητορίδης vocatur Odyss. 5, de quo & Pausan. in Phoc.

ŎNĪROCRĬTES, æ, ὀνειροκρίτης, somniorum interpres, ein traumdeuter. Fulgent. 1 Mythol. *Onirocriten, soporis nugas ariolantem, advertas.*

ŎNISCVS, i, vermis terrenus, *Multipeda, Millepeda, Centipeda* alias dictus. Græce ὀνίσκος. Repit arcuatim multis pedibus, Plin. lib. 29 cap. 6.

ŎNŎBA, æ, Hispaniæ Bæticæ oppidum, prope Junonis promontorium, Plin. 3 cap. 1, Mela 3 cap. 1.

ŎNŎCENTAVRVS, i, ὀνοκένταυρος, monstrum, superius hominis, inferius asini speciem præferens, ein kobold: Vulg. Interpr. Esa. cap. 34 v. 14. vid. Casp. Schott. Phys. curios. 9 cap. 59.

ONOCHĒLOS, i, ὀνόχειλος, latine sonat *labium asini*, genus herbæ, Plin. 22 cap. 21.

ONOCHOĒTES, æ, fictus ab Judæo nebulone Christianorum Deus, auribus asininis, & pedibus ungulatis, apud Tertullian. Apolog. c. 16, & lib. 1 ad Nation. cap. 14. Adde ibi Rigaltium, qui de variante quoque scriptura, quæ mirabilis in ficto & peregrino vocabulo est, testatur.

ONOCRŎTĂLVS, i, ὀνοκρόταλος, avis est aquatica, ansere major, ab ὄνος & κρόταλος, *crepitus.* Sonus enim ejus, quem capite sub aquas demerso edit, rugitui asini similis esse dicitur, ein esel-schreyer, kropvogel, schneegans, Gesnerus. Vulg. Interpr. Deut. 14 v. 18.

ONOMACRĬTVS, i, quem omnium eorum, qui leges scripsissent, antiquissimum habuere quidam, patriâ Locrus, familiaris Thaleti: v. Aristot. lib. 2 Polit. cap. 10. ¶ 2. *Onomacritus*, Atheniensis poëta, Pisistrato, Atheniensium tyranno, ejusque filiis Hipparcho & Hippiæ σύγχρονος. Hujus Onomacriti poëmata sunt ea, quæ Orphei dicebantur, item χρησμοί, sive responsa, quæ Musæo adscribebantur. vide Voss. de Poët. Græc. cap. 4 p. 23. Lambec. prodr. hist. litter. lib. 2 cap. 4 f. 177 seqq. & infra in *Orpheus.*

ONOMARCHVS, i, secundus Phocensium dux fuit in bello, quod sacrum vocant, cujus initium incidit, auctore Diodoro Sicul. lib. 16, in Philippi Macedonis (qui pater fuit Alexandri M.) annum imperii septimum. De bello Justinum vide lib. 8, & Diodor. Sicul. lib. 16. ¶ 2. Alius *Onomarchus*, Catanæ tyrannus, quem narrat Ælianus leonem suæ mensæ convictorem adhibuisse, cap. 39 extremo 5 de Hist. Anim.

ŎNŎMĂTŎPOEIA, æ, ὀνοματοποιΐα, nominis fictio, qua rei, cui nomen non est, nomen effingimus. vid. Isidor. 1 cap. 36, & Voss. P. 2 Rhet. p. 241.

ONVPHIS, is, urbs celebris Ægypti, a qua vicina præfectura *Onuphitis*, Plin. 5 cap. 9.

ŎNVS, ĕris, neutr. die last, bürde, beschwerung; ut, *Oneri esse*, Livius lib. 23 cap. 43, beschwerlich seyn. *Onus sustinere*, Cic. de Senect. cap. 2. *Onus suscipere*, Cic. 5 Verr. cap. 4. *Onus alicui imponere*, Idem 13 fam. epist. 56, last auflegen; &, *Deponere onus officii*, pro Sylla c. 23; &, *Opprimi onere*, pro Rosc. Amer. cap. 4. *Liberare aliquem onere*, Quintilian. lib. 5 cap. 6. In quibus locutionibus *onus* idem fere est, quod munus, seu officium. ¶ 2. *Onera* etiam sumtus dicuntur, qui gravant: itemque alia cum molestia aliqua & impensa præstanda, allerley auflagen, de quo JCti. Suetonius Caligulâ cap. 42 *Filia nata paupertatem, nec jam imperatoria modo, sed & patria conquerens onera, collationes in alimoniam ac dotem puellæ recepit.* Idem Domitiano c. 12 *Neque eo secius in explicandis oneribus omnibus hæreret.* ¶ 3. Non raro etiam fœtum notat in utero materno. Ovidius Metam. lib. 10 v. 481 *Vixque uteri portabat onus.*
Et ibidem v. 506 *Tendit onus matrem* &c. Et Statius Theb. 2 v. 615
Hunc utero &c.
Rapta repente choris, onerisque oblita ferebat.

¶ ŏnĕrōsus, a, um, quod oneri est, schwer, lastbar, beschwerlich; ut, *Onerosa preda*, Virg. 9 Æn. v. 384. Ovid. 1 Met. v. 52
Imminet his aër, qui quanto est pondere terræ,
Pondere aquæ levior; tanto est onerosior igne.
Et, *Onerosus creditor*, in Lege 25 Dig. de pignorat. act. dicitur, qui sit durus & acerbus, quales Julii Cæsaris apud Sueton. in ejus vita c. 18. Plutarch. in vita Cæsar. Et, *onerosiores sarcinulæ*, Fulgent. Contin. Virg. p. 142.

¶ Onerōse, adverb. verdrießlich. Paulinus Nolanus epist. 11 [vet. ed. epist. 5] n. 6 *Cur in nos onerose loqueris?*

¶ Onerōsĭtas, ātis, die beschwerlichkeit. Tertull. de Cultu fœm. cap. 7 *Tanta ornandi capitis onerositas.*

¶ Onĕro, avi, atum, are, onus imponere, beladen, beschweren, belästigen; ut, *Onerare mensas epulis*, Virg. 4 Georg. v. 378. *Onerare aliquem maledictis*, Plaut. Pseudolo a. 1 sc. 3 v. 122. *Injuriis*, Terent. Andr. a. 5 sc. 1 v. 8. *Catenis*, Horat. lib. 4 oda 11 v. 45. *Mendaciis*, Cicer. 3 fam. epist. 10. *Promissis*, Sallust. Jug. cap. 12. Et, *Spe præmiorum*, Liv. 35 cap. 11. ¶ 2. Est & in invidiam adducere. Tacitus 2 Hist. cap. 64 *Et Triaria licentiam, modestum a proximo exemplum onerabat.* Item 4 Hist. cap. 14 *Delectum naturâ gravem onerabant ministri avaritia & luxu.* Apud Columellam 4 cap. 2 *Rationes onerare*, est dispendiosum esse. Virg. Æn. 9 v. 24
Multa Deos orans, oneravitque æthera votis.

¶ ŏnĕrātus, a, um, beschwert, beladen. Curt. 4, 14, 2 *Armis suis onerati.* Idem 5, 7, 4 *Mero onerati*, i. e. ebrii, truncken. Sic, *Vino & epulis onerati*, Sallust. Jug. cap. 46. *Jumenta onerata plagis*, Horat. 1 epist. 18 v. 46.

¶ Onerarius, a, um, last tragend; ut, *Navis oneraria*, quæ oneratur, ein last-schiff, Cic. 1 Divin. cap. 32. Nepos 2, 2, 5. Vellej. 2, 53, 2. conf. Nonius cap. 13 n. 15.

¶ Onustus, a, um, cui onus impositum est, beladen, beschwert: ut, *onusta frumento navis*, Cicer. 1 Off. cap. 34. Et, *onustus cibo & vino* Idem de Divin. lib. 1 cap. 29. *Onustus prædâ*, Livius lib. 3 cap. 29. Horat. lib. 2 sat. 2 v. 77 *Corpus onustum*
Hesternis vitiis animum quoque prægravat unà,
Atque affigit humo divinæ particulam auræ.

¶ Onustatus, a, um, idem, apud Vulg. Interpr. Judith. cap. 15 v. 7.

Composita:

¶ Coŏnĕro, are, mitbeschweren. Tacitus German. cap. 30 n. 4 *Super arma, ferramentis quoque & copiis coonerant.*

¶ Deŏnĕro, are, onus deponere, abladen. Cicer. in Verr. Divinat. cap. 14 *Quid cum commisereri, conqueri, & ex illius invidia deonerare aliquid, & in te trajicere cœperit?* Arnobius lib. 7 p. 249 *aversabili fœditate corpus deonerare*, den leib erleichtern, seine nothdurfft thun.

¶ Deoneratus, a, um, ausgeledigt, abgeladen. Ammian. 24 cap. 6 *Validiores naves deoneratas octogenis implevit armatis.*

¶ Exŏnĕro, are, entledigen, ledig machen; ut, *Exonerare aliquem metu*, Livius lib. 2 cap. 2. *Exonerare conscientiam*, Curt. lib. 6 cap. 8, sein gewissen befreyen. Seneca epist. 4 *Quidam, quæ tantum amicis committenda sunt in quaslibet aures, quicquid eos urit, exonerant*, sie beichten ihre noth überall aus. Martial. 10 epigr. 48 *Exoneraturæ ventrem malvæ.*

¶ Exonerātus, a, um, ausgeladen. Tacit. Hist. 5, 2, 4 *Exonerata in proximas terras multitudo.*

¶ Exoneratio, ōnis, die ausladung; ut, *Exoneratio mercedis*, Papinianus Lege 15 § 7 Dig. Locati conduct.

Onychinus, &c. vide in sequenti *Onyx.*

ŎNYX, onўchis, ὄνυξ, dubii generis, unguis & gemma habens candorem unguis humani, onychel, chalcedonier, Agricola; Plin. 37 cap. 6. *Ex onyche amphoræ & urcei*, Nepos Fragm. 8 n. 7. Martial. lib. 12 epigr. 50 *Calcatusque tuo sub pede lucet onyx.*
¶ 2. *Onyx* pro vase unguentario. Horat. 4 od. 12 v. 17 *Parvus onyx nardi.* Et Martial. 7 epigr. 93 *Vnguentum onyx parva gerebat.* vid. Ol. Wormius Hist. rer. var. 1 cap. 15.

¶ Onychīnus, a, um, adject. ut, *Vasa onychina*: & *pyra, pruna onychina*, hoc est, unguis formam habentia, Plin. 15 cap. 15, & Columella 12 cap. 10.

¶ Onychītis, ĭdis, cadmiæ species, intus onychis maculis similis, Plin. 34 cap. 10.

¶ Onychipuncta, æ, gemma ex jaspidum generibus, niveo colore, rutulis punctis stellata, Plin. 37 cap. 9.

¶ Jaspŏnyx, vide supra *Jaspis.*

¶ Sardŏnyx, &c. vide infra *Sardinia.*

OOGALA, ὠόγαλα, puls ex ovis & lacte, eyer-milch, Junius.

OOSCYPHIVM, i, poculum in ovi formam oblongum, cujusmodi figurâ hodie pocula formantur ex nucibus Indicis, eine Indianische nuß.

ŎPĀCVS, a, um, umbrosus, schatticht, dunckel; ut, *Arbor opaca*, Virg. Æn. 6 v. 136. Sic, *Fontes, montes opaci.* Et, *Opacissima nemorum pascua*, Columella lib. 6 cap. 21. Idem lib. 8 cap. 17 *Multi putant, specus esse fabricandos, quo sint opaciores æstuantibus latebræ.* Et Plinius lib. 5 epist. 6 *Hippodromi limes cupressis ambitur & tegitur, densiore umbra opacior nigriorque.*

¶ Opācĭtas, ātis, die dunckelheit, der schatten. Columell. lib. 8 cap. 17 *plus nocet putris unda, quam prodest opacitas.* conf. Plin. 15 cap. 30.

¶ Opāco, opacare, obumbrare, umbrâ tegere, beschatten, schatticht machen. Cicer. de Orat. lib. 1 cap. 7 *Platanus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis.* Virg. Æn. 6 v. 195 *Opacat ramus humum.* Et Silius lib. 13 v. 331 *opacat tempora pinus.*
Et Venantius Fortunatus lib. 1 carm. 20
Pinguis & altricem palmes opacat humum.

¶ Inŏpāco, are, idem. Columella lib. 8 cap. 15 *quæ inopacant avium receptacula.*

¶ Pĕrŏpācus, a, um, sehr schatticht. Lactantius lib. 1 Div. Instit. cap. 22 pr. *Erat quædam spelunca peropaca.*

Opalia, opalis, vide infra *Ops.*

ŌPĂLVS, i, gemma colore quidem candida, ita tamen, ut in ea & carbunculi ignis, & amethysti purpura, & smaragdi viror transluceat: Plin. 37 cap. 6.

ŎPĔRA, æ, diurnum officium, actio, tag-arbeit, fleiß, hülffe, dienst. Sed *Opus* operæ finis est: Valla lib. 4 cap. 76, de quo infra. Columella lib. 11 cap. 1 de Ischomacho quodam, quem sic ait dixisse: *Malo unius agilem atque industriam, quam decem hominum negligentem & tardam operam.* App. Claudius apud Livium 5 cap. 4 *Nusquam nec opera sine emolumento, nec emolumentum ferme sine impensa opera est*, wer will haben genuß, muß auch haben verdruß. Sic dicimus: *Dare operam amori, studio, litteris discendis, valetudini, honoribus*, sich auf etwas befleißigen, desselben warten, mit etwas umgehen. Et, *Nunc id operam do*, Terentius Andr. a. 1 sc. 1 v. 130, jetzt hab ich das für, ich geh darauf um. Suetonius *edere operam*, pro dare, dixit Vitellio c. 10. Sic, *In aliquid operam dare*, sich auf etwas legen: Cicero 1 Tusc. cap. 4 *in quam exercitationem nos studiose operam dedimus.* Et, *Impendere operam*, Columell. 12 cap. 1, fleiß anwenden. *Operam in aliquid conferre*; & *Operam, seu multum operæ in re aliqua ponere*, utrumque Cicero 1 Offic. cap. 6. *Sumere operam inanem*, Horat. de Arte Poët. v. 143, vergeblich arbeiten. *Operam frustra consumere, conterere*, mühe und arbeit übel anlegen. *Operam ludere, perdere*; Inde prov. *Oleum & opera periit*, es ist hopff und maltz verlohren, vide *Oleum.* Similiter dicitur: *opera & impensa perit.* Vtrumque a re culinaria est. Nam cum veteres omnes fere cibos cum oleo coxerint, hinc coci, qui cibum corrumperent, *oleum & operam*, item, *impensam* dicebantur perdidisse. *Impensa* autem fartura est. *Datâ operâ*, Plin. lib. 7 epist. 12 n. 6. Et, *deditâ operâ*, Cic. pro Rosc. Amer. cap. 36, id est, de industria, quod vulgo dicunt, studiose, fürsetzlich, mit fleiß und fürsatz. ¶ 2. *Operam dare alicui*, est adesse, einem helffen, einem zu dienste seyn. Plaut. Curcul. a. 2 sc. 2 v. 24 *Amico dedi operam, dum emunt unguenta.* Item Aul. a. 4 sc. 7 v. 29 *Si mihi dat operam, me illi irasci injuria est.* Et

Terent. Heaut. a. 3 sc. 1 v. ult. *Dissolvi me, otiosus ut tibi operam darem.* Et rursus Eunucho a. 2 sc. 2 v. 50 *Tum tu igitur paullulum da mihi operæ, fac, ut admittar ad illam.* Vbi Donatus: *Proprie sic dicitur ADIVVA*, sey in meinen diensten. Quod & *operam navare* dicitur. Cicer. ad Brutum epist. 8 *Tibi omnes navare operam & studium volunt*, jederman will das beste bey dir thun, dir dienen. *Operam alicui suam commodare, condicere*: &, *Operam alicui locare*, in eines dienste sich begeben, sich vermieten. Gellius lib. 3 cap. 3 extrem. *quum operam pistori locasset.* ¶ 3. *Operam alicui dare*, est & auscultare, quod plene dicitur *audiendi operam dare*, zuhören. Sic Plaut. Curcul. a. 2 sc. 2 v. 9 *Da mihi igitur operam*: videlicet narraturo somnium: id est, ausculta. Idem prologo Captiv. v. 6 *Id ego hic apud vos proloquar, si operam datis.* ¶ 4. Corn. Nepos Catone cap. 1 *Inde ut rediit, castra secutus est C. Claudii Neronis, magnique ejus opera æstimata est in prælio apud Senam*, sein dienst ist hochgeschätzt worden. Per ellipsin Idem Cononis pr. *Conon Atheniensis Peloponnesio bello accessit ad rempubl. in eoque ejus opera magni fuit.* Idem Datame cap. 1 n. 4 *Hic multis millibus hostium & regiorum interfectis, magni fuit ejus opera.* Et Columell. præfat. lib. 12 *Itaque nec villici quidem, aut villicæ magni erat opera, cum ipsi domini quotidie negotia sua reviserent atque administrarent.* ¶ 5. * *Operas reddere*, id est, edere: Cicero ad fam. 6 epist. 10 *Musis nostris para ut operas reddas.* Pro quo Seneca de Provid. cap. 2 *edere operas* dixit: *Ferrum istud, civili bello purum & innoxium, bonas tandem & nobiles edet operas.* Justinus præfat. *otii & Cato reddendam operam putat. Opera otii* est opus quod elucubravit in otio. *Grævius.* ¶ 6. Interdum *Operæ* dicuntur ipsi homines, quorum operâ utimur, werckleute, arbeiter; ut, *Mercenariæ operæ*, i. e. multitudo conducta, taglöhner, Cicer. 1 Philipp. cap. 9. *Probibere operas aditu*, Idem 4 ad Attic. epist. 3. Plaut. Amphitr. a. 1. sc. 1 v. 16 *Ipse dominus dives operis, & laboris expers*, &c. OPERIS, id est, operariis, servis. Horat. lib. 2 satyr. 7 extr.

ocyus hinc te
Nî rapis, accedes opera agro nona Sabino.

i. e. nisi facessis hinc illico, vinctus tradêris in agrum Sabinum, ut pro mancipio ibi opus facias. Servorum enim erat, agrum fodere. ¶ 7. *Operæ* vocabulum etiam in rē sacra veteres adhibuerunt pro sacrificio, nempe quia operari idem ipsis fuit, quod sacrificare, de quo infra. Afranius apud Nonium in *Operari* cap. 12 n. 21 *jubeo hominem tolli, & collocari, & confoveri, solvo operam Dianæ.* Vbi *solvere operam* eodem sensu dictum, ut *votum solvere*, quod loquendi genus apud Nonium præcesserat quoque. Ideo Turnebus Advers. 6 c. 9 interpretatur, sacra facere, & solvere rem divinam, quæ debebatur. ¶ 8. * Adhibetur & pro culpa. Catullus carm. 3 de passere mortuo Lesbiæ v. 16

Tuâ nunc opera meæ puellæ
Flendo turgiduli rubent ocelli.

Adde Cicer. ad Attic. 2 epist. 25. *Grævius.*

¶ *Operæ pretium*, decens, fructuosum, non alienum ab aliquo, der mühe wohl werth. Cicer. in Verr. 4 cap. 53 pr. *Censores quemadmodum creati sint, operæ pretium est cognoscere.* Idem pro S. Rosc. cap. 37 *Facere aliquid quod sit operæ pretium.* Livius in principio sui operis: *Facturusne operæ pretium sim* &c. *nec dum scio*, &c. Et lib. 25 cap. 6 *Operæ pretium habent libertatem civitatemque.*

¶ Opĕrŭla, æ, dimin. ein dienstlein. Apulej. lib. 1 Metam. post princ. *Operulas quas adhuc vegetus merebam*, &c. quas lib. 4 p. 148 *pannosas resculas* vocat, scil. opera & labore suo partas. At proprie de exigua opera Arnobius lib. 4 p. 147 *Non istam suscepimus vel operulam, vel voluntatem.*

¶ Opella, æ, diminutivum aliud, kleine arbeit, kleine hülffe. Lucret. 1 v. 1105 *Parva perductus opellâ.* Et Horatius 1 epist. 7 v. 8

Officiosaque sedulitas & opella forensis.

¶ ŏpĕrōsus, a, um, mühsam, arbeitsam, geschäfftig: ut, *Senectus non iners, sed operosa, & semper agens aliquid*, Cicer. de Senect. cap. 8. Et, *Operosissima securitas mortis*, Plinius lib. 7 c. 53. Sed, *res operosa*, quæ multa operâ constat, multo artificio, wercklich, künstlich. Cicer. lib. 2 de Leg. cap. 26 *Lege sanctum est, ne quis sepulcrum faceret operosius, quam quod decem homines effecerint triduo.* Item, quod multo labore & molestia paritur. Sic *operosiores divitias* Horatius dixit lib. 4 oda 1 extr. Et Valer. Maximus lib. 4 cap. 1 n. 2 *Multo seipsum, quam hostem superare, operosius est.* Janus Ovidio, quia fastos condere parabat, dicit: *Vates operose dierum.* Idem Ovidius Heroid. epist. 2 Phyllidis v. 63

Fallere credentem non est operosa puellam Gloria.

¶ Operose, operosius, adverb. mit saurer mühe. Cic. in Orat. cap. 44 *ut fiat quasi structura quædam, nec tamen fiat operose.* Plinius lib. 18 cap. 26 *Dicemus mox paullo operosius.* Et Seneca de Brev. Vitæ c. 9 pr. *operosius occupati sunt.*

¶ Operōsĭtas, ātis, difficultas, mühsamkeit. *Operositas supervacua*, Quintil. lib. 8 cap. 3. Et Tertull. lib. 2 de Cultu fœm. cap. 7 pr. *ordinandi crinis operositas.* Ita Rigaltius: alii *onerositas.*

¶ Opĕror, atus sum, āri, est opus facere, operam in aliqua re ponere, würcken, arbeiten. Vet. Gloss. *Operatur*, ἐργάζεται. Sic luna *operari noctes* dicitur, cum noctu lucet, quod veluti opus suum est: Propert. 2 eleg. 24 v. 2

Cynthia jam noctes est operata decem.

Cum dativo Tacitus 3 Annal. c. 43 *Operari liberalibus studiis*, studiren. Et 5 Histor. c. 20 *cædundis materiis operari* dixit. Colum. 12 c. 4 *Rebus Venereis operari*, der liebe pflegen, unzucht treiben. ¶ 2. Est & sacrorum verbum *Operari*, opffern. vid. Nonius c. 12 n. 21. Juvenalis satyr. 12 v. 92

Et matutinis operantur festa lucernis.

Vbi Vetus Scholiastes: *Operantur, id est, sacrificant. Vt Virgil. lætis operatus in herbis.* Vide Brisson. lib. 1 Formul. p. 16. Turneb. lib. 6 Advers. cap. 9, & Xylandrum Annot. ad Horat. lib. 3 od. 14, qui & *operationes* esse sacrificia, docet a Porphyrione. Lampridius Heliogabalo cap. 8 *Omne magorum genus aderat illi, operabaturque, quotidie hortante illo, & gratias diis agente, quod amicos eorum invenisset, cum inspiceret exta puerilia, & excruciaret hostias ad ritum gentilem suum.* Quod autem Muretus Comment. in lib. 6 Ethic. Aristot. cap. 4 pag. 469 arbitrari se ait, nullum omnino alium usum apud veteres hujus verbi fuisse, quam pro eo, quod est sacra facere: id assentiri nos ipsi, vetant ea, quæ de hoc verbo supra sunt allata. Plura dicentur paullo post in *Operatus*, & in *Operatio*. ¶ 3. Apud Christianos scriptores *Operari*, caritatem exercere est, & eleemosynas conferre, allmosen geben: qui actus κατ' ἐξοχὴν quoque *opus* iisdem & *operatio* appellatur. Cyprianus de opere & eleemosynis cap. 9 *Si veréris & metuis, ne, si operari plurimum cœperis, patrimonio tuo largâ operatione finito, ad penuriam forte redigaris.* Et cap. 11 *metuis, ne patrimonium forte deficiat, si operari eo largiter cœperis.* Tertullianus lib. 4 contra Marcionem cap. 16 *Major est bonitas, quæ operatur in extraneos.* Ambrosius 2 de Officiis c. 16 *Quo plus operari viderit populus, plus diligat.* Vide & Desid. Heraldum lib. 2 Digression. c. 3 sub fin.

¶ Operans, tis, würckend, kräfftig. Hoc participium moveri quoque & comparari per gradus solet; ut, *Bonitas operantior*, Tertullian. 2 adv. Marcion. cap. 4. *Clysteres adhibere operantissimos*, Cœl. Aurel. Acut. 2 cap. 39.

¶ Opĕrātus, a, um, beschäfftiget, bemühet. Lucretius lib. 4 v. 982

Et quibus in rebus consuêrunt esse operati.

Horat. lib. 1 epist. 2 v. 29

In cute curanda plus æquo operata juventus.

Seneca de Brevitate Vitæ cap. 12 *Quid illi, qui in componendis, audiendis, discendisque canticis operati sunt?* Jungitur & cum dativo: Virgil. 3 Æneid. v. 136

Connubiis arvisque novis operata juventus.

Boëth. lib. 4 de Consolat. Metro 7 cum accusativo:

Bella bis quinis operatus annis
Vltor Atrides.

¶ 2. De rebus sacris & cultu religioso: Virgilius lib. 1 Georg. v. 338

annua magnæ
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis.

Tibullus lib. 2 eleg. 5 v. 95

Tunc operata Deo pubes discumbat in herba.

Compar. Tertull. de Anima cap. 57 *Non alia fallaciæ vis est operatior*, geschäfftiger.

¶ Operatio, ōnis, die beschäfftigung, würckung. Plin. lib. 11 cap. 24 *Aranearum genus erudita operatione conspicuum.* Operationis nomen Muretus loco, quem in *Operor* citabamus, priscis illis latini sermonis auctoribus (quorum quidem in censu Plinium non habent,) ignotum prorsus, quantum e scriptis eorum constet, & inauditum fuisse asserit: ac *putatur*, inquit, *alicubi legi in epistolis ad Atticum, sed locus depravatus est.* Respicit ad ista verba lib. 6 ad Attic. epist. 3 *Hujus nebulonis operatione si Brutus moveri potest, licebit illum solus ames.* Vbi pro *operatione* quidam legunt *oratione*: Simeon Bosius (qui de hac voce mire inter se digladiari Lambinum & Gruchium testatur,) *obiratione*. *Operationem* tamen retinet Manutius & interpretatur turpem instigationem. Esto tamen, nec eo in loco apud Ciceronem, nec alio ista vox reperiatur, placet hic illud Audomari Talæi, hanc ipsam de *operandi operationisque* vocabulo controversiam attingentis, in Admon. ad Adr. Turnebum: *Sunt in Cicerone permulta, quæ semel in eo leguntur, quæ si propterea tollas, violentus videare. Quid si verbum nullo apud Ciceronem loco reperiretur, an Ciceronianum propterea negaveris?* &c. Jam Pareus, (qui tamen idem propemodum sentire cum Mureto videtur,) p. 855 Lex. Crit. e fragmentis Plauti hoc affert: *ut isthæc operatio crimen expiet.* Quo loco tametsi *operatio* sacrificium est, tamen eo satis refellitur illa superior opinio Mureti.

¶ ŏpĕrātor, ōris, ein schaffner, thäter. Tertullian. Exhortat. ad castit. cap. 3 *Indulgentia patrocinatur operatori.* Hieronym. epist. 151 extr. ad Algasium: *Mittet illis Deus non operatorem, sed operationem, fontem erroris.* Jul. Firmicus lib. 3 cap. 9 n. 7 *Artes, ex quibus vigiliæ perpetuæ operatoribus exiguntur.*

¶ Operatrix, īcis, eine schaffnerin. Tertullianus de Anima cap. 11 *Sancti Spiritus vis, operatrix prophetiæ.* Et cap. 52 *Operatrix mortis.*

¶ Operārius, a, um, arbeitsam, zur arbeit gehörig: ut, *Homo operarius*, ein handwercker, Cicer. ad Attic. lib. 7 epist. 2. *Lapides operarii*, Plin. lib. 36 cap. 22 sect. 47, werckstücken. *Dies operarius*, profestus, ein wercktag, apud Catonem cap. 2, si certa scriptura est.

¶ Operarius, i, substantiv. ein arbeiter, taglöhner. *Operarii aut bajuli deesse non possunt*, Cic. de Clar. Orat. c. 73 extr. Apud Varronem R.R. lib. 1 c. 17 Cassius scripsit: *Operarios parandos esse, qui laborem ferre possint, nec minores annorum XXII, & ad agriculturam dociles.*

¶ Operaria, æ, eine arbeiterin, taglöhnerin. Plautus in Bacchid. a. 1 sc. 2 v. 41 *Nimium pretiosa es operaria.*

¶ Ŏpus, ĕris, operæ finis, das werck, die verrichtung; ut, *Opera auctorum*, i. e. libri. Vellej. 2, 86, 1 *Arctatum opus.* Idem 2, 36, 3 *Perfectissimus in forma operis sui.* Et, *Opera publica*, ipsa ædificia publica, wercke, gebäude. Sueton. Tiberio cap. 30 *De exstruendis reficiendisve operibus ad P. C. referebatur.* Hinc *operum publicorum curatores*, apud eumdem Sueton. August. cap. 37, ubi vide Casaubon. Quin urbes quoque & castella, conditoris respectu, *Opera* dixerunt. Plinius lib. 3 c. 3 *Colonia Tarraco, Scipionum opus, sicut Carthago Pœnorum.* Vellej. 2, 130, 1 *Quanta suo suorumque nomine exstruxit opera.* Et, *Opera pistoria*, gebackenes, apud Suetonium Tiberio c. 34, ubi vide Interpretes. Et, *Cælatum opus*, eingegrabene arbeit. Censorinus c. 2 *Munera, quæ ex argento nitent, cælato opere quam materiâ cariora* &c. ¶ 2. De agricultura speciatim *Opus* optimi scriptores dixerunt: ut, *Opus rusticum*, feld-arbeit. Terent. Heaut. a. 1 sc. 1 v. 87

corrasi omnia,
Ancillas, servos; nisi eos, qui opere rustico
Faciundo facile victum exercerent suum.

Sed & absolute *opus facere*, pro operari in agro, dixit Terentius Eunuch. a. 2 sc. 1 v. 14. Seneca epist. 86 *Exercebat opere se, terramque (ut mos fuit priscis) ipse subigebat.* Florus lib. 1 cap. 11 de L. Quinctio dictatore; *Patricium virum lictor in ipso opere deprehendit.* Vnde

ibidem

ibidem *Dictator ab aratro* appellatur. Plinius lib. 8 cap. 45 *excellentes in opere boves*, gute pflüg-ochsen. Ovidius Met. 7 v. 539 de pestilentia:

Concidere infelix validos miratur arator
Inter opus tauros, medioque recumbere sulco.

¶ 3. Vsurpatur de arte factis quibusque, deque actionibus majoris momenti, rebusque bellicis, geschäffte, thaten. Quintilianus lib. 10 c. 3 *Nihil rerum ipsa natura voluit magnum effici cito, proposuitque pulcherrimo cuique operi difficultatem.* Sic, *Habere magnum opus in manibus*, Cicer. 1 Acad. cap. 1, etwas wichtiges fürhaben, unter händen haben. *Opus procedit*, Quintil. procem. lib. 4, das werck gehet für sich. Virgil. 10 Æneid. v. 468

Sed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus, id est, non nisi virtus efficere potest

Opus felix eventu, forte conatu, eine glückliche und tapffere that, Vellej. 2, 112, 2. *Principalia opera*, quæcunque agit princeps, Idem 2, 124, 3. *Majori operi præparare exercitum*, Idem 2, 109, 2. *Bellicis operibus civiles artes* opponit Idem 2, 97, 2. *Adjutor operis*, Idem 2, 95, 1. *Consummatum tantum opus*, de bello confecto Idem 2, 117, 1. ¶ 4. Interdum *Opus facere*, idem est ac munire, exstruere. C. Nepos Themistocle c. 6 n. 5 *Interim omnes servi atque liberi opus facerent.* Loquitur de exstructione murorum Atheniensium. Idem paullo post cap. 7 n. 2 *Cum Lacedæmonii quererentur, opus nihilo minus fieri*, daß der bau noch immer fortgienge. Cæsar de Bello Gallico lib. 5 c. 21 *Locum reperit egregie naturâ & opere munitum*: OPERE, id est, manuum labore & opera. Suetonius Augusto cap. 18 *Fossas omnes, in quas Nilus exæstuat, oblimatas longa vetustate, militari opere detersit*, i. e. operante, vel opus faciente milite: vel labore militari, ut Victor in eâdem re loquitur. Sed & vallum, fossæ, aggeres & alia munimenta militaria, OPERA appellantur. Corn. Nepos Miltiad. cap. 7 *urbem operibus clausit.* Et paullo post: *Incensis operibus, quæ statuerat*, &c. Sic nos munitiones vocamus, wercke. *Circumdata operibus Numantia excisaque*, Vellej. 2, 4, 2. ¶ 5. *Opus censorium*, nota censorum, sive animadversio dicebatur. Suetonius Cæsare cap. 41 *Nudatos opere censorio, aut sententiâ judicum condemnatos restituit.* Columella lib. 12 præfat. extr. *Verùm, ne videar intempestive censorium opus, objurgandis moribus temporum nostrorum, suscepisse: jam nunc officia villicæ prosequar.* ¶ 6. Pro *magnopere*, Plautus Trucul. a. 2 sc. 7 v. 27 *opere* absolute dixit: *Jussit opere orare.*

¶ ŏpus, indecl. indigentiam notat, so man was bedarff, oder gebraucht. Quamquam vero reddi solet, von nöthen: aliquando tamen plus est *necesse est*, quam *opus esse*. Nam *opus* dicitur, quod usui quidem, non necessarium tamen est, *necesse*, quo carere non potes. Vt in illo Catoniano apud Senecam epist. 94 (al. 95) *Emas, non quod opus est, sed quod necesse est.* Refertur ergo hic ad *utile*, quod a *necessario* distinguere jubent quoque Philosophi. Distinxit a necessario etiam Seneca, sed ita, ut is, cui aliquâ re opus est, simul intelligatur ejus utendæ peritiam habere: *Volo tibi*, inquit epist. 9, *Chrysippi quoque distinctionem indicare. Ait, sapientem nulla re* indigere, *& tamen multis illi rebus* opus esse. *Contra, stulto nulla re* opus est, *nulla enim nescit uti, sed omnibus* eget. *Sapienti & manibus & oculis, & multis ad quotidianum usum necessariis* opus sit, *sed* eget *nulla re: egere enim* necessitatis *est, nihil autem necesse sapienti est.* Vbi vides, *egere & indigere necessitatem* aliquam includere; his autem *opus* opponi cum significatione scientiæ utendi. Fuit autem subtilitas hæc Stoicorum, de qua Plutarchum vide lib. de communibus notitiis adv. Stoic. f. 1068. ¶ De ipsa phraseos constructione nota grammaticorum est regula, jungi eam dativo personæ, nominativo vel ablativo rei acquirendæ: ablativo tamen (de quo & Gellius lib. 17 cap. 2 obiter monuit,) frequentius: ut, *Expedito nobis homine opus est*, Cicer. Philipp. 11 cap. 10. Et, *præsidio firmiori opus est ad istam provinciam*, Idem lib. 3 epist. 3 ad Appium. Et Sallustius Catil. cap. 1 *consulto opus est*: & *properato*, Cicer. pro Milone cap. 19: & *maturato*, Livius lib. 1 cap. 58 &c. *Nunc animis opus, Ænea*, &c. Virg. Æneid. 6 v. 261. Sic &, *Feræ graminibus, frugibus opus habent*, dixit Columella 9 c. 1. Nominativo: ut, *Dux & auctor nobis opus est*, Cic. lib. 2 fam. epist. 6. Et pluraliter, Idem de Invent. lib. 2 cap. 19 *Nobis exempla permulta opus sunt.* Atque nominativus hic, ut aliàs, migrat in accusativum, si oratio finita vertatur in infinitam. Terent. Heaut. a. 5 sc. 1 v. 18

Nam ubi desponsam nuntiasti filio,
Continuo injecisse verba tibi Dromonem, scilicet
Sponsæ vestem, aurum, atque ancillas opus esse, &c.

Vide Vossium lib. 7 de Arte Grammaticâ, qui de constructione inscribitur, cap. 8; ubi accurate adversus Alvarum disputat, *opus* in his loquendi formulis non adjectivum esse, sed substantivum. E quo & illud adstruit, aliorum substantivorum genitivum regere. Plancus ad Ciceronem lib. 10 famil. epist. 8 *Sed aliquantum nobis temporis, & magni laboris, & multæ impensæ opus fuit, ut, quæ reipubl. bonisque omnibus polliceremur, exitu præstaremus.* Nisi forsan ab neutro *aliquantum*, substantive posito, illi genitivi, ut sæpe fit, reguntur. Construitur & cum infinitivo: Cicer. lib. 7 ad Atticum epist. 8 *Quid opus est de Dionysio tam valde affirmare?*

¶ Opuscŭlum, i, opus minutum, ein wercklein: ut, *Lucubratum opusculum*, Cicero procemio Paradoxor. Et Horat. 1 epist. 4 v. 3

Scribere, quod CassI Parmensis opuscula vincat.

¶ ŏportet, opus est, sic enim a *necesse* differt, man soll, es muß. Quintilianus lib. 1 cap. 1 *Non oportet modo fieri, sed etiam necesse est.* Cicero tamen hæc duo, *oportet*, & *opus est*, distinxit lib. 4 ad Attic. epist. 6 *Ego vero, qui, si loquor de republ. quod oportet, insanus; si, quod opus est, servus existimer, quo dolore esse debeo?* Observavit hoc Lambin. Annot. ad lib. 30 *sunt aliqua, quæ fieri non oportet, etiam si licet, certe non oportet.* Vide Grot. lib. 3 de Jure Bell. cap. 4 n. 2. Qui postea tamen ejusd. cap. n. 10 animadvertit, *oportere* dictum alicubi a Donato pro *licere*, cum ad Terent. Adelph. a. 2 sc. 1 servos dictos ait, qui servati essent, *quum eos occidi oporteret jure belli*, i. e. liceret. ¶ Cicer. ad Attic. lib. 6 epist. 2 *Ne quid fiat secus, quam volumus, quamque oportet. Oportet legere libros, evolvere auctores, cognoscere plurima* &c. Quæ locutio vero magis effertur grammatice per verba passiva: *Oportet legi libros, evolvi auctores, cognosci plurima*, Valla lib. 3 cap. 49. Est & hæc latina locutio, *Oportet factum*, &, *oportuit esse factum*, es hätte geschehen sollen. Terent. Andr. a. 1 sc. 5 v. 5 *Nonne prius communicatum oportuit?* hätte er es nicht zuvor mit mir bereden sollen? Idem Heaut. a. 1 sc. 2 v. 26 *mansum oportuit*, man hätte bleiben sollen. Et a. 2 sc. 2 v. 6 *non oportuit relictas.* Et Adelph. a. 2 sc. 2 v. 6 *Adolescenti morem gestum oportuit.* Sic & cum conjunctivo: Seneca epist. 6 *In rem præsentem venias oportet.* ¶ Personaliter per Archaismum: Terent. Heaut. a. 3 sc. 2 v. 25 *Hæc facta ab illo oportebant.* Et ita in Andr. a. 3 sc. 2 princ. *Quæ assolent, quæque oportent.*

¶ ŏpĭfex, ĭcis, ab *opus* & *facio*, artifex, ein werckmeister; ut, *Opifex ædificatorque mundi Deus*, Cicer. lib. 1 Nat. Deor. cap. 8. Idem 7 famil. epist. 25 *Vrge igitur nec transversum unguem a stilo. Is enim est dicendi opifex.* Vet. Gloss. *Opifex*, δημιουργὸς, χειροτέχνης, ein handwercksmann. Cicer. Tuscul. 4 cap. 19 *Demosthenes dolere se agebat, si quando opificum antelucana victus esset industriâ.* Varro de R. R. 3 cap. 16 *Apes silvestres minores sunt, sed opifices magis.*

¶ ŏpĭfĭcium, i, ein werck, handwerck. Varro lib. 3 Rei Rust. cap. 16 de apibus: *nisi opificii eas urget tempus.* Lactantius elegantem librum prænotavit, *De opificio Dei.*

¶ ŏpĭfĭcius, a, um, adject. werckmeisterisch. Apul. Florid. 1 *Exstare in opificiis operibus.*

¶ ŏpĭfĭcīna, æ, die werckstatt. Cicer. Offic. 1 cap. 42 *Non quidquam ingenuum potest habere opificina*; alii, *officina*. Plautus Mil. a. 3 sc. 3 v. 7 *In opificina aut mala esse aut fraudulenta.*

¶ Magnopere, Maximopere, vide supra *Magnus*.

¶ Quantopere, Tantopere, vide infra *Quantus, Tantus*.

¶ Coŏpĕror, āri, mitwürcken. Gloss. Vet. *Cooperor*, συνεργάζομαι. Ecclesiasticis scriptoribus hoc verbum, & derivata nomina usu recepto trita sæpiuscule sunt, nempe

¶ Cooperatio, ōnis, die mitwürckung.

¶ Cooperātor, ōris, ein mitarbeiter. Apul 2 Florid. *Cooperatoris laborem esse.* Hieronymus epist. 79 ad Alipium & Augustin. *Cooperatoribus & auctoribus vobis hæresis Celestiana jugulata est.* Ambrosius epist. 84 p. 260 *cooperatores gratiæ Dei.* Paulinus Nolanus epist. 37 [al. 27] ad Victricium n. 6 *Cooperator patris.*

¶ Cooperarius, i, idem.

¶ Exopĕror, ari, auswürcken. Gloss. gr. lat. ἐξεργάζομαι, *Exoperor.*

¶ Peropus, valde opus, höchstnöthig. Terentius Andr. a. 1 sc. 5 v. 30 *Sed nunc peropus est*, &c.

Operculare, operculum, operio, operior, vide infra *Pario, ĕre*

Operor, operosus, &c. Opertus, &c. Operula, Opes, vide *Opera, Pario, ĕre, Opera, Opis.*

ŎPHARVS, i, Ὄφαρος, Scythiæ fluvius, Plin. 6 cap. 8.

ŎPHELTES, æ, Ὀφέλτης, Lycurgi filius a serpente necatus; de quo Ovid. Metam. 3 v. 605, Stat. 2 Silv. 1 v. 181, & Theb. 4 v. 733. ¶ 2. Alius Cyzicenus apud Val. Flacc. 3 v. 198.

ŎPHIĂDES, is, insula in mari Arabico, sic appellata, vel quod rex eam a serpentibus liberavit, vel quod multi applicantes a serpentibus interficiebantur. v. Diodor. lib. 3 c. 3.

OPHIĂSIS, is, ὀφίασις, vitium capitis, unde cutis emoritur, pilus excidit, glabretaque serpentis effigiem relinquunt, der erbgrind: Celsus 6 cap. 4.

OPHICARDELVS, i, gemma, in qua nigrum colorem binæ lineæ albæ includunt, Plin. 37 cap. 10.

OPHIDION, i, piscis longus & lævis, annumeratur mustellis: Gesnerus, & Plin. 32 c. 11.

OPHIOGĔNES, um, gens Pharia, medendis serpentum morsibus celebris, sicut *Psylli*. Varro lib. 1 Rerum humanarum, apud Priscianum lib. 10 in *Pungo*: *Vt habent Pharii, qui vocantur* OPHIOGENES, *ut in Africa* PSYLLI: *quorum* Ophiogenes, *cum arbitrantur, suppositum esse aliquem in stirpe, ei admovent, ut pungat, colubram. Cum pupugerit, si de genere sit, vivere; si non sit, mori.* Vide infra *Psylli*. Ex Plin. 7 c. 2 discimus, *Ophiogenes serpentum ictus contactu levare solitos, & manu imposita venena extrahere corpori.* v. Kornm. de Mirac. Vivor. p. 220.

OPHIOGLOSSON, i, ὀφιόγλωσσον, herba a *lingua serpentina* appellata, vulgo natter-zünglein.

OPHIOMĂCHVS, i, ὀφιόμαχος, lacerta, cum serpentibus pugnans, eine eidex. Vulg. Interpr. Levit. c. 21 v. 22.

OPHĪON, ŏnis, ante Saturnum cum Eurynome uxore, quam genuit Oceanus, rerum potitus, & a Saturno fugatus. Hujus gigantis nomen occurrit apud Claudian. de Raptu Proserp. 3 v. 348. ¶ 2. *Ophion* unus e Cadmi sociis, qui e dentibus serpentinis prognati. Hinc

¶ Ophīŏnius, a, um, adject. ut, *Ophionia cædes*, i. e. Thebana, Senec. Oedip. v. 485.

¶ Ophīŏnĭdes, æ, Ophionis filius, Ovid. Metam. 12 v. 245.

OPHIOPHĂGI, orum, Arabiæ populi, ab ὄφις, *serpens*, & φάγω, *edo*, dicti, quos *serpentibus vesci adsuetos* Plinius lib. 6 c. 29 interpretatur. De iis & Solinus videatur Polyhistore c. 33.

OPHIOSCŎRŎDON, i, ὀφιοσκόροδον, *allium silvestre* est Dioscoridi, *argutum* vocant *allium*, wilder knoblauch, oder schlangen-knoblauch: Plin. 13 c. 23.

OPHIOSTĂPHЎLE, es, ὀφιοσταφύλη, frutex idem cum cappari, Plin. 13 cap. 23.

¶ Ophiostaphylos, i, vitis genus, Plin. 23 c. 1.

ŎPHĪTES, æ, lapis, λίθος ὀφίτης, ab ὄφις, *serpens*, ein schlangenstein, serpentinstein, valet contra ictus serpentium. Est marmoris genus Plinio, *serpentium maculis simile*, lib. 36 cap. 7. In Bœotia effoditur, ideo *Thebanus ophites* Lucano lib. 9 v. 714 dictus.

OPHIVCHVS, i, ὀφιοῦχος, cæleste sidus inter Herculem & scorpionem, hominis figura serpentem manibus prementis. v. Manil. 1 v. 331. Latinis *Serpentarius* est & *Anguitenens*. Cæsar Germanicus in versione Arati de hoc sidere:

Lux

Lux tennis manibus, per quas elabitur anguis,
Pressus utraque manu medium cingens Ophiuchum.

OPHIŪSA, æ, Rhodos quæ dicta postea est, Plin. lib. 5 cap. 31. vide & *Rhodos.* ¶ 2. Insula Hispaniæ in mediterraneo mari, Pityusarum altera, serpentibus maxime infestata, Plin. lib. 3 cap. 5. ¶ 3. Herba, qua pota minas terroremque serpentium animo obversari, tradidit Democritus; quare & sacrilegis bibenda dari consuevit, natter-wurtz, Plin. lib. 24 cap. 17.

¶ Ophiūsius, a, um, adject. ut, *Ophiusia arva*, Ovid. Met. 10 v. 229.

OPHRYS, ȳdis, ὄφρυς, herba duobus foliis denticulato oleri similis, quæ capillis nigredinem inducit, zweyblat, Plin. 26 cap. 15.

OPHTHALMIA, æ, ὀφθαλμία, ægritudo oculorum, augen-wehetag. ¶ 2. *Ophthalmia* seu *Ophthalmias* potius, piscis est. Plinio 32 cap. 7 *oculata*, dictus, idem qui *melanurus*, kulpars, Gesnerus. conf. Plaut. Capt. a. 4 sc. 1 v. 70, & Turneb. Advers. 4 cap. 19.

¶ Ophthalmĭcus, i, ein augen-artzt. Martialis lib. 8 epigr. 74

Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus ante.

ŎPĬCUS, a, um, sordidus, fœdus & putidus, unflätig, stinckend. Plinius lib. 29 cap. 1 Catonis verbis: *Nos quoque* [Græci] *dictitant barbaros, & spurcius nos, quam alios opicos appellatione fœdant.* Et Juvenal. sat. 3 v. 207 *opici mures.* Vsus præterea hoc verbo est Tiro libertus apud Gellium lib. 13 cap. 9, *ut nostri opici putaverunt*, id est, plebeji, rudes, sordidi: & ipse Gellius lib. 11 cap. 16. Sic &, *Opicas evolvere chartas*, Auson. Profess. Burd. 23 v. 3. *Opicæ tegunt papyri*, Id. epist. 5 v. 97. ¶ 2. *Opicus* etiam est ἀῤῥητοποιὸς, infandæ libidinis: ab *Opicis* populis, quibus frequens rerum turpium usus. vide Scalig. ad Fest. & Auson. item Lips. lib. 5 Epist. Qu. epist. 6.

Opidum, vide *Oppidum.*

Opifer, Opifex, Opificium, vide *Opis*, *Opera.*

ŌPĬLIO, ōnis, ein schäfer, schafhirt. Columella lib. 7 cap. 3 *Post fœturam deinde longinque regionis pascua petiturus opilio.* Metri caussa, Servio judice, poëtæ *upilio* scribunt, *Venit & upilio*, &c. Virg. eclog. 10 v. 19.

Opimare, opime, opimitas, vide mox *Opimus.*

OPĪMIUS, i, Lucius Opimius, consul Romanus, qui C. Grachum, & M. Fulvium, perniciosos cives, interfecit, & præterea amplius tria hominum millia necavit. vide Vellej. Paterc. lib. 2 cap. 7 & 8.

¶ Opimianus, a, um, adject. *Celeberrimum Opimiani vini nomen*, Vellej. 2, 7, 5. Quod vinum & absolute *Opimianum* dicitur, Opimio consule defusum, quod in annos ducentos duraret. vid. Martial. 9 epigr. 89, & 10 epigr. 49. Adde lib. 3 epigr. 82, & 2 epigr. 40, & Plin. 14 c. 4, & 14 pr.

ŎPĪMUS, a, um, opimior, pinguis, fett, stattlich; ut, *opimi boves*, apud Varron. R. R. lib. 2 cap. 1, quos superante gradu Tertullianus ad Nationes lib. 2 cap. 8, de Josephi somnio loquens, *boves opimissimos* dixit. Et Gellius lib. 5 cap. 14 *membra opima*, id est, pinguia & carnosa. Virg Æn. 3 v. 224 *Dapibus epulamur opimis.* Festus in hac voce: *Hostiæ opimæ, præcipue pingues.* Rursus Tertullianus de Anima cap. 6 *Non substantiæ ipsi alimenta proficiunt studiorum, sed disciplinæ: quia nec opimiorem animam efficiunt, sed ornatiorem.* ¶ Hinc ad alia transfertur; ut, *opimus & fertilis ager*, Cic. Agrar. 2 cap. 19. Et, *opimior fructus*, Apulej. lib. 5 Met. p. 166. Et, *præda opima*, Curt. lib. 5 cap. 1 n. 4, reiche beute. Sed omnium nobilissima fuerunt *Spolia opima*, quæ dux duci hostium detraxit, ut Festus describit, quem pluribus explicantem vide. conf. Virg. Æn. 6 v. 855. Livius lib. 4 cap. 20 *Cossus spolia opima regis interfecti gerens*: item, *Spolia in æde Jovis Feretrii prope Romuli spolia, quæ prima* OPIMA *appellata ea tempestate erant, dono fixit.* De iis spoliis accurate disputat Rutgers. lib. 4 Var. Lect. cap. 7. ¶ Dicunt & absolute *Opima*, ut Plin. Paneg. cap. 7. Adde Interpretes ad Curtium lib. 3 cap. 11 n. 7, & Silium lib. 12 v. 280.

¶ Ŏpīmĭtas, ātis, der überfluß. Solinus c. 59, & Ammian. Marcellinus lib. 19 cap. 22 *Expletus prædarum opimitate exercitus.* Plautus etiam pluraliter *opimitates* dixit Captiv. a. 4 sc. 1 v. 29, & Asinar. a. 2 sc. 2 v. 16.

¶ Ŏpīme, adverb. herrlich, köstlich. Plautus Bacch. a. 3 sc. 1 v. 6 *Domus instructa opime & opipare.*

¶ Ŏpīmo, are, pingue reddere, mästen, feist machen. Columell. lib. 8 cap. 7 *Tempus opimandi*, die mast-zeit. Et cap. 9 ibidem: *Offæ panis, vino madefactæ celerius opimant*, sie machen bald fett. Apulejus de Mundo p. 68 *Terra imbribus madefacta, ad educandos fœtus suos opimatur.* Tralate Ausonius epist. 15 pr.

O qui venustos uberi facundia
Sales opimas Tetradi.

¶ Ŏpīmātus, a, um, gemästet, ausgefüttert; ut, *Opimata vivariis ostrea*, Sidon. 8 epist. 12. *Opimato abdomine venter*, ein fetter wanst, Auson. Mosellâ v. 105.

¶ Præŏpīmus, a, um, valde opimus, sehr fett. Tertullianus de Pœnitent. cap. 8 *immolat vitulum præopimum.*

Opinatio, opinio, vide in sequenti *Opinor.*

ŎPĪNOR, atus sum, ari, opinionem habere, wähnen, gedancken haben, sich düncken lassen. *Non opinor*, ich halte es nicht davor. *Vt opinor*, wie ich mich bedüncken lasse. Terent. Andr. a. 2 sc. 2 v. 29

DA. *Num videntur convenire hæc nuptiis?*
PAM. *Non opinor, Dave.* DA. *opinor narras?*

Vbi Donatus: *Quoniam argumenta sunt, & conjecturæ,* OPINOR *dixit. Nam contra opinionem, certa res est: quæ autem opinamur, putamus: quæ putamus, incerta sunt.* Cicero pro Domo sua cap. 40 *Falso multa in vitâ homines opinantur.* Et, *Opinari de aliquo*: ut, *De nobis senatus opinatur, non secus ac de hostibus*, Cic. in Pison. c. 20. ¶ 2. Verbo *Opinari*, non semel Suetonius pro criminari, usus est: ut in Augusto cap. 51 *Cum Æmilio Æliano Cordubensi inter cætera crimina vel maxime objiceretur, quod male opinari de Cæsare soleret.* Ad quem locum Casaub. OPINARI, inquit, *est* δοξάζειν, *intra se aliquid sentire: hic vero* male opinari, male dicere *significat, & ad* λόγον προφορικὸν *referri debet, non ad* ἐνδιάθετον, *nisi malis ad utrumque* &c.

vide ipsum. Idem Suetonius in Caligula c. 27 *Nec omnes* (ferro dissecuit) *gravibus ex caussis, verum male de munere suo opinatos.* Sane & *opinio* nonnunquam vituperatio est. Mamertinus Panegyrico Juliani cap. 4 *Et quum sancti Principis mores atque instituta falsarum opinionum licentiam submoverent.* Vbi vide Livineium & Acidalium.

¶ Ŏpīnātus, a, um, passive, vermeynt, verhofft. Cic. Tusc. 4 cap. 6 *Partes perturbationum volunt ex duobus opinatis bonis nasci, & ex duobus opinatis malis.* Arnob. lib. 1 *Irreligiose opinata.* ¶ *Opinatos* Ennius apud Gellium lib. 11 cap. 4 (ita enim legendum est) dixit, quos Euripides δοκοῦντας vocat. Sic ipse Gellius *opinatissimos auctores*, qui in magna existimatione & fama &c. vide Alciat. lib. 8 cap. 12.

¶ Ŏpīnatus, ûs, subst. die meynung, der wahn. Lucret. 4 v. 467

Pars horum maxima fallit
Propter opinatus animi, über falschen gedancken.

¶ Ŏpīnātio, ōnis, opinio, opinandi actus, die einbildung, bedünckung. Cicero 4 Tusc. c. 11 *Opinatio est, judicare se scire quod nesciat.* Valer. Maximus lib. 1 cap. 8 extern. 8 *Sophista ineptæ & mordacis opinationis.* Arnobius lib. 3 p. 103 *Tullius ingenue, constanter & libere, quid super tali opinatione sentiret, pietate cum majore monstravit.* Ineptas opiniones ethnicorum notat, quas de diis suis habuere.

¶ Ŏpīnātor, ōris, ein zweiffler. Cic. 4 Acad. cap. 20 *Ego vero ipse & magnus quidem sum opinator, (non enim sum sapiens,) & meas cogitationes sic dirigo*, &c.

¶ Ŏpīnato, adverb. nach bedünckung. Livius lib. 3 cap. 25 *Propius aliud novum malum, nec opinato, exortum.*

¶ Ŏpīnābĭlis, e, quod opinione concipi potest, glaublich, vermuthlich. Cic. lib. 1 de Divin. cap. 14 *Artes, quæ conjectura continentur & sunt opinabiles.* Et eodem cap. *Omnis opinabilis est divinatio: conjecturâ enim nititur.*

¶ Ŏpīnio, ōnis, der wahn, die gedancke, meynung. Terent. Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 3 *Concurrunt multæ opiniones.* Cic. ad Octavium: *Quantum te, popule Romane, de me fefellit opinio?* die gedancken haben gefehlet. *Opinione celerius venturus dicitur*, Cic. 14 fam. epist. 23, ehe denn man gedencket. Sic, *Opinione duci*, Cic. pro Muræna c. 30. *Opinione augurari*, ibidem cap. 31, seinen gedancken nachgehen. *Vt mea fert opinio*, Idem 6 in Verr. cap. 10, meiner meynung nach. *In opinionem mihi venit*, Corn. Nep. 25, 14, 6, es fällt mir ein. *In opinionem adducuntur*, sie gerathen auf den sinn, Idem 14, 6, 6. *Præter opinionem res ceciderat*, es war unverhofft so kommen, Idem 1, 2, 5. ¶ 2. Sed, *opinio magna hominum de aliquo*, Cic. 1 fam. epist. 7 est fama, existimatio. Sic Cæsar 7 de B. G. cap. 60 *Quæ civitas in Gallia maximam habet opinionem virtutis.* Sic Nepos 7, 7, 3 *Nimia opinio ingenii atque virtutis.* conf. 18, 13, 2. Publ. Mimus: *Bona opinio homini tutior pecuniâ est.* Sic, *optimæ opinionis viros* dixit Grajus JC. lege 7 Dig. Testam. quemadm. aperiantur. Hos & *opinatos* dici, modo percepimus. *Exit opinio*, es ist ein geschrey, ein gerücht auskommen, Suet. Nerone cap. 53, ubi Casaubonum vide. ¶ 3. *Opinio*, eine falsche einbildung, cum veritati vel rei veræ opponitur. Cic. in Læl. c. 26 *Ego autem non de virtute* (vera) *nunc loquor, sed de virtutis opinione.*

¶ Ŏpīniuncŭla, æ, ein kleiner wahn; ut, *Si profutura ea tibimet vel tenui opiniunculâ judicares*, Salvian. Massil. lib. 4 contra avar. pag. 156. *Diversas opiniunculas* etiam lego apud Radulf. Ardent. homil. in Evang. fest. Petri Apostol. p. 178.

¶ Ŏpīniōsus, a, um, abundans opinionibus, voller meynungen; ut, *Opiniosissimi homines*, apud Cicer. 4 Acad. cap. 47. Positivum habet Tertullianus lib. 4 adv. Marcion. cap. 35 *Si cui tam opiniosus videbitur.*

Composita:

¶ Adŏpīnor, ari, sich einbilden, muthmassen. Lucret. 4 v. 814

Deinde adopinamur de signis maxima parvis.

¶ Inŏpīnans, tis, participium sine verbo, seu nomen potius, der sich nicht versehen. Cæs. B. G. lib. 6 c. 29 *Multos in agris inopinantes deprehendit*, id est, non, vel nec-opinantes. Adde Livium 27 cap. 48.

¶ Inŏpīnanter, adverb. subito & præter exspectationem, plötzlich, unversehens. Sueton. Tiber. cap. 60 *inopinanter offerre alicui aliquid*: & Vet. Gloss. *Inopinanter*, ἀπροσδοκήτως.

¶ Inopinatus, a, um, quicquid accidit præter opinionem: ut, *Res nova, inopinata, improvisa, insperata, repentina*, unbedacht, unversehen. *Nova tibi hæc sunt & inopinata?* Cic. 4 in Verr. c. 8. Et ibidem c. 28 *cum hoc illi improvisum atque inopinatum accidisset.* Sueton. Galbâ cap. 10 *Repente ex inopinato prope cuncta turbata sunt.* ¶ Superlat. Augustinus lib. 7 de Trinitate cap. 1 *Ex quo conficitur inopinatissimus sensus.*

¶ Inopinăto, adverb. quasi, vere per ellipsin pro *ex inopinato*, præter opinionem, unverhofft. Livius lib. 26 cap. 6 *Cum inopinato in castra Romana Numidæ Hispanique cum elephantis irrupissent.*

¶ Inopinate, adverb. idem. Spon. Misc. Erud. Antiq. p. 203 INOPINATE DISIVNXIT AMICITIAM. conf. Ferret. Mus. Lapid. pag. 106.

¶ Inopinābĭlis, e, unvermuthlich, apud Gellium 11 cap. 18, & lib. 17 c. 9. Et Aurel. Victor in Diocletiano: *Quæ res post memoriam humanam nova & inopinabilis fuit.*

¶ Inŏpīnus, a, um, pro inopinatus apud poëtas, unvermuthet; ut, *Inopina quies*, Virg. 5 Æn. v. 857. *Inopina siccitas*, Plin. Paneg. c. 30. *Inopino turbine*, Silius 12 v. 185.

¶ Nĕcŏpīnus, a, um, idem quod *inopinus*, aliquoties Statius usus est: ut Thebaidos 6 v. 592 *brevemque fugam necopino fine reponunt.*
Ibidem v. 778 *& manibus necopinum interserit ictum.*
Et Silius 14 v. 189 *Et struit arcanâ necopina pericula curâ.*
Et Phædrus 1 fab. 8 *Ipsum accipiter necopinum rapit.*

¶ Nĕcŏpīnans, tis, idem. Phædrus 5 fab. 7 *Concidit casu gravi necopinans.* Lucret. 3 v. 973 *Necopinanti mors ad caput adstitit.* conf. lib. 5 v. 775 & 1319.

¶ Necopinanter, adverb. idem. Vet. Glossæ: *Necopinanter*, ἀπροσδοκήτως.

¶ Nĕcŏpīnātus, a, um, idem, ſæpe apud Livium, v.g. lib. 26 extr. *Necopinato adventu ac prope furto unius diei urbem interceptam.* Et lib. 27 cap. 33 extr. *in necopinatam fraudem lapſos eſſe.* Idem lib. 33 cap. 7 *ab necopinato viſu:* & lib. 39 cap. 49 *pro necopinato gaudio.* Quamquam enim dividi poſſunt *nec* & *opinatus:* tamen in accuratiſſimis etiam libris conjuncta leguntur.

¶ Necopinato, adverb. unverſehens. Livius lib. 7 cap. 17 *Caſtra quoque, necopinato aggreſſus, cepit.* Quod tamen etiam diviſum ſcribi poteſt, etiam adjectivum cum præpoſitione pro eo poni. Idem Livius lib. 4 cap. 27 *Vnde ex necopinato adverſum hoſtem invadat.*

ŎPĬPĂRVS, a, um, reichlich, herrlich, köſtlich, quaſi *ope paratum.* Plaut. Captiv. a. 4 ſc. 1 v. 2 *Maximas opimitates opiparasque offers mihi.* Idem Milit. a. 1 ſc. 2 v. 29 *vino, ornamentis opiparisque obſoniis.* Idem Perſ. a. 1 ſc. 1 v. 4 *Mihi reddidiſti res opiparas opera tua.* Et Perſ. a. 4 ſc. 4 v. 1 *Satin' Athenæ tibi viſæ fortunatæ atque opiparæ.*

¶ ŏpĭpăris, e, alia forma, unde *opipares cibi*, apud Apulejum lib. 2 Mileſ. p. 123 ed. Elmenh. & 33 ed. Pricæi. Vterque enim ita expreſſerunt.

¶ ŏpĭpăre, adverb. idem. Cic. ad Attic. lib. 13 extr. *Edit & bibit jucunde, opipare & apparate.* Idem de Off. lib. 3 cap. 14 *opipare apparatum convivium.* Senec. de morte Claudii, *boletus opipare conditus.* Et Plaut. Bacch. a. 3 ſc. 1 v. 6 *Omnis ad perniciem inſtructa domus opime atque opipare.*

ŎPIS, opem, ope, ſingul. defectivum, hülffe. *Ops* autem, quem nominativum faciunt, Deæ nomen eſt, de quo poſtea ſeorſim. Sic, *Ferre, afferre alicui opem*, Cicer. 4 fam. epiſt. 1, & Ovid. 8 Met. v. 601, einem helffen. Terent. in Heaut. a. 3 ſc. 3 v. 31 *Quantum Dii dant tibi opis*, ſo viel dir GOtt hilfft. *Opem alicujus implorare*, Ovid. 8 Met. v. 269. Et Nepos Cimone: *Semper eum pediſſequi cum nummis ſunt ſecuti, ut, ſi quis opis ejus indigeret, haberet, quod ſtatim daret*, wenn iemand ſeiner hülffe bedürffte. Sed & plurale, *opes*, ita uſurpatur, de quo infra. Dicitur ab *Ope* Dea, quæ terra eſt: ea enim omnia hominibus tribuit. ¶ Interdum vim notat, krafft, vermögen; ut apud Salluſt. princ. Ca[illegible] *Summa ope niti decet*, id eſt, viribus ſummis. vide mox plura.

¶ [illegible] um, plural. divitiæ, güther, reichthum; ut, *Homo præditus magnis opibus*, Cicer. pro Cluent. cap. 55, reich, groſſen vermögens. *Con[illegible] opibus & copiis poteſtatem aliquam*, Idem de Leg. Agrar. 2 cap. 13. *Opes alicujus evertere*, Virg. 2 Æn. v. 603, einen ruiniren. *Opibus mores tradere*: vide *Tradere*, in *Do.* Senec. in Hercul. Fur. v. 166 *Ac nullo fine beatas componit opes.* Horat. lib. 1 epiſt. 18 v. 29 *Stultitiam patiuntur opes.* Ovid. Met. 1 v. 140 *Effodiuntur opes*, &c. Significat autem quid majus divitiis, quæ pecuniâ maxime cenſentur. *Opes* autem & poſſeſſiones ſignificant & de rebus terreſtribus dicuntur. ¶ 2. *Summis opibus*, i. e. ſummopere, omni conatu, omnibus viribus, dixit Plaut. Moſtell. a. 2 ineunte. Ita Ennius:

Summa contendere opum vi.

Ergo non ſemper *opes* divitiæ, ut grammatici cenſent. Sane & pro *ope* ſive *auxilio* non raro *opes* dicuntur. Nepos Iphicrate cap. 3 *Eurydice, mater Perdiccæ & Philippi, cum his duobus pueris, Amynta mortuo, ad Iphicratem confugit, ejusque opibus defenſa eſt.* Item Timoleonte cap. 2 *Vtrorumque Dionyſiorum opibus Corinthii ſæpe adjuti fuerant.* Horatius lib. 3 od. 3 v. 26 *nec Priami domus*
Perjura pugnaces Achivos
Hectoreis opibus refringit.

Item lib. 1 epiſt. 10 v. 34

Cervus equum pugnâ melior communibus herbis
Pellebat, donec minor in certamine longo
Imploravit opes hominis frenumque recepit.

¶ 3. Quin & magnam vim potentiamque *opes* ſignificant, macht, herrſchafft. Vetus poëta apud Ciceronem 1 Tuſc. cap. 35 *Stante ope Barbaricâ*, i. e. imperio Phrygum. Claudianus de 4 Conſul. Honorii v. 42

margine cæli Clauſit opes,

i. e. imperium. Corn. Nepos Miltiade cap. 5 n. 5 *Nulla unquam tam exigua manus tantas opes proſtravit*, eine ſo groſſe macht. *Opes* enim ibi exercitus copiæ ſunt. Ita idem Conone cap. 4 n. 3 *Nam ducem fortem & prudentem regiis opibus præfuturum, ac ſecum dimicaturum videbant, quem neque conſilio neque copiis ſuperare poſſent.* ¶ 4. *Opes* etiam locus Romæ in foro Trojani, ubi pecuniæ deponi ſolitæ. Juvenalis ſat. 10 v. 23 *Prima fere vota, & cunctis notiſſima templis*
Divitiæ, creſcant ut opes, & maxima toto
Noſtra ſit arca foro.

Ad quem locum vetus Schol. *Vsque*, inquit, *ad Cerealem præfectum, in foro Trajani arcas habuerunt ſenatores, in quibus argentum aut pecunias intus deponebant. Propterea & locus ipſe, in quo erant arcæ poſitæ*, OPES *dictæ* &c.

¶ ŏpŭlentus, a, um, opibus abundans, dives, reich, vermögend; ut, *Regia opulenta*, Catull. Carm. 65 v. 43. *Provincia pecuniæ opulenta*, Tacitus 2 Hiſtor. cap. 6 n. 6. Et, *Opulentior Arabum theſauris*, Horat. 3 od. 24 pr. *Pars provinciæ agro virisque opulentior*, Salluſt. Jugurth. cap. 16. *Opulentiſſimi in terris populi*, Livius lib. 23 cap. 33. Et, *Rex Aſiæ opulen[illegible]ſſimus, Crœſus*, Cicer. de Divinat. lib. 2 cap. 56. *Civitas opulentiſſima*, Idem 3 Nat. Deor. cap. 33. Plautus in Aulul. a. 3 ſc. 4 v. 2 *Facinus audax incipit, qui cum opulento pauper cœpit rem habere aut negotium.* Propriè *Opulenti* dicuntur, qui rebus terreſtribus copioſi, ut auctor eſt Feſtus in *Opis.*

¶ ŏpŭlens, tis, veteres etiam dixerunt: ut *Gracilens* & *Gracilentus*: *Violens* & *Violentus.* Salluſtius Jugurthâ cap. 69 *Civitas magna, & opulens.* Apulej. Metam. 10 *Matrona quædam pollens & opulens.* Nepos 12, 3, 3 *Opulentium fortuna.* conf. Plaut. Curc. a. 2 ſc. 3 v. 5. Ambroſius oratione de obitu fratris: *Neque ut opulens exultavit in divitiis.* Auſonius Idyll. 2 v. 7

Non opulens, nec egens: parcus ſine ſordibus egi.

Idem in Profeſſ. Burdig. epigr. 19 v. 5

Illic conjugium natique opulensque ſenectus.

¶ ŏpŭlentia, æ, das reichthum; ut, *Opulentiam ex aliorum ſanguine & miſeriis parare*, Salluſtius in Cic. cap. 2. Et verus Salluſtius Catilin. cap. 6 *Invidia ex opulentia orta eſt.* Lactantius de Ira cap. ult. *Opulentia libidinum incitatrix.* Nepos 5, 2, 5 *Opulentiâ fretus.* Plural. Plautus Bacch. a. 3 ſc. 4 v. 22 *Antequam illa meis opulentiis fiat gravior.*

¶ ŏpŭlentĭtas, ātis, idem. Plaut. Milit. a. 4 ſc. 4 v. 35 *Quaſi ejus opulentitatem verearis.*

¶ Opulenter, adverb. reichlich; ut, *Se opulenter colere*, ſich gütlich thun, wohl warten: Salluſtius oratione Marii B. Jug. cap. 85 *Neque milites arcte colam; me opulenter.* Livius lib. 1 cap. 35 *Tarquinius ludos opulentius inſtructiusque, quam priores reges, fecit.*

¶ Opŭlento, are, opulentum facere, bereichern. Horatius lib. 1 epiſt. 16 princ. *Fundus meus, optime Quincti,*
Arvo paſcat herum, an baccis opulentet olivæ.

Vide ibi Torrentium. Et Sidonius lib. 9 epiſt. 13 in Anacreonteo ſubnexo: *Opulentet ut meraco*
Bibulum colore vellus.

¶ ŏpŭleſco, ĕre, pro *opulentum fieri*, reich werden: Furius poëta vetus apud Gellium lib. 18 cap. 11 *In patriis opuleſcere campis.*

¶ ŏpĭfer, a, um, opem ferens, hülffreich. Plin. 11 cap. 37 *In dedicanda æde opiferæ*, ſcil. *Deæ.* Ovid. Met. 15 v. 653 de Æſculapio:

Cum Deus in ſomnis opifer conſiſtere viſus.

¶ ŏpĭgĕna, æ, Junonis cognomen apud Feſtum & Martian. Capellam lib. 1, quod ferat opem in partu laborantibus.

¶ Opĭtŭlor, atus ſum, ari, opem ferre, helffen, zu hülffe kommen; ab *ope* & *tollendo*, cujus præteritum eſt *tuli.* Cic. Off. 1 cap. 43 *Patriæ ſubvenire opitularique.* Idem 4 fam. epiſt. 13 *Sontibus opitulari poteram.* Idem pro Roſc. Amer. cap. 10 *Mulier hoſpiti oppreſſo jam, deſperatoque ab omnibus, opitulata eſt.* Et de Invent. 2 cap. 1 *Præceptores permultum ad dicendum opitulati ſunt.* Cornelia apud Nepot. Fragm. 12 n. 5 *Ne id quidem tam breve ſpatium poteſt opitulari, quin & mihi adverſeris.* Plaut. Milit. a. 3 ſc. 1 v. 26 *Ire amanti opitulatum.*

¶ Sed *Opitulo* Livius Andr. apud Nonium cap. 7 n. 61 *Da mihi haſce opes, quas peto, quas precor; corrige, opitula.* Hinc paſſive apud Sariſb. epiſt. 268 *Naufragi poterunt & volent opitulari.*

¶ ŏpĭtŭlātus, ûs, ſubſt. die hülffe. Fulgent. Mythol. 3 *Ejus opitulatu cuncta germinum adoleſcit nativitas.*

¶ Opitulatio, ōnis, idem. Vlpian. Lege 1 Dig. de minor. vigintiq. ann. *Prætor pollicitus eſt adverſus captiones opitulationem.* Arnobius lib. 4 p. 129 *gratioſis opitulationibus præſto eſſe.*

¶ Opitŭlus, i; &, quod idem eſt,

¶ Opitulator, ōris, ein helffer. Ita Jupiter dictus eſt quaſi *opis lator*, apud Feſtum.

¶ Inops, inŏpis, pauper, egens, omnium ope deſtitutus, arm, dürfftig, hülffloß; ut, *Tam inops ego eram ab amicis*, Cicer. pro Domo cap. 22. *Non inops verbis*, Idem de Clar. Orat. cap. 70. Et, *Inops humanitatis & inurbanus*, de Orat. 2 cap. 10. *Inops auxilii*, Livius lib. 3 cap. 7. Et, *conſilii*, Idem 26 cap. 18, ohne rath. *Inops mentis*, Ovid. 2 Metam. v. 200. *Inops animus*, infacundus: Horat. lib. 1 ſat. 4 v. 17

Dii benefecerunt, inopis me, quodque puſilli
Finxerunt animi, raro & perpauca loquentis.

Inops criminum, Auctor de cauſſis corruptæ eloquentiæ cap. 12. Ovid. Met. 14 fab. 9 v. 429 *viderunt inopem ſomnique cibique.*

¶ Inŏpia, æ, contrarium copiæ, egeſtas, fames, mangel, dürfftigkeit; ut, *Inopia frumenti*, Cæſar 3 B. Gall. cap. 7. *Cibariorum*, ibidem c. 18. *Frugum*, Cic. pro Domo cap. 7. *Rei frumentariæ*, ibidem cap. 3. Publius: *Inſtructa inopia eſt in divitiis cupiditas.*

¶ Inŏpiōſus, a, um, pro Inops, apud Plautum eſt Pœnulo a. 1 ſc. 1 v. 2, ubi *Res dubias, egenas, inopioſas conſilii* dixit.

ŌPIS, is, Nympha, comes & miniſtra Dianæ. Virg. Æn. 11 v. 836

At Triviæ cuſtos jamdudum in montibus Opis.

conf. ibid. v. 532 & 867. Claudian. de Laud. Stilic. 3 v. 254. Macrob. Saturn. 3 cap. 6.

ŎPISTHŎGRĂPHVS, a, um, ὀπισθόγραφος, utrâque paginâ ſcriptus, auf allen ſeiten vollgeſchrieben, paginâ nimirum averſa & adverſa, ab ὄπισθεν, *retro*, & γράφω, *ſcribo.* In hac ſignificatione nomen hoc apud Plin. legitur lib. 3 epiſt. 5 n. 17; quidam etiam pro ejusmodi ſcripto accipiunt, quod legi poſtea non poſſit, niſi denuo deſcriptum. Rectiſſime autem *Opiſthographum*, ὀπισθόγραφον, dicitur, quod in chartam deletitiam perſcriptum eſt, & in novam poſtea deſcribitur. *Adverſaria* dixit Cicero, quia adverſantur opponunturque chartæ novæ, ut pro Roſc. Comœdo cap. 2 *Præſcriptionem & litterarum ſuarum adverſaria proferre.* Et rurſus: ὀπισθόγραφα dicuntur, *quæ in chartam novam relata ſunt.* Vide Joſeph. Scalig. Animadverſ. in Guillandini Commentar. de Papyro.

ŎPISTHŎTŎNVS, i, ὀπισθότονος, morbus, cum rigidi nervi corpus totum in poſteriorem partem flectunt, wenn man gar hintenaus ſtarret. Plin. lib. 28 cap. 12 *Dolorem inflexibilem, (opiſthotonum vocant).* &c. Adde lib. 20 cap. 21, & lib. 24 cap. 12. Quo vitio & deformitate laborans, dicitur *Opiſthotonicus* apud Plin. lib. 20 cap. 18. Vitium contrarium, *Emproſthotonus*, dicitur, ἐμπροσθότονος, cum rigidi nervi in partem anteriorem propendent, wenn der hals und das haupt vor ſich ſtarret, ab ἔμπροσθεν & τείνομαι, in anterius diſtendor. *Tetani* ſunt duæ ſpecies.

Opiter, vide infra *Pater.*

ŎPĬTERGIVM, i, oppidum Venetorum, nunc *Oderzo.*

¶ Opitergīnus, a, um, gentile nomen: & *Opitergini*, incolæ, de quorum rate in civili Cæſaris bello Florus lib. 4 cap. 2 n. 33 conſulatur. Quintil. 3 cap. 8 *Ratis Opitergina.* Et Lucanus lib. 4 v. 462

Hîc Opiterginis moles onerata colonis Conſtitit.

Opitulatio, opitulor, opitulus, &c. vide paullo ante *Opis.*

ŎPIVM, i, ὄπιον, ſuccus papaveris, mahn= oder magſaamen milch oder ſafft, Plin. 20 cap. 17.

Opobalſamum, vide ſupra *Balſamum.*

OPOCARPĂTHON, i, ὀποκάρπαθον, ſuccus carpathi, quem inter venena connumerat Plinius 28 cap. 10.

OPOPĂNAX, ăcis, ὀποπάναξ, ſuccus herbæ panacis, heilwurtz=ſafft.

Succos

Succos enim Græci omnes ὀπὸς vocant. Ille omnes morbos sanare dicitur, Plin. 20 cap. 24.

OPŎRĬCE, es, ὀπωρικὴ, medicamentum nobile, Plin. 4 cap. 14.

OPŎRĪNUS, i, ὀπωρινὸς, idem quod autumnalis. Martial. 9 epigr. 13
Si daret autumnus mihi nomen, oporinus essem.

OPŌRŎTHECA, æ, ὀπωροθήκη, locus in quo fructus autumnales asservantur, ein obst-keller, Varroni lib. 1 de R. R. cap. 59; ὀπώρη enim *autumnus.*

Oportet, Oportunus, &c. vide *Opera, Opportunus* sub *Portus.*

Oppango, Oppecto, Oppedo, Opperior, Oppessulatus, Oppeto, Oppexus, vide *Pango, Pecto, Pedo, Pario, ēre, Pessulus, Peto, Pecto.*

OPPIĀNUS, i, Ὀππιανὸς, poëta Cilix fuit, scripsit Halieutica, hoc est, de piscibus & piscatione libros quinque. Quatuor item de Venatione, qui exstant. *Halieutica* tanti fecisse legitur Severus Imperator, ut pro quolibet carmine aureum ei dono dederit nummūm. Suidas.

Oppico, are, vide infra *Pix.*

OPPĬDUM, i, (quod & opidum scribunt, derivant enim ab *ope* vel *opibus* grammatici,) omnis urbs præter Romam. *Oppidum frequens,* eine volle oder volckreiche stadt. *Oppida florentissima,* Serv. Sulpic. ad Cic. lib. 4 epist. 5. *Oppidum constituere,* Cæsar 1 B. Civil. cap. 15, eine stadt anrichten, bauen. *Oppidum muro munire,* befestigen; Plaut. in Persa a. 4 sc. 4 *Id quod vidisti, ut munitum muro tibi visum est oppidum?* ¶ 2. Scaliger in Appendice Conjectan. notat, quotiescunque Romani historici *oppidi* mentionem faciunt, nihilque præterea addunt, non dubium esse, antiquam Romam intelligi, quam quadratam Ennius vocat. vid. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 178. Nepos Athenas *oppidum* absolute in Miltiade, nec non Themistocle extremo, & *Thebas* in Pelopida appellat. ¶ 3. Quamquam *urbem* & *oppidum* ita solent vulgo distinguere grammatici, ut urbs aliquid nobilius atque præstantius sit oppido: tamen hæc duo vocabula sæpe reperies usurpata promiscue; quomodo Corn. Nepos in eadem re jam *urbis* vocabulo, jam *oppidi* utitur, ut Miltiad. cap. 3 *Quibus singulis ipsarum urbium perpetua dederat imperia. Sic enim putavit, facillime se græcâ linguâ loquentes, qui Asiam incolerent, sub sua retenturum potestate, si amicis suis oppida tuenda tradidisset.* Et cap. 7 *Copias e navibus eduxit,* urbem *operibus clausit.* Et mox: *cum jam in eo esset, ut* oppido *potiretur.* ¶ 4. Sæpe vocabulum universale *oppidum* adjicitur singularibus seu individuis: ut, *Oppidum Amphipolim constituit,* apud Nepot. Cimone c. 2 n. 2. *In oppido Citio est mortuus,* ibid. cap. 3 extremo. ¶ 5. Festus etiam auctor est, *oppidum* dictum esse locum in circo, unde quadrigæ emitterentur.

¶ Oppĭdŭlum, i, diminut. ein städtlein. Cic. lib. 10 ad Attic. epist. 7 *Melitæ aut alio in loco simili oppidulo.*

¶ Oppĭdānus, a, um, städtisch; ut, *Senex quidam oppidanus,* Cic. lib. 2 de Orat. cap. 59. *Jus oppidanum,* Idem pro Plancio cap. 12. Substant. *Oppidani,* incolæ, stadtvolck, stadtleute. Cæsar 2 B. Gall. c. 33 *Milites oppido excedere jussit, ne quam noctu oppidani a militibus injuriam acciperent.* Atque sic sæpe alibi.

¶ Oppĭdāneus, a, um, idem. Theod. Cod. lib. 12 tit. 1 *Vinculo incolatus oppidanea necessitas eum detinet obligatum.* Ibid. *Obsequiis oppidaneis mancipari.*

¶ Oppĭdātim, adverb. per singula vel varia oppida, durch alle städte, von einer stadt zur andern. Sueton. Aug. cap. 59 *Provinciarum pleræque ludos quinquennales pæne oppidatim constituerunt.* Et in Galba cap. 18 *cum oppidatim victimæ cæderentur.*

¶ Oppĭdò, adverb. significat *valde, omnino,* sehr, allerdings. Terent. in Heaut. a. 4 sc. 4 v. 12 *Dic, me hic oppidò esse invitam atque servari,* daß ich sehr ungern hie sey. Plaut. Amph. a. 1 sc. 1 v. 143 *Oppido interii.* Ammian. lib. 16 cap. 11 *oppido pauci,* quod etiam Apulejus dixit principio libri de Mundo. Rursus Plautus Mostell. a. 1 sc. 2 v. 56 *Illico oppidoque venit ignavia.* Cic. de Fin. 3 cap. 10 *Definitiones paullum oppidò inter se differunt,* gar wenig.

¶ Inoppidātus, a, um, oppido carens, ein landmann, der ausser der stadt ist. Gloss. lat. gr. *Inoppidata,* ἀοίκητα, ἄλιμενα. Sidon. 5 epist. 13 *Singulos sparsos inoppidatos nunc inauditis indictionum generibus exhaurit.*

Oppignero, &c. Oppīlo, &c. vide *Pignus, Pilo.*

OPPIUS, i, historicus Romanus, cui prænomen fuit Cajo. ¶ 2. Alius *Oppius Chares* grammaticus. De utroque vide Vossium lib. 1 de Histor. Lat. cap. 13 p. 67 & 68, e Sueton. cap. 56 Jul. & cap. 13 de Illustr. Grammat. &c. ¶ 3. *Oppius* mons, Varr. de L. L. 4 cap. 8.

Oppleo, oppletus, Opploro, Oppono, Opportunus, Oppositus, &c. Oppressus, opprimo, &c. Opprobrium, opprobro, &c. Oppugno, &c. Oppuvio, vide *Pleo, Ploro, Pono, Portus, Pono, Premo, Probrum, Pugna, Pavio.*

OPS, ŏpis, soror & uxor Saturni, quæ & Rhea, & Cybele, & mater Deûm. *Ædes Opis,* Cic. 1 Philippica cap. 7. Est autem nihil aliud, quam terra, quæ Græcis στὶς: unde *Opis* Latinorum, ut in Conjectan. docet Scalig. Terra vero *Ops* vocata, *quia hic omne opus, & hac opus ad vivendum* &c. ut Varro ait, de L. L. 4. cap. 10. conf. Macrobii Saturn. 1 cap. 10.

¶ ŏpălis, e, i. e. Deæ Opi dicatus. Auson. eclog. de Fer. Rom. v. 15 *Vis & Opale sacrum.* Plinius 19 cap. 6 absolute *Opalia* vocat festa, in honorem Opis mense decembri paucis diebus ante Saturnalia celebrata.

Opsonium, quære supra *Obsonium.*

Optabilis, optatus, &c. vide mox *Opto.*

OPTĬCA, æ, vel Optice, es, ὀπτικὴ, est scientia de quantitate lucis & tenebrarum, die perspectiv- oder sehe-kunst. vid. Voss. de Scient. Mathem. p. 98, & Bald. Lex. Vitruv. p. 77.

¶ Optĭcus, a, um, ὀπτικὸς, zum sehen gehörig; ut, *tubus opticus,* ein perspectiv, fernglaß. *Nervi optici,* die gesichts-sehnen, apud Mathematic. & Phys.

¶ Dioptĭce, es, διοπτικὴ, est scientia distantias rerum per instrumenta investigans. vid. Cœl. Rhodig. 12 cap. 9, & supra *Dioptra* in *D.*

¶ Epopta, Epopticus, vide supra in *E.*

Optimas, optimus, optio, &c. vide in sequenti *Opto.*

OPTO, avi, atum, are, cupere, desiderare, habere in votis, wünschen, begehren; ut, *Optare & expetere fortunam,* Cicer. in Pison. cap. 14. *Optat ephippia bos piger,* &c. Horat. lib. 1 epist. 14 v. 43. ¶ 2. Est & eligere, wehlen. Virg. lib. 1 Æn. v. 425 *Pars optare locum tecto.* Super quo Scaliger lib. 4 Poët. cap. 16 *Legunt* aptare *ex antiquis exemplaribus, sed inepte. Est enim militare verbum* optio. *Cum locus peteretur a principe, dicebatur* OPTARI. *Sic in* Æneid. 3 v. 109 *Optavitque locum regno* &c. Ad quem locum Cerda f. 289 *Hæc vox pro,* elegit, *usurpata multis, & fortasse nullum verbum in Declamationibus Quintiliani frequentius. Inde Optio, quæ Græcis* αἵρεσις. *Ad simplicus significationem alludunt, coopto, & adopto.* Referemus nos huc & Terentii locum in Eunuch. a. 5 sc. ult. *Quodvis donum & præmium a me optato, id optatum feres,* liese dir nur aus, und wehle, was du wilst. Ubi Donatus: *Dictum militariter. Nam & OPTIO dicitur, & OPTARI a militibus, ut alibi: VIR FORTIS OPTET QUOD VOLET PRAEMIUM.* Et sane est hæc propria hujus verbi notio. Secundariò vero est εὔχεσθαι. Omne enim votum electio præcedit. ¶ 3. Petere, bitten und begehren. Plin. lib. 10 epist. 20 *Quum patronum me provinciales optassent contra Marium Priscum;* ubi Buchnerum vide n. 623. Apulejus lib. Florid. de Cratete: *Adeo is cupiebatur, ut virgo nobilis, spretis junioribus ac ditioribus procis, ultro eum sibi optaverit.*

¶ Optātus, a, um, gewünscht, erwünscht; ut, *Optatam metam cursu contingere,* Horat. Art. Poët. v. 412. *Optatis epulis interesse,* Idem 4 od. 8 v. 29. *Optata hostia, i. e. optima,* apud Festum. Et, *Mibi nibil fuit optatius,* Cic. 9 ad Attic. epist. 15. Et lib. 2 ad famil. extremo: *Mihi quæstor optatior obtingere nemo potuit.* Ibidem principio epist. ultimæ: *Cum optatissimum nuntium accepissem.* Et ad Qu. fratr. lib. 2 epist. 7 *frater optatissime.*

¶ Optātum, i, quasi substantivum, der wunsch; ut, *Optata loquere,* tröste besser, Terent. Heaut. a. 3 sc. 3 v. 50. *Respondet optatis meis fortuna,* Cicer. 2 fam. epist. 1. *Dii tibi omnes, oro, omnia optata semper offerant,* Terent. Adelph. a. 5 sc. 9 v. 21, GOtt gebe dir, [illegible] dein hertz begehret. Cicer. ad Cœl. 2 fam. epist. 13 *Cur mibi non [illegible] optatis sit complecti hominem?* warum solte ich es nicht wünschen?

¶ Optāto, adverb. gewünscht, nach wunsch; ut, *optato adveni*s, Ter. Andr. a. 3 sc. 3 pr. Et, *Nisi quid te impediet, mibi optato veneris,* du wirst ein angenehmer gast seyn, Cic. ad Attic. 13 epist. 28 extr.

¶ Optātio, ōnis, der wunsch, die wehlung. Cic. Off. 3 c. 25 *Theseo cum tres optationes Neptunus dedisset, optavit interitum Hippolyti.*

¶ Optābĭlis, e, expetendus, wünschens werth. Cic. 1 de Orat. cap. 51 *Quæ vulgo expetenda atque optabilia videntur.* Comparat. *Optabilior vita,* Idem lib. 4 de Fin. cap. 23. *Vox generosior, quam optabilior,* Valer. Max. lib. 6 cap. 4 extern. 4.

¶ Optabiliter, adverb. cum desiderio, optatò, nach wunsch. Cicer. Tusc. 1 cap. 40 *Quam optabiliter iter illud ineundum est.* Sed ex MSS. aliter hodie legunt. Comparativus apud Valer. Maximum est lib. 5 cap. 1 extrem. *Ut optabilius in patria, ita speciosius pro patria* &c.

¶ Optātīvus, a, um, wünschend; ut, *Modus optativus, per quem optamus aliquid agere: ut, utinam legerem,* Isidor. Orig. 1 cap. 8.

¶ Optĭmus, a, um, contracte ex optatissimus, der beste, erwünschte, erwehlteste. Cicer. de Orat. lib. 1 cap. 33 *Stylus optimus & præstantissimus dicendi magister est,* übung im schreiben ist der beste meister zur beredsamkeit. *Optimus quisque ita loquebatur,* Idem in Verr. 2 cap. 8, alle aufrichtige ehrliche leute. Seneca epist. 108 *In ætate nostra quod est optimum, primum est.* Virg. Georg. 3 v. 66
Optima quæque dies miseris mortalibus ævi
Prima fugit, subeunt morbi tristisque senectus,
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.

Ovidius lib. 2 Amorum eleg. 6 v. 39 de Psittaco:
Optima prima fere manibus rapiuntur avaris;
Implentur numeris deteriora suis.

Plautus Trinummo a. 2 sc. 4 v. 84 seq. *Semper cogites, id optimum esse, tute ut sis optimus: Si id nequeas, saltim ut optimis sis proximus.* Cic. lib. 1 ad Quintum fratr. epist. 1 *Ut quisque est vir optimus, ita difficillime esse alios improbos suspicatur,* je frömmer einer ist, je weniger versiehet er sich zu andern etwas böses. ¶ 2. *Optimus, Maximus,* DEI cognomen est; qui *Optimus* propter bonitatem summam: *Maximus* propter vim, & infinitam potestatem. Et prius quidem *Optimus,* deinde *Maximus* appellatus est; quia *maius est, certe gratius, prodesse omnibus, quam opes maximas habere,* ut Cicer. lib. 2 de Nat. Deorum cap. 25 interpretatur. vide eumd. & lib. 3 cap. 36. *Optimi* etiam Trajano cognomen a senatu additum, ut Octaviano *Augusti.* vide Plinium Panegyrico Trajani cap. 88 n. 8. ¶ 3. Idem adpellationis honor & imperatoribus datus est. Papinianus L. *Jurisperitos* 30 D. de Excusat. tut. *Jurisperitos, qui tutelam gerere cœperunt, in consilium principum assumtos, optimi maximique principes nostri constituerunt excusandos.* ¶ 4. *Optimus maximus* de fundo etiam, agro, domo, aliis apud JCtos dicitur. Ita autem dicitur fundus, qui liber ab omni servitute est. vide L. 126 & L. 169 D. de Verb. Signif. Inscriptio vetus: HI HORTI ITA UTI OPT. MAXIMIQUE S[illegible]NT CINERIBUS SERVIANT MEIS. Alia: VINEAM CHALCIDIANAM CUM PARTE FUNDI POMPEIANI, EA UTI OPT. MAXIMAQUE SUNT &c.

¶ Optĭme, adverb. aufs beste. Cicer. lib. 2 de Orat. cap. 20 *Humanitatis est, vel non facere, quod non optime possis, vel facere, quod non pessime facias.* Et lib. 1 de Orat. cap. 26 *Mihi quique optime dicunt, tamen nisi timide ad dicendum accedunt, pæne impudentes videntur. Optime,* sehr gut, formula vel annuentis vel comminantis, Plaut. Casin. a. 5 sc. 2 v. 44, & Bacch. a. 3 sc. 4 v. 3, & a. 4 sc. 6 v. 13.

¶ Optĭmas, ātis, com. gen. der fürnehmste. Cicer. pro Sext. cap. 25 *Qui ita se gerebant, ut sua consilia optimo cuique probarentur, optimates habebantur.* Idem 7 fam. epist. 6 *Matronæ opulentæ, optimates,* reiche, fürnehme frauen. Cœlius Ciceroni sub epist. ad Att. 9 lib. 10 *Vide, ne, dum pudet te parum optimatem esse, parum diligenter, quod* optimum

optimum sit, eligas. Nepos 19, 3, 1 *Factionum una populi caussam agebat, altera optimatum,* i. e. nobilium. Conf. ibid. 7, 5, 3.

¶ Optio, ōnis, electio, die wahl, köhr. *Optio est optatio*, inquit Festus. *Dare, permittere optionem*, die wahl geben: Cic. pro Cæcin. cap. 23 *Si mihi optio detur, utrùm malim defendere* &c. Idem lib. 1 de Finib. cap. 10 *Soluta nobis est eligendi optio.* Idem de Fato cap. 2 *Optio sit tua*, habe du die köhr. ¶ 2. Est & militare vocabulum *Optio*, ut supra dicebamus; quo designabatur is, qui antiquis *accensus* dicebatur, qui dabatur centurioni adjutor a Tribuno, ut Festus docet. Hinc *Optio* dicitur pro eo, qui alteri quamcunque vicariam operam præstat. Vide Parei Lex. Crit. p. 863. Godeschalc. Stewechium Commentar. ad Vegetium lib. 2 cap. 7. Sigonium de antiquo Jure provinç. p. 139. Cujac. lib. 6 Observat. cap. 33, & Langlæum Otii semestris p. 312. * *Optiones* quoque erant signiferorum. Antiqua Inscriptio: DEAE. NEMESI. AVRELIVS. OPTIO. SIGN. LEG. XIII. GEM. &c. apud Grut. p. 804. vide aliam p. 43 n. 9; sed mendis scatet; versu tamen 13 apte habet OPTIO SIGNIF. vide & p. 445 n. 10, & p. 558 n. 7. Lipsius de Milit. Rom. 2 dial. 7. Erant & *Suboptiones*, Gruter. p. 529 n. 8. Vltima verba sic sunt explicanda: *Si quis hanc aream posuerit extra fundum suprascripti suboptionis Aurelii, dabit fisco centum.* Grævius. Posterior ætas diverso paullum sensu *optiones* vocat, qui velut custodes quidam, arbitri & inspectores; Plutarchus διοπτῆρας nominat. Vide Lips. ad lib. 1 Annal. Tacit. p. 12. * *Optio carceris* in antiquis Inscriptionibus est, quibus damnatorum cura committitur; Scalig. ad Manil. 5 p. 462. vide & Reinesium in Inscript. antiqu. p. 12, ubi de variis optionibus. *Grævius.*

¶ Optiōnātus, ûs, officium optionis militaris, ut decurionatus. vid. Fest. ubi & Cato: *Parare bonis atque strenuis optionatus.*

¶ Optīvus, a, um, erwehlt. Horat. 2 epist. 2 v. 101 *Optivo cognomine crescit.*

Composita:

¶ Adopto, āre, eligere, adsciscere, erwehlen: ut, *Adoptare sibi patronum, defensorem*, Cicer. Divin. in Verr. cap. 16 extr. *Adoptare filium*, est, in suam familiam, & in locum adeo filii assumere alienum filium, einen an kindes statt erwehlen. *Adoptare ab aliquo filium:* ut, *Scipionis filius, is, qui hunc minorem Scipionem a Paulo adoptavit*, Cicer. de Claris Orat. cap. 19.

¶ Adoptātus, a, um, erwünscht; item, angenommen an kindes statt: ut, *Adoptatus Agrippa*, Vellej. 2, 104, 1. Quin *Adoptare* fuerit simpliciter pro *Optare*, non sinit nos dubitare Ciceronis locus lib. 16 fam. epist. 21 ineunte: *quorum mihi fuit adventus adoptatissimus.* Ita meliores omnes libri, præsertim Palatini codices. Ritum adoptandi graphice & eleganter describit Henr. Noris in Cenotaph. Pisan. pag. 85.

¶ Adoptio, ōnis, die erwehlung an kindes statt. *Dare in adoptionem alicui filium*, Quintil. lib. 3 cap. 6. Et Plin. 5 epist. 8 *Avunculus meus, idemque per adoptionem pater.* Proprie autem *Adoptio* de iis dicebatur, quorum patres adhuc viverent: nam *arrogatio* dicebatur, cum adoptarentur, qui parentum suorum morte patresfamilias effecti essent. Et fiebat *adoptio* privatim: *arrogatio* publice. vide Torrent. ad Sueton. Aug. cap. 64, itemque Chr. Coler. Parerg. cap. 7.

¶ Adoptātio, ōnis, idem, apud Gellium lib. 5 cap. 19. Sic & Plin. Paneg. cap. 5 n. 1 *Quem pax & adoptatio & tandem exorata terris numina dedissent.* conf. Borrich. Cogit. p. 39.

¶ Adoptātītius, a, um, angenommen an kindes statt. Plaut. Pœn. a. 5 sc. 2 v. 100 *Demarcho ipse fuit adoptatitius.* conf. ibid. v. 85. Item, ex adoptato filio natus, Festus. Talem Isidori Glossæ *Adoptarium* vocant.

¶ Adoptīvus, a, um, idem. Gellius lib. 5 cap. 19 pro se & ex Scipionis oratione de filio adoptato. Cicer. pro Domo c. 13 *Amissis sacris paternis in hæc adoptiva venisti.*

¶ Adoptātor, ōris, der einen vor sohn annimmt. Gellius lib. 5 cap. 19 *pater adoptator.*

¶ Redadopto, are, iterum adoptare. Lege 41 Dig. de Adoption. *quem denuo redadoptavit.*

¶ Coopto, are, eligere inter pares duos, wehlen und annehmen: ut, *Milites cooptant, quem volunt ducem:* vide Vallam. *Cooptare in collegium & ordinem*, Cicer. pro Cœl. cap. 2. *In vacuum locum cooptari*, Livius lib. 5 cap. 10. ¶ Videtur hoc verbum proprie de sacerdotibus usurpatum. Suetonius Claudio cap. 22 *In cooptandis in collegia sacerdotibus, neminem, nisi juratus, nominavit.* Item Nerone cap. 2 *Pontificibus offensior, quod alium, quam se, in patris locum cooptassent.* In Nummo Neronis: CLAVD. CAES. DRVSVS GERM. PRINCEPS IVVENT. SACERD. COOPT. IN OMN. CONL. SVPRA NVM. EX S. C. i. e. *Sacerdos cooptatus in omnia Collegia supra numerum ex Senatus consulto.*

¶ Cooptātio, ōnis, annehmung, erwehlung. *Cooptatio in patres*, hoc est, in senatorium ordinem, Liv. lib. 4 cap. 4. *Cooptatio tribunorum*, Idem lib. 5 cap. 12.

¶ Cooptātus, a, um, auf und angenommen. Cicer. de Clar. Orat. c. 1 *Cooptatus ab eo in collegium.*

¶ Deopto, are, idem ac Optare. Hyginus fabul. 191 *Midæ Liber pater deoptandi dedit potestatem, ut, quidquid vellet, peteret a se.*

¶ Exopto, āre, optare etiam atque etiam, hefftig wünschen oder begehren. Cicer. ad Attic. lib. 4 epist. 6 *Multis de caussis te oxopto quam primum videre.*

¶ Exoptātus, a, um, erwünscht, erfreulich; ut, *Nihil exoptatius adventu meo, nihil carius*, Cicer. 5 ad Attic. epist. 15. *Exoptatum nuntium afferre*, Idem pro Roscio Amer. cap. 7. Et, *Exoptatissima gratulatio*, Idem ad eumd. lib. 4 epist. 1.

¶ Perexoptātus, a, um, idem, apud Gellium, qui tamen hic tmesin adhibuit, lib. 18 cap. 4; *Per*, inquit, *magister optime, exoptatus mihi nunc venis.*

¶ Exoptābĭlis, e, idem. Silius lib. 11 v. 387 *exoptabile tempus.*

¶ Inoptātus, a, um, unverlangt, unangenehm. Seneca lib. 8 Excerpt. Controv. ult. *Lacryma est indicium inoptatæ rei.*

¶ Inoptābĭlis, e, detestandus, nicht lieb, unerfreulich. Apulej. Met. 9 p. 222 *Inoptabilis officinæ disciplina.*

¶ Peroptātus, a, um, valde optatus, sehr gewünscht. Hinc

¶ Peroptato, adverb. idem. Cicer. 2 de Orat. cap. 5 *Peroptato nobis datum est.*

¶ Præopto, āre, potius optare, vielmehr oder lieber wünschen. Terent. Hecyr. a. 4 sc. 1 v. 17 *Adeone pervicaci esse animo, ut puerum præoptares perire*, &c. Nepos Attico cap. 12 *præoptare equitis Romani filiam generosarum nuptiis.* Livius lib. 9 cap. 45 *Suas leges Romanæ civitati præoptare.*

¶ Redopto, are, wieder wünschen. Tertullian. de Resurr. Carn. cap. 4 extrem. *mors redoptanda.*

¶ Suboptio, ōnis, vide supra in *Optio* n. 2 ex Gruteri opere, cui addi potest Fabrett. Inscript. p. 345.

Opulens, opulentia, opulentus, opulesco, &c. vide ante *Ŏpis.*

ŎPŬLUS, i, arbor similis corno, astholder, Columellæ lib. 5 cap. 6,

Opus, opusculum, vide supra *Opera.*

ŌRA, æ, rei cujuscunque extremitas, der rand, das äusserste eines dinges. *Ora vestimentorum*, der saum an kleidern, apud Festum. Lucret. lib. 1 v. 934

Sed veluti pueris absinthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flavoque liquore.

¶ 2. Sed & regionum terrarumque fines, & maritimæ ipsæ regiones *Oræ* dicuntur, die grentzen und landschafften am meer. *Quacunque in ora ac parte terrarum*, Cicer. lib. 2 de Nat. Deor. cap. 66. Nepos Alcibiade cap. 5 n. 6 *Vrbes, quæ in ora sitæ sunt Asiæ.* ¶ 3. *Ora* Pontano funis nauticus est, quo navis ad terram religatur. vide eumd. Progymn. vol. 3 p. 2 dial. 30 not. p. 653, das schiffseil. *Oram solvere;* apud Quintilianum epist. ad Tryphonem: *Permittamus vela ventis, & oram solventibus bene precemur*, die vom land abschiffen. * Videtur locutio esse ex idiotismo nautico, qui *oram solvere* dixerunt, pro *solvere funes*, qui ad oram navem tenebant alligatam. Livius 22 cap. 19 *Vixdum omnes conscenderant, cum alii resolvunt oras, aut anchoram vellunt.* Idem lib. 28 cap. 36 *Trahunt scalas, orasque & anchoras, ne in moliendo mora esset, præcidunt.* Et Quintil. 4 cap. 2 *Conscendi, sublatæ sunt anchoræ, solvimus oram, profecti sumus.* Grævius. Conf. Parei Lex. Crit. p. 865.

¶ Orārius, a, um, ad oram pertinens, zum rand gehörig; ut, *Navis oraria:* Plin. lib. 10 epist. 26 *Nunc destino partim orariis navibus, partim vehiculis provinciam petere.* Ad quem Plinii locum ita Buchnerus n. 639 *Orariam* apud Plautum Fulgentius in Glossis *naviculam modicam piscatoriam* interpretatur. Quam vocem ab ora deducunt nonnulli, quod hoc navicularum genere oræ litorum tantùm legi solerent, quo Catanæus *orarias* istas Plinianas interpretatur. An *orarias* interpretabimur naves illas, quas Suetonius Cæsare cap. 43 *vectorias* appellat, & *orarias* dictas, quod præstolarentur ad oram vectores, ut transportando mercedem facerent?

¶ Ōrātim, adverb. per oras, von ufer zu ufer. Solin. c. 9 (Salmas. cap. 3) *Longum est, ut oratim omnes insulas legamus.* Vide Salmas. ad h. l. pag. 67.

Oraculum, vide infra *Oro.*

Orarium, Orarius, a, um, vide *Os, Ora.*

ŌRĀTA, æ, idem quod *Aurata*, de qua suo loco. Est autem piscis nomen. ¶ 2. Atque hinc factum cognomen est Sergio cuidam, de quo Macrobius lib. 3 Saturn. cap. 15 *Sergius Orata cognominatus est, quod ei pisces, qui auratæ vocantur, carissimi fuerint. Hic est Sergius Orata, qui primus balneas pensiles habuit, primus ostrearia in Bajano locavit, primus optimum saporem ostreis Lucrinis adjudicavit. Fuit autem ætate L. Crassi illius diserti, qui quam gravis & serius habitus sit, etiam Cicero docet.* Mentio *Oratæ* etiam apud Cicer. lib. 2 de Finib. cap. 22.

ŎRĀTES, is, fluvius Scythiæ Europææ. vid. Ovid. 4 Pont. epist. 10 v. 47.

Oratim, Oratio, orator, &c. vide *Ora, Oro.*

Orbare, orbatio, &c. Orbiculare, orbiculus, orbile, &c. vide *Orbus, Orbis.*

ORBĬLIUS, i, grammaticus fuit, Horatii præceptor, vehemens in discipulos, & plagosus. Horat. 2 epist. 1 v. 70

Memini quæ plagosum mihi parvo
Orbilium dictare.

In senectute omnem memoriam amisit, adeo, ut & litterarum oblivisceretur, unde a Bibaculo *litterarum oblivio* vocatus. Vide Sueton. Illustribus Grammaticis. Conf. Voss. lib. 6 Instit. Orat. pag. 519.

ORBIS, is, circulus, ein kreiß, ring, circkel, umfang. Cicero Somn. Scip. cap. 3 *Stellæ circulos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili.* Sic, *Signifer orbis*, Cic. 2 Nat. Deor. c. 20. Et, *in orbem torquere*, Idem de Vnivers. cap. 7. Et, *orbem facere*, einen kreiß machen, schliessen: Ovidius 3 Metam. v. 77 de serpente:

immensum spiris facientibus orbem.

Adde mox dicenda in militari significatione. *Saltatorium orbem versare*, Cicero in Pison. cap. 10, tantzen, den reihen umkehren. *Solis orbis*, Vellej. 2, 59, 6. ¶ 2. Sic & *Orbem orationis*, continuam seriem Cicero dixit, eine rede, so auf einander folget, und sich in einander fein schleust: sc. in Oratore cap. 71 *In Thucydide orbem orationis desidero:* & 3 de Orat. cap. 51 *Circuitus & quasi orbis verborum.* ¶ 3. Est & militare verbum, ordinem militum signans, in orbem consistentium, ut eos hostis ex nulla parte aversos inveniat. Cæs. B. G. lib. 4 c. ult. *Cum illi, orbe facto, se se defenderent.* Liv. lib. 4 cap. 39 *tumulo quodam occupato, in orbem se tutabantur.* Et Sallust. Jugurth. cap. 97 *Denique Romani veteres novique & ob ea scientes belli, si quos locus aut casus conjunxerat, orbes facere* [cœperunt,] *atque ita ab omnibus partibus simul tecti & instructi, hostium vim sustentabant.* Curtius lib. 4 cap. 13 n. 31 *Vltimos ordines avertit a fronte, ut totam aciem orbe muniret.* ¶ 4. Et *Orbis* mundus est, a rotunditate, der erdkreiß, die welt.

welt. *Si fractus illabatur orbis*, Horat. lib. 3 od. 3 v. 7. Plin. in præfat. lib. 3 *Terrarum orbis universus in tres dividitur partes* &c. Augustinus vero cum orbem a mundo distinguit, mundi nomine non solam terram, sed & cælum complectitur: *Vitam beatam etiam socialem perhibent esse, quæ amicorum bona propter se ipsa diligat, sicut sua, eisque propter se ipsos hoc velit quod sibi, sive in domo sint, sive in loco, ubi domus ejus est, sicuti est urbs; sive in toto* orbe, *ut sunt gentes, quas ei societas humana conjungit; sive in ipso* mundo, *qui censetur nomine cæli & terræ: sicut esse dicunt deos, quos volunt esse amicos homini sapienti.* ¶ 5. Aliquando tamen non orbem universum, sed Romani imperii terminum notat. Virgil. eclog. 1 v. 67

toto divisos orbe Britannos.

Britannia autem insula, olim etiam *alter orbis* dicta, vid. Taubm. ad Virgil. p. 12. Sic Tacitus Germ. cap. 2 *Adversus oceanus raris ab orbe nostro navibus aditur.* At pro ipso imperio Rom. de Antonio & Octaviano Cornel. Nepos Attico cap. 20 *Cum se uterque principem orbis terrarum esse cuperet.* Quod alii restrictius *orbem Romanum* dicunt. Salvianus lib. 5 pag. 171 de Bagaudis eorumque similibus: *Quos per universum Romanum orbem fecit Romana iniquitas jam non esse Romanos.* Sic & aliæ mundi partes συνεκδοχικῶς appellantur *Orbes*. Idem lib. 7 de Gub. Dei p. 275 *Carthaginem dico, in Africano orbe quasi Romam.* De eadem urbe Prudentius Peristeph. 4 sive Cæsaraugustanorum martyrum passione, v. 61 dixit:

Vix parens orbis populosa Pœni, &c.

Vbi *parens orbis Pœni* est metropolis Africæ. Cognata huic significationi est, qua multitudinem hominum ingentem sonat. Ovidius lib. 1 de Arte am. v. 173

Nempe ab utroque mari juvenes, ab utroque puellæ
Venére: atque ingens orbis in urbe fuit.

¶ 6. *Orbes* etiam rotæ sunt curruum; ut, *Ferrati orbes*, Virgil. 3 Georg. v. 361, beschlagene räder. Et illarum partes extimas, *rotarum orbes* dixit Plinius lib. 8 cap. 16, quando de leone ait: *Hoc sævum animal rotarum orbes circumacti currusque inanes terrent.* ¶ 7. Et quemadmodum rotæ conversio ad suum principium redit: ita omnis vicissitudo & recursus ad principia *Orbis* appellatur. Tacitus 3 Annal. cap. 55 *Forte rebus cunctis inest quidam velut orbis, ut quemadmodum temporum vices, ita morum vertantur.* Hinc *in orbem ire*, est, die reihe herum gehen. Livius lib. 3 cap. 36 de Decemviris: *Ita servarunt, ut unus fasces haberet, & hoc insigne regium in orbem, suam cujusque vicem, per omnes iret*, &c. ¶ 8. Et *Orbis* dicitur, super quo cibos in mensa tractamus, ein teller. Quo illud Martialis referunt lib. 2 epigram. 43

Tu Libycos Indis suspendis dentibus orbes:
Fulcitur testa fagina mensa mihi.

Quamquam alii ipsas mensas rotundas *Libycos orbes* interpretantur. Vide commentatores.

¶ Orbs, pro orbis, Fortunat. lib. 8 carm. 5

Gaudet & orbs totus, pontus, arena, polus.

Item: *Orbs quoque totus item per nova vota fremit.*

¶ Semiorbis, is, semicirculus, ein halber kreiß, halber circkel. Seneca Quæst. Nat. lib. 1 cap. 8 *In semiorbe nihil prohibet adspici totam pilam.* Et Ammianus lib. 20 cap. 4 de Luna: *Διχότομος forma semiorbem ostendit.*

¶ Orbĭcŭlus, i, diminut. parvus orbis, ein kreiß oder rädlein. *Vitis per cannas sarmentis ligatis in orbiculos flectitur se sequentes*, Pallad. lib. 3 cap. 11. *Minutis orbiculis superpictæ pantheræ*, Solin. cap. 27 [Salmas. cap. 17] de ora Caspii maris. Et Apulejus 2 Florid. post principium: *Ipse ejus annuli orbiculum circulaverat.* Adde Vitruvium lib. 9 extremo.

¶ Orbĭcŭlo, are, rund machen, verbum, servarunt Glossæ veteres, in quibus est: *Orbiculatur*, κυκλεύει. Vnde participium

¶ Orbĭcŭlātus, a, um, rund; ut, *mala orbiculata*, runde scheibäpffel, Colum. lib. 5 c. 10. Et Cœlius ad Cicer. 8 fam. epist. 15 *malis orbiculatis pasti.* Et Plinius lib. 27 c. 13 pr. *Capitibus caulium orbiculatis.* Et Ammianus lib. 31 c. 6 *orbiculata figura.*

¶ Orbĭcŭlātim, adv. per orbes seu circulos, ringsweiß. Macrob. 7 Saturn. c. 9 *orbiculatim rotatur.* Et Plinius lib. 11 c. 37 [sect. 67] *Cervix e multis vertebratisque orbiculatim ossibus flexilis.*

¶ Orbĭcus, a, um, adjectivum pro circulari, rund, kugelicht. Varro γνῶθι σεαυτὸν apud Nonium c. 2 n. 614

Vt sidera cæli Divum, circum terram
Atque axem quæ volvuntur motu orbico.

¶ Orbīle, is, circumferentia rotæ, quæ radiis fulcitur, & canthis cingitur, radfelgen, das äusserste am rade, so mit eisen beleget wird. Varro 3 Rei Rust. c. 5 *In insula est columella, in qua intus axis, qui pro mensa sustinet rotam radiatam, ita ut ad extremum, ubi orbile solet esse acutum, tabula cavata sit ut tympanum*, &c.

ORBĬTA, æ, vestigium rotæ decurrentis, eine wagenleise, fahrleiste; ut, *Vix impressam orbitam videre*, Cicer. ad Attic. lib. 2 epist. 21. conf. Virg. 3 Georg. v. 294. Et Juvenalis per metaphoram, cum de pravis majorum exemplis juventuti nocentibus satyr. 14 v. 32 agit:

Corrumpunt vitiorum exempla domestica, &c.
Et monstrata diu veteris trahit orbita culpæ.

¶ 2. pro orbe, vel in orbem circumacto cursu. Corn. Severus in Ætna v. 230 *Solis scire modum, & quanto minor orbita Lunæ.*

Asconius in Verrem pag. 108 *Orbita duas res significat: Nam orbita & rota ipsa intelligitur, & vestigium in molli solo.*

¶ Orbĭtōsus, a, um, plenus orbitis, ausgefahren. Incertus Aut. in Catalect. *Per orbitosa millia*, i. e. milliaria.

¶ Exorbĭto, āre, apud Theologos latinos legitur, ex orbita discedere, aus dem rechten wege schreiten, irren, abweichen. Tertulliani, Sidonii, Firmici exempla Posterioribus Curis exhibuit Cellarius pag. 209. Addi possunt ex Tertulliano alia: ut lib. 3 adv. Marcion. c. 2 *Suspectum habebitur omne, quod exorbitarit a regula.* Et lib. 2 ad Nation. cap. 2 *exorbitantes ab initio sapientiæ, id est, metu in Deum.* Et Lactantius lib. 2 c. 5 *Exorbitare stellæ a præstitutis itineribus non licet.* Antiquiores non habemus.

¶ Exorbĭtātio, ōnis, die ausschreitung, abweichung. Tertullianus de Anima c. 24 *Agnoscimus animam a primordio exorbitationis capacem.* Idem de Idololatria cap. 14 *Exorbitatio disciplinæ.*

¶ Exorbĭtātor, ōris, qui exorbitat, ein übertreter. Idem Tertullianus lib. 2 adv. Marcion. c. 13 extrem. *Lex aliud obsecutori proposuit: aliud exorbitatori.* Idem lib. 3 adv. eumdem c. 6 *Judaismi exorbitator & destructor.*

ORBVS, a, um, qui vel oculis, vel alia re cara privatus est, beraubt, entblößt, einsam: ut, *Luminibus orbus*, apud Plin. lib. 9 c. 42, der seines gesichts beraubet ist. Sic &, *Respubl. orba*, Cicer. 3 fam. epist. 11. Et cum casu, *Rebus omnibus orbus*, Idem lib. 4 fam. epist. 13. Sic, *Orbus, orbi parentibus*, waisen: Terent. in Adelph. a. 4 sc. 5 v. 16 *Orba patre virgo.* Et Vet. Gloss. *Orbi*, ἄτεκνοι. *Orbus homo gaudium hæredis sui*, ut Phædrus de avaro dixit lib. 4 fab. 19, veluti extranei hæredes etiam hodie Germanis appellantur *ridentes, non flentes.* ¶ *Orbum* pro exhæredato bis posuit Plinius lib. 5 epist. 1, & lib. 8 epist. 18, ubi Buchneri notas vide n. 114 & 437, enterbt. *Orbus auxilii*, Plaut. Rudente a. 2 sc. 3 v. 19, hülfflos.

¶ Orbĭtas, ātis, die verlierung: ut, *orbitas luminis*, hoc est, perditio oculi, die beraubung des gesichts: Plinius lib. 7 c. 37 *Magna Critobulo fama est, extractâ Philippi regis oculo sagitta, & citra deformitatem oris curata orbitate luminis.* At cum Cicero dixit de Finib. lib. 5 c. 28 *Bonum liberi, misera orbitas:* orbitas ibi ἀτεκνία est, die einsamkeit, wenn man ohne kinder ist. Ea interdicta, & vetita olim Leg. Romanis. Conf. Vertranium Maurum de Jure trium liberorum. Lips. ad lib. 3 Ann. Tacit. Et Statius 4 Silv. 7 ad Maximum Junium v. 33

Orbitas omni fugienda nisu:
Quam premit votis inimicus hæres, &c.

Alexander M. apud Curtium lib. 6 c. 9 *Orbitas quoque mea, quod sine liberis sum, spernitur.* Plur. *Orbitates:* Solin. c. 11 de Asia cis Taurum, *Sipylus*, inquit, *Tantalis antea dictus, & in illam vocabuli orbitatibus datus Niobæ.* Et Arnobius sub fin. lib. 5 *in vinculis, orbitatibus, planctibus.* Et Augustinus Civ. Dei lib. 22 cap. 22 *calamitas ab orbitatibus atque luctu.*

¶ Orbĭtūdo, ĭnis, Veteres etiam dixerunt pro orbitate; ut Accius, Pacuvius, Turpilius apud Nonium cap. 2 n. 599, & Vetus Gloss. ἀτεκνία, *Orbitudo, orbitas.*

¶ Orbo, avi, atum, are, re quacunque carissima privare, berauben, entziehen. Plinius lib. 12 cap. 8 de pestilente frutice: *pæne equitatu orbavit Alexandrum.* Sic Cicero QQ. Acad. lib. 4 cap. 19 de falsâ philosophia: *omnibus orbat sensibus.*

¶ Orbātus, a, um, beraubt, entblößt, verlustig. Cicer. pro Cluent. c. 15 extrem. *Mater orbata filio.* Idem 4 fam. epist. 9 *Respublica multis claris viris orbata*, so viel tapffere leute eingebüsset. Petronius: *Anseres orbati duce.* Ovid. Metam. 13 v. 547

Furit catulo lactante orbata leæna.

¶ Orbātio, ōnis, die beraubung. Seneca ad Marciam cap. 7 *Paupertatem, luctum, orbationem alius aliter sentit.* Sed aliter libri manu scripti, e quorum vestigiis *abitionem* pro *orbationem* Gronovius legit. Tamen epist. 87 idem Seneca, *Paupertas*, inquit, *non per positionem, sed per detractionem dicitur, vel, ut antiqui dixerunt, per orbationem; Græci dicunt: κατὰ στέρησιν.* Gloss. Vet. *Orbatio*, στέρησις, τύφλωσις.

¶ Orbātor, ōris, ein berauber. Ovid. Met. 13 v. 500

Exitium Trojæ, nostrique orbator, Achilles.

¶ Orbona, æ, Dea, quæ præest parentibus liberis orbatis, Plin. 2 cap. 7. *In tutela Orbonæ orbati liberis parentes*, Arnob. lib. 4. vid. ibi Elmenh. p. 131. De *Orbonæ fano* Cicer. de N. D. 3 c. 25.

¶ Orbĕfăcio, ĕre, sicut vacuefacere a *Vacuus*, idem quod *orbare*. Vetus Onomasticum: *Orbefacio*, ὀρφανόω.

ORCA, æ, ὄρχη, bellua marina, nomen hoc sortita a vasis olearii vel vinarii similitudine, quam refert, ein wallfisch, oder groß meerschwein, Gesn. Vide & Plin. lib. 9 cap. 6. ¶ 2. *Orca* deinde multorum vasorum appellatio est; ut, *olearii, vinarii, ficarii*, eine oel-tonne, weinfaß, feigen-korb, apud Varr. lib. 1 Rei Rust. cap. 13, & Columell. lib. 12 cap. 15. ¶ 3. Cadus item salsamentarius Persio satyr. 3 v. 76, eine herings-tonne. ¶ 4. Eidem Persio ibidem v. 50 & *orca* est pyrgus sive turricula illa, per quam in ludo aleæ mittebantur tali, sive tesseræ, de qua multis Daniel Souterius in Palamede. ¶ 5. Gemma, Plin. 37 cap. 10.

¶ Orcŭla, æ, vas minutum, eine gelte, Cato cap. 117.

ORCĂDES, seu Orchades, um, Ὀρκάδες, insulæ in oceano boreali, quas triginta dixit esse Pomponius Mela lib. 3 cap. 6. Parent hodie regi Scotorum.

ORCHESTRA, æ, ὀρχήστρα, medium theatri, qui locus erat editior, in quo senatores considebant, & scenicæ exhibebantur actiones, der herren sitz, Vitruv. 5 cap. 6. Ab ὀρχέομαι, *salio*, quod ibi saltationes fieri consuevissent. De ea plene Lipsius in Amphitheatro cap. 14. Hinc *jus spectandi in orchestra*, apud Suetonium Augusto cap. 35. Pro senatu in theatro sedente orchestram accipit Juvenal. satyr. 3 v. 177 *Similemque videbis Orchestram & populum.*

¶ Orchestropolarius, i, apud Firmicum, qui vertiginosa & concita saltatione in orbem movetur; græce ὀρχηστρόπολος. Vide Salmas. ad Solini c. 49 p. 693.

ORCHIS, ὄρχις, vel Orchitis, is, oliva testicularis, quæ ad escam melius, quam liquorem stringitur, oliven die man isset, Columell. lib. 5 c. 8. ¶ 2. Et *Orchis* vel *orbis* piscis Niliacus & marinus, non edulis, Gesner. & Plin. 32 c. 2. ¶ 3. Et *Orchis* planta, knaben-kraut, geilwurtz, Plin. 26 c. 10.

Orcinus, orcius, &c. Orcula, vide *Orcus, Orca.*

ORCVS, i, infernus poëticus, die hölle, ἕρκος, *septum*, vel ὅρκος, *juramentum*, quod per Stygiam paludem Dii jurarent: sive etiam ὀρχὸς, *fovea*, in qua conduntur mortui. Sane & veteres Latinos *Orchus* dixisse, testimonio est Nævii Epitaph. apud Gellium lib. 1 cap. 24, in quo *Orchius* vel *Orchivus thesaurus* mortui dicuntur. Gronovius tamen *Orcinus* præfert, de quo proxime dicemus. Sic & *orca* & *orcha*

dicebatur ab ὄρχῳ. vide Casaub. ad Suetonium p. 74. ¶ 2. *Orcum* Plautus, Ennius, Laberius, Horatius, Tibullus, pro ipso rege inferorum, qui & *Dis* & *Pluto* dicitur, posuerunt. Etiam Cicero in Verrem 6 cap. 50, & Apulejus lib. 3 de Asino p. 133 *Jam in peculio Proserpinæ & Orci familia numeratus*, i. e. morti aut neci vicinus. ¶ 3. *Orcum* etiam pro morte accipi, contendit Jacob. Nicol. Loensis lib. 3 Miscell. cap. 4 apud Gruter. Tom. 5 Lamp. p. 341, ubi de hoc vocabulo reperies plura. Sic, *Orci nil miserantis victima*, ein toder, verdammter, Horat. 2 od. 3 v. 24. *Orcum morari*, i. e. non mori, cum quis mori debeat, Idem 3 od. 27 v. 50.

¶ Orcius, a, um, i. e. sepulcralis, sive ad defunctos spectans, zum grabe oder leiche gehörig; ut, *Orcius thesaurus*, ein grabmahl, Nævius apud Gellium 1 cap. 24. conf. paullo ante dicta in *Orcus*.

¶ Orcīnus, a, um, idem. Ita Gronovius legit in Gellii l. c. ¶ *Orcini* vel *Orcivi* ab *Orcus*, dicebantur olim ignobiles, quos alias terræ filios appellabant. Sic senatores ignobiles, qui in curiam irrepserant, *Orcinos* appellatos Sueton. scribit in Augusto cap. 35. Nisi potius *Orcini* dicti, non ob ignobilitatem, sed quod post necem Cæsaris, ut ibid. tradit Suetonius, allecti. Quemadmodum scilicet, *orcini liberti* dicebantur, qui ex testamento libertatem consecuti & patronum non vidissent. Vide JCtos, v. g. lege 22 Dig. de peculio legato, &c. & Bernegg. ad Sueton. August. cap. 35.

¶ Orcīniānus, a, um, idem; ut, *sponda orciniana*, apud Martial. lib. 10 epigr. 5

Vocet beatos, clamitetque felices,
Orcinianâ qui ferantur in sponda.

Vbi *orcinianam spondam* pro *sandapila* & *feretro mortuorum* simpliciter accipiunt quidam, die todenbahre. Sed Jac. Nicol. Loens. lib. 3 Miscell. cap. 3 illud feretrum interpretatur, quo interfecti in arenâ gladiatores seu bestiarii, item cadavera noxiorum efferebantur, non ad sepulturam, sed ut in spoliarium abjicerentur, h. e. in publicam quamdam cloacam & sentinam. Putat enim, e quodam loco Tertulliani (quem reperies cap. 15 Apologet.) colligi posse, aliquem petulantem Pantomimum personam Orci indutum, solitum sandapilam illam cum malleo præcedere, cadaveraque interfectorum gladiatorum aut bestiariorum deducere, quæ ob id per jocum *orciniana sponda* dicta sit. Verba Tertulliani hæc sunt: *Risimus, inter ludicras Meridianorum crudelitates, Mercurium mortuos cauterio examinantem. Vidimus & Jovis fratrem*, (Orcum videlicet, seu Plutonem) *gladiatorum cadavera cum malleo deducentem*.

Ordinare, ordinarius, ordinatio, & reliqua vide mox in *Ordo*.

ORDIOR, orsus sum, ordiri, incipere, anfahen; ut, *Ordiri orationem*, Cic. in Oratore cap. 35. *Ordiri ab initio*, Idem epist. ad Octavium. Et, *initium vitæ alterius ordiri*, lib. 4 epist. 1 extrema ad Atticum. *Ordiri altius*, weit her anheben, Cic. 6 Verr. cap. 47. *Ordiri reliquos*, Nepos Alcib. extr. ¶ Proprie est texere, telam incipere; ut, *ordiri telam*, anzetteln, Plin. 11 cap. 24. Sic *exordiri telam* Plautus Pseudolo dixit a. 1 sc. 4 v. 6. Sic *Orsum* pro texto, Virgilius posuit. Hinc *redordiri*, apud Plin. lib. 6 c. 17, est telam in fila dissolvere. vide Lips. lib. 2 Epist. Quæst. cap. 24. ¶ Singulare est, quod dixit Vulg. Interpr. Esai. cap. 25 v. 7 *Orditus sum*. Similiter

¶ Ordītus, a, um, & quidem passive, angefangen, Sidonius 2 epist. 9 *Bifariam orditus*. Et Fortunat. lib. 1

Versibus orditum carmen amore trahit.

vid. Voss. de Vit. L. L. 1 cap. 24, & Goclen. in Probl. Gramm. 2, 2.

¶ Orsus, a, um, active, der angefangen hat. Cic. de Leg. 1 cap. 3 *Cum semel quid orsus traducor alio*. Virg. Æn. 7 v. 386 *majorem orsa furorem*. ¶ *Orsus* etiam dicitur, qui fari incipit, vel qui locutus est: Virg. Æn. 1 v. 329 *Veneris sic filius orsus*. Idem Æn. 2 v. 2 *Æneas sic orsus ab alto*. conf. ibid. 9 v. 656, & 12 v. 806. Plene Idem Æneid. 6 v. 125 *Sic orsa loqui vates*. ¶ Sed passive Idem Æn. 7 v. 435 dixit *Orsa ore referre*, i. e. cœpta verba. Hinc

¶ Orsa, orum, substant. incepta, initia, das vorhaben, der anfang. Idem Virg. Æn. 10 v. 632 *In melius sua orsa reflectere*. Livius præfatione Deos precatus est, *ut orsis tanti operis successus prosperos darent*. Prudentius καθημερ. 4 v. 96 *vatis pia præcinentis orsa*. Manilius lib. 2 v. 57

Nostra loquar: nulli vatum debebimus orsa.

¶ Orsus, ûs, in masculino, idem. Virg. Culice v. 2

Atque ut araneoli tenuem formavimus orsum.

Et Cic. de Divin. 2 cap. 30 *Vani pectoris orsus*.

¶ Ordium, i, principium, origo, der ursprung, anfang: unde & primordium est, de quo suo loco. Lucretius lib. 4 v. 32

Quove modo distracta rediret in ordia prima.

¶ Ordiundus, a, um, das man anheben soll. Livius extrema præfatione: *ab initio tantæ ordiundæ rei*. Cicero *Ordiendus* dixit 1 de Orat. cap. 21, *Crassus princeps ejus sermonis ordiendi fuit*.

Composita:

¶ Exordior, īri, idem quod simplex. Cic. lib. 2 de Oratore cap. 33 *Pertexe, quod exorsus es*, führe hinaus, was du angefangen hast. Et, *Exordiri a principio*, Idem 2 de Divin. cap. 48.

¶ Exorsus, a, um, der angefangen hat. Cic. pro Cœlio cap. 15 *Quid tumultuaris soror? quid clamore exorsa verbis parvam rem magnam facis?* ¶ Passive Plaut. Bacch. a. 2 sc. 3 v. 116 *Exorsa hæc tela non male omnino mihi est*. Hinc

¶ Exorsa, orum, plur. neutr. idem quod orsa. Virg. 2 Georg. v. 46

Atque per ambages & longa exorsa tenebo.

Idem Æn. 10 v. 111 *Sua cuique exorsa laborem*
Fortunamque ferent.

¶ Exorsus, ûs, substant. der anfang; ut, *Exorsus orationis meæ*, Cic. pro Leg. Manil. cap. 4.

¶ Exordium, i, initium, der anfang, eingang; ut, *Exordium vitæ*, Cic. de Fin. lib. 5 cap. 7. Et Apulejus lib. 5 Miles. p. 167 *exordio somni prementis implicitus*, im ersten schlaff. ¶ 2. Orationis principium, quo animus auditoris quasi præparatur, der eingang der rede. *Capere exordium scribendi a tempore*, Cic. de Legib. lib. 1 cap. 3. *Ducere exordium ab aliqua re*, Quintil. lib. 4 cap. 1.

¶ Primordium, primordialis, &c. vide *Primus* in *Prior*.

¶ Redordior, iri, Plinius aliquoties dixit, pro retexere, von neuen wiederum anheben; ut, *redordiri fila rursumque texere*, lib. 6 c. 17.

ORDO, ĭnis, dispositio, series, collocatio singulorum suo loco, ordnung, reihe; ut, *Ordine aliquid dicere*, Ter. Phorm. a. 4 sc. 1 v. 14. *Ordine rem narrare*, Idem Eunuch. a. 5 sc. 5 v. 28, nach einander sagen, wie es ergangen. *Redigere in ordinem*, Aut. ad Herenn. 3 cap. 9 pr. in eine ordnung fassen. Cic. lib. 2 de Orat. cap. 86 *Affert maxime lumen memoriæ ordo*. Xenophon in Oeconomico: ἔστι δ' οὐδὲν οὕτως οὔτε εὔχρηστον, οὔτε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις, *Nihil hominibus præstantius, neque utilius, ordine*. vide Columell. lib. 12 de Re Rustica cap. 2. ¶ 2. Hinc *Ordo* & de fato, ac serie caussarum, quæ sic divinitus compositæ sunt, usurpatur, & *Forti* vel *Casui* opponitur. Manilius lib. 1 v. 531

Non casûs opus est, magni sed Numinis ordo.

Vide & Casaubonum ad illud Persii sat. 3 v. 66

caussas cognoscere rerum,
Quid sumus, & quidnam victuri gignimur, ordo
Quis datus.

¶ 3. *Ordo* genus vitæ, seu status, ut vulgus vocat, ein stand. Exactis regibus, populus Romanus in tres ordines distributus est; in senatorium, equestrem, & plebejum. Ausonius in Gripho sive 11 Eidyll. v. 78

Martia Roma triplex, equitatu, plebe, senatu.

ut, *Ordo senatorius*, der raths-herren-stand: Cicer. pro Flacco cap. 18 *adeptus ordinem senatorium*: & Vellejus Paterc. lib. 2 cap. 69 n. 5 *vir senatorii ordinis*. Sed *Ordo equester* vel *equestris*, die ritterschafft. Cic. pro Domo cap. 28 *Proximus est huic dignitati ordo equester*. Et Nepos Attico cap. 19 *contentus ordine equestri*. Hinc, *utriusque ordinis viri*, Vellej. lib. 2 cap. 100, i. e. senatores & equites. Cum vero dicuntur, *omnium ordinum homines*, apud Nepot. Attico cap. 13 n. 6; aut *omnis ordinis homines*, ut est apud Vellejum 2 cap. 130, plebeji etiam includuntur. Κατ' ἐξοχὴν de senatorio, & decurionibus, qui loco senatus in provinciis erant, non raro legitur. Vet. Lexic. βουλὴ, ἐπὶ συστήματος, *Curia, Ordo*: Item, βουλευτήριον, *Curia, Ordo*. Sic *ordinem Mutinensem* de decurionibus Tacitus dixit 2 Hist. cap. 52: Sic ORDO SINGILIENSIVM in Veteri Inscriptione; & in aliâ, ORDO MVNICIPII dicitur: eamque ob caussam ORDO & POPVLVS distinguuntur. Vetus Lapis Oretanus: PETENTE ORDINE ET POPVLO IN HONOREM DOMVS DIVINAE PONTEM FECIT &c. Aliquando tamen aliquid additur ad differentiam significandam: ut, *Amplissimus Ordo* apud Plinium lib. 10 epist. 3 & alibi: item Suetonium Othone cap. 8, & Vespasiano cap. 2; vel *Splendidissimus*: Vetus Inscriptio: MAECILIAE. P. F. HERENNIANAE T. ALIVS CLODIANVS VXORI CARISSIMAE ACCEPTO LOCO AB SPLENDIDISSIMO ORDINE SIARENSIVM PECVNIA SVA POSVIT. Prudentio 1 in Symmach. v. 571 *excellentior ordo*, senatus vocatur. *Ordo amplissimus*, senatorius, Cicer. de Provinc. consul. cap. 10. ¶ 4. Dicitur & de militibus; ut, *Ordines ducere*, militibus præesse, ein officierer seyn, Cic. 1 Philippica cap. 8. *Ordines* enim classes dicebantur militum, quibus distincti erant per gradus, & alii aliis antelati: unde *gradus* quoque vocabulo ea in re Suetonius usus Othone cap. 1, *Quamvis ob id ipsum promotos in ampliorem gradum a Claudio sciret*. Tacitus 4 Hist. cap. 59 *Interfectorem Voculæ altis ordinibus, cæteros, ut quisque flagitium navaverat, præmiis attollit*. Sic, *dare ordines*, in certum militiæ ordinem adscribere est Sueton. Cæsare cap. 75. Sicut autem *dare ordines* inter præmia militaria erat; ita contra in pœnis, *ordines adimere*. *Reddi* autem *ordines* dicebantur, cum in pristinum locum restituerentur. Tacitus 1 Hist. cap. 52 *Redditi plerisque ordines, remissa ignominia, allevatæ notæ: Plura ambitione, quædam judicio: in quibus sordem & avaritiam Fonteji Capitonis, adimendis assignandisque militiæ ordinibus, integre mutarat*. Et, *Relinquere ordines*, est deserere: Liv. lib. 2 cap. 59 *Centuriones duplicariosque, qui reliquerant ordines, virgis cæsos securi percussit*. ORDO autem & COLLEGIVM in talibus ita differunt: quod *ordo* plurium, *collegium* pauciorum est; quod vel tres possunt facere: observat Gutherius lib. 1 de vetere Jure Pontificio cap. 3. Et quia nemini apud Romanos impune erat ordines deseruisse, (nam vel vitibus vel fustibus cædebatur, qui id fecisset,) abinde *in ordinem quem cogere* vel *redigere*, videtur dictum, pro castigare, zu rechte bringen. Plinius lib. 1 epist. 23 *Potestatem tribunitiam in ordinem cogi a nullo decet*. Idem lib. 2 epist. 6 n. 5 & *redigere in ordinem* dixit. ¶ 5. Aliquando ad fortunam, & genus vitæ refertur, der zustand, die beschaffenheit. Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 3 *Conversi hodie adveniens quemdam mei loci hinc atque ordinis*: id est, pauperem, quemadmodum ego. *Ordinis inferioris amici* dicuntur, qui sunt infimæ conditionis, apud Cicer. de Amic. cap. 19. ¶ 6. Præterea elegantes multas hoc vocabulum formulas parit, ut in primis est: *Recte atque ordine facere*, hoc est, secundum leges, ut decet, laudabiliter, recht und löblich thun. Sallustius B. Catilin. cap. 51 in oratione Cæsaris: *Quæ majores nostri recte atque ordine fecere*. Cic. 3 Philippica cap. ult: *Brutum, exercitumque ejus, municipia, colonias provinciæ Galliæ recte atque ordine, exque rep. fecisse & facere*. Et Livius lib. 24 cap. 31 *Scriptum erat, recte eum* [Marcellum] *atque ordine fecisse, quod in Leontinis nulli pepercisset*. Idem eleganter dixit lib. 11 cap. 57 *omnem ordinem consilii turbare*, einem das concept verrücken.

¶ Ordĭnārius, a, um, in quo servatur ordo, was nach der ordnung gehet, ordentlich; ut, *ordinariæ vites*, Colum. lib. 3 cap. 16. *Ordinarium officium*, Seneca 3 Benefic. cap. 28. *Ordinarii gladiatores*, Idem epist. 7, hoc est, qui legitimo tempore, loco & apparatu inducuntur. Vide Lipsium ibi. Sic & *Ordinarii pugiles*, Suet. Aug. cap. 45. Et, *Ordinarius consulatus*, apud eumdem in Galba cap. 6, imperio extraordinario oppositus, quod suscipiebant in aliorum locum, principis præsertim, in consulatu suffecti. ¶ *Ordinarium hominem* vocabant Veteres, quem Græci ἀγόραιον dicebant, qui totos dies forum conterit: *Subrostranum* Cicero 8 fam. epist. 1, Plautus Capt. a. 4 sc. 2 *Subbasilicanum* appellat, ad quem locum vide Taubm. Collectanea.

¶ Ordĭnārie, adverb. ordentlicher weise. Tertull. de Resurr. Carn.

cap. 2 *Haeretici ex conscientia infirmitatis nunquam ordinarie tractant.* Et Frontinus de Colon. ex edit. Keuchenii p. 355 *Agrum convallium ordinarie disposuerunt.*

¶ Ordĭno, avi, atum, are, in ordinem redigere, ordine distribuere, disponere, ordnen, in ordnung stellen. Etiam & agricolarum est: Horat. lib. 3 od. 1 v. 9 *Est ut viro vir latius ordinet*
Arbusta sulcis.

Sic, *ordinare vineam, ordinare solum, ordinare locum vitibus*: apud Columell. lib. 3 cap. 13, & lib. 5 cap. 3. ¶ 2. Et militare verbum est. *Ordinare milites*, Livius lib. 29 ineunte: &, *Ordinare aciem*, Curt. lib. 3 cap. 8 n. 24. Sic Corn. Nepos Iphicrate cap. 2 *In eam consuetudinem adduxit* (copias,) *ut, cum praelii signum ab imperatore esset datum, sine ducis opere sic ordinatae consisterent, ut singuli ab peritissimo imperatore dispositi viderentur.* Horat. epod. 17 v. 9
In quem superbus ordinarat agmina Mysorum.

Florus lib. 3 cap. 19 *Familiam ergastulo liberatam sub signis ordinat.* ¶ 3. Est & civile verbum, & ad constituendam publici status rationem pertinet, anordnen, einrichten. Curtius lib. 7 cap. 3 *Ipse sexaginta diebus Evergetarum gentem ordinavit.* Sueton. Caesare cap. 40 *Conversus hinc ad ordinandum statum reipubl.* Item Augusto cap. 13 *Partitis post victoriam officiis, cum Antonius orientem ordinandum, ipse veteranos in Italiam reducendos recognovisset.* Florus lib. 2 cap. 16 *Igitur Metello, ordinanti tum maxime Macedoniam, data ultio.* Suet. rursus Galbâ cap. 7 *Africam Proc. biennio obtinuit, extra sortem electus ad ordinandam provinciam: ordinavitque magnâ severitatis ac justitiae curâ etiam in parvulis rebus.* Idem Suetonius & *ordinare magistratus* dixit, pro constituere, qui ordine succedant, Caesare c. 76, & Vespasiano cap. 23 *Dispensatorem ordinare* dixit. Denique, quicquid principes constituunt, *Ordinare* dicuntur: unde *Ordinationes principum*, fürstliche verordnungen, vide infra. ¶ 4. Refertur & ad mensas: Sidonius lib. 9 epist. 13 *Dum rex convivii circa ordinandum moras nectit oxygarum.* ¶ 5. Item ad scriptores, qui quid ordine explicant sive componunt: Sic, *ordinare libellos, ordinare testamenta*, ad JCtos, v. g. Lege 5 Dig. de Inofficioso testamento: *Quum testamentum inique ordinaret.* ¶ Tandem ad alia: ut, *Ordinare litteras syllabarum*, Priscian. buchstabieren. *Ordinare res suas suo arbitrio*, nach belieben anstellen, Sen. epist. 9. *Cupiditates improbas ordinare*, Idem epist. 10. Et, *Ordinare diem*, eintheilen, Idem epist. 12.

¶ Ordĭnātus, a, um, recte atque ordine constitutus, geordnet; ut, *Ordinatae acies*, quae in acie stant, Nepos Iphicr. cap. 2, ut modo praedictum fuit. *Ordinatius aliquid proferre*, Hieronymus ad Marcellam epist. 17, Paulae & Eustochii nomine. *Dictio ordinatissima*, Sidonius lib. 9 epist. 7. *Ordinatissimi meatus*, Apulejus de Deo Socrat. post principium.

¶ Ordĭnāte, adverb. ordentlich, nach der ordnung. Cornific. ad Herenn. lib. 4 extr. *Distincte & ordinate disponens.* Compar. *Ordinatius.* Tertullian. adv. Marcion. lib. 1 cap. 19 *Quo plenius & ordinatius retractentur.* Superl. *Ordinatissime.* Augustinus Retractat. lib. 1 cap. 24 *Ordinatissime itaque subjunxit.* Et lib. 2 de Genesi contra Manich. cap. 12 *Ordinatissime caput mulieris vir est.*

¶ Ordĭnātim, aliud adverb. nach der reihe; ut, *Petere ordinatim honores*, wenn die ordnung an einen kommen ist, Servius ad Cic. lib. 4 fam. epist. 5. Et D. Brutus Ciceroni lib. 11 epist. 13 de fugiente Antonio: *Ille iit passim; ego ordinatim*, in guter ordnung marchieren.

¶ Ordĭnātio, ōnis, constitutio, die verordnung, anstalt. Ita *ordinationem novissimi judicii* in Cod. legimus. Similiter *Ordinationes principum* dicuntur, quaecunque super rebus constituerunt. Nerva Imperator ad Plin. lib. 10 epist. 67 *Cum rerum omnium ordinatio, quae prioribus temporibus inchoatae consummataeque, observanda sit, tum epistolis etiam Domitiani standum est.* Vellej. 2, 59, 5 *Omnem ordinationem & necis & testamenti comperit.* Idem 2, 124, 3 *Ordinationem comitiorum manu sua scriptam Augustus reliquerat.*

¶ Ordĭnātor, ōris, ein anordner. Seneca epist. 19 *Advocatus & ordinator litis*, der die sache dirigiret. Et Augustinus Civ. Dei lib. 19 cap. 12 *Leges summi illius creatoris ordinatorisque.*

¶ Ordĭnātīvus, a, um, ad ordinationem faciens; ut, *adverbia ordinativa*, Priscian. lib. 15.

¶ Ordĭnālis, e, ordinem significans; ut, *nomen ordinale, primus, secundus, tertius*, Idem Priscian. lib. 2.

Composita:

¶ Extraordĭnārius, a, um, quod praeter ordinem fit, ausserordentlich, ungewöhnlich; ut, *Extraordinarii honores*, Cic. ad Brut. epist. 4. Et, *Extraordinarium imperium*, Idem Philipp. 11 cap. 7, quod non ordinario magistratui demandatum erat. Et de Clar. Orat. cap. 63 *consulatus petitio extraordinaria.* Varro de R. R. 2 cap. 1 fin. *Extraordinariae fructuum species.*

¶ Extraordinarie, adverb. pro quo, quia ignotum veteribus fuit, *extra ordinem* dicere malunt.

¶ Inordinatus, a, um, sine ordine, unordentlich; ut, *Ex inordinato in ordinem adducere*, Cic. de Univers. cap. 3. *Inordinati atque incompositi milites*, Livius lib. 22 cap. 50. *Inordinatissimi palpebrarum pili*, Plinius lib. 22 cap. 22 sect 45.

¶ Inordinate, adverb. idem. Corn. Celsus lib. 3 cap. 3 extr. *Febres inordinate redire dicunt.* Idem lib. 4 cap. 25 *Periculose vitae genus subito mutabit & inordinate aget.*

¶ Inordĭnātim, adverb. idem. Ammianus lib. 19 cap. 14 *Densatae acies non inordinatim incedebant.*

¶ Inordinatio, ōnis, confusio, ἀταξία, die unordnung. Apulejus ad Asclep. p. 92 *Senectus mundi, irreligio, inordinatio, irrationabilitas bonorum omnium.*

¶ Inordinaliter, adverb. unordentlich. Coel. Aurel. Acut. 3 cap. 4 *Inordinaliter judicare.*

¶ Interordĭnium, i, spatium inter ordines, der raum zwischen reihen. Columella lib. 3 cap. 15 *interordiniorum spatia.* Et lib. 4 cap. 16 *palus medio interordinio pangetur.* Idem lib. 5 v. 4 *Laxiora interordinia relinquenda.*

¶ Subordĭno, are, ordini subjungere, philosophis tritum & vulgare verbum.

¶ Superordĭno, are, ordinationi superaddere. Tertullianus lib. 5 adv. Marcion. cap. 4, & Interpres Vulgatus Galat. cap. 3 v. 15 *Hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat.* Graece ἐπιδιατάσσεται.

Orea, vide infra *Os, oris.*

ŎRĒĂDES, um, Ὀρειάδες ab ὄρος, Nymphae sunt montium, Dianam sequentes, berg-nymphen. Virg. 1 Æn. v. 500
Hinc atque hinc glomerantur Oreades, &c.

Apud Calphurn. 4 v. 136 in singulari *Oreas*:
Per juga siccato felix pede currit Oreas.

ŎRĒON, i, ὄρειον, herba in montibus nascens. De Polygono, Plin. 27 cap. 10.

¶ Oreŏsēlĭnum, i, ὀρεοσέλινον, apium montanum. Est & *petroselinum*, πετροσέλινον, *Macedonium* dictum. Et *Eleoselinum*, ἐλεοσέλινον, id est, *apium palustre*, eppich. Et, *Hipposelinum*, ἱπποσέλινον, quod & *levisticum* vulgo vocant, liebestöckel, vide supra *Apium* & *Hipposelinum.*

ORESITRŎPHUS, i, ὀρεσίτροφος, unus ex canibus Actaeonis, quasi dicas, in montibus nutritus, ein berg-hund. vid. Ovid. Met. 3 v. 233.

ŎRESTES, ae, Ὀρέστης, Agamemnonis regis & Clytemnestrae filius, matricida, ut Alcmaeon & Nero. Refertur a Cicerone cum Pylade inter paria amicorum in lib. de Amicit. cap. 7, & lib. 2 de Fin. cap. 24. Vnde & apud Thraces iis sacrificia fieri solita, ut Lucianus refert in Toxari. Sic, *Scelerum furiis agitatus Orestes*, Virg. 3 Æn. v. 331, de quo & Juvenal. sat. 1 v. 5 *Aut summi plena jam margine libri*
Scriptus & in tergo, nec dum finitus, Orestes:

id est, Tragicae nugae de Oreste, quibus pleni sunt multi prolixi libri. Scriptus autem in tergo, (legunt alii & rectius *a tergo*;) h. e. ὀπισθόγραφος, id est, pagellis utrinque scriptura plenis. Quod autem vulgatissimo hoc versu Juvenalis de libro prolixo legitur, in proverbium venit, ut *Orestes* pro libro nimium turgido habeatur. Valerius, vetus episcopus, epist. ad Rufin. *Amice, det tibi Deus omnipotens, foeminae fallacia non falli, & illuminet cor tuum, ne praestigiatis oculis, quae ego timeo. Sed ne Orestem scripsisse videar, vale.* vid. Barth. Advers. 35 cap. 12.

¶ Orestēus, a, um, adject. penult. long. ὀρέστειος. *Sacra Oresteae Dianae*, Ovid. 15 Metam. v. 489.

ŎRĒTAE, arum, populi Indorum, apud Lucanum 3 v. 249, ubi Grotius & alii legunt *Olostras*, de quibus supra.

ŎREXIS, is, ὄρεξις, appetitio, esuritio, ab ὀρέγομαι, *appeto*, begierde zu essen. Juvenal. sat. 6 v. 427 *Sextarius alter*
Ducitur ante cibum rabidam facturus orexin.

Et Idem sat. 11 v. 27
Hinc surgit orexis, Hinc stomacho vires.

ORGĂNUM, i, ὄργανον, instrumentum, ein instrument, werckzeug. Cic. 11 fam. epist. 14 *Organum meum erat senatus.* Apud Vitruvium 10 cap. 1 *machinae* & *organa* sunt instrumenta, aedificiis construendis apta. Apud Columellam lib. 10 cap. 1 *Organum* sumitur pro instrumento ad metiendum apto. ¶ 2. *Organa*, omnia instrumenta musica familiariter appellavit Quintilianus; ut lib. 9 cap. 4 *Organorum soni.* Et, *animi organis afficiuntur*, Idem lib. 1 cap. 10 p. 87. Sunt autem *organa* sive instrumenta musica triplicia, ἐμπνευστὰ, quae flatu complentur, so geblasen werden: ἔντατα, vel ἔγχορδα, quae nervis intenduntur, so sayten haben: & κρουστὰ, quae pulsantur, darauf man schlägt. Primi ordinis sunt, *Tuba, Tibia, Fistula, Buccina* & *Lituus.* Secundo ordini debentur, *Lyra, Cithara, Testudo, Psalterium, Sambuca, Pandora, Barbiton, Naulium* & *Pectis.* Ad tertium referuntur, *Tympanum, Sistrum* & *Cymbalum*, Junius. ¶ Κατ' ἐξοχὴν, *Organa* dicuntur, quae cannis diversis constant, quibus inflandis folles adhibentur: qualia hodie in templis nostris visuntur: orgeln. De quibus vide, quae ad Claudianum Barthius notat p. 178. Sed apud veteres non pneustica tantum, sed & hydraulica fuerunt organa, quae concitatione aquarum ventum concipiebant, ut ederent sonum, aut horas indicarent, cujus generis organa Vitruvius descripsit lib. 9 & 10.

¶ Orgănārius, i, qui organa tractat, ein orgel-macher. Vet. Gloss. *Organarius*, ὑδραύλης: ὑδραύλης autem, quia veterum organa hydraulica plerumque erant, hoc est, aquarum agitatione ventum concipiebant, non ut pneustica nostra, follibus. vid. Jos. Scalig. Comment. in Ætnam Severi. *Organarii* cujusdam mentio fit apud Ammian. c. 1. Et Firmicus Mathes. 3 cap. 14 *Ingeniosos, musicos & organarios* conjungit.

¶ Orgănĭcus, i, Lucretio est, quem vulgo *Organistam* dicunt, ein organist. Versus sunt lib. 2 v. 112 seq.
Ac musaea mele, per chordas organici quae
Mobilibus digitis expergefacta figurant.

Et lib. 5 v. 335 *Modo organici melicos peperere sonoros*:
hoc est, dulces sonos invenerunt.

¶ Orgănĭcus, a, um, adj. nach der orgel, apud eumd. Lucret. legitur lib. 3 v. 133 *ab organico saltu Heliconis*, id est, ab nemore Heliconio.

¶ Orgănĭce, adverb. durch rüstung, durch instrument; ut, *mechanice, organice moveri*, tribuitur Vitruvio 10 cap. 1, quamquam ibi terminatione graeca *mechanicῶς, organicῶς.*

ORGIA, orum, ὄργια, Bacchi sacra trieterica, quia tertio tantum anno celebrabantur. Dicta *Orgia* vel ἀπὸ τῶν ὀρῶν, id est, *a montibus*, ad quam etymologiam allusit Virg. 4 Æn. v. 303; vel ab ὀργὴ, *furor*; vide *Bacchanalia, Dionysia*, & Clementem Alexandrinum Protreptico ad Gentes p. 7 extr. ¶ Transfertur hoc nomen ad alia etiam sacra. Et sane notat Servius ad Virg. 4 Æn. v. 302, *Orgia*, apud Graecos omnia sacra dici, sicut apud Latinos *ceremoniae* dicuntur. Ita μουσῶν ὄργια, Aristophanes in Ranis, & *Pieridum orgia* Statius lib. 5 Silv. 5 v. 4 dixit. Itaque Graecis ὀργιάζειν & ὀργιάζεσθαι, est in communi, rem divinam facere: καθοργιάζεσθαι initiari divinis mysteriis, quaecunque illa sint. Quo factum, ut *orgia* sint, qui ἀπὸ τοῦ εἴργειν deducant, ab *arcendo*, quod ab his sacris profani arcerentur. Erant enim

enim mysteria quædam, quæ nisi ab initiatis aut spectari, aut audiri fas non erat. Vid. Joh. Lud. de la Cerd. ad Virg. 5 Georg. v. 529, & Muret. in Catull. de nupt. Pel. p. 191. Quare sic dicendum potius, primam *Orgiorum* notionem generalem esse; postea κατ᾽ ἐξοχὴν sic appellata sacra Bacchi.

ORGYIA, æ, ἡ ὀργυιά, eine Klaffter, mensura, quæ inter manus expansas continetur. Hesychius: Ὀργυιά, ἡ τῶν ἀμφοτέρων χειρῶν ἔκτασις.

ORIA, æ, navis piscatoria Plauto esse videtur, ein Fischerkahn. Fulgentius Planciades in Expos. Serm. antiquorum n. 15 *ORIAM dicunt navicellam modicam piscatoriam. Plautus Cacisto: Malo hunc alligari ad oriam, ut semper piscetur*, &c.

ŎRĪBĂSVS, i, nomen viri, latine *montes adscendens*: Ovid. Metam. 3 v. 210.

ŎRĪCHALCVM, i, fit ex ære & cadmia fossili. Cadmia enim in montibus foditur, meßing. Vet. Schol. Horatii ad illud de Arte poëtica v. 202 *Tibia non ut nunc orichalco vincta:*
Ὄρος, inquit, *Græce, mons est Latine: χάλκον, æs: Ὀρίχαλκον, æs montanum, quod in montibus colligitur. Vel* AVRICHALCVM *quasi æs auri.* Servius in Virg. II Æneid. *Apud majores*, inquit, ORICHALCVM *pretiosius omnibus fuit metallis. Namque, sicut Lucretius dicit, cum primum homines silvas incendissent, nullarum adhuc rerum periti, terra casu fertilis omnium, ex incendii calore desudavit metalla: inter quæ ORICHALCVM pretiosius visum est, quod & splendorem auri, & æris duritiem possideret. Namque de auro primum securis facta displicuit caussa mollitiei: simili ratione & argenti contemtus est usus, mox etiam æris. Orichalcum placuit, donec veniebat ad ferrum. Vnde etiam secula ita dicuntur fuisse distincta* &c. Vide supra & *Aurichalcum*. Cicer. Offic. 3 cap. 23 *Si quis aurum vendens orichalcum se putet vendere.* Horat. Art. poët. v. 202 *Tibia orichalco vincta.*

ŎRĬCVS, vel Oricum, i, oppidum Epiri, cujus multa mentio in bello civili Cæsaris: vide lib. 3 &c. & Lucan. 3 v. 187.
¶ Ōrĭcius, a, um, adject. Virgil. Æneid. 10 v. 136 *Oricia terebinthus.* Avienus Descript. Orbis v. 551 *Oriciumque*
Pulsant flabra solum.

Oriens, orientalis, vide proxime post *Orior*.

ORIENTIVS, i, Illiberitanus in Hispania Bætica episcopus, poëta Christianus, cujus Commonitorium a Schurzfleischio nuper in Saxonia integre editum. Stylus quidem non est emendatus plane ac purus, nec vero omni latini sermonis elegantia destitutus. Sexti seculi scriptor, Venantius Fortunatus lib. 1 de vita S. Martini, Orientium florentis oris scriptorem nominat. Vide plura in præfat. editoris.

Orificium, vide paullo post *Os, oris*.

ŎRĪGĂNVM, i, ὀρίγανον, cunila, auctore Dioscoride, herba est, wolgemuth. *Origanum silvestre*, toßen, *Heracleticum* & *Hispanicum* cognominatur. v. Plin. 20 cap. 17.

ŎRĪGĔNES, is, Ὠριγένης, Adamantinus dictus ob studiorum & laborum tolerantiam: Episcopus fuit Alexandrinus, cujus sex millia librorum se legisse alicubi scripsit B. Hieronymus. Mortuus est in summa paupertate anno Christi 255. De doctrina ejus hæc breviter annotavit Epiphanius: κακῶς δογματίσας τὰ περὶ πίστεως, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν γραφῶν κακῶς Φράσας. Hoc est: *Qui male de fide docuit, plurimas etiam scripturas male interpretatus est.* Sed hæc alibi suo loco.

Origo, cum derivatis, vide mox *Orior*.

ŎRINDA, æ, panis genus, &, ex quo conficitur, semen peculiare Æthiopiæ, sesamo persimile, quo cocto vescuntur, ut est apud Hesychium in Ὀρίνδην. Apicius 2 cap. 2 *Orindam infusam terere.*

Oriola, Oriolochia, vide *Horia, Orsiloche*.

ŎRĪON, ōnis, Ὠρίων, poëtis venator est & satelles Dianæ, inter sidera relatus. Fuit autem auditor Atlantis, qui doctrinam de cælestibus motibus & stellis ex Libya in Græciam attulit. Nomen Orionis quidam ab ὥρα, quod significat differentias temporum anni, *ver, æstatem*, &c. Grammatici derivant ab οὖρον, id est, *urina*, quia cosmicus occasus Orionis in Novembri ciet sævas tempestates; unde Virgilius dixit lib. 7 Æneid. v. 719
Sævus ubi Orion hibernis conditur undis.
Et inde apud eumdem Æn. 4 v. 52 *aquosus* appellatur. Sed aliam caussam affert Lutatius, vetus Scholiastes Statii, in 3 Thebaidos v. 27. Fabula ita habet: Pelasgus Jovem, Neptunum, Mercurium susceperat hospitio: qui referendæ gratiæ copiam dedêre precandi, quod vellet. Pelasgus orbus filium optavit. Dii in corium bovis, quem immolaverat Pelasgus, mingunt: defossumque post novem menses tolli jubent. Tum igitur natus Orion, ab *urina* accepit nomen, antea etiam *Vrion* dictus est. Vide ipsum, & adde Ovid. Fast. 5 v. 535. Hic fingitur ictu scorpionis interfectus, & in cælum juxta Tauri sidus constitutus. Vnde *Orion* sidus, der Jacobs-stab. Prima syllaba anceps est. Nam ab οὐρίων, si altera auferatur vocalis, relinquitur ὀρίων; postea ex ὠρίων, quod Doricum est, o longum est. Id vero magis est mirum, quod ω, in penultima aliquoties Ovidius corripuit, ut lib. 5 Fast. v. 493 *Quorum si mediis Bœotum Oriona quæres.*
¶ Nicandro ὠαρίων dicitur: Quem secutus Catullus carm. de Coma Berenices 67 extremo: *Proximus*, ait, *Hydrochoo fulgeat Oarion.* Et Rutil. 1 v. 637 *Namque procelloso subjungitur Oarioni.* Vocatus & *Jugula* veteribus, de quo vide suo loco. ¶ *Orion* quoque nomen proprium grammatici fuit, cujus majores apud Ægyptios sacerdotali munere functi fuerant. Inter Procli præceptores eum memorat Marinus Neapolitanus in vita Procli.

ŎRIOR, ortus sum, oriri, nasci, surgere, entspringen, aufgehen, entstehen, herkommen, erwachsen. Terent. in Adelph. a. 2 sc. 1 v. 35 *Tibi a me nulla orta est injuria. Sol oritur: Stellæ oriuntur*, sie gehen auf: Ovidius lib. 1 Fast. v. 295
Quid vetat & stellas, ut quæque oriturque caditque,
Dicere?
Plinius lib. 4 epist. ult. *Fons oritur in monte: per saxa decurrit*, &c. er quillet, entspringet. Vellej. 2, 114, 5 *Tantorum nominum, quibus ortus est, ornamentum.* ¶ 2. *Oriri* apud antiquos *surgere* frequenter significabat, ut adparet in eo, quod dicitur: *Oriens consul magistrum populi dicat*, quod est, surgens: Velius Longus de Orthograph. p. 2234. Grammaticorum Putschii.
¶ Ōriens, tis, adject. aufgehend, anbrechend, herstammend. Virg. Æn. 7 v. 138 *Noctis orientia signa*, i. e. sidera. Horat. 2 epist. 1 v. 130 *Orientia tempora*, die nachwelt. Vellej. 2, 99, 2 *Orientium juvenum fulgor.* ¶ 2. *Oriens*, subst. masc. plaga mundi, in qua sol oritur, & regio orientalis, der aufgang, die gegend gegen morgen, morgenland. Ampelius de Mundo: *Cæli regiones sunt quatuor, oriens, occidens, meridies, septemtrio.* Virg. Georg. 1 v. 250
Nosque ubi primus equis oriens afflavit anhelis,
wenn der morgen anbricht. Conf. Idem Æneid. 5 v. 42. Et Æneid. 1 v. 293 *spoliis orientis onustus.* Ovid. Metam. 7 v. 266 *Extremo lapides oriente petiti.* Plin. 19 cap. 25 *Orientis oceanus.* Sueton. Tito cap. 5 *Orientis regnum.*
¶ Orientālis, e, morgenländisch, gegen morgen: ut, *India orientalis*, Ost-Indien. *Auxilia orientalia*, Justin. 14, 4, 18. *Orientalia regna*, Idem 39, 5, 3. *Ab orientali arboris parte*, Palladius 3 c. 17.
¶ Ortus, a, um, aufgegangen, entsprungen, entstanden. Virg. Georg. 3 v. 156 *Sol recens ortus.* Horat. 4 od. 6 v. 31 *Orti claris patribus.* Sallust. B. Jug. c. 108 *Ortus ex concubina.* Quintil. 3 cap. 8 *antiquis nobilibus ortus.* Liv. 26 c. 6 *Loco obscuro tenuique fortuna ortus*, von geringer ankunfft. Nepos 25, 18, 3 *Ortus ab hoc.*
¶ Ortus, ûs, substant. der ursprung, die ankunfft. Statius lib. 2 Silvarum carm. 1 v. 218
Ortus quicquid habet, finem timet: ibimus omnes, &c.
Sic, *nobilis ortu*, Silius lib. 1 v. 77, edel gebohren. *Cato Tusculanus ortu*, Cicer. 2 de Legib. cap. 2. ¶ 2. De astris, der aufgang. Catullus principio carm. de Coma Berenices:
Qui stellarum ortus comperit, atque obitus.
Et Virg. eclog. 9 v. 46 *Quid antiquos signorum suspicis ortus?*
¶ Ortīvus, a, um, ab ortu, a plaga orientis, aufgehend. Manilius lib. 3 v. 189 *Ortivo totidem de cardine duces.*
Vbi *Ortivus cardo*, horoscopus est, ut Scaliger interpretatur.
¶ Ōriundus, a, um, originem trahens, herstammend, entsprossen, bürtig, der seine erste ankunfft hat. Livius lib. 24 cap. 6 *Nati Carthagine, sed oriundi a Syracusis.* Idem lib. 1 cap. 49 *ab Vlysse Deaque Circe oriundus.* Et ibidem cap. 20 *sacerdotium Alba oriundum.* Et cum adverbio: ut, *Ego sum inde oriundus, unde tu*, Valla lib. 3 c. 57. Qui ad leg. 190 ff. de V. S. commentantur, observare solent, *oriundum* aliquem dici respectu originis non suæ, sed majorum suorum; *ortum* autem respicere ad locum nativitatis. Vide ibi Alciatum. Fornerius tamen ad eamdem legem ait, subtilem hanc differentiam juris auctores promiscue usurpando sustulisse. Cic. Topic. cap. 6 *qui ab ingenuis oriundi sunt.* Lucret. 2 v. 989
Denique cælesti sumus omnes semine oriundi.
¶ Ōrīgo, ĭnis, der anfang, ursprung. Cicero de Vniverſ. cap. 2 *Nullius rei, caussa remota, reperiri origo potest.* Virg. 6 Æneid. v. 730
Igneus est ollis vigor & cælestis origo.
¶ Ōrīgĭnālis, e, ursprünglich, des ersten ursprungs: ut, *Originalis sententia*, Apulejus Met. lib. 10 sub fin. Idem lib. 11 sub initium: *Ceres, alma frugum parens originalis.* Et Tertullianus adv. Hæretic. c. 21 ecclesias Apostolicas vocat *matrices & originales fidei*.
¶ Ōrīgĭnālĭter, adverb. idem. Augustinus lib. 1 Retractat. cap. 15 *peccatum ex Adam originaliter trahere.* Adde infra in *Primordialiter*.
¶ Originārius, a, um, idem quod Originalis. Ambrosius sub fin. Sermonis 17 de Calend. Januar. *Inveteratum & originarium malum est.* Cod. lib. 10 tit. 38 *de municipiis & originariis*, i. e. de illis, qui contrahunt municipatum origine principaliter.
¶ Originatio, ōnis, die herstammung. *Notatio* Ciceroni, etymologia. Vid. Quintilian. lib. 1 cap. 9.
¶ Originitus, adverb. ursprünglich. Ammianus lib. 31 cap. 6 *Vnde etiam Persæ, qui sunt originitus omnes Scythæ.*

Composita:

¶ Abŏrior, abŏrīri, zur unzeit gebohren werden, nasci ante partûs maturitatem. Priscis tamen Latinis nihil aliud erat, quam intermori, occidere, contrarium videlicet τῷ oriri. Lucretius lib. 3 v. 156 *infringi linguam, vocemque aboriri.* Idem & verbo *aborisci* eadem significatione usus est, ut Pareus legit. Adde dicenda in *Abortus* & *Abortio*. Varro apud Nonium cap. 2 n. 24 pro *Abortire* usurpasse videtur: *Si prægnans biberit, fieri, ut aboriatur.*
¶ Abŏriscor, sci, idem. Ita, ut modo diximus, Pareus legit in Lucret. 5 v. 732 *Inque dies privos aborisci quæque creata.*
Gifanius Indice tuetur consensu librorum. Gassendus *aboriri*. At Fayus cum Lambino & Creechio *abolescere*.
¶ Abortus, ûs, substant. partus immaturus, eine unzeitige geburt. *Abortum facere, pati*, zur unzeit gebähren, apud Plinium lib. 21 cap. 18, & lib. 28 cap. 7. Manilius lib. 1 v. 140 *Abortum* pro occasu stellarum posuit. *Abortus* & *Aborsus* quomodo differant, vide apud Nonium Marcellum cap. 5 n. 106.
¶ Abortio, ōnis, idem. Jul. Paulus lib. recept. sent. Tit. 23 sent. 7 *Qui abortionis, aut amatorium poculum dant*, &c. *Poculum abortionis*, ein tranck, womit die leibesfrucht vor der zeit abgetrieben wird. Plaut. Truc. a. 1 sc. 2 v. 98 *Abortioni operam dare.*
¶ Abortium, i, pro abortu vel abortione dixit Hieronymus epist. 26 cap. 1 ad Pamm. super obitu Paulinæ, (Tom. 1 f. 74) *Dum crebris abortiis & experta fœcunditate conceptum non desperat liberos*, es war ihr offt unrichtig gegangen.
¶ Abortio, ire, verbum, significans idem quod abortum facere. Tribuitur Plinio lib. 8 cap. 51, *propter facilitatem abortiendi.* At Harduinus *aboriendi* legit, defenditque consensu MSS. librorum. Pro eo
¶ Aborto, āre, dixit Varro lib. 2 de Re Rust. cap. 4 *Haram facere oportet, ea altitudine abs terra, ne, dum exilire velit* (sus) *prægnans, abortet.*

tet. Vsus est & Firmicus lib. 3 cap. 7 n. 6.

¶ Abortīvus, a, um, adjectivum, quo Plinius sæpe usus est, tam pro eo, quod vim abigendi fœtum habet, abtreibend; ut lib. 20 cap. 21 *Malvas cum adipe anseris abortivas* dicit ex quorumdam sententia: quam pro ipso abortu, mißgebehrend; ut lib. 18 cap. 17 *Evanescit quodam abortivo*, i. e. abortu. Ita omnes MSS. libri, teste Harduino. Nam & *Abortivi* dicuntur, qui abortu nati sunt, unzeitige kinder, apud Sueton. Aug. cap. 35. conf. Horat. 1 satyr. 3 v. 46. Et

¶ Abortīvum, i, substantive pro abortu dicitur, die tode frucht. Gloss. Vet. *Abortivum*, ἔκτρωσις.

¶ Aborticium, & Aborticiosum, i, mißwachs, etiam in antiquis Glossis leguntur, iisque vertuntur ἐκτρωματικὸν, ἐκτρωματιαῖον.

¶ Adŏrior, ortus sum, iri, invadere quovis modo, anfallen, antasten: ut, *Adoriri aliquem jurgio*, Terent. Adelph. a. 3 sc. 3 v. 50. *Adoriri aliquem gladio*, Cicer. pro Sextio cap. 37, überlauffen mit blossem degen. *Adoriri a tergo, ex insidiis*, von hinten zu, aus hinterlist einen anfallen, Idem pro Milon. cap. 10. *Fortuna eum demergere est adorta*, i. e. aggressa est, voluit, Nepos 10, 6, 1. conf. 8, 2, 5.

¶ Adortus, a, um, der sich fürgenommen, der angefangen hat. Virgil. Æneid. 7 v. 386 de fœmina: *Majus adorta nefas.* Curt. 3, 1, 6 *Arcem oppugnare adortus.* Sed Raderus ibi mavult *Adorsus*, ab *Adorior.*

¶ Coŏrior, cooriri, simul oriri, zugleich entstehen; ut, *Cooritur bellum*, Cæsar lib. 3 B. Gall. cap. 7. *Cooriuntur subito maximæ tempestates*, Cic. 3 in Verr. cap. 18, es erhebt sich ein ungewitter. Virg. 1 Æn. v. 152

In populo si quando coorta est Seditio.

¶ Coortus, a, um, entstanden. Nepos 15, 8, 5 *Risus cum hilaritate coortus.* Lucret. 6 v. 956 *Coortæ tempestates.* Idem 5 v. 1000 *Coortis fluctibus mare sævit.*

¶ Exŏrior, exoriri, nasci, erwachsen, entstehen. *Exoriri subito*, Cic. 1 fam epist. 5. *Dies exoritur*, Lucan. lib. 1 v. 234. *Injuria unde exorta est, ad eum plerumque revertit*, Lucret. lib. 5 v. 1152. Et, *A mea uxore hæc sunt exorta omnia*, diß alles entspinnet sich oder kömmt von meinem weibe, Terent. in Hecyr. a. 4 sc. 4 v. 10. *Timor exoritur ex conscientia peccatorum*, Cic. in Paradox. 5 cap. 3. *Fama exoritur*, es erhebt sich ein gerüchte, Livius lib. 6 cap. 21.

¶ Exŏriens, tis, aufgehend; ut, *Sol exoriens*, Virg. Georg. 1 v. 438. *Amnis exoriens*, herfürquillend, Lucret. 6 v. 723. *Annus exoriens*, angehend, Tibull. 3 eleg. 1 v. 2.

¶ Exortus, a, um, aufgegangen, entstanden: ut, *Exortus sol*, Idem Lucret. 3 v. 1058. *Jubare exorto*, Virgil. Æneid. 4 v. 130. *Pestis exorta*, Plin. 10 cap. 50.

¶ Exortus, ûs, substant. der aufgang: ut, *Exortus solis*, der sonnen aufgang, Plin. lib. 12 cap. 11. Et, *Siderum exortus*, lib. 11 cap. 12.

¶ Exortīvus, a, um, gegen aufgang gelegen: ut, *Exortiva pars*, das theil gegen aufgang, Plin. lib. 18 cap. 34. *Exortivus oceanus*, Idem lib. 37 cap. 2.

¶ Inŏrior, inoriri, idem quod *Oriri.* Tac. Annal. 12 c. 23 n. 4 *Quid si memoria eorum inoriretur?* Sed Criticis suspectum verbum. vide notas Ryckii.

¶ Obŏrior, oboriri, præter expectationem nasci vel oriri, plötzlich und unter den händen entstehen. *Tanta hæc lætitia oborta est*, Terent. Heaut. a. 4 sc. 3 v. 2. *Lux oboritur*, Silius 17 v. 481. Et, *Nox oborta est*, Seneca Herc. Fur. v. 823. Et Cicer. pro Ligar. cap. 3 *Vide, quanta lux liberalitatis & sapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur.*

¶ Obortus, a, um, entstanden: ut, *Terræ motus obortus*, Lucret. 6 v. 586. *Expavit oborta sidera*, Statius Theb. 8 v. 32.

¶ Suborior, suboriri, idem fere quod oriri. Plin. 2 cap. 93 *Metallorum opulentia tot seculis suboriens.* Lucret. lib. 1 v. 1035

Ex infinito suboriri copia posset.

¶ Subortus, ûs, substant. contrarium τῷ *Ortus*, der untergang. Manilius lib. 3 v. 326 *Stans veri stellarum ortus verique subortus.*

ŎRĪTES, æ, gemma globosa specie, qui & *siderites*, Plin. 37 c. 10.

ŎRĪTHȲIA, æ, filia Erichthei Atheniensium regis, quam Boreas rapuit, & in Thraciam tulit, & ex ea Zethen & Calaim suscepit. Poëtæ ab homine transtulerunt ad ventum. vide Apollon. Argonaut. lib. 1, & Ovid. Metam. 6 v. 683. Meminit & Cic. de Leg. 1 cap. 1, & Stat. 12 Theb. v. 640. Adde Nat. Comit. 8 cap. 2, & Cœl. Rhodig. 15 cap. 23.

¶ 2. *Orithyia* alia Amazonum regina, quæ Marpesiæ matri successit. v. Justin. 2, 4, 17, & 26.

¶ Orithȳos, i, mons, de quo Sidonius 11 epist. 2

Qua super Idalium levat Orithyos in æthram.

ŎRIX, vel Oryx, orygis, masculinum. Nam *sævus oryx* Martialis lib. 13 epigram. 95 dixit; ὄρυξ animal est ex genere caprarum silvestrium, Plin. lib. 9 cap. 1, eine wilde ziege.

ORMĔNIS, ĭdis, filia Orminii, Astydamia ab Hercule rapta. Ovid. Heroid. epist. 9 v. 50 *Nec referam partus, Ormeni nympha, tuos.*

ORMĬNIVM, i, ὅρμινον, silvestris asparagus, Plin. 20 c. 10.

Ornamentum, ornatus, &c. vide mox *Orno.*

ORNĪTHIAE, ārum, ὀρνιθίαι, venti septemtrionales sunt Columellæ lib. 9 cap. 2. De quibus Plinius lib. 2 cap. 47 *Spirant a bruma, qui vocantur ornithiæ, sed leniores & paucis diebus.* Sic autem dicti ab avium videntur adventu: Budæus.

ORNĪTHON, ōnis, ὀρνιθὼν, aviarium, ein vogel-hauß, Varroni procem. lib. 2, & lib. 3 cap. 5. Et

¶ Ornithobosciūm, i, ὀρνιθοβοσκεῖον, locus, in quo gallinæ & aves aluntur, ein hüner-hauß, hüner-korb, eidem lib. 3 cap. 9 de Re Rust.

¶ Ornithotrŏphīum, i, ὀρνιθοτροφεῖον, idem, eidem Varr. lib. 3 cap. 5.

¶ Ornithŏgălum, i, ὀρνιθόγαλον, planta frequens in agris, radice nucibus castaneis suaviore. Vide Dioscor. lib. 2 cap. 138.

ORNO, avi, atum, are, ornatum adferre, honorare, zieren, schmücken, ehren. *Munus ornare verbis*, rühmen, mit worten ausstreichen, Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 1 v. 8. *Ornari honore, dignitate, eximia laude*, Cicer. 2 fam. epist. 15, & pro Planc. cap. 9. ¶ 2. Significat etiam *instruere, adparare*, zurüsten. *Ornare atque instruere copias omnibus rebus*, Cicer. pro Lege Manil. cap. 8. Idem, *Exercitum auxiliis ornare*, dixit lib. 2 famil. epist. 10. Et *Exornare aciem* Sallustius dixit Jugurthâ cap. 52. Sic, *Classem ornare*, idem Cicero pro L. Manilia, & Livius lib. 26 cap. 37 dixerunt. Sic, *ornare provinciam: Ornare magistratum*, est rebus necessariis instruere. De quo vid. Casaubonus itemque Torrentius in Sueton. Cæsarem cap. 17. Livius lib. 42 cap. 1 *Ita magistratus multis tabernaculisque & omni alio instrumento ornabantur.* Et, *Penum ornare*, Plautus dixit Capt. a. 4 sc. 4 v. 12. ¶ 3. Significat & beneficiis cumulare, quæ ornamento & gloriæ sint. Cicero pro Dejotaro: *Deinde eum regem, quem ornare antea cuncti cum senatu solebamus* &c. Item pro Roscio Amerino cap. 47 extrem. *Non modo non lædetur caussa nobilitatis, si istis hominibus resistetis; verum & ornabitur.* Idem lib. 7 famil. epist. 5 *M. Furium, quem mihi commendas, vel regem Galliæ faciam, vel Leptæ legatum. Si vis tu, ad me alium mitte, quem ornem.* Sic & Cicer. 3 in Verr. cap. 13 *ornare aliquem beneficiis officiisque omnibus* dixit. Non dissimiliter *ornare divitiis*, pro locupletare, Nepos dixit Themistocle cap. 2 n. 3. ¶ 4. Superioribus exemplis adscribere & illud Ciceronis aliorumque dictum de Augusto liceat, quo *eum ornandum tollendumque* jactabant, ut Suetonius auctor est Augusti vitâ cap. 12. Sed præstat ibi *ornare* pro laudare accipere. Ita enim Vellejus interpretatur lib. 2 cap. 62 extremo: *Hoc est*, inquit, *illud tempus, quo Cicero, insito amore Pompejanarum partium,* CAESAREM LAVDANDVM *&* TOLLENDVM *censebat. Cum aliud diceret, aliud intelligi vellet.* Vltima verba Paterculi ad ambiguum sensum verbi *tollere* pertinent. Nam *tollere & attollere quem*, laude ac gloria evehere est; & sustollere, sive opprimere & enecare. Volebat enim videri Cicero *tollendam*, id est, honorandum Cæsarem Augustum, dixisse; quem in occulto *tollendum de medio* intelligebat. ¶ 5. Pro simpliciter *vestire* usus Vitruvius præfat. lib. 6 de Aristippo loquens: *Ibique de philosophia disputans multis muneribus ornatus est: ut non tantùm se ornaret, sed etiam eis, qui una fuerunt,* (in naufragio,) *vestitum & cætera, quæ opus essent, ad victum præstaret.* Quanquam non ad vestitum tantum, sed cætera etiam, quibus ad vitam tuendam opus erat, respicere potuit: ad eum tamen cum maxime respexit. Nam & *ornamenta* dicimus, quæ gestamus corpore induti. ¶ 6. *Ornare fugam*, Terent. Eunuch. a. 4 sc. 4 v. 6, sich zur flucht gefaßt machen. Quæ verbi notio in τῷ *Adorno* maxime apparet.

¶ Ornātus, a, um, geziert, geschmückt, zierlich. Nepos 15, 3, 1 *Ornatus in oratione.* Cicer. pro Cornel. 1 apud Ascon. *Adolescentia ad summam laudem omnibus rebus ornata.* Idem de Senect. cap. 16 *Agro bene culto nihil potest esse nec usu uberius, nec specie ornatius.* Tacit. Ann. lib. 14 c. 4 *Navis inter alias ornatior.* Cic. Divin. in Verrem cap 9 *lectissimus atque ornatissimus adolescens.* Et pro lege Manil principio: *locus ad dicendum ornatissimus.* ¶ 2. Interdum idem est ac honoratus, beehrt, geehrt; ut, *Ornatus ex suis virtutibus*, Terent. Adelph. a. 2 sc. 1 v. 22. Et, *Ornatus aliquis clarissimorum virorum testimoniis*, Cicer. de Arusp. Resp. cap. 13. *Homo ornatissimus loco, ordine, nomine, virtute, ingenio*, &c. Idem 3 in Verr. cap. 48 extrem. Et, *ornatissimus beneficiis*, lib. 7 fam. epist. 5. ¶ 3. Significat etiam *instructum, paratum*, zugeschickt, gerüstet, fertig. Festus: ORNATVS *dicitur bene aptus, ut miles, aut gladiator, aut acturus fabulam.* Sic, *classem ornatam armis*, Lucret. lib. 2 non procul a principio. *Ornatum elephantum*, i. e. instructum, Corn. Nepos in Hannibale dixit, ubi Lambinum & Gebhardum vide. Et, *Exercitum ornatum ad prælium*, Tacitus 3 Histor. cap. 63, ita enim legendum ex MS. monuit Lipsius. Sic, *Ornatus vestitu militari*, angethan, Nepos 14, 9, 3.

¶ Ornate, adverb. zierlich. *Ornate & copiose dicere*, Cicer. pro Cæcin. cap. 18. *Ornatius caussam suam dicere*, Idem lib. 1 de Oratore c. 53. Et, *Ornatius caussas agere*, lib. 9 fam. epist. 21. *Ornatissime de aliquo loqui*, Cic. lib. 1 ad Attic. epist. 14. Et, *Ornatissime & copiosissime defendi*, de Clar. Orat. cap. 5.

¶ Ornatus, ûs, subst. der zierath, schmuck; ut, *Ornatus militaris*, Cicer. 1 Offic. cap. 18 extr. *Ornatus regalis*, Idem 2 de Fin. cap. 21. *Ornatum afferre orationi*, Idem in Oratore cap. 39. *Regium ornatum sumere*, Nepos 13, 13, 3. Et Plautus Pœnulo a. 1 sc. 2 v. 93 *Pulchrum ornatum turpes mores pejus cœno collinunt.* Differt a *cultu*: vide supra in *Colo.*

¶ Ornātor, ōris, qui ornat, ein zierer, schmücker. Gloss. Vet. *Ornator*, κοσμήτης. Cassiodor. lib. 1 epist. 2 *Acervus* (conchyliorum) *Neptunius generator florentis purpuræ, ornator solii.*

¶ Ornatrix, īcis, eine schmückerin, putzfrau, kammermädgen. Nam *Ornatrices* dicebantur ancillæ, quæ dominarum crinem componebant: qualis *Nape, Cypassis* apud Ovidium, *Latris* apud Propertium. Juvenali *Cosmetæ* adpellantur. Vide, si lubet, Torrentium ad Claudium Suetonii cap. 40, ubi *liberta ornatrix* dicitur: itemque Pignorium de Servis, nec non Wowerium ad Petronium. Ovid. de Arte am. lib. 3 v. 239 *Tuta sit ornatrix.* Sic *Ornatrix*, scil. a capillis, eine haarflechterin, Idem Amor. 1 eleg. 14 v. 16.

¶ Ornāmentum, i, der schmuck, die zierde, ehre; ut, *Orationis ornamenta*, Cicer. 1 de Fin. cap. 5. *Lumen & ornamentum reipubl. Hortensius*, Idem pro Milon. c. 14. *Non modo temporibus nostris, sed ipsis etiam litteris ornamento futurus*, Plin. lib. 6 epist. 11. *Vir optimus & inter præcipua seculi ornamenta numerandus*, Idem lib. 8 epist. 12. *Quanto esset sibi ornamento, sentiebat*, Nepos 10, 2, 1, er stunde ihm gar wohl an. Sed, *Nullum ab eo habebat ornamentum, ut cæteri, qui per eum aut honores aut divitias ceperant*, keine gabe, wolthat, beehrung, Idem 25, 7, 2. ¶ 2. *Omne instrumentum* & ita adpellatur, unde adornari aliquid potest, die muntirung, ausrüstung. Vnde *arma* vocantur *ornamenta*, apud Senec. præfat. lib. 4 Natur. Quæst. *Sic ergo formare, ut sciat, te non posse consequi, ut sis impetrabilis: cum omnia caveris, per ornamenta feriet.* Lipsius per ipsa *arma* explicat loco mox allegando. Vnde & scenicorum adparatus, qui Græcis σκευὴ, *Ornamentorum* nomine venit. De quo Casaubonus ad aliud Suetonii in Tito cap. 9 *Oblata sibi ornamenta pugnantium inspicienda porrexit.* Vbi tamen *ferramenta* malim legere, quod MSSti libri habent. Nam Victor uterque in eadem narratione *gladios* vocat. Et *Ornamenti* vox

nimis

nimis late significat. Magis itaque strictior, *ferramenti*, convenit. Lipsius quidem pro vulgara est 2 Saturnal. cap. 17, ubi ostendit, *arma* gladiatorum *ornamenta* dici auctoribus. Vere id quidem: sed aliud *arma*, aliud *tela* sunt: De *telis* autem Suetonius loquitur. Sed Lipsius *ornamenta* defendit, ex altero Senecæ epist. 14 ibi: *Ars ei constat, qui per ornamenta percussus est.* Certe cum *ornare* generatim significet *instruere*, *ornamenta* pro *armis* tum demum accipientur, ubi pro præsenti materia alius adparatus intelligi non potest. Ipse Cicero Catilin. 2 cap. 11 *ornamenta*, pro adparatu belli vel armis videtur dixisse: *Neque vero*, inquit, *ceteras copias, ornamenta, præsidia vestra, cum illius latronis inopia ac egestate debeo conferre.* Plaut. prol. Amphitr. v. 84 *Quive, quo placeret alter, fecisset minus,*
Eis ornamenta & corium uti conciderent.
Ornamenta, i. e. vestes scenicas. Sic Idem Pseudolo a. 1 sc. 3 v. 108 *sine ornamentis*, nudam significat. Sic, *Ornamenta triumphalia, consularia, senatoria* &c. dicebantur cultus ceteraque insignia triumphantium, Consulum, Senatorum &c. de quibus suis locis.

¶ Ornamentarius, i, ein zierer. Gloss. gr. lat. κοσμήτης, *ornamentarius, ornator.*

Composita:

¶ Adorno, are, quod, quam simplex, venustius est, bezieren; ut, *Adornare aliquem insigni veste*, Livius lib. 1 cap. 20. Et, *Adornare verbis benefacta*, rühmen. Plinius lib. 1 epist. 8 *Ii, qui benefacta sua verbis adornant, non ideo prædicare, quia fecerint; sed ut prædicarent, fecisse creduntur.* ¶ 2. Præparare, zubereiten, zurüsten. Terent. Eunuch a. 3 sc. 5 v. 34 *Continuo hæ adornant, ut lavet*, i. e. apparant, sie schicken sich zum bade. *Adornare bellum*, Livius lib. 10 cap. 38. *Adornare naves*, schiffe ausrüsten, Cæsar de B. G. lib. 1 cap. 26.

¶ Adornātus, a, um, ausgeziert, begabt, geschmückt; ut, *Tantis adornatus virtutibus*, so tugendhafft, Vellej. 2, 2, 2. *Adornati præcipuis donis viri*, herrlich beschenckt, Idem 2, 121, 3. *Adornata verbis in speciem*, Tacit. Ann. 1, 52, 2. *Equos venatui adornatos sistere*, fertig zur jagd, Idem Ann. 12, 13, 4.

¶ Adornate, adverb. idem. Sueton. de Rhetor. cap. 6 *Declamabat splendide atque adornate.*

¶ Superadorno, are, drüber decken. Seneca 4 Quæst. Nat. cap. 2 *Nullum materia superadornata manet operimentum.*

¶ Deorno, are, den schmuck abnehmen, verunehren. Gloss. gr. lat. ἀποκοσμῶ, *Deorno.* Claud. Mam. de Statu Anim. 3 cap. 1 *Qui deornat animam.* Ita restituit Barth. ad h. l. p. 440, & Advers. lib. 50 c. 3.

¶ Exorno, are, magnifice ornare, zieren, putzen, herrlich herausstreichen. Cicer. in Tuscul. lib. 5 cap. 4 *Pythagoras præstantissimis institutis & artibus exornavit magnam Græciam.* Plaut. in Mostell. a. 1 sc. 3 v. 132 *Mulier nequaquam exornata est bene, si morata est male.* ¶ Item, instruere, ausrüsten. Sic, *exornare aciem*, Sallustius Jugurthâ cap. 52. *Exornare nuptias*, Plautus dixit Aulul. a. 4 sc. 10 v. 54.

¶ Exornatus, a, um, ausgezieret; ut, *Exornatus varia veste*, Terent. Eunuch. a. 4 sc. 4 v. 16. *Exornatissima auro cithara*, Auctor ad Herenn. lib. 4 cap 47. ¶ 2. Terent. Heaut. a. 5 sc. 1 *Quem adeo exornatum dabo, adeo depexum, ut, dum vivat, meminerit mei:* i.e. probe verberatum. Similiter nos: ich will ihn schön zurichten.

¶ Exornātio, ōnis, die auszierung, ausstaffirung; ut, *Exponere aliquid simpliciter sine ullâ exornatione*, Cic. lib. 2 de Invent cap. 3. *Vasa, quæ ad exornationem pertinent*, id est, splendidior, non autem necessaria, supellex, Colum. lib. 12 cap 3.

¶ Exornātor, ōris, ornator, einschmücker, staffirer. Cic. lib. 2 de Oratore cap. 12 extr. *Ceteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt.*

¶ Inornatus, a, um, sine ornatu, unzierlich, ungeputzt; ut, *inornati capilli*, Ovid. 5 Metam. v. 472. *Inornata verba*, Horat. Art. Poët. v. 234. *Nuda atque inornata inventio*, Aut. ad Herenn. lib. 4 cap. ult. *Non ego te meis chartis inornatum sileri patiar*, Horat. 4 od. 9 v. 30; *Inornatum*, i. e. illaudatum, non illustratum.

¶ Inornate, adverb. unzierlich. Aut ad Herenn. lib. 4 cap. 31 *Hoc pacto non inornate poterimus & in laudando & in lædendo, aut in corpore, aut in animo, aut in extraneis rebus dicere.*

¶ Perorno, are, durchaus schmücken. Deinde nimium laudare. Tacit. Ann. lib. 16 cap. 26 *Detraheret potius senatui, quem perornavisset, infamiam tanti flagitii.* Et Paulinus 7 Natal. Felic. v. 304
defecta in parte perornant.

¶ Perornātus, a, um, wohl gezieret. Cicer. de Clar. Orat. cap. 43 de Crassi eloquentia: *Quod difficile est, idem & perornatus, & perbrevis.*

¶ Redorno, are, verneuen, ergäntzen. Tertull. de Resurrect. Carn. cap. 12 *Redornantur & specula lunæ, quæ menstruus numerus attriverat.*

¶ Suborno, are, aliquantulum ornare, vel honorare, etwas beehren. Plancus Cic. 10 fam. epist. 23 *Vigilanter nervoseque nos, qui stamus in acie, subornes.* ¶ 2. Et latenter contra aliquem adducere seu allegare, heimlich anstifften, bestellen; ut, *Falsum subornavit testem Roscius*, Cic. pro Qu. Rosc. cap. 17. *Pecunia aliquem subornare*, Idem in Philippica 13 cap. 16.

¶ Subornatus, a, um, unterrichtet, abgerichtet. Sen. epist. 24 *Vides hominem non eruditum, nec ullis præceptis contra mortem aut dolorem subornatum.* Idem de Benef. 3 cap. 28 *In militum, & quidem non vulgarem cultum subornati*, i. e. vestiti. Cic. in Vatin. cap. 1 *Accusatores instructi & subornati.*

¶ Subornator, ōris, qui subornat, ein anstiffter. Ammianus 15 cap. 8 *subornatore & conscio præfecto prætorii*, der es angestifftet hatte.

ORNUS, i, fœm. arbor, eine hainbuche; ut, *Ornus antiqua, annosa*, Virg. 2 Æn. v. 626, & lib 10 v. 766. Et 2 Georg. v. 111
steriles saxosis montibus orni.

ORNȲTION, ōnis, filius Sisyphi, frater Glauci, Thersandri, & Almi, pater Phoci, ut e Corinth sive lib. 2 Pausan. p. 86 cognoscimus. Præter Phocum etiam Thoas ipsi filius fuit, quod docebit Scholiastes in Oresten Euripidis p. 255, qui tamen ipsum pro Ornytione vocat *Ornytum.*

¶ Ornȳtus, i, de quo modo dictum. ¶ 2. Alius, de quo Clemens Alexandr. Protr. f. 17 Πολέμων τὴν Ἀθηνᾶν ὑπὸ Ὀρνύτου τρωθῆναι λέγει. i.e. *Polemo dicit, Minervam fuisse vulneratam ab Ornyto.* Fabulam hanc copiosius narrat Pausan. Arcad. seu lib. 8 p. 459, qui addit, alio nomine *Teuthidem* adpellatum. conf. Virg. Æn. 11 v. 677, & Val. Flacc. 3 v. 173. Apud Statium Theb. 12 v. 207 & v. 219 est *Ornitus.*

ŌRO, avi, atum, are, rogare, bitten. Quorum utrumque minus est, quam obsecrare & obtestari. *Etiam atque etiam te oro*, Cic. lib. ad Attic. epist. 1. *Multis & supplicibus verbis orare*, Idem ad Att. 12 epist. 32. Et Livius lib. 21 cap. 6 *Legati missi, auxilium ad bellum, jam haud dubie imminens, orantes.* Nepos 20, 5, 2 *Oravit omnes, ne id facerent.* Item, *Orare alicui aliquid*, für einen um etwas werben: Ter. Andr. a. 3 sc. 2 v. 48 *Orabo uxorem gnato*, &c. *Orare aliquem aliquid*, i. e. petere ab aliquo aliquid: Sueton. Vespasian. cap. 16 *Qui negata sibi gratuita libertate, quam imperium adeptum orabat*, &c. ¶ 2. Sed *orare caussam*, agere vel dicere caussam est, für gericht reden, sachen führen; Terent. Phorm. a. 2 sc. 1 v. 62 *Servum hominem caussam orare, leges non sinunt.* Et, *Scientia orandi*, Quintil lib. 1 cap. 10. *Neminem unquam melius ullam oravisse capitis caussam*, Cic. de Clar. Orat. c. 12.

¶ Orātus, a, um, gebeten. Horat. 1 epist. 13 v. 18 *Prece multa oratus.* Idem 2 sat. 3 v. 176 *Oratus per divos.* Vellej. 2, 70, 1 *Cæsar obibat munia ducis, oratus etiam ab Artorio medico.*

¶ Oratum, i, substant. pro re orata, eine bitte. Terent. Hecyr. a. 4 sc. 1 v. penult. *ne orata nostra nequeat diutius celare.* Et ibid. a. 3 sc. 3 v. 25 *Cum orata ejus reminiscor.*

¶ Oratus, ûs, substant. das bitten und flehen. Plaut. Casin. a. 4 sc. 1 v. 17 *Illorum oratu faciunt.* Cic. pro Flacco cap. 37 *An etiam scripsit oratu tuo?* Corippus 2 v. 11
Ipse autem procerum magnis oratibus actus.

¶ Ōrātio, ōnis, omnis locutio secundum Ciceronem, die rede, das sagen. Terent. Phorm. a 1 sc. 4 v. 47 *Meministin' olim, ut fuerit vestra oratio?* was ihr für worte geführet? Et Andr. a. 1 sc. 1 v. 214 *Honesta oratio est*, i. e. speciosum est, quod dicitur. Ibidem a. 1 sc. 5 v. 16 *Oratio hæc me miseram exanimavit metu.* Vbi Donatus: *Etiam pauca verba veteres* Orationem *dicebant.* Sic Principum mandata decretaque & constitutiones *Orationes* sæpe appellabantur, quemadmodum hac voce usus Suetonius Tito est c. 6. Idem in Nerone c. 15 *rationes* vocat. Alii & *epistolas* dixerunt, de quo suo loco. vide & Casaubon. in Capitolinum. Cæsar de B. C. 1 cap. 35 *Cujus orationem legati domum referunt.* Sed *Oratio perpetua* sive *continens* est, quæ *interpellatæ* opponitur. vide infra *Perpetuus*. *Qualis homo ipse esset, talem ejus esse orationem, orationi autem facta simillima, facta vitam, Socrates disserebat*, Cicer. 5 Tusc. cap. 16. Et, *Animo ægrotanti medicus est oratio*, ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι. vide Chiliad. *Flexanima atque omnium rerum regina oratio*, Cicer. lib. 2 de Orat. cap. 44. *Habere orationem contra aliquem*, Quintil. lib. 2 cap. 17. *Scribere orationem*, ibidem. *Orationes intervertere*, ausschreiben, vide *verto*.

¶ Ōrātiuncŭla, æ, dimin. eine kleine rede; item, ein gebetlein. Cic. 3 de Nat. Deor cap. 17 *Lælius in illa aureola oratiuncula dicit*, &c.

¶ Ōrātor, ōris, ein redner, qui *bonus est dicendi peritus*, quemadmodum Quintiliano definitur, Æschinem Catonemque secuto: non optime, Vossio censente, quem vide de natura & constitut. Rhetoricæ, sub finem c. 1. Sic, *Proprium oratoris est, apte, ornate, & distincte dicere*, Cic. in Offic. 1 cap. 1. *Orator ad vos venio*, Terent. in prologo Hecyr. v. 9. *Formare oratorem*, Quintil. lib. 1 cap. 1. ¶ 2. Olim *Oratores* dicebantur, qui nunc *Legati*, gesandten. Livius lib. 1 cap. 15 *Vejentes pacem petitum oratores Romam mittunt.* Et Virgil. Æn. 11 v. 331 *Centum oratores primâ de gente Latinâ, Ire placet.* vide Varron. lib. 6 de L. L. cap. 3. Nam ab eo, quod antiqui *Orare* dicebant pro *Agere*, uti Festus testatur, & Nonius cap. 4 n. 342, *Legati* dicti sunt *Oratores*, quia principis aut reipublicæ mandatas partes agebant. Adde, qui de Legatis scripserunt, Car. Paschal. cap. 2. Alb. Gentil. 1 cap. 2. Herm. Kirchn. 1 cap. 1 n. 10. ¶ 3. Et *Oratores*, qui rhetoricam & eloquentiam docebant magnatum liberos. Sidonius lib. 5 epist. 5 *Pueritiam tuam competenter scholis liberalibus memini imbutam, & sæpe numero acriter eloquenterque declamasse coram oratore, satis habebo compertum.* Vnde ad discrimen *Caussidici* dicebantur *forenses oratores*. vid. Barth. ad Claudian. p. 76.

¶ Ōrātrix, īcis, die rednerin, beterin. Plaut. Milite a. 4 sc. 2 v. 80 *Quum me oratricem haud sprevisti, sivistique exorare ex te.* Alio & oratorio sensu Quintilianus lib. 2 cap. 14 pr. RHETORICEN *in latinum transferentes, tum* ORATORIAM, *tum* ORATRICEM *nominaverunt.*

¶ Orātōrius, a, um, rednerisch; ut, *Ornamenta oratoria*, zierliche worte der wohlredner, Cicer. de Clar. Orat. cap. 75. *Ornatus oratorius*, Quintil. 3 cap. 1. *Vrbanitas oratoria*, Idem 6 cap. 3.

¶ Oratoria, æ, substant. die redner-kunst. Quintil. 2 cap. 14 *Oratoria sic effertur ut elocutoria.* vide paullo ante *Oratrix*.

¶ Oratorium, i, εὐκτήριον, locus precationis, templum, ein bethkämmerlein, bethhauß, kirche. Hac enim significatione utuntur frequenter scriptores ecclesiastici. vide Vulg. Interpr. Judith. cap. 9 v. 1, & Augustin. epist. 109.

¶ Oratorie, adverb. nach redner-kunst; ut, *pulchre & oratorie dicere*, wohl und nach der kunst reden, Cicer. in Oratore cap. 68.

¶ Orācŭlum, i, responsum, & oratio Deorum certa: Hinc enim appellari Cicero scripsit in Topicis cap. 20, eine göttliche antwort, weissagung. Vel, *Oraculum est voluntas divina, hominis ore enunciata*, Seneca auctore præfat. lib. 1 Controvers. p. 66. Sed ethnicorum *Oracula* intricata, flexiloqua, & plane ænigmatica fuerunt. *Dare, edere oracula*, wahren bericht thun: Cic. lib. 2 Off. cap. 22 *Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nullâ re aliâ, nisi avaritiâ esse perituram.* Idem ad Brutum epist. 2 extrema: *Hæc ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta: nihil potest esse verius.* Idem 1 Tuscul. cap. 48 extr. *oraculo edito.* Ergo *edi* quoque *oraculum*, non solum *oraculo*, recte dicimus. Sed, *Petere, consulere oraculum*, um bericht ansuchen. Cic. 1

Er

de Divinat. cap. 34 *Cum oraculum ab Jove Dodonæo petivissent.* Virg. 2 Æn. v. 114 *Scitatum oracula Phœbi Mittimus.*
¶ 2. *Oraculum*, locus ipse, in quo eduntur oracula. *Est enim sine dubio domus jurisconsulti totius oraculum civitatis*, Cic. 1 de Orat. c. 45 extr. Idem pro Fontejo cap. 10 *Hæ sunt nationes, quæ quondam tam longe ab suis sedibus Delphos usque ad Apollinem Pythium, atque ad oraculum orbis terræ vexandum ac spoliandum profectæ sunt.* Porro *Oracula* antiquissima celeberrima fuere: *Dodonæum*, in Epiro; *Jovis Hammonis*, in Libya; *Pythium* Delphis; *Apollinis Dyndimæi*, &c. Quæ colligi & disputari de Oraculis solent, post alios multos collegit Antonius van Dale, quem consulas. ¶ 3. Est & *Oraculum*, celebre alicujus, ac veluti divinum dictum, eine nachdrückliche rede; ut, *Illud verum est M. Catonis oraculum: nihil agendo homines male agere discunt*, Columell. lib. 9 cap. 1. Itaque & Oraculorum appellatio frequens principalibus litteris aut mandatis. Symmach. lib. 2 epist. 13 *Neque enim te exhauserit, quod adeuntium preces indefesso absolvit affatu, quod venerandi principis mentem loqueris & oracula.* vide Barth. ad Claudian. p. 80, qui plura his dabit.
¶ Ōrāmentum, i, ein bittwort, plauderwerck. Plaut. Truc. a. 2 sc. 2 v. 63 ex lectione Meursii: *Mutari potest blandimentis, oramentis cæteris meretriciis.* Vbi *Oramenta* eadem esse putantur, quæ & *exorabula* nominavit, de quibus mox in compositis.

Composita:

¶ Adōro, are, anbeten; ut, *Adoraturi sedeant*, hoc est, orationi sint toti intenti. Hoc præceptum Plutarchus adscripsit Numæ, vide Chiliad. *Adorantes* manum dextram admovebant ori, & osculantes se circumagebant, de quo mox in *Adoratio*. Id autem non apud Deos tantum, sed apud alios etiam fiebat, quos honoratos vellent: quod etiam *adorare* dicebant: einen reverentz machen. Vetus Epigrammatarius de pantomimo:

Ingressus scenam populum saltator adorat.

Suetonius Nerone cap. 12 *Citharam a judicibus delatam adoravit, ferrique ad Augusti statuam jussit.* Tacitus 1 Histor. cap. 31 *Nec deerat Otho protendens manus, adorare vulgum, jacere oscula*, &c. Alibi hoc idem *manu venerari* dixit: ut Annali 16 cap. 4 *Postremo flexus genu & cœtum illum manu veneratus, sententiam judicum operiebatur.* Nam & quovis modo venerari aliquem, *adorare* dicebant: quemadmodum & Græci suo προσκυνεῖν leguntur usi, de quo Grotius loco mox indicando. B. Hieronymus de vita Malchi: *Pervenimus ad interiorem solitudinem: ubi dominam liberosque ex more gentis adorare jussi, cervices flectimus.* Sic Eumenius Panegyr. pro restaurat. schol. cap. 11 *Hoc ego solatium, quantum ad honorem pertinet, adoratum accipio.* Quam lectionem & Livinejus sequitur, & confirmat Gruterus, quamquam alii, inter quos ipse etiam Scaliger est, *aderatum* legant. vide supra in *Æs, Adæro*. ¶ 2. Tribuitur & mutis interdum *Adoratio*: ut, *Elephanti regem adorant, genua submittunt*, Plin. lib. 8 cap. 1. ¶ 3. *Adorare* pro orare (compositum pro simplici) sive optare, dixit Propertius in illo lib. 1 eleg. 4 extr.

maneat sic semper, adoro,
Nec quicquam ex illâ, quod querar, inveniam.

¶ 4. *Adorare* interdum est compellare & salutare, ansprechen, anreden. Sic apud Apulej. Met. lib. 2 & 3 *Adorare populum*, est verba ad populum facere. Statius præf. lib. 3 Silv. *Quem statim ut videram, bis versibus adoravi.* Idem epist. lib. 4 *Germanici consulatum adoravi.* ¶ *Adorare* autem ab *ador, adore*, derivat Priscianus. Sed rectius ab *ad* & *ore*: Hic enim habitus adorantium erat, ut dextram ad os referrent & totum corpus circumagerent, ut Plinius docet lib. 28 cap. 2. Apulejus Apolog. *Si fanum aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratiâ manum labris admovere.* Sueton. Vitellio cap. 2 *C. Cæsarem adorari ut Deum constituit: cum reversus ex Syria non aliter adire ausus esset, quam capite velato, circumvertensque se deinde procumbens.* Vide P. Pithœum Advers. lib. 1 Subcisiv. Lection. cap. 7, & Lips. lib. 2 Elect. cap. 6; item Wowerium ad Minut. Felic. p. 107. Grotium denique Explicatione Decalogi p. 35.
¶ Adōrātus, a, um, angebetet, angesprochen. Lucan. 6 v. 243

Magnus adorato submittat Cæsare signa.

Prudent. Peristeph. 4 v. 38 *Adoratæ cineres puellæ.* Florus 2, 6, 46 *Cum urbem tantum non adoratam reliquisset.* Statius Theb. 6 v. 664

Adorato rediit ingloria disco.

¶ Adōrātio, ōnis, die anbetung, anruffung. Plin. lib. 28 cap. 2 *Cur fascinationibus adoratione peculiari occurrimus alii, græcam Nemesin invocantes?* Et Apulejus lib. 4 Metam. p. 155 *Venerem religiosis adorationibus venerabantur.*
¶ Adōrātor, ōris, ein anbeter. Tertullianus de Spectac. cap. 8 *Si Capitolium, si Serapeum sacrificator & adorator intravero.* Adde Vulg. Interpr. Joh. cap. 4 v. 23.
¶ Adōrābĭlis, e, dignus adoratione, anbetens werth; ut, *Adorabile beneficium*, Apulej. lib. 11 Met. p. 265 ed. Elmenh.
¶ Coădōro, are, zugleich anbeten. Ambrosius lib. 3 de Spiritu S. cap. 12 *Per unitatem potestatis ejusdem coadoratur in Deo Spiritus, dum Deus adoratur in spiritu.*
¶ Exōro, are, orando obtinere, erbitten; ut, *Sine, te exorem*, Terent. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 105. *Facile exorari*, Cic. pro Dejot. cap. 3, sich leicht erbitten lassen. Statius Genethliaco Lucani v. 121

Vnum quæso diem Deos silentum
Exores.

¶ Exōrātus, a, um, erbeten. Ovid. Metam. 9 v. 698

Dea sum auxiliaris, opemque
Exorata fero. Et Propert. 4 eleg. 12 v. 4
Non exorato stant adamante viæ;

i. e. via præclusa est. Cic. pro Cluent. cap. 25 *Post exoratus permagnam pecuniam poposcit.*
¶ Exōrātor, ōris, ein erbitter, der bittselig ist; Item, ein fürsprecher. Terent. Hecyr. prologo v. 10 *Sinite, exorator sim.* Tertullianus de Pudicit. cap. 19 *Horum ultra exorator non erit Christus.*
¶ Exōrābŭlum, i, argumentum, quo exoramus, ein bettlers-behelff. Plautus Trucul. a. 1 sc. 1 v. 6 *Quotquot exoretur exorabulis.* Apulejus 4 Florid. *Cuncta exorabula judicantium facile perdidicit.*
¶ Exōrābĭlis, e, a quo facile obtinemus quod oramus, erbittlich, der zu erbitten ist; ut, *Minus exorabilem aliquem experiri*, Cicer. ad Attic. lib. 1 epist. 3 extr. Et Horatius lib. 2 epist. 2 v. 179

non exorabilis auro Orcus.

Propertius 2 eleg. 30 v. 11 *Si pecces, Deus exorabilis ille est.*
Seneca lib. 2 de Clement. cap. 20 *in suis, quam in alienis exorabilior injuriis.*
¶ Inexōrābĭlis, e, unerbittlich; ut, *Inexorabilis judex*, Cicer. 1 Tusc. cap. 5. Et, *Nimium te inexorabilem præbuisti*, Idem ad Qu. fratr. 1 epist. 2. *Leges, res surda, inexorabilis sunt*, Livius lib. 2 cap. 3. *Inexorabilis custos*, Quintil. Declam. 10 fin.
¶ Inexōrātus, a, um, non rogatus, unerbeten. Arnobius lib. 3 p. 114 *Hoc est proprium Dei, inexorata beneficia præbere fessis atque invalidis rebus.*
¶ Inōrātus, a, um, davon nichts geredet oder gehandelt worden; ut, *res inorata*, i. e. non perorata sive non impetrata: *Legati re inorata reverterunt*, Cic. pro Roscio cap. 9.
¶ Perōro, are, orationem habere, de aliqua re verba facere, reden, sprechen, hersagen. Cic. de Legibus lib. 2 extremo: *Omnis oratio Platonis de legibus perorata est uno æstivo die.* Et cum præpositione: *Perorare in aliquem*, eine rede oder anklage wider einen halten. Quintilianus lib. 2 cap. 4 p. 117 *Moris est, citra personas in ipsa vitia perorare.* ¶ 2. Item, orationis facere finem, die rede beschliessen. Cic. in Acad. lib. 4 cap. ult. *Quoniam satis multa dixi, est mihi perorandum.* Et, *Brevi perorare*, Idem de Invent. lib. 1 cap. 48. Et Propertius lib. 4 eleg. ult. *Caussa perorata est: flentes me, surgite testes.*
Quintil. Declam. 3 in fine: *Caussa, Imperator, ut mediocritas mea tulit, perorata est.* Sic, *perorare narrationem*, pro finire, Cornificius dixit 1 Rhetor. ad Herennium cap. 10.
¶ Perōrātio, ōnis, epilogus, constans repetitione præcipuorum argumentorum, eorumque quæ dicta sunt, der beschluß der rede. Cicer. 2 de Orat. cap. 19 *Conclusionem orationis & quasi perorationem collocant.* Idem de Clar. Orat. cap. 33 *Exstat ejus peroratio, qui epilogus dicitur, qui tanto in honore pueris nobis erat, ut eum etiam edisceremus.* De Galba Servio loquitur.

ŎRŎBANCHE, es, ὀροβάγχη, ervi angina, herba strangulans & enecans ervam & legumina, *Scandulaca*, schmerkraut, sommerwurtz, Plin. lib. 22 cap. 25.

OROBIA, æ, thuris genus, Plin. 12 cap. 14.

ŎROBĪTIS, is, color luteæ herbæ Plinio, gelbe farbe von hederich, lib. 33 cap. 5.

ŎRŌDES, is, Parthorum rex, qui Crassum Romanum cum filio Publio captum occidit, auro liquato in os ejus infuso; Vellej. 2, 46, 4, Justin. 42 cap. 4, & Plutarchus in Crasso. ¶ 2. Alius *Orodes* a Mezentio interfectus apud Virg. Æn. 10 v. 732 &c.

ŌRŎMĔDON, ontis, gigantis nomen, apud Propert. 3 eleg. 8 v. 48.

ŎRONTES, is, Trojanus, unus ex Æneæ sociis, Lyciæ classis ductor, de quo Virg. Æn. 6 v. 334, & Æn. 1 v. 113

Vnum, quæ Lycios fidumque vehebat Orontem.

¶ 2. *Orontes* etiam nomen fluminis in Syria. Propertius 2 eleg. 23 v. 21

Et quas Euphrates, & quas mihi misit Orontes.

vide Plin. 2 cap. 103, & 5 cap. 22, Strabon. lib. 16, & Lucan. 6 v. 51.
¶ Ŏrontēus, a, um, pro Syriaco: Propert. lib. 1 eleg. 2 pr.

Aut quid Orontea crines perfundere myrrha,

scilicet *juvat*. Vbi tamen *Orontea myrrha* dicitur, non quod nascatur in Syria, sed quia camelis Antiochiam Syriæ deferebatur.

ŌRŌPVS, i, Ὠρωπὸς, civitas in confinio Atticæ & Bœotiæ, controversiarum multarum inter Athenienses & Thebanos parens, ut Strabo observat, ejusque situm accurate describit lib. 9 p. 275. Addi potest Wolffius Tom. 5 operis Demosthenici p. 335, & Plin. 4 cap. 7.

OROPYGIVM, i, seu *Orropygium* & *Vropygium*, (ubi vide) ὀῤῥοπύγιον, οὐροπύγιον, extrema pars spinæ, in sacrum os desinentis, podicique incumbentis, der burtzel.

OROSANGA, æ, a regibus Persarum vocabatur is, cui gratos se ac memores præstabant, quique bene de ipsis meriti fuerant. vid. Brisson. de Regn. Pers. lib. 1 p. 122.

OROSIVS, i, Hispanus, cum Roma capta ab Alarico Gothorum rege, gentiles omnium calamitatum culpam in Christianos conjicerent, hortatu Augustini septem libris scriptis ostendit, quovis tempore atrocissimas per orbem calamitates accidisse. vide Voss. Hist. Lat. 2 cap. 14.

OROSPEDA, æ, mons Hispaniæ Tarraconensis. De quo placet audire Io. Genes. Sepalvedam epist. 48, quæ est ad Quignonium pag. 188 *Hanc esse montem asseverabam, qui ex media fere Idubeda circa Saguntiam urbem profectus, in occasum excurrit, Segobrigenses & Segobienses Avelenseslesque fines a Carpetanis disterminans, deinde in meridiem flexus Lusitanos a Toletanis dirimit, tum Spartarium campum, & ex altera parte Bætariam prætergressus Carthaginensibus montibus conjungitur, & per oram interni maris atque ad fretum Herculeum excurrit.* Vbi Strabonem auctorem laudat, publicumque errorem castigat existimantium, omnem Orospedam ora maris Hispanici contineri.

ORPHĂNVS, i, græcum est, ὀρφανὸς, qui caret patre, præsidioque paterno, ein waise. Latine *pupillus* est, cui adhibetur tutor, Vall. lib. 4 cap. 33.
¶ Orphănotrŏphium, i, ὀρφανοτροφεῖον, ein waisen-hauß. Lege 22 Cod. de SS. Eccles. & leg. omnia privilegia. C. de Episc. & Cler.
¶ Orphanotrŏphus, i, (qui & Orphanotrophīta, æ,) orphanis nutriendis præpositus, ein waisen-vater. vide Leges citatas.

ORPHEVS, ei, Ὀρφεὺς, poëta Thracius antiquissimus & sapientissimus, Calliopes & Apollinis, vel potius, Oeagri filius, scripsit Argonautica & hymnos, cum libello de lapidibus, quæ omnia exstant excusa ab Aldo cum Musæo, & anno 1689 Trajecti ad Rhenum recusa sunt cum H. Stephani & Scaligeri notis, curante Andr. Chr. Eschenbachio. Genuina

nuina sint, nec ne, magna lis est & dubitatio. Apud Ovidium 3 de Arte am. v. 321 *Saxa ferasque lyrâ movit*, i. e. homines agrestes mansuetiores effecit sapienti quodam orationis genere. Passim horum Orphicorum meminit Plato. Hymni autem & alia carmina, quibus Orphei nomen præscribitur, & *Orphica* olim appellata fuerunt, non antiquissimi hujus Orphei sunt, sed aliorum, qui ab Orpheo tradita mirabantur, ut eruditus Grotius lib. 1 de veritate Christianæ Religionis observat. Cicero 1 de Natura Deorum cap. 38 *Orpheum poëtam docet Aristoteles nunquam fuisse: & hoc Orphicum Carmen Pythagorei ferunt cujusdam Cercopis:* ita enim legendum esse, non *Cerdonis*, viris doctis, Petro Victorio castig. ad hunc Ciceronis locum pag. 523, Hadriano Junio Adag. 638 f. 250, & Vossio cap. 13 de nat. poët. §3 pag. 79, (qui plura de Orpheo præclara suggeret,) observatum est ex his Suidæ verbis in Ὀρφεὺς: λέγονται δὲ (ἱεροὶ λόγοι τῦ Ὀρφέος) εἶναι Θεογνήτυ τῦ Θεσσαλῦ οἱ δὲ Κέρκωπος τῦ πυθαγορείυ. Quæ ergo nomen Orphei præ se tulerunt, supposititia fuere omnia, nec ea tamen unius auctoris, sed sic satis multorum, quorum nomina quære apud Suidam. ¶ 2. Cæterum *Orphei* plures, quos liberali copia nobis annumerat Suidas, videntur ad binarium cogi debere. Sane Orpheum *Lebethrium* sive *Argonautam*, Orpheum *Ciconæum*, & Orpheum *Regem Thraciæ*, de quibus ille, tamquam tribus diversis viris agit, unum & eumdem hominem fuisse, contendit Petr. Lambec. lib. 2 Prodr. lit. cap. 4 f. 179, qui de Orpheo copiose agit in præcedentibus. Neque nisi duos Orpheas ex Herodoto memorat Apollonii Scholiastes pag. 2, quorum alter socius fuerit Argonautarum. Atque hic *Argonauta* (pertexemus enim rem verbis Vossii lib. 1 de Orig. Idol. cap. 39 f. 145) *vixit triginta circiter annis ante excidium Trojanum. Alter ille, vel potius Onomacritus, cujus pleraque sunt Orpheo tributa, claruit temporibus Hipparchi & Hippiæ, filiorum Pisistrati, ut Tatianus etiam scripsit adversus gentes.* Nempe hic est, quem Orphea Crotoniaten vocat Suidas, & ex Asclepiade facit æqualem Pisistrati. Vide *Onomacritus*. Vossius Orphea nunquam fuisse existimat, & probat testimonio Aristotelis ex Cicer. lib. 1 de N. D. c. 38. Origenes etiam ulla Orphei scripta suo ævo extitisse negat lib. 1 contra Celsum. ¶ 3. *Orphei* nomen per allusionem Q. Hortensius servo suo dedit, qui in θηροτροφείῳ sive leporario cervos, apros, capreas, cæterasque quadrupedes convocabat, ut videre est apud Varronem lib. 3 de R. R. cap. 13.

¶ Orphĭcus, a, um, adject. ut, *Orphicum carmen*, Cicer. ante cit. lib. 1 de N. D. cap. 38.

¶ Orphēus, a, um, idem. Ovid. principio lib. 10 Metam.

Orpheâ nequicquam voce vocatur.

¶ Orphaïcus, a, um, idem. *Liberum Patrem Orphaici* νῦν ὑλινὸν *suspicantur intelligi*, Macrob. lib. 1 in Somn. Scip. c. 12.

ORPHNAEUS, i, ὀρφναῖος, equus Plutonis, a tenebris nomen habens. Claudian. de Raptu Proserp. 1 v. 283 *Orphnæus crudele micans*, &c.

ORSILŎCHE, es, nomen Tauricæ Dianæ. Ammian. lib. 22 pag. 233 *Immolantes advenas Dianæ, quæ apud eos dicitur Orsiloche.* Græce Ὀρσιλοχείαν eam vocari παρὰ τὸ ὀρσεῖν τὴν λοχείαν, a promovendo partûs labore, atque sic apud Ammianum legi debere, cum alias esset *Orsilodia*, sentit Hadr. Junius lib. 4 Animadv. cap. 23. Ὀρσιλοχίαν, *Orilochian* nominat Antonius Liberalis Metamorph. κζ pag. 37. Nam quod Iphigeniæ, cum in divarum ea numerum recepta fuisset, nomen hoc inditum ait: sciendum e Gyraldo Synt. 12 hist. deor. f. 357, Iphigeniam eamdem esse cum Tauropolo Diana.

ORSILŎCHUS, i, filius Diodei interfectus ab Ænea, Homer. Iliad. 2.

Orsus, vide paullo ante *Ordior*.

ORTHAGŎRAS, æ, Sicyoniorum rex, Aristot. lib. 5 Polit. cap. 12. ¶ 2. *Orthagoras* Thebanus, tibicen Platon. Protag. f. 222.

ORTHIUS, a, um, ὄρθιος, arduus, erectus, aufrechts; ut, *orthium carmen*, Gell. 16 c. 19, genus est modulationis, quod Arionem cecinisse refert Herodotus lib. 1.

ORTHŎDOXUS, a, um, ὀρθόδοξος, qui recta est de fide sententia, rechtglaubig. Hieronymus epist. 144 ad Damasum: *Commentaria a nostris, hoc est, orthodoxis viris scripta.* Et Isidor. Orig. 7 cap. 14 *Orthodoxus est recte credens, & ut credit, recte vivens*, &c.

ORTHOËPIA, æ, ὀρθοέπεια, emendata cum suavitate vocum explanatio, eine art recht und lieblich auszureden; Quintil. lib. 1 cap. 9.

ORTHŎGŌNIUS, a, um, ὀρθογώνιος, winckelrecht; ut, *ager orthogonius*, id est, rectis angulis constans, atque ex omni parte æqualis, Columella lib. 5 cap. 2.

ORTHOGRAPHIA, æ, ὀρθογραφία, ratio recte scribendi, cujus inprimis diligentissima est habenda ratio in omnibus linguis. Constat autem in legitima collocatione vocalium & consonantium, adspirationis & diphthongorum, die kunst recht zu schreiben. Cassiodorus libri de Orthographia, ex variis collecti, conclusione: *Orthographia, quemadmodum scribi debeat, designat.* Adde Quintilianum lib. 1 cap. 7, ubi græcum vocabulum interpretatur *recte scribendi scientiam.* Suetonius de Augusto cap. 88 *Orthographiam, id est, formulam rationemque scribendi a grammaticis institutam non adeo custodiit.* ¶ 2. Apud Vitruvium 1 cap. 2 *Orthographia est erecta frontis imago.* v. Baldi Lex. Vitr. p. 78.

¶ Orthogrăphus, i, artis orthographicæ peritus. Cassiodorus dicto loco: *Artigraphos de Orthographia tractasse, & iterum Orthographos de partium declinatione disseruisse.*

¶ Orthographĭcus, a, um, adject. ὀρθογραφικὸς, secundum artem orthographiæ, nach der schreibkunst.

ORTHOMASTĬCUS, a, um, ὀρθομαστικὸς, i. e. erectus instar mammæ: ut, *Poma orthomastica*, Plin. 15 cap. 14.

ORTHOPNOEA, æ, ὀρθόπνοια, difficultas spirandi vel anhelitus, ein schwerer athem: Corn. Celsus lib. 4 c. 7 n. 2.

¶ Orthopnoicus, a, um, ὀρθοπνοϊκὸς, eo vitio laborans, engbrüstig, keuchend, Plinius 20 cap. 14. Sic, *orthopnoicum jumentum*, Veget. 3 cap. 46.

ORTHOSTĂTA, æ, ὀρθοστάτης, mascul. eine säule, pfoste, darauf etwas ruhet. Quo nomine dicuntur arrectaria pila seu fulcimenta, apud Vitruv. lib. 2 cap. 8.

ORTHRAGORISCUS, i, ὀρθραγόρισκος, piscis, qui & *Luna*, & *Porcus* dicitur, ein mondfisch oder saufisch, piscis longus latusque tereti figura, cujus extremum corporis lunæ in cornua curvatæ simile est; grunnit porci modo, cum capitur, Gesn. & Plin. 23 cap. 2.

Ortivus, ortus, vide paullo ante *Orior*.

ORTȲGIA, æ, Ὀρτυγία, insula in mari Ægæo, inde dicta, quod in ea primum visæ sunt (teste Solino,) coturnices, quas ὄρτυγας Græci vocant. Vid. Virgil. 3 Æneid. v. 124 & 143. ¶ 2. Alia hujus nominis fuit insula circa Siciliam, de qua Virgilius dicto lib. 3 Æneid. v. 694.

¶ Ortȳgŏmetra, æ, ὀρτυγομήτρα, mater seu matrix coturnicum, die führerin unter den wachteln. Plin. 10 cap. 23 *Aquilone maxime volant, ortygometra duce.*

Oryx, vide paullo ante *Orix*.

ŎRȲZA, æ, ὄρυζα, leguminis species, reiß, Plin. 18 cap. 10. *Ptisanarium oryzæ*, Horat. lib. 2 satyr. 3 v. 155. *Oryzaminon*, schwaden, legumen milio tenuius.

OS, ōris, concavum intra quod dentes sunt, & lingua, der mund, das maul. *Impurissimum os*, ein unverschämtes maul, Cicer. Philipp. 5 cap. 7. Eurip. in Bacchidibus:

Ἀχαλίνων στομάτων ἀνόμυ τ' ἀφροσύνης τὸ τέλος δυστυχία.

id est, *Infrenis oris & iniquæ vecordiæ finis seu vectigal est calamitas.* Citatur a Gellio lib. 1 cap. 15. *Os sublinere*, vel *oblinere*, apud Plautum frequenter legitur, einem das maul schmieren, dare verba & arte quadam decipere: ut in Aulular. a. 4 sc. 6 v. 2 *Fidei censebam maximam fidem esse, ea sublevit os mihi penissime*, id est, penitus me decepit. Conf. Taubman. in Plaut. Epid. p. 469. *Uno ore*, i. e. uno consensu, einhellig, Terent. in Andria a. 1 sc. 1 v. 69. Et, *Habere aliquid semper in ore*, Cicer. 6 famil. epist. 19, immer und gerne von etwas reden. *In ore est omni populo*, Terent. Adelph. a. 1 sc. 1 v. 13, hoc est, fama est, rumor est, alle leute sagen es. Et Cicer. 3 in Verrem cap. 46 extr. *In ore vulgi atque communibus proverbiis versari*, in aller mäuler seyn. ¶ 2. *Os* non illam partem tantùm significat, unde loquimur; sed totam inferiorem faciei partem, in qua sunt *oculi, genæ, pudoris sedes, nasusque & mentum*: uno verbo, vultum, seu frontem. Hinc, *lacrymis totum os opplere*, Terent. Heauton. a. 2 sc. 3 v. 65. Et, *os præbere*, id est, buccas, Adelph. a. 2 sc. 2 v. 7, quod Tertullianus, *faciem contumeliis alaparum objicere*, de Spectaculis cap. 23 dixit. Sic eidem Terentio *Sparsum os*, lentiginosa facies dicitur, (sommersprossig,) de quo vide in *Spargo*. Tacitus 4 Histor. cap. 13 *Civilis ultra quam barbaris solitum, ingenio solers, & Sertorium se aut Hannibalem ferens simili oris dehonestamento* &c. *Dehonestamentum oris* dicit, quod luscus, seu altero captus esset, perinde uti Sertorius & Hannibal. Ovid. 1 Metamorph. v. 85

Os homini sublime dedit, cælumque videre
Jussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Seneca lib. 3 de Ira cap. 17 de Lysimacho: *Telesphorum Rhodium, amicum suum, undique decurtatum, cum aures illi nasumque abscidisset, in cavea, velut novum animal aliquod & inusitatum, diu pavit, cum ORIS detruncati mutilatique deformitas humanam faciem perdidisset.* ¶ 2. Jam cum in vultu hominis & pudoris sit sedes, factum inde, ut alibi *Os* sumatur cum respectu ad pudorem ac verecundiam: ut, *os durum*, i. e. inverecundum & obduratum quasi mendaciis, ein unverschämtes lügenmaul, Terent. Eunuch. a. 4 sc. 7 v. 36, quod *impudens* eâdem fab. a. 5 sc. 1 v. 22 adpellat. Dacierii conjux in notis ad Terentium Gallica lingua editum *os durum* putat esse ein hart bein, quasi Thraso diceret: objectioni huic vix satisfieri posse, sicuti ossa duriora frustra roduntur. Sed & *os ferreum* Licinius Crassus vocat apud Suetonium Nerone cap. 2. Huic *molle*, i. e. verecundum opponitur apud Senecam epist. 11. *Duritiem oris* Idem vitium ipsum dixit, de Constantia Sapientis cap. 17. Quin & *sine ore* dicebantur esse, qui omnem pudorem deposuissent. Cato apud Senecam lib. 3 de Ira cap. 38 *Affirmabo omnibus, Lentule, falli eos, qui te negant os habere.* Hinc & *oris verecundiam* pro rubore genarum, pudoris indice, Suetonius dixit Domitiano cap. 18. Terentius Heautont. a. 4 sc. 2 v. 22 *Quo ore adpellabo patrem?* Sic & Phormione a. 5 sc. 7 v. 24 *Quo ore redibo ad eam, quam contempserim?* i. e. qua fronte, vel audacia, mit was entblödung oder kühnheit? Et Cicer. 6 Verr. cap. 29 *Os hominis, insignemque impudentiam cognoscite.* ¶ 3. Ad oculos quoque refertur, & conspectum seu præsentiam significat. Cicer. pro Rosc. Amer. cap. 6 *Erat Roscius Romæ frequens, atque in foro & in ore omnium quotidie versabatur*, er ließ sich alle tage sehen. Et Tacitus 3 Histor. cap. 77 n. 4 *in ore ejus jugulatur*, hoc est, in conspectu. Sallustius in Fragmentis: *A prima adolescentia in ore vestro privatus & in magistratibus egi.* Terentius Heaut. a. 3 sc. 3 v. 11 *At certe concedes ab eorum ore paulisper.* Florus lib. 2 cap. 17 *Classem sub ipso ore urbis incendit.* Tacitus 3 Histor. cap. 36 *Non in ore vulgi agere, sed in hortis abditus*: ubi & Lipsium licebit videre. *Ora* interdum anteriorem hominis partem significant, cui opponuntur *Terga.* Curtius lib. 4 cap. 15 *Alexander mutato equo, quippe plures fatigaverat, resistentium ora fodiebat, fugientium terga.* ¶ 4. *Ora* denique ostia sunt maris, aut fluminum, ein- und ausflüsse. Virgil. 4 Georg. de Nilo v. 292

Septem discurrit in ora.

Livius lib. 1 cap. 33 *In ore Tiberis Hostia urbs condita.* Curtius lib. 9 cap. 9 n. 23 *os amnis.* Florus lib. 2 cap. 17 *Victor ad Gades & oceani ora pervenit.* Sed ibi *ora* pro *oras* potuit etiam dixisse. Siculus Flaccus de conditionibus agrorum: *In his ergo litoribus Romani colonos miserunt, qui ora Italiæ tuerentur.* ¶ 5. *Os specus* pro ingressu seu aditu Tacitus dixit 4 Annal. cap. 59, & Curtius lib. 7 cap. 11 n. 3 Nam omne patens scriptoribus *Os* perhibetur. v. Barth. ad Script. Venat. pag. 5. Sic, *ora vulneris, matricis*, &c.

¶ Orālis, e, mündlich, vox nova; sicut & *orale* pro velo, quo caput & os tegitur, ein maulschleyer.

¶ Orārium, i, ein schweißtuch, schnuptuch, ab *os, oris*, etiam deducitur; in quo vocabulo explicando valde sudat Lipsius lib. 2 Elector. cap. 10.

Omnium

Omnium accuratissime fusissimeque de eo docet Casaubonus ad Aurelianum Flavii Vopisci, qui omnino videndus, ipsique jungendus Vossius lib. 3 de Vit. Serm. cap. 30 pag. 523. Est autem recentior vox, & proprie significat linteum ori tergendo paratum. Vopiscus Aurelia- [illegible] *Sciendum tamen, ipsum primum donasse oraria populo Ro-* [illegible] *ibus uteretur populus Romanus ad favorem.* Ambrosius de Lazaro, quem Christus suscitavit, loquens: *Audivit ergo defunctus,* [illegible] *foras de monumento, ligatus pedes & manus institis, & fa-* [illegible] *colligata erat:* vide ejus lib. de Fide Resurr. Tom. 3 [illegible] Desumsit enim hoc Ambrosius ex historia sacra Johan. 11 [illegible] æca hæc sunt: ἡ ὄψις αὐτῦ σουδαρίῳ περιεδέδετο. Vulga- [illegible] pres: *Facies illius sudario erat lig-* [illegible] ex [illegible] onjunxit Saresber. lib. 7 Polic. cap. [illegible] *&* [illegible] *ris est, referto marsupio, quod* [illegible] *non* [illegible] *ri.* Vbi hæc duo distinxisse e [illegible] de vero [illegible] erdotalem *orarium* significat [illegible] de [illegible] Ser- [illegible] 3 cap. 30.

Orea, a, das gebiß am zaum. Oreas antiqui [illegible] dixerunt, ab eo, [illegible] adhiberentur. Citatur ex Titinnio & [illegible] cilio. Vide Festum, [illegible] Ausonius est Eclog. de Solstitio:

[illegible] fl ridum reflexis ver revisit oreis.

[illegible] pro *memoriter* & pro *coram*, merito suspectum. Roma- [illegible] *usque ad os*, biß an das maul; ut si quem *in aquam oretenus* [illegible] *sum* dicas. Tacitus Annal. 1, 70, 3 *Modo pectore, modo oretenus exstantes.* Adde Gell. 17 cap. 8. Tacito etiam sonat *verbis, sine re:* [illegible] *Hic græca doctrina oretenus exercitus, animum bonis* [illegible], er hatte nur gut mundwerck.

[illegible] , um, ad os vel ad aures pertinens; ut, *Oricularium* [illegible] 6. *Oricularii servi*, Petron. Fragm. Trag. conf. [illegible] In Petronio nunc demum integro *auricularii* [illegible] *Auri*

[illegible] hartmäulich. Gloss. gr. lat. σκληρόστομος, *Ori-* [illegible]

[illegible] angustus aditus vel exitus tamquam peros, das mund- [illegible] Macrob. Saturn. 7 c. 4 *Ventris duo sunt orificia*, &c. [illegible] *menta per intestina inferiore orificio tradente la-* [illegible]

[illegible] putidus, a, um, cui os fœtet, dem es nicht wohl aus dem halse [illegible] Eædem Glossæ: ὀζόστομος, *oriputidus*.

Oscen, vel Oscĭnis, & Oscĭto cum derivatis, vide mox suo loco.

¶ Inōrus, a, um, mundloß; ut, *Inora animalia*, quæ os non habent, Gellius lib. 7 cap. 6. Sed alii *inodora* malunt. Vide Gronovium in h. l.

¶ Oscŭlum, i, diminut. ein mündlein. Horat. lib. 1 ode 13 v. 14 *Dulcia barbare Lædentem oscula.* Auson. epist. 25 *Aut tua Sigalion Ægyptius oscula signet.* Vbi pro ore simpliciter ponitur. Petronius pag. 172 *Nares paullulum inflexæ: & osculum, quale Praxiteles habere Dianam credidit.* Vide ibi animadv. Wowerii pag. 470, & Gonsal. ad Petronii locum alium pag. 292. ¶ 2. *Basium* est ein kuß. Servius inter *basium* & *osculum* ita distinguit, ut dicat, *osculum* religionis esse, *basium* voluptatis. Paullo aliter Donatus ad Terent. Eunuch. a. 3 sc. 2. *Tria*, inquit, *osculandi genera sunt:* OSCVLVM *scilicet*, BASIVM, *&* SVAVIVM. OSCVLA *officiorum sunt:* BASIA *pudicorum affectuum:* SVAVIA *libidinum & amorum.* Sed hæc non semper observant auctores. De varia osculorum ratione apud Veteres vide Lipsium lib. 2 Electorum c. 6. Sic, *Osculum præbere, figere, jungere, dare*, locutiones sunt poëticæ. *Osculo aliquem excipere*, Suetonius Othone cap. 6, qui & *osculum ingerere* de Grammat. Ill. cap. 23 dixit, küssen. Plaut. in Amph. a. 2 sc. 2 v. 169 *Jam illud non placet principium de osculo.* ¶ *Osculum labratum*, quo soli Impp. salutabantur, quid sit, docet Salmasius in Vopisci Probum cap. ult. Gloss. Vet. *Labratum*, φίλημα βασιλικόν.

¶ Oscillum, i, aliud diminutivum, parvum os, ein mündlein. Onomasticum vetus *Oscillum*, στομάτιον. ¶ 2. *Oscilla* immagunculæ ad humanam effigiem factæ, quæ Diti & Saturno sacrificabantur, ein töcklein, püplein; Macrob. lib. 1 Saturn. cap. 7; item Servius ad illud Virgil. 2 Georg. v. 389

Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.

Item Scalig. Lection. Auson. lib. 2 cap. 26. ¶ 3. Sed *Oscillum*, aut *Oscillatio*, lusus puerilis & rustici genus est, quo, religatis de tigno arboreve funibus, in aëre librari subvectantur, quod *oscillo jactari* dicitur, schauckeln; αἰώραν seu αἰώρησιν dixerunt Græci. ¶ 4. Vnde *Oscillum* pro ipsa libratione & agitatione, etiam extra hoc ludicrum genus. Tertullianus de Pallio cap. 1 *Arietem* [machinam bellicam] *dicitur Carthago prima omnium armasse in oscillum penduli impetus.* Vide ibi Salmas. pag. 130, qui aliunde derivat, quando αἰώραν & librationem significat, nempe a *Cinus* seu diminuto *Cillus*, quod νεῦμα Glossæ interpretantur: unde *cilleo* antiquum, i. e. movere, incli- [illegible] npositum *obscilleo* seu *oscilleo* &c. Vide ipsum.

[illegible] are, se per funes jactare, sich am seile schwingen, schauckeln. [illegible] um in *Oscillum*, idem est ac *inclinare, præcipitemque in os* [illegible] Cornificius ibidem ait, *Oscillantes* ab eo dici, quod os celare [illegible] soliti propter verecundiam in eo lusus genere.

¶ Oscillatio, ōnis, jactatio, die schauckelung. Petronius: *Veluti oscillatione ludere.* Quo de lusu ejusque origine prolixe Festus l. c. ubi & *Oscillationem* vocat *imaginem quamdam vitæ humanæ, in qua altissima ad infimum, & infima ad summum efferuntur.* Conf. Lud. Vives in Augustin. de C. D. 18 cap. 19, & Scalig. in Auson. p. 159.

¶ Oscŭlor, atus sum, āri, osculo excipere, küssen, hertzen. *Venerari & osculari*, Cicer. 6 in Verrem cap. 43. *Amplecti & osculari*, Idem 16 ad Attic. epist. 5. ¶ Nonius cap. 7 n. 77 apud Titinnium in activa forma reperit: *Laudor, quod osculavi privignæ caput.*

¶ Oscŭlātio, ōnis, der kuß, das küssen. Cicer. pro Cœlio cap. 20 *complexu, osculatione*, &c.

¶ Oscŭlābundus, a, um, küssend, Sueton. Vitell. cap. 2. Et Apulej. Met. lib. 11 post principium: *velut manum sacerdotis osculabundus.*

¶ Oscŭlānus, a, um, idem. Apud Festum *osculana pugna* in proverbio, quo significabatur *victos vincere*, &c.

Composita ab *Osculor:*

¶ Deoscŭlor, āri, idem quod simplex, abhertzen. Martial. 8 epigr. 81

Hos amplectitur, hos deosculatur.

Alii *perosculatur* legunt. Valer. Max. 2, 10, 2 *Cupide Scipionis dexteram apprehenderunt, ac diu deosculati.*

¶ Exoscŭlor, āri, idem. Sueton. Nerone cap. 28 *Sporum identidem exosculans.* Gellius lib. 2 cap. 26 *Scientiam, verborumque ejus elegantiam exosculatus*, hoc est, blande adprobans.

¶ Exoscŭlātio, ōnis, die beküssung: Plin. lib. 10 cap. 12 & 34 de columbis.

¶ Oboscŭlor, āri, contra osculari, aut idem ac simplex, quia omnis osculatio est rei oppositæ. Petronius pag. 171 *Viderint matronæ, quæ flagellorum vestigia obosculantur*, hoc est, servos.

OS, ossis, ὀστέον, ein bein, knochen, gebein. *Ossa mirabiles commissuras habent, & ad stabilitatem aptas, & ad artus finiendos accommodatas, & ad motum, & ad omnem corporis actionem*, Cicer. de Nat. Deor. lib. 2 cap. 55. Plaut. in Aulul. a. 3 sc. 6 v. 28 *Ossa atque pellis totus est*, es ist nichts an ihm als haut und knochen. *Os inest orationi illi*, ὀστοῦν ἔνεστι τῷ λόγῳ. Vide Chiliad. es hat hände und füsse, was der mann redet. ¶ *Ossa terræ*, lapides sunt. Vide infra *Exossatus*. Et, *Os ligni*, der ast im holtze. *Ossa arborum*, Plinius lib. 17 cap. 27. Cæterum

¶ Ossum, ossi, veteres, etiam antiquissimi, dixerunt pro *os, ossis*, & in plurali, *ossua*, pro *ossa*, unde *Ossuarium*, de quo post. Vid. Laurenberg. Antiquar. pag. 314. Vetustum marmor Romæ apud Delr. Comm. in Herc. fur. Senec. pag. 230

Sed quid ego hæc cerno, mea sunt hîc ossua in olla
Condita. Vive hospes dum licet, atque vale.

Addit Delrio: Pœni forte hoc epitaphium. Nam temporibus Augustini etiam & Arnobii in Africa non *Os*, sed *Ossum*, nec *Ossa*, sed *Ossua* dicebant, ut testatur Augustinus in Psalm. 138 [Ebr. 139] v. 15, significans id grammaticorum sui temporis conviciis excipi solitum. Immerito: nam antiquos *ossum* & *ossu*, ut Cornu, dixisse, Carisius lib. 1 p. 23, & Priscian. lib. 7, auctores sunt. Gruter. Inscript. p. 575 n. 3 OSSVA POSITA SVNT.

¶ Ossĭcŭlum, i, os parvum, ein beinlein. Gellius lib. 6 cap. 1 *Cum natura corpora humana fingeret, ratio subtilior & utilitas ipsa operis postulavit, ut tenuissimis minutisque ossiculis caput compingeret.* Add. Plin. lib. 30 cap. 15, qui limacis lapillum in dorso *ossiculum* dixit. Idem lib. 11 cap. 37 *Cerebro medio insunt ossicula parva.* ¶ 2. Quo nomine etiam dicitur os penetrale fructuum, qui nucleos habent: ut, *cerasa, pruna*, das harte, damit der kern beschlossen wird.

¶ Ossĭcŭlātim, adverb. stückweise. Cæcilius apud Nonium c. 2 n. 609 *Ossiculatim aliquem de via legere.*

¶ Osseus, a, um, adjectivum, knöchig, beinern; ut, *Manus ossea*, Juvenal. satyr. 5 v. 53, eine dürre hand.

¶ Ossĭlāgo, ĭnis, die beinhärte. Veget. 2 cap. 22 *Tumor ossilagini simi-* [illegible] Arnobii locum vide mox in *Ossipaga*.

¶ Ossuārium, i, vel Ossuaria, æ, locus, in quo reponuntur ossa defunctorum, ein beinhauß, Vlpianus Lege 2 ff. de Sepulcr. violat. Onomasticum vetus: *Ossuaria*, ὀστοδοχεῖα. ¶ Et *Ossuariæ ollæ* in antiquis Inscriptionibus leguntur. v. Voss. Etymol. f. 359. Nempe quia veteres *ossua* dicebant, pro *ossa*. Conf. Fabretti Inscript. p. 16.

¶ Ossuōsus, a, um, plenus ossibus, beinicht. Veget. de Re Vet. 2 cap. 13 *loci ossuosi & commissurales*, &c.

¶ Ossĭfrăgus, i, qui ossa frangit, ein beinbrecher. Seneca Controv. 33 sub initium: *In quemque sæviens ossifragus iste, alterius brachia amputat, alterius enervat: alium distorquet, alium delumbat.* ¶ 2. *Ossifragus*, vel *Ossifraga*, aquilæ genus a frangendis ossibus ita dictæ, ein steinbeisser. Lucret. 5 v. 1078 *Accipitres atque ossifragæ.* Plin. lib. 30 cap. 7 *Vnum est ossifrago intestinum mirabili natura omnia devorata conficienti.* ¶ Isidoro 12 c. 7 *Ossifrangus avis, quæ ossa ab alto dimittit & frangit.*

¶ Ossĭlĕgus, i, qui legit ossa, ein beinsamler. Onomasticum vetus: *Ossilegus*, ὀστολόγος.

¶ Ossĭlegium, i, ὀστολογία erat, quum post crematum cadaver ossa legerent, ut conderent postea, die beinsamlung. Vnde Virgil. 6 Æneid. v. 228 *Ossaque lecta cado texit Corinæus aheno.*

Totam rem luculenter descripsit Tibullus lib. 2 eleg. 3. Vide & Desid. Heraldum Adversf. lib. 1 cap. 7, & Kirchmannum. Philoxeni Glossæ: ὀστολόγιον, *Ossilegium*: Et Onomast. vetus: ὀστολογία, *Ossilegium*.

¶ Ossipaga, æ; sic enim legendum existimant Stewechius, atque alii quidam, apud Arnobium, cum impressum sit *Ossilago*, quod quidem & Gyraldus retinet Synt. 1 histor. deor. f. 48. Significatur enim Dea ossium solidatrix, a *pago*, antiquo verbo, quod est *pango*: Quamobrem & *Ossipanga* Stewechio non displicet. Verba Arnobii leguntur lib. 4 pag. 131 *Nam quæ durat & solidat infantibus parvis ossa, Ossilago esse memoratur.* Dubium, an eadem voce uti voluerit lib. 3 p. 118, ubi hæc habemus: *Nulla Pomona, nulla Ossipagina, nulla Februtis, Populonia*, &c. *Opigena* enim ibi pro *Ossipagina* legendum esse, placet Meursio lib. 3 Crit. Arnob. cap. 6 pag. 67. Nec displicet Heraldo ad Arnob. p. 147. Alii tamen utrobique malunt *Ossipagam* aut *Ossipangam*.

¶ Exos, exossis, adject. sine osse, ἀνόστεος, ohne knochen. Quo nomine Polypum piscem dicit Hesiodus, quod cartilagine potius, quam ossibus carnes ejus constent, ὅ τ' ἀνόστεος ὃν πόδα τένδει, &c. Postremam corripuit Lucretius lib. 3 v. 721

animantum copia tanta
Exos, & exanguis tumidos perfluctuat artus.

¶ Exossus, a, um, idem. Apulejus lib. 1 Metam. post principium, *enervam & exossam saltationem* dixit, quæ mollior est incessu. Et in Apologia: *saltandis fabulis exossis & enervis.* Ita Elmenhorstius, cujus Emendationes vide p. 125, *enervem & exossem saltationem*, tertia declinatione edidit.

¶ Exosso, are, ossa removere, aus den knochen reinigen, die beine oder gräden heraus nehmen; ut, *Exossare pisces*, apud Terent. in Adelph. a. 3 sc. 3 v. 24. Et, *hic me quasi murænam exossare cogitat*, &c. Plaut. Amph. a. 1 sc. 1 v. 163. conf. Menæch. a. 5 sc. 2 v. 106.

¶ Exossātus, a, um, ohne knochen, ohne gräden. Plaut. l. c. v. 162 *Exossatum os esse oportet, quem probe percusseris*, die zähne müssen aus dem halse heraus seyn. Lucretius lib. 4 v. 1264

Atque exossato ciet omni pectore fluctus.

id est, pectore ita inflexo & incurvato, ut ossibus carere videatur.

¶ *Exossatus ager* Persio satyr. 6 v. 51 est probe cultus & lapidibus purgatus. vide ib. Casaub. p. 501. Nam, ut ait Ovid. lib. 1 Metam. in fabula Deucal. v. 393

Magna parens terra est, lapides in corpore terræ
Ossa reor dici.

Itaque & lib. 4 Metam. cum Atlas in montem mutaretur, v. 660

Ossa lapis fiunt.

Oscedo, vide mox *Oscito*.

OSCI, orum, Campani, populi Italiæ. Servius ad illud Virgilii lib. 7 Æn. *Oscorumque manum*; *Capuenses*, inquit, *dicit, qui ante Osci adpellati sunt, quod illic plurimi abundavere serpentes.* vide & Plin. lib. 3 cap. 5, *Vltra Circejos Volsci, Osci, Ausones, unde nomen Latii processit ad Lirim amnem.* Osci a quibusdam dicti putantur, quasi *obsceni*, quod oris impuri & immundi fuerint. vid. Turneb. Adversf. 3 cap. 19 & 24.

¶ Osce, adv. ut, *Osce loqui*, Gell. lib. 17 cap. 17, id est, Oscorum impura lingua, grob reden. In proverbium abiit, quo protervi & impuri sermones notantur.

OSCĪNIS, is, vel Oscen, inis, ein sing-vogel. *Oscines* sunt aves, quæ ore vel cantu auspicium faciunt, ut *præpetes*, quæ pennis. Plinius lib. 10 cap. 19 *oscines* vocat omnes aves, quæ canunt, gesang-vögel. Inde augurium. Cic. lib. 6 fam. epist. 6 *Non cantu sinistro oscinis augurer, ut in nostra disciplina est*, weissagung aus vogel-geschrey. Horat. 3 od. 27 v. 11 *Oscinem corvum prece suscitabo.*

¶ Oscinum, i, *avium augurium*, der vögel weissagung. Cic. de Leg. 2 cap. 9 *Iidem fulgurâ atque oscina piamto.* Hodie omnes legunt *Obstita*.

OSCĪTO, are, (& *Oscitari* deponentaliter,) gehnen, est rictu os diducere seu somnolentiâ, seu alia ex caussa. Lucret. lib. 3 v. 1079

Oscitat extemplo, tetigit eum limina villæ.

Oscitante uno, oscitat & alter, hoc est, uno aliquo duce scelus audente, audent & cæteri. vide Chiliadas. *Clare & sonore oscitare*, Gell. 4 cap. 20. *Pandiculans oscitatur*, er hat gehn-affen feil, Plaut. Menæch. a. 5 sc. 2 v. 80. Cum casu Augustinus de Vera Relig. cap. 3 extremo: *Quid adhuc oscitamus crapulam hesternam?* Vbi propter vel simile subaudiendum.

¶ Oscitans, tis, negligentem & securum significat, unachtsam, faul, hinlässig. Terent. in Andr. a. 1 sc. 2 v. 10 *Id voluit, nos oscitantes opprimi.* Et, *Oscitans & dormitans sapientia*, Cic. de Orat. lib. 2 c. 33. *Oscitantes hesterna potatione*, Quintil. 8 cap. 3.

¶ Oscitanter, adverb. negligenter, nachlässig, ohne sorge; ut, *Oscitanter aliquid agere*, Cic. de Clar. Orat. cap. 80.

¶ Oscitantia, æ, pro oscitatione, male. vid. Cellar. Antibarb. p. 78

¶ Oscitātio, ōnis, das gehnen. Plin. lib. 7 cap. 6 *Oscitatio in enixu letalis est.* Gell. lib. 4 cap. 20 *oscitatione vinci*, nachgehnen. Martial. 2 epigr. 6 *Longas trahere oscitationes.* ¶ Metaphorice, die sorglosigkeit. Sic Statius lib. 4 Silv. 9 v. 10 de libellis negligenter scriptis:

Sed Bruti senis oscitationes
De capsa miseri libellionis

¶ Oscitābundus, a, um, sorgenlos, in lemmate dicti [illegible] Gelliani; & Sidonius lib. 2 epist. 2 *Discipulis exponere oscitabundus ordiris.*

¶ Oscēdo, inis, vitium frequenter oscitantis, die gehnesucht, Gell. lib. 4 cap. 20.

Osculari, osculatio, osculum, vide paullo ante *Os, oris*.

OSĪRIS, idis, Jovis filius, ab Ægyptiis pro Deo cultus. Eusebius *multoculum* interpretatur, & referri putat ad solem. Adstipulatur Diod. Siculus lib. 1 cap. 2 *Osiridem græca interpretatione, ut qui suis radiis, veluti pluribus oculis terram ac mare lustraret, multos oculos habentem* (πολυόφθαλμον) *dixere.* vid. & Heurn. Philos. Barb. p. 41 & 57. Aliis tamen alia placuit originatio. Selneccero Annot. ad cap. 11 Sapient. *dictum est Osiris ab Hebræo Haschor, quæ vox Hebræis bovem significat, Schor addito articulo.* Putat enim, esse eumdem, qui & *Apis*. At Reinesius in Punicis K. 3 *ex Ebr. Mitzraim, Mesraim*, inquit, *Ægyptii, qui eorum conditor, abjecto ם fecere Ozri, Osri, & ex hoc Græci Latinique Osiris.* Agriculturam Ægyptios docuit, quod beneficium occasio procul dubio fuit, quamobrem pro Deo cultus sit. Tibull. lib. 1 eleg. 8 v. 29 *Primus aratra manu solerti fecit Osiris.*

Plura de eo vide in Plutarchi libello de Iside & Osiride: item apud Synesium de Providentia, & Servium ad illud Virg. 1 Georg. initio: *Vncique puer monstrator aratri.* ¶ 2. *Osiris*, ὄσιρις, (Dioscoridi ὄσυρις) herba, quam vulgo linariam vocant, leinkraut, Plin. 27 cap. 12.

¶ Osirītes, æ, ὀσιρίτης, herba apud Ægyptios, quam *Cynocephaliam*, h. e. canis caput vocant, Plin. 30 cap. 2.

Osor, vide supra *Odi*.

OSROES, is, idem qui *Chosroës*: vide ibi. Hinc est

¶ Osroēne, es, regio Mesopotamiæ septemtrionalis, cujus Edessa caput fuit. Scribitur & *Osdroēne*. Eutropius lib. 8 cap. 11 de Caracalla: *Defunctus est in Osdroëne, apud Edessam.*

OSSA, æ, Ὄσσα, mons Thessaliæ, Centaurorum stabulum. Vnus ex montibus, quos expugnando cælo gigantes cumulasse, & alterum alteri imposuisse finguntur. Ovidius 1 Metam. de Gigantomachia ab Jove dissipata:

excussit subjectum Pelion Ossæ.

Ἔργον μέγα, τῆς Ὄσσης καὶ τῦ Ὀλύμπυ ὑψηλότερον, *opus magnum, Ossa Olympoque sublimius*, proverbiali specie dixit Maxim. Tyr. dissert. 18. Quarto casu *Ossan* dixit Ovidius Fast. 1 v. 307

Non ut ferat Ossan Olympus.

¶ Ossæus, a, um, adjectivum; ut, *Rupes Ossæa*, Lucanus 6 v. 334.

Ossiculum, ossifragus, ossilegium, ossipaga, ossuaria, vide ante *Os, ossis*.

OSTĀNES, is, qui & O[illegible]es, ab aliis Hostanes, Hosthanes, scr[illegible]tur, Pers[illegible] & Magus. [illegible] Plinius lib. 30 cap. 1 *Primus exstat, (ut equidem invenio,) co[illegible] de ea* (Magia) *Osthanes, [illegible] regem Persarum bell[illegible] Græciæ intulit, comitatus, ac velut sem[illegible] portentosæ sparsit, obiter infecto, quacunque comme[illegible]* Mentionem ejus faciunt & Apulejus Apolog. p. 326 ed[illegible] Tertull. de Anim. cap. 57, Minuc. Felix Octavio p. 61, & ibi Wower.

Ostendo, ostentatio, &c. ostentum, vide infra *Tendo*

OSTIA, æ, urbs Italiæ in ostiis Tiberis, ab Anco Martio condita. Scribunt & *Hostia*. Livius lib. 1 cap. 33 extr. *In ore Tiberis Hostia condita.* Hinc

¶ Ostiensis, e, vel Hostiensis, possessivum: ut, *Ora Ostiensis*, Plinius lib. 9 cap. 17, & ibidem cap. 6 *Portus Ostiensis* ¶ Et *Ostia*, porta Romæ, Ostiam versus ducens.

Ostiarium, ostiatim, vide mox in *Ostium*.

Ostigo, vide *Mentigo*: est enim idem.

OSTIVM, i, janua, fores, ab *obstando*, vel ab ὠθεῖν, hoc est, *repellere*: vel ab *os*, quod per illud domum aut locum ingredimur. vid. Muret Var. Lect. 1 cap. 17. *Ostium aperire*, Cicer. pro Rosc. Amer. cap. 23 *Ostium obserare: ostio pessulum obdere*, Terent. Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 55, & a. 4 sc. 6 v. 25, die thür verschliessen, verriegeln. ¶ 2. *Ostium fluminis*, der ausfluß eines wassers ins meer. Cic. 2 Philipp. cap. 11 [illegible] *fluminis Cydni.* Sic & *Oceani ostium* Idem fretum Herc[illegible] pro Lege Manil. cap. 12, quia ille se oceanus in medias Europæ, Africæ & Asiæ terras infundit. Et pluraliter *Ostia*, de fluminis exitu, Virgil. Æn. 5 v. 281 *plenis subit ostia velis.*

Vide & supra in *Os, oris*.

¶ Ostiŏlum, i, diminutivum, ein thürlein. Columella lib. 8 cap. 14 *Aditus firmis ostiolis munire.* De hara anserum loquitur. Vsus & Plinius est lib. 19 cap. 8.

¶ Ostiārius, i, ostii custos, der thürhüter, pförtner. Seneca de Const. Sapientis cap. 14 *ostiarii difficultas*, scil. non admittentis & cap. 15 *Limen vacuum, & ab ostiariis liberum.* Et Vitruvius [illegible] *Cella ostiarii.* Sueton. de Rhet. c. 3 *L. Otacilius servisse [illegible] etiam ostiarius veteri more in catena fuisse.*

¶ Ostiārium, i, tributi genus, quod ostiorum nomine pendebatur. Cæsar 3 de B. Civ. cap. 31, & Cicero lib. 3 fam. epist. 8

¶ Ostiātim, adverb. von hauß zu hauß. Cicer. 6 in Verr. cap. 22 [illegible] *te exspectare, dum ego hoc crimen agam ostiatim.* Ibidem [illegible] *ostiatim totum oppidum compilavit.* Et Quintil. lib. 5 cap. 10 [illegible] *pulsare.*

OSTŎCŎPVS, i, ὀστοκόπος, ossium dolorem sentiens. Serenus v. 922

Ostocopon lento conducit melle perungi.

Ostracias, ostracium, ostracum, ostracismus, &c. vide sequens *Ostrea*.

OSTRĔA, æ, fœm. & Ostreum, i, gen. neut. ὄστρεον, plur. Ostreæ vel ostrea, pisces bivalvii, testa duriori contecti, plurimorum generum, östern, austern, meerschnecken, muscheln. vid. Gell. lib. 20 cap. 8. *Grandia ostrea mordet*, Juvenal. sat. 6 v. 202.

¶ Ostrăcias, æ, ὀστρακίας, id enim nominis ab ostreis Plinius fecit, gemma est, luxsaphier, lib. 37 cap. 10.

¶ Ostracites, æ, λίθος ὀστρακίτης, lapis vel alius vel idem, qui ostracias, topffstein, toffstein. His enim appellationibus germanicis distinguit Georg. Agricola: vid. Plin. lib. 36 cap. 19.

¶ Ostrăcismus, i, ὀστρακισμὸς & ἐξοστρακισμὸς, exilium, ostracorum seu testularum, id est, calculorum. Relegationis erat genus, non propter improbitatem, sed propter potentiam nimiam & divitias, Plutarchus in Aristide & Themistocle, Cornel. Nepos passim. vid. & Jos Scaliger in Euseb. p. 94. De auctore ostracismi idem ad eumdem disputat p. 47. De quo tamen aliter sentit Maussacus in Harpocrationis Lexic. p. 93 & seq. Telum id adversus dominatum; sed, ut est genius popularis libertatis, intemperanter haberi cœptum, atque in virtutis clarissimæ injurias conversum: στασιαστικῶς γὰρ ἐχρῶντο αἱ πόλεις. vid. Sigon. de Republ. Athen. lib. 2 c. 4. Petitus Comment. ad Leg. Att. p. 366 seqq.

¶ Ostrăcum, i, ὄστρακον, testa & pavimentum testaceum, cui appellatio germanica respondet, ein estrich. De lusu ostracorum apud veteres vide Erasm. in *Ostracismo*.

¶ Ostracium, i, diminutivum, ὀστράκιον, ein schnecklein. Quo nomine etiam *Onychem* a quibusdam vocari, scripsit Plinius 32 cap. 10.

¶ Ostreārius, a, um, zum meer-schnecken gehörig; ut, *Ostrearius panis*, Plin. 9 cap. 51. ¶ 2. *Ostrearium*, substant. locus ubi servantur ostrea. Macrob. lib. 2 Saturn. cap. 11 *Sergius Orata primus ostrearia in Bajano locavit.* conf. Plin. 9 cap. 54.

¶ Ostreātus, a, um, rauh, schrumpficht; ut, *Tergum ulceribus ostreatum*, i. e. asperum & scruposum, verberibus duratum, veluti testæ ostreorum, Plaut. Pœn. a. 1 sc. 2 v. 186.

¶ Ostreōsus, a, um, ostreis plenus, voll austern; ut, *Cyzicus ostreosa*, Poëta Phallicus carm. 77. Et Catullus in Priapejo carm. 18

ora
Hellespontia ceteris ostreosior oris,

id est, abundantior, feracior ostreis. Adde Vinetum ad Ausonii epist. 9 v. 28.

¶ Ostrum, i, ὄστρον, dicitur, quod ex ostrearum seu concharum testis eximitur, meerschnecken-blut, purpur-farbe. Describit Vitruvius lib. 7 cap. 13. Passim apud poëtas pro *purpura* ponitur: ut, *Instratos ostro alipedes*, Virg. 7 Æn. v. 277. Sic, *vestes ostro perfusæ, ostro rigentes*, Idem Æn. 5 v. 111, & lib. 11 v. 72. *Strato super discumbitur ostro*, i. e. in lectis purpureis, Idem lib. 1 Æn. v. 704.

¶ Ostrīnus, a, um, purpurfärbig; ut, *Ostrinæ vestes*; vide Nonium cap. 16 n. 8. *Ostrinus torus*, Propert. lib. 1 eleg. 14 v. 20. Idem lib. 3 eleg. 11 v. 7 *Et Tyros ostrinos præbet Cadmea colores.*

¶ Ostriāgo, inis, herba, de qua Apulejus cap. 28.

¶ Ostricŏlor, oris, purpureus, purpurfärbig. Sidonius carm. 5 v. 18 *Ostricolor pepli textus.*

¶ Ostrifer, a, um, ὀστροφόρος, das purpur trägt. Virg. 1 Georg. v. 207

Pontus & ostriferi fauces tentantur Abydi.

Et Val. Flacc. 1 v. 456 *ostrifer Geræstus.*

¶ Epostra-

¶ Epostracismus, i. ἐποστρακισμὸς, lusus puerorum, quo testulam [ea ὀστρακον [illegible]] sive lapillum distringunt super aquæ æquor, numerumque [illegible], priusquam desidat, ineunt, victoria penes illum [illegible] multitudine superet. Quem lusum Pollux [illegible] lib. 9 cap. 7, & claris verbis Minucius Felix cap. 3 de-scripsit.

¶ [illegible] vel Liostrea, æ, λειόστρεον, *levis ostrea.* Lamprid. Heliogab. cap. [illegible] *primus de ostreis, & leio-streis [illegible] conchis.* Quem ad locum Joh. Bapt. Egnatius [illegible], *liostreas læves ostreæ, dictæ a lævore, cum aliæ [illegible] dicantur*; nam λεῖος, lævis, τραχὺς, asper.

Ostrogothi, vide supra *Gothi.*

Ostrum, vide proxime ante in *Ostrea.*

OSTRYA [illegible], yos, arbor similis fraxino. Plin. 13 cap. 21.

OSYMANDYAS, æ, rex Ægypti antiquissimus, primus omnium, qui bibliothecam [illegible] collegisse, cui inscripsit, ψυχῆς ἰατρεῖον, *animæ medicinam*. Diodor. Sicul. lib. 1 cap. 49.

Osyris, vide [illegible] *Osiris.*

OTACUSTES, [illegible] apud Apulejum est emissarius, auscultator, auribus [illegible] sermones captans, ein spion, laurer. Gloss. gr. lat. ὠτακουστὴς, *[illegible]ularius*, ein ohrenbläser.

OTHO, onis, [illegible] nomen Romanum. *L. Roscius Otho* tribunus plebis, legis theatralis auctor: quâ proximi XIV ordines equiti ad spectandum [illegible], cautumque, ne quis libertinus ibi consideret. Unde Horatius epod. 4 v. 15 in Mænum superbum illum Pompeji libertum:

Sedilibusque magnus inprimis eques
Othone contemto sedet.

OTHONE CONTEMTO, h. e. contemta lege theatrali Othonis. *Fortem virum* Othonem illum adpellat Cicero Orat. pro Muræna, ubi etiam de lege hac habes: de quâ & Liviana Epitome lib. 119, & Tacitus 15 Annal. cap. 32. ¶ 2. *M. Salvius Otho*, interfecto Galba, invasit imperium: quod, semetipsum cum peremisset, Vitellio reliquit. Ejus vitam Suetonius & Plutarchus scripserunt.

¶ Othōniānus, a, um, frequens vox apud Tacitum; ut, *Othoniani [illegible]*, 2 Hist. cap. 24. Et, *Othonianæ partes*, ibidem cap. 33.

OTHONNA [illegible], herba in Syria, similis erucæ, Plin. 27 c. 12.

OTHRYS, [illegible], editissimus Thessaliæ, sedes Centaurorum. Strabo [illegible] Phthiotidem locat. Virgilio 7 Æn. v. 675 *niva-lis* [illegible] Statio Achill. 1 v. 238; *pinifer* Alcimo Avito lib. 4 v. [illegible] Lucano 6 v. 338.

¶ [illegible], a, um, adject. ut, *Othrysius orbis*, Martial. 7 epigr. 7. *[illegible] pruinæ*, Idem 10 epigr. 7. *Othrysiæ oræ*, Claudian. 1 in Rufin. v. [illegible].

OTIA, æ, piscis marinus e ostrearum genere, ab ὠτίον, *auricula*, Plin. 32 cap. 11.

Otiolum, otior, ari, &c. otiosus, vide mox *Otium.*

OTIS, idis, fœm. ὠτὶς, avis, quæ inter gallinas feras seu silvestres refertur, ein trapp. ¶ Sunt, qui *Tardam* etiam vocari scribant, ein haselhuhn, I ongol. Sed cùm magnitudo, tum aliæ notæ *Otidis*, gallinulæ silvestri, cui nomen illud a corylis est, non respondent. Genere igitur eamdem cum *Tardâ* vel *Tetrace*, esse putant, ein trapp, trappgans, Gesnerus, & Plin. 10 cap. 23. ¶ De *Otus*, quæ avis est diversa, vide infra.

OTIUM, i, vel *Ocium.* Video enim observari utramque orthographiam. Sed illam veram & germanam pertendit Pier[illegible] in Virgilium, auctoritate scriptorum codicum & lapidum veterum: qui tamen & pro [illegible] haud [illegible], de quo Muretus ad illud Terentii [illegible] a. 3 sc. 1 extr. & Voss. lib. 2 Instit. Orat. p. [illegible]. Μέσον ipsum [illegible], & significat vel honestam vel turpem cessationem, seu vacationem, musse, ruhe, müßiggang. Ovid. Pont. 1 epist. 5 v. 21 *Otia corpus alunt* &c. Stat. 4 Silv. 4 v. 34 *Major post otia virtus.* Terent. Adelph. a. 3 sc. 3 v. 65 *Non hercle otium est nunc mihi auscultandi*, ich habe nicht weile oder musse. Cic. lib. 10 fam. epist. 28 extr. *Plura scribam, si plus otii habuero.* Idem 3 fam. epist. 7 princ. *Otium nancisci.* Et Terent. in Heaut. a. 1 sc. 1 v. 23 *Tantumne ab re tua est otii tibi* &c. hast du denn so viel zeit übrig von deinen geschäfften? Idem in Phorm. a. 5 sc. 5 v. 4 *Otium a senibus ad potandum ut habeam.* Et Cic. de Orat. 1 cap. 13 *In angulis consumendi otii caussa disserunt*, die zeit zu vertreiben, vor die lange weile. Et, *abundare otio*, ibidem lib. 1 cap. 6; &, *Diffluere otio*, ibid. lib. 3 cap. 32. Idem 2 Agrar. cap. ult. *Vivere in otio*, gute tage haben. Et pro Sextio cap. 45 *optabile est otium cum dignitate*, id est, tranquillitas, quies. ¶ 2. *Otium* in malam partem, die faulheit. Ex Ovid. Remed. Am. v. 139 vide supra *Cupido.* Catull. ad Lesbiam Carm. 51

Otium reges prius & beatas
Perdidit urbes.

Galba apud Suetonium in ejus vita cap. 9 *Nemo rationem sui otii reddere cogitur.* Quam rationem tamen viro magno indignam, & perniciosam reipubl. ibi significat Casaubonus. Aliter Justinus sentit præfat. § 5 cum Catonis auctoritate: *ut & otii mei*, inquit, *cujus & Cato reddendam operam putat, apud te ratio constaret.* conf. Colum. 2 cap. 22. ¶ 3. *Otium* & pacem notat, friede. Cæsar 1 de B. C. cap. 5 extr. *Si qua hominum æquitate res ad otium deduci posset.* Tacitus 15 Annal. cap. 6 *cur deserta per otium, quæ bello defenderant?* Et 12 Ann. cap. 12 *Militares artes per otium ignotæ.* Virg. eclog. 1 v. 6 *Deus nobis hæc otia fecit.* Nepos 22, 2, 5 *Tota Africa tantum otium reddidit, ut nullum in ea bellum videretur multis annis fuisse.*

¶ Otiŏlum, i, dimin. ein wenig ruhe. Cœlius Ciceroni lib. 8 epist. 3 *Ubi delectem otiolum meum, non habeo.*

¶ Otiōsus, a, um, otio deditus, otio fruens, securus, bey musse, müssig; ut, *Quin tu otiosus es*, Terent. Adelph. a. 4 sc. 1 v. 17, sey du zu frieden. *Animo jam nunc otioso esse impero*, Idem Andr. a. 5 sc. 2 pr. ohne sorge und guter dinge seyn. Cicer. 3 Off. cap. 1 *Scipio dicere solebat, nunquam se minus otiosum esse, quam quum otiosus; nec minus solum, quam cum solus esset.* Attilius apud Plinium lib. 1 epist. 9 eruditissime simul & facetissime dixit: *Satius est otiosum esse, quam nihil agere*, id est, quiescere, aut litteris vacare, quam rebus implicari inanibus. Hoc enim est *nihil agere.* vide Catanæum. Plutarchus in Apophth. ita retulit, *Scipionem, cum se ad otium a re militari & reipubl. gubernatione convertisset, dicere consuevisse*, ὁπότε σχολάζοι πλείονα πράττειν, hoc est, *se, quando otiosus esset, plura facere.* Cic. 2 Agrar. cap. ult. *Etiam istos, quibus otiosi negotium fecissemus, otiosissimos reddam.* Plinius lib. 1 epist. 13 *Otiosissimus quisque, multo ante rogatus, & identidem admonitus, non venit*, puta, ad audiendas declamationes, aut recitationes poëtarum. *Dies otiosus*, ein feyertag, Cic. ad Quint. fratrem lib. 3 epist. 8. ¶ 2. *Otiosa pecunia* dicitur, quæ condita est, & domino fructum nullum affert, liegend geld, das nichts erwirbt: Plin. lib. 10 epist. 62 *Pecuniæ publicæ & exactæ sunt, & exiguntur, quæ vereor, ne otiosæ jaceant.* Scævola lege 63 § 1 Dig. de Usur. *Quæsitum est, an judicio negotiorum gestorum, vel mandati, pro pecunia otiosa usuras præstare debeat?* Vocatur ab eodem alibi & *vacua*, ab Ulpiano *herilis.* Huic opponitur *occupata pecunia*; de qua supra. Tacitus Annal. 13 cap. 3 *Annotabant seniores, quibus otiosum est, vetera & præsentia contendere*: id est, quibus vacuum est, vel vacat. *Otiosissimæ occupationes*, Plinio lib. 9 epist. 6 sunt inutiles, nugatoriæ. ¶ 3. Cicero in Bruto sive de Clar. Orat. cap. 24 *Otiosum* dixit ἀπαθῆ, sedatum & affectibus liberum animum habentem: *Ut ipsi*, inquit, *Galbæ, quem fortasse vis non ingenii solum, sed etiam animi, & naturalis quidam dolor incendebat, efficiebatque, ut & incitata, & vehemens, & gravis esset oratio: deinde quum otiosus stilum prehenderat, motusque omnis animi, tamquam ventus hominem defecerat, flaccescebat oratio.* ¶ 4. Est & oratoris ac sermonis vitium, si dicatur esse otiosus. Auctor Dialogi de Oratoribus cap. 18 *Legisti utique Calvi & Bruti ad Ciceronem missas epistolas: ex quibus facile est deprehendere, Calvum quidem Ciceroni visum exsanguem & attritum, Brutum autem otiosum atque disjunctum.* Ubi tamen Lipsius in notis n. 54 suspicatur, *odiosum* scribi debere. Sed vulgatam lectionem, quæ *otiosum* facit Brutum, defendit Gevart. lib. 4 Lect. Papin. cap. 12 p. 223 ex eo, quod apud Statium quoque lib. 4 Silv. 9 invenimus *Brutianis oscitationes.* Sic Quintil. lib. 1 cap. 1 *otiosas sententias* vocat vulgares & tædiosas. Idem lib. 8 cap. 2 *At ego otiosum sermonem dixerim, quem auditor suo ingenio non intelligit*: Hæc Gevartius. Addo alium ex eodem Dialogo locum cap. 22, ubi priores Ciceronis orationes negat carere vitiis antiquitatis: nam *lentus est*, inquit, *in principiis, longus in narrationibus, otiosus circa excessus*: quo loco otiosum interpretor loquentem ea, quæ nihil ad rem faciant.

¶ Otiōse, adverb. sine solicitudine, müßig, ohne sorge; ut, *Otiose domi vivere*, Cicer. 3 Offic. cap. 26. *Otiose inambulare*, Liv. lib. 23 c. 7. Et, *In aurem utramvis otiose dormire*, Terent. Heaut. a. 2 sc. 3 v. 101. *Segniter, otiose, negligenter omnia agere*, Livius lib. 2 cap. 58. *Otiose ire*, i. e. lente, tarde, fein langsam, Plaut. Epid. a. 5 sc. 1 v. 21.

¶ Otiōsĭtas, ātis, die müßigkeit. Sidon. 2 epist. 10 *Otiositates trepidanter edere.*

¶ Ōtior, ari, verbum, otiosum esse, vacare, müßig seyn, ruhen; ut, *Otiandi caussa se quò conferre*, Cic. lib. 3 Offic. cap. 14. *Domesticus otior*, i. e. privatus sum domi, Horat. 1 sat. 6 v. 128.

¶ Otiātus, a, um, der müßige zeit gehabt. Sidonius 3 epist. 1 *Artibus instituti, lusibus otiati.*

¶ Otiābundus, a, um, otiosus, faullentzend. Sidonius lib. 4 epist. 18 *multis diebus otiabundus.*

¶ Inotiōsus, a, um, ἄσχολος, unmüßig. Quintilianus lib. 11 cap. 3 extr. ex Lena Popilio, *inotiosa actio.*

¶ Negōtium, i, occupatio, ein geschäfft, gewerb; ut, *In otio esse plus, quam in negotio*, Terent. prolog. Hecyr. v. 18, mehr müßig seyn, denn zu schaffen haben. *Negotiis implicari*, Cicer. 1 Nat. Deor. cap. 20, mit geschäfften beladen seyn. *Negotium dare*, Idem pro Domo sua cap. 20. Et, *Dedere cui negotium*, Terent. Andr. a. 5 sc. 4 v. 50, quod est committere, befehlen, zu schaffen geben. *Legare cui negotium*, id est, mandare, Plautus Casinâ a. 1 sc. 1 v. 2, quod *allegare quem ad negotium* idem dixit Epid. a. 3 sc. 3 v. 46. Et Cic. pro Quint. cap. 19 extr. *Negotium gerere*, i. e. administrare. *Negotium alicui exhibere*, Idem 1 Nat. D. cap. 30 extr. &, *facessere negotium*, Idem 3 fam. epist. 10, id est, molestiam, einem mühe machen; pro quo Julius Paulus JCtus, *comparare negotium* dixit. vid. supra *Calumniosus.* Et, *Suscipere, administrare, conficere negotium*, Cicer. conjunxit lib. 13 fam. epist. 10 & 11. Sic etiam dicimus: *Est mihi negotium cum eo*, Nepos 14, 7, 1, ich habe mit ihm zu thun. Terent. Adelph. a. 4 sc. 5 v. 8 *Mirabar, quid hic esset negotii tibi*, mich wunderte, was du allhier zu schaffen hättest. *Pompejo cum Cæsare est negotium*, Cœlius ad Cicer. 8 epist. 8 sub fin. *Nullo negotio*: absque ullo negotio, id est, facile, ohn alle mühe. Ipse Cicero 1 Tusc. cap. 6 *Quid est negotii, hæc poëtarum ac pictorum portenta convincere?* was wird es für mühe kosten? Sic, *Decidere negotia*, i.e. absolvere, apud Horat. lib. 1 epist. 7 v. 59, & Sueton. Vespasiano c. 21. ¶ 2. Plaut. Capt. a. 3 sc. 3 v. 10 *Neque de hâc re est negotium, quin occidam*, id est, caussa. Similiter sc. 5 v. 11 *Sed quid est negotii, quamobrem succenseas mihi?* ¶ 3. Hinc & ad judicia trahitur, & litem seu controversiam, item accusationem significat. vide JCtos. Tertullianus ad Scapulam circa fin. *Quod aliud negotium patitur Christianus, nisi suæ sectæ?* ¶ 4. Significat & mercaturam, handlung. Sic *Bithyna & Cibyratica negotia* Horatius dixit lib. 1 epist. 6 v. 33. Hinc *negotiari* mercari est, & *Negotiator* mercator. Ennius apud Gellium lib. 19 cap. 10

Otio qui nescit uti, plus negotii habet,
Quam cum est negotium in negotio, &c.

¶ Nĕgōtiŏlum, i, dimin. ein geschäfftlein. Cic. ad Qu. frat. lib. 3 ep. 4 fin. *Erit nescio quid negotioli.*

¶ Negōtiōsus, a, um, geschäfftig, mühsam, voll mühe; ut, *Negotiosa & molesta provincia*, Cic. pro Muræn. c. 8. *Res negotiosa, multi negotii*, difficilis, ein mühselig ding, Plaut. Stich. a. 2 sc. 3 v. 31. Comparat. *negotiosior.* Seneca lib. 2 de Ira cap. 13 *Quid irâ laboriosius? quid clementia remissius? quid crudelitate negotiosius?* Superlat. *negotiosissimum opus*, Augustinus Retractat. lib. 1 cap. 18. Et, *vir negotiosissimus*, Idem epist. 54.

¶ Negōtiōsĭtas, ātis, die angelegenheit vieler händel. Ita Gellius lib. 11 cap. 16 interpretatur græcum *πολυπραγμοσύνη*.

¶ Negōtiālis, e, zum geschäffte gehörig. Cicer. 1 de Invent. cap. 11 *pars negotialis*, &c. Et lib. 2 cap. 21 *Constitutio negotialis, quæ in ipso negotio juris civilis implicatam habet controversiam.* Quintil. 2 cap. 21 *locus negotialis*, i. e. *πραγματικός*.

¶ Nĕgōtior, āri, geschäfftig seyn, schaffen, handthieren. *Otiandi, non negotiandi caussa aliquò se conferre*, Cicer. 3 Offic. cap. 14. Item, mercari: Cic. pro L. Manilia cap. 7 *Deinde ceteris ex ordinibus homines navi & industrii partim in Asia negotiantur*, &c. Columella præfat. lib. 12 *Aliquo genere mercaturæ negotiari*, eine handlung haben, kauffmannschafft treiben.

¶ Negotiātio, ōnis, mercatura, handthierung, kauffmannschafft. Suetonius Vespas. cap. 16 *Negotiationes quoque vel privato pudendas propalam exercuit.* Sic, *negotiationes Asiaticas*, Cicero 6 famil. epist 8. Et, *negotiationem sagariam*, (kleiderhandel,) Vlpianus Lege 52 § 4 Dig. pro socio: *Negotiationem lignariam*, (holtzhandel,) Capitolinus in Pertinace c. 1 dixerunt. *Negotiatio est, non amicitia, quæ ad commodum accedit*, es ist marcketenderey, Senec. epist. 9.

¶ Negotiator, ōris, ein handthierer, kauffmann. *Sordidæ mercis negotiator*, Quintilian. lib. 1 cap. 12, der mit unflätiger wahre handelt. *Negotiator vestiarius*, apud Scævolam JCtum Lege 45 Dig. de operis libert. *Frumentarii negotiatores*, Lege 9 Dig. de vocat. & excusat. mun. kornhändler. *Negotiator magnarius*, apud Apulejum lib. 1 Metam. post initium, ein großhändler. Laurentius Novariensis Homil. de pœnitentia: *Sine hoc vitio* (avaritiæ) *negotiator aut rarus, aut nullus est.* *Negotiator* autem is dicitur, qui non minutim, ut *institores*, sed ut locupletiores solent, generatim mercaturam aliquam exercet, der mit gantzen stücken handelt. *Negotiatores* olim cives erant Romani, qui in provinciis sedem fortunarum suarum constituerant, sic, ut raro in urbem, nec fere nisi censendi caussa redirent, quales erant aratores, pecuarii, argentarii, &c. vid. Hotomann. de verb. jur.

¶ Negotiātrix, īcis, eine handthiererin, handelsfrau. Paulus JCt. lege 32 § 4 de auro, arg. leg. *Cum testatrix negotiatrix fuerit.* Tertullian. lib 2 advers. Marcion. cap. 3 *Bonitas, apparituri boni negotiatrix.*

¶ Negotiatōrius, a, um, ad negotiationes pertinens, zur handlung gehörig: ut, *Naves negotiatoriæ*, kauffarthey-schiffe, apud Vopiscum in Firmo & Saturn. cap. 3.

¶ Negotinummius, a, um, nummos acquirens, geldverdienend; & nummi caussa datus, bezahlt, ums geld erkaufft. Apulej Metam. 10 *Adventorum negotinummia basiola.*

ŎTREVS, ei, Cissei filius, Hecubæ frater, apud Hesychium. ¶ 2. Alius e Mariandinis ab Amyco interfectus, de quo Valer. Flacc. 4 v. 162. ¶ 3. Alius in bello Colchico ab Ambeno occisus, apud eumdem 6 v. 252.

¶ Otriades, æ, patronymicum; ut, *Panthus Otriades*, Virg. Æneid. 2 v. 319 & 336.

ŌTVS, i, *ὦτος*, noctua aurita, eine ohreul, Gesner. eine schleiereul. Eberus, bubone minor est, & noctua major. v. Virg. Culic. v. 234. ¶ 2. *Otus* nom. propr. Vide *Oetus*.

Ovalis, ovatio, ovatus, vide *Ovo, āre*, & *Ovum*.

Oviaria, ovicula, vide mox *Ovis*.

ŎVĪDIVS, i, cognomento *Naso*, patria Sulmonensis fuit, ex equestri familia natus, dives, ingenio ad poësin felicissimo, sicut ipse testatur lib. 4 Trist. eleg. 10 v. 25

Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos,
Et quod tentabam scribere, versus erat.

Vxores tres habuit, quarum duabus repudiatis, cum tertia amantissime & conjunctissime vixit. Cum autem Augustum imprudenter offendisset, in Scythas relegatus est, natus annos quinquaginta; cujus exilii, de quo ubique tristissime queritur, caussas fuisse duas testatur, alteram, quod libros de Arte amandi composuisset, alteram, errorem quemdam in Augustum; sed cujusmodi fuerit, ut ubique ipse dissimulat, & supprimit, ita nec divinari quidem potest, nec sciri ipse etiam voluit, sicut inquit:

Et quid præterea peccarim, quærere noli, &c.

Scripsit *Epistolas Heroidum*: de *Amoribus* vel *Elegiarum* libros quinque; de *Arte amandi* libros tres; de *Remedio amoris* libros duos: *Metamorphoseon* libros quindecim, quos in Tomis, ubi exulavit, a se exustos, descriptos tamen antea alii ab interitu conservarunt: de *Tristibus* libros quinque, quos in exilio ad uxorem scripsit, cum jam de reditu ad urbem desperare cœpisset; ex *Ponto* epistolarum libros quatuor; *Fastorum* libros duodecim, quorum sex tantum ad nostra tempora pervenerunt. Cœpit & de *piscibus* librum, quem non absolvit. Carmen de *nuce*, & de *medicamine faciei*, puer adhuc composuisse videtur. Cætera vero, quæ libris ipsius adjecta sunt, ut de *Philomela* carmen, de *Cuculo*, de *Pulice*, de *Aurora*, de *Limace*, de *Vetula*, de *quatuor humoribus*, Ovidii non sunt. Videtur & Tragœdias scripsisse. Namque Medeam ejus Quintilianus lib. 10 cap. 1 laudat. Exilium cum annos octo, & menses aliquot pertulisset, in eo tandem mortuus est anno Tiberii Imp. quinto. Sepultus est apud oppidum Tomos, ut Eusebius tradidit.

ŎVIS, is, *ὄϊς*, ein schaaf, marem significat & fœminam, Valla lib. 4 cap. 13 censente. *O præclarum custodem ovium, quod ajunt, lupum!* Cicer. in Philipp. 3 cap. 11. *Lupo ovem committere*, Terent. Eunuch. a. 5 sc. 1 v. 16, quod nos dicimus, den bock zum gärtner setzen. Propert. lib. 2 eleg. 5 v. 19

Non solum taurus ferit uncis cornibus hostem,
Verum etiam instanti læsa repugnat ovis.

Oves glabræ, scabræ, Plaut. Trin. a. 2 sc. 4 v. 40. *Oves rejiculæ*, quæ, quod aut ætate defectæ, aut morbo tentatæ removentur, a *rejiciendo* sic appellatæ, mertz-schaafe, Varro lib. 2 de Re Rustica cap. 1. *Ovis* invenitur etiam in genere masculino: vide Festum, & Gellium 11 c. 1. ¶ 2. Aliquando & stolidi ac simplices *Oves* dicuntur. Plautus Bacchid. a. 5 sc. 1 *Amabo, quis has huc oves adegit?* Sic nos, er ist ein einfältig schaaf. *Oves aureo vellere opertas*, Demosthenes appellavit divites & rudes, ut Galenus auctor est Suasoria ad artes cap. 3. Quod Laertius Diogeni Cynico tribuit. Caligula quoque M. Silanum *auream pecudem* sive *ovem* vocavit, quod dives quidem, cæterum ignarus esset & hebes: Tacitus Annal. lib. 13 pr. & Dio Cassius lib. 59, qui id ad laudem male interpretatur, quod probrum diserte Tacitus agnoscit.

¶ Ŏvĭcŭla, æ, ein schäflein. Sic Q. Fabius Cunctator *Ovicula a clementia morum* dictus, apud Aurel. Victorem de Vir. Illustr. c. 43. Onomast. vet. *Ovicula, προβάτιον*. Et August. de Doctr. Christian. lib. 3 c. 21 *Oviculam exhibuit manducandam.*

¶ Oviārius, a, um, von schafen; ut, *Oviarium pecus*, Columell. lib. 7 cap. 6, schafvieh.

¶ Oviaria, æ, subst. ovium multitudo, eine schäferey. Varr. prolog. lib. 2 de R. R. *In Apulia oviarias habui grandes.*

¶ Ovīnus, a, um, ad oves pertinens, schäfern. Serenus Samonicus cap. 15 de dentium vitio:

Aut tu sume pilam, quæ caudis hæret ovinis.

¶ Ŏvillus, a, um, idem; ut, *Pellis ovilla*, ein schaffell. *Fimus ovillus*, Plin. lib. 17 cap. 9, schafmist. *Grex ovillus*, Livius lib. 22 c. 10.

¶ Ovillīnus, a, um, idem. Th. Priscian. de Diæt. c. 3 *Lac ovillinum.* Idem c. 6 *Ovillina caro.*

¶ Ovīlis, e, schäferisch. Apul. Metam. lib. 4 *Ovili stabulationi accommodatus.*

¶ Ŏvīle, is, subst. ein schafstall. Ovid. 1 Tristium eleg. 5 v. 10

Incustoditum captat ovile lupus.

Conf. Virg. Georg. 3 v. 537, & eclog. 1 v. 8. ¶ 2. Romæ peculiaris erat locus in campo Martio cancellis conclusus, qui *Ovile* adpellabatur, de quo vide Beroald. Annot. in Serv. ad Bucol. (Tom. 1 Lampad. Grut. p. 278.) Gruch. lib. 1 de Comit. Rom. f. 688. Rosin. lib. 6 Antiq. Roman. cap. 14. Plurali usus hac in re est Lucanus lib. 2 v. 197

Tunc flos Hesperiæ, Latii jam sola juventus,
Concidit, & miseræ maculavit Ovilia Romæ.

Loquitur de cæde, quæ Syllæ jussu eo in loco fuit commissa.

¶ Ovīlio, ōnis, ovium custos, (qui & *Opilio*, de quo supra suo loco,) ein schäfer, l. fundi in fine. ff. de fund. instr. legat.

ŎVO, āre, lætari, freudig seyn, frolocken, im springen gehen. Livius lib. 1 cap. 25 *Romani ovantes ac gratulantes Horatium accipiunt.* ¶ Est & *triumphare*, minus tamen, vide brevi post in *Ovatio*. Grammaticis defectivum verbum est, quod solam tertiam personam & participium usus ferat. Vide Phocam, veterem Grammaticum, pag. 1718 ed. Putsch. Forte injuria est temporum, quod reliquarum personarum auctoritatem non habemus. Quæ autem supersunt flexiones, pretium est observare, ut, si plures forte occurrant, annotari possint, & defectûs suspicione magis magisque verbum optimum liberari. Sunt autem hæc fere: *Ovat*, Valer. Flacc. lib. 2 v. 507. *Ovet*, Stat. 4 Silv. 1 v. 8. *Ovaret*, Idem 1 Thebaid. v. 153. *Ovandi jus*, Sueton. Claud. cap. 1. Et hinc

¶ Ovans, tis, frölich, frolockend, jauchzend; ut, *Socii ovantes*, Virgil. Georg. 1 v. 346. *Victor ovans*, Silius 11 v. 260. *Te successu ovantem*, Ovid. Metam. 12 v. 298. *Ovantibus victoria obviam ire*, Liv. 27 c. 47. *Ite deserto rege ovantes*, Curt. 9, 2, 34. Egregie Festus: *Ovantes, lætantes, ab eo clamore, quem faciunt redeuntes ex pugna victores milites geminata O littera.*

¶ Ovanter, adverb. idem. Tertull. adv. Valent. c. 28 *Propere & ovanter accurrit.*

¶ Ovātus, a, um, i. e. triumphatus, victoriâ acquisitus, erbeutet, im triumph aufgeführt; ut, *Ovatum aurum*, Persius satyr. 2 v. 55.

¶ Ovatus, ûs, subst. clamor vincentium, jubelgeschrey. Val. Flaccus 6 v. 18 *barbarici glomerantur ovatus.*

¶ Ŏvātio, ōnis, lætitia, & minor triumphus, einige triumphs freude, frölichkeit. Fuit enim *Ovatio* triumphi genus, sed minus tamen triumphali honore, quippe qui ob insignes & excellentes victorias concedebatur victoribus, cum *ovatio* ob leviores daretur. Itaque duo hæc manifeste distinguit Livius lib. 5 cap. 30, *Valerio triumphus, Manlio, ut ovans ingrederetur urbem, decretum est.* Vide Rosin. lib. 10 Antiq. Rom. cap. 38. Alex. ab Alex. lib. 7 G. D. cap. 22, & lib. 6 cap. 18. Nomen ab *ove* esse dicitur, quam ovantes sacrificabant, cum triumphantes taurum immolarent, ut Plutarchus Marcello, & Servius in Virg. Æneid. 4 v. 543 nos docent. Et incedebant ovantes equo singulari vecti, cum contra triumphantes quadrigis & curru uterentur: Servius dicto loco, itemque Tibullus lib. 1 eleg. 1, Gellius lib. 5 cap. 6 extremo, Symmachus lib. 10 epist. 22. Tiberius tamen veterem, uti videtur, aspernatus morem, curru ovans vectus est, Suetonio teste ejus vitâ cap. 9. Florus lib. 3 cap. 19 *Fuitque de servis ovatione contentus, ne dignitatem triumphi servili inscriptione violaret.* Vsi præterea sunt *Ovationis* verbo Florus 3, 19, 8. Sueton. Tiber. cap. 1, & Claud. cap. 24, & Gellius lib. 5 cap. 6 fin. ¶ Alia notione & origine vide in proxime sequenti *Ovum*.

¶ Ovālis, e, ad ovationem pertinens; ut, *Corona ovalis*, quæ myrtea erat, & quam gestabant, qui ovantes incedebant: apud Gellium lib. 5 cap. 6, & Festum.

ŎVVM, i, *ᾠόν*, ein ey. Cibus optimus, & saluberrimus. *Vitellus*, vel *luteum ovi*, eyerdotter. *Album*, vel *ovi album*, das weisse im ey. *Ovi testa*, aut *putamina*, Columellæ 8 cap. 5, aut *cortex ovi*, Sereno cap. 30, die eyerschale. *Ovum durum, molle, sorbile*, vel *tremulum*, harte, weiche eyer. *Ovum hypenemium*, seu *irritum*, Plin. 10 cap. 60, ein windey. Vide suo loco. *Ovum Zephyrium*, idem. *Ova urina* vel *cynosura*, Plin. c. l. irrita, ex incubatione derelicta. *Ovum geminum, δίδυμον* Aristoteli, mit zweyen dottern. *Ovum decumanum*, ein gar groß ey. *Ovum recens*, ein frisch ey: *requietum*, non recens, ein verlegen ey. *Ovum frixum*, eyer im schmaltz. *Ova piscium*, rogen. *Ova gallinis supponere*, Cicer. 2 Nat. Deor. cap. 48. *Ovis incubare*, über den eyern sitzen, brüten. *Ova parere, gignere*, ibidem cap. 21, eyer legen. *Non tam ovum ovo simile*, de rebus indiscretæ similitudinis, vide Chiliadas. Horatius 2 satyr. 4 v. 1

Longa

Longa quibus facies ovis erit, illa memento
Vt ſucci melioris, & ut magis alba rotundis *Ponere.*

Ab ovo usque ad mala, id eſt, a principio usque ad finem, proverbiale apud Horatium lib. 1 ſatyr. 3 v. 6, von anfang biß zu ende. Poma enim claudebant cœnam, ova incipiebant. Vnde illud Ciceronis lib. 9 famil. epiſt. 20 *Integram famem ad ovum affero.* Vide Horatianos Interpretes.

¶ Ŏvĭco, āre, ab inuſitato *ovare*, eſt ovi albumine ſubigere, mit einem ey rühren. Plin. Valer. 1 cap. 17 *Ovo crudo ovicare.*

¶ Ovātus, a, um, inſtar ovi, oval, wie ein ey; ut, *Ovata ſpecies*, Plin. lib. 15 cap. 21.

¶ Ōvātio, ōnis, tempus vel actus, quo gallinæ ova pariunt, die legung der eyer, Plin. lib. 29 cap. 3. Sed pluribus libris *operationem*, non *ovationem* legimus.

¶ Ōvĭpărus, a, um, ova pariens, & fœtum ovis excludens, eyerlegend. Apulejus Apolog. pag. 298 *Diſcrevit natura viviparos & oviparos.* Et Fulgentius lib. 1 Mytholog. cap. 12 *oviparos fœtus pullulare.* Auſonius Moſellâ v. 133

Præpinguis, teres, oviparâ congeſtior alvo, ſcil. gobio.

OXĂLIS, ĭdis, fœmin. ὀξαλὶς, herba, quam vulgus *acetoſam* vocat, ſauerampffer, rumex. *Oxalis minuta*, klein ſauerampffer. Et *Oxys*, ὀξὺς, trifolium acetoſum eſt, haſenampffer, ſauklee, guckgauchklee, Plin. 20 c. 21.

OXALME, es, ὀξάλμη, acida muria, ſalſen, ſaltzbrüh, Plin. 23 cap. 2. *Acetum ſalſum* vocat idem lib. 24 cap. 4.

OXIA, æ, genus navis velocis, ein rennſchiff, Gell. 10 c. 25.

OXVS, i, apud Bactros fluvius, per deſerta Scythiæ fluens, Plin. 31 cap. 7, & Mela 3 c. 5.

OXYĂCANTHA, æ, ὀξυάκανθα, ſpina acuta, hagdorn. Spina ea tonſilis, quæ paſſim extimas hortorum pomœriorumque oras ambit, rubentibus baccis fœcunda.

OXYBĂPHVM, i, ὀξύβαφον, acetarium, vaſculum ſcilicet, aut catini genus, in quo acetum aut embamma apponitur, ein comment-ſchüßlein.

OXYDRĂCAE, arum, Indiæ populus apud Curtium lib. 9 cap. 9 & 14, Strabonem lib. 15, & Pauſan. lib. 1.

OXYGĂLA, æ, vel Oxygalum, i, ὀξύγαλα, lac acidum vel acetoſum, ſauermilch, buttermilch, Plin lib. 28 cap. 9.

Oxygarum, vide ſupra *Garum.*

Oxylapathum, ὀξυλάπαθον, vide *Lapathum.*

OXYLEPES, is, panis acetum habens admixtum, ſauerbrod.

OXYLIPARON, i, ὀξυλίπαρον, embamma, aut moretum acidum, quod piſcibus adhibetur, eine ſaure fiſchſalſen.

OXYLVS, i, Æmonis filius, ex Ætolia profugus, regno Elidis potitus eſt: Strab. lib. 10, & Pauſan. lib. 5. Hujus lege quadam cautum fuiſſe ſcribit Ariſtoteles lib. 6 Polit cap. 4, ne cui fœnore feudum alterius occupare liceret.

OXYMĔLI, ſeu Oxymel, Oxymellis, vel Oxymelitis, ὀξύμελι, acetum mulſum, ſyrup von honig und eßig: Plin. 14 cap. 17.

OXYMŌRON, i, ὀξύμωρον, ſententia ita acute & affectate enunciata, ut fatua videatur. Virgil. 7 Æneid. v. 295 *Nam capti potuere capi?* Vide Voſſ. 2 Rhet. p. 407.

OXYMYRSĬNE, es, ὀξυμυρσίνη, ruſcus ſilveſtris, agrifolium, ſtechpalmen, walddiſteln, Plin. 26 cap. 11.

Oxypæderotinus, vide poſt paullo *Pæderota.*

OXYPŎRVM, i, ὀξύπορον, remedium cito penetrans, cujusmodi ex junipero conficiunt: Plin. 20 c. 23. ¶ 2. Columellæ 12 cap 57 *Oxypora*, cibi ſunt, aceto conditi. Condimenta acetata, quæ & *Oxygala* dicuntur, ſaure ſalſen. Conf. Stat. 4 Silv 9 v. 36.

¶ Oxyporopōla, æ, ὀξυποροπώλης, ein eßig- oder ſenffkrämer, Plin. 20 cap. 7.

OXYRINCHVS, i, ὀξύρυγχος, piſcis, mugil fluviatilis, eine art von weißfiſchen, Geſnerus. ¶ 2. *Oxyrinchus* etiam Ægypti urbs, ſic ab oxyrincho piſce dicta, cui templum erat in ea conditum: Strab. lib. 17. Hinc

¶ Oxyrinchites, æ, Ægypti nomos ſeu præfectura, Plinius lib. 5 c. 9.

OXYSCHOENVS, i, ὀξύσχοινος, acutus juncus, qui & marinus dicitur, camelſtroh, Plin. 21 c. 18.

OXYZŌMVS, a, um, ὀξύζωμος, acetoſo jure conditus, ſäuricht. Apic. 6 cap. 9 *Oxyzomus pullus.* Priſcian. de Diæta cap. 6 *Oxyzoma nutriunt competenter.*

ŎZÆNA, æ, ὄζαινα, piſcis de polyporum genere, qui & ὀσμύλος vel ὀσμύλη, & ὄζολις dicitur, Plin. lib. 9 cap. 30. *Ozæna* autem inde appellatur, quod ex fiſtula in capite tetrum odorem emittat ab ὄζειν. ¶ 2. Hinc & *Ozæna* morbus dicitur, cum ulcera circa nares generantur, odorem fœdum habentia, naſen-geſchwär: Celſus lib. 6 cap. 8.

¶ Ozænitis, ĭdis, ὀζαινῖτις, herba ex genere nardi, Plin. 12 cap. 12.

ŎZE, es, ὄζη, fœtor oris, geſtanck des mundes, Celſ. 3 cap. 11.

Ozymum, vide ſupra *Ocimum.*

P.

P MVTA litera, adſpiratione aſſumta, ad poteſtatem accedit literæ Græcorum φ; ut, *Phidias*, *Phidippus*, *Philippus*, &c. Vide infra PH. ¶ In prænominibus, majuſcula ſola poſita, idem ſonat quod *Publius*; ut, *P. Virgilius Maro*, lege *Publius*: ſed *P. F. Publii filius.* At *P. R.* eſt *Populus Romanus. PR. K.* valet *Pridie Kalendas. P. M. Pontifex Maximus. P. P. Pater patriæ.* Et *P. C. Patres conſcripti.* v. Valerius Probus de literis antiquis. ¶ Cum fiat labiis arcte compreſſis, repetitio ejus compreſſionem aliquam notabit; ac vel temporis continuitatem exprimet, ut in illo Maronis Æneid. 4 v. 238

Ille patris magni parēre parabat
Imperio.

vel ad violentiam referetur, ut in hiſce Statii Cæcilii:

Aut per ſervolum
Percutias pavidum, poſtremo a parco patre
Quod ſumas, quanto diſſipas libentius!

Confert etiam exprimendis flatibus, ut docet Voſſ. lib. 4 Inſtit. Orat. pag. 46.

PABO, ōnis, vehiculum unius rotæ, ein ſchubkarn, Iſidor. in Gloſſ.

Pabularis, pabulatio, pabulor, &c. vide ſequens *Pabulum.*

PĀBŬLVM, i, cibus herbaceus, paleaceus & ſtramenticius pecudum, weyde, futter, fourage. Valla a *paſco* ait deſcendere lib. 4 cap. 62. Virgil. eclog. 1 v. 50

Non inſueta graves tentabunt pabula fœtas.

Sed, *Pabulo diſtendi*, wohl ausgefüttert werden, zunehmen, Quintil. lib. 2 cap 10. ¶ 2. Cicero per tranſlationem dixit in Academ. lib. 4 cap. 41 *Animorum ingeniorumque naturale quaſi quoddam pabulum, conſideratio contemplatioque eſt.*

¶ Pābŭlāris, e, zum futter gehörig: ut, *vicia pabularis*, ſo man füttert, oder für futter giebt, Columella lib. 2 cap. 14.

¶ Pabŭlor, āri, futter zuſammen ſuchen, fouragieren. Cæſar 3 B. Civ. c. 37 *quo in loco noſtri pabulari conſueverant.* Ibidem lib. 1 cap. 40 *Milites pabulatum his pontibus mittebat* &c.

¶ Pabulatio, ōnis, die gräſung: ut, *Pabulatio idonea*, id eſt, paſtus, bequeme weyde oder fütterung, apud Varronem lib. 3 de Re Ruſt. cap. 16. Et Cæſ. 7 B. Gall. cap. 16 *Hoſtis pabulationes noſtras obſervabat.*

¶ Pābŭlātor, ōris, ein fouragierer. Hirtius 8 Bell. Gall. cap. 11 *Equites præſidio pabulatoribus mittit.* Livius lib. 27 c. 43 *vagi per agros pabulatores.*

¶ Pābŭlātōrius, a, um, adject. zum füttern dienlich: ut, *Corbis pabulatorius*, vel *pabulatoria.* Sic enim apud Columellam lib. 6 c. 3 etiam ſequiore genere legitur, ein futter-korb, graſe-korb. Vide ſupra *Corbis*

¶ Pabulōſus, a, um, pabulo plenus, voll fütterung. Solinus c. 35 de Britannia: *Ita pabuloſa ut pecuaria, niſi interdum æſtate a paſtibus arceantur, in periculum agat ſatietas.*

Pacalis, pacator, pacatus, vide poſt in *Pax.*

PĂCHȲNVS, i, Πάχυνος, promontorium Siciliæ, ab aëris denſitate ſic dictum: παχὺ enim denſum, craſſum. Vide *Sicilia*, Virg. 7 Æn. v. 289

Dardaniam Siculo proſpexit ab usque Pachyno.

Ovidius primam etiam produxit 13 Metam. v. 726

Et quibus imbriferos verſus Pachynus ad auſtros.

¶ Priſcianus de Situ Orbis etiam ſecundam corripuit:

Eminet ad Zephyrum Lylibe, Pachynusque ſub ortum.

PACIDIANVS, i, gladiator nobilis. Vide *Æſernius* in *Æſernia.*

Pacifer, pacifico, are, &c. paciſcor, paco, vide infra in *Pax.*

PĂCŎRVS, i, Parthorum regis Orodis filius, cæſus cum exercitu a Ventidio Baſſo. vid. Vellej. 2 cap. 78. Juſtin. 42 cap. 4. Flor. 4 cap. 9. Martial. 9 epigram. 36

Scis, quid in Arſacia Pacorus deliberet aula.

Pactilis, Pactitius, vide *Pango*, *Pax.*

PACTŌLVS, i, Πακτωλὸς, fluvius Lydiæ aureis arenis abundans, quem eam ob cauſſam nonnulli χρυσοῤῥόαν appellarunt, Solino auctore cap. 43. Horat. epod. 15 v. 19

Si pecore & multâ dives tellure licebit,
Tibique Pactolus fluat &c.

Pactor, pactum, vide *Pax.*

PĀCŪVIVS, i, poëta fuit Brundusinus, Ennii ex ſorore nepos. Scripſit tragœdias, quibus ſententiarum gravitatem, & pondera verborum Quintilianus tribuit; doctrinam Horatius, cum ait lib. 2 epiſt. 1 v. 56

aufert
Pacuvius docti famam ſenis, Attius alti.

Dictio tamen ejus antiquitatis vitiis laborat, non elegans ac terſa ſatis. Vnde *Pacuvii veternum* Quintilianus dixit Dialogo de cauſſis corruptæ eloquentiæ. Hinc ejus lectione & imitatione antiquarii delectabantur: de quo Perſius ſatyr. 1 v. 77, & Martialis lib. 11 epigram. 91. Citarunt nonnullos ejus verſiculos Gellius, Cicero, & Nonius; ut, *Ego odi homines ignava operâ, & Philoſopha ſententia*, Gellius lib. 13 c 8. Item: *Conqueri fortunam adverſam, non lamentari decet; id viri eſt officium, fletus muliebri ingenio additus*, Cicero 2 Tuſcul. c. 21. Nonius ſervavit & hos verſus:

O flexanima, atque omnium regina rerum oratio.

Item: *Tamen obfirmato animo miteſcit metus.*

Et: *Patior facile injuriam, ſi eſt vacua a contumelia.*

Et: *Munificus nemo putatur, niſi & volens.*

¶ 2. *Pacuvius*, qui Syriam uſu ſuam fecit, memoratur a Seneca epiſt. 12, vide ibi not. Lipſii.

¶ Pacuvianus, a, um, poſſeſſivum. Cicer. 1 de Divinat. cap. penult. *Ille Pacuvianus, qui in Chryſe phyſicus inducitur.*

PĂDES, is, arbor picea, unde *Padus*, Plin. 3 c. 16.

PĂDVS, i, quem Græci Ἠριδανὸν vocant, fluvius eſt maximus & celeberrimus Italiæ, der Po; vide *Eridanus*, & Plin. 3 c. 16.

¶ Padua, æ, a Padi vicinitate urbs elegantiſſima dicta eſt, quæ & *Patavium*, T. Livii & Valerii Flacci patria. Hanc Antenor Trojanus condidit, ut Virgilius docet lib. 1 Æneid. v. 251.

¶ Padūſa, æ, foſſa ex Pado Ravennam usque ducta. v. Plin. 3 cap. 16. Virg. Æneid. 11 v. 452, & Claudian. in Epithal. Pallad. v. 109.

¶ Circumpădānus, a, um, Pado utrimque adjacens, um dem Po; ut, *Circumpadani campi*, Livius lib. 21 cap. 35. Item, circa Padum quod naſcitur aliturve; ut, *Circumpadanæ lanæ*, vel *oves*, Plin. lib. 8 cap. 48.

¶ Cispādānus, a, um, ad eumdem modum formatur, disseit dem Po; ut, *Gallia Cispadana*, quæ cis Padum Romanis fuit, circa Mutinam & Parmam.

¶ Transpādānus, a, um, über dem Po gelegen. Cic. Off. 3 cap. 22 *Caussa Transpadanorum æqua.* Et Sueton. Cæs. cap. 9 *Transpadani.* Et, *Transpadana regio*, Plin. lib. 3 cap. 17. Et, ITALIA TRANSPADANA, Gruter. Inscript. p. 459 n. 7.

PAEAN, ānis, παιὰν, hymnus in Apollinis & omnium Deorum laudem decantari solitus, ein lob-lied. Servius ad illud Virg. Æn. 6 v. 657

lætumque choro pæana canentes:

Proprie, inquit, *Pæan Apollinis laudes: abusive omnium deorum.* Est quoque titulus & argumentum operis Pindarici de laudibus Deorum: & Apollo ipse; ut in illo Juvenalis sat. 6 v. 171

Parce precor, Pæan, & tu depone sagittas.

Ovid. de Art. am. 2 v. 1 tamquam in triumpho:

Dicite, io Pæan: & io bis dicite Pæan, &c.

¶ Pæantīdes, um, plur. παιαντίδες, gemmæ, quæ parturientibus mederi dicuntur, Plin. 37 cap. 10. Solin. cap. 15.

Pæcma, vide infra *Pegma.*

PAEDĂGŌGVS, i, παιδαγωγὸς, cui ducendi & regendi pueros provincia tradita est, ein zuchtmeister. Erant rectores monitoresque ac custodes additi ingenuis pueris, quos semper sequebantur, unde & *Comites* appellati. *Vultus Pædagogi* pro tristi & severo apud Suet. Nerone cap. 37. Et Cicero de Amicit. cap. 20 *Pædagogi negligendi non sunt, sed quodammodo colendi*, kinderlehrer soll man wohl halten. Idem de dignitate pædagogorum lib. 2 de Divinat. cap. 2, quam sententiam obiter huc annotare visum mihi est: *Nullum munus reipublicæ afferre majus meliusve possumus, quam si doceamus atque erudiamus juventutem, iis præsertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapsa est, ut omnium opibus refrenanda atque coërcenda sit.* Sic, *Custodem cui & pædagogum dare*, Sen. epist. 11. Discrimen a veteribus observatum inter præceptorem & pædagogum, vid. Senec. de Ira 2 cap. 22, & Lips. in not. ad h. l. Interdum convicii loco usurpatur. vid. Plaut. Pseud. a. 1 sc. 5 v. 32, Suet. Galbâ c. 14, & Seneca epist. 90.

¶ Pædăgōga, æ, fœm. eine zuchtmeisterin. Hieronymus ad Gaudentium epist 12 *Sit ei magistra comes, pædagoga custos.*

¶ Pædăgōgīum, i, παιδαγωγεῖον, locus in quo pueri ministratorii versabantur, Plinius lib. 7 epist. 27, eine kinder-schul, pagen-schul. ¶ Item, ipsi administratorii pueri, & qui in deliciis dominis erant. Vide Torrentium in Suetonii Neronem cap. 23, itemque Pignorium de Servis. Adde Senec. de Vita beata cap. 17, & Parei Lex. Crit. p. 876.

¶ Pædăgōgianus, a, um, ex pædagogio; ut, *Puer pædagogianus*, ein page, Ammian. lib. 26 cap. 17. Adde lib. 29 cap. 18.

¶ Pædagōgo, are, zuchtmeister seyn, schule halten. Fulgent. de Contin. Virg. *Pædagogantis affectio.*

¶ Pædagōgītus, ûs, die zuchtmeisterey. Tertull adv. Valent. cap. 13 *Christi & Spiritus Sancti pædagogatus.*

¶ Compædagōgius, i, qui cum aliis sub eodem pædagogo est, ein mit-schüler, ex Vet. inscript. Spon. Misc. p. 228, & Fabrett. p. 361 DIS. MAN. NERITI POMPONII. MATERNI. PVERI. CONPAEDAGOGII MERENTI.

¶ Compædagogīta, æ, qui simul cum aliis pædagogus est. Inscript. apud Fabrett p. 361 TIB. CLAVDIVS EVANGELVS COMPAEDAGOGITAE SVO.

PAEDĔRASTIA, æ, παιδεραστία, obscenum & detestandum crimen, cujus meminit Paulus Rom. cap. 1 v. 27, olim Romanis usitatissimum, knabenschändung. vid. Bernegg. ad Sueton. Cæsar. cap. 2. Hinc

¶ Pædīco, are, cum puero vel masculo rem habere, apud Catullum carm. 15 v. 1 & 17, & carm 21 v. 4. Martial. 11 epigr. 79 &c.

¶ Pædīco, ōnis, qui & *Pæderastes*, ein knabenschänder, Martial. 6 epigr. 33, & 12 epigr. 87.

¶ Pædīcātor, ōris, idem. Suet. Cæs. cap. 49 *Pædicator Cæsaris.*

PAEDĔRŌTA, æ, acanthus crispus & lenis Plinio est lib. 22 cap. 22. beerenklau, Matthiol. conf. Apul. de Herb. cap. 104. Legunt alii *Pæderos, otis.* ¶ Item gemma, quæ alio nomine *opallium*, Plin. 37 cap 6. Solin. cap. 36. Et hinc

¶ Oxypæderōtĭnus, a, um, ὀξυπαιδερώτινος, colorem gemmæ illius referens; ut, *Oxypæderotinæ vestes*, quibus matronæ in solatium ademptæ purpuræ utebantur, quod proxime ad purpureas accederent, Vopisc. Aurel. cap. 46.

PAEDĪA, æ, παιδεία, eruditio institutioque; item puerilis ætas, die zucht, erziehung, kindheit; ut, *Pædia Cyri*, de qua scripsit Xenophon.

¶ Pædŏtrība, æ, παιδοτρίβης, præceptor, ein kinderlehrer.

PAEDOR, ōris, squalor & illuvies in homine vel animali, collecta ex continua quiete aut aliis caussis, gestanck und unflat an menschen oder vieh. Dictus a sordibus puerilis ætatis. *Situm* exponit Valla lib. 6 cap. 25. Lucan. 2 v. 73 *Longusque in carcere pædor.* Cicer. 3 Tuscul. c. 12 *Barba pædore horrida.* Et, *Obsitus pædore*, mit unflat beladen, Seneca Agamemnone v. 991. *Pædore horrida membra*, Lucret. lib. 6 v. 1267.

Pæne, Pænula, vide *Pene, Penula.*

PAEON, ōnis, Παιὼν, ῶνος, medicorum præses Apollo apud Homerum, a παίω *percutio*, quia serpentem Pythonem sagittis confodit. Vnde & pro medico generatim usurpatur *Pæon* ab Aristophane. conf. Isidor. 17 cap. 9. ¶ 2 *Pæon* pes in carmine, qui quadruplex est. Primus, qui ex longa & tribus brevibus constat, - ∪ ∪ ∪, ut, *conficere.* Secundus, qui ex brevi, longa, & duabus postremis brevibus ∪ - ∪ ∪, ut, *resolvere.* Tertius, ex duabus prioribus brevibus & longa & brevi posterioribus, ∪ ∪ - ∪, ut, *sociare.* Quartus, ex tribus brevibus & longa, ∪ ∪ ∪ -, ut, *convenerint, sonipedes.* vid. Cic. Orat. cap. 57 & 64, & de Orat. 3 cap 47 & 49. Quintil. 9 cap. 4. Adde Voss. lib. 4 Instit. Orat p. 415 seq.

¶ Pæōnia, æ, herba laudatissima nomen accepit a Pæone, peonien oder patonen, pfingst-rosen, παιωνία, Plin. 25 cap 4 &c. Apulej. de Herb. cap 64.

PAEŎNES, um, populi qui ad Rhodopen montem & Macedoniam maritimam habitant, quos male nonnulli cum *Pannonibus* confundunt. vid. Dio Cassius lib. 49. conf. Stat. Achill. v. 417. Hinc

¶ Pæŏnius, a, um, adject. ut, *Pæonium in morem*, Virg. Æn. 12 v. 401. *Pæoniæ herbæ*, Claudian. in Eutrop. 2 v. 12.

PAESTVM, i, Παῖστον, Lucaniæ oppidum, Græcis Posidonia appellatum, ut Plinius auctor est lib. 3 cap. 5. Bis ibi rosæ proveniebant anno uno. Vnde Virgilius (quod hemistichium Ovidius quoque & Martialis suum fecerunt,) Georg. 4 v. 119

biferique rosaria Pæsti.

¶ Pæstānus, a, um, adject. ut, *Pæstanus sinus*, Cicer. ad Attic. lib. 16 epist. 6. Et, *Pæstanus cultus*, Ausonius in Rosis:

Vidi Pæstano gaudere rosaria cultu.

PAETVS, a, um, ab oculorum vitio dictus, übersichtig, liebäugig. Horatius lib. 1 sat. 3 v. 44 *Strabonem*

Appellat pætum pater.

id est, non fastidit pater non solum filiorum vitia, sed & extenuat, & vel ad laudem transfert. Ex quo intelligitur, minus vitii habere *pætum*, quam *strabonem.* Vetus scholiastes Horatii ad laudatum locum: STRABO *dicitur, qui est distortis oculis:* PAETVS, *qui leviter declinatis, cujus huc ac illuc tremuli volvuntur*, schiel. Hoc autem venereum. Et inde Venus ipsa *Pæta* vocatur. Ovidius lib. 2 de Arte am. v. 659 *Si pæta est, Veneri similis: si flava, Minervæ.* Et proprium cognomen Romanæ familiæ *Pæti.* Plin. lib. 11 cap. 37 *Vni animalium homini depravantur* (oculi,) *unde Strabonum & Pætorum cognomina.*

¶ Pætŭlus, a, um, diminut. apud Cicer. 1 de Nat. Deor. cap. 29 pr. *Redeo ad Deos, ecquos si non tam strabones, at pætulos esse arbitramur?*

¶ Subpætŭlus, a, um, nonnihil pætulus; ut, *Oculi subpætuli*, Varro.

Paganalia; paganicus, paganus, pagatim, vide mox *Pagus.*

PĂGĂSAE, arum, oppidum maritimum Thessaliæ, Pheræorum navale, non procul a Pelio monte, ἀπὸ τοῦ παγᾶσθαι, quod est *compactum esse*, quod ibi compacta fuerit Argo navis. vid. Val. Flacc. 8 v. 451. Vnde

¶ Păgăsæus, a, um, adject. ut, *Pagasæa puppis*, Ovid. 7 Metam. v. 1, id est, Argo navis. Eadem *Pagaseïa puppis*, Val. Flacc. 1 v. 422. *Pagasæum litus*, Lucan. 6 v. 400.

¶ Păgăsĭcus, a, um, idem; ut, *Sinus Pagasicus*, Plin. lib. 4 cap. 8.

Pagella, pagina, pagmentum, vide *Pango.*

PĂGO, pe, igi, păgere, verbum antiquum, idem quod *pacisci.* Legitur apud Auctorem ad Herennium lib. 2 cap. 13 *rem ubi pagunt, orato, ni pagunt* &c. conf. Quintil. 1 cap. 10. Pro *Pago* est *Pango*, pepigi, &c. quod vide suo loco.

PAGRVS, & Phagrus, i, πάγρος, φάγρος, quasi φάγος, id est, vorax, piscis, eine grosse rothe meerbrassme, Gesner. Plin. 9 cap. 16, & 32 cap. 10. Sed

¶ Pagūrus, i, πάγουρος, cancri marini species, eine meer-spinne, seekrebs. vid. Ovid. Halieut. v. 107.

PĀGVS, i, proprie sigificat societatem vicorum, vicos plures ditione quadam conjunctos, eine pflege oder gemeine aus vielen dörffern. Vicus enim tantum villarum est congeries, sine mœnibus, ein dorff. Hac significatione *pagus* apud Cæsarem & Tacitum legitur. Videnturque in plano fuisse pagi. Inde *Paganos* a *montanis* distinguit Cic. pro Domo cap. 28. vide Scalig. Lect. Auson. 1 cap. 23 p. 66. ¶ 2. Vocant & *Pagum* vicum, sed improprie, ein dorff, a πηγὴ, *fons*, quod pagi circa fontium rivos collocarentur, vel quod eâdem aquâ uterentur, ut Festus voluit. Virg. Georg. 2 v. 382 *Ingentes pagos & compita circum.*

¶ Pāgānus, a, um, rusticus, bäurisch; ut, *Fercula pagana*, Propert. lib. 4 eleg. 4 v. 76. *Foci pagani*, Ovid. 1 Fast. v. 670. Substantive Cicero pro Domo cap. 28 *In hac urbe nulli pagani, aut montani*, bauern. ¶ 2. *Pagani* JCtis dicuntur omnes, qui non sunt milites, Plin. lib. 10 epist 18, Veget. lib. 2 cap. 23, Buchn. ad Plin. lib. 7 epist. 25, Bernegg ad Sueton. August. cap. 27, unde & *paganum peculium, castrensi* opponitur: itemque *paganus cultus militari*, apud Plinium lib. 7 epist. 25. Tacitus 3 Histor cap. 24 *Vos nisi vincitis, pagani*, i. e. pro paganis, non pro militibus habebo. Ita & alibi *pagani* eidem non milites sunt, ut 2 Histor. cap. 14, ubi & Pichena quædam notavit. ¶ 3 Hinc & *Pagani* veteribus Christianis dicebantur gentiles, quod Christi milites non essent, heyden, unchristen; ut quidam censent. Sed alii a *pagis*, ubi extra urbes sub Christianis principibus idola colebantur, notionis hujus rationem ducunt. Vide Heraldum principio Comment. in Arnobium, & Cellarii Cur. poster. pag. 276. Orosius præf. lib. 1 *Ex locorum agrestium compitis & pagis pagani vocantur.* Augustin. 2 Retract. cap. 43 *Deorum falsorum multorumque cultores pagani.* Hinc &

¶ Pāgānĭtas, ātis, ritus & religio paganorum, das heydenthum. Salvian. lib. 8 de Gub. Dei p. 302 *Professa jugiter plurimorum paganitas fuit.* Et Theod. Cod. l. 15 tit. 5 de spectaculis: *Paganitatis stolidæ errore detineri.*

¶ Pāgānĭcus, a, um, adject. dorffhafftig. Martial. lib. 14 epigr. 45 *paganica pluma.* Varro de L. L. 5 cap. 3 *Paganicæ feriæ, agriculturæ caussa susceptæ.* ¶ 2. Christianis scriptoribus *Paganicus* est quoque heydnisch. Salvianus principio lib. 1 de Gubern. *incredulitas paganica.* Idem [illegible] 1 contra Avar. p. 25 *impia & paganica sollicitudo.* Gruter. Inscript. p. 21 n. 11 IOVI PAGANICO.

¶ Pāgānālia, ium, festa rusticorum, bauer-kirchmess. vid. Varro de L. L. 5 cap. 3. Onomast. Vet. *Paganalia*, κωμήτικά. De his videtur Ovidius intelligendus lib. 1 Fastor. v. 669

Pagus agat festum: pagum lustrate coloni,
Et date paganis annua liba focis.

¶ Pāgātim, adverb. per singulos pagos, von dorff zu dorff. Livius lib. 31 cap. 26 *templa pagatim sacrata.* Ibidem cap. 30 *pagatim habitantes.*

¶ Semipaganus, a, um, pro semidocto, inexercitato aut imperfecto. Persius in prœmio v. 6 *Ipse semipaganus*

Ad sacra vatum carmen adfero nostrum.

PĀLA, æ, instrumentum fossorum, ein spaten, grabscheid, schauffel, a *pangendo* dictum, quia in terra pangitur. vid. Varro de L. L. 4. c. 31; ut.

ut, *juncosum agrum palâ vertere*, Plin. lib. 18 cap. 6. ¶ 2. Et instrumentum aliud, quo in furnum panis mittitur, eine back-schauffel. Quo quidam referunt *palas ligneas* Catonis cap. 11 extr. de Re Rust. quæ vero videntur aliud instrumentum, quod numerus *quadraginta* arguit, fuisse. ¶ 3. Item aliud, quo ventilantur & purgantur frumenta, eine wurffschauffel. Tertullianus de Persecut. cap. 2 *Hæc pala illa, quæ & nunc dominicam aream purgat, Ecclesiam scilicet, confusum acervum fidelium eventilans, & discernens frumentum martyrum & paleas negatorum.* Et Juvenc. lib. 1 v. 371 *ruralis pala.* ¶ 4. *Pala* denique σφενδόνη est, hoc est, plana & latior pars annuli, cui vel insigne insculpitur, vel gemma inseritur, der ballen am ringe, der kasten. Cic. 3 Off. cap. 9 *Gyges cum palam ejus annuli ad palmam converteret, a nullo videbatur* &c. ¶ 5. Est & *Pala* arbor apud Indos, de qua Plin. 12 cap. 6. ¶ 6. *Pala auri & æris*, id est, massula, & quidem selibralis, ein stücklein golds, Plinius lib. 34 cap. 6. Sed meliores omnes libri *palea* habent, non *pala*. Hinc vero

¶ Pălacra, æ, major auri massa, ein goldklump, Plin. 33 cap. 4.

¶ Palacrana, æ, idem, ibidem.

¶ Bĭpālium, i, instrumentum fodiendi, quasi bina pala, ein grabscheid. Columella lib. 3 cap. 5 *Ager bipalio subigi debet.* Adde Caton. de R. R. cap. 6.

PĂLAEMON, ōnis, grammaticus fuit Romæ Quintiliani ætate, tantæ arrogantiæ, ut, sicut Suetonius de Gramm. cap. 23 auctor est, *secum & natas & morituras litteras jactaret*, item M. Varronem, Romanorum longe doctissimum *porcum* appellaret. vide & Quintil. lib. 1 cap. 4. *Palæmonis* artem pro Grammatica dixit Juvenal. satyr. 6 v. 451. Adde Voss. de Poëtis Latin p. 42. ¶ 2. *Palæmon* etiam dictus fuit Inûs & Athamantis filius, maris Deus, qui & Melicerta, Latinis *Portunus*; in cujus honorem ludi Isthmici instituti. vid. Ovid. Met. 4 v. 541, & Heroid. ep. 18 v. 159. ¶ 3. Est & pastoris nomen apud Virgil eclog. 3.

¶ Pălæmŏnĭus, a, um, adject. Claudianus de Consul. Mallii Theodori v. 289

Cuncta Palæmonio manus explorata coronis.

Vbi ad mediam significationem, seu Palæmonem illum respicitur, cui ludi in Græcia dicati erant, quorum præmia, coronæ, exploratæ & probatæ manui, i. e. catervæ, dabantur.

PĂLAEPHĂTUS, i, scriptor antiquus, tempore Artaxerxis, patriâ Parius, vel, ut alii volunt, Prienæus, qui volumina quinque scripsit ἀπίστων, sive *Rerum Incredibilium*. De pluribus hujus nominis vid. Voss. de Hist. Gr. 1 cap. 9, & lib. 3 p. 395, & Cœl. Rhodig. 30 cap. 34.

¶ Pălæphătius, a, um, adject. Virgil. in Ciri v. 88

Docta Palæphatia testatur voce papyrus.

PĂLAESTĪNA, æ, regio Syriæ australis, præsertim illa, quæ ad mare est mediterraneum, olim *Philistæa*. Deinde omnis Judæorum regio; Plin. lib. 5 cap. 12, das gelobte land.

¶ Pālæstīnus, a, um, adject. ut, *Gens Palæstina*, Silius 3 v. 606. Et

¶ Pālestīni, orum, incolæ regionis. Spartianus in Severo cap. 17 pr. *In itinere Palæstinis plurima jura fundavit.*

¶ Pālæstīnensis, e, aliud adjectivum. Spartianus ibidem cap. 9 *Neapolitani Palæstinenses.*

PĂLAESTRA, æ, παλαίστρα, (quæ & *Pale*, vide infra;) pugna, luctatio, a πάλιν, iterum, & παίω, ferio, seu potius a παλαίειν, ein fechter-kampff, fecht-schul, ring-plan. Virg. 6 Æn. v. 642

Pars in gramineis exercent membra palæstris.

Huic dedita olim maxime fuit Laconica juventus, itemque Virgines Lacænæ, notante Barth. ad lib. 4 Thebaid. Statii p. 980. vid. Hieron. Mercurial. de Art. Gymn. lib. 1 cap. 6. *Agrestis palæstra*, Virgil. Georg. 2 v. 531. *Fac periculum in palæstra*, Terent. Eunuch. a. 3 sc. 2 v. 24. Eidem Phorm. a. 3 sc. 1 v. 20 *Palæstra* improprie vocatur domus amicæ, in qua quis assidue versatur. Sic & loca disputandi exercitio destinata *Palæstræ* dicuntur. vid. Vitruv. 5 cap. 11.

¶ Pălæstrīta, æ, παλαιστρίτης, qui palæstræ dat operam, ein fechter, Cic. 4 in Verr. cap. 57, & Martial. 3 epigr. 58.

¶ Pălæstrĭcus, a, um, fechterisch; ut, *Ars palæstrica*, Quintil. lib. 2 c. 21. *Motus palæstrici*, Cic. 1 Offic. cap. 36. Et, *Facies succi palæstrici plena*, Apulejus Apolog. p. 315, starck und fett. ¶ 2. Et *Palæstrici* erant, qui palæstram docebant, fechtmeister. Vnde Quintiliano lib. 12 cap. 2 sunt *palæstrici doctores.*

¶ Pălæstrĭce, adverb. palæstritarum more. Cic. de opt. Gen. Orat. cap. 3 *palæstrice spatiari in xysto.*

¶ Pălæstrans, tis, fechtend, ringend. Fulgent. 1 Mythol. *Sudor hic opus est palæstrantis ingenii.*

¶ Apălæstri, orum, ἀπάλαιστροι, imperiti palæstræ, die nicht fechten gelernet, Quintil. 9 cap. 4. Sic *Motus apalæstri*, dicebantur incompositi & indecentes, non respondentes palæstræ, (ita enim etiam decentiam in motu & flexu corporis appellabant,) ungeschickte, tölpische sprünge.

PALALIA, æ, herba, quæ & *Cyclamine*, Apulej. de Herb. cap. 17.

PĂLAM, adverb. manifeste, in omnium conspectu, öffentlich. Terent. Adelph. a. 3 sc. 2 v. 30 *A lenone ipsius eripuit palam.* Sic, *Divulgare palam*, Cicer. post red. in senat. cap. 5, ausbreiten, ruchtbar machen. *Palam est*, Terent. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 24, es ist nicht heimlich. *Aperte ac palam aliquid facere*, Cic. in Oratore cap. 12. *Aperte palamque dicere*, Idem 2 in Verrem cap. 7. Et, *Palam ante oculos omnium*, Idem 7 in Verr. cap. 26. Sic, *Palam beatus*, Terent Phorm. a. 1 sc. 3 v. 17, scheinbarlich, glückselig. *Palam re facta*, Nepos Hannib. cap. 7. Et, *Palam facere alicui*, ibidem cap. 11. Hinc

¶ Dĭspălesco, ĕre, divulgari, kundbar werden. Plaut. Bacch. a. 4 sc. 9 v. 123 *Perisse suavius est, quam illud vitium vulgo dispalescere.*

¶ Prŏpălam, adv. idem quod *palam*; ut, *Tabulæ & signa propalam collocata*, Cic. de Orat. cap. 35, frey, öffentlich. Sic Livius lib. 34 c. 33 extr. *Hæc propalam dicebat: illa tacita suberat cura.*

¶ Prŏpălo, are, divulgare, verbum cadentis latinitatis, kund machen, ausbreiten, offenbahren. Mamertus lib. 1 de Anim cap. 2 *pagina propalatur.* Sidonius 9 epist. 11 *Quæ propalare dissimulat, excolere detrectat.*

¶ Prŏpălātus, a, um, kund gemacht, offenbahret. Orosius 6 cap. 5 *Contra edictum propalatæ & publicæ veritatis.* Et Augustin. epist. 137 *Divinitus propalatum.*

PĂLĀMĒDES, is, Παλαμήδης, Nauplii, Eubœæ regis filius, inventor quatuor litterarum græcarum, θ ξ χ φ, in bello Trojano, Plin. lib. 7 cap. 6. De ejus morte vide Serv. in 2 Æn. Virg. item Xenophontem Apol. Socratis p. 705.

PĂLANGAE, arum, fustes teretes, per quos naves in mare attrahuntur, vel ad litus subducuntur, rollen, waltzen, hebebäume, apud Varronem in Nonii cap. 2 n. 725. Græcis φάλαγγες & φαλάγγαι, unde & Cæsar *Phalangas* dixit 2 de B. C. cap. 10, & lib. 3 ejus operis cap. 40 *Scutulas* vocat. vide infra *Phalanga.*

Palanteum, vide *Pallanteum*, in *Pallas.*

PĂLĀRA, æ, avis, de qua Autor Philomelæ v. 11

Dulce Palara sonat, quam dicunt nomine Drostam.

Palaria, palaris, vide infra *Palus.*

Palas, vide *Pallas.*

PĂLĂTHA, æ, παλάθη, massa ficorum, ein hauffe feigen auf einander gedruckt, teste Hesychio. vid. Vulg. Interpr. Judith. cap. 10 v. 5.

Palatinus, quære in sequente *Palatium.*

PĂLĀTIUM, i, unus ex septem montibus Romæ: cujus appellationis ratio varie explicatur. De nominis origine vide Varronem lib. 4 de Lat. Ling. cap. 8. De eo Cicero 1 Catilin. cap. 1 *Nihilne te nocturnum præsidium Palatii movit?* Adde, qui Romanæ urbis historiam dederunt. ¶ 2. Item, domus Cæsarum seu Imperatorum, käyserliche pfaltz: passim apud Augusteos Scriptores, quam notionem egregie explanat Dio Cassius lib. 53 p. 507, cujus summa est, quod Augustus Cæsar in Palatino monte habitaverat. vid. Cœl. Rhodig. Ant. Lect. 8 cap. 1. ¶ 3. Sumitur ergo pro quavis etiam domo ampla & magnifica, ein herrlicher palast, schloß; ut, *Romana palatia*, Virgil. Georg. 1 v. 499. *Secreta palatia*, Juvenal. sat 9 v. 23. conf. Silius 12 v. 716. Poëtæ interdum, ut primam producere possent, τὸ L geminare solent, & *Pallatia* dicere. Vnus Martialis plura suppeditabit exempla: ut, 1 epigr. 71, lib. 4 epigr. 5 &c.

¶ Pālātīnus, a, um, quod ad aulam imperatoriam pertinet, zum palast gehörig. Sic *Palatini*, qui in Palatio ministrant: ut, *Palatinus Altiensis*, Sueton. Calig. cap. 57. *Palatini ludi*, qui in Palatio triduo celebrabantur circa templum Palatinum in honorem Augusti, de quibus Josephus in rebus Caji meminit, & Suetonius Augusto cap. 56, ubi vide Casaub. *Palatinus Apollo*, Horat. 1 epist. 3 v. 17. Quare *Clodiam* Cicero *Medeam Palatinam* dixerit, leges apud Voss. lib. 4 Instit. Orat. pag. 137.

¶ Pālatua, æ, Dea, in cujus tutela Palatium esset, Varro de L. L. 6 c. 3.

¶ Pālatuālis, e, adject. ut, *Palatualis flamen*, qui ad sacrificandum ei Deæ constitutus erat; Festus, & Varro l. c.

PĂLĀTUM, i, (Cicero etiam lib. 2 de Fin. cap. 8 *Palatus* dixit gen. mascul.) interioris oris cavitas est, der gaumen. Cicer. de Nat. Deor. lib. 2 cap. 18 *Epicurus, dum palato quid sit optimum, judicat, cæli palatum, ut ait Ennius, non suspexit*, hoc est, non fuit memor beatæ voluptatis in cælo. Horat. 2 epist. 2 v. 61

Tres mihi convivæ prope dissentire videntur,
Poscentes vario multum diversa palato.

Juvenal. sat. 10 *Et quibus in solo vivendi caussa palato est*, die allein um essens und trinckens willen leben. Seneca Consol. ad Helviam cap. 9 extr. *o miserabiles, quorum palatum, nisi ad pretiosos cibos, non excitatur.* Sic, *Templum linguæ palatum*, elegantissima tralatione dixit Lucretius lib. 4 v. 625.

PĂLĒ, es, πάλη, lucta, unde & *palæstra* dicta est. Nominis rationem diversam prodiderunt auctores. Vide Mercurialem de Gymnastica lib. 2 cap. 8. Scaliger a concussione πάλλειν dictam censet lib. 1 de Re Poëtica cap. 22. Statius 6 Thebaid. de Tydeo v. 824

Ille quidem & disco bonus, & contendere cursu,
Nec cæstu bellare minor, sed corde labores
Ante alios, erat uncta Pales.

ubi *Pales* pro *Pale* est: quam Vetus scholiastes *palæstræ studium* interpretatur. ¶ Aliud *Pale* est apud Sidonium 9 epist. 13 cum ait;

Bimari remittat urbe
Thymelen Palenque docta
Tepidas ad officinas
Citharistrias Corinthus.

Vbi per *Palen* videtur saltationem intelligere.

PĂLEA, æ, granorum folliculi, spreu, kafft, heckerling, pabulum jumentorum. *Levis palea*, Virg. 1 Georg. v. 368. Idem 3 Georg. v. 134

Surgentem ad Zephyrum paleæ jactantur inanes.

¶ 2. Et *Palea*, cartilago est dependens a collo galli, des hahnes bart, das rothe läpplein, Varro 3 Rei Rust. c. 9. ¶ 3. *Palea æris*, ertz-schaum, Plin. 34 cap. 13. Sed

¶ Pālear, āris, seu *Palearia*, plur. pellis est dependens a gutture boum, die wammen, ochsen-kehle. Seneca Hippol. v. 1041 *Musco tenaci pectus & palear viret.* Stat. 3 Theb. v. 332 *Proscissis palearibus.* Virg. 3 Georg. v. 53 *Cui crurum tenus a mento palearia pendent.*

¶ Pālĕāris, e, spreuhafft. Fortunat. 3 Mart.

Immanemque hostem palearis arista removit.

¶ Pālĕārium, i, ein spreuboden. Colum. lib. 1 cap. 6 *Pars, inquit, villæ fructuaria dividitur in - - fœnilia peleariaque, & apothecas, & horrea.*

¶ Pālĕātus, a, um, mit spreu gemengt; ut, *Lutum paleatum*, quod paleam habeat admixtam, Columella de Arbor. cap. 8, & lib. 12 cap. 44.

PĂLES, is, pabuli Dea, quæ cum Apolline νομίῳ a rusticis colebatur. Vnde & conjungit Virgilius eclog. 5 v. 35

Ipsa Pales agros, atque ipse reliquit Apollo.

Item Tibullus lib. 1 eleg. 1 v. 15

Hic ego Pastoremque Deum lustrare quotannis,
Et placidam soleo spargere lacte Palem.

Nam *Pastor Deus* Apollo νόμιος est. Alii vero *Palem* Deum fecerunt. Vide Servium ad Virgil. lib. 3 Georg. princ.

¶ Pālĭlia, & Parilia, ium, plur. festa Deæ Palis, quæ celebrabantur II Calend.

lend. Maji, das hirten-fest. Vellej. 1, 8, 4 *Parilibus Romam condidit Romulus.* Propertius lib. 4 eleg. 1 v. 19

Annuaque accenso celebrare Palilia fœno.

Et Tibullus lib. 2 eleg. 5 v. 87

At madidus Baccho suâ festa palilia pastor
Concinet: a stabulis tunc procul este lupi.

Et Ovidius 4 Fast. v. 721 *Palilia poscor;*
Non poscor frustra, si favet alma Pales.

Ad quem locum Heinsius observavit, *Parilia* in plerisque libris antiquis esse, quod etiam de Plinio (lib. 19 cap. 5 sect. 24) Harduinus tradit, ubi vulgo *Palilia*; in MSS. *Parilia* legi. Hinc

¶ Pălīlĭcium, i, sidus cæleste, oculus tauri, stella primæ magnitudinis, una ex Hyadibus sive Suculis. Plinius lib. 18 cap. 28 *Hoc est vulgo appellatum sidus Palilicium, quoniam* &c. Vbi idem Harduinus annotavit, in MSS. *parilicium* legi. Scilicet *Parilia* non a Pale, sed a *pariendo* putant dici, quod sub Parilicii exortum cosmicum omnia parturiant.

PALFVRIVS, i, Sura cognomine; orator & caussidicus, a Domitiano senatu motus, quod cum Vitellianis sensisset. v. Juvenal. satyr. 4 v. 53.

PĂLĪCVS, i, plur. Palici, gemini fratres, Jovis & Thaliæ Nymphæ sive Ætnæ, filii, quorum historiam exhibet Macrobius Saturn. 5 c. 19. conf. De la Cerda ad Virg. Æneid. 9 v. 585. Ovid. Metam. 5 v. 406, & Silius 14 v. 220.

Palilia, Palilicium, vide paullo ante *Pales*.

PALIMBACCHĪVS, i, παλιμβακχεῖος, pes, qui & *Antibacchius*, constans duabus syllabis longis, & tertia brevi - - υ, ut, *Augustus*. vid. Quintil. Inst. Orat 9 c. 4.

PĂLIMPISSA, æ, παλίμπισσα, pix recocta, eingesotten pech, Plinio 24 c. 7.

PĂLIMPSESTVS, i, παλίμψηστος, membrana iterum abrasa, charta deleticia, seu potius membrana vel tabella rasilis, cujusmodi est abacus calculatorum, eine eselshaut, schreibetafel. Ejusmodi enim quiddam hodie fit ex pelle asinina. Dicitur a πάλιν, *rursus*, & φέω, seu ψάω rectius, *rado*. Scribunt & *palinxestus* rectissime a ξέω, eadem significatione. Vsus est hac dictione Cicero lib. 7 famil. epist. 18, *Nam quod in palinxesto, laudo equidem parsimoniam; sed miror, quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quam hæc scribere.*

Palin dia, vide supra *Oda*.

PĂLĬNVRVS, i, gubernator classis Æneæ, a πάλιν & οὖρος. Martialis lib. 3 epigr. 78

Mejere vis iterum, jam Palinurus eris.

Conf. Virg. Æneid. 3 v. 202 & 562 &c. Ab eodem *Palinurus* promontorium Cyrenaicæ regionis in Africa, & aliud Pæstani sinus in Italia cognominatum. v. Lucan. 9 v. 42.

PĂLĪVRVS, i, παλίουρος, frutex spinosus, eine art von disteln. Virgil. eclog. 5 v. 39 *Carduus & spinis surgit paliurus acutis.*

¶ Non est autem spina alba, ὀξυάκανθα, weißdorn, Matthiol.

¶ Pālĭūreus, a, um, heckicht, dornicht. Fulgent. 1 Mythol. *Paliurea prata incedente premere planta.*

PALLA, æ, ein frauen-mantel, eine schaube; propria mulierum, ut Marcilius ad Tertullianum de Pallio ostendit. Virgil. 1 Æneid. v. 648

pallam signis auroque rigentem,
Ornatus Argivæ Helenæ, quos illa &c.

Conf. Ferrarius de Re Vest. P. 1 lib. 3 c. 18. ¶ 2. Item virorum, sed citharœdorum & saltatorum. Vide Suetonianos Interpretes in Caligula c. 54, & Barth. ad Claudian. p. 736. ¶ 3. Videntur & Galli eâ usi. Martialis lib. 1 epigram. 93

Dimidiasque nates Gallica palla tegit.

¶ Pallŭla, æ, diminut. ein mäntelein. Plaut. Truc. a. 1 sc. 1 v. 32 *Conscissa pallula est.*

¶ Pallium, i, vestitus erat Græcorum, viris ac fœminis communis, ein mantel. *Corpus pallio tegere*, Cicer. 2 de Divinat. cap. 69. Plaut. in Trinum. a. 5 sc. 2 v. 30 *Tunica pallio propior est*, das hembde ist mir näher als der rock. *Colligere pallium*, den mantel zusammen fassen, um den arm schlagen, Plautus Capt. a. 4 sc. 2 v. 9, quod ejus est, qui pugnam molitur: vide & scen. seq. v. 9 seqq. *Conjicere pallium in collum*, idem dixit Epid. a. 2 sc. 2 v. 10, quod festinanti tribuit. Plura de pallio Salmasius in Hist. August. & libro singulari.

¶ Palliŏlum, i, ein röcklein, mäntelein. Cicer. 3 Tuscul. c. 23 ex Cæcilio: *Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia.*

¶ Palliastrum, i, pallium sordidum, lacerum, eine alte hülle. Apulejus lib. 1 Metam. post initium: *Humi sedebat, scissili palliastro semiamictus.*

¶ Pallio, āre, pro astute & insidiose celare & dissimulare, bemänteln. Apulejus: *Nec palliari tam aperta res potest.*

¶ Palliatus, a, um, bemäntelt: ut, *Græci palliati: Comœdiæ palliatæ*, repræsentantes scilicet actus Græcorum palliatorum. *Judex palliatus*, Cicer. Philipp. 5 c. 5. Et Sueton. Cæsare c. 48 *Vno triclinio sagati palliative; altero togati discumbebant.*

¶ Palliŏlatus, a, um, idem, ex diminut. Suetonius Claud. cap. 2. Martial lib. 9 epigram. 33 v. 1

Hanc volo, quæ facilis, quæ palliolata vagatur.

¶ Palliŏlātim, adverb. mit einem mantel. Plaut. Pseud. a. 5 sc. 1 v. 29 *Palliolatim amictus sic incessi*, i. e. pallio indutus.

¶ Depallo, āre, den mantel nehmen, entbloßen. Tertull. de Pallio c. 4 *Græcatim depallari magis, quam amiciri.*

¶ Expalliatus, a, um, pallio spoliatus, dem der mantel genommen ist. Plaut. Cas. a. 4 sc. 10 v. 6 *Expalliatus sum miser.*

PALLĂCA, æ, παλλακή, ein kebsweib. Sueton. Vespasian. c. 21 *Quieti vacabat accubante aliqua pallacarum.* Conf. Plin. 35 c. 10.

¶ Pallă āna, æ, cepæ genus, Plin. 19 c. 6. Apicius 4 c. 2 *Purgare cepas pallacanas*, i. e. condimentarias.

Palladium, Palladius, vide mox *Pallas, ădis.*

Pallanteum, Pallantias, vide proxime post *Pallas, antis.*

PALLAS, ădis, Παλλάς, Jovis filia sine matre, quam, cum Juno nullos ferret filios, percusso capite armatam edidit ex cerebro. v. Ovid. Fast. 3 v. 815 seqq. & 841. Lucan. 9 v. 350. Hanc sapientiæ disciplinarumque omnium Deam vocant, de qua plura supra in *Minerva*. ¶ 2. Et quia olei inventrix *Pallas* credita, pro oleo id nomen etiam aliquando est. Ovidius epist. 19 Herûs ad Leandr. v. 44

Pallade jam pingui tingere membra putes?

¶ Pallădius, a, um, adject. ad Palladem spectans; ut, *Palladia arbor*, Silius lib. 1 v. 238, id est, oliva. Sic & *Palladia silva*, Virg. Georg. 2 v. 181. Et, *Palladia ars*, Propert 3 eleg. 7 v. 42.

¶ Pallădius, i, subst. viri nomen, qui de agricultura scripsit.

¶ Pallădium, i, arcanum Deorum apud Trojanos positum, quo salvo salus imperii, constabat. Quid fuerit, apud multos in ambiguo est. Generatim significatur quodvis Palladis simulacrum, & inprimis id, quod regnante Ilo, Priami avo, Trojæ de cælo cecidisse fertur, quo accepto Apollo consultus respondit:

Æthercam servate Deam, servabitis urbem.

Sed id Vlyssem ac Diomedem nocturnis insidiis ex urbe ad Græcos detulisse ajunt. Romæ deinde in templo Vestæ quoque asservatum ut pignus imperii. v. Virg. Æneid. 2 v. 166. Lucan. 9 v. 994, & Ovid. Fast. 6 v. 419. Item Cœl. Rhodig. Lect. Ant. 28 c. 9, & Lud. Vives in Augustin. de C.D. 1 c. 2. Arnobius autem lib. 4 p. 143 *ex reliquiis Pelopis compactum esse Palladium*, gentiles ipsos prodidisse scribit: hoc est, *ex ossibus Pelopis a Scytha quodam fabricatum & Trojanis venditum*, ut Julius Firmicus de error. profanæ relig. interpretatur p. 31 ed. Oisel. Vid. Camerar. Cent. 1 Hor. Subc. cap. 60, & Barth. lib. 60 Advers. c. 2 p. 2843. Alex. Neapol. lib. 28 G. D. c. 6. Natal. Com. Mythol. lib. 4 c. 5. Tomasinus de Donariis p. 33, qui innumera ex ligno in urbe Palladia fuisse asserit. Memorabilis quoque de eo locus apud Herodian. in Commodo lib. 1 c. 14, quem vide, & ibi Bœcler. p. 377. ¶ 2. *Palladium* quoque forum fuit Athenis, ubi de cæde non voluntaria agebatur.

PALLAS, antis, rex Arcadiæ, proavus vel avus Evandri, qui ab eo nomine urbem suam ad Tiberim conditam *Pallanteum* appellavit. Virg. 8 Æn. v. 54 *posuere in montibus urbem,*

Pallantis proavi de nomine, Pallanteum.

Conf. ibid. v. 341. ¶ 2. Alius *Pallas* Evandri hujus filius, a Virgilio lib. 8 Æneid. & alibi laudatus.

¶ Pallantêum, i, oppidum Evandri, de quo in *Pallas* modo dictum est. Ejus nomen in *Palatium*, qui collis Romanus est, mutatum fuisse, auctor est Dionysius Halicarn. lib. 1 Antiq. Rom. p. 25.

¶ Pallantias, ădis, Pallantis gigantis filia, Aurora. v. Ovid. Metam. 15 v. 191.

PALLĒNE, es, urbs Macedoniæ vel Thraciæ, quam Hyperboream vocat Ovidius Metam. 15 v. 357. Conf. Virg. Georg. 4 v. 590, & Seneca Herc. Fur. v. 978.

¶ Pallēnæus, a, um, adject. ut, *Pallenæi triumphi*, Stat. 4 Silv. 2 v. 56.

¶ Pallenensis, e, aliud. adject. ut, *Pallenensis isthmus*, Plin. 4 c. 10.

Palleo, &c. Palliastrum, pallio, pallium, &c. vide *Pallor, Palla*.

PALLOR, ōris, die bleiche farbe, bleichheit, bläße: ut, *Terrorem pallor sequitur*, Cicer. Tuscul. 4 c. 8. *Magno cum tremore & pallore aliquid dicere*, Idem pro Flacco c. 4. Nascitur, cum se ad præcordia fugiens contrahit sanguis, juxta Servium ad Virgil. 3 Æneid. v. 30. ¶ 2. *Pallor* Deus ita dictus, apud Liv. 1 cap. 27. Lactant. 1 cap. 20. Dempster. in Rosini Ant. Rom. p. 72.

¶ Pallĭdus, a, um, blaß, bleich; ut, *Mulier pallida*, Horat. lib. 1 satyr. 2 v. 129. *Ora buxo pallidiora gerens*, Ovid. 4 Metam. v. 134. Idem lib. 1 de Ponto epist. ult. *Membraque sunt cerâ pallidiora nova.* Plinius lib. 2 c. 25 *pallidissimæ stellæ.*

¶ Pallĭdŭlus, a, um, dimin. Catull. carm. 66 ad Ortalum:

Pallidulum manans alluit unda pedem.

¶ Palleo, ui, ēre, pallidum esse, blaß oder bleich seyn. *Quoniam pallet, necesse est eum ægrotasse*, Auct. ad Herenn. lib. 2 c. 25. ¶ Active pro *timere* usus Horatius est: ut lib. 3 ode 27 v. 27

mediasque fraudes
Palluit audax.

Aliter Propertius lib. 1 eleg. 15 *multos pallere colores* dixit. Id enim est, in alios aliosque colores mutari, ut male conscii solent, sich offt entfärben. Persius rursus aliter satyr. 1 v. 124

Iratum Eupolidem prægrandi cum sene palles:

id est, propter Eupolidem; sive ex assidua Eupolidis lectione palles. Horatius *pallere alicui*, (quemadmodum & *timere* alicui dicimus) dixit lib. 1 epist. 7 v. 7

Dum pueris omnis pater & matercula pallet.

¶ Pallens, tis, pallidus, bleich, blaß; ut, *Pallentes umbræ Erebi*, Virgil. Æneid. 4 v. 27. *Animæ pallentes*, ibid. v. 242. *Pallentes violæ*, Idem eclog. 2 v. 47. *Pallentes morbi*; & *Pallentes curæ*, quæ pallidos reddunt homines, Idem Virg. Æn. 6 v. 275. & Martial. 11 epigr. 7.

¶ Pallesco, ĕre, pallidum fieri, erblassen, bleich werden, erschrecken. Horatius lib. 1 epist. 1 v. 60 *hic murus aheneus esto,*

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Composita:

¶ Expalleo, ēre, vel

¶ Expallesco, ĕre, totum vel vehementer pallescere, gar verblassen. *Expalluisse, signum est conscientiæ*, Auct. ad Herennium lib. 2 cap. 5.

¶ Expallĭdus, a, um, erblaßt; ut, *corpus frigidum, expallidum*, Tertullian de Resurr. Carn. cap. 57.

¶ Impalleo, ēre, idem. Statius lib. 6 Thebaid. v. 805

eventu impalluit ipse secundo.

¶ Obpalleo, ēre; Prudentius Peristeph. 1 de Calagurritanis v. 92 *stupore obpalluit.*

¶ Perpallĭdus, a, um, sehr blaß. Cornel. Celsus 2 cap. 6 pr. *color perpallidus.*

¶ Subpallĭdus, a, um, etwas blaß. Idem Celsus lib. 2 cap. 4 extrem. *id, quod excernitur, si est subpallidum.*

PALMA, æ, manus explicata, vel dilata, ut Cicero loquitur, eine flache hand. Nam *pugnus*, manus est contracta. *Porrecta palmâ ferire*, Plautus Casin. a. 2 sc. 6 v. 53, maulschellen geben. Cicer. de Finib. lib. 2 cap. 6 *Zeno rhetoricam palmæ, dialecticam pugno similem esse dicebat.* ¶ 2. Pars remi latior, cujus impulsu navis protruditur, apud Vitruv. 10 c. 8, & Laberium in Nonii c. 2 n. 637. ¶ 3. De arboris significatu vide mox seorsim.

¶ Palmŭla, æ, diminutivum, ein händgen. Apulejus lib. 3 Miles. p. 138 *Vnguedine palmulis suis adfricata.* Idem lib. 8 p. 205 *Decora brachia sævientibus palmulis converberat.* ¶ 2. *Palmula*, remus, vel pars ejus extrema, qua remiges æquora verrunt. Festus: *Palmulæ appellantur remi, a similitudine manus humanæ.* Minucius Felix c. 29 *expansis palmulis labitur navis.* Sidonius epist. ult. in metro v. 5

Solvit antennas, legit alta vela,
Palmulam ponit manus, &c.

Catull. carm. 4 v. 4 *Sive palmulis opus foret volare sive linteo.* Conf. Virg. Æneid. 5 v. 163. ¶ 3. De *palmula*, fructu arboris, vide mox sub *Palma* arbore.

¶ Palmŭlāris, e, das mit der flachen hand geschicht. Martian. Capell. 2 *Frictuque palmulari madida detergit ora.*

¶ Palmus, i, major, duodecim; & minor, quatuor digitorum est. Major σπιθαμὴ vocatur, & *Dodrans* Latinis, eine spanne: Minor, einer hand breit, vier zoll. vid. Vitruv. 2 c. 3, & 7 c. 4.

¶ Palmāris, e, &

¶ Palmarius, a, um, einer spannen lang; ut, *Virgulæ palmares*, Varro lib. 1 de R. R. cap. 35. *Palmarem in minutiem contrahi*, Arnob 6 p. 204. *Per spatia palmaria*, Columella lib. 8 cap. 3 sub fin. quod dubium, sitne a *palmaris*, an *palmarius*. ¶ Aliam notionem vide mox in *Palma* arbore.

¶ Palmĭpĕdālis, e, mensura pedis & palmi, ein schuh und hand breit oder lang. Columell. lib. 3 c. 19 *Malleolus palmipedalis.* Et Vitruvius lib. 10 c. 20 *crassitudine quoque versus palmipedales.*

¶ Palmĭpes, edis, mensura ex palmo & pede, viginti digitorum, ut palmipedalis. Definitur spatio a cubito ad digitos extremos extensos. Plinius lib. 17 c. 20 *palmipede intervallo.* Est & *Palmopes* apud Vitruvium 5 c. 6. ¶ 2. *Palmipes* idem est ac planos pedes habens, ut anseres & cæteræ aves aquaticæ, breitfüßig. Plinius lib. 11 c. 47 *Avium aliæ digitatæ, aliæ palmipedes*, &c.

¶ Palmo, āre, est palmâ signare, vel palmam imprimere, mit der flachen hand zeichnen. Quintil. Declam. 1 p. 10 *Manus palmare vestigium potest.* ¶ Alia notio occurret mox in *Palmes*.

¶ Palmātus, a, um, mit der flachen hand gezeichnet: ut, *Palmatus sanguine paries*, Quintil. l. c. p. 9.

¶ Depalmo, āre, i. e. palmâ manus probe quem verberare, einen mit ohrfeigen oder maulschellen empfangen. Gellius lib. 20 cap. 1 *Quidam Lucius fuit, egregie homo improbus atque immani vecordia. Is pro delectamento habebat, os hominis liberi manus suæ palmâ verberare. Eum servus sequebatur crumenam plenam assium portitans: & quemcunque depalmaverat, numerari statim secundum XII Tabb. asses jubebat.*

PALMA, æ, φοῖνιξ, arbor nobilissima illa, quæ nulli cedit ponderi, sed contra assurgit, & reluctatur, ein dattelbaum, palmbaum: Plinius lib. 16 c. 42, & Gellius lib. 3 cap. 6. Erasmus in similibus: *Vt palma, quia cortice sit cultellato, difficilis quidem est ascensu, sed fructum habet dulcissimum: Itidem eruditio & virtus aditum habent difficilem, sed fructum dulcissimum.* Sexu dignoscitur hoc arborum genus & quædam quasi connubia exercet. De quo Ammianus lib. 24, & ibi Lindenbrogius p. 142, item Philostratus lib. 1 Icon. in Paludibus. Claudianus de nuptiis Honorii v. 66

nutant ad mutua palmæ Fœdera.

Palma pro dono victoribus apud Græcos initio, post & apud Romanos in Circensibus cessit. Sueton. Nerone cap. 5 *mercede palmarum aurigarios fraudavit*; vide ibi Torrentium, tum c. 22. ¶ 2. Et inde *Palma* pro victoria, der sieg. Terentius Phormione prolog. v. 17 *Palma in medio posita est*, &c. es stehet einem jeden frey zu gewinnen, wer da kan. Idem in Heaut. a. 4 sc. 3 v. 31 *Huic equidem consilio palmam do*, ich gebe ihm den vorzug, ich lobe ihn. *Deferre palmam*, Cicer. de Orat. 2 cap. 56. *Palmâ aliquem donare*, Ovid. 2 de Arte am. v. 3. Et, *palmam ferre*, victorem esse, gewonnen haben, Cicer. 4 ad Attic. epist. 15. *Tot bellorum palmæ laureæque*, i. e. victoriæ, Justin. 14, 4, 7.

¶ Palmŭla, æ, diminut. fructus palmæ, dactylus, eine dattel. Varro de R. R. 1 c. 67 *Palmulam promere.* Celsus 1 c. 2 *Palmulas pomaque & similia primo cibo melius assumit.* Suetonius Augusto cap. 76 *Panem & palmulas gustavimus.* Sulpicius Severus Dial. 1 de virtutibus monach. Oriental. cap. 7 *Cum plenam palmulis manum obtulisset, accurrit bestia, accepitque tam libere, quam nullum animal domesticum, & cum comedisset, abscessit.* ¶ Aliam notionem vide in *Palma*, manu.

¶ Palmāris, e, zum sieg gehörig: ut, *Statua palmaris*, quæ alicui propter victoriam ponitur, ein siegsbild, Cicer. in Philipp. 6 c. 5.

¶ Palmārius, a, um, palmâ dignus, fürnehmst. Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 4 v. 8 *Id vero est, quod mihi puto palmarium me reperisse*, damit gedencke ich ehre einzulegen. Aliam notionem *manus* invenies supra.

¶ Palmatus, a, um, i. e. palmis clavatus vel ornatus, mit palmen geziert; ut, *Lapides palmati*, Plin. 36 c. 18. *Toga palmata*, vel a *palmis* pictis sic appellata; vel quod ea uterentur, qui *palmam*, h. e. victoriam meruissent, Livius 30 cap. 15, & Martial. 7 epigram. 1. Sic & *palmata vestis*, apud Sidonium in Gratiarum act. conf. Ferrarius Rei Vest. P. 1 lib. 2 c. 8.

¶ Palmeus, a, um, ex palma, vom palmbaum; ut, *tabulæ palmeæ*, Vitruv. lib. 10 c. 20. Et, *Teges palmea*, Colum. lib. 5 c. 5. *Vinum palmeum*, dattel-wein, Plin. lib. 24 c. 17.

¶ Palmētum, i, ein dattel-garten, palmen-wald. Plin. lib. 5 cap. 14 Hierichunticam regionem dicit *palmetis consitam.* conf. Justinus 36, 3, 3.

¶ Palmesia, ōrum, scil. vina, quæ a palma una forte enata, Plin. 14 c. 6.

¶ Palmĭceus, a, um, von palmzweigen; ut, *Sporta palmicea*, apud Sulpicium Severum Dial. 1 de virtut. monachor. Oriental. cap. 5 & 8. *Palmicea* ex palmarum foliis texta. Hieronymus in vita Pauli sub fin. *Tunicam ejus sibi vindicavit, quam in sportarum modum de palmæ foliis ipse sibi contexuerat.*

¶ Palmōsus, a, um, palmis abundans, voll palmbäume; ut, *Palmosa Selinus*, Virg. 3 Æneid. v. 705. *Palmosa toga*, id est, palmam habens intextam, quæ triumphantium fuit, ex Livii lib. 10 cap. 7 citatur vulgo, sed meliores ibi libri *palmata* exhibent.

¶ Palmĭfer, a, um, das palmen trägt; ut, *Pharos palmifera*, Ovidius lib 2 Amor. eleg. 13 v. 8. Et, *Idume palmifera*, Silius lib. 3 v. 600.

¶ Palmĭger, a, um, idem; ut, *Nemea palmigera*, Plin. 31 c. 4.

¶ Palmĭprimus, a, um; ut, *Vinum palmiprimum*, Plin. 14 c. 16.

Palmaris, palmarius, vide binis locis antecedens *Palma*.

PALMATIAS, æ, motus, quo terra quatitur, ein erdbeben. Apul. de Mundo: *Palmatiæ appellantur, quorum pavitatione illa, quæ trepidant, sine inclinationis periculo nutant*, &c.

Palmatus, vide binis locis proxime ante *Palma*.

PALMES, ĭtis, vitis surculus, eine rebe oder rebeschoß. Est virga vitis luxuriantis. *Palmes pampinarius*, Columell. 4 cap. 24, qui ex duro provenit, & primo anno plerumque frondem sine fructu affert, ein rebzweig ohne trauben. *Palmes fructuarius*, qui ex anniculo palmite procreatur, fructuque protinus induitur. *Palmites annui*, ein jahr-gewächs. *Novelli palmites*, rebeschößlein, Plinius 17 cap. 22. *Palmes focaneus*, Columell. 4 cap. 24, eine beygerten, heurling. *Nemorosus palmite Gaurus*, Statius 3 Silv. 1 v. 147. *Palmes orbus*, eine blinde rebe ohne augen, Columell. lib. 5. Dicti sunt autem *palmites*, quod in modum palmæ humanæ virgulas quasi digitos a se explicent.

¶ Palmo, āre, palmites alligare, die reben hefften, Columellæ lib. 11 cap 2. conf. supra *Palma*, manus.

Palmetum, palmeus, palmiceus, palmifer, palmipedalis, palmipes, palmo, palmosus, palmula, palmus, &c. vide binis locis ante *Palma*.

PALMȲRA, æ, Syriæ urbs Ptolemæo 5 c. 15. Hinc

¶ Palmyrēnus, a, um, adject. ut, *Palmyrenæ solitudines*, Plin. 5 c. 25 & 26.

Palo, āre, vide infra *Palus, i.*

PĀLOR, āri, deponens, πλανᾶσθαι, ῥέμβεσθαι, passim vagari, hin und her schweiffen, herumstreiffen; proprium militum prædantium. Livius lib. 1 cap. 11 *Palantes milites in agris oppressit.* Virgil lib. 5 Æneid. v. 265 *Demoleus, cursu palantes Troas agebat.* Et, *Palantes polo stellas*, Idem dixit lib. 9 Æn. v. 21. Tacitus 3 Histor. c. 80 *Palantur comites; occiditur proximus lictor*; & alibi. Nec tantum victoriæ fiduciâ dispergi hoc verbum notat, ut sæpissime; verum etiam fuga & metu disjici, sich verlauffen. Justinus 15, 3, 11 *Insectans palantes hostes.* Et Silius lib. 2 v. 162 *palantesque fuga* &c. Idemque lib. 5 v. 446 *palantum in terga*, id est, fugientium. Sic &, *Dare terga palantia*, ausreissen, Virg. Æn. 12 v. 738.

¶ Pālātus, a, um, idem quod palans, dispersus, zerstreut. Liv. 8 c. 24 *Contrahens suos ex fuga palatos.* Idem lib. 35 c. 51 *Repente Menippus palatos aggressus eos cecidit.*

¶ Pālābundus, a, um, idem. Cyprian. epist. 42 c. 4 *palabundæ & errantes oves.* Et Tertullianus Apolog. c. 21 *Judæi dispersi, palabundi, & cæli & soli sui extorres vagantur per orbem.*

¶ Pālĭtor, ari, errare, umherschweiffen. Plaut. Bacchid. a. 5 sc. 2 v. 5 *Oves eunt a pecu palitantes.*

¶ Dispālor, āri, idem quod palari, vagari, umherstreichen, herumwandern. Sisenna apud Nonium c. 2 n. 250 *Tanto plures passim dispalantur.* Ammianus 31 c. 2 *Absque lare vel lege aut ritu stabili dispalantur.* Idem lib. 15 c. 4 *Incomposito agmine milites huc & illuc dispalantes.*

¶ Dispālātus, a, um, zerstreuet, von einander gesondert. Gellius 1 cap. 11 *Sparsi dispalatique.* Sallust. de Rep. ord. 2 c. 13 *Multitudo in artes vitasque varias dispalata.* Nepos 6, 1, 2 *Dispalati in agris.* Apud eumdem 23, 5, 2 *Multitudinem jumentorum dispalatam immisisse* Hannibal dicitur, die zerstreuet hin und her gelauffen. Passive Ammianus lib. 16 c. 22 *dispalato terrore.*

Palpatio, &c. vide paullo post *Palpo*.

PALPĔBRAE, arum, βλέφαρα, quibus oculi teguntur, die augbraunen, augenliede, sic dictæ a motu, hoc est, palpitatione. *Resectis palpebris, M. Regulum illigatum in machina, vigilando necaverunt Carthaginenses*, Cic. in Pison. c. 19 pr. ¶ *Palpebra, æ*, in singulari etiam Celsus dixit lib. 5 c. 26.

¶ Palpebrālis, e, zum augenwimmern gehörig: ut, *setæ palpebrales*, Prudent. Hamartig. v. 872.

¶ Palpebrāris, e, denen augen dienlich: ut, *Collyria palpebraria*, Cœl. Aurel. Tard. 4 c. 2.

¶ Palpĕbro, āre, wimmern mit den augen. Cœl. Aurel. Acut. 1 c. 2 *Visus attentus vel frequenter palpebrans.* Idem 2 c. 10 *Palpebrans ægrotantes.*

¶ Palpebrātio, ōnis, das augenwimmern. Cœl. Aurel Tard. 1 c. 5 *Oculorum frequens palpebratio.* Idem Acut. 1 cap. 3 *Sine ulla palpebratione.*

PALPO, āre, & Palpor, āri, deponentaliter, a *Palpus*, est blande tangere, seu demulcere, unde & pro adulari ponitur, streicheln, schmeicheln. Plaut. in Amphitr. a. 1 sc. 3 v. 9

Observate, quam blande mulieri palpabitur.

Ammian. 28 cap. 4 *meritorii corporis lupam palpare*, betasten. Idem lib. 14 c. 11 *eum blandius palpantes.* Juvenal. satyr. 1 v. 35 *quem munere palpat.*

¶ Palpābĭlis, e, quod palpari potest, handgreifflich; ut, *Tenebræ crassitudine palpabiles*, Orosius lib. 1

¶ Palpātor, ōris, id est, adulator, ein schmeichler, streichler. Plaut. Rud. a. 1 sc. 2 v. 37 *Malus, perjurus, palpator.*

¶ Palpatio, ōnis, die liebkosung, streichelung. Plaut. in Menæch. a. 4 sc. 2 v. 43 *Aufer hinc palpationes*, laß dein schmeicheln.

¶ Palpāmen, ĭnis, idem. Prudent. Hamartig. v. 303 *tactus*
Palpamen tenerum blandis e fotibus ambit.

¶ Palpamentum, i, idem. Ammian. 27 cap. 12 *Aptus ad muliebria palpamenta.*

¶ Palpus, vel Palpum, i, substant. idem; ut, *palpo percutere*, Plautus Amphitr. a. 1 sc. 3 v. 28. Et, *Palpum obtrudere*, pro, blandiendo decipere, Idem in Pseudolo a. 4 sc. 1 v. 35, einen fuchsschwantz verkauffen.

¶ Palpĭto, are, est leniter, & frequentius moveri, estque proprie *cordis palpitatio*, das hertzkloppfen, zittern oder zappeln. Verbum habes in Cic. 2 Nat. Deor. cap. 9 *Cor animantis evulsum mobiliter palpitat.* conf. Juvenal. sat. 3 v. 134.

¶ Palpĭtātio, ōnis, die zappelung. Plinius lib. 11 cap. 4 *Insectis divulsis præcipua vivacitas, & partium singularum palpitatio.*

¶ Palpĭtātus, ûs, idem. Plin. lib. 9 cap. 30 *ne palpitatu ejiciatur.*

¶ Expalpo, are, abschmeicheln. Plaut. Pœn. a. 1 sc. 2 v. 144 *Exora, blandire, expalpa.* Idem apud Nonium cap. 2 n. 277 forma deponentis: *Servus argentum a patre expalpabitur.*

¶ Expalponides, is, ein abschmeichler. Compositione ficta. Plaut. Pers. a. 4 sc. 6 v. 22 *Expalponides nummorum.*

¶ Præpalpo, are, valde vel ante palpare, berühren. Paulinus Nolanus epist. 49 [vet. ed. 36] n. 3 *molli manu ante præpalpans.*

¶ Subpalpo, are, leniter palpare, bestreicheln. Symmach. lib. 1 epist. 90 *Non dicam dolo, utpote subpalpandi nescius.* Et Plautus Milite a. 2 sc. 1 v. 28 *Occepit ejus matri subpalparier*; ex deponentali forma.

PĂLŪDA, æ, ita Pallas Latinis dicta, ut Græcis Τριτογένεια, quia nata & educata sit juxta Tritonem, Bœotiæ fluvium. Ennius apud Varronem lib. 6 de L. L. cap. 3, & Probum:
Corpore tartarino prognata Paluda virago, &c.
Quamvis Varro ita nominatam putet a *paludamentis*, quia eadem sit *Paluda* & *Bellona*: vide mox in *Paludamentum.*

¶ Pălūdāmentum, i, chlamys imperatoria, id est, eorum, qui exercitus ducebant, erat alba aut purpurea, ein Generals-rock: unde *imperatoria paludamenta*, apud Plinium lib. 1 cap. 26, & Sueton. Cæs. c. 64. Quamquam & militum erant paludamenta, Livius lib. 1 cap. 26. Est Varroni 6 Lat. Ling. cap. 3 a *Palam*, quæ ibidem interpretatur *insignia & ornamenta militaria, quod conspiciuntur qui ea habent ac fiunt palam.* Adde Liv. 9 cap. 5, Florum 1 cap. 5, ubi origo: & lib. 4 cap. 2 n. 59; & Sallust. apud Nonium cap. 14 n. 11. Hinc

¶ Pălūdātus, a, um, ausmundirt zum kriege; ut, *Paludati duces*, id est, paludamenta, & ornamenta militaria induti, die ihren feldschmuck angelegt haben. Cicer. lib. 15 famil. epist. 17 *Pansa noster paludatus profectus est*, &c. conf. ad Att. 4 epist. 13. Ipsos milites *paludatos* vocat etiam Sidonius 5 epist. 7.

Paludifer, paludivagus, paludosus, vide mox *Palus, ūdis.*

PALUMBES, is, Palumbus, i, & Palumba, æ, apud Martialem lib. 13 epigr. 67 legitur, sed *palumbes* usitatius est. Significat *columbam silvestrem torquatam*, eine ringeltaube, grosse holtztaube. Nam *Liviæ* vulgares sunt columbæ feræ, gemeine holtz-tauben. Vulgo *Tetas* vocatas, Servius auctor est ad eclog. 1 Virgilii, de quibus Turneb. lib. 21 Advers. cap. 1. Palumbes vivax est, vivit 30 vel 40 annis. Mares fœminam non deserunt usque ad mortem, neque fœminæ rursus mares. Sed ubi viduus relinquitur, alter absque conjugio vivit. Idem & corvi, monedulæ & cornices faciunt: Athenæus.

¶ Palumbŭlus, i, dimin. ein holtztäublein, apud Apulejum Met. 8 & 10.

¶ Palumbīnus, a, um, von holtztauben; ut, *Caro palumbina*, Plin. 30 cap. 12.

PĂLUS, ūdis, aqua non fluens, neque perpetua: item, locus aquosus, eine pfütz, pful, lachen, morast; ut, *Stantes paludes*, Horat. 3 oda 27 v. 9. *Siccare paludes*, Cic. Philipp. 5 cap. 3.

¶ Pălūdōsus, a, um, sumpffficht; ut, *Humus paludosa*, Ovid. 15 Metam. v. 268. *Paludosus Nilus*, Statius lib. 3 Silv. 2 v. 108. Et, *paludosæ Ravennæ*, Silius 8 v. 602.

¶ Păluster, & Palustris, e, idem; ut, *locus palustris*, Cæs. 7 B. Gall. c. 20. *Juncus palustris*, Ovidius 8 Metam. v. 337.

¶ Pălūdĭcŏla, æ, der in sümpffen wohnt; ut, *Paludicolæ Sicambri*, Sidon. Apollinar. lib. 4 epist. 1.

¶ Pălūdĭfer, a, um, morastig. Auctor Philomelæ v. 44
Inque paludiferis butio bubit aquis.

¶ Pălūdĭvăgus, a, um, idem. Avienus Descript. Orbis v. 312
Mœsta paludivagos Germania flevit alumnos.

PĀLUS, i, lignum acutum, quod in terram defigitur, ein pfahl, zaunpfahl, weinpfahl; ut, *Teneram palis adjungere vitem*, Tibull. lib. 1 eleg. 7. *Pali ustulati*, Vitruv. lib. 12 cap ult. gebrante pfähle. Primam productam habet; Sed *Palus, paludis*, primam brevem. Cic. in Verr. 7 cap. 5 *Damnati producuntur & ad palum alligantur*, an einen stock, pflock oder pfahl. *Exercere ad palum*, vide mox in *Palaria.* Plaut. Rud. a. 5 sc. 2 v. 2 *Perii, cum mentionem fieri audio usquam viduli, quasi palo pectus tundat*: quod conferri potest cum Paulino: ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκί. *Pali* seu stipites sæpe pro terminis enunciantur in tabula terminali Messanensi apud Gruterum p. 220.

¶ Pălāris, e, zum pfählen dienlich; ut, *silva palaris*, in qua cæduntur pali & pedamenta, Vlpian. l. 9 § 7 de Vsufruct.

¶ Pălāria, ium, substant. exercitii militaris genus, quo disciplinam pugnandi addiscebant tirones, ad palum institui solitum. Carisius lib. 1 Institut. Grammaticarum: *Hæc* PALARIA, inquit, *cum milites ad palos exercentur.* Id ejusmodi erat: Statuebatur palus, seu stipes in terram rectus ac fixus, qui emineret pedes sex in modum hominis: eumque hinc illinc tiro assiliebat, & variis ictibus, astante magistro, seu campidoctore, impetebat. Vide Vegetium de re militari lib. 1 cap. 11, & lib. 2 cap. 23, item Alex. ab Alex. 1 cap. 20. Seneca epist. 18 *Exerceamur ad palum, &, ne imparatos fortuna deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris.*

¶ Pālo, are, verbum apud Columell. legitur lib. 11 cap. 2, quod est palis fulcire, mit pfählen unterstämmen. Etiam Palladius lib. 4 cap. 7 *Palandæ & ligandæ sunt vites.* Idem lib. 12 cap. 15 *Alnus necessaria, si humidus locus ad accipienda fundamenta palandus est.*

¶ Pălātio, ōnis, quæ & *fistucatio* dicitur, id fundamenti est genus, quod fit palis demissis in aquam aut locum uliginosum, eine grundfest, so man unter das wasser setzt mit pfählen, ein heerd. Vitruvius lib. 2 cap 9 *Alnus in palustribus locis infra fundamenta ædificiorum, palationibus crebre fixa, recipiens in se, quod minus habet liquoris, permanet immortalis ad æternitatem, & sustinet immania pondera structuræ.* Ad ejusmodi enim fundamenta pali ex alnis utilissimi & immortales, ellerne pfähle.

¶ Pălĭfĭcatio, ōnis, palorum consептum, Thuano, arcendis hostium accessibus ad propugnacula factum, dicitur lib. 133, palisaden.

¶ Depālo, are, idem quod palare, aut deorsum palis affigere, mit pfählen befestigen. Tertullianus adv. Hermogen. cap. 29 pr. *Incultis primo elementis depalans quodammodo mundum.* Idem Apologet. c. 10 *Civitas, quam depalaverat.* ¶ Barbaram notionem, a *Palam* ductam, pro *manifestare*, refutat Vossius de Vitiis Serm. lib. 4 cap. 5. conf. Junii not. ad Tertull. p. 162. In Inscript. apud Fabrettum p. 211 *Depalare* idem significat, quod Frontino delimitare, abstecken mit pfählen: ITA VT DEPALATVM EST.

¶ Depālātio, ōnis, die absteckung oder befestigung mit pfählen. Vitruv. lib. 9 cap. 8 pr. *Horologiorum depalationes.* Diversas interpretum sententias vide in Vossii Etymolog. p. 365, & adde Inscript. Fabrett. pag. 245 HI TERMINI POSITI SVNT AB SCRIBONIANO ET PISONE FRVGI EX DEPALATIONE T. FLAVII VESPASIANI ARBITRI.

¶ Depālātor, ōris, ein baumeister, der pfähle absteckt. Sic Tertulliano adv. Marc. 5 cap. 6 Paulus appellatur *Architectus prudens & depalator disciplinæ divinæ*, qui quasi palis positis sacra definivit & circumscripsit in publico.

PAMPHĬLUS, i, nomen adolescentis apud Terentium, a πᾶν & φίλος, *omnium amicus.* ¶ 2. Suidas *tres Pamphilos* commemorat, duos Grammaticos, & unum Atheniensem ærarii publici expilatorem; unde proverbium in peculatores, qui e publico suffurantur: Παμφίλου νοσφισμός, i. e. *Pamphili furtum.* v. Erasm. in Adag. ¶ 3. *Pamphilus*, discipulus Origenis, cujus voluminum maximam partem sua manu descripsit. Hujus necessarii sui nomen suo adjunxit Eusebius, & *Eusebius Pamphili* dici voluit: Hieron. de Script. Eccles. cap. 75.

PAMPHȲLIA, æ, Παμφυλία, regio minoris Asiæ inter Lyciam & Ciliciam, Pamphylien. Stat. 1 Silv. 4 v. 77
Hunc quoque perque novem timuit Pamphylia messes.

¶ Pamphȳlius, a, um, qui est ex Pamphylia, Cic. lib. 1 de Divin. cap. 15. Item, ad Pamphyliam pertinens. Plinius lib. 5 cap. 26 *Mare Pamphylium Cilicio jungitur.*

PAMPĬNUS, i, folium & ramusculus vitis virens, ein weinblat, weinreblein samt den blättern. *Pampini*, wein-laub. *Defendit pampinus uvas*, Virg. 1 Georg. v. 448. *Uva vestitur pampinis*, Cic. de Senectute cap. 15. ¶ 2. *Pampinus* in piscibus apud Plinium 9 cap. 51.

¶ Pampĭnārius, a, um, von weinblättern; ut, *Palmes pampinarius*, apud Columell. lib. 4 cap. 24. vide *Palmes.* Et *Pampinarium*, subst. genus palmitis, Plin. 17 cap. 22.

¶ Pampĭneus, a, um, idem; ut, *Vites pampineæ*, Ovid. 10 Met. v. 100. *Autumnus pampineus*, Virg. princ. lib. 2 Georg.

¶ Pampĭnōsus, a, um, voll weinblätter; ut, *Vitis pampinosa*, dicke von laub, Colum. 5 cap. 5. *Folia pampinosa*, Plinius 23 cap. 1.

¶ Pampĭnāceus, a, um, aliud adjectivum; ut, *Succus pampinaceus*, safft von weinlaub. *Cripa pampinacea*, Columell. lib. 12 cap. 20.

¶ Pampĭno, are, pampinos decerpere, das weinlaub abnehmen, abblatten. *Pampinare vineas*, Plin. 17 cap. 22, & lib. 18 cap. 29.

¶ Pampĭnātus, a, um, mit weinlaub besteckt. Plin. 16 cap. 22 *Pampinato orbe se volvens.* Treb. Pollio in Claud. cap. 17 *Lanx argentea pampinata.*

¶ Pampĭnātio, ōnis, die abblatung des weinlaubs, Colum. 4 c. 6 & 14.

¶ Pampĭnātor, ōris, ein laubbrecher, Columell. lib. 4 cap. 27.

PAN, Pānos, vel Pānis, masculinum, Πὰν, Arcadibus cultus, præses ovium & equorum: inde ejus religionem Evander in Italiam traduxit. v. Ovid. 2 Fastorum v. 271. Unde *Pan Deus Arcadiæ, Pan curat oves, ovium custos*, &c. Virgilio appellatur in eclog. 2 &c. Habitum ejus elegantissime descripsit Silius lib. 13 v. 326 seqq. Naturæ universi symbolum est: unde τὸν τῆς ὕλης κύριον, *universæ substantiæ materialis dominum*, Arcades indigitarunt. Vide Macrobium lib. 1 Saturnal. cap. 19, item Phornutum Speculatione de Deorum natura, & Servium in eclog. 2 Virgilii. At Valer. Flaccus lib. 3 v. 48 *Pan nemorum bellique potens.* BELLIPOTENTEM, ut opinor, vocat, propter repentinos terrores, quos ille immittere credebatur.

¶ Pānicus, a, um, adject. ad Pana pertinens; ut, *Terror Panicus*, Πανικὸς φόβος, quem Pan immittit. Is irritatus dicebatur subitos, & quorum caussa ignoraretur, timores immittere. vide in Chiliad. Proverb. *Panicus casus*: Cicero ad Attic. lib. 7 extremo, *Ego bellum fœcundissimum futurum puto, nisi qui Panicus casus extiterit.* Sed, *Parthicus casus* in libris melioribus, non *Panicus.* Attamen lib. 14 ad Attic. epist. 3 πανικὸν de repentino terrore usurpavit. vid. Corrad. & Manut.

¶ Pānĭcum, i, Πανικὸν, absolute, terriculamentum subitum sed inane, a *Pane*, ut credidit vetustas, immissum, ein unversehenes und plötzliches schrecken. Mali autem ominis habebatur: Plutarchus Cæsare p 728 E. De eo & Dionys. Halicarnass. lib. 5 cap. 16, & Politianus Miscell. c. 28. Rationem reddit Polyænus lib. 1 Stratag. conf. Barth. ad lib. 11 Theb. Statii p. 1296 seq. ¶ 2. *Panicum* frumenti genus, vide infra suo loco: neque enim huc pertinet.

¶ Pānisci, orum, Πανίσκοι, dii silvestres, quasi parvi Panes, diminutivum. Cic. 3 Nat. Deor. cap. 17 *Nymphæ, Panisci & Satyri.*

PĂNĂCES, is, neutrum, πάνακες, vel *Panax*, fœmininum, vel *Panacéa, æ*, penult. longa, herba dicta, ἀπὸ τοῦ πάντα ἀκεῖν, quod omnia sanet; triplex est, *Heracleum, Asclepium* & *Chironium*: πάνακες Ἡράκλειον, Ἀσκλήπειον, Χειρώνειον, artzney wider alle kranckheiten. *Panaces* herba, vid. apud Plin. 25 cap. 4, & 26 cap. 8 & 9 &c. Cels. 5 cap. 4 & 27. Lucret. 4 v. 122. Colum. 10 v. 103. *Odorifera panacea*, Virgil.

Æn. 12

Æn. 12 v. 419. *Panacea potens*, Lucan. 9 v. 918. *Panacea*, pro cunila bubula, Plin. 20 cap. 16. *Panace*, herba, apud Cels. 3 cap. 21. *Panax*, frutex, Plin. 12 cap. 26, & lib. 20 cap. 15 &c. *Panax*, herba, Colum. 11 cap. 3, pro ligustico Plin. 19 cap. 8. *Panax* Heracleos, id est, millefolia, Plin. 25 cap. 5.

¶ Opopănax, ăcis, ὀποπάναξ, succus ejus dicitur.

Panætolicus, vide supra in *Ætolia*.

PANĂRĔTUS, i, πανάρετος, omnibus virtutibus præstans, Martial. 6 epigr. 89.

Panaricium, panariolum, panarium, vide infra *Panis*.

Panathenæa, Panathenaicus, vide supra *Athenæ*.

PANCARPIAE, arum, πανκαρπίαι, coronæ ex vario genere florum: Festus & Tertull. adv. Valent. cap. 12.

¶ Pancarpum, i, πάνκαρπον, genus spectaculi & quasi ex omnium arborum fructibus concinnata silva. Justin. in Novell. de Consul. § ac primus quidem.

PANCHĀĪA, æ, Παγχάϊα, regio Arabiæ thurifera, Virgil. 2 Georgicorum v. 139 *Totaque thuriferis Panchaia pinguis arenis.*

¶ Panchāius, a, um, adject. ut, *Panchaia cinnama*, Claudian. in nupt. Honor. & Mar. v. 94.

¶ Panchāĭcus, a, um, adject. aliud; ut, *Panchaica tellus*, Ovid. 10 Metam. v. 309.

¶ Panchæi, orum, populi Libyæ, ophiophagi.

PANCHRESTUM, i, πάνχρηστον, medicamentum omnibus affectionibus utile, eine artzney für allerley kranckheit, Cic. in 5 Verrina cap. 65.

¶ *Panchrestos*, medicamentorum compositio, Plin. 23 cap. 7.

¶ Panchrestarius, i, artifex operis dulciarii, ein pfefferküchler. Arnobius usus est lib. 2 p. 70. vide Elmenhorst. in h. l. & Turneb. lib. 13 Advers. cap. 14.

PANCHRUS, i, πάγχρους, gemma varii coloris, Plin. 37 cap. 10.

PANCRĂTIUM, i, παγκράτιον, ludus gymnicus, qui advocatis omnibus corporis viribus, omniumque nervorum contentione transigitur, ein kampff-spiel. Propert. lib. 3 eleg. 13

Et patitur duro vulnera pancratio.

Erat autem duplex: alterum, quod ex *lucta* & *pugilatu* compositum erat. Neque enim pugnis tantum commissi hoc genere se feriebant invicem, sed & comprimere & continere, ibique dejicere studebant. Quorum alterum pugilatus, alterum luctæ est, & eo referendus Propertii locus paullo ante laudatus. Alterum volutatorium dicebatur & luctæ species erat. Eo enim sternebantur humi, atque invicem complicati, seque mutuo convolventes alter alterum subjicere nitebantur. Vide Mercurialem de Arte Gymnastica lib. 2 cap. 8 & 9. ¶ 2. *Pancration* herba, quam *cichorium* vocant, Plin. 20 cap. 8. Item herba *scilla*, eidem 27 cap. 12, & Apulej. de Herb. cap. 42.

¶ Pancratiastes, æ, παγκρατιαστής, qui pancratio certat, ein kämpffer, ringer. Gell. lib. 3 cap. 15 *Diagoras tres habuit filios, unum pugilem, alterum pancratiastem, tertium luctatorem.* Adde Plinium 34 cap. 8, & Senec. 5 Excerpt. Controv. 3.

¶ Pancratiarius, i, idem. Gloss. lat. gr. *Pancratiarii*, παγκρατιάριοι.

¶ Pancrătĭce, adverb. wie ein kämpffer; ut, *Pancratice valere*, pro, firmâ esse valetudine, gesund und starck seyn, Plautus Bacch. a. 2 sc. 3 v. 14.

PANDA, æ, Dea, alias Ceres. Gloss lat. gr. *Panda*, εἰρήνης Θεός. conf. Arnob. lib. 4 p. 128, Gell. 15 cap. 15, & Voss. Etymol. p. 366. ¶ 2. *Panda* oppidum Sogdianorum, Solin. cap. 62. Plin. 6 cap. 16.

PANDANA, æ, porta Saturnia Romæ, sic dicta, quod semper pateret; Festus, & Solin. cap. 2.

PANDATARIA, æ, insula maris Tyrrheni in sinu Puteolano. Sic apud Strabonem & Plin. 3 cap. 6; Quæ perperam *Pandectaria* in codice Taciti antiquo. Adde Solinum cap. 9.

Pandatio, vide infra *Pandus*.

PANDECTAE, arum, libri dicuntur nihil non continentes, ex quibus possis velut copiæ cornu, quicquid velis, depromere, a πᾶν & δέχομαι; ut, *Pandectæ legum*, quæ omne jus complectuntur, bücher, darinnen man allerley gattung findet. Plin. præfat. lib. 1. Gell. 13 cap. 9. Sunt qui pertendant, hoc vocabulum in masculino debere efferri, non fœminino, quia & apud Græcos ὁ πανδέκτης dicitur. Sed illi non attendunt, talia ex græco sumta in fœminina transire. Sic ὁ χάρτης, *hæc charta*, ὁ γαυσάπης, *hæc gausapa* &c. quæ & Prisciani ratio est lib. 7, quem & Casaubonus sequitur Castigationibus ad lib. 5 Strabonis p. 86. Eam tamen tum demum valere Vossius putat, cum in vocabulis non intelligitur aliud nomen, unde suum genus accipiant: non item in illis, ubi καθ' ὑπόνοιαν respicitur aliquod substantivum. Ex quo pronunciat, *Pandectas* masculinum videri. Nam cum πανδέκτης dicitur, ὁ λόγος subintelligitur. Vide ipsum lib. 1 de Analogiâ cap. 19, Dilherr. Tom. 1 Disp. Philolog. p. 364, & Coler. in Parerg. cap. 23.

¶ Pandecter, ĕris, πανδέκτης, qui omnia continet. Ita liber 4 Apicii inscribitur.

PANDIA, æ, gemma varios colores spectantibus exhibens: de qua & Cassiodorus lib. 5 epist. 34.

Pandicularis, pandiculor, &c. vide mox *Pando*.

PANDĪON, ŏnis, Πανδίων, Erichtei Athenarum regis filius, cujus filiæ fuerunt Progne & Philomela: Pausan. Attic.

¶ Pandīŏnius, a, um, Atticus. Claudian lib. 2 de Rapt. Proserp. v. 19

Et Pandionias quæ cuspide protegit arces.

PANDO, pandi, passum & pansum, pandĕre, est aperire, explicare, öffnen, ausbreiten, ausstrecken. Virg. 10 Æn. princ.

Panditur interea domus omnipotentis olympi.

Et, *Velorum pandimus alas*, Idem Æn. 3 v. 520. Cic. in Tusc. 5 c. 27 *Longe lateque se pandunt divina bona.* Idem 4 Tusc. cap. 5 *Pandere vela orationis*, metaphorice dixit, der rede ihren freyen lauff geben.

¶ Passus, a, um, ausgebreitet, ausgespannet; ut, *Passus capillus*, haare so zu felde geschlagen, Terent. Phorm a. 1 sc. 2 v. 56. *Crines passi*, apud Cæs. lib. 1 B. Gall. cap. 51. *Passis manibus*, apud eumdem lib. 2 B. Gall. cap. 19. *Vento secundo, velo passo*, mit vollem segel, Plaut. Stich. a. 2 sc. 3 v. 44. *Uva passa*, eine rosin, quod in siccando ad solem sit passa. vide Nonium cap. 1 n. 38. *Racemi passi*, Virg. 4 Georg. v. 269. *Lac passum*, gewellte milch, apud Ovidium 14 Metam. v. 274. Lucilius *passos senes*, id est, exsuccos dixit apud Nonium l. c. conf. eumdem cap. 4 n. 364.

¶ Passum, i, subst. liquor ex uvis passis, id est, sole siccatis expressus, ein tranck von rosinen, oder gesottener wein, apud Virg. Georg. 2 v. 93. Cels. 2 cap. 10. Plin. 14 cap. 9, & 20 cap. 19. Varro apud Nonium cap. 17 n. 16. Colum. 12 cap. 39. Plaut. Pseud. a. 2 sc. 4 v. 51. Gell. 10 cap. 23. Apic. 2 cap. 3 &c. Adde Voss. 1 Instit. Orat. p. 169.

¶ Passus, ûs, aliud subst. gressus vel mensura pedis, ein schritt, ein tritt; quod gressibus mutuis pedes panduntur. *Passus simplex*, qui pedes duos & semipedem continet; *Passus geometricus*, qui pedes quinque continet, ein maaß, fünff schuhe lang. *Peragrare passibus disjunctissimas terras*, Cic. pro M. Marcello cap. 2, durchwandern. Idem lib. 3 ad Qu. fratr. epist. 1 cap. 2 *Se se mensum pedibus ajebat passuum CCCC*, zu fuß durchreiset. Sic, *Mille passuum* &c. His veteres namque metiebantur suos lapides, & milliaria. Facere autem 1000 passus unum lapidem Ital. 4000 passus unum milliare germanicum, vulgo traditur. Ovid. 5 Trist. eleg. 8 v. 15

Passibus ambiguis fortuna volubilis errat, &c.

¶ Passim, adverb. a *passu*, hin und wieder, vulgo, undique. *Huc & illuc passim vagari*, Cic. 2 Nat. Deor. cap. 38, de avibus. Idem pro Muræn. cap. 35 conjunxit *valgo, passim.* Et pro Sylla cap. 15 pr. *Describi ab omnibus statim librariis, dividi passim, & pervulgari, atque edi populo Rom. imperavi*, hin und wieder ausbreiten. ¶ Ab hoc adverbio *Passivum*, id est, commune, promiscuum, vulgare, & *Passivitas* deduxit Tertullianus, quibus passim utitur. Sed vide infra in *Patior*.

¶ Pansus, a, um, idem quod *Passus*, ausgespannt; ut, *Pansis in altum brachiis*, Prudent. Cathem. 12 v. 170. Sed

¶ Pando, are, est incurvare, sich einwarts krümmen, contrarium τῷ fornicari. Plin. lib. 16 cap. 42 *Populus ad omnia inferiora pandatur*, der baum krümmet sich unter sich. *Pandare* enim oneri cedere est. Vitruvius lib. 2 cap. 9 *Ulmus & fraxinus celeriter pandant*; ubi Philandr. vide.

¶ Pandatus, a, um, gebogen, eingebogen, gekrümmet. Quintil. 11 c. 3 *Manus leviter pandata*; cui *supinata* opponitur.

¶ Pandatio, ōnis, die bückung. Vitruvius lib. 7 cap. 1 *Contignationes pandatione sidentes.*

¶ Pandus, a, um, pandatus, incurvus, krumm, gebückt, gebogen; ut, *Juga panda boum*, apud Ovidium lib. 1 Amor. eleg. 13 v. 16. *Rostrum pandum*, Id. 14 Met. v. 287, & *Pandi delphines*, lib. 3 Trist. eleg. 10 v. 43.

¶ Panda est & Deæ nomen, de qua paullo ante seorsim.

¶ Pandĭcŭlor, ari, sich dehnen, rencken, strecken. Plaut. Menæch. a. 5 sc. 2 v. 30 *Pandiculans oscitatur.* Adde Festum.

¶ Pandĭcŭlātio, ōnis, corporis inter oscitandum extensio, die ausdehnung der glieder.

¶ Pandĭcŭlāris, e, adject. Ita *Pandicularis dies* Festo est, quo omnibus divis communiter sacra fiebant, aller heiligen tag.

Composita:

¶ Dispando, ĕre, von einander zerren, ausspannen. Lucret. 6 v. 598 de terra: *Neu distracta suum late dispandat hiatum.*

¶ Dispansus, a, um, ausgebreitet, ausgespannt; ut, *Arbor vastis dispansa ramis*, Plin. 9 cap. 4. *Dispansa manus*, Suet. Domit. cap. 19. *Dispansæ vestes*, Lucret. 1 v. 306. ¶ *Dispessis manibus*, Plautus dixit Milit. a. 2 sc. 4 v. 7.

¶ Expando, ĕre, extendere, ausbreiten, ausstrecken; ut, *Expandunt alas aves*, Plin. lib. 10 cap. 38. *Naturam expandere dictis*, i. e. explicare, erklären, Lucret. 1 v. 126.

¶ Expassus, a, um, diductus, distentus, aufgethan, ausgestreckt; ut, *Expassæ fores*, apud Tacitum; Et, *flammeum expassum*, ex Cæcilio Gell. 15 cap. 15.

¶ Expansio, ōnis, pandiculatio, die ausdehnung, Cœl. Aurel. Tard. 5 cap. 9.

¶ Expandĭtor, ōris, der sich ausbreitet; ut, *amnis expanditor*, Plin. Paneg. cap. 30 n. 4 de Nilo.

¶ Oppando, ĕre, entgegen strecken. Gratius Cyneget. v. 55

Illa vel ad flatus Helices oppande serenæ.

¶ Oppansus, a, um, ausgesperrt. Prudentius Psychom. v. 242 *Cornibus oppansis.* ¶ *Oppansum*, subst. habet Tertull. de Anima cap. 53 *Anima de oppanso corporis erumpit in apertum & puram & suam lucem.*

¶ Præpando, ĕre, prætendere; item aperire, vorspannen, aufthun. Plin. 11 cap. 24 *Exigua vestibula præpandere.* Cic. in Arat. v. 274

Et post hiberni præpandens temporis ortus.

Et Lucretius lib. 1 v. 144 *quo carmine demum*

Clara tuæ possim præpandere lumina menti.

¶ Propando, ĕre, herfürstrecken. Hinc

¶ Propansus, a, um, ausgestreckt; ut, *Aquila propansis utrimque pinnis*, Apulej. Miles. 6 p. 179.

¶ Repando, ĕre, aperire, aufmachen. Apulejus lib. 4 Miles. pag. 150 *Clavi subtracta fores januæ repandit.*

¶ Repandus, a, um, aufwerts gebogen. Plin. 14 cap. 12 *Pectorosa cervicis repandæ ostentatio.* Idem lib. 9 cap. 8 de Delphino, *dorsum repandum*: & Solinus cap. 43 (al. 30) de Rhinocerote: *cornu repandum.*

¶ Repandirostrus, a, um, qui habet rostrum repandum. Pacuvius apud Quintil. 1 cap. 5 *Repandirostrum pecus.*

PANDŎCHĒUM, i, πανδοχεῖον, diversorium, in quo omnes hospites recipiuntur, ein wirthshauß, gasthof; vox græca.

PANDŌRA, æ, Πανδώρα, simulacrum illud Hesiodi, munus scil. omnium Deorum, quod ad homines decipiendos Jupiter in terram misit. Significat voluptatem, caussam omnium malorum hominibus. Vide Hesiodum v. 80, & Heinsium in eum cap. 12, 13, 14 & 15.

PANDŪRA, æ, instrumentum musicum, idem ac τρίχορδον, ut Pollux auctor est, eine geige, fiedel. Meminit Varro, & Isidorus lib. 2 cap. 20,

Pando-

Pandorium vocatum ait ab inventore, de quo Virgilius eclog. 2 v. 32 *Pan primus* &c. Vet. Scholiastes Horatii, nomen barbarum & Assyrium putat. Cujus gentis inventum quoque res ipsa fuit, sicut Pollux tradit lib. 4 cap. 9.

¶ Pandurista, æ, qui pandurâ canit, ein violist, geiger, fiedler, Cœl. Rhodig. 5 cap. 23.

¶ Pandūrīzo, are, pandurâ canere, apud Lampridium in Heliogabalo cap. 32, geigen, fiedeln.

Pandus cum derivatis, vide paullo ante in *Pando*.

PĂNĒGȲRIS, is, fœm. πανήγυρις, solennis & publicus conventus, eine zusammenkunfft oder versammlung des volcks; cujusmodi quinto quoque anno celebrabantur Athenis, & in quibus certatim habebantur orationes de laudibus Græciæ. Cicer. lib. 1 ad Attic. epist. 14 *Erat in eo ipso loco illo die nundinarum* πανήγυρις. Πανήγυρις dicta est a πανηγύρω, *congrego*. Claudianus laudatoria sua carmina, quibus imperatores & vivos principes celebravit, quæ & *Panegyrici* appellantur, *Panegyres* inscripsit, perinde, ut *Conciones* vocantur non ipsi conventus tantum, sed & quæ orationes in conventibus habentur.

¶ Pănēgȳrĭcus, a, um, adject. πανηγυρικὸς, ut λόγοι πανηγυρικοὶ, *orationes panegyricæ*, laudationes, lobreden. ¶ Substantive, suppresso λόγου vel *sermonis* vocabulo, Cicero de Orat. c. 11 *Isocrates fecit panegyricum*, i. e. sermonem laudatorium in consessu nobili ad multitudinem congregatam recitandum. Et Quintilianus lib. 10 cap. 4 extremo: *Panegyricum Isocratis decem annis dicunt elaboratum.* Et notus Plinii *Panegyricus dictus Trajano.* Sic enim inscribi solet.

¶ Panegyrista, æ, πανηγυριστὴς, auctor sermonis panegyrici, apud Sidonium lib. 4 epist. 1.

PĂNĔROS, i, gemma, fœcunditatem afferre credita, Plin. 37 c. 10.

PANGO, pĕpĭgi, (quod tamen præteritum a *Pago* fieri, Quintilianus monuit lib. 1 cap. 10, non a *pango*, cui *pegi* tribuit Pareus Lex. Crit. p. 880) pactum, pangĕre, significat figere, & plantare, einschlagen, einsencken, setzen, pflantzen. Festus: PANGERE *figere est: unde plantæ* PANGI *dicuntur, cum in terram demittuntur: &* VERSUS PANGI, *id est, figi in cera.* Sic, *Ramulum pangere*, Suetonius Galbâ c. 1, quod Plinius *serere* dixit lib. 15 cap. ult. Neque enim de seminibus tantum id verbi dicitur, sed & de plantis ramisque, qui figuntur terra. vide infra *Depango, depactus*. Ita *Malleos pangere*, dixit Columella lib. 3 cap. 3 sub fin. Græcis πήγνυμι, *jungo* significat vel *conglutino*, a quo & *pango*, ut videtur, natum est. Apud Livium, qui hoc verbo peculiariter delectatus est, etiam hæ leguntur formulæ: lib. 27 cap. 30 *Pangere inducias*, id est, facere, stillstand machen. *Pangere pacem cum aliquo populo*, lib. 24 cap. 29. *Pangere societatem*, Idem lib. 34 c. 30, in gesellschafft treten. Sic, *Pangere versus*, verse schreiben: Horat. de Arte poët. v. 416 *Ego mira poëmata pango.* Cicer. 16 famil. epist. 18 *An panges aliquid Sophocleum*, &c. At *Clavum pangere*, Liv. lib. 7 c. 3, quod & *figere* ibidem dicitur, peculiaris ritus erat, explicatus supra in *Clavus*. Cic. de Leg. 1 cap. 21 *Placere terminos, quos Socrates pegerit*; alii *pepigerit*. Idem in Pison. cap. 16 *Fines, quos lex cupiditatis tuæ pegerat*; alii *pepigerat*. Pacuvius apud Festum in *Tonsilla*: *Tonsillam pegi leto in litore.* Frequentius tamen est *Pepigi* ab obsoleto *Pago*: ut, *Bis senos pepigere dies*, Virgil. Æn. 11 v. 133. *Tecum hæc pepigit fœdera*, Idem Æn. 10 v. 902. *Olearem taleam cum panxeris*, dixit Columella 11 c. 2. Et hinc Palladius Febr. tit. 9 *Is qui mancturus est*, scil. *surculos*.

¶ Pactus, a, um, & hinc Pactio, Pactor, &c. vide sub *Paciscor* in *Pax*.

¶ Pactīlis, e, junctus, füglich, zusammen gesetzt: ut, *Corona pactilis*, Plin. lib. 21 cap. 3.

¶ Pāges, is, compactio est, die fuge; unde *Compages*: vide Nonium c. 1 n. 327.

¶ Pāgina, æ, pars utraque folii, quasi *pangina*, a pangendo, id est, figendo vel describendo dicta, das blat, die seite des blats. Martialis 1 epigr. 5

Lasciva est nobis pagina, vita proba est.

Complere utramque paginam, Cicer. ad Attic. lib. 13 epist. 34. Et, *Fortuna utramque facit paginam*, Plin. lib. 2 cap. 7, id est, omnia feruntur accepta fortunæ, am glücke liegt alles. Quod rationibus tractum est. De quo ita Scaliger Animad. in Guilandi Comm. de papyro: *Adversaria dicuntur, quæ in adversa parte scribuntur, qualia erant quotidiana vita & ephemerides. At in aversa solebat & scribi: unde* Opistographorum *nomen. Sed in adversa rationes dati & expensi perscribebantur, in aversa accepti. Quando aversa pars conveniebat adversæ*, h. e. *cum rationes accepti congruebant cum rationibus expensi & dati, tunc hoc dicebatur* utramque paginam facere, *quod &* pariari *dicitur. Cui contrarium* reliquari. *Nam villicus, qui non pariat, reliquari dicitur. Id* paria facere *dicunt etiam.* Hæc ille. ¶ 2. *Paginam* pro epistola non semel Sidonius & alii illorum temporum scriptores posuerunt. ¶ 3. *Pagina* in vineto, ein platz im weingarten. Plin. 17 c. 22 *Jugo paginæ includi.*

¶ Pāgella, æ, diminut. ein blätlein. Cicero lib. 11 fam. epist. 25 *Non imitor* λακωνισμὸν *tuum? altera jam pagella procedit.*

¶ Pāgĭnŭla, æ, dimin. aliud, idem. Cicer. 4 ad Attic. epist. 8 *Longas in codicillorum fastis paginulas habere.*

¶ Pāgĭno, āre, verbum finxerunt medii ævi scriptores. Unde

¶ Paginatus, a, um, zusammen gesetzt. Paulinus Jambo ad Cytherium v. 353

Solidoque navem paginatam robore
Ad pervehendum præparat.

¶ Pāgĭnālis, e, blättericht; item, brieflich. Ennodius 2 cap. 13 *Paginalis* (i. e. epistolaris) *styli cura.* Idem 2 c. 16 *Paginalis commercii libamenta.*

¶ Pagmentum, i, die hefftung, schnitzwerck. Vitruvius lib. 4 c. 6 *Ante secundum pagmentum.*

Composita:

¶ Antepagmentum, i, die anhefftung. Sunt autem *Antepagmenta*, de quibus prolixe Vitruvius 4 c. 6, eadem quæ *Antæ*. Catoni vero c. 14 de R. R. & Festo, valvarum ornamenta: ut, *bullæ*, die vergüldeten bande und nägel an den thüren, sic dicta, quod antis adpangantur, hoc est, adfigantur. Vide Plautinos Interpretes Asinar. a. 2 sc. 4 v. 20, & Salmas. Exercitationibus Plinianis f. 1217.

¶ Circumpango, ĕre, ex Plin. 17 c. 13 adducitur in vulgaribus Lexicis, qui dixerit *ramis terra circumpactis*. At Harduino monitore, ex MSS. *circumfartis* legendum est.

¶ Compingo, ĕre, est componere, coagmentare, zusammen fügen, zusammen drücken. Colum. 6 cap. 19 *Roboreis axibus compingitur solum.* Sed, *compingere in vincula*, est detrudere, compellere: Aur. Vict. Vir. Illustr. cap. 1 *Amulius ipsam in vincula compegit*, er hat sie ins gefängnüs geworffen. *Detrudere & compingere in pistrinum*, Cicero de Oratore lib. 1 cap. 11.

¶ Compactus, a, um, zusammengefügt, aneinandergesetzt, zusammengefaßt. Virgil. eclog. 2 v. 36

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula.

Compactum & robustum corpus, derb, dichte, wohlgestalt, Plin. 7 epist. 24. Et, *Compacta & firma membra*, Sueton. Vespas. c. 20. Aliam notionem vide sub *Paciscor* in *Pax*.

¶ Compactīlis, e, gefügig. Plin. lib. 11 cap. 18 *Apices breves & in rotunditatem compactiles.* Vitruv. lib. 4 c. 7 *compactiles trabes.* Idem lib. 10 c. 20 *postes compactiles.*

¶ Compactio, ōnis, die fuge, zusammenfügung: ut, *Compactio membrorum*, Cic. de Fin. lib. 5 cap. 11. *Spissis compactionibus solidatus*, Vitruvius lib. 2 cap. 7.

¶ Compactūra, æ, idem. Vitruv. lib. 4 cap. 7 *Compactura habet laxationem.* Est & hinc

¶ Compāges, is, significat etiam compositionem, commisturam, eine zusammenfügung, eine fuge: ut, *Discussa compage*, Lucanus lib. 2 v. 487. *Compagem solvere muri*, Idem lib. 3 v. 491. Pluraliter Virgil. 1 Æn. v. 293

Compagibus arctis
Claudentur belli portæ:

sie werden feste zugethan werden. Cic. de Senect. c. 21 *Dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere gravi perfungimur.* Et Seneca Thyeste v. 1013 *compagibus revulsis.*

¶ Compāgo, ĭnis, idem. Celsus 4 cap. 7 *A compagine corporis.* Ovid. Metam. 1 v. 711

Disparibus calamis compagine ceræ
Inter se junctis &c.

Et Augustinus C. D. lib. 16 cap. 2 extr. *compaginibus organorum.*

¶ Compāgus, i, calceamenti genus barbaricum, intercisum sive superiori parte perforatum. Unde *reticulos* Gallienus vocavit. Trebellius Pollio in vita Gallienorum cap. 16 *Caligas gemmatas annexuit, quum compagos reticulos appellaret.* Adde Casaub. & Salmas. & Dempster. ad Rosini Antiq. Rom. 5 c. 36 p. 596.

¶ Compāgĭno, āre, zusammenfassen, aneinander fügen. Scriptores Rei Agr. Gœsii p. 346 *Compaginantes agri limitesve.* Paulinus epist. 12 [nov. ed. Paris. epist. 32 n. 10] *Hac igitur ratione persuasus, basilicas nostras tuis, sicut & operis tempore, & voti genere conjuncta sunt, ita & litteris compaginari curavit.* Zeno Veronensis Sermone de Præcepto ATTENDE TIBI &c. *Talis namque natura ipsa verbi Spiritu compaginante formata est.* COMPAGINARE, conjungere, copulare, compingere. Prudentius in Romano v. 890 *Aut fracta nodis sarciens compaginat.* Augustinus Confess. lib. 13 c. 30 *Quæ tu contraheres, & compaginares, atque contexeres.*

¶ Compaginatus, a, um, zusammen gefaßt. Ammian. 21 c. 2 de scuto: *axiculis orbis erat compaginatus.* Idem lib. 28 cap. 2 *Compaginatæ formæ e roboribus conjectæque in alveum.* Et Augustinus Serm. 1 feria III Pentecost. *Unius corporis membra dispersa, ad unum caput Christum compaginata.*

¶ Compaginatio, ōnis, die zusammenfassung. Gloss. vet. ἁρμογὴ, *junctura, compages, compaginatio.* Pro eodem apud Innocentium legitur *Compagina*; ut, *Omnis compagina litterarum*, p. 239 & 246 edit. Gœsii.

¶ Recompingo, ĕre, wieder zusammensetzen. Tertull. de Resurr. Carn. cap. 30 *Recolligi & recompingi os ad os.*

¶ Depango, ĕre, defigere, einsetzen, pflantzen. Colum. 3 cap. 16 *Medio spatio, quod vacat, inter vites depangere.* Hinc

¶ Depactus, a, um, eingesetzt, festgesteckt; ut, *facile nascens & depactus surculus*, Plin. 16 c. 26. *Depacta in terram*, Idem 2 cap. 96. Tibull. 1 eleg. 1 v. 17 *stipes desertus in agris depactus est.* Lucret. 2 v. 1085

Quandoquidem vitæ depactus terminus alte, &c.

¶ Impingo, ĕre, illidere, anstreichen, anschmeissen: ut, *Impingere colaphum, pugnum alicui*, Plaut. Bacch. a. 4 sc. 7 v. 2, ohrfeigen geben. *Fustem cui impingere*, Cœlius Ciceroni lib. 8 epist. 8. Et, *Caput parieti impingere*, Plin. lib. 3 epist. 16. Et, *Dicam impingam tibi gravem*, Terent. in Phorm. a. 2 sc. 3 v. 92. *Culpam omnem post impingito*, Plaut. in Mil. a. 3 sc. 3 v. 54; sed alii hic *imponito* legunt. Seneca de Benef. lib. 1 cap. 1 *Gratus adversus eum quisquam esse potest, qui beneficium aut superbe injecit, aut iratus impegit?* aus hoffart oder zorn zuwerffen, für die füsse werffen. *In portu impingere*, ἐν τῷ λιμένι προσκρούειν, est vel in ipso operis ingressu, vel post negotium bene confectum, in extremo peccare. Vide Chiliadas.

¶ Impactus, a, um, angeschlagen. Plin. lib. 6 epist. 31 *Apparet saxeum dorsum, impactosque fluctus in immensum elidit & tollit.* Liv. lib. 8 c. 6 *Impactus saxo.*

¶ Impactio, ōnis, die anschlagung, anstossung. *Dissimilis autem crepitus fit ob dissimilem impactionem nubium.* Senec. Nat. Quæst. 2 c. 12.

¶ Impāges, is, ein spund, nagel. Vitruv. lib. 4 c. 6 *Super medium medii impages collocentur.* Et mox: *latitudo impagis*: item, *de impage dimidia.* Bene Festus: *Impages dicuntur, quæ a fabris in tabulis figuntur, quo firmius cohæreant.*

¶ Oppango, ĕre, anhefften. Plautus Curcul. a. 1 sc. 1 v. 59

ut quæque illi occasio est
Surripere se ad me: ubi suavium oppegit, fugit.

¶ Propāges, is, ubi, dicente Festo, rustici vitem vetulam supprimunt, ut ex ea una plures faciant, ein gesenck am weinstock; Item, ein geschlecht.

ſchlecht. Pacuvius apud Nonium cap. 1 n. 327 *Salvete gemini, mea propages ſanguinis.*

¶ Propāgo, ĭnis, proprie vitis ſuppreſſa, ein weingeſenck. Cic. de Senect. c. 15 *viviradices, propagines.* Horat. epod. 2 v. 9 *adulta vitium propagine.* Conf. Virg. Georg. 2 v. 26 & 63. Apulej. Apol. *Inter ſuboles herbarum & propagines vitium.* Vet. Gloſſ. *Propagines*, ἀπάρυγος. ¶ 2. Significat & ſobolem ſeu genus, metaphorice, der ſtamm, das geſchlecht. Virgil. Æn. 12 v. 827

Romana potens Itala virtute propago.

Nepos Attico cap. 25 *Sic familiarum originem ſubtexuit, ut ex eo clarorum virorum propagines posſimus cognoſcere*, id eſt, ſtemmata, familias. Vet. Gloſſ. *Propago*, ἡ καταβολή, ἡ ἐπίδοσις τοῦ γένους, γονή. Sic, *propago catulorum*, Lucret. 4 v. 995. Sed adde lib. 1 v. 42, & lib. 5 v. 1026. Ovid. Faſt. 3 v. 157. Virgil. Æn. 6 v. 870 &c. Vbique hac notione prima corripitur.

¶ Prōpāgmen, ĭnis, die fortpflantzung. Sunt, qui ex Ennio apud Nonium cap. 1 n. 327 legunt:

Nobis unde forent fructus vitæque propagmen.

¶ Prōpāgo, āre, verbum, fortſetzen, fortpflantzen. *Propagare vitem in ſulcos*, Cato c. 32. ¶ 2. Eſt &, Dilatare, vel extendere, ausbreiten, ausſtrecken. *Propagare religionem* dixit Cicero lib. 2 de Divinat. c. 72. Et, *Agere radices & propagare*, in Offic. lib. 2 cap. 12. *Propagare fines imperii*, Nepos Hamilcar. c. 2.

¶ Propāgātus, a, um, fortgepflantzt. Colum. de Arbor. cap. 8 *Vitis propagata celeriter convaleſcet.* Cicero ad Octav. *Quæ verisſime memoria propagata.*

¶ Propagatio, ōnis, die fortpflantzung: ut, *Propagatio vitium*, Cicer. de Senect. c. 15. *Propagatio finium imperii*, Idem de provincia conſul. c. 12. Et, *In vita nihil ineſt, niſi propagatio miſerrimi temporis*, Idem lib. 5 famil. epiſt. 15.

¶ Propagator, ōris, ein fortpflantzer, erweiterer: ut, *propagator provinciæ*, Cicer. ad Attic. lib. 8 epiſt. 3.

¶ Propāgīno, āre, idem quod propagare, fortpflantzen. Gloſſ. gr. lat. καταχωσχέω, *propagino.*

¶ Propaginatus, a, um, ausgebreitet. Tertull. de Pallio c. 2 *Quot populi propaginati.*

¶ Repango, ĕre, einſencken. Columella de Arborib. cap. 22 *Ibi ſemen ferulæ repangito.* Eadem lib. 5 cap. 10 leguntur ab eodem tradita.

¶ Repāgĭno, āre, wieder zuſammen bringen. Chryſolog. Serm. 62 in Symb. *Si carnem repaginari poſſe credas.*

¶ Repāgŭlum, i, eſt a *repango*, quod tamen a *pago* Feſtus facit, ein fürſchub, ein ſchlagbaum oder riegel, den man fürſcheubt. Plaut. in Ciſtell. a. 3 v. 18 *Occludite ædes peſſulis, repagulis.* Cic. act. in Verr. 6 cap. 43 *Convulſis repagulis effractisque valvis labefactare conantur.* Et de Nat. Deor. 3 c. 26 ex poëta: *Recludere iram repagulis.*

¶ Subpingo, vel Suppingo, ĕre, anheſſten. Plaut. Trinum. a. 3 ſc. 2 v. 94 *Fulmentas jubeam ſubpingi ſoccis*, hoc eſt, fulcimenta ſubſui.

¶ Subpactus, vel Suppactus, a, um, angeheſſtet. Plautus Bacch. a. 2 ſc. 3 v. 98 *Qui ſoccis habeat auro ſubpactum ſolum.*

PANGONIVS, i, gemma pluribus angulis, Plin. 37 c. 10.

Paniceus, panicoctorius, vide mox *Panis.*

Panicula, panicum, Panicus, Panifex, &c. vide *Panus, Pan, Panis.*

PANION, i, herba, quæ & *Satyrion*, geilwurtz: Apulej. de Herb. cap. 15.

PĀNIS, is, a *paſcendo* dictus veteribus, ideo, quod divina providentia corpori humano cognatus eſt, & in ſuccum corpori convenientem ſtatim convertitur, brod. *Panis albus*, vel *ſimilaceus, mundus*, qui procerum eſt, weiß brod: *Panis ſecundarius*, Sueton. Nerone cap. 77, vel *cibarius*, haußbackenbrod; Item, *ſequens, ſecundus, ſordidus, fiſcalis.* Vide Rigaltium ad Artemidorum c. 31. *Panis malus*, apud Senecam epiſt. 123. Idem epiſt. 18 *Panem durum ac ſordidum* dixit, id eſt, non recentem & mollem, ſed mucidum etiam forte. *Panis lapidoſus*, id eſt, durus æque ut lapis, apud eumdem lib. 2 de Benefic. cap. 7. Et Cicer. 1 Tuſc. cap. 34 *Ptolemæo peragranti Ægyptum, comitibus non conſecutis, cum cibarius in caſa panis datus eſſet, nihil viſum eſt illo pane jucundius.* Et, *Panis ſiligineus*, klar weitzenbrod, quem *plebejo* opponit Seneca epiſt. 119. *Panis furfureus*, kleyenbrod. *Panis fermentatus, non fermentatus*, ἄζυμος &c. *Panis aceroſus*, ſpältzig brod. *Panis nauticus*, bis coctus, zweyback, ſchiffbrod; qui *buccellatus* antea dictus, vide *Buccea.* Et, *Panis crocatus*, croco & ovi luteo imbutus, eyerkuchen. *Panis dulciarius*, pfefferkuchen. *Panis ſubcinericeus*, aſchenkuchen. *Panis mucidus*, ſitum reſipiens, ſchimlicht brod. Horat. 2 ſatyr. 2 v. 17 *cum ſale panis*

Latrantem ſtomachum bene leniet.

Plaut. Curcul. a. 2 ſc. 3 v. 88 *Hæc ſunt ventri ſtabilimenta, panis & aſſa bubula.* Vbi *Pane* in gen. neut. legit Nonius c. 3 n. 161. v. Taubm. ad h. l. pag. 336. Pane cultores formæ, ad nitidandam faciem, uſos, Suetonius ſignificat Othone cap. 12. Romanis pueris ejus uſus ignotus olim, qui ſola pulte victitabant, itemque Cimbris. Flor. lib. 3 cap. 3. Gallæus ad Lactant. p. 120. ¶ 2. *Panes* etiam vocant auctores materiam quamcunque in morem panum formatam. Sic, *panes ærei*, apud Plin. lib. 34 cap. 11. *Panes aphronitri*, apud Stat. lib. 3 Silv. 9 v. 37. *Panis ex fimo bubulo factus*, apud Marcellum Empiricum.

¶ Pānārium, i, vas, quo panes conſueverunt ferri, ein ſpeiſekorb, brodkorb. Sueton. Domitiano cap. 4 *Septimontiali ſacro quidem ſenatui equitique panariis, plebi ſportellis cum obſonio diſtributis, initium veſcendi primus fecit.* Vbi nota, *panaria* honeſtiora fuiſſe *ſportulis.* Plinius lib. 1 epiſt. 6 *Proinde cum venabere, licebit, auctore me, ut panarium & lagunculam, ſic etiam pugillares feras.* Statius lib. 1 Silv. 6 v. 31 *Hi panaria candidasque mappas*

Subvectant, epulasque lautiores.

Vid. Stuck. Antiq. Convival. pag. 150.

¶ Pānārĭŏlum, i, diminut. apud Martialem legitur lib. 5 epigr. 50.

¶ Pānārius, i, ἀρτοπώλης, ut Vet. Gloſſ. interpretatur, ein brodverkäuffer, brodbecker.

¶ Pānārĭcium, i, die geſchwulſt am finger. Apulej. de Herb. cap. 42 *Scyllæ radix piſata cum aceto & pane impoſita panaricium ſanat.*

¶ Pānĭceus, a, um, aus brod gemacht, gebacken. Sic *milites paniceos, piſtorienſes, placentinos* per jocum vocat Plaut. Capt. a. 1 ſc. 2 v. 59.

¶ Pānĭcoctārius, a, um, zum brodbacken gehörig; ut, *panicoctaria mulier*, Chryſolog. Serm. 99. vid. Meurſ. P. 2 Crit. Exercit. 3 cap. 32.

¶ Panĭfex, ĭcis, ἀρτοποιός, ein becker, Onomaſt. Vet.

¶ Pānĭfĭcium, i, das backwerck, allerley art brods. Nam & ad placentas refertur. Ita enim uſus Suetonius eſt Veſpaſiano cap. 7, ubi *panificii* nomine *popana* deſignat, quæ Serapidi offerebantur, de quibus infra ſuo loco. Vet. Gloſſ. *Panificium*, ποπανεῖον. Adde Varronem de L.L. 4 cap. 22 pr.

¶ Panificus, i, ein becker. Vid. Vulg. Interpr. 1 Sam. 8 v. 13. Gloſſ. gr. lat. ἀρτοποιός, *piſtor, panificus.*

¶ Pānōſus, a, um, mit brod bereitet. Cœl. Aurel. Tard. 2 cap. 14 *Cibus magis panoſus.*

¶ Apanare, i. e. panem præbere, barbarum eſt; ex quo fonte etiam *Apanagium*: item, *Apanagiatus*, ein abgefundener herr.

PANIS, ĭdis, Chalcidis rex fuiſſe dicitur, qui Heſiodum Homero prætulerit; Vnde Πανίδου ψῆφος, i. e. *Panidis ſuffragium* eſſe ajunt, ſi quis ſtulte & inerudite judicat. v. Eraſm. in Adag.

Paniſci, vide ſupra *Pan.*

Panneus, panniculus, &c. vide mox *Pannus.*

PANNŌNIA, æ, Παννονία, a Pannone rege, cujus apud Methodium fit mentio, accepiſſe nomen videtur. Alii tamen *Pannoniam* & *Pannones* a *pannis* dictos arbitrantur, quod veſtes gererent ex variis pannis ac plagulis conſutas. Vid. Caſaubon. ad Sueton. Auguſt. cap. 21. Duplex eſt, *Pannonia ſuperior*, quæ & *prima* dicta, quæ Germaniam ſpectat, in Auſtriam usque procurrens, cui & Auſtriæ pars adſcripta fuit: & *inferior* ſive *ſecunda*, Macedoniam verſus: utraque autem Danubio fuit terminata, nec quicquam de Transdanubiana parte, ubi ſuperiorem hodie Hungariam appellamus, duæ hæ Pannoniæ tenuerunt. vide Geographos. *Pannonia provincia facta*, Vellej. 2, 39, 3. Et, *Pannonia domanda*, Ovid. Triſt. 2 v. 225.

¶ Panno, ŏnis, plur. Pannŏnes, incolæ; quos male nonnulli *Pæones* vocant, ut Dio animadvertit lib. 49 p. 413. Græci tamen plerique *Pæonas*, Παίονας, appellant, quos Latini vocant *Pannonios.* Sic, *Pannonis urſa*, Lucanus 6 v. 220.

¶ Pannŏnius, i, idem. Stat. 1 Silv. 4 v. 78 *Pannoniusque ferox.* Auſon. epigr. 3 v. 4 *Armiferi Pannonii.* Conf. Ovid. ad Liviam v. 390.

¶ Pannŏnĭcus, a, um, Ungariſch; ut, *Pannonicæ cattæ*, Martial. 13 epigram. 69. *Pannonicum bellum*, Suet. Aug. c. 20.

PANNVS, i, veſtis lanea, tuch. Horatius lib. 1 epiſt. 17 v. 25

Contra, quem duplici panno patientia velat.

Vbi *duplex pannus* craſſus eſt, & *tenui* opponitur. *Pannus undulatus*, tobin: *Xylinus*, barchet. ¶ 2. Idem epiſt. ad Piſones de Art. poët. v. 15 *Purpureus late qui ſplendeat, unus & alter*

Aſſuitur pannus.

Quo in loco *pannus* plagula eſt, ein ſtrich. Ex hujusmodi varii coloris plagulis ſive pannis, quod olim conſutas veſtes haberent Pannonii, nomen & inde acceperunt, ut Dioni videtur lib. 49. Hinc & Valerius Maximus lib. 7 diadema, ſeu faſciam regiam *pannum* appellat. Sed & infantium σπάργανα ſive faſcias, *pannos* vocarunt, windeln. Prudentius Apotheoſi v. 608

Eſtne Deus, cujus cunas veneratus Eous

Lancibus auratis regalia fercula ſupplex:

Virginis ad gremium pannis puerilibus effert.

¶ 3. *Panni* etiam ῥάκη ſunt, lappen, lumpen. Hinc mendicis & egenis tribuuntur. Petronius:

Sola pruinoſis horret facundia pannis.

Lactantius carmine de Phœnice:

Luctus acerbus adeſt, & egeſtas obſita pannis.

Terent. Heaut. a. 2 ſc. 3 v. 52 *Pannis obſita.* conf. Sueton. Calig. c. 35. Sane & linteamina, quibus vulnera obligantur, *pannos* Columella dixit lib. 6 de Re Ruſtica cap. 12; *Deinde*, inquit, *pannis aceto & ſale & oleo madentibus inculcatis*, &c. Docet ibi, quomodo claudicanti bovi medicinam facere oporteat. ¶ 4. Veteres & in neutro genere *pannum* dixerunt. Nævius apud Nonium cap. 3 n. 165 *Pannum poſitum in purpura eſt.* Vetus Lexicon: ῥάκος, *Pannum.*

¶ Pannŭlus, i, diminut. ein läpplein, lümplein, tüchlein. Ammianus lib. 31 de Hunnis cap. 3 *Sed ſemel obſoleti coloris tunica collo inſerta non ante deponitur, aut mutatur, quam diuturna carie in pannulos defluxerit defruſtata*, biß ſie in ſtücken zerriſſen. Et Apulej. Met. lib. 7 p. 191 *Diloricatis ſtatim pannulis.*

¶ Pannĭcŭlus, i, diminut. aliud, idem: Juvenal. ſatyr. 6 v. 259.

¶ Pannĭcŭlārius, a, um, ad panniculos pertinens, das tuch oder kleider betreffend; ut, *Cauſſa pannicularia*, &c. Vlpian. Dig. lib. 48 t. 20 leg. 6.

¶ Panneus, a, um, von tuch; ut, *Panneæ veſtes.* Onomaſt. *Panneus*, ῥάκινος.

¶ Pannōſus, a, um, pannis obſitus, zerlumpt, bettleriſch. Ita *pannoſi aridam faciem*, Seneca dixit lib. 2 de Clement. cap. 6. Cicer. ad Attic. 4 epiſt. 3 *pauci pannoſi.* Juvenal. ſatyr. 10 v. 102 *pannoſus ædilis.* Perſ. ſatyr. 4 v. 32 *pannoſa fæx.* Juſtin. 2, 6, 19 *pannoſus caſtra ingreditur.*

¶ Pannūcius, vel Pannuceus, a, um, idem. Perſius eadem ſignificatione ſatyr. 4 v. 21 *Pannucia Baucis?* Et Petronius p. 59 *Pannuciam ne centonibus quidem bonis dignam.* Et Martial. 11 epigr. 47 *pannucea mentula.*

¶ Pannĭfex, ĭcis, vel Pannificus, i, ein tuchmacher.

PANNYCHISMVS, i, παννυχισμός, in Gloſſis redditur *pervigilium*, die nachtwache. Arnob. lib. 5 p. 173 *Quibus myſteriis pervigilia conſecrata ſunt & pannychiſmi graves.*

PĂNOMPHAEVS, i, Jovis epitheton, quod vel omnium vocibus celebretur, vel omnium voces audiat, a πᾶν & ὀμφή, *vox.* Ovid. 11 Metam. v. 198 *Ara Panomphæo vetus eſt ſacrata tonanti.*

PĂNŎPE, es, Πανοπὴ, & Panopæa, æ, Πανόπεια, una ex Nereidibus, Nympha marina. vid. Ovid. ad Liviam v. 435, & Virgil. Æneid. 5 v. 240 & 820.

PĂNOPLIA, æ, πανοπλία, perfecta armatura, ein küriß, volle rüſtung: vox græca eſt.

PĂNORMUS, & Panormum, i, Πάνορμος, metropolis Siciliæ, *Palermo* hodie vocatur, civitas antiquiſſima, ab ὅρμος, *portus*, quod eo naves appellant, denominata. v. Silius 14 v. 262.

¶ Pănormīta, æ, & Panormitanus, i, incola.

PANSA, æ, cui lati & panſi ſunt pedes, ein breitfuß, Plin. 11 cap. 45; vel cujus capilli ſunt expanſi, ut putat Caſſiodorus. ¶ 2. Inde cognomen familiæ Romanæ, in qua clariſſimus fuit *C. Panſa*, Ciceronis epiſtolis laudatiſſimus conſul, qui in Mutinenſi prœlio mortem occubuit. Adde Cicer. 14 Philippicam.

PANSĔBASTUS, i, πανσέβαστος, gemma, quæ & *Panchrus*, Plin. lib. 37 cap. 10.

Panſus, vide ſupra in *Pando*.

PANTĂGĂTHUS, i, παντάγαθος, i. e. *usquequaque bonus*; nomen hoc neſcio cui, & forte ſibimetipſi Martialis impoſuit lib. 6 epigr. 52. ¶ Similem in modum *Pantagathi*, aves, quod perfectam felicitatem ſponderent, de quibus Lampridius Anton. Diad. cap. 4 *Pantagathi in domo patris ejus nidum poſuerunt.*

PANTĂGIAS, vel Pantagies, æ, fluvius Syriæ rapidiſſimus. Quidam dicunt a ſonitu; παταγὸς enim *ſonitum* ſignificat; alii ἀπὸ τοῦ πάντα ἄγειν, quod obvia quæque proſternat, ac ſecum rapiat. Meminit ejus Ovid. Faſt. 4 v. 469. Virg. Æn. 3 v. 689. Sil. 14 v. 232. Claudian. de Raptu Proſerp. v. 58.

Pantex, icis, vide mox *Pantices*.

PANTHEON, i, Πάνθειον, templum Romæ omnibus diis ſacrum, hodie templum D. Mariæ rotundæ. vid. Plin. 36 cap. 15. *Pantheum* eſt apud Ammianum 16 cap. 10.

PANTHER, ēris, maſcul. πανθὴρ, animal, quod lupis annumeratur. Quidam *lupum cervarium* eſſe volunt, ein thier-wolff. Idem animal etiam *Pantherion*, πανθήριον, & *Lycopantheros*, λυκοπάνθηρος, dicitur. Ab hoc diverſa eſt

¶ Panthēra, æ, πανθήρα, quæ & *Pardalis*, πάρδαλις, beſtia maculoſa tota, variis notis, quæ & *Leopardus* dicitur, ein leopard. Nam quod quidam ſcribunt, panterthier, a recentioribus fictum puto, eumdem pantheræ leopardum eſſe neſcientibus: Geſner. Pantherarum pelles heroibus in uſu erant. Virg. Æn. 8 v. 460 de Evandro:

Demiſſa ab læva pantheræ terga retorquens.

¶ Panthērīnus, a, um, πανθηρινὸς, vom panterthier; ut, *Pantherina pellis*, Plin. lib. 35 cap. 11. *Pantherinæ menſæ*, Idem 13 cap. 15.

¶ Panthēron, ſive Pantherum, i, πάνθηρον, retis genus eſt, ex eo dictum, quod omnes aves concludat, ein zuggarn. Θήρα venatum ſignificat aucupum. Ulpianus fœminino genere uſus eſt Lege ult. Digeſt. de Action. emti & venditi, § ult. *Cum futurum jactum retis a piſcatore emimus, aut indaginem plagis poſitis a venatore, vel pantheram ab aucupe*, &c.

PANTHUS, i, contractum ex *Panthous*, Trojanus. Virg. 2 Æn. v. 319 & 322 *Panthus Otriades, arcis Phœbique ſacerdos.*
Et, *Quo res ſumma loco, Panthu?*

PANTĬCES, um, plur. fluxum ventris ſignificant, ut Feſtus exponit, ſed neſcio quam recte. *Pantices* enim verius echinum ſignificant, hoc eſt, ventriculum bovis, & inteſtina pelliculata, ut Nebriſſenſis vult. *Panticibus* reſpondere videtur germanica appellatio, der wanſt, unterbauch. Ita enim pelliculatum illud in ventriculo bubulo lanii vocant. Uſi ſunt Plautus in Pſeudolo a. 1 ſc. 2 v. 51, *Vino vos veſtros pantices madefacitis*: & Martialis lib. 6 epigr. 64 *Quod cum panticibus laxis*, &c. Jacob. Dalechampius ad Plin. notat, Plautum lactes priſco & obſoleto verbo *pantices* appellaſſe. Joſephus Scaliger ad Catalecta dicit: *Pantices* eſſe, quod vulgo *Farcin* vocant, corrupte a *farcimine*. Nominativus ſingularis *Pantex* in veteri Gloſſario invenitur & explicatur, ἕλκος ἐπὶ τραχήλου κτηνῶν. Tibullus in Priapum: *Latet jacente pantice abditus ſpecu.*

Pantomīmus, vide ſupra in *Mimus*.

PANURGUS, i, πανοῦργος, verſutum ſignificat & veteratorem, ein liſtiger ſchalck.

¶ Panurgia, æ, πανουργία, verſutia improba, ſchalckheit.

PĀNUS, i, inſtrumentum eſt textorum, cui ſubtegmen involvitur, eine weberſpule. Scaliger in Conjectan. *Panum* πολύπην explicat, quod Latinis *glomus* eſt, ein kneul. Lucilius apud Nonium cap. 2 n. 623 *Foris ſubtegminis panus eſt.* ¶ 2. *Panus* tumor ſub faucibus, auribusque, & inguinibus, eine drüſe oder beule am halſe, ohren, ꝛc. Exempla Afranii & Novii ſunt apud Nonium l. c. conf. Plin. 20 c. 1. ¶ 3. *Panus* in arboribus, ein baum-ſchwamm, eine kolbe, Plinius lib. 16 cap. 8.

¶ Pānĭcŭla, æ, ſeu Paniculus, i, ein kölblein, eſt illa coma in juglandibus & corylis, quæ ante florem dependet ac decidit, Idem Plin. lib. 16 cap. 10. Sic de coma, in qua ſemina dependent, das ſaamen-büſchlein, Idem 16 cap. 36, lib. 18 cap. 7, & lib. 19 cap. 1. Quicquid igitur ſublonga & ſubrotunda forma tumet, *panicula* dici fere poteſt. Sic Plin. 21 cap. 4 *Græcula roſa convolutas habet foliorum paniculas.* ¶ De *paniculis inguinum* Apulej. de Herb. cap. 13. Scribon. Larg. Comp. 82. Marcell. Emp. cap. 32.

¶ Pānĭcum, i, a *paniculis* dictum &c. uti Plinius deſcribit lib. 18 cap. 7, frugibus annumeratur, hirſen, heidekorn. Cæſar lib. 2 de B. Civ. c. 22 *Peſtilentia conflictati ex diutina concluſione & mutatione victus. Panico enim vetere atque hordeo corrupto omnes alebantur.* Et Plinius lib. 18 cap. 7 *Milium ac panicum parvis avibus expoſita ſunt.* Semina rudibus continet paniculis, denſe confertimque acervata, alias ruffa, candida alias & nigra, hendelpfenig, buchweitze, welſcher hirſen: Eber. Matthiolus. ¶ 2. *Panicum*, πανικὸν, aliud eſt, de quo ſupra in *Pan*.

¶ Panucla, vel Panulia, æ, tramæ involucrum, ex quo panni texuntur, apud Iſidorum 19 cap. 29. *Panula* eadem Nonio cap. 2 n. 623.

¶ Panuclum, i, idem, dictum a *pano* & *volvendo filo*, Varro de L. L. 4 cap. 23.

PĀPA, æ, der papa. Orta hæc appellatio videtur a voce infantum cibum petentium, cum cibum ac potionem *buas* ac *papas* vocent; qua de re Varro apud Nonium cap. 2 n. 97, vel a πάππας, i. e. *nutritius, pater.* vide paullo poſt *Pappa*. In eccleſia patrem venerabilem notat, Πάπα πατρὸς ὑποκόρισμα, Heſychius: fuitque nomen hoc paſtoribus omnibus commune usque ad Gregorium VII, quo tempore per peculiarem ἐξοχὴν epiſcopo Romano tantum attributum eſt, der Papſt. vid. Joh. Diecmann. diſſert. de vocis PAPAE ætatibus. Reperitur illa apud Tertullianum de Pudic. cap. 13, & Sidonium 2 epiſt. 10.

PĂPAE, παπαί, interjectio admirantis cum irriſione, ey! Terent. Eunuch. a. 2 ſc. 3 v. 25 *Papæ, nova figura oris.* Adde Perſii ſat. 5 v. 79.

PĂPĀVER, ĕris, ſativum, mohn, magſaamen, album id eſt, & nigrum. *Papaver erraticum*, klapperroſen. Eſt & *papaver corniculatum*. vid. Plin. 19 cap. 8. Vim ſoporiferam habet. Unde nocti, quæ ſomni eſt, de papavere coronam Ovidius tribuit 4 Faſtorum v. 659. In plurali Virgil. eclog. 2 v. 47 *& ſumma papavera carpens.*
Livius lib. 1 cap. 54 *Summa papaverum capita baculo decuſſit.* ¶ Etiam maſc. genere uſi ſunt Varro apud Nonium cap. 3 n. 177. Plaut. Pœn. a. 1 ſc. 2 v. 113, & Trinum. a. 2 ſc. 4 v. 8.

¶ Păpāvercŭlum, i, diminut. ein mohnhäuptlein, Apulej. de Herb. c. 7.

¶ Păpāvĕreus, a, um, de papavere, von mohn; ut, *Comæ papavereæ*, apud Ovid. 4 Faſtor. v. 438.

¶ Păpāvĕrātus, a, um, wie mohn geſchmückt; ut, *Papaveratæ veſtes*, id eſt, candidæ, apud Plin. 8 cap. 48.

PĂPHĀGES, is, rex Ambraciæ, a leæna, catulis ſuis ſtipata, cui obviam factus, occiſus. Hinc

¶ Păphāgēus, a, um, adject. Ovid. in Ibin v. 502

Sitque Paphageæ cauſſa leæna necis.

Paphiacus, Paphius, vide mox *Paphos*.

PAPHLĂGONIA, æ, Παφλαγονία, Aſiæ minoris regio, Bithyniam inter & Pontum regionem ſub Ponto Euxino ſita, dicta ita a Paphlagone, Phinei filio, ut auctor eſt Stephanus.

¶ Paphlăgon, ŏnis, plur. Paphlagŏnes, ipſa natio: vilis & contemtim habita olim, ut *Myſi, Phryges* &c. Curtius lib. 6 cap. 11 *Ludibrio ei fuiſſe ruſticos homines, Phrygasque & Paphlagonas adpellatos* &c. flegel. vid. Freinsh. Ind. Curt.

PĂPHOS, vel Paphus, i, Πάφος, Cypri urbs, in qua Venus culta eſt. Ex quo Horatius eam *Paphi reginam* adpellat lib. 1 od. 30 v. 1 *O Venus regina Gnidi Paphique.* Sed ſuâ ætate, Hieronymus ſcribit, tantum veſtigia ejus exſtitiſſe. conf. Virg. Æn. 10 v. 86.

¶ Păphius, a, um, adjectivum poſſeſſivum: ut, *myrti Paphiæ*, Ovid. 3 de Arte am. v. 181. *Venus Paphia*; cujus templum & religionem Tacitus deſcribit 2 Hiſtor. cap. 2. vide & 3 Annal. cap. 62.

¶ Paphiăcus, a, um, idem. Avienus Deſcript. Orb. v. 227

Ceſpite Paphiaco prodit ſaxoſa Carambis.

Sed ibi de Paphlagonia agitur

PAPIA, æ, Inſubrum civitas, dicta quondam *Ticinum*, Paphi in Italien. vide *Ticinum*. ¶ 2. *Lex Papia Poppæa* de conjugiis, nobiliſſima monumentis veterum. De eâ diatriben edidit Torrentius & Commentario Horatiano ſubjunxit. Dicta a M. Papio Mutilo & Q. Poppæo Secundo Conſulibus, qui tulerunt. Auſon. epigr. 89

Papia lex placuit, Julia diſplicuit.

PĀPĬLIO, ōnis, vermiculus eſt alatus, imbecillis, relinquit excrementa, quibus teredines gignuntur, ein ſommervogel, ſchmetterling, zweyfalter, Plin. lib. 11 cap. 19. Ovid. lib. 15 Metam. v. 374 *feralis papilio* dictus. Sed qui circa lychnum volitat noctu, Papilio ſc. minor, *Hepiolus*, eſt, ἠπίολος, ein lichtwurm. ¶ 2. *Papilio* tentorium etiam eſt, ein gezelt, apud Plin. lib. 5 cap. 3. [al. *pabulis* leg.] Certiora ſunt apud Vegetium lib. 1 cap. 23. Spartian. in Nigro cap. 11. Lamprid. in Alex. cap. 51. Gloſſ. Vet. *Papilio*, σκήνωμα.

¶ Pāpĭliuncŭlus, i, diminutivum. Tertullianus de Anima cap. 32 *Siccitatibus gaudent locuſtæ, papiliunculi, chamæleontes.*

Papilla, vide paullo poſt *Papula*.

PĀPĬNIANUS, i, jureconſultus, Severo principi gratiſſimus, cuique moriens filios ſuos commendavit. Securi percuſſus tandem eſt ab Antonino Baſſiano Caracalla imperatore, propterea, ut quidam volunt, quod parricidium in fratre Geta commiſſum diluere in ſenatu & apud populum noluiſſet, ſed reſpondiſſet, *Non tam facile parricidium excuſari poſſe, quam fieri.* Sed hoc non convenire, ait Spartianus in Anton. Caracalla: Aurelius quoque Victor ait, *improbe abſurdum eſſe.* Neque enim præfectus poterat dictare orationem; & conſtat, eum quaſi fautorem Getæ occiſum. Vide ipſos, & laudem Papiniani in Spartiani Severo cap. 21.

¶ Pāpĭniăniſta, æ, Papiniani ſtudioſus. Papinianiſtæ olim dicti, qui biennium in legum ſtudio verſati, tertium etiam adjungebant. vid. Hotoman. de Verbis Juris.

PAPPA, æ, πάππα, infantum & puerorum cibus, kinderbrey, muß. vide Varr. apud Nonium cap. 2 n. 97.

¶ Pappo, ſeu Papo, are, balbutie puerili patrem appellare. Perſ. ſat. 3 v. 17 *Et ſimilis regum pueris pappare minutum Poſcis*, &c.

¶ 2. Plautus, pro, cibum ſumere, eſſen, uſurpat in Epid. a. 5 ſc. 2 v. 62

Novo liberto opus eſt quod pappet. P. dabitur.

¶ Papparium, i, quod edendum præbetur: ut, *Dominicæ libidini papparium facere*, Seneca 1 Controv. 1. vide Gronov. in Sen. p. 408, & Pareum Lex. Crit. p. 881.

¶ Pappus, i, πάππος, avus, der groß-vater. Auſon. Protrept. v. 18

Pappos aviasque trementes,
Anteferunt patribus ſeri nova cura nepotes.

¶ 2. *Pappus*, flos carduorum, & lanugines illæ per aëra volitantes in autumno, das ſtäubige auf der verblüten diſtel-blüt, Feſtus. ¶ 3. Item, die weiſſen wüllichen, ſo im herbſt fliegen, der ſommer; ut, *pappi volantes*, Lucret. 3 v. 387. ¶ 4. Denique *Pappus* herba eſt Plinio, quæ *Senecio* & *Erigeron*, a Græcis ἠριγέρων dicitur, creutzwurtz.

¶ Pappas,

¶ Pappas, æ, pater, ein vater, verpfleger. Juvenal. sat. 6 v. 632
Timidus prægustet pocula pappas.

PĀPŬLA, æ, pastula, eine hitzblatter: papulæ, fervidæ eruptiones, rubidæ corporis aspredines, boa, hitzblätterlein, masern, pocken. Vide Celsum lib. 5 cap. 28 n. 18. Virg. Georg. 3 v. 564. Vet. Gloss. *Papula*, ψυδράκια. Seneca de Vitâ beatâ cap. 27 sub fin. *Papulas observatis alienas, ipsi obsiti pluribus ulceribus.*

¶ Păpilla, æ, diminutivum, capitulum mammæ, per quod lac trahitur & transit, die wartze an der weiber brüsten. Ovid. 1 Amor. eleg. 5 v. 20 *Forma papillarum* &c. ¶ 2. Ipsa item *mamma*. Virg. Æn. 11 v. 803 *sub exertam papillam*. Plaut. Cas. a. 4 sc. 4 v. 22 *Papillæ bellulæ*. Idem Rud. a. 2 sc. 4 v. 10 *Papillæ turgentes*.

¶ Păpŭlo, are, mit hitzblattern anfüllen. Cœl. Aurel. Tard. 2 cap. 1 *Papulare corpus*. conf. eumdem 3 cap. 4.

PĂPȲRUS, i, fœm. & hoc *Papyrum*, πάπυρος, planta Ægyptia duo cubita non excedens, quæ & βίβλος seu βύβλος dicta, ex qua chartæ olim fieri consueverunt, Egyptisch schilff, das man zum schreiben zugerichtet. A papyro igitur nomen chartis in omnem inhæsit ætatem, papier. *Papyrus emporetica*, maculatur oder kramer-papier, inutilis scribendo, & involucris tantum mercium usum præbens, vide *Charta*. ¶ 2. Poëtis sæpius pro libro ponitur. De Papyro peculiarem librum sive commentar. in Plinii lib. 13 cap. 11, 12 & 13 Melchior Guilandinus scripsit: cui rursus alium opposuit Josephus Scaliger. Vide & Salmasium in Vopiscum p. 444, & Exercitat. Plinian. & supra *Charta*.

¶ Păpȳrăceus, a, um, papiernen. Plin. lib. 6 cap. 22 *papyraceæ naves*.

¶ Păpȳrius, a, um, idem. Ausonius epist. 7 v. 47
Fac campum replices Musa papyrium.

¶ Păpȳrio, ōnis, schilff. Vulg. Interpr. Exod. cap. 2 v. 5 *Fiscella in papyrione*.

¶ Păpȳrĭfer, a, um, schilffreich, Nilus, apud Ovid. 15 Metam. v. 753
Perque papyriferi septemflua flumina Nili.

PAR, păris, substant. numerus duorum, quasi inter se parium, ein paar. Cicer. de Amicit. cap. 4 *Ex omnibus seculis vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum*. Idem de Opt. Gen. Orat. cap. 6 *Par gladiatorum*. Et 4 Verr. cap. 19 *Paria scyphorum*, quæ nobis doppelt dicuntur. Vellej. 2, 46, 1 *Invictum par consulum*. Ovid. Fast. 3 v. 193
Cum pare quæque suo coëunt volucresque feræque.

¶ Par, păris, adject. gleich, gerade; ut, *Par ætate*, Ovid. 7 Metam. v. 514. *Par ingenium nancisci*, Terent. Hecyr. a. 1 sc. 2 v. 95, eine gleiche art und weise antreffen. Idem, *Par referre*, Adelph. a. 1 sc. 1 v. 48. Et, *Par pari referre*, Eunuch. a. 3 sc. 1 v. 55. Siculi dicunt μοῖτον ἀντὶ μοίτε, ut ibi Lindebruchius notat. Uno verbo *reddere* Terentius dixit Eunuch. a. 5 sc. 7 v. 18, mit gleicher waare bezahlen. *Paria paribus respondere*, Cicero dixit lib. 6 ad Attic. epist. 1. Quod Plauto simpliciter est *parem esse*: ut Captiv. a. 2 sc. 2 v. 65 *Bene merenti bene profuerit: male merenti par erit*, id est, æqualia reddentur. Et, *Mihi omnia cum illo paria sunt*, Cic. pro Ligario cap. 9. *Noxia pœna par esto*, Idem de Legib. lib. 3 cap. 20. ¶ 2. Sed, *parem esse alicui rei, negotio*, est satisfacere posse, einem ding gnugsam seyn, es auszurichten: ut, *Non parem esse oneri ferundo*. Item, bestand und gewachsen seyn. Pompejus Ciceroni alterâ, quæ sub lib. 8 epist. 12 ad Attic. est, *Nos, disjecta manu, pares esse adversariis non possumus*. Et epist. sequente: *Videndum, ne distracti pares esse adversario non possimus*. ¶ 3. Est etiam idem ac æquum, justum, recht, gehörig. *Par est; Pro eo ac par est; Ut constantibus hominibus par est*, hoc est, decens, æquum est, convenit, es gebühret sich, es ist billich. *Paria facere*, vide infra *Pariare*. Et, *Par non est*, Nepos in Eumene c. 8 n. 4, id est, æquum non est. *Relinqui eum, par non esse*, Idem 14, 6, 4. Superl. *parissimam talionem* Gellius dixit lib. 20 cap. 1. ¶ 4. Sæpe pro *simili* ponitur. Sic Capitolinus *pares amicos* dixit, qui ætate aut moribus similes. Seneca act. 2 extr. Troad. *Et par sollicito fabula somnio*. Boëthius lib. 3 metr. 7 *Habet omnis hoc voluptas,*
Stimulis agit furentes,
Apiumque par volantum
Ubi grata mella fudit,
Fugit & nimis tenaci,
Ferit icta corda morsis.
Vide Freinsh. ad Curt. 5, 5, 7. ¶ 5. Cæterum observandum, veteres Poëtas, Classicosque *Par* cum Compositis *Compar, Dispar, Impar*, semper produxisse, ut ex Catullo, Lucretio, Horatio & aliis constat: cum contra, qui Theodosii temporibus & post vixerunt, ut Ausonius, Prudentius, Prosper, Martianus Capella, alii, fere corripuerunt. Quod hic monere voluimus, ne illorum auctoritas junioribus imponat. ¶ 6. *Par impar*, ludi genus. *Ludere par impar*, gerade oder ungerade spielen, Sueton. in Augusto cap. 71. Horat. lib. 2 sat. 3 v. 248
Ludere par impar, equitare in arundine longa.

¶ Părĭter, adverb. simul, zugleich. Cicero Offic. lib. 2 cap. 13 *Tua laus pariter cum republ. cecidit*. Seneca epist. 5 *Quomodo ista tam diversa pariter sunt?* wie reimt sich das zusammen? Ibidem: *Ista quæ tam dissimilia sunt, pariter incedunt*, es kan wohl beysammen stehen. ¶ 2. Æqualiter, gleicher weise, gleicher gestalt. Terent. Phorm. a. 3 sc. 3 v. 3 *Pariter nunc opera me adjuves, ac dudum re opitulata es*, dergestalt, wie vorlängst, &c.

¶ Părĭlis, e, æqualis, gleich, gleichförmig, gleichmäßig; ut, *parilis ætas*, Ovid. 8 Metam. v. 631. Idem lib. 1 Trist. eleg. 7 v. 26
Accipere, & parili reddere voce, Vale.

¶ Părĭlĭtas, ātis, æqualitas, die gleichheit, apud Gell. lib. 14 cap. 3 *Æquiparatio ipsa plerumque & parilitas virtutum inter sese consimilium, etiamsi contentionis studium & voluntas abest, speciem tamen æmulationis creat*. Et Sidonius 4 epist. 4 *Natalium parilitas*.

¶ Părĭtas, ātis, idem. Arnobius 2 p. 78 *Aut in impari paritas aut dulcedo in amaritudine contineri nequit*.

¶ Părio, are, vergleichen, gleich machen; quod rationum verbum est: nam quum rationes accepti cum rationibus expensi congruebant, dicebatur hoc, *pariari*: contrarium huic, *reliquari*. Vide supra in *Pagina*. Ulpianus Lege 4 D. de manumiss. *Proinde etsi nummos prorogavit emtor, cum ei pariaverit, poterit ad libertatem pervenire*. Columella dixit lib. 11 cap. 1 *paria facere cum rationibus*. Et, *Parem rationem facere*, Idem præfat. lib. 12. Alii simpliciter *paria facere* dixerunt: Plinius sub figura Panegyr. Trajani cap. 6 extr. & Nazarius Panegyrico Constantini cap. 13. Tertull. de Resurr. Carn. cap. 53 *Pariant inter se Christus & Adam*. Idem de Resurr. Christi cap. 6 *Non rapinam existimavit pariari Deo* &c.

¶ Păriatio, ōnis, die gleichstellung, scriptura, quâ rationibus redditis satisfactum esse creditori aut domino adpareat, & quâ quadrare rationes cavetur. Sic Lege ult. § 3 Dig. de Condict. indebiti: *pactum quod in pariationibus adscribi solet*.

¶ Păriator, ōris, der gleichheit stellt; vel, qui ita rationes retulit, ut quadrent. Lege 81 Dig. de Condit. & demonstr. *An Sticho mortuo, antequam rationes redderet, vel pariatore, vel reliqua habente*, &c.

¶ Părĭfĭco, are, idem quod *pariare, exæquare*. Orientius Common. lib. 2 p. 91 *Trina potestatum conclusio parificatur*.
Sic, *Parificare aliquem alicui*, Sarisb. 3 cap. 14.

Composita:

¶ Æquipar, Æquiparo, cum derivatis, vide supra in *Æquus*.

¶ Compar, ăris, gleich; ut, *connubium compar*, gleiche ehe, Livius lib. 1 cap. 9. *Compari Marte*, Idem lib. 36 cap. 44, id est, pari. ¶ 2. *Compar*, substantive pro socio seu conjuge, ein ehegatte, mitgenoß. De socio cujusvis rei Plautus Pseud. a. 4 sc. 3 v. 9. De marito, Idem Cas. a. 4 sc. 2 v. 18. Sic Horat. 2 od. 5 v. 2 *Munia comparis æquare*. Et Plin. 8 cap. 23 *nec nisi cum compare vita est*.

¶ Compărĭlis, e, idem. Ausonius eclogar. 2 v. 38
Nescit compariles laterum formare figuras.

¶ Compăro, avi, atum, are, conferre, assimilare, vergleichen, gegen einander halten. Dicimus *comparare alicui, cum quo, ad quid, & inter se*; etiam absolute, *res quasdam comparare*. Cicer. de Senect. cap. 5 *Equi fortis & victoris senectuti comparat suam*. Plinius Panegyr. ad Trajanum cap. 44 *Quis comparari tibi non reformidet*. Sed usitatius præpositio *Cum* intervenit. Cicer. pro Domo cap. 15 pr. *Quæso, Pontifices, & hominem cum homine, & tempus cum tempore, & rem cum re comparate*. Et lib. 3 fam. epist. 6 pr. *Quum meum factum cum tuo comparo*, &c. Sed nec inelegantes sunt aliæ præpositiones. Terentius Eunuch. a. 4 sc. 4 v. 14 *Nec comparandus hic quidem ad illum est*. Cicer. lib. 1 de Offic. cap. 43 *Hæ* [honestatis partes] *in diligendo officio sæpe inter se comparentur, necesse est*. Et Livius lib. 24 cap. 10 *Consules compararent inter se, uter censoribus creandis comitia haberet*. Absolute *conferre pugnantia, comparare contraria*, Cicero dixit in Oratore cap. 12; &, *comparare similitudines*, lib. 1 Offic. cap. 4. ¶ 2. Est & arenæ verbum: nam cum inducti eo gladiatores in paria ordinarentur, qui inter se pugnarent, non *componi* tantum, sed *comparari* etiam dicebantur, ut e Quintiliani Declamat. notat Lipsius lib. 2 Saturnal. cap. 19. Hinc Ciceroni etiam *conjungere* & *comparare* Synonyma sunt Timæo, cum ait: *Ita contigit, ut inter ignem & terram, aquam Deus animamque poneret, eaque inter se compararet atque conjungeret* &c. ¶ 3. *Comparare* pro acquirere, adparare, vide in compositis a *Paro, parare*.

¶ Compărātus, a, um, verglichen, gleich gehalten. Cic. ad Quint. Fratr. 3 epist. 4 *Cum Æsernino Samnite Pacidianus comparatus viderer*.

¶ Comparate, adverb. gegeneinander, vergleichungsweise. Cic. Top. cap. 22 *Cum quæritur, quale quid sit, aut simpliciter quæritur, aut comparate* &c.

¶ Comparatio, ōnis, assimilatio, die vergleichung eines mit dem andern. *Comparatio parium*, Cic. Topic. cap. 18. Et, *Similium*, Quintil. lib. 1 cap. 6. *In comparatione vis rerum cernitur*, Cicero c. l. Plinius lib. 7 epist. 30 *Quum lego, ex comparatione sentio, quam male scribam*. Est igitur *comparatio*, quam Græci ἀναλογίαν vocant, & ita Cicero in de Universo. Seneca epist. 43 *Quicquid inter vicina eminet, magnum est illic, ubi eminet. Nam magnitudo non habet certum modum: comparatio eam aut tollit, aut deprimit*.

¶ Compărābĭlis, e, quod similem rationem in diversis habet, vergleichlich, das sich vergleichen lässet. Cicer. lib. 1 de Invent. cap. 28 *Simile ex specie comparabili: comparabile autem ex conferenda atque assimilanda natura judicatur*. Et Livius lib. 39 cap. 52 *Trium clarissimorum suæ cujusque gentis virorum non magis tempore congruente comparabilis mors videtur esse, quam quod nemo eorum satis dignum splendore vitæ exitum habuit*.

¶ Compărātītius, a, um, idem. Tertull. adv. Valent. cap. 13 *Angelorum comparatitius antistatus*.

¶ Compărātīvus, a, um, idem; ut, *Comparativa judicatio*, Cicer. de Invent. 2 cap. 24 & 25. Hinc *Comparativus gradus* apud Grammaticos. conf. Gell. 5 cap. 21.

¶ Comparative, adverb. idem. Gellius l. c. *Compluries cum dicimus, non comparative dicimus*.

¶ Incomparatus, a, um, quod cum nullo conferri potest, unvergleichlich. Superlativus apud Fabrettum Inscript. pag. 420 CONIVX CONIVGI INCOMPARATISSIMO FECERVNT.

¶ Incomparābĭlis, e, cui nemo comparari potest, unvergleichlich; ut, *Incomparabilis magister*, Quintilianus lib. 1 cap. 2. *Incomparabilis invicti animi sublimitas*, Plin. lib. 7 cap. 25.

¶ Incomparabiliter, adverb. idem. Augustinus Hieronymo epist. 9 cap. 4 *Incomparabiliter pulchrior est veritas Christianorum, quam Helena Græcorum*. Adde eumdem de Civ. Dei lib. 21 cap. 9 *incomparabiliter plura*.

¶ Dispar, ăris, dissimilis, ungleich. Cic. 1 Offic. cap. 34 *Ætatibus disparibus, non eadem officia tribuuntur*.

¶ Dispărĭlis, e, idem quod dispar. Cicero lib. 1 de Divin. cap. 36 *Ex cœli varietate, & ex disparili adspiratione terrarum*.

¶ Dispărĭlĭtas, ātis, die ungleichheit. Gellius præfat. *Disparilitas rerum*. Idem lib. 7 cap. 3 *disparilitas collationis*. Salvianus lib. 2 de Gubern. Dei p. 50 *meritorum disparilitas*.

¶ Dispăriliter, adverb. auf ungleiche art. Varro de Re Rust. 1 cap. 6 extr. *Hac ad colendum dispariliter habent momentum.*

¶ Dispăro, are, separare, sejungere, von einander scheiden, absondern. Gellius lib. 11 cap. 11 *Varie ac lepide tot sententias in eamdem rem, quasi aliud atque aliud diceret, disparavit.* Prudentius Romano v. 888 *Vel nexa nervis disparare vincula.*
Paulinus Nolanus carm. 12 v. 20
Perque orbem, magni qui nos procul æquore ponti
Disparat.

¶ Dispărātus, a, um, abgesondert, unterschieden; ut, *O pura, o sancta, atque ab omni turpitudinis labe disparata atque abjuncta divinitas,* Arnob. lib. 3 p. 105. Hinc, *Disparatum est id, quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur, hoc modo,* SAPERE & NON SAPERE, Cicer. de Invent. lib. 1 cap. 28. ¶ Dialectici species inter se prorsus adversas & contrarias *Disparata* vocant; ut, *Homo, bos.*

¶ Dispăratio, ōnis, separatio, die absonderung, der unterscheid. Vitruvius lib. 2 cap. 9 *ad disparationem procreationis.*

¶ Impar, ăris, non par, inæqualis, ungleich, ungerade; ut, *impar benevolentia,* Cic. lib. 5 epist. 8 ad Licinium. *Certamen impar,* Ovid. 11 Metam. v. 157. Virgil. eclog. 8 v. 75
numero Deus impare gaudet.

¶ Impăriter, adverb. ungleich. Horat. de Arte Poët. v. 75
Versibus impariter junctis.

¶ Impărĭlis, e, idem ac dispar. Aur. Victor in Hadriano: *In remisso ingenio suspectam æstimantes societatem ævi longe imparilis.*

¶ Impărĭlĭtas, ātis, die ungleichheit. Gellius lib. 5 cap. 20 *Solœcismus aliis imparilitas adpellatus.* Idem lib. 14 cap. 1 *Imparilitas hæc turbat observationem.*

¶ Impărĭtas, ātis, idem; sed autoritas deest.

¶ Sēpar, ăris, separatus, absonderlich. Solin. cap. 12 *Natura separi.* Val. Flaccus 5 v. 58 *Ossaque nec tumulo nec separe contegat urna.*
Statius 4 Thebaidos v. 482 *tu separe cœtu.*
Fortassis hæc vox & Phædro restituenda est fabula 30. Nam pro illo, quod est in Pithœano Codice,
Est ratio separata, ait, ac diversum genus,
legendum puto, ut metrum constet:
Est ratio separ, ait, ac diversum genus.

¶ Sēpăro, are, a *separ*, significat sejungere, ut dissimilia sejungimus, von einander thun, absondern. Cic. lib. 5 fam. epist. 12 *A perpetuis suis historiis ea, quæ dixi, bella separaverunt.* Idem 1 Offic. cap. 27 *Cogitatione magis, quam re separari ab aliquo.* Idem 2 Agrar. cap. 32 *Duo maria* [apud Corinthum] *pertenui discrimine separantur.*

¶ Sēpărātus, a, um, abgesondert, absonderlich. Cicer. 4 Tusc. cap. 15 *Virtus per se, separata etiam utilitate, laudabilis.* Horat. 2 od. 19 v. 18 *Separatis in jugis.* Tertull. de Anima cap. 18 *Intellectus separatior.* Augustinus de Immortalitate animæ cap. 6 *Origo inferior, & ordo separatior.*

¶ Separate, adverb. besonders. Compar. *Separatius* est Ciceronis 2 de Invent. cap. 51 extr. *separatius quædam adjungere.*

¶ Separātim, adverb. peculiariter, seorsim, sonderlich; ut, *Nihil accidet ei separatim a reliquis civibus,* Cic. 3 fam. epist. 16. Cæsar sæpe usus est, v. g. de B. Gall. lib. 1 cap. 19 *quæ separatim quisque de eo apud se dixerit.* Et ibidem cap. 29 *separatim pueri, senes, mulieresque.*

¶ Separatio, ōnis, die trennung, absonderung. Cic. de Invent. 2 cap. 18 *Facti separatio.* Adde Quintil. 7 cap. 1, & 9 cap. 3. Colum. 3 cap. 21. Frontin. de Colon. p. 335. Gellius lib. 2 cap. 8 *Separatio animi & corporis in morte evidens est.* Et Gloss. Vet. *Separatio,* χωρισμὸς, διαχωρισμός.

¶ Separator, ōris, ein absonderer. Eædem Glossæ: *Separator,* χωριστὴς, διαχωριστής.

¶ Separatrix, īcis, eine absonderin. Augustinus lib. 11 de Trinit. cap. 10 *Voluntas conjunctrix ac separatrix hujuscemodi rerum.*

¶ Separatīvus, a, um, trennend, scheidend. Gloss. διαζευκτικὸν, *Separativum.*

¶ Separābĭlis, e, das sich trennen, scheiden, absondern läst; ut, *Anima a corpore separabilis est,* Cicero in Tuscul. lib. 1 cap. 10.

¶ Inseparabilis, e, unzertrennlich; ut, *Inseparabilis fratrum caritas,* Cyprianus epist. 57 cap. 1. Et comparative *Inseparabilior Trinitas,* Augustinus de Trinit. lib. 15 cap. 23.

¶ Inseparabĭlĭtas, ātis, die unzertrennlichkeit. Augustinus cit. loco, cap. ineunte: *In Trinitate tanta est inseparabilitas, ut &c.* Idem epist. 29 *Illud de inseparabilitate virtutum.* Adde ejusdem epist. 268.

¶ Inseparabiliter, adverb. unzertrennlich. Macrob. lib. 1 Somn. Scip. cap. 22 *Quæ inseparabiliter involuta rerum in se necessitas vinxit.* Et Lactantius 3 cap. 11 *Inseparabiliter connexa.*

¶ Dissēpăro, are, idem ac simplex. Nazarius Panegyr. Constantini cap. 2 *Quæ temporibus dissеparata sunt, animorum præsumtione junguntur.* Ita Livinejus, Acidalius, Gruterus: una edit. Vienn. *disparata.* Vide de la Baune.

¶ Suppar, ăris, id est, fere par, fast gleich. Cicero de Clar. Orat. cap. 7 *Huic ætati suppares Alcibiades, Critias, Theramenes.* Et Apulej. 3 Doctr. Plat. p. 37 *Inter suppares & incongruas* [propositiones] *pugna dividua est.* Ammianus lib. 31 cap. 7 *Alani Hunnis per omnia suppares.*

¶ Suppăro, are, quodammodo simile reddere, fast gleich machen. Ita videtur Tertullianus usus esse adv. Valentin. cap. 4 *Lupæ fœminæ formam quotidie supparare solenne est.* Aliam notionem vide in *Parare.*

PĂRĂBŎLA, æ, παραβολὴ, similitudo, comparatio; Cicero *collationem* vocat, ein gleichniß. De parabolæ usu Quintil. 5 cap. 11. conf. lib. 6 cap. 3, & 8 cap. 3. Tertull. de Orat. cap. 6, & de Præscript. cap. 31. Seneca epist. 59 *Parabolæ necessariæ, ut imbecillitatis nostræ adminicula sint, & ut discentem & audientem in rem præsentem inducant.* Παραβολὰς plurimas in Evangelio Christus attulit, quod tum vulgo etiam in familiaribus colloquiis essent usitatæ: inprimis vero Palæstinis, ut monuit Hieronymus in Matthæi cap. 18.

¶ Parabŏlĭcus, a, um, verblümt, apud Ecclesiasticos. Vnde

¶ Parabolice, adverb. ut, *Parabolice & figurate dictare,* Sidonius lib. 5 epist. 17 extr.

PARABOLANI, & Parabolarii, orum, apud JCtos (vide Leg. 18 Cod. de Episc. & Cleric.) dicti, qui ægrotis pauperioribus curarent, eosque, si morerentur, efferrent, armen-verpfleger. Dicti videntur a Græco παράβολος, quo denotatur homo projectæ audaciæ & ad pericula adeunda præceps & temerarius. vide Vossium lib. 4 Instit. Orat. cap. 9 p. 216. Vnde &

¶ Paraboli dicebantur, qui bestiis certabant, alio nomine *Confectores* appellati, ut docet Scaliger ad lib. 4 Manilii. Cassiodorus lib. 11 c. 17 Tripart. *Crudeli bestiæ artifex parabolus pugnet.*

PĂRĂCENTĒSIS, is, παρακέντησις, curatio chirurgi, quæ fit acu vel hamulo, das schneiden des wundarztes, oder öffnung mit einem eisen, Plin. 25 cap. 13. ¶ 2. Sunt qui *paracentesin* quoque id vocant, cum perforatur venter hydropicorum, aquæ educendæ gratiâ.

¶ Paracentētērium, i, παρακεντητήριον, instrumentum chirurgicum perforationi idoneum, ein wundeisen; de quo Vegetius Mulomed. 2 cap. 17.

PĂRĂCLĒTVS, i, παράκλητος, advocatus, patronus, deprecator, consolator, a παρακαλέω, ein fürsprecher, beystand, tröster. Tertull. de Virg. veland. cap. 1 *Quæ est ergo Paracleti administratio nisi hæc, quod disciplina dirigitur, quod scripturæ revelantur, quod intellectus reformatur, quod ad meliora proficitur?* conf. Idem de Anima cap. 55, & de Resurr. Carn. cap. 63 extr. Penultimam naturâ longam corripuit Prudentius Cathem. 5 v. 160 *Spirat de patrio corde Paracletum.* Add. Idem Peristeph. 14 v. 430.

PARACLȲTVS, i, παράκλυτος, infamis, übel berüchtiget, a παρὰ & κλυτός.

PARACŎLLĒTĬCVS, a, um, παρακολλητικὸς, agglutinans, anziehend, zusammenhaltend; ut, *emplastrum paracolleticon,* Cels. 5 c. 19.

PĂRĀDA, æ, navigii tegumentum vel umbraculum, eine schiffdecke. Sidonius 8 epist. 12 *Superflexa crate paradarum.* vide ibi Sirmond. & adde Auson. epist. 5 v. 27
Expositum subter paradas lectoque jacentem.

PARADIASTŎLE, es, παραδιαστολὴ, figura, qua res similes discernuntur; e. g. Virg. eclog. 3 v. 80
Triste lupus stabulis, maturis frugibus imber,
Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ.

PĂRĂDIGMA, ătis, παράδειγμα, exemplum, quod Auctor ad Herenn. lib. 4 cap. 49 ait esse facti alicujus aut dicti præteriti cum auctoris nomine accommodationem, quæ orationem ornatiorem, apertiorem, & probabiliorem soleat facere. Virgil. 1 Æn. v. 39
Pallasne exurere classem Argivûm potuit, &c.
Ast ego quæ Jovis, &c.
Vide libellos de Schematibus, & lib. 2 Copiæ Erasmi, de ratione tractandi exempla, & Isidor. 1 cap. 36.

PARADĪSVS, i, παράδεισος, vox Persica, hortum significat diligentissime cultum & amœnum, apud Xenophontem in Oeconomico, de hortis sive viridariis regum Persarum & Cyri inprimis loquentem, ein lust-garten, paradeis. ¶ 2. Quo nomine etiam Moses vocat locum illum, in quo primi homines conditi egerunt, in Eden, quod ab ἡδονὴ, id est, *voluptas,* nonnulli deducunt. Mansit is hortus fortassis usque ad diluvium, sed per illud postea vastatus & dirutus est. ¶ 3. Hinc *Paradisus* etiam dicitur locus ille æternis gaudiis abundans, quo piorum animæ, sejunctæ corporibus, recipiuntur. Nam & Christus ipsemet ita latronum alteri dicebat: *Hodie mecum eris in paradiso.* Tertullianus Apologetico cap. 47 *Etsi paradisum nominamus locum divinæ amœnitatis, recipiendis sanctorum spiritibus destinatum, &c.*

¶ Paradīsĭăcus, a, um, adject. paradisisch. Alcimus Avitus lib. 1 v. 300
In paradisiaca ponuntur sede parentes.
Et Venantius Fortunatus lib. 6 carm. 8
Et paradisiacas spargit odore rosas.

¶ Paradīsĭcŏla, æ, ein himmels-bürger. Prudent. Hamartig. v. 928 de Lazaro: *Et paradisicolæ post ulcera dita beato.*

PĂRĂDOXVS, a, um, παράδοξος, plur. Paradoxa, *admirabilia dicuntur, quæque contra omnium opinionem.* Sic enim Cicero præfat. Paradox. interpretatur, wundersame dinge, so wider gemeine meynung seyn: ut, *Quod bonum id sit solum, quod honestum sit. Quod virtus sola viam beatam efficiat. Quod solus sapiens dives sit,* &c. vid. Cic. in Paradoxis, & Acad. Qu. 2 cap. 44, & de Fin. 4 cap. 27. ¶ *Paradoxi* etiam Mimi dicuntur. Vide Schol. Juvenal. ad sat. 8 v. 184 SIPARIVM *velum est, sub quo latent paradoxi, cum in scenam prodeunt.* Παραδοξολόγους eosdem dictos, Salmasius ad Vopiscum observat.

PARADRŎMIS, ĭdis, fœm. παραδρομὶς, locus deambulationis, prope tectum, ein offner spazier-platz. Vitruv. lib. 5 cap. 11 extr. *Designentur hypæthræ ambulationes, quas Græci παραδρομίδας, nostri xysta adpellant.* Adde Lexic. Vitruvian. in *Xystus,* & Salmas. de Pallio pag. 272.

PĂRAENĔSIS, is, παραίνεσις, admonitio, præceptio, eine vermahnung, erinnerung. Vulcat. Gallic. in Avidio Cass. cap. 3 *Per ordinem parænescon, hoc est, præceptionum, per triduum disputavit.*

¶ Parænĕtĭcus, a, um, παραινετικὸς, admonitorius, a παραινέω, ut, *Philosophia Parænetica* (quam *præceptivam* vertit Seneca,) & *dogmatica:* vide Senecam epist. 94 & 95.

PARAETACA, orum, urbs Mediæ: apud Steph. Byzantium. Notior regio est

¶ Parætacēne, es, inter Persidem & Mediam sita, cujus & Curtius meminit lib. 5 cap. 13 n. 2.

¶ Parætacæ, arum, populus illius tractus, apud Arrianum lib. 3 de expedit. Alex. p. 205.

PĂRAETŎNIVM, i, portus & oppidum Ægypti, non longe ab Alexandria. vid. Ovid. Amor. 2 eleg. 13 v. 7, & Metam. 9 v. 772. ¶ 2. Coloris species ab ipso loco unde foditur, nomen habens, apud Vitruvium 7 cap. 7, & Plin. 35 cap. 6.

¶ Parætо-

¶ Paraetŏnius, ă, um, adject. ut, *urbs Paraetonia*, Lucan. 10 v. 9. *Paraetoniae syrtes*, Idem 3 v. 295. *Paraetonius Nilus*, Stat. Theb. 5 v. 12.

PARAGAUDES, & Paragauda, ae, accessorium vestis ornatûs caussa, videlicet fascia vel plagula. Cujus mentio in Codice, Vopisco & Trebellio Pollione. Vid. Vopisc. in Aureliano cap. 15 & 46, & Trebell. in Claud. cap. 17. Turnebus lib. 9 Advers. cap. 11 semigraecam & semilatinam dictionem censet, ex παρὰ, & *gaudium* vel *cauda*. Sed Casaubonus ad Pollionem, illam puram putam Syrorum esse, ostendit. Vide ipsos.

¶ Paragaudius, a, um, adject. ut, *vestes paragaudiae*, & *paragaudiae interulae*, apud eumdem Vopiscum, v. g. in Aureliano c. 46 *Paragaudas vestes ipse primus militibus dedit.* Vbi *Paragaudias* mavult Casaubonus.

PĂRĂGŌGE, ēs, παραγωγὴ, figura dictionis, quae & προπαράληψις, *Proparalepsis* dicitur, appositio scilicet ad dictionis finem: ut,

At pulchrum est digito monstrari. & dicier, hic est.

¶ Paragōgia, orum, παραγώγια, aquarum ductus & meatus, die wasserleitung, der wassergang, in lib. 10 leg. 11 Cod. t. 42 de aquaeduct.

PĂRĂGRĂPHE, ēs, παραγραφὴ, annotatio in margine, scholium. Gloss. Vet. παραγραφὴ, *Exceptio, praescriptio.*

¶ Paragrăphus, i, παράγραφος, inter notas criticas erat, quibus in distinguendis versibus utebantur: erat linea quaedam brevis, punctum quasi quoddam in extremitate habens, ut Scholiastes Aristophanis docet in Plutum a. 2 sc. 1. Hinc JCti versus legum, *paragraphos* appellant & versum vocant, quicquid sub una sententia clauditur, ut Marcianus Cossias, antiquus Pandectarum interpres docet, ein absatz der rede. Sed quo vox efferenda genere sit, quaeritur. Graeci semper in foeminino leguntur usi: Non quia tale esset per se, sed ratione convenientis. Est enim revera adjectivum. Caeterum adjectiva substantive usurpata ejus generis sunt, cujus est substantivum subintellectum. Quia igitur hic γραμμὴ subintelligitur; idcirco παράγραφον in foeminino efferebant. *Paragraphus* enim per γραμμὴν definitur. Sic *Atomos* foemininum est, quia οὐσία vel ἰδέα subintelligitur. Vulgatissime tamen in masculino *hic Paragraphus* dicitur. Quae ratio ita excusari possit, si dicamus, tum non γραμμὴν, sed σχηματισμὸν vel *versum* subintelligendum. Gloss. gr. lat. παράγραφος, *Praeducta l.* Vbi *L* fortasse *linea* significat.

PĂRĂLĪPŎMĔNON, i, παραλειπόμενον, derelictum, praetermissum, das nachgeholte; ut, *Homeri paralipomena*, per Qu. Calabrum. Sic in Bibliis *Paralipomena* dicuntur libri duo Chronicorum, quibus praetermissa aut leviter degustata in libris regum supplentur. v. Hieron. 1 epist. 13. Isidor. 6 c. 1 & 2.

PARALIPSIS, is, παράλειψις, praeteritio, figura, qua nos omittere ea simulamus, quae vel maxime dicimus.

PARALIUS, i, παράλιος, species tithymali, Plin. 26 cap. 8. Apulej. de Herb. c. 108. Dioscor. 4 c. 164, springwurtzel.

PARALLAXIS, is, παράλλαξις, differentia loci veri & apparentis: vid. Mathemat.

PĂRALLĒLUS, a, um, παράλληλος, aequaliter distans, gleich nahe oder weit voneinander. Sic *Parallelae lineae* dicuntur, aequaliter distantes & in eodem polo convenientes. Plinius lib. 6 cap. 33 extr. *Segmenta mundi, quae nostri circulos appellavere, Graeci parallelos.* Et muliebri genere, ut Graecum παράλληλος, quia adjectivum commune est. Vitruvius lib. 5 cap. 8 *Linea parallelos designatur.* Idem lib. 10 cap. 15 *Tabulae paralleli.* Etiam substantive Frontinus de Limit. pag. 313 *Cum ad extremum pervenerit parallelon.*

¶ Parallēlismus, i, convenientia quaedam in lineis & figuris apud Geometras, eine gleichheit der linien.

¶ Parallelogrammus, a, um, parallelis constans lineis, das gleiche linien hat; ut, *parallelogramma mensura*, Frontin. de Colon. pag. 336, 353, & 358.

¶ Paralleloneus, a, um, aliud adject. ut, *paralleloneus terminus*, Autor de Limit. apud Goesium p. 310.

PĂRĂLȲSIS, is, παράλυσις, *resolutio nervorum*, ut Celso appellatur, die gicht-lähmung der glieder, quae *hemiplexia* & *paresis* alio nomine dicitur, quoties scilicet resolutio in alteram tantum corporis partem incumbit. Vide Celsum 3 cap. 27. Dicitur & *Sideratio*. Scribonius Largus compos. 101 *Facit ad tremulos & sideratione tentatos utralibet. Una enim ex contractione, altera ex remissione nervorum conspicitur: παράλυσιν hoc utrumque vitium Graeci appellant.* Conf. Plin. 20 cap. 3.

¶ Paralytĭcus, a, um, gichtbrüchig, παραλυτικός. Vtuntur hac voce Petronius in Satyr. Plinius 28 cap. 9, & 31 cap. 6, & 32 c. 3. Tertull. Apolog. c. 21, & adv. Marc. 4 cap. 10 &c. Arator 1 v. 759 antepenultimam metri caussa produxit: *Surgens paralytice dixit*, &c.

PARAMĔSE, es, παραμέση, musicus sonitus inter stantes, Vitruv. 5 cap. 4.

PARANĒTE, es, παρανήτη, scil. chorda, proxima ultimae, Vitruv. l. c. & 6 cap. 1.

PARANĪTES, ae, παρανίτης, gemma ex amethystorum genere, Plin. 37 cap. 9.

PĂRĂNYMPHUS, i, παράνυμφος, pronubus, qui nuptiis praeest. Veteres *auspicem* dicebant, ein braut-diener, frey-werber. Fortunat. 8 carm. 5 v. 305 *Angelus inde tuos repetens paranymphus honores.*

¶ Paranympha, ae, pronuba, quae nubentem viro conjungit, eine braut-führerin, Isidor. 9 cap. 8.

PARAPEGMA, ătis, παράπηγμα, tabula astronomica, in qua descripta caeli ratio. Vitruv. 9 c. 7 *Parapegmatum disciplinas invenire*; conf. Baldi Lex. Vitr. p. 79.

PĂRĂPHERNA, ōrum, plural. παράφερνα, peculium dicuntur, quod datur praeter dotem, a παρὰ & φερνὴ, *dos*, was über die mitgifft der braut gegeben wird, zugebrachtes gut. vid. leg. 9 § 3 lib. 23 Dig. t. 3 de jur. dot.

PARAPHŎRON, i, παράφορον, species aluminis, Plin. 35 c. 15.

Paraphrasis, paraphrastes, vide infra *Phrasis*.

Pararius, vide paullo post in *Paro*.

PĂRĂSANGA, ae, παρασάγγης, modus spatii, quo Persae itinera sua metiebantur, eine Persische meile oder 30 stadia. Herodotus & Xenophon 30 stadiis definiunt. Justiniani temporibus, Iberi & Persae uno tantum supra 20 aestimabant. Idemque Lazos sentire, qui tamen ἀναπαύλας, seu mansiones, vocabant, Agathias observat & adprobat lib. 2 Histor. Justiniani. Plinius quoque tradit, non unius generis parasangas fuisse. Nam lib. 6 cap. 26 *Persae*, inquit, *schoenos & parasangas alii alia mensura determinant.*

PĂRASCĒVE, es, παρασκευὴ, praeparatio, a παρασκευάζω, *praeparo*, eine vorbereitung, zurichtung. ¶ 2. Dies item passionis & mortis Salvatoris, der charfreytag, rüsttag. Vide Casaub. contra Baron. Exercit. 16 sect. 17, & exempla apud Tertull. adv. Marc. 4 c. 12, & adv. Psychicos cap. 14.

PĂRĂSĔLĒNE, es, ein neben-mond: Lunae replicatio in nube cava se reflectentis. Graeca vox a παρὰ & σελήνη, *Luna*. Vide Hier. Vital. Lex. Mathem.

PARASIŌPĒSIS, is, παρασιώπησις, schema Rhetoricum, latine praeoccupatio, cum quid reticere nos dicimus, quod tacitum tamen intelligitur. v. Quintil. 9 cap. 3.

PĂRĂSĪTUS, i, παράσιτος, κόλαξ, alienae mensae assecla, vivens aliena quadrâ, ein schmarutzer, schmeichler, tellerlecker. Veteri appellatione honesta παράσιτοι erant, qui epulis sacris adhibebantur, quorum etiam peculiaris erat magistratus: postea vero infamis vox haberi coepit de iis, qui cibi caussa aliis adulantur, uti docet Athenaeus lib. 6 cap. 5. Horum tria nominarunt veteres genera. Primum eorum erat, qui dictis factisque ridiculis sibi victum parabant, qui & *scurrae* appellati. Graeci γελωτοποιοὺς vocabant. Plautus & Horatius etiam *derisores* dixerunt, possenreisser. Alterum illorum, quos ficta voce *plagipatidas* Plautus adpellat, quod paterentur plagas, & alapas sibi per ludum incuti, die aufblosen, und nasenstieber aushalten. Tertium assentatorum seu adulatorum erat, schmeichler, liebkoser: quod omnium noxium maxime deterrimumque ostendit Plutarchus praeclaro libello de discrimine Amici & Adulatoris. De primo & secundo genere Terent. Eunucho a. 2 sc. 2 v. 13, dum Gnathonem, hujus commatis hominem, ita introducit loquentem: *Ego infelix neque* (1) RIDICULUS *esse, neque* (2) PLAGAS PATI *possum.* De tertio vero, quod semet ipsum instituisse jactat, v. 16 subjicit, cum ait:

Hoc novum est aucupium: ego adeo hanc primus inveni viam.
Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt:
Nec sunt; hos consector: hisce ego non paro me ut rideant,
Sed eis ultro arrideo, & ingenia eorum admiror simul:
Quicquid dicunt, laudo &c.

Cicer. de Amicit. cap. 26 *Assentatio parasitorum in comoediis nobis faceta non videretur, nisi essent milites gloriosi.*

¶ Parasīta, ae, foemin. eine schmarutzerin. Horat. 1 Serm. satyr. 2 v. 98 *Ciniflones, parasitae.* ¶ Plin. 10 cap. 23 *Otis imitatrix avis ac parasita & quodam genere saltatrix.*

¶ Parasītaster, tri, parasiti imitator, secundum Vallam, ein junger schmarutzer. Terent. Adelph. a. 5 sc. 2 v. 4 *Est alius quidam parasitaster parvulus.*

¶ Parasītĭcus, a, um, adject. schmarutzerisch: ut, *ars parasitica*, Plaut. Captiv. a. 3 sc. 1 v. 9. *Perjurasiunculae parasiticae*, Idem Stich. a. 1 sc. 3 v. 77. Et Sueton. vitâ Horatii ex Augusti epist. ad Moecen. *Veniet ab hac parasitica mensa ad hanc regiam.*

¶ Parasītor, āri, παρασιτεῖν, parasitum agere, schmeicheln, fuchsschwäntzen. Plaut. Stich. a. 4 sc. 2 v. 54 *Vides ridiculos nihili fieri atque ipsos parasitarier.*

¶ Parasitatio, ōnis, fuchsschwäntzerey, Plaut. Amphitr. a. 1 sc. 3 v. 23.

¶ Supparasītor, āri, schmeicheln. Ibidem a. 3 sc. 4 v. 10 *supparasitari patri.* Legitur & in cinerario cujusdam Sergii parasiti in Ferret. Mus. Lapid. p. 281 VERITATI SUPPARASITANTI.

PĂRASTAS, ădis, παραστὰς, άδος, postis, lapis ostio appositus, eine pfoste, thürseule. Vitruv. 10 cap. 15 *latitudo parastadis mediae*, &c.

¶ Parastăda, ae, idem. Vitruv. l. c. *ad medianam parastadam*, &c. Sunt *Parastadae* sive *Parastades* lapides sunt utrumque ostii latus munientes, thürsteine; a παραστατεῖν, *adstare, assistere, opitulari, latus fulcire adstando.* v. Baldi Lex. Vitr. p. 80. Hinc &

¶ Parastăta, ae, παραστάτης, adjutor, ein beystand, gehülffe. ¶ 2. In aedificiis vero *Parastatae* sunt lapides pilarum modo adpositi columnis, stützen, Vitruv. lib. 4 cap. 2, & lib. 5 cap. 1, & lib. 10 cap. 17.

¶ Parastatĭca, ae, παραστατικὴ, eadem significatione legitur apud Vitruv. 9 cap. 9 *In columna aut parastatica.* Et Plin. 33 cap. 3 *Trabes & columnae & parastaticae:* Sic locum recensuit Harduinus ad fidem quinque MSS.

Parastichis, Parasynaxis, vide infra *Stichus, Synaxis*.

PARATELLA, ae, herba, quam vocant lapathum, wilder ampfer: Macer. de Herb. lib. 2 cap. 6.

PĂRĂTITLA, ōrum, παράτιτλα, summariae titulorum expositiones, unde fieri de toto tractatu conjectura possit. v. JCt. & Justinian. lib. 1 § pen. C. de vet. jur. enucl.

Paratragoedio, Paratura, paratus, vide *Tragoedia, Paro*.

Parazonium, vide infra *Zona*.

PARCAE, ārum, dictae per antiphrasin, quod nemini parcant, quemadmodum ad εἴλυμον illud allusisse videtur Martialis, cum ait lib. 4 epigr. 54

Lanificas nulli tres exorare puellas
Contigit, observant quem statuere diem.

Quamquam contra Scaliger sic dictas velit, quod maxime parcant, lib. 3 Poët. cap. 90. Pro altera tamen ratione & S. Hieronymus est epist. ad Onasum, sive, ut Erasmo placet, Bonasum: *An ideo*, inquit, *tibi bellus videris, quod fausto vocaris nomine? Quasi non & lucus ideo dicatur, quod* minime luceat, *&* Parcae, *quod* nequaquam parcant; & Eumenides, Furiae, *quod* non sint benignae, *& vulgo* Aethiopes *vocentur* argentei. Varro vero immutata littera T, a *Partu* dictas voluit, quas nominavit *Nonam, Decimam, Mortam.* Vide Gellium lib. 3 cap. 16. Et inde *Partula* apud Tertullianum, quod Turnebus observat lib. 18 cap. 34. ¶ Aliis *Parcarum* nomina sunt, *Clotho*,

quae

quæ colum gestat, a κυλίω, *volvo*, die es anbringt: *Lachesis* quæ net, a λαγχάνω, quod significat casum, sortem, die es läst fortgehen: *Atropos*, quæ filum abrumpit: & significat immutabilitatem. Porro per *Parcas* poëtæ nihil significarunt aliud, quam fatum, cursum vitæ, & mutationem rerum omnium; quodque res omnes regantur divina ordinatione, quam homines non intelligant. Vide Apulejum de Mundo sub finem, itemque Lactantium lib. 1 cap. 11 sect. 14.

Parciloquium, parcipromus, parcitus, vide sequens *Parco*.

PARCO, pĕperci, & parsi, parsum, parcĕre, schonen, verschonen. *Peperci*, cum significat abstinere, seu veniam dare, sed *parsi*, cum significat conservare, sparen, kargen, an sich halten, auctore Donato. Sed quam differentiam non servavit Plautus in Aulul. a. 2 sc. 8 v. 10 *Festo die si quid prodegeris, profecto egere liceat, nisi peperceris.* Nævius etiam dixit *parcuit*, apud Nonium cap. 2 n. 653. Et, *Sibi parcere*, Terent. Heaut. a. 1 sc. 1 v. 112, seiner schonen. *Suo labori parcere*, Idem Hecyr. a. 2 sc. 1 v. 29. *Parcere operæ*, Cic. 13 fam. epist. 27. Et, *Valetudini*, Idem 11 fam. epist. 27. *Petiit, ne cui rei parcat*, id est, ne quid omittat vel negligat, Nepos Pausania cap. 2 n. 5. ¶ 2. Virg. eclog. 3 v. 94

Parcite oves nimium procedere: non bene ripæ Creditur:

id est, fugite, cavete, nolite. Nam oves ipsas alloquitur. Severus Ætna v. 585 *Parcite avara manus dites attollere prædas.*

Servius tamen illud *parcite*, prohibete interpretatur, & ad custodes ovium refert, qua ratione id verbi cum accusativo construitur. Quasi dicat: *o pueri parcite oves*, id est, prohibete, ne nimium procedant. Et sane ita locutos veteres, ostendit sacrificiorum formula, qua operantes *parcere linguam*, id est, continere, hoc est, tacere jubebantur, apud Festum. Nam male ibi *pascite*, pro *parcite linguam*, legi, Salmasius dudum monuit. Plautus Curcul. act. 3 v. 10

Qui homo mature quæsivit pecuniam,
Nisi eam mature parsit, mature esurit.

Gellius 16 cap. 19 *Vitam modo sibi ut parcerent oravisse.* ¶ 3. Est &, ubi cum præpositione jungitur. Livius lib. 25 cap. 25 *precantes, ut a cædibus & ab incendiis parceretur.*

¶ Parsĭmōnia, æ, moderatio sumtuum, die rathsamkeit, sparsamkeit. Extrema habet, *Luxum* & *sordes*, quæ immoderata sunt. Cicer. in Paradox. 6 c. 3 *O dii immortales, non intelligunt homines, quam magnum sit vectigal parsimonia.* Idem in Offic. lib. 2 cap. 24 *Res familiaris conservatur diligentiâ & parsimonia, iisdem etiam rebus augetur.* Sen. epist. 1 *Sera parsimonia in fundo est.*

¶ Parcus, a, um, adject. frugalis, sumtibus parcens, sparsam, karg, genau. *Parcus & tenax pater*, Cicer. pro Cœl. c. 15. *Colonus parcissimus, frugalissimus*, Idem lib. 2 de Orat. c. 76. *Parcissimus beneficiorum suorum æstimator*, Plin. Panegyr. c. 21. *Parcior meritô ira*, Ovid. lib. 1 Pont. epist. 2 v. 98. *Manu parca offerre*, nicht viel geben. Horat. 3 od. 16 v. 42 *multa petentibus*

Desunt multa, bene est, cui Deus obtulit
Parca, quod satis est, manu.

Parcus ab avaro quid differat, vide supra in *Avarus*.

¶ Parce, adverb. kärglich. *Parce ac duriter agere*, Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 47. Et, *Parce, continenter, sobrieque vivere*, Cicer. 1 Offic. c. 30. Lucret. lib. 5 v. 1117

Divitiæ grandes homini sunt, vivere parce
Æquo animo.

Horat. 1 od. 25 v. 1 *Parcius junctas quatiunt fenestras*, hoc est, rarius. Plin. Panegyr. cap. 38 *Parcius, quam decuit principem.* Ibidem cap. 54 *Honores parcissime delibare.* Quintilianus lib. 10 cap. 4 extr. *Panegyricum Isocratis, qui parcissime decem annis dicunt elaboratum.*

¶ Parcĭter, adverb. idem. Claud. Mamert. præfat. *Parciter prælibare.* Conf. Nonius c. 11 n. 47.

¶ Parcĭtas, ātis, abstinentia, die ersparung. *Parcitas animadversionum*, Senec. lib. 1 de Clement. c. 21. *Parcitati beneficium ministrat luxuria*, Pallad. lib. 1 c. 26.

¶ Parcĭlŏquium, i, die sparsame rede. Apulej. lib. 5 Met. p. 164 *Fidei atque parciloquii mei perpendisti documenta.*

¶ Parcĭprōmus, i, ein filtz, der ungern heraus giebt. Plaut. Pseud. a. 5 sc. 1 v. 22 *Parcipromi victu cætero.* Idem Trucul. a. 1 sc. 2 v. 81 *Qui cum geniis suis belligerant, parcipromi.*

Composita cum particulis:

¶ Comparco, comparsi, comparcĕre, zusammen sparen. *Vnciatim demenso suo comparcere*, Terent. in Phorm. a. 1 sc. 1 v. 9. Adde Pacatum in Paneg. c. 32 extr.

¶ Dēparcus, a, um, id est, valde parcus, sordidus, gar karg, apud Sueton. Nerone c. 30, qui dixit, *sordidos ac deparcos esse, quibus ratio impensarum constaret.* Et Apulejus Apolog. p. 290 *Accusatis unum servum, ut deparci: tres libertos, ut profusi.*

¶ Imparco, ĕre, id est, valde parcere, erkargen. Plaut. Amphitr. a. 1 sc. 3 v. 2, & Casin. a. 4 sc. 4 v. 12.

¶ Neparcus, a, um, i. e. non parcus, freygebig. Ita Acidalius legit apud Plaut. Pseud. a. 1 sc. 1 v. 77 *Id quidem tibi neparcus dabo.*

¶ Perparce, adverb. sehr genau. Terent. Andr. a. 2 sc. 6 v. 24 *Tu quoque perparce nimium*, i. e. tenaciter admodum, scil. sumptum facis.

¶ Præparcus, a, um, valde parcus, sehr sparsam. Plinius lib. 11 c. 19 *Apes præparcæ.* Idem lib. 22 c. 24 *Animi esse humilis & præparci*, quos Græci μικροψύχους vocant.

¶ Rĕparco, ĕre, id est, non facere, nolle, ersparen. Lucret. lib. 1 v. 668

Scilicet ex ulla facere id si parte reparcent.

Ita & Plautus Trucul a. 2 sc. 4 v. 25 *reparcere suaviis.* Adde Gifanium in Indice Lucretiano, vim verbi & compositionis copiose interpretantem. Cum accusativo Symmachus lib. 1 epist. 33 *Istius muneris operam non reparcam.*

¶ Triparcus, a, um, valde parcus. Sic Plautus in Persa a. 2 sc. 3 v. 14 *triparcos homines* dixit sordidos & tenaces, karge knicker.

Pardalianches, pardalion, pardalios, pardalis, vide mox *Pardus*.

PARDVS, i, πάρδος, ein pardel, pantherthier, animal frequens in Asia Syriaque. v. Plin. 8 c. 17, & 10 c. 73. *Magno sublimis pardus hiatu*, Juvenal. satyr. 11 v. 123. conf. satyr. 8 v. 36. *Ad ignoscendum ferrei, ad amicitias pardi, ad fallendum vulpes*, Sidonius 5 epist. 7.

¶ Pardālis, is, πάρδαλις, de fœmina dicitur.

¶ Pardalios, i, gemma maculis variegata, Plin. 37 c. 11.

¶ Pardalion, i, παρδάλιον, unguentum pardalis odorem reddens, Plinius lib. 13 c. 1.

¶ Pardalianches, is, caro aconito perfricata, & venenum illud, quo pantheræ capiuntur, sic dictum, quod fauces earum illico occupet, ab ἄγχω, *suffoco*, Plin. lib. 8 c. 27.

¶ Leopardus, i, mixtum genus ex leæna & pardo, ein leopard, Plinius lib. 8 cap. 16. Vide & Philostratum de pardorum cum leænis concubitu lib. 2 de vita Apollonii cap. 7. Claudianum Panegyr. Mallii v. 300.

PĂRĒAS, æ, ὁ παρείας, serpentis genus. Hesychius: παρείαι, ὄφεις, &c. Lucanus lib. 9 v. 721

Et contentus iter caudâ sulcare pareas.

PARECBĂSIS, is, παρέκβασις, digressio, excursus ab instituto; ad utilitatem tamen caussæ faciens. Vide *Digressio* in *Gradior*, & Quintil. 4 c. 3.

PĂRĒCHĒSIS, is, παρήχησις, cum plures litteræ vel syllabæ eumdem sonum reddunt. v. Voss. P. 2 Rhetor. p. 331.

PĂRECTĀTVS, a, um, qui de pueritia venit ad pubertatem, mannbar. Apud Nonium c. 1 n. 341 Varro: *Parectatæ adsunt.* Et Lucilius:

Inde parectato chlamydes ac barbula prima.

PAREGMĔNON, i, παρηγμένον, cum voces ejusdem originis conjunguntur. v. Voss. P. 2 Rhet. p. 208.

PARĒGŎRĬCVS, a, um, παρηγορικὸς, mitigatorius, lindernd. Th. Priscian. 1 cap. 9 *Paregorica adjutoria.*

PARELCON, ontis, παρέλκον, dictio aut adjectio abundans. Terent. in Andr. a. 1 sc. 1 v. 63 *Comperiebam nihil ad Pamphilum quicquam attinere*, pro, nihil attinere, ut *quicquam* abundet. Donat. Et Virgil. 1 Æn. v. 207 *Durate & vosmet rebus servate secundis.*

Pro *vos*, ut *met* parelcon sit, Servius.

PĂRĒLIVS, i, παρήλιος, est imago solis a latere ejus in nube densa & aquosa apparens, die neben-sonne. Aliquando diversi soles duo, vel tres apparent. vid. Plin. lib. 2 c. 31. Exempla recenset Corn. Gemma Cosmocrit. lib. 7 c. 8.

¶ Parelia, orum, neut. gen. soles bini ternique apparentes, apud Senecam Nat. Qu. 1 n. 11.

PĂRENCHĪRĒSIS, is, παρεγχείρησις, molitio in alieno opere, Cicer. ad Attic. 15 epist. 4.

PĂRENS, tis, vater und muter; plur. *parentes*, eltern: a verbo *Pario, ĕre*: ut, *Carissimos parentes habere debemus*, Cic. post red. in Senat. c. 1. *Observare & diligere aliquem ut alterum parentem*, Idem 5 famil. epist. 8. *Ætas parentum pejor avis*, Horat. 3 od. 6 v. 46. Quintil. lib. 2 c. 10 *Discipulos in unum moneo, ut præceptores suos non minus, quam ipsa studia ament; & parentes esse, non quidem corporum, sed mentium credant. Multum hæc pietas studio confert.* ¶ 2. Nam & sic transferimus: *Ceres alma frugum parens*, Apulej. Met. lib. 11 ineunte. Et, *Philosophia bonarum artium parens est*, Cic. 1 de Orat. c. 3. Et, *Philosophiæ parens Socrates jure dici potest*, Idem 2 de Finib. c. 1. Et Plin. 7 c. 30 *Parens patriæ primus appellatus Cicero est.* ¶ 3. Capitolinus, Lampridius, Vopiscus & alii ejus ævi scriptores sæpius *parentem* pro cognato, amico vel etiam patrono posuerunt. Exempla notat Casaubonus ad Capitolin. in M. Anton. Philos. c. 5 ad verba: *Adoptatus in aulicam domum, omnibus parentibus suis tantam reverentiam, quantam privatus exhibuit.* At qui genuerant, pridem concesserant fatis. Ergo cognati & propinqui intelliguntur. ¶ 4. Quod genitivus casus PARENTIVM pro PARENTVM non necessitate metri producatur, ut in Horatio commentatores adnotant lib. 3 od. 24 v. 21, sed communi usu adhibeatur, refert Fabrettus Inscript. p. 99, ubi exempla collegit. Ipse Cicero sic sæpe dixit, teste Carisio lib. 1.

¶ Părentēla, æ, die freundschafft, quod apud Jul. Capitolinum legitur in Gordiano nepote c. 23, pro cognatione parentum aut soceri cum liberis: *Duxit*, inquit, *uxorem filiam Misithei, doctissimi viri, quem caussa eloquentiæ dignum parentela sua putavit.*

¶ Părento, āre, est justa parentibus celebrare, der verstorbenen eltern gedächtnüs begehen: Item in genere, ein leichbegängnüs halten. Seneca *parentari* passive dixit epist. 122. Vetus lapis: VOS FILII IN VIVENTEM PARENTEM PIENTISSIMI, IN MORTVVM PII MAGIS PATERNOS CINERES EX HISPANIA EXPORTATE COMMVNIQVE SEPVLCRO CONDITE. QVO AVITIS CINERIBVS IMMIXTI SACRO GAVDEANT ANNIVERSARIO PARENTARI. Conf. Bernegg. ad Sueton. Cæsar. c. 6. ¶ *Parentare* etiam est cædem suorum ulcisci. Livius lib. 24 c. 21 *Parentandum regi sanguine conjuratorum esse.* Sic, *Manibus alicujus parentare*, Flor. lib. 2 cap. 6 n. 8; & Justin. 13 c. 3 extr. *Civibus, qui interierunt, parentare*, Cæs. B. G. 7, 17, 7. Pari fere modo Petronius pag. 90 *Noxio sanguine parentabo injuriæ meæ.* ¶ Eleganter Seneca de Vita Beata cap. 11 extrem. *parentare luxuriæ* dixit, ubi Lipsii interpretamentum licebit legere. Idem Sen. epist. 12 *Vino & funereis epulis sibi parentare.*

¶ Părentātio, ōnis, parentandi actio, das leichbegängnüs. Tertullianus de Spectaculis c. 12 *Quod mortuis litabatur, utique parentationi deputabatur.*

¶ Părentālis, e, quod ad parentes pertinet, väterlich. Ovid. 4 Trist. eleg. 10 v. 87 *parentales umbræ*, i. e. parentum animæ. Et Alcimus Avitus lib. 1 v. 186 de conjugali amore pietatem in parentes superante: *Ista parentales non rumpant vincula curæ.*

¶ 2. Quod parentationis est: ut, *dies parentales*, Ovid. 2 Fastor. v. 548. *Parentali Marte*, Idem Metam. 13 v. 619.

¶ Părentālia, ium, dies & festivitates inferiarum, das leichgedächtnüs. Cic. Philipp. 1 cap. 6 *Parentalia cum supplicationibus miscere.* Auson. præfat. Parentalium: *Titulus libelli est:* PARENTALIA: *antiquæ appellationis hic dies, & jam inde ab Numa cognatorum inferiis*

feriis institutus. Idem & ita describit præfatione Parentalium metrica:
Annua ne tacitus munera prætereas:
Quæ Numa cognatis solennia dedicat umbris:
Vt gradus aut mortis postulat aut generis.

¶ Părentĭcīda, æ, ein eltern-mörder. Plautus Epidic. a. 3 sc. 2 v. 13 *Ego tuum patrem faciam parenticidam.* Sed libri *perenticidam* habent, vocem a *pera* fictam, id est, *peræ cæsorem*, ut joco alludatur ad *parenticida*, pro quo *parricida* usitatius est. Vide Lambinum ibi.

¶ Cunctipărens, Omniparens, vide *Cunctus, Omnis.*

PĂRENTHĔSIS, is, παρένθεσις, quæ & διάλυσις, interpositio est, qua remota, sermo tamen manet integer. v. Quintil. 9 c. 3. Notas suas habet duo semilunia ( ) Virgil. 1 Æn. v. 644
Æneas (neque enim patrius consistere mentem
Passus amor) rapidum ad naves præmittit Achatem.
¶ Sed hîc parenthesis & apostrophe conjunguntur 8 Æneid. v. 642
Haut procul inde citæ Metium in diversa quadrigæ
Distulerant, (at tu dictis, Albane, maneres)
Raptabatque viri mendacis viscera Tullus.

¶ Părenthĕtĭcus, a, um, παρενθετικὸς, darzwischen gesetzt, eingeschoben; ut, *parenthetica bellaria*, Sarisb. 8 c. 7.

Parento, āre, vide paullo ante *Parens.*

PĀREO, ui, ĭtum, ēre, interdum idem est quod apparere, qua in significatione non semel usi JCti, erscheinen. Vnde Petronius:
Jurisconsultus PARET, NON PARET, habeto
Atque esto, quicquid Servius aut Labeo.
Sic Cato lib. 3 Distich.
Fortunæ donis raro parere memento.
Parere enim est ostentare se, πομπεύεσθαι, ἐλλαμπρύνεσθαι, ut Scalig. explicat, pralen, wollen gesehen seyn. Conf. Parei Lex. Crit. p. 883. ¶ 2. Plerumque autem obtemperare, obedire significat, unterthan, gehorsam seyn, folgen; ut, *parere legibus*, Cic. 2 Offic. c. 11. Et, *Necessitati*, Idem lib. 4 fam. epist. 9; &, *Consiliis alicujus*, lib. 8 ad Attic. epist. 12. *Præceptis*, Virg. 2 Æneid. v. 607. Et, *Modeste qui paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus esse*, Cicer. lib. 3 de Legib. cap. 2. *Oppidum illud paret regi*, Plin. lib. 6 cap. 28. *Parere institutis patriæ*, Nepos Agesil. cap. 4 n. 3. *Imperio regis*, Idem 14, 4, 2. *In tanto hominis periculo & tempori ejus & voluntati parere*, i. e. servire, Cicer. in Vatin. cap. 1. *Parere humillimis*, denen geringsten zu gefallen seyn, Vellej. 2, 73, 1.

¶ Pārens, tis, nomen participiale, obediens, subjectus, gehorsam. Sallustius Jugurth. cap. 102 *Parentes abunde habemus*, wir haben unterthanen genug. Cicero lib. 1 Offic. cap. 21 *Ob has ipsas caussas* [Lacedæmonii] *& parentiores habuerunt exercitus, & fortiores.* Sic, *gulæ parens*, i. e. serviens, ein bauchdiener, Horat. lib. 2 satyr. 7 v. 111.

¶ Pārientia, æ, pro obedientia, der gehorsam. Hanc vocem Pareus Lex. Crit. p. 885 Tacito Agric. cap. 16 n. 2, atque aliis restitutam cupit, ubi vulgo *patientia.*

Composita:

¶ Appāreo, ui, ĭtum, ēre, conspici, eminere, manifestum esse, erscheinen, erhellen. Virgil. 1 Georg. v. 404
Apparet liquido sublimis in aëre Nisus:
er läst sich sehen. *Res apparet*, Terent. Adelph. a. 5 sc. 9 v. 7, es weiset sich selbst aus. *Vt apparet*, wie sichs ansehen läst, wie es scheinet. *Ex eo apparet*, daraus ist zu sehen, Cicero passim. Et cum infinitivo, *Apparet, servum hunc esse domini pauperis*, Terent. Eunuch. a. 3 sc. 2 v. 33. *Jam ego apparebo domi*, Plaut. Captiv. a. 2 sc. 3 v. 97, ich will stracks wieder zu hause seyn. *Ille bonus vir nusquam apparet*, Terent. Eunuch. a. 4 sc. 3 v. 17. *Fac, promissa appareant*, laß das versprechen zum vorschein kommen, Idem Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 19. ¶ 2. *Apparere* etiam dicuntur, qui cui ad manum præsto sunt, aufwarten, an die hand gehen. Nepos Eumene cap. 13 *Cum VII annos Philippo apparuisset.* Valer. Max. 2, 2, 4 *Lictori, ut sibi appareret, imperavit.* Virgil. Æneid. 12 v. 849
Hæ Jovis ad solium, sævique in limine regis
Apparent.

¶ Appāresco, ère, idem. Ennod. 7 c. 19 *Apparescere in foribus.*

¶ Appārentia, æ, die erscheinung. Tertullianus lib. 1 advers. Marc. cap. 19 extr. *Ab apparentia Christi usque ad audaciam Marcionis.* Et Firmicus 5 c. 8 *Homines bonæ apparentiæ, & qui ornatis vestibus delectantur.*

¶ Appārĭtio, ōnis, munus apparitoris, die aufwartung. Cicer. lib. 13 fam. epist. 54 *Marcilii in longa apparitione singularem fidem & abstinentiam cognovi.* Fuerat autem Marcilius Ciceronis in provincia interpres. *Apparitionis præfecturæ prætorianæ princeps*, Ammianus lib. 15 cap. 5. Et Augustinus epist. 75 pr. *Vir spectabilis venit ad ecclesiam, apparitione paucorum suæ potestati congrua comitatus.* ¶ Item, die erscheinung. Onomast. *Apparitio*, ἐπιφάνεια.

¶ Appārĭtūra, æ, idem. *Apparituram magistratibus facere*, Sueton. de Grammat. Illustr. cap. 9, aufwarten.

¶ Appārĭtor, ōris, stator vel minister magistratus, ein gerichts-diener, stadt-knecht, aufwärter. *Apparitores regii*, Liv. lib. 1 cap. 40, trabanten. *Apparitores a prætore assignatos habere*, Cic. in Verr. 3 c. 25. Vet. Gloss. *Apparitores*, ἀποδεκταί. Εἰσὶν δὲ ὑπηρέται τοῖς ἄρχουσιν προσεδρεύοντες. Ἐκβιβασταί. Iidem & *Officiales*: de quorum variis generibus vide Codicis lib. 12 tit. 53 & seqq. Et illud ipsum corpus apparitorum *Officium* vocabatur, ut ex Notitia Imperii locis innumeris constat. Vbi & habes, qui in cujusque magistratus officio militarent. Vide supra *Officium.* Tertullianus advers. Marc. 2 cap. 8 *Qui facit spiritus angelos, & apparitores flammam ignis.*

¶ Compāreo, ēre, idem quod apparere, erscheinen, sich einstellen: ut, *Nulla scintilla comparet incendii*, Auctor declam. Antequam iret in exil. cap. 5. Et poëta de morte Drusi ad Liviam v. 407
Lucifer in toto nulli comparuit orbe.
Cicer. pro Cluent. cap. 64 *Omnis suspicio in eos servos, qui non comparebant, movebatur*, die sich nicht einstelleten. Livius 8 cap. 37 *Prima luce nec autor, nec caussa terroris comparuit*, es fand sich nichts.

¶ Dispāreo, ēre, quod rarissimum tamen est, verschwinden. Lactant. lib. 3 cap. 10 *Latibula sibi parant, in plures exitus disparentia.*

¶ Impārentia, æ, der ungehorsam, ex Gellii lib. 1 cap. 13 adfertur, sed nondum est certa & indubitata lectio. vid. Parei Lex. Crit. p. 885.

PĂRERGON, i, πάρεργον, operis appendix vel ornatus, seu corollarium, quod adjicitur præter necessitatem, ein nebenwerck, nebengeschäffte. Plin. lib. 35 cap. 10 *Adjicit parvulas naves, quas pictores parerga appellant.* Vitruvius lib. 9 cap. ult. *reliqua parerga.* Agathon:
Τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ποιούμεθα,
Τὸ δ᾽ ἔργον ὡς πάρεργον ἐκποιούμεθα.
hoc est, *rebus ipsis necessariis neglectis, aliena plerumque & non necessaria curamus.*

PĂRHIPPUS, i, πάριππος, equus qui juxta ducitur, ein handpferd: Lege 22 Cod. Theod. de Cursu publico.

PĂRHŸPĂTE, es, παρυπάτη, i. e. subprincipalis, phthongi species Vitruvio 5 c. 4. vid. Bald. Lex. Vitr. p. 80.

PARIĀNUS, i, animal in mari vivens, Plin. 32 c. 7.

Pariare, pariatio, pariator, Paricida, &c. vide *Par, Pater.*

PĂRIES, ĕtis, qui inter unam & alteram domum, seu conclave, interjacet, eine wand. *Ducere parietem per vestibulum*, Cicer. pro Milon. cap. 27, eine wand durchführen. Horat. lib. 1 epist. 18 v. 84
Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet.
Cicer. lib. 4 fam. epist. 14 *Nihil mihi intra parietes meos tutum, nihil insidiis vacuum video*, in meinem eigenen hause. Idem pro Quintio cap. 11 *Intra parietes experiri & disceptare*, hoc est, privatim, inter amicos componere. Sic, *Vna fidelia duos dealbare parietes*, Proverb. vide supra *Fidelia.* Item: *Duos linis parietes*, Adag. du trägst auf beyden achseln. ¶ Cicero Topic. cap. 4 *Omnibus est jus, parietem directum ad parietem communem adjungere, vel solidum, vel fornicatum* &c. Vbi, cum *directus paries*, *communi* apponitur, *directum* interpretari liceat, qui unius est: in jure enim *directum* dicitur, quod simplex & per se est, nec aliunde sustinetur. SOLIDUS est, qui uno perpetuoque ductu constat, das gerade und gleich aufgehet, und keine schwiebbogen hat. FORNICATUS, qui interstinctus fornicibus est, das schwiebbogen hat.

¶ Părĭĕtīna, æ, paries vetustus & considens, eine alte verfallene wand, Cicer. lib. 13 fam. epist. 1; & Plin. lib. 22 cap. 17 *Austericum nascens in tegulis parietinisque.* Rursus Cic. 4 fam. epist. 3 *in parietinis reipublicæ.* ¶ Sed adjective *Parietina herba*, quæ mox dicetur *parietaria.* Sic per jocum propter innumeras operum suorum inscriptiones, vocatus est Trajanus, apud Ammianum lib. 27 cap. 5, & Aurel. Vict. in Constant. Epit. cap. 60. Sam. Glonerus Prosodiæ P. 1 p. 68 retulit hanc vocem inter illa, quæ penultimam producunt, secutus autoritatem aliorum Lexicographorum. Sed P. 2 p. 505 asserit, analogiam suadere, ut penultima corripiatur more adjectivorum in *inus* a rebus inanimatis descendentium.

¶ Părĭetālis, e, zur wand gehörig; ut, *Parietalis herba*, Marcell. Emp. cap. 13.

¶ Parietāria, æ, herba, quæ & vitriola, Græcis ἑλξίνη, helxine dicitur, tag und nacht, maurkraut. Nascitur in parietinis sepibus & maceriis. vid. Apulej. de Herb. c. 81.

¶ Părĭĕtārius, i, structor parietis, ein maurer. Jul. Firmicus lib. 8 cap. 24 *Virginis pars XIX in horoscopo inventa architectos faciet, structores, parietarios, vel marmorarios.* Adjective in Inscript. apud Fabrettum p. 157 STRUCTOR PARIETARIUS.

Parifico, Parilia, Parilis, parilitas, vide in *Par, Pales, Par.*

PĂRIO, pĕpĕri, partum, parĕre, fœtum emittere, zeugen, gebähren. *Ovum parit gallina*, Cicer. 4 Acad. Quæst. cap. 18. *Fruges & reliqua, quæ terra parit*, Idem de N. D. 1 cap. 2. *Liberos ex sese parit mulier*, Servius Ciceroni 4 fam. epist. 5. *Parere* etiam viros dici posse, Cæcilius autor est apud Nonium c. 6 n. 94. ¶ 2. Vsitata valde metaphorâ latinis auctoribus idem significat, quod acquirere vel comparare & creare, erwerben, erlangen, zu wege bringen. *Parere sibi beneficium*, Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 2 v. 32. *Dignitatem & salutem aliquibus suis laboribus parere*, Cicer. in Catil. 4 cap. 1. Et, *Dolorem parere*, Idem 1 de Finib. cap. 15. *Peperit nobis injuria curas*, Propert. lib. 1 eleg. 18 v. 23. *Gratiam apud aliquem sibi parere*, Livius lib. 34 c. 44, ihm gunst und freundschafft machen. *Victoriam parere*, Idem lib. 30 c. 14. *Parere verba*, id est, nova fingere, Cicer. de Finib. 3 c. 1, neue worte erfinden. ¶ In qua significatione passive etiam legitur, apud Ciceronem de Fin. lib. 1 cap. 16 *Voluptates injuriâ pariuntur.* Et, *Mihi immortalitas parta est*, Terent. Andr. a. 5 sc. 5. Hinc

¶ Partus, a, um, gebohren: ut, *genus veterino semine partum*, Lucret. 5 v. 863. ¶ 2. Sed active *parta*, quæ peperit, die gebohren hat: Colum. 7 c. 4 *Parta nutrici consociata.* ¶ 3. *Partus*, erlangt, erworben; ut, *Res partæ honeste, male*, id est, quæsitæ. *Libertas plurimo sudore, & sanguine majorum parta*, Cicer. 2 Agrar. cap. 6, so viel gekostet zu erlangen. Terent. Phorm. a. 5 sc. 3 v. 5 *Etenim mei patris bene parta indiligenter tutatur*, was der vater mit ehren erworben. *Male parta, male dilabuntur*, Cicero 2 Philipp. c. 27 ex Plauto, cujus est in Pœnulo a. 4 sc. 2 v. 22 *Male partum, male disperit*, übel gewonnen, übel zerronnen.

¶ Păriendus, a, um, der da soll gebohren werden. Augustinus Serm. 67 de Tempore: *Virginalem uterum, sine dispendio virginitatis, pariendus introivi.* Sub Christi persona loquitur.

¶ Păriens, tis, gebährend. Ovid. Met. 9 v. 283 *Timidæ parientes*, die in kindesnöthen arbeiten.

¶ Parens, cum derivatis, vide paullo ante seorsum positum.

¶ Partus, ûs, substant. die geburt, geburts-stunde. *Partus appropinquat*, Cicero pro Cluent. c. 11. *Postremo partu parere* &c. Idem 3 de Orat. ex poëta, zum letzten mahl gebähren. ¶ 2. Ipsa item proles: *Partum edere*, Plin. 10 c. 63, die frucht zur welt bringen. *Partus monstrosi*, wundergeburten, Lucan. lib. 1 v. 562. *Feræ partus suos diligunt*, ihre jungen, Cic. de Orat. 2 cap. 40.

¶ Partūra, æ, genitura, fœtura, die gebährung. Varro lib. 2 de R.R. cap. 1

cap. 1 circa fin. *Deme duas res de mulis, admissuram & parturam.*

¶ Partitūdo, inis, idem. Plautus Aulular. a. 1 sc. 1 v. 36 *Propinqua partitudo cui appetit.* conf. ibid. a. 2 sc. 3 v. 9.

¶ Pāritūdo, inis, idem. Solin. cap. 4 *Si corpusculum in marem figuratur, melior est color gravidis, & pronior paritudo uteri.*

¶ Partio, ōnis, idem. Gellius lib. 3 cap. 16 de generatione hominis: *Hippocrates cum tempus ipsius partionis nono aut decimo mense definisset.* Et Varro lib. 3 de R. R. cap. 9 de gallinis: *Hæ ad partiones sunt aptiores.*

¶ Partor, ōris, ein erlanger; vide in Compositis *Postpartor.*

¶ Partuālis, e, ad partum pertinens, zum gebähren gehörig; ut, *partualis sanguinis fluxus*, Tertull. adv. Marc. 4 cap. 20.

¶ Partŭmējus, a, um, adject. geschickt zu gebähren; exstat apud Horatium epod. 17 v. 49

Tibi hospitale pectus, & puræ manûs
Tuusque venter partumejus.

Ita enim ibi legendum esse, omnino assentior eruditissimis viris, qui explosis aliis lectionibus istam Horatio asseruerunt. Turnebus lib. 30 Advers. cap. 2, quem & Lambinus secutus est, a *partu* & verbo *mejo* conflatum putat. Quasi Canidia tam facile pariat, ut sine magno nixu, *mejere* potius, quam *parturire* videatur. Ego simplex putaverim, & a *partu* quidem deductum nomen, sed ita tamen, ut τὸ *mejus* tantum additamentum sit, & terminatio, quæ per se nihil significat: ut, in propriis *Pactumejus* apud Paulum JCt. Lege ult. D. de hered. instituend. & *Posthumejus* in Nicanoris versibus apud Sueton. de Illustribus Grammat. cap. 5 *Sævius Posthumejus idem sed Marcus docebit.* Quamquam & in appellativis hæc terminatio reperiatur. Ita enim & *hordejus* pro *hordeaceo*; & *triticejus* pro *triticeo* apud Plaut. legitur Casinâ a. 2 sc. 8 v. 60. Item, *impetejus*, pro eo quem βίαιον Græci appellant, in Glossario Veteri. Sane videntur veteres, ut *Pactumius* & *Posthumius*, sic & *Partumius*: deinde *Partumejus* dixisse; uti & *Pactumejus* & *Posthumejus* dicebant. *Partumius* autem seu *Partumejus venter*, qui concipere partum & edere potest: sive qui partui aptus.

¶ Partŭrio, īre, e dolore partûs laborare, mit dem gebähren umgehen, in kindesnöthen seyn. Terent. Adelph. a. 3 sc. 4 v. 42 *Numnam quæso illa parturit?* ¶ 2. Per metaphoram dixit Cicero pro Muræna cap. 39 *Periculum conceptum respubl. parturit.* Et in Philipp. 2 extrema: *Utinam aliquando dolor populi Romani pariat, quod jam diu parturit.* Horat. de Art. Poët. v. 139

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

¶ Partŭrītio, ōnis, die gebährung. Augustinus Confession. lib. 8 cap. 6 *Turbidus parturitione novæ vitæ.* Idem epist. 34 *conceptio & parturitio.*

¶ Repartŭrio, īre, wieder gebähren. Alcimus ad Sororem v. 70

Grande bonum, teneris dum virtus creditur annis,
Teque reparturiens melius, quam corporis alvo.

I. Nomina composita cum *Pario*: ut,

¶ Cunctipărens, Omniparens, Frugiparens & Frugiparus, Luciparens, Oviparus, Viviparus, quære in ipsis nominibus *Cunctus, Omnis, Frugis, Lux, Ovum, Vivo.*

II. Composita, quæ A in E mutant:

A *Pario* Priscianus lib. 8 & 10 deducit composita verba *Aperio, Comperio, Operio* & *Reperio*; etiam Deponentia *Experior* & *Opperior*, singula cum derivatis suis; cui magnus quoque Vossius in Etymologico p. 34 consentit, solo verbo *Experior* excepto, cujus originem in antiquo *Perior* (unde *periculum* supersit) ingeniose quærit. Cætera tam ratione formæ, quam notionis, mirifice omnia, ut solent sua, illustravit, quæ relegisse non pœnitebit. Ex Ennio enim, Prisciano & Diomede docet, veteres *Parire* pro *Parĕre* dixisse, unde composita antiquam formam secuta sint quartæ conjugationis. Sunt autem

¶ Apĕrio, aperui, apertum, aperire, offnen, aufmachen, entdecken, ex *ad* & *pario*, quod partu aperiantur in lucem edita, quæ latebant in uteri tenebris. *Aperire fores*, Terent. Adelph. a. 2 sc. 1 v. 13, die thür aufthun. *Aperire viam*, Livius 6 cap. 2, einen weg machen. *Aperire epistolam*, einen brieff erbrechen, Cicer. lib. 5 ad Attic. epist. 11 extr. Et, *Dionysius Corinthi dicitur ludum aperuisse*, Idem 9 fam. epist. 18, er habe eine schule angestellet. *Aperire caput*, i. e. *nudare*, den hut abnehmen, apud Cicer. Philipp. 2 cap. 31. Sed apud Juvenalem sat. 9 v. 98 *Fuste aperire caput*, vulnerare est. *Aperire se*, apud Terentium in Andr. a. 4 sc. 1 v. 8, sich an den tag geben. *Aperire fores amicitiæ*, apud Cicer. lib. 13 fam. epist. 10, einem den eingang machen zur freundschafft. *Aperire alicui suos sensus*, id est, manifestare, offenbahren, apud Nepot. 10, 8, 2.

¶ Āpertus, a, um, offen, entdeckt; ut, *Apertus campus*, Virg. 2 Georg. v. 280, das freye feld. *Aër* vel *æther apertus*, Idem Æn. 1 v. 587, freye lufft. *Homo apertus*, Cic. 1 fam. epist. 9, id est, simplex, non simulator, ein aufrichtiger mensch. *Pectus apertum*, apud Cicer. in Lælio cap. 26, ein hertz ohne falsch. *Aperta & lucida narratio*, eine klare, deutliche und vernehmliche rede. Cicer. pro Cluent. cap. 17 *Quis apertior in judicium adductus est?* Et Pallad. 1 cap. 5 *campus apertior.* Cic. in Verr. 6 cap. 20 *Nihil tam clausum, neque tam reconditum, quod non istius cupiditati apertissimum, promtissimumque esset.* conf. Nonius cap. 3 n. 5.

¶ Apertum, i, quod patet, absolute. Livius lib. 1 cap. 33 *castris in aperto positis.* Sallust. Jugurth. cap. 5 *Pauca supra repetam: quo omnia illustria magis, magisque in aperto sint.* Tacito tamen, imitatori Sallustianæ dictionis, *in aperto*, dicitur, quod facile est, leicht; ut, lib. 3 Hist. cap. 56 *Cum fessos hieme atque inopiâ hostes aggredi in aperto foret.* Idem Agricolâ cap. 1 *Apud priores agere memoratu digna, pronum, magisque in aperto erat.* Et cap. 33 *Vota virtusque in aperto.*

¶ Aperte, adverb. offentlich, offenhertzig. Terent. Heaut. a. 4 sc. 3 v. 24 *aperte, ita ut res sese habet, narrato.* Horat. 1 sat. 2 v. 83 *Aperte ostendere.* Cicer. de Amic. cap. 18 *Aperte vel odisse alium, magis ingenuum est, quam fronte occultare sententiam.* Idem pro Rosc. Com. cap. 15 *planius atque apertius dicam.* Et 16 ad Attic. epist. 3 *ad Balbum scribam apertius.* Idem in Verr. 4 cap. 64 extr. *ut posset multas istius & varias injurias quam apertissime planissimeque explicare.*

¶ Āpertio, ōnis, die öffnung, aufthuung. Pallad. lib. 1 cap. 6 *In vite vel arbore quæ facienda sunt, perage ante apertionem floris & gemmæ.*

¶ Apertūra, æ, idem. Vitruv. lib. 4 cap. 6 *Ipsaque forium ornamenta non fiunt cerostrata neque bifora; sed valvata & aperturas habent in exteriores partes*, sie machen sich nauswarts auf.

¶ Aperto, are, frequent. aufthun. Plaut. Menæch. a 5 sc. 5 v. 12 *Quæso cur apertas brachium?* Et Arnobius lib. 2 *Portas immortalitatis apertare.*

¶ Āpertulārius, i, Isidoro *effractor*: sive, *qui operta aperit*, ein auffsperrer, der da öffnet. Vet. Gloss. *Apertularius*, θυρεπανοίκτης.

¶ Ădăpĕrio, īre, idem quod aperire, entblössen, eröffnen; ut, *Adaperire caput*, Seneca dixit epist. 64 extrema. Hinc

¶ Adapertus, a, um, aufgethan. Livius lib. 25 cap. 30 *Ex improviso adorti semiplenas stationes, & adapertas fores portæ*, das offenstehende thor. *Adapertæ vites*, Columell. lib. 5 cap. 5, weinstöcke so ungedeckt liegen. *Adaperta sella*, i. e. ex parte aperta, apud Sueton. August. cap. 53, ut ibi Beroaldus legendum censet, probante Casaubono, quem vide.

¶ Adapertio, ōnis, die entdeckung. Augustinus Octogintario quæst. 61 *Legis adapertione & disputatione.*

¶ Ădăpertīlis, e, das sich öffnen läßt. Ovid. Trist. 3 eleg. 11 v. 45

Adspicis a dextra latus hoc adapertile tauri.

¶ Inăpertus, a, um, contrarium τῷ *apertus*, verschlossen. Silius lib. 7 v. 26 *fraudique inaperta senectus*, i. e. non patens.

¶ Interaperio, īre, von einander thun. Gloss. gr. lat. διανοίγω, *Interaperio.*

¶ Semiapertus, a, um, halb offen. Livius lib. 26 cap. 39 *semiapertis portarum foribus.*

¶ Semadapertus, a, um, idem. Ovid. 1 Amor. eleg. 6 v. 4

Aditu fac janua parvo
Obliquum capiat semadaperta latus.

¶ Subăpĕrio, īre, etwas öffnen. Arnob. lib. 2 p. 84 *Quid nivem in plumeas subaperiat crustulas.* Adde Apicium 8 cap. 7.

¶ Compĕrio, compĕri, compertum, comperire, erfinden, erfahren; ut, *Comperire ex aliquo*, Terent. Heaut. a. 1 sc. 1 v. 69. Et, *Comperire per exploratores*, Cæsar B. G. lib. 4 cap. 19. Certius aliquid significat, quam quod ex rumore est. Cic. lib 5 epist. 5 ad C. Anton. *Ex multis audivi: nam comperisse me non audeo dicere.*

¶ Compĕrior, īri, depon. idem quod *Comperire*, apud Sallustium Jugurth. cap. 45 pr. *Sapientem virum fuisse comperior.* Idem cap. 108 *Sed ego comperior.*

¶ Compertus, a, um, erkundiget, elegantes quoque formulas parit. *Compertum habere de re aliqua*, Cic. pro Cluent. cap. 45, der sachen kundig seyn. ¶ 2. Sed, *compertus stupri*, Livius 22 c. 57; &, *flagitii*, Tacit. 1 Annal. cap. 3, vim habet verbi accusandi, überzeuget, auf frischer that ertappet, ergriffen: quod & dicitur *Compertus in stupro*, Sueton. in Tiberio cap. 25. Absolute etiam Tacitus Ann. 2, 12, 4 *Comperta nuntiare*, gewisse dinge. Idem Ann. 1, 66, 2 *Cæcina comperto vanam esse formidinem*, nachdem man erfahren, auf die nachricht. Sic Livius 33 cap. 5 *Nondum comperto*, i. e. re nondum comperta.

¶ Comperte, adverb. vor gewiß. Gellius 1 cap. 22 *Exquisite & comperte Julius Paulus dicebat.* Et comparative Idem 1 cap. 11 *Qui hoc compertius memoriæ tradiderunt.*

¶ Incompertus, a, um, unbewußt, unerfahren. Livius 4 cap. 23 *Inter cetera vetustate incomperta, hoc quoque in incerto positum.* Et lib. 9 cap. 26 *incompertum dicere.* Prudentius 2 adv. Symmach. v. 363

Adsciscendo deos majoribus incompertos.

¶ Expĕrior, īri, deponens, quod quidam huc referunt, vide cum derivatis suis infra sub antiquo *Perior*, post *Periodus.*

¶ Ŏpĕrio, īre, significat claudere, tegere; ut, *Ostium operire*, die thür zuschlagen, zuschliessen, apud Terent. in Phorm. a. 5 sc. 3 v. 33. *Caput operire*, das haupt bedecken, Horat. lib. 2 satyr. 3 v. 37.

¶ Opertus, a, um, bedeckt, verborgen, heimlich; ut, *patefactio rerum opertarum*, Cic. de Fin. 2 cap. 2. *Pectus operta comis Pallas*, Propert. 2 eleg. 2 v. 6.

¶ Opertum, i, subst. die heimlichkeit. Cic. Paradox. 4 *Opertum Bonæ Deæ accedere.* Horat. lib. 1 epist 5 v. 16

Quid non ebrietas designat? operta recludit.

Prudentius Perist. 11 v. 169 de sepulcro: *Corpus mandatur opertis.* Val. Flacc. 2 v. 440 *Sacra operta* dixit pro mysteriis sacris. Adde Barth. Advers. 40 cap. 13 extr.

¶ Opertus, ûs, subst. die bedeckung. Apulej. Apolog. *Non modo indutui & amictui, sed opertui quoque in rebus sacris usurpatur.*

¶ Operte, adverb. verdeckter weise. Gellius 4 cap. 11 *Operte & symbolice*, i. e. tecte.

¶ Ŏpertāneus, a, um, verborgen, heimlich; ut, *opertanea sacra*, quæ in operto, non sub dio fiebant, Plin. 10 cap. 56.

¶ Operto, are, frequent. wohl zudecken. Lucilius apud Festum: *Segus quem pinguis opertat.*

¶ Opetimentum, i, ein deckel, eine decke, stürtze, Cato de R. R. cap. 10 extr. *velat operimento lateris.* Prudentius Psych. v. 463 contraxit metri lege in *opermentum.* Pro eo

¶ Opertōrium, i, idem. Seneca dixit epist. 87 post principium: *Ex pænula opertorium facere.* Sidonius 3 epist. 12 de sepulcro usus est. Gloss. gr. lat. ἐπιβόλαιον, *amictorium, opertorium.*

¶ Opercŭlum, i, idem. Cato cap. 10 *aheni operculum.* Plin. 8 cap. 39 *adhærente operculo ejusdem testæ.* Proverb. *Dignum patella operculum*, auf einen solchen topff gehöret eine solche stürtze. Hinc

¶ Opercŭlo, are, verbum est, operculis claudere, munire, zudecken, verspinden. Columella lib. 12 cap. 30 *Ab eo die, quo primum dolia operculaveris.* Et eodem lib. cap. 15 *Vasa operculare & oblinere convenit.*

¶ Operculatus, a, um, zugedeckt; ut, *operculati favi*, Columella 11 cap. 2.

¶ Opperior, (male *Operior*,) quære etiam infra sub antiquo *Perior.*

¶ Adoperio, īre, idem quod operire, bedecken. Hinc

¶ Adŏpertus, a, um, bedeckt; ut, *Hiems adoperta gelu*, Ovid. Fast. 3 v. 235.

v. 235. *Capite adoperto*, Livius lib. 1 cap. 26 extr. **mit verhülletem haupt.** Tibullus lib. 1 eleg 1 v. 84

tenebris mors adoperta caput.

¶ Semiadŏpertŭlus, a, um, **halb zugeschlossen.** Apulej. Metam. 3 *Semiadopertuli oculi.*

¶ Coŏpĕrio, īre, **zudecken.** Livius lib. 4 cap. 50 *Vt tribunus militum ab exercitu suo lapidibus cooperiretur.* Vsus eadem phrasi Cicero 3 Verr. cap. 46.

¶ Coopertus, a, um, **zugedeckt, angefüllt**; ut, *miseriis coopertus*, id est, *miser*, Sallustius Jugurth. cap. 14. Sic, *nefariis sceleribus coopertus*, i. e. scelestus, Cicer. Verr. 1 cap. 4. *Famosis coopertus versibus*, Horat. 2 sat. 1 v. 68.

¶ Coopercŭlum, i, **ein deckel.** Apulej. Met. 6 p. 181 *Somnus cooperculo revelatus invadit eam.* Idem quod operculum.

¶ Coŏpĕrimentum, i, **die decke, der umschlag.** Gabius Bassus apud Gellium lib. 5 cap. 7 *os cooperimento personæ tectum*, **verlarvet.** Et Augustinus de Genesi adv. Manich. lib. 2 cap. 16 *cooperimenta mendacii.*

¶ Coopertōrium, i, idem. Vegetius de Re Veterin. 3 cap. 77 *Calidis coopertoriis involutus.*

¶ Deŏpĕrio, īre, pro aperire, **entdecken**, Ambrosius dixit cap. 1 de Isaac & anima, (Tom. 4 f. 213.)

¶ Inopertus, a, um, **bloß, aufgedeckt**; ut, *Capite inoperto*, Seneca Vit. Beat. cap. 13, **mit unbedecktem haupt.** Idem de Otio Sap. cap. 30 *Inoperta ac confessa veritas.* Prudentius Cathem. 3 v. 117

Post epulas inoperta vident Corpora.

¶ Post-partor, ōris, successor, hæres, **ein nachfolger, erbe.** Sic Plautus Truc. a. 1 sc. 1 v. 42 *Ante-parta dare post-partoribus*, i. e. illis, qui post nos nostra adepti bona possident. Pulcra compositio, *ante-parta* & *post-partores.* vide Turneb. Advers. 10 cap. 25.

¶ Rĕpĕrio, īre, invenire, **finden.** Sed inter *reperire* & *invenire* ita distinguunt Grammatici, ut *inveniantur quæsita*; *reperiantur oblata forte.* Quod attendendum non est. Nam aliter sæpius iis verbis usi autores. Nam & *reperire*, ex inquisitione cognoscere est, ut infra docebimus. Nec juvat illud Ovidii 1 Metam. in fabula Iûs v. 654

tu non inventa reperta es.

Nam *non inventa*, *non invenibilis* est, ut recte Turnebus interpretatur. Quasi diceret: Quam ego nunquam inveniri posse credidi, ea nunc reperta mihi est. conf. & Heinsius ad h. l. Itaque indifferenter *reperiri* dicuntur, tum quæ se forte offerunt; tum quæ in quæstione nobis fuerunt. ¶ 2. Pro *cognoscere* per metaphoram: Plaut. Capt. a. 3 sc. 4 v. 93 *Hoc si secus reperies, nullam caussam dico, quin mihi & parentum & libertatis apud te deliquio siet*, **wo du es anders erfahren wirst, rc.** Sæpe ita Cæsar: ut lib. 2 de Bell. Gall. cap. 4 *Cum ab his quæreret, quæ civitates, quantisque in armis essent, & quid in bello possent, sic reperiebat*, &c. Et lib. 6 cap. 9 *Cognita Cæsar caussa, reperit ab Suevis auxilia missa.* Pari modo & verbo *invenire* Plautus est usus; de quo suo loco. ¶ 3. Sic *Reperire* aliquando & excogitare est, fingere, comminisci, **erfinden, erdencken.** Terent. Heaut. a. 3 sc. 2 v. 22 *Aliquid reperiret, fingeret fallacias*: & a. 3 sc. 3 v. 35 *Reperisti tibi quod placeat.* Corn. Nepos Themistocle cap. 1 *Celeriter quæ opus erant, reperiebat.* Lampridius Heliogabalo cap. 11 *Ferunt multi, ab ipso primum repertum, ut in vindemiarum festivo multa in dominos jocularia & audientibus dominis dicerentur.* Hinc de poëtis hoc verbo usus est Plautus Captiv. extr.

Hujusmodi paucas poëtæ reperêrunt comœdias.

Phædrus præfatione: *Æsopus auctor quam materiam reperit,*
Hancce ego polivi versibus senariis.

¶ Repertus, a, um, **erfunden, angetroffen, angeschafft.** Sulpit. Apoll. in Terent. Eunuch. Argum. v. 11 *Civis repertus frater ejus.* Virg. Æn. 6 v. 610 *Divitiis incumbere repertis.* Ovid. Met. 1 v. 688 *Fistula reperta.* Lucret. 3 v. 420 *Dulci reperta labore carmina.* Superl. Apulejus Apolog. p. 309 *Per me licet fuerit repertissimus.* ¶ Absolute *Reperta*, inventa sunt. Lucret. lib. 1 v. 732 *Præclara reperta*, **stattliche erfindungen.** Sic *divina reperta* apud eumd. princ. lib. 5 leges.

¶ Repertītius, a, um, idem quod *repertus.* Sallust. Declam. in Cic. cap. 1 *Repertitius, ascitus, & paullo ante insitus huic urbi civis.*

¶ Repertus, ûs, substant. **die erfindung.** Apulej. Metam. 11 init. *Ceres repertu lætata filiæ.*

¶ Repertor, ōris, inventor, auctor, εὑρετής, **ein erfinder, schaffer.** Virg. Æn. 12 v. 829 *Olli subridens hominum rerumque repertor.*

Quemadmodum & *orbis repertorem* Prudentius Deum appellat Hymn. 4 Cathem. v. 9. *Repertores doctrinarum* Lucretius dixit lib. 3 v. 1050. Vet. Gloss. εὑρετής, *Inventor, Repertor.*

¶ Repertrix, īcis, **eine erfinderin.** Apulejus Apolog. p. 285 *Paupertas omnium artium repertrix.*

¶ Repertōrium, i, vulgo *Inventarium* dicitur, **ein regisker.** Vlpian. Lege 7 § 1 de administrat. & peric. tutor.

¶ Irrepertus, a, um, non repertus, **unerfunden.** Horatius lib. 3 oda 3 v. 49 *Aurum irrepertum* dixit, quod nondum effossum est ex latebris terræ.

PĂRIS, ĭdis, Πάρις, Priami filius, sic nuncupatus a παριέναι, hoc est, transeundo, quod post matris Hecubæ somnium, quasi facem Trojam adurentem pareret, a pastoribus exponi jussus, (de quo Apollodorus lib. 3 Bibliothec.) in Ida monte tamen servatus & educatus sit. Alexandri cognomen habuit ab opitulatione, h. e. ab ἀλεξέω, *auxilior*, & ἀνήρ, ut Ovidius expressit in 16 epistola ipsius ad Helenam v. 357

Pene puer cæsis abducta armenta recepi
Hostibus, & caussam nominis inde tuli.

Helenam Menelao rapuit, atque eo ipso facto, fax revera, & incendium patriæ fuit, de qua re diversæ apud auctores, Herodotum maxime, opiniones leguntur, quas hîc consulto præterimus. Vide Servium ad illud Virg. Æn. 10 v. 91 *& fœdera solvere furto*: & Vineti not. Auson. p. 220. Cicero id nomen non sine gratia transtulit ad Octavium in epistola: *Ego remp. fefelli, cum te Junonium puerum, & matris tuæ partum aureum esse dixi. At te fata patriæ Paridem futurum prædicabant, qui vastares urbem incendio, Italiam bello*, &c.

¶ 2. Fuit & Pantomimus Neronis hoc nomine, cujus mentio apud Suetonium. Sæpe & illum perstringit Juvenalis, v. g. sat. 6 v. 87

ludos Paridemque reliquit.

PĂRĪSII, orum, Παρίσιοι, Galliæ Lugdunensis populi, quorum urbs tenuis quondam, hodie frequens, & populosa adeo est, ut cum maximis Europæ urbibus certet; vide *Lutetia.* Ammianus 15 cap. 11 *Circumclausum ambitu insulari Parisiorum castellum, Lutetia nomine.*

¶ Parisius, a, um, adject. **Parisisch.** Idem Ammian. 20 cap. 4 *Parisii homines.*

¶ Părĭsiăcus, a, um, idem. Venantius Fortun. lib. 4 de Vita Martini:

Inde Parisiacam placide properabis ad arcem.

Paritas, pariter, Parito, Paritudo, Parius, vide *Par*, *Paro*, *Pareo*, *ēre*, *Paros.*

PARLAMENTVM, i, ita Galli vocant senatum sive curiam, quo caussæ & controversiæ omnes deferuntur. Vox barbara & mere Gallica, a verbo *parler*, quod *colloqui* est.

PARMA, æ, scutum breve peditum juxta ac equitum, peltâ tamen majus, **ein kleiner runder schild.** Nepos 11, 1, 4 *Iphicrates peltam pro parma fecit.* Livius lib. 38 cap. 21 *parma tripedalis.* Vide Manut. Quæsitis per Epist. part. 3 epist. 6, & Lips. Milit. Roman. 3, 1 & 2. ¶ 2. *Parma*, urbs Italiæ, inter Placentiam & Cremonam, patria Macrobii, cujus lana olim in pretio fuit. vid. Martial. 5 epigr. 13, & lib. 14 epigr. 155. Vnde

¶ Parmensis, e, adject. ut, *Cassius Parmensis* sic dictus a patria, Horat. 1 epist. 4 v. 3. Sic & *Parmenses* oppidani apud Plinium, Martialem, Ciceronem; & apud Varronem de L. L. 7 cap. 31 *Parmuni.*

¶ Parmŭla, æ, diminut. **ein schildlein.** Horatius 2 od. 7 v. 10, Frontinus lib. 4 Strateg. cap. 7 n. 29, & Festus.

¶ Parmulārius, i, scutorum faber, **ein schild-macher.** Quintilianus lib. 2 cap. 11 *Alius* (Rhetoricæ artis magister) *percontanti, Theodoreus an Apollodoreus* (duæ Rhetorum sectæ erant, de quibus idem Fabius lib. 3 cap. 1) *esset? ego, inquit, parmularius sum.* ¶ 2. *Parmularii* etiam dicti, qui Threcibus (gladiatorum factio erat,) faverent, quorum armatura parma erat, ut docet Lipsius lib. 2 Saturnal. cap. 8. Ita accipienda hæc vox in Domitiani dicto apud Suetonium ejus vitâ cap. 10. Vide eumdem Lipsium eodem lib. 2 cap. 24.

¶ Parmatus, a, um, **mit einem schild versehen.** Liv. 4 cap. 39 princ. *Parmatis locum dare.*

PARMĔNIO, ōnis, purpuratorum Alexandri M. fidissimus, tandem jussu ejus occisus. vid. Curt. 3 cap. 6, & 7 cap. 1 &c.

PARNĂCIS, ĭdis, genus vestis muliebris. Varro apud Nonium cap. 14 n. 38 *Puellæ habeant encombomata & parnacidas.*

PARNĀSVS, vel Parnassus, i, Παρνασσός, mons Phocidis, Musis sacer, in quo fons Castalius, & Apollinis fuit templum. Gemino jugo erat, quorum alterum Helicon appellatum, Phœbo sive Apollini; alterum Cytheron dictum, Baccho sacrum erat; qui poëtarum Dii. Hinc biceps Parnassus apud Persium sat. 1 v. 2. Vide Servium in Virg. 7 Æn. Hic mons & creditus fuit in mundi medio situs. Lucanus lib. 5 v. 71

Hesperio tantum, quantum semotus Eoo
Cardine, Parnassus gemino petit æthera colle,
Mons Phœbo Bromioque sacer.

¶ Parnāsius & Parnassius, a, um, adject. ut, *Parnassia rupes*, Virg. eclog. 6 v. 29. Et, *Parnassia laurus*, Idem 2 Georg. v. 18.

¶ Parnassēus, a, um, idem. Avienus Phænom. Arati v. 620

Vt Parnasseo munus memorabile Phœbo.

PARNOETES, æ, cognomen Callistrati, Atheniensium principis, qui instituit, ut in judiciis & concionibus nummuli distribuerentur; unde in illos, qui novum excogitant præmium, quo illectent, proverbium: Ὀβολὸν εὗρε Παρνόετης, i. e. *reperit obolum Parnœtes.* vid. Chiliad.

PĂRO, avi, atum, are, instituere, adornare, moliri, **bereiten, zurüsten, anschaffen.** Terent. in prolog. Phorm. *Maledictis deterrere, ne scribat, parat*, **er gehet damit um, er unterstehet sich, rc.** *Parare in animo*, i. e. constituere, Idem Adelph. a. 1 sc. 1. *Parare copias, bellum, prandium, cœnam*, nota sunt & obvia. *Abi præ, curre, ut sint domi parata*, Terent. Eunuch. a. 3 sc. 2 v. 46, **daß alles zu hauß bestellet und fertig sey.** *Parare fugam*, Idem Phorm. a. 1 sc. 4 v. 14. *Parare se*, **sich anstellen**: Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 9 *Itane parasti te, ut spes nulla reliqua in te siet tibi?* Et v. 18 *hisce ego non paro me ut rideant, sed iis ultro arrideo.* Et, *Parare se ad discendum*, Cicer. in Oratore cap. 35. *Parare divitias, amicos*, est acquirere, vel comparare, **güther erwerben, freunde machen.** *Amicos res opimæ parant, tristes probant*: Publ. ¶ 2. Per ellipsin absolute Virg. 2 Æn. v. 120

Obstupuere animi, gelidusque per ima cucurrit
Ossa tremor, cui fata parent, quem poscat Apollo.

PARENT, subaudi, mortem. ¶ 3. Non raro ad emtionem transfertur; & *parari* dicitur, quod ære numerato nostrum fit. Catullus epigr. 10 *Nec possum octo homines parare rectos*,

ubi Muretus: qui in Terentii tamen loco falsus est, ut Scaliger notat. Terent. Eunuch. a. 3 sc. 2 v. 34

namque hercle nemo posset, sat scio,
Qui haberet, qui pararet alium (servum) *hunc perpeti.*

¶ Părātus, a, um, paratior, paratissimus, **fertig, bereit.** Cicer. pro Quint. cap. 11 *Cum paratus meditatusque venisset.* Idem in Pison. cap. 9 *Se advocato aut adstipulatore paratiorem fore putabat.* Idem 2 de Fin. cap. 23 *Consulatus tibi paratissimus est.* Sic, *paratiores ad pericula subeunda*, Cæsar 1 Bell. Gall. cap. 5. Et, *Naves paratissimæ, atque omni genere armorum ornatissimæ*, lib. 3 ejus operis cap. 14. *Paratum animo esse*, id est, præsenti animo esse, Idem Cæsar dixit 3 Comment. de B. C. cap. 85. Sic Cicero *hominem acrem & paratum ad omne facinus*, id est, audacem ac promtum: & *Paratum sceleribus* Tacitus dixit 12 Annal. c. 47; sceleribus, id est, ad scelera. Sic, *paratam incestu*, Idem 14 Annal. cap. 2 dixit. *Paratus litteris*, id est, instructus, Auson. Profess. Burdegalens. epigr. 3 v. 13. Sic, *Paratus exercitu, omni re*: &, *ab exercitu, ab omni re*, **gerüstet, geschickt**, Plancus & Cœl. ad Cic. 8 epist. 10, & lib. 9 epist. 8. ¶ 2. Apud Terent. Andriâ

a. 5 sc. 4 v. 6 *paratus*, subornatus est & dolo compositus, ut Donatus interpretatur. Hinc *Parate* apud Plaut. Epid. a. 3 sc. 2 v. 38 est callide, docte: ut nunquam hæsitet, nunquam impingat, quo minus fallat, der fertig, behend und abgericht, einen zu hintergehen. Male id Acidalius in *perite* ivit mutatum. Sic *paratum & meditatum* Cicero conjunxit pro Quintio cap. 11. *Paratus*, qui mendacia, dolos & fraudes in parato & promtu habet. ¶ 3. Nam & *Paratum* dicitur, quod in promtu atque ad manum & velut obvium est, & sine negotio acquiri, sumi, invadi potest; e. g. *Philosophi habent paratum, quid de quaque re dicant*, sie haben es in bereitschafft, Cicer. 2 de Orat. cap. 36. Sic, *obvius & paratus humor*, Plinius lib. 2 epist. 17. Et, *paratus fructus*, apud eundem ejusdem libri epist. 10. Et, *parata oblivio mortuorum*, lib. 6 epist. 10. Et, *Parati honores*, quos facile consequi licet, lib. 7 epist. 24. Petronius:

Nolo, quod cupio, statim tenere,
Nec victoria mi placet parata.

i. e. quæ venit ex facili, & nullo labore atque discrimine constat. * Restituenda vox *Paratus* etiam Plinio Secundo libro 3 epist. 5 *Erat sane somni paratissimi nonnunquam etiam inter studia instantis.* Male vulgo: *erat sane somni parcissimi.* Amat Plinius hanc vocem. In Paneg. c. 88 *Paratum id quidem & in medio positum.* Conf. quæ jam adducta sunt loca lib. 2 epist. 7 & 10, & lib. 6 epist. 10. *Grævius.* ¶ *Paratum*, substantive dixit Terent. in Eunuch. a. 3 sc. 4 *Parati nihil est*, es ist nichts bestellt, zugerichtet.

¶ Parate, adverbium, fertig, geschickt. Plaut. Rud. a. 1 sc. 3 v. 9 *Id parate curavi, ut caverem.* Cicer. in Bruto cap. 68 *Ad dicendum veniebat audacter magis quam parate.* Seneca de Vita beata cap. 8 *Quicquid aget, in bonum exibit facile & parate, & sine tergiversatione agentis.* Cicer. lib. 1 de Orat. cap. 23 *sumpto spatio ad cogitandum, paratius atque accuratius dicere.* Et 2 Philipp. cap. 32 *Invectus est in istum paratius Dolabella, quam nunc ego.* Plin. lib. 3 epist. 9 *paratissime respondere.*

¶ Părātus, ûs, subst. pro apparatu, die zubereitung; ut, *Copiosus verborum paratus*, reicher vorrath von worten, Quintil. lib. 10 cap. 1. *Funebris paratus*, Tacitus Annal. 13 cap. 17. Statius 1 Achilleid. v. 97

alios iterum commenta paratus.

Tacitus 2 Hist. c. 59 *Ipse* (Vitellius) *Arare flumine devehitur, nullo principali paratu* &c. Et cap. 71 extr. *Tantum simul peditum equitumque, & æmulantium regum paratus, speciem fortunæ principalis effecerant.* Valer. Flaccus lib. 2 v. 652

Stant gemmis auroque tori mensæque paratu
Regifico.

Et ante hos omnes Ovid. Heroid. epist. 16 v. 191 *Decet*
Hanc faciem largis sine fine paratibus uti.

¶ Părātio, ōnis, idem. Sallust. Jug. cap. 31 in oratione Memmii: *Fuerit sane regni paratio, plebi jura sua restituere.* Ita MSS. libri: Vulgo *reparatio.*

¶ Parātūra, æ, Tertullianus formavit pro paratu, apparatu: ut, *paratura materiarum*, de Pallio cap. 3; & *Spectaculorum*, de Spectac. cap. 4.

¶ Părābĭlis, e, leicht zu bekommen: ut, *Parabilis cultus corporis*, Curtius lib. 3 cap. 5 n. 2. *Parabili victu*, Idem lib. 6 cap. 2 n. 3. Item: *Natura divitias, quibus contenta sit, parabiles habet*, Cicer. de Finib. lib. 1 cap. 13 extremo. *Parabile est, quod natura desiderat, & expositum*, Senec. epist. 4. *Res non magno parabiles*, wohlfeile dinge, Idem epist. 5.

¶ Pararius, i, ein anschaffer. Vtitur hoc nomine Seneca pro conciliatore a *parando*, lib. 2 de Beneficiis cap. 23 *Quidam volunt nomina secum fieri, nec interponi pararios*, &c. ein mäckeler, unterhändler. Dubium, sitne a *Par*, quia inter duos est medius: vel a *Parare*, quia utrimque præparat & conjungit animos. Vid. Voss. Etymolog. p. 370. Adjective Festus: *Pararium æs appellabatur, id quod equitibus duplex pro binis equis dabatur.*

¶ Parĭto, āre, frequentat. zubereiten, trachten. Plaut. Merc. a. 3 sc. 4 v. 64 *Quo nunc ire paritas?* Idem Pseud. a. 1 sc. 5 v. 71 *Minas per doctos dolos paritas ut auferas a me.*

Composita:

¶ Appăro, āre, sich geschickt machen, zurüsten, anrichten, zubereiten; ut, *Apparare bellum*, Nepos Alcib. cap. 3. *Diu apparandum est bellum, ut vincas celerius*, Publ. Sic etiam ἐλλειπτικῶς: *Cum in apparando* (scil. bello) *acerrime esset occupatus*, Nepos 23, 7, 1. *Apparare ludos*, Cicer. 3 ad Q. frat. epist. 8 extr. *Iter apparare*, Idem pro Milone c. 10. *Apparare nuptias*, Terent. Andr. a. 4 sc. 1 v. 32.

¶ Appărātus, a, um, adornatus, zubereitet: ut, *Apparata verba*, Aut. ad Herenn. lib. 1 cap. 7. *Domus instructior & apparatior*, Cicero lib. 1 de Invent. cap. 34. *Spectaculum apparatissimum*, Idem 1 Philipp. cap. ult. Et, *Inter apparatissimas epulas luxuque regales*, Seneca epistola 83 sub finem, bey einem sehr prächtigen panquet. Ita & Sueton. Ner. cap. 9 *Apparatissimo funere elatus.*

¶ Apparatus, ûs, substant. die anstalt, zurüstung, zubereitung. *Apparatu ludorum*, Cic. 2 Offic. cap. 16; & *epularum*, Idem in Orat. cap. 25.

¶ Apparatio, ōnis, idem; ut, *Apparatio popularium munerum*, Cicer. 2 Offic. cap. 16. Et Vitruvius extremo lib. 2 *Quoniam de apparationibus est explicatum*, &c.

¶ Apparate, adverb. cum apparatu, prächtig; ut, *Ludi magnifice apparateque facti*, Livius lib. 31 cap. 4. *Apparatius cœnare*, Plin. lib. 1 epist. 15.

¶ Apparatōrium, i, ein vorgemach. Inscriptio vetus, HOC ADPARATORIVM PERTINET AD MONVMENTVM Q. AQVILI DIONYSI &c. apud Reinesium p. 818, quem hîc interpretantem invenies. De loco, ubi rogus apparatus fuerit. Huic contrarius Fabrettus Inscript. p. 232 asserit, *Apparatorium* ædificium aliquod sepulcro annexum fuisse, ad lustrationem sepulcri & cœnas sociales paratum &c.

¶ Inapparatio, ōnis, unfleiß zur anstalt. Cornificius lib. 2 ad Herenn. cap. 4 *Si ex altera parte vires, pecunia, consilium, scientia, apparatio videbitur fuisse: ex altera parte imbecillitas, inopia, stultitia, imprudentia, inapparatio demonstrabitur fuisse.*

¶ Compăro, āre, verschaffen, zu wege bringen, machen. *Comparare sibi aditum ad aliquam rem*, Cicer. 2 ad Attic. epist. 17, einen weg oder zugang zu etwas machen. *Comparare exercitum*, Idem Philipp. 5 cap. 13, volck aufbringen. *Comparare sibi laudem ex artibus*, Cicer. 2 fam. epist. 4. *Gloriam ex rebus bellicis*, Idem 2 Offic. cap. 13, lob, ruhm erlangen. *Auctoritatem sibi ex aliqua re bene gesta comparare*, Cæsar lib. 5 Bell. Gall. cap. 53, ihm ein ansehen machen. *Ex alterius incommodis sua comparare commoda*, Terent. Andr. a. 4 ineunte. *Comparare se*, Idem Eunuch. a. 1 sc. 1 v. 2, sich stellen, sich gefast machen. Cicero ad Quint. frat. lib. 1 *Illud te admoneo, ut te ante compares, quotidieque meditere, resistendum esse iracundiæ.* ¶ 2. Veteres hoc verbum absolute ponunt, subaudito casu accusativo, v. g. bellum, copias, se, aut aliquid simile, sich rüsten, in positur setzen, gefast machen. Cicer. 16 fam. epist. 11 *Omnino ex hac quoque parte diligentissime comparatur.* Nepos 8, 2, 2 *Tempore ad comparandum dato.* vid. not. & quæ Gronovius observat ad Liv. 36 cap. 3, & lib. 38 cap. 12, quibus in locis additio accusativi suspecta est. ¶ 3. *Comparare frumentum*, Livius lib. 2 cap. 9, id est, emere, quomodo etiam Donatus ad Terent. Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 63 explicat, einkauffen. *Comparare carius*, id est, majori pretio, Suetonius Calig. c. 27. ¶ 4. *Comparare* de gladiatoribus etiam dicitur: de quo vide supra in *Par*: inde enim in ea significatione, non a verbo istoc *parare* est. Reliqua quoque, quæ conferendi & assimilandi significationem habent, (vergleichen,) ibidem invenies.

¶ Comparatus, a, um, angeschafft, beschaffen. Curt. 5, 6, 3 *Supellex non ad usum modo, sed ad ostentationem luxus comparata.* Terent. Heaut. a. 3 sc. 1 v. 97 *Ita comparatam esse hominum naturam.* Adde Adelph. a. 2 sc. 2 v. 4, & Phorm. a. 1 sc. 1 v. 7. Et Cicer. de Divin. 2 cap. 59 *Si ita natura comparatum esset*, wenn es so die bewandnüs hätte.

¶ Compărātio, ōnis, apparatio, die zurüstung, bereitung, verschaffung. *Comparatio novi belli*, Cicer. pro Lege Manil. c. 4. *Initium & comparatio novæ amicitiæ*, Senec. epist. 9. ¶ 2. Emtio. Gloss. Vet. *Comparatio*, ἀγορασία. ¶ 3. Collatio. Sed de hoc supra in *Par* actum.

¶ Comparator, ōris, ein anschaffer, zubereiter. Leg. 1 C. de præd. decurion. *Oppressus potentia comparatoris.* Gloss. Vet. *Comparator*, συνωνητής.

¶ Comparatrix, īcis, eine schaffnerin. Zeno Veron. *Justitia immortalitatis comparatrix.*

¶ Comparabilis, vide in *Par*, quia illa tantum notio cognita est.

¶ Dispăro, āre, vide ibidem in *Par.*

¶ Imparatus, a, um, adject. non paratus, non instructus, unbereitet, ungeschickt, ungerüstet. Terent. Andr. a. 3 sc. 1 v. 20 *Si me imparatum adortus esset.* Nepos 17, 2, 2 *Omnes imparatos imprudentesque offendere.* Cicer. ad Attic. 7 epist. 15 *Imparati sumus cum a militibus tum a pecunia*, wir sind mit volck und geld übel versehen. Cæs. B. C. 1 cap. 30 *Imparatissimus omnibus rebus.*

¶ Impĕro, āre, plus est, quam jubere, befehl thun, gebieten. Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 97 *Jubeo, cogo, atque impero.* Proprie ducum, & qui bellis præsunt, est. Vnde & acclamatio militum assentientium duci erat, IMPERET, QVAE VELLET, Cæsar 3 de B. C. cap. 6. Sic, *arma, naves, pecunias imperare*, est cum imperio cogere, ut arma, naves, pecunias conferant in belli usum. Nepos Conone cap. 4 *Ad mare missus est, ut Cypriis & Phœnicibus, ceterisque civitatibus naves longas imperaret.* Idem Attico cap. 9 *Victor cum privatis pecuniat per epistolas imperaret.* Et Cæsar 1 de B. C. cap. 6 *Tota Italia delectus habetur, arma imperantur, pecuniæ a municipiis exiguntur.* Sic, *tributum imperare*, Plautus dixit Epid. a. 2 sc. 2 v. 43. ¶ 2. *Imperare*, regieren, das regiment führen. Cicer. de Legib. lib. 3 cap. 2 *Qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est.* Sed, *Imperare sibi*, Terent. Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 21, sein mächtig seyn. *Imperare animo suo*, Livius lib. 34 c. 31. *Cupiditatibus imperare*, Cic. de Amicit. c. 22, an sich halten. *Animum rege, qui, nisi paret, imperat*, Horat. 1 epist. 2 v. 62. *Imperat aut servit pecunia*, Idem 1 epist. 10 v. 47. ¶ 3. Eleganter & hoc verbum ad ea transfertur, quæ excoluntur studio & labore, ut votis nostris respondeant, quemadmodum verbo *Jubere* etiam usi nonnulli. Virgil. lib. 1 Georg. v. 99

Exercetque frequens tellurem, atque imperat arvis.

Imperat arvis agricola, dum exercet, & colit, & eo labore tamquam cogit, ut frumenta ferant. Columella de nimio cultu & studio hoc verbo circa vites usus est: quo fiat, ut plurimum quidem vini ferant, sed cito emoriantur: Locus est lib. 3 cap. 3 *Sic imperant*, inquit, *vitibus, & eas multis palmitibus onerant, ut posteritati non consulant.* Seneca de Tranquill. animi c. 15 *Vt fertilibus agris non est imperandum: cito enim exhauriet illos nunquam intermissa fœcunditas.* Hoc *nimis imperare* Plin. dixit lib. 5 epist. 19, *Dum*, inquit, *per continuos dies nimis imperat voci, veteris infirmitatis tussicula admonitus, rursus sanguinem reddidit.* NIMIS IMPERAT VOCI, i. e. supra modum exercet vocem, plus ab ea exigit, quam valetudo permittit.

¶ Impĕrans, tis, ein regent, gebietender herr. Tacit. Ann. 16, 28, 1 *Imperantis lenitas.* Aurel. Vict. Epit. cap. 24 *Conditio imperantium.*

¶ Imperatum, i, mandatum, ein gebot; ut, *Imperata facere*, Cæs. B. G. 2 cap. 3, & Nepos Eumene cap. 9 n. 2, sich dem befehl nach halten. *Imperata effecta reddere*, Plaut. Pseud. a. 1 sc. 3 v. 151.

¶ Imperatus, ûs, subst. die verordnung; ut, *imperatu Gratiani*, Ammian. lib. 31 cap. 19.

¶ Impĕrĭto, āre, frequentativum. Horat. lib. 1 satyr. 6 v. 4 *Olim qui magnis legionibus imperitarint.* Sæpe hac voce utitur Tacitus; e. g. *Virgo late imperitabat*, Hist. 4, 61, 4. *Imperitandi cupido*, Hist. 4, 25, 5. *Quanto sit angustius imperitatum*, Ann. 4, 4, 5, &c.

¶ Imperativus, a, um, gebietend: ut, *imperativæ feriæ*, Macrob. Saturn. 1 cap. 16.

¶ Imperatīve, adverb. idem. Vlpian. tit. 24 titulorum ex corpore Vlpiani

piani § 1 *Legatum est, quod legis modo, id est, imperative testamento relinquitur.*

¶ Impĕrātor, ōris, dux exercitûs, administrator provinciæ, penes quem imperii summa est, ein regent, feldhauptmann, käyser. *Exercitui imperatorem præponere*, Cicero lib. 1 de Invent. c. 34, zum feld-marschall setzen. Idem pro Leg. Manil. c. 10 *In summo Imp. quatuor has res inesse oportet, scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem.* Plaut. in Amphitr. a. 1 sc. 3 v. 6 *Vbi summus imperator non adest ad exercitum, citius, quod non facto est usus, fit, quam quod facto est opus.* Vespasianus dixit, *Imperatorem stantem oportet mori: αὐτοκράτορα ἑστῶτα ἀποθνήσκειν δεῖ*, Xiphilinus. *Appellatio* IMPERATORIS, inquit Casaubonus ad Suetonii Cæsarem, *in Historia Romana trifariam accipitur.* ¶ 1. *Primum pro ἡγεμὼν στρατηγός: Hoc sensu Imperator a militibus nominatus, qui imperium belli suis auspiciis administrandi a pop. accepisset. Veteres* Prætorem *vocabant.* ¶ 2. *Deinde pro* victor *& νικητής. Nam qui res magnas bello gesserat, & lege definitum numerum hostium* (notant Dio lib. 37. Cicero Philipp. ult. alii;) *occiderat, a militibus* Imperator *solitus salutari.* ¶ 3. *Postremo Imperator a Julio Cæsare idem significare cœpit, ac rex:* vide ipsum pag. 53. De numero occisorum hostium, hoc quidem significat Dio, certum eum & definitum fuisse: sed quantus fuerit, diserte non addit. Neque Cicero id fecit. Locus est cap. 5 initio: ubi cum *mille*, & *duo millia* nominat, non ad legem veterem loquitur; sed vero pro consuetudine recepta. Qua multo pauciores etiam hostes, quam lege definitus numerus exprimeret, qui occidissent, Imperatores dicerentur; *At si quis*, inquit, *Hispanorum, aut Gallorum, aut Thracum mille, aut duo millia occidisset, non eum hac consuetudine, quæ increbuit, Imperatorem adpellaret Senatus?* Quod & ex ipso Dionis loco cognoscere est. Vnde patet, veterem illam legem tam stricte servatam minime fuisse, & *Imperatores* appellatos adeo, qui minus confecissent hostium, quam constitutum erat. Enimvero crescente ambitu, & pronis in adulationem animis, eo deducta res fuit, ut *Imperatores* dicerentur, qui duo millia aut mille, aut pauciores etiam occidissent. Sane Curio sic appellatus est, qui vix dum CXX ceciderat; vide Cæsarem lib. 2 de B.C. cap. 25 & 26. Desiisse vero id honoris genus sub Principibus, sive Cæsaribus, ut duces bellorum, cæsis hostibus, Imperatores appellarentur; nec cuiquam alteri post Jun. Blæsum, qui sub Tiberio fuit, tributum, Justus Lips. ad 3 Taciti Annalem observat. At vero Appianus lib. 2 de Bellis Civilibus, cum Curionis in Siciliâ persequitur res, diserte tradit, id sua adhuc ætate (vixit autem sub Adriano) durasse; sed privato Duci nulli concessum, nisi cæsis hostium decem millibus. Ex quo conjicere est, non desiisse quidem plane; non nisi raro ac difficulter datum tamen. Recte vero ibidem notat Lipsius, *Imperatoris* appellationem, quando principibus tribueretur, præponi, tanquam prænomen; cum victorem belli notaret, & privatis etiam tribueretur, postponi, tanquam cognomen, solitam: ut, IMPERATOR CAESAR AVGVSTVS; contra: M. TVLLIVS CICERO IMPERATOR. Et, IVN. BLAESVS IMPERATOR. Atque signate Suetonius Cæsare c. 77 *Recipit insuper prænomen Imperatoris, cognomen Patris Patriæ.* Idem Claudio cap. 12 *In semet augendo parcus atque civilis, prænomine* IMPERATORIS *abstinuit.* Cæterum qui rei sive imperio Romano præerant, respectu militum *Imperatores*; civium vero *Principes* dicebantur. Vnde Plin. Panegyr. Trajani cap. 22 *Fœminas etiam tunc fœcunditatis suæ maxima voluptas subiit, cum cernerent, cui principi cives, cui imperatori milites peperissent.* Hinc per civilitatem & deprecandæ invidiæ se Tiberius non nisi a militibus appellari Imperatorem patiebatur, *Dominum* servorum, *Imperatorem* militum, cæterorum se *Principem* dictitans, ut auctor est Dio lib. 57. Imperatores autem Romani *Principes* maluerunt se, quam *Reges*, appellari; quod istud odiosum, illud autem in libertate etiam non ignotum fuisset. De quo & Synesius meminit Orat. de regno p. 19.

¶ Modimperator, ōris, quære supra in *Modus*.

¶ Imperatrix, īcis, eine regentin. Cicer. pro Cœlio cap. 28 *Fortes viros ab imperatrice insidiis atque in præsidio balnearum locatos.* Sic, *Imperatrix Italia*, apud Plin. lib. 26 c. 3. *Imperatrix civitas*, Constantinopolis, Lege 39 Cod. de Episc. & Cler. Hodie Imperatoris ita uxor appellatur, die käyserin, cui olim *Augustæ* nomen sufficiebat.

¶ Impĕrātōrius, a, um, dem feldherrn gehörig; ut, *Laus imperatoria*, Cicer. 4 Acad. cap. 1. *Manubiæ imperatoriæ*, Idem Orat. lib. 3 cap. 3. *Imperatoria appellatio*, Vellej. 2, 25, 5. *Imperatoria majestas*, die käyserliche majestät, Spartian. Adriano c. 8. *Imperatorium fastigium*, Capitolin. Anton. Pio c. 6.

¶ Imperatorie, adverb. wie ein feldherr. Treb. Pollio Claud. c. 6 *Dum se ad id bellum imperatorie instruit.*

¶ Impĕrium, i, das reich, regiment, gebiete, herrschafft; ut, *Romanum imperium*, das Römische reich. *Populi Romani imperium finit Rhenus*, Cæs. 4 B. Gall. c. 16, das gebiet. *Sub populi Rom. imperium redigere*, Idem lib. 5 B. Gall. c. 29, unter gewalt und herrschafft bringen. *Accipere imperium*, befehl annehmen, gehorchen, Tac. Hist. 2, 19, 4. *Intentus ad imperia accipienda*, Livius lib. 25 cap. 9. Et, *Imperia exspectare*, Curtius lib. 4 c. 13 n. 21, auf ordre warten. *Capessere imperia alicujus*, Plautus Trinum. a. 2 sc. 2 v. 19, eines befehl annehmen. Dicitur etiam, *Capessere imperium*, sich des regiments anmassen. *Imperium habere in quem*, Terent. Eunuch. a. 3 sc. 1 v. 25. Et, *Sub imperio habere*, Senec. epist. 11. *Esse cum imperio*, eine verordnete Obrigkeit seyn, elegans dicendi modus, apud Ciceronem in Familiarib. *Crassus tres legatos decernit ex iis, qui cum imperio sunt*, lib. 1 epist. 1. Et, *Neque in provincia cum imperio fuerat*, Idem lib. 8 epist. 9. *Imperio potiri*, Cæsar B. Gall. 1 c. 2. *Sub alicujus imperio esse*, Terent. Heaut. a. 2 sc. 2 v. 4, unter eines gewalt oder regiment seyn. *Imperium consulare, regium*, hoc est, potestas, königliche macht und gewalt. Sic, *alicujus imperium perferre*, Cæsar 5 de B. Gall. c. 52. *Facile est imperium in bonis*, Plautus Milite a. 3 sc. 1 v. 17, fromme leute seyn leicht zu regieren. Seneca in Troadibus v. 258

Violenta nemo imperia continuit diu:
Moderata durant.

Sallust. Oratione Cottæ extrema, quæ in fragmentis est, *Multa cura summo imperio inest, multi ingentes labores.* ¶ 2. *Imperium*, est ducatus, sive potestas, qua quis bello & exercitui præest, ἡγεμονία. Cicero pro Marcello sub finem: *Obstupescent posteri certe, imperia, provincias, Rhenum, Oceanum, Nilum, pugnas innumerabiles, triumphos audientes & legentes tuos.* Nepos Aristide c. 2 *Idem prætor fuit &c. Neque aliud est ullum hujus in re militari illustre factum, quam hujus imperii memoria.* Ita Cæsar hac voce 1 de B. C. c. 5 & 6, & aliis locis usus est. Suetonius Cæsare c. 54 *Abstinentiam neque in imperiis, neque in magistratibus præstitit.* Vbi nota, *Imperia* de potestate militari; *Magistratum*, de civili dici. ¶ 3. Sed & medicis *imperium* tribuitur. Plinius Paneg. c. 22 *Ægri quoque neglecto medentium imperio, ad conspectum tui, quasi ad salutem sanitatemque prorepere.* IMPERIO, i. e. præcepto sive præscripto.

¶ Impĕriālis, e, ab *imperio* tractum appellativum, zum reich oder zur regierung gehörig. Epitome Aurel. Victoris in Tiberio, *imperialis molestiæ magnitudinem declinare.* Et, *Civitas imperialis*, eine reichs-stadt.

¶ Impĕriālĭter, adverb. herrisch, von reichs wegen. Leg. un. § 15 C. de cad. tollendis: *Nostrum esse propriam subjectorum commodum imperialiter existimantes.*

¶ Imperiabĭliter, idem. Cato apud Carisium p. 181 Grammat. Putschii: *Imperiabiliter, pro nimis imperiose & dure.*

¶ Imperiōsus, a, um, herrisch, tyrannisch, der sich der gewalt überhebt. Plaut. in Asin. a. 2 sc. 4 v. 4 *Nimis imperiosus est*, er macht sich gar zu gewaltig. Cic. in Paradox. 5 c. 3 *Dura domina, imperiosa, vehemens cupiditas.* Sic, *imperiosa dictatura*, Livius lib. 7 c. 40. Et, *Imperiosissima & superbissima familia*, Idem lib. 9 cap. 34. *Eques Gelonis imperiosior*, Claudian Fescennin. v 3. *Vis imperiosissima*, Quintilian. lib. 6 cap. 3. *Imperiosissimi fasces*, Valer. Max. lib. 2 c. 7 n. 7.

¶ Imperiose, adv. herrisch; ut, *nimis imperiose*; vide dicta modo in *Imperiabiliter.* Comparativus est apud Nonium c. 4 n. 138 in *Distrahere*, ex Varrone: *Metium Sufetium propter perfidiam interemit pene imperiosius, quam humanius.* Et Augustinus lib. 2 de Trinit. cap. ult. *nullus imperiosius egisse dictus est.*

¶ Incipĕro, āre, pro *Imperare*, Plautus dixit Trucul. a. 3 sc. 2 v. 8. *Inci* enim pro *in* dictum olim, pluribus ostendit Scaliger ad Festi *Incitega.*

¶ Præpăro, āre, utilia quæ sint aut fore videantur, antea parare, zuschicken, vorbereiten. Cicer. Offic. 1 c. 4 *Ad vitam degendam præparare res necessarias.* Idem pro Cœl. c. 15 *Habes hortos, ac diligenter eo loco præparasti.* ¶ 2. Est & verbum τεχνικὸν, ad προγυμνάσματα rhetorum & caussidicorum pertinens, quo significatu & aliquando simplex usurpatur. Seneca procem. lib. 2 Controvers. *Ambitiosæ sunt curæ, foroque se & honoribus præparant.* Vet. Schol. in vita Juvenal. *Ad mediam ætatem declamavit, animi magis caussa, quam quod foro aut scholæ præpararet.*

¶ Præparatus, a, um, zugeschickt, vorbereitet. Cic. de Invent. lib. 1 c. 29 *Pœnæ apud inferos sunt impiis præparatæ.* Horatius 2 od. 10 v. 13

Sperat infestis, metuit secundis
Alteram sortem bene præparatum
Pectus.

id est, adversus omnes eventus sapienter instructum. Absolute Seneca epist. 11 *Non ex præparato locutus est.* Et Quintil. 4 c. 42 *Præparato facere*, i. e. ex præparatione.

¶ Præparatus, ûs, die vorbereitung, anstalt. Vellej. Paterc. lib. 2 cap. 76 *Adventus in Italiam Antonii, præparatusque contra eum Cæsaris, habuit belli metum.* Gellius lib. 10 cap. 11 *in præparatu rei rusticæ.*

¶ Præpărātio, ōnis, idem. Cic. 1 Offic. c. 21 extr. *Diligens præparatio in omnibus rebus, priusquam aggrediare, adhibenda est.*

¶ Præparatūra, æ, idem. Tertull. adv. Marc. 4 c. 13 *Spiritus Sanct. in Joanne egerat præparaturam viarum Domini.*

¶ Præparator, ōris, ein vorbereiter. Idem Tertull. 4 adv. Marc. c. 33 *Joannes antecursor & præparator viarum Domini.*

¶ Præparatōrius, a, um, ad præparationem spectans, zur vorbereitung gehörig. Tribuitur Vlpiano.

¶ Repăro, āre, wiederschaffen, erstatten; ut, *Reparare bellum*, Liv. 30 c. 7. *Reparari labore ac refici*, Plin. Panegyr. c. 77.

¶ Reparatus, a, um, erneuert, wieder angeschafft. Curt. 4, 9, 11 *Majores copias esse reparatas.* Horat. 1 od. 31 v. 12 *Vina Syra reparata merce*, umgesetzt.

¶ Repărātio, ōnis, die wiedererstattung. Ex Sallustii Jug. c. 31 *regni reparatio* vulgo affertur: sed verior ibi lectio ex MSS. est *paratio*, ut editum a Manutio, Pareo & Crispino est. Prudent. Hymno exsequiali v. 120 *Mors hæc reparatio vitæ est.* Et Vegetius 3 c. 14 fin. *Reparationis spes.*

¶ Reparator, ōris, ein wiederbringer, erneuerer. Stat. 4 Silv. 1 v. 11 *reparator maximus ævi.*

¶ Reparābĭlis, e, wiederbringlich; ut, *Damnum reparabile*, Ovid. 1 Amor. eleg. 14 extr. & Met. 1 v. 379. Seneca de Brevit. Vitæ c. 6 *Vitam abire, ut rem supervacuam & reparabilem, finitis.*

¶ Irreparabilis, e, unwiederbringlich. Virgil. 3 Georg. v. 284

Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

Conf. Æneid. lib. 10 v. 467.

¶ Rĕcŭpĕro, vel Recipero, āre, ab antiquo *recu* vel *reci* pro *re*, idem est ac *reparare*, vel *recipiendo parare*, id est, rem amissam rursus acquirere, wieder erobern, wieder erlangen: ut, *Recuperare erepta*, Cicer. pro Muræna c. 25. *Libertatem suam recuperare*, Cæsar 3 Civil. Bell. c. 91, wieder zu seiner freyheit kommen. Et, *Judicio suum recuperare*, Cicer. 5 in Verr. c. 14, das seine für gericht erstreiten. *Recuperare victoriam*, Idem 4 in Verr. c. 35. *Imperium*, Livius lib. 1 c. 45. *Vigorem*, Curtius 3, 6, 16. *Gratiam liberalitate*, Idem 6, 6, 11. *Patrimonium*, Nepos Attico c. 12 n. 3. Idem Agesilao c. 7 *Sic adolescentulos simulata laude recuperavit:* id est, denuo sibi adjunxit ac recepit veluti, & ad officium reduxit, qui transire ad hostes paraverant.

verant. *Recuperare aliquem*, id est, liberare ex vinculis hostium, Nepos Pelopidâ cap. 5. Sed rarius de personis occurrit. ¶ Scribitur & *Reciperare*. Sic Varro de R. R. 1 cap. 13 *Se quiete reciperare*. Justin. 18, 7, 5 *Non expugnatum, sed reciperatum patriam venire*. Idem 22, 2, 6 *Vires reciperare*. Sic sæpe Tacitus: e. g. Hist. 2, 24, 2 *Reciperare gloriam*: & Annal. 12, 34, 2 *Reciperandæ libertatis initium*, &c. Eleganter Vitruvius 2 cap. 9 *Ex terra recipientes radices arborum in se succum, recuperantur & restituuntur in antiquam soliditatem*.

¶ Rĕcŭpĕrātus, vel Reciperatus, a, um, **ersetzt, wieder erlangt**; ut, *Reciperatum regnum*, Justin. 36, 1, 1, & 39, 2, 7. *Reciperatus pons*, Tacit. Hist. 4, 77, 3. *Reciperatæ cibo somnoque vires*, Idem Hist. 3, 22, 1.

¶ Recuperatio, vel Reciperatio, ōnis, **die wiedererlangung**. Cic. Philipp. 10 cap. 10 *Recuperatio libertatis*. Justin. 30, 1, 7 *Contentus reciperatione urbium, quas amiserat*. ¶ In juridica significatione apud Festum ex Gallo Ælio *Reciperatio* est, *cum inter populum & reges lex convenit, quomodo per reciperatores reddantur res reciperenturque*, **die auswechslung, oder die commißion darzu**.

¶ Rĕcŭpĕrātor, vel Reciperator, ōris, ab ordinario judice delegatus, qui de privatis factis judicet: quales hodie COMMISSARII appellantur, **ein verordneter richter oder schiedsmann, der einem iedem zu dem seinen helffe**. Hinc passim cum judicibus conjunguntur. In Pandectis Florentinis RECIPERATORES appellantur, & in aliis antiquis codicibus, quod per eos unusquisque suum reciperet. Vide Theophilum, qui Institutiones Justiniani græce interpretatus est; Donatum Marcellum ad 1 Annal. Tacit. cap. 74 n. 7 (*de pecuniis repetundis ad reciperatores itum est*:) & Levinum Torrentium in Sueton. Nerone cap. 17. Plaut. in Bacchid. a. 2 sc. 3 v. 36 *Postquam prætor recuperatores dedit*. Cic. in Verr. 5 cap. 11 *De conventu nullum neque judicem neque recuperatorem dedit*. Adde ibidem cap. 13 & 28, ac pro Cæcin. cap. 21, item Livium lib. 43 cap. 2, & Tacit. Ann. 2, 52, 5.

¶ Recuperātōrius, a, um, **zur commißion gehörig**; ut, *Recuperatorium judicium*, quo res per recuperatores reciperantur, Cicer. lib. 2 de Invent. cap. 20, **ein verhör oder gericht der commissarien**. Adde Plin. lib. 3 epist. ultima, & Sueton. Vespas. cap. 3.

¶ Recuperatīvus, a, um, **wiederbringend**; ut, *Status recuperativus*, de controversia in agris, Aggenus Vrb. in Frontinum p. 304.

¶ Rĕcŭpĕrābĭlis, e, quod recuperari potest. Hinc

¶ Irrecuperabilis, e, quod non potest recuperari, **unersetzlich**. Tertullianus de Pudicitia cap. 14 *immunditia irrecuperabili tabiosus*. Vide ibi Rigaltium. Gloss. gr. lat. ἀπαραίτητος, *Irrecuperabilis*. Friderici Imperatoris sententia fuit, quæ & Norimbergæ in ære scripta est: *Rerum irrecuperabilium summa felicitas est oblivio*.

¶ Irrecuperabiliter, adverb. idem. Vetus interpres Horatii, qui Acron vulgo putatur, ac de Arte poëtica v. 452 *irrecuperabiliter dederunt*.

¶ Sēpăro, are, cum derivatis, vide supra in *Par*.

¶ Suppăro, are, leniter & molliter apparare, adjungere, **mit zubereiten**. Tertullian. lib. 2 de Cultu fœmin. cap. 7 *ne exuvias alieni capitis, forsan immundi, nocentis & gehennæ destinati, sancto & Christiano capiti supparetis*. Idem de Anima cap. 25 *labem corpori & animæ supparare*.

¶ Supparātūra, æ, **die ersetzung**, ejusd. Tertull. est de Resurr. Carn. c. 61, *generis supparatura*. Vide Rhenan.

PĀRO, ōnis, navigium piraticum Festo est, **ein raub-schifflein**. Ciceronis apud Isidorum versus est lib. 19 cap. 1 Originum:

Tunc se fluctigero tradit mandatque paroni.

¶ Myŏpăro, Isidoro c. l. *quasi minimus paro*, vide supra suo loco.

PĂRŎCHVS, i, πάροχος, qui necessaria peregrinis & hospitibus præbebat, **ein freyer wirth für frembde gäste**. Sic Acron exponit, a παρέχω, *præbeo*. Horat. 1 sat. 5 v. 46

Præbuit, & parochi quæ debent ligna salemque.

Legatis scilicet, quibus ii salem & ligna suppeditabant, vide ibi Torrentium. ¶ 2. Idem & pro Convivatore, qui cœnam præbet, usurpavit lib. 2 sat. 8 v. 35 *Vertere pallor*

Tum parochi faciem nil sic metuentis, ut acres
Potores.

¶ Hinc factum videtur, ut episcopi *Parochi* quoque dicantur, quia virtutem illam, φιλοξενίαν nimirum, ab illis Paulus requirit, **ein pfarrer oder pfarrherr**.

¶ Parochia, æ, pro qua voce Budæus legit *Parœcia*: quod verum & rectum est: alterum enim ex hoc corruptum. Est autem *Parœcia*, sive παροικία quasi vicina sacra, sive conventus eorum, qui sunt unius fani consortes, **zusammen gepfarrete**: πάροικοι vero, de quibus & paullo post, ipsi vicini seu accolæ. Vide Vossium lib. 1 de Vitiis sermonis cap. 11, & lib. 3 cap. 32. Sidonius 7 epist. 6 *Per rusticas solitudo parochias*. conf. Sirmondi not. p. 102.

Parodia, vide supra *Oda*.

PĂRŎDONTĪDES, um, παροδοντίδες, tubercula circa gingivas, Cels. 6 cap. 13.

PĂROECVS, i, πάροικος, plur. Parœci, ejusdem fani accolæ & consortes, **nachbarn, die in eine pfarr oder kirchspiel gehören, pfarr-kinder**. Πάροικοι enim etiam πρόσοικοι dicuntur, id est, vicini, latine magis proprie *cūriales*. Et *curia*, sacra vicinia, **eine pfarr**. De hac, & *parœciæ* voce vide Grotium in Lucæ cap. 24 p. 832.

¶ Parœcia, æ, παροικία, **eine nachbarschafft, ein kirchspiel**. Sumitur nonnunquam pro tota diœcesi, ut apud Augustinum epist. 261; aliquando pro singulari ecclesia. Vide modo dicta in *Parochia*; & adde Hospinian. de Templ. 1 cap. 8 p. 51, Pet. de Murga Disqu. Moral. & Canon. Tract. 8 T. 1, & Zimmerm. Analect. Menstr. mens. 1 p. 8.

PAROEMIA, æ, παροιμία, proverbium, adagium, dictum celebre, & aliqua novitate insigne, **ein sprichwort**, Quintil. 8 cap. 6.

PAROMOEON, i, παρόμοιον, assimile, quoties plura verba ab eodem incipientia elemento conjunguntur, ut:

Mala mali malo mala contulit omnia mundo.

PAROMOLOGIA, æ, παρομολογία, schema, concessio, cum multa adversario permittimus, unum tantum excusamus factum: vel, cum interroganti per confessionem quamdam respondemus: ut, *Esto, sane fueris aliquando amicus, una militaveris, sint aliqua tua in eum beneficia, quid tum? An non potuit dissilire gratia?* Item, *Occidisti Clodium Milo? occidi; sed insidiatorem & eversorem reipublicæ*. Vide libellos de Schematibus.

PĂRŎNŎMĂSIA, æ, παρονομασία, agnominatio, cum jucunda quædam fit vocum collusio, in contrarium deflexa: ut, *Inceptio est amentium, haud amantium*, Ter. And. a. 1 sc. 3 v. 13. Et Cic. in Verr. *Sicilia te non prætorem, sed prædonem habuit*. Et, *Novem convivium, septem convicium*. conf. Quintil. 9 cap. 3. Hac figura in joculari & parum severo scripto nihil gratius, at in serio nihil ineptius, præsertim si frequentetur, quâ tamen affectatione multi hodie sibi mirifice placent. Nempe ut Nævius ait: *Oratores novi, stulti adolescentuli*.

PARONYCHĪA, æ, (quamquam Plinius lib. 24 c. ult. & lib. 28 c. 8 neutro etiam genere utitur *Paronychium*,) penult. product. παρωνυχία, abscessus circa radices unguium, **ein geschwär um die nägel an fingern, und zeen der füsse**, a παρὰ & ὄνυξ, *unguis*. Petronius p. 76 *Aliis insequentibus ad pedes, ac paronychia cum ingenti subtilitate tollentibus*. Vbi ipsi ungues supercrescentes intelligi videntur. ¶ 2. Est & herba, παρωνυχία, Paronychias sanans, **mauerrauten**, Dioscorid.

PĂROPSIS, ĭdis, fœmininum, παροψίς, patina concava, **eine tieffe schüssel**. Juvenal. sat. 3 v. 142

Quam multa magnaque paropside cœnat.

Et Sueton. Galbâ cap. 12 *Paropsis leguminis*.

PĂROPTVS, a, um, παροπτὸς, assatus, **gebraten**. Apicius 6 cap. 9 *Pullus paroptus*.

PĂROS, i, Πάρος, insula una ex Cycladibus, a qua *Parius lapis*, marmor candidum, **weiß marmelstein**, Virg. Æn. 1 v. 593. Hinc, *nivea Paros*, Virg. Æn. 3 v. 126. Et, *Marmorea Paros*, Ovid. 7 Metam. v. 466. Quapropter *opibus elata* dicitur Nepoti in Miltiade cap. 7. Adagii vim habet Ἐν δὲ Πάρῳ ψυχρὸν μὲν ὕδωρ, καλαὶ δὲ γυναῖκες, id est, *In Paro frigida quidem est aqua, sed pulchræ mulieres*. Cum significamus, dispendia compendiis sarcienda esse. Vide Chiliad.

¶ Părius, a, um, denominativum, de quo modo diximus. Horatius lib. 1 oda 19 v. 6 *Splendentis Pario marmore purius*.

Sic *crimen Parium*, culpa non expugnati in hac insula oppidi, Nepos Miltiade cap. 8.

¶ Pării, orum, incolæ & habitatores hujus insulæ, Nepos ibid. c. 7 n. 4.

PĂRŌTIS, ĭdis, παρωτίς, apostema circa aurem, a παρὰ & ὦτα, auris, **ein ohren-geschwär**. Plin. lib. 20 cap. 1 *Parotidas sanare*. Cels. 4 cap. 1 pr. *Arteriæ, quas parotidas vocant*. conf. lib. 5 cap. 18, & Macer lib. 1 cap. 30.

PĂROXYSMVS, i, παροξυσμὸς, vulgo dicitur febris vel alius cujusdam morbi excandescens accessio, impetus & recursus, **der anfall eines fiebers, der starcke ansatz einer kranckheit**. Vox ipsa græca est.

PARRA, æ, avis inauspicata, & mali cantûs; unde Paulinus epist. 2 ad Ausonium: *Sic confers fulicas cygnis, & aëdona parræ*.

Meminit Horat. 3 od. 27 v. 1. Plin. lib. 4 c. 29 & Festus. Prudent. 2 Symmach. v. 570 *Oscine parra*. Vet. Gloss. *Parra*, Μύξης ὄρνεον, κορυδαλλὸς ἢ ἀστραγαλικός. Ideo vero inauspicata habebatur, quod mali cantûs esset, alias ratione sitûs auspicata habebatur. Erat quippe *parra* in oscinibus juxta & alitibus, ut Festus auctor est.

PARRHĂSIA, æ, παρῥασία, regio in Peloponneso, Arcadia.

¶ Parrhăsis, ĭdis, patronym. mulier Arcas. Hinc adjective *Parrhasis ursa*, Ovid. Heroid. epist. 18 v. 152. *Parrhasides stellæ*, Idem 4 Fastor. v. 577. Vide fabulam de Calisto in ursam mutata, & in sideribus reposita. Sic, *Parrhasis Helice*, Lucan. 2 v. 237.

¶ Parrhăsius, a, um, adject. i. e. Arcadicus; ut, *Parrhasius axis*, Senec. Herc. Oet. v. 1281. *Parrhasio more*, i. e. Arcadico, Virg. Æneid. 8 v. 344. ¶ 2. *Parrhasius*, pictor, qui cum Zeuxide certavit: Plin. lib. 35 cap. 10, qui & obscenas picturas ipsum fecisse notat: quod & Suetonii locus arguit Tiberio cap. 44. conf. Horat. 4 od. 8 v. 6.

PARRHĒSIA, æ, παῤῥησία, libertas dicendi, **die freyheit der rede**. Quintil. 9 cap. 3 *Oratio libera, quam Cornificius licentiam vocat, Græci παῤῥησίαν*.

¶ Parrhēsiastes, æ, a παῤῥησία, ob nimium procacem linguam appellatus Demochares est, Seneca lib. 3 de Ira cap. 23.

Parricīda, parricidium, &c. vide infra *Pater*.

PARS, partis, plur. partes, in quas totum quippiam secatur vel dividitur, **ein theil, ein stück**. Terent. in prolog. Adelph. v. 23 *Senes, qui primi venient, hi partem aperient*. Item, *Pars æqua amoris*, in Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 12. Vellejus lib. 2 cap. 38 de Hispania: *Inde varie possessa, & sæpe amissa partibus, ductu Augusti facta stipendiaria*. Significat, non totam, sed partes saltem aliquas amissas fuisse. Nam *partes* & *universum* opponuntur. Idem paullo ante: *ut quæ facilius, quam partibus, universa conspici possint*. PARTIBVS, i. e. in partibus. *Partes facere*, **theilen**, Phædrus 1 fab. 5. *Majorem partem noctis vigilare*, Cicer. lib. 1 de Divin. cap. 28. Et, *magna ex parte*, Idem Attico 7 epist. 3, & D. Brutus Ciceroni lib. 11 epist. 4. Et, *majore ex parte*, Cic. 2 de Divin. cap. 9. Et, *multo maxima ex parte*, de Arusp. Resp. cap. 6, **guten, grössern, meistentheils**. *Ex omnibus partibus*, Cic. Lucejo lib. 5 epist. 15 pr. At, *ex parte*, Quintil. 6 cap. 3, **zum theil**. *Ex parte dimidia*, Cic. pro Domo cap. 14, **die helffte**. *Ex altera parte*, Idem in Verr. 3 cap. 53, **auf einer seiten**. *Ex omni parte diligentissime aliquid considerare*, Cic. lib. 2 de Divin. cap. 13, **überall, auf allen seiten**. *In eam partem accipio*, Terent. Eunuch. a. 5 sc. 2 v. 37, **ich wils dahin verstehen oder deuten**. *Hærere in parte aliqua apud aliquem*, Idem eâdem fabulâ a. 5 sc. 9 v. 25. *In utramque partem*, Cic. 15 Attic. epist. 23, (barbare dicitur: *Pro & contra*.) *Neutram in partem*, Idem Off. 2 cap. 6. Et, *In optimam partem aliquid accipere*, Cic. 11 Attic. epist. 7 extr. **etwas zum besten deuten oder auslegen**. *Mitiorem in partem interpretari*, Idem pro Muræn. cap. 31, **zum gütlichsten auslegen**. *Rapere in pejorem partem*, Terent. Adelph. prolog. v. 3, **übel oder zum ärgsten auslegen**. Istæ autem loquendi rationes a scena fere traductæ sunt. *Partes* enim ibi Scenicorum officia muneraque appellabantur. Quorum quidem aliæ primæ, aliæ secundæ &c. dicebantur: de quibus cum alii, tum etiam Torrentius ad Horatium lib. 1 epist. 18

epist. 18 v. 14. ¶2. Pertinet ad mensas etiam vocabulum *partium*. Nam quæ de cibis apponebantur convivis, vel ex cœna ad amicos & caros mittebantur, vocabantur *partes*. Suetonius Caligulâ cap. 18 *Qua epulatione equiti Romano contra se hilarius avidiusque vescenti, partes suas misit*. Item Domitiano cap. 11 *Securum hilaremque dimisit: partibus etiam de cœna dignatus est*. ¶3. *Pro mea parte*, vor meine person. *Pro sua quisque parte*, ein ieder nach seinem vermögen. *Primas partes agere*, Terent. prolog. Phorm. v. 28, die fürnehmste person seyn. *Quamobrem has partes didicerim*, Idem Heaut. prolog. v. 10, warum ich die person zu spielen auf mich genommen. Et ibid. v. 1 *Partes seni dare, quæ sunt adolescentium*, einem alten auftragen, was vor junge gehöret. *Esse primarum partium*, Cic. in Verr. Divinat. cap. 15, der fürnehmsten einer seyn. *Priores partes apud aliquem habere*, Terent. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 71, den vorzug haben, oben an sitzen. *Primas partes alicui tribuere*, einem den vorzug lassen: Cic. ad Qu. fratr. lib. 3 epist. 4 *Tibi istius generis in scribendo priores partes tribuo, quam mihi*. Idem de Claris Orat. cap. 21 *Etsi utrique primas, priores tamen libenter deferunt Lælio*, subaudi, *partes*, ut sæpe fit, den vorzug geben. ¶4. Aliquando hujus voculæ vis in aliis latet: ut, *Summas amphoras operit auro & argento*, h.e. summas amphorarum partes, Nepos Hannibale cap. 9. *Reliquum oppidum relinquunt*, Idem Themistocle cap. 2 n. 8, i. e. reliquam partem oppidi. *Infimi montes*, Idem Eumene cap. 9 n. 3, i. e. infima pars montium. *Quis est, quem video in ultima platea?* h. e. in ultima parte plateæ, Terent. Phorm. a. 1 sc. 4 v. 38. ¶5. Sed, *Meæ partes sunt*, id est, meum officium: Cic. ad Attic. lib. 7 epist. ult. *Sin erit bellum, ut video fore, meæ partes non desiderabuntur*, man wird meiner oder meines diensts nicht nöthig haben. Sic, *agere alicujus partes*, Terent. Phorm. a. 5 sc. 5 v. 7, eines amt vertreten. *Duras fratris partes prædicas*, Idem in Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 62. Et, *Partes alicui imponere*, einem etwas auftragen, zu thun geben: Antonius Ciceroni sub lib. 10 ad Attic. epist. 8 *Judicabam, duriores partes mihi impositas esse ab offensione nostra*. Sic, *Suscipere partes, sustinere*, die sache auf sich nehmen, auf sich haben: Cic. 6 in Verr. cap. 36 *Cur ego tuas partes suscipio? cur tuum onus sustineo?* & cap. seq. *Suscipiam partes, quas alienas esse arbitrabar*. Pro eodem Quintilianus lib. 6 cap. 1 dixit *Partes subire*, sich eines amts unterstehen. ¶6. Sæpius etiam sumitur pro factione, aut pro sociis & consentientibus, die parthey, der anhang. Sed hoc fere in plurali numero: ut apud Ciceron. pro Quintio cap. 21 *Erat*, inquit, *illarum partium*. Sic, *trahere quem in partes alicujus*, Tacitus 4 Annal. c. 60, & *Studium partium*, Idem 1 Hist. cap. 76. Vnde dicitur *homo bonarum*, aut *malarum partium*. Sic Nepos 25, 6, 1 *Semper optimarum esse partium*, es stets mit rechten leuten halten. Idem 25, 2, 2 *Alterutram partem offendere, cum alii Sullanis, alii Cinnanis faverent partibus*. Vellej. 2, 86, 3 *Partibus alicujus se miscere*, sich zu der parthey schlagen. Idem 2, 52, 1 *Non quicquam illis partibus salubrius fuit*, vor sie war nichts bessers.

¶ Partĭcŭla, æ, diminut. das stücklein, das theilgen; ut, *tenuissimæ particulæ*, Cic. 2 de Orat. cap. 39. *Minutæ rerum particulæ*, Quintil. 3 c. 11. Et Horat. 1 od. 28 v. 24 *arenæ particulam ossibus & capiti inhumato dare*. Idem 2 sat. 2 v. 79 *Divinæ particulam auræ humo affigere*. ¶2. Grammatice *Particulæ* sunt minores voculæ, quæ compositioni aut constructioni inserviunt. vid Gellius 5 cap. 9.

¶ Partĭcŭlāris, e, absonderlich, eintzeln; ut, *Propositio particularis: Signum particulare*, apud Dialecticos. Apulej. de Syllog. Cat. hac voce usus est frequentissime.

¶ Partĭcŭlārĭter, adverb. idem. Apulej. l. c. *Non nisi particulariter converti potest*. Firmicus 5 cap. 1 *Quia generaliter diximus*, &c. *nunc particulariter explicemus*. Et Augustinus 1 Retract. cap. 5 extr. *Per animam corpus subsistit, & eo ipso est, quo animatur: sive universaliter, ut mundus; sive particulariter, ut unumquodque animal intra mundum*.

¶ Partĭcŭlātim, aliud adverb. per partes, in einzele stücke, stückweise. Colum. 7 cap. 5 *Particulatim facilius, quam universus convalescit*, scilicet grex ovium. Et Seneca epist. 24 med. *particulatim excarnificare*, durch alle glieder. Idem epist. 67 *Cum vota particulatim fiunt*. Adde Auct. ad Herenn. 1 cap. 9, & Lucret. 3 v. 549, & quos citat Borrichius Cogit. p. 158.

¶ Partĭcŭlo, ōnis, cohæres, sic dictus, quod partem patrimonii sumat, ein miterbe, ein theilhabender. Pomponius apud Nonium cap. 1 n. 71 *Particulones producam tibi*.

¶ Partiārius, a, um, ex æqua parte cum altero communicatus, vel cum alio partes communes habens, gleichgetheilt, oder gleichtheilend. Apulej. Metam. 4 *Cum mortali puella partiario majestatis honore tractor*. Idem lib. 8 *Domi promiscui operis partiarios agebant concubitus*. Ita *pecora partiaria*, quorum fœtus inter dominum & pastorem dividuntur, l. si pascenda 8 C. de pactis. ¶ Hinc & *Partiarii*, qui aliquid partiuntur; ut, *Partiarius redemptor*, der um die helffte mitbauet, Cato de R. R. cap. 137. Sic, *Partiarii erroris Judæi*, i. e. participes, theilhafftig, Tertull. adv. Marc. 3 cap. 16.

¶ Partiario, adverb. dimidia vel æqua parte, auf halben oder gleichen theil. Apulej. Met. lib. 9 *Cum uxore partiario tractare*. Et Cato de R. R. cap. 16 *calcem partiario locare*.

¶ Partiātim, aliud averb. stückweise. Cœl. Aurel. Acut. 1 cap. 11 *Partiatim cucurbitas adhibere*.

¶ Partibĭlis, e, quod in partes dividitur, theilbar, zertheilig. Claud. Mamert. 1 cap. 18 *Animam partibilem putant*.

¶ Partīlis, e, idem. Ammianus 14 cap. 11 de Nemesi: *Generali potentia partilibus præsidens fatis*. Claud. Mam. l. c. *Corporeum omne quod partile*. Augustin. lib. 12 de Trinit. cap. 9 *in curam partilem traditur*.

¶ Partīlĭter, adverb. stückweise. Augustinus loco cit. *partiliter possidet*. Et Arnob. 6 p. 192 *Non partiliter usquam sed ubique esse totum*. conf. lib. 6 p. 204, & lib. 1 p. 8.

¶ Partim, adverb. ex parte, zum theil. Geminari fere solet in oratione. Cic. ad Qu. fratr. lib. 1 epist. 3 *Partim deseruerunt me amici, partim prodiderunt*. Aliquando tamen, pro altero *partim*, substituebatur *Alius*, contra quam Budæus in Pandect. 5 putat. vid. Alciat. Parerg. lib. 7 cap. 20. Nepos Pelopidâ cap. 1 n. 4 *Alterius factionis principes partim interfecerant, alios in exilium ejecerant*. Sallustius Jugurth. cap. 19 *Super Numidiam Gætulos accepimus, partim in tuguriis, alios incultius vagos agitare*. Cicero de Nat. Deorum 1 cap. 37 *Bestiarum autem terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quasi ancipites* &c. Alibi *solum* posuit: ut lib. 2 accusat. in Verr. (vulgo 4 Verr.) cap. 65 *De quo homine hoc auditum est unquam, quod tibi accidit, ut ejus in provincia statuæ in locis publicis positæ, partim etiam in ædibus sacris, per vim & per universam multitudinem dejicerentur?* Etiam *Partim* & *in commune* opponuntur. Latinus Pacatus panegyr. Theodosii cap. 21 *Quæ in medio constituta & non partim, sed in commune conducunt*. Est contra, ubi quater *Partim* repetitum est. Cic. pro Cluent cap. 32 *Ego me ad omnia confirmavi, & sic paravi, ut docerem, quæ facta postea judicia de illo judicio dicerentur, patim ruinæ similiora aut tempestati, quam judicio & disceptationi fuisse: partim nihil contra Avitum valere: partim etiam pro hoc esse: partim esse ejusmodi, ut neque appellata unquam judicia sint, neque existimata*. ¶ Veteres etiam dicebant *partim hominum*, pro pars hominum. Vide Gellium lib. 10 cap. 1.

¶ Partio, ivi, itum, ire, dividere, theilen. Plaut. Asin. a. 2 sc. 2 v. 5 *Prædam pariter cum illis partiam*. Idem Amph. a. 4 sc. 3 v. 1 *Vos inter vos partite*. Ennius Telamone: *Eandem me in suspicionem sceleris partivit pater*. Hunc locum & alia Lucilii, Afranii & Accii retulit Nonius cap. 7 n. 33 & 64. Et Lucret. 5 v. 683 *Sol imparibus amfractibus ætheris oras partit*. Hinc & in significatione passiva Cicero 3 de Orat. cap. 30 *Paullo secus a me atque ab illo partita sunt*. Idem, *Partiendæ invidiæ caussa*, dixit in Orat. pro Sylla cap. 3, & in Vatinium cap. 5 *partiendæ merces*.

¶ Partior, iri, deponens, idem; ut, *Partiri cum aliquo*, mit einem theilen: *Cicero cum Hortensio caussas partiebatur*, Cic. de Clar. Orat. c. 51. *Cum Scipione honorem partitur*, Cæs. lib. 3 B. Civ. cap. 82. *Partiri aliquid in membra*, Cic. de Vnivers. cap. 7, zertheilen. Et, *Officia inter se partiri*, unter sich theilen: Idem 14 Philipp. cap. 6 *Partiebantur inter se, qui Capitolium, qui rostra, qui urbis portas occuparent*. Virg. Æn. 1 v. 194 *Socios partitur in omnes*.

¶ Partītus, a, um, passive, getheilt, zertheilt, eingetheilt. Lucret. 3 v. 711 *Animi natura partita per artus*. Ovid. de Arte am. 3 v. 593 *Partita fœdera lecti*. Propert. 4 eleg. 10 v. 10 *Per tria ora partitos sonos dare*. ¶2. Active, der getheilet hat. Horat. 2 sat. 5 v. 82 *Penelope tecum partita ducellum*. Et Silius 7 v. 520 *Partitus socias vires*.

¶ Partīte, adverb. getheilt, stückweise. Cic. in Orat. cap. 33 *Partite, definite, distincte dicere*.

¶ Partīto, adverb. idem. Vlpianus tit. 24 ex corpore ejus: *Cum aliquo hæreditatem partito dividere*.

¶ Partītim, adv. idem. Claudian. de Laud. Stilic. 1 v. 30 *Partitim singula quemque nobilitant*. Quam lectionem approbat Barth. Animadv. pag. 189.

¶ Partītio, ōnis, divisio, die theilung; ut, *Æquabilis prædæ partitio*, gleiche theilung der beute, Cic. Off. lib. 2 cap. 11.

¶ Partītor, ōris, ein theiler. Cic. in Vatin. cap. 5 *Non custos ad continendas, sed partitor ad partiendas merces missus*. Alii, *Portitor*. Gloss. Cyrill. μεριστὴς, *partitor*.

¶ Portio, ōnis, est quasi *partitio*, & omnino a *parte* vel a *partiendo* factum videtur, ein stück, theil, antheil. Cic. 5 Verr. cap. 21 *Nunquam frumentum publice est emptum, quin Mamertinis pro portione imperaretur*. Juvenal. sat. 9 v. 127 *Miseræ brevissima vitæ portio*. Curtius 7, 11, 12 *Eadem ad decem homines servabitur portio*. Idem 9, 1, 6 *Pro portione aut gradus, aut navatæ operæ*.

¶ Portiuncŭla, æ, dimin. ein stücklein. Oros. lib. 6 cap. 7 *Historiæ Suetonii competentes portiunculas decerpsimus*.

¶ Portiōnālis, e, idem quod *particularis*, stücklicht. Tertull. de Virg. veland. cap. 4 *Subjectum est portionale universali*. conf. Idem de Resurr. carn. cap. 57, & advers. Hermog. cap. 31.

¶ Partĭceps, cĭpis, qui partem capit, theilhafftig: substant. ein mitgenoß, contrarium *experti*: ut, *Consilii particeps*, der um eines anschläge weiß. Brutus & Cassius Antonio lib. 11 fam. epist. 2 *Digni sumus, quos habeas consilii tui participes*. Cic. pro Fontej. cap. 17 *Fortunarum omnium socius & particeps*. Idem de Vnivers. cap. 8 *Compos & particeps rationis animus*. Et, *Facere aliquem participem suæ voluptatis*, lib. 10 fam. epist. 12. Terentius Heaut. a. 1 sc. 1 v. 98 *Nisi ubi ille huc salvus redierit particeps meus*, id est, filius, qui bonis meis mecum ex æquo debebat frui: sive, quem pariter uti his decuit, ut ipse paullo ante dixerat. *Alicui alicujus rei participem esse*, Curtius dixit lib. 6 cap. 7 n. 6, quomodo & Quintilianum in Declamationibus locutum, Raderus ibi & Sam. Pitiscus observant.

¶ Partĭcĭpo, are, est participem facere & fieri, theilhafftig machen und werden. ¶1. Quum *participem facere* significat, genitivo cum accusativo jungitur. Plautus Cistell. a. 1 sc. 3 v. 17 *Paternum servum sui participat consilii*. Hellenismum hic esse, Vossius notat lib. 5 Arist. cap. 33. Vel ablativo cum accusativo: ut, *participare quem sermone*, Plaut. Milit. a. 2 sc. 2 v. 108. Interdum accusativo & ablativo cum præpositione *cum*: Livius lib. 3 cap. 12 *Suas laudes participare cum Cæsone, memorare pugnas* &c. Apulejus Met. 9 p. 228 *Mensam nobiscum participat*. ¶2. Quum *participem fieri* significat, cum accusativo tantum construitur. Cicer. Tusc. lib. 2 cap. 17 *Qui alteri exitium parat, eum scire oportet, pestem ut participet parem*. Vide *Exitium*.

¶ Partĭcĭpātio, ōnis, die theilhafftigkeit. Spartianus in Juliano cap. 6 *participatio imperii*. Et Augustinus Octingentar. quæst. 24 *Omne quod mutabile est, non per se ipsum, sed boni immutabilis participatione bonum est*.

¶ Participatus, ûs, idem. Spartianus Severo cap. 8 *Quum* [Julianus] *Severum ad participatum vocaret*.

¶ Participālis, e, theilhafftig. Lege un. pr. Dig. de Off. præf. prætor. *adsociati participales curæ*, id est, participes.

¶ Participium, i, apud Grammaticos ea pars orationis, quæ partem capit nominis & verbi. vid. Varro de L. L. 7 cap. 32, & 8 cap. 63, Quintil. 9 cap. 3, Apulej. de Syllog. Cat. & Arnob. lib. 1 p. 35.

¶ Participialis, e, ad participium pertinens; ut, *Participialia verba*, Quintil. 1 cap. 4.

I. Composita cum numeralibus:

¶ Bipartior, īri, in duas partes dividere, in zwey theile theilen. Colum. 11 cap. 2 *Cal. Majas ver bipartitur.* ¶ Passive usus Cicero 3 Catil. c. 2 *Atque ibi in proximis villis ita bipartiti fuerunt, ut Tiberis inter eos, & pons interesset.*

¶ Bipartītus, a, um, zweytheilig; ut, *hiems bipartita*, Colum. 11 cap. 2.

¶ Bipartīto, adverb. in zwey theile. Cic. de Invent. lib. 2 cap. 29 *Id fit bipartito*, hoc est, duobus modis. Sic, *Classis bipartito distributa*, Idem pro Flacco cap. 14.

¶ Tripartītus, a, um, dreytheilig; ut, *Divisio tripartita*, Cic. 3 Offic. cap. 2, & *Caussa tripertita*, [nam & secunda vocali scribitur] 3 in Verr. cap. 5. Sic & Seneca epist. 89 *Tripertita philosophia.*

¶ Tripartīto, adverb. idem. Livius 21 cap. 7 *urbem tripartito aggreditur.* Et Cic. 5 Tusc. cap. 14 pr. *Bona dividit tripartito.*

¶ Quadripartītus, a, um, viertheilig. Cic. Tusc. 1 cap. 28 *Commutationes temporum quadripartitæ.* Et in Verr. 3 cap. 12 extr. *Quadripartita distributio.* Et Varro de L. L. 7 p. 94 *Videamus in illa quadripartita.*

¶ Quinquepartītus, vel Quinquepertitus, a, um, fünfftheilig; ut, *Quinquepartita argumentatio*, h. e. in quinque partes distributa, Cic. de Inventione lib. 1 cap. 34. Et Augustinus lib. 15 de Trinit. cap. 5 *Habet vita pecoris sensum quinquepertitum: sed intellectum habet nullum.*

¶ Quinquepartīto, adverb. in fünff theile. Plin. 25 cap. 6 *Foliis incisis quinquepartito.*

¶ Multipartītus, a, um, vide supra in *Multus.*

II. Composita cum præposit.

¶ Compartĭceps, ĭpis, ein mitgenoß: Vulg. Interpr. Ephes. cap. 3 v. 6.

¶ Comportiōnālis, e, gleichmäßig; Scriptores rei agrariæ usurpant. Aggenus Urb. p. 51 edit. Goesii, definit: *Terminos, qui intra possessionum fines inveniuntur, comportionales appellavit antiquitas.* Et Anonymus p. 254 *comportionalium signa.*

¶ Dispertio, & Dispartio, īre, in partes diversas distribuere, austheilen, zertheilen; ut, *Prædam æquabiliter dispartire*, Cic. 2 Offic. cap. 11. *Prædarum partem suis dispertit*, Nepos 14, 10, 2. *Dispertire exercitum per oppida*, Livius lib. 29 c. 1, in die städte vertheilen. Et, *Dispertiri*, passive, zertheilet werden; *Cum regna familiaribus dispartirentur*, Nepos Eumene cap. 2 n. 1.

¶ Dispartior, īri, deponens, eintheilen. Cic. de Leg. 2 cap. 19 *Jureconsulti, quod positum est in una cognitione, id in infinita dispartiuntur.*

¶ Dispertītus, a, um, passive, hin und her zertheilt, ausgetheilt. Cic. ad Attic. 9 epist. 10 *Existimo, vos dispertitos & in speculis esse.* Idem 5 fam. epist. 2 *Mihi tecum dispertitum officium.* Et Lucret. 1 v. 888 *Dispertita animæ vis.*

¶ Dispartibilis, e, divisibilis, theilbar, apud Tertull. adv. Hermogen. cap. 39 *Demutabilis & dispartibilis.*

¶ Expers, tis, vacuus, omnis gen. unfähig, leer, untheilhafftig; ut, *Expers & ignarus eruditionis*, Cic. de Orat. lib. 2 cap. 1. *Expers humanitatis*, Idem 2 de Divin. cap. 38, wild, unfreundlich. *Expers virtutum*, Vellej. 2, 74, 2, untugendhafft. Horat. 3 od. 4 v. 65

Vis consilii expers mole ruit suâ.

Animantia rationis expertia, Cic. 1 de Leg. cap. 7. Sic, *Facere expertem*, berauben, Idem pro Corn. Balbo cap. 8. Cum ablativo junxit Plautus Amph. a. 2 sc. 2 v. 81 *Eo more expertem te factum adveniens offendi domi.* Idem, *expertem metu*, Asinar. a. 1 sc. 1 v. 31; &, *domo expertem*, Persâ a. 4 sc. 3 v. 40 dixit. Lucretius lib. 2 v. 1090 *Diis agere expers.* Catullus de Coma Berenices v. 77 *quondam fuit omnibus expers.* Hoc quoque notandum, τὸ *expers* ex illorum numero esse, quæ contrarias significationes admittunt, & communiter quidem *expertem* dici, qui alicujus rei particeps factus nunquam est; & contra aliquando, quamquam rarius, qui factus est particeps. Vet. Gloss. *Expers*, ἄπειρος καὶ ἔμπειρος. Persius sat. 6 v. 8

postquam sapere urbi
Cum pipere & palmis venit nostrum hoc maris expers:

hoc *sapere maris expers*, id est, hæc sapientia græcanica & trans mare cum pipere & palmis advecta. Itaque *expers maris* est, mare expertum. Vide ibi Casaubon.

¶ Impertio, īre, mittheilen. Sic construitur: *Impertio tibi salutem*, &, *impertio te salute*, ich grüsse dich. Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 40 *Parmenonem summum suum plurima salute impertit Gnatho.* Cic. de Amicit. cap. 19 *Impertiant aliis fortunam.* Et, *Impertire laudem*, Idem pro Lege Manil cap. 8. Et Terent. Adelph. a. 2 sc. 3 v. 22 *Sed cesso malo honore impertire hêram propere?*

¶ Impertior, īri, deponens, geben, mittheilen. Cic. pro Archia cap. 5 *Multis gratuito civitatem in Græcia homines impertiebantur.* Idem ad Brutum epist. 12 *Rogamur, ut misericordiam liberis ejus impertiamur*, daß wir an kindern barmhertzigkeit erweisen.

¶ Impertītus, a, um, passive, begabt, verliehen. Sueton. in Claudio c. 4 *Relinquere nullo honore impertitum.* Apulej. Apolog. p. 377 *Nulla impertita mora*, unverzüglich.

¶ Impertitio, ōnis, die mittheilung. Arnob. lib. 2 *Honoris impertitione viduari.*

¶ Impertĭlis, e, untheilbar. Augustin. lib. 6 Mus. *Impertilis nota.*

¶ Proportio, ōnis, comparatio duarum rerum secundum quantitatem, die gleichheit, vergleichung, ähnlichkeit. Cicero de Univers. c. 4 extr. *Id optime adsequitur, quæ græce* ἀναλογία, *latine (audendum est enim, quoniam hæc primum a nobis novantur) comparatio proportiove dici potest.* Et sequenti cap. 5 *aqua terra proportione:* & mox: *corpus ea constructum proportione.*

¶ Proportiōnātus, a, um, gleichförmig, gleichgetheilt. Firmicus Maternus lib. 4 cap. 13 *corpus satis proportionatum.*

¶ Proportiōnālis, e, idem; ut, *Termini proportionales*, Frontinus de Colon. p. 330 & 331.

Parsimonia, vide supra *Parco.*

PARTHĔNIAE, arum, (non Parthenii, ut vulgo,) ita dicti Tarentini, Lacedæmone profecti, ob notam materni pudoris: quâ de re Justinus lib. 3 cap. 4 n. 7, & lib. 20 cap. 1 n. 15, ubi spurios vocatos ait. Adde Lactant. lib. 1 cap. 20, qui aliter non nihil refert. Ὁ παρθενίας plane respondet nostrati, ein jungfer-kind.

¶ Parthĕnīce, es, herba, quæ & *Parthenis.* Catull. carm. 62 n. 94 *Alba parthenice velut, luteumve papaver.*

¶ Parthĕnis, ĭdis, herba postea dicta artemisia, beyfuß, Plin. 25 cap. 7.

¶ Parthĕnius, a, um, adject. idem ac *virginalis.* Sic, *Parthenia antra*, Propertio 1 eleg. 1 v. 11, in Arcadiæ monte, ubi Atalanta exposita, de qua Ælianus H. V. 13 cap. 1; & in quo monte virgines venari consueverunt. vid. Plin. 4 cap. 6, & Servius ad Virg. eclog. 10. ¶ 2. *Parthenius*, fluvius; Ovid. Pont. 4 epist. 10 v. 49, & Plin. 6 cap. 2. ¶ 3. *Parthenius*, poëta quoque Nicæus apud Suidam. conf. Martial. 4 epigr. 45, & Macrob. Saturn. 5 cap. 17. Hinc

¶ Parthĕniānus, a, um, possessivum. Martial. 9 epigr. 50

Hæc toga jam non est Partheniana, mea est.

¶ Parthĕnia, æ, insula, Samos quondam dicta, Plin. 5 cap. 31.

¶ Parthĕnium, i, παρθένιον, herba notissima; vulgo *matricariam* vocant, metran oder mutterkraut. Nomen ei fuit a Minerva, de qua Plin. 22 cap. 17. Dioscor. 3 cap. 141. Muralem quoque vel perdicium appellavere veteres. Adde Celsum 2 cap. 33, & Apulej. de Herb. cap. 81. ¶ 2. *Parthenium*, promontorium, Plin. 4 cap. 12 & 91. Et oppidum, Plin. 5 cap. 29 & 30.

¶ Parthĕnŏpe, es, Παρθενόπη, una ex Sirenibus, a qua *Parthenope* Neapolis dicta fuit. Silius lib. 12 v. 33 in hujus urbis descriptione:

Sirenum dedit una suum & memorabile nomen
Parthenope muris, Acheloias, æquore cujus
Regnavere diu cantus, cum dulce per undas
Exitium miseris caneret non prospera nautis.

Vide supra *Neapolis.*

¶ Parthĕnŏpēus, a, um, adject. sex syllabarum: ut, *Parthenopeia mœnia*, Ovid. 14 Metam. v. 106.

¶ Parthĕnŏpæus, i, Meleagri & Atalantæ filius, bello Thebano celebris, de quo multa Statius. Meminit ejus Virg. Æn. 6 v. 480.

¶ Parthĕnŏpŏlis, is, oppidum Mysiæ in Asia, Plin. 5 cap. 32. ¶ *Parthenopolis* etiam Magdeburgum dicta, ubi quondam Diana virgo culta.

PARTHIA, æ, Παρθία, regio Assyriaca, quam *Parthienem* Curtius vocat lib. 6 cap. 2, ubi & docet, Parthos Scytharum progeniem esse, quod & Dionysius testatur. Fuit initio obscura & minus valida gens, deinde nobilissima & potentissima evasit, potita summo imperio post Persas: quibus tamen id cedere rursus, volventibus fatis, fuerunt coacti. Vide Dionem Cassium lib. 40 in rebus Crassi, ubi accurate de iis exponit: e junioribus vero Onuphr. Panvinium lib. 3 Commentar. Reip. Roman. p. 425.

¶ Parthi, orum, populus ex Romana historia notissimus.

¶ Parthĭcus, a, um, adject. ut, *Dominatus Parthicus*, Tacit. Annal. 6 cap. 34. *Equitatus Parthicus*, Flor. lib. 4 cap. 9.

Partiarius, &c. particeps, participare, participium, &c. particula &c. partim, partior, partitio, vide paullo ante sub *Pars.*

Partitudo, Partula, Partumejus, parturio, partus, vide *Pario*, *Parcæ*, *Pario.*

Parve, parvitas, vide mox *Parvus.*

PĂRUM, adverb. wenig; ut, *Parum diligenter aliquid facere*, Cœlius Ciceroni sub ep. 9 lib. 10 ad Attic. Et, *Parum firma sunt, quæ de fratre meo scribis*, ipse Cicer. ad Attic. lib. 10 epist. 11. Et Plaut. Rud. a. 4 sc. 4 v. 59 *parum intelligere*, &c. *Primo processit parum*, Ter. Andr. a. 4 sc. 1 v. 47, zum erstenmahl hat es nicht wollen angehen. *Parum successit quod ago*, ibidem v. 55. Rursus Plautus Pseud. a. 1 sc. 5 v. 62 *Cum apud te parum olet fides.* Terent. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 117 *Mihi parum habeat fidem.* Et Phorm. a. 5 sc. 7 v. 27 *Itane parum mihi fidem esse apud te?* Seneca procem. in Controvers. *Parum in illis habueris fiduciam.*

¶ Părumper, adv. refertur ad tempus, eine kleine weile, ein wenig. Terent. Andr. a. 4 sc. 2 extr. *Dum exeo, parumper operire hic.* Et Cic. ad Attic. lib. 9 epist. 4 extr. *Abducere parumper animum a molestiis*, sich des unmuths und sorgen entschlagen.

¶ Perpărum, adv. sehr wenig, allzu wenig. Cic. 3 in Verr. cap. 57 *Perparum ex illis magnis lucris ad se pervenire.* Alii *Perparvum.*

PĀRUS, i, vel Paros, prima brevi, insula una e Cycladibus. vide supra *Paros.* Sed

¶ Pārus, i, prima longa, avis, eine meise. Autor Philomelæ v. 9

Parus enim quamvis per noctem tinniat omnem.

Est hæc avis multarum specierum: *Parus major*, vel *fringillago*, spiegelmeise. *Parus ater*, kohlmeise. *Parus cæruleus*, vel *montanus*, meelmeise. *Parus palustris*, reitmeise, capite prorsus est nigro. *Parus cristatus*, heubelmeise, straußmeise, cristam enim in capite nigro fert retro extensam. *Parus caudatus*, schwantzmeißlein. *Parus silvaticus*, waldmeißlein, tannenmeißlein. Gesner.

PARVUS, a, um, ex græco παῦρος, klein. Contra regulam comparatur, *Minor*, *Minimus*, de quibus supra in M; quamquam & *parvissimus* apud Lucretium inveniatur, ut lib. 1 v. 609

parvissima quæque
Corpora cœnabunt:

& alibi. Usus & Varro apud Nonium in *Rictum* cap. 6 n. 43. Et *Minimissimus* apud Arnobium exstat lib. 5 p. 166. Terent in Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 117 *Forsitan hic mihi parvam habeat fidem*, er dürffte mir wenig glauben. *Beneficium suum non parvum commemorare*, Cic. pro Cæcin. cap. 10. *Rem parvo pretio vendere*, Idem 6 in Verr. cap. 60, um geringes geld verkauffen. *Parva sunt foris arma, nisi est consilium domi*, Idem in Off. 1 cap. 22. Et Horatius lib. 2 sat. 2 pr.

Quæ virtus & quanta bonis sit, vivere parvo, Discite.

Idem

Idem lib. 1 epist. 10 v. 41 *Serviet æternum, qui parvo nesciet uti.* Sed, *Parvi facere, æstimare, pendere, putare*, gering achten. Plautus Mil. a. 4 sc. 8 v. 41 *Parvi ego illos facio.* Et Terent. Hecyr. a. 3 sc. 5 v. 63 *Quæ dico, parvi pendunt.* Et, *ducere parvi, putare parvi*: Cic. pro Arch. c. 6 *pericula mortis & exsilii parvi esse ducenda.* Et Catullus carm. 23 v. 25 *Noli spernere, nec putare parvi.*
Et *parvi esse* dicimus. Nepos Eumene cap. 10 *omnes præ illo parvi futuros.* Et, *Herus meus operam meam parvi deputat esse pretii*, Terent. Hecyr. a. 5 sc. 3 v. 1. Sic, *Parvi refert*, es ist wenig daran gelegen. Sed, *parvi quid curare*, sordida formula est, latine quidem sic, & similes genitivi apponuntur verbis *æstimandi*, & *facio*, non tamen id in *curandi* verbo concessum. ¶ 2. Est &, ubi pro *parum* ponitur. Lucanus lib. 4 v. 239 *Si torrida parvus*
Venit in ora cruor, redeunt rabiesque furorque.
Parvus cruor, id est, parum cruoris. Similiter Sedulius de Christo infante: *Parvoque lacte pastus est,*
Per quem nec ales esurit.
id est, non multo lacte: exigua lactis copia. Sed duriuscule hæc dicta videntur. ¶ 3. Aliquando *Parvus* pro brevi ponitur, & tempus notat. Sic Lucanus *parvam mortem* dixit lib. 4 v. 476 & 528. Terentius Andr. a. 1 sc. 1 v. 83
Sic cogitabam: hem, hic parvæ consuetudinis
Caussâ mortem hujus fert tam familiariter.
Parvæ, id est, brevis, non diuturnæ consuetudinis. ¶ 4. *Parvus* aliquando pauperem & humilem, sive non multo illustrem & clarum significat, gering, elend. Horatius lib. 1 epist. 3 v. 28
parvi properamus & ampli.
Servius ad illud Virg. eclog. 7 *tibi Delia parvus* &c. *vel puer*, inquit, *vel humilis vel pauper.* Hirtius de Bello Africano cap. 57 *Aquinium hominem novum, parvum senatorem.* ¶ 5. Puerum etiam significat, ein Kind. Cicero Catil. 3 cap. 8 *Romulus, quem inauratum in Capitolio parvum atque lactantem, uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis.* Sic, *ætate parvi*, i. e. minores, junge leute, kinder, apud Sueton. Aug. cap. 48. Val. Flaccus, de Achille sub Chironis magisterio loquens, lib. 1 v. 269
te parvus lituos & bella loquentem Miretur.
Stat. lib. 1 Silv. ult. v. 44
Parvi, fœmina, plebs, eques, senatus.
Et iterum lib. 7 Thebaid. v. 520
liquistis enim parvosque senesque.
Conf. Barth. ad Stat. Silv. p. 152 & 153, qui perperam latino usu damnari a sciolis hanc vocem notat. Eodem modo & *parvulus* accipitur. De quo sequentibus.
¶ Parve, adverb. kürtzlich. Vitruv. 9 cap. 6 *Parve per eos flectitur delphinus.* Superlat. Cœl. Aurel. Acut. 2 cap. 38 *parvissime aliquid memorare.*
¶ Parvŭlus, a, um, dimin. etwas klein. Virg. 4 Æneid. v. 328
Si quis mihi parvulus aulâ Luderet Æneas.
Parvula manus peditum, Brutus Ciceroni lib. 11 fam. epist. 10. *A parvulo*, Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 8, & *a parvulis*, von kindheit auf: Cæsar 6 B. G. cap. 20 *A parvulis duritiæ & labori student.* Quod Livius lib. 1 cap. 39 *a parvo* dixit. ¶ 2. Usurpatur sæpe pro *puero*, præcipue sequioris ævi scriptoribus, ein Kind. Quintil. Declam. 24 *O manus olim mea, quæ me parvulum sæpe gestasti.* Alia exempla vide apud Barthium ad Ceirin v. 139. Hinc patet, inique Erasmum veterem interpretem Bibliorum latinum reprehendisse, quod apud Matthæum cap. 18 v. 2 *παιδίον*, *parvulum* vertisset: quippe quem *puellum* reddere debuisset, cum *parvulus* potius staturæ, quam ætatis ratione dicatur.
¶ Parvĭtas, ātis, die Kleinigkeit, apud Cicer. legitur pro substantiva parva, lib. de Univers. cap. 13 *Quæ cerni non possent propter parvitatem.* Gellius lib. 1 cap. 3 *Has tamen & parvitates rerum & magnitudines.* ¶ 2. Pro tenuitate, imbecillitate ingenii viriumque posuit Valerius Maxim. in prologo: *Mea parvitas eo justius ad favorem tuum decurrerit*, meine wenigkeit. Quem locum nolim a Lipsio sollicitatum. Ita enim & Hieronymus epist. ad Tranquillinum: *Et quia meæ parvitatis quæris sententiam* &c.
¶ Parvŭlitas, ātis, die kindheit, minderjährigkeit. Vox inclinatæ Latinitatis apud Commodianum Instruct. 6 p. 6 *Si parvulitas sic sensit*, i. e. pueritia & juventus.
¶ Minor, compar. & Minimus, superlat. &c. vide supra *Minor*.
¶ Paucus, Paucitas, &c. quæ ejusdem originis, vide mox seorsim.
¶ Paulŭlus, a, um, diminut. pro *parvulus*, sehr klein, sehr wenig, wintzig. Liv. 8 cap. 11 *pro paulula via magnam mercedem Romanis esse solvendam.* Idem lib. 35 cap. 11 *Equi homines que pauluil & graciles.* Plaut. Bacch. a. 4 sc. 8 v. 24 *Pacisci cum illo paulula pecunia potes.* Absolute Cicer. Tuscul. 5 cap. 8 *Sed habeo paululum, quod requiram.* Et mox ibid. *Huic paululum ad beatam vitam deest.* Sic & Terent. Adelph. a. 2 sc. 2 v. 10 *de suo jure concedere paululum.* Et Plaut. Pœn. a. 3 sc. 6 v. 7 *Prædæ paululum feci*, nur etwas. ¶ *Polulus* pro *Paululus* antique dixit Cato de R. R. ut, *labellum polulum*, c. 10. Et, *Laminæ polulæ*, cap. 21.
¶ Paululum, adverbialiter, ein wenig. Cic. pro Quintio cap. 16 *Paululum respirare*, etwas lufft kriegen. Terent. Andr. a. 3 sc. 5 v. 16 *Sed paululum sine ad me ut redeam.* Idem Eunuch. a. 4 sc. 4 v. 5 *Paululum si cessassem*, nur ein weilgen.
¶ Paululo, per se ablativus, interdum adverbiascens, idem. Terent. Eunuch. a. 1 sc. 1 v. 30 *Si nequeas paululo*, scil *redimere.* Idem Heaut. a. 3 sc. 1 v. 35 *Muliercula paululo tum erat contenta.*
¶ Paulŭlātim, adverb. allmählich. Apulej. 1 Metam. p. 121 *paululatim labellis minuens.* Atque ita etiam alibi. Vide Indicem Elmenhorstii. Nec aliter Pricæus vulgavit: vide p. 31 &c.
¶ Paullus, sive Paulus, a, um, aliud diminutivum ex *Paululus* contractum; unde utroque modo *Paullus* & *Paulus* scribitur, si vel unam tantum literam, vel totam syllabam de medio tollas, wenig, klein. Titinnius apud Nonium cap. 4 n. 47 *Cocus magnum ahenum, quando fer-*

A *vit, paullâ confutat truâ.* Terentius in Andriâ a. 5 sc. 3 extr. *Pro peccato magno paulum supplicii satis est patri.* Ibidem a. 1 sc. 5 v. 31 *Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur.* Et in Adelph. a. 5 sc. 4 v. 22 *paulo sumtu.*
¶ Paullum, vel Paulum, neutrum genere, crebro adverbiascit, uti *Paullum*; v. g. *Abesse paulum ab aliquo loco*, Cic. lib. 1 Acad. c. 1. Sic, *Admodum paulum*: &, *Paulum modo aliquid ostendere*, Idem 1 fam. epist. 5, nur ein wenig sehen lassen. *Post paullum*, bald, oder über ein kleines hernach.
¶ Paullo, sive Paulo, per se ablativus, unde etiam comparativis eleganter apponi solet: ut, *Litteræ paullo liberiores*, Cic. 2 Attic. epist. 13. *Civis haud paullo melior, quam isti nostri*, ibidem epist. 12, viel oder weit frömmer. *Non paullo gratius id est.* Et, *Operam navabis non paullo meliorem*, &c. hoc est, multis modis utiliorem, so weit nützlicher seyn wird, &c. Quæ locutio latina est & elegans. Alibi propius ad naturam adverbiorum accedit: ut, *Paullo ante*, *Paullo prius*, kurtz zuvor. *Paullo post*, & *post paullò*, apud Cæsar. lib. 1 B. C. c. 20, bald hernach, nicht lang darnach. *Verba paullo magis prisca*, id est, nimium prisca, Cicer. de Clar. Orat. cap. 21. *Paullo minus prudens & consideratus paterfamilias*, ein wenig zu unvorsichtig und unbedachtsam, Idem. Utrumque autem dicitur & *paullo minus* absolute, & cum particula *quam*, de quo Casaubonus ad Sueton. pag. 141. *Paullo secius*, ein wenig anders, Cicer. de Orat. lib. 3 cap. 30. *Plus paulo*, Ter. Heaut. a. 2 sc. 1 v. 8.
B ¶ Paullātim, vel Paulatim, adverb. uti *paululatim*, significat sensim, leniter, mehlich, langsam. Terent. in Adelph. a. 5 sc. 6 v. 10 *Paulatim plebem primulum facio meam*, allsachte, nach und nach. *Omnia paulatim crescunt*, Lucret. lib. 1 v. 190. *Carpit vires paulatim*, Virgil. 3 Georg. v. 215. *Cujus amicitia me paullatim in hanc perditam caussam imposuit*, Cœl. ad Cic. 8 fam. epist. 17.
¶ Paullisper, vel Paulisper, adv. paulum admodum, ein wenig; ut, *Paulisper mane*, Terent. Heaut. a. 2 sc. 2 extr. *Commoratus est paullisper, dum se uxor comparat, Milo*, Cicer. pro Milone c. 10. ¶ Pro aliquandiu, eine weile, Plaut. Bacch. a. 3 sc. 3 v. 12 *Paulisper est libido homini, suo animo obsequi.* Idem Pseud. a. 1 sc. 1 v. 36 *Quasi solstitialis herba paulisper fui.*
¶ Pauxillus, pauxillulus, &c. vide paullo post in *Paucus*.
¶ Paulus, sive Paullus, i, a diminutivo *paulus*, vel *paullus*, nomen Romanum est; ut, *Æmilii Paulli* &c. a statura parva. Sic, *Paulus Fabius, Paulus Julius, Paulus Venetus*, apud Tacitum. Græce etiam est *παῦλος*. Et multi veterum dicunt, *Apostolum Paulum* nomen hoc elegisse, ut ostenderet se *minimum Apostolorum*. Indeque
¶ Paulianus, a, um, adject. ut, *inclyta Pauliana victoria*, apud Valer. Maxim. 8, 11, 1. Sic Jurisconsultis dicta est *actio Pauliana* a Paulo prætore. Sic, *Pauliana responsa*, in Imp. præfat. Pandect. § 5. Hinc &
¶ Paulīnus, i, & Paulina, æ, nota in historia Romana nomina; ut, *Suetonius Paulinus, Pompejus Paulinus*, &c. *Lollia Paulina, Pompeja*
C *Paulina*, apud Tacitum. Duo præterea *Paulini* eruditione insignes: alter ille *Nolanus* episcopus, cujus carmina & epistolæ supersunt: & alter, *Petrocorius* a patria, Aquitaniæ oppido, cognominatus, & ipse poëta, qui vitam S. Martini scripsit, ab Jureto & Barthio commentariis illustratam.

Composita:

¶ Perparvus, a, um, sehr klein. Plin. lib. 5 cap. 7 *perparva insula.* Cicero pro Dejot. cap. 3 *perparva culpa.* Idem in Verrem 3 cap. 38 *Perparva & tenuis civitas.*
¶ Perparvŭlus, a, um, idem; ut, *Duo sigilla perparvula*, Cicero in Verr. 4 cap. 43. Et, *perparvuli scrupuli*, Solinus c. 53.
¶ Perpaulŭlus, a, um, idem. Cic. de Orat. 2 cap. 35 *Inter ingenium & diligentiam perpaululum loci reliquum est arti.*
¶ Perpaulum, adverb. ein klein wenig. Cic. de Fin. 1 cap. 6 *Perpaulum declinare.*
¶ Præparvus, a, um, sehr klein. Juvencus extremo lib. 2 in Matth. c. 13
Simile est, cordis si panditis aures,
Præparvi grano regnum cœleste sinapi.
Pascalis, vide mox in *Pasco*.
PASCEŎLUS, i, ex aluta sacculus, ein beutel, täschlein. Plaut. Rud. a. 5 sc. 2 v. 27 *Centum denaria Philippea in pasceolo.* Adde ex Lucilio & Catone loca apud Nonium c. 2 n. 635. Græce *φάσκωλον* & *φασκώλιον*. vid. Turneb. Adverf. 3 cap. 11, & Meurs. Exerc. Crit. P. 1 cap. 1 p. 228.
D PASCHA, *πάσχα*, Græcis in N. T. indeclinabile. Vide Vossium de Analogia lib. 1 cap. 20. Patres Latini in prima forma flectunt. Tertullianus ad Uxor. lib. 2 cap. 4 *solemnibus paschæ abnoctare.* Idem de Corona Milit. c. 3 *A die paschæ in pentecosten usque.* Et Hieronymus advers. Vigilantium, *in vigiliis paschæ.* Significat transitum ab Ebraico *Phase*, Ostern, id est, *resurrectio*, urstend. De varia hujus vocis significatione vide Casaubon. contra Baron. Exercitat. 16 sect. 11 & seqq. De ritibus & ceremoniis solemnitatis Paschæ vide Scaligerum de Emendatione temporum, Bezam ad Matthæi c. 26 v. 21, itemque Brisson. ad Codic. de Feriis.
¶ Paschālis, e, österlich. Sedulius exordio opusculi:
Hæc est via namque salutis,
Hæc firmos ad dona gradus paschalia ducit.
Chrysologus serm. 73 *Paschalis solemnitas.* De *Paschali cyclo* Isidorus 6 c. 17.
¶ Paschaliter, adverb. idem, apud Hieronymum lib. 1 epist. 7.
PASCO, pāvi, pastum, pascĕre, pecudum est, sicut vesci hominum, Valla auctore, weyden, füttern. Ponitur quandoque absolute; ut apud Ovid. 4 Metam. v. 635
Mille greges illi, totidemque armenta per herbas
Pascebant &c.
Nisi heterosin quis malit esse, *pascere* pro *pasci*. Est enim activum, *Pascere boves, bestias*: Virg. eclog. 1 v. 46 *Pascite, ut ante, boves, pueri*, &c. Item, *Pascere crinem*, das haar wachsen lassen, vide *Crinis*.
¶ 2. Ve-

¶ 2. Veteres proprie de servorum familia dicebant, **unterhalten**: ut apud Catonem, *Bene vestire, & bene pascere*. Quo respexit Apulejus Apol. *parcius pasco, levius vestio*. Juvenal. satyr. 3 v. 141 *Quot pascit servos?* Spartianus in Adriano c. 11 *Ante omnes tamen enitebatur, ne quid otiosum vel emeret aliquando, vel pasceret.* ¶ 3. Pro *edere* etiam veteres usurparunt. Martial. lib. 9 epigr. 81 *pascit Gellius*, **er speiset**. ¶ 4. Transfertur eleganter ad oculos & animum; ut, *Pascere animum*, **belustigen**. Virgil. 1 Æneid. v. 464 *animum pictura pascit inani*. Et, *Oculos pascere suos in aliqua re*; Cic. 11 Philipp. c. 3 extr. **seine lust sehen**. ¶ 5. *Pascor*, pass. Ovid. extremo lib. 1 amorum: *Pascitur in vivis livor, post fata quiescit.*

Et Cicer. pro Cluent. c. 25 *Bestiæ, fame dominante, plerumque ad eum locum, ubi pastæ aliquando sunt, revertuntur.*

¶ Pastus, a, um, **gewendet, gefüttert**: ut, *Agna gramine pasta*, Ovid. Pont. 4 epist. 8 v. 41. *Pastos agere greges*, Idem Heroid. epist. 24 v. 14, vel A. Sabini 3 v. 14. *Planus quæstu judiciario pastus*, **ein causenmacher**, Cicer. pro Cluent. c. 26. ¶ Item, **abgefressen**; ut, *pastæ radices*, i. e. quas bestiæ paverunt, Plin. 9 c. 3.

¶ Pastus, ûs, subst. **die wende, fütterung**. Cic. 2 Nat. Deor. cap. 47 *Comparavit pastum animantibus large, & copiose natura.* Et, *Pastus animorum*, **hertzenslust und wende**. Idem in 5 Tuscul. c. 23 *Suavissimus pastus animorum oblectatio solertiæ.*

¶ Pastio, ōnis, pecudum alimentum, & actio ipsa pascendi, **das futter, die wende**. Cicer. pro Lege Manil. c. 6 *Asia magnitudine pastionis omnibus terris antecellit.* Hygin. fab. 254 *in pastionem boves mittere.*

¶ Pastūra, æ, idem. Pallad. Septemb. tit. 8 *Vsque in Majum mensem ejus pastura sufficiet.*

¶ Pasticus, a, um, **gemästet**; ut, *Agnus pasticus*, Apic. 8 c. 6.

¶ Pascíto, āre, frequent. **offt wenden**. Varro de R. R. 3 c. 16 *Feræ, quæ in silvestribus locis pascitant.*

¶ Pascālis, vel Pascuālis, e, **auf der wende gehend**. Festus: *Pascales oves Cato posuit pro pascuales.* Vulg. Interpr. 1 Reg. 28 v. 24 *Pascualis vitulus.*

¶ Pascuōsus, a, um, **zur wende dienlich**; ut, *herba pascuosa*, Apulej. de Herb. c. 92.

¶ Pascuus, a, um, adjectivum, idem; ut, *Silva pascua*, Lege 30 § ult. de Verb. signif. *Pascuus ager*, Plautus Trucul. a. 1 sc. 2 v. 47. *Rura pascua*, Lucretius lib. 5 v. 1247, quæ pascuis destinata sunt, **viehetrifft, wendeplatz**.

¶ Pascuum, i, subst. plur. Pascua, **eine wende**. *Læta pascua*, Horat. lib. 4 oda 4 v. 13. *Herbosa pascua*, Ovid. 2 Metam. v. 689. Vtrobique numero plurali. ¶ Sed & in fœminino *pascua, pascuæ*, dicitur, non antiquis modo, sed & posterioris ævi scriptoribus. Tertullian. Apologet. c. 22 *Et quæ illi accuratior pascua est, quam ut hominem e cogitatu veræ divinitatis avertat præstigiis falsis!* Sane revera adjectivum est: itaque cum *pascua* dicitur, subintelligi *terra* debet; cum *pascuum*, subintelligendum *arvum*. Et male Grammatici negarunt *pascuum* in singulari exstare. Nam Varro lib. 2 de Re Rustica c. 12 *viride pascuum*: Columella lib. 7 c. 1 *Rus, quod pascuo caret*; & c. 12 *agrum sine pascuo*, dixit.

¶ Pascue, adverb. pro laute, **köstlich, reichlich**; ut, *Abacus pascue vinolentus*, Apul. Met. lib. 2.

¶ Pastor, ōris, cui pecoris pascendi cura commissa est, ovium vero proprie, **ein hirte**. A bubulco enim discernit Juvenalis satyr. 11 v. 151

Pastoris duri est hic filius, ille bubulci.

Et Suetonius, Tiberium provinciarum præsidibus rescripsisse, tradit: *Boni pastoris esse, tondere pecus, non deglubere.* ¶ *Pastores* etiam dicuntur, qui pecuariam exercent. Vide *Arator* in *Aro*. Metaphorice *Pastores* apud Homerum erant *reges*, qui frequenter λαῶν, *populorum*, addit, v. g. Iliad. B v. 85 ποιμένι λαῶν, ubi Didymus: ποιμένι, βασιλεῖ. Sic, *Pastor animarum*, **ein seelen-hirte**.

¶ Pastōrius, a, um, quicquid ad pastorem pertinet, **das des hirten ist**. Ovid. lib. 2 Metam. v. 682 *pastoria pellis*. Item Calpurn. eclog. 5 v. 105

Gnavaque sedulitas venit, & pastoria virtus.

Et, *Pastorius habitus*, apud Florum lib. 1 c. 17. Et c. 20 ibid. *Pastoria Pales.*

¶ Pastorālis, e, idem; ut, *Pastoralis habitus*, apud Livium lib. 9 c. 36. *Pastoralis cantus*, Claudian. lib. 1 laud. Stilic. v. 182. *Tectum pastorale*, **das hirten-hauß**, apud Statium 12 Theb. v. 268. *Pastorale baculum*, **ein hirten-stab**, apud Silium 13 v. 334.

¶ Pastoraliter, adverb. **auf hirten art**. Venant. Fortunatus in epist. quæ inter 14 & 15 carmen est, lib. 8.

¶ Pastōrĭcius, a, um, **dem hirten gehörig**: ut, *fistula pastoritia*, Cicer. ad Attic. vide *Fistula*. Et, *Fera quadam sodalitas & plane pastoritia atque agrestis*, apud eumdem pro Cœlio c. 11. *Pastoritius canis*, Apulejus lib. 9 Metam. p. 233.

¶ Pabulum, Pabulari, &c. vide supra suo loco.

Composita:

¶ Compasco, ĕre, simul pascere, **miteinander wenden**. Varro R. R. 1 c. 2 *Ne capras compascat.* Plin. 9 c. 54 *In Lucrino compascere.* Et *compasci*, simul pasci, Varro R. R. 1 c. 52. *Jus compascendi habere*, Scævola l. *testatrix* § 1 ff. si servitus vind.

¶ Compascuus, a, um, **zur gemeinen wende gehörig**: ut, *jus compascuum*, Scævola l. c. § ult. Et, *ager compascuus, relictus ad pascendum communiter vicinis*, Festus, **ein gemeiner wendeplatz**. Cicero in Topicis cap 3 *Si compascuus ager est, jus est compascere.*

¶ Compastor, ōris, in Gloss. gr. lat. συννομεὺς, **ein mithirte**. Hyginus fab. 187 *Alter compastor.*

¶ Compesco, ui, ĕre, quasi intra pascua continere, coërcere, cohibere, **inne halten, zurück halten, zähmen**: ut, *Animum, mentem compescere*: Horat. 1 epist. 2 v. 62

Ira furor brevis est, animum rege, qui nisi paret,
Imperat, hunc frenis, hunc tu compesce catena.

Digito compesce labellum, Juvenal. satyr. 1 v. 160.

¶ Depasco, ĕre, & Depascor, sci, deponens, **abwenden, abfressen**. Columella lib. 7 c. 5 sub fin. *Si hædi rosidas herbas depaverint.* Virgilius 3 Georg. v. 458 *artus depascitur arida febris.*
Item 2 Æn. v. 215 *miseros morsu depascitur artus.*

¶ Depastus, a, um, **abgefressen**, passive; ut, *Depastæ segetes*, Plinio lib. 18 cap. 17.

¶ Depastio, ōnis, **die abwendung**. Idem Plin. 17 cap. 24 *Depastio animalium.*

¶ Dispesco, ui, ĕre, **abtheilen, absondern, unterscheiden**. Festus: DISPESCERE *proprie est, pecus a pastione diducere, ut compescere, una pascere, & in uno loco continere.* Hinc pro disjungere, separare ponitur. Plin. lib. 5 cap. 9 *Inde Africam ab Æthiopia dispescens.*

¶ Impasco, ĕre, idem quod *pascere*. Columella lib. 6 c. 5 *Loca, quibus nullum impascitur pecus.* Sed

¶ Impastus, a, um, non pastus, **ungefüttert, hungerig**. Virg. 9 Æn. v. 339

Impastus ceu plena leo per ovilia turbans.

Silius 7 v. 129 *impasta turba luporum*. Et Prudentius Cathem. 4 v. 99 *Impasti licet irruant leones.*

¶ Perpasco, ĕre, **mästen**. Varro de L. L. 4 c. 19 *Pecus ab eo quod perpascat.*

¶ Perpastus, a, um, **gemästet, wohl gefüttert**: ut, *canis perpastus*, Phædr. 3 fab. 7.

¶ Repasco, ĕre, **wieder speisen, wieder füttern**. Paulinus Nolanus Jambo ad Cytherium v. 853

Vt pullus aquilæ dicitur repascere
Curâ parentes mutua.

Idem epist. 44 (vet. ed. epist. 31) cap. 1 *Quid agam? a quo mihi tribui petam impendia, quibus possim divitem pauper repascere?*

PĀSĬPHAE, es, Πασιφάη, solis filia, uxor Minois regis Cretæ & mater Minotauri. Martial Spectac. carm. 5

Pasiphaen junctam Dictæo credite tauro.

¶ Pāsĭphāēïus, a, um, adject. sex syllabar. *Pasiphaeiam Phædram* dixit Ovidius filiam Pasiphaes lib. 15 Metam. v. 500.

PĀSĬTHEA, æ, Πασιθέα, alias Aglaja, una Gratiarum. Stat. 2 Theb. v. 286

Non hoc Pasithea, blandarum prima sororum.

PASSAGIVM, i, ita prolapsa latinitate dicebatur expeditio in terram sanctam. Scripsit ea de re pecul. dissert. Bœclerus.

PASSER, ĕris, στρουθὸς, avis notissima & turpissima, **ein spatz, sperling**. vid. Catull. epigr. 2 & 3. Cic. 2 de Divin. c. 29 & 30, & de Fin. 2 c. 23. Plin. 10 cap. 36, & 18 cap. 17 &c. *Passer silvestris* seu *torquatus*, **ein ringelsperling, waldsperling**, a torque albo, quo a passeribus communibus differt. *Passer* alius *silvestris magnus*, **ein gerst-hammer**; hordeum enim & triticum depascit. *Passer aquaticus*, nidificat in arundinetis, **ein rohrsperling**. *Passer troglodytes*, sic dictus, quod in arborum cavernis nidificet, **ein baumsperling**: τρωγλοδυτεῖν, cavernas subire significat; Gesnero avicula est regulo similis. *Marinus passer*, pro struthio camelo, apud Festum & Plaut. Pers. a. 2 sc. 2. *Passer*, quia avis: *marinus*, quia peregrinus. Sic enim & Celsus *pastinacem marinam* pro peregrinâ dixit, Scaligero observante. *Passer vetulus non illaqueatur*, Italorum proverbium est: Gesnerus. ¶ 2. *Passeres*, pisces, *rhombi* vel *soleæ*, **halbfische, schollen, plateislein, butten**. Cognatæ enim videntur esse species, tametsi differant. Vide Gesner. & ex veteribus Colum. 8 cap. 16. Plin. 9 cap. 20, & 32 cap. 11.

¶ Passercŭlus, i, dimin. **ein kleiner sperling**, Cicer. 2 Divin. cap. 30.

PASSERNĪCES, um, cotes sic dictæ, Plin. 36 cap. 22.

Passibilis, &c. Passim, vide *Patior*, *Pando*.

Passionalis, Passivus, &c. vide *Patior* & *Pando*.

Passum, passus, vide supra *Pando*.

PASTILLVS, i, massam significat, cujuscunque materiæ, orbicularis formæ, **ein keulgen**. Gloss. *Pastilli*, τροχίσκοι, **runde küchlein, trazisken**. Plin. lib. 27 cap. 12 *Quidam tradunt lavari, atque ita siccatam digeri in pastillos*; & paullo post: *radicem terentes digerunt in pastillos sole siccatos.* Pilulas unguentarias exponit Erasmus in illo Horatii lib. 1 satyr. 2 v. 27 *Pastillum Rufillus olet*, &c. vide Chiliadas. Quid sit, Celsus explicat lib. 5 cap. 17.

¶ Pastillíco, āre, pastilli figuram rotundam repræsentare, **rund kugeln, oder worgeln**. Plinius lib. 21 cap. 8 *Luteus bellio pastillicantibus barbulis coronatur.*

PASTĬNĀCA, æ, σταφυλῖνος, herba seu olus potius, quod etiamnum in culinis sub hoc nomine notum est, **pastinack**. Sed variæ species: *Pastinaca agrestis*; *Pastinaca erratica*, Plin. lib. 25 cap. 8, & *pratensis*, lib. 21 cap. 15. ¶ 2. *Pastinaca*, piscis: *Pastinaca marina*, caudam habet oblongam, & in ea aculeum seu radium, quo nihil est venenatius, Plinio auctore lib. 9 cap. 47. Græcis τρυγὼν θαλασσία est, Germanis inferioribus, **ein peilstert**, hoc est, cauda sagittata.

PASTĬNVM, i, ferramentum bifurcum vinitorum, **ein karst, grabscheid, eine weinhacke**, apud Columellam lib. 3 cap. 18. ¶ 2. Ipse pastinandi actus *Pastinum* dicitur, **die umgrabung des weinbergs**. Pallad. Januarii tit. 10 *Pastinum fieri nunc tempus est, quod fit aut terra in totum fossa, aut sulcis, aut scrobibus.*

¶ Pastíno, āre, fodere, **graben, hacken, aufhacken**. Vetus interpres Marci 12 v. 1 *vineam pastinavit homo.* Palladius l. c. *Scrobibus pastinemus aut sulcis.* Columella docet lib. 3 cap. 13 *quomodo terra pastinetur.* Idem lib. 11 cap. 3 *Pastinandi soli duo sunt tempora* &c.

¶ Pastinatus, a, um, **gehackt, umgegraben**. Vnde absolute Colum. 3 cap. 13 *suspensissimum pastinatum.* Idem lib. 4 c. 4 *facta in pastinato scrobe* &c.

¶ Pastínātus, ûs, **das hacken, das umgraben**. Plin. 17 cap. 20 *bipedaneo seri pastinatu.*

¶ Pastinatio, ōnis, idem. Colum. 3 cap. 12 extr. *pastinationem suscipere*, **das hacken vornehmen**. Idem lib. 3 cap. 13 *Pastinationis altitudo*. Et lib. 11 cap. 2 *Pastinationis mensura.*

¶ Pastinator, ōris, **ein wintzer, weinhacker**, apud Columellam 3 cap. 13, Et Firmicus 5 cap. 4 *Fabricatores aut pastinatores.*

¶ Perpastíno, āre, **wohl durchhacken**. Tralate Tertullianus de Cultu fœm. lib. 2 cap. 9 *perpastinantes divitiarum vel elegantiarum usum*, id est,

id est, evellentes, abdicantes. Ita Rigalt. legit: sunt qui & *repastinantes.*

¶ Repastīno, are, refodere, behacken; ut, *Vineam repastinare*, aufs neue umhacken, Columell. lib. 4 cap. 32. *Repastinare ungues*, Tertullianus dixit de Pœnitent. cap. 11. vide *Vnguis.* Idem &, *vitam repastinare*, dixit pro renovare, de Anima cap. 50. Verba sunt: *Nec magiæ dabit quisquam, ut eximat mortem, aut repastinet, vitis modo, vitam, ætate renovata.*

¶ Repastinatus, a, um, umgegraben aufs neue. Colum. 3 cap. 18 *Repastinatæ vineæ dictæ veteres, quæ refodiebantur*, &c. *Nunc consuetudo, quicquid emoti soli vineis præparatur, repastinatum vocat.*

¶ Repastinatio, ōnis, das behacken. Cic. de Senect. cap. 15 *Quid agri fossiones repastinationesque proferam?*

Pastio, vide paullo ante *Pasco.*

PASTŎMIS, ĭdis, fœm. *πασομὶς*, instrumentum ferreum, seu ligneum, quo equi in naribus aut ore coërcentur, ein knebel oder nasenband. Legitur apud Lucilium:

Pastomides huic ingentes de naribus pendent.

PASTŎPHŎRVS, i, *πασοφόρος*, i. e. pallium ferens sacerdotale, ut fit in processionibus & supplicationibus, ein priester im priester-habit. Apulej. Met. 10 *cœtus pastophororum.* Idem lib. 11 *Collegium pastophororum*, die priester-schaar.

¶ Pastophŏrium, i, *πασοφόριον*, atrium templi, sacerdotum domicilium, die sacristey, die priester-wohnung. vid. Suid. & Salmas. in Solin. p. 856.

Pastor, pastoralis, &c pastus, vide ante *Pasco.*

PĂTĂGIVM, i, ornamentum est illud, quod tunicæ summæ assuitur, die einfassung, das gebräme um den rock. Ita Festus exposuit, & usus est Apulej. Met. p. 119 *crines sinuato patagio residentes.* Nonius Marcellus cap. 14 n. 19 *Patagium aurea chlamys, quæ pretiosis vestibus immitti solet*, quod vero similius est, ein gülden stück. Salmasius de Pallio p. 190 per *aureum clavum* exponit.

¶ Patagiatus, a, um, *patagio ornatus*, verbrämt, herrlich ausstaffiert. Plaut. Epid. a. 2 sc. 2 v. 47 *vestis indusiata, patagiata.*

¶ Patagiārius, i, qui patagia conficit, ein alamode schneider. Plaut. Aul. a 3 sc. 5 v. 35 *Patagiarii, indusiarii.* Adde vet. Inscript. apud Spon. Misc. p. 224, & Reines. ad Class. 11 Inscript. 83.

PĂTĂGVS, i, *πάταγος*, genus morbi, capitis conquassatio, eine haupt-kranckheit, in Plauti fragmento, quod citat Macrob. Saturn. 5 cap. 19. conf. Taubm. Comment. p. 1486. Nomen a maculis habet morbus ille pestilens, quo correptus qui moritur, nullum indicium morbi relinquit præter nævulos in parte corporis. vid. Scaliger. Append. ad Conjectan.

Patalena, Patalis, vide mox *Pateo.*

PĂTĂRA, æ, Lyciæ urbs, Apollini sacra, ubi & sex hibernis mensibus oracula reddebat. Servius ad illud Virg. 4 Æn. v. 143 *Qualis ubi hibernam Lyciam* &c. & Lutatius Scholiastes Statii ad 1 Thebaid. v. 696.

¶ Pătăreus, a, um, trisyllabum, cognomen Apollinis apud Horatium lib. 3 ode 4 v. 64 *Patareus Apollo.* Sic & *Pataréa regia*, Ovid. Met. 1 v. 516.

¶ Patarēis, ĭdis, fœm. Adjective Avienus Descript. Orbis v. 684

Qua frons tenta salo Patareidos eminet arcis.

PĂTĂVIVM, i, vide *Padus* & *Padua*, urbs Italiæ in Venetis ad Adriaticum mare, ab Antenore condita, patria T. Livii. Vide supra *Antenor*, & Virg. Æn. 1 v. 251.

¶ Patavīnus, a, um, denominativum: ut, *Livius Patavinus.* Et, *Patavinorum aquæ calidæ. Patavina puella*, Martial. 11 epigr. 17.

¶ Patavinitas, ātis, quam in Livio Pollionem deprehendisse Quintilianus refert lib. 1 cap. 5, de qua clarissimi viri D. G. Morhofii eruditissimus liber, ut legatur, dignus est.

Patefacio, &c. vide sequens *Pateo.*

Patella, vide infra *Patina.*

PĂTEO, ui, ēre, apertum, patentem esse, offen stehen. Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 8 v. 28 *Postulo, ut tua mihi domus, te præsente, absente, pateat.* Idem ejusdem fab. a. 1 sc. 2 v. 9 *Semper tibi patent fores hæ.* Virg. 6 Æn. v. 127 *Noctes atque dies patet atri janua ditis.*
Cic. de Somn. Scip. cap. 3 *Huc tibi aditus patere non potest*, hieher kanst du nicht kommen. *Omnium querelis aures tuæ patent*, Idem ad Qu. fratr. lib. 1 epist. 1 cap. 18, du hörest aller leute klagen gerne. *Late, latissime patere*, sich weit erstrecken: *Avaritia latissime patet*, Cic. 1 Off. cap. 7 extr. *Alpes patere a supero mari ad inferum*, i. e. extendi, Nepos Fragm. cap. 8 n. 1. Eleganter Cicero pro Dejotaro cap. 5 *Domum se contulit, teque Alexandrinum bellum gerente utilitatibus tuis patuit*, i. e nihil negavit tibi, nihil veluti clausum tibi esse voluit, quod usui esse posset. Ita Lambinus legit: alii *paruit utilitatibus.* Propertius lib. 4 eleg. 7 v. 73 *Nutrix in tremulis ne quid desideret annis*
Parthenie, patuit, nec tibi avara fuit.
Commendat Cynthia poëtæ amatori Partheniam nutricem suam, ne gravis senectâ egeat. Ei rei argumenta duo ducit: primo quod ei *patuit*; hoc est, facilis ei fuit, & libenter annuit votis ejus, cum aditum ad amicam peteret. Secundo, quod *non avara fuit*, hoc est, non care vendidit ei ad amicam aditus. ¶ 2. Hinc & obsceniusculum verbum est, & de illis dicitur, qui florem ætatis abutendum aliis præbent. Tibullus in Priapejo: *nec tibi tener puer*
Patebit ullus.
Ovidius lib. 14 Metam. fab. 4 v. 133
Si mea virginitas Phœbo patuisset amanti.
Idem lib. 1 de Arte amandi v. 361
Pectora dum gaudent, nec sunt adstricta dolore,
Ipsa patent, blandâ tunc subit arte Venus.
¶ 3. *Patere ictibus* dicitur, qui nullo modo repellit ictus, sed recipit. Virg. Culice v. 194 *fœdique patentis*
Ictibus ossa ferit.
Hinc Celsus dixit *Senectutem longis morbis patere* lib. 2 cap. 1, pro, obnoxiam esse. Dicitur &, *præbere latus.* vide *Latus.*

¶ Pătens, tis, patentior, patentissimus, offen; ut, *Campi patentes*, Virg. 4 Georg. v. 77, freye offene felder. *Cælum ex omni parte patens atque apertum*, Cic. Divin. 1 cap. 1. *Patentior vallis*, Livius lib. 21 cap. 7. *Patentior via*, Idem lib. 34 cap. 39. *Patentissimis locis*, Sueton. Claud. cap. 32. *Patentissimi oris dolium*, Colum. 12 cap. 8.

¶ Patenter, patentius, adverb. frey. Cic. de Inventione lib. 2 cap. 23 pr. Compar. *patentius* usus est. Vide in *Expedite* sub *Pes.*

¶ Pătesco, ĕre, patentem fieri, aufgethan oder geöffnet werden. Virg. 1 Æn. v. 483 *Apparet domus intus, & atria longa patescunt.*
Et ibidem v. 309 *Danaumque patescunt insidiæ*, hoc est, manifestæ fiunt, der Griechen hinterlist kommet an den tag, wird offenbar. Verbum poëticum, quo tamen usi & historici, & oratores, ut observat Voss. lib. 6 Instit. Orat. p. 453. Livius lib. 22 cap. 4 *Deinde paullo latior patescit campus.* ¶ *Patiscens cælum* dicitur apud Senecam epist. 94.

¶ Pătălēnă, æ, Dea frumenti, cum folliculi ejus patescunt, ut spica exeat. vid. Augustin. de C. D. 4 cap. 8.

¶ Patālis, e, idem quod patens, offen. *Patalis bos* Plauto Truc. a. 2 sc. 2 v. 22 dicitur, qui diversa & patula cornua habet, ut Festus explicat. Græci quoque ejusmodi boves *πετάλας* vocant, ut Scalig. in Conject. observat.

¶ Patera, Patibulum, Patina, vide mox singillatim.

¶ Pator, ōtis, nomen, quod hiatum & apertionem sonat, die öffnung. Apulejus sæpe usus est: vide Indic. Elmenhorst. v. g. lib. 1 de Asino p. 111 *Vulnus dehiscit in profundum patorem.* Et lib. 10 p. 253 *in quadratum patorem cuneati.* Et lib. 3 *perflabilis ædium pator.* Adde ex Scrib. Largi Composit. 46 & 47 *Narium pator*, &c.

¶ Pătŭlus, a, um, quod semper patet, offen, ausgebreitet; ut, *Patula arbor*, id est, longe lateque ramis suis diffusa, ein baum, der sich weit ausgebreitet. *Patulis ramis diffusa platanus*, Cic. de Orat. Et Horat. 1 epist. 18 v. 70 *Nec retinent patulæ commissa fideliter aures.*
Servius ad illud Virgilii eclog. 1 *Tityre tu patulæ* &c. PATVLVM, inquit, *dicitur, quod patet naturaliter, ut* NARES, ARBOR, CRVX. PATENS *vero est, quod clauditur & aperitur, ut* OSTIVM, OCVLI &c.

¶ Patulcius, i, Janus dictus, quia tempore belli valvæ ejus templi patebant; pacis vero tempore claudebantur. vid. Macrob. 1 Saturnal. cap. 9. Ovid. Fast. 1 v. 129
Nomina ridebis: modo namque Patulcius idem,
Et modo sacrifico Clusius ore vocor.

¶ Pătŭlīco, are, sich aufthun. Plin. 21 cap. 8 *Patulicantibus barbulis.* Alii legunt *pastillicantibus.*

¶ Pătefacio, feci, factum, ere, aperire, öffnen; ut, *Hostibus portas patefacere*, Livius lib. 2 cap. 15, den feinden die thore öffnen. *Fenestram ad nequitiam patefacere:* vide *Fenestra.* Et, *Aditum alicui ad aliquid patefacere*, Cic. 13 fam. epist. penultima. Et Terent. in Hecyr. a. 3 sc. 1 v. 23 *Meas injurias nullo unquam patefecit loco*, er hat nichts offenbahret. Sic Cic. ad Attic. lib. 11 epist. 13 *Odium suum in aliquem patefacere*, seinen groll gegen einen an den tag bringen. *Verum patefacere & illustrare*, die wahrheit ans licht bringen, Idem in Lælio cap. 26.

¶ Patefio, ĕri, geöffnet werden, offenbahr werden. Terent. Phorm. a. 5 sc. 4 v. 6 *Sin patefit*; opponitur *τῷ* celari. *Patefiunt nocte fenestræ*, Propert. lib. 3 eleg. 20 extr. *Liberto tuo totum me patefeci*, Cic. 6 fam. ep. 10, ich habe bey ihm mein hertz ausgeschüttet. Etiam *patefaciendus* invenitur. Arnobius lib. 1 p. 38 *Inexplicabilis ratio fati, clausis patefacienda mysteriis.*

¶ Patefactus, a, um, eröffnet, aufgethan, offenbahret; ut, *Patefactus equus*, Trojanus scil. Virg. Æn. 2 v. 259. *Veritas patefacta*, Cic. pro Sulla cap. 16 pr. *Patefactus aratro lucem adspexit Tages*, Idem Divin. 2 cap. 23.

¶ Patefactio, ōnis, die eröffnung, offenbahrung. Cicero de Fin. lib. 2 cap. 2 *patefactio rerum opertarum.*

Composita varia:

¶ Bipătens, tis, offen an zwey orten. Virg. 2 Æn. v. 330
Portis alii bipatentibus adsunt, hoc est, geminis.
Et lib. 10 Æneid. v. 5
Considunt tectis bipatentibus, incipit ipse, i. e. apertis.

¶ Dispăteo, ēre, hin und her offen seyn. Lactantius lib. 3 cap. 10 sect. 3 *latibula sibi parant in plures exitus dispatentia.*

¶ Interpăteo, ēre, darzwischen offen seyn. Macrobius lib. 1 Saturn. c. 18 *Ei Deo ædes dicata est specie rotunda, cujus medium interpatet tectum.* Et Vegetius 3 de Re Milit. cap. 15 *Senos pedes a tergo inter singulas acies in latum diximus interpatere debere.* Et Martianus Capella lib. 6 cap. de quarto sinu Europæ: *Inter Bosporos, id est, Cimmerium & Thracium latus, interpatent millia quingenta.* Et Lactantius Opific. cap. 11 sect. 9 *fistula interpatet in extremis palati regionibus.* Sic ex MSS legendum est.

¶ Prōpătŭlus, a, um, late patens, weit offen stehend; ut, *Apertus ac propatulus locus*, Cic. 6 in Verr. cap. 49, ein gar freyer und offener ort. *In propatulo*, id est, palam, frey und öffentlich, Nepos Hannibale cap. 9 *Statuas in propatulo domi abjicit.* Sallustius Catil. cap. 13 *pudicitiam in propatulo habere* dixit. ¶ Et *Propatulo* sine præpositione, quasi adverbium, pro *in propatulo.* Pomp. Mela lib. 1 cap. ult. de Mosynis: *propatulo vescuntur.* Ita clarissimi viri ediderunt, Isaacus Vossius & Jac. Gronovius.

¶ Semipătens, tis, halb geöffnet. Sidonius lib. 7 epist. 6 *semipatentibus jacere vestibulis.*

¶ Subpăteo, ēre, von unten offen seyn. Apulej. sub fin. lib. 7 Met. *immitto me campis subpatentibus.* Et lib. 8 p. 210 Idem: *Fovea fruticibus imis subpatet.*

PĂTER, patris, *πατὴρ*, parens, genitor, qui ex se genuit liberos, ein vater. Terent. in Adelph. a. 5 sc. 7 v. 4 *Tuus hercle vero, & animo & naturâ pater.* Ibidem a. 1 sc. 2 v. 46 *Naturâ tu illi pater es*, ein leiblicher vater. *Patre usus est diligente*, Nepos Attico princ. er hat einen fleißigen vater gehabt. *Pater familias*, ein hauß-vater: vide infra. *Patrem gerere*, pro, paterno affectu esse, Claudianus dixit Paneg. de 4 Consul. Honorii v. 92, vide supra & *Mater.* ¶ 2. *Patrum* nomine etiam veniunt avi, soceri: denique auctores omnes generis. Plinius

lib. 7 cap. 3 *Q. Metellus Macedonicus cum VI relinqueret liberos, XI nepotes reliquit, nurus vero generosque & omnes, qui se patris appellatione salutarent, XXVII.* Sic, *Patres majoresque nostri*: &, *Patrum nostrorum memoriâ*, zu unserer vorfahren zeiten. ¶ 3. Erat & honoris ac reverentiæ vocabulum, cum bene meritos suos *Patres* vocarent. Plautus Rudente a. 4 sc. 8 princ. *mi Trachalio,*

Mi liberte, mi patrone, mi pater.

Horatius ad Mæcenatem lib. 1 epist. 7 v. 37

Sæpe verecundum laudasti: Rexque paterque
Audisti coram; nec verbo parcius absens.

Nempe sunt patroni clientibus quasi patres, unde & appellati. ¶ 4. Sic & boni rectores & præsides civitatis, *Patres patriæ* appellantur: quod genus honoris primum Ciceroni datum est, patefacta elisaque nefaria conjuratione Catilinæ. Quæ appellatio postea communis imperatoribus omnibus fuit. Quam multi tam cupide & ambitiose expetierunt, ut primo statim imperii die assumerent: contra, quam graves ac sapientes principes fecerunt, qui illud nominis vel detrectare maluerunt, quam temere, nec satis meriti (ut sibi videbantur, quod nimis arduum esset implere,) accipere: ut Augustus, Trajanus &c. Vide Plinium Panegyrico Trajani cap. 21, & ibi Lipsium. Sed qua de caussa principes dicti *Patres patriæ*, pulchre docet Seneca lib. 1 de Clementia cap. 14, quem vide. ¶ 5. Sed & Romulus a cura paterna, qua rempubl. deberent tueri, senatores *Patres* appellavit. De quo Florus lib. 1 cap. 1 *Romæ & senatores vocabantur patres: quod sic consulere civibus, ut patres liberis, deberent.* Sallustius de primo civitatis Romanæ statu Catil. cap. 6 *Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientiâ validum erat, reipubl. consultabant. Hi vero ætate, vel vitæ similitudine* PATRES *appellabantur.* ¶ 6. Quid? quod & ipsi Dii *Patres* appellati: ut, *Jane pater, Mars pater* &c. Est enim religionis nomen, Diis omnibus commune, ut Servius auctor est. Quin Jupiter ipse *summus pater*, & absolute atque κατ' ἐξοχὴν *Pater* appellatur. Virg. 1 Georg. v. 283

Ter pater exstructos disjecit fulmine montes.

Et plurimis aliis locis. Horat. lib. 1 od. 2 v. 1

Jam satis terris nivis atque diræ
Grandinis misit pater.

Aristoteles lib. 8 Ethic. ad Nicom. c. 10 auctor est, Jovem ab Homero πατέρα appellatum, ut innueret, paternum esse debere regnum. Quibus similia & Dio Chrysostomus Oratione de Homero in fine scripsit. Aliter tamen & *Pater* dictus est Jupiter, & nobis quoque vocatur Deus, quia pater auctorque omnibus est. Vnde & Plato *communem patrem* appellavit. Vide Max. Tyrium, & Boëthium lib. 3 metro 6. ¶ 7. *Pater* senior est, & magister in quaque re. vid. Barth. ad lib. 3 Theb. Stat. p. 815, & Advers. lib. 58 cap. 3 p. 2725. Hinc philosophi quoque sectæ suæ auctores ac principes *Patres* vocabant. Horat. lib. 1 sat. 3 v. 126 *non nosti, quid pater, inquit,*

Chrysippus dicat.

Lucretius lib. 3 init. ad Epicurum:

Tu pater, & rerum inventor: tu patria nobis
Suppeditas præcepta.

Similiter quoque Horatius lib. 1 epist. 19, & Propertius lib. 3 eleg. 2 Ennium *patrem* dixerunt. Nec alia ratione veteres & primos religionis nostræ doctores appellamus *Patres.* ¶ 8. Solebant & salutari *Patres*, qui ætate præcederent: æquales enim *fratres*, minores *filios* appellabant. Horat. lib. 1 epist. 6 v. 54

Frater, pater, adde:
Vt cuique est ætas, ita quemque facetus adopta.

Vide ibi Torrentium, itemque Casaub. ad Characteres Theophrasti p. 125. Fuit enim hæc ratio non Latinis tantum, sed Græcis etiam usitata: quin Ebræis quoque; ut 1 Samuel. cap. 24 v. 12, & Actor. cap. 6 v. 2, aliisque locis plurimis patet. Estque dubio procul gentibus omnibus communis. ¶ 9. *Pater patratus* dicebatur princeps fecialium, ut Servius interpretatur, cujus opera in bellis indicendis pangendisque fœderibus prisci utebantur Romani: sic appellatus, quod ad jusjurandum patrandum, id est, faciendum, adhiberetur: Livius lib. 1 cap. 24. Vide & Servium in Virg. lib. 9 Æneid.

¶ Patercŭlus, i, diminut. ein väterlein, apparet in nominibus propriis. ¶ 1. *Vellejus Paterculus*, elegantis ac plane Romanæ dictionis historicus, duos reliquit libros, quos scripsit ad M. Vinicium consulem, progenerum Tiberii Cæsaris. Sed bona pars scriptorum ejus periit. vid. Voss. de Hist. Lat. 1 cap. 24. ¶ 2. *Paterculus*, Romanus quidam, cujus filia Sulpitia pudicissima fœmina judicata est, & electa, ut simulacrum Veneris dedicaret, Plin. 7 cap. 35.

¶ Păternus, a, um, adject. väterlich; ut, *Bona paterna, hereditas paterna.* Terent. in Adelph. a. 3 sc. 4 v. 4

O Æschine, pol haud paternum istuc dedisti.

Et, *Haud canit paternas cantiones*, vide Chiliadas. Latini sæpe utuntur adjectivis, ubi possent uti substantivis: ita hic dicitur *paternus amicus*, pro *amicus patris.* Germani contra. Sic, *fraternus sanguis*, pro *fratris sanguis*, apud Nepotem Timoleonte cap. 1.

¶ Paterne, adverb. väterlich.

¶ Paternālĭter, idem. Vetus Irenæi Interpres 1, 1 *Paternaliter factus.*

¶ Paternĭtas, ātis, die vater-art. Augustinus epist. 232 *episcopali paternitate ecclesiæ providere.*

¶ Patrius, a, um, aliud adjectivum, väterlich; ut, *Patria bona abligurire*, Terent. Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 4. *Patrius animus in liberos*, Cicer. pro Roscio Am. cap. 16. *Hoc patrium est*, id est, patris, vel paternum officium, Terent. Heaut. a. 1 sc. 1 v. 49. ¶ 2. Quod patriæ est, landüblich; ut, *patrii ritus*, Cic. 2 de Legib. cap. 9. *Mos patrius occiderat*, Idem Paradoxo 4, hoc est, leges & disciplina. *Sermo patrius*, Cic. 1 de Fin. cap. 2 pr. *Circum muros patrios*, Virg. 2 Æneid. v. 279. Quidam geminum adjectivum *patrius* faciunt, alterum a *pater*; a *patria* alterum deducentes; sed sine caussa ita distinguunt, cum & ipsa *patria*, πατρὶς, per se latine adjectivum sit, sub quo *terra* audiatur, quemadmodum Virgilius Æn. 6 v. 508 plenius dixit

patria decedens ponere terra.

¶ Patria, æ, πατρία, πατρὶς, communis omnium parens, vaterland. Cic in Tusc. lib. 5 cap. 37 *Patria est ubicunque bene est.* Sive:

Omne solum forti patria est.

Quod eleganter admodum Germani dicunt, biedermans erbe liegt in allen landen. Cic. in Catil. 4 c. 12 extr. *Patriæ solum cum omnibus est charum, tum vero dulce atque jucundum.* Præclare ille apud Plutarchum Præceptis Polit. p. 809 Φιλῶ τέκν', ἀλλὰ πατρίδ' ἐμὴν μᾶλλον φιλῶ: *Amo liberos; sed patriam meam amo magis.* Sic, *Patriâ carere*, de exule.

¶ Patrie, adverb. patrio affectu, väterlich. Quintil. 11 cap. 1 *Vtitur hac moderatione Cicero pro Cœlio contra Atricinum, ut eum non inimice corripere, sed patrie monere videatur.*

¶ Patrice, πατρικῶς, idem, wie ein vater. Plaut. Casin. a. 3 sc. 6 v. 4 *Magnifice, patriceque, amiceque hero ire advorsum.*

¶ Patrĭcii, orum, geschlechter; Ita dicti Romæ, qui ex patribus, sive primis senatoribus, quos legerat Romulus, nati ducebant genus. Livius lib. 1 cap. 8 extr. PATRES *ab honore*, PATRICII, *qui progenies eorum, appellati.* Postea vero, cum ceteris sub regibus aut ampliandus aut supplendus esset senatus, illorum quoque qui tum allecti inter patres ex clarissimis civium essent progeniti, *Patricii* appellati. Sed cum discrimine aliquo: nam qui ex Romuli patribus oriundi essent, *majorum gentium*; hi postremi, *minorum* appellati fuerunt. Quamquam ab hoc nonnihil abire videatur Tacitus, qui *minorum gentium patricios* ad eos refert, qui a L. Bruto creati patres. Quem locum tamen (qui est 11 Annal. cap. 25) corruptum putavit Ludovicus Vives, ut Lipsius observat, quem ibi vide. Sed sub Cæsaribus, cum deficere cœpissent patriciorum familiæ, ex clarissimis & vetustissimis senatoribus quique in patricias gentes fuerunt transscripti. Quo accidit, ut neque senatores omnes patricii, ut sub regibus; nec omnes patricii senatores essent. Post reges enim plures de plebe in senatum adoptati atque ad magistratus admissi fuerunt. Vide Sigonium lib. 1 de antiquo Jure Civ. Rom. cap. 7, & Onuphrium Panvin. in 1 Fastorum p. 42 & seq. Adde Pithœum lib. 2 Advers. cap. 7, itemque Casaubon. ad Suetonii August. cap. 10. *Patricios* inde dictos volunt, quod *patrem ciere* possent. Quo illud Livii pertinet orat. P. Decii Muris lib. 10 cap. 8 *En Romæ unquam fando audistis, patricios primo esse factos, non de cælo demissos, sed qui patrem ciere possent*: id est, nil ultra, quam ingenuum. Ego puto τὸ *cius*, non a *cieo*, sed merum additamentum esse; ut a *Faber Fabricius*, ita a *Pater Patricius.* Sed sæpe in adducendis originibus vocum lusere veteres: sic *testamentum* voluerunt dici nonnulli, quasi testans mentem: cum a *testamen* sit, ut a *fundamen fundamentum*: a *monimen monimentum*, &c. Hæret patriciorum vel illa, vel similis quædam, in quibusdam hodie adhuc Germaniæ urbibus appellatio, geschlechter. Imperator dictus *primus Patricius Romanus*, ut alii principes imperatori non subjecti: qua de re Tiraquell. Tract. de Nobilitat. c. 20, Barth. ad Claudian. p. 1344, & ad Stat. Silv. p. 60. ¶ 2. Diversi generis *Patricii* fuerunt illi, qui a Constantino Magno instituti fuerunt, & sequentium imperatorum temporibus celebrantur. Hi enim amici & consiliarii principum erant, & proximi gradu censebantur. Adde, ut honor iste ac dignitas aliis omnibus anteferretur. De eo intelligendum illud Prudentii opinor, cum de seipso præfat. in suos libros scribit:

Tandem militiæ gradu
Evectum pietas principis extulit,
Assumtum propius stare jubens ordine proximo.

Vide Meursium Glossario Græco-barbaro in voce πατρίκιος.

¶ Patrĭcius, a, um, adject. edel. Vellej. 2, 59, 2 *Patricia genitus familiâ.* Stat 4 Silv. 8 v. 60 *Patricias intrare fores.*

¶ Patriciatus, ûs, ipsa dignitas patriciorum, der geschlechter-stand. Suet. Aug. cap. 2 *Ea gens per D. Julium in patriciatum rediit.* Ammianus lib. 29 cap. 13 *Patriciatûs columina.* Adde Cassiodor. lib. 8 epist. 9.

¶ Patrīmus, i, qui patrem adhuc superstitem habet, dessen vater noch lebet; sicut *Matrimus*, qui matrem; vide *Mater.* *Patrima virgo* Minerva dicitur Catullo epigr. 1; ubi vide Scalig. Sic Tacitus 4 Hist. c. 53 *Dein virgines Vestales cum pueris patrimisque, aqua rivis & fontibus amnibusque hausta abluere.*

¶ Patrimonium, i, hæreditas a patre relicta, das vater-guth, väterliches erbe; ut, *Lautum, copiosum patrimonium*, Cic. pro Rab. Post. cap. 14. *Dissipare patrimonium suum lautum conviviis*, Idem pro Flacc. cap. 36, sein erbtheil durchbringen. Et, *Patrimonium effundere*, Idem 2 Offic. cap. 15, verprassen. *Patrimonium exhaurire*, Quintil. lib. 5 cap. 10. Et, *Honestus rumor alterum patrimonium est*, Publius.

¶ Patrimoniālis, e, apud Jurisconsultos, vom vater geerbt; ut, *fundus patrimonialis*, Lege 2 Cod. de his ipsis *Fundis patrimonialibus*, etiam in Rubrica ita appellatis. *Munus patrimoniale*, l. 1 ff. de mun. & honor.

¶ Patrisso, are, patris mores imitari, sich vätern, des vaters weise an sich nehmen, Terentii est in Adelph. a. 4 sc. 2 v. 25 *Laudo, Ctesipho, patrissas*, &c. Et Plautus Pseud. a. 1 sc. 5 v. 27 *Id tu miraris, si patrissat filius?* Et Apulej. Florid. *Patrissare in artificio.*

¶ Patrītus, a, um, vom vater herrührend; ut, *Patrita ancilla*, quæ a patre data est, Plaut. Mil. a. 3 sc. 1 v. 100. *Patrita & avita philosophia*, quam patres & avi nostri professi sunt, apud Cicer. lib. 1 Tusc. cap. 19. conf. Nonius cap. 2 n. 703.

¶ Patro, are, & Patronus, &c. vide infra suis locis.

¶ Patruus, i, patris frater, des vaters bruder. Terentius Phorm. a. 2 sc. 1 v. 33 *Nihil fecit, patrue, quod succenseas.* Adde Leg. 1 Dig. de Grad. ubi & *patruus magnus* dicitur, qui avi paterni frater est.

¶ Patruus, a, um, vetterlich: Horatius adjectivum fecit lib. 3 ode 12 v. 3 *Patruæ verbera linguæ*, id est, objurgationes severiores, quales patruorum esse solent: qui non æque, ut patres, nepotibus indulgent: vide ibi Torrent. Manilius lib. 5 v. 455

laudabunt verba Catonis
Tutorisque supercilium, patruumque rigorem.

Superlat. Plaut. Pœn. a. 5 sc. 4 v. 24 *Patrue mi patruissime.*

¶ Patruēlis, is, plur. patrueles, fratrum duorum filii & filiæ, zweyer brüder

der söhne und töchter, bruder-kinder. Cic. de Fin. 5 cap. 1 *Noster cognatione patruelis, amore germanus.* Ovid. 4 Metam. v. 461 *Moliri suis letum patruelibus.* Idem 13 Met. v. 157 *Teucer patruelis Achilli est.*

¶ Patruēlis, e, adject. vetterlich. Ovid. Met. 1 v. 352 *patruelis origo.* Idem Met. 13 v. 41 *donis patruelibus orbi.* Et Heroid. epist. 14 v. 61 *patruelia regna.* Sic & *patrueles fundos* dixit Martial. 5 epigr. 36.

¶ Păterfămĭlias, & Paterfamiliæ, (sicut & *Materfamiliæ*, de qua suo loco,) qui imperium habet in familiam, ein haußvater, haußherr, haußbüffel. Genit. Patrisfamilias, & Patrisfamiliæ &c. Pro simplice aliquo & plebejo homine sæpe ponitur. Cicer. de Orat. 1 cap. 29 *sicut unus paterfamilias his de rebus loquor.* Et paullo post cap. 34 *Quemcunque patremfamilias arripuissetis ex aliquo circulo.* Quo nomine Suetonius etiam pro cive usus est in Domitiano c. 10, ubi vide Casaub. & Torrentium, ein gemeiner bürger. Cæsar 2 B. C. in fine: *pauci milites patresquefamilias,* &c. ubi a militibus videntur distingui. Martialis 1 epigr. 80 *Paterfamiliæ verus est Quirinalis.* Tertull. de Virg. vel. cap. 11 *Paterfamiliæ investis.* Idem de Fœm. cultu cap. 10 *Sapientes patresfamiliæ.* Sed & Sisenna *Patresfamiliarum* scripsit apud Varr. de L.L. 7 cap. 38.

¶ Patriarcha, æ, πατριάρχης, qui princeps est patrum, ein patriarch, ertzvater. Ecclesiæ ritu id nomen certis episcopis datum fuit, Constantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, Hierosolymitano: etiam in Occidente Aquilejensi. Vide Cantelii Histor. Metropol. Vrbium parte 1 Dissert. 1 cap. 2. Tertull. adv. Praxean c. 16 *Ab Adam usque ad patriarchas & prophetas.* Idem de Idolol. cap. 17 *Patriarchæ & cæteri majores.* Adde Sidon. 6 epist. 12, & 9 epist. 4. ¶ 2. Metaphorice pro auctore rei præcipuo Tertullianus posuit, cum adv. Hermog. cap. 3, & de Anima cap. 3 dixit: *Philosophi patriarchæ hæreticorum*

¶ Patrĭcīda, æ, vel quod usitatius *Parricida, æ*, patris interfector, item matris, avi, fratris, sororis &c. ein vatermörder, oder mörder naher freunde. Paulus lib. 5 Recept. Sent. tit. 24 sent. 1 *Lege Pompeja, de parricidiis tenetur, qui patrem, matrem, avum, aviam, fratrem, sororem, patronum, patronam occiderit. Hi etsi antea insuti culeo in mare præcipitabantur, hodie tamen vivi exuruntur vel ad bestias dantur.* ¶ 2. XII Tabb. legibus *Parricidæ* etiam dicti, qui civem seu liberum hominem datâ opera occidissent, ut Torrentius notat ad Suetonii Cæsarem cap. 42. ¶ 3. Sed & qui impii in patriam, *Parricidæ* vocati. Sic, quod invasisset imperium, & bellum inferret patriæ, Vitellius, *Parricida* vocatus, de quo Tacitus 1 Histor. cap. 85. Et Cicero 1 in Catil. cap. 12 *Hoc parricida civium interfecto.* Solon interrogatus, quam ob rem contra parricidas legem nullam tulisset, respondit, διὰ τὸ ἀπελπίσαι, hoc est, quia desperasset hujusmodi scelus, hoc est, non putasset, hominem tam atrox unquam adeo facinus audere posse. v. Diog. Laërt. Sub Impp. lex erat, ut, qui patrem interemisset, culeo cum gallo gallinaceo, viperâ & simia insueretur, & vectus plaustro, nigris bubus juncto, in mare præcipitaretur, aut flumen, si mare vicinum non esset: Instit. tit. ult. lib. 4 § *Alia deinde* &c. Et lege un. Cod. de his qui parentes. Et lege 9 ff. de lege Pompeja de Parricid. Vid. Coler. Parerg. cap. 3.

¶ Parrĭcīdālis, vel Parricidialis, e, mörderisch. *Vultus parricidali ardore suffusi*, Quintil. declamat. 16. *Parricidale bellum*, apud Florum lib. 3 cap. 21. *Parricidali manu gladium stringere*, Petron. pag. 87. Scribitur & *Parricidialis*, sex syllabis: ut, *Parricidiale scelus*, Justin. 27 cap. 1. *Parricidiales discordiæ*, Idem 39 cap. 3 pr. *Homo parricidialis animi*, Lamprid. Heliog. c. 14.

¶ Parricidiālĭter, adverb. idem. Lamprid. Alex. Severo c. 1 *Parricidialiter perire.* Augustin. epist. 168 *parricidialiter frendens.*

¶ Parrĭcīdium, i, ein vatermord. *Parricidio se inquinare*, Cicer. 4 de Fin. cap. 23, & Tuscul. 5 cap. 2. *Parricidium patriæ*, proditio patriæ, conjuratio contra patriam, apud Cicer. 2 Philipp. cap. 7. Adde 11 Philipp. cap 12, & Offic. 3 c. 21. Et, *Parricidium fraternum*, Idem pro Cluent. cap. 11.

¶ Parricidatus, ûs, idem; quod vocabulum vix tolerabile in Cœlio produxit Quintilianus 1 cap. 11. Conf. Parei Lex. Crit. p. 886.

Composita varia ab initio:

¶ Compăter, tris, *Patrinus* aliis, qui infantem de sacro fonte levat, ein pathe. Vtrumque non satis latinum. Melius, *Sponsores fidei:* & *offerentes*, & *susceptores* vocantur, vel *baptismatis testes*, & *patres lustrici.* Vide Vossium de Vitiis sermonis lib. 2 & Richard. Montacut. de Orig. Eccles. part. 1 pag. 83, 104 & 115. ¶ *Compatrem* etiam nostri dicunt einen gevatter, quem rectius *baptismi fœdere conjunctum*, aut simili modo dicerent. v. Cellarii Cur. poster. p. 350, & Antib. pag. 20.

¶ Compatriōta, æ, masc. ein landsmann. Gloss. gr. lat. συμπολίτης, *Compatriota.* Sarisb. 4 cap. 11 *Compatriotis ducem dare.*

¶ Cunctĭpăter, Diespiter, Omnipater, vide *Cunctus, Dies, Omnis.*

¶ Opĭter, tris, ex *ob* & *pater*; vel ex *obeo* & *pater*, der vaterstelle vertritt. Festus: *Opiter est, cujus pater avo vivo mortuus est; ducto vocabulo, aut quod obitu patris genitus sit, aut quod avum ob patrem habeat, id est, pro patre.*

¶ Propător, ōris, προπάτωρ, avus, generis auctor, vel qui vice patris est, ein großvater, stammvater, anherr. Tertull. de Præscript. cap. 49 adversus Valentini fabulam, *Christum missum ab illo propatore, qui est Bythos.*

¶ Propatruus, i, avi paterni frater, des großvaters bruder. Vid. Leg. 1 Dig. de Gradib. ubi § 5 *patruus magnus*, & § ult. *Propatruus* dicitur.

¶ Repatrio, āre, pro redire in patriam, heimziehen, dixit Solinus, non optimus auctor latinitatis, c. 40 *Cum multi captivorum repatriaverint.* Et cap. 46 fin. *Hinc ad Pelusium repatriemus.* Ad h. l. vide Salmas. pag. 400.

¶ Sēmĭpăter, ex Ovid. 6 Fastor. v. 214 vulgo affertur. Libri habent *Semo pater*, atque ita etiam Inscriptio Reatina apud Grut. p. 96 n. 7 SANCO FIDIO SEMO PATRI. Vide *Semo.*

PĂTĔRA, æ, poculum amplum ac patens; inde etiam dictum est, ein breiter becher, eine trinckschale: ut, *Implere pateram mero*, Virg. 1 Æn. v. 730. Et 7 Æn. v. 133 *Nunc pateras libate Jovi, precibusque vacate.* *Paterâ sanguinem excipere*, in einem becher das blut auffangen, Cicer. de Clar. Orat. cap. 11.

Paterculus, paternitas, paternus, &c. vide paullo ante in *Pater.*

PĂTĒTON, i, παλητὸν, palmæ genus, Plin. 13 c. 4.

PĂTHOS, πάθος, perturbatio, animi ægritudo, affectio, die bewegung des gemüths. Adducitur a Cicerone de Fin. 3 c. 10, & Tusc. 4 c. 6, & a Quintil. 6 c. 2. Sic & plur. πάθη, motus animi turbati, Cic. Tuscul. 3 c. 4, & Offic. 2 c. 5. Hinc

¶ Păthētĭcus, a, um, παθητικὸς, ad motus animi accommodatus, beweglich. v. Cic. in Orat. c. 37. Sic, *Oratio pathetica*, Macrob. Saturn. 4 c. 2. Adde lib. 4 c. 5 & 6.

¶ Pathetice, παθητικῶς, adverb. idem. Macrob. Saturn. 4 c. 6 *Vtrumque Virgilius bene pathetice tractavit.*

¶ Pathĭcus, a, um, παθικὸς, unzüchtig, unkeusch. Carm. Priap. *Cui mens est pathicæ memor puellæ.* Adde Catull. carm. 16 v. 2, & 113 v. 2. Item Firmic. 8 c. 20 & 21. Superlat. Martial. 12 epigr. 97 *Musæi pathicissimi libelli.*

PĂTĬBULUM, i, crux, furca, ein galgen. *Patibulo affigi*, Sallustius fragm. apud Nonium cap. 4 n. 355. Et Tacitus Annal. 4 cap. 72 n. 4 *Milites patibulo affixi.* Gloss. Vet. *Patibulum*, σταυρός. ¶ 2. Sera, qua ostium occluditur, quod hac remota valvæ pateant, ein schloß, vorlegschloß. Titinn. apud Nonium l. c. *Patibulo hoc ei caput defringam.* ¶ 3. Instrumentum vindemiatorium, de quo Cato R.R. c. 27.

¶ Patibŭlo, āre, hencken, an galgen schlagen. Hinc

¶ Patibulatus, a, um, qui patibulum seu furcam fert, gehenckt. Plaut. Most. a. 1 sc. 1 v. 53 *Te forabunt patibulatum per vias stimulis.*

¶ Patibŭlus, a, um, idem. Plaut. Fragm. Carbon. *Patibulus ferar per urbem, deinde suffigar cruci.* Et Apulej. Metam. 5 *patibulum aliquem relinquere.*

Patiens, patienter, patientia, vide mox *Patior.*

PĂTĪNA, æ, eine schüssel, pfanne. Nam & ad coquendum patinis utebantur, quemadmodum ex Plinio 23 cap. 2 probari potest. *Patinas eluere*, Plaut. Captiv. a. 4 sc. 2 v. 66, spühlen, aufwaschen. *Jam dudum animus est in patinis*, Terentius proverbialiter dixit in Eunuch. a. 4 sc. 7 v. 46.

¶ Pătella, æ, lanx parva, diminutivum a *patina*, ein schüsselgen. Ideo enim modicam & exiguam dixere poëtæ. Horatius lib. 1 epist. 5 v. 2

Nec modicâ cœnare times olus omne patella.

Et Juvenalis satyr. 5 v. 85

Ponitur exigua feralis cœna patellâ.

¶ 2. Et *Patella* morbus est arborum, solis scilicet exustio, quæ & *clavus* & *fungus* dicitur, der brand an bäumen, Plin. 17 cap. 24. ¶ 3. *Patella* os parvum, molle, cartilaginosum genu constituens, Celsus 8 cap. 1.

¶ Patellāna, æ, & Patella, Dea, de qua Arnob. 4 p. 131 *Patellana numen est & Patella, ex quibus una est patefactis, patefaciendis rebus altera præstituta.* Eadem *Patalena*, de qua supra in *Pateo.* vide Elmenh. in Arnob. p. 131.

¶ Patellārius, a, um, parvus, minutus, cui patella libabatur. Sic *Patellarii dii* per jocum, minorum gentium dii Plauto Cist. a. 2 sc. 1 v. 46 appellantur: ut sunt Lares, & Penates. Varro apud Nonium cap. 15 n. 6 *Oportet bonum civem legibus parere, & Deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας.* Ex quo loco ratio nominis patet.

¶ Pătĭnārius, a, um, in patina repositus, aufgeschüsselt; ut, *struices patinariæ*, apud Plaut. Menæch. a. 1 sc. 1 v. 26. Apud eumdem *patinarius piscis*, asso opponitur, Asinar. a. 1 sc. 3 v. 28. ¶ 2. Substant. *Patinarius*, homo vorax, ein vielfraß, apud Suetonium Vitell. c. 17.

¶ Trĭpătĭnum, i, trium patinarum seu ferculorum epulæ. Plinius 35 cap. 12 ex Fenestella: *Tripatinum appellabatur summa cœnarum lautitia.* Vide ibi latius expositum.

PĂTIOR, passus sum, păti, ferre, tolerare, sustinere, gestatten, zu frieden seyn, dulden, leiden. Cicer. in Catil. 1 cap. 5 *Non feram, non patiar, non sinam.* Sic, *Facile, facilius pati*, wohl zu frieden seyn: Terent. Andr. a. 1 sc. 2 v. 32 *Vbivis facilius passus sum, quam in hac re, me deludier.* Et, *Pati æquo animo*, Cicer. 12 Philipp. cap. 4. *Dolores toleranter pati*, Idem 2 Tuscul. cap. 18, gedultig leiden, ausstehen. *Servitutem pati*, Idem 6 Philipp. extr. *Imperium alicujus pati*, Liv. præfat. operis. *Pati supplicium*, Cæs. 2 B. Civil. c. 30. *Pati repulsam*, Ovid. 3 Metam. v. 289, abgewiesen werden. Ita eleganter hoc verbo utitur Latinitas, cum quid velut invitus quis perfert: Exempla vide apud Barth. ad Rutil. p. 194. ¶ 2. *Pati* pro vivere non semel posuisse videntur auctores, sich gedulten, sich hinbringen. Virg. eclog. 10 v. 52 *Certum est in silvis inter spelæa ferarum Malle pati.* Lucanus lib. 5 v. 313 *Disce sine armis posse pati.* Ad quem locum alia exempla adducit Grotius & ἰδιωτισμὸν esse ostendit. Seneca Thyeste v. 468 *Immane regnum est, posse sine regno pati.* ¶ 3. Autores pro *facere* etiam posuisse videntur. Terent. Andr. a. 2 sc. 3 v. 6 *Quid? vis patiar?* soll ich es thun? Nepos 18, 1, 3 *Neque tamen non patiebantur*, sie thaten es dennoch, sie liessen es geschehen. Idem 5, 1, 4 *Elpinice negavit se passuram.* Huc referre etiam liceat illud Terentii Heaut. a. 5 sc. 5 v. 13 *non possum pati,*

Quin tibi caput demulceam,

i. e. non possum me continere, non possum aliter facere, ich kan es nicht lassen. *Pati* hic καρτερῶν est. ¶ 4. *Se pati* eleganter dicuntur, qui minime inquieto & ambitioso animo sunt, sibique vivere, & sua contenti esse fortuna possunt. Seneca 4 Natural. Quæst. princ. *Scio, quam sit ambitioni alienus, familiaris otio ac literis. Turbam rerum hominumque desiderent, qui se pati non possunt.* Nempe *se pati* qui ita dicuntur, componunt adducuntque animum, ut acquiescat præsentibus, nec evagetur longe, plura petens & ambiens. Plaut. in Pœnul. a. 3 sc. 3 v. 82 *Si quidem potes esse pati te in lepido loco* &c. ¶ 5. Denique observes, quod hoc verbum tam ad læta quam ad tristia referatur. Plaut. Asin. a. 2 sc. 2 v. 58 *Fortiter malum qui patitur, idem post patitur bonum.*

¶ Pătiens, tis, gedultig, vertragend: ut, *Laboris, ærumnarum patiens* passim inveniuntur. *Patiens admirandum in modum*, Nepos 15, 3, 2. At compar. & superlativus inprimis elegantes. Cic. ad Qu. fr. lib. 1 ep. 1 cap. 14 *Meæ litteræ te patientiorem, lenioremque fecerunt.* Et, *Aures patientissimæ*, Idem pro Ligario cap. 8. *Patientissima justi imperii civitas*, Livius lib. 6 cap. 16.

¶ Patienter, adverb. non repugnanter, gedultig. Cicero de Amicit. c. 25 *patienter accipere*, admonitiones puta. Ovid. 4 Trist. eleg. 6 v. 37

Nos quoque quæ ferimus, tulimus patientius ante.

Valer. Maximus 4 cap. 3 n. 11 *Ista patientissime Cato toleravit.*

¶ Patientia, æ, die gedult, erdultung, quæ *rerum est arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio*, Cicer. de Invent. lib. 2 cap. 54. Sic, *Patientia famis, frigoris, inopiæ*, &c. Idem 1 in Catil. c. 10 *Patientiam præstare*, langmuth beweisen. *Patientia uti, patientia alicujus abuti.* Et, *Patientiam alicujus tentare*, Cic. de Lege Agr. 2 c. 7. Idem 1 Offic. cap. 34 *Adolescentia a libidinibus arcenda est, exercendaque in labore patientiaque & animi, & corporis.* ¶ Tertullianus lib. de Patientia non semel *æquanimitatem* vocat, die zufriedenheit. Nepos in Agesil. cap. 7 n. 4 vel *libidini*, κατ' εὐθυωρίαν; vel certè *luxuriæ*, κατὰ χιασμὸν, opposuit, cum ait: *Quam* (domum Agesilai) *qui intrarat, nullum signum libidinis, nullum luxuriæ videre poterat; contra plurima patientiæ atque abstinentiæ.* Vt sic *patientia*, quasi labor apud Terentium (quem ferrè libenter, patientiæ proprium) opponatur *libidini*: vel *luxuriæ* etiam, quatenus ad patientiam durities victûs & continentia seu temperantia pertinet. Vide Lambinum ad illum Nepotis locum. Cognata *Constantia*: minor tamen, si Ciceronem audimus, qui in Orat. pro Ligario cap. 9 ita scribit: *Quæ fuit igitur in ullo homine tanta constantia! Constantiam dico? nescio, an melius patientiam possem dicere.* Horat. 2 carm. od. 24 v. 19

Durum, sed levius fit patientiâ,
Quicquid corrigere est nefas.

¶ 3. Interdum *Patientia* idem fere est, quod duritia, & græco καρτερίας verbo respondet, die dauerhafftigkeit. Cicer. Verr. 2 cap. 3 de Siculis: *Hominum ipsorum ea patientia, virtus frugalitasque est, ut proxime ad nostram disciplinam videantur accedere.* Nepos Alcibiad. cap. 11 n. 4 *Eumdem apud Lacedæmonios, quorum moribus summa virtus in patientia ponebatur, sic duritiæ se dedisse* &c. ¶ 4. Non raro latinis auctoribus ea lentitudo atque ignavia *Patientiæ* nomine venit, qua mariti adulterari uxores suas æquo animo ferunt. Porcius Latro aqud Senecam lib. 2 Controv. 15 *Quamquam eo prolapsi sunt mores, ut nemo ad suspicanda adulteria nimium credulus videri possit: tamen ego adeo longe ab eo vitio semper fui, ut etiam timeam, ne quis in me aut nimiam patientiam, aut nimium stuporem arguat, quod jeram querelam* (de adulterio uxoris) *detuli.* Plin. lib. 1 epist. 31 *Sed maritum non sine aliqua reprehensione patientiæ amor uxoris retardabat: quam quidem etiam post delatum adulterium domi habuerat, quasi contentus æmulum removisse.* Alia vide apud Herald. ad Apologeticum Tertulliani cap. 47.

¶ Pătĭbĭlis, e, tolerabile, leidlich; ut, *Patibiles dolores*, Cic. 4 Tuscul. cap. 23. Et, *Omne animal patibilem habet naturam*, eine natur, die was leiden kan, de Nat. Deor. 3 c. 12. *Anima patibilis & pœnæ sentiens*, Lactantius lib. 7 cap. 20, leidend. Nam active & passive usurpatum legimus.

¶ Passus, a, um, der gelitten hat; e. g. *Multa bello passus*, Virg. Æn. 1 v. 9. *O passi graviora*, ibid. v. 203. *Bos nullum passa jugum*, Ovid. Met. 3 v. 11. ¶ Aliam notionem vide supra in *Pando*.

¶ Passio, ōnis, sive πάθος, *affectum*, sive *perpessionem malorum* significet, non satis tuto usurpari poterit, die gemüths-bewegung, das leiden. Pure enim Latini hoc vocabulum vix agnoscunt. Corn. Gallus, si modo is auctor est carminis, quod circumfertur, eleg. 5 v. 42

Quæ nihil imminuit passio, nulla fuit.

Conf. Voss. lib. 1 Instit. Orat. pag. 192. In altero significatu frequens est Ecclesiasticis. Prudent. Peristeph. 2 v. 292 *mortis exitu omnis peracta est passio.* Sever. Sulpit. 2 Hist. cap. 32 *Exstant mandatæ litteris præclaræ martyrum passiones.* Tamen & alii, quamquam raro, utuntur. Apulejus in Trismeg. p. 93 *Incredibiles post delicta cogentur credere, non verbis, sed exemplis, nec minis, sed ipsa passione pœnarum.*

¶ Passiōnālis, e, leidenhafft, empfindlich, schmertzlich, apud Tertull. contra Gent. cap. 2 & 4. Et Cœl. Aurel. Tard. 1 cap. 4 *Passionales cænotetes.*

¶ Passīvus, a, um, idem. Sic Arnobius lib. 2 *Passivum* dixit pro patibili, *quicquid caussa ingruente nonnulla ita mutatur, & vertitur, ut integritatem suam retinere non possit.* Idem ibidem: *Argumenta sunt præsto, quibus animas passivas atque interibiles invenitur.* Conf. Apulej. de Deo Socratis. Et Vet. Gloss. *Passivum*, παθικόν. ¶ De alio sensu vocabuli hujus vide in *Pando*.

¶ Passibīlis, e, idem. Arnob. 7 p. 214 *Quicquid vexatur rei alicujus e motu, passibile esse constat & fragile.* Tertull. adv. Praxean cap. 29 *Times dicere passibilem, quem dicis compassibilem.*

¶ Passibiliter, adv. idem. Tertull. de Anima c. 45 *Anxie & passibiliter in somniis conterreri.*

¶ Passibīlĭtas, ātis, aptitudo ad recipiendam passionem, die leidenschafft. Arnob. 2 p. 62 *Passibilitate interveniente corruptibilem esse.*

Composita:

¶ Compătior, passus sum, păti, pro συμπαθεῖν, una pati, zugleich leiden, mitdulten. Tertull. adv. Praxean c. 29 *Nec compassus est pater filio.* Et mox: *Quid est compati, quam cum alio pati.* Conf. de Resurr. carn. cap. 40. ¶ 2. Pro συμπάσχειν, ein mitleiden haben; ubi antiqui dicunt, *casu alicujus affici, misericordia moveri, alterius calamitatem existimare suam*; Hieron. epist. 87, & in Esa. c. 15 *Compatientis affectu.*

¶ Compassus, a, um, mitleidig. Alcimus Avitus lib. 3 extr. ad Christum:

Ceu tibi compasso miserans succurre latroni.

¶ Compassio, ōnis, συμπάθεια, communis dolor, das mitleiden. Tertull. de Resurr. Carn. c. 40 *Quod pro compassione promittitur* &c.

¶ Compassibīlis, e, mitleidend. Tertullian. adv. Praxean. c. 29 *Pater si compassibilis, utique passibilis*, &c.

¶ Incompassibilis, e, unmitleidend. Tertull. l. c. *Si impassibilis pater, utique & incompassibilis.*

¶ Impassibīlis, e, ohne leiden. Lactant. lib. 1 c. 3 extr. *Deus incorruptibilis esse debet, perfectus, impassibilis.* Prudentius Apotheos. v. 84 *Ardua vis est impassibilis.*

¶ Impătĭbĭlis, e, id est, intolerabilis, unerträglich, so nicht zu erleiden ist; Cicer. lib. 2 de Finib. c. 17 extr. *dolorem impatibilem facitis.* Active, pro eo, qui nescit pati, dixit Lactantius lib. 2 c. 8.

¶ Impătiens, tis, ungedultig; ut, *Laboris impatiens*, Ovid. 3 Trist. el. 2 v. 10. *Impatiens frigoris*, Plin. 8 c. 10, der arbeit oder frost nicht vertragen kan. *Impatientissimæ famis esse*, Columell. lib. 7 c. 11, sehr hungrig seyn. *Marius quietis impatientissimus*, Vellejus lib. 2 cap. 23, ein unruhiger kopff. *Impatientissima sollicitudo*, Gellius lib. 12 cap. 1 extr. Lucanus lib. 1 v. 92

Nulla fides regni sociis, omnisque potestas
Impatiens consortis erit.

¶ Impătientia, æ, die ungedult, qua quis pericula, & labores sustinendos fugit: & in defectu patientiæ opponitur. Sic, *Æstus impatientia*, Plin. lib. 9 c. 16. *Impatientia frigorum*, Idem lib. 11 c. 23. *Impatientia Veneris*, Apulej. lib. 2 Metam. qua se quis non continere potest. ¶ *Impatientia* apud Senecam epist. 9 ἀπάθεια, die unempfindlichkeit.

¶ Impătienter, adverb. ungedultig. *Impatienter requiro*, Plin. lib. 2 epist. 7. *Impatientissime dolere*, Idem lib. 4 epist. 22. *Impatientius desiderare*, Quintil. Declam. 11 sub fin. conf. Borrich. Vind. p. 101.

¶ Perpĕtior, perpĕti, perferre, fortiter ferre, erdulden, vertragen. *Facile omnes perpetior & perfero*, Cicer. 2 de Orat. c. 19, ich kan mit einem jeden wohl auskommen. *Perpeti dolorem*, Idem 1 de Finib. c. 14. Et 2 fam. epist. 16 *Quidvis perpessurus sim* &c. Sic, *Perpeti contumelias*, Terent. Eunuch. a. 1 sc. 1 v. 3. Et, *Asperum & difficile perpessu*, Cic. 4 Fin. c. 26. Idem supinum, quod aliis ablativus est, habet Cicer. 2 Tuscul. cap. 8 & 12, & Ammianus 17 cap. 19. ¶ Horatius 1 od. 3 v. 25 etiam pro *facere* posuisse videtur: *Audax omnia perpeti gens humana* &c.

¶ Perpessus, a, um, der ausgestanden hat; e. g. *Ventos perpessus & imbres*, Virgil. 9 Æneid. v. 60. *Turpia perpessus vincla*, Propert. 2 eleg. 2 v. 15.

¶ Perpessio, ōnis, die erdultung. Cic. 2 de Invent. cap. 54 *laborum perpessio.*

¶ Perpessītius, a, um, πάθητος, πολυτλήμων, der viel vertragen kan. Seneca epist. 53 *Levis aliquem motiuncula decipit: sed cum creverit, & vera febris exarserit, etiam a duro & perpessitio confessionem accipit.* Idem epistola 104 *Socratem perpessitium senem, per omnia jactatum* &c.

PATMOS, i, Πάτμος, insula in Ægæo, in qua Johannes Apostolus exsul scripsit Apocalypsin. Ad Sporades pertinet.

Pator, vide ante *Pateo*.

PATRAE, arum, urbs Achajæ, Plin. 4 c. 4. Ovid. Met. 6 v. 417

Messeneque ferox, Patræque, humilesque Cleonæ.

Et Sil. 15 v. 310 *Tum lustrata Ephyre, Patræque & regia Pleuron.*

Patria, patriarcha, patricida, patricius &c. patrimonium, patrimus, patritus, vide *Pater*.

PĀTRO, avi, atum, āre, designare est, conficere, perficere, thun, begehen, ausrichten, vollenden; ut, *Patrare facinus*, Livius lib. 23 cap. 8 extr. eine übelthat begehen. *Patrare promissa*, id est, præstare, vel perficere, Cicer. ad Attic. 1 epist. 14. Ita *patrare bellum* pro conficere, finire, Sallustius, Vellejus, Tacitus, & Florus dixerunt. *Patrare jussa*, Tacitus 4 Histor. c. 83 n. 6. *Patrare cædem*, den mord verüben, vollbringen, Idem Ann. 14, 44, 2. *Conata patrantur*, i. e. fiunt, Lucret. 5 v. 386. ¶ 2. Videtur proprium locum habere in rebus turpibus. Vnde Pers. satyr. 1 v. 18

patranti fractus ocello:

Vbi vetus Scholiastes, *Par ratio*, inquit, *est rei venereæ perfectio vel consummatio, unde &* Patres *dicti, eo quod patratione filios procreant.* Hæc ille. Quibus similia Isidorus scribit. Hinc nonnulli illud *Patrare bellum* apud Sallustium irriserunt culparuntque, tamquam κακέμφατον; quod sancte & antique ab ipso dictum Fabius Quintilianus statuit lib. 8 cap. 3; κακέμφατον enim est, cum in obscenum intellectum sermo torqueri potest. Vide & mox *Expatrare*.

¶ Patrātus, a, um, verübt, vollbracht; ut, *Commissum patratumque prælium*, die gehaltene schlacht, Vellej. 2, 21, 3. *Patrati belli emolumentum*, Idem 2, 114, 4. Sic apud Tacitum Ann. 11, 28, 3 *Patratæ mortes.* Sic Idem Hist. 4, 81, 6 *patratum remedium* dixit, & *irrito* opposuit. Idem 2 Annal. c. 66 *Patratum* & *inceptum* opponit: etiam Sallustius Jugurth. cap. 21, & auctor incertus panegyr. Constantini cap. 6. Conf. Barth. ad Script. Venat. pag. 72 & 73. ¶ *Pater patratus*, princeps dicebatur fecialium, qui bellum in hostium finibus indicebat, & qui ad patranda, hoc est, peragenda vel confirmanda juramenta mittebatur, ein herold. Vide *Fecialis* & supra in *Pater*.

¶ Patratio, ōnis, die verübung, handhabung, stifftung: ut, *patratio pacis*, Vellej. 2, 98, 2. Pro usu Venereo Priscian. 2 c. 11. Sicuti etiam in vetusto Glossario latino-arabico *Patratio rei venereæ consummatio* est.

¶ Patrator, ōris, qui patrat, auctor rei, ein stiffter, urheber. Tacitus Ann. lib. 14 cap. 62 *maternæ necis patrator Anicetus.* Et Avienus in Arat. Phænom. v. 20

Auctor agendorum, propriique patrator.

Composita:

¶ Expatro, āre, verthun. Catullus carm. 29 v. 17 *Parum expatravit? an parum helluatus est?* Vbi Scaliger, *Hunc locum*, inquit, *habet in animo auctor Glossarii, quum scribebat: Patrat*, μασᾶται, κακεμφάτως, ὡς ἐπ' αἰσχρῶν. *Nam non semper significat* μασᾶσθαι. *Sed expatrare est scortando* μασᾶσθαι, *imo* ἀφιδεῦσθαι. *Sed omnium linguarum felicissime germanica*, verhuren. Vet. Glossæ: ἐκεξίνω ἐπὶ συνουσίας, *Expatro.*

Expatro. Similiter *effutuere aurum* pro futuendo prodigere, apud Suetonium in Cæsare legimus cap. 51.

¶ Impetro, are, erhalten, quod proprie est *perficere.* Plaut. Pœn. a. 5 sc. 2 v. 14 *Incipere multo est, quam impetrare, facilius,* ubi vide Taubmann. Postea id verbi ad auspicia translatum est: in quibus id fuit, quod in sacrificiis *litare:* in qua notione plerumque tamen, pro *Impetrare, Impetrire* dicebant. Vide Taubmann. ad Plaut. Asin. a. 2 sc. 1. Quia itaque *impetrare* erat, quum id, cujus caussa auspicati fuerant, consequerentur; quemadmodum *litare*, sacrificando a Diis, quod volumus, obtinere, significat: hinc communiter pro obtinere, exorare, vel consequi usurpari cœptum est, erlangen, erbitten. Plaut. Curcul. a. 1 sc. 1 v. 65 *Neque quicquam queo æqui & boni ab eo impetrare,* &c. conf. Vellej 2, 125, 1.

¶ Impetrātus, a, um, erlangt, erbeten. Vellej. 2, 68, 2 *Non impetrato reditu.* Ita *Impetritus* pro *impetratus*, apud Plautum Asin. a. 2 sc. 1 v. 11. vide Festum & Parei Lex. Crit. p. 578. Et Val. Max. 1, 1, 1 cum not. Pighii.

¶ Impetratio, ōnis, die erlangung. Cic. ad Attic. lib. 11 epist. 22 *Illud molestius, istas impetrationes nostras nihil valere.* Et Augustinus ineunte lib. 12 Confess. *Longior est petitio, quam impetratio.*

¶ Impetrator, ōris, ein erlanger, erhalter. Cod. Theod. lib. 12 tit. 6 *Impetratores beneficii.*

¶ Impetrābĭlis, e, leicht zu erlangen. Livius lib. 39 cap. 29 *Magnitudo rerum gestarum triumphum ei impetrabilem faciebat.* Tacitus 4 Histor. cap. 69 *impetrabilis venia.* Seneca præf. lib. 4 Nat. Qu. *Vt sis impetrabilis.* Compar. *impetrabilior* Plauti est Merc. a. 3 sc. 4 v. 20. Et Livii 30 cap. 16 *Impetrabilior pax.*

¶ Perpetro, are, perficere, ausrichten, bewerckstelligen. Tacitus 4 Histor. cap. 51 extr. *Validissimam exercitus partem Tito tradit, ad reliqua Judaici belli perpetranda,* i. e. finienda, conficienda. Et Suetonius Calig. cap. 46 *Quasi perpetraturus bellum, directa acie in litore oceani* &c. Plautus Pseud. a. 5 sc. 1 v. 24 *Postquam opus meum, ut volui, omne perpetravi, hostibus fugatis.* Tacitus rursus 4 Histor. cap. 115 *Legati ad Civilem & Velledam missi cum donis, cuncta ex voluntate Agrippinensium perpetravere.*

¶ Perpetrātus, a, um, vollendet, vollbracht. Livius lib. 33 cap. 21 *Pace nondum perpetrata.* Idem lib. 44 cap. 37 extr. *sacrificio rite perpetrato.* Idem lib. 1 cap. 6 *perpetrata cæde.*

¶ Perpetratio, ōnis, die vollbringung, verübung. Tertull. de Pœnit. c. 3 *Aliqua difficultas perpetrationem ejus intercipit.* Et Augustinus 13 de Trinit. cap. 6 *non de ullius mali perpetratione vel adeptione gaudere desiderat.*

¶ Perpetrator, ōris, ein thäter. Idem Augustinus epist. 5 *Tot stuprorum auctor & perpetrator, quem Iovem nominant.* Et de Civ. Dei lib. 20 cap. 1 *peccati magni perpetratores.*

¶ Perpetrābĭlis, e, zugelassen. Tertullianus lib. 2 ad Vxor. cap. 1 *Nubere in Domino perpetrabile est*, id est, facile impetratu, permissum.

¶ Propetro, are, mandare quod perficiatur, apud Festum.

Patrocinium, patrocĭnor, vide mox in *Patronus.*

PATRŎCLES, is, Πατροκλῆς, Atheniensis quispiam fuit impense parcus sordidusque adeo, ut ne quidem in omni vita laverit. Vnde proverb. natum, ἐκ Πατροκλέους, *E Patroclis domo venit*, in sordidos. vide Chiliad.

PATROCLVS, i, Achilli conjunctissimus ad Trojam ab Hectore in pugna interfectus occubuit. De hoc multa Homerus. Vnde non minus Alexander propter Patrocli amicitiam, quam ob Homeri præconium, Achillem fortunatum judicavit: Plutarch. in Alex.

¶ Patroclianus, a, um, adject. Martial. 12 epigr. 78

Sellas ante perit Patroclianas.

PATRON, ōnis, Acarnan, in Italiam cum Ænea veniens in Aluntinis consedit. vid. De la Cerda ad Virg. 5 Æn. v. 298, & Turneb. Advers. 26 cap. 17.

PĂTRŌNVS, i, proprie qui agit caussam, sed accusati, non accusantis, ein beschirmer, fürsprecher. Nomen a Romulo inventum fuit. Nam cum potentiores secrevisset a plebe, & plebejos illis tuendos regendosque commendasset, illos *Patronos*; hos *Clientes* appellavit, a cura paterna scilicet & solicitudine, qua suos clientes deberent complecti, & ea omnia præstare clientibus, quæ patres filiis solent præstare: non a *Patrono* quodam defensore inopum ac vindice, qui Evandrum Arcadem secutus fuerat, ut quidam voluere. Vide Plutarchum in Romulo p. 24 & 25, & Dionys. Halicarnass. lib. 2 cap. 9, 10 & 11. Vbi etiam habes de utrorumque officiis juribusque. Neque vero singuli homines tantum potentiores sibi adoptabant patronos, sed integræ civitates etiam; nec viros tantum, sed & matronas. Sic Bononiensium patronus Antonius; sic Lacedæmonii in Claudiorum tutela fuerunt, ut Sueton. August. cap. 17, & Tiber. cap. 6 testatur. Docet Asconius quoque in Verrinis, & Halicarnasseus supra citato loco. B. Hieronymus in vita Malchi: *Viculus hic, post multos vel* DOMINOS *vel* PATRONOS, *dum ego adolescentulus morarer in patria, ad Papæ Evagrii, necessarii mei, possessionem devolutus est.* Ad fœminas quod attinet, exstat in antiquitatis monumentis decretum vetus Pactuinorum, quo se in Nummiæ Variæ, sacerdotis Veneris, domusque ejus clientelam tradiderunt. Atque hinc *Tutelares* etiam *Deos* PATRONOS vocarunt. Vetus Inscriptio apud Gruter. p. 46 HERCVLI DEO INVICTO ET REIPVBL. ARVCCITANAE PATRONO. ¶ 2. Sed & liberti dominos suos, a quibus manumissi erant, PATRONOS vocabant. Hinc Tacitus 1 Histor. cap. 2 *Odio & terrore corrupti in dominos servi, in patronos liberti, & quibus deerat inimicus, per amicos oppressi.* Erant & hi inter se certis juribus invicem obstricti. Namque & operas liberti debebant patronis, & alimenta, si egerent; denique testamento semissem, de quibus JCti & Lipsius aliquid ad 2 Hist. Taciti p. 494. ¶ 3. Et quoniam id quoque in veterum patronorum officiis fuit, ut clientibus adessent in judicio, & jura eorum tuerentur: idcirco id nominis denique ad omnes eos translatum est, qui accusatorum caussas agerent: (nam & hi ipsi, quorum caussæ agebantur, *clientes* vocati;) cum discrimine tamen ab *Advocatis.* Asconius in Divinat. Ciceron. *Qui defendit alterum in judicio, aut* PATRONVS *dicitur, si orator est; aut* ADVOCATVS, *si aut jus suggerit, aut præsentiam suam commodat amico; aut* PROCVRATOR, *si absentis* (ita legendum est) *negotium suscipit; aut* COGNITOR, *si præsentis caussam novit, & sic tuetur ut suam.* Suetonius Claudio cap. 6 *Equester ordo bis patronum eum perferendæ pro se legationis elegit: semel cum deportandum Romam corpus Augusti humeris suis a COSS. exposceretur; iterum cum oppressum Sejanum apud eosdem gratularetur.* Vbi *Patronus* nihil aliud, quam orator est. ¶ 4. Sed & qui præclare meriti essent de aliis, eorum *Patroni* dicebantur. Ita enim Livius Drusus ob eximiam adversus Gracchos operam PATRONVS SENATVS dictus fuit, ut Suetonius auctor est Tiberio cap. 3. Terent. in Eunuch. a. 4 sc. 6 v. 32 *Huic opus est patrono, quem defensorem paro.* Sed, *Patronum alicui adhibere*, Cic. lib. 16 fam. epist. penult. einem einen zufügen, der ihm sein wort rede. *Patronum alicui caussæ constituere*, Cicer. pro Muræn. cap. 2. *Patronus justitiæ*, Idem de Amicit. cap. 7, der der gerechtigkeit beystehet.

¶ Patrōna, æ, eine beschirmerin. Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 2 v. 48 *Te mihi patronam cupio.* Martial. lib. 7 epigr. 71

Vt vocem mihi commodes patronam.

Vetus Inscriptio apud Grut. p. 353 n. 2 PATRONAE PERPETVAE &c. Multa idem Gruterus exempla habet p. 931 seq. Et Hieronymus epist. 8 ad Demetriad. *Exemplum patronæ & dominæ secuta est clientum turba atque famularum.* Et Augustinus Confession lib. 5 cap. 8 *nisi consuetudo patrona sit.*

¶ Patronālis, e, dem patron gehörig; ut, *verecundia patronalis*, quæ patrono debetur, l. 20 pr. Dig. de Donat.

¶ Patronatus, ûs, die beschirmung, schutznehmung. Jure civili est jus patroni in libertorum personam & bona. vide JCt. Dig. lib. 37 t. 14 l. 3 & 21, & lib. 48 t. 20 l. 8, & ejusdem lib. t. 23 l. 1 §1, & in Cod. lib. 1 t. 3 l. 20. ¶ Jure vero canonico est jus idoneos rectores in ecclesiis episcopo offerendi. vide apud Canonistas tot. tit. de jur. patr.

¶ Patrōcĭnor, ari, defendere, alicui adesse defensorem, beystehen, schützen mit worten und wercken. Hirtius Bello Hisp. cap. 29 extr. *Nostri pede presso propius rivum quum appropinquassent, adversarii patrocinari loco iniquo non desinunt*, h. e. non cessant tueri iniquum locum. Plinius lib. 14 cap. 4 *patrocinante vicinitate.* Quintilianus lib. 2 c. 4 *non homini, sed crimini patrocinari.*

¶ Patrocĭnium, i, tutela, defensio, der beystand, schutz, schirm. Plin. lib. 13 cap. 3 *Patrocinia quærimus vitiis.* Et, *Voluptas plurimorum patrociniis defenditur*, Cic. 1 Paradox. cap. 4. *Voluptatis patrocinium repudiare*, Idem de Fin. 2 cap. 21. *Suscipere patrocinium alicujus caussæ, controversiæ, disciplinæ*, Cic. 1 de Nat. Deor. cap. 3. Ovid. 1 Tristium eleg. 1 v. 26 *Caussa patrocinio non bona, pejor erit.*

¶ Compatrōnus, i, ein mit-patron. Vlpian. l. 1 ff. siquid in fraud. patr. *Adversus compatronum Faviana non competit*, &c.

PATRONYMĬCVM, i, πατρωνυμικὸν, plur. *Patronymica* sunt nomina derivata a propriis patrum, matrum, fratrum, regum, urbium, gentium, &c. finita terminationibus fere a, as, es, e, is, ut, *Æneida, Romulida, Cecropida, Troas, Ilias, Tydides, Priamides, Atlantiades, Chryseis, Thebais, Æneis, Theseis, Nerine, Adrastines*, &c. Quorum formationem, & genera ex Grammaticis pete, & Prisciano lib. 2.

Patruelis, patruus, vide supra *Pater.*

PATTAECION, ōnis, infamis calumniator, cui cum mos esset, bonos viros calumniari, atque hoc fœdo quæstu parare rem, tandem deprehensus convictusque popularibus comitiis lapidatus est, quod fur esset ædiumque perfossor. Vnde proverbium: Πατταικίωνος συκοφαντικώτερος, *Pattæcione calumniosior.* vid. Chiliad.

Patulcius, patulico, patulus, vide supra *Pateo.*

Pava, vide post paullo *Pavo.*

PAVCI, æ, a, pauciores, paucissimi, wenige; singularis enim numerus Latinis in hac voce exoletus est. Hyginus tamen fab. 194 *Paucum* in singulari dixit: *Post paucum*, inquit, *tempus nunciatur Pyrantho*, &c. *Pauci*, ihr wenig, minus multi, rari: Virg. 6 Æn. v. 129

pauci, quos æquus amavit
Juppiter atque ardens evexit ad æthera virtus.

Rem in pauca conferre, Plautus Pœnulo a. 5 sc. 4 v. 54, es kurtz fassen. *Paucis complecti, constringere*, subaudi verbis. *Paucis*, vel, *in paucis diebus:* Et, *Paucis interpositis diebus*, innerhalb oder nach wenig tagen, Cicer. de Clar. Orat. cap. 22. *Pauciores dies*, Paulus l. 2 D. de jure deliberandi. *Anseres plurima ova sedecim, paucissima septem.*

¶ Paucŭli, æ, a, diminut. gar wenig. Terent. in Heaut. a. 4 sc. 6 v. 24 *Loquitur paucula.* Et, *Pauculos dies alicubi esse*, Cic. 9 Attic. epist. 15.

¶ Paucĭtas, ātis, die wenigkeit; ut, *Paucitas amicorum*, Aut. Declam. Antequam iret. *Magna oratorum est, semperque fuit paucitas*, Cicero 1 de Orat. cap. 2 extr. *Ad paucitatem redigi*, Curtius 3 cap. 3 extr. Et, *Paucitate suorum erubescere*, Idem lib. 4 cap. 5 n. 4. *Paucitati non multum obesse posse*, wenigen nicht viel anhaben, Nepos 14, 7, 5.

¶ Paucies, adverb. pro *raro* dici, selten, docet Nonius 2 n. 681 autoritate Titinnii & Cœlii; ut, *Paucies arcessitus: In urbem paucies venire soles*, &c.

¶ Pauxillus, a, um, diminutivum aliud a *Paucus*, sehr wenig; ut, *Ossa pauxilla atque minuta*, Lucretius lib. 1 v. 835. *Res pauxilla est*, Plautus Pœnulo a. 3 sc. 1 v. 62.

¶ Pauxillŭlus, a, um, idem. Terent. in Phorm. a. 1 sc. 1 v. 3 *Erat ei apud me reliquum pauxillulum nummorum*, er hatte noch bey mir gar ein weniges stehen. Gellius præfatione etiam *pauxillulas admonitiones* dixit: & Plautus Stich. a. 1 sc. 3 v. 9 *pauxillulam famem.*

¶ Pauxillum, adverbialiter, idem. *Pauxillum contentus*, Plautus Captiv. a. 1 sc. 2 v. 73.

¶ Pauxillo, per se ablativus etiam adverbii vices sustinet, non secus ac *paullo.* Celsus 5 cap. 28 n. 18 *Medium habet pauxillo levius.*

¶ Pauxillatim, paulatim, allmählich. Plautus Epidic. a. 2 sc. 2 v. 63 *Cœpi ad illas pauxillatim accedere.*

¶ Pauxillisper, paullisper, ein wenig. Idem Plautus Trucul. a. 5 v. 21

Plus decem pondo amoris pauxillisper perdidi.

¶ Paucĭlŏquium, i, wenig worte, *multiloquio* opponit Plautus Mercat. a. 1 sc. 1 v. 31.

¶ Perpauci, æ, a, sehr wenige. Liv. 43 cap. 11 *Patres perpauci Italici generis.* Superlat. Columella 3 cap. 20 extr. *Cum perpaucissimis agricolis contigerit.*

¶ Perpaucŭlus, a, um, idem. Cic. 1 de Leg. cap. 20 *perpauculis passibus.*

¶ Perpauxillum, adverbialiter, aufs wenigste. Plaut. Capt. a. 1 sc. 2 v. 74 *perpauxillum modo*, scil. *contentus.*

PAVEO, ēre, plus esse videtur quam *timere*, schüchtern seyn, zittern, erschrecken; ut, *Id paves, ne ducas tu illam*, &c. das fürchtest du, Terent. in Andr. a. 2 sc. 2 v. 12. *Pavet animus apud consilium pro reo dicere*, Cicer. Philipp. 5 cap. 5. *Pavet acres agna lupos*, Horat. epod. 12 v. 25.

¶ Pavens, tis, furchtsam, schüchtern; ut, *rerum novitate pavens juvenis*, Ovid. Met. 2 v. 31. *Hoc sermone pavens* &c. Juvenal. sat. 6 v. 188. *Paventes fœminæ*, Tacit. Ann. 15, 38. 4.

¶ Pavendus, a, um, erschrecklich; ut, *pavendæ serpentes*, Plin. 8 c. 23.

¶ Paventia, æ, Dea pavoris. August. de C. D. 4 cap. 11 *De pavore infantium Paventia nuncupatur.*

¶ Păvesco, ĕre, pavefieri, in furcht und schrecken gejaget werden. Gellius lib. 19 cap. 1 extr. *Pavescere sensim & quasi albescere.* Tacit. Annal. 1, 4, 2 *Pavescere bellum*, den krieg scheuen. Idem Hist. 4, 14, 7 *Inania legionum nomina pavescere.* Sil. 16 v. 128 *Deum pavesce.*

¶ Păvĭto, are, frequent. beben. Terent. in Hecyra a. 3 sc. 1 v. 40 *Vxorem Philumenam pavitare, nescio quid dixerunt*, ich weiß nicht, was für ein greul und schrecken sie soll ankommen seyn. Silius lib. 11 v. 24

Juravit pavitans Tyrio sua prœlia Marti.

Et Prudentius lib. 1 adv. Symmach. v. 374 *putare*

Esse Deam, quæ corda hominum pavitantia figat.

Vbi Dianam paganorum stringit.

¶ Pavitātio, ōnis, trepidatio, die furcht, das zittern. Apulejus de Mundo p. 65 *Palmatiæ appellantur, quorum pavitatione quæ trepidant, sine inclinationis periculo nutabunt.*

¶ Pavibundus, a, um, fürchtend, schüchtern. Arnob. lib. 7 p. 221 *pavibundæ trepidationes.*

¶ Păvĭdus, a, um, qui semper timet, furchtsam, erschrocken. Ita enim Servius ad illud Virg. 2 Æn. v. 489 *Tum pavidæ tectis matres* &c. *PAVIDVS*, inquit, *est semper timens: PAVENS, ex caussa.* Sic, *cervi pavidi*, Virg. 3 Georg. v. 372. Metonymice & metus dicitur *pavidus*, quia pavidos efficit. Ovid. 1 Fastor. v. 16

Deque meo pavidos excute corde metus.

Sic & *fuga pavida*, apud Silium 13 v. 133, qui etiam superante gradu *Pavidissimus* lib. 10 v. 65 dixit.

¶ Pavide, adverb. meticulose, aus furcht; ut, *Pavide fugere*, Livius 5 cap. 39.

¶ Păvor, ōris, est *metus, loco movens mentem*, Cicer. in 4 Tuscul. cap. 8, grosse furcht, entsetzen. Cujus tamquam Dei ædem Tullus Hostilius figuravit extra urbem, & cum *Pallore* coluit, ut apud Livium lib. 1 cap. 27 est. conf. Lactant. 1 cap. 20, & August. de C. D. 6 cap. 10. *Pavor me cepit*, Livius lib. 24 cap. 42. Et, *Pavor occupat*, ibidem c. 40, schrecken ist mich ankommen. *Pavorem incutere*, Idem lib. 27 cap. 42, furcht und schrecken in einen jagen. *Pavores induere*, erschrecken, Tacitus 4 Histor. cap. 38.

¶ Păvĕfacio, ĕre, einen erschrecken, einem furcht einjagen. Gloss. Vet. δειλοποιῶ, *pavefacio.*

¶ Pavefactus, a, um, erschreckt. Ovid. Metam. 13 v. 878 *Ego pavefacta mergor.* Et Sil. 6 v. 178 *Pavefacti corde.*

Composita:

¶ Compăvesco, ĕre, erschrecken. Macrob. 1 Saturn. cap. 6 *Animo compavescere.*

¶ Expăveo, ēre, &

¶ Expăvesco, ĕre, idem quod simplex, aut cum augmento significationis, sehr erschrecken, erbeben. Commune horum præteritum *Expavit*, perquam usitatum est: Præsens *Expavet*, vix reperitur: *Expavescit* modico numero: v. g. Statius 8 Theb. v. 638 *Tumultu Expavit domus.* Et cum quarto casu Horatius 1 oda 37 v. 22

nec muliebriter Expavit ensem.

Et Silius lib. 1 v. 67 *Expavére trucem per vasta silentia vocem.*

Nec solis poëtis vindicamus, sed Livius quoque lib. 6 cap. 34 *Quum ad id expavisset minor Fabia.* Vbi & illud observes, cum præpositione jungi, quod argumento est, si nudum accusativum habet, *AD* vel *PROPTER* subaudiri. Præsentis formæ exempla sunto: Seneca Thyeste v. 40

Fratrem expavescat frater, & gnatum parens.

Et Plinius sub finem lib. 10 *Aquatilia ad tumultum aliquem expavescentia.*

¶ Expăvĭdus, a, um, erstaunt, erschrocken. Gellius 1 cap. 8 *Expavidus ictuque pecuniæ magnitudine.*

¶ Expăvĕfăcio, ĕre, scheu machen. Seneca epist. 86 *Expavefacere ad occursum hominem.*

¶ Expavefactus, a, um, erschreckt. Hyginus fab. 47 *Equi expavefacti, Hippolytum distraxerunt.*

¶ Impăvĭdus, a, um, intrepidus, unerschrocken; ut, *Pectus impavidum*, Livius lib. 21 cap. 30. conf. Horat. 3 od. 3 v. 8.

¶ Impavide, adv. audacter, intrepide, ohne scheu. Livius lib. 39 cap. 50 *Poculo* [veneni] *impavide exhausto.*

¶ Perpavĕfacio, ĕre, einen sehr erschrecken, durchängstigen. Plaut. Stich. a. 1 sc. 2 v. 28 *Earum perpavefaciam pectora.*

Pavicula, pavimentum, &c. vide sequens *Pavio.*

PĀVIO, pavire, antiquum verbum, schlagen, eben machen. Cic. Divin. 2 cap. 34 *Terram pavire*, auf die erde aufschlagen. Cato de R. R. c. 18 *De testa arida pavimentum struito, ubi structum est, pavito.*

¶ Pavītus, a, um, geschlagen. Plin. lib. 9 cap. 10 *Terra pavita & complanata.* Id autem *tundere* significavit, a παίειν, *ferire.*

¶ Pavĕrus, a, um, multum tritus, ausgeschlagen, gedroschen; ut, *pavera*

frumenta, quæ de vagina non bene exibant, Festus. vid. Scalig. Catalect. p. 61.

¶ Păvīmentum, i, a *pavio* dictum est, ein estrich, ein boden. Juvenal. sat. 14 v. 60 *Verre pavimentum, & nitidas ostende columnas.*

Cicer. in Philippica 2 cap. 41 *Natabant pavimenta vino*, auf der erden schwamm der wein. *Facere pavimentum*, Cicer. ad Qu. fratr. lib. 3 epist. 1 cap. 1, ein estrich schlagen. De luxu veterum in pavimentis vide Casaubonum ad Suetonii Cæsarem cap. 47.

¶ Păvīmento, are, Plinius etiam fecit, pro, pavimento sternere, einen boden machen, lib. 27 cap. 4 *Pavimentandum, ubi sata aloe.* Et hinc

¶ Pavimentatus, a, um, mit einem boden versehen. Cicero ad Qu. frat. lib. 3 epist. 1 cap. 1 *Porticus pavimentata.*

¶ Păvĭcŭla, æ, instrumentum, quo terra complanatur, ein schlegel, rammel; ut, *Paviculâ coæquare*, Cato cap. 129, mit schlegeln und rammeln gleich machen. Et Columella lib. 11 cap. 3 *His diebus ozyma seruntur: quorum semen cum obrutum est, diligenter inculcatur paviculâ vel cylindro*, mit waltzen. Vet. Gloss. *Paviculæ*, ὁμαλιστῆρες.

¶ Pavĭcŭlo, vel Paviclo, are, i. e. paviculâ planare & contundere, eben machen. Gloss. Vet. *Paviclat*, ποδίζει, ἐδαφίζει, per syncopen.

Composita:

¶ Circumpăvio, īre, um und um gleich machen. Hinc

¶ Circumpavītus, a, um, was um und um in eine ebene gebracht ist; ut, *Circumpavita area*, Plin. lib. 12 cap. 14. Sic

¶ Compavītus, a, um, zertreten, zerstossen. Apulej. Met. 7 *Misera illa compavita atque dirupta.*

¶ Depăvio, īre, idem quod simplex, ebenen: Vnde

¶ Depavītus, a, um, eben gemacht. Vsus est Solinus cap. 2 *Parcius depavita levibus vestigiis inviare.* Pro *Depavire*, (mutata vocali, ut ex *Calco* Conculco,)

¶ Depŭvio, īre, Festus ex Lucilio legit, qui dixit

palmisque misellam

Depuvit me.

Vide Salmasium in Solinum p. 41 edit. iteratæ.

¶ Oppuvio, īre, idem. Vide eumdem Salmas. c. l.

¶ Tripŭdium, i, quod ipse Cicero Divin. 2 cap. 34 deducit a *Terra* & *Pavio*, alii a *Tripus*, vide infra seorsim.

Pavitatio, pavito, vide paullo ante *Paveo.*

Paulatim, Paulinus, paulisper, paululum, Paulus, &c. vide *Parvus*

PĀVO, ōnis, ταὼς, ein pfaue; *avis Junonis, Junonia.* Ovidius lib. 1 de Arte am. v. 627 *Laudatas ostentat avis Junonia pennas,*

Si tacitus spectes, illa recondit opes.

Juvenalis sat. 7 v. 30 *didicit jam dives avarus,*

Tantum admirari, tantum laudare disertos,

Vt pueri Junonis avem.

Lucret. 2 v. 805 *Caudaque pavonis larga cum luce repleta est.*

Ovid. Met. 2 v. 533 *Tam nuper pictis cæso pavonibus Argo.*

Pavonis descriptio festiva apud Dionem Chrysostomum Orat. 12 in pr. Lucianum Orat. de Domo: Brevissima, nec illepida apud Tertull. lib. de Pallio. conf. Turneb. lib. 7 Advers. c. 20. Huic natura formæ e volucribus dedit palmam, ut Varro scribit lib. 3 de Re Rustica cap. 6. Eoque pertinet fab. 57 apud Phædrum. Fuerunt pavones in magno pretio olim, & voluptatis caussa in viridariis habiti. Vnde subreptum pavonem tam ægre tulit Tiberius, ut militem, qui surripuerat, capite puniverit, ut Suetonius ejus vitâ auctor est cap. 60. Primus in adjiciali cœna sacerdotii orator Hortensius pavonem apposuit, ut Varro dicto loco & Plinius lib. 10 cap. 20 observant: qui ibidem *gloriosum juxta hoc animal & malevolum* notat. De pavonum educatione & cura Columella legatur lib. 8 cap. 11, qui distincte ibi de sexu loquitur, *pavo masculus, pavo fœmina.*

¶ Pāvus, i, & Pava, æ, idem, pro discrimine generis. Ausonius epigr. 69

Pavaque de pavo constitit ante oculos.

Tertull. de Anima cap. 33 *Pulcherrimus pavus & quo velis colore cultissimus.*

¶ Pāvōnīnus, a, um, vom pfauen; ut, *Ovum pavoninum*, ein pfauen-ey, Pallad. lib. 1 cap. 30. conf. Colum. 8 cap. 5 & 11. Petron. in Satyr. Varr. R. R. 3 cap. 9.

¶ Pavonāceus, a, um, buntfärbig. Plin. 36 cap. 22 *Pavonacea tegendi genera.* Alii legendum putant *pavita*, vel *pavimentata*; Sed Dalechamp. explicat de tegulis picturatis, ad instar pennarum pavonis splendentibus.

Pavor, vide paullo ante in *Paveo.*

PAVPER, ĕris, tenuis fortunæ, cui, cum necessaria non desint plane, nihil tamen superest atque abundat, arm, von geringen mitteln. Est igitur inter *egenum* & *divitem* medius. *Dives* enim plus habet, quam opus est, ut alterum etiam juvare possit; *egenti* vero opus est aliena ope. Hoc eleganter ostendit Martialis lib. 11 epigr. 33, quod ita conclusit: *Non est paupertas, Nestor, habere nihil.*

Ex paupere dives factus es, Cicer. in Vatinium cap. 12. Martial. lib. 5 epigr. 82 *Semper eris pauper, si pauper es, Æmiliane,*

Dantur opes nullis nunc nisi divitibus.

Ovid. 1 Fastor. v. 218 *Pauper ubique jacet.*

Horat. 2 sat. 3 v. 142 cum genitivo: *Argenti & auri pauper.* Idem 3 od. 30 v. 11 *Aquæ pauper Daunus.* Fœm. *Pauper domus*, Virgil. lib. 12 Æn. v. 519. *Pauperes res*, Plaut. Rudente a. 5 sc. 1 v. 17. *Pauper lingua*, Sidon. epist. 1. Et Terent. Andr. a. 4 sc. 6 princ.

Quæ sese inhoneste optavit parare hic divitias

Potius, quam in patria honeste pauper vivere.

Ita enim Probus, Servius & Priscianus legunt, qui observant, Veteres in fœminino etiam genere dixisse *pauper.* Plautus tamen *Paupera* etiam in fragm. dixit: cujus auctoritate fretus Franciscus Fabricius *paupera vivere* in Terentio retinuit; quod eam lectionem in vetustis libris repererat. Similiter *Soror paupera*, Commodianus Instruct. 71 p. 101. Et Cœl. Aurel. Tard. 1 cap. 1 *Caput carnibus pauperum*, i. e. carens. Adde Varr. de L. L. 7 cap. 39. ¶ Gradus, *pauperior, pauperrimus*: Martial. lib. 14 epigr. 103 *pauperiore mero.* Horatius lib 1 satyr. 1 v. 111 *turba pauperiorum.* Idem 1 sat. 1 v. 79 *Pauperrimus bonorum.*

norum. Et Val. Maxim. lib. 4 cap. 3 n. 6 *Fabricius honoribus & auctoritate omni cive temporibus suis major; censu par unicuique pauperrimo.*

¶ Paupercŭlus, i, & pro diverso sexu Paupercula, æ, armselig; ut, *Advena anus paupercula*, Terentius Heaut. a. 1 sc. 1 v. 44. *Paupercula res*, Plaut. Persâ a. 3 sc. 1 v. 17.

¶ Paupertīnus, a, um, idem quod pauper; ut, *Paupertinum ingenium*, Symmachus lib. 1 epist. 14. *Paupertinæ litteræ*, Gellius lib. 14 cap. 9. *Paupertinus calamus*, Sidonius lib. 2 epist. 10, eine schlechte art zu schreiben, geringer stylus. Varro apud Nonium cap. 2 n. 715 *Paupertina sunt, sine elegantia.*

¶ Paupĕrius, adverb. comparativum, ärmlicher. Tertullian. lib. 2 de Cultu fœm. cap. 11 extr. *Exquo facta est Christiana, pauperius incedit.*

¶ Paupertas, ātis, tenuitas, inopia, rei familiaris angustia, die nothdürfftigkeit, das armuth. Publius Mimus: *Hominem experiri multa paupertas jubet.* Horatius lib. 2 epist. 2 v. 51

Vt versus facerem, paupertas impulit audax.

Plaut. in Sticho a. 1 sc. 3 v. 24 *Paupertas omnes artes perdocet.* Idem, veluti ex eo citat Sextus Pompejus: *Vbi ad paupertatem accessit infamia, paupertas gravior fit.* Ejus luculentum encomium habes apud B. Chrysostomum Homil. 5 de fide Annæ, & apud Apulejum Apolog. Et Basilius *philosophiæ nutricem* vocat epist. 169, quæ ad Olympium scripta est. Vide & Senecam Consolat. ad Helviam cap. 9, 10, 11 & 12. Sed, *facilius est paupertatem laudare, quam ferre*, ut Arellius Fuscus ait apud Senecam Controvers. 9. Seneca filius epist. 87 *Paupertas est, non quæ pauca possidet, sed quæ multa non possidet.* Vide supra in *Egestas.* *Paupertates* numero plurali vide apud Nonium c. 2 n. 714.

¶ Paupĕries, ēi, idem. Horatius sæpe; v. g. lib. 3 od. 24 v. 42

Magnum pauperies opprobrium jubet
Quidvis & facere & pati: die ein vorwurff ist.

¶ Paupĕro, are, pauperem facere, arm machen. Plaut. Pseud. a. 4 sc. 7 v. 27 *Boni viri me pauperant: improbi alunt.*

Et Horatius lib. 2 satyr. 5 v. 35

Eripiet quivis oculos citius mihi, quam te
Contemtum cassa nuce pauperet.

Alexander Severus dixit, *Fures a republ. repellendos & pauperandos esse*, auctore Lampridio cap. 22. Adde Nonium cap. 2 n. 679.

¶ Pauperātus, a, um, arm gemacht, verarmt. Sidon. 6 epist. 12 *defectio civium pauperatorum.* Et Firmicus: *Pauperatus luminibus*, i. e. privatus.

¶ Depaupĕro, āre, berauben. Varro: *Domum depauperare sumptu.*

¶ Perpauper, ĕris, sehr arm; ut, *Rex perpauper*, Cic. 6 Attic. epist. 3.

PAVSA, æ, παῦσις, Ennii, Plauti, Lucilii & Lucretii est pro cessatione vel quiete, die ruhe, die stillhaltung: vide Nonium c. 2 n. 686. Cornelia apud Nepotem in Fragmentis: *Denique quæ pausa erit, & quando desinet familia nostra insanire?* wenn wird man aufhören? Gellius 9 cap. 13 *Facta pausa est*, sie haben inn gehalten; nempe pugnæ quieverunt, ut justi erant. Lucret. 3 v. 944 *Frigida pausa vitæ*, i. e. mors. Et Apulejus sub init. lib. 11 Met. *Tu sævis exantlatis casibus pausam pacemque tribue.* ¶ Et *Pausa*, musica nota est.

¶ Pauso, āre, Plauto quiescere est, still halten, in Trinummo a. 1 sc. 2 v. 150. Vetus Gloss. *Pausat*, ἀναπάυεται καὶ ἀναπάυει. Vetus Inscript. apud Gruterum p. 1059 AVRELIVS EVIEBIVS MATRI CONTRA VOTVM FIDEI PAVSANT. Et Commodianus Instruct. 42 p. 56 *Pausantes in lecto suo mature recedunt.*

¶ Pausatus, a, um, stillgehalten. Arnob. lib. 5 p. 160 *Tundit & sauciat pectus pausatæ circum arboris robur.* Vbi Des. Heraldus in Animadv. p. 204 mavult legere adverbialiter *pausate*, quia certo modo, ταχτῶς ac per pausas in planctu pectus pulsaverint.

¶ Pausatio, ōnis, die stillhaltung. Plin. Valer. 1 cap. 41 *Post pausationem prandii.*

¶ Pausābĭlis, e, stillhaltend. Cœl. Aurel. Acut. 2 c. 13 *Pausabilior inspiratio.*

¶ Pausarius, i, qui remigibus modum dat, & nunc pergere imperat, nunc quiescere sive pausare, ein rudermeister; alias *Portisculus* dicitur. Vide infra. Seneca epist. 56 *Sed jam me ad omnia ista duravi, ut audire vel PAVSARIVM possim, voce acerbissima modos dantem.* Ovid. 3 Metamorph. v. 619 ita describit:

& qui requiemque modumque
Voce dabat remis, animorum hortator Epopeus.

¶ Pausus, i, Deus, qui pausam afferret & quietem, ein friedens-gott, secundum Turnebum Advers. 15 cap. 21. Arnob. lib. 1 p. 15 *qui Pausos reverentur atque Bellonas.*

¶ Impausābĭlis, e, unaufhörlich. Fulgent. Myth. 1 *Alecto græce impausabilis dicitur.*

¶ Impausabiliter, adv. idem. Cœl. Aurel. Tard. 3 c. 2 *Impausabiliter cibum sumere.*

PAVSANIAS, æ, Παυσανίας, Lacedæmoniorum dux, multa aliquamdiu sapienter, feliciter & modeste gessit. Sed cum ex successu insolens & crudelis factus esset, fortuna cum animo ejus immutata est. Vide Nepotem. ¶ 2. *Pausanias* alius fuit Cæsariensis historicus, qui Geographiam scripsit universæ Græciæ, cum ejus historiis. Romæ is vixit Hadriani Imperatoris tempore. vid. Voss. de Hist. Græc. 2 c. 14. ¶ 3. *Pausanias*, nobilis Macedo, interfector Philippi regis, immissus ab Olympiade, quæ eum in cruce pendentem coronavit. v. Justin. 9, 6, 4, & c. 7.

PAVSIA, vel Pausea, æ, olivæ genus Columellæ lib. 5 cap. 8 est, eine art von einem ölbaum oder oliven. Virgil. 2 Georg. v. 86

Et amarâ pausia baccâ.

PAVSIAS, æ, pictor Sicyonius; Is Glyceram corollarum textricem adamavit, eamque depinxit: Ejus tabulam Lucullus duobus talentis emit. v. Plin. 21 c. 2, & Varr. de R. R. 3 c. 17.

¶ Pausiăcus, a, um, adject. Horat. 2 satyr. 7 v. 95

Vel cum Pausiaca torpes insane tabella.

PAVSĬLȲPVM, i, villa Campaniæ, non procul a Neapoli, ἀπὸ τῆς παύσεως τῆς λύπης, a cessatione mœroris dicta, ein ruheplatz. v. Cluver. Ital. antiq. p. 1150.

Pausus, Pavus, Pauxillus, vide *Pausa, Pavo, Paucus.*

PAX, pācis, a *pango*, tranquillitas, tranquilla libertas, otium, concordia, stille, ruhe, friede. *Paci consulere*, Cicer. 1 Offic. c. 11, zum friede rathen. *Pacem facere, dare, confirmare, servare*, obvia sunt & Ciceroniana, e quibus tantum primi, *pacem facere*, exemplum indicamus, ne pro germanismo tirones habeant, quæ consonantia linguarum est. Cicero 3 Offic. cap. 30 *Pacem cum Samnitibus fecerant.* Atque sic passim apud historicos. *Pacem impetrare*, Livius lib. 30 cap. 35 extr. *Componere pacem*, Idem lib. 2 c. 13. *In spem pacis venire*, Cæsar Oppio sub lib. 9 epist. 13 ad Attic. gute hoffnung zum friede haben. *Pacem inter aliquos conciliare*, Cicer. 10 fam. epist. 27, friede stifften. *Pacem cum quo habere*, Idem 7 Philipp. cap. 8 extr. Et Philippica 13 ineunte: *Dulce nomen pacis, res vero ipsa cum jucunda, tum salutaris.* Silius lib. 11 extr. *Pax optima rerum,*

Quas homini novisse datum est, pax una triumphis
Innumeris potior, pax custodire salutem,
Et cives æquare potens &c.

Quem locum procul omni dubio in animo habuit Prudentius, cum Psychomachiâ v. 769 & seqq. scriberet:

Pax plenum virtutis opus: pax summa laborum:
Pax belli exacti pretium est, pretiumque pericli,
Sidera pace vigent, consistunt terrea pace,
Nil placitum sine pace Deo.

Livius lib. 30 cap. 30 *Melior tutiorque est certa pax, quam sperata victoria: hæc in tua: illa in Deorum manu est.* Cicero ad Attic. 7 epist. 14 extr. *Ad pacem hortari non desino, quæ vel injusta utilior est, quam justissimum bellum.* Statius Theb. 7 v. 554

sævis pax quæritur armis.

¶ 2. *Pax* Dea habita olim Romanis & arâ culta, de qua Ovidius 1 Fastorum extr. Athenis ei tum aræ primum positæ & institutum pulvinar est, cum Lacedæmonii a contentione diutina destitissent, concesso Atheniensibus principatu, ut Nepos in Timotheo cap. 2 n. 2 auctor est: quamquam ea de re aliter tradiderit Plutarchus. ¶ 3. Ποιητικώτερον illud Flori est lib. 4 cap. 2 *Sed ubi pax fluminis rediit*: id est, cum desiit obundatio, & flumen non amplius infestum fuit obsidentibus & bellum veluti intulit, in campos erumpens incrementis vernis tumidum &c. Similiter *Pax* ventis tribuitur a poëtis, cum ex tempestate silent. ¶ 4. Terent. in Eunuch. a. 3 sc. 2 v. 13 *Pace quod fiat tua*, hoc est, venia, permissione, mit vergünstigung, mit deiner erlaubnüß. *Pace tua dixerim*, vel *dicam*, Cicer. pro M. Marcell. c. 2. *Pace horum dixerim*, Idem 1 de Orat. cap. 17. Et, *pace diligentiæ Catonis dixerim*, Vellejus Paterc. lib. 1 cap. 7. Inde *pacem a Diis petere*, est veniam petere, Plauto Curcul. a. 2 sc. 2 v. 19. Livius lib. 7 cap. 2 *Pacis Deûm exposcendæ caussa lectisternium fuit.* Similiter *pacis* vocabulo de venia & reconciliatione paterna usus Terentius est Heaut. a. 5 sc. 2 v. 45, & sc. 5 v. 2. ¶ 5. *Pax*, interjectio est apud Plautum, Terentium, Ausonium: quam male Grammatici admirantis voluerunt, cum sit illius potius, qui sibi silentium imponit vel alteri, sermonemque ejus interpellat, holla! still! Ex græco enim πάξ, i. e. πᾶυε, *desine*, subaudi, *loqui.* Vide Scaligerum lib. 1 Ausoniarum lectionum cap. 19, itemque Guyetum ad Terentii Heautont. a. 2 sc. 3 v. 50, Vossium denique lib. 4 de Analog. c. 28.

¶ Pācālis, e, friedlich, zum frieden gehörig; ut, *Oleæ pacales*, Ovid. Metam. 6 v. 101. *Pacales flammæ*, Idem Fast. 1 v. 719.

¶ Pāco, avi, atum, āre, placare, zu frieden stellen, befriedigen, stillen. Cæsar 7 B. Gall. c. 65 *civitates pacaverat.* Idem 1 B. Civil. c. 7 *Hortatur* [Cæsar milites,] *cujus imperatoris ductu Galliam Germaniamque pacaverint, ut ejus existimationem dignitatemque ab inimicis defendant.* Et sub finem ejus libri cap. 85 *ad pacandas Hispanias.* Et cum præpositione: MARE PACAVI A PRAEDONIBVS, Augustus de se in monument. Ancyrano.

¶ Pacatus, a, um, gestillt, friedlich, ruhig. Cæsar 2 B. Gall. extremo: *omni Gallia pacata.* Cicero 15 fam. epist. 4 *vici male pacati.* Virgil. eclog. 4 v. 17 *Pacatum orbem regere.* Vellej. 2, 59, 4 *Pacatis bellis civilibus.* Id quod sæpe vim nominis induit, & per gradus movetur; ut, *Pacatissima provincia*, Cic. pro Ligar. cap. 2. *Pacatissimæ gentes*, Idem pro domo sua cap. 23. *Oratio pacatior*, Idem de Clar. Orat. cap. 31 extr.

¶ Pacate, adverb. idem. Cæs. B. G. lib. 1 *Pacate per provinciam iter facere.* Comparative Petronius Satyric. p. 55 *In risum diffusi pacatius ad reliqua secessimus.* Et Augustinus epist. 111 *pacatius & diligentius inquiramus.* Idem Soliloq. 2 cap. 7 extr. *pacatissime & commodissime placuit.*

¶ Pacātio, ōnis, der friedensschluß. Frontinus Strat. præfat. p. 4 *Quæ ad prælium & confectam pacationem pertinent.*

¶ Pacator, ōris, ein friedemacher, versöhner; ut, *Orbis pacator*, Senec. Herc. Oet. extr. Claudian. 2 consul. Stilic. v. 13 *Rheni pacator & Istri.* Silius lib. 2 v. 483 *Nemeæ pacator*, id est, Hercules. Et de Sept. Severo Gruter. Inscript. p. 56 n. 5 & 6 PACATORI ORBIS. Gloss. gr. lat. εἰρηνάρχης, *Pacator.*

¶ Pacatōrius, a, um, verträglich, versöhnlich. Tertull. adv. Marc. 4 c. 29 *Justum judicium & pacatorium judicate.*

¶ Păciscor, pactus sum, pacisci, convenire, ein gedinge und vertrag machen. *Pacisci & constituere diem*, Cicer. 1 Catil. cap. 9, wegen eines tages sich vergleichen. *Pacisci sibi aliquid*, etwas bedingen, ausdingen; ut, *Gabinius sibi pactus erat provinciam*, Cic. pro Sextio cap. 25. Et, *Pacisci inducias cum hoste*: vide *Inducia.* Item, *Mercede cum aliquo pacisci*, Livius lib. 25 cap. 33, des lohns einig werden. Virgil. Æneid. 12 v. 49 *letumque sinas pro laude pacisci.* Conf. Stat. Theb. 1 v. 319, & Ovid. Metam. 7 v. 307. ¶ 2. Est & matrimoniorum verbum: Justinus 2, 15, 14 *Cum Xerxe nuptias filiæ ejus paciscitur.* Conf. 7 c. 47. Tacitus 2 Annal. cap. 43 *Silani filia Neroni vetustissimo liberorum pacta erat.* ¶ 3. *Pacisco* pro *Paciscor*, antique Nævius apud Nonium cap. 7 n. 54.

¶ Pactus,

¶ Pactus, a, um, beschlossen, verglichen, abgeredt: ut, *fœdus pactum*, Virg. 4 Georg. v. 158. *Pacta conjux*, Idem Æneid. 10 v. 722. *Pacta merces*, Horat. 3 od. 3 v. 22. *Pacta salus*, Justin 8, 5, 3. *Pacta societas*, Idem 20, 5, 6. *Filia alii pacta*, Tacit. Annal. 1, 55, 4, verlobt, versprochen. Hinc

¶ Pacta, æ, absolute, eine braut. Nam cum facta mentio nuptiarum tantum, tum *sperata* dicebatur puella; cum convenisset de nuptiis certis conditionibus, tum *pacta*; quæ mox celebratis sponsalibus & *sponsa* denique appellabatur. Vide Hotomanni de vetere nuptiarum ritu cap. 1, & Juretum in Symmachum p. 168. Sic Vellej. 1, 1, 3 *Pactæ ejus nuptias occupaverat*, er hatte ihm die braut vor dem maule weggenommen.

¶ Pactum, i, subst. duorum consensus atque conventio, ein vertrag, accord, abrede, vereinigung, bund. *Conditio atque pactum*, i. e. stipulationes, Cicer. 2 in Verr. cap. 6. *Pactum servare*, Idem in Offic. lib. 3 cap. 24. Et, *ex pacto*, Nepos Milt. cap. 2 n. 4, i. e. ex conventione. *Pacto non stare*, Livius lib. 9 cap. 11, den vergleich umstossen. ¶ 2. Sed *Quo pacto*, *Eo pacto*, i. e. modo, welcher gestalt, wie, auf diese weise, also. Cicer. Catil. 1 cap. 7 *Servi, mehercle, mei si me isto pacto metuerent*, id est, eo modo. Idem pro Quintio cap. 17 *Quemadmodum natus, & quo pacto educatus sim, memini.* Virgil. 2 Georg. v. 248 *Pinguis quæ sit tellus, hoc denique pacto discimus.*

¶ Pactus, ûs, idem. Petronius Satyr. *Unius noctis pactu omnia vendere.*

¶ Pactio, ōnis, idem, eine vereinigung, ein vertrag; ut, *Facere pactionem cum aliquo de aliquo*, Cicer. pro Quintio Rosc. cap. 14. Item, *Si res non venit ad pactionem*, Cic. lib. 9 epist. 10 ex Attici epistola: wenn es nicht kan zum vergleich kommen. Idem Attico lib. 5 epist. 13 *In nostra provincia confectæ sunt pactiones*, scilicet inter publicanos & provinciales. *Interposita pactione*, Frontin. lib. 4 cap. 7 n. 25. *Fœdus pactione*, *pactio sponsione* firmior atque stabilior est. *Talibus pactionibus pacem facere*, Nepos 10, 5, 5. *In pactione manere*, Idem 17, 2, 4.

¶ Pactor, ōris, ein unterhändler; ut, *pactores societatis*, Cicer. 7 in Verr. cap. 21.

¶ Pactitius, a, um, idem quod *pactus*, accordiret; ut, *Cessatio pugnæ pactitia*, i. e. induciæ, Gellius 1 cap. 25.

¶ Pācifer, a, um, friedbringend; ut, *Pacifera laurus*, Plin. lib. 15 cap. 30 *Paciferæ Minervæ*, *Pacifero Herculi*, in nummis antiquis est. Vide Vaillantium Num. Cæs. Tom. 1 p. 160, & Tom. 2 p. 85. *Paciferæ olivæ ramus*, Virgil. Æneid. 8 v. 116, & Alcimus lib. 4 v. 581. Tertullianus quoque Christum *paciferum* adpellavit lib. 3 adv. Marc. cap. 21.

¶ Pacifero, are, friede bringen. Gloss. gr. lat. εἰρήνην ἄγω, *pacifero*.

¶ Pācifico, are, & Pacificor, ari, pacem conciliare, friede machen. Justinus 6, 1, 2 *Dux pacificari cum altero statuit.* ¶ 2. Item, *de pace transigere*, vom friede handeln: Liv. lib. 5 cap. 23 *Legati pacificatum venerunt.* ¶ 3. Pro placare, delinire, demulcere, begütigen, usurpavit Claudian. præfat. lib. de Bello Gildonico: *Pieriis aures pacificare modis.* Et Silius lib. 15 v. 421 *Pacificans divos.* Hinc

¶ Pacificatus, a, um, der sich verglichen hat, der einen bund gemacht. Justinus 23, 1, 1 *Agathocles pacificatus cum Carthaginiensibus.* Tribuitur etiam Ciceroni ad Attic. 15 epist. 7, ubi aliis est *Pacificator*, de quo postea.

¶ Pacificātio, ōnis, die friedens-stifftung. Cicer. lib. 7 ad Attic. epist. 8 *Quæris, ecqua spes pacificationis sit*, ob auch hoffnung zum vertrag sey.

¶ Pacificator, ōris, ein friedemacher. Cicer. ad Attic. lib. 15 cap. 7 *Servius pacificator videtur obiisse legationem.* Livius lib. 27 cap. 30 *Adhibitus ab Ætolis pacificator Aminander, rex Athamanum.* Talis hodie *Mediator*, sed minus latine, appellatur; conf. Justin. 18, 2, 4.

¶ Pacificatōrius, a, um, dienlich friede zu machen; ut, *Legatio pacificatoria*, Cicer. in Philippica 12 cap. 1.

¶ Pācĭficus, a, um, friedlich, friedfertig; ut, *Pacificus Numa*, Martial. 12 epigr. 63. Et Cicer. 8 ad Attic. epist. 12 *Ecqua pacifica persona desideretur.* Lucanus lib. 3 v. 304

duramque viri deflectere mentem
Pacifico sermone parant.

¶ Pacifice, adverb. Cyprianus epistola 41 extr. *pacifice sibi ac fideliter consulere.*

Composita:

¶ Compācīscor, sci, zusammen eins werden. Hinc

¶ Compactum, i, ein angelegter handel. Plaut. Capt. a. 3 sc. 1 v. 23 *Scivi extemplo de compacto rem geri*, dem verlaß nach. Unde v. 27 *Omnes compacto rem agunt.* Et Suetonius Cæsare cap. 20 *Ut productus pro rostris auctores ex compacto nominaret*, wie sie es mit einander abgelegt hatten.

¶ Compactītius, a, um, veraccordirt. Tertull. adv. Valent. cap. 31 *Statim excipit compactitius ille Soter.*

¶ Compactio, & alia plura, vide supra in *Pango*.

¶ Depecīscor, sci, pactione transigere, vel pacisci, sich vertragen, friede machen; ut, *Depecisci cum hoste*, Cicero pro S. Rosc. cap. 38. Terent. in Phorm. a. 1 sc. 3 v. 14 *Jam depecisci morte cupio*, ich wolte mich meines lebens erwegen, das leben dran setzen. Apulejus Apologiâ p. 525 *Cum creditoribus depeciscitur.*

¶ Depectus, a, um, abgeredt. Et vero Ulpianus L. 3 Dig. de Calumn. *Depectum*, turpiter pactum interpretatur. Quod in universum verum haud est. Namque & *depecisci honeste* licet.

¶ Depectio, ōnis, eine abrede, verbindung. Theod. Cod. lib. 2 tit. 10 *Depectionibus consceleratis aliquem spoliare.*

¶ Depector, ōris, ein unterhändler. Sic apud Apulej. in Apolog. *Depectores litium*, sunt turpes litium pactores & redemptores.

¶ Impācātus, a, um, male pacatus, feindselig, unruhig; ut, *Impacati Iberi*, Virg. 3 Georg. v. 408. *Impacata quies pelagi*, Claudian. lib. 1 in Rufin. v. 71. *Mens impacati pectoris*, Prudent. Psychom. v. 776. Et, *impacati populi*, Avienus Descript. Orbis v. 863.

¶ Perpāco, are, stillen, schlichten, zu frieden stellen. Aurel. Victor de Viris illustr. in M. Curio Dentato n. 33 *Samnites usque ad mare superum perpacavit.*

¶ Perpācātus, a, um, geschlichtet, besänfftiget. Liv. 36 cap. 21 pr. *Paucos per dies omnibus perpacatis.* Et ejusdem libri cap. 42 *Omnia in Græcia perpacata erant.*

PAXAE, arum, insulæ duæ maris Ionii, Plin. 4 cap. 12. ¶ Sed *Paxos*, insula Asiatici maris, Taphiarum una, ibid.

PAXILLUS, i, a *palus*, (ab eo enim Priscianus diminutivum hoc facit,) ein pflock, pfahl, stiehl. Varro apud Nonium cap. 2 n. 649 *Novum cribrum novo paxillo pendeat.* Item, *Novam hæresin novo paxillo suspendisse.* conf. Cic. in Orat. cap. 45. Cels. 8 c. 10. Colum. 8 c. 8. Plin. 17 cap. 21, & 19 cap. 7. ¶ *Paxillum paxillo pellere*, πάτταλον πατ[τά]λῳ ἐκκρούειν, hoc est, malum malo, dolum dolo repellere. vide Chiliad.

PECCO, avi, atum, are, delinquere, labi, es versehen, sündigen, unrecht thun; ut, *Peccare in aliquem*, Cic. 3 ad Attic. epist. 15. *In re aliqua peccare*, Idem 4 in Verr. c. 3. Et, *Ut ipsum, quod maneam in vita peccare me existimem*, Idem 4 fam ep. 13. Seneca epist. 97 *Maxima peccantium pœna est peccasse*, id est, conscientiæ inquietis cruciatus post peccatum commissum maxima pœna est. ¶ 2. Aliquando stricte sumitur, & *scortari* significat, quemadmodum Tibullus usus lib. 1 eleg. 7 v. 16. Et Corn. Severus Ætnâ v. 86

Norunt bella Deûm: norunt abscondita nobis
Conjugia, & falsa quoties sub imagine peccant.

Horat. lib. 1 sat. 2 v. 63 *inter*

Est in matrona, ancilla peccesne togatâ.

Martialis lib. 1 epigr. 35

Incustoditis & apertis, Lesbia, semper
Liminibus peccas, nec tua furta tegis.

Lactantius lib. 5 cap. 19 *Quid enim latro sacrificans, aut gladiator roget, nisi ut occidat? Quid venenarius, nisi ut fallat? Quid meretrix, nisi ut plurimum peccet?* Hinc *mulier peccatrix* in Evangelio Lucæ cap. 7 pro meretrice, ad quem locum vide Casaub. Notas. ¶ 3. Tertia persona, ut in aliis neutris, passive interdum legitur; ut, *in republica multa peccantur*, Cic. 1 Offic. cap. 10. Et 3 Paradoxo extr. *Quicquid peccatur, perturbatione peccatur rationis atque ordinis.* ¶ 4. *Peccatur*, impersonale, apud Horat. lib. 1 epist. 2 v. 16

Iliacos intra muros peccatur & extra, i. e. ubique.

¶ Peccātum, i, culpa, factum contra officium, die versehung, übelthat, sünde. Cicer. ad Attic. lib. 3 epist. 14 *Scio, nos nostris multis peccatis in hanc ærumnam incidisse.* Idem de Amicit. cap. 12 *Turpis excusatio, & minime accipienda, cum in cæteris peccatis, tum si quis contra remp. se amici caussa fecisse fateatur.* Seneca epist. 28 extr. *Initium est salutis notitia peccati*, quod ut Epicuri sententiam laudat. Plura vide in Borrichii Vindic. p. 154.

¶ Peccatus, ûs, substant. actus peccandi, die versündigung. Cic. extrema Verrina de Siciliæ jurisdict. *in manifesto peccatu teneri.* Quod etiam Gellius lib. 13 c. 19 tuetur, ne putes, peccatum scribarum esse.

¶ Peccatio, ōnis, idem, apud Gellium l. c.

¶ Peccāmen, ĭnis, peccatum. Prudentius Apotheos. v. 915 de anima.

Tincta malo peccamine principis Adæ.

Idem Perist. 10 v. 517 *Fomes peccaminum.* Et Cathem. 9 v. 95 *Dissolutis pristinorum vinculis peccaminum.*

¶ Peccamĭnōsus, a, um, sündlich, usurpant sine ulla autoritate.

¶ Peccatēla, æ, insolentior vox est, sicut Corruptela, apud Tertull. de Anima cap. 40. Nec tolerabilior

¶ Peccantia, æ, die sündlichkeit, apud eumdem adv. Judæos cap. 10.

¶ Peccanter, adverb. sündlich. Cœl. Aurel. Acut. 3, 1 *Hoc peccanter definiunt.* vide Barth. Advers. 38 cap. 3.

¶ Peccator, ōris, ein sünder. Lactantius lib. 3 cap. 25 *Injustus & insipiens peccator.* Adde Tertull. Apol. cap. 7.

¶ Peccatrix, īcis, eine sünderin. Tertullian. de Spectac. cap. 3 *gens peccatrix.* Et 4 contra Marcion. cap. 18 *peccatricis fœminæ argumentum.* Paulinus Nolanus epist. 23 ad Sever. cap. 15 *proles peccatrix.*

¶ Peccatōrius, a, um, sündhafft. Tertull. adv. Marc. 2 cap. 24 *Mala non peccatoria, sed ultoria.* Idem de Carne Christi cap. 8 *De peccatorio censu.*

¶ Impeccābĭlis, e, unsündlich. Gellius lib. 17 cap. 19 extr. *Is erit impeccabilis, vitamque vivet tranquillissimam.*

¶ Impeccantia, æ, die unsündhafftigkeit, Hieronymus dixit lib. 3 adv. Pelag. cap. 4.

Pecorarius, pecorosus, vide infra *Pecus*.

PECTEN, ĭnis, masc. instrumentum textorum, quo fila implicant, κτείς, der kamm, oder das blat am webegezeug. Virg. Georg. 1 v. 294 *Percurrere pectine telas.* Et Claudian. in Eutrop. 2 v. 381 *Doctissimus artis lanificæ, moderator pectinis unci*, ein leinweber. ¶ 2. Item, quo explicamus & ornamus capillos, ein kamm, eine striegel. *Attondere per pectinem*, die haare durch den kamm verschneiden, Plaut. in Capt. a. 2 sc. 2 v. 18. *Deducere pectine crines*, Ovid. Met. 4 v. 311. De *pectine* apud Martialem lib. 14 epigramma est 25. ¶ 3. *Pecten* denique cratis dentatæ genus est, & agricolarum instrumentum, eine egen, hechel, ein rechen, & instrumentum, quo pannus recens textus raditur. Columella 2 cap. 21 *Alii pectinibus spicam legunt.* Et Ovid. de Remed. am. v. 192

Et tonsam raro pectine verrit humum.

¶ 4. *Pecten* etiam plectrum est. Virgil. 6 Æn. v. 647

Jamque eadem digitis, jam pectine pulsat eburno.

Vet. Gloss. *Pecten*, πλῆκτρον, κέντισμα. ¶ 5. *Pectines*, marinæ sunt conchæ, muscheln. Plinius lib. 9 cap. 33, ubi de testis & conchis agit: *Saliunt pectines & extra volitant.* Et Horatius lib. 2 sat. 4 v. 34

Pectinibus patulis jactat se molle Tarentum.

¶ 6. In arboribus vero *Pectines*, fibræ sunt seu lineæ, die jahrstriemen im holtz. Plinius lib. 16 cap. 38 *Fagis pectines transversi in pulpa.* Vide ibi Harduinum. ¶ 7. *Pecten* etiam pubes est sive crinis ad verenda nascens, apud Juvenal. sat. 6 v. 370 *Inguina jam pectine nigro.* ¶ 8. *Pecten Veneris* herba a similitudine pectinum, hechelkamm, Plin. 24 cap. 19.

¶ Pectuncŭlus, i, diminutivum, piscis genus, sed in concha vel cum illa. Unde Columella lib. 8 cap. 16 *Limosa regio idonea est conchyliis,*

muricibus

muricibus & ostreis purpurarumque, tum concharum pectunculis. Plinius quoque lib. 9 cap. 29 *Loligo volitat, extra aquam se efferens: quod & pectunculi faciunt sagittæ modo.*

¶ Pectĭno, are, hecheln, kämmen; ut, *pectinare segetem*, hoc est, pectine subigere, unteregen, Plin. 18 cap. 21.

¶ Pectinatus, a, um, gekämmt, gestriegelt; ut, *Juba probe pectinata*, apud Apulejum lib. 6 Metam. p. 185, eine wohl ausgekämmete mähne.

¶ Pectinator, ōris, ein kämmer. Gloss. Cyrill. *Pectinator*, κτενιστής.

¶ Pectinātim, adv. in morem pectinis, wie ein kamm. Plin. extremo lib. 32 *Dentes pectinatim spissati.* conf. lib. 28 cap. 6. Et Vitruv. lib. 1 cap. 5 *fundamenta pectinatim disposita.*

¶ Pectinăris, e, hechelnd. Vet. Inscript. apud Fabrett. p. 701 ACCEPTO CHIAE SERVO PECTINARI LANARI SODALES POSVERE.

¶ Pecto, pexui & pexi, pexum, pectĕre, kämmen, striegeln; ut, *Pectere capillos*, id est, discernere, explicare. Ovidius lib. 13 Metam. v. 738

Et dum pectendos præbet Galatea capillos.

¶ 2. Metaphorice Plautus Rud. a. 3 sc. 2 v. 47 *Pectere quem pugnis*, einem ohrfeigen geben: Et Captiv. a. 4 sc. 2 v. 116 *pectere fusti*, abprügeln.

¶ Pexus, a, um, gekämmt, rauch; ut, *Doctor pexus & pinguis*, Quintil. 1 cap. 5. *Folia pexa*, Colum. 11 cap. 3. Sed *pexæ vestes*, villosæ, quibus pili lanugo adhuc constat: die noch gute wolle haben, nicht abgetragen seyn, Plin. 8 cap. 48. *Pexæ* enim *tritis* opponuntur. Horat. 1 epist. 1 v. 95 *si forte subucula pexa*

Trita subest tunicæ. Vide Turnebum 5 Advers. cap. 14.

¶ Pexātus, a, um, id est, pexâ ejusmodi tunica indutus, der einen rauchen rock trägt. Martial. lib. 2 epigr. 58

Pexatus pulchre rides mea, Zoile, trita:
Sunt hæc trita quidem, Zoile, sed mea sunt.

¶ Pexĭtas, ātis, die kämmung, das hechelwerck. Plin. 11 cap. 24 *Cribrata pexitas telæ*, die wollweberey.

¶ Pectĭtus, a, um, pro Pexus, geputzt, gekämmt, est apud Columellam 10 v. 94 *Verum ubi jam puro discrimine pectita tellus.*

Tellus autem *pecti* dicitur, cum foditur & paratur sationi. Ibid. v. 147 *ferroque bicorni*

Pectat, & algentem sulcis exterminet herbam.

Idem lib. 12 cap. 3 *Præparatæ sunt, & pectitæ lanæ*, gehechelt.

Composita:

¶ Depecto, ĕre, herabkämmen, abstriegeln; ut, *Crines depectere*, Ovid. 6 Fast. v. 229, idem quod *pectere*. Sic, *Depectere frondium canitiem*, Plin. 6 cap. 17. Et 12 cap. 14 *Quod in arbore hæsit, ferro depectitur*, es wird abgestrichen, abgekratzet, abgeschabet. Virg. 2 Georg. v. 121

Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres.

¶ Depexus, a, um, ausgekämmt, abgestriegelt; ut, *Juba depexa*, Ovid. de Art. am. 1 v. 630. *Depexi crinibus Indi*, Idem Fast. 3 v. 465. Translate Terent. in Heaut. a. 5 sc. 1 extr. *Eum ego, si vivo, adeo exornatum reddam, adeo depexum, ut, usque dum vivat, meminerit semper mei*, ich will ihn zausen, daß er an mich dencken soll. Nonio cap. 1 n. 23 *Depexus* est *laceratus*, zerzaußt, zerrissen.

¶ Expecto, ĕre, auskämmen, Quintilian. lib. 1 cap. 7.

¶ Impexus, a, um, ungekämmt, ungeputzt; ut, *Barba impexa*, non pexa, Virg. 3 Georg. v. 366. *Impexa antiquitas*, Auctor Dialog. de Orat. c. 20.

¶ Oppecto, ĕre, aufkämmen. De cibis & piscibus Plaut. Pers. a. 1 sc. 3 v. 30 *Nimio melius oppectuntur frigida*, i. e. digitis vel dentibus quasi pectine carpuntur. Nostri: abkläubeln.

¶ Oppexus, ûs, subst. der haar-putz. Apulej. Met. 11 p. 261 (Pric. p. 244) *flexu digitorum ornatum atque oppexum crinium regalium fingerent.*

¶ Propexus, a, um, gleich unter sich gekämmt; ut, *Barba propexa*, Ovid. 1 Fast. v. 259.

¶ Repecto, ĕre, auskämmen. Hinc

¶ Répexus, a, um, ausgekämmt. Claudianus in Consul. Prob. & Olybr. v. 3 *crinemque repexi*

Blandius elato surgent temone jugales.

Ovid. 3 de Arte am. v. 154 *Coma repexa modo.*

PECTVS, ŏris, pars animalis anterior, a gula usque ad ventrem, die brust. Plin. lib. 11 cap. 37 (sect. 82) *Pectus homini tantùm latum, reliquis carinatum, volucribus magis* &c. ¶ 2. Pro animo frequenter *pectus* usurpatur, das hertz, das gemüthe; ut, *Apertum pectus*, Cic. de Amic. cap. 26. *Fidum pectus*, Horat. 2 od. 12 v. 16. Et *Castum*, Senec. in Hippolyto v. 130. *Amicum pectus*, Ovid. 3 Art. am. v. 737, ein aufrichtiges, getreues, keusches hertz. *Toto pectore*, von gantzem hertzen: Cic. de Legibus lib. 1 cap. 18 *Vbi illa sancta amicitia, si non ipse amicus per se amatur toto pectore, ut dicitur?* Ergo proverbialis & trita locutio fuit. Liv. lib. 1 cap. 59 *Stupentibus miraculo rei, unde novum in Bruti pectore ingenium.* Idem de eodem: *Oratio habita nequaquam ejus pectoris ingeniique, quod simulatum ad eam diem fuerat.* Horat. lib. 1 epist. 4 v. 6 *Non tu corpus eras sine pectore*, id est, sine intelligentiâ, prudentiâ. ¶ 3. *Pectus amicitiæ* pro amico, eleganti periphrasi dixit Manilius lib. 2 v. 598

nihil ex semet natura creavit,
Pectore amicitiæ majus, nec rarius usquam.

Sic & Statius lib. 4 Silv. 4 v. 103, cum Martiale lib. 9 epigr. 15. Eodem modo & Zeno Veronensis, nî fallor, *pectus fidei* pro fideli posuit.

¶ Pectuscŭlum, i, dimin. ein brüstlein, hertzlein, Hieronym. epist. 22 cap. 13 ad Eustoch. de custod. Virginit.

¶ Pectŏrōsus, a, um, wohl gebrüstet, hochbrüstig. Colum. 8 cap. 2 de gallinis: *Sint matrices probi coloris, robusti corporis, quadratæ, pectorosæ.* Et Carm. Priap. 36 *Nemo est feroci pectorosior Marte.*

¶ Pectorālis, e, zur brust gehörig. Cels. 8 cap. 1 *In exiguo sinu pectoralis ossis.* Ammian. 14 cap. 9 *Pectoralis tunica*, ein brustlatz.

¶ Pectorale, is, substantivum, ein brustharnisch, bruststück. Plinius lib. 34 cap. 7 *Fecit* [Sp. Carvilius statuam Jovis] *ex pectoralibus eorum* [Samnitum] *ocreis & galeis.*

¶ Compectŏrātus, a, um, vereiniget mit den brüsten. Apulej. in Pseudepigraphis Petronii p. 228 *Membra molli lectulo compectorata adhærent Veneris glutino.*

¶ Expectŏro, are, verbum, quod Fabius lib. 8 Institut. Orator. cap. 3, ut antiquum nimis, repudiat, ex pectore educere significat, aus dem hertzen schaffen. Ennius apud Ciceronem 4 Tusc. cap. 8 *Tum pavor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat.* Accii exempla vide apud Nonium cap. 1 n. 52, qui verbum interpretatur, *extra pectus ejicere.*

¶ Trĭpectŏrus, a, um, ut *Tricorpor*, dreyhertzig. Lucretius lib. 5 v. 28

Quidve tripectora tergemini vis Geryonai.

Pecu, pecuaria, pecuarius, pecuinus, &c. vide *Pecus.*

Peculator, peculatus, peculiaris, peculiosus, &c. vide mox *Peculium.*

PĔCVLIVM, i, quod a *pecore* faciunt, quo nomine primum omne patrimonium, deinde servorum tantum appellatum est, haab und guth. Servius ad Virg. eclog. 1 *Omne patrimonium apud antiquos* PECVLIVM *dicebatur a* PECORIBVS, *in quibus eorum constabat universa substantia: unde etiam* PECVNIA *dicta est. Aut certe & hoc ad morsum temporum pertinet. Nam modo tantum* SERVI PECVLIVM *dicimus* &c. vid. Taubmann. ad Virgil. p. 9. Vet. Gloss. *Peculium*, περιουσία, περίκτησις, ἴδιον, σφέτερον, οὐσία δούλου. Item, *Peculium*, κτῆσις τοῦ ἐν ἀλλοτρίᾳ ἐξουσίᾳ ὄντος τοῦτ' υἱοῦ ἢ δούλου. Scholiast. inedit. Prisciani ad lib. 4 *Peculium est collectio pecorum, proprium, possessio servi.* Cic. 3 Verr. cap. 38 *Nihil habere peculii*, nichts eigenthümliches besitzen. Sen. epist. 12 *Epistola sine peculio venit*, ohne vorrath. Virg. eclog. 1 v. 33 *Nec spes libertatis erat, nec cura peculî.*

Sic, *Castrense peculium*, im krieg gewonnen guth. Vide titulum hujus nominis in Pandectis. *Pecunia sine peculio fragilis est*, geld ohne nahrung gehet bald dahin, Celsus Jurisconsultus dixit Lege 79 de Legat. & fideicom. 3. Et, *peculium re, non verbis augetur*, schöne worte füllen den sack nicht, Pompon. Jureconsultus. ¶ Apud Petronium & alios *Peculium*, inter vocabula improba est, mentulamque significat: vide *Peculiatus.*

¶ Peculiāris, e, quod in peculio alicujus, & proprium ejus est, eigenthümlich, eigen. Plautus prolog. Captiv. v. 19

Hic postquam hunc (servum) *emit, dedit eum gnato suo*
Peculiarem, quia quasi una ætas erat.

Item Mercatore a. 3 sc. 1 v. 26

Quin etiam tibi ancillam dabo natam annos sexaginta
Peculiarem.

Vid. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 151. ¶ 2. Hinc *Peculiaris* & specialis est, absonderlich. Suetonius Cæs. cap. 76 *Monetæ publicisque vectigalibus peculiares servos præposuit.* Vet. Gloss. ἰδικός, *peculiaris, specialis.*

¶ Peculiārĭter, adverb. præcipue, sonderlich; ut, *Medicina peculiariter efficax*, Plin. lib. 22 cap. 7, sonderlich kräfftig. Et Quintilianus lib. 8 cap. 2 *Commune nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur, ut* VRBEM, *Romam accipimus.* Plin. 36 cap. 20 *Hæmatites peculiarius splendet.* Alii, *clarius.*

¶ Pĕcūlio, are, locupletare, peculium augere, den haußrath mehren. Plaut. Pers. a. 2 sc. 2 v. 10 *Ob istam rem ego te aliquid peculiabo.* conf. Taubm. p. 1132.

¶ Peculiatus, a, um, reich, vermöglich. Asinius Pollio ad Cic. 10 epist. 32 pr. *Balbus trajecit sese in regnum Bogudis, plane bene peculiatus*, id est, pecunia multa instructus. Vetus Glossarium: *Peculiatus*, κτήσιος, πολυούσιος. ¶ Alium, eumque obscenum significatum, videre licet in Priapeis carmine 52, ubi *Pulcre pensilibus peculiatus*, est bene mentulatus.

¶ Peculiōsus, a, um, aliud adject. peculio abundans, angesessen. Plautus Rud. a. 1 sc. 2 v. 24 *Peculiosum esse decet servum & probum.*

¶ Pĕcūlor, ari, furari ea est, quæ ad rempubl. seu principem, seu sacra pertinent, das gemeine guth bestehlen; ut, *Peculari remp.* Florus lib. 3 cap. 17.

¶ Pecūlātus, ûs, furtum rerum ad rempubl. pertinentium, der raub des gemeinen guths; ut, *Accusari peculatûs*, Auct. ad Herenn. lib. 1 c. 12. *Damnari peculatûs*, Cicer. pro Flacco cap. 18. *Reus peculatûs*, Aur. Victor de Illustr. viris in Salinatore.

¶ Peculator, ōris, publicæ pecuniæ fur, ein dieb des gemeinen guths. Cic. 3 Offic. cap. 18 *Sicarii, fures, peculatores non verbis sunt & disputatione philosophorum, sed vinculis & carcere fatigandi.*

¶ Peculatōrius, a, um, zur haabe gehörig; ut, *oves peculatoriæ*, quæ servis aut filiisfamilias sunt in peculio, Varro de L. L. 4 cap. 19. conf. Taubm. in Plaut. Asin. p. 135.

¶ Depĕcūlor, ari, etwas vom gemeinen guth entwenden. Cic. Verr. 2 cap. 4 *Depeculari fana*, kirchen bestehlen. Idem Verr. 4 cap. 36 *Laudem honoremque familiæ vestræ depeculatus est*, er als ein ehren-dieb hat euch euer lob genommen.

¶ Depeculasso, ĕre, antique, peculium rapere, plündern, berauben: Lucil. apud Nonium cap. 2 n. 218.

¶ Depecūlātor, ōris, ein räuber. Cic. Verr. 2 cap. 1 *Depeculator ærarii*, ein dieb des gemeinen kastens.

¶ Depeculatus, ûs, defraudatio populi, ein raub des gemeinen guths, Festus.

PĔCVNIA, æ, geld. Plin. lib. 33 cap. 3 *Servius Rex primus signavit æs. Signatum est notâ pecudum, unde* pecunia *appellata.* Servius vero inde *pecuniam* a *pecore* dictam censet, quod omnis substantia veterum in pecore constaret: verba ejus proxime ante produximus in *Peculium. A pecudibus ipsa pecunia nominata est. Nam omnis pecuniæ pecus fundamentum*, ut ait Varro R. R. 2 cap. 1. conf. Cic. de Rep. apud Nonium 1 cap. 204. Ea & Columellæ mens fuit, cum præfat. lib. 6 scriberet: *In rusticatione antiquissima est ratio pascendi, eademque quæstuosissima. Propter quod nomina quoque &* PECVNIAE *&* PECVLII *tracta videntur a* PECORE: *quoniam id solum veteres possederant: & adhuc apud quasdam gentes unum hoc usurpatur divitiarum genus.* Et vero *Pecuniæ* nomine omnes res veniunt, quæ in possessione alicujus sunt. Vlpianus Lege *Pecuniæ* 178 Dig. de Verb. significat. & Hermogenian. Lege *Pecuniæ* 222 Dig. eodem. Ita Scævola in definitione hæreditatis genus ejus pecuniam facit apud Ciceron. Topicis cap. 6, & Cic. de Fin. lib. 2 cap. 17 *effectrix multarum & magnarum voluptatum pecunia est*, geld richtet viel grosse lust an. Idem Cic.

Cic. ad Quint. frat. lib. 1 ep. 1 c. 5 *Omnes vias pecuniæ norunt Græci, & omnia pecuniæ caussâ faciunt.* Seneca de Tranquillitate animi cap. 3 *Optimus pecuniæ modus est, qui nec in paupertatem cedit, nec a paupertate discedit.* Hinc. *Pecuniam agere, conficere*, geld aufbringen. *Facere pecunias*, dixit Nepos Cimone cap. 1. *Magnas pecunias ex metallis fecerat*, er hatte grosses guth aus dem bergwerck erlanget. *Quærere pecuniam: Pecunias acerbe conquirere*, Tacitus Hist. 3 cap. 76. *Pecuniam avertere*, (quod & *intercipere* & *intervertere* dicunt,) unterschlagen: Idem 1 Histor. cap. 53 *Mox compertum, pecuniam publicam avertisse, ut peculatorem flagitari jussit.* *Imperare pecunias*, vide *Impero* in *Paro*. *Versare pecunias*, vide *Verso*. *Pecunia occupata; vacua*; vide in *Occupo*. *Collocare pecuniam*, geld anlegen, daß es werbe oder zins trage. Cicero pro L. Manilia cap. 7 *Pecunias magnas collocatas habent.* Suetonius Augusto cap. 39 *Notavit aliquos, quod pecunias levioribus usuris mutuati, graviore fœnore collocassent.* At; *Pecunia abire & proficisci*, eleganter ac lepide dicitur, quæ dilapidatur. Vide ad Plautum Trinum. a. 2 sc. 4 v. 17. Et, *Mutuas pecunias sumere*, Cic. 3 in Verr. cap. 10, geld aufborgen. *Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum*, Terent. Adelph. a. 2 sc. 2 v. 8. *Pecuniam numeratam accipere*, Nepos Timoth. cap. 1; Nostri baar geld. Juvenal. sat. 6 v. 297

Prima peregrinos obscena pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt secula luxu
Divitiæ molles.

Pecuniam quidem qui primum ad Lacedæmonios invexerunt, morte mulctati sunt, ideo, quod oraculum Lacedæmonii accepissent: ἡ φιλοχρηματία Σπάρτην ὀλεῖ, hoc est, *Avaritia Spartam perdet*, Plutarch. in Apophth. Cic. 2 Off. c. 6 *Male se res habet, cum id, quod virtute effici debet, tentatur pecuniâ.* Plaut. in Epid. a. 2 sc. 1 v. 10 *Pulchra edepol dos pecunia est*, geld ist eine gute losung.

¶ Pĕcūniōsus, a, um, pecuniis & possessionibus abundans, πολυχρήματος, ut Vet. Gloss. exponunt, reich an gelde. C. Nepos in vita Attici cap. 13 *Cum esset pecuniosus, nemo illo fuit minus emax.* Mamertinus Panegyr. Juliani cap. 20 *Tanto vir quisque melior, quo pecuniosior habetur.* Sueton. August. cap. 25 *viris fœminisque pecuniosioribus indictum.* Superlativo *pecuniosissimus* etiam Cicero usus est 4 in Verrem cap. 14, & actione 7 cap. 9, &c.

¶ Pecuniālis, e, zum gelde gehörig. Cœl. Aurel. Tard. 1 cap. 5 *Pecunialis quæstus*, ein geld-handel.

¶ Pecuniārius, a, um, geld betreffend; ut, *Res pecuniaria*, vorrath von geld. *Inopia rei pecuniariæ*, Cicer. ad Brut. lib. 1 epist. 18. *Lis pecuniaria*, Quintil. lib. 6 cap. 1. *Caussa pecuniaria*, eadem quæ Lis pecuniaria, Lege 9 pr. Dig. de Offic. procons. eine geld-sache, streit wegen geld. *Jure pecuniario possidere*, Augustinus epist. 89. Substantive in Gloss. gr. lat. χρηματιστής, *Pecuniarius*, ein mann von grossen capitalien.

¶ Pĕcuniāris, e, idem; ut, *pecuniaris damnatio*, Macer Lege 10 extrema Dig. de Pœnis.

¶ Pecuniarie, adverb. modo in caussa pecuniaria usitato, wechsel-rechtlich, gelds wegen. Vlpianus Lege 10 § 2 Dig. de Compensat. *Si in ea* [caussa] *pecuniarie agitur.*

¶ Pecuniārĭter, adverb. idem. Lege ult. Dig. de Privat. delict. *pecuniariter agere.*

PĔCVS, pĕcŭdis, fœm. & Pĕcus, pecŏris, neutr. omne, ut Valla ait, animal, quod sub imperio hominis pabulo terræ vescitur, greges nimirum & armenta, allerley vieh. *Pecudes rationis expertes*, Cic. 2 Offic. cap. 3. *Pecus mutilum, cornuto* opponitur; *Raripilum setoso*, apud Columellam præfat. lib. 1. ¶ 2. *Pecus* neutr. plerumque gregales pecudes significat, oves maxime, quod πέκος, seu lanam gestant, unde & ipsa appellatio est, quod & Scaliger Pater de Lingu. Latina, & Filius in Conjectan. ad Varronem observat. Plinius lib. 8 cap. 49 *Suis fœtus sacrificio die quinto purus est: Pecoris* (ovis) *die sexto: boum tricesimo.* Justinianus Imperat. lib. 2 Institut. *Sed etsi pecorum vel ovium usus legatus sit, neque lacte, neque agnis, neque lana utetur usuarius.* Quintilian. Declam. 13 p. 188 *in usum vestium sæpe pecori lanæ detrahuntur.* *Pecus* tamen pro equo, qui ex armentis est, dixit Avienus Arat. v. 477. Et, *pecus equinum*, Virg. 3 Georg. v. 72. ¶ 3. Interdum sumitur pro quibusvis animalibus. Sic *fuci* a Virgilio appellantur *pecus*, lib. 4 Georg. v. 168

Ignavum fucos pecus a præsepibus arcent

¶ 4. Est & convicium in stolidos & tardos, quos *oves* quoque & *verveces* solemus vocare, ein tummes thier. Cic. in Pison. cap. 9 *Ego istius pecudis consilio scilicet, aut præsidio niti volebam.* Horatius lib. 1 epist. 19 v. 19 *O imitatores servum pecus.*

¶ Pecu, ut pecus, veteres & in genere neutro dixerunt: unde *Pecua* & *Pecuum*, Cato. vide Servium & Festum. Plaut. Rud. a. 4 sc. 3 v. 5 *Squamosum pecu*, i. e. pisces, fische. Varro lib. 2 de Re Rust. cap. 1 *Cum homines & pecua semper fuisse sit necesse.* Livius lib. 35 cap. 21 *In agris passim inundatis pecua ablata*; Et lib. 26 cap. 34 *pecua captiva.* Et Apulejus Met. 6 p. 382 *gregalia pecua.* Et Lucret. 6 v. 1131 *Pecubus balantibus.*

¶ Pecuscŭlum, i, dimin. ein viehlein, thierlein. Juvenc. 2 v. 593

Foveam si forte pecuscula vestra Inciderint.

¶ Pĕcŏrōsus, a, um, viehreich, voll vieh; ut, *Ver pecorosum*, der lentz, so viel junges viehes giebt: Statius lib. 10 Theb. v. 229

Cui fœtura gregem pecoroso vere novavit.

Et 4 Thebaid. v. 45 de Arcadiæ quadam regione:

pecorosaque Phyllos.

¶ Pecŏrārius, i, qui rem pecuariam curat, ein vieh-voigt, der mit vieh umgehet. Onomast. Vet. *Pecorarius*, προβατώδης, adjective.

¶ Pecuālis, e, viehisch. Sedulius lib. 1 de Bileami asina:

Edidit humanas animal pecuale loquelas.

Et Fortunatus de vita Martini lib. 2 v. 146

Et mihi præda jacet pecuali capta ministro.

¶ Pĕcuārius, a, um, zur viehzucht gehörig; ut, *Res pecuaria*, die viehzucht; *Res pecuaria, ampla, culta, fructuosa*, Cicer. pro Quint. cap. 3.

Pecuariam facere, Suetonius Cæsare cap. 42. Hinc *Pecuarii*, publicanorum genus, vieh-hirten, qui & *Pastores* appellati, vide *Pastor*, & Asconium in Divinat. Verrin. *Canis pecuarius*, ein schaafhund, Columell. lib. 7 cap. 12.

¶ Pĕcuāria, orum, plur. pecorum multitudo, gantze heerden oder ställe voll viehes. Virg. 3 Georg. v. 64

Solve mares, mitte in Venerem pecuaria primus.

conf. Pers. sat. 3 v. 9. ¶ 2. *Pecuaria*, id est, pecora sive armenta. Auctor ad Herennium lib. 4 cap. 34 *Cum canes funguntur officiis luporum, cuinam præsidio pecuaria credemus?* Sed Gruterus legit *pecua.*

¶ Pecuaria, æ, singularis grex pecorum, ein hauffen viehes. Varro lib. 2 præfat. *Et ipse pecuarias habui grandes, in Apulia oviarias, & Reatino equarias*, schäfereyen, stutereyen. Idem Varro R. R. 3 cap. 1 *libros scripsi de pecuaria*, i. e. de arte parandi & pascendi pecoris, von der viehzucht.

¶ Pécuasco, ĕre, das vieh austreiben; legitur in Decreto finium regundorum: PECVASCERE GENVATES VETVRIOSQVE LICEAT.

¶ Pecŭda, um, plur. idem quod *pecora*, allerley vieh. Apud Nonium cap. 2 n. 691 Nævius: *Pecuda ut ad mortem meant.* Et Accius: *Pavore pecuda in tumulis deserunt.* Et Cic. de Rep. *Adhibent in pecuda pastores.* Et Sisenna ibidem: *Jumenta & pecuda locis trepidare compluribus.*

¶ Pecudālis, e, ut *pecualis*, viehisch. Martian. Capell. 7 *Non minus sensus quam nominis pecudalis.*

¶ Pecuīnus, a, um, quod pecorum est, viehisch, vom viehe. Apulejus Met. lib. 8 sub fin. *pecuinis ossibus catenatum flagrum.*

Peda, pedalis, pedamen, pedaneus, pedarius, pedatio, &c. pedes, pedester, pedetentim, pedica, pediculus, &c. pedissequus, vide *Pes.*

PĔDIVS, i, cognomine *Blæsus*, senatu motus sub Nerone ob violatum ab eo thesaurum Æsculapii. vid. Tacit. Ann. 14 cap. 18. Senatui restitutus ab Othone, Idem Hist. 1 cap. 77. ¶ 2. *Qu. Pedius*, pictor mutus, Plin. 35 cap. 4.

¶ Pedianus, a, um, adject. ut, *Asconius Pedianus*, vide *Asconius.*

PĔDO, pepēdi, pedĕre, crepitum ventris emittere, einen wind lassen, fartzen. Horatius in Serm. lib. 1 sat. 8 v. 46

Nam displosa sonat quantum vesica, pepedit.

Conf. Martial. 7 epigr. 17, & 10 epigr. 14. ¶ Sed *Pedo, are*, vide in *Pes.*

¶ Oppēdo, ĕre, pro adversari, anfartzen, widerbelffern, Idem Horat. dixit lib. 1 satyr. 9 v. 70 *Curtis Judæis oppedere.*

¶ Suppēdo, ĕre, nonnihil pedere, ein wenig fartzen. Cic. 9 fam. epist. 22 *Suppedere, flagitium est.*

PĔDO, ōnis, poëta epigrammatarius, de quo plura supra in *Albinovanus.* ¶ 2. Alius caussidicus, de quo Juvenalis sat. 7 v. 129 *Sic Pedo conturbat* &c.

PĔDON, vel Pedum, i, Italiæ oppidum, Prænestis finitimum, non procul distans Roma. Hinc

¶ Pedanus, a, um, adject. ut, *regio Pedana*, Horat. 1 epist. 4 v. 2.

Pedum, pedusculus, vide infra *Pes.*

PĒGĂNON, i, πήγανον, ruta hortensis, raute, Apulej. de Herb. cap. 89. Et, *Peganon orinon*, i. e. ruta montana, Idem ibid. cap. 115.

PĒGĂSVS, i, πήγασος, equus alatus poëticus, ex sanguine capitis Medusæ amputati natus, de quo Natal. Comes Mytholog. lib. 7 cap. 11, & lib. 9 cap. 4. Nomen accepit a fonte, quem ungulâ feriens saxum in Helicone aperuit; πηγὴ enim fons est. ¶ 2. Sidus cæleste. Germanicus Cæsar in hoc sidere:

sed Pegasus æthere summo
Veloces agitat pennas, & sidere gaudet.

¶ 3. *Pegasus*, nomen viri, Virg. Æn. 11 v. 670. ¶ 4. *Pegasus*, Jurisconsultus & urbis præfectus sub Vespasiano, Juvenal. sat. 4 v. 77.

¶ Pēgăsēus, a, um, adject. ut, *Gradus, Volatus Pegaseus*, id est, celerrimus. Catullus carm. 55 v. 24 *Non si Pegaseo ferar volatu.*
Et Seneca Troade v. 385 *Ætas Pegaseo corripiet gradu.*

¶ Pēgăsis, ĭdis, patronymicum fœmininum; ut, *Pegasides Musæ*, a fonte, quem in Helicone Pegasus e saxo ungulâ excitavit. Vide Aratea Avieni v. 495. Ovid. Heroid. epist. 15 v. 27

At mihi Pegasides blandissima carmina dictant.

PEGMA, vel Pagma, ătis, πῆγμα a πήγνυμι, *pango* vel *exstruo*, ein gerüst, eine bühne. *Pegmata* quid fuerint, declarat his verbis Seneca ad Lucil. epist. 88 *His annumeres machinatores, qui pegmata per se surgentia excogitant, & tabulata tacite in sublime crescentia, & alias ex inopinato varietates, aut dehiscentibus quæ cohærebant, aut his, quæ distabant, sua sponte cohærentibus, aut his, quæ eminebant, paulatim in se residentibus.* *Pegma* igitur nihil aliud erit, quam contabulatio, quæ sponte sensim surgebat, & deprimebatur, &c. Vide de illis plura apud Lips. de Amphitheatro cap. 22. Joseph. Scalig. ad lib. 5 Manilii, Casaub. ad Sueton. Hujusmodi pegmatum multum usum in ludicris Romanorum, inque arena arguit Suetonius Caligulâ cap. 26, & Claudio cap. 37 extr. & Claudianus Paneg. Mallii v. 323. *Pegmata atriorum* simpliciter pro tabulatis videtur dixisse Ausonius epist. 25.

¶ Pegmăris, e, aufgestellt auf einer bühne; ut, *Pegmares gladiatores* in pegmate exhibiti, Sueton. Caligulâ cap. 26. vid. Lips. Saturn. p. 95.

Pejero, vide supra *Juro.*

PĒIOR, ōris, & neut. Pejus, est comparativus, qui, nisi *Malus* substituatur, positivo caret, ärger, schlimmer. Terent. Adelph. a. 3 sc. 2 v. 46 *Pejore res loco esse non potest*, es könte nicht übler bestellet seyn. Vellej. 2, 68, 1 *Pejor illi res familiaris erat*, er hatte nicht viel zum besten. Horat. 3 od. 6 v. 46 *Ætas parentum pejor avis.* Idem 1 od. 7 v. 30 *viri pejora passi.* Idem 2 epist. 1 v. 265 *Ficto in pejus vultu.* Sic Virg. Georg. 1 v. 200 *In pejus ruere.* ¶ 2. Hinc superlativus *Pessimus, a, um*, der ärgste, schlimmste, böste. Ovid. 14 Met. v. 489 *Sors pessima rerum.* Catullus carm. 50 v. 5 *Pessimus omnium poëta.* ¶ 3. *Pessimum* etiam substantive dixit Varro de R. R. 1 cap. 13 *Villis pessimo publico ædificatis certant.* Et Livius 2 cap. 1 *Neque ambigitur, quin*

Brutus

Brutus pessimo publico reges exacturus fuerit, zu grossen allgemeinen schaden.

¶ Pējus, pessime, adverb. ärger, gar übel, am schlimsten. Nepos 15, 10, 1 *Vide ne tu pejus consulas.* Horat. 1 epist. 17 v. 30 *Cane pejus & angue vitare.* Sic, *Pejus accidere alicui*, Cæs. B. G. 1 cap. 31. *Pessime de republ. sentire*, Cic. 14 Philipp. c. 6. Et, *Pessime istud in te atque in illum consulis*, du bringst dich und ihn in schaden, Terent. Heaut. a. 3 sc. 1 v. 28.

¶ Pejōro, āre, pro deteriorem reddere, ärger machen; Paulus 2 Sentent. tit. 28 *Qui statum suum in potestate habet, & pejorare eum, & meliorem facere potest.* Cœl. Aurel. Tard. 1 c. 4 *Pejorare passionem.*

¶ Pessĭmo, āre, verschlimmern, Vulg. Interpr. Sirac. c. 36 v. 11.

¶ Pessimatus, a, um, verschlimmert; ut, *ætate pessimata*, Lactant. 1 c. 11.

PĔLĂGUS, i, πέλαγος, profundum maris, & ipsum mare, das meer. *Fervet æstu pelagus*, das meer brauset, Cicero de Oratore lib. 3 cap. 39 ex poëta. ¶ *Pelage*, in plurali græco more, Lucret. lib. 6 v. 619.

¶ Pĕlăgĭus, a, um, adject. das im meer ist; ut, *Pelagii greges piscium*, Varr. lib. 3 Rei Rust. cap. 3. *Phaleras pelagias* Laberius apud Petronium dixit. Et Columella lib. 8 c. 16 *Arenosi gurgites pelagios* [pisces] *melius pascunt.*

¶ Pelăgĭcus, a, um, idem. *Pisces saxatiles aut pelagici*, Columell. sub fin. lib. 8. Nec mirum sit, eumdem modo *Pelagius* dixisse, modo *Pelagicus.* Nam Græci etiam utroque modo formant πελάγιος & πελαγικός. Sed

¶ Pelagia, æ, πελαγία, piscis; Et plur. Pelagiæ, arum, πελαγίαι, purpuræ sunt, magnæ & scabræ, purpurschnecken: Plin. 9 c. 37, & 32 c. 6.

¶ Pelagium, i, genus purpuræ, Plin. 9 c. 38.

PĒLĂMYS, ÿdis, fœm. πηλαμὺς, piscis salsus & exiguus, qui & *thynnus* dictus, παρὰ τὸ ἐν τῷ πηλῷ μύειν, quod in cœno se occultet. Gaza *limariam* vertit: Plinius *limosam* lib. 9 c. 15: *Limosæ a luto pelamydes incipiunt vocari, & cum annuum excessere tempus, thynni.* Juvenal. satyr. 7 v. 120 *Vas pelamydum.*

PĔLARGUS, i, πελαργὸς, ein storch: vide supra *Ciconia.*

PĔLASGIA, æ, Πελασγία, Græciæ regio, unde *Pelasgi*, Πέλασγοι, populi Græciæ vetustissimi, qui & *Danai* dicti fuere, die alten Griechen. vid. Strabo lib. 5, & Virg. Æn. 8 v. 600.

¶ Pĕlasgus, a, um, adjectiv. ut, *Classis Pelasga*, Ovid. 13 Metam. v. 268.

¶ Pĕlasgias, ădis, patronym. ut, *Vrbes Pelasgiades*, Ovid. Heroid. epist. 9 Deianiræ, v. 3. Sed

¶ Pelasgis, ĭdis, Πελασγὶς, Arcadia est, a *Pĕlasgo*, rege. vid. Plin. 4 cap. 6 pr.

PĔLĔCĪNUM, i, planta inter triticum, hordeum & vicias nascens, das unkraut in wicken und linsen. *Hedysarum* appellat Dioscorides, ἡδύσαρον, & *securidacam*, quod ancipitem securim siliquæ ejus, in quibus semen fert, imitentur: πέλεκυς, *securim* significat. Conf. Plin. 18 c. 17, & 27 c. 12.

PELECYNON, i, horologii species, Vitruv. 9 c. 9. A forma securis, quæ Græcis πέλεκυς. vide Baldi Lex. Vitr. p. 80.

PĔLETHRŎNIUM, i, Πελεθρόνιον, oppidum Thessaliæ, a quo *Pelethronii Lapithæ*, qui primi equorum domandorum rationem invenerunt. Virg. 3 Georg. v. 115

Frena Pelethronii Lapithæ, gyrosque dedére.

¶ Pelethronia, æ, herba, centauria major, Apul. de Herb. c. 34.

PĒLEUS, ei, Πηλεύς, Æaci filius, pater Achillis, quem ex Thetide genuit. v. Ovid. Met. 11 v. 267 & 350 &c. *Magis ea re fidit, quam Peleus gladio suo*, proverbialis est locutio, er verläst sich darauf, wie der bock auf die hörner. Eum autem gladium ajunt illi a Vulcano modestiæ gratia dono fuisse datum, quo, sive in bellis, sive in venatu uteretur, omnia ex sententia conficeret: Suid. Hinc

¶ Pelīdes, æ, Πηλείδης, Achilles, Virg. Æn. 12 v. 350.

¶ Pēlias, ădis, patronym. ut, *Pelias hasta*, qua usus est Achilles, Ovidius Heroid. epistola 3 Briseidis v. 126.

¶ Pēlēĭus, a, um, adject. Silius lib. 13 v. 803 *æquantem Peleia facta*, id est, gesta Achillis.

PĔLIAS, æ, filius Neptuni, frater Æsonis, Thessaliæ rex, qui Jasonem ad Colchicam expeditionem incitavit, instinctu Medeæ a filiabus interfectus. v. Ovid. Met. 7 v. 298, & Senec. Medeâ v. 133 & 666. ¶ 2. Alius vir Trojanus ab Vlysse vulneratus. v. Virg. Æn. 2 v. 435.

PELICĀNUS, i, verius Pelecanus, πελεκὰν, πελεκᾶνος, avis, ein leffner, oder schüßler, a rostri latitudine, de ardearum videtur esse genere. ¶ 2. *Pelecanus*, ein pelecan. Pullos a serpente occisos, sanguine ex lateribus suis excusso, in vitam revocat, quod experimento tamen nullo affirmari potest, sed pictorum magis inventum est. Ceterum vulturem Ægyptium ita ardenter pullos suos amare ajunt, ut per CXX dies ex eorum loco nusquam in aëra ad venandum cibum se commoveat, sed, si alimenti facultas desit, femori suo vulnus infligat, ac sanguine effluente ipsos pascat, Gesner. Pelecanus rostro sibi fodiens pectus, & sanguinem in pullos fundens, cum adscriptione hac, *Pro lege & pro grege*, symbolum fuit Alphonsi regis Aragonum. Quo significavit, bonum principem debere cum periculo vitæ religionem & subjectos ditioni suæ defendere. ¶ 3. *Pelecanum* chirurgi vocant organum, quo dentes apprehensi extrahuntur, ein zahnbrecher, Gesnerus.

PĒLIGNI, orum, populi vicini Marsis, ex quibus originem duxisse se testatur Ovidius 3 Amor. eleg. 15 v. 8

Pelignæ gentis gloria dicar ego.

Sulmo enim Pelignorum fuit metropolis, Ovidii patria.

¶ Pelignus, a, um, adjectiv. ut, *Rus Pelignum*, Ovid. 2 Amor. eleg. 16 pr.

PĒLION, i, πήλιον, mons Thessaliæ, junctus Ossæ: Ovid. 4 Fast. v. 381. Lucan. 6 v. 336. Virg. 3 Georg. v. 94. Hinc

¶ Pelius, a, um, adject. ut, *Pelium nemus*, Cic. pro Cœlio c. 8.

¶ Pēlĭăcus, a, um, aliud adjectiv. ut, *Peliacus apex*, Ovid. 1 Fast. v. 308. *Peliacus vertex*, Idem 2 Amor. eleg. 11 v. 2. Et, *Peliaca juga*, Statius Achill. 1 v. 321.

¶ Pēlias, ădis, adject. fœm. apud Ovid. Heroid. epist. 12 v. 8

Phryxeam petiit Pelias arbor ovem;

Pelias arbor, i. e. Argo navis, cujus lignum in Pelio monte natum, & in Magnetide regione Thessaliæ proxima fabricatum. Alias significationes vide paullo ante seorsim & in *Peleus.*

PELLA, æ, Πέλλα, Macedoniæ oppidum clarum quondam alumnis Philippo & Alexandro.

¶ Pellæus, a, um, adject. Juvenal. satyr. 10 v. 168

Vnus Pellæo juveni non sufficit orbis.

Pellacia, pellax, pellex, pellicio, quære supra in *Lacio.*

Pellicula, pelliculare, pellio, &c. vide mox in *Pellis.*

PELLIS, is, detracta est; Nam cutis corpori adhæret, eine abgezogene haut, ein fell, beltz: ut, *Pellis caprina, ovina*, vel *ovilla*, &c. *In propria quiescere pelle*, Horatius dixit lib. 1 satyr. 6 v. 22, pro, intra tuam se continere sortem. Idem & *pellem alicui detrahere* dixit, pro, animum detegere, den schalck aufdecken, lib. 2 satyr. 1 v. 64. ¶ 2. *Pelles* etiam dicebantur tentoria scortea, sub quibus antiquitus hiemare solebant Romani, quod primum in Vejentium obsidione fieri cœptum, Florus lib. 1 cap. 12 auctor est. *Sub pellibus agere, retineri*, über winter zu felde liegen. Tacitus Ann. 13 cap. 35 *Retentus omnis exercitus sub pellibus, quamvis hieme sæva.* Sic, *sub pellibus scribere*, est in castris studere. Ammianus lib. 25 cap. 5 de Juliano: *Ad æmulationem Cæsaris Julii, quædam sub pellibus scribentis obscuræ noctis altitudine sententiis cujusdam philosophi tenebatur.*

¶ Pellĭcŭla, æ, diminutivum, ein häutlein. Cicer. pro Muræn. cap. 36 *Lectulum sternere pelliculis hædinis.* Horat. 2 satyr. 5 v. 38 *Pelliculam curare jube.* Et proverbialiter: *Intra tuam te pelliculam contine*, warte des deinen, bleib in deinem beruff, ex Martial. lib. 3 epigr. 16

Sed te, mihi crede, memento,
Nunc in pellicula, cerdo, tenere tua.

¶ Pellĭcŭlo, āre, mit einem fell überziehen. Colum. 12 cap. 39 *Opercula gypsare & pelliculare.* Adde cap. 46 & 56. Gloss. lat. gr. *Pelliculare*, δερματῶσαι.

¶ Pellĭceus, a, um, von beltz gemacht, beltzern; ut, *Vestis pellicea*, ein beltz. *Stragulum pelliceum*, Lege 24 Dig. de auro & arg. legato. Sed in neutro plurali dicebant *pellicea* absolute. Vide Hier. Magium Miscell. lib. 3 cap. 7. Voss. de Hist. Græc. p. 394. Bernegg. ad Justin. lib. 2 cap. 2.

¶ Pellio, ōnis, ein kürschner, Plaut. Menæch. a. 2 sc. 3 v. 63.

¶ Pellionārius, i, idem, vel mercator pellium, ein rauchhändler. Sponius Misc. Erud. Antiq. p. 65 ex Romano lapide: PROCVRATOR COLL. PELLIONARIOR. Sic &

¶ Pellarius, i, qui curat pelles, apud Firmicum 4 c. 7.

¶ Pellītus, a, um, id est, pellibus tectus, vestitus, der einen beltz anhat, beltzern. Horatius lib. 2 od. 6 v. 10 *Dulce pellitis ovibus Galesi Flumen.* Loquitur de Tarentinis ovibus; quas & *Græcas* vocabant: *pellitas*que appellat, quod pellibus adversus aëris injuriam, ne corrumperentur, quod molliores cæteris essent, tegerentur. Vide Varron. lib. 2 Rei Rust. cap. 2, Colum. lib. 7 cap. 4, & Plin. lib. 8 cap. 47. Propertius lib. 4 eleg. 1

Curia prætexto quæ nunc nitet alta senatu,
Pellitos habuit, rustica corda, patres.

Vbi significat, primos senatores non prætextatis togis usos fuisse, sed pellibus, rusticorum more, fuisse vestitos. Pelles enim rusticorum vestes olim. Idem Propertius paullo post:

Verbera pellitus setosa movebat arator.

Verbera setosa, flagellum sive scuticam ex pelle caprina appellat. Sunt & barbarorum *pelles* propriæ. Vnde *pellita juventus* de barbaris, apud Claudianum de 4 Cons. Honorii v. 466. Et Hieronymus Epitaphio Nepotiani: *Bessorum feritas, & pellitorum turba populorum.*

¶ Pelleātus, a, um, idem quod pellitus, sive pelle indutus. Paulinus ad Nicetam v. 528 *& uterque Dacus,*

Qui colit terræ medio, vel ille
Divitis multo bove pelleatus
Accola ripæ.

¶ Bispellio, ōnis, homo duarum pellium, zweyhäuticht, oder der zwey kleider anhat. Ejus autem appellationis origo in Arcadum fabula posita est, de hominibus ad certum tempus in lupos transmutatis. vid. Hotomann. de verb. juris. ¶ 2. *Bispelliones*, vel *Bispellones* etiam dicuntur vespillones, die todengräber, in vetere Glossario, νεκροθάπται, κοπεταί, nempe a binis palliis, quod lugubres vestes suis superinducerent. vid. Fr. Junius ad Tertullian. de Pallio cap. 4 pag. 15.

¶ Centipellio, ōnis, hunderthäuticht; Sic dicitur venter interior in cervo, Plin. 28 c. 9.

¶ Versipellis, vide infra *Verto.*

PELLO, āre, obsoletum verbum, quod notionem loquendi habuit, ut ex compositis, quæ supersunt, manifestum est. Hinc enim sunt

¶ Appello, avi, atum, āre, id est, nominare, vocare, nennen: ut, *Appellare nomine* vel *nominatim*, cognomine, bey nahmen nennen, einen zunahmen geben, Nepos 3, 1, 2, & Plaut. Mostell. a. 2 sc. 2 v. 82 & 85 &c. *Appellare unamquamque rem suo nomine*, Cic. 9 fam. epist. 22. ¶ 2. Significat & alloqui, ansprechen, zusprechen. *Appellare blande*, Plaut. Casin. a. 2 sc. 3 v. 12. Et, *Appellare litteris aliquem*: Cic. ad Trebon. lib. 15 epist. 20 *Quo tolerabilius feramus igniculum desiderii tui, crebris nos litteris appellato*, schreibe uns offt. ¶ 3. Item, Implorare, orare, um hülffe anruffen. Cicer. pro Quint. cap. 30 *Quid agendum est? qui Deus appellandus est?* Nepos Attico c. 8 n. 3 *Itaque appellatus est a C. Flavio Bruti familiari Atticus, ut ejus rei princeps esse vellet*, er ist angesprochen oder gebeten worden. *Appellare de stupro aliquem*, Quintil. 4 c. 2, Val. Max. 6 c. 1 n. 7, vel *stupri caussa*, ibid. n. 11, est sollicitare sive *attentare pudicitiam alterius*, ut Valer. Maximus alibi loquitur, unzucht anmuthen. ¶ 4. Item, debiti admonere, der schuld halben ansprechen, mahnen. Cicer. ad Attic. lib. 1 epist. 8 *Tulliola tuum munusculum flagitat, & me ut sponsorem appellat*, sie mahnet mich als bürgen. Valerius Maximus lib. 4 c. 8 *Neque de sorte*

quemquam debitorum suorum, neque de usura a suis appellari passus est. Sic, *de pecunia aliquem appellare*, Cicero Philipp. 2 cap. 29 dixit. Seneca Consol. ad Marciam cap. 10 *Vsus fructus noster est, cujus tempus ille arbiter muneris sui temperet: nos oportet in promtu habere, quæ in incertum diem data sunt, & appellatos sine querela reddere.* Loquitur de externis rebus, quæ commodantur a Deo tantum nobis, non dantur propriæ; se[d] reddendæ tempore, cum reposcit. Alphius fœnerator apud Columellam 1 cap. 7 *vel optima nomina non appellando fieri mala* dixit. ¶ 5. In jus vocare, vorfordern. Cicer. 1 Offic. c. 25 *Cavendum, ne major pœna, quam culpa sit: & ne iisdem de caussis alii plectantur, alii ne appellentur quidem.* ¶ 6. *Appellare* postremo est, a sententia judicis inferioris ad superiorem provocare, quod vulgo dicunt appelliren; ut, *appellare a prætore ad senatum, vel magistratum superiorem*, von dem richter appelliren an den rath, &c. Cicer. pro Quintio cap. 20 *Cujus procurator a prætore tribunos appellare ausus sit.* Et Suetonius Cæs. c. 23 *appellato collegio*, scilicet tribunorum. Nam etiam *appellare quem* hoc sensu dicitur, hoc est, in auxilium superiorem vocare. Cicer. pro Planc. c. 16 *Appellavi populum: tribubus submisi me.* Et Lege 1 § 3 de Appellat. & rel. *Appellare majorem judicem.* Sed plerumque cum præpositione hæc notio est; ut, *Appellare ad Imperatorem*, Lege 39 Dig. de Minoribus. *A præfectis*, ibidem Lege 16. *Appellare adversus sententiam præsidis*, Lege 18 Dig. de Accusationib. *Appellare a crudelitate ad Christum*, Prudent. Romano v. 818.

¶ Appellatus, a, um, genennet; ut, *rex appellatus*, Nepos 18, 13, 2. vide plura in *Appello* n. 4 & 6.

¶ Appellātio, ōnis, nominatio, vocabulum, nomen, die nennung, benennung. Sic *Appellatio probrosa*, ein böser nahme, apud Gell. lib. 1 cap. 5. Plin. lib. 7 cap. 13 *Omnes qui se patris appellatione salutarent.* Gellius lib. 10 cap. 25 *Appellationes navium & telorum vocabula.* Vbi vides, *appellationem* & *vocabulum* synonyma haberi: cum tamen alii inter hæc duo discrimen fecerint, dixerintque, *vocabula* nomina eorum esse, quæ corpus & speciem habeant: *appellationes* contra, quæ non habeant; de quo Quintilian. lib. 1 cap. 6. Et existimavit eruditissimus Heraldus, ut Casaubonus notat, huc respexisse Cæsarem illo dicto, quo, *nihil esse remp. appellationem modo sine corpore & specie*, pronunciavit, ut Suetonius ejus vitâ cap. 77 refert. ¶ 2. Pronunciatio; unde & *litterarum appellatio* apud Ciceronem de Clar. Orat. cap. 74; *Lenis*, inquit, *appellatio litterarum bene loquendi famam confecerat*, die liebliche aussprache. ¶ 3. Provocatio ad judicem alium, das appelliren vom unter- zum obergericht: quæ res in libera rep. Romæ minus frequens, sub principibus in immensum crevit. Suetonius Caligulâ cap. 16 *Magistratibus liberam jurisdictionem, & sine sui appellatione concessit.* Et in Nerone cap. 17 *Vt omnes appellationes a judicibus ad senatum fierent.* Sed primus ordinavit Augustus, Suetonio auctore lib. 2 cap. 33, ubi inprimis Torrentius videndus, itemque Digestorum titulus de Appellationibus. Dicimus autem non solum *appellationem facere ad quem*, ut Lege 1 Dig. An per alium; & *fieri*, supra ex Suetonii Nerone cap. 17: verum etiam *interponere appellationem*, Lege 24 § 1 de Appellation. & Lege ultima ejusd. tituli, principio. *Admittere appellationem*, ibidem Lege 6. *Recipere*, vel *non recipere*, titulo hujus rei singulari & in Pandectis.

¶ Appellator, ōris, qui a judice ad alium provocat, der da appellirt. Cicero Verr. 6 cap. 65, cum dixisset *Prætor appellatur* contra libertatem populi Syracusani; addit, *nihil ægrius factum esse, quam ut manus ab illo appellatore abstinerentur.* Et Lege 7 Dig. Quando appelland. *nihil nocere appellatori.* Et Lege 23 Cod. de Appellation. *judicium sacrum appellator observet.* Et Lege unica Dig. Si pendente, *Appellatore defuncto.*

¶ Appellatōrius, a, um, ad appellationem pertinens, zum appelliren gehörig; ut, *libelli appellatorii*, Lege 1 Dig. de Appellationibus: & *appellatoria tempora*, Lege 5 Dig. de Appellat. recip. § ult.

¶ Appellĭto, āre, frequent. nennen. Apulejus Apolog. *Hoccine est, quod appellitabatis dæmonium?* Et Festus Pompejus: *Appellitavisse, appellasse.*

¶ Appellatīvus, a, um; ut, *nomen appellativum* apud Grammaticos, quod multis naturaliter commune est. vid. Priscian. lib. 2.

¶ Compello, āre, est *alloqui*, anreden. *Blande aliquem compellare*, Plaut. Pœnul. a. 3 sc. 3 v. 72, mit freundlichen worten ansprechen. *Compellare nominatim*, Aut. ad Herenn. 1 cap. 14. ¶ Aliquando idem ferme, quod accusare, anklagen. C. Nepos Alcibiade cap. 4 *Hoc crimine in concione ab inimicis compellatus*, als er dieser schuld von seinen widerwertigen öffentlich bezüchtiget war. Idem Timoleonte cap. 1 n. 5 *quin eum fratricidam impiumque detestans compellaret*; quo loco idem est ac increpare, convitio objurgare. Sic apud Sueton. Cæsare cap. 17 extr. *Compellare majorem potestatem*, deferre Casaub. interpretatur.

¶ Compellatio, ōnis, die anrede, bezüchtigung. Cicer. 12 fam. epist. 25 *Crebras vel potius quotidianas compellationes meas non tulit.* Et Gell. 1 cap. 5 *Maledictis compellationibusque probrosis jactatus est.*

¶ Interpello, āre, einem ins wort fallen, darzwischen reden, verhindern. Cic. 1 Tuscul. cap. 8 *Nihil te interpellabo, continentem orationem audire malo.* Horat. 1 satyr. 9 v. 26 *Interpellandi locus hic erat.* ¶ Etiam impedimentum sine verbis & sermone aut interruptam rem significat, darzwischen kommen. Matius Ciceroni lib. 11 epist. 28 extr. *sin casu aliquis interpellarit.* Curtius 4 cap. 6 de cuniculis: *nec saxa cotesque, quæ interpellent specus, obstabant.* Et lib. 6 cap. 6 n. 12 *otium interpellandum erat bello.*

¶ Interpellātio, ōnis, der einspruch, die hinderniß. Cicer. Partit. Orat. cap. 8 *Si interventus alicujus, aut interpellatio dederit occasionem.* Idem lib. 6 fam. epist. 18 *in litteris sine ulla interpellatione versor.*

¶ Interpellator, ōris, der darzwischen redet, oder einen hindert. Cicer. 15 ad Attic. epist. 13 *interpellatores illic minus molesti.* Et 3 Offic. c. 14 *Dictabat, se hortulos aliquos velle emere, quo invitare amicos, & ubi se oblectare sine interpellatoribus posset.*

¶ Interpellatrix, īcis, eine verhinderin. Hieronymus epist. 3 ad Heliodorum, sive Nepotiani Epitaphio p. 8 *Interpellatrix duri judicis vidua*, ad Christi verba Luc. c. 18 v. 5 respiciens.

PELLO, pĕpŭli, pulsum, pellĕre, tertiæ conjugationis, abigere, extrudere, fugare, treiben, vertreiben. Terent. Eunuch. a. 2 sc. 1 v. 9 *Istum æmulum, quod poteris, ab ea pellito.* Sic, *Pellere aliquem domo, regno, sedibus, possessionibus, patria, civitate*, verjagen. vid. Nepos 3, 1, 3, & 19, 3, 1 &c. *Pellere in exilium*, Cicero 2 de Orat. c. 13. *Pelli foras*, Terent. Eunuch. a. 5 sc. 9 v. 11. *Pellere metum*, Idem 4 de Finib. c. 5. ¶ 2. Ferire, percutere, pochen. *Tune has pepulisti fores?* Terent. Adelph. a. 4 sc. 5 v. 3. ¶ 3. *Pellere* est movere, concitare, sicut adfectus solent, treffen, bewegen; Cic. in Orat. c. 53 *Pellere animum.* Et Livius lib. 30 c. 14 pr. *Hæc cum dixisset, non mediocri cura Scipionis animum pepulit.* Rursus Cic. 4 fam. epist. 13 *Nulla meipsum privatim pepulit insignis injuria*, es hat mich kein sonderbar unrecht betroffen.

¶ Pulsus, a, um, vertrieben, geschlagen. Propert. 3 eleg. 13 v. 51 *Auro pulsa fides.* Vellej. 2, 26, 1 *Pulsus a Sulla acie.* Virg. Æn. 1 v. 382 *Pulsus corde dolor.*

¶ Pulsus, ûs, subst. der trieb, der schlag, die bewegung, berührung. Virgil. Æn. 7 v. 722 *Pulsu pedum tremit tellus.* Adde, si lubet, Æn. 12 v. 334, 445 & 533. Cic. 1 Tusc. c. 23. Item Divin. 2 c. 61 & 67, & de Orat. 1 c. 33. Cæs. B. G. 3 c. 13. Laber. apud Nonium c. 2 n. 637. Liv. 22 c. 19, & lib. 27 c. 37. Sic & *Pulsus venarum*, Plin. lib. 2 c. 97, der pulß. Idem lib. 11 c. 37 *Arteriarum pulsus, in cacumine maxime membrorum evidens, index fere morborum.* Pluraliter Silius lib. 14 v. 488

senis ductor Rhœteius ibat Pulsibus,

puta remorum. ¶ Est & Astronomorum vocabulum. Nam quod τροπὴ (unde *circuli tropici* dicti) Græcis; id *pulsus* Latinis appellatur. Vide Grotium ad Aratea Avieni v. 691.

¶ Pulsio, ōnis, idem. Arnobius lib. 4 p. 129 de Pellonia dea: *Si utrisque favorem ac suffragium commodarit, nominis sui vim perdet, quod partis unius in pulsione formatum est.*

¶ Pulso, āre, frequentativum, est percutere, klopffen, pochen, blauen, schlagen. *Pulsare ostia*, Horat. 1 satyr. 1 v. 10. *Pulsare tellurem pedibus*, Idem lib. 1 od. 37 v. 1. ¶ 2. Non raro *pulsari* dicuntur, qui vapulant. Tacitus 4 Hist. c. 45 *Manlius Patricius ordinis senatorii, pulsatum se in colonia Seniensi querebatur.* *Pulsamur* autem manu; *cædimur* aut *verberamur* fustibus, flagris: Itaque *verberari* gravius, quam *pulsari*: unde & JCti discrimen faciunt, de quo vide Christoph. Coleri Parerga cap. 36. Barthio auctore ad lib. 4 Thebaid. Statii p. 1109 & 1110 *Pulsari* omnia dicuntur, quæ sollicitantur, evocantur, & quocunque modo poscuntur, quod multis ibi ostendit.

¶ Pulsatus, a, um, geklopfft, gestossen, geschlagen. Ovid. Pont. 3 epist. 1 v. 1 *Æquor pulsatum remige.* Virg. Æn. 3 v. 555 *Pulsata saxa.* Idem Virgil. 4 Æneid. v. 608

Hic quibus invisi fratres, dum vita manebat,
Pulsatusve parens aut fraus innexa clienti &c.
Inclusi pœnam exspectans.

¶ Pulto, āre, idem quod *pulsare* apud comicos; ut, *Pultare ostium*, Terent. Heaut. a. 3 sc. 1 v. 1. *Pultare fores*, Plaut. Bacch. a. 4 sc. 1 v. 68 &c. *Pultare pectus digitis*, Idem Mil. a. 2 sc. 2 v. 47.

¶ Pulsātio, ōnis, das geklopffe. Cicero pro Cœlio c. 10 *de seditionibus Neapolitanis, de Alexandrinorum pulsatione Puteolana*, die vertreibung. Livius lib. 31 cap. 39 *Majore cum sonitu, quam vulnere ullo, pulsatio scutorum succedentes Romanos tenuit*, das schmeissen.

¶ Pultatio, ōnis, idem. Plaut. Truc. a. 2 sc. 2 v. 3 *Ad hasce accessio ædes & pultatio.*

¶ Pulsator, ōris, der da schlägt; ut, *Citharæ pulsator Apollo*, Val. Flaccus in Argonaut. lib. 5 extrem. ein harffen-schläger. Et, *pulsator aurium mearum*, Augustinus Confession. lib. 10 c. 31, der einem in ohren liegt.

¶ Pulsābŭlum, i, pecten, quo fides pulsantur, ein klöppel, schlägel. Apulejus Florid. lib. 2 p. 351 *Dextera psallentis gestu suo pulsabulum citharæ admovet, ceu parata percutere.*

¶ Pulsuōsus, a, um, i. e. pulsibus plenus, schlagend. Cœl. Aurel. Tard. 5 c. 10 *Pulsuosus dolor.* Conf. eumdem Acut. 2 c. 14.

Composita:

¶ Appello, appŭli, appulsum, ĕre, antreiben; ut, *Appellere navem*, anfahren, anländen. *Navis appellitur*, vel *appulsa est*, non autem *appellit*, das schiff kömmt an. Cic. 7 in Verrem c. 25 *Appellitur navis Syracusas.* Et 3 de Nat. Deor. cap. 34 *Cum ad Peloponnesum classem appulisset.* Apud Livium tamen lib. 8 cap. 3 absolute legitur, *Alexandrum Epiri regem in Italiam classe appulisse constat.* Terent. Andr. a. 4 sc. 6 v. 12 *Haud auspicato huc me appuli*, ich bin zu keiner guten stunde hieher kommen. Idem prolog. Andr. *Appellare animum ad scribendum*, pro adjungere, applicare, sich auf das schreiben legen. Et Cic. de Orat. 2 c. 37 *Appellere animum ad philosophiam.*

¶ Appulsus, a, um, angetrieben, angeschlagen, angeländet: ut, *Appulsa classis*, Cic. Verr. 5 c. 33. *Magno numero navium appulso*, Cæs. B. G. 3 cap. 3.

¶ Appulsus, ûs, subst. pro accessu, qui fit navigio, die anländung. *Classem a litorum appulsu arcere*, die schiffe nicht lassen anfahren, Livius lib. 27 c. 30. *Omnes nimios & frigoris & caloris appulsus sentire*, Cic. 2 de Nat. D. c. 56.

¶ Aspello, ĕre, ab *abs*, wegtreiben. Plaut. in Capt. a. 3 sc. 3 v. 4 *Neque adeo spes, quæ mihi hunc aspellat metum.* Et Cicer. in Tuscul. lib. 2 c. 10 ex poëta: *Sed longe a læto aspellor nomine Jovis:* id est, pellor vel repellor.

¶ Cispello, ĕre, est diversim & ex loco pellere & abigere, vertreiben. Plaut. Amph. a. 3 sc. 4 v. 17 *Inde optime cispellam virum.*

¶ Compello, ĕre, cogere, congregare in unum locum, treiben, nöthigen. Virgil. eclog. 7 pr.

Compulerantque greges Corydon & Thyrsis in unum.

Sic, *Domum aliquem vi & armis compellere*, Cic. pro Milon. c. 27, einen in sein hauß jagen. *Compellere in angustias*, Idem 4 Acad. cap. 35,

in die enge treiben. *Compellere tyrannum ad mortem*, Quintilian. 7 cap. 3.

¶ Compulsus, a, um, getrieben, bewogen. Virg. Æn. 1 v. 579 *Rex noto* (vento) *compulsus*. Curt. 8, 8, 2 *Rabie compulsus*.

¶ Compulsio, ōnis, die nöthigung. Cassiodor. lib. 12 epist. 10 *Quid egit totius anni suscepta compulsio?*

¶ Compulsor, ōris, ein nöthiger, treiber; ut, *Compulsor bovis*, Palladius lib. 7 cap. 2. Cassiodorus lib. 1 cap. 2 *Non compulsorem ad te mittimus, sed ultorem*. Ammianus 22 cap. 8 (Vales. cap. 6 pr.) *Si compulsori quidquam dederit, ut levari debito possit*; ubi vide Valesium interpretantem p. 302, quod nimirum is sit, qui fiscalia debita exigit, & lentos debitores ad solvendum compellit, ein exequirer. Horum mentio fit etiam Lege 15 Cod. Theod. de Exactionibus. Ennodius lib. 7 epist. 10 *Compulsoris functus officio*; ubi Sirmondum adde pag. 32. Gloss. gr. lat. ἐπείκτης, *Compulsor*.

¶ Compulso, are, frequentativum, zusammen stossen. Apulejus Met. 7 p. 197 *Ore improbo compulsat & morsicat*. Tertullianus Apolog. c. 20 *Regnis regna compulsant*.

¶ Compulsatio, ōnis, streit. Tertullianus ibidem cap. 21 *Compulsatio inter nos & illos est*.

¶ Compulsāmentum, i, der zwang, die nöthigung. Fulgent. Mythol. 3 *Sororum compulsamento percita*.

¶ Depello, ĕre, arcere, abigere, prohibere, abhalten, abtreiben; ut, *Periculum a se depellere*, Cic. pro Cluent. cap. 6. *Depellere morbum*, Idem 7 fam. epist. 27 extr. *Depelli sententiâ*, Cic. 2 Tusc. cap. 6; &, *De sententia*, pro Ligario cap. 9. *Spe depellere*, Livius lib. 31 cap. 25. *De spe*, Cic. 2 Catil. cap. 7. ¶ 2. Est & rusticum, & de pecoribus dicitur, quæ ablactantur, wenn sie abgestossen, abgesetzet, entwehnet werden. Virg. eclog. 7 v. 15

Depulsos a lacte domi quæ clauderet agnos.

Hos *prohibere a matribus*, Idem dixit 3 Georg. v. 398. Varro lib. 2 c. 2 *Cum depulsi sunt agni a matribus*.

¶ Depulsus, a, um, abgetrieben, verdrungen. Cicer. de N. D. 2 cap. 54 *Stomachus agitatione & motibus linguæ depulsum & quasi detrusum cibum accipit*. Antique Aut. ad Herenn. 4 cap. 10 *Præceps in Neptunias depultus lacunas*; pro *depulsus*.

¶ Depulsum, i, subst. ein vertreibungs-mittel. Val. Max. 1, 1, 1 *Portentorum depulsa explicare*.

¶ Depulsio, ōnis, die abtreibung; ut, *Depulsio servitutis*, Cic. 8 Philipp. cap. 4; &, *doloris*, Idem 5 de Fin. cap. 7 pr.

¶ Depulsor, ōris, ein austreiber. Cic. 2 Philipp. c. 11 *Depulsor dominatus*. Est & Jovis cognomen in Gruteri Inscript. p. 20 n. 3.

¶ Depulsōrius, a, um, wegtreibend; Sic, *Numinibus per sacra depulsoria supplicans*, Ammianus lib. 25 cap. 5. Sunt autem *depulsoria sacra*, quibus mala depelluntur, abwendungs-opffer.

¶ Depulso, are, frequentativum, offt wegtreiben. Plaut. Stich. a. 2 sc. 2 v. 13 *Cubitis depulsare de via*.

¶ Depulsĭto, are, idem. Gloss. lat. gr. *Depulsitasse*, ἀπωθηκέναι.

¶ Dispello, ĕre, in diversum pellere, hin und wieder verjagen, zertreiben; ut, *Dispellere caliginem ab animo*, Cic. in Tuscul. lib. 1 cap. 26. *Quos æquore turbo dispulerat*, Virg. Æn. 1 v. 515.

¶ Dispulsus, a, um, von einander getrieben. Cic. ad Attic. 7 epist. 7 *Pecudes dispulsæ sui generis sequuntur greges*.

¶ Expello, ĕre, ejicere, exstirpare, ausstossen, ausjagen, austreiben; ut, *Expellere domo, finibus, civitate, regno*. *Expellere bonis & fortunis omnibus*, Cic. 4 in Verr. cap. 25, von hauß und hof jagen. *Expellere e patrimonio*, Idem pro Rosc. Am. cap. 50, ausschliessen vom erbtheil. *Expulit belleboro morbum*, &c. Horatius 2 epist. 2 v. 137.

¶ Expulsus, a, um, ausgetrieben, verstossen. Cic. pro Cluent. cap. 5 *Expulsa atque exturbata filia*. Virg. 1 Æn. v. 624 *Finibus expulsus patriis*, ein exulant.

¶ Expulsio, ōnis, die ausstossung, verjagung; ut, *Civium bene meritorum expulsiones*, Cic. lib. 2 Offic. cap. 6.

¶ Expulsor, ōris, ein austreiber. Cic. pro Quintio cap. 8 pr. *Acerrimus bonorum possessor, expulsor, ereptor*. Et Lactantius lib. 5 cap. 10 sub fin. *Expulsor patris sui Jupiter*.

¶ Expultrix, īcis, die verjagerin; ut, *Philosophia expultrix vitiorum*, Cic. Tusc. 5 cap. 2. Fabr. Cod. *excultrix*. vide Gruter.

¶ Expulso, are, frequent. vertreiben. Martial. 14 epigr. 46 *Si me scis expulsare*, &c. Hinc

¶ Expulsatus, a, um, ausgetrieben. Ammianus 23 cap. 6 *Seleucia per duces expulsata*.

¶ Expulsim, adverb. i. e. frequenti pulsu, schlagweise. Varro apud Nonium cap. 2 n. 281 *Videbis pueros pila expulsim ludere*, wie die kinder den ball schlagen.

¶ Impello, ĕre, urgere, incitare, mit gewalt treiben, stossen, dringen; ut, *Ad scelus aliquem impellere*, Cic. pro Rosc. Am. cap. 14. *Barbaros ad bellum impellere*, Idem pro Sylla cap. 13. *Ad quodvis maleficium homines impellit avaritia*, Auctor ad Herennium 2 cap. 22. *Impulistis me in hunc casum*, Cic. ad Attic. 3 epist. 9.

¶ Impulsus, a, um, bewogen, fortgetrieben. Nepos 1, 5, 2 *Ejus autoritate impulsi Athenienses*. Vellej. 2, 51, 3 *Prælio graviter impulsi milites*, die da repoussiret worden. conf. cap. 70 n. 1. Ovid. Metam. 10 v. 145 *Impulsas tentavit pollice chordas*.

¶ Impulsus, ûs, subst. der antrieb; ut, *Sua sponte, non externo impulsu*, Cic. 2 Nat. D. cap. 11. Sic, *impulsu meo, tuo, nostro*, &c. id est, suasu & cohortatione: Terent. Hec. a. 2 sc. 1 v. 45 *Ubi duxere vestro impulsu*, auf euer vieles anhalten und treiben, &c.

¶ Impulsio, ōnis, die antreibung. Cic. de Univers. cap. 5 *Omnis coagmentatio corporis vel calore, vel frigore, vel aliqua impulsione vehementi labefactatur & frangitur*. Adde Arnob. lib. 7 p. 234.

¶ Impulsor, ōris, ein antreiber, anreitzer. Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 5 v. 18 *Me impulsore hoc non fecit*, hoc est, meo impulsu, durch mein anregen. *Suasor & impulsor profectionis meæ*, Cic. 16 ad Attic. epist. 7. *Impulsore Chresto*, Sueton. Claud. cap. 25.

¶ Perpello, ĕre, inducere; auf etwas bringen, bereden, bewegen. Terent. in Andria a. 4 sc. 1 v. 38 *Suadere, orare, usque adeo, donec perpulit*. Livius lib. 1 cap. 59 *Incensam multitudinem perpulit, ut imperium regi abrogaret*, er brachte und beredte sie dahin, &c. *Perpellere ad deditionem*, Idem lib. 32 cap. 14. Et lib. 2 cap. 61 idem Livius: *Illum* [Ap. Claudium] *non minæ plebis, non senatus preces perpellere unquam potuere, ut* &c. Curtius 8, 6, 8 *Sua sponte motum perpulit*.

¶ Propello, ĕre, procul amovere, von sich treiben; ut, *Hostem a castris propellere*, Livius lib. 7 cap. 24. *Impetum inimicorum propellere*, Aut. declam. Antequam iret c. 1, der feinde anlauffen von sich zurücke treiben. Et, *Navem remis propellere*, Cic. 4 Tusc. cap. 5.

¶ Propulsus, a, um, fortgetrieben. Lucan. 7 v. 789 *Cernit propulsa cruore flumina*.

¶ Propulsus, ûs, subst. Seneca lib. 5 Quæst. Nat. cap. 14 *Ventum propulsu suo concitare*.

¶ Propulsor, ōris, ein forttreiber. Venantius Fortunatus lib. 3 de vita Martini v. 301 *Cornigeri pecoris propulsor*, i. e. bubulcus.

¶ Propulso, are, frequentativum, wegschlagen, abtreiben; ut, *propulsare hostem*, Cæsar 1 B. Gall. cap. 49. Et, *Bellum mœnibus propulsare*, Livius lib. 3 c. 69. *Periculum propulsare*, Cic. pro S. Rosc. c. 3.

¶ Propulsatio, ōnis, die abtreibung. Cic. pro Sylla cap. 1 *propulsatio periculi*.

¶ Propulsātor, ōris, ein abtreiber. Val. Max. lib. 7 cap. ult. n. 7 *Propulsatores odio insecutus*. Arnobius lib. 7 p. 249 de Æsculapio: *Valetudinum pessimarum propulsator*.

¶ Repello, ĕre, rejicere, propellere, zurück halten, jagen, treiben; ut, *Hostem armis repellere, fugare, avertere*, Cic. pro Cæcin. cap. 12. *Dolorem a se repellere*, Idem 1 de Fin. cap. 9, von sich abweisen. Et, *Repellere vim vi*, pro Sextio cap. 17. Et, *Repellere a consulatu*, Idem 1 Catil. cap. 10.

¶ Repulsus, a, um, abgewiesen, zurückgetrieben. Vellej. 2, 63, 1 *Per colloquia repulsus a Lepido*. Sallust. B. Jug. cap. 110 *Si quid neque vobisque dignum petiveris, haud repulsus abibis*. Inde *Repulsior*, Cato apud Festum comparative formavit.

¶ Repulsus, ûs, subst. die zurücktreibung, abhaltung; ut, *Scopulorum repulsu*, Cic. 1 Divin. cap. 7 extr. Et Claudian. B. Gildon. v. 433

an Mauri fremitus raucosque repulsus
Umbonum, & vestros passuri cominus enses?

hoc est, repercussus & pulsationem scutorum num sustinebunt Mauri, qui Gildoni militabant.

¶ Repulsa, æ, rejectio a magistratu, das abweisen, abschlägliche antwort. Sic autem dicimus: *Accipere repulsam*, quod nos dicimus, conatu suo frustrari, repudiari, einen blossen schlagen. Cic. pro Plancio cap. 21 *Marius, duabus ædilitatis acceptis repulsis, consul est factus*. Et, *Repulsam ferre*, einen korb bekommen: Cic. ad Attic. 5 epist. 19 *Scribis, libenter repulsam tulisse eum* &c. Contra, *sine repulsa magistratum assequi*, Idem in Pisonem cap. 1.

¶ Repulso, are, frequentativ. zurück stossen. Lucret. lib. 4 v. 583 *Colles verba repulsantes*: & v. 912 eod. lib.

Vera repulsanti discedas pectore dicta.

¶ Repulsōrius, a, um: ut, *Cohortes repulsoriæ*, Ammianus 24 c. 12 (Vales. cap. 4.) quæ dispositæ sunt ad hostium incursiones repellendas, die einen ort, fouragirer, oder arbeitende bedecken sollen.

PELLOS, vel Pellus, i, πέλλος, avis, quæ Latinis *ardea* dicitur, ein reiger, Plin. 10 cap. 60.

Pelluceo, pellucidus, Pelluvium, vide supra *Lux*, *Luo*.

Peloponnesus, &c. vide sequens *Pelops*.

PĔLOPS, ŏpis, Πέλοψ, Tantali, Phrygum regis, filius, quem cum pater coctum diis apposuisset, sola Ceres humerum ejus absumpsit; Ideo a Jove in vitam revocatus accepit eburneum. Equorum pernicitate vicit Oenomaum, abduxitque ex pacto filiam ejus Hippodamiam uxorem. vid. Cicer. Tusc. 3 cap. 12. Plin. 19 cap. 3. Ovid. Metam. 6 v. 404. Virg. Georg. 3 v. 7

Humeroque Pelops insignis eburno. Hinc

¶ Pĕlŏpīdæ, arum, a Pelope oriundi. Ob Atrei & Thyestis scelera, *Pelopidæ* pro quibusvis tyrannis dicuntur: ut cum Cicero e veteri poëta epist. 11 lib. 15 ad Atticum ait,

Nec Pelopidarum facta, neque famam audiam.

quem etiam versum respexit epist. 12 lib. 14 ad Attic. & lib. 7 fam. epist. 28 & 30, utraque ad Curionem. ¶ 2. *Pelopidas*, Thebanus militaris rei gloria clarissimus, de quo Corn. Nepos.

¶ Pĕlŏpēïus, a, um, adject. ut, *Arma Pelopeia*, Ovid. 8 Metam. v. 625.

¶ Pelŏpēus, a, um, idem; ut, *Mœnia Pelopea*, Virg. 2 Æn. v. 193.

¶ Pelopea, æ, filia Thyestæ, mater Ægisthi. vid. Ovid. Ibis v. 359, & Juvenal. sat. 7 v. 92.

¶ Pelopēis, ĭdis, & Pelopēias, ădis, patronymica fœminina.

¶ Peloponnēsus, i, Πελοπόννησος, peninsula Achaiæ, quæ *Morea* hodie dicitur, si veterem gloriam spectes, nulli terræ nobilitate postferenda. Nomen habet a Pelope, cum ante Apia, aut Pelasgia appellata fuerat. vide Plin. lib. 4 cap. 4 pr. & ibi Harduin.

¶ Peloponnensis, e, adject. Curtius 7 cap. 4 n. 32 *Peloponnensium defectio*.

¶ Peloponnesius, a, um, idem; ut, *Civitates Peloponnesiæ*, Cic. ad Attic. lib. 6 epist. 2.

¶ Peloponnesiăcus, a, um, idem; ut, *Bellum Peloponnesiacum*, Cicer. 1 Offic. cap. 24, quod altera forma Nepos Conone cap. 1 n. 2 *Peloponnesium* dixit. Illud vero ex Græco Πελοποννησιακὸς est. De ipso bello 27 annorum, Thucydidem legas, qui accuratissime perscripsit.

PĔLŌRIS, ĭdis, fœm. πελωρίς, conchylii genus, eine meerschnecke, muschel. Martialis lib. 6 epigr. 11

Tu Lucrina voras, me pascit aquosa peloris.

PĔLŌRUS, i, Πέλωρος, Siciliæ promontorium. Silius lib. 14 v. 79

Celsus arenosa tollit se mole Pelorus.

¶ Pĕlōris, ĭdis, fœm. Πελωρίς, idem. Cicero Verr. ult. cap. 3 *ad Peloridem*. Avienus Descript. Orbis v. 636 *celsa Peloris*. Dionysius Afer v. 472 ἠνεμόεσσα Πελωρίς.

¶ Pelōrias, ădis, alia forma, idem. Ovid. Fast. 4 v. 479

Jamque Peloriadem, Lilybeaque, jamque Pachynon
Lustrarat.

¶ Pĕlōritanus, a, um, adject. ut, *Peloritana regio*, quæ ad Pelorum; Solinus de Sicilia cap. 5.

PELTA, æ, πέλτη, scutum brevissimum, ein kurtzer runder schild; Virgilius *Peltas lunatas* dixit, quia forma earum lunæ crescentis similitudinem referret, 1 Æneid. v. 491

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

Vide Aldum Manutium Quæsitis per Epist. part. 3 epist. 6. Adde Alex. ab Alex. lib. 6 cap. 22, & expressas peltarum figuras apud Pierium Hieroglyph. lib. 42. Item Lips. Analect. Milit. Rom. 3 n. 2.

¶ Peltatus, a, um, pelta utens, mit einem schild versehen: Livius lib. 28 cap. 5. Et Ovid. 2 Amor. eleg. 14 pr. *peltatæ puellæ*.

¶ Peltĭfer, a, um, idem; Statius lib. 12 Theb. v. 761.

¶ Peltasta, æ, πελταστής, ein schildträger. Nepos Iphicrate cap. 1 *Peltastæ pedites.* Livius lib. 31 cap. 36 pr. *Cetratos, quos peltastas vocant, in insidiis abdiderat.* Nam, ut idem lib. 28 cap. 5 ait, *pelta cetræ haud dissimilis est.* Adde iis Rigalt. in Glossario Tactico p. 143.

Pelvis, vide supra *Luo.*

PĒLŪSIUM, i, Πηλούσιον, ostium Nili extremum, Arabiam versus: & civitas Ægypti ad dextram illius ripam.

¶ Pēlūsius, & Pelusiăcus, a, um, adject. Martialis lib. 13 epigr. 9

Accipe Niliacam, Pelusia munera, lentem.

Virgil. 1 Georgicorum v. 128

Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis.

Cæterum *Pelusiacam lentem* dixit, vel quod ibi primum inventa lens; vel quod optima ibi nascitur, ut Servius interpretatur. B. Hieronymus, *Pelusiacam lentem* Virgilio dictam accepit, non quod ibi genus hoc leguminis gignatur vel maxime, sed quod e Thebaide & omni Ægypto per rivum Nili illuc plurimum deferatur. Sic Statius lib. 4 Silv. ult. *Niliacum thus* dixit, non quod ibi nascatur, (in sola enim Arabia provenit,) sed quod interpoletur ibi, & inde Romam deportetur, de quo Plinius lib. 12 cap. 14. *Pelusiaca palus*, Prudent. 2 adv. Symmach. v. 924.

¶ Pelusianus, a, um, idem; ut, *Pelusiana mala*, Colum. 5 cap. 10.

PĒMĬNŌSUS, a, um, adject. i. e. mali odoris, a pædore dictum, secundum Nonium cap. 2 n. 722, stinckend. Ideo alii scribunt *Pæminosus.* Varro R. R. 1 cap. 51 *Æstu* (vel *situ*, ut est apud Nonium) *peminosa grana.*

Penarius, vide infra *Penus.*

PĔNĀTES, um, plural. masculin. Dii domestici, tutelares: *Omnes Dii, qui domi coluntur*, ut Servius interpretatur, hauß-götzen, hauß-götter. Tertullianus lib. 1 ad Nation. cap. 10 *Deos, quos Lares & Penates domestica consecratione perhibetis.* Distinguuntur tamen Lege 12 Cod. Theod. de pagan. sacrif. & templ. *Larem igne, mero Genium, Penates nidore veneratus.* Vet. Gloss. *Penates*, πατρῷοι θεοί. Hinc, *Dii patrii ac penates*, Cicer. 6 Verr. cap. 8. Terentius in Phorm. a. 2 sc. 1 v. 82 *At ego Deos penates hinc salutatum domum divertar.* Cic. 2 de Natura Deorum cap. 27 *Nec longe absunt hæc vi Dii penates: a* PENU *ducto nomine, (est enim omne,) quod* PENITUS INSIDENT. Ex eo igitur & PENETRALES poëtis vocantur. Senec. Thebaid. act. 2 v. 340 *Ferte arma facibus: petite penetrales Deos.* Et ita Tacitus etiam vocat 2 Annal. cap. 10. ¶ 2. *Penates* poëtæ sæpius pro domo, quam incolimus, usurpant, das hauß; ut, *Desolati penates*, Statius 2 Silv. 1 v. 67. Sed & alii: e. g. Vellej. 2, 74, 4 *Penatibus suis ignem subjicere*, sein quartier in brand stecken. Idem 2, 95, 1 *Quem intra Cæsaris penates enixa est.* In singulari Livius 28 cap. 18 *Sub uno tecto esse atque in eodem penate*, si Sigonii lectio placet. Aliter Gronovius in Not. ad h. l. & Observat. 4 cap. 6. *Alii volunt, ut habeat nominativum singularem Penas, alii Penatis*, Festus.

¶ Pĕnātĭger, a, um, haußgötter tragend; ut, *Penatiger Æneas*, Ovid. 15 Metam. v. 450.

PENDEO, pĕpendi, pendēre, neut. suspensum esse, hangen, schweben; ut, *Poma pendent ex arbore.* Et patibuli sensu, *ex arbore pendere*, Cic. Verr. 5 cap. 26. *Sagittæ pendent ex humero*, Idem Verr. 6 cap. 34. Et, *Vita omnium pendet ex unius salute*, pro Marcell. cap. 7, an ihm ist aller wohlfahrt gelegen. *Respubl. pendet e Bruto*, Idem ad Att. lib. 14 epist. 20. Et, *Pendere aliunde*, lib. 5 fam. epist. 13, an andere leute gebunden seyn, auf andere sich verlassen. *Pendere ex fortuna*, Id. Cic. in Paradox. cap. 2. *Ex arbitrio alterius pendere*, Livius 35 cap. 32, eines andern willen unterworffen seyn. *Animus pendet*, Terent. Adelph. a. 2 sc. 2 v. 19, & *Animis pendere*, Cic. 1 Tusc. cap. 40, & *Animi pendere*, Terent. Heaut. a. 4 sc. 4 v. 5, id est, ambigere, ungewiß seyn und im zweiffel stehen. Seneca epist. 61 *Fruor vita, quia, quamdiu futurum hoc sit, non nimis pendeo*, i. e. solicitus, anxius sum. ¶ 2. Florus lib. 1 cap. 13 *Sex mensibus circa montem unum pependerunt, nec diebus modo, sed noctibus omnia experti.* PEPENDERUNT dixit, optimo quia montem obsidebant: sic enim Martialis & *capreas de rupe* dixit *pendere*, lib. 13 epigr. 100, & Virgilius *capellas* eclog. 1 v. 77. Deinde, quia ab eventu dubii erant: namque & tales dicuntur *pendere.* Ita enim *rei* dicuntur *pendere* Suetonio, qui nec damnati, nec absoluti sunt, & inter spem metumque versantur, Domitiano cap. 9, ubi vide Casaubon. & Beroaldum. ¶ 3. *Venales pendere* eidem dicuntur Suetonio Claudio cap. 9, quorum bona publice venum exposita sunt: vide ibi Torrentium.

¶ Pendens, tis, hangend, schwebend; ut, *pendentes lychni*, Lucret. 5 v. 296. *Anelli pendentes ex se*, Idem 6 v. 911. *Ubera circum pendentes pueri.* ¶ Item, zweiffelhafft, ungewiß; ut, *pendens animus*, Sen. epist. 5.

¶ Pendŭlus, a, um, quod pendet, hangend; ut, *pendula tela*, Ovid. Heroid. epist. 1 v. 10. *Pendula retia*, Sedulius Histor. Resurrectionis. *Pendula loca*, i. e. declivia, abhängig, Columella lib. 2 cap. 18. *Pendulum vinum*, wein, der sich anzeucht, oder zehe ist. Horat. 1 epist. 18 v. 110 *dubiæ spe pendulus horæ.*

¶ Pensĭlis, e, suspensus & sublimis, hangend, schwebend; ut, *Uva pensilis*, Horat. 2 sat. 2 v. 121. *Hortus pensilis*, Curt. lib. 5 cap. 1, & Plinius lib. 36 cap. 14 pr. Vide *Miracula mundi.* Sic, *Lychni pensiles*, id est, suspensi, vel in aëre pendentes, aufgehenckte lampen, Valla. *Pensilem se facere*, i. e. suspendere, sich erhencken, Plaut. a. 1 sc. 1 v. 87. ¶ Subst. *Pensilia* sunt virilia. Priap. carm. 52 *Pulcre pensilibus peculiati.*

¶ Pendīgo, ĭnis, velamen simulacri, aut cujusvis rei, vulgari interpretatione, der fürhang. Arnobius lib. 6 p. 201 *Utinam liceret in simulacri alicujus medias introire pendigines.* Videntur potius juncturæ intelligi & nexus partium aut cohæsiones. Vegetius Mulomed. lib. 2 cap. 44 *Inter nervos & commissuras pendigines faciat.*

Composita:

¶ Antependŭlus, a, um, vorwarts hangend; ut, *Antependuli crines*, Apulejus lib. 2 Miles. p. 125.

¶ Circumpendeo, ēre, herum hangen. Curtius lib. 8 cap. 9 n. 24 de Indorum rege: *Aurea lectica, margaritis circumpendentibus, recubat.*

¶ Dependeo, ēre, herab hangen; ut, *Dependent lychni laquearibus aureis*, Virgil. Æneid. 1 v. 726. Sueton. Galbâ cap. 11 *Dependente a cervicibus pugione ante pectus.*

¶ Dependŭlus, a, um, abhangend. Apulejus: *Alii statuis dependuli.*

¶ Impendeo, ēre, oben überhangen; ut, *Nubes impendent*, die wolcken hangen oder schweben über uns. *Mors, quasi saxum Tantalo, semper impendet*, Cic. 1 Fin. cap. 18, der tod schwebet über uns, &c. ad imitationem ejus, quod Idem 4 Tusc. cap. 16 dixit: *Poëtæ impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt.* Sic, *impendet procella reip.* Cicer. Arusp. Resp. cap. 3. *Mala adsunt atque impendent*, id est, imminent, Idem pro Quint. cap. 14, unglück dräuet uns, schwebet über uns. *Ilias malorum impendet*, unglück ist mit hauffen fürhanden, Cic. ad Attic. lib. 8 epist. 11. Et Plaut. Epid. a. 1 sc. 1 sub fin. *Absumtus es: tantæ in te impendent ruinæ.*

¶ Superimpendeo, ēre, drüber hangen. Catullus carm. 64 de Nupt. Pel. & Thet. v. 286

Tempe, quæ silvæ cingunt superimpendentes.

¶ Præpendeo, ēre, für etwas herhangen. Vitruvius lib. 4 cap. 6 *Ancones exsculptæ dextra ac sinistra præpendeant.* Cæsar 2 B. Civ. cap. 9 *tegumenta præpendent.* Et Martial. lib. 9 epigr. 48

Præpendit mento nec tibi barba minor.

¶ Propendeo, ēre, für sich hangen, herfür ragen, sich neigen, überwiegen; ut, *Lanx in libra propendet*, Cic. in Tuscul. 5 cap. 17. *Ex graviore parte bona propendent*, ibidem cap. 31. *Necesse est, ut inclinatione voluntatis propendeat in nos*, Idem de Orat. 2 cap. 29. *Propendentibus auribus*, i. e. demissis, Colum. 7 cap. 12.

¶ Propendŭlus, a, um, herabhangend; ut, *propenduli crines*, Apulej. Florid. 1 p. 342.

¶ Propensus, a, um, id est, suâ sponte aliquo inclinans, proclivis, geneigt; ut, *omnes ad discendum propensi sumus*, Cic. de Finibus 3 cap. 20. Et, *Animus paullo ad lenitatem propensior*, Cic. pro Muræn. cap. 31. *Ad voluptatem propensior*, Idem 1 Offic. cap. 30. Et, *Ut natura ad aliquem morbum proclivior, sic animus alius ad alia vitia propensior est*, Idem 4 Tusc. cap. 37. *Propensissima voluntas*, Hirt. B. Alex. c. 26.

¶ Propense, adverb. willig und geneigt. Lentulus ad S. P. Q. R. lib. 12 fam. epist. 15 *Conspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem propense factam esse.*

¶ Propensio, ōnis, animi inclinatio, die zuneigung; ut, *Propensio ad summum bonum*, Cic. 4 de Fin. cap. 17.

¶ Retropendŭlus, a, um, zurückhangend, Apulej. Met. lib. 5.

¶ Subterpendeo, ēre, hinunter hangen. Palladius Martio cap. 10 de pomis: *Mala sine terræ tactu subterpendentia.*

¶ Superpendeo, ēre, drüber hangen. Livius lib. 37 cap. 27 *Exesæ fluctibus* [promontorii] *rupes, ita ut superpendentia saxa plus in altum, quam quæ in statione sunt naves, promineant.*

¶ Suppendeo, ēre, idem quod subterpendere, unten anhangen. Columella lib. 4 cap. 26 extr. *ita colligare, ut solo vimine suppendeat.*

¶ Suspendeo, ēre, hangen, herabhangen. Ita nonnulli legunt apud Columellam l. c. *suspendeat* pro *suppendeat.*

¶ Suspensio, suspensus, &c. vide mox in *Pendo.*

Pendigo, vide proxime ante *Pendeo.*

PENDO, pĕpendi, pensum, pendĕre, est æstimare, pondus efficere, wägen, schätzen, achten. Cic. in Oratore cap. 16 *In philosophia res spectatur, verba non penduntur*, die worte werden nicht geachtet. Proprie significat *pondero*, quoniam ea, quæ ponderantur, a libra pendent. Per similitudinem autem, ut dictum, ponitur pro *æstimo, considero.* Hinc sunt ¶ 2. *Magnipendo, Parvipendo*, &c. Plaut. Stich. a. 1 sc. 2 v. 78 *latrones & mendicos homines magnipendere*, hochhalten. Terent. Hecyr. a. 3 sc. 5 v. 63 *Quæ dico, parvipendunt*, sie fragen wenig darnach. *Ego non floccipendo*, Idem Ter. Eunuch. a. 3 sc. 1 v. 21. *Pater id nihili pendit*, er achtets nicht, Idem Adelph. a. 3 sc. 4 v. 6. Sed hæc & similia possunt etiam separatim scribi atque intelligi. vide *Floccus, magnus, parvus.* ¶ 3. Sed, *Tributum, vectigal, pecuniam, pretium pendere*, idem est, quod solvere, zahlen, erlegen. Quæ significatio inde deducta est, quia, antequam signatus esset nummus, cumque Romani adhuc gravi ære utebantur, non numerato ære, ut hodie, sed penso utebantur. Inde tot vocabula ponderum in re monetaria mansēre, &c. *Pendere pœnas*, straffe leiden, büssen: Cic. ad Attic. lib. 11 epist. 8 *Maximas pœnas pendo temeritatis meæ.* Et ibidem epist. 11 *Nos stultitiæ nostræ gravissimas pœnas pendimus.* Et Sallust. B. Jug. cap. 76 extr. *Quas victi ab hostibus pœnas metuerant, eas ipsi volentes pependere.*

¶ Pensus, a, um, ponderatus, deliberatus, æstimatus, gewogen, erwogen, bedacht, geachtet. Ovid. Met. 14 v. 270 *Pensas examinat herbas.* Claud. Mamert. 1 præfat. *Pensus loquendi arbiter.* Gellius 13 cap. 12 *Ratum pensumque nihil habere.* Inde & comparativum formavit Gellius lib. 12 cap. 5 *Nihil quicquam est carius pensiusque nobis, quam nosmetipsi.* Et Plautus Sticho a. 1 sc. 2 v. 61 *Utra sit conditio pensior, virginemne an viduam habere.*

¶ Pense, vel Pensim, adv. achtsam, genau. Gell. 1 c. 3 *A Theophrasto pensim & enucleate scripta.* Alii legunt *Pensiculate.* Symmach. 2 epist. 34 *Nihil hac ætate tractandum pensius domesticis rebus.*

¶ Pensum,

¶ Pensum, i, subst. manipulus est lanæ, vel lini ex colo pendens, ein rocken, eine aufgabe von wolle oder flachs. *Trahere, carpere pensa*, poëtarum locutiones sunt, spinnen: vide Ovid. 2 Fast. v. 743, & Horat. lib. 3 od. 27 v. 64. *Pensum* autem a *pendo* est. Heræ enim lanam ancillis appendebant, nendam per diurnum opus, reddendamque in filo eodem pondere, deductis quisquiliis & burrhis, si non respondissent, multabantur. Titinnius apud Nonium in PUTARE cap. 4 n. 361 *Date pensam lanam: qui non reddet tempori putatam recte, facite, ut multetur malo.* Quod siquid deliquissent ancillæ, augebantur pensa pœnæ loco; nisi eodem tempore, quo cæteræ, conficerent, plectendæ. Propertius eo dixit lib. 3 eleg. 15 v. 15

Ah quoties famulam pensis oneravit iniquis.

Idem lib. 4 eleg. 7 v. 41

Et graviora rependit iniquis pensa quasillis,
Garrula de facie si qua locuta mea est.

¶ 2. Hinc *Pensum* pro parte sui muneris, aut pro officio etiam oratoribus familiare est, tag-arbeit, allerley fürgenommene arbeit. Cicer. 3 de Orat. cap. 30 *Me ad meum munus pensumque revocabo*, ich will wieder an meine verrichtung gehen. *Pensum suum absolvere*, Varro 2 R.R. cap. 2, sein tagwerck ausrichten. *Pensum conficere*, idem est: Plautus Persa a. 2 sc. 4 pr. *Pensum meum, quod datum est, confeci.* Et, *Pensum exigere*, Cic. 5 in Verr. c. 46, von einem fordern, was ihm zu thun befohlen. *Pensa imperare*, Quintilian. lib. 3 cap. 7. ¶ 3. *Pensum*, pensi, cogitatum, etwas werthes oder bedachtsames: ut, *Pensi esse, habere*: Livius lib. 34 cap. 31 *Vobis, quid faciatis, minus pensi est*, ihr bedenckt wenig, was ihr thut. *Nihil pensi habere*, alles in den wind schlagen, nichts achten: Sallust. in Catilin. cap. 5 *Neque id, quibus modis assequeretur, unquam pensi habebat.* Idem ibid. cap. 52 sub fin. *Quibus si quicquam pensi unquam fuisset, non ea consilia de republ. habuissent.* Plautus Trucul. a. 4 sc. 2 v. 52 *Nec mihi adest tantillum pensi jam*, i. e. neque jam curo, &c. *Nec pensi duxerat*, Valer. Max. lib. 2 cap. 9 n. 3. conf. Nonius c. 1 n. 165.

¶ Pensio, ōnis, solutio, item tributum, tagzeit, zahlung, lieferung, sold, zinse. *Pensionem ante diem solvere*, Cicer. lib. 16 ad Attic. epist. 2. *Tertia pensio*, ibidem. Et Livius lib. 31 cap. 13 *Tertia pensio debebatur eo anno*, die dritte tagzeit solte diß jahr abgeleget werden. Idem lib. 33 cap. 30 *Mille talentum daret pop. Romano: dimidium præsens: dimidium pensionibus decem annorum*, die helffte baar, die andere helffte auf termine.

¶ Pensiuncula, æ, diminut. ein kleiner zinß. Columell. præfatione lib. 10 ineunte: *Fœnoris tui, quod stipulanti spoponderam tibi, reliquam pensiunculam percipe.*

¶ Pensor, ōris, qui pendit, expendit, pensitator, ein erweger, wäger. Augustinus Confess. lib. 5 cap. 4 extr. *Mensor cœli, & numerator siderum, & pensor elementorum.*

¶ Pensūra, æ, idem quod *pensio*. Varro de L. L. 4 c. 16 fin. *Propter pensuram trutinam habet positam.*

¶ Penso, avi, atum, āre, diligenter pendere, fleißig erwegen: ut, *Amicos factis pensare, non ex dictis*, Livius lib. 34 cap. 49, aus den wercken die freunde schätzen. Horat. lib. 2 epist. 1 v. 29

Romani trutina pensantur eadem
Scriptores.

Pensare beneficia, est compensare, vergelten, Seneca lib. 3 Benef. cap. 9. *Pensare maleficia benefactis*, Livius lib. 37 cap. 1, böses mit gutem vergelten. ¶ 2. Exæquare, gleich machen, wieder einbringen, Calpurnius eclog. 3 v. 83

Dicitur & cocto pensare legumine panem.

Et eclog. 4 v. 141 Idem Calpurnius:

Sic Deus, & nolis pensare palatia cælo.

Seneca Hercule Oetæo v. 692 *Male pensantur magna ruinis.*
Tacitus 4 Histor. cap. 72 *Ipsis sufficere ignes, quibus tot castrorum excidia pensavimus.* Florus lib. 4 cap. 9 *Sic Crassianam cladem Pacori cæde pensavimus*, i. e. æquavimus, wir habens wieder eingebracht. Vetus Gloss. *Pensat*, ἰξισοῖ, ἀντελλογεῖ, καὶ τιλμίζει.

¶ Pensatus, a, um, erwogen. Silius 7 v. 23 *Pensata diu belli sententia.* Item, vergolten: Livius 26 c. 37 *Transmarinæ res quadam vice pensatæ.*

¶ Pensito, āre, frequentativum, fleißig erwegen. Plin. lib. 7 cap. 7 *Is demum profecto vitam æqua lance pensitabit, qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit*, er wird es recht betrachten und ermessen. Plin. lib. 7 epist. 17 *cum uno aut altero pensitare*, mit andern überlegen. *Pensitare vectigalia*, Cicer. pro Lege Manil. c. 6, est solvere, zahlen, abtragen.

¶ Pensitatus, a, um, überlegt: ut, *Multum ac diu pensitatus amor liberalitatis*, Plin. 1 epist. 8. *Sæpe apud se pensitato*, Tacit. Ann. 3 c. 52.

¶ Pensatio, ōnis, idem quod *pensio* vel *compensatio*, die zahlung, vergeltung, überlegung. Ammianus 16 c. 12 *Pensatione moderata & cauta.* Adde Petron. in Satyr. Quintil. Declam. 332. Vlpianus Dig. 16 t. 2 l. 7 § 1. Sic & in Pandectis sæpe. vide & adde Brissonii exempla.

¶ Pensitatio, ōnis, idem. Plinius lib. 19 cap. 6 *properare præteriti temporis pensitatione.*

¶ Pensator, ōris, ein wäger, erweger, wagmeister. Plin. 33 cap. 3 *Stipis ponderandæ pensatores libripendes dicuntur.*

¶ Pensitator, ōris, idem; ut, *Verborum pensitatores subtilissimi*, die alle worte genau ansehen, und auf die goldwage legen, Gell. lib. 17 c. 1.

¶ Pensabilis, e, ersetzlich. Ammianus 31 cap. 13 *Nunquam pensabilia damna.*

¶ Pensiculo, āre, idem quod *pensitare*, wohl bedencken. Gellius lib. 13 cap. 20 *Moderate aliquid pensiculare.* Hinc

¶ Pensiculate, adverb. mit gutem bedacht. Gellius 1 cap. 3 *A Theophrasto pensiculate & enucleate scripta.*

¶ Pendiculus, i, in Glossis Cyrilli ἀρπεδὼν & ἀρπεδόνιον vertitur, ein kleines seil.

¶ Libripens, dis, vide *Libra*.

Composita cum præposit.

¶ Appendo, ĕre, est tum suspendere: ut, *appendere uvas*, tum & lancem stateramve ponderare, aufhencken, auflegen und wägen. *Pecuniæ appenduntur, non numerantur*, Cicer. 2 Philipp. cap. 38 scil. præ multitudine.

¶ Appendix, icis, quicquid alicui est adjunctum, quasi ex alio pendeat, ein anhang, zusatz, & quicquid accedit rei, ut pars sit ejus, ut uva in vite, Bud. Sic Cicer. in Hortens. apud Nonium cap. 1 n. 199 *Appendix animi corpus.* Livius 21 cap. 15 *Carpetani cum appendicibus*, i. e. cum omnibus sequentibus exercitum, mit dem gantzen troß, verlohrnen troupp. De quantitate penultimæ in obliquis videatur Borrichius in Cogit. p. 310, & Analect. parte 2 pag. 30 seq. Hanc enim producendam esse, sicut alia verbalia, contra vulgarem usum contendit.

¶ Appendicula, æ, ein kleiner anhang, zugabe: ut, *Appendicula caussæ judicatæ & damnatæ*, Cic. pro Rabirio Postum. cap. 4 pr.

¶ Appensus, a, um, angehenckt, abgewogen. Cicer. Tuscul. 5 cap. 21 *Fulgens gladius e lacunari seta equina appensus.* Alii *aptus*. Liv. 5 c. 48 *Nondum omni auro appenso.*

¶ Compendo, ĕre, in usu non est: inde tamen

¶ Compendium, i, der nutz, das interesse, die erspahrung. Cicero in Verr. 5 cap. 46 *In questu sunt compendioque versati*, sie seyn mit gewinn und vortheil umgangen. *Suo privato compendio servire*, Cæsar 3 de Bell. Civili cap. 32. Et Sueton. Vitellio cap. 2 *Cujus filius sectionibus & conductis uberius compendium nactus* &c. Sic Plinius lib. 23 cap. 7 *magno ligni compendio percoquunt*, sie erspahren viel holtz. ¶ 2. *Compendium*, ἐπίτομος, ein kürtzerer weg, kurtzer begriff. Florus lib. 3 c. 3 *Marius, mira statim velocitate occupatis compendiis, prævenit hostem.* Et Quintilianus lib. 2 cap. 13 sub fin. *Stratum militari labore iter sæpe deserimus, compendio ducti.* Idem lib. 1 cap. 1 *brevia docendi monstrare compendia.* Idem 2 cap. 13 sub fin. *Ductus compendio iter deserit*, er gehet in die richte, und läßt die strasse fahren. Plautus in Rud. a. 1 sc. 2 v. 90 *Compendium facere erationis*, dixit, zur stelle und ruhe kommen. Idem, *Compendii facere orationis operam*, Mostell. a. 1 sc. 1 v. 57, & Pœnulo a. 1 sc. 2 v. 138 *Curam hanc facere compendii potes.* Dictum autem *Facere compendii*, ut *Facere lucri.*

¶ Compendiōsus, a, um, zuträglich, richtig, kurtz; ut, *Iter compendiosum*, i. e. breve. *Mortis citæ compendiosus exitus*, Prudent. in Laurentio v. 335. Eleganter Columella lib. 1 cap. 4 *Quod per partes nonnunquam damnosum est, in summa fit compendiosum.*

¶ Compendiārius, a, um, idem; ut, *Compendiaria via*, ein kürtzer und richtiger weg: *Socrates expedita & compendiaria via eos ad gloriam pervenire dicebat, qui id agerent, ut, quales videri vellent, tales etiam essent*, Valer. Max. lib. 7 cap. 2. Absolute *Compendiariam*, pro compendiaria ratione seu via dixit Seneca epist. 27; *Hanc*, inquit, *compendiariam excogitavit.* Et epist. 119 pr. *Ad maximas te divitias compendiaria ducam.* Petronius post principium: *magnæ artis compendiariam invenit.*

¶ Compendiario, intellige *itinere*, aufs kürtzste. Seneca epist. 73 *Te in cælum compendiario voco.*

¶ Compendiatus, a, um, kurtz gefaßt, zusammen gezogen. Tertull. adv. Marc. 4 c. 1 *Compendiatum est novum testamentum.* Idem mox c. 9 *Facturus sermonem compendiatum.*

¶ Compendifacio, ĕre, gewinnen, erspahren, kurtz fassen. Plaut. Pers. a. 4 sc. 3 v. 2 *Ego hodie compendifeci binos panes.* Idem Most. a. 1 sc. 1 v. 57 *Orationis operam compendifacere.* Et separatim, Idem Bacch. a. 2 sc. 2 v. 6 *Compendi verba multa jam faciam tibi.* Sic *compendifieri* passive apud eundem Asin. a. 2 sc. 2 v. 41. Ausonius epist. 17 prosa, sub finem: *Hæc ad litteras tuas responsa sint. Cetera, quæ noscere habes, compendifaciam.*

¶ Compenso, avi, atum, āre, tribuere, respondere officio, beneficio &c. vergleichen, erstatten, vergelten; ut, *Labores compensantur gloria*, Cicer. 3 de Orat. c. 4. *Vitia senectutis diligentia compensanda sunt*, Idem de Senect. cap. 11. *Dissolvere & compensare damna*, Idem in Verrem 7 cap. 13. Et Valer. Max. lib. 1 cap. 1 *Lento gradu ad vindictam sui divina procedit ira, tarditatemque supplicii gravitate compensat*, er ersetzet es, bringts wieder ein. ¶ 2. Et cum præpositione. Cicer. de Finibus lib. 2 cap. 30 *Compensabatur cum summis doloribus lætitia.*

¶ Compensatus, a, um, ersetzt, vergolten. Cicer. de Orat. 3 c. 4 *Labores magna compensati gloria mitigantur.* Idem Verr. 5 cap. 13 *Damna compensata.*

¶ Compensatio, ōnis, comparatio, die vergleichung, vergeltung. Cicer. lib. 1 de Nat. Deor. cap. 9 extr. *Quæ sunt incommoda in vita, sapientes commodorum compensatione leniunt.*

¶ Dependo, ĕre, idem quod pendere, aut solvere, bezahlen; ut, *Dependere mercedem*, lohnen, ablohnen, Colum. 5 c. 1. *Is dependi facile patitur, pro quo spoponderis*, Cicer. ad Brutum epist. 18. *Dependere pœnas*, Idem pro Sextio c. 67, straffe leiden. *Tempora dependere amori*, Lucanus 10 v. 80, die zeit drauff wenden. ¶ 2. Item, examinare, vide Scalig. Auson. Lect. lib. 1 c. 17.

¶ Depensus, a, um, bezahlt. Apulej. Metam. 8 *Depenso pretio*, i. e. soluto. Sic & absolute, *Depenso parare*, id est, immenso pretio parare, theuer kauffen, Apul. Apolog. p. 293.

¶ Dispendo, ĕre, distribuere, ausspenden, verspenden, vertheilen. Columella lib. 8 c. 2 de gallinis cohortalibus; *Parandi modus est ducentorum capitum, quæ pastoris unius curam dispendant.*

¶ Dispendium, i, damnum, verlust, schaden. Plaut. in Menæchm. a. 3 sc. 2 v. 20 *Minore nusquam bene fui dispendio*, mit weniger unkosten. Terent. in Hecyr. a. 5 sc. 2 v. 29 *Vt gratiam ineat sine suo dispendio*, ohne seinen nachtheil. *Dispendia famæ*, apud Claudianum de 6 Conf. Honor. v. 452. Apul. Apolog. p. 276 *Impenso labore, diuque noctuque, cum despectu & dispendio bonæ valetudinis eloquentiam quæsissem.* ¶ 2. *Dispendium*, via obliqua & per ambages, ein umweg, contraria *compendio*, apud Lucan. lib. 8 ineunte:

Hemoniæ deserta petens dispendia silvæ.

¶ Dispendiōsus, a, um, nachtheilig, schädlich. Columella lib. 2 c. 21 pr. *Cunctatio dispendiosa est*, säumen thut kein gut. Sextus Rufus c. 29 *Conditiones pacis dispendiosæ*

¶ Dispenso, āre, distribuere, disponere & ordinare est, vertheilen, jedes an seinen ort austheilen, rathsam anstellen, ordnen; ut, *Dispensare rem domesticam*, Cicer. 11 ad Attic. epist. 1, die haußhaltung einrichten. Ovid. ad Liviam v. 371

Fortuna arbitriis tempus dispensat iniquis.

¶ Dispensatus, a, um, ausgetheilt, eingerichtet, verwaltet. Statius 5 Silv. 2 v. 74 *Pietas per omnes dispensata modos.* Seneca lib. 1 de Beneficiis cap. 10 *in petulantiam & audaciam erumpet male dispensata libertas.*

¶ Dispensātio, ōnis, ipsa dispensatoris functio seu munus, die verwaltung, einrichtung. Suetonius Othone cap. 5 *Servo Cæsaris pro impetrata dispensatione decies sestertium expresserat.* Item Vespasiano cap. 23 *Quemdam e caris ministris dispensationem cuidam, quasi fratri, petentem* &c. *Dispensatio ærarii* apud Ciceronem in Vatin. c. 15 administratio est. Gloss. Vet. Οἰκονομία, *Dispensatio, administratio.* ¶ 2. Sicut autem Græci Patres οἰκονομίας vocabulo de incarnationis Christi mysterio ejusque humana natura, (unde & θεολογίαν & οἰκονομίαν aliquando opposuerunt, quod & Heinsius in Aristarcho sacro observat,) ita Latini eadem in re *Dispensationis* voce fuerunt usi: ut Fulgentius lib. 1 de incarnatione Christi cap. 1 &c. Alii & *disponendi* verbo usi leguntur. Alcimus Avitus ad Sororem v. 207

Solus qui carnis proprium disponeret ortum.

Caussam appellationis Cyrillus aperit epist. ad Successum Isauriæ Episc. quod λόγος, sive verbum carnem sibi unierit, non conversione naturæ factus homo, ut nos, sed dispensatoria voluntate. *Voluit enim,* inquit, *fieri homo, quod non erat: secundum naturam tamen quod erat Deus, nequaquam abjiciens.*

¶ Dispensator, ōris, servi genus, qui domini rationes atque pecunias curabat & disponebat, sive dispensabat, ein verwalter, hofmeister. Cicero apud Nonium in AERA c. 3 n. 18 *Quid? tu, inquam, soles, cum rationem à dispensatore accipis, si æra singula probasti, summam, quæ ex his confecta est, non probare?* Passim eorum mentio, cum apud alios, tum apud Suetonium, itemque in Lapidibus vetustis. Vet. Gloss. *Dispensator*, Οἰκονόμος, ἐπιδαπανητής. Item Οἰκονόμος, *Dispensator, Oeconomus*, ein haußhalter. Vetus Scholiastes Persii ad satyr. 2 v. 59 *Fuit autem assis libralis & dipondius, quod hodie in usu remansit, & solebat pensari potius, quam numerari: unde & DISPENSATORES dicti prorogatores.* Nimirum, qui tum *Prorogatores* appellabantur, hos ante *Dispensatores* dictos, significat. Neque vero *Dispensatores* pecunias tantum, sed & alias res dominorum tractabant. Nam & conservis τὸ σιτόμετρον, sive τὴν τροφὴν, hoc est, demensum præstare solebant. Vnde Zeno Veronensis Serm. 1 ad Neophytos: *Joseph promotus, ad mensuram prorogat cunctis annonam.* Neque vero *Dispensatores* in privatis familiarum, sed palatinis, hoc est, principum ministeriis erant, schatzmeister, cammermeister, &c. Cujusmodi munere apud Domitianum functus Hetruscus, de quo Statius 3 Silvarum carm. 3 v. 86

creditur uni
Sanctarum digestus opum, partæque per omnes
Divitiæ populos, magnique impendia mundi &c.

Cum itaque omne patrimonium principis curarent dispensatores, facile licet conjicere, lucrosum admodum id muneris genus fuisse. Qua de caussa nescio quis servus Othonis, qui apud Galbam id impetraverat sibi, decies sestertium, hoc est, 25000 coronat. dedit, ut Suetonius refert Othonis vitâ cap. 5. Atque hi *Dispensatores ordinarii* vocantur Suetonio in Galbâ c. 13. Vide Torrent. Othone, dicto loco, itemque Statianos interpretes, Gevartium & Crucium, nec non Pignorium de Servis. De dispensatore rationis privatæ exstat Inscript. apud Gruter. p. 597. *Provinciarum* quoque erant *dispensatores*, quemadmodum Claudii quemdam servum Plinius 33 cap. 11 *dispensatorem Hispaniæ citerioris* vocat. De *dispensatore capitolii, dispensatore castrorum, dispensatore ad census provinciæ Lugdunensis*, vid. Fabrett. p. 293. Apud Festum *Dispensatores dicti, qui æs pensantes expendebant, non adnumerabant.* Neque tamen in sola erogatione, sed etiam in exactione dispensatorum munus versabatur, quod exigendæ quoque pecuniæ facultatem haberent, uti patet ex l. *Dispensatori* 51 Dig. de solut. & liberat.

¶ Dispensatrix, īcis, eine verwalterin. Hieronymus Quæst. Hebr. in 1 Paralip. 1 *Mezaab filia aurificis, quæ duos patres habere describitur, ad significandum mysterium sub una interpretatione nominum: ut aurifex genuerit dispensatricem, dispensatrix genuerit benignitatem Domini.* Et Ambrosius lib. 1 Offic. cap. 12 pr. *Plerique revocantur ab officio dispensatricis misericordiæ.*

¶ Dispensātōrius, a, um, haußhälterisch. *Dispensatoria simulatio*, Augustinus Hieronymo (inter Hieronymi epist. 97.)

¶ Indispensatus, a, um, non dispensatus, unordentlich. Silius lib. 16 v. 341 *Indispensato lassantem corpora nisu;*
hoc est, immoderato.

¶ Expendo, ĕre, auswägen. *Expendere atque æstimare pecunia*, Cicer. in Verr. 7 cap. 9. Plaut. in Mercat. a. 2 sc. 4 v. 19 *Hunc hominem decet auro expendi*, der mann ist golds werth. ¶ 2. Inde examinare est, considerare, bedencken, überlegen. Cic. pro Flacco cap. 5 *testem diligenter expendere.* Idem Offic. 1 cap. 31 *quæ contemplantes expendere oportebit.* Et de Oratore lib. 2 cap. 76 extr. *argumenta caussarum expendere*, erwegen. ¶ 3. Dein ad pœnas refertur. Tacit. Ann. 12 c. 19 *pœnas capite expendere*, mit dem halß bezahlen. Virgil. Æn. 11 v. 258 *Scelerum pœnas expendimus omnes.*
Contra apud Silium lib. 7 v. 713 *dignum pretium expendere*, est belohnen, vergelten.

¶ Expensus, a, um, ausgewogen: ut, *expensum aurum*, Cic. pro Flacc. c. 28. *Ire expenso gradu*, Propert. 2 eleg. 3 v. 6.

¶ Expensum, i, subst. &

¶ Expensa, æ, sumptus, die ausgabe, unkosten: ut, *Codex accepti & expensi*, ein verzeichniß der einnahm und ausgabe, Cicer. pro Rosc. Com. c. 3. *Expensum ferre*, est, vel annotare pecuniam expensam, vel pecuniæ datæ chirographum exhibere; Cicer. in Verr. 1 c. 39 *Te elapsurum omni suspicione arbitrabare, si, quibus pecuniam credebas, iis expensum non ferres, neque in tuas tabulas ullum nomen referres* &c. Sed, *Expensum aliquid alicui ferre*, einem etwas zuschreiben, oder bekennen, daß man es von ihm bekommen. Plin. 2 cap. 7 de fortuna: *Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta.* Plaut. Most. a. 1 sc. 3 v. 145, & Truc. a. 4 sc. 2 v. 36 *Accepti & expensi ratio.* Idem Truc. a. 1 sc. 1 v. 54 *Accepta & expensa meretricia.*

¶ Expenso, āre, ausgeben, unter die ausgabe rechnen. Plaut. Pseud. a 2 sc. 2 v. 32 *Argentum accepto, expenso.* Scævol. leg. 41 § libertatem ff. de fideicomm. libert. *Nummos redactos expensavit tutoribus.*

¶ Expensilatio, ōnis, die verrechnung wegen des ausleihens, apud JCtos & Gell. lib. 14 cap. 2. Vide supra *Acceptum* in *Capio.*

¶ Impendo, ĕre, insumere, anlegen, dran wagen; ut, *Impendere pecuniam, sumtus*, geld, unkosten aufwenden. Cicer. in Verr. 5 c. 5 & de agricultura: *Ad incertum casum & eventum certus quotannis labor & certus sumtus impenditur.* Sic, *Impendere tempus*, Plin. lib. 3 epist. 5. *Laborem impendere studiis*, Idem lib. 6 epist. 20. *Curam impendere*, Columell. præfat. operis: *Operam*, Idem lib. 12 cap. 1, fleiß dran strecken. Quæ per se omnes usitatæ Latinorum locutiones sunt. *Impendere vitam famæ*, Statius 5 Silv. 1 v. 63, das leben dran setzen, seinen ehrlichen nahmen zu erhalten.

¶ Impendium, i, impensa, aufwand, unkosten; ut, *Instituere quæstum sine impendio*, gewinnen und nichts dran setzen wollen, Cicero pro Quint. cap. 3. Idem ad Attic. lib. 6 epist. 1 *Fœnus & impendium recusare.*

¶ Impendio, adverbium, idem quod *impense*, sehr, hefftig. Terent. Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 39 *Impendio magis animus gaudebat mihi*, id est, multo magis, da ward mein hertz noch viel freudiger. Additur enim comparativis; ut, *Impendio loquacior*, Gellius lib. 1 cap. 2. Tamen etiam sine comparatione: Apulejus Apolog. p. 275 *Etiam hi, qui sibi delicti alicujus conscii sunt, tamen cum male audiunt, impendio commoventur & obirascuntur.*

¶ Impendiōsus, a, um, qui nimium impendit, verthulich, der zu viel ausgiebt, aufwendet. Plaut. in Bacchid a. 3 sc. 2 v. 12

Nimio præstat, impendiosum te, quam ingratum dicier:
Illum laudabunt boni, hunc etiam ipsi culpabunt mali.

¶ Impensus, a, um, aufgewendet: item, groß, kostbar. Ita *impensum pretium*, pro grandi Cæsar dixit lib. 4 de B. G. c. 2. Et Tacitus 1 Histor. c. 31 *Longa navigatione ægros impensiore cura Galba referebat.* Et Apulejus Apologia sub finem: *impensis precibus oravi*, i. e. magnis. Et, *impenso labore*, ibidem post principium. *Impensa operâ invenire*, Gellius lib. 9 c. 14. *Impensiore damno*, Idem lib. 20 cap. 1. Ovid. lib. 2 Metam. v. 406 *Arcadiæ tamen est impensior illi*
Cura suæ, i. e. major.
Sic, *impensioribus verbis laudare*, est majore studio, apud Valer. Maxim. lib. 4 cap. 3 extern. 1. *Impensissimæ preces*, Sueton. Tib. c. 13.

¶ Impensa, æ, subst. unkosten; ut, *facere impensam in rem aliquam*, hoc est, sumtum, unkosten auf etwas wenden oder wagen, Cicer. Philipp. 6 cap. 5. *Impensæ parcere*, Livius lib. 35 c. 44, mit unkosten an sich halten. *Periit & opera & impensa*: Item, *Operam & impensam perdere*, unkosten und arbeit verlieren. Vbi *impensa* fartura est; vide supra in *Oleum* & *Opera.*

¶ Impensus, ûs, idem: *Majore impensu*, alia forma, Symmachus pater dixit lib. 1 epist. 11.

¶ Impense, adv. admodum, valde, sehr, hefftig: ut, *Vir impense doctus*, Gell. lib. 10 cap. 24. *Impense invidere*, Terent. Eunuch. a. 3 sc. 1 v. 23. Et, *Impensius legatos supplices mittere, pacem orare*, Sallust. Jug. c. 47. *Impensius rebus suis diffidere*, ibidem cap. 75. Et, *Impensius petere*, Sueton. Claud. cap. 11. *Incendio absumta impensissime reparare*, hoc est, magnis impensis, Idem in Domitiano c. 20.

¶ Impensibilis, e, quod satis expendi nequit, unbegreifflich; ut, *Veritas impensibilis*, Gell. 11 c. 5, sed alii *incomprehensibilis.*

¶ Interpendium, i, idem quod *compendium*, metaphora a ponderibus sumta, cum in utraque lance paria sunt, gleich gewicht. Vide Salmas. in Solin. p. 708, (ed. nov.) ubi ex Glossis refert: *Interpendium*, παράλληλον, ubi Labbæus *interpondium* edidit tam in græco-latinis, quam latino-græcis Glossis.

¶ Interpensīvus, a, um, darzwischen gespannt. Vitruvius 6 c. 3 absolute: *trabes in atrii latitudine trajectæ habeant interpensiva*; quæ quid sint, disputant interpretes. Vide Lex. Vitruv. p. 62.

¶ Perpendo, ĕre, diligenter expendere, considerare, betrachten, ausrechnen, überlegen; ut, *Acri judicio perpendere*, Lucret. lib. 2 v. 1040, scharff nachdencken. *Diligentissime perpendere momenta officiorum*, Cic. pro Muræn. c. 2. Proprie, *perpendere in librili*, wägen, apud Gellium lib. 20 c. 1.

¶ Perpensus, a, um, consideratus, accuratus, exactus, erwogen, genau untersucht. Colum. 3 c. 1 *Perpensum & exploratum habere.* Arnobius lib. 2 pag. 52 *Homo examinis judiciique perpensi.*

¶ Perpense, adverb. genau, eigentlich; cujus comparativo usus est Ammianus lib. 25 extremo: *perpensius judices electurus.* Idem lib. 26 c. 12 *Vtilitate rei perpensius cogitata.*

¶ Perpenso, are, frequentativum, wohl erwegen. Idem Ammianus lib. 19 cap. 24 *altis mentibus perpensantes*: & lib. 24 cap. 8 *instantiam obsidentium perpensantes.*

¶ Perpensatio, ōnis, die erwegung, betrachtung. Gellius lib. 2 cap. 2 *perpensatio bonorum atque officiorum.*

¶ Perpendĭcŭlum, i, regula erectæ staturæ, das loth, die bleyschnur, richtschnur. *Ad perpendiculum columnam dirigere*, Cæs. 4 de B. Gall. c. 17. *Ad perpendiculum esse*, gleich oder nach der schnur gerichtet seyn, Cic. in Verr. 3 c. 51. *Ad perpendiculum fieri*, Plin. lib. 35 c. 14. Ammianus 29 cap. 2 *Honestatem lenium morum velut ad perpendiculum librans.* Ausonius Parental. 5 v. 8

Ad perpendiculum seque suosque habuit, alles an der schnur.

¶ Perpendĭcŭlāris, e, schnurgleich, gerade herunter. Vet. Gloss. *Perpendiculare*, ἐπικάθετον.

¶ Perpendiculator, ōris, qui perpendiculo utitur, ut faber materiarius, cæmen-

cæmentarius, ein zimmermann, maurer. Epitome Victoris in Hadriano: *Ad speciem legionum militarium fabros, perpendiculatores, architectos, genusque cunctum exstruendorum mœnium, seu decorandorum, in cohortes centuriavit.*

¶ Perpendícŭlatus, a, um, ad perpendiculum factus, abgemessen nach der schnur. Martian. Capella lib. 6 *Illæ velut perpendiculatæ suspectantur.*

¶ Propendo, ĕre, plus pendere, mehr wiegen, über die wage schlagen. Plaut. Asin. a. 2 sc. 2 v. 39 *Nec dependis, nec propendis*, &c.

¶ Propensus, propense, propensio, vide in *Pendeo.*

¶ Répendo, ĕre, compensare, vergleichen, erstatten, ersetzen, wieder vergelten; ut, *Dona, præmia, gratiam rependere*, poëtis familiaria sunt. Statius 9 Thebaid. v. 658 *Hæc sola rependo Dona pio comiti.* Ibidem v. 50 *Has tibi grates, hæc præmia digna rependi?* Et Ovidius 2 Metam. v. 694 *Ne gratia facto Nulla rependatur.* Idem Her. epist. 15 Sapphûs v. 31 *Si mihi difficilis formam natura negavit,*
Ingenio formæ damna rependo meæ.

¶ Repensus, a, um, zugewogen, vergolten. Cic. de Orat. 2 cap. 67 *pro capite aurum repensum.* Et Plin. 3 cap. 3 *Caput auro re[p]ensum.*

¶ Repenso, are, frequentat. idem. Columella 3 cap. 2 *[A]d tamen incommodum repensant uvarum multitudine.* Vellej. 2, 12, 5 *Videtur bona malis repensasse.*

¶ Repensatio, ōnis, die vergleichung, vergeltung. Salvianus lib. 4 ad Eccles. p. 151 *Ad repensationem vicissitudinis.*

¶ Suspendo, ĕre, anhencken, aufhencken, anhefften. Virg. 4 Georg. v. 307 *Tignis nidum suspendit hirundo. Telas suspendit araneus. Suspendere se e fico*, Quintil. lib. 6 cap. 3. *Suspendere se de arbore*, Cic. lib. 2 de Orat. cap. 69, sich erhencken. *Suspendere in furcas*, an galgen hencken, Vlpian. in l. sacrilegii §1 ff. ad l. Jul. pecul. ¶ 2. *Suspendere* est differre, sistere, cohibere. Liv. 39 cap. 29 *Medio responso rem suspenderunt*, sie haben den handel aufgeschoben. Ovid. Fast. 4 v. 849 *Nec jam suspendere fletum sustinet*, er kan sich des weinens nicht enthalten. Plin. 28 cap. 7 *fluxiones oculorum suspendit*, es stillet das augentrieffen. ¶ 3. Item, incertum reddere & morari, aufziehen. Suet. Tib. cap. 24 *Senatum ambiguis responsis & callida cunctatione suspendens.* Plin. 2 epist. ult. *Diu miseram exspectatione suspendit.* conf. Curt. 7, 4, 14. *Naso adunco aliquem suspendere*, vide *Nasus.* ¶ 4. *Suspendi* etiam structuræ dicuntur fornicati operis. Cicero Topicis cap. 3 *Ejus operis* (fornicis) *vitio, quod ita ædificatum est, ut suspendi non posset*, i. e. fornicari firmiter, solideque. Hinc

¶ Suspensus, a, um, aufgehenckt; ut, *Aulæa suspensa*, Horat. 2 sat. 8 v. 54. *Suspensa mento corpora*, Idem epod. 5 v. 36. ¶ 2. Erectus, fornicatus, aufgerichtet, gewölbt; ut, *Suspensa saxis rupes*, Virg. Æn. 8 v. 190. *Suspensis auribus aliquid bibere*, fleißig zuhören, Propert. 3 eleg. 5 v. 8. ¶ 3. Cohibitus, zurück gehalten; ut, *Suspensæ diu lacrymæ fluxere*, Ovid. Amor. 1 eleg. 7 v. 57. *Suspensus volatus*, Stat. 3 Theb. v. 463. ¶ 4. Dubius, incertus, ungewiß, zweiffelhafft; ut, *Detinere aliquem suspensum*, Cicer. 10 ad Attic. epist. 1, [illegible]en im zweiffel stehen lassen. Sic, *Animus suspensus & solicitus*, Idem ad Attic. 2 epist. 18. Et, *Suspensus exspectatione rerum novarum*, lib. 15 fam. epist. 1. *In suspenso relinquere*, Plin. lib. 10 epist. 40 ad Trajanum, unerörtert lassen. *Suspensa manu commendare*, Idem lib. 6 epist. 12 pr. hoc est, dubia. Comparativ. *Suspensiore animo*, Hirtius B. African. cap. 49. Superl. *Suspensissimum pastinatum*, Colum. 3 cap. 13. ¶ 5. Tardus, langsam; ut, *Suspenso gradu ire*, leise gehen, schleichen, Ter. in Phorm. a. 5 sc. 6 v. 28. *Suspensum vestigium* similiter dixit Plinius Panegyr. cap. 22. *Suspenduntur* autem *vestigia & gradus*, quando molliter atque cum cura ac solicitudine reponuntur pedes, ne sonum temere fixi excitent: unde *suspensum & insanum vestigium* Apulejus dixit 3 Milesiar. Virgilius in Ciri v. 212
Tum suspensa levans dignis vestigia primis
Egreditur. Vide ibi Lindebruchii notas.

¶ Suspense, adverb. cujus comparativo Augustinus usus est lib. 10 Confess. cap. 34 extr. *quia suspensius incideram.*

¶ Suspensio, ōnis, opus fornicis, die fläche des gewölbes. Vitruvius de fornice hypocausti loquens 5 cap. 10 *Flamma pervagabitur sub suspensione.*

¶ Suspensūra, æ, idem. Vitruv. l. c. *Suspensuræ caldariorum ita sunt faciendæ*, &c.

¶ Suspendiōsus, a, um, qui sibi ipsi laqueo fregit gulam, erhenckt. Varro apud Servium in 12 Æn. v. 603 SVSPENDIOSIS, *quibus justa fieri jus non sit, suspensis oscillis veluti per imitationem mortis parentatur.* Vsus & Plinius lib. 28 cap. 4.

¶ Suspendium, i, die erhenckung. Cassius Hemina apud eumdem Servium citato loco scribit, *Tarquinium Superbum, cum cloacas Pop. facere coëgisset, & ob hanc injuriam multi se suspendio necarent, jussisse corpora eorum cruci affigi: Tunc primum turpe habitum est, mortem sibi consciscere*, &c. Reperitur & apud Plautum *ad suspendium adigere*, in Aulul. a. 1 sc. 1 v. 11. *Suspendio vitam amittere*, Gellius lib. 15 cap. 10.

Pendulus, vide paullo ante *Pendeo.*

PĒNĔ, vel Pæne, prope, propemodum, fast, bey nahe. Cicer. 1 fam. epist. 4 *Bibulum habuimus multo justiorem, pene etiam amicum.* Virg. eclog. 8 v. 18 *Pene simul tecum solatia rapta.* Id. Heroid. epist. 16 v. 357 *Pene puer*, noch gar jung. Superl. *Penissime.* Apulejus Met. 8 p. 203 *Pænissime ibi, quam devoverat, reddit animam.*

PĒNĔLEVS, ĕi, unus ex Bœotorum ducibus, Virg. Æn. 2 v. 425.

PĒNĔLŎPE, es, Πηνελόπη, Vlyssis conjux, laude pudicitiæ, in diuturna mariti absentia custoditæ, celebris. vid. Ovid. Heroid. epist. 1, quæ est Penelopes. Vnde & pro casta qualibet & pudica ponitur. Martialis lib. 1 epigr. 63
Incidit in flammas, juvenemque secuta relicto
Conjuge, Penelope venit, abit Helene.
Vide tamen Fr. Florid. Sabinum lib. 3 Lect. Subcisiv. cap. 2. Voss. lib. 1 Instit. Orat. p. 123. ¶ *Penelopes telam texere*, est destruere illa, quæ effeceris. Proverbium natum ex fabula de Penelope illudente procos pollicitatione telæ absolutæ, einen aufhalten, und auf ungewiß ding vertrösten. *Sponsos Penelopes* Horatius 1 epist. 2 v. 28 vocat homines luxui deditos; quia illis nihil cordi erat præter convivia, citharam, choream, voluptates: vide Chiliadas.

¶ Pēnĕlŏpæus, a, um, adject. ut, *Penelopæa fides*, Ovid. 5 Trist. eleg. ult. v. 36.

PĒNELOPS, ŏpis, Πηνέλοψ, avis circa paludes & amnes versans, vario colore, collo puniceo, anas fortassis illa fera, quam Germani ein rothhals vocant: Gesner. & Plin. 37 cap. 2.

PĔNES, præpos. quæ potestatis, aut possessionis, aut administrationis significationem habet, bey. *Esse penes aliquem*, significat in alicujus manu & potestate esse, in eines gewalt stehen: Cic. de Leg. Agraria cap. 19 *Agrorum omne judicium, & potestas penes Pompejum est.* Justinus principio operis: *Imperium penes reges erat.* Vellej. 2, 63, 1 *Summa virium penes eum est*, die macht beruhet auf ihn. Et Plaut. in Amph. a. 2 sc. 2 v. 21 *omnia bona adsunt, quem penes est virtus*, id est, a quo virtus quodammodo possidetur, wer tugend hat, der hat alle güther. Terent. in Adelph. a. 3 sc. 3 v. 34 *Hæc jam penes vos psaltria est?* id est, apud vos. Horat. Art. Poët. v. 72 *Quem penes arbitrium est* &c. Ovid. Fast. 1 v. 119
Me penes est unum vasti custodia mundi.

Penetrale, &c. vide in sequenti *Penetro.*

PĔNETRO, avi, atum, are, quasi penitus, intus intrare, inwendig hineingehen, durchgehen, durchdringen; ut, *Penetrare in urbem*, Livius lib. 2 c. 53. *in partum*, Cic. 7 Verr. c. 37. *in cælum*, Idem 2 Nat. Deor. cap. 61 pr. Et, *In extremos penetrare Indos*, Catullus carm. 11. *Penetrare in animos*, Cicer. de Clar. Orat. cap. 38. *Penetrare inter ceremonias*, Sueton. Cæsare cap. 6. ¶ Plautus non semel active usus est; ut, *penetrare se in fugam*, Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 94; & *penetrare pedem in ædes*, Menæch. a. 5 sc. 2 v. 64. Vnde passivum bonis scriptoribus superest

¶ Penetratus, a, um, durchdrungen, hindurchgedrungen. Stat. 4 Silv. 6 v. 104 *Penetrata limina mortis.* Vellejus lib. 2 cap. 5 n. 1 *penetratis gentibus*: & cap. 40 de Pompejo: *penetrasæ cum victoria Media, Albania, Iberia.*

¶ Penetrātio, ōnis, die durchdringung. Apulejus 4 Florid. p. 360 *Paribus utrinque aculeis, simili penetratione.*

¶ Penetrator, ōris, qui penetrat, ein durchdringer. Augustinus epist. 199 *domus alienæ penetratores.* Paulinus Nolanus epist. 29 [al. 10] n. 2 *Divinarum aurium penetrator*, hoc est, qui ardenter orat. Et Prudentius Hamartig. v. 874 *ignis*
Trajector nebulæ, vasti & penetrator operti est.

¶ Pĕnetrālis, e, adjectivum, einwertig, innerst; ut, *Adyta penetralia*, Virg. Æn. 2 v. 297. *Penetrales Dii*, de quibus jam dictum in *Penates.* Sic, *Abditi & penetrales foci*, i. e. interiores, Cic. de Arusp. Resp. cap. 27. *Penetrales tenebræ*, Solin. cap. 58 (Salmas. 46) de Assyria. *Penetrale chaos infernæ gehennæ*, Sedulius in Lucæ cap. 8. Comparativus est Lucretii lib. 2 v. 382 *Fulmineus multo penetralior ignis*

¶ Penetrale, is, subst. significat omnem partem interiorem domûs vel templi: seu omne quod in intimis est partibus, ein innerlich gemach, das inwendige im hause. Claudianus lib. 2 in Consul. 1 Stilic. v. 444 *penetrale profundum Panditur.*
Et Ovidius Metam. lib. 15 v. 34
patriumque simul transferre parabat
In sedes penetrale novas.
Crebrius plurale: ut, *Penetralia regum*, die königlichen zimmer, Virg. Æn. 2 v. 484. *Arcana tecti penetralia*, Stat. 5 Theb. v. 313. Festus ait *penetralia penatum esse sacraria.* ¶ Legitur etiam *Penetral.* Macrob. Saturn. 7 c. 1 *Intra suum penetral.* Symmach. 2 epist. 34 *Sanctum penetral animi tui nesciunt.*

¶ Penetrāliter, adverb. einwerts, innerlich. Fortun. 4 Mart. *Penetraliter ulcera mordent.*

¶ Pĕnetrābĭlis, e, quod facile penetrat, vel penetratur, durchdringend. Virg. Æn. 10 v. 481 *Penetrabile telum.* Martialis lib. 4 eleg. 19
Ne madidos intret penetrabile frigus in artus.
Passive Statius lib. 3 Silv. 5 v. 21 *caput haud penetrabile Nili.*
Compar. *Penetrabilius in venas vinum*, Macrob. lib. 7 Saturn. c. 12.

¶ Impenetrabilis, e, quod penetrari non potest, undurchdringlich; ut, *Impenetrabilis ferro silex*, Livius lib. 36 cap. 25. *Tergus impenetrabile*, Plin. 8 cap. 25, eine haut, dadurch man nicht stechen kan. *Superior pars corporis Crocodili impenetrabilis*, Senec. 4 Quæst. Nat. c. 2. *Impenetrabilis blanditiis vitiorum*, Idem ejusdem libri præfat. Sic, *pudicitia impenetrabilis*, quæ expugnari non potest, apud Tacitum 4 Annal. cap. 12.

PĒNĒVS, sive Penēos, i, Πηνειός, fluvius Thessaliæ inter Ossam & Olympum decurrens, ubi Tempe. In hujus ripa Daphnis in laurum conversa dicitur, Ovid. Met. 1 v. 569.

¶ Penēïus, a, um, adject. ut, *Daphne Peneia*, ibid. v. 452.

¶ Penēus, a, um, idem; ut, *Nympha Penea*, i. e. Daphnis, ibid. v. 504.

¶ Penēis, ĭdis, fœm. ut, *in Nympha Peneide*, ibid. v. 472.

Penicillus, peniculamentum, peniculus, vide mox in *Penis.*

Peninsula, vide supra *Insula.*

PĒNIS, is, cauda, interprete Festo, ein schwantz. Nævius apud eumdem: *Lares peni pinxit bubulo*, hoc est, penicillo grandi, ex bubula cauda facto. Vnde *Offa penita*, offa porcina cum cauda, eodem auctore. ¶ 2. Est & in obscenis hoc vocabulum, & id significat, quo viri sumus, das männliche glied. Sic, *adolescentes peni deditos*, Piso dixit. Vide Ciceron. lib. 9 fam. epist. 22. Sic Cato lib. 4 Distich. *Indulgere gulæ noli, quæ penis amica est.*

¶ Pēnītus, a, um, caudatus, geschwäntzt; ut, *Offa penita*, Festus. Vide paullo ante in *Penis.*

¶ Pēnĭcŭlus, seu Peniculum, i, diminutivum, ein schwäntzlein. Festus: *Peniculi, queis calceamenta tergentur, quod e caudis extremis faciebant antiqui, qui tergerent ea*, eine kehrbürste, schuhbürste. ¶ 2. Instrumentum item pictorum, quo colores ducunt, ein pinsel, Plin. lib. 30

cap. 10

cap. 10 de Apelle: *Arrepto peniculo, lineam ex colore duxit ſummæ tenuitatis per tabulam.* ¶ 3. *Peniculus* etiam ſpongiam ſignificat; ut, *peniculo abſtergere vulnera*, die wunden mit einem ſchwamm wiſchen oder trucknen, Terent. in Eunuch. a. 4 ſc. 7 v. 7.

¶ Pēnĭcillus, ſive Penicillum, i, diminutivum aliud, ein pinſel. Quintilianus lib. 2 extremo: *Opifex deſiderat inſtrumentum, ut cælator cælum, pictor penicilla.* Metaphorice Cicero 2 ad Qu. fratr. epiſt. 14 *pingam coloribus tuis, penicillo meo.*

¶ Pēnĭcŭlāmentum, i, der ſchwantz. Arnob. lib. 5 p. 163 *Peniculamentă decurtantem canteriorum*, id eſt, caudas. vid. Elmenh. ad h. l. p. 162. Ennius pro laciniis tractis veſtium poſuit, ut docet Scalig. ad Catalecta p. 162, der ſaum am kleide. Adde ex Lucilio & Cæcilio Nonium cap. 2 n. 624.

¶ Penicŭlo, are, ſchwäntzen. Ita Arnobius l. c. Bacchum *peniculantem* vocat, ubi Scaliger *peniculamenta* legit.

PĔNĬTVS, adverbium loci & qualitatis, in intima parte, prorſus, omnino, gar drinnen, inwendig, durchaus, gäntzlich; ut, *Effodere aurum & argentum penitus abditum*, Cicer. 2 Offic. cap. 3 extr. *Periculum inclusum penitus in venis atque viſceribus reipubl.* Idem in 1 Catilin. cap. ult. Et ad Qu. fratr. lib. 1 epiſt. 1 cap. 5 *Explicari mihi conſilium tuum plane volo, ut penitus intelligam*, daß ich es gründlich verſtehe. *Victoriam penitus amittere*, Idem 2 Offic. cap. 8, gantz und gar. *Penitus præcepta animo figere*, Tacit. Agric. cap. 45 n. 6, tieff zu hertzen nehmen. *Penitus haurire philoſophiam*, Auct. Dialog. de Orat. cap. 30. ¶ Revera adjectivum eſt: Dicebant enim antiqui

¶ Pĕnītus, a, um, penitior, penitiſſimus, innerſte. *Penitum* enim intimum erat. Sic, *usque ex penitis faucibus*, Plautus Aſinariâ a. 1 ſc. 1 v. 28. Idem in Ciſtellaria a. 1 ſc. 1 v. 65 *penitiſſimum pectus*; & in Perſa a. 4 ſc. 3 v. 71 *Barbariam penitiſſimam* dixit. *Penitiſſimos Scythas* Gellius lib. 11 cap. 4. Et Macrobius lib. 5 Saturn. cap. 19 *De Græcorum penitiſſimis litteris hanc hiſtoriam eruit Maro.* Hinc

¶ Penīte, antiquum adverbium, apud Catull. de Nuptiis Mallii v. 178, ut quidem eum locum ex antiquis codicibus reſtituit Scaliger, gäntzlich. Superlat. Sidon. 4 epiſt. 9 *Actiones ejus quotidianas penitiſſime inſpexi*, gantz zu innerſt, durch und durch.

PENNA, æ, ein federkiel, federſtock, cujus molle, quo veſtitur, *pluma* proprie eſt. Seneca in epiſt. 42 *Dixi, te pennam tenere; mentitus ſum, plumam tantum tenebas.* ¶ *Pennas nido majores extendere*, proverbiali locutione Horatius eleganter dixit lib. 1 epiſt. 20 v. 21, pro, amplius ſe efferre, quam fortunæ noſtræ ferant, höher fliegen wollen, denn die federn gewachſen ſeyn. Et Cicero 4 Attic. epiſt. 2 *Qui mihi pennas inciderant, norunt eamdem renaſci*, die mir die federn verkürtzt haben, wollen nun nicht, daß ſie mir wiederum wachſen ſollen: hoc eſt, qui auctoritatem & poteſtatem mihi imminuerunt meam, nolunt eamdem me recuperare. Horatius *Pennas decidere* dixit lib. 2 epiſt. 2 v. 49

> *Vnde ſimul primum me dimiſêre Philippi,*
> *Deciſis humilem pennis.*

Plaut. Pœnulo a. 4 ſc. 2 v. 49 *Sine pennis volare haud facile eſt*, ſonder federn kan man nicht fliegen.

¶ Pennŭla, æ, ein federlein. Cic. lib. 2 Nat. Deor. cap. 52 *Cum pulli pennulis uti poſſunt, tum volatus eorum matres proſequuntur.*

¶ Pennatus, a, um, gefiedert, geflügelt, a *Pennare*, quo Dracontius uſus eſt Hexaem. v. 146 *Pennantur tunc membra* - - - i. e. pennis induuntur. Loquitur de creatione avium. *Pennatum telum*, Plin. lib. 34 c. 14. *Pennati amores*, Claudian. lib. 2 de Stilic. laud. v. 356. *Jovis pennata ſatelles*, i. e. aquila, Cic. de Divin. 1 cap. 47. *Pennati ſerpentes*, Ovid. Met. 7 v. 350.

¶ Pennātŭlus, a, um, dimin. etwas geflügelt. Tertullianus ad Nation. lib. 1 cap. 10 *Mercurius in calvitio pennatulus*, i. e. galero pennato indutus.

¶ Penneſco, ĕre, federn bekommen. Caſſiod. 1 epiſt. 38 *Adulta ætate penneſcere.*

¶ Pennĭfer, a, um, idem quod *pennatus*. Sidonius carm. 2 v. 309

> *Flectis penniferos hederis bicoloribus armos.*

¶ Pennĭger, a, um, idem; ut, *Sagitta pennigera*, (*pennatum telum* modo dictum,) ein gefiederter poltzen, Silius lib. 8 v. 375. *Animal pennigerum*, Cicero de Vniverſ. cap. 10.

¶ Pennĭpes, ĕdis, pennatus pedibus, mit federn an füſſen. Catullus carm. 55 ad Camerium v. 25 *Pennipes Perſeus.*

¶ Pennĭpŏtens, tis, fliegend; ut, *Pennipotentum corpora*, die vögel, Lucret. 2 v. 867, & 5 v. 787.

¶ Bĭpennis, e, adject. zweyſchneidig; ut, *Ferrum bipenne*, Virgil. Æn. 11 v. 135, i. e. ſecuris. Et Plinius 2 cap. 27 *Inſectorum quædam binas gerunt pennas ut muſcæ. Nullum, cui aculeus in alvo, bipenne eſt*, hoc eſt, duabus pennis volans, ſo da zwey flügel hat, wie zwo federchen. Adde Priſcian. lib. 5 p. 652.

¶ Bipennis, is, ſubſtantivum, telum nempe, ſecuris, ex utraque parte aciem habens, eine helleparte, partiſan. Tibull. 1 eleg. 7 v. 53

> *Illa bipenne ſuos cædit truculenta miniſtros.*

Et Horat. 4 od. 4 v. 57 *Duris ilex tonſa bipennibus.*

Et Virgil. Æn. 2 v. 479

> *Ipſe inter primos correptâ dura bipenni*
> *Limina perrumpit*, mit einem beil, ſo zu beyden ſeiten hauet.

¶ Bĭpennĭfer, a, um, mit einer partiſan verſehn. Ovid. Met. 8 v. 391 *Bipennifer Arcas.* Idem 5 Triſt. eleg. 3 v. 39

> *Oſſa bipenniferi ſic ſint male preſſa Lycurgi.*

Sed *Bipennis*, & *Bipennifer* alii a *Pinna* deducunt. Iſidorus tamen a *Penna* de Orig. 19 cap. 19. vid. Nonius cap. 2 n. 82.

¶ Diſpenno, ĕre, proprie de avibus, quando pennas expandunt, die flügel ausbreiten. Item, extendere, ausdehnen. Plaut. Mil. a. 5 ſc. 1 v. 14 *Diſtendite hominem diverſum & diſpennite.*

¶ Impennatus, a, um, ungefiedert; ut, *Impennatæ aguæ*, Paulus ad Feſtum in *Penna.*

PENNĪNVS, i, Deus Alpinorum, quem in ſummo vertice colebant, Livius lib. 21 cap. 38. Hinc pars certa Alpium

¶ *Alpes Penninæ* dictæ, quas perperam quidam *Pœnas*, quaſi a tranſitu Pœnorum, Hannibale duce, appellant.

Penſabilis, penſatio, penſator, penſiculo, &c. vide ſupra *Pendo, ĕre.*

Penſilis, vide *Pendeo, ĕre.*

Penſio, penſitatio, penſitator, penſito, penſiuncula, penſo, penſor, penſum, quære ſupra in *Pendo, ĕre.*

Pentachordon, Pentadactylus, vide *Chorda, Dactylus.*

PENTĂDŌRON, i, πεντάδωρον, lateris genus Plinio eſt, ſic dictum a menſurâ quinque palmarum, eine art breiter ziegel, Plin. lib. 35 cap. 14, & Vitruv. 2 cap. 3.

Pentameter, vide ſupra *Metrum.*

PENTAPĔTES, æ, herba, quæ & *Pentacænon, Pentagonum, Pentatomon*, & communiter *Pentaphyllon.* vid. Plin. 29 cap. 9, & Apulej. de Herb. cap. 2.

Pentapharmacum, vide *Pharmacum.*

PENTAPHYLLON, i, πεντάφυλλον, herba, quinquefolium, fünfffinger-kraut, Plin. 25 cap. 9, & Apulej. de Herb. cap. 2.

PENTĂPŎLIS, is, Πεντάπολις, regio inter Palæſtinam & Arabiam, appellata hoc modo a quinque civitatibus, inter quas *Sodoma* fuit & *Gomorra.* Proſper Aquitanicus de Providentia Dei v. 254

> *Aut cum in Pentapolim deſcenderit igneus imber.*

¶ 2. *Pentapolis* alia in Palæſtinâ, mari mediterraneo propior, conſtans ex quinque urbibus Philiſtæorum, *Gath, Accaron, Azotus, Aſcalon, Gazâ*; vide 1 Samuel. cap. 6 v. 17. ¶ 3. Sed omnium celeberrima *Pentapolis Cyrenaica* in Africa, quæ etiam uno nomine *Cyrenaica* appellatur. Habuit quinque clariſſimas urbes, *Cyrenen*, unde nomen regioni, *Apolloniam, Ptolemaida, Arſinoen & Berenicen.* Hinc

¶ Pentapolitanus, a, um, adject. ut, *Pentapolitana regio*, quæ eſt ipſa Cyrenaica, apud Plin. lib. 5 cap. 5 pr.

PENTASPASTON, i, πεντάσπαστον, machina tractoria quinque orbiculorum, a πέντε, *quinque*, & σπάζω, *traho*: Vitruv. 10 cap. 3.

Pentaſtiche, vide infra *Stichus.*

PENTATEVCHOS, vel Pentateuchum, i, πεντάτευχον, quinque libri Moſis, τεῦχος, *volumen*, die fünff bücher Moſis. Hieronymus lib. 2 adv. Rufin. cap. 7, & Tertull. adv. Marc. 1 cap. 10.

PENTATHLVS. Erant in ludis Delphicis, *Pentathli*, quinque certaminum profeſſores, videlicet diſci, curſûs, ſaltûs, palæſtræ, & jaculationis, fünffkünſtige, Plinius lib. 34 cap. 7 ἆθλος, certamen, πένταθλον, quinquertium. ¶ *Pentathli*, quinquertiones, à quinque artibus. conf. Paulus ad Feſtum.

PENTĒCOSTE, es, πεντηκοστή, pfingſten, dies quinquageſimus poſt paſcha: vide Act. cap. 2 v. 1, & Joſephum 2 de Bello Jud. cap. 5 Græc. [Lat. cap. 2] p. 778.

PENTELICVS, i, mons Atticæ, unde *Pentelicum marmor.* Pauſanias Atticis cap. 32 Ὄρη δὲ Ἀθηναίοις ἐστι, Πεντελικὸν, ἔνθα λιθοτομίαι, &c. Hinc *Hermæ Pentelici*, ſtatuæ, apud Cic. lib. 1 epiſt. 8 ad Attic.

PENTĒRIS, πεντήρης, navis quinqueremis, ein ſchiff mit fünff rudern. Hirtius Bell. Alexand. cap. 47 *Capit ex eo prælio penterem I, triremes II, dicrotas VIII.*

PENTHĒMIMERIS, is, πενθημιμερὶς, cæſura ſemiquinaria, ut

> *Arma virumque cano,*
> *Omnia ſunt hominum*, &c.

vid. Quintil. 9 cap. 4, & Auſon. epiſt. 4 v. 87.

PENTHĔSĬLĒA, æ, πενθεσίλεια, Amazonum regina, fuit auxilio Trojanis contra Græcos, Virg. Æn. 1 v. 491, & Plin. 7 cap. 56.

PENTHEVS, ei, Thebarum rex: qui non initiatus cum inſpexiſſet Baccharum ſacra irriſiſſetque, a matre, uxore, ſororeque minutatim diſcerptus periit. Vide Euripidis Bacchas, & Ovid. 3 Metamorph. v. 514, itemque Horat. lib. 2 ſat. 3, meminit & lib. 2 Carm. ode 19 v. 14. Nomen habet a πένθος, i. e. luctus. Theocrit. Idyll. 26 v. 26

> Ἐξ ὄρεος πένθημα, καὶ οὐ πενθῆα, φέροισαι.
> *Ex monte luctum, non Penthea, reportantes.*

¶ Penthēus, & Pentheius, a, um, adject. ut, *Pentheum genus*, Stat. Theb. 2 v. 575. *Pentheia mater*, Sidon. carm. 22 v. 94.

Pentiremis, quære infra in *Remus.*

PENTŎRŎBON, i, πεντόροβον, herba, pæonia, Plin. 25 cap. 4, & 27 cap. 10. Apulej. de Herb. cap. 64.

Penuarius, vide mox in *Penus.*

PĒNVLA, æ, (vel *Pænula*: unde græca vox φαιλόνης, 2 Tim. cap. 4 v. 13, vel φενόλης, ſumta a Romanis,) ein regen- oder reiſe-mantel. Quintil. lib. 6 cap. 3 p. 479 *Si non pluit, non eſt opus tibi penulâ.* Et, *Penula ſcortea*, ein rauher oder gefütterter mantel. Vide Torrentium ad Horat. lib. 1 epiſt. 9 v. 18, & ad Sueton. Calig. cap. 52, itemque Salmaſium ad Hiſtor. Aug. p. 6 & 7. ¶ *Penulam ſcindere*, eſt impenſius retinere. Contra, *penulam non attingere*, nicht feſt aufhalten oder nöthigen. Vſus utroque Cicero eſt ad Attic. lib. 13 epiſt. 33 *Horum ego vix attigi penulam, tamen remanſerunt.*

¶ Penulatus, a, um, der einen mantel um hat. Cic. pro Milone cap. 10 *Cum uxore in rheda veheretur penulatus*, id eſt, penulâ tectus. Martial. 2 epigr. 57 *Codrus alpha penulatorum.* Sidon. 8 epiſt. 6 *Cenſuales penulati.*

¶ Penulārium, i, quaſi theca & vagina penulæ, ein mantelſack, kleiderkaſten, Nævius apud Nonium cap. 2 n. 618.

Penultimus, Penuria, vide *Vltra, Penus.*

PĔNVS, i, & ûs, maſcul. & fœm. ſecundæ & quartæ declinat. eſt, quicquid ad victum pertinet, allerley vorrath von eſſen und trincken, proviant. *Eſt enim omne quo veſcuntur homines*, inquit Cicero de Nat. Deorum 2 cap. 27. Lucilius apud Nonium cap. 3 n. 174

> *Magna penus parvo ſpatio conſumta peribit.*

Sed hoc genus rarius eſt. Perſius 3 v. 74 *In locuplete penu.* Dicta autem *penus*, quod ibi intus & penitus habeantur, quæ uſui omnino ſint. Vide Gellium lib. 4 cap. 1, & ſupra in *Cellarium.*

¶ Pĕnus, ŏris, neut. idem. Horat. lib. 1 epiſt. 16 v. 72

> *Annonæ proſit, portet frumenta penuſque.*

Penus multiplex, Sueton. Nerone cap. 11. Gellius lib. 4 cap. 1 extr. *Ea ſola eſſe penoris putat.* Et Paulus ad Feſtum: *Penora dicuntur res neceſſariæ ad victum quotidianum.*

¶ Penum, i, in gen. neutro, idem. Plaut. Capt. a. 4 ſc. 4 v. 12 *Dicam,*

ut

ut sibi penum aliud ornet. Et Pomponius leg. 2 D. de tritico, vin. A *Cum alii penum, alii vinum legatum esset, excepto vino, omne penum ad alium legatarium pertinebit.* Sed hoc Terentii Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 18 dupliciter legi Donatus ait: *Cum in cellulam ad te patris penum omnem (& omne) congerebam clanculum.*

¶ Pēnātor, ōris, qui penus gestat, ein proviantmeister, marcketender. Cato apud Festum: *Ex militibus penatores dare.*

¶ Penarius, & Penuarius, a, um, zur speise gehörig: ut, *Cella penuaria*, ein speißgewölb, speißkammer, Cic. de Senect. cap. 16. Legunt & *penaria*. Et subst. in neutro genere *Penarium*, eine vorrathskammer. vid. Paulus ad Festum in *Penora*. Et in masc. Gloss. gr. lat. κελλάριος, *penuarius*, ein kellner, speisemeister.

¶ Pēnūria, æ, inopia, mangel, earum rerum præcipue quæ ad penum pertinent; inde enim vox ducta est, ut Festus auctor est. Sed quia Virgilius Æn. 7 v. 113 primam producit, sunt, qui putent, hoc nominis a græco πεῖνα, *fames*, potius deduci. conf. Horat. 1 satyr. 1 v. 108. Terent. in Adelph. a. 3 sc. 3 v. 88 *Illiusmodi jam nobis magna civium penuria est*, derer giebts nicht viel. Et Cicer. de Amic. cap. 17 *Constantium amicorum magna est penuria.* Idem, *Magna sapientium civium bonorumque penuria est*, de Clar. Orat. cap. 1. *Penuria cibi*, Lucret. lib. 5 v. 1005. *Penuria consilii*, Plin. 8 cap. 6, mangel an gutem rath.

PĔPĂRĒTHVS, i, insula una Cycladum in mari Ægæo cum oppido ejusdem nominis. v. Ovid. Metam. 7 v. 471. Senec. Troad. v. 840, & Plin. 4 c. 12. B

PEPLION, i, & Peplis, ĭdis, πέπλιον, & πεπλίς, herba, portulaca silvestris est Dioscoridi, nascitur in maritimis. v. Plin. 20 c. 20. Sed

¶ Peplus, i, πέπλος, herba alia est eidem, quam vulgo esulam rotundam vocant, provenit in vinetis & agris incultis, lacteo succo, grosse wolffs-milch, Plin. 27 c. 12.

PEPLVS, & Peplum, i, in neutro, vestis genus, ein schleyer, mantel, eine schaube. Plaut. Fragm. *Nisi cum infertur peplum.* v. Taubm. p. 1483, & Plaut. Merc. prolog. v. 67. *Peplus fluens*, Claudian. in Honor. Nupt. v. 123. Conf. Tertull. de Pallio c. 4. ¶ 2. *Peplum* quinto quoque anno Athenis Minervæ in ludis Panathenaicis magnis a matronis consecrabatur solenniter. In quo intextæ erant res a Minerva gestæ, præcipue Gigantomachia, ut Virgilius in Ciri describit v. 21, & aliquot sequentibus. Meminit & Plato Euthyphrone. Idem Virgil. 1 Æneid. v. 479

Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades passis, peplumque ferebant
Suppliciter tristes.

Vbi Servius: *PEPLVM proprie est palla picta fœminea Minervæ consecrata: ut Plautus: NVNQVAM AD CIVITATEM VENIO, NISI CVM INFERTVR PEPLVM. Hodie multi abutuntur nomine.* Hæc ille. Apud Statium tamen 10 Thebaid. v. 56 Junoni peplum matronæ solenne donum consecrant: ubi Vetus Scholiastes: PEPLVM, inquit, *vestis candida est, aureis clavis picta, sine manicis, quod simulacris fiebat. Sed hoc peplum primum est ab Atheniensibus institutum, quod matronæ suis manibus faciebant, & inter triennium Numinibus offerebant.* Scaliger ad Cirin Virgilianam ex Aristophane observat, in illo Minervæ peplo præter victorias Pallados & strenuorum ducum gesta intexta fuisse, eamque ob caussam Aristotelem librum suum, quem de heroum tumulis consecrat, PEPLVM vocasse. Quem imitatus Ausonius epitaphiis heroum, qui Trojano bello interfuerunt. ¶ 3. *Dignus peplo*, ἄξιος τοῦ πέπλου, est proverbium in eos, qui ob merita sua & res præclare gestas summis honoribus decorantur. Invenitur apud Aristophanem in Equitibus, & explicatur a Meursio in Panathen. G

PĔPO, ŏnis, πέπων, pfeben, melonen, genus cucumeris, qui magnitudine enim excesserunt, *pepones* vocantur, ut Plinius auctor est lib. 19 cap. 5. Vide eumdem & lib. 20 cap. 2. De usu peponum & medicina contra nephriticos dolores lege Gassendum de vita Peirescii lib. 2 p. 161, & lib. 6 p. 491. Origo est a πέπτω, *coquo, emollio*, quoniam a sole ejuscemodi fructus coquuntur, & molles atque dulces redduntur. ¶ Per convicium Tertullian. de Anima c. 32 *Pepo tam insulsus.* Idem adv. Marc. 4 c. 40 *Peponem cordis loco habere*, i.e. esse stupidum, mollem, ignavum.

¶ Melopepones, um, melonen: Sed, *anguriæ*, gurcken.

PEPTICVS, a, um, däuig; ut, *Pepticæ medicinæ*, coctionem juvantes, quæ foris applicantur, däupflaster, a πέψις, *coctio*, πέπτω, *digero*, Plinius lib. 20 c. 18. D

PER, præpositio, aliud cum nominibus aliis conjuncta significat; ut, *per alium ostendere suam sententiam*, durch einen andern seine meinung anzeigen, Terent. Heaut. a. 2 sc. 1 v. 7. *Per alium transigam*, Cicer. pro Rosc. Am. cap. 38, ich wills durch einen andern verrichten. Adverbiis circumscribendis inservit. Horat. lib. 1 od. 10 v. 9

olim nisi reddidisses
Per dolum amotas.

Et, *Per avaritiam aliquid appetere*, aus geitz nach etwas stehen, Cic. pro Rosc. Comœdo cap. 8. *Per insidias interficere*, Idem pro Domo cap. 23, hinterlistig, mit list. *Per litteras cum aliquo colloqui*, Idem ad Attic. lib. 6 epist. 1. *Per illa tempora perraræ litteræ fuerunt*, i.e. illis temporibus, zu denselbigen zeiten, Livius lib. 6 c. 1. *Per me, te, nos* &c. *Per me tibi licet*, meinethalben ist dirs ungewehrt, Terent. Hecyr. a. 5 sc. 2 v. 6. *Si mihi per ejusdem amicitiam licebit*, Cicer. 1 fam. epist. 8. *Per ætatem*, Terent. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 34, & Adelph. a. 1 sc. 2 v. 28, alters halben. *Per occasionem*, Livius lib. 1 cap. 11, nach gelegenheit. *Per otium*, Cicer. 1 de Invent. cap. 3, mit musse. *Per valetudinem cum posses venire, tamen noluisti*, Idem principio lib. 7 fam. epist. der gesundheit halben. *Per te stetit, quo minus hæ fierent nuptiæ*, Terent. in Andria a. 4 sc. 2 v. 16, an dir hat es gelegen. *Per tempus advenis*, hoc est, tempestive, ibidem sc. 4 v. 44, zu rechter zeit. *Posse aliquid per se*, Cic. de Amic. cap. 8, von ihm selbst. *Per se sibi quisque carus est*, ibidem cap. 21, von natur. *Per se ipsa probitas parum tuta est*, Sallust. Jugurth. cap. 14, von ihr selbst, vor sich. *Per eum honores cepit*, i.e. illius ope beneficioque, Nepos Attico cap. 7 n. 2. *Neque per senatum efficere potuit*, Idem Catone cap. 2 n. 1, i.e. propter senatum, senatu obstante. *Per Deos*, Cic. pro Rabir. Post. c. 13, & Curt. 4, 10, 32, um Gottes willen. *Per dextram, fidem tuam*, modi sunt deprecandi, Terent. Andr. a. 1 sc. 5 v. 54 & 55. *Per fortunas*, similis formula, Cicer. 3 ad Attic. epist. 20, so lieb dir ist, &c. Vide ibi Manutium. ¶ 2. Elegans interpositio illa, *Per ego te Deos oro*, &c. Terent. Andr. a. 5 sc. 1 v. 15. Et Livius lib. 23 cap. 9 pr. *Per ego te, fili, quæcunque liberos jungunt parentibus, precor quæsoque* &c. Et, *Per enim magni æstimo, tibi factum nostrum probari*, Cicer. ad Attic. lib. 10 ineunte. *Per hoc mihi mirum visum est, te hoc illi concedere*, Idem de Oratore lib. 1 cap. 49. ¶ 3. Observa, *Per*, præpositionem, seu cum nominibus, seu adverbiis significationem eorum intendere: ut, *Perbenignus, perabsurdus, perarduus, peracutus*, & quæ alia sexcenta sunt hujus notæ, quæ in simplicibus eorum invenies; in compositione vero verborum continuationem quamdam notare: ut *persedere* apud Sueton. Claud. cap. 34 est totum diem sedere usque ad finem: & *perspectare*, ad finem usque spectare, Domitiano c. 4.

¶ Perinde, æque, gleich also. Flagitat fere post se has particulas, *ac, atque, ac si, ut, quam*, &c. ut; *Perinde ac satisfacere, & fraudata restituere vellent*, Cæsar 3 B. Civil. cap. 60. *Perinde ac si usus essem*, Cic. 13 ad Attic. epist. 49, eben als hätte ich deß gebraucht. *Vereor, ut hoc perinde intelligi possit, atque ego sentio*, Cicer. pro Marcello cap. 4, man dürffte es wohl nicht so verstehen, wie ichs meyne. *Atque hæc perinde loquor, quasi* &c. Cic. pro Quintio cap. 26. Et Sueton. Domitiano cap. 16 *Nulla re perinde commotus est, quam responso mathematici.* Et Terent. Heaut. a. 1 sc. 2 v. 21 *Hæc perinde sunt, ut illius animus, qui ea possidet.*

PĒRA, æ, πήρα, sacculus, eine tasche. *Pera viatoria*, ein proviantbeutel, satteltasche. *Vltra peram sapere*, proverbialis locutio ex Luciano apud Erasmum in Chiliadibus, quam ille in philosophos vel Christianos dixerat. Martial. lib. 14 epigr. 81

Dormiat & tetrico cum cane, pera rogat.

Sic, *Pera cum baculo*, inter philosophorum insignia, præcipue Cynicorum, qui pauperes & omnium rerum contemtores. Martial. 4 epigr. 53 *Cum baculo peraque senex.* Apulejus Apolog. pag. 287 *Proinde gratum habitum, ad contumeliam diceretis, rem familiarem mihi peram & baculum fuisse.* Et paullo post p. 288 *Peram & baculum tu philosophis exprobrares?* Et mox: *Veruntamen hoc Diogeni & Antistheni pera & baculus, quod regibus diadema, imperatoribus paludamentum* &c.

¶ Pērŭla, æ, diminut. ein täschlein. Seneca epist. 90 *Fregit exemtum e perula calicem.* Apulejus Met. 5 pag. 165 *Quantum putas boni nobis geris in ista perula?*

¶ Perātim, adverb. quantum ad peram attinet, mit der tasche. Sic *Peratim ductitare* dicebantur servi, qui heros suos argento, quod in pera fuit, circumduxerunt, Plaut. Epid. a. 3 sc. 2 v. 15.

¶ Perenticida, æ, ficte apud Plaut. Epid. a. 3 sc. 2 v. 13, qui peram seu marsupium suum incidit, seque auro emungi patitur, ein beutel- oder taschen-feger. Pareus mallet legere *Peræcida*.

¶ Ascopera & Hippopera, vide sub suis elementis.

¶ Bactroperita, æ, plur. *Bactroperitæ* philosophi per jocum, quod præter baculum & peram nihil haberent, appellati. B. Hieronym. in Matth. cap. 11 v. 10 *Ex hoc præcepto arguit philosophos, quod vulgo BACTROPERITAE appellantur, quod contemtores seculi & omnia pro nihilo ducentes, cellarium secum ferant.* βάκτρον, *baculus* est.

Peracer, Peracesco, Peractio, vide supra *Acer, Aceo, Ago.*

Peradolescens, peradolescentulus, vide *Oleo.*

Perædifico, Peræquatio, peræque, &c. vide *Ædes, Æquus.*

Perago, Peragratio, peragro, vide *Ago, Ager.*

Peramanter, peramo, Peramplus, vide *Amo, Amplus.*

Perangustus, Perantiquus, vide *Ango, Antiquus.*

Perarduus, Perarescо, Perarmo, Peraro, vide *Arduus, Areo, Arma, Aro.*

Peraspèr, Perastutus, vide *Asper, Astutus.*

PERATĬCVM, i, bdellium ex Media advectum, Plin. 12 c. 9.

Perbacchor, Perbene, Perbito, vide *Bacchus, Bonus, Beto.*

PERCA, æ, πέρκη, & περκίς, piscis, ein parß. *Perca marina*, ein meerparß. *Perca fluviatilis minor*, ein kaulparß. vid. Ovid. in Halieut. Plin. 9 c. 16 &c. Apic. 10 c. 1.

Percello, Perceptio, perceptor, percipio, Percitus, Percludo, Percontatio, percontor, &c. Percussio, percussor, percutio, vide *Cello, Capio, Cieo, Claudo, Contus, Quatio.*

Perdagare, require in *Indagare.*

PERDĪCIVM, i, herba Plinio lib. 21 cap. 17 eadem quæ *helxine*; ἑλξίνη, *parietaria*, tag und nacht. Περδίκιον; dicta herba a *perdicibus*, quod ea perdices præcipue vescantur.

PERDIX, īcis, πέρδιξ ἀπὸ τοῦ περιδεῶς ᾄδειν, avis silvatica nota, ein rebhun, oder feldhun: Plin. lib. 10 cap. 33. *Perdix major*, ein welsch rebhun. *Perdix rustica*, quæ *rusticula*, ein schnepff. De Turcarum perdicibus cicuribus Busbequius epist. 3 Legat. Turcicæ pag. 165 seqq. De perdice voces humanas edocta, Plutarchus in Sympos.

¶ Perdīcālis, e, von einem rebhun; ut, *herba perdicalis*, quæ & *Perdicium*, Apulej. de Herb. c. 81.

Perdite, perditio, perditor, perdo, Perduellio, perduellis, Peregre, peregrinor, vide *Do, Duellum, Peregrinus.*

PĔRĔGRĪNVS, i, cognomento Proteus, philosophus: qui, cum vitâ statuisset digredi, sibi construxit rogum, eoque quinquennali Olympiæ certamine conscenso in ore totius Græciæ se flammis immisit conficiendum. Lege Lucianum in Peregrino & Demonacte, itemque Ammian. Marcell. lib. 29 cap. 1. Meminit & Tertullianus ad Martyres cap. 3. Hunc se vidisse Athenis Gellius diversantem in quodam tugurio extra urbem lib. 12 cap. 11 prodidit; ubi hoc dictum ejus refert: *Virum sapientem non peccaturum, etiamsi peccasse eum Dii hominesque ignoraturi forent.*

PĔRĔGRĪNVS, a, um, quod a *peragrare* faciunt, subst. significat advenam, qui non civis est, ein fremder, ausländer, vide Vallam lib. 4 cap. 2. Cic. in Offic. lib. 1 cap. 34 *Peregrini officium est, nihil præter suum negotium agere, minimeque esse in aliena republ. curiosum.* Et lib. 1 de Orat. cap. 50 extr. *peregrinus atque hospes in agendo*, unerfahren. ¶ Adjectivum per se est peregrinus, fremd; ut, *Aves peregrinæ*, Plin. lib. 10 cap. 26. *Divitiæ peregrinæ*, Horat. lib. 2 epist. 1 v. 204. Et, *cælum peregrinum*, Ovid. 4 Trist. eleg. 8 v. 25.

¶ Pereger, & Peregris, veteres dicebant, unde postea *peregrinus*; quemadmodum a *pauper*, *paupertinus*, &c. Auson. epist. 17, quæ ad Symmachum est, soluta oratione: *In comitatu tibi verus fui: nedum peregrem me existimes composita fabulari.* Adde not. Scalig. lib. 2 c. 14 p. 127. Vlpianus titulo 17, qui de Caducis est: *Si ante tabulas apertas decesserit, vel pereger factus sit.* Tertullianus 2 ad Vxor. cap 4 extr. *Si pereger frater adveniat.* Ita Rigaltius: Froben. *peregre.*

¶ Perĕgrīnor, atus sum, ări, reisen, wandern, an fremden orten seyn. *In aliena civitate peregrinari*, Cic. pro Rab. Perduell. cap. 10. *Longe lateque peregrinari*, Idem de Nat. Deor. lib. 1 cap. 20. Et, *Aures vestræ peregrinantur, neque in hoc pervagato civitatis sermone versantur*, Idem pro Milone c. 12.

¶ Peregrīnans, tis, reisend, fremd. Cicer. Acad. 1 cap. 3 *Nos in nostra urbe peregrinantes errantesque tamquam hospites.*

¶ Peregrinatus, a, um, verreiset. Cic. Acad. 4 cap. 1 *Tanta vis virtutis atque ingenii peregrinata abfuit ab oculis.*

¶ Peregrinātio, ōnis, das reisen an fremde orter, die wanderschafft: ut, *Peregrinatio transmarina*, Quintilianus lib. 7 cap. 3. Et Seneca epist. 104 *Peregrinatio non facit medicum, non oratorem: Nulla ars loco discitur.* Plato in Axiocho: κοινὸν τοῦτο καὶ πρὸς πάντων θρυλλούμενον, παρεπιδημία τις ἐστιν ὁ βίος, *Vita nostra peregrinatio est.*

¶ Pĕrĕgrīnator, ōris, ein wanderer, der gerne reiset. Cicer. lib. 6 fam. epist. 18 [al. 19] *Non sum tam peregrinator jam, quam solebam.*

¶ Peregrinabundus, a, um, herumwandernd, reisfertig. Livius lib. 28 c. 18 *Non peregrinabundum, neque circa amœnas oras vagantem ducem Romanum in Africam trajecisse.*

¶ Peregrīnĭtas, ātis, fremde sprach und sitten. Cic. 9 fam. epist. 15 *Infusa est in urbem nostram peregrinitas.* ¶ 2. Apud Suet. Claudio cap. 15 & 16. *Peregrinitas*, peregrini status est. Vide ibi Torrent. Sic & Vlpianus l. 10 § 6 D. de in jus vocando: *Per pœnam deportationis ad peregrinitatem redactus.*

¶ Perègre, adverbium, über land, in die fremde: ut, *Peregre abire* vel *exire*, Horat. 1 satyr. 6 v. 102, über land reisen. *Peregre redire*, Terent. Phorm. a. 2 sc. 1 v. 13, von der reise wieder kommen. *Epistola peregre allata*, Plaut. in Asin. a. 4 sc. 1 v. 16. Et, *Peregre accire*, Livius lib. 2 cap. 6. Et Horat. lib. 1 epist. 12 v. 13 *dum peregre est animus*, in weiten gedancken, da man sie nicht beysammen hat.

Peremtio, peremtor, &c. vide supra in *Emo.*

Perennis, perenno, &c. Perenticida, Pereo, Perequito, Pererro, Peresus, Perexiguus, Perexilis, Perexpeditus, vide *Annus*, *Pera*, *Eo*, *Equus*, *Erro*, *Edo*, *Exiguus*, *Ile*, *Pes.*

Perfectio, &c. perficio, Perfidia, perfidus, Perfoco, are, Perfrictio, Perfringo, Perfunctorius, Perfundo, perfusorius, &c. vide *Facio*, *Fido*, *Faux*, *Frico*, *Frango*, *Fungor*, *Fundo.*

PERGĂMVS, i, Πέργαμος, Asiæ urbs, vicina Troadi, Galeni & Apollodori patria, cujus etiam in Apocalypsi fit mentio. Sedes fuit regum Attalicorum, ubi chartæ repertæ sunt, ut ex Varrone Plinius prodit lib. 13 c. 11. ¶ 2. *Pergamus*, & plur. *Pergama*, *orum*, aliquando pro ipsa Troja urbe sumitur. Proprie est ἀκρόπολις Ilii sive arx: Ilium autem urbs, Trojani regni caput; Hesychius. Et inde Græci omnia ὑψηλὰ *Pergama* vocarunt. vid. Voss. lib. 4 Instit. Orat. pag. 137. Virgil. Æneid. 1 v. 470

Namque videbat, uti bellantes Pergama circum &c.

Et Senec. Troad. v. 14 *Excisa ferro est Pergamus, incubuit sibi.* ¶ 3. *Pergamus* servi illius nomen, cujus meminit Ausonius epigr. 15 & 16. A patria id genus hominum appellari solebat. vid. Vineti not. in Auson. p. 207.

¶ Pergămèus, a, um, adject. ut, *arces Pergameæ*, id est, Trojanæ, apud Virgilium lib. 5 Æn. v. 744. Et, *Vates Pergamea*, apud Propertium lib. 4 eleg. 1 v. 51, pro Cassandra, Priami Trojanorum regis filia fatidica

¶ Pergamēnus, a, um, idem; ut, *civitas Pergamena*, Cicero pro Flacc. cap. 30 extr. & *Pergamenus rex Eumenes*, Nepos Hannibale cap. 10. *Pergamenæ naves*, ibidem cap. 11. ¶ Absolute *Pergamenæ* pro chartis sive membranis pergamenis dicuntur, pergament. Hieronymi de illis verba vide supra in *Membrana* in *Membrum.*

Pergo, vide infra *Rego.*

PERGŬLA, æ, pars domus exporrecta & propendens, accommodata exponendis rebus venalibus, ein ercker oder laden. Plin. lib. 35 cap. 10 de Apelle: *Perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, atque post ipsam tabulam latens, vitia, quæ notarentur, auscultabat.* Lucilius apud Lactantium lib. 1 cap. 22

Pergula pictorum, veri nihil, omnia falsa.

Commode usurpari potest de vita humana. ¶ 2. Aliquando & *pergula* casula est seu tuguriolum, eine bauerhütte: vide Scaligerum lib. 2 Auson. Lect. cap. 12. Vetus Gloss. *Pergula*, ὑπερῷον καὶ ἰκρία; Item *Pergula*, μεσόδμη, ὑπερῷον, ὀροφή, στενὸν δίκημα. *Pergulæ magistrales*, sunt scholæ, quia in pergulis Romæ magistri artium docebant. Vopiscus in Saturnino cap. 10 *In Africa Rhetoricæ operam dederat: Romæ frequentaverat pergulas magistrales.* Adde Salmasium. ¶ 3. *Pergula* in vineis est, eine weinlaube, oder gebäude, darüber der wein gezogen wird. Conf. Plin. 21 cap. 3, & Juvenal. satyr. 11 v. 137.

¶ Pergŭlānus, a, um, zur sommerlaube gehörig: ut, *Pergulanæ vites*, quæ pergulis sustinentur, Columell. lib. 3 cap. 2.

PERGVS, i, lacus Siciliæ, apud Ennam urbem, ubi Proserpina a Plutone rapta dicitur. vid. Ovid. Met. 5 v. 386, ubi vulgo *Pergusa.* Sed adde not. Heinsii, & Claudian. de Raptu Proserp. 2 v. 112.

Perhibeo, Perhiemo, vide *Habeo*, *Hiems.*

PERIACTI, orum, περίακτοι, wirbel; machinæ versatiles ad scenarum mutationes, apud Vitruv. 5 c. 7. Adde Baldi Lex. Vitr. p. 81.

PERIAMBVS, i, pes constans duabus syllabis brevibus, Quintilian. 9 cap. 4.

PERIANDER, dri, Περίανδρος, unus e septem sapientibus, cujus multæ egregiæ sententiæ sunt apud Laërtium. Ausonius de eodem:

Nunquam discrepat utile a decore,
Plus est sollicitus magis beatus.
Mortem optare, malum, timere pejus.
Faxis ut libeat quod est necesse.
Multis terribilis caveto multos.
Si fortuna juvat, caveto tolli;
Si fortuna tonat, caveto mergi.

PĔRĬBOĒTOS, i, περιβόητος, i. e. celebris famigeratusque, berühmt, beruffen, Plin. 34 cap. 8.

PERIBŎLE, es, περιβολή, ambitus, variegatus & inflexus sermo apud Hermog. periodus.

¶ Peribŏlus, i, περίβολος, septum, vallum, eine schantze, bollwerck. Capitur etiam pro corona domus, quæ *Lorica* est Vitruvio 2 c. 8, der sims am hause.

PERIBŎMIVS, i, Archigallus cinædus apud Juvenal. satyr. 2 v. 16.

PERICARDIVM, i, περικάρδιον, involucrum membranaceum, quo totum cor involvitur, das hertzhäutlein, hertzbändel.

PERICARPVM, i, περίκαρπον, bulbi genus, Plin. 25 c. 10.

PERICHRISTARIVM, i, medicamenti genus, Marcell. Empir. c. 8.

PĔRICLES, is, Atheniensis orator, qui suggestum adscensurus precari solebat, ne quod sibi verbum in mentem veniret, quo populus offenderetur: Quintilian. lib. 12 cap. 9. Ælian. Hist. Var. lib. 4 cap. 10. *In ejus labris comici leporem habitasse ferunt*, ut Cic. ait de Orat. lib. 3 cap. 34. Fuit temporibus Thucydidis & Alcibiadis. Cum amicus eum rogaret, ut pro caussa ejus falsum dejeraret, respondit: Δεῖ με συμπράττειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι θεῶν, legunt alii βωμῶν. i. e. *Oportet me juvare amicos, sed usque ad deos*, vel *aram*, Gellius lib. 1 cap. 3. Ob eloquentiam *Olympium* dictum, memorat Plutarchus in ejus vitâ.

Periclitatio, periclitor, &c. vide mox *Periculum.*

PĔRICLYMĒNOS, i, περικλύμενον, herba, quam vulgo Matrisilvam dicunt, geißblat, Plin. 27 c. 12. ¶ 2. *Periclymenus*, Nelei filius, cui ab avo Neptuno concessum, ut in omnes se, quas vellet, transformaret figuras. v. Ovid. Met. 12 v. 556.

PERICŎPE, es, περικοπή, amputatio, concisio, ein abschnitt, ein stück der gantzen rede, Hieron. ad Pamma.

PERICRÀNIVM, i, περικράνιον, membrana tenuis sub capitis cute cranium ambiens, die schwarte, das hirnhäutlein.

PÈRĪCŬLVM, i, discrimen salutis, κίνδυνος, gefahr. Salmasius ex græco deducit. Græcis enim παράβολον est: pro quo Æoles παράγολον dixere: unde *periculum* est. Dupliciter sumitur, & diverso respectu vel a *Perio*, vel a *Perior* faciunt. vid. Becmanni Orig. p. 910. Terent. in Hecyr. a. 3 sc. 1 v. 46 *Si periculum ullum in te est, periisse me una haud dubium est.* Et, *Pericula adire*, Idem Andriâ a. 4 sc. 1 v. 53. *Obire pericula*, Livius lib. 1 cap. 54. *Periculum sumere*, etwas wagen, auf sich nehmen: Tacitus 3 Hist. cap. 69 *Consilium ab omnibus datum: periculum pauci sumserunt.* Et ejusdem lib. cap. 76 *Periculum audere* dixit. Suetonius Augusto cap. 84 *Ac ne periculum memoriæ adiret, aut in ediscendo tempus absumeret: instituit recitare omnia*, i. e. ne necesse haberet experiri memoriæ fidem, haud absque periculo, ut hæsitaret, aut obmutesceret penitus, deserente memoria &c. Corn. Nepos Dione cap. 2 *Quæsivit a medicis Dion, quemadmodum se haberet* (Dionysius tyrannus,) *simulque ab his petiit, si forte majori periculo esset, ut sibi faterentur*, so es sondere gefahr hätte. *Cum periculo accedere ad flammam*, Ter. Andr. a. 1 sc. 1 v. 103. *In periculum venire*, Cic. pro Muræn. c. 27. *Periculum subterfugere*, Idem 15 fam. epist. 1, sich der gefahr entziehen. *Aliis aliunde est periculum*, Ter. Phorm. a. 2 sc. 2 v. 19. *Nihil tibi pericli est a me, mulier*, Idem Hecyr. a. 5 sc. 1 v. 9. ¶ 2. *Periculum* etiam significat id, quod fit ab artifice experiundi tantum & periclitandi ingenii gratiâ: seu, quod primo ab artifice excogitatur atque efficitur, ut expoliatur postea, & accuratius elaboretur, der versuch, die probe. Cic. lib. 1 de LL. de poëtis disserens: *Sed tamen*, inquit, *nonnulli isti, TITE, faciunt imperite, qui in isto periculo non ut a poëta, sed ut a teste veritatem exigant.* Intelligit autem poëma suum de Mario, periclitandi ingenii vel scholasticæ exercitationis gratia editum. De ludicro militum agone, qualis naumachia, Ausonius Mosellâ v. 215

Aut Pompejani Mylasena pericula belli.

Hinc *periculum facere*, id est, experiri, versuchen, Ter. in Hecyr. a. 5 sc. 1 extrema. Idem Heaut. a. 1 sc. 2 v. 36 *Scitum est, periculum ex aliis facere, tibi quod ex usu siet.* ¶ 3. *Periculum* etiam pro libello sive tabella, in qua aliquid consignatur, sumitur. Vnde titulus Codicis: *De Sententiis ex periculo recitandis*: & *pericula magistratuum* apud Cic. Sic C. Nepos Epaminondâ c. 8 *Vnum ab iis petiit, ut in periculo suo conscriberent* &c. IN PERICVLO, i.e. in elogio sive titulo sepulcrali. Vide Cujac. lib. 5 Observ. cap. 25, (contra quem frustra Hotomannus disputat lib. 3 Observ. cap. 20,) & præcipue Salmasium de Modo usurarum cap. 15 p. 66 & seqq. H. Grotius mavult *pariculum* in Sparsione florum pag. 30.

¶ Pĕrĭcŭlōsus, a, um, cum periculo conjunctus, gefährlich, mißlich; ut, *Periculosæ aleæ opus*, Horat. lib. 2 od. 1 v. 7. *Consilium periculosum sequi*, Plancus Ciceroni lib. 10 fam. epist. 18. Et, *Bellum grave & periculosum*, Cic. pro Lege Man. c. 2. *Eo periculosior ira est compositis ac remissis moribus, quo plus in iis mutat*, Senec. 3 de Ira cap. 5 pr. *Periculosissimus annus*, Livius lib. 27 cap. 35. *Periculosissimæ dimicationes*, Hirtius B. Alex. cap. 22.

¶ Periculosè, adv. idem; ut, *Navigatur periculose hieme*, Cic. 16 fam. ep. 11, des winters schiffen ist gefährlich. *Periculose ægrotare*, Idem ad Attic.

lib. 8 epist. 2. *Periculose facere aliquid*, Cic. pro Milone c. 4. *Periculosius navigare*, Hirtius Bello Alex. cap. 64. *Quod homines & periculosissime & libentissime faciunt*, Sen. de Ira 3 cap. 22.

¶ Pĕrīcŭlor, ari, in gefahr seyn. Cato apud Festum: *Periculatus sum, i. e. periclitatus sum.*

¶ Periclĭtor, atus sum, ari, in periculo versari, in gefahr stehen; ut, *Periclitari famâ, siti*, quemadmodum Plinius dixit lib. 17 cap. 24 *Arbores gelu periclitantur*, sie stehen wegen kälte in gefahr. Et Cic. 1 in Catil. cap. 5 *Non est sæpius in uno homine salus summa periclitanda reipublicæ.* ¶ 2. Et *periclitari*, periculum facere est, auf die probe stellen, versuchen; ut, *Periclitari ingenii vires*, Cicero lib. 1 de Orat. cap. 34. *Tentàre & periclitari belli fortunam*, Idem in Verrem 7 c. 50, sein heil im kriege suchen. Idem lib. 3 de Orat. cap. 36 *Mihi non sit difficile periclitari.*

¶ Periclitatus, a, um, passive, geprüfft, versucht. Cic. de Amic. cap. 17 *Vtamur, quasi aquis tentatis, sic amicitiis aliqua parte periclitatis moribus amicorum.*

¶ Periclitātio, ōnis, der versuch. Cicero 2 Nat. Deor. cap. 64 *Quarumdam stirpium & herbarum utilitates longinqui temporis usu & periclitatione percipimus.*

¶ Periclitabundus, a, um, versuchend. Apulejus Met. 5 de Psyche: *Puncto pollicis extremam sagittæ aciem, periclitabunda.*

PERIDRŎMIS, ĭdis, περιδρομίς, hypæthra ambulatio, ambiens palæstras, ein gang, apud Vitruv. 5 cap. 11, & 6 cap. 10.

PERIERGIA, æ, περιεργία, quæ & μακρολογία, oratio longior justo. Exempla vide in libellis de Schematibus. Apud Quintil. 8 cap. 3 vertitur *supervacua operositas.*

PERILEVCVS, i, περίλευκος, gemma filum transmittens candidum, Plin. 37 cap. 10.

PĔRILLA, æ, filia Ovidii, poëtria. vid. Ovid. Trist. 3 eleg. 7 v. 1.

PĔRILLVS, i, artifex ænei tauri sub Phalaride. Plin. lib. 34 cap. 8 *Perillum nemo laudat, sæviorem Phalaride tyranno, cui taurum fecit, mugitus hominis pollicitus igne subdito, & primus eum expertus est, justiore sævitiâ. Itaque unâ de caussâ servàntur opera ejus, ut, quisquis illa videat, oderit manus.* conf. Ovid. de Art. am. 1 v. 655. ¶ 2. *Perillus* alius fœnerator & jurisperitus, apud Horat. 2 sat. 3 v. 75.

¶ Perillēus, a, um, adjectivum. Ovidius in Ibin v. 437

Ære Perilleo veros imitere juvencos.

Adde eumdem Trist. 5 eleg. 1 v. 53.

PĔRĬMĒDE, es, insignis venefica apud Theocritum Idyll. 2.

¶ Perimēdēus, a, um, adject. Propert. 2 eleg. 1 v. 74

Non Perimedea gramina cocta manu.

Ita recte Beroaldus, Muretus & Passeratius. Alii corrupte: *Non per Medeæ* &c. Scaliger plane omittit hoc distichon cum adhuc tribus sequentibus.

PERIMĒLE, es, Nympha Hippodamantis filia in insulam sui nominis mutata. vid. Ovid. Met. 8 v. 591.

Perimeter, Perimo, Perinde, Periniquus, vide *Metrum*, *Emo*, *Per*, *Æquus.*

PĔRINTHVS, i, urbs Thraciæ, postea *Heraclea* dicta.

¶ Perinthius, a, um, adject. unde *Perinthia*, fabula Menandri, cujus meminit Terent. Andr. prolog. v. 9.

PERIŎCHA, æ, περιοχή, argumentum brevibus comprehensum, der kurtze inhalt eines spiels oder buchs. Vetus Gloss. Περιοχὴ βιβλίου, *Argumentum.* Περιοχὴ πόλεως ἢ τόπων, *Periocha, circuitus.* Græce habet etiam Cicero 13 ad Attic. epist. 25. Periochas fabularum Terentii scripsit Sulpitius Apollinaris grammaticus, præceptor Pertinacis Imperatoris; Periochas in Iliadem Homeri Ausonius. ¶ Sumitur & pro loco quodam auctoris, quemadmodum hac voce usus Lucas in Actis cap. 8 v. 32. Vbi vide Casaubon.

PERIODEVTA, æ, περιοδευτής, medicus circulator, ein landstreicher, quacksalber, Modest. JCt. lib. 27 Dig. t. 1 l. 6 § 1.

PERIŎDVS, i, περίοδος, plena sententia, eine gantz vollkommene rede, *ambitum, circuitum, comprehensionem, continuationem cum absolutione sententiæ*, Cicero vocat. Periodi partes, *Commata* dicuntur & *Cola*; vide suo loco, & Quintil. lib. 9 cap. 4. Periodi aliæ sunt bimembres, aliæ trimembres ac sic deinceps. ¶ 2. Sunt & temporum, regnorum, morborum &c. *Periodi.* Sic, *Fatales imperiorum periodi*, h. e. tempus destinatum a Deo cuique imperio, &c.

¶ Periŏdĭcus, a, um, adject. abwechselnd, das zu gewisser zeit kömmt; ut, *Febres periodicæ*, Plin. lib. 20 cap. 3.

Periœci, vide supra *Antœci.*

PĔRIOR, iri, verbum deponens, & obsoletum, quod conari, tentare, discere significasse, ex reliquis ejus derivatis apparet. Videtur esse a πειρᾷν, vel πειρᾶσθαι, eliso jota; Ionum more. Πειρᾷν enim & *periri* idem erant significatione. vide Vossii Etymolog. p. 34. Hinc

¶ Pĕrītus, a, um, ex participio verbi *Periri*, doctus, exercitus, tentatus, erfahren, versucht, kundig. Cic. de Clar. Orat. cap. 21 *Fabius Pictor & juris, & litterarum, & antiquitatis bene peritus.* Ibidem cap. 56 *Scriptorum veterum literate peritus.* Et 1 Offic. cap. 41 *usu peritus.* Idem pro Fontejo cap. 15 *Vir ad labores belli impiger; ad pericula fortis; ad usum ac disciplinam peritus.* Paullo ante, eodem cap. *belli gerendi peritissimus.* Et pro Cluentio cap. 38 *Quis ingenio prudentior? jure peritior?* Cæsar 3 B. Civil. cap. 61 *peritiores rei militaris*: & ibidem cap. 73 *peritissimi atque exercitatissimi duces.*

¶ Perīte, adverb. weißlich. Cic. lib. 1 de Orat. cap. 11 *callide & perite versari in re.* Sic, *Peritissime disputare*, Val. Max. lib. 8 cap. 11. *Peritissime scribere*, Gellius lib. 1 cap. 17. *Peritissime & callidissime*, Cic. 4 in Verr. cap. 54. Comparativus est Senecæ epist. 90 *Multa facit aut peritius aut exercitatius.*

¶ Perītia, æ, die kundschafft, wissenschafft, erfahrung. Plin. 14 cap. 1 *peritia domini.* Et, *peritia locorum*, Sallust. Jug. cap. 46. *Peritia morum, Tiberii*, Tacit. Annal. 1 cap. 69. Et, *peritia legum præminere*, Idem lib. 12 cap. 12.

¶ Pĕrīcŭlum, i, πεῖρα, tentamen, ein versuch; & quia tentaminis eventus dubius est, κίνδυνος, eine gefahr, ab eodem verbo *Periri* peritissime derivatur. Sed supra cum derivatis seorsum est expositum, ubi videas.

Composita:

¶ Expĕrior, expertus sum, experiri, deponens, ἀποπειραθῆναι, tentare, periculum facere, versuchen, erfahren. Virg. eclog. 3 v. 28

Vis ergo, inter nos, quid possit uterque, vicissim
Experiamur?

Corn. Nepos Hamilcare extremo: *Eo est perductus, ut interire, quam non Romanos experiri mallet*, i. e. non explorare vellet commisso bello, quid possent Romani. Terent. Phorm. a. 3 sc. 3 v. 5 *Quin cum opus est beneficium, rursum ei experiamur reddere.* Sed, *Experiri jus*, sich unterwinden zu rechten, Plaut. Mostell. a. 5 sc. 1 v. 41. Sic, *Legibus experiri*, etiam dicebant, vide *Lex.* Florus lib. 3 cap. 20 *Cum fugam in Siciliam pararent, neque navigia suppeterent, ratesque ex cratibus & dolia connexa virgulis in rapidissimo freto frustra experirentur*, &c. Plaut. Amph. a. 2 sc. 2 v. 7 *ego id nunc experior de me*, ich erfahre es an mir selbst. *Re ipsa experiri*, in der that erfahren, apud Terent. Adelph. a. 5 sc. 5 v. 7. Sic & Plaut. Truc. a. 4 sc. 3 v. 41 *Expertus sum reapse.* Et, *Experiri periculo*, Cic. 9 Att. epist. 10. Sic & *sine periculo*, mit schaden, ohne schaden erfahren. *Extremâ experiri*, Sallust. Catil. cap. 26, das eusserste wagen. *Omnia experiri*, nichts unversucht lassen, Ter. Andr. a. 2 sc. 1 v. 13. Vbi vide Donatum. Publii Syri mimiambus est:

Hominem experiri multa paupertas jubet.

¶ Expĕriens, tis, adjective, kundig, erfahren; ut, *Vir experiens*, Horat. lib. 1 epist. 17 v. 42, i. e. strenuus, industrius. Itaque *fortem & experientem* Cicero conjunxit 3 Verrina cap. 11. Ovidius lib. 14 Met. v. 159

comes experientis Vlyssei,

h. e. multa experti, der viel versucht und erfahren hat. *Experientissimus homo*, Cic. 5 in Verr. cap. 21 pr.

¶ Expertus, a, um, quod est πειραθείς, experientiâ doctus, versucht, geübt, erfahren; ut, *Vir expertæ virtutis*, Livius lib. 3 cap. 44. *Homo expertæ audaciæ*, Idem lib. 38 cap. 25. *Expertus belli miles*, Tacit. 4 Hist. cap. 76, ein versuchter soldat, quales & Virgilius 10 Æn. v. 173 *expertos belli juvenes* dixit. Suetonius autem Vespas. cap. 4 *industriâ expertus*, secundum codices quosdam. Est enim græca loquendi ratio, cum genitivus pro sexto casu ponitur, qui Latinorum est. Et ita Tacit. 4 Hist. cap. 42 *expertum defensionibus ingenium*, id est, probatum, geprüfft; quemadmodum & Plinius Paneg. cap. 61 *virum expertum honoribus* dixit. Nec vero, dum aliis casibus, secundo & sexto jungitur, vim verbi sui, unde est, amittit penitus, sed, ut participium, cum quarto etiam casu componi potest. Livius lib. 42 cap. 63 *Quidam vim superbiamque experti, læti eàm famam accepére.* Horat. 3 od. 14 v. 10 *Puellæ jam virum expertæ*, verehlichte mädgen. vid. plura in Borrich. Cogit. p. 99.

¶ Expérientia, æ, ἐμπειρία, ἀγχίνοια, die erfahrung. Columella lib. 1 cap. 1 *Vsus & experientia dominantur in artibus.* Cic. pro Rabir. postumo cap. 16 *experientia patrimonii amplificandi*, der versuch, die probirung. Alcman apud Pindari interpretem: Πεῖρα τοι μαθήσιος ἀρχά: *Experientia disciplinæ principium est.* Vellej. 2, 57, 1 *Laudandum experientia consilium*, da der glaube in die hand kömmt, gefällt der rath. Virg. 1 Georg. v. 4 *Apibus quanta experientia.*

¶ Experīmentum, i, die probe; ut, *Experimentum capere*, etwas probiren: Plinius lib. 13 cap. 2 extr. *Experimentum unguentorum inversa manu capitur, ne carnosæ partis calor vitiet.* Quintilianus lib. 3 cap. 8 p. 250 *Facillime ad consentiendum homines ducuntur experimentis.* Et Plinius Panegyr. cap. 49 *Discimus experimento*: & paullo ante cap. 43 *probabitur experimento.*

¶ Experīmento, are, probiren, versuchen. Veget. 3 cap. 2 *Experimentare remedium.*

¶ Experimentatus, a, um, auf die probe gestellt. Theod. Priscian. 3 c. 5 *Omnibus usibus experimentatum remedium.*

¶ Expers, i. e. sine parte, vide supra in *Pars.*

¶ Expertio, ōnis, probatio, die prüfung. Vitruvius lib. 8 cap. 5 pr. *Expertiones & probationes eorum sic sunt providendæ*, &c.

¶ Expertor, ōris; Silius Italicus lib. 12 v. 502 *Turbarum expertor.* Sed plerisque suspectus locus. Vide Dausquejum, qui ne nuce licendam lectionem vocat. Adde Cellarii ex Barthio adnotamenta.

¶ Inexpertus, a, um, unerfahren, unversucht; ut, *Legiones civili bello inexpertæ*, Tacitus lib. 2 Histor. cap. 75. Et passive, *Inexperta remedia*, Curtius lib. 3 cap. 5 n. 15, unprobierte artzneyen. *Inexperta fides*, Idem lib. 6 cap. 7 n. 9. Et, *Nihil inexpertum omittere, relinquere*, Idem lib. 4 cap. 4 n. 2, & lib. 9 cap. 2 n. 27. Plinius lib. 8 epist. 14 *Genus quæstionis arbitror illis non satis tritum, aut etiam inexpertum fuisse.*

¶ Impĕrītus, a, um, rudis, ignarus, unverständig, albern, ungelehrt; ut, *Vulgus imperitum*, Plin. 34 cap. 14. *Multitudo imperita*, Cic. 3 in Verr. c. 54, unerfahren. *Homine imperito nunquam quicquam injustius*, Ter. Adelph. a. 1 sc. 2 v. 17. *Imperitus omnium rerum homo*, Cic. 3 in Verr. cap. 51. *Concio ex imperitissimis constans*, Idem de Amic. cap. 25. *Imperitissimæ gentes*, Corn. Celsus initio præfationis.

¶ Imperīte, adverb. indocte, ungeschicklich; ut, *Imperite multa differere*, Plin. lib. 35 cap. 10. *Quam illud est imperitissime dictum*, Cic. pro Balb. cap. 11 pr.

¶ Imperītia, æ, die unerfahrenheit, der unverstand. Plin. 17 cap. 2 *Contra Circium serere, imperitia existimatur*, es wird vor eine unwissenheit gehalten. Ibidem cap. 22 *magno imperitiæ errore.*

¶ Opĕrior, seu Opperior potius, oppertus, vel opperitus sum, opperiri, exspectare est, warten, erwarten, harren. Terent. in Phorm. a. 3 sc. 2 v. 29 *Vnam præterea horam ne oppertus sies*, du solst nicht eine stunde weiter zu warten haben. Ibidem: *Hic ego interea vos opperior*, hier will ich euer warten. Horat. lib. 1 epist. 2 v. 71

Nec tardum opperior, nec præcedentibus insto.

Virg. Æn. 1 v. 458, & 10 v. 771 *Reginam, hostem opperiens.* Plaut. Most. a. 3 sc. 2 v. 101 *Seni non otium erat, id sum opperitus.*

PERIPATĒTĬCI, orum, περιπατητικοί, philosophi, quorum princeps exstitit Aristoteles. Docebant inambulando. Inde enim nomen habuerunt

buerunt: περιπατέω, deambulo. Cic. 1 Academ. Quæst. cap. 4 PERIPATETICI *dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lyceo.* Et passim alibi Aristotelicos Cicero hoc nomine appellavit. ¶ Hinc transfertur ad alia. Paulinus Nolanus epist. 16 ad Jovium cap. 7 *Esto Peripateticus Deo: Pythagoreus mundo.*

PERIPĔTASMA, ătis, περιπέτασμα, aulæum, ein fürhang oder teppich. Cic. Verr. 6 cap. 12 pr. *Attalica peripetasmata.* conf. Varr. de L. L. 4 cap. 35. Plautus *peristromata* dixit.

PERIPHAS, antis, unus ex comitatu Pyrrhi, qui cum illo Priami regiam oppugnasse dicitur. vid. Virg. 2 Æn. v. 478. Ovid. 7 Met. v. 401, & 12 v. 449.

PERIPHŎRĒTVS, i, περιφορητὸς, i. e. quoquoversus versatilis, gewandt, gelenck, hurtig von einem ort zum andern. Plin. 34 cap. 8 *Artemon periphoretos appellatus est.* De caussa appellationis vide supra in *Artemon.*

Periphrasis, vide infra *Phrasis.*

PERIPLVS, i, περίπλυς, iter maritimum, navigatio, eine see- oder schiff-fahrt. Inter τῶν περίπλων scriptores est etiam Xenophon. Hinc Plin. 7 cap. 48 *Xenophon in periplo.* Adde Val. Max. 8 c. 13 ext. 7.

PERIPNEVMŎNIA, æ, περιπνευμονία, morbus, exulceratio pulmonis, die lungensucht, πνεύμων, pulmo est.

¶ Peripneumŏnĭcus, a, um, περιπνευμονικὸς, lungensüchtig, Plin. 20 cap. 17, & lib. 22 cap. 24.

PERIPSĒMA, ătis, περίψημα, in Gloss. limatura metalli, & purgamenta pomi, & quisquiliæ domus, & rasura cujusque rei, feilstaub, auskehricht, fegopffer. Tertullianus de Pudic. cap. 14, ex 1 Corinth. cap. 4 v. 13 *Facti sumus omnium peripsema*, i. e. res vilissima & abjectissima.

PERIPTĔRVS, i, περίπτερος, certa ædis species apud Vitruvium 3 c. 1, & 4 cap. 7. conf. Baldi Lex. Vitruv. p. 82.

PERISCĔLIS, ĭdis, fœm. περισκελὶς, & περισκελὴς, Perisceles, τὰ περισκελῆ, ornamenta circa femora, ein schurtz. ¶ 2. Item, knie- oder hosen-bänder. Horat. lib. 1 epist. 17 v. 56

Sæpe periscelidem raptam sibi flentis, &c.

In mundo fœmineo numerat *Periscelides* Pollux lib. 2 cap. 16. vid. Cœl. Rhodig. 4 cap. 11. Apud Anglos notus est *ordo periscelidis*, qui & *ordo carteriorum* dicitur, der orden des hosenbandes.

¶ Periscĕlium, i, idem. Tertullianus de cultu fœminarum lib. 2 extr. *Nescio*, inquit, *an crus periscelio lætatum, in nervum se patiatur artari.* Vide Rigalt.

PĔRISSON, i, περισσὸν, copia, abundantia. Ita fruticem Strychnon vocant Plin. 21 cap. 31, & Apul. de Herb. cap. 74.

¶ Perissŏchŏrēgia, æ, περισσοχορηγία, annonæ curatio. Theod. Cod. l. 14 t. 25 *Perissochoregiæ nomen penitus amputare.*

¶ Perissŏlŏgia, æ, περισσολογία, supervacua adjectio verborum. Livius: *Legati non impetratâ pace, retro domum, unde venerant, reversi sunt.* Hic enim superflua sunt *retro, unde venerant:* περισσὸν, superfluum est. vid. Quintil. 8 cap. 9.

PERISTĂSIS, is, περίστασις, status conditio, der zustand, die beschaffenheit. Habet Cicero 4 ad Attic. epist. 8. Senec. Qu. Nat. 2 c. 7. Petron. in Satyr. Quintil. 3 cap. 5, & 5 cap. 10.

PERISTEREON, vel Peristereos, i, sic enim legit Plin. 25 c. 10. Περιστερεὼν, vel περιστερεὼν ὀρθὸς, herba *verbenaca*, seu *verbenaca recta*, eisenkraut. Adde Apul. de Herb. cap. 66.

¶ Peristereon, i, & Peristerotrŏphīum, i, περιστερεὼν, περιστεροτροφεῖον, columbarium, ein taubenhauß, taubenschlag, Varr. lib. 3 de R. R. cap. 7, περιστερὰ, Columba.

PERISTRŌMA, ătis, a στρώννυμι, *sterno*, idem quod *Peripetasma*, ein gemahlet tuch oder teppich um eine wand. Sic, *Campanica peristromata*, Plaut. dixit in Pseudolo a. 1 sc. 2 v. 13 *Peristromata picta Campanica.* Cic. 2 Philipp. cap. 27 *Conchyliatis Cn. Pompeji peristromatis, servorum in cellis lectos stratos videres.*

Peristylium, vide infra *Stylus.*

PĔRĪTŎNAEVM, i, τὸ περιτόναιον, membrana visceribus & intestinis circumtensa, das netz um lunge und leber und eingeweide, apud Celsum 4 cap. 1, & 7 cap. 4.

PERITRĒTVM, i, περίτρητον, ipsum ballistæ foramen græco vocabulo appellat Vitruvius 1 cap. 2. Nam περίτρητον perforatum denotat. conf. lib. 10 cap. 7, & Baldi Lex. Vitruv. p. 83.

Perītus cum derivatis, vide paullo ante sub inusitato *Perior.*

Perjurus, vide *Juro.*

PERIZŌMA, ătis, τὸ περίζωμα, eine schürtze, ein fürtuch. Vsus est Vulgatus Interpres Genet. cap. 3. Adde Isidor. lib. 19 Orig. cap. 22.

Perizonium, vide infra *Zona*

Perlinere, Perlustrare, vide supra *Linio, Lustrum.*

PERMESSVS, i, fluvius Heliconis, sive de Helicone cadens. Virgil. eclog. 6 v. 64 *Tum canit, errantem Permessi ad flumina Gallum*
Aonas in montes ut duxerit una sororum.

Vide ibi Servium. Hinc

¶ Permessis, ĭdis, patronymicum. Martialis lib. 1 epigr. 77 *quid tibi cum Permessidos unda?* Jan. Gul. leg. *Permesside lympha.*

¶ Permessius, a, um, adject. Claudianus Laude Serenæ v. 8

Fons Aganippea Permessius educat unda.

Permissio, permitto, &c. Permolo, Permotio, permoveo, Permulceo, Permunio, vide *Mitto, Mola, Moveo, Mulceo, Munio.*

PERNA, æ, πέρνα, tam prior quam posterior coxa porcina, ein schincken. Martial. 13 epigr. 55 *Petasonem* dixit. Plautus in Persa a. 1 sc. 3 v. 26 *Pernam quidem jus est apponi frigidam postridie.* ¶ 2. Pro homine stolido accipitur, Plaut. Trucul. a. 2 sc. 2 v. 39. ¶ 3. *Perna*, piscis e concharum genere, qui & *pinna minor*, kleine steckmuscheln. Sic dicitur a similitudine pedis porcini, Gesnerus.

¶ Pernōnis, ĭdis, idem quod *perna*, ein schincken, apud Plautum Menæch. a. 1 sc. 3 v. 27 *Obsonari laridum pernonidem.*

¶ Supperno, are, id est, pernas succidere sive poplites, subnervare, suffraginare, die hüfften einschlagen, lähmen. Vnde

¶ Suppernatus, a, um, gelähmt, apud Catull. carm. 17 v. 18

sed velut alnus
In fossa Liguri jacet suppernata securi.

ad quem locum vide Scaliger. item Casaub. & Scip. Gentilem ad Apuleji Apologiam.

¶ Compernis, is, qui genibus plus justo longis & conjunctis est, ut Festus explicat, γονύκροτος, ein krummfuß, tollfuß. Exstat apud Plaut. Milite Glor. a. 3 sc. 1 v. 128, Lucil. & Varron. &c. vid. Nonius cap. 1 n. 103.

Pernicialis, pernicies, perniciosus, &c. vide in *Neco.*

Pernicĭtas, perniciter, vide mox *Pernix.*

PERNIO, ōnis, masc. τὸ χίμεθλον, affectatio calcanei ex nimio frigore, erfroren und aufgebrochen fleisch an füssen. Plin. lib. 20 cap. 3 *Rapum perniones fervens impositum sanat.*

¶ Perniuncŭlus, i, diminutivum, idem, Plin. lib. 26 cap. 11.

PERNIX, īcis, perseverans, beharrlich. Virg. 3 Georg. v. 229

& inter
Dura jacet pernix instrato saxa cubili.

¶ 2. Item, celer, geschwind, behend. Idem Virg. 4 Æn. v. 180

Pedibus celerem & pernicibus alis.

Et Horat. de Arte poët. v. 165 *Amata relinquere pernix.*
Sic, *Vento pernicior*, Stat. 4 Theb. v. 312. *Pernicior unda Garumnæ*, Claudian. 2 in Rufin. v. 113. *Pernicissimæ quadrigæ*, Columell. lib. 3 c. 9. Et, *Temporis pernicissimi celeritas*, Seneca epist. 108.

¶ Pernīcĭtas, ātis, velocitas, celeritas, die behendigkeit; *Pernicitas pedum Papyrio inerat, quæ ei cognomen etiam dedit Cursoris*, Livius lib. 9 cap. 16.

¶ Pernicĭter, adverb. geschwind. Plin. lib. 8 cap. 14 *Alites alte perniciterque supervolantes.* Apulej. Met. lib. 6 p. 177 *e conspectu perniciter abeunt.* Comparativ. *Pernicius* legitur apud Plinium 8 cap. 52 *Rupicapræ pernicius exsultant.* Et apud Paulinum Petrocor. lib. 4 v. 206 *Ad rhedam rediere viri, pernicius inde*
Præcipiti cogunt jumenta erumpere saltu.

Pernocto, pernox, &c. Pernonis, vide *Nox, Perna.*

PĒRO, ōnis, calceamentum rusticum, a πήρη, unde & *pera*; plur. *Perones*, halbe stieffeln, hohe schuhe. Budæus *tibialia laxa rusticorum* reddit, weite bauren-stieffeln. Virgilius Æn. 7 v. 690

crudus tegit altera pero,

scilicet *vestigia.* Et Juvenal. sat. 14 v. 185

Nil vetitum fecisse volet, quem non pudet alto
Per glaciem perone tegi.

Et Sidonius 4 epist. 20 *Quorum pedes perone setoso vinciebantur.* conf. Jac. Rævardus lib. 1 Varior. cap. 8, & Rosini Ant. Rom. 5 c. 36 p. 593.

¶ Pērōnatus, a, um, gestieffelt. Pers. sat. 5 v. 102 *Peronatus arator.*

PERORĪGA, æ, mascul. qui equas curat & admittit, ein stuttmeister, Varro lib. 2 de Re Rust. cap. 7. Apud Plin. in vetustis exemplaribus, ut Scaliger auctor est, *Pruriga* dicitur. Recte: a *prurigine* scilicet admissuræ. Vnde penultima producenda videtur.

Peroro, Perosus, Perpastinare, Perpendicularis, perpendiculum, &c. perpendo, vide *Oro, Odi, Pastinum, Pendo.*

PERPENSA, æ, ita baccharim herbam a quibusdam dici, Plinius indicavit lib. 2 cap. 16.

Perpensatio, perpenso, perpensus, vide supra *Pendo.*

PERPĔRAM, adverbium, idem quod falso, prave, vitiose, falsch, übel; ut, *Perperam judicare*, Cicer. pro Cæcin. cap. 24, & *interpretari*, Livius lib. 1 cap. 23, & Sen. epist. 9, unrecht urtheilen oder deuten. *Perperam pronunciare*, Plin. lib. 3 epist. 5, falsch aussprechen. *Perperam & nequiter facere*, böse und fälschlich, Auctor ad Herenn. lib. 2 cap. 3. Contrarium, *Recte facere.* Livius lib. 29 cap. 17 *Scipio omnium nobis recte perperamque factorum est testis.*

¶ Perpĕre, idem. Claud. Mamert. 1 cap. 1 *Opiniones perpere præsumtæ.* vid. Barth. Advers. 42 cap. 10.

¶ Perpĕrus, a, um, malus, pravus, vitiosus, böse, schlimm. Est ex græco πέρπερος, quod & Latini suum fecere. Vet. Gloss. *Perperus*, πέρπερος, προπετής. Plautus quoque *perperas oves* dixit Trucul. a. 3 sc. 1 v. 9, quas Scalig. ἀχρήστους interpretatur. Sic & Accius apud Nonium cap. 2 n. 626 *Describere in theatro perperos populares*, i. e. ut Nonius exponit, indoctos, stultos, rudes, insulsos, mendaces. Et Vopiscus Tacito cap. 6 *Nihil immaturum, nihil perperum*, &c.

¶ Perpĕrĭtūdo, ĭnis, pravitas, ruditas, die boßheit, tumheit. Idem Accius apud Nonium l. c. *ductabilitate nimia vestra aut perperitudine.*

Perpes, Perpessio, perpessus, vide *Peto, Patior.*

Perpetim, Perpetior, Perpetratio, perpetro, &c. vide *Peto, Patior, Patro.*

Perpetualis, perpetuitas, perpetuus, &c. vide *Peto.*

Perpictus, Perplexus, &c. Perpusillus, vide *Pingo, Plecto, Pusio.*

Perquam, Perquiro, perquisitio, &c. vide *Quam, Quæro.*

Perrarus, Perrepto, Perroro, Perruptus, vide *Rarus, Repo, Ros, Rumpo.*

Persa, Persector, persecutio, &c. Persentisco, vide *Persia, Sequor, Sentio.*

PERSĔPHŎNE, es, Περσεφόνη, latine Proserpina, Dea & regina inferorum, die höllen-göttin. Ovid. 4 Fast. v. 591

At neque Persephone digna est prædone marito.

Conf. Stat. Theb. 12 v. 276. Pro morte Ovid. Heroid. epist. 21 v. 46

Persephone nostras pulsat acerba fores.

Et Tibullus 3 eleg. 5 v. 5

At mihi Persephone nigram denunciat horam.

Persequax, persequor, vide infra *Sequor.*

PERSES, is, rex Macedoniæ, qui a Paulo Æmilio devictus, & in acie captus, ductus & in triumphum Romam cum liberis, periitque in carcere, mœrore animi confectus. vide Livium lib. 45. De græca forma Περσεὺς, Perseus, ejusdem nominis, vide mox in *Perseus* n. 2.

¶ Persĭcus, a, um, adject. ut, *bellum Persicum*, cum Perse rege gestum, Plin lib. 18 cap. 11, & Cic. Off. 1 cap. 11.

Persevēro, &c. vide *Severus.*

PERSEVS, ei, duabus syllab. Περσεὺς, Cephei Æthiopum regis gener. Andromedam ceto expositam liberavit & duxit, ob quam pietatem inter sidera relatus est, Ovid. lib. 5 Metam. *Pennipes* vocatur Catullo. ¶ 2. *Perseus* etiam multis vocatur, qui modo *Perses* appellatus fuit,

rex

rex Macedoniæ, ab Æmilio Paulo in triumpho ductus. Nam & hic Græcis Περσεὺς est.

¶ Persēis, ĭdis, patronymicum. Apollonio Rhodio itemque Ovidio ita vocatur Hecate: quippe quam Persei filiam in Theogonia Hesiodus facit. De eadem Seneca Medeâ v. 814

Caussa vocandi, Persei, tuos
Sæpius arcus.

¶ Et inde *Herbæ Perseides* pro magicis, Ovid. de Remed. am. v. 263. Nam Hecate Dea magica est.

PERSIA, æ, seu Persis, ĭdis, Περσὶς, orientalis regio ad mare rubrum, regnum quondam omnium Asiæ maximum & potentissimum, das Persien, Persier-land. Plautus Persâ a. 4 sc. 1 extr. *usque e Persia*; & sc. 3 v. 28 *Tabellæ e Persia allatæ.* Sed plurimi alii malunt græca forma *Persis, idis*, uti. Curtius lib. 5 cap. 3 n. 16 *Montium perpetuum dorsum in Persidem excurrit.* Virgilius 4 Georg. v. 290

Quaque pharetratæ vicinia Persidis urget.

¶ Persa, æ, incola Persidis, ein Persianer: plur. Persæ, ārum, die Persier oder Persen; ut, *Persarum imperium*, Curtius 4 cap. 14 n. 20. ¶ 2. Gentis nomen pro regione. *In Persas proficisci*, Corn. Nep. in Pelopida cap. 4 n. 3, i. e. in Persiam. Tale est apud eumdem Eumene cap. 8 n. 4 *Via, qua ex Medis ad adversariorum bibernacula possit perveniri. Ex Medis* idem quod *ex Media.* Gubernatores habuerunt reges cum magis, qui artium rerumque in naturæ varietate eximiarum cognitione excelluerunt. vide *Magus.* Adolescentibus nota esse debet narratio de disciplinâ juventutis Persicæ, quæ apud Xenophontem exstat lib. 1 de Pædia Cyri. Persarum regi cubicularius excubitor quotidie in cubiculum diluculo ingressus dicebat, *ἀνάστα, ὦ βασιλεῦ, καὶ φρόντιζε πραγμάτων, ὧν σε φροντίζειν ὁ θεὸς ἐθέλησε*, id est, *Surge, rex, atque eâ curâ negotia tua perage, qua jussit Deus*, Plutarch. in lib. de doctrin. principum.

¶ Persĭcus, a, um: ut, *Sinus Persicus*, Plin. lib. 6 cap. 24, ad mare rubrum, quem Persæ semper accoluēre. Horat. 1 oda 38 v. 1 *Persicos odi, puer, apparatus*, id est, luxuriosos & magnificos, cujusmodi utebantur Persæ, apud quos laudi erat luxuriose vivere, ut testatur Corn. Nepos in Alcibiade in fine. *Malum Persicum*, ein pfersing, quod ex Persia primum allatum. vid. Plin. lib. 13 cap. 9, & Isidor. 17 cap. 7. Hinc

¶ Persicus, i, & Persica, æ, subst. ein pfirschen-baum. Pallad. 1 tit. 37 *Persicus, pirus, pomiferæque arbores.* vid. Idem Jan. t. 16, & April. t. 5. Sic & *Persicæ arbores*, Plin. 15 c. 13, & 16 cap. 26.

¶ Persĭcum, i, subst. fructus persicæ, die pfirsche, pfirsing. Apic. 4 cap. 2 *Persica duriora purgabis.*

¶ Persĭdes, um, plur. pisces ex genere polyporum, Plin. 32 cap. ult.

¶ Persites, æ, tithymali species, Apul. de Herb. cap. 108.

¶ Persepŏlis, is, Persiæ fuit metropolis, & regum Persicorum sedes. vide Curtium lib. 5 cap. 6.

Persīdo, ĕre, vide infra *Sedeo.*

PERSIVS, i, prænomine Caji, doctissimus Romanorum suâ ætate. Fuit coævus Lucilio poëtæ. vide de eo Cicer. lib. 2 de Oratore cap. 6, item Plinium præfat. suæ Historiæ &c. ¶ 2. *Persius* & poëta satyricus sub Nerone fuit, Volaterris Hetruriæ oppido natus. Vixit igitur 28 annis, minus novem circiter diebus, ut Casaubonus supputat ex veteri scholiaste. Quintil. lib. 10 cap. 1 *Multum & veræ gloriæ, quamvis uno libro, Persius meruit.* Scaliger Pater in Hypercritico ejus stilum morosum & ineptum censet, illique idcirco & Juvenalem & Horatium præponit. Quos tamen contra a Persio superari Casaubonus censet, quem vide in Prolegomenis in Persium, cui id omne debet Persius, quanti hodie æstimatur a doctis. A quo tamen rursus dissentit Heinsius, qui Flaccum præfert: vide ejus librum de Satyra Horatiana.

Persolido, are, Persolla, persollata, Persolvo, vide *Solidus, Persona, Solvo.*

PERSOLVTA, æ, sive Persolyton, i, herba hortensis apud Ægyptios, Plin. 21 cap. 33.

PERSŌNA, æ, πρόσωπον, die person. *Personam* Valla vocat qualitatem, quâ homo ab homine differt corpore, animo, & fortuna; ut, Hector ad Priamum *persona filii est*; ad Astyanactem *persona patris*; ad Andromachen *persona mariti*; ad Paridem *persona fratris*; ad Sarpedonem *amici*; ad Achillem *inimici.* vid. Vall. lib. 6 cap. 84. Vide & Scalig. cap. 72 de LL. C. Bassus apud Gellium lib. 5 cap. 8 a *personando* format: sed rectius Scalig. lib. 1 Poët. cap. 13 quasi περὶ σῶμα; est enim habitus fictus, qui veram personam imitatur. Cicer. ad Cæsarem sub lib. 9 epist. 11 ad Atticum: *Ad eam rationem satis aptam esse exstimabam naturam & personam meam.* Idem in Philippica 8 cap. 10 *Magnum est in republ. tueri personam principis*, sich halten wie einem regenten gebühret, standgemäß. *Personam alicujus suscipere, imponere alicui, personam alienam ferre*, hoc est, officium seu officii habitum competentem. Cicer. pro Sylla cap. 3 *Vehementem & acrem personam, quam mihi tempus & respubl. imposuit, jam voluntas & natura ipsa detraxit.* Sic enim pro Muræn. cap. 3 *Has partes lenitatis & misericordiæ, quas me natura ipsa docuit, semper ego libenter, illam vero gravitatis severitatisque personam non appetivi.* Corn. Nepos præfat. pr. *Non dubito fore plerosque, Attice, qui hoc genus scripturæ leve & non satis dignum summorum virorum personis judicent:* PERSONIS, id est, conditione & loco. Idem Epaminondâ cap. 1 *Scimus, musicen moribus nostris* (ROMANORVM) *abesse a principis persona.* Corn. Celsus præfat. *Quos ego ideo nihil tentasse judico, quia nemo in splendida persona periclitari conjecturâ suâ voluerit.* vid. plura in Ol. Borrich. Cogit. p. 191, ubi & de *Personarum acceptione*, quæ Græcis προσωποληψία. ¶ 2. In doctrina de Deo, *persona* substantia est individua, intelligens, & incommunicabilis, ὑπόστασις, ὑφιστάμενον, ut, *Vna est essentia Dei vel divinitatis, sed tres personæ.* ¶ 3. *Histrionum personæ* in scenis, facies sunt fictæ, seu appostitiæ, quas *larvas* vulgo vocant, larven. De persona ejusmodi accipiendum illud Juvenalis est sat. 3 v. 174

tandemque redit ad pulpita notum
Exodium, cum personæ pallentis biatum
In gremio matris formidat rusticus infans:

Vbi nota, hujusmodi personas sive πρόσωπα, quibus in tragœdiis utebantur, ad insignem deformitatem, colore pallido, hiante ore effictas fuisse: quod & Lucianus significat de Saltatione p. 113, qui habitus in signo illo æreo etiam expressus, cujus typum Pignorius de Servis p. 99 adducit. Prudentius 2 adv. Symmachum v. 645

Vt tragicus contra ligno tegit ora cavato,
Grande aliquod cujus per biatum crimen anhelet.

Cavatum lignum, larvata persona est ex ligno cavato. Seneca epist. 24 *Non hominibus tantum, sed & rebus persona demenda est, & reddenda facies sua*, man muß die larve abziehen. Suetonius Nerone cap. 21 *Tragœdias quoque cantavit personatus: Heroum Deorumque, item Heroidum ac Dearum personis effictis ad similitudinem oris sui, & fœminæ, prout quamque diligeret.* Publius Mimus: *Heredis fletus sub persona risus est*, des erben weinen ist ein verdecktes lachen. ¶ 4. Hinc pro externa specie & apparatu, der schein. Tacitus in Agricola cap. 9 *Vbi officio satisfactum, nulla ultra potestatis persona*; id est, nihil in vultu, nihil in cæteris rebus ejus conspiciebatur, quod potestatem, qua erat, argueret ac approbaret. ¶ 5. Sed & illi ipsi actores partium scenicarum, *Personæ* appellabantur. Vnde illud Nepos transtulit Pelopidâ cap. 4 n. 3 *Hic fuit altera persona Thebis, sed tamen secunda: ita ut proxima esset Epaminondæ.* Nimirum erant in fabulis primæ, secundæ, tertiæ partes. Significat itaque Epaminondam Nepos, in Thebanorum republica, tamquam in fabula, primas partes egisse, hoc est, primo loco fuisse; secundo & proximo Pelopidam. ¶ 6. Denique pro quovis viro & homine singulari *Persona* usurpatur: Celsus 5 cap. 18 *Malagmata plura tentata, quæ in personis varie responderant*, i. e. in aliis atque aliis hominibus. Quintil. 5 cap. 2 *De infirmitate personarum querendum*, i. e. hominum. Plura testimonia profert Andr. Borrich. Vindic. p. 159. Adde Vellej. 2, 68, 1 *Neque enim persona umbram actæ rei capit*; ubi *Persona* idem est ac aliquis unus, iemand, etwa einer.

¶ Persolla, æ, diminutivum, ut, *Corolla* a Corona, eine kleine person oder larve: Plautus usus est Curcul. a. 1 sc. 3 v. 36. Vide ibi Jac. Operarium, & Parei Lex. Crit. p. 922, & Voss. Etymol. p. 385, & p. 480 in *Solus.* Sonat autem larvulam, sive personam minorem. (Alii tamen, ut Lambinus, legunt *persolæ*, a Persolus, quod vide in *Solus.*) Hinc

¶ Persollata, æ, (male *Persolata*,) græce προσώπιον & προσωπὶς, herba sic dicta, quod personæ seu larvæ instar hominum faciem contegere valeat ob foliorum amplitudinem. Vulgo vocatur *bardana* & *lappa major*, groß kletten-kraut. Ejus mentio apud Plinium 25 cap. 9, & 26 cap. 5, & Dioscor. 4 cap. 107.

¶ Personata, æ, subst. eadem planta Plin. 25 cap. 9, & Colum. 6 cap. 17. Quæ & *Personacia* Apul. de Herb. cap. 36, & Marcell. Empir. c. 27.

¶ Personatus, a, um, adject. larvâ indutus, vermummet, verlarvt. Cic. lib. 3 de Oratore cap. 59 *Nostri senes personatum, ne Roscium quidem, magnopere laudabant.* Seneca epist. 80 *personata felicitas*, hoc est, fucata, fallax.

¶ Persōnālis, e, ad personam pertinens, persönlich; ut, *Personale beneficium*, Vlpian. Lege 63 Dig. § 1 pro socio.

¶ Personaliter, adverb. idem: Grammaticorum notio apud Gellium est lib. 15 cap. 13. Aliter Arnobius lib. 3 p. 124 *Etiamsi personaliter ignoramus, qui sunt Lares, qui sunt Novensiles, qui Penates* &c.

Persŏno, are, persŏnus, Perspecto, perspicacitas, perspicax, &c. perspicio, perspicuus, vide *Sonus, Specio.*

Perstrepo, Persuastrix, Persultator, persulto, vide *Strepo, Suadeo, Salio.*

Pertædesco, pertædet, pertæsus, Pertĕgo, Pertendo, pertento, Pertepeo, Perterebro, Pertergo, Pertĕro, Perterrefacio, perterreo, &c. vide *Tædet, Tego, Tendo, Tepeo, Terebra, Tergo, Tĕro, Terreo.*

PERTĬCA, æ, eine stange, ein stecken. Vetus Gloss. græco-latin. κοντὸς, *Pertica, Sudes, Camax.* Item, κάμαξ, *Ritica, pertica.* ¶ 2. Item instrumentum, quo agros metiebantur, eine meßruthe. Valerius Cato in Diris v. 45 *Pertica, quæ nostros metata est impia agellos.* Propertius lib. 4 eleg. 1 v. 130 *Abstulit excultas pertica tristis opes.* Habet autem pertica decem pedes, unde & *Decempeda* dicebatur. Vetus auctor de Limitibus, apud Rigalt. p. 297 PERTICA *habet passus duos, id est, pedes decem.* PERTICA *autem a portando dicta, quasi* PORTICA. Vet. Gloss. *Pertica*, κανὼν, κάμαξ. Hinc proverbiale, *non una pertica tractare, non uno modulo metiri*, sive, non una ratione tractare, apud Plin. lib. 8 epist. 2. ¶ 3. *Pertica* etiam ipse ager, metatus perticâ & assignatus. Aggenus: *Pertica quatuor regionibus æqualiter divisa.* Frontinus: *solum autem quodcunque coloniæ est assignatum, id universum* PERTICA *appellatur.* vide Salmasium Exercitat. Plinianis p. 681, & aliquot sequentibus: ubi pluribus de perticis veterum & tota dimetiendi ratione disputat.

¶ Pertĭcālis, e, langsteckicht; ut, *salix perticalis*, id est, ex qua fieri possunt perticæ, Columella lib. 4 cap. 31. *Perticale* etiam dicitur, quod decem pedes sive perticam longum est.

Pertimesco, Pertinacia, pertinaciter, pertinax, & Pertinenter, pertineo, Pertingo, Pertolero, Pertŏno, Pertractatio, pertracto, &c. Pertremisco, vide *Timeo, Teneo, Tango, Tolero, Tono, Traho, Tremo.*

Pervado, Pervagabilis, pervagor, āri, pervăgus, Pervaleo, Pervasor, Pervastare, Pervector, perveho, Pervello, Pervenari, Pervenio, Perverse, perversitas, perverto, vide in *Vado, Vagus, Valeo, Vado, Vastus, Veho, Vello, Venor, Venio, Verto.*

PERVĬCAX, ācis, quasi *pervincax*, secundum Vossium, perseverans cum vi quadam, per omnes vices nemini cedens, steiff, beharrlich, hartnäckig. *Pervicax* est, qui constanti & infracto animo rem gerit: *Pertinax*, qui obstinate tenet & pertendit id, in quo non debet pertendi. Illud laudem, hoc vituperationem meretur. Accius apud Nonium cap. 5 n. 40 ad etymon simul alludens:

Nam pervicacem dicis me esse & vincere,
Perfacile patior, pertinacem nil moror.

Hæc (*pervicacia*) fortes sequitur, illam (*pertinaciam*) indocti possident. Vetus Scholiastes ad illud Horatii epod. 17 v. 14

Heu pervicacis ad pedes Achillei:

PERVICACES dicuntur, qui in aliquo certamine ad vincendum perseverant: sicuti PERNICES *a* PERNITENDO. Tacit. 4 Histor. c. 5 de Helvidio Prisco: *Opum contemtor, recti pervicax, constans adversus metus.* Vet. Glossæ: *Pertinax*, Βίαιος, δυσέριστος, σφοδρὸς, μονότονος, ἐπίμονος, φίλερις. *Pervicax*, φιλόνεικος, μονότονος. Sed non semper hoc discrimen attenditur. Et sæpe *pertinax* in bonis; *pervicax* in malis ponitur. Terentius Hecyrâ a. 4 sc. 1 v. 17 *Adeone pervicaci esse animo*, &c. so halßstarrig seyn. Livius lib. 25 cap. 14 pr. *Vicit tamen omnia pertinax virtus.* Apulejus Apolog. sub finem, *vir pertinax justitiæ.* Superlat. *pervicacissimi hostes*, apud Florum lib. 1 cap. 11.

¶ Pervĭcācia, æ, die beharrlichkeit, hartnäckigkeit. Cicer. 4 Tuscul. cap. 11 *Ægrotationi subjecta sunt mulierositas, pervicacia, liguritio* &c. Et Plinius lib. 17 cap. 20 *perdurandi pervicacia*, de castanea arbore.

¶ Pervicacĭtas, ātis, idem. Gloss. Vet. *Pervicacitas*, μονοτονία.

¶ Pervicācĭter, adverb. beständig. Lege 3 §16 Dig. de Suspect. tutor. *neque pecuniam deponere pervicaciter perstant.* Comparativ. *Pervicacius oblaturos esse annulum* [Perdiccas] *credebat*, Curt. lib. 10 cap. 6 n. 18.

¶ Pervĭcus, a, um, idem quod *pervicax*. Accius apud Nonium cap. 8 n. 28 *Pervico Ajax animo.* Et Plautus ibidem: *Quidam pervicus custodem addidit.*

Pervinco, Pervireo, Pervivo, Perunctio, perungo, Pervolito, pervolo, Peruro, vide *Vinco, Vireo, Vivo, Vngo, Volo, Vro.*

PĔRŪSIA, æ, vel Perusium, i, urbs Tusciæ, in qua L. Antonius ab Augusto obsessus, extrema fame coactus, tandem se dedidit. v. Vellej. 2 cap. 74.

¶ Perūsīnus, a, um, adject. ut, *Perusina fames*, Lucan. 1 v. 41. *Perusina sepulcra*, Propert. 1 eleg. 21 v. 1. Absolute *Perusini*, cives apud Vellej. l. c. n. 4.

PES, pĕdis, πὲς, totum illud quod est a femore ad calcem usque, der schenckel, der fuß, von der hüffte biß auf die fußsole, das bein. Virgil. 3 Georg. v. 55 *Pes etiam, & camuris hirtæ sub cornibus aures.*
Propertius lib. 2 eleg. 6 v. 38

Quæ nunquam supra pes inimicus eat.

Et, *Accidere ad pedes*, Cic. Attic. 1 epist. 14. *Abjicere se ad alicujus pedes*, Idem ad eumdem lib. 8 epist. 9. *Projicere se ad pedes*, Idem pro Sextio cap. 11, einem zu fusse fallen, einen fußfall thun. *Pedem portâ efferre*, Cicero ad Attic. lib. 7 epist. 2. *Quocunque pedes ferent*, wohin mich die füsse tragen, vide Chiliad. *Pedem referre*, Ovid. Her. epist. Sapph. 15 v. 186, zurück treten. *Pedibus*, zu fusse: ut, *Pedibus iter facere*, Cicer. lib. 5 ad Attic. epist. 9. Et Epitoma Victoris in Hadriano: *Immensi laboris, quippe qui provincias omnes pedibus circumierit.* Sic, *Pedibus merere*, Livius lib. 24 cap. 18, zu fusse dienen, ein fußknecht seyn. *Pedem trahere*, pro claudicare, Ovidius dixit 1 de remed. amoris v. 379. *Pedibus aliquo pervenire*, est itinere terrestri pervenire, apud Cæsarem lib. 2 de B. C. c. 21. Vide infra in *Pedester*. Sic, *Nec pes, nec caput*: proverbiale de inconditis confusisque. Plautus Asinariâ a. 3 sc. 3 v. 238 *Quin nec caput, nec pes apparet.* Idem Captiv. a. 3 sc. 4 v. 28 *Garries, quod neque pes unquam, neque caput appareat.* Proverbialiter etiam *Ante pedes esse* dicuntur, quæ præsentia sunt, was vorhanden ist: Terent. Adelph. a. 3 sc. 4 v. 23

Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est
Videre, sed etiam illa, quæ futura sunt.

Vbi Lindebruchium, si lubet, vide. Sic, *Transilire ante pedes posita*, das gegenwertige fahren lassen, Cic. de Orat. 3 cap. 40. ¶ 2. Est autem polysemum *Pedis* nomen & ad plura alia transfertur. Quod Seneca notat 2 de Beneficiis cap. 34; *Ingens*, inquit, *copia est rerum sine nomine, quas non propriis appellationibus notamus, sed aliis commodatisque. PEDEM & nostrum dicimus, & lecti, & veli, & carminis: canem & venaticum, & marinum, & sidus* &c. ¶ 3. *Pedes lectorum* fulcra sunt, nec non *mensarum*, das gestelle: Ovid. 8 Metamorph. v. 660 *mensam succincta tremensque*

Ponit anus, mensæ sed erat pes tertius instar.

Hinc *mensa tripes*, Horat. lib. 1 satyr. 3 v. 13. ¶ 4. *Pedes velorum*, pars utraque inferior, quibus tenditur velum: & pro utroque latere, *dexter* alter, alter *sinister*, schiffseile. Lucan. lib. 5 v. 427

& flexo navita cornu
Obliquat lævo pede carbasa.

Hinc *pedem facere* nautica phrasi est, vento dimidio navigare, lavieren, apud Virgil. 5 Æneid. v. 830, quod in princ. v. 16 *obliquare sinus* dixit. Vide Scaligerum ad illud Catull. epigr. 4

Sive utrumque Jupiter
Simul secundus incidisset in pedem;

qui *pedem* funiculum interpretatur, cui angulus veli religetur: nec non Turnebum Advers. 20 c. 4, & lib. 25 c. 21. ¶ 5. *Pedes carminum*, sunt compositiones aliquot syllabarum: ut, *Spondæus, Jambus, Dactylus*, &c. De horum usu etiam in oratione agit Cicero de Orat. 3 cap. 47. Ad pedes carminum alludens Plautus Menæch. prolog. v. 49 *Nunc in Epidamnum pedibus redeundum est mihi.* Sed & ad plura alia transfertur. ¶ 6. Nam & decursus sive lapsus aquarum, *Pedis* nomine designantur poëtis. Virgilius Culice v. 17

Castalia & resonans liquido pede labitur unda.

Horatius epod. 16 v. 48

Levis crepante lympha desilit pede.

Imo & de aliis liquidis fluentibusque *pes* dicitur. Cornel. Severus in Ætna v. 13 *Ipse suo flueret Bacchus pede.*
Vide Nonium c. 6 n. 75 in *Revocare pedem*, qui idem ex Virgilii 9 Æn. v. 126 confirmat. ¶ 7. Item accessus, adventus. Sic *dexter pes*, felix accessus. Silius lib. 7 v. 172

Attulit hospitio pes dexter & hora Lyæum.

Sic fere etiam Virgilius 8 Æn. v. 302 ad Herculem:

& tua dexter adi pede sacra secundo.

Augustinus epist. 44 ad Maximum grammaticum, ubi etiam ad hunc Virgilii locum provocat: *Namphanio quid aliud significat, quam* BONI PEDIS HOMINEM, *id est, cujus adventus adferat aliquid felicitatis: sicut solemus dicere,* SECVNDO PEDE INTROISSE, *cujus introitum prosperitas aliqua consecuta sit*, der zur glücklichen stunde kommen. ¶ 8. Et quia standi fundamentum *Pes*, ut Varro lib. 4 de L. L. cap. 19 scribit: inde cujusquemodi rei fundamentum, *pes*, der grund; Et, *qui fundamentum instituit*, idem Varro ait, PEDEM PONIT. Hinc & in ædificiis in area, PES MAGNVS dicitur. PES MAGNVS, inquit Scaliger, *constratus est: Ita vocabant Veteres* ἐπίπεδον τὸ ἐπὶ μῆκος καὶ πλάτος. Sic in libris de Limitibus agrorum legitur: PLANVM *est, quod Græci* ἐπίπεδον *appellant: nos CONSTRATOS PEDES: in quo longitudinem & latitudinem habeamus: per quem etiam agros, ædificiorum sola, & quibus altitudo & crassitudo ponitur* &c. *intelligimus.* Ausonius erudite in Mosella v. 327

Quin etiam riguis humili pede condita pratis.

Humili pede, i. e. solo vel situ, die niedrig liegen. Seneca de Tranquillitate animi cap. 10 *Exiguæ sæpe areæ in multos usus describentis arte patuere: & quamvis angustum pedem dispositio fecit habitabilem.* Hic *Pes* nihil aliud est, quam solum, sive *area*, ut paullo ante appellarat. ¶ 9. Sed & imas montium partes, quæ & radices appellantur, *pedes* vocarunt Latini juxta ac Græci. Vide Suidam. Ammianus Marcellinus lib. 14 cap. 26 *Has autem provincias, quas Orontes ambiens amnis, imosque pedes Cassii montis illius celsi prætermeans, funditur in Parthenium mare.* ¶ 10. *Pes* etiam mensura est, quam Frontinus Exposit. Formarum, *palmis IV, unciis XII* definit pag. 43. De *Pede Ptolemaico, Monetali,* & *Drusiano* Hygenus de Limitibus Constit. pag. 219. Horatius lib. 1 epist. 7 extr.

Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.

Quo poëta monet, id ut sequamur vitæ genus, quod cuique aptum maxime est. ¶ 11. *Pes gallinaceus*, herba, καπνὸς, i. e. fumaria, hanenfuß, Plinius lib. 25 cap. 13. ¶ 12. *Pedes* etiam vermiculi, quos *pediculos* appellamus. Plautus Curcul. a. 4 sc. 2 v. 13

Item genus est lenonum inter homines, meo quidem animo,
Vt muscæ culicesque pedesque pulicesque.

Varro lib. 3 de Re Rustica cap. 4 *Quando de clunibus habere cœperint pinnas* (pulli gallinacei) *e capite, & e collo eorum crebro eligendi pedes. Sæpe enim propter eos consenescunt.*

¶ Pĕdĭcŭlus, i, dimin. ein füßlein. Plinius lib. 9 cap. 28 de piscium generibus: *Mollia sunt, loligo, sepia, polypus, & cætera ejus generis. His pediculi octoni omnibus.* ¶ 2. Et *Pediculi* sunt, quibus poma omnia, ut mala, pira, pruna, ficus, sustinentur, die stiele: ut, *pediculus piri*, ein birnstiel. Plinius lib. 15 cap. 28 *Dependent alia pediculis, ut pira: alia racemis, ut uvæ, palmæ.* Columella lib. 12 cap. 45 *Poma sic componi debent, ut flosculi sursum: pediculi deorsum spectent.* Agit de pomis longiore tempore servandis, vom währ-obst. ¶ 3. *Pediculi* item vermiculi sunt in capitibus & corpore animalium, qui & *Pedes* appellantur, läuse, ut modo dictum probatumque fuit. Columella lib. 8 cap. 7 de gallinis farciendis: *Pluma omnis e capite, & sub alis atque clunibus detergetur. Illic ne pediculum creet; hic ne stercore loca naturalia exulceret.*

¶ Pedicellus, i, aliud ὑποκοριστικὸν, minutus pediculus, ein läußlein. Petronius fragm. Tragur. p. 42 *In alio pedicellum vides: in te ricinum non vides?*

¶ Pĕdĭcŭlōsus, a, um, plenus pediculis, lausig. Onomasticum vetus: *Pediculosus*, φθειριῶν. Martialis lib. 12 epigr. 59 *menti dominus pediculosi.*

¶ Pĕdĭcŭlo, āre, pediculos venari, lausen. Gloss. Vet. *Pediculo*, φθειρίζω. Quod a φθεὶρ, *pediculus*, est.

¶ Pediculatio, ōnis, die lausigkeit, in aliis Glossis vertitur φθειρίασις.

¶ Pedicŭlāris, e, läusehafft: ut, *Morbus pedicularis*, Phthiriasis, die läusesucht. Vide *Phthiriasis*. Gloss. Vet. *Pedicularis*, φθειρικός. Columella 6 cap. 30 *herba pedicularis.*

¶ Pediŏlus, i, a *pede*, diminutive, ein füßlein; ut, *Nudo pediolo*, Afran. apud Nonium c. 2 n. 699.

¶ Pĕduscŭlus, i, idem. Plin. 11 cap. 10 *Apprehensis pedusculo lapillis se librant.* Alii: *Apprehensi ponduscul o lapilli.*

¶ Peda, æ, vestigium humani præcipue pedis, ein fußtritt: Festus.

¶ Pedāgium, i, in Gloss. vectigal dicitur, quod persolvitur domino loci a transeuntibus, geleitegeld, zoll. vide JCtos.

¶ Pĕdālis, e, eines fusses, eines schuhes lang oder breit: ut, *Pedalis longitudo*, Columell. lib. 8 cap. 3. *Pedalia ligna*, Cæsar lib. 2 de B. C. cap. 2, hoc est, crassitie integrum pedem æquantia, eines schuhes dick. *Pedale spatium*, Varro de R. R. 3 cap. 5.

¶ Pedale, is, subst. socculus, qui pedi inducitur, ein strumpf, beinkleid, Petron. in Satyr.

¶ Pedalion, i, herba, alias proserpinaca, Apul. de Herb. c. 18.

¶ Pĕdāneus, a, um, idem quod *pedalis*. Columella 5 cap. 6 *Nemo minorem pedanea scrobem vitibus comparet.* Et Palladius Majo tit. 11 *Pedaneum super rudus inducimus.* ¶ 2. *Pedaneus judex*, qui a præside constituitur, ut minora judicia discernat. Is enim magistratus non vehebatur curru, sed pedibus proficiscebatur in forum. Sed & alias caussas appellationis ejus alii afferunt. Vide JCtos.

¶ Pĕdarius, a, um, zu fuß gehend: ut, *Pedarius senator*, qui nondum majoribus functus honoribus pedibus itabat in curiam, cum alii, qui curulem magistratum gessissent, curru eò veherentur. vid. Gellius 3 cap. 18. Festo ita appellatur, *qui tacitus transeundo ad eum, cujus sententiam probat, quid sentiat, indicat*; quem & referente Festo Lucilius *Agipedem* dixit. Erant itaque *Pedarii* etiam absolute, qui pedibus in sententiam ibant, hoc est, sententiam in senatu non dicebant, sed ab alio dictam accessione sua ad illam partem comprobabant. Cicer. ad Attic. lib. 1 epist. 19 *Raptim in eandem sententiam pedarii cucurrerant*, die ja-herren. Versum quoque Laberii affert Gellius l. c. *Caput sine lingua, pedaria sententia est.*

¶ Pĕdes, ĭtis, qui pedibus rem peragit, ein fußgänger. Curtius 8 cap. 1 n. 18 *Scivere, ne pedes venaretur*, zu fuß. Virgilius Æn. 6 v. 880

seu cum pedes iret in hostem.

¶ 2. Mi-

¶2. Miles, qui pedibus meretur, ein fußknecht, mußquetierer. Cæsar 2 B. Gall. cap. 24 *Levis armaturæ pedites.* Tacitus Germ. cap. 6 *Plus penes peditem roboris*, singulari pro numero multitudinis. Sic & Liv. 30 cap. 34 pr. *equite nudata erat Punica acies, cum pedes concurrit.* ¶3. *Pedites* etiam sunt, quos nos schantzgräber appellamus. Severus in Ætna v. 139 *Cernis, & in silvis spatiosa cubilia rutro*
Antraque demissis pedites fodisse latebris.

Vbi Scaliger: *Pedites, quos vulgo Peones dicimus corrupte, pro Peditones, qui militare opus faciunt, aggerem, fossas.*

¶ Pĕdĭtātus, ûs, peditum copiæ, das fußvolck, die infanterie. Cicer. 15 fam. epist. 4 *Equitatu & peditatu paratus.* Cæsar B.G. 4 c. 34 *magna multitudo peditatus equitatusque coacta.*

¶ Pedester, & Pedestris, e, zu fuß: ut, *Pedester exercitus: Pedestres copiæ*, fuß-völcker: Nepos Eumene cap. 4 n. 3 *Equitibus profligatis, pedester exercitus pacem petiit.* Curtius lib. 4 cap. 7 n. 3 *pedestribus copiis Pelusium petere jussis.* Sic *scutum pedestre* Livius dixit lib. 7 cap. 10. ¶2. *Pedestre iter* apud Cæsarem 2 de B. C. cap. 32, & Hirtium de Bello Alexandrino cap. 26 est, quod idem Hirtius paullo ante *terrestre* vocat, eine reise zu lande. Sic, *pedibus ire, pedibus venire, pedibus profugere*, est terrâ ire apud eumdem Cæsarem lib. 2 de B. C. cap. 21 & 23. Inde & apud Ciceronem Orat. in Vatinium cap. 5 *Pedibus iter conficere, & navigare* opponuntur: *Cum*, inquit, *illud iter Hispaniense pedibus fere confici soleat: aut si quis navigare velit, certa sit ratio navigandi.* Etiam Nepos *pedestres copias* in Alcibiade & Conone principio illas dixit, quæ in terra rem gerunt, *navalibusque* opposuit, quas Polybius inde πεζικὰς δυνάμεις lib. 1 dixit; quod & Casaubonus notat. Apud Tacitum quoque *pedestris pugna, navali* opponitur Annal. 12 cap. 57. Item Hirtius eodem loco, quem supra citavimus, *pedestrem accessum* pro terrestri posuit contra *maritimum: Ægyptus*, inquit, *maritimo accessu, Pharo, pedestri, Pelusio, velut claustris munita existimatur.* ¶3. Sed *pedestris oratio* dicitur, quæ quidem metrica & poëtica non est, attamen numerosa. Quintilianus lib. 10 cap. 1 p. 745 de Platone: *Multum supra prosam orationem, & quam pedestrem Græci vocant, surgit.* Horatio autem de Arte poët. v. 95 *sermo pedestris* est humilis, atque ita etiam *Musam pedestrem* dixit lib. 2 satyr. 6 v. 17.

¶ Pedetentim, adverb. gemach, leise, fuß für fuß. Terent. Phorm. a. 3 sc. 3 v. 19 *Dii bene vortant, quod agas, pedetentim tamen.* Cic. pro Quint. cap. 16 *Timide & pedetentim istuc descendunt.* Idem lib. 9 epist. 14 ad Dolabellam: *Ita pedetentim & gradatim tum accessus a te ad caussam facti, tum recessus*, &c. Idem 1 Offic. cap. 33 *sensim pedetentimque facere.* Et pro Cluentio cap. 42 *caute, pedetentimque omnia dicere.* Dicitur autem a *pedibus* & *tentando*, & allusio est ad cæcum, qui ne offendat, paulatim ambulat, & ut Naso in Ibin dicit v. 260
Prætentat baculo luminis orbus iter.

¶ Pĕdĕpressim, non minus ac *pedetentim*, dictum est caute, quasi lenta & tarda itione, apud Nonium cap. 1 n. 119, langsam, sachte, mählich. Sic Mantuanus:
Deplumare levi tactu, sensim & pedepressim.

¶ Pĕdĭca, æ, laqueus, quo pedes volucrum implicantur, eine schlinge, schleiffe, sprenckel, fußeisen. Virgil. 1 Georg. v. 307
Tunc gruibus pedicas & ponere retia cervis.

Et Ovid. Metam. 15 v. 473 conjungit
Retia cum pedicis laqueosque artesque dolosas.

Livius lib. 21 cap. 36 extr. *Jumenta, velut pedicâ capta, hærebant in durata & alte concreta glacie.* Metaphorice Apulejus Met. 6 pag. 182 *nuptialibus pedicis alligari*, heyrathen.

¶ Pedicĭnus, i, pes torcularis, quo arbores statuuntur in ejus fundamento. Cato R. R. cap. 18 *Foramen pedicinis duobus facito, ibi arbores pedicino in lapide statuito.* Conf. Turnebi Advers. 7 c. 25.

¶ Pĕdĭsĕquus, i, famulus dominum sequens, ein nachtreter, laquey. *A pedissequis conculcari*, Cic. pro Domo c. 42. Et, *semper Cimonem pedissequi cum nummis sunt secuti*, Nepos 5, 4, 2.

¶ Pedisĕqua, æ, eine nachtreterin, magd, zoffe: ut, *Accedo ad pedissequas*, Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 96. *Virtutis pedissequæ sunt divitiæ*, Auctor ad Herenn. lib. 4 cap. 14. *Pedisequam* scribi a Prisciano, & in Pandectis Florentinis, & in Marmore Romano, confirmat Schurzfl. Orthogr. Rom. p. 48.

¶ Pĕdĭto, āre, zu fusse gehen. Gloss. gr. lat. πεζεύω, *pedito.*

¶ Pedo, ōnis, cui lati sunt pedes, ein breitfuß. Gloss. gr. lat. πλατύπους, *pedo.* ¶2. *Pedo*, nomen poëtæ, vide supra.

¶ Pĕdo, avi, atum, āre, fulcire vites vel arbusculas, stützen, unterstützen, pfähle stecken. *Vineæ pedandæ cura*, Columell. lib. 4 c. 12.

¶ Pĕdātus, a, um, gestützt, gepfählt; ut, *Vitis pedata*, Plin. 17 cap. 21. ¶2. *Pedatus*, pedibus valens, der gute beine hat, der wohl gehen kan. Suetonius Othone cap. 12 *Fuisse traditur male pedatus scambusque*, übel zu fuß.

¶ Pedatus, ûs, subst. accessus per pedem, der schritt, ansatz. Plautus Cistell. a. 2 sc. 1 v. 50 *Nisi pedatu tertio omnes afflixero*; id est, impetu, coitione sive incursu. vid. Parei Lex. Crit. p. 980.

¶ Pedātio, ōnis, die pfählung, stützung. Colum. 4 c. 12 *Dum se vinea corroboret in pedationem.*

¶ Pĕdātūra, æ, spatium certo numero pedum finitum, & ipsa mensuratio per pedes, das ruthen- oder fuß-maß. vid. Gœsii Indic. & Rigalt. Gloss. Agrimens. p. 314, & supra *Adæro* in *Æs.* Frontinus de Colon. p. 333 *Numero pedaturæ sunt limites constituti.* conf. p. 338 & 358.

¶ Pedatim, adverb. fuß vor fuß. Plin. 11 cap. 45 *Leo & camelus pedatim gradiuntur.*

¶ Pedāmen, &

¶ Pedamentum, i, sustentaculum quod arbusculis aut vitibus adhibetur, eine stütze oder steg, pfahl, a verbo antiquo *pedare*, quo, pro fulcire vites vel arbusculas, Collumella usus est, (stützen) & nomine *pedationis*, utroque lib. 4 cap. 12. *Pedamen* vero est itidem Columellæ lib. 4 c. 15. *Pedamentum* Plinii lib. 14 cap. 1, & lib. 17 c. 20 &c.

¶ Pĕdūlis, e, zum füssen gehörig; ut, *fasciæ crurales pedulesque*, quibus pedes vestiuntur, strümpfe, beinkleider, Vlpian. leg. 25 § 4 Dig. de aur. arg. &c. Sic in Lamprid. Alexandro cap. 40 *Pedulibus semper usus est*, subaudi: *fasciis.* vid. ibi Salmas.

¶ Pedum, i, baculus incurvus, quo utuntur pastores ad comprehendendas oves aut capras a pedibus: ein hirtenstab, schäferstock. Vide Festum. Virgilius ecloga 5 sub fin. *At tu sume pedum*, &c.

¶ Pessum, adverbium, veteribus idem significavit quod deorsum, hinunter, abwerts zum füssen, zu boden. Pessum enim quasi sub pedes projectum, unter sich; ut, *Pessum ire*, hinuntersincken: contrarium ei est *innatare*, apud Columellam lib. 12 cap. 6 extremo. Seneca 3 Quæst. Natur. c. 25 *Sic evenit, ut in quibusdam stagnis ne lapides quidem pessum eant. De solidis, & duris loquor.* Lucretius lib. 6 v. 588
multæ per mare pessum
Subsedere suis pariter cum civibus urbes.

Pessum sidere Lucano lib. 3 v. 674 dicuntur corpora quæ concidunt. Conf. ex Boëth. lib. 5 metro 5 supra in *Homo.* Plautus *pessum ire* dixit pro perdi, in ducks gehen, Cistellar. a. 2 sc. 1 v. 12. Et, *pessum dejicere*, idem quod *pessundare*: Apulej. Met. 5 p. 163 *Nec sum mulier, nec omnino spiro, nisi eam* [sororem Psychen] *pessum de tantis opibus dejecero.*

¶ Pessundo, ăre, zu boden stossen, de quo verbo supra in *Do, dare.*

I. Composita cum nominibus:

Pes diversi ordinis composita præbet, & multa cum nominibus, quæ suis locis inserta vide: ut,

¶ Ærĭpes, in *Aër.* Alipes, in *Ala.* (Adde ex Sil. 15 v. 554 *Alipedes turmæ.*) Capripes, in *Caper.* Cornipes, in *Cornu.* Fissipes, in *Findo.* Fluxipedus, in *Fluo.* Ignipes, in *Ignis.* Latipes, in *Latus, a, um.* Lentipes, in *Lentus.* Loripes, in *Lorum.* (Adde ex Juvenal. satyr. 10 v. 308, & Plaut. Pœn. a. 3 sc. 1 v. 7.) Mollipes, in *Mollis.* Multipes & Multipeda, in *Multus.* Nudipes, & Nudipedalia, in *Nudus.* Planipes & Planipedia, in *Planus.* Plumipes, in *Pluma.* Remipes, in *Remus.* Serpentipes, in *Serpo.* Solidipes, in *Solidus.* Sonipes in *Sonus.* Tardipes, in *Tardus.*

II. Composita cum numeralibus:

¶ Bĭpes, ĕdis, duos habens pedes, zweyfüßig. Cicero pro Domo sua c. 18 *Minister omnium non bipedum solum, sed etiam quadrupedum impurissimus.* Virgilius 4 Georg. v. 389 etiam *equos bipedes* memorat, sed marinos, posteriore parte pisces.

¶ Bipèda, æ, duorum pedum lapis aut simile aliquid, ein grosser zweyschuhiger backstein, mauerziegel ꝛc. Palladius lib. 1 cap. 40 *Aream bipedis sternis:* & paucis interjectis: *Bipedas constitues ferreis anchoris colligatas.* Idem lib. 6 cap. 11 *Bipedas, quæ per omnia latera canaliculos habeant digitales, jungemus, ita ut calce viva ex oleo temperata, bipedarum canales, qui inter se connectendi sunt, impleantur.*

¶ Bĭpĕdālis, e, duorum pedum, zwey werck-schuhe groß. *Bipedalis latitudo*, Columella lib. 8 cap. 3. *Trabes bipedales*, Cæsar 4 B. Gall. c. 17, zwey schuh-starcke balcken. Vetus Inscriptio apud Fabrettum p. 500 C. AQVILI APRILIS EX PEDICA ET BIPEDALE DOLIA, ubi Fabrettus: *Bipedale opus sunt ipsi lateres bipedalis exactæ mensuræ.* Metaphorice Horatius lib. 2 satyr. 3 v. 309
Ad summum totus moduli bipedalis,

hoc est, homo tenuissimæ fortunæ.

¶ Bipedaneus, a, um, idem. Columella lib. 2 cap. 2 *Bipedanea humus.* Idem lib. 4 cap. 1 *bipedanea scrobe:* & lib. 5 cap. 5 *latitudo bipedanea.* Add. Plin. 17 c. 20.

¶ Tripes, ĕdis, dreyfüßig; ut, *Mensa tripes*, ein tisch, so auf dreyen füssen stehet, Horat. 1 satyr. 3 v. 13. ¶ Item, ein dreyfuß, oder tiegel. ¶ Item, sella rusticana: quæ & *Tripetia* vulgo dicta. Vide supra in *Cathedra*, & Savaron. ad Sidon. Apollinar. lib. 4 epist. 24.

¶ Trĭpĕdālis, e, drey werck-schuh groß. *Parma tripedalis*, Livius 38 c. 21. *Caulis tripedalis*, Plin. 27 c. 12, drey schuhe lang. *Tripedalis altitudo*, Idem lib. 17 cap. 22 pr.

¶ Tripedaneus, a, um, idem. Columella lib. 5 cap. 5 *Scrobs in longitudinem altitudinemque defossus tripedaneus abunde est.* Idem 3 cap. 2 *Tripedaneæ vites.*

¶ Quadrŭpes, ĕdis, adjectivum & substantivum, vierfüßig. *Vasta quadrupes*, Cicer. 2 Nat. Deor. cap. 44 in Arati versione, ein groß hoch thier. Fœmininum est, quia *bestia* vel *bellua* subauditur. Est enim etiam, cum substantive usurpatur, generis omnis, ex ea ratione, quia tum subaudiri potest aliud substantivum, idque jam generis masculini, quomodo Virgilio lib. 7 Æneid. v. 500 *Saucius* est *quadrupes*, quia subintelligatur cervus; jam fœminini, quomodo eidem eclog. 5 v. 25 *nulla nec amnem libavit quadrupes*, quoniam in animo erat *bestia*: jam neutrius, ut cum Columella lib. 11 cap. 2 *Quadrupedia castrandi tempus idoneum* nominat, *animalia* innuens. Docuit hæc Vossius Grammat. lib. 3 cap. 18 p. 73. Fœminino usus hic & Solinus est cap. 43 *Apud Sambros nulla est aurita quadrupes, ne elephanti quidem.* Quadrupedia, vierfüßige thiere. Cic. in Paradox. 1 c. 4 *Nihil inter te atque inter quadrupedem interest.* ¶ *Quadrupedem aliquem constringere*, einem hände und füsse binden, Ter. Andr. a. 5 sc. 2 v. 24.

¶ Quadrupĕdo, āre, quatuor pedibus incedere, trappen mit allen vieren. Vide Turneb. Advers. 26 c. 29. Vnde participium superest

¶ Quadrŭpĕdans, tis, quatuor pedibus incedens, viertrappicht. Virg. Æn. 8 v. 596 de equo: *Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.* Vsus & Plautus est Captiv. a. 4 sc. 2 v. 34 *quadrupedanti advehi*, quem eodem versu *cruciantem canterium* vocat. Et Plin. 8 cap. 45 *Equo juxta quadrupedante.*

¶ Quadrupĕdus, a, um, quatuor pedibus nixus, auf vier füssen. Ammian. 14 c. 2 *Per ancoralia quadrupedo gradu repentes.*

¶ Senĭpes, ĕdis, sex pedum, sechsfüßig. Sidonius carm. 23 v. 131 de Menandro: *Hic dum senipedem stilum polibat;*

i.e. Versus sex pedibus constantes scribens.

¶ Sēpes, ĕdis, idem; ut, *Sepedes populi*, i.e. formicæ, die ameisen mit 6 füssen, apud Apulej. Met. lib. 6.

¶ Septĭpes, ĕdis, septem pedum, siebenfüßig; apud Sidonium lib. 8 epist. 9 in metro:

Hic Burgundio septipes frequenter
Flexo poplite supplicat quietem.

Septipes, quasi giganteæ staturæ. Idem carm. 12 ad Catulinum:

Spernit senipedem stilum Thalia:
Ex quo septipedes videt patronos.

Adde Casaubonum in Sueton. Tiber. cap. 68, ubi plura de hac re.

¶ Septempĕdālis, e, sieben werckschuhe groß; ut, *Statua solida ex auro septempedalis*, Plaut. Curcul. a. 3 sc. 1 v. 61.

¶ Octĭpes, ĕdis, achtfüßig. Ovidius 1 Fastor. v. 313

Octipedis frustra querentur brachia cancri.

¶ Decempes, ĕdis, zehnfüßig; In proverbio *Decempes umbra*, δεκάπυς σκιά ἐςι, occurrit, quo hora cœnarum ex umbris solarii numerata, significatur. Auctor est Lucianus. vide Chiliadas Erasmi.

¶ Decempĕda, æ, pertica, meßruthe, meßstange. Cic. pro Milone c. 27 *Cum architectis & decempedis villas hortosque peragrabat.* Horat. lib. 2 oda 15 v. 14 *decempedis metata porticus.* Adde Cic. 14 Philipp. cap. 4, Suet. Aug. cap. 24, & Scriptores Gromaticos.

¶ Decempĕdator, ōris, agrimensor, ein land= oder feld=messer. Cic. 13 Philipp. cap. 18 *equissimus agri privati & publici decempedator.*

¶ Centĭpes, ĕdis, hundertfüßig: vermiculi genus apud Plinium lib. 9 cap. 43 *Scolopendræ, quas centipedes vocant.*

¶ Centĭpĕda, æ, vermis, eine ossel, kellerwurm. Plin. 29 cap. 6 vocat *insectum pilosum, multis pedibus artuatim repens, tactuque se contrahens.* Eberus: *Scolopendra vel centipeda pennatis insectis connumeratur; discissa longo vivit tempore, ut pleraque insecta πολύποδα, & abscissa pars versus uterum movetur extremum, caput & caudam*, eine nassel, nossel oder ossel. Gesnerus: *Scolopendra vel centipeda marina*, eine meernassel.

¶ Millĕpĕda, æ, idem. Plin. 29 cap. 6 *Millepedà, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, animal est e vermibus terræ*, &c. Græcis est ὄνος, vel ὀνίσκος, *asellus*.

¶ Sēmĭpes, ĕdis, duo palmi; item, medii pedis longitudo, ein halber schuh. Vitruvius lib. 5 cap. 5 *Aperturæ relinquantur longæ pedes duos: altæ semipedem.* Solinus cap. 47 [al. 34] *Verticuli spinæ ipsius* [belluæ] *latitudinem semipedem sunt supergressi.* Palladius lib. 4 c. 1 *semipedis spatio*, auf halben schuh.

¶ Sēmĭpĕdālis, e, auf halben schuh groß; ut, *Semipedale intervallum*, Plinius 19 cap. 8. *Arrectaria semipedalia*, Vitruvius lib. 10 cap. 19.

¶ Sēmĭpĕdāneus, a, um, idem. Columella lib. 4 cap. 1 *Abunde est, semipedaneam consitis resolutam vitibus terram subjicere.*

¶ Sesquĭpes, ĕdis, anderthalb schuh. Pallad. lib. 1 cap. 34 *sesquipedis altitudine.* Et lib. 3 cap. 10 *sesquipedis spatio distare.*

¶ Sesquĭpĕdālis, e, anderthalb schuh groß; ut, *Sesquipedalis crassitudo*, Plin. lib. 16 cap. 40. Et Vitruvius lib. 10 cap. 21, qui & *sesquipedales tegulas* lib. 5 cap. 10 dixit. Tralate *Sesquipedalia verba*, magnifica, pralende worte, apud Horatium de Arte Poët. v. 97.

¶ Sesquipĕdaneus, a, um, idem; ut, *Sesquipedanea cornua*, Plin. 9 c. 27.

III. Composita cum præpositionibus:

¶ Antepĕdes, um, anteambulones, vorgänger. Juvenalis satyr. 7 v. 143 *togati antepedes.* Salmasius in Trebellii Claud. cap. 14 pag. 390 conjungit: alii dividunt *ante pedes*.

¶ Circumpes, ĕdis, minister a pedibus, ein laquey, aufwärter. Cic. 3 in Verr. cap. 36 *Circumpedes homines formosos & litteratos suos esse dicebat.* Gruterus divise scripsit: *Circum pedes autem homines formosos*, hoc est, qui circum dominorum pedes erant sive a pedibus: quod sane eleganter ita dividitur. Nam & Curtius in ministerii descriptione *Circa* usus est, lib. 4 cap. 15 n. 10, *Lætique circa Sysygambim*, h. e. spadones: vide ibi annotata. Dubia ergo compositio est, nec ex solo Ciceronis loco potest confirmari.

¶ Compes, ĕdis, fœm. pedica, vinculum pedis, ein fessel, fuß=eisen. Sed singulari numero vix alium casum, quam sextum, usus fert. Hic autem non poëtis modo placuit; ut, *dura compede*, Horatio epod. 4 v. 4. *Compede magna*, Juvenali sat. 11 v. 80. *Compede exsoluta*, Statio lib. 1 Silv. 6 v. 4. Sed Columella quoque lib. 8 cap. 2 extr. dixit: *ea quasi compede cohibentur feri mores.* Vide, quæ Th. Ryckius ad Taciti Ann. lib. 12 c. 47 n. 4 notavit. Pluralis integrior. Cicero pro C. Rabir. cap. 7 *ille ex compedibus atque ergastulo.* Val. Max. lib. 3 cap. 2 n. 3 *Xerxes Neptunos compedes minitans.* Justinus lib. 1 cap. 6 *demtis compedibus.* Et Cato apud Gellium lib. 11 extremo non minus scite, quam vere: *Fures privatorum furtorum in nervo atque in compedibus ætatem agunt: fures publici in auro atque in purpura.* Sed *Aureæ compedes* proprie sunt, quibus vel reges aliquando constricti fuerunt, ut Curtius lib. 5 cap. 12 extr. de Besso & Nabarzane refert: *Ne tamen honos regi non haberetur, aureis compedibus Darium vinciunt:* vel metaphorice sunt splendida molestia, de quo Erasmus Adagio *Compedes aureæ*, videatur. ¶ 2. In ornamentis mulierum *compedes* erant. Plinius lib. 33 cap. 12 *Argentum succedit aliquando & auro, luxu fœminarum plebis compedes sibi ex eo facientium, quas induere aureas, mos tritior vetat.* ¶ 3. *Compedes parati*, in masc. genere contra Latinorum morem legitur apud Lactantium de Mort. Persecut. cap. 21 n. 3.

¶ Compĕdio, ivi, itum, ire, est compedibus stringere, fesseln, zusammen binden. Varronis apud Nonium in *Compedes* cap. 1 n. 113 est: *Domo exeo, intro, & pedes corrigiis compedio.* Et Augustinus epist. 39 *Timeo, te rebus mortalibus perniciosissime compediri.*

¶ Compedītus, a, um, gefesselt, gefangen, verstrickt. Hinc *Compediti* servi sunt apud Catonem de R. R. cap. 56, & Plautum in Captiv. a. 5 sc. 1 v. 24; & Veterem Bibliorum Interpretem, ut B. Hieronymus Epist. ad Chromatium citat in illo: *Dominus solvit compeditos: Dominus illuminat cæcos.* Seneca de Tranquill. animi cap. 10 *Cogita, compeditos primo ægre ferre onera, & impedimenta crurum: deinde ubi non indignari illa, sed pati proposuerunt, necessitas fortiter ferre docet, consuetudo facile.* Et, *Compeditos criminum*, i. e. servos peccatorum, dixit Petrus Chrysologus serm. 5.

¶ Expĕdio, ivi, itum, ire, est impeditum exsolvere, lösen, loß machen; ut, *Hærerem, nisi tu me expedisses*, Cic. in Pison. cap. 30. *Expedire se ærumnis*, Terent. Hecyr. a. 3 sc. 1 v. 8. *Curâ se expedire*, Idem Phormione a. 5 sc. 4 v. 4. *Se crimine*, rursus in Hecyra a. 5 sc. 1 v. 28. Et, *ab omni occupatione se expedire*, Cic. ad Attic. lib. 3 epist. 20, sich loß reissen, aller geschäffte sich entledigen. Virgil. 2 Æn. v. 602

tela inter & hostes Expedior.

¶ 2. Conficere, zu rechte machen, fertig machen; ut, *Expedire arma*, Idem Virg. 4 Æn. v. 592. Et, *Naves*, Cæsar 2 B. Civil. cap. 4. *Expedire alicujus caussam*, Cic. Arusp. Resp. cap. 9 pr. &, *Negotià*, Idem 13 fam. epist. 26, die sache austragen, geschäffte ausrichten. ¶ 3. *Expedire arcu alimenta sibi*, parare, impetrare est, apud Tacit. Annal. 6 cap. 43. Sic, *Cererem canistris expediunt*, i. e. proferunt, Virg. Æn. 1 v. 705. ¶ 4. Exponere; ut, *Dilucide & perspicue expedire*, klar und deutlich darthun, berichten, Plin. 18 cap. 28. *Paucis, uno verbo, expedire*, Terent. Phorm. a. 1 sc. 4 v. 20. ¶ 5. *Expedire nomina & exsolvere*, zahlen was man schuldig ist, Cic. lib. 16 ad Atticum epist. 6. Sic, *rationes expeditæ*, quæ liquidæ sunt, & minime conturbatæ, richtige rechnung, eidem lib. 10 fam. epist. 25. Contra, *impeditæ rationes*, quum plus debemus aliis, quam alii nobis, ac ita solvendo non sumus. vide & Turneb. Advers. 4 cap. 5. ¶ 6. Est & verbum militare, & in bellum proficisci sive se bello accingere, significat, zu felde ziehen, sich rüsten. Tacitus lib. 1 Hist. cap. 10 *Nimiæ voluptates, cum vacaret; quoties expediret, magnæ virtutes.* Et cap. 38 *Comitum specie secum expedire jubet.* Plautus quoque *expedire se*, de eo dixit, qui pugnæ sese accingit, Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 152. Est autem in his ellipsis: integrum enim est: *ad bellum, ad pugnam expedire se.* Idem Tacitus 2 Hist. cap. 99 *Tandem irruptione hostium atrocibus undique nunciis territus, Cæcinnam & Valentem expedire ad bellum jubet.*

¶ Expĕdit, impersonale, utile est, es ist gut, nütz, dienlich. Terent. in Heaut. a. 2 sc. 3 v. 96 *Nihil satis firmi video, quamobrem accipere hunc mihi expediat metum.* Vellej. 2, 58, 2 *Facto ejus expediebat*, es schickte sich zur that. Seneca Hercule Furente v. 368

Pacem reduci velle, victori expedit,
Victo necesse est.

¶ Expĕdītus, a, um, solutus, non implicatus, wohl zu fuß, fertig, rüstig gerüstet; ut, *Expeditus exercitus*, Cicer. 15 fam. epist. 4. Et, *Legio expedita*, Livius lib. 24 cap. 41, eine fliegende armee. *Expediti equites*, Sallust. Jugurth. cap. 68, leichte reuter. *Iter expeditum*, Pompejus ad Domitium postrema, quæ sub lib. 8 ad Attic. epist. 12 est, ein gleicher und richtiger weg. *Consilia expedita*, Cic. 9 ad Attic. epist. 12. Et ad Fam. 1 epist. 3 *Negotia expedita*, unverwirrete händel. *Expedita & facile currens oratio*, Idem de Clar. Orat. cap. 63, die wohl vom munde geht. *Rationes expeditæ*, vide in *Expedio*. Comp. *Expeditior ratio est*, Palladius lib. 4 c. 9. *Motus navium expeditior*, Cæsar 4 B. Gall. cap. 25. *Expeditissima pecunia*, Cic. 11 fam. epist. 24 extr. *Dimicatio expeditissima*, Plancus Ciceroni 10 fam. epist. 24. *Hoc expeditissimum est*, Corn. Celsus præfatione.

¶ Expedīte, adverb. behend, fertig, hurtig, leichtlich. Cic. de Clar. Orat. cap. 67 *quod proposuerat, explicans expedite.* Idem lib. 2 de Invent. cap. 23 *Non implicite & abscondite; sed patentius & expeditius recti & non recti quæstionem continet.* Vitruvius lib. 10 cap. 9 *Tympanum*, machina aquæ exhauriendæ, *exhaurit expeditissime multitudinem magnam.* Plinius lib. 6 epist. 22 *expeditissime defensus.*

¶ Expedītio, ōnis, perfectio, die verrichtung, ausmachung der geschäffte. Auctor ad Herenn. lib. 4 cap. 54 extr. *Habet paucis comprehensa brevitas multarum rerum expeditionem.* ¶ 2. Apparatus militaris, die kriegs=rüstung, der feldzug, die campagne; ut, *In expeditionem mittere*, Cæsar 5 B. Gall. cap. 10. *Exercitum in expeditionem educere*, das kriegsvolck ausführen, Cicero lib. 1 de Divin. cap. 33.

¶ Expeditiōnālis, e, castrensis, ad militiæ expeditionem pertinens, zum feldzug gehörig. Spartianus in Nigro cap. 10 *Jussit omne argentum submoveri de usu expeditionali.* Ammian. 31 cap. 16 *Ad sortem expeditionalium rerum habilis.*

¶ Inexpĕdītus, a, um, difficilis, schwer. Arnob. lib. 5 p. 182 *Quia cuncta, quæ scripta sunt, inexpeditissimum vobis est traducere, invertere, derivare; eligitis quædam vestræ convenientia voluntati*, &c. Etiam non promtum & impeditum notat, ungeschickt. Idem lib. 7 p. 247 *Rusticus, senior, inexpeditus in rebus obeundis.*

¶ Inexpedibĭlis, e, unauflößlich, unumgänglich. Ammian. 31 cap. 13 *Per moras inexpedibiles populandi amittere copiam.*

¶ Perexpedītus, a, um, sehr leicht, richtig; ut, *Perexpedita defensio*, Cic. 3 de Fin. cap. 11.

¶ Impĕdo, are, pedamentis fulcire, pfähle stecken. Colum. 4 cap. 16 *Vinea statuminibus impedanda est.*

¶ Impedĭco, are, pedicis constringere, anfesseln. Ammian. 30 cap. 4 *Si quem semel intra retia ceperint, cassibus mille impedicant.*

¶ Impĕdio, ivi, itum, ire, implicare, involvere, verwirren, verwickeln, verhindern; verbum contrarium superiori. Terent. in Andr. a. 1 sc. 5 v. 26 *Tot me impediunt curæ:* & a. 3 sc. 5 v. 11 *Viden', me tuis consiliis miserum impeditum esse.* Cic. pro Rabir. Post. cap. 9 *Sapientis est, quum stultitiâ sua impeditus sit, quoquo modo possit, se expedire.* Et, *Impediri malis domesticis, occupationibus, morbo, pudore*, gehindert werden, Cic. pro Sext. cap. 45, de Fin. 1 cap. 18, & 4 cap. 1 &c. *Nihil impedit, quo minus id facere possimus*, es ist nichts im wege, 2c. Idem de Fin. 1 c. 10. Et, *Casus quidam, ne facerem, impedit*, Idem Cic. de Fato cap. 1. *Impedire se in plagas*, id est, in retia illaqueare, Plaut. Mil. a. 4 sc. 9.

¶ Impĕdītus, a, um, gehindert, unbequem; ut, *Iter impeditum*, Stat. 4 Silv. 3 v. 32, ein unrichtiger weg. *Tempora reipubl. impedita*, Cic. in Pison. cap. 1, verwirrete, schwere zeit. *Impeditior saltus*, Livius lib. 9 cap. 2. *Impeditiora loca*, Cæsar 3 B. Gall. cap. 28. *Impeditissimæ silvæ*, Hirt. 8 de B. Gall. cap. 18. Et, *Impeditissimus ad iter faciendum*, D. Brutus Ciceroni lib. 11 epist. 13.

¶ Impĕdītio, ōnis, die verhinderung, verwickelung. Cicer. de Divin. 1 cap. 51 *Animus liber ab omni impeditione curarum.* Vitruv. 9 cap. 4 *Veneris stella cum est liberata ab impeditione radiorum solis.*

¶ Impedīmentum, i, die hinderniß; ut, *Impedimento esse*, Cicer. pro S. Rosc.

Rosc. cap. 4, hinderlich seyn. *Superabat impedimenta naturæ diligentiâ Socrates*, Cic. de Orat. lib. 1 cap. 61. ¶ 2. *Impedimenta in exercitu*, arma sunt, sarcinæ, jumenta, & alia necessaria, die bagage, rüstwagen, mäuler, küchen-geräthe, gesinde, &c. Sic, *amissa impedimenta*, Curt. 4 cap. 15, & *direpta*, ibid. *sequuntur agmen*, ibid. cap. 12 &c. conf. Nepos 8, 2, 5.

¶ Impĕdīmentōsus, a, um, abundans impedimentis, voll bagage, voll hinderniß, Cassiodor. lib. 1 epist. 35.

¶ Perimpĕdītus, a, um, sehr unbequem. Hirtius B. Afric. cap. 58 *Locus perimpeditus ante aciem Scipionis*.

¶ Interpĕdio, ire, ejusdem significantiæ ut *impedire*, apud Macrob. lib. 7 cap. 12 extr. *Gustatum linguæ fervor interpedit*.

¶ Præpédio, ire, verhindern, hinderlich seyn. Liv. 9 cap. 6 *Pudor præpediebat*. Ovid. Heroid. epist. 14 v. 20 *Præpedit ossa tremor*.

¶ Præpedītus, a, um, idem propemodum, quod *impeditus*, aufgehalten, verhindert; ut, *Gaudio nimio aut ægritudine præpediti*, Ter. in Heaut. a. 3 sc. 1 v. 100. Et, *Præpeditus morbo*, Cicer. pro Rabir. cap. 7.

¶ Præpĕdīmentum, i, idem quod impedimentum, die hinderung. Plautus Pœnulo a. 3 sc. 2 v. 28 *ne fallaciæ præpedimentum objiciatur*, id est, ne dolus impediatur, damit nicht etwas im weg geworffen werde. Sidon. 7 epist. 6 *Præpedimento alicui esse*.

¶ Impræpedīte, adverb. ungehindert. Ammianus lib. 27 cap. 21 extr. [Vales. pr. cap. 10] *impræpedite abduxit*, hoc est, nemine impediente. Et lib. 22 cap. 30 *Cum impræpedite liceret*. Pro eo &

¶ Impræpedito, Idem Ammian. dixit lib. 26 cap. 16 [Vales. p. 458 extr.] *Vt impræpedito ipse pergeret, quo tendebat*.

¶ Propes, ĕdis, funis, quo pes veli alligatur, ein segel-seil. Turpil. apud Isidorum 19 cap. 4 *Si quis propedem misit in veli sinistrum*.

¶ Rĕpĕdo, are, antiqui dicebant, pro redire, ut & *pedare*, pro ire posuisse videri possunt, umkehren, zurückgehen. *Repedare* verbo usi Lucilius atque Pacuvius. Vide Festum & Nonium in hoc verbo cap. 2 n. 738. Impp. Honor. & Theod. L. si quis 11 Cod. de Cohortibus: *Si ad pristina sacramenta precum miseratione maluerit repedare*. Vsus hoc quoque verbo Juvencus est, poëta Christianus, sæpenumero, v. g. de Maria post visitationem domum revertente:

Ad propriamque domum repedat, jam certa futuri.

Idem in cap. 2 Lucæ post Purificationem:

Ad patriam læti repedant, puerumque reportant.

Ammianus quoque lib. 24 cap. 17 *Ad signa repedavit ocyus miles*.

¶ Suppes, ĕdis, sub pedibus jacens, unter den füssen liegend, in Petronii Fragm. p. 205.

¶ Suppedāneum, i, scabellum quod pedibus substernitur, ein fußschemmel. Non esse novam vocem, ex veteri Inscriptione probat Borrich. Cogit. in Voss. p. 250. Quin & Jul. Firmicus de Error. profan. Relig. *Quoad usque ponam inimicos tuos suppedaneum pedum tuorum*.

¶ Suppedamentum, i, idem in Inscript. apud Gruterum p. 1076.

¶ Suppĕdīto, avi, atum, are, proprie & primarie est pedibus subjicere, zum füssen legen. Vetus inscriptio: *Mors omnia calcat, suppeditat, rapit*. vid. Reines. in Var. p. 503. ¶ 2. Deinde suggerere est, subministrare, præbere, darreichen, darstrecken. Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 9 v. 46 *Necesse multum accipere Thaidem, ut tuo amori suppeditare possit*. Et in Heaut. a. 5 sc. 1 v. 57

Nam si illi pergo suppeditare sumtibus,
Menedeme, mihi illæc vere ad rastros res redit.

Si illi pergo suppeditare sumtibus, subaudi faciendis, id est, si pergo illi dare quod insumat. *Sumtibus* autem tertius casus est. *Sumtibus suppeditare* igitur dicitur, ut *dono, muneri dare: arrhaboni relinquere*; & alia hujus generis. *Suppeditare frumentum*, Cic. 4 in Verr. cap. 2 extr. mit getreide aushelffen. Idem de Amicit. cap. 23 *Omnium rerum abundantiam & copiam alicui suppeditare*. Et, *Otium studio suppeditare*, Auctor ad Herenn. lib. 1 ineunte. *Fistulis aqua suppeditabatur templis*, Cic. pro Rabir. perduell. cap. 11. ¶ 3. Aliquando *Suppeditare*, est sufficere & parem esse sustinendæ rei, genug seyn. Plautus Asinariâ a. 2 sc. 4 v. 17 *Labori non queo suppeditare*. Cic. Catilin. 2 cap. 11 *Sed si omissis his rebus omnibus, quibus nos suppeditamus*. Idem Offic. 1 cap. 4 *Parare ea, quæ suppeditent ad cultum & ad victum*. ¶ 4. Item pro Suppetit, *Suppeditat* est. Livius lib. 28 cap. 27 *Apud vos quemadmodum loquar, nec consilium nec oratio suppeditat*, id est, suppetit, ich habe weder rath noch wort. Et Cicero de Clar. Orat. cap. 70 *Si vita suppeditasset*. Tacitus 4 Histor. cap. 40 *Publio neque animus in periculis, neque oratio suppeditavit*. Idem Annal. 15 cap. 16 *Cæterum obsessis adeo suppeditavisse rem frumentariam constitit, ne horreis ignem injicerent*. Rutilius Lupus lib. 1 de figuris sentent. in ANACLASI: *Aristoteles dicitur dixisse, ejus esse vitam beatissimam, cujus & fortuna sapientiæ, & sapientia fortunæ suppeditet*. ¶ 5. *Suppeditor*, deponens in Cic. ad Att. 14 epist. 18 *De Patulciano nomine, quod mihi suppeditatus es* &c.

¶ Suppĕdĭtatus, a, um, dargereicht, hergegeben; ut, *frumentum suppeditatum*, Cic. pro Balbo cap. 17.

¶ Suppedĭtātio, ōnis, die darreichung, der vorschub. Cicer. 1 Nat. Deor. cap. 40 *Suppeditatio bonorum, nullo malorum interventu*.

PESCIA, orum, capitia ex pellibus agninis facta, quod Græci vocent pelles πέσκη, rauche mützen, beltzhauben; ex Ælio Stilone Festus.

Pessimus, a, um, &c. vide supra *Pejor*.

PESSĪNVS, untis, emporium Phrygiæ, ubi templum fuit matris Deûm Cybeles, cujus meminit Strabo lib. 12, Livius 29 cap. 10, & Ammian. 22 cap. 9.

¶ Pessinuntius, a, um, adject. ut; *Pessinuntius sacerdos magnæ matris*, Cic. pro Sext. cap. 26. Ipsa Cybele *Pessinuntica* dicitur Apulejo Metam. lib. 11.

PESSŬLVS, i, obex, ein riegel; non a *pede*, ut volunt grammatici, neque a græco πεσσὸς, *calculus*; verum a Dorico πάσσαλος, *paxillus, clavus ligneus*. vid. Muret. Var. Lect. 12 cap. 9. Sulpitius, quod *ori vasis obditur*, interpretatur, ut observat Casaubonus in Æneam Tacticum p. 52. Terent. in Heaut. a. 2 sc. 3 v. 37 *Anus foribus obdit pessulum*, sie scheibt den riegel für.

¶ Oppessŭlātus, a, um, clausus, pessulis obfirmatus, verriegelt, verschlossen. Sic, *Oppessulatas fores*, Plaut. in Amphitr. suppos. & Petron. p. 114 *oppessulatas invenit fores*: & Apulejus Met. 9 p. 231 *foris diligentissime oppessulata*; & Ammian. 31 cap. 39 *januæ oppessulatæ*.

Pessum, vide in *Pes*; Pessundo, in *Do*.

PESSVS, i, πεσσὸς, calculus sive talus lusorius, ein würffel. ¶ 2. Medicamentum molli lana compositum, quod fœminis inter naturalia, si doleant, subjicitur. vid. Celsus 5 cap. 21. *Pessum* pro *Pessus* apud Apulej. de Herb. cap. 121 *Herbæ anethi medicamine pessum factum injiciatur ab obstetrice*.

¶ Pessārium, i, lineum medicamento illitum in digiti formam, ein zäpflein, apud Th. Priscian. 3 cap. 5.

PESTIS, is, a πεσεῖν vel *pessum*, proprie omne noxium est, quod rem aliquam, sive animatam sive inanimatam, affligit & perdit funditus, die pest, das übel, die plage, das unheil, die schädlichkeit, der gifft. Sane pro toxicis sive venenis posuit Seneca Medeâ v. 681

Pestes vocat, quacunque ferventes creat
Arena Libyæ &c. Et v. 720
Æmonius illas contulit pestes Athos.

Pestem textilem eleganter dixit Cicero vestem venenis imbutam, qua periit Hercules, in 2 Tuscul. cap. 8. *Alicui pestem minitari*, Livius lib. 2 cap. 49. Et Plaut. Capt. a. 4 sc. 3 v. 3 *Quanta pernis pestis veniet! quanta labes larido!* conf. Taubm. Comm. p. 294. Sic, *Vulcania pestis*, i. e. incendium, Silius 7 v. 360. conf. Virg. Æn. 5 v. 699. Quâ significatione de homine etiam usurpatur, &c. Ter. in Adelph. a. 2 sc. 1 v. 34 *Pernicies communis adolescentium, perjurus, pestis*, de lenone. Sic, *Pestis ac pernicies civitatis*, Cic. pro Rabir. perduell. cap. 1. *Pestis in amicitia nulla major, quam adulatio*, &c. Idem de Amicit. cap. 25. Et in Offic. 2 cap. 5 *Tam detestabilis pestis nulla est, quæ non homini ab homine nascatur*. ¶ 2. Deinde propritim & absoluto sensu significat luem contagiosam, die pestilentz. vid. Barth. ad Statii Thebaid. lib. 2 p. 433. Ennius apud Priscianum lib. 9 in verbo *Neco* sub 1 Conjugatione: *Hos pestis necuit*. Lucanus lib. 6 v. 89 *fluidæ contagia pestis*. Et ita Ovidius, Silius, Statius. Male itaque Gisanius, & Ausonius Popma, quibus & Scioppius accedit, eos barbarissare, & parum pure loqui volunt, qui *pestem* pro morbo dicant. Vet. Gloss. *Pestis*, λοιμὸς, φθορά. Lexicon Cyrilli: λοιμὸς, *Pestilentia, pestis, lues*. Sane Plautus cum Amph. a. 2 sc. 1 v. 33 ait: *pestis te tenet*, de morbo loquitur, qui caput & mentem tentat. Apulejus vero Apologiâ de comitiali morbo *pestis* vocabulo usus est: *Cum illa pestis in caput redundarit*. Sic & Livius 4 cap. 25 *Avertendæ a populo pestis caussa*. Et lib. 5 cap. 14 *Pestis arcendæ caussa*. Et lib. 25 c. 26 *Major vis pestis Pœnorum castra quam Romana affecerat*. Et ibid. *Multi eadem peste absumpti sunt*. conf. Andr. Borrich. Vind. p. 157. Pro morte ipsa *pestem* dixit Plautus Capt. a. 3 sc. 3 v. 11. Plurali *pestes* usus est Columella 7 cap. 5 *Mutandæ regiones, quod in omnibus morbis & pestibus fieri debere censemus*. Et Silius lib. 14 v. 623

Et minuere avidæ mortis contagia pestes.

¶ Pestĭlentia, æ, idem. Livius 27 cap. 23 *Incidit pestilentia gravis per urbem*, eine seuche, ein sterben, die pestilentz; ut, *Gravi pestilentia conflictari*, Cæs. lib. 2 B. Civ. cap. 22. Colum. 7 c. 7 *Alia genera pecorum cum pestilentia vexantur*, &c. Pestilentia unde oriri soleat, explicat Ammianus 19 cap. 4. Sic non secus ac *pestis* de aliis noxiis: ut, *Animorum labes & pestilentiæ*, Gellius lib. 1 cap. 3. Catullus carm. 44 v. 11

Orationem in Attium petitorem
Plenam veneni & pestilentiæ legit.

¶ Pestĭlens, tis, adject. pestem inferens, schädlich, gifftig, verderblich, pestilentialisch; ut, *Locorum alii sunt salubres, alii pestilentes*, gesunde und ungesunde örter, Cic. de Fato cap. 4. Et, *Ventus pestilens*, Catullus carm. 26. *Pestilentior annus*, Livius lib. 4 cap. 21. *Gravissimus & pestilentissimus annus*, Cicero lib. 5 fam. epist. 16. Et, *pestilentissimæ regiones*, Vitruv. lib. 1 cap. 4.

¶ Pestĭlentus, a, um, idem antique. Nævius apud Gell. 19 cap. 7 *Loca & pulverulenta & pestilenta*.

¶ Pestĭlentiārius, a, um, idem. Tertull. de Spectac. cap. 27 *Sedilia hostium Christi, cathedra pestilentiaria*.

¶ Pestĭlentiōsus, a, um: *Locus pestilentiosus*, Vlpian. Lege 2 § 29 Dig. Ne quid in loco publ. aut itin. Et Augustinus Confess. lib. 5 c. 10 *Ex hoc initio pestilentioso cetera sacrilegia sequebantur*.

¶ Pestĭbĭlis, e, idem. Lege 4 Cod. de Ædilit. action. *pestibilis fundus, id est, pestibiles herbas vel letiferas habens*. Est Diocletiani & Maximiani.

¶ Pestĭfer, & nonnunquam Pestĭfĕrus, a, um, idem. Cic. pro Domo sua cap. 32 *Tu unus pestifer civis*. Claudianus Bello Gildon. v 514

Hinc hominum pecudumque lues, hinc pestifer aër
Sævit, &c.

Altera forma est Celsi lib. 2 cap. 6 *Sudor frigidus in acuta febre pestiferus est*. Ita Lindenius & Almelov. ediderunt. Ibidem: *Vomuisse in febre pestiferum est*. Sic, *Bellum pestiferum*, id est, perniciosum, Cic. 8 Attic. epist. 14. *Venenata & pestifera vipera*, Cicer. de Arusp. Resp. cap. 24. *Pestifera auspicia, pestiferum fulgur*, vide apud Festum.

¶ Pestĭfĕre, adverb. idem. Cicero usus est 2 de Legib. cap. 5 *Multa perniciose, multa pestifere sciscuntur in populis*, zum nachtheil.

¶ Pestĭlis, e, idem. Arnobius 1 p. 11 *Possunt nos auris pestilibus enecare*.

¶ Pestĭlĭtas, ātis, pro peste, pestilentia, pernicie, die pestilentz, schädlichkeit. Lucretius lib. 6 v. 1096, ubi de caussis morborum & pestilentia agit, *Clades nova pestilitasque*. conf. Lucil. apud Nonium cap. 2 n. 684.

¶ Pesestas, ātis, idem apud Festum.

¶ Pestĭmus, a, um, i. e. pestifer, λοιμοφόρος, in Gloss. Vet.

Peta, vide mox in *Peto*.

PĔTĂLVM, i, πέταλον, folium; item lamina, bractea, ein blat, oder blech. Ita Isidorus Orig. 19 cap. 21 *Petalum* vocat *auream laminam in fronte pontificis*, das stirnblat.

¶ Petălium, i, πετάλιον, unguentum e foliis nardi, nardensalbe.

Plaut. Curc. a. 1 sc. 2 v. 7 *Tu crocum & casia es, tu petalium.* Alii *Bdellium.*

¶ Petalismus, i, πεταλισμὸς, exilii genus apud Syracusanos, uti Ostracismus Athenis, ad comprimendos potentiores. vid. Alex. ab Alex. 3 cap. 20.

PĔTĂLVS, i, Πήταλος, unus ex his, qui in aula Cephei regis Perseo vim inferre conati ceciderunt, apud Ovid. Met. 5 v. 115.

PETAMINĀRIVS, i, a πέτομαι, *volo*, apud Firmicum 8 cap. 15, qui fune se per aëra jaculatur, & strenua corporis agilitate saltans volare videtur, ein seiltäntzer, gauckler. Salvian. de Gub. Dei lib. 6 p. 122 conjungit *Athelas, petaminarios, pantomimos.*

PĔTĂSĬO, & Pĕtāso, ōnis, perna vel coxa porcina, ein schincken. Sipontino est ein schweinen riebbraten. Varro de R.R. 2 cap. 4 *Pernæ, petasiones* &c. Martial. lib. 13 epigr. 55

Nam mihi cum vetulo sit petasone nihil.

¶ Pĕtăsuncŭlus, i, dimin. ein schincklein. Juvenal. satyr. 7 v. 119 *siccus petasunculus.* Alia notione vide mox in *Petasus.*

PĔTĂSVS, i, πέτασος, pileus viatorius, solem defendens, ein breiter schaubhut, reisehut, a πετάννυμι, *extendo.* Apulejus *pilei umbraculum* vocat: eadem est *causia.* Plautus Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 287 *Itidem habet petasum ac vestitum: tam consimile'st atque ego.* ¶ 2. Item, fastigium galeri forma ædificiis impositum. Plinius lib. 36 cap. 13 *Supra id in quadratum pyramides stant quinque, quatuor in angulis, in medio una, ita fastigatæ, ut in summo orbis æneus, & petasus unus omnibus sit impositus.*

¶ Petasunculus, i, diminutivum quoque a *Petasus* est, non a solo *Petasone*, ein schaubhütlein. Arnobius lib. 6 pag. 198 *Mercurium rursus arripiat, atque in Solis faciat demigrare delubrum, (uterque enim a vobis glaber atque ore confingitur levi,) detque huic radios, Solis capiti petasunculum superponat.* Quem hic petasunculum dicit, paullo ante (p. 197) *petasum* vocaverat. *Cum petaso*, inquit, *gnatus Majæ formatur, tamquam vias aggredi præparet, & solem pulveremque declinet.*

¶ Pĕtăsātus, a, um, der einen hut aufgesetzet hat. Sueton. in August. c. 82 *Domi non nisi petasatus sub dio spatiabatur.* Maxime id pilei genus tabellarii & peregrinantes amabant. Cicero lib. 15 epist. 17 ad Cassium: *Præposteros habes tabellarios: cum a me discedunt, flagitant litteras: cum ad me veniunt, nullas adferunt. Atque id ipsum facerent, si mihi aliquid spatii ad scribendum darent: sed petasati veniunt, comites ad portam exspectare dicunt; Petasati*, id est, parati & accincti ad iter ingrediendum. vid. P. Victorii Var. Lect. 1 c. 24.

¶ Petasites, æ, πετασίτης, planta, pestilentzkraut, Dioscor.

PĔTAVRVM, i, πέταυρον, gesticulatorum ludus, & instrumentum seu machina, circa quam agilitatem suam exercent, cujusmodi sunt hastæ, circa quas se volvunt, funes, in quibus ambulant, circuli, per quos se transmittunt, allerley gaucklerzeug, gauckelspiel, gauckeley. Martial. in Lydiam lib. 11 epigr. 22

Quam rota transmisso toties impacta petauro.

Vid. Turneb. lib. 4 Advers. c. 8, & Scalig. ad Manil. lib. 5.

¶ Petauristes, vel Petaurista, æ, πεταυριστής, ein gauckler, lufftspringer, oder seilgänger. *Petauristæ* sic dicti, quod πρὸς ἀέρα πετῶνται, id est, per aëra volitent, die sich durch einen reiffen schwingen. Vid. de his Varro apud Nonium cap. 1 n. 277. Lucil. & Ælius Stilo apud Festum, Plin. 11 cap. 33, & Scalig. ad Fest.

¶ Petauristārius, i, idem, apud Firmicum 8 cap. 15, & Petron. Fragm. Tragur. p. 24, ubi nonnullæ eorum artes.

PETELLIA, vel Petelia, æ, urbs in Brutiis, Lucanorum metropolis, quæ exspiravit prius, quam Romanæ societatis respectum deponeret. vid. Val. Max. 6 c. 6 ext. 2. Liv. 23 c. 30 &c.

¶ Petellīnus, a, um, adjectiv. ut, *Petellinus lucus*, Livius 6 cap. 20, & 7 cap. 41. *Petellina fides*, Valer. Max. l. c. *Petellini*, incolæ, ibid.

PĔTEON, ōnis, urbs Bœotiæ, Stat. 7 Theb. v. 333.

Petīgo, cum compositis, vide mox in *Peto.*

PĔTĪLIA, ōrum, magnæ Græciæ oppidum, a Philoctete conditum. Virgil. Æneid. 3 v. 402

Parva Philoctetæ subnixa Petilia muro.

¶ Petīlianus, a, um, adject. Martial. 12 epigr. 57

Petilianis delicatus in regnis.

¶ Petīlium, flos sive rosa silvestris, Plin. 21 cap. 8.

PĔTĬLVS, a, um, antiquum, tenuis, exilis, λεπτὸς, dünn. Vide Nonium c. 2 n. 620, & Scalig. ad Varr. de R.R. p. 216.

Petimen, petiolus, petisco, petitio, &c. vide sequens *Peto.*

PĔTO, petīvi, & petii, petĕre, humiliter est & precibus postulare, bitten, begehren. Habetque in hac significatione fere ablativum personæ cum *a* vel *ab*, & accusativum rei; ut, *Omnibus precibus ab aliquo aliquid petere*, Cæsar 5 Bell. Gall. cap. 6. *Petere aliunde sibi auxilium*, Terent. Phorm. a. 5 sc. 1 v. 2. *Præsidium ab aliquo*, Cicer. de Fato cap. 9, um hülffe bitten. *Pacem suppliciter petere*, Cæs. lib. 1 B. Gall. cap. 27. *Consulatum petiit nunquam*, Cicer. de Amic. cap. 3, hoc est, appetiit. Sic, *petere honores*, Q. Cic. de petit. cons. extr. um ein amt anhalten. *Præturam*, &c. Cic. 2 Verr. c. 8. *Vnde mihi petam cibum?* Terent. Heaut. a. 5 sc. 2 v. 25, woher soll ich zu essen nehmen? *Consilium a se ipso petere*, den rath bey ihm selbst nehmen, Quintilian. præfat. lib. 7. *Delectatio ex studiis petitur*, Cicer. pro Arch. cap. 7, es wird gesucht, genommen &c. *Insidiis aliquem petere*, Livius 40 cap. 55, auf einen lauren. *Petere salutem fugâ*, Nepos Hannib. c. 11. Sed, *naves onustæ petunt Rhodum*, Cicer. Offic. cap. 12, die beladenen schiffe gehen nach Rhodis &c. ¶ 2. Est & gladiatorum verbum *Petere*, id est, ictum inferre, auf einen loß gehen; cui contrarium *vitare*, quod est impetum declinare. Virgil. Æn. 9 v. 439

Volscentem petit, in solo Volscente moratur.

Vbi Servius: *Petitiones*, inquit, *proprie dicimus impetus gladiatorum.* Cicero in Oratore circa finem: *Vt enim athletas, nec multo secus gladiatores videmus nihil nec vitando facere caute, nec petendo vehementer &c. sic oratio nec plagam gravem facit, nisi petitio fuerit apta; nec satis recte declinat impetum, nisi etiam in cedendo, quid decet, intelligit.* Curtius lib. 6 princ. de Agide loquens: *Vndique nunc cominus, nunc eminus petebatur diuque arma circumferens, alia tela clypeo excipiebat, alia corpore vitabat.* In his omnibus *petere* est ὁρμᾶν, quemadmodum & Vet. Gloss. interpretatur: *Peto*, αἰτῶ, καὶ στέλλομαι, καὶ ὁρμῶ ἀξιῶ, καὶ μέτειμι. Glossæ Cyrilli: ὁρμῶ, *Impetum facio, peto, ruo.* Virgil. eclog. 3 v. 87 *Bos cornu petit*, der ochse stösst. Ovid. de Nuce principio:

A populo saxis prætereunte petor.

Sic, *Gladio petere quem*, Ovid. Met. 5 v. 185, auf einen zuhauen, oder stossen. Quemadmodum autem jaculatores eo dirigunt arcum, quod volunt ferire seu petere; ita & cupiditas eo intendit se, quo cupit potiri. Itaque *petere* etiam pro cupere, optare, ponitur: quemadmodum & *jaculari* verbo Horatius usus. Terent. Heaut. a. 3 sc. 1 v. 75 *Quodcunque inciderit in mentem, volet, neque id*
Putabit, pravumne an rectum sit, quod petet.

¶ Pĕtītus, a, um, begehrt, gebeten, verlangt, geholt; ut, *Puella votis sæpe petita meis*, Ovid. Amor. 3 eleg. 7 v. 2. *Præmia petita*, Idem Trist. 3 eleg. 6 v. 34. *Spiritus petitus imo latere*, Horat. epod. 11 v. 10. ¶ Item, angegriffen; ut, *Petitus insidiis*, Vellej. 2, 60, 3. *Bellua petita ferro*, Horat. epod. 5 v. 10.

¶ Petītum, i, subst. eine bitte, ein begehr. Catull. carm. 69 *Vtriusque petiti copia facta est.* Horat. 1 satyr. 4 v. 79 *Vnde petitum hoc in me jacis?*

¶ Petītus, ûs, idem. Gell. 18 cap. 3 *Consensu petituque omnium.* Apulej. Apolog. *Servi petitu tuo adsunt.*

¶ Petitio, ōnis, bitte, werbung: ut, *Petitio consulatus*, Cicero pro Muræna cap. 22. ¶ 2. Item, gladiatorum impetus, invasiones seu rationes impetendi & evertendi adversarium, der anfall, angriff. Transfertur hæc notio a gladiatoribus in oratores. Cicero in Divinat in Q. Cæcilium cap. 14 *Novi omnes hominis petitiones, rationesque dicendi.* Et in Catil. 1 cap. 6 *Quot ego tuas petitiones ita conjectas, ut vitari posse non viderentur, parva quadam declinatione, &, ut ajunt, corpore effugi?* Duplicis autem generis hæ *petitiones* sive *manus*, ut Quintilianus loco mox adducendo appellat, erant: aliæ *adversæ* & *rectæ*, quas observare & cavere facile erat; aliæ *aversæ* & *obscuræ* seu *tectæ*. Quintilian lib. 9 cap. 1 *Vt in armorum certamine adversos ictus & rectas & simplices manus cum videro, tum & cavere ac propulsare facile est: aversæ tectæque minus sunt observabiles: aliud ostendisse, quam petas, artis est; Sic oratio, quæ astu caret, pondere, mole, & impulsu præliatur: simulanti, variantique conatus, in latera atque in terga incurrere datur, & arma advocare, & velut nutis fallere.* Vegetius lib. 1 de Re militari cap. 11 *Contra illum palum tamquam contra adversarium, tiro cum crate illa ac clava, velut cum gladio se exercebat & scuto: ut nunc quasi caput aut faciem peteret, nunc a lateribus minaretur*, &c.

¶ Petitiuncŭla, æ, diminutivum, eine kleine bitte. Vet. Gloss. *Petitiuncula*, δεησίδιον.

¶ Pĕtītor, ōris, qui petit, ein ansprecher, werber. De candidato, sive honorem petente, usus est Horatius 3 oda 1 v. 10 *Descendit in campum petitor.* Conf. Macrob. Saturn. 3 c. 14. Sic, *famæ petitor*, Lucanus 1 v. 131. Sed, *Petitoris personam capere*, i. e. actoris, qui litem intendit, Cic. pro Quintio cap. 13.

¶ Petītrix, īcis, eine ansprecherin. Quintil. Declam. 252 *Quid pœnæ adjicitur, quod adversus petitricem?* Et Paulus JCt. l. 74 extr. Dig. ad SC. Trebell. *Contra petitricem pronunciavit*

¶ Petitōrius, a, um, bittlich, ansprechend, suchend: ut, *judicium petitorium*, Cajus JCt. l. qui petitorio judicio utitur ff. de rei vindicatione.

¶ Petisco, vel Petisso, ĕre, antiqui dicebant pro *Petere*, verlangen; sed, ut Festo videtur, tum significabant *sæpius petere.* vid. Lucret. 3 v. 649, & lib. 5 v. 808. *Petesso* tamen apud Ciceronem Divinat. legitur lib. 1 cap. 11.

¶ Petitūrio, īre, anhalten. Cic. lib. 1 ad Attic. epist. 14 extrema: *Video hominem valde petiturire.*

¶ Peta, æ, Dea precum, die gebets-göttin. Arnob. 4 p. 131 *Rebus petendis Peta præest*

¶ Pĕtax, ācis, begierig. Fulgent. Mythol. 2 *Vitæ tantum commodis anxia, ornatus petax, habendi insatiata.*

¶ Petīgo, ĭnis, scabies infestans corpora, der ansprung, die krätze, räudigkeit, flechte, ab *impetendo* dicta; vide *Impetigo.* Cæterum præter Nonium voce hac usus est Cato de R. R. c. 157 *Petigini brassicam opponito, sanam faciet.* Nam in illo Lucilii apud Nonium cap. 2 n. 700

Illuvies, scabies, oculos huic deque petigo,
Conscendĕre, Tmesis est, usitata figura illi poëtæ.

¶ Petĭmen, ĭnis, ulcus in humeris jumentorum, apud Lucilium & Nævium, si recta est interpretatio Festi.

¶ Pĕtiŏlus, i, parvus pes, quo folium aut pomum sustinetur & petitur, ein stiel. Colum. R. R. 12 cap. 47 *Olivæ cum petiolo leguntur.* Idem de Arbor. cap. 23 *Antequam petioli rumpantur, quibus pendent mala.* Conf. Apic. 1 cap. 1. Sed, *Petioli agni hædive*, apud Celsum lib. 2 c. 18 & 24, iidem sunt qui *pedioli*, füßlein. Vnde & *Petiolum* a *pede* esse existimant.

¶ Petŭlans, & Petulcus, seorsim infra reperies.

I. Composita cum nominibus:

¶ Agrĭpĕta, æ, masc. qui alienas possessiones affectat & invadit. Cicero lib. 15 extremo ad Atticum: *agripetas ejectos a Buthrotiis.*

¶ Altipĕta, æ, der nach hohen trachtet. Paulinus epist. 20 *Levitas altipeta.*

¶ Altĭpĕtax, ācis, hochsteigend. Strabo Gallo de cucurbita: *Altipetax cucurbita.*

¶ Cœnĭpeta, Cornupeta, Honoripeta, Lucripeta, Veneripeta, vide in *Cœna, Cornu, Honor, Lucrum, Venus.*

II. Composita cum præposit.

¶ Appĕto, ĕre, cum affectu qualicunque petere, mit lust oder hefftig begehren. Cicer. 4 Tuscul. c. 6 *Vt bona naturâ appetimus, sic a malis natura declinamus*, wir haben von natur lust zum guten. Seneca in Thyeste v. 471 *Nec abnuendum, si dat imperium Deus, nec appetendum.*

tendum. Sic, *Ferro atque insidiis appetere*, Cic. pro S. Roscio cap. 11, *Lapidibus appetere*, Idem pro Domo cap. 5, einen anfallen, angreiffen. Eutropius lib. 7 c. 12 de Vitellio: *Stercore in vultum & pectus ab omnibus obviis appetitus*, mit koth geworffen. ¶ Sed, *Tempus, nox appetit*, id est, instat, adventat, Livius lib. 5 cap. 44, die nacht fällt ein, ist vorhanden. *Judicii dies appetit*, der gerichts-tag kömmt herbey, Plin. lib. 5 epist. 1.

¶ Appĕtens, tis, begierig; ut, *Appetens gloriæ*, Cic. pro Lege Manil. c. 3. *Alieni appetens, sui profusus*, Sall. ... Catil. c. 5, andern stund er nach dem ihren, das seine verschwelgete er. *Stimulus quidam nos amicitiarum appetentes facit*, Sen. epist. 9. *Lux appetens*, der herannahende, anbrechende tag, Tac. Annal. 4, 51, 4. *Appetentior famæ*, Idem Hist. 4, 6, 1. *Sumus naturâ studiosissimi appetentissimique honestatis*, Cicer. 2 Tusc. c. 25. *Nihil est appetentius similium sui, nihil rapacius, quam natura*, Idem de Amic. c. 14.

¶ Appetentĕr, adverb. gern, begierig. Apulej. Metam. 7 *Appetenter sumere.*

¶ Appĕtentia, æ, die beliebung: ut, *Appetentia cibi*, Plin. lib. 20 cap. 17, lust und begierigkeit zum essen. *Libido effrenatam appetentiam efficit*, Cic. 4 Tusc. c. 7. Et Lactantius lib. 6 c. 23 *Cupiditas & appetentia* [Veneris] *in homine vehementior & acrior invenitur.*

¶ Appetitio, ōnis, conatus, quo aliquid appetimus, das trachten nach einem dinge; ut, *Appetitio alieni*, Cic. Offic. 3 c. 6. *Appetitio societatis*, Seneca epist. 9.

¶ Appĕtītus, ûs, est immensa & immoderata cupiditas, hefftige lust und begierde, apud Vall. lib. 5 c. 7. Cicero lib. 1 Offic. c. 29 *Efficiendum, ut appetitus rationi obediant.* Et ibidem: *Appetitus omnes contrahendi sedandique.*

¶ Appetītor, ōris, qui appetit, ein liebhaber, nachstreber: Vulg. Interpr. 1 Petr. c. 4 v. 15. Lamprid. in Alex. Sever. c. 40 *Boni linteaminis appetitor fuit.* Ammian. 25 c. 5 *Laudum intemperans appetitor.* Arnobius lib. 4 p. 136 *Quæ Pallantem occidit patrem, incestorum appetitorem, est* [Jovis progenies] *quinta.* Et Augustinus Serm. 1 in feria 2 Pentecost. de Christianis: *præsentium hospites, futurorum appetitores.*

¶ Appetibĭlis, e, annehmlich, beliebig. Apulejus lib. 2 Dogm. Platon. p. 19 *Sollicitudinem & laborem appetibiles docebat esse.* Macrob. Saturn. 1 cap. 1 *Venustate appetibilis.*

¶ Appeto, ōnis, i. e. appetitor. Laberius apud Nonium c. 2 n. 43 *Alienum appetonibus viæ perditæ diverticula sequi.*

¶ Competo, ĕre, est honorem vel conjugium, vel quidvis aliud simul petere, cum duobus vel pluribus scilicet, zugleich um etwas werben; ut, *unam speciosam duobus competentibus*, Aur. Vict. Vir. Illustr. c. 59. *Si villæ situs ita competit*, i. e. simul postulat, Colum. 9 c. 5. ¶ 2. Item, quadrare, convenire, sich schicken, gemäß seyn, gleich eintreffen. Et utrumque dicitur: *Competere alicui*, & *in aliquid: Competit in eum actio*, Quintilian. 3 c. 4. *Si cuncta competunt voto*, Columell. lib. 4 c. 10. Sed & *cum aliquo competere* reperitur: Tacitus 2 Histor. c. 50 extr. *incolæ memorant & tempora reputantibus initium finemque miraculi cum Othonis exitu competisse*, i. e. concurrisse, in idem tempus incidisse. ¶ 3. Seneca pro *accidere, contingere*, posuit epistolâ 75 *Non quærit æger medicum eloquentem, sed sanantem: sed si ita competit, ut idem ille, qui sanare potest, compte de his, quæ facienda sunt, disserat, bene consulet.* ¶ 4. Nonius inter cæteras acceptiones hujus verbi, & *rei cujusque meminisse, aut constanter valere* significare observat c. 4 n. 110, atque pro ea affert Sallust. locum 1 Hist. *Hic vero quasi formidine attonitus, neque animo, neque auribus, aut lingua competere.* Nec aliter usus hoc verbo Tacitus, Sallustii æmulus, 3 Annal. cap. 46 *Inconditique ac militiæ nescii oppidani neque oculis, neque auribus satis competebant.* Item 3 Histor. cap. 73 *Dux segnis & veluti captus animi, non linguâ, non auribus competere.*

¶ Compĕtens, tis, gehörig, rechtmäßig: ut, *Competens judex*, Vlpian. in l. cum quædam puella ff. de jurisdict. omn. jud. Et, *Tribunal competens*, Idem l. sed & hæ § non solum ff. de procurat. ¶ *Competentes*, mitwerber, in veteri Ecclesia dicebantur, qui secundo inter Christianos gradu censerentur. Primi enim *Catechumeni* erant, rudiores illi, & qui fidei elementa tantum docebantur. *Competentes* vero secundo loco, qui, Catechumenis dimissis, in mysteriis religionis Christianæ instituebantur. *Fideles* denique, qui facti sacramentorum participes, τελέως jam Christiani. *Competentes* igitur appellati, quod sacramentum baptismi simul peterent, ut Augustinus Sermone CXVI tradit. Vide de iis & eruditissimum Vossium de tribus Symbolis pag. 16.

¶ Competentĕr, adv. füglich, gebührlich. Prudentius Romano v. 118

Persona quæque competenter plectitur.

Symmachus lib. 9 epist. 128 *competenter ulcisci.* Hieronymus advers. Helvidium cap. 2 *Adversus quos in alio loco competentius disseremus.* Et Apulejus Apolog. p. 316 *Competentissime videor usus Platone.*

¶ Compĕtentia, æ, id est, convenientia, ἀναλογία, quæ & *proportio* dicitur, die übereintreffung. Gellius lib. 1 cap. 1 *Comprehensa mensura Herculani pedis, quanta longinquitas corporis ei mensuræ conveniret, secundum naturalem membrorum omnium inter se competentiam modificatus est.* Idem lib. 14 cap. 1 *Si tam parvum atque rapidum est momentum temporis, ut in eodem illo puncto sub eodem circulo cæli plures simul ad eamdem competentiam nasci non queant* &c.

¶ Competitio, ōnis, die zusammenstimmung. Sidonius lib. 2 epist. 9 *inter aleatoriarum vocum competitiones.*

¶ Compĕtītor, ōris, der zugleich anhält; *Competitores* sunt, qui in honoribus aut magistratibus petendis concurrunt. Cic. 1 Offic. cap. 12 *Cum competitore certamen honoris & dignitatis est.* conf. Idem ad Attic. 2 epist. 1.

¶ Competītrix, īcis, eine mitwerberin. Cic. pro Muræn. cap. 19 *Nos quoque habuimus scenam competitricem.*

¶ Compitum, cum derivatis, vide supra in *C.*

¶ Depeto, ĕre, fordern, Tertulliani est 4 adv. Marc. cap. 26 *Non depetunt ab alio, quod meminissent petendum sibi a creatore.*

¶ Depĕtīgo, ĭnis, der aussatz, die krätze. Gloss. Cyrilli: λέπρα, *lepra, depetigo.* Locum Lucilii vide supra in *Petigo.* Hinc

¶ Depetigiōsus, a, um, qui eo morbo laborat, aussätzig, krätzig. Eædem Glossæ: λεπρὸς, *Leprosus, depetigiosus*, & *depetigosus.*

¶ Expĕto, ĕre, erwehlen, begehren, wüntschen, fordern. Terent. Andr. a. 4 sc. 2 v. 13 *Hanc mihi expetivi.* Proprie autem *expetuntur honesta planeque bona*, inquit Valla. *Deposcere & expetere aliquem imperatorem ad bellum*, Cicer. pro Leg. Manil. cap. 11. *Summâ cupiditate expetere aliquid*, Idem 6 Verrin. cap. 49. Et rursus pro Lege Manil. cap. 11 *Italia a Pompejo auxilium absente expetivit*: Et, *Expetere pœnas ab aliquo*, pro M. Marcello cap 6, einen in die straffe nehmen. *Amicitia per se & propter se expetenda*, Idem de Amic. cap. 21. Et pro Arch. cap. 6 *Nihil est in vita magnopere expetendum, nisi laus & honestas.* ¶ 2. Accidere, usu venire, sich zutragen. Plaut. Amph. a. 1 sc. 1 v. 10 *In servitute expetunt multa iniqua*: & sc. 3 v. 23 *Nequiter pene expetivit prima parasitatio*, es ist übel ausgeschlagen. ¶ 3. Item, recidere. Plaut. Amph. a. 1 sc. 2 v. 32 *delictum suum*

Suamque culpam expetere in mortalem ut sinat.

Et a. 3 sc. 2 v. 14 *nunc autem insonti mihi*

Illius ira in hanc & maledicta expetent.

Vbi nota, cum dativo id verbi construxisse. Quemadmodum & præcedentis scenæ v. 11 dixerat Jupiter:

Nam mea sit culpa, quod egomet contraxerim,
Id Alcumenæ si innocenti huic expetat.

¶ Expĕtens, tis, erwehlend, verlangend; ut, *sana consilia expetens*, Seneca Hippol. v. 179. *Capræ maleficum frondibus animal, odoratorum vero fruticum expetentius.* Alii *appetentius.*

¶ Expetītus, a, um, erwüntscht. Seneca Thyeste v. 509 *Complexus mihi redde expetitos.*

¶ Expetibĭlis, e, annehmlich, erfreulich. Tacitus Annal. 16 c. 21 *Juvenalium ludicro parum expetibilem operam præbuerat.*

¶ Expetisso, vel Expetesso, ĕre, antique, verlangen, begehren. Plaut. Mil. a. 4 sc. 1 v. 13 *Tuam expetissit pulcritudinem.* Idem Trin. a. 2 sc. 1 v. 4 *Vtrum harum mihi artem expetessam.*

¶ Impĕto, ere, invadere, anfallen, an einen setzen, einem zusetzen. *Impetentes a se ejiciunt fucos*, Varr. 3 Rei Rust. c. 16. Onomast. Vet. *Impeto*, προσβάλλω.

¶ Impetibĭlis, e, quod peti non debet, unverlangt. Vet. Gloss. *Impetibile*, ἀνεπιχείρητον, ἀνεπιτήδευτον. ¶ 2. Quod petitori obnoxium, quod facile impeti potest, anfällig. Solinus de Chamæleonte: *Impetibilis est coraci*, &c. i. e. impetitur. ¶ 3. Vsurpatur denique de re turpi & reprehensioni obnoxia. Ita, *Impetibile scelus*, Apulejus Apol. ad quem locum vide Casaub. Ita, *Impetibilis morbus*, Plin. 20 c. 18.

¶ Impetus, ûs, der anfall, anlauff, sturm. Sic, *Impetum facere in aliquem*, Cæs. 1 B. Gall. c. 25. Et, *In alicujus fortunas, bona*, Cic. 3 Verr. c. 36, einen gewaltsamen einfall thun. *Impetum alicujus excipere*, Cæsar 1 B Gall. c. 52. Et, *Impetum cujus sustinere*, ibid. c. 24. Sed, *continere impetum*, Livius lib. 7 c. 37, & *comprimere*, Cicer. de Arusp. resp. cap. 1, eines gewalt dämpffen, brechen. *Contundere*, Horat. 3 oda 6 v. 10 dixit. *Inhibere impetum*, inne halten, Senec. Medeâ v. 413. *Tota mente omnique animi impetu in rempubl. incumbere*, Cic. 10 fam. epist. 5. *Furentes ac violenti impetus*, Idem de Arusp. resp. cap. 22. *Primo impetu*, incursione, im ersten ansatz, Aurel. Victor de Vir. Illustr. in Horatio Cocle.

¶ Impes, impĕtis, poëtice, idem. Lucret. 6 v. 326 *Capere impetis auctum.* Hinc *Impete*, ablativus, pro *impetu*; ut, *Impete vasto fertur*, Ovid. 3 Metam. v. 79. Et Silius lib. 2 v. 243 *impete vasto*: & lib. 13 v. 248 *procursûs impete.* Plural. Lucret. 1 v. 293 *Impetibus crebris.*

¶ Impetuōsus, a, um, violentus, ungestümmig, stürmisch; ut, *Impetuosus animus.* Ita vulgo ex Plinii lib. 35 cap. 10 affertur; sed Harduinus auctor est pag. 220, nihil hujus in MSS. reperiri, & ipse hæc & alia verba, ut spuria & adsuta, prætermisit, ut ita parum præsidii huic vocabulo ex Plinii auctoritate, quæ adhuc sola fuit prodita, accedat.

¶ Impetējus, a, um, idem. Gloss. lat. gr. *Impetejus*, βίαιος.

¶ Impĕtīgo, ĭnis, ut Depetigo, die räudigkeit. Corn. Celsus lib. 5 c. 28 n. 17 pr. *Impetiginis species sunt quatuor*, &c. Plinius sæpe usus est, v. g. lib. 22 cap. ult. sect. 73 de ervo: *corrigit impetigines.* Conf. lib. 20 c. 9, & lib. 25 c. 7. Gloss. Vet. *Impetigo*, λιχὴν, ἄλφος.

¶ Impetigōsus, a, um, räudig, in Gloss. Vet. λιχηνωτὸς, *Impetigosus.* Sed impetigine affectum *Impetiginosum* vocant JCti l. 6 § 1 ff. de ædil. edict.

¶ Oppĕto, ĕre: ut, *Oppetere mortem*, in den tod gehen, sterben, qui accusativus interdum subauditur. Virgil. Æneid. 1 v. 97

O terque quaterque beati!
Queis ante ora patrum, Trojæ sub mœnibus altis,
Contigit oppetere.

Cic. 1 Tuscul. c. 48 *Claræ mortes pro patria oppetitæ.*

¶ Perpes, ĕtis, perpetuus, gantz, gäntzlich, vollständig; ut, *Perpetem noctem dormire*, Plautus Amph. a. 1 sc. 1 v. 123. conf. ibid. a. 2 sc. 2 v. 105, & Truc. a 2 sc. 2 v. 23. *Nocte perpeti alea ludere*, Capitolinus in Vero cap. 4. Et Solinus cap. 65 [al. 52] *Gymnosophistæ perpetem diem alternis pedibus insistunt.* Et Lactantius de Mort. Persecut. c. 33 *per annum perpetem.* De Etymo vide Voss. p. 406.

¶ Perpĕtuus, a, um, beharrlich, immerwährend, stätig; ut, *Tempus perpetuum*, hoc est, continuum, non interruptum, aut intermissum. Terent. in Hecyr. a. 1 sc. 2 v. 12 *Biennium ibi perpetuum illum tuli.* Sic, *Firma & perpetua amicitia*, Q. Cic. de Petit. cons. c. 7, beständige und stete freundschafft. *Perennes & perpetui cursus stellarum*, Idem 2 Nat. Deor. c. 21, stete bewegung der sterne. *Oratio perpetua*, quæ non interrumpitur, & *interpellatæ* opponitur, eine rede, die immer auf einander folget, Nepos 15, 5, 1. Cic. 1 Tuscul. c. 5 & *continentem* appellat. *Perpetua palus*, Cæsar 7 B. Gall. c. 57. *Perpetuæ vigiliæ*, Idem 1 B. Civ. cap. 21, & *perpetuæ munitiones*, lib. 3 Belli Civ. cap. 44, quæ continuæ sunt. Sic *cratem perpetuam* Lucanus dixit lib. 3 v. 485. Apud Nepotem Miltiade c. 3 n. 1 *Perpetuum imperium* temporario opponitur.

nitur. Plaut. in Cistell. a. 1 sc. 3 v. 46 *Vt sunt humana, nihil est perpetuum datum*, es ist nichts beständiges. *In perpetuum*, für und für, immerdar: Cicer. pro Planc. cap. 37 *Respubl. in perpetuum præsidium salutis suæ perdidisset.* Comparat. *Perpetuius*, & Superlat. *Perpetuissimus*, utrumque Cato apud Carisium lib. 3 p. 601, & Pacuvius apud Priscianum lib. 3.

¶ Perpĕtuum, Perpetuò & Perpĕtim, adverbia, stets, fort für fort, ohn unterlaß. Terent. Adelph. a. 4 sc. 1 v. 6 *Perpetuum in lætitia degere:* nisi ellipsin τῶ *in* esse statuas. Nepos 25, 1, 1 *Perpetuo equestrem obtinuit dignitatem*, i. e. quamdiu vita fuit, lebenslang. *Perpetuo sub alicujus ditione & imperio esse*, Cæsar lib. 1 B. Gall. c. 31. *Jam anno perpetim assiduo convictu spectavi illam*, Apulej. Apologiâ p. 321. *In angulo oculi perpetim humor emanans*, Plin. 20 c. 6.

¶ Perpetuālis, e, durchgängig, stetswährend. Quintilian. 2 c. 13 καθολικὰ, *i. e. (ut dicamus, quomodo possumus) universalia vel perpetualia.* Fulgent. Mythol. 1 *Conjux aut perpetuale refugium aut perenne tormentum.* Et Sponius Misc. p 128 SOMNO PERPETOALI.

¶ Perpetuārius, a, um, idem; ut, *Perpetuarius mulio*, Senec. ludo de Claudii morte, vide *Mulio*. Hinc *Perpetuarii*, qui fundum aut rem perpetuo conduxerunt, auf lebenszeit oder erblich, l. fin. C. de locat. præd. civ. Et Budæo *Perpetuarius conductor*, ein erbsasse.

¶ Perpĕtuĭtas, ātis, continuatio, stetigkeit, ewigkeit, beharrung; ut, *Vitæ perpetuitas*, Cic. 1 Offic. c. 33. *Perpetuitas consequentis temporis*, Idem 1 Tusc. c. 41, & *Laudis*, Idem 10 fam. epist. 25, & *Voluntatis*, 3 ad Q. fratr. epist. 5. Idem 2 Offic. cap. 7 *Fidelis ad perpetuitatem benevolentia est.* Pluraliter Vitruvius lib. 2 c. ult. *Apennini pars continetur umbrosis & opacis perpetuitatibus.*

¶ Perpetuo, perpetuare, nach einander fortsetzen; ut, *Perpetuare verba*, id est, continuare, immer auf einander setzen, Cicer. de Orat. lib. 3 cap. 46. *Dii te perpetuent!* acclamationis formula apud Lamprid. in Alexand. cap. 6, i e. æternum sospitent. *Ad perpetuandam gloriam*, den ruhm zu verewigen, Ammian. 25 c. 10.

¶ Perpetuatus, a, um, verewiget, stets fortgesetzt. Arator extremo lib. 1 in Act. Apost. *His est tibi Roma catenis*
Perpetuata salus.

¶ Perpĕtuĭto, āre, frequent. verewigen. Ennius apud Nonium cap. 2 n. 632 *Libertatem ut perpetuitassint quam maxime.*

¶ Imperpĕtuus, a, um, vergänglich, unbeständig. Sen. epist. 72 *Cui quid abscedere potest, id imperpetuum est.*

¶ Præpeto, ĕre, vorher gehen. Festus scribit, antiquos *Præpetere* dixisse pro *anteire*; indeque *Præpetes* aves dici, *quæ se ante auspicantem ferant.*

¶ Præpes, ĕtis, adject. omnis gen. i. e. velox, schnell, hurtig, fliegend. Virgil. Æneid. 6 v. 15
Præpetibus pennis ausus se credere cælo.
Gellius lib. 6 cap. 6 affert ex veteri poëta exemplum:
Dum dat vincenti præpes Victoria palmam;
i. e. alatæ. Victoriæ namque, inter Deos numeratæ, alas affingebant veteres. Conf. Auson. epigr. 1 v. 2. ¶ Proprie *Præpetes*, aves auspiciorum, ex quibus erant aquilæ, vultures, buteones, sanqualis, immussulus &c. vide *Oscines*. Servius ad illud Virgil. Æneid. 3 v. 361 *Præpetis omina pennæ:* notat: *Præpetes sunt, quæ secundo auspicio ante eum volant, qui auspicatur* &c. *Præpetes aut superiora tenent, & præpetes vocantur, aut inferiora, & dicuntur inferæ. Præpetes autem ideo, quia omnes aves priora petunt volantes.* Conf. Paulus ad Festum, qui etiam perstringit inepte ex præpositione latina componentes & græco vocabulo, προπετὲς scilicet, i. e. *facile, pronum ad labendum.* Adde Voss. Etym. p. 406. Livius lib. 7 c. 26 de corvo M. Valerii: *Si divus, si diva sibi præpetem misisset.* ¶ Cæterum poëtæ *Præpetes*, gen. fœm. promiscue omnes appellant aves, vögel, ut Paulus testatur l. c.

¶ Rĕpĕto, ĕre, restituendum petere, wieder fordern, wieder nehmen. Terent. in Eunuch. a. 4 sc. 6 v. 11 *Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa abs te quicquam precii*, ich begehre nichts wieder davor. *Res suas repetere*, Cicer. de Offic. lib. 1 c. 11. *Gratiam pro beneficio repetere*, Livius lib. 1 c. 47. Et, *Repetere somnum*, Cicer. 13 Attic. epist. 38. *Castra repetere*, Livius lib. 31 c. 21, wieder nach dem lager ziehen. *Studia sua repetere*, est ad studia intermissa redire, Cicer. de Fato c. 2. *Alte & a capite repetere*, Idem lib. 1 de Legib. c. 6 pr. von fern her etwas wiederholen. Item, *Ab ultima antiquitate repetere*, Idem 1 de Fin. c. 20. *Repetere memoriâ*, Idem, & Sen. epist. 10, sich erinnern, besinnen. *Cogitare & memoriâ repetere vetera*, Cicer. de Oratore lib. 1 ineunte. ¶ Sed & homines dicuntur *repeti:* ut gladiatores, qui icti, novo ictu feriuntur. *Toxico quem repetere* dixit Suetonius Claudio cap. 44, pro, post prius venenum aliud alicui propinare. Nam sicut *petere* arenæ verbum est, ita & *repetere*, de quo Lipsius 2 Saturnal. c. 20; item *Rei*, cum accusabantur de novo, *repeti* dicuntur: vide *Reus*.

¶ Repĕtītus, a, um, wiederhohlt, wieder herfürgesucht. Cic. in Q. Cæcil. Divin. c. 22 *Hæc majorum consuetudo longo intervallo repetita.* Idem ad Attic. 13 epist. 38 *Repetito somno simul cum sole experrectus sum.* Idem 13 fam. epist. 29 *Hæc tam longe repetita principia quo spectent.* Ovid. Heroid. epist. 16 v. 341 *Ecquæ repetita per arma?* scil. fœmina.

¶ Repetitio, ōnis, die wiederholung. Cicer. 3 de Orat. c. 54 *crebra repetitio.*

¶ Repĕtentia, æ, idem. Gloss. lat. gr. *Repetentia*, ἐπανάληψις. Apud Lucretium 3 v. 864 est ἀνάμνησις, recordatio, reminiscentia, die erinnerung, das gedächtnüs, ubi ait:
Interrupta semel cum sit repetentia nostra.
Alii legunt *Repentia*, alii *Retinentia*. Sed & Arnobius lib. 2 pag. 62 *Quod*, inquit, *rebus ingressis priorum repetentiam detrahit.*

¶ Repetītor, ōris, ein wiedernehmer. Ovidius Heroid. epist. 8 v. 19
Sit socer exemplo, nuptæ repetitor ademtæ;
id est, Menelaus Helenam repetens.

¶ Repetundarum, & Repetundis, genit. & abl. plur. unrecht gut, finanzen; ut, *Verres accusatus est repetundarum*, vel *de repetundis*, id est, propter pecunias in magistratu inique ex publico surreptas, aut etiam ab aliis. Vide Leg. 1 Dig. de Lege Julia repetundarum. Sic, *Repetundarum insimulari*, Quintilian. lib. 4 cap. 2. *Repetundis damnari*, vide in *Damno*. Et, *Repetundarum convinci*, des diebstals vom gemeinen gut überwiesen werden, Sueton. Cæsare cap. 43. Convicti autem primum exilio puniebantur & æstimatione: Lege Julia autem iidem amittebant & ordinem. Vide Casaubonum Torrentiumque ad locum citatum Suetonii. *Repetundarum* autem sive *repetundis* per ellipsin dicitur, subaudiendum enim *pecuniarum* sive *pecuniis* est: qua integra phrasi Cicero usus plerumque est, v. g. pro Cluent. cap. 53 extr. *Clames, te lege pecuniarum repetundarum non teneri.* Et de Clar. Orat. cap. 27 *L. Piso Trib. pl. legem primus de pecuniis repetundis tulit.* Vide & Vallam lib. 1 cap. 34.

¶ Suppĕto, ĕre, darseyn, vorhanden seyn; à quo composito tertiæ tantum personæ in locutionibus auctorum latinorum reperiuntur: ut, *Abunde ei suppetunt facultates*, id est, in promptu sunt, er hat guts vollauf. Horatius lib. 1 epist. 12 v. 4
Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus.
Et, *Si vita suppetet*, Cic. 1 de Fin. cap. 4, so ich leben werde. *Suppetunt vires*, Cæs. B. G. 7 cap. 85 extr. *Non suppetit consilium*, Livius lib. 4 cap. 48, es mangelt an rath.

¶ Suppĕtiæ, arum, auxilium, præsidium, schutz, hülffe: ut, *Suppetias ferre*, Plaut. Epid. a. 5 sc. 1 v. 52, hülffe thun. *Venire, advenire suppetias*, zu hülffe kommen: Hirt. B. Afric. cap. 5 *Nuntiabantur auxilia magna equitatus oppidanis suppetias venire.* Ibidem cap. 25 *suis finibus oppidisque suppetias profectus est.* Et cap. 39 *suis fugientibus suppetias ire contendit.*

¶ Suppetium, i, idem quod *Suppetiæ*. Commodian. Instruct. 43 p. 59 *Suppetium nullum erit.* Et Instruct. 70 p. 99 *Petit suppetium.*

¶ Suppetior, āri, deponens, auxiliari. Apulej. Met. lib. 8 p. 210 *Facile est suppetiari miserrimo seni.* Et paullo ante p. 209 *pastorem illum suppetiatum ciet;* & lib. 7 p. 190 *omnem viciniam suppetiatum convocans*, der sie zu hülffe geruffen.

PĔTŌRĬTUM, vel Petorritum, genus carri quadriroti, eine carrethe. Nam πέτορες quatuor, ut docet Scaliger ad Varronem. Vide eumdem, & in Catalect. Sed Gellius, nomen Gallicum esse, ex Varrone tradit lib. 15 cap. 30, ein hangender wagen. Horat. 2 epist. 1 v. 192
Esseda festinant, pilenta, petorrita, naves.
Conf. Idem 1 satyr. 6 v. 104, & Auson. epist. 6 v. 33.

PĔTŎSĪRIS, is, Astrologus quidam. Vide supra *Necepsus*. Pro quovis Astrologo sive Chaldæo Juvenalis posuit satyr. 6 v. 579.

PETRA, æ, πέτρα, saxum, rupes, ein fels. Plin. lib. 10 c. 32 *Gaviæ in petris nidificant.* Et, *Petrarum*, inquit Festus, *genera sunt duo; quorum alterum naturale, saxum prominens in mare, alterum manufactum* &c. ¶ 2. *Petræ* nomen habent nonnullæ urbes; ut, *Petra deserti*, in Arabia, Plin. 6 cap. 28. *Petra* Macedoniæ, cujus meminit Lucanus lib. 6 v. 16 & 70. *Petra* Siciliæ, quæ *Petræa* dicta Silio 14 v. 249. ¶ 3. *Petra* cognomentum equitum illustrium Romanorum. v. Tacit. Ann. 11, 4, 1.

¶ Petræus, a, um, steinicht, felsicht; ut, *Petræa brassica*, Plin. 20 cap. 9. conf. Idem 12 c. 21, & 27 c. 6.

¶ Petrējus, i, nobilis Romani nomen, Cicer. 16 fam. epist. 12. Lucan. 4 v. 5.

¶ Petreja, æ, mulier, *quæ pompam præcedens in coloniis aut municipiis imitabatur anum ebriam, ab agri vitio, scilicet petris, appellata:* Festus.

¶ Petrensis, e, felsicht; ut, *Pisces petrenses*, Cœl. Aurel. Tard. 2 cap. 1. *Stagnum Petrensium*, i. e. incolarum urbis Petræ, Solin. cap. 11.

¶ Petrīnus, a, um, idem. Hinc *Petrini*, incolæ, Cicer. 3 Verr. cap. 39. Et subst. *Petrinum*, das felsichte; ut, *Sinvessanum Petrinum*, Horat. 1 epist. 5 v. 5. *Petrinum Leptæ*, Cicer. 6 fam. epist. 19.

¶ Petrītes, æ, genus vini, Plin. 14 c. 7.

¶ Petrōsus, a, um, steinicht, felsicht. Plinius lib. 9 cap. 31 pr. de locustis: *vivunt petrosis locis.*

¶ Petricosus, a, um, idem. Martialis lib. 3 epigr. 63 v. ult. *Res petricosa est*, id est, difficilis. Sed ibi malunt quidam *prætricosa*, aut *pertricosa*. Vide Interpretes.

¶ Petrones, um, rustici, a petrarum asperitate, grobe, ungeschliffene bauren. Vide Festum & ibi Scalig. Festi locum, qui huc pertinet, emendat Barthius lib. 26 Advers. cap. 25. ¶ Plautus arietes *Petrones* vocat in Capt. a. 4 sc. 2 v. 40.

¶ Petronius, i, nomen familiæ, quæ equestris fuit, ut ex Plinio constat. Ex qua fuit *Petronius Arbiter*, auctor Satyrici: a quo scripto si obscenitas abesset, nihil purius, venustius, elegantius in toto Latio exstaret. Vnde Hispanus quidam *impurissimæ puritatis auctorem* vocavit.

¶ Petroselīnum, i, πετροσέλινον, apii genus, saxosa loca amans, eppich, petersilge, Plin. lib. 20 cap. 12.

PĔTŬLANS, tis, improbus, contumeliosus, immodestus, procax, qui, ut Festus loquitur, protervo impetu alios petit, muthwillig, frech, frevelhafftig, unverschämt. Cic. ad Attic. lib. 2 epist. 2 *modesto* opponit. *Petulans & improbus scurra*, Idem pro Cluent. cap. 13, ein muthwilliger böser bube. *Aures alicujus convicio petulantiore pulsare*, Arnobius sub finem lib. 4. Et Declamator sub Ciceronis nomine in Sallustium: *Desine, bonos petulantissimâ consectari linguâ*, ein unverschämtes maul haben. Et Cic. pro Muræn. cap. 6 *Dictum petulans nullum in vita proferatur.* Gloss. Cyrilli, ἄτακτος, *Inquietus, inordinatus, petulans.* * Persius satyr. 1 v. 12
Quid faciam? sed sum petulanti splene cachinno;
ubi *petulans splen* non est, qui justo majus spatium petat & occupet, ut exponit vir summus, sed qui proclivis est ad aliorum vitia irridenda, & salsis dicteriis, quæ risum plerisque maxime movent, traducenda. *Grævius.*

¶ Petŭlantia, æ, κόρου ἔκγονος, id est, *saturitatis proles*, quemadmodum dixit Philo, unverschämte leichtfertigkeit und muthwillen, damit man einen andern beschweret. A *petendo* autem & *petulans*, & *petulantia* dicuntur.

dicuntur. Est modestiæ & pudori contrarium. Vnde Cicero 2 Catilin. sub fin. *Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia.* Nimirum *petulantia*, sive lascivia, seu licentia est cum injuria & obscenitate conjuncta. Sic cum Nero per ludum & jocum & quoddam prolubium animi, vagatur per urbem noctu, cædit obvios, & vestibus mulctat, *Petulantiam* vocat Suetonius, ejus vitâ cap. 26, quam eam ob caussam & *Comitatis excessum* Plinius lib. 8 epist. 21 (*Comitatis* enim est, jocari & ludere, sed honeste & innocenter, quos terminos *petulantiâ* transilit,) facit. Ad obscenitates autem, quæ pudorem violant, idem Plinius refert, cum lib. 9 epist. 17 scribit: *Si quid petulans a scurra profertur:* PETVLANS, id est, obscenum, & dictu turpe. * *Petulantia* Latinis sæpe significat maledicentiam, linguæ effusam procacitatem, effrenem aliis obtrectandi, & acerbis dicteriis ac conviciis proscindendi libidinem. Tacit. Hist. 2 cap. 27 *Postremo Valens e petulantia etiam perfidiam spectabat.* Illam petulantiam non nisi linguæ procacitatem fuisse, & contumeliosa illa militum dicta, quæ jactabant: *coërcitos a se quartadecimanos, ablatam Neroni Italiam, atque omnem belli fortunam in ipsorum manu sitam*, præcedentia declarant. *Grævius.*

¶ Pĕtŭlanter, adverb. liederlich; ut, *Vivere petulanter*, Cic. pro Cœl. cap. 16, in muthwillen leben. *Petulanter in aliquem invehi*, Idem ad Attic. lib. 2 epist. 19. Comparat. *Petulantius.* Cic. pro Cœlio cap. 3 *Contumelia, quæ petulantius jactatur.* Idem pro Sextio cap. 52 *Bonum civem petulantissime est insectatus.* conf. ad Att. 9 epist. 19. Paulinus Nolanus epist. 23 n. 24 ad Severum: *Hi petulantius infirmiora vasa pertentant.* Et Augustinus epist. 254 *Si petulantius locuti sunt.*

¶ Petulcus, a, um, lascivus, geil, muthwillig, stößig; ut, *Agni, capri petulci*, die da stutzen, Columella lib. 7 cap. 3. *Petulcam vaccam*, quæ cornu petit, Severus Sulpitius dixit Dialogo 2 cap. 9.

PEVCE, es, πεύκη, genus arboris, quæ vel picea, vel larix, Plin. 11 c. 35, & 14 cap. 7.

PEVCĔDANOS, vel Peucedanum, i, πευκέδανος, planta, quæ & *fœniculum porcinum* dicitur, haarstrang, saufenchel. vid. Apulej. de Herb. cap. 94 & 113. Et in altera forma Celsus 5 cap. 18 &c. Plin. 25 cap. 9 &c. & Scribon. Larg. Composit. 163 &c.

PEVMĔNE, es, πευμένη, spumæ argenteæ genus, Plin. 36 cap. 6.

Pexatus, pexitas, vide supra *Pecten.*

PEZITA, æ, plur. pezitæ, πεζῖται, ita a Græcis fungos dici, qui sine pediculis nascantur, Plinius tradidit lib. 19 cap. 3, schwämme, so ohne stiele wachsen.

PH. An omnia vocabula scripta per ph, sint originis græcæ? & contra, an talia, ut latinitati vindicentur, scribi debeant per F? disputat Corvinus Dubior. Rhetor. 10 dub. 9.

PHAEAX, ācis, plur. Phæāces, Φαίακες, populi Corcyræ sub Alcinoo, luxu infames fuerunt, quemadmodum ex Homero videre est in Odyssea 2. Vnde & Horat. lib. 1 epist. 15 v. 24 *Phæacem* pro bene habito & ex luxuria obesiore dixit, der sich mit guten bißlein wohl ausgemästet. Et epist. 2 v. 28 ejusd. libri: *nebulones, Alcinoique*

In cute curandâ plus æquo operata juventus.

Juventus Alcinoi, i. e. Phæaces: quippe quorum rex Alcinous fuit.

¶ Phæācius & Phæācus, a, um, adjectiva. Tibullus lib. 4 eleg. 1 v. 78

Finis & erroris miseri Phæacia tellus.

Et Propertius lib. 3 eleg. 2

Nec mea Phæacas æquant pomaria silvas.

PHAECASIVS, sive Phæcasium, i, genus calceamenti græcanici, cujus mentio apud Plutarchum, Appianum, Hesychium, ein schuch. Seneca lib. 7 de Benef. cap. 21 *Pythagoricus quidam emerat a sutore Phæcasia, rem magnam, non præsentibus nummis.*

¶ Phæcasiatus, a, um, phæcasiis calceatus, der schuhe trägt, apud Senecam in epist. 113, & Juvenalem sat. 3 v. 218, quamquam loca aliter legat Pithœus. Petronius quoque Satyrico p. 91 *Age in exercitu vestro phæcasiati milites ambulant?* vide ibi Interpretes.

PHAEDON, ōnis, Φαίδων, Elidensis servus & auditor Socratis, postea ejus sectæ philosophus insignis. Platoni valde fuit amatus, unde & divinum illum de animæ immortalitate librum ejus nomine præscripsit: vide de eo Gellium lib. 2 cap. 18.

PHAEDRA, æ, Φαίδρα, filia Minois regis ex Pasiphae, uxor Thesei, quæ privignum Hippolytum parenti detulit, quasi stuprum sibi offerre conatus fuerit, quod ipsa ab illo frustra petierat. Vnde patris precibus pœna Hippolyto ex Neptuno. Ovid. 6 Fast. v. 737

Notus amor Phædræ, nota est injuria Thesei:
Devovit natum credulus ille suum.

Adde Hygin. Mythol. fab. 47.

PHAEDRVS, i, Φαῖδρος, discipulus Platonis, & Platonis ejusdem liber nobilis. ¶ 2. Hoc nomine & quidam Tiberii libertus fuit, qui Æsopicas fabulas versibus jambicis elegantissime exposuit. Primus eas Pithœus vulgavit: postea Rittershusius, Rigaltius, alii Notis expolierunt. Ejus oratione nihil purius, castigatius, suavius est, in quâ nativa illa sermonis latini indoles ita effulget, ut cum Lucretio, Catullo, Terentio comparari possit: Quo magis miror, eruditissimum virum, Petrum Scriverium Animadversion. in Martialem lib. 3 epigr. 20, harum fabularum auctorem indignum judicasse, qui ad optimum illud, quod præfert, ævum referatur: multo enim recentiorem fœtum esse, cui Nicolaus Perottus, Sipontinus pontifex, fuerit pater, adductus iis, quæ ille in Cornucopia ad Martialis lib. 1 epigr. 76 de fabellis suis ex Avieno conversis refert, atque producit. Quis possit putare, Perottum inter primum renascentes litteras tam latine, tam terse ac eleganter scribere potuisse? Sane veterum Phædrum fabellarum auctorem esse, vincit etiam marmor vetus Albæ Juliæ apud Gruterum, in quo Phædri de fabulâ 56 versus NISI VTILE EST QVOD FACIAMVS STVLTA EST GLORIA legitur. Et solent in Inscriptionibus hujusmodi non raro auctorum optimorum inveniri Chriæ. ¶ 3. Fuit & alius *Phædrus*, Epicureus philosophus, cujus non semel Cicero meminit.

PHAENIĀNA, æ, Φαινίανα, apud Ptolem. 2 cap. 12 Rhetiæ urbs; alio nomine *Phæniana castra*, hodie Bebenhusium, sive Burgau in Schwaben.

PHAENŎMĔNA, neut. plur. græc. φαινόμενα, ων, a φαίνω, *ostendo*, proprie sunt apparentia, quæ non sunt, sed videntur esse, scheinbare dinge, betrug. ¶ 2. Astronomis *Phænomena* sunt supra nos in cælis conspicienda, die erscheinungen am himmel. De libro, *quo Naso phænomena breviter comprehendit*, Lactant. 2 cap. 5 n. 24. ¶ 3. Etiam medici *Phænomena* vocant, quæ in corpore observantur & in sensus incurrunt, ex quibus de morbo sententia firmatur. vid. Octav. Horat. lib. 2 cap. 7.

PHAENOMĒRIS, ĭdis, Φαινομηρίς, Lacæna mulier, inter eundum femora retegens. vid. Plutarch. in Numa & Pollux 7 cap. 13.

PHAENON, ontis, Φαίνων, Saturni stella, Cic. de N. D. 2 cap. 20.

PHAEŎCŌMES, is, i. e. fuscam habens barbam, ein schwartzbart, nomen viri apud Ovidium Metam. 12 v. 431.

PHĂĔTHON, ontis, Φαέθων, Solis filius. Cic. in Off. lib. 3 cap. 25 *Phaëthonti filio Sol, facturum se esse, dixit, quicquid optasset. Optavit, ut in currum patris tolleretur: sublatus est, atque is, antequam constitit, ictu fulminis deflagravit. Quanto melius fuerat ei, hoc promissum patris non esse servatum?* Ovid. lib. 1 Trist. eleg. 1 v. 79

Vitaret cælum Phaëthon, si viveret, & quos
Optavit stulte, tangere nollet equos.

Fabulam prolixam vide in Ovid. lib. 2 Metam. ¶ 2. Poëtæ græci *Phaëthontis* nomine frequenter ipsum appellant Solem ἀπὸ τοῦ φάεος, *a luce*, & αἴθω, *uro.* Virgil. Æn. 5 v. 105

Auroram Phaëthontis equi jam luce vehebant.

Vbi Servius: *Phaëthontis, Solis.* ¶ 3. Tiberius naturam sævam probrosamque in Caligula animadvertens sæpius prædicavit: *Exitio suo omnibusque Cajum vivere: & se natricem Pop. Romano, Phaëthontem orbi terrarum educare*, Suet. Calig. cap. 11 extr. ¶ 4. *Phaëthon* etiam Jovis stella; vid. Cic. de N. D. 2 cap. 20.

¶ Phaëthontius, a, um, adjectivum. Silius lib. 7 v. 149 *Phaëthontius amnis*, id est, Eridanus, sive Padus, in quem fingitur adustus Phaëthon decidisse.

¶ Phaëthontēus, a, um, idem. Ovid. 4 Metam. v. 246

Post Phaëthonteos vidisse dolentius ignes.

¶ Phaëthontis, ĭdis, fœm. patronym. Avienus Phœnom. Arat. v. 793

Illum prolixis duræ Phaëthontides ulnis
Planxerunt, id est, sorores Phaëthontis.

¶ Phaëthontias, ădis, idem. Virgilius eclog. 6 v. 62

Tum Phaëthontiadas musco circumdat amaræ
Corticis, atque solo proceras erigit alnos.

¶ Phaëthūsa, æ, Solis filia, soror Phaëthontis. Ovidius 2 Met. v. 346

e queis Phaëthusa sororum *Maxima*, &c.

PHĂGĔDAENA, æ, φαγέδαινα & φάγαινα, exulceratio est usque ad ossa celeriter depascens, cum inflammatione saniem male olentem emittens, & ad mortem perducens, der wurm, ein böß fressend geschwür, a φάγειν, *edere*: Plinius 23 cap. 1.

¶ Phagedænĭcus, a, um, ad phagedænam pertinens, wurmfressend; ut, *Phagedænica ulcera*, Plin. lib. 24 cap. 4.

PHAGER, vel Phagrus, i, Φάγρος, animal quoddam in aquis degens; Plin. 32 cap. ult. eine art von prassen, vide Gesnerum.

PHĂGŌ, ōnis, græcanica vox, latine *Edo*: qui multum vorat, ein fresser, vielfraß. vide Nonium ex Varrone cap. 1 n. 237. Vopiscus in Aureliano cap. ult. *Vehementissime delectatus est phagone, qui eo usque multum comedit, ut uno die ante mensam ejus aprum integrum, C panes, vervecem & porcellum comederet.* Suetonius talem vocat *Polyphagum*, Nerone cap. 37. Plura *phagonum* hujusmodi sive *Edonum* (& *Potorum*) exempla Lipsius collegit atque exhibuit Centur. Miscellan. epist. 51.

¶ Phăgŏlœdŏrus, i, φαγολοίδορος, i. e. convicia devorans & maledicta, qua voce usus Hieronymus prologo in Ezech.

Phagrus, vide paullo ante *Phager.*

PHĂLACRŎCŎRAX, ācis, φαλακροκόραξ, corvus aquaticus est, ein wasserrabe, sic dictus a calvitie naturali, ut Plinius testatur lib. 10 c. 48; φαλακρὸν enim Græci *calvum* dicunt.

PHĂLAE, arum, ligneæ turres, ex quibus ludi spectabantur, ein hohes gerüst von holtz. Ennius apud Nonium cap. 2 n. 351

Malos diffindunt, fiunt tabulata phalæque.

Et Juvenal. satyr. 6 v. 589 *Consulit ante phalas* &c.

Festo & Nonio *Falæ* per *F.*

PHALAECVS, i, poëtæ nomen, unde genus carminis Phalæcium appellatum: Terentianus Maurus cap. 71.

¶ Phalæcium, i, carmen ab inventore dictum, quod & a numero syllabarum *Hendecasyllabicum* dicitur.

PHALANGA, vel Phalanges, æ, scribunt & *Palanga*, lignum aut fustis, quo onera aut loco moventur, aut gestantur, aut naves in portum subducuntur, eine waltze, rolle, ein hebebaum. Plin. lib. 7 c. 56 *Prælium Afri contra Ægyptios primum fecerunt fustibus, quos vocant Phalangas.* ¶ Item, pertica, vectis, eine stange. Ambrosius T. 5 Serm. in festo S. Cypriani de historia num. 13 v. 24 *Botrum exploratores in phalanga ad filios Israel propriis humeris detulerunt.* Vers. Vulg. *in vecte.* Adde supra *Palanga.*

¶ Phalangārius, i, a *phalanga*, est bajulus, qui fusti, seu perticæ, onus portat, ein träger mit einer stange. Vitruvius lib. 10 cap. 8 *Onerum maxima pondera, cum feruntur a phalangaris hexaphoris, & tetraphoris, examinantur per ipsa media centra phalangarum*, &c. Gloss. Vet. *Phalangarii*, οἱ ταῖς δοκοῖς ἀποκρεμνῶντες βάρη καριπλείονες ἅμα βαστάζοντες. Adde supra in *Palanga*, & Nonium cap. 2 n. 725.

PHĂLANGĪTES, æ, vel Phalangium, φαλάγγιον, herba, quam & *leucanthemon* vel *leucacanthum*, ab aliis dici, Plin. observat lib. 27 c. 12, graß-lilgen. Cordus *Liliaginem* vocat, Gesnerus *Asphodelum Germanicum*, propter florum & radicum similitudinem. ¶ 2. Aliam notionem *Phalangitæ* vide post paullo in *Phalanx.*

¶ Phalangium, i, idem quod *Phalangites*, uti jam dictum, erdspinnenkraut: Cels. 5 cap. 27, Plin. 11 cap. 24, & lib. 25 cap. 10, item 27 c. 4 &c. ¶ 2. Et *Phalangium*, araneus est, multorum generum, quorum nocentissimum *Tarantula* est, eine gifftige erd-spinne, Plin. lib. 29 cap. 4, &

Solin.

Solin. cap. 16. Theod. Prisciano cap. 10 est *Phalangio, onis: Sparagus concussos a phalangionibus compescit.*

PHALANTUS, i, Lacedæmonius quidam, Tarenti in Italia ad Galesium fluvium conditur, de qua ejus urbe Horatius 2 od. 6 v. 11 *Regnata Laconi rura Phalanto.* conf. Justin. 3, 4, 8.

¶ Phalantéus, a, um, adject. ut, *Phalanteum Tarentum*, Sil. 11 v. 16.

¶ Phălantīnus, a, um, idem; ut, *Agna Galesi Phalantini*, i. e. Agna Tarentina, apud Martial. 5 epigr. 38.

PHĂLANX, angis, φάλαγξ, acies Macedonica, quæ octo continebat peditum armatorum millia, ein troupp von 8000 mann. *Phalangas* enim Macedones, quas Romani dixere *Legiones.* Phalanga Macedonicam & ejus disciplinam egregie depingit Curtius lib. 3 cap. 2. conf. quæ ad lib. 5 c. 13 Freinsheimius notat. Nero legionem, quam ex tironibus Italicis senum pedum conscripserat, *Alexandri Magni Phalanga* appellavit; Suetonius ejus vitâ cap. 19.

¶ Phălangārii, orum, milites ex phalange. Lampridius in Alexandro Severo cap. 50 *Fecerat & phalangem triginta millium hominum, quos phalangarios vocari jusserat.* ¶ 2. Pro bajulo, vide paullo ante in *Phalangà.*

¶ Phalangītæ, arum, iidem; de quibus sic Livius lib. 37 cap. 40 *Decem & sex millia peditum, more Macedonum, armati fuere, qui phalangitæ appellabantur.*

PHĂLĀRĪCA, æ, & Falarica, machina bellica, seu teli potius genus, ferro, plumbo & igne constans, eine bombe, quæ per machinam aliam in hostem ex turribus jaciebatur, a quibus *phalaricam* dictam Servius scribit: *Phalæ* enim turres veteribus dicebantur. Virg. 9 Æn. v. 705

Sed magnum stridens contorta phalarica venit,
Fulminis acta modo. Et Lucanus lib. 6 v. 198
Hunc aut tortilibus vibrata phalarica nervis Obruit.

Clarius eamdem descripsit Silius lib. 1 v. 351

Librari multâ consueta falarica dextra.
Horrendum visû robur, celsisque nivosæ
Pyrenes trabs lecta jugis, cui plurima cuspis
Vix muris toleranda lues, sed cetera pingui
Uncta pice, atque atro circumlita sulfure fumant.

¶ Semiphalarica, æ, eine halbe bombe, quoque inter tela censetur apud Gellium 10 cap. 25.

PHĂLĂRIS, ĭdis, Φάλαρις, Agrigentinorum tyrannus omnium crudelissimus, ut eum Cicero vocat in Verr. 6 cap. 33, qui & φαλαρισμὸν ab eo pro tyrannide dixit lib. 7 ad Attic. epist. 12. Juvenal. sat. 8 v. 79

Esto bonus miles, tutor bonus, arbiter idem
Integer, ambiguæ si quando citabere testis
Incertæque rei, Phalaris licet imperet, ut sis
Falsus, & admoto dictet perjuria tauro.

De tauro ideo poëta meminit, quod Phalaris in taurum æneum mittere homines supplicii caussa solebat & flammis subjectis enecare: quo tamen ipse, qui invenerat, Perillus inclusus novissime periit: de quo Cicero Verrina 6, & lib. 2 de Officiis: itemque Heraclides Ponticus de Politiis, & Plin. 34 cap. 8, & Ovid. de Art. am. 1 v. 655. ¶ 2. *Phalaris*, Φάλαρις, herba, milium silvestre putat esse Matthiolus. vid. Plin. 27 cap. 12. ¶ 3. Est & avis, *Phalaris*, ein muttvogel, Eber. Gesner. Varr. R. R. 3 cap. 11, & Colum. 8 cap. 15.

PHĂLĔRAE, arum, φάλαρα, quamquam & singulare reperitur, ornamenta sunt equitum nobilium & ipsorum equorum, schöne reuter-rüstung und pferde-schmuck. Virgilius Æn. 5 v. 310

Primus equum phaleris insignem victor habeto.

Livius lib. 22 cap. 52 *Argenti plurimum in phaleris equorum erat.* ¶ *Phaleras* inter insignia principatus fuisse, observat Barth. ad Claudianum Paneg. de 4 Cons. Honor. v. 549. Quod simpliciter ita accipiendum non est, quasi *Phaleræ* non nisi principibus ac imperatoribus competierint, exclusis equitibus: quorum & ipsi equi omnino phalerati fuerunt, sed non tam splendide & pretiose, ut principales. In Flori loco, quem allegat ex lib. 1 c. 5 n. 6, non regum aut imperatorum tantum, sed ordinum quoque aliorum insignia enarrantur. Alias & annuli etiam, de quibus ibidem memorat, non nisi principum fuissent. Herodianus quoque, quem ibi citat, cum φάλαρα βασιλικὰ dixit, eas intelligit phaleras, qualibus uterentur reges & principes: non quia regum ac principum unice essent. ¶ *Ad populum phaleras*, proverb. vid. Manut. in Quæst. epist. 2 cap. 10.

¶ Phălĕro, are, ornare, putzen, zieren, schmücken. Usus D. Ambrosius in Lucam lib. 2 cap. 18 *Plebem Dominus simplicem requirebat, quæ phalerare audita & fucare nesciret.* Idem de Offic. 1 cap. 12 *Eloquentiæ phalerandæ gratia.*

¶ Phaleratus, a, um, phaleris ornatus, geziert mit pferdezeug; ut, *Phaleratus equus*, Livius lib. 30 cap. 17. ¶ 2. Fucatus, & ad speciem ornatus, per metaph. prächtig, geschmückt; ut, *Phalerata dicta*, glatte, geschmierte worte: *Ut Phaleratis dictis tuis ductas me*, &c. Terent. in Phormione a. 3 sc. 2 v. 15.

PHĂLĔRUS, i, Jasonis comes in expeditione Colchica: Valer. Flacc. 1 v. 398, & 6 v. 218. Hinc

¶ Phalĕrêus, a, um, adject. ut, *Phalereus portus*, primus ille & antiquissimus Atheniensis, Nepos 2, 6, 1. ¶ 2. Hinc etiam nomen *Demetrii Phalerei*; vide supra *Demetrius.* ¶ 3. *Phalereus* quidam, deploratus a medicis vomicæ morbo, cum mortem in acie quæreret, vulnerato pectore medicinam invenit ex hoste, Plin. 7 cap. 50.

Phallovitrobolum, vide sequens *Phallus.*

PHALLUS, i, φαλλὸς, simulacrum virilium pudendorum. Usus eorum in turpissimis Bacchi sacris. Vide Suidam in hoc verbo, & Herodotum lib. 2 cap. 48.

¶ Phallĭcus, a, um, adjectivum, obscenus; ut, *Poëta Phallicus*, auctor Priapeorum carminum.

¶ Phallophŏrus, i, φαλλόφορος, phallum ferens. vid. Cœl. Rhodig. Ant. Lect. 6 cap. 17. Idem *Ithyphallus*, de quo supra in *I.*

¶ Phallŏvitrŏbŏlum, i, obscenæ figuræ poculum, sive ex vitro Priapus, apud Capitolinum in Pertinace cap. 8. Vide ibi Casaubonum; quamquam lectionem Salmasius sollicitat.

¶ Triphallus, i, nomen Priapi in carmine Tibulli Priapeo [83 v. 6;] ubi alii *Priape* legunt, alii *Tripalle*; vide ibi Scaligerum p. 211.

PHĂNAEUS, i, promontorium in Chio insula, optimo vino celebratum, a Phanæo rege sic dictum: Virg. Georg. 2 v. 98.

Phanaticus, vide supra *Fanum.*

PHĀNIA, æ, Appii Pulchri libertus, apud Cic. 3 fam. epist. 1. ¶ 2. *Phania* quidam congestas se opes domi recondisse ementiebatur, quod ultimo Odysseæ libro testatum reliquit Eustathius. Hinc *Phaniæ* dicti omnes, qui, cum tenuis fortunæ sint, summas tamen divitias jactant & simulant. vid. Cœl. Rhodig. Ant. Lect. 6 cap. 18.

PHANTASIA, æ, φαντασία, animæ nostræ pars, quæ rerum imagines recipit, qua læsa, desipiunt homines, die einbildungs-krafft; de quo insaniæ genere Celsus lib. 3 cap. 18, *Insaniæ genus est*, inquit, *cum imaginibus, non mente falluntur: qualem insanivisse Ajacem vel Oresten, poëtarum fabulæ memorant.* Quantum in formatione Phantasia possit, de eo luculentum locum apud Oppianum habemus lib. 1 κυνηγ. v. 330. Vide ibi & Rittershusium, si lubet: eine einbildung von einem dinge. Sic *Phantasias* vocant rhetores conceptus mentis, cum fingunt aliquid, quod circa rem aliquam contingere possit, quamvis minime contingat. Seneca Suasoriâ 2 CESTIUS *cum descripsisset honores, quos habituri essent, si pro patria cecidissent, adjecit:* PER SEPULCRA NOSTRA IURABITUR. NICETAS *longe disertius hanc phantasiam movit*, &c. conf. Voss. lib. 6 Instit. Orat. p. 447.

¶ Phantasma, ătis, φάντασμα, imaginatio rei falsæ, eine phantasey, falsche einbildung. Augustinus de Trinit. lib. 8 cap. 6 *Alexandriam cum eloqui volo, quam nunquam vidi, præsto est apud me phantasma ejus. Cum enim a multis audissem, & credidissem, magnam esse illam urbem, sicut mihi narrari potuit, finxi animo meo imaginem ejus, quam potui.* ¶ 2. Spectrum, ein gesicht, gespenst. Plin. 7 epist. 27 pr. *Perquam velim scire, esse aliquid phantasmata, an* &c. ubi alii *phasmata* malunt legere. Alcimus Avitus lib. 2 v. 68 de Satana:

Delusos fugiens vano phantasmate tactus.

PHĂRĂO, ōnis, est dignitatis nomen, quo primitus reges Ægyptii appellati fuere, ut ex Eucherio ad Sidonium Savaro observat. De origine & notione vocabuli vide Bochartum in Phaleg lib. 2 cap. 26 extr. & Athanas. Kircherum in Lingua Copta restituta supplem. cap. 6 pag. 589.

PHĂRĔTRA, æ, φαρέτρα, ein köcher, oder pfeilsack. Hinc *sagittiferæ pharetræ*, Statio lib. 1 Achill. v. 416. Et Horat. 1 od. 22 v. 1

Integer vitæ scelerisque purus,
Non eget Mauri jaculis, nec arcu,
Nec venenatis gravida sagittis,
Fusce, pharetra.

Penultima poëtis anceps est.

¶ Pharetratus, a, um, pharetram gerens, der köcher und pfeil hat; ut, *Pharetratus miles*, Silius lib. 7 v. 636. *Pharetratus puer*, Cupido, Ovid. 10 Metam. v. 525. *Virgo pharetrata*, Diana, Idem lib. 1 Amor. eleg. 1 v. 10.

¶ Phărĕtrĭger, a, um, idem. Silius lib. 14 v. 287

Clade pharetrigeri subnixas regis Athenas.

PHARIA, æ, insula Illyrici maris cum oppido, Plin. lib. 3 cap. 26. Hanc Strabo *Pharum*, Φάρον, vocat lib. 7 p. 218, adserens, olim *Parum* appellatam fuisse, quod oppidum ejus insulæ Pariorum esset colonia. ¶ 2. *Pharia*, uvæ genus apud Pisas, Italiæ civitatem, unde & *Pharium vinum*, Plin. 14 cap. 3.

PHĂRĬCON, i, φαρικὸν vel φαριακὸν, veneni genus, vel ab insula Pharo, vel ab inventore Pharico; Plin. 28 cap. 10. Dioscor. in Alex. c. 19. *Pharicum* vocat Scribon. Larg. Composit. 106.

PHĂRĪSAEUS, i, Φαρισαῖος, separatum significat, ab Ebræo, *Parasch*, quod est *dividere*: quod separati a vulgo agerent sanctimonia vitæ: quam originationem aliorum præfert Casaubonus, qui ab interpretatione Legis sic appellatos existimabant, ad Acta Apostolorum cap. 22 v. 3. De hac Judæorum secta & ejus dogmatibus, Josephus & Suidas videndi. Ex Junioribus Scaliger Trihæres. Nic. Serrarius Elencho cap. 8. Fullerus Miscell. Sacr. 2 cap. 3, itemque Grotius ad Matthæum cap. 22 v. 27 & 28. De phylacteriis eorum & Decalogo in fimbria vestis inscripto Hieronymus in cap. 22 & 23 Matthæi: quem notat tamen Scaliger paullo ante laudato loco.

¶ Pharisaĭcus, a, um; Hieronymus adv. Vigilantium sub epist. 53 p. 160 *Sepulcra Pharisaica foris dealbata sunt, cum intus immundo cinere sordeant.*

PHARMĂCUM, i, φάρμακον, vocabulum μέσον, medicamentum, & venenum significans, artzney und gifft. Cajus JCt. Lege 236 de Verb. signific. *Quod nos venenum appellamus, Græci φάρμακον dicunt: apud illos quoque tam medicamenta, quàm quæ nocent, hoc nomine continentur.*

¶ Pharmăcus, i, φαρμακὸς, veneficus, sacrilegus, scelestus, ein zauberer, ertzbube. Petron. Satyric. p. 133 *Pharmace, responde.* Inter victimas veterum etiam erant homines *Pharmaci* dicti, qui publice saginati civitates suo expiarent interitu, teste Leonico Hist. Var. 3 cap. 33 apud Ursinum Analect. Sacr. Vol. 1 lib. 1 n. 29 p. 23.

¶ Pharmăcŏpōla, æ, φαρμακοπώλης, qui pharmaca vendit, ein apothecker. ¶ Veteribus *Pharmacopolæ* dicebantur agyrtæ medicamentarii, qui circulati per regiones dicto medicinas, reveta mendacia venditabant, thiriacks-krämer, &c. Unde *Pharmacopolam circumforaneum* Cicero dixit Orat. pro Cluent. cap. 14. Et Cato apud Gellium 1 cap. 15 *Itaque auditis, non auscultatis, tamquam pharmacopolam. Nam ejus verba audiuntur: verum ei se nemo committit, si æger est.* Glossæ Cyrilli φαρμακοπώλην *Aconitarium* interpretantur: quod Pharmacopolæ isti non raro aconita, seu toxica, miscebant & propinabant redemti: qualem L. Clodium apud Ciceronem legimus pro Cluentio cap. 14. Horat. lib. 1 sat. 2 princ.

Ambubajarum collegia. Pharmacopolæ, &c.

¶ Pharmăcŏpōlĭum, i, φαρμακοπώλιον, die apothecke.

¶ Pharmacevtĭce, es, φαρμακευτικὴ, medicina, quæ per medicamenta curat, die apothecker-kunst, Celsus præfat. lib. 1.

¶ Pharma-

¶ Pharmăcevtria, æ, Φαρμακευτρία, Virgilii ecloga 8 de veneficiis, vel venefica *Pharmacevtria* inscribitur, eine zauberin.

¶ Pentapharmăcum, i, πενταφάρμακον, medicamentum ex quinque speciebus compositum. Ælii Veri ab Adriano adoptati fuit illud commentum edulii, quo semper Adrianus est usus, ut *sumen, phasianum, pavonem, pernam crustulatam & aprugnam* confunderet, id *Pentapharmacum* dixere. vid. Spartianus in Ælio cap. 5. Sic &

¶ Tetrapharmăcum, i, τετραφάρμακον, cibi genus ex quatuor pretiosis obsoniis, Spartianus l. c. Adde auctoritatem Celsi 5 cap. 28 n. 4 de Sacro igne: *Emplastrum veltheræ, vel tetrapharmacon*, &c.

PHARMACŪSA, æ, insula ad litus Asiaticum, supra Miletum, hodie *Parmosa* corrupte dicitur, auctore Bellonio. Sueton. Cæsare cap. 4 *Circa Pharmacusam insulam a prædonibus captus est.*

PHARNĂCES, is, Mithridatis filius, quem in bello adversus Pompejum Cæsar vicit, ac de eo postea illud jactavit, *veni, vidi, vici*, Suetonius in Cæsare c. 37.

¶ Pharnăceon, i, a Pharnace, rege illo Asiæ, inventore dicitur herba panax, sive centaurium, Plin. 25 cap. 4.

PHARSĀLUS, i, oppidum Thessaliæ, a quo *Pharsalia* regio circa illud. Vide Strabonem lib. 8 & 9. Catullus de Nupt. Pel. & Thet. v. 37 *Pharsalum coeunt*, &c. vide post paullo in *Pharsalius.* Ad illud oppidum patentes campi sunt, in quibus Cæsar memorabili clade Pompejum vicit, unde *Pharsalia* ipsa illa clades dicta est Lucano. Sed & opus suum de clade illa & bellis inter Cæsarem & Pompejum gestis *Pharsaliam* Lucanus appellavit. Sic enim ipse lib. 9 v. 985 scribit:

Pharsalia nostra
Vivet, & a nullo tenebris damnabitur ævo.

¶ Pharsălius, a, um, &

¶ Pharsalĭcus, a, um, adjectiva Catullus de Nupt. Pel. & Thet. v. 37
Pharsalum coeunt: Pharsalia tecta frequentant.

Et Lucanus lib. 5 v. 391 *Pharsalicus annus*, quo prœlium in campis Pharsalicis commissum fuit. Et, *Pharsalica pugna*, Cicer. 14 Philipp. cap. 8.

PHĂRUS, i, insula prope Alexandrinam Ægypti, in qua turris ingens fuit albo lapillo a Sostrato Gnidio Ptolemæi Philadelphi auspiciis exstructa, in qua noctu accensæ faces navigantium cursus dirigebant, quæ & ipsa *Pharus* dicta, eine leuchte auf dem meer, eine warte: quod nominis ad ceteras postea speculas in ejusmodi usum exstructas transivit: Plin. lib. 38 cap. 12. Strabo lib. 17. Exempla habes apud Suetonium Tiberio cap. 74, Caligulâ cap. 46, & Claudio cap. 20 extr. De Pharo Ægypti ita Cæsar lib. 3 de B. C. cap. 112 *Pharus est in insula turris, magna altitudine, mirificis operibus exstructa, quæ nomen ab insula accepit.* Pharus enim insula objecta Alexandriæ, molibus & ponte cum oppido conjungitur, & portum efficit, ut ibidem Cæsar docet. ¶ 2. Eleganti metaphora Tertullianus Pœnitentiam & Exomologesin, *duas humanæ salutis Pharos* appellavit lib. extremo de Pœnitentia. Sed de lectione Rigaltius dubitat, quem videas. ¶ 3. Synecdochicé pro Ægypto, regno Ægyptio. Lucanus lib 8 v. 443 *petimus Pharon arvaque Lagi.* Statius 3 Silv. 2 v. 102 *Regina Phari.*

¶ Phărius, a, um, adjectivum, pro *Ægyptius & Alexandrinus*, apud poëtas; ut, *Pharius rex*, Lucanus lib. 6 v. 308. *Pharia unda*, Idem lib. 3 v. 260, id est, Nilus. *Jactans Pharia tinnula sistra manu*, Ovid. 1 Pont. epist. 1 v. 38. *Pharia puppis*, Stat. 5 Silv. 5 v. 66. Sed hæc κατὰ συνεκδοχήν. Proprie Lucanus lib. 9 v. 1005 *Pharias flammas* illum ignem dixit, qui ex turri Pharia navigantibus portum Alexandrinum ostendebat.

PHĂSĒLIS, is, urbs Pamphyliæ in monte sita, piratarum ac prædonum perfugium, ein raub-nest. Nam & apud Cic 4 Verr. cap. 10 pro loco ponitur, *quo omnes furtorum acervi deportantur.* conf. Lucan. 8 v. 251.

¶ Phaselītæ, arum, incolæ, qui pisciculos salsos Deo suo obtulerunt: unde *Phaselitarum sacrificium*, de sordido ac tenui sumptu, schlechter aufwand. vid. Chiliad.

PHĂSĒLUS, i, φάσηλος, genus naviculæ brevioris, quo Ægyptii voluptatis caussa in Nilo flumine utebantur: cujusmodi Veneti *Gundolas* vocant, ein schifflein. Virgilius 4 Georg. v. 287

Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum
Et circumpictis vehitur sua rura phaselis.

Vbi Servius: PHASELIS, *brevibus phaselis, quibus utuntur, cum stagnaverit Nilus.* Parvas fuisse has naviculas, præter Virgilium & Martialis lib. 10 epigr. 30, & Juvenalis sat. 15 v. 125 testantur. Sed Juvenalis etiam *testaceos*, seu *fictiles*, fuisse ostendit. De his intelligendus est locus Strabonis lib. 17, cum in descriptione Canopi ante omnia memorabilem turbam eorum tradit, qui ad festivos conventus per fossam Alexandria descendunt. *Nam singulis diebus*, inquit, *& navicularum plena est fossa viros ac mulieres vectantium, qui extrema cum lascivia cantant atque tripudiant.* Quibus similia de lacu Bajano Seneca prodidit epistola 51. Nonio cap. 13 n. 7 *Faselus* est *navigium Campanum*: nec tantum minoris generis, sed omnino etiam grandioris. Affert enim Sallustii hæc verba ex lib. 3 Historiarum: *Et forte in navigando cohors una, grandi faselo vecta, a ceteris deerravit.* ¶ 2. *Phaselus*, & *Phaseolus*, legumen, welsche bonen. vide supra *Faselus*.

¶ Phăsēlīnus, a, um, quod ex legumine phaselo conficitur; ut, *phaselinum oleum*, bonen-öl, Plin 23 cap. 4.

PHASGĂNIUM, i, φασγάνιον, herba est, germanice schwertel, Plin. 25 cap. 11. Apulej. de Herb. cap. 46.

PHĀSIS, ĭdis, fluvius Colchidis. Ovid. 7 Metam. v. 6 de Argonautis:
Contigerant rapidas limosi Phasidos undas.

Et Val. Flaccus principio operis:
Fatidicamque ratem, Scythici quæ Phasidos oras
Ausa sequi.

¶ 2. *Phasis*, urbs Colchorum ad ostium cognominis fluvii. Mela lib. 1 cap. 19 *Hîc sunt Colchi: hîc Phasis erumpit: hîc eodem nomine, quo amnis est, a Themistagora Milesio deductum oppidum.*

¶ Phasias, ădis, gentile, i. e. Medea. Ovid. 2 de Art. am. v. 382

Barbara per natos Phasias ulta suos.

Contracte Idem *Phasida* vocat, i. e. *Phasiadem*, Fast lib. 2 v. 42.

¶ Phasiăcus, a, um, adject. Colchicus, seu quod Phasidis fluminis est; ut, *Phasiaca aqua*, Ovid. Heroid. epist. Medeæ v. 10. Et, *Phasiaca gramina terræ*, Idem de Remed am v. 261. Et, *Phasiaco stetisse portu*, Sidonius carm 9 v. 63. Et, *Phasiaca conjux*, i. e. Medea, Senec. Herc. Oet. v. 948.

¶ Phasianus, a, um, aliud adjectivum, unde *avis Phasiana* dicitur, ein fasan, fasan-huhn. Plin. lib. 10 cap. 48 *Phasianæ in Colchis.* Nam a Phaside fluvio nomen habent, quod vel plures ibi, quam in ceteris locis: vel inde primum per Argonautas in Græciam invectæ. Martialis lib. 13 epigr. 72, quod *Phasianus* virili genere inscriptum est, sed rectius muliebri legitur, ut ex ipso epigrammate constat:

Argoâ primum sum transportata carinâ,
Ante mihi notum nil nisi Phasis erat.

¶ Phāsiānus, i, substantive etiam & viriliter est illa avis, ein fasan, apud Lampridium in Alexandro cap. 41 *Aviaria instituerat pavonum, phasianorum, gallinaceorum*, &c. Adde Pallad. 1 tit. 29, & Plin. 11 cap. 37 & 48.

¶ Phasianīnus, a, um, vom fasan; ut, *Phasianina ova*, Pallad. l. c.

PHASMA, ătis, φάσμα, apparitio, spectrum, ein gesicht, eine erscheinung. Plinius lib. 7 epist. 27 *Perquam velim scire, esse aliquid phasmata, an inania & vana ex metu nostro imaginem accipere.* Ita plures legunt: alii *phantasmata*, ut supra sub *Phantasia* in *Phantasma* quoque dictum fuit. ¶ 2. Et fabulæ nomen apud Menandrum. Terent. in prolog. Eunuch. *Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit*
Vide ibi Donatum. Et Juvenalis satyr. 8 v. 186

clamosum ageres ut phasma Catulli.

PHASSĂCHĀTES, æ, φασσαχάτης, gemma, Plin. 37 c. 10.

PHATNAE, arum, φάτναι, stellæ in cancri signo, Cic. in Progn. fragm. apud Priscianum.

PHATTAGES, is, animal Indicum, species crocodili terrestris: Gesnerus.

PHAULIA, æ, φαυλία, oliva minimo succo, Plin. 15 c. 3.

Phavorinus, vide supra *Favorinus*.

PHĒGEUS, ei, famuli nomen apud Virgil. item ducis apud eumdem & Statium. vid. Virg. Æneid. 5 v. 263, & 9 v. 765, & 12 v. 371. Stat. Theb. 2 v. 609, & 7 v. 603. ¶ 2. *Phegeus* pater fuit Alphesibœæ, de quo Ovidius Met lib. 9. Hinc

¶ Phēgēius, a, um, adject. ut, *Ensis Phegeius*, ibid. v. 412.

PHELLANDRION, i, φελλάνδριον, herba folio apii, Plin. 27 c. 12.

PHELLUS, i, φελλὸς, Latinis suber est, pantoffel-holtz, alias ἴψος. Vitruvius lib. 9 cap. 9 latine usus est pro horologii parte ex hoc ligno facta.

PHĒMIUS, i, citharœdus, Homeri præceptor, quem ipse inducit cantantem Odyss. 1. Ovid. 3 Amor. v. 417

Quid juvat, ad surdas si cantet Phemius aures.

PHĒMŎNŎE, es, filia Apollinis, Sibyllarum una, quæ prima Delphici oraculi vates fuisse & carmen heroicum invenisse dicitur. De eadem Statius 2 Silv. 2 v. 39, & Lucan. 5 v. 126.

PHĔNĔUM, vel Pheneus, ei, urbs Arcadiæ, juxta quam est lacus ejusdem nominis, cujus aquæ nocturno tempore perniciosæ, interdiu salubres. v. Ovid. lib. 15 Metamorph. v. 332. Ibi & nascitur Molus herba, contra omnia venefica præsens remedium; Plin. lib. 4 cap. 4, & lib. 21 cap. 9.

PHENGĪTES, æ, Φεγγίτης, lapis durus, marmoris instar candidus, atque translucens, ein glaßstein: Plinius lib. 36 cap. 22. Sueton. Domitiano cap. 14, a φέγγος, *splendor*.

PHĒNION, i, herba, quæ & anemone dicitur, Plin. 11 c. 23.

PHĔRAE, arum, oppidum Thessaliæ, Plin. 4 c. 8. Cic. Divin. 1 c. 25.

¶ Pheræus, a, um, adjectiv. ut, *Alexander Pheræus*, qui tyrannus crudeli dominatu tenuit Pheræos, quemque uxor, Thebe nomine, cum simul cubaret, noctu occidit. vid. Cic. de Invent. 2 c. 49. Ovid. in Ibin v. 321. Sic, *Pheræi duces*, i. e. Thessalici, Stat. Theb. 2 v. 163. *Campi Pheræi*, Val. Flacc. 1 v. 444.

PHĔRECLUS, i, architectus, qui, ut Homerus ait, Paridi ad raptum Helenæ ituro naves fabricavit. Hinc

¶ Phĕreclēus, a, um, adjectiv. ut, *Pherecleа puppis*, Ovid. Heroid. epist. 15 v. 22. Et Mantuanus Parth. 2

Atque Pherеclea quisquam præstantior arte.

PHĔRECRĀTES, is, Φερεκράτης, Atheniensis poëta comicus, qui sub Alexandro M. militavit. v. Suid. ¶ 2. Alius a Deucalione ortus. v. Cic. Tusc. 1 c. 10.

PHĔRĔCȲDES, is, Φερεκύδης, philosophus Syrus, Pythagoræ magister. Qui primus animum sempiternum dixit, Cicer. lib. 1 Tuscul. Qu. cap. 16, & lib. 1 de Divinat. cap. 50. Obiit copiâ serpentium e corpore ejus erumpente, Plin. lib. 7 cap. 51, (ita enim phthiriasin circumscribit) Laërt. & Heraclides de Politiis in Samiorum Rep.

¶ Pherecȳdēus, a, um, adject. Cic. Divin. 2 c. 13 *Quale Pherecydéum illud, quod est a te dictum.*

Pherenice, vide supra *Berenice*.

Pheretrum, vide supra *Feretrum*.

PHĬĂLA, æ, φιάλη, vas vini vel aquæ aureum, ein gülden trinck-gefäß, eine schale, a πίνειν. Martialis lib. 8 epigr. 51 *Quis labor in phiala.* Juvenalis etiam ex electro habet phialas satyr. 5 v. 38

inæquales beryllo
Virro tenet phialas: tibi non committitur aurum.

¶ Phiăle, es, impudicæ mulieris nomen, Juvenal. satyr. 10 v. 238. ¶ 2. Inter comites Dianæ *Phiale*, apud Ovid. Met. 3 v. 172.

PHĪDĬAS, æ, pictor & statuarius, artifex nunquam satis laudatus, Plin. lib. 36 cap. 5 & alibi. De cujus miro artificio vide Apulejum de Mundo pag. 72. Hunc speciem suam sive imaginem in clypeo Minervæ inclusisse, cum inscribere non liceret, ut nobilitaretur a morte, Cicero auctor est Tuscul. 1 cap. 15. ¶ *Signum Phidiæ*, proverbialiter pro re elaboratissima & summæ perfectionis. Cicero extrema præfatione Paradoxorum: *Hoc opus in acceptum ut referas, nihil postulo.*

ſtulo. Non eſt enim, ut in arce poni poſſit, quaſi illa Minerva Phidiæ, &c.

¶ Phīdiăcus, a, um, adjectivum poſſeſſivum; ut, *Phidiaca manu*, Martial. lib. 6 epigram. 73. *Phidiaci toreuma cæli*, Idem lib. 10 epigr. 87. Juvenalis ſatyr. 8 v. 103

Phidiacum vivebat ebur,

hoc eſt, ad vivum expreſſa erat & ſculpta ex ebore ſtatua.

PHĪDĬLE, es, ruſtica fœmina, apud Horatium 3 od. 23 v. 2.

PHĪDIPPVS, i, Φείδιππος, Herculis nepos ex Theſſalo filio, apud Homerum. ¶ Eſt & perſonæ comicæ nomen Terent. Hecyr. a. 3 ſc. 4 v. 35.

PHĪDĬTIA, orum, Φειδίτια, convivia parca & cœnationes Lacedæmoniorum, mäßige collationen, ſchlecht tractament; a φειδὼ, *Parſimonia*. Cic. 5 Tuſcul. cap. 34 *victum Lacedæmoniorum in Phiditiis nonne videmus?*

PHĬLADELPHVS, i, Φιλάδελφος, Ptolemæus ille dicebatur rex Ægypti, ein bruder-freund; qui bibliothecam Alexandriæ, libros 50000 continentem, inſtruxit, & libros Moſis in græcum per LXX interpretes transferri curavit.

¶ Philadelphia, æ, Φιλαδελφία, amor fraternus, die bruder-liebe. ¶ *Philadelphia*, urbs una Lydiæ terræ motibus vexata; altera eſt in Cæleſyria. Eſt & alia Ciliciæ, & alia Ægypti.

PHĬLAE, arum, urbs inter Ægyptios & Æthiopes, Lucan. 10 v. 313. ¶ 2. *Philæ* ſunt quatuor Nili inſulæ, de quibus Plin. 5 c. 9. ¶ 3. Eſt & una Sporadum. v. Plin. 4 c. 12.

PHĬLAENI, orum, Φίλαινοι, duo Carthaginenſes fratres, qui pro ampliandis finibus patriæ vivos ſe paſſi ſunt ſepeliri. Vide Salluſt Jugurthâ cap. 79. Iis eo in loco, quo ſepulti ſunt, Carthaginenſes, ne eximia in patriam pietas ulla temporum injuriâ oblivioni traderetur, duas conſtituerunt aras, quæ *Philænorum aræ* dictæ, & Siculo Peloro oppoſitæ in media quodammodo Syrtium tellure poſitæ ſunt. Conf. Sil. 15 v. 699.

PHILAGRIVS, i, medicus, natione Epirota, Galeni contemporaneus, Suid. Conf. Sidon. carm. 7 v. 156, & 24 v. 93.

PHĬLAMMON, ŏnis, Φιλάμμων, Apollinis ex Chione filius. Ovid. Met. 11 v. 317 *Carmine vocali clarus citharâque Philammon.*

PHĬLANTHRŌPIA, æ, Φιλανθρωπία, humanitas, amor erga homines, die leutſeligkeit, der gute wille, die menſchen-liebe. Vlpian. l. 2 Dig. de Proxenet. *Si aliquid philanthropiæ nomine acceperit.*

¶ Philanthrōpos, i, φιλάνθρωπος, humanus, leutſelig. ¶ 2. Et herba aparine, *Philanthropos*, dicitur, klebkraut, quod veſtibus adhæreſcat, Plin. 24 c. 19.

PHĬLAVTIA, æ, φιλαυτία, ſui ipſius amor, die eigen-liebe, quem omnium peccatorum cauſſam eſſe, Plato dixit lib. 5 de Legib. Τὸ δὲ ἀληθείᾳ γε πάντων ἁμαρτημάτων, διὰ τὴν σφόδρα ἑαυτοῦ φιλίαν αἴτιαν ἑκάστῳ γίγνεται ἑκάστοτε, id eſt, *Revera nimius in ſe ipſum amor omnium peccatorum omnibus ſemper eſt cauſſa* φιλαυτία, der laß-dünckel, die ſelbſt-liebe. Cicero 15 ad Attic. epiſt. 13 *Niſi forte me communis* φιλαυτία *decipit*.

PHĬLĒMA, ătis, Φίλημα, oſculum, ein kuß, item, ein lieb, Lucret. 4 v. 1162.

¶ Philēmătium, i, diminut. φιλημάτιον, ein liebgen, ſchätzgen; eadem forma qua Chiledonium, Euſtochium, Glycerium, &c. & alia nomina mulierum. Sed poſterior ætas aliter inflexit; ut, *Philematium, Philematia*. Et Sidonius, ut ſecundam ſyllabam poſſet corripere, fecit: *Pulcher, Philimatius*, lib. 5 epiſt. 17. Et, *Matrona Philimatia*, lib. 2 epiſt. 8 v. 4. Vide ibi notas Sirmondi p. 29, ubi & *Philematium*, & *Philematio* ex antiquis lapidibus producit.

PHĬLĒMON, ŏnis, Φιλήμων, poëta comicus, proximus Menandro, Quintiliani judicio lib. 10 cap. 1 p. 743. Sententias ejus quasdam annotavit Stobæus, de quibus eſt:

Ἄνθρωπος ὢν τοῦτ' ἴσθι καὶ μέμνησ' ἀεί.

Homo cum ſis, id fac ſemper intelligas, & memineris.

¶ 2. *Philemon* ruſticus, qui, cum Jovem & Mercurium hoſpitio excepiſſet, una cum uxore Baucide in arbores converſus, & domus ejus in templum. vid. Ovid. Met. 8 v. 710 ſeqq. ¶ 3. Alius *Philemon*, ad quem D. Paulus Oneſimi ſervi cauſſa epiſtolam ſcripſit.

PHILETAERIA, æ, Φιλεταίριον, herba rutæ ſimilis, wiederſtoß, Plin. 25 c. 6, & Dioſcor. 4 c. 8.

PHĬLĒTAS, æ, poëta græcus, elegiacus, patriâ Cous, acerrimus poëtarum cenſor, Ptolemæi Philadelphi præceptor, tanta macie, (quam ex vigiliis & quæſtiunculis propoſitis ſibi contraxerat,) ut ſolum calceorum ferro vel plumbo, ut alii volunt, ſuppactum haberet, ne vento raperetur: ut Athenæus & Ælianus de eo prodiderunt. Propertius cum Callimacho eum componit lib. 3 eleg. 1 pr.

Callimachi manes, & Coi ſacra Philetæ

In veſtrum, quæſo, me ſinite ire nemus.

¶ 2. Græci & fures ac latrones *Philetas* dicebant, räuber. Heſychius, φιλήτης, κλέπτης, λῃστὴς, *fur, latro*. Sic Feſtus: PILARE & COMPILARE, *ſunt, qui græcæ originis putent: Græci enim fures*, PILETAS, *Æolice nempe* πιλῆτας (vocant.) Seneca Ægyptiorum vocabulum tradit. Sed tunc loqui Ægyptii græce cœperunt, poſtquam in ditionem demum venerant. Verba Senecæ ſunt epiſt. 51 extr. *Voluptates præcipue exturba, & inviſiſſimas habe latronum more, quos* PHILETAS *Ægyptii vocant. In hoc nos amplectuntur, ut ſtrangulent.* In quo & etymologiam aperire videtur; quaſi ideo ſic appellati, quod amplecterentur homines, quaſi amici & blandi, cum tamen id facerent, ut ſtrangularent; φιλεῖν enim *amplecti* eſt. Quamquam aliam originem Euſtathius affert, quod Lipſius obſervat. Quem vide ad eum Senecæ locum, ſi libet.

¶ Phĭlētēus, a, um, adject. Propert. 3 eleg. 2 v. ult.

Ora Philetêâ noſtra rigavit aqua, i. e. elegiaca.

Philimatia, Philimatius, vide paullo ante *Philema*.

PHĬLIPPI, ōrum, Φίλιπποι, Macedoniæ urbs trans Strymonem in veteris Thraciæ parte, in cujus campis ab Octaviano & Antonio victi, aut potius a fortuna deſerti ſunt C. Caſſius & M. Brutus; Florus lib. 4 cap. 7. De eodem prœlio Virgilius (quamquam commiſcens Pharſalicæ & Philippenſis pugnæ loca) 1 Georg. v. 490

Romanas acies iterum videre Philippi.

Fuit colonia Juris Italici. Vide Actor. cap. 16 v. 11 & 12, ibique Caſaub.

¶ Phĭlippenſis, e, adject. ut, *Philippenſe prælium*, Plin. lib. 7 cap. 45, quod apud urbem Philippos commiſſum eſt. Et, *Philippenſis acies*, Valer. Max 1, 5, 7.

PHĬLIPPVS, i, Φίλιππος, rex Macedonum, Amyntæ filius, pater Alexandri, cui erudiendo Ariſtotelem præceptorem præfecit. Vixit annos 45, ac feliciter imperavit. Sed inſolentiâ victus, cum Athenienſes ad Chæroneam ſuperaſſet, ac paullo poſt inter Deos coli voluiſſet, & obſcenis voluptatibus ſe dediſſet, a ſatellite quodam Pauſania interfectus eſt. Vid. Diodor. Sicul. lib. 16, & Juſtin. lib. 8 & 9. Vnoculus fuit, de quo vid. Voſſ. lib. 1 Inſtit. Orat. p. 77. ¶ 2. Lucius Philippus orator & Cauſſidicus Romæ, de quo Horatius lib. 1 epiſt. 7 v. 6. Vide ibi Interpp.

¶ Philippéus, a, um, adjectiv. ut, *Philippeus ſanguis*, Propert. 3 eleg. 9 v. 40.

¶ Phĭlippēus, i, ſubſt. φιλίππειος, ſeu *Philippicus* aut *Philippus* etiam, aureus fuit nummus, inſignis imagine Philippi regis Macedonum, cujus frequens apud Plautum mentio eſt. Horat. lib. 2 epiſt. 1 v. 234

Retulit acceptos, regale numiſma, Philippos.

¶ Phĭlippĭcus, a, um, aliud adjectiv. ut, *Philippicum argentum*, Plaut. Trucul. a. 5 ſc. 1 v. 60. Sic *Philippicæ*, Φιλιππικοὶ λόγοι, orationes Demoſthenis in Philippum regem, & ad illarum imitationem Ciceronis in Antonium puriſſime ſcriptæ.

¶ Pſeudophilippus, i, fictus rex Macedoniæ. vid. Vellej. 1 c. 11, & Cic. 2 Agrar. c. 33.

PHĬLISTIO, ōnis, mimus valde nobilis. Martialis lib. 2 epigr. 41 *Mimos ridiculi Philiſtionis.* Suidas eum Socratis temporibus vixiſſe ſcribit. Falſo procul dubio. Nam non niſi recentiores ejus meminerunt. Euſebius Tiberii temporibus vixiſſe tradit, quod veriſimile eſt. Vnde in illo & elegantiſſimo libello, qui Menandri & Philiſtionis σύγκρισις inſcribitur, pro Philiſtionis, Philemonis reponendum videtur viris doctis. Vide Rutgerſ. Variar. lib. 4 c. 12.

PHILISTVS, i, Φίλιστος, hiſtoricus fuit, Thucydidem imitatus, de quo Cicero de Orat. 2 cap. 13 & 23, & ad Quintum fratr. 2 epiſt. 13.

Phillyra, phillyrides, vide paullo poſt *Philyra*.

PHILO, ōnis, Judæus Alexandrinus, Platonis æmulus, & alter Plato, quemadmodum de eo Græci teſtantur: ἢ Πλάτων φιλωνίζει, ἢ Φίλων πλατωνίζει, *aut Plato Philonem imitatur, aut Philo Platonem.* Vide Chiliad. Fuit Cæſaris Caligulæ, ad quem legationem ſubiit, temporibus. Scripſit vitas illuſtrium Hebræorum, & alia, quæ exſtant. ¶ 2. Alius Academicus, Romam profugus, Mithridatico bello, de quo Cicero in Bruto c. 89, & alibi ſæpe.

PHILŎCHĂRES, is, φιλόχαρες, marrubium, andornkraut, Plinius 20 cap. 22.

PHILŎCHŎRVS, i, Φιλόχορος, Athenienſis, ſcripſit Atthidis libros 17, qui res geſtas & reges & magiſtratus Athenienſium continent: Suid.

PHILOCLES, is, Φιλοκλῆς, Ægyptius pictor, picturæ linearis inventor, Plin. 35 c. 3. ¶ 2. Alius *Philocles* Athenienſis Tragicus, facie inprimis fœda, & ab iracundiæ vitio *Bilis* appellatus: Suid.

PHILŎCRĂTES, is, Φιλοκράτης, ſervus, qui & *Euporus*, de quo ſupra.

PHILOCTĒTES, æ, hæres Herculis, & funerator, pro quo munere, ejus accepit ſagittas, de quibus Aut. ad Herenn. 4 c. 30. Lege Servium ad Virg. lib. 3 Æn. & Lactant. lib. 1 c. 9 extr. & ibi Betulejum.

¶ Philoctetæus, a, um, adjectiv. ut, *Philoctetæus clamor*, Cicer. Fin. 2 cap. 29.

PHĬLŎGRAECVS, i, qui græcis dictionibus delectatur. Varro lib. 3 de Re Ruſt. c. 10 pr. *Illud genus vos philogræci vocatis* ἀμφίξιον.

PHILOGYNĪA, æ, φιλογυνεία, amor mulierum, die weiber-liebe Cic. Tuſc. 4 c. 11 *Mulieroſitas, quæ græce* φιλογυνεία *dicitur.*

PHILOISTOR, ŏris, Φιλοίστωρ, cupidus doctrinæ, Hieron. epiſt. 103 cap. 7.

PHĬLŎLŎGIA, æ, φιλολογία, quæ γραμματικὴ, ἱστορικὴ eſt, ſtudium humaniorum litterarum: *Eruditionem variam* Sueton. vocat Aug. c. 89, & *Eruditionem* abſolute, in Caligula c. 53. *Multiplicem variamque doctrinam*, Idem de Illuſtribus Grammat. c. 10. Vide Caſaub. ad locum Suetonii Auguſto: & Joh. Wowerium Polymathias cap. 20. Seneca epiſt. 108 *Quæ philoſophia fuit, facta philologia eſt*, hoc eſt: Verba ſectamur, ponderamus: res, præſertim morales, negligimus. Et Cic. 15 fam. epiſt. 21 *Non eſt ſejunctus locus a philologia.* Adde Vitruv. lib. 7 præfat. & lib. 8 c. 4.

¶ Philŏlŏgus, i, Φιλόλογος, litteris humanioribus deditus, ein liebhaber der freyen künſte. Cic. 13 ad Attic. epiſt. 12 *Homines nobiles, ſed nullo modo philologi.* conf. ad Quint. frat. 2 epiſt. 10. Et Seneca l. c. paucis interjectis: *Cum Ciceronis libros de Republica prehendit hinc philologus aliquis, hinc grammaticus, hinc philoſophiæ deditus: alius aliò curam ſuam mittit* &c. ¶ 2. Adjective, ut, *Philologis rebus delectari*, Vitruv. procem. lib. 6.

PHĬLŎMĒLA, æ, φιλομήλη, luſcinia, (de qua ſupra) eine nachtigall. Fingitur in avem ſui nominis converſa, cum Pandionis Athenarum regis filia, & ſoror Prognes, uxoris Terei, regis Thracum, a Tereo compreſſa fuiſſet. vid. Ovid. Met. 6 v. 451 & 503. Adde Elegiam de *Philomela*, quæ Ovidii libris apponi ſolet, Virg. eclog. 6 v. 79, & Georg. 4 v. 511. Martial. 14 epigr. 75. Apulej. Met. 10, & Sidon. 2 epiſt. 2. Nomen eſt quaſi a μέλος, *cantus*. Sed &

¶ Philomēlus, i, φιλόμηλος, amator pomorum, a μῆλον, *malum, pomum*, apud Athenæum lib. 7. Martial. 4 epigr. 5

Hoc nihil eſt, nunquam ſic philomelus eris.

PHĬLŎMŪSVS, i, φιλόμουσος, Muſis amicus, ein liebhaber der künſte, Martial. lib. 3 epigr. 10.

PHILONIDES, is, curſor Alexandri M. qui ex Sicyone Elin mille & ducenta ſtadia novem diei confecit horis, Plin. 2 c. 71. ¶ 2. Alius

Alius Melitensis prægrandi corpore & insulsus, unde proverbium: *Philonide indoctior.*

PHĬLŌNIVM, i, φιλώνιον, pharmaci genus. Serenus v. 393
Quid referam multis composita philonia rebus.

PHILOPĀTOR, ōris, φιλοπάτωρ, amans patris, apud Arnobium lib. 6 p. 193. Fuit & cognomen Ptolemæi regis Ægyptii, sed per antiphrasin, quia patre ac matre interfectis regnum occupaverat. vid. Justin. 29 cap. 1.

PHILOPĔDA, æ, marrubium, andorn, Plin. 20 cap. 22.

PHILOPOEMEN, vel Philopœmenes, is, dux Achæorum præstantissimus, quem inter summos imperatores recenset Justinus 32, 4, 13. Idem & Plutarch. & Livius multa de eodem.

PHĬLŎSŎPHIA, æ, φιλοσοφία, studium sapientiæ, mater & procreatrix omnium bonarum rerum & artium, bene vivendi disciplina, ut eam passim Cicero appellat, die welt-weißheit. Et veræ Philosophiæ est, non tam scire, quam agere recta. Idem Cicero & *medicinam animi* appellat lib. 3 Tusc. cap. 3, quia virtutis præcepta dat, quæ menti sanitatem adferunt & confirmant. Platoni triplex est Philosophia: λογική, quæ dicendi artes complectitur; φυσική, quæ rerum naturas explicat; ἠθική, quæ præcepta de virtutibus, & œconomica & politica gubernatione tradit. Seneca *legem vitæ* vocat, epist. 14. *Philosophiam profiteri*, Cicer. in Pison. cap. 29. ¶ 2. Quoniam philosophi proprium est, veritatem rerum inquirere, idcirco aliquando *Philosophia* pro disquisitione; *Philosophari* pro disquirere, sive investigare rem, ponitur. Cicer. 1 Tuscul. Quæst. cap. 36 *Quamquam quid opus est in hoc philosophari, cum rem non magnopere indigere philosophia videamus.* Sic, *Philosophia contemplativa, activa*, Seneca epist. 95. ¶ 3. Porro, uti sapientiæ vocabulum ad omnes artes & disciplinas olim extendebatur, ita & de philosophiæ voce factum videmus. Vetus auctor de Limitibus apud Rigalt. p. 272 *Si quis novit geometricæ artis philosophiam*: i. e. doctrinam, seu disciplinam. Primus autem & *Philosophiæ* & *Philosophi* nomen instituit Pythagoras, de quo plura Tullius 5 Tusc. Quæst. cap. 3. ¶ 4. In plurali *Philosophiæ* dicuntur sophismata & ancipites disputationes, apud Cicer. de Orat. 3 cap. 27, Senecam epist. 48, Gellium 4 cap. 1, & lib. 5 c. 3.

¶ Philŏsŏphus, i, φιλόσοφος, qui studet omnium rerum humanarum vim, naturam, caussasque nosse, & omnem bene vivendi rationem tenere, Cic. de Orat lib. 1 cap. 49, ein liebhaber der welt-weißheit. Philosophorum scholæ, sive sectæ, quatuor fuerunt: *Aristotelica, Epicurea, Stoica*, & *Academica*. De falsis philosophis, & qui habitu tantum profitebantur sectam, disputantesque de virtute magnifice, vitâ & moribus luxuriosi & improbi erant, vide Plauti locum Curcul. a. 2 sc. 3 v. 9 & seq. itemque Gellium lib. 9 cap. 2 cum pluribus aliis. Hos tales *Aretalogorum* nomine intelligit Suetonius Augusto cap. 74 extremo, ut ibi Casaubonus interpretatus est, quem vide. *Cathedrarios philosophos* dixit Seneca, qui verbo, atque in cathedra, non opere & vitâ philosophantur: vide supra *Cathedra*. De miro dissensu inter philosophos, vide Quintil. Declamat. 282, & Arnobium lib. 2 adversus Gentes non procul a princip. &c. Seneca Ludo de morte Claudii: *Facilius inter philosophos, quam horologia conveniet.*

¶ Philŏsŏphus, a, um, philosophisch. Sic, *Philosopham sententiam* adjective, pro philosophica, Pacuvius apud Gellium dixit 13 cap. 8,
Ego odi homines ignava operâ, philosophâ sententiâ.
Superlat. *Philosophissimus* reperitur in l. fin. C. de jure dot.

¶ Philosophĭcus, a, um, idem. Cic. extremo lib. 5 Tusc. *A Bruto impulsi sumus ad philosophicas scriptiones.*

¶ Philosophice, adverbium, idem. Lactantius lib. 3 cap. 14 sub finem, *philosophice vivere* dixit.

¶ Philŏsŏphor, ari, disserere, seu disputare de artibus, de natura rerum, von der weißheit reden, sich der weißheit befleißigen. Cicer. lib. 2 de Orat. cap. 37 *Decrevi philosophari potius, ut Neoptolemus apud Ennium, paucis.* conf. in *Philosophia* n. 2.

PHILOSTRĂTVS, i, Φιλόστρατος. Duo fuerunt *Philostrati*, senior & junior. Senioris exstant scripta græce lib. 8 de vita Apollonii Tyanei, philosophi Pythagoræi. *Icones* etiam, quæ sunt accuratæ, elegantes & tamquam depictæ variarum rerum florido stilo descriptiones. *Heroica* præterea, id est, Heroes, qui ad Trojam pugnarunt, & *vitæ Sophistarum*. Exstant & junioris Philostrati icones: vide Suidam.

PHILOTECHNVS, i, a φίλος & τέχνη, *ars*, ein kunstliebender. Vitruvius procem. lib. 6 *philotechnis rebus me delectans.*

PHĬLOTHEŌRVS, i, φιλοθέωρος, speculationi deditus, ein spintisirer. Cic. 7 fam. epist. 16 *Quod in Britannis non nimis philotheoron te præbuisti, plane non reprehendo.*

PHILOTĪMVS, i, Φιλότιμος, Ciceronis libertus, ut ipse scribit Appio 3 fam. epist. 9.

PHILOXĔNVS, i, musicus apud Plutarchum. ¶ 2. Item pictor apud Plinium lib. 35 cap. 10. ¶ 3. Item heluo, qui optabat sibi gruis guttur, quo diutius cibi potusque voluptate frueretur, de quo Aristoteles 3 Ethicor. cap. 11. ¶ 4. Fuerunt & alii hoc nomine, de quibus Suidas.

PHILTRVM, i, φίλτρον, poculum amatorium, in rabiem agens, ein liebes-tranck; ut, *Philtra exhibere*, einem die liebe geben; Ovid. lib. 2 de Arte amandi v. 106
Philtra nocent animis, vimque furoris habent.
Et Juvenalis satyr. 6 v. 609 seq.
Hic magicos adfert cantus, hic Thessala vendit
Philtra, quibus valeant mentem vexare mariti.
Verum non potiones amatorias tantum philtrorum nomine venire: sed alias quoque res, Lælii, sive Lævii potius, versus ab Apulejo in Apologia citati testari possunt: namque *tenia* ibi eo nomine etiam comprehenduntur, quæ *Licia* Virgilio sunt. Et inde Cyrilli Glossario φιλτρὸν, *Amatorium*, generaliter exponitur de eo, quod amorem facit, non amatorium poculum. ¶ 2. Est *Philtrum* cavum illud in labro superiori sub naribus, quod *Lacunam* Lactantius dixit, das grüblein unter der nasen.

¶ Philtrodes, & Philtrodotes, æ, herbæ apud Apulej. de Herb. cap. 56 & 65.

PHĬLȲRA, æ, Oceani filia, mater Chironis Centauri, a qua ille *Philyrides*, (prima metri caussa producta) vel *Phillyrides*, & *Philyreius* dictus. ¶ 2. *Philyre*, vel *Philyra*, apud Græcos & arbor est, Latinis *tilia*, eine linde. Transfertur & nomen ad tenues tunicas inter corticem & lignum (bast) multiplici membrana, unde vincula olim ad corollas texendas sumebant. Vnde Horatius lib. 1 od. ult. v. 2
Displicent nexæ philyra coronæ.
Vbi vide interpretes, & Politian. Miscell. cap. 72. Sic Ovid. Fast. 5 v. 337 *Ebrius incinctus philyrâ conviva capillos.*

¶ Philyrēius, a, um, adject. quinque syllabis. Ovid. 7 Metam. v. 352
Fugit alta superque
Pelion umbrosum, Philyreia tecta.
Et, *Philyreius heros*, i. e. Chiron, Idem Ovid. Met. 2 v. 678, & 5 Fast. v. 391.

¶ Philyrīdes, æ, patronym. de Chirone, Ovid. 1 de Arte am. v. 11
Phillyrides puerum citharæ præfecit Achillem,
Atque animos molli contudit arte feros.

PHĪMVS, i, φιμὸς, fritillus: usus Horatius est lib. 2 Serm. sat. 7, uti quidem in MStis libris is locus concipitur. Vulgo tamen pro *phimum, pyrgum* legitur: male, ut recte pronunciavit Torrentius. vide & supra *Fritillus*.

¶ Phimōsis, is, φίμωσις, coarctatio: Apud medicos sic dicitur vitium penis, si glans ita contecta est, ut nudari nequeat, dicente Celso lib. 7 cap. 25 n. 2. Meatuum naturalium præclusio est Galeno lib. 9 c. 6.

Phintias, Pythagoræus: vide supra *Damon*.

PHĪSON, seu *Pison*, unus ex fluviis paradisum rigantibus; Genes. c. 2. Sic autem ibi vocatur *Ganges*, ex vulgari opinione, quæ paradisum non circa Euphratis scissi & Tigridis confluentes locat, sed latissime per Indiam & Ægyptum extendit. Alcimus Avitus lib. 1 v. 290
Quartus Phison erit, quem possidet India Gangem.

PHLĔBOTŎMIA, æ, φλεβοτομία, incisio venæ, quæ φλὲψ Græcis est, das aderlassen.

¶ Phlebotŏmo, are, aderlassen; ut, *phlebotomare equos*, Veget. 3 c. 24. Adde Th. Priscian. 1 cap. 37, & Octav. Horat. 2 cap. 14.

¶ Phlebŏtŏmus, & Phlebotŏmum, i, φλεβοτόμον, scalpellum, quo vena secatur, das laßeisen, die fliete, lanzete, Idem Octav. Horat. 2 cap. 4, & 9 & 21.

PHLĔGĔTHON, ontis, Φλεγέθων, fluvius infernalis, a φλέγω, *ardeo*: ut, *Tartareus Phlegethon*, Virg. 6 Æn. v. 551.

¶ Phlegethontēus, a, um, adjectivum, höllisch. Prudentius Hamartig. v. 827 *Phlegethonteo sub gurgite.* Et Ausonius epigr. 108 extr.
Ad Phlegethonteas sese jam præparat undas.

¶ Phlĕgĕthontis, ĭdis, patronymicum. Ovidius 5 Metam. v. 544
Sparsumque caput Phlegethontide lympha.

PHLEGMA, ătis, φλέγμα, pituita, humor aquosus, frigidus & humidus, redundans in corpore propter infirmam coctionem, das wässerige geblüt, oder feuchtigkeit. ¶ 2. Quæ ore & naribus excernuntur, schleim, rotz.

¶ Phlegmătĭcus, a, um, Φλεγματικὸς, phlegmate abundans.

¶ Apophlegmatismus, i, ἀποφλεγματισμὸς, est, si quid ore exigendi ex capite phlegmatis aut humoris caussâ manditur, ut grana mastiches, pyrethrum. Sic, *apophlegmatismum adhibere*, die flüsse vertreiben, Cœl. Aurel. Tard. 1 cap. 4.

¶ Apophlegmatidio, are, verbum est apud Th. Priscian. 2 cap. 3.

¶ Leucophlegmătia, æ, hydropis genus, Celso 3 cap. 21.

PHLEGMŎNE, es, φλεγμονὴ, incensio cum tumore & ulcere, entzündung des geblüts, daraus ein geschwär wird. vid. Cels. lib. 1 præfat. & Plin. 20 cap. 4.

PHLĔGON, ŏnis, unus ex equis Solis, Φλέγων a Φλέγειν, *ardere*; Ovid. 2 Metam. v. 154.

PHLEGRA, æ, seu Phlegræus campus, juxta Cumas, in quo gigantes ab Hercule victi sunt, Plinio lib. 3 cap. 5, & Strabone auctoribus, a φλέγειν, *ardere*: est enim terra sulphurea. Adde Silium lib. 8 v. 539. ¶ 2. Sunt *Phlegræi campi* in Græcia, de quibus idem Silius lib. 9 v. 305, & Cellarius ad ipsum.

¶ Phlegræus, a, um, adject. ut, *Prælia Phlegræa*, Statius lib. 5 Silv. 3 v. 196. *Tumultus Phlegræi*, Propert. lib. 2 eleg. 1 v. 39.

PHLEGYAS, æ, Martis filius, rex Lapitharum, Ixionis pater, habuit Coronidem filiam, ex qua Apollo suscepit Æsculapium. Sed pater dolens incendit Apollinis templum, ideoque sagittis ejus ad inferos detrusus. vid. Virg. Æn. 6 v. 618. Ovid. 5 Met. v. 87. Stat. 1 Theb. v. 703.

¶ Phlegyæ, arum, populi Thessaliæ, diluvio mersi a Neptuno, quod Deos & homines spernerent. vid. Ovid. Met. 11 v. 415.

PHLEOS, i, φλέος, herba, Plin. 21 cap. 15.

PHLŎGĪNVS, i, & PHLOGĪTES, æ, φλόγινος, φλογίτης, gemma ostrea, aureo vel flammeo colore, Plin. 37 cap. 10 & 11, & Solinus cap. 40.

PHLŎMOS, i, φλόμος, verbascum, quo pro ellychnio utuntur: Plin. 25 cap. 10. Apul. de Herb. cap. 71. Dioscor. 4 cap. 104.

PHLOX, phlŏgis, φλὸξ, i. e. flamma, genus floris, Plin. 21 cap. 11.

PHŌCA, æ, vitulus marinus vel canis marinus, ein see-hund, oder meerhund. *Phoca oceani*, ein meer-kalb. Ejus pellis, ut Hyænæ, fulmine non tangitur juxta Plin. lib. 2 cap. 55. Sed

¶ Phōcæna, æ, vel Tursio, piscis alius est, parvus delphinus, ut Ephesius interpretatur, ein meer-schwein, Gesnerus.

PHŌCAEA, æ, Φωκαία, Atheniensium in Ionia colonia, ut Strabo auctor est. Quæ cum oppugnaretur a Persis, cives ejus, ne servitutem inciderent, asportatis liberis, conjugibusque & rebus cæteris, quas possent, in naves profugerunt, & urbem vacuam reliquerunt Persis: diris devotionibus obstricti invicem, de patria nunquam repetenda; quæ omnia pluribus Herodotus lib. 1 explicat. Atque hi illi sunt, qui postea Massiliam condiderunt: de quo suo loco diximus. Situm urbis Phocææ apud Livium habes lib. 39 cap. 31.

¶ Phōcæus, a, um, & Phocæensis, e, adjectiva. Plinius lib. 3 cap. 4 *Massilia Græcorum Phocæensium fœderata.* Græcis Φωκαεὺς, Φωκαιεὺς, Φωκαΐτης, Stephano teste.

¶ Phōcaĭcus, a, um, idem; ut, *Phocaicus murex*, Ovid. 6 Metam. v. 11.
¶ Phōcias, ădis, fœm. ut, *Juventus Phocias*: Lucanus lib. 3 v. 301
Phocias in dubiis ausa est servare juventus.
Massilienses intelligit. Sed
¶ Phōcis, ĭdis, regio parva Græcorum est, in qua Delphi fuerunt, civitas Apollinis oraculis celebris & mons Parnassus; inter Bœotiam & Locrida sita, ut Strabo describit, quem lib. 9 de eâ vide.
¶ Phōcensis, e, (Φωκεῖς, Φωκικοί, Græcis,) Justinus lib. 8 cap. 1.
¶ Phōcaĭcus, a, um, etiam a *Phocide* format Lucanus lib. 5 v. 144
Candida Phocaicâ complectitur infula lauro.
id est, Phocensi, Delphica.

PHOCAS, æ, Imperator Constantinopolitanus, Mauricii interfector & successor, cujus nomen secundo casu Beda *Phocatis* flectit extremo lib. 1 Hist. Eccles. Angl. sed Zonaras τῦ Φωκᾶ.

PHOCION, ōnis, Φωκίων, Atheniensis, ex optimis illis Græcis, quos pauperrimos fuisse Ælianus scripsit, unus; qui post multa in rempubl. Atheniensium merita, pro laude invidiam, pro gratia odium reportavit. Damnatus mortis cum aliis, veneni sibi sumendi solutionem, cum id solvere se posse carnifex negaret, ab amico impetravit. Idque antequam biberet, filio mandavit, ne quid harum memoriâ rerum Atheniensibus irasceretur. Ejus ingenua illa ad Antipatrum vox fuit: ὐ δύνασαί μοι καὶ φίλῳ χρῆσθαι καὶ κόλακι, τυτέςι καὶ φίλῳ καὶ μὴ φίλῳ, id est, *Non potes me simul & amico uti & adulatore, hoc est, amico & non amico*: Plutarchus in Apophthegmatibus. Adde de laudibus ejus Corn. Nepot. in ejus vitâ.

Phocis, ĭdis, vide paullo ante *Phocæa*.

PHŌCUS, i, filius Æaci, de quo Ovid. Met. 7 v. 795. ¶ 2. *Phocus*, Phocionis filius, qui, cum paternas opes per luxum dilapidasset, Atheniensibus adeo invisus fuit, ut occurrentes omnes diffamatorem sui generis nuncuparent. Proverb. *Phoci convivium*, vid. in Erasm. Adag.

PHOCYLĪDES, is, Milesius, poëta antiquus: cujus Elegia nuthetica legitur, tantâ sententiarum gravitate & sanctitate, ut Christiani scriptoris opus illustrissimus existimarit Scaliger: quod etiam Heinsio fuit persuasum lib. 16 Exercit. Sacr. in N. T. cap. 3. Eruditissimus Barthius tamen dubitare videtur, qui argumenta in contrarium non insuper habenda censet, cæterum divinum poëma appellat: idque & cultu orationis & numerorum aptitudine nulli optimorum vatum concedere arbitratur. vide eum lib. 27 Adverf. cap. 9

PHOEBUS, i, Φοῖβος, Apollo, divinationis & sapientiæ Deus, Musarum præses, lux vitæ, a φῶς & βίος. Ad solem enim refertur. Idem qui Apollo. Hinc sæpe conjungitur *Phœbus Apollo*. vide Virg. Æn. 3 v. 251 &c. Idem repertor medicinæ, & artis poëticæ, ac vaticinationis. Ovidius de Remed. amor. v. 76
Carminis & medicæ, Phœbe, repertor opis.
Et Lucanus lib. 5 v. 70
Delphica fatidici reserat penetralia Phœbi.
Poëtis pro sole ponitur. Horatius lib. 3 oda 21 extrema:
Dum rediens fugat astra Phœbus.
¶ Phœbēus, a, um, adject. Virg. Æn. 4 v. 6
Postera Phœbeâ lustrabat lampade terras Aurora.
¶ Phœbēĭus, a, um, idem. Ovidius lib. 15 Metam. v. 642
Quam colat, explorant, juvenis Phœbeius urbem.
Is est Æsculapius, filius Phœbi.
¶ Phœbē, es, Φοίβη, Phœbi soror, luna, der mond. Virg. 1 Georg. v. 431
Vento semper rubet aurea Phœbe.
Et Lucanus lib. 1 v. 538
Jam Phœbe toto fratrem cum redderet orbe.
Descriptio plenilunii.
¶ Phœbas, ădis, sacerdos Phœbi fatiloqua, Phœbeo numine correpta, Lucanus lib. 5 v. 128. Et Silius lib. 15 v. 282 de Cassandra:
Sanctius Iliaca servata est Phœbade virgo.
¶ Phœbĭgena, æ, Phœbi filius, Æsculapius Phœbo genitus. Virg. Æn. 7 v. 773 *Fulmine Phœbigenam stygias detrusit ad undas.*

PHOENĪCE, es, vel PHOENĪCIA, æ, Φοινίκη, Asiæ regio, in quâ Tyrus & Sidon sunt urbes, & montes Carmelus ac Libanus thuriferi. *Syriæ atque Phœnices* simul meminit Cicero 11 Philipp. cap. 14. Nonnullis pars est Syriæ. Nomen est vel ἀπὸ τῶν φοινίκων, a palmarum copia; vel a colore rubri maris, unde Phœnices in Syriam migrarunt; vel a purpuræ colore puniceo, cujus Tyri magnus proventus; vel a Phœnice, qui Phœnicibus imperavit, de quo Silius 1 v. 89. Alii nomen hebræum faciunt. vid. Geograph. & Meurs. Attic. Lect. p. 311.
¶ Phœnīces, um, regionis incolæ, Virg. Æn. 1 v. 349. Ipsi primi perhibentur litterarum fuisse inventores, Plinio auctore lib. 5 cap. 12, itemque Lucano lib. 3 v. 220, & Avieno Orbis terræ descript. v. 1159. Sed multis id approbare contendit illustrissimus Scaliger ad Eufeb. Idem Plinius l. c. & navigationem invenisse Phœnicas, auctor est. Proverb. Σύροι πρὸς Φοίνικας, h. e. *Adversum Phœnices Syri*, ubi versuto imponere fatagit versutus, ein schelm über den andern. *Phœnices* omnes dicti, qui quæstus essent avidi. vid. Erasmi Adag. & Cœl. Rhodig. Ant. Lect. 18 cap. 24.
¶ Phœnissa, æ, non tantum fœmininum est, uti pro Didone ponitur apud Virg. 1 Æn. v. 671, nec adjective tantum ponitur in fœmineo genere; ut, *Phœnissa juventus*, apud Silium lib. 17 v. 636: sed alio etiam genere; ut, *Phœnissa metuntur agmina*, eod. lib. v. 147.
¶ Phœnīceus, a, um, adject. de colore, braun, purpurfarbe. Purpura enim laudatissima in Tyro tingebatur. Scribitur & *Pœniceus* sine adspiratione. Ovid. lib. 12 Metam. v. 104 *Phœnicea*, vel *Pœnicea vestes*. Idem lib. 14 v. 345 *Phœnicea chlamys*. conf. Amor. 3 v. 431. Adde Plin. 21 cap. 23, & 25 cap. 13, & Gell. 3 cap. 16, ubi *Phœniceus color*, idem est ac fulvus & rutilus.
¶ Phœnicea, æ, subst. herba, quam hordeum murinum, quidam vero sterilem avenam appellant, Plin. 22 cap. 25.
¶ Phœnicias, æ, Φοινικίας, ventus ab ortu solstitiali, media regione inter ortum brumalem & meridiem, ein morgen-wind, Plin. 2 c. 47.
¶ Phœnicītes, æ, gemma balano similis, Plin. 37 cap. 10.
¶ Phœnicobalanus, i, φοινικοβάλανος, palmæ Ægyptiæ fructus, Plin. 12 cap. 22.

¶ Phœnīcoptĕrus, i, φοινικόπτερος, avis palustris, colore puniceo, ciconiâ paullo major, Gesnero a rubentibus pennis sic appellata: cujus lingua in deliciis ciborum habita fuit, ideoque Caligulæ, Vitellio & Heliogabalo maxime apposita, Suetonio Lampridioque auctoribus; vide Plinium lib. 10 cap. 48. Martialis Xeniis epigr. 68
Dat mihi penna rubens nomen, sed lingua gulosis
Nostra sapit, quid si garrula lingua foret.
Mirum autem tantum phœnicopteri carni tribuisse veteres, quæ saporis exquisiti non sit, & piscem oleat, aquaticarum aliarum instar; unde & a provincialibus in Gallia utplurimum abjicitur. Vide Petrum Gassendum lib. 2 extr. de vita Peirescii, & lib. 4 p. 201, ubi habes, cur *Phœnicopterum* Juvenalis *ingentem* dixerit satyra 11 v. 139.
¶ Phœnicūrus, i, φοινίκουρος, avis a caudæ rubedine ita dicta, ein rothschwäntzlein, Plin. 9 cap. 24.
¶ Phœnicussa, æ, Φοινικοῦσσα, una ex Vulcaniis insulis, Plin. 3 c. 9.

PHOENIX, icis, φοῖνιξ, avis Arabica, solitaria, *vivax*, *unica semper*, Ovid. Amor. 2 eleg. 6 v. 54, aquilæ magnitudine, auri fulgore circa collum, cætera purpurea, cœruleam roseis caudam pennis distinguentibus &c. vide Plin. lib. 11 cap. 2, & Horapollinem p. 96. Vivere secundum alios proditur annis trecentis quadraginta, juxta alios sexcentis, secundum alios denique mille quadringentis & sexaginta annis. Maxime vulgatum, quingentos annos vivere. Seneca epist. 42 *Nam ille aliter fortasse* (sapiens) *tamquam Phœnix, semel anno quingentesimo nascitur. Nec est mirum, ex intervallo magna generari. Eximia enim ipsa raritate natura commendat.* Ipse se reseminat. Ovid. 15 Metam. v. 392
Una est quæ reparet, seque ipsa reseminet ales,
Assyrii Phœnica vocant, &c.
Hæc ubi quinque suæ complevit secula vitæ, &c.
Quod si vere dicuntur, quæ de Phœnice traduntur auctoribus, præclaram imaginem resurrectionis hæc avis omnino præbet. Et vero argumenta resurrectionis ab ea non pauci Patrum ducere solent: ut Tertullianus de Resurrectione cap. 13. Ambrosius de Fide resurrectionis: itemque lib. 6 in Hexaëm. cap. 23. Zeno Veronensis de Resurrectione, & alii. Sed & non pauci profanorum auctorum addicunt, ut Plinius, Tacitus, Dio, Victor, Mela, alii; Qui & visam hanc avem tradunt, & ejus descriptionem exhibent. Dubitat Gregorius Nazianzenus Orat. 37, quæ de Spiritu Sancto est: itemque Origenes contra Celsum lib. 4. Sed B. Maximus plane negat lib. ad Petrum Illustrem apud Photium p. 306. Vide & Donati Marcelli disputatiunculam de hac avi ad Taciti 6 Annal. cap. 33. ¶ 2. Est & *Phœnix*, herba, *lolium murium* alias dicta, mäusekorn. ¶ 3. Arbor denique palma, *Phœnix* etiam græce dicitur. Theophrastus libro de Odoribus φοινικα etiam appellat unguentum palmeum, sive ex palma confectum. ¶ 4. *Phœnix*, Amyntoris filius, Achillis magister & comes fuit, qui docuit eum *& benefacere, & benedicere*,
Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων,
hoc est, *Rhetorem esse verborum, operum autem effectorem*, Homer. Iliad. Iota v. 443. Adde Lud. Viv. ad Augustin. de C. D. 1 cap. 4.

PHŌLUS, i, Φόλος, Ixionis ex nube filius, unus ex Centauris: Virg. 2 Georg. v. 456. Sil. 1 v. 438. Lucan. 6 v. 391. Stat. 2 Theb. v. 564.
¶ Pholŏē, es, mons Arcadiæ, in quo Pholus sepultus: Lucan. 3 v. 198 & 388. Idem 7 v. 449 & 827. ¶ 2. Est etiam nomen mulieris, Virg. Æn. 5 v. 285, & Horat. 1 od. 33 v. 9, & 2 od. 5 v. 17.
¶ Phŏloēticus, a, um, adject. ut, *Pholoëtica monstra*, Sidon. carm. 5 v. 230.

PHŌNASCUS, i, Φωνασκός, qui vocem & pronunciationem format, ein singmeister, sprachmeister, a φωνέω, *loquor*. Exstat apud Quintil. lib. 11 cap. 3 *Non est eadem cura oratoribus, quæ phonascis*. Et Sueton. in Aug. cap. 84 *Dabat assidue phonasco operam*. ¶ Est & *Phonascus* præcentor in choro, ein capellmeister. vide Wowerium cap. 5 de Polymathia. Primam corripuit Sidonius 4 epist. 11 *Psalmorum modulator & phonascus*.

PHŌNOS, i, Φόνος, herba eadem quæ *atractylis*, ita dicta, quod sanguineum fundat succum. Plin. 12 cap. 16.

PHORBAS, antis, Φόρβας, comes Æneæ, Virg. 5 Æn. v. 842.

PHORCUS, i, Græcis est Φόρκυς, filius Neptuni & Theseæ Nymphæ. Virg. Æn. 5 v. 240 *Chorus Phorci*. Ibid. v. 824 *Exercitus Phorci*. ¶ 2. *Phorcus* pictor ac sculptor egregius, Plin. 36 cap. 5. ¶ 3. *Phorcus* etiam piscis est, Plin. 32 cap. 11.
¶ Phorcys, ȳdis, Medusæ pater, a quo
¶ Phorcȳnis, nĭdis, & Phorcys, ĭdis, patronymica pro ipsa Medusa. Ovid. 5 Met. v. 230, & Propertius lib. 3 eleg. 22 v. 8.

PHORĬMON, i, aluminis species, Plin. 35 cap. 15.

PHORMIO, ōnis, philosophus; Cicer. lib. 2 de Orat. cap. 18. ¶ 2. Item, dux Atheniensis, de quo Gellius lib. 17 cap. 21. Quoniam incommoda militiæ facile pertulit, *Phormionis thori* abierunt in proverbium, de stratis minime delicatis, qualia sunt cubilia militaria, & quale sibi apud Homerum parat Ulysses, ex arborum congestis frondibus, ac ramis humi substratis. vid. Chiliad. ¶ 3. Parasitus Terentii, a φορμός, *tegeticula*. Vide supra *Æro*, & Salmas. Exercit. Plin. p 574.

PHŌRŌNEUS, ei, Φορωνεύς, tribus syllab. Inachi fluvii filius, rex Argivorum, a quo dicti ipsi sunt *Phoronei*: Stat. Theb. 4 v. 589, & Plin. 7 cap. 56.
¶ Phorōnis, ĭdis, Φορωνίς, patronym. fœm. quod de Io, Inachi filia, Phoronei nepte, usurpant poëtæ. vid. Ovid. 1 Metam. v. 668, & 2 v. 524 Et adjective Seneca Thyest. v. 114 *Phoronides venæ*, i. e. undæ fluvii Inachi, patris Phoronei
¶ Phŏrōnĕus, a, um, adject. Stat. lib. 3 Silv. 2 v. 101
Isi Phoroneis quondam stabulata sub antris.

PHOSPHŌRUS, i, Φωσφόρος, stella Veneris, Lucifer, der morgenstern, vide supra *Lucifer*. Martial. lib. 8 epigr. 21
Phosphore, redde diem, quid gaudia nostra moraris?

PHRAGMĪTES, æ, φραγμίτης, genus calami, qui circa sepes nascitur, Plin. 32 cap. 10. Dioscor. 1 cap. 114.

PHRAHĀTES, sive Phraates, æ, Parthorum rex, quo expulso ob tyrannidem,

rannidem, Tiridates regnum occupavit. Quo tamen rursus dejecto, restitutus Phrahates ab Augusto fuit. Vide Justinum lib. 42, & Dionem Cassium lib. 54 extr. Hinc Horatius lib. 2 od. 2 v. 17

Redditum Cyri solio Phrahaten
Dissidens plebi numero beatorum
Eximit virtus.

¶ 2. Hic *Phrahates* filium cognominem habuit, de quo Tacitus 6 Annal. cap. 31. ¶ 3. Sed plures *Phrahates* in regibus Parthorum: & quartus fuit hujus nominis, qui Augusto æqualis erat. Vide Hist. Antiq.

PHRĂSIS, is, φράσις, forma loquendi, ἀπὸ τοῦ φράζειν, *loqui*, eine weise zu reden, redens-art. Quintilian. lib. 8 cap. 1 pr. *quam Græci* φράσιν *vocant, Latine dicimus Elocutionem.*

¶ Antiphrăsis, vide supra suo loco.

¶ Paraphrăsis, is, παράφρασις, interpretatio liberior, sed non sine mutatione & additione, cujusmodi est Themistii in Aristotelem, Nicephori in Eusebium, Erasmi in Novum Testamentum, & Chaldæorum interpretum in S. Biblia, præsertim posteriorum. conf. Quintilian. 10 cap. 5.

¶ Paraphrastes, æ, παραφραστής, enarrator, interpres.

¶ Periphrăsis, is, περίφρασις, circuitio, eine umschreibung; circumlocutio, copiosior rei descriptio: ut, *Scholæ peripateticæ princeps*, pro Aristotele. Virg. 4 Æn. v. 584

Et jam prima novo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens aurora cubile.

Pro, *Dies incipiebat oriri*, aut *illucescere*. Conf. Quintil. 8 cap. 3 & 6, item lib. 9 cap. 1 & 3, & Gell. 3 c. 1.

PHREATTIVM, i, forum erat Athenis, in quo agebatur caussa, si quis reus cædis involuntariæ, præterea cædem commisisset voluntariam.

PHRĔNES, um, φρένες, *præcordia, quæ cordi prætenduntur*, Plin. 11 c. 37. Proprie sunt membranæ, quibus cor involvitur, das netz ums hertz; etsi Eustathius ita vocet τὸ διάφραγμα. Vide *Diaphragma*.

¶ Phrenēsis, is, penult. producta, φρένησις, symptoma, & morbus ægrotantium, cum desipere videntur & furiosa loquuntur, wahnwitz, taubsucht, wenn die krancken im haupte irre werden. Juvenal. satyr. 14 v. 136

Cum furor haud dubius, cum sit manifesta phrenesis.

Licenter Sammonicus alteram corripuit cap. 8

Ex vitio cerebri phrenesis furiosa movetur.

Item Prudentius Hamartig. v. 125

Imo hæc attoniti phrenesis manifesta cerebri.

¶ Phrĕnētĭcus, a, um, φρενητικός, phrenesi laborans, wahnwitzig, der irre im haupt ist. Cic. 1 de Divin. c. 38 pr. *Ego haud scio, an nec cardiacis hoc tribuendum sit, nec phreneticis.* Adde Martialem lib. 11 epigr. 29 secundum multorum codicum lectionem.

¶ Phrenĭtis, ĭdis, φρενῖτις, idem quod *Phrenesis*, Celso 2 cap. 1. Idem lib. 3 cap. 18 quid sit, eleganter exponit: *Phrenitis tum demum est, cum continua dementia esse incipit; aut cum æger, quamvis adhuc sapiat, tamen quasdam vanas imagines accipit: perfecta est, ubi mens illis imaginibus addicta est.*

¶ Phrenītĭci, iidem qui *Phrenetici*. Celsus 3 cap. 18 *Ex phreniticis alii hilares, alii tristes sunt.*

¶ Phrenetizo, āre, unsinnig seyn. Cœl. Aurel. præfat. Acut. *Phreneticandi caussas dicere.*

PHRŎNĒSIS, is, φρόνησις, prudentia in rebus expetendis & fugiendis, die fürsichtigkeit, apud Cic. 1 Offic. c. 43.

¶ Phrontistērium, i, φροντιστήριον, locus, in quo cogitationes nostras explicamus, i. e. schola, eine schul.

PHRYGANIVM, i, animal, quod se ignorare Plinius ait, cum tamen remedio esse quartanis ex Chrysippo commemoret, lib. 30 c. 11.

PHRȲGIA, æ, Φρυγία, regio minoris Asiæ pluribus vicis, quam urbibus frequens, ut de ea Curtius scribit lib. 3 cap. 1. Duplex etiam fuit, major & minor. Vide Geographos, & Claudianum lib. 2 in Eutrop. v. 238 & seqq. ubi eleganter describit.

¶ Phryx, gen. Phrȳgis, Φρύξ, plur. Phrȳges, qui & Phrygii, qui sunt ex Phrygia. Cic. lib. 7 fam. epist. 16 pr. *In equo Trojano scis esse in extremo: Sero sapiunt Phryges*, narren werden mit schaden klug. Per *Equum Trojanum*, intelligit vetustissimi poetæ Livii Andronici tragœdiam. ¶ *Phryx plagis emendatur*, adagium aliud de hominibus servili ingenio, qui neque pudore, neque monitis, sed verberibus demum adacti officium suum faciunt. Sane in commune Phryges agrestis & inurbani ingenii habiti; nec mirum, qui paucas urbes colerent, ut Curtius significat, cujus locum supra laudavimus. Vrbes enim cultiora & acutiora ingenia alere solent. Hinc ibidem Phryges in magno omnium contemtu: atque sic appellati, qui despectui erant. Curtius lib. 5 cap. 11 ex persona Belonis Philetam deferentis, *ludibrio ei fuisse rusticos homines, Phrygasque & Paphlagonas appellatos.* Et Cicer. lib. 1 ad Quintum Fratrem epist. 1 *Nisi forte me Paconii, nescio cujus hominis, ne Græci quidem aut Mysii, aut Phrygii potius, querelis moveri putas.* Phædrus præfat. lib. 3

Si Phryx Æsopus potuit, si Anacharsis Scythes,
Æternam famam condere ingenio suo: &c.

id est, si neque Æsopo, neque Anacharsi patria obfuit, quo minus ingenio excellerent, quamvis alter inter vilissimos Phryges, alter inter socordissimos Scythas natus esset. Et vero Phryges κατ' ἐξοχὴν quoque dicti Barbari: ut cum *Barbarus* absolute diceretur, *Phryx* significaretur. Vide supra in *Barbarus*. ¶ 2. *Phrygia* etiam herba est, quæ & *Phrygitis*, de qua Apulej. de Herb. c. 56 & 96.

¶ Phrygio, ōnis, qui acu pingit, ein seidensticker. Phryges enim texturam illam primi invenerunt, Plinio auctore lib. 8 cap. 48. Vide & Serv. in Virg. 3 Æneid. *Phrygionis* vocabulo usus Varro apud Nonium c. 1 n. 10, & Plautus Aulul. a. 3 sc. 5 v. 34

Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius.

Dicitur & *Barbaricarius*. Phryges enim κατ' ἐξοχὴν Barbari, de quo paullo ante.

¶ Phrȳgius, a, um, adjectivum; ut, *Phrygium æquor*, Virg. Æn. 1 v. 381. *Phrygiæ arces*, Ovidius 13 Metam. v. 44.

¶ Phrygiānus, a, um, idem; ut, *Vestes Phrygianæ*, Plinius lib. 8 cap. 48. gestickte kleider. Ad quem locum Harduinus notat, MSS. omnibus libris esse *Phrygioniæ*, ut a Phrygio, ōnis, adjectivum formatum sit. Verba Plinii sunt: *Acu facere id Phryges invenerunt, ideoque Phrygioniæ appellatæ sunt*, subaudi, Vestes.

¶ Phrygiōnius, a, um, adjectiv. a *Phrygio, Phrygionis*, formatum, de quo modo dictum est.

PHRYNE, es, meretrix Thespiaca, tanta pulcritudine, ut ad ejus similitudinem simulacra Veneris universa Græcia fingerentur, ut Arnobius auctor est lib. 6 adversus Gentes. Hinc accusata impietatis, non tam eloquentia Hyperidis patroni, quam formæ excellentia absoluta fuit. Narrant Athenæus lib. 4, Sextus Empiricus lib. 2 adversus Mathemat. itemque Plutarchus in Hyperide, & Quintilianus lib. 2 cap. 15. Hæc tantam pecuniæ vim quæstu corporis redegit, ut Thebas ab Alexandro Magno excisas denuo condiderit & instaurarit, Athenæus lib. 13, Plin. lib. 34 cap. 8, & Propertius lib. 2 eleg. 6. ¶ Apud Horatium epod. 14 extr. *Phryne* pro quovis scorto ponitur.

PHRYNION, i, φρύνιον, herba, quæ & Paronychia, ita dicta, quod τοῖς φρύνοις, i. e. rubetis adversetur, finger-nägel kraut, Plin. 25 cap. 10, & 27 cap. 12 &c.

PHRYNVS, i, φρῦνος, genus ranæ omnium maximum, in vepribus tantum vivens; unde & Rubetam Latini appellant, Plin. 32 c. 4.

PHRYXVS, i, Athamantis Bœotiæ regis filius. Hic a Nephele sorore aureo vellere arietem, Mercurii donum, acceperat: quem dominus postea Jovi sacravit: pellem vero auream Æetæ Colchorum regi, socero suo (ejus enim filiam Chalciopem duxerat,) dono dedit. Vide Apollodorum lib. 2 Biblioth. item Hygini Astronom. poët. lib. 2. Nam hujus arietis effigiem inter sidera retulisse Jupiter fingitur. Meminit hujus arietis & Tacitus 6 Annal. cap. 34.

¶ Phryxēus, a, um, φρυξεῖος, adject. ut, *aries Phryxeus*, Seneca Medeâ v. 471. *Vellus Phryxeum*, apud Ovid. 7 Metam. v. 7.

PHTHĪA, æ, Φθία, oppidum Thessaliæ, Achillis patria, de qua Virgilius Æn. 1 v. 284.

¶ Phthius, a, um, adject. *Non ego sum Phthia* &c. Ovid. epist. Didonis v. 165. Sic *Phthium Achillem* Horatius dixit 4 oda 6 v. 4.

¶ Phthiōta, æ, Phthiæ incola, Φθιώτης: ut, *Senex Phthiota*, Cic. 1 Tuscul. cap. 10.

¶ Phthiōticus, a, um, adject. ut, *Phthiotica tempe*, Catull. carm. 65 v. 35.

PHTHĪRIĀSIS, is, φθειρίασις, morbus pedicularis: a φθείρ, φθειρός, die läusesucht. Glossæ Cyrilli: φθειρίασις, *Pediculatio*. Periit eo morbo Cassander, Antiochus, Sylla Romanus, Pherecydes philosophus; post alios & Philippus II Hispaniarum rex, Caroli V filius, ut Baudius Jamborum Funebr. libro, carmine in Philippi obitum testatur. Cui & hanc notam adjecit, non meminisse se, quemquam excelsæ dignitatis principem tali genere mortis interiisse, nisi qui vel sæviendo, vel divinos honores affectando humanitatem exuisset. Vide ejusdem & Epos 5 Heroicorum Part. 1, & ad id calce libri appositam notam. Hoc autem de morbo agit Plinius lib. 24 c. 10, & lib. 20 c. 6 & 22, & lib. 30 c. 15 &c.

PHTHĪSIS, is, φθίσις, tabes, exulceratio pulmonis, dicta ἀπὸ τοῦ φθίνειν, *tabescere*, die schwindsucht. Columella lib. 6 cap. 14 pr. *Cum pulmones exulcerantur, inde tussis & macies, & ad ultimum phthisis invadunt.* Juvenalis satyr. 13 v. 95

Et phthisis, & vomicæ putres.

Adde Celsum lib. 3 cap. 22.

¶ Phthīsicus, a, um, φθισικός, phthisi laborans, schwindsüchtig. vide Scribon. Larg. Composit. 186. Plin. 24 c. 15, & 26 c. 11, & Martial. 11 epigr. 22, ubi P. Scriverius & Gruterus ex optimo codice restituerunt *de phthisico cinædo*, pro vulgato *Delphitico*, & Scaligeri *Deliaco cinædo*.

¶ Phthisisco, ĕre, phthisi laborare, schwindsüchtig seyn. Sidon. 5 epist. 14 *Jecorosis & phthisiscentibus medicabilis.*

PHTHONGVS, i, φθόγγος, sonus, sonitus, der ton, schall, klang. Plin. 2 c. 22 *Saturnum Dorio moveri phthongo, Jovem Phrygio.* Adde Vitruvium 5 c. 2.

¶ Diphthongus, vide supra suo loco.

PHTHORIVS, a, um, φθόριος, ejectorius, austreibend. Sic *Phthoria medicamenta* sunt, quibus medici utuntur abigendis infantibus in utero enectis, quæ & *Ecbolia* dicuntur, ab ejiciendo. Plinius de scammonite vino lib. 14 c. 16 *Hoc vinum*, inquit, *phthorium vocant, quoniam facit abortus.*

PHV, φοῦ, herba Valeriana, baldrian, Matthiolus. vid. Plin. 21 c. 20, & lib. 12 c. 12. Dioscor. 1 c. 10. Scribon. Larg. Composit. 170.

PHY, interjectio mirantis, Terentio Adelph. a. 3 sc. 3 v. 59.

PHYCIS, ĭdis, φυκίς, piscis verno tempore varius, reliquis anni partibus candidus, Plin. 9 c. 26, & 32 c. 11.

¶ Phycītes, æ, φυκίτης, gemma algæ nitorem habens, Plin. 37 c. 10.

¶ Phycos, i, φῦκος, alga sive frutex marinus, wasserkraut, Plin. 13 c. 25, & 26 c. 10.

PHYGETHLON, i, φύγεθλον, est tumor durus, eine geschwulst, Cels. 5 cap. 28.

PHYLĂCA, æ, φυλακή, custodiæ locus, carcer, das gefängnüs. Plaut. Capt. a. 3 sc. 5 v. 39 *Abductus recta in phylacam.* ¶ 2. *Phylace* oppidum Phthioticæ regionis in Thessalia, quæ sub imperio Protesilai fuit. vid. Lucan. 6 v. 352. Hinc

¶ Phylacides, æ, ipse Protesilaus, prima contra naturam primitivi producta apud Ovid. 2 Art. Am. v. 356

Phylacides aberat Laodamia tuus. Et

¶ Phylăcēius, a, um, adject. ut, *Conjux Phylaceia*, Ovid. Trist. 5 eleg. 14 v. 39.

¶ Phylacista, æ, φυλακιστής, ein kerckermeister. Plaut. Aulul. a. 3 sc. 5 v. 44 *Treceni cum stant phylacistæ in atriis*, id est, custodes manciporum in ergastulis. Est a φυλακίζειν, *in carcerem conjicere.*

PHYLACTĒRIVM, i, remedium avertendis morbis & incantationibus paratum: a custodiendo seu servando sic dictum, ein präservativ, oder mittel wider gifft und zauberey. Græcum enim est, φυλακτήριον, *Servæ-*

Servatorium, Amolimentum, Amoletum, Præbia. Vet. Gloss. *Amoletum*, φυλακτήριον. Erant autem hæc remedia ferme magica & præcantatoria, superstitiosa certe, & nullis naturæ caussis nixa: unde & vetita Christianis, & sacrilega, quemadmodum Augustinus appellat de catechisandis rudibus cap. 25, de iis agens, qui pro Christianis habendi non sint, quales *ebriosos, avaros, fraudulentos, aleatores, adulteros, præcantatores, denique remedia sibi sacrilega alligantes* recenset. Isidorum adde lib. 8 Orig. cap. 9. Quoniam autem hæc remedia alligabantur, ideo & *Ligaturæ* & *Alligaturæ* appellata. Gaudentius Brixiensis Tractatu 4 de Lectione Exodi: *Partes ideo idololatriæ sunt, veneficia, præcantationes, suballigaturæ.* Habes exemplum & apud Augustinum epist. 73. Huc pertinent laminæ illæ pro colubrarum ictibus, quas Marsi & Psylli vendebant, de quibus Arnobius lib. 2 p. 39 & 50. Item illud ABRACADABRA, a collo suspensum, de quo Serenus Sammonicus cap. 53, & Selden. de Diis Syris lib. 1 cap. 2 pag. 120. Item, *Ephesiæ litteræ* & *Niceteriæ*, quæ dicebantur; de quibus supra suis locis. Item, numismata aurea Alexandri Magni, quæ circumligari fuisse solita, Chrysostomus Homil. 21 ad Pop. Antiochen. scribit. Et quoniam artifices talium, eorum efficaciam ad quamdam arcanam naturæ vim referebant, idcirco favorabiliore vocabulo φυσικὰ περίαπτα appellabant. Augustinus laudato lib. 2 cap. 20 *Quæ mitiore nomine PHYSICA vocant, ut non quasi superstitione implicare, sed naturâ prodesse videantur* &c. Conf. Voss. de Idololat. lib. 1 cap. 8. Scip. Gentil. in Apolog. Apulej. p. 307. Lubin. ad Persium p. 692. ¶ 2. *Phylacteria* apud D. Matthæum cap. 23 v. 5 appellantur *pittacia illa* sive *membranæ* Pharisæorum, in quibus decalogum habebant perscriptum; has complicantes ligabant in fronte & quasi coronam capiti faciebant, gedenck-zettul. Vide ibi Hieronymum, itemque Scaligerum Elencho trihæresii cap. 8, & Samuelem Petitum lib. 2 Var. Lect. cap. 3, itemque Fagium in Exod. cap. 13, Drusium de Sectis Jud. pag. 103, Fuller. Miscell. lib. 5 cap. 7, alios. Quod quia gloriæ caussa faciebant, idcirco πλατύνειν τὰ φυλακτήρια proverbialiter, pro ostentare se captandæ inanis laudis gratia, dici est cœptum. Clemens Alexandrinus lib. 1 Stromat. pag. 215 extr. οὐκ οὖν πλατύνειν τὰ φυλακτήρια χρή ποτε κενοδοξίαν ζηλοῦντας: *Non oportet ergo unquam dilatare phylacteria vanam ambiendo & magnifaciendo gloriam.*

¶ Phylactērius, i, plur. Phylacterii vocabantur, qui phylacteria seu amuleta conficiebant præbebantque. De quibus ita Balsamo (quod Lindebruchius ad Ammiani lib. 19, & Casaubonus ad Antonium Diadumenum Lampridii observat,) ad Canon. 61 Concilii in Trullo: φυλακτήριον, *hoc est, remediorum seu amuletorum præbitores dicuntur, qui fraude Dæmonis eis, qui a se decipiuntur, vincula quædam ex sericis filis contexta, quæ & πέγγια dicuntur, præbent. Quæ aliquando quidem intus habent scripturas, aliquando vero falsa quædam alia, quæcunque inciderint. Dicunt autem, hæc juvare, si ex collis eorum, qui illa accipiunt, perpetuo pendeant, ad omne malum vitandum.*

PHYLE, es, castellum Atticæ, Cornel. Nepos 8, 2, 1, de quo vid. Meurs. lib. de populis Atticæ p. 144.

PHYLLANTHES, is, φυλλανθής, herba ex aculeatarum genere, Plin. 21 c. 16.

PHYLLIS, ĭdis, Sitonis, Thracum regis, filia, Demophoonti, Thesei regis filio, adamata, petitaque in conjugium. Quæ, amatore suo procoque profecto, quod se spretam putaret, laqueo sibi fregit gulam, vel, ut alii volunt, amatoris impatientia mœroreque animi exspiravit, in amygdalam arborem demum conversa. Vnde & Palladius de insitione v. 61 & v. 149 *Phyllida* pro amygdalo dixit. Vide Ovidii epistolas Heroid. itemque Servium ad Virg. eclog. 5, & Hyginum fabulâ 59. ¶ 2. Sed in illo Virgiliano eclog. 5 v. 10

Si quos aut Phyllidis ignes
Aut Alconis habes;

Phyllis puellæ rusticæ, sicut *Alcon* pueri, nomen est: ut ecloga 7 extr. & eclog. 10 v. 44.

PHYLLĪTIS, ĭdis, φυλλῖτις, planta, *lingua cervina*, vulgo hirsch-zungen.

PHYLLON, i, φύλλον, spina sine caule, sine flore, sine echino, foliis longis, aculeatis, &c. Plin. 27 c. 12 & 22.

¶ Phyllophares, is, marrubium, Apulej. de Herb. c. 45.

PHȲMA, ătis, φῦμα, tuberculum, furunculo simile, sed rotundius, ac planius, eine hitzblatter. Vide Celsum lib. 5 c. 28 n. 9.

PHȲRĂMA, ătis, φύραμα, gummi genus, kleister, Plin. 12 c. 23. In genere medicis est omnis massa mista, ein teig, a φύρω, *misceo*.

PHȲSĒMA, ătis, φύσημα, plur. Physemata, sic dicuntur abortus concharum, qui inde contingunt, si tempore generationis earum incidant tonitrua: Plin. lib. 9 c. 35.

PHȲSĒTER, ĕris, φυσητὴρ, belua marina admirandæ magnitudinis ex genere balænarum, Gesnerus ex Gellio, ein sprützwal, grosser wallfisch. Avienus Arateis v. 308

cano nutrit sub gurgite Nereus
Delphinos virides & Physeteras anhelos.

PHȲSIS, is, φύσις, natura, die natur. ¶ *Physes*, (φύσεις.) gemmas factitias appellari, scribit Plinius 37 c. 12, velut ipsius naturæ admirationem venditantes.

¶ Phȳsĭcus, a, um, adject. naturalis, ad naturam pertinens, natürlich; ut, *Physica ratio*, Cic. 2 Nat. Deor. c. 21.

¶ Physĭcus, i, subst. ein naturkündiger. Cicer. 1 Nat. Deor. cap. 30 pr. *Physicus, id est, speculator venatorque naturæ.*

¶ Physica, æ, φυσική, scientia rerum naturalium, die natur-kunst. Idem Cicer. 3 de Fin. cap. 21 *Ad eas virtutes dialecticam adjungunt & physicam.*

¶ Phȳsĭca, ōrum, idem. Cic. 1 de Fin. cap. 6 pr. *Epicurus in physicis, quibus maxime gloriatur, totus est alienus.*

¶ Physice, adverb. Idem Cic. 3 Nat. Deor. c. 7 *Quæ a te physice dicta sunt de vi ignea.*

¶ Physiolŏgus, i, φυσιολόγος, physicus, physicæ scientiæ deditus, seu de natura disserens.

¶ Phȳsiolŏgia, æ, φυσιολογία, physica. Cic. 1 de Divin. c. 41 *Naturæ rationem, quam Physiologiam Græci appellant, notam esse sibi profitebantur.*

¶ Physiognōmon, ŏnis, quasi naturam cognoscens, præsertim ex vultu, oculis, lineamentis aut signis similibus. Cicer. de Fato cap. 5 *Quid? Socratem nonne legimus, quemadmodum notarit Zopyrus Physiognomon, qui se profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere.*

¶ Physiognōmonia, æ, φυσιογνωμονία, inspectrix naturæ ex vultu & corporis habitu: Cui suus quoque locus debetur, magni alicujus Theologi judicio. Etiamsi enim non ad artes certas, fallere & falli nescias, ad στοχαστικὰς tamen pertinet.

¶ Physicŭlo, āre, a Physicare pro φυσικεύεσθαι, Martianus Capella dixit: hoc est, rimari atque inquirere, quod in natura abditum. Cicer. Timæo, principio, *investigare res, quæ a natura involutæ sunt*, dixit. Hoc magi jactabant: item aruspices & divinatores alii. Ita *Physiculandi solertiam*, i. e. divinandi dixit Saxo grammaticus lib. 1 Histor. Daniæ. Vide Scaligerum ad Priapeja, & Grotium ad Martian. Capellam lib. 1.

¶ Metaphȳsĭca, æ, est scientia, quæ ens speculatur, & ea, quæ huic insunt: Aristot. Metaphys. lib. 3 c. 1.

¶ Metaphysicus, i, qui tractat metaphysicam.

PHȲTEVMA, ătis, φύτευμα, herba, cujus usus ad amatoria, creutz-wurtz, Plin. 27 c. 12. Dioscor. 4 c. 130.

PHYTOLŎGIA, æ, φυτολογία, est disciplina rerum vegetabilium & plantarum. φυτὸν enim *planta* est, die lehre von erdgewächsen, und kräutern.

Piacularis, piaculum, piamen, piatio &c. vide infra *Pio, āre.*

PĪCA, æ, dicta ἀπὸ τοῦ ποικίλου, hoc est, *a coloris varietate*, avis nota est, ein agläster, älster. *Pica loquax, garrula*, apud poëtas, vide Martial. lib. 14 epigr. 76. Sic, *Pica glandaria*, garrulus est, ein häher oder holtzschreyer, vide *Garrulus.* ¶ 2. *Pica*, etiam in gravidis mollities est, & languor dissoluti & omnia fastidientis stomachi, das gelüsten der schwangern frauen. *Libidinem gulæ* Tertullianus appellavit. Vide supra *Fastidium.*

¶ Pīcus, i, avis alia, ein specht oder baumhacker. *Picus maximus*, vel *niger*, ein grosser schwartzer specht. *Picus varius*, ein maurspecht. *Picus viridis*, ein grünspecht. *Picus cinereus*, ein nußhacker, nußpicker. *Picus muralis*, ein maurspecht. Ovid. 3 Fast. v. 37 *Martia picus avis.* Adde Horat. 3 od. 27 v. 15. ¶ 2. *Picos* pro gryphibus dixit Plautus Aulul. a. 4 sc. 8. pr. ¶ 3. *Picus* etiam Latinorum rex fuit, Saturni filius, Fauni pater, Latini avus, auguriorum peritissimus. Fingitur in avem sui nominis a Circe immutatus. Vide Ovid. lib. 14 Metamorph. fab. 7 v. 320, & Servium in Virg. 7 Æn. v. 189.

Picare, picaria, picatus, vide *Pix.*

PĬCĒA, æ, πεύκη, πίτυς, arbor ejusdem cum pinu generis, ein rother tannenbaum. *Piceam nigrantem* dixit Virg. 9 Æn. v. 87.

¶ Piceaster, tri, picea silvestris, eine rothe tanne, Plin. 14 c. 20.

PĪCĒNVM, i, Italiæ regio, trans montem Apenninum, ab ipsis montibus usque ad mare Adriaticum extensa. Ab Ancona, celeberrimo emporio, Marchia Anconitana hodie dicta.

¶ Picēnus, a, um, adjectiv. ut, *Tellus Picena*, Silius 8 v. 425. conf. Fest.

¶ Picentīnus, a, um, idem; ut, *Picentina Ceres*, Martial. 13 epigr. 47.

¶ Picentia, æ, præcipua urbs Picentinorum inter Campaniam & Lucaniam: Silius 8 v. 579.

¶ Pīcentes, ium, & Picentini, orum, incolæ. Singul. *Picens* Prudentii est in Hippolyto v. 206. Plura in Geograph.

PICRIS, ĭdis, fœm. πικρίς, herba, intubus silvestris, seu cichorium, seu seris silvestris, wegweiß oder wegwartz, vide *Cichorium* & *Intybus.* Plin. 19 c. 8, & 21 c. 17, & 22 c. 22. Dioscor. 2 c. 160.

¶ Picridium, i, πικρίδιον, diminut. genus lactucæ, salat, Augustin. lib. 21 Quæst. c. 2.

Pictacium, Pictavia, &c. Pictilis, vide *Pittacium, Pictones, Pingo.*

PICTŎNES, um, Galliæ populi Ptolemæo, quorum metropolis

¶ Pictavia, æ, seu Pictavium, i, urbs celebri hodie Academia insignis. Vulgo, Poictirs. Ab urbe sunt

¶ Pictāvi, ōrum, iidem qui *Pictones.* Paulinus Petrocor. lib. 1 v. 287

Dum Pictavorum doctor floreret in oris.

¶ Pictavĭcus, & Pictŏnicus, a, um, adjectiv. Auson. epigr. 51 *Imago Rufi Rhetoris Pictavici.* Alii *Pictavicæ*, scil. *urbis.* Pari modo Idem Profess. 10 v. 41 *Pictonicæque dedit*, subintellige, *urbi.* Sic *Pictonicum litus*, Idem epist. 9 v. 36. Et Paulinus Nolanus carm. 10 v. 249

Pictonicis tibi fertile rus viret arvis.

Pictor, pictura, &c. Picula, vide *Pingo, Pix.*

PĪCVMNVS, i, cum Pilumno fratre Deus præses auspiciis conjugalibus deputatus, uti docet Nonius c. 12 n. 36, ubi & Varro: *Diis conjugalibus Pilumno & Picumno in ædibus lectus sternebatur.* Servio dicente in Virg. Æn. 9 v. 4 *Picumnus usum stercorandorum invenit agrorum: Pilumnus pinsendi frumenti.* Adde Minucii Felic. Octav. c. 25 n. 8.

Picus, vide paullo ante *Pica.*

PĪĔRES, Πιερεῖς, populi olim Macedoniæ, Plin. 4 cap. 10. Strab. lib. 10.

¶ Pīĕria, æ, Πιερία, regio Macedoniæ, in qua Jupiter ex Mnemosyne genuit Musas; Plin. 4 c. 10.

¶ Pīeris, ĭdis, plur. Pierides, um, Musæ, quæ amœnitatibus montium & silvarum gaudent, die Musen; Ovid. Fast. 6 v. 599, & Virg. eclog. 8 v. 69 *Dicite Pierides.* Singulare ô *Pieri*, est Horatii lib. 4 oda 3 v. 18. Et Ovid. 4 Fast. v. 220 *Pieris orsa loqui.*

¶ Pīĕrius, a, um, ad Musas pertinens; ut, *Carmen Pierium*, Lucret. lib. 1 v. 945. *Pierius juvenis, minister*, i.e. poëta. Omnem humanam litteraturam hac voce notant poëtæ. v. Barth. ad Statii Silv. p. 65, 66 & 98. Sic, *Pierium antrum*, i. e. Musis sacrum, Horat. 3 od. 4 v. 40. *Pierii recessus*, Martial. 7 epigr. 62.

¶ Pīĕrus, i, mons in Thessalia, qui in Macedoniam protenditur, Plin. 4 c. 8. ¶ 2. *Pierus*, Macedo quidam, pater novem filiarum, quæ

Musas

Musas in certamen provocare ausæ & in picas versæ sunt: Ovid. Metam. 5 v. 302.

Pietas, pietaticultrix, vide infra *Pius*.

PĬGER, gra, grum, ignavus, tardus, faul, langsam, verdrossen. *Mane piger stertis*, Pers. satyr. 5 v. 132. Plaut. in Rudente a. 4 sc. 2 v. 15

Nihil est, qui piger est: nimisque id genus ego odi. Mane vigilare
Decet hominem, qui vult sua tempore conficere officia.

Horat. 1 epist. 1 v. 21 *Annus piger*, das langsam hingehet. *Impetus tardior pigriorque*, Val. Maxim. lib. 7 cap. 3 n. 10. Et, *Gens pigerrima ad militaria opera*, Livius lib. 21 cap. 25. *Arar pigerrimus undæ*, Silius 15 v. 504. ¶ *Pigrissimus* dixit Tertullianus Exhort. ad Castit. c. 13 *Suffusio pigrissimorum ad continentiam.*

¶ Pigre, adverb. idem. Senec de Ira 3 cap. 17 *Pigre in servitutem transiens.* Comparativo usus Plinius est lib. 10 cap. 34 de columbis: *Amor sobolis æqualis: sæpe & ex hac caussa castigatio, pigrius intrante fœmina ad pullos.*

¶ Pigritia, æ, & Pigrities, ēi, quæ metus est laboris consequentis, ignavia, die faulheit, verdrossenheit. Cic. ad Attic. 16 epist. 15 *Facere me pigritiâ noli putare, quod non mea manu scribam.* Et, *Ingenuam pigritiam*, pro liberali otio Martialis dixit lib. 12 epigr. 3.

¶ Pigrēdo, ĭnis, idem quod pigritia, die trägheit. Interpres Vulg. Proverb. cap. 19 v. 15 *Pigredo immittit soporem.*

¶ Pigrĭtas, ātis, idem. Vet. Gloss. *Pigritas*, ἀργία.

¶ Pigror, ōris, idem. Lucilius apud Nonium cap. 3 n. 169

Languor enim oppressit, pigror, torporque quietem.

¶ Pigror, ari, faul seyn, sich verdriessen lassen. Hoc verbo Cicero semel utitur ad Att. 14 epist. 1 *Scribere ne pigrére*, id est, ne moreris. Lucretius 1 v. 409 *Quod nisi pigraris, paullumve recesseris ab re.*

¶ Pigro, are, säumen, säumig seyn, etiam activa forma dicitur. Et ita Accius usus apud Nonium cap. 2 n. 655 *Cur propter te pigrem.* Item: *Melius pigrasse quam properasse est nefas.* Gloss. Cyrill. *Pigro*, ὀκνῶ.

¶ Pigresco, ĕre, pigrum effici & lentum, faul werden. Plin. lib. 18 c. 18 *Nilus pigrescit in Virginem transgresso sole.*

¶ Pigrĭtor, ari, idem quod *Pigrari*. Vulg. Interpr. Act. c. 9 v. 38. Gloss. gr. lat. ὤκνησα, *pigritatus sum.* Improbat Goclen. Observat. L. L. pag. 440.

¶ Impĭger, a, um, strenuus, diligens, unverdrossen, fleißig, hurtig; ut, *Impiger ad labores belli*, Cic. pro Fontej cap. 15. *Patientem atque impigrum se præbere*, sich gedultig und arbeitsam erzeigen, Idem in Verrem 7 cap. 10.

¶ Impĭgre, adverb. idem. Livius lib. 2 cap. 47 *Impigre milites secuti sunt.* Val Max. lib. 2 cap. 1 n. 9 *Corpora & animos ad publica officia impigre sustinenda roborarunt.*

¶ Impigrĭtas, ātis, die arbeitsamkeit; ex Ciceronis de Republ. libris citatur a Nonio Marcello cap. 2 n. 434.

¶ Impigrābĭlis, e, unermüdet. Gloss lat gr. *Impigrabile*, ἐνεργέςατον.

¶ Repigro, are, verbo, pro retardare, faul machen, hindern, usus est Zeno Veronensis Sermone de resurrectione n. 13. Et hôc antiquior Apulej Met 8 p. 208 *Ipso lumine dirarum bestiarum repigratur impetus*, mit anbrechenden tage werden die wilden thiere scheu und furchtsam.

¶ Repigrātus, a, um, geschwächt, zurück getrieben. Martian. Capella 1 *Vxoris fotibus repigratus.* Apulej. Metam. 1 *Obsepto utero & repigrato fœtu.*

PĬGET, pĭguit, pigēre, idem plerumque significat, quod pœnitere, & molestum esse, es gereuet, es verdreußt; ut, *Num facti piget?* Terent. Andr. a. 5 sc. 3 v. 7, gereuet ihn auch solche that? Cic. pro Domo cap. 11 *Me non solum piget stultitiæ meæ, sed etiam pudet.* Plaut. in Pseud. a. 1 sc. 3 v. 47 *Nimio id, quod pudet, facilius fertur, quam illud, quod piget.* Et in Trinum. a. 2 sc. 2 v. 64 *Pudere quam pigere præstat totidem litteris.*

¶ Pĭgĭtum est, idem quod *Piguit*. Silius lib. 7 v. 173

Nec pigitum, parvosque lares humilisque subire
Limina cælicolam tecti.

¶ Pĭgendus, a, um, zu bedauern. Gerundio usus est Cicero de Clar. Orat. cap. 50 *ad pigendum induci:* Participio passivo Propertius 4 eleg. 1 v. 74 *Poscis ab invitâ verba pigenda lyrâ.*

Et Ovidius Heroid. epist. 7 v. 110

Caussas habet error honestas.
Adde fidem; nulla parte pigendus erit.

Pigmentarius, pigmentatus, pigmentum, vide infra *Pingo*.

PIGNVS, pignŏris, & pigneris, ὑποθήκη, quod ob debiti fidem datur & accipitur, ein pfand, unterpfand; ut, *Pignori opponere*, versetzen, verpfänden, apud Terent. in Phorm. a. 4 sc. 3 v. 56, & Plautum Pseud. a. 1 sc. 1 v. 15. Pro quo absolute Catullus *opponere*, dixit carm. 23

Furi, villula nostra non ad Austri
Flatûs opposita est, nec ad Favoni,
Nec sævi Boreæ aut Apeliotæ,
Verum ad millia quindecim & ducentos.

Opposita ad millia quindecim, auf 15000 versetzt. Seneca lib. 7 de Benefic. c. 14 *Rebus meis in securitatem creditoris oppositis.* Et, *Pignus dare in aliquid cum aliquo*, mit einem um etwas wetten: Plautus Casinæ prologo v. 75

Id ni fit, mecum pignus, si quis volt, dato
In urnam mulsi

Idem Epid. a. 5 sc. 2 v. 35 *ni ergo matris filia est*
In meum nummum, in tuum talentum pignus da.

Sic, *Pignore contendere*, um etwas wetten, Catull. carm. 45 v. 4. *Dic, mecum quo pignore certes*, Virg. eclog. 3 v. 31. ¶ 2. Ab istis sponsionibus sumta metaphora, *Pignora* pro argumentis sive rationibus ponuntur, quibus obtinetur aliquid ac vincitur. Quomodo non semel hac voce usus est Severus in Ætna: ut v. 133

certis tibi pignora rebus
Atque oculis hæsura tuis dabit ordine tellus.

Et v. 418 *Certaque venturæ præmittis pignora flammæ.*

Et v. 474 *Sed signum commune leve est, atque irrita caussa,*
Quæ trepidat: verum certo tibi pignore constet.

Et supra v. 40 dixerat: *turpe est sine pignore carmen:*
id est, quod fabulosum prorsus est, nec quicquam certis atque idoneis rebus verum probare ac vincere potest. Vbi & Scaligerum vide. Ovidius 3 Fastor. v. 71

Arbiter armorum, de cujus sanguine natus
Credor, & ut credar, pignora multa dabo.

Seneca Pater prooem. lib. 2 Controvers. *Est & hoc ipsum melioris ingenii pignus, non corrumpi bonitate ejus, ut illo male utaris.* conf. Buchn. ad Plinii lib. 10 epist. 11 ¶ 3. Sed & liberi passim dicuntur *Pignora*, quod iis parentum amor ac fides obligatur invicem, & velut vinculo quodam aut pignore adstringitur, die kinder. Vide Albericum Gentilem de Nuptiis lib 2 cap. 3. Aliquando tamen & latius sumitur vocabulum, & ad parentes ipsos ac propinquos extenditur, nahe freunde, angehörige. Quintil. lib. 6 cap. 1 *Affert in his momentum & ætas, & sexus, & pignora: liberi, dico, & parentes & propinqui.* Et aliquanto post: *Quare & obsecratio illa judicum* PER CARISSIMA PIGNORA, *utique si reo sint liberi, conjux, parentes, utilis erit.* Ovid. 3 Metam. v. 134 *& pignora cara nepotes.*

Lucanus lib. 3 v. 33 *Abscindis frustra bello tua pignora.*
id est, frustra affinitatis jura bello paras extinguere, quibus per me, conjugem tuam, devinctus Cæsari &c. Loquitur enim hoc Juliæ umbra per somnium ad Pompejum maritum. Agrætius, vetus grammaticus, *pignera* rerum, *pignora* filiorum & affectionum esse putat. Sed & *pignera* pro liberis simul & uxore, aliisque necessitudinibus sumit Tacitus Ann. 15, 57, 4, & 16, 26, 4; German. c. 7 n. 4, & Agricol. cap. 38 n 2, proprie tamen *liberi* sunt eidem Ann. 12, 2, 1. Claudian. in Eutrop. 1 v. 1

Semiferos partus, metuendaque pignora matri,

hoc est, monstra, monstrosi fœtus. Adde Bernegg. ad Sueton. August. cap. 21.

¶ Pignĕro, avi, atum, are, active; & Pigneror, ari, deponentium forma: quæ tamen non promiscue unum & idem significant. Nam PIGNERARE, unde & *oppignerare* est, est dare pignori, sive pignori opponere, versetzen, verpfänden. Suetonius Vitellio cap. 7 *Satis constat, exituro viaticum defuisse, tanta egestate rei familiaris, ut uxore & liberis, quos Romæ relinquebat, meritorio cœnaculo abditis domum in reliquam partem anni ablocaret: utque ex aure matris detractum unionem pigneraverit ad itineris impensas.* PIGNERARI vero est capere pignus, sive quem sibi accepto pignore obligare, & suum quasi facere, zum pfande nehmen. Cicero Philipp. 14 cap. 12 *In fuga, fœda mors: in victoria, gloriosa. Etenim Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignerari solet.* Aliqui scribunt *Pignorare, ari.*

¶ Pigneratus, a, um, passive, verpfändet. Liv. 24 cap. 1 *Velut obsidibus datis pigneratos habere animos.* Item active, der einen obligirt und verbindlich gemacht. Suetonius Claudio cap. 10 *Primus Cæsarum fidem militis præmio pigneratus.*

¶ Pignĕrātio, ōnis, pignerandi actus, die verpfändung. Gajus JCt. l. 9 § 1 D. de pignor. & hypoth. *Quod emptionem venditionemque recipit, etiam pignerationem potest recipere.*

¶ Pignerator, ōris, ein pfandnehmer. Cic. Verr. 3 cap. 11 *Publicanus petitor ac pignerator.*

¶ Pignerātītius, a, um, mit pfand umgehend; ut, *Creditor pigneratitius*, der auf pfand leihet, lege 15 § 25 D. de damno infecto. *Actio pigneratitia*, vide tit. Dig. de pignerat. act. præsertim lege 9. Sic & absolute & subst. l. 3 § 2 D. de transact. *Si agat pigneratitia debitor.* Item l. 61 § 1 D. de furtis: *contraria pigneratitia consequi.*

¶ Pignŏriscăpio, ut *usucapio*, est quasi captio in pignore, die pfandnehmung. Cato apud Gellium 7 cap. 10 *Pignoriscapio ob æs militare vocabulum seorsum fit*, &c.

Composita:

¶ Oppignĕro, are, pignori dare seu relinquere, verpfänden, versetzen. Terent. in Heaut. a. 4 sc. 5 v. 46 *Num illa oppignerare filiam meam, me invito, potuit?* Martialis lib. 2 epigr. 57

Oppigneravit Claudii modo ad mensam
Vix octo nummis annulum, unde cœnaret:

Claudius, fœnerator est. *Per mensam*, trapeziticam intelligit. Cic. pro Sext. cap. 51 *Libelli etiam pro vino sæpe oppignerabantur.*

¶ Oppignerator, ōris, der auf pfand leihet. Augustin. epist. 215 *ab oppigneratoribus urgeri.*

¶ Præpignĕro, are, sehr verpfänden. Ammianus 29 cap. 12, [Vales. p. 558] *colloquiis præpigneratus abstrusis.*

¶ Repignĕro, are, verbo *pignerare* contrarium: significat enim pignus luere, seu liberare, das pfand lösen. Vlpianus L. Si ut certo 5. §. Rem tibi dedi 12 D. commodati: *Rem tibi dedi, ut creditori tuo pignori dares. Dedisti, non repigneras, ut mihi reddas.* Festus: RELVERE, *solvere, repignerare.*

Pigrari, pigredo, pigritia, &c. vide paullo ante *Piger*.

PĬLA, æ, priori brevi, σφαῖρα est, ein ball, eine kugel; ut, *Pila lusoria*, Plin. lib. 7 cap. 56. *Pilâ ludere*, Cic. 1 de Orat. cap. 16. *Pila exercere se*, Celsus lib. 1 cap 6. *Ad pilam se conferre*, Cic. 3 de Orat. cap. 15, des balles spielen, den ball schlagen. *Pilam excipere*, den ball auffahen; *Pilam apte & expedite remittere*, den ball wieder zuwerffen: Seneca 2 de Benef. cap. 32 *In lusu est aliquid, pilam scite ac diligenter excipere; sed non dicitur bonus lusor, nisi qui apte & expedite remisit, quam exceperat.* Ejusdem artis sunt: *Pilam dare, jactare, mittere*, werffen; item, *accipere, repercutere*, de quibus modo diximus. *Cadere pila* dicitur, cum excidit, hoc est, non excipitur remittiturque, Seneca lib. 2 de Beneficiis cap. 17. Quid *datores* & *factores* in pilæ lusu: item, quid *datatim*, quid *raptim ludere*: vide supra in *Dator*, & *Datatim* in *Do*. Vet. Gloss. *Pila*, χρηπίς, καὶ ὅλμος καὶ παραςὰς καὶ σφαῖρα. conf. Mercurial. de Arte Gymnast. & Horat lib. 1 sat. 5 v. 49, qui *Principum* etiam fuisse *exercitium* ait. Adde Fabr. Agonist. lib. 1 cap. 6. De Helvio Pertinace Aurel. Vict. Epit cap 34 *provectus eo, ut* FORTVNAE *vocaretur* PILA. Et Plaut. Capt. prolog. v. 22 *Pilas quasi Dii habent homines.* ¶ 2. *Pilæ* etiam dicebantur effigies hominum laneæ, quæ Laribus suspendebantur: videlicet *Oscilla.*

Oscilla. vide Festum. Item, fœnei illi sive straminei homines, quibus in venationibus feræ proritabantur, ausgestopffte männlein. Martialis de Spectaculis epigr. 9

Quantus erat cornu, cui pila taurus erat?

Et iterum epigr. 22

Namque gravem gemino cornu sic extulit ursum,
Jactat ut impositas taurus in astra pilas.

¶ 3. Sumitur pro quovis globulo, glomo, aut re rotundius formata: Sic, *Perpictæ pilæ*, pro succinis, agtsteine, Ovid. Met. 10 v. 262. *Pila quæ caudis hæret ovinis*, eine schaafslorber, Seren. v. 251. *Crepantes pilæ*, pechkräntze, Stat. 1 Silv. 5 v. 38. *Nursinas esse pilas*, rüben essen, Martial. 13 epigr. 20. ¶ 4. Sed de *Pila*, priori longa, vide paullo post in *Pilo.*

¶ Pĭlŭla, æ, dimin. plur. Pilulæ, medicamenta in globulos formata, pillen. Plin. lib. 16 cap. 7 *Pilulæ nucibus non absimiles.* Idem lib. 28 c. 9 *Axungia in pilulis sumpta.* Et Serenus v. 379

Aut platani pilulas acri infundemus aceto.

¶ Pĭlārius, i, præstigiator, ein gauckler. Pilularum enim jactatione ludit. Vtitur hac voce Quintil. lib. 10 cap. 7 *Miracula in scenis pilariorum & ventilatorum.*

¶ Pilĭcrĕpus, i, numerator in lusu pilæ, ein ballknecht. Seneca epist. 56 *Si vero pilicrepus supervenerit, & numerare cœperit pilas.* Vide ibi Lipsium, & adde Turneb. 7 Adverſ. cap. 4, quamlibet aliter paullo, ac Lipsius fecit, interpretantem. Hadr. Junius a *pilus* deducit, ut Lipsius ibidem enarrat ac repellit.

¶ Pĭlilūdius, i, qui pilâ ludit, ein ballspieler, in Gloss. Isidori. conf. Scalig. ad Manil. lib. 5 p. 402 seq.

Pīla, pilanus, pilates, pilatim, pīlatus, vide post paullo *Pilo.*

Pĭlatus, Pileatus, vide *Pilus*, *Pileus.*

PĪLENTVM, i, petoritum, vehiculum pensile, ein hangender wagen, eine kutsche, karrethe. *Mollia* enim *pilenta* Virgil. dixit a molli vectione, Æn. 8 v. 666 *Pilentis matres in mollibus.*

Piletæ, vide mox in *Pilo.*

PĪLEVS, & Pileum, i, capitis tegumentum, ein hut, a πῖλος, *indumentum.* Sic, *Vocari ad pileum*, apud Livium, Suetonium, & alios est, ad libertatem vocari. Nam cum manumitterentur servi darenturque in libertatem, resecari capilli, & calvo capiti pileus imponi solebat. Hinc *Pileus* libertatis symbolum. Plaut. Amphitr. a. 1 sc. 1 extr.

Vt ego hic hodie raso capite calvus capiam pileum.

Persius sat. 5 v. 82 *Hæc mera libertas: hoc nobis pilea donant.*

Hinc interfecto Nerone, multi gestarunt pileos, tamquam libertatem consecuti essent, ut Dio notavit lib. 63 sub fin. Adde Senecam epist. 47, & Taubman. ad Plauti Amphitr. p. 43. ¶ 2. *Pileum* etiam dici membranam seu pelliculam, qua involvitur fœtus, das kleid, das man mit zur welt bringt, accurate explicat Salmasius ad Solinum p. 659.

¶ Pīleŏlus, i, diminutiv. ein hütlein. Horat. 1 epist. 13 v. 15

Vt cum pileolo soleas conviva tribulis,

scilicet *portat.* conf. Ovid. de Art. am. 1 v. 746.

¶ Pileŏlum, i, idem. Hieronymus Paulino epist. 153 extr. *Pileolum texturâ breve, caritate latissimum, senili capiti confovendo, libenter accepi.*

¶ Pīleātus, a, um, pileo vestitus, der einen hut trägt. Sueton. Nerone cap. ult. *Plebs pileata.* *Turba pileata*, Seneca epist. 18. *Pileatæ nationes*, quæ pileos gestant, Aur. Vict. de Cæsar. cap. 13. Dio vocat πιλοφόρυς.

¶ Impilia, orum, socci ex lana, filtzschuhe. Plin. 19 cap. 2 *Esse laneam naturam, ex qua impilia vestesque conficiant.* Et Vlpian. l. 25 § 4 Dig. de aur. arg. *Et impilia vestis loco sunt.* Hesychius ἐμπίλια in Νάκλα dixit a πῖλος esse, quod indumentum ex lana coacta notat, non tantum capitis, sed pedum etiam; uti apud Hesiodum E v. 542 pedibus applicatur.

Pilicrepus, pililudius, quære paullo ante in *Pila.*

PĪLO, are, merum græcum est a πιλόω, *cogo, furor*, stampfen, stehlen. Verbo *Pilare* pro spoliare usus Ammianus est lib. 31 cap. 14 *pilando villas & incendendo.* Et Petronius Fragm. Tragur. p. 23 *singulas pilabat.* Sed usitatiora sunt composita, *Compilo, Expilo.* ¶ Sed *Pilare* prima brevi, vide in *Pilus.*

¶ Pīlātus, a, um, pressus, densus, derb, gestampfft. Ennius ex satyr. lib. 2 & 3 *Pilatas ætheris oras* dixit, i. e. densas & pressas, ut Servius interpretatur. ¶ Sed *Pilata cohors* est pilis armata, Martiali 10 epigr. 48, die spiße führet. Sic, *pilata agmina*, Virg. Æn. 12 v. 121.

¶ Pilates, æ, lapidis genus, cujus meminit Cato apud Festum: *Lapis candidior quam pilates.*

¶ Pīlātim, adverb. per pilas, mit seulen, von einem pfeiler zum andern. Vitruvius 6 cap. 11 *Quæ pilatim aguntur ædificia.* ¶ 2. *Pilatim* est presse, dichte, enge beysammen: vide, quæ Scaliger mox in *Compilare* adfert ex Scauro.

¶ Pīla, æ, priori longa, vas concavum, in quo frumentum contundebatur, ein trog oder gefäß, darinn man etwas zustösset, ein mörsel. In hac significatione apud Catonem legitur *Pila lignea*, cap. 10 de re rustica. ¶ 2. Et, *Pila*, columna est ædificata ex lapidibus cæsis, ein aufgemaurter pfeiler von quadersteinen. Columna enim ex solido est seu lapide seu ligno. Ejusmodi pilæ lapideæ incisa devotio Alcibiadis apud Corn. Nep. 7, 4, 5, qui mos infamiæ consciscendæ caussa apud Athenienses usurpatus. ¶ 3. *Pilæ* in aquas etiam dejiciuntur, pfeiler im wasser, moles. vide Lips. ad 14 Annal. Taciti: dicebantur & *Faleria*, de quo suo loco. ¶ 4. Sed de *Pila* priori brevi, jam dictum est seorsim supra.

¶ Pīlum, i, πῖλος, vel πίλος, telum, jaculum, seu hastile missile, ein wurffspieß, proprium Romanorum telum. Servius in Virg. 7 Æn. v. 664 *Pilum hasta Romana, ut gesa Gallorum, sarissæ Macedonum.* Vet. Gloss. *Pilum*, ὑπερῷον καὶ ῥωμαϊκὸν δόρυ. *Torquere pila*, Lucan. lib. 1 v. 364. *Adigere alicui pilum*, Val. Max. lib. 3 cap. 2. Plautus Mostellar. a. 3 sc. 1 v. 43 *Pilum injecisti mibi*, id est, me aggressus es. Ejus formam laborarunt præpingere doctissimi viri, non tamen satis fecerunt animo sa[illegible]cissimo & perspicacissimo Josephi Scaligeri, cujus ultimum conatum in terris ajunt fuisse veram, ipsius judicio, hujus teli delineationem. vid. Barth. ad lib. 4 Thebaid. Statii p. 930, & ad Silvas ejusd. p. 316. Ex nummo veteri telum hoc spectandum exhibet Jac. Gutherius lib. 3 de Jure Pontificiali Vet. Roman. cap. 16 p. 329. ¶ 2. *Pilum* etiam pro pistillo ponitur, der stempel. Plinius lib. 18 cap. 10 *Pinsente pilo præferrato.*

¶ Pīlus, i, primus ordo militum: unde *pilum ducere*, vorher ziehen, apud Cæsarem B. G. 5 cap. 35, & 6 cap. 38; quod qui faciebat, ¶ *Primipilus* & *Primipilaris* dicebatur. vide infra *Primus* in *Prior.*

¶ Pīlānus, i, qui pilis pugnat. Ovid. lib. 3 Fastorum v. 129

Et totidem princeps, totidem pilanus habebat
Corpora.

Nam *Pilani*, ut Varro lib. 4 L. L. cap. 16 docet, triarii, qui post principes & hastatos stabant, unde & illi *Antepilani* dicebantur. *Pilani* pilis (hoc est, telis Romanis) pugnabant: *Antepilani* a principio gladiis utebantur.

¶ Piletæ, arum, Græcis fures: pro quo *Philetæ* apud Senecam epist. 51. vide supra *Philetas.*

¶ Composita variæ significationis:

¶ Antepīlānus, i, qui pilanos præcedit, ein vorgänger, vorfechter. Livius lib. 8 cap. 8 *Antepilanos* describit *XXX manipulorum agmen, scutatos omnes insignibus maxime armis.* Mentio illorum & cap. seq. Adde jam dicta in *Pilanus.* Metaphorice *antepilanum* Ammianus lib. 28 cap. 10 pro insigni parastata & auxiliatore dixit. *Incruento certamine cum Maximino, velut antepilano suo, contendens*, h. e. certans cum illo in suppliciis sontium insontiumque.

¶ Compīlo, are, zusammen raffen, in einander pressen. *COMPILARE*, inquit ad Festum Scaliger, *verbum militare est, pro cogere. Nam pilatum agmen dicebatur, pressum ac densum. Scaurus:* pilatim exercitum duxit, i. e. *strictim ac dense: Ab eo* pilare *est premere, cogere.* Pilatim & passim iter facere *opponuntur. Ab eo igitur* compilare: *non ut Asconius* a pilis: *quem saltem modulus debuisset inducere, ut aliter existimares. Qui igitur omnia pressim colligit, dicitur* compilare, cogere, *& in unum condere, ut Festus exponit.* Hæc ille. ¶ 2. Bestehlen, berauben. Horat. lib. 1 sat. 1 v. 120

ne me Crispini scrinia Lippi
Compilasse putes.

Idem ibid. v. 78 *Ne te compilent fugientes*, i. e. ne tua auferant. Et Apulejus Apolog. p. 334 *compilare domum alicujus.*

¶ Compilatus, a, um bestohlen, beraubt. Leg. 33 ff. de negot. gest. *Heres viri defuncti uxorem compilatæ hæreditatis postulare non debet.*

¶ Compīlātio, ōnis, die bestehlung, beraubung; ut, *compilatio Chresti*, i. e. furtum & rapina, quam ille passus est, Cic. 2 fam. epist. 8.

¶ Compilator, ōris, improbus spoliator, ein berauber. Gloss. gr. lat. [illegible], *compilator.* conf. Isidor. Orig. lib. 10 litt. C.

¶ Concipīlo, are, pro *Compilare* comici veteres etiam dixerunt; e. g. Nævius apud Festum, qui *corripere* & *involare* interpretatur. Adi Dacerium in hunc locum. Et Plautus Truc. a. 2 sc. 7 v. 61 *quem ego offatim jam concipilabo.*

¶ Depīlo, are, pro, pilos evellere, vide in *Pilus.* Pro *Compilare*, vel excerpere ex alienis scriptis, Vossius reperit apud Petrum Blesensem, vide Borrich. Cogit. in Voss. p. 82.

¶ Expīlo, are, idem, bestehlen, plündern. Cicero pro Lege Manil. c. 19 *Socios spoliare, ærarium, provincias expilare & decipere.* Suet. in Cæsare cap. 54 *In Gallia fana templaque Deûm donis referta expilavit.*

¶ Expilatus, a, um, ausgeplündert. Cic. pro Cluent. cap. 64 *Armario expilato, pecunia ablata.* Idem Verr. 4 cap. 27 *Regem spoliatum expilatumque dimittere.*

¶ Expīlātio, ōnis, die bestehlung, plünderung; ut, *Expilatio direptioque sociorum*, Cic. Offic. lib. 2 cap. 21.

¶ Expilator, ōris, ein dieb, räuber. Cic. ad Quint. frat. lib. 1 epist. 1 c. 2 extr. *Cum domus hospitem, non expilatorem, recepisse videatur.*

¶ Oppīlo, are, obstruere, occludere, verstopffen, versperren, verrammeln. Lucretius lib. 6 v. 725

Fluctibus adversis oppilare ostia contra.

Et Plaut. Rud. a. 4 sc. 1 v. 14 *Jam mihi oppilabit sua vaniloquentia aures*, er wird mir die ohren voll machen.

¶ Oppilatus, a, um, obstructus, clausus, verschlossen, verstopfft. Cicer. Philipp. 2 cap. 9 *Scalis tabernæ oppilatis.*

¶ Oppilatio, ōnis, vitium oppilati epatis, aut aliorum viscerum, die verstopffung der leber, oder anderer glieder.

¶ Præpīlātus, a, um, adject. zugespitzt; ut, *Præpilata missilia*, Livius lib. 26 cap. 51. Et, *Hasta præpilata*, id est, ferrea cuspide exacuta, forn beschlagen, Plin. 8 cap. 6. Aliter tamen accipit Lipsius Poliorc. 4 Dial. 4, & cum eo Cellarius ad Hirtii B. Afric. cap. 72, ita, ut *præpilata* sint sine ferro, & pilæ instar obtuso acumine rotunda, abgestümpfft, stumpff. Metaphorice Quintilian. lib. 5 cap. 12 *Declamationes ad pugnam forensem velut præpilatæ.*

¶ Propīlo, are, pila emittere, pilis pugnare, mit spießen fechten. Ammianus lib. 16 cap. 29, [Vales. cap. 12 p. 144] *Dato æneatorum occentu solenniter signo ad pugnandum, utrinque magnis concursum est viribus. Propilabantur missilia* &c.

¶ Suppīlo, are, berupffen. Plautus Asinar. a. 4 sc. 2 v. 6 *Suppiles clam domi uxorem tuam:* & Menæch. a. 5 sc. 1 v. 40.

Pilum, &c. vide in antecedente *Pilo.*

PILVMNVS, i, Deus conjugalis cum Picumno fratre. conf. *Picumnus.* Turni avus fuisse dicitur. vid. Virgil. Æneid. 9 v. 4, & lib. 10 v. 76, & 12 v. 83.

PĬLVS, i, generale est, haar des menschen oder des viehes; ut, *In capite cunctorum animalium homini plurimus pilus*, Plin. lib. 11 cap. 37 sect. 47 Hard. Eleganter Cicero dixit pro Qu. Roscio cap. 7 *Hic capite & superciliis semper est rasis, ne ullum pilum viri boni habere videatur.* er hat nicht ein härichen oder äderchen von einem ehrlichen mann. ¶ *Pili non facere: Ne pilo quidem melior: Ne pilo quidem minus*, familiares eidem Ciceroni hyperbolæ sunt.

¶ Pĭlōsus, a, um, häricht, fäsicht; ut, *Genæ pilosæ*, Cic. in Pison. c. 1. *Pilosus*

losus colonus, rauch von haaren, Martial. 12 epigr. 59. *Folia pilosiora*, Plin. lib. 20 cap. 16. *Vrsis asperior pilosiorque*, Priapeo carm. 46.

¶ Pīlo, pilare, pilos tum emittere, tum detrahere, rauch werden, haare gewinnen, und haare ausrauffen. *Pilare*, inquit Nonius cap. 1 n. 184, *est ut plumare, pilis vestiri.* Ibidemque Afranius: *Corpus meum nunc pilare primum cœpit*, &c. Paulus Festi interpolator: *PILAT, pilos habere incipit, alias pro Detrahit pilos: a quo Depilari.* Martialis lib. 6 epigr. 57 *Exstirpa mihi crede pilos de corpore toto:*
Teque pilare tuas testificare nates.

¶ Pilātus, a, um, pro depilatus, calvus, berupft, kahl. Idem Martialis lib. 10 epigr. 48 v. 2 *Atque pilata redit*, &c. Ita legit Scaliger prima brevi; non ut vulgo, *Et pilāta*, prima longa, (vide in *Pilo*) ad Tibull. lib. 1 v. 219.

¶ Dēpĭlis, e, depilatus, kahl, unbehårt. Apulejus lib. 7 Met. p. 191 *depiles genæ*, id est, glabræ, imberbes.

¶ Depĭlo, āre, abrupffen, die haare ausrauffen. Lucilius apud Nonium cap. 1 n. 163 *depilati omnes sumus.* Vet. Gloss. *Depilat*, μαδίζει. *Depilatus est*, ἐμαδίσθη.

¶ Depilatus, a, um, gerupft, abgerupft, mit ausgerauﬀten haaren. Seneca de Constant. Sap. cap. 17 *Flentem vidimus Fidum Cornelium, cum illum Corbulo struthiocamelum depilatum dixisset.* Martial. 9 epigr. 28 *Depilati colei.* Apic. 2 cap. 1 *depilatæ amygdalæ*, i. e. decorticatæ.

¶ Depĭlātor, ōris, ein haarschneider. Gloss. gr. lat. δρωπακιστὴς, *Dropacista, colipilarius, depilator.*

¶ Horripĭlo, āre, vide supra in *Horror.*

¶ Raripĭlus, a, um, vide infra in *Rarus.*

PIMPĪNELLA, æ, herba, bibernell, Matthiol. pag. 360. Dioscor. 4 cap. 45.

PIMPLA, æ, mons Bœotiæ prope Heliconem, quocum Strabo conjungit, & cum Pieria, lib. 10 p. 324. Hinc

¶ Pimplæus, vel Pimplēus, a, um, adjectivum; ut, *Pimplæum scandere montem*, Catull. carm. 103. Et Martial. 12 epigr. 11
Cujus Pimpleo lyra clarior exit ab antro.

¶ Pimplēa, æ, Musa. Horat. lib. 1 oda 26 *Necte coronam Pimplēa dulcis.* Nam mons Musis sacratus fuerat. Vid. Strab. c. l. ¶ 2. Videtur fons Musis sacer Pimpleâ notari in illo Statii 1 Silv. 4 v. 26
Excludat Pimplea sitim.

¶ Pimplēis, ĭdis, fœmin. pro Musâ. Martialis lib. 11 epigr. 4
Non urbana meâ tantum Pimpleide gaudent Otia.
Et Paulus, Festi interpolator: *Pimpleides Musæ, a fonte Macedoniæ dictæ.*

PĬNĂCŎTHĒCA, æ, πινακοθήκη, locus, ubi tabulæ pictæ, (unde & nomen: πίναξ enim *tabulam* significat, vid. Dalechamp. ad Plin. p. 7) statuæ & alia hujus generis visenda asservabantur, die gallerie. Petronius: *In pinacothecam perveni, vario genere tabularum mirabilem. Nam & Zeuxidis manus vidi, nondum vetustatis injuriâ victas, & Protogenis rudimenta*, &c. die kunstkammer. Ejus situm & collocationem Vitruvius lib. 6 cap. 7 descripsit. Plin. 35 cap. 2 *Pinacothecas veteribus tabulis consuunt* &c. Adde Alex. ab Alex. Genial. Dier. 5 c. 24. Scaliger ad Festum *Tablinum* interpretatur, quasi idem sit: quod & Philander ad Vitruvium fecit. Quamvis autem *Tablinum* a tabulis dicatur; unde & *pinacothecarum* nomen est, ut diximus: Latini tamen *Tablina* de illis dixerunt, ubi non tabulæ pictæ, sed acta & rerum gestarum commentarii, qui in tabulas referebantur, custodiri solebant, quæ & *Tabularia* appellata, ut eruditissimus Petavius animadvertit. Quem vide Notis in Dionem Synesii p. 27. Idem & Bernardinus Baldus notavit de Verborum Vitruvianorum Significatione.

PĪNĀRIVS, i, imperitus & rusticus sacerdos Herculis, a πεινῆν, i. e. *esuriendo* dictus, sicut *Potitius*, a *potiendo*; quod hic ad tempus præsto esset inter sacrificandum; ille vero tardius accederet. Vnde Hercules statuit, ut Potitiis epulantibus, Pinariorum familia tantum ministra esset, & ab epulis excluderetur. v. Festus in *Potitio*, Macrob. Saturn. 1 cap. 12, & 3 cap. 6. Liv. 1 cap. 7. Taubman. ad Plaut. Bacch. a. 1 sc. 2 v. 15 p. 544, & Interpretes Virgil. Æn. 8 v. 269
Servavere diem primusque Potitius autor
Et domus Herculei custos Pinaria sacri.

Pinastellum, pinaster, vide post paullo *Pinus.*

PĬNAX, ăcis, πίναξ, tabella quævis apud Græcos, ein täfelein. Sunt illis *Pinaces* quadræ lances, quibus in mensis utimur, teller; sunt libelli, in quos notanda conjicimus, schreibtäfelein. Hinc & in aquario organo tabella cum foraminibus *Pinax* dicta apud Vitruvium 10 cap. 3.

PINCERNA, æ, ὁ οἰνοχόος, ein einschencker, mundschencke. Interpres Vulgatus Genes. c. 40 v. 1 *Pincerna regis Ægypti*, ubi LXX Græci, ἀρχιοινοχόος. Asconius Pedianus in orat. Cic. de Præt. Vrbana pag. 89 *Provocant se invicem: majoribus autem poculis poscunt a pincerna.* Et Lampridius in Alexandro cap. 41 *Pistores & pincernæ, omnes castrenses ministri* &c.

PINDĂRVS, i, Πίνδαρος, poëta Thebanus, fuit temporibus Xerxis Persarum regis, princeps lyricorum novem celebrium græcorum; qui fuere, Alcæus, Sappho, Stesichorus, Ibicus, Bacchylides, Simonides, Alcman, Anacreon, & nonus Pindarus. Quintilianus gravitatem ipsius poëmati tribuit, & Horatius virtutem inimitabilem, lib. 4 carm. 2 v. 1. Scripsit multa, ut Olympia, Isthmia, Pythia, Nemeæa. Eum melle pro lacte esse nutritum, Ælianus scribit lib. 12 Var. cap. 45.

¶ Pindărĭcus, a, um, adject. ut, *Os Pindaricum*, Propert. 3 eleg. 17 v. 40. *Pindaricæ fidicen lyræ*, Ovid. 4 Pont. epist. 16 v. 28.

PINDVS, i, Πίνδος, mons Græciæ ex Molosside incipiens, & longo jugo in Thessaliam procurrens, habitaculum variarum gentium, Perrhæborum maxime: Plin. procem. lib. 4. Apud poëtas Musis & Apollini sacer est. Virgil. eclog. 10 v. 11
Nam neque Parnassi vobis juga, nam neque Pindi
Vlla moram fecere, neque Aonia Aganippe.

Pinea, pinetum, pineus, vide paullo post *Pinus.*

PINGO, pinxi, pictum, pingĕre, picturâ exprimere, mahlen. Cic. lib. 5 famil. epist. 12 *Alexander ab Apelle potissimum pingi volebat.* Et, *Pingere tabulas*, Idem dixit ineunte lib. 2 de Invent. gemählde machen. Et ad Quint. fratr. lib. 2 epist. 14 ait metaphorice: *Pingam coloribus tuis, penicillo meo.* Idem de Clar. Orat. cap. 37 extr. *Pingere verba, & illuminare sententias*, per translationem, die worte schmücken und zierlich setzen. ¶ Transfertur ad vestes pulchre variegatas, (gestickte oder verbrämte kleider) & alia. Sic, *acu pingere*, sticken, Ovid. 6 Metam. v. 23. *Pingere humum floribus*, i. e. variare & distinguere, Plaut. Stich. a. 2 sc. 3 v. 28. conf. Lucret. 2 v. 375, & 5 v. 1395.

¶ Pictus, a, um, gemahlt, gefärbt, geschmückt; ut, *pictæ tabulæ*, schildereyen, gemählde, Horat. 1 epist. 2 v. 52. *Prælia rubricâ picta aut carbone*, abgerissen, Idem 2 satyr. 7 v. 98. *Picta cauda*, pavonis scil. der bunte pfauschwantz, Idem 2 satyr. 2 v. 26. De vestibus Virgilius Æn. 1 v. 715 *Pictum croceo velamen acantho.* Sic *toga picta*, apud Propertium lib. 4 eleg. 4 v. 53, gestickt. Varro satyrâ Marcipore apud Nonium in *Meridiem* cap. 6 n. 26
Cum pictus aër fervidis late ignibus
Cæli choreas astricas ostenderet.
Pictus ignibus, i. e. stellis ornatus Virg. Culice v. 69
Florida cum tellus gemmantes picta per herbas, &c.
Pictior, comparativus apud Cic. de Clar. Orat. cap. 85 *Lysiâ nihil potest esse pictius.*

¶ Pictĭlis, e, gemahlt, gestickt; ut, *pictiles balthei*, Apulej. Metam. 10 pag. 247.

¶ Pictor, ōris, ein mahler. Cic. Acad. lib. 4 cap. 7 *Vident multa pictores in umbris & in eminentia, quæ nos non videmus.* Horatius Art. poët. v. 9 *Pictoribus atque poëtis*
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

¶ Pictōrius, a, um, adjectiv. zur mahlerey gehörig. Tertullianus advers. Marcion. lib. 1 cap. 3 *Poëtica & pictoria licentia.*

¶ Pictūra, æ, das gemählde. *Animum pictura pascit inani*, Virgil. 1 Æneid. v. 408. *Oculi picturâ tenentur, aures cantibus*, Cic. 4 Acad. cap. 7. *Pictura textilis*, gewircket mahlwerck, Idem in Verr. 6 cap. 1. Nimirum *Pictura* & artem & opus significat. Ars quomodo inventa sit, Athenagoras Oratione pro Christianis pag. 371 & seqq docet. Eam liberalibus (a quibus tamen excludebat Stoicorum severitas, & Seneca ex iis epist. 88,) connumerat, discendamque pueris Galenus præcipit Suasoriâ ad artes extrema: Vide & Aristotelem lib. 8 Polit. cap. 3. Quando pars institutionis puerilis facta, docet Plin lib. 35 cap. 10; ubi & tradit, *semper ei honorem fuisse, ut ingenui eam exercerent, mox ut honesti, perpetuo interdicto, ne servitia docerentur.* Vide ibi plura, quæ huc faciunt. Plutarchus libro de Gloria Atheniensium pag. 346 ad gloriam urbis interpretatur hoc quoque, quod plures atque præclaros dedisset pictores. Romæ in tanta dignitate fuit, ut & patricii ei navarent operam, & sibi cognomina inde peterent: exemplo Fabius est. Vid. Plin. lib. 35 cap. 4.

¶ Pictūrātus, a, um, adj. gefärbt, angestrichen, buntfärbig; ut, *Vestes picturatæ*, Virgil. Æn. 3 v. 483. *Picturato gyro*, Stat. 5 Silv. 1 v. 104. *Picturatus floribus agger*, Idem Theb. 6 v. 58. *Picturatæ volucres*, Claudian. epist. ad Seren. v. 3.

¶ Pigmentum, i, die farbe, das mahlwerck. *Aspersa temere pigmenta in tabula oris lineamenta efficere possunt*, Cic. lib. 1 de Divinat. cap. 13. ¶ 2. Deinde colores rhetorici *Pigmenta* dicuntur, die zierathen; quo fere modo *Aristotelica pigmenta* dixit Cic. 2 ad Attic. epist. 1. ¶ 3. Tandem etiam fuci atque fraudis notionem subit, die schmincke. Cicero lib. 2 de Orat. cap. 45 *sine pigmentis fucoque puerili.*

¶ Auripigmentum, vide supra *Aurum.*

¶ Pigmentārius, i, qui pigmenta vendit, ein farbenhändler, apothecker; ut, *Attius pigmentarius*, Cic. 15 fam. epist 17. *Pigmentarii, si cui temere cicutam &c. dederint*, l. 3 § 3 Dig. de Sicar. Et Vet. Gloss. *Pigmentarius*, μυροπώλης, φαρμακοπώλης, καὶ μυρεψός. Item: *Pigmentarius*, χρωματοπώλης.

¶ Pigmentatus, a, um, pigmento obductus, gefärbt, geschminckt. Tertullianus 2 de Cultu fœmin. cap. 13 *Taliter pigmentatæ Deum habebitis amatorem.* Prudent. Hamartig. v. 315 *Pigmentato meretrix crine.*

Composita:

¶ Appingo, ĕre, anmahlen, bemahlen. Horat. de Art. poët. v. 30
Delphinum silvis appingit, fluctibus aprum.
Translate Cic. ad Attic. 2 epist. 8 *Superiorem epistolam restitue nobis, & appinge aliquid novi*, i. e. adscribe.

¶ Depingo, ĕre, abmahlen. *Mens nostra quidvis cogitatione potest depingere*, Cic. lib. 1 Nat. Deor. c. 15. *Cum pugna depingeretur*, Nepos 1, 6, 3. *Formam verbis depinxti mihi*, pro *depinxisti*, du hast mir die gestalt beschrieben, Plaut. Pœn. a. 5 sc. 2 v. 154.

¶ Depictus, a, um, abgemahlt: ut, *Tabella depicta*, Quintil. 6 c. 2.

¶ Expingo, ĕre, mahlen, schmincken. Tertullianus lib. 2 de Cultu fœm. cap. 12 *Thamar se expinxerat & ornaverat.*

¶ Expictus, a, um, abgemahlt, geschminckt. Cic. Tuscul. 5 cap. 39 *Motus hominum expicti.* Et Tertullian. l. c. *Si impudicarum ritu procedatis cultæ & expictæ.*

¶ Repingo, ĕre, wieder mahlen. Fortunatus lib. 1 de vita Martini: *oculos pupilla repingit.*

¶ Subpingo, ĕre, etwas bemahlen. Avienus Prognost. Arat. v. 132
ignito subpinxerit ora rubore.

¶ Superpingo, ĕre, drüber mahlen. Idem Avien. Phænom. Arat. v. 907
Cuncta superpingunt rutilam sua sidera noctem.

¶ Superpictus, a, um, drauff gemahlt. Solin. cap. 21 *Pantheræ minutis orbiculis superpictæ.*

¶ Trĭpictus, a, um, dreyfach gemahlt. Prudentius Apotheos. v. 381 de titulo crucis Christi:
Pilatus jubet ignorans: I, scriba, tripictis
Digere versiculis, quæ sit suffixa potestas.

PINGVIS, e, feist, fett. *Gallinæ pingui in cervice cute*, Plin. lib. 10 c. 50. *Agni pingues*, Virg. 1 Georg. v. 341. Glis *pinguior* hieme, de quo Martialis lib. 13 epigr. 59 *pinguior illo*
Tempore sum, quo me nil nisi somnus alit.
Juvenal. satyr. 11 v. 65 *pinguissimus hædulus.* Sed, *pingue solum*, *pinguis*

pinguis ager, id eſt, fœcundus, fruchtbar. Virgil. 1 Georg. v.64 *Terræ pingue ſolum fortes invertant tauri.* Idem lib. 2 v. 92 de vitibus diverſi generis: *Pinguibus hæ terris habiles, levioribus illæ.*

¶ *Pingui Minerva*, craſſe, ruditer: vide *Minerva*. Nam & pro imperito & invenuſto dicitur. Sic Poëta:

pingui nil mihi cum populo.

Et, *pinguis toga*, craſſa & duplex: cujusmodi in hieme utebantur, apud Sueton. Aug. c.82. Et, *pingues lacernæ*, apud Juvenalem ſatyr.9. Item Sueton. Nerone cap. 20 *Pinguem comam* de denſa dixit, ut Torrentius interpretatur.

¶ Pingue, is, ſubſtantive, die feiſtigkeit, das ſchmaltz. *Denſo diſtendere pingui*, Virg. 3 Georg. v. 124.

¶ Pinguiuſcŭlus, a, um, aliquantum pinguis, etwas fett. *Pinguiuſcula corpora*, Solinus c. 18. [Salmaſ. c. 11.]

¶ Pinguĭter, pinguius, adverb. Columella lib. 2 c. 2 *Solum pinguiter denſum.* Comparat. *Pinguius* exſtat Lege 14 pr. Dig. de Except. rei judicatæ.

¶ Pinguāmen, ĭnis, ſchmeer, ſchmaltz. Gloſſ. gr. lat. λῖπος, *ſebum, pinguamen, adeps.*

¶ Pinguēdĭneus, a, um, fett; ut, *Pinguedineus liquor*, Plin. 35 c. 15, ut vult Salmaſius ad Solin. p. 89.

¶ Pinguēdo, ĭnis, die fettigkeit. Plin. lib. 23 c.8 *pinguedo corporis*: alii *pinguitudo* legunt. Tradit enim Cl. Gronovius, Plinium nunquam dixiſſe *pinguedinem*; & ubi vulgo ea vox legatur, in melioribus libris *pinguitudinem* eſſe. Perottus ad 6 epigr. Martialis miratur, Servium ſcripſiſſe, τὸ *pinguedo* non eſſe latinum, cum utantur ea voce Eutyches lib. 1 de Diſc. conjug. p. 2155, & Sidonius lib. 2 epiſt. 2.

¶ Pinguĭtūdo, ĭnis, idem; ut, *Laborare nimia pinguitudine*, Quintil. lib. 1 cap. 11, zu ſtarck, zu grob ſeyn.

¶ Pinguitia, æ, pro pinguedine, apud Arnob. lib. 7 p. 226 *Non videtis, albas eſſe hoſtiarum carnes, oſſa, dentes, pinguitias?*

¶ Pinguities, ēi, idem. Apulejus Met. 10 p.245 [Pric. p.221] *corpus obeſa pinguitie compleveram.*

¶ Pinguiarius, i, qui pinguia amat, der mit fett umgehet. Martial. 11 epigr. 101 *Carnarius ſum, pinguiarius non ſum:* q. d. carnoſam amicam opto, non nimis pinguem.

¶ Pingueo, ēre, pinguem eſſe, fett ſeyn; &

¶ Pingueſco, ĕre, pinguem effici, feiſt werden. Columell. 2 cap. 11 *Armentum ex medica pingueſcit.*

¶ Pinguefăcio, ĕre, pinguem efficere, máſten, feiſt machen. Plin. lib. 16 cap. 44 *Dein ea pinguefacit.* Legas &

¶ Impinguo, āre, fett machen, tüngen; ſed quod non ſatis eſt latinum. Tertullianus tamen dixit de Jejuniis cap. 6 *cui cor impinguatum.* Et Onomaſtic. Vetus: *Impinguo*, πιαίνω.

¶ Præpinguis, e, ſehr fett. Virg. 3 Æn. v. 698 *præpingue ſolum:* &

¶ Subpinguis, e, etwas feiſt. Celſus 6 cap. 4 *denſa cutis & ſubpinguis.*

Pinifer, vide paullo poſt *Pinus*.

PINNA, æ, penna, πτερὸν, proprie quæ pluma, id eſt, mollior penna, non eſt, eine ſchwing- oder flügelfeder, oder grobe feder. Suetonius Claudio cap. 33 *Nec temere unquam triclinio abſceſſit, niſi diſtentus ac madens; & ut ſtatim ſupino & per ſomnum hianti pinna in os inderetur ad exonerandum ſtomachum.* De re ipſa vide eruditiſſimos interpretes Caſaub. & Torrentium, & adde Cic. de N. D. 3 cap. 23, item in Arat. Phæn. v. 384. ¶ 2. *Pinnæ piſcium* ſunt, quibus natant, die floßfedern. Plin. lib. 9 cap. 20 *Pinnæ pedum vice datæ ſunt piſcibus.* ¶ 3. Eſt & *Pinna* propugnaculi genus. Gloſſæ Cyrill. ἔπαλξις, *Pinna, propugnaculum.* Erantque hæ pinnæ in muris & vallo. Curtius lib. 9 cap. 4 *Anguſta muri corona erat. Non pinnæ, ſicut alibi, faſtigium ejus diſtinxerant, ſed perpetua lorica obducta tranſitum ſepſerat. Coronam* vocat ſummam partem muri, quam mox *faſtigium* appellat, die zinnen. Hanc non diſtinctam pinnis fuiſſe, ſed continua, ſive perpetua lorica exſtructam, ſignificat. Ergo *pinnæ* erant per intervalla & de ſummo muro ſublatæ partes, ita ut interjecta vacua ſpatia tranſitum præberent, qui in lorica perpetua nullus relinquebatur. Itaque *pinnatus murus* erit ; perpetuâ loricâ exſtructus : Cæſar 7 de B. Gall. cap. 72 *Poſt eas* (duas foſſas) *aggerem & vallum XII pedum exſtruxit. Huic loricam, pinnasque adjecit grandibus cervis* &c. Vide Lipſium lib. 2 Polioreeticon dial. 2; Eumenius Paneg. Conſtantini, qui 9 eſt, cap. 19 *Jam intervalla pinnarum uncis manibus invaſerant.* ¶ 4. *Pinna*, πίννα vel πίνη, conchæ genus, eine art von perlen-muſcheln. vid. Plin. lib. 9 cap. 42. Cic. 2 de N. D. cap. 48, item de Fin. 3 cap. 19.

¶ Pinnŭla, æ, parva pinna, ein federlein. Columell. lib. 8 cap. 5 *Inhibetur cupiditas incubandi, pinnula per nares trajecta.* ¶ Eſt & ſummum auris, das obriſte am ohr.

¶ Pinnācŭlum, i, faſtigium ædificii, in acumen tendentis, πτερύγιον, der giebel, die zinne. Tertullian. contra Judæos cap. 8 pr. dicit: *Deſtrui pinnaculum usque ad interitum.*

¶ Pinnālis, e, zu den zinnen oder ſpitzen eines dinges gehörig: ut, *pinnalis rigor*, Frontin. de Colon. p. 340.

¶ Pinnātus, a, um, das federn hat; ut, *Cauda pinnata*, hoc eſt, pinnas vel pennas habens. Citat ex poëta quopiam Cicero de Nat. Deor. lib. 1 cap. 47 *Jovis altiſoni pinnata ſatelles*, de aquila. *Pinnatus murus* quid ſit, paullo ante in *Pinna* dictum n. 3. *Pinnatus nuntius*, i. e. celer, Prudent. Apotheoſ. v.615. *Pinnatus coluber*, Idem Pſychomach. v. 791.

¶ Pinnicillum, i, pro penicillo, ein wiſch, ein pinſel. Pallad. 4 tit. 1 *Pinnicillo tenuis debet frequenter humor affundi.*

¶ Pinnĭger, a, um, das floßfedern hat: ut, *Piſcis pinniger*, Ovid. Metamorph. 13 v. 963.

¶ Pinnirăpus, i, pro gladiatore, pinnam, hoc eſt, galeæ ſummitatem adverſario rapiente, apud Juvenalem ſatyra 3 v. 158.

¶ Pinnophўlax, ăcis, & Pinnoteres, is, ſquilla parva, ſive piſcis, comes pinnæ conchæ, Plin. 9 cap.42, & 32 cap.11. Meminit ejus Cicero de Fin. 3 c. 19.

¶ Bĭpennis, bipennifer, vide ſupra in *Penna*, unde Iſidorus deducit. Pluribus ea vox a *Pinna* eſt. vid. Voſſ. Etym. p. 71.

PINSO, pinsĕre, item Piſo, pisére, & Piſo, piſare; tot enim modis hoc verbum efferebant veteres, ut Diomedes auctor eſt lib. 1. Servius & *Pindere* dixiſſe obſervat in fragmentis, & exponit *pilo* (id eſt, piſtillo) *tundere*, molere, ſtampffen, zerſtoſſen, zermalmen, mahlen, knáten. Vet. Gloſſ. *Piſat*, πτίσσει. Auctor Panegyrici in Piſonem v. 17

Humida calloſâ quum pinſeret hordea dextra.

Perſius ſatyr. 1 v. 58 *O Jane, a tergo quem nulla ciconia pinſit.* Plinius lib. 18 cap. 10 *pinſente pilo.* Vide & Nonium cap. 2 n. 643.

¶ Sed & *Pinſire* dixerunt. Ennius apud Varronem 4 de L.L. cap.4

In terram cadentes cubitis pinſibant humum.

Niſi potius *pinſabant* legendum, ut Turnebus ex MS. obſervavit lib. 20 Adverſ. cap. 29. Nam veteres &

¶ Pinſo, āre, dixerunt. Varro R.R. lib. 1 cap. 63 *ut in piſtrino pinſetur ac torreatur.* Scaliger ibi legit *piſetur*. Nam &

¶ Pīſo, pisĕre, pro Pinſo, pinsĕre, ſcribitur. Vide Harduini Plinium lib. 18 cap. 10 ſect. 23, ubi ſæpius ita ſcriptum recurrit: ut, *pinſente pilo: niſi piſant: cum piſitur ſpica*, &c.

¶ Pinsĭtus, a, um, geſtoſſen, geſtampfft, zermalmet. Colum. 2 cap. 9 *Panicum pinſitum, & evolutum furfure.*

¶ Pinſus, a, um, idem; ut, *pinſi flagris*, Plaut. Merc. a. 2 ſc. 3 v. 81. *Rudus pinſum*, Vitruv. 7 c. 1.

¶ Piſtus, a, um, idem. Plin. 18 cap. 10 *Zea ac tiphe ſi piſtæ ſerantur.* Et Feſtus: *Piſtum pro politum antiqui frequentius uſurpabant.*

¶ Pinſatio, ōnis, die ſtampffung, ſtoſſung. Vitruv. 7 c. 1 *Rudus crebriter pinſatione ſolidatur.*

¶ Piſtor, ōris, (vel Pinſor,) primum dicebatur non alius niſi is, *qui in piſtrino pinſeret farinam*, ut Varro teſtatur apud Nonium cap. 2 n. 643, ein ſtampffer. Idem Varro lib. de vita Pop. Rom. apud Nonium l. c. *Nec piſtoris nomen erat, niſi ejus, qui ruri far pinſebat.* ¶ 2. Deinde *Piſtores* dicti ἀρτοποιοὶ, brodbecker. Gloſſæ Veteres: ἀρτοποιὸς, *piſtor, panificus*. Martialis utrumque conjunxit lib. 8 epigr. 16

A piſtore, Cipere, non recedis;
Et panem facis, & facis farinam.

Sic, *Piſtor dulciarius*, ein honigkuchen-becker, leb-küchler. *Coquum & piſtorem apud antiquos eumdem fuiſſe*, monet Feſtus.

¶ Piſtrix, ĭcis, fœmin. die ſtampfferin, beckerin. Lucilius apud Varronem de L.L. lib. 4 cap. 31, ubi de pilo & piſtrino agit.

¶ Piſtōrius, a, um, zum backen gehörig: ut, *piſtorium opus*, Plin. 18 cap. 11, & Celſ. lib. 2 cap. 18 pr. gebackenes. Sic dicimus, *Ars piſtoria*, das becker-handwerck.

¶ Piſtorienſis, e, idem; ut, *milites piſtorienſes*, Plaut. Captiv. a. 1 ſc. 2 v. 57. Interpretes exiſtimant, Plautum nomen populi in Italia per jocum ad eſculenta tranſtuliſſe.

¶ Piſtūra, æ, artificium pinſendi, das backwerck, Plin. 18 c. 10.

¶ Piſtrīna, æ, taberna piſtorum, das backhauß. Hinc *opera piſtrinarum* dixit Plin. lib. 19 cap 8, & alibi. ¶ 2. Veteres etiam *Piſtrinam* dixiſſe, fœmineo genere, die ſtampfmühle, ſicut *textrina, tonſtrina*, & aliæ officinæ dicuntur; Donatus ad Terent. Adelph. a. 4 ſc. 2 v. 45 ex diminuto *piſtrilla* conjectat.

¶ Piſtrīnum, i, ubi far pinſitur, mahlmühle. Varro 4 de L.L. cap. 31 *Pilum, quod eo far pinſunt. Id ubi ſit, piſtrinum.* Hinc, *in piſtrinum detrudere, dare*, Terent. & Plaut. quæ ſervorum pœna fuit. Terentius Heaut. a. 3 ſc. 2 v. 19 *Homo piſtrino dignus.* Cicero lib. 1 de Orat. cap. 11 *tamquam in aliquod piſtrinum detrudi & compingi videbam.*

¶ Piſtrilla, æ, diminutivum, eine kleine mühle. Verba Terentii in Adelph. a. 4 ſc. 2 v. 45 ſunt: *Eſt piſtrilla, & exadvorſum eſt fabrica.*

¶ Piſtrīnārius, i, der müller. Vlpian. l. 1 § 9 Dig. Depoſiti: *Actionem eſſe adverſus piſtrinarium.*

¶ Piſtrinenſis, e, quod ad piſtrinum pertinet, zur mühle gehörig: ut, *jumenta piſtrinenſia* apud Sueton. Calig. cap. 39 ſignificat mulos vel caballos, quorum in piſtrino uſus eſt. De mulis Suetonius Cæſare cap. 32; de caballis Servius JC. de Legatis, mühleſel, mühlroß.

¶ Piſo, ōnis, etiam a *Pinſo*, eſt aliquot Romanorum nobilium cognomen, de quo infra. ¶ Proprie mortarium ſignificat, ein mörſel. Marcellus Empirĭcus cap. 8 *Radices betæ maxime nigræ ex aqua tepida lavabis, & expreſſas ſabano ſiccabis, deinde tundes in piſone marmoreo.*

¶ Pĭsĭto, vel Piſto, āre, frequentat. ſtoſſen. Veget. de Re Vet. 1 cap. 31 *In pila lignea piſtabis, cernesque ſubtiliter.* Et Auct. Philomel. v. 17

Sturnus tunc piſitat ore.

¶ Piſtillum, i, inſtrumentum, quo in pilum ſeu mortarium impoſita contunduntur, die mörſelkeule, reibkeule. Colum. 12 c. 55 *piſtillis conterere.*

¶ Piſtillus, i, idem. Virgilius in Moreto v. 111

Sed gravior lentos ibat piſtillus in orbes.

PĪNUS, i, & ūs, πίτυς, arbor, ein hartzbaum, kienholtz, fichten. Non autem ſilvarum tantum hæc arbor; verum hortorum etiam fuit. Unde Virgil. eclog. 7 v. 65

Fraxinus in ſilvis pulcherrima, pinus in hortis.

Vide ibi Gvellium Pimpontium. Vitruvius lib. 2 cap. 9 *pinu* format in ſexto caſu. ¶ 2. *Pinus* & flos eſt, chamepitys videlicet. Virgilius 4 Georg. v. 112

Ipſe thymum pinosque ferens de montibus altis.

Vide ibi Taubmannum, & quos ad illum locum alios nominavit auctores. ¶ *Pinorum erucæ*, πιτυοκάμπτοι ſunt Græcis, die würm von fichten, Plin. 23 c. 2.

¶ Pīneus, a, um, von fichten; ut, *Pinéa corona*, qua apud Iſthmum victores coronabantur, Plinio auctore lib. 15 c. 10. *Pinea nux*, eine zirbelnuß. *Pinea tæda*, Ovid. 2 Faſt. v. 558.

¶ Pinea, æ, ſubſtantive etiam dicitur, eine fichte. Colum. 5 c.10 *Eodem tempore juglandem, & pineam, & caſtaneam ſerere oportet.*

¶ Pīnaſter, tri, pinus ſilveſtris, ein wilder zirbel-baum: Plin. 16 cap. 10. ¶ 2. Eſt & pinus maritima.

¶ Pinastellum, i, dimin. herba, quæ & *Peucedanum*, Apulej. de Herb. cap. 94.

¶ Pīnētum, i, ein fichten-wald. Plin. 27 cap. 8 *Chrysolachanum in pineto nascitur.* Ovid. 15 Met. v. 604 *Murmura pinetis fiunt.*

¶ Pinĭfer, a, um, voll fichten; ut, *Piniferum Atlantis caput*, Virgil. 4 Æn. v. 249.

¶ Pinĭger, a, um, idem; ut, *Pinigerum Fauni caput*, Ovid. Fast. 3 v. 84.

PIO, avi, atum, are, purgare, satisfacere, büssen, versühnen, stillen, reinigen. Virg. 2 Æn. v. 140 *Culpam miserorum morte piabunt.* Censorinus cap. 22 *Est februum, quicquid piat purgatque.* Vet. Gloss. *Piatur*, ἁγνίζεται καὶ καθαίρεται. Propert. 3 eleg. 17 v. 18 *Iram cæde piavit.* Virg. Æn. 2 v. 184 *Nefas piare.* Cic. pro Domo cap. 51 *Si quid tibi aut piandum aut instituendum fuisset religione domestica.* conf. Nonius cap. 4 n. 363, & cap. 2 n. 636, ubi *pietatem piare*, ex Plaut. Asin. a. 3 sc. 1 v. 3 est *pietatem colere.* Adde Parei Lex. Plaut. p. 932.

¶ Piatio, ōnis, die reinigung, sühnung. Plinius 28 cap. 2 de cibo pontifici inter sacras epulas decidente: *In mensa id reponi, adolerique ad larem, piatio est*, id est, expiatio, averruncatio mali ominis.

¶ Piatrix, īcis, eine versühnerin; ut, *sacerdos, quæ expiare erat solita*, ut Festus Pompejus describit.

¶ Piāmen, inis, idem quod *piatio.* Ovid. 2 Fast. v. 19 *Februa piamina.* Et Prudent. καθημερ. 9 v. 33. Poëticum est, ein sühn-opffer.

¶ Piamentum, i, idem. Senec. ad Helviam cap. 16 *doliturae domus piamentum.* Plin. lib. 37 cap. 1 *Satis piamenti in unius gemmæ voluntario damno.* Idem lib. 25 cap. 4 *Terræ piamentum.* Festus de Piatrice: *Piamenta dicebantur, quibus in expiando utitur.*

¶ Piācŭlum, i, sacrificium seu cultus pro satisfactione, ein sühn-opffer; ut, *Ea prima piacula sunto*, Virgil. Æn. 6 v. 153. Et Livius lib. 6 c. 21 *Auctores defectionis ab Romanis, piacula iræ Romanorum dederentur.*
¶ 2. Item crimen, vel peccatum expiatione dignum, eine todsünde. Virg. ibid. v. 569 *Distulit in seram commissa piacula mortem.*
Hinc *solvi piaculo*, i. e. crimine, peccato, Tacitus 1 Annal. cap. 30. Et, *Piaculum mereri*, id est, culpam contrahere, Livius lib. 2 cap. 38.

¶ Piacŭlāris, e, versühnlich; ut, *Victima piacularis: Sacrificium piaculare*, ein sühnopffer, seelmesse: Livius lib. 29 c. 11 *Piaculare sacrum facere.* Idem lib. 42 cap. 3 *ut piacularia Junoni fierent*, absolute, sacrificiorum voce subaudita, sicut integre lib. 1 cap. 26 *piacularia sacrificia* memorantur. Plaut. Epid. a. 1 sc. 2 v. 35 *Men' piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam?* Plinius Paneg. Trajani cap. 34 *Agnoscebamus & fruebamur, cum velut piaculares publicæ solicitudinis victimæ ad lenta supplicia ducerentur.*

¶ Piacularĭter, adverb. idem. Tertullianus extremo lib. de Pudicit. *piaculariter negare.* Quidam malunt *peculiariter.*

¶ Piācŭlus, a, um, idem est ac *piacularis*: apud Catonem R. R. cap. 139 & 140 *porco piaculo facere.*

¶ Piaculo, are, expiare, versühnen. Idem Cato cap. 141 *Mars pater, te hisce suavitaurilibus piaculo* &c. vid. Barth. in Stat. 9 Theb. p. 1031.

¶ Piābĭlis, e, versühnlich; ut, *Fulmen piabile*, Ovid. 3 Fast. v. 289, hoc est, quod expiari potest, & Jupiter placari. Nam addit: *& sævi flectitur ira Jovis.*

¶ Pius cum derivatis, vide infra seorsum.

Composita:

¶ Expio, are, aussühnen, ausfegen, ausbüssen; ut, *Expiare crimen, cædem, errata, injuriam.* Sic Cicero de Arusp. Resp. cap. 16 *Nomen populi Rom. tanto scelere contaminavit, ut id nulla re posset, nisi ipsius supplicio, expiari.* Sed, *Luxum populi expiare solent bella*, id est, punire, straffen, und damit gut machen. Sic Plinius, cum luxum majorum enarrasset, subdit lib. 33 cap. 11 *Quæ omnia expiavit bellum civile Syllanum.* Et Cic. in Pison. cap. 35 *Tua scelera Dii immortales in nostros milites expiaverunt*, i. e. propter te nostros afflixerunt, sie haben es unsere soldaten entgelten lassen. Livius de Horatio sororis interfectore, lib. 1 cap. 26 *Vt cædes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri, filium expiaret pecuniâ publica*, er möchte vor dem sohn eine geld-busse geben. Plinius lib. 8 epist. 10 *Quem errorem magnis detrimentis expiavit, in summum periculum adducta.* De uxore loquitur, quæ abortum inscientiâ gravitatis fecerat.

¶ Expiatus, a, um, ausgesühnt, ausgefegt. Cic. Philipp. 1 cap. 12 *Expiato foro, dissipato concursu impiorum, principibus sceleris pœna affectis.* Horat. 2 od. 1 v. 4 *Arma nondum expiatis uncta cruoribus.*

¶ Expiatus, ûs, subst. die aussöhnung. Tertull adv. Valent. cap. 13 *Continet hic ordo enthymiseos & conjunctæ passionis expiatum.*

¶ Expiātio, ōnis, idem. Livius lib. 5 cap. 17 *Vnam expiationem eorum esse, ut* &c. Et lib. 9 ineunte, *expiatio fœderis.* Cicer. de Arusp. Resp. cap. 10 *Diis violatis expiatio debetur.*

¶ Expiator, ōris, qui expiat, ein aussühner, austilger. Tertullianus de Pudicit. cap. 15 extr. *impuritatis expiator.* Carmine de nomine Jesu, quod Barthius Advers. 34 cap. 1 vulgavit, & Paulino censet vindicandum esse, v. 71 *Expiator criminum.*

¶ Expiatrix, īcis, die aussöhnerin. Festus in *Piatrix*, quam sacerdotem fuisse, supra diximus: *Alii*, inquit, *sagam, alii expiatricem vocant.*

¶ Expiatōrius, a, um, aussöhnend; ut, *Expiatoriæ pœnæ*, Augustin. Civ. D. lib. 21 cap. 13.

¶ Expiābĭlis, e, quod expiari potest, versühnlich; Vnde

¶ Inexpiabilis, e, contrarium, unaussöhnlich; ut, *Inexpiabile bellum*, Cic. 13 Philipp. cap. 1, ut Manut. & Lambin. & Gruterus legunt; nec audiendi, qui indidem *expiabile bellum* indicunt. Livius quoque lib. 4 cap. 35 *inexpiabile bellum* dixit, quod pertinax est, unverträglich. Et, *inexpiabile odium*, Idem 39 cap. 51.

¶ Inexpiabilĭter, adverb. idem: Augustin. 11 de Genesi ad lit. cap. 13 usus est.

¶ Inexpiatus, a, um, unausgesöhnt. Augustin. epist. 56 *dedecus inexpiatum manet.*

¶ Impio, are, pro polluere, contaminare, beflecken, verunreinigen; ut, *Impiare se*, est peccato obstringere, sich versündigen: Plautus Rudente a. 1 sc. 3 v. 8 *Si erga parentem aut deos me impiavi.* Pacatus Panegyr. Theodos. cap. 43 *ne oculos istos omnibus salutares homo funebris impiaret.* Ac Prudentius hymno ante somnum v. 53

At qui coinquinatum
Vitiis cor impiavit.

¶ Impiatum est, impersonaliter, man hat übel gethan. Minucius Felix in Octavio cap. 25 n. 6 *Toties Romanis impiatum est, quoties triumphatum.*

¶ Impiatus, a, um, sceleratus, inquit Festus, besudelt, geschändet. Apul. Met. lib. 1 *Miles cruore humano adspersus atque impiatus.* Id. post init. lib. 3 *Reus tot cædibus impiatus.* Senec. Hippol. v. 1180 *Thalamos petam tanto impiatos facinore?* Minuc. Fel. Octav. cap. 28 n. 6 *Impiata sacra.*

PĪPER, ĕris, πέπερι, εως, pfeffer; ut, *piper rugosum*, Persius satyr. 5 v. 55. *Piper non homo*, habet speciem proverbii in nimis asperum, apud Petronium Fragm. Trag. p. 15. vid. ibi Scheffer. p. 93.

¶ Pīpĕrātus, a, um, gepfeffert. Apicius lib. 8 cap. 8 *Lepus in piperato liquamine*, hasen-schwartz. *Acetum piperatum*, Columella lib. 12 c. 47, h. e. conditum pipere. Tralate, *piperata dicta*, i. e. mordacia: item, *piperata facundia*, i. e. mordax, apud Sidon. lib. 5 epist. 8.

¶ Piperitis, ĭdis, herba, cunila, thymbra & satureia, pfefferkraut, saturey, Plin. 20 cap. 17.

Pipilo, pipilum, Pipinna, Pipio, vide *Pipo*, *Pisinnus*, *Pipo.*

PĪPO, are, antiquum verbum, pfipen, pipen wie die hühnlein. Scalig. in Conject. *Pipare*, inquit, *Osci dicebant pro eo, quod est ejulabunde conqueri: videlicet a pipatu pullorum.* Varro apud Nonium cap. 1 n. 676 *Mugit bos, ovis balat, equi hinniunt, gallina pipat.* In Philomelæ carm. v. 24 etiam de accipitre usurpatur: *Accipiter pipat.*

¶ Pipatus, ûs, das geschrey, gepfipe oder gepipe der hühnlein. Varro de L. L. 6 cap. 5 *Pipulum declinatum a pipatu pullorum.*

¶ Pipatio, ōnis, idem; sive *clamor plorantis lingua Oscorum*, Festus.

¶ Pīpĭlo, are, passer dicitur, schirpen. Catullus epigr. 3 de passere Lesbiæ:

Sed circumsiliens modo huc, modo illuc,
Ad solam dominam usque pipilabat.

¶ Pīpŭlum, i, quod pro convicio, ploratu, sumitur, ein schmähwort. Vide Varronis locum, quem adduximus in *Pipatus*, ubi l. c. additur: *Multa ab animalium vocibus translata in homines.* Et Isidorus in Gloss. *Pipilo*, i. e. convicio, ploratu. *Pipulo differre*, apud Plaut. Aulul. a. 3 sc. 3 est diffamare, einen ausschreyen, austragen. *Pipulo poscere*, est contumeliosa appellatione poscere, vid. Taubm. ad Plaut. Merc. a. 2 sc. 3 v. 73 p. 913. Et Cn. Mattius in Mimiambis:

Dein docenti vasa cuncta dejectas;
Nequamve scit amunta pipulo poscit.

Alii: *Nequamve sutamenta pipulo poscit.*

¶ Pipio, pipiare, est plorare, vagitum edere, wimmern. Tertull. de Monogam. c. 16 *Infantes pipiantes.* Idem adv. Valent. cap. 15 *Cælestes imbres pipiavit Achamoth*, i. e. effudit plorando.

¶ Pīpio, īre, itidem pullorum est, gallinaceorum præsertim. Columella 8 cap. 5 *Auscultetur, si pipiant*, nempe pulli in ovis.

¶ Pipio, ōnis, masc. pullus avium, columbarum maxime, ein jung küchlein. Lampridius in Alexandro cap. 41 *servos ex pipionibus alerent.*

PĪRAEEUS, ĕi, Πειραιεύς, tribus syllabis, emporium Athenarum & portus quadringentarum navium capax. Disputat Cicero ad Attic. 7 epist. 3 an recte scripserit *in Piræea*, pro quo alii *in Piræeum.* Et sic Terent. Eunuch. a. 3 sc. 4 v. 1 *Coïimus in Piræeum.* Nepos 8, 2, 5 *Hinc in Piræeum transiit.* conf. 19, 3, 4. Idem de Themistocle 2, 6, 1 *Hujus consilio triplex Piræei portus constitutus est*, &c. vid. plura apud Strab. lib. 9. Plin. 4 cap. 12. Vitruv. 7 proœm. & lib. 8 cap. 3. Flor. 3, 5, 10. Justin. 5, 8, 4, & Meurs. de Piræeo.

¶ Piræus, a, um, adject. Ita Propertius *Portum Piræum* dixit lib. 3 eleg. 21 v. 23. Et, *litora Piræa*, Ovid. Met. 6 v. 446. Sic & absolute Catullus carm. 65 v. 74 *Egressus curvis e litoribus Piræi.* Et neut. plur. Ovid. 4 Fast. v. 563 *Piræaque tuta recessu Linquit.*

PĪRĀTA, æ, πειρατής, prædo in mari, ein meer-räuber oder see-räuber, a περᾶν, *transire.* conf. Bernegg. ad Sueton. Cæsar. cap. 4. Sic Cic. 7 Verr. c. 29 *piratam vivum tenuisti.* Et Vellej. Paterculus lib. 2 cap. 31 *Piratæ orbem classibus terrebant.*

¶ Piratĭca, æ, subst. die see-räuberey; ut, *Egestate & improbitate coactus piraticam fecit*, Cic. post Red. in senat. c. 5. Eam in laude ponebant Normanni, teste P. Æmilio lib. 3 de gestis Francorum: quod de priscis Græcis quoque memorat Thucydides lib. 1.

¶ Piratĭcus, a, um, seeräuberisch; ut, *Navis piratica*, ein raub-schiff, Quintil. lib. 2 cap. 14. *Bellum piraticum*, Cic. cit. loco. *Piratica scelera*, Vellej. 2, 73, 3.

¶ Archĭpīrāta, æ, ἀρχιπειρατὴς, dux prædonum, der oberste unter den see-räubern. Vtitur Cic. in Off. 2 c. 11, & Verrinis, e. g. *Archipiratam ipsum videt nemo, de quo supplicium sumi oportuit*, in Verr. 5 cap. 25. Item cap. 29 *Qui pro archipirata securi feriretur.*

PĪRĒNE, es, Πειρήνη, fons Corinthiacus, Pausanias Corinth. 2 cap. 3; vel in Acrocorintho fons Musis sacer, Plin. 4 cap. 4. De eo Persius prolog. v. 4 *Heliconiadasque pallidamque Pirenen.*
vide Casaub. ad h. l. & conf. Stat. 1 Silv. 4 v. 27. Hinc

¶ Pīrēnis, ĭdis, adject. fœm. ut, *Pirenida ad undam*, Ovid. Pont. 1 epist. 3 v. 75. Et plur. *Pirenidas undas*, Idem Met. 2 v. 240.

PĪRĬTHŎUS, i, rex Lapitharum, cum Theseo par amicorum constituit. Horat. lib. 4 oda 7 extrema:

Nec Lethæa valet Theseus abrumpere caro
Vincula Pirithoo.

conf. Virg. 6 Æneid. v. 601. Ovid. Trist. 1 eleg. 4 v. 19, & Martial. 10 epigr. 10.

PĬRUS, i, arbor, ein birnbaum; & Pirum, i, fructus, eine birn. Sic enim *I* simplici potius, ut plane latina vox, quam per *Y* scribitur: quamlibet a πῦρ, cujus pyramidalem formam repræsentet fructus, deduci velint Grammatici. Alia est ratio *Pyramidis*, quo verbo Græci etiam utuntur: sed *pyri* vocabulo nunquam, pro quo illis est ἄπιος & ἄπιον. Vt taceam esse, qui ex hac græca voce potius, quæ idem significat; quam a πῦρ derivata velint latina *Pirus* & *Pirum.* vide Vossii Etymolog. p. 393. Virg. eclog. 1 v. 74 *Insere nunc Melibœe piros.*
Horatius epod. 2 v. 19 *Vt gaudet insitiva decerpens pira.*

Genera pirorum admodum varia. vide Plin. lib. 15 cap. 15. Pauca dabimus: *Pira superba*, muscateller-birn. *Pira crustumina*, rothe läger-birn. *Volema*, grosse läger-birn, speck-birn. *Messilacea*, steinichte birn, sommer-birn. *Pira praecocia*, Jacob-birn. *Turbinata*, zapfen-birn. *Mustea*, honig-birn. *Pira silvestria*, holtz-birn, Eberus.

¶ Pirāticum, i, potus ex piris, birn-most. Hieronym. 2 contra Jov. *Bibere piraticum*. vid. Voss. de Vit. L. L. 3 cap. 35.

PĪSA, æ, singulare, urbs Elidis in Peloponneso, ita antiquis temporibus eversa, ut quidam negaverint unquam extitisse. vid. Virgil. 3 Georg. v. 180. Stat. Achill. 3 v. 19, & 7 Theb. v. 416. Hinc

¶ Pisæi, orum, populus ejus regionis, Plin. lib. 4 cap. 5. Et

¶ Pīsæus, a, um, adject. ut, *Pisæus annus*, i. e. anni tempus, quo ludi Olympici prope Pisam celebrabantur, Stat. 1 Silv. 3 v. 8. *Pisææ ramus olivæ*, Juvenal. sat. 13 v. 99. conf. Ovid. 3 Trist. v. 386. Sed

¶ Pisæ, arum, urbs Etruriæ, quam ex Pisa Achaica profecti condiderunt. vid. Liv. 21 cap. 39. Lucan. 2 v. 401. Rutil. 1 v. 532. Unde

¶ Pisāni, orum, dicuntur incolæ, Plin. 2 cap. 103, & Livius 40 cap. 43.

¶ Pisatiles, pro Pisanis, dixit Nævius e Pisis oriundos, Festus.

PĪSANDER, dri, Polyctoris filius, unus procorum Penelopes, de quo Homerus Odyss. χ v. 243, & Ovid. Heroid. epist. 1 v. 91. ¶ 2. Poëtam, qui res Herculis prosecutus, & plures hujus nominis commemorat Suidas.

PĪSAURUS, i, fluvius Piceni, à quo *Pisaurum*, civitas Umbriæ fluvio superimposita. Servius scribit, sic dictam esse, quod illis *aurum pensatum* sit, quod Galli à Romanis acceperant, & Camillus receperat. Hodie *Pesaro*. vid. Plin. 3 cap. 4, & Catull. carm. 82 v. 3.

PISCIS, is, ein fisch; ut, *Capiuntur hamo pisces*, Cic. de Senect. cap. 15. Et, *Hamo suspendere piscem*, Ovid. Metamorph. 15 v. 101. *Ludunt in aqua pisces*, Terent. Adelph. a. 3 sc. 3 v. 23. Et, *Pisces ex sententia nactus sum*, ibidem v. 66. *Piscis nequam est, nisi recens*, Plauti est Asinar. a. 1 sc. 3 v. 26. vide Chiliad. *Piscis primum a capite fœtet*: vide easdem. *Piscis patinarius* & *assus* opponuntur apud Plautum Asinariâ a. 1 sc. 3 v. 30. De sacris in Lydia piscibus Varro lib. 3 de Re Rustica cap. ultimo. ¶ 2. *Piscium vitam vivere* dicuntur potentes, qui eos, quibus antistent, non damno solum mactant, sed bonis quoque plane exuunt. Id scite expressit. Varro apud Nonium in Comest.

Natura humanis omnia sunt paria,
Qui poti, plus urget: pisceis ut sæpe minutos
Magnu' comest, ut aves enecat accipiter.

¶ 3. *Magis mutus, quam piscis*; parœmia alia de infantibus aut valde taciturnis. ¶ 4. *Pisces*, plur. signum Zodiaci. vide Avieni Aratea v. 541.

¶ Piscĭcŭlus, i, dimin. ein fischlein. Cic. Nat. D. lib. 2 cap. 48 *pisciculi parvi*. Et Terent. Andr. a. 2 sc. 2 v. 32 *pisciculi minuti*.

¶ Piscārius, a, um, zum fischen gehörig; ut, *Hamulus piscarius*, Plaut. Sticho a. 2 sc. 1 v. 17; &, *Forum piscarium*, apud eumdem in Curcul. a. 4 sc. 1 v. 13, der fischmarckt, quod & *piscariam* substantive, Varro dixit: & Ulpianus l. 17 ff. de Verb. signif. sed alii *picaria* legunt, de qua in *Pix*. Varroni etiam substantive *piscarius*, qui pisces vendit, ein fisch-händler.

¶ Piscīna, æ, in qua pisces aluntur, ein teich, vivarium, ein halter; ut, *Piscina publica*, Cic. 3 ad Qu. fratr. epist. 7. De piscinis Varro R. R. 3 cap. 3 & 17, & Plin. 9 cap. 17. ¶ 2. *Piscina* est omnis aqua collecta ad natandum, eine schwemme. Plin. 5 epist. 6 *Si natare latius aut tepidius velis, in area piscina est, in proximo puteus.* Adde Festum. Sic de piscina pecorum Columella 1 cap. 6 *quæ anseribus ac pecoribus serviat.*

¶ Piscinŭla, & Piscinella, æ, diminutiva, apud Varron. de L. L. 8 c. 45.

¶ Piscinālis, e, zum fischteichen gehörig; ut, *Piscinales cellæ in æstivis balneis*, Pallad. R. R. 1 tit. 40.

¶ Piscinensis, e, idem; ut, *Piscinensis res est*, Lucil. apud Festum in *Piscina*.

¶ Piscinārius, i, qui piscinis delectatur, ein teich-gräber, teich-liebhaber. Sic Cicero Lucullum & Hortensium *piscinarios* appellat, lib. 1 ad Attic. epist. 19. vide Varr. R. R. lib. 3 cap. ult. & Macrob. Saturn. 2 c. 11.

¶ Piscor, atus sum, ari, piscibus insidiari, fischen. Cicer. 3 Offic. cap. 14 *Piscatores ad se convocavit, & ab iis petiit, ut ante suos hortulos postera die piscarentur.* Plinius lib. 19 cap. 1 *retia in piscando durantia.* Sed, *Piscari in aëre*, est operam ludere, Plautus Asinar. a. 1 sc. 3 v. 86.

¶ Piscatus, ûs, subst. die fischerey, der fischfang, fischzug, fischwerck. Plaut. Rud. a. 2 sc. 1 v. 10 *Hamatilem & saxatilem piscatum aggredi.* Idem Most. a. 3 sc. 2 v. 41 *Piscatu probo, electili vitam colere*, i. e. piscibus selectissimis. Cicer. Fin. 2 cap. 8 *Vivere piscatu, aucupio, venatione.* Plin. 6 cap. 22 *Est in piscatu voluptas, maxime testudinum.* Vitruv. 8 cap. 4 *Frumenti fructu privari, arbustisve, aut carne, aut piscatu.* Apud Nonium cap. 8 n. 38 veteres: *Omne piscati genus*, pro *piscatûs*. Translate Plaut. Bacch. a. 1 sc. 1 v. 69 *Piscatus hic tibi hodie evenit bonus.*

¶ Piscātio, ōnis, idem. Ulpian. leg. 13 Dig. t. 4 lib. 8 *Piscationem thynnariam exercere.* vide & Nonium cap. 3 n. 156. Hieronymus epist. 4 ad Rusticum: *Apostoli de piscatione lacus Genezareth ad piscationem hominum transierunt.* Et Lege 9 § 5 Dig. de Usufr. & quemadm. *piscationes* pluraliter.

¶ Piscatūra, æ, idem. Tertull. adv. Marc. 4 cap. 9 *De tot generibus operum ad piscaturam respexit, ut ab illa in Apostolos sumeret.*

¶ Piscator, ōris, ein fischer. Cic. 3 Off. cap. 14 *Piscatores ad se convocavit.* vide *Piscari*. Et Terent. Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 26 *Piscator ictus sapit*, mit schaden wird man klug, Proverb.

¶ Piscatrix, īcis, die fischerin. Ita *Ranam piscatricem* vocat Plin. lib. 9 cap. 42.

¶ Piscātōrius, a, um, zum fischfang gehörig; ut, *Navis piscatoria*, apud Cæs. 2 B. Civ. cap. 4. *Lina piscatoria*, Plin. 24 cap. 9, ein fischer-netz; saltem materia, unde retia conficiuntur. *Arundo piscatoria*, Idem lib. 16 cap. 36 sub fin. eine angel-ruthe. *Piscatorio artificio quæstum facere*, Lactantius lib. 5 cap. 2 extr. Substantive Gloss. gr. lat. ἰχθυοπώλιον, *Piscatorium*, der fischmarckt.

¶ Piscōsus, a, um, fischreich; ut, *Amnis piscosus*, Ovid. 3 Fast. v. 581. *Piscosum profundum*, Martial. lib. 10 epigr. 37.

¶ Piscŭlentus, a, um, idem; ut, *Loca pisculenta*, Plaut. Rud. a. 4 sc. 2 v. 2. *Pisculentissima stagna*, Solin. cap. 4 de Sardinia. *Pachinum pisculentissimum*, ibid. cap. 4 de Sicilia.

¶ Piscĭfluus, a, um, idem; ut, *Piscifluus Rhenus*, Theodulf. lib. 2 Carm. v. 579.

¶ Expiscor, ari, interprete Donato, est, omni studio inquirere, ubi pisces lateant, ausfischen: item, ausforschen, ausfragen, auslocken. Terent. in Phorm a. 2 sc. 3 v. 35 *Proinde expiscare, quasi non nosses.* Cic. lib. 9 fam. epist. 19 *Nescis, me ab illo omnia expiscatum?* Idem in Pison. cap. 28 *Nihil expiscatus es.*

¶ Semipiscīna, æ, der halbe teich. Varro de R. R. 1 cap. 13 *Lacus intra stylobatas sit semipiscina.*

PĪSĒNOR, ŏris, unus ex Centauris, Ovid. Met. 12 v. 303.

PĪSĬDIA, æ, regio Asiæ inter Pamphiliam & Phrygiam majorem, ut Lydiam Lyciamque quodammodo contingat. vide Geograph.

¶ Pisĭdæ, arum, incolæ ejus regionis. Claudianus lib. 2 in Eutrop. v. 241 *Finibus obliquis Lydi Pisidæque feroces*
Continuant australe latus.

Et ibidem v. 465 *Pamphylos Pisidasque rapi.*

Cic. de Divin. 1 cap. 1 *Pisidarum gens volatibus avium cantibusque, certissimis signis, declarari res futuras putat.*

PĪSINNUS, i, antiquum vocabulum, puerum significans, ein knabe. Labeo apud veterem Scholiast. Persii ad sat. 1

Crudum manduces Priamum Priamique pisinnos.

Martial. lib. 11 epigr. 73 *Dravci Nata sui vocat pisinnam,*
Collatus cui Gallus est Priapus.

vide Farnab. ad h. l. qui *Pipinnam* habet. At Pet. Scriverius cum Cœl. Rhodig. 4 c. 6 *vepenem*; & Turnebus Adverf. 8 c. 4 *bipennem*.

PĪSISTRĂTUS, i, Πεισίστρατος, Atheniensis tyrannus eloquentiâ clarus, tempore Servii Tulli regis Romani. Meminit hujus Cicero de Orat. 3 cap. 34, ad Att. 8 epist. 16, & de Senect. cap. 20.

Pisito, are, piso, ere, & are, vide paullo ante *Pinso, ere*.

PĪSŌNES, um, nobiles Romani, ex Numæ Pompilii familia, sic dicti vel a *piso*, ut a *lente* Lentuli: vel a *pisendo*, uti Plinius censet lib. 18 cap. 3; cum quo & auctor Panegyrici in Pisonem facit, quando scribit v. 14 *nam quid memorare necesse est,*
Ut domus à Calpo nomen Calpurnia ducat?
Claraque Pisonis tulerit cognomina prima,
Fumida callosa cum pinseret hordea dextra?

Fuit Calpurniæ gentis cognomen.

¶ Pīsōnianus, a, um, adject. ut, *Pisonianum vitium*: id est, mira libido loquendi, quo vitio laboravit L. Piso. B. Hieronymus ad Oceanum epist. 83 *Primum spinosulus noster obmutuit: deinde Pisoniano vitio, cum loqui nesciret, tacere non potuit.* Hoc vitii genus Græcis λαλιά; & eo qui laborarent, λάλοι, Latinis *Linguaces*, *Lingulacæ*, *Locutuleji* appellati. Vide Theophrasti Characteres & ad eos Casaub. itemque Gellium lib. 1 cap. 15.

PISSASPHALTUS, i, πισσάσφαλτος, pix bitumine mixta, a πίσσα & ἄσφαλτος, *bitumen*, bergwachs, Plin. lib. 35 cap. 15.

PISSELAEON, i, πισσέλαιον, oleum ex pice. Plin. lib. 24 cap. 5 *Fit ex eo* [cedri succo] *oleum, quod pisselæum vocant.*

PISSŎCĒROS, i, πισσόκηρος, melligenis genus ex cera & pice sive resina mistum. Plin. lib. 11 cap. 7 de apum mellificio: *Prima fundamenta operis* comosin *vocant periti, secunda* pissoceron, *tertia* propolin.

PISTĀCIUM, i, πιστάκιον, & Pistaciâ vel Pistacea, æ, nucis genus sunt, welsche pimpernüsse: Plin. 13 cap. 5. Pallad. Febr. tit. 25, & Matthiol. Hæc amygdalis fructum breviorem, sed nobiliorem faciunt. Palladius de insitione v. 157

Quin & amygdaleos subeunt pistacia ramos,
Et meritum majus de brevitate petunt.

PISTĀNA, æ, herba ex ulvarum genere, Plin. 21 cap. 17.

Pistillum, pistillus, pisto, vide *Pinso, ere*.

PISTŎLŎCHIA, æ, πιστολοχία, aristolochiæ genus, hollwurtz, Plin. 20 cap. 4.

Pistor, pistrina, pistrinensis, pistrinum, &c. vide *Pinso*.

PISTRIX, īcis, sive Pistris, is, marina bellua, quæ & Pristis & Physeter, & Physalus, φυσητήρ, φύσαλος, dicitur. vide *Pristis*. Flor. lib. 3 c. 5 n. 16 de nuntio obsessam Cyzicum adnatante: *videntibus procul quasi marina pistrix evaserat.* ¶ 2. Sidus item cæleste, quod & cetus dicitur. Cicero in Arat. v. 664 ed. Grut. *Et fera pistrix labitur*, i. e. occidit. Avienus in Phœnom. v. 775

rutilat subter Nereia pistrix.

Obliquis differunt *Pistrix* & *Pistris*. Cicero ibidem v. 398

Pistricis spinæ valida cum luce refulgens.

Et Germanicus Cæsar in Arat. cap. de Pisce Notio:

E quibus una magis sub cauda flamma relucet
Squamigeræ Pistris.

¶ 3. *Pistris*, navis nomen apud Virg. lib. 5 Æn. v. 154 &c. alii *Pristis* legunt, quod idem est. ¶ 4. *Pistrix* fœm. a *Pistor*, vide in *Pinso*.

PĪSUM, i, πίσσοι, plur. pisa, legumen notum, erbsen. Plin. lib. 18 c. 12 *Ex leguminibus novembri seruntur lens, & in Græcia pisum.* Et paucis interjectis: *Pisum in apricis seri debet, frigorum impatientissimum. Ideo in Italia & in austeriore cælo non nisi verno tempore, terra facili ac soluta.* Adde Columell. lib. 2 cap. 10. Ex quibus apparet, delicatius pisum, quam ervum esse, & fere respondere illi generi, quod in hortis plantamus, garten-erbsen. De ervo, ut vulgari legumine, Columella dicto cap. sub finem. Adde supra in ipso illo vocabulo.

¶ Pīsĭnus, a, um, von erbsen. Plin. 23 cap. 5 *Pisino oleo usus est passim ad quadrupedum scabiem.*

PĬTĂNE, es, oppidum Æolidis in Asia ad fluvium Caycum, patria Archesilai philosophi, Plin. 5 cap. 30. Ovid. Met. 7 v. 358.

¶ Pitanæi, orum, & Pitanitæ, arum, incolæ.

PĪTHAULES, æ, πιθαύλης, ut *Ascaules*, de quo supra dictum. Proprie

prie, qui tibia instar dolioli vel cadi facta cantat, a πίθος, *dolium.* Usus Seneca est epist. 76 post princ. *Quis sit pithaules bonus, judicatur.* Et Vopiscus in Carino cap. 19 de ludis: *choraulas centum: etiam pithaulas centum: pantomimos & gymnicos mille.* Ubi Salmasium vide. Nostro more est fere ein sack-pfeiffer. ¶ At *Pythaules*, prima producta, qui Pythia cantat, de quo infrà.

PĬTHĒCUS, i, πίθηκος, simia, ein affe, unde *Pithecusa.* ¶ De *Cercopitheco*, vide supra suo loco.

¶ Pithēcium, i, πιθήκιον, ein äffgen. Plautus ab hac appellatione *Pithecium* deformem dixit mulierem, in Milite a. 4 sc. 1 v. 42, ein ungeschaffen weib, ein affen-gesichte, *Pithecium hæc est præ illa, & spinturnicium.* ¶ Est & nomen herbæ, Apul. de Herb. cap. 86.

¶ Pithecūsa, æ, insula in mari Tyrrheno, non procul ab ostio Tiberis, alias *Ænaria*, & *Inarine*, nunc *Ischia*, in cujus summitate oppidum fuit Pithecusæ. A *pitheco* dictam volunt nonnulli, atque in iis Ovidius lib. 14 Metam. fab. 3 v. 90, quos tamen castigat Plinius, qui a figlinis doleariorum sic appellatam docet lib. 3 cap. 6. Sane πίθος *dolium* est.

PITHES, & Pithītes, æ, πιθίτης, cometæ genus, dolii figuram gerens, apud Apulej de Mundo, & Plin. 2 cap. 25.

¶ Pithia, æ, meteoron, Senec. Quæst. Nat. 1 cap. 14 & 15.

PĪTHO, ōnis, Πειθώ, persuadendi dea, ut a Quintiliano, & Suadela, ut ab Horatio 1 epist. 6 v. 38 nominatur. Cicero de Clar. Orat. cap. 15 Πειθὼ *quam vocant Græci, hanc Suadam appellavit Ennius.*

PĪTHODĒMUS, i, πιθόδημος, lustator egregius, Plin. 34 cap. 8.

PĪTHOEGIA, orum, πιθοίγια, festum, quo vini dolia primum relinebantur, a πίθος, *dolium*, & οἴγω, *aperio.* vid. Rhodig. Antiqu. Lect. 28 cap. 25.

PĪTHOLĔON, ontis, Πιθολέων, poëta Rhodius, trivialis & abjectus, qui in confinio utriusque linguæ natus perquam ridicule græca latinis miscuit, de quo Horatius 1 sat. 10 v. 22.

PĪTISSO, āre, modice vel paullatim degustare: Terent. in Heaut. a. 3 sc. 1 v. 48 *Pitissando modo mihi quid vini absumsit?* kosten, schmecken, schlürffen. Vet. Gloss. ἀπογεύομαι, *Pitisso, degusto.* Vide Scaligerum ad Manilium p. 455, & Guyetum ad Terentii paullo ante productum locum: qui *pitisso* scribit. Scaliger *pytisso.* Inde *Pitysma*, sive *Pytisma* est apud Juvenalem. vide *Pytisma.*

PITTĂCIUM, i, vel Pictacium, πιττάκιον, epistola brevis & modica, ut Isidorus exponit. Vet. Gloss. πιττάκιον, *Pittacium, Brevis. Breves* enim substantive, ut loquuntur Grammatici, pro brevibus libellis, epistolis, ein zettel, ein brieflein. Petron. Satyrico p. 80 *Statim allatæ sunt amphoræ vitreæ diligenter gypsatæ, quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo, FALERNUM OPIMIANUM ANNORUM CENTUM.* Ubi *Pittacia* sunt schedulæ, quibus inscripta est ætas vini. Pro *albo* sive *brevi*, (*brevis* enim proprie album) posuit Lampridius in Severo cap. 21 *De promovendis*, inquit, *etiam sibi annotabat & perlegebat cuncta pittacia.* Ubi Casaubonus: *Pittacia, id est, breves, ut modo dixit. Sed pittacia dicuntur pice vel malthâ illitæ breves tabulæ, in quibus elogia scribebantur & id genus alia, quæ paucis verbis possunt comprehendi. Ut illa Polybiana pittacia, de quibus aliquid ad Suetonium notare meminimus lib. 2: Vox est origine græca πιττάκια ἀπὸ τῆς πίττας, usu vero Romanorum, &c.* ¶ 2. Apud Celsum lib. 3 cap. 3 *Pittacium* pro panniculo medicamento illito, qui capiti vel præcordiis applicatur, ponitur, ein pflaster, eine stirnbinde. Sic & Laberius apud Gellium 16 cap. 7 capitium sive tegmen capitis *Pictacium* vocasse dicitur. Ubi, notante Petro Mosellano, *Pittacium* est tamquam philosophicum, noviter ducto vocabulo a *Pittaco*, uno ex septem Sophis: At si *Pictacium* legere malueris, a pictura & variegatione trahi potest.

¶ Pittăciŏlum, vel Pictaciolum, i, dimin. tabula exigua, ein klein zettelgen. Adelhelm. de Virg. cap. 26 *Pictaciolis apicum excludi.*

PITTĂCUS, i, Πιττακός, Mytilenæus de numero septem fuit Græciæ sapientum, Crœsi regis tempore, cujus hæc de moribus præcepta Ausonius dat in Sapientibus:

> *Loqui ignorabit, qui tacere nesciet.*
> *Bona probari malo, quam multis malis.*
> *Pareto legi, quisque legem sanxeris.*
> *Plures amicos re secundâ compara;*
> *Paucos amicos rebus adversis proba.*

Idem cum reipubl. summæ aliquando præfuisset, ab ea recedens, *Quam difficile*, pronunciavit, *est, bonum virum esse*, ὡς χαλεπὸν, ἐσθλὸν ἔμμεναι, Plutarch. in convivio 7 Sapientum. Legem etiam sanxit, ut ebrii peccantes majori pœna afficerentur, quam sobrii: Aristot. lib. 2 Polit. cap. ult. Laërtius, Suidas, uterque in Pittaco.

PITTHEUS, ĕi, Πιτθεύς, avus Thesei, qui Trœzene regnavit, & primus rhetoricam docuisse & scripsisse dicitur. vid. Plutarch. in Theseo, Pausan. in Corinth. & Voss. de Rhet. nat. & const. c. 9. Hinc

¶ Pitthēis, ĭdis, patronym. fœm. ut, *Pittheidos Æthræ filius*, i. e. Theseus, Ovid. Heroid. epist. 10 v. 131.

¶ Pithēĭus, & Pithēus, a, um, adject. ut, *Pitheia & Pithea Trœzen*, Ovid. Met. 6 v. 418, & 15 v. 297. Et, *Pitheia regna*, Idem Heroid. epist. 4 v. 107.

PĪTUĪTA, æ, φλέγμα, humor redundans, & ex ore naribusque fluens, catarrhus, der unflath aus maul und nasen, schleim, rotz, schnupffen; ut, *Pituitam detrahere*, den schleim abführen, Plin. 27 cap. 12. Prima autem in *pituita* semper producitur. Nam in illo Horatii lib. 1 epist. 1 extrema: *Præcipue sanus, nisi cum pituita molesta est:* συνίζησις, & *pituita* trisyllabum est: & in illo Persii sat. 2 v. 57

> *Somnia pituita qui purgatissima mittunt.*

Sane Catullus produxit epigr. 20

> *Mucusque & mala pituita nasi.*

¶ Pituitōsus, a, um, catarrhosus, rotzig, schnupffig. Cic. de Fato cap. 4 *Videmus in aliis* [locis] *esse pituitosos, & quasi redundantes: in aliis exsiccatos atque aridos.*

¶ Pituitāria, æ, uva agrestis, sic dicta, quod pituitam oris siccet, bißmüntze, Plin. 23 cap. 1.

PĬTYIS, ĭdos, πιτυΐς, nux pinea e pinastris, eine grosse zirbel-nuß, tannapffel, Plin. 15 cap. 10. Dioscor. 1 cap. 87, nam πίτυς, *pinus* est.

¶ Pityīnus, a, um, πιτύϊνος, von fichten; ut, *Resina pityina*, apud Marcell. Empir. *Cera pityina*, Theod. Priscian. 2.

¶ Pityocampe, es, πιτυοκάμπη, vermis sive eruca e pinu arbore nascens, eine raupe, holtz-wurm, Plin. 23 cap. 2, & 28 cap. 9, & 29 cap. 4. Dioscor. in Alex. 2.

¶ Pityūsa, æ, πιτυοῦσα, genus tithymali, teuffelsmilch, Plin. 24 cap. 6. Dioscor. 4 cap. 166. ¶ 2. *Pityusæ*, insulæ in mari Balearico, a pineorum fruticum ubertate dictæ, Plin. 3 cap. 5. De aliis idem 4 cap. 12, & lib. 5 cap. 31.

PĪUS, a, um, qui Deo fidit, Deum metuit, colit; qui officium suum præstat parentibus, cognatis, amicis, patriæ, gottselig, gottsfürchtig, fromm; ut, *Pium ac pudicum ingenium*, Terent. in Hecyr. a. 1 sc. 2 v. 77. *Piæ preces*, ein andächtiges gebet, Livius lib. 34 cap. 3. ¶ 2. Significat & benignum atque clementem, gütig. Claudianus ad Honor. consul. 4 v. 275

> *Sis pius imprimis; nam cum vincamur in omni*
> *Munere, sola Deos æquat clementia nobis.*

Hinc Antoninus Imperator a clementia, *Pius* cognominatus est. Marcus philosophus in epistola ad Faustinam apud Vulcatium in Avidio Cassio: *Non enim quicquam est, quod imperatorem Romanum melius commendet gentibus, quam clementia. Hæc Cæsarem Deum fecit, hæc Augustum consecravit, hæc patrem tuum inprimis PII nomine ornavit.* Vide & Capitolinum in Pio. Quamquam alii sic dictum volunt a pietate in socerum, quem senem & fessum ætate manu sublevasset. Quemadmodum Metellus etiam, & primus quidem *PII* cognomen meruit, quod patrem lacrymis & assiduis precibus ab exilio revocavit. Similiter & Tiberium nonnulli *Pium* appellare voluerunt, quod ex Illyrico revocari se nullis modis passus est, priusquam id formidolosissimum bellum confecisset. De quo lege Suetonium ejus vitâ cap. 16 & 17. ¶ 3. Sic & pro blando & quod non grave, sed jucundum potius & amœnum est, usurpatum. Sic *pium cælum* Germanicus Cæsar Arateis dixit v. 266 & v. 633, ut quidem H. Grotius locum utrumque corruptissimum emendavit: Quem vide. Martianus Capella lib. 1 de Jove, ad ejus planetæ naturam respiciens:

> *Tene igitur, illo quo benignus numine es,*
> *Deposco, cæli blanda temperatio,*
> *Piumque culmen.*

Idem lib. 6 metro 2 *Moxque imitata pium lactea luna diem.*

¶ 4. *Pius* etiam suavis est, non pugnax: Barth. ad Stat. Silv. p. 63. Sed aliunde non probat, quam ex Catulli loco, quem mox sub altera seu *docti* notione suppeditabimus. Addit, ut firmior sententia sit, Dousæ patris interpretationem. ¶ 5. *Pium* pro *docto* Catullus posuit in illo Carm. 16

> *Nam castum esse decet pium poëtam*
> *Ipsum, versiculis nihil necesse est.*

¶ 6. *Piissimus*, superlativus a *pius*. Cicero 13 Philipp. cap. 19 vocat *verbum novum, quale omnino nullum in Lingua latina sit.* Verum parvi hanc censuram æstimarunt sequentis temporis scriptores, Curt. 9, 6, 17. Seneca Rhetor Controv. 27, & Philosophus Consolat. ad Polyb. cap. 26. Tacitus Agric. cap. 43 n. 7. Florus 4, 7, 15. Sulp. Severus Dial. 3 cap. 16, qui omnes *piissimus* dicere non sunt subveriti. Ut innumeras inscriptiones antiquas taceamus, quibus vel parentes, vel liberi, vel fratres *piissimi* laudantur, v. g. apud Gruter. p. 575 n. 5 PATRI PIISSIMO ET INDULGENTISSIMO. Et p. 689 n. 1 FILIO PIISSIMO BENE MERENTI, &c. ¶ 7. *Pientissimus* etiam frequens in antiquis inscriptionibus, ut Operum Gruteri & Reinesii indicibus, qui appellationes adfectuum continent, probatissimum est. Pauca exempla sufficiant. Gruter. p. 369 n. 5 PATRI PIENTISSIMO: & pag. 752 n. 3 MATRI PIENTISSIMAE: & p. 636 n. 7 FRATRI OPTIMO PIENTISSIMO: & p. 600 n. 8 FIL. OPT. PIENTISS. &c.

¶ Pie, adverb. idem; ut, *pie, humane facere*, id est, clementer, vel ex officio, Cic. 11 fam. epist. 27. *Neque faciam, neque me satis pie posse arbitror*, Terent. in Adelph. a. 3 sc. 4 v. 13. *Piissime*, Senec. ad Polyb. cap. 34 de Cajo Cæsare fratris Lucii obitum lugente: *piissime & fortissime tulit.* Adde quæ mox in *Impie* dicemus.

¶ Piĕtas, ātis, *gravissimum & sanctissimum illud nomen, fundamentum omnium virtutum*, quemadmodum Cicero inquit pro Plancio cap. 12. *Regula virtutum pietas, & principium quidem*, quemadmodum Philo dixit, *sicut Deus ipse auctor omnium est.* Verba ipsius lib. de Decalogo ista sunt: ἀρχὴ δ' ἀρίστη πάντων τῶν ὄντων θεός, ἀρετῶν δ' εὐσέβεια. Est igitur pietas in Deum, parentes, liberos, cognatos, patriam, &c. gottseligkeit, frömmigkeit, gehorsam gegen die eltern, treue gegen das vaterland, rc. Cicero 1 fam. epist. 1 princ. *Ego omni officio, ac potius pietate erga te, cæteris satisfacio omnibus, mihi ipse nunquam satisfacio.* Ubi plura Manutius affert. Idem 2 de Invent. cap. 22 *Pietas erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine conjunctos officium conservare mones.* Lipsius lib. 1 de Constantia cap. 11 *Legitimum debitumque honorem & amorem in Deum ac parentes* definit. *Colere pietatem*, Cicer. Somn. Scip. cap. 3, thun, was man eltern, freunden schuldig ist; ubi & *viam in cælum* vocat. *Vultu sæpe læditur pietas*, Idem pro S. Rosc. cap. 13. ¶ 2. Justitia item, benignitas, clementia, *Pietatis* nomine significatur passim apud auctores. Vide Fabri Semestria. Unde Claudianus *rigori* opponit Paneg. de 4 Consul. Honorii v. 513.

¶ Piĕtāticultrix, īcis, quæ pia est erga parentes; Petron. Satyr. p. 84

> *Ciconia etiam grata, peregrina, hospita,*
> *Pietaticultrix.*

Ita Phædrus dixit *nemoricultrix*, Catullus *Silvicultrix.*

¶ Impius, a, um, a pietate alienus, Græci ἄθεον dicunt, ruchloß, gottloß. Cic. de Leg. 2 cap. 9 *Impius ne audeto placare donis iram Deorum.* Et, *Filius impius in patrem*, &c. ungehorsam. *Impia bella suscipere*, Curtius lib. 4 cap. 1. *Impiissimus*, Auson. ad Gratian. Et Hieronymus epist. 26 ad Pammachium, cap. 2 *Rex impiissimus.* ¶ 2. Item immitis, sævus. Horatius epod. 5 v. 13

Impube corpus, quale posset impia
Movere Thracum pectora.

Impius pro patricida, Quintil. 8 cap. 6.

¶ Impie, adverb. gottloser weise: ut, *Impie facere*, i. e. contra officium: Cicer. 2 Nat. Deor. cap. 16 *Qui astra videt, non indocte solum, verum etiam impie faciat, si deos esse neget.* Idem lib. 5 Tuscul. cap. 2 *Vituperare quisquam vitæ parentem* [philosophiam,] *& hoc parricidio se inquinare audet? & tam impie ingratus esse, ut eam accuset, quam vereri deberet?* Superlativus *Impiissime*. Salvianus lib. 3 de Avar. p. 98 *Nunc impiissime nullis omnino a suis minus relinquitur, quam quibus ob Dei reverentiam plus debetur.* Invehitur in eos parentes, qui liberos religionem professos hæreditate excludunt. Vide Rittershusium ad h. l. Et Marcellus ac Faustus libello precum ad Imperatores pag. 26 ed. Sirmondi: *Advertit sapientia vestra, Ariminensem synodum piissime cœptam, sed impiissime terminatam.*

¶ Impiĕtas, ātis, die gottlosigkeit, das gottlose wesen. Cicer. de Finibus lib. 4 cap. 24 *Etsi impietas molita quidpiam est, quamvis occulte fecerit, nunquam tamen confidet, id fore semper occultum.* ¶ 2. Aliquando & crimen læsæ majestatis sic appellatur. Tacitus 6 Annal. cap. 47 *Dein multorum amoribus famosa Albucilla defertur impietatis in principem.* Ita & Dio ἀσεβείας voce non semel est usus, ut in Tito: itemque in Nerva princ.

¶ Impio, impiatus, vide supra in *Pio, āre.*

PIX, picis, πίσσα, resina ex pinu, pech. *Pix ferventissima*, vide mox in *Picare*, heiß pech. *Pix liquida*, Plin. 16 cap. 11, zerlassen pech. *Cælum pice nigrius*, Ovid. epist. Leandri 18 v. 7, der pechschwartze himmel. *Picem calidam bibito*, sauff höllisch pech, Plaut. Mercat. a. 1 v. 29. Est quoque in tortorum instrumentis. Plautus Captiv. a. 3 sc. 4 v. 65 *Atra pix agitet te apud carnificem.* Lucretius lib. 3 v. 1030
Verbera, carnifices, robur, pix, laminæ, tædæ.

¶ Pĭcŭla, æ, dimin. etwas pech. Apulej. de Herb. cap. 36 *Herbam cum nitro & axungia & picula ex aceto tere.* Et Veget. 3 cap. 3 *Picula oleoque curari.*

¶ Pĭceus, a, um, adjectivum, von pech, pechschwartz: ut, *Piceus nimbus*, Stat. lib. 1 Theb. v. 97. *Picea caligo*, Virgil. 2 Georg. v. 309. *Piceæ nubes*, pechschwartze wolcken: De nigrore enim fuliginis hoc verbum sæpius dicitur. Ovidius 11 Metam. v. 549
inductâ piceis e nubibus umbra
Omne latet cælum.

¶ Pĭco, āre, pice illinere, pichen, verpichen. *Dolia picare*, Suet. Claud. cap. 16. Et Columella lib. 12 cap. 18 *Dolia cæteraque vasa picanda sunt.* Et paullo post: *ferventissima pice infusa picatur.*

¶ Pĭcatus, a, um, gepicht: ut, *Dolium picatum*, Colum. 11 cap. 2. *Vinum picatum*, der auf pech liegt, Martial. lib. 13 epigr. 107. Qui &

¶ *Piceatus*, dixit in furem lib. 8 epigr. 59
Non fuit Autolyci tam piceata manus;
eine hand, die ankleben läst.

¶ Pĭcāria, æ, vel ubi foditur pix, (est enim pix quædam fossilis, Plinio teste) vel ubi coquitur, eine pechhütte, pechgrube. Cicero de Claris Oratoribus cap. 22 *Nam cum in silva sua facta esset cædes, notique homines interfecti, insimularetur que familia, partim etiam liberi societatis ejus, quæ picarias de P. Cornelio & L. Mummio Coss. redemisset* &c. Vlpianus L. inter publica 17 D. de Verbor. significat. *Publica vectigalia intelligere debemus, ex quibus vectigal fiscus capit. Quale est vectigal portûs vel venalium rerum, item salinarum & metallorum, & picariarum.*

¶ Impĭco, āre, pice illinere, verpichen. Colum. lib. 12 cap. 29 *Amphoram novam oblinito & impicato diligenter.* Et cap. 43 *Impicare dura pice.*

¶ Oppĭco, āre, verpichen, zupichen. Cato de R.R. cap. 120 *Im amphoram mustum indito, & corticem oppicato.*

Placabilis, placamen, &c. vide paullo post *Placo, āre.*

PLĂCENTA, æ, πλακοῦς, libum farinaceum, ein kuchen, fladen. Plin. 7 cap. 53 *Cum in cœna placentam appeteret.* Placentarum differentiæ multæ sunt; ut, *Teganitæ*, τηγανῖται, pfannkuchen, a τήγανον, *sartago*. *Placentæ tortiles*, τρέπτοι ἢ στρεπτίκιοι, sprützkuchen, &c. Vide Athenæum lib. 2. Ὀβελίαι, spießkuchen. *Placentæ mellitæ*, honigkuchen, Horat. 1 epist. 10 v. 11.

¶ Placentārius, i, qui placentas conficit, ein kuchenbecker. Vet. Gloss. πλακουντάριος, *Placentarius, dulciarius.*

Placentia, Placentinus, vide sequens *Placeo.*

PLĂCEO, ui, ĭtum, ēre, gratum esse, gefallen, wohlgefallen. Ovid. 2 Amor. eleg. 4 v. 20 *Cui placeo, protinus ipsa placet.*
Cic. ad Attic. lib. 13 epist. 1 *Exspecto, quid istis placeat de epistola ad Cæsarem. Neque Jupiter, seu pluat, omnibus placet, seu sit serenus*, Theognidis est v. 25 οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς
Οὔθ' ὕων πάντεσσ' ἁνδάνει, οὔτ' ἀνέχων.
wer kans allen recht machen! *Placere sibi*, viel auf sich halten, sich seines thuns freuen: Cicer. 2 de Orat. cap. 4 *Ego nunquam mihi minus, quam hesterno die placui.* ¶ 2. Vsurpatur sæpius impersonaliter, *placet, placuit* & *placitum est*: ut, *doctissimis, sapientissimisque placuit*, id est, doctissimi censuerunt, es hat ihnen beliebt, sie haben es für gut angesehen, Cic. lib. 1 de Divin. cap. 49. Et, *Postridie placuit, ut breviter sententias diceremus*, Idem lib. 1 famil. epist. 2. *Placitum est mihi*, hoc est, visum est mihi. D. Brutus 11 fam. epist. 1 *Placitum est mihi, ut postularem legationem liberam mihi.* ¶ 3. Elegans usus hujus verbi in expostulationibus. Tibullus in Priapejo:
Placet, Priape? qui sub arboris coma
Soles sacrum revinctus pampino caput
Ruber sedere &c. Vide ibi Scaligerum.

¶ Plăcens, tis, gefällig. Horat. 2 od. 14 v. 21 *Linquenda tellus & domus & placens uxor*

¶ Placentia, æ, Latinis veteribus dictus habitus animi vitiosus ille est, qua semper studemus placere, die gefälligkeit. Græcis ἀρέσκεια appellatur; de qua Theophrastus in Characteribus, & ibi Casaubon. In Glossis Cyrilli & *Placor* vocatur, Ἀρέσκεια, *hic placor.* Apulej. lib. de Philosoph. *Ad placentiam reflecti.* ¶ 2. *Placentia*, urbs antiquissima Italiæ ad Trebiam amnem, nec procul a Pado, ut scribit Plinius 3 cap. 15. Vulgo *Piacenza.* Silius 8 v. 594
Certavit Mutinæ quassata Placentia bello.

¶ Plăcentīnus, a, um, gentile; ut, *Placentinus aleator*, Cicer. Verr. 5 cap. 13. *Placentini calices*, Idem in Pison. cap. 27.

¶ Placendus, a, um, quod placere debet, was gefallen soll. Plaut. Trin. a. 5 sc. 2 v. 35 *Si illa tibi placet, placenda dos quoque est, quam dat tibi.*

¶ Plăcĭtūrus, a, um, gefällig mit der zeit. Stat. Theb. 1 v. 707 *Prænosse summo placituræ Jovi.*

¶ Placĭtus, a, um, gefällig, angenehm. Virg. 2 Georg. v. 425 *Placitam paci olivam.* Ovid. epist. Helenæ v. 98
Est virtus, placitis abstinuisse bonis.
Superlativum *Placitissimus*, Justino lib. 18 cap. 3 n. 9 Gronovius & Grævius, viri summi, vindicarunt: ille etiam Statio 12 Thebaid. v. 302, Idem autem est, quod gratissimus, acceptissimus.

¶ Placĭtum, i, subst. das gefällige; item, decretum, der schluß, die satzung, ordnung; ut, *Per tutum placitumque ire*, Ovid. de Arte am. 1 v. 243. Sed Heinsius legit *planumque*. Et, *Medicorum placita*, Plin. 14 cap. 22.

¶ Plăcĭto, āre, frequent. wohl gefallen. Plaut. Bacch. a. 4 sc. 10 v. 10 *Neque placitant mores*, i. e. non placent, non probantur.

¶ Placesco, ĕre, idem. Tacit. Ann. 14, 3, 1 *Quod otium placesceret*: Ita emendavit Barthius in Notis ad Guil. Briton. p. 495, cum legatur, *lacesseret.*

¶ Plăcĭbĭlis, e, gefällig. Tertullianus Resurr. Carn. cap. 47 *θυσίαν εὐάρεστον* Rom. c. 12 v. 1, vertit *hostiam placibilem Deo* &c.

¶ Placīvus, a, um, idem. Gloss. gr. lat. ἀρεστός, *placivus.*

¶ Placor, ōris, die sanfftmuth, gefälligkeit. Vulg. Interpr. Sirac. c. 4 v. 13 *Complectitur placorem ejus.* Conf. cap. 39 v. 22, & supra *Placentia.*

Composita:

¶ Complăceo, ēre, ut simplex *Placere*. Atque ita sæpe passive: ut, *Postquam me amare dixi, complacita est tibi*, Terent. in Andr. a. 4 sc. 1 v. 21. Et Plautus Rud. a. 1 sc. 3 v. 3 *Hoc Deo complacitum est*, hoc est, placuit. Gellius lib. 1 cap. 21 *Neque id soli Hygino, sed doctis quibusdam etiam viris complacitum.* ¶ Proprie, pluribus una placere, ex compacto & conventione placere & approbari. Idem Gellius lib. 17 cap. 9 *Quænam vero* [littera] *pro qua scriberetur, ante iis complacebat.* Quod paullo ante dixit: *Erat conventum inter eos clandestinum* &c. sie waren unter einander einig worden.

¶ Displĭceo, ēre, minus placere, nicht gefallen, mißfallen. Terent. in Heaut. a. 4 sc. 2 v. 28 *Prius quæso disce, quid sit vivere, ubi scies, si displicebit vita, tum istoc utitor.* Cicer. ad Attic. 2 epist. 18 *Displiceo mihi, nec sine summo scribo dolore*, ich bin mir selber gram. Gellius lib. 1 cap. 21 *Cum ei displicita esset insolentia & insuavitas illius.*

¶ Displĭcentia, æ, die mißfälligkeit. Seneca de Tranquillitate vitæ c. 2 *Tædium & displicentia sui*, der verdrieß, und ungefallen an ihm selbst.

¶ Perplăceo, ēre, sehr wohlgefallen: ut, *Lex mihi perplacet*, Cic. 3 ad Attic. epist. 23.

PLĂCĬDUS, a, um, sanfft, ruhig, stille: ut, *mare placidum*, Virg. eclog. 2 v. 26. Et, *venti placidi*, id est, quieti, Æneid. 5 v. 763. *Cum fervet maxime, tam placidum ut ovem reddo*, Terent. Adelph. a. 4 sc. 1 v. 18. Nam etiam de pecoribus dicitur. Sic Columella lib. 6 cap. 20 *tauros membris amplissimis, moribus placidis laudat*, hoc est, tractabiles, qui cornu non petant. Hominibus ergo & feris commune est. Cicer. pro Cæcin. cap. 10 *Placidum mollemque aliquem reddere*; Et Seneca extremo lib. 1 de Ira: *Neque quicquam magnum est, nisi quod simul & placidum*, friedsam, sanfftmüthig, freundlich. *Nihil eisdem placidius erat*, Livius lib. 3 cap. 14. *Loca placidiora*, Palladius lib. 1 cap. 6. *Placidissima unda arenosi Tibridis*, Ovidius 1 Fastor. v. 241. Et, *Somnus Deorum placidissimus*, Idem 11 Metam. v. 623.

¶ Placidŭlus, a, um, diminut. idem; ut, *cinis placidula*, Auson. Parental. 27 v. 3.

¶ Plăcĭde, adverb. sine tumultu, quiete, in der stille, gedultig. *Dolorem placide sedateque ferre*, Cic. in Tuscul. lib. 2 cap. 24. *Loqui placide sedateque*, glimpfflich, ohne zorn, Idem in Orat. cap. 27. *Placide ire*, sachte gehen, Plautus Pseud. a. 1 sc. 3 v. 14. Compar. *Placidius*, Sallust. Catilin. cap. 39 *quo plebem in magistratu placidius tractarent.* Et Superlat. Augustinus Confess. lib. 6 cap. 1 *promiseras placidissime.*

¶ Placĭdĭtas, ātis, lenitas, die sanfftmuth, gelindigkeit, der glimpff. Gellius ex Servio Claudio lib. 13 cap. 21 extr. NERIO *dictum quasi NEIRIO, hoc est, sine ira & cum placiditate: ut eo nomine mitem tranquillumque fieri Martem precamur.* Ammianus Marcell. lib. 29 cap. 10 *Alypius quoque ex Vicario Britanniarum placiditatis homo jucundæ.* Idem ante lib. 27 *placiditatem corporum* dixit. Pecudibus tribuit Lactantius lib. 6 cap. 15. Locutus enim de Stoicis, qui affectus homini ereptum eant, addit: *Quod tale est, quale si velint aut metum detrahere cervis, aut venenum anguibus, aut iram feris, aut placiditatem pecudibus.*

¶ Placidiānus, vel Placidejanus, i, gladiator omnium præstantissimus, ut ex Lucilii versibus apparet apud Nonium cap. 4 n. 62. Adde Horat. 2 satyr. 7 v. 97, & Cic. Tusc. 4 cap. 21.

¶ Implăcĭdus, a, um, sævus, non placidus, unruhig, toll. Horat. 4 od. 14 v. 10 *Drusus Germanos, implacidum genus, Dejecit*, &c. Et Martem alloquitur Statius principio 9 Thebaid. *Divûm implacidissime.*

¶ Mareplacĭda, æ, genus navigii tam parvi, ut eô mare non nisi placidum & a procellis quietum navigari posset, Gell. 10 cap. 25.

PLĂCĬTIS, ĭdis, πλακῖτις, cadmiæ species vel tutiæ, Plin. 34 cap. 9.

PLĂCO, avi, atum, āre, mitigare, lenire, mitem ac placidum reddere, besänfftigen, zu frieden stellen, versöhnen, stillen; ut, *placare sibi aliquem*, Cic. 13 fam. epist. 1, ihm einen wider zum freunde machen. *Aliquem placare reipublicæ*, Idem Cic. dixit 2 Catil. c. 8. *Placare odia improborum*,

rum, Idem pro Domo cap. 17. *Noſtræ ſunt inter nos iræ, diſcordiæque placandæ*, Idem de Aruſp. Reſp. extrem. Et, *Impius ne audeto placare donis iram Deorum*, Idem de Leg. lib. 2 c. 9.

¶ Plăcatus, a, um, geſtillt, verſöhnt, geruhig; ut, *Maria placata*, Virgil. Æn. 3 v. 69. *Deos placatos pietas efficiet & ſanctitas*, Cic. Offic. 2 c. 3. Comparat. Plin. lib. 2 c. 63 extr. *placatiore Deâ*. Livius lib. 2 c. 60 *placatior patribus exercitus rediit*. Et lib. 37 c. 45 *Placatiore eo & ſua & regis ſpe invento*. Cic. 1 Tuſcul. c. 41 *Mors ſomno ſimilis eſt, qui nonnunquam, etiam ſine viſis ſomniorum, placatiſſimam quietem affert.*

¶ Plăcāte, adverb. ſine perturbatione, ohn ungedult, verſöhnlich. *Omnia humana placate & moderate feramus*, Cic. 6 fam. epiſt. 1. Et comparative, *Remiſſius & placatius ferre aliquid*, eod. libro epiſt. 13 ad Ligarium.

¶ Placatio, ōnis, die befriedigung, begütigung, verſöhnung. Cicero 3 Nat. Deor. cap. 2 *Noſtra civitas nunquam profecto ſine ſumma placatione deorum immortalium tanta eſſe potuiſſet.*

¶ Placator, ōris, ein ſtiller, verſöhner. Vnde

¶ Placatrix, īcis, eine verſöhnerin. Salvianus de Gub. Dei lib. 3 p. 57 *Eccleſia eſſe debet placatrix Dei, & eſt exacerbatrix.*

¶ Placatōrius, a, um, verſöhnend. Tertullian. de Patient. cap. 13 *Afflictatio carnis hoſtia domino placatoria.*

¶ Plăcābĭlis, e, qui facile placatur, verſöhnlich, friedlich. Ovid. 3 Triſt. eleg. 5 v. 31 *Quo quisque eſt major, magis eſt placabilis iræ,*
Et faciles motus mens generoſa capit.

Item active, quod placat, verſöhnend: ut, *Sacrificium placabile*, Lactant. Inſtit. Epit. cap. 6 n. 14. *Placabiliores hoſtiæ*, Idem lib. 4 cap. 28 n. 7. Idem comparativus etiam paſſive occurrit. vide Cicer. Verr. 2 cap. 38, & ad Attic. 14 epiſt. 13. Tac. Ann. 3, 18, 2. Terent. Adelph. a. 4 ſc. 3 v. 17, & Phorm. a. 5 ſc. 7 v. 68.

¶ Placabilĭter, adverb. idem. Gellius 7 cap. 3 *Propitiandi laudabiliter ac placabiliter.*

¶ Placabĭlĭtas, ātis, die ſanfftmuth, verträglichkeit, lindigkeit. Cic. 1 Offic. cap. 25 *Nihil laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate atque clementiâ.*

¶ Placāmen, ĭnis, die verſöhnung: ut, *Placamina cæleſtis iræ inſtituere*, Livius lib. 7 cap. 2.

¶ Placamentum, i, idem, & pro re, quâ quis placatur, das ſühnopffer; ut, *Placamenta Deorum*, Plin. 8 cap. 47. Et, *placamenta hoſtilis iræ*, Tacitus Hiſt. 1 cap. 63.

Compoſita:

¶ Complăco, āre, idem quod ſimplex; ut, *Conciliare ſibi, & complacare judices*, Gell. lib. 7 cap. 3.

¶ Deplăco, āre, valde placare; *De* enim auget. Zeno Veronenſ. Sermone 1 de Abraham: *Hæc mihi victima placet, hoc me ſanguine deplacabis.*

¶ Implacatus, a, um, ungeſtillet, ungeſättiget, unbefriediget. Ovid. 8 Metam. v. 851 *implacatæque manebat*
Flamma gulæ.

¶ Implacābĭlis, e, unverſöhnlich; ut, *ira implacabilis*, Ovid. 3 Pont. epiſt. 3 v. 63. *Implacabilem ſe alicui præbere*, Cicer. in Piſon. cap. 33.

¶ Implácabilĭter, adverb. idem: ut, *Implacabilius iraſci*, hart und unverſöhnlich zürnen, Tacit. 1 Annal. cap. 13.

PLĀGA, æ, πληγὴ, percuſſio, ein ſchlag, ein ſtreich. *Plagas pati*, Terent. Eunuch. a. 2 ſc. 2 v. 13. *perferre*, Cicer. 2 Tuſcul. cap. 17, ſchläge vertragen. *Plaga injecta eſt illi*, Idem pro Muræna cap. 23. *Infligere plagam mortiferam*, Idem in Vatin. cap. 8. *Plagas ingerere*, Apulej. Met. 9 p. 222, ſchlagen, verwunden. *Imponere*, idem eſt; & *Accipere*, pati: Cicer. pro Sextio cap. 19 *Si mihi uni pereundum fuiſſet, ac non accipienda plaga mihi ſanabilis, illis mortifera, qui eam impoſuiſſent*, &c. *Vulnerari aliquot plagis*, etliche wunden bekommen, Nepos Eumene cap. 4. Rurſus Cic. 9 fam. epiſt. 16 *Levior eſt plaga ab amico, quam a debitore.* Idem pro Flacco cap. 27 vocat vetus proverbium, *Phrygem plagis fieri ſolere meliorem.*

¶ Plāgo, āre, percutere, ſchlagen, ſchmeiſſen. Auguſtin. de C. D. 21 cap. 11 *Laceſſivit dominum vel plagavit.* Vetus Juvenal. Scholiaſtes ſatyr. 6 v. 652, & ſatyr. 13 v. 113 *Mars cum plagatus eſſet a Diomede.*

¶ Plāgōſus, a, um, plagis plenus, voll wunden; ut, *dorſum plagoſum*, Apulejus Met. lib. 9 pag. 222, h. e. vibicibus notatum, ein buckel voll ſchläge. ¶ Deinde active, qui infert crebro plagas, der gerne zuſchlägt, quomodo Horatius Orbilium, magiſtrum ſuum, *plagoſum* dixit lib. 2 epiſt. 1 v. 70.

¶ Plagiator, ōris, idem qui plagoſus active. Hieronymus epiſt. 6 ad Florentium: *Magiſtrum pueri tui plagiatorem ejus eſſe, non dubium eſt.* Aliam notionem vide vocabulo ſequente.

¶ Plāgĭger, a, um, plagas ferens, patiens, ſeu ad plagas natus & damnatus, ſtreichwürdig; ut, *Plagigera genera hominum*, Plautus Pſeud. a. 1 ſc. 2 v. 20.

¶ Plagigĕrŭlus, a, um, idem. Plautus Moſtell. a. 4 ſc. 1 v. 19 *Peculii ſui prodigi, plagigeruli.*

¶ Plagioſippus, i, pro adverſario, a quo quis vapulat, habet Aut. ad Herenn. 4 cap. 31. conf. Turnebi Adverſ. 20 cap. 25, ubi tentat corrigere.

¶ Plagipatĭda, æ, qui plagas patitur, der püffe kriegt, apud Plautum in Moſtell. a. 2 ſc. 1 v. 9, & in Capt. a. 3 ſc. 1 v. 12.

¶ Seſquiplāga, æ, anderthalb ſchlag. Tacitus Ann. 15 cap. 67 *ſeſquiplaga interfectus*, i. e. ictibus duobus, ſed imparibus.

¶ Sexcentoplāgus, i, qui ſexcentas plagas accepit, ein ſchläge-faul. Plaut. Capt. a. 3 ſc. 5 v. 68 *Sexcentoplago nomen indetur tibi*, i. e. innumeras plagas ſenties.

PLĂGAE, arum, correpta priore, & plurale, retia dicuntur, quibus capta implicantur, das netz, jägergarn. Vnde *diſponere plagas*, Seneca Thyeſte v. 491. Et, *Tendere plagas*, Cicer. 3 Offic. cap. 17, netze ſtellen: & metaphoricum illud, *in plagas incidere*, apud eumdem 7 Verr. cap. 58, pro, in periculum incidere. Servius ad illud Virgilii 6 Æn. *Retia rara plagæ* &c. *Sciendum*, inquit, *PLAGAS proprie dici*

FVNES illos, quibus retia tenduntur, circa imam & ſummam partem. Vetus Gloſſator: *Plagæ*, κυνηγετικὰ λίνα. Alius Vetus Gloſſator pro perticis ſeu furcis videtur accipere, quibus tolluntur & ſuſtinentur retia, quæ σάλικες Græcis appellantur. Ita enim ille: σάλικες τῶν δικτύων ἢ στάσεις, *Plagæ*; additque: *Singulare non habet.* ¶ 2. *Plagæ*, (etiam ſingular. *Plaga*,) in cæli terræve diviſione dicuntur certi ſpatii tractûs, die gegend. Virg. lib. 7 Æn. v. 227
dirimit plaga ſolis iniqui.
Et Statius 1 Silv. 2 v. 51 *qua ſtat plaga lactea cæli*,
hoc eſt, via lactea. Ovid. lib. 1 Metam. v. 48
totidemque plagæ tellure premuntur.
Vet. Gloſſ. *Plaga*, ζώνη οὐρανία καὶ ἶρις. Varro apud Nonium cap. 4 n. 361 *Oculis cæli rimari plagas.* Et Cic. 2 Divin. cap. 13 *Quod eſt ante pedes, nemo ſpectat; cæli ſcrutantur plagas.* ¶ 3. *Plaga*, grande linteum tegmen, quod nunc torale, vel lectuariam ſindonem dicimus, eine decke, ein bettuch, teppich. Varro apud Nonium l. c. *Eburneis lectis & plagis ſigillatis.* Idem apud Nonium cap. 14 n. 5 *Chlamydes, plagæ, vela aurea.* Et hinc

¶ Plāgŭla, æ, dimin. chartarum folium, ein bogen, ein blat papier: vide *Charta.* Plinius enim lib. 13 cap. 12 de papyro Ægyptia: *Premitur prælis, & ſiccantur ſole plagulæ.* ¶ 2. Genus periſtromatis aut veſtimenti eſt, ein gewürckt tuch, leinlach. Livius lib. 39 cap. 6 *Luxuriæ peregrinæ origo ab exercitu Aſiatico invecta in urbem eſt. Ii primum veſtem ſtragulam pretioſam, plagulas, & alia textilia advexerunt.* Et Afran. apud Nonium c. 4 n. 361 *Plagulam de lecto dimitte.*

¶ Implāgium, i, ein netzlein. Iſidorus Orig. lib. 19 cap. 5 *Minus rete Implagium dicitur a plagis.* Et in Gloſſis ejusdem legitur: *Implagium, minus rete.*

PLĂGIVM, i, proprie crimen, quo quis ſciens liberum hominem aut alienum mancipium dolo malo vendit, emit, donat, celat, ein menſchen-raub. Lege 5 § 2 Dig. de re militari: *Si plagium factum, vel adgreſſura, vel abigeatus, vel quid ſimile acceſſerit.* Alii a *Plagis* derivant; rectius Iſidorus lib. 10 lit. P a πλάγιον, quod eſt *obliquum, doloſum*, quia hoc crimen pelliciendo dolis committitur. ¶ 2. Librorum furtum *Plagium* etiam vocatur, der bücher-raub. vid. Jac. Thomaſ. de *Plagio litterario.* ¶ 3. *Plagium* pro reti Gratius Cyneg. dixit v. 24 *Armorum caſſes plagiique exordiar aſtus.*

¶ Plăgiārius, i, ein menſchen-dieb. Cicero ad Qu. frat. lib. 1 epiſt. 2 Licinium *plagiarium* appellat. ¶ 2. *Plagiarius* etiam libellorum fur, ein bücher-dieb. Martial. 1 epigr. 53 de poëta, qui ſe dominum libellorum ſuorum falſo dixerat: *Impones plagiario pudorem.*

¶ Plagiator, ōris, idem. Tertullian. adv. Marc. 1 cap. 23 *Talis aſſertor damnaretur in ſeculo, nedum plagiator.* Conf. Iſidor. lib. 10 lit. P.

PLAGVSIAE, arum, piſcis genus apud Plautum Rudente a. 2 ſc. 1 v. 9. Quod illud ſit, incertum. Quidam *Pelagias* interpretantur: & ita Colvius legendum putat.

Planaratum, planarius, vide paullo poſt *Planus.*

Planca, Planctus, vide *Plancus*, *Plango.*

PLANCVS, i, qui pedes planos habet, der gerade und ſchlechte füſſe hat, a *Planca*, quod vocabulum tabulam planam ſignificare Feſtus ait, qui & initio *Plotos*, & poſtea *Plautos*, eosdem *Plancos* dictos ſcripſit. conf. Plin. 11 cap. 45. Vet. Gloſſ. *Plancus*, πλατύπους, ein breitfüßiger. ¶ 2. *Plancus* aquilæ genus, Plin. 10 cap. 3. ¶ 3. *Plancus* nobilis Romanus, cujus epiſtolæ luculenter ſcriptæ, inter familiares Ciceronis exſtant. vide ſupra *Numatius* & *Munatius.*

¶ Planca, æ, tabula plana, eine tafel, uti ex Feſto percepimus. Sunt & *Plancæ* aſſeres complanati, tafel-breter, pfoſten. Plin. 8 cap. 43 *Nec pontes aſini tranſeant, per raritatem plancarum translucentibus fluviis.* Et Pallad. 1 tit. 21 *Plancæ roboreæ ſupponantur ſtationibus equorum cum ſtramine.* Add. Gronov. Obſerv. Eccl. c. 20 pag. 221.

¶ Plancianus, a, um, adject. ex nomine proprio; ut, *Plancianum ſenatusconſultum*, l. 1 § 10 Dig. de lib. agnoſc.

Plane, planeſco, vide infra *Planus.*

PLĂNĒTA, æ, maſc. πλανήτης, ſtella erratica, ſeu vaga potius dicta; non quidem a motu erroneo, (cum motum certiſſimum habeant planetæ,) ſed quod diverſis ſpatiis ac intervallis moveantur, ein planet. *Errones* has ſtellas dixit Nigidius, ut Gellius auctor eſt lib. 14 cap. 1. Planetæ ſeptem ſunt: *Saturnus, Jupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna.* De quibus pueri notent verſum memorialem: *Poſt SIM SVM ſequitur, ultima* Luna *ſubeſt.* ¶ A Planetis etiam eſt appellatio dierum hebdomadalis, *dies Solis, dies Lunæ* &c. oppido antiqua. Dio Caſſius lib. 37 pag. 37 Ægyptiorum inſtitutum vocat, vetuſtis Græcis quidem ignotum, quod vero νῦν *nunc* [Dionis ævo] τοῖς ἄλλοις ἅπασι, καὶ αὐτοῖς τοῖς Ῥωμαίοις ἐπιχωριάζει, *apud omnes gentes, & ipſos Romanos receptum uſitatumque ſit.* Cauſſam diſtributionis & appellationis geminam adfert. Vel enim dictos ita dies eſſe, quod cæli ſtellarumque ordo credatur talis eſſe, qualis in muſica harmonia, ubi ἡ διὰ τεσσάρων τὸ κῦρος συνέχειν πεπίστευται, *quæ per quatuor ſonos fit, primas partes teneat.* Quodſi ergo hac ratione per ordinem planetarum, pro dierum præſidio, decurras; novum illum ordinem oriri, quem in diebus ita appellatis obſervamus, ut Saturnum Sol; Solem Luna; hanc Mars &c. excipiat. Altera ratio, quam ex traditione Dio prodit, æque aut magis ſuperſtitioſa eſt. Nam XXIV horas diei naturalis ita diſtribuit, ut ſingulis horis ſuus planeta ordine, quo in cælo locati ſunt, adſignetur, primæ Saturnus, ſecundæ Jupiter &c. quo fit, ut vigeſimam quartam Mars obtineat, & novum diem Sol auſpicetur, ac terminet Venus; atque ita Luna initia det ſequentis diei, &c. Adde Scalig. Prolegom. de Emend. Temp.

¶ Planetārius, i, aſtrologus, ein nativitätſteller. Auguſtinus Confeſſ. lib. 4 cap. 3 pr. *Illos planetarios, quos mathematicos vocant, conſulere non deſiſtebam.*

¶ Plănētĭcus, a, um, planetiſch. Sidon. 8 epiſt. 11 *Planeticorum ſiderum globus.*

PLANGO, anxi, anctum, plangĕre, proprie tundere, ferire, ſtoſſen, ſchlagen, a *plaga*: unde primitus *plago*, deinde *plango*: ut *tago* & *tango*, dicebatur. Lucret. lib. 2 v. 1154

Nec

Nec mare, nec fluctus plangentes ſaxa crearunt.

Ovidius 2 Metam. v. 584

Plangere nuda meis conabar pectora palmis.

Et lib. 9 Metam. v. 636 *planxitque ſuos furibunda lacertos.*

¶ 2. Deinde, qui ita in luctu palmis plangebant, id eſt, tundebant pectus, ab eo *plangere* pro lugere uſurpari cœptum eſt, beweinen, betrauren, ſich für leyd übel gehaben. Statius 11 Theb. v. 117

plangunt ſua damna coloni.

Idem 12 Thebaid. v. 383 *mea funera plangis.* ¶ 3. *Plangunt & litora*, apud Virg. 1 Georg. v. 334, thönen wieder.

¶ Planctus, ûs, proprie percuſſio, der ſchlag. Lucanus lib. 1 v. 24

Exigit ad ſævos famulorum brachia planctus.

¶ 2. Lamentatio, luctus, klage, leyd, geheule. Seneca Herc. Oet. v. 1545 *Planctus immenſus reſonet per urbes.*

Et, *Segnes planctûs*, Claudianus Bell. Getic. v. 273 dixit vanos, inutiles, qui timidorum ſunt & nihil agentium.

¶ Plangor, ōris, nomen aliud, percuſſio, planctus, hertzeleid. Cicer. Philipp. 2 cap. 34 *Diadema imponebas cum plangore populi*, mit betrübniß und weheklagen des volcks. Virg. Æn. 2 v. 487

Fœmineis ululant plangoribus ædes.

¶ Plangunculă, æ, puppa, eine docke. Cic. 6 ad Attic. epiſt. 1 extr. *Inventæ ſunt quinque plangunculæ matronarum.* conf. Parei Lex. Crit. pag. 937.

¶ Deplango, ĕre, idem quod ſimplex *plangere*, aut cum intenſione. Ovid. 4 Metam. v. 545 *Cadmeida palmis*

Deplanxere domum.

Planilŏquus, planipes, planitas, planities, &c. vide mox *Planus.*

PLANTA, æ, a *Planus*, tota ſuperficies pedis inferior cum digitis, die ſole an füſſen, die gantze fußſole; ut, *Plantæ alatæ*, Virg. 4 Æn. v. 259. *Pernices plantæ*, Idem 11 Æn. v. 718. *Ancipiti figens veſtigia planta*, Juven. ſat. 14 v. 272. Et, *plantis ſidera contingere*, Propert. lib. 1 eleg 8 v. 43, quæ felicitatis deſcriptio eſt. *Plantas ægri ſubterlinere*, Plin. lib. 28 cap. 7, die fußſolen mit was beſtreichen. ¶ 2. *Planta* alia notione eſt φυτὸν, herba, ſeu frutex, ein erdgewächs, eine pflantze. Feſtus: *Plantæ ſemina olerum, quod plana ſunt, & appellantur etiam ex ſimili plantæ noſtrorum pedum.* conf. Voſſ. Etymol. p. 394. *Plantas ex ſeminario transferre in aliud*, Plin. lib. 17 cap. 11 pr. Item, ſurculus, qui transfertur, ein reiß oder zweig, den man pfropfft oder verſetzt. Virgil. 2 Georg. v. 23

Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum

Depoſuit ſulcis.

Plantâ ponere, i. e. plantare, ſetzen, pflantzen: *Semine ponere*, i. e. ſerere, ſäen: Columella lib. 11 cap. 3 *Menſe autem februario vel plantâ, vel ſemine*, (*ruta* ſubaudi, quod ex præcedentibus repetendum,) *recte ponetur.* Palladius lib. 4 ſive Martio, tit. 9 *Nunc & ſinapis & caules optime ſeruntur vel plantantur*, id eſt, plantâ ponuntur. *Planta quæ ſæpius transfertur, non coaleſcit*, vel, ut eſt apud Senecam epiſt. 2, *non convaleſcit*, ein ſtein, der hin und her geweltzet wird, kan nicht beraſen. vide Chiliad. Ἄυτικα καὶ φυτὰ δῆλα, ἃ κάρπιμά ἐςι, γενέσθαι, Quintilianus vertit lib. 8 cap. 3 *Generoſioris arboris planta ſtatim cum fructu eſt.*

¶ Plantăgo, ĭnis, herba, quæ major eſt, & minor ſeu acuta, ſchaafszunge, ἀγνόγλωσσον, *plantago major*, breit wegerich, *plantago minor*, ſpitzwegerich. *Plantago aquatica*, waſſer-wegerich. vid. Plin. 25 c. 8.

¶ Plantāris, e, adjectivum, ad plantas pedum pertinens, zum fußſolen gehörig. Statius 1 Theb. v. 304 de Mercurio:

Summa pedum propere plantaribus illigat alis.

¶ 2. Eſt & herboſus, fruticoſus, kräuticht, ſtaudicht. Juvenal. ſat. 13 v. 123 *Exigui lætus plantaribus horti.*

¶ Plantarius, a, um, ad plantationem pertinens, zur pflantzung dienlich. Columell. 5 cap. 9 *Antequam plantarias arbuſculas effodias ſolo.* Sed hodie aliter legitur.

¶ Plantārium, i, ipſa planta, & plantarum locus, ſeminarium, eine pflantze, oder ſetzreiß: item, pflantzbeete, pflantz- oder baum-ſchule. Plin. lib. 13 cap. 4 *plantaria inſtituere.* Columella de Arbor. cap. 3 *Plantaria facito ab exoriente luna.* Et Virg. Georg. 2 v. 27 *Viva ſuâ plantaria terrâ*, &c.

¶ Planto, avi, atum, are, pflantzen. Plin. lib. 17 cap. 10 *Punicæ plantantur.* Opponitur ei *ſerere.* Vide quæ paullo ante in *Planta* ex Palladio diximus.

¶ Plantātio, ōnis, die pflantzung. Idem Plin. lib. 21 cap. 4 *plantatione proficiunt.*

¶ Plantator, ōris, ein pflantzer. Auguſtinus epiſt. 112 *plantator & rigator.* Et Proſper Aquitanicus de Ingratis cap. 20

agro cum plantatore miniſtret.

¶ Plantĭger, a, um, das pflantzen trägt; ut, *Siliqua plantigera*, Plin. 13 cap. 8. vide infra *Siliqua.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Complanto, are, zugleich pflantzen. Vet. Gloſſ. *Complanto*, φυτέυω, καταφυτέυω.

¶ Complantātus, a, um, mitgepflantzt. Ambroſius epiſt. 42 ſub fin. *complantatus virtutibus.* Vſus & Vulg. Interpres ad Roman. c. 6 v. 5 *Si complantati facti ſumus ſimilitudini mortis ejus.* Græce, σύμφυτοι γεγόναμεν.

¶ Complantatio, ōnis, die mitpflantzung. Eædem Gloſſæ: *Complantatio*, καταφύτευσις.

¶ Deplanto, are, abbrechen; ut, *Ramum deplantare*, Colum. lib. 2 cap. 2. Et Plinius lib. 17 cap. 16 *Quæ cortice nituntur tantum, vel leni aura ocyſſime deplantantur.*

¶ Explanto, are, eradicare, ausreiſſen, ausrotten. Columell. 4 cap. 14 *Explantari ventis.* Idem 5 cap. 9 *Antequam explantes arbuſculam.*

¶ Supplanto, are, pede ſuppoſito in terram dejicere, einen über ein bein fallen laſſen, ein bein unterſchlagen. Proprie luctantium eſt. Cic. 3 Offic. cap. 10 *Qui ſtadium currit, ſupplantare eum, quicum certet, aut manu depellere nullo modo debet.* Hinc, *Supplantare in terram vites*, den wein einſencken, ein weingeſencke legen, Plin. 17 cap. 23, & Colum. de Arbor. cap. 7. Translate pro *ſupprimere* Perſius ſat. 1 v. 35 *tenero ſupplantat verba palato*, er verbeißt die worte.

¶ Supplantator, ōris, qui ſupplantat, ein untertreter. Hieronymus epiſt. 83 cap. 3 ad Oceanum: *Rachel ſupplantatoris oſculo ſalutatur*, id eſt, Jacobi. Et Ambroſius epiſt. 60 *Ille eſt ſupplantator, qui uſurarum captat emolumenta.* Adde Chryſolog. Serm. 154.

¶ Trasnplanto, are, in alium locum plantam transponere, fortſetzen, anderswohin pflantzen. Sedulius lib. 1 v. 257

Nonnulli venerantur olus, mollesque per hortos

Numina ſicca rigant, verique hac arte videntur

Transplantatorum cultores eſſe Deorum.

PLANVDES, is, monachus fuit, unus ex conſervatoribus linguæ græcæ. Tranſtulit græce libellum de moribus regendis, qui Cato inſcribitur. Convertit & in eamdem linguam opera Auguſtini annis aliquot ante Conſtantinopolim captam. Dicitur & fabulas, quæ Æſopi nomine circumferuntur, collegiſſe. E latino certe in græcum tranſtulit Ovidii Metamorphoſes, Heroidas, Macrobii Saturnalia, & Somnium Scipionis. Collegit & libros ſeptem epigrammatum græcorum, qui exſtant. Mortuus eſt, antequam Conſtantinopolis a Turcis capta eſt, *Maximus Planudes* dictus. vide Genebrard. Chronic. & Voſſ. de Poët. Græc.

PLĀNVS, a, um, æquabilis, gleich, flach, eben; ut, *Area planiſſima campi*, apud Ovid. Metam. 10 v. 86. *Area planior*, Palladius lib. 11 c. 11. *Planus & æquus locus*, Cic. pro Cæcina cap. 17. *Plani piſces*, breite fiſche, Plin. lib. 9 cap. 24. *Narratio plana*, aperta & perſpicua dicitur, Cicer. Topic. cap. 26, eine deutliche erzehlung. Plautus in Perſa a. 2 ſc. 2 pr. *Satin' hæc tibi ſunt plana, & certa?* Et, *Planum facere*, eſt declarare, klar darthun: Cicero in Verr. 2 cap. 14 *Cum planum facere multis teſtibus poſſim.* Item, *Planiora illa facere*, erklären, Sen. epiſt. 12. *Planiore probatione videtur eſſe perſpicuum*, Quintilian. lib. 2 cap. 20. *In plano cadere*, auf ebener ſtelle umſchlagen, Ovid. Triſt. 3 eleg. 4 v. 17. ¶ 2. Apud JCtos DE PLANO, & PRO TRIBVNALI opponuntur, ut apud Ciceronem 3 fam. epiſt. 8 *ex ſuperiore & ex æquo loco.* Nam *de plano* cognoſcit judex, cum in via atque in tranſitu, cum vel agendi gratia, aut alia de cauſſa magiſtratus prodierit, cognoſcit. Tribunal autem editum erat levatumque. Itaque *pro tribunali* cognoſcere, eſt ex ſuperiore loco cognoſcere. Nam *de plano*, eſt ex æquo, non exaltato & ſublimi loco. Auſonius Gratiarum actione ad Gratianum: *Has ego litteras, quas in omnibus pilis atque porticibus, unde de plano legi poſſint, inſtar edicti pendere mandavero.* Vide Briſſonium, itemque Cujacium lib. 7 Obſerv. cap. 29, nec non Torrentium ad Suetonium Tiberio cap. 33.

¶ Plāne, adverb. aperte, clare, deutlich, unverblümt; ut, *plane & aperte loqui*, Cic. 2 de Fin. cap. 5. *Plane & perſpicue aliquid expedire*, Idem 3 de Fin. cap. 5 extr. Et, *plane & dilucide loqui*, lib. 1 de Orat. cap. 32. *Quod tibi ut planius exponam*, Idem 1 fam. epiſt. 9. Et, *Nemo planius eo locutus*, de Orat. 1 cap. 61. *Apertiſſime & planiſſime aliquid explicare*, klar und deutlich darthun, eigentlich berichten, Cicer. 4 Verr. cap. 64. ¶ 2. *Plane*, idem interdum etiam quod *omnino* eſt, gantz und gar, gäntzlich, durchaus. Horat. 1 ſat. 3 v. 66 *Communi ſenſu plane caret*, er iſt gantz ſinnloß. Terent. in Phorm. a. 4 ſc. 4 v. 5 *Ad reſtem mihi quidem res rediit planiſſime*, da wird nichts anders aus. Sic, *perfecte planeque eruditus*, Cic. de Clar. Orat. cap. 81. *Quo planius accipiatur*, deſto völliger, Idem in Topic. cap. 3. Suetonius Claudio cap. 21 *Illud quoque plane quantumvis ſalubriter & in tempore* &c.

¶ Planĭtus, adverb. pro penitus, gäntzlich, gar eben, apud Tertull. de Pallio cap. 4 *quo planitus adeantur.* Gloſſæ ὁμαλῶς ſic interpretantur.

¶ Planārius, a, um, quod fit in plano, was auf der ebene geſchicht; ut, *planaria interpellatio*, Conſtant. l. 4 C. de dilat. Et Ammian. 19 c. 5 *Viri ad planarios conflictus apti.*

¶ Planaratum, i, genus vomeris gallicum, eine pflug-rade, Plin. 18 c. 18.

¶ Plānĭties, ēi, loci æqualitas, die gleichheit, das plattfeld, flachfeld, die ebene. Cicero lib. 1 Divin. cap. 1 *Aſſyrii propter planitiem regionum, quas incolebant, cælum* &c. *obſervarunt.* Livius lib. 9 cap. 31 *Poſtquam prima ſigna planitiem ſummam cæperunt, ſenſitque acies, æquo ſe jam inſtitiſſe loco.* Lucret. 4 v. 294 *Planities ſpeculi.*

¶ Planĭtia, æ, idem. Vitruvius lib. 7 cap. 3 *Planitiæ coronarum ſunt periculoſæ.* Et lib. 9 cap. 8 *quæ eſt in planitia:* & mox, *planitiæ æquilatatio.* Sic & Inſcript. vet. apud Vrſinum in Cæſar. Civ. 1 cap. 43 CLIVOM IN PLANITIAM REDIGENDVM.

¶ Plānĭtas, ātis, idem. Metaphorice perſpicuitas, ſimplicitas, die deutlichkeit. Auctor Dial. de cauſſ. corrupt. eloq. cap. 23 *ſententiarum planitas.*

¶ Planĭtūdo, ĭnis, idem. Colum. 4 cap. 30 *Perticæ cacuminum modicæ planitudinis.* Gloſſ. lat. gr. *Planitudo*, ὁμαλία.

¶ Plāno, are, ſchlichten, glätten, gleich machen. Corippus lib. 2 v. 231 *Ante pedes planate vias.*

¶ Planeſco, ĕre, planum fieri, gleich werden, eben werden. Hilarius in Geneſ. v. 97 *Planeſcunt campi.* Et Paulinus Nolanus carm. 6 v. 314 de Baptiſta ex Eſa. c. 40 *totum coget planeſcere mundum.*

¶ Planŭla, æ, vulgo eine ſchlichthobel. Sed Onomaſt. Vet. *Planula*, ἐγκοπίς.

¶ Plānĭlŏquus, a, um, der deutlich redet. Plaut. Trucul. a. 4 ſc. 4 v. 11 *Planiloqua eſt*, ſie redet, wie es ihr ums hertze iſt.

¶ Planĭpes, ĕdis, qui pedibus planis, hoc eſt, nudis incedit, baarfüßig, flachfüßig. Ita autem dicebantur Mimi, propterea quod nudis pedibus agerent, ſine ſocco, cothurno aut calceo. vide Scalig. ad Feſtum. *Planipes ſaltans*, Gell. lib. 1 cap. 11. *Planipes impudica & prætextata verba jaciens*, Macrob. lib. 2 Saturn. cap. 1.

¶ Planipedius, a, um, humilis, ſchlecht, baarfüßig; ut, *Planipedia comœdia*, argumenti humilis, cujus actores nudis incedebant pedibus. vid. Donat. Diomedes, & Voſſ. lib. 2 Inſtit. Poët. p. 157.

Compoſita cum præpoſit.

¶ Complāno, are, gleich, ſchlecht und eben machen. Cato R. R. cap. 151 *Id bene aut manibus aut pedibus complanato.* Sic, *Domum complanare*,

re, Cicero dixit pro Domo sua cap. 38, pro demoliri aut solo æquare, schleiffen.

¶ Complānātor, ōris, ein schlichter. Apulejus Apologiâ p. 277 (ed. Elmenh.) *pulvisculus complanator tumidulæ gingivulæ*, zahnpulver.

¶ Explāno, are, planum facere, declarare, erklären, klar darthun. Sic, *explanare apertiusque dicere*, quod non intelligatur, Cic. 2 Fin. c. 19.

¶ Explanātus, a, um, ausgelegt, erklärt, deutlich; ut, *explanata vocum impressio*, Cic. Acad. 1 cap. 5. ¶ Item, ausgebreitet, ausgestreckt; ut, *Explanatus in denos pedes cortex*, Plin. 16 cap. 8.

¶ Explanate, adverb. aperte, deutlich, klärlich, vernehmlich: ut, *Explanate scriptum*, Gellius lib. 16 cap. 8. *Explanatius definire*, Cic. in Oratore cap. 33.

¶ Explanābĭlis, e, idem; ut, *Vox explanabilis*, eine vernehmliche, deutliche rede, Seneca lib. 1 de Ira cap. 3.

¶ Explanatio, ōnis, interpretatio, die auslegung, erklärung. Cic. 1 de Divinat. cap. 51 *Quod erant multa obscura, multa ambigua, explanationes adhibitæ sunt interpretum.*

¶ Explānātor, ōris, interpres, ein ausleger. Cicer. cit. loco: *Sunt explanatores oraculorum & vaticinationum, ut grammatici poëtarum.* Et Lactantius lib. 6 cap. 8 *Neque est quærendus explanator aut interpres ejus alius.*

¶ Explanatōrius, a, um, erklärend. Cœl. Aurel. Tard. 3 cap. 1 *Liber explanatorius aphorismorum Hippocratis.*

¶ Inexplanātus, a, um, non explanatus, unausgelegt, undeutlich; ut, *Inexplanatæ linguæ esse*, Plin. 11 cap. 37 sect. 65, eine schwere zunge haben, unvernehmlich reden.

PLĂNUS, i, priore brevi, pro impostore, græcum est πλάνος, ein teuscher und betrüger. Vet. Gloss. *Planum, Fallacem*, ἀπὸ τοῦ πλανᾶν. Aliæ Glossæ: πλάνος, *erroneus, erraticus seductor.* Petronius: *Notavit me miles: sive ille planus fuit, sive nocturnus grassator.* Idem sub fin. Satyrici: *Unde plani autem, unde levatores viverent, nisi aut lucellos aut sonantes ære sacellos pro hamis in turbam mitterent.* PLANUS, erro, qui sine noxâ discurrit; GRASSATOR, qui molitur cædes aut prædam captat. Cicer. pro Cluentio cap. 26 *Hic ille planus improbissimus quæstu judiciario pastus.* Quod & Gellius observat lib. 17 cap. 7. Usus & Horat. lib. 1 epist. 17 v. 59, Plin. 35 cap. 10, Arnob. lib. 2 p. 39, & Tertull lib. 3 contra Marcion. cap. 15 extr.

PLASEA, æ, pars omenti. Arnob. lib. 7 p. 230 *Plasea siligine & sanguine delibuta.*

PLASMA, ătis, græcum est, πλάσμα, a πλάττω, *fingo, formo.* Inde *Plasma*, figmentum, ein gemächt, töpfferwerck. Ausonius epigr. 10 pr.

> *Si qua fides unquam falsis adhibenda figuris,*
> *Nec plasma semper allinunt.*

¶ 2. Potio, ein tranck. Persius satyr. 1 v. 17

> *Sede leges celsa, liquido cum plasmate guttur*
> *Collueris.*

Ubi plasma sorbitiuncula est, qua colluebantur fauces, ne raucedine asperæ vocem corrumperent. vide ibi Casaubonum. Quintilianus lib. 1 cap. 8 *Sit autem inprimis lectio virilis, & cum suavitate quadam gravis, & non quidem prosæ similis, quia carmen est, & se poëtæ canere testantur: non tamen in canticum dissoluta, nec plasmate (ut nunc a plerisque fit,) effœminata.* Ergo hæc plasmata recitantes adhibebant, non tam ut tuerentur vocem naturamque ejus, quam ut inflecterent & delicatiorem efficerent. Quod idem Persius paullo post *eliquare, & tenero palato supplantare verba* v. 35 dixit. Vox, quæ hoc modo emendata non est, ἄπλαστος Plutarcho dicitur. ¶ 3. Inprimis hoc verbo delectantur Christiani scriptores, & quidem pro corpore creato seu creatura usurpantes, ein geschöpff. Prudentius hymno omnis horæ v. 91

> *Quid tibi, profane serpens, profuit rebus novis*
> *Plasma primum perculisse?*

Qui scriptor & alibi usus est, ut Cathemer. 7 v. 184

> *Emancipator servientis plasmatis.*

Alcimus Avitus itidem de creatione hominis lib. 2 v. 89

> *subitum consurgere plasma.* Hinc

¶ Plasmo, are, verbum est iisdem ecclesiasticis, pro *fingere, creare*, bilden, schaffen. Hieronymus epist. 61 ad Pammachium adv. error. Joann. Hierosolym. cap. 5 *Antequam Adam plasmaretur de terra.* Prudentius Apotheos. v. 869 *plasmasse corporis effigiem.* Et Tertull. de Spectac. cap. 23 *Illi oculos Deus plasmavit.* Idem adv. Judæos cap. 13 *Terra, ex qua homo primum plasmatus est.*

¶ Plasso, are, idem pro *formare, stipare.* Apicius 2 cap. 1 *Exinde isicia plassantur.* vid. Barth. Advers. 38 cap. 2.

¶ Plasmator, ōris, id est, *creator*, der formirer, schöpffer. Tertullianus adv. Judæos cap. 2 pr. *Deus universitatis conditor, mundi totius gubernator, hominis plasmator*, &c.

¶ Plastes, æ, & Plasta, æ, πλάστης, figulus, fictor, ein töpffer, bildmacher. Plin. 35 cap. 12 *plasta laudatissimus.* Tertullianus de Idololatr. c. 3 *Plastes effingit idolum.* De statuariis universis accipit Vellej. 1, 17, 4 *Idem evenisse plastis, pictoribus, scalptoribus, reperiet.*

¶ Plasticātor, ōris, idem. Firmicus 8 cap. 16 *Inauratores, plasticatores.*

¶ Plastĭce, es, πλαστική, ars fingendi similitudines ex argilla, gypso, rubrica, creta &c. das topffer-handwerck, die bilder-kunst, gyps-arbeit. vide Plin. 35 cap. 12. Statuaria videtur in species quinque distributa; Quæ argillam tractat, *Plastice* vocari solet, Cœl. Rhodig. Ant. Lect. 29 cap. 24.

¶ Plastĭcus, a, um, adject. vim fingendi habens, bildend; ut, *Plastica manus*, Tertullian lib. 1 ad Nationes cap. 12. Sic ipsam artem fingendi *rationem plasticam* vocat Vitruvius lib. 1 cap. 1. ¶ Substantive idem quod *Plastes.* Firmicus 7 cap. 25 *Faciet pictores, plasticos, aurifices.*

¶ Proplasma, ătis, quod ante opus fingitur, ein modell, formschnitt. Plin. 35 cap. 12 *Arcesilai proplasmata pluris venire solita artificibus ipsis, quam aliorum opera.*

¶ Proplastĭce, es, προπλαστική, ars confingendi futuri operis formas, die kunst modell zu machen, formschneidung, Plin. 35 cap. 12.

¶ Prōtoplastus, i, πρωτόπλαστος, primo creatus, der erste mensch Adam. Tertullianus Exhortat. Castitatis cap. 2 *Etsi diabolus quid vult, te velle, quod Deus non vult; non tamen facit, ut & velis, quia nec tunc istos protoplastos ad voluntatem delicti subegit: immo neque invitos, neque ignorantes quid Deus nollet.* Alcimus Avitus lib. 2 v. 35

> *His protoplastorum sensum primordia sacra*
> *Continuere bonis.*

Ita Sirmondus: at *protoplastūm* Fabricius & Zehnerus, forte ne prima ex ω orta corripere necesse esset, quod autem non insolens fuit Christianis poëtis. Orient. Common. lib. 2 p. 96 *Per pomum, protoplaste, cadis.*

¶ Primoplastus, i, idem. Prudentius hymno omnis horæ v. 17

> *ne gens periret primoplasti ex germine.*

PLATAEEAE, & Platææ, arum, urbs in Bœotia. vid. Nepos 3, 2, 1, & 4, 1, 1, & Cic. Off. 1 cap. 18. Hinc

¶ Platæensis, e, adject. ut, *Platæense prælium*, Nepos 3, 2, 1. *Platæenses*, incolæ, apud eumdem 1, 5, 1.

Platalea, vide mox *Platĕa, avis.*

PLĂTĂNUS, i, πλάτανος, arbor silvestris, foliorum amplitudine & umbrâ grata, ein ahorn: Sunt, qui maßholdern exponant. Sic, *Platanus alta, umbrifera*, Cicer. 2 Divin. cap. 30. Hinc

¶ Platănĭnus, a, um, adjectivum, quod de platano est, ahornin; ut, *Folium plataninum*, Colum. lib. 12 cap. 16.

¶ Platănētum, i, locus platanis consitus. Gloss. πλατανών, *platanetum.*

¶ Platănon, ōnis, idem. Ita eum Græcis vocarunt Petronius & Martialis. Hic enim lib. 3 epigr. 19

> *Exornant fictæ quæ platanona feræ.*

Etiam Plinius lib. 1 epist. 3 πλατανὼν *opacissimus.*

¶ Platanista, æ, piscis in Gange Indiæ fluvio, delphino multo major, Plin. 9 cap. 15.

¶ Platanistus, i, promontorium Peloponnesi, Plin. 4 cap. 5.

PLĂTĒA, æ, πλατεῖα, subintellige *via*, eine gasse, strasse. Ter. Andr. a. 4 sc. 6 pr. *In hac habitasse platea, dictum est, Chrysidem.* Nec tantum in publico plateæ, sed in ædibus etiam majoribus. Lampridius Eliogab. cap. 24 *Stravit saxis Lacedæmoniis ac porphyreticis plateas in palatio.* Horatius 2 epist. 2 v. 71 per figuram secundam corripuit:

> *Puræ sunt plateæ, nihil ut properantibus obstet.*

PLĂTĔA, æ, avis, quam Cicero *Plataleam* vocat lib. 2 de Nat. Deor. cap. 49 pr. Est autem Pelecanus, ubi vide.

PLĂTESSA, æ, genus planorum & jacentium piscium. Auson. epist. 4 v. 58 *Mollesque platessæ.* vid. Scalig. Lect. Auson. 2 cap. 12.

PLĂTĬCE, es, πλατική, rudis dispositio, ut mox subtexatur doctrina plenior, der erste entwurff. Firmicus 2 cap. 11 *Nunc ad platicem revertamur.* vid. Cœl. Rhodig. Ant. Lect. 19 cap. 4.

¶ Platĭcus, a, um, πλατικὸς, laxus, latus, remotus, weitläufftig; ut, *Platica dispositio*, Firmicus 3 cap. 2.

¶ Platĭce, adverb. i. e. rudiper, aus dem gröbsten; ut, *Primum platice institui*, Idem Firmic. 2 cap. 16.

PLĂTO, ōnis, Πλάτων, philosophus Atheniensis, sub finem secundæ fuit monarchiæ, sic appellatus ab humerorum latitudine: nam prius *Aristocles* appellatus fuit, ut Laërtius & Apulejus testantur. Curvum fuisse, Plutarchus tradit de discrimine adulatoris & amici p. 53. Vir unus totius Græciæ facile doctissimus, princeps ingenii & doctrinæ, magister intelligendi ac dicendi. Cui parvulo in cunis dormienti, cum in labellis apes consedissent, responsum fuit, singulari eum fore orationis suavitate. vid. Cicero 1 de Divinat. cap. 36, & Ælian. H. V. 10 cap. 21. Athenis primum a Socrate eruditus est. Deinde in Italiam profectus, Pythagoreos audivit. Accessit & Ægyptum, ubi libros Mosis legisse eum, creditum est. Aristotelem, quod is ab eo optimis quibusque instructus, scholam contra ipsum aperuisset, mulum appellavit. Muli enim lacte materno saturati calcibus matrem petunt. vid. Ælian. H. V. 4 cap. 9. Anno ætatis LXXXI placidissimo decessit obitu inter scribendum, ut Cicero & Seneca tradunt; ut Laërtius ex Hermippo annotat, in nuptiis discumbens. Alii majorem Ann. LXXXI tradiderunt. vide Laërtium. Cæterum ad tam grandem ætatem parsimoniâ, & diligente sui tutelâ pervenisse, Seneca epist. 58 circa finem auctor est. Tanti eum fecit Cicero, ut dixerit, *malle se cum Platone errare, quam cum aliis vera sentire:* vid. Tusc. Quæst. 1 cap. 17.

¶ Plătōnĭcus, a, um, adject. ut, *Platonici philosophi*, Gell. lib. 15 cap. 2. Et, *Schola Platonica*, Salvian. 1 Gub. Dei p. 5. *Platonica sublimitas & latitudo*, Plin. 1 epist. 10.

PLĂTЎCĔROS, ōtis, πλατυκέρως, animal latis cornibus, Plin. 11 c. 37.

PLATYCORIĂSIS, is, morbus equorum ita dictus. vid. Th. Priscian. 9 cap. 29, & Veget. 2 cap. 16.

PLATYOPHTHALMUS, i, πλατυόφθαλμος, spumæ lapis candidæ nitentisque, oculos dilatans, &c. Plin. 33 cap. 6.

PLATЎPHYLLON, i, πλατύφυλλον, genus tithymali, Plin. 26 cap. 8 & 11. Apul. de Herb. cap. 7 & 108. Dioscor. 4 cap. 165.

PLAUDO, si, sum, ĕre, manus collidere, & strepitum ciere, frolocken, die hände zusammen schlagen. Qui gestus vel in gratulationibus, vel derisionibus, & in fine actionum designari solebat. Cic. de Senect. cap. 19 *Neque histrioni ut placeat, peragenda est fabula* &c. *neque sapienti usque (ad) PLAUDITE vivendum.* Horat. de Art. poët. v. 155 *Donec cantor, VOS PLAUDITE, dicat.* Quintil. lib. 6 cap. 2 *Tunc est commovendum theatrum, cum ventum est ad ipsum illud, quo veteres tragœdiæ comœdiæque clauduntur, PLAUDITE.* Apulejus Apolog. *Habet in istis, quod sibi plaudat*, id est, propter quod sibi gratuletur. Cic. ad Attic. 13 epist. 44 *Ne victoria quidem plauditur*, i. e. non excipitur plausu. Alii: *Ne victoriæ quidem ploditur.* ¶ 2. Est & percutere, idque cum sono, kloppen oder klappen. Virgil. Æneid. 6 v. 644 *Pedibus plaudunt choreas*, sie tantzen. Martialis 12 epigr. 50

> *Pulvereumque fugax hippodromon ungula plaudit.*

¶ Plaudens, tis, frolockend, klitschend; ut, *Populus plaudens*, Ovid. Amor. 3 eleg. 13 v. 13. *Diis hominibusque plaudentibus*, Cic. ad Q. frat. 2 epist. 4. *Alis plaudens columba*, wedelnd mit den flügeln, Virg. Æn. 12 v. 515.

¶ Plausus, a, um, geklitscht, gekloppt. Virgil. Georg. 3 v. 186, & ex eo Auson. præfat. Ludi 7 Sapient. v. 9 *Plausæ sonitum cervicis amare.* De equis idem Virgil. Æn. 12 v. 85 *Manibus lacessere pectora plausa.* Manilius lib. 5 v. 421 *Et plausa resonabit aqua* &c.

¶ Plausus, ûs, subst. das klitschen, das hände-kloppen, die frolockung. Plin. lib. 10 c. 21 *Gallinacei diem venientem nunciant cantu: ipsum vero cantum plausu laterum*, hoc est, concussione alarum, mit zusammenschlagung der flügel. Virg. Æneid. 1 v. 747 *Ingeminant plausum Tyrii*, &c. sie erzeigen ein frolocken über das ander. *Excitare plausum*, Cic. pro Sextio c. 58. *Captare plausum*, id est, approbationem, nach beyfall und frölicher bewilligung stehen, Idem 2 Tuscul. c. 26. Nero instituit, ut sibi plausus ex arte daretur per varia genera, de quo Suetonius ejus vitâ cap. 20, & ibi Casaubonus. Cæterum plausus non gratulantium tantum lætantiumque, sed supplicantium etiam signum. Florus lib. 3 c. 6 *Mox ubi circumfusa undique rostra viderunt, abjectis statim telis remisque plausu undique pari, quod supplicantium signum fuit, vitam petiverunt.*

¶ Plausor, ōris, ein frolocker. Horat. Art. poët. v. 145 *Si plausoris eges*, &c. Et Sueton. Neron. c. 25 *Sequentibus currum ovantium ritu plausoribus.* Et Petronius p. 51 *plausor in scena.* Sic &

¶ Plōsor, ōris, pro *Plausor*, apud Sidonium 4 epist. 25 *Promiserat, ecclesiastica plosoribus suis prædæ prædia fore.* Idem carmine 9 v. 300 *Plosores cui fulgidam Quirites statuam locarunt.*

¶ Plausibĭlis, e, popularis, seu quod plausu populi excipitur, daran jederman gefallen hat, und darüber man frolocket; ut, *Plausibilis oratio*, Seneca epist. 59. *Hæc pausibilia non sunt, ut in sinu gaudeant*, Cicer. Tuscul. 3 c. 21. *Lætus & plausibilis locus*, Quintilian. 4 c. 31. Gloss. *Plausibile*, ἀξιεπαίνετον.

¶ Plausibĭlĭter, adverb. löblich, gefällig, erfreulich. Vnde compar. Sidonius 8 epist. 10 *amplum plausibilius manifestat ingenium.*

¶ Plausĭlis, e, streichelnd, klitschend: ut, *Plausilibus aliquem fovere ulnis*, freundlich umarmen, Sidonius 9 epist. 14.

¶ Plausĭto, āre, frequentat. froh seyn, klitschen, girren. Aut. Philomel. v. 21
Plausitat arborea clamans de fronde palumbes.

Composita:

¶ Applaudo, ĕre, frölichen beyfall geben, zujauchzen. Plaut. in Pseud. a. 5 sc. 2 v. 31 *Si vultis applaudere, atque approbare hunc gregem & fabulam, in crastinum vos vocabo.* Cic. pro Sext. c. 54 *Cui generi civium maxime applauditur.* ¶ 2. Sed *Applodere* est allidere, anklitschen, anschmettern. Apulejus lib. 6 Miles. *Incussis in eam posteriorum pedum calcibus, protinus applodo terræ.* Sic Elmenh. p. 184, & Floridus: at Priceus *applaudo.*

¶ Applausus, a, um, angeschlagen, angeklitscht: ut, *Applausum corpus palmis*, Ovid. Met. 4 v. 352. *Cervicis applausæ blandi sonitus*, Silius 16 v. 356. ¶ 2. *Applosus* etiam dicitur: ut, *Ovum applosum ad terram frangere*, Spartian. Anton. Geta c. 3. conf. Lamprid. Heliogab. c. 6.

¶ Applausus, ûs, subst. der fröliche zuruff, die beystimmung. Cic. 2 Divinat. c. 50 *Ennius magno applausu loquitur, populo assentiente.*

¶ Applausor, ōris, ein liebedienter. Plin. Panegyr. c. 46 *Scenici Imperatoris spectator & applausor.*

¶ Circumplaudo, ĕre, umgeben mit frolocken. Ovidius 4 Trist. eleg. 2 v. 49 *Quaque ibis, manibus circumplaudēre tuorum.*

¶ Complōdo, ĕre, zusammen klitschen; ut, *complodere manus*, est manus adversas invicem collidere ad testificandum seu dolorem, seu lætitiam, Quintilian. lib. 11 c. 3, mit den händen zusammen schlagen. Adde Vallam lib. 4 c. 9.

¶ Displōdo, ĕre, zersprengen, zerquetschen, entzwey drücken, voneinander schlagen. Varro R. R. 2 c. 9 *Pedes ingredienti ei displodantur.*

¶ Displōsus, a, um, disruptus, zersprengt, zerquetscht; ut, *Vesica displosa*, Horat. 1 satyr. 8 v. 46, & Lucret. 6 v. 130.

¶ Explōdo, ĕre, est manibus cum sono pulsantibus ejicere, mit spott abweisen, auszischen. Cic. ad Qu. fratr. lib. 2 epist. 11 *Multa dixi in ignobilem regem, quibus totus est explosus.*

¶ Explōsus, a, um, verworffen, ausgemertzt; ut, *Explosæ ejectæque sententiæ*, Cic. de Fin. 5 c. 8.

¶ Explosio, ōnis, die verwerffung. Cœlius Ciceroni 8 fam. epist. 12 *ludorum explosiones.*

¶ Replaudo, ĕre, repercutere, wieder schlagen, wieder stampffen. Apulej. Met. 1 p. 105 Elmenh. *dextra frontem replaudens.* Idem Met. 6 sub fin. *quadrupedi cursu solum replaudens.*

¶ Supplaudo, ĕre, beyfall geben, liebkosen. Tertullian. de Idolol. c. 12 *Male nobis supplaudimus.* Idem de Pudicit. c. 19 *Nescio, quid diversæ parti supplaudere videtur.* At

¶ Supplōdo, ĕre, mit den füssen klappen, stampffen; ut, *Supplodere pedem*, Cic. de Orat. lib. 1 cap. 53. Et Seneca epist. 75 pr. *Etiam si disputarem, nec supploderem pedem, nec manum jactarem, nec attollerem vocem: sed ista oratoribus reliquissem* &c.

¶ Supplōsio, ōnis, die stampffung, ausscharrung; ut, *Supplosio pedis*, Cicer. 3 de Orat. cap. 12. Quod & *Supplausio* scribitur lib. 3 ad Herenn. cap. 15 *Sin contentio fiet per distributionem, celeri porrectione brachii, inambulatione, pedis dextri rara supplausione uti oportebit.*

¶ Superplaudo, ĕre, bewedeln. Solinus cap. 2 de avibus in Diomedis juxta Apuliam insula: *pennulis superplaudunt.*

PLAUSTRUM, i, (quod & *Plostrum* scribitur, sicut *Claudius* & *Clodius*,) currus, vehiculum, ein wagen, lastwagen. Plaut. in Epid. 2. 4 sc. 2 v. 22 *Perii, plaustrum perculi*, ich habe den karn in den dreck geführet. Horat. 3 od. 24 v. 10 *Scytharum plaustra rite trahunt domos*, sie setzen ihre häuser auf einen karn. Idem de Art. poët. v. 276 *Vehere poëmata plaustris*, i. e. scribere, quæ plaustrum impleant. ¶ 2. Sic & antiqua forma Cato R. R. c. 2 *Vendat plostrum vetus.* Et Cic. Verr. 1 cap. 20 *Omnia plostris evecta asportataque esse.* ¶ 3. Et *Plaustrum* Seneca Oedip. v. 477 sidus dixit ursæ majoris, den heerwagen.

¶ Plostellum, i, diminut. ein kleiner wagen. Varro R. R. 1 cap. 52 *Plostellum Pœnicum.* Et Horat. 2 satyr. 3 v. 247 de pueris:
Ædificare casas, plostello adjungere mures.

¶ Plaustrārius, vel Plostrarius, i, qui plaustrum regit, der fuhrmann. Vlpian. Lege 27 § 33 Dig. ad Legem Aquil. *Si ex plostro lapis ceciderit, & quid ruperit, vel fregerit, Aquiliæ actione plostrarium teneri places*, &c.

Plausus, a, um, & Plausus, ûs, vide proxime ante in *Plaudo.*

PLAUTUS, a, um, appellativum, πλατύς, latus, breit, breitfüssig. *Conchæ plautiores*, Tertullian. de Pallio cap. 3, vide ibi Salmas. *Plauti* vel *Ploti* iidem olim dicti sunt, qui & *Planci*; de quibus supra. Festus, *Ploti*, inquit, *appellantur, qui sunt planis pedibus; unde & poëta Accius initio Plotus, postea Plautus est dictus.* ¶ 2. PLAUTUS itaque, poëta comicus, a pedum planitie dictus, patriâ Sarsinas fuit ex Vmbria, quod in fabula Mostellaria ipse subindicavit. Romæ vixit, quo tempore P. Scipio, & M. Cato excellentes habiti sunt. Redactus ad summam paupertatem, cum pecuniam omnem in apparatus scenicos erogasset, operam Romæ pistori locavit molis, quas trusatiles vocant, circumagendis. A quibus tamen quotiescunque vacare ei concederetur, fabulas scripsit. Quarum viginti quinque genuinas Plauti esse Lælius censuit, de quibus viginti hodie reliquæ sunt. Alii plures ei tribuerunt, quemadmodum ex Gellio clarum est lib. 3 cap. 3. Cicero *urbano, ingenioso, & faceto genere jocandi refertum eum* scripsit, notante Fabio Instit. Orat. 10 cap. 1. conf. Cicer. Offic. 1 cap. 29, & lib. 3 de Orat. cap. 12. Et Varro ex Ælii Stilonis sententia, *Musas*, dixit, *Plautino sermone locuturas fuisse, si latine loqui voluissent.* Quod de Terentio tamen potius dixerim: qui multo & verecundior, & elegantior: quæ ille sæpe neglexit, ut risum captaret. Obiisse traditur annis paucis post Ennium Olympiade 145, P. Claudio, L. Portio Consulibus. vid. Gellius lib. 1 cap. 24.

¶ Plautīnus, a, um, adject. ut, *Numeri, versus Plautini*: Horat. Art. poët. v. 270 *At nostri proavi Plautinos & numeros, &*
Laudavere sales.

Ausonius epist. 9 v. 46
Aut parasitorum collegia Plautinorum.

¶ Superlat. *Plautinissimus*, apud Gellium est lib. 3 cap. 3 *versus Plautinissimi*, i. e. γνήσιοι, non suppostitii; sed dignissimi Plautino ingenio.

¶ Plautius, i, alius quispiam poëta comœdiarum, de quo etiam Gellius 3 cap. 3. ¶ 2. *C. Plautium Numidam* & *M. Plautium* amoris conjugalis exempla sistit Valer. Max. 4 cap. 6 n. 2 & 3. ¶ 3. *L. Plautius*, seu *Plotius*, Gallus, primus rhetoricam Romæ docuit. vid. Sueton. de Clar. Rhetor. c. 2, & Quintilian. 2 cap. 4. ¶ 4. *Plautia gens* plebeja Romæ fuit, ex qua plures in historia Romana occurrunt.

¶ Semiplotia, ōrum, appellabant *soleas dimidiatas, quibus utebantur in venando, quo planius pedem ponerent*: Festus in *Ploti.*

PLEBS, plēbis, fœm. ex antiquo *Plebes* contractum, quæ vox apud Ciceronem & Sallustium legitur, viliorem partem populi significat seu vulgus. Dicta ἀπὸ τῶν πλειόνων, hoc est, a *pluribus*, der gemeine mann, der pöbel, das gemeine volck. Sic, *Plebs & infima multitudo*, Cicer. pro Milone cap. 35. Apud Sallustium tamen Orat. 2 ad Cæsarem pro populo ponitur, in quo & eques, & plebs: *In duas*, inquit, *partes ego civitatem divisam arbitror, patres, & plebem.* Ita & *Populus* aliquando pro *plebe* ponitur. Vide infra. Pluraliter Augustinus epist. 166 sub init. *Recedite a plebibus nostris.* Contra Horatius 1 epist. 1 v. 59 etiam de uno: *Plebs eris*, i. e. plebejus. ¶ De antiquo *Plebes* vid. Rittershus. in Phædr. p. 133. Sic Lucanus 7 v. 760 *Capit impia plebes Cespite patritio somnos.* Sic, *Hebraica plebes*, Alcim. 5 v. 544. Sic, *Plebes Judæa*, Juvenc. 2 v. 164.

¶ Plēbĕcŭla, æ, diminut. das völcklein. Cic. 16 ad Attic. epist. 8 *Plebeculam urbanam secum habiturus.* Horat. 2 epist. 1 v. 186 *His plebecula gaudet.* Et Persius satyr. 4 v. 6
Ergo ubi commotâ fervet plebecula bile.

¶ Plēbejus, a, um, vulgaris, popularis, gemein, schlecht; ut, *Sermo plebejus*, Cic. 9 fam. epist. 21. *Amictus plebejus*, Propert. lib. 2 eleg. 25 extr. gemeine, einfältige tracht. *Ludi plebeji*, quos exactis regibus, pro libertate plebis fecerunt Romani, aut pro reconciliatione plebis post secessionem in montem Aventinum. Ita Asconius exponit in proœm. sive Act. 1 in Verr. pag. 57. Mentio horum crebra apud Livium, ut lib. 29 cap. 11 *Ludi Romani ter, plebeji septies instaurati*: & lib. 30 cap. ult. *Plebeji ludi ab ædilibus ter toti instaurati.* ¶ *Plebeji*, ordo plebejus, pars populi Romani, sed infima, gemeine leute, bürger. v. Gellius 10 cap. 20. *Plebejum esse, & de plebe esse*, quomodo differant, docet Voss. de Vit. L. L. 1 cap. 33.

¶ Plēbĭcŏla, æ, qui plebi placere studet, ein günstling des volcks, bürger-freund. Cic. 2 Agrar. cap. 31 *tribunus plebicola.* Et Livius lib. 3 cap. 33 *plebicola, omnisque auræ popularis captator.*

¶ Plēbĭscĭtum, i, quicquid non patrum, sed plebis autoritate & judicio constitutum est, eine ordnung und satzung der gemeine. Vide *Scitum* in *Scio.* Livius extremo lib. 31 *Plebiscitum est factum, rogantibus tribunis, quos duos in Hispaniam cum imperio ad exercitus ire juberent.* Idem lib. 3 cap. 55 *In controverso jure erat, tenerenturne patres plebiscitis.* Magna horum vis & auctoritas erat. Cicero lib. 2 de Oratore cap. 48 *Plebiscitis toties consularem potestatem minui.* Quid ab *Rogatione* differat, disputat Gellius lib. 10 cap. 20.

PLECTO, plexi, plexum, plectĕre, significationem interdum habet verbi πλέκειν, quod est implicare, nectere, flechten, in einander fügen. Ovid. s. Lucan. ad Pisonem v. 169 *Celeres super orbibus orbes plectis*; sed alii legunt *flectis.* Ab hac autem notione sunt *Plectilis*, *Plexus*, *Perplexus*, & hujus derivata, de quibus post paullo. ¶ 2. Altera significatio verbi *Plecto*, eadem est quæ verbi πλήττω, a quo *plecto* factum videtur. Nam *Plectere* supplicio afficere est, schlagen und straffen: *Plecti*, pass. puniri, dare pœnas. Terent. in Phorm. a. 1 sc. 4 v. 42 *Tu jam lites audies, ego plectar pendens*, ich werde müssen herhalten, straffe leiden. *Plecti capite*, Cic. 3 de Leg. c. 20, am leben gestrafft werden. Horat. lib. 1 epist. 2 v. 14 proverbialiter:
Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.

Plecti in re aliqua, apud Nepot. 25, 11, 6 significat paullo latius, pœnas dare erroris admissi, reprehendi ob neglectum officium.

¶ Plexus, a, um, geflochten: ut, *Caput plexis redimire corollis*, Lucret. 5 v. 1398. Et, *Plexa foramina linguæ*, Idem lib. 4 v. 623. Festus: *Plexa colligata significant ex Græcis, qui id ἐμπεπλεγμένον dicunt.*

¶ Plexus, ûs, subst. das geflechte. Manilius lib. 5 v. 145 *Tortosque in plexum ponere crines*, die haare wickeln.

¶ Plecta, æ, plur. plectæ, σειραὶ, ein haarzopf. vid. Salmasius de Cæsarie & Coma p. 570.

¶ Plectĭlis, e, id est, nexilis, das sich flechten lâst, apud Plautum in Bacchid. a. 1 sc. 2 v. 37 *corolla plectilis*. Et apud Prudent. Apotheos. præf. 2 v. 23

Solvunt ligantque quæstionum vincula
Per syllogismos plectiles. Sed

¶ Plectĭbĭlis, e, pœna dignus, straffbar. Sidonius 6 epist. 1 *Recordatio vitæ plectibilis.* Idem 4 epist. 6 *Plectibili invidia calumniam sufflammare.* Et ejusdem libri epist. 13 *Nemo ferme est, qui pectibilibus careat occultis.* Et Claud. Mamert. 1 c. 1 *Plectibile vitium.*

¶ Plectrum, i, instrumentum citharœdi, das harffeisen, der fiedelbogen; cujusmodi instrumento Herculem puerum, Linum, qui fidibus eum cantare docebat, interfecisse, Ælianus scribit H. V. 3 c. 32. *Alia res est sceptrum, alia plectrum:* Ἕτερόν ἐστιν, ὦ βασιλεῦ, σκῆπτρον, ἕτερον δὲ πλῆκτρον; sic respondit Stratonicus citharœdus Ptolemæo regi, pertinacius secum de arte canendi disputanti; vide Chiliad. Poëtis perquam familiaris vox, cum carmina musicis instrumentis significant. Vide Horat. 1 od. 26 v. 11, & lib. 2 od. 1 v. 40 &c. ¶ 2. Gubernaculum navis, das steuerruder. Silius lib. 14 v. 403

Deduxit telum & residentis puppe magistri
Affixit plectro dextram.

id est, sagitta gubernaculo affixit. Et ibidem v. 549

Non plectro ratis, aut frangendæ in vulnere proræ
Parcitur.

¶ Plectrĭpŏtens, tis, musices & poëticæ peritus, musicalisch. Sidonius 9 epist. 13 in metro: *Qua Flaccus lyricen Pindaricum ad melos*
Frænis flexit equos plectripotentibus.

Composita, quæ & genus mutant:

¶ Amplector, amplexus sum, amplecti, comprehendere, umfangen, fassen, annehmen, ergreiffen; ut, *Amplecti cogitationem aliquam toto pectore*, Cic. ad Attic. lib. 12 epist. 35 extrema. Et, *Tuam amplitudinem meis officiis amplector*, Idem 5 fam. epist. 8. ¶ 2. Interdum idem est quod *complecti*, seu, *amore complecti*, liebhaben. Sic Cic. 6 fam. epist. 6 *Me amicissime quotidie magis Cæsar amplectitur.* Et, *amplecti alicujus virtutem*, in Philippica 10 c. 9. ¶ 3. Plautus etiam in activo *Amplecto* usus est, in Rud. a. 3 sc. 5 v. 36 *Amplectitote crura fustibus.*

¶ Amplexus, a, um, der da begreifft, der da umfasset. Plin. 16 c. 31 *Amplexa jugerum soli quercus.* Martial. 9 epigr. 62

Ædibus in mediis totos amplexa penates,
Stat platanus densis Cæsariana comis:

AMPLEXA, i. e. patulo ramorum tegmine undiquaque contingens & obumbrans. Stat. lib. 2 Silv. 1 v. 81

Amplexuque sinu tulit & genuisse putavit.

Virgil. Æneid, 2 v. 490

Amplexæque tenent postes, atque oscula figunt.

Persius satyr. 5 v. 182 *rubrumque amplexa catinum*
Cauda natat thynni:

i. e ab utraque parte catini multum prominens.

¶ Amplexus, ûs, subst. die umfassung; ut, *Jungi mutuo amplexu*, einander in die arme nehmen, hertzen, ex Plinio affertur lib. 2 cap. 65; sed legunt alii *implexu*. Cic. 1 Divinat. cap. 36 *serpentis amplexu circumplicatus.* Virgilius 1 Æn. v. 687

Cum dabit amplexus atque oscula dulcia figet.

Seneca Hippolyto v. 705 *in amplexus ruit.*

¶ Amplexor, āri, frequent. idem fere est quod simplex: ut, *Amplexari aliquem & in manibus habere ac fovere*, einen an sich halten, umarmen, lieb haben, Cic. lib. 1 famil. epist. 9. Et, *Amplexari otium*, Idem pro Sextio cap. 45. ¶ 2. *Amplexo* pro *Amplexor*, apud Nonium c. 7 n. 14 *Postremo amplexa, fructum quem Dii dant, cape.*

¶ Circumplector, circumplecti, umfassen, umfangen. Cic. de Univers. c. 7 *Vndique est eos circumplexus.* Passive Gellius lib. 15 c. 1 *Turris lignea cum ex omni latere circumplexa igni foret.*

¶ Circumplexus, ûs, subst. die umfassung. Plin. lib. 10 cap. 63 *Lacertæ circumplexu Venerem movere.*

¶ Complector, complecti, fassen, halten, begreiffen; ut, *Complectitur vitis suis claviculis, quicquid est nacta*, Cicer. de Senect. c. 15, er fasset mit seinen häcklein, was er antrifft. *Mediam mulierem complectitur*, Terent. in Andr. a. 1 sc. 1 v. 106. *Obsidione munimentisque aliquem complecti*, einen belagern, Vellej. 2, 51, 2. Et, *Complecti animo*, gedencken, Cic. 5 fam. epist. 17; *Cogitatione & mente*, Idem in Oratore cap. 2, & *Memoriâ*, 2 de Divinat. cap. 71. *Sententiam aliquam verbis complecti*, Quintilian. lib. 3 c. 6. ¶ Sed *Complecti* absolute, & *Complecti amore, benevolentiâ, familiaritate*, lieb haben, günstig werden, latinæ admodum locutiones sunt. Cic. 2 fam. epist. 8 *Da te homini, complectetur, crede mihi*, er wird dir mit aller gunst beygethan seyn, &c. Idem pro Marcello c. 3 *Qua benevolentia complectemur?* Et Seneca epist. 1 *Complectamur senectutem & amemus.*

¶ Complexus, a, um, active, umfangend. Stat. 1 Silv. 1 pr. *Moles stat Latium complexa forum.* Idem 2 Silv. 1 v. 121 *Gremio puerum complexa.* Virgil. Æneid. 6 v. 786 *Centum complexa nepotes.* ¶ 2. Passive, vel adjective ex *con* & *plexus*, begrieffen, verwickelt, verfasset. Cic. pro S. Rosc, Am. cap. 13 *Vno maleficio scelera omnia complexa esse videntur.* Sic, *Complexi inter se*, Virg. 5 Æn. v. 766, & Lucret. 2 v. 153. vid. Goclen. in Problemat. Gramm. 2 c. 79.

¶ Complexus, ûs, subst. die umfassung, umarmung. *Avelli & abstrahi de matris complexu*, der mutter vom schoß, und aus ihren armen gerissen werden, Cic. pro Fontej. c. 17. Et, *Distrahi a suorum complexu*, Idem pro Domo sua cap. 37. Et, *In sinum & complexum alicujus venire*, Idem 2 Philippicâ cap. 25. Plural. Virg. Æneid. 5 v. 742 *Quis te nostris complexibus arcet?* Et Horat. 1 satyr. 5 v. 43 *O qui complexus & gaudia* &c. * De complexu alicujus & sinu esse dicuntur, qui sunt familiarissimi, vertraute freunde. Cicer. 14 famil. epist. 4 *Iste vero, sit in sinu semper & complexu meo.* Et 3 Verr. c. 10 *Calumniatores ex sinu suo apposuit.* Adde Orat. Catil. 2 cap. 10. *Grævius.*

¶ Complexio, ōnis, die zusammenfassung, der begriff. Quod nomen pro ambitu sententiæ & periodo a Cicer. & Quintiliano fere usurpatur, eine vollkommene rede. *Brevis complexio totius negotii*, der gantze handel kurtz gefasset, Cic. de Invent. 1 c. 26. conf. Tuscul. 5 c. 10 &c. ¶ Et vulgo *Complexionem* in corporibus dicimus, quod Græci κρᾶσιν vocant. Sed rectius *Temperaturam*, *Constitutionem* appellamus. Vide Joviani Pontani Dialogum, quem Ægidium inscripsit, sub finem.

¶ Complexim, adverb. mit umfahung. Plaut. Pœn. a. 3 sc. 3 v. 84 *Complexim contrectare mulierem.*

¶ Complexīvus, a, um, zusammenfassend; ut, *Complexiva conjunctio*, apud Diomedem.

¶ Complexo, āre, idem quod *Complecti*, umfangen. Corippus lib. 1 v. 114
Portum, quem geminæ complexant brachia ripæ.

¶ Implexus, a, um, pro involuto seu implicato, ut ait Festus, eingeflochten. *Implexæ crinibus angues, Eumenides*, Virg. 4 Georg. v. 482. *Virorum crinibus aurum implexum*, Plin. 33 cap. 1. conf. lib. 25 c. 7.

¶ Implexus, ûs, subst. die verwickelung. Plinius lib. 2 cap. 65 *mutuo implexu jungi.*

¶ Perplexus, a, um, quod significat intricatum, ambiguum, seu valde plexum, verwirret, verwickelt, zweiffelhafft; ut, *Responsum perplexum*, Livius lib. 35 cap. 14. Et, *Sermones perplexi*, verworrene reden, apud eumdem lib. 40 cap. 5. *Perplexius carmen*, Idem lib. 25 cap. 12. Sic, *Iter perplexum*, Virgil. Æneid. 9 v. 391, ein ungerader weg. *Titulus servili cognomine & regia appellatione perplexus*, Valer. Max. 3, 4, 3, ein vermischter nahme. *Perplexior motus*, Plin. 2 cap. 15.

¶ Perplexe, adverb. auf verworrene art: ut, *Loqui perplexe*, est contraria & inter se pugnantia loqui, ut nihil certi inde colligere liceat, cui contrarium *aperte loqui*. Terentius Eunucho a. 5 sc. 1 principio:

Pergin' scelesta mecum perplexe loqui?
Scio, nescio: abiit: audivi: ego non adfui:
Non tu istud mihi dictura aperte es, quicquid est?

Sic, *Agere, respondere perplexe*, mit verdecktem dinge umgehen, ungewisse antwort geben. *Haud perplexe indicare*, Livius lib. 6 cap. 13. Contrarium est, *Palam agere*, &c. Comparativ. *Perplexius*. Prudent. 2 adv. Symmach. v. 847

Anfractus dubios habet, & perplexius errat.

Ammian. lib. 22 cap. 8 *Adsuetudo perplexius litigandi.*

¶ Perplexim, aliud adverbium, idem significans. Plautus Sticho a. 1 sc. 2 v. 18 *Vtrum ego perplexim lacesso oratione ad hunc modum.*

¶ Perplexio, ōnis, die verwirrung, zweifelhafftigkeit, apud Augustinum: *Perplexio ambiguitatum.*

¶ Perplexĭtas, ātis, idem. Ammianus 18 cap. 14 f. (Vales. c. 6) *Ob perplexitatem nimiam.*

¶ Perplexor, āri, perplexe & captiose agere, verwirren, zweifelhafftig machen. Plaut. Aulul. a. 2 sc. 2 v. 81 *At scio, quo vos pacto soleatis perplexarier*, &c.

¶ Perplexābĭlis, e, figuratum, quod aliud audiatur, aliud sentiatur, secundum Nonium cap. 2 n. 638, verblümt, verdreht; ut, *perplexabile verbum*, i. e. dictum ambiguum atque obscurum, Plaut. Asin. a. 4 sc. 1 v. 47.

¶ Perplexabĭlĭter, adverb. idem. Plaut. Stich. a. 1 sc. 2 v. 28 *Perplexabiliter eorum hodie perpavefaciam pectora.*

Plectrum, vide proxime ante *Plecto*.

PLĒĬAS, trisyll. & Plējas, dissyll. ădis, Πλειὰς, Plēĭădes, Plējădes, & Pliădes, Πλειάδες, latine *Vergiliæ* dicuntur, a verni temporis significatione, quo navigatio incipitur, quemadmodum Græcis a πλεῖν, *navigare*, nominantur. Pleiadum enim ortus vernus, navigationis tempus indicavit. *Pleiades*, das siebengestirn. Ovidius lib. 5 Fastor. v. 165

Ora micant Tauri, septem radiantia flammis, &c.

Idem 4 Fastor. v. 170

Quæ septem dici, sex tamen esse solent.

Poëtæ filias faciunt Atlantis ex Pleione Nympha, ideo *Atlantidas* Virgilius dixit Georg. 1 v. 221, earumque nomina finxere, *Electram, Alcinoen, Celæno, Meropen, Steropen, Taygetam, Majam.* Valde autem inter se constipatæ densatæque hæ stellæ sunt: unde *glomerabile sidus* Manilius vocat lib. 4 v. 520. Et Propertius lib. 3 eleg. 5 v. 35 quatuor syllabis:

Pleïadum denso cur coit igne chorus.

Seneca Medeâ v. 96 *Et densi latitant Pleïadum greges.*

Ovidius 4 Fast. v. 167 tribus syllabis:

Plejades incipient humeros relevare paternos.

Virgil. 4 Georg. v. 233 in singulari bisyllab.

Plejas, & oceani spretos pede reppulit amnes.

Et Ovid. 1 Met. v. 670 trisyll.

Pleïas enixa est, letoque det, imperat, Argum.

Statius 1 Silv. 3 v. 95 prima brevi:

Hæc per & Ægæas hiemes Pliadumque nivosum Sidus &c.

¶ Plēĭŏne, es, Nympha, Oceani & Thetyos filia, uxor Atlantis, ex qua suscepit Pleiades. Ovid. 5 Fast. v. 83

Hinc sata Pleione cum cælifero Atlante
Jungitur, ut fama est, Pleïadasque parit.

Conf. Ejusdem epist. Paridis v. 62, & Metam. 2 v. 744.

PLEMMȲRIUM, i, Πλημμύριον, Siciliæ fluvius, dictus a πλημμύρω, *inundo*. Quemadmodum & *undosum* Virg. dixit 3 Æneid. v. 693.

Plenilunium, Plenitas, plenitudo, &c. vide *Luna*, *Plenus*.

PLĒNUS, a, um, πλέος, πλέος, cumulatus, refertus, integer, voll, vollkommen, gantz, reichlich. Contraria sunt, *vacuus, inanis, imminutus*; ut, *Plenus atque integer annus*, Cic. pro Milone cap. 9. *Pleniora perscribere*, Cæsar 1 B. Civil. cap. 53, &, *plenissima legio*, lib. 3 Bell. Gall. cap. 2. *Præceptorum istorum plenus ille*, solches unterrichts hat er die

fülle,

fülle, Terent. in Adelph. a. 3 sc. 3 v. 59. *Plenus consilii*, Nepos Pausan. cap. 1, voll rothschläge. *Epistola plena festinationis*, Cic. 5 Attic. epist. 14, in eil geschrieben. Et, *Plenâ manu*, Idem 2 ad Attic. epist. ult. id est, copiose, prolixe, reichlich. *Plena domus*, i. e. dives, reich, angefüllt, Horat. 4 od. 12 v. 24. Idem *Plenas domos Arabum* vocat 2 od. 12 v. 24. Et, *Plenissima villa*, lib. 1 sat. 5 v. 50. *Pleno, pleniore ore, laudare*, Cicer. lib. 1 Offic. cap. 18. Et, *velis plenissimis navigare*, Idem pro Domo suâ cap. 10. *Ad plenum*, id est, plene: vide supra *Ad*. ¶ *Plena*, i. e. gravida, schwanger. Plautus utrumque conjunxit Amph. a. 2 sc. 2 v. 49

Et cum te gravidam, & cum pulchre plenam adspicio, gaudeo.

Ovid. Metam. 10 v. 469 *Plena patris thalamis excedit.*

¶ Plēne, adverb. völlig, reichlich; ut, *plene scribere*, weitläufftig. *Plene præstare*, Horat. lib. 1 epist. 11 v. 14. Et, *Plenius æquo laudare*, Idem lib. 2 epist. 2 v. 10. *Plenius gratulari*, Vellej. Paterc. 2 cap. 104 n. 4. *Plenissime dicere*, Cic. 4 de Fin. cap. 6.

¶ Plenārius, a, um; & Plenarie, adverb. inter barbara.

¶ Plenĭtūdo, ĭnis, die fülle, vollständigkeit; ut, *Crescere ad plenitudinem*, Plin. lib. 11 cap. 37. Auct. ad Herenn. 4 cap. 20 *Longitudo aut plenitudo syllabarum multitudinem alterius exæquet.* Et Columell. 4 cap. 30 *Plenitudo & crassitudo.*

¶ Plēnĭtas, ātis, idem. Vitruvius lib. 8 cap. 2 *propter plenitatem & gravitatem.* Idem *Plenitates* plur. numero dixit lib. 5 cap. 9.

¶ Plenilunium, vide supra *Luna*.

¶ Semiplēnus, a, um, halb voll; ut, *Semiplenæ naves*, Cicer. 7 Verrin. cap. 25. *Semiplenæ stationes*, Livius lib. 25 cap. 30.

¶ Semiplēne, adverb. idem. Sidonius lib. 4 epist. 22 *Præterita infructuose, præsentia semiplene dicuntur.*

PLEO, plēre, antiquum verbum, & haud dubie nominis *Plenus*, & quæ inde manarunt, origo. Hujus autem sola composita supersunt; nisi quod *Plentur* antiquos dixisse, Festus asserat. Adde

¶ Plētus, a, um, id est, *plenus*, voll; ut, *Sanguine pleti*, Lucret. 2 v. 631. Et, *Pletis ex naribus*, Idem 6 v. 1201. Sed alii aliter legunt.

Composita:

¶ Compleo, ēvi, ētum, ēre, füllen, erfüllen, voll machen; ut, *complere fossam*, einen graben füllen, Cæs. B. G. 5 cap. 39. *Sol omnia lustrat & complet suâ luce*, Cicer. de Somn. Scip. cap 4. Et, *complevit annos centum*, er hat hundert jahr gelebt, Idem de Senect. cap. 5. *Complere promissum*, Idem in Verr. 5 cap. 49, sein versprechen halten.

¶ Complētus, a, um, voll, angefüllet: ut, *bene completa domus*, Cicer. ad Attic. 1 epist. 18. *Animorum consentientium multitudine completus mundus*, Idem Divin. 2 cap. 58. *Decem millia armatorum completa*, Nepos 1, 5, 1. *Rerum humanarum sorte completa*, Curt. 10, 6, 6, nach vollbrachten ziel.

¶ Completio, ōnis, die erfüllung. Augustinus epist. 161 *completio prophetiæ.*

¶ Complētor, ōris, qui complet, ein erfüller. Juvencus in Matth. c. 12

legum completor Jesus.

¶ Complēmentum, i, die ersetzung, erstattung. Cic. in Orat. cap. 69 *Inculcata reperias inania quædam verba, quasi complementa numerorum.*

¶ Depleo, ēre, exhaurire, leeren, ausleeren. Stat. 1 Achilleid. pr.

Tu modo, si veteres digno deplevimus haustu,
Da fontes mihi, Phœbe, novos &c.

Columella lib. 12 cap. 50 *Conchæ ferreæ, quibus depletur oleum.* Paulinus Nolanus epist. 49 ad Macarium n. 2 *Sentinam depleri, necesse erat.* Et Manilius Astron. 4 v. 13

Totque supervacuis vitam deplete querelis.

¶ Expleo, ēre, implere, erfüllen, anfüllen; ut, *Mundum bonis omnibus explevit Deus*, Cic. de Univers. cap. 3. *Animum suum explere*, den muth sättigen, zu frieden stellen, Terent. Andr. a. 1 sc. 2 v. 17. *Avaritiam explere pecuniâ*, Cicer. pro S. Rosc. cap. 52. *Explere sitim*, Idem de Senect. cap. 8. Et Ovid. 4 Trist. eleg. 3 v. 38

Expletur lacrymis egeriturque dolor.

¶ 2. Pro *exhaurire*, entledigen. Terent. Hecyrâ a. 5 sc. 1 *Exple illis animum*, id est, *exonera, exinani*, ut Donatus interpretatur. Horat. lib. 2 ode 7 v. 21 *Oblivioso lævia Massico*
Ciboria exple.

Virg. Æn. 6 v. 545 *Discedam, explebo numerum*, i. e. minuam. conf. Nonius cap. 4 n. 169. ¶ 3. *Explenunt, pro explent, scripsère veteres*, Festus.

¶ Explētus, a, um, vollständig, erfüllt. Cic. de N. D. 2 cap. 13 *Perfectus expletusque omnibus suis numeris & partibus.* Virg. Æn. 3 v. 630 *Expletus dapibus.* Stat. 2 Silv. 1 v. 15 *Flendi expleta voluptas.* Idem 1 Achill. v. 291 *Finis expletus pudoris*, i. e anni virginitatis finiti. Lucret. 6 v. 1201 *Sanguis expletis naribus ibat*, i. e. plenis

¶ Explectīvus, a, um, ausfüllend. Gloss. lat. gr. *Expletivum*, παραπληρωματικόν. Sic, *Conjunctiones expletivæ*, Isidor. 1 cap. 11.

¶ Explētio, ōnis, die erfüllung, vollendung. Cic. de Fin. 5 cap. 14 *In ea expletione naturæ summi boni finem consistere.*

¶ Explēmentum, i, die sättigung, ergötzung. Seneca epist. 110 *si scieris, cacumina arborum explementum esse ventris.*

¶ Explēbĭlis, e, ersättlich, leicht zu erfüllen: Et

¶ Inexplēbilis, e, contrarium, unersättlich. Cicero 4 Tusc. cap. 9 *Indigentia libido inexplebilis.* Et lib. 5 Tusc. cap. 6 *Cupiditas inexplebilis.* Seneca epist. 89 extr. *stomachus inexplebilis.* Et Livius lib. 28 cap. 17 *Vir inexplebilis virtutis.*

¶ Inexplētus, a, um, unersättigt, unerfüllt. Virg. Æn. 8 v. 559 *inexpletum lacrymans*, nomen pro adverbio. vide in h. l. Servium. Prudent. Apotheos. v. 755 *amnis inexpletis ripis.* Statius 2 Thebaid. v. 518 *inexpleta alvus.* Idem lib. 8 v. 667 *Inexpletis cædibus hausi quinquaginta animas.*

¶ Impleo, ēre, erfüllen, anfüllen; quod interdum & genitivo jungitur, ut Virgilius Æn. 1 v. 215 *Implentur veteris Bacchi*, &c.

Plautus Aulul a. 3 sc. 6

Omnes angulos furum implevisti in ædibus.

Cum ablativo Virg. Æn. 1 v. 733 *Implevitque mero pateram.* Columella 12 cap. 36 *Implere ad summum.* Sed, *Implere fidem*, Plin. lib. 3 epist. 14, beglaubt machen. Cic. pro Cluent. cap. 18 *Impudentiæ est, id profiteri, quod non possis implere*, h. e. præstare, perficere, darthun, ins werck richten.

¶ Implētus, a, um, erfüllt, gefüllt. Cic. Acad. 4 cap. 27 *De quibus rebus volumina impleta sunt*, davon gantze bücher voll seyn. Justin. 22, 2, 6 *Spe impletus*, voller hoffnung. Idem 23, 2, 11 *Impleta regia fletibus.* Et 43, 1, 8 *Fatua assidue divino spiritu impleta.*

¶ Impletio, ōnis, die erfüllung; unde mox *Adimpletio*.

¶ Implēmentum, i, idem. Cœl. Aurel. Tard. 1 cap. 5 *Capitis implemento affici.*

¶ Adimpleo, ēre, idem quod *implere*. Paulus Lege 43 Dig. de administr. & peric. tutor. *Adimplere id, quod promisit.* Et Lege 57 Dig. de contrah. emt. pr. *Venditionem adimplere emtor coarctandus est*, den kauff zu halten. Tertullian. lib. 5 contra Marc. cap. 17 *Temporum adimplendorum dispensatio.* Idem ad Nation. lib. 1 cap. 5 *Quot philosophi dicuntur, nec tamen legem philosophiæ adimplent?* Hæc ideo copiosius traduntur, quia unicum vulgarium Lexicorum exemplum ex Plin. 11 cap. 37 fallit, & veteres novique libri *implent*, non *adimplent*, præ se ferunt.

¶ Adimplētus, a, um, angefüllt. Firmicus de Error. profan. Relig. p. 10 *Adimpleti tibiarum cantu.*

¶ Adimpletio, ōnis, die vollendung. Tertull. 5 contra Marcion. c. 17 *temporum adimpletiones*: & mox, *dispensatio sine adimpletione*: etiam de Monogam. cap. 5 *adimpletio temporum.*

¶ Oppleo, ēre, obruere, voll füllen; ut, *Lacrymis opplet os totum sibi*, Terent. Heaut. a. 2 sc. 3 v. 65. *Luctus opplevit urbem*, Livius 22 c. 56.

¶ Opplētus, a, um, überzogen, bedeckt. Cic. de N. D. 2 cap. 52 *Ægyptum Nilus tota æstate obrutam oppletamque tenet.* Idem post reditum in Senat. cap. 4 *Mentes oppletæ tenebris ac sordibus.*

¶ Repleo, ēre, implere, füllen, erfüllen. Lucret. lib. 5 v. 811 *fæmina quæque cum peperit, dulci repletur lacte.* Ovid. 4 Fastor. v. 823 *Fossa repletur humo.* Et 4 Pont. epist. 4 v. 19 *fama Pontum rumore replevit.*

¶ Replētus, a, um, voll, gefüllet. Celsus lib. 7 cap. 8 *foramen auris alte repletum*, tieff verstopfft. Sueton. August. cap. 89 *eruditione varia repletus.* Lucret. 2 v. 1167 *Genus pietate repletum*, voller gottesfurcht. Justin. 13, 8, 7 *Repleta quatuor pueros peperit*, i. e. gravida facta.

¶ Replum, i, operimentum, die decke, ausfüllung, Vitruv. 4 cap. 6, & 10 cap. 17. Adde Turneb. Advers. 11 cap. 4, & Baldi Lex. Vitruv. p. 100.

¶ Irreplētus, a, um, non repletus, unerfüllet. Paulinus Nolanus carm. 17 ad Nicetam v. 67 *Cogimur victo, licet irrepleti,*
Cedere voto.

¶ Suppleo, ēre, erstatten, ersetzen, wieder voll machen. Liv. 29 cap. 24 extr. *In locum eorum subjecit, quos secum ex Italia adduxerat, supplevitque ita eas legiones, ut* &c. Cicero Quinto frat. 3 epist. 4 *de bibliotheca supplenda*, &c. Virg. ecloga 7 v. 35 ad Priapum:

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu,
Si fœtura gregem suppleverit, aureus esto.

¶ Supplētus, a, um, ergäntzt, voll gemacht; ut, *Legionibus suppletis ex D Bruti exercitu*, Cic. Philipp. 8 cap. 9.

¶ Suppletīvus, a, um, ausfüllend, ergäntzend. Gloss. gr. lat. παραπληρωματικὸς, *suppletivus*.

¶ Supplēmentum, i, quod suppletur, die ersetzung, erstattung. Livius lib. 1 cap. 30 *Legiones veteres supplemento explevit & novas scripsit.* Et lib. 22 cap. 36 *Decem millia novorum militum scripta in supplementum*; & ita sæpe apud Curtium *supplementum militum* occurrit, ut 5, 7, 12. Item 6, 6, 35 &c. die recreuten, die recreutirung.

PLEONASMUS, i, πλεονασμὸς, adjectio supervacua est ad significationem plenam, & emphaticam: unde vitiosus non est: ut, *Hisce oculis egomet vidi*, Terent. Adelph. a. 3 sc. 2 v. 31. *Sic ore locuta est*, Virg. Æn. 1 v. 615. Meminit hujus figuræ Quintil. 1 cap. 5, & 8 cap. 3, & 9 cap. 3.

PLĒRĪQUE, pleræque, pleraque, a πλῆρες fit, i. e. die meisten, der mehrere theil, gemeiniglich alle. Suo modo Terentius addit, *omnes*, ut in Andr. a. 1 sc. 1 v. 28 *Quod plerique omnes faciunt adolescentuli.* Est autem hæc ratio loquendi ab Atticis petita, qui dicunt: πλέονες πάντες. Idem Heaut. a. 4 sc. 7 v. 2 *Dixi pleraque omnia.* Cornelius Nepos, cujus phrasis cum Terentiana valde convenit, Eumene cap. 12 n. 1 *Hic cum plerique omnes primo perturbati admirarentur.* ¶ 2. Interdum hujus nominis usus est in singulari: Et sic Sallustius Jugurthâ cap. 79 *Qua tempestate Carthaginienses pleræque Africæ imperitabant.* Et cap. 85 ibidem plurali ac usitato modo: *Plerique oratione majores suos extollunt.* vid. Donat. ad Terent. Andr. a 1 sc. 1 v 28. Adde Gell. 3 cap. 8 *Cum pleraque Italia ad regem descivisset.* Et lib. 4 cap. 8 *Ita in pleraque historia scriptum est.* Iterum Sallust. Jug. cap. 21 *Ubi plerumque noctis processit*, i. e. multa pars noctis, der meiste theil der nacht. Et Livius 45 cap. 9 *Per Europæ plerumque atque Asiam omnem.* ¶ 3. *Plera* etiam dixisse antiquos, testis est Pacuvius apud Festum, cum ait: *Plera pars pessumdatur.* Et Cic. de Leg. 3 cap. 3 *Minores magistratus partiti juris plures in plera sunto.*

¶ Plērumque, adverbium, fere semper, gemeiniglich, offters, mehrentheils. Terent. in Andr. a. 1 sc. 2 v. 32 *Ipsum animum ægrotum ad deteriorem partem plerumque applicat.* Virg. Georg. 1 v. 300

Frigoribus parto agricolæ plerumque fruuntur.

PLĒRŌMA, ătis, πλήρωμα, i. e *plenitudo*, die fülle. Fabulas Valentini hæretici de pleromate expedit Tertull. de Præscript. cap. 49.

Plerusque, aque, umque, Plerus, vide proxime ante *Plerique*, *Pleo*.

PLĒVĪTAS, ātis, ignobilitas, schlechtes herkommen. Hemina apud Nonium cap. 2 n. 619 *Propter plevitatem agro publico ejecti.* Et Cato ibidem: *Propter tenuitatem & plevitatem.*

PLEVRĪTIS, ĭdis, πλευρῖτις, a πλευρὰ, dolor lateris, das seitenstechen, seitenwehe. Latine usus est Vitruvius lib. 1 cap. 6 de morbis ex vitio locorum ortis.

¶ Pleurisis, is, idem. Prudentius in Romano v. 484

Mucrone quanto dira pulsat pleurisis.

¶ Pleuritĭcus, a, um, πλευριτικὸς, qui laterum dolorem patitur. Plinius

nius lib.26 cap.7 *Pleuriticis & peripneumonicis centaurium majus, item* A *hyssopum bibitur.* ¶ Adjective Celsus lib. 4 cap. 9 *morbus* πλευριτικός.

¶ Pleurĭcus, a, um, aliud adject. a πλευρά, quasi *lateralis*; ut, *Termini pleurici*, Frontin. de Colon. p. 336.

PLEURON, ōnis, Πλευρών, urbs Ætoliæ, Plin. 4 cap. 2. Ibi Combe in avem conversa, Ovid. Met. 7 v. 382.

¶ Pleurōnia, æ, ipsa regio Ætoliæ, Auson Epitaph. 10.

¶ Pleurōnius, a, um, adject. ut, *Pleuronius Agmon*, Ovid. Met. 14 v. 494.

¶ Plexibilis, plexus, Plias, ădis, vide supra *Plecto*, *Pleias*.

PLĬCO, ui, itum, & avi, atum, are, πλέκειν, in rugas vel plicas contrahere, falten, zusammen halten, Lucret. 4 v. 826. Virg. Æn. 5 v. 279. Et Martial. 4 epigr. 83 *Tibi charta plicetur.*

¶ Plica, æ, eine falte an einem kleide.

¶ Plicātĭlis, e, quod plicari potest, faltig, das man zusammen legt. Plin. 5 cap. 9 *navis plicatilis.* Idem 10 cap. 29 *Vpupa cristâ plicatili.*

¶ Plicatūra, æ, die falte, faltung. Plinius lib. 7 c. 51 *plicaturas stragulæ vestis* in signis mortis ponit.

Composita:

¶ Applĭco, are, quod est, admovere, adjungere, recipere se, zufügen, hinzukehren; ut, *Applicare se ad arborem*, Cæs. B. G. 6 cap. 26. Et Terent. in Andr. a 5 sc. 4 v. 21 *Ille egens forte applicat ad Chrysidis patrem se*, er hält sich, er schlägt sich zu ihm. *Applicare se ad amicitiam fidemque populi Romani*, Cic. 4 Verrin. c. 1; &, *ad alicujus familiaritatem*, Idem pro Cluent. cap. 24. *Applicare alicui oscula*, einen B küssen, Ovid. Fast. 4 v. 851. *Applicare animum ad aliquod studium*, Terent. Heaut. prolog. v. 23, idem est quod appellere, adjicere, sich auf etwas begeben, das man gedenckt zu treiben. *Alii se ad philosophiam, alii ad jus civile, alii ad eloquentiam applicant*, Cicer. 1 Offic. cap. 32. *Applicare animum ægrotum ad partem deteriorem*, Terent. in Andr. a. 1 sc. 2 v. 22. Et, *Applicare navem ad litus*, Justin. lib. 2 c. 4 n. 21; &, *ad terram*, Cæsar 3 B. Civ. cap. 101, est appellere, zu lande an= oder ausfahren, anschiffen. Ovid. Fast. 1 v. 543

Ecce boves illuc Erytheidas applicat heros,

er treibt die kühe hin. Heinsius tamen mallet *Appulit*.

¶ Applĭcātus, & Applicĭtus, a, um, beygefügt, hinzugethan; ut, *Applicatæ naves ad terram*, Cæs. Bell. Civ. 3 cap. 101. *Applicatus ad se diligendum*, Cicer. lib. 4 fam. epist. 13. *Applicitum est cubiculo hypocaustum perexiguum*, Plin. lib. 2 epist. 17 § 23. *Applicito captivo cum civem ex voce cognovisset*, Justin. 11, 15, 6. ¶ Sed *appliciore nexu inhærere*, pro *applicatiore*, Apulej. Met. 10.

¶ Applicatio, ōnis, die zufügung; ut, *Applicatio animi*, die neigung des gemüths, Cic. in Lælio cap. 8. *Jus applicationis*, Idem lib. 1 de Oratore cap. 38 extr.

¶ Circumplĭco, are, umwickeln. Prudent. Peristeph. 10 v. 272

Barbam rigentem dum Jovis circumplicat.

¶ Circumplĭcatus, a, um, umschlungen, umwickelt. Cicer. 1 de Divin. cap. 36 *puer circumplicatus serpentis amplexu.* C

¶ Complĭco, are, zusammen wickeln, falzen; ut, *Complicare epistolam*, einen brieff zusammen legen, Cic. 3 ad Qu. frat. epist. 1 cap. 5.

¶ Complicatus, & Complicĭtus, a, um, zusammen geleget, verwickelt. Metaphorice Cic. 3 Offic. cap. 19 *animi sui complicatam notionem evolvere.* Alia forma, *complicitis pedibus*, Apulejus lib. 9 Metam. prope finem.

¶ Complex, ĭcis, plur. Complĭces, anhänger, rottgesellen, verbum posterioris latinitatis. Isidorus Orig. lib. 10 litt. C, *Complex, qui uno peccato vel crimine alteri est applicatus ad malum.* Prudentius in Romano v. 822 *Complices sectæ impiæ.* Et adject. Idem Hamart. v. 614 *de semine complicis hydri.* Sidon. 8 epist. 11 *Ceteris complicibus oppressis*, scil. factionis. Cassiodor. Var. 39 *Complices exstiterunt criminis.* ¶ 2. *Deos, qui sunt introrsus atque intimis penetralibus cæli, Consentes & Complices Etrusci ajunt & nominant*, Arnob. lib. 3 p. 123.

¶ Duplex, duplicare, vide supra post *Duo*.

¶ Explĭco, are, evolvere, extendere, von einander thun, aufwickeln, ausbreiten, ausstrecken; ut, *Pavo explicat alas*, Martial. lib. 13 epigr. 70, & *pennas*, Ovid. 2 Amor. eleg. 6 v. 55. Et, *Explicare agmen*, Livius 30 cap. 5; *turmas*, Lucan. 6 v. 9; *legiones*, Cæsar 2 B. Civ. cap. 26, ins feld oder in die schlacht=ordnung stellen. *Aperte & plane aliquid explicare*, Cic. 4 Verr. cap. 64 est exponere seu declarare, auslegen, erklären, klar machen. *Definitione aliquid explicare*, Idem 3 Fin. cap. 10. Et, *Rerum caussas explicare*, lib. 5 fam. epist. 12. ¶ 2. *Explicare* etiam dicitur, quod remotis omnibus impedimentis ad finem adducitur, vollbringen. Sic, *explicare bellum*, Floro lib. 1 cap. 17. *Explicare res*, Cæsari 3 de B. C. cap. 75. *Explicare consilium*, eidem 1 de B. C. cap. 78 conficere, peragere est. *Explicare annonam, pecuniam*, apud JCtos est curare, ut præsto sit & expedita. Suetonius Domitiano cap. 12 *Neque eo secius in explicandis oneribus omnibus hæreret. Onera* sunt sumptus & impensæ, quæ faciendæ necessario; in iis itaque explicandis hærebat Domitianus, hoc est, expedire non poterat, cum multum semper deesset ad conficiendam summam per prodigalitatem exhausto. Sic *explicari* dicuntur, qui liberantur ex periculo. Livius Epitome lib. 49 *Cum neglectos ab una parte muros duo tribuni cum cohortibus irrupissent, & ab oppidanis graviter cæderentur, a Scipione explicati sunt.* Sic *explicari morbo* dicuntur, qui liberantur. vide *Implicare*.

Explicandae rei frumentariae caussa Caes. B.G. VIII. IV. 3.

¶ Explĭcit, in finibus librorum, præsertim manu scriptorum, frequens vox, quibus subnotatum est: *Explicit liber* &c. *Explicit feliciter*, aut simili modo; quibus significatur, finiri librum & absolutum esse. Vnde sæpe adjunctum est: *Incipit* &c. hoc modo: *Explicit liber secundus* &c. *incipit tertius.* Videtur autem decurtatum esse ab *explicitus* vel *explicitum*. Sic enim Martialis lib. 14 epigr. 1 extr.

Versibus explicitum est omne duobus opus.

Et observat Car. du Fresne in Glossar. elegantioris notæ codices adscriptum ferre: *Explicitus est liber* &c. Qua notione Orosius extremo lib. 7 etiam active dixit: *Explicui, adjuvante Christo*, &c. Non autem nova est, aut barbaris demum seculis nata dictio, sed Hieronymus quoque (si salva lectio est) epist. 138 ad Marcellam commemoravit: *Solemus*, inquit, *completis opusculis, ad distinctionem rei alterius sequentis, medium interponere Explicit, aut Feliciter, aut aliquid istiusmodi.*

¶ Explĭcātus, & Explicĭtus, a, um, klar, deutlich, erläutert, ausgewickelt. Plaut. Pseud. a. 4 sc. 1 v. 18 *Habe animum bonum, pulchre ego hanc explicatam tibi rem dabo.* Cic. pro Plancio cap. 2 *Facilis & explicata caussa*, eine richtige sache. Idem Acad. 1 cap. 2 *Philosophia diligentissime græcis litteris explicata.* Sic, *ex morbo explicatus* idem est ac convalescens, ein genesender: Seneca de Tranquill. animi cap. 2 *Admoneor exemplo eorum, qui ex longa & gravi valetudine explicati, motiunculis levibusque interim offensis perstringuntur.* Vlpian. l. 1 ff. ad Senatusconf. Trebell. *Tractatus explicitus*, i. e. absolutus, vollbracht, vollendet. Cæs. 3 B. C. cap. 75 *His explicitis rebus, duas in castris legiones retinuit.* Vnde Compar. *Explicitius*: Idem Cæs. 1 de B. Civ. cap. 78 *Ex propositis consiliis duobus explicitius videbatur Ilerdam reverti*: EXPLICITIVS, i. e. facilius, expeditius, minore cum difficultate ac periculo conjunctum.

¶ Explicate, seu Explicĭte, adverb. clare, aperte, klar, mit nahmen, ausdrücklich; ut, *Explicate dicere*, Cic. 3 de Oratore cap. 14.

¶ Explicatus, ûs, substant. die ausstreckung; item, die erklärung. Plin. 8 cap. 42 *Mollis alterno crurum explicatu glomeratio.* Cicero Nat. Deor. 3 cap. 39 *quam difficiles explicatus haberet.*

¶ Explĭcātio, ōnis, idem. Cic. Divin. 1 cap. 56 *Est quasi rudentis explicatio.* Item declaratio; ut, *Explicatio fabularum*, Cic. 3 Nat. Deor. cap. 24; &, *Rerum facilis explicatio*, Idem 7 Philipp. ineunte.

¶ Explicator, ōris, ein ausleger; ut, *Prudens rerum explicator*, Cic. 2 Invent. cap. 2.

¶ Explicatrix, īcis, eine auslegerin; ut, *Explicatrix vis dicendi*, Idem Cic. 1 Acad. cap. 8.

¶ Explĭcābĭlis, e, leicht zu erklären, daraus man sich finden kan; ut, *Explicabilis mensura*, Plin. lib. 4 cap. 13.

¶ Explicabĭliter, adverb. deutlich. Diomedes lib. 1 cap. de Adverb. p. 401 & adjectivum *Explicabilis*; & inde derivatum adverbium *Explicabiliter* commendat.

¶ Inexplicabĭlis, e, sehr schwer, verwirrt, unauflößlich; ut, *Error inexplicabilis*, Plin. 36 cap. 13. *Laquei inexplicabiles*, Quintil. lib. 5 c. 10, daraus sich nicht zuwickeln ist. *Inexplicabiles continuis imbribus viæ*, Livius lib. 40 cap. 33, tieffer weg. *Res sunt inexplicabiles*, Cic. ad Att. lib. 19 epist. 2, id est, difficiles, quemadmodum lib. 8 epist. 3 ad eundem, *O rem difficilem*, inquit, *& inexplicabilem!* daraus man sich nicht helffen kan. Idem Tusc. 1 cap. 30 *Fraudes inexplicabiles concipere.*

¶ Inexplicābĭlĭter, adverb. unsäglich. Apulejus lib. 2 Milef. sub init. *Cetera corporis inexplicabiliter ad regulam congruentia*, hoc est, tam apte congruentia, ut explicari & verbis exprimi non possit. Et Augustinus epist. 255 *inexplicabiliter implicare.*

¶ Inexplicātus, & Inexplicĭtus, a, um, unerklärt, unerläutert, verwirrt. Arnob. lib. 7 *Inexplicatum quid atque intactum transcurrere.* Statius 2 Thebaid. v. 511 *dictis inexplicitis.* Martialis lib. 9 epigr. 48 *inexplicitos Platonas* dixit intricatos philosophos. Et Prudentius Cathemer. 3 v. 153 *Tractibus anguis inexplicitis*

Virus inerme piger revomit.

¶ Subexplĭco, are, ein wenig aus einander setzen. Arnobius lib. 7 p. 251 *Æsculapius repsit, ut coluber, non pedibus se ferens, neque suas subexplicans itiones, sed ventre nixus ac pectore.*

¶ Implĭco, are, involvere, einwickeln, verwickeln, verwirren. Seneca epist. 22 *Quod male implicuisti, solvas potius, quam abrumpas.* Sic, *Multis molestiis & negotiis implicari*, Cic. 1 Nat. D. cap. 20; &, *Occupationibus*, ibidem cap. 19, mit geschäfften beladen und aufgehalten werden. *Implicari morbo*, mit kranckheit befallen werden, Livius lib. 1 cap. 31. *Implicari in morbum*, Nepos dixit. vide *Implicitus*. Contra, *explicari morbo*, est liberari morbo, seu convalescere. vide paullo ante locum Senecæ in *Explicatus*.

¶ Implĭcātus, & Implicĭtus, a, um, verknüpfft, verwickelt, verworren. Cic. 6 fam. epist. 12 *Omnes Cæsaris familiares satis opportune habeo implicatos consuetudine & benevolentia.* Nepos 10, 1, 1 *Dion tyrannide implicatus.* Idem 4, 4, 6 *Si tantis implicitum rebus sublevasset.* Idem Cimone cap. 3 *in morbum implicitus in oppido Citio mortuus est.* Item Agesilao extr. *Jacens inter Cyrenas & Ægyptum in morbum implicitus decessit.* Horat. Art. Poët. v. 423 *Litibus implicitum eripere.* Superlat. Gellius 6 cap. 2 extr. *Obscurissima & implicatissima quæstio.* Et Augustinus Confession. lib. 2 extr. *implicatissima nodositas.*

¶ Implicate, seu Implicĭte, adverb. versteckt, verdeckt. Cic. de Invent. 2 cap. 2 *Non implicite & abscondite, sed patentius & expeditius.*

¶ Implicatio, ōnis, die verwirrung, verwickelung. Cic. 2 Nat. Deor. c. 55 *implicatio nervorum toto corpore.* ¶ 2. * *Implicatio rei familiaris* eidem Ciceroni pro Sext. cap. 26 dicitur de iis, qui ære alieno sunt oppressi. *Grævius.*

¶ Implicatrix, īcis, die einwicklerin, in Glossis Cyrilli est, & ἐμπλέκτρια vertitur.

¶ Implĭcātūra, æ, die einwickelung. Sidonius lib. 9 epist. 9 *vernaculis implicaturis in retia sua præcipites implagabuntur.*

¶ Implĭciscor, sci, idem ac *implicari*, apud Plautum Amph. a. 2 sc. 2 v. 97 *Vbi primum tibi sensisti implicescier?* scil. atram bilem.

¶ Interplĭco, are, mit unter flechten, einflechten. Statius 2 Theb. v. 282

raptumque interplicat atro

Tisiphones de crine ducem.

Et 4 Thebaid. v. 218 *Albaque puniceas interplicat infula cristas.*

¶ Multiplex, multiplicare, vide supra in *Multus*.

¶ Replĭco, are, zurück wickeln. Plin. 17 cap. 14 *Cortex replicatur in rugas.* Item metaphorice *repetere*, wiederholen, wiederum darthun; ut, *Replicare memoriam temporum*, Cic. pro Sylla cap. 6.

¶ Replicātus, a, um, zurück gebogen, umgewandt; ut, *Replicata cervix*, Plin. 34 cap. 8. *Replicatum intus*, Idem lib. 9 cap. 35. ¶ Hinc *Replictus*, apud Statium 4 Silv. 9 v. 29 *Replicta bulborum tunica.*

¶ Replicatio, onis, die umweltzung. Cicer. 1 Nat. Deor. cap. 13 de Aristotele: *Modo mundum ipsum D. um dicit esse; modo quemdam alium præficit mundo, eique eas partes tribuit, ut replicatione quadam mundi motum regat.*

¶ Simplex, simplicitas; & Supplico, cum derivatis supplex, supplicium, &c. vide infra in littera *S.*

PLĪNIUS, i, Secundus Veronensis, Vespasiani Imp. fuit temporibus: vir acri ingenio, studio incredibili, vigilantia summa. Conscripsit de Historia mundi, seu naturalis historiæ libros 37; opus, quemadmodum Plinius Junior recte censuit, *diffusum, eruditum, nec minus varium quam ipsa natura.* Idem & Historias Civiles scripsit. Vide Vossium de Historicis Latinis. Perire omne tempus arbitrabatur, quod studiis non impertiretur. Idem nullum dicere solebat librum usque adeo esse malum, ut non aliqua parte prodesset. Periit suffocatus fumo ex Vesuvio, cum ad ejus incendii explorandas caussas propius accessisset. Vide omnino Plinium Juniorem lib. 3 epist. 5, & lib. 6 epist. 16, in quibus omnis vitæ ejus exponitur ratio. ¶ 2. Alter *Plinius Junior*, Novocomensis, ex sorore majoris natus, & ab avunculo in nomen & cætera jura adoptatus. Eloquentiâ, virtute & sanctitate vitæ ac morum aut maximus ipse, aut inter maximos seculi sui viros. Floruit sub Trajano, cui & Panegyricum scripsit: ubi tamen plane abusus panegyrici nomine videtur, judicio Vossii lib. 1 Instit. Orator. p. 44, qui alibi etiam, nempe lib. 3 p. 409, quo ordine ea oratio scripta, & quando habita, indicat. Legimus ejus epistolarum libros: verissimum Atticæ eloquentiæ exemplum. Ex quibus vita ejus & mores disci possunt. ¶ Male hos confundit Hieronymus Chronico Eusebiano numero 2125, & ex duobus Pliniis unum nobis, quantum in se fuit, concinnavit. Id quod dignum animadversione suâ existimavit Scaliger.

PLINTHUS, i, fœm. πλίνθος, laterem significat, ein mauer-ziegel. Vitruv. lib. 3 cap. 3 *Crassitudo cum plintho sit columnæ* &c. Ergo contectæ plinthis columnæ, verkleidet. Adde Hygin. Gœs. p. 205 & p. 210.

¶ Plinthis, idis, plinthi basis, ut Philander explicat ad Vitruv. 3 cap. 2 *Spirarum plinthides æque magnæ sint* &c. conf. Vitruv. 10 cap. 15, & Baldi Lex. Vitruv. p. 88, & Turneb. Advers. 2 cap. 4, & 29 cap. 13. Vulgo *Plinthides* sunt ipsi laterculi quadrati, ziegelsteine.

¶ Plinthium, i, πλινθίον, proprie figlina laterum; officina, in qua lateres finguntur, die ziegelhütte. Vitruvius autem lib. 9 cap. 9 *Plinthion* latine *lacunar* reddidit. vide Autores modo citatos.

¶ Plinthigonatus, a, um, eckicht wie ein mauer-ziegel, Vitruv. 10 c. 17.

¶ Diplinthius, a, um, constans duorum laterum ordine, zwey ziegel dicke; ut, *Paries diplinthius*, Vitruv. 2 cap. 8. Sic

¶ Triplinthius, a, um, drey ziegel starck, ibid.

PLISTHĔNES, is, Πλισθένης, Pelopis filius, pater Agamemnonis & Menelai, de quo Seneca Thyest. v. 724. Plisthenes impudicus a poëtis dicitur. vid. Quintil. 3 cap. 7.

¶ Plisthénius, a, um, adject. ut, *Plisthenius vir*, i. e. Agamemnon, apud Ovid. Remed. amor. v. 778.

PLISTŎLŎCHIA, æ, πλειστολοχία, herba ex malvarum genere, pastinack, Plin. 20 cap. 4.

PLŎCE, es, πλοκή, frequentior vocum repetitio, Quintil. 3 cap. 9.

Plodo, unde Applodo, Displodo, &c vide supra *Plaudo.*

PLŌRO, avi, atum, are, plus videtur esse, quam lacrymari, weinen, heulen. Quintil. lib. 6 cap. 1 *Date puero panem, ne ploret.* Plorare jubebant, quibus male cupiebant, quosque miseros esse volebant. Horat. lib. 1 sat. 10 v. 90 *Demetri, teque, Tigelli,*

Discipulorum inter jubeo plorare cathedras.

Et lib. 2 sat. 5 v. 68 *invenietque*

Nil sibi legatum, præter plorare, suisque.

Loquendi hanc formam a Græcis sumtam, Lambinus Torrentiusque ostendunt.

¶ Plōratus, a, um, beweinet; ut, *Veneri ploratus Adonis*, Ovid. Art. am. 1 v. 75. *Plorata domus*, Stat. 5 Silv. 3 v. 164.

¶ Ploratus, ûs, subst. fletus, das weinen, das geheule; ut, *Edere ploratum*, Cic. 2 Tusc. cap. 8. Et pluraliter Livius lib. 29 cap. 17 *Omnia passim mulierum puerorumque ploratibus sonant.* Et Lucretius lib. 2 v. 579 *Quæ non audierit mistos vagitibus ægris*

Ploratus.

¶ Plōrātio, ōnis, idem; ut, *Convallis plorationis*, Augustinus de Sanctis Serm. 17 cap. 2.

¶ Plorātor, ōris, ein greiner, flenner. Martial 14 epigr. 54

Si quis plorator collo tibi vernula pendet.

¶ Plorābĭlis, e, beweinerlich, kläglich. Persius sat. 1 v. 34 *Vatum & plorabile si quid.* Et Claudianus in Eutrop. 1 v. 261

Verbisque sonat plorabile quiddam.

¶ Plorabundus, a, um, weinend. Plaut. Aul. a. 2 sc. 4 v. 38 ex vulgata lectione, quam Pareus retinet: *Plorabundus devenit.*

Composita:

¶ Applōro, are, für einem weinen. Horat. in epod. 11 v. 17

Pauperis ingenium

Querebar, applorans tibi.

¶ Complōro, are, beweinen; ut, *Complorare mortem*, Cic. pro Domo cap. 37.

¶ Complorātus, a, um, beweinet; ut, *Comploratis omnibus pariter vivis mortuisque*, Liv. lib. 5 cap. 39.

¶ Comploratus, ûs, subst. die beweinung; ut, *Comploratus familiarum*, Livius lib. 22 cap. 55.

¶ Complorātio, ōnis, idem; ut, *Comploratio mulierum*, Liv. 3 cap. 47.

¶ Deplōro, are, deflere, conqueri, beweinen, beklagen; ut, *Calamitates publicas deplorare*, Cic. 11 Philipp. cap. 2, den gemeinen unfall beweinen. Et, *Dolenter, dolentius deplorare*, Idem pro Sextio c. 6. Et, *Deplorare de suis miseriis apud aliquem*, sein elend klagen, Idem 4 in Verr. cap. 4.

¶ Deploratus, a, um, desperatus dicitur, cuique nullo remedio succurri potest, bey dem alle hülffe und hoffnung aus ist, um dem es geschehen. Sic, *deploratus phthisicus*, Plin. lib. 28 cap. 17. *Ulcera deplorata*, Idem lib. 26 cap. 14. Et Livius lib. 5 cap. 40 de elapsis ex prœlio Alliensi: *pars per agros dilapsi, pars urbes petunt finitimas, sine ullo duce, aut consensu, suam quisque spem, sua consilia, communibus deploratis, exsequentes.* Ovidius lib. 1 Metam. v. 272

Sternuntur segetes, & deplorata coloni

Vota jacent Conf. lib. 13 v. 481.

¶ Deplōrātio, ōnis, die beweinung. Tertullianus Apolog. cap. 1 *Quid hoc mali est, quod naturalia mali non habet, timorem, pudorem, tergiversationem, pœnitentiam, deplorationem?*

¶ Deplorabundus, a, um, beweinend. Plaut. Aulul. a. 2 sc. 4 v. 38, uti habet Nonius cap 10 n. 37, & Taubman. edidit:

Homo ad prætorem deplorabundus venit.

¶ Indeplōrātus, a, um, unbetrauret, unbeweinet. Ovid. 3 Trist. eleg. 3 v. 46 *sine honore sepulcri*

Indeploratum barbara terra teget.

Et Metamorph. lib. 11 v. 670 *nec me*

Indeploratum sub inania Tartara mitte.

¶ Explōro, are, quod compositum a simplicis significationibus discedit. Est enim callide inquirere & observare, erforschen, erkundigen; ut, *Explorare alicujus animum*, Ovid. 1 de Arte am. v. 456; *mentem*, Silius lib. 5 v. 60; *consilium*, Hirtius 8 B. Gall. cap. 18, auskundschaffen, was einer gesinnet, &c.

¶ Exploratus, a, um, certus, ausgekundschafft, erforscht; ut, *Exploratum est mihi*, Cic. 2 fam. epist. 16. *A quo mihi exploratum est, nihil eum fecisse*, Idem 5 fam. epist. 20. Et, *Exploratum habeo*, Idem 1 de Nat. D. c. 19, ich bin des gewiß und versichert. *Perspecta, & explorata perscribere*, Idem ad Attic. lib. 3 epist. 15 extr. *Exploratiora videbuntur*, Cic. 16 ad Attic. epist. 4 extr. *Exploratior securitas*, Gellius lib. 1 cap. 11 extr. *Exploratissima victoria*, Vellej. Paterc. lib. 2 cap. 84. Et Cic. ad Quir. post redit. cap. 6 *Cum mihi esset exploratissimum.*

¶ Explōrate, adverb. certo, versichert, gewiß, richtig. Cic. ad Quintum fratr. lib. 2 epist. 14 *Hæc ita sentio, judico, & ad te explorate scribo.* Idem 1 de Nat D. cap. 1 *explorate perceptum esse.* Comparat. *exploratius.* Ammianus Marcellinus lib. 18 cap. 15 *Missus ego, exploratius noscendi gratia, quæ gerebantur.*

¶ Exploranter, aliud adverbium. Idem Ammianus lib. 16 cap. 6 *exploranter curabat.*

¶ Exploratio, ōnis, die erkundigung, forschung. Macrob. Saturn. 2 c. 2 *Adulterii exploratio.*

¶ Explōrātor, ōris, ein kundschaffer, ausforscher. Silius lib. 16 v. 80 *prænuntius affert explorator eques.* Caes. B. G. l. 1. c. 21. ab exploratoribus certior factus.

¶ Exploratōrius, a, um, ausforschend, zum kundschaffen dienlich. Suetonius de Caligula cap. 45 *Coronas distinctas solis ac lunæ siderumque specie exploratorias appellavit.* Sic, *Naves exploratoriæ*, späh-schiffe.

¶ Inexploratus, a, um, unerforschet, unerkundigt; ut, *Inexplorata stagni vada*, Livius 26 c. 48. *Inexploratæ inventionis res*, Plinius 35 c. 6.

¶ Inexplorate, & Inexplorato, adverb. ohne kundschafft, ungewiß. Gellius 5 c. 19 *non temere nec inexplorate.* Livius 21 cap 25 *Silvæ circa viam erant, plerisque incultis. Ibi inexplorato profectus, in insidias præcipitatus*, &c. Idem lib. 22 cap. 4 *inexplorato angustiis superatis.*

¶ Implōro, are, est appellare & obtestari, kläglich anruffen, anflehen. Terent. in Adelph. a 3 sc. 4 v. 43

Illæc fidem nunc vestram implorat Demea.

Sic, *Implorare auxilium alicujus*, Cic. pro Rabir. perduell. cap. 3, &, *ab aliquo*, Cæsar 1 B. Gall. cap. 31, bey einem hülffe suchen.

¶ Implōrātus, a, um, angeruffen, angeschrien. Sic, *Imploratus in auxilium*, Justin. 23, 3, 1. *Imploratus ad alicujus rei auxilium*, Idem 22, 1, 3. Et, *Contra aliquem imploratus*, Idem 4, 3, 1. Sic Catullus carm 69 v. 65 *Jam prece Pollucis, jam Castoris implorata.*

¶ Imploratio, ōnis, die anruffung; ut, *Omnium deorum & hominum imploratio*, Cic. 2 Orat. cap. 47.

¶ Opplōro, are, entgegen weinen; ut, *Vos auribus meis opplorare non desinitis*, ihr lasset nicht ab, mir für den ohren zu weinen, Auctor ad Herennium lib. 4 cap. 52.

Plostellum, plostrum, vide supra *Plaustrum.*

PLŌTAE, arum, duæ insulæ maris Ionii, quæ & Strophades, Plin. 4 cap. 12.

PLŌTĪNUS, i, Πλωτῖνος, e Platonica familia philosophus fuit, celebratus a doctis, ut alter Plato. Scripsit de Rebus philosophicis libros 54 in Enneades sex distributos, quos latine interpretatus est Marsilius Ficinus. Luculentum ejus encomium apud Firmicum legere est lib. 1 Matheseos cap. 3.

¶ Plōtīna, æ, Trajani Cæsaris uxor, sanctitate, probitate, & omnibus, quæ in muliebrem sexum cadunt, virtutibus celebrata. Hujus favore Adrianus adoptatus est, qui postea in defunctæ honorem templum, palatium & amphitheatrum Nemausi exstruxit. vid. Dion & Spartianus in Adriano.

PLŌTIUS, i, Gallus fuit, quem insignem dicendi præceptorem Quintilianus vocat lib. 2 cap. 4 extremo. Et a quo Cicero se litteras latinas una cum fratre Quinto edoctum testatur, in libris de Oratore. ¶ 2. *Plotius Crispinus*, poëta, Aretalogus cognominatus, quod garrula scriberet carmina. Meminit ejus Horat. 1 sat. 1 v. 120. ¶ 3. *Plotius Tucca*, de quo etiam Horat. 1 sat. 5 v. 40, & sat. 10 v. 81. Taceo plures hujus nominis.

¶ Plōtianus, a, um, adject. ut, *Plotiana bona*, Cic. 13 fam. epist. 8. Sed de *Plotia lege*, qua peregrinis accessus in civitatem Romanam permissus, Idem 8 fam. epist. 8, & ad Att. 1 epist. 18, & pro Milon. cap. 13.

PLŌTUS, i, idem qui *Plautus.* vide Plautus. *Ploti appellantur, qui sunt planis pedibus*, &c. Paulus ex Festo.

PLOXĔMUM, i, capsum in cisio Festus interpretatur, ein wagen-kästlein. Catullus carm. 96 v. 6 *Gingivas ploxemi habet veteris.*

PLŪMA, æ, mollior penna, eine feder: vide *Penna.* Est ab hoc vocabulo germanicum, eine pflaumfeder, penna scilicet mollior cuti proxima. Cicero de Finib. lib. 3 cap. 5 *Versicolores plumæ columbis ad ornatum sunt.* Idem ad Attic. lib. 8 epist. 15 *Moveri facilius plumâ, aut folio.* Horatius lib. 4 ode 10 v. 2 ad Ligurinum puerum tumentem

mentem atque superbum formæ dotibus, seque jam senem, fastidientem scribit: *Insperata tuæ cum veniet pluma superbiæ,*

Et quæ nunc humeris involitant, deciderint comæ; &c.

Interpretes plerique *Insperatam plumam*, primam barbæ lanuginem interpretantur: non optime sane. Nam versus sequentis sensus cum mente primi convertitur. Atqui *lanugo prima*, adolescentiæ; *capillorum defluvium*, senectæ ætatis est: quæ duo tempora simul stare haud possunt. *Insperata* igitur *pluma* non prima lanugo; sed canities est, sive senectus, das graue haar, quo & sequens versus, & duo qui hunc excipiunt, referendi sunt. Plautus Menæchm. a. 3 sc. 2 v. 22 *quid ais, homo*

Levior quam pluma, pessime & nequissime.

Idem in Mostellaria a. 2 sc. 1 v. 60 *Pluma haud interest*, es ist nichts daran gelegen. *Levior plumâ gratia*, Idem in Pœnulo a. 3 sc. 6 v. 17.

¶ Plūmŭla, æ, dimin. ein federlein. Columell. lib. 8 cap. 5 *plumulæ sub cauda clunibus detrahendæ.* Et Apulej. Florid. lib. 2 *color psittaco viridis, & intimis plumulis.*

¶ Plūmeus, a, um, federicht, gefidert; ut, *Plumea culcitra*, ein küssen voll federn, Cic. 3 Tuscul. cap. 19. *Plumeus apex*, Plin. lib. 10 cap. 2. *Plumea turba*, i.e. aves, Juvencus in Matth. c. 13.

¶ Plumōsus, a, um, idem; ut, *Plumosa pectora*, Auctor eleg. de Drusi morte ad Liviam v. 109. *Plumosum aucupium*, Propert. 4 eleg. 2 v. 34.

¶ Plūmo, āre, plumas emittere, federn gewinnen, flücke werden. Gellius lib. 2 cap. 29 *Pullis jamjam plumantibus.* Et Apulejo lib. 3 de Asino pag. 138 active, *plumare*, est plumis vestire: *Fotis*, inquit, *indicat, dominam suam nocte proxima in avem sese plumaturam*, sie würde sich in einen vogel verstellen. ¶ 2. Est ποικίλλειν, variegare, pingere, mit seide sticken. *Plumas* enim veteres vocabant notas ex auro vel purpura rotundas, quibus vestes in modum plumarum intertexebantur & pingebantur. Vopisc. in Carino cap. 20 *Tunicæ plumandi difficultate pernobiles*, mühsam gestickte kleider. vid. ad h. l. Salmas.

¶ Plumātus, a, um, plumis vestitus, gefidert, voll federn. Cic. de N. D. 2 cap. 44 ex poëta: *Nitens plumato corpore corvus.* Apul. Met. 2 *Aves plumatæ.* Et Plin. 8 cap. 32 *Molli plumata lanugine.* ¶ 2. *Plumatus* est pictus & variegatus plumis: hoc est, notis, signis, aut clavis aureis purpureisve, ad instar plumarum, vel plumis ipsis, gestickt. Nam ex his plumis quoque diversorum colorum texebantur luxuriosæ & delicatæ vestes. Prudentius Hamartig. v. 294

Hunc videas lascivas præpete cursu
Venantem tunicas, avium quoque versicolorum
Indumenta novis texentem plumea telis: &c.

Perperam eruditi locum Senecæ huc trahunt epist. 91 *Non avium plumæ in usum vestis conseruntur?* Non enim ibi de elaboratis arte & delicatis vestibus philosophus loquitur, sed quæ tegendo corpori factæ temere & velut sponte oblatæ. De altero genere Laberius apud Petronium pag. 84

Plumato amictus aureo Babylonico.

Babylonicum est vestis Babylonica, sive quales Babylonii conficere solent. *Plumatum* dixit, quia pictum & variegatum: *aureum* vero, ut genus picturæ designaret: auro enim distincta vestis erat. *Pars auro plumata erat*, Lucanus dixit lib. 10 v. 125. Vide Turnebum lib. 11 Adversar. cap. 25, præcipue vero Salmasium ad Carinum Vopisci p. 507, & aliquot insequentibus.

¶ Plūmātĭlis, e, idem quod *plumatus*, vel plumarum colorem referens, gestickt, oder das aussiehet wie bunte federn; ut, *plumatile vestimentum*, Plaut. Epid. a. 2 sc. 2 v. 49. conf. Nonius cap. 14 n. 22.

¶ Plumatium, sive Plumacium, i, lectus plumis effultus, ein federbette, Ambrosius epist. 27 extrema: ad Valentinianum 2 de legatione sua ad Maximum: *ne sine veste, sine plumatio paterentur extrudi senem.* Glossæ græco-latinæ: πλουμάκιον, *plumacium.*

¶ Plūmārius, i, qui plumatas vestes conficit, ein federschmücker, seidensticker. Varro apud Nonium cap. 2 n. 716 *Nulla, quæ non didicit pingere, potest judicare, quid sit bene pictum a plumario.* Vitruv. 6 cap. 7 *Plumariorum textrinæ pictorumque officinæ.* vid. Baldi Lex. Vitruv. p. 88. Sed aliter Gloss. Vet. *plumarius*, πιλοβάφος. Sed ibi legendum ψιλοβάφος: ψιλὴ genus tapetis est. Vide Salmasium laudato loco. ¶ 2. Usurpatur & adjective, *Plumarius, a, um*, gestickt; ut, *Opus plumarium: ars plumaria*, apud B. Hieronym. lib. 1 epist. 44 sub fin. *Nam & in Exodo cæterisque locis, ubi describuntur plumaria arte contexta*, &c. Vid. Barth ad Statii Silvas p. 58.

¶ Plumesco, ĕre, idem quod *plumare*; ut, *pullus plumescit*, es wird flück, Plin. lib. 10 cap. 53. Onomast. Vet. *Plumesco*, πτερῦμαι.

¶ Plūmĭger, a, um, das federn hat; ut, *Anseres plumigeri*, Plin. lib. 10 cap. 22.

¶ Plumĭpes, ĕdis, das federn an füssen hat. Catull. carm. 56 ad Camerium v. 27 *plumipedes volatilesque.*

¶ Deplūmo, āre, plumas detrahere, die federn ausziehen, rupfen.

¶ Deplūmis, e, gerupft, federloß: ut, *Hirundines nudæ atque deplumes*, bloß und ohne federn, Plin. lib. 10 cap. 24.

¶ Implūmis, e, idem. Horat. Epodon 1 v. 19

Ut adsidens implumibus pullis avis.

¶ Replūmis, e, quod iterum plumis vestitur, dem die federn wieder wachsen. Paulinus Jambo ad Cytherium v. 853

Ut pullus aquilæ dicitur repascere
Curâ parentes mutua:
Quos vis senectæ rursus implumes facit,
Nidoque pascendos refert:
Donec replumi vestiantur corpore,
Pennisque florescant novis.

PLUMBUM, i, metallum notum, μόλιβος græce, unde Vossius derivat: Isidoro 16 cap. 21 a *pila*, quasi *Pilumbus*, *quod ex eo primum pilis factis maris altitudo tentata fuerit.* Est vero duplex: *plumbum album, candidum, argentarium*, κασσίτερος, zinn; *plumbum nigrum*, bley. *Plumbum liquidum*, Horat. 1 od. 35 v. 20, geschmoltzen bley. ¶ 2. Pro globulis plumbeis poëtæ usurpant, bleykugeln. Ovid. Met. 2 v. 727 *Balearica plumbum Funda jacit.* Silius 9 v. 233 *tortum plumbum* vocat. Val. Flacc. 1 v. 420 *vulnificum.* ¶ 3. Est & genus vitii in oculis, quod *plumbum* dicitur, Plin. 25 cap. 13. *Maculam coloris plumbei* exponit Gloss. Isidori.

¶ Plumbeus, a, um: ut, *Canalis plumbeus*, Colum. lib. 8 cap. 3, eine bleyerne röhre. *Plumbeus color*, quem Aristoteles vitæ brevis signum esse censet. *Plumbei nummi*, Plaut. in Mostell. a. 4 sc. 2 v. 11, de quibus vide *Quadrans.* ¶ 2. Per translationem *Plumbeum* vocatur, quicquid immobile, grave, rude &c. ut, *Plumbeæ iræ*, quæ animo diu & altissime insident, Plautus Pœnulo a. 3 sc. 6 v. 18. Sic & *Plumbeus*, stupidus, hebes, stultus, plump, tölpisch. Terent. Heaut. a. 5 sc. 1 v. 4

Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus.

Cicero 1 Tuscul. cap. 29 *In animi autem cogitatione dubitare non possumus: nisi plane in physicis plumbei simus.* Idem de Fin. 4 cap. 18 *O plumbeum pugionem!* Conf. ad Attic. 1 epist. 16. Et Martialis *plumbea vina*, & *plumbea mala* pro vilibus, & nullius pretii dixit lib. 10 epigr. 89 & 98.

¶ Plumbea, æ, subst. pro pila plumbea, eine bleykugel. Spartianus Severo cap. 11 *Mortuus ictu plumbeæ.*

¶ Plumbāgo, ĭnis, bleyweiß: vide *Molybdæna.* Sic, *Plumbago fornacum*, herdbley, bleyertz, Plin. 34 cap. 18. ¶ 2. Vitium metallorum, aut gemmarum, Idem lib. 37 cap. 5. ¶ 3. Herba, flohkraut: Idem Plin. lib. 25 cap. 13.

¶ Plumbārius, a, um, zum bley gehörig: ut, *Officina plumbaria*, Plin. lib. 34 cap. 18, eine bleyhütte. *Artifex plumbarius*, ein bleygiesser; *Lapis plumbarius*, glantz, Agricola.

¶ Plumbarius, i, subst. in Gloss. μολιβδουργός, qui facit opera ex plumbo, ein bleyarbeiter, bleygiesser. vid. Vitruv. 8 cap. 7. Frontin. de Aquæduct. lib. 1 p. 230. Et l. fin. ff. de jure immunit.

¶ Plumbōsus, a, um, voll bley. Plin. lib. 34 cap. ult. *Melior molybdæna quanto minus plumbosa.* Idem lib. 33 cap. 6 *fæx argenti plumbosissima.*

¶ Plumbo, āre, significat plumbo conglutinare, löthen, verlöthen, mit bley vergiessen. Aliud est *ferruminare*, ut ex lege in *Adplumbare* allegata apparet. Cato R. R. cap. 21 *Modiolos qui indat & plumbet operas fabri.*

¶ Plumbātus, a, um, mit bley begossen. Solin. cap. 46 *Accolæ illas congeries plumbatis petunt jaculis.* Et Plin. 10 cap. 33 *Plumbatis eos sagittis decutiunt indigenæ.*

¶ Plumbata, æ, subst. pila plumbea, eine bleykugel, Veget. lib. 1 cap. 17 *Plumbatarum exercitatio tradenda est junioribus.* ¶ De flagellis, quæ globulos plumbeos innexos habebant, Ambrosius de Passion. Gervas. *Jussit eum plumbatis contundi.* Et l. 2 Cod. Theod. de Quæst. *Plumbatarum ictibus.* De his intelligendus Prudentius Perist. 10 v. 116 & 122.

¶ Plumbatūra, æ, conjunctio plumbo facta, die verlöthung mit bley, Lege 23 § 5 Dig. de rei vindic. Vide *Adplumbare.*

Composita:

¶ Adplumbo, vel applumbo, āre, anlöthen. Lege 23 § 5 Dig. de rei vindic. *Non idem in eo, quod adplumbatum sit, quia ferruminatio per eamdem materiam facit confusionem: plumbatura non idem efficit.*

¶ Applumbātus, a, um, mit eingegossenem bley befestiget; ut, *Vasa operta & applumbata*, Marcell. Empir. cap. 35.

¶ Circumplumbo, āre, umher verlöthen, Cato de R. R. c. 20.

¶ Implumbo, āre, mit bley eingiessen. Vitruv. lib. 10 cap. 6 *Ferreos chodaces in capitibus scaporum implumbavit.*

¶ Replumbo, āre, entlöthen, das bley abscheiden. Senec. Quæst. Nat. lib. 4 cap. 2 *Argentum replumbatur: signorum coagmenta solvuntur.* Gloss. gr. lat. ἀπομολιβδῶ, *Replumbo.*

Plumesco, plumeus, plumiger, plumitium, plumo, &c. vide paullo ante *Pluma.*

PLŬO, pluit, pluĕre, regnen. Cicero 2 Nat. Deor. cap. 43 ex Arato: *Hyadas Græci vocitare suerunt a pluendo.* Dicimus autem: *pluere aliquid*, & *aliqua re.* Livius lib. 40 c. 19 pr. *In area Vulcani & Concordiæ sanguinem pluit*, es hat blut geregnet. Idem lib. 35 cap. 21 *Nuntiatum est, Amiterni terrâ pluisse*: & lib. 36 cap. 37 *Nuntiatum est, aliquoties lapidibus pluisse*, es habe erde, steine geregnet. *Ineptiunt*, inquit Scaliger de caussis L. L. *qui pluit & ejusmodi putabant ἀνυπόδετερα*: *quum tamen sit activum verissimum. Pluit sanguinem & lapides, legimus in historia, & terra compluta est*, &c. Ita sane Statius lib. 1 Silv. ult. *Jam bellaria adorea pluebant.* Lactant. in carm. de Passione Christi: *Spinisque caput crudelibus haustum*

Undique diva pluens vivum super ora cruorem.

Pluens, spargens in modum imbris. Prudent. Hymn. 3 Καθημερ. v. 78

Arbor onus tremefacta suum,
Deciduo gravis imbre pluit.

Passivo *pluitur* usus Apulejus in Floridis:

Totum istud spatium qua pluitur & ningitur.

¶ Plŭvia, æ, ὄμβρος, der regen: quam grammatici ab imbre ita distinguunt, ut hunc & summa cadere vi, & cito desinere; illam, non effuse ingruere, sed durare diutius, pronuntient. Revera adjectivum est, a *Pluvius.* Itaque *Pluvia* per ellipsin dicitur: *aqua* enim subintelligitur. Namque & plene *aquam pluviam* Cicero pro Muræn. cap. 9 dixit; quæ & *pluvialis* appellatur. Nihilominus ut substantivum tractatur, & epitheta quoque adsumit; ut, *pluvia ingens*, Virgil. 1 Georg. v. 325; & *tenues pluviæ*, ibidem v. 92. De pluviis prodigiosis vid. Plin. lib. 2 cap. 56, & Jul. Obsequens de Prodigiis.

¶ Plŭvius, a, um, ut diximus, adjectivum, regenhafft; ut, *Cælum pluvium*, Varro 1 de R. R. cap. 13. *Aër pluvius*, Statius Silv. lib. 5 carm. 1 v. 104, regenhafft. *Pluvius cæli status*, Columella lib. 2 cap. 10. *Auster pluvius*, Ovid. 1 Metam. v. 66, qui pluvias infert. Idem Fast. 6 v. 282

A pluvio vindicat imbre tholus.

¶ Plŭviālis, e, idem; ut, *Aqua pluvialis*, Columella 1 cap. 5. *Pluvialis auster*, Virgil. 3 Georg. v. 429, regenwind. *Pluvialis imber*, Tacitus 5 Histor.

5 Histor. cap. 23, ein starcker anhaltender regen. *Pluvialis dies*, Columell. lib. 2 cap. 13 sub fin.

¶ Plŭviātĭlis, e, quoque pro eodem reperitur; ut, *Aqua pluviatilis*, Corn. Celsus lib. 7 cap. 3, & Scrib. Largus composit. 22, & Columella lib. 9 cap. 1 dixerunt, regenwasser.

¶ Pluviaticus, a, um, idem; ut, *Aqua pluviatica*, Marcell. Emp. cap. 8.

¶ Plŭviōsus, a, um, voll regen: ut, *Hiems pluviosa*, in qua pluviæ sunt frequentes, Plin. lib. 18 cap. 25.

Composita:

¶ Appluo, ĕre, drauff regnen. Plin. 9 cap. 16 *Vbicunque pisces in eadem aqua assidui, nisi appluat, exanimantur.*

¶ Compluo, ĕre, beregnen. Augustinus de Genesi contra Manich. lib. 1 cap. 23 *Aquæ, quibus Noë compluebatur.* Adagium ex græco est: *Qui domi compluitur, hujus ne Deum quidem miseret*: id est, omnibus modis malo suo dignus est, qui adeo ignavus est, ut nec domi suæ possit a pluvia tutus esse. Græce sic: *τὸν οἴκοθεν βρεχόμενον οὐδὲ θεὸς οἰκτείρει.* Vide Chiliadas.

¶ Complūtus, a, um, begossen, beregnet. Solinus cap. 10 de Thracia: *Nautæ compluti sæpe ex illo casu imbre saxatili.*

¶ Complŭvius, a, um, aus regenwasser: ut, *Compluvius lacus*, ortus ex pluviis, ein lachen, zusammengelauffen wasser, Varro lib. 1 cap. 13.

¶ Compluvium, i, subst. locus, in quem aqua pluvia confluit, die trauffe, die sammlung des regenwassers. Sueton. Aug. cap. 92 *Enatam inter juncturas lapidum ante domum suam palmam, in compluvium Deorum penatium transtulit.* Et Columella lib. 4 cap. 24 in vineis quoque *compluvia* memoravit. Adde Varr. 4 de L. L. cap. 32, & Festum.

¶ Complŭviātus, a, um, in modum compluvii factus, weit ausgebreitet; ut, *compluviata vinea*, Plin. lib. 17 cap. 21.

¶ Depluo, ĕre, herabregnen. Tibullus lib. 2 eleg. 5 v. 72

Multus ut in terras deplueretque lapis.

Propertius lib. 2 eleg. 20 v. 8 active de Niobe:

Sollicito lacrymas depluit a Sipylo.

¶ Displŭviātus, a, um, utrimque pluviam dimittens; ut, *Tecta displuviata*, Vitruvius lib. 6 cap. 3 dixit, quæ fiunt trabium junctis capitibus, & imis partibus divaricatis, ut in diversas partes aqua pluvia defluat, zweyseitige dächer.

¶ Impluo, ere, eintregnen. Plinius lib. 2 cap. 96 *Celebre fanum habet Veneris Paphos, in cujus quamdam aram non impluit.* ¶ 2. Translate; ut, *Malum cum impluit ceteros, ne impluat mihi*, Plaut. Mostell. a. 4 sc. 1 v. 15.

¶ Implŭvium, i, ein regenfenster, dachfenster. *Venisse clanculum per impluvium*, &c. Terent. in Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 41. Vitruvius lib. 6 cap. 4 *Impluvii lumen relinquatur.* Conf. Gell. 10 cap. 15, & Quintilian. 11 cap. 2. Item, die trauffe. Festus: *Impluvium, quo aqua impluit collecta e tecto.*

¶ Implŭviātus, a, um, *quasi fumato stillicidio impletus*, inquit Nonius cap. 16 n. 3, beträuffelt. Plauto Epid. a. 2 sc. 2 v. 40 *Impluviata* vestimenti genus. vid. Ferrar. Rei Vest. 1, 3, 20.

¶ Perpluo, ĕre, durchregnen. Plautus Trinum. a. 2 sc. 2 v. 41 *Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant*; & Mostellariâ a. 1 sc. 2 v. 30 *Perpluunt tigna.* Quintilian. lib. 6 cap. 3 p. 479 *Quum cœnaculum ejus perplueret.*

Pluralis, plurativus, plures, pluries, plurifariam, plurimus, vide sequens *Plus.*

PLVS, genit. plūris; & plurali numero *plures*, neut. *plura*, (*pluria*,) mehr, viel mehr, oder ihr mehr. Varie construitur; & *Plus* sæpe adverbialiter pro *magis* vel *amplius* poni videtur. Vulgo est loco comparativi a *Multus.* Sic, *Plus virium habet alius alio*, Cic. 1 de Legib. cap. 2, einer hat mehr stärcke als der ander. *Ancillas secum adduxit plus decem*, über zehen, Terent. Heaut. a. 3 sc. 1 v. 42. *Plus quingentos colaphos infregit mihi*, Idem Adelph. a. 2 sc. 1 v. 46. Et, *Plus annum obtinere provinciam*, Cic. ad Attic. lib. 6 epist. 6, über ein jahr, länger als ein jahr. *Plus duobus mensibus*; *Anno plus tecum vixit*, Cic. pro Quintio c. 12. Et pro Sextio cap. 39 *Plus viginti vulneribus acceptis jacentem vidistis.* Et, *Dies triginta, aut plus eo, in navi fui*, Terent. Hecyr a. 3 sc. 4 v. 7. In quibus omnibus *τὸ quam* subaudiendum est. Ita enim & *τὸ amplius* poni solet. *Ego te nimio plus diligo*, Antonius Ciceroni lib. 10 ad Attic. sub epist. 8, ich liebe dich mehr als zu viel. *Plus justo*, Horat. 3 od. 7 v. 24. *Plus æquo.* Idem 1 epist. 2 v. 29. *Pene plus quam sat erat*, Terent. Phorm. a. 5 sc. 3 v. 14, mehr als zu viel. *Plus satis calesces*, Idem Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 5. *Plus paullo, paullo plus*, ein wenig mehr, zu viel: *Is mihi ubi adbibit plus paullo*, Idem Terent. Heaut. a. 2 sc. 1 v. 8. *Plus minus*, i. e. circiter, ohngefehr: ut, *Dies plus minus triginta*, ohngefehr bey dreyßig tagen, mehr oder weniger. *Speranti plures &c. venerunt plusve minusve duæ*, Martial. 8 epigr. 71. *Plus minus complecti*, Plin. 16 cap. 6. *Pompejum plus plusque indies diligo*, je mehr und mehr, Cic. ad Attic. 6 epist. 2. conf. Plaut. Aulul. a. 3 sc. 6 v. 10. *Plus facere* pro *πλεονεκτεῖν* apud Terent. in Eunuch. a. 2 s. 1 v. 15 interpretatur Francisc. Fabricius. *Pluris esse, pluris habere, æstimare, facere*, mehr achten. Cic. ad Attic. lib. 12 epist. 28 *Mea mihi conscientia pluris est, quam omnium hominum sermo*, es gilt mehr bey mir, als &c. *Facio pluris omnium hominum neminem*, Idem ad eumdem lib. 8 epist. 2. *Pluris ædificare*, id est, majore sumtu, kostbarer, apud Colum. lib. 1 cap. 4. *Pluri succo* an recte dicatur, vid. in Goclenii Problem. Grammat. 3, 30. *Plures civitates*, Cæs. Bell. Gall. 3 cap. 10, i. e. plurimæ, die meisten. *Plura oscula nulli dividit*, Horat. 1 od. 36. v. 6. Veteres *Plura* æque & *Pluria* dixisse, docet Gellius 5 cap. ult. conf. Lucret. 1 v. 876, & 2 v. 1133, & 4 v. 1082. *Te plura* (aliqui *pluria*) *in hac re peccare, ostendam*, Terent. Adelph. a. 1 sc. 2 v. 44. *Ne te plura moremur*, i. e. amplius, diutius, Lucret 5 v. 92, & 6 v. 244. *Nihil opus est pluribus verbis commemorare*, Nepos 25, 21, 5.

¶ Plusculus, a, um, diminut. etwas mehr. Terent. Phorm. a 4 sc. 3 v. 60 *Plusculа supellectile opus est*, sie müssen ein wenig mehr haußrath haben. Lucretius 4 v. 620 *Plusculum habent rationis.* Cic. 5 fam. epist. 12 *Largiare plusculum amori nostro.* Et adverbialiter Plautus Amph. a. 1 sc. 1 v. 127 *Invitavit sese in cœna plusculum.*

¶ Plūries, adverb. pro *sæpius*, öffters, mehrmahl. Cæs. lib. 1 B. C. cap. 79 *Expeditæ cohortes novissimum agmen claudebant, pluriesque in locis campestribus subsistebant.*

¶ Plūrĭmus, a, um, sehr viel; & Plurimi, æ, a, die meisten, superlativi loco censetur a *Multus*, cum id significationis ratio suadeat; ut, *Plurima salute impertire*, Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 39. *Labor plurimus*, Horat. lib. 4 od. 2 v. 30. Idem lib. 1 oda 7 v. 8

Plurimus, in Junonis honorem,

Aptum dicit equis Argos, ditesque Mycenas:

i. e. plurimi dicunt. Nepos 18, 2, 2 *Hephæstionem unum Alexander plurimi fecerat*, er hatte vor andern sehr viel auf ihn gehalten. Terent. Eunuch prolog. v. 1 *Qui placere se studeat bonis quamplurimis.* Muretus ibi per *plurimos* ait intelligi malos, & Eugraphius addit hanc caussam, quod boni admodum pauci sint. vid. ibi Weitz.

¶ Plurĭmum, adverb. gar sehr, meistentheils; ut, *Plurimum diligere, plurimum posse*, sehr viel vermögen. *Plurimum valeat amicorum bene suadentium auctoritas*, Cic. de Amicit. cap. 13. Et Terent. in Phorm. a. 1 sc. 4 v. 17 *Domum ire pergam, ibi plurimum est*, id est, sæpius, da ist er zum öfftersten, am meisten. *Plurimum prodesse, plurimum abesse*, Nepos 7, 4, 6, & 12, 3, 3.

¶ Plūrālis, e, adjectiv. das viele bedeutet; nota vox grammaticorum, nec modo recentium, sed antiquorum etiam: vide Carisium, Diomedem, Priscianum, & Quintilian. 8 cap. 6. Gloss. Vet. *Pluralis*, *πληθυντικός.*

¶ Plurālĭtas, ātis, die vielheit. Carisius: *In pluralitate tantum declinari*, i. e. in plurali numero.

¶ Pluralĭter, adverb. von vielen. Gloss. Vet. *Pluraliter*, *πληθυντικῶς.* Quintilian. 9 cap. 3 *Vt de uno pluraliter dicamus.* Habet & Seneca Qu. Nat. 2 n. 56, & Apulej. de Syllogism. Categor.

¶ Plurātīvus, a, um, id est, *pluralis.* Gellius lib. 1 cap. 16, & lib. 5 cap. 21, & lib. 19 cap. 8 *plurativum numerum* vocat, qui multitudinis est, & vulgo *Pluralis* a grammaticis dicitur.

¶ Plūrĭfārius, a, um, mancherley. Sueton. Claud. cap. 21 *Gladiatoria munera plurifaria & multiplicia exhibuit.* Adde Apicium 3 cap. 15.

¶ Plūrifariam, adverb. id est, pluribus locis, & pluribus modis, hin und wieder, auf verschiedene art und weise. Sueton. Tiberio cap. 43 *Cubicula plurifariam disposita.* Idem Galbâ cap. 19 *Statuit se Legionariorum firmare præsidiis, qui multifariam diverseque tendebant.* Idem Augusto cap. 46 *Operibusque ac vectigalibus plurifariam* (id est, pluribus modis) *instruxit* (Italiam.) Conf. Aug. cap. 80, & Calig. cap. 54.

¶ Plūrĭformis, e, vielfältig; ut, *Pluriformi modo*, Apulej. Florid. lib. 1.

¶ Complūres, & neut. Complura & Compluria, viel; ut, *Dies complures*, Cic. lib. 2 fam. epist. 8. Et lib. 2 de Orat. cap. 26 *Ambiguorum complura genera sunt.* Terent. Phorm. a. 4 sc. 3 v. 6 *Nova hic compluria.* Vbi Donatus: *Secundum regulam locutus est Terentius; nam hoc complure & hæc compluria dicitur.*

¶ Complūries, adverb. offt, vielmahl: Cato apud Nonium cap. 2 n. 143, & Gellium lib. 5 cap. 21. Et ipse Gellius lib. 7 cap. 3 *quæ compluries in cœtibus populi acta dictaque erant.* Et Plautus Pers. a. 4 sc. 3 v. 65 *Sensi ego jam compluries.*

¶ Compluscŭli, æ, a, idem quod *Complures*, aut cum diminutione quadam, etwas viel. Plaut. Rud. a. 1 sc. 2 v 43, & Terent. Hecyr. a. 1 sc. 2 v. 102 *dies complusculos.* Et Gellius lib. 7 cap. 11 *Verba compluscula.*

¶ Compluscŭle, adverb. vielmahls. Gellius lib. 17 cap. 2 *Veteres compluscule ita dixerunt.*

¶ Complūrĭmus, a, um, sehr viel. Gell. lib. 11 cap. 1 ex Varrone: *bucera complurima.*

¶ Perplūres, a, gar viel. Plin. lib. 13 cap. 24 *Perplures reditus*, si salva scriptura. Libri enim plerique aliter.

¶ Perplūrĭmum, adverb. idem; ut, *Perplurimum refert*, Plin. 2 cap. 54.

PLŪTARCHVS, i, Πλούταρχος, Chæroneus fuit, Trajani temporibus. Scripsit græce vitas & res gestas illustrium virorum tam apud Græcos, quam Latinos. Cujus scripti etiam epitome exstat, edita latine a Dario Tiberto, equite Cæsenate. Scripsit & alia multa, erudita omnia & lectu dignissima. vid. Voss. de Hist. Græc. 2 cap. 10.

PLŪTĔVS, i, machina ad expugnandos muros inventa, ein sturmdach. *Pluteos* enim veteres vocarunt tabulas asseresque, quibus aliquid præsepiretur, uti Festus indicat; unde & postea machina bellica, sub quâ tecti consistunt expugnatores, *pluteus* appellata est. Vide Lipsium lib. 1 Poliorcetic. Dial. 7. Cæs. B. G. 2 cap. 30 *Deustos pluteos turrium videbant.* Tacit. Hist. 2, 21, 5 *Pluteos, cratesque & vineas suffodiendis muris expedire.* ¶ 2. Suetonius *Pluteum* appellare videtur fulcrum lecti discubitorii, das haupt-bret an einem bette. Verba ejus in Calig. c 26 ista sunt: *Cœnanti, modo ad pluteum, modo ad pedes stare succinctos* (Senatores) *linteo passus est.* Loquitur de lecto triclinari, quo ad mensam discumbebatur. *Frontem lecti* Juvenalis vocavit, ut ibi Torrentius observat. Conf. Martial. 3 epigr. 49. ¶ 3. Persius *Pluteum* tabulam dixit, qua utuntur, qui scribunt, ein pult, schreib-pult. Ita ille satyr. 1 v. 105

Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit ungues.

Vide *Mordeo.* ¶ 4. *Plutei* etiam dicuntur receptacula sive repositoria librorum. Juvenal. satyr. 2 v. 7

Et jubet archetypos pluteum servare Cleanthas.

Vet. Gloss. *Pluteus*, *παραθέμα.* ¶ 5. Vitruvius etiam genere neutro usurpat lib. 10 cap. 20 *Supra caput collocatum erat pluteum, turriculæ similitudine ornatum.*

PLŪTO, vel Pluton, ōnis, Πλούτων, Saturni regis filius, frater Jovis & Neptuni, cui in regni divisione pars occidentis obtigit. Quæ fabulæ occasio fuit, Plutonem inferorum esse regem, uxoremque ejus Proserpinam, vide *Dis.* Vocatur etiam *Summanus* quasi summus Deorum manium: quis ille tamen, Ovidius dubitat. vid. Dalechamp. ad Plin. lib. 2 cap. 52. Virg. Æn. 7 v. 327. Horat. 2 od. 14 v. 6 &c.

¶ Plūtōnius, a, um, adject. dem Plutoni gehörig, höllisch: ut, *Domus exilis Plutonia*, Horat. 1 od. 4 v. 19. *Plutonia conjux*, Prudent. 1 in Symmach. v. 367. ¶ 2. Absolute *Plutonia, orum*, loca quædam pestifera in Asia. vid. Cic. Divin. 1 cap. 36.

PLVTVS, i, Πλῦτος, Græcis fingitur divitiarum Deus, in adventu claudus, in receſſu alatus: ut ſignificent, quod ſerius opes acquirantur & cito pereant. Eumdem & cæcum faciunt, & judicii expertem, quod indigniſſimus quisque affluat divitiis, & probi iisdem deſtituantur. Eſt & hujus nominis comœdia apud Ariſtophanem.

Pluvia, cum derivatis, vide ſupra in *Pluo*.

PNEVMA, ătis, πνεῦμα, flatus, ſpiritus. Hinc

¶ Pnevmăticus, a, um, πνευματικὸς, vom wind getrieben; ut, *Organa pnevmatica*, inſtrumente, die ſich mit wind laſſen treiben, orgeln, Plin. 19 cap. 4. Et, *Ratio pnevmatica*, Idem 7 cap. 37. Sed

¶ Pnevmon, ŏnis, πνεύμων, eădem etymologia a πνέω, *ſpiro*, pulmo dicitur, unde

¶ Pnevmonia, æ, πνευμονία, &

¶ Peripnevmŏnia, æ, περιπνευμονία, affectio & inflammatio dicitur pulmonis, die entzündung der lungen, lungenſucht. vide Corn. Celſ. lib. 4 cap. 10.

¶ Peripnevmătĭcus, a, um, περιπνευματικὸς, qui ex affectione pulmonis laborat, lungenſüchtig, dem die lunge faulet. vid. Celſus l. c.

¶ Peripnevmonĭcus, a, um, idem. Plinius lib. 26 cap. 7 *Peripnevmonicis centaurium majus bibitur.*

PNĪGEVS, ĕi, πνιγεὺς, a πνίγω, *ſuffoco*, pyramidula, qua repente lucerna extinguitur, ein deckel das licht auszuleſchen, Vitruv. 10 cap. 13. vid. Bald. in Lex. Vitruv. p. 91.

¶ Pnīgītis, ĭdis, πνιγῖτις, terra quædam Eretriæ ſimillima, grandioribus tantum glebis & glutinoſa, Plin. 35 cap. 16 & 17. Dioſcor. 5 c. 157.

PNYX, ycis, locus Athenis habendis concionibus a Solone deſtinatus. vide Rutgerſ. lib. 1 Variar. Lect. cap. 1.

Pocillator, pocillum, poculentum, vide ſequens *Poculum*.

PŌCVLVM, i, ſcyphus, ein trinckgeſchirr, ein becher; ut, *Tingere aliquem poculis*, Horat. 4 od. 12 v. 22, hóc eſt, ex poculis, einen weidlich beſauffen. Virg. lib. 4 Georg. v. 378

> *Pars epulis onerant menſas, & plena reponunt*
> *Pocula.*

De poculorum thecis vid. Salmaſ. ad Jus Attic. p. 501. ¶ 2. Idem quod bibimus, der trunck, das getrăncke. Virg. 3 Georg. v. 529

> *Pocula ſunt fontes liquidi*, &c.

Idem Æn. 3 v. 354 *Libabant pocula Bacchi*, i. e. vinum. *Poculum dare alicui*, Cic. pro Cluent. cap. 10. *Poculum exhaurire*, ibidem c. 11. *Poculum mortis*, ibidem, ein gifft-trunck: *Exhauſto*, inquit, *illo poculo mortis*. Sic, *Vbi eſſent, præ poculis neſcientes*, Florus lib. 2 cap. 20, die ſo beſoffen, daß ſie nicht wuſten, wo ſie waren. Plautus Caſin. a. 5 ſc. 2 v. 44 *Vt ſenex hoc eodem poculo, quo ego bibi, biberet:* id eſt, in eamdem calamitatem incideret. Horat. epod. 5 v. 38 *Amoris poculum*, i. e. philtrum.

¶ Pōcillum, i, diminutiv. Livius lib. 10 cap. 42 *pocillum mulſi Jovi victori voverat.*

¶ Pocillator, ōris, a poculis, ein einſchencker, mundſchencke. Gloſſ. Vet. *Pocillator*, οἰνοχόος, πιγκέρνης. Adde Apul. Met. lib. 6 & 10.

¶ Pōcŭlentum, i, getrăncke, quæ vox ab aliquibus ex Cicerone hoc modo legitur, ab aliis autem *Potulentum*, vel *potulens*, alles, was zu trincken, lib. 2 de Nat. Deor. cap. 56 *Eſculentis & poculentis iter patefacere.* Gell. 4 cap. 1 *Penus eſt, quod eſculentum aut poculentum eſt.*

¶ Poto, are, cum derivatis, vide infra ſuo loco.

PŎDĂGRA, æ, ποδάγρα, a πῦς, *pes*, & ἄγρα, *captura*, pedum dolor, das zipperlein, die gicht an füſſen: vide *Chiragra*. Sic, *Ardere doloribus podagræ*, Cic. 5 Fin. cap. 31. *Doloribus podagræ complures annos cruciari*, Idem Tuſc. 2 cap. 19. Catullus carm. 72

> *Illam affligit odore, ipſe perit podagra.*

Et Ovidius lib. 1 ex Ponto epiſt. 3 v. 23

> *Tollere nodoſam neſcit medicina podagram.*

¶ Pŏdăger, gri, ποδάγρης, podagrâ laborans, der das zipperlein hat. Ennius apud Priſcian. lib. 8 *Nunquam poëtor niſi podager.* Ita legendum cenſet Salmaſius in Lamprid. Heliogab. c. 29 pro *podagroſis*. Et ita Claudian. epigr. *in Podagrum:*

> *Atque nihil prorſus ſtare putat podager.*

¶ Pŏdagrĭcus, a, um, idem, apud Plin. lib. 28 cap. 9; & Celſum 4 cap. 27 *Equitare podagricis alienum eſt.*

¶ Podagrōſus, a, um, idem, apud Plautum Mercat. a. 3 ſc. 4 v. 8, & Vopiſcum in Saturnine cap. 7.

PŎDĂLĪRIVS, i, a pedum magnitudine ſic dictus filius Æſculapii, medicus præclarus, qui ob inſignem medendi peritiam una cum fratre Machaone ex Creta inſula Trojam, cum ſæviret ibi peſtis, vocatus fuit. De ejus arte Ovid. 2 de Arte am. v. 735, & 5 Triſt. eleg. 6 v. 11. ¶ 2. Italus quidam, qui a partibus Æneæ ſtetit, apud Virgil. 12 Æn. v. 304.

PŎDĒRIS, is, ποδήρης, eſt *tunica corpori aſtricta, usque ad pedes deſcendens*, ſecundum Iſidorum 19 cap. 21, ein langer mannsrock. *Vir indutus podere*, Tertull. adv. Judæos cap. 11. conf. adv. Marc. c. 7.

PŌDEX, ĭcis, corporis pars poſterior, der ſteiß, der hintere; ut, *Turpis podex*, Horat. epod. 8 v. 5. *Subluto podice*, Martial. 2 epigr. 42.

PŎDISMVS, i, ποδισμὸς, dimenſio pedibus facta, eine abmeſſung nach ſchuhen. vid. Veget. 2 cap. 7. Sic, *Lapides ad ſuum numerum podiſmumque conſtituti*, Frontin. de Colon. edit. Gœſ. p. 130. Quid apud eumdem ſit *Podiſmis adærare*, ſupra expoſitum eſt: vide *Adæro* in *Æs*. Hinc

¶ Pŏdiſmātus, a, um, i. e. pedibus menſuratus, abgemeſſen nach ſchuhen. Iterum Frontinus l. c. p. 132 *Alii termini ſpiſſiores ſunt, id eſt, ſine menſura vel numero podiſmati ſunt.*

PŎDIVM, i, projectura eſt, quæ in ſummo muro paullum provehitur ut propendeat, inſtar pedis, unde & nomen eſt, ein ercker oder ausladen, ein gang, fußtritt, eine bühne, porkirche. *Menianorum* ea quædam ſpecies, in theatris, templis, ædibus ad circumeundum, innitendum, ſpectandum. De *podiis ædium* Vitruvius lib. 3 cap. 3; de *theatralibus* Idem lib. 5 cap. 7. Sueton. Nerone cap. 12 *Toto podio adaperto ſpectare conſueverat.* Vide ibi Torrentium & Lipſium de Amphitheatro cap. 11. *Omnibus ad podium ſpectantibus*, Juvenal. ſat. 2 v. 147. conf. Prudent. 2 in Symmach. v. 1108. *Spectare alicujus pulverem veluti coronatus auriga de podio*, i. e. ſecure, Sidon. 8 epiſt. 9.

¶ Monopŏdium, i, μονοπόδιον, menſa fulta uno pede, ein runder tiſch mit einem fuß, ein dreh-ſtuhl, Plin. lib. 34 cap. 3.

PŎDŎNIPTRVM, i, ποδόνιπτρον, vas, in quo pedes lavantur, pelvis, ein fußbecken. Proverb.

> Δέξιον εἰς ὑπόδημα, ἀριςερὸν εἰς ποδόνιπτρον.
> *Dextrum in calceolo, lævum vero in podoniptro:*

Suidas ex Ariſtophane citat, & in eos dici ait, qui ſe norunt commode ad rei præſentis conditionem applicare, proque loco & tempore aliam atque aliam perſonam ſuſtinent, die ſich gar wohl in alles ſchicken. vid. Chiliad.

POECĬLE, es, Ποικίλη, nomen porticus Athenis pictæ. Corn. Nep. 1, 6, 3. vid. Rutgerſ. Variar. Lect. lib. 5 cap. 1. Meurſ. Attic. Lect. lib. 6 cap. 18, & Athen. Attic. lib. 1 cap. 5.

Pŏēma, ποίημα, liber, ein gedicht: vide infra *Poëta*.

POEMĔNIS, ĭdis, Ποίμενις, canis fœmina, quæ Actæonem laceravit: Ovid. Met. 3 v. 215 *Poemenis, & natis comitata Harpyja duobus.*

POENA, æ, die ſtraffe. Latinam vocem Varro de L. L. 4 cap. 36 fecit a *puniendo* vel a *pœnitendo*, *quod poſt peccatum ſequitur:* Sed tota græca eſt: ποινὴν enim Græci dixerunt *pretium*, quod homicida propinquis & affinibus mortui tribuebat, ne homicidii reum agerent: ut ex Heſychio Mauſſacus ad Harpocrationem docet p. 269. Sed Pindarus etiam pro *præmio* ſive *pretio* poſuit, quod ludorum dabatur victoribus. Nunc in malam partem accipitur, atque ſignificat animadverſionem, ultionem, ſupplicium. Tria autem pœnarum genera tradiderunt Philoſophi: I. Νυθεσίαν, quæ κόλασις etiam, & παραίνεσις dicitur, & verbis tantum conſtat, cum emendandi ſpes adeſt. II. Τιμωρία, cum dignitas auctoritasque alicujus vindicatur. III. Παράδειγμα, cum punitio propter exemplum eſt neceſſaria, ut cæteri a ſimilibus peccatis abſtineant: vide Gellium lib. 6 Noct. Attic. c. 14. *Graviſſimæ legum pœna*, Cicer. in Piſon. cap. 21. Et, *Ne major pœna quam culpa ſit, cavendum eſt*, Idem Offic. 1 cap. 25. *Pœnâ afficere*, Idem 2 Offic. cap. 6, ſtraffen. *Pœnam alicui irrogare*, einem ſtraffe auflegen, Quintilianus 6 cap. 4. Et Seneca Hercul. Oet. v. 899

> *Nemo nocens ſibi ipſe pœnas irrogat.*

Sic, *Pœnas ab aliquo repetere*, i. e. aliquem punire, Cic. in Verr. 7 c. 63. *Pœnas repræſentare*, eſt ſine dilatione exſequi, apud Sueton. Claudio cap. 34. *Juſtiſſimas optime de ſe merito viro pœnas dedit*, er iſt des [illegible] halben geſtrafft worden, Vellej. 2, 64, 1. Et, *Dare pœnas temeritatis ſuæ*, Cic. 9 ad Att. epiſt. 10, ſtraffe leiden. *Pendere pœnas graviſſimas ſtultitiæ ſuæ*, Idem ad Att. 11 epiſt. 11. Et, *Pœnas dependere*, pro Sextio cap. 67. *Perſolvere pœnas*, Cic. Bruto epiſt. 5. Et, *pœnam perferre*, rurſus pro Sextio c. 69. *Sufferre*, Idem 2 Catil. c. 13. *Pœnam remittere*, die ſtraffe erlaſſen, Quintil. 7 cap. 1 ſub fin. *Sequitur pœna ſcelus*, auf ſünde folget ſtraffe, Cicer. de Aruſp. Reſp. cap. 18. *Vltimam pœnam in aliquem ſtatuere*, eſt capitis damnare apud Sueton. Cæſare c. 14. Celſus JC. D. de pœnis: *Vltimum ſupplicium mortem ſolam interpretamur.* L. Gracchus 4 C. ad L. Jul. de Adult. *Legitime factum pœnam non meretur.* ¶ 2. Aliquando & pro quovis malo ſumitur, quod accidit. Ita Lucanus lib. 8 v. 195

> *mors ultima pœna eſt.*

¶ 3. *Pœna* etiam Furia. Furiæ enim pœnarum exactrices habebantur. Vnde ἐμποινέμενοι a Sophocle dictæ. Val. Flaccus lib. 1 v. 796 *Vltricesque Deæ, Fas, & grandæva furorum Pœna parens.* Virg. Cul. v. 217 *Et flammas & ſæva quatit mihi verbera Pœna*, ubi vide Taubm. Cicero in Piſonem cap. 37 *O Pœna, ô Furia ſociorum!* Idem pro Domo cap. 2 *Quæ te tanta Pœna tuorum ſcelerum flagitiorumque vexat?*

¶ Pœnālis, e, ad pœnam pertinens, zur ſtraffe gerichtet; ut, *Pœnalia opera*, Plin. lib. 18 cap. 11. *Pœnales aquæ*, Idem lib. 4 cap. 8 extr. *Pœnale opus metallorum*, Tertullian. de habitu mulier. cap. 5, quod damnati in fodinis faciebant. *Pœnalia clauſtra*, Ammianus lib. 15 cap. 5. Et, *pœnale exitium*, Apulej. lib. 7 Met. p. 197. *Cadere, perire pœnali ferro*, Ammian. 27 cap. 26, & lib. 28 cap. 2. Et, *pœnalis labor*, Prudent. paſſione Laurentii v. 192, id eſt, loco pœnæ impoſitus. Comparat. *Pœnalior:* Salvianus lib. 5 de Gubern. p. 173 *Illud indignius & pœnalius.* Et lib. 6 p. 220 *ſcelera pœnaliora*, id eſt, digniora gravioribus pœnis, deſto ſtraffbarer.

¶ Pœnalĭter, adverb. zur verdienten ſtraffe; ut, *pœnaliter interire*, Ammianus lib. 16 cap. 12. Et Auguſtinus Confeſſion. lib. 10 cap. 33 *pœnaliter me peccare confiteor.*

¶ Pœnārius, a, um, idem quod *pœnalis*; ut, *Pœnariæ actiones*, Quintilianus lib. 4 cap. 3.

¶ Pœnio, īre, pro *punire*, ſtraffen. Ita Gellius 20 cap. 1 *Qui ob rem dicendam pecuniam accepiſſe convictus eſt, capite pœnitur.* Et lib. 11 cap. 18 *Furem, cujusmodicumque fuerit, ſupplicio capitis pœniendum eſſe.* Hæc ex MSS. libris, & ſimilia ex Cic. pro Milon. c. 31, & 1 Tuſc. cap. 44, &c. adducit Pareus Lex. Crit. p. 943. Sed in impreſſis hodie *punire* legitur.

¶ Pœnitio, ōnis, die beſtraffung. Iterum Gellius 11 cap. 1 *Eaque res faciebat inæqualem multæ pœnitionem.* conf. & lib. 6 cap. 14, ubi tamen hodie *punitio*.

¶ Pūnio, īvi, ītum, īre, pœnâ afficere, ſtraffen. Cic. 1 Off. cap. 25 *Prohibenda in puniendo maxime ira eſt.* Idem dixit *punire peccata*, de Invent. lib. 2 c. 22; &, *maleficium*, pro Cæcin. c. 2. Et, *Punire ſontes*, Idem Offic. 1 cap. 24. Et, *ſupplicio punire*, pro Domo cap. 29. *Punire morte*, Plin. lib. 8 epiſt. 14 n. 13, am leben ſtraffen. Et, *Facinus puniendum*, Cic. pro Milone c. 7. ¶ Antiqui etiam *Puniri* deponentis formâ dixerunt: Quintilianus lib. 9 cap. 3; vide & Nonium cap. 7 n. 27, qui duo Ciceronis exempla adducit. Quibus adde pro Milone cap. 13 *Inimiciſſimum crudelius punitus es, quam* &c. Paſſive Ovid. Met. 9 v. 778 *Quod non ego punior ipſa.* Hinc

¶ Pūnītus, a, um, geſtrafft. Cic. de Invent. 2 cap. 28 *Levius reus punitus, quam promeritus eſt.*

¶ Punĭtio, ōnis, die beſtraffung; ut, *Punitione liberari*, Valer. Maxim. lib. 8 ineunte. *Judicata punitione*, Tertullian. ad Nation. lib. 1 c. 16.

¶ Pūnĭtor, ōris, qui punit, ein rächer, straffer. Cic. pro Milon. cap. 13 *Fuit ultor injuriæ, punitor doloris sui.* Val. Max. lib. 3 cap. 4 *Crassianæ stragis punitor exstitit.* Et lib. 6 cap. 1 n. 8 *stuprosæ mentis punitor.*

¶ Impūnis, e, sine pœna, straffrey. Solin. cap. 27 de Afr. & Cyren. *impunis rediit*, quod Salmasius defendit p. 230. Plaut. Merc. a. 4 sc. 6 (al. 8) v. 4 *Id si rescivit uxor, impune est viro*, es bringt ihm keine gefahr.

¶ Impūne, adverb. impunius, impunissime, sine pœnæ periculo, ungestrafft; ut, *impune facere*, Terent. Adelph. a. 5 sc. 3 v. 38. *Impune habere*, Idem Eunuch. a. 5 sc. 7 v. 18. *Impune latrocinari*, Cic. pro Milone cap. 7. Et, *Impune ferre*, lib. 13 fam. epist. 77, frey und ungestrafft davon kommen. Idem pro Dejotaro cap. 6 *Impunius sit, quod, cum est factum, negari potest.* Terent. Heaut. a. 3 sc. 2 v. 48 *impunius licere.* Plaut. Pœn. 2. 1 sc. 3 v. 2 *impunissime vendere.*

¶ Impūnĭtas, ātis, licentia, libertas a pœna, die erlassung der straffe, freyheit zu sündigen, wie man will; ut, *Impunitas flagitiorum*, Cic. in Pison. c. 9; *scelerum*, Id. pro Domo c. 7. *Impunitatem peccatorum alicui dare*, Idem 4 Tuscul. c. 20. Et, *Impunitatem assequi*, lib. 1 fam. epist. 9. *Impunitatem & licentiam habere*, Cic. pro Milone c. 31. Sic, *Spes impunitatis maxima est illecebra peccandi*, Idem pro Mil. c. 16. vide *Lacio.*

¶ Impūnītus, a, um, ungestrafft; ut, *Stupra impunita*, Val. Max. lib. 9 cap. 1 extern. 2. *Quo impunitior libido, eo effrenatior est*, Livius lib. 3 cap. 50. Etiam Persius satyr. 5 v. 130 *qui tu impunitior exis?*

¶ Impunīte, adverb. idem; ut, *Impunitius mœchari*, Festus in *Non*, sub proverb. *Non omnibus dormio.*

POENĬTET, uit, ēre, gereuen; *A pœna, eo quod ipse homo in se puniat, quod male admisit*, Isidor. 6 cap. 19. Quæ ratio valet, postquam humana incipiunt displicere. *Pœnitet* ergo idem est ac *tædet* vel *piget*, vel *pudet.* Sic, *Quod te offenderim, me pœnitet*, Cic. ad Att. 11 epist. 13. *Nostri nosmet pœnitet*, wir haben an uns selbst keine genüge, Terent. in Phorm. a. 1 sc. 3 v. 20. Et, *Suæ quemque fortunæ pœnitet*, Cic. lib. 6 ad fam. ineunte. Seneca in Agamemn. v. 243 *Quem pœnitet peccasse, pæne est innocens.* Item, *An pœnitebat te flagitii* &c. Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 7 v. 12. ¶ Veteres & cum nominativo copularunt. Plautus Sticho a. 1 sc. 1 v. 50 *Me quidem hæc conditio nunc non pœnitet.* Cicero Tuscul. 5 cap. 28 *Sapientis est proprium, nihil, quod pœnitere possit, facere.* Sic, *Ne te pœniteat*, du solst dich nicht schämen, Virg. eclog. 2 v. 34. ¶ *Pœnitendum*, gerundium; ut, *Ad pœnitendum properat, cito qui judicat:* Publius.

¶ Pœnĭtens, tis, nomen, dem etwas gereuet, bußfertig; ut, *Pœnitens facti*, Sueton. Vitell. cap. 15. Et, *pœnitens de matrimonio*, Idem Claud. cap. 43. Ciceronis & hæc sententia est: *Portus optimus pœnitenti mutatio consilii*, in Philipp. 12 cap. 2.

¶ Pœnitenter, adverb. bereuend. Minucius Felix in Octavio cap. 26 *Auspicia & auguria pœnitenter omissa; observata feliciter.*

¶ Pœnitendus, a, um, nomen seu participium, dessen man sich schämen muß. Livius lib. 1 cap. 35 *sub haud pœnitendo magistro didicisse*, dessen man sich nicht zu schämen hat. Columella de agro sicco, & macro lib. 2 c. 2 *Sive exercetur seu cessat, colono est pœnitendus.* Ausonius ad Gratian. prope fin. *Tu nunquam pœnitenda fecisti.*

¶ Pœnĭtentia, æ, die reue, busse; ut, *Sera pœnitentia subiit regem*, Curtius lib. 3 cap. 2 extr. späte reue. *Præcipitis consilii comes esse solet pœnitentia*, auf jähen rath folget reue. *Melior est providentia pœnitentiâ*, Dionysii Halicarnassei est lib. 11, κρείττων ἡ πρόνοια τῆς μεταμελείας. *Agere pœnitentiam*, Plinii locutio est lib. 7 epist. 10. Sed gignendi casum ibi adjicit. Similiter Curtius 8, 6, 23 *Pœnitentiam ejus* (facinoris) *agere.* Et auctor Dialogi de Oratoribus cap. 15 *neque sermonis mei pœnitentiam ago.* Etiam sequente *Quod:* Val. Max. lib. 3 cap. 4 exempl. 2 *Virtutibus effecit, ut hæc civitas pœnitentiam ageret, quod* &c. ¶ Caveant autem tirones, ne cum hac ecclesiasticam notionem, busse thun, confundant, quæ potius sonat *resipiscere, ad frugem redire, vitia virtutibus emendare*, &c. Ideoque magis laudatur græca vox μετάνοια, i. e. *resipiscentia*, quam latina *pœnitentiæ.* Quæ quoniam Ciceroniana non est, Ausonius epigr. 12 v. 10 *Pœnitentiam* sic introducit loquentem: *Sum Dea, cui nomen nec Cicero ipse dedit.*

¶ Pœnĭtūdo, ĭnis, idem; sed antiquum: usus eo Pacuvius apud Nonium c. 2 n. 769. Item Hieronymus Dialog. 1 contra Pelag. c. 9. Zeno Veronens. Serm. de præcepto ATTENDE TIBI: *Pro quibus debeas pœnitudinem gerere.* L. ult. C. de Feriis: *Subeat animos vicaria pœnitudo.* Sed & Sidonius usus est 6 epist. 9. Et Ausonius in Sap. Thal. v. 22 *Prædes vadesque pœnitudinis reos* vocat.

¶ Impœnĭtens, tis, unbußfertig; &

¶ Impœnĭtentia, æ, die unbußfertigkeit, ecclesiastici usus sunt.

¶ Impœnitendus, a, um, ἀμεταμέλητος, das nicht zu bereuen ist. Augustinus prologo Retractationum: *qui non valuit omnia impœnitenda dicere.* Et Cassiodor. lib. 1 epist. 30 *Impœnitenda est ultio, quæ de legibus venit.* Et Apulej. Met. 11 *Impœnitendæ se pauperiei committere.*

¶ Suppœnĭtet, es gereuet fast. Cic. ad Att. 7 epist. 14 *Hunc nostrum copiarum suppœnitet.*

POENVS, i, plur. Pœni, Carthaginenses, quasi *Phœni* dicti, qui a *Phœnicibus* orti fuere; ut ait Servius in Virgilii 1 Æneidos v. 302

Ponuntque ferocia Pœni
Corda volente Deo.

Sic, *Pœni fœdifragi*, Cic. Off. 1 cap. 12. ¶ 2. Adjective; ut, *Pœni leones*, Virg. eclog. 5 v. 27. Et Statius lib. 4 Silv. 3 v. 91 *Pœnos inter agros:* & eod. lib. carmine 5 v. 45 *Pœnus sermo.* Plautus fingit etiam comparativ. *Punior*, in Pœnulo a. 5 sc. 2 v. 31. Nam & alia derivata diphthongum œ in u, mutant.

¶ Pœnĭcus, a, um, pro *Punicus*, adject. ut, *Pœnicæ fœminæ*, Val. Max. 2, 6, 15. *Plostellum Pœnicum*, Varro R. R. 1 cap. 52. *Pavimenta Pœnica*, marmore Numidico constrata significat Cato apud Festum. ¶ *Pœnicum*, subst. vestimenti genus, *quod a Pœnis primum allatum*, Varro L. L. 4 n. 23.

¶ Pœnīce, adverb. Idem Varro R. R. 1 cap. 2 *Video qui de agricultura scripserunt & pœnice & græce & latine.*

¶ Pūnĭcus, a, um, adject. magis frequens; ut, *Punica regna vides*, &c. Virgil. 1 Æn. v. 338. *Bella Punica*, kriege der Römer mit den Carthaginensern; De *primo, secundo & tertio*, Flor. & Liv. *Bello Punico comparari*, est gravissimo, quale Hannibalis adversus Romanos fuit, conferri aut simile esse. Formula hac sæpe usus est Eutropius lib. 5 cap. 1 n. 2, & lib. 6 cap. 6 n. 2, & lib. 8 cap. 6 n. 7. Etiam Ammianus lib. 17 cap. 4 ed. Grut. *Malum Punicum;* vide *Malum.* Et adde Cratetis dictum apud Laërtium: *Sicut omnibus malis Punicis inest aliquod granum putre, sic nemo est, qui omni prorsus vitio careat.* Sic, *Punicæ litteræ*, Cic. 4 Verr. c. 46. *Punica fides*, pro fallaci, ab ejus gentis peculiari perfidiâ in proverbium abiit, falsche treue, meineydigkeit: Sallustius Jugurth. cap. 108 *Bocchum Punica fide simul Romanos & Numidam spe pacis attinuisse.*

¶ Punīce, adverb. Apulejus Apolog. p. 336 *Loquitur nunquam nisi Punice: Latine neque vult, neque potest.* Et Augustinus epist. 173 *Punice interpretari.*

¶ Pūnĭceus, a, um, adject. aliud. Ovidius in Ibin de M. Regulo:

Vel quæ, qui redimi Romanos turpe putavit,
A duce Puniceo pertulit ipse, feras.

Vbi *dux Puniceus*, Pœnorum dux est, sive *Punicus ductor.* ¶ 2. *Puniceum* etiam & *Punicum* dicitur, quod colorem rubentem habet, röthlich. Ipse enim color ille *Punicus* sive *Puniceus* appellatur: qui Græcis φοίνικος & φοινίκεος est. Virg. 12 Æn. v. 76

cum primum crastina cælo
Puniceis invecta rotis aurora rubebit. Hinc

¶ Pūnĭco, are, verbum, pro, puniceum colorem trahere, sive habere, apud Apulejum princ. lib. 3 Metam. *Commodum punicantibus phaleris Aurora roseum quatiens lacertum, cælum inequitabat.*

¶ Punicānus, a, um, adject. aliud. Cic. pro Muræna c. 36 *Punicani lectuli*, quibus Carthaginienses uti solebant.

PŎĒTA, æ, ποιητής, a ποιέω, *effingo*, ein dichter, poet. Commendationes poëtarum passim reperiuntur, ut, *Est Deus in nobis*, &c. Ovid. 3 Art. am. v. 554, & *sacri vates*, ibidem v. 539. Cicero pro Arch. cap. 8 *Valet naturâ ipsâ poëta, & mentis viribus excitatur, & quasi divino quodam spiritu afflatur.* Catull. carm. 16

Castum esse decet pium poëtam.

Rursus Cicero de Fin. lib. 1 cap. 2 *Rudem esse omnino in nostris poëtis, aut inertissimæ segnitiæ est, aut fastidii delicatissimi.* Primario *Poëtæ* nomen meretur, qui & scite fictis vera imitari & poëtico spiritu carmen animare, & orationem numeris ligare callet. Secundario, imo tenui admodum jure nomen illud occupat, qui posterius tantum præstare potest. Priores *Poëtas*, posteriores *Versificatores* appellat Quintil. 10 c. 1. Scaliger lib. 6 de Re Poët. vocat *versilegulos.* vid. Hekel. de Cor. Poët. c. 3 § 3 p. 28, & in not. p. 120. ¶ 2. Pro artifice posuit Plautus Asin. a. 4 sc. 1

Nam tu poëta es prorsus ad eam rem unicus.

¶ Poëtria, æ, & Poëtris, ĭdis, ποιήτρια, mulier vates, eine poetin. Posteriore Persius usus est in prooemio:

Quod si dolosi spes refulserit nummi,
Corvos poëtas, & poëtridas picas,
Cantare credas Pegaseium melos.

Prior forma est apud Cicer. pro Cœlio cap. 27 pr. *Fabella veteris & plurimarum fabularum poëtriæ.*

¶ Pŏēticus, a, um, ποιητικός, poetisch; ut, *Auctoritas poëtica*, quæ & *Poëtica licentia*, Quintil. lib. 2 cap. 4. *Poëtica fabulositas*, Plin. lib. 7 cap. 28 pr. *Afflatus poëticus*, sine quo nemo poëta bonus, Cicer. in Orat. 2 c. 47. vid. Barth. ad lib. 1 Thebaid. Statii p. 7 seq.

¶ Poētĭca, æ, & Poëtice, es, ποιητική, professio poëtica, die poeterey, vers-kunst. Cic. in Orat. c. 53 *Poëtica, & versus inventus est terminatione aurium.*

¶ Poëticé, adverb. idem; ut, *Loqui poëtice*, hoc est, poëtarum more, nach poetischen gebrauch, Cic. 5 de Fin. cap. 4.

¶ Poëtor, ari, poëtam agere, poetisiren. Ennius apud Priscian. lib. 8 *Nunquam poëtor nisi podager.*

¶ Poētĭfĭcus, a, um, poëtas reddens, zur poesie dienlich; ut, *Fons poëtificus*, i. e. caballinus, Ennius in Fragm.

¶ Pŏēma, ătis, ποίημα, ein gedicht. Cic. 1 Acad. cap. 3 *Varium & elegans omni fere numero poëma facere*, ein schön carmen schreiben. *Poëmata ad aliquem componere*, Idem ad Qu. frat. lib. 3 epist. 1 cap. 4. *Poëma condere*, Idem lib. 1 ad Att. epist. 16. Et ad Qu. frat. lib. 3 epist. 5 *Opus est ad poëma quadam animi alacritate.*

¶ Poëmătium, i, ποιημάτιον, parvum poëma, ein klein gedicht. Auson. Edyll. 7 præf. ad Paulum: *Poëmatia, quæ in alumnam meam luseram, rudia & inchoata, proferri ad lucem coegisti.*

¶ Pŏēsis, is, textus & totum opus poëtarum, die poesie, Nonius cap. 5 n. 25. De qua Horatius, *ut pictura poësis erit*, de Arte Poët. v. 361. Et Cic. Tusc. 4 cap. 33 *Anacreontis tota poësis est amatoria.* Mantuanus carm. contra poët. impudic. v. 39 *Pierides castæ*, &c.

Tota pudicitiam vera poësis amat.

PŌGŌNIAS, æ, πωγωνίας, genus est cometæ, Plinio lib. 2 cap. 25 a πώγων, *barba.* Sic enim ipse: *Pogonias vocant, quibus inferiore ex parte in speciem barbæ longe promittitur juba*, ein comet mit einem langen bart.

POL, perpol, jurandi adverb. quasi dicas, *per Pollucem*, traun, fürwahr. Horat. 1 epist. 7 v. 92 *pol, me miserum patrone vocares.*

¶ Perpol, idem, quasi *per Pollucem.* Terentius Hecyr. a. 1 ineunte: *Perpol quam paucos reperias* &c.

PŌLEA, æ, seu πῶλιον potius, sic enim vocat Aristoteles fimum, quem equa parturiens ante pulli editionem effundit. Plinius *Poleam* dixit lib. 28 cap. 13.

PŎLĔMARCHVS, i, πολέμαρχος, dux belli, ad quem summa rei militaris refertur, latine *tribunus militum*, ein general, ein feldmarschall. vid. Budæus Not. in Pandect. l. ult. ad fin. de muneribus.

¶ Polemarchia, æ, πολεμαρχία, munus polemarchi & magistratus, das generalat, feldmarschall-amt. vid. Budæus l. c.

¶ Pŏlĕmĭcus, a, um, πολεμικός, zum streit gehörig, vocabulum theologicum. Hinc *scripta polemica*, streit-schrifften.

POLĔMON, ōnis, juvenis, cum esset extremi luxûs, ebrius ingressus ludum Xenocratis de continentia disserentis, ita mutatus est, ut mox fieret unus auditorum. Horat. lib. 2 satyr. 3 v. 254

quæro, faciasne quod olim
Mutatus Polemon?

Vide Laërtium & Valer. Maxim. lib. 6 cap. 9. ¶ 2. Fuit & alius *Polemo* Ponti rex, de quo Tacitus 2 Annal. cap. 56. Inde

¶ Polemōniăcus, a, um, adjectiv. ut, *Pontus Polemoniacus*; Eutrop. 7 cap. 9.

POLĔMŌNIA, æ, & Polemonium, i, πολεμώνιον, herba Dioscoridi, & Plinio lib. 25 cap. 6, weiser dictam. *Rutam caprariam* vocant alii, habet speciem fœni græci, Matthiol. liedweich exponunt quidam.

PŎLENTA, æ, ἄλφιτον, hordeum aquâ perfusum, deinde siccatum ac mediocriter frixum, non multum differt a Germanorum maltz. Genus cibi fermentati fuit, teste Plinio 22 cap. 7. Ovid. Metam. 5 v. 450 *Tosta quod coxerat ante polenta.* Seneca epist. 18 *Non jucunda res est aqua & polenta, aut frustum hordeacei panis; sed summa voluptas est, posse capere etiam ex his voluptatem.* Ex quo apparet, in vilissimo victu fuisse. Curtius lib. 4 cap. 8 tradit, ambitum Alexandrinorum mœnium *polentâ* designatum fuisse, unde omen captum fuit.

¶ Pŏlentārius, a, um, zum maltz gehörig; ut, *crepitus, polentarius*, Plaut. Curcul. a. 2 sc. 3 v. 16, quia cibus erat polenta. Vide Interpretes. Onomast. Vet. *Polentarius*, ἀλφιτικός.

PŌLENTIA, vel Pollentia, æ, urbs Liguriæ. vid. Silius 8 v. 600. Liv. 39 cap. 44.

¶ Pōlentīnus, a, um, adject. ut, *Saltus Polentini*, Stat. 2 Silv. 6 v. 63. Et, *Polentini agri*, Prudent. 2 in Symmach. v. 719.

PŌLIA, æ, gemma, canitiem quamdam sparti indicat. Plin. 37 cap. 11. ¶ 2. *Polia*, πωλία, grex equorum, ein roß-hauffen. Vlpian. in l. Ædiles ajunt. Dig. de ædil. edict.

Polimen, polimentum, vide sequens *Polio*.

PŎLIO, ivi, ītum, īre, ornare, componere, glatt machen, schmücken: ut, *Opus poliat lima, non exterat*, Quintilian. lib. 10 cap. 4 extr. *Facere & polire orationem*, Cicero dixit lib. 1 de Oratore cap. 14 extr. *Agrum polire*, est excolere. *Nam omnia exculta & ad nitorem deducta POLITA dicimus*, inquit Nonius cap. 1 n. 339. Sic, *Calce polita ædificia*, calcata sunt. *Opere albario, tectorio polire*, tünchen und weissen, Vitruv. lib. 7 cap. 4. ¶ 2. Est & fullonum verbum, walcken, platten; & sic *Polire vestes* Plinius dixit pro incrustare: & *linum torrente poliri*, Idem lib. 19 cap. 1. Vide Savaronem ad Sidon. lib. 5 epist. 17. ¶ 3. Vsurpatur hoc verbum etiam de frumentis, quando purgantur: vide locum Columellæ allegatum in *Expolitus*.

¶ Pŏlītus, a, um, urbanus, elegans, geschmückt, geziert, ausgeputzt; ut, *Politus artibus*, Cic. 1 de Fin. cap. 7. *Omni liberali doctrina politissimus*, Idem 13 fam. epist. 1. *Politioris humanitatis expers*, Cic. 2 Orat. cap. 17. De agris vide in *Polio*.

¶ Polītŭlus, a, um, diminut. etwas zierlich; ut, *Limatulum & politulum judicium*, Cic. 7 fam. epist. 34.

¶ Polīte, adverb. nett, zierlich; ut, *Dicere polite*, Cic. 4 de Fin. cap. 3. *Scribere polite*, Id. de Clar. Orat. cap. 19. *Quædam limantur a me politius*, Cic. Acad. Qu. 1 cap. 1.

¶ Pŏlītio, ōnis, die polirung, ausputzung. Vitruvius lib. 7 cap. 3 *Recipiens in se politionem, fulgentes in adspectu, certasque considerantibus imagines reddit*, es spiegelt, wenn es poliret wird. De cultu agri Cato R. R. cap. 136 *Politionem quo pacto dari oporteat.*

¶ Politūra, æ, idem. Plin. 11 cap. 24 *Scissa protinus reficit, ad polituram farciens.*

¶ Pŏlīmen, ĭnis, idem. Apulejus de Deo Socrat. p. 54 *Neque in emendis equis phaleras consideramus, & baltei polimina inspicimus.* ¶ 2. Testes, testiculi, die hoden. Arnobius lib. 7 p. 230 *Polimina porro sunt ea, quæ nos proles verecundius dicimus: a vulgaribus autem assolent cognomine testium nuncupari.*

¶ Polīmentum, i, idem. Posteriore notione Plautus in Menæch. a. 1 sc. 3 v. 28 *polimenta porcina* dixit. Rationem appellationis dat Festus Pompejus, quem videas.

¶ Polītor, ōris, qui polit, ein polirer, plattner. Firmicus lib. 4 cap. 7 extr. *gemmarum politores.* Et quia *polire* etiam de agris dicimus, ut supra ex Nonio ostensum, cui Festum in voce *Polimenta* adjicias; fit, ut *Politor* quoque inter agri cultores reperiatur. Vlpianus Lege 52 § 2 Dig. pro socio: *Cum agrum politori damus in commune quærendis fructibus. Politori*, hoc est, qui curat agrum & excolit. Adde Catonem R. R. c. 136.

¶ Pŏlio, poliōnis, idem; ut, *Poliones & custodes armorum*, Lege ult. Dig. de jure immunitat. zeugwärter.

Composita:

¶ Depŏlio, īre, abputzen, glätten. Plin. 36 cap. 25 Si *cote depolitum est, nigri pavimenti usum obtinet.*

¶ Depolītus, a, um, abgeputzt, in völligen stande. Festus: *Depolitum, perfectum: quid omnes perfectiones antiqui politiones vocabant.*

¶ Depolītio, ōnis, die abputzung, fegung. Varro apud Nonium cap. 1 n. 339 *Ex agri depolitionibus ejiciantur.*

¶ Expŏlio, īre, ausputzen, zieren. Sic, *Expolire aliquem, & hominem reddere*, einen ausmustern, und zum manne machen, Cicero 2 de Orat. cap. 10. Et, *Doctrinis aliquem expolire*, Idem 3 de Orat. cap. 34.

¶ Expolītus, a, um, ausgeputzt, geglättet. Plautus Milit. a. 4 sc. 4 v. 38 *Meum opus ita dabo expolitum, ut improbare non queas.* Catullus epigr. 1 *Libellus pumice expolitus.* Idem epigr. 40 *Dens expolitior.* Et Columella lib. 2 cap. 21 *Frumenta expolitiora*, wohlgefegt korn.

¶ Expolitio, ōnis, die ausputzung; ut, *expolitio orationis, inventi*, Cic. lib. 1 de Invent. cap. 40. Idem ad Quint. frat. lib. 3 epist. 3 *Expolitiones utriusque nostrûm sunt in manibus.* Et, *expolitiones ædificiorum*, Vitruv. lib. 6 extremo. Adde lib. 7 cap. 9. ¶ 2. *Expolitio*, schema rhetoricum, est explicatio seu variatio ejusdem sententiæ, verbis commutatis; e. g. Ovid. 2 Pont. epist. 3 v. 11 seqq.

Nec facile invenies multis e millibus unum,
Virtutem pretium qui putet esse sibi:
Ipse decor recti, facti si præmia desint,
Nil movet, & gratis pœnitet esse probum.

Vide lib. 2 Copiæ Erasmi cap. de Expolitione.

¶ Impŏlītus, a, um, non politus, unscheinbar, unpolirt, ungehöfelt, grob; ut, *Forma ingenii admodum impolita & plane rudis*, Cicer. de Clar. Orat. cap. 85 extr. Idem lib. 2 de Orat. cap. 31 *ut videatis, quam sit genus hoc eorum, qui sibi eruditi videntur, hebes atque impolitum.* ¶ Interdum pro non perfecto ponitur, unrichtig. Cicer. de Prov. Consul. cap. 14 *Impolitæ res & acerbæ si erunt relictæ, efferent se aliquando, & ad renovandum bellum revirescent.*

¶ Impolīte, adverb. unzierlich. Cic. 1 de Orat. cap. 49 *breviter impoliteque dicere.*

¶ Impolitia, æ, politionis neglectio, die unzierlichkeit, unscheinbarkeit. Gellius lib. 4 cap. 12 *impolitia notabatur.*

¶ Interpŏlio, īre: Salmas. ad Solin. p. 277. Sed usitatius est

¶ Interpŏlo, āre, renovare, vetusto novam quasi formam inducere, das alte abschaben, abkratzen, verneuern, bessern. Cic. in Verr. 3 cap. 61 *Aliquid demere, mutare, & ne litura appareat, interpolare.* Apud Nonium cap. 1 n. 145 *Interpolare est immittere, & interponere, & novam formam e vetere fingere. Et est tractum ab arte fullonia eorum, qui poliendo diligenter vetera quæque quasi in novam speciem mutant*, eine andere gestalt geben, scheinbar machen. Plaut. Amph. a. 1 sc. 1 v. 161 *Illic homo me interpolabit, meumque os finget denuo.* ¶ 2. Est & addendo corrumpere, verschlimmern. Prudent. præf. 2 Apotheos. v. 45 *Qui læta Christi culta fur interpolat,*
Addens avenas æmulas.

¶ Interpŏlātus, a, um, neu ausstaffirt, ausgeflickt, verneuert; Sic, *vestes interpolatæ: Mancipia interpolata*, in jure civili, quæ cum sint veterana, lenocinio & arte faciem mutant, proque novis licentur.

¶ Interpolatio, ōnis, interpolandi actio, die verneuerung. Plinius lib. 13 cap. 12 *curiosa interpolatione principalem fecit*, chartam puta. Et Tertullian. adv. Hæretic. cap. 39 *Omnis interpolatio posterior credenda est.*

¶ Interpolāmentum, i, idem, sive quicquid aliunde immittitur, die darzwischensetzung, einschiebung. Claud. Mamert. præf. lib. 1 *sine alienorum interpolamento finem liber accepit.*

¶ Interpŏlātor, ōris, qui vestes antiquas renovat, der altes neu macht. Tertullianus de Anima cap. 16 *Avenarum superseminator, & frumentariæ segetis nocturnus interpolator.* Idem de Spectac. cap. 2 *Multum est inter institutorem & interpolatorem.* Et de Habitu mulier. sive lib. 1 de cultu fœmin. cap. 8 *Diabolus interpolator naturæ.* Ergo & corruptorem significat, qui in deteriorem formam pervertit; non eum modo, qui renovat ad meliorem, ein verderber. Onomast. Vet. *Interpolator*, ἐπισκευαστής.

¶ Interpolatrix, īcis, eine änderin. Nazarius Panegyr. Constantini cap. 15 de historia: *Neque in hoc veri interpolatrix tenenda*; hoc est, Non existimanda, ea in re veritatem corrupisse. Et Tertullianus adv. Hæretic. cap. 7 *Sapientia humana, affectatrix & interpolatrix veritatis.*

¶ Interpŏlis, e, & Interpolus, a, um, quod interpolatum, incrustatum ac renovatum est, angestrichen, geschminckt, verneuert. Plautus Mostell. a. 1 sc. 3 v. 117

Nam istæc Veteres, quæ se unguentis unctitant, interpoles,
Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occulunt.

Plin. lib. 29 cap. 1 de medicina: *Mutatur ars quotidie, toties interpolis.* Vet. Gloss. *Interpolum*, ἐπίγναφον. Et Martianus JC. Lege 45 Dig. de contrah. emt. *Si vestimenta interpola quis pro novis emerit.*

¶ Perpŏlio, īre, absolvere, fertig machen und auspoliren. Cic. 5 fam. epist. 12 extr. *Instituta perpolies.* Idem pro Balbo cap. 7 *Placuit ambobus, hunc a me quasi perpoliendi quemdam operis extremum laborem.*

¶ Perpolītus, a, um, ausgeziert, ausgeschmückt; ut, *Litteris perpolitus*, Cic. in Pison. cap. 29. *Perpolita oratio*, Auct. ad Herenn. lib. 4 cap. 12.

¶ Perpolitio, ōnis, die auspolirung, ausputzung. Auctor ad Herenn. 4 cap. 13 *Verborum exornatio ipsius sermonis insignita continetur perpolitione.*

¶ Perpŏlīte, adv. gantz zierlich. Superl. *Perpolitissime*, Auct. ad Herenn. 4 cap. 32 extr. *Vt continuationes perfecte & perpolitissime possint esse absolutæ.*

¶ Repŏlio, īre, erneuern. Columella lib. 2 cap. 21 extr. *Nihil attinet repoliri*, scilicet frumenta, das korn wieder fegen.

POLIORCĒTES, æ, πολιορκητής, urbium obsessor, ein belagerer; *Hoc cognomen Demetrio ab exitio urbium fuisse*, ait Seneca epist. 9; *Rhodum obsidebat oppugnabatque Demetrius, dux ætatis suæ inclytus, cui a peritia disciplinaque faciendi obsidii, machinarumque solertia, ad capienda oppida repertarum, cognomentum πολιορκητής fuit.* Conf. Vitruv. 10 cap. 22, & Ammian. 23 cap. 4, & 24 cap. 2. Vide & Lipsii libros quinque de *Poliorceticis*, s. machinis, tormentis, telis.

PŎLĪTĪA, æ, πολιτεία, quæ pronunciatio, etiam cum latine scribitur, observatur, respublica, der staat, die policey, das stadt-regiment. Cic. 2 Divinat. cap. 27 pro libro Platonis de Rep. (qui græce ita inscriptus est) dixit: *Platonis politiam nuper apud me mures corroserunt.*

¶ Polītĭcus, a, um, πολιτικός, civilis, urbanus, statistisch, bürgerlich; ut, *Libri politici*, Cœlius Ciceroni lib. 8 epist. 1 extr. Et, *Theses politicæ*, ipse Cic. 9 ad Attic. epist. 3.

¶ Pŏlītĭca, æ, subst. doctrina sive scientia rempublicam recte constituendi & administrandi, die staats-klugheit. Abusus vocis est, cum & de malis in republica artibus dici soleat. Cætera quæ a πόλις fiunt, e suis fontibus pete: e. g.

¶ Decapŏlis, vide in *Decem*. Metropolis & Monopolium, vide suis locis in *M*. Pentapolis in *P*. Tetrapolis infra in *T*.

PŎLIUM, i, πόλιον, herba, quam Musæus & Hesiodus tamquam ad omnia utilem laudarunt, ut Plinius lib. 21 cap. 7 refert. Duo genera ejus: campestre, majus; & silvestre, minus.

¶ Tripolium, i, τρίπολιον, a polio diversissima planta, nascens in locis marinis, undâ allisis: Dioscorid. lib. 4 cap. 130.

POLLEN, neut. & Pollis, masculinum, genit. pollinis, mehl, staubmehl. Sic enim exponit Marcellus, Dioscoridis interpres, sub eaque significatione ex Terentio leg. videtur in Adelph. a. 5 sc. 3 v. 60 *Atque illa favilla plena, fumi ac pollinis, coquendo sit faxo & molendo.* Sic Cato R. R. cap. 157 *Addito & salis paululum, & cuminum, & pollinem polentæ.* Et Columella 6 cap. 30 *Thuris polline armi linantur.*

¶ Pollinārius, a, um, zum mehl gehörig; ut, *Cribrum pollinarium*, Plaut. Pœnul. a. 3 sc. 1 v. 10. *Arca pollinaria*, Varr. ein mehlkasten.

¶ Pollināris, e, idem. Gloss. Cyrill. *Pollinare cribrum*, γυρισήριον κόσκινον.

¶ Pollināceus, a, um, ex polline quod est, aus mehl. Eædem Glossæ: *Pollinaceus*, γυρίτης ἄρτος.

¶ Pollintor, ōris, qui pollinem cribro excutit & purgat, ein müller. Cato de R. R. cap. 136, (al. 137) sed rectius legitur *politor*, sicut eodem cap. *politio* Meursius pro vulgari *pollintio*. De politione autem frumentorum supra actum in *Polio*.

Pollens, pollentia, vide sequens *Polleo*.

POLLEO, ui, pollēre, valere, posse, gelten, vermögen, krafft haben; ut, *Auro loquente nihil pollet quævis oratio*, vide Chiliad. *Multum* vel *plus pollet ejus auctoritas*, sein ansehen gilt mehr, Sallust. Jugurth. c. 13. *Pollere ad, adversum, & contra aliquid*, zu, oder wider etwas kräfftig seyn: *Pollere ad fidem faciendam*, Cic. Offic. 2 cap. 9. *Pollere adversum omnes*, Plin. 16 cap. 22. Et, *Herba contra anginas efficacissime pollet*, Idem lib. 24 cap. 19. Et cum ablat. *scientiâ pollere*, Cic. Partit. cap. 22.

¶ Pollens, tis, giltig, mächtig; ut, *Genus pollens & honoratissimum*, Plaut. Captiv. a. 2 sc. 2 v. 28. *Vini pollens*, de Baccho Idem Curc. a. 1 sc. 2 v. 21. *Pollens opibus*, reich, Lucret. 1 v. 60. Compar. Silius 14 v. 339 *Astus pollentior armis.* Tertullian. adv. Psych. c. 6 *multo pollentioris mentis, vivacioris cordis.* Lege 2 Cod. Theod. de Advocato fisci, *pollentior litteris.* Alcimus Avitus lib. 5 v. 63

pollentissime cursu

Testor, Nile, tuos.

¶ Pollenter, adverb. mächtiglich, cujus comparativo usus Claudian. de 4 Consul. Honorii v. 254 *Cæsaque redit pollentius hydra.*

¶ Pollentia, æ, die macht, geltung, giltigkeit. Plaut. Rud. a. 3 sc. 2 v. 4 *Impiorum potior pollentia quam innocentum.* Idem Casinâ a. 4 sc. 4 v. 3 *Ut potior pollentia sit, vincasque virum.* Conf. Stewech. in Arnob. p. 99. ¶ 2. *Pollentia*, urbis nomen, vide *Polentia*.

Composita:

¶ Æquĭpolleo, ēre, æquivalere, gleich gelten, frequens & tritum philosophis verbum, nec vero novum. Usus enim & Apulejus est lib. 3 Doctr. Platon. pag. 39 *si iisdem manentibus æquipollentem ejus inferat his.*

¶ Æquipollens, tis, gleichgiltig; ut, *Propositiones æquipollentes*, Apulej. de Syllog. Categ. *Æquipollentes autem dicuntur, quæ alia enunciatione tantundem possunt*, Idem ibidem.

¶ Æquipollentia, æ, ἰσοδυναμία, die gleichgiltigkeit, vox dialectica.

¶ Omnipollens, vide supra *Omnis*.

¶ Præpolleo, ēre, plurimum pollere, sehr vermüglich seyn. Hinc

¶ Præpollens, tis, hochmogend, fürtrefflich; ut, *Gens divitiis præpollens*, Livius lib. 1 cap. 57. Et, *virtute & fortunâ præpollens*, Idem lib. 5 cap. 34. Comparat. *præpollentior vis oculorum*, Augustin. Civ. Dei lib. 22 cap. 29.

POLLEX, ĭcis, a *pollendo* dictus digitus prior, cæteris firmior ac pollentior, der daum, und die grossen zeen am fusse. Juvenal. satyr. 7 v. 237

Exigite ut mores teneros ceu pollice ducat.

Horat. epod. 5 v. 47 *Irresectum dente rodens pollicem*, i. e. unguem pollicis. Et de pollice pedis Plinius 7 cap. 53 *Egrediens incusso pollice limini cubiculi.* ¶ 2. Hujus digiti gestu & compositione veteres favoris juxta & odii edebant signa: Favoris quidem, si comprimerent; odii, si quando subrigerent. Ita nimirum Politianus Miscellaneorum c. 42, Turneb. 11 Adverf. c. 6, Lipsius 2 Saturnal. c. 22 docent: Plinii loco adducto maxime, qui est lib. 28 c. 2 his verbis conceptus: *Pollices, cum favemus, premere etiam proverbio jubemur.* Mihi contra videtur, *pressos* odium, *subrectos* favorem significasse. Quintilianus lib. 11 cap. 3 *Fit & ille habitus, qui esse in statuis pacificator solet, qui inclinato in humerum dextrum capite, brachio ab aure protenso, manum infesto pollice extendit.* Quo in loco *infestum pollicem*, quis non videt *pressum* intelligendum; qualis videlicet esse illorum solet, qui infesti aliis sunt, & male volunt? Significat enim, in isto habitu cæteros manus digitos omnes protensos, solum pollicem pressum fuisse. Apulejus lib. 2 Metamorphos. *Instar oratorum conformat articulum, duobusque infimis conclusis digitis, cæteros eminentes porrigit, & infesto pollice, clementer subrigens, infit*, &c. Sane & hic *infestum pollicem*, pressum esse, non dubitabit, qui singula diligentius excutiet, & inter se conferet. Namque si subrexissent oratores pollicem in eo habitu, non opus fuisset Apulejo diserte nominare pollicem; satis fuisset dicere: *conclusisque duobus infimis digitis, cæteros eminentes porrigens clementer insit*, &c. Nunc cum *infesto pollice* addit, significat, eum illis duobus infimis digitis conclusis *pressum* fuisse. Persuadet ita Fulgentius Placiades de continentia Virgiliana super hac ipsa re scribens: *Itaque compositus in dicentis modum erectis in Jotam duobus digitis, tertium pollicem comprimens, ita verba exorsus est.* Alii infestum hunc pollicem, *versum* sive *conversum* vocant: qui idem cum *presso* est. Versus enim sive conversus, est retortus, sive reflexus in cavam manus a recto atque nativo statu suo. Juvenalis satyr. 3 v. 36

Munera nunc edunt, & verso pollice vulgi

Quemlibet occidunt populariter.

Prudentius contra Symmach. lib. 2 extr.

pectusque jacentis

Virgo modesta jubet converso pollice rumpi.

Ad Plinii locum quod est, sane jamdudum eum de mendo suspectum habuit Alciatus, & pro *premere*, *promere* putavit legendum, lib. 12 Parerg. cap. 9. Quæ emendatio si vera est, ut ego judico, rem factam habebimus. *Promere* enim est explicare. Horat. lib. 1 epist. 18 v. 66 *Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum*;

i. e. impensissime & cum summo favore laudabit: quemadmodum, *utrâque manu promittere*, est, valde promittere. ¶ 3. Sunt & in palmarum corticibus *pollices*, de quibus Plin. 13 cap. 4 *Palmæ teretes atque proceræ, densis gradatisque corticum pollicibus ut orbibus, faciles que se ad scandendum orientis populis præbent.* ¶ 4. *Pollex*, ein zoll.

¶ Pollicāris, e, pollicis crassitudinem habens, daumens breit oder dick; ut, *Pollicaris latitudo*, Plin. lib. 15 cap. 24.

Polliceor, pollicitatio, pollicitor, &c. vide supra *Liceo*.

Pollinaceus, pollinarius, vide paullo ante *Pollen*.

Pollincio, pollinctor, pollinctura, &c. vide *Pollingo* in *Lingo*.

Pollintor, pollis, vide paullo ante *Pollen*.

POLLIO, ōnis, Πολλίων, Asinius Pollio, orator celebris fuit Romæ, Augusti amicus, & Virgilii patronus. Horatius Tragœdiarum & Historiarum eum scriptorem fuisse testatur in Sermonibus lib. 1 satyr. 10 v. 85 &c. Et Virgilius eclog. 3 v. 86

Pollio & ipse facit nova carmina &c.

POLLUBRUM, vel Polubrum, i, antiquum, significat pelvim, ein handoder fußbecken. Vide Festum & Nonium, qui c. 15 n. 11 autor est, legi apud Livium: *Argenteo polubro & aureo gutto.* Et apud Fabium Pictorem: *Aquam manibus pedibusque dato, polubrum sinistra manu teneto.* Usus & Arnobius lib. 2 pag. 59 *polubrum, siliquastrum, trulla.* Glossæ Vet. *Pollubrum*, ποδονιπτήρ. Simplici & geminato L scriptum invenitur, ein fußbecken.

Polluceo, pollucibilis, polluctum, &c. vide *Luceo* in *Lux*.

Polluo, cum derivatis, vide supra in *Luo*.

POLLUX, ūcis, Castoris frater, (vide in *Castor*;) præses erat certaminum, pugilum maxime. Seneca Medeâ v. 88

Cedet Castore cum suo

Pollux cæstibus aptior.

Et Ovidius 3 Amor. eleg. 2 v. 54

Pollucem pugiles, Castora placet eques.

Polluces pro Pollux, etiam de uno, apud Varronem L.L. 4 cap. 10. Et Servius in Virg. Georg. 3 *Ambo licenter & Polluces & Castores vocantur.* Exempla vide in Plaut. Bacch. a. 4 sc. 8 v. 53. Symmach. 1 epist. 89, & Arnob. lib. 1. ¶ 2. *Julius Pollux*, grammaticus sub Commodo, qui græcum Onomasticum, 10 constantem libris reliquit. vid. Suidas.

¶ Pol, Ædepol, adverbia, vide suis locis seorsim.

Polubrum, Polulus, vide *Pollubrum*, *Paululus* in *Parvus*.

PŎLUS, i, πόλος, cardo cæli, quem *verticem* Cicero 2 Nat. D. cap. 41 dixit, a πολέω, *verso*, der pol, der himmelsangel. Augustinus Soliloq. lib. 1 cap. 1 *Deus, cujus legibus rotantur poli, & cursus suos sidera peragunt.* Poli duo sunt, alter *arcticus*, qui & *borealis*, & *septemtrionalis*, & *aquilonius* dicitur, qui nobis in Europa, & majore parte Asiæ habitantibus perpetuo apparet, der nord-pol; alter *antarcticus*, vel *australis*, vel *meridionalis*, der süder-pol. De utroque sic Virgil. 1 Georg. v. 242 *Hic vertex nobis semper sublimis, at illum*

Sub pedibus Styx atra videt, manesque profundi.

Conf. Plin. 2 cap. 15. ¶ 2. *Polus* poëtis sæpius est ipsum cælum, der himmel. Virg. Æn. 1 v. 608 *Polus dum sidera pascet.* Et Æn. 3 v. 589 *Aurora polo dimoverat umbram*, es war tag worden. Hinc passim *signifer*, *stellifer*, *sidereus polus* dicitur.

¶ Polāris, e, adjectiv. zum pol gehörig; ut, *Stellæ polares*, apud Astronomos.

POLUS, i, histrio, de quo Gellius lib. 7 cap. 5. Hic Electram Sophoclis aucturus, pro Orestis ossibus ossa filii sumsit, qui paucis ante diebus decesserat. Ea res cum luctum verum revocaret in memoriam, fletu adeo miserabili theatrum complevit, ut omnes eo commoti dolerent.

PŎLYĂCANTHOS, i, πολυάκανθος, carduus & folio & caule spinosas lanugines habet, eine weg-distel, Plin. 21 cap. 16.

PŎLYAENUS, i, Πολύαινος, rhetor Macedo fuit, & scripsit libros octo Stratagematum, quibus amplissima fœcundissimaque rei militaris scientia continetur. Sententiam ejus unam Stobæus annotavit, ἐπὶ τοῖς ἀποθνήσκουσι μὴ λυπῶ, ἀναγκαῖον γάρ, ἀλλ᾽ ἐπὶ τοῖς αἰσχρῶς τελευτῶσιν. Hoc est: *Propter morientes ne tristeris, est enim necessarium; sed propter turpiter e vita discedentes.*

POLYANTHĔMUM, i, πολυάνθεμον, herba, quam quidam *Batrachion* appellant, hahnenfuß: Plin. 27 cap. 12.

POLYBIUS, i, Πολύβιος, Arcas fuit, scripsit Græcorum & Romanorum historias libris quadraginta, de quibus 17 hodie reliqui sunt. Auctor longe optimus & civili juxta & militari prudentia nemini secundus: vide Casaubon. præfat. in Polybium, & Vossium de Historicis Græcis lib. 1 cap. 19. Lapsu ex equo mortuum dicunt. ¶ 2. Alius medicus, fuit gener, discipulus & successor Hippocratis, cujus scripta exstant.

PŎLŸBUS, i, rex Corinthiorum, qui, cum liberis careret, Oedipum Laji patris jussu expositum, inventumque a pastore, pro suo educavit. vid. Stat. Theb. 1 v. 64. Senec. Oedip. v. 12. Martial. 7 epigr. 71. ¶ 2. Alius inter procos Penelopes, apud Ovid. Heroid. epist. 1 v. 91.

POLYCARPUS, i, πολύκαρπος, latine *fructuosus*, herba, *Proserpinaca* alias dicta, Apulej. de Herb. cap. 18. ¶ 2. *Polycarpus*, S. Johannis discipulus, Smyrnæorum episcopus, pro fide Christiana combustus; de quo Irenæus adv. Hæret. 3 cap. 3. Tertullian. de Præscript. cap. 32, & alii.

POLYCHARMUS, i, cælator eximius. vid. Plin. 36 cap. 5, & Martial. 8 epigr. 37.

PŎLYCHRESTUS, a, um, πολύχρηστος, quicquid frequentis usus est, uti sal, &c. zu vielen dingen nützlich. vid. Apic. 1 cap. 1.

PŎLYCHRŎNIUS, i, πολυχρόνιος, diuturnus, longævus, der lange lebt: Firmicus 8 cap. 28.

PŎLYCLĒTUS, i, statuarius & sculptor Sicyonius nobilissimus, de quo

quo vide Plinium 34 cap. 2 & 8. Juvenal. sat. 3 v. 217. Martial. 8 epigr. 51, & 10 epigr. 89.

¶ Polyclētĕus, a, um, adject. Stat. 4 Silv. 6 v. 28
Quod Polycleteis jussum est spirare caminis.
Et 2 Silv. 2 v. 67 *Aut Polycleteo jussum est quod vivere cælo.*

POLYCNĒMON, i, πολύκνημον, herba odorifera, Plinio 26 cap. 14, & Dioscoridi.

PŎLYCRĂTES, is, Πολυκράτης, Samiorum tyrannus fuit, fortunâ opibusque clarus. Cruci affixus est ab Oronte, cum paullo ante filia ejus in somnis visa esset, se cernere patrem in aëre sublimem, a Jove ablui & a sole inungi. Suspensum enim ardores solis ita percoxerunt, ut liquefacta exstillaret e corpore pinguedo, quæ cadaver oblinebat, & cælestes id vicissim pluviæ abluerent. De felicitate & annulo ejus vide Cicer. lib. ult. de Fin. extrem. & Plin. lib. 33 cap. 1. ¶ 2. *Polycrates* alius statuarius, Plin. 34 cap. 8.

PŎLYDĂMAS, antis, Πολυδάμας, Trojanus fuit, Panthoi filius & Hectoris æqualis. Dares Phrygius Trojam Græcis noctu ab hoc proditam fuisse scripsit. Metri caussa prima producitur. vid. Ovid. Met. 12 v. 547. Pers. sat. 1 v. 18. Hinc

¶ Polydămantēus, a, um, adject. Silius 12 v. 212
Polydamanteis juvenis Pedianus in armis.

PŎLYDECTA, & Polydectes, æ, Πολυδέκτης, rex Seriphi insulæ, Ovid. Met. 5 v. 242. ¶ 2. Alius *Polydectes* statuarius, Plin. 36 c. 5.

PŎLYDŌRUS, i, Πολύδωρος, Priami ex Hecuba filius, missus cum magna vi auri ad Polymnestorem Thraciæ regem, a quo tandem Trojâ captâ interfectus est: vide Virg. 3 Æneid. sub initium.

¶ Polydōrēus, a, um, adject. Ovid. 13 Metamorph. v. 629
Et Polydoreo manantem sanguine terram.

PŎLYGĂLA, æ, & Polygălon, i, πολύγαλον, herba, quæ potata lactis ubertatem inducit, creutzblum, Plin. 27 c. 12. Dioscor. 4 c. 142.

Polygamia, polygamus, quære supra in *Gamus.*

POLYGNŌTUS, i, Πολύγνωτος, pictor antiquissimus, de quo Plin. 33 cap. 13, & 34 cap. 8, & 35 c. 6 & 9. Pausanias lib. 10 refert, eum pinxisse Ocnum torquentem spartum, & asinam prope rodentem; quod ænigma est frustra laborantis, qui uxorem habeat prodigam. vid. Erasmi Proverb. *Ocnus torquet Spartum*; & supra *Ocnus.*

POLYGONĂTON, i, πολυγόνατον, herba, quam vulgo *Sigillum Salomonis* vocant, weißwurtz, Plin. 27 cap. 12.

POLYGŌNIUS, a, um, πολυγώνιος, multangulus, vieleckicht; ut, *Polygoniæ turres*, Vitruv. lib. 1 cap. 5, γωνίον enim *angulus* est. vid. Bald. Lex. Vitruv. p. 92.

POLYGONOĪDES, is, πολυγονοειδής, herba folio lauri; unde & *Daphnoides* appellatur, Plin. 24 cap. 15.

POLYGŌNON, i, πολύγονον, herba alia Plin. c. l. quæ & *sanguinaria* & *sanguinalis* dicitur, weggraß oder wegtrit. Id *Polygonon marem* vocant: *Polygonon fœmina*, kannenkraut, Matthiolus.

Polygrammos, vide supra *Gramma.*

POLYGYNÆCĒON, i, πολυγυναικεῖον, mulierum frequentia, ein hauffen frauenzimmer. Athenion pinxisse dicitur Plinio 35 cap. 11.

PŎLYHISTOR, ŏris, ὁ πολυίστωρ, der viel weiß. Suetonius Grammat. cap. 20 *Cornel. Alexandrum propter antiquitatis notitiam Polyhistorem multi vocabant.* Ita & opus suum, ex Plinii Naturali Historia collectum, C. Jul. Solinus inscripsit.

POLYHYDĬON, i, πολυύδιον, centauria major, tausendgüldenkraut, Apulej. de Herb. cap. 34.

Polyhymnia, vide mox *Polymnia.*

POLYMESTOR, ŏris, Πολυμήστωρ, Milesius puer, cum a matre locatus esset ad caprarios pastus, ludicro leporem consecutus est; & ob id statim productus a gregis domino, victor in stadio meruit coronam: Solin. cap. 6.

POLYMĬTUS, a, um, πολύμιτος, multis, versicoloribus etiam liciis contextus, vielfädicht, auch von mancherley farben, a πολὺ & μίτος, *filum.* Sic, *Ars polymita*, i.e. plumaria, Hieronym. epist. 8 ad Demetriadem. Sic *vestem polymitam* pro variâ, vetus Interpres Bibl. dixit Genes. cap. 23 v. 37. vide Salmas. in Histor. August. p. 310.

POLYMNESTOR, ŏris, Πολυμνήστωρ, rex Thracum fuit, tempore belli Trojani; vide paullo ante *Polydorus*, & Ovid. 13 Met. v. 551.

PŎLYMNIA, vel Polymnēia, æ, Πολύμνια, una ex novem Musis poëticis est, sic dicta vel a memoria, μνεία, vel a cantu, ὕμνος. Ovidius 5 Fast. v. 9 & 53 *Polyhymniam*; & Horatius 1 od. 1 v. 33 *Polymneiam* dixerunt. vide *Musæ.*

Polymyxos, vide supra *Myxa.*

POLYNEURON, i, πολύνευρον, herba multas fibras & veluti nervos habens, spitzwegerich, Apulej. de Herb. cap. 1.

PŎLYNĪCES, is, Πολυνίκης, Oedipi filius, frater Eteoclis, qui in bello ad Thebas, mutuis cum fratre vulneribus confligens, periit: vide *Eteocles.* Statius lib. 7 Theb. v. 689
Parcior ad cives Polynicis inhorruit ensis.

POLYŎNYMOS, i, πολυώνυμος, herba perdicalis, Apulej. de Herb. cap. 81.

Polyphăgus, i, ex Sueton. vide supra *Phago.*

POLYPHĒMUS, i, Πολύφημος, Cyclops Homero & Virgilio est, seu potius vir prudens, quem tamen Ulysses calliditate superavit. De hoc Homerus lib. 9 Odyss. & Virg. 3 Æn. v. 641.

POLYPLŪSIUS, i, abunde dives; Sic enim in latinam litteraturam id nominis convertit Plautus in Captivis a. 2 sc. 2 v. 27, & a. 5 sc. 2 v. 20; πολυπλούσιος, ein sehr reicher mann.

POLYPŎDIUM, i, πολυπόδιον, herba nota, engelsüß, baumfaren, Plin. 26 cap. 8. vide *Filicula* in *Filix.*

POLYPTŌTON, i, πολύπτωτον, figura locutionis est, quâ casibus diversis oratio distinguitur, ut Virg. 4 Æn. v. 628
Littora littoribus contraria: fluctibus undas
Imprecor, arma armis pugnent, &c.
Terent. Adelph. a. 3 sc. 4 v. 10 *In te omnis spes sita est, te solum habemus, tu patronus* &c. Vide in dictione *Musa*, Polyptoton elegans, *Musa noster amor* &c. vid. Quintil. 9 cap. 3.

PŎLYPUS, i, & ŏdis, πολύπους, piscis, a pedum sic dictus multitudine, Germanis nobis ignotus est. Ab ejus piscis ingenio colorem suum mutantis, & accommodantis ad id saxum, cui adhærescit, ne facile capiatur, *Polypi*, versipelles proverbio dicuntur, verschlagene und listige leute. vide Plutarchum Quæstion. Natural. p. 916. Sed ab hoc præcepto, quod Theognis commendavit, πολύποδος νόον ἴσχε &c. *Polypi mentem obtine*, adolescentes & animis & auribus sedulo abhorreant. Plautus ad aliam etiam metaphoram transtulit in Aulul. a. 2 sc. 2 v. 21 *Ego istos novi polypos, qui, ubi quid tetigerunt, tenent.* Polypum, si fame laboret, sibi cirros ambedere, tentiunt Alcæus apud Athenæum, Orus Apollo in Hieroglyphicis, Ælianus, alii: Plinius tamen falsam esse hanc de polypo opinionem existimat lib. 9 cap. 29. ¶ 2. Est & *Polypus* narium morbus, ein nasen-geschwär, Celso 6 cap. 8. Meminit & Horat. epod. 12 v. 5, & 1 sat. 3 v. 40. Et hinc

¶ Pŏlўpōsus, a, um, πολυπώδης, narium morbo laborans, der ein nasengeschwär hat, apud Martialem lib. 12 epigr. 37.

POLYRRHIZON, i, πολύρριζον, herba, quam & *Melampodion nigrum* vocant, Plin. 25 cap. 5 & 8, & lib. 26 cap. 12.

POLYSPASTUS, i, πολύσπαστος, eine winde mit vielen rädern, apud Vitruvium 10 c. 5. Baldus Lex. Vitr. p. 138 latine reddit multitrahamachinam, trochleam scilicet, multis orbiculis constantem, quibus pondus quasi in partes conciditur. vid. Casp. Schotti Curs. Mathem. pag. 441.

PŎLYSYNDĔTON, i, πολυσύνδετον, figura dictionis, cum oratio copulis non necessariis abundat, ut,
Grandævumque patrem, fratresque piasque sorores.
Contrarium est *Asyndeton*, de quo suo vide loco.

POLYTRICHON, i, seu *Callitrichon*, Græcis τριχομανές, herba, steinbrech, non *Adiantum*, ἀδίαντον, quod *capillum Veneris* vulgo dicunt, frauen-haar, maurrauten. *Polytrichum* a multitudine capillorum, seu filorum, cujusmodi in radicibus ejus herbæ videntur, nomen accepit, nam τρίχες, *capilli.* vid. Plin. 22 c. 21. Dicitur etiam *Polythrix*, πολύθριξ, Plin. 26 cap. 11, 12 & 14. ¶ 2. Ejusdem etiam nominis gemma, quæ defluvia capillorum facere dicitur, Plin. 37 cap. 11.

PŎLYXĔNA, æ, Πολυξένη, Priami regis filia, a Pyrrho ad Achillis sepulcrum jugulata. Consule historiam belli Trojani, & Ovid. Met. 13 v. 448 & v. 460. Hinc

¶ Polyxēnius, a, um, adject. Catull. carm. 65 v. 368
Alta Polyxenia madefient cæde sepulcra.

PŎLYXO, ûs, mulier ex Lemno, Apollinis vates, quæ, cum Lemni mulieres ob spretam Venerem hircum olerent, & mariti ex Thracia uxores adsciscerent, hortatrix fuit, ut omnem virilem sexum interimerent. vid. Stat. Theb. 5 v. 90 & 327, & Val. Flacc. 2 v. 316.

Polyzonus, vide infra *Zona.*

Pomarius, um, pometum, Pomeridianus, Pomifer, Pomilio, vide *Pomum, Meridies, Pomum, Pumilio.*

POMŒRIUM, i, quasi postmœrium, hoc est, post murum, seu circa murum potius locus, quemadmodum Livius testatur lib. 1 ad Urb. Ubi & *post mœnium* ab aliis dici indicat, der zwinger, die contrescarpe, das retrainchement. Vide Livium lib. 1 cap. 44, qui vel solus sufficit interpretationi: *Aggere*, inquit, *fossis & muro circumdat urbem. Ita pomœrium profert. Pomœrium, verbi vim solam intuentes, postmœrium interpretantur esse. Est autem magis circa murum locus, quem inaugurato consecrabant, ut neque interiore parte ædificia mœnibus continuarentur; & extrinsecus puri aliquid ab humano cultu pateret soli.* Adde Gellium 13 cap. 14, & Rigaltium Notis in Agrimensores p. 79. Quod urbi Romæ *pomœrium* posuerit Romulus, & quomodo semper augeri fuerit solitum, pro fortuna Pop. Rom. prolatisque imperii terminis, docet Tacitus 12 Ann. cap. 23 & 24.

Pomona, pomosus, vide paullo post *Pomum.*

POMPA, æ, πομπή, apparatus cum ostentatione, cujusmodi in triumpho est, aut in sacris, aut funere, ein gepränge, proceßion, pracht; ut, *Pompa lictorum*, Cic. 2 fam. ep. 16; &, *Rhetorum*, Idem 4 Tuscul. c. 21. *Pompa funeris*, Nepos Attico extremo, das leichen-gepränge. *Solennes ducere pompas*, einen aufzug halten, Virg. 3 Georg. v. 22. De magno comitatu eoque apparate instructo est apud Plaut. Curc. a. 1 sc. 1 pr. & Terent. Heaut. a. 4 sc. 4 v. 17, eine grosse suite. Hinc ævi scriptores medii formarunt nomina, verba & adverbia: nam

¶ Pompo, are, ein gepränge machen, est Sedulii post præfationem lib. 1 v. 2 *Grandisonis pompare modis, tragicoque boatu.*

¶ Pompatus, a, um, prächtig; unde Comparat. Tertullian. de Spectacul. cap. 7 *Circensium paullo pompatior suggestus.*

¶ Pompābĭlis, e, idem. Treb. Pollio in Zenobia: *Ducta per triumphum ea specie, ut nihil pompabilius populo R. videretur.*

¶ Pompalĭter, adverb. Idem in Gallien. cap. 8 *Gladiatores pompaliter ornati.*

¶ Pompālĭtas, ātis, pompa, die pracht, Priscianus libello de Versib. Comicis post principium, edit. Putsch. p. 1320.

¶ Pompatĭcus, a, um, aliud adjectivum, prächtig. Apulej. Met. 10 p. 253 *pompatico favore deducor.* Et Tertullianus de Cultu Fœm. lib. 2 c. 9 conqueritur de suorum temporum Christianis fœminis, *ita pompaticas progredi, ut sapientiam non videantur conscu[illegible].* Et Hieronymus procem. in epist. ad Ephes. *pompaticum jactare sermonem.*

¶ Pompōsus, a, um, idem. Sidon. 4 epist. 9 *Pomposus incessus.*

¶ Pompose, adverb. idem. Sidonius lib. 9 epist. 9 *pompose scribere.*

¶ Depompātio, ōnis, die beraubung der pracht, Hieronymus dixit lib. 1 adv. Rufin. cap. 7, quod arguit, & verbo *Depo[illegible]pare* illius ævi homines usos fuisse. Sic

¶ * Expompo, are, dehonestare, schänden, schimpffen. Augustin. Serm. 12 a Sirmondo edit. p. 140 *Quid times? inveniri & damnari? inveniri & expompari?* Grævius.

POMPĒIUS, i, Cn. vel Cne. Pompejus, quem *Magnum* Sylla appellavit, & *virum ad omnia summa natum* Cicer. in Claris Oratoribus c. 68. Imperator fuit multis felicissime confectis bellis & victoriis clarus, unus denique ex præcipuis viris, qui inter ethnicos eo tempore vixerunt. Sed victus tandem pug[na] Pharsalicâ a Cæsare, & in fuga interfectus,

fectus, exemplum se constituit instabilitatis fortunæ, & quod magni viri accersant suis erratis sibi magnas sæpe miserias. Periit autem eo modo duodesexaginta natus annos, ut Plutarchus Vellejusque auctores sunt.

¶ Pompēius, a, um, adjectivum, quatuor syllabarum; ut, *Domus Pompeia*, Ovid. 4 Pont. epist. 5 v. 9.

¶ Pompējānus, a, um, aliud adject. ut, *Triumphi Pompejani*, Lucan. 3 v. 166. Et Augustus Livium *Pompejanum* dixit; id est, Pompeji nimium laudatorem, apud Tacitum Annal. 4 c. 34. Sic, *Pompejanæ partes*, Vellej. 2, 52, 2. Et absolute *Pompejani*, qui a partibus Pompeji steterunt, Vellej. 2, 51, 3.

¶ Pompejopŏlis, is, Ciliciæ urbs, dicta antea *Soloë*, postea *Trajanopolis*, Solino teste cap. 51. ¶ 2. Alia Hispaniæ, nunc *Pompelone*.

POMPHŎLYX, ўgis, πομφόλυξ, cinis metallicus, nascens in summitatibus fornacum. *Nil album*, est officinis, de quo proverbium vulgi est, nichts ist den augen gut, id est, prodest oculis *Pompholyx*: Dioscorid. lib. 5, & Plin. 34 cap. 13.

POMPĬLIUS, i, vide *Numa*. Horat. adjective protulit, *Pompilius sanguis*, in Arte Poëtica v. 292. Et plural. Prudent. Peristeph. 10 v. 402

Inventa regum pro salute publica
Pompiliorum nostra carpunt secula.

POMPĪLUS, i, piscis, alio nomine *Nautilus*, quod navis speciem præ se ferat, Plin. 6 c. 29, & 9 c. 15, & 32 c. 11. Ovid. Halieut. v. 101

Qui semper sequeris spumas, pompile, nitentes.

POMPŌNIUS, i, Atticus, nobilissimus fuit eques Romanus, ingenio excellenti & humanitate summa præditus, dives, & Ciceroni conjunctissimus, post turbatam rempublicam Rom. Athenas secessit, ubi in omnium hominum gratia & admiratione diu vixit, ac propterea, quod Atticam linguam felicissime didicit, *Atticus* cognominatus est. Vitam ejus elegantissime descripsit Cornel. Nepos. ¶ 2. *Pomponius Mela*, vide supra *Mela*.

¶ Pompōnia, æ, mater Scipionis, a Jove in anguem mutato compressa. Sil. 13 v. 615 *Adstabat fœcunda Jovis Pomponia furto.*

¶ Pomponiānus, a, um, adject. ut, *Pira Pomponiana*, quod ea primus inseruerit Pomponius, Plin. 15 cap. 15. ¶ 2. Est & *Pomponiana*, insula una ex Stœchadibus, Plin. 3 cap. 5.

Pomposus, Pomptina palus, vide *Pompa*, *Pontina*.

PŌMUS, i, fœm. arbor pomifera, ein obst-baum, Plin. lib. 17 cap. 1. Et Tibullus lib. 2 eleg. 1 v. 43 *consita pomus*.

¶ Pōmārius, a, um, adjectivum, zum obst gehörig; ut, *Pomarium seminarium*, Cato de Re Rustica cap. 48.

¶ Pomarius, i, subst. qui poma vendit, ein obst-krämer, obst-händler. Vet. Gloss. *Pomarius*, ὀπωροπώλης. Legitur & in Vetustis Inscript. Gruter. p. 651 n. 11, & apud Horat. 2 sat. 3 v. 227.

¶ Pōmārium, i, ein obst- oder baum-garten. Columell. lib. 1 cap. 6 extr. *Pomaria & hortos oportet septo circumdari*. Ovid. Met. 4 v. 646 *Pomaria claudere*: adde Heroid. epist. 4 v. 29. Propert. 3 eleg. 1 v. 51. Varr. R. R. 1 c. 23. Cic. Cat. Maj. c. 15, & Tac. Germ. c. 26. ¶ 2. Locum, in quo poma reponuntur, *pomarium* quoque dixit Plinius lib. 15 cap. 16, ein obst-keller.

¶ Pomētum, i, idem. Pallad. R. R. 1 tit. 36 *Longe ab hortis, vineis, atque pometis*. Et Tertull. de Pallio cap. 2 *Amœnum Alcinoi pometum*.

¶ Pōmum, i, ein stück obst, ein apffel, &c. Nomen generale omnium est fructuum, qui ex arboribus esui apti sunt, adeo, ut omne nucum genus eâ appellatione contineatur, secundum Paulum JCtum Lege 105 Dig. de Verb. Signific. Atque hinc Plinius etiam nuces appellavit *poma* lib. 15 cap. 22; & *mora*, ibid. cap. 24. Itemque Palladius de insitione. Aliter Cascellius JCtus: Nam lapidatus a populo Vatinius cum gladiatorium munus ederet, obtinuerat, ut ædiles edicerent, NE QUIS IN HARENAM NISI POMUM MISISSE VELLET: forte iis diebus Cascellius consultus a quodam, AN NUX PINEA POMUM ESSET? respondit, SI IN VATINIUM MISSURUS ES, POMUM EST, ut Macrobius refert lib. 2 Saturnal. cap. 6. Nimirum statuit Cascellius, pomorum nomine non nisi eos fructus contineri, qui molliore corio tegantur: quæ & Servii mens est in eclogam 2 Virgilii ita scribentis: NUCES *generaliter dicuntur omnia tecta corio duriore: ut* avellanæ, amygdalum, juglandes, castaneæ: *sicut contra dicuntur* POMA, *omnia molliora*. Sed quod de POMIS Servius; alii ad MALA referunt: POMORUM enim nomen generaliter accipiunt. vide Macrob. lib. 2 Saturnal. cap. 15. De piris Augustin. dixit lib 2 Confess. cap. 4 *Erat pirus in vicinia, pomis onusta*, &c. *Poma vieta*, welcke, schrumpfflichte äpffel, Varro lib. 1 de Re Rustica cap. 59.

¶ Pōmŭlum, i, diminutiv. ein äpffelein. Paulinus Petrocor. lib. 5 v. 452 *mitia pomula*.

¶ Pomōna, æ, Dea pomorum, Varroni & Festo; Ovidius inter Hamadryadas ponit lib. 14 Met. fab. 14 v. 623. * *Pomona* proprie est pomorum proventus, ut *annona* unius anni fœtus. Solinus Polyhist. c. 22 *pomona copiosa est*. Postea ex Annona & Pomona Deas finxerunt. Hinc Inscriptio vetus: DIVAE ANNONAE. *Grævius*. conf. Elmenhorst. in Arnob. p. 121.

¶ Pōmōsus, a, um, quod plenum pomis, voll obst. Tibullus lib. 1 eleg. 1

Pomosisque ruber custos donatur in hortis.

Propertius lib. 4 eleg. 2 v. 17

Insitor hic solvit pomosâ vota coronâ.

¶ Pōmĭfer, a, um, obst-reich. Horat. 3 oda 23 v. 8 *Pomifer annus*. Et lib. 4 oda 7 v. 11 *Pomifer autumnus*.

¶ Pomĭfero, are, obst bringen. Gloss. lat. gr. *Pomiferat*, ὀπωροτροφεῖ.

Ponderare cum derivatis, vide mox in *Pondus*.

PONDO, indeclinab. nominativi, genitivi & accusativi, casuum, ac fere pluralium. Significat autem idem quod *libra*, ein pfund, oder pfunds-gewicht; ut, *Mille pondo*: *Bis mille pondo*: *Decem pondo auri*, Cic. Paradox. 3 cap. 1. Et, *Torques aureus centum pondo*, Quintil. lib. 6 cap. 3 p. 483. Et, *Auri quinque pondo abstulit*, Cicer. pro Cluent. c. 64. *Quot pondo te censes esse nudum*, Plaut. Asin a. 2 sc. 2 v. 33. ¶ Livius pro pondere extulit addito vocabulo *libra*; ut, *Corona aurea libræ pondo*, lib. 4 cap. 20.

¶ Æquĭpondium, i, æqualitas ponderis, die gleichheit des gewichts. Vitruvio lib. 10 cap. 8 appendiculum est, quod per scapum vagatur, & vicem moventis obtinet, & æquat pondera, das gewicht an der schnell-wage von gleicher schwere: *Æquipondium*, inquit, *in alteram partem scapi per puncta vagando, quo longius aut etiam ad extremum perducitur paullo, etiam pari pondere amplissimam pensionem parem perficit.*

¶ Centupondium, i, i. e. pondo centum librarum, hundert pfund; ut, *centupondium æquum*, gerade 100 pfund, Plaut. Asin. a. 2 sc. 2 v. 37.

¶ Dupondius, i, seu Dupondium, & Dipondium, i, pretium seu pecuniola erat duorum assium, zwey pfund, bey sechs Meißnische pfennige. Varro 4 de L. L. circa fin. DUPONDIUS *a duobus ponderibus, quod unum pondus* ASSIPONDIUM *dicebatur; id ideo, quod* AS *erat libræ pondus*. Vetus Scholiastes Persii ad sat. 2 v. 59 *Fuit autem assis* LIBRALIS, *&* DUPONDIUS, *quod hodie in usu remansit, & solebat pensari potius quam numerari*, &c. Seneca epist. 18 *Tunc mihi crede exsultabis, dupondio satur, & intelliges, ad saturitatem non opus esse fortunâ.* DUPONDIO SATUR, i. e. vili cibo & parvo, duobus assibus scilicet parando. Cum ait, *fortuna ad saturitatem non opus esse*, significat, divitiis, hoc est, maximo impendio opus non esse, ut fiat satur.

¶ Dipondiārius, vel Dupondiarius, a, um, adject. zweypfündig; ut, *Orbiculus dipondiarius*, Columell. lib. 4 cap. 30. conf. Plin. 34 cap. 2.

¶ Superpondium, i, ὑπέρμετρον, der ausschlag, übermaß. Apulejus lib. 7 Met. p. 196 *Ipse quoque insuper humeros meos insiliens, residebat; exiguum scilicet, & illud tantæ molis superpondium.*

PONDUS, ĕris, gravitas, eine schwere, ein gewicht, eine grosse summa; ut, *In terram feruntur omnia nutu suo pondera*, alles was schwer ist, hat seinen hang auf die erden, Cicer. in Somn. Scip. cap. 4. Et, *Grande pondus argenti*, Idem pro Cæcin. cap. 4. Et, *Magnum optimi argenti pondus*, Idem 2 Philipp. cap. 27. De ponderibus veterum, eorumque nominibus Fannius scripsit, poëta vetus, hexametris heroicis, & alius vetus scriptor prosâ inter grammaticos auctores Rigaltii p. 322. ¶ 2. Tralate pro onere sumitur, die last; ut, *Pondus conscientiæ grave*, Cicer. 3 Nat. D. cap. 35. ¶ 3. Etiam auctoritatem significat, der nachdruck; ut, *Pondus testimonii*, Cicer. Topic. cap. 19; *verborum*, Idem 2 de Orat. cap. 17. Et, *Habere pondus apud aliquem*, bey einem etwas gelten, nachdrücklich seyn, ein ansehen haben: *Tuæ litteræ maximi sunt apud me ponderis*, Idem Cic. lib. 2 fam. epist. 19. *Eodem esse apud aliquem pondere*, Idem ad Atticum lib. 10 epist. 1, so viel als ein ander bey einem gelten. Sic, *nugis addere pondus*, id est, auctoritatem & vim, Horatius dixit lib. 1 epist. 18. ¶ 4. Aliquando & pro gravitate morum ponitur. Nemesianus eclog. 1 v. 5

plenum tibi ponderis æqui
Pectus erat

Pondus æquum, gravitatem dixit, quæ non excederet modum, & in rigorem abiret. Horat. lib. 1 epist. 6 v. 51

cogat trans pondera dextram
Porrigere.

Trans pondera, i. e. præter decorem & honestatem. *Pondera animorum*, i. e mentis gravitas, quæ est constantia in honestate servanda decoroque, unde auctoritas nascitur. Pro gravitate judicii *mentis pondera*, Lucanus dixit lib. 8 v. 280

Curarum arcana mearum
Expromam, mentisque meæ quo pondera vergant.

¶ Pondusculum, i, diminutivum, etwas schweres. Plin. lib. 14 cap. 16 *Inter flores ex rosæ foliis tusis in linteolo in mustum collatis, cum ponduseulo, ut sidat.* Et Solinus de gruibus cap. 15 *Vigiles pondu scula digitis amplectuntur.*

¶ Pondĕrĭtas, ātis, die wichtigkeit. Accius apud Nonium cap. 2 n. 671 *Ponderitas gravitasque hominis.*

¶ Pondĕrōsus, a, um, wichtig, schwer; ut, *Pyritarum ponderosissimi*, Plin. 36 cap. 19. *Spica ponderosior*, Idem lib. 18 c. 10; &, *Ponderosissimum semen*, Idem lib. 12 cap. 25. Et, *Caput ponderosius*, Val. Maximus lib. 9 cap. 4. *Ponderosissima vis*, Idem lib. 3 cap. 2 pr. Et, *Epistola ponderosa*, pro longa & multa continente, Cicer. ad Attic. lib. 2 epist. 11.

¶ Pondĕro, avi, atum, are, wägen. Plaut. Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 156 *Pugnos ponderas*, er wiegt die fäuste. ¶ 2. Considerare, erwegen, ermessen; ut, *Æstimare & ponderare unamquamque rem*, Cicer. pro Fontej. c. 6. *Ponderare caussas*, Idem pro Cæcin. c. 21. Et, *Consilia eventu ponderare*, pro Rabir. posth. c. 1, die anschläge gegen den ausgang halten. *Verborum delectum aurium quodam judicio ponderare*, Idem Cic. de Orat. lib. 3 c. 37.

¶ Ponderatus, a, um, abgewogen, erwogen, wichtig. Comparat. Sidon. 8 epist. 6 *Sententia affectu ponderatiore prolata.*

¶ Pondĕrātio, ōnis, die abwägung, erwegung. Vitruv. lib. 10 cap. 8 *In statera æquipondium cum examine progreditur ad fines ponderationum.* Et Th. Priscian. 1 c. 13 *Æqua ponderatione confici.*

¶ Ponderatūra, æ, idem. Gloss gr. lat. σταθμός, *ponderatura*.

¶ Ponderator, ōris, ein wagmeister. Gloss. lat. gr. *Ponderator*, σταθμιστής, ἡ ζυγοστάτης.

¶ Ponderābilis, e, quod ponderari potest, was man wägen kan; ut, *corpora numerabilia, ponderabilia & mensurabilia*, Claud. Mamert. 2 cap. 4.

¶ Compondĕro, are, abwägen. Apulejus in Trismegisto p. 89 *pari lance componderans.*

¶ Præpondĕro, are, pondere superare, überwägen, schwerer seyn. Seneca 3 Quæst. Nat. c. 10 *Natura partes suas velut in ponderibus constitutas examinat, ne, portionum æquitate turbata, mundus præponderet.* Et Statius 8 Thebaid. v. 615 eleganter alludit:

Nutat utroque timor, quemnam hoc certamine victum,
Quem vicisse velint: tacite præponderat exul.

¶ 2. *Præponderari*, est pluris esse, pluris æstimari, höher geachtet werden, vorgezogen werden; ut, *Commoda præponderari honestate debent*, Cic. 3 Offic. cap. 4.

¶ Repondĕro, are, wieder zuwägen, vergelten. Sidon. 1 epist. 4 *Reminiscaris*,

niscaris, velle me tibi studii hujusce vicissitudinem reponderare. Idem 5 epist. 1 *Reponderatur tibi ex hoc consummatissima gloria.* conf. 9 epist. 11. Et Claud. Mamert. 3 cap. 15 *Pro falsitate veritatem alicui reponderare.*

PŌNĔ, adverbium est, significatque *post, retro, a tergo*, hinterrücks, rückwerts, zurück: ei contrarium, *ante*. Cicero in Timæo cap. 13 *Ita totum animal movebatur illud quidem, sed immoderate, & fortuito, ut sex motibus veheretur; nam & ante, & pone, ad lævam & ad dextram, & sursum & deorsum, modo huc, modo illuc.* Virgil. 2 Æneid. v. 725 *Pone subit conjux*, &c. Vbi Servius: *Pone, post: sed loco tantum, non & tempori apponitur*, &c. Idem Æn. 10 v. 226 *Pone sequens*, hinten her. ¶ 2. Aliquando etiam est præpositio, nach, hinter. Livius lib. 40 cap. 30 *Pone castra utrique pabulatum & lignatum ibant.* Plaut. Pœn. a. 3 sc. 2 v. 34 *Pone nos recede*; & v. 35 *Pone sese locure.* Tacit. Hist. 3, 85, 4 *Vinctæ pone tergum manus.*

PŌNO, pŏsui, pŏsĭtum, pōnĕre, collocare, constituere, setzen, legen, stellen, cum aliis aliquot significationibus est in diversis formulis; ut, *Beneficium apud aliquem bene ponere*, Cic. 13 fam. epist. 26, id est, collocare, seine wohlthat wohl anwenden. *Ponere castra in plano ad murum*, est, castra metari, Livius 5 cap. 28. *Ponere fundamenta*, Cic. in Pison. c. 4. *Curam in re aliqua ponere*, Idem 1 de Divin. c. 42. Et, *Diem totum in consideranda re aliqua ponere*, Idem de Clar. Orat. c. 22. Et, *In gratia aliquem apud alterum ponere*, ad Att. 5 epist. 11, einem gunst und freundschafft machen. *Ponere insidias contra aliquem*, Cicero Agrar. 2 c. 18. *Ponere in lucro*, Idem pro Flacco c. 17, für gewinn rechnen. Et, *Spem ponere in quo*, 7 Verrin. cap. 16. *Summum bonum in virtute ponere*, Idem de Amic. c. 6. Et, *Ponere statuam alicui*, pro Domo cap. 30, zu ehren aufrichten. *Ponere de manibus*, est, deponere, Cic. ad Quint. frat. 1 epist. 1 cap. 8, aus den händen lassen. *Ponere curam*, Livius lib. 1 cap. 19; &, *feroces animos*, Idem lib. 8 c. 1, hinlegen, fahren lassen. *Ponere vitia*, Senec. epist. 11, ablegen. *Pone, eum esse victum*, Terent. Phorm. a. 4 sc. 3 v. 25, gesetzt, laß seyn, daß er verlohren habe. Simili elegantia: *Sed fac, te dedisse mihi*, Cicero Philipp. 2 cap. 24. Et, *finge, justum intulisse te bellum*, Curt. 4, 10, 29, & qui similes modi sunt. Sic Quintil. Declam. 273 *Fingamus, alium creditorem fuisse* &c. *Ponamus nunc debitorem sine sponsore.* Et Cic. in Orat. cap. 4 *Positum sit igitur inprimis, sine philosophia non posse effici eloquentem*, es sey so, man setze dieses voraus. conf. Borrich. Vind. p. 179. Sed, *In te positum est*, es stehet bey dir, Cicero Planco sub lib. 16 ad Attic. epist. 16, secundâ. Item Cornel. Nepos præfat. n. 5 *Quæ omnia apud nos partim infamia, partim humilia atque ab honestate remota ponuntur*, i. e. habentur, existimantur. Idem Alcibiade cap. 3 n. 5 *Neque ei par quisquam in civitate poneretur.* Et ita aliis locis pluribus. Sic, *Ponere tripodem*, apud Nepotem Pausan. c. 1 est, inter solennia, doni caussâ dedicare. ¶ 2. *Ponere* etiam est fingere, facere, Græcorum more, machen, ordnen. Horat. 4 Carm. ode 8 v. 7

Hic saxo, liquidis ille coloribus,
Solers nunc hominem ponere, nunc Deum.

Virgilius eclog. 3 v. 46 *Orpheaque in medio posuit.* Cum statuæ ac signa absoluta essent, *poni*, i. e. collocari in certo loco & dedicari solebant. Vnde in operum istiusmodi titulis passim legitur: POSVIT: DEDICAVIT. Itaque cum pro *facere* ponitur: consequens pro antecedente ponitur. Tacitus 5 Histor. cap. 5 extr. *Quippe Liber festos lætosque ritus posuit*: i. e. instituit, sancivit, ordinavit. ¶ 3. Est & Philosophorum ac disputantium verbum, qui *Ponere* dicuntur, cum quæstiones proponunt, de quibus disserendum est. Cicer. 1 Tuscul. cap. 4 *Ponere jubebant, de quo quis audire vellet.* Senec. Suasor. 6 extr. *Solent enim Scholastici declamatores ponere*: AN PROMITTENTES SALVTEM ANTONIO ORATIONES SVAS (Cicero) COMBVRAT. Et plene, *quæstionem ponere*, Idem Cicero alibi dixit. Phædrus lib. 3 fab. 15 *Ille se torquet diu,*
Nec quæstionis positæ caussam intelligit.

Hinc *Propositum* idem quod θέσις, de quo infra. ¶ 4. Est & militare verbum, de præsidiis custodiisque certis in locis collocandis usurpari solitum. Cæsar 3 de Bello Civ. cap. 34 *Cæsar, Antonii exercitu conjuncto, deducta Orico legione, quam tuendæ oræ maritimæ posuerat, tentandas sibi provincias existimabat.* Idem eodem lib. c. 40 *Alteram navem, quæ erat ad custodiam ab Acilio posita, pluribus aggressus navibus* &c. Et rursus cap. 62 *Ad eas munitiones Cæsar Lentulum Marcellinum quæstorem cum legione X positum habebat.* ¶ 5. Est & hortense verbum. Nam quæ non seminibus, sed radicibus ac plantis deferuntur, *poni* appellamus. Atque nos quoque setzen vocamus. Columella de Horto v. 122

Atque oleris pulli radix lacrymosaque cepe Ponitur.

Idem lib. 11 cap. 2 *Syriacæ radicis & rapæ, napique semina obrues: nam allii & ulpici ultima est hujus temporis positio.* Idem & verbo *deponere* ita usus est. Qui tamen iis ipsis de seminibus usus est: ut, *Post Kalend. Januarias confestim recte ponetur lepadium: Mense autem Februario vel planta, vel semine, ruta.* ¶ 6. *Posivi* pro *posui*, Priscian. lib. 10 notat ex Plauti Vidul. in Fragm. v. 11 *Nunc ut apud sequestrum vidulum posivimus.*

¶ Pŏsĭtus, a, um, gesetzt, gelegt, gestellt; ut, *Posita ad fores arbor*, Plin. 16 cap. 10. *Seminibus positis*, Virg. 2 Georg. v. 354. *Positus extra omnem ingenii aleam Cicero*, Plin. præf. lib. 3. *Roma in montibus posita*, i. e. sita, gelegen, Cic. in Rull. 2 cap. 35. Et, *Delos in Ægæo mari posita*, pro Lege Manil. cap. 18. *Custos frumento publico positus*, Idem pro Flacco cap. 19. *Juvenis super armamentarium positus*, i. e. præfectus ejus, Curt. 6, 7, 22. *In illo fortunæ gradu positum venerari*, Idem 6, 10, 25. *Suppliciter posito procumbere genu*, einen fußfall thun, Ovid. Fast. 2 v. 438. *Hoc autem posito atque concesso, esse quamdam vim divinam*, Cic. 1 Divin. cap. 52. *Hoc uno posito, quod est ad cognitionem disciplinæ satis*, Idem 2 de Leg. cap. 19. conf. Cellar. Cur. poster. p. 415, & Borrich. Vind. p. 181.

¶ Pŏsĭtus, ûs, subst. idem quod positio, die stellung, die lage, der satz; ut, *Positus siderum*, Tacit. 6 Ann. c. 21, die gestalt des himmels und des gestirns. Idem 4 Ann. cap. 5 *positu regionis*, nach der lage des orts. Sed, *Positus capillorum*, ornatus est. Ovid. de Medicam. fac. v. 19

Vultis odoratos positu variare capillos.

¶ Pŏsĭtio, ōnis, idem de situ loci; ut, *Positio campestris*, Columella præfatione p. 8, eine ebene gegend, ohne berg und wälder. *Positio cæli*, Idem 1 cap. 6. Sic, *Loci positio*, Trajanus Plinio epist. 59. *Vrbis positio*, alii *possessio*, Cic. pro Flacco cap. 26. ¶ 2. Hortense verbum fit, sicut *ponere*. Columella lib. 4 cap. 1 *Præcipua commoda humilis positionis sunt, quod celeriter adolescant semina.* Et ibidem, *arbustiva positio.* ¶ 3. Ad rhetores quandoque pertinet; ut, *positio dictionis*, die setzung, der gebrauch des worts, Quintil. 1 c. 5. Sic, *positio fœminina, neutralis*, Idem 1 cap. 4. *Vitia positionum*, Idem 2 cap. 10. ¶ 4. Quid *Positio* in prosodia sit, etiam pueris notissimum est.

¶ Pŏsĭtūra, æ, idem; ut, *Positura stellarum*, Gell. lib. 14 cap. 1. *Positura ligni*, Idem lib. 5 cap. 3 de Protagoræ studiorum initiis disserens. *Positurâ discrepitant res*, Lucretius lib. 2 v. 1017, id est, dispositione.

¶ Positīvus, a, um, gestifftet, fest gestellt. Gellius lib. 10 in summa capitis 4 *P. Nigidius argutissime docuit, nomina non positiva esse sed naturalia.* Sic, *lex positiva*, apud philosophos, naturali superaddita. *Gradus positivus*, apud Grammaticos. vid. Isidor. 1 cap. 6.

¶ Pŏsĭtor, ōris, ein stiffter, urheber; ut, *Templorum positor*, Ovid. 2 Fast. v. 63. Et de urbis conditore lib. 9 Metamorph. v. 448

Mœnia constituis, positoris habentia nomen.

Composita:

¶ Antepōno, ĕre, præferre, fürziehen, höher achten; ut, *Amicitiam omnibus rebus humanis anteponere*, Cicer. in Lælio cap. 5. Et, *Alterius vitam anteponere suæ*, pro Marcello cap. 7. Elegans etiam tmesis est. Sallustius Jugurth. cap. 15 *ne verba inimici ante facta sua ponerent.* ¶ 2. Item, vorsetzen. Plaut. Menæch. a. 2 sc. 2 v. 2 *Bonum anteponam prandium pransoribus*, gute bißgen vorsetzen.

¶ Appōno, ĕre, nahe bey- oder zusetzen, beyfügen. Terent. in Andr. a. 4 sc. 3 v. 10 *Ante nostram januam appone.* Sed, *Apponere mensam*, den tisch zurichten und auftragen: vide *Appositus.* Et, *Apponere lucro*: Horat. lib. 1 od. 9 v. 13 *Quid sit futurum cras, fuge quærere, &*
Quem sors dierum cunque dabit, lucro
Appone.

Idem 2 od. 5 v. 15 *Illi apponet annos.* Et *Apponere*, aliquando de onere dicitur, quod recreationis caussa paulisper deponimus, mox resumturi. Plautus Pœnulo a. 4 sc. 2 v. 35

SY. *At onus urget.* MI. *at tu appone & respice ad me.*

Terent. Heaut. a. 1 sc. 1 v. 36 *At istos rastros interea tamen appone.* Ita enim in plerisque Manuscriptis legitur, Faerno & Fabricio testibus.

¶ Appŏsĭtus, a, um, aufgetragen, aufgesetzt. Cic. 14 ad Attic. epist. 21 *Hæc ad te scripsi apposita mensâ secunda.* Horat. 2 sat. 8 v. 17 *Vina apposita.* ¶ 2. Significat accommodatum, aptum, geschickt, gelegen, bequem; ut, *Appositum tempus ad aliquid agendum*, bequeme zeit. Cic. 3 Verrina cap. 11 *Menses mihi tres eripuistis ad agendum maxime appositos.* Idem 6 Verr. cap. 57 *Operarius appositior ad deferenda, quam ad auferenda signa.* Varro lib. 2 de Re Rust. cap. 10 *Non omnis apta natio ad pecuariam: Galli appositissimi, maxime ad jumenta.* Idem lib. 3 cap. 9 *Gallinæ ad partum appositissimæ*, gute brüt-hüner, glucken. ¶ *Appositus* etiam est *adjacens*, darzugesetzt, beygefügt. Tacitus lib. 2 Ann. cap. 7 *Appositum Luppiæ castellum.* Et Curtius lib. 4 cap. 1 n. 26 *apposita urbi regio.* Adde lib. 10 c. 10 n. 4.

¶ Apposite, adverb. commode, apte, convenienter, füglich, bequemlich; ut, *Dicere apposite ad persuasionem*, Cic. lib. 1 de Invent. c. 5.

¶ Appositus, ûs, subst. appositio, die beyfügung, der zusatz. Plin. lib. 23 extremo: *Prodest apposita, fotu, illitu.* Et lib. 24 cap. 5 *apposita vel suffitu.*

¶ Appŏsĭtio, ōnis, idem; ut, *Sine appositione exemplorum de obscuris disputare*, ohne anzeigung oder darstellung der exempel, &c. Cic. Paradox. 1 cap. 3. ¶ 2. *Appositio*, figura Syntaxeos, quæ & *Epexegesis* dicitur: vide *Epexegesis.*

¶ Perappŏsĭtus, a, um, wohlgeschickt, beykommend. Cicer. de Oratore lib. 2 cap. 57 extr. *subabsurda, ridicula, non solum mimis perapposita, sed etiam quodammodo notis.*

¶ Circumpōno, ĕre, umher setzen, herum legen. Horatius 2 sat. 4 v. 74

piper album cum sale nigro
Incretum, puris circumposuisse catillis.

¶ Circumpŏsĭtus, a, um, herum gelegt. Celsus 8 cap. 10 *Ferulæ fissæ circumpositæque ossa in sua sede contineant.*

¶ Circumpositio, ōnis, die herumlegung. Augustinus epist. 199 *auri circumpositio.*

¶ Compōno, ĕre, zusammen legen, aneinander fügen. Terent. in Hecyr. a. 4 sc. 3 v. 5 *Compone, quæ simul tecum ferantur*, suche und schicke zusammen, &c. *Componere ligna*, id est, ante in fasciculum sive acervum colligere, apud Gellium lib. 5 cap. 3. *Templa fratribus Deis fratres de gente Deorum composuere*, Ovid. Fast. 1 v. 707, id est, Castori & Polluci Tiberius & Drusus ex gente Julii & Augusti templa condiderunt, sie haben ihnen tempel gebauet und aufgerichtet. *Componere capillos*, das haar schlichten: vide mox *Compositus.* ¶ 2. Sane *componere*, est cum cura ponere, construere, ornare, ita, ut ordo, decor, concinnitas custodiatur: nec aliquid sit, quod horreat, atque offendat. Vnde Seneca epist. 89 *Prima* (moralis Philosophia) *componit animum.* Cato præfat. Distich. *Quo pacto morem animi tui componas*, id est, bene ordines atque ad honestatis & rectæ rationis legem disponas. Cic. pro Dejotaro cap. 6 *Locus erat quidam, in quo erant composita omnia, quibus te rex munerare constituerat*, da alles ordentlich bey einander gesetzt und gestellet war: vide & infra in *Composite.* ¶ 3. Sed, *componere controversias, lites, bellum*, est pactis conventis finire: Istud habes apud Cæsarem 3 B. Civ. cap. 109: illud apud Virg. eclog. 3 v. 108; hoc apud historicos passim, & Asin. Pollionem 10 fam. epist. 33. Sed & *provinciæ componi* dicuntur, quando pacantur: Tacitus 4 Histor. cap. 3 *Lucilius Bassus cum expedito equite ad componendam Campaniam mittitur.* Sic, *Cum bona gratia aliquid inter aliquos componere*, Terent. Phorm. a. 4 sc. 3 v. 16, etwas in

güte vertragen und beylegen. *Componere historiam, poëma, carmen, commentarium, formas judiciorum*, &c. est scribere, **schreiben, stellen:** Atque ita Vellejus lib. 1 cap. 3 n. 2 *componere tempora Iliaca*: & cap. 5 n. 3 *componere bellum Troicum*, pro *scribere* dixit, **beschreiben.** ¶ 4. *Componi gladiatores* dicuntur, cum ordinantur in paria, quæ inter se pugnent: vide *Compositio*, & *Compositus*. Ita usus est & Lucan. lib. 3 v. 195 *Cum ventis pelagique furentibus undis Composuit mortale genus*, i. e. commisit inter se. Similiter Tacitus 1 Histor. c. 97 *Classiarios in numeros legionis componere*, id est, disponere, distribuere, describere dixit. ¶ 5. *Componi* etiam dicuntur, index sive delator, & reus, cum simul ambo introducuntur, ut arguant argumentum, **wenn sie confrontirt werden**, ut solemus loqui. Tacitus 15 Annal. cap. 51 *Accita quippe Epicharis & cum indice composita, nullis testibus innixum facile confutavit.* ¶ 6. Sed & mortui *componi* dicuntur post ossilegium, cum cineres eorum & ossa conduntur urnis & speliuntur, **begraben, beygesetzt werden.** Tibullus lib. 3 eleg. 2 v. 26

Sic ego componi versus in ossa velim.

Propertius lib. 2 eleg. 24 v. 35

Tu mea compones, & dices: ossa, Properti,
Hæc tua sunt.

Tacitus 1 Histor. cap. 47 *Pisonem Verania uxor & frater Scribonianus; T. Vinium Crispina filia composuere.* ¶ 7. *Componere* & comparare est, **vergleichen, gegeneinander halten:** namque in juxta positis rebus apparet facile, ecquid conveniat aut distet. Virgil. eclog. 1 v. 23 *Sic parvis componere magna solebam.*

Ausonius Eclogarii principio:

Divinis humana licet componere.

Sic, *dicta cum factis componere*, Sallustius Jugurth. cap. 48. *Caussam suam cum adversarii caussa componere*, Quintilianus dixit lib. 7 cap. 2 p. 520.

¶ Compŏsĭtus, a, um, **zusammen gesetzt, zusammen gestellt.** De gladiatoribus Horat. 1 satyr. 7 v. 19 *Par pugnat uti non*
Compositus melius cum Bitho Bacchius.

Seneca de Providentia cap. 2 *Ecce par Deo dignum: vir fortis cum mala fortuna compositus.* Justinianus Prooem. Institut. *Compositas leges* dixit, i. e. collectas & in unum volumen redactas. Vellej. 2, 76, 3 *Pax circa Brundisium composita*, i. e. conciliata, **gestifftet.** Et Horat. 4 od. 14 v. 52 *Arma composita* dixit, i. e. finita, **beygelegt.** Idem 2 epist. 1 v. 77 *Poëma crasse compositum illepideve*, **das nicht wohl eingerichtet.** ¶ 2. *Compositus* est elegans, aptus, **wohlgefast, wohlgestellt:** ut, *Compositissimæ litteræ*, Cicer. ad Attic. lib. 6 epist. 9. Tacitus Agricolâ cap. 4 *Locus græca comitate & provinciali parsimonia mistus ac bene compositus*, id est, temperatus. Livius lib. 28 cap. 22 *Acrior impetu atque animis, quam compositior ordine ullo, pugna fuit.* Sane Terentius *compositum* cum *mundo* & *eleganti* conjungit Eunuch. a. 5 sc. 3 v. 13. Cicer. pro Rosc. Amer. cap. 46 *Ipse composito & delibuto capillo per forum volitat*, i. e. ornato & eleganter instructo. ¶ 3. *Composita mens*, bene ordinata, sedataque cohibitis affectibus. Seneca epist. 2 *Primum argumentum compositæ mentis existima, posse consistere & secum morari:* SECVM MORARI, id est, non in plura diversaque vota & cupiditates earum rerum, quæ extra nos positæ sunt, distrahi. Vestricius Spurinna ode 1

Soli qui sapientiæ,
Post florem lepidum, nec stabilem gradum
Ætatis, senium dicat
Mentis compositæ: qualis ab arduis
Ad se versa laboribus.
Quos non dat patriæ; seposuit sibi
Annos, orsa lucro gravi.

Vbi *composita mens* dicitur, quæ consistit & secum moratur, ut Seneca interpretatur, quod satis evincunt, quæ subjicit statim idem Seneca Consolat. ad Helviam cap. 16 *Qui rationi cessit, in perpetuum componitur.* Sic, *composita ætas*, est matura & quieta, Tacit. Annal. 12, 32, 1. ¶ 4. *Compositus* est quoque fictus, falsus, **verstellt, abgerichtet;** ut, *Falsi ac festinantes vultuque composito*, Tacit. Ann. 1, 7, 1. *Compositus ad mæstitiam*, Idem 13, 20, 2, i. e. mæstitiam præ se ferens. Et Ausonius epist. 24 v. 7 *compositis credula caussis Suspicio*, id est, vanis, confictis, ac falsis. ¶ 5. Denique *Compositus* est condictus, constitutus, **bestimmt, bestellt, abgeredt;** ut, *Composita hora*, i. e. destinata, Horat. 1 od. 9 v. 20. *Compositi auctores seditionis*, Tacit. Hist. 4, 14, 3. Sic & absolute *Composito*, & *ex composito*, & *de composito*, de industria, **mit fürsatz, mit fleiß;** ut, *Composito factum est*, Terent. Phorm. a. 5 sc. 1 v. 29. Et Virgil. 2 Æneid. v. 159

Composito rumpit vocem, & sic ore profatur.

Nepos Datame cap. 6 n. 6 *In opinionem adducuntur, perfugas mala fide compositoque fecisse*, **es sey ein abgelegter karn.** Et, *de composito*, Apulej. Apologia. Et, *ex composito*, Livius lib. 1 c. 9, & Tacit. Histor. 4, 66, 3. ¶ 6. *Compostus* pro *compositus*, metri caussa. Et de sepulto quidem Virgil. Æneid. 1 v. 253

Nunc placida compostus pace quiescit.

¶ Compŏsĭte, adverb. apte, eleganter, **zierlich, artlich, ordentlich.** Cic. in Oratore cap. ult. *Composite & apte dicere.* Gellius lib. 1 cap. 5 *composite indutus.* Tacitus Ann. 15, 3, 1 *Compositius cuncta, quam festinantius agere.*

¶ Compŏsĭtio, ōnis, **die zusammenfügung:** ut, *Compositio membrorum*, Cic. 1 Nat. D. cap. 18. *Compositio verborum*, Idem 2 de Orat. cap. 14. Sed, *pacis, concordiæ, compositionis auctor esse non destiti*, Cicer. 2 Philipp. cap. 10, ubi idem est ac conventio, **der vergleich, vertrag, accord.** Sic, *De compositione agere*, Cæs. B. C. 1 cap. 26, **in tractaten stehen, accordiren.** ¶ 2. In usu medicinali idem est ac præparatio vel mixtura, **die vermischung, zubereitung.** Cicer. de N. D. 2 cap. 58 *Compositiones unguentorum.* Senec. 4 Benef. cap. 28 *Compositiones remediorum salutarium.* Plura exempla ex Celso, Plinio & Columella vide in Borrich. Vind. p. 29.

¶ Compositūra, æ, idem. Asinius apud Gellium 5 cap. 20 *Compositura orationis*, Et Lucret. 4 v. 328 *Et feriunt oculos turbantia composituras.*

¶ Compŏsĭtĭtius, a, um, idem quod compositus, aut quod potest componi. Tertullianus de Anima cap. 9 *Dissolubile omne compositium & structile.*

¶ Compŏsĭtor, ōris, **ein verfertiger.** Cic. in Orat. cap. 19 *Inventor, aut compositor, aut actor.* Ovid. Trist. 2 v. 356 *Compositor operum*, **ein werckmeister, ein scribent.** Et Corippus sub initium lib. 1 de laudib. Justini Imperatoris: *Compositor morum, juris legumque sacerdos.*

¶ Incompŏsĭtus, a, um, **unordentlich;** ut, *agmen incompositum*, **ein hauffe ohne ordnung**, Livius lib. 5 cap. 28. Quintilianus lib. 9 cap. 4 *incompositum* opponit *juncto* & *bene collocato*.

¶ Incomposite, adv. sine ordine, **ohne ordnung.** Livius lib. 25 cap. 37 *In hostem negligenter atque incomposite venientem incurrunt.*

¶ Præcompŏsitus, a, um, **abgerichtet.** Ovid. 6 Fastor. v. 674

Cum præcomposito nuntius ore venit.

¶ Recompŏsĭtus, a, um, **wieder zusammen gelegt.** Ovid. 1 Amor. eleg. 7 v. ult. *Pone recompositas in statione comas.*

¶ Depōno, ĕre, **hinlegen, ablegen;** ut, *Deponere de manibus*, Cicer. 1 Acad. Quæst. c. 1. Et, *Deponere curas, mærorem, luctum*, est abjicere, Idem 14 Philippica cap. 13. *Deponere imperium*, Livius lib. 2 cap. 28 extr. &, *Officium*, Plin. Panegyr. cap. 87. *Provinciam deponere*, Cicer. 2 ad Attic. epist. 1, **das regiment, amt übergeben, oder aufgeben.** ¶ 2. *Deponi* etiam dicebantur, aut plane desperate ægri, aut recens mortui. Nam de sublimiore lectulo humi collocabantur: de quo Torrentius ad Horat. lib. 1 satyr. 9. Vide & Plautinos interpretes, & infra *Depositus*. Similiter, *vino aliquem deponere*, **einen zu boden sauffen**, dixit Plautus Aulul. a. 3 sc. 6 v. 38. Apud Cæsarem *deponi* ægri dicuntur & saucii, qui ab exercitu separati, in locis certis collocantur, ubi curari possint. Verba ejus lib. 3 de B. C. cap. 68 hæc sunt: *Præsidioque Apolloniæ cohortibus IV, Lyssi una, III Orici relictis, quique erant ex vulneribus ægri, depositis.* ¶ 3. *Deponere* etiam aliquid dicuntur certantes pignore, cum aliquid apud arbitrum deponunt, quod futurum sit victoris. Virgil. eclog. 3 v. 31

Ego hanc vitulam, ne forte recuses,
Depono: tu dic, mecum quo pignore certes.

¶ 4. *Deponere pecuniam pupillarem in fidem publicam*, Livius 24 cap. 18, **unmündiger kinder geld bey dem rath niederlegen.** *Si quis gladium sanâ mente apud te deposuerit*, &c. Cicer. in Offic. 3 cap. 25, **aufzuheben geben.** ¶ 5.* *Deponere* est quoque plantare, in terram defigere, **einsencken.** Virg. 2 Georg. v. 24

Plantas tenero abscindens de corpore matrum
Deposuit sulcis.

Columella 3 c. 4 *Vineæ, quæ vel vere, vel autumno tempestive deponuntur.* Grævius. ¶ 6. *Deposivi* pro *deposui*, legitur apud Catullum carm. sec[illegible]35 v. 8 *Deposivit olivam.* Et Plaut. Mostell. a. 2 sc. 1 v. 35 *Deposivit caput.*

¶ Depŏsĭtus, a, um, **abgelegt, niedergelegt:** ut, *Deposita vestis*, Curt. 3, 3, 4, & 3, 5, 2. Pro desperato, vel desperatæ salutis: Cicer. Verr. 1 cap. 2 pr. *Mihi videor magnam & maxime ægram, & prope depositam reip. partem suscepisse.* Sic & Virg. Æn. 12 v. 395

Ille ut depositi proferret fata parentis.

Vide ibi Servium & alios interpretes. Seneca Hercule Oetæo v. 301

in taurum trucem
Deflecteret serpente deposita minas.

Vbi *deposita serpens*, dejecta, sive confecta est, **erlegt.** At *pecunia deposita*, quæ custodienda data est, Cic. 2 Agrar. cap. 16. Hinc

¶ Depŏsĭtum, i, subst. quod alicui servandum, commissum est, **das eingesetzte;** ut, *Accipere depositum*, Quintil. lib. 7 cap. 3. Et, *Reddere*, Cicer. 3 Paradox. cap. 1. *Abnegare depositum*, Lege 1 Dig. de Furtis. *Depositum a Cajo Cæsare ad ædem Opis occupatum ab Antonio*, Vellej. 2, 60, 4.

¶ Depositio, ōnis, actio deponendi, **die niederlegung.** Vlpian. lege 1 § 2 Dig. Depositi vel contra.

¶ Depŏsĭtor, ōris, pro eo, qui negat aut evertere conatur, apud Prudentium Apotheos. v. 179 *jam cede Sabelli,*

Depositorque Patris, Natique insane negator.

Sed *depositor pecuniæ*, qui deponit, **der es aufzuheben giebt**, lege 31 Dig. de adquir. rer. dominio.

¶ Depositārius, i, penes quem depositum est, **bey dem man etwas eingesetzet hat**, lege 1 § 36 extr. Dig. Depositi. Interdum etiam Deponentem videtur notare, ut Lege 7 § ult. ejusdem Tituli.

¶ Dispōno, ĕre, in certum ordinem distribuere, ordinare, **ordnen, anordnen.** Sic, *disponere classem*, Cæsar 3 B. Civ. cap. 5; & *præsidia*, Idem 1 Bell. Gall. cap. 8; *vigilias per urbem*, Livius lib. 39 cap. 14. Et, *Comas disponere*, apud Martialem lib. 12 epigr. 84. *Libros confusos disponere*, Cicer. 3 de Orat. cap. 34. ¶ 2. Est & simpliciter *distribuere*, **austheilen, eintheilen.** Cæsar lib. 1 de B. C. cap. 14 *Legiones a Cæsare acceptas in Apulia hibernorum caussa disposuerat.* Quod hic *disponere*, extremo capite *distribuere* dixit. Ibidem cap. 37 *C. Fabium cum legionibus III, quas Narbone, circumque ea loca, hiemandi caussa disposuerat.* Et, *Disponere diem*, Cic. lib. 9 fam. epist. 37 pro, in certos actûs distribuere, atque describere non temere mutandos. Tacitus de Germanis cap. 30 *Disponere diem, vallare noctem, fortunam inter dubia, virtutem inter certa numerare.* Et inde *Ephemerides* & *diurna* cœperunt: ubi præscripta erant, quæ diebus singulis peragenda essent. ¶ 3. In Vet. Gloss. *Disponit*, διοικεῖ exponitur, quod est regere & gubernare: videturque hoc verbum junioribus Latinorum (sicut & *ordinare*, quod ex Idiotismo Italorum & Gallorum colligitur, ubi *Ordre, ordonder, & ordonance* de imperiis frequenter usurpatur,) poni aliquando solitum. Hinc enim & *Dispositio*, de qua postea.

¶ Dispŏsĭtus, a, um, distinctus, distributus in ordinem, **geordnet, ordentlich;** cui *inordinatus* opponitur: item, *indispositus*. Plin. 16 c. 24 *Disposita myrto folia, concava buxis, inordinata pomis.* Et Plin. Jun. lib. 3 epist. 1 *Me ut certus siderum cursus, ita vita hominum disposita delectat, senum præsertim: nam juvenes adhuc confusa quædam & quasi conturbata non indecent: senibus placida omnia & ordinata conveniunt.*

viunt. Et, *Vir dispositus*, qui recte sibi constat, nihil confuse ac turbide agit aut dicit, Plin. Jun. lib. 2 epist. 11. Comparat. *dispositior*: Lactant. de Ira Dei cap. 10 *Mundo nihil potest esse nec dispositius ad ordinem, nec aptius ad utilitatem, nec ordinatius ad pulcbritudinem.*

¶ Dispŏsĭte, adv. ordinate, ordentlich, stückweise. Cicer. 6 in Verr. c. 40 extrem. *Non possum disposite istum accusare, si cupiam: opus est non solum ingenio, verum etiam artificio quodam singulari.* Et Vitruv. procem. lib. 7 *Disposite de singulis exponendum.* Superlat. *dispositissime*: Sidonius lib. 5 epist. 11 *Colis, ut qui solertissime: ædificas, ut qui dispositissime.*

¶ Dispositus, ûs, subst. dispositio, die ordnung, einrichtung. Tacitus lib. 2 Histor. cap. 5 *Aptior sermone, dispositu, provisuque, rerum civilium peritus.*

¶ Dispŏsĭtio, ōnis, die einrichtung, eintheilung, abtheilung. *Dispositio est pars architecturæ, quam Græci διάθεσιν vocant*, Vitruv. 1 cap. 2. *Dispositio est rerum inventarum in ordinem distributio*, Cic. de Invent. 1 cap. 7. *Dispositio est ordo & distributio rerum, quæ demonstrat, quid quibus in locis sit collocandum*, Aut. ad Herenn. cap. 2. *Nihil est pulchrius in omni ratione vitæ dispositione atque ordine*, Colum. 12 cap. 2. ¶ 2. *Dispositio* pro cura, administratione, item præcepto edictove ponitur, die anordnung, anstalt. Capitolinus Gordiano Tertio, in Oratione ipsius Gordiani ad Senatum: *Cujus ductu & dispositione & hæc transegimus, & cætera transigemus.* Sidonius cum alibi, tum lib. 3 epist. 6 *Creber provincialium sermo est; annum bonum de magnis non tam fructibus, quam potestatibus existimandum. Qua de re vestrum est, Domine major, expectationem nostram competentibus dispositionibus munerari.* Sic in notitia utriusque Imperii, itemque in Novellis: *Sub dispositione viri illustris Præfect. Prætor.* &c. non semel legas. Vetus Inscriptio Romæ: QVAE FORMA INTERDICTI ET DISPOSITIONIS SVB GLADII PERICVLO CVSTODIENDA MANDATVR. ¶ 3. *Dispositio* recentioribus auctoribus etiam dicitur provisio annonaria. Capitolinus in Gordiano Tertio: *Cujus viri tanta in republ. dispositio fuit, ut nulla esset unquam civitas limitanea, quæ non posset exercitum Pop. Rom. ac principem ferre.* vide Casaub. ¶ 4. *Dispositio* recentioribus & pro consilio, seu ratione usurpatur, die klugheit. Vegetius lib. 3 de Re militari c. 26 extr. *Magna dispositio est, hostem fame magis urgere, quam ferro.* Sic *Imperatorias dispositiones* Eumenius rhetor dixit pro Restaur. Schol. cap. 5.

¶ Dispositūra, æ, idem, ex veteri forma. Lucret. 1 v. 1025 *Deveniunt in tales dispositaras.* Conf. lib. 5 v. 193.

¶ Dispŏsĭtor, ōris, qui disponit, ein regierer. Sic, *Dispositor mundi Deus*, Senec. 5 Nat. Quæst. cap. 18, quem & Lactantius lib. 4 cap. 9 *Rerum naturæ dispositorem atque opificem universitatis* dixit. Adde Augustinum epist. 28, qui *Deum dispositorem temporum* dixit. Vide supra in *Producte*, sub *Duco*.

¶ Dispositrix, īcis, eine regiererin. Fortunatus lib. 7 carm. 6

Floret & egregia dispositrice domus.

¶ Indispŏsĭtus, a, um, non dispositus, unordentlich. Tacitus 2 Hist. cap. 68 *Apud Vitellium omnia indisposita, temulenta, pervigiliis ac bacchanalibus, quam disciplinæ & castris propiora.*

¶ Indisposite, adverb. idem. Seneca epist. ult. pag. 622 *Quid ergo, inquis, muta animalia perturbate & indisposite moventur? Dicerem, illa perturbate & indisposite moveri, si natura illorum ordinem caperet: nunc moventur secundum naturam suam.*

¶ Prædispŏsĭtus, a, um, abgerichtet. Liv. 40 cap. 56 *Medicus Calligenes nuntios prædispositos misit ad regem.* Alii, *perdispositos.*

¶ Expōno, ĕre, emittere, expedire, auslegen. *Exponere in sole fœnum, ut siccescat*, Columell. lib. 12 cap. 28, ausbreiten. *Exponere infantem, pueros*, Livius 1 cap. 4. *Eum exponendum do illi*, &c. Terent. in Heaut. a. 4 sc. 1 v. 37. Nimirum exponebant sive abjiciebant (atque hæc duo conjungit Suetonius Claudio cap. 27) impune olim parentes, quos alere & educare nollent: de qua immanitate veterum plura observat Lipsius Centuria 1 ad Belgas epistola 85. Vide & Lindebrogium ad Terentii Andriam a 4 sc. 4, itemque Heraldum in Apologeticum Tertulliani Comment. cap. 1, & lib. 1 Digression. cap. 8. Gravissime eam Lactantius taxat lib. 6 Divinarum Instit. cap. 20. ¶ 2. Est & nauticum verbum. *Exponere* enim nautæ dicuntur ex navi, qui conscenderant ante & jam exscendunt; item, quæ importata exportantur, ausladen, aussetzen. C. Nepos Themistocle cap. 8 *Inde Ephesum pervenit, ibidemque Themistoclem exponit.* Horat. lib. 1 satyr. 5 v. 20

Jamque dies aderat, cum nil procedere lintrem
Sentimus: donec cerebrosus prosilit unus,
Ac mulæ nautæque caput lumbosque saligno
Fuste dolat: quartâ vix demum exponimur hora.

Cæsar plenius *in terram exponere* dixit: ut 1 de B. C. cap. 31 *Hic* (Actius Varius) *venientem Vticam cum navibus Tuberonem portu atque oppido prohibet, neque affectum valetudine filium exponere in terram patitur.* Ita quoque aliis locis pluribus locutus est. Huic contrarium *Imponere*, aufladen: de quo infra. ¶ 3. Sed, *exponere omnia ordine*, Liv. lib. 30 cap. 17 est referre & explicare, darstellen, erklären, vermelden. *Ex memoria*, Cic. 3 Catil. cap. 6; &, *Exponere memoriter*, Idem 4 de Finib. principio, auswendig erzehlen. *De re aliqua exponere sermonem*, Idem de Amicit. cap. 1. ¶ 4. Sulpitius Severus Dialogo 1 de Virtutibus Monach. Orient. cap. 4 peculiari quadam ἐνεργείᾳ hoc verbo usus, cum ait: *Nihil penitus omisit, quod non carperet, laceraret, exponeret.* Significat enim, nihil dissimulasse, produxisse omnia, in aperto posuisse & claro, atque ita vulgasse, ut contemnerentur, er habe ihnen nichts verschwiegen, nichts verholen, sie desto mehr zu prostituiren.

¶ Expŏsĭtus, a, um, ausgelegt, ausgesetzt, ausgestellt; e. g. *Expositus oculis*, vor augen, Celsus 5 cap. 28 *Tota caussa ante oculos exposita*, Cic. pro Rosc. Amer. c. 12. *Expositus solibus locus*, an der sonne gelegen, Plin. 15 cap. 5. *Expositus ventis*, dem wind entgegen, Idem 17 cap. 22. *Licet ire & redire per expositum limen*, i. e. patens, non occlusum, die thüre stehet offen, Stat. 1 Silv. 2 v. 34. ¶ 2. *Expositus* singulari notione idem est ac humanus, comis, promptus, paratus, facilis, & quasi omnibus obvius, sehr freundlich, willig, dienstfertig. Plin. 1 epist. 10 *Amari ab eo laboravi, etsi non erat laborandum: Est enim obvius & expositus plenusque humanitate.* Et Stat. 5 Silv. 3 v. 246

Quid referam expositos, servato pondere, mores?

¶ Exposite, adverb. klar, deutlich. Gell. 3 cap. 2 *Non exposite & aperte ostendere.*

¶ Expŏsĭtio, ōnis, die auslegung. Quintilian. 4 cap. 3 *rerum gestarum expositio*, die erzehlung. *Expositio sententiæ suæ*, Cicer. 3 de Orat. c. 53. Et Aut. ad Herennium lib. 4 c. 39 *Descriptio continet perspicuam & dilucidam expositionem*, eine ausführung, erklärung.

¶ Expositiuncŭla, æ, diminut. eine kleine vorstellung, Hieronym. lib. 1 adv. Jovinian. cap. 22.

¶ Expŏsĭtor, ōris, qui exponit, ein ausleger. Augustinus epist. 80 *Expositores divinorum eloquiorum.* Idem epist. 107 *Lege expositorem ejus* [orationis Dominicæ] *beatissimum Cyprianum.*

¶ Expositītius, a, um, hingelegt: ut, *Expositītia puella*, Plaut. prolog. Casin. v. 79, ein findling.

¶ Impōno, ere, anlegen, auflegen, aufsetzen; ut, *Imponere nomen alicui*, Ovid. 9 Metam. v. 707. *Imponere coronam*, Cic. 5 fam. epist. 12; &, *diadema*, Idem 3 Philipp. c. 5. *Imponere leges*, Idem 7 Philipp. c. 5, gesetze geben. Et, *In cervicibus aliquorum sempiternum dominium imponere*, 1 Nat. Deor. c. 20. Et, *Imponere fastigium operi*, 3 Offic. c. 7; &, *summam manum*, Quintil. procem. lib. 1, ein werck ausmachen, beschliessen. *Extremam manum imponere*, endigen, Virg. 7 Æneid. v. 572. *Onus alicui imponere*, Cicer. ad Qu. frat. 2 epist. 1. *Imponere præsidium civitati*, aut *arci*, Curt. 3 cap. 7 n. 2, besatzung einlegen. ¶ 2. Est & verbum nauticum, uti *Expono*, cui etiam contrarium est, einladen, zu schiffe setzen. Cæsar 3 de B. C. cap. 6 *Ipsi expediti naves conscenderent, quo major numerus militum imponi posset.* ¶ 3. *Imponere alicui*, est decipere, in qua locutione subauditur accusativus, *fraudem*, einen betrügen. Cicer. ad Quint. frat. lib. 2 epist. 6 *Cui tamen egregie imposuit Milo noster.*

¶ Impŏsĭtus, a, um, aufgesetzt, aufgelegt. Propert. 4 eleg. 2 v. 29 *Imposta* (imposita) *corona.* Ovid. Met. 15 v. 820 *Impositum feret urbis onus.* Cicer. ad Attic. 1 epist. 16 *Tanto imposito reipublicæ vulnere*, i. e. impresso, facto, nach geschlagener wunde. Rursus ad Attic. 5 epist. 17 *In sanandis vulneribus, quæ sunt imposita provinciæ.*

¶ Impŏsĭtus, ûs, subst. die auflegung. Plin. 24 cap. 4 *Vlcera commanducatu impposituque efficacissime sanari.*

¶ Impositio, ōnis, idem. Plinius lib. 27 cap. 13 *Succus ejus, vel semen, impositione spicula e corpore ejicit.*

¶ Impŏsĭtitius, a, um, aufgelegt: Lege 41 § 11 Dig. de Legat. 1 *canthari, per quos aquæ saliunt, si impositītii sint.*

¶ Impositīvus, a, um, idem. Plinius lib. 28 cap. 4 pr. *impositiva nomina.*

¶ Impostor, ōris, deceptor, ein betrüger. Gloss. *Impostor, stellionator*, ἐπιθέτης.

¶ Impostūra, æ, betrug, fälscherey. Vlpianus Lege 3 Dig. Stellionat. § 1 *Si quis imposturam fecerit, vel collusionem in necem alterius*, &c.

¶ Superimpōno, ĕre, drüber legen. Columella lib. 8 cap. 3 *vimineos qualos superimponunt.*

¶ Superimpositus, a, um, draufgelegt, drübergeschlagen. Plin. 31 cap. 9 *Superimposito linteolo madente vino.* Livius lib. 21 cap. 1 extr. *stipendio superimposito.*

¶ Interpōno, ĕre, immiscere, interjicere, mit einmengen, darzwischen setzen; ut, *fidem suam interponere*, Cic. pro Rosc. Am. cap. 39, gut dafür werden. *Interponere jusjurandum*, mit einem eyde bekräfftigen, Liv. lib. 34 cap. 25. *Interponere moram*, Cæs. B. G. 4 cap. 11, aufziehen. *Sapientius facies, si te in istam pacificationem non interpones*, Cic. 10 famil. epist. 27, wenn du dich damit nicht einlässest. *Interponere accusatorem*, id est, subornare, Idem 3 Verr. cap. 11.

¶ Interpŏsĭtus, a, um, darzwischen gestellt: ut, *Dies intermissus unus, aut nox interposita sæpe perturbat omnia*, Cicer. pro Muræna cap. 17. *Magna mora interposita*, Cæs. B. C. 1 cap. 64. Et, *offensione interposita*, Cic. 2 Philipp. c. 4, wenn eine uneinigkeit darzwischen kömmt.

¶ Interpositus, ûs, subst. die darzwischenkunfft. Cic. de Nat. Deor. lib. 2 c. 40 *Luna incidens in umbram terræ, quum est e regione solis, interpositu interjectuque terræ, repente deficit.*

¶ Interpŏsĭtio, ōnis, idem. Cic. 16 fam. epist. 22 *Interpositio difficilior est.* Idem de Invent. c. 6 *Certarum personarum interpositio.*

¶ Oppōno, ĕre, objicere, entgegen setzen, stellen. *Opponere se periculis*, sich gegen die gefahr setzen, Cic. pro Balbo c. 10. *Vitium virtuti opponere*, Idem 3 Fin. c. 12. *Pignori opponere*, Terent. Phorm. a. 4 sc. 3 v. 56, zu pfand einsetzen. Vide *Pignus*. ¶ 2. *Opponere* quoque de disputationibus interdum dicitur, einwenden, entgegen halten. Cicer. 2 Philipp. c. 4 *Sed quid oppones tandem, si negem, me unquam istas litteras ad te misisse?* Idem de Fin. 2 c. 13 *Non tam ut probaret, protulit, quam ut Stoicis, quibuscum bellum gerebat, opponeret.* ¶ 3. * *Opponere* nonnunquam est prætexere, vorschützen. Cic. 2 ad Quint. frat. epist. 10 *Opposuisti semel Ciceronis nostri valetudinem.* Et 1 ad Attic. epist. 1 *Suum judiciale opposuit.* Grævius. ¶ 4. *Opposivi* pro *Opposui*, Plaut. Curcul. a. 2 sc. 3 v. 74 *Pono pallium, ille suum annulum opposivit*, scil. pignori.

¶ Oppŏsĭtus, a, um, entgegen gestellt. Cic. pro Domo c. 24 *Vim meo corpore opposito ab omnium bonorum cervicibus depuli.* Idem Offic. 2 c. 4 *Moles oppositæ fluctibus.* Juvenal. satyr. 11 v. 18 *Lancibus oppositis*, i. e. oppignoratis, verpfändet. Simile ex Catullo vide in *Pignus*.

¶ Oppositus, ûs, subst. die entgegenstellung, der gegensatz. Cicero pro Marcello sub fin. *Non modo excubias & custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus & corporum pollicemur.* Et Silius lib. 10 v. 212 *oppositu membrorum.* Plin. 2 c. 71 *oppositu globi.*

¶ Oppŏsĭtio, ōnis, idem; ut, *Oppositio solis & lunæ*, wenn sonn und mond gegen einander über stehen. Cic. 1 Invent. c. 28 *Disparatum est id,*

quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur hoc modo: Sapere & non sapere.

¶ Postpōno, ĕre, est posthabere, nachsetzen, hindansetzen. Cicer. filius 16 fam. epist. 21 *Omnia postposui, dum modo præceptis patris parerem.* Horatius 1 epist. 18 v. 34 *scorto postponet honestum Officium.* Et Ovidius 6 Met. v 211 *Vos est postponere natis Ausa suis.*

¶ Postpŏsĭtus, a, um, hindangesetzt. Ovid. Amor. 3 eleg. 1 v. 22 *Tua postposito pudore facta refers.* Heinsius legit *Præterito.*

¶ Præpōno, ĕre, est anteponere, præferre, fürziehen, vorsetzen; ut, *Præponi alicui*, Terent. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 59. *Aliis se præponere*, Idem Andr. a. 1 sc. 1 v. 38. *Salutem pop. Rom. vitæ suæ præposuit*, Cicer. Philipp. 9 cap. ult. ¶ 2. Sed, *Præponere aliquem muneri, negotio*, est præficere, einen über ein amt setzen. Frequenter autem de militaribus imperiis ac curis sic usurpatur; ut, *Bello, exercitui imperatorem præponere*, Cicero pro Leg. Manil. cap. 22. Et Tacitus de Germania cap. 30 *Multum (ut inter Germanos) rationis ac solertiæ: præponere electos*, (de Ducibus loquitur) *audire præpositos: nosse ordines, intelligere occasiones.* ¶ 3. *Præposivi*, pro *præposui*, Plaut. Rud. a. 4 sc. 2 v. 11 *Lucrum præposivi sopori & quieti.*

¶ Præpŏsĭtus, a, um, vorgesetzt, vorgestellt. Cic. de Arusp. Resp. cap. 12 *Servitium in alteram scenam immissum, alteri præpositum.* Idem de Divin. 1 cap. 34 *Præposita oraculo sacerdos.* Tacit. Hist. 1, 20, 4 *præpositi exactioni equites.* Nepos 8, 1, 5 *Tyranni præpositi a Lacedæmoniis.* Hinc

¶ Præpositus, i, militum præfectus, ein officirer. Suetonius Othone cap. 1 *Ausus etiam in Illyrio milites quosdam, quod motu Camilli ex pœnitentia præpositos suos, quasi defectionis adversus Claudium auctores, occiderent, capite punire.* Tacitus 1 Histor. cap. 36 *Gregarius miles caveri insuper præpositos jubebat.* A militia deinde ad ecclesiasticum ordinem, ut plures aliæ, tralata est vox, & dicti *Præpositi*, qui post episcopum plebi præsunt, alias & *Oeconomi* appellati, pröbste.

¶ Præpositum, i, aliud subst. græce προηγμένον, ut ipse Cicero indicat de Fin. 4 cap. 26, vulgo productum, præmissum, præsuppositum, der hauptsatz, grundsatz. Idem Cicero l. c. *Appellatum præpositum ex eo credo, quod præponatur aliis.* conf. Fin. lib. 3 cap. 16 & 17, ubi *præposita* etiam vocat *præcipua*, illisque opponit *remota* & *rejecta.* Sic, *Præposita Zenonis*, Idem Acad. 1 cap. 10. Et contracte: *Hæc confirmata atque locata omnia constiterint nobis præposta*, Lucret. 6 v. 996.

¶ Præpŏsĭtio, ōnis, philosophice idem actus præponendi, die voraussetzung. Cic. Fin. 3 cap. 16 *Neque tamen illa præpositio ad eum, quem dixi, finem pertinebit.* Grammatica notione & Cicero usus est Topic. cap. 11 *Præpositio IN privat verbum ea vi, quam habebat.*

¶ Præpŏsĭtīvus, a, um, quod præponi potest, das sich vorsetzen läßt; ut, *Vocales præpositivæ*, Priscian. lib. 1 p. 561. *Conjunctio præpositiva*, Diomed. lib. 1 p. 409 edit. Putschii.

¶ Præpositūra, æ, officium & dignitas præpositi, die probstey, amtsvoigtey. Lampridius in Heliogab. cap. 6 *militaribus etiam præposituris & tribunatibus, & legationibus & ducatibus venditis.* Et in Alexandro cap. 46 *Dabat præposituras locorum civilium, non militum.* vid. Salmas.

¶ Prōpōno, ĕre, vorlegen, vorsetzen, vorstellen; ut, *Proponere sibi ante oculos*, Cic. 1 Nat. D. cap. 41. *Proponere præmium*, Cæs. 1 B. Civ. cap. 17. *Proponere, quod sis dicturus*, Cicer. in Oratore cap. 40, zuvor kürtzlich anzeigen, worvon man reden will. Sic, *Proponere edicta, exemplum, libellos*, noti usus sunt. *Proposueram illud mihi extremum*, Cic. 15 fam. epist. 14, das hatte ich mir zum letzten vorbehalten. *Propositum est mihi*, Idem de Clar. Orat. cap. 6, es ist mein fürsatz. Cæsar 6 de Bello Gallico cap. 10 *Non alienum esse videtur de Galliæ Germaniæque moribus, & quo differant eæ nationes inter sese, proponere*, i. e. explicare, enarrare. Vellej. 2, 53, 1 *Ægyptum petere proposuit*, i. e. statuit, er hat sich fürgenommen. ¶ 2. *Proponere congiarium, donativum*, apud Suetonium Nerone cap. 7 est publice promittere, idque, ut puto, libello proposito; nam dicto facere, id *pronunciare* dixit in Cæsare cap. 19 *Numos de suo communi nomine per centurias pronunciaret.* Vellej. 2, 6, 5 *Pretium se daturum proposuit*, i. e. promulgavit, er hat kund gemacht. Cic. ad Att. 2 epist. 21 *Locus, ubi edicta proponuntur.* ¶ 3. Vsurpatur hoc verbum & de rebus promercalibus, quæ venum exponuntur. Idem Suetonius Nerone c. 15 *Interdictum, ne quid in popinis cocti præter legumina aut olera veniret, cum antea nullum non obsonii genus proponeretur.* ¶ 4. Est & disputantium ac eruditorum verbum. Nam *proponere* dicuntur, qui afferunt rem, de qua dicendum ac disceptandum est, vortragen. Cic. 5 Tusc. Quæst. cap. 4 *Quinto autem die, cum eodem loco consedissemus, sic est propositum, de quo disputaremus.* Hinc *Propositum* Θέσις est, de quo post dicendum erit. Et quia in omni thesi aliquid vel affirmatur vel negatur: idcirco *proponere* etiam pro pronunciare, statuere, ponitur. Celsus præfat. librorum de medicina: *Neque esse crudele*, (incidere corpora,) *quod plerique proponunt.* Tertullianus Apologet. cap. 48 *Qui proponimus, multo utique dignius credi hominem ex homine rediturum*, &c.

¶ Prōpŏsĭtus, a, um, vorgestellt, vorgesetzt, fürgenommen. Cic. pro Muræn. cap. 31 *Ad imitandum propositum exemplar.* Vellej. 2, 38, 1 *Propositi operis regula.* Horat. 2 sat. 6 v. 99 *Propositum iter peragunt.* ¶ Item promissus, oblatus, versprochen, angetragen. Sueton. in Tito cap 8 *Populum tanta per omnes occasiones comitate tractavit, ut proposito gladiatorio munere, non ad suum, sed ad spectantium arbitrium editurum se professus sit.* Cic. pro Rabir. cap. 5 *Libertatis spem propositam habere.*

¶ Propositum, i, subst. quod quisque sibi faciendum proposuit, der fürsatz; ut, *Tenere propositum*, Cæsar 1 B. Civ. cap. 83. *Aberrare proposito*, Cicer. 1 Tusc. cap. 33 extr. &, *a proposito*, Idem lib. 5 de Fin. c. 28. *Deterreri a proposito*, Brutus Ciceroni epist. 11. *Averti a proposito*, Livius lib. 2 cap. 8. ¶ 2. Hinc certa quoque vivendi quædam ratio, ad quam obstrinximus nos, *propositum* appellatur, die lebensart. Vellejus Paterculus lib. 2 cap. 2 de Tiberio Graccho: *Vir alioquin vitâ innocentissimus, ingenio florentissimus, proposito sanctissimus:* PROPOSITO, i. e. vivendi disciplina. Phædrus præfat. lib. 3 v. 15 *Mutandum tibi propositum est, & vitæ genus.*
Sic Juvenalis cœlibatum Hippolyti & fugam muliebris consortii, *propositum* vocat satyr. 10 v. 324. Seneca epist. 68 institutum Lucilii in secessu vivendi perpetuo, *propositum* similiter dixit: *Aliud*, inquit, *proposito tuo nomen impone.* Ambrosius lib. 6 epist. 36 de secessu Paulini: *Matrona quoque virtuti & studio ejus proxime accedit, neque a proposito viri discrepat.* Aliis Christianis scriptoribus & *Votum* appellatur, quod Heraldus observat: quem lib. 2 Digression ad Tertulliani Apologeticum cap. ult. sub finem vide. Aliis & *Secta* vocatur: de quo suo loco. Vet. Gloss. *Propositum*, προαίρεσις, (quod huc pertinet) πρόθεσις καὶ προκείμενον. ¶ 3. Item, θέσις, vel quod ad disceptandum ponitur, der satz, vortrag, die vorstellung. Cicero Topicis cap. 21 *Quæstionum duo sunt genera, alterum infinitum, alterum definitum.* DEFINITVM *est, quod* ὑπόθεσιν *Græci, nos* CAVSSAM: INFINITVM, *quod* θέσιν *illi appellant: nos* PROPOSITVM *possumus nominare.*

¶ Prōpŏsĭtio, ōnis, idem. Cicer. 3 Tuscul. cap. 18 *Vitæ propositio.* Rhetorico sensu passim obvium est apud Cicer. & Quintilianum.

¶ Rĕpōno, ĕre, wieder hinlegen, auflegen. Virgil. 3 Æneid. v. 231 *Arisque reponimus ignem.* Et, *Grues in tergo prævolantium capita reponunt*, Cic. 2 Nat. D. cap. 49. *Loco suo omnia reponere*, Idem 3 Verr. cap. 56 pr. ein iedes an seinen ort setzen. *Reponere alimenta in hiemem*, Quintil. lib. 2 cap. 16. Item, *condere & reponere fructus*, Cic. 2 Nat. Deor. cap. 62 extr. auf den winter zurück legen. *Spem suam in aliquo reponere*, dixerunt etiam Cicero & Livius: ille 5 Tuscul. cap. 12 extr. *in se ipso omnem spem reponet:* hic lib. 1 ab Vrbe cap. 49 *in caritate civium nihil spei reponens*, i. e. collocans. Et Seneca de Ira cap. 28 *Reponere injuriam*, pro rependere, das unrecht vergelten. ¶ 2. *Reponere* est reddere, restituere, reficere, wieder geben, ersetzen, erstatten; ut, *Mentem reponere*, i. e. animum reddere, Val. Flacc. 7 v. 245. *Reponere amissa urbi*, Tac. Ann. 16, 13, 6. *Ruptos vetustate pontes reponere*, Idem Ann. 1, 63, 6. Celsus 8 cap. 17 de manu luxata: *Manus reponi non difficillime potest*, i. e. in ordinem redigi potest, vel, uti dein dicit: *in suam sedem compelli*, sie kan wieder eingerichtet werden. ¶ 3. Apud Tacitum pro *occultare* ponitur Agricolâ cap. 39 *Optimum in præsentia statuit reponere odium*, &c. Itaque *reponere* est, in abdito, clauso, nec cuivis obvio & aperto loco ponere ad reservandum. Virg. eclog. 3 v. 54 *Sensibus hæc imis reponas.* vide mox *Repositus.* ¶ 4. In illo Juvenal. satyr. 1 ineunte:

Semper ego auditor tantum, nunquamne reponam?

Reponere pro respondere videtur positum, antworten. Sic & Cic. 1 fam. epist. 9 *Ne tibi ego idem reponam, cum veneris.* ¶ 5. *Reposivi* pro *reposui*, Plaut. Asin. a. 3 sc. 1 v. 16 *Si reposivi remum.*

¶ Rĕpŏsĭtus, a, um, & per syncopen poëticam Repostus, zurückgelegt, aufgehoben; ut, *Epulæ repostæ*, Virg. Georg. 3 v. 527. *Terras tentare repostas*, Idem Æn. 3 v. 364. *Tellure reposti*, i. e. sepulti, Idem Æn. 6 v. 655. *Manet alta mente repostum Judicium Paridis* &c. Idem Æn. 1 v. 26. Et, *Repositus honos Poppææ*, i. e. restitutus, wieder hergestellt, Tacit. Ann. 14, 61, 3. *Reposita fora templaque*, Idem Hist. 3, 34, 4.

¶ Repositio, ōnis, die hinlegung. Palladius 1 cap. 32 *Repositiones fœni, ligni, cannarum nihil refert, in qua parte fiant, dummodo sicca sint.*

¶ Repostor, ōris, qui reponit, ein wiederbringer, ersetzer. Ovid. 2 Fastor. v. 63 *Templorum positor, templorum sancte repostor:*
id est, reparator, restitutor, instaurator.

¶ Repositōrium, i, id erat antiquis, quod super mensa reponebatur ad fercula collocanda, ein anrichte-tisch, behältniß: Sive vas, in quo reliquiæ ciborum, & mensæ instrumenta recondebantur, sive ex corio sit, sive ex ligno, sive ex argento, aurove, aut alia quacunque materia. Plin. 28 cap. 2 *Bibente conviva, mensam vel repositorium tolli, inauspicatissimum habetur.* ¶ Pro cavædio Capitolinus Anton. Philos. c. 17 *Gemmas multas in repostorio sanctiore Adriani repererat*, im geheimen cabinet.

¶ Sēpōno, ĕre, seorsim ponere, separare, weglegen, beyseit setzen, absondern. Cic. de Orat. 1 cap. 6 *Græcos video seposuisse a cæteris dictionibus eam partem dicendi.* Ita *Seponi* & homines dicuntur, quos a conspectu nostro ut odiosos & graves removemus ac relegamus quodammodo. Sueton. August. cap. 65 *Agrippam, ob ingenium sordidum ac ferox, abdicavit seposuitque Surrentum.* Tacitus lib. 1 Hist. cap. 13 *Mox suspectum in eadem Poppæâ in provinciam Lusitaniæ specie legationis seposuit.*

¶ Sēpŏsĭtus, a, um, beyseit geschafft, abgesondert. Sic Statius 2 Silv. 2 v. 150 *sepositas divitias* dixit. Et Seneca Medeâ v. 339 *Mare sepositum.* Martial. lib. 2 epigr. 3 *Quæ tam seposita est, quæ gens tam barbara*, i. e. tam remota, so weit entlegen. Tacit. Hist. 1 c. 88 *Sepositus per eos dies C. Dolabella in Coloniam Aquinatem.* Et, *Sepositæ vestes* Ovid. 1 Fastor sunt repositæ, & non quotidiani usus.

¶ Sepositio, ōnis, die beyseitlegung, absonderung. Vlpian. l. 2 §2 Dig. de pollicitat. *Si decesserit ante sepositionem.*

¶ Suppōno, ĕre, subjicere, unterlegen; ut, *Ova gallinis supponere*, Columell. lib. 8 cap. 5. ¶ 2. Est & falsum pro vero subducere, seu subjicere, einschieben. Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 3 v. 2 *Referam illi sacrilego gratiam, qui hunc supposuit nobis*, der uns mit diesem hat betrogen. Sic, *Testamentum falsum supponere*, Cic. 1 de Leg. cap. 16, heimlich unterstecken. Vnde *Suppositio*, item *Suppostrix:* de quibus mox dicemus. Cujusmodi suppositionis exempla in comœdiis passim licet notare: ut Cistellariâ & Truculento Plautinis. ¶ 3. Cum *supponere* proprie sit *ponere inferiori loco*, metaphorice etiam significat, sich unterthänig machen. Ovid. Fast. 1 v. 306

Ætheraque ingenio supposuere suo.

¶ 4. *Supposivit*, pro *Supposuit*, habet Plaut. Truc. argum. v. 4, & ibid. a. 2 sc. 5 v. 9, & a. 4 sc. 3 v. 30.

¶ Suppŏsĭtus, a, um, & Suppostus, unterlegt, ausgewechselt. Cicer. Verr. 5 cap. 27 *Ille suppositus facile & libenter se illum, qui non erat, esse simulabat.* Virgil. Æneid. 7 v. 283 *Supposita de matre.* Idem Æneid.

¶ Præsuppono non probatæ latinitatis est subdubitat Cellarius Cur. Post. p. 416 conf. Antibarb. p. 83.

Æneid. 6 v. 24 *Suppostaque furto Pasiphaë.* Et Silius lib. 3 v. 90

Nos clausæ nivibus rupes, suppostaque cælo
Saxa manent, i. e. excelsa.

¶ Suppŏsĭtio, ōnis, die unterlegung, auswechslung. Columella lib. 8 cap. 5 *Suppositio per hos fere dies est commodissima.* Loquitur de ovis gallinæ supponendis. Plaut. Trucul. a. 2 sc. 4 v. 83 *Suppositiones puerorum.*

¶ Suppostrix, īcis, eine auswechslerin. Plautus Trucul. a. 4 sc. 2 v. 50 *suppostrix puerûm*, die kinder auswechselt, stiehlet, unterschiebet.

¶ Suppŏsĭtītius, a, um, qui supponitur, ὑποβολιμαῖος, eingeschoben. Varro R. R. lib. 2 cap. 8 *mater supposititia*, de equa, cui pullus asininus subjicitur. Martialis lib. 5 epigr. 25 *Hermes supposititius sibi ipse est.* Terentius Heaut. a. 5 sc. 3 v. 11 *subditum* dixit. Vet. Gloss. ὑποβολιμαῖος, *Supposititius*, *subditius*, ein wechselbalg.

¶ Suppositōrius, a, um, unterschoben; ut, *Cellæ suppositoriæ*, i. e. balnea tepidaria, Vopisc. Carino cap. 17. In Gloss. gr. lat. ἔρεισμα est *Supposiorium*, die stützung; Et medicorum filii sic vocant magma, forma glandis intestino recto immissum, ein zäpflein, clistier. vid. Borrich. Cogit. p. 251.

¶ Sŭperpōno, ĕre, auf etwas legen; ut, *Medicamentis superponi*, Plin. lib. 29 cap. 2 extr. Et Silius lib. 16 v. 420

humeris trepidantis Iberi
Ora superposuit.

¶ Superpŏsitus, a, um, drauf gelegt. Ovid. Heroid. epist. 21 v. 190

Ægra superpositâ membra fovere manu.

Est *Superpositus* etiam pro præposito, præfecto. Gruter. Inscript p. 581 n. 7 SVPERPOSITO MEDICORVM.

¶ Superimpōno, ere, vide supra post *Imponere.* Adde Cels. 3 cap. 10 *superimponenda sunt cataplasmata.*

¶ Suprapŏsitus, a, um, zuvor gesetzt, oben gedacht. Cic. Topic. cap. 18 *Exemplum suprapositum est.* Et Celsus 6 cap. 18 n. 2 *Quale suprapositum est cataplasma.* Legitur & disjunctim.

¶ Transpōno, ere, versetzen. Hinc

¶ Transpŏsĭtus, a, um, versetzt. Gell. 12 cap. 1 *Sæpe videas, arborem in locum alium transpositam deperiisse.*

¶ Transpositio, ōnis, die versetzung, græce μετάθεσις. Grammat.

PONS, pontis, masc. dictus, quod aquis impendeat, eine brücke. Lucanus lib. 4 v. 15 de Sicori, Hispaniæ fluvio:

Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu.

Et, *pons lapideus*, apud Curtium 5 cap. 1 n. 29. *Pontem facere*, Nepos Miltiad. c. 3. Et Plancus 10 fam. epist. 23 *Interrupi pontes, quos feceram*, ich habe sie zerrissen. *Interscindere pontem a tergo*, Cic. 2 de Legib. cap. 4, die brücken hinter ihm abwerffen. *Rescindere pontem*, Nepos Miltiad. c. 3; &, *dissolvere pontem*, Idem Themistocle cap. 5, die brücke abwerffen, abreissen. *Ponte adjungi & contineri*, Cicer. 6 in Verr. cap. 52 extr. durch eine brücke angehängt werden. *Fluvio pontem imponere*, eine brücke über ein wasser machen, Curtius lib. 5 cap. 1 n. 29. *De ponte in Tiberim aliquem dejicere*, Cicer. pro Rosc. Amer. cap. 35. Juvenal. sat. 14 v. 134

Invitatus ad hæc aliquis de ponte,

id est, mendicus: *Quia mendici in pontis itinere sedent*, ut vetus Scholiastes ibi annotat. Idem satyricus sat. 4 v. 116

Cæcus adulator, dirusque a ponte satelles,

id est, *de numero mendicorum*, ut idem Scholiastes interpretatur. *Satellitem* dixit, quia mendici satellitum instar sequi prætereuntes solent, flagitantes stipem. Seneca de vita beata cap. 25 *In sublicium pontem me transfer, & inter egentes abige: non ideo tamen me despiciam, quod in illorum numero consideo, qui manum ad stipem porrigunt. Ponte flumen committere*, id est, utramque ripam conjungere, ut ex altera in alteram transiri possit: Florus lib. 1 cap. 4 *Interfluentem urbi Tiberim ponte commisit.* Et, *Ponte transmittere flumen*, Plinius dixit lib. 8 epist. 8. *Pons sublicius*, vide *Sublicius.* ¶ 2. *Pontes* etiam dicuntur viæ aggeratæ & stratæ lignis, in locis paludosis. Tacitus 1 Annal. cap. 63 *Cæcina monitus, quamquam notis itineribus regrederetur, pontes longos quam maturrime superare. Augustus is trames, vastas inter paludes, & quondam a L. Domitio aggeratus.* ¶ 3. Item, *Tabulata navium.* Idem Tacitus 2 Annal. cap. 6 *multæ* (naves) *pontibus stratæ, super quas tormenta veherentur, simul aptæ ferendis equis, aut commeatui.* ¶ 4. *Pontem januæ* Vellejus lib. 2 cap. 7 dixit superius januæ limen, quod in pontis modum arcuatum est, ut Meursius interpretatur: quem vide Mantissa ad librum de luxu Roman. cap. 15. *Pontem* etiam Lipsius & Gruterus legunt: *postem* Vossius, Heinsius & Bœclerus ex Aldi conjectura.

¶ Pontĭcŭlus, i, ein steg über ein wasser. Cicero lib. 5 Tusc. cap. 20 *Fossæ transitum ponticulo ligneo conjungere.* Adde Sueton. Cæsare c. 31. Et Catullus carm. 17 v. 3 *crura ponticuli* vocat sublicas, die brücken- oder wasserpfähle.

¶ Pontĭlis, e, ad pontem pertinens, zur brücken gehörig; ut, *Stratus pontilis*, Vegetius 1 cap. 56.

¶ Pontĭliānus, i, nomen viri, ad quem scripsit Martialis lib. 5 epigr. 67, & lib. 7 epigr. 2.

¶ Ponto, ōnis, mascul. navis in trajiciendis amnibus pontis usum præbens, eine fähre. Paulus JCtus L. fin. D. de servit. rust. prædiorum: *Flumine interveniente via constitui potest, si aut vado transiri potest, aut pontem habeat, diversum si pontonibus trajiciatur.* Cæs. lib. 3 de B. C. cap. 29 *pontones*, genus navigii Gallici interpretatur.

¶ Pontonium, i, idem. *Pontonium*, inquit Isidorus Orig. 19 cap. 1, *navigium fluminale tardum & grave, quod non nisi remigio progredi potest.*

¶ Pontĭfex, ĭcis, der priester, hohepriester, pabst; nam & hoc nomen a *ponte* vetustas fecit: Primi enim pontifices a Numa creati, pontem sublicium fecerant, ac subinde restituerant. Sed Q. Scævola a *posse* & *facere* deducit: ut *Pontifex* dicatur quasi *potentifex*, qui potens sit facere, id est, sacrificare. Vnde & *Pontificium* aliquando pro jure, facultate & potestate faciendi aliquid dicitur, de quo infra. vide Varron. lib. 4 de L. L. cap. 15, & Plutarchum in Numa p. 65; itemque Dionys. Halicarnass. lib. 3 cap. 58. Penes pontifices cura erat sacrorum & religionis. Pontificibus superior unus omnibus præfectus, *Pontifex maximus* dicebatur. Susceperuntque hunc honorem non Cæsares solum ethnici, Julius, Augustus, Tiberius, & alii: sed Impp. etiam Christiani, pontificalem vestem a collegio pontificum accipientes: quod latius ostendit Jo. Andr. Bosius in eruditissima de Pontifice Maximo Romæ Veteris dissertatione. conf. Casaub. ad Sueton. August. cap. 31.

¶ Pontĭfĭcātus, ûs, ui, pontificis dignitas, das priesterthum, priester-amt. Cic. de Arusp. Resp. cap. 9 *statas solennesque cærimonias pontificatu contineri.* Et Valer. Maxim. 6, 9, 13 *maximi pontificatûs sacerdotium.* Et sic plane etiam Vellejus 2, 59, 3.

¶ Pontificālis, e, geistlich, priesterlich, päbstlich; ut, *libri pontificales*, quibus sacræ cærimoniæ continentur, *Pontificum commentarii* appellati a Livio lib. 4 cap. 3. *Pontificalis auctoritas*, Cic. 2 de Leg. cap. 21. *Pontificalis honos*, Ovid. 3 Fast. v. 420. *Pontificale sacrum*, Idem 1 Fast. v. 462. *Cœna pontificalis*, id est, sumtuosa & opipara: vid. Horat. 2 oda 14 v. 28.

¶ Pontĭfĭcius, a, um, aliud adjectivum, idem; ut, *jus pontificium*, Cic. 2 de Leg. cap. 23 pr. de quo pontificio jure apud veteres, Jacobus Gutherius, Gallus, eruditos libros dedit. ¶ 2. *Pontificii, orum*, absolute, libri pontificii: Cicero de Nat. Deor. lib. 1 cap. 30 *Nominum non magnus numerus in pontificiis nostris.* Vbi elliptice *libri* subaudiuntur. Sed &

¶ Pontificium, i, subst. aliquando pro jure, facultate ac potestate faciendi aliquid accipitur, die macht oder gewalt etwas zu thun. Gellius lib. 1 cap. 13 *Sunt non pauci, qui sententiam suam unâ in parte defixerint, & re semel statutâ deliberataque ab eo, cujus negotium id pontificiumque esset, nequaquam putaverint, contra dictum ejus esse faciendum*, &c. Symmachus lib. 7 epist. 27 *Quod quidem fieri oportere consentio: sed non eatenus, ut pontificium tuum in damna nostra protendas.* Vide ad eum locum politissimi Jureti notata. Petrus Chrysologus Serm. 5 *Pater hic duos filios habuit conditoris pontificio, non necessitate generantis.*

¶ Depontani, orum, Romæ antiquitus dicebantur sexagenarii senes, alte unvermögende leute. Nam qui ætatis id essent, quod crederentur inutiles gerendis rebus, de ponte dejiciebantur in campo. Festus: DEPONTANI SENES *appellabantur, qui sexagenarii de ponte dejiciebantur*; id est, suffragio privabantur, quod per pontem ferebant; uti proverbialem locutionem inde factam exponit Sigonius de Antiq. Jure Rom. 1 c. 17. Varro apud Nonium in CASNARES: *Vix hæc fatus erat, cum more majorum ultro Casnares arripiunt, de ponte in Tiberim deturbant.* CASNAR Osca vox, *senem* significat, ut ex Varrone lib. 6 de L. L. cap. 3, Festo item & Nonio discimus. Vide Ovid. lib. 5 Fastorum v. 623 & seqq. & adde de hoc ritu Petr. Victorium lib. 18 Var. Lect. cap. 7.

PONTIA, æ, Ποντία, insula Tyrrheni maris, teste Ptolemæo lib. 3 cap. 1. Ex hac Pontius Pilatus fuisse dicitur. ¶ 2. *Pontiæ*, insulæ in mari Tusco, Plin. 3 cap. 6. ¶ 3. *Pontia* vel *Pontina tribus*, a Pontia urbe est dicta, cujus cives in urbem Romam adsciti. vid. Festus, & Alex. ab Alex. 1 cap. 17.

Pontica, ponticus, Pontifex, &c. vide *Pontus*, *Pons.*

PONTINA, æ, vel *Pomtina palus*, (utroque enim modo apud auctores invenitur scriptum,) Latii veteris est, post Circejos, quem locum viginti trium urbium fuisse, Mutianus prodidit, ut refert Plinius lib. 3 cap. 5. In plurativo numero *Pontinas paludes* Plinius lib. 26 cap. 4, & Suetonius Cæsare cap. 43; dixere. Latrunculorum autem fuisse sedem, ait Juvenalis sat. 3 v. 307, Lucan. lib. 3 v. 85, & Quintil. 3 cap. 8, ein recht raubnest.

Ponto, pontonium, vide paullo ante *Pons.*

PONTVS, i, Πόντος, Asiæ minoris provincia super Euxino Ponto inter Halym fluvium & fines Colchidis, quæ etiam *Cappadocia Pontica* appellatur, quod ab austro Cappadociam attingit. Sub Cæsaribus dividi cœpit in tres provincias, Pontum Galaticum, Polemoniacum & Cappadocium: vide Ptolemæum lib. 5 cap. 6. Regnum olim Mithridatis fuit regis maximi & Romanorum infensissimi hostis. Cicer. pro Lege Manil. cap. 9 *Ex suo regno sic Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur.* ¶ 2. Aliæ etiam regiones ad Pontum Euxinum sitæ, *Ponti* nomine appellantur. Ovidius lib. 5 Trist. eleg. 10 pr.

Vt sumus in Ponto, ter frigore constitit Ister.

Quod de Tomitana regione in Mœsia inferiore intelligendum est. Sic Romani *Provinciam Ponticam* appellarunt, quæ Bithyniam, Paphlagoniam, & partem Ponti Mithridatici continebat. Vetus Inscriptio apud Grut. p. 454 n. 3

C. PLINIVS C. F. C. N
CAECILIVS SECVNDVS
COS. AVGVR LEGAT. PROPRAET.
PROVINC. PONTI. CONSVLARI POTE-
STATE IN EAM PROVINCIAM. AB
IMP. CÆSARE NERVA TRAIANO
AVG. GERMANICO MISSVS &c.

Constat autem ex epistolis hujus Plinii, Bithyniam fuisse præcipuam partem provinciæ, quam auspiciis & jussu Trajani regebat. ¶ 3. Hæ autem provinciæ *Ponti* nomen habuerunt a *Ponto Euxino*, mari inter duos Bosporos, Cimmerium & Thracium, contento, cui nomen prius *Axeni* (ἄξενος) fuit, propter inhospitalitatem circumcolentium barbarorum; postmodo in auspicatius εὔξεινος, id est, bene hospitabilis, commutatum. Ovid. 4 Trist. eleg. 4 v. 55

Frigida me cohibent Euxini littora Ponti,
Dictus ab antiquis Axenos ille fuit.

Qui & absolute *Pontus* vocatur. Ovidius 3 Trist. eleg. 10 v. 37

Vidimus ingentem glacie consistere pontum.

Et Cicero 6 Verr. c. 58 *in Ponti ore & angustiis.* Hodie dicitur *Mare nigrum*, das schwartze meer. ¶ 4. Poëtis, græco more, quodlibet mare *Pontus* dicitur, das meer; v. g. *Pontus Libyæ*, Virg. Æn. 1 v. 560, mare Africanum. Et Horatius lib. 3 oda 3 v. 37

Dum longus inter ſæviat Ilion
Romamque pontus.

hoc eſt, mare mediterraneum. Hinc, *Se credere ponto*, Ovid. Met. 13 v. 900. *Ferri ponto*, Virg. Æneid. 9 v. 121. *Pontum pone legere*, Idem Æneid. 2 v. 207. *Pontum transire*, Lucret. 1 v. 200; *transcurrere*, Stat. 3 Silv. 4 v. 1; *perarare*, Seneca Medeâ v. 650, über meer ſchiffen. Ridicule per contrarium dici *Pontum* arbitrantur, quod careat *ponte*. Alii eſſe ajunt à *Ponto* Nerei filio.

¶ Pontĭcus, a, um, adjectivum; ut, *Pontica terra*, Ovid. 1 Triſt. eleg. 2 v. 94, quæ ad Pontum Euxinum ſita eſt. Seneca Medeâ v. 454 *Pontici fauces freti*, hoc eſt, Boſporus. Colum. 12 cap. 35 *Ponticum abſynthium*, Juvenal. ſatyr. 6 v. 660 *Pontica ter victi medicamina regis*, ſcil. Mithridatis, mithridat.

¶ Pontica, æ, ſubſt. gemma, livore pellucida, habens ſtellas rubras, interdum & aureas. Dicunt, per eam interrogari & fugari dæmones: Plin. 37 cap. 10. Iſidor. 16 cap. 14.

¶ Helleſpontus, vide ſupra in littera H.

¶ Prŏpontis, ĭdis, προποντὶς, fœmin. eſt laxitas maris inter duo freta, Helleſpontum & Boſporum Thracium intercepta. Hodie *Mare di Marmora* Italis & aliis vocatur, a Prœconneſo, marmoris divite in illa inſula, quæ nunc *Marmora* vocatur. Geographi enim primas anguſtias maris ſe coarctantis *Helleſpontum* vocant. Inde exſpatiatur æquor, quæ laxitas, *Propontis* appellatur. Vbi iterum in arctum coit, & ſtringitur, illæ anguſtiæ *Boſporus Thracius* nominantur: Vbi iterum effunditur, *Pontus Euxinus*, qui deinde curvatus in figuram . ythici arcus, & cum oſtio paludis Mæotidis commiſſus, *Boſporus Cimmerius* appellatur. Vide *Pontus* & *Helleſpontus*. Sic, *Longa Propontis*, dixit Ovid. lib. 4 Pont. epiſt. 9 v. 118.

¶ Prŏpontĭăcus, a, um, adject. Ovid. 1 Triſt. eleg. 9 v. 29

Propontiacis hærentem Cyzicon oris.

Et Propertius lib. 3 eleg. 22 pr.

Propontiacâ qua fluit Iſthmos aqua.

Pŏpa, æ, maſculin. immolator, qui ad aram alligabat victimas, feriebatque & jugulabat, ein ſchlachter des opffer-viehes. Vet. Gloſſ. *Popa*, θύτης. Item, ποπαχθύσης. Item, *Popa*, *immolator*, θύτης. Propertius lib. 4 eleg. 3 v. 66

Succinctique calent ad nova lucra popæ.

Vide & Suet. Calig. cap. 32. Turneb. lib. 18 Adverſ. cap. 5, & Jac. Gutherium de Vet. jur. Pontif. 2 cap. 14 p. 230. Videtur poparum ea fuiſſe functio Romæ, quæ Levitarum Hieroſolymis, ut mactarent hoſtias. ¶ 2. Sed & ii dicti ſunt *Popæ*, qui victimas venales habebant, ut placet Fabretto opere Inſcript. p. 56. ¶ 3. Perſius ſatyr. 6 v. 74 pro popinatore & guloſo lurcone *popam* dixit, ut Caſaubonus interpretatur, ein ſchlemmer, ſchmeerbauch:

Aſt illi tremat omento popa venter.

¶ Pŏpănum, i, πόπανον, placenta rotunda, quæ in ſacrificiis veteres utebantur, ein opfferkuchen, cujus dictionis frequens uſus apud Ariſtophanem eſt. Juvenalis ſatyr. 6 v. 540

Scilicet & tenui popano corruptus Oſiris.

Panificium appellat Suetonius Veſpaſiano cap. 8.

¶ Pŏpīna, æ, a *popa* fit, mediâ producta, locus eſt, ubi obſonia cocta publice vendebantur, frequentatus iis, qui dediti gulæ, die garküche, der gaſthof. Vnde id Floro poëtæ Adrianus Imperator apud Spartianum objicit, verſus ejus refutans:

Ego nolo Florus eſſe,
Ambulare per tabernas,
Latitare per popinas,
Culices pati rotundos.

Et Horat. lib. 1 epiſt. 14 v. 21

fornix tibi & uncta popina
Injiciunt urbis deſiderium.

¶ Pŏpīnālis, e, ſchleckerhafft; ut, *Deliciæ popinales*, Columella lib. 8 cap. 16. *Luxuria popinalis*, Apulejus principio libri 8 Metam.

¶ Popinārius, i, qui popinæ præeſt, ein garkoch. Firmicus lib. 4 cap. 15 *Faciet* (conſtellatio hæc) *hoſpites*, *popinarios*, *tabernarios*, *myropolas*. Lampridius in Alexandro cap. 49 *Cum Chriſtiani quemdam locum, qui publicus fuerat, occupaſſent, contra popinarii dicerent, ſibi eum deberi; reſcripſit, melius eſſe, ut quomodocunque illic Deus colatur, quam popinariis dedatur.* Sic & Caſaubonus legit in eodem Alexandro cap. 33 pr. pro *lupinariorum*.

¶ Pŏpīno, ōnis, maſculin. qui in popinis heluatur; vel ipſe tabernarius, qui popinam exercet, ein ſchlemmer, ſchwelger, zechbruder. Vide Nonium cap. 2 n. 705. Sueton. de Illuſtr. Grammat. cap. 15 de Lenæo, quod Salluſtium *laſtaurum*, & *lurconem*, & *nebulonem*, *popinonemque* appellaverit. Horat. 2 ſatyr. 7 v. 39

Imbecillis, iners, ſi quid vis, adde, popino.

¶ Pŏpīnor, āri, heluationis cauſſa popinas frequentare, ſchwelgen, ſchlemmen, praſſen. Trebell. Pollio in 30 Tyrannis cap. 29 ſive in Celſo: *Dum Gallienus popinatur, & balneis ac lenonibus deputat vitam.*

¶ Popinātio, ōnis, die ſchwelgerey. Gellius 10 cap. 17 *Dives ἀσωτίαν & popinationem adoleſcentis filii deplorans.* Alii legunt *propinationem*.

¶ Popinator, ōris, idem qui popino, lurco, heluo. Macrob. 7 Saturn. cap. 14 pr. *apud popinatores proponi.*

Pŏpĭlius, i, Lænas: Hoc nominis fuiſſe Ciceronis interfectori, cujus in cauſſa tamen capitali aliquando Cicero fuerat defenſor, auctor eſt Valerius Max. lib. 5 cap. 3 n. 4. ¶ 2. Alius ex Popilia gente, quæ plebeja Romæ fuit, *M. Popilius Lænas*, flamen Carmentalis, cum ſacrificium faceret læna amictus, ſeditionem concitatam ſedavit. v. Cic. in Bruto cap. 14. Liv. lib. 24, &c. & de aliis *Popiliis* paſſim.

Popina, cum derivatis, vide proxime ante in *Popa*.

Poples, poplĭtis, pars pedis genui oppoſita, quæ inflectitur, das knie, die krümme oder beuge unter dem knie. Nam *mola* eſt, die knieſcheibe. Vide appellationes partium humani corporis ſupra in *Homo*. Primam Virgilius ſemper produxit, v. Æn. 9 v. 762

ſucciſo poplite Gygen Excipit.

Lucretius autem corripuit lib. 4 v. 950

Brachia palpebræque cadunt, poplitesque cubanti.

Poppaea, æ, Sabina cognomine, prius Ottonis, deinde Claudii Neronis Cæſaris, coram quo Otto illam ſæpius laudaverat, uxor adultera; de qua Sueton. Nerone cap. 35, & Tacitus multis in locis. Hinc

¶ Poppæānus, a, um, adject. quod ad Poppæam ſpectat, vel quo Poppæa uſa eſt. Juvenal. ſatyr. 6 v. 462

Pane tumet facies, aut pinguia Poppæana Spirat:

i. e. unguenta fragrantia a Poppæa inventa.

Poppysma, ătis, πόππυσμα, vocis blandimentum, quod adhibetur equis indomitis cum tractatione manuum, das ſchmatzen, pfeiffen und ſtreicheln, ſo man den wilden pferden thut. Juvenalis ſatyr. 6 v. 583

Præbebit vati crebrum poppyſma roganti.

¶ Poppyſmus, i, ποππυσμὸς, ponitur pro manuum comploſione, das zuſammenſchlagen oder geklitſche mit den händen. Plinius lib. 28 cap. 2 ait: *Fulgetras poppyſmis adorare, conſenſus gentium eſt.* Vtrumque a ποππύζειν eſt, *ſibilare* vel *complodere*. Manus cavæ comploſæ ſonum efficiunt, qui *poppysmus* dicitur. vid. Turnebi Adverſ. 4 cap. 15.

Populabilis, popularis, populatio, &c. populiſcitum, populoſus, vide mox *Pŏpulus*.

Pōpŭlus, i, fœmin. arbor nota duorum generum. Eſt enim *populus alba*, ein pappelbaum. Horatius lib. 2 oda 3

Quo pinus ingens, albaque populus &c.

Et, *Populus nigra*, Plin. lib. 16 cap. 23 pr. eine äſpen. Addit ibidem tertium genus, quæ *Libyca* appellatur, *minima folio, ac nigerrima fungisque enaſcentibus laudatiſſima.*

¶ Pōpŭlĕus, a, um, denominativum, äſpin, vom pappeln; ut, *Populea corona*: Horat. 1 od. 7 v. 23 *Tempora populeâ fertur vinxiſſe corona.*

¶ Populnus, a, um, idem, apud Plautum in Caſinâ a. 2 ſc. 6 v. 32.

¶ Populneus, a, um, idem. Columella lib. 6 c. 3 *frons populnea*, laub vom pappelbaum.

¶ Populētum, i, locus populis conſitus, ein ort da pappeln ſtehen. Plin. lib. 14 c. 6 *in paluſtribus populetis.*

¶ Pōpŭlĭfer, a, um, das äſpen oder pappeln trägt. Ita Ovidius *Padum populiferum* dixit 2 Amor. eleg. 17 v. 32.

Pŏpŭlus, i, hominum conjunctio & ſocietas, ſub iiſdem legibus in urbe aut regione degentium, ein volck. Sic, *Populus Romanus*, qui ſenatu, equite & plebe conſtabat. *Populus Athenienſis*, &c. Nec de magnis civitatibus tantùm hoc nomen accipiendum eſt., ſed & de vicis, quos Græci δήμους, & κώμας appellarunt. Huc enim referendum illud Apuleji eſt in Apologia: *Quindecim*, inquit, *liberi homines, populus eſt: totidem ſervi, familia: totidem vincti, ergaſtulum.* Et, *Vrbanus populus*, apud Nepotem Cimone c. 2 n. 1 opponitur exercitui, die bürgerſchafft, das ſtadt-volck. ¶ 2. Aliquando *Populus* partem tantum civilis ſocietatis, plebem videlicet, ſignificat, qua ratione hac voce ſæpiſſime uſus Suetonius eſt, der gemeine hauffe. Nec aliter Plinius, cum Panegyr. cap. 25 *datum congiarium populo* ſcribit. Martialis lib. 8 epigr. 15

Dat populus, dat gratus eques, dat thura ſenatus.

Hinc *popularia*, loca in theatro, ubi plebs ſpectabat. Aliquando tamen epitheton additur, quod vocem ad plebem reſtringat. Sic poëta, quem Virgilium quidam exiſtimant, qui & in Appendicem Virgilian. a Scaligero relatus eſt, in elegia ad Valer. Meſſalam ſub fin.

Pingui nil mihi cum populo eſt.

¶ 3. Aliquando & pro quavis turba, multitudine ſeu copia ſumitur, die menge der leute, die ſchaar. Lucanus lib. 3 v. 665

Nutaretque ratis populo peritura recepto.

Populum enim vectorum turbam dixit: hoc eſt, qui navi vehebantur. Juſtinus lib. 10 cap. 1 *Oſtenti prorſus genus, ubi in tanto populo*, (i. e. filiorum multitudine,) *non ſolum ſociari, verum etiam ſileri parricidium potuit.* B. Cyprianus Serm. de mortalitate extr. *Illic prophetarum exultantium numerus: illic martyrum innumerabilis populus.* Et quemadmodum Virgilius atque Homerus *gentis* vocabulum apibus tribuunt, ita & iiſdem *populi* Columella lib. 9 cap. 13: *Duo*, inquit, *populi conjungi debent.* Similiter *aëreos populos* pro avibus Manilius dixit lib. 5 v. 363, die vögel: vide & Buchnerum in Venantii Eleg. de Reſurrectione v. 81. Sed *populi* voce ita uti promiſcue in proſa, præcipue ſi de inanimis ſermo, audacius eſt, quam ut dicendi regulæ quadret: quale illud Sidonii eſt, qui lib. 6 epiſt. 2 *Scelerum populum* dixit. Nonnulla huc pertinentia ad Nonnum & Petrus Cunæus notavit p. 10 & ſeqq. Adde Barth. ad Claudian. p. 1233, & Voſſ. lib. 4 Inſtit. Orat. p. 103.

¶ Pōplus, i, pro *populus*, contracte poſuit Plautus Amph. a. 1 ſc. 1 v. 103, & Caſin. a. 3 ſc. 2 v. 6. Et hinc nonnulli faciunt *Poplicus* pro *Publicus*, apud Plautum Trin. a. 1 ſc. 1 v. 16. Item *Poplicitus*, pro *publicitus*, vel *publice*, apud eumdem Stich. a. 3 ſc. 2 v. 35. Item *Poplicola* pro *publicola*, apud Silium 2 v. 8.

¶ Pŏpellus, i, diminut. das völcklein. Horat. 1 epiſt. 7 v. 65 *Tunicato ſcruta popello vendere.* Et Perſius ſatyr. 4 v. 15 *Blando caudam jactare popello.*

¶ Pŏpŭlāris, e, quod eſt populi, gemein im volck, bürgerlich: ut, *Fama popularis*, Cicer. 2 de Fin. c. 15, ein gemeines gerücht im volck. *Imperium populare ſemper ventoſum eſt*, Idem 11 Philipp. c. 7, wo der gemeine pöbel das regiment hat. Hinc *popularis res militari* opponitur, apud Cic. lib. 2 de LL. c. 8 *Quique agent rem duelli, quique populare auſpicium.* Et lib. 3 cap. 6 *Veteres verbotenus acute illi quidem, ſed non ad hunc uſum popularem ac civilem de republ. diſſerebant.* Sed, *Oratio ad vulgarem popularemque ſenſum accommodata*, Idem 1 de Orat. cap. 23, i. e. ad captum populi. *Populare* etiam dicitur populo gratum, & ad parandam populi gratiam comparatum, was dem volck lieb iſt: Plinius Panegyr. cap. 77 *Pleraque ad prætores remittebat: atque ita, ut collegas vocaret*, (de Trajano Imperat. loquitur) *non quia populare gratumque audientibus, ſed quia ita ſentiebat.* Ita ſæpe Tacitus. Livius lib. 7 cap. 33 *Nihil popularius eſt, quam quibus artibus petimus*

magi-

magistratus, iisdem gerere. Et vero ipsi, qui populi studia gratiamque captabant, *Populares* dicti, dem volck zugethan: Livius lib. 2 cap. 10 *Nec quisquam malis artibus postea tam popularis esset, quam tum bene imperando universus senatus fuit.* Plutarchus in Arato φιλοπολίτας vocat.

¶ Pŏpŭlāris, is, substantivum, civis, ein bürger, landsmann. Terent. in Adelph. a. 2 sc. 1 pr. *Obsecro populares*, &c. Et qui ejusdem conditionis, fortis, & fortunæ est. Idem in Phorm. actu 1 ineunte: *Amicus summus meus, & popularis Geta*, hoc est, ejusdem gentis & fortunæ. ¶ 2. *Popularium* etiam nomine intelligitur multitudo urbana, quæ militibus opponitur, stadtleute. Capitolinus in Marco Antonino cap. 17 *Pestilentia multa millia & popularium & militum interemerat.* Vlpianus de officio præfecti urbi: *Debet etiam dispositos milites stationarios habere, ad tuendam popularium quietem.* ¶ 3. *Populares* etiam translatione quadam dicuntur ejusdem factionis ac sectæ homines, cameraden, anhänger. Sic, *Populares sceleris, populares conjurationis*, i. e. complices, vel socios sceleris & conjurationis, Sallustius dixit Catilinâ cap. 22 & 24. Seneca de Vita beata cap. 13 *Mea quidem ista sententia est, (invitis hoc nostris popularibus dicam,) sancta Epicurum & recta præcipere.* Per *populares* intelligit eidem sectæ, cui ipse, addictos, Stoicos puta.

¶ Popularia, ium, in neutr. dicebantur loca, sive sedilia theatri, in quibus plebs spectabat: Suetonius Claudio cap. 25, & Domitiano cap. 4 extr. vid. Voss. lib. 5 Instit. Orat. p. 371, & Lips. de Amphitheat. p. 38. ¶ 2. *Popularia* sacra sunt, *quæ*, ut ait Labeo apud Festum, *omnes cives faciunt, nec certis familiis attributa sunt.* Conf. Nonius cap. 2 n. 630.

¶ Pŏpŭlārĭtas, ātis, die landsmannschafft. Plaut. Pœn. a. 5 sc. 2 v. 81 *Popularitatis caussa.* ¶ 2. Item, studium placendi populo, die bürger-liebe. Statius in Silvis lib. 2 carm. 7 v. 69 *Et gratum popularitate Magnum.* Ita & Suetonius usus Caligulâ cap. 15, & Tacit. Ann. 3, 69, 4. Et Plinius lib. 6 epist. 31 *Homo munificus & innoxiæ popularitatis.*

¶ Populariter, adverb. populi more, nach des gemeinen volcks weise und verstand; ut, *Loqui populariter*, Cic. 2 de Finib. cap. 6. Adde Juvenal. satyr. 3 v. 37 *Quemlibet populariter occidere.*

¶ Populifugia, orum, festa Romæ mense Junio celebrata, quo die repente fugerit populus. vid. Varr. de L. L. 5 cap. 3, & Macrob. Saturn. 3 cap. 2. Attingit Ovid. Fast. 2 v. 496.

¶ Populiscitum, i, decretum populi, ψήφισμα, ein bürgerschluß; aliàs *plebiscitum*: quamquam plebem & populum distinguit Gellius 10 c. 20, atque ita etiam plebis populique jussa. Nepos Alcibiade cap. 5 n. 4 *populiscito restituitur*: & in Epaminonda cap. 7 n. 4 *populiscito non paruit.* Sed Livius 45 cap. 25 *ut nullum de ea re scitum populi fieret.*

¶ Pŏpŭlōnia, æ, Juno dicta, quod populum tueatur & protectrix ejus sit. vid. Macrob. Saturn. 3 c. 11. Martian. Capella lib. 2 p. 38. Arnob. 3 p. 118, & Augustin. de C. D. 6 c. 10. ¶ *Populonia*, vel *Populonium*, oppidum Hetruriæ juxta Pisas. vid. Plin. 3 cap. 5 & 6; item Virgil. Æn. 10 v. 172.

¶ Populōsus, a, um, πολυάνθρωπος, volckreich. Apulej. Met. lib. 8 p. 212 *civitas populosa.* Vegetius de Re Milit. 3 c. 19 *populosior* [militum] *globus.* Et Solinus c. 52 *In Gange insula est populosissima, amplissimam continens gentem.* Et, *populosissima Cappadocia*, Authentic. 30 principio. conf. Borrich. Cogit. p. 197, & adde Alcim. Avitum 5 v. 295

Tota curatur populosum funus in urbe.

¶ Pŏpŭlōsĭtas, ātis, die vielheit, menge. Arnob. lib. 3 p. 102 *populositas summa*, scil. Deorum. Et Fulgent. Mythol. 1 *Argus luminum populositate conseptus.*

¶ Pŏpŭlo, āre, & Populor, āri, quorum posterius usitatius est, significat *prædari*, plündern, rauben; ut, *Populari agros*, auf dem lande umher streiffen und alles verheeren, Cic. 1. Offic. c. 10. *Ferro populatur & igni*, Lucan. 2 v. 445. Translate Ovid. Medicam. faciei v. 45 *Formam populabitur ætas.* Sed *Populat* Virgilius dixit 1 Georg. v. 185

populatque ingentem farris acervum

Curculio.

Eadem phrasis de formicis exstat apud eumdem Æn. 4 v. 402; vide & Æn. 1 v. 527, & exempla Quadrigarii & Accii apud Nonium cap. 7 n. 26. Mamertinus Panegyr. Juliani cap. 8 *Quæ non modo nihil cuiquam adimunt, neque urbes hospitas populant*, &c. ¶ 2. *Populare* significat populi amorem conciliare; uti Nonius cap. 1 n. 185 explicat illud Pacuvii: *Mihi patriam populavit meam.*

¶ Populātus, a, um, passive, verheeret, verwüstet, geplündert: ut, *Populatæ, vexatæ, funditus eversæ provinciæ*, Cic. Divin. in Quintil. cap. 3. *Arva populata Marte*, Horat. 3 od. 5 v. 23. Et metaphorice Virg. Æneid. 6 v. 496 *Populataque tempora raptis auribus.* ¶ 2. Active, *Populatus*, der verwüstet hat; ut, *Amnes in æquora currunt, quisque suum populatus iter*, Virg. Æneid. 12 v. 524. *Populatus cædibus urbes*, Stat. Theb. 3 v. 221. conf. Theb. 5 v. 1.

¶ Populātim, adverb. per populos, catervatim, in universum, vom volck zu volck, mit hauffen, allesamt. Pomponius apud Nonium c. 2 n. 628 *Poëta placuit populatim omnibus.* Et Cæcilius apud eumdem c. 2 n. 659 *Omnes servos perdo populatim.*

¶ Populātus, ûs, substant. die plünderung, verwüstung, verheerung. Lucanus 2 v. 544 *Ardent Hesperii sævis populatibus agri.* Sic & Claudian. in Eutrop. 2 v. 244 *Squalent populatibus agri.*

¶ Populatio, ōnis, idem: Livius 2 c. 64 *populationem facere.* ¶ 2. Est populus, turba, der hauffe, die völckerschafft. Sedulius in Joannis c. 11 de Lazaro resuscitato:

Flebant germanæ, flebat populatio præsens.

¶ Pŏpŭlātor, ōris, ein räuber, verheerer, verwüster; ut, *Trojæ populator*, Ovid. Met. 13 v. 655. *Populatores agrorum nostrorum*, Liv. 3 c. 68. *Luxus populator opum*, Claudian. 1 in Rufin. v. 35. *Populator bruchus*, Prudent. Hamartig. v. 228.

¶ Populatrix, īcis: Stat. 3 Silv. 2 v. 86 *Siculi populatrix virgo profundi*, id est, Scylla.

¶ Pŏpŭlābĭlis, e, leichtlich zu verwüsten. Ovid. 9 Met. v. 263

quodcunque fuit populabile flammæ,

Mulciber abstulerat.

¶ Populabundus, a, um, verwüstend. Livius lib. 1 c. 15 *In fines Romanos excurrerunt, populabundi magis, quam justi more belli.* Et lib. 2 c. 60 idem: *vagari populabundum hostem per agros.* Ac Sisenna apud Gellium lib. 11 cap. 15 *populabundus agros.* Nam etiam casus verborum regunt in *bundus* formata. Vide supra *Imaginabundus.*

¶ Populĭtor, āri, frequent. ausplündern. Lege 21 D. § 3 de Appellationib. *cum populitarentur ab adversario.*

Composita:

¶ Depŏpŭlo, āre, & Depopulor, āri, ut populari, verheeren. Cicer. Divin. in Verr. cap. 4 *provinciam depopulatus est.* Activa forma, *provinciam depopulavit*, dixit Hirtius extremo Bello Hispaniensi. Unde

¶ Depopulātus, a, um, passivum participium est, ausgeplündert. Plinius lib. 2 c. 53 *agris depopulatis.* Et Quintilianus Declamat. 13 p. 190 *Credo depopulatos agros, eversosque reditus.*

¶ Depopulatio, ōnis, die ausplünderung, verwüstung; ut, *Depopulatio agrorum*, Cic. in Pison. c. 17; &, *prædiorum*, pro Domo c. 58 pr. *Defendere provinciam a depopulatione*, Idem Cic. pro Fontejo c. 16, ein land bedecken, vor einfall beschützen.

¶ Depopulator, ōris, ein verwüster, räuber; ut, *Fori depopulator*, Cic. pro Domo sua cap. 5.

¶ Expopulatio, ōnis, idem quod *depopulatio.* Columella lib. 3 cap. 2 *Apianæ vites apibus afferunt prædam, quarum vocabulo propter hanc expopulationem cognominantur.*

¶ Perpŏpŭlor, āri, durchaus plündern. Livius lib. 22 c. 3 *Hannibal perpopulatur Italiam, vastat & urit omnia.* Idem Livius lib. 34 cap. 28 extr. *Cum perpopulatus omnia circumjecta urbi frequentis & amœni agri loca esset.*

¶ Perpopulatus, a, um, passive, ausgeplündert. Liv. 26 c. 9 *Hannibal, infestius perpopulato agro Fregellano, in Labicanum venit.*

Popus, vide infra *Pupus.*

POR, pro puer, in fine dictionis; ut, *Marcipor, Puplipor, Cypripor*: quod tamen genus nominis intercidit: Voss. lib. 4 Instit. Orat. cap. 12 pag. 225. Vide infra in *Puer.*

Porca, porcarius, porcellus, &c. vide mox *Porcus.*

PORCEO, ēre, verbum antiquum, syncopatum ex *porro* & *arceo*, idem ac prohibere, abhalten, zurückhalten, verwehren. Apud Nonium c. 12 n. 696 Pacuvius: *Magnus, ut verear eloqui, porcet pudor.* Item Accius: *Jam ab armis anni porcent.* Item Ennius: *Civium porcet pudor.* Et Lucilius: *Non te porro procedere porcent.*

PORCIUS, i, gentis Romanæ nomen, ex qua Catones fuerunt. Appellatio a *porcis* est. Sunt enim plura Rom. populi nomina ab utroque pecore, majore juxta atque minore petita, de quo Varro lib. 2 de Re Rustica cap. 1.

¶ Porcia, æ, celebris Catonis filia, Bruti uxor, cum doctrina ac fide, tum constantia ac fortitudine exitus. Quippe quæ, ne marito superviveret, ardentes favillas hausit ore, seque e vita ejecit. De qua Dio lib. 63 & 47 extr. itemque Valerius Maximus lib. 4 cap. 6 n. 5, & Plutarchus in Bruto pag. 989 & seq.

PORCUS, i, a rictu porrecto seu prominente dictus est, ein schwein; ut, *Porci sacres*, Plauto Rud. a. 4 sc. 6 v. 4, i. e. sinceri, puri, integri & idonei sacrificiis, uti explicat Varro lib. 2 de Re Rustica cap. 1 & 4. *Porci lactantes*, saugferckel: *Porci delici*, a mamma depulsi, abgesetzte ferckel, Idem Varro lib. 2 c. 4. Porcum Laribus immolabant insani, quique piaculum aliquod admiserant, & quibus liberorum prole aucta erat domus, Pontan. Vol. 1 Progymnasm. Dial. 20, 17 p. 280. ¶ 2. Translate *Porcus* pro homine pingui, corpulentiore habitioreque accipitur; ut, *Epicuri de grege porcus*, Horat. 1 epist. 4 v. 16, eine epicurische mastsau. Catullus carm. 39 v. 11

Aut porcus Umber aut obesus Etruscus.

¶ 3. *Porcus fœmina*, eine sau. Cato c. 135 [al. 134] ut Meursius legit & tuetur: etiam Popma. Sic & Cicero de Leg. 2 c. 22 *porco fœmina piaculum pati.*

¶ Porca, æ, fœmininum, a *Porcus*, eine sau. Cato R. R. c. 141 *Præcidanea porca.* Horat. 3 od. 23 v. 4 *Avida porca.* Et Virg. 8 Æneid. v. 641

Cæsa jungebant fœdera porca.

¶ 2. *Porca*, in agro idem est quod *lira*, terra nimirum elata inter duos sulcos, ein beet, aufgeworffene erde zwischen furchen. *Porca dicta, quod ea seges frumentum porrigat*, Varro lib. 1 de R. R. c. 29. Festus a *porcendo* deducit, *quod porcæ prohibeant aquam frumentis nocere*: vel, *quod tamquam signa sulcorum ultra se jaci semina prohibeant*, dicente Nonio c. 1 n. 305, conf. c. 2 n. 644, & Cic. 2 de Leg. c. 22, & Colum. 2 c. 4. Plinio eadem *Porculetum* dicta lib. 17 c. 22, ut mox dicemus.

¶ Porcŭlus, i, diminut. ein schweinlein, ferckel. Plin. 9 c. 15 *Porculus marinus.* Adde & Plaut. Menæch. a. 2 sc. 2 v. 38 ¶ 2. *Porculus* in torculari vinario batillus; ut, *Porculum figere*, Cato R. R. cap. 19. vid. Turnebi Advers. 7 c. 25.

¶ Porcŭla, vel Porculēna, æ, fœm. ein ferckelein, Plaut. Milit. Glor. a. 4 sc. 2 v. 68. conf. Voss. Etymol. p. 19.

¶ Porcellus, i, aliud diminut. Varro de R. R. 2 c. 4, & Sueton. Nerone c. 33.

¶ Porcellio, ōnis, vermiculus, eine schabe, kellerwurm. Cœl. Aurel. Tard. 1 c. 4 *Porcelliones, i. e. onisci, animalia, quæ humectis locis nascuntur.*

¶ Porcellīnus, a, um, schweinern. Apic. de Re culin. 4 c. 3, & Th. Priscian. de Diæta c. 6 *Porcellina caro.*

¶ Porcetra, æ, fœmin. sus, quæ semel peperit, eine sau, die einmahl geworffen, apud Gellium 18 c. 6.

¶ Porcīnus, a, um, adject. schweinern; ut, *Caro porcina*, Plaut. Captiv. a. 4 sc. 2 v. 69.

¶ Porcīnārius, i, qui porcos alit, eosque curat, ein schweinhändler, sauhirt.

hirt. Plautus Captiv. a. 4 sc. 3 v. 5 *Quanta laniis lassitudo! quanta porcinariis!* Et Cod. Theod. l. 14 t. 4 *Porcinarii urbis æternæ.*

¶ Porcīnārium, i, ein schweinstall, saukobe. Gloss. gr. lat. ὑοφορβεῖον, *Porcinarium.*

¶ Porcātius, i, idem. Firmicus 3 cap. 6 n. 7 *Faciet armentarios, bubulcos, pastores, equorum domiteres, porcarios, & his similes.*

¶ Porcarius, a, um, adject. schweinern; ut, *Vulva porcaria*, Plin. lib. 11 cap. 37 sect. 84.

¶ Porculatio, ōnis, nutricatus porcorum, die schweinzucht oder saumast, Varro de R. R. lib. 2 cap. 4.

¶ Porcŭlātor, ōris, idem qui *Porcinarius*: Columella lib. 7 cap. 9. Differt a subulco. Idem Columella proœmio p. 9 *Porculatoris & subulci diversa professio, diversæ pastiones.*

¶ Porculētum, i, a *porca*, id est, lira, Plin. 17 cap. 22, suntque *Porculeta* pulvini & areæ in agris, vineis ac hortis, beete.

¶ Porcilāca, vel Porculata, æ, herba vulgo *Portulaca* dicta, de qua mox in *Porta*, bürgel. vid. Plin. lib. 20 cap. 20 pr. & ibi Harduin. Adde Voss. Etymolog. p. 402.

¶ Imporco, are, furcam facere, furchen aufwerffen, beete machen. Gloss. *Imporco*, αὐλακίζω, nam αὖλαξ *sulcus.*

¶ Imporcātus, a, um, in porcas redactus, in furchen gezogen. Colum. 2 cap. 10 *Cum semen crudo solo ingesserimus, inarabimus imporcatumque occabimus.*

¶ Imporcĭtor, ōris, *qui porcas in agro facit arando*, Festus.

PORDĂCA, æ, vasis genus esse videtur apud Ammian. 28 cap. 4 *Lucanicus cum pordaca & salsula.* Græce πορδακὸν, *madidum*, seu *uliginosum* exponitur.

PŎREASTRVM, i, portulaca, bürgel, apud Apulej. de Herb. c. 103.

Porgo, pro *Porrigo*, vide infra in *Rego*.

PŎRISMA, ătis, πόρισμα, consectarium, corollarium, additamentum ex demonstratis resultans, ein folgender schluß.

PORPHYRIO, ōnis, πορφυρίων, avis aquatica, corpore toto cœrulea, rostro vero & cruribus purpurea, in Commagene laudatissima, Plin. 10 cap. 46. ¶ 2. *Porphyrion* unus ex gigantibus dictus. vid. Horat. 3 od. 4 v. 54, & Martial. 13 epigr. 78.

¶ Porphȳris, ĭdis, πορφυρὶς, purpura, avis alia est marina a *Porphyrione* diversa, apud Aristophanem, Gesner. ¶ 2. Insula in sinu Laconico, postea Cithēre dicta, (nunc Cerigo,) Plin. lib. 4 cap. 12.

¶ Porphȳrītes, æ, πορφυρίτης, lapis est Ægyptius rubens, candidis distinctus punctis, Plinio 36 cap. 2, rother marmel.

¶ Porphyrētĭcus, a, um, adject. ut, *Marmor porphyreticum*, Sueton. habet in Nerone cap. 50, rother marmelstein; &, *Saxa porphyretica*, Lampridius Elagabalo cap. 24.

¶ Porphȳrĭăcus, a, um, purpureus, purpurfarbig, Ovidio tribuitur:

Et porphyriacis figere labra genis.

¶ Porphyrītis, ĭdis, fici genus, longissimo pediculo, Plin. 15 c. 18.

¶ Porphyrogenĭtus, i, πορφυρογεννήτης, uti Zonaras reddit in Constantino; & exponitur *in purpura*, h. e. *patre jam imperatore vel rege natus*, vel *in Porphyra loco*. Nam talem Constantinus M. ædificari jussit, ubi augustæ parerent. vid. Luitprandus de Reb. Europ. lib. 1 c. 2.

PORPHYRIVS, i, Πορφύριος, Tyri, Phœniciæ metropoli natus, philosophus Platonicus, Christianorum hostis, contra quos scripsit; primum Longini, deinde Plotini discipulus fuit. Scripsit multa: de quibus vid. Suidas. *Porphyrii* nomen a præceptore Longino accepit. Ante enim *Malchus* dictus fuerat, quod Syrorum linguâ *regem* significat. Πορφύρα enim sive *Purpura* regum propria: vide Eunapium ejus vitâ.

Porraceus, Porrectio, vide *Porrum*, *Porrigo* in *Rego*.

PORRĬCIO, ĕre, sacrificandi est verbum, significans, Diis porrigere vel sacrificare, den göttern geben oder aufopffern. Virg. Æn. 5 v. 775

extaque salsos
Porricit in fluctus.

Adde eod. lib. v. 238, ubi Taubmannus ex Macrob. Saturn. 3 cap. 2, & Varrone notat, hoc verbum ex disciplina aruspicum, & ex præcepto pontificum, solenne sacrificantibus fuisse. Et Livius lib. 29 cap. 27 *Cruda exta victimæ cæsæ in mare porricit.*

¶ Porrĭciæ, arum, exta, quæ in aræ foco ponebantur. Solin. cap. 11 *Nec ignis apponitur in hanc congeriem, cum porricias intulerint.* conf. Voss. Etymol. p. 414 in *Prosecta*.

Porrīgo, vide infra in *Rego*

PORRĪGO, ĭnis, morbus, die schuppichte, jückende räudigkeit, der haupt- oder erb-grind. Idem est ac *Prurigo* a *prurio*. Lucilius apud Nonium cap. 2 n. 701 *Corruptus scabie & porrigine plenus.* Horat. 1 sat. 3 v. 126 *Caput impexa fœdum porrigine.* Et Juvenal. sat. 2 v. 79

grex totus in agris
Unius scabie cadit & porrigine porci.

Vet. Gloss. *Porrigo*, πυτυρίασις, *porrigo*, πίτυρα τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ.

¶ Porrigĭnōsus, a, um, qui porrigine infestatur, räudig, grindig. Plin. Valer. 1 cap. 4 *Porriginosum caput.*

PORRĬMA, æ, soror Carmentæ, matris Evandri, Ovid. 1 Fast. v. 633.

Porrina, vide mox *Porrum*.

PORRO, πόῤῥω, interdum adverbii hortandi, aut loci aut ordinis; nonnunquam conjunctionis adversativæ & expletivæ vim habet, weiter, ferner, darnach. Cicer. de Finib. 4 cap. 27 *Perge porro, nam de isto magna dissensio est.* Liv. *Porro ire pergas*, id est, ulterius. Terent. in Andr. a. 4 sc. 4 v. 10 *Move ocius te, ut quid agam porro intelligas.* Idem in Hecyr. a. 3 sc. 1 v. 18 *Nova res orta est, porro ab hac, quæ me abstrahat.* Plautus Rudente a. 4 sc. 3 v. 95 *Ubi tu hic habitas?* GR. *Porro illic longe usque in campis ultimis.* Cic. pro Milon. cap. 9 *Eum porro summo consensu consulem fieri videbat*; hoc est, Eum autem. Idem pro Rosc. Amer. cap. 40 pr. *Jam porro videte cætera, judices*, demnach besehet das ander. Terent. in Andr. a. 1 sc. 5 v. 42 *Adeon' me ignavum putas? adeon' porro ingratum?* Ubi vim conjunctionis expletivæ habere annotavit Donatus.

¶ Proporro, porro, ulterius, noch weiter. Lucretius lib. 2 v. 978

Et sibi proporro, quæ sint primordia, quærunt.

Idem lib. 4 v. 888 *Inde ea proporro corpus ferit.*

PORRVM, & Porrus, i, lauch. Martialis lib. 13 epigr. 19

Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros.

Vet. Gloss. *Porrus capitatus*, κεφαλωτὸν, lauch. *Porrum agreste*, ἀμπελόπρασον, wild lauch. Inter Deos reposuerunt Ægyptii: vide Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 155.

¶ Porrāceus, a, um, lauchfarbig; ut, *Folia porracea*, *color porraceus*, Plin. lib 21 cap. 18.

¶ Porrīna, æ, locus porris consitus, ein lauchbeet. Scævola l. 58 § 1 ff. de usufruct. *Sempronio do, lego ex reditu fructum oleris & porrinæ.* Adde Arnob. lib. 2 p. 85, & Caton. R. R. cap. 47.

PORSĔNA, æ, media correpta, quæ epenthesin tamen interdum admittit. Rex Tusciæ fuit, qui Romam obsedit. vide Livium lib. 2 c. 9. Martialis lib. 1 epigr. 22

Urere quam potuit contemto Mucius igne,
Hanc spectare manum Porsena non potuit.

Et Silius lib. 8 v. 480 *quum Porsena magne jubebat.*

Nec aliter Horatius epod. 16

Minacis aut Etrusca Porsenæ manus.

At Virg. 8 Æn. v. 646

Nec non Tarquinium ejectum Porsenna jubebat.

quam geminationem plerique libri MSS. sequuntur, etiam solutæ orationis & sine metro. vide Gronov. ad Livium lib. 2 cap. 9.

PORTA, æ, ab importando & exportando dici videtur, ein eingang, thor; ut, *Ad portam expectare comites*, Cicer. 15 fam. epist. 17. *Ad portam præsto esse*, Id. in Pison. c. 23, am thor warten. *Porta patet*, ibidem, das thor stehet offen. Et, *Pedem porta efferre*, ad Attic. 8 epist. 2, vors thor gehen. De originatione hujus vocabuli egregie Cato apud Isidorum lib. 15 cap. 11 *Qui urbem*, inquit, *novam condit, tauro & vacca aret; ubi araverit, murum faciat: ubi portam vult esse, aratrum sustollat & portet, & portam vocet.* Cum quibus unice convenire videntur, quæ Glossarum veterum auctor in hac voce affert: *Porta*, inquit, τὸ μεταξὺ τῶν αὐλάκων ὕψος. ¶ 2. Hinc transfertur ad alia: Idem Gloss. auctor: *Porta*, τὸ μεταξὺ τῶν κυμάτων. Et vero *Portæ* dicuntur quævis loca, per quæ ingressus est, der weg, die pforte, der paß. Manilius lib. 4 v. 604

Hac ubi se primum portâ mare fudit ab alta.

Sic, *Caspiæ portæ*, qua iter est per montes Caspios, Plin. 6 cap. 11. *Saltum, in quo Ciliciæ portæ sunt sitæ, præoccupare*, den paß verhauen nach Cilicien, Nepos 14, 7, 2. Virg. 1 Æn. v. 87

Qua data porta, ruunt &c.

Cæsar lib. 7 de B. Gall. cap. 70 *Portis angustioribus relictis.* Vide & Buchnerum ad Venantii Elegiam de resurrectione Christi v. 2. *Portæ Scææ* appellari possunt, quæ non directa, sed obliqua itinera habent. vide infra *Scæa*. Sedes imperatoris Turcici quare *Porta Ottomannica* appelletur, vide apud Leunclavium in appendice Xenophonteâ, notis p. 1023; nimirum, quia *Porta*, more Orientalium, pro *aula* sive *ipsa regia* accipitur, & cum persona principis in loca quævis, etiam in castra migrat.

¶ Portŭla, æ, diminut. ein pförtgen. Livius 25 cap. 9 *Philomenes portula adsueta venationem inferens.* Et cap. 24 *Portula magna.*

¶ Portūlāca, æ, herba, quasi *Portulata*, quia foliis portulas imitatur, & portulas habere videtur, bürgel, burzelkraut. vid. Cels. 2 cap. 20 & 33. Idem lib. 4 cap. 9. Plin. 13 cap. 22, & 27 cap. 13. Colum. 12 cap. 13. Apul. de Herb. cap. 103.

¶ Portella, æ, aliud diminut. ein pförtlein. Gloss. lat. gr. *Portella*, ῥυμοπύλιον.

¶ Portārius, i, ein thorhüter: Vulg. Interpr. 2 Reg. c. 7 v. 11.

¶ Portĭcus, ûs, fœm. locus deambulationis caussa adversus tempestates solisque æstum tectus, & columnis suspensis: quarum pro ordinum numero & nomina porticus sortiebantur; atque nunc *duplices*, ut Vitruvio lib. 5 cap. 9, nunc *triplices*, ut Suetonio in Nerone cap. 16 nominantur, ein bedeckter gang oder laube, eine galerie, börse. Tales fuere variæ Athenis, teste Meursio Attic. Lect. 6 cap. 17 & 18. De *porticu, quæ Pœcile vocatur*, Nepos 1, 6, 3. Cur templis adderentur, docet Vitruvius lib. 3 cap. 2, & Plin. lib. 11 epist. 39. Sic, *Ampla, excelsa porticus*: Virg. Æn. 3 v. 353

Illos porticibus rex accipiebat in amplis.

Et Vitruvius lib. 5 cap. 1 *porticuum contignationes.*

¶ Portĭcŭla, æ, diminutivum, ein bedeckt gänglein. Cic. lib. 7 epist. 23 ad Fab. Gallum: *Exhedria quædam mihi nova sunt instituta in porticula Tusculani.*

¶ Circumporticātio, ōnis, circuitus porticus, ein umgang, Lege 37 § 1 Dig. de relig. & sumt. funer.

¶ Cryptoportĭcus, ûs, occulta porticus, ein heimlicher gang; sub terra juxta atque in edito, Plin. lib. 2 epist. 17, & lib. 5 epist. 6.

¶ Pseudoportĭcus, ûs, falsa porticus, ein falscher gang, Plin. H. N. lib. 6 cap. 27.

Portendo, portentosus, portentum, &c. vide *Tendo*.

PORTHMOS, i, πορθμὸς, i. e. fretum, sive maris inter duos continentes angustiæ. vide *Isthmus*. ¶ 2. Est & oppidi in Eubœa nomen, Plin. 3 cap. 5, & 4 cap. 12.

¶ Porthmeus, ĕi, πορθμεὺς, qui navigia traducit, a πορθμὸς, *fretum*; ein überführer, fährmann. Juvenal. sat. 3 v. 265

Jam sedet in ripa, tetrumque novitius horret
Porthmea.

Porticus, Portio, Portisculus, Portitor, &c. vide *Porta*, *Pars*, *Portus*, *Porto*.

PORTO, avi, atum, are, ferre, gestare, tragen, führen, fahren. Duobus modis dicimus: uno, cum jumentis aut curribus aliquid nobiscum ducimus: altero, cum corpore nostro, imitatione jumentorum, ferimus. Terent. Andr. a. 4 sc. 3 v. 4 *Mi homo, quid istud obsecro est? Quo portas puerum?* Sic, *Portare onus molestum*, Horat. 1 satyr. 6 v 99. *Portare humeris*, Idem 1 sat. 5 v. 90. *Portari lecticâ*, Cic. Attic. 10 epist. 16. *Portare bonum*, Terent. Andr. a. 2 sc. 2 pr. *fallaciam*, ibidem sc. 6 pr. &, *jurgium*, Idem Hecyr. a. 3 sc. 5 v. 63. Sic & *Portare peccatum*

catum dicimus: Terentius Heaut. a. 4 sc. 1 v. 12 *Nescio, quid peccati portet hæc purgatio*, was sie andeute. Nepos 14, 4, 2 *Quæ regi portantur*, die herrengefälle, die abgetragen werden.

¶ Portatus, a, um, getragen, geführt. Hinc

¶ Portātus, ûs, subst. deportatio, die fahrung, tragung. Silius lib. 12 de navibus, quæ Hannibal ex obsesso portu per aversa plaustris & machinis extraxit, v. 443

Perque aversa tulit portatus in arva carinas.

Portatus, id est, subvectio, deportatio. Vide Dausquejum, qui etiam ex Plinii lib. 9 cap. 35 *perditiore portatu* producit, sed vulgari & pravata nixus lectione. Harduinus ex sex MSS. edidit *perdito nepotatu*. Nec illud Silii satis certum. Nic. Heinsius, quem Cellarius secutus: *portatas arva carinas*. Adde Plin. 23 cap. 7 *Mala piraque portatu jumentis mire gravia sunt.*

¶ Portatio, ōnis, idem. Vitruvius lib. 10 cap. 1 *Portationes eorum non essent, nisi plaustrorum inventæ essent machinationes.*

¶ Portābĭlis, e, quod potest portari, tragbar. Sidonius lib. 8 epist. 11 *portandus quidem, sed portabilis.* Augustinus epist. 34 ad Paullinum: *onus tolerabilius & portabilius.*

¶ Portatĭlis, e, idem: vulgo dicitur, sed sine auctoritate; ut, *Horologium portatile*, eine sack-uhr.

¶ Portātōrius, a, um, idem. Augustinus Serm. 7 Adscensionis festo: *Delectat adspicere Christum dominum portatoriis nubibus adscendentem*, i. e. ad portationem idoneis.

¶ Portĭto, are, frequent. offt tragen. Gellius lib. 20 cap. 1 *Eum servus sequebatur crumenam plenam assium portitans.*

¶ Portĭtor, ōris, qui aliquid portat, ein träger, ein fährmann. Statius lib. 1 Theb. v. 693 *Hyperboreæ glacialis portitor ursæ.*

Et Prudentius passione Vincentii v. 405

Corvus Eliæ datus
Olim ciborum portitor.

Lege 1 Cod. ne quid oneri publ. impon. *portitores frumenti.* ¶ 2. De iis autem sæpius accipitur, qui nave subvectant. Seneca 6 Benefic. cap. 18 *Plato cum flumen nave transisset, nec ab illo quidquam portitor exegisset.* Quo poëtarum ille portitor apud inferos pertinet. Statius Theb. 12 v. 559 *Lethæi portitor amnis.*

Et Albinovanus ad Liviam v. 357

Fata manent omnes, omnes expectat avarus
Portitor, & turbæ vix satis una ratis.

¶ 3. Sidonio & aliis ejus ævi scriptoribus *Portitores* pro portitoribus litterarum sive tabellariis dicuntur. Sic Apollinaris ille lib. 6 epist. 3 *Commendamus apicum portitorem.* Cassiodorus lib. 10 epist. 8 *Harum portitorem ad excellentiæ vestræ beneficia destinavit.* Adde Isidor. lib. 6 Orig. cap. 8. ¶ 4. *Portitores* telonarii, qui portorium obsidentes omnia sciscitantur, & portorium exigunt, mautner, zöllner, zoll- und accis-einnehmer. Vide Nonium Marcellum cap. 1 n. 65, & Donatum ad Terent. Phorm. a. 1 sc. 2 v. 100. Quo etiam Ciceronis illud pertinere videtur 1 Offic. cap. 42 *Improbantur ii quæstus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut fœneratorum.*

¶ Portĭtōrium, i, das zollhauß, geleithauß. Gloss. lat. gr. *Portitorium*, τελωνεῖον.

¶ Portōrium, i, merces quæ datur portitori, fährgeld, fuhrlohn, fracht. Item, vectigal non solum portûs, sed pontis etiam aliorumque terrestrium itinerum, zoll, accis, geleite-geld. Gloss. Vet. *Portorium*, τέλος ἐν λιμένι. Hirtius B. Alexandr. cap. 13 *Erant omnibus ostiis Nili custodiæ, exigendi portorii caussa, dispositæ*, schiff-zoll. Et Lege 60 Dig. Locati cond. § Vehiculum 8 *Cum vehiculum pontem transiret, redemtor ejus pontis portorium ab eo exigebat*, brücken-zoll. Cæsar 3 Bell. Gall. principio: *Iter per Alpes magnis portoriis mercatores ire consueverant*: hoc est, vectigalibus, ex quibus quæstum Alpinæ gentes faciebant. Et Plaut. Trin. a. 4 sc. 4 v. 15 *Solutum est portitori jam portorium.*

Composita:

¶ Apporto, are, adferre, advehere, zubringen, zuführen, zutragen; ut, *Apportare de* vel *ex aliquo loco*: Plin. lib. 7 cap. 56 *Plumbum ex Cassiteride primus apportavit Midacritus.* Et, *Apportare rem novam*, Plaut. Mostell. a. 2 sc. 2 v. 35. *Apportat aliquid novi tempus*, Terent. Adelph. a. 5 sc. 4 pr. *Apportare nuntium*, Idem Heaut. a. 3 sc. 1 v. 18, eine bothschafft bringen. *Senectus apportat vitia*, Cic. de Senectute cap. 8 ex poëta.

¶ Apportātio, ōnis, die zufuhre. Vitruvius lib. 2 cap. 9 *Cujus materiei si esset facultas apportationibus ad urbem, maxime haberentur in ædificiis utilitates.*

¶ Asporto, are, contrarium, est alio transferre, seu portare, hinwegbringen, wegführen. Terent. in Phorm. a. 3 sc. 3 v. 18 *Quoquo hinc asportabitur terrarum, certum est persequi.* Et, *Secum asportare*, mit sich hinwegnehmen, Cic. in Paradox. c. 1. Et Nepos Themist. c. 2 *sua omnia Trœzenam asportant.* Priscianus lib. 2 cap. de Syllaba: *Asporto* pro *Absporto.*

¶ Asportātio, ōnis, die wegführung, abfuhre. Cic. 6 in Verr. cap. 49 *Eorum* [signorum seu statuarum] *demolitio atque asportatio perdifficilis videbatur.*

¶ Comporto, are, zusammentragen, zuführen; ut, *Comportare frumentum ex agris in loca tuta*, Cic. ad Atticum lib. 5 epist. 18. Et Horat. 2 sat. 3 v. 104 *Si quis emat citharas, emptas comportet in unum.*

¶ Comportatus, a, um, zusammengetragen. Cic. de Orat. 3 cap. 24 *Rebus exquisitis undique, & collectis, arcessitis, comportatis.* Horat. 1 epist. 2 v. 50 *Comportatis rebus bene uti.*

¶ Comportātio, ōnis, die zusammenführung. Vitruvius lib. 1 cap. 5 pr. *Cum per portus marinæ subvectiones habuerint ad mœnia comportationes expeditas.*

¶ Deporto, are, davon tragen, wegführen; ut, *Deportare jumentis*, Pompejus Lentulo sub ep. 12 lib. 8 Cic. ad Att. *Deportare navibus*, Cæsar 3 B. Gall. cap. 12. *Ubi placebat, ut te Leucadem deportaret*, &c. Cic. 16 fam. epist. 5. Et Nepos Alcib. c. 4 *In triremem, quæ ad eum deportandum erat missa, adscendit.* Et, *Deportare in solas terras*, dixit Terentius Phorm. a. 5 sc. 7 v. 85, pro eo, quod vulgo dicunt, relegare, seu exilio mulctare, verweisen. JCtis tamen *deportati* & *relegati*: item, *relegatio* & *deportatio*, quæ gravior atque atrocior, differunt; quos vide. Sed, *Deportare gloriam*, ruhm davon bringen, Curt. 9, 10, 24. *Plus victoriæ quam prædæ*, Idem 10, 2, 11. *Triumphum*, Nepos 24, 2, 1. *Pecuniæ ex provinciis Romam a quæstoribus deportabantur*, die gelder wurden hingeliefert, Vellej. 2, 62, 3.

¶ Deportatus, a, um, weggebracht, hingetragen. Cic. pro Muræna c. 5 *Aliquod ex Asia deportatum flagitium ac dedecus.*

¶ Deportātio, ōnis, die wegtragung. Cato cap. 144 *in singulas deportationes.* Pro relegationis atroci genere, ut dictum, apud JCtos. Lege 3 Dig. ad Leg. Juliam pecul. *In aquæ & ignis interdictionem hodie successit deportatio.* Et Lege 6 § 1 Cod. Vnde vi, *æterna deportatione puniri*, mit ewiger lands-verweisung.

¶ Exporto, are, efferre, hinausführen, austragen; ut, *Exportare ex oppido*, Cic. 6 Verr. cap. 35. *Ex provincia exportare*, Idem pro Flacco cap. 28. Et, *In navem exportare*, 6 Verrin. cap. 10. *Exportandum in ultimas terras portentum*, Idem 3 Verr. cap. 15, id est, homo propter scelera intolerandus.

¶ Exportātio, ōnis, die ausfuhre. Cic. 2 Offic. cap. 3 *Earum rerum, quibus abundaremus, exportatio: & earum, quibus egeremus, invectio certe nulla esset, nisi* &c.

¶ Importo, are, inferre, einbringen, hineintragen, hineinführen; ut, *Importare frumentum in oppidum*, Hirtius 8 B Gall. cap. 35. *Discordia civilis clades importat*, Liv. lib. 24 cap. 22, es verursachet, bringet schaden. *Importare incommodum*, Cicer. 2 Offic. cap. 5. *Mala importare*, Idem 5 Tusc. cap. 10; *Calamitatem*, pro Sextio cap. ult. &, *Pestem*, pro Dejotaro cap. ult. *Periculum*, Livius lib. 39 cap. 14.

¶ Importatus, a, um, zugeführt, herzu gebracht. Cæsar lib. 5 B. Gall. c. 12 de Britannis: *Ære nituntur importato.*

¶ Importātītius, a, um, idem; quod importatur aliunde. Hirtius Bello Afric. cap. 20 *frumento se in Africa, nisi importatitio, uti non posse.*

¶ Importābĭlis, e, quod nequit portari, untragbar, unerträglich. Tertull. 4 adv. Marc. cap. 27 *Excusandos censuisset, si importabilia portare non possent.* Et Sarisb. 4 cap. 11 *Importabilis moles.*

¶ Præporto, are, vorher tragen, apud poëtas paucos legitur: Lucret. 2 v. 621 *Telaque præportant violenti signa furoris.*

Et Catullus carm. 64 de Nupt. Pel. & Thet. v. 194

Frons exspirantis præportat pectoris iras.

¶ Reporto, are, referre, wiederbringen; item, erlangen, davon tragen; ut, *Reportare humeris suis exsulem*, Sallust. in Cic. extr. *Reportare victoriam a rege*, Cic. pro Lege Manil. cap. 3; *Prædas ac manubias ab hostibus*, Idem Agrar. 2 cap. 23. Et, *Laudem, gloriam ex proconsulatu*, Plin. lib. 3 epist. 7.

¶ Reportātus, a, um, zurück gebracht. Cic. post Redit. in Senat. cap. 11 *In patriam equis & curru reportati.*

¶ Supporto, are, importare, zuführen; ut, *Supportare rem frumentariam*, Cæsar lib. 1 Bell. Gall. cap. 39. Et, *Omnia hinc in castra supportabantur*, apud Livium lib. 41 cap. 1.

¶ Transporto, are, transferre, traducere, hinüberbringen, überführen. Cic. ad Attic. lib. 7 epist. 16 *De pueris in Græciam transportandis cogitabam.* Et, *Transportare copias*, Pompejus Lentulo sub epist. 12 lib. 8 Cic. ad Att. &, *exercitum in provinciam*, Ipse Cic. in Pison. c. 20, & Livius lib. 45 cap. 41, über see bringen. Ita Nepos Miltiade cap. 3 n. 4 *Cum his copiis, quas secum transportaverat.* Cæsar lib. 2 de B. C. cap. 54 *militesque his navibus flumen transportat.*

¶ Transportātio, ōnis, die wegführung. Seneca ad Helviam cap. 6 extr. *Populorum transportationes exsilia publica sunt.*

Portula, portulaca, Portunus, vide *Porta, Portus.*

PORTUS, ûs, Vlpiano Lege 59 de Verb. signif. est *locus conclusus, quo importantur merces, & inde exportantur, eaque nihilominus statio est conclusa atque munita*, eine niederlage. ¶ 2. Vsus obtinuit, ut *Portum* appellemus marinum in litore locum, vel natura vel manu ita munitum, ut inde excurrere naves in mare, & tuto recipi ex mari, ibique latere contra impetum ventorum possint, ein port, hafen, anfurth, see-hafen. Nepos Themistocle cap. 6 *Quum Phalereo portu neque magno neque bono Athenienses uterentur, hujus consilio triplex Piræei portus constitutus est.* Sic, *tutus & clausus portus*, Cic. Provinc. Consul. cap. 12. At, *Res est in portu*, Plautus Merc. a. 4 sc. 7 v. 49. Et, *In portu navigare*, Terent. Andr. a. 3 sc. 1 v. 22, proverbiales locutiones sunt, pro, esse extra periculum, sicher fahren, ausser gefahr seyn. *In portu impingere*, est, statim in ipso operis ingressu peccare, stracks anfangs eintölpeln, mit der thür ins hauß fallen. vide *Impingere* in *Pango*. Cic. 1 fam. epist. 9 *In navigando tempestati obsequi, artis est, etiam si portum tenere non queas.* ¶ 3. *Portus* tralate perfugium seu refugium est, eine retirade, zuflucht. Cicero utrumque conjungit, *portus & perfugium*, pro Cæcin. c. 34; &, *Portus & refugium*, 2 Offic. cap. 8. Ovid. Heroid. epist. 1 Penelopes v. 110 *portum* & *aram*, hac significatione conjunxit: *Tu citius venias, portus & ara tuis.*

Nam & ad aras salutis caussa receptio erat. Sic Plin. lib. 8 epist. 12 de Titinnio Capitone: *Multorum, qui aliqua componunt, portus, sinus, præmium; omnium exemplum.* Nec aliter Græci, ut est in Adagiis: Λιμὴν ἀτυχίας ἐστὶν ἀνθρώποις τέχνη, *Ars ipsa portus est inopiæ* vel *miseriæ hominibus.* Horat. 1 od. 14 v. 2 ad remp. *Fortiter occupa portum*, i. e. pacem & tranquillitatem. conf. Quintil. 8 cap. 6. ¶ 4. *Portum* majores frequenter pro domo posuisse, Festus & Paulus asserunt; & sic in XII Tabb. positum esse: *Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito.*

¶ Portiscŭlus, i, κελευστής, ut Vet. Gloss. exponit, qui in portu remiges hortatur, qui remigibus modum dat, ein rudermeister. Vide [illegible] & ibi Scalig & Nonium Marcellum cap. 2 n. 637, qui a *pertica* ducit, sed Heinsius ad Silium lib. 6 v. 361 *pergula* legendum docet: vide & Plautinos interpretes ad Asin. a. 3 sc. 4 v. 15 *Portisculum habere ad loquendum & tacendum.* Adde Parei Lex. Crit. p 951, & Lindebruchium Observat. in 6 Theb. Statii p. 728 B. Vide & supra *Pausarius*, & Voss. lib. 5 Instit. Orat. p. 272, nec non in Etymolog. p. 402.

¶ Portŭ-

¶ Portūnus, i, *Porturnus*, vel potius *Portumnus*, Deus marinus, qui portubus præest, Virgil. 5 Æneid. v. 241. Aliàs *Palæmon* dicebatur. vid. Gallæus ad Lactant. p. 118 & 119. Meminit ejus Festus, & Cicero de N. D. 2 cap. 26. Et Pausanias in Corinth. scribit, in templo Neptuni, quod est in Isthmo Corinthiaco, esse Portuni ædem & penetrale subterraneum, ubi is lateat, ac si quis civis vel hospes eo in loco pejerarit, quin perjurii pœnas det, effugere nulla ratione posse.

¶ Portunālia, seu Portumnalia, ium, feriæ institutæ Portumno, cui ædes Romæ in portu Tiberino facta. vid. Varro L.L. 5 c. 3. Græcis eadem *Portunalia* Παλαιμόνια dicta; item *Isthmia*, ab Isthmo Peloponnesiaco, ubi celebrari solebant.

¶ Portuōsus, a, um, da man landen kan; ut, *Portuosum mare*, hoc est, multos habens portus, Cic. lib. 3 de Oratore c. 19. Et, *Pars Numidiæ portuosior*, Sallust. Jugurth. cap. 16. *Insularum portuosissima*, Plin. lib. 4 cap. 12.

Composita:

¶ Angiportus, vide supra in *Ango*.

¶ Importūnus, a, um, proprie secundum Vossium in Etymol. est *portu carens*, adeoque navibus infestus: sicut *opportunum* contra, quod quasi *ob portum* jacet, seu portum habet in propinquo, ideoque commodum navigantibus. ¶ 2. *Importunum* est, quicquid præter temporis, loci, aut personarum fit rationem, molestumque est, unbequem, ungelegen, verdrießlich. ¶ 3. *Importunus* idem ac inhumanus & durus est, allzuhefftig, ungestüm, stürmisch, wild. Namque & Cicero de Senect. c. 3 *importunitatem & inhumanitatem* conjungit. Idem Orat. 4 in Catilinam cap. 6 *Etenim*, inquit, *quæro, si quis paterfamilias, liberis suis a servo interfectis, uxore occisa, incensa domo, supplicium de servo quam acerbissimum sumserit, utrum is clemens ac misericors; an inhumanissimus & crudelissimus etiam videatur? Mihi vero importunus & ferreus, qui non dolorem suum & cruciatum dolore nocentis lenierit.* Et apud Terent. Heaut. a. 1 sc. 2 v. 23, cum Menedemum Clitipho *Importunum senem* appellat; nihil aliud, quam violentiam ejus duritiemque nimiam accusat. Vet. Gloss. σκαιὸς, *Scævus*, *Opportunus* lege *importunus*: Namque in altero Glossario latino-græco, *Importunitas*, σκαιότης exponitur. Sic Florus lib. 1 cap. 8 *Importunam dominationem*, asperam, duram, impotentem vocat, de Tarquinio Superbo loquens. *Importunum tempus*, incommodum est, ungelegene zeit, Cic. 2 de Orat. c. 5, & Offic. 1 c. 40. Et, *Argenti sitis importuna*, Horat. lib. 1 epist. 18 v. 23, die unruhige begierde nach gelde. *Morbus importunior*, Celsus lib. 4 cap. 6 pr. *Cyclops alter, multo importunior*, Cicer. 7 Verr. cap. 56. *Homo importunissimus*, Idem lib. 5 fam. epist. 3; &, *Importunissimus tyrannus*, Livius lib. 29 cap. 17 extr.

¶ Importūne, adverb. zur unzeit, hefftig; ut, *Importune insistere*, Cicer. 4 Acad. cap. 25. Item, *importune immissus versus*, hoc est, perperam, apud Gellium lib. 10 cap. 16. *Importunius veritati insultare*, Lactantius lib. 5 cap. 2. *Importunissime facere*, iterum Gellius lib. 20 cap. 6. Et, *importunissime negare*, Augustinus de morib. eccles. cathol. cap. 28.

¶ Importūnĭtas, ātis, die ungelegenheit, ungestümigkeit, wunderliche, verdrießliche weise: *Quæ nec temporis, nec loci habet commoditatem*, ut Donatus ait, quin neque personæ. Itaque non mediocris vitii significationem habet. Sic, *Importunitatem spectate aniculæ*, Terent. Andr. a. 1 sc. 4 v. 4. Et Cicero de Senect. cap. 3 *Importunitas, & inhumanitas omni ætati molesta est.* Idem pro Cluent. cap. 61 *Hujus importunitatem matris a filii capite depellite*, id est, importunum ac detestandum facinus, diese greuliche that.

¶ Importuōsus, a, um, carens portu, ohne anfurth; ut, *mare importuosum*, Sallust. Jugurth. cap. 17. *Littus importuosum*, Plin. Jun. lib. 6 epist. 31 extrema. Et, *Importuosissima insula*, Plin. maj. lib. 4 cap. 12.

¶ Opportūnus, a, um, quasi *ob portum*; est enim verbum nauticum. Hinc pro utili, commodo, idoneo, sumitur, was bequem, gelegen, und zu rechter zeit nützlich ist. Lucret. lib. 3 v. 207

in multis, o bone, rebus,
Utilis invenietur & opportuna cluebit. Idem lib. 5 v. 606
Opportunus ita est si forte & idoneus aër.

Vet. Gloss. *Opportunus*, ἐπιτήδειος, εὔκαιρος, *tempestivus*. Plaut. Epid. a. 3 sc. 3 v. 44 *Nihil homini amico est opportuno amicius*, der zu bequemer zeit hilfft. *Tempus opportunum*, Cicer. 1 Offic. cap. 40, bequeme zeit. *Loco opportuniore nullo esse potuisti*, Idem lib. 6 fam. epist. 20. Et, *Locis opportunioribus munitiones imponere*, Liv. lib. 36 cap. 17, an vortheilhafften örtern schantzen anlegen. *Opportunissimus ac fructuosissimus locus*, Cæs. 1 B. Gall. cap. 30, ein gelegener ort. *Opportunissima res accidit*, Idem lib. 4 cap. 13, gewünscht und vortheilhafft.

¶ Opportūne, adverb. eben recht, füglich. Terent. Andr. a. 3 sc. 4 v. 11 *Opportune hic fit mihi obviam*, zu gelegener zeit. *Accidere opportunius nihil potuit*, Cicero lib. 1 fam. epist. 9. *Opportunissime nuntiis allatis*, Cæs. 3 B. Civil. cap. 101. *Anticyra opportunissime sita*, Livius lib. 32 cap. 18, der ort lieget bequem, vortheilhafftig.

¶ Opportūnĭtas, ātis, εὐκαιρία, tempus opportunum, die bequemlichkeit; Sic, *Opportunitas aliquid faciendi*, &c. Cicer. 1 de Invent. cap. 27, die gute gelegenheit. *Loci opportunitas*, Cæsar 3 Bell. Gall. cap. 19, ein vortheilhaffter ort: etiam pluraliter, *opportunitates locorum*, Plin. Panegyr. cap. 15. *Opportunitas ætatis*, Sallustius Jugurth. cap. 6.

¶ Inopportūnus, a, um, unfüglich, ungelegen. Cicer. 3 de Orat. cap. 5 *Est in eo loco sedes huic nostro non inopportuna sermoni.*

¶ Peropportunus, a, um, sehr bequem; ut, *peropportunum diversorium*, Cic. lib. 2 de Orat. cap. 57.

¶ Peropportune, adv. idem; ut, *Peropportune accidit*, Cic. 2 de Orat. cap. 4. *Peropportune bellum sumtum*, Livius lib. 1 cap. 42. Ac idem lib. 44 cap. 7 *Peropportune litteræ allatæ sunt.*

PŌRUS, i, lapis arenarius, facile friabilis, alioqui asper & inæqualis, cujus generis est & *ostracites*. vid. Plin. 34 cap. 17. *Tophus* idem quod *Porus*. Vet. Gloss. πῶρος, ὁ λίθος, *Tofus*, *tofum*, toffstein. ¶ 2. *Pōrus*, rex Indiæ miræ proceritatis, & quidem tantæ, ut Philostratus 2 cap. 10 refert, quantæ post Trojana tempora nemo. Fuit enim quinque cubitos altus. Devictus autem est ab Alexandro M. de quo Curtius lib. 8 cap. 12 & 14. Claudian. 4 Consul. Honorii v. 375, & Sidon. carm. 2 v. 446.

PŎRUS, i, πόρος, penult. brevi, plur. Pŏri, cuticulares meatus, invisibilia foramina Medicis, ex quibus sudor exit, die schweißlöcher. ¶ 2. *Pōrus* & abundantiæ Deus: ex quo & *Penia* Amorem natum finxit Plato in Symposio. Quam fabulam latinis elegiis elegantissime Dan. Heinsius reddidit; nec ineleganter mystico sensu adhibuit Hugo Grotius Silv. lib. 1 carmine ult de Eucharistia.

¶ Pŏrōsus, a, um, poris abundans, voll schweißlöcher.

POSCA, seu *Pusca*, *æ*, vinum tenue, lora, laur, lorwein, seu oxycraton, id est, potio ex aquæ acetique mixtura, ut quidam volunt, ein tranck von eßig und wasser, covent. Celsus lib. 2 cap. 30 *In posca decoctus.* Adde Plinium lib. 20 cap. 4, & Spartianum Hadriano cap. 20.

POSCO, pŏposci, poscĕre, quasi debitum imperiose petere, fordern, erfordern. Vide de differentia horum verborum, *Peto, posco, postulo, flagito*, Vall. lib. 5 cap. 57. Dicimus: *Poscere ab aliquo*; Et, *poscere aliquem* & *aliquid*. Est enim transitivum. Sic, *Potestatem requisivit: quam cum poscebat, verbo illam poscere videbatur, revera judicia poscebat*, Cic. Procem. in Verr. cap. 15. *Audaciæ partes Roscii sibi poposcerunt*, Idem pro Rosc. Am. cap. 13. *Convivæ poscentes multum diversa*, Horat. 2 epist. 2 v. 62. *Ego poscor olympo*, i. e. ab olympo, Virg. Æneid. 8 v. 533. Et cum duobus accusativis: *Tu modo posce Deos veniam*, i. e. a Diis pete, Idem Æneid. 4 v. 50. Sic, *Poscere parentes pretium pro sepultura liberorum*, Cic. 3 Verr. cap. 3. *Usus poscit*, hoc est, exigit aut requirit, die noth erforderts, Cæsar lib. 4 B. Gall. cap. 2. *Clamore aliquem poscere*, de illis, qui credita importune exigunt, Plaut. Curcul. a. 5 sc. 3 v. 5. *Alius alium poscit*, einer mahnet den andern an, ibidem a. 3 v. 8. Pro *poposci* antiquos dixisse *peposci*, testatur Gellius 7 cap. 9.

¶ Poscinummius, a, um, geldgierig. Apulej. Metam. lib. 10 *Poscinummia meretricum basia.*

Composita cum præposit.

¶ Apposco, appŏposci, (retinet enim geminationem præteriti) apposcĕre, vel adposcere, drüber fordern, darzu begehren. *Si plus adposcere visus*, Horat. 2 epist. 2 v. 100. *Talenta dotis apposcent duo*, Terent. Heaut. a. 4 sc. 7 v. 10.

¶ Deposco, depŏposci, deposcĭtum, deposcĕre, vehementer poscere, allerdings fordern, abfordern. Cic. Philipp. 3 c. 13 *Id non modo non recuso, sed appeto etiam atque deposco.* Et, *Deposcere ad supplicium aliquem*, Hirtius 8 B. G. c. 38, auf einen mit der straffe dringen. *Deposcere in pœnam*, Livius lib. 21 cap. 6. *Votis deposcere pugnam*, wünschen, Lucan. 2 v. 533.

¶ Exposco, expoposci, exposcĕre, obnixe poscere, ernstlich um etwas bitten, ansuchen, anhalten; ut, *Exposcere alicujus fidem, opem. Exposcere precibus pacem*, Livius lib. 1 cap. 16. *Implorare & exposcere misericordiam*, Cicer. pro Milone cap. 34, um gnade bitten. ¶ 2. Aliquando est ad pœnam poscere, heraus fordern. Nepos Themist. cap. 8 n. 5 *Nam cum ab Atheniensibus & Lacedæmoniis exposceretur publice, supplicem non prodidit.* Idem Hannibale cap. 7 n. 6 *Hos Hannibal sui exposcendi gratia missos ratus.*

¶ Reposco, reposcĕre, wieder fordern; ut, *Reposcere ab aliquo aliquid*: Terent. in Adelph. a. 1 sc. 2 v. 52 *Ambos curare, reposcere illum est, quem dedisti.* Cicero cum duobus accusativis extulit 6 in Verr. cap. 51 *Sese a suis civibus hæc habere mandata, ut ad Verrem adirent, & eum simulacrum Cereris reposcerent.* ¶ 2. *Reposcere* etiam dicuntur magistri, cum discipulos dictata reddere jubent: Terentianus Maurus de Carm. Anacreontio Choriambico:

Tu genus hoc memento
Reddere, cum reposcam.

¶ Irreposcibĭlis, e, das man nicht kan wieder fordern. Apulejus Apolog. p. 332 *Vidua nihil affert irreposcibile.*

POSEA, vel Posia, æ, oleæ vel olivæ genus, non minus ac *Pausia*, de qua supra. vid. Cato R. R. c. 6. Varro R.R. 1 c. 24, & Colum. 12 c. 47.

PŎSĪDEON, i, mensis apud Athenienses, qui Romanis Januarius erat, Plutarch. in Cæsare p. 725 E. ¶ 2. *Posideum*, vel *Posidium*, promontorium & oppidum Ioniæ, oraculum Branchidarum appellatum, Plin. 5 cap. 29. Aliud in finibus Macedoniæ, Plin. 4 cap. 10. Aliud in Syria, Plin. 5 cap. 20.

¶ Posidiānus, a, um, adject. ut, *Posidianæ aquæ*, Plin. 31 c. 2.

PŎSĪDŎNIA, æ, urbs Lucaniæ, Plin. 3 c. 5.

¶ Posidonius, i, philosophus Stoicus, discipulus & successor Panætii, admodum familiaris Ciceroni, quem vide de Nat. D. 1 cap. 3 &c. & Voss. de Hist. Græc. 1 cap. 24, & de Philos. Sect. cap. 19 § 12.

Positio, positor, positura, vide ante in *Pono*.

POSONIUM, i, urbs Hungariæ superioris ad Danubium, Preßburg. vide Geograph.

Possessio, &c. Possibilis, &c. Possideo, &c. vide *Sedeo*, *Potis*, *Sedeo*.

POSSINACLUM, i, certi ponderis discus, quo juvenes in agone contendebant, fortiorem judicantes, qui ultra designati spatii finem jecisset. vid. Barthii Advers. 35 cap. 2 p. 1590.

Possum, vide paullo post *Potis*.

POST, præpositio, nach; ut, *Post hunc diem*, Plaut. Rud. a. 5 sc. 3 v. 60, nach dem tage. *Post diem quartum*, Cicer. 9 ad Attic. epist. 10. *Post hominum memoriam*, &, *post homines natos*, elegantissimi sunt modi dicendi, cum ultimam præteriti temporis memoriam significamus, bey menschen gedencken: Cicer. in Verrem 5 c. 17 *Quod nemo unquam post hominum memoriam fecit.* Et 1 in Catilin. cap. 7 *Hoc post hominum memoriam contigit nemini.* Idem 11 Philippica cap. 1 *Duo hæc capita nota sunt post homines natos teterrima & spurcissima, Dolabella & Antonius.* Idem Orat. pro domo suâ: *Erat res post homines natos pulcherrima.* Et pro Balbo cap. 10 *Pauci post genus hominum natum reperti sunt.* ¶ 2. *Post tergum*, id est, a tergo, hinterrück: Cæsar 7 de Bello Gallico cap. 84 *Post tergum pugnantibus exstitit.* Et cap. 88 *Repente post tergum equitatus cernitur.* Et cap. 83 *Post montem se occultavit.* Ita Virg. ecloga 3 v. 20

tu post carecta latebas.

¶ 3. Sed in exemplis sequentibus *Post* adverbium est: Virgil. ecloga 1 v. 30 *Longo post tempore venit.* In quo tamen Servius *post*, præpositionem agnoscit & eam rationem dicendi ad ἀρχαϊσμὸν refert: *Antiqui enim*, inquit, POST, ANTE, CIRCVM, *etiam ablativo jungebant.* Sic Cicero pro Flacco cap. 23 *Multis post annis pecunia recuperata est*, viel jahre hernach. *Post de matre videro*, was die mutter belanget, das will ich hernach besehen, Terent. in Hecyr. a. 4 sc. 4 v. 78. Et Cicero pro Rosc. cap. 30 *Post viderimus de Capitone.* Quo pertinet *post esse*, quod instar verbi compositi est, revera autem divisa sunt. Sallustius Catilin. cap. 23 *Vbi periculum advenit, invidia atque superbia post fuere*, id est, postpositæ fuerunt, sie sind hindan gesetzet worden. Ita *Postire*, vide in *Eo*. ¶ 4. Solent & aliquando auctores *hinc*, vel, *deinde*, per pleonasmum addere. Virg. 8 Æn. v. 546

Post hinc ad naves graditur, sociosque revisit.

Terent. Andr. a. 3 sc. 2 v. 3 *Post deinde,*

Quod jussi ei dare bibere, & quantum imperavi, datum.

¶ 5. *Multò post*, lange hernach. *Non ita multò post*, Livius 35 cap. 11. Et, *Paullo post*: Cic. 1 fam. epist. 9 sub initium: *Ostendam equidem paullo post, qui sit meus sensus & status*, kurtz hernach. *Aliquantò post*, etwas darnach. Nepos Cimone cap. 3 *Post, neque ita multo, in Cyprum Imperator missus.* Itaque τὸ *multo*, modo præponitur, modo postponitur. Similiter *paullo post*, & *post paullo* dicebant. Cæsar 1 B. Civil. cap. 20 *Post paullo tamen de Domitii fuga cognoscunt.* Vide supra *paullum*, in *Parum*. A *Post* multa fiunt:

¶ Postea, deinde, darnach. *Quid postea accidit?* was ist darnach geschehen? *Quid tum postea?* Terent. Hecyr. a. 4 sc. 1 v. 36, was ist denn nun mehr? Vltimam autem productam habet, cum adverbium est: quemadmodum eamdem Virgilius in *Præterea* semper produxit. Brevis tamen per dialysin fieri potest; *Post ea*, μετὰ ταῦτα: tum enim *Post* præpositio; *ea* pronomen est. Ovid. 1 Fastorum v. 164

Post ea mirabar, cur non sine litibus esset.

Et Fast. 2 v. 555 *Post ea præteriti tumulis redduntur honores.*

¶ Posteaquam, vel Postquam, nachdem. Servius Sulpit. Ciceroni lib. 4 fam. epist. 5 *Posteaquam mihi renunciatum est de obitu Tulliæ filiæ tuæ*, &c. Terent. in Andr. a. 3 sc. 1 v. 16 *Postquam ante ostium me audivit stare*; & in Adelph. prolog pr. *Postquam poëta sensit*, &c. sintemahl oder nachdem der poet vermercket: ubi τὸ *Postquam* pro *Quoniam*, Donatus exponit. ¶ 2. Eleganter vero inter *post*, vel *postea*, & *quam*, distracta, aliquid interdum interponitur. Cic. ad Attic. 6 epist. 3 *Nil sane habebam novi, quod post accidisset, quam dedissem ad te liberto tuo litteras.* Sic &, *postea vero, quam cepi*, Idem 3 famil. epist. 7. Et Corn. Nepos Dione cap. 4 n. 3 *Postea vero, quam audivit*, &c. Item Datame cap. 3 n. 5 *Postea vero quam Pharnabazum rex revocavit.* ¶ 3. Aliquando *postquam* ita distrahitur, ut *post*, præpositionis fungatur vicem, atque cum suo jungatur casu. Idem Nepos Dione extr. *Quartum post annum, quam ex Peloponneso in Siciliam redierat.* Cicer. lib. 9 ad Attic. epist. 10 *Hoc scribit post diem quartum, quam ab urbe discessimus*: hoc est, quarto die, postquam ab urbe discessimus. Hæc enim communis ratio est: & ita Nepos Aristide cap. 1 n. 5 *Sexto fere anno, postquam erat expulsus.* Alii simpliciter: *quam erat expulsus.* Vide ibi commentatores. Vellej. 2, 44, 4 *Jus ab his restitutum post annos 152, quam Capua redacta erat* &c.

¶ Postĕrus, a, um, adjectivum, folgend, nachgehend: ut, *Postera dies*, der folgende tag, Virg. Æn. 3 v. 588. *In posterum diem differre*, Cic. pro Dejot. cap. 7, aufschieben. *In posterum prospicere*, Idem pro Muræna cap. 28. Et, *in posterum tempus*, Idem 2 Nat. Deor. cap. 91, auf folgende zeit. *In posterum*, hernachmahls, & *in præsens*, contraria: Cic. ad Brut. epist. 15 fin. *Vt & in præsens sceleratos cives timore ab impugnanda patria deterrerem, & in posterum documentum statuerem*, auffs künfftige. Sic, *Postero tempore pecunia Athenas translata*, i. e. postea, Nepos Aristide cap. 3 n. 1. *Postero anno*, Varr. de R. R. lib. 1 cap. 40, im andern jahr.

¶ Postĕri, ōrum, subst. plural. minores, post nos nati, die nachkommen. *Degenerarunt horum posteri*, Cic. 5 de Fin. cap. 5. *Ratio, quæ etiam posteris esset salutaris*, Idem ad Brut. epist. 15. *Posterorum negotium ago*, ich dencke auf die nachwelt, Senec. epist. 8. JCtis a *trinepote* dicuntur *posteri*. Paulus Jurisconsultus L. 10 § Parentes 7 D. de gradibus: *Parentes usque ad tritavum apud Romanos proprio nomine appellantur. Vlteriores, qui non habent speciale nomen*, MAIORES *appellantur. Item Liberi, usque ad trinepotem: ultra hos* POSTERI *vocantur.* Caligula tamen præter filios neminem in posteris haberi volebat, auctore Suetonio ejus vitâ cap. 38.

¶ Posterior, us, comparativus, nachmahlig, nachgehend. *Non convenit posterius priori*, Terent. Adelph. a. 5 sc. 4 v. 26, das letztere kömmt mit dem ersten nicht überein. Horat. 1 satyr. 4 v. 58 *Quod prius ordine verbum est, posterius facias.* Terent. in Adelph. a. 5 sc. 4 v. 26 *Non posteriores feram*: ubi Donatus subaudiendum putat, *partes*, ich will der letzte nicht seyn, will ihm nichts zuvor geben. *Suam salutem posteriorem communi salute ducere*, Cic. pro Rabir. perd. cap. 1, das gemeine heil ihm lassen mehr angelegen seyn, als sein eignes. Et, *Vitam, corpus, fortunam, posteriora libertate ducere*, alles der freyheit nachsetzen, Idem 13 Philipp. cap. 3.

¶ Posteriùs, adverbium, nachgehends. Terent. Andr. a. 3 sc. 2 v. 30 *Ne tu posterius dicas*, daß du nicht hernach sagen mögest. Virgil. princ. Culicis: *Posterius graviore sono tibi Musa loquetur.*

Plautus Amphitr. a. 2 sc. 2 v. 156 *Ne posterius in me culpam transferas*, i. e. postea.

¶ Postĕrĭtas, ātis, posterorum seculum, die nachkommenschafft, nachwelt. Cicer. de Amicit. cap. 4 *Sperare videor, Scipionis amicitiam & Lælii notam posteritati fore.* Idem in Tuscul. lib. 1 cap. 15 extr. *Optimus quisque maxime posteritati serviat.* Ovid. 1 ex Ponto epist. 4 v. 24 *Quam laudem a sera posteritate ferat.*

¶ Postĕro, āre, zuletzt stellen, nachsetzen. Pallad. Novemb. tit. 4 *Oliva cum tota nigrescet, quod speciei merito posteravit, fundendi ubertate compensat.*

¶ Postĕrŭla, æ, postica, porta posterior, die hinterthür. Cassianus lib. 5 cap. 11 *Quantalibet urbs sublimitate murorum & clausurum portarum firmitate muniatur; posterulæ unius, quamvis parvissimæ, proditione vastabitur.* ¶ 2. De aliis, quam de porta, rebus accipitur. Ammianus lib. 30 post initium [Gruter. cap. 3] *Cum bivium armato milite vidisset oppletum, per posterulam, tramitem medium squalentem fruteetis & sentibus vitabundus excedens, in Armenios incidit fessos.* Vbi semita retroducta & occulta intelligitur. Vide Vales. ibi p. 587.

¶ Postrēmus, a, um, superlativus, a *posterus*, der letzte, eusserste. Terent. in Phorm. a. 4 sc. 3 v. 44 *Hæc denique ejus fuit postrema oratio*, das sind ihre letzten worte gewesen. Cic. 1 fam. epist. 9 *Esse in postremis*, der letzten und geringsten einer seyn. ¶ 2. Quamquam autem *postremus* superlativi gradus esset, nihilominus tamen id compararunt veteres, & ab eo *postremius*, *postremissimum* fecerunt. Apulej. de Deo Socratis p. 43 *Nullum animal in terris homine postremius.* Idem Apolog. sub fin. *Cum adolescentulis postremissimis inter scorta & pocula puer hoc ævi convivium agitat.* Gracchus apud Gellium lib. 15 cap. 12 *Omnium nationum postremissimum nequissimumque existimatote.* Vsus & Tertullianus de Cultu fœminarum principio. *Postremissimus* autem, est omnium vilissimus, & in quo nihil æstimandum: hoc est, qui rei nullius est, nichtswürdig. Vnde *postremissimus* & *nequissimus* conjunguntur. Hinc & Cicer. in Pison. cap. 27 *Nihil scitote esse luxuriosius, nihil libidinosius, nihil posterius, nihil nequius.*

¶ Postremùm, adverb. zum letzten mahl. Terent. Andr. a. 2 sc. 1 v. 24 *Si id facis, hodie postremum me vides.*

¶ Postrēmo, idem, zum letzten, endlich. Ter. Andr. a. 3 sc. 2 v. 41 *Postremo id mihi da negotii*, letzlich gib mir das auszurichten.

¶ Postrēmĭtas, ātis, das ende, die endschafft. Macrob. Saturn. 1 cap. 11 *Tam ima quam summa postremitas.*

¶ Postĭcus, a, um, cui *anticus* opponitur, hinterwertig, hinterst. *Anticum* enim, quod ante est; quod post est, *posticum* appellatur. Servius in Virg. eclog. 9 *Augures*, inquit, *designant spatia, & eis dant nomina: ut prima pars dicatur* ANTICA, *posterior* POSTICA. Sic *posticam partem palatii* Suetonius Othone cap. 6; & *posticam sannam* Persius dixit satyr. 1 v. 62, quæ a tergo fit, de quo paullo ante v. 58

O Jane, a tergo quem nulla ciconia pinsit.

Ciconia enim sannæ genus est. Vide supra in *Ciconia*. Liv. lib. 33 cap. 8 *Hortus erat posticis ædium partibus*, im hintertheil des hauses. Solin. cap. 26 *posticis pedibus insistere*, auf den hinterfüssen stehen. *Postica linea*, & *Posticum ostium* vide apud Festum.

¶ Postĭca, æ, in fœminino, & Postĭcum, i, in neutro genere substantive, est occultius ostium, seu aditus in adversa ædium, sive cubiculi parte, quo accedere, vel recedere solebant, qui clam volebant id facere, atque sic fallere, die hinterthür. In fœminino *pars*, in neutro *ostium* subintelligitur. *Posticæ* exemplum ex Varrone adducit Nonius cap. 3 n. 158. *Posticum* frequentius est. Virgilius ita describit 2 Æn. v. 453

Limen erat, cæcæque fores, & pervius usus
Tectorum inter se Priami, postesque relicti
A tergo; infelix qua se (dum regna manebant)
Sæpius Andromache ferre incomitata solebat &c.

Horatius lib. 1 epist. 5 extr.

Tu quotus esse velis, rescribe, & rebus omissis
Atria servantem postico falle clientem.

Vult enim occultum discedere per posticum, non per januam, ut, qui servant ibi, notare possint. Conf. Plaut. Stich. a. 3 sc. 1 v. 41, & Most. a. 3 sc. 3 v. 27. Sic Sueton. Claudio cap. 18 *Vt ægre nec nisi postico evadere in palatium potuerit.* Idem *posticam partem* Othone cap. 6, &, *aversam portam domûs*, Tacitus 2 Hist. cap. 51 dixit: *Virginius*, inquit, *per aversam domus portam furtim digressus* &c. Plutarchus παράθυρον, (ita & Vet. Gl.) alii ψευδόθυρον appellant, & atrio, sive atriensi januæ opponunt. vide infra *Pseudothyrum* in *Thyra*. ¶ 2. *Posticum*, & plur. *Postica*, in neutro etiam dicuntur, per quæ retrimenta alvi emittuntur, der hintere, ut & nos appellamus. Iterum Varro apud Nonium l. c. *Retrimenta cibi, quæ exierunt per posticum, vallem fecerunt.* Et Arnobius lib. 2 adversus Gentes p. 54 *Superfluas fœditates inferioribus egerunt ejiciuntque posticis.* ¶ 3. *Postica*, cava loca amphitheatri, quibus bestiæ emittebantur. Ammianus lib. 28 cap. 3 *Vt sæpe faciunt amphitheatrales feræ, diffractis tandem solutæ posticis.* Vopiscus in Probo cap. 19 *Addidit in amphitheatro una missione centum jubatos leones, - - - qui omnes posticis interemti sunt.* Ita Salmasius ex MSS. restituit, idque præclare ibidem explicat. Vulgo *contificiis* lectum.

¶ Postĭcium, i, idem. Gloss. lat. gr. *Posticium*, παράθυρα, παραθύριον.

¶ Postĭcŭlum, i, dimin. ein hintertheil, hinterthürlein. Plautus Trin. a. 1 sc. 2 v. 157 *Posticulum hoc recepit, cum ædes vendidit:*

id est, retinuit partem posteriorem, er hat ausgedungen, &c. conf. ibidem a. 4 sc. 3 v. 78, & Gell. 17 cap. 6.

¶ Postĭcŭla, æ, fœmin. idem. Apulej. lib. 2 de Asino Aur. p. 124 *per quamdam brevem posticulam intro vocat me.*

¶ Postĭlēna, æ, a *post*, ut *Antilena* ab *ante*; crassius lorum est sub equi seu jumenti cauda, der schwantzriemen. Plaut. Casinâ a. 1 sc. 1 v. 37 *ut postilena possit ex te fieri.* conf. Voss. Etymol. p. 403.

¶ Postŭmus, a, um, a *post*, (ut ab *extra*, *extimus* vel *extremus*, ab *intra*, *intimus*, vel *intumus*) idem est ac *postremus*, der letzte, hinterste. Sed aliud est *Posthumus*, de quo supra in *Humus*; aliud *postumus*. Nam *Posthumus* est, qui post humationem parentis creatus, ut Servius interpretatur; *Postumus*, qui postremo loco natus est, vel vivente adhuc patre. Et sic Virgil. 6 Æn. v. 763

Silvius, Albanum nomen, tua postuma proles,
Quam tibi longævo serum Lavinia conjunx *Educet* &c.

Optime enim mihi hunc locum exposuisse videtur Cæsellius. Quamvis enim multi auctores tradiderint, Æneâ mortuo, Silvium natum; videtur tamen Virgilius aliter sensisse. Neque enim mortuum, *longævum* dicere potuisset. Et hîc audiendus Sulpitius non est, licet Servius eum sequatur, qui *longævum*, Deum interpretatur. Alii id

enim est *longævum* esse, aliud *immortalem*, quod proprie Deorum. Et recte Gellius id argutius, quam verius pronuntiavit, quem vide lib. 2 cap. 16. Ita *postima*, sive *postuma dies*, i. e. extrema: *postuma spes*, id est, ultima, Apulejus Met. lib. 4 post principium p. 144. vide & Sigonium de Nomin. Rom. ubi *Postumus* prænomen est, & *Postumius* nomen gentis. Hinc fit

¶ Postŭmo, are, i. e. posteriorem esse, nach einem seyn. Tertull. Apolog. cap. 19 *Prophetæ Mosi postumant*, i. e. post Mosem fuerunt. Vide ibi notas Junii & Rhenani. Idem Tertull. de Resurrect. Carn. cap. 45 *Etsi ordine postumat, effectu anticipat.*

¶ Postumātus, ûs, subst. locus posterior, die letzte stelle. Tertull. adv. Valent. cap. 35 *Sunt, qui nec principatum Bytho defendant, sed postumatum.*

¶ Posthac, posthinc, vide supra *Hic, hæc, hoc.*

¶ Postibi, vide supra *Ibi.*

¶ Postidea, adverb. pro *post id*, seu *postea*, hernach; legitur apud Plautum; ut, *Postidea ego tota tecum usque ero*, Trucul. a. 2 sc. 4 v. 67; &, *Postidea loci si eduxeris*, Stich. a. 5 sc. 5 v. 17. conf. Stich. a. 1 sc. 2 v. 40 &c.

¶ Postidem, pro *postea*, Plaut. Aulul. a, 1 sc. 2 v. 40. conf. Voss. Etymolog. in *Posthac* p. 403.

¶ Postilla, vide supra *Ille, a, ud.*

¶ Postmŏdum, & Postmŏdŏ, idem quod *postea, deinceps*, nachmahls. Terent. in Hecyr. a. 2 sc. 1 v. 11 *Me abs te immerito esse accusatam, postmodum rescisces*, du wirst es hernach oder nach der zeit erfahren. Ovid. lib. 1 de Arte am. v. 486

voti postmodo compos eris.

¶ Postquam, vide paullo ante *Posteaquam.*

¶ Postridie, postriduanus, vide supra *Dies.*

¶ Præpostĕrus, a, um, perversus, verkehrt; ut, *Ordo præposterus*, Lucret. lib. 3 v. 621. *Consilia præpostera*, Cic. in Lælio cap. 22, unzeitiger rath. *Præposteri tabellarii*, Idem 15 fam. epist. 17. Et pro Domo cap. 55 *Iste præposteris verbis, identidem seipsum revocando dubitans, timens, hæsitans, omnia aliter, ac vos in monumentis habetis, pronuntiavit.*

¶ Præpostère, adverbium, hinterst zuförderst; ut, *præpostere agere*, id est, nullo ordine, Cic. 4 Acad. Quæst. cap. 20 extr. Idem 7 ad Attic. epist. 16 pr. *Omnes arbitror mihi tuas litteras redditas esse, sed primas præpostere, reliquas ordine, quo sunt missæ per Terentiam.* Ergo *præpostere* & *ordine* opponuntur.

¶ Præpostĕrĭtas, ātis, die verkehrung. Arnob. lib. 3 *Græci nominis præposteritas.*

POSTA, æ, die post; Ita Celtæ, Belgæ, Hispani, Galli & Itali cursum publicum appellant, a positis certo loco equis, quibus veredarii maxima celerrime itinera conficiunt. vid. Voss. Etymol. in *Veredus* p. 548.

Postea, Posterganeus, Posterus, &c. Postgenitus, Posthabeo, Posthumus, Posticus, &c. vide *Post, Tergum, Post, Gigno, Habeo, Humus, Post.*

POSTIS, is, ostii latus, seu valva, die pfoste, thür-pfoste. Virg. 2 Æneïd. v. 493 *Emoti procumbunt cardine postes.*

Cic. pro Domo sua: *Parietibus, tectis, & postibus meis bellum intulisti.* Vet. Gloss. *Postes*, ἐυρώμαλα. Refertur & ad fenestras. Servius ad illud Virg. 2 Æn. v. 442 *postesque sub ipsos*

Nituntur gradibus:

Si circa portam, SVB POSTIBVS: *si circa fenestras*, CIRCA POSTES. Sed forte legendum: *sub postes.* vide Barth. ad Stat. Silv. p. 174, 2, der thorflügel.

Postliminium, Postmeridianus, Postmitto, Postmodum, Postomis, Postpartor, Postpono, Postputo, Postremus, &c. Postridie, &c. Postscenium, Postscribo, Postsignanus, Postvenio, Postverta, vide *Limen, Meridies, Mitto, Post, Pastomis, Pario, Pono, Puto, Post, Dies, Scena, Scribo, Signum, Venio, Verto.*

POSTŬLO, avi, atum, are, requirere, fordern; ut, *Tempus & necessitas postulat*, Cic. 1 Offic. cap. 23, die zeit erforderts. Terent. in Andr. a. 1 sc. 2 v. 18 *Nunc hæc dies aliam vitam affert, alios mores postulat*, die zeit will haben, daß du dich anders halten solt. *Abs te postulo atque oro*, Idem Andriâ a. 5 sc. 1 v. 4. *Postulare de colloquio*, Cæsar lib. 1 Gall. B. cap. 42, um eine unterredung ansuchen. Reperias & conjuncta hæc verba *postulare, poscere, efflagitare*, apud Cic. Divin. in Verr. c. 3. ¶ 2. Aliquando *Postulare* est, velle, cupere, wollen, begehren. Plaut. Menæch. a. 2 sc. 1 v. 88 *Sed ego inscitus, qui me hero postulem moderari.* Idem Casinâ a. 1 sc. 1 v. 53 *Nunc ne tute mihi respondere postules, abeo intro.* Terent. Heaut. a. 4 sc. 2 v. 4 *Nam quod sperem de argento, aut posse postulem me fallere, nihil est.* C. Nepos Eumene cap. 8 n. 2 *Illa phalanx Alexandri Magni, quæ Asiam peragrarat*, &c. *non parere se ducibus, sed imperare postulabat.* Videturque hæc notio primaria esse; illa altera vero secundaria. Nam prius volumus, cupimusque, quam poscimus. Itaque tum antecedens pro consequente ponitur. *Petere, poscere & postulare* vulgo ita distinguunt, ut *petere* precario sit, hoc est, humiliter, & precibus aliquid petere; *poscere* imperio; *postulare* jure. ¶ 3. Est & verbum interdum accusandi, anklagen. Plin. lib. 7 epist. ult. *Impietatis reum postulat*, er klagt ihn an, als etc. Sueton. in Cæsare cap. 4 *Dolabellam repetundarum postulavit.* Sic, *lege aliquem postulare*, Cœlius Ciceroni lib. 8 fam. epist 12, anklagen. *Postulare servos in quæstionem*, zur verhör oder peinlichen frage lassen einziehen, Ipse Cic. pro Milone c. 20. vide Bernegg. ad Suet. August. cap. 16. ¶ 4. *Postulare* & JCtis est suum vel alterius desiderium pro tribunali, id est, apud eum, qui præest jurisdictioni, allegare & exponere, aut alterius jurisdictioni contradicere: vide JCtos, & Schild. ad Sueton. p. 569. ¶ 5. *Postulare* disputantes etiam dicuntur, cum aliquid sibi *dari*, sive concedi petunt: cujus formæ multa exempla Cicero suppeditat, v. g. 1 de LL. cap. 7 M. *Dasne igitur hoc nobis, Pomponi, Deorum immortalium vi, natura, ratione* &c. *naturam eam regi?* A. *Do sane, si postulas.* ¶ 6. Est & arenæ verbum. Nam *postulare* dicitur *populus*, cum certos gladiatores petit. Sueton. Caligulâ cap. 30 *Cumque Tetrinius latro postularetur; & qui postularent, Tetrinios esse ait.* vide Lipsium lib. 2 Saturn. cap. 14.

¶ Postŭlātus, a, um, gefordert. Hinc

¶ Postulatum, i, substantive, die forderung, anforderung, das begehren, was man an einen gelangen läst. Cic. lib. 12 fam. epist. 4 *Legati ab Antonio ad nos intolerabilia postulata retulerunt.* Nepos 7, 8, 4 *Postulata facere noluit.* Cæs. B. G. 1 cap. 5 *Exspectabat suis lenissimis postulatis responsa.*

¶ Postulatus, ûs, subst. idem. Livius lib. 4 cap. 9 *Postulatu audito matris.*

¶ Postŭlātio, ōnis, idem; ut, *Æqua & honesta postulatio*, ein billiches und ehrliches verlangen, anmuthen, Cic. pro S. Rosc. cap. 2 extr. *Postulatio opinione valentior*, Idem 7 ad Attic. epist. 6. ¶ 2. *Postulatio* pro querelâ, eine klage. Terent. in Hecyr. a. 1 sc. 2 v. 102 *Neque lites ullæ inter eas, postulatio nunquam.* Sueton. Nerone cap. 7 *Auspicatus est & jurisdictionem; Præfectus urbis sacro Latinarum, celeberrimis patronis, non translatitias, ut assolet, & breves, sed maximas plurimasque postulationes certatim ingerentibus.* Vbi *postulationes*, sunt judiciales interpositiones querelarum, gerichtliche anklagen. ¶ 3. *Postulatio* piaculare sacrum, ad averruncandam Deorum iram, cum facto prodigio aliquo illorum numen videretur honoris instaurationem postulare, si quid in re divina foret omissum, ein versühnungs-fest, bußtag. vid. Cœl. Rhodig. Antiq. Lect. 10 cap. 19. Hinc Cic. de Arusp. Resp. cap. 14 *Eodem ostento Telluri postulatio deberi dicitur.* Et paullo ante cap. 10 *Postulationes esse Jovi, Saturno, Neptuno, Telluri, Diis cælestibus.* Sic &

¶ Postulio, ōnis, vox est sacrorum pro *Postulatio.* Varro de L. L. 4 cap. 32 *Esse responsum Deum Manium postulionem postulare*, &c. Et Arnob. lib. 4 p. 148 *In ceremoniis vestris rebusque divinis postulionibus locus est.* vid. ibi Herald. p. 177.

¶ Postŭlātor, ōris, qui postulat, ein kläger. Suet. Nerone cap. 15 *Respondere postulatoribus.* ¶ 2. Patronus, qui caussas agit; vide Torrentium ad Sueton. l. c. JCti *Procuratorem* fere vocant, ein anwalt.

¶ Postulatrix, īcis, eine klägerin. Tertull. de Coron. Mil. cap. 13 adjective: *Solennitates postulatrices.*

¶ Postulatōrius, a, um, quo aliquid postulatur, fordernd; ut, *postulatoria fulmina*, Senecæ sunt lib. 2 Qu. Natur. cap. 49, *quibus sacrificia intermissa, aut non rite facta repetuntur.* Eadem apud Festum sunt *Postularia fulgura, quæ votorum aut sacrificiorum spretam religionem designant.*

¶ Postulātitius, a, um, qui postulatur, begehrt. Sic, *postulatitios gladiatores*, quos populo poscenti indulgebant, *ordinariis paribus* opponit Seneca epist. 7; de quibus Lipsium consulas in Saturnalibus. Vsus hoc verbo etiam Tiro est in Notis p. 7.

Composita:

¶ Adpostŭlo, are, apprecari, anwünschen. Tertullianus de Monogam. cap. 10 *Pro anima ejus orat, & refrigerium adpostulat ei.*

¶ Depostŭlo, are, pro vehementer postulare, hefftig anhalten. Hirtius Bell. Hisp. cap. 1 *Civitates auxilia sibi depostulabant.*

¶ Depostulator, ōris, ein forderer. Tertullianus Apolog. cap. 35 *Depostulatores Christianorum*, scilicet ad supplicium, seu accusatores.

¶ Expostŭlo, are, primum vehementer expetere seu postulare, abfordern, begehren; ut, *Expostulare ad supplicium aliquem*, Tacitus dixit 1 Hist. cap. 73. ¶ 2. Deinde de injuria apud eum, qui fecit, conqueri, sich beschweren, zur rede setzen, besprechen. Hanc enim Donati expositionem Vallæ præfero. Ideo cum verbo *Queri*, Cicero conjungit Tuscul. 5 cap. 5, *Expostulare & queri*, einem etwas fürhalten, und über ihn klagen. *Expostulare cum altero injuriam*, Terent. Andr. a. 4 sc. 1 v. 15. Et, *Expostulare de injuriis*, Cic. 5 in Verr. cap. 89 pr. *Iracunde, vehementer expostulare*, Idem pro Sylla cap. 15. *Mittebat oratores, qui suo nomine expostularent*, Tac. Annal. 13, 37, 5.

¶ Expostulatus, a, um, besprochen, angeredet über etwas; ut, *Caussas expostulatus*, Tertull. de Coron. Mil. cap. 1.

¶ Expostŭlātus, ûs, beklagung, besprechung, wortwechsel; ut, *Expostulatibus modum facere*, Symmach. lib. 9 epist. 13.

¶ Expostulatio, ōnis, idem. Donatus ad illud de Hecyra Terentiana a. 1 sc. 2 v. 102 supra allegatum: *Proprie* EXPOSTVLATIO *est apud illum ipsum, qui peccaverit:* POSTVLATIO *de illo apud alium.* Et Cicero lib. 2 epist. 1 ad Qu. fratr. *Fuerunt expostulationes cum absente Pompejo.*

Postumatus, postumo, postumus, Postvorta, vide *Post, Verto.*

Potabilis, potaculum, vide paullo post *Poto.*

PŎTĂMAVTIS, ĭdis, ποταμαῦτις, herba, alio nomine *Thalassegle*, qua pota lymphari homines dicuntur, Plin. 24 cap. 17.

PŎTĂMO, ōnis, Alexandrinus philosophus, qui sectam illam instituit, quam ἐκλεκτικὴν appellabant. vide supra *Eclecticus.*

PŎTĂMŎGĪTON, ōnis, ποταμογείτων, herba fluviatilis, samkraut, Plin. 26 cap. 8, & 32 cap. 4, & Dioscor. 4 cap. 101.

Potatio, potator, &c. Potens, potentia, &c. vide *Poto, Potis.*

PŎTĒRIVM, i, ποτήριον, ein becher. Plaut. Trin. a. 4 sc. 3 v. 10 *Samiolo poterio bibere.* ¶ 2. Herba, quæ & *Phrynion*, foliis rotundis &c. Plin. 27 c. 12.

Potessum, potestas, vide mox *Potis.*

PŎTHOS, i, πόθος, herba, de cujus vi & speciebus Plinius lib. 21 c. 11.

Potina, potio, &c. Potior, vide *Poto, Potis.*

PŎTIS, pote, uno casu, apud poëtas reperitur, estque idem quod potens, mächtig, giltig; ab antiquo *Pos*, unde & *Possum*, & *Compos, Impos*, quod recto casu obscurius est esse a *potentia.* Videtur enim *Pos* significare potius *pontem*, quam *potentem*, uti Varro nos docet de L. L. 4 cap. 1. Terent. in Heaut. a. 2 sc. 3 v. 79 *Multis modis Clitipho injurius est, neque ferri potis est*, hoc est, potest. Namque & *possum* est ex *potis sum* contractum. Cic. Tusc. 2 cap. 16 ex poëta: *Neque sanguis ullo potis est pacto profluens consistere.* Catullus in Mentulam epigr. 96 *Cur non divitiis Crœsum superare potis sit:*

hoc

hoc est, possit, vel potestas sit, vel possibile sit. Terent. in Adelph. a. 3 sc. 3 v. 11 *Nihil pote supra*, er hat nichts weiter vermocht. Hinc

¶ Pŏtior, potius, comparat. per omnes casus, besser, giltiger; ut, *Plus pollere, & potiorem esse*, hoc est, meliorem seu præstantiorem, Cic. in Tusc. lib. 4 cap. 32. *Res oratione potior est*, Matius Ciceroni lib. 11 fam. epist. 28, die that ist besser als die worte. *Honesta mors turpi vitâ potior*, Tacitus Agricolâ cap. 33. ¶ 2. In re amorum *Potiores* dicuntur, qui amicæ animum maxime tenent, & plurimum apud eam possunt, die den vorzug haben. Tibullus lib. 1 eleg. 6 extr.

At tu qui potior nunc es, mea furta caveto.

Horat. epod. 15 v. 13

Non ferre, assiduas potiori te dare noctes.

Terentius *primum* dixit. Qui similiter & *priores partes habere* dicitur Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 7.

¶ Pŏtissĭmus, a, um, superl. der fürnehmste. Plautus Menæch. a. 2 sc. 3 *Meret, potissimus nostræ domi ut sit*, daß er hahn im korbe sey. Seneca lib. 6 de Benef. c. 16 *Ego illi potissima cura fui.*

¶ Pŏtius, potissime, potissimùm, adverbia, vielmehr, fürnehmlich, sonderlich. Cic. 7 ad Attic. epist. 7 *Depugna potius, quam servias*, lieber, eher. Celsus 3 cap. 6 *In ipso impetu febris, potissimeque ubi ardens ea est.* ¶ 2. Præ aliis, allermeist, zuförderst, hauptsächlich. Cic. pro Muræna cap. 2 *Is potissime honore affecto defensor daretur.* Nepos Attico cap. 12 *Potissimùm ejus dilexit affinitatem.*

¶ Pŏtior, potītus sum, potiri, verbum, (a *potis* enim fecit Valla lib. 3) est obtinere, & in potestate habere, erlangen, bekommen. Legitur cum ablativo ut plurimum: ut, *potiri victoriâ*, den sieg überkommen und behalten, Cæsar B. G. 3 cap. 24. *Potiri optatis*, Val. Flacc. 6 v. 469. *Potiri voto*, Ovid. 9 Metam. v. 312, seines wunsches gewähret werden. Est &, ubi genitivi hi adduntur, *rerum*, Cicero sæpe, ut pro S. Rosc. cap. 25, & Sueton. Vespas. cap. 4; *regni*, Vellejus lib. 1 cap. 1; *imperii*, Nepos Agesil. cap. 2, quibus significatur, das regiment und herrschafft erlangen. Item, *hostium*, Plaut. Capt. a. 1 sc. 1 v. 24, quo illud Aut. ad Herenn. lib. 4 cap. 25 pertinet: *Atheniensium potiti sunt Spartiatæ*, sie haben sich der feinde bemächtiget. vid. Voss. de Construction. c. 31. Cum accusativo etiam junxisse veteres, Priscian. lib. 18 exemplis ostendit. Ita Nepos Eumene cap. 3 *Semper habiti sunt fortissimi, qui summam imperii potirentur.* Lucretius lib. 3 v. 1050

quorum unus Homerus
Sceptra potitus eâdem aliis compostu quiete est.

¶ 2. *Potiri hostium*, passive, pro, redigi in potestatem hostium, seu capi, in der feinde hände kommen, Plautus dixit Captiv. a. 1 sc. 1 v. 24, & sc. 2 v. 41. vid. Turneb. Advers. 30 cap. 34. Scip. Gentil. Parerg. 1 cap. 42, & Taubm. ad Plaut. Amph. p. 14. Namque idem Plaut. & active *Potio* usus est Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 23

Qui fuerim liber, eum nunc potivit pater
Servitutis.

¶ 3. Observa & tertiam conjugationem in Virg. Æn. 3 v. 55

Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur. Conf. Æn. 4 v. 217.

Cicero in versione oraculi 1 Tusc. Quæst. cap. penult.

Euthynous potitur fatorum munere læto.

Et Ovid. 9 Metam. v. 312 *potiturque puerpera voto.*

Et Val. Flacc. lib. 7 v. 54

Scilicet Æoliæ pecudis potiretur ut auro.

¶ Pŏtītus, a, um, der da mächtig worden, der bekommen hat. Nepos 1, 2, 1 *Tota regione potitus, loca castellis idonea communivit.* Virg. Æn. 3 v. 296 *Conjugio sceptrisque potitus.* Idem Æn. 11 v. 493 *Liber equus campoque potitus aperto.*

¶ Potītor, ōris, i. e. compos, ein geniesser. Plaut. Casin. a. 1 sc. 1 v. 23 *Me suspendio, quam tu ejus potitor fias, satius est mortuum.* Sed Taubmannus ex MSS. substituit *potior.*

¶ Pŏtissum, vel Potessum, potesse, können. Plaut. Pœn. a. 1 sc. 2 v. 17 *Populo, cui lubet, plus satis dare potessunt.* conf. Plaut. Pers. a. 1 sc. 1 v. 41. Idem *Potesse*, pro *pote esse* vel *posse* sæpe usus est; ut Aulul. a. 2 sc. 4 v. 30; & Cist. a. 1 sc. 1 v. 32 &c. vid. Parei Lex. Crit. p. 959 & 961. Adde Lucret. 2 v. 1008. Hinc

¶ Possum, pŏtui, posse, contractum ex *potis* & *sum*, vermögen, krafft und gewalt haben, können. Terent. in prolog. Heaut. v. 27 *Ne plus iniquùm possit, quam æquùm, oratio.* Et, *Plurimum apud aliquem posse*, Cicer. pro S. Rosc. cap. 1. *Fieri potest, ut fallar*, Idem Philipp. 13. *Non possum, quin exclamem*, ich kans nicht lassen, Idem 2 de Orat. c. 10. Virgilius eclog. 8 v. 63 *Non omnia possumus omnes.*
Quoad possum & mihi licet, Cic. principio de Amicit. so weit ichs vermag. *Quantum potest*, ie ehe ie besser: Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 1 v. 20 *Comprehendi jube, quantum potest.* Et Cicero pro S. Rosc. c. 1 *Amicitiâ, beneficiis, dignitate plurimum posse*, viel gelten. ¶ 2. Et cum præpositione: Terent. in prolog. Heaut. v. 13 *Hic actor tantum poterit a facundia*, seine beredsamkeit wird sich so weit erstrecken. ¶ 3. Elegans verbi hujus usus in istis est: apud Plaut. Amph. a. 1 sc. 1 v. 190 *Possum scire, quo profectus, quo jus sis, aut quid veneris?* Et in Casina a. 3 sc. 5 v. 25 *Possum scire ego istum ex te, quid negotii est?* Et Ter. Andria a. 4 sc. 4 v. 45 *Possumne ego hodie ex te exsculpere verum?* ¶ 4. *Posse* etiam dicuntur, qui Veneri patrandæ sufficiunt, qui in Venerem validi. Terent. Eunuch. a. 4 sc. 3 v. 22 de eunuchis:

At pol ego amatores mulierum esse audio vos maxumos,
Sed nihil potesse.

¶ Pŏtestur, pro potest, apud veteres. Lucret. 3 v. 1024

Quod tamen expleri nulla ratione potestur.

Vide Festum, & Non. Marcell. cap. 10 n. 34. Vetus lex apud Cujacium lib. 7 Observat. c. 29 APVD FORVM PALAM VNDE DE PLANO RECTE LEGI POSSITVR. *Possitur* pro *possit*. Vide & Vossium lib. 3 de Analogia cap. 36 extremo

¶ Pŏtin', pro *potesne*, apud Comicos sæpissime: Sic Plaut. Amphitr. a. 3 sc. 2 v. 22 *Potin', ut abstineas manum?* Idem Epidico a. 1 sc. 1 v. 60 *Potin', ut molestus sies?* Terent. Adelph. a. 4 sc. 1 extr. *Potin', ut desinas?* Est vero in his oratio elliptica, *potesne facere? potesne adduci* &c.

¶ Pŏtens, tis, δυνατός, mächtig, gewaltig; ut, *Roma potens opibus*, Ovid. 4 Fast. v. 255. *Nobilitate potens*, Idem 13 Metam. v. 22. *Dum mei potens sum*, Livius lib. 26 cap. 13. Et, *Mentis non potens*, unsinnig, Seneca Thyeste v. 547. *Florens & potens*, Cic. pro Domo sua cap. 19. *Potentes herbæ*, kräfftige kräuter, Virg. Æn. 7 v. 19. *Potentia verba*, gebietende, nachdrückliche worte, Ovid. 3 Amor. eleg. 11 v. 31. Et, *Auro nihil potentius*, Idem 3 Amor. eleg. 8 v. 29. *In affectibus potentissimus*, Quintil. lib. 6 cap. 2 sub fin. *Potentissimorum hominum contumaciam nunquam tuli*, Cic. 6 ad Attic. epist. 3. *Potentissima in toto orbe terrarum Græcia*, Plin. 18 cap. 7. ¶ 2. *Potens* aliquando dicitur, qui apud amicam plurimum potest, vel primas partes tenet, qui & *Potior* dicitur. Propertius lib. 2 eleg. 26

Nunc admirentur, quod tam mihi pulchra puella
Serviat, & tota dicar in urbe potens.

Terent. Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 61 *Quis is est tam potens, cum tanto munere hoc?* Plenius Catullus epigr. 98 [al. 101]

Sis felix, Cœli, sis in amore potens.

Potentior largis muneribus æmuli, scil. apud amicam, Horat. 4 od. 1 v. 17. ¶ 3. *Potentem* pro feroce & imperiosa dixisse Terent. videtur Heaut. a. 1 sc. 2 v. 53

Mea est potens, procax, magnifica, sumtuosa, nobilis.

Potentes quippe & opulenti, superbi ferme & imperiosi sunt. ¶ 4. *Potentes*, substantive, die gewaltigen, grosse herren. Cic. 9 fam. ep. 16 *Contra potentes ne quid stulte, ne quid temere dicam aut faciam, reliquum est.* Phædrus lib. 2 fab. 7 *Contra potentes nemo est munitus satis.*

¶ Pŏtenter, adverb. mächtiglich. Horatius de Arte Poëtica v. 40

Cui lecta potenter erit res.

Et 3 Carm. od. 16 v. 9 *Aurum per medios ire satellites,*
Et perrumpere amat saxa, potentius
Ictu fulmineo.

Quintil. 6 cap. 4 *Quod in altercatione fit potentius.* Idem Declam. 274 *Potentissime dicere.*

¶ Pŏtentia, æ, die macht, gewalt; ut, *Potentia minime ferenda*, Cicer. 1 Philipp. cap. 12, gewalt so nicht zu leiden ist. *Potentia in vi posita & armis*, Cic. ad Brut. epist. 10. *In magna potentia esse*, Idem pro Muræn. cap. 11, mächtig seyn. *Dimicant de sua potentia homines*, Idem ad Attic. lib. 7 epist. 3.

¶ Potentialis, e, müglich; unde

¶ Pŏtentiālĭter, adverb. auf mügliche art. Sidon. 7 epist. 14 *Cui me animus potentialiter notum facis.*

¶ Potentātus, ûs, dominatio, die ober-gewalt, herrschafft; ut, *De potentatu inter se multos annos contendere*, Cæs. 1 de B. Gall. cap. 31. *Æmulo potentatûs inimicus*, Liv. 26 cap. 38. Et Arnob. lib. 1 *quod suis sit viribus potentatuique conveniens.*

¶ Potentator, ōris, ein oberherr, gewalthaber. Tertull. de Resurr. Carn. cap. 23 *Solus potentator & rex regnantium.*

¶ Pŏtestas, ātis, imperium, aliquando & dominatum, sæpius copiam seu facultatem significat, gewalt, macht, vermögen; ut, *Regia potestas*, Cic. 3 de Leg. cap. 2. *Præditus summa potestate homo*, Idem pro Domo cap. 42, der die höchste gewalt hat. *Habere summam potestatem in aliquo loco*, Idem ad Quintum fratr. lib. 1 epist. 1 cap. 10. *In potestatem suam alios redigere*, Nepos Pelopid. c. 5, unter sein gebiet oder gewalt bringen. *Esse sub alicujus potestate*, Liv. lib. 24 cap. 42. *Omnibus in rebus me fore in tua potestate, tibi confirmo*, Cicer. 5 fam. epist. 4. vide, quæ ibi notat Grævius. *Accipere potestatem*, Victor de Vir. Illustr. in Scævola. *Adimere potestatem*, Cicer. pro Quintio cap. 2; &, *Abrogare*, Idem 3 de Legibus cap. 10. *Versari cum imperio & potestate in republ.* Idem 1 Philipp. cap. 7. *In potestate sua continere aliquos*, Idem 2 in Catilin. cap. 12. ¶ 2. Hinc *Potestas*, pro magistratu ipso, sive illis, qui cum imperio vel potestate sunt, dicitur, die obrigkeit, regierung. Juvenalis sat. 10 v. 99

Hujus, qui trahitur prætextam sumere mavis,
An Fidenarum Gabiorumque esse potestas.

POTESTAS, i. e. magistratus. Quæ vocis acceptio adhuc in idiotismo Italico obtinet, quo, qui præfecti urbibus cum imperio sunt, *Potestà* appellantur. Aut. ad Herenn. 3 cap. 7 *Quemadmodum habuerit in potestatibus gerendis animum.* Plin. 29 cap. 4 *Mites præstare dominos potestatesque exorabiles.* Suetonius Cæsare cap. 17 *Eodem* (in carcerem conjecit) *Nevium quæstorem, quod compellari apud se majorem potestatem* (magistratum) *passus esset.* Sane ut *senatores* Romæ dicebantur, qui alibi *decuriones* appellati: ita videntur *magistratus*, qui Romæ essent cum imperio: *Potestates* autem, qui in provinciis civitatibus præerant, appellari. Suetonius Claudio cap. 23 *Jurisdictionem de fideicommissis quotannis & tantum in urbe delegari magistratibus solitam in perpetuum, atque etiam per provincias potestatibus demandavit.* Salvianus lib. 1 de providentia: *Itaque tunc illi pauperes magistratus opulentam habebant rempubl. nunc autem dives potestas pauperem facit esse rempublicam.* ¶ 3. Est & *Potestas* facultas illa, sive copia ac vis, quâ quis ad efficiendum aliquid pollet, die willkühr, freyheit, das vermögen. Terent. Heaut. a. 4 sc. 2 v. 31

hic me magnifice effero,
Qui vim tantam in me & potestatem habeam tantæ astutiæ.

Liberius vivendi potestas fuit, er hat dürffen freyer leben, Terent. in Andr. a. 1 sc. 1 v. 25. *Potestas ea tua est*, Idem Heaut. a. 4 sc. 3 v. 42, das stehet bey dir. Cic. 4 Acad. c. 12 *Quæ in nostra sita potestate, reddenda assensio est.* Sic, *Potestatem dare, facere, permittere*, macht geben: ut, *Conveniendi sui potestatem omnibus facere*, Cic. 8 Philipp. cap. 10. *Vitæ necisque potestatem habere in aliquem*, Idem pro Domo sua cap 29. *Potestas certorum hominum est*, id est, habeo certos homines ad manum, ich habe sie zur hand, Idem 1 fam. epist. 7 sub initium.

¶ Pŏtestatīvus, a, um, gewalthabend. Tertull. adv. Hermog. cap. 19 *ἀρχὴ non tantum ordinativum, sed & potestativum capit principatum.*

¶ Possĭbĭlis, e, quod fieri potest, möglich, durius adjectivum, ut Fabius inquit

inquit lib. 3 c. 8, rarius igitur. Sedulius lib. 4 [al. 3] in Matth. cap. 19 *Possibile est jus omne Deo.* Modestin. Dig. lib. 27 tit. 1 l. 1 §1 *Faciam autem, quoad possibile erit.* Et Pompon. Dig. lib. 28 tit. 4 l. 16 *Conditiones si possibiles sunt.* Tertull. de Resurr. carn. c. 57 *Quæ impossibilia apud homines, possibilia apud Deum sunt.*

¶ Possibilitas, ātis, die möglichkeit, vermogenheit. Arnob. lib. 1 p. 25 *Omnia numinis sui possibilitate facere.* Ammian. 19 cap. 2 *Medebatur quisque vulneribus pro possibilitate vel curantium copia.* Adde Pallad. Febr. tit. 14. Symmach. 9 epist. 48, & Servium, dum explicat illud Virg. Æn. 1 v. 605 *Non opis est nostræ* &c.

I. Composita cum nominibus:

¶ Armipŏtens, Cælipotens, Christipotens, Cunctipotens, Flammipotens, Ignipotens, Multipotens, Omnipotens, omnipotentia, Plectripotens, Primipotens, Sagittipotens, Sapientipotens, Tridentipotens; Hæc omnia quære sub simplicibus: *Arma, Cælum, Christus, Cunctus, Flamma, Ignis, Multus, Omnis, Plecto, Prior, Sagitta, Sapio, Dens.*

II. Composita cum præposit.

¶ Antepŏtens, tis, quasi antepollens, fürtrefflich. Plaut. Trin. a. 5 sc. 1 v. 1 *Hic homo est omnium hominum præcipuus, voluptatibus gaudiisque antepotens.*

¶ Compos, ŏtis, potens, particeps, ἐπιτυχής, fähig, mächtig, theilhafftig; ut, *Sui compos,* Celsus 5 cap. 26. *Compos animi,* Ter. Adelph. a. 3 sc. 2 v. 12. *Compos mentis,* Ovid. Met. 8 v. 35, pro eo, qui est animi sani, νουνέχων, bey guter vernunfft. *Libertatis compos,* frey, Plaut. Capt. prolog. v. 41. *Aliquem voti compotem facere,* Liv. 7 cap. 40, einen seiner bitte gewähren. Et Cic. 7 Att. epist. 15 *Si me aliquando vestri & patriæ compotem fortuna fecerit.* Cum ablativo Sallust. fragm. *Neque animo neque lingua satis compotem.*

¶ Compŏtens, tis, idem. Ita vocatur Diana in Nummis veterum & Inscriptionibus.

¶ Compŏtio, īre, compotem facere, gewähren. Apulej. Met. 11 *Compotire aliquem voti.* Plaut. Rud. a. 4 sc. 2 v. 6 *Piscatu novo me uberi compotivit.* Sic & *Compotiri,* theilhafftig werden: Idem Rud. a. 1 sc. 3 v. 22 *Hic solis locis compotita sum.*

¶ Impos, ŏtis, unfähig, unmächtig; ut, *Eripite quæso isti gladium, quæ sui est impos animi,* die ihrer selbst nicht mächtig ist, Plaut. Casinâ a. 3 sc. 5 v. 7. conf. Trin. a. 1 sc. 2 v. 94. *Impos est,* inquit Festus, *qui animi sui potens non est, qui animum suum in potestate non habet.*

¶ Impŏtens, tis, qui & nihil, & nimium potest, eoque excedit, & opibus suis abutitur, krafftlos, ohnmächtig; item, übermüthig, übermässig. Servius in Virg. 1 Æn. *Sunt multa quæ pro locis intelliguntur: ut IMPOTENS & satis, & minus, & nihil potens significat.* Seneca Medeâ v. 143

Culpa est Creontis tota, qui sceptro impotens
Conjugia solvit.

Nepos Lysandro cap. 1 *Vt Atheniensium impotentem dominationem refringerent.* IMPOTENTEM, id est, immoderatam, superbam ac intolerabilem. Sueton. Nerone cap. 28 *Ferox & impotens mulier.* Sic Catullus *impotentem amorem* epigr. 36 dixit nimium, & qui se ipse satis capere non potest. Sic & *impotentem animum* Terentius Andr. a. 5 sc. 3 v. 8, qui se regere non potest. *Motus animi impotentes,* apud Cicer. de Partit. Orat. cap. 35, hoc est, incontinentes. Terent. in Heaut. a. 2 sc. 2 v. 130 *Ego te novi, quam soleas esse impotens,* wie übel du an dich halten kanst. *Impotentior rabies,* Livius lib. 29 cap. 9. *Homo impotentissimus,* Cic. Philipp. 5 cap. 16. ¶ Jungitur & genitivo; ut, *Impotens animi,* Curtius lib. 8 cap. 1 n. 49, qui cohibere animum suum non potest. Sic, *impotens doloris,* Valer. Max. lib. 4 cap. 6 exempl. 2. *Impotens iræ,* Livius lib. 29 cap. 9. *Impotens amoris,* apud Tacit. 4 Hist. cap. 44.

¶ Impŏtenter, adverb. idem. Quintil. lib. 1 cap. 3 *Ne quid improbe, ne quid impotenter faciat, monendus est puer,* aus unbescheidenheit. Et, *Magna potentia impotenter uti,* tyrannisch seyn, Seneca epist. 41. *Impotentissime facere,* Idem 4 Benefic. c. 17. Et, *Impotentius regi,* Livius lib 27 cap. 48.

¶ Impotentia, æ, die unvermöglichkeit, schwachheit. Terent. in Adelph. a. 4 sc. 3 v. 16 *Propter suam impotentiam se semper credunt negligi.* ¶ 2. Item insolentia, incontinentia, cum plus audemus, aut tribuimus nobis, quam par est, übermuth, hochmuth. Hinc cum *superbia* conjungit Valerius Max. lib. 9 cap. 5 pr. *Vt superbia & impotentia in conspicuo ponantur.* Florus lib. 1 cap. 22 *Prima discordia est, ob impotentiam creditorum.*

¶ Impossĭbilis, e, ἀδύνατος, unmöglich. Quintil. 5 cap. 10 *Non longum tantum, sed etiam impossibile est.* Idem lib. 5 cap. 13 *Impossibilia aggredi.* Justin. 2, 4, 18 *Quasi impossibile imperavit.* Macrob. Saturn. 7 cap. 3 *Impossibilem mihi dicitis spem salutis.* Plura ex Apulejo, Tertull. & JCtis vide in Borrich. Vindic. p. 103.

¶ Impossibĭlitas, ātis, die unmöglichkeit. Apulej. Met. lib. 6 *Impossibilitate ipsa mutata in lapidem Psyche.* Et Tertull. de Bapt. cap. 2 *In stultitia & impossibilitate materias operationis suæ instituit.*

¶ Præpossum, præposse, prævalere, die oberhand haben, mehr vermögen; ut, *Postquam Macedones præpotuere,* &c. Tacit. 5 Hist. c. 8.

¶ Præpŏtens, tis, valde potens, sehr mächtig, hochmögend; ut, *Præpotens terrâ marique Carthago,* Cicer. pro Cornel. Balbo cap. 15. *Præpotens opibus,* Plin. lib. 36 cap. 5. Comparat. *præpotentior:* Salvianus lib. 4 de Gub. Dei p. 144 *Cum victus cujusdam pauperis prece, præpotentiori cuidam supplicarem.*

¶ Præpŏtentia, æ, die obermacht, hochmögenheit. Tertull. adv. Marc. 2 cap. 7 *Deus per præscientiam & præpotentiam suam intercessisse potuisset.*

POTĪTIVS, i, rusticus sacerdos Herculis, unde *familia* sive *gens Potitiorum,* de qua Aurel. Vict. Vir. illustr. cap. 34. vide Festum, & Valer. Max. 1, 1, 17, & supra *Pinarius.* Plaut. Bacch. a. 1 sc. 2 v. 15 *Stultior es barbaro Potitio,* einfältig.

POTNIA, æ, urbs Bœotiæ, ubi Glaucus equas humana carne alere consuevit, quo cupidius in hostem irruerent. Sed ab his ipsis, furore immisso a Venere, cujus sacra spreverat, dilaceratus est. Hinc

¶ Potnias, ădis, gentile; ut, *Potniades quadrigæ,* Virg. 3 Georg. v. 268. Et Ovid. in Ibin v. 555

Potniadum morsus subeas, ut Glaucus, equarum.

PŌTO, potavi, potatum, & potum, potare, bibere, zechen, sauffen, trincken. Virg. 3 Georg. v. 463 *Lac cum sanguine potare.* Plin. 12 cap. 1 *Arbores vina potare docuimus.* Horat. 2 sat. 8 v. 3 *De medio potare die.* Cicero 2 Philipp. cap. 27 *Totos dies potabatur.* Plin. 11 cap. 37 *Guttur intumescit, aquarum, quæ potantur, plerumque vitio.* Colum. 12 cap. 51 *Dare potatum bobus.* Et Virg. eclog. 7 v. 11 *Huc potum venient juvenci.*

¶ Pōtans, tis, trinckend, sauffend. Cic. de Fin. 2 cap. 20 *M. Regulum beatiorem esse quam potantem in rosa Thorium.* Horat. 1 epist. 10 v. 27 *Potantia vellera fucum Aquinatem,* i. e. purpuram.

¶ Potatūrus, & Pōturus, a, um, der da trincken wird. Terent. Phorm. a. 5 sc. 5 v. 9 *Apud me potaturus est.* Claudianus in Eutrop. lib. 2 v. 256 *Pro Rheno poturus Halyn.* Vbi simpliciter *bibere* notat. Et Statius Theb. 6 v. 102 *potura cruores.*

¶ Pōtandus, a, um, das man trincken soll. Ovidius 2 Fastor. v. 317 *potanda vina.* Idem Heroid. epist. 15 v. 198 *Potandas nectare miscet aquas.*

¶ Potātus, a, um, getruncken, gesoffen; ut, *Aqua potata,* Plin. 2 c. 103.

¶ Pōtus, a, um, passive, idem. Ovid. lib. 1 Fastorum v. 216

Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

Cic. de Clar. Orat. cap. 11 *Sanguine tauri poto, mortuus concidit Themistocles.* ¶ Sed active, bezecht, betruncken; ut, *Bene potus, plus potus,* Terent. Hecyr. a. 1 sc. 2 v. 64. *Potus juvenis,* Tibull. 2 eleg. 5 v. 100.

¶ Potatus, ûs, subst. der trunck, das getrâncke. Apulej. Met. lib. 7 *Vinum potatui affatim sufficiens.*

¶ Pōtus, ûs, idem; ut, *Serpentes exiguo indigent potu,* Plin. lib. 10 c. 72, sie trincken sehr wenig. *Potui dare medicamentum,* Celsus 2 cap. 13. *Obstupefieri potu & pastu,* Cic. de Divin. 1 cap. 29. conf. plura de potu medico ex Borrich. Cogit. p. 200.

¶ Potātio, ōnis, eine zeche, ein gesäuffe. Plautus Bacchid. a. 1 sc. 2 v. 46 *Si apud te veniat de subito prandium, aut potatio forte, aut cœna.* Senec. epist. 12 *Deditos vino potatio extrema delectat.*

¶ Pōtio, ōnis, der tranck. Cicer. de Senect. cap. 11 *Tantum cibi & potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur.* Sed, *Potio medicorum,* est medicamentum. Ita, *potionis aliquid alicui dare,* Plautus Menæch. a. 5 sc. 5 v. 22, von einem tranck eingeben. Cic. pro Cluent. cap. 14 *Pharmacopola circumforaneus prima potione mulierem sustulit.* Pro venenato poculo usus est Horat. epod. 5 v. 73, & Cicero l. c. ut Torrent. ad Sueton. Calig. cap. 50 observat.

¶ Potiuncŭla, æ, diminutivum, ein tränctlein. Sueton. Domitiano cap. 21 *Vt modicam in ampulla potiunculam sumeret.*

¶ Pōtātor, ōris, qui potationibus indulget, ein säuffer, trincker; ut, *Potatores maxumi,* Plaut. Menæch. a. 2 sc. 1 v. 34. Et Vetus Interpres Matth. c. 11 v. 19 *potator vini.* conf. Tertull. de Monog. c. 8.

¶ Pōtor, ōris, idem, aut qui modice bibit ad naturæ usum. *Potor nobilis,* Martial. lib. 6 epigr. 78, ein guter sauff-bruder. *Aquæ potor,* der wasser trincket: Horatius lib. 1 epist. 19 principio:

Nulla placere diu, nec vivere carmina possunt,
Quæ scribuntur aquæ potoribus.

¶ Potrix, īcis, eine säufferin. Phædrus 4 fab. 4 v. 25 *Seponit potrici plenam antiquis apothecam cadis.*

¶ Potatōrius, a, um, zum trincken dienlich; ut, *vas potatorium,* ein trinckgeschirr, Plin. Valer. 3 cap. 54.

¶ Pōtōrius, a, um, idem; ut, *Argentum potorium,* Lege 8 Dig. de supellect. legata, silberne becher. *Ampulla potoria,* Martial. lib. 14 epigr. 110 in lemmate. Et, *Cantharus potorius,* Arnob. lib. 6 p. 309.

¶ Potorium, i, subintellecto *poculum,* quasi substantive, ein trinckgefäss; ut, *aureis potoriis,* Plin. 33 cap. 10.

¶ Potax, ācis, versoffen. Gloss. gr. lat. πότης, *bibax, potax.*

¶ Pōtācŭlum, i, das getrâncke. Tertull. Apol. cap. 39 *Inde non epulis, nec potaculis, nec ingratis voratrinis dispensatur.* Idem de Resurrect. carn. cap. 4 *Omnia necessaria illi, & inprimis pabula & potacula.*

¶ Poculum, cum derivatis, vide supra seorsim.

¶ Pōtābilis, e, das sich trincken lässt. Ammian 18 cap. 9 *Fons potabilis.* Auson. de Vrbibus 14 v. 31 *Fons medico potabilis haustu,* i. e. salutaris, ein gesund-brunnen. Cœl. Aurel. Tard. 1 cap. 4 *Vti potabilibus medicaminibus,* artzney-tränncke. conf. Apic. 1 cap. 1.

¶ Pōtilis, e, idem. Cœl. Aurel. Tard. 3 cap. 8 *Potili haustu aërem haurire.* Idem 5 cap. 8 *Raptu potili nidorem transvorare.*

¶ Potiōno, are, pro, potionem dare, träncken. Vetus Irenæi Interpres 4 cap. 51 *Potionare patrem vino.* Hinc

¶ Potionatus, a, um, getränckt. Suet. Calig. cap. 50 *Creditur potionatus a Cæsonia uxore amatorio poculo* &c.

¶ Pōtito, are, frequentat. offt trincken; ut, *Potitare pocula cum aliqua,* Plaut. Asin. a. 4 sc. 1 v. 26. conf. Amph. a. 1 sc. 1 v. 105, & Milit. a. 2 sc. 2 v. 23.

¶ Potua, vel Potīna, æ, Dea præses puerorum, potum procurans. vid. ex Varrone & Catone Nonius cap. 2 n. 310, & Arnob. lib. 3 p. 115.

¶ Pōtŭlentus, a, um, quicquid potari potest, was zu trincken ist; unde absolute *potulentum,* allerley getrâncke, Cic. 2 de Nat. D. cap. 56, ut vulgo legitur. Vide & *Poculentum,* in *Poculum.* Victorius & Gruterus ex MSS. optimis Cic. l. c. legunt: *In ea parte oris, qua esculentis & potulentibus iter natura patefecit.* Et sic nominativus foret *Potulens.* ¶ 2. *Potulentus* idem quod *potus,* est Suetonio, betruncken, berauscht, besoffen: sc. in Othon. c. 2 *Fertur, & noctibus vagari solitus, atque invalidum quemque obviorum aut potulentum corripere.*

Composita:

¶ Adpōtus, vel Appotus, a, um, idem quod *potus,* bezecht, truncken. Plautus Curc. a. 2 sc. 3 v. 75 *Cœnatus & appotus.* Idem Rud. a. 2 sc. 7 v. 8 *Si probe adpotus siem.* conf. & Amph. a. 1 sc. 1 v. 126.

¶ Circumpōto, are, herum trincken; Vnde

¶ Circum-

¶ Circumpōtātio, ōnis, ein gesäuffe die reyhe herum, ein kräntzgen. Cicero 2 de Legib. cap. 24 *Legibus omnis circumpotatio tollitur*, reyhegastung, kräntzgen.

¶ Compōto, āre, mit andern trincken, zechen. Hinc

¶ Compotātio, ōnis, convivium, ein gelag, ein schmauß, eine sauffgesellschafft. Cic. de Senect. cap. 13 extr. *Convivium Græci tum compotationem, tum concœnationem vocant.*

¶ Compōtor, ōris, ein zechgesell, sauffbruder. Cicer. in Pison. cap. 27 *Vt cum P. Clodio, hoc est, compotoribus suis cœnet.* Et in Philipp. 2 cap. 17 pr. *Adhibes magistrum suffragio tuo, & compotorum tuorum rhetorem.*

¶ Compōtrix, īcis, eine sauffschwester, Terent. in Andr. a. 1 sc. 4 v. 5. Et adjective Sidon. 2 epist. 9 *famularum turba compotrix.*

¶ Epōto, āre, austrincken. *Epotare medicamentum*, Livius lib. 8 cap. 18, einen artzney-trunck thun.

¶ Epōtus, a, um, pro *epotatus*, passive, außgetruncken; ut, *Aqua epota*, Ovid. Remed. am. v. 740. *Epotum venenum*, Cic. pro Cluent. cap. 62. Et Epitom. Livii 8 *epotis medicaminibus.*

¶ Perpōto, āre, schmaussen; ut, *Totos dies perpotare cum mulierculis*, gantze tage durchaus zechen, Cic. 7 in Verr. cap. 33 extr. *Perpotare amarum absinthii laticem*, Lucret. 1 v. 938, & 4 v. 15.

¶ Perpotātio, ōnis, gesäuffe, schwelgerey. Cic. in Pison. cap. 10 *intemperatissimæ perpotationes.* Et Plin. 29 cap. 1 *Vomitiones, & rursus perpotationes.*

¶ Rĕpōtia, ōrum, plurale, deductio sponsæ post nuptias ad novum maritum, & iterata potatio, die braut-heimführung. Alii diem post nuptias *Repotia* nominarunt, der weltz-tag, die nachhochzeit. Horat. lib. 2 satyr. 2 v. 60

Ille repotia, natales, aliosve dierum
Festos albatus celebret.

Festus: *Repotia, quia quasi reficitur potatio.* vid. Juret. in Symmach. pag. 151.

¶ Repōtātio, ōnis, iterata potatio, der nachschmauß, Varr. de L. L. 5 cap. 8.

Potulentus, potus, vide jam ante in *Poto.*

Practicus, Practicæ artes, vide infra *Praxis.*

PRAE, ante, vor, für, præpositio regens ablativum; ut, *Armentum præ se agere*, Livius lib. 1 cap. 7, das viehe für sich her treiben. *Præ nobis tu beatus*, Cic. 4 fam. epist. 4, glückseliger als wir: Comparationem enim quamdam hoc modo inducit. Terent. in Adelph. a. 2 sc. 3 v. 9 *Qui omnia sibi post putarit esse præ meo commodo*, i. e. Qui nihil plus sibi esse curandum putavit, quam meum commodum. *Præ se contemnere*, Idem Ter. Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 8. Et Cicero pro Rosc. Am. cap. 46 *Omnes despicere, & hominem præ se putare neminem*, einen andern für nichts gegen sich selbst achten: Hic etiam *præ* comparationem significat. ¶ 2. *Præ ira*, Livius lib. 31 cap. 24 extr. vor zorn. *Præ lacrymis*, Cic. pro Milone extr. vor weinen: &, *Præ mœrore loqui non posse*, Idem pro Plancio cap. 41. *Præ gaudio*, vor freuden: Terent. Heaut. a. 2 sc. 3 v. 67 *Præ gaudio, ita me Dii ament! ubi sim nescio.* Et in Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 18 *Misera, præ amore exclusisti hunc foras*, id est, propter. ¶ 3. *Præ se ferre*, elegans dicendi modus est, von sich öffentlich mercken lassen, zu verstehen geben: Quintil. lib. 5 cap. 13 *Fiduciam præ se ferat orator, semperque ita dicat, tamquam de caussa optime sentiat.* Et Cicero ad Pompejum alterâ sub epist. 11 lib. 8 ad Attic. *Præ me tuli, me nihil malle quam pacem.* ¶ *Præ manu*; vide *Manus.* ¶ 4. Animadverte, hanc præpositionem compositam cum nominibus, ubique fere augere & intendere ipsam significationem, ut *Præclarus*, *Prædives*, *Præpinguis*, &c. Illud quoque notandum, verba, quæ ex hac præpositione componuntur, non tertium semper, sed quartum etiam casum assumere: in quâ ratione creber Tacitus, qui *præjacere castra, campum*: *Præminere cæteros*: *Præsidere provinciam*: *Flumen castra præfluere* dixit, de quibus vide suis locis.

¶ Præquam, Præut, vide infra *Quam*, *Vt.*

Præacutus, Præaltus, Præauditus, vide supra *Acutus*, *Altus*, *Audio.*

PRAEBEO, ui, itum, præbēre, exhibere, præstare, geben, darreichen. Videtur contractum esse ex *Prabibere*, quo sæpe usus est Plautus; vide supra in *Habeo.* Sic, *Præbere accessum*, Livius lib. 30 cap. 10, einen zugang einräumen. *Præbere caussam*, ibidem cap. 4, ursach geben. *Ludos præbere*, Terent. Eunuch. a. 5 sc. 6 v. 9. *Præbere fidem*, treue erweisen: Nepos Attico cap. 4 n. 4 *Ciceroni in omnibus periculis singularem fidem præbuit.* Et, *Præbere aurem*, Plin. lib. 2 epist. 14, gehör geben. *Præbere aures conviciis*, Livius 38 cap. 52. *Præbere cervices*, Cic. Declam. Antequam &c. den halß herhalten. *Præbere os*, Terent. Adelph. a. 2 sc. 2 v. 7, sich in das gesicht schlagen lassen. In quibus *præbere*, pro permittere, concedere, sed per ellipsin dicitur: ut, *præbere os*, scilicet ad plagas, sive, ad pulsandum. Ita, *præbere cervices*, puta, ad feriendum sive incidendum. Plene Persius satyr. 2 v. 28

Idcirco stolidam præbet tibi vellere barbam
Jupiter

Idem Persius satyr. 4 v. 42

Cædimus, inque vicem præbemus crura sagittis.

Quemadmodum autem *præbere sagittis corpora*, Ovid. in Nuce v. 171 dixit: Sic Seneca epist. 70 p. 255 *præbere se legibus*, pro, permittere se legibus, sui potestatem legibus facere, hoc est, ultro se sistere in judicio, aut se supplicio offerre, dixit: *Socrates*, inquit, *potuit abstinentiâ finire vitam: triginta tamen dies in carcere, & in expectatione mortis exegit, ut præberet se legibus.* Sed, *Strenuum se hominem præbere*: *Virum se præbere*, est ostendere, sich tapffer halten, wacker, männlich seyn: Cicero lib. 4 epist. 18 ad Fadium: *Rogo atque oro, te colligas, virumque præbeas.* Sic, *Præbere se æquum*, Idem 2 fam. epist. 1; &, *attentum se auditorem*, 3 de Nat. Deor. cap. 1; &, *docilem se*, 2 Tuscul. cap. 6. *Obsequentem*, Seneca Hippolyto v. 132. *Præbere se dignum suis majoribus*, Cicer. 2 fam. epist. 18, sich also erweisen, daß &c. Corn. Nepos Datame cap. 2 pr. *Pari se virtute postea præbuit.* Idem Hannibale cap. 7 n. 5 *In eo magistratu pari diligentia se præbuit.*

¶ Præbenda, ōrum, plurale tantum neut. necessaria illa dicebantur, quæ magistratibus publice missis in provincias præbebantur a parochis, was man reichen muß, services; de quibus Horat. 1 satyr. 5 v. 46

tectum
Præbuit: & parochi, quæ debent, ligna salemque.

Vsus hac voce Gellius est lib. 15 cap. 4 *Præbenda publice conducere.*

¶ Præbĭtus, a, um, gegeben, gereicht. Ovid. Met. 3 v. 476 *Præbita præcordia.* Tacit. Hist. 3, 32, 4 *Præbiti in acie Vitellianis cibi.* ¶ Absolute *Præbita* vocat Suetonius Tiberio cap. 50 *Sed & peculio concesso a patre, præbitisque annuis privavit*, was ihr jährlich gereichet werden solte, der jährliche unterhalt: Nisi potius est, *annua* absolute dicta capere de alimentis, singulis annis præbendis sive præstandis ex dispositione Augusti, patris Juliæ, de qua sermo est. Sed & Colum. 1 cap. 8 *In præbitis injuriose tractari.*

¶ Præbĭtio, ōnis, die darreichung. Varro apud Nonium cap. 2 n. 647 *Quod ea die mea erat præbitio.* Justinus 38, 10, 8 *Gravari copiarum præbitione*, i. e. necessariis rebus exhibendis. Aurel. Vict. de Cæs. cap. 41 *Olei frumentique præbitiones, quibus angebantur.*

¶ Præbĭtor, ōris, ein geber, außgeber. Cicero 2 Offic. cap. 15 *An tu id agis, ut te non regem, sed ministrum & præbitorem sperent fore?*

PRAEBIVM, i, vel potius *Præbium*, quasi *probibium*, remedium servatorium, quod a collo suspendebatur, ut fascinus, eine gifftartzney. Varro a *præbeo* deducit lib. 6 de L. L. sub fin. cap. 6 PRAEBIA *a præbendo, ut sit tutum: quod sint remedia in collo pueris.* Sed forteam Varronis locus mendosus est, & pro *Præbendo* lege *prohibendo* propter id, quod sequitur: *Tutela enim prohibendo præstatur.* Festus in genere PRAEBIA *remedia* interpretatur. Puto autem, hanc vocem & neutro & fœminino genere usurpatam, & adjectivum nomen revera esse: ut cum *Præbium* dicitur, subintelligatur *Remedium*; & sub *Præbia*, *Medicina.* Sane in Cyrilli Glossis legimus: φυλακτήριον, *Servatorium*, *Amolimentum*, *Amoletum*, *Præbia.*

Præcalidus, Præcalvus, Præcanere, præcantatio, &c. Præcanus, Præcarus, Præcaveo, præcautio, &c. vide *Caleo*, *Calvus*, *Cano, ĕre*, *Canus*, *Carus*, *Caveo.*

Præcedo, Præceler, præcelero, Præcello, præcellentia, &c. Præcelsus, Præcentio, &c. vide *Cedo*, *Celer*, *Cello*, *Celsus*, *Cano.*

PRAECEPS, præcĭpĭtis, qui sine consideratione aliqua, aut modo aliquid agit, & quasi rem & tempus præoccupat, schnell, über halß über kopff. Virgil. 3 Æneid. v. 598

mox sese ad littora præceps
Cum fletu, precibusque tulit,

h. e. sine respectu salutis, inquit Servius. Vnde pro *nimis festino* poni solet apud Martialem in Spectac. epigr. 11 *Præceps, sanguineā*, &c. unbedachtsam, unvorsichtig, geschwinde, hefftig, geneiget. *Animus in avaritiam & crudelitatem præceps*, Livius lib. 26 cap. 38. *Præceps consiliis omnibus homo*, Cicer. 5 Philipp. cap. 13. *Declivis & præceps locus*, Cæsar 4 B. Gall. c. 33, stickel, berg unter. *Præceps & lubrica via*, Cicer. pro Flacco cap. 42. Et, *Præceps senectus*, id est, decrepita: Idem ad Octavium: *O meam calamitosam & præcipitem senectutem, & prope finem adductam!* ¶ 2. Sed, *præceps dies*, *præceps æstas*, *præceps hiems*, extrema est, wenn es auf die neige kömmt, bergunter geht. Servius ad illud Virgilii 1 Georg. v. 43 *Vere novo gelidus* &c. *Anni quatuor sunt tempora, divisa in ternos menses: qui ipsorum temporum talem faciunt discretionem, ut priore mense* VER NOVVM *dicatur: secundo* ADVLTVM, *tertio* PRAECEPS. *Sic etiam Sallustius dicit*, VBIQVE NOVA AESTAS, ADVLTA, PRAECEPS. *Item, Hiems* NOVA, ADVLTA, PRAECEPS *vel* EXTREMA. *Vnde est*, EXTREMAE SVB CASVM HIEMIS. Sed non Virgilius tantùm *Extremam hiemem*: sed & Cicero pro L. Manilia dixit cap. 12 extr. Et, *Agere præcipitem*, Idem pro Cæcin. cap. 21. Proprie est, ex editiori loco deturbare, ut devulsum aliquid cadat. Et sic, *Dare præcipitem*, Terent. Phorm. a. 4 sc. 3, über halß, über kopff stürtzen. *Dare præcipitem in terram*, zu boden werffen, Liv. lib. 31 cap. 37. *Dare præcipitem e turre*, Seneca Troade v. 621. Et, *Dejicere præcipitem*, Cicero rursus 6 Verr. cap 40, herunter stürtzen. *Esse in præcipiti*, significat in summo versari discrimine, in höchster gefahr schweben. *Stare in præcipiti*, Virg. 2 Æneid. v. 460, gefährlich stehen, auf der kippe. Quemadmodum eleganter & gravissime de moribus Juvenalis dixit satyr. 1 v. 147

Nil erit ulterius, quod nostris moribus addat
Posteritas, eadem cupient facientque minores,
Omne in præcipiti vitium stetit.

In quibus exemplis *Præceps* pro substantivo est. Similiter idem Juvenalis satyr. 10 v. 107 *Præceps immane ruinæ.* *Præceps juvenile* Statius dixit lib. 1 Silv. 4 v. 51; *Præceps*, id est, præcipitium. ¶ 3. A *præceps* in genitivo etiam *præcipis*; & vicissim a *præcipitis* in nominativo *præcipes* veteres dixisse, Priscianus lib. 6 autor est, isque ideo adducit ibi exemplum Livii in Jove: *Sequi in alta maria præcipem.* Et illud Ennii 17 Annalium:

Occumbunt multi letum ferroque lapique,
Aut intra muros aut extra præcipe casu.

Sic Plautus Commor. fragm. *Saliam in puteum præcipes.*

¶ Præcipĭtium, i, locus præruptus, ex quo dari quis præceps potest, ein gefährlicher ort, da man den halß herab stürtzen könte. Sic, *Deferri per præcipitia*, Quintilian. lib. 1 cap. 10. *Pervenire in præcipitia*, Vellej. lib. 2 cap. 10. *In præcipitia cursus iste deducit*, Senec. epist. 8. Hæc & ut neutra pluralia ad *Præceps* referri possunt. Sed singularis est apud Lactantium lib. 2 cap. 3 sect. 16 *dum aliorum præcipitium vident.* Proverb. *A fronte lupi, a tergo præcipitium*; vide infra *Tergum.*

¶ Præcĭpĭto, avi, atum, āre, dare præcipitem, vel in præceps dejicere, herab stürtzen. Item, inconsiderate agere, & temere rem aliquam aggredi, übereilen. *Præcipitare se de turri*, Livius lib. 23 cap. 37. *Præcipitare se ex rupe*, Plin. lib. 8 cap. 36. Et, *In flumen se præcipitare*, Cæsar 4 B. Gall. c. 15. *Ex altissimo dignitatis gradu præcipitari*, Cicero pro Domo sua cap. 37, vom höchsten ehren-amt gestürtzet werden.

Et Virgil. Æneid. 2 v. 316 *Furor iraque mentem præcipitant*, hoc est, præcipitem agunt. Et Silius lib. 13 v. 774 *Tu magna gerendi Præcipita tempus*, eile, säume dich nicht. Virgil. Æneid. 12 v. 699 *Præcipitatque moras omnes*, &c. es muß bey ihm biegen oder brechen. *Nox præcipitat*, Idem 2 Æneid. v. 9, id est, præcipitatur, præcipitanter ingruit, die nacht fället eilends ein. ¶ 2. Aliter *præcipitare hiemem*, Cæsar dixit 1 de B. C. cap. 25. Id enim non de ingruente, sed exeunte hieme & prope finem adducta dixit: *Hiems præcipitaverat*, der winter war geschwinde weg. Similiter verbo *ruere* utimur: *Ruit hora*, i. e. abit. Vide & Ciacconium ad allegatum Cæsaris locum. Plaut. Trinum. a. 2 sc. 1 v. 30 *Qui in amorem præcipitavit, pejus perit, quam si saxo saliat*, i. e. qui præceps cecidit.

¶ Præcipitans, tis, stürtzend, eilend zum untergang; ut, *Reipublicæ præcipitanti subvenire*, i. e. corruenti, Cicer. pro Sulla cap. 31. *Sol jam præcipitans*, die zu rüste gehende sonne, Idem de Orat. 3 cap. 55. *Imber præcipitans*, Lucret. 6 v. 291.

¶ Præcipitanter, adv. temere, inconsiderate, eilends, unbedachtsam. Lucret. lib. 3 v. 1075 *præcipitanter currere*.

¶ Præcipitantia, æ, quæ mater solet esse erroris, die übereilung, unbedachtsamkeit. Gellius lib. 6 cap. 2 *Lapidem cylindrum si per spatia terræ prona atque deruta jacias, caussam quidem ei & initium præcipitantiæ feceris: mox tamen ille præceps volvitur*, &c.

¶ Præcipitātus, a, um, gestürtzt, jäh, jähling. Cicer. pro Cæcina cap. 17 *Qui se præcipitatos ex locis superioribus dicerent*. Vellej. 2, 49, 1 *Præcipitata morte fungi*, frühzeitig sterben. Sic, *Ætas præcipitata*, id est, decrepita, vel ad senium inclinata, das hohe alter, apud Cic. lib. 11 famil. epist. penult. Vide ibi Manutium.

¶ Præcipitatio, ōnis, die stürtzung. Seneca lib. 1 de Ira cap. 12 *Etiamsi ira aliquando ut venenum, & præcipitatio, & naufragium ex inopinato profuit: non ideo salutaris omnino judicanda est*.

Præceptio, præceptor, &c. Præcerpo, Præcertatio, vide supra *Capio, Carpo, Certo*.

Præcia, Præcīdo, Præcingo, &c. Præcino, Præcipio, Præcipitium, &c. Præciputus, Præcisio, &c. vide in *Cieo, Cædo, Cingo, Cano, Capio, Præceps, Capio, Cædo*.

Præclamo, Præclarus, &c. Præclavium, Præcludo, præclusus, &c. vide supra *Clamo, Clarus, Clavus, Claudo*.

PRAECO, ōnis, qui κήρυξ Græcis, minister publicus erat a *præcinendo* ita dictus, ein ausruffer, herold. Multiplex autem usus præconum erat. Namque & senatum convocabant, & res venales prædicabant, & in ludis ac certaminibus pronuntiabant victores, aliaque hujus generis agebant, quæ voce maxime peragenda. Vnde Quintilianus: *Præco plus debet voci suæ, quam orator*. In quo & lucrosum id genus artis fuisse significat. Non satis honestum habitum præconum ordinem, Casaub. ad Theophrasti Characteres p. 185 observat. Proinde, qui præconium faceret, in Decurionibus esse vetabatur. Cicero lib. 6 fam. epist. 18 *Per præconem aliquid vendere*, lassen ausruffen, daß etwas zu verkauffen sey. *Præconis voci bona civium subjicere*, Idem in Offic. lib. 2 cap. 23. *Præco virtutum alicujus*, id est, celebrator, decantator, ein lob-erheber. Apud Ilium Achillis statuam cernens Alexander, *O fortunate*, inquit, *adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris*, Cic. pro Arch. cap. 10, der dein lob preiset und bekandt macht.

¶ Præcōnium, i, vox præconis & munus. Vnde *Præconium facere*, Cicer. lib. 5 famil. epist. 18. *Præconio contendere*, Sueton. Nerone cap. 24. ¶ 2. Item, laudatio, das lob, der ruhm; ut, *Præconium alicui tribuere*, einem viel gutes nachsagen: *Præconium ab Homero Achilli tributum esse, Alexander dixit*, Cicer. lib. 5 famil. epist. 12. *Homeri præconio Achillis hasta nobilitata est*, Plin. lib. 16 cap. 13.

¶ Præcōnīnus, a, um, vom herold herrührend. Sueton. de Illustr. Gramm. cap. 3 *L. Ælius præconinus, quod pater ejus præconium fecerat, vocabatur*. Et Plin. 33 cap. 1 fin. *L. Ælius Stilo præconinus cognominatus*.

¶ Præcōnor, āri, ausruffen, ausschreyen, Interpres Irenæi lib. 5, & æquales usi sunt.

Præcogito, Præcognitus, præcognosco, Præcompositus, Præconium, Præcontrecto, Præcoquo, præcoquus, Præcordia, Præcorrumpo, Præcox, vide *Cogito, Nosco, Pono, Præco, Trabo, Coquo, Cor, Rumpo, Coquo*.

Præcrassus, Præculco, Præcultus, Præcurro, præcursio, &c. Præcutio, vide *Crassus, Calx, Colo, Curro, Quatio*.

PRAEDA, æ, spolium, beute, raub, preiß, quod germanicum posterius a *præda* factum est, (nisi malis a *pretio* deducere;) ut, *Præda parta*, Cicer. 1 de Fin. cap. 16, eine erlangte beute. *Prædam facere*, Idem Verrin. 5 cap. 50; &, *capere crudelissime ex alicujus fortunis*, pro Domo cap. 58. *Proponere sibi ad prædam urbem, bona, & fortunas civium*, Cicer. 4 Philipp. cap. 4. *Prædæ esse*, zur beute gereichen: Idem in Verr. 7 cap. 31 *Quum ea res non solum provinciæ saluti, verum etiam ipsi prædæ esse possit*.

¶ Prædor, ātus sum, āri, diripere, & vi auferre, plündern, rauben. Horat. 2 epist. 2 v. 55

Singula de nobis anni prædantur euntes.

Cicer. in Verr. 5 cap. 78 *Tuus apparitor de aratorum bonis prædabitur*. Idem Philipp. 4 cap. 4 *Spes rapiendi atque prædandi occæcat animos*. Nepos 7, 8, 6 *In terram prædatum exire*. Ovidius lib. 3 de Arte am. v. 419

Ad multas lupa tendit oves, prædetur ut unam.

¶ Prædatio, ōnis, prædandi actus, die raubung, plünderung. Vellejus Paterculus lib. 2 cap. 73 *latrociniis ac prædationibus infestato mari*. Et Lactantius lib. 5 cap. 9 *aperta prædatione grassantur*.

¶ Prædātor, ōris, direptor, ein räuber, freybeuter. Cicer. in Catilin. 2 cap. 9 *Vtrosque in eodem genere prædatorum direptorumque pono*. Ovid. 12 Metam. v. 306 *Prædator aprorum*, id est, venator.

¶ Prædatrix, īcis, eine räuberin. Statius 1 Silv. 5 v. 22

Herculei prædatrix cedat alumni.

De Hyla puero loquitur, Herculis deliciis, quem ad lacum hujus nominis in Bithynia Nymphæ rapuisse dicuntur. Vide Solinum cap. 42. *Bestia prædatrix*, apud Ammianum lib. 26 cap. 15.

¶ Prædātitius, a, um, erbeutet, geraubet: ut, *Pecunia prædatitia*, Gellius lib. 13 cap. 24, raub-geld.

¶ Prædātōrius, a, um, räuberisch: ut, *Classis prædatoria*, Liv. lib. 29 cap. 28. *Naves prædatoriæ*, Idem lib. 34 cap. 36, raub-schiffe.

¶ Prædabundus, a, um, idem. Livius lib. 2 cap. 26 *Exercitum Sabinum prædabundum ad Anienem amnem pervenisse*.

¶ Prædo, ōnis, qui prædatur, seu in alterius bona per vim invadit, ein räuber, schnaphahn. *A nefario prædone diripi*, Cicer. 3 de Orat. cap. 1. *Templorum omnium atque tectorum, totiusque urbis prædo*, Idem pro Domo cap. 55. *Prædones maritimi*, i.e. piratæ, see-räuber, Nepos 2, 2, 3.

¶ Prædōnulus, i, ein schnaphähngen; diminutive pro prædone posuisse Catonem, notavit Festus.

¶ Prædōnius, a, um, idem quod *prædatorius*, raubend. Vlpianus lege 8 § 5 Dig. de heredit. petit. *prædonio more versari cœpit*.

¶ Deprædor, āri, depopulari, ausplündern. Justin. 24, 6, 3 *Victor Macedoniæ agros deprædatur*. Lege 6 Dig. de negot. gest. § 3 *deprædandi caussa accedere*. Apulejus lib. 8 Met. sub fin. *Ad istum modum palantes, omnem illam deprædabantur regionem*.

¶ Deprædātio, ōnis, die beraubung, ausplünderung. Lactant. Epitom. cap. 8 *More latrocinii deprædatio & vastatio fiet*. Et Lege Cod. de luctis advocat. *Compulsor arguitur in deprædatione convictus*. Et Augustinus Civ. Dei lib. 22 cap. 22 *deprædatio & captivitas*.

¶ Deprædātor, ōris, prædo, ein räuber. Marcellinus Augustino epist. 4 [inter Augustinianas] *Quis Romanæ provinciæ deprædatori non mala velit belli jure reponere?* Et ipse Augustinus epist. 199 *deprædatores putans*.

Prædamno, &c. Prædelasso, Prædestino, &c. Prædiator, &c. Prædīco, āre, prædicator, &c. Prædīco, ĕre, prædictio, &c. Prædisco, Præditus, Prædives, Prædivino, &c. vide *Damno, Lasso, Stino, Prædium, Dico, āre, Dico, ĕre, Disco, Do, Dives, Deus*.

PRAEDIVM, i, a *præs, prædis*, ein vorwerck, landguth. Vetus auctor de Limitibus apud Rigalt. pag. 299 PRAEDIVM, *quod ex omnibus patris familias maxime providetur, id est, apparet, quasi prævidium, vel quod antiqui agros, quos bello ceperant, prædæ nomine habebant*. PRAEDAE, inquit Asconius, *sunt res ipsæ*: PRAEDES *homines fidejussores, quorum res*, BONA PRAEDIA *nunc uno nomine dicuntur*. Hinc in veteri formula apud Cicer. 3 in Verr. de Prætur. Vrb. cap. 54 *Prædiis, prædibusque cavere*. Et, *Prædia* urbana sunt, aut rustica, liegende güther in der stadt, oder auf dem lande. *Prædia fructuosa*, Cicer. pro S. Rosc. cap. 15. *Dotalia prædia*, Idem 15 ad Attic. epist. 20, die man zum leibgedinge mit giebt. *Fructus prædiorum abeunt in sumtus*, Idem 11 ad Attic. epist. 2, der genieß, die nutzung gehet auf die unkosten. *Fructum reddunt prædia*, sie nutzen, sie tragen, &c. Terent. Phorm. a. 4 sc. 3 v. 75.

¶ Prædiŏlum, i, ein landgüthgen; ut, *Ædificata belle prædiola, & amœna*, Cic. ad Attic. lib. 12 epist. 3.

¶ Prædiātus, a, um, prædiis dives, reich an feld-güthern. Apulejus 2 Florid. pag. 349 *Inter proceres Thebanos numeratus est: lectum genus, frequens famulitium, domus amplo ornata vestibulo: ipse bene vestitus, bene prædiatus*. ¶ Aliis *Prædiatus* est, cujus bona publico sunt obligata, atque ita idem est qui *prædiator*. Vide Commentatores in Cic. 12 ad Attic. epist. 14.

¶ Prædiator, ōris, der mit land-güthern zu thun hat; vox dubiæ significationis. Cicero citato lib. 12 ad Attic. epist. 14 *Apulejum prædiatorem videbis*. Manutius interpretatur, *qui prædiorum & prædum jura novit*. Brissonius de Verb. Sign. *Ego Prædiatores, ut Prædes, dictos puto, qui publice fidem suam obligabant*. Salmasius de Mod. Vsur. c. 16 docet, *prædiatos* esse, quorum bona publico sunt obligata: *prædiatores*, qui eorum, qui publico obligati sunt, bona emebant, id est, prædiorum seu hypothecarum emtores. Gloss. Vet. *Prædiator*, ὠνητὴς ὑπαρχόντων: item, ὑπὲρ φόρυ δήμυ ἐνδεδεμένος. Legitur & Cicer. oratione pro Corn. Balbo cap. 20, sed Salmasius c. l. delendum censet hoc vocabulum. Exstat etiam in titulo Legis 54 Dig. de Jure dotium, ex antiquo jure, *de Prædiatoribus*.

¶ Prædiātōrius, a, um, zum land-guth gehörig; ut, *Lex prædiatoria*, Sueton. Claudio cap. 9 Torrentio, quæ de prædibus cavebat: Salmasio, quæ agebat de prædiatis, h. e. obligatis publico. *Jus prædiatorium*, Cicer. pro Balbo cap. 20.

Prædo, ōnis, Prædoctus, Prædomo, Prædonulus, prædor, āri, Præduco, præductal, Prædulcis, Prædurus, &c. vide *Præda, Doceo, Domo, Præda, Duco, Dulcis, Durus*.

Præeminentia, præemineo, Præeo, īre, vide supra *Mineo, Eo*.

Præfacilis, Præfamen, præfari, præfatio, &c. vide *Facilis, Fari*.

Præfectura, præfectus, Præfericulum, præfero, Præferratus, Præfervidus, Præfestino, &c. vide *Facio, Fero, Ferrum, Ferveo, Festino*.

Præfica, præficio, Præfido, Præfigo, Præfinio, &c. Præfiscini, Præfixus, vide *Facio, Fido, Figo, Finis, Fascinum, Figo*.

Præfloreo, &c. Præfluo, vide *Flos, Fluo*.

Præfōco, āre, &c. Præfodio, Præformo, Præfortis, vide *Faux, Fodio, Forma, Fortis*.

Præfractus, Præfrigidus, Præfringo, vide *Frango, Frigus, Frango*.

Præfulcio, Præfulgeo, præfulguro, Præfurnium, vide *Fulcio, Fulgeo, Furnus*.

Prægelidus, Prægermino, Prægestio, vide supra *Gelu, Germen, Gestus*.

PRAEGNANS, tis, gravida, quasi *Prægenans*, ab antiquo *Geno*, schwanger, trächtig. Festus: GRAVIDA *est, quæ jam gravatur fœtu*; PRAEGNANS, *velut occupata in generando quod conceperit*. Itaque *Prægnans* proxima partui, *Gravida*, quæ gestare uterum cœpit. Nec tamen id discrimen observatur rigide. Cic. pro Cluentio cap. 12 *Vxorem interrogavit, essetne prægnans?* Horat. 3 od. 27 v. 9 *Canis prægnans*. Varro de R. R. 2 cap. 4 *Sus prægnans*. Plinius lib. 8 epist. 10

epist. 10 *Dum se prægnantem esse puellariter nescit.* ¶ 2. Per metaphoram ad alia transfertur. Sic Plautus Asinar. a. 2 sc. 2 v. 10 *Prægnantes plagas:* Juvenalis *prægnantem stamine fusum* dixit satyr. 2 v. 55; & Plinius 25 cap. 13 *Prægnantia folia,* voll saffts. ¶ 3. *Prægnas, ātis,* pro *Prægnans,* veteres dicebant. Plaut. Truc. a. 1 sc. 2 v. 95 *Quæ nunquam fuit prægnas, quî parere potuit?* Idem Truc. a. 4 sc. 3 v. 37 *Vir illam prægnatem fecit.* vid. Taubm. ad Plaut. Amph. a. 2 sc. 2 v. 91.

¶ Prægnātio, ōnis, die schwängerung, trächtigkeit. Apulejus lib. 1 Miles. post initium [p. 106 Elmenh.] *Eadem amatoris sui uxorem, quod in eam dicacule probrum dixerat, jam in sarcinam prægnationis obsepto utero, & repigrato fœtu, perpetua prægnatione damnavit.* Idem lib. 5 p. 166 *Cum primum prægnationem tuam plenus maturaverit uterus.* Varro R. R. 2 cap. 1 *Appello fœturam a conceptu ad partum: Hi enim prægnationis primi & extremi fines.*

¶ Prægnātus, ûs, subst. idem. Tertull. adv. Judæos cap. 9 *Juvenculæ prægnatus & partus.* Et de Carne Christi cap. 1 *Conceptus & prægnatus & partus virginis.*

¶ Prægnax, ācis, schwanger. Fulgent. Mythol. 2 *Quod divitiæ semper prægnaces sint.*

Prægrăvo, are, &c. Prægredior, &c. Præguberno, Prægusto, &c. vide supra *Gravis, Gradus, Guberno, Gusto.*

Præhendo, Præhibeo, vide *Prehendo, Habeo.*

Præjaceo, Præjicio, Præjudicium, præjudico, &c. Præjŭvo, vide *Jaceo, Jacio, Judico, Juvo.*

Prælābor, Prælambo, Prælargus, Prælatio, &c. Prælectio, prælĕgo, ĕre, &c. Prælēgo, are, Præliaris, præliator, Prælībo, are, Prælicenter, vide *Lābor, Lambo, Largus, Præfero* in *Fero, Lĕgo, ĕre, Lēgo, are, Prælium, Libo, Licet.*

PRAELIGANEUS, a, um, zu erst abgelesen; ut, *Præliganeum vinum,* vel præmaturum, vel quod in operariorum usum primo legitur, dictum a *prælegendo,* gesinde-wein, Cato de R. R. cap. 23.

Prælĭgo, are, Prælino, ĕre, Prælior, ari, vide *Ligo, Linio, Prælium.*

PRAELIUM, i, sive *Prœlium,* conflictus & certamen armorum, cum manus conferuntur, der scharmützel, die schlacht, feldschlacht. *Bellum* enim totum tempus militiæ significat. Sed *Prælia* sunt partes belli, h. e. in bello congressiones. vid. Nonius cap. 5 n. 61. *Non prælio modo, sed bello vinci,* Livius lib. 9 cap. 19. *Prælium sumere,* Sueton. Cæsare c. 9, vide *Sumo.* Et, *Prælium committere,* Nepos Miltiade cap. 3, eine schlacht liefern. Sic, *Prælium inire,* Livius lib. 21 cap. 12; &, *prælio conserto,* ibidem cap. 4; &, *prælium editur,* ibidem cap. 29, & lib. 24 cap. 16. *Prælia præclara facere,* Cicer. 2 de Orat. cap. 67. *Prælia plura secunda facere,* Livius lib. 21 cap. 12, viel glückseliger schlachten thun. *Prælio cum aliquo dimicare,* Cicer. 2 Nat. D. cap. 2. *Prælia sustinere,* Idem ad Dolabell. lib. 9 epist. 11, aushalten. *Prælium navale,* Nepos Hannib. cap. 10, eine schlacht zu wasser. *Exitus præliorum sunt incerti,* Cicer. ad Torquat. lib. 6 epist. 4. *Semper in prælio eis est maximum periculum, qui maxime timent,* Sallust. Catilin. c. 58.

¶ Prælior, atus sum, ari, prælium committere, eine schlacht halten, kämpffen. Cæsar de B. Gallico lib. 4 cap. 2 *Ex equis desiliunt, & pedibus præliantur.* Idem lib. 1 B. Civ. cap. 78 extr. *Nullum intercedebat tempus, quin extremi cum equitibus præliarentur.* ¶ 2. Nonnunquam & *dimicare,* per metaphoram, streiten: *In defendenda senatus auctoritate acriter & vehementer præliatus sum,* Cicer. ad Att. lib. 1 epist. 16 pr. ¶ 3. Antique *Prælio* pro *Prælior* Ennius apud Nonium cap. 7 n. 38 *Ita mortales inter sese pugnant, præliant.*

¶ Prælians, tis, kämpffend, fechtend. Cic. de Divin. 1 cap. 25 *Eudemus prælians ad Syracusas occidit.*

¶ Præliatus, a, um, der scharmützirt oder gefochten hat. Plin. 7 cap. 28 *L. Siccius Dentatus centies vicies præliatus.*

¶ Præliātor, ōris, qui crebro & feliciter præliatur, ein kämpffer, streiter. Tacitus refert 2 Annal. cap. 73, Germanicum fatis Alexandri adæquatum, nec minus *præliatorem* fuisse. Auctor Dialogi de caussis corr. eloq c. 37 *Plures bonos præliatores bella, quam pax, ferunt.*

¶ Præliāris, e, ad prælia pertinens, schlagend, zur schlacht gehörig; ut, *pugnæ præliares,* Plautus Curcul. a. 4 sc. 4 v. 17, hoc est, justa prælia, rechte schlachten, grosse treffen. *Acies præliaris,* Apulej. Met. 8 p. 208. *Præliaris Dea,* i. e. Pallas, Idem lib. 10 p. 254. Et, *dies præliares,* dicebantur, quibus fas erat, hostem bello lacessere, vel ablata repetere, Macrob. 1 Saturn. cap. 16. Solebant enim Romani, quoties bellum inferrent, certum dierum ad conserendum prælium delectum habere. Quædam enim feriæ erant, quibus nefas habebatur, manus cum hoste conserere. Alii legunt in Macrobio *dies prœliales.*

¶ Deprælior, ari, sich herumschlagen. Horat. 1 ode 9 v. 11 *ventos æquore deprælиantes,* id est, valde præliantes.

Prælongo, prælongus, Prælŏquor, Præluceo, prælucidus, Præludium, præludo, Prælum, Prælumbo, Prælusio, Prælustris, vide *Longus, Loquor, Lux, Ludus, Prelum, Lumbus, Lusus, Lustrum.*

Præmaledīco, Præmando, are, Præmando, ĕre, Præmaturus, Præmedicatus, Præmeditor, &c. Præmensus, Præmercor, Præmētor, Præmetuo, Præmiari, præmiator, Præmīco, Præmigro, Præmineo, Præministro, Præminor, Præmitto, vide *Malus, Mando, are, Mando, ĕre, Maturus, Medeor, Meditor, Metior, Merx, Meta, Metuo, Præmium, Mico, Migro, Mineo, Minister, Minæ, Mitto.*

PRAEMIUM, i, quod loco justæ mercedis pro virtute datur, & proprium virorum fortium est, ut Donatus monet, vide supra *Donum;* eine verehrung, belohnung. *Pretium* enim pro labore penditur. Cic. pro Milone cap. 35 *Amplissimum præmium, ex omnibus præmiis virtutis, gloria est.* Idem lib. 1 de Orat. cap. 58 *Proposita virtutibus sunt præmia, & supplicia vitiis.* Ibidem cap. 4 *Commoveri amplis præmiis ad perdiscendum.* Et, *Amplissima præmia alicui dare,* Idem 4 Catilin. cap. 3, einem sehr stattliche verehrung thun. *Præmiis aliquem donare,* Idem pro Archia cap. 3. *Præmio afficere, affici,* Quintil. lib. 3 cap. 6. *Præmio & pœna rempublicam contineri,* dixit Solon apud Cic. ad Brut. epist. 15. In ludis quoque & certaminibus *præmia* dicuntur, quæ præponuntur victoribus, der gewinn oder kleinod. Virg. 5 Æn. v. 485

> *Protinus Æneas celeri certare sagitta*
> *Invitat, qui forte velint, & præmia ponit.*

¶ 2. Proprie idem fere significat, quod *præda,* videlicet quod vi palam capitur. Virg. 11 Æn. v. 78

> *Multaque præterea Laurentis præmia pugnæ*
> *Aggerat, & longo prædam jubet ordine duci.*

Plautus quoque non semel *præmium* & *prædam* conjunxit. Tacitus 1 Hist. cap. 51 *Exercitus expeditionem & aciem: præmia,* (prædam) *quam stipendia malebat.* ¶ 3. Sed & *præmiorum* nomine quævis utilitates & commoda veniunt. Lucretius lib. 3 v. 975

> *Omnia per fructus vitai præmia, marces:*

Et rursus lib. 5 initio de Epicuro: *qui talia nobis*

> *Pectore parta suo quæsitaque præmia liquit.*

Atque hinc *præmii* vox media est, & in bonam ac malam partem accipitur, quod & Servius notat. Tacitus 1 Histor. cap. 12 extr. *Apud infirmum & credulum minore metu & majore præmio peccabatur.* Item 4 Histor. cap. 42 *Libidine sanguinis, & natu præmiorum* (cupiditate augendi ex aliorum expilationibus) *ignotum adhuc ingenium cæde nobili imbuisti.* Egregie Plinius Panegyr. cap. 44 *Præmia bonorum malorumque bonos ac malos faciunt. Pauci adeo ingenio valent, ut non turpe honestumque, prout bene ac secus cessit, expetant fugiantve.* ¶ 4.* Pro pœna Ovid. lib. 8 Met. v. 503 *cape præmia facti,* id est, pœnas da sceleris. *Grævius.*

¶ Præmior, ari, pro, prædam seu quæstum facere, gewinnen, wuchern, Sueton. Tito cap. 7 *Suspecta est rapacitas: quod constabat in cognitionibus patris nundinari præmiarique solitum.* Adde ibi Torrentium.

¶ Præmiātor, ōris, nocturnus prædo, ein räuber, ut Nævius apud Nonium cap. 2 n. 629 usurpavit; qui nimirum, veste rapta, quo præmio eam reddat, paciscitur. Talem Tibullus designat lib. 1 eleg. 2 v. 25

> *Nec sinit, occurrat quisquam, qui corpora ferro*
> *Vulneret, aut raptâ præmia veste petat.*

In quo ipso quoque loco per *præmia* nihil aliud quam *præda* intelligitur. Hinc ergo ad honores translata vox, qui habentur viro strenuo pro navatâ opera reipubl. Item ad eas pecunias, quæ præter stipendia militi a missione solvebantur, de quibus videndus Lipsius in 1 Annal. Taciti p. 40. Nec vero dubium, quin eam ob caussam *Præmiator* etiam *remuneratorem* significet. Id enim notionis superest in fœminino

¶ Præmiatrix, īcis, eine belohnerin. Ammianus lib. 14 cap. 39 *Ultrix facinorum impiorum, bonorumque præmiatrix Adrastia.*

¶ Præmiōsus, a, um, apud Festum legitur, quem ille *pecuniosum* interpretatur, reich, begeldert: *Pecuniosus* enim, qui in ampla & copiosa re est. Quo plura autem commoda & utilitates in aliquem confluunt; eo magis augescit res.

Præmodĕror, præmŏdum, Præmœnio, Præmolior, Præmollio, &c. Præmoneo, &c. Præmonstro, &c. Præmordeo, Præmorior, Præmulceo, Præmunio, &c. vide *Modus, Mœnia, Molior, Mollis, Moneo, Monstro, Mordeo, Mors, Mulceo, Munio.*

Prænarro, Prænāto, Prænavĭgo, &c. vide *Narro, No, Navis.*

PRAENESTE, is, neutr. Πραίνεστον, urbs in Latio, non procul a Roma, celebris quondam templo Fortunæ. Servius nomen ipsum fecit a πρῖνος, *ilex,* quod ibi ea abundarit.

¶ Prænestīnus, a, um, adject. ut, *Fortuna Prænestina,* Lucan. lib. 2 v. 193. *Sortes Prænestinæ,* Cic. 2 Divinat. cap. 41. ¶ *Prænestinæ,* incolæ: ut, *Prænestinorum monumenta,* Cic. c. l.

Prænimis, Præniteo, Prænobilis, Prænomen, Prænosco, prænotio, Prænubilus, Prænuncupo, Prænuntio, &c. vide *Nimis, Niteo, Nobilis, Nomen, Nosco, Nubes, Nuncupo, Nuntius.*

Præobturo, Præoccido, Præoccupo, &c. Præopimus, Præopto, vide *Thus, Cado, Capio, Opimus, Opto.*

Præpando, Præparatio, præparo, &c. Præpedimentum, præpedio, Præpendeo, Præpes, Præpignoratus, Præpilatus, Præpolleo, Præpondero, &c. Præpono, Præporto, Præpositio, &c. Præposse, Præposterus, &c. Præpotens, &c. Præproperus, &c. vide *Pando, Paro, Pes, Pendeo, Peto, Pignus, Pilum, Polleo, Pondus, Pono, Porto, Pono, Potis, Post, Potis, Properus.*

PRAEPŪTIUM, i, die vorhaut; ut, *Ponere præputia,* Juvenal. de Judæis satyr. 14 v. 99, sich beschneiden lassen. conf. sat. 6 v. 237. Non a *præputando* est, ut vulgo putant: sed ex Græco προπόσθιον; ita enim & a πόσθων, *Plutus* est. Pluta, πόσθη, i. e. mentula. vide Scalig. in Catalect. & Voss. in Etymolog.

¶ Præputiatus, a, um, der eine vorhaut hat, unbeschnitten. Tertull. adv. Marc. 5 cap. 9 *Præputiati sacerdotii pontifex.*

¶ Præpūtiātio, ōnis, die behaltung der vorhaut. Idem Tertull. l. c. c. 4 *Præputiationem negat quicquam valere in Christo.* Et cap. 13 *Præfert & circumcisioni cordis præputiationem.* conf. Idem de Resurr. carn. cap. 23, & de Monog. cap. 6.

¶ Impræputiatus, a, um, idem quod *præputiatus.* Tertull. de Monogamia cap. 11 *Impræputiatus vocatus es, ne circumcidaris.*

Præquam, Præqueror, vide infra *Quam, Queror.*

Prærabidus, Præradio, Prærado, Prærancidus, Prærapidus, præreptus, Prærigeo, Præripia, Præripio, Prærodo, Prærogativa, prærogo, Prærosus, Prærumpo, præruptus, vide *Rabies, Radius, Rado, Rancor, Rapio, Rigeo, Ripa, Rapio, Rodo, Rogo, Rodo, Rumpo.*

PRAES, prædis, plur. *Prædes,* sponsores sunt, qui reipubl. vel principi dantur pro iis, qui pecuniam publicam dispensant, bürgen in geldsachen. Quorum bona sponsioni obnoxia, *Prædia* dici possunt, güther zum unterpfand eingesetzt, Budæus: vide & supra in *Prædium.* Sic, *Prædes dare,* bürgen setzen; *Prædes accipere,* annehmen, Cic. 3 Verr. c. 57. Et, *Cautum est populo prædibus & prædiis,* ibidem cap. 54. Festus: PRAES *est is, qui populo se obligat, interrogatusque a magistratu, si* PRAES *sit; respondet* PRAES. Hinc *comprædes* ejusdem rei populo sponsores. ¶ Asconius in orat. de Prætur. urban. p. 100 PRAEDES *dicuntur, satisdatores locupletes pro re, de qua apud judicem lis est.* Nepos in Attico cap. 6 *Nullius rei neque præs, neque manceps*

factus

factus est. Vide Brisson. de Formul. lib. 6, & Pollet. histor. fori Romani lib. 5 cap. fin, item Salmasium de modo usurar. cap. 6.

¶ Prædium, quod a *Præs* est, vide superius paullo seorsum suo loco expositum.

¶ Prædiatus, prædiator, prædiatorius, vide supra in *Prædium.*

Præsagio, præsagium, præsāgus, Præsanare, vide *Saga, Sanus.*

Præscateo, Præscio, præscisco, præscitum, præscius, Præscribo, & præscriptio, &c. vide infra *Scateo, Scio, Scribo.*

Præsĕca, præseco, præsegmen, Præsemino, Præsens, Præsensio, præsensus, Præsentaneus, præsentare, præsentia, &c. Præsentio, præsentisco, Præsepe, præsepio, &c. Præsepultus, Præserare, Præserĕre, præsertim, Præservare, Præservire, Præses, vide *Seco, Semen, Sum, Sentio, Præsum* in *Sum, Sentio, Sepes, Sepelio, Sera, Sero, ĕre, Servo, Servio, Sedeo.*

Præsiccus, &c. Præsideo, præsidium, &c. Præsignifico, præsignis, Præsilio, vide infra *Siccus, Sedeo, Signum, Salio.*

Præspargo, Præspeculor, Præspero, vide *Spargo, Specula, Spes.*

Præstabilis, præstana, præstantia, præstatio, &c. Præstauro, Præstega, Præsterno, Præstes, vide *Sto, Stauro, Stega, Sterno, Sto.*

PRAESTĬGIAE, arum, θαύματα, plural. delusiones dicuntur, & fallaciæ, blendung, gauckeley. Cic. Verr. 4 cap. 24 *Non per præstigias, sed palam per potestatem.* Huc pertinet, quod Eunius servus fanaticum furorem simulans nucem stipatam igne & sulphure in ore abdidit, ut leniter spirans divinam flammam emittere inter verba videretur. Quod cum Florus lib. 3 c. 19 narrat, *miraculum* vocat. Sic, *Præstigiæ verborum*, i. e. fallaciæ, Cic. 4 de Fin. cap. 27, betrug der worte. Vet. Gloss. *Præstigiis*, παραλογισμοῖς, πανουργίαις. Singul. Quintil. 4 c. 1 *Petere plausum præstigiæ.* Quanta autem secunda sit, non usque quaque expeditum. Pro iis, qui corripiunt, originatio facit. *Præstigiæ* enim a *prætegendo*, quod fallant & tegant quasi oculos; vel a *præstringendo* quasi *præstrigiæ.* J. C. Scalig. Exercit. 303 *Qui oculos fallunt, alia pro aliis subdititia ostentantes, ii* PRAESTIGIATORES *ab antiquis dicti sunt: quod aciem præstringerent oculorum.* Ita in Glossis ad Prudentium, PRAESTIGIUM dicitur *monstrum a* PRAESTRINGENDO, i. e. illudendo improvise oculos. Sive itaque a *Tego*, sive a *Stringo*, descendat, prima brevis fuerit, ut eadem in *Strigil* quod a *Stringo* est. Nec alia est ratio, si a *Stygiis* umbris præstigias derivare placeat, cum *y* facile transeat in *i*. Et ita Alcimus Avitus lib. 5 v. 471 *Præstigiæque diu nebulosa in fraude peractæ.*

Qui producunt, auctoritate nituntur. Plautus Pœn. a. 5 sc. 3 v. 6 *Præstigiator hic quidem Pœnus probus est.* Est senarius jambicus, in quo trochæus locum non habet: quem admitteret tamen in prima regione hic versus contra legem carminis, si altera correpta foret. Longa itaque Plauto est. Nec aliter Prudentius posuit Hymno ante somnum sub finem:

Procul esto pervicaci
Præstigiator astu.

¶ Præstigiator, ōris, θαυματοποιός, ein gauckler, zauberer, taschenspieler. vide Casaubon. ad Theophrasti Characteres p. 181 & seq. Veteri Critico in Glossario ψηφοπαίκτης exponitur. Cyrilli Lexic. ψηφοπαίκτης, *Præstigiator*; ψηφοπαικτῶ, *Præstigior*; ψηφοπαιξίαι, *Præstigiæ*; ψῆφος *calculus* est. Calculis autem ludunt hi tales. Hos enim (vel nummos etiam) ponunt in mensa: deinde acetabulis, seu vasculis pyxidibusve opertos tam solerter movent, & transferunt, ut, cum hic esse censeas, alibi compareant, ut arte magicâ id fieri putes. Seneca epist. 45 *Sic ista* (Dialecticorum captiones) *sine noxa decipiunt, quomodo præstigiatorum acetabula, & calculi, in quibus fallacia ipsa delectat.* Est ergo fere præstigiator, qui nostris dicitur ein taschenspieler: quamquam latius etiam latina vox pateat.

¶ Præstigiatrix, īcis, eine taschenspielerin. Plautus Amph. a. 2 sc. 2 v. 150

Aut pol hæcce præstigiatrix mulier multo maxima est,
Aut pateram hic inesse oportet.

¶ Præstigiōsus, a, um, magicus, aut ad fallendum compositus, gaucklerisch, zauberisch. Arnobius lib. 1 p. 32 *Nihil magicum, nihil humanum, præstigiosum, aut subdolum, nihil fraudis delituit in Christo.* Et Gell. 10 cap. 8 *Præstigiosus grammaticus.*

Præstinguo, Præstino, Præstitor, Præstituo, Præsto, are, præstò, præstolor, Præstringo, Præstruo, vide *Stinguo, Stino, Sto, Statuo, Sto, Stringo, Struo.*

Præsudo, Præsul, præsultare, præsultator & præsultor, Præsum, Præsumo, præsumtio, &c. Præsuo, vide *Sudo, Salio, Sum, Sumo, Suo.*

Prætego, Prætendo, Prætener, Prætentatus, prætento, Prætenuis, Prætepeo, vide *Tego, Tendo, Tener, Tendo, Tenuis, Tepeo.*

PRAETER, præpositio excipiendi, interdum etiam vim aliam habens, ohne, ausgenommen. *Præter hæc*, über diß. Terent. in Adelph. a. 2 sc. 3 v. 5 *Unam me hanc rem habere præter alios præcipuam arbitror*, für andern absonderlich. ¶ 2. Pro *contra*: ut, *Præter æquum & bonum*, Terent. Adelph. a. 1 sc. 1 v. 39, mehr denn es billich und gut ist. *Præter ætatem*, Plaut. Epid. a. 1 sc. 2 v. 3, i. e. plus, quam ætati tuæ convenit. *Præter modum*, Cic. 5 Fin. cap. 36, über die maaß, überaus. *Præter morem*, Terent. Andr. a. 5 sc. 3 v. 8, wider gebrauch. *Præter consuetudinem*, Cicer. 2 de Divinat. cap. 28, wider gewohnheit. *Ego te esse præter opinionem nostram comperi*, Terent. Hecyr. a. 5 sc. 1 v. 36, daß du der nicht seyest, für den wir dich gehalten. *Præter spem evenit*, Idem Andr. a. 2 sc. 6 v. 5, anders als man verhoffet. vid. P. Faber lib. 2 Semestr. cap. 18. Adde Gellium lib. 15 cap. 11. ¶ 3. Ponitur & pro *ante*. Plautus Sticho a. 3 sc. 2 v. 7 *Mustela mihi murem abstulit præter pedes.* Cicer. 5 in Verr. cap. 25 *Præter oculos Lollii hæc ferebant*, für seinen augen. Sueton. Caligulâ cap. 36 *Quas plerumque cum maritis, præterque pedes suos transeuntes considerabat.* Seneca de Ira lib. 2 cap. 8 *Nec furtiva tam talia sunt: præter oculos eunt*, i. e. objiciunt sese oculis, palam videnda. ¶ 4. Pro *supra, præ.* Plaut. Amph. a. 2 sc. 2 v. 10 *Quem amo præter omnes.* Terent. in Andr. a. 1 sc. 1 v. 31

Horum ille nihil egregie præter cætera studebat:

id est, præ cæteris, vor andern. Ibidem v. 94

Quia tum mihi lamentari præter cæteras
Visa est: & quia erat forma præter cæteras
Honesta & liberali.

¶ Præter propter, vetus vulgatumque verbum, quo Cato, Varro, Ennius usi sunt, ut Gellius lib. 19 cap. 10 probavit, laudans Ennianum illud: *Incerte errat animus: præter propter vita vivitur.*

Est autem *præter propter* absolutum, sicut *plus minus, ultro citroque*, &c. ejusque sensus, *circiter, plus minus*, ohngefähr, mehr oder weniger; sive *interdum hoc modo, interdum alio*, bald so, bald so. vide Salmas. in Solini cap. 42 p. 617.

¶ Præterea, ordinis adverb. seu conjunctio, idem quod *præter ea, quæ dicta sunt, insuper*, darzu, darüber, über diß, zu dem. Ter. in Adelph. a. 2 sc. 2 v. 16 *Præterea autem te ajunt proficisci Cyprum.* Cicer. ad Planc. 10 fam. epist. 3 *Prudentiam mihi tuam exposuit, & præterea mihi non ignotam suavitatem tuam adjunxit.*

¶ Præterquam, excipiendi particula, *nisi.* Præponitur omnibus casibus: ut, *Nemo id dixit, præterquam Cicero*, ohne allein. Sic Sueton. Augusto cap. 45 *Coërcitionem in histriones, magistratibus in omni tempore & loco lege veteri permissam, ademit, præterquam ludis & scena.* Ita enim ex MSS. restituendus hic locus. Ter. in Andr. a. 4 sc. 4 v. 14 *Verbum si mihi unum, præterquam quod te rogo, faxis, cave*, ohne daß ich dich frage, &c. Et Heaut. a. 2 sc. 4 v. 19 *Omnes mihi labores fuēre, quos cœpi, leves, præterquam tui carendum quod erat.* Et Matius Ciceroni lib. 11 epist. 28 *Non faciam, neque quod displiceat, committam; præterquam quod hominis mihi conjunctissimi atque viri amplissimi doleo gravem casum*, ohne daß &c.

Præterago, Præterbito, Præterduco, Prætereo, Præterequito, Præterfero, Præterfluo, Prætergeo, Prætergredior, Præterinquiro, Præteritus, Præterlābor, Prætermissio, prætermitto, Præternavigo, Prætero, Præterquam, Præterrado, Prætersum, Prætervectio, prætervеho, vide *Ago, Bito, Duco, Eo, Equus, Fero, Fluo, Tergo, Gradus, Quæro, Eo, Lābor, Mitto, Navis, Tero, Præter, Rado, Sum, Veho.*

Prætexo, prætexta, prætextatus, &c. Prætimeo, Prætinctus, vide *Texo, Timeo, Tingo.*

PRAETOR, ōris, magistratus nomen varii significatus. Veteres Latini omnem magistratum, cui pareret exercitus, *Prætorem* appellarunt, ut Asconius observat. Itaque antiquis *Prætor*, quod exercitui *præiret*; qui postea *Imperator* appellatus fuit, penes quem summa gerendi belli exercitusque ducendi potestas esset, ein feldherr, ein general. Ita non semel Livius & Nepos hac voce usi. Ita Cicero de Invent. 1 cap. 33 *Epaminondas, Thebanorum imperator, ei, qui sibi ex lege prætor successerat, non tradidit exercitum.* Varro lib. 4 de L. L. cap. 16 *In re militari* PRAETOR *dictus, qui præiret exercitui.* Hac de caussa hoc nominis Romani etiam consulibus suis initio tribuerunt, penes quos summum belli pacisque imperium erat. Varro lib. 2 de Vitâ Pop. Romani apud Nonium cap. 1 n. 91 *Iidem dicebantur* CONSULES *&* PRAETORES. *Quod præirent populo*, PRAETORES: *quod consulerent senatum*, CONSULES. Varro lib. 4 de L. L. c. 14 CONSUL, inquit, *nominatus, quod consulere populum & senatum debet: nisi illinc potius, unde Accius ait in Bruto:* Qui recte consulat, consul fiat: PRAETOR *dictus, qui præiret jure & exercitu.* Nempe antiqui consules & bello præerant, foris puta: & juri dicundo, domi. Lex XII Tabb. apud Ciceron. lib. 3 de Legibus cap. 3 *Regio imperio duo sunto, iique præeundo, judicando, consulendo*, PRAETORES, IUDICES, CONSULES *appellantur: militiæ summum jus habento: nemini parento*, &c. Ita Juvenal. satyr. 10 v. 36 *Prætorem* vocat, quem mox v. 41 *Consulem* dixit. Quem locum interpretes alio trahunt, quam debebant. ¶ 2. Postea vero, cum sæpe bellis evocarentur COSS. nec esset in urbe, qui diceret jus: peculiaris magistratus ei rei institutus est, cui proprium illud nominis esse cœpit. Quæ provincia primum unius, postea vero duorum fuit: quorum alius PRAETOR URBANUS; alius PEREGRINUS, ein stadt- und ein landrichter, quod ille inter cives, hic inter cives & peregrinos diceret jus, nominatus fuit. Sed iste numerus volventibus annis ad plures crevit. Vide Onufrium Comment. in lib. 1 Fastorum ad Annum urbis 388. Lipsium in 1 Annal. Taciti p. 29. Rosinum lib. 7 Aut. Rom. cap. 12. ¶ 3. Sed & ad quosvis præfectos translatum fuit hoc nomen, vorsteher. Asconius Pedianus in 3 Verrinam de Præturâ Urbana p. 80 *Nec solum veteres omnes magistratum, cui pareret exercitus*, PRAETOREM *appellarunt; sed quemcunque in re prophanâ sive etiam sacrâ præfectum.* Sic *Prætores ærarii* apud Tacitum 1 Annal. cap. 75, & lib. 4 Histor. cap. 9. In Monumentis, PRAETOREM SACRORUM: PRAETOREM SACRIS VOLCANI &c. legimus. De origine, progressu, & augmento Prætorum vide Lipsium lib. 1 Annal. Taciti p. 14 & 15. Sithmann. in nucleo Pandectar. p. 60-64. Car. Sigon. lib. 4 de Rep. Athen. cap. 5, & Sam. Petit. Comm. ad leg. Attic. p. 25 seqq.

¶ Prætōrius, a, um, richterlich, dem feldherrn, oder richter gehörig; ut, *Jus prætorium*, Cic. 1 Offic. cap. 10. *Domus prætoria*, Idem 7 Verr. cap. 56; &, *Cohors prætoria*, 2 in Catilin. cap. 11. *Vir prætorius*, qui prætura functus est, ut *Consularis*, qui gessit consulatum: Vellejus Paterculus lib. 2 cap. 48 *Hispanias Pompejus per Afranium & Petrejum, consularem ac prætorium, legatos administrabat.* Sic, *navis prætoria*, qua prætor seu dux classis vehitur, das admiral-schiff, Livius lib. 29 cap. 25.

¶ Prætōrium, i, substant. locus seu domus publica, ubi prætor in provincia jus dicebat, das richthauß oder rathhauß. Lege 14 C. de officio rectoris provinciarum: *Nulli judicum, qui provincias regunt, in civitatibus, in quibus sacra palatia sive prætoria sunt, liceat his relictis privatorum sibi domos ad habitandum, velut prætoria, vindicare.* ¶ 2. Et quia prætoria ista ad majestatem scilicet Romani imperii splendide magnificeque extructa erant, factum est, ut villæ omnes elegantiores & minime rusticæ *Prætoria* appellarentur, lust-häußer. Statius lib. 1 Silv. 3, in Triburtino Manlii, v. 25

alternas servant prætoria ripas.

Quod imitatus Ausonius in Mosellâ v. 286

alternas comunt prætoria ripas.

Exempla

Exempla alia Sueton. Augusto cap. 63, & Tito cap. 8 suppeditabit. ¶ 3. Videtur & pro judiciali potestate, & jurisdictione *prætorium* dici, das marschall-amt. Ita enim *Prætorium Africæ, Galliarum, Italiæ, Illyrici, Orientis*, &c. in Codice & Vtriusque Imperii Notitia nominantur. ¶ 4. In castris PRAETORIVM dicebatur, ubi imperator ipse tendebat, qui antiquis PRAETOR appellatur, des obersten gezelt, das haupt-quartier. Festus: *Initio* PRAETORES *erant, qui nunc* CONSVLES: *& ii bella administrabant; Quorum tabernaculum quoque dicebatur* PRAETORIVM. Vegetius lib. 3 cap. 8, ubi de dispositione castrorum agit: *Deinde duci* PRAETORIVM *ejusque comitibus præparatur, ac tribunis tabernacula collocantur.* ¶ 5. Sed & ipse conventus eorum, qui accipiendis imperiis ad prætorium accesserant, *Prætorium* appellatur auctoribus, der kriegs-rath. Ita enim *Prætorium dimittere* dixit Livius lib. 37 cap. 5. Exempla Lipsius notavit lib. 5 de Rom. Militia Dial. 2. ¶ 6. *Prætorium* etiam dicebantur *Prætoriæ cohortes*, quas instituto Augusti habebat imperator custodiam corporis atque adversus subita remedium: sparsas initio per hospitia, postea junctas peculiaribus castris ad muros urbis non procul Viminali porta structis Sejani consilio, die leibgarde, trabanten-wacht. Vide Onuphrium lib. 1 Commentar. de Rep. Rom. pag. 22. Hæc *castra Prætoria*, item *Prætoriana* appellata. Quibus qui præerant, *Præfecti Prætorio* adpellabantur, ex equestri ordine, der hofmarschall: Mæcenatis consilio (de quo apud Dionem lib. 52 pag. 480, quamquam id in Clemente Amerino senatorii ordinis mutatum, ex Taciti 4 Hist. cap. 68 observet Savilius Comment. de Militia Romana pag. 435) unus, aliquando plures. Vide Suetonium Claudio cap. 12; Tito cap. 6; Galbâ cap. 15, & Caligula cap. 56. Tacitum 1 Annal. cap. 24, & 4 Annal. cap. 2, & 14 Annal. cap. 51. Erant autem in hac prætoriana militia non pedites tantùm, verum etiam equites. Vide Tacitum 1 Annal. cap. 24. Suetonium Claudio c. 21, item Calig. c. 45, & ibi Torrent. Sic idem Suet. Nerone c. 9 *Antium coloniam deduxit, adscriptis veteranis e prætorio.* Tacitus 4 Hist. c. 46 *Spernunt oblatos agros; militiam & stipendia orant. Preces erant; sed quibus contradici non posset: igitur in prætorium accepit*, i. e. prætorianis adscripti. Sed plura de *Prætorio* congessit ac eruditissime illustravit vir clarissimus, Jacobus Perizonius, sua de *Prætorio* Disquisitione, quæ pretium operæ erit relegere, quippe iis, quæ dicta sunt, lucem singularem adfundunt, etiam Apostoli verba Philipp. c. 1 v. 13 planissime interpretantur.

¶ Prætōriānus, a, um, ad prætorium vel prætorem pertinens; ut, *Milites prætoriani*, die von der garde, Plin. lib. 6 cap. 29, & Tacitus 2 Hist. cap. 44.

¶ Prætōrĭtius, a, um, aliud adject. idem; ut, *de prætoritia folium corona*, apud Martialem lib. 8 epigr. 33.

¶ Prætūra, æ, munus prætoris & dignitas, das richteramt, schultzenamt, die vogtey; ut, *Præturam gerere*; &, *Prætura se abdicare*, pro deponere, übergeben, Cic. 3 in Catil. cap. 6.

¶ Proprætor, ōris, qui cum auctoritate prætoria aliquo mittitur, der an statt eines landvoigts ist. Vide Sigon. de antiquo Jure Provinciarum pag. 96. Cic. de Provinc. Consul. cap. 7 *Res in Sardinia a proprætore gestæ.* Quod eleganter etiam dividitur *pro prætore*. Vide supra in *Plinius*.

¶ Subprætor, ōris, qui prætor quidem est, sed sub alio adhuc prætore, ein unterfeldherr; in Gruteri Inscript.

Prætorqueo, prætortus, Prætrepidus, Prætrunco, Prætumidus, Prætura, vide *Torqueo, Trepidus, Truncus, Tumeo, Prætor.*

PRAETV̄TIVM, i, oppidum Italiæ in Piceno, Plin. 14 cap. 7. Vnde *Prætutii*, populus Italiæ Picentibus & Marsis conterminus ab ortu. vid. Cluveri Ital. Antiqua p. 448.

¶ Prætūtius, a, um, adjectiv. Plinius 14 cap. 6 *Prætutia vina* celebrat. Et Silius 8 v. 568

Prætutia pubes.

¶ Prætutiānus, a, um, aliud adjectiv. Livius 22 cap. 9, & 27 cap. 45 *Prætutianus ager.* Plin. 3 cap. 13 *Prætutiana regio.*

Prævalentia, prævaleo, prævalidus, &c. Prævallo, Prævaricari, prævaricator, prævarus, &c. vide *Valeo, Vallus, Varus.*

Præveho, Prævello, Prævelo, Prævenio, &c. Præverbium, Præverno, Præverto, Prævetitus, vide *Veho, Vello, Velum, Venio, Verbum, Ver, Verto, Veto.*

Prævideo, Prævincio, Præviridis, Prævitio, Prævius, Præumbro, Prævolo, āre, Præuro, præustus, Præut, quære *Video, Vincio, Viridis, Vitium, Via, Vmbra, Volo, Vro, Vt.*

PRAGMA, ătis, πρᾶγμα, *negotium, actio*, Plaut. Casin. a. 3 sc. 6 v. 9. Vnde

¶ Pragmătĭcus, a, um, πραγματικὸς, der weltlicher händel und geschäffte erfahren ist. Cic. ad Attic. lib. 2 epist. 20 *Pragmatici homines, omnibus historicis præceptis, versibus denique cavere jubent, & vetant credere.* ¶ 2. Dicebantur & *Pragmatici* ministri in caussis & judiciis, gerichtsdiener. Cic. de Orat. lib. 1 cap. 59 *Disertissimi homines ministros habent in caussis juris peritos, qui pragmatici vocantur.* ¶ 3. Cic. ad Attic. lib. 14 epist. 3 *Si quid pragmaticon habes, scribe*, etwas das im regiment fürgelauffen.

PRAMNION, i, generosi vini genus, Homeri olim carmine celebratum. Nascebatur in Smirneorum agro, juxta delubrum matris Deùm. vid. Plin. 14 cap. 4, & 37 cap. 10.

PRANDEO, prandi & pransus sum, prandēre, zu mittag essen, mittags-mahlzeit halten. *Olus prandere*; Horat. 1 epist. 17 v. 3. *Prandi in navi, inde huc egressus sum*, Plaut. Menæch. a. 2 sc. 3 v. 50. *Hic rex cum aceto pransurus est & sale*, Idem Rud. a. 4 sc. 2 v. 33. *Tesseram vesperi per castra dedit, ut ante lucem viri equique curati & pransi essent*, Liv. 28 cap. 14, ubi & active pro *prandissent*, & passive accipi potest. Alii: *curate pransi essent.* Alii *curate* prorsus omittunt. conf. Gell. 2 cap. 25, & Borrich. Cogit. p. 279.

¶ Pransus, a, um, der mahlzeit gehalten hat; ut, *Pransus non avide*, Horat. 1 satyr. 6 v. 127. *Pransi* autem, dicente Nonio cap. 6 n. 59, *non solum illi, qui randerent, sed etiam, quibus nihil desit.* Vnde Varro ibidem: *Pransum ac paratum esse hoc minime oportet.* Hinc vetus proverbium est, quo Varro satyram quamdam inscripsit, *Pransus-paratus*: quo, ut quidem Ausonius Popma ad Varron. explicat, monetur, paratum esse ad omnem casum oportere hominem: quo constare in omnibus actionibus vitæ possit sibimetipsi, nec in ullo officio claudicare. Diversum ab hoc & contrarium sensum habet aliud *pransus-potus*, quod de homine dissoluto dicitur, apud Plautum Menæch. a. 3 sc. 2 v. 11, ein liederlicher mensch. Cicer. pro Milone cap. 21 *Adde inscitiam pransi poti, oscitantis ducis*, &c. Conf. Martial. 4 epigr. 90 *Prandeo, poto, cano* &c.

¶ Pransĭto, āre, frequent. offt zu mittag essen. Plaut. in Asin. a. 1 sc. 1 v. 18 *qui polentam pransitant.* Et Vitruvius lib. 8 cap. 3 *accumbentes viatores pransitare solent.* conf. Macrob. Saturn. 3 cap. 15.

¶ Prandium, i, quod jentaculum intervallo quodam interposito sequebatur, die rechte mahlzeit vor, oder zu mittage, dictum a πρὸ & ἔνδιον, quod ante meridiem capiatur, ut vult Plutarchus in Problem. Sed Isidorus, lib. 20 cap. 2 a *parando* deducit: videlicet ab apparatu edendi, notatque *prandium* proprie dictum veteribus omnem militum cibum ante pugnam: unde est illud ducis alloquium: *Prandeamus tamquam ad inferos cænaturi.* Trebellius Pollio in Salonino Gallieno: *Dicunt enim militare apud prandium, quod dictum est prandium ab eo, quod ad bellum milites paret, a cinctis initum*, &c. Sed & Julius Cæsar Scaliger lib. 1 Poët. cap. 5 a *parando* deducit, quod, qui pransi essent, iterum ad opus illico essent parati. Vnde *Pransus-paratus*, de quo modo dictum. *Prandium conficere*, Plautus Menæch. a. 3 sc. 2 v. 4. *Curare prandium*, ibidem a. 2 sc. 3 v. 16. *Ad prandium vocare*, Cicer. pro Muræn. cap. 34. De prandiis eorumque hora vide Marcilium ad Horat. lib. 1 epist. 2 v. 30.

¶ Prandiŏlum, i, diminut. eine kleine mahlzeit, vulgo dicitur. At

¶ Prandicŭlum, i, est Festi Pompeji: *Prandicula*, inquit, *antiqui dicebant, quæ nunc jentacula*, frühstücklein.

¶ Pransor, ōris, ein mittags-gast. Plaut. Menæch. a. 2 sc. 2 v. 2 *Bonum anteponam prandium pransoribus.* Et Macrob. Saturn. 3 cap. 6 *Cum jam manus pransores lavarent.*

¶ Pransōrius, a, um, zum mittagsmahl gehörig; ut, *Pransorium candelabrum*, Quintil. 6 cap. 3.

¶ Comprandeo, ēre, miteinander zu mittag essen, Sarisb. epist. 264.

¶ Compransor, ōris, ein tischgenoß. Cicer. Philipp. 2 cap. 39 *Hunc tu agrum cum compransoribus tuis & collusoribus dividebas.*

¶ Depransus, a, um, verzehrt, abgespeißt. Apulej. Met. lib. 9 *Depransis pro prandio lacrymis.*

¶ Impransus, a, um, ungessen. Horat. 1 epist. 15 v. 29

Impransus non qui civem dignosceret hoste.

Et Apulejus 1 Florid. *Qui nihil habet adferre cur prandeat, impransus ad opus foras extruditur.*

PRAPĔDION, & Prapedīlon, i, herba, flammula Veneris, Apulej. de Herb. cap. 7.

PRĂSĬNVS, a, um, color viridis, a πράσον, *porrum*, grün, lauchfarb; ut, *Toga prasina*, Martial. lib. 10 epigr. 29. Cassiodor. 12 epist. 12 *prasina viriditas.* ¶ 2. Et, *Prasina* agitatorum factio; qui & ipsi *Prasini*, Sueton. Calig. cap. 55, & Nerone cap. 22, & ibi Torrentius. Vide & supra in *Auriga.* ¶ 3. *Prasinus*, gemma, de qua Tertullian. s. Cyprian. de Judic. Dom. cap. 8

Inde nitet prasinus, illinc carbunculus ardet.

¶ Prăsĭnātus, a, um, prasinâ indutus, grün gekleidet. Petronius Satyrico p. 73 *in aditu ipso stabat ostiarius prasinatus, cerasino succinctus cingulo.*

¶ Prasius, i, gemma e viridantium genere, Plinio est lib. 37 cap. 8.

¶ Prasium, i, herba, marrubii species, Plin. 20 cap. 17 & 22. Apulej. de Herb. cap. 45, & Dioscor. 3 cap. 119.

¶ Prason, i, πράσον, frutex marinus, Plin. 13 c. 25. Dioscor. 2 c. 179.

¶ Prăsoīdes, is, πρασοειδὴς, gemma ex genere topaziorum, Plin. 37 cap. 8.

PRĀTVM, i, quasi protinus, & sine magno labore *paratum*, quemadmodum testantur Varro, & Columella, & Vlpianus L. 31 D. de Verb. Signif. ein grasefeld, eine wiese. *Pratum irrigare*, die wiese wässern, Cic. 3 ad Qu. fratr. epist. 1 cap. 2. *Mollia prata*, Virgil. eclog. 10 v. 42.

¶ Prātŭlum, i, ein wieselein. Hoc enim diminutivo Cicero ad Atticum utitur lib. 12 epist. 6, & Plin. lib. 5 epist. 6.

¶ Pratensis, e, was auf wiesen wächst. *Fungi pratenses*, wiesenschwämmlein, Horat. lib. 2 satyr. 4 v. 2. *Fœnum pratense*, Columell. lib. 6 c. 3. *Flores pratenses*, Plin. lib. 21 cap. 8, wiesen-blumen.

PRĀVVS, a, um, curvus, distortus, recto enim opponitur, (vide *Rectus*,) ungleich, krum. Vet. Gloss. *Prave*, σκολιῶς. *Talis pravis fultus*, Horat. 1 satyr. 3 v. 48, der krumme knöchel hat. Cicer. Acad. lib. 4 cap. 11 pr. *Interesse oportet, ut inter rectum & pravum, sic inter verum & falsum.* Terent. Phorm. a. 5 sc. 2 v. 6 *His nunc præmium est, qui recta prava faciunt.* Horat. de Art. poët. v. 36 *Pravo vivere naso.* ¶ 2. Transfertur ad animum, arg, schlimm, böse. Seneca lib. 1 de Ira cap. 16 *Cn. Piso fuit memoriâ nostra, vir a multis vitiis integer, sed pravus, & cui placebat pro constantia rigor*; PRAVVS, id est, perversi judicii, non recti & moderati: Importunus, sive σκαιός. Vet. Gloss. *Pravus*, σκαιὸς, φαῦλος. Gloss. Cyrilli: σκαιὸς, *Scævus, opportunus.* Lege: *importunus.* Tacitus 1 Histor. cap. 47 extr. *Audax, callidus, promtus, & prout animum intendisset, pravus aut industrius eadem vi.* Vbi PRAVVS, φαῦλος, ignavus est. Comparat. *Pravior, pravius*; ut, *Quo pravius nihil esse possit*, Cicer. 3 Tuscul. cap. 33. *Pravissima consuetudinis regula*, Idem de Clar. Orat. cap. 74. *Parvissimus homo*, Vellejus lib. 2 cap. 80, qui vero lib. eod. cap. 10 dixit: *A vitiis in prava, a pravis in præcipitia pervenitur.*

¶ Prāve, adv. ungleich, krumm: item, male, nequiter, verkehrt, boßhafftig: ut, *Prave pudens*, Horat. de Art. poët. v. 88. *Prave facta*, peccata, Cicer. lib. 1 Acad. cap. 10. *Prave colere religiones*, Livius lib. 1 cap. 32. *Quo pravius nihil esse possit*, Cic. 3 Tuscul. cap. 33. *Pravissime adhuc tutus fuit*, Sallust. Fragm. 1 cap. 3. *Pravissime religiones suscipere*, Lactantius lib. 2 ineunte.

¶ Prāvĭtas, ātis, obliquitas, deformitas, die krümme; ut, *Pravitas membrorum*, Cic. 4 Tuscul. cap. 13, i. e. distortio, die ungleichheit und ungestalt der gliedmassen. Sed, *Pravitas animi*, est malitia, die boßheit, verkehrter sinn: Cic. Paradox. c. 3 *Pravitates animi recte vitia dicuntur.* Sallust. in Bell. Jugurth. cap. 2 *Quo magis pravitas eorum admiranda est, qui corporis dediti gaudiis, per luxum atque ignaviam ætatem agunt.* Terent. Heaut. a. 5 sc. 2 v. 21 *Quæ ista est pravitas? quæve est amentia?* PRAVITAS, id est, iniquitas, die leichtfertigkeit.

¶ Pravicordius, a, um, vel, ut alii habent, Pravĭcors, dis, boßhafftig; Vulg. Interpr. Sirac. c. 3 v. 28.

¶ Dēprāvo, āre, pravum efficere, corrumpere; verfälschen, verschlimmern. Terent. in Phorm. a. 4 sc. 4 v. 16 *Nihil est Antipho, quin malè narrando possit depravarier*, das nicht könne verkehret werden. Cic. ad Brutum epist. 18 *Multi ad depravandum parati sunt.* Sed, *Depravare hominem*, i. e. fractis membris debilitare, einen krumm und lahm machen, Senec. epist. 102.

¶ Depravatus, a, um, verkehrt, verderbt. Cicer. 2 de Fin. cap. 11 *Natura depravata mala disciplina.* Idem 2 de Leg. cap. 15 *Depravati mores*, id est, corrupti & perversi.

¶ Depravate, adv. idem. *Depravate judicare*, Cic. 1 de Fin. c. ult.

¶ Deprāvātio, ōnis, die verdrehung, verfälschung. Cic. 3 Offic. cap. 29 *Depravatio & fœditas turpificati animi.*

¶ Indepravatus, a, um, unverfälscht; ut, *indepravata virtus*, Seneca epist. 76.

PRAXIS, is, vel eos, πρᾶξις, actio, usus, exercitatio, die handlung, übung; græcum quidem, sed Latinis receptum, & communi usu tritum vocabulum. Cic. ad Attic. 14 epist. 19 *Facere magnam praxin Dolabellæ.* Et mox: *Tibi assentior, majorem praxin ejus fore.* Adde Petron. in Satyric. & Quintil. 3 c. 6.

¶ Practĭcus, a, um, πρακτικὸς, thätlich; ut, *artes practicæ*, quæ in usu & ipsa actione consistunt, diversæ a *theoreticis*, i. e. speculativis. vid. Quintil. 2 cap. 18.

¶ Praxibūlus, i, πραξίβυλος, Atheniensium magister, Plin. 33 cap. 7.

PRAXĬTĔLES, is, statuarius insignis fuit. Scripsit volumina quinque operum nobilium in toto orbe, de quo Plinius lib. 36 cap. 5. Propert. lib. 3 eleg. 9 v. 16

Praxitelem Parius vindicat arte lapis.

¶ Praxitelius, a, um, adject. *Non in omni marmore necesse est inesse Praxitelia capita*, Cic. de Divinat. 2 cap. 21.

Precarius, precatio, &c. vide mox *Precis.*

PRĔCIAE, ārum, uvæ citius maturescentes, dictæ quasi *præcoquæ*, ut Servius interpretatur ad Virg. 2 Georg. v. 95

Purpureæ, preciæque, & quo te carmine dicam
Rhetica? weinbeeren, so zeitlich reiffen.

Alii a *pretio* potius appellatas censent, quod sint magni pretii.

PRĔCIS, prĕce, ab antiquo *Prex*; plur. préces, precum, precibus, bitte, gebet. *Primum prece numen adora*, Virgil. Æneid. 3 v. 437. Terent. in Andr. a. 3 sc. 4 v. 22 *Nihil est preci loci relictum*, es hilfft kein bitten. Idem in Phorm. a. 3 sc. 3 v. 14 *Nullus locus relinquitur preci.* Sic, *Prece haud degenere permotus*, Tacitus 12 Annal. cap. 19. *Nec prece, nec pretio, nec gratia, nec simultate, a via recta oportet deduci*, Auctor ad Herenn. lib. 3 cap. 3. *Precem quotidianam* pro Oratione Dominica B. Hieronymus dixit lib. 1 epist. 39 *Quomodo in quotidiana prece unquam diximus:* DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA &c. Sed usitatior pluralis, ut, *precibus quem fatigare*, Livius lib. 1 cap. 11, est instanter orare, betteln. Et, *precibus infimis petere*, Idem lib. 8 cap. 2, demüthig bitten. *Preces Thyesteæ*, execrationes sunt, & diræ imprecationes, quales Thyestes in fratrem Atreum, qui trucidatos filios pro cibo Thyesti apposuerat, iratus effudit, Horat. epod. 5 v. 86. Nam sicut Græci ἀρὰς, sic *Preces* Latini pro obsecrationibus juxta & execrationibus usurpant. Vide Lambin. ad Horat.

¶ Prĕcor, ātus sum, ari, petere, optare, supplicare, bitten, beten, wüntschen. Vet. Gloss. *Precatur*, ἱκετεύει, εὔχεται, δέεται. *Precor*, ἱκετεύω, δέομαι, παρακαλῶ. Cicero pro Domo sua cap. 57 *Precor, quæso & obtestor vos.* Idem 3 de Nat. D. c. 34 *Bona a quibus precamur, ab iis dantibus nolle sumere, stultitia est.* Cato de R.R. c. 134 *Bonas preces precari* dixit. ¶ 2. Pro *imprecari*; ut, *Precari diras alicui*, Tibullus lib. 2 eleg 5 v. 115, einem alles böses wüntschen.

¶ Precans, tis, betend, bittlich; ut, *Oculos dextramque precantem protendens*, Virg. Æneid. 12 v. 930. *Pro gnato verba precantia dicere*, Ovid. Met. 7 v. 590.

¶ Prĕcātus, a, um, der da gebeten hat; ut, *supplex per vota precatus*, Virg. Æn. 3 v. 624. ¶ Passive legitur apud Juvencum 3 v. 85

Suspiciensque dehinc cælum, genitore precato.

¶ Precatus, ûs, bitte, gebet. Sidonius 4 epist. 2 *Precatu Deum placare*, beten. Idem 8 epist. 15 *Dabitur precatui tuo.* Ammianus 24 c. 22 (Vales. c. 6) *cum concordi precatu prohibere tentarent.* Sedulius in Lucæ cap. 14 de Pharisæorum convivio & hydropico:

Ad quam tunc facili convenerat ille precatu.

¶ Prĕcātio, ōnis, εὐχὴ, oratio ad Deum, gebet. Cicer. pro Muræna cap. 1 *Quod si illa solennis comitiorum precatio consularibus auspiciis consecrata.* Idem 2 Nat. Deor. cap. 27 *precationem & sacrificationem*; & Livius lib. 30 cap. 5 *rem divinam precationemque* conjungit: *Quum pronunciassent*, inquit, *consules, rem divinam rite perfectam esse, & precationem admisisse Deos, aruspices respondere*, &c. ¶ Item, δέησις, petitio, intercessio. Sic, *Precatione rem transigere*, Liv. dixit lib. 9 cap. 5.

¶ Precatiuncŭla, æ, diminut. ein gebetlein. Gloss. gr. lat. δεησείδιον, *precatiuncula. petitiuncula.*

¶ Precator, ōris, qui pro alio intercedit, ein fürbitter. Terent. in Heaut. a. 5 sc. 2 v. 22 *Nemo accusat, Syre, te, nec tu aram tibi, neque precatorem pararis.* Servis enim, ut malum ab heris effugerent, duo erant perfugia, ARA & PRECATOR. Nam qui ad *aras* confugerant, ibique consederant, hos nefas erat attingere. *Precatores* vero intercedendo veniam impetrabant. Sæpe horum mentio fit apud Plautum. Sed dignus notatu est Terentii locus Phormione a. 1 sc. 2 v. 90, quippe qui formulam precandi etiam ostendit: Iste igitur est: - *ad precatorem adeam credo, qui mihi sic oret:* NVNC OMITTE QVAESO HVNC: CAETERVM, POSTHAC SI QVICQVAM, NIHIL PRECOR. Vide & Lindebruchium, si lubet, ad supra citatum Terentii locum, itemque Scaligerum ad Tibulli lib. 4 extr.

¶ Prĕcatrix, īcis, eine fürbitterin. Asconius: *His precatricibus bellum finitum.* Rectius: *Deprecatricibus*; vide post *Deprecatrix.*

¶ Prĕcābĭlis, e, bittlich. Gloss. lat. gr. *Precabile*, δεητικὸν, εὐκτικόν.

¶ Precabundus, a, um, idem. Pacatus Panegyr. Theodosii c. 36 *Manus illa submissis precabunda vexillis petiit veniam necessitatis.*

¶ Prĕcārius, a, um, quod precibus petenti conceditur, utendum tamdiu, quamdiu patitur is, qui concedit, was man mit bitte erhält, erbeten, erbettelt. Itaque *precarium*, quod non proprium & nostri juris est, sed alieni. Seneca de Tranquill. animi cap. 11 pr. *Non mancipia tantum, possessionesque & dignitatem, sed corpus quoque suum & oculos & manum, & quicquid est, cariorem vitam facturum, seque ipsum inter precaria numerat* (sapiens,) *vivitque ut commodatus sibi, ut reposcentibus sine tristitia redditurus.* Opponitur *debito*: Livius lib. 3 cap 47 *Prensare homines cœpit, & non orare solum precariam opem, sed pro debita petere.* Sic, *Precarium regnum*, Curtius lib. 5 cap. 8 n. 12, & *Precariam vitam* Tacitus dixit 4 Hist. cap. 76. *Animam precariam inter infensos trahere cogor*, Idem 1 Annal. cap. 42 extr.

¶ Precario, ablativus, vim adverbii habens, aus bitte. *Precario aliquid habere*, etwas haben, so man ausgebeten hat, Vlpianus l. 2 § 3, & l. 4 Dig. de *precario.* Sic, *Precario possidere*, sive, *precario venire in possessionem*, Cic. 3 Agrar. cap. 3, bittweise besitzen. Aurel. Victor de Viris Illustr. cap. 7 *Servius Tullius quasi precario regnare cœpit*, er hat sein königreich erbitten müssen. Alexander M. apud Curtium lib. 9 cap. 2 extr. *Mori præstat, quam precario imperatorem esse.* Terent. Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 27 *Seu vi, seu clam, seu precario.*

¶ Precārium, i, substantive, pro sacrario seu templo domestico, apud Petronium legimus. Quam lectionem (nonnulli enim sollicitant) defendit & asserit Barthius in Claudiani Panegyr. de 4 Consulatu Honorii v. 3.

¶ Precātīvus, a, um, idem quod *precarius*; ut, *Pax precativa*, Ammianus lib. 17 cap. 10. Et Vlpian. tit. 24 in Titulis ex corpore Vlp. *Ea, quæ precativo modo relinquuntur, fideicommissa vocantur.*

¶ Precative, adverb. precario, bittlich. Idem Vlpian. l. c. tit. 25 *Fideicommissum precative relinquitur* &c.

Composita:

¶ Apprĕcor, vel Adprecor, āri, anbeten, anruffen. Horat. 4 od. 15 v. 28 *Rite deos prius adprecati.*

¶ Apprecatio, ōnis, die anwüntschung, glückwüntschung.

¶ Comprecor, āri, anruffen. Terent. in Adelph a. 4 sc. 5 v. 65 *Abi domum ac Deos comprecare*, hilff mit mir GOtt bitten. Ibidem v. 70 *Tu potius Deos comprecare.* Catull. carm. 65 v. 191

Cælestumque fidem postrema comprecer hora.

¶ Comprecātio, ōnis, die anbetung, anruffung. Liv. lib. 39 cap. 15 *Solennis Deorum comprecatio.*

¶ Dēprĕcor, āri, etiam atque etiam precari, sehr bitten. Cic. de Amicit. cap. 11 *Deprecatum venit ad me, ut sibi ignoscerem*, mich höchlich zu bitten. *Iratum alicujus animum deprecari*, Idem pro Fontejo cap. 12. Et lib. 12 fam. epist. 24 *Legatos senatus non ad pacem deprecandam, sed ad denuntiandum bellum miserat.* Et ad Quirit. post red. cap. 6 *Italia cuncta me semper a vobis deprecata est*, sie haben alle vor mich gebeten. Sic & ad Fam. 6 epist. 6 *Te deprecantur*, sie bitten um dich. vid. ibi Manutius. ¶ 2. Cumque μέσον sit hoc verbum, significat interdum idem quod *detestari*, abominari, refugere, depellere, amoliri, bittlich ablehnen, verbitten. Ovid. lib. 1 de Pont. eleg. 2 v. 59 *Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem;* ich begehre nicht zu sterben. Sic, *deprecari periculum*, abwenden: Cornel. Nepos in vita Attici c. 12 n. 2 *Tantum abfuit a cupiditate pecuniæ, ut nulla in re usus sit ea, nisi in deprecandis amicorum aut periculis aut incommodis.* Et, *Deprecari ab sese calamitatem*, Cicer. 3 Verr. c. 60 extr. hoc est, amoliri. Vide de hujus compositi natura Gellium lib. 6 cap. 16. Vtramque notionem scite Justinus una sententia complexus est lib. 11 cap. 9 *Provolutæ genibus Alexandri, non mortem, sed dum Darii corpus sepeliant, dilationem mortis deprecantur.* ¶ 3. *Deprecari* etiam idem est ac veniam delictorum rogare, abbitten, abbitte thun. Cicer. ad Attic. 11 epist. 6 *Q. Fratrem audio profectum in Asiam, ut deprecaretur*, i. e. ut veniam a Cæsare peteret, quod cum Pompejo fuisset. Idem 5 Philipp. c. 1 *Pacem vult M. Antonius? arma ponat, roget, deprecetur, neminem æquiorem me reperiet.* Val. Max. 4, 7, 1 *Pro se deprecatum venire.* vid. Borrich. Vindic. p. 53 seqq. ubi locupletissima hujus tertiæ significationis assertio.

¶ Deprecatus, a, um, qui vehementer expetiit, der fürgebeten hat. Cic. de Orat. 2 c. 49 *Omnia semper pro amicorum periculis, nihil unquam pro se ipso deprecatus.* ¶ Passive Apulejus Met. lib. 11 *Deprecato summo numine.*

¶ Deprecātio, ōnis, die abbitte; ut, *Deprecatione uti*, Cic. pro Cluent. c. 3. Et lib. 2 de Invent. c. 34 *Deprecatio est, in qua non defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur.* Idem in Partit. Orat. c. 37 *Ad ejus facti deprecationem ignoscendi petenda venia est.* ¶ 2. Imprecatio, die verwüntschung. Sic *diras deprecationes* Plinius dixit lib. 28 c. 2. ¶ 3. Aversio, amolitio, die abwehrung. Quintil. lib. 1 præfat. *Sed qua ex caussa faciliorem deprecationi meæ veniam arbitrabar fore, hac accendebantur illi magis.* Sic *deprecationes* etiam dicebantur certæ voces & carmina, quibus incendiorum vis sisti & inhiberi posse, ut alia istiusmodi depelli atque averti, existimabantur. Plin. eodem lib. 28 cap. 2 *Etiam parietes incendiorum deprecationibus inscribuntur.*

¶ Deprecatiuncŭla, æ, dimin. eine kleine abbitte. Salvian. lib. 3 contra Avar. post init. *Deprecatiunculæ species.*

¶ Dēprĕcātor, ōris, ein fürbitter, abbitter. *Legatos & deprecatores mittere*, Cic. pro L. Manil. c. 12, die fürbitte thun sollen. *Deprecator sui*,

sui, Idem ad Atticum lib. 11 epist. 8. conf. ad Fam. 15 epist. 15 cum notis Manutii.

¶ Deprĕcatrix, īcis, eine fürbitterin. Asconius Pedianus in Verrin. Cic. de Prætura Urb. p. 72 *Sabinis deprecatricibus parentum bellum maritorumque finitum est.* Et Tertullianus lib. 4 adv. Marc. cap. 12 *Humanam opponit necessitatem quasi deprecatricem.*

¶ Deprĕcātōrius, a, um, abbittend. vid. Vet. Interpr. 1 Maccab. c. 10.

¶ Deprecabundus, a, um, idem. Tacitus Ann. 15 c. 53 n. 2 *Ut subsidium rei familiari oraret, deprecabundus, & genibus Principis accidens.*

¶ Deprecābĭlis, e, das sich verbitten läßt. Hinc

¶ Indeprecabilis, e, unvermeidlich, da kein bitten hilfft; ut, *Pœna indeprecabilis subeunda*, Gellius lib. 1 cap. 13.

¶ Imprĕcor, ari, in malam plerumque partem accipitur, anwüntschen, fluchen. *Diras Pompejo, quas ille mox luis, imprecatur populus*, Plin. lib. 8 cap. 7. *Imprecari debilitates, naufragia, morbos*, Quintilian. Declam. 15 extr. einem alles übels wüntschen. ¶ Et Apulej. lib. 9 Met. p. 228 in meliorem partem: *solito sermone salutem ei* [sternutanti] *fuerat imprecatus.* Quod etiam Pricæus ita legit p. 194. Hieronymus quoque extrema epist. 78 ad Pammachium & Marcellam: *Cui* [Papæ Anastasio] *multos imprecamur annos, ut &c.* dem wir langes leben wüntschen, daß er 2c.

¶ Imprĕcātio, ōnis, der fluch; ut, *Dira imprecatio*, Seneca 6 de Benef. cap. 35, & Plinius lib. 5 cap. 8, eine grausame verwüntschung.

PRĔHENDO, di, sum, prehendĕre, ergreiffen, fassen, halten; ut, *Prehendere manu aliquem*, Cic. 1 de Orat. cap. 56, einen mit der hand ergreiffen. Et, *manum* vel *dextram alicujus prehendere*, lib. 1 de Divin. cap. 28, einen bey der hand halten. Terent. Heaut. a. 3 sc. 1 v. 89

Syrus est prehendendus atque adhortandus;

id est, compellandus orandusque. Solebant enim orantes illorum, quos compellabant, dextras prehendere. Vide post paullo *prensare*: & Guyetum ad allegatum Terentii locum. Nam & *Prehendere* verbum, pro rogare, ambire, supplicare, sicut *Prensare*, usurpatur, ut docent exempla a Guyeto producta. ¶ Porro, ut hoc moneantur studiosi, meminerint, orthographiam in hoc verbo & compositis ejus, liberam esse, & scribi juxta, *præhendo*, *appræhendo*, &c. & *prehendo*, &c. Eruditissimo Camerario tamen *præhendo* præ altero placuit: quod ex *præ* & antiquo inusitato *hendo*, sive *fendo* compositum esset.

¶ Prendo, ĕre, per syncopen, idem; ut, *Prendere auriculis*, Plaut. Asin. a. 3 sc. 3 v. 77, & Pœn. a. 1 sc. 2 v. 163. *Prendo amicos, supplico, ambio domos*, Plin. 2 epist. 9. Aliquæ editiones: *Prenso*. Et, *Prendo hominem solum*, Terent. Phorm. a. 4 sc. 3 v. 15, ich kriege ihn allein zu mir. Seneca Medeâ v. 150 *Felix Aoniam prendito virginem*,

id est, duc conjugem domum: antecedens pro consequenti. Nam *prendimus* prius, quam *ducimus*. Lucret. 4 v. 1136 *Prendere oculorum lumine aperto innumerabilia*, unzehliche dinge anschauen. *Jam Italiæ prendimus oras*, Virg. Æn. 6 v. 61. In præterito *prendidi* fecit Silius 15 v. 632 *Fert letum cuicunque viro, quem prendidit ictus.*

¶ Prĕhensus, a, um, ertappt, ergriffen; ut, *Prehensus manifesto furto*, & *Prehensus furti*, Gell. 11 cap. 18. *Dextrâque prehensum Continuit*, Virg Æn. 2 v. 592.

¶ Prensus, a, um, per syncopen, idem; ut, *Corpora prensa manu*, Virg. Æn. 3 v. 624. *Dextra prensus hostili puer*, Senec. Troade v. 1095. Et Horat. 2 od. 16 v. 1 *Otium divos rogat in patenti*

Prensus Ægæo.

¶ Prĕhensio, vel Prensio, ōnis, qua quis capitur, die fassung, greiffung. Varro apud Gellium 13 cap. 12 *In magistratu habent alii vocationem, alii prehensionem*, (ut prehendere, tenere, abducere possint,) *alii neutrum*, &c. Et ipse Gellius 13 cap. 13 *Potestas prehensionis.* ¶ 2. Genus machinæ apud Cæsarem lib. 2 de B. C. cap. 9, ubi vide Hotomannum. Sed malit ibi Lipsius legere *Pressio*, lib. 2 Poliorcet. Dial. 4.

¶ Prĕhenso, are, & Prenso, are, frequent. studiose prehendere, anfassen, anhalten; ut, *Prehensare alicujus manum*, Tac. Ann. 14 c. 10 n. 2; &, *Hostium tela brachiaque*, Idem Hist. 3, 28, 3. *Arma, genua, vestigia prehensando flexere militum animos*, Idem Hist. 1, 66, 1. *Prensare commanipularium pectora, cervicibus innecti*, Idem Hist. 4, 46, 7. *Prensant fastigia dextris*, Virg. Æn. 2 v. 444. *Prensantem tumulos traxere*, Ovid. Met. 13 v. 424. ¶ 2. Item, ambire, per blanditiam poscere, werben, bitten. Nam candidati, sive honorum petitores, cum se suffragatoribus commendare vellent, eorum dexteras apprehendebant. Vide Plutarch. Coriolano p. 219 & seq. itemque Auson. Gratiarum actione, & Mamertinum Paneg. Juliani c. 16, nec non Tertullianum de Pœnit. cap. 11, & Cyprian. ad Donatum. Græci δεξιῶσθαι dicebant: Euripides Iphigenia in Aulide p. 337. Cicero lib. 1 ad Attic. epist. 1 *Prensat unus P. Galba sine fuco ac fallaciis, more majorum negatur.* *Prensat*, id est, ambit consulatum. Liv. 1 cap. 47 *His muliebribus instinctus furiis Tarquinius, circumire & prensare minorum maxime gentium patres* &c. *Prensare*, id est, orare regnum ambiens. Idem lib. 3 cap. 47 *Prensare homines cœpit.*

¶ Prensĭto, are, idem. Sidon. 2 epist. 8 *Cum Libitinam ipsam flentes omnes externi quoque prensitarent.*

¶ Prensatio, ōnis, die bewerbung. Cic. ad Attic. 1 epist. 1 *præpropera prensatio*, id est, festinata petitio honorum.

¶ Prensōrium, i, eine schlinge. Gloss. lat. gr. *Prensorium*, ἴπος.

Composita:

¶ Apprĕhendo, ĕre, angreiffen, anrühren; ut, *Manum alicujus apprehendere*, Cicer. pro Quintio cap. 31. Et, *Apprehendere aliquid manu*, Plaut. Amphitr. a. 5 sc. 1 v. 65, bey und mit der hand ergreiffen, erwischen. *Apprehendere morsu*, Plin. lib. 11 cap. 24, mit den zähnen fassen. Sed apud Cæsar. lib. 3 de B. C. cap. ult. *Militibusque expositis Pharum apprehendit, atque ibi præsidium posuit*; Apprehendit, id est, *occupavit*. Similiter Virg. Æn. 2 v. 322

quam prendimus arcem?

¶ 2. Poëtæ & hîc contractionem amant. Silius lib. 16 v. 373

nisuque apprendere primos. Hinc

¶ Apprensus, a, um, ergriffen. Statius 3 Silv. 4 v. 43

apprensa traxisset fortius urnâ.

¶ Apprĕhensĭbĭlis, e, begreifflich. Tertullianus adversus Valentin. cap. 11 *Filium constituunt apprehensibilem patris.*

¶ Inapprehensĭbĭlis, e, unbegreifflich. Tertull. l. c. *Inapprehensibile ejus perpetuitatis est caussa: apprehensibile autem non perpetuitatis, sed nativitatis & formationis.* Et Paulinus Nolanus epist. 32 n. 20 *Jam constat, quomodo videas invisibilem, & inapprehensibilem comprehendas.*

¶ Comprĕhendo, ĕre, begreiffen, zusammenfassen, umfassen. Terent. Eunuch. a. 5 sc. 1 v. 20 *Comprehendi jube, quantum potest*, laß ihn beym kopffe nehmen, ie ehe, ie besser. Sic, *Manu comprehendere*, mit der hand fassen. *Animo celeriter comprehendere*, Cic. 2 de Orat. cap. 31, bald fassen und verstehen. Et, *Mente comprehendere*, 3 Nat. D. cap. 8 extr. &, *cogitationibus*, Idem pro Flacco cap. 28; &, *memoriâ*, Idem 5 Tuscul. cap. ult. *Comprehendere multos amicitia*, i. e. amplecti, Idem pro Cœl. cap. 6, mit vielen freundschafft halten. ¶ 2. A poëtis iterum fit contractio; ut, *Numerum virorum comprendere*, Ovid. Trist. 5 eleg. 11 v. 19. *Plura comprendere dictis*, Idem Met. 13 v. 160 Pro quo simpliciter *Comprendere* Virg. Æn. 6 v. 626.

¶ Comprĕhensus, a, um, ergriffen, zusammengefaßt; ut, *Captum & comprensum aliquem tenere*, einen feste halten, Cic. 3 Catil. cap. 7. *Aliquid cognitum comprehensumque animo habere*, etwas wissen und verstehen, Idem de Nat. D. 2 cap. 2. Sic & contracte Ovid. Met. 6 v. 556 *Comprensam forcipe linguam abstulit.* Et Virg. Æn. 6 v. 701 *Ter frustra comprensa imago.*

¶ Comprehensio, ōnis, die greiffung, begreiffung, zusammenfassung; ut, *Comprehensio sontium*, Cic. Philipp. 2 cap. 8. *Cognitiones comprehensionesque rerum, e quibus efficiuntur artes*, Idem de Fin. 3 cap. 19. *Comprehensionem & ambitum verborum* periodum appellat Idem Cic. de Clar. Orat. cap. 44.

¶ Comprĕhensĭbĭlis, e, begreifflich. Cic. 1 Acad. cap. 11 *Id visum, cum ipsum per se cerneretur, comprehensibile.* Pareus contendit Lex. Crit. p. 240 legendum esse *comprehendibile.* Sed & Arnobius lib. 1 p. 37 *involutæ & vix ullis comprehensibiles caussæ.*

¶ Incomprehensibilis, e, contrarium, unbegreifflich. Corn. Celsus præfat. *Incomprehensibilis natura est.* Columella præfat. lib. 10 *Incomprehensibilis arenæ parvitas.* Et Gell. 11 cap. 5 *Veritatem incomprehensibilem videri ajunt.*

¶ Incomprĕhensus, a, um, idem fere, unbegriffen. Cicer. 4 Acad. c. 30 pr. *Quæ nos incomprehensa, & non percepta dicimus.* Et Prudent. Apotheos. v. 816 *incomprensa virtus.*

¶ Deprĕhendo, ĕre, est ex insperato opprimere, tenereque, ne possis elabi, überraschen, ertappen, erhaschen. Silius lib. 16 v. 564 consueta poëtis syncope: *Volucresque vaga deprendere nube*

Adsuetus jaculis.

Et eleganter Florus lib. 2 cap. 12 n. 7 *Per alias vias Macedonia deprensa est.* Liv. 38 cap. 21 *Erant deprehensi genere pugnæ, in quod minime apti sunt.* Tacitus in Agricola cap. 7 *Agricola, nuntio affectati a Vespasiano imperii deprehensus, ac statim in partes transgressus est.* Sic, *Deprehendi in adulterio*, Cic. 2 de Orat. cap. 68. *Deprehendi pro mœcho*, ertappet werden, Terent. in Eunuch. a 5 sc. 5 v. 18. Egregie Seneca epist. 43 *Sic vivimus, ut deprehendi sit, subito aspici. Quid autem prodest, recondere se, & oculos hominum auresque vitare? Bona conscientia turbam advocat, mala etiam in solitudine anxia, & solicita est.* ¶ 2. Est cognoscere & animadvertere, erkennen, gewahr werden, wahrnehmen. Florus 2, 4, 1 *Experimento deprehensum est*, man hat es erfahren, die erfahrung hat es gelehret. Sic & Quintil. 1 cap. 12 *Mirum sit forsitan: sed experimentis deprehendas.* Vellej. 2, 60, 3 *In eo turpiter deprehensa ejus vanitas est.*

¶ Deprĕhensus, a, um, ertappt, erkandt, ergriffen, erhascht; ut, *Scelus manifestum atque deprehensum*, Cic. 3 Catil. cap. 5. *Deprehensus subito*, Senec. epist. 11. *Tunc hæsitabat deprehensa felicitas*, Curt. 5, 3, 22. Et per syncopen Ovid. Metam. 13 v. 304 *Deprensus Ulyssis ingenio.* Virgil. 8 Æn. v. 247 de Caco:

Ergo insperata deprensum in luce repente,
Inclusumque cavo, &c.

Et Priap. carm. 67 *Quodque sit ex illis, mihi tu deprensus in horto*

Fur dabis.

Præcipue tamen nautæ dicuntur *deprehendi*, quos tempestas oppressit. Catullus epigr. 25 ad Thallum:

velut minuta magno
Deprensa navis in mari vesaniente vento.

Virg. Æn. 5 v. 52 *Argolicove mari deprensus.* vid. ibi Servius.

¶ Deprehensio, ōnis, die ertappung. Cic. pro Cluent. cap. 18 *Manifesta veneni deprehensio.* Adde Leg. 7 Dig. de Furtis, ubi *deprehensione furem manifestum fieri* dicitur.

¶ Indeprĕhensus, & Indeprensus, a, um, unvermerckt. Prudent. Hamartig. v. 141 *Indeprensa retinacula cæcis locis prædæ opponere.*

¶ Indeprehensĭbĭlis, e, unerkenntlich; ut, *Error indeprehensibilis*, Quintil. Declamat. 4 p. 52.

¶ Reprĕhendo, ĕre, manu injectâ retinere, retrahere, zurück halten, zurück ziehen. Plaut. Milite a. 1 sc. 1 *Vel illæ, quæ me heri pallio reprehenderunt.* Phædrus fab. 89

Quem si occuparis, teneas: elapsum semel
Non ipse possit Juppiter reprehendere.

Cicer. 4 Acad. cap. 45 *Revocavit virtus vel potius reprehendit manu.* Lucret. 6 v. 568 *Ab exitio reprehendere.* Adde Heinsium ad Ovid. Met. 13 v. 235. Hinc *reprehendere* pro cohibere, reprimere, einhalt thun, Terentius dixit Adelph. a. 4 sc. 4 v. 3

Sensi illico ad illas suspicari, sed me reprehendi tamen.

Ita enim recte ex MSStis edidit Lindebruchius, & tuetur Guilielmius lib. 3 Verisimilium cap. 9. Et ita in versu veteri, quem D. Hieronymus laudat lib. 2 epist. 15, & epist. seq. *Ægre reprehendas, quod sinis consuescere.* ¶ 2. Sed, *alicujus factum reprehendere*, est accusare & increpare, straffen, schelten, tadeln. Et, *Reprehendi in aliquo vitio*, Cicero Partit. Orat. cap. 37. Sic, *Reprehendere facilius est quam imitari.* vide *Carpo*. Sallust. Orat. 1 ad Cæs. *Plerique mortales ad*

judican-

judicandum satis ingenii habent aut simulant, veruntamen ad reprehendenda aliena facta aut dicta, ardet omnibus animus. Nepos 14, 5, 1 *Se ipse reprehendit*, es hat ihn gereuet.

¶ Reprĕhensus, a, um, retractus, zurück gezogen, wieder herfür gesucht. Terent. Adelph. prolog. v. 14 *Locus reprehensus, qui præteritus negligentia est.* De fugitivis Curtius 4, 14, 2 *Reprehensos ex fuga Persas pugnaturos.* conf. Plaut. Bacch. a. 2 sc. 3 v. 130. Ovid. Met. 15 v. 526 *Membra reprensa relinquere.* ¶ 2. Culpatus, beschuldiget, getadelt. Nepos 4, 1, 3 *Pausanias in eo reprehensus, quod* &c. Horat. 1 sat. 10 v. 55 *Major reprensis*, i. e. illis, quos reprehendit.

¶ Reprehensio, ōnis, der verweiß, die scheltung; ut, *Abesse a reprehensione*, Cic. 10 fam. epist. 23 pr. nicht zu schelten seyn. Et, *Reprehensionem incurrere*, in straffe gerathen, Idem principio de Finibus.

¶ Reprehensor, ōris, ein bestraffer; ut, *Delicti, reprehensor*, Ovid. Heroid. epist. 17 v. 219. *Factum reprehensore caruit*, Val. Maxim. 6 c. 3 n. 9.

¶ Reprĕhenso, are, frequentativo Livius utitur lib. 2 c. 10 *reprehensans singulos.*

¶ Reprehensĭbĭlis, e, straffbar; ut, *reprehensibilis ebrietas*, Salvianus lib. 4 de Gubern. Dei pag. 141. Vsus & Vulg. Interpres ad Galat. cap. 2 v. 11.

¶ Irreprehensĭbĭlis, e, contrarium, unsträfflich, untadelich. Arnobius lib. 2 p. 53 *irreprehensibiles vivimus.* Hieronymus epist. 16 ad Celantiam p. 38 *vitam suam irreprehensibilem exhibere.* Et Firmicus 1 cap. 3 *Dictaturæ irreprehensibiles actus.*

¶ Irreprĕhensus, a, um, ungetadelt, ungescholten; ut, *Probitas irreprehensa*, Ovid. Trist. 5 eleg. 14 v. 22.

PRĒLUM, i, prima producta, a *premendo*, quod alii a *præluendo* formant, & ideo *Prælum* scribunt per diphthongum; Est trabs in torculari, quâ uva calcata premitur, ut Servius interpretatur, der kelterbaum, pressestock, die weinpresse. Vitruvius lib. 6 cap. 9 *Torcular, si non cochleis torquetur, sed vectibus & prelo premitur, ne minus longum pedes XL constituatur.* Virg. lib. 2 Georg. v. 242 *Colaque prelorum* &c. Propert. 4 eleg. 6 v. 73 *Vina prelis elisa Falernis*, gekeltert. Adde Martial. 1 epigr. 27 &c. ¶ 2. *Prela* etiam dicuntur de aliis instrumentis pressoriis, quibus chartarii, librorum impressores & typographi utuntur, papier-pressen, drucker-pressen, &c. De chartis loquens Plinius 13 cap. 12 *Premi prelis*, gepreßt werden. Sic, *Prelo subjicere scriptum*, dicimus, eine schrifft drucken lassen. ¶ 3. *Prela* etiam vestibus adhibebantur, ne nitorem amitterent. Nam quibus foris utebantur vestibus, eas nitoris studiosi arcâ condere, & pondere imposito premere solebant, ut splendescerent, eine presse zu kleidern, &c. Seneca de Tranquillit. animi cap. 1 *Non ex arcula prolata vestis, non mille ponderibus aut tormentis splendere cogentibus pressa* &c. Tormenta vocat, quæ *Prela* alii dixerunt. Martialis lib. 2 epigr. 46

Sic tua suppositis pellucent prela lucernis:
Sic micat innumeris arcula synthesibus.

Claudianus Epithalamio Palladii v. 100

Fontibus abluitur gelidis, legemque capillo
Reddit, & ornatum formæ, prelisque solutæ
Mira Dioneæ sumit velamina telæ.

Ammianus *Pressoria* vocat: vide proxime post in *Premo.*

PRĔMA, æ, Dea quondam nuptialis, de qua August. de C. D. 6 c. 9.

PRĔMO, pressi, pressum, premĕre, inniti alicui rei cum pondere, pressen, drücken, beschweren, bedrängen, entgegen seyn, ängsten. Virgil. 10 Æn. v. 495 *Lævo pressit pede exanimum.* Metaphorice, *Onere susceptarum rerum premi*, Cic. 5 fam. epist. 12. *Invidia & odio premi*, Idem 1 de Orat. cap. 53. Et, *Ære alieno premi*, Idem 7 ad Attic. epist. 3, in schulden stecken. *Angustiis premi*, Cæsar 3 B. Gall. cap. 18, in nöthen seyn. ¶ 2. *Premere* etiam est superare, antecellere. Statius lib. 1 Silv. 2 v. 115 *quantum Latonia nymphas*

Virgo premit, quantumque egomet (Venus) *Nereidas exsto.*

Nam qui supra est, alios premit. Palladius de insitione v 69

Mespilaque exarmat pugnacibus horrida membris,
Et mala tranquillo cortice vota premit.

Premit, id est, opprimit, vincit: Barth. ad Stat. Silv. p. 68. ¶ 3. Significat & occultare, tegere, vertuschen, verbergen. Sic Virgil. 9 Æn. v. 612 *canitiem galeâ premi* dixit. Idem Æn. 1 v. 213 *premit altum corde dolorem.* Severus in Ætna v. 205

tantum premit omnia terra
Congeries operis, saxorum & putris arena.

Horat. 3 od. 4 v. 18 *Vt premeres sacrâ*

Lauroque collatâque myrto
Non sine Diis animosus infans.

Plin. Panegyrico Trajani cap. 62 *Non jam dissimulandus est amor, ne noceat: non premendum odium, ne prosit*, id est, tegendum, occultandum. ¶ 4. Est & verbum venatorium *Premere* pro persequi, instare, urgere, in das garn jagen. Virg. 1 Æn. v. 328

Aut spumantis apri cursum clamore prementem.

Idem Georg. 3 v. 413

Ingentem clamore premes ad retia cervum.

Isidorus lib. 10 *Quatuor sunt venatorum officia:* VESTIGATORES, INDAGATORES, ALATORES, PRESSORES. ¶ 5. Quin & equestre verbum est: Nam *premere habenas* dicimur, cum tenemus adductas: *dare* contra, cum immittimus: ut, *Premere*, den zügel an sich halten: *dare*, schiessen lassen, Virg. Æn. 1 v. 67. conf. Æn. 11 v. 600. ¶ 6. Imo & militare verbum: Cæsar 3 de B. C. c. 46 *Pompejani hoc insolentius atque audacius nostros premere & instare cœperunt*, verfolgen, nachsetzen. Seneca epist. 22 *Si a tergo hostis instaret, si equidem adventare suspicareris, & fugientium premere vestigia. Fit hoc, premeris: accelera & evade.* Nepos Miltiade cap. 3 n. 3 *Hic cum crebri afferrent nuntii, male rem gerere Darium, premique a Scythis*, &c. id est, in angustias cogi, ut elabendi copia temere haud sit. ¶ 7. Hinc eleganter ad disputantes etiam transfertur verbum, cum adversarios eo argumentis redigunt, ut, quod reponere possint, non habeant. Cicero 1 Tusc. cap. 7 *Quoniam me verbo premis, posthac non ita dicam.* Et ibidem cap. 36 *Hoc premendum etiam atque etiam est argumentum*, id est, urgendum. ¶ 8. Est & Venereum verbum. Caligula apud Suetonium lib. 4 cap. 25 *Noli uxorem meam premere. Premere* est protervius nequiusque attrectare. *Subagitare* Terentius dixit, de quo vide supra in *Ago.* ¶ 9. Idem denique quod *impellere*, antreiben. Nepos Agesilao cap. 6 n. 1 *Interim accidit illa calamitas ad Leuctra Lacedæmoniis: quo ne proficisceretur, cum a plerisque ad exeundum premeretur, ut si de exitu divinaret, exire noluit;* PREMERETUR, id est, urgeretur, impelleretur hortando.

¶ Pressus, a, um, gepreßt, gedruckt, beschwert; ut, *Pressus manu caseus*, Colum. 7 cap. 8. *Pressi copia lactis*, Virg. eclog. 1 v. 82. *Detrectant pressi juga boves*, Ovid. 1 Amor. el. 2 v. 14. *Vina Torquato consule pressa*, gekeltert, Horat. epod. 13 v. 6. *Pressus gravitate soporis*, schläffrig, Ovid. Met. 15 v. 21. *Pressa oscula jungere*, Idem Heroid. epist. 2 v. 94, dichte, derbe. ¶ 2. *Pressus* idem ac brevis, kurtz, eingeschränckt; ut, *Pressus sermo; pressa, pressior oratio*, quæ copiosæ, elatæ, tumidæ sonoræque opponitur, vid. Cic. de Orat. 2 cap. 23. Plin. lib. 1 epist. 16 *In concionibus eadem, quæ in orationibus vis est, pressior tamen, & circumscriptior, & adductior.* Idem eodem libro epist. 8 *Etiamsi stylus ipse fuerit pressus demissusque.* Idem lib. 2 epist. 19 *Quotusquisque tam rectus auditor, quem non potius dulcia hæc & sonantia, quam austera & pressa delectent.* Idem 7 epist. 9 *Pressus sermo purusque ex epistolis petitur.* Et epist. 12 *Cum suspicarer futurum, ut tibi tumidius videretur, quod est sonantius & elatius; non alienum existimavi, ne te torqueres; addere statim pressius quiddam & exilius, vel potius humilius & pejus, vestro tamen judicio rectius.* Et Apul. Met. lib. 5 p. 163 *cogitationibus pressioribus instructæ*, id est, non solutis, dubiis, sed certis & ad propositum exsequendum firmiter directis.

¶ Pressus, ûs, subst. compressio, die pressung, drückung. Cicer. 3 de Orat. cap. 11 *Lenitate vocis atque ipso oris pressu & sono aliquem vincere.* Idem Tusc. 2 c. 23 *Depellit pressum omnem ponderum.* Et de Nat. D. 2 cap. 42 ex Arato: *Hic pressu duplici palmarum continet anguem.*

¶ Pressio, ōnis, idem. Cyrilli Gloss. *Pressio*, θλῆσις, ἢ σφίξις. Vitruvius lib. 10 cap. 8 *propius centrum pressiones habuerit:* & post paullo: *pressionibus artis.*

¶ Presse, adverbium, kürtzlich, genau: Contrarium est *abundanter*; ut, *presse & anguste aliquid definire*, Cic. in Oratore cap. 33. *Attenuate presseque dicere*, Idem de Clar. Orat. cap. 55. *Locutus non vaste, non rustice, non hiulce, sed presse, & æquabiliter, & leniter*, Idem de Orat. 3 cap. 12. Sic, *Agere presse, pressius:* Cic. 4 de Fin. cap. 10 *Mihi vero placet agi subtilius, &, ut ipse dixisti, pressius.*

¶ Pressim, aliud adverb. druckweise. Apul. Met. lib. 2 p. 121 *Me pressim deosculato*

¶ Presŭlus, a, um, diminutiv. a *Pressus*, ein wenig gedruckt. Apulejus 2 Florid. post init. *tereti ambitu, pressula rotunditate.*

¶ Pressule, adverb. idem. Apul. 10 Metam. p. 248 *exosculata pressule.* Ibidem p. 254 *adhærens pressule.*

¶ Pressūra, æ, ein druck, eine auspressung. Plin. 18 cap. 31 *Pressura una culeos XX implere debet*, so viel man auf einmahl keltert und auspresset. Et Columella lib. 12 cap. 36 *Post primam pressuram vinaceorum.* Tralate Lactantius lib. 5 cap. 22 *Deus pressuræ verberibus defluentem corrigit disciplinam.*

¶ Pressōrium, i, vas, in quo aliquid premitur, eine presse, ein tretfaß, apud Columellam 12 c. 18. Vet. Gloss. *Pressorium*, πιεστήριον, πιαστήριον. Pro prelo vestiario usus Ammianus lib. 28 cap. 22, (4) *Solutis pressoriis vestes luce nitentes diligenter explorare.* Et Plin. Valer. 2 cap. 17 *Exprimere in pressorio.* vid. Reines. Var. Lect. 2 cap. 8.

¶ Presso, are, frequent. drücken. Ovid. Met. 15 v. 472 *Vbera manibus pressare*, melcken. Et Virgil. 3 Georg. v. 99

Frustra pressabimus ubera palmis.

Statius 6 Theb. v. 347 *dubites, uter effera presset*

Frena magis.

Propert. 3 eleg. 17 v. 18 *Et nova pressantes inquinet uva pedes.*

Composita:

¶ Apprĭmo, ĕre, andrücken, an etwas hart halten. Plin. lib. 26 cap. 1 *Cute ossa ad carnes apprimente*, scil. in elephantiasi. *Corpori apprimi*, Idem lib. 24 cap. 9.

¶ Comprĭmo, ĕre, zusammen halten, zusammen drücken; ut, *Animam comprimere*, Terent. in Phorm. a. 5 sc. 6 v. 28, den athem an sich halten. *Comprimere manus*, die hände an sich halten, id est, continere a lascivis attrectationibus, Idem in Heaut. a. 3 sc. 3 v. 9. Sed, *Famem, audaciam, alicujus conatus, furorem, rabiem comprimere*, est cohibere, wehren, steuren, einhalten, Cicer. & Liv. passim. *Comprimere seditionem*, den aufruhr stillen, Curt. 7, 2, 31. *Comprimi ad silentium*, das maul halten müssen, Plaut. Rud. a. 5 sc. 2 v. 46. ¶ 2. *Comprimere aliquam*, id est, stuprare, nothzüchtigen, Plaut. Truc. a. 2 sc. 2 v. 8 &c. Sic apud Livium 1 cap. 4 *Vi compressa Vestalis.* ¶ 3. Est & Medicorum verbum, pro sistere, adstringere, verstopffen: cui contrarium *fundere*, fliessend machen. Celsus præfatione: *Quoniam, si compresserit aliquem morbus, aut fuderit, quilibet etiam imperitus videt:* subaudi, *corpus* vel *alvum.* Idem ibidem: *Quid autem compressum corpus resolvat, quid solutum teneat, si a ratione tractum est, rationalis est Medicus.* Paullo post: *compressos fluentesque morbos* dixit, qui vel comprimunt vel fundunt aut solvunt: welche verstopffen oder einen durchfall verursachen. ¶ 4.* *Comprimere frumentum, annonam*, est retinere in horreis, ut urgente necessitate carius vendatur, auf theurung halten. Cicero 5 ad Attic. ep. 21 *Cohortatione perfeci, ut Græci, cives Romani, qui frumentum compresserant, magnum numerum populo pollicerentur.* Sic & idem Cicero pro Domo cap. 6, & 3 Verr. cap. 77, & Liv. 38 cap. 35. *Grævius.*

¶ Compressus, a, um, zusammen gedrückt. Horat. 1 sat. 4 v. 138 *Hæc mecum agito compressis labris*, mit zugeschlossenem munde. Livius 7 c. 13 *Manibus compressis sedere*, i. e. esse otiosum, müßig seyn, die hände in schoß legen. Plaut. Truc. Argum. v. 9 *Compressa virgo*, die zu fall kommen. conf. paullo ante in *Comprimo.* Hinc compar. *compressior:* Celsus lib. 2 cap. 11 *compressioris oris*, de vase, cujus angustum orificium est. Nec alio fere sensu Plinius lib. 17 cap. 11 *compressiore ore* dixit

dixit de angustiore scrobis aditu. Idem 16 cap. 10 *Nucamenta compressiora maribus sunt.*

¶ Compressus, ûs, subst. die schwängerung. Terent. in Adelph. a. 3 sc. 4 v. 29 *Virgo ex eo compressu gravida facta est.* Adde Plautum Amphitr. prolog. v. 109, & Epid. a. 4 sc. 1 v. 15, & Truc. a. 2 sc. 6 v. 18.

¶ Compressio, ōnis, die zusammenschmiegung, zusammendrückung. Proprie Vitruvius lib. 7 cap. 8 extr. *Cum in pannum infunditur, & manibus premitur, aurum compressione coactum intra, purum invenitur.* ¶ 2. Ad rerum in stylo arctationem Cicero de Clar. Orat. cap. 7 eleganter applicuit, de Alcibiade, Critia, Theramene disserens: *Grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves, & ob eam ipsam caussam interdum subobscuri.* ¶ 3. De stupro vi oblato Tertullianus lib. 4 adv. Marcion. cap. 34 *qui ex compressione matrimonium fecerat*, durch nothzüchtigung. Sic & *compressiones arctæ amantum*, Plaut. Pseud. a. 1 sc. 1 v. 64.

¶ Compressor, ōris, ein drucker. Pro stupratore posuit Plautus Aul. argum. 2 v. 7.

¶ Compresse, adverbium, dicht, derb, geschmeidig. *Dialectici compressius loquuntur*, i. e. angustius, brevius, sie machen weniger worte, Cicer. lib. 2 de Finib. cap. 6. *Quæris compressius violentiusque*, Macrob. Saturn. 1 cap. 6.

¶ Deprĭmo, ĕre, unterdrücken, niederdrücken; ut, *necesse est, lancem in libra, ponderibus impositis, deprimi*, Cic. Tuscul. 4 cap. 12. Quemadmodum Idem Tuscul. 5 cap. 17 de Critolai libra: *Cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis & externa; tantum propendere illam boni lancem putat, ut terram & maria deprimat.* Sic, *Deprimere naves*, versencken, Nepos 9, 4, 4. Cæs. B. C. 1 cap. 58, & 2 cap. 6. Curt. 4, 4, 9. *Deprimere plantam*, vel *vitem in terram*, pflantzen, einsencken, Cato cap. 32. Colum. 11 cap. 3, & de Arbor. cap. 7. *Extollere & deprimere*, contraria, Cic. Antequ. iret in exil. cap. 1. *Vide, ne te ulla res deprimat*, Senec. epist. 10.

¶ Depressus, a, um, niedergedrückt; ut, *Altero ad frontem sublato, altero ad mentum depresso supercilio*, Cic. in Pison. cap. 6. *Depressum aratrum*, Virgil. Georg. 1 v. 45. *Depressæ convalles*, Idem Georg. 3 v. 276, niedrig, tieff. Tralate, *Depressa veritas*, Cic. pro Cluent. c. 65, unter die füsse getreten. *Sedata & depressa vox*, Rhet. ad Herenn. lib. 3 cap. 12, eine leise und gedämpffte stimme. Compar. *depressior*; ut, *Ædes depressior*, Plin. lib. 10 epist. 58, niedrig. *Locus depressior*, Columella lib. 1 cap. 5, tieffer. *Aqua depressior*, Vlpianus Lege unica § 3 D. Ne quid in flum. publ. das tieffer fliesset.

¶ Depresse, adverb. idem. Comparativus apud Columellam est, *depressius pastinare*, lib. 4 cap. 1, & lib. 11 cap. 3, tieffer hacken.

¶ Depressio, ōnis, die niederdrückung. Macrobius lib. 1 Saturn. cap. 20 *Sol semper velut a quadam imæ depressionis senecta in altitudinem suam ut in robur revertitur juventutis.*

¶ Depressĭtas, ātis, devexitas, die niedrigkeit, der abhang; ut, *Depressitas terræ*, Apulej. in Asclepio.

¶ Exprĭmo, ĕre, est premendo elicere, ausdrücken; ut, *Exprimere oleum*, Plin. lib. 12 cap. 21, auspressen: *Liquorem*, ibidem, safft ausdrücken. *Exprimere litteras*, Cic. 1 Offic. cap. 37, extorquere, erzwingen. *Exprimere tabella alicujus effigiem*, Martial. lib. 1 epigr. 110, einen abmahlen, abconterfeyen. Et, *Verbum verbo exprimere*, Cicer. 3 de Fin. cap. 4. Et, *Verbum de verbo expressum efferre*, Terent. in prolog. Adelph. etwas von wort zu wort geben. *Exprimere aliquid oratione*, Cic. 2 de Orat. cap. 43; *versibus*, Idem 1 de Divin. cap. 36, est significanter & expresse loqui, klar und deutlich darthun, fürstellen.

¶ Expressus, a, um, ausgedrückt, ausdrücklich. Cicer. 3 Offic. cap. 17 *Nos veri juris germanæque justitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus.* Idem pro S. Rosc. cap. 16 *Expressam imaginem vitæ quotidianæ in comœdiis videre.* Sic, *Expressum signum effingens senem*, Plin. Junior lib. 3 epist. 6, ein wohlausgedrückt bild. Idem, *Expressius exemplar antiquitatis*, lib. 5 epist. 15. Et Plin. avunculus lib. 10 cap. 42 *expressior loquacitas.* Sic, *expressior sermo*, Quintilian. lib. 1 cap. 1 extr. ¶ 2. Item, abgenöthiget, abgezwungen, herausgepreßt; ut, *Deditio necessitate expressa*, Liv. 8 cap. 2. *Nubium conflictu ardor expressus*, id est, *fulmen*, der blitz, Cicer. de Divin. 2 cap. 19. Et, *Fulmen expressum ventis per nubila*, Lucan. 1 v. 151. *Caput ruptum cerebro penitus expresso*, Senec. Troad. v. 1114.

¶ Expresse, adv. ausdrücklich; ut, *Expresse dicere*, Plin. lib. 2 epist. 14. *Expressius* comparativ. vide supra in *Deitas*, & apud Ambros. 2 de Offic. cap. 1 extr. Et Augustinus lib. 11 de Trinit. cap. 4 *tanto expressius formatur acies.*

¶ Expressim, idem. Paulus JC. Lege 98 Dig. de Solution. & liberat. § 5 *Si hoc ipsum expressim agebatur.*

¶ Expressio, ōnis, die ausdrückung, durchseigung. Palladius Junio cap. 7 *Nobilius mel erit, quod ante expressionem secundam velut sponte profluxerit.* Vitruvius lib. 1 cap. 1 *librata planicie expressionibus.*

¶ Expressor, ōris, ein ausdrücker. Tertull. Apol. cap. 46 *Veritatis integrator & expressor.* vid. ibi not. Junii p. 53.

¶ Imprĭmo, ĕre, eindrücken, einbilden; ut, *Imprimere sigillum annulo*, Cic. 4 Acad. cap. 26, das siegel aufdrücken. *Imprimere vestigium*, Idem pro Cæcin. cap. 27. *Notitiam Deorum impressit in omnium animis natura*, Idem de Nat. Deor. lib. 1 cap. 16. Et, *Dedecus imprimere reipubl.* Idem in 5 Philippica cap. 6.

¶ Impressus, a, um, eingedrückt, eingepregt. Cicer. Acad. 4 cap. 11 *Illud impressum in animo atque mente*: Et mox: *Ista impressa subtiliter.* Virg. Æneid. 12 v. 356 *Pede collo impresso mucronem extorquet.* Idem Æneid. 5 v. 536 *Crater impressus signis.* conf. Æneid. 10 v. 497.

¶ Impresse, adverb. nachdrücklich; ut, *Alte & impresse recogitare*, Tertullian. de Exhortat. Castit. cap. 3, tieff nachsinnen. *Impresse demandare*, Idem 3 adv. Marcion. cap. 8. *Vt impressius dixerim*, Idem de Carne Christi cap. 12. Adde Salmas. de Pallio p. 344.

¶ Impressus, ûs, subst. die ausdrückung. Prudent. Psychom. v. 273 *Sub pectoris impressu.*

¶ Impressio, ōnis, impetus, der nachdruck, ansatz; ut, *Impressionem facere in hostes*, Livius lib. 2 cap. 30, auf den feind zudringen, einen einfall thun. *Vi atque impressione aliquem evertere*, Cicer. 9 fam. epist. 2. Et, *nummorum impressiones*, Augustinus 2 de Doctr. Christiana cap. 25, das gepräge. ¶ 2. *Impressiones* etiam vocantur inflammationes in aëre, meteora, entzündungen in der lufft, feuerzeichen, cujusmodi sunt, scintillæ volitantes, capræ saltantes: vide *Meteoron.*

¶ Interprĭmo, ĕre, einquetschen. Plaut. Rud. a. 3 sc. 2 v. 41 *Scelestus sacerdotis fauces interpressit*, er hat ihn erwürgt. Minuc. Felix in Octavio p. 93 ed. Ouzel. *Quod colunt, & interprimunt*, id est, occultant. Vide Elmenhorst. ad h. l.

¶ Opprĭmo, ĕre, überfallen, unterdrücken; ut, *Opprimere armis rempubl.* Cic. 4 fam. epist. 3. Et *Opprimi invidia*, 2 in Catil. c. 2; *Dolore*, Idem 4 fam. epist. 6; &, *Criminibus*, 3 Verrin. c. 7, gedruckt und beschweret werden. *Opprimere aliquem imprudentem*, Terent. in Andr. a. 1 sc. 3 v. 23. *Nox opprimit, oppressit*, die nacht hat uns überfallen, Cicer. de Senect. cap. 14. Absolute hoc verbo, pro, in flagitio deprehendere, Plautus usus in Casina a. 5 sc. 4 v. 17.

¶ Oppressus, a, um, gedrückt, beschwehrt; ut, *Oppressus totius corporis doloribus*, Cicer. 9 fam. epist. 14. *Patriam oppressam a tyranno liberare*, Nepos 26, 1, 1. *Vinctum & oppressum trahit catenis*, Senec. Hercul. fur. v. 52.

¶ Oppressus, ûs, subst. die unterdrückung. Sidonius lib. 9 epist. 11 sub fin. *saxei montis oppressu.*

¶ Oppressio, ōnis, idem; ut, *Legum & libertatis oppressio*, Cicer. 3 Offic. cap. 21. Et, *per oppressionem eripere*, Terent. Adelph. a. 2 sc. 2 v. 30.

¶ Oppressiuncŭla, æ, diminut. eine kleine unterdrückung. Plaut. Pseud. a. 1 sc. 1 v. 66 *Papillarum horridularum oppressiunculæ.*

¶ Oppressor, ōris, qui opprimit, ein unterdrücker. Cicero ad Brutum epist. 16 *oppressores dominationis.* Nazarius Panegyr. Constantini cap. 31 *Ludibriis oppressoris sui auspicari libertatem juvabat.*

¶ Perprĭmo, ere, valde premere, seyr drücken. Horatius Epod. 16 v. 38

Inominata perprimat cubilia.

Adde Ovid. 1 de Arte am. v. 394, & Senec. epist. 99.

¶ Perpressa, æ, herba, calculos ejicere dicitur, Plin. 26 cap. 8 sub fin.

¶ Reprĭmo, ĕre, cohibere, coërcere, zurück halten, steuren, dämpffen. Terent. in Adelph. a. 5 sc. 3 v. 8 *Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi*, steure deinem zorn. Cic. 2 de Legib. cap. 17 *Reprimam me, neque insequar longius*, id est, continebo, ich will an mich halten. *Reprimere hominum conatus*, Idem 4 in Verr. cap. 26, hindern und wehren. *Furorem alicujus reprimere*, Idem pro Sextio cap. 44. *Impetum cujus reprimere*, Idem 3 de Leg. cap. 12. Et, *Ferocitatem reprimere*, lib. 2 Offic. cap. 11.

¶ Repressus, a, um, gehindert, verwehrt. Cic. pro L. Manil. cap. 5 *Impetus hostium repressi ac retardati.*

¶ Represse, adverb. hinderlich. Compar. Ammianus 29 cap. 14 [Vales. p. 560] *Nec tamen post hæc tam pœnitenda repressius actum est vel pudenter*, mit mehrerm einhalt. Et Gellius 12 cap. 11 *Repressius pudentiusque peccabitur.*

¶ Repressor, ōris, qui reprimit, ein hinderer, wehrer. *Repressor cædis quotidianæ*, Cicero pro Sextio cap. ult. der wehret und steuert. *Repressor tributorum*, Eutropius lib. 10 cap. 8 de Juliano, der die grossen auflagen mindert.

¶ Supprĭmo, ĕre, unterdrücken, dämpffen: ut, *Supprimere famam alicujus rei*, Liv. lib. 5 cap. 1. *Supprimere ægritudinem*, Cicer. in Tuscul. 3 cap. 31. *Supprimere hostem insequentem*, reprimere est, seque recipere, cogere, Cæs. 1 de B. C. cap. 45. *Supprimere pecuniam*, peculiari locutione apud Ciceronem, est occultare, & dolo malo retinere, geld beylegen, und listig verstecken und behalten: Sic enim pro Cluent. cap. 26 *Capit*, inquit, *hoc consilium, ut pecuniam quibusdam judicibus polliceatur, deinde eam supprimat.*

¶ Suppressus, a, um, gedämpfft, niedergedruckt; ut, *Naves suppressæ*, Justin. 2, 9, 13. *Dicere voce suppressa*, Cic. pro Sylla cap. 10, id est, submissa, mit halber stimme. Idem in Oratore cap. 25 *Erit ut voce, sic etiam oratione suppressior.* Celsus 1 cap. 3 *Venter suppressus parum reddit*, wenn man hartleibig und verstopfft ist.

¶ Suppressio, ōnis, die niederdrückung. Sic *nocturnas suppressiones* Plinius 27 cap. 10 vocat id malum, cum per somnum spiritus supprimitur, & vox adimitur, das drucken im schlaff: vide *Ephialtes*, *Incubus.*

Prensatio, prensito, prenso, vide paullo superius *Prehendo.*

PRESBY̆TER, ĕri, πρεσβύτερος, senior, vox græca, latinitate donata; unde & germanica videtur facta, ein priester. Presbyteri enim inter gradus & ordines ecclesiasticos, ut notum est. Eosdem non habuisse cum episcopis eamdem plenitudinem jurisdictionis olim, erudite docuit M. Anton. de Dominis lib. 2 de Regim. Eccles. c. 3 n. 9, & lib. 5 cap. 3 n. 10. Tertullian. de Præscript. Hæret. cap. 4 *Hodie presbyter, qui cras laicus.* Ammian. 31 cap. 33 *Christiani ritus presbyter, ut ipsi vocant.* Conf. Sidonius 6 epist. 2, & Prudent. Peristeph. 4 v. 20.

¶ Archipresby̆ter, ĕri, ein ertzpriester, Hieronym. epist. 4 ad Rusticum.

¶ Compresbyter, ĕri, ein mitpriester, Augustin. epist. 228.

Pressio, presso, āre, pressorium, pressŭlus, pressura, vide paullo ante *Premo.*

PRESTER, ēris, πρηστήρ, viperæ species est, quæ & *Dipsas* & *Causus* dicitur, a continua & inexstinguibili siti, quam excitat in illis, qui ab ea sunt commorsi, eine gifftige otter. Lucan. lib. 9 v. 725

Oraque distendens avidus spumantia prester.

¶ 2. Est & fulminis comburentis species *Prester*, Plinio 2 cap. 48. Aristoteles ἀναφύσημα vocat. conf. Lucret. 6 v. 423 & 444.

PRĔTIUM, i, datur pro re coëmta, quasi πράτιον, quod τῷ πράτῃ, i. e. vendenti, der werth, das kauffgeld, lösegeld; ut, *Ager magni, majoris pretii*, Terent. Heaut. a. 1 sc. 1 v. 12, ein acker, so mehr gilt, als er werth ist. *Homo parvi pretii*, Cicer. ad Quint. frat. lib. 1 epist. 2. Contra, *Homo magni pretii*, Terent. Adelph. a. 5 sc. 6 v. 3. Et, *Opera parvi pretii*, Idem Hecyr. a. 5 sc. 3 pr. *Pretium arti suæ statuere*, Idem prologo 2 Hecyr. v. 41, seine kunst theuer halten. *Pretio suo emere, coëmere,*

mere, mercari, um oder für sein geld kauffen. *Magno, parvo pretio aliquid vendere*, um groß, oder geringe geld verkauffen. ¶ 2. Significat & mercedem, lohn. Terent. Andr. a.3 sc. 5 v. 4 *Pretium ob stultitiam fero*, ich werde bezahlt dafür. Vellej. 2, 52, 4 *Voluntatis suæ postea pretium tulit*, er ist vor den guten willen belohnet worden. Et, *Pretium pro benefactis reddere*, id est, gratiam, Plaut. Capt. a.5 sc. 1 v. 20. *Pretio & mercede duci*, Cicero in Offic. lib. 2 cap. 6. *Pretium operæ*, seu, *operæ pretium*, Idem 4 Catilin. cap. 8 pr. der mühe werth. Vide *Opera*. Plinius id lib. 8 epist. 6 *pretium curæ* dixit, das der sorge wohl werth ist. *In pretio pretium nunc est* &c. Ovid. 1 Fast. v. 217. ¶ 3. Itaque hoc significatu *Pretium* in utramque partem sumitur & *præmium* æque & *pœnam* notat, das tranckgeld. Vide Donatum ad illum supra Ter. de Andria citatum locum. Pro *pœna* usus & Horatius est lib. 3 od. 24 v. 24 *Et peccare nefas, aut pretium est mori.* Ovid. lib. 10 Metam. fab. 14 *Mors pretium tardis*. Juvenalis satyr. 13 v. 105 *Ille crucem sceleris pretium tulit, hic diadema.*

¶ Prĕtiōsus, a, um, quod multi pretii est, köstlich, kostbar, schätzbar, theuer; ut, *Vestis pretiosa*, Cicer. 2 Philipp. c. 27. Et, *Horti pretiosi*, Declam. in Sallust. *Non minor voluptas percipitur ex rebus vilissimis, quam ex pretiosissimis*, Cicer. de Finib. lib. 2 cap. 28. *Fulvo pretiosior ære*, Ovid. 1 Metam. v. 115. ¶ *Emtor pretiosus*, einer der theuer kaufft, sumtuosus, Horatius 3 oda 6 v. 32.

¶ Pretiose, adverb. idem; ut, *Vasa magnifica & pretiose cælata*, Cicer. 2 de Invent. cap. 40. *Pretiosius sepeliri*, Curt. 10, 1, 32, mit grossen unkosten. De *medico, qui nutrit morbum, quo pretiosius & famosius curet*, Tertullian. adv. Marc. 1 c. 22. Et, *Omnia largius & pretiosius compensare*, Paulin. Nolan. epist. 11 [al. 5] n. 4.

¶ Pretiōsĭtas, ātis, die kostbarkeit. Atejus Capito apud Macrobium lib. 7 cap. 13 *annuli pretiositas*.

¶ Prĕtio, āre, a *Pretium* veteres fecere, unde & *appretiare, depretiare*. Est vero *Pretiare*, habere in pretio, schätzen, werth halten. Cassiod. Var. 5 epist. 40 *Gemmarum divites venæ auri fulgore pretiantur.*

¶ Appretio, āre, pretio æstimare, sive pretiosum reddere, schätzen, kostbar machen. Tertullian. de Resurr. Carn. cap. 9 *Cujus passiones Deus sibi appretiat.*

¶ Apprĕtiātus, a, um, geschätzt. Idem Tertullian. l. c. c. 20 *Triginta argenteis appretiatus a proditore*. Vers. Vulg. Matth. 27 v. 9 *pretium appretiati*, græc. ἡ τιμὴ τετιμημένου. Vsus & Rufinus est in Expos. Symboli.

¶ Deprĕtio, āre, de pretio imminuere, dehonestare, unwerth machen. Vide Savaron. ad Sidon. lib. 2 epist. 10, & Paulum in l. proinde ff. ad leg. Aquil. Tertullianus Apolog. cap. 45 *Epicurus omnem cruciatum doloremque depretiat*. Et lib. 1 ad Vxor. cap. 3 *Quod necessitas præstat, depretiat ipsa.*

¶ Depretiatus, a, um, vilior factus, geringschätzig, unschätzbar, unwerth. Paulinus Nolan. carm. 22 sive Epithal. Juliani v. 56

Vilescis pretio depretiatus homo.

Et Sidonius carm. 22 v. 203

Depretiata suas turpant pigmenta figuras.

¶ Deprĕtiator, ōris, der den werth mindert. Tertullianus 4 adv. Marcion. cap. 29 *Depretiator operum & indulgentiarum.*

¶ Interprĕtium, i, est lucrum inter emtum & venditum, ut si, quod pretio unius aurei emtum est, illud postea duobus aureis vendidero, interpretium erit unus aureus, der profit am verkaufften, der gewinst. Vide Valesium in Ammiani Marcellini lib. 28 cap. 1 [Grut. cap. 5] p. 511 seq. qui ita Marcellini verba, *interpretii compendium*, interpretatur. Gloss. Vet. *Interpretium*, παράλληλον, subaudi τίμημα, eodem Valesio monitore. Lege etiam integrum locum Ammiani, qui sui interpres ipse est.

¶ Manupretium, vide supra in *Manus*.

PRIĂMUS, i, Πρίαμος, Laomedontis, Trojani regis, filius, & ipse rex Trojæ, cum bello a Græcis capta ea urbs & diruta fuit. Felix L filiis pater: quorum XVII ex justa uxore, (Homerus XIX ponit,) cæteros ex pellicibus habuit. Vide Homerum Iliad. ω. Nomen ab eventu habuit, quod puer ab Hercule captus, auro redemtus fuisset. Πρίασθαι enim significat *emo*. Antea *Podarces* dictus fuit, teste Lycophrone. Ovid. lib. 3 de Arte am. v. 439

Troja maneret,
Præceptis Priami si foret usa senis.

Cicer. 1 Tuscul. cap. 35 *Priamum tota progenie orbatum, quum ad aram confugisset, hostilis manus interemit*. Seneca in Troade v. 54

ille tot regum parens
Caret sepulcro Priamus, & flammâ indiget,
Ardente Troja.

¶ Prĭămēĭus, a, um, quinque syllab. adjectiv. ut, *Sceptra Priameia*, Virgil. 7 Æneid. v. 252. *Conjux Priameia*, Ovid. 13 Metam. v. 404.

¶ Priamĭdes, æ, Πριαμίδης, patronym. ut, *Hector, Deiphobus Priamides*, Virg. 6 Æn. v. 494.

¶ Priamēis, ēĭdis, fœmin. filia Priami, Cassandra. Ovid. Amor. 1 eleg. 9 v. 37 *Summa ducum Atrides visa Priameide fertur* &c.

PRĪĀPUS, i, Deus fuit Lampsacenus Hellesponti; qui hortos tuetur, Πρίαπος, Φαλλός. Solebant rustici in hortis ejus statuam tamquam idolum collocare. Hinc Virgil. Georg. 4 v. 110

Et custos furum atque avium, cum falce saligna,
Hellespontiaci servet tutela Priapi.

Conf. Catull. carm. 18, 19 & 20. Lepidam fabulam de Priapo in Vestam dormientem accenso, rejectoque a Dea rugitu asini excitata, quam ob caussam Lampsaceni asinum Priapo in ultionem & pœnam immolare cœperint, Lactantius lib. 1 cap. 21, & Ovid. 6 Fastor. v. 321 & seqq narrat: qui tamen, quod hic de Vesta narrat, in lib. 1 Fastor. v. 415, *Lotidi* nymphæ tribuit. Eum etiam portubus præesse, ex epigrammate veteri patet, ubi ὁ Πρίηπος ὁ λιμενίτης appellatur. Ejus templum Romæ in Exquiliis erat, ubi nunc Pasquini statua: Camerar. Cent. 1 Hor. subcis. c. 66. Sed erat præcipue spurcitiei Deus, & pudenda notabat: v. Jo. Bapt. Casal. de profan. Rom. Rit. cap. 12 & 13. Vnde ¶ 2. accipitur pro *pene* sive membro virili, & talis formæ poculo, ex quo lascivi bibebant; hinc dicti *drillopotæ*. vid. Lambin. ad Juvenal. satyr. 2 v. 14 *Vitreo bibit ille Priapo*. Autor est Diodorus lib. 5, priscos illos, cum vellent viri pudenda occultius nominare, *Priapum* dixisse. ¶ 3. Est & *Priapus* Hellesponti urbs a Priapo condita, ubi ipse ob vineta uberrima coli cœptus est. v. Plin. 5 cap. 32.

¶ Priāpēius, a, um, adjectiv. unflätig; ut, *Priapeia carmina*, schande gedichte: quo nomine libellus legitur, qui varios in Priapum lusus continet, male a quibusdam Virgilio adscriptus, & una cum eo editus. Scaliger carmina illa non unius auctoris putat: sed variorum poëtarum, Catulli, Tibulli, Ovidii, Petronii &c. fœtus. Guyetus, ut Antonius Periander in vita ejus auctor est, Domitium Marsum eorum existimat auctorem. Latinitate eorum nihil purius & elegantius, sed materia spurca, fœda, & partem maximam detestabilis est.

¶ Priāpīnus, a, um, aliud adject. in Petronii Satyric.

¶ Priapiscus, i, πριαπίσκος, lignum seu herba in modum penis, alias *Satyrion*, knabenwurtz: Apulej. de Herb. cap. 15.

¶ Priapismus, i, πριαπισμός, tentigo, sive morbi genus, quo membrum genitale citra libidinem arrigitur. vid. Cœl. Aurel. Acut. 3 cap. 18.

PRĪDEM, quasi *præ idem*, adverb. de longiori tempore dicitur, decem nimirum aut viginti aut plurium dierum, auctore Valla, für einiger zeit, vorlängst. *Quam pridem*, Cic. pro Rosc. Comœd. cap. 3, wie neulich. *Non pridem, non ita pridem*, id est, non multo ante id tempus, nur neulich, unlängst, Terent. Heaut. a. 2 sc. 1 v. 17.

Pridianus, pridie, vide supra *Dies*.

PRĪĒNE, es, Πριήνη, urbs Ioniæ, patria Biantis, qui inde *Prieneus* dictus est, Πριηνεύς. Auson. de 7 Sapient. e Græco v. 8

Plures esse Bias pravos, quem clara Priene.

¶ Prieneus, ĕi, trisyllab. Eidem Lud. Sap. v. 11 Bias Prieneus dixit, οἱ πλεῖστοι κακοί. Quadrisyllab. adjectiv. priori producta, est Sidonio carm. 2 v. 161, & carm. 15 v. 48.

¶ Priēnensis, e, aliud adjectiv. ut, *Prienensis justitia*, proverbio celebrata, ob Biantis integritatem in judicandis caussis, qui damnaturus quempiam ad mortem lacrymatus est miseram hominis fortunam, dicens: *Necessarium quidem esse condolere; sed a lege & justitiæ regula discedere, magis perniciosum fore*. v. Stobæus serm. 44. Strabo lib. 9, & Laërtius.

Primævus, primanus, primarius, primas, primatus, primicerius, primigenius, primipilus, &c. primitiæ, &c. primordium, &c. primus, princeps, principalis, &c. vide sequens *Prior*.

PRIOR, prius, genit. prioris, &c. eher; ab antiquo *pri*, quod idem cum *præ* a πρίν. Terent. in Phorm. a. 3 sc. 2 extr. *Mea lege utar, ut potior sit, qui prior ad dandum est*, der sich eher findet mit der bezahlung, soll vorgehen. *Loco priore caussam dicere*, Cic. pro Quint. c. 2. Et, *priores ac primas deferre*, scil. *partes*, den vorzug geben; Idem Cic. de Clar. Orat. cap. 21 *Primas etsi utrique, priores tamen libenter deferunt Lælio*. Et, *Dionysius prior*, der erste, Nepos Dione cap. 1 n. 3, quem paullo ante *superiorem* dixerat. Fuere enim duo Dionysii. ¶ 2. *Prius*, idem aliquando est quod *præstantius*. Terent. in Eunuch. a. 1 sc. 1 v. 5 *Siquidem hercle possis nihil prius neque fortius*, nichts bessers, rc. Vellej. 2, 52, 3 *Neque prius neque antiquius quidquam habuit*, i. e. hanc præcipuam curam habuit, er hat es ihm lassen sehr angelegen seyn.

¶ Prius, adverb. eher, zuvor. *Prius quæso disce, quid sit vivere*, lerne vorher, &c. Terent. Heaut. a. 5 sc. 2 v. 18. ¶ 2. Idem ac *Potius*, vielmehr. Cæsar 3 de B. C. cap. 1 *Statuerat enim, hos prius judicio populi debere restitui, quam suo beneficio videri receptos*, &c. Vbi vide Ciaccon.

¶ Priusquam, quod & distinguitur, prius quam, ehe denn, indicativo & subjunctivo præponitur. *Priusquam hanc uxorem duxi*, Terent. Hecyr. a. 3 sc. 1 v. 14. *Priusquam de republ. dicere incipio*, Cicer. 1 Philipp. cap. 4. Et, *Priusquam aggrediar ad caussam*, Idem pro Balbo cap. 7.

¶ Priorātus, ûs, der vorzug. Tertullianus adversus Valentinian. cap. 4 *Vt solent animi pro prioratu exciti*, id est, cupidi prioris superiorisque dignitatis ac προεδρίας.

¶ Priorsum, & Priorsus, adverb. für sich, vorwerts. Macrob. Saturn. 7 cap. 9 & 13 *Priorsum pergere & accedere*. Claud. Mamert. 1 cap. 18 *Movetur corpus priorsus ac retrorsus.*

¶ Prīmus, a, um, superlat. a *Prior*, der erste. *Primus sentio mala nostra*, Terent. Adelph. a. 4 sc. 2 v. 7. Idem Ter. *Prima luce, & cum prima luce*, pro summo diluculo. Vide *Lux*. *Primo mane*, Columella lib. 12 cap. 1. *Primo quoque tempore*, Cicero ad Pompejum altera, sub lib 8 ad Attic. epist. 11, auffs allereheste. *Prima quâque occasione*, mit ehester gelegenheit. *A primo homo insaniebat*, id est, primum, vel ab initio, zu erst, erstlich. *Cum primis, & in primis*, vide mox in compositis. ¶ 2. *Primas alicui dare, concedere, deferre*, i. e. primum locum tribuere, den vorzug geben: v. g. Cicero 2 de Orat. cap. 35 *Non possum equidem non ingenio primas concedere*. Et 1 ad Attic epist. 17 *Amoris erga me tibi primas defero*. Sic, *Primas agere, primas ferre, primas tenere*, der fürnehmste oder gelehrteste seyn: Cic. de Clar. Orat. cap. 90 *Primas in caussis agebat Hortensius*. In quibus locutionibus subintelligitur, *partes*. ¶ 3. *Primus* etiam dicitur, non qui ordine prior, sed qui dignitate, id est, præcipuus. *Genere & nobilitate sui municipii facile primus est*, Cic. pro S. Rosc. cap. 6, id est, princeps, der fürnehmste in seiner stadt. Cæsar castellum sterile in Alpibus prætergrediens, cum amici dubitarent, an & ibi de principatu contentiones æmulationesque essent, primum cogitabundus restitit, deinde dixit; *Mallem hic esse primus, quam Romæ secundus*, ἐβουλόμην πρῶτος ἐνταῦθα εἶναι, ἢ δεύτερος ἐν Ῥώμῃ, Plutarch. in Apophthegm. Virg. 8 Æneid. v. 319

Primus ab etherio venit Saturnus olympo, &c.

Quum tamen constet, Janum ante Saturnum in Italiam venisse. Idem de Ænea principio Æneidos: *Trojæ qui primus ab oris*, &c. quum tamen ante Æneam, priorem Antenorem in Italiam pervectum esse, certum

certum fit. Vide & Aurelium Victorem de Origine gentis Romanæ pr. Sic Ter. Eunucho a. 1 sc. 2 v. 10 *Quia sum apud te* (amicam) *primus*, id est, præcipuus in amore. *Potiorem* Horatius & Tibullus dixerunt. *Priores partes habere*, idem est apud eumdem Terentium iisdem citatæ fabulæ actu, scena, v. 71. Idem absolute Heaut. a. 5 sc. 2 v. 9

Vbi te vidi animo esse omisso, & suavia in præsentia
Quæ essent, prima habere.

id est, præcipua, optima, aliis anteponenda putare. Sallust. in Catilina cap. 36 *Domi otium atque divitiæ, quæ prima mortales putant, affluerent.* conf. Idem Jugurth. cap. 61. Et ibidem cap. 76 *Aurum atque argentum & alia, quæ prima ducuntur.* Iterum Ter. Eun. a. 2 sc. 2 v. 17 *Qui se primos omnium rerum esse volunt.* ¶ 4. Notat interdum rei alicujus partem. Idem Terent. prolog. Adelph. v. 8

qui lenoni eripit
Meretricem in prima fabula;

id est, in prima parte fabulæ. Virg. lib. 9 Æn. v. 245

Vidimus obscuris primam sub vallibus urbem.

Idem in Ciri v. 212 *Tum suspensa levans digitis vestigia primis.* Eodem modo Catullus carm. 2 v. 3 dicit *primum digitum*, pro summa digiti parte. Sic, *ultimam plateam*, Terent. Phormione a. 1 sc. 4 v. 38; *imam ceram*, Suetonius Julio cap 83; *Extremam concionem*, eodem Julio cap. 33; *Extremam paginam*, Cicero in Oratore, pro ultima, ima, extrema parte plateæ, ceræ, concionis, paginæ, dixerunt; & *Imus lectus*, ima pars lecti, Horat. lib. 1 epist. 18 v. 11. Vide supra in *Pars*. ¶ 5. *Prima* substantive, pro principiis, στοιχεῖοις. Virg. ecloga 6 v. 34

ut his exordia primis
Omnia, & ipse tener mundi concreverit orbis.

Per *prima* atomos intelligit: ex quibus universitatem mundi coaluisse, Epicurus dicebat: quas eam ob caussam *principia* & Lactantius vocat de Ira Dei cap. 10, & de Opific. cap. 6.

¶ Prīmum, adverb. quod fere sequuntur, *deinde, præterea, postea, postremo*, & reliquæ distributionum & connexionum particulæ, erstlich, vors erste, zum ersten. *Primum omnium*, für das allererste, Ter. Heaut. a. 2 sc. 3 v. 33. *Vt primum potestas data est*, &c. so bald als rc. Cic. 10 fam. epist. 13 pr. Sed

¶ Primo, adverb. anfangs, zum ersten mahl. Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 6 v. 10 *At enim primo callidum, & disertum credidi hominem.* Omnino enim differentiam inter se quamdam habent *primum* & *primo*. Nam *primùm* tempus; *primo* locum denotat. Istam sane differentiam inter *quartum* & *quarto* tradit Varro apud Gellium lib. 10 c. 1.

¶ Prīmŭlus, a, um, minutum adjectivum, anfänglich; ut, *Primulo diluculo*, Plaut. Amphitr. a. 2 sc. 2 v. 105.

¶ Primulùm, adverb. idem, Terent. Adelph. a. 3 sc. 1 v. 2 *Modo dolores, mea tu, occipiunt primulum*, die angst hebt sich erst an.

¶ Prīmānus, a, um, einer von ersten; ut, *primani milites*, hoc est, primæ legionis, die in der ersten ordnung seyn, Tacit. Histor. 2 cap. 43 n. 2. Et Festus: *Primanus tribunus erat, qui primæ legioni tributum scribebat*, ein rottmeister.

¶ Primārius, a, um, fürnehm; ut, *Vir primarius*, Cic. pro Flacco cap. 21, ein fürnehmer mann, hoc est, primus in civitate. *Adolescens primarius*, Sulpicius ad Cic. lib. 4 epist. 5; &, *Fœmina primaria*, Cic. 3 Verrin. cap. 58. *Primario loco esse*, Idem de Finib. lib. 3 cap. 15, fürnehm seyn.

¶ Prīmas, ātis, plur. Primates, qui & optimates, hoc est, in civitate primi, die höhesten und obersten in einer stadt. Apulejus lib. 2 Metam. p. 124 *Primatis civitatis filii cadaver.* Et ibidem paullo ante p. 123 *primatem fœminam* dixit.

¶ Primātus, ūs, subst. ipsa primatum conditio vel dignitas, der oberstand, vorzug; ut, *Primatum dare alicui*, Varro 1 Rei Rust. cap. 7. Et Plinius lib. 13 cap. 12 de papyro seu charta augusta: *Primatum mutavit Claudius Cæsar.* Dedit enim Claudiæ chartæ, a se cognominatæ.

¶ Prīmĭter, adverb. pro *primo*, Pomponii est & Lucilii apud Nonium cap. 2 n. 661.

¶ Primĭtus, aliud adverb. idem quod *primo*, item, *olim, originaliter*, zu erst. Lucil. sat. 5 apud Nonium l. c. *Pretio ingenti ad primitu' paucos.* conf. Catullus carm. 19 v. 11 ubi *Primitu* legitur. Varro R. R. 1 cap. 31 *Primitus cum exit vitis.* Adde ibid. cap. 48, & Lucret. 4 v. 1024, & lib. 5 v. 1092. Valer. Maximus 2 cap. 5 n. 5 *Primitus ex libamentis victus sui Deos eo efficacius, quo simplicius, placabant*, anfangs, vor zeiten. Suetonius Claud. cap. 7 *Primitus ingredienti eum fascibus forum*, zum ersten mahl. Gellius lib. 1 cap. 18 *Vocabulum Græcum vetus traductum in linguam Romanam, proinde atque si primitus latine fictum esset*, ursprünglich. Censorinus cap. 20 *Primitus instituti dies.* Prudentius Apotheos. v. 1045

Tellurem nostro vitiatam primitus usu.

¶ Prīmĭtius, a, um, quod in aliqua re primum est & principale, das fürnehmste. Ovid. in Metam. lib. 12 v. 271

Ecce rapit mediis flagrantem Rhœtus ab aris
Primitium torrem.

¶ Prīmĭtiæ, arum, primi fructus, qui Deo offeruntur, die erstlinge oder ersten früchte; ut, *Primitiæ frugum*, Plin. lib. 4 c. 12 sub fin. & 18 c. 3, & Ovid. Met. 10 v. 433. *Primitias vitis resecare*, Colum. 4 cap. 10. *Ferre primitias operum*, Statius Theb. 2 v. 742. *Metallorum primitiæ*, Tacit. Hist. 4, 53, 5.

¶ Primĭtīvus, a, um, quod ex alio originem non habet, natürlich, ursprünglich, anfänglich; ut, *Primitiva verba*, quæ non ex aliis. Prudent. Romano v. 828 *Vt primitivum crederes fœtum geri.* Columella 9 cap. 13 *Apes primitivis floribus illectæ.* Idem de Arbor. cap. 23 *primitivi anni*, quibus scil. arbor primos fructus fert.

¶ Pri nŏris, sine nominativo, & plur. *Primores*, i. e. priores seu primi, die ersten; ut, *Primores dentes*, Plin. lib. 11 c. 37, die fordern zähne. *Primoribus labris gustare*, hoc est, leviter quicquam attingere, Cic. pro Cœl. cap. 12. Et Apulej. Apolog. *In primori fronte animum gestare.* Et Tacitus 3 Hist. cap. 21 extr. *primori in acie versari.* ¶ 2. *Primores*, optimates, proceres, die fürnehmsten; *plebi* oppositi, apud Tacitum Ann. 2, 19, 1, qui autor in primis hac voce delectatus est. Sic, *Primores ministri*, Idem Ann. 4, 10, 2. Et, *Primores fœminæ*, 2 Annal. cap. 29 n. 1. *Primores populi*, Horat. 2 satyr. 1 v. 69. *Primore juventute*, Livius lib. 24 cap. 20. vide ibi Gronov. Et Auson. Parental. 15 v. 7 *Te primore vigens, te deficiente relabens.*

¶ Prīmōtĭcus, a, um, primo natus, præcoquus, frühzeitig, anfänglich; ut, *Duracina primotica*, Apic. 4 cap. 5.

¶ Primævus, a, um, vide supra in *Ævum*.

¶ Prīmĭcērius, i, qui inter principis notarios honore primus est; κήρωμα enim tabellam ceratam significat, in qua antiqui scribebant. Erat itaque *Primicerii* munus, ut litteris principis, quibus aut donum aut honorem concederet, cereum illius sigillum apponeret. Hodie *Cancellarium* vocamus, der canzler. vid. Salmuth in Panciroll. T. 2 P. 1 p. 15. Cassiodor. in Variis; item Hieron. in Chronicis. Quod quidem fortasse acutius, quam verius. Nam revera *Primicerius* nihil aliud, quam *primus, princeps, principalis* in quolibet ordine, hoc est, qui principem locum inter sui ordinis homines tenet, der oberste. Suidas πριμικήριος, ὁ πρῶτος τῆς τάξεως. Sic *primicerius domesticorum, mensorum*, in Codice legitur Lege 2 de domest. & protector. & Lege una de mensoribus. Videtur igitur τὸ *cerius* nihil aliud, quam additamentum esse ad vocabulum *primus*. Est autem vox recentioris latinitatis. Ammian. Marcell. lib. 18 p. 128 *Ex primicerio protectorum tribunus.* Paulus Diaconus lib. 4 Longob. cap. 34 *Primicerius notariorum*, &c. *Secundicerius*, vide infra in *Secundus*.

¶ Primiceriatus, ūs, dignitas & munus primiceriorum, die canzler-stelle. Lege 1 Cod. de Decanis: *Biennii spatio primiceriatus gerant officium.* Cassiodorus Var. 6 epist. 7 *Locum quoque primiceriatus adjungimus.* conf. lib. 6 epist. 16, & lib. 10 epist. 11.

¶ Prīmĭgĕnius, a, um, primitivus, aliunde non habens originem, ursprünglich, erstgebohren; ut, *Semina primigenia*, Varro 1 Re Rust. c. 40. *Legio primigenia*, Spartian. in Juliano cap. 1. *Verba primigenia*, Varro de L. L. 5 cap. 5. Et Fortunæ cognomen *Primigenia*, apud Cic. 2 de Leg. cap. 11.

¶ Prīmĭgĕnus, a, um, idem. Lucret. lib. 2 v. 1104 *Primigenus ccortus.* Avienus Phænom. Arat. v. 13 *Mentis primigenæ penetralia.*

¶ Prīmĭpăra, æ, quæ primo peperit, die das erste mahl gebohren hat; ut, *Matres primiparæ*, Plin. lib. 8 c. 47. Penult. correptam habet.

¶ Prīmĭpīlus, i, prima cohors, primus ordo militum, die erste rotte oder reyhe unter soldaten, der vortroupp, die avantgarde. Livius lib. 25 c. 19 *Insignis inter primipili centuriones.* Cic. pro C. Balbo cap. 15 *L. Marcius, primipili centurio.* Sic *primipilus legionis* dicitur apud Gruter. p. 347 Inscriptione 1. conf. l. 1 C. de primipil. & Veget. de Re Milit. 2 cap. 8 & 21 cum Comment. Stewechii. ¶ Legitur & *primopilus*, Gruter. Inscript. p. 349 n. 4 &c. Vide Aldum Manutium Quæsitis per Epist. lib. 3 epist. 3, & infra in *Princeps*.

¶ Prīmĭpīlāris, e, zum vortroupp gehörig; item, der führer oder hauptmann desselben. Quintilianus lib. 6 cap. 3 p. 486 *An primipilaris et testamento suaderet* &c. Vetus Inscriptio apud Grut. p. 416 n. 1 PRIMIPILARI LEG. VIII, hoc est, *legionis octavæ*: & pag. 429 n. 1 PRIMIPILARI ALAE. Substantive Sidonius 6 epist. 1 *Te primipilarem spiritualia castra venerantur.* ¶ Legitur & *Primopilaris*, Gruter. Inscript. p. 50 n. 6.

¶ Prīmĭpīlārius, i, qui primum pilum ducit, der erste capitain. Gloss. gr. lat. πρῶτος ἐν δόρατι, *Primipilarius*. Seneca de Constant. cap. 18 *Nec impune cessit primipilario.* Et Spartian. in Juliano cap. 5 *Misso primipilario.* conf. Idem in Nigro cap. 2, & Modestin. JC. Dig. lib. 27 t. 1 l. 8 § 12.

¶ Prīmĭpŏtens, tis, primus potentia, der erste an macht. Apul. Asclep. p. 92 *Deus primipotens & unus gubernator mundi.*

¶ Primiscrinius, i, idem qui *Primicerius*, sive scriniariorum supremus, in l. ult. C. de muner. & l. ult. C. de apparitor. & l. 3 C. de divers. offic. & apud Symmach. 1 epist. 33, & in Notitia Imperii Romani persæpe.

¶ Primivirgius, i, primus virgam gestantium ante regem, der trabantenhauptmann. Gloss. gr. lat. πρωτοραβδοῦχος, *Primivirgius*. Et Gloss. Isidori: *Primivirgius, caballarius, quod primus est militiæ in virgis.* vid. Voss. de Vit. L. L. 3 cap. 38.

¶ Primŏdum, pro *primo*, (ut *eho, ehodum*,) zum ersten. Plaut. Capt. a. 1 sc. 2 v. 51 *Primodum opus est Pistoriensibus.*

¶ Prīmŏgĕnĭtus, i, ein erstgebohrner. Scioppius contra Famianum *barbarum* vocat: minus peccasset, si dixisset ecclesiasticum, quia his ferme proprium est. Lactantius lib. 1 Instit. div. c. 11 *Filium suum primogenitum delabi jussit e cælo.* In Hieronymi Script. Eccles. Polycarpus Marcionem vocat *primogenitum diaboli*. Nec vero prorsus inauditum extra ecclesiam. Palladius lib. 1 cap. 39 de fuga apium inhibenda: *Creduntur*, inquit, *non fugere, si stercus primogeniti vituli ullinamus oribus vasculorum.* De Plinii loco lib. 11 cap. 40 incertiores sumus propter variantem lectionem. vide Cellarii Cur. poster. p. 278. Adjective Sulpit. Sever. usurpat 1 Hist. cap. 18 *Primogenita omnia Domino offerenda.* Latini vocant *natu majorem*, si duo sint fratres, aut, si plures, *natu maximum*.

¶ Primogenitālis, e, idem. Tertullianus adversus Valentinianos c. 20 *ab argumento ogdoadis primogenitalis.*

¶ Primoplastus, vide supra in *Plasma*.

¶ Prīmordium, i, principium, a quo primum ordimur, ein anfang, ursprung; ut, *A Jove Musarum primordia*, Cic. 2 de Leg. cap. 3. *Primordia dicendi*, Quintil. 1 cap. 9. Et, *Mundi primordia*, Ovid. 15 Metam. v. 67. Et 3 de Arte am. v. 337 *altæ primordia Romæ.*

Tacitus de Germania cap. 39 *Stato tempore in silvam auguriis patrum & prisca formidine sacram, omnes ejusdem sanguinis populi legationibus coëunt, cæsoque publice homine celebrant barbari ritus horrenda primordia.* Vbi PRIMORDIA sacra dicuntur, quæ propter primordia, sive originem gentis celebrantur Deo, a quo genus se ducere existimabant.

¶ Prīmordiālis, e, anfänglich, ursprünglich; ut, *Lex primordialis*, Tertullian. adv. Judæos cap. 2. *Verbum primordiale*, ὁ Λόγος, Idem Apologetico c. 21. Et, *primordialis caussa*, Ammianus lib. 30 ineunte.

¶ Primor-

¶ Primordialiter, adv. idem. Augustin. lib. 3 de Trinit. cap. 9 *Ista quippe originaliter ac primordialiter in quadam textura elementorum cuncta jam creata sunt.* Et Claud. Mamert. 2 cap. 5 *Vnde corpora primordialiter existunt.*

¶ Princeps, &c. vide post composita cum præpos. a *Primus*; ut sunt:

¶ Apprime, sehr, mercklich, fürnehmlich, adverbium ab *adprimus*, quo usus Liv. Andronicus, citante Gellio 7 cap. 7. Item Virgilius 2 Georg. v. 134 *Flos adprima tenax.* Hæc enim plerorumque codicum lectio est, quam & Servius agnoscit. Nam Atticorum more poëta adverbium plurali numero eloquitur, ut Turnebus notat lib. 29 cap. 26. Josephus Scaliger tamen ad Catullum, & H. Gisanius Lucretii Indice *Apprime* pertendunt legendum. Vt corripuerit poëta ultimam, quam similiter Lucretius Horatiusque in *superne* etiam fecerunt brevem. Sic, *Apprime doctus*, Varro R. R. lib. 3 cap. 2 sub fin. *Apprime nobilis*, Terent. Eunucho a. 5 sc. 4 v. 30. Idem Andr. a. 1 sc. 1 v. 34 *Id arbitror, apprime in vita esse utile, ut ne quid nimis.* Potest etiam aliis adverbiis, etiam superlativis adjungi. Cic. 3 de Finib. cap. 9 *Id apprime rectissime dicitur.* Ita Victorius, aliique: Gruterus autem ex Palatino codice *adprimò rectissime.*

¶ Cumprimis, idem; quod & *cum primis*, si dividas, & *cumprime* legitur, zuförderst. Si quis alius, Lucretius in primis hac formulâ delectatus fuit: vide lib. 1 v. 130 & 716, & lib. 2 v. 536 & 848 &c. Sed *Cumprime fortis* dixit Gellius 17 cap. 2. Cic. de Orat. lib. 2 cap. 55 *Sapiens cum primis nostræ civitatis homo*, ein sonderlich weiser mann.

¶ Inprimis, seu potius per duas voces *in primis*, idem. Cic. lib. 1 fam. epist. 7 extrema ad Lentulum: *Quem inprimis amamus, carumque habemus.* Et 2 Offic. cap. 14 *Brutus juris civilis inprimis peritus fuit.* Idem in Verrem 5 cap. 27 *Homo in primis improbissimus.* Et C. Nepos Pausaniâ cap. 1 *In primis omnium Persarum & manu fortis, & consilii plenus.* Sed

¶ Præprimis, ad formam, *præ cæteris*, *præ cunctis*, efficta vocula, recentissimæ ætatis est, patrum memoriâ in usum vulgarem, invitis Musis, a semibarbaris introducta, quam ideo in sordidis relinquere decet, ac omni studio defugere. Vide, quæ de impura hac voce monuerunt Vorstius Suspect. Latin. cap. 32 poster. edit. & Cellarius in Antibarb. p. 82, ac Cur. Posteriorib. p. 363.

¶ Decemprimus, Quamprimum, vide *Decem*, *Quam*.

¶ Princeps, ipis, quasi primas capiens, idem quod *Primus*, der erste. Livius 21 cap. 4 de Hannibale: *Princeps in prælium ibat: ultimus conserto prælio excedebat.* Et Nepos in Thrasyb. cap. 1 extr. *princeps & solus initio bellum his indixit.* ¶ 2. *Præcipuus*, & ordinis vocabulum est, fürtrefflich, fürnehmlich, der oberste. Horatius 1 epist. 17 v. 35

Principibus placuisse viris, non ultima laus est.

C. Nepos in vita Attici cap. 8 *Excogitatum est a quibusdam, ut privatum ærarium, Cæsaris interfectoribus constitueretur: id facile effici posse arbitrati sunt, si & principes illius ordinis pecunias contulissent. Itaque appellatus est a C. Flaceo, Bruti familiari, Atticus, ut ejus rei princeps esse vellet.* Sic, *Princeps senatûs*, apud Liv. 34 cap. 44 &c. erat, qui a Censoribus primus legebatur ex senatoribus, tamquam omnibus præcellens virtute. Sic, *Civitatis longe princeps Pompejus est*, Cic. pro Domo sua cap. 25, die fürnehmste person. *Facile princeps*, id est, sine dubio princeps: Cic. 2 de Divinat. c. 42 *Eudoxus in astrologia, judicio doctissimorum hominum, facile princeps.* Idem lib. 3 de Orat. cap. 16 de Socrate: *Omnium fuit facile princeps.* Sic, *Consilii publici princeps plurimos annos fuit Pericles*, Cic. 1 de Orat. c. 50. Et, *Philosophorum princeps Plato fuit*, Idem 5 de Fin. cap. 3. ¶ 3. Et dignitatis vocabulum est, eumque significat, qui aliis regendis præest, vel qui principatum tenet, ein regent, ein fürst. Et Tacito, Plinio & aliis ipse Imperator Romanus vocatur *Princeps*. Quod ab Augusti instituto est, vide Tacitum 1 Annal cap. 1. In hac significatione *Princeps* & *Civis* relata sunt, ut *Imperator* & *Miles*. vide Plin. Panegyr. cap. 7 & 22. Sic, *Princeps Græciæ*, Nepos 6, 3, 1, & 15, 5, 4. *Hoc abest a principis persona*, es steht einem fürsten nicht wohl an, Idem 15, 1, 2. ¶ 4. Item auctor, id est, qui invenit, vel instituit, vel suasit aliquid primus, ein urheber, vorgänger. Nam Cicero 1 Tuscul. Qu. cap. 23 *inventorem* & *principem* conjungit. Cæsar 5 de B. C. cap. 54 *Tantum apud homines barbaros valuit, esse repertos aliquos principes belli inferendi.* Cicero pro Archia initio: *Hunc video mihi principem horum studiorum exstitisse.* Sallustius apud Lactant. lib. 1 cap. 21 *Quia principes intelligendi divina fuerunt*, (Curetes,) *vetustatem ut cætera in majus attollentem, altores Jovis celebravisse.* C. Nepos Eumene extr. *Hujus sceleris principes fuerunt Antigonus, Ptolemæus, Seleucus*, &c. die rädelsführer. ¶ 5. *Principes juventutis*, principum seu imperatorum liberi dicebantur, futuri imperii omine tituloque, die prinzen: Quod Augustus in Cajo & Lucio, Cæsaribus instituit. vid. Tacitus 1 Annal. cap. 3, & ibi Interpretes, itemque Lipsius 2 Elect. cap. 1. Bernegg. ad Justin. lib. 42 cap. 2 n. 11 p. 498. Sed Curtius lib. 6 c. 9 ex Alexandri regis persona ipsos Equites *Principes nobilissimæ juventutis* appellat. ¶ 6. *Principes*, etiam dicebatur genus militis apud Romanos, quod in veteri republ. medium locum, Vegetii ætate, ut ex lib. 1 cap. 20 & aliis locis constat, primum tenebat. Primi enim hastati, deinde principes, denique pilani pugnabant: qui & *Triarii* appellati, quod tertio ordine consistebant in acie. *Hastati* hastis; *Principes* gladiis; *Triarii* pilis pugnabant, unde & *Pilani* appellati. Sic Varro docet lib. 4 de L. L. & Livius lib. 8 cap. 8. Atque ita *Hastatorum* prima signa, deinde *Principum* erant, *Triarii* postremos claudebant. Nec aliter Ovidius lib. 3 Fastor. de Romulo v. 126

Hastatos instituitque decem:
Et totidem Princeps, totidem Pilanus habebat
Corpora, legitimo quique merebat equo.

Nam *Principis* nomine hoc genus militum, qui *principes* appellati, designat: qui & *Principia* dicebantur, de quo infra in *Principium*. Neque vero milites ipsi hujus generis, sed ordines quoque, sive corpora eorum, in quæ tributi erant, *principes* appellabantur: ita, ut *primus secundus*, & ita deinceps *princeps* pro primo secundo, atque sic porro, principum ordine sive manipulo diceretur. Quod & in cæteris obtinuit. Ita enim & *primus pilus*, primus ordo pilanorum sive triariorum dicebatur. Et cum Ovidius supra laudato loco ait *Hastatos instituitque decem*; totidem ordines sive manipulos hastatorum significat. Cicero ad Brutum epist. 8 de C. Nasennio: *Cretensi*, inquit, *bello, Metello imperatore, octavum principem duxit.* Vegetius lib. 2 cap. 8 *Vetus consuetudo tenuit, ut ex primo principe legionis promoveretur centurio primi pili.* Sed in hoc loco *primus princeps*, non tam est *primus ordo principum*, quam centurio primi principis, sive primi principum ordinis: quemadmodum & *primipilus* dicebatur, qui primum pilanorum ordinem ducebat. ¶ 7. Apud Phædrum fabula 88 *Princeps* nomen proprium est.

¶ Principo, are, imperare, herrschen, regieren. Lactantius 4 cap. 13 n. 19 ex veteri versione quadam Esa. c. 11 v. 10 adfert: *Et erit illa die radix Jesse, & qui exsurget principans* (alii *principari*) *in nationes.* LXX Græci ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν. Sidonius carm. 9 v. 48 *Regnis principibusque imperantem.* Idem carm. 23 v. 90 *Natos cum genitore principantes.* vide quæ ad h. l. notat Savaro.

¶ Principatus, ûs, dominium, imperium, die obere gewalt, das regiment, die herrschafft, das fürstenthum; ut, *Principatum alicui dare*, Cicer. 2 Offic. cap. 19; &, *Deferre cui principatum*, Idem 2 Philipp. cap. 3, die hohe gewalt einem einräumen. *Penes ipsum est principatus*, er hat die oberhand, Idem ad Atticum lib. 13 epist. 19. *Principatum tenere*, Idem Philippica 12 cap. 4. Et, *Principatum armis quæsitum armis tenere*, Vellej. 2, 57, 1. ¶ Plinius Paneg. Trajani cap. 45 a dominatu *principatum*, a regno Suetonius distinguit in Calig. c. 22. *Regnum* est, cui rex, & regiis insignibus præest; *Dominatus*, ubi unus imperat, cæteri servi sunt: *Principatus* est status monarchicus quidem, sed qui cum dominatu libertatem miscet. Vnde Galba ad Pisonem apud Tacitum 1 Hist. cap. 16 extr. *Imperaturus es hominibus, qui nec totam servitutem pati possunt, nec totam libertatem.* Huc pertinet Tiberii dictum apud Dionem, quo se ferebat, *dominum servorum, imperatorem militum, ceterorum principem esse.* Atque hinc Claudianus Romani imperii statum diversum ostendit ab orientis regnis, Panegyr. de 4 Consulatu Honorii v. 214 & v. 306 ac seqq. ¶ *Principatum eloquentiæ* dixit Nepos Attico cap. 6. ¶ Cicero 1 Tusc. Qu. cap. 10 & 11 τὸ ἡγεμονικὸν sive principalem partem animæ, quæ imperat, *Principatum* vertit.

¶ Principalis, e, (& Principialis, e, in carmine,) quod ex principio, seu primâ origine, & naturaliter inest, ursprünglich. Quintil. 9 cap. 1 *Est tropus sermo a naturali & principali significatione translatus ad aliam.* Lucretius lib. 2 v. 421

Omnis enim sensûs quæ mulcet caussa, juvatque,
Haud sine principiali aliquo lævore creata est.

Et: *Scire licet, cæli quoque idem terræque fuisse*
Principiale aliquod tempus, lib. 5 v. 246.

id est, quod principium dedit. ¶ 2. *Principalis*, quod principis est, herrschafftlich, fürstlich; ut, *Principalis majestas*, Sueton. Claudio cap. 17. *Principalis paratus*, Tacitus lib. 2 Hist. cap. 59 n. 3. *Principalis fortuna*, ibidem cap 81 n. 6. *Principale scortum*, Idem 1 Hist. cap. 13 n. 5. *Principalia opera*, Vellejus 2 cap. 124. ¶ 3. Præcipuus hinc & præstans est, ut solent res principum esse, hauptsächlich, fürnehmlich, fürtrefflich. Quintilianus lib. 3 cap. ult. *Hanc quæstionem, veluti principalem, vocant ζήτημα.* Tertullianus de Anima cap. 43 *Vt videant naturalem indicem somnum omnibus naturalibus principaliorem.* Sic *Principalis caussa* est præcipua & perfecta, die fürnehmste ursache: post eam enim proximæ sunt, & adjuvantes, seu minus principales caussæ, Cicer. de Fato cap. 18.

¶ Principaliter, adverb. pro officio principis, ut decet principem, fürstlich. Plin. Paneg. cap. 47 *Principaliter formare.*

¶ Principalitas, ātis, die fürtrefflichkeit. Tertullian. de Anima cap. 13 *Habes animæ principalitatem.* Et Macrobius lib. 1 Somn. Scip. c. 3 *probabilia genera principalitatis.*

¶ Principium, i, initium, der anfang, ursprung; cujus contraria sunt, *extremum*, *exitus*, *finis*. Sic, *Principium dare alicui motionis*, Cic. de Fato c. 19. *Nec principium nec finem habere*, Idem de Senect. cap. 21. Et pro Lege Manil. cap. 1 *Hujus orationis difficilius est exitum, quam principium, invenire.* Et in Vatinium cap. 6 *Omnium rerum magnarum a diis immortalibus principia ducuntur.* Virg. eclog. 3 v. 60 *Ab Jove principium.* conf. eclog. 8 v. 11. Terent. Phorm. a. 2 sc. 2 v. 82 *Bene habent tibi principia*, es lässt sich wohl an. Ovid. Remed. Am. v. 91 *Principiis obsta.* Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 21 *Rem omnem a principio audies*, von forn. Sic, *in principio*, *a principio*, anfangs, zum ersten, Idem Terent. Phorm. a. 1 sc. 5 v. 22, & Tac. Ann. 1, 1, 1, pro quo & *Principiò* adverbialiter dicitur, uti infra ostendemus. ¶ 2. *Principia* locus dicebatur in castris, ubi imperatoris tabernaculum erat, custodiebantur signa & aquilæ, reddebatur jus & capiebantur consilia: quamobrem sacer ac sanctus habebatur, ut Lipsius ad 1 Histor. Taciti cap. 48, & de Milit. Rom. lib. 5 cap. 4 recte docuit. Itaque miror, ipsum lib. 5 de Militia Romana Dialogo 17 existimare potuisse, supplicia ibi de militibus sumta: quippe ad religionem & sanctimoniam loci parum quadrat. Quare, quod L. Otho, imperatoris pater, milites quosdam ante principia, & se coram occidere ausus esset, ut novum atque inusitatum Suetonius notat in filii vitâ cap. 1. Meminit horum principiorum & Nepos Eumenis vitâ bis cap. 7 n. 2 & 3. conf. Bernegg. ad Justin. 11, 6, 6. Gronov. Observat. lib. 4 cap. 10. ¶ 3. Sed & ipsi *Principales milites* seu *principes* (de quibus supra,) *Principia* dicebantur. Erant illi flos ipse & robur exercitûs: itaque ibi tutissimus ac firmissimus locus: unde & ipse imperator ibi agebat. Vnde Thraso Terentianus quasi legitimus dux, Eunuch. a. 4 sc. 7 v. 11 *Hic ero post principia: inde omnibus signum dabo.* Sed præstat cum Torrentio in Sueton. Othon. cap. 1 Terentianum locum non de castris, sed de loco in acie interpretari, ut mox dicemus in *Post principia*. Veriorem auctoritatem habes in Ammiano lib. 15 cap. 11 *Cum principiorum verticibus secretius collocutus*, mit den fürnehmsten officierern. vide Valesium ibi p. 82. ¶ 4. *Post principia* locus in acie tutissimus, post hastatos scilicet & principes. Sisenna apud Nonium

nium in *Mandare* cap. 2 n. 516 *Post principia paulatim recedunt, atque inde cum paucis fugæ se mandant.* Quo Terentiana modo adducta verba referri possunt, auctore & interprete Torrentio l.c. ¶ 5. Sed & in castris locus *post principia* dictus. Varro 3 de R. R. cap. 4 ex proverbio vetere: *Ego, ut ajunt, post principia in castris.* Oppositus locus, *ante principia*, Sueton. Othone cap. 1. vide plura apud Stewech. ad Vegetium p. 60.

¶ Postprincipia, orum, conjunctis vocibus, pro iis Varro apud Gellium lib. 16 cap. 18 posuit, quæ post initium fieri aut esse solent: *Vtilitas*, inquit, *talium disciplinarum in postprincipiis exsistit, cum perfectæ absolutæque sunt: in principiis vero ipsis ineptæ & insuaves videntur.*

¶ Principiò, adverb. i.e. a principio, primo, anfangs, zu erst, erstlich. Cic. Divin. 2 cap. 35 *Jus augurum divinationis opinione principio constitutum.* Idem Offic. 1 cap. 4 *Principio generi animantium omni est a natura tributum.* Terent. Andr. a. 2 sc. 1 v. 28 *Te obsecro, principio, ut ne ducas*, &c. Plaut. Merc. a. 1 sc. 1 v. 40 *Principio atque exiit*, i.e. cum primum exiit. Virg. Georg. 4 v. 8

Principiò sedes apibus statioque petenda.

PRISCIĀNUS, i, Grammaticus Cæsariensis, cujus libri aliquot de partibus orationis, constructione, & aliis ad Grammaticen pertinentibus, exstant. Meminit reverenter præceptoris sui Theoctisti lib. 6. ¶ 2. *Theodorus Priscianus*, medicus, tempore Arcadii Imp. claruit, cujus tres libros aliqui Octaviano Horatiano tribuunt. vid. Reines. Var. Lect. 3 cap. 11 & 17. Barth. in Claudian. p. 1270.

PRISCUS, a, um, ætate superior, alt; ut, *Prisci Latini*, die alten Lateiner. Ita Festus ait appellari proprie, *qui, priusquam conderetur Roma, fuerunt.* Sic, *priscæ Græcorum litteræ*, Cic. 3 de Nat. D. cap. 16. Et, *prisca verba*, de Clar. Orat. cap. 21. Idem lib. 1 de Orat. cap. 42 *Ex duodecim tabulis antiquitatis effigies, & verborum prisca vetustas cognoscitur.* Et de Vnivers. cap. 11 *Credendum est priscis, ut ajunt, viris, qui se progeniem Deorum esse dicebant.*

¶ Prisce, adverb. auf alte weise. Cic. pro Cœlio cap. 14 *severe, & graviter, & prisce agere.*

PRISTĬNUS, a, um, quod superioribus fuit annis, vorig, alt; ut, *Pristina ætas*, Claudian. in 2 Consul. Stilic. v. 124. *Pristina dignitas*, Cic. 1 fam. epist. 5 extr. Et, *Vetus consuetudo fori, & pristinus mos judiciorum*, Idem pro Milon. cap. 1. *Pristinum animum erga aliquem conservare*, Livius lib. 31 cap. 2.

PRISTIS, vel Prestis, is: scribitur enim varie, πρίστις, & πρῆστις, ut & *pistris* & *pistrix*, latine bellua marina est, aut eadem cum *Physetere*, aut admodum ei cognata, (vide *Physeter* & *Pistrix*,) Plin. lib. 9 cap. 3 & 4. ¶ 2. *Pristis* a πρίειν, h. e. a *secando* dicitur; πρίστης, *sector*, & *serra*. Est cetaceus piscis, a rostro simili serræ utrinque secanti, Gesn. ¶ 3. A belluæ illius similitudine navem oblongam Virgilius *Pristim* dixit lib. 5 Æneid. v. 116

Velocem Mnestheus agit acri remige pristim.

Vel a sectione undarum, ut Servius putat. Etiam Livio 35 cap. 26 pr. *pristes* naves sunt, jagschiffe.

¶ Pistriger, a, um, fisch- und schiffreich; ut, *Pistriger Triton*, Sidon. 4 epist. 8.

Privatim, privatio, privatus, vide proxime post *Privus.*

PRĪVERNUM, i, urbs Volscorum in Latio, Virg. Æn. 11 v. 535.

¶ Privernas, ātis, gentile; *Privernates*, populi, Plin. 3 c. 5. *Privernatem fundum* dixit Cic. de Orat. 2 c. 55.

¶ Prīvernus, a, um, adject. ut, *Privernus ager*, Cic. 2 in Rullum c. 25. Et, *Privernus*, nomen Itali, Virg. Æn. 9 v. 576.

Privignus, privilegium, &c. privo, vide mox *Privus.*

Prius, priusquam, vide paullo ante *Prior.*

PRĪVUS, a, um, a πρίω, *seco, divido*, est singulus, sive singularis, proprius, einzeln, sonderbar, eigen. Gellius lib. 10 c. 20 *Veteres* priva *dicebant, quæ nos singula dicimus.* Festus: *Privos, privasque antiqui dicebant pro singulis.* Et Nonius c. 1 n. 152 *Privum est proprium uniuscujusque, unde & res privata.* conf. c. 2 n. 694. Vsi hac voce haud modo vetustiores auctores, ut Cato de Re Rustica c. 3, 10 & 26, itemque Lucretius 5 v. 275, &c. sed Augustei etiam seculi; ut Horatius 1 epist. 1 v. 93 *quem ducit priva triremis.*

Et lib. 2 satyr. 5 v. 10

Sive aliud privum dabitur tibi.

Vbi *Privum*, eximium aliquid & electile notat; vide ibi Torrent. Livius lib. 7 c. 37 *In præsentia singulis bobus, binisque tunicis donati:* & lib. 30 c. 43 *SCtum in hæc verba factum est, ut privos lapides silices, privasque verbenas secum ferrent.* Gellius lib. 11 c. 16 *Græci ea dicunt privis vocibus.* Tanaq. Faber, cui *Privus* est ἴδιος, peculiaris, proprius, privatus, ita emendat in Phædri prologo lib. 5 v. 7 *Sua cuique animi cogitatio, colorque privus*, (non *prior.*) Loca Ciceronis vide mox in *Privilegium.*

¶ Prīvo, avi, atum, āre, orbare, adimere, entziehen, benehmen, berauben; ut, *Oculis aliquem privare*, Cic. 4 Acad. c. 11. *Privare vitâ*, Idem pro Rabir. perduell. c. 3, das leben nehmen. Et, *Fructu privare libertatis*, lib. 5 fam. epist. 20. Rursus in Acad. lib. 4 c. 19 *Spoliat nos judicio, privat approbatione, omnibus orbat sensibus.* ¶ Singulari ratione pro *prohibere*, *liberare*, befreyen. Cicero in Rullum 1 cap. 4 *Non hac exceptione unus afficitur beneficio, sed privatur injuria.* vid. Parei Lex. Crit. p. 985.

¶ Privātus, a, um, beraubt, befreyet. *Dicimus & privatum*, inquit Festus, *cui quid est ademptum.* Sic, *Privatus stipendio*, Aur. Vict. de Vir. Illustr. c. 50. *Privatus lumine*, blind, Ovid. Pont. 1 epist. 1 v. 53. Lucret. 2 v. 1069 *Natura libera, dominis privata.* ¶ 2. *Privatum* est, quod uniuscujusque proprium est, was sonderlich, und eigen ist. Contrarium enim *commune* est, seu *publicum*; ut, *Cura de rep. & privata*, Cic. de Amicit. c. 4. *Vita privata & quieta*, ein geruhliches leben, so einer für sich selbst hin hat, Idem de Senect. c. 7. Sic & 4 fam. epist. 9 *Et, si re publica non possis frui, stultum est, nolle privata.* Et pro Dejot. c. 9 *Frugalitas est laus privata.* ¶ 3. Aliquando ad homines tantum refertur vocabulum: atque tum quidem *Privati* omnes dicebantur olim Romæ, in libertate, qui magistratum non gererent, hoc est, nullam potestatem publicam & jurisdictionem haberent. *Privati dicuntur*, inquit Scholiastes Juvenalis ineditus ad satyram 12, *qui absque negotio publicæ dignitatis curam solius domi gerunt*, die ausser amt leben. Quare & Cicero 1 Catilin. c. 1 P. Scipionem Pontificem Maximum, *privatum* vocat; quod pontificatus in magistratuum numero haud esset, neque haberet publicam atque in omnes se exerentem potestatem. Itaque *Privati* & *Magistratus* opponuntur. Male autem Muretus ad illum Ciceronis locum de vi istius vocabuli disputans, magistratuum nomen ad illos tantum videtur restringere, qui civilem statum urbis moderabantur, ut *Consules* atque *Prætores* &c. erant: & eos, qui cum imperio & exercitu erant, forisque gerebant rempubl. inde excludit. Ex eo enim reprehendit illos, qui *privatum* & *cum imperio esse*, statuerent contraria: firmamentum opinionis ex eo maxime petens, quod Cicero Philippica 11 Cn. Pompejum *privatum* dixerit, cum contra Sertorium *cum consulari imperio* missus esset. Id quidem largior, *magistratuum* nomen, cum strictius sumitur, ad eos pertinere præcipue, qui reipubl. domi præsunt: *imperii* vero ad illos, qui foris curant, commune: unde Suetonius Cæsare c. 53 *Imperia* & *Magistratus* distinguit: at vero cum generaliter sumitur, pro potestate publica jubendi regendique, tum ipsa imperia quoque complectitur: quod satis clarum ex Lege 1 Dig. de in jus vocando. Quare, *cum imperio esse*, & *privatum esse*, recte opponuntur, quod negat Muretus. Nam ad Ciceronem quod attinet, vocavit is quidem Pompejum *privatum*, non quod talis fuerit, cum belli Sertoriani imperium ei commissum esset; sed quod fuisset, cum committeretur. Tum enim nullo magistratu aut functus erat, aut fungebatur, adhuc adolescens. Non potest *privatus* quis esse accepto imperio; nec eo deposito *privatus* non esse. Diserte Cæsar 2 de B. C. c. 32 de Domitio: *Cum projectis fascibus & deposito imperio, privatus & captus, ipse in alienam venisset potestatem.* Et ita Plautus Captiv. a. 1 sc. 2 v. 63 *Imperatorem*, hoc est, qui cum imperio & exercitu est, *privato* opponit:

Hic qualis, inquit, *imperator nunc privatus est.*

Nec aliter Lucanus 5 v. 365 *tam magna juventus*

Privatum factura timet.

Loquitur de Cæsariano milite, qui conculcato imperio Cæsaris, mota seditione, a signis volebat discedere & ducem suum privatum facere. Quod quomodo facere potuisset, si ante, ex Mureti sententia, fuisset privatus? Quin ipse Cicero *privatum* illi, qui *cum imperio est*, diserte opposuit lib. 1 epist. 1 ad Quintum Fratrem: *Quos quidem*, inquit, *libros* (Xenophontis de institutione Cyri) *non sine caussa noster ille Africanus de manibus ponere non solebat: nullum est enim prætermissum in iis officium diligentis & moderati imperii: eaque si sic coluit ille, qui privatus futurus nunquam fuit*, (nunquam futurus sine imperio,) *quonam modo retinenda sunt iis, quibus imperium ita datum est, ut redderent?* ¶ 4. Versa republ. & introducto principatu, imperator maxime persona publica habebatur; reliqui, etiam consules & duces, dicebantur *privati.* Itaque tum *Privatus Principi* inprimis opponebatur. Plinius Paneg. Trajani cap. 9 *Jam Cæsar, jam imperator, jam Germanicus, absens & ignarus, & post tanta nomina, quantum ad te pertinet, privatus.* Et cap. seq. *Privatus tibi videbaris, quamdiu imperator, & alius esset.* Idem de Virginio Rufo lib. 2 epist. 1 *Perfunctus est tertio consulatu, ut summum fastigium privati hominis impleret, cum principis noluisset.* Tacitus cum alibi, tum in Agricola cap. 39 *Id sibi maxime formidolosum, privati hominis nomen supra principis attolli.* PRIVATUM dicit Agricolam, qui tamen Britanniam tum legati imperio obtinebat. Et sic *privata spectacula* Suetonius Nerone cap. 21 vocat, quæ magistratus, non principes ipsi, ut recte interpretatur Torrentius, edebant. Aliquando tamen & his temporibus *Privatos* contra *magistratus* positos legas, consuetudine antiqua. Tacitus 6 Annal. cap. 2 extr. *Honoribus perfunctos an juvenes? privatos, an e magistratibus?* Vid. Salmas. ad Capitolin. p. 169. Bernegg. ad Sueton. August. cap. 32. Rupert. ad Vellejum p. 112. ¶ 5. Sequentibus temporibus *privati* etiam dicti, qui milites non essent, *pagani* alias appellati, de quo eruditissimus JCtus Jacobus Gothofredus in illa præclara Diatribe ad l. Quisquis. Cod. Theodos. ad L. Corneliam de Sicariis cap. 10 videndus est. Gloss. Cyrilli: ἰδιώτης ὁ κοινός, *Privatus, Paganus, Plebejus.*

¶ Prīvātim, adverbium, besonders, für sich. Cic. de Invent. lib. 1 cap. 4 *Eloquentiâ, & privatim, & publice homines perverse abutuntur.* Et, *Privatim aliquid gerere*, Idem 5 de Fin. c. 20, etwas für sich selbst fürhaben. Sed, *Mandare rem alicui aliquam privatim*, id est, peculiariter, Idem pro S. Rosc. cap. 39, einem seine sache sonderlich befehlen. ¶ 2. Clam, in occulto, in geheim. Sallust. Bell. Catil. cap. 11 *Vasa cælata privatim, ac public[illegible] apere.*

¶ Privatus, ûs, subst. proprietas, die eigenschafft. Tertullian. de Pœnit. cap. 2 *Pœnitentia delinquentium privatus.*

¶ Privātio, ōnis, στέρησις, der mangel, die benehmung, beraubung; ut, *Privatio doloris, sensuum*, &c. Cic. 2 de Fin. cap. 9 extr. Vox philosophica, pro qua tamen alii *Carentiam* dici malint. Sed neque hoc, *Carentia*, satis latinum est, aut probatum aliqua auctoritate.

¶ Privatitius, a, um, privandi vim habens, beraubend. Gloss. lat. gr. *Privatitia*, στερητικά.

¶ Prīvātīvus, a, um, idem. Vox hæc philosophica jam usurpata Gellio lib. 5 cap. 12 *Pars privativa*; scilicet in vocabuli compositione, ut *vesanus*, *vecors.* Et lib. 13 cap. 22 NE *particula privativa est.* Quod si magis latine philosophorum mentem vis exprimere, audi Ciceronem in Topicis cap. 11; *Sunt alia*, inquit, *contraria, quæ PRIVANTIA licet appellemus latine, græce appellantur* στερητικά.

¶ Privērus, a, um, idem ac *privatus*: ut, *priveræ mulieres*, Festus.

¶ Prīvignus, i, quasi *privi genus*, vel *privi generis*, hoc est, singulariter, seorsim ex alio vel alia conjuge genitus, filius nempe mariti ex uxore, aut uxoris ex marito priori, ein stieffsohn. Sallust. Catilin. c. 15 *Aurelia nubere Catilinæ dubitabat, timens privignum adultum ætate.* Columell. lib. 10 v. 163 adjective:

Privignatque rogat proles.

¶ Prīvigna, æ, eine stiefftochter. Cicer. lib. 13 ad Attic. epist. 20 *De uxore Tuberonis & privigna neque possum jam addere, neque Tuberonem volo defendere.*

¶ Prīvilēgium, i, quasi *priva lex*, vel quæ privis hominibus datur, ein gesetze, das einzele personen insonderheit betrifft, eine freyheit, begnadigung. Festus: PRIVOS, PRIVASQVE *dixerunt antiqui pro singulis: unde & privata dicuntur, quæ unicuique sunt. Hinc igitur & privilegium.* Cicero pro Domo sua cap. 17 pr. *Vetant leges sacratæ, vetant XII tabulæ, leges privis hominibus irrogari: id est enim privilegium.* Et lib. 3 de LL. c. 19 *Majores in privos homines leges ferri noluerunt: id est enim privilegium.* Atque videtur Vlpianus quoque *privilegia* parum probasse L. 8 D. de Legibus. Sic, *Irrogare alicui privilegium*, Cicero pro Sextio cap. 30. *Ferre de aliquo privilegium*, Idem Paradox. 4 extr. vid. Gellium lib. 10 cap. 20.

¶ Privilegiārius, a, um, befreyet, privilegirt. Lege 10 Dig. de Pactis: *Sed an & privilegiariis absentibus hæc pactio noceat*, &c. At *Privilegiatus*, pro eo, *qui*, ut Seneca loquitur, *privilegium habet*, barbarum est. vid. Cellar. Antibarb. p. 84.

PRO, ach! interjectio indignantis & admirantis, quam & adjecta adspiratione quidam scribunt, *Proh.* ¶ Vocativo & accusativo præponitur; ut, *Pro sancte Jupiter*, Cic. 2 Philipp. cap. 13. *Pro curia, inversique mores*, Horat. 3 oda 5 v. 7. *Pro Deûm atque hominum fidem!* Terent. Heaut. a. 1 sc. 1 v. 9. Et Livius lib. 22 cap. 14 *Tantum, proh dolor! degeneramus a parentibus nostris*, *ut* &c.

PRO, præpositio, für, an statt. Terent. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 89 *Minas viginti pro ambobus dedi*, für beyde oder um beyde. Ead. fab. a. 5 sc. 4 v. 19 *Ego te pro istis dictis & factis ulciscar*, id est, propter, um dieser worte und that willen. *Hic non pro me, sed contra me est*, Cicer. 3 de Orat. cap. 20. *Pro me*, id est, a meis partibus est: meam tuetur caussam, auf meiner seite. Tacitus 4 Histor. cap. 46 *Prætorianam militiam repetebant a Vitellio dimissi, pro Vespasiano congregati.* Eodem lib. cap. 78 *Cuncta pro hostibus erant:* id est, hostium res adjutabant, promovebant. Curt. 4, 14, 15 *Quæ antea pro illis erant, in contrarium conversa sunt:* i. e. quæ illos defendebant. Colum. de R.R. 3 cap. 5 *Quod minime reor esse pro agricola*, i. e. minime reor, in usum agricolæ cedere. *Pro mea parte*, Cic. 5 fam. epist. 2 sub fin. so viel mein theil belanget, meines orts. *Habere aliquid pro beneficio*, id est, loco, vel in loco beneficii, Brutus epist. 16 ad Ciceronem, für oder an statt einer wohlthat achten. Sic, *Habere aliquem pro hoste*, Livius lib. 2 cap. 20. *Gerere se pro cive*, Cic. pro Arch. cap. 5, sich vor einen bürger ausgeben. Terent. Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 25 *pro eunucho deduci*, est, sub specie ac persona eunuchi, ac si eunuchus esset, quod non erat. Nepos Datame cap. 6 *In vulgus edit Mithrobarzanem profectum pro perfuga, quo facilius receptus, hostes interficeret*, als wäre er ein überläuffer. Plautus Menæchm. a. 2 sc. 2 v. 24

Pro sano loqueris, cum me appelles nomine:

Ita loqueris, ut sanus videaris, quamvis non sis: Nam supra Menæchmus, qui hoc pronuntiat, Cylindrum, ad quem hic sermo est, *insanum* vocaverat, v. 9 & v. 18. Sic, *pro uxore habere*, id est, loco uxoris habere, sive ita habere, ut videatur uxor, quamvis non sit, Terentius dixit Andriâ a. 1 sc. 1 v. 119. *Vnus Cato mihi est pro centum millibus*, Cic. ad Attic. lib. 2 epist. 5. *Pro certo habere*, Quintil. lib. 5 cap. 10, für gewiß halten. Et, *pro certo dicere*, Terent. Adelph. a. 3 sc. 4 v. 32, für gewiß sagen. Et, *pro comperto adserere*, Livius lib. 35 cap. 29, id est, ut rem certam nuntiare. *Pro nihilo ducere, putare*, Cicer. in Verrem 1 cap 7. Sed, *pro tempore*, der zeit und gelegenheit nach. Ita Livius lib. 30 cap. 10 *His raptim pro tempore instructis*, prout tempus ferebat, nach gelegenheit der zeit. Adde Virg. eclog. 7 v. 35, & Justin. lib. 11 cap. 1 n. 8. Male autem vulgo dicitur *pro tempore*, zur zeit, oder zu der, oder ietziger zeit: quod Latini efferunt *jam, hoc tempore.* Sic, *Pro conditione*, Quintil. lib. 3 cap. 6. Et, *Pro mea consuetudine*, Cic. 1 ad Attic. epist. 5. *Pro modo virium*, Quintil. lib. 2 cap. 4. *Pro facultate*, Idem lib. 6 cap. 5, nach vermögen. Sic, *pro mea virili*, scil. *parte*, ut integre Ovidius 2 de Ponto epist. 1 v. 17 *pro parte virili.* Et, *Pro re*, nach gelegenheit der sachen, Item, nach vermögen, unserm vermögen nach. Terent. in Heaut. a. 5 sc. 1 v. 67 *Duo talenta pro re nostra ego esse decrevi satis.* At, *Pro re nata*, Cic. 7 ad Attic. epist. 8, dieweil es also gefallen, gerathen ist. *Agere omnia pro suo jure*, Terent. Adelph. a. 1 sc. 1 v. 27. Idem in Phorm. a. 1 sc. 4 v. 19 *Satis pro imperio*, id est, imperiose satis, du machst dich gewaltig genung. *Pro concione agere aliquid*, für der gemeine: *Pro suggestu*, auf der cantzel, Cæs. 6 B. Gall. cap. 3. In quibus exemplis, *Pro*, idem fere est quod *ante.* Ita, *pro tribunali*, Cic. 3 fam. epist. 8. Et, *pro pedibus aliquid abjicere*, Apulej. Apolog. *Pro oppido collocare copias: pro vallo, pro castris constituere legiones*, Cæsar 7 de B. G. c. 70 & 71. *Pro gradibus palatii*, Sueton. Nerone c. 8. *Pro portis*, Tacitus 5 Histor. c. 11. *Pro se quisque*, ein ieder nach seinem vermögen, quantum quisque valet & potest: Virgil. lib. 12 Æn. v. 552

Pro se quisque viri summa nituntur opum vi.

Plautus Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 56

Pro se quisque, id quod quisque potest & valet,
Edit, ferit.

Terent. Heaut. a. 1 sc. 1 v. 74 *Pro se quisque sedulo faciebat.* Idem Hecyrâ a. 3 sc. 1 v. 30 *Pueri inter se pro levibus noxis iras gerunt*, hoc est, de vel propter leves noxas. ¶ 2. Comparationibus etiam elegantissime *Pro* inservit, sive *Quam pro.* Livius lib. 21 c. 29 pr. *Prælium atrocius, quam pro numero pugnantium, editur:* & cap. 59 *Major Romanis, quam pro numero jactura fuit*, der zahl nach. Idem Liv. 36 c. 10 *Castra metatus latius, quam pro copiis.* Plura de natura atque ingenio hujus præpositionis, vide apud Gellium lib. 2 c. 3. ¶ 3. *Pro & contra*, sordes sunt latinitatis, quæ lubet dicere *in utramque partem:* Cic. lib. 11 epist. 29 *In utramque partem in mentem multa veniebant.* Cæsar lib. 1 de B C. cap. 86 *Paucis cum esset in utramque partem verbis disputatum* ¶ 4. In compositione etiam *palam* significat, ut Festus docet. Horat. lib. 1 epist. 1 v. 54

Hæc Janus summus ab imo Prodocet.

Ita enim legendum est, ut jamdudum docti monuerunt. Vide Torrentium, Lambinum.

¶ Prŏin, Proinde, adverb. significat *ideo, quapropter*, derowegen, deswegen. Terent. Eunuch. a. 1 sc. 1 v. 11 *Proin tu, dum est tempus, etiam atque etiam cogita.* Et Cicero lib. 12 fam. epist. 6 *Proinde fac, magnum animum habeas.* Idem Catil. 2 cap. 5 *Proinde aut exeant, aut quiescant.* ¶ 2. Interdum idem est quod *perinde*, eben also. Terent. in Phorm. a. 2 sc. 3 v. 35 *Proinde expiscare, quasi non nosses*, du forschest also darnach, gleich als wüstest es nicht. Et Heaut. a. 1 sc. 1 v. 13

proinde quasi nemo siet,
Ita tute attente illorum officia fungere.

Et observat Fabricius, usum vocis istius in objurgationibus præcipue esse. *Proinde ut*, id est, *prout.* Plautus Amphitr. a. 3 sc. 3 v. 18

Recte loquere, & proinde, diligentem ut uxorem decet.

Et v. 26

hæc curata sint
Fac sis: proinde adeo ut me velle intelligis.

¶ Proquam, Prout, vide in *Quam* & *Vt.*

PROAERĔSIS, is, προαίρεσις, propositum animi firmum & constans, ein vorsatz. vid. Micræl. Lex. Philos. p. 1136.

¶ Proæretĭcus, a, um, προαιρετικός, quod fit a sciente & volente, vorsetzlich.

PROAGŌGIVM, i, προαγώγιον, lenocinium, kuppeley; a προαγωγεῖν, i. e. *perducere, lenocinari.* Sueton. Nerone c. 28 *Super ingenuorum proagogia, & nuptarum concubinatus*, &c. ¶ 2. *Proagogia*, aquarum sunt deductiones, pori meatusque, wassergänge. vid. Cœl. Rhodig. 7 c. 6.

Proamita, Proavus, &c. vide supra *Amita, Avus.*

Probabilis, probatio, probator, &c. probitas, vide paullo post *Probus.*

PROBLĒMA, ătis, πρόβλημα, propositio cum interrogatione, ein fragstück. Librum problematum de caussis rerum naturalium scripsit Aristoteles. Cic. 12 ad Attic. epist. 2 *Jam explicandum est πρόβλημα, si quid acturus es.* Et Suetonius de Grammat. cap. 4 *Institutionum ad eloquentiam parandam quædam genera, ut problemata, periphrases, elocutiones* &c.

Prŏbo, probare, vide post paullo in *Probus.*

PRŎBŎLE, es, προβολή, prolatio, emissio, editio, die herfürbringung, schaffung. Tertullian. Præscr. adv. Hæret. cap. 46 *Infinitæ angelorum editione: & probolæ.* Idem adv. Praxean c. 8 *Cognosce probolen veritatis;* ubi ipse exponit *prolationem rei alterius ex altera.*

PRŎBOSCIS, ĭdis, fœmin. προβοσκίς, rostrum elephanti, quam & *manum* Plinius lib. 8 cap. 12 vocat, quod ea, tamquam manu, utatur, der rüssel eines elephanten. In hac parte facile vulnerantur elephanti. Florus lib. 1 cap. 18 *C. Minucius quartæ legionis hastatus, unius proboscide abscissa, mori posse belluas ostenderat. Proboscis* vero dicta, quod ante depascat; & est porrecta corporis pars, quæ, excepto homine, etiam in aliis animalibus reperitur, die schnautze des thiers, uti ex Varrone docet Nonius c. 1 n. 241.

PRŎBRVM, i, dedecus, ignominia, injuria, crimen, schmach, schimpff, vorwurff; ut, *Epistola plena probrorum*, ein schmähebrieff, Cicer. ad Atticum lib. 11 epist. 9. *Probrum alicui inferre*, Idem pro Cœl. c. 18, einen schmähen. Sic, *Probra dicere alicui*, Ovid. 3 Art. am. v. 49. *Probri insimulare*, Cic. Philipp. 2 c. 38, unehre zeihen. *Probrum objicere*, Idem 2 de Orat. c. 70, einem seine schande aufrücken. Et, *Objicere ut probrum*, Idem. *Probro respergi*, Tacit. 1 Hist. c. 48 n. 6. Et Plaut. in Trucul. a. 1 sc. 2 v. 58 *Qui alterum incusat probri, ipsum se intueri oportet. Falsum probrum ultra aures non penetrat.* Et, *Esse in probro*, Terent. in Phorm. a. 5 sc. 4 v. 6, in schanden stecken. *Probro esse*, Cic. pro S. Rosc. cap. 17, schmählich seyn. Festus: PROBRVM, *stuprum, flagitium.* Plaut. Amphitr. a. 1 sc. 2 v. 13

Amphitruo actutum uxori turbas conciet,
Atque insimulabit eam probri:

id est, adulterii. Suetonius similiter Cæsare cap. 43 *Digressam a marito post viduam statim duxerat, quamvis sine probri suspicione*, id est, sine suspicione adulterii caussa repudiatam. Idem *probrosas fœminas* Domitiano cap. 8 dixit stupris & lenociniis infames.

¶ Prŏbrōsus, a, um, schändlich, schmählich, schimpfflich; ut, *Probrosum crimen*, Cic. pro Fontej. cap. 12. *Vitâ probrosus*, Tacitus 3 Annal. cap. 68. Et, *Probrosa adversus principem carmina factitare*, Idem Annal. 14 cap. 48. *Senatus motus probrosior quisquis*, Aurel. Victor cap. 9 in Vespasiano. Et, *Quo nihil probrosius duco*, Plin. lib. 22 cap. 6. *Probrosissima mulier*, Lamprid. Heliogab. cap. 18. *Fœminas probrosas* modo ex Suetonio notavimus. *Probrosissimi avaritia, luxuria, iniquitate*, Tertullian. lib. 1 ad Nation. cap. 5 pr.

¶ Probrōse, adverb. idem. Gellius lib. 17 cap. ult. *Cum Demostheni, quod fugerat, probrose objiceretur.*

¶ Probrōsitas, ātis, die schändlichkeit. Salvianus lib. 3 de Gubern. Dei pag. 92 *Morum probrositas.* Et pag. 94 *Hæc mala & omnem vitiorum probrositatem ad servos fortasse quidam, & ad abjectissimos quosque referendam putant.*

¶ Probro, āre, vituperare, schelten. Vnde

Composita:

¶ Apprŏbro, āre, verweisen. Apulej. Apolog. *Approbrare crimen alicui.*

¶ Exprobro, avi, atum, āre, fürwerffen, aufrücken, verweisen: ut, *Exprobrare ingrato meritum*, quod est, immemorem beneficii accepti incusare, Ovid. Heroid. epist. 12 v. 21. Cicer. de Amicit. c. 20 *Odiosum sane genus hominum est, officia exprobrantium, quæ meminisse debet is, in quem collata sunt; non commemorare, qui contulit.*

¶ Exprobrātio, ōnis, die vorrückung, der vorwurff: ut, *Exprobratio immemoris beneficii*, Terent. in Andr. a. 1 sc. 1 v. 17, quæ vitio non caret, cum *quædam*, ut Plinius ait, *beneficia beneficia non sint, si commemores.*

¶ Exprobrātor, ōris, ein fürhalter, vorrücker, verweiser. Seneca Controvers. 21 *Oderant me patres, quasi publici magi segregem exprobratorem.* Et lib. 1 Benefic. c. 1 *exprobratores & exactores.*

¶ Expro-

¶ Exprobratrix, icis, eine verweiserin. Seneca 7 de Benefic. c. 22 *Ut hac nimia & exprobratrix memoria subsideret, oblivisci eum, qui dedit, jussimus.*

¶ Exprobrābilis, e, verweißlich, schimpflich, Vulg. Interpr. Proverb. c. 18 v. 1.

¶ Improbro, āre, beschimpffen, verunehren. Plaut. Mercat. a. 5 sc. 4 v. 8 *Qui bono sunt genere nati, si sunt ingenio malo, suapte culpa degener capiunt genus, ingenium improbrant.* Alii aliter.

¶ Opprobro, āre, fürwerffen, fürhalten. Plaut. Mostell. a. 1 sc. 3 v. 143 *Egone id exprobrem, qui mihimet cupio id opprobrarier?* Idem Truc. a. 2 sc. 2 v. 25 *Rus tu mihi opprobras?* Et Gellius lib. 17 cap. 1 extr. *Ut opprobraret adversariis, ac per facetias ostentaret, facere eos deridiculum,* &c.

¶ Opprobrātio, ōnis, die beschimpffung, vorrückung; ut, *Sine opprobratione acerba reprehensionis,* Gellius lib. 2 cap. 7.

¶ Opprobramentum, i, die schmachrede. Plaut. Merc. a. 2 sc. 3 v. 87 *Facere aliquid damni mavolo, quam opprobramentum aut flagitium muliebre efferri domo.*

¶ Opprobrium, i, exprobratio, convicium, probrum, objectum, schmach, schimpf, schande. *Esse alicui opprobrio,* schimpflich seyn, Ovid. 2 Trist. v. 445. Sic Horat. 1 satyr. 4 v. 128

Sic teneros animos aliena opprobria sæpe
Absterrent vitiis.

Idem lib. 3 oda 24 v. 4 *Magnum pauperies opprobrium, jubet*
Quidvis & facere & pati.

¶ Opprobriōsus, a, um, plenus opprobrii, schimpflich, disreputirlich. Lege 40 § 1 Cod. de Episc. & Cler. *Absurdum clericis est, immo etiam opprobriosum,* &c.

PRŎBUS, a, um, bonus, rechtschaffen, gut, fromm, aufrichtig; ut, *Ingenium probum,* Cic. 1 Offic. cap. 29, eine gute art. *Argentum probum,* Livius 32 cap. 2, rechtschaffen silber. *Mores probi,* Horat. Carm. Secul. v. 45. *Proba merx,* Plaut. Pœn. a. 1 sc. 2 v. 129, ungefälschte waare. Vet. Gloss. *Probus,* αἰδήμων, δόκιμος, καθήκων, ἐλεύθερος, εὐδόκιμος. ¶ 2. Plautus *Probus,* ut observavit Scioppius, non raro pro *opportuno & commodo* posuit: ut Mostell. a. 2 sc. 1 v. 60

Plumâ haud interest, patronus an cliens probior siet
Homini, cui nulla in pectore est audacia.

Cicer. 7 fam. epist. 5 ad Cæsarem: *De quo tibi spondeo, probiorem hominem esse neminem.* Vetus Inscriptio apud Gruter. p. 647 n. 5 MEMORIAE AETERNAE &c. HOMINIS PROBISSIMI.

¶ Prŏbe, adverb. recht, wohl, gut; mire a Comicis usurpari solet. vid. Parei Lex. Crit. p. 989. Sic, *probe intelligere,* Terent. Eunuch. a. 4 sc. 6 v. 30. *Probe scire,* Cicer. 2 fam. epist. 12. *Probe meminisse,* Idem 3 de Orat. cap. 50. *Probe discere,* Plin. lib. 2 epist. 18. Et, *Probissime,* Terent. Adelph. a. 3 sc. 3 v. 65.

¶ Probiter, aliud adverb. idem. Varro apud Nonium cap. 11 n. 13 *opifice non probiter strepere.*

¶ Prŏbĭtas, ātis, die frömmigkeit, das rechtschaffene wesen. Cic. de Amic. cap. 9 *Probitatis tanta vis est, ut eam in iis, quos nunquam vidimus, vel quod majus est, in hoste etiam diligamus.* Sallust. in Bell. Jugurth. cap. 14 *Parum tuta per se ipsa probitas.* Juvenal. sat. 1 v. 74

Probitas laudatur & alget.

Curtius lib. 4 cap. 2 de Abdolonimo, qui regiæ stirpis ex suburbani horti cultu se sustinebat: *Caussa,* inquit, *ei paupertatis, sicut plerisque probitas erat.* Proprie probitas αἰδὼς est *pudor:* quamquam longius porrigi cœperit. Unde *probus inverecundo* opponitur: Sallustius de Pompejo apud Sueton. de Clar. Grammat. cap. 15 *Oris improbi, animo inverecundo.* Sic Vetus Interpres apud Luc. c. 11 v. 8 ἀναίδειαν, *improbitatem* non male vertit, Grotio censente.

¶ Prŏbo, avi, atum, are, id est, ostendere, evincere, obtinere, ut aliquid verum, justum, laude dignum habeatur, billichen, für gut ansehen, gut heissen, beweisen, bewähren. Ovid. Met. 7 v. 20 *Video meliora, proboque,* &c. Cic. de Senectute cap. 10 extr. *Mihi neutiquam probari potuit tam flagitiosa libido,* ich habe es nicht recht sprechen können. *Libros, quos in manibus habeo, ut spero, tibi valde probabo,* Cicer. 4 ad Attic. epist. 14, sie sollen dir verhoffentlich nicht übel gefallen. *Probare diligentiam suam in re aliqua,* Idem sub fin. Divinat. in Verrem, darthun, gläublich machen. *Probare se pro eunucho,* Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 83, davor ausgeben. Cicero 5 Verrina cap. 1 *Cum vulgo loquerentur, suppositum in ejus locum, quem pro illo probare vellet.* Sed, *probare se alicui,* sich wohl halten, so erweisen, daß man nichts an ihm zu tadeln habe: Cic. 2 de Fin. cap. 25 *Multis se probavit.* Et pro Ligario cap. 1 *Qua in legatione & sociis & civibus se ita probavit, ut,* &c. Et Accius apud Nonium: *Probis probari potius, quam malis, decet.* ¶ 2. Item, verum rectumque agnoscere aliquid, & sic laudare ac commendare, loben. Unde & Cicero *probare & laudare* conjunxit lib. 7 fam. epist. 1. Sic, *Probare aliquid in aliquo,* Idem 2 de Finibus cap. 1. Et, *Nemini probatur,* id est, nemo laudat, niemand lobet es, 3 Verrin. cap. 6. ¶ 3. Demonstrare, argumentando planum facere, erweisen, beweiß führen. Quintil. 1 cap. 10 *dialectice probare.* Plaut. Bacch. a. 4 sc. 4 v. 53 *Quid mihi refert Chrysalo esse nomen, nisi factis probo?* conf. Lucret. 2 v. 932. ¶ 4. Item, δοκιμάζειν, experiri, explorare, prüfen, versuchen. Ovid. Pont. 3 epist. 2 v. 38 *Et tales animos barbara turba probat.*

vid. Goclen. in Observat. L. L. p. 188. Cæs. B. G. 5 cap. 44 *Quem locum probandæ virtutis tuæ exspectas?* Cicero apud Nonium c. 2 n. 720 *Difficile est probatu.*

¶ Prŏbātus, a, um, bewährt, geprüft; ut, *Probata alicujus fides, virtus* &c. *Probata & spectata maxime adolescentia,* Lucil. ap. Nonium cap. 5 n. 60. *Res probata,* gebillichet, Nepos 14, 6, 5. *Minus probatus parentibus,* mit dem die eltern nicht zu frieden seyn, Idem 2, 1, 2. Et, *Probatior primoribus patrum juvenis,* Livius lib. 27 c. 8. *Probatissima fœmina,* Cicer. pro Cæcin. cap. 4. *Gratulatio tua est mihi probatissima,* Marcellus Ciceroni 4 fam. epist. 11.

¶ Probātio, ōnis, examen, die prüfung, versuchung, musterung. Varro R. R. 1 cap. 20 *De quadrupedibus prima est probatio, qui idonei sint boves.* Cic. Off. 1 cap. 40 *In athletarum probatione.* Val. Max. 2, 2, 9 *Equitum probatio.* ¶ 2. Demonstratio, die beweisung. Cic. pro Fontej. cap. 4 *Falsum est ob probationem.* Idem Verr. 1 cap. 54 *Probatio futura est tua.* Sic, *inexpugnabilis,* sic, *firma,* sic, *evidens probatio,* ein starcker beweiß, Quintil. lib. 5 cap. 10.

¶ Prŏbābĭlis, e, verisimile, gläublich, wahrscheinlich; ut, *Non est probabile,* Cic. 4 in Verr. cap. 63, es ist der wahrheit nicht gemäß. Idem in Paradox. 1 c. 1 *Nihil est tam incredibile, quod dicendo non fiat probabile.* Et, *Probabilis orator,* id est, probandus, commendandus, cujus oratio facile fidem apud omnes invenit, lobens werth, Nepos in Catone cap. 3. Et, *Probabilior orator,* Cic. 2 de Orat. c. 36. Sic & *Probabilis caussa:* Tacitus 6 Annal. cap. 14 *Nullas probabiles caussas longinquæ peregrinationis adferebat.* Sic, *Probabilius edictum,* Gellius lib. 20 cap. 1. Et Val. Maximus lib. 6 cap. 2 pr. *Libertas* [dicendi] *vulgi auribus gratior, quam sapientissimi cujusque animo probabilior est.*

¶ Probābĭlĭter, adverb. verisimiliter, glaubhafft. Livius lib. 33 cap. 28 *Multa in eam partem probabiliter argumentatus.* Idem lib. 42 c. 48 *Insidiarum crimen maxima curâ, minime tamen probabiliter defensum.* ¶ Item recte, cum applausu, modo approbando, rechtschaffen, löblicher weise. Vellejus lib. 2 cap. 46 *Consulatus probabiliter gestus.* Compar. *Probabilius,* apud Valer. Max. lib. 2 cap. 8 n. 2.

¶ Probabĭlĭtas, ātis, similitas veri, die wahrscheinlichkeit, glaubhafftigkeit. Cic. 4 Acad. cap. 24 *Multa sunt, quæ nos fallant, probabilitate magna.* Idem 3 de Fin. cap. 21 *fallere probabilitate captiosa.*

¶ Prŏbātor, ōris, der etwas billichet. Cic. 2 Philipp. cap. 12 *Quid interest inter suasorem facti, & probatorem?* Apulej. de Deo Socrat. p. 51 *Bonorum probator.* Ovid. Pont. 2 epist. 2 v. 105 *Ingenii probator.*

¶ Probatōrius, a, um, quo probatur, prüfend, apud Jurisconsultos. Hinc

¶ Prŏbātōria, æ, fœm. ein attestat, zeugniß. Lege 3 Cod. de agent. in reb. *Nemo sine divali probatoria, quam codices in sacro nostro scrinio memoriæ positi debeant inserendam accipere, militaribus ejusdem devotissimæ scholæ stipendiis vel privilegiis potiatur.*

¶ Probamentum, i, pro specimine, probatione, die probe, prüfung, Rufinus præfat. in Orig. περὶ ἀρχῶν, quæ in Hieronymianis epistolis est 63, usus est. Exstat quoque in extremo titulo, seu Lege ult. Cod. Theodos. de Prædiis naviculariorum. Et Martian. Capella lib. 7 *Indubitabile probamentum.*

¶ Proba, æ, idem. Ammian. lib. 21 cap. ult. in fin. *Annonæ militaris indicia, ut ipsi nominant probam.* vid. ibi Vales. Et Impp. Valentin. & Valens l. unic. C. de strator. *ut stratoribus unus tantum solidus probæ nomine posceretur.*

Composita:

¶ Adprŏbus, a, um, id est, admodum probus; τὸ *Ad* enim in compositione sæpius vim augendi habet, sehr gut. Cæcilius in Triumpho: *Herodes hospes est mihi, adolescens adprobus,* Gellius lib. 7 c. 7.

¶ Adprŏbe, adverbium, valde probe, Gellius loco cit.

¶ Apprŏbo, are, billichen, loben; ut, *Una voce & consensu approbare,* Cic. in Pison. cap. 3. *Omnium assensu approbari,* Idem 3 de Fin. c. 8. Et, *Dii approbent,* lib. 2 fam. epist. 15. *Diis hominibusque approbantibus,* Idem 1 fam. epist. 9. ¶ 2. Est & demonstrare, & verum, justum, decorum & laude dignum aliquid ostendere, nec quicquam falsi probrive inesse, gefällig machen, bestätigen. Tacitus 15 Annal. cap. 59 *Dum ipse majoribus, dum posteris, si vita preriperetur, mortem approbaret.* Idem in Agricola c. 42 *Operam suam in approbanda excusatione offerre.* Ubi *Approbare excusationem,* est, veram & justam ostendere, ut admittatur. Similiter Suetonius Augusto cap. 12 *Et quo magis pœnitentiam prioris sectæ approbaret,* &c. i. e. evinceret ac declararet, non fictam, sed veram pœnitentiam esse.

¶ Apprŏbātus, a, um, gebillichet, gewilliget. Quintil. 2 cap. 17 *Approbatus ab omnibus.* Et Cic. de Fin. 3 cap. 8 *Omnium assensu approbatum.*

¶ Apprŏbātio, ōnis, die bewilligung, billichung, gutheissung. Cicer. 2 Tusc. cap. 1 *Effectus eloquentiæ est audientium approbatio.*

¶ Approbātor, ōris, der etwas für gut ansiehet und billichet. Cic. ad Attic. 16 epist. 7 *Quamvis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certe fuisti.* Gellius lib. 5 cap. 21 *Subscriptores approbatoresque hujus verbi habemus.*

¶ Comprŏbo, are, idem fere quod approbare, bewilligen, beweisen, bekräfftigen; ut, *Laudare aliquid, & vehementissime comprobare,* Cic. pro Lege Manil. c. 24 pr. *Legem comprobare,* Livius lib. 34 cap. 3. *Beneficium verbis initum, re comprobare,* Terent. Andr. a. 5 sc. 1 v. 5, mit der that beweisen. *Comprobat hominis consilium fortuna,* Cæsar lib. 5 extr. de B. Gall. *Matris somnium immanis filii crudelitas comprobavit,* dessen grausamkeit hat den traum wahr gemacht, Cic. de Divin. 1 cap. 23.

¶ Comprŏbātus, a, um, versucht, bestätiget. Cic. pro Cœl. cap. 24 *Alicujus perceleri interitu comprobatum venenum.* Vellej. 2, 62, 4 *Senatus decretis comprobatum,* das vom rath ratificiret worden.

¶ Comprobātio, ōnis, die genehmhaltung; ut, *Comprobatio honestatis,* Cic. lib. 5 de Fin. cap. 22.

¶ Comprobator, ōris, der ein ding lobet; ut, *Facti, inventionis alicujus comprobator,* Cic. 1 de Invent. cap. 28.

¶ Imprŏbus, a, um, malignus, böse, gottloß, leichtfertig; ut, *Magister improbus,* Terent. Andr. a. 1 sc. 2 v. 21. *Improbæ divitiæ,* guth, das nicht fromm bleiben läßt, Horat. lib. 3 ode 24 v. 62. *Tamen ne illo quidem quidquam improbius,* Cicer. 7 fam. epist. 2. *Improbior satyram scribente cinædo,* Juvenal. sat. 4 v. 106. *Minister improbissimæ cupiditatis,* Cic. 3 in Verr. cap. 29. ¶ 2. Magnitudinis & nimietatis notio est in his: *Labor omnia vincit improbus,* &c. id est, continuus, molestus, nimio magnus, verdrießliche, stete, schwere arbeit, Virgil. 1 Georg. v. 145. Martialis lib. 12 epigr. 18 *Ingenio fruor, improboque somno.* Seneca epist. 94 *Improbum lumen,* nimium vocat. Sæpe hac voce ita usus Statius. ¶ 3. Audax, impudens, unverschämt; ut, *improba spes,* Lucan. lib. 5 v. 130. *Improba classis,* Florus lib. 3 c. 10.

¶ Imprŏbe, adverb. idem; ut, *Improbe facere,* nicht redlich handeln, Cic.

Cic. pro Rosc. Amer. cap. 36. *Improbissime respondere*, Idem in Pison. cap. 6. Et, *Improbissime loqui*, lib. 15 ad Att. epist. 5. *Improbius pauperes amant*, Quintil. Declamat. 15 sub fin. Et, *improbius natus*, Sueton. Vespas. cap. 23, id est, enormis proceritatis homo: vide ibi Gronov.

¶ Imprŏbŭlus, a, um, dimin. etwas böse. Juvenal. sat. 5 v. 74 *Fingere se improbulum.*

¶ Imprŏbĭtas, ātis, die unart, schalckheit, boßheit. Plin. lib. 2 cap. 23 *Mirum, quo procedat improbitas cordis humani, parvulo aliquo invitata successu.* Et, *Amicorum neglectio improbitatem coarguit*, Cic. pro Muræn. cap. 4. Proverbiale est, *Occasione duntaxat opus est improbitati*, vide Chiliad.

¶ Imprŏbo, are, rejicere, damnare, reprehendere, für unbillich achten, verwerffen, schelten; ut, *Improbare testamentum*, Plin. 8 epist. 18. Et Cic. 2 Orat. c. 37 *Ego ista studia non improbo, moderata modo sint.*

¶ Improbatus, a, um, verworffen. Cic. pro Fontej. cap. 4 *Multa improbata.*

¶ Imprŏbātio, ōnis, die verwerffung; ut, *Improbatio testium*, Auctor ad Herenn. lib. 2 cap. 6.

¶ Improbator, ōris, ein verwerffer. Apulej. de Deo Socrat. p. 51 *Malorum improbator, bonorum probator.*

¶ Improbābĭlis, e, unerweißlich, verwerfflich; ut, *Rationes non improbabiles*, Corn. Cels. præfat. Et, *Visio improbabilis*, Cic. 4 Acad. c. 11.

¶ Improbabĭlĭter, adverb. idem. Salvianus de Gub. Dei lib. 4 p. 115 *Diximus utique, & improbabiliter diximus, nisi, quod diximus, comprobamus.*

¶ Reprŏbo, are, rejicere, adversari, ausmustern, verwerffen; ut, *Reprobare dolorem*, Cic. lib. de Finib. cap. 7. Gloss. Vet. *Reprobo*, ἀποδοκιμάζω, ἀθετῶ.

¶ Reprobatus, a, um, verworffen. Scævola JCt. *Statuas imperatorum reprobatas conflare.*

¶ Reprŏbātio, ōnis, die verwerffung, ausmusterung. Tertull. Apolog. cap. 13 *Nec electio sine reprobatione.* Idem adv. Judæos cap. 14 *Lapis offensionis post reprobationem adsumptus & sublimatus.* conf. de Fuga in persecut. cap. 1, & adv. Marc. 4 cap. 35.

¶ Reprobator, ōris, ein verwerffer; unde

¶ Reprobatrix, īcis, eine verwerfferin. Tertullian. lib. 4 contra Marcion. cap. 36 *Disciplina reprobatrix superbiæ.*

¶ Reprŏbābĭlis, e, verwerfflich. Irenæi Interpr. 4 cap. 54 *Reprobabili mente.* Et Sarisb. 7 cap. 20 *Reprobabilem consecrare.*

¶ Reprobātītius, a, um, idem. Gloss. *Reprobatitius*, ἀποδοκιμαστέος.

¶ Reprŏbus, a, um, verworffen. Vulg. Biblior. Interpr. Rom. c. 1 v. 28. Et in Vet. Gloss. *Reprobus*, ἀδόκιμος. Et Ulpian. l. 24 § 1 ff. de pign. act. *Qui reprobos nummos solvit creditori.*

PRŎCA, vel Procas, æ, rex Albanorum, Aventini filius, Amulii & Numitoris pater. vid. Liv. 1 c. 3. Aur. Vict. de Vir. Illustr. c. 1. Ovid. Met. 14 v. 622 *Jamque Palatinæ summam Proca gentis habebat.*

Conf. Idem 4 Fast. v. 52, & 6 Fast. v. 143. Virg. Æn. 6 v. 767

Proximus ille Procas Trojanæ gloria gentis.

Procacia, procacitas, procaciter, procax, vide paullo post in *Proco.*

Procalo, Procedo, Proceleusmaticus, vide supra *Calo, Cedo, Celeusma.*

Procella, procellosus, è, vide supra *Cello.*

PRŎCĒRES, um, plurale, exstantes trabium partes, die kragsteine, secundum Servium in Virg. Æn. 1 v. 740. ¶ 2. Et primarii civitatis, die fürnehmsten häupter, grosse hansen, obersten. In qua significatione tamen & *Procer* in singulari apud Juvenalem satyr. 8 v. 26, & Capitolinum in Maximinis cap. 1 invenitur. Sic, *Proceres Latinorum*, Livius lib. 1 cap. 45. *Proceres rerum*, Silius lib. 11 v. 142. Et, *Castrorum proceres*, Lucan. lib. 7 v. 69. Et Paulinus de vita Martini lib. 6 v. 20

Interea trepido vicinia mœsta pavore
Pallebant tanti proceris discrimine.

¶ 3. *Proceres gulæ*, schlemmer, Plin. lib. 9 cap. 17.

PRŎCĒRUS, a, um, in longitudinem productus, hoch, in die höhe aufgeschossen, länglicht; ut, *Alni proceræ*, Virg. eclog. 6 v. 63. *Fraxini proceræ*, Horat. 3 od. 25 v. 16. *Procerissima populus*, Cicer. lib. 1 de Leg. cap. 5. Et, *Procero corpore sues*, Varro lib. 2 de R. R. cap. 1, langseitige. Comp. *Longa procerior alno*, Ovid. 13 Met. v. 791. *Pinus procerior*, Palladius lib. 12 c. 7. *Procerissimæ alæ*, Columell. lib. 8 c. 2. *Gallorum quisque procerissimus ad pompam triumphi lectus*, Sueton. Calig. cap. 47.

¶ Procēre, adverb. lang. Compar. *procerius*; ut, *Brachium procerius projectum*, Cic. de Clar. Orat. cap. 59.

¶ Prōcērŭlus, a, um, dimin. etwas lang. Apul. 2 Florid. p. 351 *Manus ejus teneræ, procerula læva distantibus digitis nervos molitur.*

¶ Procērĭtas, ātis, die ausgestreckte höhe, länge; ut, *arborum proceritas*, Plin. lib. 6 cap. 32. *Corporum proceritas*, Idem Plin. 2 cap. 78. *Proceritas spatii*, Apulejus lib. 5 Miles. p. 169, de tractu loci seu longitudine viæ. Venusta corporis proceritas principibus auctoritatem conciliat: vide Bœcler. ad Corn. Nepot. 11, 3, 1, Rupertum ad Flor. 2, 14, 3, Freinshem. ad Curt. 6, 5, 29.

¶ Procerĭtūdo, ĭnis, idem. Solin. cap. 5 (Salmas. cap. 1 p. 6) *Sobolem nostri temporis per nascentium detrimenta decus veteris proceritudinis perdidisse.*

¶ Imprōcērus, a, um, non procerus, nicht lang. Tacitus Germ. cap. 5 *Terra pecorum fœcunda; sed pleraque improcera.* Gell. 4 cap. 19 *Corpora improcera.* Gloss. lat. gr. *Improcera*, εὐτελῆ, ταπεινά.

Processio, processus, procestria, vide *Cedo.*

PROCHOSAGRIOS, πρόχος ἄγριος, herba, lat. saxifraga, Apulej. de Herb. cap. 97.

Procidentia, procĭdo, prociduus, Procinctus, Procito, vide *Cado, Cingo, Cieo.*

Proclamo, &c. Proclino, &c. Proclivis, &c. vide *Clamo, Clino, Clivus.*

PROCLUS, i, Πρόκλος, philosophus fuit Platonicus & præses scholæ Atheniensis, Plutarchi Atheniensis, non Chæronensis, discipulus, cujus exstant quatuor hymni cum Orpheo excusi: in Platonem & Hesiodum etiam græci commentarii. Procli sphæram brevitate commendabilem in latinum convertit Linacer, quæ exstat. confer J. A. Fabricii Prolegomena in Marini Neapolitani Proclum, ubi ex Plutarcho in vita Coriolani observat, *Proclos* a Romanis dictos, qui absente sive procul versante patre nati essent; uti *Posthumios*, qui post patrem jam defunctum & humi datum. Plures ibi etiam Proclos enumerat. ¶ 2. *Proclus* alius, Constantinopolitanus fuit episcopus, B. Chrysostomi discipulus, & successor: qui adversus hæreticos quidem durius non egit: unde ab iis, qui omnia affectu suo metirentur, *Canis mutus* vocatus est: interea ille eos, qui hæresi essent infecti, oratione sua ita demulcebat, ut plus apud eos efficeret, quam alii acribus & asperis dictis, auctore Nicephoro lib. 14 Histor. Ecclesiast. cap. 37. Adde, quæ de Proclo scribit Socrates lib. 7 cap. 40, 41 & 42.

PRŎCO, are, & Procor, ari, erfordern, um etwas werben, geilen; a *prociendo.* Festus: *Procari poscere est; unde &* Proci *&* Procaces *meretrices ab assidue poscendo, & verbum* Procas, *i. e. poscis.* conf. Varro de L. L. 6 cap. 5, & Cicero ex Nonio mox citandus in *Procacitas.* Liv. Andron. apud Nonium c. 1 n. 92 *Parere vos majestas mea procat.* Et Seneca præf. Nat. Qu. lib. 4 *Plancus ajebat, non esse occulte, nec ex dissimulato blandiendum. Perit, inquit, procari, si latet.*

¶ Prŏcus, i, qui matrimonium alicujus appetit, ein freyer, der um eine zur ehe wirbet; item, ein löffelknecht, courtisan. Nonius l. c. *Proci dicti sunt matrimoniorum petitores.* Et Festus: *Proci uxorem poscentes in matrimonium.* Virg. Æn. 4 v. 534 *Rursusne procos irrisa priores Experiar.* Ovid. in epistola 1 Penelopes v. 88

Turba ruunt in me luxuriosa, proci.

Cic. de Clar. Orat. cap. 96 *Hos ignotos atque impudentes procos repudiemus.*

¶ Procatio, ōnis, die freyung, werbung. Apulej. Apolog. *Cum in hoc statu res esset inter procationem matris & metum filii.*

¶ Prŏcax, ācis, propriè petax & multa poscens, frech, fordernd. A *procari* enim est, unde, ut Festus ait, *meretrices* PROCACES, *ab assidue poscendo.* Terentius Heaut. a. 2 sc. 1 v. 15 *Mea est potens, procax, magnifica.* Ubi tamen PROCAX etiam superba, impudens, petulans interpretari potes. Ita enim æque hoc vocabulum sumitur. Vet. Gloss. *Procax*, αὐθάδης, ἰταμὸς, προπετής. Superbam sane seu arrogantem Bacchidem infra etiam ostendit Comicus ibid. a. 2 sc. 3 v. 122, cum ait: *Quæ solet quos spernere.* Tertullianus de Oratione c. 13 *Publicanus justificatior Pharisæo procacissimo discessit.* ¶ 2. Suetonius Othone cap. 2 *A prima adolescentia prodigus ac procax adeo, ut sæpe flagris objurgaretur a patre.* *Procax*, i. e. προπετὴς, protervus, petulans, muthwillig, leichtfertig, unverschämt. Terent. Hecyr. a. 1 sc. 2 v. 84 *Maligna multo, & magis procax facta illico est.* Sic, *Nequitiæ procaciores*, Martial. 5 epigr. 2. Et, *Procacissima ingenia*, Tacit. 2 Hist. cap. 87. ¶ 3. Libidinosus: *In fœminas procacior*, Columell. lib. 7 cap. 3. Et Capitolinus principio de Maximino Juniore: *Amatus a procacioribus fœminis.*

¶ Prŏcācia, æ, audacia in poscendo, kühne ansuchung, anwerbung. Auson. epist. 22 pr. *Quod nihil poscente me abnuis, magis acuis procaciam, quam retundis.*

¶ Procācĭtas, ātis, frechheit mit worten, ein frevelwort. Declam. in Sallust. sub Cicer. nomine cap. 1 *Non procacitate linguæ vitæ sordes eluuntur.* Ibidem: *In idem vitium incidam procacitatis.* Cicero 4 de Rep. apud Nonium cap. 1 n. 89 & 92 *A petendo petulantia, a procando procacitas nominata est.* Quoniam vero potentes, poscentesque sæpe ponunt pudorem, & audacius gerunt rem; itaque *Petulantia & Procacitas*, præter id, quod notat proprie, *protervium* etiam ac *improbitatem* significat, leichtfertigkeit, muthwillen. Plural. *O profanæ procacitates!* Salvian. de Gub. lib. 8 post initium.

¶ Procacĭter, adverb. freventlich; ut, *Stipendium procacius flagitare, quam ex more, & modestia militari*, Liv. lib. 28 cap. 24. *Procaciter ortus sermo*, Curt. lib. 8 cap. 1 n. 32. *Procacissime illudere*, ibidem n. 34. Et Tacitus Annal. 5 cap. 4 *Exercentibus plerisque per occultum, atque eo procacius, libidinem ingeniorum.*

¶ Rĕciprŏcus, a, um, quod alicunde profectum eo relabitur, seu remittitur, unde profectum est, das wieder zurück prallet, rückkehrig, abwechselnd. Ab antiquo *Reci* pro *Re* (unde etiam *Recipero* in *Paro*) & *Procus.* Varro L. L. 6 c. 5 ait, id nomen a *recipiendo* fictum, aut, quod poscere *procare* dicatur. *Amnis reciprocus*, Plin. 9 c. 57; &, *mare reciprocum*, lib. 5 c. 4, ebbe und fluth. Sic, *Reciproca Thetys*, Silius 3 v. 60. *Reciprocæ epistolæ*, Hieronymo epist. 6 ad Florentium, sunt mutuæ. ¶ *Pronomina reciproca*, quæ ad id, unde prodierunt, revocantur, vel, quæ ad nomina respiciunt, quorum caussa recipiuntur.

¶ Rĕciprŏco, are, recurrere, retrogredi, repetere, abwechseln, wiederhohlen. Livius lib. 21 cap. 57 *Cum jam spiritum intercluderet, nec reciprocare animam sineret.* Cicero lib. 1 de Divinat. cap. 6 princip. *Siquidem ista sic reciprocantur, ut, si divinatio sit, Dii sint; &, si Dii sint, sit divinatio.* Et, *Reciprocare manu telum*, Gellius lib. 9 cap. 11. *Aërem vitali reciprocare spiritu*, Arnob. lib. 1. Vide & Festum, apud quem *Reciprocare* pro *ultro citroque poscere* usi sunt Pacuvius & Plautus. Silius 15 v. 226 de undis:

Quas auget veniens, refluusque reciprocat æstus.

¶ Rĕciprŏcātus, ūs, subst. die rückkehr. Augustinus lib. 11 de Genesi ad lit. cap. 1 extr. *reciprocatu inobedientium membrorum.*

¶ Reciprocatio, ōnis, retrogressio, die abwechslung, hin und herziehung; ut, *Reciprocatio æstus*, Plin. lib. 11 cap. 24. *Reciprocatio animarum*, Tertulliano ad Nation. lib. 1 cap. ult. est μετεμψύχωσις.

¶ Reciprocicornis, e, cornua in se habens reciprocata, i. e. reflexa, mit eingebogenen hörnern. Laberius apud Tertullianum de Pallio cap. 1 arietem vocat *reciprocicornem, lanicutem, restitrabum.*

PRŎCOETON, ōnis, προκοιτὼν, tametsi & *procœtion*, προκοίτιον, legant, excubitorium, locus scilicet ante cubiculum, ein vorgemach, beykammer. Plin. lib. 2 epist. 17 *Cubiculum cum procœtone.*

PRŎCONNĒSUS, & Prŏcŏnēsus, i, insula Propontidis, marmore dives. vide Plinium extremo lib. 5, & Valer. Flacc. 3 v. 34. Scribitur etiam *Præconnesus*, diphthongo. Hinc

¶ Procon-

¶ Proconnēsius, a, um, possessivum. Vitruvius lib. 2 cap. 8 *Halicarnassi regis Mausoli domus Proconnesio marmore omnia habebat ornata.* Plinius c. l. *Cyzicenum marmor* vocat, quia Cyzicus haud procul hac insula, in ora Propontidis, sita erat. *Aristeas Proconnesius*, scriptor a Plinio laudatus, lib. 7 cap. 2.

Proconsul, proconsulatus, &c. vide supra *Consul.*

PRŌCŎPIUS, i, e Cæsarea Palæstinæ, historiam scripsit rerum per Belisarium gestarum, cujus & scriba fuit, & tandem præfectus Constantinopolis. vid. Voss. de Hist. Græc. 2 cap. 22. ¶ 2. Alius tyrannus Constantinopolitanus, de cujus supplicio Ammianus 26 cap. 9. Cujusdam etiam Procopii meminit Sidonius carm. 2 v. 68 & 83.

Procor, Procrastinatio, procrastino, Procreatio, procreo, &c. Procresco, vide *Proco*, *Cras*, *Creo*, *Cresco*.

PRŌCRIS, is, Erechthei Atheniensium regis filia, soror Orithyiæ, uxor Cephali, qui eam in silvas secutam eo telo, quod ab ipsa dono acceperat, ratus feram esse, interemit. vid. Ovid. Met. 7 v. 694, & Servius ad Virg. Æn. 6 v. 445.

PRŎCRUSTES, æ, Προκρύστης, celebris latro, qui habitans in eo loco Atticæ, qui Curdalus dicitur, viatores ad lectum, quem adscendere cogebantur, emensus, longioribus partem supereminentem amputabat, & breviorum pedes distendebat. De quo Plutarchus in Theseo, & Diodorus 4 cap. 5. *Immitem* eum vocat Ovidius Met. 7 v. 438, & *torvum* Heroid. epist. 2 v. 69. Adde Sidonium carm. 5 v. 477.

Procubitor, Procudo, vide supra *Cubo*, *Cudo*.

PRŎCUL, adverb. ferne, von fern; quasi *porro ab oculis*, ut Servius exponit in Virg. Æn. 3 & 6, vel a *procellere*, ut Vossio placet Etymolog. p. 411. *Quis illic est, quem procul video*, Terent. Adelph. a. 3 sc. 3 v. 84. *Procul hic stans accepi*, Idem Hecyr. a. 4 sc. 3 pr. Et, *Fumi incendiorum procul videbantur*, Cæs. lib. 5 Bell. Gall. cap. 46. Et Virg. eclog. 10 v. 46 *Procul a patria*, weit vom vaterlande. Terent. in Adelph. a. 3 sc. 2 v. 50 *Conscia mihi sum, a me culpam esse hanc procul.* Et Ovidius epist. 4 Phædræ ad Hippolyt. v. 75

Sint procul a nobis juvenes, ut fœmina, compti.

¶ 2. Interdum & *prope*, *juxta* significat, beyan. Virg. eclog. 6 v. 16

Serta procul tantum, capiti delapsa jacebant.

Nimirum si *tantum capiti delapsa*, non longius sane poterant jacere. Idem 3 Æn. v. 13 *Terra procul vastis colitur Mavortia campis.* Idem 5 Æn. v. 124 *Est procul in pelago saxum.*

Vide in ea loca Servium. Hanc significationem minime præteriit eruditiss. Glossarium Vetus; ait enim: *Procul*, ἐγγὺς καὶ μακρὰν, καὶ πόῤῥωθεν. ¶ 3. Nonnunquam apud Statium æternitatem, aut plurima secula dicit hæc vocula, ut annotavit Barth. ad ejusdem Silvas p. 160. In eadem significatione utitur Virgilius Æneid. 4 v. 278, & 9 v. 658. ¶ 4. PROCUL HINC, solennis formula ante sacra, quo profanos clarâ voce expellebant. v. Brissonius lib. 1 de Form. Barth. ad Script. Venat. pag. 148. Geminatur Virgil. Æn. 6 v. 258 *Procul o procul este profani.* conf. Juvenal. sat. 14 v. 45. ¶ 5. Nonnunquam & præpositionis vim inducit hæc particula, construiturque cum ablativo; ut, *Procul mari incolebant*, Livius lib. 38 cap. 16 extr. *Procul patria*, Cic. 7 famil. epist. 6, ex Ennio forte. *Procul dubio*, id est, certe, eigentlich, ohn allen zweiffel, Sueton. Nerone cap. 3. Sed manifesta ellipsis est præpositionis A, quæ sæpenumero expresse apposita invenitur; ut, *procul a patria*, Virgil. eclog. 10 v. 46. Vulgus Grammaticorum etiam quartum casum subdi posse existimat, *procul urbem*, *procul muros*; sed exempla quæ adferunt, suspecta sunt Scioppio ad Sanctii Minerv. lib. 1 cap. 16.

¶ Prŏcŭlus, i, is dicitur, *qui natus est patre peregrinante a patria procul*, uti Festus loquitur: Sed addit, *esse*, *qui credant*, *ideo dictos Proculos*, *quia patribus senibus*, *quasi procul progressis ætate*, *nati sunt.* Hinc & contracte *Proclus*, de quo supra seorsim. ¶ 2. *Proculus*, imperator libidinosus, de quo Vopiscus. ¶ 3. *Proculus* Grammaticus, M. Antonini philosophi præceptor, cujus opus de *Admirandis rebus*, sæpe laudat Treb. Pollio in 30 Tyrann. & Capitolin. in Antonino. Etiam alii fuerunt hujus nominis.

¶ Procŭla, æ, meretrix & adultera, Juvenal. sat. 2 v. 68, & sat. 3 v. 203.

¶ Prŏcŭlējus, i, eques Romanus, cujus sororem Mæcenas uxorem habuit; Augusti temporibus gratiâ & auctoritate admodum potens. Qui tanta pietate in fratres fuit, ut cum iis, bello civili spoliatis, patrimonium suum æquis partibus diviserit, de quo Horatius lib. 2 oda 2 v. 5. Vide ibi veterem Scholiastem & Torrentium.

¶ Proculēja, & Proculīna, æ, mulierum sunt nomina apud Martial. 10 epigr. 41, & lib. 6 epigr. 22.

¶ Proculīno, are, vel Proculio, ire, antiquum, i. e. promittere, zusagen; quia, qui spondet, verbis aliquid in longum movet ac mittit. Producit Festus ex Antistio.

Proculcatio, proculco, Proculejus, proculino, proculus, Procumbo, Procuratio, procuro, &c. Procurro, procursio, &c. Procurvus, Procus, vide *Calx*, *Procul*, *Cubo*, *Cura*, *Curro*, *Curvus*, *Proco*.

PRŎCȲON, ōnis, masc. Προκύων, Plinio est canicula, sive canis minor, lib. 18 c. 28, quæ sententia etiam Mathematicis sedet. Vide Hieron. Vitalis Lex. Mathematicum. Apud Ciceronem etiam de N. D. 2 cap. 44 latine ideo *Ante-canis* dicitur, quod ante Sirium, canem illum majorem, oriatur. Galeno autem ipse Sirius est, der hundsstern. Vide Harduinum ad d. l. Plinii. Horatius lib. 3 od. 29 v. 18

Jam Procyon furit, & stella vesani Leonis.

Prodeambulo, Prodeo, Prodesse, Prodico, prodictator, vide *Ambulo*, *Eo*, *Prosum* in *Sum*, *Dico*.

PRODĬCUS, i, Πρόδικος, philosophus Chius fuit, secundum Suidam. Plato in Axiocho *sapientem* eum vocat, ac neminem gratis docuisse scribit, sed in ore habuisse Epicharmi illud: Δός τι, καὶ λαβέ τι, id est, *Da aliquid*, *& accipe aliquid.* Qui cum animadverteret, auditorum animos peregrinari, eosque esse præsentes absentes: aliquid ex arte sua attulit, quam alioqui non docuit, nisi pretio quinquaginta drachmarum, ut refert Aristoteles: atque eo ipso eorum mentes excitavit. Scripsit librum de Virtute & Vitiis, in quorum uno congressum Herculis cum voluptate & virtute, elegantissime finxit, quemadmodum a Xenophonte recitatur, lib. 2 de dictis & factis Socratis. Quod imitatus Silius, similem congressum Scipionis cum virtute & voluptate commentus est lib. 15. Cujusmodi quid & apud Augustinum legas lib. 2 Dulciloquiorum cap. 6.

Prodigalitas, prodigentia, &c. Prodigialis, &c. vide mox *Prodigus*, *Prodigium.*

PRŌDĬGIUM, i, portentum, ein wunderzeichen, unnatürlich ding. Cicero a *prædicendo* dictum putavit lib. 1 de Divinat. cap. 42; *Quia enim ostendunt*, inquit, *portendunt*, *monstrant*, *prædicunt*, *ostenta*, *portenta*, *monstra*, *prodigia dicuntur.* Scaliger pater a *prodigendo* sive *porro agendo*, id est, averruncando dictum censet. *Prodigium divinitus factum*, Quintil. lib. 1 cap. 10 sub fin. *Clodius fatale portentum*, *prodigiumque reipubl.* Cic. in Pison. cap. 4. *Hæc non mirabilia sunt*, *sed prodigiis similia*, Idem pro Ligario cap. 4. De *prodigiis* vid. Valer. Max. lib. 1 cap. 6, & Julius Obsequens singulari libro.

¶ Prŏdĭgiōsus, a, um, quod præter naturam est, ungeheuer, abentheuerlich, unnatürlich; ut, *Corpus prodigiosum*, Quintil. lib. 1 c. 1; &, *partus prodigiosi*, Plin. lib. 10 cap. 63, mißgeburthen. *Astra prodigiosa*, Statius 3 Thebaid. v. 523. *Prodigiosa mendacia veterum vatum*, Ovid. lib. 3 Amor. eleg. 6 v. 17. Comparat. *prodigiosior.* Trebellius Pollio in Tyrannis cap. 31 de Victoria: *Studiose in medio fœminas posui ad ludibrium Gallieni, quo nihil prodigiosius passa est respublica Romana.*

¶ Prŏdĭgiōse, adverb. idem. Plin. lib. 11 cap. 37 sect. 80 *Lien cum jecore locum aliquando permutat, sed prodigiose.* Et Salvianus lib. 7 de Gub. pag. 281 *Quid fieri prodigiosius potuit?*

¶ Prodigiālis, e, prodigium procurans, wunderseltzam; ut, *Prodigialis Jupiter*, Plaut. Amphitr. a. 2 sc. 2 v. 107. *Prodigiale caput*, Claudian. lib. 2 in Rufin. v. 434, abentheuerlich. Et, *Signa prodigialia*, Prudentius Hamartig. v. 467, hoc est, prodigia. *Prodigiali dæmone distentus*, Paulinus Natali Felic. 8 v. 308, besessen. *Gnari rerum prodigialium*, Ammianus lib. 25 cap. 32, zeichendeuter.

¶ Prodigiālĭter, adverb. idem. Horat. Art. Poët. v. 29 *Prodigialiter delphinum silvis appingere, fluctibus aprum.* Pro hoc ἑλληνικῶς Claudianus *prodigiale* dixit lib. 1 de Rapt. Proserp. v. 232, *Cometes prodigiale rubens.* Arnobius lib. 1 p. 10 *Locustæ effervescunt prodigialiter.*

¶ Prodigiator, ōris, ein zeichendeuter. Festus: *Prodigiatores*, *haruspices*, *prodigiorum interpretes.*

Prodigo, vide supra *Ago.*

PRŌDĬGUS, a, um, profusus, verthulich; & substant. ein verschwender, durchbringer, der zuviel verthut. Cic. 2 Off. cap. 16 *Duo genera sunt largorum, quorum alteri prodigi dicuntur, alteri liberales.* Sic, *Homo largitor & prodigus*, Idem in Catil. 4 cap. 5. *Prodigus æris*, der zu viel geld verschleudert, Horat. in Arte Poët. v. 164. Tacitus de Germania cap. 32 de Gallis: *Prodigi alieni, contemtores sui.* Et, *Prodigus nocendi*, Stat. Theb. 6 v. 767, begierig zu schaden. *Suæ alienæque & fortunæ & pudicitiæ prodigus*, der liederlich damit umgehet, Vellej. 2, 48, 3.

¶ Prŏdīge, adverbium, idem; ut, *Prodige*, *vivere*, prassen, schlemmen, Cic. Philipp. 11 cap. 6. *Homini homine non est prodige utendum*, Seneca epist. 88.

¶ Prodigālĭtas, ātis, die verthulichkeit, verschwendung, cujus comes paupertas est: philosophorum verbum, sed minus latinum.

¶ Prodĭgentia, æ, idem. Tacitus Ann. 13 cap. 1 *per avaritiam & prodigentiam.* Usus & alibi sæpe est.

¶ Prodigĭtas, ātis, idem, Lucilii est apud Nonium cap. 2 n. 695.

¶ Prodiguus, a, um, qui totus consumitur, da nichts übrig bleibt; ut, *Prodiguæ hostiæ*, apud Festum. Unde, eodem monente, sic vocabantur *homines* quoque *luxuriosi*, *prodigi*.

Proditio, proditor, Prodius, Prodo, vide *Do*, *Eo*, *Do*.

PRODRŎMUS, i, πρόδρομος, præcursor, ein vorläuffer, vorbote. Cic. 1 ad Attic. epist. 12 *Mihi Pompejani prodromi nuntiant.* ¶ 2. Item, aquilones, caniculæ exortum diebus octo antecedentes. Plin. lib. 2 cap. 47 H. N. & lib. 18 cap. 28 circa med. Et de etesiis nondum flantibus Cicero lib. 16 ad Attic. epist. 6 pr. *prodromi nulli.* ¶ 3. Item, Ficus præcox, apud Plin. lib. 16 cap. 26, eine frühzeitige feige.

Produco, productio, &c. vide supra *Duco.*

Prœconnesus, Prœlium, vide ante *Proconnesus*, *Prælium.*

Profanatio, profano, &c. Profari, profatum, vide *Fanum*, *Fari.*

Profectio, profecto, &c. Profero, Professio, professor, &c. Profestus, vide supra *Facio*, *Fero*, *Fateor*, *Festus.*

Proficio, proficiscor, proficuus, Profiteor, vide *Facio*, *Fateor.*

Proflīgo, are, &c. Proflo, are, &c. Profluentia, profluo, &c. Profringo, vide *Fligo*, *Flo*, *Fluo*, *Frango.*

Profugio, profugium, &c. Profunditas, Profundo, ĕre, Profundus, Profusus, vide *Fugio*, *Fundus*, *Fundo*, *ĕre*, *Fundus*, *Fundo*, *ere.*

Progemmo, Progener, Progeneratio, progenero, Progeniculo, Progenies, progenitor, Progermino, Progero, progesto, Progigno, Prognarus, &c. Prognatus, vide *Gemma*, *Gener*, *Genus*, *Genu*, *Gigno*, *Germen*, *Gero*, *Gigno*, *Gnarus*, *Nascor.*

PROGNE, es, Πρόγνη, Pandionis Atheniensium regis filia, Therei Thracum regis uxor. Fabulam longam vide apud Ovid. lib. 6 Metam. fab. 7 seq. Cum filium Itym patri epulandum apposuisset, in hirundinem denique conversa esse dicitur. ¶ 2. Hinc & *Progne* hirundinem notat, eine schwalbe. Sic inter volucres apud Virg. Georg. 4 v. 15 *Et manibus Progne pectus signata cruentis.*

Conf. Aut. Philomelæ v. 44, & Petron. Satyric. pag. 180 qui priorem corripit: *Atque urbana Progne &c.* Et Sidon. 2 epist. 2 *Progne inter asseres minuriens.*

Prognostes, prognosticon, Programma, Progredior, progressio, Progymnasma, vide supra *Gnostici*, *Gramma*, *Gradus*, *Gymnas.*

Proh, Prohibeo, &c. Prohinc, vide *Pro*, *Habeo*, *Hic.*

Projectio, projicio, &c. Proin, proinde, vide supra *Jacio*, *Pro.*

Prolabor, prolapsio, Prolato, are, prolatio, &c. Prolecto, vide *Lăbor*, *Profero* in *Fero*, *Lacio.*

PROLEPSIS, is, πρόληψις, præsumtio, præoccupatio, figura est syntaxeos.

taxeos. Cicero 1 N. D. cap. 16 *Anticipationem* vertit, ein vorgriff. Diomedi πρόληψις est, cum id, quod posterius accidit, ante tempus adscribitur:

Italiam fato profugus Laviniaque venit
Littora.

Nam cum in Italiam veniret Æneas, Lavinium nondum erat conditum. ¶ 2. Est oratorum *Prolepsis: Quum id*, ut Rutilius definit, *quod in adversarii caussa aut judicis opinione esse aut fore arbitramur nobis contrarium, præoccupamus dicere, & cum ratione dissolvere.*

PRŌLES, is, fœm. (a *pro* & *oleo*, id est, cresco,) soboles, quæ duo vocabula se non refugere, Cicero testatur 3 de Oratore c. 38. Idem est ac progenies, liberi, das geschlecht, der stamm, die kinder. *Felix prole virûm*, Virgil. 6 Æneid. v. 784. *Pulcra facere prole parentem*, Idem Æneid. 1 v. 79. *Propagando procudere prolem*, Lucret. 5 v. 854, kinder zeugen. *Prolem eniti gemellam*, Ovid. Met. 9 v. 452, zwillinge gebähren. *Generosa proles*, Seneca Oedipo v. 110. Est singularis numeri: quamquam & plurali usus Columella lib. 10 v. 163 *Privignatque rogat proles.* Est autem gratior parenti mascula proles, non tam ob præstantiam, quam alia de caussa, quam indicat Lignus apud Ovid. lib. 9 Metamorph. v. 674

Quæ voveam, duo sunt: minimo ut relevêre dolore;
Utque marem parias. Onerosior altera sors est,
Et vires fortuna negat.

Onerosiorem vocat, non ob educationem, sed ob dotem parandam. ¶ 2. *Proles* notat seculum, quod Latini prolis aut sobolis nomine censent, Græcos secuti, quibus familiare, γενεὴν ita appellare. vid. Barth. ad Claudian. p. 1103. Sic *ferrea proles* pro ferreo seculo apud Cic. de N. D. 2 cap. 63. ¶ 3. Virgilius de *oliva* adhibuit, Georg. lib. 2 v. 2

Nunc te, Bacche, canam: nec non silvestria tecum
Virgulta, & prolem tarde crescentis olivæ.

¶ 4. De testiculis Arnobius lib. 5 p. 172 *Circumjectæ prolibus membranulæ.* vid. ibi Stewech. Idem lib. 7 p. 230 *Polimina sunt ea, quæ nos proles verecundius dicimus*, &c. hoden.

¶ Prōlētārius, a, um, gemein, armselig. *Proletarii*, tenuissimi pauperrimique in plebe: quod, cum re familiari parva minus possent juvare rempubl sobolis tamen seu prolis gignendæ copia civitatem frequentarent, gemein volck, so nur den hauffen mehren hilfft. Proletariorum tamen ordo honestior aliquanto & re & nomine, quam capite censorum. Vide Nonium cap. 1 n. 342, & cap. 2 n. 666, & Festum, & Gellium lib. 16 cap. 10. Usum verbi & applicationem docet Arnobius lib. 2 p. 63 *Desinite hominem, proletarius cum sit, classicis; & capite cum censeatur, adscribere ordinibus primis.* ¶ 2. Deinde ad alia transfertur; ut, *Proletarius sermo*, id est, plebejus, vilis, geringschätzig, apud Plautum Milite a. 3 sc. 1 v. 157.

¶ Imprōles, vel Imprōlis, e, sine prole, unfruchtbar, ohne kinder. Gloss. Vet. ἄγονος, *Improles, sterilis.* Et Onomast. Vet. *Improlus*, ἄγονος.

Prolibo, Prolicio, Proliquo, āre, Prolixitas, prolixus, &c. vide supra *Libo, Lacio, Liquet, Laxus.*

Prologium, prolŏgus, Prolongo, āre, Proloquium, proloquor, vide *Logus, Longus, Loquor.*

Prolubium, Proluceo, Proludium, proludo, Proluo, Prolusio, Proluvies, proluvium, &c. Prolyta, vide *Libet, Lux, Ludo, Luo, Ludo, Luo, Lyta.*

PRŌMĂCHUS, i, πρόμαχος, propugnator, antesignanus, qui in prima acie pugnat, ein vorfechter, vorgänger; vox græca est.

Promano, Promatertera, vide supra *Mano, Mater.*

PROMELLO, ĕre, est procrastinare, & speciatim promovere vel prolongare litem, apud Festum, verzögern, aufhalten, verlängern; ex μέλλειν, *morari, cunctari, differre.*

Promercalis, promercium, Promereo, promeritum, vide *Merx, Mereo.*

PRŎMĒTHEUS, ei, tribus syllab. Προμηθεύς, Japeti, unius ex Titanibus, & Clymenes filius: quem genus humanum finxisse, & ignem suffuratum de cælo detulisse in terram, poëtæ fingunt: Ideoque iratos Deos per Mercurium alligasse eum in Caucaso monte, apposita aquila, quæ ejus cor, sive jecur, succrescens perpetuo, exederet. Fabula nota ex Hesiodo, & Metamorphosi Ovidii est lib. 1 v. 82, & Horat. 1 od. 3 v. 27. Fuit autem vir prudentissimus, qui Astrologiam primus Assyriis indicavit, & rationem fulminum deprehendit. Quamobrem ignem cælestem Jovi suffuratus, & in Caucaso ad saxum religatus fingitur: a μητιάω, *consulo*, προμηθέω, *provideo.* Vide *Epimethem*, & Servium ad Virgilii 6 eclog. v. 42. Sic, *Deus, qui hominem de humo struxerit, hic est verus Prometheus*, Tertullian. Apolog. cap. 18. conf. adv. Marc. 1 cap. 1. ¶ 2. Pro *figulo* accipitur in illo Juvenalis satyr. 4 v. 133

Debetur magnus patinæ, subitusque Prometheus;

in quo imitatus est Athenienses, qui πηλουργοὺς sive *figulos* omnes προμηθέας ἀπεκάλουν, ἐπισκώπτοντες ἐς τὸν πηλὸν, i. e. *Prometheos appellabant, ad lutum alludentes*, ut scribit Lucianus.

¶ Prŏmēthēus, a, um, adject. Propert. 1 eleg. 12 v. 10 *Lecta Prometheis herba jugis.* Martial. 10 epigr. 39 *Ficta Prometheo diceris esse luto.* Idem 14 epigr. 80 *Clara Prometheo munere ligna sumus.*

¶ Promethīdes, æ, Προμηθιάδης, patronym. Deucalion, Promethei filius, Ovid. 1 Metamorph. v. 390.

Promico, Promineo cum derivatis, Promiscuus, Promissio, promitto, &c. quære in *Mico, Mineo, Misceo, Mitto.*

PRŌMO, promsi, promtum, promĕre, proferre, herfür langen, herreichen, hergeben. Contractum ex *Pro* & *Emo.* Sic, *Pecuniam promere ex ærario*, Cicer. 5 in Verr. cap. 84. *Libros e bibliotheca promere*, Idem 3 de Fin. cap. 2. Et, *Animus eruditus semper aliquid promit, quod alios delectet*, hoc est, in medium affert, Lucejus ad Cic. lib. 5 fam. epist. 14. *Ordo rerum justis voluminibus promitur*, Vellej. 2, 48, 5.

¶ Promtus, sive Promptus, a, um, idem quod *paratus, expeditus*, fertig, bereit, (mit dem maul und mit der faust.) Vet. Gloss. *Promtus*, εὐπρόφορος, εὐπροαίρετος. Sic, *Non ingenio tantum promptus, sed & usu exercitatus*, Livius lib. 5 cap. 3. *Promtus & non inexercitatus ad dicendum*, Cicer. de Clar. Orat. cap. 36. Et, *Promptus ad discendum*, Quintilian. lib. 1 cap. 1. *Animus promptus & alacer ad rempubl. defendendam*, Cicer. 3 fam. epist. 11, eines geneigten, willigen und freudigen muths, &c. *Promtissimi hominis & experientis supellectilem auferre non dubitasti*, Idem in Verr. 4 cap. 17. ¶ 2. Sic *Promptus*, aliquando is dicitur, qui audaci assidet, qui audet facile, & *segni* ac *ignavo* opponitur, frisch, munter. Livius lib. 2 cap. 56 *Haud quisquam manu promptior erat.* Cæsar 1 de B. C. c. 3 *Laudat promptos, atque in posterum confirmat: segniores castigat, atque incitat.* Et Tacitus 1 Hist. c. 51 *Accessit callide vulgatum, temere creditum, decumari legiones, & promtissimum quemque centurionum dimitti.* Dicimus autem *Promtus ad aliquid: promtus in aliquid:* & *promtus alicui*, & *promtus in aliquo.* Sic, *ad dicendum, ad defendendum promtus*, quæ supra etiam adduximus. *Promtissimi in latrocinia*, Flor. 4 cap. 12. *Promtus in arma*, Tacitus 4 Hist. cap. 76 n. 3; *in adulationes*, Idem 15 Annal. cap. 61 n. 2; &, *seditioni*, Annali 1 cap. 48 n. 3; *ultioni*, Idem 11 cap. 32 n. 1; &, *faciendis sceleribus*, Annal. 15 cap. 67 n. 3. Et, *Promtus in respondendo*, Cicer. de Claris Orat. cap. 42, quamquam abesse etiam præpositio potest. Similiter *promtus manu, promtus ingenio* dicitur, ut supra ex Livio vidimus: qui & *lingua promtum* dixit lib. 2 cap. 45. Per græcismum Tacitus & *promtum animi* dixit 2 Histor. cap. 23. ¶ 3. *Promtum*, quod in aperto, atque ad manum veluti positum, ut promi facile possit, zur hand. Vet. Gloss. *Promtus*, πρόχειρος. *Promtum*, πρόχειρον. Sallustius B. Catil. cap. 10 *Aliud clausum in pectore, aliud in lingua promtum habet.* Sic, *Promta & aperta*, Cic. 1 de Fin. cap. 9. *Nihil tam clausum, quod non istius cupiditati apertissimum promptissimumque esset*, Idem in Verr. 4 cap. 20. Sic, *Prompti aditus*, Tacit. 15 Annal. cap. 53, id est, aperti. Idem 16 Annal. cap. 17 *At Mella, quæ tum promtissima mortis via, exsolvit venas.* Idem 3 Annal. cap. 3 *Cuncta tentanti promtissimum visum, ad uxorem ejus Liviam convertere*, id est, facillimum, expeditissimum. Quintilianus lib. 9 cap. 1 *Fingere Græcis promtissimum est.* Hinc

¶ Promtus, ūs, substant. ut, *in promtu esse*, Cic. 1 de Orat. c. 6, zur hand und in bereitschafft seyn. *In promtu habere*, stracks bey der hand haben, cui locutioni latinæ contrarium est, *habere in abdito*; vide *Abdo*, in *Do.* Plautus Pseudolo a. 1 sc. 5 v. 33 *Insipientia est, iram in promtu gerere.*

¶ Prompte, promptius, promptissime, adverbia, hurtig, behend. Qu. Cicero de Petit. Consul. c. 11 *Homines non modo promte sibi, sed etiam large & honorifice promitti volunt.* Sic, *Promte distribuere*, Valer. Maxim. lib. 4 c. 3 n. 9. *Victoria promtissime licentiam subministrat*, Idem lib. 6 c. 5 n. 1. *Promtissime adesse alicui*, Plin. lib. 4 epist. 17. *Morbi promtius finiuntur*, desto eher, Celsus 2 c. 1. *Promtius facere*, Nazarius Paneg. Constantini cap. 29, willig, fertig.

¶ Promptim, aliud adverb. idem. Tertullian. in Genes. c. 3 *Dum dicit lumina promptim Affulsisse sibi.*

¶ Promptitūdo, ĭnis, die fertigkeit, bereitwilligkeit, probatæ latinitatis vox haud est: Cicero vocat *Propensionem, Alacr*[illegible]

¶ Prompto, āre, herfürgeben. Plaut. Bacch. a. 3 [illegible] .. 61 *Promptare malum, peculium.* Idem Pseud. a. 2 sc. 2 v. 33 *thesauros promptare.*

¶ Promtuārius, a, um, da vorrath ist; ut, *Cella promtuaria*, eine speisekammer, daraus etwas zu langen ist, Plaut. Amphitr. a. 1 sc. 1. ¶ Legitur & *Promtarius* apud Ausonium epist. 21 extr. *Aliquid reportans interim munusculi de largitate musici promtarii.*

¶ Promtuārium, i, subst. ein vorraths-gewölbe. Vet. Gloss. *Penuaria cella & Promtuarium*, ταμεῖον. Symmachus lib. 9 epist. 72 *Linguæ tuæ ornatissimo promtuario numquam desit materia.* Lactantius lib. 5 cap. 5 de aureo seculo: *Cum promtuaria justorum benigne paterent omnibus, nec avaritia, intercipiens beneficia divina, famem sitimque vulgo faceret.*

¶ Prōmĭtor, ōris, ein darreicher. Servius lib. 1 Georg. Virg. ex Fabio pictore tradit, flaminem Cerealem, dum sacrum Cereale faceret, inter alios Deos PROMITOREM invocasse.

¶ Prōmus, i, qui promit necessaria ad victum, ein ausgeber, haußvoigt, kellner. De profusore quodam Ausonius dixit epist. 22 v. 20 *Promusque quam condus magis.* Sic enim Germani eamdem sententiam efferunt. Plautus utrumque conjunxit in Pseudolo a. 2 sc. 2 v. 14

Condus promus sum, procurator peni.

Talem enim ibi, peni procuratorem designat. *Promum librorum* Apulej. Apolog. dixit p. 308, qui libris promendis præest, ein buchhalter. ¶ 2. Tertullianus adjective usus est de Resurr. Carn. c. 27 *Sepulcra erant cellæ promæ.* Et mox: *In cellis promis caro salita & usui reposita servatur, depromenda illinc suo tempore.*

Composita:

¶ Dēprōmo, ĕre, idem cum simplici, herfürlangen; ut, *Ex arca pecunia, ex virtute opera depromitur*, Cic. 2 Offic. cap. 15. *Argumenta depromere*, Idem 2 de Oratore cap. 27. *Depromere vinum cellis*, Horat. 1 od. 37 v. 5.

¶ Depromtus, a, um, herfürgethan, herausgelangt; ut, *Depromta ex ærario pecunia*, Cic. pro Lege Manil. cap. 13.

¶ Exprōmo, ĕre, heraus langen, darreichen: ut, *Exprompsit nummos*, Varro 2 Rei Rust. cap. 2. Et, *Expromere quid sentias*, id est, eloqui, fürbringen, heraussagen, Livius 29 c. 1. Seneca de morte Claudii Ludo:

Exprome propere, sede qua genitus clues: id est, expone.

¶ Expromtus, a, um, fertig, behend. Terent. in Andr. a. 4 sc. 4 pr. *Opus est tua mihi ad hanc rem expromta memoriâ.*

¶ Exprompto, āre, offt herfür geben. Fulgent. de Contin. Virg. *Mens expromptare desiit, quod didicit.*

¶ Impromptus, vel Inpromptus, a, um, unbereit, langsam; ut, *Impromptus linguâ*, der mit der sprache nicht fertig ist, Liv. 7 cap. 4. Et Tacit. Ann. 2, 21, 2 *Impromto jam Arminio ob continua pericula.*

¶ Supprōmus, i, promi vicarius & administer, des kellners beystand, der untervoigt. Plaut. a. 3 sc. 2 v. 24 *Bono suppromo & promo cellam creditam.* Et paullo ante v. 12 *Qui illi suppromus es*; Ubi aliqui legunt: *Qui illi suppromis*, a *Suppromo, ĕre*, i. e. subtus extrahere.

Promontorium, Promotio, promoveo, Promtuarium, promtus, &c.

Promul-

Promulceo, Promulgatio, promulgo, Promulſidarium, promulſis, Promus, vide *Mons, Moveo, Promo, Mulceo, Mulgo, Mulſum, Promo.*

PROMUSCIS, idis, fœmin. Sic enim apud Plinium legitur lib. 8 cap. 7, ubi tamen, veterum exemplarium teſtimonio, rectius legitur *proboſcis*, id eſt, roſtrum vel manus elephanti, ein elephanten rüſſel. vide ante *Proboſcis*.

PRONAUS, i, προναὸς, ſtructura vel ſpatium ante templum, der vorhof des tempels, der kirchhof. Vitruv. 4 cap. 4 *Partes pronai ad antas parietum procurrant.* Et lib. 5 cap. 1 ſub fin. *Supra pronaum ædis.* conf. Baldi Lex. Vitruv. p. 93.

Pronecto, Pronepos, proneptis, Pronitas, prono, vide *Necto, Nepos, Pronus.*

PRONOEA, æ, πρόνοια, providentia, die vorſehung. Ita Stoici mentem mundi, ſive Deum appellarunt. Cic. de N.D. 2 cap. 22 *Talis mens mundi cum ſit, ob eamque cauſſam vel prudentia vel providentia appellari recte poſſit, (græce enim πρόνοια dicitur,) hæc potiſſimum providet*, &c. conf. cap. 29.

Pronomen, &c. Pronubus, Pronuntiatio, pronuntio, &c. Pronuper, Pronurus, vide ſupra *Nomen, Nubo, Nuntius, Nuper, Nurus.*

PRONUS, a, um, a προνεύειν, adjectivum, contrarium *ſupino, obliquo*; Sic enim corporis motus appellantur: *Pronus*, für ſich hangend, oder gebücket: *Supinus*, rücklich: *Obliquus*, über eine ſeite. Salluſt. pr. Catilin. *Pecora natura prona finxit.* Ovid. 1 Metam. v. 84 *Pronaque cum ſpectent animalia cætera terram*, &c. ¶ 2. Sed *Pronus, pronior ad aliquam virtutem* vel *vitium*, ſignificat facilem, inclinatum, geneigt: ut, *Pronum ad honores iter*, Plin. lib. 8 epiſt. 10. *Ad fidem pronius eſt*, Livius lib. 21 cap. 28, es iſt gläublicher, leichter zu glauben. *Proniſſimus ad indulgentias*, Capitolinus in Pio cap. 10. *Paci proniores*, Valer. Max. lib. 8 cap. 3 ſub fin. Et, *Adoleſcentia ad vitia prona eſt*, Quintil. lib. 1 cap. 2. *In obſequium plus æquo pronus*, Horat. lib. 1 epiſt. 18 v. 16. *Pronior ad* vel *in iracundiam*, Plin. lib. 22 cap. 24. Et Tacitus 1 Hiſtor. cap. 1 *Obtrectatio & livor pronis auribus accipiuntur*, id eſt, avidis, & ſic apertis. Namque & alibi *pronum* & *in aperto*, conjunxit: ut in Agricola cap. 1 *Sed apud priores, ut agere memoratu digna pronum, magisque in aperto erat.* Ibidem cap. 33 *Omnia prona victoribus*, id eſt, expedita, facilia, leicht. Per *prona* enim, ſive declivia, iter facile eſt. Alias & *Proni* dicuntur, qui favent, qui quò favorem animumque inclinant. Idem Tacitus 1 Hiſtor. cap. 13 *Prona in eum aula Neronis.* Idem 2 Hiſtor. cap. 74 *Muciani animus nec Veſpaſiano alienus, & in Titum pronior*, wohlgewogner, günſtiger. Suetonius Galbâ cap. 12 *Remiſit in patriam, quaſi Cn. Dolabellæ proniorem.* Vellej. 2, 69, 6 *Quem pronior fortuna comitatur*, ein glückſeliger.

¶ Prone, adverb. geneigt, cujus compar. Ammiani eſt lib. 30 cap. 29 (Valeſ. cap. 8) *Ad ſugillandum pronius inclinat.*

¶ Pronitas, ātis, propenſio, die neigung. Seneca pater præfat. lib. 1 Controverſ. *Neſcio, qua iniquitate & ad malum pronitate naturæ eloquentia ſe retro tulerit.*

¶ Prōno, āre, bücken, neigen. Sidon. 8 epiſt. 11 *Ipſi latrones ad pavimentum converſa defuncti ora pronaverunt.*

¶ Pronātus, a, um, gebückt. Idem Sidonius 5 epiſt. 17 *Nunc per cataſtrophen ſæpe pronatus.* Hinc &

¶ Apprōno, āre, niederbücken. Apulejus 1 Mileſ. pag. 111 [Pric. 14] *complicitus in genua appronat ſe*, er kniet nieder.

PROOEMIUM, i, προοίμιον, exordium, ein vorſpiel, eingang, präambel, vorrede, factum ex πρὸ & οἴμη, *cantus.* Cicer. ad Attic. 13 epiſt. 32 *His libris nova proœmia ſunt addita.* Idem ad eumdem lib. 4 epiſt. 16 *In ſingulis libris utor proœmiis.* Et pro Cluent. cap. 21 *Longo & alte petito proœmio reſpondere*, mit einem langen und weithergeſuchten eingange. *Proœmium dicere*, Quintil. lib. 2 cap. 20. ¶ Ἄνευ προοιμίων καὶ παθῶν, *Abſque proœmio & affectibus*; quam vocem Athenis præco dicturis in concione ſuggerebat vide Chiliadas.

¶ Proœmior, āri, eine vorrede machen. Plin. lib. 2 epiſt. 3 *Proœmiatur apte, narrat aperte*, &c. id eſt, proœmio utitur. Adde Sidon. 4 epiſt. 3.

Propagatio, propāgo, &c. Propalam, propalare, Propatruus, Propatulus, vide ſupra *Pango, Palam, Pater, Pateo.*

PRŎPĔ, propius, proxime, præpoſit. & adverb. ben, nahe bey; ut, *Prope montes conſiſtere*, nahe bey den bergen. *Prope ripam*, Cicer. de Clar. Orat. c. 14. *Prope a muris hoſtem habemus*, Plin. lib. 15 c. 18. Et, *prope a meis ædibus*, Cicer. in Piſon. c. 11, nicht weit von, nahe darbey. Sed, *prope abeſt*, es gehöret nicht weit dahin. *Prope intueri*, nahe oder in der nähe anſehen, adverbialiter dictum eſt a Cicerone de Senect. c. 14. Item, *Prope jam ut pro uxore haberes*, Terent. Heaut. a. 1 ſc. 1 v. 46. *Annos prope quinquaginta continuos*, id eſt, propemodum, faſt, bey nahe, Cicer. 2 Verr. cap. 13. *Propius urbem*, Cic. ad Octavium: &, *propius accedere*, näher, Ovid. 2 Metam. v. 41. ¶ A *prope* etiam adjectiva ſunt per gradus aucta, *Propior, Proximus* & adverb. *Proxime*, de quibus mox ordine dicetur. Hinc &

¶ Prŏpĕdĭem, adverbium, brevi, gar bald, in einer kürtze. Terent. in Heaut. a. 1 ſc. 1 v. 108 *Illum tibi ſalvum affuturum eſſe hic confido propediem.* Cic. ad Attic. 6 epiſt. 2 *Propediem te videbo*, ich will dich eheſter tage ſehen.

¶ Prŏpĕmŏdum, & propemodo, vide ſupra in *Modus.*

¶ Prŏpior, us, compar. näher. Gratius Cynegetico v. 232

> *Neve levem prædam, aut propioris pignora lucri*
> *Amplexus* &c.

Cicero pro Quintio cap. 31 *quibus propior P. Quintio nemo eſt*, ſie haben keinen nähern freund als ꝛc. *Propius vero*, Livius lib. 4 cap. 37. Sed *Propior*, non dativo ſolum, ſed & accuſativo jungitur. Hirtius lib. 8 de Bello Gall. cap. 9 *Alter quo propior hoſtem collocatus eſſet.* Salluſtius in Catilina cap. 11 *Quod tamen vitium propius virtutem erat.* Et in Jugurtha cap. 49 *Ipſe propior montem cum omni equitatu.* Nempe quia τὸ *prope* accuſativum adſciſcit: ita & *propior*, quin & *proximus* cum accuſativo ſociabant. Claudianus lib. 2 in Eutropium v. 238

> *Pars Phrygiam, Scythicis quæcunque Trionibus alget;*
> *Proxima Bithynos; Solem quæ condit, Ionas.*

¶ Proxĭmus, a, um, nächſt, de præſenti, & præterito intelligitur. *Proximis menſibus tribus illum non vidi*, Terent. Eunuch. a. 2 ſc. 3 v. 40. Vbi Donatus: PROXIMIS, *præteritis intelligimus. Proxima enim nobis aut præterita ſunt, aut futura.* C. Nepos Conone cap. 4 n. 2 *Claſſem, qua proxima* (ſequente) *æſtate mare tueri poſſet.* Sic, *In proximo*, gar in der nähe. Et, *E proximo*, id eſt, ex vicinia, aus der nachbarſchafft, Plaut. Aſin. a. 1 ſc. 1 v. 38. ¶ 2. *Proximum* etiam dicitur, quod non ſtatim ſequitur, & hæret, ſed quod remotum longius eſt: unde & a *ſecundo* differt. Id enim eſt, quod ſequitur ſtatim atque adhæret. Virgil. 5 Æneid. v. 320

> *Proximus huic, longo ſed proximus intervallo.*

Horat. lib. 1 ode 12 v. 17 de Jove:

> *Vnde nil majus generatur ipſo,*
> *Nec viget quicquam ſimile aut ſecundum:*
> *Proximos illi tamen occupavit*
> *Pallas honores.*

Quintilianus lib. 10 cap. 1 *Quamvis ei* (Antimacho) *ſecundas fere* (poſt Homerum) *Grammaticorum conſenſus deferat, & affectibus, & jucunditate & diſpoſitione: at omnino arte deficitur, ut plane manifeſto appareat, quanto ſit aliud proximum eſſe, aliud ſecundum.* ¶ 3. *Proximum* & aliquando obvium & facile ſignificat, riſch, hurtig. Apulej. Apolog. *Quis unquam fando audivit tam ſimilem ſuſpicionem? tam aptam conjecturam? tam proximum argumentum?* Et in eadem Apologia: *Nimis patiens vir es & oppido proxima humanitate.* Ita Minucius Felix quoque uſus, quem locum paullo inferius adducemus. Sed & Seneca epiſt. 12 *Proximam occaſionem arripere*, die eheſte gelegenheit. ¶ 4. Videtur etiam innuere illum, qui incola alicujus regionis eſt, atque indigena, ein einheimiſcher. Quod patet ex illo Val. Maximi 4, 4, 1 *Tutela cara proximis, accepta alienis.* ¶ 5. *Proximus* quandoque ſubſtantive accipitur, non ſolum ab eccleſiæ ſcriptoribus ex imitatione Græciſmi ſacri ὁ πλησίον, der nächſte: ſed & extra eccleſiam ita locutus eſt Quintilianus Declam. 3 *Optimum fuerat, non habuiſſe talem proximum, aut libenter perdidiſſe.* Idem Declam. 259 *In illa omnium trepidatione, in qua pro ſua quisque ſalute ſollicitus, nihil de proximo cogitabat.* Quin & huc trahere licebit illud Terentii Andr. a. 4 ſc. 1 v. 12 *Proximus egomet ſum mihi*, ich bin mir ſelbſt der nächſte; vulgo: das hembde iſt mir näher als der rock. ¶ 6. *Proximior*, comparativo, Seneca uſus eſt epiſt. 108 *Modum ſervem, & quidem abſtinentiæ proximiorem.* conf. Borrich. Cogit. pag. 307.

¶ Proxĭme, & præpoſitio, & adverbium eſt, allernächſt. *Exercitum habere quam proxime hoſtem*, Cicer. 6 ad Attic. epiſt. 5, am nächſten bey dem feinde. Salluſtius Jugurthâ c. 19 *Proxime Hiſpaniam Mauri ſunt.* Victor in Adriano: *Factus ex ære vel marmore, proxime Polycletos & Euphranoras.* Sic, *Litteras a te proxime accepi*, ubi *nuperrime* eſt, neulichſt, Cic. lib. 5 fam. epiſt. 15. Idem lib. 11 epiſt. 21 *Huic tuæ virtuti proxime accedo.* Et, *proxime accedere ad verum*, der warheit am nähesten kommen, Cicer. 4 Acad. Quæſt. cap. 15. Hinc novum comparativum, ut Seneca ab adjectivo *proximus*, Minucius Felix cap. 19 formavit: *Quid Mantuanus*, inquit, *Maro? nonne apertius, proximius, verius?* ſive, ut Wowerus legi vult, *proximius veris.*

¶ Proxĭmò, adverb. nächſthin. Cic. ad Attic. 4 epiſt. 17 *Accepi litteras datas proximo ad VI Kal. Octobr.*

¶ Proxĭmĭtas, ātis, die nähe, die angrentzung. Ovid. lib. 2 de Arte am. v. 662 *Et lateat vitium proximitate boni.*
Idem de Nuce v. 56 *Meque ream nimiæ proximitatis agi.*

¶ Proxĭmo, āre, i. e. proximum eſſe, nähern, nahe ſeyn. Hoc verbo uſus eſt Solinus aliquoties; ut cap. 5 *Ei proximans lacus*, ſcilicet miraculo, id eſt, proxime accedens miraculo lacus quidam Siciliæ; & cap. 15 *Geloni ad hos proximant*, id eſt, vicini ſunt, an ſelbige grentzen ſie. Et ſæpius uſus eſt Apulejus, quod ex Indice Elmenhorſtii apparet. Poëta quoque Chriſtianus anonymus apud Barthium lib. 1 Adverſar. cap. 3 *Promiſſione proximante ſpiritus.*
B. Laurentius Novarienſis de Pœnitentia: *Tu venis ad me. Tu proximaſti?* &c. Sed non ſolis, qui poſterioris ævi ſunt, hoc ſe verbum approbavit; ſed nec ipſe Cicero eodem ſe abſtinuit, lib. 2 de Nat. Deor. cap. 44 Arateis verſibus ſoluta oratione interponens: *Capiti autem equi proximat aquarii dextra.*

¶ Proxĭmātus, ûs, dignitas aulica erat ſub imperatoribus. Leg. 1 & 11 Cod. de Proximis ſacrorum ſcriniorum &c. *Splendor indepti proximatus*, &c. Nam poſt *Magiſtros ſacrorum* ſcriniorum erant *Proximi*, qui & *Priores* dicebantur, & hos ſequebantur *Melloproximi*, &c. vide Theodoſ. Cod. l. 6 t. 26. Valeſ. in Ammian. 20 c. 9 [illegible] Gronov. p. 276, & Salmaſ. Hiſt. Auguſt. p. 207.

¶ Prŏpinquus, a, um, quod prope adeſt, vicinum, nahe gelegen. *Prædium propinquum*, Cic. pro Roſc. Amer. cap. 46. *Provincia propinqua & finitima*, Idem Philipp. 11 cap. 13. *Propinqua amicitiæ pars*, Terent. Heaut. a. 1 ſc. 1 v. 5. ¶ 2. *Propinqui* & dicuntur, cognati, conſanguinei, potiſſimum, verwandte, anverwandte, befreundte. Nam ab affinibus ſeparat Suetonius Cæſare cap. 1 *Donec per Mamercum Æmilium, & Aurelium Cottam, propinquos & affines ſuos, veniam impetravit.* Et Cicero *propinquitatem* & *affinitatem* diſtinguit; (vide paullo poſt.)

¶ Prŏpinque, adverbium, nahe. Plaut. Trucul. a. 2 ſc. 7 v. 21 *At at eccam, adeſt propinque.*

¶ Propinquĭtas, ātis, die nähe. Cicer. 3 Offic. cap. 11 *Nimis imminebat propter propinquitatem Ægina Piræeo.* ¶ 2. Item, cognatio, die verwandtſchafft. *Pietate propinquitas colitur*, Cic. pro Quint. cap. 6. *Maximis vinculis & propinquitatis & affinitatis alicui conjunctus*, ſehr nahe verwandt und befreundet, Idem pro Plancio c. 11. Similiter Suetonius diſtinguit Nerone c. 36, *Interemit ceteros aut affinitate aliqua ſibi, aut propinquitate conjunctos.* Nepos Ageſil. c. 1 n. 3 *Propinquitate proximus*, der nächſte blutsfreund.

¶ Prŏpinquo, āre, ſich zu einem oder zu etwas nahen, herzunahen. Virgil. 5 Æneid. v. 185 *ſcopuloque propinquat.* Statius 5 Thebaid. v. 493

triſte

triste propinquat Supplicium. Invenitur etiam cum quarto casu: Sallustius fragm. lib. 4 Hist. *Bithyni propinquantes jam amnem Tartanium*, id est, *ad* amnem, ἐλλειπτικῶς. Sed & deproperandi significatione accusativum ferre solet. Virgil. Æneid. 10 v. 254

Tu rite propinques Augurium.

Silius 2 v. 281 *mortem licet arma propinquent.*

Addit Dausquejus ejusdem libri v. 533; sed aliter Modius ex MSS. Vide editionem Silii Cellarianam.

¶ Apprŏpinquo, āre, propinquum fieri, propinque accedere, nahe herbey kommen, herzu kommen; ut, *Hiems appropinquat*, Cæs. 3 B. Civ. c. 9. *Occasus urbis appropinquat*, Cic. 3 Catilin. c. 8. *Mors appropinquat*, Idem 5 de Fin. c. 11.

¶ Appropinquātio, ōnis, die annäherung, herannahung; ut, *Anguntur appropinquatione mortis confecti homines senectute*, Cic. de Senect. c. 9.

¶ Apprŏpio, are, hinzu nahen. Vulg. Interpr. Luc. c. 10 v. 34 *Appropians alligavit vulnera ejus.*

¶ Approxĭmo, are, idem. Sarisb. 8 cap. 16 *Qui sunt in diluvio aquarum multarum, ad eum non approximabunt.*

¶ Imprŏpe, adverb. sehr nahe. Tertull. Exhort. ad Castit. c. 9 *Si orationem facit ad Dominum, imprope est cælo.*

PRŎPEMPTĬCUS, a, um, προπεμπτικός, deductorius, begleitend auf der reise. Unde absolute *Propempticon*, carmen vel sermo, quo abeuntem honoris caussa prosequimur, ein glückwuntsch auf die reise. Tale Evandri ad Pallantem filium in Virg. Æn. 8 v. 560 seqq. & Horatii ad Virgilium lib. 1 od. 3, ut & ad Mæcenatem epod. 1. Exstat ipsa vox *Propempticon* in titulo Statii 3 Silv. carm. 2.

Propendeo, propendulus, propensio, &c. vide supra *Pendeo.*

Properantia, properatio, &c. vide sequens *Properus.*

PRŎPERTIUS, i, poëta, Mevaniæ, ut Crinitus vult; Ameriæ, ut Jos. Scaliger contendit, in Umbria natus, & postea delatus Romam; ubi sub Augusto floruit, coævus Virgilio, Horatio, Tibullo, Ovidio: quo tamen paullo major fuit, ut ipse Ovidius alicubi testatur. Scripsit Elegias omnium nitidissime & eruditissime. Unde vulgatum de eo: *Propertium plures amare, quam intelligere.* Justus Lipsius lib. 2 Antiq. Lect. cap. 10 de eo sic scribit: *Propertium qui non amat, eum profecto Musæ non amant: tanta ejus versuum suavitas, ut non, nisi Phœbo dictante, credantur excepti.* Scaliger pater, *candidum, facilem*, & *vere elegiacum* vocat; quem vide Hypercritico c. 7. Plerique libri manuscripti eum *Nautæ* cognomento insigniunt: ex quo *Nattæ* conjecit Lipsius lib. 3 Variar. Lect. c. 23. Sed frustra est politissimi viri conjectura. Namque illud *Nauta* prorsus confictitium est, & ab aliis attextum poëtæ, qui & Martialem *Cocum* appellare voluerunt. Nam quum in Propertio legerent de se scribente: *quamvis navita dives eras*, statim arbitrati sunt, poëtam professum fuisse nauticam, atque ex eo præclarum illud cognomen ei attribuêre. Sed locus ille corruptus est: & nemo sanus neget cum Beroaldo, legendum esse lib. 2 eleg. 24 v. 38 *quamvis non ita dives eras.*

PRŎPĔRUS, a, um, festinus, celer, behend, eilend; ut, *Gressus properi*, Valer. Flacc. lib. 4 v. 176. *Pede propero*, Catull. carm. 63 de Aty, v. 34. *Properus ire*, Tacit. lib. 11 Annal. c. 26, jähzornig.

¶ Prŏpĕre, adverb. celeriter, eilends; ut, *Abi propere, quid stas?* Ter. Heaut. a. 1 sc. 3 v. 9. *Propere exsequi*, Virg. Æn. 6 v. 236. Statius 5 Silv. 1 v. 125 *propere mensasque torosque Instruit.*

¶ Propĕrĭter, adv. idem. Nonius c. 11 n. 63 ex Catulli quodam: *Animula miserula properiter abit.* Plura ex Pacuvio & Accio idem Nonius c. 2 n. 663. Et Auson. Parental. 27 v. 1 *Amita Veneria properiter obiit.*

¶ Prŏpĕro, are, festinare, eilen. Cicero lib. 12 cap. 25 *Inde ventis remisque in patriam omni festinatione properavi.* Et cum infinit. *Rem properavi deducere in judicium*, Idem ad Attic. lib. 1 epist. 16. ¶ 2. Veteres hoc verbi & ἐνεργητικῶς posuisse, Servius notat ad illud Virg. 9 Æn. v. 401 *pulchram properet per vulnera mortem;*

Id enim antique dictum, ut a Plauto: Properate prandium. Sic, *Properare mortem*, id est, accelerare, beschleunigen. Sic & Tacitus 2 Annal. cap. 31 *Juravit Tiberius, petiturum se vitam, quamvis nocenti, nisi voluntariam mortem properavisset.* Et, *Iter properare*, Idem 3 Histor. c. 40 dixit. *Deproperare coronas*, similiter Horatius dixit infra. Idem lib. 1 epist. 3 v. 28 *Hoc opus, hoc studium parvi properemus & ampli:*

Properemus, id est, propere & sine morâ capessamus & complectamur. Differunt autem *maturare*, *properare* & *festinare*. *Maturat*, qui in tempore atque per otium, nec serius nec citius aliquid, aut segniter facit: *Properat*, qui celerat, ne transigendi occasio elabatur: *Festinat*, qui coactus necessitate, quod cepit, raptim tractat, nec perficit plane. Vide Festum in *Properare*: & Gellium lib. 10 cap. 11, & lib. 16 cap. 14; itemque Servium ad illud Virgilii 1 Georg. v. 259

Frigidus agricolam si quando detinet imber,
Multa forent, quæ mox cælo properanda sereno,
Maturare datur.

Huic notioni etiam passivum respondet. Plinius Panegyr. cap. 51 *Hinc porticus, inde delubra occulta celeritate properantur.* Horatius epod. 12 *Muricibus Tyriis iteratæ vellera lanæ Cui properabantur?*

¶ Prŏpĕrans, tis, eilfertig, schleunig. Cic. ad Att. 4 epist. 4 *Hæc properantes scripsimus.* Plin. 5 cap. 9 *Properantes aquæ*, i. e. rapide & concitate fluentes. conf. Horat. Art. poët. v. 17. Sic, *Lingua properante legere*, Ovid. Pont. 3 epist. 5 v. 9. Comparat. Auson. epist. 1 v. 27 *Properantior hæres.* Et Claudian. 2 in Rufin. v. 337

Festinamque rotam solito properantior urget.

¶ Propĕranter, adverb. celeriter, eilend, schleunig. Lucret. lib. 5 v. 301

Usque adeo properanter ab omnibus ignibus ejus
Exitium celeri toleratur origine flammæ.

Sallust. Jugurth. cap. 8 *Si properantius pergeret.* Tacitus 2 Annal. cap. 55 *Quo properantius destinata inciperet.* Et Silius lib. 7 v. 747

Cespite de viridi surgunt properantius aræ.

Conf. Ovid Fast. 4 v. 673. Lege 8 Cod. Theodos. de appellationib. & pœnis &c. *Intra vicesimum diem, quæcunque ad instructionem pertinent caussæ, ad comitatum nostrum properantissime volumus adferri.*

¶ Prŏpĕrantia, æ, die eilung. Sallust. Jugurth. cap. 36 *Ex tanta properantia.* Tacit. 12 cap. 20 *Pericula ex properantia.*

¶ Prŏpĕrātus, a, um, geeilet, in eil gemacht; ut, *Stilus properatus*, Quintil. lib. 10 cap. 3, in eil obenhin geschrieben. *Naves properatæ*, raptim & properanter factæ, Tacitus 1 Annal. cap. 6. *Opus brevi properatum tempore*, Ovid. Pont. 2 epist. 11 v. 1. *Mors properata*, ein frühzeitiger oder schneller tod, Idem Trist. 3 eleg. 3 v. 34. Compar. Solinus cap. 39 *Lucinæ illis properatius tempus est.* ¶ Substantive Cicero pro Milon. cap. 19 *Properato opus est.* conf. Plaut. Trin. a. 3 sc. 3 v. 78, & Milit. a. 3 sc. 1 v. 209. Sic &

¶ Properato, adverbialiter, in eil, eilends, schnell. Tacit. Ann. 13, 1, 4 *Nec minus properato Narcissus ad mortem agitur.*

¶ Prŏpĕrātim, aliud adverb. idem. Pompon. apud Nonium cap. 2 n. 663 *Pergis properatim.* Et Cæcil. ibid. *Properatim confectum est opus.* Etiam Gellius 12 c. 15 ex Sisenna allegat, dicitque esse notius.

¶ Properatus, ûs, subst. die beschleunigung. Gell. 10 cap. 11 *In properatu rei rusticæ maturari potest.*

¶ Properatio, ōnis, die forteilung, eilfertigkeit. Quintius Cicero Tironi lib. 16 epist. ult. *Qua parcius frater perscripserat, verecundia videlicet & properatione.*

¶ Prŏpĕrābĭlis, e, eilsam. Tertullian. de Anima cap. 43 *Calore properabili, & rigore tardabili.* Composita:

¶ Apprópĕro, are, accelerare, vel properare, hinzu eilen; ut, *Approperare ad cogitatum facinus*, Cic. pro Milon. c. 17, eilends ins werck setzen. *Jam magis jam appropero*, Plaut. Casin. a. 5 sc. 2 v. 16.

¶ Approperatus, a, um, unsäumig, geschwind vollbracht; ut, *Approperato opere*, Livius lib. 27 cap. 26.

¶ Deprŏpĕro, are, davon eilen, in eil verfertigen. Horatius lib. 2 ode 7 v. 24

quis udo
Deproperare apio coronas
Curatve myrto?

Deproperare, id est, valde propere texere. Plautus Pœn. a. 1 sc. 2 v. 108 *Prius deproperant sedulo sacrificare.*

¶ Exprŏpĕro, are, celeriter consummare. Gruterus Inscript. p. 669 n. 10 vetus epitaphium profert, quod incipit:

Hic Aquilæ cineres miserabilis urna sepultos
Contegit, & fatis exproperata nimis Occidit, &c.

¶ Imprŏpĕrus, a, um, tardus, langsam. Silius lib. 3 v. 96

improperæ cui ducant fila sorores,

id est, cui Parcæ longævitatem dent.

¶ Imprŏpĕro, are, hinein eilen, apud Plinium lib. 36 cap. 13 de labyrintho Porsenæ: *quo si quis improperet sine glomere lini*, &c. ¶ 2. *Improperare* idem est ac objicere, incusare, exprobrare, fürwerffen. vid. Plaut. Rud. a. 3 sc. 2 v. 28, & Petronii Fragm. Tragur. p. 10, & ibid. not. Schefferi p. 77. Sic & Chrysolog. Serm. 84 *Ne alteri improperaret, quod ipse donaverat.* ¶ 3. Sed, *Improperat vestigia*, id est, non festinat, Virg. 9 Æn. v. 798.

¶ Improperanter, adverb. gemächlich. Auson. Epitaph. 35 de equo:

Improperanter agens primos e carcere cursus
Fortis prægressis ut potereris equis.

¶ Imprŏpĕrium, i, vox medii ævi, dedecus & ignominiam sonans, schmach. Onomast. Vet. *Improperium*, ὀνείδισις. Vulgatus Interpres Ebr. c. 11 v. 26 *improperium Christi*, græce ὀνειδισμόν. Usus & Ambrosius ad Virginem lapsam cap. ult. & Hieronymus in Psalm. 42 [41] v. 4. Adde Voss. de Vit. Serm. 3 cap. 15.

¶ Perpropĕre, adverb. plötzlich, sehr behend. Plaut. Milit. a. 2 sc. 4 v. 10 *Peri perpropere.*

¶ Præprŏpĕrus, a, um, nimium properus, gar zu eilend. Cic. 7 fam. ep. 8 *Ex litteris tuis cognovi præproperam quandam festinationem tuam.* Sic, *Celeritas præpropera*, Livius lib. 31 c. 42. *Ingenium præproperum*, Idem lib. 22 c. 41, zu hui, zu hitzig. *Præproperus amor*, Val. Max. lib. 6 c. 3 n. 6.

¶ Præpropĕre, adverb. idem; ut, *Præpropere agere*, Livius lib. 2 c. 45. Idem lib. 22 cap. 3 *Satis apparebat, ferociter omnia ac præpropere acturum.* Adde ejusdem lib. c. 19, ubi cum *raptim* conjungitur.

¶ Præprŏpĕro, are, gar schnell seyn. Gloss. Vet. *Præproperat*, προπετεύεται. Inde

¶ Præproperanter, adverb. sehr eilend. Lucretius lib. 3 v. 781 *Certare præproperanter.*

Propexus, quære supra sub *Pecten.*

PRŎPHĒTA, æ, προφήτης, a πρόφημι, qui aliquid prædicit, vates, ein prophet, weissager, priester. Ægyptii sacerdotes suos ita vocabant. Apulejus de dogmate Platonis lib. 1 post principium: *Astrologiam adusque Ægyptum ivit petitum, ut inde prophetarum etiam ritus addisceret.* Idem principio lib. de Mundo; *Veluti prophetæ quidam Deorum majestate completi effantur.* Idem 2 Metamorph. p. 127 *Zachlas adest Ægyptius, propheta primarius.* Porphyrius lib. 4 περὶ ἀποχῆς etiam sacerdotes Jovis in Creta *Prophetas* appellat. Festus: *Prophetas dicebant veteres antistites fanorum oraculorumque interpretes.* Tertull. carm. adv. Marc. lib. 3 v. 120 de Davide: *Magnus rex atque propheta.* conf. de Hieremia v. 169 &c.

¶ Prŏphētis, ĭdis, fœm. προφῆτις, eine prophetin, weissagerin.

¶ Prophetissa, æ, idem. Tertull. de Præscript. cap. 51 *Puellam quasi prophetissam sequitur.* Displicet Vossio de Vit. L. L. 1 cap. 12.

¶ Prophetīa, æ, προφητεία, divinatio, die prophezeyung, weissagung. Tertull. de Anima cap. 35 *Ex supplemento prophetiæ.* conf. Idem Exhort. Castit. c. 4, & adv. Marc. 1 c. 10, & de Præscript. c. 51.

¶ Prophetiālis, e, prophetisch. Tertull. adv. Valent. cap. 28 *Prophetiale patrocinium.*

¶ Prophetālis, e, idem. Hieronymus epist. 7 ad Lætam: *prophetales libri.* Et Chrysolog. Serm. 84 *prophetali spiritu.* Venant. Fortunatus lib. 5 carmine 4 v. 58 *prophetali virgine*, ut Browerus quidem edidit. Nam Fabricius adjectivum alio refert, eodem tamen sensu:

Quodque prophetalis virgine fœtus agit.

¶ Prŏphētĭcus, a, um, προφητικός, idem; ut, *Prophetica vox*, Tertull. Exhort. Castit. c. 10. conf. de Coron. Mil. c. 7, & de Virg. veland. c. 5. Prudentius Hymno Jejunantium v. 179

Prænuncupatus ore qui prophetico
Emanuel eſt. Conf. Periſteph. 14 v. 631.

¶ Prŏphētice, adverb. idem. Tertull. de Monog. cap. 4 *Prophetice dictum eſt.* conf. de Virgin. veland. cap. 5. Auguſtin. epiſt. 19 c. 3, & de Civ. D. lib. 18 cap. 43 fin. & cap. 44.

¶ Prŏphēto, are, pro *prædicere*, propheʒeyen, weiſſagen. Vocem detortam ex græco προφητεύειν uſurparunt Tertull. de Reſurr. carn. c. 28; Hieronymus epiſt. 103 cap. 7; Prudentius Periſteph. 13 v. 101. Vide Barth. ad Claud. Mamert. p. 288, & Cellar. Cur. Poſterior. p. 280.

¶ Prophetīzo, are, idem. Vulg. Interpr. Matth. c. 26 v. 68 *Prophetiza nobis.*

¶ Pſeudŏprŏphēta, æ, ψευδοπροφήτης, propheta vel doctor falſus, ein falſcher prophet; ut, *Sermo pſeudoprophetarum*, Tertull. de Reſurr. carn. c. 24. conf. de Anima c. 2; & de Præſcript. c. 4 &c.

¶ Pſeudoprophētis, ĭdis, ψευδοπροφῆτις, eine falſche prophetin. Tertull. de Anima cap. 57 *Eumdem ſpiritum in pſeudoprophetide mentiri.*

¶ Pſeudoprophetīa, æ, ψευδοπροφητεία, eine falſche weiſſagung. Tertull. de Jejun. c. 11 *Aut pſeudoprophetia eſt, aut hæreſis.*

¶ Pſeudoprophētĭcus, a, um, falſch weiſſagend. Tertull. de Pudicit. c. 21 *Quid ſi pſeudopropheticus ſpiritus pronuntiavit?*

Propilo, are, vide ſupra *Pila*.

PRŎPĪNO, avi, atum, are, græcum eſt, a προπίνειν, præbibere, ʒutrincken, überreichen, ʒubringen: ut, *Nemo prŏpinabit, Calliodore, tibi*, Martial. 6 epigr. 44. Et, *Cryſtallinisque myrrhinisque prŏpinat*, Idem lib. 3 epigr. 81, ubi primam produxit poëta; ſicuti etiam lib. 1 epigr. 69 *Cœnat, propinat* &c. & lib. 8 epigr. 6 *Hac propinavit* &c. Plaut. Stich. a. 3 ſc. 2 v. 16 *Propinare ſalutem plenis faucibus.* Terent. Eunuch. a. 5 ſc. 8 v. 57 *Hunc comedendum, & deridendum vobis propino*, id eſt, trado vel porrigo, den übergebe ich euch ausʒulachen. Proditores patriæ, *hoſtibus eam propinare*, dixit Demoſthenes, προπίνειν τοῖς ἐχθροῖς. conf. Ennius apud Nonium c. 1 n. 140.

¶ Propīnātor, ōris, qui propinat, ein ʒutrincker. Ex Ovidii 1 de Arte am. v. 587 vulgo arceſſitur. Heinſius autem & eruditiſſimus quisque ibi legit *procurator*.

¶ Propīnātio, ōnis, das ʒuſauffen. Seneca epiſt. 83 *Cum propinationes tuas ſtrati ſomno & vomitantes recuſaverint.* Idem de Ira lib. 2 cap. 33 *propinationibus crebris aliquem laceſſere.* Et Gellius 10 cap. 17 *Propinationem adoleſcentis filii deplorans.* Alii legunt ibi *potationes*.

Propinquitas, propinquus, &c. propior, vide ante in *Prope*.

PRŎPĬTIUS, a, um, placidus, favens, günſtig, geneigt, gnädig; ut, *Propitii parentes*, Terent. in Adelph. a. 1 ſc. 1 v. 6. *Propitia fortuna*, Cicero ad Octavium. Et Plautus in Curcul. a. 4 ſc. 2 v. 45 *Cui homini Dii ſunt propitii, lucrum ei profecto objiciunt.* Et, *Propitia voluntas*, i. e. benevola, Nepos Dione cap. 9 n. 6. Eſt a *prope*, quaſi *prope itans*; unde & primam natura ſua corripit. Seneca Agamemnone v. 399 *Et ſi propitios, attamen lentos Deos.*
Eſt enim in ſecunda regione tribrachys, non dactylus; quippe quo Seneca eo loco nuſpiam uſus eſt. Nec aliter Plautus poſuit. Et Epici ideo abſtinuerunt hac voce, quod Heroici carminis legem ſubire haud poſſet. Prudentius tamen Hymno Agnetis v. 130

Purgabor undis propitiabilis:

primâ productâ dixit, uti & alibi: licenter ſcilicet: atque is plura alia contra regulam. Ei vero patrocinantur, qui *Propitius* dictum volunt, quaſi *prorſus* aut *porro pius*. vid. Becman. Orig. p. 879, Voſſ. Etymol. p. 413, & Pincier. Parerg. 2 cap. 36. Hinc & Juvenc. Hiſt. cap. 1 v. 43 *Nam me propitius rerum pater* &c. ¶ 2. *Propitios* & placatos homines dici vetuſtas voluit, verſöhnt, teſte Nonio c. 6 n. 85, ubi Lucilius *iratos & propitios Deos* oppoſuit. Et Cicer. pro Cœl. cap. 17 *Huic ego Deos propitios, plerique autem iratos putabunt.*

¶ Propitiābĭlis, e, aptus ad prŏpitiandum, verſöhnlich. Ennius apud Nonium c. 2 n. 669 *Huic eſt animus propitiabilis.* Prudent. Periſteph. 14 v. 130 *Oris propitiabilis fulgor.* Et Tertull. de Jejun. c. 15 *Placabilis & propitiabilis Deo.*

¶ Propĭtio, avi, atum, are, placare, conciliare, verſöhnen, begütigen. Curtius lib. 4 c. 13 *Ariſtander præibat preces regi, Jovem, Minervam, Victoriamque propitianti.* Plinius lib. 28 c. 2 *ſollicitudinem animi propitiare.* Plaut. Pœn. a. 1 ſc. 2 v. 120 *ut Venerem propitiem.*

¶ Propitiatus, a, um, ausgeſöhnt. Prudent. Periſteph. 3 v. 215 de Eulalia:
Proſpicit hæc, populosque ſuos
Carmine propitiata fovet.

¶ Propĭtiātus, ûs, ſubſtant. die verſöhnung, Vulg. Interpr. Sirac. c. 5 v. 5.

¶ Propitiatio, ōnis, idem. Macrob. 1 in Somn. Scip. c. 7 pr. *Quod apportant minæ, litatio propitiationis avertit.* Seneca Qu. Nat. 2 cap. 38 *Expiationes propitiationesque prodigiorum.* Alii: *procurationesque.* Adde Nonium c. 4 n. 366.

¶ Propitiātor, ōris, ein verſöhner, apud Hieronymum epiſt. 146 ad Damaſum, ex ſacro uſu de Chriſto redemtore.

¶ Propitiatrix, īcis, die verſöhnerin, Ambroſius ad Virgin. lapſam c. 4.

¶ Propitiatōrium, i, der gnadenſtuhl. Ita Interpres Vulgatus reddidit ἱλαστήριον, Rom. c. 3 v. 25. conf. Iſidor. 15 c. 4.

¶ Repropĭtio, are, wieder verſöhnen. Tertull. 1 ad Nation. c. 17 *Neque imagines Cæſarum propitiando, hoſtes populi nuncupamur.* Paſſiv. *Repropitiari*, wieder gnädig ſeyn, Vulg. Interpr. Levit. c. 19 v. 22.

Proplaſma, proplaſtice, vide ſupra *Plaſma*.

PROPNĪGEON, i, προπνίγειον, locus balinei, quo carbones ſuffocabantur, aut præfurnium, das ofenloch. Voce hac uſi ſunt Vitruv. 5 cap. 11, & Plin. 2 epiſt. 17. vid. ibi Interpretes.

PRŌPOETĬDES, um, filiæ Amathuntiæ, Venerem aſpernatæ, ideoque vulgatis corporibus ſuis, in ſilicem verſæ: Ovid. Metam. 10 v. 221 & 238.

PRŎPŌLA, æ, προπώλης, qui pluris vendit merces, quas in portu primus anticipat minori pretio, ein vorkäuffer, kramer, hecke. *Panis & vinum a propola*, Cicer. in Piſon. cap. 27. Male enim ibi Turnebus *propala* legit, ut docet Scaliger in Culicem Virgilii. Vet. Gloſſ. *propola*, πωλεύς. Locum Lucilii vide apud Nonium cap. 4 n. 118 extr.
¶ Græcis *Propola* eſt *pararius*, ſive *proxeneta emptoris*, ein meckler. vid. Voſſ. Etymol. p. 413.

PRŎPŎLIS, is, πρόπολις, materia ceroſa, quæ in alveariis præ ſpiraculis reperitur, der vorſtoß, Varro R. R. 3 c. 17. vide *Piſſoceros*.

PRŎPŎMA, ătis, πρόπομα, propinatio, der ʒutrunck, erſte trunck. *Propomata* ſunt velut antecedentia pocula & bibendi procœmia. Pallad. Febr. c. 32 *Vt propomata ſponte naſcantur*, i. e. vina condita ſive mellita. vid. Cœl. Rhodig. 7 c. 26, & lib. 21 c. 7.

Propono, Propontis, Proporro, Proportio, Propoſitio, &c. vide *Pono*, *Pontus*, *Porro*, *Pars*, *Pono*.

PRŎPRIUS, a, um, faciunt a *prope*, eigen, eigenthümlich, das einem allein gehörig. Genitivo & dativo jungitur; ut, *Voluptates Deorum propriæ ſunt*, Terent. Andr. a. 5 ſc. 5 v. 4. *Libertas propria Romani generis*, Cic. 3 Philipp. c. 11. Contrarium *commune* eſt. Sic, *Adimere alicui, quæ ſua erant propria*, Cic. pro Roſc. Am. c. 52, einem nehmen, was ſein eigen war. *Rem aliquam certo ſuo ac proprio vocabulo nominare*, Idem pro Cæcin. c. 18, mit ſeinem eigentlichen nahmen nennen. *Rei alicujus propria vis & natura*, Idem Somn. Scip. cap. ult. Et, *Hoc eſt proprium oratoris*, &c. darauf ſoll ein orator eigentlich oder fürnehmlich ſehen, ꝛc. v. Cic. lib. 1 ad Qu. fratr. epiſt. 1 c. 13. ¶ 2. Luculenter Borrichius in Vindic. Lat. p. 192 probat, veteres ſæpe *proprium* pro *ſuo*, & viciſſim *ſuum* pro *proprio*, imo majoris etiam evidentiæ cauſſa *ſuum proprium* conjunctim poſuiſſe. Dixit enim Cicero 2 Philipp. c. 38 *ſuo Marte*; nec deterius Ovidius Pont. 4 epiſt. 7 v. 14. Sic Cic. de Orat. 1 c. 33 *vires exercent ſuas.* Aſt Livius 2 c. 53 *Non placebat propriis viribus bella gerere.* Sic, *propriam pellem, proprios ungues* dixit Horatius 1 ſat. 6 v. 22, & 1 epiſt. 7 v. 51 &c. Quin & Cicero 1 de Orat. c. 10 *ſuam quandam propriam facultatem* dixit: Cæſar 3 B. C. c. 20 *propriam ſuam calamitatem*: Livius 3 c. 70 *ſuo proprio prælio*: & lib. 4 c. 8 *ſuo proprio magiſtratu.* Itaque germaniſſimi metus eſſe nequit, ſi ſimiliter dicas: *propria manu, propriis oculis* &c. quamquam etiam exſtet *mea manu*, apud Cicer. ad Attic. 2 epiſt. 23, & lib. 5 epiſt. 14; &, *hiſce oculis*, apud Ter. Adelph. a. 3 ſc. 2 v. 31. ¶ 3. *Proprium* eſt, quod eripi non poteſt, quod ſtabile ac perpetuum eſt, ewig, immerwährend. Terentius Andr. a. 4 ſc. 3 init.

Nihil ne eſſe proprium cuiquam?

Vbi Donatus: *Omne quod habemus, aut* MUTUUM *eſt, aut* PROPRIUM; *Ergo* PROPRIUM *perpetuum: ut Virgilius:* Propria hæc ſi dona fuiſſent. *Ergo nihil nobis proprium eſſe poteſt: quod enim non fuit, neque eſſe quidem poteſt, aut quod eripi poteſt, non eſt noſtrum: niſi illa, quæ eripi non poſſunt, ut ſapientia, juſtitia, prudentia: quæ fortuna neque dare, neque eripere poteſt.* Vide eumdem etiam ad illud Ter. a. 5 ſc. 5 eâdem fabulâ: *Ego Deorum vitam propterea ſempiternam eſſe arbitror* &c. Horatius lib. 2 ſat. 6 v. 4 *nihil amplius oro,*
Majâ nate, niſi ut propria hæc mihi munera faxis,
i. e. diuturna atque ſtabilia. Corn. Nepos Thraſybulo c. 4 n. 2 *Nam parva munera diutina: locupletia non propria eſſe conſueverunt.* Cæſar 3 de B. C. c. 70 *Munitiones enim propriam & expeditam Cæſaris victoriam interpellaverunt*; *Propriam*, id eſt, certam ac indubitatam, quæ manu velut teneretur, nec eripi poſſet. *Partam & præſentem* mox cap. 73 vocat. Cicero pro L. Manil. c. 16 *Quod ut illi proprium ſit atque perpetuum, Quirites, velle & optare debetis.* vide & Nonium cap. 4 n. 346.

¶ Proprium, i, ſubſt. das eigenthum. Politice, ipſo finiente Cicerone 7 fam. epiſt. 30 *Id eſt cujusque proprium, quo quisque fruitur atque utitur.* ¶ 2. Logice *Proprium*, die eigenſchafft, uti Quintil. 5 c. 10 deſcribit, *eſt, aut quod ſoli accidit, ut homini ſermo, riſus; aut quod utique accidit, ſed non ſoli, ut igni calefacere. Et ſunt ejusdem rei plura propria, ut ipſius ignis lucere, calere*, &c. conf. lib. 7 c. 3, & Micræl. Lex. Philoſ. p. 1152.

¶ Proprie, adverb. eigentlich. *Id proprie tuum eſt*, das gehöret eigentlich dir allein, Cicer. 9 fam epiſt. 15. Idem 2 Philipp. c. 31 *O hominem nequam, quid enim aliud dicam? magis proprie nihil poſſum dicere*, eigentlicher weiß ich nichts von ihm zu ſagen. Cic. Agrar. 2 c. 31 *promiſcue toto, quam proprie parva frui parte malle.* Et lib. 1 Offic. cap. 30 *Duabus quaſi a natura induti ſumus perſonis: Vna eſt communis, ex eo, quod omnes participes ſumus rationis; altera, quæ proprie ſingulis eſt attributa.*

¶ Propriĕtas, ātis, die eigenſchafft. Cicer. lib. 4 Acad. Qu. c. 18 *Singularum rerum ſingulæ proprietates ſunt.* Livius lib. 38 c. 17 *In frugibus pecudibusque non tantum ſemina ad ſervandam indolem valent, quantum terræ proprietas cælique, ſub quo aluntur, mutat.*

¶ Proprietārius, i, ein eigenthumsherr, Lege 13 Dig. de pecul. &c.

¶ Proprio, are, ʒueignen. Feſtus exponit antiquum *propriaſſit*, *proprium fecerit.* Cœl. Aurel. Acut. 1 cap. 15 *Per tenues vias propriari.* Idem Tard. 5 c. 12 *Solidiora digeſtione propriantur.* Hinc

¶ Propriātim, vel Proprītim, adverb. eigentlich. Arnob. lib. 3 p. 125 *Res exigit, propriatim Deos ſcire.* Et Lucret. 2 v. 973 *Genus humanum propritim auctum eſt.* Sic refert Nonius c. 11 n. 18. Alii malunt *propriatim*.

¶ Approprio, are, proprium ſibi facere, ʒueignen. Sub Ovidii nomine poëtaſter quidam de Vetula aliquoties uſus eſt, teſte Voſſio de Vit. L. L. 4 c. 1. Barthius etiam hoc verbo corruptum Britonis locum lib. 9 v. 596 putat ſanari poſſe. Gloſſ. lat. gr. *Appropriare*, νοσφίζειν.

¶ Improprius, a, um, minime proprius, uneigentlich. Quintil. lib. 8 c. 2 *Quod apud nos* IMPROPRIUM, *ἄκυρον apud Græcos vocatur.*

¶ Improprie, adverb. idem. Gellius 6 c. 6 *Quaſi improprie & inſcite dictum.* Idem lib. 17 c. 10 *pervulgate & improprie dixit*, &c.

¶ Improprietas, ātis, ein unrichtiger verſtand. Gellius lib. 1 c. 22 extr. *Cavenda eſt non improprietas ſolum verbi, ſed etiam pravitas ominis.*

PROPTER, præpoſit. juxta, nächſt an, bey; ut, *Propter aquæ rivum*, hart oder ʒu nächſt bey dem bach, Virgil. eclog. 7 v. 87 ex Lucretio. *Duo filii propter patrem cubantes*, Cicer. pro Roſc. Amer. c. 23. Et Livius lib. 28 cap. 8 *Oppida propter Appiam viam*, id eſt, juxta. Plautus Amph. a. 4 ſc. 1 v. 7 *pergam exquirere*
Quis fuerit, quem propter corpus ſuum ſtupri compleverit:
Quem propter, id eſt, propter quem, ſive juxta quem accubans &c. Terent. Eunucho a. 2 ſc. 3 v. 76

Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet.

¶2. Ob, um, wegen; ut, *propter invidiam*, Terent. Phorm. a. 2 sc. 1 v. 46. *Propter tuum in me amorem*, Cicer. 1 fam. epist. 3; &, *Legibus propter metum parere*, Idem Paradox. 5 c. 1, id est, invidiæ, amoris, metûs caussa, um abgunst, liebe, furcht willen. ¶3. *Propter-viam sacrificare*, dicebantur profecturi, quod Græcis ἐξιτήρια θύειν est, ein opffer der reise halben. Fiebat autem hoc sacrum Herculi, & oportebat omnia in eo igne absumi, ut in aliis Herculis sacris. Vnde Catonis jocus: Nam in quemdam, qui bonis omnibus comesis, domum incenderat, *propter-viam fecisse*, dixit, qui combusserit, quod non potuerat comesse, ut refert Macrobius lib. 2 Saturn. c. 2. Vide & Festum atque ibi Scalig. & Taubman. ad illud Plauti Rud. a. 1 sc. 2 v. 62 *Propter-viam illi sunt vocati ad prandium.* Pulchre hinc Eucharistiam describit H. Grotius Silv. lib. 1 p. 13

Hæ dapes sunt funerales, hoc sacrum Propter-viam:
Cœna jam mori parantis inque procinctu data.

¶4. Et adverbialiter. Terent. Adelph. a. 4 sc. 2 v. 39 *Ibi angiportum propter est*, zu nächst dran ist ein gäßlein etc. Et Hieronymus epist. 26 ad Pammach. sub fin. *ædificato monasterio & diversorio propter extructo.*

¶ Proptĕrea, ob eam caussam, deßwegen, derohalben. Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 11 *Propterea quod serviebas liberaliter*, &c. darum daß du mir einen redlichen dienst hieltest. Cic. 9 fam. epist. 18 *Cum essem otiosus in Tusculano, propterea quod discipulos obviam miseram.* Dicitur etiam *propterea quia*, &c. Serv. Sulpicius Ciceroni lib. 4 epist. 5 *propterea quia per quos id fieri debet propinquos ac familiares*, &c. Et aliquando *propterea, ut.* Cic. pro Ligar. c. 3 *Atque hæc propterea de me dixi, ut mihi Tubero ignosceret.* Justinus lib. 2 cap. 11 de Leonida Spartano ad Thermopylas: *Angustias propterea occupaverat, ut cum paucis aut majore gloria vinceret, aut minore damno reip. caderet.* Absolute quoque sine sequente conjunctione ponitur: Idem Justin. lib. 2 cap. 6 *Ad regem Thessaliæ Deucalionem ratibus evecti sunt, a quo propterea genus hominum conditum dicitur.* Et Martial. 7 epigr. 9

Non tu propterea sed Matho pauper erit.

PROPTŌSIS, is, πρόπτωσις, procidentia, die heraustretung; e. g. oculorum, cum ingens inflammatio oculos e sua sede propellit, adeoque oculi procidunt; qua de proptosi Celsus 6 c. 6 n. 8.

Propudium, Propugnaculum, propugnator, &c. Propulsatio, propulso, propulsus, &c. quære in *Pudet, Pugno, Pello.*

PRŎPŸLAEVM, i, προπυλαῖον, vestibulum & porticus, ein vorhof zu nächst am hause, Cicer. in Officiis 2 c. 17, & Plin. 35 c. 10.

Proquæstor, Proquam, Proquirito, vide infra *Quæro, Quam, Quirinus.*

PRŌRA, æ, πρῶρα, prior navis pars, (uti *puppis* posterior,) das forderste am schiff. Livius lib. 24 c. 34 de Archimedis machina: *suspensâ prorâ navim in puppim statuebat.* Virg. Æn. 7 v. 37 *terræque advertere proras.* ¶2. Tralate & proverbialiter: *Prora & puppis consilii*, i. e. summa, πρῶρα καὶ πρύμνη, der anfang und ende, die gantze summa, thun und lassen, Cic. lib. 16 fam epist. 24 ad Tironem. Adde Chiliadas.

¶ Prōrēta, æ, qui sedet ad proram, ut regat, πρωράτης græce, der steuermann. Plautus Rud. a 4 sc. 3 v. 75 *Si tu proreta isti navi es, ego gubernator ero.* vid. Turneb. Advers. 28 cap. 43, & Parei Lex. Crit. pag. 1005.

¶ Prōreus, ĕi, dissyllab. πρωρεὺς, idem; quo usus est Ovid. Met. 3 v. 634

Pone metum, Proreus, & quos contingere portus
Ede, velis, dixit.

¶ Biprōrus, a, um, das zwey fördertheile hat; ut, *Biprora navis*, Hyginus fabulâ 168, item fabula ult.

PRŌRĪGA, æ, mascul. a *prurigine* dictus, qui equas admittit, quique nuptias conciliat, ein kupler, stuttenmeister, Plin. 8 cap. 42. vide supra *Peroriga*, & Herald. in Arnobium p. 225.

Proripio, Prorīto, Prorogare, &c. vide *Rapio, Irrito, Rogo.*

PRORSVS, & Prorsum, adverb. omnino, in universum, gäntzlich, durchaus, allerdings; ut, *Ita prorsus oblitus sum mei*, Terent. Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 14, gar hab ich meiner selbst vergessen. *Verbum prorsum nullum intelligo*, Cicer. 2 de Orat. cap. 14 extr. *Nullo modo prorsus assentior*, ich falle ihm gar nicht bey, Idem 3 Nat. Deorum cap. 8 extr. ¶ Est autem *prorsus*, quasi *proversus*, igitur proprie est recta, ante, πρόσω, &c. recht für sich, vorwerts. Plaut. Persâ a. 4 sc. 5 *Simulato quasi eas prorsum in navem.* Et, *Rursum prorsum cursare*, hin und wieder lauffen, Terent. Hecyrâ a. 3 sc. 1 v. 35.

¶ Prorsus, a, um, rectus, porro versus, gerade hinwerts. Donatus in Eunuch. Terentii a. 2 sc. 3 v. 14 PRORSVM, inquit, *est porro versum, id est, anteversum. Hinc & prorsa oratio, quam non inflexit cantilena.* Festus: PRORSI LIMITES *sunt in agrorum mensuris, qui ad orientem directi sunt.* Apulej. Florid. 4 p. 361 *Prorsa & vorsa facundia.* Apud Plinium 5 cap. 29 ita legi observavit Pintianus. Atque ita Muretus & Cæl. Calcagninus in antiquis auctorum codicibus legi annotarunt. conf. & Parei Lex. Crit. p. 1006.

¶ Prōsa, æ, & oratio prosa, id est, soluta, eine ungebundene rede. *Prosa* autem pro *prorsa.* Veteres enim & *prosum* pro *prorsum* dicebant, ut *susum* pro *sursum*, &c. Afranius apud Festum in REMEARE: *Vetuit me sine mercede prosum Paccius Remeare in ludum.* Ennius: *rusus prosus reciprocat fluctus feram.* Et aliis multis locis apud auctores. Male igitur Muretus *Prosam orationem* latine dici negat, ut Palmerius advertit in Spicilegio, & Scaliger Auson. Lect. 1 c. 14. De quo ita Isaac. Casaubonus ad Lamprid. Alex. Sever. c. 59 RETRORSVS, *qui retro fert pedem*, εἰς τὸ ὄπισθεν πορευτικὸς, *& contra* PRORSVS πορευτικὸς εἰς τὸ πρόσθεν. *Vnde* oratio Prorsa, Vorsæ *opponitur. Nam qui versus scribunt, absoluto uno versu, etiam minimo, & qui lineæ parvam partem occupet, retro tamen vestigia legere coguntur, ut alium versum inchoent: in soluta oratione contra, quamvis latissime pateat materia, in qua cogitationes nostras exseramus, nihil vetat porro pergere ad extremam usque materiæ latitudinem.* Vellej. 1, 17, 3 *Perfectum prosæ eloquentiæ decus.* Auson. Profess. Burdigal. epigr. 21 v. 14

Prosa solebas, & vorsa loqui.

Idem ante, epigr. 3, in eisdem Professoribus v. 4

seu prosis solveret ora modis.

¶2.* *Prosæ* dicuntur, teste Glossario, pexæ vestes, πεζὸν ἱμάτιον. Hinc in Inscript. apud Gruterum *Prosariæ artis negotiator* est, qui vestes pexas vendit. Sic, *cretariæ, linteariæ artis negotiatores*, in iisdem. *Grævius.* ¶3. *Prosa*, Dea, a recti partus & potestate & nomine dicta, sicuti a perverso partu *Postverta.* vid. Gell. 16 c. 16.

¶ Prōsaĭcus, a, um, non ligatus, ungebunden. Fortunatus lib. 7 carm. 11

Prosaico quoties direxi scripta relatu.

Idem lib. 2 de vita Martini sub fin.

Cujus prosaicus cecinit prius acta Severus;

Is est Sulpicius Severus, qui vitam ejusdem prosâ scripsit. Sic, *Prosaicam orationem condere*, Plin. 7 cap. 56. Alii legunt *Prosam.*

¶ Prōsārius, a, um, idem. Sidonius lib. 3 epist. ult. *Comperi, quod meas nugas, confectas opere prosario, lectione dignere.* Et lib. 9 epist. 13 *prosario loquendi genere districtus.* Sed *ars prosaria* etiam est, quæ curat tunicas pexas. vid. Salmas. de Vsur. p. 342.

Prorumpo, proruptor, Proruo, prorutus, vide inferius *Rumpo, Ruo.*

Prosa, prosaicus, Prosapia, vide *Prorsus, Sipo.*

PROSAPODOSIS, is, προσαπόδοσις, schema est, ubi pluribus propositis statim ratio subjicitur. vid. Quintil. 9 c. 3 circa fin.

Proscenium, Proscindo, proscissio, &c. Proscribo, proscriptio &c. Prosĕco, Prosecro, Prosecta, &c. Prosecutor, Proseda, prosedamum, vide *Scena, Scindo, Scribo, Seco, Sacer, Seco, Sequor, Sedeo.*

PRŎSĔLĒNVS, i, προσέληνος, i. e. antelunaris, sive lunâ vetustior, älter als der mond. Cic. in Fragm. Orat. pro Fundanio: *Arcades se proselenos esse asseverant.* vide supra *Arcas* in *Arcadia.* Sed quia *προσελεῖν conviciari* est, sunt, qui Arcades *Proselenos* contumeliosos & in probra proclives interpretantur. vid. Cœl. Rhodig. Ant. Lect. 16 cap. 3.

PRŎSĔLŸTVS, i, ὁ προσήλυτος, vox græca, *advenam* sive *adventitium* notat: nempe qui ex gente suâ ac patriâ in aliam migravit. Hesychius exponit πάροικος ἀλλοεθνής. Specialiter, quatenus hæc vox est biblica, significat illos, qui e gentibus non coacti se Judaicæ addicebant religioni, Jüdengenossen. Erantque *proselyti* vel *justitiæ*, qui abdicato gentilismo religionem Judaicam amplectebantur; vel *domicilii*, qui quidem ad Judæos accedebant, non autem omnes Judaicæ religionis recipiebant ritus, &c. sed Noachica tantum observabant præcepta. vid. Paul. Slevogt. pecul. dissert. de Proselytis. Vsi hoc vocabulo Patres: ut, Tertull. adv. Judæos lib. ineunte: *Proselytus Judæus* &c. conf. adv. Marc. 3 cap. 21, & Vulg. Interpr. Act. c. 2 v. 11.

Prosemino, Prosequor, Prosero, vide infra *Semen, Sequor, Sero.*

PRŎSERPĪNA, a Περσεφόνη, Cereris ex Jove filia, quæ & *Diana* & *Lucina* & *Hecate* est. Refertur autem ad Lunam, ut pleraque Dearum nomina, quemadmodum ostendit Macrob. lib. 1 Saturnal. Raptum ejus (Pluto enim amore ejus captus ex campis Ennensium abduxit,) Ovidius in Metamorphosi lib. 5 fab. 6, & Claudianus peculiari opere describunt. Habes eamdem fabulam & apud Ciceronem lib. 4 in Verrem cap. 48; Ovid. Fast. 4 v. 423, & Stat. Theb. 12 v. 269.

¶ Proserpināca, æ, herba eximii adversus scorpiones remedii, wegtritt Plin. 27 c. 12, & 26 c. 4. Apulej de Herb. c. 18.

¶ Proserpinālis, is, herba, alias *dracontion*, drachenwurtz, apud Marcell. Empir. cap. 9.

Proserpo, vide infra in *Serpo.*

PRŎSEVCHA, æ, προσευχὴ, ein bet-hauß. Juvenalis sat. 3 v. 296

in qua te quæro proseuchâ?

Vbi varia Scholiastes vetus affert de vocis hujus significatione. Optume illud: *προσεύχεσθαι græce orare dicitur. Et* PROSEVCHA, *locus Judæorum, ubi orabant.* Non enim aliud fuisse *proseuchas*, quam ædes sacras, quas Romæ & Alexandriæ, & in aliis urbibus plures habuere Judæi precationibus destinatas, luculentis auctoribus testatissimum est. vid. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 91. Quod si in quibusdam oppidis nullæ ejusdem ædes essent, secedebat in litora proxima populus, ut ibi oraret, quæ loca & ipsa sic appellata, ex Actis Apost. cap. 16 v. 13 constat: & inde *litorales orationes* apud Tertullian. lib. 1 ad Nationes cap. 13. Josephus, cujus locum Leopardus notavit lib. 3 Emendat. cap. 4, *Proseucham μέγιστον οἴκημα* vocat, πολὺν ὄχλον ἐπιδέξασθαι δυνάμενον, i. e. *maximam domum, magnam turbam capere valentem* &c. Et has *proseuchas* easdem cum synagogis fuisse, observat Grotius ad cap. 4 Matthæi v. 23. De Proseuchis Massalianorum (Hæretici fuerunt) Epiphanius contra Hæreses, hæresi 80, de quibus nonnulla & Scaliger notat Elencho trihæresii Serrariani c. 28 & c. 31. vide & Samuelem Petitum lib. 9 Var. Lect.

Prosiciæ, Prosilio, vide infra in *Seco, Salio.*

PROSLAMBĂNŎMĔNOS, i, προσλαμβανόμενος, phthongus ita dictus, apud Vitruvium 5 cap. 4.

PRŎSŌDIA, æ, προσῳδία, latine accentus dicitur, (Gellius *voculationem* vocat lib. 13 c. 6,) estque ratio ipsa universa pronuntiandi, & carminis scribendi. Cui diligentissimam pueri, & ab initio quidem statim studiorum, operam navent. Ejus enim vel negligentia, vel inscitia turpitudinem certam atque impedimentum reliquis studiis omnibus gravissimum conciliat & affert.

PROSONOMASIA, æ, προσονομασία, figura est ex aliqua vocum similitudine, & verborum quadam affinitate. vid. Quintil. 9 c. 3.

PRŎSŌPIS, ĭdis, & Prosopites, æ, προσωπὶς & προσωπίτης, herba, alias *Personacia*, Apulej. de Herb. c. 36. ¶ *Prosopites* etiam Ægypti præfectura, Plin. 5 c. 9.

PRŎSŌPŎPOEIA, æ, προσωποποιΐα, ficta oratio alienæ personæ, ut Quintilianus interpretatur, cum rebus scil. mutis vel persona vel sermo tribuitur, quemadmodum Terræ Ovid. lib. 11 Metam. & Patriæ Cicero in prima contra Catilinam. Exempla alia passim obvia sunt.

¶ Prosopopœĭcus, a, um, προσωποποιϊκὸς, i. e. per fictionem personæ dictus; ut, *Prosopopœicus sermo*, Firmic. de Error. prof. relig. p. 21.

Prospecto, &c. Prospecŭlor, vide infra *Species, Specula.*

PROSPER, a, um, fortunatus, felix, glücklich, gut, gesegnet; ut, *Exitus prosper,*

prosper, Cic. 9 ad Attic. epist. 7 pr. ein glücklicher ausgang. *Prospera fortuna*, Horat. 4 oda 14 v. 37; &, *Flatu fortunæ prosper*, Cic. 2 Offic. cap. 6, gut glück. *Prosper successus*, Livius fine præfationis. *Prospera valetudo*, Sueton. Julio cap. 45. *Prospera fama*, Tacit. Ann. 14 cap. 51, i. e. integra & inviolata. *In prosperis nimia humanæ fragilitatis oblivio*, Curt. lib. 4 cap. 14 n. 20. *Prosperius fatum*, Ovid. 3 Fastor. v. 614. *Æquora prosperiora*, Claudian. ad Serenam v. 60. *Acre atque prosperrimum bellum*, Vellej. 2, 69, 6. ¶ 2. Invenitur & *Prosperus*: Cicero in Somnio Scipionis cap. 4 *Deinde est hominum generi prosperus & salutaris ille fulgor, qui dicitur Jovis*. Valer. Maximus lib. 3 cap. 7 n. 1 *Nec minus animosus minusve prosperus illius in Asiam transitus* &c. Silius lib. 10 v. 202, uti in MSS. est,

Occidit, immoriens magnis non prosperus ausis.

¶ Prospĕre, adverb. idem; ut, *Prospere evenire*, Cicer. 3 fam. epist. 12, wohl glücken, gerathen. *Magnis viris prospere semper omnes res eveniunt*, Idem fine lib. 2 de Nat. Deorum. *Arundo prosperius loco resoluto quam denso deponitur*, Colum. 4 cap. 32. Adi & Gellium 1 cap. 13, & 6 c. 6. Et, *Bello prosperius cedente*, Aurel. Victor in Carino. *Omnia geruntur prosperrime*, Vellej. Paterc. lib. 2 cap. 117. *Prosperrime dimicare*, Sueton. Cæs. cap. 36.

¶ Prospĕriter, idem, ex Ennio apud Priscian. lib. 15.

¶ Prospĕrĭtas, ātis, felicitas, glück, glückseligkeit; ut, *Prosperitates secundæque res improborum*, Cicer. 3 Nat. Deor. cap. 36. Et ante paullo, eodem cap. *Commoditatem prosperitatemque vitæ a diis habemus*, wohlfarth dieses lebens. *Prosperitas valetudinis*, i. e. sanitas constans & diuturna, Nepos Attico cap. 21. *Prosperitas rerum*, Sueton. Calig. cap. 31.

¶ Prospĕro, āre, beglücken, segnen, glückselig gerathen lassen. Livius lib. 8 cap. 9 *Dii Deæque, vos precor, uti populo R. victoriam prosperetis*, ihr wollet sieg verleihen. Ita Tacitus etiam lib. 3 Annal. cap. 56 *Veneratus deos, ut consilia sua reipubl. prosperarent*. Valer. Maxim. lib. 7 cap. 2 n. 5 *non prosperantibus avibus*, i. e. non addicentibus. Passive Augustinus lib. 5 de Civ. Dei cap. 25 *Constantinus in tyrannis opprimendis per omnia prosperatus est*. Et Gloss. Cyrilli: *Prosperabitur*, ἀσιοποιηθήσεται.

¶ Prospĕrātus, a, um, gesegnet, beglücket; ut, *prosperata felicitas*, Tertull. Apolog. cap. 6.

¶ Prospĕrātio, ōnis, die beglückung, benedeyung. Cyrilli Glossæ: *Prosperatio*, κατευόδωσις.

¶ Adprospĕro, āre, beglücken, beseligen. Plaut. Amph. prolog. v. 13 sub persona Mercurii: *Hæc ut me vultis adprosperare*. Sic Pareus: Alii, *approbare*.

¶ Improsper, a, um, unglücklich. Tacit. Annal. 3 cap. 24 *Augusto fortuna domi improspera fuit*. Idem lib. 14 extr. *improspera insidiarum moles*, h. e. sine successu.

¶ Improspĕre, adverb. idem. *Libertas improspere repetita*, Tacit. Ann. lib. 1 cap. 8. *Improspere cedere*, Columella lib. 1 cap. 1, übel und unglücklich ablauffen.

¶ Perprosper, a, um, sehr glücklich. Sueton. Claudio cap. 31 *Valetudine perprospera usus est*.

PROSPER, ĕri, Aquitanicus, Augustini discipulus, Pelagianorum malleus. Initio notarius Leonis P. R. ac post episcopus Rhegiensis in Gallia provinciæ Narbonensis, cujus opera sæpius edita. vid. Voss. de Hist. Lat. 2 cap. 17, & de Hær. Pelag. 1 cap. 18.

Prospergo, Prosperitas, prospero, Prospex, prospicio, prospicuus, &c. Prospiro, vide *Spargo, Prosper, Species, Spiro*.

PROSTAS, ădis, προστάς, vestibulum, der eingang. Vitruv. 6 cap. 10 *Spatium datur introrsus; Hic locus apud nonnullos prostas nominatur*.

¶ Prostăsia, æ, προστασία, cura, qua quis alterius defensionem suscipit, proque eo liti se opponit, schutz, beystand. Budæus. Gloss. Cyr. προστασία, *patrocinium*.

¶ Prostătes, æ, προστάτης, præses, patronus, & adjutor in bello, ein fürsteher, schutzhalter, adjutant: apud JCtos. Sic *Prostatæ* dicebantur Athenis, quos inquilini ex civibus sibi adsciscebant patronos: v. Suidas.

Prosterno, Prosthesis, Prostibulum, prostituo, &c. Prosto, Prostrator, Prostylus, Prosubigo, Prosum, Prosumia, prosūmo, vide *Sterno, Thesis, Statuo, Sto, Sterno, Stylus, Ago, Sum, Sumo*.

PRŎSYMNA, æ, Argolica regio, ubi Juno colebatur. vid. Strab. lib. 8, & Stat. Theb. 1 v. 383, & 4 v. 44.

PRŎTĂGION, i, vini genus, quod Italicis proximum fecerant Asclepiadis scholæ, uti indicat Plinius 14 cap. 7.

PRŎTĂGŎRAS, æ, Abderites, Menandri filius, Democriti auditor, qui primus mercede docuit artem rhetoricam. v. Laërt. lib. 9, & Gell. 5 c. 3. Idem Gellius 5 c. 10 Protagoræ pactionem cum Evathlo describit, quam alii Coraci tribuunt. vide supra *Corax*. ¶ 2. Alius *Protagoras* astrologus; alius item stoicus, de quibus Laërtius.

¶ Protagŏrius, vel Protagoricus, a, um, adject. ut, *Protagorium responsum*, Gell. 5 cap. 11.

PRŎTĂSIS, is, πρότασις, propositio, prima pars, & occasio adeo prima comœdiæ, der vortrag, oder ursach des spiels. Progressus enim *Epitasis*, finis *Catastrophe* est: vide suis locis, & Apulej. de Syllog. Categor.

Protectio, protēgo, &c. Protēlo, āre, protelum, Protendo, protento, Protēnus, Protermino, Protēro, Proterreo, Protervia, protervus, &c. vide *Tego, Telum, Tendo, Tenus, Terminus, Tero, Terreo, Torvus*.

PRŎTĔSĬLĀVS, i, unus ex Græcorum ducibus, ad bellum Trojanum profectis, qui navem egressus omnium primus interfectus est ab Hectore, sicuti oraculum ei prædixerat. Ejus uxor Laodamia in solatium mœroris umbram mortui amplexa exspiravit. vid. Ovid. Met. 12 v. 68, & Heroid. epist. 13.

¶ Protesilāēus, a, um, adject. Catull. carm. 69 v. 73

Protesilaëam Laodamia domum.

Protestor, āri, vide infra *Testis*.

PRŎTEVS, i, duabus syllabis, Πρωτεύς, Deus marinus fatidicus, qui se subinde in varias figuras mirabiliter converteret. Vnde Horatius *mutantem vultus Protea* appellat lib. 1 epist. 1 v. 90. Vide Virgil. 4 Georg. v. 382. *Proteo mutabilior*, proverb. Diodorus Siculus lib. 1 cap. 62 ex historia sumtam fabulam tradit: Regem Ægypti enim *Protea* fuisse scribit Trojani belli tempore, qui aliorum Ægyptiorum regum exemplo pro insigni seu diademate nunc leonis, jam tauri, modo draconis priori parte, alias vero aut arbore aut igne fuerit usus. Alii vero alio interpretati hanc fabulam sunt. Vide Servium ad supra indicatum Virgilii locum: Lucianum in *Proteo*: Polyænum præfatione in lib. de Stratagematis &c. Vitam finivit spontaneo vivicomburio, quo de Tertullianus libro ad Martyres, Eusebius in Chronicis, & Ammianus Marcellin. lib. 22 cap. 41.

¶ Protea, æ, herba, alga palustris, Apulej. de Herb. cap. 67.

Prothymata, vide infra *Thymus*.

PRŎTHŸMIA, æ, προθυμία, animi propensio, benignitas, die gunst, willfährigkeit. Plaut. in Stich. a. 4 sc. 2 v. 53 *Vides benignitates hominum, ut periere & prothymiæ*, id est, cupiditas & alacritas in dando, die lust und willigkeit zu geben.

¶ Prothўme, adverb. ex græco προθύμως, muthig, frölich. Plaut. Pseud. a. 5 sc. 1 v. 23 *Diem prothyme sumere*.

Prothyris, prothyrum, Protinam, protinus, vide infra *Thyra, Tenus*.

PRŎTŎCOLLVM, i, πρωτόκολλον, prima concinnatio, hoc est, id quod breviter notatur a tabellione, ut extendi postea possit, ein kurtz verzeichniß oder entwurff, protocoll. Vide Salmasium in Histor. Aug. & Voss. lib. 1 de Arte Grammatica cap. 37.

PRŎTŎGĔNES, is, nobilissimus pictor, qui vixit eodem cum Apelle tempore. Demetrio regi Rhodum oppugnanti, cum extra murum in horto pingeret, & qua id auderet fiducia, a rege interrogaretur, respondit: *Scire se, bellum esse Demetrio cum Rhodiis, non cum artibus*, Plin. H. N. lib. 35 cap. 10. conf. Juvenal. satyr. 3 v. 120.

Protollo, ere, vide infra *Tollo*.

Protomartyr, vide supra *Martyr*.

PROTOMEDIA, æ, herba medica, quæ primatum apud reges Persidis obtineat. v. Plin. 24 cap. 17.

Protomysta, Protōno, āre, Protoplastus, Protosedeo, vide *Mysta, Tono, Plasma, Sedeo*.

PRŎTŎSTĂSIA, æ, πρωτοστασία, prima statio, præfectura, die oberstelle, probstey; ut, *Protostasiæ munus*, in l. 8 C. de munerib. patr. l. 3 C. de filiisfam. & quemad. pro his par. ten. lib. 10 C. l. 1 & toto tit. de Protostasia in C. Theodos.

PRŎTŎTŎCOS, i, πρωτοτόκος, quæ primum peperit, Heva, prima parens, die erste mutter. ¶ Sed πρωτότοκος, virilis generis, primogenitus, der erstgebohrne, Luc. c. 2 v. 7 &c.

Prototŏmus, Prototўpus, Protraho, &c. vide *Tomus, Typus, Traho*.

PRŎTREPTĬCVS, a, um, προτρεπτικός, admonitorius, exhortatorius, anmahnend, aufmunternd; ut, *Sermo protrepticus*, eine anmahnungsrede, Symmach. 1 epist. 31. *Libellum, quem ad nepotulum instar protreptici luseram*, Ausonius epist. ad Edyll. 4. Sic *M. Tullius Hortensium ad exemplum protreptici scripsisse* dicitur Treb. Pollioni de Sal. Gallieno cap. 2. Absolute etiam *Protrepticon* exstat loco tituli in Statii 5 Silv. 2, & in Ausonii Edyll. 4.

Protrimentum, protritus, Protrŏpum, Protrūdo, vide infra *Tero, Tropus, Trudo*.

PROTRŸGĔTON, i, προτρύγητον, stella ad dextram Virginis, quam nostri *provindemiam* vocitant; Vitruv. 9 cap. 6.

Protubĕro, Protumidus, Proturbo, Protutela, protutor, Protypum, vide *Tuber, Tumeo, Turba, Tueor, Typus*.

PRŎTŸRVM, i, vinum apud insulam Lesbon, Vitruv. 8 cap. 3.

Provectio, proveho, &c. Provenio, proventus, Proverbium, &c. Providentia, provideo, &c. Provincia, &c. Provisio, proviso, Provīvo, Provocatio, provŏco, &c. Provŏlo, are, Provolvo, Provŏmo, Prout, Provulgo, vide infra *Veho, Venio, Verbum, Video, Vinco, Video, Vivo, Vox, Volo, āre, Volvo, Vomo, Ut, Vulgus*.

PROX, exclamandi particula, quasi *proba vox*, ut existimat Festus. Plaut. Pseud. a. 5 sc. 1 v. 33 *Prox! jam pene inquinavi pallium*. vid. ibi Taubman. qui legit *Pax*.

Proxenēta, proxeneticum, Proximus, &c. vide *Xenium, Prope*.

PRVDENS, tis, quasi *providens*, sapiens, vorsichtig, klug. Cicer. 4 famil. epist. 14 *Qui me hæc prædicantem atque optime consulentem saluti suæ malebant nimium timidum, quam satis prudentem existimari*. Idem pro Cluent. cap. 38 *Quis Octavio Balbo ingenio prudentior, jure peritior*, &c. Sallust. Catilin. c. 8 *Prudentissimus quisque negotiosus maxime erat*. ¶ 2. Item sciens vel peritus: *Omitto prudens*, Plinius lib. 10 cap. 29, ich übergehe dieses wissentlich. Corn. Nepos Conone c. 1 *Prudens rei militaris*. Tacitus 11 Hist. c. 25 *Celsus doli prudens*. Item in Agricola c. 19 *Prudens provinciæ*, erfahren. ¶ 3. Interdum conjunguntur *Prudens & sciens*. Terent. in Eunuch. a. 1 sc. 1 v. 27 *Et prudens, sciens, vivus vidensque pereo*. Vbi Donatus hæc duo ita distinguit, ut PRVDENS dicatur, qui intelligentia sua aliquid sentit; SCIENS, qui judicio alterius rem cognoscit. Cicer. 6 fam. epist. 6 *Ego prudens & sciens ad pestem ante oculos positam sum profectus*, vorsetzlich, mit wissen und willen. ¶ 4. Et in malam partem: Juvenalis satyra 3 v. 86 *adulandi gens prudentissima*. Vide *Adulator*.

¶ Prūdentia, æ, providentia, *est rerum expetendarum fugiendarumve scientia; ars vivendi*, Cicer. Offic. lib. 1 cap. 43, verstand, klugheit, vorsichtigkeit. *Prudentiam* vero, ut est apud Nonium Marcellum c. 1 n. 198, *a providendo dictam, dilucide ostendit M. Tullius Hortensio; Id enim est sapientis* PROVIDERE, *ex quo sapientia est appellata prudentia*. vide ibi plura. *Prudentiam adhibere ad omnes res*, Cic. ad Attic. 12 epist. 4, mit allen sachen klüglich fahren. Valer. Flacc. lib. 4 v. 622

sæpe acri potior prudentia dextrâ.

Virgilius Georg. 1 v. 416 *rerum fato prudentia major.*

Cicer. 2 de Inventione c. 53 ita definit & dispertitur: *Prudentia*, inquit, *est rerum bonarum & malarum, neutrarumque scientia. Partes ejus*

ejus *MEMORIA, INTELLIGENTIA, PROVIDENTIA; MEMORIA est, per quam animus repetit illa, quæ fuerunt; INTELLIGENTIA est, per quam ea perspicit, quæ sunt; PROVIDENTIA est, per quam futurum aliquid videtur ante, quam factum est.* ¶ 2. Est scientia, peritia, wissenschafft. C. Nepos Cimone cap. 2 *Habebat enim magnam prudentiam cum juris civilis, tum rei militaris.*

¶ Prŭdenter, adv. sapienter, provide, weißlich, fürsichtiglich: ut, *Facere prudenter*, Cicer. 5 de Fin. c. 6. Idem de Amicit. cap. 2 *Multa Catonis & in senatu, & in foro, vel provisa prudenter, vel acta constanter.* Suetonius Tiberio c. 21 ex Augusti epistola: *Non potuisse quemquam prudentius gerere se, quam tu gesseris, existimo.* Et Valer. Max. lib. 3 cap. 3 *Anaxarchus totius mundi naturam prudentissime & facundissime expromsit.*

¶ Imprŭdens, tis, non providens, unvorsichtig, unverständig. Nepos Agesilao c. 2 n. 2 *Quo factum est, ut omnes Imperatores imparatos imprudentesque offenderet*, i. e. nihil ejus opinantes, nihil ejus providentes. ¶ 2. Item, insciens, unwissend; ut, *Plus hodie boni feci imprudens, quam sciens ante hunc diem unquam*, Terent. in Hecyr. a. 5 sc. 4 v. 40. *Opprimere imprudentem*, Idem in Andr. a. 1 sc. 3 v. 22. *Imprudens harum rerum ignarusque omnium*, Idem Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 56. *Imprudentem & inopinantem* conjungit Cæsar 2 de B. C. cap. 3; *Freto Siciliæ*, inquit, *imprudente & inopinante Curione, provehitur.* Cicero 4 Verrina cap. 24 *Nihil isto imprudente factum.*

¶ Imprudentia, æ, inscitia, error, die unvorsichtigkeit, unwissenheit. *Dicere aliquid per imprudentiam*, Cic. in Oratore c. 56. Et, *peccare imprudentiâ*, Terent. prolog. Eunuch. v. 27.

¶ Imprŭdenter, adv. unvorsichtig, albern. *Ad flammam accessit imprudentius*, Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 103. Et Cicer. 1 Acad. c. 1 *Illud imprudenter putant*, &c. Idem lib. 10 epist. 12 ad Atticum: *Quò diligentius cogitata, eò facta sunt imprudentius.*

¶ Jurisprŭdens, jurisprudentia, vide supra in *Jus.*

PRŬĪNA, æ, ros est concretus; der reiff: dicta a *perurendo*, quod fruges perurat; *Vrere* enim & frigus dicitur: vide suo loco. Vide & Plin. H. N. lib. 2 c. 60. *Pruinas ac nives perferre*, Cicer. 2 Catil. c. 10. *Corpora circumfusa pruinis*, Virg. Georg. 3 v. 368.

¶ Prŭīnōsus, a, um, voll reiff, bereifft; ut, *Nox pruinosa*, Ovidius 2 Amor. eleg. 19 v. 22. Et, *Cæli status frigidus & pruinosus*, Columella lib. 4 c. 23. *Pruinosa fruteta*, Auson. Idyll. 14 v. 13. Et Petronius Satyrico: *Sola pruinosis horret facundia pannis.*

PRŪNA, æ, ardens est, ἡ ἀνθραχίς, eine glüende kohle: *Carbo* vero extinctus, eine geleschte kohle. Virgil. 5 Æneid. v. 103

Subjiciunt verubus prunas & viscera torrent.

Vide in Chiliad. *Ne cinerem vitans in prunas incidas*, cognatum illi, *Fumum fugientem in ignem incidere.*

PRŪNVS, i, fœm. arbor, der pflaumbaum, Colum. 2 c. 2.

¶ Prūnum, i, fructus, plural. *pruna*, pflaumen. *Pruna Damascena*, zwetschken, oder Ungarische pflaumen, vid. Martial. 13 epigram. 29. *Pruna cerea*, Virgil. eclog. 2 v. 53, vel *cerina*, Plin. 15 cap. 13, spillinge. *Pruna silvestria*, schleen: *Pruna asinaria*, roßpflaumen, Plin. c. l.

¶ Prunētum, i, locus prunis consitus, ein pflaumen-ort.

PRŪRIO, prurire, quasi *peruri*, jücken, lüstern seyn; ut, *Caput prurit*, Plaut. Bacch. a. 5 sc. 2 v. 75. *Dentes pruriunt*, ich möchte gerne essen, Idem Pœn. a. 5 sc. 5 v. 36. *Pruriente sale*, Martial. lib. 12 epigr. 97. *Prurire in pugnam*, Idem lib. 5 epigr. 103, hitzig seyn zum streit.

¶ Prurītus, ûs, subst. der kützel, das jücken, die krätze. Plin lib. 9 c. 45 *Vis pruritu mordax, eademque quæ terrestris urticæ.* Serenus v. 87

Pruritus autem salsos levat humor aceti.

¶ Prurīga, æ, vide supra *Peroriga*, & *Proriga.*

¶ Prūrīgo, ĭnis, idem ac *Pruritus*, vel *Porrigo*, de qua supra, die räude, das jücken. Columell. 7 c. 5 *Subest* (sub lana) *aspera cutis, & velut quædam prurigo.* Martial. 14 epigr. 23

Si tibi morosa prurigine verminat auris.

¶ Prūrīgĭnōsus, a, um, kützlicht, krätzicht. Lege 3 Dig. de Ædilit. edicto, *pruriginosi vel scabiosi.*

¶ Prurisco, ĕre, frequent. Vnde

¶ Perprūrisco, ĕre, brünstig werden. Plaut. Stich. a. 5 sc. 5 v. 20 *Perpruriscere usque ex unguiculis.* Et Apulejus Met. 10 pag. 249 *ex unguiculis perpruriscens mulier*, id est, salacissima.

PRŪSIAS, æ, Bithyniæ rex, ignavus, mollis & effœminatus; humilis item atque abjectus & plane indignus nominis regii majestate: vide Livium lib. 45 extremo, itemque Suidam. Meminit ejus & Cicero lib. 2 de Divinat. c. 24, & Nepos in Hannibale c. 12 n. 3.

¶ Prusiăcus, a, um, adject. Silius 13 v. 888

Donec Prusiacas delatus segniter oras.

PRYMNĒSIVM, i, πρυμνήσιον, palus, ad quem funis nauticus religatur, (der stock, daran das schiffseil gebunden wird,) Festo.

PRŸTĂNĒVM, i, πρυτανεῖον, locus erat Athenis in arce dignissimus, ubi judices & magistratus habere consilium solebant, & in quo publice alebantur, qui bene de republ. meriti essent, die herrenstube, rathsstube. Sic dictum fuit, quasi πυρῶ ταμεῖον, id est, *tritici promptuarium.* Vid. Wolff. Tom. 5 Oper. Demosthenici pag. 339, itemque Meursium in Areopago cap. 11 pag. 101. Meminit ejus Cicero de Orat. 1 cap. 54. ¶ 2. Aliis *Prytaneum* proprie est, ubicunque Vesta colebatur: dictumque & ita putant quasi πυρὸς ταμεῖον: quod in omnibus Græciæ civitatibus Vesta culta: unde & legimus *Prytaneum* Tarentinorum, Corinthiorum, Rhodiorum, Eleorum, aliorumque multorum: uti ostendit Casaubonus lib. 15 Animadvers. in Athenæum cap. 19.

¶ Prytanis, is, πρύτανις, magistratum significat, seu administratorem, seu senatorem, a πρυτανεύω, *guberno*, ein rathsherr. Seneca Tranquill. anim. c. 3 *Non vis nisi consul, aut prytanes, aut ceryx, aut sufes administrare rempublicam.*

PSALLIVM, i, ψάλλιον, circulus, qui freno additur. ¶ 2. Et frenum ipsum. *Psallium injicere*, est, moderamine quodam ferocientem coërcere, ein gebiß ins maul legen; vide Chiliad. Erasmi ex Platone lib. 3 de Legibus.

PSALLO, psallĕre, ψάλλειν, canere vel pulsare fides, singen oder auf dem saitenspiel schlagen. Verbum est mere græcum. Horatius lib. 2 epist. 1 v. 33

pingimus atque
Psallimus, & luctamur Achivis doctius unctis.

Idem 4 od. 13 v. 7 *Doctus psallere*, ein sänger. Et Apulejus Florid. 2 pag. 351 *Dextera psallentis gestu suo pulsabulum citharæ admovet.*

¶ Psallocitharista, æ, der zum saitenspiel singet, Suet. Domit. c. 4. Alii: *Psilocitharista.*

¶ Psalmus, i, ψαλμὸς, ein psalm, geistlich lied, quo nomine Davidica carmina cumprimis notantur. Verbum ecclesiasticis tritissimum. vid. Tertullian. adv. Judæos c. 14, & 2 ad Vxor. c. 9 &c.

¶ Psalmista, æ, ψαλμιστὴς, ein psalmsinger, Hieron. lib. 1 adv. Pelag. c. 1, & lib. 3 c. 1, & in Esaiæ c. 39.

¶ Psalmĭcen, ĭnis, idem; ut, *Clerici psalmicines*, Sidon. lib. 5 epist. 17.

¶ Psalmĭcānus, a, um, idem. Theodulfus lib. 2 Carm. v. 19 pro Davide posuit.

¶ Psalmŏgrăphus, i, ein psalmenschreiber. Sidonius concione sub lib. 7 epist. 9 *Sicut psalmographus ait.* Tertull. carm. 3 adv. Marc. v. 120 *Psalmographus David.* Venant. Fortunatus lib. 9 carm. 2, & lib. 11, in expositione Symboli.

¶ Psalmodīa, æ, ψαλμῳδία, cantus ad organa musica.

¶ Psaltes, æ, ψάλτης, cantor, ein sänger, ein harffenschläger. Sidonius lib. 8 epist. 9 in subjecto carmine:

Chorda, voce, metro stupende psaltes.

¶ Psaltrius, i, idem, Cicer. Arusp. Resp. cap. 21.

¶ Psaltria, æ, eine sängerin. Terent. Adelph. a. 3 sc. 3 v. 34 *Isthæc jam penes nos psaltria est.* ¶* *Psaltriæ* modulata voce canebant, simulque psalterium feriebant, & in ganeis ac fornicibus versabantur. Quia vero psaltriæ canebant obscena carmina, inde *Psalterium* pro *carmine famoso.* Grævius.

¶ Psaltērium, i, ψαλτήριον, instrumentum musicum notum, ein psalter. Hieronymus ad Cassiodor. in exposit. Psalterii prologo c. 4 *Psalterium in modum Δ deltæ litteræ formatum, ligni sonora concavitas, obesum ventrem in superioribus habens: ubi chordarum fila religata, disciplinabiliter plectro percussa, suavissimam dicunt reddere cantilenam. Huic citharæ positio videtur esse contraria, dum quædam ista in imo continet, illud conversa vice gestit in capite.* Tertullian. de Coron. Milit. cap. 9 cum *tympanis & tibiis psalteria* conjungit. cont. adv. Marc. 5 c. 18. ¶ 2. Liber psalmorum, seu ipsi psalmi, ein psalmbuch. Hieronymus epist. 7 ad Lætam: *Hunni discunt psalterium: Scythiæ frigora fervent calore fidei.* ¶ 3. Significat & *probrum*, ein pasquill. Paulus JCtus lib. 5 Recept. Sent. c. 4 § 15 *Psalterium quod vulgo dicitur canticum in alterius infamiam compositum & publice cantatum.* Solebant scurræ urbicarii in scenam prodire cum cithara aut psalterio, & aliquid præludii loco præcinere ad colligendum favorem spectatorum. Inter quæ quum multa jacerent, quæ in maledicam mordacitatem abirent, inde *Psalteria* pro *probris* dicta sunt. Vide Scalig. in lib. 5 Manilii. Damnat *psalteria* etiam Quintil. 1 c. 10 p. 88.

PSĂMĂTHE, es, fons & mons apud Thebas: Valer. Flacc. 1 v. 364. ¶ 2. *Psamathe* nympha, Nerei filia & Phoci mater: Ovid. Met. 11 v. 399. ¶ 3. Alia Crotopi, Argivorum regis, filia, ex qua compressa Apollo Linum sustulit, quem inter sentes a matre occultatum canes lacerarunt, qua de re Statius Theb. 1 v. 570 seqq.

PSAMMETĪCHVS, i, rex Ægypti, ob cujus sævitiam ducenta millia hominum ex Ægypto ad Æthiopes profugerunt. vid. Herodot. & Diod. Sicul. & Plin. 6 c. 30, & 36 c. 13.

PSAPHON, ŏnis, Libyus despectissimus, vocales aves edocuit hæc verba eloqui: *Magnus Deus Psaphon.* Quibus dimissis in lucos, ab ignaris commenti, audita hac voce, Libyorum Deus habitus est. Vnde proverb. *Psaphonis aves.* vid. Alex. ab Alex. 6 c. 4.

PSARONIVS, i, lapidis genus apud Plin. 36 c. 22.

PSĔCAS, ădis, ψεκάς, pluvia tenuis, wenn es sprühet: ψεκάδες ὄμβρον γεννῶσαι, id est, *Minutulæ guttulæ imbrem parientes*, vide Chiliad. ¶ 2. Apud Juvenalem satyr. 6 v. 489 & nomen proprium ancillæ est. Vide ibi Vet. Scholiasten. ¶* *Psecades* seu ornatrices erant ancillæ, kammermägden. Apud Ciceronem ad Fam. lib. 8 epist. 15 *Deâ nato* venustissime opponitur *psecade* seu *ancillâ natus.* Grævius. Ita Dianæ ornatricem nominat Ovidius Met. 5 v. 172, a ψεκάζειν, *irrorando*, scilicet paululum aquæ, ad compositionem crinium, ut ornatricum mos fuit.

PSEGMA, ătis, ψῆγμα, flos æris, kupfferbraun, Agricol. ¶ 2. Et auri ramentum vel aurea arena, chrysitis vel scobs aurea, goldsand, goldkörnlein, cujusmodi in amnibus interdum quibusdam deferuntur. ¶ 3. Item *Psegmata* particulæ auro abrasæ, was vom gold abgefeilt oder abgeschlagen wird, feilspäne.

PSĒPHISMA, ătis, ψήφισμα, decretum, judicium, ein rathsschluß, a ψηφίζομαι. Ex Ciceronis Orat. pro Flacco cap. 6 & 8 videtur colligi, *Psephisma* in græcis urbibus idem fuisse, quod *Plebiscitum* Romæ dicebatur. Vetus Glossarium tamen *Plebiscitum* non simpliciter ψήφισμα, sed Δήμου ψήφισμα interpretatur: ut ita hoc nomen latius pateat, & decurionum etiam decreta complectatur. Glossæ Cyrylli: ψήφισμα, *Consultum, Decretum, Scitum, Consultatio, Rogatio.* Præter Ciceronem usus hac voce & Plinius est lib. 10 epist. 52.

PSEVDOS, eos, ψεῦδος, mendacium est, seu falsitas. Compositiones, sed græcæ plerumque omnes, multæ inde fiunt.

¶ Pseudŏlus, i, ψεύδολος, servus veterator & fraudulentus, ein ertzschalck, nota Plautina fabula: Cic. de Senect. c. 14.

¶ Pseudŏmĕnos, i, ψευδόμενος, *mentiens*, ut ipse Cicero 2 Divin. c. 4 vertit, scil. syllogismus, est captionis sophisticæ genus, *cum quicquid constituitur verum esse, statim reperitur falsum*, ut docet Africanus l. 88 ff. ad Leg. Falcid. ein falscher schluß. Cic. Acad. 4 c. 48 *De sorite aut pseudomeno, quas plagas ipsi contra se stoici texuerunt.* Senec. epist. 45 *Quid me detines in eo, quem tu ipse Pseudomenon appellas?*

¶ Pseude-

¶ Pſeudenedrus, i, ψευδένεδρος, inſidiator fictus, Firmic. 3 c. 8.

¶ Pſeudŏpătum, i, ψευδόπατον, falſum ſeu fictitium tabulatum aut pavimentum in ædificio, Imp. Zeno Cod. 8 t. 10 leg. 12 § 3.

¶ Pſeudoſphex, ēcis, ψευδόσφηξ, veſpa ementita & fictitia, Plin. 30 cap. 11.

¶ Pſeudanchuſa, Pſeudapoſtolus, Pſeudeſiodia, Pſeudiſodomus, Pſeudobunium, Pſeudocato, Pſeudochriſtus, Pſeudocyperus, Pſeudodamaſippus, Pſeudodecimianus, Pſeudodia, Pſeudodiaconus, Pſeudodictamnos, Pſeudodipteros, Pſeudoëpiſcopus, Pſeudographus, &c. Pſeudologus, Pſeudomelanthium, Pſeudonardus, Pſeudoperipteros, Pſeudophilippus, Pſeudoporticus, Pſeudopropheta, Pſeudoſelinom, Pſeudoſmaragdus, Pſeudothyrum, Pſeudourbanus, &c. Hæc omnia invenies, ſi evolvas ſimplicia: *Anchuſa*, *Apoſtolus*, *Heſiodus*, *Domus*, *Bunium*, *Cato*, *Chriſtus*, *Cyperus*, *Damaſippus*, *Decimius*, *Oda*, *Diaconus*, *Dictamnus*, *Dipteros*, *Epiſcopus*, *Graphice*, *Logus*, *Melanthium*, *Nardus*, *Pteron*, *Philippus*, *Porta*, *Propheta*, *Selinum*, *Smaragdus*, *Thyrum*, *Vrbs*.

Pſilocithariſta, vide ſupra in *Cithara*.

PSĪLŌTHRVM, i, ψίλωθρον, vitis alba Plinio lib. 23 cap. 1. ¶ 2. Et unguentum depilatorium, Martial. lib. 6 epigr. 93, & Lampridio in Heliogabalo cap. 31, eine ſalbe, ſo die haar wegfriſt, davon das haar ausfällt, a ψιλόω, *denudo*.

PSIMMȲTHIVM, i, ψιμμύθιον, ceruſſa plumbaria Plinio 34 cap. 18, bleyweiß, Spaniſchweiß, Agricolæ.

¶ Psĭmȳthus, i, ψίμυθος, idem, apud Vitruvium 7 cap. 12.

PSITTA, æ, ψίττα, genus piſcis, Plin. 9 cap. 16.

PSITTĂCVS, i, ψίττακος, ψιττάκη, fœm. ein ſittich, papagey, ἀνθρωπόγλωττος eſt: imitari enim diſcit & exprimere humanas voces. Statius lib. 2 Silv. 4 pr.

Humanæ ſolers imitator pſittace linguæ.

Scribit Athenæus lib. 9, pſittacum & picas latam habere linguam, ideoque ad vocem emittendam formatam eſſe, & hominum aliarumve avium voces facile imitari. vide Plin. 2 cap. 42. Adagium eſt: *Pſittacus ſenex ferulam negligit*, ein alter papagey lernt nicht ſprechen. Pullus enim aſſuefactus usque ad duos ætatis ſuæ annos diſcit. Cæterum ſenex captus indocilis eſt & obliviosus. *Aliâ voce pſittacus, aliâ coturnix loquitur*, vide Chiliad.

¶ Pſittăcīnus, a, um, vom papagey; ut, *Pſittacinum collyrium*, a colore ita dictum, Scribon. Larg. compoſit. 27.

PSŌPHIS, idis, civitas Arcadiæ, Ovid. Met. 5 v. 607, & Stat. Theb. 4 v. 296.

PSŌRA, æ, ψώρα, cutis aſperitas, ſabies, die krätze, jückende böſe räudigkeit mit ſchupen, a ψάω, ψῶ, *ſcalpo*. Plinius tamen *pſoram* a ſcabie diſcernit lib. 20 cap. 1.

¶ Psōrĭcus, a, um, zur krätze dienlich; ut, *Pſoricum collyrium*, eine krätzſalbe, Scribon. Largus compoſit. 32.

¶ Pſorĭcum, i, ψωρικόν, medicamentum ex chalcite, quod curat pſoram, Dioſcor. item Celſ. 6 cap. 6, & Plin. 34 cap. 12.

¶ Psōranthĕmis, ĭdis, ψωρανθεμίς, infructuoſa herba roſmarini, Apulejo de Herb. cap. 779.

PSȲCHE, es, ψυχή, anima, die ſeele. ¶ 2. *Pſyche*, Marphadatis, reguli in Cappodocia uxor, quam eo divertens Catonis Vticenſis filius corrupit; Vnde exiit jocus: *Porcius & Marphadates* φίλοι δύο, ψυχὴ μία, i. e. *amici duo, pſyche una*. Item: *Cato* βασιλικὴν ψυχὴν ἔχει. vid. Cœl. Rhodig. Antiqu. Lect. 24 cap. 9.

¶ Pſychĭcus, i, ψυχικὸς, animalis, carnalis, fleiſchlich. Ita Tertullianus eos, qui ſibi Montaniſtarum jejunia defendenti reluctabantur, vocabat *Pſychicos*, qui non caperent, quæ ſunt ſpiritus, ex 1 Corinth. c. 2 v. 14. Vide ejus lib. 4 adv. Marc. c. 22, & librum peculiarem, quem ſcripſit *contra Pſychicos*.

¶ Pſȳchŏmantĭum, i, longa penult. ψυχομαντεῖον, locus vaticinii, ubi Manium fiebat evocatio, der ort, darinn man mit den teufeln redete, Cicer. de Divin. 1 cap. 58, & Tuſcul. 1 cap. 48.

¶ Pſychŏtrŏphum, i, ψυχότροφον, herba, quæ & vertonica, bethonien, Plin. 25 cap. 8. Dioſcor. 4 cap. 1.

PSYCHRŎLVTA, vel Pſychrŏlūtes, æ, qui frigida lavat, apud Senecam epiſt. 53 *Mitto me in mare, quomodo pſychrolutam decet.* Idem epiſt. 83 *Ille tantus pſychrolutes*, &c. a ψυχρὸν, *frigidum*, & λούω, *lavo*.

PSYDRĂCIVM, i, ψυδράκιον, puſtula, veluti bulla quædam ſupra cutem eminens, eine kleine blatter, bläsgen, frieſel, Celſ. 5 c. 28.

PSYLLI, orum, ψύλλοι, Libyæ populi medicandis ſerpentum morſibus celebres. Plinius H. N. lib. 7 c. 2 *Similis & in Africa gens Pſyllorum fuit, ut Agatharchides ſcribit, a Pſyllo rege dicta, cujus ſepulcrum in parte Syrtium majorum eſt. Horum corpori ingenitum fuit virus exitiale ſerpentibus, ut ejus odore ſopirent eas* &c. quod Celſus negat lib. 5 cap. 27 n. 3, quemvis hominum exſugere venenum ſine damno poſſe perſuaſus. Cæterum exſugendo venena medebantur iis, qui a ſerpentibus icti eſſent: Dio lib. 51 cum de Cleopatræ fine tradit, itemque Suetonius Auguſto cap. 17. vide ſupra *Marſi*: item, *Ophiogenes*. Plura de Pſyllis Plin. 8 cap. 25, & 25 cap. 10, & 28 cap. 3. Herodot. lib. 4, & Gell. 16 cap. 11.

PSYLLIVM, i, ψύλλιον, herba, pſyllienkraut, nominant & flöhkraut: ψύλλος enim *pulex* eſt, Plin. lib. 25 cap. 11.

PSȲTHIA, æ, ψυθία, uvæ genus, roſinen; ut, *paſſo pſythia utilior*, Virgil. Georg. 2 v. 93. Et adjective *Pſythia vitis*, Georg. 4 v. 269. Statius 4 Silv. 9 v. 38 *Vel paſſum pſythiis ſuis recoctum.*

¶ Pſythium, i, paſſum, i. e. vinum ex uvis pſythiis. Plin. lib. 14 cap. 9 *Pſythium & melampſythium paſſi genera ſunt.*

PTARMĬCA, æ, πταρμική, frutex acri odore ſternutamentum excitans, wilder bertram, Plin. 21 cap. 16.

PTE, adjectio ſyllabica, ablativo ſingulari pronominum quorumdam accedens: ut, *Meapte*, *tuapte*, &c. *Noſtrapte culpa*, Terent. Phorm. a. 5 ſc. 2 v. 1. *Suopte ingenio*, Tacitus lib. 2 Annal. cap. 63 n. 5.

PTĔRĔLAS, æ, Taphiorum rex, de quo Ovid. in Ibin v. 362. ¶ 2. De alio *Pterela* vide Statium Theb. 6 v. 648, & 7 v. 632. ¶ 3. De cane etiam hujus nominis Ovid. Met. 3 v. 212

Et pedibus Pterelas, & naribus utilis Agre.

PTĔRIS, ĭdis, πτερίς, prima ſpecies filicis, ſic dicta, quod folia expanſa habeat velut alas, farrenkraut, Plin. 27 cap. 9, Apulej. de Herb. c. 76, & Dioſcor. 4 cap. 186.

PTERNIX, ĭcis, caulis rectus, quem habet cactos, herba naſcens in Sicilia, Plin. 21 cap. 16.

PTĔRŌMA, ătis, πτέρωμα, murus in altitudinem exſurgens, ita dictus, quod inſtar alæ protegat. Ita Strabo lib. 17 *Pteromata* muros templi, quod erat Heliopoli, appellavit, die zinnen des tempels. Ita & Vitruvius uſus eſt 3 cap. 2, & lib. 4 cap. 4 & cap. 7.

PTĔRON, i, πτερὸν, proprie ala, penna vel pinna. ¶ 2. Moles ædificii major ſolito, eine ſtarcke wand, mauer, Plin. 36 c. 5 & 13.

¶ Ptĕrŏphŏros, i, πτεροφόρος, regio apud Riphæos montes, ubi nix pennarum ſimilitudine continuo decidit, Plin. 4 cap. 13. ¶ 2. *Pterophori* apud Plutarchum & alios, curſores ſunt, qui peregre proficiſcentes ſurrectas in capite pennas geſtare ſolebant, die federbüſche tragen. Nam inde mos geſtandi pennas in pileis. vid. Cœl. Rhodig. Antiq. Lect. 20 cap. 22.

¶ Diptĕros, & Pſeudodipteros, vide ſupra in *D*.

¶ Peripteros, i, περίπτερος, ædes, quæ habet in antico & poſtico & ad latera πτερὰ, i. e. parietes & columnarum ordines, Vitruv. 3 cap. 1. Et adjective Idem 4 cap. 7 *Ædes aliæ monopteræ, aliæ peripteræ.* vid. Baldi Lex. Vitruv. p. 82.

¶ Pſeudopériptĕrus, a, um, ψευδοπερίπτερος, falſos ordines habens; ut, *genus figuræ pſeudoperipterum*, Idem Vitruv. 4 cap. 7.

PTĔRŌTVS, a, um, a πτερόω, *alas addo*, πτερωτὸς, alatus, anſatus, geflügelt, gehenckelt. Plin. 36 cap. 26 *Neronis calices, quos appellabant pterotos*, i. e. ex vitro duabus anſis appoſitis.

PTĔRȲGIVM, i, πτερύγιον, ala, pinnaculum, die zinne auf den mauren. ¶ 2. Et morbus in oculo, das fell im auge, Plin. 34 cap. 10, & Celſ. lib. 7 cap. 7 n. 5. ¶ 3. Caruncula item ab ungue recedens cum dolore, wild fleiſch an nägeln, nägelgeſchwär, Plin. 23 c. 1.

¶ Pterygōma, ătis, πτερύγωμα, eſt pegma ædificii inſtar alæ, die zinne am hauße, Vitruv. 10 c. 17. vide Bald. Lex. Vitruv. p. 95.

PTĬSĂNA, æ, πτισσάνη, gerſten-graupen, ἀπὸ τοῦ πτίσσειν, ab *excutiendo*, fit enim ex hordeo tuſo, non molito. *Ptiſana triticea*, weitzen-graupen. *Cremor ptiſanæ*, Scribon. Largus compoſ. 93, & Celſ. lib. 3 cap. 7.

¶ Ptiſanārium, i, decoctum ex ptiſana, ein graupen-muß. Sic, *Ptiſanarium oryzæ*, id eſt, *Oryza cocta* vel *ptiſana* aut *ſorbitio ex oryza*, ein reiß-muß: Horat. lib. 2 ſat. 3 v. 155

Quid ceſſas? agedum ſume hoc ptiſanarium oryzæ.

PTŌCHĪVM, i, πτωχεῖον, domus alendis pauperibus deſtinata, ein hoſpital, armen-hauß, leg. 15 & 17 § 1 C. de Sacroſ. Eccleſ.

¶ Ptōchŏtrŏphīum, i, πτωχοτροφεῖον, idem. Sic dictum, quia ibi pauperes nutriuntur, a πτωχὸς, *pauper*, & τρέφω, *nutrio*, vid. leg. 19 & 22 & 23 C. ejusdem tituli de Sacroſ. Eccleſ.

¶ Ptōchŏtrŏphus, i, πτωχότροφος, qui pauperes alit, ein hoſpital-verwalter, armen-verpfleger. vid. lib. 1 Cod. tit. 3, qui inter alia inſcribitur *de Ptochotrophis*. Adde ibid. leg. 42 *de electione Ptochotrophi*.

PTŎLĔMAEVS, i, Πτολεμαῖος, nomen proprium fuit regum Ægypti poſt Alexandrum M. continua ſerie; diſcrimen fecit cognomen. Sic Syriæ reges plerique *Seleuci*, aut *Antiochi*: Ægyptii olim *Pharaones*. vide ſupra in *Ægyptus*. Inter Ptolemæos laudatur maxime Ptolemæus Philadelphus, qui doctiſſimus ipſe fuit, & bibliothecam illam celeberrimam Alexandriæ inſtruxit ſeptingentorum millium librorum, v. Gell. lib. 6 c. ult. Etiam Moyſis, & Prophetarum libros in græcam linguam transferri curavit conſilio Demetrii. vide Joſeph. lib. 12 c. 2 Antiq. Judaic. Vide de eo & Vitruvium præfat. lib. 7. Nam πτολεμεῖν *pugnare* eſt, pro communi πολεμεῖν. *Ptolemæorum* ſtemma habes apud Paulum Manutium Quæſitis per Epiſt. lib. 1 epiſt. 10, quæ & ultima eſt. ¶ 2. *Ptolemæus*, aſtrologus Ægyptius, M. Aurelii fuit temporibus, ut ex Suida docemur. Scripſit Geographiæ lib. IX; libros magnæ conſtructionis Mathematicæ, *Almageſtum* vocant vulgo, id eſt, perfectæ cæleſtium motuum pertractationis: XIII de judiciis aſtrologicis ſeu quadripartitæ conſtructionis libros IV. Sunt & centum ejusdem ſententiæ, in quibus, quæcunque tradit, uſu & experientia ſe habere ac veritati maxime conſentire prodit. Extant ea omnia.

¶ Ptŏlĕmæēus, a, um, adject. Propertius lib. 2 eleg. 1 v. 30

Et Ptolemææ littora capta Phari.

¶ Ptolemæium, i, nomen eſt gymnaſii Athenis, a conditore ita appellatum. vid. Cic. 5 de Fin. cap. 1, & Pauſan. in Attic.

¶ Ptŏlĕmāis, ĭdis, patronymicum. Sic Cleopatram dixit Lucanus lib. 10 v. 69. Et adjective Sidon. carm. 5 v. 461 *Ptolemaïde gaza*. ¶ 2. *Ptolemais*, Πτολεμαΐς, nomen urbis in Africa Cyrenaica: & alia Palæſtinæ, Plin. 2 cap. 73.

PTȲAS, ădis, fœm. πτυὰς, aſpidis genus, ab expuendo veneno lethali ſic nominatum: collo enim exerto, prætentataque & exploratâ corporis, quod petit, diſtantiâ, poſtea virus ejaculatur, πτύειν *ſpuere* eſt; vide Plin. lib. 28 cap. 6.

PTYNX, gis, πτύγξ, avis nocturna, quæ & *Chalcis* & *Cymindis* dicitur, ein nachtvogel oder eulen-art, Geſner.

Pubeo, puber, pubertas, vide in ſequente *Pubes*.

PV̄BES, is, fœm. prima lanugo, der erſte bart an jungen leuten, das milchhaar. ¶ 2. Et *Pubes*, die ſcham; ut, *Pube tenus*, Virgil. 3 Æn. v. 427. ¶ 3. Adoleſcens, qui puber eſt & generare poteſt, ein junggeſelle. Vet. Gloſſ. *Pubes*, ἥβη, καὶ ἐνήλιξ καὶ ἤϊθεος. Sic, *omnis pubes*, Virg. Æn. 9 v. 74. ¶ 4. Hinc ſynecdochice pro tota juventute, ſive etiam toto populo ſumitur, die jugend, junge mannſchafft. Cic. pro Milon. cap. 23 *Cui ſenatus totam remp. omnem Italiæ pubem, &c. commiſerat*, alles junge volck in Italien. Liv. 1 cap. 9 *Ægre id Romana pubes paſſa.* conf. Borrich. Vindic. p. 194. Virg. Georg. 1 v. 343 *Pubes agreſtis*, jung bauer-volck. Idem Æn. 1 v. 399

Puppesque tuæ, pubesque tuorum. Vide Feſtum.

¶ 5. Adjective, männlich, erwachsen. Nepos Dione cap. 4 *Priusquam puer pubes esset.* Et Cic. pro C. Rabir. cap. 11 *Neminem esse dico, qui pubes tum fuerit, quin arma ceperit.* Dracontius Hexaem. v. 269 de Evæ creatione : *Et sine lacte pio crescit infantia pubes.*

¶ Pūber, ĕris, omnis generis adject. mannbar, mündig ; ut, *Puber filius*, Cicer. 1 Offic. cap. 35. *Puber ætas*, Livius lib. 1 cap. 3. *Pubera folia* dixit Virgilius adulta, lib. 12 Æneid. v. 413.

¶ Pūbertas, ātis, ætas adultior, das mannbare alter. *Pubertas* est, quando corpus pilis vestitur : tunc enim pubertas incipit : sed ut fœminæ post impletum duodecimum annum pubescere, sic & mares post excessum XIV annorum quoque existimantur. vid. Justinian. Instit. Tit. quibus modis tutela finiatur. ¶ 2. Pili in pube, vel ipsa pubes. Cic. 2 de N. D. cap. 33 *Vt si qui dentes & pubertatem naturâ dicat existere.* Et Plin. 25 cap. 11 *Exstinguit Venerem testibus circa pubertatem illita.* Improprie Idem in lib. 23 proœm. *Incipientis uvæ pubertas.* ¶ 3. Item, generandi vis, procreandi sobolis virtus, die mannheit. Tacitus de Germania cap. 20 *Sera juvenum Venus : eoque inexhausta pubertas.*

¶ Pūbeo, ui, ēre, lanuginem emittere, haare kriegen, erwachsen seyn. Vlpian. l. 3 § 8 Dig. de Carbon. edicto : *Si duo impuberes patiantur status controversiam, & alter eorum pubuerit, expectari alterius quoque pubertas debet.* Hinc

¶ Pubens, tis, bärtig, jung, erwachsen, mündig ; ut, *Genæ pubentes*, Virg. 12 Æn. v. 221, quamquam plures ibi *tabentes* legunt. *Herbæ pubentes*, id est, adultæ, Idem 4 Æneid. v. 514. Sic, *pubentes rosæ*, Statius 3 Silv. 3 v. 129. *Pubentes fratres*, Claudian. in Consul. Prob. & Olyb. v. 142.

¶ Pūbesco, ĕre, frequent. idem ; ut, *Malæ pubescunt*, Val. Flacc. lib. 7 v. 340. Et Silius lib. 16 v. 676

Sidoniumne puer vix pubescente juventa.

id est, Hannibal. Virgilius 3 Æn. v. 491

Et nunc æquali tecum pubesceret ævo :

er würde mit dir zugleich aufwachsen. ¶ *Vinea, vitis pubescit*, per metaphoram, er wird fruchtbar, voll frucht, Virg. Georg. 2 v. 390, & Cic. 1 Tuscul. cap. 28 ex poëta. Idem ipse N. D. 1 cap. 2 *Cæli mutationes, quibus omnia, quæ terra gignat, pubescant*, &c. Et Maximus Taurinensis homilia 2 Pentecostes : *Vinea pubescit in palmitem.* Sic, *pubescente vere*, Ammian. 27 cap. 10.

¶ Puberāle, is, pubes, das milchhaar. Gloss. gr. lat. ἐφήβαιον, *puberale.*

¶ Pubeta, æ, masc. *adolescens*, ein bursgen, junggeselle, in Gloss. Isidori. Glossæ aliæ : *Pubeda, juvenis sine pube.* Alibi : *Pubeda, adultus.* Et Martian. Capella lib. 1 p. 12 *Pubeda vixdum.* conf. lib. 9 p. 308.

¶ Depūbis, e, qui ad pubertatis annos nondum pervenit, minderjährig. Festus *depubem porcum* vocat *lactantem, qui prohibitus sit pubes fieri.*

¶ Impūber, ĕris, & Impubes, vel Impubis, hoc impube, qui nondum pubertatis annos attigit, unmannbar, unmündig ; ut, *Puer impubes*, Ovid. 2 Fast. v. 239. Et, *puer impubis*, Plin. lib. 23 cap. 7. *Filius impuber*, Cicer. Catilin. 4 cap. 6. Sed, *Malæ impubes*, ein glatter schnabel, Virg. 9 Æn. v. 752.

¶ Impubescens, tis, i. e. nondum pubescens, ohne haar. Plin. lib. 23 c. 7 *Corticem ejus impubescentem puer impubis si defracto ramo detrahat dentibus*, &c. Sed Harduinus ex Plinio Valerio, qui hunc locum expressit, *intumescentem* mavult, quasi sequens vox *impubis*, ut fieri solet, amanuensem in errorem induxerit, ut idem initium reduplicaret.

¶ Repūbesco, ĕre, wieder jung werden. Columell. lib. 2 cap. 8 *Senectus nec revirescere nec repubescere potest.*

Publicanus, publicare, require in jam sequente *Publicus.*

PVBLĬCVS, a, um, quasi *populicus* a *populo*, i. e. commune, *privato* contrarium, gemein, öffentlich ; ut, *Res publica*, der gemeine nutz. *Res privatæ & publicæ*, Plaut. Trin. a. 1 sc. 1 v. 16. *Pecunia publica*, Cicer. 2 Agrar. cap. 30, das gemeine geld. *Caussam publicam dicere*, Idem pro Rosc. Amer. cap. 21. *Nemo quemquam ire prohibet publicâ viâ*, Plaut. in Curcul. a. 1 sc. 1 v. 35, auf gemeiner strassen. *Jus publicum*, Terent. Phorm. a. 2 sc. 2 v. 65. *Consulere in publicum*, gemeinem nutz zu gute rathen, Plin. lib. 9 epist. 13. ¶ 2. Aliquando *Publicum* ad locum refertur ; ut, *Egredi in publicum*, Tacit. 4 Hist. cap. 49 n. 7, unter die leute gehen. *Versari in publico*, Idem Annal. 15 cap. 59 n. 5. Ita, *edicere in publicum*, Suetonius dixit Galbâ cap. 19, öffentlich anschlagen. Idem, *per publicum vehi*, Nerone c. 9. Et, *Rapi de publico*, Othone cap. 7. Similiter dixit Juvenal. sat. 10 v. 311

fiet adulter
Publicus, & pœnas metuet :

id est, palam fient ejus adulteria & innotescent omnibus, ut metuendum sit, ne accusetur. *Abstinere publico*, Sueton. Claud. c. 36, nicht unter die leute gehen. ¶ 3. *Publicum* etiam dicitur, quod dicis tantum caussa, & ex communi quodam more ac usu fit, honoris tantum gratia & per consuetudinem. Ita *verba publica* dicuntur, quæ per blanditiam fiunt, & nobis ehren-worte appellantur. Senec epist. 3 *Eâdem epistola illum & dixisti amicum & negasti. Itaque sic priore illo verbo quasi publico usus es, & sic illum amicum vocasti, quomodo omnes candidatos, bonos viros dicimus : quomodo obvios, si nomen non succurrit, dominos salutamus.* Ovidius 3 Amorum eleg. 7 v. 11

Et mihi blanditias dixit, dominumque vocavit,
Et quæ præterea publica verba sonant.

Publica officia similiter dixit Plinius lib. 9 epist. 37. ¶ 4. *Publicum*, interdum etiam vectigal significat, der zoll ; ut, *Publicum redimere*, den zoll zu sich lösen oder an sich bringen, pachten. Ita Horat. lib. 1 epist. 1 v. 77 *Pars hominum gestit conducere publica.*

Suetonius Caligulâ cap. 40 *Additumque ad caput legis ut tenerentur publico, & qui meretricium, & qui lenocinium fecissent.* Vbi *Publico teneri*, est, teneri ad solvendum vectigal in publicum ; vel, *ad vectigal publicum*, ita enim plene dicitur. Idem Vitellio cap. 7 *Sinuessanos Formianosque, quorum publica vectigalia interverterat, non nisi terrore calumniæ amovit.* Plura Torrentius ad hæc loca & Marcellus Donatus ad Taciti 13 Annal. cap. 51. Notat & Lipsius ad Senecam de Constantia Sapientis cap. 14. Ab hac significatione dictus est

¶ Pūblĭcānus, i, qui publica vectigalia tractat sive redimit, ein zöllner, zollmeister. Publicanorum ordinem plurimi fecit Cicero, & in Oratione pro L. Manilia cap. 7 *reliquorum ordinum firmamentum* vocavit. Fuerunt autem varia genera, quæ propter rapacitatem male audierunt : unde & Plutarchus Lucullo p. 96 cum Harpyjis comparat. Retulit tamen & revelavit eorum fraudes etiam Cicero in Verrinis. vide Bernegg. ad Sueton. Cæsar. cap. 20. De pensitationibus, quas pro vectigalium locatione dabant, videndus Nannius Miscell. lib. 4 cap. 1, & Rupertus ad Flor. lib. 3 cap. 12 p. 524.

¶ Publicana, æ, eine zöllnerin, zollmeisterin. Cicero Verr. 3 cap. 34 *Mulierculæ publicanæ noluit ex decumis nimium lucri dare.*

¶ Publĭcius, a, um, idem ac *publicus* ; ut, *Ædiles publicii*, qui publica procurabant, Ovid. 5 Fast. v. 288. *Clivus publicius*, ibid. v. 294 ; sic dictus a fratribus Publiciis, qui eum publice ædificarunt ; vide Varr. L. L. 4 cap. 32, & Festum.

¶ Publĭce, adverb. von der gemeine wegen, öffentlich. Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 59 *ibi custos publice est.* Cicer. in Verr. 6 cap. 8 *Navi ædificandæ publice præesse*, i. e. nomine publico, auctoritate publica. Sic, *Publice locare*, Suetonius August. cap. 36. *Locum publice parare*, Livius lib. 42 cap. 1. *Publice adjuvare*, Tacitus in Agricola cap. 21 dicit. Sic, *Publice epulum præbere*, Suetonius Vitell. cap. 10. *Publice restituere capitolium*, Tacitus 4 Histor. cap. 9 pro *sumptu publico* dixit. Rursus Terent. in Adelph. a. 3 sc. 3 v. 89 *Haud cito mali quid ortum ex hoc sit publice*, von ihm will wohl nicht viel schadens land und leuten entstehen. Cic. in 3 Verr. c. 6 *Nemini meus adventus labori aut sumptui neque publice neque privatim fuit*, ich bin weder der gemeine noch freunden beschwerlich gewesen. Idem 15 fam. epist. 9 *Ne, cum ad consulem scripsissem, publice viderer scripsisse*, als hätte ich an die gantze stadt geschrieben. Sic, *Publice venire*, öffentlich verkaufft werden, Cic. 4 in Verrem cap. 4.

¶ Pūblĭcitus, pro *publice*, idem. Terent. Phorm. a. 5 sc. 7 v. 85 *Nonne hoc publicitus scelus hinc deportarier in solas terras*, subaudi, *conveniebat ?* ubi Donatus : *Publicitus, publica cura, consilio.* Apulejus 2 Florid. p. 347 *Nulla tibi privatim, sed omni publicitus gratia obstrictus.* Gellius 6 cap. 14 *Peccata prohiberi publicitus interest.* conf. Plautus Amph a. 4 sc. 2 v. 7 ; Bacch. a. 2 sc. 3 v. 79 ; & Pers. a. 4 sc. 3 v. 40, & Nonius cap. 11 n. 27, ubi & locus Plauti : *Hospitio publicitus accipere*, i. e carcere publico, in die büttteley setzen.

¶ Publĭciānus, a, um ; adject. ut, *Publicianus locus*, Cicer. ad Attic. 12 epist. 38. *Publiciana actio*, dicta ab auctore, Publicio prætore, JCt.

¶ Pūblĭco, avi, atum, are, publicum facere, manifestare, kund thun, gemein machen, offentlich ausbreiten, ausruffen. Justin. lib. 1 cap. 7 *Non contentus voluptatum suarum tacitâ conscientia, nisi etiam matrimonii reticenda publicaret.* Sic, *Publicare ingenium*, sich bekandt machen : Seneca epist. 7 *Non est, quod te gloria publicandi ingenii producat in medium.* Et, *Publicare librum aliquem*, est edere in publicum, ausgehen lassen : Plinius lib. 4 epist. 27 *Librum, ut primum publicaverit, exhibebo.* ¶ 2. Sæpius significat, in populi potestatem & ærarium redigere, quod vulgo *confiscare* vocatur, einziehen, preiß geben. *Publicare agros, bona civium*, Cicero 1 Agrar. cap. 4, & 4 in Catil. cap. 4. Et, *Publicare privata*, Idem 2 Agrar. cap. 21. Suetonius Claudio cap. 25 & *publicare aliquem*, id est, bona ejus publicare, dixit. ¶ 3. *Publicare corpus suum*, meretricium est, apud Plaut. Bacchid. a. 4 sc. 8 v. 22.

¶ Publĭcātus, a, um, ausgeruffen, preiß gemacht ; ut, *Publicata bona*, Nepos 7, 4, 5, & 8, 1, 5.

¶ Publĭcātio, ōnis, die ausruffung. Cic. 4 Catilin. cap. 5 *Cæsar adjungit publicationem bonorum*, die confiscirung, einziehung der güther.

¶ Publĭcātor, ōris, qui publicat, ein ausruffer ; ut, *Publicator occulti*, Sidonius lib. 3 epist. 13. Et Onomastic. Vet. *Publicator*, τελώνης.

¶ Publĭcātrix, īcis, eine offenbarerin. Sic, *Publicatrix intestini decoris*, Venus ab Arnobio dicta lib. 1 p. 20.

¶ Publĭcŏla, æ, populo studens, popularis, ein bürger-freund. Vet. Gloss. *Publicola*, Δημοκήδης, Δημοδικός. Appellative etiam Sidonius Apollinaris carm. 23 v. 80 usus est :

Inter publicolas manu feroces
Trunco Mutius eminet lacerto.

¶ 2. Hoc vocabulum & inter cognomenta Romana ceu proprium nomen est. Primus ita dictus P. Valerius post expulsos reges consul, quod coleret populum, vel quod ipse coleretur a populo. conf. Liv. 2 cap. 8.

PVBLIVS, i, prænomen est ejus, qui populo gratus fuit, quasi *Populius* : sic autem scribitur, *P. Cornelius Scipio*, &c. *P. Virgilius Maro*, &c. ¶ 2. Sed *Publius* poëta fuit mimographus, Cæsari familiaris, & carus magis, quam Laberius, quod is arrogantior esset, & maledicentior. Natione *Syrus* fuit. Exstant ejus mimi ab Erasmo olim, nunc a Scaligero, Grutero & aliis illustrati : sententiæ citra controversiam acutæ & graves, ac dignæ, quæ a pueris ediscantur. Perhonorifice ejus sæpe in Epistolis Seneca meminit : habes etiam ejus elogium apud patrem, quem vide lib. 3 Controvers. 18, item Gellium lib. 17 cap. 14, & Macrob. lib. 2 Saturn. cap. 7.

¶ Publilius, i, aliud nomen, quod descendit a *Publio.* vid. Sigon. de Nomin. Rom.

PV̆DEO, ui, ĭtum, ēre, sich schämen. Plaut. Casin. a. 5 sc. 2 v. 3 *Ita nunc pudeo, atque ita nunc paveo.* Terent. Adelph. a. 4 sc. 7 v. 36 *Non te hæc pudent ?* schämst du dich dessen nicht ? Sed frequentius occurrit

¶ Pŭdet, uit, ēre, impersonale, sich schämen ; ut, *Pudet me dicere*, ich schäme mich, Terent. Heaut. a. 5 sc. 4 v. 18. Et, *Pudet me tui*, Cic. in Pison. cap. 24. Sic Cic. 1 de Orat. cap. 26 *Quem non pudet, hunc pœnâ dignum puto.* Et in Verr. 2 cap. 12 *Sunt homines, quos infamiæ suæ neque pudeat neque pigeat* ; quæ hujus verbi syntaxis usitatissima est. Sic, *Induci ad pudendum, ad pigendum*, Cic. de Clar. Orat. cap. 50. *Pudet & Piget hoc distant* : Pudet *verecundiæ est* ; Piget *pænitentiæ*, &c. Nonius cap. 5 n. 10. Rarius est, quod habet Cicero 2 Philipp. cap. 25 *Si te municipiorum non pudebat*, wenn du dich vor den landstädten nicht geschämet hast.

¶ Pŭdens,

¶ Pŭdens, tis, verecundus, schamhafft, züchtig; ut, *Navus, pudens & probus filius*, Cic. 5 in Verrem cap. 69. *Quo pudentior aut melior esset*, ibidem cap. 68. *Vir pudentissimus*, Cic. pro Sylla cap. 22. *Fœminæ pudentissimæ lectissimæque*, Idem 3 in Verr. cap. 37. Et Terent. Heaut. a. 1 sc. 1 v. 68

Animi est pudentis signum, & non instrenui:

Pudentis, id est, abhorrentis a flagitiis atque dedecore.

¶ Pudenter, adverb. idem; ut, *Pudenter aliquem appellare*, Cicer. pro Quint. cap. 11. *Rogare aliquem parum pudenter*, Cicer. lib. 7 fam. epist. 27. Comparat. Cic. 2 de Oratore cap. penult. *Quem ego paullo sciebam vel pudentius vel invitius ad hoc genus sermonis accedere.* Idem lib. 7 ad Attic. epist. 2 *Bene evenias, inquit Carneades, spurce: sed tamen pudentius, quam Lucius noster & Patron.* Et ad eumdem lib. 16 epist. 15 *Pudentissime hoc petierat.*

¶ Pŭdendus, a, um, deß man sich schämet, schändlich; ut, *Pudenda dicta*, Quintilian. lib. 1 cap. 2. *Vita pudenda*, Ovidius 2 Pont. epist. 2 v. 108. *Pudendus luxus*, Tacit. 3 Annal. cap. 53. *In immundo signa pudenda toro*, Ovid. Remed. Am. v. 432. ¶ Substantive vulgari usu *Pudenda, ōrum*, sunt, quibus viri fœminæque discernuntur, die scham.

¶ Pŭdĭtum est, pro *puduit*, man hat sich geschämt. Plaut. Cas. a. 5 sc. 2 v. 4 *Pudet, quod prius non puditum unquam est.* Cicer. pro Flacco cap. 22 *Nonne esset puditum, si hanc caussam agerent severe?* Apulej. Apolog. p. 289 *Nonne vos puditum est?* &c. Item Floridis lib. 1 p. 342 *Apollinem tam humilis victoriæ puditum est.* Et ibidem lib. 2 sub init. *Quod illum non puditum est ostentare.* Plinius lib. 36 cap. 15 *Tanquam pudíturum esset exstinctos.*

¶ Pudescit, pro *pudet*. Prudent. καθημ. 2 v. 26 *Piget, pudescit, pœnitet.*

¶ Pŭdĭbundus, a, um, schamhafftig, verschämt, keusch; ut, *Matrona pudibunda*, Horatius de Arte poët. v. 232. *Os pudibundum*, Ovid. 2 Fast. v. 819. *Pudibundi sales*, Auctor panegyrici ad Calpurn. Pisonem v. 114. *Exoritur pudibunda dies*, i. e. aurora purpurea, Statius Theb. 5 v. 296. conf. postea *Pudoricolor.*

¶ Pudĭbĭlis, e, schändlich. Lamprid. Elagabalo cap. 12 *pudibilia membra.*

¶ Pŭdĭmentum, i, die scham. Gloss. gr. lat. αἰδοῖον, *Pudimentum, pudendum.*

¶ Pudefio, pudefiĕri, zu schanden, oder schamroth werden. Vnde

¶ Pŭdĕfactus, a, um, beschämt, a Gellio usurpatur lib. 15 c. 17; *Alcibiades*, inquit, *traditas sibi tibias cum ad os adhibuisset, inflassetque; pudefactus oris deformitate, abjecit infregitque.*

¶ Pŭdīcus, a, um, züchtig, keusch; ut, *Pudicum ingenium*, Terent. Hecyr. a. 1 sc. 2 v. 77, ein züchtiges hertz. *Mores pudici*, Ovid. 3 Trist. eleg. 7 v. 13. Plautus Curcul. a. 1 sc. 1 v. 50 *A me pudica est*, id est, intacta, incontaminati pudoris. ¶ *Pudicus* Plauto pro *pudente*, & *verecundo* ponitur Trinum. a. 3 sc. 3 v. 71

Is est honor homini pudico, meminisse officium suum.

Ovid. 3 Pont. epist. 1 v. 107 *Fraus pudica*, dadurch ein weib ihre ehre rettet. Comparativo Ovid. in Ibin v. 349

Nec tibi contingat matrona pudicior illâ.

Superl. *Pudicissima fœmina*, Plin. lib. 7 cap. 35.

¶ Pudīce, adverb. züchtig, in zucht; ut, *Bene ac pudice doctum atque eductum ingenium*, Terent. Andr. a. 1 sc. 5 v. 39. Et, *Vbi pudicius continentur liberi, quam sub oculis parentum?* Plinius lib. 4 epist. 13.

¶ Pŭdīcĭtia, æ, religiosa mundicies ac puritas, zucht, keuschheit, erbarkeit. Cic. pro Cœl. cap. 18 *Parcat juventus pudicitiæ suæ*, die jugend soll ihr lassen lieb seyn ihre ehre und zucht. Apud Livium lib. 1 cap. 58 Lucretia, sese jam confossura, inquit: *Quid salvi possit esse mulieri, pudicitiâ amissa?* Conf. Grot. lib. 2 de J. B. & P. cap. 19 p. 292 in fin. Ex Bacchylide, lyrico poëta, Julianus apud Ammianum lib. 25 cap. 12 *Vt egregius pictor vultum speciosum effingit; ita pudicitia celsius consurgentem vitam exornat.* Juvenalis satyr. 10 v. 297

Rara est concordia formæ

Atque pudicitiæ. Et Ovid. Heroid. epist. 16 v. 288

Lis est cum forma magna pudicitiæ.

Sic, *Pudicitiam in propatulo habere*, id est, prostituere se, apud Sallust. Catil. cap. 13. *Publicare pudicitiam*, Tacitus dixit de Germ. c. 19. *Prosternere & substernere pudicitiam*, Suetonius: ut in Tiberio c. 35 *Matronas prostratæ pudicitiæ, quibus accusator deesset, propinqui more majorum de communi sententia coërcerent, auctor fuit.* Et in Cæsare cap. 2 *Desedit apud Nicomedem, non sine rumore prostratæ regi pudicitiæ.* Idem Augusto cap. 68 *Quasi pudicitiam delibatam a Cæsare, & etiam Hirtio in Hispania CCC millibus nummûm substraverit.* Legis Juliæ de adulteriis, caput etiam de *pudicitia* fuit; ut Suetonius Augusto cap. 34 auctor est. Ex eo puniebantur ii, qui cum masculis nefariam exercerent libidinem: ut Justinianus declarat l. 4 Instit. tit. 17 § 4. Hinc *pudicitiæ quæstio*, apud Valer. Max. lib. 6 cap. 1 exemplo 7, quo de stupro masculi quæritur. Nam qui cum masculis abominanda Venere concumbebant, proprie *impudici*, & crimen ipsum *impudicitia* dicebatur, de quo paullo post dicendum erit.

¶ Pŭdor, ōris, die scham, schamhafftigkeit. Cic. in 4 Tuscul. cap. 8 *Rubor pudorem consequitur.* Plaut. in Bacchid. a. 3 sc. 3 v. 81 *Ego illum periisse puto, cui quidem periit pudor.* Et Juvenalis satyr. 11 v. 35 *Paucos morari* ait *fugientem ex urbe pudorem.* Valerius Flaccus lib. 4 v. 324 *Rebus semper pudor absit in arctis*, zur zeit der noth ist man nicht blöde: quod de Homero sumptum Odyss. P. v. 347, vel Hesiodo, lib. 1 Op. v. 315. Hinc etiam *inutiliter verecundum* Seneca dixit lib. 2 de Beneficiis cap. 10. Quintilian. declam. 12 *Non habitant una pudor & fames.* Ei *petulantia* opponitur: Cicer. 2 in Catil. sub fin. *Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum.* Idem pro Cluentio cap. 5 *libidinem pudori* opponit. Suetonius Nerone cap. 23 extr. *taciturnitatem* & *pudorem* conjungit. Cic. 5 fam. epist. 19 *Non dimittam pudorem in rogando meum*, ich will nicht unverschämt seyn. Pudentes nec loquuntur temere, & pauca loquuntur. Vnde *infans pudor*, qui fari non potest, id est, mutus: Horat. 1 satyr. 6 v. 56

Vt veni coram, singultim pauca locutus:

Infans namque pudor prohibebat plura profari.

Sic, *Vitiosus* vel *malus pudor*, præposterus & inanis est: cum nos ejusmodi rerum pudet, in quibus per se nulla turpitudo inest. Quod genus vitii Græci δυσωπίαν vocant. Horat. lib. 2 satyr. 3 v. 39

pudor, inquit, te malus urget,

Insanos qui inter vereare insanus haberi.

Idem lib. 1 epist. 16 v. 24

Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.

De hoc exitioso virtutibus vitio vide Plutarchi egregium libellum περὶ δυσωπίας. ¶ 2. *Pudor* etiam pro infamia, probro & dedecore sumitur, tamquam caussa pudoris, schande, unehre. Ovid. Heroid. epist. 11 v. 79 *Irruit, & nostrum vulgat clamore pudorem.* Idem Remed. Amor. v. 359 *Pudor est mihi dicere*, es ist eine schande zu sagen. Nam *Pudori esse* dicitur, quod dedecus affert, was disreputirlich ist. Itaque *Gloriæ* opposuit Livius lib. 34 cap. 58; *Amicitiam*, inquit, *Romanorum expetere Antiochum: sed quæ impetrata gloriæ sibi, non pudori sit.* Pudorem tollit multitudo peccantium. vid. Bernegg. ad Sueton. Cæsar. c. 2 n. 1. ¶ 3. Aliquando pro existimatione ponitur: Nam salvo pudore, salva & fama, hoc est, cum nihil admittimus, cujus pudeat, cum bene audimus. Dionysius Cato lib. 3 Distich. 5 *Productus testis, salvo tamen ante pudore,*

Quantumcunque potes, celato crimen amici.

Plinius lib. 2 epist. 4 *Magnum habes facilitatis meæ pignus, cujus fiduciâ debes famam pudoremque defuncti suscipere.* SVSCIPERE, i. e. tuendum suscipere. Idem lib. 5 epist. 1 *Dixit Curianus, quæ pro se putabat; respondi paucis ego: neque enim aderat alius, qui defunctæ pudorem tueretur*, der ihre ehre rettete.

¶ Pŭdōrātus, a, um, schamhafft, züchtig. Vulg. Interpr. Sirac. cap. 26 v. 19 *Mulier sancta & pudorata.* Sarisb. 8 cap. 11 *Pudoratissima virgo.*

¶ Pudōrōsus, a, um, idem. Gloss. gr. lat. αἰδήμων, *modestus, pudorosius.*

¶ Pŭdōrĭcŏlor, ōris, id est, rubicundus, qualis color pudoris, röthlich. Nævius apud Gellium lib. 19 cap. 7 *auroram pudoricolorem*, id est, rubentem dixit.

Composita cum præposit.

¶ Dēpŭdeo, ēre, pudorem abjicere, sich nicht mehr schämen. Ovid. Heroid. epist. 4 Phædræ, v. 155

Depuduit, profugusque pudor sua signa reliquit;

er hat sich ausgeschämt. Conf. Amor. 3 eleg. 11 v. 4. Seneca de Constant. Sap. cap. 17 *Assiduis conviciis depudere didicerat.* ¶ 2. *Depudet* interdum simpliciter est quod *pudet*. Vellej. 2, 73, 3 *Cum eum non depuderet*, da er sich nicht schämete.

¶ Depŭdesco, ĕre, idem. Apulej. lib. 10. Met. p. 253 *Priusquam infamia publici spectaculi depudescerem.*

¶ Depudico, āre, violare, stuprare, devirginare, schänden, schwächen. *Depudicavit* inter verba, quæ finxit Laberius, refert Gellius 16 c. 7.

¶ Dispŭdet, dispudēre, valde pudere, sich gar sehr schämen. Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 1 v. 16 *Dispudet, sic data esse verba mihi.* Conf. Plaut. Bacch. a. 3 sc. 3 v. 77, & Most. a. 5 sc. 2 v. 44.

¶ Expŭdōrātus, a, um, nullius amplius pudoris, unverschämt. Isidorus in Glossis: *Expudoratus, impudicus.* Et Petron. in Fragm. Tragur. p. 16 *Habet frontem expudoratam*, eine hurenstirne.

¶ Impŭdens, tis, quem nihil pudet, perfrictæ frontis, unschamhafftig, grob; ut, *Audacia impudens*, Terent. Heaut. a. 2 sc. 3 v. 72. *Mendacium impudens*, eine unverschämte lügen, Cicer. pro Cluent. cap. 60. *Impudentior intemperantia adolescentium*, Cicer. 1 Offic. cap. 35. *Impudentissima oratio*, Terent. Andr. a. 4 sc. 1 v. 10. Et, *Impudentissimæ litteræ*, Cic. 7 Attic. epist. 2.

¶ Impŭdenter, adverb. idem; ut, *impudenter facere*, Cicer. 5 fam. epist. 12, qui & lib. 9 epist. 22 & *impudenter*, & *impudentius* dixit. Et 6 in Verr. cap. 7 *impudentissime mentiri*, unverschämt lügen. Sic & Sallust. Hist. Fragm. lib. 1 cap. 9 *Pessume atque impudentissume.*

¶ Impudentia, æ, die frechheit, unschamhafftigkeit; vitium turpissimum & detestatione quavis dignum, in Medea Euripides: Ἡ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων πασῶν ἀναίδεια, hoc est, *Maximum vitiorum omnium impudentia.* Xenophon lib. 1 de Pædia Cyri: Ἕπεσθαι καὶ δοκεῖ μάλιστα τῇ ἀχαριστίᾳ ἡ ἀναισχυντία, καὶ γὰρ αὐτὴ μεγίστη δοκεῖ εἶναι ἐπὶ πάντα αἰσχρὰ ἡγεμών, id est, *ingratum animum impudentia sequitur, quæ ad omnem turpitudinem dux est.* Sic, *Impudica impudentia*, Cicer. de Arusp. Respons. principio. *Impudentiâ atque audacia fretus*, Idem pro Flacco cap. 15.

¶ Impŭdīcus, a, um, impurus, unzüchtig, unflätig. *Mulieres impudicæ*, Cic. 2 Catil. cap. 5. *Antonius impudicissimus*, Idem 2 Philipp. cap. 28. *Impudicissimus motus histrionum*, Lactantius lib. 6 cap. 20. ¶ 2. De masculis, *impudici* proprie, qui muliebria patiuntur, aut qui masculos subigunt. Catullus Carm. 29 in Cæsarem, cui hoc teterrimum vitium hæsit; *Idem impudicus, & vorax, & heluo.*

Nam stupra in fœminas exercita, non *impudicitiæ*, sed *libidinis* nomine in sexu isto veniebant. Suetonius Augusto cap. 71 *Ex quibus sive criminibus sive maledictis, infamiam impudicitiæ* (masculæ Veneris) *facile refutavit & præsentis & posteræ vitæ castitate. Circa libidines hæsit postea quoque, ut ferunt, ad vitiandas virgines pronior*, &c. Vide & Torrentium ad Suetonii Augustum cap. 34.

¶ Impudīce, adverbium, idem. Ambrosius ad Virginem lapsam cap. 8 *Pallescat facies, quæ quondam viruit impudice.*

¶ Impŭdīcĭtia, æ, die unzucht, unkeuschheit. Cicero ad Octavium, *Nomen nobile consceleratum impudicitiæ dedere.* Vlpianus Lege 2 Dig. de his, qui sui vel alieni juris: *Si dominus servos ad impudicitiam turpemque violationem compellat.* Tacitus Ann. 13, 45, 1 *Insignis impudicitia magnorum reip. malorum initium fecit.*

¶ Impudīcātus, a, um, est *stupratus, impudicus factus*, geschändet, genothzüchtiget, apud Festum.

¶ Subim-

¶ Subimpŭdens, tis, aliquantum impudens. Cic. 7 epist. 17 ad Trebatium: *subimpudens videbare.*

¶ Propŭdium, i, id est, res pudenda, obscenitas, schande, unflath, apud Plaut. Pœnulo a. 1 sc. 2 v. 60, & Plinium 28 cap. 8. Scaliger ad Festum in PROPVDIVM: *Non dubium est*, inquit, *quæ Græcis καθάρματα, ea Latinis* propudia *dicta. Inde homines sceleratos, ut Græci καθάρματα, ita Romani* propudia *dixerunt*, schandflecken.

¶ Propŭdiōsus, a, um, schändlich, voller schande. Apulej. Apolog. *Ipse propudiosus, uxor lupa*, &c. Arnobius lib. 5 p. 175 *Propudiosi facinoris obscenitas.* Tertullianus de Pallio cap. 4 *propudiosi Cæsares.* Et Minucius Felix p. 234 *meretrices propudiosæ.* Sidonius lib. 9 epist. 6 *ancilla propudiosissima.*

¶ Repŭdium, i, renunciatio, die verschmähung; Item, dimissio vel recusatio uxoris ob rem aliquam pudendam, die scheidung von dem weibe. *Remittere repudium*, Plaut. Aulul. a. 4 sc. 10 v. 69, & Terent. Phorm. a. 5 sc. 7 v. 35. Et, *Renunciare repudium*, in ead. fab. a. 4 sc. 4 v. 72, die ehe wieder aufsagen. In quibus *remittere* & *renunciare* nihil aliud, quam simplicia sunt. Namque & Nonius in ista phrasi *remittere repudium*, *mittere* interpretatur. *Libellus repudii*, ein scheide-brieff, Matth. cap. 19 v. 7. *Repudio ejecta*, Accius apud Festum, eine abgescheidete. *Plerique naufragio liberati exinde repudium & navi & mari dicunt*, Tertullian. de Pœnit. cap. 7.

¶ Repŭdio, avi, atum, āre, inprimis de divortio, sich scheiden. Sic, *Repudiare uxorem*, sich von seinem weibe scheiden. Suetonius Cæsare cap. 1 *neque ut repudiaret* [illam,] *compelli a dictatore Sylla potuit.* Fuit autem Cinnæ, quater consulis, filia. Maritum etiam repudiat uxor. Quintilian. 7 cap. 8 *Sæpe secubanti amatorium dedit, eumdem repudiavit.* ¶ 2. Item respuere, aspernari, verschmähen, ausschlagen. Terent. in Andr. a. 4 sc. 3 v. 18 *Repudio consilium, quod primum intenderam*, ich verwerffe es. Et, *Quæ tibi putaris prima, in experiundo repudiare*, in Adelph. a. 5 sc. 4 v. 4. Et Cicer. pro Quint. cap. 14 *Conditionem æquissimam repudiare*, abschlagen, nicht annehmen. Idem 1 Offic. cap. 25 extr. *Iracundia omnibus in rebus repudianda est.*

¶ Repudiatus, a, um, verworffen, ausgethan; ut, *Repudiatus repetor*, Terent. Andr. a. 1 sc. 5 v. 14. *Repudiata rejectaque legatio*, Cicer. 9 Philipp. cap. 6. Idem pro Muræna cap. 5 *a parente repudiatus.*

¶ Repŭdiātio, ōnis, die verstossung, verwerffung. Cic. pro Muræna c. 4 *Repudiatio supplicum superbiam coarguit.*

¶ Repudiator, ōris, qui repudiat, ein verschmäher. Tertullian. lib. 1 adv. Marc. cap. 14 *Marcionita repudiator creatoris.*

¶ Repŭdiōsus, a, um, verwerfflich, verächtlich. Sic *Repudiosas nuptias* Plautus dixit in Persa a. 3 sc. 1 v. 56.

¶ Suppŭdet, ēre, aliquantulum pudere, sich etwas schämen. Cic. lib. 9 fam. epist. 1 *Eorum me suppudebat.* Idem 15 fam. epist. 16 *Puto te jam suppudere.*

Pudicitia, pudīcus, pudor, &c. vide proxime ante in *Pudeo*.

Puella, puellaris, puellus, &c. vide sequens *Puer*.

PVER, ĕri, πᾶς, infans masculus, cui *puella* opponitur, ein kind, ein knabe, bube. *Pueri* autem appellati, quod *puri* sunt, i. e. impubes, Censorinus de Die Natali cap. 14. Sed istam etymologiam rejicit Scaliger Conjectaneis Varronianis: qui ab antiquo *Por* deducit: qui postea *Puer*. Sic *Marcipor*, *Quintipor*, *Publipor*, id est, *Marcipuer*, *Quintipuer*, *Publiipuer*, dicebatur. *Por* autem ex Græco πόρ. Nam qui πᾶς Græcis cæteris, Doriensibus πὸρ dicebatur. Sic, *Vel puero perspicuum*, καὶ παιδὶ δῆλον, es möchte es wohl ein kind mercken, vide Chiliad. *Puer adultus*, ein erwachsener knabe, qui adolescentiæ proximus: Tales *majores* Suetonius vocat: cæteros *minores*. Nam in Augusto cap. 53 scribit: *Sed & Trojæ ludum frequentissime edidit, majorum minorumve puerorum delectu.* Item Tiberio cap. 6 *Præsedit & Actiacis ludis, & Trojanis Circensibus ductor turmæ puerorum majorum.* Loquitur de Tiberio: qui, si de primis ludis Actiacis sentit Suetonius, tum annum 13; sin de secundis, ann. 17 ætatis agebat, ut supputavit Casaubonus. Varro in quinque gradus humanam distinxit ætatem: singulos vero præter extremum 15 annis descripsit. In primo igitur pueri in annis 15, deinde adolescentes in totidem, & sic deinceps &c. Sed & ultra 15 annos nati Romani olim *Pueri* appellati. Sane Augustus Cæsar, interfecto Julio, cum admoveretur reipubl. 19 habebat annos, & tamen *Puer* appellatur non modo Virgilio in Culice v. 3, sed & Ciceroni lib. 10 ad Famil. epist. 28, & lib. 11 epist. 7. Et ad illud Virg. eclogæ primæ: *Hic illum vidi juvenem* &c. Servius notat, decrevisse senatum, ne quis eum *puerum* diceret, ne majestas tanti imperii minueretur. Nonnunquam *Puer*, pro filio puero adhuc usurpatur. Cicero 3 de Finibus cap. 2 *In Tusculano cum essem, vellemque in bibliotheca pueri Luculli quibusdam libris uti*, &c. Juvenalis satyr. 14 v. 47

Maxima debetur puero reverentia, si quid
Turpe paras: Ne tu pueri contempseris annos:
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.

Sic, *A puero*, Cic. 5 Tuscul. cap. 22. *A pueris*, Idem 1 de Orat. cap. 1, von kindheit auff, quod infra *a pueritia* dicetur. *Ex pueris excedere*, die kinderschuhe ablegen, Cicero pro Arch. cap. 3 pr. ¶ 2. Aliquando *Pueri* vocabulum non ad ætatem refertur, sed blandientis est. Virgil. Æneid. 6 v. 832

Ne pueri, ne tanta animis adsuescite bella.

Ita in Culice v. 36 de Augusto: *Sancte puer*, & ita ille sæpius. Catullus quoque, Statius, & alii ita usi. ¶ 3. Aliquando *pueri* vocabulum relative sumitur, & idem est quod *filius*, ein sohn. Ita Horatius *pueros Ledæ* Castorem & Pollucem lib. 1 od. 12 v. 25; *Latonæ puerum*, Apollinem Latonâ natum, lib. 4 od. 6 v. 37 dixit. Virgil. Æn. 2 v. 597 *superet conjuxne Creusa,*

Ascanius puer:

id est, filius, ut & Servius interpretatur, & Græciæ rationem esse observat. conf. Plaut. Amphitr. a. 5 sc. 1 v. 72. Vet. Gloss. παῖς, ὁ υἱός, *Filius.* Juvenalis satyr. 14 v. 3

Quæ monstrant ipsi pueris traduntque parentes.

¶ 4. *Pueri* etiam honestiore vocabulo *antiqui servuli* vocabantur, licet essent seniores: quod præter grammaticos, Nonium inquam c. 2 n. 648, & Servium in eclog. 6 Virgilii, Paulus quoque JCtus notavit l. Pueri 204 D. de Verb. Signif. PVERI, inquit, *appellatio, tres significationes habet: Vnam, cum omnes servos pueros appellaremus: alteram, cum puerum contrario nomine puellæ diceremus: tertiam, cum ætatem puerilem demonstramus.* Horatius lib. 1 ode 38 v. 1 ministrum suum alloquens: *Persicos odi, puer, apparatus.* Conf. Plaut. Curc. a. 1 sc. 1 v. 9, & Most. a. 1 sc. 3 v. 149. Apud S. Matth. cap. 8, & S. Lucam cap. 7 δοῦλος & παῖς similiter synonyma sunt. vid. supra *Por.* ¶ 5. *Pueri* etiam per convicium ignavi atque imbelles appellantur: de quo Rigaltius ad Onosandri Strategicum p. 7. ¶ 6. Vetustissimos *Hic* & *hæc puer* dixisse, ostendit Priscianus lib. 6 p. 697 exemplo Livii in Odyssea: *Sancta puer, Saturni filia, regina.* Et Nævii: *Prima incedit Cereris Proserpina puer.*

¶ Puĕrus, i, pro *Puer* veteres dixerunt, teste eodem Prisciano l. c. ex illo Cæcilii: *Age, age puere, duce me ad patrios fines.* Et ex illo Afranii: *O puere, puere, sine me prospicere mibi.* Et sic vocandi casu sæpe Plautus: e. g. Asin. a. 2 sc. 3 v. 2, & a. 5 sc. 2 v. 42; item Most. a. 4 sc. 2 v. 32 &c. Vet. Gloss. παῖς, *puer, puerus.* Hinc &

¶ Puĕra, æ, ein mägdlein, quod rationibus & exemplis comprobat Priscianus l. c. & duobus locis Varronis Nonius cap. 2 n. 674. Suetonius Caligulâ cap. 8 *Qualiscunque partus sine ullo sexus discrimine* PVERPERIVM *vocatur: quod antiqui etiam* PVELLAS, PVERAS; *sicut & pueros*, PVELLOS *dictitarent.* Vet. Gloss. παιδίσκη, *Puera.*

¶ Puĕrŭlus, i, dimin. ein bübichen, knäblein. Cic. pro Rosc. Amer. c. 41 *Omnium deliciarum atque omnium artium pueruli.*

¶ Puercŭlus, i, idem, Arnobius lib. 2 p. 59, & lib. 7 p. 247.

¶ Puellus, i, pro eodem, Lucilius & Varro apud Nonium cap. 2 n. 688; etiam Lucretius lib. 4 v. 1245 *puellos suscipere.* Adde Priscian. l. c.

¶ Puella, æ, diminut. ex *puera*, ein mägdlein, jungfräulein. Cicer. 1 ad Attic. epist. 5 *Puella dicitur in legitima tutela esse. Puellæ* autem dicuntur non solum, quæ expertes viri & innubæ, sed & quæ matrimonio junctæ, & uterum ferunt, imo & pepererunt. Horatius 3 od. 22 v. 2 de Diana, quod *laborantes utero puellas*, i. e. parturientes, audiat. Penelope se *puellam* vocat, cum Vlyssi jam olim Telemachum peperisset, apud Ovid. Heroid. epist. 1 v. 115. Vide, quæ ex Criticis collegit & notavit Taubmannus ad illud Plauti Cistell. a. 2 sc. 3 v. 77 *Eam nunc puellam filiam ejus quærimus.* Et *Puella*, quæ vidua erat, vocatur Statio. vid. Barth. ad ejusd. Silvas p. 76, & lib. 25 Advers. cap. 14, & Parei Lex. Crit. p. 1014.

¶ Puellŭla, æ, aliud diminut. idem. Catullus Epithal. Mallii & Juliæ 62 v. 57 *Floridam ipse puellulam matris e gremio suæ dedis.*

¶ Puellāris, e, zart, jung, dem mägdlein gehörig; ut, *Ætas puellaris*, Quintil. procem. lib. 6. *Pensa puellaria*, Mela lib. 3 cap. 5. *Puellares pedes*, Ovid. Heroid. epist. 10 v. 20. Metaphorice apud eumdem Fast. 4 v. 463 *Puellaris planta*, eine junge pflantze.

¶ Puellārĭter, adverb. idem. Plinius 8 epist. 10 *Se prægnantem esse puellariter nescit.*

¶ Puellārius, a, um, idem, in Petronii Satyrico.

¶ Puellasco, ĕre, effœminari, vel revirescere, weibisch werden, oder sich verjüngen. Varro apud Nonium c. 2 n. 657 *Non solum innubæ fiunt communes, sed etiam veteres puellascunt, & multi pueri puellascunt.*

¶ Puellātōrius, a, um, ad puellos vel puellas pertinens, vor kleine kinder; ut, *Tibiæ puellatoriæ, quibus a sono clariore vocamen datur*, Solinus cap. 11.

¶ Puellĭtor, āri, rem habere cum puellis, unzucht treiben. Laberius apud Nonium cap. 8 n. 36 *Quænam mens, quæ deliritas vos suppilatores facit cum cano eugio puellitari?* i. e. agere cum vetulis tanquam cum puellis. conf. Voss. Etymol. p. 418. Alii *velitari.*

¶ Puerārius, i, puerorum amator, ein kinder-freund. Gloss. gr. lat. φιλόπαις, *puerarius.*

¶ Puérasco, ĕre, heranwachsen; Item, kindisch werden. Suetonius Caligulâ cap. 7 *Novem liberos tulit: quorum duo infantes adhuc rapti, unus jam puerascens insigni festivitate.* Auson. Eidyll. 4 v. 55

Obductosque seni facies puerascere sensus.

Et Claud. Mamert. 1 cap. 1 *In senectute puerascere.*

¶ Pueraster, tri, ein jüngling. Gloss. gr. lat. ἀντίπαις, *pueraster, juvenis.*

¶ Puèrīlis, e, jung, kindisch; ut, *Puerilis sententia*, Terent. Phorm. a. 5 sc. 7 v. 56. Et de puella Proserpina Ovid. Met. 5 v. 400

Tantaque simplicitas puerilibus adfuit annis.

Sic, *Puerilem animum deponere*, Senec. epist. 4. ¶ 2. *Puerile*, inconsultum & vanum, unbedachtsam und eitel. *Puerilis infirmitas*, Quintilian. lib. 2 cap. 3. *Puerile est*, id est, leve quiddam & nullius momenti, Terent. Andr. a. 2 sc. 6 v. 18.

¶ Puĕrīlĭtas, ātis, Nonio cap. 8 n. 90 ex Varrone pro *pueritia* est, die kindheit: nec aliter Valer. Maximus lib. 5 cap. 4 n. 2 *Vix dum annos puerilitatis egressus.* Seneca autem epist. 4 hoc differentiæ interponit, ut *pueritia* ætatem; *puerilitas* mores & ineptias puerorum significet, die kindische unart: *Adhuc*, inquit, *non pueritia in vobis, sed, quod est gravius, puerilitas remanet.*

¶ Puerīlĭter, adv. kindisch; ut, *Facere pueriliter*, wie ein kind thun, Cic. 4 Acad. Quæst. cap. 11.

¶ Puerītia, æ, die kindheit, die ersten jahre eines menschen, die jugend. *A pueritia legimus & discimus*, Cicer. Tuscul. 2 cap. 1. Et, *e ludo & pueritia disciplina*, pro Lege Manil. c. 10. Idem in Topicis c. 20 *Pueritia, somnus, imprudentia, vinolentia, insania ejus generis sunt, ex quibus sæpissime verum invenitur*, kinder, narren und trunckene reden gerne die warheit. ¶ Per Syncopen Horat. lib. 1 od. 36 v. 8 *Puertiam* dixit.

¶ Puĕrĭties, ēi, idem. Auson. in Profess. Burdigal. 10 v. 17.

¶ Puérōsus, a, um, kindisch. Gloss. gr. lat. παιδικὸς, *puerosus.*

¶ Puerĭger, a, um, kinder-bringend. Fulgent. Mythol. 1 *Semina puerigera visceribus infundere.*

¶ Puer-

¶ Puerpĕrus, a, um, zum kindbette dienlich; ut, *Verba puerpera dicere*, Ovid. Metam. 10 v. 511.

¶ Puerpĕra, æ, subst. fœmina pariens, eine sechswöchnerin, kindbetterin: Terent. Adelph. a. 5 sc. 7 v. 23. Plin. lib. 28 cap. 19 &c. Sic Horat. epod. 17 v. 52 *Vtcunque fortis exsilis puerpera.*

¶ Puerpĕrium, i, tempus pariendi, die geburts-zeit, das kindbette, die sechswochen; ut, *Pericula puerperii tolli*, Plin. 28 cap. 8. *Puerperio cubare*, in wochen liegen, Plaut. Truc. a. 2 sc. 5 v. 22. Venuste de fructibus Columella 3 cap. 21 *Quibus alma tellus annua vice, velut æterno quodam puerperio, læta.* ¶ 2. Actus pariendi, qualiscunque partus, atque ipsa proles, die arbeit zur geburt, gebährung, leibesfrucht. Vide locum ex Suetonio allatum paullo ante in *Puera.* Gellius 12 cap. 1 *Quam diutinum puerperium, & quam laboriosi nixus fuissent.* Idem 10 cap. 2 *Numerus puerperii.* Plin. 7 cap. 11 *Vno abortu duodecim puerperia egesta.* Statius Theb. 4 v. 280 *Ferre cruda puerperia.* Et Tacit. Ann. 12, 6, 1 *Fœmina puerperiis insignis.*

¶ Repuĕrasco, ĕre, kindisch, oder wieder zum kinde werden; ut, *Repuerascere & in cunis vagire*, Cic. de Senect. cap. ult.

¶ Sēmĭpuella, æ, ein halbmägdlein. Ausonius Gripho v. 21

Tres volucres, tres semideæ, tres semipuellæ.

PV̆GIL, ĭlis, vel a *pugnando* dicitur, vel a *pungendo*, athleta, ein fechter, ein kämpffer; ut, *Exercitatus, inexercitatus pugil*, Cic. de Clar. Orat. cap. 69. Nimirum qui *Gladiatores* Latinis, Græcis *Pugiles* erant: qui licet postea & in Italia fuerint, res ipsa tamen a Græcis: unde eorum certamina & *Græca* appellata, ac in pugilibus *Græci* ferme primo loco habebantur: post hos Afrani, Campani, Latini. Dicti & quidam eorum *ordinarii* ac *legitimi*; quidam *catervarii*, temere & sine arte pugnantes, Suetonius Augusto cap. 45, & Caligulâ cap. 18. Priorem produxit Prudentius in Symmach. 2 v. 517 *Vnctis pugilibus*, &c. Horatius semper corripit: e. g. lib. 2 epist. 1 v. 185

Aut versum aut pugiles; his nam plebecula gaudet.

Sic & Ovid. 3 Amor. eleg. 2 v. 54 *Pollucem pugiles, Castora placet eques.*

¶ Pŭgĭlo, & Pugillo, are, antiquum verbum, fechten. Gloss. Cyrill. *Pugilo*, πυκτεύω. Treb. Pollio Gallien. cap. 8 *Pugiles sacculis, non veritate pugilantes.* Apulej. de Deo Socrat. *Valide pugillare.* Idem deponentaliter Met. 7 p. 195 *primoribus in me pugillatur ungulis.* Nam & L duplicato scribitur.

¶ Pŭgĭlātio, ōnis, pugilum exercitatio, das fechten, gefechte. Cic. lib. 2 de Legibus cap. 15 *Pugilatio, luctatio.*

¶ Pugilatus, ûs, idem. Plautus Captiv. a. 4 sc. 2 v. 13 *Hic homo pugilatum incipit.* Idem Bacch. a. 3 sc. 3 v. 24 *Pugilatu sese exercere*, fechten lernen.

¶ Pŭgĭlātor, ōris, pugil, ein fechter. Arnobius lib. 1 p. 20 *Tyndaridæ Castores, equos unus domitare consuetus, alter pugilator bonus.* Vet. Gloss. *Pugilator*, παγκρατιαστής. Adde Sidonium 9 epist. 14.

¶ Pugilatōrius, a, um, fechterisch. Plautus Rudente a. 3 sc. 4 v. 16 *Ego te follem pugilatorium faciam*, ich will dich zuschlagen, wie einen ballon. Alii a *Pugillus* deducunt. vide paullo inferius in *Pugnus.*

¶ Pŭgĭlĭce, adverb. idem. Sic, *pugilice valere*, Plautus dixit Epidic. a. 1 sc. 1 v. 18, id est, firmiter, starck seyn.

Pugillaris, pugillus, vide post paullo *Pugnus.*

PV̆GIO, ōnis, mascul. a *pungendo* dictus est, *quod eo punctim pugnatur*, ut Festus ait, ein dolch; ut, *Pugio plumbeus*, ita argumentum infirmum vocat Cicero lib. 4 de Finib. cap. 18, ein schwacher beweiß, oder überzeugung. Martial. lib. 14 epigr. 33

Pugio, quem curvis cingit brevis orbita venis.

Apud Romanos *Pugio*, quo accincti imperatores erant, summæ potestatis insigne, cujus traditione jus vitæ necisque in cives designabatur, quod *gladii jus* JCti appellant. Hinc Vitellius cessurus imperio pugionem deposuit, de quo Sueton. ejus vitâ cap. 15. Tacitus eamdem rem narrans 3 Histor. cap. 68 *Postremo fletu præpediente assistenti consuli (Cælius Simplex erat) exsolutum a latere pugionem, velut jus necis vitæque civium, reddebat.* Nemini enim licebat gestare, nisi cui hanc potestatem tribuisset imperator: ut, quos in provincias suas mittebat: de quo Dio lib. 53 p. 505; Romæ vero *Præfecto prætorio.* vide Turnebum lib. 12 Adversar. cap. 6, & Petrum Fabrum lib. 1 Semestr. cap. 3. Quod autem Turnebus putat, honorem gestandi gladii, magnitudine ejus fuisse distinctum; ita, ut majores potestates, quales imperator, præsides, præfecti prætorio, majore ferro, gladiis puta; minores, quales militum tribuni, minore, id est, pugionibus, uterentur, in eo videtur falli. Sane Tacitus Suetoniusque Vitellio imperatori non *gladium*, sed *pugionem* diserte tribuunt. Recte quoque super loco Statii lib. 5 Silv. Protreptico ad Crispinum, Fabrum Cruceus redarguit, qui *Ausonium ferrum*, quod ibi poëta nominat, de gladio præfecti prætorio, interpretatur; Crispinum vero eum statuit, qui Claudii imperatoris temporibus præfectura prætorii functus est. Nam ipsum carmen id satis redarguit. Sed quod Morellum secutus putat, Crispinum cubiculo imperatoris præpositum fuisse, eamque ob rem ferendi gladii jure donatum, de eo dubito. Neque enim gestandi gladii jus cum præpositurâ cubiculi connexum fuisse, locus Dionis e lib. 67 p. 766 a Morello prolatus evincit; sed istud tantum, Parthenium cubiculo præpositum; ita enim Suetonius vocat, honore gestandi gladii a Domitiano fuisse ornatum. Puto autem Tribunitio honore Crispinum a Domitiano, tradito gladio, tribunatûs insigni, fuisse affectum: in omen tantum futuræ militiæ, cui per ætatem nondum par erat. Perinde ac consularia & prætoria ornamenta dari interdum solebant honoris caussâ, qui eas dignitates ac munia revera non sustinebant. Hoc paullo ante Statius *Castra* dicit *recludere.* Nam per tribunatum primus aditus erat ad castrenses honores atque imperia ipsa. Vnde hunc tribunitium ensem idem poëta *primum* appellat lib. 5 Silv. 2 v. 177,

Cuique, inquit, *sacer primum tribuit Germanicus ensem.*

Nam *secundus* ensis, ut sic appellem, rectorum provinciarum; *ultimus* & summus præfecti prætorio erat. Nec alio, puto, honore Parthenius ab eodem Domitiano ornatus fuit. Hæc nostra super hoc Statiano loco sententia, sive opinio potius, est.

¶ Pūgiuncŭlus, i, ein kleiner dolch: nam & hoc diminutivo Cicero usus est in Oratore cap. 67 *Hispaniensis pugiunculus.*

PVGNA, æ, certamen, a *pugno* dicta est, auctore Donato, ein gefechte, streit, kampff, eine schlacht; ut, *Pugnam ciere*, Tacit. 3 Ann. c. 41; & *committere*, Cicer. 3 Catil. cap. 3, unlust und kampff anrichten. *Pugnam inire*, Quintil. lib. 5 cap. 12 sub fin. *Pugnam facere*, Nepos Conone cap. 5. Et, *Pugna adversa*, Tacit. 1 Ann. cap. 64 n. 3; *mala*, Idem 15 cap. 28 n. 3. *Pugna ardescit*, Idem lib. 5 Hist. cap. 18. Ac, *Pugna forensis*, Quintil. lib. 5 cap. 12, certamen litigantium, ein rechtsproceß.

¶ Pugno, avi, atum, are, pugnam committere, kämpffen, streiten; ut, *Acriter pugnare*, Quintil. lib. 2 cap. 20 fin. *Pugnare cum aliquo, cum hoste*, &c. Cic. pro Balbo cap. 9. *Pugnare muris*, Plin. 32 cap. 1. *Pugnare in hostem*, (quam rationem mundiorem & subtiliorem, quam *pugnare cum aliquo*, & *contra aliquem*, censet Gellius lib. 7 cap. 2,) Liv. lib. 8 cap. 7, an den feind setzen. *Pugnare in frontem, in latera*, Tacit. Agricolâ cap. 35. *Pro patriâ pugnare*, sive *pro commodo patriæ*, Cicer. de Invent. 1 c. 1, für das vaterland streiten. *Pugnare pro sacris, Pugnare pro salute*, Sallust. in Jugurtha extrem. *pro gloriâ*, ibid. *Pro salute pugnare*, est pugnare ex necessitate pro libertate sua, ne alterius imperio subjiciamur; *pugnare pro gloria*, est pugnare non ex necessitate, sed ut alios nostro subjiciamus imperio, & ita gloriam augeamus, &c. Sic, *Cum vitâ pugnat oratio*, Cic. Tusc. 2 c. 4, id est, vitæ oratio contraria est, sie leben nicht wie sie lehren. *Inter se pugnare*, Varro R. R. lib. 2 cap. 3, wider einander streiten. *Hic pugnes licet, non repugnabo*, Cicero 4 Acad. cap. 18. *Illud pugna & enitere*, Idem 3 fam. epist. 10, darauf dringe. *Hoc pugnatur*, Cic. pro Rosc. cap. 3, darum ist der zanck, das ist streitig. Terent. in Adelph. a. 5 sc. 3 v. 57 *Ipsam psaltriam una mecum hinc abstraham.* M. *pugnaveris*, da wirst du ein treffliches gewinnen. *Pugnam pugnare*, græca ratio & antiqua, Plaut. Pseud. a. 1 sc. 5 v. 110. conf. mox *Pugnatus.* Ennius:

Vicimus, ô socii, & magnam pugnavimu' pugnam.

¶ Pugnans, tis, streitend, entgegen stehend, widrig. Cic. de Fin. 1 c. 18 *Pugnantibus & contrariis studiis consiliisque semper utens.* Ovid. Fast. 2 v. 801 *Vincetur fœmina pugnans.* Lucret. 6 v. 97 *Contra pugnantes venti.*

¶ Pugnantia, æ, contrarietas, die widerwärtigkeit; ut, *Pugnantia duarum propositionum*, sic enim utuntur philosophi, sed non latine satis. *Repugnantia* autem vox proba & Ciceroniana est, quam infra videas.

¶ Pugnātus, a, um, gekämpfft, befochten. Cic. pro Muræna cap. 22 *Pugna summa contentione pugnata.* Plautus Amph. a. 1 sc. 1 v. 97

Hæc illi est pugnata pugna ab usque mane ad vesperum.

Nepos Hannibale cap. 5 n. 1 *Hac pugnâ pugnatâ, Romam profectus est*: vide Vossium de Constructione cap. 22. Similiter *pugnata bella* Horatius dixit lib. 1 epist. 16 v. 25, & Virg. Æn. 8 v. 629.

¶ Pugnator, ōris, ein kämpffer, streiter, krieger. Livius lib. 24 cap. 15 *Fortissimus quisque pugnator esse desierat.* Frontinus lib. 4 cap. 7 n. 37 *Bonus pugnator*, ein guter soldat.

¶ Pugnatrix, īcis, fœm. eine streiterin, kriegerin; & adject. kriegerisch, Ammian. 23 cap. 6 *Pugnatrix natio & formidanda.* Prudentius Psychomach. v. 683 *Intulit hoc vulnus pugnatrix subdola.*

¶ Pugnātōrius, a, um, zum streit gehörig, fechterisch; e. g. *Mucro pugnatorius*, Seneca præfat. in lib. 2 Controvers. Et, *Batuebat pugnatoriis armis*, Suet. Calig. cap. 54.

¶ Pugnax, ācis, streitbar, zänckisch; ut, *Non est pugnax in vitiis*, id est, vitia non pugnaciter defendit, Cœlius ad Cicer. lib. 8 fam. epist. 13. *Vehemens & pugnax exordium dicendi*, Cic. 2 de Orat. cap. 78. Et, *Oratio pugnacior*, Cicer. de Clar. Orat. cap. 31 extr. *Pugnacissimus quisque*, Tacit. 4 Hist. cap. 60. *Hac legione noli acrius, aut pugnacius quidquam cogitare*, Asin. Pollio Ciceroni lib. 10 fam. epist. 31.

¶ Pugnācĭtas, ātis, die streitbarkeit; ut, *Pugnacitas argumentorum*, Quintil. lib. 4 cap. 3. Et, *Pugnacitas libidinis*, Plin. lib. 10 cap. 33.

¶ Pugnācĭter, adverb. mit streit, mit zanck; ut, *Vbicunque acriter erit, & instanter, pugnaciterque dicendum*, Quintil. 9 cap. 4. *Sententiam, quam adamas, pugnacissime defendere*, Cic. in Acad. lib. 4 cap. 3. Et Quintil. lib. 9 cap. 4 *Quis dubitat, alia lenius &c. alia pugnacius esse dicenda?* Seneca lib. 1 Quæst. Nat. cap. 2 extr. *Sidera collectum aërem luce levi non pugnaciter, nec aspere feriunt.* Idem 3 cap. 36 *In illa disputatione pugnacius locutus es.*

¶ Pugnācŭlum, i, locus unde pugnatur, die pasten, der kampffplatz. Plaut. Milit. a. 2 sc. 3 v. 63 *Deturbabo jam ego illum de pugnaculis.* Et Ammian. 21 cap. 12 *Susceptus ad pugnaculum solus.*

Composita:

¶ Adpugno, are, bestreiten, anfallen. Tacit. 2 Annal. cap. 81 *Piso classem adpugnare frustra tentavit.* Et 4 Annal. cap. 48 *Alii castra Romana adpugnarent.* Et 15 Ann. cap. 13 *Castellum adpugnare*: ubi Ryckii notam lege.

¶ Compugno, are, mit einander streiten, apud Gellium bis legitur: ut lib. 12 cap. 5 *Vidistis congredientes compugnantesque philosophum & dolorem*: & lib. 14 cap. 5 extr. *clamantes compugnantesque illos reliqui.*

¶ Depugno, are, idem propemodum quod simplex, scharmützieren; ut, *Depugnare collatis signis*, im felde gegen einander stehen und kämpffen, Plaut. in Casin. a. 2 sc. 5 extr. *Depugnare ferro*, Cic. 2 Tusc. cap. 17. *Depugna potius, quam servias*, Idem ad Attic. lib. 7 epist. 7. *Copiæ paratæ ad depugnandum*, Cicer. 6 fam. epist. 4, ubi *Depugnare* est una pugna unoque prælio de tota re & toto bello decernere, ein haupttreffen halten. vid. not.

¶ Depugnatus, a, um, befochten, ausgefochten; ut, *Sero venire depugnato prælio*, i. e. finito, Plaut. Menæch. a. 5 sc. 6 v. 31.

¶ Depugnātio, ōnis, die scharmützirung, der streit. Jul. Firmic. præfat. lib. 4 *Forensium certaminum depugnationibus liberatus*, von rechtsprocessen befreyet.

¶ Expugno, are, pugnando capere, erobern, überwältigen, im sturm gewinnen; ut, *Expugnare urbem*, Tacit. 5 Hist. c. 13; &, *ædes*, Terent.

Eunuch. a. 4 sc. 7 v. 3. *Expugnare aliquem ratione*, Cicer. in Verrem 4 cap. 52 extr. mit gründen überführen, convinciren. *Expugnassere* antique pro *expugnare* dixit Plaut. Amph. a. 1 sc. 1 v. 55.

¶ Expugnans, tis, durchdringend, kräfftig. Sic, *Expugnantior herba* efficacior est, apud Ovid. Metam. 14 v. 21.

¶ Expugnatus, a, um, erobert, eingenommen mit gewalt; ut, *Expugnata mœnia*, Lucret. 2 v. 1144. *Mens expugnata fatiscit*, Statius Theb. lib. 4 v. 187.

¶ Expugnātio, ōnis, die eroberung; ut, *Vrbium expugnatio*, Cicer. de Senect. cap. 5.

¶ Expugnātor, ōris, ein eroberer, überwinder; ut, *Vrbis expugnator*, Cic. de Invent. lib. 1 cap. 50. *Expugnator pudicitiæ*, Idem 3 in Verr. cap. 3. Et Plinius lib. 7 cap. 38 *Demetrium expugnatorem* dixit, qui Græcis est *Poliorcetes*.

¶ Expugnābĭlis, e, überwindlich; ut, *Robur expugnabile*, eine stärcke, so zu gewinnen ist, Statius Theb. lib. 6 v. 103. Contra

¶ Inexpugnābĭlis, e, unüberwindlich; ut, *Arx inexpugnabilis*, Liv. lib. 2 cap. 7. *Probatio inexpugnabilis*, Quintil. lib. 5 cap. 10.

¶ Inexpugnatus, a, um, unerobert. Paulinus Nolanus epist. 18 ad Victricium n. 5 *Voluntas sanctis operibus & pio ministratu inexpugnata*.

¶ Impugno, are, bekriegen, bestürmen, bestreiten, anfechten; ut, *Impugnare terga hostium*, dem feind von hinten zusetzen, Livius lib. 3 cap. 70. *Impugnare alicujus dignitatem*, id est, adversari dignitati, zu wider seyn. Contrarium *defendere* est.

¶ Impugnatus, a, um, bestritten, angefochten. Plin. 5 cap. 24 *Impugnatus Taurus*. Gellius 1 cap. 6 *Destitutum quid & impugnatum relinquere*.

¶ Impugnātio, ōnis, die anfechtung, bekriegung. Cicer. ad Attic. lib. 4 epist. 3 *Domum Syllæ pro castris sibi ad eam impugnationem sumserat*.

¶ Impugnator, ōris, ein bestreiter, quod Gruteri Livius 27 cap. 15 med. habet, in melioribus libris Schefferi, Gryphii, Gronovii (cujus & notas vide,) *Oppugnator* est.

¶ Oppugno, are, bekriegen, bestürmen, an etwas setzen. Cicer. 2 fam. epist. 10 *Aggeribus, turribus oppugnabam oppidum munitissimum*. *Obsidere, oppugnare & labefactare urbem*, Idem de Arusp. Resp. c. 4. *Oppugnare alicujus caput*, einem nach leib und leben stehen, Cic. pro Quintio cap. 12.

¶ Oppugnatus, a, um, angegriffen, angefeindet. Propert. 2 eleg. 15 v. 45 *Roma propriis circum oppugnata triumphis*.

¶ Oppugnātio, ōnis, die bestürmung. Livius lib. 14 cap. 29 *Non segnior oppugnatio est, quam pugna fuerat*.

¶ Oppugnator, ōris, ein feind, bekrieger; ut, *Salutis meæ oppugnator*, Cic. pro Planc. cap. 31 extr.

¶ Oppugnātōrius, a, um, ad oppugnationes pertinens, zum stürmen dienlich. Vitruvius lib. 10 cap. 22 *Hostes comparant res oppugnatorias*.

¶ Perpugnax, ācis, sehr streitbar, zänckisch. Cic. 1 de Orat. cap. 20 extr. *Perpugnacem in disputando videri*.

¶ Propugno, are, pugnando resistere, tueri, defendere, verfechten, vertheidigen; ut, *Acerrime propugnare pro alicujus salute*, id est, depugnare, Cic. ad Brutum lib. 11 fam. epist. 16. Et 1 Offic. c. 19 *virtus propugnans pro æquitate*.

¶ Propugnatio, ōnis, die verfechtung, vertheidigung; ut, *Propugnatio ac defensio dignitatis alicujus*, Cic. lib. 1 fam. epist. 7.

¶ Propugnātor, ōris, defensor, ein vertheidiger, beschützer; ut, *Acerrimus propugnator communis libertatis*, Cic. ad Brutum epist. 11. *Locus a propugnatoribus vacuus relictus*, Cæsar de B. G. lib. 7 c. 25 fin.

¶ Propugnatrix, īcis, eine beschützerin; Occurrit in fragmento orationis funebris apud Fabrettum Inscript. p. 169.

¶ Propugnācŭlum, i, locus munitus, ex quo depugnatur, eine schantze, vestung, pastey, schutzmauer; ut, *Propugnaculum contra hostium impetus*, Cicer. pro Fontej. cap. 1. *Propugnaculo alicui esse*, eines schutz seyn, Idem in Verrem 7 cap. 34. *Propugnaculum oppositum barbaris*, Nepos Themist. cap. 6 n. 5, hodie, eine frontier-stadt, grentz-vestung. *Propugnacula tyrannidis demoliri*, Idem in Timol. cap. 3 n. 3, die citadellen einreissen. Sunt autem hæc vere instrumenta tyrannidis, coercendis urbibus exstructa, frena & claustra oppressorum, sedes & arces servitutis. vid. Curt. lib. 7 cap. 7 n. 1. Tacit. Agricol. c. 16 n. 1.

¶ Impropugnatus, a, um, non propugnatus, unbeschützt. Ammianus sub fin. lib. 29, [sive cap. 37] *impropugnata civitas*.

¶ Repugno, are, obsistere, resistere, sich wehren, widerstehen, widerstreben, zu wider seyn; ut, *Dictis & factis alicui repugnare & resistere*, Cic. pro Rabir. cap. 5. *Repugnare contra veritatem*, Idem pro Qu. Rosc. cap. 17. Et, *Repugnare circa aliquid*, Quintil. proœm. lib. 8. Et, *Repugnare inter se*, Cic. 3 Tusc. c. 29, wider einander streiten. *Cum id censuisset Cassius, Brutus repugnaverat*, i. e. dissuaserat, er hatte es widerr[illegible]en, Vellej. 2, 58, 2.

¶ Repug[illegible]ns, tis, widerstehend. Ovidius 2 de Arte am. v. 197

Cede repugnanti, cedendo victor abibis.

Comparativus est apud Lactantium de Ira Dei c. 9 *Quo quid repugnantius dici possit, non video*. Nisi ad Adverbium *repugnanter* id velis reducere.

¶ Repugnanter, adverb. ungern, widersetzlich; ut, *Patienter accipere, non repugnanter*, Cic. de Amicit. cap. 25. Ammianus lib. 20 cap. 19 *non repugnanter*.

¶ Repugnantia, æ, pro qua vulgo *pugnantiam* dicunt, die ungleichheit, widerwärtigkeit. Cicero in Philippica 2 cap. 8 *Qui tantarum rerum repugnantiam non videas, nihil profecto sapis*. Idem 3 Offic. cap. 7 *Panætius induxit eam, quæ videretur esse, non quæ esset, repugnantiam*.

¶ Repugnātio, ōnis, actus repugnandi, die widerstrebung. Apulej. de Platon. Philos. Nat. p. 9 *Repugnationes nocivæ*.

¶ Repugnator, ōris, ein widerstreber. Beda lib. 1 Hist. Eccles. Angl. cap. 17 *quasi repugnatore cessante*.

¶ Repugnatōrius, a, um, repugnans, widerstrebend. Vitruvius lib. 10 cap. ult. *In repugnatoriis rebus non tantum machinæ, sed etiam maxime consilia sunt comparanda*.

PVGNVS, i, manus contracta, eine faust, contrarium *palmæ*: *a punctione, i. e. percussione dicitur*, Fest. Sic, *Cædere pugnis*, Plautus Curcul. a. 1 sc. 3 v. 43, mit fäusten schlagen. *Legere quem pugno*, per jocum Plautus dixit Amph. a. 1 sc. 1 v. 160. *Pugnis rem solvunt, si quis poscat clarius*, ibidem a. 3 v. 9, sie zahlen mit schlägen, wenn sie einer etwas scharff mahnet. *Pugnis & calcibus aliquem contundere*, Cic. 5 in Verr. cap. 23, einen schlagen und mit füssen treten. *Pugnos & plagas ferre*, Cicer. de Clar. Orat. cap. 69.

¶ Pugneus, a, um, einer faust groß, oder aus fäusten bestehend. Per jocum Plautus Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 140 *Me hospitio pugneo accepturus est*; i. e. pugnis loco cœnæ, mit einer hand-collation. Sic & Rud. a. 3 sc. 4 v. 58 *Jam tibi messis in ore fiet mergis pugneis*, du wirst klopp-fische bekommen.

¶ Pŭgillus, i, diminut. ein fäustlein. Prudent. Cathem. 10 v. 152 *Minimi mensura pugilli*. Fortun. 3 v. 69 *Cujus clauduntur cuncta pugillo*. ¶ 2. Item, eine hand voll. Plinius lib. 20 cap. 22 *Semen cum farris pugillo decoctum*. Onomast. Vet. *Pugillus*, δράκιον. Et mutato genere Gloss. Vetus: *Pugillum*, δρὰξ χειρός.

¶ Pugillāris, e, adject. quod pugnum implere, seu pugno contineri potest, das eine hand füllen kan. Juvenalis satyr. 11 v. 156

Nec pugillares defert in balnea raucus
Testiculos; ubi prima producta est.

¶ Pŭgillares, ium, plural. masc. & substant. tabulæ dicuntur, in quibus stilo, quem pugnus dirigit, scribimus, ein handbuch, schreibtäfelein; ut, *Quin pugillares sumis & aliquid scribis?* Plin. lib. 7 epist. 9 extr. Et alter Plinius H. N. 13 cap. 11 *Pugillarium usus etiam ante Trojana tempora*. Primam, quam in adjectivo produxit Juvenalis, ut modo vidimus, Prudentius corripuit Hymno Cassiani v. 15

Vnde pugillares soliti percurrere ceras.

Videntur & alii corripuisse. Et si *Pugil* primam brevem habet, cur non & *pugillaris*? *Pugnus* enim, a quo *pugillaris* est, & *pugil*, ejusdem sunt originis. Sed tamen idem Prudentius & primam in *Pugil*, uti supra ostensum, produxit: unde variasse eum syllabam constat.

¶ Pugillar & Pugillare, āris, gen. neutro, idem. Catullus carm. 43 v. 5 *Reddere pugillaria*. Et Ausonius epigr. 146 v. 3 *Bipatens pugillar expedi*. Gellius 17 cap. 9 *Pugillaria nova nondum cera illita*.

¶ Pugillatōrius, a, um, hand- oder faust-völlig; ut, *Pugillatorius follis*, pila, ein handball, Plaut. in Rud. a. 3 sc. 4 v. 16. Sed alii, & forte rectius, ex *pugil* (unde *pugilo* & *pugilator*,) proxime deducunt. Vide Lambinum & Jac. Operarium. Quære etiam paullo superius in *Pugil*.

PVLCHER, ra, rum, quasi πολύχειρ, id est, fortis, quia Romani, quum ponerent omnia in fortitudine, eum tantum pulchrum & formosum putabant, qui fortis esset, tapffer. vid. Scaliger de L. L. cap. 22. Sic Virgilius *pulchrum* pro forti posuit in illo lib. 7 Æn. v. 656

satus Hercule pulchro,
Pulcher Aventinus, &c. & alibi.

Florus lib. 4 cap. 4 extr. *Tum etiam manu pulcher apparuit*, hoc est, fortis. Sic & *pulcher bos* appellatur ad eximiam pinguitudinem perductus, weidlich starck, apud Festum. ¶ 2. *Pulcher* elegans est, decorus, formosus, fein, schön, hübsch; ut, *Pulchra poëmata*, Horat. lib. 1 satyr. 10 v. 6. *Pulcherrima Roma*, Virg. 2 Georg. v. 534. Et, *Quo pulchrior alter non fuit*, Æneid. 7 v. 649. *Pulchrum ornatum turpes mores pejus cœno collinunt*, Plaut. Mostell. a. 1 sc. 3 v. 133. Sed *Pulchrum* & *venustum*, ut cognata videantur & eadem, differunt tamen. vide infra *Venustus*. ¶ 3. *Pulchra* etiam sunt, quæ laude digna honestaque sunt, löblich, zierlich. Florus lib. 2 cap. 19 *Hactenus Romanus populus pulcher, egregius* &c. Sic, *Pulchram petere per vulnera mortem*, i. e. gloriosam, Virg. 4 Georg. v. 218. Vide & Heinsium de Satyra Horatiana. ¶ 4. *Pulchrum* denique idem ac *faustum, lætum*, glückselig, erfreulich; ut, *Pulcher fugatis ille dies Latio tenebris*, Horat. 4 od. 4 v. 39. *Cui pulchrum fuit in medios dormire dies*, i. e. summi instar boni habitum, Idem 1 epist. 2 v. 30. *Prætor, ne pulchrum se ac beatum putaret*, Cic. pro Muræn. cap. 12. *Suum cuique pulchrum est*, &c. *Te tua, me delectant mea*, Idem Tuscul. 5 cap. 22. ¶ 5. Nonnulli & *Pulcer* scribunt. Et ita Varro, de quo Sosipater Carisius lib. 1 PVLCRVM *adspirari debere, Varro negat, ne duabus consonantibus intercedat aspiratio, quod minime rectum antiquis videbatur*.

¶ Pulchellus, a, um, diminut. hübsch; ut, *Pulchellus puer*, Cic. 1 ad Attic. epist. 16.

¶ Pulchre, adverb. eleganter, nett, wohl, stattlich; ut, *Dicere pulchre & oratorie*, Cic. in Oratore cap. 68 pr. fein von sachen reden. *Pulchre sobrius*, Terent. Eunuch. a. 4 sc. 5, gar fein nüchtern. *Neque ego præberi vidi pulchrius*, Plaut. Aulul. a. 3 sc. 1 v. 6. *Pulcherrime ferre secundam fortunam*, Serv. Sulpic. ad Cic. 4 fam. epist. 5, id est, egregie, optime. Phædrus lib. 4 extremo:

Dum sanitas constabit, pulchre meminero.

Nepos Attico cap. 26 *In ea* (familia) *erant pueri literatissimi, anagnostæ optimi, & plurimi librarii, ut ne pedissequus quidem quisquam esset, qui non utrumque horum pulchre facere posset*. Vbi *Pulchre aliquid facere posse*, de opera promtâ expeditaque intelligendum. Hinc in approbationum formulis etiam locum habet: Terent. Eunuch. a. 4 sc. 2 v. 4 TH. *Male multabo ipsum*. GN. *Pulchre!*
Et Heaut. a. 2 sc. 3 v. 91 SYRVS. *Assimulabimus,*
Tuam amicam hujus esse. CLIT. *Pulchre!*
Similiter nos: das war schön! herrlich! stattlich! Atque sic & Græci τὸ καλῶς usurpabant. ¶ 2. Neque tamen hoc adverbium in iis tantum locum habet, quæ laudi & commodo sunt, sed & quæ in deteriorem partem vergunt. Idem Terent. Heaut. a. 3 sc. 1 v. 40

nam ut tu scias,
Quàm ea nunc instructa pulchre ad perniciem siet;

Pulchre, id est, abunde, copiose.

¶ Pulchrālis, e, idem ac *pulcher*, schön. Cato apud Festum: *Pulchralibus atque cupitiis*.

¶ Pulchresco, ĕre, schön werden. Cassiod. 5 Var. epist. 40 *Vnius rei facies de addita venustate pulchrescit*.

¶ Pul-

¶ Pulchrĭtas, ātis, die zierlichkeit. Cæcil. apud Nonium cap. 2 n. 665 *Dii boni, quid illud est pulchritatis!*

¶ Pulchrĭtūdo, ĭnis, venustas, elegantia, die schönheit; ut, *Eximiâ pulchritudine fœmina*, Cicer. 1 de Divinat. cap. 25. *Splendor & pulchritudo virtutis*, Idem 2 Offic. cap. 10. Ejus commendationem egregiam habes apud Isocratem in Helena: itemque quomodo de pulchritudine singulari loquantur poëtæ, apud Barthium in Stat. Silv. p. 41 & 60. Socrates apud Laërtium *pulchritudinem* appellavit *modici temporis tyrannidem*; Plato *naturæ privilegium*; Theophrastus *tacitam deceptionem*; Carneades *regnum solitarium*.

¶ Perpulcher, a, um, auget significationem, sehr schön. Terent. Eunuch. a. 3 sc. 2 v. 15 *Perpulchra credo dona, haud nostris similia.*

¶ Præpulcher, a, um, idem. Juvencus lib. 1 v. 430

Proveniunt hominum præpulchra indagine lucra.

PV̄LĔGIVM, & PVLEIVM, i, herba, poley oder hertz-poley. Vet. Gloss. *Pulejum*, γλήχων. Plin. lib. 20 cap. 14 *Magna societas cum menta ad recreandos defectos animo pulegio, cum surculis suis in ampullas vitreas aceti utrisque dejectis.* Cic. de Divin. 2 cap. 14 *Pulejum aridum florescit ipso brumali die.* conf. Colum. 12 cap. 7 & 35 & 57, & Martial. 12 epigr. 32. Serenus v. 314 *Pulegium decoctum.* Et contracte Strabo Gallus in Hortulo 18 v. 2

Pulei virtutes celeri comprendere versu.

¶ 2. *Pulegium sermonis* suavitatem videtur appellare Cicero lib. 16 fam. epist. 23 extr. *Cras exspecto Leptam, ad cujus rutam pulegio mihi tui sermonis utendum est.*

¶ Pulejātum, i, pro vino pulejo sive pulegio condito, dixit Lampridius in Eleagabalo cap. 19, kräuter-wein.

PV̄LEX, icis, ψύλλος sive ψύλλα: a quo πύλλος & inde pulex. Vnde & Cœlius Calcagninus *Pullex* scribere voluit Isidorus tamen a *pulvere*, quo nutritur, derivat. Vulgus communiter primam corripit, inductum illo Pseudovidii carmine de Pulice v. 1

Parve pulex & amare, lues inimica puellis.

Sic & v. 20 & 34. Male! At Martial. lib. 14 epigr. 83

Pulice, vel si quid pulice sordidius.

Et Columell. lib. 10 v. 321

Parvulus aut pulex irrepens dente lacessat Ozyma.

Et est non tantum hominum, sed & olerum ac herbarum, ut in illo Columellæ, ein floch, ein erdfloch. *Pulicum vestigia metiri*, proverbium, de diligentiâ in rebus frivolis & inanibus, apud Lucianum Philopat. Pulicis encomium Michael Psellus scripsit, & post eum Cœlius Calcagninus, item Petrus Galissardus Araquæus.

¶ Pūlĭco, are, pulices progignere, flöhe haben. Gloss. gr. lat. ψυλλίζω, *pulico*.

¶ Pūlĭcōsus, a, um, voll flöh; ut, *Pulicosa canis*, Columella lib. 7 c. 13.

¶ Pulĭcālis, is, herba, psyllium, flöhekraut.

Pullarius, pullaster, &c. vide mox in *Pullus, i.*

Pullatus, pullīgo, vide paullo post in *Pullus, a, um.*

PVLLVS, i, a πῶλος, quæ vox proprie signat *equuleum*, das junge von allerley thieren, ein füllen, hühnlein. Nam latine *Pulli* dicuntur recens nati & parvi fœtûs quorumcunque animalium; ut, *Pulli hirundinis*, Plin. lib. 10 c. 33, junge schwalben; &, *Pulli aquilæ, cornicis*, &c. ibidem cap. 3 & 12. *Pullus gallinaceus*, Livius lib. 32 cap. 1, ein küchlein. *Pullus columbinus*, Cicer. 9 fam. epist. 18. *Milvinus pullus*, Idem ad Quint. fratr. lib. 1 epist. 2. Sic autem appellat per metaphoram juvenem rapacem, ein junger scharrhans, geitzwanst. Juvenal. satyr. 13 v. 142 *Nos viles pulli nati infelicibus ovis.*

Horatius etiam *ranæ pullos* dixit lib. 2 sat. 3 v. 314

Absentis ranæ pullis vituli pede pressis.

Et Columella *apum pullos* dixit lib. 9 cap. 3. *Pullus equinus*, πῶλος, ein füllen, Quintil. lib. 8 cap. 2. ¶ 2. Arboribus quoque tributum, quarum stolones *pulli* dicuntur, schößlein, jung gewächs. Cato R.R. c. 51 *Ab arbore, abs terra pulli qui nascentur, eos in terram deprimito.* Et Plin. 17 cap. 10 *Tales pulli proveniunt, quarum radices amore solis atque imbris in terra spatiantur.* Indeque verbum *Pullulo.* ¶ 3. *Pullus* etiam inter blandiendi vocabula hominibus tribuitur, ein bübichen, söhngen. Horat. lib. 1 sat. 3 v. 44 *strabonem*

Appellat pætum pater: & pullum, male parvus
Si cui filius est.

Vide Theophrastum περὶ κολακείας, & ibi Casaubonum p. 131, & infra in *Sidus* ex Sueton. Calig. cap. 13. ¶ 4. Et *Pullus* scortum masculum. Festus: *Qui obscene ab aliquo amabatur, ejus, a quo amatus esset, pullus vocabatur. Vnde Q. Fabius Jovis pullus*, &c.

¶ Pullārius, a, um, ad pullos spectans, vor die hühnlein, oder junge thierlein gehörig; ut, *Pullaria collectio*, Veget. 2 cap. 25. *Feles pullaria*, puerorum fur, raptor & corruptor, qui sicut feles aves, ita & ipse pullos captat, apud Ausonium epigr. 70 v. 5. Quo sensu & Plautus apud Festum *pullariam dextram* dixit. vid. Turneb. Advers. 3 c. 11.

¶ Pullārius, i, subst. qui e pullorum pastu auspicia captat. Cic. 10 famil. epist. 12 *Objecta religio est pullariorum admonitu.* Idem de Divin. 2 cap. 34 *Attulit in cavea pullos is, qui ex eo nominatur pullarius.* ¶ 2. Quilibet etiam, qui varii generis pullos nutrit & custodit, ita vocari potest, ein hüner-voigt, etc. Onomast. Vet. *Pullarius*, πωλοκόμος, h. e. *equulos curans.* ¶ 3. Pædico. Gloss. gr. lat. παιδεραστὴς, *pullarius.*

¶ Pullaster, tri, masc. & Pullastra, æ, fœm. ein junger hahn oder henne, hühnlein. Onomasticon vetus: *Pullaster*, πῶλος. Varro de R.R. lib. 3 cap. 9 de gallinis *vetulas* opponit *pullastris*, in quem locum ita Scaliger p. 243 *Pullastri in genere gallinaceo, qui pumiliones in hominibus. Pullitra autem vel* Puletra *est, quæ adhuc effœta non est. Sic a* Porca porcetra, *quæ non multum peperit & opponitur scrofæ, quæ multum peperit*, ut est apud Gellium 18 cap. 6. Quapropter in dicto Varronis loco *pulletris* potius, quam *pullastris*, vult legendum esse, quod pullastra non ad ætatem referatur, sed ad magnitudinem.

¶ Pullejāceus, i, pro pullo gallinaceo apud Sueton. August. c. 87.

¶ Pulletra, vel Pullitra, æ, jam ex Scaligeri verbis patuit in *Pullaster.* Vide integrum locum, quo Varroniana verba, per se subobscura, ex Græco Varronis interprete mirifice illustrat.

¶ Pullĭcēnus, i, pullus avium, ein jung hühnlein, ut phasianarum, perdicum &c. Lampridius in Alexandro cap. 41 *Aviaria instituerat pavonum, phasianorum, gallinaceorum, anatum, perdicum etiam; hisque vehementer oblectabatur, maxime palumborum, habuisse ad viginti millia dicitur. Et ne eorum pastus gravaret annonam, servos habuit vectigales, qui eos ex ovis ac pullicenis ac pipionibus alerent.* vide Salmasium ibi.

¶ Pullīnus, a, um, vom jungen vieh; ut, *Pullini dentes*, quos primum equi jaciunt, Plin. lib 8 cap. 44. *Stercus pullinum*, hüner-mist, Veget. 3 cap 17.

¶ Pullo, are, sprossen, käumen. Calpurn. eclog. 5 *Gramine silva pullat*, i. e. germinat. vide mox *Pullulo.*

¶ Pullatio, ōnis, fœtura pullorum, die ausbrütung. Columell. lib. 8 c. 5 *Ab æstivo solstitio non putant bonam pullationem.*

¶ Pullĭties, ēi, idem, vel ætas pullorum, die junge zucht. Columella lib. 8 cap. 9 extr. *Circa messem, cum jam confirmata est pullities.*

¶ Pullŭlus, i, diminutivum a *Pullus*, ein jung thier. Apulej. Met. lib. 8 p. 213 *tam bellum scilicet pullulum*, de asino grandiore, per ironiam. ¶ 2. ein jung sproßlein. Gloss. Cyrill. *Pullulus*, παραφυὰς, βλαστός; nam & *arborum pulli* sunt Catoni cap. 51, & *pulluli arborum* Plinio lib. 17 cap. 10. Hinc

¶ Pullŭlo, are, pullulos sive stolones emittere, aussprossen, aufkäumen, ausschlagen. Veteres enim *Pullare* dixerunt. Vet. Gloss. *Pullat*, (*in Georgia arbores dicuntur, quoties ramos ex se generant,*) παραφυάδας βάλλει, βλαστάνει. Nepos Catone cap. 2 *Pullulare incipiebat luxuria*, id est, crescere.

¶ Pullŭlasco, ĕre, anheben auszusprossen, jung werden. Columella lib. 4 cap. 21 extr. *Ex novello palmite vitis pullulascit.* Vetus Florentinus liber *pullescit*, de quo mox dicemus. Prudentius Romano v. 882

Libet experiri, Lerna sicut traditur,
Vtrum renatis pullulascat artubus

¶ Pullesco, ĕre, idem in Onomastico, & βλαστάνειν ibi vertitur.

¶ Pullĭger, a, um, das junge hühnlein bringt. Fulgent. 1 Mythol. *Ova pulligera ingerere.*

¶ Pullĭpremo, ōnis, puerorum plagiarius, vel pædico, ein kinder-dieb, knabenschänder, apud Auson epigr 70 v. 8.

¶ Repullulo, are, wieder ausschlagen; ut, *Repullulare e radicibus*, Plinius lib. 16 cap 20.

¶ Repullulasco ĕre, idem. Columella lib. 4 cap. 22 *Stirpes juxta cicatricem novellis frondibus repullulascunt.* Ita libri omnes, tertia conjugationis forma, quasi a *pullescere*, de quo jam diximus. Vnde &

¶ Repullesco, ĕre est, apud eumdem Columellam lib. 4 cap. 24: *Præstat*, inquit, *ex vulnere sobolem repullescentem vellere, quam nodosam & scabram plagam relinquere.*

PVLLVS, a, um, adjectivum, subniger, dunckelfarb, schwärtzlicht, cujusmodi est color pullorum ovilium. Ciceroni in Vatin. cap. 12 *toga pulla*; & in Verr. 6 cap. 24 extr. *tunica pulla*, fusca, atra, ein schwartz trauer-kleid: quæ tamen differebat a *sordida* & colore & usu. Non enim erat hæc atri coloris, sed *alba*: verum tamen erat *sordidior* & obsoleta, & longo usu detrita. Deinde nullus ejus usus erat in luctu; sed erat fere vulgi vestis: quod ob id interdum dicitur *sordidum.* Sic, *Ficus pulla*, Horat. epod. 16 v. 46. *Myrtus pulla*, Idem lib. 1 oda 25 v. 18. Et, *terra pulla*, schwartz erdreich, Plin. lib. 17 cap. 4, & Columella præfat. lib. 1.

¶ Pullŭlus, a, um, diminutum adjectivum, schwärtzlicht; ut, *pullula terra*, Columella lib. 2 cap. 2, quam ait melius proventu frugum approbari.

¶ Pullīgo, ĭnis, idem quod color pullus. Plin. lib. 8 cap. 48 *Tarentum & suæ pulliginis lanas habet.*

¶ Pullātus, a, um, atratus, pullam & sordidam vestem indutus, schwartz bekleidet, traurig; ut, *Turba pullata*, hoc est, plebeja, imperita, apud Quintil. lib. 6 cap. 4, seu *turba pullatorum*, apud Suetonium Augusto cap. 40. Vide ibi Casaubonum & Torrentium. Sidonius de iis, qui præpostere res suas gerunt, lib. 3 epist. 7 *Albati ad exsequias, pullati ad nuptias.* Adde Parei Lex. Crit p. 1016.

¶ Semipullatus, a, um, halb schwartz bekleidet. Sidonius lib. 1 epist. 7 *Accusatores semipullati.*

Pulmentum, &c. vide paullo post *Puls.*

PVLMO, ōnis, die lunge, est *officina spirandi, attrahens ac reddens animam*, ut Plinius ait lib. 11 c. 37 sect. 72. ¶ 2. Dicunt & *pulmones* pluraliter substantiam totam pulmonis, ut Cic. in 2 Tuscul. cap. 19, *Pulmones dolent.* Et Plautus Curcul. a. 2 sc. 1 v. 22 *Pulmones distrahuntur, cruciatur jecur.* Similiter *lienes* in plurali dicimus. Partes pulmonis, quæ in similitudinem ungulæ bovis dividuntur, *Fibræ* dicuntur. In pulmone nascitur *tabes*, quam Græci φθίσιν vocant. Ovid. lib. 1 de Pont. epist. 3 v. 20

Cernis, ut e molli sanguis pulmone remissus
Ad Stygias certo limite ducat aquas.

¶ Pulmuncŭlus, i, diminut. eine kleine lunge. Solin. cap. 62 [al. 49] pro re simili pulmonibus. De morbo pulmonis Veget. 3 c. 56.

¶ Pulmōnāceus, a, um, pulmonis speciem habens; ut, *Pulmonacea radix*, Idem Veget. 1 cap. 12.

¶ Pulmonārius, a, um, pulmonis morbo laborans, lungensüchtig; ut, *Ovis pulmonaria*, Columell. lib. 7 cap. 5.

¶ Pulmonaria, æ, subst. lungenkraut, christwurtz, Consiligo, in tabernis ita vocatur.

¶ Pulmōneus, a, um, tumens instar pulmonis, schwammicht; vel tardus, mollis, leppisch. Plaut. Epidic. a. 5 sc. 1 v. 21 *Pulmonei pedes.* Idem Rud. a. 2 sc. 6 v 27 *Pulmoneum vomitum vomere.* Plin lib. 15 cap. 14 *Pulmonea poma.* vid. Parei Lex. Crit. p. 901.

PVLPA, æ, carnosum & nervosum in arbore, die ader im holtz. Plin. 16 cap. 38 *In quarundam arborum carnibus pulpæ venæque sunt.* ¶ 2. Quicquid denique solide carnosum est in fructibus & animalibus, das fleischichte an früchten und thieren. Martial lib 3 epigr. 77

Et pulpam dubio de petasone voras,

das dicke fleisch vom schincken. Sic Juvenal. sat. 2 v. 63

Et bona Dis ex hac scelerata ducere pulpa.

¶ Pulpămen, ĭnis, ein stück fleisch ohne bein, kochfleisch. Epitom. Livii 48 *Masanissa sine pulpamine mandere & gustare panem tantummodo solitus.*

¶ Pulpămentum, i, pars carnosa animalis, qualis est supra armos leporis, das fleischichte am hintertheil des hasens; Item cibi lautiores, leckerbißlein. Terent. Eunuch. a. 3 sc. 1 v. 36 *Tute lepus es, & pulpamentum quæris.* Adde Plaut. Curc. 2.1 sc. 1 v. 90 &c. Proverb. *Ego apros occido, sed alter fruitur pulpamento,* Diocletiani dictum apud Vopiscum Numeriano extremo. Vide in Chiliad. Erasmi proverb. *Alii sementem faciunt, alii metunt.*

¶ Pulpo, āre, pulpam sive carnem poscere, nach fleisch schreyen. Autor Philomel. v. 27 *Vultur pulpare probatur.*

¶ Pulpōsus a, um, pulpâ plenus, carnosus, fleischicht. Apulejus lib. 7 Metamorph. p. 195 *terga pulposis torulis obesa.*

PVLPITVM, i, locus editior ante scenam, in quo actores fabularum recitant, die bühne, das pult. Plinius lib. 4 epist. 25 *Ludibria scena & pulpito digna.* Vet. Gloss. *Pulpitum,* θυμέλη, Σωνίδωμα ἐπίπεδον, ein gerüst, vide Vitruv. lib. 5 cap. 6. Sic, *devexum pulpitum,* apud Sueton. est Nerone cap. 13. Item *suggestum,* aut locus quicunque editior, unde sermo ad populum habetur, eine cantzel. Vet. Gloss. *Pulpitum,* βάσις ξυλικόν: Lege ξυλική. Suetonius in Grammat. Illustr. cap. 4 *remoto pulpito declamare solitum.*

¶ Pulpĭto, āre, i. e. pulpitis & asseribus fulcire, beschlagen mit bretern. Sidon. 8 epist. 12 *Pandi carinarum ventres abiegnarum trabium textu pulpitabuntur.*

PVLS, pultis, victus antiquissimus ex farina, aqua, melle seu caseo, & ovo decoctus, ein brey, meel-oder habermus, und allerley gemüß. Plin. lib. 18 cap. 8 *Pulte, non pane, longo tempore vixisse Romanos, manifestum est.* Vide Varron. lib. 4 de L.L. cap. 22.

¶ Pultĭcŭla, æ, dimin. ein müßlein, Celsus lib. 4 cap. 6.

¶ Pultārium, i, vas, in quo puls decoquitur, ein kochtopff, breytiegel, Plin. lib. 7 cap. 53, & Celsus lib. 2 cap. 11. ¶ *Pultarium* est quoque vasculum, ex quo bibebant calidam sive decoctam, ein schälgen. vide P. Scriverium Animadv. ad Martial. lib. 1 epigr. 100. Sic, *Mulsi pultarium,* uti divisim legit Schefferus in Petronii Fragm. Trag. p. 16.

¶ Pultĭfĭcus, a, um, zum brey gehörig; ut, *far pultificum,* apud Ausonium in Technop. cap. de Cibis v. 5.

¶ Pultĭphăgus, i, ein breyfresser; ut, *Pultiphagus opifex,* Plaut. Mostell. a. 3 sc. 2 v. 141. Fictum nomen ex latino, & græco φάγω, *edo.*

¶ Pultĭphăgōnĭdes, is, idem, in Plauti Pœnulo prolog. v. 53.

¶ Pulmentum, i, quicquid edebatur cum pulte, zugemüß, Varro lib. 4 de L.L. c. 22. Horatius lib. 1 epist. 17 v. 48

Cœnes & pariter pulmenta laboribus emta.

Pulmenta vocat pulpas & lumbos leporinos cum pulte. De veratione enim loquitur. Et Plaut. Aulul. a. 2 sc. 4 v. 37 *Pulmentum ei eripuit milvius.* conf. Idem Pseud. a. 1 sc. 2 v. 84.

¶ Pulmentārium, i, quicquid inter carnes non carneum sed molle editur, ein muß, zugemüß. Juvenal. satyr. 7 v. 185 *qui pulmentaria condit.* Adire etiam licet Horat. 2 satyr. 2 v. 20. Caton. R. R. c. 58. Columell. 8 cap. 11, & 11 cap. 3, & 12 cap. 4, & Senec. epist. 87. Phædr. 3 fab. 8 v. 22 *Frusta jactat familia, &, quod fastidit quisque, pulmentarium.*

¶ Pulmentāris, e, aus brey bestehend; ut, *Pulmentaris cibus,* Plinius lib. 18 cap. 12.

Pulsare, pulsator, pulsio, pulsus, &c. quære supra in *Pello, ĕre.*

Pulverare, pulveraticum, pulvereus, pulverulentus, vide post paullo *Pulvis.*

PVLVĪNAR, āris, quod capiti dormientis supponitur, ein küssen, hauptküssen; ut, *geniale pulvinar,* Catull. carm 65 de Nupt. Pel. & Thet. v. 47. *Pulvinar,* inquit Varro de L.L. 4 cap. 35, *vel a plumeis, vel a pelluleis declinarunt:* ubi Scaliger legit *a polis vel polulu,* antique pro *pellibus.* ¶ 2. Est & lectus in templis numini dicatus, ein altar, gestell, oder sitz, darauf man die götzen stellet. Hinc, *ad omnia pulvinaria sacrificatum esse, supplicationes decretas esse,* hoc est, ad omnia templa, Livius 22 cap. 1 dixit, & Cicero 3 Catil. cap. 10 &c. Horat. 1 od. 37 v. 2

Nunc Saliaribus
Ornare pulvinar Deorum
Tempus erat dapibus, sodales.

Hinc Domitianus, qui pro Deo haberi volebat, lectum suum *Pulvinar* appellabat, Suetonius ejus vitâ cap. 13. Vide ibi Torrentium, itemque Casaubonum ad ejusdem Cæsarem cap. 76. Vet. Glossar. *Pulvinar,* καθίδρυμα, στρωμνὴ θεῶ. Apud eumdem Suetonium Aug. cap. 45 *e pulvinari spectare,* est ex eo loco circi spectare, ubi simulacra Deorum collocabantur, ut Casaubonus interpretatur. Vide Marcell. Donatum ad Sueton. Cæs. cap. 76.

¶ Pulvinārium, i, idem. Livius lib. 21 cap. 62 *Corvum in ædem Junonis devolasse, atque in ipso pulvinario consedisse.*

¶ Pulvīnāris, e, sedens in pulvinis, auf küssen sitzend; ut, *Pica pulvinaris,* Petron. in Fragm. Tragur. p. 9. vid. Reinesii Schol. p. 57.

¶ Pulvinātus, a, um, gepolstert, erhöhet wie ein küssen. Vitruv. 1 cap. 4 *pulvinatæ columnæ:* & lib. 3 cap. 3 *Capitula pulvinata.* Adde lib. 1 cap. 2. Plin. lib. 13 cap. 4 *Pulvinatus calyx:* & lib. 17 cap. 22 *Pulvinata labra.*

¶ Pulvīnus, i, quo in sedendo utimur, ein polster, banckpfühl; ut, *In pulvinum subjicere,* Nepos Pelopid. cap. 3. Et Cicero 1 de Orat. cap. 7 *Tum Crassum pulvinos poposcisse, & omnes in iis sedibus, quæ erant sub platano, consedisse.* ¶ 2. *Lectulus* capiti suppositus, ein schlaff-oder haupt-küssen. Celsus 3 cap. 18 *Mandragoræ mala pulvino subjiciunt.* Idem 8 cap. 12 *Subjecto inter parietem & caput ejus scorteo pulvino duro.* ¶ 3. Item *Lira,* id est, terra elata inter duos sulcos in agris aut hortis, apud Plin. lib. 19 cap. 4, & Columellam lib. 11 cap. 3, ein beet, beet. ¶ 4. In fluvio quoque *dorsum* ex aggesta arena induratum *Pulvinus* appellatur, eine sand-banck. Servius ad illud Virgilii 10 Æneid. v. 303

Namque inflicta vadis dorso dum pendet iniquo:

DORSVM, inquit, *est durior arena, qua remeantibus fluctibus pleramque densatur, & in modum saxi durescit. Hoc a nautis* PVLVINVS *vocatur.* ¶ 5. Vitruvius lib. 5 cap. 12 *structuram* etiam in aqua, seu fundamentum farctum cæmentis aut arenâ, *pulvinum* appellat. vid. Bald. Lex. Vitr. p. 96.

¶ Pulvīnŭlus, i, dimin. ein bettlein, küßlein. Columell. de Arbor. cap. 10 *Pulvinuli altiores.*

¶ Pulvillus, i, idem. Ita *Sericos pulvillos* Horatius dixit in epod. 8 v. 15, banckpfühle mit seidentuch überzogen. Sic *Plumeis pulvillis* usi Romani, Barth. ad Stat. Silv. p. 57. De lectulis Apulejus Met. 10 p. 248 *Quatuor eunuchi pulvillis compluribus, ventose tumentibus pluma delicata, terrestre nobis cubitum prasternunt.*

PVLVIS, pulveris, quod est ab antiquo *Pulver,* de quo paullo post, der staub, das pulver; ut, *Pulverem movere,* Quintilian. lib. 5 c. 10. *Pulverem excutere,* Ovid. 1 de Arte am. v. 149, ausstäuben. *Pulverem colligere,* sich bestäuben, Horat. 1 oda 1 v. 3. (vid. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 123.) *Pulvis & umbra sumus,* Horat. 4 oda 7 v. 16. Et, *Citra pulverem contingere,* ἀκονιτί, id est, citra negotium, facile, nicht sauer oder schwer ankommen, vide Chiliad. & Torrentium ad illud Horat. lib. 1 epist. 1 v. 51 *Cui sit conditio dulcis sine pulvere palmæ.*

¶ 2. Cicero 2 de Natura Deorum cap. 18 *Sed si hæc non videtis, quia nunquam eruditum illum pulverem attigistis* &c. Vbi per *eruditum pulverem* mathematicas disciplinas intelligit, quod ex iis, quæ præcedunt, satis clarum est. Habebant enim arithmetici & geometræ abacos, sive tabulas, quas tenuissimo pulvere æquabant. In eo inscribebant numeros & figuras suas, ut, si quid errassent, confundere & de novo inscribere deleta possent. Pers. satyr. 1 v. 131

Nec qui abaco numeros & secto in pulvere metas
Scit risisse vafer.

Fannius de ponderibus v. 13

Nam quæ dimidium superat, pars esse negatur:
Vt docuit tenui scribens in pulvere Musa.

¶ 3. Apud poëtas & *belli pulvis* legitur, quo magnos belli duces gloriose respersos memorant. Horatius lib. 2 ode 1 v. 21

Audire magnos jam videor duces
Non indecoro pulvere sordidos,
Et cuncta terrarum subacta.

Martialis lib. 8 epigram. 65

Hic stetit Arctoi formosus pulvere belli
Purpureum fundens Cæsar ab ore jubar.

Vide Jo. Casperium Gevartium Papinianar. Lection. c. 6. Sed ita & Ammianus Marcellinus lib. 21 c. 16 *Valdeque raro contigerat, ut militarium aliquis ad civilia regenda transiret: contraque non nisi pulvere bellico indurati præficiebantur armatis.* ¶ 4. *Pulvis* interdum locum certaminis significat, der kampfplatz, die bahne; ut, *In solem & pulverem perducere,* auf die bahne bringen, apud Cicer. de Legib. 3 c. 6, & de Clar. Orat. c. 9. ¶ 5. Cæterum in propatulo est ex Sueton. Neron. c. 45, athletas sive luctatores post unctionem pulvere fuisse inspersos, pulveremque illum palæstricum hinc ex Ægypti Nilo fuisse advectum. Plinius 35 cap. 13 *Non multum a pulvere Puteolano distat a Nilo arena tenuissima sui parte, non ad sustinenda maria, fluctusque frangendos: sed ad debellanda corpora palæstræ studiis. Inde certe Patrobio Neronis Principis liberto advehebatur,* &c. ¶ 6. Observandum denique est, quod *Pulvis* aliquando fœmin. genere occurrat; ut, *Arida pulvis,* apud Propertium 2 eleg. 13 v. 34; quodque in genitivo *Pulvis* dixerit Catullus Carm. 62 v. 204 *Pulvis Erythræi subducere numerum.*

¶ Pulver, ĕris, quod idem ac *pulvis,* adhuc quandoque legitur. Vet. Gloss. *Pulver,* κονιορτός. Apulej. de Herb. c. 35 *Herbæ pulver vino exbibitus.* Habet etiam Priscian. Med. 1 cap. 30, & 2 cap. 32, teste Reinesio. Conf. Barth. Advers. 37 cap. 23.

¶ Pulviscŭlus, i, diminutivum, ein stäublein; ut, *auratilis pulvisculus,* Solin. c. 25 [al. 15] sub finem. *Rem auferre cum pulvisculo,* Plaut. Trucul. prolog. v. 16. Neutro genere Hieronymus advers. Vigilantium cap. 2 dixit *pulvisculum nescio quod.*

¶ Pulvereus, a, um, pulvere plenus, staubicht; ut, *Solum pulvereum,* Ovid. 7 Metam. v. 113. *Turbo pulvereus,* ein staubichter sturmwind, Claudian. Bell. Getic. v. 458.

¶ Pulvĕrŭlentus, a, um, idem; ut, *Pulverulentus arator. Iter pulverulentum,* Quintilian. lib. 5 c. 10. Seneca de Vita Beata cap. 7 *Virtutem in templis invenies, in foro, in curia; pro muris stantem pulverulentam, coloratam, callosas habentem manus.* Cic. 5 ad Attic. epist. 14 *Via pulverulenta.* Et Ovid. Amor. 1 eleg. 15 v. 4

Præmia militiæ pulverulenta sequi, zu felde gehen.

¶ Pulvĕro, āre, in pulverem resolvere, pülvern, zermalmen, lockern. Colum. 11 cap. 2 *Priusquam vineæ pulverentur:* & Calpurnius eclog. 5 v. 87 *fragiles nimius sol pulverat herbas.*

Conf. Pallad. Martio tit. 7. ¶ 2. Pulvere plenum esse, vel plenum facere, bestäubt seyn, und bestäuben. Plautus citante Gellio 18 c. 12 *Mundum esse hoc vestibulum volo, Venus ventura est nostra, nolo hoc pulveret.*

¶ Pulvĕrātio, ōnis, culturæ genus, qua omnis gleba in vineis refringitur & in pulverem resolvitur, die zerpülverung, wenn der weinberg umgehackt, und das erdreich zermalmet wird, apud Columell. 11 cap. 2, & lib. 4 cap. 28.

¶ Pulverātĭcum, i, & Pulveratica, æ, fœm. merces & præmium pro pulvereo & grandi labore, ein trinckgeld. Lege 16 Cod. Theodos. de Tironibus: *Pulveratici nomine binos solidos accepturi.* Cassiodorus lib. 12 epist. 15 *pulveratica quoque judicis funditus amputantes.* Fœminea forma est in Constitutione Theodosii & Valentiniani de Agrimensoribus [in Scriptoribus Rei Agrariæ p. 343] *Tres aureos accipiat, absque sua pulveratica.* Add. Jac. Godofr. in Cod. Theodos. c. l. conf. etiam Meurs. in Auctar. Philol. p. 149.

¶ Pulvĕrizatus, a, um, gepülvert; ut, *Thus pulverizatum,* Veget. 1 c. 54.

¶ Dispulvĕro, āre, in pulverem dissolvere, zerpülvern, zu staube machen. Nævius apud Nonium cap. 2 n. 206 *saxa, silvas, lapides, montes disjicis, dispulveras.*

¶ Impul-

¶ Impulvĕreus, a, um, sine pulvere, ohne staub, ohne mühe. Gellius lib. 5 cap. 6 *Deditione repente facta, impulverea, ut dici solet, incruentaque victoria obvenit.*

PŪMEX, ĭcis, lapis cavernosus, quo corpora lævigantur in balneis, ein reibstein, badstein, bimsstein. Plaut. in Aulul. a. 2 sc. 4 v. 18 *Pumex non æque est aridus, atque hic est senex*, id est, tenacis avaritiæ. *Aquam e pumice postulare*, Idem in Persâ a. 1 sc. 1 v. 42, est frustra ab alio petere, cujus ipse, a quo petis, est maxime indigus. Catullus in genere fœminino, euphoniæ inserviens, ut docti observant, dixit *aridam pumicem*, epigr. 1 v. 2.

¶ Pumĭcōsus, a, um, rarus & cavernosus, leicht und löchericht wie ein reibstein. Plin. lib. 17 cap. 5 *Terra fistulosa, exesa & pumicosa.* Compar. Idem lib. 32 cap. 8 *Quartum pumicosius, spongiæque putri simile.*

¶ Pūmĭceus, a, um, idem; ut, *Antra pumicea*, apud Statium lib. 3 Silv. 1 v. 144. Et, *Fontes pumicei*, apud Martialem 4 epigr. 57. *Pumicei oculi*, i. e. aridi, qui lacrymas nullas emittunt, trockene augen. Plautus Pseud. a. 1 sc. 1 v. 73

> Col. *Quin fles?* Ps. *Pumiceos oculos habeo, non queo*
> *Lacrymam exorare ut exspuant unam modo.*

Paulinus de Obitu Celsi v. 417 *pumiceum cor* similiter dixit:

> *Pumiceum cor eget lacrymis.*

¶ Pūmĭco, āre, pumice polire, lævigare, poliren, reiben, glätten. Quod vulgo apud Tibullum lib. 3 eleg. 1 v. 10 legebatur *pumicet*; id *pumex* Scaligero est atque Grævio. Tamen Apulejus in Apolog. usus est. Et Lucilius in 7 satyr.

> *Scabor, subvellor, desquamor, pumicor, ornor.* Hinc

¶ Pūmĭcātus, a, um, pumice politus, poliert, geglättet, geputzt. Plinius lib. 2 epist. 11 *Homo comtus semper & pumicatus.* Sidonius lib. 8 epist. 3 *Inter satrapas regum myrrhatos, pumicatos, malobrathratos.* Et Hieronymus epist. 10 ad Furiam, *dentes pumicati.*

¶ Pumicator, ōris, ein polirer, est in Glossis Cyrilli σμήκτης.

¶ Expūmĭco, āre, pumice expolire, auspoliren. Tertullianus adv. Praxeam cap. 16 *Ab omnibus injuriis passionis expumicat.*

¶ Repumĭco, āre, glätten, abschaben. Vnde

¶ Repumicatio, ōnis, die glättung, abputzung. Plinius lib. 17 cap. 26 *Arborum repumicatio & quædam politura.* Vide ibi Harduin.

PŪMĬLIO, ōnis, seu Pomilio, (nam & ita scribunt,) νάνος dicitur, homuncio parvæ staturæ, ein zwerg. Primam indifferenter cum aliis posuit Martialis 14 epigr. 213 *Parma tibi scutum pumilionis erat.* Adde 1 epigr. 44. Et figuram ipsam pumilionis descripsit lib. 14 epigr. 212 *Si tantum spectes hominis caput, Hectora credas,*

> *Si stantem videas, Astyanacta putes.*

Proverb. *Pumilio, licet in monte*, vid. Gell. lib. 19 cap. 13.

¶ Pumĭlius, i, idem. Sic, *Pumilios & distortos, ut ludibria naturæ, abhorrere*, apud Sueton. Aug. cap. 80, nisi cum Torrentio ibi tribus syllabis *pumilos* legendum ex fide MStorum est.

¶ Pumĭlo, ōnis, idem. Statius lib. 1 Silv. ult. v. 57

> *Hic audax subit ordo pūmilonum.*

¶ Pumĭlus, i, idem. Nam mox mutata simul quantitate Statius l. c. v. 64

> *Mirantur pŭmilos ferociores.*

¶ Pumĭlis, is, idem. Onomast. Vet. *Pumilis*, ὁ νάνος. Sumitur & adjective, atque inde ¶ Comparativus *Pumilior* est apud Apulejum lib. 5 Met. p. 163 *Maritum sortita sum, quovis puero pumiliorem*, kürtzer, kleiner.

¶ Pumĭla, æ, vitis genus, apud Plinium 14 cap. 3.

Puncta, punctatim, punctio, punctum, &c. vide sequens *Pungo.*

PUNGO, pŭpŭgi, punctum, pungĕre, stechen; ut, *Pungunt aspides*, die schlangen stechen oder beissen: Varro apud Priscian. lib. 10 p. 894 *Admota aspis cum pupugerit, si non occidat, sciat ex Psyllorum stirpe esse.* Sic, *pungere gladio*, Cicer. pro Sextio cap. 10; & *Acu pungere*, pro Milone c. 24 &c. *Pungit ignominia*, Cic. 3 Tuscul. c. 34, schmach thut wehe. *Stimulat ac pungit scrupulus*, Cic. pro S. Rosc. cap. 2.

¶ Pungens, tis, stachlicht; ut, *Pungentia folia pino*, &c. Plin. 16 cap. 24. Et, *Animal pungentibus pilis*, Idem 8 cap. 57.

¶ Punctus, a, um, gestochen; ut, *Vulnus punctum acu*, Cic. pro Milon. cap. 24. *Puncto tempore*, i. e. momentaneo, augenblicklich, Lucret. 2 v. 263 &c.

¶ Punctim, adverb. stichweise, auf den stoß. Oppositum *cæsim*, auf den hieb, de quo supra. *Punctim hostem petere*, nach dem feind stechen, Livius lib. 22 cap. 46.

¶ Puncta, æ, subst. ictus, qui punctim infertur, ein stoß, stich, ut *Cæsa*, ein hieb. Vegetius lib. 1 cap. 12 *Cæsa quovis impetu veniat, non frequenter interficit, cum & armis vitalia defendantur & ossibus. At contra puncta duas uncias adacta mortalis est.* Frontinus lib. 2 de Aquæduct. p. 256 *Aquariorum tollendus est reditus, quem vocant punctam*, &c.

¶ Punctum, i, subst. corpus individuum sine longitudine, latitudine & profunditate, ein punct, ein tipplein; ut, *Punctum temporis*: Terent. in Phorm. a. 1 sc. 4 v. 5 *Tum temporis punctum mihi ad hanc rem est*, id est, spatium angustissimum, eine sehr kurtze zeit, ein augenblick. Cæsar de Bello Civ. 2 cap. 14 *Ita multorum mensium labor, hostium perfidia & vi tempestatis puncto temporis interiit*; & cap. 25 ejusdem libri: *Temporis puncto sublatis anchoris omnes Vticam relinquunt.* Horat. 2 epist. 2 v. 172 *Punctum horæ.* Lucretius lib. 4 v. 201 *Punctum diei* dixit. Zeno Veronensis Serm. de Præcepto ATTENDE TIBI: *Vbi autem mente delinquitur, quam facile est puncto cogitationibus evagari, tam pernix adhærebit noxa delicti*: *Puncto*, id est, in puncto: nam ablativo, loco adverbii usus est. Item Sermone de resurrect. *Gemit, instanti pœnæ aliquid de facultatibus notis mederi non posse, pro uno puncto requiei incunctanter totas scilicet paratus offerre.* Loquitur de divite in gehenna. ¶ 2. Sed & alia propter brevitatem aut parvitatem *puncta* appellantur. Manilius lib. 4 extremo:

> *Quod valet, immensum est: sic auri pondera parvi*
> *Exsuperant pretio numerosos æris acervos:*
> *Sic adamas, punctum lapidis, pretiosior auro est.*

¶ 3. *Punctum* etiam suffragium est, beyfall. Horatius de Art. P. v. 343

> *Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci,*

id est, omne suffragium meruit. Veteres enim suffragia sive sententias non voce dicebant, sed per tabellas, quibus inscripserant, ferebant. Nimirum circumferebantur a viris popularibus in comitiis ceratæ tabulæ, in quibus perscripta candidatorum seu petitorum nomina erant. Pro quolibet eorum igitur qui sentiebat, annotabat punctum. Qui plura autem puncta tulerat, vincebat. Sidonius Panegyr. Anthemii sive Carm. 2 v. 20

> *te curia plausu;*
> *Te punctis scripsere tribus.*

Idem lib. 1 epist. ult. sub fin. *Cui si examinis sui quoque puncta tribuantur* &c. ubi plura Savaronius. ¶ 4. Numeri quoque qui in tesseris signati, die augen auf den würffeln. Suetonius Nerone cap. 30 *Quadringenis in punctum HS aleam lusit*, auf ein jeglich auge hat er so viel gesetzt. Martialis lib. 14 epigr. 17

> *Hic mihi bisseno numeratur tessera puncto.*

¶ Punctus, ûs, quarta declinat. actus pungendi, der stich. Plin. lib. 29 cap. 6 *oculis punctu erutis.* Et Apulejus Met. lib. 7 p. 196 *Spinæ acerrimæ, & punctu venenato virosæ.* Gloss. Cyrilli: *Hic punctus*, κέντημα. ¶ 2. Idem quod *punctum*, ein punct. Plin. 2 cap. 68 *Terra non aliud in universo est, quam mundi punctus*, hoc est, centrum, der mittelpunct. Onomasticum vetus: *Punctus, punctum*, σημεῖον.

¶ Punctio, ōnis, das stechen. Plin. lib. 25 cap. 13 *sectiones punctionesque.* Et Augustinus de Genesi contra Manich. lib. 2 cap. 20 *punctiones tortuosarum quæstionum.*

¶ Punctiuncŭla, æ, diminut. ein stichlein. Seneca epist. 53 *Pedes dolent, articuli punctiunculas sentiunt.* Idem de Vita beata cap. 15 *Ad voluptatum dolorumque punctiunculas concuti.*

¶ Punctulum, i, diminutivum pro punctione, vel punctura, usus Apulejus est lib. 6 Met. p. 182, *Psychen*, inquit, *innoxio punctulo suæ sagittæ* [Cupido] *suscitat.*

¶ Punctūra, æ, punctio, der stich, das stechen. Firmicus lib. 8 cap. 21, parte 12 Geminorum: *viri puncturâ teli morientur.*

¶ Puncto, āre, id est, puncta facere, punctiren, cujus quidem vetus auctoritas non succurrit. Vide tamen de illo, & compositis *Dispunctare, Repunctare*, Carol. du Fresne Glossar. Tom. 3 p. 472.

¶ Punctātim, id est, signate, quasi per punctum, punctweise, von punct zu punct: aut breviter, ut punctis solemus scribere, kürtzlich. Claud. Mamertus lib. 3 de Statu animæ cap. 14 *Collectim strictimque, & veluti punctatim sub mentis oculum redegi.*

¶ Punctariŏla, æ, levis pugna, ein klein gefechte, Cato apud Festum.

Composita:

¶ Compungo, ĕre, idem quod simplex, stechen, zerstechen: ut, *Aculeis urticæ compungi*, Columell. lib. 8 cap. 14. *Compungere se suis acuminibus*, ihm selbst scharff oder spitzig seyn, per metaphoram dixit Cic. lib. 2 de Orat. cap. 38.

¶ Compunctus, a, um, zerstochen, gezeichnet. Cic. Offic. 2 c. 7 *Compunctus notis Threiciis*, i. e. stigmaticus, gebrandmahlet.

¶ Compunctio, ōnis, die zerstechung: ut, *Laterum compunctiones*, das seitenstechen, Plin. lib. 21 cap. 19.

¶ Compunctōrius, a, um, stechend, stachlicht: ut, *Compunctorius sermo*, Sidonius 6 epist. 6.

¶ Dispungo, punxi, ctum, ĕre, punctis distinguere, & subnotare, zerstechen, zertheilen, entscheiden. Sic *Rationes dispungi* dicuntur, quæ examinantur, & quanta data, quanta accepta sint, conferuntur, ut ex collatione utrorumque, dispunctis detractisque redditis, de summa constet, quæ reliqua est, Vlpian. Leg. 56 Dig. de Verb. Signif. *Dispungere est conferre accepta & data*, rechnen. Vellej. 1, 13, 3, *Nemo Scipione elegantius intervalla negotiorum otio dispunxit.*

¶ Dispunctio, ōnis, die untersuchung, entscheidung. Vlpianus L. 15 Cum plures D. de rebus auctoritate judic. possidend. *Vtrum semel an etiam sæpius recognitio & dispunctio concedenda sit creditoribus, videamus. Et ait Labeo, amplius quam semel, non esse concedendam. Si quis tamen juraverit, non calumniæ caussa se postulare, neque habere, quæ dispunxerit: iterum & faciendam potestatem ait.* Eleganter Tertullianus lib. 5 adv. Marcion. cap. 12 *dispunctionem boni & mali operis* vocat, cum manifestati ante Christi tribunal, quisque recipiemus, quæ per corpus admisimus, sive bonum, sive malum. Idem de Test. Animæ adv. Gent. cap. 4 *Dispunctionem vitæ* vocat mortem.

¶ Dispunctor, ōris, ein entscheider. Idem Tertullianus contra Marc. lib. 4 cap. 17 *Judex & dispunctor meritorum.* Gloss. gr. lat. ἐκλογιστής, *dispunctor*, ein rechenmeister.

¶ Expungo, xi, ctum, ĕre, delere, rejicere, de medio tollere, ausstechen, ausstreichen, austhun: id enim fiebat punctis circumscriptis. Sic, *Expungere rationes*, apud JCtos, & *Expungere nomen debitoris*, apud Plautum Cist. a. 1 sc. 3 v. 41, est, persoluta pecuniâ e tabulis delere debitum, einen strich durchmachen. Eodem modo, *Diem expungere*, Seneca epist. 9 dixit. Perscribebant enim creditores debitorum nomina in Kalendario; qui cum persolvissent summam, nomina eorum delebantur. Sed & *milites* dicuntur *expungi*, cum in matricula seu albo militari (rolle) inducuntur eorum nomina, sive delentur, cum mittuntur militiâ, de quo Paulus JCtus L. penult. D. de re militari, & vetus Scholiast. Persii ad satyr. 2 v. 13. Item qui cæsi & mortui essent: quod fiebat apposita littera Θ: Justus Lipsius Analectis in lib. 1 Dial. 2 de militia Romana. Alia ratione *expungi milites* apud Tertullianum dicuntur principio libri de Corona militis: *Proxime*, inquit, *facta est liberalitas præstantissimorum imperatorum: expungebantur milites laureati. Liberalitatem* donativum appellat. Cum *expungebantur* dicit, significat, notata sive dispuncta militum nomina fuisse, qui accepissent, ut constare de eo posset, neque bis aliquis acciperet, alius præteriretur. Sæpe usum fuisse hoc verbo eruditissimum patrem eleganti translatione, ibidem notat Rhenanus. Sic, *Expungere decurias*, apud Suetonium Claudio cap. 15 est discutere, & qui retinendi in judicum numero, qui removendi, statuere. Vide ibi Torrentium. *Expungere gloriam partam*, est privare, Plaut. Amphitr. sc. DI vostram &c. v. 27. *Expungere cutem*, i.e. pungere, Martial. 8 epigr. 46.

¶ Expunctus, a, um, ausgelescht, durchstrichen, ausgemustert. Hermogenianus

genianus lege 13 de divers. temp. præscript. *Reipublicæ rationes subscriptæ & expunctæ adversus eum quidem, qui administravit ultra viginti, adversus heredem vero ultra decem annos retractari non possunt.* Sic, *expunctus manipulus*, apud Plautum Curc. a. 4 sc. 4 v. 29.

¶ Expunctio, ōnis, die austilgung. Tertull. de Idolol. cap. 16 *Operæ meæ expunctio.*

¶ Expunctor, ōris, ein austilger. Tertull. de Orat. cap. 1 *Expunctor totius retro vetustatis.* Gloss. gr. lat. διωρέτης, *divisor, expunctor.*

¶ Interpungo, ĕre, unterscheiden; unde

¶ Interpunctus, a, um, unterschieden, zertheilet; ut, *Interpuncta oratio*, punctis quasi distincta: Et absolute *interpuncta verborum*, id est, distinctiones: Ita his Cicero usus est de Orat. cap. 80, & lib. 3 cap. 46, mit pünctlein unterschieden.

¶ Interpunctio, ōnis, die unterscheidung; ut, *Interpunctiones verborum*, Cic. pro Muræna cap. 11.

¶ Perpunctus, a, um, durchstochen. Cœl. Aurel. Acut. 2 cap. 10 *Perpuncti sentiunt.*

¶ Repungo, ĕre, wieder anstechen, weh thun, verdrieß thun; ut, *Animum alicujus leviter repungere*, Cic. ad Lentulum lib. 1 epist. 9.

¶ Subpungo, ĕre, etwas stechen. Eugenius, Toletanus episcopus, Carm. 5 extr. *miseros subpungit anhelitus artus.*

Punicare, Pūnĭcus, Pūnĭcĕus, &c. vide supra *Pœnus.*

Punio, punitio, &c. vide in *Pœna.*

PV̄PA, æ, & Pupus, i, puella, puellus, ein kindlein. Martialis lib. 4 epigr. 20 *Pupam se dicit Gellia, cum sit anus.*
Vet. Gloss. *Pupus*, βρέφος, νάνιον. Item, παιδάριον, *Hic puellus: hic pupus*: de quibus post. Varro apud Nonium cap. 2 n. 675 *In desiderium puparum venire.* Idem ibidem:

Ac mammam lactis sugentem pascere pupum.

Inter blandæ appellationis nomina fuisse, Suetonii locus ostendit Calig. cap. 13 *Pullum & pupum appellare.* Ausonius Idyll. 7 de Bissula puella: *Barbara, quæ Latias vincis alumna pupas.*
¶ 2. Item, parvula imago puellaris, eine tocke, puppe, püpchen. Persius sat. 2 v. 70 *Veneri donatæ a virgine pupæ.*
Lactant. lib. 2 cap. 4 *imagines & statuas deorum* nihil aliud esse, ait, *quam grandes pupas.* Vet. Gloss. *Pupæ*, πλαγγόνες, αἱ τῶν παιδίων νύμφαι. ¶ 3. Vsurpatur etiam de animalibus: ut de equis Vet. Gloss. *Popus*, γίννιον; γίννιον enim mannulus est, *hinnus*, id est, parvus equus. *Popus* autem idem quod *Pupus.*

¶ Pūpŭlus, i, & Pūpŭla, æ, idem quod *pupus*, ὑποκοριστικῶς; minutus puer, puella, ein kindlein. Catullus epigr. 57 ad Catonem:

Deprendi modo pupulum puellæ
Trusantem.

De *pupulæ* notione alia vide mox in *Pupillus*, n. 2.

¶ Pūpillus, i, & Pupilla, æ, aliud diminutivum, idem significans: sed quod deinceps ad orbos parentibus & sub tutore agentes impuberes liberos translatum: ut non solum ætatem, sed maxime conditionem indicaret, ein wäislein, ein unmündig kind. Nimirum tutores, ut suum in pueros, parentibus orbatos, suæque fidei creditos amorem testarentur, *pupillos* vocaverunt, quasi *parvos pupos* sive *pupulos*, ut favorem blanda & mollis appellatio provocaret: ut Rigaltius observat Notis in Martialem, quæ Notis in Artemidori Oneirocritica inseruit p. 60. Simplex autem & incautum hoc genus semper expositum fraudibus, sive bonorum causâ, sive ob florem ætatis; vid. Gronov. Observat. ad Script. Ecclesiast. p. 204 & 205. Sic Cicer. pro Rosc. Com. cap. 6 *Pupillum fraudare, qui in tutelam pervenit*, seinen pflegbefohlnen betrügen. Idem Verr. 1 cap. 50 *Pupillos & pupillas certissimam prædam esse prætoribus.* conf. Horat. 2 epist. 1 v. 122. Seneca epist. 4 *De Pompeji capite pupillus & spado tulere sententiam.* Et Lege 20 Dig. de adoption. *Si de pupillo loquitur, hoc & in pupilla observandum est.* ¶ 2. *Pupilla*, & *Pupula* etiam dicitur foramen unius ex tunicis, quæ in oculis sunt, quam ῥαγοειδῆ Græci vocant, per quod visorius spiritus transfunditur, der augapffel, stern im auge. Plin. lib. 11 cap. 37 *Media eorum* (oculorum) *cornea fenestravit pupilla, cujus angustiæ non sinunt vagari incertam aciem, & velut canali dirigunt, obiterque incidentia facile declinant, aliis nigri, aliis ravi, aliis rufi, aliis glauci coloris orbibus circumdatis, ut habili mistura & accipiatur circumjecto candore lux, & temperato repercussum non obstrepat. Adeoque iis absoluta vis speculi, ut tam parva pupilla totam imaginem reddat hominis.* Nomen inditum a parvitate & mollitie videtur: tenerrimi enim sensûs est: & inde a Græcis quoque κόρη, quod & *puellum* significat, appellatur. Vet. Gloss. κόρη ὀφθαλμοῦ, *Pupulla, pupus.* Quod nonnihil corruptum puto, & legendum: *Pupilla, pupula*, utrumque enim idem significat. Lucretius lib. 3 v. 409

Vt, lacerato oculo circum, si pupula mansit
Incolumis, stat cernendi vitreata potestas.

Cicero 2 de Nat. Deorum cap. 57 *Palpebræ, quæ sunt tegmenta oculorum, mollissimæ tactu, ne læderent aciem, aptissime factæ, & ad claudendas pupulas, ne quid incideret, & ad aperiendas*, &c.

¶ Pūpillāris, e, wäisen gehörig; ut, *pecuniæ pupillares*, armer wäisen geld, Livius lib. 24 cap. 18.

¶ Pūpillo, are, schreyen wie ein pfau. Autor Philomel. v. 26
Pupillat pavo, trinsat hirundo vaga.

PVPPIS, is, navis pars posterior, das hintertheil des schiffs. Virg. 3 Æn. v. 527 *Stans celsa in puppi.* Livius lib. 22 cap. 20 *Naves omnes, quæ non aut perfregerant proras litore illisas, aut carinas fixerant vadis, religatas puppibus in altum extraxêre.* ¶ 2. Et tota navis, sed poëtis tantum, ein schiff: *Prora* enim significationem eam non recipit, auctore Quintil. vide supra *Prora.* ¶ 3. Cic. ad Pætum lib. 9 fam. epist. 15 *Sedebamus in puppi & clavum tenebamus, nunc autem vix est in sentina locus*: id est, in loco honoratissimo sedebamus.

Pupula, pupulus, pupus, vide proxime ante in *Pupa.*

PVRGO, avi, atum, are, mundare, purificare, (nam ex *purum* & *ago* componitur,) reinigen, saubern, fegen; ut, *Purgare aliquid a stercore*, Cato de R. R. cap. 65. *Purgare vomitione alvum*, ein vomitiv gebrauchen, Cicer. 2 Nat. Deor. cap. 50. Et, *Clystere vomituque purgari*,

Sueton. Nerone cap. 20. *Pisces cæteros purga, Dromo*, Terent in Adelph. a. 3 sc. 3 v. 22, mache sie rein. ¶ 2. Sed, *purgare se alicui*, vel *apud aliquem de aliqua re*, est excusare, sich entschuldigen. *Purgon' ego me de istbac Thaidi?* Terent. Eunucho a. 3 sc. 1 v. 44. Et Plautus Amphitr. a. 3 sc. 2 v. 28 *uti me purgarem tibi.* Sic, *crimen purgare*, Livius lib. 39 cap. 39, einen verdacht von sich ableinen. *Purgare probra*, id est, diluere, Tacit. 4 Annal. cap. 42.

¶ Purgātus, a, um, gereiniget, gesaubert, ausgeputzt. Horat. 1 epist. 1 v. 7 *Purgatam qui personet aurem.* Idem 2 sat. 2 v. 27 *Morbi miror purgatum te illius.* Sallust. apud Nonium cap. 4 n. 205, & Donatum: *In fiducia, quam argumentis, purgatiores dimittuntur.* Persius satyr. 2 v. 57 *somnia purgatissima* dixit, quæ vera sunt & certioris eventus. Et Augustinus Confession. lib. 6 cap. 2 *plenum purgatioribus votis pectus.* Idem de vera religione cap. 1 *purgatissima pietas*: & lib. 2 de Doctr. Christiana cap. 16 *purgatissima ecclesia.*

¶ Purgatio, ōnis, die reinigung, ausfegung. Cic. de Nat. D. lib. 3 cap. 22 *Æsculapius primus alvi purgationem invenit*, id est, evacuationem, das purgiren des leibes, &c. ¶ 2. Sed, *Nescio quid peccati portet hæc purgatio*, hoc est, excusatio, die entschuldigung, Terent. Heaut. a. 4 sc. 1 v. 12.

¶ Purgāmen, ĭnis, sordes, unflat. Ovid. Fast. 6 v. 713 *Purgamina Vestæ in mare mittere.* Prudent. hymno jejunantium v. 79

Micet metalli sive lux argentei
Sudum polito prænitens purgamine.

¶ 2. Pro *purgatione*, die reinigung. Ovid. 2 Fast. v. 35

Omne nefas omnemque mali purgamina caussam
Credebant nostri tollere posse senes.

Prudentius hymno trium martyrum v. 30 *Purgamen aquæ stupent tenebræ.* Et

¶ Purgāmentum, i, sordes quæ expurgantur, unflat, kehricht, mist, wust; ut, *purgamenta hortorum*, Tacitus Annali 11 cap. 32. Et Columella lib. 1 cap. 6 *Sterquilinia duo sint, unum, quod nova purgamenta recipiat, & in annum conservet: alterum, ex quo vetera vehantur.* ¶ 2. *Purgamenta servorum*, abjectissimi quique atque vilissimi eorum apud Curtium lib. 6 cap. 11 n. 2, lumpengesinde. ¶ 3. *Purgamenta* etiam καθάρματα sunt, quibus februari seu expiari noxæ credebantur, in flumen aut trivium mitti solita: ut sceleris & culpæ nefas omne in illos, qui conculcarent aut tangerent, (hæc superstitio enim occupaverat animos,) transferrent. Petronius in Satyrico: *Quæ striges comederunt nervos tuos, aut quod purgamentum nocte calcasti in trivio aut cadaver?* Vbi plura Interpretes.

¶ Purgabilis, e, das sich leichtlich reinigen läst; ut, *Purgabiles fructus*, Plin. lib. 15 cap. 23.

¶ Purgator, ōris, ein reiniger; ut, *purgator cloacarum*, Firmicus lib. 8 cap. 20. *Auri argentique purgator*, Paulinus epist. 18 [al. 28] ad Victricium, sub finem. Et Apulej. Apolog. p. 288 *Hercules lustrator orbis, purgator ferarum.*

¶ Purgatrix, īcis, die da reiniget. Tertullianus de Baptismo cap. 5 *purgatrice aqua se expiare.*

¶ Purgātōrius, a, um, damit man reiniget; ut, *Purgatorio medicamento alvum vacuare*, Symmach. lib. 6 epist. 64, eine purganz gebrauchen.

¶ Purgatīvus, a, um, idem; ut, *Purgativa medicamenta*, Cœl. Aurel. Tard. 1 cap. 1.

¶ Purgĭto, are, frequentativum a *purgare*, offt reinigen, entschuldigen. Plautus Aulul. a. 4 sc. 10 v. 23 *Non mihi homines placent, qui, quando malefecerunt, purgitant*, id est, excusant.

Composita:

¶ Circumpurgo, are, um und um reinigen. Celsus 5 cap. 28 *Siquis clavum* (pedis) *circumpurgat.* Idem 7 cap. 12 *Dens circumpurgandus & evellendus est.* Ambrosius principio Serm. 63 de Gratia Baptismi. *Eadem aqua, quæ Dominum circumdedit, & servulos circumpurget.*

¶ Compurgo, are, aufklären, helle machen. Plin. 20 cap. 13 *Nasturtium visum compurgat.* Sic MSS. omnes.

¶ Depurgo, are, abscheuern, rein machen. Cato R. R. cap. 112 *Si quæ acina corrupta erunt, depurgato.* Et cap. 151 *Depurgare locum ab herba.* Plaut. Stich. a. 2 sc. 3 v. 34 *Depurgare pisces.* Commodian. Instruct. 65 p. 93 *Quasi malum malo depurges.* Liv. 39 cap. 35 *Ad depurganda crimina.* Alii habent *purganda.*

¶ Depurgatus, a, um, abgeputzt; ut, *Caules lactucæ ab imo depurgati*, Columell. 12 cap. 9.

¶ Depurgātīvus, a, um, läuternd, abführend. Cœl. Aurel. Acut. 3 c. 16 *Depurgativæ virtutis esse.*

¶ Expurgo, are, prorsus purgare, ausreinigen, ausfegen; ut, *Expurgare, & dimovere suspicionem*, sich entschuldigen, den verdacht ablehnen, Aut. Declam. Antequam iret &c. Et, *Expurgare sermonem*, Cicer. de Clar. Orat. cap. 74.

¶ Expurgatio, ōnis, die reinigung, ausfegung; ut, *Expurgationem habere*, pro expurgare, Plautus Amphitr. a. 3 sc. 3 v. 10.

¶ Impurgābĭlis, e, inexcusabilis, unverantwortlich, das sich nicht reinigen, nicht entschuldigen läßt; ut, *Impurgabile crimen*, Ammian. 22 cap. 4.

¶ Interpurgo, are, darzwischen ausräumen, ausraupern. Plinius lib. 18 cap. 22 in vernis operibus numerat, *herbas malas radicitus erui, ficus interpurgari*, &c. zwischen etwas fegen, reinigen.

¶ Perpurgo, are, durchaus reinigen, wohl reinigen; ut, *Cervæ ante partum perpurgant se quadam herbulâ, quæ Seselis dicitur*, Cic. 2 Nat. D. cap. 50.

¶ Perpurgātus, a, um, ausgeräumt, ausgeputzt; ut, *Perpurgatis auribus alicui operam dare*, i. e. subtili judicio præditis, Plaut. Milit. a. 3 sc. 1 v. 177. *Locus orationis perpurgatus ab iis, qui ante me dixerunt*, i. e. perpolitus, expeditus, ausgeschmückt, ausgeführt, Cic. pro Muræn. cap. 26. conf. de Divin. 2 cap. 1.

¶ Repurgo, are, diligenter purgare, ausräumen, wieder reinigen; ut, *Repurgare doctrinam a corruptelis*, &c. reformiren. *Iter repurgare*, Livius 44 cap. 4 extr. *Repurgare hortum*, Curtius 4, 1, 21; *humum*, Ovid. de Nuce v. 125; *nomas*, Plin. 23 cap. 4.

¶ Repur-

¶ Rĕpurgātus, a, um, gesaubert, aufgeklårt; ut, *Serenitas cæli in fincerissimum nitorem repurgata*, Senec. epist. 66. Et Ovid. Met. 5 v. 286

Fusca repurgato fugiebant nubila cælo.

¶ Repurgium, i, die råumung, sauberung. Theodos. Cod. leg. 15 tit. 2 *Repurgium formarum facere.* Et Ambros. ad Theodos. *Cum jussisset Julianus reparari templum Hierosolymis, divino, qui faciebant repurgium, igne cremarunt.*

Purifico, puritas, &c. vide post paullo in *Purus.*

¶ PVRPVRA, æ, πορφύρα, concha nobilissima, eine purpurschnecke. Succum, quo vestes tinguntur, in mediis habet faucibus, & cum vita emittit, ideoque vivas capi purpuras oportet. Succus is *flos purpuræ* dicitur, a quo & color purpureus *purpura*, die purpurfarbe. vide Plin. lib. 9 cap. 36 & seqq. In cap. 39 de pretio ejus docet. Quomodo inventa purpura primum sit, perstringit Cassiodorus lib. 1 Var. epist. 2; prolixius exponit Achilles Tatius lib. 2 de Amoribus Leucippes & Clitophontis. Purpuram inter res deperditas Pancirollus commemorat: Petrus Gassendus tamen lib. 4 de vitâ Peirescii p. 297 refert Teloni, in piscatione corallii deprehendisse Peirescium limacem effusam in liquorem purpureum, & quicquid erat contiguum, tinxisse colore purpuræ perfectissimo: indeque ipsi factam subdubitandi caussam, num vera purpura esset, isque liquor germanum ostrum &c. Barthius ad Stat. Theb. lib. 6 v. 80 purpuram varii coloris fuisse docet. ¶ 2. *Purpura*, insigne etiam dicebatur Romanorum magistratuum. Vnde *Septima purpura* pro septimo consulatu apud Florum lib. 12 cap. 4. Et Claudianus in 3 Consul. Honor. v. 4

Dives Hydaspeis augescat purpura gemmis.

Eadem inter insignia regia & imperatoria. Statius Theb. 6 v. 80

cultusque, insignia regni,
Purpureos, sceptrumque.

Vide infra in *Sceptrum*, & Lindebruchium atque Vales. ad Ammianum Marcellinum lib. 15 cap. 5. *Purpura regii decoris est insigne*, Hieronymus ait in Esa. c. 61. ¶ 3. Hinc *Purpura* per metonymiam pro magistratu, proque regno & imperio sæpe ponitur; ut, *Romana purpura*, i. e. Romani magistratus, Plin. 10 cap. 21. *Regum purpura*, Virg. Georg. 2 v. 495. conf. Ovid. Fast. 1 v. 81. Horat. epod. 5 v. 7. Martial. 8 epigr. 8. Claudian. in 4 Consul. Honorii v. 47. Hinc locutiones: *Attingere purpuram, sumere purpuram*, in die regierung treten, ut late docet Salmas. in Treb. Pollion. p. 193 & 197. ¶ 4. *Purpuram potabilem* de vino Cassiodorus dixit lib. 12 Var. epist. 4. Poëtæ & flores purpureos eleganter *purpuras* dicunt. Statius lib. 3 Silv. 3 v. 130

Aut ubi verna novis exspirat purpura pratis.

Vetus poëta in Pervigilio Veneris v. 19

In pudorem florulentæ prodierunt purpuræ.

Loquitur de rosis. Sic *purpura genarum* dicitur. ¶ 5. *Purpura usque ad talos demissa*, i. e. vestis purpurea, Cic. pro Cluent. c. 40. *Purpurâ fulgere*, Idem in Catilin. 2 cap. 3. *Purpura vendit caussidicum*, der schöne rock macht den mann werth, Juvenal. sat. 7 v. 135. *Purpura ad purpuram dijudicanda est*, hoc est, judicia certiora ex collatione nascuntur, vide Chiliad. Sic, *Purpuræ leguli*, vide supra *legulus* in *Lego.*

¶ Purpŭreus, a, um, purpurfårbig; ut, *Color purpureus*, Virg. 11 Æneid. v. 819; *vestitus*, Cic. 2 Divinat. cap. 16. *Amictus purpureus*, Virg. 3 Æneid. v. 405. Et, *Pallium purpureum*, Cicer. in Verr. 7 cap. 13. ¶ 2. Notandum, poëtas *purpureum*, quodvis pulchrum atque eximie nitens, cujuscunque coloris sit, aliquando dicere. Sic Albinovanus Elegia ad Liviam, *nivem purpuream*: sic Horatius lib. 4 od. 1 v. 10 *Olores purpureos* dixit. Quamquam illa loca aliter Passeratius explicat in Conjectur. conf. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 245. Virgilius Æn. 9 v. 349, ubi eum, qui valido aliquo vulnere peremptus fuerat, *Purpuream vomere animam* dicit, respicit ipsius purpuræ naturam, quæ *capta fundit cum sanguine vitam*, uti Nic. Reusner. in Silvula Logogriph. p. 101 ea de re cecinit.

¶ Purpŭro, are, i. e. purpuræ colorem reddere, purpur-roth machen, schön zieren. Furius apud Gellium 18 cap. 11

Spiritus Eurorum virides cum purpurat undas.

Apulej. Met. 6 p. 183 *Horæ rosis & cæteris floribus purpurabant omnia.* Et Columell. lib. 10 v. 101 de viola:

quæ frondes purpurat auro.

Nisi neutraliter vis intelligere, glånzen wie purpur:

quæ frondens purpurat auro,

ut Florentina editione 1515, & Coloniensi 1536 expressum est. Etiam Prudentius intransitive, Passione S. Laurentii v. 275 *purpurantes stolas* dixit purpureas vestes: ac S. Vincentii passione v. 339 *purpurantem corporis cruorem.*

¶ Purpŭratus, a, um, purpurâ ornatus, mit purpur gezieret, roth gekleidet. Vnde *Purpurati*, regis aut principis præcipui ministri, præfecti, atque amici, die hof-junckern, cavalliers bey hofe. Cicero 1 Tusc. cap. 43 *Quid Cyrenæum Theodorum? nonne miramur? cui cum Lysimachus rex crucem minaretur*, ISTIS QVAESO, *inquit*, ISTA TERRIBILIA MINITARE PVRPVRATIS TVIS: THEODORI QVIDEM NIHIL INTEREST, HVMI NE AN SVBLIME PVTRESCAT. Florus lib. 1 cap. 10 *Sed ubi frustrato circa purpuratum ejus ictu tenetur.* Loquitur de Mucio Scævola, qui Porsenam regem Hetruriæ tollere conatus ministrum petiit. Curt. 3, 6, 4 *Parmenio fidissimus purpuratorum*, &c.

¶ Purpŭrātōrius, a, um, ad purpuratos pertinens, hofcavallierisch. Sidonius 1 epist. 7 *Qui non affectasset habitum purpuratorium.* Alii *purpuratorum.*

¶ Purpŭrārius, a, um, mit purpur umgehend; ut, *Piscator purpurarius*, ein purpurschneckenfånger. *Tinctor purpurarius*, ein purpurfårber. *Officina purpuraria*, ubi tingitur purpura, Plin. lib. 35 cap. 6. Et, *Negotiantes purpurarii*, qui purpuram vendunt, Lege 10 Cod. de excusation. muner. *Purpurarius fucus*, Solin. cap. 26 in Numidia.

¶ Purpurarius, i, subst. qui purpuram tractat vel tingendo, vel vendendo, &c. ein purpur-krâmer. Gloss. Vet. *Purpurarius*, πορφυροβάφος, πορφυροπώλης. In lapide Narbonensi apud Gruter. p. 649 n. 9

A. SEMPRONIO
GALLAECI L. LAETO
PVRPVRARIO
ET SEMPRONIAE MODESTAE
VXORI.

¶ Purpŭrasco, ĕre, roth werden. Cic. in Academ. apud Nonium cap. 2 n. 717 *Maris unda, cum est pulsa remis, purpurascit.*

¶ Purpurissum, i, spuma est collecta effervescente purpura, cum ex eâ tinctura efficitur, quâ utebantur ad fucandam faciem, schmincke. Plin. lib. 35 cap. 6 *Floridi colores, cinnabaris, chrysocolla, purpurissum.* Hieronymus epist. 10 ad Furiam virili genere usurpavit: *Quid facit*, inquit, *in facie Christianæ purpurissus & cerussa?* conf. Nonius cap. 3 n. 166.

¶ Purpurisso, are, id est, purpurisso inficere, schmincken. Hinc

¶ Purpŭrissātus, a, um, geschminckt, roth gemahlt; ut, *Buccas habere belle purpurissatas*, Plaut. Trucul. a. 2 sc. 2 v. 35. *Genæ purpurissatæ*, Apulej. Apolog. p. 323. *Fasti purpurissati*, sunt consulares Sidonio lib. 8 epist. 8 extr.

¶ Purpurĭticus, a, um, idem quod *Porphyreticus*, aut ex marmore porphyretico factus, aus rothen marmel. Vetus Inscriptio Romana apud Gruter. p. 128 n. 5 VETVSTATE CORRVPTAM ADAMPLIAVIT COLVMNIS PVRPVRITICIS &c. Capitolinus in Antonino Pio cap. 11 *columnas porphyreticas* appellat.

Purulentia, purulentus, &c. vide paullo inferius in *Pus.*

PV̄RVS, a, um, rein, lauter; ut, *Purus sceleris*, græca ratione, Horat. 1 od. 22 v. 1. *Charta pura*, Vlpian. Lege 52 § 4 de Legatis 3, unbeschriebenes papier. *Aurum, argentum purum*, Juvenal. satyr. 9 v. 141, rein oder fein gold, silber, &c. *Purior Hebrus*, Horat. 1 epist. 16 v. 13. *Purissimi sermones*, Gellius lib. 19 cap. 8. ¶ 2. Proprie *sanctum* notat. Cic. de Arusp. Resp. cap. 25 *Qui tantum abest a principibus, quantum a puris, quantum a religiosis.* Idem pro Rosc. Com. cap. 6 *Estne quisquam, qui tibi purior, pudentior &c. videatur?* Sic, *Puræ herbæ*, ex loco sancto decerptæ apud Festum: & *Pura vestimenta*, sacra, Liv. lib. 1 cap. 24. vide Festum in *Sagmina* & ad eum, Scaligerum, nec non Brisson. ad Tibull. 1 eleg. 2 v. 27. *Purus calceus*, apud Tertull. de Pallio cap. 4 est, qui ex puro corio factus est sine lunulis, quique *pero* dicitur. vid. Ræver. Variot. 1 cap. 8. *Purus putus*, vide infra *Putus* in *Puto.*

¶ Pūre, adverb. rein; ut, *Loqui pure & emendate*, Cicer. de opt. gen. Orat. cap. 2. *Purius, fortius, meracius amare*, Sidonius 4 epist. 1. *Purissime atque illustrissime, simplicique & incomta orationis antiquæ suavitate describere*, Gellius lib. 9 cap. 13 de Claudio Quadrigario, vetusto historico. *Purime* antique, pro *purissime*, apud Festum.

¶ Pūrĭter, adv. idem. Cato R. R. cap. 23 *Succum puriter in dolia dividere.* Idem cap. 90 *Puriter facito.* conf. Pompon. & Næv. apud Nonium cap. 11 n. 58, & Ennius apud Priscian. lib. 15. Catull. carm. 40 v. 18 *Qui puriter lavit dentes.* Idem carm. 77 v. 19 *Si vitam puriter egi.*

¶ Purĭtas, ātis, mundities: Item castitas, pudicitia, die reinigkeit, keuschheit. Dubitarunt de antiquitate vocis nonnulli, pro quâ tutius *elegantiam, proprietatem, munditiem* usurpari censuerunt; attamen Palladius ea usus est lib. 11 cap. 14 de Vino: *mox sumere puritatem colarique debere.* Capitolin. in Vero cap. 3 *Amavit puritatem vivendi.* Plura ex Arnob. lib. 5. Macrob. Somn. Scip. 1 cap. 11 & 13. Symmach. 3 epist. 29. Hieron. epist. 3 & 101. vid. in Borrich. Cogit. p. 208 & 215, & Cellar. Cur. poster. p. 154. *Impuritates*, de quibus Cicero dixit, vide infra.

¶ Pūrĭties, ēi, idem. Varro Satyr. Menipp. tit. dolium: *Appellatur*, inquit, *a cælatura cælum, græce ab ornatu κόσμος, latine a puritie mundus.*

¶ Puro, are, pro *purgare*, reinigen, habet Varro, & Jul. Cæs. in Adrasto; imo & Plautus Aulul. a. 2 sc. 3 v. 3, si nonnullorum correctio placet. vid. Taubm. p. 186.

¶ Purefăcio, ĕre, idem, apud Nonium cap. 2 n. 355, ubi *Februare* explicat per *purefacere.*

¶ Pūrĭfĭco, are, purgare, purum efficere; Item, lustrare, expiare, rein machen, abwaschen, heiligen. Suetonius Augusto cap. 94 *Illam expergefactam quasi a concubitu mariti purificasse se.* Fiebat hæc purificatio, cum se vivo flumine abluerent, vel perenni aquâ: Columella lib. 12 de re rust. cap. 4. Sed &, qui cæde impiati, ita purificabantur. Virgil. 2 Æneid. v. 718

Me bello e tanto digressum & cæde recenti
Attrectare (sacra) *nefas, donec me flumine vivo*
Abluero.

Plin. 8 cap. 1 *Se purificantes solenniter aqua circumspergi.* Adde eundem lib. 10 cap. 41.

¶ Pūrĭfĭcātio, ōnis, die reinigung. Plin. lib. 15 extremo: *Laurus purificationibus adhibetur.* Gloss. Cyrill. καθαρμὸς, *purgatio, purificatio.*

¶ Purĭfĭcus, a, um, reinmachend. Lactantius lib. 4 cap. 15 sub init. *baptismum* interpretatur *purifici roris perfusionem.* Sic Aldus & Th. Spark recte ediderunt, cum MSS. quoque Anglicani (ut recenti Cantabrigiensi editione notatum est,) *purifici* habeant, non *purificati* quod Mich. Thomasius & Ant. Thysius ediderunt. Claudianus quoque in 6 Consul. Honor. v. 328

purificumque Jovem Triviamque precatus.

¶ Purimenstrio apud Festum dicuntur, *qui sacrorum caussa toto mense in ceremoniis sunt, i. e. puri sunt, certis rebus carendo.*

¶ Impūrus, a, um, unflåtig, unrein; ut, *Persona lutulenta, impura, invisa*, Cic. pro Rosc. Com. cap. 7. ¶ *Homo impurus*, Terent. Adelph. a. 2 sc. 1 v. 29, id est, improbus, sceleratus, turpis, ein schåndlicher, böser mensch. *Omnium bipedum & quadrupedum impurissimus*, Cicero pro Domo cap. 18. Terent. Heaut. a. 4 sc. 1 v. 14 *Anus haud impura*, id est, haud improba. Nam, ut Donatus non uno in loco observavit, *Impurum* veteres generaliter quemvis improbum dixerunt. Stricte *impurus* dicebatur puto, qui concumbebat cum masculis. Cicero 2 in Catilin. cap. 10 *Omnes adulteri, omnes impuri, omnes impudici.* Recenset enim libidinum gradus: & primo quidem adulteros memorat,

ut levius genus: neque enim illi transgrediuntur naturam; deinde masculorum scortatores, quos *impuros* nominat; fœdiores quidem adulteris, sed nondum ultimæ fœditatis, quem *impudici* gradum tenent: nam ultra nihil magis impurum. *Masculorum scortatores* contra naturam quidem libidinantur, nondum tamen sexum excedunt. Qui *muliebria patiuntur*, id est, *impudici*, & jura naturæ violant & sexum suum velut relinquunt.

¶ Impūre, adverb. garstig, schändlich; ut, *Impure & flagitiose vivere*, Cic. 3 de Fin. cap. 11. *Impure, tetre aliquid facere*, Idem 1 de Divin. cap. 29. Et, *Impurissime ab aliquo despici*, Idem 9 ad Attic. epist. 12.

¶ Impūrĭtas, ātis, die unreinigkeit, unflätigkeit. Cicer. Philipp. 2 cap. 3 *Cum omnes impuritates pudica in domo quotidie susciperes.*

¶ Impurĭtia, æ, idem. Plaut. Pers. a. 3 sc. 3 v. 7 *Tuas impuritias traloqui nemo potest.*

¶ Impūrātus, a, um, pollutus, impurus, verunreiniget, besudelt; ut, *Impuratus ille me irridet*, Terentius Phorm. a. 4 sc. 3 v. 64, & Apulejus Met. 9 p. 221 *nefario scelere impuratissima capita.* Et, *impuratissimæ linguæ*, apud Tertullianum Apolog. cap. 23, ut Pamelius ex MSS. restituit. Sic & Plaut. Rud. a. 2 sc. 6 v. 59 *Impurata belua.* Sic Aulul. a. 2 sc. 6 v. 10, & Rud. a. 3 sc. 4 v. 45 *Impurate, Impuratissime*, inter convicia. Veteres enim uti *purare*, (quo Varro usus) ita & *impurare* dixerunt, verunreinigen.

¶ Impurĭmus, a, um, pro *Impurissimus*, sehr unrein. Gloss. lat. gr. *Impurimum, ἀκάθαρτον.*

¶ Nepūrus, a, um, i. e. *Non purus*, unrein, Festus.

PVS, pūris, sanies ulceris jam ad maturitatem spectantis, Celso auctore lib. 5 cap. 28 § 15, eiter aus geschwär, das reiff werden will: *sanies* enim crassa & nondum matura, blutig und unreiffes eiter. *Pus exprimere*, Celsus ibidem § 8, das eiter ausdrücken. *Pus movere*, ejusdem libri cap. 3, ein geschwär fördern, daß es reiff wird. Prudentius lib. 1 contra Symmach. v. 16 *Latebram tabentis vulneris alte*
Impressam, penitusque putri de pure peresam:
eine unterköthigte wunde. Donatus omnem humorem onerosum corporis interpretatur. Tralate Horatius de homine improbo & perditis moribus, lib. 1 satyr. 7 princ.

Proscripti regis Rupili pus atque venenum
Hybrida quo pacto sit Persius ultus, &c.

¶ Pūrŭlentus, a, um, voll eiter; ut, *ulcus purulentum*, id est, pure plenum, eitericht, Plin. lib. 20 cap. 2.

¶ Pūrŭlente, adv. idem. Plin. procem. lib. 23 *purulente limosis ossibus.*

¶ Purulentia, æ, puris copia, ulcus purulentum, die eiterung, der eiterstock. Tertullianus de Pallio sub fin. *Haud facile has purulentias civitatis quis eliciet, & exsupurabit:* Metaphorice.

¶ Purulentātio, ōnis, die schwärung, Cœl. Aurel. Tard. 5 cap. 3.

¶ Pustŭla, æ, tuberculum in summa cute, vel alibi, eine blatter, bläsgen; Sic, *pustulas emittere*, bläsgen aufwerffen, Vitruv. 7 cap. 2. *Pustulas facere*, Plin. lib. 20 cap. 22. Et Celsus lib. 5 cap. 28 n. 15 *Pustularum*, inquit, *plura genera sunt.* Nam *pustulæ lividæ sunt, aut pallidæ, aut nigræ*, &c. ¶ Et *pustulæ* variolæ sunt puerorum, die pocken. Conf. Cels. 4 c. 6, & 6 c. 6. Plin. 20 c. 13, & 21 c. 7.

¶ Pūsŭla, æ, quæ & *pustula* & *postula*, (unde & *postulatum* sive *pustulatum argentum*,) eine blase, so am brod, wenns gebacken wird, aufläufft. Columella lib. 7 cap. 5 *pusulam* etiam morbum a pastoribus appellari ait, qui *sacer ignis* alias dicitur, ein hitzig geschwär oder blatter am vieh. Vnde &

¶ Pūsŭlōsus, a, um, plenus pusularum, ausgeschlagen, ausgefahren am leibe; ut, *Pecus pusulosa*, hoc morbo correpta, Colum. lib. 7 c. 5.

¶ Pustŭlōsus, a, um, plenus pustularum, voller bläsgen oder blättergen. Celsus lib. 5 cap. 26 n. 31 *Vlcus in locum pustulosum serpit.*

¶ Pustŭlo, āre, pustulas concipere, ausfahren am leibe. Tertullian. de Habit. muliebr. sive lib. 1 de Cultu fœm. c. 6 *Si concha aliquid intrinsecus pustulat, vitium ejus magis debet esse, quam gloria. Et licet margaritum vocetur, non aliud tamen intelligendum, quam conchæ illius aliqua dura & rotunda verruca.*

¶ Pustŭlātus, a, um, ausgefahren, voll bläsgen. Sic, *Pustulatum argentum*, Suetonius Nerone cap. 1 dixit purgatissimum & excoctissimum, rein silber. Et Martial. lib. 7 epigram. 85

nulla venit a me
Argenti tibi libra pustulati.

Vide & paullo ante *Pusula*, & Salmas. in Solin. p. 738, & Turneb. supra in *Argentum.*

¶ Pustulatio, ōnis, die ausfahrung der blattern. Cœl. Aurel. Acut. 3 cap. 16 *Pustulatio partium.* Idem 5 cap. 1 *Pustulationem facere.*

¶ Pustŭlesco, ĕre, pustulosum fieri, bläsgen bekommen. Cœl. Aurel. Tard. 5 cap. 1 *Sinapi cataplasmantes, quo superficies cutis pustulescat.*

¶ Suppūro, āre, sich zum geschwär ziehen, schwären. Colum. lib. 6 cap. 12 *Sanguis si suppuraverit.* Et Plin. 25 cap. 11 *Si quid in corpore suppurat.*

¶ Suppūrātus, a, um, untereitericht. Plin. 22 cap. 25 *Suppuratis triticea farina lenior.* Seneca epist. 81 *Horum, qui felices vocantur, aut ficta hilaritas est, aut gravis & suppurata tristitia.*

¶ Suppurātum, i, subst. apostema, ein geschwär. Plin. 20 cap. 4 *Strumisque vel suppuratis alligat.*

¶ Suppurātio, ōnis, idem: Colum. 6 cap. 12, & Celsus lib. 2 c. 7. Plural. *Suppurationes*, Plin. 20 cap. 3.

¶ Suppurātōrius, a, um, suppurare faciens, zum schwären dienlich; ut, *Suppuratoria medicamenta.*

¶ Exsuppūro, āre, active, pus amovere, das eiter ausdrücken: Tertullian. de Pallio sub fin. Vide paullo ante in *Purulentia.*

PŪSA, æ, & Pūsus, i, a veteribus dicebantur, non secus ac *Pupa* & *Pupus*, puella & puellus, ein mägdlein, ein knäblein. Pomponii epigramma est apud Varron. de L.L. 6 c. 3 in adolescentem cascam:

Dic tu illam pusam, sic fient mutua muli,
Nam vere pusus tu, tua amica senex.

Sic & Lucretius, si Lambini lectio placet, lib. 4 v. 1020

Pusi sæpe lacum propter, se, ac dolia curta
Somno devincti credunt extollere vestem.

Et Horat. 2 satyr. 3 v. 216 *Pusam aut pusillam appellet* &c. Vbi aliqui malunt *Putam* & *Putillam*. vid. Taubman. ad Plaut. p. 147. Hinc

¶ Pūsio, ōnis, parvus puer, ein knäblein. Cic. pro Cœlio cap. 15 *Pusio cum majore sorore cubitavit.* Prudentius Hymno in Natali Domini v. 13

Emerge dulcis Pusio,
Quem mater edit castitas.

¶ Pūsiŏla, æ, fœm. parva puella. Idem Prudentius Passione Eulaliæ v. 19

Ipsa crepundia reppulerat,
Ludere nescia pusiola.

Vtrumque ab antiquo *pusus, pusa.* Vnde &

¶ Pŭsillus, a, um, diminutivum adjectivum, sehr klein. Juvenalis satyra 15 v. 70 *Terra malos homines nunc educat atque pusillos.*
Idem satyra 14 v. 29 *ceras pusillas* dixit schedas ac parvas epistolas. Quemadmodum *pusillam epistolam* Cicero ad Brutum epist. 14 dixit. Ad animum deinde & alias res transfertur. Cic. 2 fam. epist. 17 extrem. *Illud est pusilli animi* &c. das ist die art einer kleinmüthigkeit. Adde Horat. 1 satyr. 4 v. 17. Martial. 3 epigr. 62, & 9 epigr. 51. ¶ *Putillus* pro *Pusillus* est in Plaut. Asin. a. 3 sc. 3 v. 104. vid. ibi Taubman. pag. 147.

¶ Pusillo, adverb. ein wenig. Plin. 27 cap. 5 *Pusillo altior lenticula est.*

¶ Pŭsillĭtas, ātis, parvitas, die kleinigkeit, schwachheit. Lactantius de Ira Dei c. 5 pr. *Favorabilis admodum ac popularis* [Stoicorum] *oratio, non cadere in Deum hanc animi pusillitatem, ut ab ullo se læsum putet, qui lædi non potest.* MSS. tamen *pusillanimitatem.* Hieronymus epist. 152 ad Miner. & Alexandr. sub fin. *Neque tanta est meæ pusillitatis auctoritas, qui nihil sum, & invidorum tantum morsibus pateo.* Tertull. adv. Hermog. cap. 14 *Quæcunque potestas ei, quam pusillitas, competit.* conf. Idem de Resurr. Christi cap. 6.

¶ Pusillănĭmis, e, kleinmüthig. Tertull. de Fuga in persecut. cap. 9 *Pusillanimes consolari.* Sidon. 7 epist. 17 *Siquis illum de junioribus spreverit tanquam imperitum vel pusillanimem.* Conf. Claudian. Mamert. lib. 1 de Statu Animæ cap. 20. In Glossis redditur ὀλιγόψυχος.

¶ Pusillanimĭtas, ātis, die kleinmüthigkeit. Vindicatur Lactantio ex MSS. paullo ante in *Pusillitas.* In Glossis quoque exstat, atque ibi ὀλιγοψυχία & μικροψυχία vertitur.

¶ Perpŭsillus, a, um, sehr klein. Cic. 2 de Oratore cap. 60 *Perpusillum rogabo*, jocosa ambiguitate, ut adverbium videri possit, quasi *breviter:* & hominem simul perparvum ut, nomen, significet. Chrysologus Serm. 160 de Christi incarnatione: *Vniverso sæculo non capacem concludi corpore perpusillo.*

Pustula, pustulare, pustulosus, &c. pusula, vide proxime ante *Pus.*

Puta, putamen, putatio, &c. vide paullo post *Puto.*

Puteal, putealis, puteanus, putearius, vide mox *Puteus.*

PŪTEO, ui, putēre, fœtere & mali odoris esse, übel riechen, stincken. *Putere mero*, id est, *vino*, Horat. lib. 1 epist. 19 v. 11.

¶ Putītus, i, Plautus dixit pro stulto, notante Paulo apud Festum.

¶ Pūtĭdus, a, um, fœtidus, stinckend; ut, *Putida palus*, Catull. epigr. 17 v. 10, eine mistpfütze. *Putidus fungus*, Plaut. Bacchid. a. 4 sc. 7 v. 23. *Putida caro*, Cicero in Pison. c. 9. Et Catullus epigr. 42 *Mœcha putida, redde codicillos.* Et Horat. 2 satyr. 3 v. 75 *putidius cerebrum.* ¶ 2. Quicquid denique etiam auribus ingratum & insuave est, *putidum* dicitur, unartig, ungeschickt; ut, *Oratio putida*, &c. *Putida interpretatio*, i. e. anxiæ & stultæ diligentiæ. vid. Gronov. ad Script. Eccl. Observat. cap. 19 p. 206. Sic Sidonius lib. 3 epist. 13 *Facit ambigi, putidior, temulentior, an facinorosior existimetur.* Et Petronius Fragm. Tragur. p. 67 *Ac ne sic quidem putidissimam ei actionem licuit effugere.*

¶ Pūtĭde, putidius, adv. insuaviter, unannehmlich, verdrießlich. *Litteras putidius exprimere*, Cic. de Orat. lib. 3 cap. 11. *Putide loqui*, Senec. epist. 75.

¶ Putĭdŭlus, & Putidiuscŭlus, a, um, dimin. mißfällig. Martialis lib. 4 epigr. 20 *Altera ridicula est, altera putidula.*
Cicero ad Cæsarem lib. 7 fam. epist. 5 extrem. *Simus putidiusculi, quam per te vix licet.*

¶ Pūtis, e, antique, adject. stinckend; ut, *Pute corpus*, Lucret. 3 v. 585. Alii *Putre.*

¶ Pūtisco, sive Putesco, ĕre, zu stincken anfangen. Cicer. 5 de Finib. cap. 13 extr. *Non inscite illud dictum videtur in sue, animam illi pecudi datam pro sale, ne putisceret.* Arnobius lib. 7 p. 224 *Cum & ipsa mox futura sint stercora, & exigui temporis contracta interjectione putescant.* Cato R.R. c. 3 *olea putescet.* Idem c. 98 *Ligneam supellectilem si ungues, non putescit.*

¶ Puter, vel Putris, cum derivatis, vide paullo post seorsim.

¶ Pūtor, ōris, fœtor, der gestanck, unflat. Statius 4 Silv. 3 v. 86

Nec sordere sinis, malum late
Deterges sterilis soli putorem.

Sed docti hic malunt *pudorem*, unius elementi permutatione. Attamen Cato etiam cap. 57 *ea omnem putorem adimet.* Apud Lucretium *putror*, inserta littera, scriptum invenitur, lib. 2 v. 871 & 927, de quo infra. Et Augustinus lib. 4 adv. Julian. Pelag. cap. 14 *putor, amaritudines.* Plurale *putores:* Arnobius lib. 7 p. 222 *Sintne Diis in voluptate putores, quos neque ipsi sacrificantes ferre, nec ingenuæ sustinere tractos valeant per spiritum nares?*

¶ Repūtesco, ĕre, verwesen. Tertullian. de Anima cap. 32 pr. *ne aliqua sepulturæ conditione reputesceret.*

PŪTEŎLI, ōrum, Campaniæ civitas, a justissima reipubl. administratione *Dicæarchia* quondam græce dicta, latine vero a *Puteis*, quod sint circa eam multæ aquæ frigidæ & calidæ, ut Varro scribit L.L. 4 cap. 5. Vide & Strabon. lib. 5, & Steph. de Vrbibus. Hodie corrupte *Puzoli* appellatur.

¶ Puteŏlānus, a, um, adjectiv. ut, *Aquæ Puteolanæ*, Cicero 8 Philipp. cap. 3.

PŬTEVS, i, fons in imo effossus, cujus aquas educere oportet, quo ipso a fonte

a fonte, proprie sic appellato differt: hic enim in summo est, manantibus & defluentibus aquis, sine labore hauriendis, ein ziehbrunnen, eine plumpe. Plinius lib. 2 epist. 17 fin. *Hæc utilitas, hæc amœnitas deficitur aquâ salienti: sed puteos ac potius fontes habet: sunt enim in summo. Et omnino litoris illius mira natura: quocunque loco moveris humum, obvius & paratus humor occurrit*, &c. Vlpianus Lege 1 § 6 Dig. de aqua cottidiana &c. *Sunt quædam aquæ, quæ etsi perennes sunt, duci tamen non possunt: ut puta puteales, & quæ ita submersæ sunt, ut defluere extra terram non possint.* Columella de Horto lib. 10 v. 25

Aut fons illacrymet putei non sede profunda,
Ne gravis hausturis tendentibus ilia vellat.

Plautus Mostell. a. 2 sc. 1 v. 32 *miserum est opus*
Igitur demum fodere puteum, ubi sitis fauces tenet.

Idem Milit. Glor. a. 4 sc. 4 v. 14 *Non tu scis, cum alto ex puteo sursum ad summum ascenderis, Maximum periculum inde etiam, ab summo ne rursum cadas?* ¶ Veteres etiam in neutro *Puteum* dixere. Vide Nonium cap. 3 n. 155. Sic Vlpianus etiam *Putea* dixit: cujus verba vide infra in *Putea*, sub verbo *Puto*.

¶ Pŭtĭcŭlæ, ārum, sive Puticuli, ōrum, hoc est, putei, ut Varro notat lib. 4 de L. L. cap. 5. Paulus apud Festum: *Puticuli sunt appellati, quod vetustissimum genus sepulturæ in puteis fuerit; & dicti Puticuli, quia ibi cadavera putescerent.* Fuit autem locus in Esquiliis, in quibus tum promiscuæ plebis, tum eorum quoque, qui post cuncta devorata patrimonia ad egestatem devenerant, projiciebantur cadavera. Cujus loci vicinitas cum urbi esset noxia, & insalubris; Augustus, qui aërem emendari cupiebat, S. P. Q. R. consensu, Mæcenati concessit, ut hortos ibi conderet. vid. Kirchmann. de Funer. Rom. 2 cap. 24 p. 287

¶ Puteānus, a, um, adject. aus dem brunnen; ut, *puteana aqua*, Plin. 14 cap. 9.

¶ Pŭteālis, e, idem; ut, *Vnda putealis*, Ovid. in Ibin v. 389 & Columella 9 cap. 5. Et, *Limus putealis*, Ammian. lib. 22 cap. ult. Sic Juvenc. 2 v. 258 *Et quis te sitiens putealia pocula poscat.*

¶ Pŭteal, ālis, subst. proprie operculum putei significat, sicut ad Festum Scaliger docuit, ein brunnendeckel. Cic. 1 Divin. cap. 17 *Cotem & novaculam defossam in comitio supraque impositum puteal accepimus.* vid. Salmas. ad Solin. p. 801 seqq. * Apparet ex lege 13 § 31 Dig. de action. emti & vend. solitos veteres putealibus magni pretii uti. Nam si ex vili ligno tantum formata fuissent, vix Vlpianus eorum ibi meminisset. Sed id unice declarat locus Ciceronis ad Attic. 1 epist. 10 *Putealia signata* vel *sigillata*. Grævius. ¶ 2. Fuit hoc nomine etiam Romæ locus, ubi fœnora tractabantur, cujus P. Victor in Regione Vrbis meminit, & de quo egregie Dionysius Halicarnasseus lib. 3. Vide & Torrentium lib. 2 sat. 6 v. 35 τὸ βῆμα, der richterstuhl. Horat. 1 epist. 19 v. 8 *Forum putealque Libonis.* Car. Sigonius de Judiciis 1 cap. 28 p. 1729 docet, locum eum fuisse in comitio Romæ, super quod puteal ara fuerit, quam tangere moris fuerit Romanis jurantibus. Quid sit *Flagellare puteal*, Casaubonus exponit ad Persii satyr. 4 v. 49.

¶ Puteārius, i, qui puteos fodit, ein sincker, brunnengräber. Plin. 31 cap. 3 *Depressis puteis sulphurata & aluminosa occurrentia putearios necant.*

Puticulæ, vide proxime ante in *Puteus*.

Putidus, putisco, putor, quære paullo superius in *Puteo*.

PŬTO, avi, atum, āre, schneiteln, beschneiden. PVTARE, inquit Donatus, *purgare est, unde &* ARBORES *&* VITES PVTARE *dicimus*; probat ex Virgil. eclog. 2 v. 70. Sic, *vitem putando fingere*, Idem 2 Georg. v. 407. Adde Catonem R. R. cap. 44 de *Olea, quo tempore putetur*: & eumdem de vitibus cap. 32, & Colum. 4 cap. 9 &c. ¶ 2. Hinc transfertur ad numeros & rationes, rechnen. Varro lib. 5 de L. L. cap. 7 DISPVTATIO *&* COMPVTATIO, *cum præpositione a* PVTANDO, *quo valet purum facere. Ideo antiqui purum,* PVTVM *appellarunt. Ideo* PVTATOR, *qui arbores puras facit: Ideo* RATIO PVTARI *dicitur, in qua summa fit pura.* Plaut. Aulul. a. 3 sc. 5 v. 52 *cedit* (accedit) *miles, æs petit.*
Itur, putatur ratio cum argentario.

Et altero versu post, *Disputare rationem*, dixit, quod idem est, nempe, liquidam facere, die rechnung klar machen. Similiter Græci ἐκκαθαίρειν λογισμὸν, *putare* sive *purgare rationem* dicunt, quod ad Varronem Scaliger observat. Sic Cato cap. 14 *tegulæ duæ pro una putabuntur*, pro quo mox *numerabuntur*. ¶ 3. Ab eo transfertur ad animum, & pro conjicere, colligere, æstimare & opinari ponitur, meynen, erachten, erwegen. Virgilius 6 Æneid. v. 331

Constitit Anchisâ satus & vestigia pressit,
Multa putans, sortemque animo miseratus iniquam.

Sic, *Recte putas*, Terentius Andriâ a. 1 sc. 1 v. 114, du bist der rechten meinung. *Rem putemus ipsam*, Idem Adelph. a. 5 sc. 3 v. 10, lasset uns den handel selbst erwegen. *Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto*, Idem Ter. Heaut. a. 1 sc. 1 v. 5, ubi τὸ *amicitiæ*, monente Daceria, est dativus, non genitivus. *Putare cum aliquo argumentis*, apud Plautum Amphitr. a. 2 sc. 1 v. 45 *disputare* est, de quo infra. ¶ 4. Eleganter verbum *puto*, nunc absolutum, nunc cum particula *ut* interseritur, vel modestiæ caussa, vel per ironiam. Modestiæ caussa, Varro de Re Rustica lib. 2 cap. 2 *Sole exorto, puto, propellunt.* Persius satyr. 4 v. 9 *Hoc, puto, non justum est.*

Ovid. 5 Trist. eleg. 5 v. 5

Lingua favens adsit nostrorum oblita malorum,
Quæ, puto, dedidicit jam bona verba loqui.

Catullus carm. 15 v. 13

Hunc unum excipio, ut puto, pudenter.

Apulejus Apologiâ: *Satis, ut puto, carminum crimen refutatum est.* Est autem hoc integrum & plenum: nos, wie ich dafür halte; alterum, *puto*, ellipticum. Ironiæ inservit: Ovid. de Nuce v. 57

Sed, puto, magna mei est operoso cura colono,
Invenias, qui det nil mihi, præter humum.

Plura exempla vide apud Paulum Leopardum lib. 3 Emendation. c. 6.

¶ 5. NON PVTARAM, vulgaris excusatio est, turpissima tamen, si audimus Senecam lib. 2 de Ira c. 31: *Turpissimam*, inquit, *ajebat Fabius, Imperatori excusationem esse,* NON PVTAVI: *ego turpissimam homini puto. Omnia puta, omnia exspecta.* Quod Fabio Seneca, Cicero Offic. 1 cap. 23 Scipioni tribuit, Plutarchus Iphicrati ejus vitâ. Adde Polybium lib. 10 pag. 603.

¶ Pŭtă, adverbialiter, pro *scilicet*, vel, *verbi gratia*. Pomponius JCtus Lege Si quis § Item si, Dig. de hæred. instit. *Si ille, puta, Consul factus fuerit*, &c. Vltimam corripiendam Servius in Virg. 2 Æn. his verbis docet: *Præpositiones*, inquit, *vel adverbia in A exeuntia, modo producunt ultimam litteram, excepto* PVTA *&* ITA; *quia apud Ennium & Pacuvium brevia sunt.* Poëta vetus in Phallicis carm. 37

Dîs me legitimis nimisque magnis,
Vt Phœbo puta, filioque Phœbi
Curatum dare mentulam verebar.

Est autem in secundo versu tmesis: *Vt Phœbo puta*, pro, *Vt puta Phœbo.* Neque enim *Puta* tantum, sed & *ut puta*, id est, exempli gratia, dicebant. Vlpianus in Lege Julianus § ult. Dig. de act. empt. & vend. *Ædibus distractis vel legatis, ea etiam ædium solemus dicere, quæ quasi pars ædium, vel propter ædes habentur, ut puta, putea* &c. Vsus & Seneca lib. 2 Nat. Quæst. cap. 2, & Celsus de medicina lib. 5 cap. 26. Vide & *Vtpote*, & Goclenii Problem. Gramm. 1 cap. 28.

¶ Pŭtātus, a, um, beschnitten, gesaubert, idem est ac *putus* & *purus*. Paulus apud Festum: PVTVS *antiqui dicebant pro* PVRO: *Vnde* PVTATAE VITES, *&* ARBORES, *quod decisis impedimentis remanerent puræ.* AVRVM *quoque* PVTATVM *dici solet, id est, expurgatum: Et* RATIO PVTATA, *id est, pura facta.* Hinc enim

¶ Pūtus, a, um, id est, putatus, expurgatus, fein, nett, vollöthig, lauter; ut, *Aurum, argentum purum putum*, hoc est, perfecte excoctum & purgatum, quod putata sive amputata sint ex eo omnia mixturæ ignobilioris recrementa, fein gold; vide Gell. lib. 6 cap. 5, & Fest. in hac voce. Plaut. in Pseudolo a. 4 sc. 7 v. 103 *Purus putus hic sycophanta est*, id est, merus, er ist ein lauter bube und verräther. *Putissimæ orationes*, Cicer. ad Attic. lib. 2 epist. 9, id est, purissimæ, sinceræ. Scaliger in Catalect. a πυςὸς deducit, quoniam Juvenalis primam producit satyr. 10 v. 19 *Pauca licet portes argenti vascula puti:* (nisi *puri* mavis cum nonnullis legere.) conf. satyr. 9 v. 141. Alii pro diversa origine diversam quantitatem comminiscuntur, & primam, cum a *putando* est, corripiunt, cum a πυςὸς, producunt. Sed quia contractio fit a *putatus*, prior longa est, aut certe anceps; unde & Plautus in diminuto *Putillus* primam corripuit, quam Horatius in *Putilla* produxit. ¶ 2. *Putus* & parvum significat, sive puerum, ein kind, ein kleiner. Vet. Gloss. *Puti*, μικροί. *Putus*, μικρός. In quo ipso quoque primæ syllabæ quantitas non satis patet. Virgilius corripuit, sed pro *putus*, *potus* dixit in Catalect. v. 118

Dispeream, nisi me perdidit iste potus.

Horatius vero 2 satyr. 3 v. 216, ut ex Vet. Cod. Scaliger legit, produxit *putus*: *Putam aut putillam appellet.* (Alii *Pusam* & *Pusillam*.) Ita Catullus, quum Calvum ob parvam staturam, ut Seneca Pater auctor est, *Salaputium* vocat, τὸ *pu* producit. An igitur anceps est ista syllaba? An *Potus* primam corripit, *Putus* producit? Sane ita & primam in *Bobus* correptam quidam volunt, in *Bubus* productam.

¶ Puta, æ, substant. Dea, quæ putationibus arborum præest: Arnob. lib. 4 pag. 130.

¶ Putillus, a, um, diminut. a *Putus*; vox in blanditiis adhibita, dum pueros *putillos*, & puellas *putillas* dixere, ein kindgen, liebgen. Sic apud Plautum Asin. a. 3 sc. 3 v. 104 Libanus ad Philenium: *Dic me tuam hirundinem, monedulam, passerculum, putillum.* De *Putilla* ex Horatio jam dictum in *Putus*. conf. Voss. Etymol. p. 421.

¶ Pŭtātio, ōnis, quæ tum arborum, tum vitium est refectio, die schneitelung. Cicer. lib. 1 de Orat. cap. 58 *arborum putatio atque vitium.* Et, *putationem instituere*, Colum. lib. 4 cap. 17. Et pluraliter *Putationes arborum*, Arnobius lib. 4 p. 129. ¶ 2. Pro *æstimatione*, die achtung. Lege 18 § 4 Dig. de injur. & famos. *transferri personæ putationem ex persona filiorum* &c.

¶ Pŭtātor, ōris, non modo qui vites, sed alias quascunque arbores putat, vel purgat, ein wintzer, gärtner; ut, *Putator arborum*, Plin. lib. 18 cap. 33. *Vitium putator*, Pallad. lib. 1 cap. 6. Vet. Gloss. *Putator*, κλαδευτής, καθαριστής. Item κλαδευτὴς, *Frondator, putator*. Julius Paulus lib. 5 Recept. Sentent. Tit. 23 Sent. 5 *Si putator ex arbore, cum ramum dejiceret, non proclamaverit, ut vitaretur* &c. Vide & Leg. Si putator C ad L. Aquiliam, & ex Varron. supra in *Puto* n. 2.

¶ Putatōrius, a, um, zum schneiteln dienlich: ut, *Vinitor putatorius: falx putatoria*, ein wintzmesser, Pallad. 1 cap. 35.

¶ Pŭtātīvus, a, um, eingebildet, vermeinendlich. Tertullian. de Carne Christi cap. 1 *Qui carnem Christi putativam introduxit.* Idem adv. Marc. 3 cap. 8 *Putativus habitus, putativus actus, imaginarius operator.*

¶ Putatīve, adverb. idem. Interpr. Irenæi: *Putative apparere.* conf. Hieron. epist. 61.

¶ Pŭtāmen, ĭnis, das man abwirfft oder abschneidet; item, die hülse und schale an nüß und kernen. Plaut. in Capt. a. 3 sc. 4 v. 122 *Nucleum amisi, reliqui pignori putamina.* Cicer. 5 Tusc. cap. 20 *Dionysius instituit, ut candentibus juglandum putaminibus barbam sibi & capillum filiæ adurerent.*

Composita:

¶ Ampŭto, āre, putando aliquid tollere, abschneiden, abhauen, abbrechen; ut, *Pestiferum aliquid in corpore amputare*, Cic. 8 Philipp. c. 5; & *Amputare ramos miseriarum*, Cic. 3 de Fin. c. 6.

¶ Ampŭtātus, a, um, beschnitten, abgeschnitten, abgehauen, zerstümmelt. Cicer. in Orat. cap. 51 *Infracta & amputata loquuntur.* Idem de Fin. 1 cap. 13 *Amputata circumcisaque inanitate omni & errore*, i. e. sublata.

¶ Amputātio, ōnis, die abschneidung, verschneidung, abhauung. Cic. de Senect. c. 15 *sarmentorum amputatio.*

¶ Semiampŭtātus, a, um, halb abgeschnitten. Apulejus 1 Metamorph. post principium: *ramulis semiamputatis.*

¶ Compŭto, are, judicare, bedencken, erwegen. Plin. 9 cap. 35 *Computet nunc aliquis ex altera parte, quantum tulerint.* ¶ 2. Item, *Numerare*, vel *rationem subducere*, rechnen, überschlagen. Sic, *Annos digitis computare*, an den fingern zählen, Plinius lib. 34 cap. 8. Et Ovid. 2 Pont. epist. 3 v. 18 *& sibi quid sit*
Utile, sollicitis computat articulis.
Hinc eleganter *Computare* dicuntur, qui lucrum quærunt. Seneca epist. 14 *Nemo ad humanum sanguinem propter ipsum venit, aut admodum pauci: plures computant, quam oderunt.* Item lib. 4 de Benefic. c. 17 *Quotusquisque uxoris optimæ mortem timet, ut non computet.*

¶ Compŭtātio, ōnis, ratio, die rechnung, ausrechnung, überschlagung. Seneca 4 Benef. cap. 11 *Si utilitas me & sordida computatio liberalem facit.* Et lib. 7 cap. 10 *Quid sunt istæ tabulæ? quid computationes & venale tempus?* Adde Plin. lib. 2 cap. 108, & lib. 17 cap. 22.

¶ Compŭtātor, ōris, ein rechenmeister. Seneca epist. 87 *Diligentissimi computatores.* Gloss. gr. lat. συμψηφιστής, *Computator.* conf. Petr. Chrysolog. Serm. 157, & Claud. Mamert. de Statu anim. 2 c. 9.

¶ Compŭtābĭlis, e, das man rechnen kan. Plin. lib. 19 cap. 8 *bis computabili impendio.*

¶ Compŭtus, i, pro ratione, die rechnung, non est antiquioris, quantum constat, quam Firmici. Is enim lib. 3 c. 12 *Computos exercere* dixit: & lib. 5 cap. 15 *Computos omnes & omnes solertia disciplinas consequi.*

¶ Depŭto, are, quo composito Terentius familiariter utitur, pro *æstimare, censere*, halten, schätzen; ut, *Deputare se quovis malo dignum*, in Heaut. a. 1 sc. 1 v. 83. *Herus meam operam deputat esse parvi pretii*, in Hecyr. a. 5 sc. 3 pr. &, *Deputare in lucro*, in Phorm. a. 2 sc. 1 v. 16, für gewinn rechnen. *Deputare peccato, deputare delicto*, id est, pro delicto, pro peccato putare, sive habere, Tertullianus dixit de Pœnitent. cap. 3. *Deputare secum rationes*, iterum Terent. in Adelph. a. 2 sc. 1 extr. der sachen nachdencken. ¶ 2. *Deputare vineam*, proprie dixit Cato cap. 50, pro *amputare*, den wein beschneiden. ¶ 3. Postremæ ætatis scriptoribus est denique *destinare, delegare*, bestimmen, verordnen, widmen: e. g. apud Sulpic. Severum 2 cap. 7 *deputari leonibus*, est damnari ad bestias. Et 2 Maccab. cap. 4 *In alios sumptus deputari.* Hinc

¶ Deputatus, a, um, bestimmt, zuerkandt. Macrob. Saturn. 7 cap. 14 *Ad deputatam sibi a natura sedem proprii sensus recurrunt.* Et Sulpic. Severus 1 cap. 53 *Turba exercendis colendisque agris deputata.* Sic vulgo *Deputatos* vocant, qui *delegati* dicendi sunt. vid. Vorst. de Latinit. mer. suspect. p. 150.

¶ Dispŭto, are, disserere, von sachen mit einander reden. Varro lib. 5 de L. L. cap. 7 *Is sermo, in quo pura disponuntur verba, ne confusus sit, atque ut diluceat, dicitur* DISPUTARE. Utrumque autem dicimus: & *disputare aliquam rem*, & *de aliqua re.* Plaut. prolog. Menæchm. v. 50 *Ut hanc rem vobis examussim disputem*, id est, exponam, declarem, & veluti puram ac liquidam faciam: quemadmodum & *disputare rationem* dixit, de quo supra in *Puto* n. 2. Cicero 1 Tusc. cap. 4 *Id aut sedens aut ambulans disputabam.* Item pro Leg. Manilia sub fin. *Libenter hæc coram cum Q. Catulo & Q. Hortensio disputarem.* Et, *Disputare de re aliqua acute*, Cic. 5 Tuscul. cap. 10, scharff, verständig, ꝛc. *Disputare in alteram partem*, Idem 7 in Verr. cap. 3, das widerspiel halten. *Disputo in eam sententiam*, Cicer. lib. 1 de Orat. cap. 25.

¶ Dispŭtātus, a, um, ausgerechnet, summirt. Plautus Aulul. a. 3 sc. 5 v. 55 *ubi disputata est ratio cum argentario.*

¶ Disputatio, ōnis, eine unterredung, disputation; ut, *Disputatio litigiosa*, Cicer. 5 de Fin. cap 26; &, *plena concertationum*, Idem 1 de Orat. cap. 43, wenn man hart an einander kömmt. *Disputationem ingredi*, Cicer. pro Cæcin. cap. 28, sich in einen discurs einlassen.

¶ Disputatiuncŭla, æ, diminut. ein gesprächlein. Seneca epist. 117 *Disputatiunculis inanibus subtilitatem vanissimam agitare.*

¶ Dispŭtātor, ōris, ein wortsprecher. Valer. Max. lib. 8 cap. 12 pr. *Suæ artis unumquemque & auctorem & disputatorem optimum esse, non dubitemus.*

¶ Disputatrix, īcis, die wortsprecherin: quod nomen dialecticæ tribuit Quintilianus lib. 2 cap. 20 *Disputatrix virtus*, die disputier-kunst. Sic *Dialecticam* latine vertit. Ita etiam lib. 12 cap. 2 *Hæc pars dialectica, sive illam dicere malimus disputatricem.*

¶ Disputatōrius, a, um, zum disputiren gehörig; unde

¶ Disputatorie, adverb. idem; ut, *Disputatorie argumentosus*, Sidonius lib. 9 epist. 9.

¶ Dispŭtābĭlis, e, disputirlich. Seneca epist. 88 *Protagoras ait, de omni re in utramque partem disputari posse ex æquo: & de hac ipsa, an omnis res in utramque partem disputabilis sit.*

¶ Expŭto, are, wegschneiden; ut, *Vitem totam exputare*, Colum. lib. 3 cap. 15, gar biß auf den stamm beschneiden. ¶ 2. Est *colligere*, ausdencken. Plancus ad Cic. lib. 10 fam. epist. 24 sub fin. *Quæ mens eum a tanta gloria evocarit, exputare non possum*, ich vermags nicht auszusinnen.

¶ Expŭtābĭlis, e, ausdencklich; unde

¶ Inexputabilis, e, unausdencklich. Columella lib. 9 cap. 4 *inexputabilis erat numerus.*

¶ Impŭto, are, est annumerare & in expensi tabulas referre, verrechnen, anrechnen, anschreiben. Juvenal. sat. 5 v. 14
Fructus amicitiæ magnæ cibus: imputat hunc rex,
Et quamvis rarum, tamen imputat.
Seneca 3 de Ira cap. 42 *Quid tumultuamur, & vitam seditiosi conturbamus? Stat super caput fatum & pereuntes dies imputat, propiusque ac propius accedit.* PEREUNTES DIES vocat, quos tristibus aut inanibus curis perdimus, sive elabi sinimus sine fructu. Hos igitur *imputare fatum* ait, id est, datos impensosque in tabulis vitæ nostræ ponere, detrahendos de totâ summâ, quam unicuique definivit. Et Seneca epist. 8 *Hoc non imputo in solutum de tuo tibi*, ich rechne dir dieses nicht für bezahlt an. Tacitus 1 Histor. cap. 38 *Hoc solum erit certamen, quis mihi plurimum imputet:* id est, tribuat, in me conferat, me obliget meritis, der sich zum meisten um mich verdienet. vide & Casaubon. ad Sueton. p. 30. ¶ 2. Hinc, *imputare alicui aliquid*, est, tribuere caussam, culpam alicujus rei in aliquem conjicere, beymessen, schuld geben. Ita, *Imputare alicui cædem*, apud Quintilianum 5 c. 10, einen der mordthat bezüchtigen, beschuldigen. Tacitus Agricol. c. 27 *Iniquissima hæc belli conditio, prospera omnes sibi vindicant, adversa uni imputantur.* IMPUTANTUR, id est, adscribuntur, sie werden zugeschrieben, beygemessen. Idem cap. 36 ibidem: *Approbate reipubl. nunquam exercitui imputari potuisse aut moras belli, aut caussas rebellandi.* Sed & Ovidius Heroid. epist. 6 v. 102 *Acta venenis imputat.* Idem Metam. 2 v. 400 *Natum objectat & imputat illis.* conf. Metam. 15 v. 470. ¶ 3. Argentei ævi scriptoribus *Imputare* est loco beneficii ducere, seque de eo, quod fecit, & contulit, jactare, quasi in eo obnoxium alterum feceris, atque ad referendam gratiam obstrictum. Plinius Paneg. Trajani cap. 24 *Ambulas inter nos, non quasi contingas: & copiam tui, non ut imputes, facis*, id est, non ut pro singulari beneficio numeres, (daß du es für eine sonderbare gnade anziehen köntest;) sed quia tui officii putas. Suetonius Tiberio cap. 53 *Imputavit etiam, quod non laqueo strangulatam in Gemonias abjecerit*, er hat es für eine grosse gnade gehalten. Nam hanc eandem rem cum Tacitus Annal. 6 cap. 25 narrat, verbo *jactare*, usus est: *Jactavitque*, inquit, (Tiberius puta) *quod non laqueo strangulata, neque in Gemonias projecta foret.* Idem Suetonius Nerone cap. 36 *Conjurati e vinculis triplicium catenarum dixere caussam: cum quidem crimen ultro faterentur, nonnulli etiam imputarent*, i. e. jactarent, ac si ausi egregium aliquid; & de quo respubl. ipsis obligata esset. Tacitus de Germania cap. 21 extr. *Gaudent muneribus, sed nec data imputant, nec acceptis obligantur.* Sæpissime ita usus Tacitus est, ut 1 Histor. cap. 38, 55 & 71; item 2 Histor. cap. 31, 60 & 85; Idem 3 Histor. cap. ult. & 5 Histor. cap. 24 &c. Si lubet, confer, quæ adversus novam hanc verbi significationem disputat Borrich. in Vindic. p. 107.

¶ Impŭtātus, a, um, zugerechnet; item, unbeschnitten; ut, *imputata vitis*, non putata sive non purgata est, Plin. lib. 14 cap. 12.

¶ Imputatio, ōnis, die beymessung, beschuldigung. Lege 82 Dig. de condit. & demonstr. *Ut explorari possit, imputationes probe an improbe referantur.*

¶ Impŭtātor, ōris, jactator, & pene exprobrator, der einem hochmüthig etwas aufrückt. Seneca lib. 2 de Beneficiis cap. 17 *Multi sunt tam pravæ naturæ, ut malint perdere, quæ præstiterunt, quam videri recepisse, superbi & imputatores.* IMPUTATORES sunt, qui magni æstimant beneficia sua, nec ullam tantam gratiam sibi referri posse existimant, quæ possit efficere, ut non obnoxii & obligati sibi maneant, quibus fecerint bene, nec caussam habeant de eo gloriandi.

¶ Impŭtātīvus, a, um, vorrückend, zurechnend. Tertull. advers. Marc. 2 cap. 25 *Non simplici modo, id est, interrogatorio sono legendum est, ubi es Adam? sed impresso & incusso & imputativo.*

¶ Interpŭto, are, schneiteln auf den seiten. Cato de R. R. cap. 50 *ficos interputato*, quod Plinius lib. 18 cap. 26 reddit *interpurgare.*

¶ Oppŭto, are, umher beschneiden. Plin. lib. 17 cap. 21 *Opputatur, quicquid proximo tulit fructum.*

¶ Perpŭto, are, erklären. Plaut. in Cistellaria a. 1 sc. 3 *Ut ego hoc argumentum vobis plane perputem*, id est, declarem, explicem.

¶ Postpŭto, are, postponere, hindan setzen. Terent. in Hecyr. a. 3 sc. 5 v. 33 *Te postputasse omnes res, præ parente, intelligo.* Et in Adelph. a. 2 sc. 3 v. 9 *Quin omnia sibi postputavit esse præ meo commodo.*

¶ Præputium, &c. vide supra suo loco seorsim.

¶ Repŭto, are, bedencken, betrachten, zu gemüthe führen; ut, *Dum hæc mecum reputo*, &c. Ter. Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 44. Et, *Etenim eam rem recta secum reputavit via*, Idem Andr. a. 2 sc. 6 v. 11. Donatus ad illud Eunuch. a. 4 sc. 2 v. 4 *Dum hæc puto, præterii imprudens villam:* Ἀφελρσσις, inquit, *est, pro reputo.* PUTAMUS *enim instantia:* REPUTAMUS *præterita.*

¶ Reputatio, ōnis, die nachsinnung, betrachtung. Gellius lib. 12 cap. 5 *Reputatio utendi consilii*, id est, æstimatio. ¶ 2. Pro *computatione*, die rechnung. Lege 19 Dig. famil. erciscundæ, *si reputationes inter eos* [Judex] *fecerit.*

¶ Semĭpŭtātus, a, um, halb beschnitten; ut, *Semiputata vitis*, Virgil. eclog. 2 v. 70.

¶ Suppŭto, are, leviter putare, ein wenig verschneiden. Plin. 27 cap. 10 *Semina fruticantia supputare.* ¶ 2. Et *computare*, rechnen, zählen. Unde

¶ Supputatio, ōnis, die ausrechnung. Gloss. Vet. *Supputatio*, ὑποψήφισις. Vitruvius 3 cap. 1 *Cum ad supputationem crescat.*

¶ Supputator, ōris, ein rechenmeister. Firmicus lib. 5 cap. 8 *Boni erunt oratores, supputatores, arithmetici, geometræ.* Idem 6 cap. 26 *Acutissimi supputatores.*

¶ Suppŭtārius, a, um, ad supputandum pertinens, zum ausrechnen gehörig; ut, *Supputarii digitorum gesticuli*, Tertull. Apolog. c. 19.

Putrefacio, putresco, putribilis, &c. vide in sequente *Putris.*

PŬTRIS, e, corruptus, resolutus, loß, faul, modricht, schimmlicht; ut, *Putre solum*, locker erdreich, Virg. 2 Georg. v. 204. *Corpus putre*, Lucret. 3 v. 585. *Fungi putres*, Virg. 1 Georg. v. 392. *Putrem quatit campum*, Idem Æn. 8 v. 596, & 11 v. 875. Prima ibi brevis est. Et, *Putres oculi*, Horat. lib. 1 od. 36 v. 17, geile augen. *Putres mammæ*, welcke brüste, Idem epod. 8 v. 7. *Putria sunt saxa*, sie sind mürbe, morsch, Senec. epist. 12.

¶ Puter, pro *putris* antique: Varro R. R. 1 c. 8 *Palus puter evertitur.*

¶ Pūtrĭdus, a, um, idem; ut, *Dentes putridi*, Cic. in Pison. c. 1. *Membra putrida*, Lucan. lib. 2 v. 141.

¶ Putrēdŭlus, a, um, ein wenig faul; videtur diminutivum esse pro *putridulus*; ut, *voces putredulæ*, Ammian. 22 cap. 42, (Vales. p. 345.)

¶ Putrāmen, ĭnis, die fäulung, verwesung, Cyprian. de Laps. c. 12.

¶ Putrēdo, ĭnis, corruptio, mater morborum, die fäule; apud Ovid. 1 Pont. ep. 1 v. 69, in vitiatis libris legitur, *occultâ vitiata teredine navis:*

sed in membranis est *putredine*. Inhibentia putredinem vide apud Plin. lib. 20 cap. 20, & lib. 22 cap. 24.

¶ Pūtror, ōris, idem. Lucret. lib. 2 v. 870
Quippe videre licet, vivos existere vermes
Stercore de tetro, putrorem cum sibi nacta est
Intempestivis ex imbribus humida tellus. conf. v. 927.

¶ Putreo, ui, ēre, putridum esse, stinckend oder faul seyn. Nonius cap. 2 n. 692 ex Accio & Pacuvio: *putret corpus.* Et Horat. 2 sat. 4 v. 66 *Byzantia putruit orca.*

¶ Putresco, ĕre, putredinem contrahere, faul werden, verfaulen, vermodern, verschimmeln. Cic. 1 Tusc. cap. 43 *Nihil mea interest, humine, an sublime putrescam.* Horatius 2 sat. 3 v. 119
vestis putrescit in arca.

¶ Putribĭlis, e, putredini obnoxius, fäulicht, verweßlich. Paulinus Nolanus epist. 30 [al. 8] ad Severum n. 6 *Imagines nostras non in tabulis putribilibus, neque in ceris liquentibus pinxit.*

¶ Putruōsus, a, um, idem; ut, *putruosum ulcus*, voller fäulung oder eiter. Cœl. Aurel. Tard. 2 cap. 14.

¶ Putrĕfăcio, ĕre, corrumpere, putridum efficere, hinweg fäulen, tumpicht machen. Columella lib. 3 cap. 12 *Humor putrefacit deposita semina.* Et Plaut. Most. a. 2 sc. 1 v. 30 *Perpluunt tigna, putrefacit aër operam fabri.*

¶ Putrefio, ĕri, verfaulen, verwesen. Pallad. 1 tit. 33 *Humor abundans hoc præstabit, ut putrefiant.* Idem Febr. tit. 10 *Sata putrefient recepto humore.* Idem Septemb. tit. 9 *Lupinus vertitur vomere, ut putrefiat excisus.*

¶ Putrefactus, a, um, vermodert, verfault, gefäult. Lucret. lib. 2 v. 897
Et tamen hæc cum sint quasi putrefacta per imbres.
Vbi priores duæ sunt longæ, quas corripuit Ovid. 15 Metam. v. 389
Sunt qui, cum clauso putrefacta est spina sepulcro,
Mutari credant humanas angue medullas.

¶ Putrefactio, ōnis, die verfäulung. Augustinus epist. 147 *Vulnerum putrefactione dolorem perdidimus.*

¶ Putrĭfluus, a, um, faul, eiterichт. Eugenius Toletanus carm. 12
Anhela tussis exspuit putriflua.
Composita cum præposit.

¶ Compūtresco, ĕre, mit einander verfaulen, faul werden. Colum. lib. 5 cap. 10 *Mutuo contactu computrescent, aut vermibus interibunt.* Plinius lib. 13 cap. 13 *Libros cedrinos non computruisse.*

¶ Exputresco, ĕre, anbrüchich werden, stinckicht werden. Plaut. Curc. a. 2 sc. 1 v. 26 *Intestina exputrescunt tibi.*

¶ Imputresco, ĕre, idem. Columella lib. 6 cap. 17 [al. 16] *Animal ipsum oleo mersum necatur, & cum imputruit, conteritur.*

¶ Imputribĭlis, e, unverweßlich; ut, *Imputribili robore*, Paulinus Nolan. epist. 44 [al. 31] n. 2. Et, *imputribilis cedrus*, Hieronymus in versione Homiliæ 2 Origenis f. 369 ed. Colon. Et Augustinus Civ. Dei lib. 21 cap. 7 *imputribiles de putribilibus fiant.*

¶ Imputribĭliter, adverb. idem. Augustinus epist. 32 ad Paulinum: *Cedri Libani mundi hujus fluctus imputribiliter secant.*

Putus, a, um, vide paullo ante in *Puto.*

PYANEPSIA, æ, πυανεψία, scil. ἑορτὴ, vel in neutr. plur. Pyanepsia, orum, πυανέψια, festum fuit Athenis, coëtis leguminibus, quæ πύανα appellantur, in memoriam felicis reditus Thesei celebratum eo die, quo ille, interfecto Minotauro in Creta, & liberatis a difficili tributo Atheniensibus, urbem ingressus est. Nomen inde sumptum ferunt, quod reduces, fabarum & ciborum quicquid erat reliquum, commiscuerant, atque in unam ollam conjectum coxerant. Vnde & mensis *Pyanepsion*, ōnis, quo hæc sacra fiebant, cui *October* respondet. vid. Poll. & Eustath. & Plutarch. in Theseo.

PYCNĪTIS, idis, πυκνῖτις, verbascum, wüllkraut, Apul. de Herb. c. 71.

PYCNŎCŎMON, i, πυκνόκομον, herba est Dioscoridi lib. 4 n. 272, sed quam inter eas, quæ incognitæ omnibus sunt, retulit Matthiolus.

PYCNOSTȲLOS, & Pycnostylon, i, πυκνόστυλος, i. e. *crebris columnis*, das viel seulen hat, apud Vitruvium 3 cap. 2 & 3.

Pyctacium, vide supra *Pittacium.*

PYCTES, is, & Pycta, æ, pugil, ein kämpffer, fechter. Græcum est πύκτης, a πυκτέυω, pugno. Colum. lib. 8 cap. 2 *gallinaceum pyctem*, id est, certatorem dixit, einen hahn, der sich mit einem andern beist. Vsus & Seneca 1 Controverf. 3 extr. & Phædrus lib. 4 fab. 24 v. 5. Martial. lib. 11 epigr. 85 *stygmata,*
In vetuli pyctæ qualia fronte sedent.

¶ Pyctālis, e, i. e. pugillaris, fechterisch. Servius in Virg. Æn. 5 v. 373 *Victus est pyctali certamine.*

¶ Pyctŏmăchărius, i, πυκτομάχος, idem quod *Pyctes*, apud Firmicum lib. 8.

PYDNA, æ, urbs Macedoniæ, in Pieria, juxta sinum Thermaicum. vide Geograph. Meminerunt sæpe historici, ut Nepos Themist. cap. 8 n. 5, & Justinus 14 cap. 6 &c.

PȲGA, æ, πυγὴ, clunes, nates, der steiß. Horat. lib. 1 sat. 2 v. 133
Ne nummi pereant, aut pyga, aut denique fama.

¶ Pȳgiăcus, a, um, turpis, ad nates pertinens, ärschicht. Petron. in Satyric. *Puellam invitare ad pygiaca sacra.*

¶ Pȳgargus, i, πύγαργος, i. e. nates albas habens; Plinio 8 cap. 53 est silvestris caprea quædam non dissimilis damis, eine art eines rehbocks. ¶ 2. Est & aquilæ genus πύγαργος, cauda albicante, Aristoteli & Plin. 10 cap. 3. De caprea intelligendus etiam Juvenal. sat. 11 v. 138
Sumine cum magno lepus atque aper & pygargus.

¶ Depȳgis, e, parvis vel nullis natibus, kleinärschicht. Horat. 1 sat. 2 v. 93
Depygis, nasuta, brevi latere, ac pede longo est.

PYGMAEVS, i, πυγμαῖος, ein zwerg. *Pygmei* fingebantur homunciones ternos quadrantes non excedentes, cum gruibus decertantes, perdicibus pro vehiculo usi dicuntur, Athen. lib. 9 ex Basilide. Apud eumdem lib. 12 Melitæi vocantur ἄνθρωποι ἐκ ἄνθρωποι, *viri non viri*; non quia eunuchi, prout accipitur in veteri epigrammate: sed quia nani sive pumili, quales, ut paullum, Juvenalis versum immutemus, *Producit, quoties voluit Natura jocari.*
Sane hos, uti & similes Cæsar Augustus vocat *ludibria naturæ & mali ominis*, apud Sueton. in August. c. 83. conf. Aristot. lib. 8 Histor. Animal. cap. 12. Barth. ad Claudian. p. 430 seq. & ad Stat. Silv. pag. 155 seq. ¶ 2. Albertus simiarum genus, *Pygmeos*, non homines esse tradidit, eine affen-art. Mantuanus Colloquio inopum, in Epigrammatis ad Falconem: *Inter Pygmæos non pudet esse brevem.*

PYGMĂLION, ōnis, Beli, Tyri regis, filius, de quo Virg. Æn. 1 v. 346
Regna Tyri germanus habebat
Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes.

¶ Pygmălĭōnēus, a, um, adject. Silius lib. 6 v. 532
Pygmalionēam tentarem exponere gentem.

PȲLĂDES, æ, Πυλάδης, Strophii filius, Agamemnonis & filii ejus Orestis amicissimus. De Pyladis & Orestæ amicitia scripsit Cic. 2 de Finib. cap. 24. Et Martial. 6 epigr. 11
Vt præstem Pyladen, aliquis mihi præstet Orestem.
Conf. Stat. 2 Silv. 6 v. 54, & Juvenal. 16 v. 26. ¶ 2. Est & *Pylades* Pantomimi nomen, de quo Scaliger ad Eusebium p. 255. Et hunc quidem in comœdiâ, ut Bathyllum in tragœdia excelluisse, auctor est Seneca Rhetor. lib. 3 Excerpt. Controv. in Præfatione.

¶ Pyladēus, a, um, adject. ut, *Pyladea amicitia*, Cic. 2 de Fin. c. 26.

PYLAE, arum, πύλαι, græcum vocabulum, *portas* significans, sed quo Curtius usus est lib. 3 cap. 4 n. 2 & 11. Significat angustos montium aditus: Latini *Fauces* appellant, enge päffe. vide *Faux*. Sic & Cic. 5 ad Attic. epist. 20 *Iter in Ciliciam per Tauri pylas.*

¶ Pylæa, æ, πυλαία, scil. synodus, i. e. concilium Amphyctionum ad Pylas sive Thermopylas haberi solitum. Vnde &

¶ Pўlaĭcus, a, um, adject. ut, *Pylaicus conventus*, apud Livium 33 c. 35. vide supra *Amphyctiones.*

PȲLĒNE, es, Ætoliæ oppidum. vid. Stat. 8 Theb. v. 482.

PȲLŌRVS, i, πυλωρὸς, portæ custos, ein thürhüter. Item, dextrum ventriculi os. vid. Celsus 4 cap. 1, & Reinef Var. Lect. 3 cap. 18.

PȲLOS, i, πύλος, trium in Peloponneso urbium nomen, quæ singulæ Nestore tamquam alumno suo certantes gloriabantur, qui inde *Pylius* dictus fuit, vide *Nestor*. conf. Ovid. Heroid. epist. 1 v. 63.
Ἔστι πύλος πρὸ πύλοιο, πύλος γε μὲν ἔστι καὶ ἄλλος,
hoc est,
Est Pylus ante Pylum, siquidem est Pylus altera sane.
Plutarchus hunc versum apud Messenios proverbialem fuisse scripsit de eo, ubi quid alteri præfertur, ut antiquius & præstantius. vide Chiliad.

¶ Pȳlius, a, um, i. e. Nestoreus; ut, *Pylia senecta*, Martial. 8 epigr. 2. Et, *Pylium ævum*, Idem 4 epigr. 1.

PȲRA, æ, πυρὰ, congeries lignorum, rogus, in quo cremare cadavera antiqui consueverunt, ein holtz: oder scheiterhauffen. Virgil. 4 Æn. v. 494 *pyram erigere.* Idem Æn. 11 v. 204 *Innumeras struxēre pyras.*

PȲRACMON, ōnis, Πυράκμων, Cyclops est, servus Vulcani, ita dictus, quod ab igne ad incudem, & ab hac ad ignem perpetuo eat & redeat. Virgil. 8 Æneid. v. 424
Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro
Brontesque Steropesque & nudus membra Pyracmon.
Conf. Claudian. 3 Consul. Honor. v. 195, & de Rapt. Proserp. 1 v. 241.

PȲRĂLIS, idis, πυραλὶς, scribunt & πυραλλὶς, *Pyrallis*, Aristoteli & Plinio 10 cap. 74 avis est. Gaza *ignariam* interpretatus est, cum tamen non a πῦρ, *ignis*, sed a πυρὸς, *triticum*, nomen ipsi factum videatur, παρὰ τὸ εἰς τὸν πυρὸν ἅλλεσθαι, id est, *quod in fruges triticeas excurrat*: Columbæ nimirum species. Hadrianus. ¶ 2. Est & insectum magnitudine muscæ, ex igne proveniens, Plinio eidem lib. 11 cap. 36, ein feuerwürmlein, seu pennatum illud animalculum lucernis advolitans.

PȲRĂMIS, idis, fœm. πυραμὶς, moles maxima, ex lapidibus quadratis e lato in acutum tendens, ein pfeiler oder hohe seule, so oben spitzig ausgeht. Dicta ab ignis similitudine, qui surgens latior in acutum desinit. *Pyramides*, turres fastigiatas Ægyptiæ, quarum unam trecenta sexaginta hominum millia construxisse produntur, erogatis in raphanos & cepas octingentis talentis, inter mundi miracula Plinius retulit lib. 36 cap. 12. vide & Tacitum 2 Annal. cap. 61, Ammianum Marcellinum lib. 17, Propert. 3 eleg. 1 v. 56, & Martial. Spectac. 1. ¶ 2. *Pyramis* ædificium etiam est super puteum exstructum, die hütte oder das gebäude über dem schacht, Metallici vocant einen keppel: Agricola.

¶ Pȳrămĭdālis, e, zugespitzt wie ein kegel; ut, *Forma Pyramidalis.*

¶ Pyramidatus, a, um, idem; ut, *Corpora pyramidata*; id est, pyramidali formâ facta, quæ verba glossema sunt ad Cic. 1 de Nat. Deor. cap. 24 ex melioribus libris dudum extrusa.

PȲRĂMVS, i, amator Thisbæ; vid. Ovid Metam. lib. 4 v. 55, qui integram de iis fabulam narrat. ¶ 2. Est & *Pyramus* amnis Ciliciæ, qui ex Tauro monte in mare Pamphylium profluit. Cicero ejus meminit 3 fam. epist. 11. vide Curt. lib. 3 cap. 4 n. 7, & cap. 7 n. 5.

¶ Pyraineus, a, um, adject. ut, *arbor pyramea*, id est, morus, P. Serenus Sammonicus cap 29 v. 550.

PȲRAVSTA, æ, πυραυστὴς vel κλῆρ, clerus, vermiculus araneo similis, qui parit in alveis, nocet apibus, & facit, ut examen ægrotet, ein feuerwürmlein, Eber. Alia de *pyrausta* vel *pyralide* tradit Plin. lib. 11 cap. 36. Adde Casp. Schotti Physic. Curios. 7, 8, 1, & vide Chiliad. Erasm. *Pyraustæ interitus*: *Pyraustæ gaudes gaudium*, de gaudio, cui interitus junctus est.

PȲRĒNA, æ, lapis, qui & *theocolithos* & lapis *Judaicus*: ab olivæ nucleo dictum censent: cui aliquando inesse piscium spinæ videntur, Plin. lib. 37 cap. 11.

PȲRĒNE, es, substant. & Pyrenæus, i, adject. Πυρήνη, καὶ Πυρηναῖος, saltus & montes Pyrenæi, qui Gallias & Hispanias disterminant. Nomen habere dicunt a *Pyrene*, Bebrycii regis filia, Herculi amata, ibidem discerpta a bestiis. vide Silium lib. 3 v. 437 seqq. Tibullus lib. 1 eleg. 8 v. 9 *Tarbella Pyrene*
Testis, & Oceani litora Santonici.
Silius lib. 3 v. 417 *Pyrene celsâ nimbosi verticis arce.*
Et ibidem v. 415 *At Pyrenæi frondosa cacumina montis.*

Et Ausonius epist. 24 v. 69 *Bimaris juga ninguida Pyrenei.* De altitudine Pyrenæorum montium Thuanus lib. 2 de vitâ suâ p. 1321 & seqq. Eos buxo abundare, scribit Plin. lib. 16 cap. 16. ¶ 2. De *Pyrenæo*, rege Thraciæ, vide Ovid. Met. 5 v. 274 & 287. ¶ 3. *Pyrenæus* & Germaniæ mons, der Brenner. conf. Bernegg. ad Sueton. Cæsar. cap 25.

¶ Pyrēnaïcus, a, um, idem ac adjectivum *Pyrenæus*. Ausonius de Claris Vrbibus, in Narbone v. 6

Qua Pyrenaicis nivibus dirimuntur Iberi.

Alii quidem *Pyrenæis* legunt: sed Vinetus ex antiquo libro *Pyrenaicis*.

PȲRETHRVM, i, πύρεθρον, *herba salivaris* Latinis dicta, herba & radix passim nota, bertram, speichelkraut. vid. Dioscor. 3 cap. 86. Cels. 5 cap. 4 & 19. Plin. 28 cap. 9. Apic. 4 cap. 5; & 7 cap. 5. Seren. v. 99; & inprimis etiam Ovid. Art. am. 2 v. 418

Tritaque in annoso flava pyrethra mero.

PȲRĒTVS, i; monstrum humanæ & equinæ formæ. Ovid. Met. 12 v. 449 *Quid tibi victorem gemini Periphanta Pyreti.*

PYRGVS, i, πύργος, turris, eine burg. Livius lib. 27 cap. 32 *Postero ad castellum, Pyrgum vocant, copias eduxit.* Et Rutilius Itinerar. v. 223

pyrgique recedunt.

¶ 2. Per metaphoram alveolus, fritillus, turricula; sive vasculum, per quod mittebantur tali, ad tollendam ludentis fraudem. Horat. 2 satyr. 7 v. 17 *Mittere in pyrgum talos* dixit, durch den trichter würffeln.

PȲRIO, āre, a πυριᾶν vel πυριάζειν, *calefacere*, wärmen, einheitzen. Petron. Fragm. Tragur. p. 46 *In solio quod Trimalcioni pyriabatur.* vid. Reines. Schol. ad h. l. p. 108.

PȲRĪTES, æ, πυρίτης, lapis, qui percussus ignis edit scintillas, ein feuerstein, ein kiß. Pyritas a coloribus metallicis aliquot facit Agricola: ut, *Pyrites argenteo colore*, ein wasser- oder ein weisser kiß ꝛc: *Pyrites aureo colore*, ein kupffer-kiß, ꝛc. Pyritem plurimum habentem ignis *Vivum* appellari, Plinius ait lib. 30 cap. 19, Turneb. lib. 6 Adversar. cap. 9, Barth. ad Script. Venat p. 136.

PȲRŎBŎLVS, i, πυρόβολος, telum ignitum & ardens, quod cum flamma mittitur, ein feuerball, bombe, granade; a πῦρ, *ignis*, & βάλλω, *jacio*, quod ignem jaculetur. Ejus rei meminit Plutarchus in Dione, scribens, *pyrobolorum incendio complures extinctos.* Hinc

¶ Pyrobolārius, i, jaculator pyrobolorum, ein feuerwercker, granadirer. Ita Beroaldus ad Apul. lib. 4 Met. p. 459 legendum existimat apud Firmicum in Mathes. lib. 8 *Nati sub sidere caniculæ, erunt venatores, arenarii, pyrobolarii*; ubi alii, *parabolarii*.

PȲRŎCŎRAX, ācis, πυροκόραξ, Gesnerus *Pyrrhocorax* legit, corvus est luteo rostro, qui in Alpibus reperitur, ein alprab, *Corvus Alpinus*. ¶ 2. Altera species *pyrrhocoracis* graculus est saxatilis, rostro longiusculo rubro notus in Bavaria, eine steinthale.

PȲRŌDES, æ, πυρώδης, lapis qui & *Pyrites* dicitur. ¶ 2. Fuit & Cilicis filius hoc nomine, qui primus fertur ex silice ignem excussisse. vid. Plin. 7 c. 56.

PȲRŎIS, entis, unus ex equis Solis, Ovid. Metam. 2 v. 153, & Valer. Flacc. 5 v. 432. ¶ 2. Item Martis sidus, ab igneo colore dictus. Columell. lib. 10 v. 290

Sic micat & rutilus Pyrois, & rore corusco &c.

PYRŌPVS, i, πυρωπὸς, carbunculi genus, eine art eines feuerrothen carbunckelsteins. Ovid. 2 Metam. v. 2

Clara micante auro flammasque imitante pyropo.

PYRRHA, æ, Πύῤῥα, Deucalionis regis Thessaliæ uxor, ad quem in diluvio quodam in Græcia homines confugerunt. Hinc cum Pyrrhâ uxore genus humanum reparasse fingitur: Ovid. lib. 1 Metam. v. 350 &c.

PYRRHIA, æ, anûs vinosæ nomen apud Horatium lib. 1 epist. 13 v. 14. Procul dubio ex fabula aliqua sumtum.

PYRRHO, ōnis, philosophus, qui in omnibus hæsitavit, a quo *Pyrrhonii*, qui & *Sceptici* appellati. Vide Gell. lib. 11 cap. 5, & Cic. de Orat 3 cap. 17.

Pyrrhocŏrax, vide paullo ante *Pyrocorax*.

PYRRHVS, i, Πυῤῥὸς, a fulvis capillis, quos πυῤῥὸς Græci dicunt, filius fuit Achillis; idem & *Neoptolemus*, appellatus. Sic enim Servius indicavit. Alii vero *Neoptolemum* Pyrrhi fecerunt filium. ¶ 2. Alius Epirotarum rex, cui Romanorum potentiæ invidenti oraculum respondit: *Ajo te, Æacida, Romanos vincere posse.*

Hic ille *Pyrrhus* est, cui Hannibal primum inter maximos duces bellorum ex peritia & arte locum tribuit, ut Plutarchus ejus vitâ auctor est. Peritissimum fuisse strategematum, primumque ostendisse, quemadmodum ea disciplina per calculos in tabula traderetur, Donatus in Eunucho Terentii a. 4 sc. 7 v. 13 scribit. Ictu lapidis interiit: v. Nepos in Regibus cap. 2.

¶ Pyrrhicha, æ, vel Pyrrhiche, es, πυῤῥίχη, græcanicæ saltationis armatæ genus est, quam *Pyrrhus* instituit, vel *Pyrrhichus*, secundum Strabonem, ein schwerdtantz, waffentantz: vid. & Solin. cap. 16, Suetonius Cæsare c. 39, & Nerone c. 12. Egit de ea copiose Alex. ab Alex. Genial Dier. lib. 6 cap. 19, ibique Tiraquellus; Meursius in Orchestra p. 63. Lindebrog. ad Ammian. Marcellin. p. 49, præcipue Scaliger lib. 1 Poët. cap. 18. Inde &

¶ Pyrrhĭchius, i, pes dictus videtur, πυῤῥίχιος, brevibus syllabis duabus constans, ut *Deus*. vid. Quintilian. 9 cap. 4, & Sidon. 4 epist. 3.

¶ Pyrrhĭchārius, i, πυῤῥιχάριος, vel πυῤῥιχιστὴς, pyrrhichæ saltator, ein schwerdtäntzer, vid. Vlpian. l. 8 § 11 Dig. de pœnis, & Rhodig. Ant. Lect. 4 cap. 5, & Postell. de Magistr. Athen cap. 22.

¶ Pyrrhŏpœcĭlus, i, πυῤῥοποίκιλος, marmoris genus, ita dictum, quod rubri coloris maculis distinguatur, rothsprenglicht: Plin. 36 c. 8 & 22.

Pȳrus, arbor: & pyrum, fructus, vide supra *Pirus*.

PȲTHĂGŎRAS, æ, Πυθαγόρας, Samius fuit philosophus, qui post multas discendi caussa peregrinationes confectas Polycratis tyrannidem, a quo patria ipsius tenebatur, fugiens, in ultimam Italiæ partem, magnam Græciam dictam, concessit, in eaque docuit, Tarquinio Superbo, (uti Cicero docet 4 Tuscul. Quæst. cap. 1,) seu, ut alii tradiderunt, Servio Tullio, regnante. Nomen ex eo accepisse dicitur, quod non minus vera loqueretur, quam Apollo Pythius. Discipulos, quos in ludum suum post ingenii explorationem admisisset, certo tacere tempore atque audire tantùm jussit. Id tempus ἐχεμυθία appellabatur, de quo Gellius lib. 1 cap. 9. Dimissos porro e ludo eosdem, priusquam ædes ingrederentur, recitare jussit hunc versiculum, quo omnes humanæ vitæ visus est fuisse complexus ipsus: πῆ παρέβην, τί δ' ἔρεξα, τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;

Quæ prætergressus? quid gestum in tempore, quid non?

Qui versus inter aurea ipsius continetur carmina. Tantum ejus valuit auctoritas, ut, si quid Pythagoræi affirmarent in disputando, cum ex iis quæreretur, quare ita esset, responderent: αὐτὸς ἔφα, *ipse dixit. Ipse* autem erat Pythagoras. vid. Cic. de N. D. 1 cap. 5. Tandem cum in delubro Musarum Metaponti, cum dies XL absque cibo perstitisset, defecisse, scribit Diog. Laërt. natum annos XXC. Ejus vitam Jamblichus etiam & Malchus scripserunt: vide & S. Hieronymum Apolog. 3 adversus Ruffin. & Julium Firmicum lib. 1 Mathes. cap. 3. Inter dogmata ejus celeberrimum de metempsychosi est, qua se primum Euphorbum, secundo Callidem, tertio Hermotimum, quarto Pyrrhum, atque sic demum Pythagoram fuisse, dicebat. Pythagoram ex Judæorum disciplina atque præceptis plura derivasse in philosophiam suam, multos arbitratos fuisse, B. Ambrosius epist. 6 scribit. Et Salvianus lib. 1 de Providentia scribit, philosophiam Pythagoram, tamquam magistrum suum; suspexisse. Quæ laus maxima est, ipsique semper data a sapientibus. ¶ Morhof. in Polyhist. Litter. lib. 1 cap. 9 observat, esse in antiqua historia 28 Pythagoras, uti 20 Hippocrates, totidemque Socrates, 16 Platones, 50 Dionysios.

¶ Pȳthăgŏræus, a, um, adject. ut, *Somnia Pythagoræa*, Horat 2 epist. 1 v. 52. ¶ Substantive *Pythagorei* sunt discipuli & asseclæ Pythagoræ; ut, *Referta quondam Italia Pythagoræorum fuit*, Cicer. 2 de Orat. cap. 37. A carnibus abstinuerunt Pythagoræi, victum enim placabilem esse voluerunt, & valetudini consulere: vid. Laërt. lib. 8. Lucian. in Gallo, & Porphyrius lib. 2 de non interficiendis animalibus.

¶ Pythagorĭcus, a, um, aliud adject. ut, *Pythagorica prudentia*, Valer. Max. 4, 7, 10. Δόγμα Πυθαγορικὸν, Scholiastes Theocriti in Eidyll. 14 v. 5. *Philosophia Pythagorica*, Plin. 13 cap. 13. Et substantive *Pythagorĭci*, iidem qui *Pythagorei*. Cic. 1 de Divin. cap. 30 *Pythagoricis interdictum, ne fabâ vescerentur.*

¶ Pȳthăgŏristæ, ārum, quomodo a Pythagoricis differant, disputat Scholiastes Theocriti in Eidyll. 14 v. 5.

¶ Pythagorisso, are, id est, Pythagoræ philosophiam sectari, Apulejus dixit extremo lib. 2 Floridorum.

PȲTHAVLES, & Pythaula, æ, πυθαύλης, tibicen, qui in urbe Pytho pæanes in honorem Apollinis canebat. Postea ad illos etiam tibicines translata vox est, qui in comœdiis tragœdiisque canebant. Varro ὄνος λύρας: *Inflet priusquam tibias in orchestra*

Domi suæ pythaula rumices rumpit.

Diomedes: *Quando chorus canebat, choricis tibiis, i. e. choraulicis artifex concinebat: In canticis autem Pythaules Pythicis respondebat.* Exstat hæc vox & apud Senecam epist. 67. Scaliger Commentario in Ætnam, Pithaulam ἀπὸ τῶν πίθων, a *doliis* deducit. Male: ut Salmasius ostendit ad Carinum Vopisci. conf. Voss. lib. 2 Instit. Poët. p. 181, & supra *Pithaules*.

PȲTHEVS, i, Πυθέας, rex quispiam Lacedæmoniorum, fuit Xerxis temporibus, de quo & ejus aurifodinis multa retulit Plutarchus lib. de mulierum virtute. Idem *Pythius* Plinio est 33 c. 10.

PȲTHIAS, æ, Pythagoræus: Damonis amicus, qui tamen Plutarcho & Jamblicho Φιντίας appellatur. Apud Ciceronem quoque lib. 3 de Officiis cap. 14, & apud Valerium Maximum lib. 4, ubi ejus mentio fit, *Pynthiam*, vel *Phinthiam* in antiquis codicibus scribi, Petrus Daniel & Turnebus lib. 20 Advers. cap. 13 observarunt. De summa ejus in Damonem fide, vide supra in *Damon*, & Latinum Pacatum Panegyrico Theodosii cap. 17.

PYTHIAS, ădis, Aristotelis filia. Tribus nupsit viris. Primùm Nicanori Stagiritæ, familiari Aristotelis: Deinde Procli, qui genus duxerat a Demarato rege Lacedæmoniorum; is duos ex ea suscepit filios, Proclem, & Demaratum; uterque philosophiæ dedit operam apud Theophrastum: denique Metrodoro medico, Chrysippi Cnidii discipulo, præceptori autem Erasistrati, cui natus est filius Aristoteles. Vid. Sext. Empiricum adv. Mathemat. p. 51.

PȲTHON, vel Pytho, ōnis, πύθων, serpens miræ magnitudinis, quem Apollo sagittis confecit: quam fabulam Ovidius reddit 1 Metam. fab. 8, & interpretatur Macrobius lib. 1 Saturn. c. 17 circa fin. ¶ 2. *Pytho* etiam dicitur spiritus divinator, & oraculum Apollinis Delphici, vel locus certe, ubi oraculum edebatur, ein wahrsager-geist. Tibullus 2 eleg. 3 v. 27

Delos ubi nunc, Phœbe, tua est? ubi Delphica Pytho?

Et Lucanus 5 v. 134 *seu barbarica cum lampade Pytho*

Arsit, in immensas cineres abiêre cavernas,

Et Phœbi tenuere viam.

Per *barbaricam lampada*, intelligit a Brenno illatas faces Delphis. Quo incendio dicit specum illum, unde reddebantur oracula, oppletum cineribus, & ita vias, per quas fatidicus ille spiritus ferebatur, obstructas fuisse. Πνεῦμα πύθωνος appellat Lucas in Actis cap. 16 v. 16. Plutarch. lib. de Defectu Oraculorum significat, omnes homines, qui spiritu fatidico correpti essent, πύθωνας sive *Pythones* appellatos.

¶ Pȳthius, a, um, adject. ut, *Pythium oraculum*, Cic. de Divin. 1 cap. 1. *Pythia vates*, Juvenal. satyr. 13 v. 169. Et Propert. 3 eleg. 11 v. 54

Dum petit intonsi Pythia regna Dei, i. e. Delphos.

¶ Pȳthius, i, subst. cognomentum Apollinis, a Pythone interfecto: quamquam alii ejus rationem aliunde deduxerint, de quo Macrobius loco laudato. Propert. 2 eleg. 23 v. 16

Pythius in longa carmina veste sonat.

¶ Pythia, æ, subst. sacerdos virgo Apollinis Pythii, quæ ori specûs insidens spiritum fatidicum prodeuntem recipiebat & sic reddebat oracula.

culi. vid. Nepos Miltiade cap. 1. Alio nomine *Phœbas*. Pollux 1 c. 1 ἰδίων δὲ ἐν Δελφοῖς προφῆτις, Πυθία. vid. Diod. Sicul. lib. 16. Gyrald. Histor. Deor. Syntagm. 7. Longinum περὶ ὕψους Sect. 11 p. 74, & Origenem contra Celsum lib. 3. Adde etiam Cicer. de Divin. 1 cap. 19 & 36.

¶ Pȳthia, ōrum, ludi in Apollinis Pythii honorem apud Græcos constituti: in quibus qui vicerant, *Pythionicæ* appellati, lauro coronabantur. Ovid. Metam. 1 v. 446

Instituit sacros celebri certamine ludos;
Pythia de domitæ serpentis nomine dictos.

Conf. Horat. Art. Poët. v. 414, & Apulej. de Doctr. Platon.

¶ Pythion, i, subst. bulbi genus, Plin. 19 cap. 5.

¶ Pȳthĭcus, a, um, aliud adjectiv. Valer. Max. 1, 8, 10 *Veridica Pythicæ divinationis præcurrit.* Ammian. 29 cap. 1 *Versus Pythici, vel ex oraculis editi.* Et Tertull. adv. Gnosticos cap. 6 *Carthago donata Pythico agone.*

¶ Pythōnĭcus, a, um, zauberisch, hexenmeisterisch. Tertull. de Anima cap. 28 *Scimus magos elicere explorandis occultis per Pythonicos spiritus.* conf. & ibid. cap. 57.

¶ Pȳthōnissa, æ, mulier spiritu Pythonico correpta, eine wahrsagerin, zauberin; Vulg. Interpr. 1 Paral. 10 v. 13.

¶ Pythōnion, i, πυθώνιον, herba; tum symphoniaca, tum dracontea. vid. Apulej. de Herb. c. 4 & c. 14.

¶ Pythonoscome, es, in Asia campus patens, ubi primo adventus sui tempore ciconiæ advolant, & eam, quæ ultima advenerit, lancinant universæ. vid. Plin. 10 cap. 23, & Solin. c. 53.

PȲTISMA, ătis, πύτισμα, sputi irroratio, die benetzung mit speichel, a πυτίζειν, *sputo madefacere*, mit speichel besprützen, bestreichen: Juvenal. satyr. 11 v. 173, & Vitruv. lib. 7 cap. 4 extr. ut Salmasius legit. ¶ 2. Scribunt & *Ptysma*, a πτύειν, *spuere*. Vide Scaligerum, & Guyetum supra in *Pitisso* cit. locis.

Pyxacanthus, pyxidatus, &c. vide sequens *Pyxis*.

PYXIS, idis, πύξις, ἀπὸ τοῦ πύξος, quod nomen *buxum* significat, unde & pyxidem *buxulum* Itali vocant, eine apothecker-oder krämer-büchse, schachtel. vid. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 150. *Pyxis arenaria*, eine sandbüchse. *Pyxis nautica*, ein seecompaß. *Pyxis stannea*: Plin. 29 c. 2 *in stannea pyxide conditur.* Et, *pyxide conditum*, Idem lib. 27 c. 10. Et Martial. 9 epigr. 38 *Et lateas centum condita pyxidibus.*

¶ Pyxĭdĭcŭla, æ, diminutivum, πυξίδιον, πινακίδιον, ein büchslein, schächtlein. Celsus lib. 6 cap. 6 n. 5 de Cleonis collyrio: *quod cum miscueris, in pyxidicula servetur.*

¶ Pyxĭdātus, a, um, adject. ad instar pyxidis in commissura formatus, zusammen gehend wie eine büchse. Plin. 31 c. 6 pr. *Fictiles tubi, commissuris pyxidatis.*

¶ Pyxĭnus, a, um, πύξινος, buxeus, in pyxide servatus, das man in büchsen hat; ut, *Evelpidis pyxinum*, scil. *collyrium*, Celsus 6 cap. 6 n. 25.

¶ Pyxacanthus, i, πυξάκανθος, frutex, buchsdorn, Plin. 12 cap. 7, & 24 cap. 13 & 14.

Q.

Q LITTERA muta & vetustissimis ignota, vim habet duarum litterarum, C nimirum & V; sed propter solidiorem aut pinguiorem sonum inter litteras usurpari, cœpta est. Cognationis cum C, exempla sunt: *Quis, cujus, cui*, &c. *Coquus, Cocus; Quum, Cum.* Quamquam & hâc litteratura cum differentia quadam nonnulli utantur, ut *Quum* adverbium, *Cum* præpositionem dicant. Duriores hæc littera syllabas efficit, Quintiliani testimonio. Vsurpatur ad indicandam quassationem. ¶ 2. In prænominibus sola præposita, *Quintum* vel *Quintium* præstat: ut *Q. Fabius Maximus, Q. Æmilius Lepidus, Q. Cæcilius Metellus*, &c.

Qua, quacunque, quadantĕnus, vide infra *Qui*.

QVĀDI, ōrum, prisca Germanorum gens, Marcomannis vicina, ut ex Tacito constat Germ. c. 42 & 43. Marcomanni, Bojohemum olim habuere: *Quadi* autem ipsi *Moravi* sunt, ut abunde Philippus Cluverius in Antiqua Germania lib. 3 demonstravit.

Quadra, quadrans, quadraginta, & cætera composita multa a *Quatuor*, vide paullo inferius sub *Quatuor*.

Quadrangulus, &c. Quadriennium, Quadrifariam, Quadrifidus, Quadrifinalis, quadrifinium, Quadrifluvius, quadrifluus, Quadriforis, Quadrigæ, vide supra *Angulus, Annus, Fari, Findo, Finis, Fluo, Foris, Jugum.*

QVADRĪGĀRIVS, i, sive Q. Claudius Quadrigarius, scriptor antiquus Historiarum, Livio, Gellio, Macrobio, aliis laudatus, sed varie. Alii enim libros ejus *Annales*: alii *Historias*: alii *rerum Romanarum* vocant. ¶ 2. Item qui quadrigas agit. Vide supra in *Jugum*.

Quadrigatus, Quadrigeminus, Quadrijugus, Quadrilibris, Quadrimatus, quadrimulus, quadrimus, quadringeni, &c. Quadripartitus, Quadriremis, Quadrivium, Quadro, āre, Quadrupĕdans, quadrupes, Quadruplator, quadruplus, &c. Quadrurbs, vide *Jugum, Geminus, Jugum, Libra, Quatuor, Pars, Remus, Via, Quatuor, Pes, Quatuor, Vrbs.*

QVAERO, quæsīvi, quæsītum, quærĕre, indagare, vestigare, suchen. Terent. Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 3 *Vbi quæram? ubi investigem? quem percenter?* Idem Adelph. a. 3 sc. 4 v. 15 *Te ipsum quærebam.* Et, *Quærere caussam quamobrem*, &c. Terent Eunuch. a. 5 sc. 5 extr. Et, *Salutem alicui malo quærere*, Idem Adelph. a. 3 sc. 2 v. 2. Et, *Remedium ad rem aliquam quærere*, Cicer. pro Cluent. cap. 9, rath suchen. Albinovanus in Mæcenatis obitum; *Quærebat amatæ Conjugis amplexus*: ubi *quærere* capiunt pro *inquirere*, & *investigare oculis*. Quorsum illud Propertii etiam trahunt lib. 1 eleg. 17 v. 18 *Optatos quærere Tyndaridas.* ¶ 2. Item cogitare, cupere, velle, laborare, &c. sich bemühen, trachten., Horat. lib. 3 ode 27 v. 55

speciosa quæro
Pascere tigres.

Et lib. 1 oda 11 pr.

Tu ne quæsieris scire, (nefas,) quem mihi, quem tibi
Finem Dii dederint.

Et aliis pluribus locis. Gaudet enim hac forma Horatius. Nepos Conone cap. 2 *Rebus autem patriæ afflictis non quæsivit, ubi ipse tuto viveret, sed unde præsidio esset civibus suis.* QVAESIVIT, recogitavit, deliberavit apud animum. Terent. Heaut. a. 3 sc. 1 v. 83 *Dum id quæro, tibi qui filium restituerem.* Ibidem a. 1 sc. 1 v. 9 *Quid vis tibi? Quid quæris?* was denckestu doch? Et Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 10 *Quid sibi hic vestitus quærit?* id est, quid vult: quo spectat aut pertinet hic vestitus? Et Heaut. a. 4 sc. 2 v. 8

Nihil tam difficile est, quin quærendo investigari possit.

Tacitus de Germania cap. 2 *Classibus advehebantur, qui mutare sedes quærebant*, i. e. volebant. ¶ 3. Significat & *Percontari* seu interrogare, fragen, forschen. Terent. in Andr. a. 1 sc. 1 v. 62 *Item alio die quærebam*, des andern tages fragte ich auch. Sic, *Quæro abs te: Quæro ex te*, ich frage dich; *Quærat aliquis: Quæret fortasse quispiam*, es möchte jemand fragen, sunt Prolepseos formulæ apud Ciceronem. vide pro Arch. c. 6 pr. &c. Nec minus elegans est illud *Quid quæris?* hoc est, quid multa? verbo complectamur omnia, kürtzlich zu sagen, quo Cicero usus est 7 fam. epist. 3, & lib. 1 ad Attic. epist. 14 extr. ad quem locum plura Casaubonus collegit, quæ videas p. 93 ed. Græv. Cum hoc confert Manutius ad 4 famil. epist. 4 p. 191 formam *Noli quærere.* ¶ 4. Et est præcipue judicum, cum de factis inquirunt, testesque interrogant, &c. wann sie über einer that verhör anstellen. Vnde & *Quæsitores* appellati. De quibus Cicero 1 ad Atticum epist. 17 *Senatus censuit, ut de iis, qui ob judicandum pecuniam accepissent, quæreretur.* Idem pro Milone cap. 22 *Majores nostri in dominum de servis quæri noluerunt.* Et, *Tormentis*, vel *per tormenta quærere rem*, apud Cicer. pro Dejot. cap. 1, & Suetonium Tiber. c. 58, peinlich fragen. Sic, *legibus quærere*, est disquirere, seu quæstionem instituere de facto aliquo, an illud pœnâ legibus definita puniendum sit. Cicer. pro Milone cap. 6 *Decernebat enim, ut veteribus legibus extra ordinem quæreretur.* Seneca Ludo de morte Claudii sub fin. *Ducit illum ad tribunal Æaci. Is lege Cornelia, quæ de sicariis lata est, quærebat.* ¶ 5. Est & *acquirere*, πορίζειν, gewinnen, erwerben. Plautus Curcul. a. 3 v. 10

Qui homo mature quæsivit pecuniam;
Nisi eam mature parsit, mature esurit.

Horat. lib. 1 epist. 15 v. 32

Quicquid quæsierat, ventri donabat avaro.

Ovidius 1 Fastor. v. 212

Quærere ut absumant, absumta requirere certant.

Porcius Latro apud Senecam controversia 15 *Plus ista intra unam viciniam, quam ego toto mari, quæsivit.*

¶ Quæsītus, a, um, captatus, accersitus, affectatus, gesucht, herzugezogen: ut, *quæsitum crimen*, Tacit. 4 Hist. c. 49 n. 8; *quæsita comitas*, Idem 6 Annal. cap. 50; & *quæsita asperitas*, Annal. 5 cap. 3; & *quæsitior adulatio*, 3 Annal. c. 57 n. 1. In his *Quæsitum* illi, quod sponte, & ultro, & naturaliter inest, opponitur. Idem Tac. *quæsitissimos honores* dixit 2 Annal. c. 53 n. 3, was man für ehre erdencken können. Et, *Epulas quæsitissimas*, Macrobius lib. 3 Saturn. c. 13, i. e. summo studio conquisitas.

¶ Quæsītum, i, substantive velut, pro eo, quod postulatum, partum & acquisitum est, ein gesuch, begehr. Cicero Paradoxo 6 *Quis hunc non putet confiteri, sibi quæsito opus esse? Cui autem quæsito opus sit, quis unquam hunc vere dixerit divitem?* conf. Plaut. Curcul. a. 5 sc. 1 v. 6. Ovid. Met. 7 v. 656 *Parcumque genus, patiensque laborum,*

Quæsitique tenax; & qui quæsita reservent.

Item Met. 4 v. 493 *Accipe quæsiti caussam.*

¶ Quæsītus, ûs, substant. die suchung. Plin. 51 cap. 9 *Inermi quæsitu cognitus.*

¶ Quæsītio, ōnis, idem. Plaut. Pseud. a. 2 sc. 2 v. 68 *Sed videsis ne in quæsitione sis mihi*, i. e. ne quærendus sis mihi. Alii, *in quæstione*. conf. Plaut. Pers. a. 1 sc. 1 v. 52, & Cistell. a. 2 sc. 3 v. 48, & Capt. a. 2 sc. 2 v. 3. Tribuitur etiam Apulejo: *Quæsitioni intentus.*

¶ Quæstio, ōnis, contractum ex *Quæsitio*, eine frage: ut, *Perdifficilis & perobscura quæstio est de natura Deorum*, Cic. principio lib. 1 de N. D. *In quæstione est, quis* &c. Plin. lib. 10 cap. 22, & Gell. 13 cap. 14. *Res habet aliquid quæstionis*, Cic. in Orat. cap. 20, die sache ist noch disputirlich, ungewiß. *Instituere quæstionem*, Quintil. 7 cap. 1 p. 504, eine frage anstellen. *In quæstionem res venit*, ibid. c. 2 p. 519. Juvenal. satyr. 3 v. 140 *Protinus ad censum: de moribus ultima fiet Quæstio.*
Quod ad illud facit: *An dives, omnes quærimus: nemo, an bonus?* ¶ 2. Inquisitio quælibet, die suchung, nachforschung, erkundigung. Plautus Captiv. a. 2 sc. 2 v. 3 *Edepol tibi ne in quæstione essemus, cautum est*, i. e. ne quærendi essemus, daß du nicht suchen dürfftest: & Pseud. a. 2 sc. 2 *Sed vide ne in quæstione sis, quando accersam mihi.* Cic. 4 Acad. cap. 8 *Quæstio est appetitio cognitionis: quæstionisque finis inventio.* De ea inquisitione loquitur, quæ fit mente, atque cogitando. ¶ 3. Item, inquisitio de jure aut facto, peinliche nachfrage. Sallust. Jugurth. cap. 31 *In plebem Rom. quæstiones graves habitæ sunt*, i. e. magnæ inquisitiones torturæ corporis veritatis caussa. Cicer. pro Milone cap. 21 extr. *Facti in equuleo quæstio est, juris in judicio*, marter, folterung. *Habere quæstionem de servis*, die knechte lassen überziehen, und peinlich fragen, Idem pro Rosc. cap. 28. Sic &, *Quærere*, vel *quærere tormentis*, martern, peinlich fragen. *Quæstionem decernere de re*, Cæsar 7 B. Gall. c. 43. *In quæstionem aliquem postulare*, Cicer. pro S. Rosc. cap. 28, die rechtfertigung begehren. *Quæstionem exercere*, Suetonius Cæsare cap. 11, ubi vide Berneggerum. *Quæstioni dare*,

zur peinlichen frage stellen, liefern, Plautus Mostell. a. 5 sc. 1 v. 38 & 46; & *Quæstioni accipere*, ibid. v. 44. Vnde *Quæstionare* verbum formavit posterior Latinitas, & nomen *Quæstionarius*, de quibus infra. ¶ 4. Quæstionem a tractatione Seneca distinguit Controv. 1 p. 84 *Adjecit quæstionem Gallio alteram: an abdicari possit jam adoptatus, ob id vitium, quod, antequam adoptaretur, notum fuit adoptanti: Hoc autem ex æquitatis parte pendet, & tractatio magis est quam quæstio.* Inter hæc duo vocabula id interesse videtur Antonio Contio lib. 2 Lect. subsec. quod *tractatio* sit multiplex & implicata ex æqui bonique partibus rei alicujus explicatio & confirmatio; *quæstio* vero simplex rei propositæ vel ex jure, vel ex conjecturis adprobatio.

¶ Quæstiuncŭla, æ, diminut. eine kleine frage. Cicer. lib. 1 de Orat. cap. 22 *Mihi nunc vos, tamquam alicui Græculo, quæstiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis*, ihr legt mir eine frage für.

¶ Quæsītor, ōris, qui de jure & facto inquirit, ein nachforscher, der auf articul fragt. Asconius in proœm. action. Verrin. p. 55 QVAESITOREM, prætorem, *de pecuniis repetundis quæstionem exercentem* interpretatur. *Nam proprie* (ut idem subjicit) QVAESITORES *dicuntur criminalium quæstionum*, ut Virgilius [Æn. 6 v. 432]

Quæsitor Minos urnam movet.

CRIMINALES QVAESTIONES, capitales sunt. Eleganter Prudentius de Deo, Hymno ante somnum v. 89

Quæsitor ille solus
Animæque corporisque.

Etsi vero proprie PRAETORVM erat, *quærere*, sive *exercere quæstiones*, h. e. quæsitorem agere; nonnunquam tamen *quæsitores* alii sunt. Asconius in 1 Verrinam: *Junius quæsitor fuit in Cluentii caussa, Verre prætore.* Igitur *Quæsitor* non tantum prætor ipse est, verum etiam, cui has partes suas prætor delegavit, qui & IVDEX QVAESTIONIS appellatur. Hoc functus munere Julius, cum quæstionem de sicariis exerceret, ut Casaubonus contra Torrentium docet ad Suetonii Cæsarem cap. 11. Vide & Sigonium lib. 2 de antiquo Jure Civ. Romanor. cap. 18 p. 135, itemque Onufrium Commentario in 1 Fastorum pag. 66.

¶ Quæstor, ōris, contractum est ex *Quæsitor*; cumque hæc duo in origine nihil differant, etiam unum idemque significare videntur, ein nachforscher, untersucher. Sic *Quæstores parricidii* in XII Tabb. nominantur, qui rebus capitalibus præerant, apud Pomponium JCtum D. de Orig. Juris § 23. Vsus tamen obtinuit, ut *quæsitor* & *quæstor* sæpius diversa significent. Hinc ¶ 2. *Quæstor* dicitur, qui pecunias publicas conquirit, reponit, dispensat: a quo munere magistratus publicos auspicabantur senatores Romæ, ein rentmeister, pfennigmeister, schösser. Asconius: *Hæc erat prima administratio senatoris, quæstorem fieri, & in provincia curam gerere pecuniæ publicæ in usus diversos erogandæ.* Sic Nepos 24, 1, 3 *M. Porc. Catonem quæstorem obtigisse P. Corn. Scipioni Africano, consuli*, scripsit. Initio autem duo fuere quæstores Romæ: postea auctis opibus ad octo numerus crevit: hinc *Quæstorum collegium* Suetonio nominatur in Claudio cap. 24. Vide Tacitum Annal 11 cap. 22, & e Junioribus Onufrium Comment. in 1 Fastorum p. 65, ut & Lipsium de magistratibus Romanis cap. 16. Ex his quidam *Candidati Principum* dicebantur, ut Vlpianus auctor L. unica D. de Officio Quæstoris § 2 & 4. *Candidatos Quæstores* Lampridius vocat in Alexandro Severo c. 43. Horum erat, libellos, sive Epistolas, & Orationes, hoc est, Rescripta, mandataque sive sancita Principum in Senatu legere, ut idem Vlpianus citatis locis declarat: quod & Suetonius ostendit Augusto cap. 65, & in Tito cap. 6, & Nerone cap. 15. Multa de his Quæstoribus, eorumque officio, & dignitate Cassiodorus in Variis non uno loco: vide præcipue lib. 5 epist. 4, & lib. 6 epist. 5, & lib. 10 epist. 7; & de Quæstoribus Provinciarum Car. Sigonium lib. 2 de antiq. jure provinc. cap. 2 & 3.

¶ Quæstōrius, a, um, zum rentmeister gehörig; ut, *officium quæstorium*, Cic. 2 fam. epist. 17; & *vir quæstorius*, quæsturâ functus: Idem in Philippica 13 cap. 14 *Qui Ædilitii? qui Tribunitii? qui Quæstorii?* Sic, *Quæstoria ornamenta* apud Sueton. Claudio cap. 28.

¶ Quæstōrium, i, substant. in castris, quæstoris dicebatur tabernaculum, die renterey. Cicero pro Plancio cap. 41 *Iste Thessalonicam me, in quæstoriumque perduxit.*

¶ Quæstūra, æ, quæstoris dignitas, das rentmeister-amt. Cicero ad fam. lib. 13 epist. 38 *Cujus cum patre magna mihi fuit amicitia jam inde a quæstura mea Siciliensi.*

¶ Quæstus, ûs, artificium ipsum pecuniæ lucrandæ, & lucrum, eine handthierung, eine nahrung, ein genuß, gewinn. Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 21 *Imperavi egomet mihi omnia assentari, is quæstus nunc est multo uberrimus*, dieses trägt ietzt am meisten. *Quæstûs liberales, sordidi*, Cic. 1 Offic. cap. 42, ehrlich, unehrlich gewerb. *Facere aliquid sui quæstus aut commodi caussa*, Idem pro S. Rosc. cap 38, um gewinns willen. *Facere quæstum in aliqua re*, Cic. lib 15 fam. epist. 14 pr. ad Cassium, gewinst darvon haben. *Habere remp. quæstui, turpe est*, Idem 2 Offic. cap. 22. *Pecuniam in quæstu relinquere*, Cicer. in Pison. c. 35. *Quæstum occipere*, ein gewerb anfangen, Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 52. Et Plautus Asinar. a. 1 sc. 3 *Ad suum quemque hominem quæstum esse æquum est callidum.* ¶ Genitivus antiquus *Quæsti* pro *Quæstûs* occurrit apud Terent. Hecyr. a. 5 sc. 1 v. 9, & a. 5 sc. 3 v. 38; item Plaut. Aul. a. 1 sc. 2 v. 5 &c. conf. Nonius cap. 8 n. 6.

¶ Quæstĭcŭlus, i, diminut. id est, lucellum, ein gewerblein, genießgen. Cicero de Divinat lib. 2 cap. 15 *Meus quæsticulus cum cælo.* Et Apulej. Met. lib. 11 *Quæsticulus forensis.*

¶ Quæstuōsus, a, um, gewinnhafft, nutzbarlich, einträglich; ut, *Mercatura quæstuosa*, ein handel, so da viel trägt, Cicer. 5 de Finib. cap. 30. *Quæstuosum emporium*, Livius lib. 39 cap. 25. *Benignitas quæstuosior*, Cic. Agrar. 1 cap. 4. *Hoc multo est quæstuosius, quam si* &c. Cicer. 2 Agrar. cap. 25 extr. *In rusticatione antiquissima est ratio pascendi, eademque quæstuosissima*, Columell. proœm. lib. 6. *Quæstuosissima officina*, Cic. 2 Philipp. cap. 14.

¶ Quæstuōse, adverb. idem. Seneca lib. 4 de Benef. cap. 3 *Istud non beneficium, sed fœnus est, circumspicere, non ubi optime ponas, sed ubi quæstuosissime habeas, unde facillime tollas.*

¶ Quæstuārius, a, um, quæstum exercens, gewinnsüchtig, der oder die ein gewerbe treibt. Gloss. *Quæstuarius*, χρηματιστικός. Tertull. Apolog. cap. 13 *Majestas quæstuaria efficitur: circuit caupanas religio mendicans.* *Quæstuaria*, in Glossis est πορνική. Seneca lib. 6 de Benef. cap. 32, de muliere quæstum corporis sui faciente, Augusti filia, *ex adultera*, inquit, *in quæstuariam versa.* Et Lege 4 § 3 Dig de his qui notantur infamia: *Lenocinium facit, qui quæstuaria mancipia habuerit.*

¶ Quærĭto, are, frequentativum, offt fragen, suchen. Plautus Rudente a. 1 sc. 2 v. 22 *Quid tu id quæritas?* was fragst du so darnach? Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 48 *lana ac tela victum quæritare.* Plaut. Amph. a. 4 sc. 1 v. 6 *Sum defessus quæritando.* Idem Merc. a. 5 sc. 2 v. 16 *Quonam ego illum curram quæritatum?*

¶ Quæso, ĕre, defect. ponitur ab antiquis pro *quærere*, suchen, mutata canina ira in serpentinum sibilum, uti cum Acidalio Taubmannus loquitur ad Plaut. p. 549. Ennius apud Festum: *Nautis mari quæsentibus vitam.* Item: *Ducit me uxorem liberorum sibi quæsendum gratia*, &c. ¶ 2. *Quæso* idem significat quod δέομαι, *oro, rogo*, ich bitte. Sic, *Prece quæsit*, Lucret. lib. 5 v. 1228. *Mirum est, me, ut redeam, te opere tanto quæsere*, Plaut. Bacchid. a. 2 sc. 2 pr. Et Cic. in Arat. v. 18 *Si quæsere perges.* vide quæ ibi notat Gruterus. Apulejus lib. 4 Miles. p. 147 *Multis nos affatibus multisque precibus quæsens.* Sic, *Deos quæso, ut sit superstes*, Terent. Andr. a. 3 sc. 2 v. 7. *Deos quæsumus, ut consilia tua reipubl. salutaria sint*, Brutus ad Cicer. lib. 11 epist. 3 extr. Et, *A te maximopere peto & quæso*, Cic. 3 fam. epist. 2. *Quæso a vobis, mihi detis hanc veniam*, Idem pro Arch. cap. 2. *De te quæso, etiam atque etiam vide*, Cicero lib. 15 ad Attic. epist. 8. ¶ 3. *Quæso* blandientis est ut *amabo*, ey lieber. Ter. Andr. a. 1 sc. 2 v. 33 *Bona verba quæso*, tröste besser. *Quæso, quid hoc est?* lieber, was ist das? Cic. ad Att. lib. 7 epist. 11 pr. Et, *Fac quæso, qui ego sum, esse te*, Idem lib. 7 fam. epist. 24.

¶ Quæstiōno, are, novum vocabulum, est examinare & torquere, excarnificare, habere in quæstione & tormentis, ausfragen und martern. Hinc

¶ Quæstionātus, a, um, gemartert. Cyprianus epist. 69 cap. 6 *Tot confessores quæstionati & torti.*

¶ Quæstionārius, i, carnifex, qui reos excruciat, ut ab eis veritatem extorqueat, der scharffrichter. Vet. Gloss. *Quæstionarius*, ἐκζητητής, βασανιστής, ὑπηρέτης. Scholiastes Juvenalis ad sat. 6 v. 479 TORTORIBVS interpretatur *quæstionariis sive carnificibus.*

¶ Quæstionālĭter, adverb. fragweise. Fulgent. de Voc. Ant. *propositio quæstionaliter posita.*

Composita:

¶ Acquīro, sīvi, sītum, ĕre, comparare, erwerben, erlangen; ut, *Acquirere opes*, Ovid. 2 Art. am. v. 343; *Benevolentiam*, Quintil. lib. 3 c. 8; &, *dignitatem*, Cic. 10 fam. epist. 3. Idem 3 Offic. c. 5 *Acquirere, quæ ad usum vitæ pertinent*: & 2 Catilin. cap. 8 *aliquid de possessione detrahere, & fidem acquirere*, etwas von güthern loßschlagen, und schulden bezahlen.

¶ Acquīsītus, a, um, erworben, angeschafft. Hinc

¶ Acquīsītio, ōnis, die erwerbung, anschaffung. Frontin. lib. 1 de Aquæduct. de collectione aquarum usurpavit: *Adjuvatus fons ex compluribus aliis acquisitionibus.* Adde Justiniani Instit. lib. 3 tit. 11 § 3.

¶ Anquīro, ĕre, idem quod *adsciscere*, annehmen. * *Anquirere aliquem*, est sibi adjungere. Cicero de Amic. cap. 21 *qui & se diligit & alterum anquirit.* Hoc vulgo minus tritum vocabulum ubique fere a librariis & sciolis mutatum est in *acquirere*. Grævius. ¶ 2. Sed in his locutionibus, *Capitis* & *capite anquirere*, verbum est accusandi, peinlich mit einem procediren, zu halß anklagen, Livius lib. 2 cap. 52; & *pecuniâ anquiri*, Idem lib. 26 cap. 3.

¶ Anquīsīte, adverb. nachdrücklich; ut, *Anquisite satis, satisque sollicite aliquid quærere*, Gellius lib. 1 c. 3. Et, *Anquisitius super aliqua re disserere*, Idem lib. 1 cap. 3.

¶ Conquīro, ĕre, fleißig zusammen suchen; ut, *Studiose omnia conquirere*, Cic. 4 Acad. cap. 27; & *undique conquirere*, lib. 12 fam. epist. ult. allenthalben auftreiben. *Terrâ marique aliquem conquirere*, Vatinius Ciceroni lib. 5 fam. epist. 9.

¶ Conquīsītus, a, um, zusammengesucht, auserlesen; ut, *Conquisita carmina*, Lucret. 3 v. 420. *Conquisiti atque electi coloni*, Plin. 15 cap. 29. *Rationibus conquisitis de aliqua re disputare*, Cic. de Fin. 1 c. 9. Idem lib. 5 Tusc. c. 21 *Mensæ conquisitissimis epulis exstruebantur.*

¶ Conquisite, adverbium, idem quod docte & diligenter, eigentlich; ut, *Conquisite conscribere*, Autor ad Herenn. lib. 2 extr. Et Gell. 3 cap. 10 *Hæc Varro scripsit admodum conquisite.*

¶ Conquisitio, ōnis, die zusammensuchung; ut, *Exercitus conquisitione collectus*, Cicer. de Provinc. Consul. cap. 2 extr. Et Livius lib. 23 cap. 32 *Vt in Piceno agro conquisitionem militum haberet.*

¶ Conquīsītor, ōris, qui conquirit, ein aufsucher. Speciatim *Conquisitores*, werber, quibus cura colligendi exercitum commissa est, & qui delectui præsunt: Livius lib. 21 cap. 11 extr.

¶ Conquæstor, ōris, idem, apud Varron. de L.L. 5 cap. 8.

¶ Disquīro, ĕre, hin und wieder fleißig suchen, forschen; ut, *Impransi mecum disquirite*, Horat. 2 sat. 2 v. 7.

¶ Disquīsītio, ōnis, disceptatio, quæstio, die untersuchung; Item judicium, das erkändtniß. Sic, *ad disquisitionem populi vocare*, apud Suetonium Cæsare cap. 16 est postulare, accusare. vide ibi Casaubonum. Auctor ad Herenn. lib. 2 cap. 26 *in disquisitione positum est.* Et Livius lib. 26 cap. 31 *in disquisitionem venit.*

¶ Exquīro, ĕre, aussuchen, auslesen, ausforschen, ergrübeln. Terent. in Andr. a. 1 sc. 2 v. 15 *Nunc ea me exquirere, iniqui patris est.* Et, *Exquirere consilium*, Cic. 4 fam. epist. 2. *Verum exquirere*, Idem 2 Offic. cap. 36. Et, *veritatem exquirere*, pro Lege Manil. cap. 17.

¶ Exquisītus, a, um, diligenter quæsitus, ausgeforscht, erlesen, heraus gesucht. Plautus Amphitr. a. 2 sc. 1 v. 81

Sententias exquirere Cæs. B.G. III. III. 1.

Sequere hac igitur me: nam mî istuc primùm exquisito opus est. Itaque locutus idem est Comicus eâdem fab. a. 2 sc. 2 v. 159, & Captiv. a. 2 sc. 2 ipso principio. Sic, *Argumenta philosophorum exquisita*, Cic. 1 de Divinat. cap. 3. Et, *Exquisita ratio & doctrina*, Idem 4 fam. epist. 23. *Exquisita supplicia*, Cic. lib. 3 Offic. cap. 27. *Exquisitissimis verbis aliquem laudare*, Idem Philipp. 4 cap. 3. *Exquisitius, & minime vulgare orationis genus*, de Clar. Orat. cap. 93. *Epulæ exquisitæ*, id est, lautæ, Plinius lib. 9 cap. 35. *Exquisitissimæ disciplinæ*, Columella proœmio p. 8.

¶ Exquīsīte, adverbium, genau; ut, *Eleganter atque exquisite dictum*, Quintil. lib. 8 cap. 2. *Accurate atque exquisite disputare*, Cicer. de Clar. Orat. cap. 80. Et, *Exquisitius colligere rationes*, lib. 1 Tusc. cap. 49. *Exquisitius, quam vulgus hominum, studere litteris*, Idem de Clar. Orat. c. 93. *Omnia exquisitissime scribere*, Gellius lib. 14 c. 3.

¶ Exquisitim, adv. idem. Varro apud Nonium cap. 11 n. 35 *Æger medicos exquisitim convocabat.*

¶ Inquīro, sīvi, sītum, ĕre, investigare, forschen, nachfragen; ut, *Inquirere de aliquo*, Cic. 1 Offic. cap. 34. *Inquirere in aliquem, quid agat, quemadmodum vivat*, Idem 2 Offic. cap. 13, fragen lassen, was er thue, ꝛc.

¶ Inquīsitus, a, um, erforscht, erkundiget; ut, *Res inquisita & comperta*, Liv. 10 cap. 40. ¶ 2. Non exquisitus, inexploratus, unerforscht, unerörtert; ut, *quæstionem inquisitam amittere*, Plaut. Amph. a. 4 sc. 1 v. 9. conf. ibid. a. 2 sc. 2 v. 217.

¶ Inquisite, adverb. genau, sorgfältig. Gell. 1 cap. 3 *Theophrastus super hac re inquisitius quam Cicero disseruit.*

¶ Inquisītio, ōnis, investigatio, die erkundigung, nachforschung, untersuchung. Cicer. 1 Offic. cap. 4 *Hominis est propria veri inquisitio atque investigatio.*

¶ Inquīsītor, ōris, qui inquirit aliquid & investigat, ut feras, & qui fugiunt ac latere quærunt, ein forscher. Plinius lib. 8 cap. 40 *Scrutatur vestigia* (canis) *atque persequitur comitantem ad feram inquisitorem loro trahens.* INQVISITOREM venatorem vocat, inquirentem feras. *Vestigatorem* Servius dicit. Nam ut ex quodam fragmento auctoris incerti notat Scoppa, venatorum genera quatuor sunt: INVESTIGATORVM, qui animalium vestigia indagant: INDICATORVM, qui latibula noverunt: INSIDIATORVM, qui insidias & casses parant: ALATORVM, qui equo succussante terrent. Suetonius Cæsare cap. 1 *Vt etiam discedere e medio, & quamquam morbo quartanæ aggravante; prope per singulas noctes commutare latebras cogeretur, seque ab inquisitoribus pecuniâ redimere.* Eleganter quoque Seneca Quæst. Nat. 6 cap. 13 *Straton hanc partem philosophiæ maxime coluit, & rerum naturæ inquisitor fuit.* Et Macrobius Somn. Scip. 1 cap. 11 pr. *solicitior inquisitor philosophiæ.*

¶ Præterinquīro, ĕre, weiter nachfragen. Ammianus 15 cap. 10 *Statuit in negotium præterinquiri.* Ita & Vales. legit p. 81, & Lindebr. p. 44.

¶ Perquīro, ĕre, fleißig suchen, ausfragen; ut, *Perquirere & investigare homines ex omni regione*, Q. Cicer. de Petit. Consul. cap. 8; &, *Non perquiris, cui dixerit?* id est, non interrogas, fragst oder forschest du nicht darnach, ꝛc. Cic. 5 in Verr. cap. 58.

¶ Perquīsītus, a, um, erforscht, durchsucht. Plin. 18 cap. 4 *Inventis omni cura perquisitis, caussaque rerum & ratione simul eruta.*

¶ Perquisite, adverb. idem quod inquisite; ut, *Perquisitius & diligentius conscribere*, mit mehr nachsuchen und fleißiger beschreiben, Cic. de Inventione 1 cap. 41.

¶ Perquisitio, ōnis, die durchsuchung, legitur in Petronii Satyrico.

¶ Perquīsītor, ōris, ein aufsucher. Plaut. Sticho a. 2 sc. 2 v. 61 *Malevoli perquisitores auctionum perierint!* Et Ammianus lib. 14 cap. 13 *Perquisitor malevolus*; id est, indagator, qui conquirit ad supplicia sontes insontesque.

¶ Proquæstor, ōris, qui cum auctoritate quæstoria in provinciam mittitur, der des rentmeisters stelle vertritt. Elegantissime dividitur. Cicer. 4 Acad. cap. 4 *Cum Alexandriæ pro quæstore essem.* Et 3 in Verr. cap. 15 *cui legatus pro quæstore fuerat.*

¶ Requīro, ĕre, investigare, herzu suchen. Terent. in Phorm. a. 2 sc. 1 v. 79 *Abi Phædria, eum require, atque adduce huc.* Item, amissa iterum quærere seu reparare: Ovidius lib. 1 Fastor. v. 213

Quærere, ut absumant; absumpta requirere certant.

¶ 2. Sed, *requirere ab aliquo* & *ex aliquo*, von einem fragen, vide Cic. Topic. pr. *Requirere auxilium*, Idem 7 in Verr. cap. 67, erfordern, und hülffe ersuchen. *Vereor, ne litterarum a me officium requiras*, id est, desideres, Cic. lib. 6 fam. epist. 6. ¶ 3. Pro *invisere*, besuchen, usus est vetustus absque nomine Theologus in homilia sacra, quam Gennadio suo de Ecclesiasticis dogmatibus Elmenhorstius adjecit p. 52, *Infirmos visitate, mortuos sepelite, in carcere positos requirite, & de bonis vestris ministrate.*

¶ Requisitus, a, um, erfordert. Hinc

¶ Rĕquīsītum, i, substant. die zugehör, nothwendige eigenschafft. Sic, *Requisita naturæ* per periphrasin dixit Sallustius, ut notat Quintil. 8 cap. 6. Et Spartian. in Anton. Caracall. cap. 6 *Ad requisita naturæ discedere*, seine nothdurfft verrichten. conf. Devter. c. 23 v. 12.

¶ Requisītio, ōnis, die erforderung. Gellius lib. 18 cap. 2 *Historiæ antiquioris requisitio.*

¶ Rĕquīrĭto, are, frequent. wieder suchen. Plautus Mostell. a. 4 sc. 3 v. 11

Quid tu ut otiosus res novas requiritas?

¶ Irrequisitus, a, um, unerfordert. Sidonius lib. 9 epist. 3 *Tabellarius transiit irrequisitus.*

Quæsītor, quæsitum, quæstio, quæstor, &c. quæstus, &c. vide ante *Quæro.*

QVĀLIS, e, relativum est, rei naturam declarans, wie, welcherley, waserley, waser art, was für einer, cui plerumque *Talis* subjicitur; Cicer. pro Rosc. cap. 4 *Præbe te talem hoc tempore, qualem te jam antea præbuisti.* Nepos Datame cap. 1 *Qualis esset, apparuit*, h. e. ostendit suam virtutem &c. Poëticis ita comparationibus inservit, ut sæpe solum ponatur: cum fere pro *qualiter* interpretandum est. Aliquando non *talis* subjicitur; sed æquipollens: ut apud Virgilium, cum Æneas cum Apolline comparatur, lib 4 Æn. v. 143; Protasis enim est:

Qualis ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta
Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo &c.

ἀπόδοσις autem non per relativum *talis*, sed ita instituitur:

haud illo segnior ibat Æneas &c.

Similiter, 5 Æneid. v. 213

Qualis speluncâ subito commota columba &c.

Sic Mnestheus, &c. Cum ambæ tamen adhibentur voces, aliquando *qualis* præcedit, aliquando sequitur, & *talis* præcedit, quod in tironum gratiam voluimus monere. vid. Priscian. p. 1052. ¶ 2. *Qualis & quantus*, quod Græci uno verbo ἡλίκος exprimunt. Virg. 3 Æn. v. 641 *Nam qualis quantusque cavo Polyphemus in antro.*

Et, *Natura rei qualis & quanta*, Cic. Tusc. lib. 3 cap. 23.

¶ Quālĭtas, ātis, secundum quam quis talis vel talis dicitur, die beschaffenheit, art und weise; ut, *Qualitas cæli*, Quintil. lib. 5 cap. 9 prope fin. E Cicerone intelliges, *Qualitatis* vocabulum, cum alias inusitatum esset, teri cœpisse a philosophis. Sic enim ipse lib. 4 Acad. Quæst. cap. 6 *Quod ex utroque*, (materiam & formam intellige, & subaudi, compositum est,) *id jam corpus, & quasi qualitatem quamdam nominabant: dabitis enim profecto, ut in rebus inusitatis, quod Græci ipsi faciunt, a quibus hæc jam diu tractantur, utamur verbis interdum inauditis.* Et mox cap. 7 *Qualitates igitur appellavi, quas ποιότητας Græci vocant, quod ipsum apud Græcos non est vulgi verbum, sed philosophorum.*

¶ Quālĭter, adv. welcher gestalt, gleich wie. Marc. Seneca Controv. 25 *Qualiter in foro decolletur.* Plin. 8 cap. 48 *Antiquis torus e stramento erat, qualiter nunc etiam in castris gausape.* Lucanus 1 v. 151

Qualiter expressum ventis per nubila fulmen, &c.

Valer. Flacc. lib. 4 v. 304

Qualiter ex alta cum Jupiter arce coruscat.

Et Sedulius de Christi baptismate:

Qualiter in medias dum lux præclara tenebras
Funditur, &c.

¶ Quālĭscunque, qualecunque, wie es auch ist, es sey auch, wie es will; ut, *Homines benevolos, qualescunque sunt, grave est insequi contumeliâ*, Cic. ad Attic. 14 epist. 14. *Qualescunque summi civitatis viri sunt, talis est civitas*, Idem 3 de Legib. cap. 14.

¶ Qualĭtercunque, adverb. welcherley gestalt, wie es auch ist, so hin; Columell. lib. 11 cap. 3 circa med. cujus hæc sunt: *Potest etiam citra hanc operam fieri crispum, qualitercunque satum*, &c.

¶ Quālislĭbet, qualelibet, idem. Augustin. epist. 48 *Nisi forte chariorem putas hominibus esse pecuniam, vel qualemlibet possessionem, quam lucem istam, quæ oculis carpitur.* Sed jam ante Augustinum usurpavit Cicero, cujus ex lib. 2 de Nat. Deor. c. 37 hæc verba sunt: *Si innumerabiles unius & viginti formæ litterarum vel aureæ, vel qualeslibet aliquo conjiciantur*, &c.

¶ Quālisqualis, qualequale, geminatum, valet *qualiscunque*: Vlpianus Lege 2 Dig. de bon. possess. secundum tabul. § 1 *qualisqualis conditio sit.* Et Lege 3 de Proxenet. *ministerium quale quale accommodaverunt.* Vide Brisson. de V. S. & Stewechium in Veget. lib. 2 cap. 4.

¶ Qualĭterqualiter, pro qualitercunque, ex Lege 12 § 3 Dig. de Ratihabit. producunt: sed meliores libri habent *qualiter* semel positum. Attamen Lege 7 pr. Dig. de Minoribus: *Ait prætor*, GESTVM ESSE DICETVR GESTVM, *sic accipimus, qualiterqualiter sive contractus sit, sive quid aliud contigit.*

¶ Aliquālis, e, Aliqualiter, latina non sunt; sed *Aliquantus, aliquantum.* vide Vall.

QVĀLVS, i, vas vimineum varii usus, ein korb. Vet. Gloss. *Qualus*, ἠθμός, διυλιστήρ. *Qualus*, σωρακὸς κόφινος. Virg. Georg. 2 v. 241 *Et spisso vimine qualos.* QVALOS, inquit Servius, *per quos vinum defluit: qui & ipsi a colando dicti sunt.* Etiam Columella *quali salignei*, quo liquantur vina, & mel colatur, meminit lib. 9 cap. 15. Horatius pro *calatho*, quo fœminarum pensa recipiuntur, posuit lib. 3 ode 12 v. 4, quemadmodum *quasilli* vocabulo Propertius usus est, ein spinnkorb. *Vindemiatorii quali*, Lege 8 Dig. de instruct. vel instrum. weinbutten oder körbe. *Cæmentarii quali*, quibus cæmenta portantur, kalck-kübel. Prudentius de cophino panario usus Hymno omnis horæ v. 58 *Ferte qualis ter quaternis ferculorum fragmina.*

Loquitur de miraculo Christi in quinque panibus edito. ¶ 2. Cato & Columella etiam in neutro *quala* dixerunt: *Cum pluet, quala parentur*, Cato c. 23. Et, *Quala mundissima*, Columella lib. 7 c. 3.

¶ Quăsillus, & Quasillum, i, ut *qualus* & *qualum*, diminutivum, ein körblein. Sicuti enim a *pupus, pupulus, pupillus*: ita a *qualus, qualulus, qualillus*, ex quo euphoniæ gratia *quasillus* factum; Vel, ut a *palus, paxillus*: ita a *qualus, quaxillus*, unde *quasillus.* Servius ad illud Virgilii eclog. 2 v. 45 *tibi lilia plenis*

Ecce ferunt nymphæ calathis &c.

CALATHVS, inquit, *græcum est: nam Latini* QVASILLVM *dicunt. Cicero in Philipp.* [3 cap. 4] *At vero hujus domi inter quasilla pendebatur aurum.* Hactenus Servius. Nec aliter Ciceronis locum Isidorus adducit lib. 19 cap. 19. Atque ita quoque edidit Janus Gruterus, Ciceronis accuratissimus vindex. Male igitur & frustra alii *calices*, alii *ancillas*, quod tamen melius, pro *quasilla* apud Ciceronem substituerunt. Per *quasilla*, ancillas intelligit, easque vilissimas, &, ut Petronius loquitur, *familiæ sordidissimam partem*: quas *Quasillarias* ex eo vocabant, quod glomos lanarum textis operatæ, in *quasillis* seu *calathis* repositos haberent, ut docet Scaliger ad lib. 4 Tibulli. *Inter quasilla* igitur, pro *inter quasillarias* dixit. Mirum autem, in *Quasillum* primam corripi, cum in *qualus*, unde *quasillum* est, producatur. Tibullus lib. 4 eleg. 10 *pressumque quasillo Scortum.*

Propertius lib. 4 eleg. 7 v. 41

Et graviora rependit iniquis pensa quasillis.

Sed ab origine in derivatis aliquando receditur, & commutatur quantitas. Sic in *Pusillus* prima corripitur, cum tamen in *Pusus*, unde venit, & *Pusio*, ea producatur.

¶ Quasillāria, æ, eine spinnerin, weberin: de qua paullo ante dictum. Petron. in Satyric. *Nec contenta mulier tam gravi injuriâ meâ, convocat omnes quasillarias familiæque sordidissimam partem.* Vet. Gloss. *Quasillarius*, ψιλοποιός, vide Scaligerum dicto loco.

QVAM, conjunctio, diverſiſſima ſignificans in aliis atque aliis locutionibus, cui interdum eleganter præponitur *Tam* particula, als, wie. Terent. in Eunuch. a. 4 ſc. 4 v. 51 *Parmenonis tam ſcio eſſe hanc technam, quam me vivere*, ſo gewiß, als ich lebe. Et ibidem a. 3 ſc. 1 v. 3 *Non tam ipſo quidem dono, quam abs te datum eſſe*, &c. Cicero ad Attic. lib. 1 epiſt. 18 *Nihil mihi nunc ſcito tam deeſſe, quam eum, quicum omnia communicem.* ¶ 2. Connectit & eleganter duos comparativos: ut Cic. pro Milone cap. 29 pr. *Libentius in aliquem evomere aliquid, quam verius.* Quintilianus lib. 3 cap. 1 *Liber ſalubrior ſtudiis, quam dulcior.* ¶ 3. Sed & ſuperlativis additur, intenditque & auget ſignificationem. Salluſt. Catil. cap. 1 *Memoriam quam maxime longam efficere.* Livius lib. 21 cap. 27 *quam occultiſſime trajecto amni.* Et Terent. in Andr. a. 5 ſc. 2 v. 16 *Quibus id maxime utile eſt, illum eſſe quam deterrimum.* Idem Heaut. a. 5 ſc. 2 v. 44

quam minima in ſpe ſitus erit,
Tam facillime patris pacem in leges conciliet ſuas.

Cato de Re Ruſtica cap. 65 *Quam acerbiſſima olea oleum facies, tam oleum optimum erit.* Salluſtius Jugurthâ cap. 31 *Quam quisque peſſime fecit, tam maxime tutus eſt.* Propertius lib. 4 eleg. 1 principio:

Hoc, quodcunque vides, hoſpes, quam maxima Roma eſt,
Ante Phrygem Æneam collis & herba fuit.

Sic, *Ducit exercitum quam proxime ad hoſtem*, Livius lib. 1 c. 23, er rückt allernechſt an den feind. ¶ 4. Cum poſitivi gradus nominibus rarius jungitur. Salluſtius 1 Orat. ad Cæſarem de ordinanda Rep. pr. *Vt fabricata, ſic virtute parta, quam magna induſtria haberi decet.* Suetonius Galbâ cap. 3 *Pater conſulatu functus, quam brevi corpore, atque etiam gibber* &c. Gratius Cyneget. v. 47

Cannabias nutrit ſilvas quam commoda noſtro
Armamenta operi.

Statius 3 Silv. ult. v. 48

Queſta eſt Ægiale, queſta eſt Melibœa relinqui,
Et quam quàm ſævi fecerunt Mænàda planctus.

Plinius Panegyr. Trajani cap. 27 *Ne ille quam brevi tempore effecerit, ut omnes non poſteriorum modo, ſed ſui parentumque pœniteat.* Ita enim legendum ibi eſt. Eſt enim mendoſum *tam brevi*, quod Livinejus & Rittershuſius viderunt. Lactant. cap. 8 de Irâ Dei extremo: *Magna hæc, & a materia, quam propoſuimus, aliena quæſtio eſt: ſed quia neceſſario incidit, debet quam breviter* (gantz kurtz) *attingi.* Sic, *quam longe*, ſehr weit: In his exemplis omnibus *quam*, idem eſt quod *admodum*; pro quo frequentius alias *perquam* ponitur. Terent. Andr. a. 1 ſc. 1 v. 109

Rejecit ſe in eum flens quam familiariter:

i. e. *admodum familiariter*, (gar vertraulich, fein treuhertzig,) tametſi Laur. Valla tacitam exclamationis figuram ſubeſſe autumat, exponens: *o quam familiariter*, (wie vertraulich!) lib. 1 Elegant. c. 17. Plautus *admodum* & *quam* per pleonaſmum comicum conjunxit in Amphitr. a. 1 ſc. 3 v. 43 *Ex amore hic admodum quam ſævus eſt.* Sed hæ loquendi formulæ non ita ſunt frequentes. ¶ 5. Longe frequentiores ſunt iſtæ, quibus *quam* pro *quantum*, poſitivis junctum reperitur: ut, *Quam moroſi ſint qui amant, ex hoc potes intelligere*, wie eigenſinniſch, Cicero lib. 7 fam. epiſt. 15 pr. Sic: *quam multa: quam honeſte*, & talia ſexcenta. Etiam cum verbo *poſſum* ac ſimilibus. Quanquam enim hoc caſu ſæpius adjungitur ſuperlativus, ut illo Salluſtii de Bell. Catil. cap. 18 *De Catilina quam veriſſime potero, paucis dicam.* In hoc item Ciceronis 1 de Divin. cap. 32 *Expoſui, quam breviſſime potui, ſomnii & furoris oracula:* tamen nec deſunt exempla, quæ huic particulæ aptant poſitivum: ut, *Reliquum curſum vitæ, quam quidem poſſum breviter, perſtringam*, quem ejusdem Ciceronis e Philippicis locum notavit Valla lib. 1 Elegant. c. 17. Imitatus eſt Lactantius lib. 3 cap. 17 *Dixi de philoſophia ipſa, quam breviter potui*, i. e. tam breviter, quam potui. Nam in his loquendi formulis ellipſin agnoſcas particulæ *tam*. Cave autem aſſentiaris Vallæ, d. l. aſſerenti, *quam* pro *quantum* nunquam ſuperlativo, niſi cum verbo *poſſum*; ſemper poſitivo jungi. Nam & ipſe Valla, tamquam pœniteret eum hujus effati, negat legem ſe ſcribere, quaſi nunquam aliter factum ſit, deque eo ſe loqui teſtatur, quod frequentiſſime factum, præſertim a Tullio & Fabio. Contra ipſum vero diſputat Voſſius lib. 7 de Art. Gramm. cap. 61 p. 236, oſtenditque, locum hic etiam eſſe comparativo: ut, *Quam in paucis ſpes, quam in paucioribus ſit facultas*, Cicer. 2 Offic. cap. 19, quamvis alii *quanto* legunt pro *quam* poſteriore. Val. Max. lib. 4 cap. 7 *Poſterior ætas in excolendo jure amicitiæ quam libentius, tam etiam religioſius erit operata.* Etiam ſuperlativo abſque verbo *poſſum*, ſi accedat particula *tam* vel *ita*, jungitur: ut Varr. lib. 2 de Re Ruſt. cap. 9 de canibus: *Quam pauciſſimos relinques, tam optimi in alendo ſunt, propter copiam lactis.* Cic. ad Lentulum lib. 1 ep. 9 *Gaudeo, te fidem cognoſcere hominum non ita magnâ mercede, quam ego maximo dolore cognôram.* Plura exempla require in ſupra dictis hâc voce de ſuperlativo, & infra dicendis in *tam*. Sane vero eadem eſt ratio utriusque particulæ *tam* & *quam*; ubi ſignificat *tantum* & *quantum*. Itaque uti Cicero dixit *tam maxime* pro *tam valde*, in Lælio cap. 23 pr. *vituperanda eſt rei tam maxime neceſſariæ tanta incuria:* ita Lactantius *quam minime*, pro *quam parum*, initio libri de Opif. Dei: *Quam minime ſim quietus etiam in ſummis neceſſitatibus, ex hoc libello poteris exiſtimare.* Quibus locis ſimul obſerva uſum ſuperlativi, duabus his particulis etiam ſeparatis adjuncti, h. e. ubi altera alteri non accedit. Simile illud eſt Apuleji Apolog. *Quis unquam fando audivit tam ſimilem ſuſpicionem? tam aptam conjecturam? tam proximum argumentum?* Illud idem Terentii Eunuch. a. 1 ſc. 2 v. 47 *Poſt illa tempora tute ſcis, quam intimum te habuerim.* Vidit hoc Valla, itaque *intimum* eo loco accipi vult pro poſitivo, ut cauſſam ſuam obtineat. Atqui hoc idem reſponderi & pro Lactantio poteſt, quem ipſe, (& poſt eum Eraſmus ad Lactantium notis) reprehendit, præſertim, cum notum ſit, ſuperlativos *maxime* & *minime* ſæpe valere idem, quod poſitivi *valde* & *parum*. Ergo quamquam Cicero, quod objicit Valla, ad Trebatium ſcribens, poſitivo utitur: *tu optimus es teſtis, quam fuerim occupatus*, non ſuperlativo, *quam maxime occupatus*: tamen, qui alibi *rem tam maxime neceſſariam* dicere ſibi permiſit, eum, dubitari non poteſt, etiam hic ſuperlativum non fuiſſe averſaturum. ¶ 5. Cum verbis etiam aliis, quam *poſſum*, ſub notione *Quantum*, τὸ *Quam* componit Tullius lib. 3 fam. epiſt. 6 *Perſpexiſſe mihi videbar, quam feſtinares decedere.* Sic, *Quam vellem*, wie gern wolte ich: Ter. in Hecyr. a. 4 ſc. 4 v. 12 *Turbent porro quam velint*, wie ſie wollen. ¶ 6. *Per totum, quam longus eſt, locum Illyrici*, Auſon. gratiar. act. pro Conſul. ad Gratian. ſo lang er iſt. Sic, *Quam multi* pro *quot*: Quintil. lib. 10 cap. 1 *Eſt autem non mediocris inter auctores diſſenſio, & quæ vis nominis ejus, & quot genera, & quæ quam multæque ſint ſpecies.* Noluit vocem *quot* bis repetere. ¶ 7. Cum *Contra* etiam eleganter componitur. Auctor ad Herenn. lib. 4 c. 3 extr. *Contra faciunt, quam polliceri videntur*, ſie thun viel anders, als ſie verſprechen. Et Cicero pro Cluent. cap. 5 *Generi ſui, contra quam fas erat, amore capta.* Quod alias non minus eleganter per *Ac* vel *Atque* reddi ſolet. Cic. pro Corn. Balbo cap. 3 *Si aliquid non contra, ac liceret, factum diceretur, ſed contra, atque oporteret.* ¶ 8. In ſequentibus *Quam* valet *Poſtquam*. Cic. 16 fam. epiſt. 21 pr. *Tabellarii veniunt poſt diem XL & VI, quam a vobis diſceſſerant*, id eſt, die quadrageſimo, poſtquam diſceſſerunt. Idem 2 de Orat. cap. 3 *Poſtero die, quam illa acta erant, Catulus venit.* Suetonius Claudio c. 17 *Sexto, quam profectus erat, menſe domum rediit.* Et Livius lib. 21 c. 15 *octavo menſe, quam cœptum oppugnari, captum Saguntum.* QVAM, i. e. poſtquam. Florus lib. 2 cap. 2 *Intra ſexageſimum diem, quam cæſa ſilva fuerat, centum ſexaginta navium claſſis in anchoris ſtetit.* conf. Nepos 3, 1, 5, & quæ ibi notantur. ¶ 9. Eleganter ſe etiam excipiunt particulæ *quam, tam*, addito τῷ *magis*. Plautus Bacchid. a. 5 ſc. 1 v. 5 *Quam magis id reputo, tam magis uror.* Et Virg. 7 Æn. v. 717

Tam magis illa fremens, & triſtibus effera flammis,
Quam magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ.

Vbi Servius: *Non ad probationem poſitæ ſunt* (particulæ illæ *tam, quam*,) *ſed ad exæquationem. Majores enim noſtri vitia non in dicto, ſed in ſignificatione eſſe voluerunt. Hinc eſt in Salluſtio: Ita quam quisque peſſime fecit, tam maxime tutus eſt. Nam & hic exæquatio, non comparatio eſt. QVAM MAGIS, TAM MAGIS; pro Quanto magis, tanto magis.* Vnde & hæc nomina alterutri particulæ ſubjiciuntur. Plaut. Menæch. a. 1 ſc. 1 v. 19

Quam magis intendas, tanto adſtringunt arctius.

Lucretius lib. 6 v. 458 *vicina cacumina cælo*
Quam ſint quæque magis, tanto magis edita fumant.

Idem lib. 4 v. 1086 *quam pluria habemus,*
Tam magis ardeſcit dira cuppedine pectus.

Alibi tamen pro relativa *Tam, Ita* poſuit cum comparativo, ut lib. 2 v. 586

Et quam quidque magis multas vis poſſidet in ſe,
Atque poteſtates: ita pluria principiorum
In ſeſe genera, ac varias docet eſſe figuras.

¶ 10. Sæpiſſime vel quaſi vel prorſus adhæret adverbiis. Terent. Eunuch. a. 2 ſc. 1 v. 98 *Labaſcit victus uno verbo, quam cito?* Idem Eunuch. a. 4 ſc. 7 v. 18 *Quam mox irruimus?* Et notat Feſtus, quod *Quam mox* ſignificet *Quam cito*, cum, ſi per ſe ponas *mox*, ſignificet *paullo poſt* vel *poſtea*. Idem Terent. Eunuch. a. 3 ſc. 2 v. 4 *Quam venuſte!* Idem Heaut. a. 4 ſc. 6 v. 10 *Quam pene me tua perdidit protervitas*, wie wenig hats gefehlet, wie genau, &c. Sic & aliis additur: ut, *Quam potius, quam prius*, pro potiusquam, priusquam: Virg. ſive quisquis auctor, in Copa:

Qui juvat, æſtivo defeſſum pulvere abeſſe:
Quam potius bibulo decubuiſſe toro?

Propertius lib. 2 eleg. 18 v. 9

Illum ſæpe ſuis decedens fovit in ulnis,
Quam prius adjunctos ſedula lavit equos.

Quod Atticorum more dictum Scaliger ad Copam obſervat.

¶ Quamde, pro *Quam* uſos eſſe antiquos, Feſtus probat teſtimonio Livii Andron. & Lucretii lib. 1 v. 640 *Quamde gravis inter Grajos.*

¶ Quamdiu, adverb. ſo lang, als lang; ut, *Homo, quamdiu vixit clarus & nobilis*, Cicer. in Verr. 7 cap. 43. Idem ad Attic. lib. 9 epiſt. 3 *Ego tamdiu requieſco, quamdiu ad te ſcribo.* Colum. 12 cap. 50 *Quamdiu viride oleum conficitur*, i. e. tantiſper dum.

¶ Aliquamdiu, eine zeitlang. Cic. de Amic. cap. 19 *qui aliquamdiu in famulatu fuerunt.* Et lib. 1 Acad. Quæſt. cap. 3 *Brutus Ariſtum Athenis audivit aliquamdiu.*

¶ Quamdūdum, adverb. interrogandi, wie lange, vide ſupra *Dudum*.

¶ Quamlĭbet, idem prope quod quantumlibet, ὅσον βούλει, wie du wilſt, obgleich, nur; ut, *Quamlibet parum*, Quintil. lib. 1 cap. 1, id eſt, admodum, valde: qua ratione & τὸ *quamvis* ponitur, de quo infra. Plinius Panegyr. cap. 61 *Accidit quidem, ut corpora, quamlibet ardua & excelſa, procerioribus admota decreſcant.* Et lib. 10 epiſt. 97 ad Trajan. *Heſitavi, ſitne aliquod diſcrimen ætatis* [in Chriſtianis,] *an quamlibet teneri nihil a robuſtioribus differant.* Et avunculus Plin. lib. 36 cap. 22 de Speculari lapide: *Finditur in quamlibet tenues cruſtas*, ſo dünn als man will. Ita proprie hæc vocula ſignificat. Fit inde, ut ſenſu cum *Quamvis, Tametſi*, obſchon, aliquando conveniat. Solinus cap. 9 *Philippus Magnum procreat, quamlibet Olympias, Alexandri mater, nobiliorem ei patrem acquirere adfectaverit*, ſo ſehr auch als &c. Sed & hoc loco ad vim propriam referri poteſt, utut alter ſenſus ex illo quam proxime videtur conſequi.

¶ Quamobrem, vide infra in *Res*.

¶ Quamplūres, a, ſehr viel, ihrer ie mehr. Plaut. Stich. a. 1 ſc. 3 v. 45 *Curioſi ſunt hic quamplures mali.* Idem Caſinâ a. 2 ſc. 2 v. 13 *Quamplura ſunt mihi, quæ ego velim.* Cæſ. B. C. 1 cap. 50 *Permanſerunt aquæ dies quamplures.* Cic. Tuſc. 5 cap. 21 *abacos quamplures ornavit argento.* Sed apud Cæſ. & Cic. alii malunt *complures*. Gell. 1 cap. 7 *Videbatur quampluribus.*

¶ Quamplūrĭmus, a, um, ſehr viel, allermeiſt. Cato cap. 156 *Quamplurimum braſſicæ ederit.* Cic. Off. 3 cap. 12 *Suum quamplurimo venditurus*, theuerſt. Iterum Cato apud Feſtum in *Veternoſus*: *Quamplurimum bibit, tam maxime ſitit.*

¶ Quam-

¶ Quamprīdem, adv. wie lange, wie neulich. Cic. pro Rosc. Com. cap. 3 *Quampridem hoc nomen in adversaria retulisti.* Terent. Eunuch. a. 3 sc. 3 v. 11 *Quampridem pater mihi & mater mortui essent.*

¶ Quamprīmum, adv. aufs eheste, so bald als es immer seyn kan. Terent. in Adelph. a. 2 sc. 4 v. 17 *Obsecro hercle hominem istum impurissimum quamprimum absolvitote.* Cic. 2 ad fam. epist. 5 *Perferre ad aliquem litteras quamprimum.*

¶ Quamquam, sive Quanquam, conjunctio, idem significans quod *quamvis, etsi,* wiewohl, obgleich, &c. excipitur a particula adversativa *tamen* vel *veruntamen.* Terent. in Heaut. act. 1 ineunte: *Quamquam hæc inter nos notitia,* &c. *Tamen vel virtus tua,* &c. Valla verbo indicativo, quemadmodum etiam *etsi,* perpetuo præponi ostendit lib. 2 cap. 21. Sed exempla ipsius etiam Ciceronis, in quibus cum conjunctivo conjuncta legitur, in medio sunt: ut Cicer. 2 de Oratore cap. 1 *Quamquam ita se rem habere arbitrarentur.* Idem lib. 5 Tuscul. Qu. c. 33 *Omnia jucunda, quamquam sensu corporis judicentur, ad animum referri tamen.* Nec Servius videtur negare, cum conjunctivo; sed melius tantum cum indicativo jungi, significat ad illud Virgilii 2 Æneid. init. *Quamquam animus meminisse horret.*
Sed cum conjunctivo plerumque postponitur in periodo: in fronte indicativum exigit.

¶ Quamvis, conjunctio adversativa, *tametsi, etiamsi, licet,* obschon, obgleich. Gaudet potissimum subjunctivo. Cicer. 11 Philipp. c. 9 *Quamvis intentus animus tuus sit ad fortissimum virum liberandum.* Cum indicativo Horatius construxit lib. 3 ode 10 v. 13

O quamvis neque te munera, nec preces,
Nec tinctus viola pallor amantium,
Nec vir Pieria pellice saucius Curvat.

Idem lib. 1 epist. 14 v. 6

Me quamvis Lamiæ pietas & cura moratur.

Et Nepos Miltiade cap. 2 *quamvis carebat nomine.* Ita & Ovidius & Columella & Quintilianus construunt. Vide additam. ad Tursell. de Partic. p. 282. Ovidii inter alia hoc est lib. 1 Trist. eleg. 1

Tu cave defendas, quamvis mordebere dictis.

¶ 2. *Quantumlibet,* ὅσον βούλει, i. e. *valde, admodum,* so sehr als du wilst, gar sehr; ut, *Quamvis ridiculus,* id est, admodum ridiculus, apud Plaut. Menæch. a. 2 sc. 2 v. 43. Et, *Quamvis sordida res & invenusta,* apud Catull. Carm. 12 v. 5. Phædrus lib. 1 fab. 29 v. 1 *Quamvis sublimes debent humiles metuere.* Et Cicer. 1 Tuscul. cap. 21 *Quamvis copiose hæc diceremus, si res postularet.* Idem de Amic. cap. 26 *Quamquam ista assentatio quamvis perniciosa sit.* Varro de R. R. 2 cap. 5 *Homo quamvis humanus ac jocosus.* Virgil. Æneid. 7 v. 492

Ipse domum sera quamvis se nocte ferebat.

Plautus Trinummo a. 2 sc. 2 v. 98 *Multa ego possum docta dicta quamvis facunde loqui.* Livius lib. 34 cap. 19 *Semper victores ex quamvis temere cœpto certamine abire.* conf. Parei Lex. Crit. p. 1029. Ita *Quantumvis* etiam ponitur, vide *Quantus*; & *Quamlibet,* de quo paullo ante.

¶ Antequam, vide supra in *Ante.*

¶ Perquam, id est, *valde, nimis,* sehr; ut, *Perquam breviter perstringere aliquid,* sehr kurtz etwas überlauffen, Cicer. de Orat. lib. 2 cap. 49. Et, *Perquam modica alicujus merita in majus extollere,* Plin. Panegyr. cap. 60.

¶ Postquam, posteaquám, vide supra in *Post.*

¶ Præquam, in comparatione, im gegenhalt, gegen dem. Gellius lib. 16 cap. 1 *Quæ si laxioribus paullo longioribusque verbis* [Catonis oratio] *comprehensa est, præquam illud Græcum, quod diximus.* Plautus sæpe ita usus est conjunctis hisce voculis, ut Pareus in Lex. Crit. observavit: v. g. Amphitruone a. 2 sc. 2 pr. *Satin' parva res est voluptatum in vita atque in ætate agunda, præquam quod molestum est!* hoc est: Nonne voluptates sunt res admodum exiguæ in vita, si comparentur cum iis, quæ sunt molesta? Idem Aulul. a. 3 sc. 5 v. 33

Sed hoc etiam pulchrum est, præquam ubi sumtus petunt:

id est, pro eo, quod petunt, cum creditoribus satisfaciendum est.

¶ Præterquam, Priusquam, vide supra *Præter, Prius.*

¶ Proquam, adv. i. e. *prout,* vel *perquam.* Lucretius usus est lib. 2 v. 1135

proquam largos exæstuat æstus.

Idem 3 v. 200 *Corpora, proquam levissima sunt.*

¶ Superquam, über das, noch drüber, vere divisæ & separatæ voces sunt: v. g. Livius lib. 27 cap. 20 *Marcellus adverso rumore esse, superquam quod primo male pugnaverat.* Idem lib. 22 cap. 3 fin. *Primoribus, super quam quod dissenserant a consilio, territis prodigio.* Et per interpositionem Horat. 1 satyr. 2 v. 65 *Pœnas dedit usque superque quam satis est.*

QVANDO, temporis primum adverbium est, wenn, zu welcher zeit; ut, *Quando istoc erit?* Terent. Heaut. a. 2 sc. 2 v. 9, wenn will es werden? *Quando te visuri essemus, nihil ex litteris tuis potui suspicari,* Cicer. lib. 9 fam. epist. 1. ¶ 2. Conjunctio caussalis, weil, sintemahl. Terentius Adelph. a. 5 sc 3 v. 16 *Quando ego tuum non curo, ne cura meum,* id est, siquidem, dieweil ich mich deines sohnes nicht annehme, &c. *Obsideamus Lacedæmonem, quando ita places,* Livius lib. 34 cap. 34 pr. weil es also gefällt. Terentius Adelphis a. 3 sc. 2 v. 50 *Postremo quando conscia mihi sum.* Vbi Donatus: QVANDO, *pro* QVONIAM, *vel* QVANDO *pro* QVIDAM *lege,* QVANDOQVIDEM. Lucanus lib. 4 v. 811

At tibi nos (quando non proderit ista sileri,
A quibus omne ævi senium sua fama repellit,)
Digna damus.

Interdum conditionalis est: quando non contigit Cic. XVI. Ep. vi. 3. F

¶ Quandōcunque, id est, quocunque tempore, wenn einmahl, zu welcher zeit es wolle, sobald als. Colum. lib. 1 cap. 10 *Quandocunque in usus promserimus, integram lentem reperiemus.* Plin. lib. 31 cap. 1 *Quandocunque ista gens* [Græcorum] *suas litteras dabit, omnia corrumpet.*

¶ Quandolĭbet, quocunque tempore, es sey wenn es wolle. Lactant. de Opif. Dei c. 4 n. 7 *Necesse est, ut mortem recipiat quandolibet, quoniam corporalis est.*

¶ Quandōque, vulgo interpretantur *interdum,* bißweilen, & huc trahunt illud Horatii de Art. poët. v. 359

Quandoque bonus dormitat Homerus.

Sed male ex verbis poëtæ mutilis integram fecerunt sententiam. Totus inspiciendus est locus. De Chœrilo Poëta malo dicit:

Quem bis terque bonum cum risu miror, & idem
Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.

Vbi *quandoque* est, *quandocunque,* wenn nur, so bald als. *Quemadmodum enim, si forte aliquid eruditum elegansque protulit Chœrilus, malus Poëta, ut portenti simile dicit se Flaccus mirari: ita etiam ægre ferre ac stomachari, sicubi negligentior visus est Homerus.* Ita hunc locum recte interpretatur Petr. Victorius annot. in Colum. lib. 3 p. 67, quem sequuntur hic & laudant Henricus Stephan. lib. 1 Schediasm. 19, (qui tamen *quotiescunque* exponit,) & Lambinus ad istum Horatii locum p. 454. Citat idem Horatii eodem sensu Gronovius ad Livii lib. 1 cap. 24, & ejusdem significationis (pro *quandocunque,*) exempla alia addit. An vero *quandoque* optimi ævi scriptoribus unquam valeat idem, quod *interdum, nonnunquam,* de eo dubitarunt harum litterarum periti. Repetias quidem apud Ciceronem in de Senect. cap. 10 hæc verba: *Ille dux Græciæ nunquam optat, ut Ajacis similes decem habeat, at ut Nestoris, quandoque;* quæ utcunque hunc sensum admittere videntur posse: sed vox *quandoque* abest in editione Godofredi, Lambini, Gruteri, Grævii. Licet etiam ea notione apud Festum in *Tangere* p. 295 edit. Scalig. id vocabuli legas: *Et vincere etiam quandoque videtur significare.* Tamen in editione Godofredi hic pag. 466 loco verborum *etiam quandoque* lacunam invenies. Certiora autem testimonia obtulit Borrich. in Vindic. p. 197 nempe Quintiliani 9 c. 2. Senecæ Qu. Nat. 1 c. 1. Celsi 6 c. 6 n. 1 pr. Columellæ 7 c. 3. Frontini de Aquæduct. 2 p. 243, & ex Digest. lib. 1 t. 3 leg. 27 & 10. Imo ipsius Ciceronis, qui rotunde lib. 3 de Orat. c. 55 *Omni in re posse, quod deceat, facere, artis & naturæ est: scire, quid quandoque deceat, prudentiæ.* Nec male recentiores versum Hesiodi

ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρα ἄλλοτε μήτηρ,

sic reddunt: *Ipsa dies quandoque parens, quandoque noverca est.*

¶ 2. Manebit hoc fixum, *Quandoque* veteribus usurpatum fuisse pro *quandocunque,* es sey wenn es wolle. Id quod præter Horatii jam indicatum versum alii vincunt loci complures. Passim ita loqui Columellam, e manuscriptis observavit Victorius supra laudatus, tametsi librariorum culpâ irrepsit non semel *quandocunque.* Sed non perinde nocere labes hæc Poëtis potuit. Horat. lib. 4 od. 1 v. 17

Et quandoque potentior
Largis muneribus riserit æmuli.

Vbi Lambinum vide. Petronius pag 185 (ed. Francof. 1621)

Et quandoque mihi fortunæ arriserit hora,
Non sine honore tuum patiar decus.

Quem locum observavit Palmerius in Spicileg. apud Gruter. 4 Lamp. p. 828, simul & illud, eadem forma *ubique* & *quisque* veteribus dictum pro *ubicunque, quicunque.* Javolenus in Pandect. Lege 77 de contrah. empt. *In lege fundi vendundi lapidicinæ in eo fundo, ubique essent, exceptæ fuerunt.* *Vbique,* i. e. ubicunque. Sic ergo & *quandoque* pro *quandocunque.* In veteri tabula apud Sueton. Cæsare cap. 81 *Quandoque ossa Capyis detecta essent, fore, ut* &c. Seneca 3 Q. N. cap. 28 extr. *Ergo quandoque res novæ placuere mundo,* & quandocunque. Curtius lib. 7 c. 10 *Vitam, quam acciperent, pignori futuram esse dixerunt, reddituri quandoque repetisset.* JCtus Lege 4 Qui cum § 1 ad bestias, Dig. de re militari: *Ad bestias datus si profugit, & militiæ se dedit, quandoque inventus, capite puniendus.* ¶ 3. *Quandoque* est *Aliquando, Olim,* & ad futurum plerumque tempus refertur, künfftig einmahl, dereinst. Plinius Panegyr. cap. 10 *Vt quandoque inter posteros quæreretur.* Vbi recte Jacobus de la Baune *aliquando* interpretatur. Ibidem cap. 28 *Ex his quandoque nascentur, quibus alimentis opus non sit.* Sic Tiberius apud Tacitum 6 Annal. c. 20 n. 3 *Et tu Galba quandoque degustabis imperium,* quod Melch. Freinshemius in Indice *olim, sero:* Julianus Pichon *tandem aliquando:* & ipse Tacitus de *sera* potentia interpretatur. Nec aliter Syllæ de Cæsare verba intelligas apud Suetonium cap. 1 *quandoque optimatium partibus exitio futurum. Nam Cæsari multos Marios inesse.* Atque ita sæpe Suetonius, quod ex Indice Berneggeriano cognosces. Raro sic ad præteritum tempus reducitur: Paulinus 8 Natal. Felic. v. 259

Ceu quandoque feræ circumjacuere prophetam,

de Daniele inter leones residente canens. Vbi *quandoque* idem significat quod *olim, quondam,* vor zeiten.

¶ Quandŏquīdem, conjunctio caussalis, denn, sintemahl, dieweil, nachdem; ut, *Quandoquidem illam a me distrahit necessitas,* dieweil sie die noth von mir scheidet, Terent. in Hecyr. a. 3 sc. 5 v. 42. Et Livius lib. 6 cap. 38 oratione Camilli: *Quandoquidem, Quirites, jam vos tribunicia libido, non potestas, regit.* Idem lib. 8 cap. 35, M. Fabii patris oratione: *Quandoquidem apud te nec auctoritas senatus, nec ætas mea, nec virtus nobilitasque magistri equitum valet.*

Composita, in quibus *Quando* subjungitur:

¶ Ălĭquando, adv. idem est quod *nonnunquam,* bißweilen. Cicero lib. 5 epist. 8 ad Crassum: *Quædam pestes hominum, laude aliena dolentium, & te nonnunquam a me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi.* Idem pro Cœlio cap. 6 pr. *Quis clarioribus viris quodam tempore conjunctior? Quis civis meliorum partium aliquando?* ¶ 2. Et *Tandem* valet, dereinst. Cicero in Oratore cap. 48 *Aliquando idque sero, usum loquendi populo concessi,* endlichen. Idem 3 in Verr. cap. 28 extr. *Aliquando miseremini sociorum,* nehmet euch doch einmahl ihrer an. Vetus Declamator apud Suetonium de Claris Rhetor. c. 1 *Diu expectaverunt, dum retia extraherentur; aliquando extractis piscis nullus infuit, sed sporta auri obsuta.* Atque ita sæpe cum *tandem* componitur. Cicer. in Catilin. 2 pr. *Tandem aliquando L. Catilinam ex urbe ejecimus.* Et inverso ordine, Idem pro Quintio c. 30 *Spes est, hunc miserum atque infelicem aliquando tandem posse consistere,* dermaleins, endlich einmahl.

¶ Ecquando, volunt ex *et* & *quando* euphoniæ caussa ita formatum,

quam-

quamquam Agrœtius, vetus grammaticus, principio libri de Orthographia, hoc diſcrimen interponit: ECQVANDO, *increpando, vel inquirendo interrogantis adverbium eſt:* ETQVANDO *ſimpliciter loquentis.* Vſurpatur fere pro *Quando*, wenn, wenn aber, wenn denn. Cicero 2 Agrar. cap. 7 *Quæro a populari tribuno plebis, ecquando niſi per XXXV tribus creati ſint?* ſcil. triumviri &c. Vellejus lib. 2 cap 14 Livii Druſii verbis: *Ecquando, propinqui amicique, ſimilem mei civem habebit respublica?* Et Apulejus Apolog. p. 290 *Ecquandone vidiſti, Maxime, flammam ſtipula exortam, claro crepitu, largo fulgore, cito incremento?*

¶ Nequando, ne quo tempore, damit nicht einmahl. Cicero de Amicit. cap. 16 *Illud præcipiendum fuit, ut eam diligentiam adhiberemus, ne quando amare inciperemus eum, quem aliquando odiſſe poſſemus.*

¶ Numquando, vide ſupra *Num.*

¶ Siquando, id eſt, ſi aliquando, wenn einmahl. Terent. in Eunuch. a. 3 ſc. 1 v. 14 *Negotii ſiquando odium ceperat.* Et Cicero 2 fam. epiſt. 16 *Siquando erit civitas, erit profecto nobis locus.*

QVANDROS, lapis ſeu gemma in cerebro & capite vulturis, coloris candidi, Albert.

Quanquam, vide paullo ante *Quamquam* in *Quam.*

Quantillus, quantitas, quantocyus, quantopere, quantulus, &c. quantumcunque, quantumvis, vide ſequens *Quantus.*

QVANTVS, a, um, de gravitate & auctoritate dicitur, wie groß: ut, *Quanta de ſpe decidi!* Ter. Heaut. a. 2 ſc. 3 v. 9; & *Quantam & quam veram laudem capiet Parmeno?* Idem Eunucho a. 5 ſc. 4 v. 3. ¶ 2. Genitivus *Quanti* æſtimationis & pretii verbis additur. Cic. de Nat. D. 1 cap. 20 *Quanti autem hæc philoſophia æſtimanda eſt?* wie hoch iſt ſie zu halten? Sic, *Quanti venditur, emitur,* &c. wie theuer wirds verkaufft? was gilts, ꝛc. v. Ter. Eunuch. a. 5 ſc. 6 v. 14. Plautus Epid. a. 2 ſc. 2 v. 110 *Quanti emi poteſt minimo?* i. e. quanti emitur, cum minimo emitur? wie kan mans am wohlfeiſten haben? Nec enim tantum dicitur *minimi emitur*, ſed & *minimo* in ſexto caſu. Plautus ibidem v. ſeq.

Ad quadraginta fortaſſe eam poſſe minimo emi minas.

Similiter JCtus Paulus Lege 63 Dig. ad Leg. Falcid. *plurimo redimere* dixit, i. e. pecuniâ plurima. Terent. Heaut. a. 1 ſc. 1 v. 103 *Tu illum nunquam oſtendiſti quanti penderes*, wie groß du ihn achteſt, wie viel du von ihm hielteſt. *Quanti eſt ſapere?* Idem Eunuch. a. 4 ſc. 7 v. 21. Sic, *Quanti faciam illum*, Cicer. 2 fam. epiſt. 16. Et, *Quanti apud me ſis*, lib. 7 fam. epiſt. 19 pr. Sic, *Quanti intereſt*, wie viel iſt daran gelegen, Lege 3 § 3 Dig. de itinere actuque pr. ¶ 3. Excipitur interdum a ſuo redditivo: ut Juvenalis ſatyr. 3 v. 143

Quantum quisque ſua nummorum ſervat in arca,
Tantum habet & fidei.

De quercu Virg. Æn. 4 v. 445 *Quantum vertice ad auras*
Ætherias, tantum radice in tartara tendit.

Conf. Virg. eclog. 1 v. 26. Florus hoc caſu pro *tantum*, dixit *ita*, lib. 2 cap. 18 ab init. *Numantia, quantum Carthagines, Capua, Corinthi opibus inferior, ita virtutis nomine & honore præ omnibus.* Interdum etiam latet redditivum & ſubintelligitur: Terent. Phorm. a. 1 ſc. 2 v. 3 *Conveniet numerus, quantum debui.* Et Andr. a. 3 ſc. 2 v. 4 *Quod juſſi ei dare bibere, & quantum imperavi.* ¶ 4. Tametſi vero ſubſtantivo junctum, frequentisſime ſubſtantivi naturam & ipſum induit neutro genere, eoque genitivum regit, ut in verſibus Juvenalis paullo ante prolatis, (*quantum nummorum: tantum fidei,*) obſervare licet: aliquando tamen retinet vim adjectivi. Lactant. lib. 4 cap. 15 *vocavit diſcipulos ſuos,* (de Chriſto loquitur) *quærens quantos ſecum geſtarent cibos?* pro, *quantum cibi?* ¶ 5. *Quantos* pro *quot* plurimi ævi cadentis ſcriptores poſuere, præcipue Patres. Hieronymus epiſt. ad Caſtrut. (Tom. 1 fol. 92) *Quantos cernimus ethnicos atque Judæos, hæreticos, atque diverſorum dogmatum homines volutari in cæno libidinum?* Idem Apolog. adv. Rufin. prope fin. (Tom. 2 f. 94) *Quanti in ſomnis divites apertis oculis repente mendici ſunt?* Ambroſ. Orat. de Fid. Reſurr. (Tom. 3 f. 25) *Non mediocre malum eſt immoderatio doloris, aut metus mortis. Quantos ad laqueum impulit?* Et poſtea (f. 29) *Quam multi vitam ſolo mortis titulo conſecrarunt? Quantos vivere puduit, mori profuit?* Auguſtin. de Diſcipl. Chriſt. cap. 1 *Vide ergo, quantos proximos habeat unus homo. Omnes homines, in quos incurrit, quibus jungi potuerit, proximi ejus ſunt.* Claudian. Paneg. de 3 Conſul. Honorii v. 126

Quanti tum juvenes, quanta ſprevere pudorem
Spectandi ſtudio matres?

Sidonius Panegyr. Anthemii v. 21 *ſuffragia tot ſunt,*
Quanta legit mundus.

Sed & vetuſtiores ita uſi aliquando: Propert. 1 eleg. 5 v. 10

Curarum peperit millia quanta tibi?

Manilius quoque non ſemel ita loquitur. Statius in vita Domitiani v. 49 *O quantæ pariter manus laborant?*

Vide Gevart. ad 3 Silv. Statii c. 3 p. 187, & Goldaſt. ad Valer. Cimel. p. 87. Thomaſ. ad Turſell. de Partic. p. 285. Lampridius Heliogab. cap. 25 *Cum inter fabulas privatas ſermo eſſet ortus, quanti hernioſi eſſe poſſent in urbe Roma, juſſit omnes notari.* Sic & Terent. Phorm. a. 5 ſc. 6 (al. 5) v. 14 *O omnium, quantum eſt, qui vivunt, homo hominum ornatiſſime: Quantum eſt, qui vivunt,* h. e. quotquot ſunt. Atque hanc uſurpationem Latio non proſcribendam eſſe, cenſet Barthius ad Claudian. p. 522.

¶ Quantum, ſæpe adverbiaſcit, atque redditur wie ſehr, wie viel, ſo viel als; ut, *Quantum attinet ad antiquos noſtros,* Varro de R. R. 1 c. 10, was unſere vorfahren betrifft. *Quantum intelligere poſſum,* Terent. Heaut. a. 5 ſc. 2 v. 31, ſo viel ich deß verſtehen kan. *Quantum ætas illa capit,* Quintil. lib. 2 cap. 4, ſo viel diß alter begreiffen kan. *Quantum in me erit,* Cic. ad Qu. fratr. lib 1 epiſt. 1 c. 13, ſo viel an mir ſeyn wird. *Quantum potes, fac me certiorem,* Terent. Phorm. a. 4 ſc. 3 v. 69, ſo viel dir müglich iſt, ie ehe ie beſſer. ¶ 2. *Quantum poteſt,* i. e. quoad fieri poteſt, quantum celerrime poteſt. Qua forma imperſonaliter Plautus paſſive uſus eſt, & omnibus junxit perſonis: ut Aulul. a. 2 ſc. 9 *muranam exdorſua, quantum poteſt;* & Pœnul. a. 3 ſc. 1 v. 64 *Propera, quantum poteſt.* Sic Seneca epiſt. 8 *Quantum plurimum poteſt, iſta beneficia devitet,* ſo ſehr als er kan. Et Colum. 12 cap. 21 *Exploratum habeat, quantum plurimum ſalſæ aquæ vinum pati poſſit.* ¶ 2. *In quantum,* pro *tantum quantum,* vel *quantum* adverbialiter, græca ratione: ut *in longum,* pro *longe.* Ovid. 11 Metam. v. 71

in quantum quæque ſecuta eſt.

Sæpe reſpondet *in tantum.* Vellejus 1 c. 9 n. 3 *L. Æmilius Paulus, vir in tantum laudandus, in quantum intelligi virtus poteſt.* Idem lib. 2 c. 114 n. 5 *Quem in quantum quisque aut cognoſcere, aut intelligere potuit, in tantum miratur ac diligit.* ¶ 3. *Nimium quantum, mirum quantum, immenſum quantum, plurimum quantum, incredibile quantum,* etiam ad Latinos pervenerunt imitatione Græcorum. Hi enim ſic loqui ſolent: πλεῖστον ὅσον, θαυμαστὸν ὅσον, ἀμήχανον ὅσον, über die maßen viel, überaus ſehr, allermeiſt. Cicero in Oratore cap. 26 pr. *Huic generi orationis aſpergentur etiam ſales, qui in dicendo nimium quantum valent.* Horat. 1 od. 27 v. 5

Vino & lucernis Medus acinaces
Immane quantum diſcrepat.

De ſaltu Pyrenæo Plinius 4 c. 20 *Immenſum quantum hinc oceano, illinc Iberico mari comprimentibus.* Minutius Felix de poëtis loquens p. 204 ed. Ouzel. *qui plurimum quantum veritati ipſi ſua auctoritate nocuere.* Quo quidem loco etiam *permirum quantum* non inepte legitur. De his omnibus vide Georg. Fabric. Caſtigat. in Terent. Phorm. a. 4 ſc. 3. Ludov. Carr. lib. 2 Lect. antiq. cap. 9 & 13, itemque lib. 2 Emendat. cap. 18. Andr. Schott. lib. 5 Obſerv. cap. 8.

¶ Quanto & Tanto, adv. cum comparativo, wie, ie mehr. Terent. in Heaut. a. 3 ſc. 1 v. 15 *Quanto diutius abeſt, magis cupio tanto,* ie länger er auſſen iſt, ie mehr ich ſein begehre. Idem in Eunuch. a. 3 ſc. 3 pr. *Quanto magis magisque cogito.* Tacitus tamen alterum non raro omittit: ut 3 Hiſt. cap. 18 *Et propinqua Cremonenſium mœnia, quanto plus ſpei ad effugium, minorem ad reſiſtendum animum dabant:* pro *tanto minorem,* &c. ¶ Obſervetur hoc loco illud Hieronymi epiſt. de Cuſtod. virgin. ad Euſtoch. (Tom. 1 f. 64) *Quæ quanto prima Romanæ urbis virgo nobilis eſſe cœpiſti, tanto tibi amplius laborandum eſt, ne* &c. ubi vides appoſitum huic particulæ ſuperlativum.

¶ Quantocius, i. e. quanto ocyus, ie eher, ie beſſer; rejicit hanc voculam Voſſius lib. 4 de Vit. Serm. cap. 35, reperitur tamen, ſi non in antiquioribus, ſaltem in Sulpitio Severo 3 Dialog. cap. 5 *Diſcede quantocius, ne me ob injuriam tuam cæleſtis ira conſumat.*

¶ Quantŏpere, i. e. quanto opere, wie ſehr; ut, *Dici non poteſt, quantopere gaudeam, te deſiderem,* &c. Cic. lib. 14 ad Attic. epiſt. 6. Et Plinius Panegyr. cap. 44 *Scis & expertus es, quantopere deteſtentur malos principes, etiam qui malos faciunt.* Cæſar lib. 2 Bell. Gall. cap. 5 *Æduum magnopere cohortatus, docet, quantopere reipubl. communisque ſalutis interſit, manus hoſtium diſtineri.*

¶ Quantusquantus, quantaquanta, &c. ſo groß es ſey. Terent. in Adelph. a. 3 ſc. 3 v. 40 *Tu, quantusquantus, nihil niſi ſapientia es.* Cicer. ad Attic. lib. 12 epiſt. 23 *Sed quanti quanti, bene emitur, quod neceſſe eſt,* was nöthig iſt, kaufft man billich, es koſte auch was es wolle.

¶ Quantuscunque, ſo groß als man will; ut, *Ego is ſum, quantuscunque ſum,* Cicer. de Orat. lib. 2 cap. 28. Et Livius lib. 27 cap. 31 *Philippus ludorum celebritatem, quantæcunque de Romanis tum victoriæ partæ, famâ auxerat.* Rurſus Cicero 1 de Fin. c. 4 *Debeo profecto, quantumcunque poſſim, in eo laborare.* Et 3 de iisdem Finib. cap. 10 *quantumcunque eò addideris.*

¶ Quantuslĭbet, quantalibet, quantumlibet, ſo viel oder ſo groß es ſeyn möge. Tacitus Agricol. cap. 6 *quantalibet facilitate.* Plin. 8 cap. 16 *In quantalibet multitudine.* Idem 20 cap. 6 *Suppurationes quantalibet ſanat.* Et Ovid. Faſt. 6 v. 669

Servierat quidam, quantolibet ordine dignus.

¶ Quantusvis, quantavis, &c. idem. Livius lib. 26 cap. 42 de Carthagine Nova: *ſita ſuper portum ſatis amplum quantavis claſſi,* die auch noch ſo groß. Lucretius lib. 4 v. 1164 *quantovis oris honore.* Terent. Andr. a. 5 ſc. 1 v. 15 *Cum faciem videas, videtur eſſe quantivis pretii.*

¶ Quantumvis, adv. ob wohl, ungeacht. Horat. 2 epiſt. 2 v. 39

Poſt hæc ille catus, quantumvis ruſticus, ibit,

wie bäuriſch er auch iſt. Senec. epiſt. 85 *Iſta* (affectuum initia) *quantumvis exigua ſint, in majus excedunt.* ¶ Item, *admodum, valde,* gar ſehr. Suetonius Calig. cap. 53 *Eloquentiæ plurimum attendit, quantumvis facundus & promtus.* Similiter in Claudio cap. 20 & 21 uſus eſt.

¶ Quantŭlus, a, um, diminutivum, a *quantus,* wie klein, wie wenig. Cicer. 2 Agrar. c. 25 *Quantulum intereſt?* Et 2 de Legib. c. 19 *Id quantulum eſt?* wie groß iſts denn auch? Plinius Panegyr. cap. 8 *Quantulum refert, deponas, an partiaris imperium?*

¶ Quantŭlum, adverb. idem. Cic. in Verr. 3 cap. 1 fin. *Quantulum judicare poſſemus, oſtendimus.* Adde Horat. 2 ſatyr. 3 v. 124.

¶ Quantŭluscunque, quantŭlăcunque, &c. es ſey ſo wenig es wolle. Cicer. lib. 1 de Oratore cap. 30 *De hac mea, quantulacunque eſt, facultate quæritis,* von dieſem meinem vermögen, ſo gering es auch iſt, oder es ſey nun groß oder klein, fraget ihr. Valer. Maximus lib. 1 cap. 5 n. 6 *Quantulacunque ſpes reſtabat.* Seneca epiſt. 85 *quantulicunque affectus ſint.* Et Columella lib. 8 cap. 3 extr. *quantulumcunque aquæ vel ciborum ineſt, pedibus evertitur*

¶ Quantillus, a, um, diminut. aliud, wie ſehr klein, wie winzig. Plaut. Pœnulo a. 5 ſc. 3 v. 48 *Quantæ e quantillis jam ſunt factæ.* Idem Pſeud. a. 4 ſc. 7 v. 95 *Quantillo argento te conduxit?* Idem Truc. a. 2 ſc. 8 v. 7 *Quantillo mihi opere nunc perſuaderi poteſt?* i. e. quam facile, wie leicht.

¶ Quantillum, adverb. wie gar wenig. Plaut. Curcul. a. 1 ſc. 2 v. 14 *Quantillum ſitis?* Adde Bacch. a. 2 ſc. 3 v. 86, & Moſt. a. 3 ſc. 1 v. 90.

¶ Quantĭtas, ātis, die gröſſe. Plin. lib. 17 cap. 24 *Laborant* (arbores) *& fame, & cruditate, quæ fiunt humoris quantitate.* ¶ 2. JCtis idem eſt ac *modus,* das maaß. Vlpian. l. 21 § 7 ff. de oper. novi nunciat.

Ad

Ad operis quantitatem refertur. Imp. Anton. l. 4 C. de hæred. vel act. vend. *Qui nondum certus de quantitate hæreditatis, persuadente emptore, quasi exiguam quantitatem eam vendidit,* &c. ¶ 3. *Quantitas* in prosodia est affectio syllabæ, qua fit vel longa vel brevis.

¶ Ălĭquantus, a, um, idem quod nonnullus, ein wenig, etwas groß; ut, *Timor aliquantus, sed spes amplior,* &c. Sallust. Jugurth. cap. 105, sie möchten wohl etlicher massen eine furcht haben, ꝛc. Et, *Aliquantus cinis,* Palladius lib. 4 cap. 10. Sed plerumque neutro genere, substantivi modo, construitur: ut, *Aliquantum laudis,* Cic. lib. 1 fam. epist. 7. *Aliquantum animi,* Idem 7 ad Att. epist. 13 sub fin. Et, *Aliquantum noctis,* lib. 7 fam. epist. 25 extr. ¶ 2. *Aliquanti,* plural. pro, *aliquot,* etliche, ævi inferioris notio, ut Barthius quoque Advers. lib. 25 cap. 12 observavit. Eutrop. lib. 4 cap. 11 n. 6 *aliquanta oppida.* Oros. lib. 3 cap. 13 pr. *per aliquantas civitates.* Sed & his antiquior Palladius dixit lib. 1 cap. 19 *aliquantis diebus,* id est, aliquot diebus. Vide sis Cur. Poster. Cellarii p. 201.

¶ Aliquanto, adverbium, nonnihil, in etwas, ein wenig; ut, *Amplius aliquanto, quam ferre possent,* Cicer. 6 Verr. cap. 34, etwas besser, ꝛc. *Aliquanto ante,* ein wenig zuvor, Idem 1 Offic. cap. 23; & *Aliquanto post,* eine weile hernach, Idem pro Cæcin. cap. 4.

¶ Aliquantum, adverbii instar, etlicher massen. Cic. 5 fam. epist. 12 *Cogitatio aliquantum labefactata & convulsa.*

¶ Ălĭquantŭlus, a, um, diminutivum, nur ein wenig. Neutrum substantive usurpatur. Livius lib. 21 cap. 12 *Arietibus aliquantulum muri discussit.* Ibidem cap. 30 *amnes agri aliquantulum amplexi.* Et

¶ Aliquantŭlum, more adverbii, ein klein wenig. Cic. in Oratore c. 40 *Vt a proposito declinet aliquantulum.* Terentius Andr. a. 2 sc. 6 v. 16 *Subtristis visus est esse aliquantulum mihi,* er deucht mich etwas traurig seyn.

¶ Aliquantillus, a, um, aliud diminut. sehr wenig, nur ein bißgen. Plaut. Capt. a. 1 sc. 2 v. 34 *Foris aliquantillum etiam quod gusto, id beat.*

¶ Aliquantisper, adverb. auf eine kleine zeit. Terent. Heaut. a. 3 sc. 3 v. 11 *At certe concedas hinc aliquo ob ore eorum aliquantisper.* Item, ein wenig weiter. Justin. 1, 8, 4 *Cyrus, cum aliquantisper in Scythiam processisset, castra metatus est.*

Quapropter, quaqua, vide infra *Qui, quæ, quod.*

Quare, Quartus cum derivatis, vide infra *Res, Quatuor.*

QVĂSI, adverb. similitudinis, gleich als, wie, gleichsam. Cicer. de Senect. cap. 19 *Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, avelluntur: si matura & cocta, decidunt: sic vitam adolescentibus vis aufert, senibus maturitas.* Terent. Adelph. a. 4 sc. 7 v. 21 *Ita vita est hominum, quasi cum ludas tesseris.* Et, *Ita nunc times, quasi nunquam adfueris,* Adelph. a. 3 sc. 1 v. 3, als wärest du nie dabey gewesen. Et, *Quasi vero:* Terent. Eunuch. a. 4 sc. 4 v. 18 *Quasi vero paullum intersiet,* gleich ob wäre ein kleiner unterscheid. ¶ 2. Fere, circiter, præter propter, ohngefehr, fast. Quemadmodum & Græci ὡσεὶ suum usurpant. Idem Terent. Heaut. a. 1 sc. 1 v. 91 *Quasi ad talenta quindecim coegi,* fast oder bey nahe in die 15 talent. Plaut. Mostell. a. 3 sc. 1 v. 95 *quasi XL minas.* Sueton. in Caligula cap. 58 *Nono Calend. Febr. horâ quasi septimâ,* ohngefehr um sieben uhr. ¶ 3. Plin. lib. 8 epist. 16 *Permitto servis quasi testamenta facere, ut legitima custodio.* Vbi vides, *quasi testamenta* opponi *testamentis legitimis.* Nam vera & justa, inquit ibi Buchnerus n. 427, sive legitima facere servi jure haud poterant.

Quasillaria, quasillus, Quassabilis, quassatio, quasso, quassus, quatefacio, Quatanténus, quatenus, Quater, quaternio, &c. vide *Qualus, Quatio, Qui, quæ, quod, Quatuor.*

QVĂTIO, quassi, (quod tamen non legimus, teste Carisio & Prisciano,) quassum, quatére, violenter commovere, concutere, schütteln, rütteln, anstossen, bewegen; ut, *Mœnia ariete quatere,* Liv. lib. 1 c. 10. *Fundamenta quatere,* über einen hauffen werffen, Virg. Æn. 2 v. 611. *Quatere oppida bello,* Idem Æn. 9 v. 608, belagern. ¶ 2. Aliquando significat ejicere sive excludere, hinaus stossen. *Miles quatietur foras,* id est, excludetur, expelletur, ejicietur, Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 66. Et, *Quati ægritudine, quasi tempestate,* Cicer. in Tusc. 3 c. 6. Sic, *Quatere alicui verbera,* id est, verberare, einen schlagen; Virg. Culic. v. 218 *Et flammas & sæva quatit mihi verbera pœnæ.*

¶ Quassus, a, um, convulsus, non integer, zerrüttet, zerrüttelt; ut, *Quassæ rates,* zerbrochene baufällige schiffe: Horat. lib. 1 od. 1 v. 17 *Mox reficit rates quassas:* conf. 4 od. 8 v. 32. Et Ovid. in Ibin v. 17 *Quassa membra carinæ.* Curt. 7, 7, 20 *Hæc quassa adhuc voce dixit,* mit halbgebrochenem munde.

¶ Quassus, ûs, substant. der stoß, die bewegung. Cicer. 2 Tusc. cap. 21 ex poëta: *attrectatu & quassu sævum amplificatis dolorem.*

¶ Quasso, avi, atum, are, frequent. erschüttern; ut, *Quassare caput,* Plaut. Mercat. a. 3 sc. 4 v. 15, das haupt schütteln. *Me frequens tussis quassavit,* Catull. carm. 45 v. 13, der husten hat mich gantz zerschellert. Adde Nonium cap. 4 n. 60.

¶ Quassātus, a, um, gerüttelt, zerstossen, zerscheitert. Virg. Æn. 1 v. 551
Quassatam ventis liceat subducere classem.
Et, *Respubl. quassata,* hoc est, afflicta, oppressa, die geplagte stadt oder regiment, Cic. pro Marcell. cap. 8. *Quassatum corpus,* id est, valetudine affectum, Sueton. Aug. cap. 81. *Exitiali peste quassati,* die die pest gehabt, Ammian. 19 cap. 4.

¶ Quassatio, ōnis, die rüttelung, schüttelung; ut, *Quassatio irrita,* Liv. lib. 22 cap. 17. *Quassationes cymbalorum,* Arnobius lib. 7 p. 237. Adde Macrob. Saturn. 7 cap. 15.

¶ Quassābĭlis, e, quod quassari potest, umstößlich. Lucan. 6 v. 22
Sed munimen habet nullo quassabile ferro.

¶ Quassabundus, a, um, anstossend, taumelnd. Macrob. Saturn. 5 c. 21 *Quassabundus & ebrius.*

¶ Quassagipennus, a, um, i. e. quassas agens pennas. Varro:
Nec quassagipennas anates, tremipedes.

¶ Quătĕfăcio, ĕre, erschüttern. Cicer. ad Brut. epist. 10 *Perrexi tamen, Romamque perveni, nulloque præsidio quatefeci Antonium,* id est, concussi & expuli.

Composita a *Quatio* cum præpositione:

¶ Concŭtio, concussi, concutere, vehementer commovere, bewegen, erschüttern. Terent. in Eunuch a. 3 sc. 5 v. 42 *Qui templa cæli summa sonitu concutit.* Sic, *Concutere rempublicam,* Cic. 2 Philipp. c. 42, hoc est, perturbare, labefactare, verunruhigen, zerrütten. Juvenalis sat. 10 v. 327
Nec Sthenobœa minus quam Cressa excanduit, & se
Concussére ambæ:
id est, erexere se in ultionem. Tractum a pugilibus, qui inituri certamen manus concutiunt.

¶ Concussus, a, um, bewegt, zerstossen, zerschmettert. Sic, *terra motu concussa,* Liv. 3 cap. 10. *Pater casu concussus acerbo,* Virg. Æn. 5 v. 700. *Mater mentem concussa,* erschreckt, Horat. 2 sat. 3 v. 295. *Concussa fides,* i. e. labefactata, Lucan. 1 v. 182.

¶ Concussus, ûs, substant. vehemens commotio, die bewegung, erschütterung. Plinius lib. 35 cap. 16 *crebro concussu.* Lucretius lib. 6 v. 546 *magno concussu.*

¶ Concussio, ōnis, idem. Gloss. Vet. *Concussio,* σεισμὸς, θόρυβος, διασεισμός. ¶ 2. JCtis *Concussio,* crimen est, si aliquid terrore potestatis illicite extorquetur & aufertur, eine ungeziemte abnöthigung, l. 1 & 2 ff. de concuss. & l. 3 & 4 C. de condict. ob turp. caus.

¶ Concussūra, æ, idem. Tertull. de fuga in persecut. cap. 13 pr. *Petenti me dabo in caussa eleemosynæ, non in concussuræ.*

¶ Concussor, ōris, afflictor, ein ängstiger. Tertullianus de fuga in persecut. c. 12 *Quid dicit ille concussor? Da mihi pecuniam.* Et sequenti cap. 13 cum traditore & persecutore conjungit. Et Ambrosius Serm. 66 *Calumniator & concussor.*

¶ Concussĭbĭlis, e, beweglich, est Tertull. lib. 1 adv. Marc. cap. 25.

¶ Concusso, are, frequent. zusammenschlagen. Lucret. 2 v. 214 *Abrupti nubibus ignes concussant.* Alii *concursant.* Et sic quoque lib. 3 v. 396.

¶ Inconcussus, a, um, imperturbatus, quietus, unbewegt. Seneca epist. 67 extr. *in otio inconcusso jacere.* Statius 5 Silv. 1 v. 142
Florebant hilares inconcussique penates.

¶ Inconcusse, adverb. idem. Augustinus lib. 1 Retractat. cap. 11 *Hoc sane inconcusse retinendum esse, non dubito.* Idem epist. 11 ad Fortunatian. *inconcusse credo.* Et epist. 112 *inconcusse credendo retinemus.* Et Cassiodorus lib. 1 Variar. epist. 35 *natantia inconcusse retinentur.*

¶ Conquasso, are, frequent. erschüttern; ut, *Conquassata est maximis terræ motibus Apulia,* Cic. lib. 1 de Divin. cap. 43. *Conquassatur mens,* Lucret. 3 v. 600.

¶ Conquassātus, a, um, zerrüttet, zerschmettert; ut, *corpus conquassatum,* Lucret. 3 v. 442. *Conquassata civitas,* Cic. in Vatin c. 8; & *Exteras nationes illius anni furore conquassatas videbamus,* Idem pro Sext. cap. 26.

¶ Conquassatio, ōnis, die erschütterung; ut, *Conquassatio valetudinis & perturbatio,* Cic. in Tusc. 4 cap. 13.

¶ Decŭtio, ssi, ĕre, dejicere, abschütteln, abschlagen. Horat. epod. 9 v. 9
December silvis honorem decutit,
hoc est, foliis suis arbores exuit, er treibt oder schlägt den bäumen das laub ab. Livius lib. 1 cap. 54 *Decussisse dicitur baculo summa capita papaverum.*

¶ Decussus, a, um, herunter geschlagen; ut, *decussa lilia,* Ovid. Fast. 2 v. 707.

¶ Decussus, ûs, substant. die herunterschlagung, abstossung; ut, *dens facilis decussu,* Plin. 11 cap. 37.

¶ Decussio, ōnis, idem. Tertullian. lib. 2 de cultu fœm. cap. 9 pr. *Decussio redundantioris nitoris.*

¶ Discŭtio, ssi, ĕre, in partes divisas concutere, zerschlagen, von einander treiben; ut, *Discutere murum lateritium,* Cæsar lib. 2 B. Civ. c. 9. *Arietibus aliquantum muri discutere,* Livius lib. 21 cap. 12. ¶ 2. Pro *removere,* metaphorice dixit Plinius *Discutere fastidium* lib. 23 cap. 1 sub fin. &, *Tristitiam,* Idem lib. 2 c. 6, pro auferre, vertreiben, benehmen. *Febrem & febris horrorem discutere,* Cels. lib. 3 cap. 15. *Discussa est illa caligo,* id est, diluxit, patet, &c. Cicer. Philipp. 12 cap. 2. Sic, *Discutere periculum & comprimere consilio,* abwenden, Idem pro Muræn. cap. 39.

¶ Discussus, a, um, von einander getrieben, zertheilet, aus einander gesetzt; ut, *discussæ umbræ,* Virg. Æn. 12 v. 669. *Discussa nox,* Lucan. 5 v. 700. *Æther purgatus discussis nubibus,* Silius 12 v. 638. *Discussa plebe,* Stat. 5 Silv. 3 v. 282.

¶ Discussio, ōnis, examinatio, die untersuchung; ut, *Discussio pecuniæ,* Lege 14 Cod. Theodos. de Jure fisci, geld-rechnung. Et Lege un. Cod. de ratiocin. Operum, *discussio vel ratiocinium.* Et Augustinus epist. 44 sub fin. *Quære aliquid nostra discussione dignum.* Juvenc. de edicto Augusti Cæsaris:
Novi capitum discussio census.

¶ Discussor, ōris, qui rationes tractatas ab aliis cognoscit atque disceptat, ein prüfer, der die rechnungen überleget und examiniret. Ita hac voce usi Imperatores in Codice lib. 10 tit. 30 de *Discussoribus.* Item Cassiodorus lib. 4 epist. 38, & lib. 9 epist. 10. Et Vet. Gloss. λογοθέτης, *Ratiocinator, discussor, disputator.* Discussum enim dicitur, quod est examinatum aut judicatum. ¶ 2. Ad alias quasvis examinationes transfertur. Ennodius lib. 4 epist. 13 *Novit Deus, discussor sensuum,* der die gedancken erforschet. Claud. Mamertus lib. 1 de Statu Anim. c. 1 extr. *Quis ferat cogitata sua, si discussor absit, adstruere, si adsit, operire.*

¶ Discussōrius, a, um, zertreibend; ut, *Cinis cochlearum ceræ mistus discussoriam vim habet,* es zertheilet, zertreibet, Plin. lib. 30 cap. 8.

¶ Indiscussus, a, um, non examinatus, unerörtert. Claud. Mamertus lib. 3 de Statu Anim. cap. 11 *Illud indiscussum restat.* Gloss. gr. lat. ἀλογοθέτητον, *indiscussum.*

¶ Excŭtio, ssi, ĕre, ausschlagen, herausschlagen; ut, *Ignem excutere,* Plin. lib. 16 cap. 40. *Excutere e manibus aliquid,* Pers. satyr. 3 v. 101, aus den händen schlagen. Et, *Excutere de manibus studia,* Cicer. pro Muræn. cap. 14. Ita Ter. Heaut. a. 1 sc. 1 v. 115 *Lacrymas excussit mihi,* er hat mir thränen ausgepresset. Seneca epist. 9 *Oculum casus excussit.*

cussit. Idem epist. 7 *Excutere alicui mentem*, einem den guten sinn benehmen. *Excutere jugum*, est detrectare obedientiam, Plin. in Panegyr. cap. 11, abfallen. Et Cic. Offic. lib. 3 cap. 20 *Explica atque excute intelligentiam tuam*, suche herfür und schütte aus deinen gantzen verstand. *Explicare & excutere verbum aliquod*, Cic. in Partit. cap. 36, ein wort fleißig examiniren und prüfen. Quintil. lib. 1 cap. 5 *Excutere omne scriptorum genus.* Et, *Excutere aliquem*, einen fleißig besuchen: Quintil. lib. 7 cap. 2 *Excusserunt illi patrem, & aurum in sinu ejus invenerunt.* Et, *Excutere aliquem*, id est, explorare, Plaut. Aul. a. 4 sc. 4. Sic, *Excutere cubilibus feras*, Plin. Panegyr. cap. 81.

¶ Excussus, a, um, ausgeschüttelt, heraus getrieben; item, untersucht, geprüft. Cic. de Arusp. Resp. cap. 18 *Te judices emiserunt excussum & exhaustum*, i. e. nudum & vacuum, leer, nacket und bloß; Metaphora ab eis, qui in latrones inciderunt. Idem pro Sulla cap. 16 *Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, excussos arbitrari.* Ovid. Trist. 1 eleg. 1 v. 78 *Agna excussa dentibus lupi*, aus den zähnen gerückt. Sic, *Somno excussus*, erwacht, Idem Fast. 1 v. 547. *Excussus curru*, umgeworffen, Virg. Æn. 10 v. 590. *Patriâ excussus*, vertrieben, Idem 7 Æn. v. 299; &, *Excussus pectore*, vergessen, Æn. 5 v. 679. *Diligenter excussus, ne quid cibi inferret*, befühlet, ausgesucht, Val. Max. 5, 4, 7, & Plin. 7 cap. 36.

¶ Excusse, adverb. accurate, genau, fleißig. Seneca 2 de Benef. cap. 17 *Si cum tirone & indocto negotium est, non tam rigide, nec tam excusse, sed languidius & remisse occurremus.*

¶ Excussus, ûs, substant. die ausschüttelung, ausklopffung. Prudent. 5 Peristeph. v. 226 *Scintillat excussus salis.*

¶ Excussio, ōnis, idem. Gloss. Vet. *Excussio, ἐκτιναγμός.* JCtis *excussio* est diligens inquisitio, die untersuchung.

¶ Excussor, ōris, der etwas ausschlägt; ut, *Excussor tritici*, ein trescher.

¶ Excussōrius, a, um, ad excutiendum aptus, zum ausschütteln dienlich; ut, *cribrum excussorium*, ein durchschlag, Plin. lib. 18 cap. 11.

¶ Excusso, are, frequent. heraus zwingen. Tertull. de Virg. veland. c. 7 *Virginum flos etiam humanam libidinem excussat.* Hinc

¶ Excussātus, a, um, pro *Excussus*: ut, *Tutores excussati*, Paul. l. 46 § 6 ff. de admin. tut.

¶ Excŭtia, æ, vel Excutium, i, eine kehrbürste. Plaut. Curc. a. 4 sc. 4 v. 22 *Mea excutia linteumque extersum.* Ita Lambinus legit & interpretatur parvas scopas, quibus excutitur pulvis e vestibus: Alii aliter.

¶ Incŭtio, ssi, ĕre, injicere, hinein treiben, schlagen; ut, *Incutere metum, pavorem, terrorem alicui*, einem eine furcht, schrecken, &c. einjagen, beybringen; Livii sunt singula, *metum*, lib. 2 cap. 18; *terrorem*, lib. 3 c. 4; *pavorem*, lib. 27 cap. 42. Pariter, *Timorem incutere*, Cicero dixit 2 de Orat. cap. 51. *Pudorem alicui incutere*, einen beschämen, Horat. 1 epist. 18 v. 77. *Religionem animo alicujus incutere*, einem ein gewissen machen, Liv. lib. 22 cap. 42. *Incutere scipionem in caput alterius*, Idem lib. 5 cap. 41, einem den kopff zubläuen. Juvenal. sat. 9 v. 5 *Nos colaphum incutimus servo*, wir geben ihm eine ohrfeige. Virg. Æn. 1 v. 69 *Incute vim ventis* &c.

¶ Incussus, a, um, geschlagen. Plin. 22 cap. 14 *Medetur contusis, incussisque.* Tacit. Hist. 4, 30, 1 *Incussæ trabes perfregére.*

¶ Incussus, ûs, substant. die zuschmeissung. Tacitus 4 Hist. cap. 23 n. 4 *armorum incussu præcipitati.* Prudentius Cathemer. hymn. 5 v. 7

Incussu silicis lumina nos tamen
Monstras saxigeno semine quærere.

¶ Incussor, ōris, qui verbera & plagas incutit, ein schläger. Paulinus Petrocorius lib. 5 de Vita Martini v. 285

Incussor laceri quatiebat corporis artus:

hoc est, tortor, ungularum incussione lacerans. vide Barthium ibi.

¶ Percŭtio, ssi, ĕre, ferire, schlagen, zerschlagen; ut, *Manu, lapide, gladio aliquem percutere*: Macrob. lib. 1 Saturn. cap. 6 de Tarquinio Prisco: *filium suum, annos quatuordecim natum, quod hostem manu percusserat, & pro concione laudavit, & bullâ aureâ prætextaque donavit*: Vbi *percutere* est, ermorden, tödten, erschlagen. Sic, *securi filium percutere*, enthäupten, Cic. 1 de Fin. cap. 7. Etiam absolute absque casu instrumenti significationem habet interficiendi, occidendi, quod & Rubenius in Electis lib. 11 cap. 19 notavit. Sueton. Calig. cap. 3 *Hostem cominus sæpe percussit.* Hinc *Percussor*, de quo postea. Sic, *se percutere*, Livii epitoma 114, pro, sibi manus inferre, sich entleiben. ¶ 2. Metaphora est in his: *Res illa animum percutit*, Cic. 4 ad Attic. epist. 8, es gibt mir einen stoß ans hertz. Lucret. lib. 1 v. 921

Percussit thyrso laudis spes magna meum cor.

Et, *Percutere fœdus cum aliquo*, Hirt. B Alex. c. 44. vide supra *Fœdus.*

¶ 3. Plauto etiam decipere, fallere significat, ut etiam verbum *tangere*, in Pseud. a. 2 sc. 2 v. 9. conf. supra *Palpus* in *Palpo.*

¶ Percussus, a, um, geschlagen, getroffen, gerührt. Cic. 3 Catil. cap. 8 *Turres de cælo percussæ.* Ovid. ad Liviam v. 11 *Percussus fulminis ictu.* Idem 4 Trist. eleg. 2 v. 5 *Collum percussa securi victima.* Virg. Æn. 7 v. 190 *Percussus virgâ.* Idem eclog. 5 v. 83 *Percussa fluctu litora.* Val. Flacc. 7 v. 475 *Extremo percussa dolore*, die sehr betrübt ist.

¶ Percussus, ûs, subst. ictus, der schlag, die schlagung, zerschmeissung. Vitruv. 9 cap. 9 *Teruntur percussu aquæ.* Senec. Qu. Nat. 2 cap. 6 *Vox linguæ formata percussu.* Plin. 7 cap. 51 *Venarum inæquabili percussu.* conf. Idem lib. 28 cap. 11 & 17, & lib. 31 cap. 3, & Apulej. de Herb. cap. 31 n. 5.

¶ Percussio, ōnis, idem; ut, *Capitis percussiones*, Cic. 3 Tuscul. cap. 26. Et, *Digitorum percussio*, ein schnipgen, Idem Off. 3 cap. 19. ¶ 2. *Percussio* est dimensio artis musicæ, der tact. Cic. in Orat. cap. 58 *Non sunt in oratione tanquam tibicini percussionum modi.* conf. de Orat. lib. 3 cap. 47 & 48, & Quintil. 9 cap. 4.

¶ Percussūra, æ, idem: Apulej. de Herb. cap. 31 n. 6 *Percussura ferro vel sude facta*, eine verwundung. conf. Veget. 2 cap. 20, & Vulg. Interpr. Levit. c. 12 v. 54.

¶ Percussor, ōris, homicida conductus, ein todschläger, mörder, bandit. Cic. Philipp. 2 cap. 29 *Deprehensus est cum sica percussor Cæsaris.* Sueton. Neron. cap. 48 *Spicillum Mirmillonem, vel quemlibet alium percussorem, cujus manu periret, quæsiit.*

¶ Percussibĭlis, e, durchdringend. Cœl. Aurel. Tard. 4 cap. 8 *Percussibilis pulsus.* Idem 1 cap. 4 *Odores percussibiles.* conf. Reines. Var. Lect. p. 650.

¶ Percussiōnālis, e, quod percutitur, das geschlagen wird. Sic, *instrumentum musicorum percussionale*, quod percussum reddit cum suavitate tinnitum, ein hackebret; & *Percussionalia acetabula*, ein klingspiel, apud Cassiodor. de Musica.

¶ Impercussus, a, um, unangestossen, unanstößig; ut, *Impercussos movere pedes*, nirgends anstossen, Ovid. Amor. 3 eleg. 1 v. 52.

¶ Repercŭtio, ssi, ĕre, percutientem ferire, zurück schlagen, zurück treiben. Plin. 4 epist. 30 *Est aliquid, quod hujus fontis excursum per momenta repercutiat.* Quintil. 6 cap. 3 *Aliena* (dicta) *aut reprehendimus, aut refutamus, aut elevamus, aut repercutimus, aut eludimus*: Vbi *repercutere* est, invertere, umkehren. Seneca epist. 118 *Multa aciem nostram splendore nimio repercutiunt*, i. e. perstringunt, sie blenden uns. Plin. 28 cap. 8 *Repercutere fascinationes*, i. e. discutere, vertreiben.

¶ Rĕpercussus, a, um, zurückgeschlagen, widerprallend. Virgil. Æn. 8 v. 23 *Lumen sole repercussum*, der widerschein. Ovid. Met. 3 v. 434 *Repercussæ imaginis umbra*, der schatten. Idem 2 Metam. v. 110

gemmæ
Clara repercusso reddebant lumina Phœbo.

Livius lib. 21 cap. 33 *Valles clamoribus repercussæ*, widerschallend. Valer. Max. lib. 1 cap. 9 ext. 11 *Altero latere repercussum contrarius fluctus in navem retulit.*

¶ Repercussus, ûs, subst. die zurückprallung; ut, *Repercussus maris*, Plin. lib. 10 epist. 69. Et Tacitus Germ. c. 3 *objectis ad os scutis, quo plenior & gravior vox repercussu intumescat.* Sic, *Repercussus ventorum*, Plin. H. N. 5 cap. 9. *Repercussus solis*, der widerschein, Idem 5 cap. 5; & *Repercussus colorum*, Idem 37 cap. 2.

¶ Repercussio, ōnis, idem. Senec. 7 Quæst. Nat. cap. 19 *per repercussionem vicinorum siderum.* Et Vlpian. Dig. 8 t. 2 l. 17 § 2 *Si forte κατ' ἀνταναύκλασιν, id est, per refractionem, seu repercussionem, lumen in ædes devolvatur.*

¶ Repercussĭbĭlis, e, widerprallicht; ut, *Repercussibilis usus*, Cœl. Aurel. Tard. 1 cap. 1. *Repercussibilis sphæra*, ibid. 3 cap. 6.

¶ Irrepercussus, a, um, unabgelehnt, unwiderlegt. Tertull. Apolog. cap. 16 extr. *Ne quid rumoris irrepercussum, quasi de conscientia, prætermisissemus.* Ita Rigaltius legit: quidam *impercussum.* Sensus utriusque *irrefutatum.*

¶ Præcŭtio, ssi, ĕre, i. e. *ante percutere*, uti idem exprimit Propert. 3 eleg. 14 v. 16, zuvor rütteln. Ovid. Met. 4 v. 758

Tædas Hymenæus Amorque Præcutiunt.

¶ Recŭtio, ssi, ĕre, est retro quatere, zurück treiben. Augustinus lib. 8 Confess. cap. 11 *Incutiebat horrorem, sed non recutiebat retro, nec avertebat.*

¶ Rĕcussus, a, um, zurück getrieben; ut, *Penitus recussum æquor*, Val. Flacc. 5 v. 166. *Recussus somno*, Apulej. Met. lib. 5 p. 170, id est, excitatus, aus dem schlaff verstört. Virgilius quoque Æn. 2 v. 53

uteroque recusso
Insonuere cavæ gemitumque dedere cavernæ;

pro *concusso*, quemadmodum Servius exponit.

¶ Recussus, ûs, subst. die zurückprallung. Plin. 8 cap. 53 *Recussu pernicius quo libuerit exultant.*

¶ Recussābĭlis, e, beweglich. Cœl. Aurel. Tard. 3 cap. 6 *Recussabilis sphæra.*

¶ Succŭtio, ssi, ĕre, quasi subtus quatere, erschüttern, schückeln. Onomast. Vet. *Succutio, ἐκσείω.* Gloss. *Succutit, ἀνασαλεύει.* Ovid. 2 Metam. v. 167 *Succutiturque alte, similisque est currus inani.*

¶ Succussus, a, um, gerüttelt, niedergeschlagen. Val. Max. 6 c. 9 ext. 5 *Semel duntaxat vultum mutavit, perquam brevi tristitiæ salebra succussum.*

¶ Succussus, ûs, subst. die erschütterung, harte bewegung. Cic. in 2 Tusc. cap. 21 *Pedetentim ite, & sedato nisu, ne succussu arripiat major dolor.*

¶ Succussio, ōnis, idem. Seneca Qu. Nat. 6 cap. 21 *Succussio est, cum terra quatitur, & sursum ac deorsum movetur.*

¶ Succussor, ōris, ein rüttler, schüttler. Sic, *Equus succussor*, qui *gradario* opponitur, ein springer. Nonius cap. 1 n. 55 in *Succussare*, ex Lucilio: *Campanus sonipes succussor nullus sequetur.*

¶ Succusso, succussare, quod Nonio l. c. *sursum frequenter excutere* est, schütteln. Sic dicimus: *Equus succussat sessorem*, es macht den reuter huckend. Nonius ibidem ex Accio: *Agite, ac, vulnus ne succusset gressus, caute ingredimini.*

¶ Succussātor, ōris, idem qui *succussor*, nempe qui insidentem succussat, so harte trabet. Rursus Lucilius apud Nonium c. l.

Succussatoris tardi rarique caballi.

¶ Succussatūra, æ, das gerüttele. Idem Nonius in *Gradarius* c. 1 n. 60 hoc verbo usus est: *Gradarius*, inquit, *est molli gradu & sine succussatura nitens*, das trollen der pferde, der harte trab.

¶ Superquătio, ĕre, aufrütteln. Avienus Phænom. Arat. v. 1207

superquatit ira furorque.

Quatriduanus, quatriduum, vide supra *Dies.*

QVĂTVOR, numerale indeclinabile, vier; ut, *quatuor aræ*, Virgil. eclog. 5 v. 65. ¶ Quanta prima sit, res dubia & controversa est. Barthius lib. 23 Advers. cap. 14, & lib. 28 cap. 16 brevem pronunciat ex eo, quia *quater* primam corripit. Deinde, quia Ennius & Ausonius primam corripuere. Ennii illud est apud Cic. 1 Divinat. cap. 48

Cedunt ter quatuor de cælo corpora sancta.

Ausonius Ludo Septem Sapientum in Cleobulo ita scribit:

Gradibus propinquis in quatuordecim sedes.

Sed neutrum satis firmum est. Ad illud enim, quod *quater* primam corripit; ex eo non sequitur, primam perinde in *Quatuor*, unde est, corripiendam. Plura enim exempla dari possunt eorum, quæ quoad quantitatem ab origine sua recedunt; ut, *Quăsillus* a *Quālus*: *Pŭsillus* a *Pūsus*: *Lŭcerna* a *Lūce* seu *Lūceo* &c. Jam in Ennii & Ausonii locis potest esse *συνίζησις*, quæ tres in duas syllabas contrahat, & spondeum

pondeum faciat: quod non adeo infrequenter fieri apud poëtas consuevit. Sane contra opinionem Barthii stant poëtarum veterum auctoritates, ex quibus certum & indubitatum exemplum correptionis haud ullum temere afferri potest. Quo fit, ut neque τὸ t, geminatum fuisse, produci ut posset, quod idem existimat, putaverim. Nam si revera esset brevis, procul etiam dubio ejusmodi evidentia reperirentur exempla, ut plura exstarent Ennianæ συνιζήσεως exempla. Virgilius, norma poëtarum, vicies usus hâc voce, semperque produxit, & dactylum semper ex ea constituit. Nec aliter juniores poëtæ, etiam Christiani, faciendum sibi putarunt. Avienus Periegesi ipsi Barthio laudatus: *Quatuor infuso catô sale terga dehiscunt.*
Juvencus lib. 3 Histor. Evangelicæ v. 218

Quatuor ex omni fuerant tum millia plebe.

Sedulius lib. 1 Oper. Paschal. de Evangelistis loquens:

Quatuor hi proceres unâ te voce canentes,
Tempora ceu totidem latum sparguntur in orbem.

Idem lib. 3 v. 266 *saturavit quatuor illic*
Millia vescentum.

Potius itaque fuerit, nec geminare, t, in prima, & illam productam statuere, quod Vossio visum lib. 2 de Arte Grammat. cap. 17.

¶ Quatuordĕcim, quatuordecies, vide supra *Decem.*

¶ Quatuorvĭri, quatuorviratus, vide infra in *Vir.*

¶ Quartus, a, um, proximus a tertio, der vierdte; ut, *Quartus pater*, i. e. abavus, Virg. Æn. 10 v. 619. *Quarta hora*, vier uhr, Idem Georg. 3 v. 327. *Quarta vigilia*, Cæs. 1 B. Gall. cap. 21 &c. ¶ 2. *Quartus decimus*, der vierzehende; ut, *Quarta decima luna*, Plin. lib. 2 cap. 59. *Quarta decima legio*, Tacit. 1 Annal. cap. 70 &c.

¶ Quarta, æ, substantive JCtis multiplex est, & quadrantem ejus assis, de quo agitur, sive quartam aliquam partem significat, ein viertel, ein vierdtes theil; ut, *Quarta agnatorum, quarta arrogati, quarta curiæ* &c. vid. Hotomannus de Verb. Signif.

¶ Quartùm, adverbium, zum vierdten mahl; ut, *quartum lectus* vel *creatus est consul*: Livius lib. 3 cap. 66 *T. Quintius Capitolinus quartum, & Agrippa Furius COSS. facti.* Ab hoc secundum Varronem differt alterum adverbium

¶ Quarto, zum vierdten; quippe quod ad locum atque ordinem: illud (*Quartum*) autem ad tempus refertur. Verba Varronis apud Gellium lib. 10 cap. 1 sunt: *Aliud est quartò prætorem fieri, & quartùm; quod Quarto locum adsignificat, ac tres ante factos; Quartum tempus adsignificat, & ter ante factum.* Nec vero id anxie observant scriptores, sed Gellius ibidem ex Q. Claudio profert: *Marium creatum septimo consulem fuisse.* Idem c. l. ex Tironis liberti quadam epistola renarrat, dubiam horum vocabulorum controversiam adeo fuisse, ut Pompejo, propter dissentientium opiniones hæsitanti, Cicero suaderet, *ut neque* TERTIVM *neque* TERTIO COS. *scriberetur, sed ad secundum usque T fierent litteræ* TERT. *ut verbo non perscripto res quidem demonstraretur, sed dictio tamen ambigua verbi lateret.*

¶ Quartānus, a, um, aus der vierdten classe; ut, *Quartani milites*, i. e. quartæ legionis, Tacit. Hist. 4, 37, 3. *Febris quartana*, quarto die recurrens, Plin. 7 c. 50. vide *Febris.* Absolute dixit Cic. ad Att. 7 ep. 2 pr. *Quartanam decessisse.* Et Horat. 2 sat. 3 v. 29 *frigidam quartanam* vocat, das viertägige fieber. Eam laudavit Phavorinus apud Gell. lib. 17 cap. 12. Atque in argumento non plane παραδόξῳ forteàn versatus est, siquidem ab illa non itidem vitæ periculum imminet, atque ab alia febri, quique ab ea convalescunt, constantiori postea fruuntur valetudine, quin etiam ea, depascendo noxios humores, plerosque liberat a morbis, quorum curatio pene in desperatis habebatur, &c.

¶ Quartānārius, a, um, in quatuor partes divisus, geviertheilt; ut, *Quartanaria tabula*, Pallad. Januar. tit. 11.

¶ Quartārius, i, vas quatuor mensurarum, vel quarta congii pars, ein quartiergen; ut, *Quartarius sulphuris*, Cato R. R. cap. 95. *Quartarius mellis*, Colum. 12 cap. 5. *Selibras farris & quartarios vini contulerunt*, Liv. 5 cap. 47. ¶ 2. *Quartarios appellabant antiqui muliones mercenarios, quod quartam partem quæstus capiebant*: Festus.

¶ Quartadecimāni, vide supra *Decem.*

¶ Quăter, adverb. viermahl. Virgil. Æn. 1 v. 94

O terque quaterque beati!

Vbi Servius *Quater, sæpius*, interpretatur. Et 2 Georg. v. 399

Terque quaterque solum scindendum.

Sic, *quater decies*, viertzig mahl, Cic. Verr. 1 cap. 39. *Quaterdeni*, je viertzig, Ovid. Met. 7 v. 293. *Quater & quadragies*, vier und viertzig mahl, Plin. 7 cap. 27. *Quatercenties*, vier hundert mahl, Vitruv. 10 cap. 14.

¶ Quăterni, æ, a, je vier, distributivum est, quod pro cardinali sæpe usurpatur: ut apud Plin. lib. 8 c. 36 *Quaternis diebus latent.* Cic. pro Fontej. cap. 5 *Quaternos denarios exegisse.* Virgil. Æn. 10 v. 202 *Populi quaterni.* Hoc numero summa omnia niti ac gaudere, Eumenius dicit Panegyr. Constantii cap. 4. Pythagoræi æternæ naturæ fontem, radicemque statuebant. Vide Jamblich. de vita Pythagoræ cap. 38 p. 138.

¶ Quaternārius, a, um, viermahlig, gevierdt; ut, *Numerus quaternarius*, Plin. lib. 28 cap. 6, qui Mercurio sacer fuit, ut Plutarchus auctor est lib. 9 Symposiac. quæst. Et, *Quaternarii scrobes*, Colum. 11. cap. 2.

¶ Quaternio, ōnis, eine quatern, hoc est, quatuor chartæ, sive folium in quatuor minora complicatum. Apud Scholiasten Prisciani ad lib. 5 *Quaternio dux quatuor virorum.* Sed græca vox τετράδιον Act. c. 12 v. 4, quam Vulg. Interpres *Quaternionem* vertit, signat numerum quatuor militum. vid. Voss. de Vit. L. L. 3 cap. 40.

¶ Quaterno, are, i. e. quaternos jungere; unde

¶ Conquaterno, are, je viere zusammen thun. Gloss. gr. lat. ζευγίζω κατὰ τέσσαρα, *conquaterno.*

¶ Quatriduum, quatriduanus, vide supra *Dies.*

¶ Quadrus, a, um, quadratus, quadrangulus, gevierdt, viereckicht; ut, *Quadra possessio*, Vet. Auct. de Limit. in Gœsii Agraria pag. 281. *Terminos quadros cursorios posuimus*, Cajus & Theod. ibid. pag. 253. Pro quo

¶ Quădruus, a, um, idem, apud Auson. Idyll. 14 v. 5

Errabam riguis per quadrua compita in hortis.

¶ Quădra, æ, subst. orbis, ein teller oder tellerbrod, ein schnittgen; sic dicta a forma quadrata. Juvenal. sat. 5 princ.

Vt bona summa putes aliena vivere quadrâ,

i. e. agere vitam parasiticam, schmarutzen. vid. Scalig. in Moretum. Apud Horat. lib. 1 epist. 17 v. 49 *quadras*, panes quadratos Cruquius & Torrentius interpretantur, quos vide. *Quadra casei*, Martial. lib. 13 epigr. 32, das viertheil vom käß.

¶ Quadrŭla, æ, diminut. ein tellerlein, viereckicht plätzlein. Solinus c. 50 de gemma: *Nunc bractearum, nunc pulveris habet quadrulas.*

¶ Quadrum, i, subst. quadrangulare, das gevierdte, viereckichte, in vier gleiche winckel getheilet. Sic, *Perticæ dolantur in quadrum*, Colum. 8 cap. 3. *In quadro jacere*, Auct. de Limit. in Gœsii Agrar. pag. 282. *Sententias in quadrum redigere*, Cic. in Oratore cap. 61 & 70, i. e. numeris vincire & certo ambitu determinare, ins geschicke bringen.

¶ Quădro, avi, atum, are, in quadrum redigere, viereckicht machen. Horat. lib. 1 epist. 6 v. 35 *& quæ pars quadret acervum,*
id est, consummet, & undiquaque perficiat. Sic, *orationem quadrare*, Cicero dixit in Orat. cap. 56 *Quadrandæ orationis industria.* ¶ 2. Aliquando absolutum est, & ex omni parte convenire significat, übereintreffen, sich fügen, reimen, schicken. Cic. lib. 3 de Orat. cap. 44 *Versum numerose cadere, & quadrare, & perfici volumus.* Idem pro Cœlio cap. 29 *Nisi omnia, quæ cum turpitudine aliqua dicerentur, in istam quadrare apte viderentur.* Petron. Fragm. Tragur. p. 11 *Cancer & hoc & illoc quadrat*, scil. in mare & in terram.

¶ Quădrans, tis, subst. masc. quarta cujusque rei pars, ein vierthel; ut, *Quadrans pedis*, Gellius 3 cap. 10. *Quadrans operæ*, Colum. 2 cap. 4, i. e. quarta pars. ¶ 2. *Quadrans*, genus nummi, quarta pars assis, (nummulus enim fuit,) anderthalb heller. vide *As.* Plin. 33 cap. 3 *Quadrans antea triuncis vocatus a tribus unciis.* B. Hieronymus in Matthæi c. 5 v. 26 QVADRANS *genus nummi, qui habet duo minuta. Vnde & in alio Evangelio mulier illa pauper & vidua dicitur misisse* QVADRANTEM *in corbona, & alibi* DVO MINVTA. *Non quod dissonent Evangelia: sed quod unus quadrans tres minutos nummos habeat.* Videntur autem *quadrantes* nummi plumbei fuisse. Nam quos Martialis lib. 3 epigr. 7 *centum quadrantes* vocat, atque in iis anteambulonum mercedem constituit: hos lib. 10 epigr. 74, cum eadem de re loqueretur, *centum plumbeos* dixit. Et plumbeis nummis Romanos usos, præter alia docent ipsi aliquando eruti nummi tales, quos apud Pignorium de Servis p. 129 licebit videre. *Quadrantem* solvisse videntur ingredientes balneum: Vnde Horat. 1 sat. 3 v. 137 *Quadrante lavatum rex ibis.* conf. Juvenal. sat. 6 v. 447. ¶ 3. *Quadrans*, genus ponderis, ein vierthel pfund. Plin. 28 cap. 9 *Decoquitur quadrantis pondere.* Petron. Fragm. Tragur, p. 14 *Paratus fuit quadrantem de stercore mordicus tollere*, ein wichtig stück. ¶ 4. *Quadrans* item in re astronomica quartam partem signiferi circuli, h. e. tria signa significat. Vnde Astronomis

¶ Quadrantālis, e, geviertheilt; ut, *Quadrantalis adspectus*, qui *quadratus* etiam appellatur, fit per trium signorum interstitium, & gradus nonaginta. Sic *trientalis adspectus* est, qui fit in tertia parte signiferi, (h. e. in quatuor signis,) quæ constat centum & viginti gradibus. Plinius *triquetrum* vocat. Et *sextans* fit in sexta parte signiferi, h. e. sexaginta gradibus & signis duobus, ob id *sexagenarius* dictus. vide Budæum de asse lib. 1 p. 30. ¶ 2. Sed alii quoque præter Astronomos, Quadrantalis vocabulo utuntur: Ita Plinio lib. 13 cap. 15 *quadrantalis crassitudo* est pedis quartæ partis, a quadrante pedis appellata.

¶ Quădrantal, substant. neutr. amphora græce, octo & quadraginta capit sextarios, vier und zwantzig kannen, sechs stübichen: Plaut. Curcul. a. 1 sc. 2 *modica est, capit quadrantal*, sechs stübichen sind ihr herr nicht, Budæus. ¶ 2. Cubus, teste Gellio, cujus hæc verba sunt lib. 1 cap. 20 *qualia sunt quadrata undique, quæ κύβους illi, (Græci,) nos quadrantalia dicimus: κύβος enim est figura ex omni latere quadrata, quales sunt, (inquit M. Varro) tesseræ, quibus in alveolo luditur, ex quo ipsæ quoque appellatæ κύβοι.*

¶ Quadrantārius, a, um, quadrante constans, einen heller werth. Sic, *Quadrantaria res* Senecæ balneatoria est, ex eo ita dicta, quod publice lavaturi quadrantem solverent balneatori. Id quod aperte significatur ex versiculo Juvenalis sat. 6 v. 447

Cædere Silvano porcum, quadrante lavari.

Vide & Horatii locum supra in *Quadrans*: item Cœl. Rhodig. lib. 30 c. 19, Rævardum lib. 2 Conjectan. c. 3, & Ferrarium P. 1 Rei vest. p. 193. Verba Senecæ leguntur epist. 86 (al. 87) *Olim & pauca erant balnea, nec ullo cultu exornata. Cur enim ornaretur res quadrantaria, & in usum, non oblectamentum reperta?* ¶ 2. *Clytemnestram* quoque *quadrantariam*, cujus mentio apud Quintilianum lib. 8 cap. 6, Alciatus ita dictam censet lib. 2 Parerg. cap. 12, quod exerceret artem balneariam, a quadrante videlicet, qui dari solebat balneatoribus. Quam ejus conjecturam etiam putes adjuvari verbis Ciceronis pro Cœl. c. 26 *nisi forte mulier potens quadrantariâ illâ permutatione familiaris facta erat balneatori.* Sed rectius ex eo nomen hoc illi inditum tradunt Cœl. Rhodig. lib. 18 Lect. antiq. cap. 16, & Brodæus lib. 3 Miscell. cap. 24, quod vili mercede sui copiam faceret, quia quadrans olim pretium erat prostituti corporis fœminarum. ¶ *Quadrantaria Clytemnestra*, Cœlius in ænigmate quodam, ubi videtur intellexisse Clodiam, P. Clodii sororem, quam Catullus Lesbiam vocat. Cur *Quadrantariam*, cur item *Clytemnestram* appellârit, docte & eleganter declarat Victorius in appendice Castigationum Ciceronianarum super 2 epist. libri ad Metellum, ex parte etiam Nicolaus Loensis lib. 9 Epiphyllid. cap. 21.

¶ Quădrātus, a, um, gevierdt, viereckicht; ut, *Saxum quadratum*, Livius lib. 6 cap. 5 pr. ein quaderstein oder werckstück. *Agmen quadratum*, Liv. lib. 21 cap. 5, & Curt. 5, 13, 10, in schlachtordnung gestellet.

Turris quadrata, Lucret. lib. 4 v. 354, vierecklicht. *Mutare quadrata rotundis*, ab Horatio proverbialiter dictum videtur lib. 1 epist. 1 v. 100, das hunderte ins tausende mengen. *Quadrata statura* apud Suetonium Vespasiano cap. 20 media est inter longam & brevem. *Quadrata vestis*, quæ a summo ad imum aperta quatuor angulos habebat, cujusmodi erant pallia Græcorum mulierumque. His contrariæ *rotundæ*. Vide in *Rotundus*. Sic, *Quadratus aspectus*, idem qui *quadrantalis*, ubi vide. Et, *Quadratus numerus* qui dicatur, vide in *Numerus*. ¶ 2. *Homo quadratus* dicitur non tantum quoad formam corporis; (sic enim Celsus de Re medica lib. 2 cap. 1 auctor est, quod *corpus habilissimum quadratum sit, neque gracile, neque obesum*;) sed etiam quoad animum, ut ex Aristot. lib. 1 Ethic. Valer. Pierius in Hieroglyph. lib. 39 cap. 32 notat: *Quadratum simpliciter virum per translationem dictum* autumans *& perfectum significare*. Vnde & Mercurio *Hermæ* erigebatur, i. e. *quadratus lapis*, de cujus rei caussa Macrobius Saturnal. 1 cap. 9.

¶ Quādrātio, ōnis, die theilung ins gevierdte, der gevierdtschein; ut, *anguli quadrationis*, Vitruv. lib. 4 cap. 3 extr.

¶ Quadratūra, æ, idem. Hygin. de Limit. Gœs. p. 203 *Vt quadraturæ diligenter cludi possint*. ¶ Flavius Vopiscus in Firmo tyranno cap. 3 *quadraturas vitreas* vocat, viereckichte scheiben.

¶ Quadrator, ōris, qui quadrat lapides, ein steinmetz. Casfiodor. 2 epist. 7 *Marmorum quadratores*.

¶ Quadratārius, i, idem: apud Sidon. lib. 3 epist. 12. Paullo ante eumdem vocaverat *lapidicidam*. Vid. ibi Savaro, & Pratejus Lexico Juris f. 445. Sic, *Inductis quadratariis*, Dolabella in Gœsii Agrar. p. 294.

¶ Quadrārius, a, um, vierschrötig; ut, *Vasa quadraria*, Cato R.R. c. 18.

¶ Quādrāginta, adject. indecl. vierzig. Catull. carm. 114 v. 1

Habet justa triginta jugera prati,
Quadraginta arvi.

Plin. 2 cap. 8 *Absistens partibus sex atque quadraginta longius*. Cicer. pro Rosc. Am. cap. 14 *Annos natus magis quadraginta*, über 40 jahr alt.

¶ Quadrāgies, adverb. vierzig mahl; ut, *Sestertium ter & quadragies*, Cic. pro Flacco cap. 12 extr.

¶ Quadrāgēni, æ, a, je vierzig, distributivum, sed quod sæpe pro cardinali ponitur. Cic. in Verr. 1 c. 56 *Columnæ sestertiis quadragenis millibus locatæ*. Plin. lib. 8 cap. 3[illegible] *quadragenis diebus latent*. Idem lib. 17 cap. 23 *quadrageni pedes*.

¶ Quadragenārius, a, um, quadraginta annos natus, vierzigjährig. Arnobius lib. 2 p. 60 *Quadragenarium istum ad te voca*, quem paullo ante p. 58 dixerat *annos quadraginta permensum*.

¶ Quādrāgēsĭmus, a, um, ordinale, vierzigst: ut, *Quadragesimum stipendium*, Tacit. Annal. 1 c. 64. *Quadragesimum post annum*, Idem Annal. 12 cap. 27. Et Plin. 2 cap. 8 *Olympiade circiter quadragesima secunda*. ¶ 2. *Quadragesima* absolute pro quadragesima parte. Sueton. Calig. cap. 40 *Exigebatur pro litibus atque judiciis quadragesima summæ, de qua litigaretur*. Sic *quadragesimæ abolitio* apud Tacitum Ann. 13 c. 51, est abolitio vectigalis, quo quadragesima pars a publicanis exacta fuerat.

¶ Quadrangŭlus, quadrangulatus, vide supra *Angulus*.

¶ Quadrĭdens, tis, vierzackicht, mit 4 zähnen; ut, *Quadridentes rastri*, Cato R.R. cap. 10 & 11.

¶ Quadriennis, e, vierjährig. Florus 2, 6, 1 *Post primum Punicum bellum vix quadriennis requies*. Alii *quadriennii* legunt.

¶ Quadriennium, vide supra in *Annus*.

¶ Quadrifariam, quadrifariter, vide *Fari*.

¶ Quadrĭfĭdus, vide *Findo*.

¶ Quadrifluus, quadrifluvius, vide supra *Fluo*.

¶ Quadrifŏris, vide *Forū*.

¶ Quadrifrons, vide *Frons*.

¶ Quadrīgæ, quadrigŭlæ, quadrigarius, quadrigatus, vide *Jugum*.

¶ Quadrigeminus, vide *Geminus*.

¶ Quadrijŭgis, quadrijugus, vide *Jugum*.

¶ Quadrilībris, vide supra *Libra*.

¶ Quadrīmānus, a, um, vierhändig, mit 4 händen. Jul. Obsequens de Prodigiis cap. 111 *Puella biceps, quadripes, quadrimana, gemina, gemina fœminea natura, mortua nata*. Idem cap. 73 alia inflexione: *Pueri quadrupedes & quadrumanes nati*.

¶ Quadrimenstruus, a, um, viermonatlich. Gloss. Cyrill. τετραμηνιαῖος, *quadrimenstruus*.

¶ Quadrimestris, e, idem. Suetonius Neron. cap. 14 *Consulatus quatuor gessit &c. tertium quadrimestrem*.

¶ Quādrīmus, a, um, vierjährig; ut, *Merum quadrimum*, Horat. 1 od. 9 v. 7. Et pro puero quatuor annorum: Livius lib. 27 cap. 37 *Infantem natum esse quadrimo parem*.

¶ Quadrimŭlus, a, um, diminut. fast vierjährig. Plaut. in Pœnul. prolog. v. 85 *Altera quinquennis, altera quadrimula*. Idem Captiv. a. 5 sc. 3 v. 4 *Quadrimulus parvulus*.

¶ Quadrīmātus, ûs, ætas quatuor annorum, das vierjährige alter. De bubus Plin. 8 cap. 45 *Non ante quadrimatum ad partus vocando*. Idem 19 cap. 11 *Ex seminibus nullum ultra quadrimatum utile est*. Et Colum. 7 cap. 9 *Quadrimatum agere*, vier jahr alt seyn. Idem 9 cap. 1 *Vltra quadrimatum senescere*.

¶ Quādrīni, æ, a, id est, quatuor, vier. Plin. 11 cap. 36 *Trinis aut quadrinis diebus*, in drey oder vier tagen. *Quadrini cardines*, Arnob. lib. 6. Et, *Febris quadrini circuitus*, Plin. lib. 7 cap. 50. Et Apulejus lib. 1 Doctr. Platon. pag. 7 *Cum sol quadrinas temporum contigerit vices*.

¶ Quadringenti, quadringenties, quadringentesimus, quadringeni, quadringenarius, vide supra *Centum*.

¶ Quadripartītus, vide *Pars*.

¶ Q adrirēmis, vide infra *Remus*.

¶ Quadrīvium, vide *Via*.

¶ Quadrŭpes, quadrupe lans, vide supra in *Pes*.

¶ Q ādrŭplex, ĭcis, vierfach, viererley. Plin. lib. 12 cap. 11 *quadruplex magnitudo*. Cic. in Arato v. 93 *Præter quadruplices stellas*.

¶ Quādrŭplĭco, āre, vierfach machen, vermehren. Plaut. Stich. a. 3 sc. 1 v. 4 *Me juvit lucrisque quadruplicavit rem meam*.

¶ Quadruplicatus, a, um, vierfältig. Hinc

¶ Quadruplicāto, adv. vierfältiglich. Plin. lib. 14 cap. 4 *emtis quadruplicato vineis*. Add. lib. 2 cap. 17.

¶ Quadruplĭcātio, ōnis, multiplicatio in quadruplum, die vierfältigung. Vlpianus Lege 2 Dig. de Exceptionib. non quidem utitur hoc verbo; usum tamen ejus faciliorem concedit. Ait enim § 3 *Contra replicationem solet dari triplicatio, & contra triplicationem rursus, & deinceps multiplicantur nomina*. Aliqui expresse legunt: *rursus quadruplicatio*, &c.

¶ Quādrŭplus, a, um, vierfach, viermahl so viel, ut Duplus, Triplus, &c. *Fœneratorem quadrupli damnandum majores censuerunt*; vide *Fœnus, Fœnerator*. Plin. Panegyr. cap. 40 *Alius tarditatem solvendi dupli, vel & quadrupli irrogatione mulctaret*. Et Cic. Verr. 3 cap. 13 *Judicium in aliquem in quadruplum dare*.

¶ Quadruplò, adverb. idem. Cicero l. c. *Ab affectis quadruplo condemnari*. Et Plin. lib. 11 cap. 37 [Harduin. sect. 79] *Elephanto pulmo quadruplo major bubulo*, viermahl grösser.

¶ Quadrŭplo, āre, verbum, proprie idem quod *quadruplicare*. Sic, *Numerus quadruplatus in se*, Lege 10 Dig. de Grad. § 17. ¶ 2. *Quadruplare*, apud JCtos est *in quadruplum damnare*, vierfach straffen: e.g. Vlpian. l. 14 § 1 ff. quod metus caussa: *Quadruplabitur omne, quodcunque restitui oportet*. Plautus Persâ a. 1 sc. 2 v. 10 etiam verbaliter usus est, cujus verba & interpretationem post paullo in *Quadruplator* afferemus. Hinc enim

¶ Quadruplātor, ōris, est, apud Cicer. 1 in Verrem cap. 7, & Livium lib. 3 cap. 72. QVADRVPLATORES, inquit Asconius in Divinat. Verrin. pag. 26, *delatores erant criminum publicorum: in quare quartam de proscriptorum bonis, quos detulerant, assequebantur*, verräther oder kläger ums vierdte theil der straffe. Vide & Lipsium in 4 Annal. Taciti n. 43. Quia itaque id hominum genus intentum prædæ accusabat juxta poscebatque, idcirco Seneca lib. 7 de Beneficiis cap. 25 *Importunos beneficiorum suorum quadruplatores* eleganter dixit, qui referendæ gratiæ importune beneficia exigunt, ac, ni reponas affatim, accusant. Cæterum de hac voce consulendi Turneb. lib. 3 Advers. cap. 9. Marcell. Donat. in Jul. Capitolin. pag. 873. Est autem hic dissidium aliquod Grammaticorum, in exponenda tum Plauti sententia, tum vi vocabuli *Quadruplator*. Verba Plauti sunt Pers. a. 1 sc. 2 v. 10, ubi Parasitus ait: *neque quadruplari me volo*, quod alii tamquam deponens interpretantur, nolo quadruplator esse, ut τὸ *me* abundet; alii passive, nolo ad quadruplum pretium solvendum cogi. *Quadruplatorum* autem nomine non ab omnibus intelliguntur ii delatores, quibus de bonis damnatorum *quarta* pars adjudicabatur, sed ii a nonnullis, qui reos accusarent eorum criminum, quorum convicti solvere *quadruplum*, lege tenebantur. Lis ergo de eo est, dictine sint a *quarta* parte, quam ipsi acciperent; an a *quadruplo*, quod solverent rei? a præmio, quod sperarent; an a mulcta criminis, quod accusarent? a fine, ut ita loquar, an ab objecto? Pro priore sententia eruditi fere, quos citavimus, pugnant. Pro posteriore tamen leges grammaticæ militant. A parte enim *quarta*, *quartarium* quidem deducas, de quo dictum supra: at *quadruplari* verbum, & inde *quadruplatorem* non nisi a *quadruplo*. Quamobrem & Vossius Lexic. etymol. f. 424 *Quadruplatores* Sidonii Apollinaris lib. 5 epist. 7 portitores interpretatur, qui portorium in *quadruplum* conducerent. Quod autem addit ibi vir doctissimus, ab Apulejo quoque (locus est in Apolog. pag. 330 ed. Elmenh.) Æmilianum appellari *quadruplatorem, quod ætatem quadruplaret Pudentillæ, assignando ei annos LX; quæ annorum erat XL*: in eo, ista cum scriberet, fugit ipsum ratio. Nec enim intelligi potest, quomodo, qui e quadragenaria fœmina sexagenariam fingit, ætatem illi suam quadruplet. Verum hoc tum demum erat, si quindecim annorum fuisset Pudentilla. Quid multa? Apulejus ipse verbis sequentibus Æmilianum ait annos Pudentillæ quadraginta, *dimidio auxisse*. Hoc certe non est *quadruplare*. Alia ergo facienda est interpretationi verborum Apuleji medicina. Quam quidem, si rem ipsam cum verbis Apuleji componas diligenter, haud ægre quis invenerit. Volebat adversarium suum Apulejus convincere mendacii satis crassi, idque per gradus. Igitur initio, quos sexaginta mulieri annos ille assignaverat, probare tantum jubebat quinque & quinquaginta. *Lustro mentitus est*, inquit, ac pergit: *Parum hoc est; liberalius agam, nam & ipse multos annos Pudentillæ largitus est; redonabo igitur vicissim. Quinquaginta saltem annorum mulierem ostendat*. Tum sequuntur verba: *Quid multis ut cum quadruplatore agam: bis duplum quinquennium faciam, viginti annos semel detraham*. Sensus, ut modo liberalitatem ejus imitabar: ita quadruplatorem etiam imitabor, quosque annos, quinque poscebam initio, jam quadruplabo, ut sint *viginti*. Nempe tot annos falso Pudentillæ adjecerat iste delator. Vides, quadruplari non ætatem Pudentillæ, quod Vossius ajebat, sed annos quinque, quos ex adversarii numero falso remittebat ipsi Apulejus initio. Manet hoc interim, etiam hic ad *quadruplum* respici. Quid ergo, si & illos *beneficiorum quadruplatores*, qui supra e Seneca proferebantur, interpretemur e *quadruplo*, ut illi videlicet notentur, qui exprobrando beneficia sua, minuta etiam, sic augent, quasi quadruplo essent majora, die etwas viermahl grösser machen als es ist.

¶ Quadrurbs, bis, vide infra in *Vrbs*.

¶ Vndequādrāginta, indecl. neun und dreyßig. Liv. *Ad mille CCCC Carthaginensium cæsi, undequadraginta vivi capti*.

¶ Vndequadrāgies, adverb. neun und dreyßigmahl. Plin. lib. 7 c. 25 *Marcellus undequadragies dimicaverat*.

¶ Vndequādrāgēsĭmus, a, um, neun und dreyßigst. Valer. Maximus 8, 7 extern. 10 *undequadragesimum volumen*.

¶ Duodequadragesimus, a, um, acht und dreyßigst. Livius lib. 1 c. 40 pr. *Duodequadragesimo ferme anno*.

¶ Triquetrus, a, um, quasi *triquadrus*, vel *triquadratus*, triangulam formam

formam habens, dreyeckicht. Columella lib. 5 cap. 2 pr. *Omnis ager aut quadratus, aut longus, aut cuneatus, aut triquetrus,* &c. De Britannia Cæsar 5 de B.G. cap. 13 pr. *Insula natura triquetra, cujus unum latus est contra Galliam: alterum vergit ad Hispaniam, atque occidentem solem, qua ex parte est Hibernia: tertium est contra septemtrionem.* Horat. 2 satyr. 6 v. 55 *Triquetra prædia*, i. e. Sicula, quod Sicilia in tres partes, vel promontoria, vel quadras diducta sit. Lucret. lib. 4 v. 654 *Esse triquetra aliis, aliis quadrata necesse est.*

¶ Trĭquētrum, i, subst. τρίγωνον, figura triangularis, eine dreyeckichte figur. Plin. 2 cap. 15 *In triquetro a partibus centum viginti stationes matutinas faciunt.*

QVĔ, conjunctio, ἐγκλιτική, & copulativa, und. Virgil. Æn. 1 v. 1 *Arma virumque cano.* ¶ 2. Poëtis vero sæpius simul & expletiva seu completiva est: Virg. eclog. 4 v. 51

Terrasque, tractusque maris, cælumque profundum:

Idem Georg. lib. 3 v. 344

Armentarius Afer agit tectumque laremque.

Quæ ratio tamen poëtarum tantum propria. Orator potius diceret *tectumque & larem.* Ita enim Terentius in Eunucho a. 5 sc. 2 v. 37 *In eam partem accipioque & volo.* Et in Adelph. a. 1 sc. 1 v. 39 *Præter æquumque & bonum.* Et rursus, *stertit noctesque ac dies.* Sed eruditissimus Rivius tamen observat ad Comicum, neque hanc rationem Ciceroni frequentatam. Cremutius apud Tacitum 4 Annal. cap. 34 *Et uterque opibusque atque honoribus perviguere.* Cicero tamen in Catone Majore ipso initio scribit: *Quamquam certo scio, non, ut Flamminium, sollicitari te, Attice, sic noctesque diesque* &c. Sed forsan hoc non tam de suo promsit Tullius, sed ab Ennio, cujus versibus exorditur, sumsit: ut hæc non Ciceronis, sed Ennii verba sint. ¶ 3. Pro disjunctiva VE, propter sonum Virgilius posuit 2 Æneid. v. 37, ubi vide Servium. ¶ 4. Quamquam autem usus obtinuit, ut enclitica hæc particula statim annectatur vocabulo commatis primo, cui scil. alioqui ET præponeretur; tamen si contingat a præpositione comma inchoari, differri *que* solet in vocem sequentem. Cicer. lib. 1 de Orat. cap. 1 *ad eas artes, quibus a pueris dediti fuimus, celebrandas, inter nosque recolendas:* pro, *interque nos.* Idem lib. 1 Offic. cap. 39 *Quarum quidem certe est adhibendus modus, ad mediocritatemque revocandus.* Nepos 5, 1, 1 *Ob eamque caussam.* Idem 10, 4, 2 *Ad eumque misit.* Idem 20, 1, 1 *In foroque esse cæpit* &c. Lactant. lib. 3 cap. 13 *interrogatione voluit urgere, ad confessionemque perducere.* Habentur tamen & in contrarium exempla: Duo e poëtis observavit Georg. Fabric. notis in Senec. pag. 457, alterum Senecæ Hercul. Fur. v. 260

E cujus arvis, eque fæcundo sinu.

alterum Ovidii 1 de Ponto epist. 8 v. 33

Eque domo rursus pulchræ loca vertor ad urbis.

Quemadmodum, vide infra *Qui, quæ, quod.*

QVEO, quis, quīvi, quītum, quire, posse, können, vermögen. Cic. lib. 14 fam. epist. 1 *Non queo reliqua scribere, tanta vis lacrymarum est.* Terentius Adelph. a. 4 sc. 4 v. 4 *Consistere nihil consilii quit.* Rursus Cicer. 11 Philipp. cap. 2 *Quis est, qui pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates queat?* Tacitus 1 Annali cap. 66 *Cum quiret* &c. i. e. posset. Idem 3 Hist. cap. 25 *nec restitui quivēre.* Et Terentius Andr. a. 4 sc. 1 v. 30 *Nec te quivit hodie cogere, illam ut duceres.* Juvencus lib. 2 Histor. Evang. v. 679

nunquam comprendere quistis.

Livius lib. 4 c. 24 extr. *ut deterreri quiverit.* Et Apulejus lib. 6 Met. p. 175 *nec indipisci maritum volātilem quiens.* Itaque ex *Eo, ire*, formationem suam petit, ut ex composito participio *nequeuntes*, quod mox daturi sumus, clarius apparet. Vix autem omnium temporum personarumque modulum repereris, quæ caussa fuit, ut in defectivis & hoc verbum numerarent Grammatici. ¶ 2. *Quitur*, pro *potest*, deponentali forma antiqui quoque dixere. Lucretius lib. 1 v. 1044

suppleri summa queatur.

Terentius Hecyr. a. 4 sc. 1 v. 57 *nosci non quita est.* Apulejus Apolog. p. 274 *Pollicitus ita facturum, ne sic quidem quitus est.*

¶ Nĕqueo, īvi, ītum, īre, non posse, nicht können, nicht vermögen. Cic. de Amicit. cap. 24 *Cujus aures clausæ veritati sunt, ut ab amico verum audire nequeat; hujus salus desperanda est.* Particip. *Nequiens*: Ammianus lib. 15 cap. 26 *Hannibalem adsequi nequiens.* Exstat *Nequiens* etiam in Sallust. Fragm. 2 cum schedis Petr. Danielis edito p. 51. Auson. Professor. 2 v. 29. Apulej. Florid. p. 343 ed. Elmenh. Gu. Briton. lib. 11 v. 725. Et pluraliter Arnobius lib. 1 p. 13 *cæcitate ingenita nequeuntes videre.* Ex quibus evidens est, *Queo* & *Nequeo* ab *Eo* esse, ad ejusque regulam & modum conjugari. Terent. Hecyr. a. 3 sc. 3 v. 25 *Nequeo, quin lacrumem*, ich muß weinen. ¶ 2. *Nequinont*, antique pro *nequeunt*. Liv. in Odyss. apud Festum: *In Græciam redire nequinont.* ¶ 3. *Nequitur* & *Nequitum*, pro *non potest, non potuit*, dixerunt; apud Festum Pacuv. *Cum contendi nequitum.* Plautus: *Retrahi nequitur, quoquo progressa est* &c. Et Sallustius Jugurthâ c. 31 *Quicquid sine sanguine civium ulcisci nequitur, jure factum sit.* In quo τῷ *ulcisci* passive usus est. Apulejus Apologia p. 332 *Sola virginitas, cum semel accepta est, reddi nequitur.*

Quercĕrus, vide paullo inferius *Querquerus.*

QVERCVS, ûs, arbor glandifera nota, cujus species sunt *Robur, Quercus durissima, Ilex, Suber*, ein eichbaum oder eiche; ut, *De cælo tactæ quercus*, Virg. eclog. 1 v. 17. Et, *Multis rigida quercus domatur ictibus*, πολλαῖσι πληγαῖς στερεὰ δρυὸς δαμάζεται, Diogenis est *Quercu cadente ligna quivis colligit*; Δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται; Vide Chiliad. Erat olim in tutela Jovis: Taubm. ad Virgil. p. 9, colebaturque religiose Germanis: Maxim. Tyrius dissert. 83. Aventin. Annal. Bojor. lib. 3 f. 147. Schedius de Diis Germ. Syngram. 2 cap. 24 p. 345.

¶ Quernus, a, um, denominativum, ex *Quercinus* contractum, eichin; ut, *Quernæ glandes*, Virgil. Georg. 1 v. 305. *Corona querna*, Ovid. 1 Fast. v. 614.

¶ Querneus, a, um, idem. Colum. 6 cap. 3 *Frons quernea.* Idem lib. 9 cap. 1, & Cato cap. 5 *Quernea glans.*

¶ Querceus, a, um, idem, quod apud Servium habemus in Virg. Æn. 6 v. 772; *Querceam*, inquit, *coronam accipiebant, qui in bello civem liberassent.* Et

¶ Quercĭcus, a, um, idem; ut, *Corona quercica*, Sueton. Calig. cap. 19.

¶ Quercētum, i, ein eich-wald. Horat. 2 od. 9 v. 6

Aquilonibus querceta Gargani laborant.

¶ Quercŭla, æ, herba, officinis *botrys*, βότρυς, krötenkraut, rüben-kraut.

¶ Querquetŭlāna, æ, porta Romæ, nunc clausa; sic a *querceto* vicino dicta. Festus: QVERQVETVLANAE VIRAE *putantur significari nymphæ præsidentes querceto virescenti; quod genus silvæ indicant intra portam, quæ ab eo dicta sit querquetulana.* Legitur & *Querculana porta*, Plin. 16 cap. 10. De *querquetulanis populis*, Idem lib. 3 cap. 5. *Querquetulanus* etiam mons Romæ fuit, qui postea *Cælius* appellatus, quod *talis silvæ frequens, fæcundusque erat*, ut Tacitus auctor est lib. 4 Annal. cap. 65.

QVĔROR, questus sum, queri, klagen, beklagen, über etwas sich beschweren; ut, *Queri injuriam & de injuria alicujus*, über eines gewalt klagen. Cicer. ad Attic. lib. 5 epist. 8 *Romæ acceperam litteras, Milonem meum queri per litteras injuriam meam.* Sallust. Catilin. c. 52 *Sæpe de luxuria, de avaritia nostrorum civium questus sum.* Et, *queri cum quo*, id est, apud quem, de quo, sich bey einem über etwas beschweren. Cicero lib. 7 fam. epist. 27 *Quod si humaniter mecum questus esses, libenter tibi me & facile purgassem.* Vellej. 2 cap. 130 n. 3 *Apud aures Deorum de his queri.* vid. Heins. ad h. l. p. 106. Seneca pater Controvers. 4 *Quantum ego tunc questus sum cum fortuna mea, quod non & oculos perdidissem!* Et Seneca filius Consol. ad Marciam c. 15 *De diis queri, cujus maxime intererat, neminem de Diis queri.* Idem lib. 1 de Beneficiis c. 10 *Hoc majores nostri questi sunt, hoc nos querimur, hoc posteri querentur, eversos esse mores, regnare nequitiam, in deterius res humanas & in omne nefas labi.* Et Horatius lib. 1 od. 2 v. 6 *nova monstra questæ*, cum quarto casu. Cum *apud*, Aurel. Victor de Vir. Illustrib. in Valerio Poplicola: *apud populum questus, quod de se tale aliquid timuissent.* Et cum *super*, Horatius 2 epist. 2 v. 24 *Quereris super hoc etiam?* ¶ 2. Idem Horatius hoc verbo de cantillantibus avibus usus est pro *Garrire*, epod. 2 v. 26

Labuntur altis interim ripis aquæ;
Queruntur in silvis aves.

Vbi Vetus Scholiastes notat, *Veteres omnium animalium voces, præter hominum*, querelas *dixisse: & ita cicadis, ranis, bubus, Virgilium tribuisse querelam.*

¶ Quĕrens, tis, ein klagender, seufftzender; ut, *Multa querens*, Virgil. Georg. 4 v. 320. Adde Æn. 1 v. 389. *Æoliis fidibus querens*, Horat. 2 od. 13 v. 24.

¶ Questus, a, um, der sich beklaget hat. Ovid. Metam. 10 v. 76

Esse Deos Erebi crudeles questus, in altam
Se recipit Rhodopen. conf. ibid. v. 61.

¶ Questus, ûs, pro *querela*, poëtarum magis quam oratorum est, die beklagung. Virg. 4 Æneid. v. 553

Tantos illa suo rumpebat pectore questus.

Et, *Effundere pectore questus*, lib. 5 Æn. v. 780. *Inanes questus rumpere*, Claudian. 2 Rapt. v. 249. Sed tamen & Cicero pro Quintio cap. 30 *Qui denique questus, qui mœror dignus inveniri in calamitate tanta potest.* ¶ Aliquando & avium cantus *Questus* dicuntur poetis.

¶ Querēla, æ, vel *Querella*, die klage, beschwerung. Proprie amicorum est: hostium enim *accusatio*, ut ex Thucydide Vossius observat lib. 1 Instit. Orat. cap. 6 sect. 2 extr. Cicero Orat. pro Dejotaro c. 3 *Nunquam cui sunt inauditæ cum Dejotaro querelæ tuæ? Nunquam tu illum accusasti ut hostem, sed ut amici officio parum functum, quod propensior in Cn. Pompeji amicitiam fuisset, quam in tuam*, &c. Idem ad Qu. fratr. lib. 3 epist. 8 pr. *Plena querelarum epistola.* Idem de Senect. c. 3 *Sæpe interfui querelis meorum æqualium*, ich bin bey den klag-reden offt gewesen. *Querela gravissima*, Cicer. pro Marcello cap. 7 pr. Querelam Petr. Colvius notis ad Apuleji 2 Florid. p. 180 proprie usurpari ait de animi offensa conjugali amori interveniente. Atque huc trahit vetera monumenta, in quibus legas: CVM QVA VIXIT SINE VLLA QVERELA. Sed nihil est caussæ, cur propriam vocis hujus notionem ita coarctemus. Latius eam patere, quam ut inter solos conjuges habeat locum, e supra positis exemplis abunde probaveris. ¶ 2. Sed & voces quorumvis animalium *Querelæ* poëtis dictæ, quemadmodum paullo ante ex Veteri Scholiaste Horatii annotabamus. Virg. lib. 1 Georg v. 378

Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.

Item lib. 8 Æneid. v. 215

Discessu mugire boves, atque omne querelis
Impleri nemus.

Claudianus Epithalamio Palladii & Serenæ v. 108

ereptis obmutuit unda querelis.

Querelis, id est, avium cantibus. Sic cantum tibiarum *querelas* dixit Lucretius lib. 4 v. 588

Chordarumque sonos fieri, dulcesque querelas,
Tibia quas fundit digitis pulsata canentum

Et paullo ante v. 551 *Liquidam querelam* de cygnis dixerat. ¶ 3. *Querella* crebrius in Inscriptionibus occurrit, cujus rei exempla multa collegit Fabrettus p. 256 seq.

¶ Querelo, āre, vel Querelor, āri, verbum mali & recentioris commatis est, probis ac vetustis scriptoribus ignotum. Eo tamen usus Servius est in 1 eclog. Virgilii: *Postea*, inquit, *eum querelantem invenimus* &c. ¶ Sed passim *Querulari* sæpius, quam *Querelari*, scriptum videas. Neque dubitem, eos, qui hac voce ita sunt usi, a *querulus* ipsam, non a *querela* deflexisse. Itaque & secundam corripuerunt in versu. Sic certe Euricius Cordus lib. 13 epigr. 43 ad amicum:

Vacuum quid querulare focum?

Vetus epigramma in Hottonem:

Cum judex solum hoc querulabitur ipse futurus.

Quamquam *querelabitur* legit hîc Vossius, maleque correptam secundam

dam pronunciat lib. 4 de Vit. serm. cap. 18 p. 732. Petr. Blesens. epist. 129 *Ne de illis queruletur Dominus.* Idem epist. 141 *Nunc autem eum propheta querulari compellor.* Et epist. seq. *Nec sera pœnitentia nos oporteat querulari.* Thom. de Kemp. cap. 9 de trib. tabernac. *injuste querulor, juste autem patior.*

¶ Querimōnia, æ, μέμψις, eine hefftige klage; ut, *Habere querimoniam de alicujus crudelitate*, klage führen, Cicer. in Verr. 7 cap. 28. Et, *Vltro citroque querimonias jactare*, Livius lib. 7 cap. 9, eine klage über die andere führen. *Querimoniam* a *querela* distinguit Corn. Fronto libello de Differ. voc. *Querimonia*, inquit, *certæ rei est: Querela supervacua est. Itaque prior gravitatis est, posterior levitatis.* Nepos Attico cap. 17 *Nulla inter eos querimonia intercessit*, id est, offensiuncula vel contentio, verdrießlichkeit. Horat. 1 od. 13 v. 18 *Malis divulsus querimoniis.* ¶ 2. Ruffinus *Querimoniam* pro *quæstione* usurpaverat, quasi esset ea vox a *quærendo*, ac fortasse scripserat quoque per diphthongum. Sed eum castigat Hieronymus Apolog. adv. Ruffin. (Tom. 3 opp. fol. 98) *Theophrasti* (sic Ruffinum vocat) *verba mirabor. Audio*, inquit, *de anima quæstiones commotas* esse: de qua re utrum recipi debeat querimonia, aut abjici, vos probate. *Si quæstiones de animæ statu in urbe commotæ sunt: quæ est ista querimonia vel querela, quæ utrum recipi debeat; episcoporum judicio derelinquit? nisi forte quæstionem & querimoniam id ipsum significari putat, quia in Capri commentariis hujusmodi figuram repperit.*

¶ Quĕrŭlus, a, um, qui conqueritur, qui querelis plenus est, pinselnd, kläglich, gerne klagend. Ovid. 3 Trist. eleg. 8 v. 32

Et nunquam queruli caussa doloris abest.

Sic, *Queruli ululatus*, Idem Heroid. epist. 5 v. 73. *Querulus cliens*, Martial. 4 epigr. 44. Et, *Calamitas querula est*, Curt. 5, 5, 12. ¶ 2. Interdum idem est ac sonorum vel canorum, hellschallend; quemadmodum Virg. 3 Georgic. v. 328 *querulas cicadas*; & Horatius lib. 3 ode 7 v. 30 *querulam tibiam* pro canora, dixerunt, veluti Servius interpretatur. Sic & Seneca Hercul. Oetæo v. 204 *Ales in agro referam querulo murmure questus.*

¶ Querŭlōsus, a, um, idem. Vulgatus interpres usus est Epist. Judæ v. 16 *murmuratores querulosi.*

¶ Quĕrĭbundus, a, um, idem fere, quod *Querulus*, kläglich, klagend; ut, *Queribunda voce*, Cic. pro Sylla cap. 10. Et Silius lib. 13 v. 583

Curæque, insidiæque, atque hinc queribunda senectus.

¶ Querŭlor, ari, vide paullo ante in *Querelari.*

Composita:

¶ Conquĕror, questus sum, quĕri, idem pæne quod simplex; ut, *Conqueri de alicujus injuriâ*, Cic. lib. 5 fam. epist. 2. Idem in 2 Tusc. c. 21 *Conqueri adversam fortunam, non lamentari decet*, über unglück mag man wohl klagen, &c. ex Pacuvio, vide *Lamentor.* Livius lib. 35 cap. 12 *conquestus injurias.* Est autem in hisce ellipsis præpositionis *Ob* vel *Propter.*

¶ Conquestio, ōnis, die klage, beschwerung. Cicer. ad Qu. fratr. lib. 1 epist. 1 cap. 7 *Vbi nulla conquestio est.* Mamertinus Geneth. 2 *Piæ conquestiones.*

¶ Conquestus, ûs, idem. Livius lib. 8 cap. 7 *Libero conquestu coortæ voces sunt*, durch freyes öffentliches klagen.

¶ Dequĕror, ĕri, simili significatione ac *conqueri.* Hinc

¶ Dequestus, a, um, der sich beklaget hat. Stat. Theb. 1 v. 404 *Notos dequestus & imbres.* Et Valerius Argonauticis lib. 5 v. 448 *secum dequesta labores.*

¶ Interquĕror, ĕri, klagend darzwischen reden. Livius lib. 33 cap. 35 *Ætolorum principes alii interquesti sunt.*

¶ Præquĕror, ĕri, ante queri, vorher klagen. Vnde participium est Ovidio 4 Metamorph. v. 251

Multaque præquestus, Tanges tamen æthera, dixit.

QVERQVĒDVLA, æ, anatis species parvæ, ein kriech-entlein, id est, anas fusca, Varro 3 Rei Rust. cap. 3, & de L. L. 4 cap. 13.

QVERQVERNI, orum, Hispaniæ citerioris populi, Plin. 3 cap. 3.

QVERQVĔRVS, a, um, sive *Quercerus*, frigidus cum tremore, ut Festus explicat, a græco κέρκερος, kalt, schauricht. Lucilius apud Festum:

Querquera consequitur febris capitisque dolores.

Apulejus in Apolog. *querquerum*, vel quod Casaubonus mavult, *querqueram* pro febri posuit: *alga*, inquit, *ad querqueram.* Gellius 20 cap. 1 *An tu forte morbum appellari hic putas, ægrotationem gravem cum febri rapida & querquera?* Adde Plaut. Fragm. Frivol v. 2 cum not. Taubmanni p. 1472, item Colv. in Apulej. p. 249, & Reines. in Epist. p. 508.

Querquetulana, vide paullo superius in *Quercus.*

QVI, quæ, quod, welcher, welche, welches. *Qui* pro *Quis*, mollius & rectius: *quis* substantivum notat, *qui* rem accidentem, quod manifesto exemplo ostendit Taubman. ad Virgil. p. 20 quem vide. Adde Gronov. Observat. in Script. Ecclesiast. cap. 21, & Kockert Indic. Terent. *Qui erit rumor populi, si id feceris?* pro *quis*, was werden die leute davon sagen? Terent. in Phorm. a. 5 sc. 7 v. 18. Ita *quinam* pro *quisnam*, de quo infra. Et Cicer. 1 de Divinat. cap. 25 *Xenophon Socraticus, qui vir & quantus?* hoc est, qualis & quantus vir? Cic. lib. 7 fam. epist. 23 *Fac quæso, qui ego sum, esse te*, bilde dir ein, du seyest an meiner statt. Et lib. 1 fam. epist. 1 *Si qui sunt, qui velint*, &c. da iemand ist. Idem de Amicit. cap. 21 *Digni amicitia sunt, quibus in ipsis inest caussa, cur diligantur.* ¶ 2. Pro dativo *cui* antique *quoi* dixit Catullus carm. 65 v. 26 *Quoi Jupiter ipse* &c. ¶ 3. *Qui* ablativus sing. etiam fœm. Plaut. Amph. a. 1 sc. 1 v. 263 *Patera donata aurea est, qui Pterela rex potitare solitus est.* Et Pseud. a. 1 sc. 1 v. 86 *Restim volo mihi emere, qui me faciam pensilem.* ¶ 4. Aliquando pro *ut*, vel *quod* ponitur *qui.* Terent. Andr. a. 2 sc. 3 v. 28 *hanc fidem*

Sibi me obsecravit, qui se sciret non deserturum, ut darem,

¶ 5. Item pro *quod, quia.* Idem Terent. Eunuch. prolog. v. 27

Si id est peccatum, peccatum imprudentia est
Poëtæ, non qui furtum facere studuerit.

Et prologo Andriæ v. 5

Nam in prologis scribundis opera abutitur,
Non qui argumentum narret, sed qui malevoli
Veteris Poëtæ maledictis respondeat.

¶ 6. Pro *ubinam* Plautus usus est in Casina a. 2 sc. 4 v. 1, & Trinummo a. 4 sc. 2 v. 78 *Qui istum dî perdant!* ¶ 7. Pro *quomodo*, seu ut ablativus, seu ut adverbium *qui* sæpe venuste ponitur; e. g. *qui fit?* wie kömmt es? *Qui convenit?* wie schickt es sich? *Facite, efficite, qui detur tibi, mihi quine detur*, Terent. Andr. a. 2 sc. 1 v. 34, id est, ut detur tibi, damit sie dir gegeben werde. *Qui vocare?* pro *quomodo*, vel quis vocaris, (nam & pronomen hîc esse potest,) wie heissest du? was ist dein nahme? Ter. Adelph. a. 5 sc. 6 v. 3. Et ibid. a. 4 sc. 5 v. 74 *Si frater aut sodalis esset, qui magis morem gereret?* wie könte er dir mehr zu willen seyn? ¶ 8. *Qui dum?* i. e. cur igitur? weßhalben? Ter. Eunucho a. 2 sc. 2 v. 42. ¶ 9. *Queis* pro *Quibus*, dativus & ablativus plur. *Queis ante ora patrum*, &c. *contigit oppetere*, Virg. 1 Æn. v. 95. Et Plin. 12 c. 1 *Mille sunt usus arborum, sine queis vita degi non possit.* Plaut. Captiv. a. 5 sc. 4 v. 6 *Coturnices dantur, queis cum lusitent*, i. e. cum quibus. ¶ 10. *Quod*, item *Qua* & *Quo*, horumque composita vide paullo inferius.

¶ Quis, quæ vel qua, quod vel quid, interrogativum & infinitum, wer, welcher; ut, *Quis me est fortunatior?* Terent. Hecyr. a. 5 sc. 4 v. 8. Et, *Quis me vult?* Idem Andr. a. 5 sc. 3 pr. wer will zu mir? Et, *quis erit modus?* Virg. eclog. 10 v. 28. Sic Cicero de Amicit. cap. 12 *Quis clarior in Græcia Themistocle?* wer ist beruffener als &c. Idem ad Attic. lib. 6 epist. ult. *Spero, quæ tua prudentia & temperantia est*, &c. deiner vorsichtigkeit und bescheidenheit nach. Tale & illud Bruti ad Cic. lib. singulari epist. 4 *Quæ tua est humanitas, æquo animo te moneri patieris.* Et, *Qua impudentiâ est*, Cicer pro Qu. Rosc. cap. 15, hoc est, quæ ejus impudentia est. *Qua gratiâ?* Terent. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 79, weßhalben? *Qua ratione?* Idem Phorm. a. 2 sc. 1 v. 68. *Qua de re*, id est, de qua re: Cic. de Invent. 1 cap. 44 *Firmatur similitudine ejus rei, de qua agitur, ad eam rem, qua de judicatum est*, &c. Nepos 25, 1, 3 *Qua ex re nobilis ferebatur.* ¶ 2. *Quis*, pro *qualis*, item pro *quantus* etiam ponitur, & admirationi inservit. Terent. Andr. a. 4 sc. 2 v. 19 P. *Quis videor?* C. *miser æque ac ego.*
Quis, id est, *qualis.* Idem Heaut. a. 2 sc. 2 v. 122 *Quæ solet quos spernere?* ¶ 3. Plautus Milite a. 1 sc. 1 v. 13 *Quemne ego servavi in campis Gurgustidoniis?* id est, illumne, quem ego servavi? Idem Epid a. 5 sc. 2 v. 54 *Quamne hodie per urbem uterque sumus defessi quærere?* Terent. Andr. a. 4 sc. 5 v. 19 *Quemne ego heri vidi ad vos afferri vespere?* Catullus de nuptiis Pelei v. 179

An patris auxilium sperem, quemne ipsa reliqui
Respersum juvenem fraterna cæde secutâ?

Similiter v. 182

Quin fugit lentos incurvans gurgite remos?

¶ 4. *Quid*, was? *Quid facerent miseri?* Cicer. 5 in Verr. cap. 34, was solten die armen leute thun? *Quid est caussæ?* Terent. Andr. a. 3 sc. 4 v. 21; & *Quid est hoc rei?* Liv. lib. 1 c. 48 pr. Sic, *Quid sui consilii sit, ostendit*, Cæsar 1 B. Gall. c. 21, er zeiget an, was sein rath und bedencken sey. *Si tibi quid feci*, pro *aliquid*, Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 14. *Quid amplius vultis?* Cic. pro S. Rosc. cap. 21 extr. was wollet ihr mehr? *Quid multa?* Idem Off. 3 cap. 14, & ad Attic. 1 epist. 8. *Quid multa verba?* Ter. Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 20; & *Quid verbis opus est?* Idem Andr. a. 1 sc. 1 v. 72, was darff es viel worte? *Quid ita?* wie so? Terent. Eunuch. a. 4 sc. 4 v. 58; &, *Quid tum? Quid tum postea?* was ist ihm denn mehr? Idem Heaut. a. 3 sc. 3 v. 41, & Adelph. a. 4 sc. 5 v. 15. ¶ 5. *Quid*, id est, *quale, quantum.* Terent. Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 42 *Sed quid videtur tibi hoc mancipium?* P. *Non Malum hercle. Quid*, i. e. quale. Plaut. Epid. a. 2 sc. 2 v. 26 *Tum captivorum quid ducunt secum:* id est, quantum. Terent. Heaut. a. 2 sc. 3 v. 13

Dii boni quid turbæ est? ædes nostræ vix capiunt, scio:
Quid comedent, quid ebibent?

Cic. 1 Tusc. cap. 41 *Dii boni, quid lucri est emori?* ¶ 6. Eleganter additur particulis *Ne* & *Nisi*, ut nihil magnopere efficiat, & sic abundet. Plautus Mostell. a. 3 sc. 1 v. 8

Manifesta res est, ni quid occuro prius,
Ne hoc nunc senex rescisceat.

Tacitus 14 Annal. cap. 7 *Quod contra subsidium sibi, nisi quid Burrhus & Seneca expergiscerentur.* Idem Plautus eapse Mostellaria, iisdem act. & sc. v. 85 *Ne inconciliare quid nos porro postules.*
¶ 7. Per ellipsin sæpius auctores *quid* & *quod*, pro *cur*, ponunt, sive *propter quid.* Terent. Andriâ a. 2 sc. 2 v. 3 *Lætus est, nescio quid.* Idem prolog. Heaut. v. 3

Id primum dicam: deinde, quod veni, eloquar.

Cicer. 2 Catilin. cap. 6 *Quæsivi, quid dubitaret proficisci?* Ovid. lib. 11 Metam. v. 622 *Quid veniat, (cognovit enim,) scitatur.* Apulej. lib. 6 Metam. *Deinde nunciato, quid adveneris.*

¶ Quod, interrogativum & relativum, welches; ut, *Quod facinus ab ipso non est perpetratum?* welche übelthat? *Quod te oro*, darum bitte ich dich, Terent. Hecyr. a. 3 sc. 2 v. 3. *Quod bene vertat*, Livius lib. 1 cap. 28 pr. Et, *Quod bonum, faustum, felixque sit*, ibidem cap. 17 & 28, formulæ bene precandi & feliciter auspicandi sunt. *Quod sine molestia tua fiat*, Cic. 13 fam. epist. 23. *Quod commodo valetudinis tuæ fiat*, Idem lib. 14 epist. 5 ad Terentiam. *Quod superest, quod reliquum est, quod restat*, was noch übrig ist: Cic. multis locis. ¶ 2. *Quod quidem in te fuit*, id est, *quantum*, so viel bey dir gestanden, an dir gewesen ist. Terent. Eunuch. a. 2 sc. 1 v. 8

Munus nostrum ornato verbis, quod poteris, &
Istum æmulum, quod poteris, ab ea pellito,

i. e. *quantum*, vel *quoad poteris.* Idem Heaut. a. 3 sc. 1 v. 7 *Quod potero, adjuvabo senem.* Et rursus a. 5 sc. 4 v. 15 *Ego quod potero, enitar sedulo.* Possis putare, *quod* pro *quoad* per contractionem dici: sed Priscianus ad Atticorum morem refert, qui ὅ τι δύνασαι dicunt: Locus est lib. 18. Et Lucan. lib. 3 v. 538

Vt tantum medii fuerat maris, utraque classis
Quod semel excussis posset transcurrere tonsis.

Vbi *Quod*, est *quantum.* Cic. 14 ad fam. epist. 12 *In viam quod te des*

hoc

hoc tempore, nihil est, id est, quamobrem, propter quod: qua ratione nihil vulgatius apud Plautum atque Terentium est.

¶ Quod, conjunctio, idem significans quod *quia*, indicativo & subjunctivo jungitur, daß; ut, *Quod ad me scribis, gratum mihi est*, daß du an mich schreibest, ꝛc. *Quod ni fuissem incogitans*, Terent. Phorm. a. sc. 3 v. 3. *Quod si quiessem, nihil evenisset mali*, Idem Andr. a. 3 sc. 4 v. 25. Quomodo vero ab *Vt* conjunctione, particula hæc discernenda sit, vide in *Vt*: Cum qua nonnulli scriptores recentiores, & Christiani male confuderunt, & *quod* pro *ut* posuerunt; ut Radulphus Ardens cum alibi, tum Homilia Domin. in palmis ramorum: *Qui vero activus & uxoratus est, ita agat exteriora, quod non obliviscatur interiora: sic transeat per seculum, quod non obliviscatur Deum.* Quamquam & ipsi veteres sic, per incuriam forte, reperiuntur locuti. Plaut. Captivis a. 3 sc. 4 v. 82

Garriet, quod neque pes unquam, neque caput compareat.

Terent. Adelph. a. 3 sc. 2 v. 1

Nunc illud est, quod si omnes omnia sua consilia conferant,
Atque huic malo salutem quærant, nihil auxilii afferant.

Ovid. lib. 5 Trist. eleg. 1 v. 16

Præmoneo, nunquam scripta quod ista legat.

Vbi tamen Heinsium aliosque interpretes consulas. Columella lib. 7 de Re Rust. cap. 5 *Est etiam insanabilis sacer ignis, quam pustulam vocant pastores. Ea nisi compescitur intra primam pecudem, quæ tali malo correpta est, universam gregem contagione prosternit, sic quidem, quod nec medicamentorum, nec ferri remedia patitur.* ¶ 2. Vsurpatur & aliquando pro *quum* vel *postquam, ex quo*, &c. Plaut. Trin. a. 2 sc. 4 v. 1 *Minus quindecim dies sunt, quod pro hisce ædibus*
Minas quadraginta accepisti.

Terent. Heaut. a. 1 sc. 1 princ.

Quamquam hæc inter nos nupera notitia admodum est,
Inde adeo quod agrum in proximo hic mercatus es.

Plin. lib. 4 epist. 27 *Tertius dies est, quod audivi recitantem.* Plane ita nos: es ist der dritte tag, daß ich ꝛc. ¶ 3. Suspectus est nonnullis & parum elegans videtur usus particulæ *Quod*, ὅτι, cum verbis opinionem, desiderium, scientiam significantibus; ut si dicam: *Puto, quod naturaliter filii patrem ament.* Item: *Scio, quod Cajus eruditus sit:* Cum malint infinitivo uti, & ita dicere, *Puto, naturaliter filios patrem amare: scio, Cajum eruditum esse.* Sed ita Veteres, & optimi auctores etiam loquuti leguntur. Cæs. 1 de Bello Civili cap. 26 *Paullo post renunciant, quod consules absint.* Plaut. Asin. a. 1 sc. 1 v. 70

Equidem scio jam, filius quod amet meus.

Ac Ciceronem ipsum, Horatiumque atque Sallustium, tum Senecam & Martialem, & Claudianum ac Vlpianum ita loqui, Vossius cap. 20 & c. 62 de Constructione ostendit. ¶ Non raro & hæc particula abundat; vel pro *sed, at* ponitur: Virg. 1 Georg. v. 155

Quod nisi & assiduis terram insectabere rastris,

id est, *nisi*, ut & Servius interpretatur. Ita *Quod quia, Quod si* &c. *Quod cum*; pro *Quia, si, cum*, vel *verum, quin* &c. apud Ciceronem non infrequenter reperiuntur. ¶ 4. Notandæ & hæ locutiones: *Quod utinam, Quod ut, Quod ubi, Quod tametsi.* Cicer. lib. 14 fam. epist. 4 *Quod utinam minus vitæ cupidus fuissem.* Virg. lib. 10 Æn. v. 630

Nunc manet in sontem gravis exitus: aut ego veri
Vana feror; quod ut ô potius formidine falsa Ludar!

i. e. ut ibi Jac. Pontanus f. 1046 interpretatur: Quod utinam ita sit, ut ego potius inani formidine angar, &c.

¶ Quamdiu, quamlibet, quamquam, quamvis, &c. vide supra *Quàm.*

¶ Quamobrem, vide infra *Res.*

¶ Quemadmodum, vide supra in *Modus.*

¶ Quì, pro *ut, quod, quomodo*, vide in *Qui, quæ, quod*, n. 4 &c.

¶ Quicum, pro *cum quo* vel *qua*, mit dem, mit welchem. Terent. Heaut. a. 1 sc. 2 v. 4 *Quicum loquitur filius?* Idem Eunuch. a. 4 sc. 6 v. 22 *Quicum res tibi est, peregrinus est.* Cic. 4 fam. epist. 1 *Nemo est omnium, quicum potius mihi, quam tecum, communicandum putem.* Virg. Æn. 11 v. 822 de Acca, una ex comitibus Camillæ: *Quicum partiri curas.* conf. Goclen. Problem. Gramm. 4 cap. 17.

¶ Quicunque, quæcunque, quodcunque, wer oder welcher es sey; ut, *Quibuscunque rebus potero, dignitatem illius tuebor*, Cic. 2 Agrar. c. 18, womit ich nur immer werde können. *Quicunque is est, ei me profiteor inimicum*, Asinius Ciceroni lib. 10 fam. epist. 31, er sey auch wer er wolle. *Quicunque sal*, was auch für saltz, Plin. lib. 31 cap. 9. ¶ Poëtæ per τμῆσιν quamdam nonnunquam aliquid interponunt: ut, *Quo me cunque vocant terræ*, Virg. Æn. 1 v. 610. Et Horat. lib. 1 od. 16 v. 2

Quem criminosis cunque voles modum
Pones Iambis.

Nec plane hoc insolens oratoribus: ut, *Quod erit cunque visum, ages*, Cic. lib. 4 de Fin. cap. 25. Et lib. 1 de Divin. cap. 2 *prodessemus civibus nostris, qua re cunque possemus.*

¶ Quidam, quædam, quoddam vel quiddam, personam certam & singularem significat, iemand, einer; plural. einige, etliche. Cicer. pro Cluent. cap. 63 *Quidam ex advocatis, homo summa virtute præditus, dixit.* Et, *Quidam de collegis*, Idem ad Brut. lib. 11 fam. epist. 21. Et lib. 2 de Orat. cap. 74 *Crassi responsum excellentis cujusdam est ingenii*, es zeiget einen hohen verstand. Cic. de Legib. lib. 3 cap. 10 *In ipsa potestate inest quiddam mali.* Idem Acad. 1 cap. 9 *Vt in his quiddam divinum esse diceret*, etwas sehr gutes. Terent. Eunuch. a. 5 sc. 2 v. 6 *In angiportum quoddam desertum.* ¶ 2. Additur hoc pronomen eleganter nominibus propriis designandi caussa: ut, *Argilius quidam*, apud Nepot. Pausan. cap. 4. *Callias quidam*, Idem Cimone cap. 1; & *Callicrates quidam*, apud eumdem Dione cap. 8. ¶ 3. Aliquando & isto utimur, cum de obscuris loquimur, & quos contemnimus, nec nominare dignamur. Terent. Eunuch. a. 5 sc. 6 v. 12 *Emit quemdam Phædria Eunuchum.* Vbi Donatus: τὸ *quemdam* ἐξουθενισμὸν *significat &* εὐτέλειαν ἀνδρός. Nepos in Timol. cap. 5 n. 2 *Lamestius quidam.*

¶ Quidni, adverbium interrogandi & confirmandi, wie so nicht? *Patris cognatum* &c. *nostin'? Quidni?* Terent. Eunucho a. 2 sc. 3 v. 35, warum nicht? freylich. Et Adelph. a. 4 sc. 2 v. 34 *Nostin' porticum? quidni noverim?* Et Cicero 2 Offic. cap. 22 pr. *Laudat Africam Panætius* &c. *quidni laudet?* Apud jurisconsultos Romanos μάλιστα & *quidni?* notæ sunt respondentis ad stipulationem, ait Grotius lib. 2 de Jure Belli c. 13 n. 21. Ita, *Quidni ista meminerim?* Cic. 3 de Orat. cap. 67, warum solte ich deß nicht gedencken? *Quidni possim?* Idem Tusc. 5 cap. 5. ¶ 2. Ponitur etiam absque societate alterius vocabuli; Quod loquendi genus Afris scriptoribus usitatum, observat Desider. Heraldus p. 178 Comment. in Apolog. Tertull. cap. 46, & hinc Tertullianum non semel emendat. Apulejus: *Nec hercules laborum me, sumtuumque quicquam pœnituit. Quidni? Liberali Deum providentiâ jam stipendiis forensibus belle fotum*; Sensus est: und zwar nicht ohne ursach.

¶ Quilibet, quælibet, quodlibet, vide supra in *Libet.*

¶ Quinam, quisnam, quænam, quidnam, interrogativa sunt, wer denn; ut, *Quisnam homo est?* Terent. Andr. a. 5 sc. 6 pr. (sed alii *Quis* legunt,) wer ist doch der mann? *Quisnam igitur liber?* Horat. lib. 2 sat. 3 v. 83. Silius Ital. lib. 13 v. 450

Quinam te, qui casus, ait, Dux maxime, fessæ
Eripuit patriæ?

Sic, *Quinam* & *qui*, pro *quisnam* & *quis?* Ter. in Phorm. a. 1 sc. 4 v. 6 *Quidnam ille commotus venit?* id est, curnam. Idem Andr. a. 1 sc. 4 v. 7 *Sed, quidnam Pamphilum exanimatum video?* ¶ 2. Et sine interrogatione: *Revisò, quidnam Chærea hic rerum gerat*, was er doch guts fürhabe, Terent. Eunuch. a. 5 sc. 4 pr.

¶ Quispiam, quæpiam, quippiam, vel quidpiam & quodpiam, idem quod *aliquis* & *quidam*, etwoeiner. Cic. 3 Nat. Deor. cap. 35 *Si uredo aut grando quippiam nocuit*, etwas. Terent. Eunuch. a. 5 sc. 2 v. 36 *Quid si hoc quispiam voluit Deus?* conf. Idem Andr. a. 2 sc. 6 v. 7, & Hecyr. a. 3 sc. 2 v. 14.

¶ Quisquam, quæquam, quidquam vel quicquam, idem. Terent. in prolog. Eunuch. v 1 *Si quisquam est, qui placere studeat bonis quam plurimis*, &c. ist iemand, ist ein mensch auf der welt ꝛc. Virg. 1 Æn. v. 48

& quisquam numen Junonis adoret?

und solte noch iemand seyn, der ꝛc. Terent. in Andr. a. 5 sc. 2 v. 22

Si quidquam mentitum invenies, occidito.

Idem in Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 120

Neque me finxisse falsi quidquam, neque meo
Cordi esse quemquam cariorem hoc Phædria.

Idem Andr a. 1 sc. 2 v. 7 *Nunquam cuiquam nostrûm verbum fecit.* Idem sæpe habet *quicquam*; ut, *Nihil quicquam*, Andr. a. 1 sc. 1 v. 63 &c.

¶ Quisque, quæque, quodque & quidque, universale est, ein ieder, iedweder. Cic. 1 fam. epist. 9 *Quid ad te tuorum quisque necessariorum scribat, nescio*, was dieser oder jener unter deinen. *Pro se quisque nostrûm hoc sanare velle debemus*, Cicer. 1 Agrar. cap. ult. ein ieder unter uns. ¶ 2. Eleganter jungitur cum superlativis, aut iis, quæ superlativi vim habent, qualia sunt numeralia ordinis; Cicer. 1 Acad. Qu. cap. 4 *Certe enim recentissima quæque correcta, & emendata.* Idem 1 Tuscul. cap. 31 *Doctissimus quisque*, ein ieder unter den gelehrtesten. *Optimus quisque gloriâ ducitur*, Cic. pro Archia cap. 11. Sic, *In foro vix decimus quisque est, qui ipsus sese noverit*, unter zehen findet man kaum einen, der sich selbst kenne, Plaut. in Pseud. a. 4 sc. 2 v. 17. ¶ 3. Locutionem elegantem efficit ablativus etiam *Quòque*: ut, *Quinto quoque anno*, Cicer. 4 Verr. cap. 56, ie über das fünffte jahr, oder alle fünff jahre. *Quid quoque loco quadret*, Quintil. lib. 9 cap. 4, was sich an iedem ort schickt und füget. ¶ 4. *Quisque* pro *Quisquis*, id est, quicunque. Plautus Milite a. 2 sc. 2 v. 5 *Quemque a milite hoc videritis hominem in nostris tegulis.* Et Terent. Hecyra a. 1 sc. 1 v. 8

Quin spolies, mutiles, laceres, quemque nacta sis.

Gellius lib. 2 cap. 5 *Vt quisque homo est non præceps, neque judicii sui prodigus*, &c. Auson. septem Sapient. *Pareto legi, quisque legem sanxeris.* Sidon. carm. 2 v. 77 *conterritus hæsit*
Quisque sedet sub rege satraps.

Et vero isto ita usi præcipue cadentis ævi scriptores.

¶ Quisquis, utroque genere, & neutr. Quidquid, vel Quicquid, ein ieder, er sey wer oder wie er wolle. Cic. de Clar. Orat. cap. 73 *Quisquis est ille, si modo est aliquis.* Terent. Phorm. a. 1 sc. 4 v. 19 *Satis pro imperio, quisquis es*, du seyst auch, wer du wilt. Virg. 4 Æn. v. 476

sequimur te, sancte, deorum
Quisquis es, &c.

Ovid. Amor. 3 eleg. 11 v. 49 *Quidquid eris*, i. e. qualiscunque fueris. Terent. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 122 *Quicquid hujus feci.* Cic. Tuscul. 5 cap. 34 *Quicquid objectum est.* conf. Parei Lex. Crit. p. 1039 & 1048, & Brisson. de Formul. p. 11. Sic in ablativo *Quoquo pacto*, Terent. Eunuch. a. 5 sc. 3 v. 53, & Adelph. a. 3 sc. 2 v. 44. Et Cic. 1 ad Qu. fratr. epist. 2 *Tu quoquo modo hominem investiges velim*, wie du auch kanst. Sic, *Quoquo tempore*, zu welcher zeit es auch sey, Idem 9 ad Att. epist. 2. Plurali Liv. 41 cap. 8 *Liberos suos quibusquibus Romanis mancipio dabant.* ¶ 2. *Quisquis* ponitur etiam pro *quisque*: Cic. 6 fam. epist. 1 *Quocunque in loco quisquis est.* vid. ibi Manutius.

¶ Quivis, quævis, quidvis & quodvis, ein ieder, wie er auch ist. Terent. in Adelph. a. 2 sc. 3 pr. *Abs quivis* (quovis) *homine cum est opus, beneficium accipere gaudeas.* Et, *Vt lutulentus sus cum quovis volutari*, Cic. in Sallust. cap. 1. *Quidvis pati malle, quam* &c. Idem in Verrem 5 cap. 18, alles lieber leiden wollen, ꝛc.

¶ Quà, adverb. per quem locum, wo hindurch. Virg. 1 Æn. v. 401

Perge modo, & qua te via ducit, dirige gressum.

C. Nepos Themistocle cap. 5 n. 2 *Qua sex mensibus iter fecerat, eâdem minus diebus triginta in Asiam reversus est.* Cic. pro Cæcina c. 8 *Ad omnes introitus, qua adiri poterat in eum fundum.* ¶ 2. Elegans est usus particulæ hujus in istis: Cicer. ad Attic. lib. 15 epist. 18 *Quoniam intelligo, te distentissimum esse, qua de Buthrotiis, qua de Bruto.* Plin. Panegyr. cap. 33 *Satisfactum qua civium, qua sociorum utilitatibus.* vide Taubm. ad Plaut. Milit. a. 4 sc. 3, so wohl, ꝛc. als: beydes ꝛc. als.

¶ Quācunque, adverb. per quamcunque partem vel locum, wo auch hindurch; ut, *Quacunque iter fecit*, &c. Cicer. 3 Verr. cap. 16. *Quacunque nos commovimus*, Idem 14 ad Attic. epist. 17.

¶ Qualibet, vide supra *Libet*.

¶ Quapropter, adverb. weßhalben, warum? item, derowegen, darum. Plaut. Bacchid. a. 5 sc. 2 v. 25 *Quid est, quapropter nobis malum ministemini?* Et Ter. Adelph. a. 3 sc. 2 v. 44 *Quapropter quoquo pacto tacito est opus.*

¶ Quāqua, adverb. wohin man will; ut, *Quaqua tangit, omne amburit*, hoc est, quamcunque partem tangit, so weit oder wohin es nur rühret, Plaut. in Epid. a. 5 sc. 2 v. 9.

¶ Quare, vide infra *Res*.

¶ Quasi, vide supra suo loco.

¶ Quātĕnus, adverb. quantum vel in quantum, so fern, so weit. Cic. 1 fam. epist. 2 *Quatenus de religione dicebat, Bibulo assensum est.* Et de Amicit. cap. 11 *Videamus, quatenus amor in amicitia progredi debeat.* Cic. lib. 2 de Orat. cap. 87 *Sciat quid, & quatenus, & quomodo dicturi sint.* ¶ 2. Quintiliani seculum *Quatinus* scripsit, sed pro *quando* aut *quandoquidem*, dum, cum, da, indem, wenn. Nam & Festus inter *QVATENVS* & *QVATINVS* distinguit, quem vide, & veterem Scholiasten Horatii ad illud lib. 3 od. 24 v. 30

quatenus, heu nefas
Virtutem incolumen odimus.

Suetonius in Claud. cap. 26 *Confirmavit pro concione, quatenus sibi matrimonia male cessissent, permansurum se in cælibatu.* Plin. lib. 3 epist. 7 *Quatenus nobis denegatur diu vivere, relinquamus aliquid, quo nos vixisse testemur.* vide & Vall. lib. 1 cap. 42. Et Vellej. 2, 68, 4 *Quatenus autem aliquid ex omissis peto, notetur* &c. conf. Lucret. 2 v. 925. Juvenal. sat. 12 v. 102. Macrob. Saturn. 2 cap. 5.

¶ Quadantenus, ad aliquam partem, aliquantulum, in etwas, ein wenig. Plin. lib. 29 cap. 10 *Alterum longius, quadantenus rubens.*

¶ Quò, adverb. de loco interrogat, wohin? ut, *Quo abis?* Terent. Hecyr. a. 3 sc. 5 v. 45, wo gehest du hin? *Quove tenetis iter?* wo gilt eure reise hinaus? Virg. 1 Æn. v. 370. ¶ 2. Habet & conjunctionis interdum vim: Ac frequentissime quidem valet *ut*, damit, auf daß. Exempla passim sunt obvia. Cic. pro Quint. cap. 2 *Non eo dico, quo mihi veniat in dubium*, &c. ich sage es nicht darum, daß ich zweiffele. Vnde etiam, quemadmodum *Vt ne*, pro *ne*: ita etiam *Quo ne*, pro *ne* dicebant. Livius lib. 34 cap. 6 *Cautum erat, quo ne plus auri & argenti facti, quo ne plus signati argenti, & æris domi haberemus.* ¶ 3. Nec raro tamen ponitur pro *Quod*. Ter. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 16 *Non quo quemquam plus amem.* Plautus Amphitr. a. 3 sc. 2 v. 22 *Non quo te impudicam crederem*, id est, *quod*. Tacitus 3 Hist. cap. 72 *Spe magis futuræ magitudinis, quam quo modicæ adhuc Pop. Roman. res sufficerent.* Et Cicero lib. 1 de Orat. cap. 28 *Sæpe soleo audire Roscium, cum ita dicat, se adhuc reperire discipulum, quem quidem probaret, potuisse neminem? non quo non essent quidam probabiles, sed quia, si aliquid modo esset vitii, id ferre ipse non posset.* Gell. lib. 5 cap. 21 *PLVRA forte quis dixit sermocinans vir apprime doctus, meus amicus, non hercle studio servens ostentandi, neque quo PLVRA dicendum non putaret: sed opinor assidua veterum scriptorum tractatione inoleverat linguæ illius vox*, &c. ¶ 4. Item, *Quare*. Terent. in Andria a. 2 sc. 5 v. 18 *Quo æquior sum Pamphilo*, darum ich ihm desto geneigter bin. ¶ 5. *Quo, eo, hoc*, mutuo sibi respondentia, comparativis gaudent, ut *Quanto* & *tanto*: v. g. *Quo sæpius legeris, eo rectius memineris*, ie öffter du es lesen wirst, desto besser wirst du es behalten. Quintil. lib. 2 de Officio præceptoris cap. 2 *Quo sæpius monuerit, hoc rarius castigabit.* Tacitus tamen relativum alterum non raro omittit; ut 1 Histor. c. 13 *Ea pars morum quo suspectior sollicitis, adoptanti placebat*; pro, eo magis placebat. ¶ 5. Sed,

Quo mihi fortunæ, si non conceditur uti?

Horatius lib. 1 epist. 5 v. 12, hoc est, in quem usum? wozu ist mir mein glück nütze, wenn ich nicht macht habe es zu gebrauchen? Laberius apud Petron. *Quo margarita cara, tribacca, Indica?* Virg. eclog. 6 v. 23

quo vincula nectitis? inquit.

Quo: id est, quo fine, sive ad quam rem? ut Servius interpretatur. Et ita rursus Laberius apud Petronium:

Smaragdum ad quam rem viridem, pretiosum vitrum.

Idem Virg. 2 Æneid. v. 150

Quo molem hanc immanis equi statuêre?

¶ Quoad, adverb. quamdiu, wie lange, wie weit? ut, *Senem quoad exspectatis vestrum?* Terent. Phorm. a. 1 sc. 2 v. 98. Nepos Attico cap. 11 *Quæ autem ipse tribuerat, tamdiu meminerat, quoad ille gratus erat, qui acceperat.* Nempe tamdiu meminisse collati beneficii significat, quamdiu accepti alter meminisset. Nam qui non meminit & obliviscitur, ingratus est. Sueton. in Grammat. cap. 20 *Quoad vixit.* ¶ 2. *Quoad*, pro *quantum*. Cic. de Senect cap. 4 *Quoad potuit, restitit*, id est, quantum, er hat ihm widerstand gethan, so viel er vermocht. ¶ 3. *Quoad*, pro *donec*, so lange, biß. Sueton. Vespasiano cap. 4 *Secessit in parvam ac deviam civitatem: quoad latenti, etiamque extrema metuenti provincia cum exercitu oblata est.* Pro *ut* vel *cum*, usus est Plaut. Pseud. a. 2 sc. 2 v. 28 *argento hic dies*

Præstituta est, quoad referre nobis.

¶ 4. Elegans & cum hoc adverbio conjunctum parelcon est: *Quoad ejus facere poteris*, so viel du deß zu thun wirst vermögen, Cic. ad Attic. lib. 11 epist. 12 sub fin. ¶ 5. Apud multos inveteravit opinio, *Quoad* perperam dici pro *Secundum*, neque casui præponi posse; v. g. *quoad corpus, quoad animum*, &c. vid. Voritius de Latinitate merito suspecta cap. 32. Sed latinum esse hoc genus loquendi, exemplis veterum evincit Borrich. in Vindiciis p. 198. Nam sic Varro de L. L. 7 cap. 23 *Hæc sigillatim triplicia esse debent, quoad sexum, multitudinem, casum.* Livius 42 cap. 6 *Multis justisque caussis regem excusavit, quod stipendium serius quoad diem præstaret.* Et Petron. suppletus edit. Colon. 1694 p. 442 *Experientia in arte illis, quoad nos, nihil profutura.*

¶ Quoadusque, adv. so weit, biß so lange. Sueton. Cæs. cap. 14 *Ac ne sic quidem impedire rem destitit, quoadusque manus equitum Romanorum immoderatius perseveranti necem comminata est.*

¶ Quōcirca, vide supra *Circa*.

¶ Quōcunque, adverb. wo nur hin? ut, *Ire, pedes quocunque ferent*, Horatius epod. 16 v. 21. *Quocunque me verto*, Senec. epist. 12. Et, *Quocunque oculos circumtuli*, Eumenius pro restaur. Schol. cap. 16. Et Pacatus Panegyr. Theodos. cap. 37 *Quocunque tulisses gradum.* Et Curtius lib. 4 cap. 5 n. 8 *Quocunque illo* [Darius] *fugere potuisset, ipsum* [Alexandrum] *sequi posse.* ¶ 2. Poëtis Tmesis familiaris est, ut Virg. Æn. 2 v. 709 *Quo res cunque cadent.*

Horatius lib. 1 oda 7 v. 25

Quo nos cunque feret melior fortuna &c.
Ibimus.

Immo & Ciceroni placuit in Tuscul. lib. 2 cap. 5 *Nunc rationem, quo ea me cunque ducet, sequar.*

¶ Quodammŏdo, vide supra *Modus*, n. 1.

¶ Quomĭnus, vide *Minus* in *Minor*.

¶ Quomodo, quomodocunque, quomodolibet, quomodonam, vide supra *Modus*, n. 1.

¶ Quōnam, adverb. wohin doch? Plaut. Trin. a. 4 sc. 3 v. 71 *Quonam, nisi domum?* Adde Terent. Adelph. a. 4 sc. 2 v. 38.

¶ Quopiam, adverb. etwa wohin. Terent. Eunuch. a. 3 sc. 2 v. 9 *Iturane Thais quopiam es?*

¶ Quōquam, adverb. irgend wohin. Cic. 4 Verr. cap. 21 *quoquam si accessisti.* Adde Terent. Andr. a. 4 sc. 5 v. 21, & Adelph. a. 2 sc. 1 v. 16, & Hecyr. a. 4 sc. 1 v. 50.

¶ Quōquo, adverb. in quemcunque locum. Cicero 2 de Divinat. cap. 9 *Quoquo se verterint Stoici, jaceat necesse est omnis eorum solertia.* conf. Terent. Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 6, & Adelph. a. 3 sc. 2 v. 43 &c.

¶ Quoquomodo, vide supra *Modus*.

¶ Quoquoversus, adverb. in omnia loca, allenthalben hin. Cæsar 3 B. Gall. cap. 23 *Legatos quoquoversus dimittere cœperunt.* Et Cicero extrema 9 Philippica: *Pedes triginta quoquoversus designet*, auf alle seiten 2c.

¶ Quorsum, adverb. ex *quo versum*, wohin, wohinaus? Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 13 *Ego nescio unde eam, neque quorsum eam.* Idem ibid. a. 1 sc. 2 v. 75 *Ego nesciebam, quorsum tu ires*, ich wuste nicht, worauf die rede gieng. Et Ter. Andr. a. 1 sc. 1 v. 100 *Quam timeo, quorsum evadas.* Et ibid. sc. 5 v. 29 *Misera timeo, incertum hoc quorsum accidat*, wo es hinfallen oder gereichen will. Et rursus sc. 2 v. 5 *Heri lenitas verebar quorsum evaderet.* Cic. ad Attic. lib. 3 epist. 24 *Verebar, quorsum id casurum esset.* Et lib. 2 ad eumd. epist. 21 *Dominatio tanto in odio est omnibus, ut, quorsum eruptura sit, horreamus.* Sic, *Quorsum istuc?* Terent. Adelph. a. 1 sc. 2 v. 20. *Quorsum hæc?* wo dienet denn das hin? Horat. 2 sat. 7 v. 21.

¶ Quōvis, adverb. irgend wohin, es sey wohin es wolle. Terent. Heaut. a. 5 sc. 1 v. 55 *Imo abeat potius multo quovis gentium.*

¶ Quousque, adverb. quamdiu, wie lange, wie weit? Cic. in Catil. 1 c. 1 *Quousque tandem abutêre, Catilina, patientiâ nostra?*

¶ Cujas, Cujus, a, um, vide supra *Cujas* suo loco.

¶ Cujuscemŏdi, cujusmodi, vide in *Modus*.

Composita ab initio:

¶ Ălĭquis, aliqua, aliquod & aliquid, einer oder iemand, etwas; ut, *Aliquis de tribus nobis*, Cic. 3 de Leg. cap. 7. *Aliquis de familia*, Idem pro Cæcina cap. 19. Et, *Ad unum aliquem virtute præstantem confugere*, Idem in Offic. lib. 2 cap. 12. *Aliqua ex parte*, Cic. de Amicit. cap. 23, zum theil. Et, *Ego tibi aliquid de meis scriptis mittam*, lib. 1 ad Attic. epist. 16, etwas von meinen schrifften. *Aliquid monstri*, Terent. Andr. a. 1 sc. 5 v. 15. vide plura supra in *Alius*.

¶ Aliquà, etwa hindurch, adverbialiter quasi usurpatur; ut, *Aliquà evolare*, Cicer. 3 in Verr. cap. 26 extr. Et Apulej. Apolog. *Nihil tam prosperum divinitus datum est, quin id possit aliqua obesse.* vide supra *Alius*.

¶ Aliquo, & Aliquam multus, vide supra in *Alius*.

¶ Aliquatĕnus, adverb. aliqua ex parte, etlicher massen, zum theil. Quintilianus lib. 10 cap. 1 *Philistius, ut multo infirmior Thucydide, ita aliquatenus lucidior.*

¶ Aliquispiam, aliquapiam, aliquodpiam, etwa einer. Cic. pro Sextio cap. 29 *Atque ille, si aliquapiam vi expelleretur.* Idem 3 Tusc. cap. 9 *Num aliquodpiam membrum tumidum ac turgidum non vitiose se habet?* Sic Gronovius ad Liv. lib. 41 cap. 7.

¶ Aliquisquam, aliquaquam, &c. idem. Liv. lib. 41 cap. 7 *Alicuiquam in servitutem dari.* Addit Gronovius ex Cic. 2 de Divin. cap. 50 *Epicurum e, qui negat aliquidquam Deos nec alieni curare nec sui.*

¶ Ecquis, ecqua vel ecquæ, ecquod & ecquid, hoc est, numquis, vel an aliquis, wer denn, was für einer? Terent. in Eunuch a. 5 sc. 8 pr. *Ecquis me hodie vivit fortunatior?* Cic. ad Attic. lib. 7 epist. 8 *Quod quæris, ecqua spes pacificationis sit*, ob auch irgend eine hoffnung sey, 2c. Idem pro Lege Manil. cap. 23 *Ecquam putatis civitatem pacatam fuisse, quæ locuples sit?* Terent. Andr. a. 5 sc. 2 extr. *Ecquid te pudet?* Et Cic. in Verr. 5 cap. 57 *Ecquod judicium Romæ tam dissolutum?*

¶ Ecquisnam, &c. idem; ut, *Ecquisnam tibi dixerit?* Cicer. in Vatin. cap. 16, wer mag es wohl gesagt haben? *Ecquænam fieri possit accessio?* Idem 4 de Fin. cap. 24. *Ecquidnam honestum sit?* Cic. Topic. cap. 21. *Ecquonam modo obsisti potuerit*, Autor ad Herenn. 2 cap. 17.

¶ Nĕquis, nequid, pro *ne aliquid*. Terent. in Heaut. a. 2 sc. 3 v. 28 *Ne quid hujus rerum ignores.* ¶ 2. Invenitur etiam *Nequi* pro *nequis*, seu *ne aliquis*. Varro lib. 2 de Re Rust. cap. 4 *Altitudinis modus sit, ut subulcus facile circumspicere possit, nequi porcellus a matre opprimatur.*

¶ Nĕqua, adverb. ne quem per locum, & ne qua ratione, daß nicht etwa hindurch; ut, *Nequa deductio fieret, magna ex parte tua potestas erat*, Cic. in Cæcil. Divinat. c. 10. Et, *Videndum est, ne qua ad patrem hoc permanet*, damit es nicht etwa für den vater komme, Terent. Adelph. a. 2 sc. 4 v. 18, sed legunt alii *ne aliqua*.

¶ Nequāquam, neutiquam, adverbium negandi, & intente quidem,

mit

mit nichten, keines weges. *Nequaquam ista amicitia est*, &c. Cic. 2 de Fin. cap. 24.

¶ Nēquicquam, adv. i. e. frustra, vergeblich. Cicer. ex Ennio lib. 3 Offic. cap. 15 *Qui ipse sibi sapiens prodesse non potest, nequicquam sapit.* *Nequicquam*; id est, frustra. conf. Virgil. Georg. 1 v. 193. ¶ 2. Item, *Non, non quicquam*, nicht: Virg. 2 Æneid. v. 545

quod protinus ære repulsum (telum)
Et summo clypei nequicquam umbone pependit:

Vbi Servius: NEQVICQVAM, *non.* Sic Persius satyr. 2 v. 15

Nequicquam fundo suspiret nummus in imo.

Et Cic. Tusc. 1 cap. 31 *Secernere a corpore animum, nequicquam aliud est, quam emori discere.*

¶ Numquis, numquid, vide supra *Num.*

¶ Quotusquisque, vide infra *Quot.*

¶ Siquis, siqua, siquid, si aliquis: quod distincte tamen etiam legi potest, so etwa einer. Terent. Prolog. Heaut. v. 44 *Si qua laboriosa est, ad me curritur.* Apud Suetonium cap. 40 Claudius exclamavit: *Si quem alium, & se liberum esse.* Sic dicimus: *Siquis alius, Varro doctus est*, &c.

¶ Vnusquilĭbet, vide supra *Libet.*

¶ Vnusquisque, unaquæque, unumquodque vel unumquidque, ein ieder, ein iedes: ut, *Leviter unumquodque tangere*, Cicer. pro S. Rosc. c. 30; & *Vnumquidque ostendere*, Idem 6 in Verr. cap. 59.

QVĬA, conjunctio caussalis, weil, dieweil, darum, daß, solet excipi interdum a collectivis. Cicer. de Amicit. cap. 9 fin. *Sed quia mutari natura non potest, idcirco veræ amicitiæ sempiternæ sunt.* Quintilian. lib. 1 cap. 4 *Danda est omnibus aliqua remissio, non solum quia nulla res est, quæ perferre possit continuum laborem, sed quod studium discendi voluntate, quæ cogi non potest, constet.* Quamvis autem ultimam in *quia* semper corripiat Virgilius, alii veterum tamen produxerunt. Plaut. in Bacchid. a. 4 sc. 4 v. 29

Quia patri omne cum ramento reddidi.

Phædrus lib. 1 fab. 6

Ego primam tollo, nominor quia leo.

Ausonius in Professor Burdegalens. carm. 8 versu Sapphico:

Sed quia nostro docuere in ævo.

¶ Quiănam, interrogativum, idem quod *Quare*, warum denn. Virgil. 10 Æn. v. 6

Cælicolæ magni, quianam sententia vobis
Versa retro?

¶ Quiăne, id est, certe, eigentlich, darum. Virg. 4 Æneid. v. 538

Quiane auxilio juvat ante levatos, &c.

Quicquam, quicquid, vide ante *Quisquam, Quisquis* in *Qui.*

Quicum, quicunque, quid, quidam, vide paullo superius *Qui.*

QVĬDEM, affirmandi adverbium, ja, traun. Cic. 1 fam. epist. 9 *Illud quidem certe nostrum consilium laudandum fuit*, dieser unser anschlag ist traun zu loben gewesen. Terent. in Andr. a. 2 sc. 2 v. 10 *Mea quidem hercle in dubio est vita.* Virg. Georg. 4 v. 506

Illa quidem Stygiâ nabat jam frigida cymbâ.

Tacitus 1 Hist. cap. 76 *Sic distractis exercitibus ac provinciis Vitellio quidem ad capessendam principatus fortunam bello opus erat.* ¶ 2. In cæteris locutionibus *Quidem*, zwar, fere excipitur ab adversariis particulis, *sed, verum, at, attamen.* Cicer. 3 Offic. cap. 9 *Philosophi minime mali illi quidem, sed non satis acuti*, zwar gar nicht böse, &c. Et de Amicit. cap. 6 *Qui autem in virtute summum bonum ponunt, præclare illi quidem*, &c. die thun wohl löblich, &c. ¶ 3. Pro ipsa adversativa particulâ, aber. Nepos Phocione cap. 3 n. 3 *Caussam apud Philippum regem verbo, reipsa quidem apud Polyspherchontem jussus est dicere.* Vbi *quidem* est pro *autem.* Nec aliter Ciceroni significat pro Marcello cap. 9 *Sed, nisi hæc urbs stabilita tuis consiliis & institutis erit, vagabitur modo nomen tuum longe atque late: sedem quidem stabilem & domicilium certum non habebit.* Vbi rursus *quidem* pro *autem* est. ¶ 4. Sed & vehementem hæc particula negationem continet: *Ne fui quidem Romæ.* Et, *Nunquam deero, ne cum periculo quidem meo, dignitati tuæ*, Cic. 10 fam. epist. 2, ich will deine ehre zu retten gar nicht unterlassen, solte ichs auch thun mit schaden und gefahr.

¶ Equĭdem, certe, warlich. Cicer. de Senect. cap. 21 *Equidem non video, cur, quod ipse sentiam, non audeam dicere*, ich sehe zwar oder warlich nicht, warum ich nicht dürffte sagen, was meine meynung sey. Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 2 v. 37 *Equidem pol in eam partem accipioque & volo*, ich will es warlich auch also verstanden haben. ¶ 2. *Equidem*, quasi *ego quidem*, ich zwar, unde & primæ personæ rectissime jungitur. Servius ad illud Virgilii Æneid. 1 v. 576

equidem per littora certos Dimidium:

In Virgilio, inquit, EQVIDEM, *ego quidem ubique significat, sed in aliis & pro* QVIDEM *tantum ponitur: ut Tullius:* EGO EQVIDEM CAETERAS TEMPESTATES. *Item Persius:* NON EQVIDEM HOC DVBITES AMBORVM FOEDERE CERTO CONSENTIRE DIES: Locus est satyr. 5 v. 45.

¶ Nequidem, Quandoquĭdem, vide supra *Ne, Quando.*

¶ Siquĭdem, adv. certe, quoniam, sintemahl, dieweil. Cic. 1 Tuscul. c. 1 *Siquidem Homerus fuit & Hesiodus ante Romam conditam.* Et, *Siquidem hercle possis*, Terent. in Eunuch. a. 1 sc. 1 v. 5.

Quidnam, quidni, quidpiam, vide paullo superius in *Qui.*

QVĬES, ētis, cessatio, otium, vacatio, die ruhe, rast: ut, *Nocturna quies*, Senec. Hippolyt. v. 100. *Tradere se quieti*, Cic. 1 de Divinat. cap. 29, sich zur ruhe begeben. *Mors malorum & miseriarum quies est*, Idem 4 in Catil. c. 4. Sic, *Studiis impetrare quietem*, Quintilian. initio proœmii lib 1. *Febrim abstinentia & quiete mitigare*, Idem lib. 2 c. 17. Et Celsus lib. 3 cap. 2 *Omnium optima sunt, quies & abstinentia.* Pluraliter, *vigiliis & quietibus*, Sallustius Catilin. cap. 15. *Vti somno & quietibus cæteris*, Cic. Offic. 1 cap. 29. Adde Lucret. 1 v. 405. ¶ 2. *Quies* pro vita privata & extra negotia ac dignitates publicas posita, non raro dicitur: item pro *modestia*, & *ambitioni* opponitur, das privat-leben, geruhigkeit. Affectabant autem apud priscos plerique magni viri quietem post negotiorum turbas, seniumque otio, & litteris dedicabant, ut notat Barth. ad Script. Venat. p. 166. Sic, *quietis & otii cupidissimus*, aut *impatientissimus*, Vellej. 1, 7, 1, & 2, 23, 1. *Summa quiete animi potuisset princeps esse*, Idem 2, 6, 2. ¶ 3. Sic *Quies* etiam ἀδιαφορία est, quando bello & partibus abstinemus, die neutralität. Nepos Attico cap. 7 *Attici quies Cæsari fuit grata.* ¶ 4. Sæpe *Quies* etiam, absolute ubi ponitur, nocturnam quietem, hoc est, somnum notat, die nacht-ruhe, der schlaff. Itaque *ad quietem ire*, item, *quieti se tradere*, Ciceroni lib. 1 de Divin. cap. 29 est, ire cubitum, somno se tradere, zu bette gehen, schlaffen gehen. Itaque & *quiescere*, (de quo postea,) alicubi est dormire, & *per quietem aliquid videre, in quiete, secundum quietem aliquid videre*, ac similia, de somniis valent, seu visis nocturnis, quæ dormientibus nobis obvenire solent, im traum etwas sehen, träumen. Cic. iterum lib. 1 de Divin. cap. 25 *Ei visum esse in quiete, egregia facie juvenem dicere, fore ut brevi convalesceret.* Idem lib. 2 de Divin. cap. 66 *Secundum quietem visus ei dicitur draco.* Et Justinus lib. 1 c. 9 de Cambyse: *Post hæc per quietem vidit fratrem suum Mergim regnaturum. Quo somnio exterritus*, &c. Ammian. Marcell. lib. 15 cap. 4 *Si per quietem quisquam, ubi fusius natura vagatur, vidisse aliquid amico narrasset:* quæ paullo post *visa* vocat *nocturna.* Idem lib. 31 non longe ab init. *Vmbræ paullo ante cæsorum, per quietem stridendo carmina quædam nimium horrenda, multos diris terroribus agitabant.* Tacit. lib. 4 Hist. c. 83 *Ptolemæo regi oblatum per quietem decore eximio, & majore quam humana specie juvenem.* Macrob. lib. 1 in Somn. Scip. c. 1 *Facies a Tulliano Scipione per quietem sibi ingesta narratur.* Et lib. 1 Saturn. cap. 11 *Jupiter Annio cuidam per quietem imperavit, ut*, &c. Similiter locutus in eadem re Val. Max. lib. 1 cap. 7 n. 4 *Jupiter in quiete præcipit, ut* &c. Mox: *Ipse etiam per quietem ab eodem Deo interrogatus.* Et histor. præced. n. 3 *Vtrique enim quidam per quietis speciem prædixit.* ¶ 5. *Quies*, Dea apud Romanos, de cujus fano extra urbem viâ Lavicana Livius 4 cap. 41. conf. Alex. ab Alex. 2 cap. 4, & 4 cap. 16.

¶ Quĭesco, ēvi, ētum, ĕre, vacare a labore, quiete frui, dormire, ruhen, stille seyn. Cicer. pro Rosc. Amerino cap. 23 *Qui tantum facinus commiserunt, non modo sine cura quiescere, sed ne spirare quidem sine metu possunt.* Corn. Nepos Alcib. cap 10 *Circa casam eam, in qua quiescebat*, id est, somnum capiebat. Terent. in Andr. a. 3 sc. 4 v. 25 *Quod si quiessem, nihil evenisset mali.* Seneca epist. 3 *Et quiescenti agendum, & agenti quiescendum est.* ¶ 2. *Quiescentes* pro mortuis Evagrius dixit, is, qui vitam S. Antonii transtulit e græco: *Mos*, inquit, *Ægyptiis est, nobilium, & præcipue beatorum martyrum corpora linteamine quidem obvolvere, & studium funeri solitum non negare, terrâ vero non abscondere, sed super lectulos domi posita reservare. Hunc honorem quiescentibus reddi, inveteratæ consuetudinis vanitas tradidit.* Sic, *acquiescere*, est *mori*, ut infra dicetur. Pro quo & *requiescere* dixit Eustochius, qui vitam S. Pelagiæ transtulit in latinam linguam: *nunciavi, quod Sanctus Pelagius monachus mirabilia faciens requievisset.* ¶ 3. *Quiescere pugnæ*, pro *a pugna*, græca ratio est. Quadrigarius apud Gellium lib. 9 cap. 13 *Vtrisque summo studio pugnantibus manu significare cœpit, quiescerent pugnæ. Facta pausa est.* vid. Gronov. ad h. l. ¶ 4. *Quiescere*, est sequi neutras partes, neutral seyn. Curt. lib. 10 cap. 8 n. 16 *Inter se certantium præmia, qui quieverint, occupabunt.* Eodem pene modo Græci ἡσυχίαν ἄγειν, ἔχειν & ἑλέσθαι. ¶ 5. Veteres etiam active usi sunt, pro *quietum facere*: ut, *Quiesco servum*, quod ex communi sermone, aut vetere aliquo auctore Servius affert, loco infra in *Requiesco* producendo. Seneca Hercule Oeteo v. 1584

Ante descendet glacialis ursæ
Sidus, & ponto vetito fruetur,
Quam tuas laudes populi quiescant.

Sic & *Requiescere* active posuerunt, de quo infra. Sed & *Quiesci* passivum & tamquam impersonale apud Terentium Andr. a. 4 sc. 2 v. 8 *Quibus* (nuptiis) *quam facile poterat quiesci, si hic quiesset*, man könte der hochzeit entübriget seyn. ¶ 6. *Quiescas, quiesce*, sey zu frieden, laß es gut seyn, &c. *Dehinc, ut quiescant porro, moneo*, Terent. in prolog. Andriæ, daß sie aufhören &c. Nam *quiescere* ille dicitur, vel jubetur potius, qui, ut ibi Donatus monet, insolens est & inquietus. Turbant autem maxime irritati commotique ira aut alio affectu; tales igitur, ut quiescant, monentur. Plaut. Asin. a. 2 sc. 4

LEONID. *Vtinam mihi nunc esset stimulus in manu.*
LIBAN. *Quiesce, quæso:*

hoc est, noli per iram quicquam turbide agere, lieber, gieb dich zu frieden. Ita enim nos hanc formulam efferre solemus. Terentius Heaut. a. 4 sc. 3 v. 10

SYR. *Sed nunc Clinia age, da te mihi vicissim:*
Nam amici quoque res est videnda, in tuto ut collocetur,
Ne quid de amica nunc senex (rescisçat.) CLIN. *o Jupiter!*
SYR. *quiesce.*

Dum Clinias, *o Jupiter*, exclamat, commovetur: itaque *eum quiescere* Syrus jubet. Vtimur & hac formula ad solicitos anxiosque, dum securos esse jubemus. Terent. Andriâ a. 3 sc. 4 v. 17

SIMO. *Corrigere mihi gnatum enitere.*
DAV. *Faciam hercle serio.* SI. *potes nunc, dum animus irritatus est?*
DAV. *Quiescas*, sey deßwegen unbesorgt.

Plaut. Curcul. a. 4 sc. 2 ait Lyco:

Memento promisisse te, si quisquam hanc liberali
Caussa manu assereret, mihi omne argentum redditum iri
Minas triginta. Respondet Curculio:
meminero: de istoc quietus esto.

¶ Quiētus, a, um, adject. still, ruhig: ut, *Vivere animo quieto*, Cicer. in Tuscul. lib. 2 cap. 1. *Homo quietissimus*, Idem in Verr. 6 cap. 19. Et, *Vitam quietam & otiosam traducere*, Idem de Senect. cap. 23. *Respublica quieta*, Cic. 2 Catilin. cap. 9. Contrarium est *Respublica turbata.* Cæsar de B. G. lib. 5 extrem. *Habuit post id Cæsar quietiorem Galliam*, id est, pacatiorem. Et, *Mortis metu omnis quietæ vitæ status perturbatur.* ¶ 2. *Quietus*, & placidus ac modestus est, & *ambitioso* opponitur. Vide Buchnerum ad Plinium. Sic, *Epaminondas*

domi quietus fuit, Nepos Pelopid. cap. 4, i. e. studio partium & civili tumultu abstinuit. *Quietus moribus*, Vellej. 2, 117, 2. ¶ 3. Varro lib. 2 Rei Rust. cap. 7 sub fin. *Equi demtis testiculis fiunt quietiores.* Ausonius Odyss. 13 Perioch. *In Ithacam quietissima navigatione devehitur.* Sic & *Quietissima*, nomen vel cognomen mulieris, Inscript. Grut. p. 670 n. 7.

¶ Quiēte, adverbium, idem. Cicer. de Senect. cap. 5 *Placida senectus quiete actæ ætatis*, ruhig zugebracht. *Quietissime se recipere*, Cæs. 3 Bell. Civil. cap. 46, in guter ordnung sich zurück ziehen. Comparativus *Quietius*: Augustinus Confession. lib. 5 cap. 8 *Romam pergere volui, quod audiebam, quietius ibi studere adolescentes.* Idem & superlativo usus est epist. 203.

¶ Quiētūdo, ĭnis, die ruhe. Cyrillus Glossario: *Quietudo*, ἠρεμία, ἡσυχία.

¶ Quiescentia, æ, idem. Firmic. lib. 1 cap. 3 *Post quiescentiam calamitatibus implicatus.*

¶ Quiēto, āre, & Quietor, āri, zur ruhe bringen. Priscianus lib. 8 p. 799 retulit inter ea, quæ active & passive in una eademque significatione protulerunt antiqui.

¶ Quiētālis, e, quietem tribuens, das ruhe schafft. *Quietalis* (Quietalus) *ab antiquis dicebatur orcus*, Festus.

¶ Quietōrium, i, κοιμητήριον, conditorium, ubi quiescunt condita corpora, die ruhe- oder grabe-stätt, in vet. Inscript.

Composita:

¶ Acquiesco, ēvi, ētum, ĕre, idem quod *quiescere*, ruhen, rasten, stille liegen. Cic. 13 ad Attic. epist. 34 *Vitandi caloris caussa Lanuvii tres horas acquieveram.* Nepos 14, 11, 3 *A lassitudine adquiescere*, ausruhen. ¶ 2. Item, contentum esse, nec quid movere amplius aut quærere, sich zu frieden stellen. Cic. de Amicit. c. 27 *Vicissim autem senes in adolescentum caritate acquiescunt.* Idem ad Attic. lib. 12 epist. 18 *Habeo nihil, tentatis rebus omnibus, in quo acquiescam.* Vel cum ablativo absolute: Cic. pro Milone cap. 37 *Qui maxime P. Clodii morte acquieverunt.* Sueton. Calig. cap. 51 *Vno solatio acquiescens.* Item cum dativo, *acquiescere alicui rei*, über etwas zu frieden und vergnüget seyn. *Acquiescere spei blandæ*, Seneca epist. 24 princ. Item Sueton. Tiberio cap. 31 *Vt præsentes bonori acquiescerent.* ¶ 3. Aliquando *Acquiescere*, est *oblectari*: nam & *Requies* pro *oblectatione* ponitur, de quo infra: Cicero pro Dejotaro cap. 2 *In tuis oculis, in tuo ore vultuque acquiesco.* Idem ad Attic. lib. 9 epist. 10 *Cum me ægritudo non solum somno privare, verum ne vigilare quidem sine summo dolore pateretur: tecum ut quasi loquerer, in quo uno acquiesco, hoc nescio quid, nullo argumento proposito, scribere institui.* Et Sueton. Tiberio cap. 56 *Nihilo lenior in convictores græculos, quibus vel maxime acquiescebat.* ¶ 4. Κατ' εὐφημισμὸν, *Acquiescere* pro *mori* dixit Nepos in vita Hannibalis cap. 13 n. 1: *Sic*, inquit, *vir fortissimus, multis variisque perfunctus laboribus, anno acquievit septuagesimo.* Vbi quidem significanter *acquiescere* dictum videtur de morte vitam laboriosam secuta: ut est in Indice Bœcleriano. Sponius Misc. Erud. Antiq. p. 171 ex lapide Lugdunensi:

IVLIA ADEPTA
HIC ADQVIESCIT.

Ita sepulti non raro QVIESCERE dicuntur: & ipsa mors QVIES appellatur. ¶ 5. Citerioris ævi scriptoribus *acquiescere* consentire est, vel assentiri, bewilligen, beystimmen. Hieron. lib. 2 adv. Jovinian. (Tom. 3 oper. f. 36) de Diogene: *Volentibus eam amicis aut in jumentum aut in vehiculum tollere, non acquievit.* Gennad. Massil. cap. 55 de eccles. dogm. *sicut Papeâ autore Irenæus, & Tertullianus & Lactantius acquiescunt.*

¶ Conquiesco, ere, idem quod simplex, ruhen, feyern; ut, *Conquiescere ab armis*, Cic. pro Milone cap. 25; *a bellis continuis*, Idem pro Balbo c. 1; &, *ex molestiis & laboribus uno in loco*, Idem ad Attic. 1 epist. 5. *Conquiescere de aliquo*, id est, propter aliquem: Cic. lib. 1 fam. epist. 1 *Tu, nisi perfecta re de me non conquiesti.* Et, *Conquiescere in studiis*, est oblectari, Idem ad Atticum lib. 1 epist. 20. Et, *conquiescente imbre*, Livius lib. 24 cap. 47, als der regen aufhörete.

¶ Inquies, ētis, substantivum, die unruhe, & adjectivum, unruhig; ut, *Inquies nocturna*, Plin. lib. 14 cap. 22, id est, molestia seu vigilia, nächtige unruhe. Sed, *Humanum genus inquies & indomitum*; ubi *inquies*, inquietum est, unruhige köpffe, Sallust. apud Priscianum. Plinius procemio operis: *Animus inquies pascitur opere.* Vellejus lib. 2 cap. 68 *Vir inquies.* Apulejus lib. 2 de Asino Aur. p. 121 *Animo & corpore ad libidinem inquies.*

¶ Inquiētus, a, um, unruhig; ut, *Animus inquietus*, Livius lib. 1 cap. 46, id est, turbulentus. *Homo inquietus*, Idem lib. 3 cap. 46, ein mensch, so nicht ruhen kan. *Ingenia inquieta & in novas res avida*, unruhige köpffe, Idem lib. 22 cap. 21. Et, *nullis rumoribus inquietior*, Plin. lib. 1 epist. 9. Et Ammianus lib. 22 cap. 7 extr. *tandem alios inquietiores inveni.*

¶ Inquiēte, adverbium, ohne ruhe, unaufhörlich. Solin. cap. 43 *Mons ingenito igne per æternum fervidus, & inquiete jugis flagrantibus.*

¶ Inquietūdo, ĭnis, die unruhe. Seneca lib. 2 de Benefic. c. 8 *Inquietudinem Tiberius, ne hoc quidem modo, quo putabat, potuit effugere.* Et Solinus c. 1 [al. 4] de hominis partu, *Capitis inquietudo*, kopffweche. Salvianus lib. 2 contra Avarit. p. 82 *Commercium alienæ inquietudinis perturbatio est nostræ quietis.*

¶ Inquiētĭtas, ātis, idem. Ita Cœlius Aurelianus dixit, ut Rutgersius observat lib. 3 Var. Lect. cap. 3.

¶ Inquiēto, avi, atum, āre, verbum, proprie quietem & somnum alicujus turbare est, einem den schlaff zerstören, aufwecken und unruhig machen. Suetonius Calig. cap. 55 *Ne inquietaretur, viciniæ silentium per milites indicere solebat.* Hinc & *spectra inquietare* dicuntur, quæ nocturnam quietem interrumpunt & turbant. vide mox *Inquietatus.* Hinc Petronius: *Num alio genere furiarum declamatores inquietantur* &c. ¶ 2. Deinde, quovis modo molestum esse alicui, facessereque negotium, beschwerlich seyn: cujus exempla Sueton. in Augusto cap. 53, & Claudio cap. 9, & Nerone cap. 34 suppeditat. Tacit. Hist. 3, 84, 4 *Inquietare victoriam*, den sieg stören. Seneca epist. 2 *Inquietari locorum mutationibus.* Modestinus JCtus Lege Titia 34 § Gajus 3 D. de Legat. 2 *Inprimis sciant heredes*, (verba testamenti sunt) *nullam pecuniam esse penes uxorem meam: sed nec aliud quicquam. Ideoque hoc nomine eam inquietari nolo.*

¶ Inquiētātus, a, um, bewegt, verunruhiget, gestört. Suetonius Calig. cap. 26 *Inquietatus fremitu, gratuita in circo loca de media nocte occupantium, omnes fustibus abegit.* Idem Calig. cap. 59 *Satis constat, priusquam id fieret, hortorum custodes umbris inquietatos*, i. e. spectris. Sidon. 2 epist. 12 *Sollicitudo inquietata primum lentæ tussis impulsu, febribus quoque jam fatigatur.*

¶ Inquietātio, ōnis, die verunruhigung. Livius lib. 22 cap. 17 de bobus, quibus sarmenta succensa alligaverat Hannibal: *Capitum inquietatio, excitans flammam, hominum passim discurrentium speciem præbebat.* Seneca Suasor. 2 p. 14 de Euripi angustiis: *Remigium arcet inquietatione, quod circumstat, mare.*

¶ Inquietātor, ōris, qui inquietat, ein störer. Tertullianus de Spectac. cap. 23 pr. *An Deo placebit auriga ille tot animarum inquietator?*

¶ Interquiesco, ĕre, darzwischen ruhen. Cicero de Claris Orat. cap. 23 *Cum hæc dixissem & paullulum interquievissem.* Cato cap. 158 Rei Rusticæ, de medicina quadam: *bibe, interquiesce.*

¶ Perquiesco, ĕre, ausruhen. Apul. Met. lib. 8 p. 211 *Totam perquiescimus noctem.*

¶ Requies, ētis, & ēi, tertiæ & quintæ declin. ruhe; ut, *Requietis intervalla*, Cic. 1 de Finib. cap. 15. Et, *Requietem quærere*, Idem 5 de Fin. cap. 19. Ovidius Heroid. epist. 4 v. 89

Quod caret alterna requie, durabile non est.

Cic. pro Arch. cap. 6 *Quantum ad requiem animi & corporis conceditur temporum.* Nam ¶ 2. *Requies* pro *voluptate* etiam & *recreatione* ponitur, in qua requiescit suaviter animus, atque se reficit, die ergötzlichkeit. Horat. lib. 1 epist. 7 v. 79

Et sibi dum requiem, dum risus undique quærit.

Tacitus Annal. 2 cap. 33 n. 4 *Talesque* (opes) *ad requiem animi, aut salubritatem corporum parentur: Ad requiem animi*, id est, oblectationem. Cicer. 2 de Leg. cap. 1 *ad requietem animi quæri.* Sic *Senectutis requietem oblectamentumque* conjungit Cic. de Senect. c. 15. ¶ 3. Hoc vocabulo etiam defunctis bene precabantur. Nummis Constantii Chlori apud Mediobarb. p. 440 DIVO CONSTANTIO &c. REQVIES OPTIMO MERITO.

¶ Requiesco, ĕre, idem quod simplex, ruhen; ut, *Requiescere in sella*, Cicer. 1 de Divinat. cap. 46, auf einem stuhl ausruhen. *Requiescere & curam animi remittere*, Idem 6 Verrin. cap. 61. Et, *Requiescere a malis*, Idem 1 Tuscul cap. 44. Et Tibullus lib. 3 eleg. ult. v. 21 *longas requiescere noctes*, i. e. dormire. ¶ 2. *Mori*, de quo supra in simplici, *Quiescere.* ¶ 3. Active, pro quietum facere, stillen, besänfftigen, usus Virgil. eclog. 8 v. 4

Et mutata suos requierunt flumina cursus.

Vbi Servius: REQVIERVNT, *cursus proprios retardaverunt, & quietos esse fecerunt. Sic Sallustius: Paullulum requietis militibus.* QVIESCO *enim duplicem habet significationem: & aliter dico* QVIESCO EGO: *& aliter* QVIESCO SERVVM, *id est, quiescere facio. Calvus in Jo:*

Sol quoque perpetuos meminit requiescere cursus.

Hactenus Servius. Propertius lib. 2 eleg. 22 v. 47

Jupiter Alcmenæ geminas requieverat arctos.

¶ Rĕquiētus, a, um, ruhig, ausgeruht, passive; ut, *Ager requietus*, Ovid. 2 Art. am. v. 351. *Arvum requietum*, Columell. lib. 2 cap. 9, quod aliquamdiu requievit, vel quiete affectum est. Nam *requiescere* activum est. Sic, *animus requietus*: Seneca de Tranquill. anim. c. 15 *Danda est*, inquit, *remissio animis: meliores alacrioresque requieti surgunt.* Frontinus lib. 1 Stratagem. c. 6 exemplo 3 *Circa prædam occupatos hostes jam etiam fatigatos, ipse requietis & ordinatis suis aggressus fuit, exuitque prædâ.* Vetus poëta in Catalectis:

Sed me quoque nequior ipso
Exultat toto non requieta toro.

Compar. *Requietior*, etwas geruhet, Columell. lib. 2 cap. 1.

¶ Requiētio, ōnis, die ruhe; ut, *Septimo requietionis anno*, Hieronym lib. 2 adv. Jovinianum cap. 12. *Subjectio Dei requietio est æterna*, Irenæi Interpr. 4 cap. 76.

¶ Requietōrium, i, sepulcrum, ein ruhebettlein. Vet. Inscript. Reatinæ: SIBI ET CONIVGI KARISSIMAE REQVIETORIVM FECIT: apud Gruterum p. 1030 n. 8.

¶ Irrĕquies, ētis, sine quiete, ohne ruhe. Oratione ad Deum, quæ cum Ephemeride Ausonii connectitur, ab aliis Paulino Nolano tributâ, v. 16 dicitur:

Irrequies, cuncta ipse movens, vegetator inertum.

Idem Auson. Edyll. 12 Inconnexis: *Irrequies gens.*

¶ Irrequiētus, a, um, ohne ruhe, unruhig. Ovid. 2 Metam. v. 386

Sors mea principiis fuit irrequieta.

Idem Trist. lib. 2 v. 236 *Bella irrequieta.* Plin. lib. 2 c. 5 *irrequieto mundi circuitu*, unaufhörlich. Seneca de Brevit. Vitæ cap. 10 extr. *Siderum irrequieta semper agitatio.* Et Statius lib. 5 Silv. 1 v. 187

Geniumque potentem
Irrequietus ama.

Quilibet, Quinatus, vide *Libet*, *Quinque.*

QVIN, adverbium diversæ significationis, ja, daß nicht, &c. Terent. Andr. a. 2 sc. 2 v. 9 PAMPH. *Dave, perii.* Dav. *Quin tu hoc audi.* Vbi Donatus: QVIN, *modò pro* IMO: *alias*, CVR NON. Ita & Heaut. a. 4 sc. 3 v. 15 *Quin paratum est argentum.* Idem Andr. a. 1 sc. 1 v. 18 *Quin dic, quid est?* ja. Item: *Quin tu animo bono es?* id est, cur non. Idem Ter. Adelph. a. 5 sc. 4 pr. *Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit, quin res, ætas, usus semper aliquid moneat*, i. e. ut non, daß nicht. Cicer. ad Attic. lib. 11 epist. 15

Prorsus

Prorsus nihil abest, quin sim miserrimus, es fehlet gar an nichts, daß ich nicht ꝛc. Et lib. 8 ad eumd. cap. 12 *Nullus a me dies intermittitur, quin dem ad te litteras.* Idem pro C. Rabir. cap. 6 *Quin continetis vocem indicem stultitiæ vestræ?* wollet ihrs nicht bey euch behalten? In quibus exemplis *Quin* corripiendi vel imperandi vim habet, ut & hic, *Quin taces?* wenn schweigest du? ¶ *Vestrarum nulla est, quin gnatum velit ducere uxorem*, Terent. in Hecyr. a. 2 sc. 1 v. 43, id est, quæ non, die nicht. Idem Eunucho a. 5 sc. 2 v. 3 *Vt nullo modo introire possem, quin viderent me*, hoc est, *quo minus.* Vide de hâc particula & Gell. lib. 17 cap. 13. ¶ Vehementer etiam asseverat hæc particula. Plaut. in Milit. a. 4 sc. 1 v. 25

PY. *Cupio hercle equidem, si illa vult.*
P. *Quin cupit.*

Alioqui Codd. habent: *Quæ cupit:* sed frigidiusculum est.

¶ Quin etiam, über das auch, darzu auch. Cic. 7 fam. epist. 1 *Delectatio nulla exstitit, quin etiam misericordia quædam consecuta est.* Postponi etiam potest. Tacitus 2 Hist. cap. 64 n. 4 *Dixisse quin etiam ad primas filii epistolas ferebatur* &c. Adde eumd. de Morib. Germ. cap. 3 n. 4.

¶ Quin ergo, Quin igitur, exhortandi forma, qua tum alios, tum nos ipsi exstimulamus, warum denn nicht. Apud Curtium lib. 5 cap. 7 n. 4 Alexander: *Quin igitur ulciscimur Græciam, & urbi faces subdimus!*

¶ Quinīmo, i. e. *imo vero* vel *imo etiam*, ja vielmehr. Tertull. Apol. cap. 46 *Quinimo & deos vestros palam destruunt.* Quem ad locum Franc. Zephyrus: Quinimo, inquit, utplurimum, in tantum & alia id genus sunt, qui dicant a sacris nostris doctoribus in latinitatem inculcata, parum cauti, si quando in lectionibus antiquorum ejusmodi dictiones occurrant, si modo Plinius auctor iis videtur classicus, & qui inter recensos ab illis annumeretur. Ille igitur lib. 16 cap. 30 *Quædam*, inquit, *fruticosi generis, ut paliurus, myrtus; item avellana: quinimo melior & copiosior fructu in plures dispersa ramos.* Et ipse Cicero lib. 1 ad Attic. epist. 13 *Quinimo leviter inter se dissident.*

Quinarius, Quincunx, &c Quindecim, quindeni, &c. Quingeni, quingenti, &c. Quinimo, Quinquaginta, &c. vide *Quinque, Vncia, Decem, Centum, Quin, Quinque.*

QVINQVE, numerale indecl. fünff; ut, *Quinque tenent cælum zonæ*, Virg 1 Georg. v. 233. Ab hoc quæ & deriventur & fiant, ordine subjiciemus.

¶ Quinquies, adverb. fünffmahl. Cicero 11 Philipp. cap. 5 *Hic me defendente quinquies absolutus est.* Gellius lib. 10 cap. 1 extr. *quinquies fecisse contra fœdus.* Martialis lib. 12 epigr. 76 *dotis quinquies ducena.*

¶ Quīni, æ, a, distributivum, je fünffe. Cic. in Pison. cap. 27 extr. *Græci stipati, quini in lectulis.* Sæpe pro ordinali: ut, *quina millia peditum*, id est, quinque, Livius lib. 8 cap 8. *Quini deni menses*, Curtius lib. 8 cap. 9 n. 35. *Quina dena sestertiûm*, Sueton. Claudio cap. 10.

¶ Quinārius, a, um, fünffmahlig; ut, *Numerus quinarius*, quinque complectens, Plin. lib. 31 cap. 6.

¶ Quinio, ōnis, πεντὰς, eine zahl von fünffen. Tertullianus de Anima cap 6 extr. *quinionem enixa filiorum:* & cap. 46 ejusdem libri: *quinio voluminum.*

¶ Quincunx, quincuncialis, vide infra *Vncia.*

¶ Quincŭplex, plĭcis, fünfffach, fünffschichtig; ut, *Quincuplex cera*, Martial. lib. 14 epigr. 4. Et Ausonius epist. 24 v. 83

Quincuplicem socias tibi, Martie Narbo, Tolosam.

Vopiscus in Floriano cap. 3 *Imago in una tabula quincuplex.* Sic veteres pro vulgari *Quintuplex*, quod ideo suspectum in Vopisci Probo cap. 7, ut infra suo loco notabimus.

¶ Quindécim, quindecies, quindēni, vide supra *Decem.*

¶ Quindecimvĭri, quindecimviralis, vide infra *Vir.*

¶ Quingenti, quingeni, quingenarius, &c. vide *Centum.*

¶ Quinquāginta, indeclin. funfftzig; ut, *quinquaginta animæ*, Statius 3 Theb. v 76. Et Manilius lib. 2 v. 2

Et quinquaginta regum regemque patremque.

Adde Virg. Æn. 6 v. 576. Lis est inter grammaticos, an ultimam etiam corripere liceat. Quidam ex Martiale 3 epigr. 40 afferunt

Mutua quod nobis ter quinquaginta dedisti.

Vbi alii *quinquagena* legunt. vide ibi Vinc. Collessum.

¶ Quinquāgies, adverb. funfftzigmahl. Plin. lib. 2 cap. 108 *quinquagies centena*, scil. millia passuum.

¶ Quinquagĕsies, idem. Plautus in Menæchm. a. 5 sc. 9 v. 99 *Vix credo tota auctione capiet quinquagesies.* Sed emendati codices legunt *Quinquagies.* conf. Borrich. Cogit. p. 282.

¶ Quinquāgēni, æ, a, idem quod quinquaginta, je funfftzig; ut, *Vivent quinquagenis annis, quidam & centenis*, Plin. lib. 8 cap. 36. Et Martialis 3 epigr. 40 *Bis quinquagenis domus est tibi millibus empta.*

¶ Quinquāgēnārius, a, um, aus funfftzig bestehend; ut, *Senex quinquagenarius*, ein alter mann von funfftzig jahren. *Vrna quinquagenaria*, Cato cap. 13, quæ quinquaginta capit. *Equarum grex quinquagenarius*, id est, tot capitum, apud Varronem de Re Rustica lib. 2 cap. 10 extremo.

¶ Quinquāgēsĭmus, a, um, funfftzigst; ut, *Quinquagesimus annus*, das funfftzigste jahr: *Quinquagesimo uno raptus anno*, Plin. lib. 8 cap. 2. ¶ *Quinquagesimæ* absolute, non secus ac *decimæ*, der funfftzigste theil; ut, *Exigere quinquagesimas*, den funfftzigsten theil fordern, Cic. in Verr. 5 cap. 49.

¶ Quinquatria, orum, & Quinquatrus, ûs, festi Minervæ dies, quos Græci appellabant παναθήναια. De quibus ita Scholiast. Juven. in sat. 10 v. 115 QVINQVATRIBVS, *diebus festis, quibus Minerva colitur. Aut quod intra quinque atria sit: aut* ATRIA *abundat. Nam dies quinque in uno festo.* Vltimum verum est: de quinque atriis quod dicit, nihili est. Nec audiendi, qui ex *quinque* & *atro* componunt. vid. Sosipater lib. 1 p. 61, & Polydor. Virg. 6 cap. 7. Nam dicunt, diem post Idus Martii atrum fuisse, & inde *Quinquatria* esse dicta, quasi *quinque ab atra die.* Sed Varro lib. 5 de L. L. cap. 3 QVINQVATRVS *hic dies unus ab errore nominis observatur, proinde, ut sint quinque* (dies.) *Dictus, ut ab Tusculanis post diem VI. Idus similiter* SEXATRVS: *& post diem septimum* SEPTIMATRVS. *Sic hic, quod erat post diem quintum, idem* QVINQVATRVS. vide & Festum. Ovid. 3 Fastor. v. 810

Vna dies media est, & fiunt sacra Minervæ,
Nomina quæ a junctis quinque diebus habent, &c.

Erant autem *Quinquatrus* duplices: *Majores*, mense Martio, ut ex Ovidio constat; *Minusculæ*, Idibus Juniis, cum tibicines feriati per urbem vagabantur, & ad Minervæ ædem conveniebant, ut Varro auctor est lib. 5 de L. L. cap. 3, & Ovid. 6 Fast. v. 651. Ter quinquatrio feriatos fuisse pueros, & ludimagistros minervalia accepisse, Horat. lib. 2 epist. 2 extr. & Ovid. 3 Fastor. v. 829 significant. *Quinquatria* apud Latinos dici, male negat Lambinus cum Sosipatro pag. 61. Id enim apud Sueton. Augusto cap. 71; & Nerone cap. 34 legimus. Cicero 12 fam. epist. 25 *Quinquatribus frequenti Senatu caussam tuam egi non invita Minervâ.* Adde Plaut. Milite a. 3 sc. 1 v. 97, & Liv. 44 cap. 20.

¶ Quinquefolium, vide supra *Folium.*

¶ Quinquegentiani, vide *Gens.*

¶ Quinquelibrālis, e, vide *Libra.*

¶ Quinquemestris, e, vide *Mensis.*

¶ Quinquenervia, vide *Nervus.*

¶ Quinquennis, quinquennalis, quinquennium, vide *Annus.*

¶ Quinquepartitus, quinquepertitus, vide supra *Pars.*

¶ Quinqueplex, &c. vide paullo inferius.

¶ Quinqueprīmi, orum, i. e. quinque principem in senatu locum habentes, die fünff ältesten. Cic. in Verr. 3 cap. 28 *Magistratus & quinqueprimi accitu istius evocantur.*

¶ Quinquerēmis, vide infra *Remus.*

¶ Quinquertium, i, quasi *quinque artium ludus*, quem, ut Festus testatur, Græci πένταθλον vocabant. vide *Pentathlus.* Hinc & dictus

¶ Quinquertio, ōnis, qui quinque certaminum victor evasisset: nimirum lucta, pugilatu, cursu, saltu, & disco, πένταθλος. Nam apud Festum Livius Andronic. quoque ipsos athletas sic nominat: *Quinquertiones præco in medium vocat.* Vide Scaligerum de Re Poetica lib. 1 cap. 22 in fin. & de 4 Art. Popul. cap 3 § 36 & 78.

¶ Quinquessis, is, quinque asses. Ant. Augustinus ad Festum: *Quinquessis quinarius sive victoriatus dictus est, quod initio quinque assibus æstimaretur, qui postea octo valuit, ejusque nota erat victoria.* conf. Plin. 33 cap. 3.

¶ Quinquevĭri, quinqueviratus, vide infra *Vir.*

¶ Quinquo, are, (quasi *coinquo*) est lustrare, purgare, reinigen. Sic Sosipater Carif. p. 62 etiam *Quinquatrus* dici existimat *a quinquando, id est, lustrando, quod eo die arma Ancilia lustrari sint solita.*

¶ Quimus, a, um, pro *Quinquimus*, fünffjährig. Vnde

¶ Quīmātus, ûs, ætas quinque annorum, das alter von fünff jahren. De bobus Plin. 8 cap. 45 *Robur in quimatu.*

¶ Quintus, a, um, der fünffte; ut, *Annus, mensis, dies quintus:* Livius lib. 31 cap. 7 *Philippus non quinto inde mense, quemadmodum ab Sagunto Hannibal; sed quinto inde die, quam ab Corintho solverit naves, in Italiam perveniet.* ¶ 2. *Quintus decimus*, der funfftzehende. Gellius lib. 1 cap. 16 *in libro quintodecimo.* ¶ 3. Scribitur etiam *Quinctus*, & tale prænomen est a nascendi ordine. vide mox seorsim *Quintus.*

¶ Quintùm, adverbium, zum fünfften mahl. Livius lib. 27 cap. 6 *Declarati consules, Fabius Maximus quintùm*, &c. Et Vellejus lib. 1 cap. 14 *Q. Fabio quintùm, & Decio Mure quartùm consulibus.*

¶ Quintò, idem, ex vulgi usu, pro quo analogia adverbiorum *tertio, quarto, septimo*, est apud Gellium lib. 10 cap. 1.

¶ Quintānus, a, um, qui quinti est ordinis, seu classis, ein fünffer. Sic *Quintani* sunt legionis quintæ milites. Tacitus 4 Histor. cap. 36 *Adventu quintanorum, quintadecimanorumque actæ legiones.* Sed, *Quintana porta*, in castris post prætorium, ubi rerum utensilium forum erat: Festus. Vnde pro foro Suetonius posuit Nerone cap. 26. *Nonæ quintanæ* Macrobio sunt lib. 1 Saturn. cap 14, quæ in quintum diem mensis incidunt. ¶ 2. *Quintanis semitare*, adverbialiter fere dixit Plinius 17 cap. 22, i. e. post quintum quemque palum semitam ducere.

¶ Quintārius, a, um, idem. Eadem ratione dicitur *primarius, secundarius.* Sic, *de limitibus quintariis, quintum quemque quintarium volunt*, &c. Hygin. de Limit. edit. Gœs. p. 158. *Terminus quintarius*, p. 262. De *Numero quintario*, Vitruv. 3 cap. 1. vid. Bald. Lex. Vitruv. p. 98.

¶ Quintadecimāni, orum, legionis decimæ quintæ milites, ut ex Taciti lib. 4 Hist. cap. 36 modo ostendimus.

¶ Quintīlis, sive Quinctilis, is, mensis Julius, a Martio quintus, der heumonat, Cicer. 14 ad Attic. epist. 7.

¶ Quintŭplex, plĭcis, fünfffach, vulgare est: quam antiquum, non facile apparet. Vopiscus in Probo cap. 7 *Salarium quintuplex fecimus.* Sed Salmasius annotavit ex veteri libro *quincuplex*, quod supra vidimus. Etiam Claud. Dausquius in Orthograph. *Quincuplex* laudat: *Quintuplex* improbat.

¶ Quinquiplico, are, pro vulgari *quintuplicare*, fünfffach machen; apud Tacitum legitur 2 Annali cap. 36 n. 5, *Quinquiplicari prorsus magistratus*, hoc est, in quintuplum augeri, vel in annum quintum prorogari. Est autem a

¶ Quinquĕplex, quod in Gloss. Vet. πεντάπλους vertitur: quemadmodum ibidem

¶ Quinqueplum, græce redditur πεντάπλουν, pro quo usus *quintuplum* ad instar *Duplum, Quadruplum* &c. recepit.

Composita ab initio:

¶ Vndequinquāginta, neun und viertzig; ut, *Vndequinquaginta coronæ aureæ*, Livius lib. 37 cap. 58. Et Plinius lib. 13 cap. 4 *undequinquaginta genera*, palmarum scilicet.

¶ Vndequinquāgēsĭmus, a, um, neun und viertzigst. Cic. pro Lege Ma-

nil.

nil. cap. 12 *Vndequinquagesimo die totam ad imperium Pop. R. Ciliciam adjunxit.*

¶ Duodequinquaginta, acht und viertzig. Columella lib. 12 cap. 5 *sextarios duodequinquaginta.*

¶ Duodequinquāgēsimus, a, um, acht und viertzigst; ut, *Annus duodequinquagesimus*, Cic. de Clar. Orat. cap. 44.

¶ Semiquināria, æ, cæsura est, quæ & *Penthemimeris*, cum post primos duos pedes syllaba partem orationis terminat: ut, *Arma virumque cano.*

Quintanus, quintarius, quintilis, &c. vide proxime ante in *Quinque.*

Quintilianus, Quintilius, Quintius, vide in sequente *Quintus.*

QVINTVS, i, poëta græcus, Paralipomena scripsit belli Trojani, quæ exstant. De ejus & nomine & patria disputant eruditi, aliis Quintum Calabrum, aliis Cointum Smyrnæum vocantibus: vide Rhodomannum præfatione ad ejus Lectorem, Voss. de Poët. Græc. pag. 80. Nomen ejus plane nos latere, censet Barthius lib. 2 Adversar. cap. 10, ubi plura. Scripsit autem libros quatuordecim, in quibus historiam ab interfecto Hectore, (ibi namque desiit Homerus,) usque ad finem belli, h. e. Trojæ excidium deducit, complectens etiam libro ultimo quædam de Græcorum in patriam reditu. ¶ 2. Fuit & *Quintus* in prænominibus Romanis, quod ab ordine filiorum vel partûs numero impositum fuit. Scribitur littera Q. de quo sub initium hujus elementi dictum fuit, v. g. *Q. Fabius Maximus*, aut *Q. Tullius Cicero*, aut *Q. Curtius*, de quibus suis locis. ¶ 3. Legitur & *Quinctus* pro eo. vide Turneb. lib. 30 Advers. cap. 28, & Lips. Orthograph. p. 130. A *Quinctus* est nomen gentile *Quinctius* vel *Quintius*. A *Quinctius* vero per ordinem nascendi est *Quinctilius* vel *Quintilius*. A *Quinctilius* autem est *Quinctilianus*, vel *Quintilianus*. conf. Sigon. de Nomin. Rom. De singulis mox dicetur. Sed ¶ 4. *Quintus*, numerale, vide paullo ante inter derivata a *Quinque.*

¶ Quintius, vel Quinctius, i, cognomen, unde & *Quintia prata*, Quintii consulis seu dictatoris, apud Livium 3 cap. 1. Gens Quintiorum Albana Romam translata in multas familias se diffudit, unde *Quintii Capitolini*, *Cincinnati*, *Flaminii*, *Crispini*, &c. Cum L. Quintius prætor, de provincia reversus, æger diceret amico, *frigidas se habere manus*, & ille dixisset: *Atqui eas de provincia calidas paullo ante revocasti*: risit delectatusque est, quippe alienissimus a suspicione furtorum, &c. Macrob. Saturn. 7 cap. 3.

¶ Quintīlius, vel Quinctilius, i, præpositus fuit Lupercis, unde *Quintiliani Luperci* appellati in Pompeji Festi Fragmento. Meminit *Quintilii* Horatius 1 od. 24 v. 21, & de Art. Poët. v. 438.

¶ Quintilia, æ, amasia Licinii poëtæ. vide Catulli carm. 95 (al. 97) ad Calvum de Quintilia.

¶ Quintīliānus, i; M. Fabius Quintilianus, Hispanus fuit, sed Romæ rhetoricen docuit annis multis summa cum laude. Quo tempore vixerit, colligi inde potest, quod se adolescentulum Domitium Afrum cognovisse scribit & Senecam, qui ambo sub Nerone periēre. Sed & Seneca procemio lib. 10 Controv. & Controvers. 4 ejusdem libri Quintiliani declamatoris meminit. Scripsit institutionum oratoriarum libros doctissimos duodecim, posteaquam per annos viginti operam erudiendis adolescentibus impendisset, quemadmodum ipse testatur in initio proœmii libri primi. Scripsit & declamationes, quarum multæ exstant. Decem & novem omnes fere libri habent: quibus CXLIII Pithœus ex MS. adjecit, quas vero ut suspectas novissimus editor Oxoniensis prætermisit. Quintilianum Martialis ita alloquitur lib. 2 epigr. 90

> *Quintiliane, vagæ moderator summe juventæ,*
> *Gloria Romanæ, Quintiliane, togæ*, &c.

Acrimoniam ipsi tribuit Sidon. Apollin. lib. 5 epist. 1. Et, *Poggio Quintilianum in salsamentarii taberna repertum debere fatemur*, ait in Elogiis Jovius. Qua de re & Petr. Crinitum lib. 18 de honest. discipl. c. 2, & Platinam in vita Nicolai V vide.

QVIPPE, adverbium, seu conjunctio potius, rationem interdum reddens ejus, quod præcessit, sintemahl, denn, allermassen. Terent. in Heaut. a. 2 sc. 4 v. 9 *Quippe formâ impulsi nostra nos amatores colunt*, id est, *etenim*, denn, nehmlich. Quo sensu in eadem fabula a. 3 sc. 2 v. 27 poëta cum *Quia* etiam conjunxit: *Quippe quia magnarum sæpe id remedium ægritudinum est.* ¶ 2. Nonnunquam etiam affirmat. Cic. pro Cæcin. cap. 19 *Recte diceres, te restituisse? quippe, quid enim facilius est?* id est, certe, ja, traun. Idem lib. 5 de Fin. cap. 28 *Quem hunc appellas Zeno?* (sermo est de Sapiente, qui torqueatur eculeo,) *Beatum, inquit. Etiam beatissimum? quippe, inquiet, cum tam docuerim gradus istam rem non habere, quam virtutem.* ¶ 3. Exponitur aliquando per *utpote*, als, præsertim sequente pronomine relativo. Cic. pro Rosc. Am. cap. 18 *Convivia cum patre non inibat, quippe qui ne in oppidum quidem, nisi perraro, veniret.*

¶ Quippini, warum nicht? particula affirmandi Plauto frequentata: e. g. Menæch. a. 5 sc. 5 v. 45 *Itane censes?* MED. *Quippini?* Idem Aulul. a. 1 sc. 2 v. 3 *Quippini ego intus servem?* ¶ 2. Interdum idem est ac *quippe, nempe.* Et sic Apulej. Metam. lib. 9 *Mensam apponebat ei propere, quamvis invita, mulier, quippini destinatam alii.*

QVĪRĪNVS, i, Romulus ita dictus fuit, vel a *Quiris* seu *Curis*, vocabulo Sabinorum, quo *hastam* illi appellarunt, a quo & *Securis* dicta est; vel a *Quiritibus*, sive Romanis, qui sic a Curibus appellati fuerunt Sabinis, Romulo jam sociatis, ut Livius auctor est lib. 1 cap. 13. Ovid. 2 Fastor. v. 475

> *Proxima lux vacua est: at tertia dicta QVIRINO:*
> *Qui tenet hoc nomen, Romulus ante fuit.*
> *Sive quod hasta QVIRIS priscis est dicta Sabinis:*
> *Bellicus a telo venit in astra Deus.*
> *Sive suo regi* (Romulo) *nomen posuēre QVIRITES:*
> *Seu quia Romanis junxerat ille Cures.*

Cæterum Romulus a morte, & jam relatus in Deorum numerum *Quirinus* vocatus est: Lactantius lib. 1 Institut. cap. 15. Adde Ovid. Met. 14 v. 805 seqq. Virg. Æn. 1 v. 292, & Cic. Off. 3 cap. 10. Horatius 1 od. 2 v. 46 *Populum Quirini* vocat Romanos.

¶ Quīrīnālis, e, adject. ut, *Collis Quirinalis* Romæ, in quo Quirini fuit templum, & *Porta Quirinalis* ad collem eum ducens, quæ & *Porta Collina* aliquando, hodie *Porta Salaria* est. Sic, *Jugum Quirinale*, Ovid. in Fastis lib. 6 v. 218. *Quirinalis trabea*, Virg. Æn. 7 v. 612.

¶ Quirinālia, orum, dies sacrorum Quirini, *Stultorum feriæ*, appellatæ: v. Ovid. lib. 2 Fastorum v. 513. Plutarchus Quæstion. Rom. p. 285, & Festus. conf. Cic. ad Qu. fratr. 2 epist. 3 & 13.

¶ Equirine, vide supra *Ædepol.*

¶ Quirītes, um, Romani, die Römer. Vnde sic appellati, docet Livius lib. 1 cap. 13, de quo paullo ante. Ita autem domi appellabantur cives, non foris. Ibi enim si ita appellarentur milites, mitti vel exauctorari videbantur per ignominiam, nec pro militibus amplius haberi. Hinc Cæsar sola hac appellatione sæpius concitatum militem sedavit. vide Sueton. Cæsare cap. 70, & Stewechium. Eadem ratione Antonius primus Flavianarum partium dux, milites prætorianos, quibus infensus erat, *Paganos*, quasi non jam milites, sed Quirites nominavit apud Tacitum lib. 3 Histor. cap. 24. Factum Cæsaris imitatus postea fuit Imp. Alexander Severus. Nam milites primum quidem pro concione, ex more commilitones appellavit: ubi vero fremere eos, & tumultum ciere conspexit, *Continete*, ait, *vocem truculentam, campo & bellis necessariam: ne vos hodie omnes uno ore atque una voce, Quirites, dimittam: & incertum an Quirites? Non enim digni estis, qui vel Romanæ plebis sitis, si jus Romanum non agnoscitis.* Cum nihilominus post ita fremerent, exclamavit: *Quirites, discedite, atque arma deponite*, &c. Hæc Lampridius in Alexandri vitâ cap. 53 & 54. ¶ Legas & *Quiritem* singulare, apud Persium satyr. 5 v. 75.

¶ Quirīta, æ, a *Quirites*, ut *Antistita* ab *Antistes*, eine Römerin. Quam vocem passim veterum Inscriptiones servant.

¶ Quirīto, are, & Quirītor, ari, Quiritum auxilium clamore implorare, exclamare, laut ruffen, um hülffe schreyen, heulen; quod accusati solebant, cum nihil auxilii amplius videretur adesse. Fiebat autem, cum inclamarent: *Porro Quirites!* De qua formula Brissonius. Et hinc ad quosvis clamores miserabiles verbum hoc traducitur. Vide Livium lib. 2 cap. 23, & lib. 3 cap. 41, &c. Varron. de L. L. 5 cap. 7. Lucil. apud Nonium cap. 1 n. 78. Addi potest Petronius pag. 66 Satyrici. Sed hi habent formulam *Quiritium fidem implorare*, seu *invocare*: Ipsum verbum *Quiritare* legas apud Quintilianum lib. 3 cap. 8 *Si est sanus, non quiritet*, ist er klug, so macht er nicht viel geschrey. Cæterum *Quiritantium* etiam meminit Livius lib. 39 cap. 8 extr. & Pollio ad Cicer. lib. 10 fam. epist. 32. Vocem vero ipsam, qua Quiritium opem implorabant, adhibet Priapus apud Phallicum poëtam carmine 25

> *Porro (nam quis erit modus?) Quirites!*

Laberius apud Macrobium lib. 2 Saturnal. cap. 7

> *Porro Quirites! libertatem perdimus.*

¶ Quīrītātio, ōnis, vociferatio, querela, angst-klage, jammer-geschrey. Liv. lib. 33 cap. 28 *Fuga comitum & quiritatio facta.*

¶ Quiritatus, ûs, idem; ut, *Quiritatus infantium*, apud Plin. lib. 6 epist. 20, ubi Buchneri notas vide n. 193. Et Valer. Maximus lib. 9 cap. 2 n. 1 *lamentabiles quiritatus.*

¶ Proquīrīto, are, idem quod simplex *Quiritare*, das volck anschreyen. Apulejus Apolog. p. 326 *Epistolam sæpe aperiens, proquiritabat* &c. Item promulgare, proclamare, ausruffen. Sidonius lib. 8 epist. 6 *Lex de præscriptione tricennii fuerat proquiritata.* At

¶ Requirīto, are, in Plauti Mostellar. a. 3 sc. 3 v. 11, quod corripit syllabam, quæ in *Quirito* longa est, huc non pertinet, sed in *Requiro* sub *Quæro* investigandum.

QVISQVĪLIAE, arum, plural. περιψήματα, purgamenta, auskehricht, und was von bäumen fällt. vide Festum. Sic Cæcilius: *Quisquilias volantes, venti spolia dixit*, apud eumdem Festum. *Gerras, quisquilias, ineptiasque*, conjungit Ausonius Edyll. 7 v. 5. ¶ 2. Cicero *Quisquilias*, homines nihili dixit, lose und leichtfertige leute, in pro Sextio cap. 43 *Omitto Numerium, Serranum, Ælium, quisquilias seditionis Clodianæ.* Idem lib. 1 epist. 16 ad Atticum: *Id Talnam, & Plautum, & Spongiam, & cæteras hujusmodi quisquilias statuere*, &c.

¶ Quisquilium, i, granum exiguum fruticis parvæ ilicis, apud Plin. 16 cap. 8, ubi vetus codex legit *Cusculium*. vid. ibi Dalechamp.

Quoad, Quocirca, Quocunque, &c. vide supra *Qui*, *Circa*, *Qui*.

QVONDAM, adverbium, aliquando vel olim, dereinst, weyland. Virg. 2 Æn. v. 367 *Quondam etiam victis redit in præcordia virtus*; id est, nonnunquam, bißweilen, zuzeiten. Cic. 1 in Catilin. cap. 1 *Fuit ista quondam in hac republ. virtus*, id est, olim, vorzeiten. Idem lib. 1 de Orat. cap. 30 *Consuetudo mea, qua quondam solitus sum uti.*

QVŎNIAM, conjunctio caussalis, quia, siquidem, dieweil. Terent. in Andr. a. 1 sc. 5 v. 15 *Ea quoniam nemini obtrudi potest, itur ad me.* Idem ibid. a. 2 sc. 1 v. 5 *Quoniam id fieri, quod vis, non potest, velis id, quod possit.* ¶ 2. Additur interdum *quidem*: Cicer. 2 ad Attic. epist. 1 *Quoniam quidem ea, quæ nos scribimus, te etiam delectant*, i. e. quandoquidem. Legunt & conjuncte, *Quoniamquidem.* ¶ 3. *Quoniam* pro *postquam* posuit Plautus non semel quemadmodum *postquam* pro *quoniam* etiam ponitur: Terent. Adelph. prolog. princ.

> *Postquam poëta sensit, scripturam suam*
> *Ab iniquis observari*, &c.

Vbi Donatus: POSTQVAM *pro* QVONIAM, *cujus reciprocum*, QVONIAM *pro* POSTQVAM. *Plautus in Aulularia* [prolog. v. 9] QVONIAM IS MORITVR, ITA AVIDO INGENIO FVIT.

QVŎQVE, conjunctio copulativa & postpositiva, auch. Terent. in Andr. a. 4 sc. 3 v. 19 *Ego quoque hinc ab dextra venire me assimulabo*, ich will mich auch also stellen, &c. *Id rursum si negant, nego id quoque*, Idem in Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 20. Et Quintilianus lib. 9 cap. 4 p. 696 *Perdidisset gratiam; perdidisset fidem quoque.* Sic enim in orationis fine venuste locatur.

Quorsum, vide in *Qui*, sub finem: est enim ex *Quo* & *Versum.*

QVOT, nomen indecl. de numero quærens, vel numerum admirans, wie viel? Ter. in Hecyr. a. 5 sc. 3 v. 19 *Quot commodas res attuli Pamphilo? quot autem ademi curas?* Cic. in Tusc. lib. 1 cap. 35 extr. *Quot,*

quanta

quantæ, quam incredibiles calamitates? Et, *Quot annos natus es?* wie alt bist du? Plauti est locutio. ¶ 2. Et sine interrogatione: ut, *Quot homines, tot sententiæ*, so mancher mensch, so mancher kopff und sinn, Terent. in Phorm. a. 2 sc. 4 v. 14. Et Cic. de Orat. lib. 3 cap. 59 *Quot homines, tot caussæ.*

¶ Quŏtannis, singulis annis, jährlich, alle jahr. Exempla supra in *Annus* producta sunt. Et Vlpianus Lege 8 § 24 Dig. de Transactionibus: *Si tamen ita sine prætore transegerit, ut in vicem eorum* [frumenti, olei &c.] *nummum quotannis vel quot mensibus acciperet*, &c. Nam non tantum *quotannis* ita dicimus, verum etiam *quot mensibus, quot diebus, quot calendis*, id est, singulis. Vitruv. lib. 9 cap. 4 *Itaque quot mensibus sub rotam solis radiosve obscuratur.* Plaut. Sticho a. 1 sc. 2 v. 3 *Vos meministis, quot calendis petere demensum cibum.* Sic, *Quot diebus*, Augustin. lib. 6 Confess. c. 6. Pro eo *quot dies* Apulejus dixit lib. 11 Metam. p. 207 ed. Colv. (pag. 267 ed. Elmenh.) *sedulum quot dies obibam culturæ sacrorum ministerium.* Similiter *Quotquot mensibus, quotquot annis*, vide proxime post in *Quotquot.*

¶ Quotcunque, wie viel immer, so viel als. Manilius lib. 4 v. 315

Totque dabit vires, dominos quotcunque recepit.

Sic Scaliger, & Fayus, nisi quod hic *Tot ducit.* In *quotcunque* autem consentiunt, pro quo alii *quotquotque* maluerunt.

¶ Quotēnus, a, um, ie wie viel. Cic. ad Atticum lib. 12 epist. 32 *Is, opinor, ita partes fecit in ripa nescio quotenorum jugerum*, &c. id est, *quot jugerum.*

¶ Quotidie, quotidianus, vide supra *Dies.*

¶ Quŏties, adverb. wie offt, cui *Toties* respondet. Cicero 7 famil. ep. 7 *Illud soleo mirari, me non toties accipere tuas litteras, quoties a Qu. fratre mihi afferuntur.* Et interrogative, sine relato: Cicero 1 Catilin. cap. 6 *Quoties jam tibi extorta est sica ista de manibus? quoties vero excidit casu aliquo & elapsa est?* ¶ 2. Pro *quando*, wenn daß: Virg. Æn. 4 v. 351 *Quoties humentibus umbris*

Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt.

¶ Quŏtiescunque, so offt, als nur. Cic. pro Cluent. cap. 18 *Quotiescunque dico, toties mihi videor in judicium venire*, so offt ich eine rede zu thun habe. Idem in Tuscul. 3 extremo: *Cætera quotiescunque voletis, parata vobis erunt.*

¶ Quotmensibus, vide supra *Mensis.*

¶ Quotquot, soviel nur; ut, *quotquot estis omnes*, Catull. epigr. 43 v. 2, so viel euer ist. Et Horatius lib. 2 oda 14 *Quotquot eunt dies*, wieviel tage hingehen, id est, singulis diebus. Sic, *Quotquot annis*, jährlich; *Quotquot mensibus*, monatlich, alle monat: Varro de L. L. 4 cap. 4 *Fundus dictus, quod fundat quotquot annis multa.* Et mox: *Ager restibilis, qui restituitur ac reseritur quotquot annis.* Et paullo post cap. 8 *Via qua sacra quotquot mensibus feruntur in arcem.* Vide & Gellium lib. 6 cap. 5, cum ex Alfeno JCto formulam antiqui cujusdam fœderis refert; & Victorium Var. Lect. 9 cap. 23.

¶ Quotquotque, id est, quotcunque: Manilius lib. 4 v. 315; sed alii *quotcunque* legunt, quod paullo supra videas.

¶ Quŏtŭplex, ĭcis, wie vielerley? wie mancherley? respondetur, *Duplex, triplex, quadruplex*: quemadmodum ad *Quotuplum, duplum, triplum*, &c. Vet. Onomast. *Quotuplex*, ὁσαπλάσιος.

¶ Quotuplus, a, um, wie vielfältig?

¶ Quŏtus, a, um, der wievielste? nomen interrogativum de numero aut ordine: ut, *Quota est hora?* Horat. 2 satyr. 6 v. 44. Et Martialis lib. 5 epigr. 66 *Ista tuæ, Cæsar, quota pars spectatur arenæ?*

¶ Quotŭmus, a, um, pro *Quotus*, apud Plautum Pseud. a. 4 sc. 2 v. 7 *Quotumas ædes dixerit, id ego admodum incerto scio.* Et ibid. a. 4 sc. 7 v. 77 *Quotumo die.*

¶ Quŏtuscunque, quotacunque, &c. wie mancher. Tibullus lib. 2 extremo: *Moverit e votis pars quotacunque Deos.*

¶ Quŏtusquisque, quotaquæque, quotumquodque, eleganter effertur copulatum, wieviel? der wievielste? *Quotusquisque est, qui virtutem curet?* Quasi dicas, nullus aut rarus, wie viel seyn derer wohl, die &c. Cicero pro Cœlio cap. 16 *Famam quotusquisque istam potest effugere in tam maledica civitate?* Et interpositis aliis vocibus, Idem de Divinat. lib. 2 cap. 24 *Quota enim quæque res evenit prædicta ab istis?* Et Cic. pro Ligar. c. 9 *Quotus enim istud quisque fecisset*, ut &c.

¶ Ălĭquot, etliche, indeclinabile. Virg. eclog. 1 v. 70 *Post aliquot aristas*, i. e. post aliquot annos, ut vulgo exponitur. vide quæ ibi notat Ruæus. Adde supra in *Alius.*

¶ Aliquoties, adv. etlichmahl; ut, *Hanc caussam aliquoties apud te egit*, Cic. pro Quintio cap. 1. Adde supra in *Alius.*

¶ Aliquotfariam, unterschiedlichmahl. Varro lib. 1 de R. R. cap. 2 *In eo agro aliquotfariam in singula jugera dena cullea vini fiunt.*

Quovis, quousque, vide supra in *Qui, quæ, quod.*

QVVM, adverbium temporis, wenn, weil, als, vide supra *Cum.*

R.

R Littera consonans, semivocalis & liquida, imo, ut Dion Halicarnass. ait, *liquidarum maxime generosa*; quæ in verborum compositione in L nonnunquam convertitur: ut, *Intelligo, Pellicio, Pelluceo*, pro *Perluceo.* In nominibus vero quibusdam cognationem seu eamdem potestatem habet cum littera S; ut, *Arbos* pro *Arbor*; *Honos*, pro *Honor*; Plautus etiam *Odos* pro *Odor* sæpe dixit. ¶ Latinis veteribus integras aliquot dictiones littera R sola posita repræsentavit: ut R. R. R. F. F. F. *Regnum Romæ ruet, ferro, fame, flamma*: Probus. Litteram R Romæ Ap. Claudius primus invenit. Pompon. JCtus in Enchiridio in Dig. l. 1 t. 2 § 36. Jungiturque frequentius cum littera A in re horrida: Barth. ad lib. 1 Thebaid. Statii p. 34. Crepitus ejus notus: Idem ibid. & lib 121 Advers. c. ult. conf. Voss. lib. 4 Instit. Orator. p. 47 seq. ¶ Persius *caninam litteram* dixit satyr. 1 v. 109 *Irritata canis quod R quam plurima dicat*, ut ait Lucilius apud Nonium in *Irritare* cap. 1 n. 132. Vocatur etiam *radens* & *Martia.*

RĂBIES, ēi, canum proprie est, die wuth, beissigkeit. Ovid. Met. 14 v. 66 *Statque canum rabies.* Sed ad homines transfertur; ut, *Animi rabies*, hoc est, furor, der grimm, die unsinnigkeit: Cic. in Tuscul. 3 cap. 26 *Hecubam putant propter animi acerbitatem & rabiem fingi in canem esse conversam.* Horat. in Arte Poët. v. 79

Archilochum proprio rabies armavit iambo.

Virg. Æn. 8 v. 37 *Et belli rabies, & amor successit habendi.*

¶ Răbĭdus, a, um, toll, rasend; ut, *Canis rabidus*, Senec. Oedip. v. 932. *Rabidos compescere mores*, Ovid. 3 Art. am. v. 501.

¶ Rabĭde, adverb. idem; ut, *Omnia rabide appetere*, Cic. 5 Tusc. c. 6.

¶ Răbio, īre, & ĕre, ira & rabie agitari, wüten, toben. Varro apud Nonium cap. 1 v. 186 *Quid est? quid blateras? quid rabis?* Et Cæcilius ibid. *Ast rabie rabire se ait.* Et vetus poëta apud Ciceronem lib. 1 de Divinat. c. 31 *Sed quid oculis rabere visa est derepente ardentibus?* Manilius lib. 5 v. 207 *latratque Canicula flammans,*

Et rabit igne suo.

Et ibidem v. 222 *Corda micant, & lingua rabit.* Seneca epist. 29 *Videbis eosdem intra exiguum tempus acerrime ridere & rabere.* Sed &

¶ Rabio, āre, veteres dixerunt. Vet. Gloss. *Rabiat*, λυσσᾷ.

¶ Răbĭōsus, a, um, grimmig, wie ein toller hund; ut, *Canis rabiosa*, Horat. 2 epist. 2 v. 75. *Morsus canis rabiosi*, Plin. 29 cap. 2. Et, *Jurgia rabiosa fori clamosi*, Seneca Hercul. Fur. v. 172. *Rabiosum* pro phrenetico Plautus dixit Capt. a. 3 sc. 4 v. 15, der raset.

¶ Rabiōsŭlus, a, um, dimin. etwas grimmig. Cic. 7 fam. epist. 16 *Rabiosula fatua.*

¶ Rabiōse, adverb. thöricht; ut, *Iracunde, rabioseque facere aliquid*, Cic. in Tuscul. 4 cap. 22.

RĂBĪRIVS, i, eques Romanus, quem perduellionis seu læsæ majestatis accusatum a T. Labieno Cicero defendit. Vide orationem ejus pro Rabirio. ¶ 2. Poëta quidam nobilis, de quo Ovid. Pont. 4 epist. 16 v. 5.

RĂBŬLA, æ, mascul. caussidicus, ein zungendrescher, inde dictus, quod rabida contentione radat, seu, ut Quintilian. ait, nimia verbositate feriat aures. Cicer. 1 de Orator. cap. 46 *Caussidicus, proclamator, aut rabula.* Quintilian. lib. 12 cap. 9 *A viro bono in rabulam latratoremque converti.* Nonius cap. 1 n. 106 & 298 a *rabie canina* commode derivat. vide etiam Festum, qui in *Rava* cum Verrio ait: *Ravam vocem significare raucam & parum liquidam, proxime canum latratum; unde etiam caussidicus pugnaciter loquens rabula appelletur.* Alibi tamen Festus vel a *radendo*, vel a *rabie* deduci posse observat. Sane & Seneca, & Ammianus lib. 30 *Rabulas* sive leguleios canibus comparant. Aperte *Canem* appellat *Cassium Severum* Horat. epod. 6 v. 1, & eorum *verba canina*, vel *caninam eloquentiam* Ovidius in Ibin v. 14

Jactat & in toto verba canina foro.

Eosdem & *Moratores* vocari, a *mora*, quod producant nequiter lites, Jac. Cujacius observat lib. 4 Observat. cap. 40.

¶ Rabŭlātio, ōnis, die zungendrescherey; ut, *forensis rabulatio*, Martian. Capella lib. 6.

¶ Rabulātus, ûs, idem. Martian. Capella lib. 2 *Audiri, licet perstreperent, nullo potuere rabulatu.*

Rabulanus, & Rabusculus a *Ravus*, vide infra in *Ravis.*

RĂCĒMVS, i, a ῥὰξ, ῥαγὸς, quo *acinus* signatur, eine weinbeer, traube; Item, der kamm an trauben. RACEMVM, inquit Casaubon. ad Suetonii August. cap. 76, *qui idem est cum uva, male quidam docti* scapum *putant: quos facile sit refellere infinitis latine loquentium* χρήσεσι, *qui aliter nunquam eam vocem accipiunt, sive de fructu vitis, sive de hedera loquantur. Nam & uva & βότρυς & racemus ἀναλόγως dici solent de aliis quoque multis: ut &* acinus *pro* baccis *&* corymbis hederæ *vel* sambuci *sæpius usurpatur.* Hæc ille. Vet. Gloss. *βότρυς, racemus.* Nemesianus eclog. 3 v. 39

Tum Deus, ô Satyri, maturos carpite fructus,

Dixit, & ignotos, pueri, calcate racemos.

Certæ non nisi uvæ calcantur. Auctor Copæ v. 21

Sunt & mora cruenta & lentis uva racemis.

Vbi *racemi* ab uva separantur, & pro palmitibus ipsis videntur poni propter epitheton *lentis*; Nisi potius *racemos* pro acinis: *lentos* pro tenacioribus posuit. Propertius lib. 4 eleg. 2 v. 13

Prima mihi variat liventibus uva racemis.

Et Virgil. Georg. 2 v. 60

Et turpes avibus prædam fert uva racemos.

¶ Răcēmor, āri, racemos ferre, tráublicht werden; item, racemos a vindemiatoribus præteritos sublegere, nachstoppeln, nachlese halten. Metaphorice Varro R. R. 3 cap. 9 *De gallinis dic sodes Merulatum de reliquis, si quid idoneum fuerit, racemari licebit.*

¶ Racemātus, a, um, quod racemos habet, tráublicht, betráubelt. Plin. 18 cap. 7 de panico: *parvis racematus paniculis.*

¶ Racemātio, ōnis, racemorum vindemia sive spicilegium, die nachstoppelung, nachlese im weinberge. Tertullian. Apolog. cap. 35 *Post vindemiam racematio superstes.*

¶ Răcēmārius, i, malleolus, ein nebenschoß, unnützes laub, das man abbricht. Colum. 3 cap. 18 *Pampini, vel steriles, vel certe minus feraces, quos rustici vocant racemarios.*

¶ Racemōsus, a, um, racemis plenus, voll trauben, tráublicht. Plin. 13 cap. 4 *Pomum suis inter ramos palmitibus racemosum.* Ibid. cap. 6 *Flos racemosus olivæ modo*

¶ Racēmĭfer, a, um, idem; ut, *racemiferæ uvæ*, Ovid. Met. 3 v. 666. *Racemifer Bacchus*, Idem Met. 15 v. 413. Et lib. 6 Fastor. v. 483

Bacche racemiferos hedera redimite capillos.

Radiatio, radiare, &c. vide mox in *Radius.*

Radici-

Radicitus, radîco, quære paullo poſt in *Radix*.

RĂDĬVS, i, ein ſonnenſtrahl. Cicero de Finib. lib. 5 cap. 24 *Stellæ in radio ſolis ne cernuntur quidem.* Lucretius lib. 1 v. 148

Non radii ſolis, neque lucida tela diei
Percutiant, ſcil. animi tenebras.

Tertullian. de Reſurr. Carn. cap. 47 *Ita claret, ut ipſius ſolis radio putem ſcriptum*, es iſt ſonnenklar. ¶ 2. Sunt & *oculorum radii*, der glantz oder ſtrahl aus den augen, Gell. lib. 5 cap. 16. ¶ 3. *Radius* autem mathematicorum & aſtronomorum inſtrumentum, ſive virga ſeu bacillus ille dicitur, quo ſchemata ſeu in pulvere deſcribebant, ſeu deſignabant, ein meßſtab. Virg. eclog. 3 v. 40

& quis fuit alter,
Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem?

Et 6 Æn. v. 849 *cælique meatus*
Deſcribent radio, & ſurgentia ſidera dicent.

Avienus Arat. v. 53

Hic primum Cnidii radium ſenis intulit aſtris.

Quo carmine ſignificat, Eudoxum, hunc enim *Cnidium ſenem* appellat, inſtinctu Dei (nam cum *Hic* ait, Deum intelligit, de quo hactenus ſermo,) animum ad aſtronomiam monſtrandam mortalibus applicuiſſe. Tertullianus de Idololatria: *Non poteſt regna cælorum ſperare, cujus digitus aut radius abutitur cælo*; id eſt, qui ideo dimetitur cælum, ut ex motu & poſitu ejus ſiderumque futura prædicat, quam rationem univerſam ibi damnat Pater, neque a Chriſtiano tractari poſſe ſtatuit ſine diſpendio ſalutis. ¶ 4. Item, inſtrumentum textorum, quo innectuntur telæ, ein weberſchifflein. Virg. 9 Æn. v. 476

Excuſſi manibus radii, revolutaque penſa.

¶ 5. Quin & in rotis ligna per circumferentiam diſtenta *radii* ſunt, radſpeichen. Virg. 6 Æn. v. 616

Saxum ingens volvunt alii, radiisque rotarum
Diſtricti pendent,

geſpannt, geſtreckt an die ſpeichen, gerådert. ¶ 6. Etiam *Radius* hoſtorium eſt, lignum ſcil. quo menſuræ raduntur, ein ſtreichholtz. *Gaudia ſine radio cumulare*, Plaut. ¶ 7. *Radius virilis* dicitur membrum virile, Cœl. Aurel. Acut. 3 cap. 13. vid. Reineſ. Var. Lect. pag. 662. ¶ 8. Denique & olivæ oblongæ genus *radius* eſt. Virgil. 2 Georg. v. 86

Orchades, & radii, & amarâ pauſia baccâ.

¶ Rădiŏlus, i, dimin. oliva parva oblonga, eine kleine olive. vid. Colum. lib. 12 c. 46, & Apul. de Herb. c. 84.

¶ Rădio, avi, atum, āre, radios emittere, ſeu fulgere, ſtrahlen, glåntzen. Collumella lib. 10 v. 288 *Latonia Phœbe*
Purpureo radiat vultu.

Propertius lib. 4 eleg. 1 v. 27 *miles radiabat in armis.*

Et Ovidius deponentali formâ lib. 3 Pont. epiſt. 4 v. 103

Scuta ſed & galeæ gemmis radientur & auro.

De formis etiam formoſiſſimis *radiare* dici, Barthius obſervat ad Claudian. p. 523. Hinc

¶ Radians, tis, ſtrahlend; ut, *Aſtra radiantia*, Ovid. 9 Metam. v. 272. Et, *Aurum radians*, lib. 4 Metam. v. 636. Sed & comparativus inde formatur. Fortunatus Vitâ Martini lib. 1 v. 138

Gemmifer eloquiis, radiantior ore lapillis.

¶ Rădiātus, a, um, beſtrahlt, ſtrahlicht; ut, *Lumen radiatum*, Ennius apud Ciceronem 3 de Orat. cap. 40. *Radiata corona*, Sueton. Aug. cap. 94, quæ aliquot erectis acuminibus attollit ſe, qualis in Deorum capitibus, ut nummi & monumenta vetera teſtantur, pingi ſolita fuit, præcipue ſolis, quæ ex duodecim quidem radiis pro numero menſium contexta erat. Virg. Æneid. 12 v. 161

ingenti mole Latinus
Quadrijugo vehitur curru, cui tempora circum
Aurati bis ſex radii fulgentia cingunt,
Solis, avi, ſpecimen.

Et ita Solis caput expreſſum in tabula marmorea Romæ in Marchionis Jovii ædibus, quam deſcripſit, & erudito commentario explicavit Hieronymus Aleander, ubi plura de his radiis leges. Tribuebantur coronæ hujusmodi hominibus etiam, quibus divinitatis aliquid datum exiſtimabant, ut *regibus principibusque*, ſeu *imperatoribus*. De quo Plutarchus ad principem ineruditum pag. 780. Quo illud Plinii pertinet Paneg. Trajani cap. 52 *Horum unum ſi præſtitiſſet alius, illi jamdudum radiatum caput, & media inter Deos ſedes auro ſtaret aut ebore*, &c. Lucian. in Miſanthropo, *adulator neſcio quis Timoni ſtatuam dicto erigit, cum fulmine in dextra, radiisque in capite, quaſi faceret Deum.* ¶ 2. *Rota radiata*, das ſpeichen hat, Varro 3 de R. R. cap. 5.

¶ Rădiātio, ōnis, fulgor, der glantz, ſchein; ut, *Proſpera radiatio*, Firmicus lib. 2 cap. 22, ein guter aſpect. Et, *Marmoris radiatio*, pro fulgore, Plin. lib. 36 cap. 5. Et pluraliter Arnobius lib. 6 p. 208 *auguſtiſſimæ lucis radiationibus territare.*

¶ Radiātĭlis, e, ſtriemicht; ut, *radiatilis umbra*, Fortunat. lib. 2.

¶ Radiōſus, a, um, plenus radiis, ſtrahlicht; ut, *Radioſus ſol*, Plaut. Stich. a. 2 ſc. 2 v. 41.

¶ Irrădio, āre, illuſtrare, vel illuſtre eſſe, beſtrahlen, oder leuchten. Active Stat. Theb. lib. 6 v. 64

hoc undique gemmæ Irradiant.

Et Arator, Chriſtianus poëta, in Act. Apoſt. c. 2 v. 2

Irradiat fulgore locum.

Neutraliter Sedulius in Hiſt. Reſurrect. Matth. c. 28

Cœperat interea poſt triſtia ſabbata felix
Irradiare dies, culmen qui nominis alti
A Domino dominante trahit.

¶ Prærădio, āre, præfulgere, ſchimmern, herfürleuchten. Ovid. Heroid. epiſt. 6 v. 116 *Præradiat ſtellis ſigna minora ſuis.*

Claudian. in Nupt. Honor. & Mar. v. 287

pilentaque ſacram
Præradiant ductura nurum.

¶ Subrădio, āre, ſcheinbar machen. Tertullian. de Reſurr. Carn. c. 29 *Simplices voces reſurrectionem carnis ſubradiant.*

RĀDIX, icis, plantarum, arborum & herbarum origo, fundamentum, die wurtzel. Vnde *ab radicibus*, id eſt, ab origine, Varro lib. 2 de Re Ruſtica cap. 8, item pro *funditus* Phædrus dixit, de quo infra in *eradicare*. Sic, *Altæ radices*, tieffe wurtzeln. Et, *Radices agere*, einwurtzeln, wurtzel gewinnen, bekleiben: quod & *facere*, & *capere radices*, Plin. dixit lib. 17 cap. 17 & 23 *Altius agere radices*, tieff einwurtzeln. Per ſimilitudinem eſt ſtabilire, & firmitatem acquirere: Cic. Offic. lib. 2 c. 12 *Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur.* Et in 4 Philipp. cap. 5 *Virtus eſt una altiſſimis defixa radicibus, quæ nunquam ulla vi labefactari poteſt.* Quintilianus lib. 1 cap. 1 *Altis radicibus niti* dixit. Iſocrates τὴν ῥίζαν παιδείας πικρὰν ἔφην, γλυκεῖς δὲ τοὺς καρπούς, hoc eſt, *Radicem doctrinæ amaram dixit, fructus vero ſuaves.* Alluſit ad id Auſonius in carmine de ſtudio juvenili, ſeu Eidyll. 4 v. 70

Pueros molli monitu & formidine leni
Pellexi, ut mites peterent per acerba profectus,
Capturi dulcem fructum radicis amaræ.

¶ 2. *Radices* etiam dicuntur ima montium, ut Servius appellat, ſeu imæ montium partes, der grund des berges. Per ſimilitudinem Cicero Orat. antequam iret in exil. cap. 10 *Cujus templum a Romulo victis Sabinis in Palatii* (montis Palatini) *radice cum victoria eſt collocatum.* Vitruv. lib. 2 cap. 10 *Montis Apennini primæ radices a Tyrrheno mari in Alpes & extremas Hetruriæ regiones porriguntur.* Nepos Miltiade cap. 5 n. 3 *Poſtero die ſub montis radicibus acie in regione inſtructa.* Cæſar 3 de B. C. cap. 85 *Ad infimas radices montis.* ¶ 3. *Radix* etiam *Raphanus* dicitur, unde germanicum factum videtur rettich.

¶ Rādīcŭla, æ, parva radix, ein würtzelgen. Cic. 2 de Divin. cap. 66 *radiculam quærere.* Et Columella lib. 5 cap. 5 *reciſis radiculis.*

¶ Radīcōſus, a, um, wurtzelicht, voll wurtzeln: ut, *Brachia radicoſa hederarum*, Plin. lib. 16 cap. 34.

¶ Radīcitus, adverb. a *radicibus*, ut Phædrus loquitur loco in *Eradicare* mox indicando, von grund aus, mit ſtrumpf und ſtiel; ut, *Malas herbas radicitus effodere*, i. e. funditus, mit der wurtzel ausgraben, ausrotten, Cato R. R. cap. 50. Et, *Radicitus alicujus actiones evellere*, Cic. pro Domo ſua cap. 13.

¶ Rādīco, avi, atum, āre, radicem facere, ſive capere, wurtzel gewinnen, wurtzeln. Plin. lib. 13 cap. 4 de Palma: *In Aſſyria ipſa quoque arbor ſtrata in ſolo humido tota radicatur, ſed in frutices, non in arborem.* Et lib. 19 cap. 6 *Cæpe & allium non niſi in rectum radicantur.*

¶ Radīcātus, a, um, gewurtzelt, eingewurtzelt. Colum. de Arbor. cap. 20 *Arbores & radicata ſemina autumno ſerito.* Sidon. 7 epiſt. 8 *Formido ſemel radicata.* Idem 5 epiſt. 10 *Fixum eſt radicatumque pectoribus humanis.*

¶ Radiceſco, ĕre, wurtzeln, einwurtzeln. Seneca epiſt. 86 fin. *Liberalius ſternenda vitis, ut etiam ex corpore radiceſcat.*

¶ Erādīco, āre, mit der wurtzel ausreiſſen. Terent. in Andr. a. 4 ſc. 5 v. 22, & Heaut. a. 3 ſc. 3 v. 28. *Dii te eradicent*, hoc eſt, radicitus ſeu funditus perdant, plane exſtinguant. Conf. Plaut. Rud. a. 5 ſc. 2 v. 59, & Aulul. a. 2 ſc. 4 v. 21 &c. Idem *Eradicare aures ſermonibus*, i. e. obtundere, dixit Epid. a. 3 ſc. 4 v. 23. Phædrus *a radicibus vertere* dixit lib. 3 fab. 10 v. 49

Si mendacium
Subtiliter limaſſet, a radicibus
Non evertiſſet ſcelere funeſto domum.

Similiter *a ſtirpe interire*, dixit Salluſtius Catil. cap. 10.

¶ Eradīcĭtus, adverb. plus eſt quam *radicitus*, durchaus, gantz und gar. Plaut. Moſt. a. 5 ſc. 1 v. 6 *malefacta reperire non radicitus quidem, verum etiam eradicitus.*

¶ Viviradix, vide infra *Vivo*.

RĀDO, raſi, rāſum, radĕre, glatt machen, ſchaben, beſcheren; ut, *radere caput*, Sueton. Calig. cap. 5; *genas*, Cicer. 2 de Leg. cap. 23, balbieren. ¶ Sed, *Radit iter liquidum*, i. e. carpit, er ſtreicht durch die lufft, Virgil. 5 Æn. v. 217. Et, *Radere aures*, eſt auribus moleſtum eſſe, aures ferire, den ohren weh thun, Quintilian. lib. 3 cap. 1. *Radere littus*, Virgil. 7 Æn. v. 10, am ufer hinſchiffen. Et Lucretius lib. 5 v. 257

ripas radentia flumina rodunt.

¶ Rāſus, a, um, politus, lævigatus, geſchabt, glatt; ut, *Limâ raſus liber*, Ovid. Pont. 2 epiſt. 4 v. 17. *Margine in extremo littera raſa*, Idem Amor. 1 eleg. 11 v. 22. *Raſæ haſtilia virgæ*, Virgil. Georg. 2 v. 358.

¶ Rāſor, ōris, ein raſpler. *Raſores fidicines dicti, quia videntur chordas ictu radere*, ſaitenſpieler, Feſtus.

¶ Rāſīlis, e, das ſich glatt ſchaben låſt; ut, *Raſile buxum*, Virg. 2 Georg. v. 449. *Raſile argentum*, Vellej. Paterc. lib. 2 cap. 56.

¶ Rāſūra, æ, die beſcherung; ut, *Raſuram deducere*, abſchaben, Colum. lib. 4 cap. 29. ¶ Item, quod abſcinditur, geſchabtes: Sic, *Raſuræ eboris*, Veget. quæ *ſcobs eborea* Scribonio Largo appellatur Compoſit. 16.

¶ Ramen, ĭnis, quod raſum eſt, feilſtaub, geſchabtes. Marcellus Empir. *Ramina* ea vocat, quæ Scribonius Compoſ. 39 *Ramenta*, teſte Barthio Adverſ. 40 c. 4. Apud eumdem Marcellum c. 1 *Raſamen* legitur.

¶ Rāmentum, i, tenuis cujusque rei particula ſeu ſcobs, ut metallorum, lignorum & aliarum rerum, das ſpånlein, abgånglein, kråtze, ſo abgeht; ut, *Ramenta auri*, goldflimmergen, Capitolin. in Vero c. 10, & Lamprid. in Commodo c. 17. *Ramenta ferri*, hammerſchlag, Lucret. 6 v. 1043. Sic, *Ramenta lignorum*, ſågeſpåne. *Ramenta fluminum* ſunt arenæ minutulæ partes, apud Plin. lib. 33 cap. 4. Nimirum quod abraditur, *ramentum* eſt. A *radere* enim ducitur *radimen*, *radimentum*: & inde per ſyncopen *ramen*, *ramentum*.

¶ Ramenta, æ, in fœminino idem apud Plautum; ut Bacch. a. 3 ſc. 4 v. 22 *Sed antequam illa unquam meis opulentiis*
Ramenta fiat gravior. Conf. Nonius c. 3 n. 189.

Idem Rudente a. 4 ſc. 3 v. 77

Nunquam hercle hinc hodie ramenta fies fortunatior.

¶ Rāmentōſus, a, um, plenus ramentis, voll feilſpåne. Cœl. Aurel. Tard. 4 cap. 3 *Sanguinolenta & ramentoſa.*

¶ Rādūla, æ, (dicunt & *Rasula* alii,) instrumentum quo raditur, eine krücke; item, ein reibeisen, scharreisen, raspel; ut, *ferrea curvata radula*, Colum. 12 cap. 18. Vet. Onomast. *Radula*, ξύστρα.

¶ Rastrum, i, & plural. Rastri & Rastra, orum, instrumentum rusticum, a *radendo* dictum, ein eisern harck oder rechen, ein karst; ut, *Rastrum quadridens*, Cato R. R. cap. 10. *Mihi ad rastros res redit*, es kommt mir, daß ich muß ein tagelöhner werden, Terent. in Heaut. a. 5 sc. 1 v. 11. *Frangere glebas rastris*, Virgil. 1 Georg. v. 94. conf. Nonius cap. 3 n. 190.

¶ Rastellum, i, diminut. ein kleiner rechen, spitzhacke. Varro lib. 1 de Re Rust. cap. 49 *De pratis stipulam rastellis eradi*. Columella lib. 2 c. 13 *Medica obruitur non aratro, sed ligneis rastellis*. Sueton. Nerone cap. 19 *Rastello humum effodere*.

¶ Răsĭto, are, frequent. kratzen, offt schaben, abscheren; ut, *Rasitare barbam*, Gellius 3 cap. 4. *Faciem quotidie rasitare*, Sueton. Othon. c. 12.

Composita:

¶ Abrādo, si, sum, ĕre, radendo auferre, abschaben, abkratzen; ut, *Acuta dolabra abradere*, Colum. de Arborib. c. 8. Dicitur & *abradi barba*, Plin. 6 cap. 20. Sic Terent. per metaphoram dixit, *Cui aliquid abradi potest*, deme man etwas abzwacken kan, in Phorm. a. 2 sc. 2 v. 19. Et Cic. pro Cæcin. cap. 7 *Posteaquam videt, nihil se ab A. Cæcina posse litium terrore abradere*.

¶ Abrāsus, a, um, abgekratzt, abgeschoren; ut, *Supercilia penitus abrasa*, Cic. pro Rosc. Com. cap. 7.

¶ Adrādo, ĕre, bescheren, beschaben. Colum. de Arbor. cap. 8 *Ne medullam lædas, adradito*, schabe daran. Et ibid. paullo post: *eatenus, qua adrasi sunt surculi*. Et lib. 5 R. R. cap. 11 *qua adraseris*.

¶ Adrāsus, a, um, beschoren, beschabt. Plin. 17 cap. 15 *In obliquum latere contrario adraso*. Sic & *Adrasus* pro libertino, apud Horat. lib. 1 epist. 7 v. 50, ut Marcilius explicat, quem ibi vide.

¶ Circumrādo, ĕre, umher schaben, abkratzen. Celsus 7 cap. 12 *Dens circumradi debet*.

¶ Circumrāsus, a, um, umschabt. Columella lib. 4 cap. 29 *Sarmentum leviter circumrasum, ut cortex tantum detrahatur*.

¶ Circumrāsio, ōnis, die abschabung um und um. Plinius lib. 17 cap. 26 *circumrasio corticis*, quum cortici muscus detrahitur.

¶ Corrādo, ĕre, zusammen kratzen, zusammen scharren. Terentius in Adelphis a. 2 sc. 2 v. 34 *Minas decem corradet aliunde*. Et in Phormione a. 1 sc. 1 v. 6 *Ei credo munus hoc corraditur*.

¶ Derādo, ĕre, abschaben, abkratzen. Cato R. R. cap. 121 *De virga lauri deradito*. Apulejus extremo lib. 5 Met. *Quum ejus comas deraserim*. Et Tertullianus Apolog. c. 12 *Vngulis deraditis latera Christianorum*.

¶ Erādo, ĕre, eruere, auskratzen, ausscharren. Horat. 3 ode 24 v. 51

Eradenda Cupidinis
Pravi sunt elementa.

Tacitus 4 Annali cap. 42 *Merulam albo senatorio erasit*, er hat seinen nahmen ausgestrichen. Senec. epist. 11 *Eradere vitia*, laster vertreiben.

¶ Erāsus, a, um, ausgekratzt, ausgescharrt; ut, *Erasæ genæ*, Propert. 4 eleg. 8 v. 26. *Ex animo tumor erasus*, der vertriebene hochmuth, Senec. Thyeste v. 517. Apud Plinium in Panegyr. cap. 25 n. 3 *Erasi* dicuntur expuncti sive deleti, die ausgeleschten.

¶ Interrādo, ĕre, idem quod *circumradere*. Plin. lib. 15 cap. 1 *Oleæ tondentur, atque etiam interradi gaudent*.

¶ Interrāsus, a, um, geschabt, gefeilt, geglättet. Paulinus Nolanus Poem. 24 v. 254 de Jacobi patriarchæ versicoloribus baculis:

interrasâ variatis cortice virgis.

Sic, *Marmor interrasum*, id est, politum, Plin. lib. 35 cap. 1.

¶ Interrāsilis, e, idem; ut, *Aurum interrasile*, hoc est, limatum, Plin. 12 cap. 19. Et Fortunatus lib. 1 carm. 13

Hic sculptæ cameræ decus interrasile pendet.

¶ Interrāsor, ōris, ein raspler. Gloss. Vet. *Interrasor*, διαρινητής.

¶ Irrāsus, a, um, unbeschoren; ut, *caput irrasum*, Plaut. Rud. a. 5 sc. 2 v. 16. Et, *irrasa clava*, Silius lib. 8 v. 585, id est, non lævigata, ungefeilt.

¶ Prærādo, ĕre, ab anteriori parte radere, abscheren, beschaben. Cato de Re Rust. cap. 41 *Vitis utrimque latus alterum præradito oblique*. Popma autem *praeacuito* legit. Tamen &

¶ Prærāsus, a, um, abgeschoren, de capillis Paulinus Nolan. epist. 22 n. 2 [al. epist. 7] *Inæqualiter semitonsi & destituta fronte prærasi*.

¶ Præterrādo, ĕre, vorbeystreiffen. Lucretius lib. 4 v. 531

Præterradit enim vox fauces sæpe.

vid. Ludov. Cresollii Vacat. Autumn. lib. 3 cap. 8.

¶ Semirāsus, a, um, semitonsus, halb beschoren. Catullus carm. 60 de Rufa v. 5 *Ab semiraso tunderetur ustore*.

¶ Subrādo, ĕre, von unten abkratzen; aut modice radere, ein wenig kratzen. Hinc

¶ Subrāsus, a, um, abgekratzt, geritzt. Palladius 5 cap. 4 *Arbor ferreâ strigili subrasa hilarior fiet*.

¶ Superrādo, ĕre, überschaben, obenher beschneiden. Hinc

¶ Superrāsus, a, um, beschabt, abgefeilt. Plinius lib. 22 cap. 23 *clavi pedum superrasi*, abgeschnittene lichtdornen.

RAIA, æ, piscis miræ fœcunditatis, ein roch, Plin. 9 cap. 42 & 24. Plurium est generum: *Raja lævis*, ein glatter roch: *Raja oculata*, ein spiegelroch: *Raja undulata*, schamlotroch: *Raja asteria*, ein sternroch: *Raja clavata*, ein nagelroch, &c. vide Gesnerum.

RALLA, æ, vestis genus a raritate texturæ sic dictum, ut Nonius vult cap. 14 n. 14, cui opponitur *crebra* vel *spissa*, ein dünn kleid. Vsus Plautus Epidic. a. 4 sc. 2 v. 46. vide Scaliger. in Cirin Virgil. At longe aliter Vet. Glossæ explicant, quibus *Ralla* ζωστὴρ est, i. e. cingulum. Viderint docti.

¶ Rallum, i, quasi *radillum*, a *radendo*, ferramentum est, quo raditur vomer, die reute. Plin. 18 cap. 19 *Stimulus cuspidatus rallo*.

Ramentum, vide proxime ante in *Rado*.

RĀMEX, icis, masculin. herniæ genus, der bruch am leibe. Nam quum intestinum incipit in scrotum decidere, videtur id ramum facere. Inde igitur nomen. Vet. Gloss. *Ramex*, ἐντεροκήλη. Juvenal. sat. 10 v. 205 *Jacet exiguus cum ramice nervus*.

Vbi Vet. Scholiastes: NERVVS, *penis*. RAMICEM *dicit intestinum*. Plaut. Pœn. a. 3 sc. 1 v. 37 *Tuâ caussa nemo vostrûm est suos rupturus ramices*. conf. Mercat. a. 1 sc. 2 v. 27, & Nonius cap. 2 n. 743. Adde Parei Lex. Crit. p. 1056, ubi per *Ramices* venas pectoris vult intelligi. ¶ 2. *Ramices* pro ramis arborum posuisse videtur Columella 9 cap. 1, *Per transversa laterum cava*, inquit, *transmittuntur ramices*.

¶ Rāmĭcōsus, a, um, ramice laborans, der gebrochen ist, Plin. 30 cap. 15. Vide ejus species *Bubonocelen, Enterocelen, Epiplocelen*. Gloss. gr. lat. ἐντεροκηλήτης, *ramicosus*.

RAMĪSES, is, rex Ægypti, in Solis urbe, cujus tempore Ilium a Græcis captum & solo æquatum est. Quadraginta cubitorum columnas ex alabastrite fecit; vid. Plin. 36 cap. 8.

RAMNENSES, & *Ramnetes*, & *Rhamnenses*, ium, tertia fuerunt populi Romani pars, sic a Romulo nuncupati, ut *Tatienses* a *Tatio*. Livius lib. 1 cap. 13 *Rhamnenses a Romulo, a Tito Tatio Tatienses sunt appellati*. Propertius lib. 4 eleg. 1 v. 31

Hinc Tatiens, Rhamnesque viri, Luceresque coloni.

Tusca vocabula esse, Varro auctor est, quem vide 4 de L. L. cap. 9.

Ramoracia, vide supra *Amoraciæ*.

RĀMVS, i, qui ex arbore diffunditur, κλάδος, ein ast, ein zweig; ut, *Ramus frondens*, Virg. 7 Æn. v. 135; & *Viridis*, Ovid. 12 Metam. v. 22. Et, *Ramos inutiles falce amputare*, Horat. epod. 2 v. 13. *Ramum arboris defringere*, Cic. pro Cæcin. cap. 21. *Rami nodosi & retorridi*, apud Senec. epist. 12. Et Virg. Georg 2 v. 81

Exiit ad cælum ramis felicibus arbos.

¶ Rāmŭlus, i, dimin. ein zweiglein, ästgen. Colum. lib. 5 c. 6 *Si nullum ramulum arbor idoneum habuerit*. ¶ 2. Pro surculo, ein pfropffreiß: Sueton. in Galba cap. 1, ubi vide Casaub.

¶ Rāmuscŭlus, i, diminutiv. aliud, Plin. lib. 20 cap. 23.

¶ Rāmōsus, a, um, ästig, voll äste; ut, *Arbor ramosa*, Lucret. lib. 5 v. 1095. *Cornua ramosa cervi*, Virg. eclog. 7 v. 30. Comparat. *folium ramosius*, Plin. 21 cap. 10. Et, *Ramosior frutex*, Idem 26 cap. 10. Superlat. *Curalium quam ramosissimum*, Plin. 32 cap. 2; & Tertull. Apolog. cap. 35 *Ramosissimis laureis postes præstruebant*.

¶ Ramulōsus, a, um, idem. Plin. lib. 16 cap. 24 *Ramulosa folia*.

¶ Rāmāle, is, neutr. ramus inutilis vel aridus, ein dürrer ast. Pers. sat. 5 v. 59 *Veteris ramalia fagi*. Ovid. lib. 8 Metam. v. 644

ramaliaque arida tecto Detulit.

¶ Rāmeus, a, um, quod ex ramo est, vom ast. Virg. 4 Georg. v. 303

Et ramea costis subjiciunt fragmenta, &c.

RĀNA, æ, βάτραχος, palustris est ac terrestris, ein frosch; ut, *Rana palustris*, Horat. 1 satyr. 5 v. 14. *Rana viridis*, Ovidius 15 Metam. v. 375, quam Plinius *calamiten* vocat, ein laubfrosch. *Rana temporaria* seu *æstiva*, reptat in viis ac littoribus & pulvere imbribus æstivis madefacto. *Rana rubeta*, bufo est, eine kröte. *Ranarum* cæteræ aut *terrestres* sunt, aut *aquaticæ*; eædemque aut *fluviatiles*, aut *palustres*. Mæcenas annulo, quo privatim signabat, ranam insculptam habuit, quo de Meibom. in Mæcenate c. 13 p. 81 seq. Sic, *Rana marina*, Cic. de Nat. Deor. 2 cap. 49. *Ranarum prognostica*, Idem ad Att. 15 epist. 16. ¶ 2. *Rana* & *Ranula* morbus bobus peculiaris, die krote, ist ein geschwär auf der zungen, Colum. lib. 6 cap. 8.

¶ Rānŭla, æ, dimin. parva rana, ein fröschlein, Apulej. Met. lib. 9.

¶ Ranuncŭlus, i, aliud diminutivum; ut, *Ranunculus viridis*, ein laubfröschlein, Cic. 1 Divinat. cap. 19. Idem 7 fam. epist. 18 *ranunculos* per jocum vocat Vlubrenses, qui sibi obloquerentur, eo quod clamarent tanquam ranæ. ¶ 2. *Ranunculus*, herba, hahnenfuß. Genera ejus quatuor Plinius lib. 25 c. 13; quinque Matthiolus recenset.

Rancidus, vide in sequente *Rancor*.

RANCOR, ōris, putor ex vetustate & corruptione, die fäule, der schimmel. Palladius de Re Rust. lib. 1 cap. 20 *Receptacula olei semper munda sint, ne novos sapores infecta veteri rancore corrumpant*. Est ab obsoleto *Ranceo*, ut a *calere, calor*; a *candere, candor*. ¶ 2. Ad animum etiam transfertur, & remanens ex male sarta gratia odium significat, der groll. B. Hieronymus epist. 66 ad Ruffinum: *Conscientiæ nostræ testis est Dominus, post reconciliatas amicitias nullum intercessisse rancorem*.

¶ Ranceo, ēre, i. e. situ obduci, putrescere, schimmlen, stinckend werden; unde participium superest. Lucret. lib. 3 v. 720

Vnde cadavera rancenti jam viscere vermes Exspirant.

¶ Rancesco, ĕre, idem. Arnob. lib. 1 p. 12 *Precipiant, olearum fluenta rancescere*. Ennod. 4 cap. 19 *Rancescit caritas*.

¶ Raneo, are, de tigride dicitur, schreyen wie ein tiger. Autor Philomel. v. 49 *Tigrides indomitæ rancant*.

¶ Rancĭdus, a, um, putidus, garstig, stinckend, unbrüchig; ut, *Rancidus aper*, Horat. 2 satyr. 2 v. 89. *Lardum rancidum*, tumpichter speck: Erasmus. Comparat. *Rancidior*, Apulej. est Met. lib. 10 p. 245.

¶ Rancĭde, adverb. idem. Gell. lib. 18 cap. 11 *ficta dure & rancide*.

¶ Rancĭdulus, a, um, ein wenig stinckend; ut, *Ore rancidulo loqui*, Martial lib. 7 epigr. 33. Adde Juvenal. sat. 11 v. 135 *Rancidula gallina*. Et Pers. sat. 1 v. 33 *Rancidulum quiddam balba de nare loqui*, schnarchen, durch die nase reden.

¶ Rancĭdor, ari, idem quod *Rancere*. Fulgent. Mythol. 2 *Vita voluptaria aut rapinâ succenditur, aut livoribus rancidatur*.

¶ Prærancĭdus, a, um, exoletus & ingratus, veraltet, versauert. Gell. lib. 13 cap. 20 *Finitio prærancida*.

¶ Subrancĭdus, a, um, aliquanto rancidus, müffend; ut, *Caro subrancida*, Cic. in Pison. cap. 27.

RĀPA, æ, & Rapum, i, die rübe. Columella lib. 2 cap. 10 *Rapa campis & locis humidis lætantur*. Idem lib. 11 sub finem, *rapæ semina inspergi debere*. Plinius lib. 20 cap. 3 *Est & rapo vis medica*. Quemadmodum vero flores spargere solebant, quibus volebant bene, & quos honoratos cupiebant; ita contra in eos, qui erant odio, & quos afficere contumelia vellent, rapa jacere solebant. Suetonius Vespasiano c. 4 *Adrumeti seditione quadam rapa in eum jacta sunt*.

¶ Rāpŭlum, i, diminut. ein steckrübgen, Horat. 2 sat. 8 v. 8.

¶ Rāpistrum, i, eine art wilder rüben, Colum. 9 cap. 4.
¶ Rapācia, vel Rapīcia, orum, raporum herba, rübenkraut, Plin. 18 c. 13.
¶ Rāpīna, æ, ubi rapa seminantur, ein rübenland, Cato c. 35, Columella 11 cap. 3, & Scævola lege 98 § 16 Dig. de leg. 3.
¶ Rapicius, a, um, von rüben; ut, *Rapicii coles*, Cato de R. R. cap. 35. Et, *Rapicium semen*, rübsamen, Idem cap. 134.
Rapacitas, rapax, vide mox in *Rapio*.
RĂPHĂNUS, i, ῥάφανος, & ῥαφανίς, Attice, radix, ein rettich; ut, *Raphanus sativus* & *agrestis*, Plin. 20 cap. 4. conf. Catull. carm. 15 v. ult.
¶ Răphănīnus, a, um, vom rettich; ut, *Oleum raphaninum*, rettich-öl, Plin. 23 cap. 4.
¶ Raphanītis, is, planta, iridis species, eidem est Plin. 21 cap. 7, eine art blaulilien oder veilwurtz.
¶ Raphanosagria, æ, herba, quam & raphanum silvestrem vocant, Plin. 26 cap. 8.
Rapiditas, rapidus, răpina, & Rāpina, vide *Rapio*, *Rapa*.
RĂPIO, răpui, raptum, ĕre, eripere, seu per vim & festinationem rapere, rauben, mit gewalt hinreissen, nehmen. Terent. in Andr. a. 5 sc. 2 v. 20 *Sublimem hunc intro rape, quantum potes*, trecke ihn hin. *De complexu parentum ad mortem rapi*, Cicer. 7 in Verr. cap. 52. Idem in 3 Verr. cap. 25 *Rapi cupiditate, aviditate*, &c. übereilet werden. *Rapi in errorem*, Cic. 2 de Leg. cap. 17. Et, *in invidiam*, 3 Agrar. cap. 2, in irrthum, in abgunst kommen. *Rapere in pejorem partem*, Terent. prolog. Adelph. v. 3, übel auslegen. *Rapere in contrariam partem*, Cic. 10 fam. epist. 33, anders deuten. *In jus rapere*, Plaut. Pœn. a. 5 sc. 5 v. 56. *Ad prætorem rapere*, Idem Aulul. a. 4 sc. 10 v. 30. *Rapere ad pœnam*, est punire, straffen, Cic. pro Flacco cap. 2. Alii legunt *repetere*. Et, *Ad mortem rapere*, hinrichten, Idem Catil. 1 c. 11. *Rapere in crucem*, Idem 7 Verr. cap. 64, an galgen schleppen. ¶ 2. Frequenter hoc verbo Tacitus utitur in vi ac celeritate quadam exprimenda; ut, *rapere spem, rapere licentiam, rapere imperium*; id est, avide, & per impetum sumere. Seneca Consolat. ad Marciam cap. 10 *Rapite ex liberis voluptates*, id est, festinanter & avide, dum licet, sumite. Cic. 3 de Oratore cap. 40 extr. Ennianos hos versus quasi interpretans: *Vive, Vlysses, dum licet;*
Oculis postremum lumen radiatum rape;
Non dixit, CAPE, *non* PETE: *haberet enim moram sperantis, diutius esse sese victurum: sed* RAPE. *Hoc rectum est, ad id aptatum, quod ante dixerat*, DUM LICET. Horat. 1 sat. 3 v. 109
Quos Venerem incertam rapientes more ferarum
Viribus editior cædebat.
Venerem incertam, vulgivagam & nullis certis matrimoniis adstrictam vocat; *rapere Venerem*, est extorquere concubitum violentiâ, atque eripere quasi per libidinis impotentiam. Alibi *rapere oscula*, pro raptim & ex inopinato sumere, Idem dixit lib. 2 od. 12 v. 28. Petronius: *Vltimum hoc gaudium satis properantibus rape*; id est, propere sume, dum licet. Livius lib. 41 cap. 3 *Commeatumque in litore expositum in naves rapiunt*, id est, raptim & per summam festinationem important. Lucanus lib. 3 v. 115
Vt videt, ingenti Saturnia mole revelli
Templa, rapit gressus.
Vbi *Rapere gressus*, est, quanta vi potes intendere, ut non incedas modeste, sed accurras per impetum. Stat. 5 Theb. v. 3 *Sonipes campum rapit*, faciendo passus majores per arva. Lucanus lib. 4 v. 151
rapuitque ruens in prælia miles,
Quod fugiens timuisset iter: i. e. cursim transiit.
Pluribus exemplis rem illustravimus, ut elegantissimus verbi usus testatior sit, tironibusque magis pateat. ¶ 3. Virgilius de Troja capta Æneid. 2 v. 374 *alii rapiunt incensa feruntque Pergama*: i. e. summa vi evertunt, atque asportant. Similiter Statius 7 Theb. v. 599 *Templa putes, urbemque rapi.*
¶ 4. *Rapserit* antique pro *Rapuerit*, Cic. de Leg. 2 cap. 9.
¶ Raptus, a, um, geraubt, genommen, entführt, entrissen, entzückt; ut, *Rapta virgo*, Horat. 2 od. 4 v. 7. *Rapta ossa ab ore canis*, Idem epod. 5 v. 23. *Flebili sponsæ juvenis raptus*, Idem 4 od. 2 v. 21. *Raptas ad litora vertere prædas*, Virg. Æn. 1 v. 532. *Cæco raptus amore*, verliebt, Ovid. Fast. 2 v. 762. *Raptus a Diis Ganymedes*, Cic. Tusc. 1 c. 26. ¶ 2. *Raptus*, i. e. ante diem exstinctus. Stat. 2 Silv. 1 v. 208 *Hic finis rapto.* Idem 5 Silv. 3 v. 16 *qualis post Orphea raptum Adstitit.*
Ad immaturam mortem utrinque pertinet.
¶ Raptum, i, substantivum, raub. Livius lib. 7 cap. 25 *Eos rapto vivere necessitas coëgit*: quod & dicitur *vivere ex rapto*, & *de rapto*, sich mit rauben und stehlen behelffen; vid. Ovid. Met. 1 v. 144, & Trist. 5 eleg. 10 v. 16. Sic, *Rapto potiri*, Virg. Æn. 4 v. 217. Et Vellej. 2, 73, 3 *Ad se tuendum rapto uti.*
¶ Raptus, ûs, substant. de personis dicitur, die raubung, entführung; ut, *Raptus virginis*, Cic. Verr. 4 cap. 48. *Ganymedis raptus*, Idem Tusc. 4 cap. 33. Sic, *Raptus Helenæ*. De *Raptu Proserpinæ* Claudianus scripsit. ¶ Pro *rapina* Tacitus de German. cap. 35 *Nullis raptibus aut latrociniis populantur.* Adde mox in *Raptio*.
¶ Raptio, ōnis, idem. Terentius *Raptionem* etiam dixit pro *raptu*, in Adelph. a. 3 sc. 3. Vbi Donatus: RAPTIO *ad personam refertur*: RAPINA *ad rem*: RAPTUS *ad stuprum, si proprie volumus loqui.* Sic & Ausonius in Homeri Iliad. pr. *Raptio Helenæ*. Sed *Raptum* pro *rapina*, non raro invenias. Apud Tacitum non semel legimus ita poni: ut Annal. 15 cap. 38 extr. & lib. 1 Histor. cap. 46, & alibi.
¶ Răpīna, æ, ad rem refertur, est violenta rerum ablatio, der raub, die plünderung; ut, *Spes prædæ ac rapinarum*, Cic. 12 fam. epist. 12.
¶ Raptim, adverb. über hals über kopff; ut, *Raptim scribere*, Cic. 2 Attic. epist 9 pr. eilends schreiben. *Prædam ex castris raptim convehere*, Liv. lib. 3 cap. 23. *Raptim conquisita navigia*, Plinius Panegyr. cap. 34, in aller eil. *Raptim tempore frui*, Horat. 2 epist. 2 v. 198. *Raptim ducere*, Tacit. Ann. 1, 56, 2, & Hist. 3, 18, 4. *Raptim exstingui*, jähling, Idem Ann. 16, 13, 3.
¶ Raptor, ōris, ein räuber, entführer. Phædrus lib. 1 fab. ult.
Consilium raptor vertit ad fallaciam.
Tacit. Agric. cap. 30 n. 6 *Raptores orbis*, id est, Romani. *Raptores Italicæ libertatis*, Vellej. 2, 27, 2. *Raptor spiritûs*, hoc est, percussor, homicida, apud Valer. Maxim. lib. 5 cap. 3. Et, *magnes raptor ferri*, Augustinus Civ. Dei lib. 21 cap. 4.
¶ Răpīnātor, ōris, idem. Lucilius apud Nonium cap. 2 n. 468 *Homo impuratus, & impune est rapinator.* vid. Dousæ Reliqu. Lucil. p. 27, & Gothofr. Not. in Nonii l. c. Et Varro Satyr. Menipp. tit. Bimargus: *In invidiam veniant hoc ipso rapinatores.*
¶ Răpo, ōnis, idem. Varro apud Nonium cap. 1 n. 108 *Cum hic rapo umbram quoque spei devorasset.*
¶ Raptōrius, a, um, ad rapiendum aptus, fortschleiffend; ut, *raptorium machinamentum*, eine schleiffe, Cœl. Aurel. Tard. 3 cap. 6, & 5 cap. 9.
¶ Răpax, ācis, rapinis intentus, zugreiffisch, reissend, räuberisch; ut, *Mors rapax*, Tibull. lib. 1 eleg. 3 v. 65. *Ignis rapax*, Ovid 8 Metam. v. 843. Et eodem libro v. 552 *nec te committe rapacibus undis.* Suetonius Domit. cap. 3 extr. *supra ingenii naturam inopia rapax, metu sævus.* Comparat. *Nihil est rapacius, quam natura*, Cic. de Amicit. c. 14. Et Superlat. *procuratorum rapacissimus quisque*, Sueton. Vespas. cap. 16.
¶ Răpācīda, æ, πατρωνυμικῶς, pro *rapace*, ein dieb, ein räuber. Plaut. Aulul. a. 2 sc. 7 v. 8 *Vbi tantum rapacidarum in ædibus.*
¶ Rapācītas, ātis, rapiendi aviditas, die rauberey, raubbegierde. Cicer. pro Cœlio cap. 6 *Quis in rapacitate avarior?*
¶ Răpĭdus, a, um, idem quod *velox*, a rapientium celeritate, schnell, geschwind; ut, *Æquor rapidum*; *Currus, cursus rapidus*. Virg. eclog. 1 v. 66 *Rapidum Cretæ veniemus Oaxen.*
Sic, *Lapsus rapidi fluminum*, Horat. lib. 1 od. 12 v. 9. *Rapidior unda*, Curtius lib. 4 cap. 9 n. 18. Et, *Rapidissimi vortices*, Idem lib. 9 c. 4 n. 11. *Rapidissimum flumen*, Cæs. 1 B. Civ. c. 50, ein schneller strom. *Sol rapidus*, Virgil. 1 Georg. v. 424. Et Tacitus 2 Hist. c. 54 n. 2 *Rapidus in urbem vectus*, id est, rapido seu contentissimo cursu. Alibi *rapidum agmen*, id est, raptim ductum dixit Hist. 2, 30, 1.
¶ Răpĭde, adverb. rasch, behend; ut, *Rapide ferri*, Cicer. in Oratore cap. 37. Comparat. Tacit. Hist. 4, 71, 6 *Eo rapidius Cerialis contracto quod erat militum.* conf. Frontin. 2 Stratag. 5, & Sidon. 1 epist. 2.
¶ Rapĭdĭtas, ātis, die behendigkeit, gewaltsamkeit; ut, *Fluminis rapiditas*, Cæsar 1 B. Civ. cap. 62.
¶ Rapto, are, frequentativ. schleppen, schleiffen. Virg. 1 Æn. v. 483
Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros.
Et ex poëta Cicero Tusc. 1 cap. 44 *Hectorem quadrijugo curru raptari.* ¶ 2. *Raptare*, pro *conviciari*, Plautus dixit Aulul. a. 4 sc. 4 v. 5. Auctor argumenti 2 in Amphitr. *Invicem raptant pro mœchis*, id est, invicem conviciantur. vide ibi Taubman. p. 6.
¶ Raptātus, a, um, geschleppt, hingerissen. Cic. pro Sextio cap. ult *dissipati liberi, raptata conjunx.* Et Virg. Æn. 2 v. 272 *Bigis raptatus.*
¶ Raptĭto, are, aliud frequent. hin und her zerren, Gell. 9 cap. 6.

Composita:

¶ Abrĭpio, ui, eptum, ĕre, violenter rapere, abstrahere, mit gewalt hinreissen, wegnehmen. *Abripi in cruciatum*, Ter. Andr. a. 4 sc. 4 v. 47. *Abripi tempestate*, Cic. pro Ligar. c. 12, durch ungewitter verschlagen werden. *Obtorta gula in vincula abripi*, Idem 6 Verrin. cap. 10. *Æstus ingenii tui procul a terra te abripuit*, Cic. de Orat. 3 cap. 36. Et, *Eum a similitudine patris natura abripit*, in Verr. 5 cap. 12.
¶ Abreptus, a, um, entrissen, abgezogen, entnommen; ut, *Virgo a complexu patris abrepta*, Liv. 3 cap. 57. conf. Cic. in Verr. 4 c. 48. Idem Verr. 3 cap. 3 *E complexu parentum abreptos filios ad necem ducere.* Et Cic. Antequam iret cap. 12 *Nec patiamini me a liberis abstractum, a conjuge abreptum.*
¶ Arrĭpio, ĕre, mit gewalt hinreissen; ut, *Arripere ad* vel *in quæstionem*, Cic. pro Milon. cap. 22, zur peinlichen frage, marter ziehen. Et pro Cluent. cap. 33 *Arripere caussam, tempus.* Cic. 5 fam. epist. 12 *Arripere occasionem*, ergreiffen. Terent. in Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 23 *Submonuit me Parmeno ibi servus, quod ego arripui*, daran ich mich gehalten habe. *Literarum studium senior arripuerat*, Nepos Catone cap. 3 n. 2, i. e. didicerat. *Arripere aliquid celeriter*, behend fassen, begreiffen, cui contrarium est, *Tarde percipere*: Cic. pro Rosc. Comœd. cap. 11 *Quo quisque est solertior & ingeniosior, hoc docet iracundius & laboriosius; quod enim ipse celeriter arripuit, id cum tarde percipi videt, discruciatur.* * ¶ 2. *Arripi*, est *accusari*, angehalten werden. Sueton. Jul. c. 23 *Et statim quæstor ejus in præjudicium aliquot criminibus arreptus est.* Et in Vitell. cap. 2 *Post præturæ honorem inter Sejani conscios arreptus.* Grævius
¶ Arreptus, a, um, ergriffen, erhascht; Sic, *Arrepto cultro*, Liv. 3 cap. 48. *Arrepta manu*, Horat. 1 sat. 9 v. 4. *Arrepta tellus*, Virg. Æneid. 10 v. 298; & *Arreptum tempus*, Idem Æn. 11 v. 459.
¶ Arreptītius, a, um, wahnsinnig, Vulg. Interpr. Jerem. c. 29 v. 26.
¶ Corrĭpio, ui, eptum, ĕre, ergreiffen, gewaltsam angreiffen. Cic. Verr. 5 cap. 23 *Hominem corripi ac suspendi jussit.* ¶ 2. Sed, *Corripere se intro ad aliquem*, est raptim se ad aliquem recipere, sich eilends zu einem verfügen, Terent. Hecyr. a. 3 sc. 3 v. 5; & *Corripuit tacitus sese ad filiam*, Ibid. a. 4 sc. 1 v. 3. Sic, *Corripi morbo, dolore, febri*, est invadi, in kranckheit fallen: Plinius lib. 1 epist 12 *Pedum dolore correptus est.* Sulpicius Severus vita Martini cap. 7 *Languore correptus, vi febrium laborabat.* ¶ 3. Interdum idem est atque ad se trahere, an sich ziehen. Nepos 18, 2, 3 *Omnium partes corripere atque complecti.* Tacit Ann. 11, 8, 4 *Neque cunctabatur, quin proximas præfecturas corripiat.* ¶ 4. Significat & alia, ut, *Corripere syllabam*: *Correpta syllaba*, in prosodia, eine kurtze sylbe. ¶ 5. Et pro verbis reprehendere, straffen, mit worten züchtigen, schelten. Horat. 2 sat. 3 v. 257
Postquam est impransi correptus voce magistri.
¶ Correptus, a, um, ergriffen, ertappt; ut, *Repente vi correptus*, Cic. Antequ. iret cap. 7. *Correptum manibus tenere*, Virg. Georg. 4 v. 405.
¶ Correpte, adverb. kurtz, cui Carisius opponit *producte*. Ovid. 4 ex Ponto epist. 12 v. 13 *quæ nunc correptius exit*:
Scilicet syllaba, de cujus quantitate loquitur. Atque ita etiam Augustinus Confess. lib. 11 cap. 26 *pronuntiari correptius.*

¶ Corre-

¶ Correptio, ōnis, die züchtigung, scheltung. Tertullianus de Pudicit. cap. 14 *correptione retundi*, id est, reprehendi. ¶ 2. Abbreviatio, die verkürtzung. Vitruv. 9 cap. 9 *Correptiones dierum aut crescentiæ.* Et in prosodica significatione Augustinus lib. 4 de Doctr. Christ. cap. 10 *Afræ aures de correptione vocalium vel productione non judicant.*

¶ Correptor, ōris, ein züchtiger, straffer. Seneca 2 de Ira c. 10 *Placidus sapiens & æquus erroribus, non hostis, sed correptor peccantium*, id est, castigator. Et lib. 3 de Ira cap. 37 *Pessimus quisque correptorem asperrime patitur.*

¶ Correptōrius, a, um. straffend. Vet. Interpr. Irenæi 4 cap. 3 *Admonere eos correptoriis litteris.*

¶ Dērĭpio, ui, eptum, ĕre, deorsum rapere vel trahere, herunter reissen, abreissen. Plautus Rudente a. 3 sc. 5 v. 5 *De ara capillo jam deripiam.* Idem Aulul. a. 4 sc. 10 v. 18 *Deripiamus aurum matronarum.* Tibullus lib. 1 eleg. 5 v. 39

Num feror, incestus sedes adiisse Deorum,
Sertaque de sanctis deripuisse foris.

Vet. Gloss. *Deripit*, ἐφαρπάζει. Restituit Nic. Heinsius etiam Silio lib. 10 v. 600 *arma*
Deripite, o pubes, templis.

* Ita legendum apud Cic. Orat. pro P. Sulla, cap. 1 *Quantum de mea auctoritate deripuisset*, non, *diripuisset.* Sic *derepta cutis* apud Ovid. 6 Met. pro quo male in nonnullis libris legitur *direpta.* Vide de hac voce Nicol. Heinsii notas ad Ovid. 1 Amor. eleg. 5 v. 13, & eleg. 14 v. 12. Eodem modo confunduntur in libris *destringere* & *distringere*, ut multis observavit erudite Gisbert. Cuperus Observat. 4 c. 5. *Grævius.*

¶ Dēreptus, a, um, abgerissen, entrissen; ut, *Dereptus cortex*, Ovid. Amor. 1 eleg. 14 v. 12. Et, *Derepta acus*, ibid. v. 18. *Derepta leoni pellis*, Idem Met. 3 v. 52, quo loco plura Heinsius.

¶ Dīrĭpio, ĕre, deprædari, depopulari, plündern, berauben; ut, *Diripere urbes, domos, bona:* Cicer. post red. in Senat. cap. 7 *Domus mea diripiebatur.* Idem 8 ad Attic. epist. 2 *patriam diripiendam & inflammandam relinquimus.* Nepos Catone c. 3 n. 4 *Usque ad præturam Ser. Galbæ, qui diripuit Lusitanos*, id est, depopulatus est. ¶ 2. Aliquando discerpere est, distrahere, hinc inde rapere, hin und herreissen. Statius lib. 5 Theb. v. 366

Obnixi lacerant cava nubila venti,
Diripiuntque fretum.

Idem lib. 4 Theb. v. 816

longusque a fontibus amnis Diripitur.

Plautus Mercat. a. 2 sc. 4 princip. *Pentheum diripuisse ajunt Bacchas.* Inde *direptum* pro distractione conjunctorum Cicero dixit, de quo infra. ¶ 3. Est & *Diripere* cupide emere, sich um etwas dringen und reissen. Vetus auctor vitæ Persii, quem docti Suetonium putant: *Editum librum continuo mirari homines & diripere cœperunt.* B. Hieronymus simplici usus est, apud Pammachium de Epiphanii litteris ad Johannem Hierosolymitanum: *Harum exemplaria certatim Palæstinæ rapiebantur, vel ob auctoris meritum, vel ob elegantiam scriptionis.* Item Severus Sulpitius Dialog. 1 cap. 16 de suo libro, quo vitam D. Martini considerat: *Cum tota certatim urbe raperetur, exsultantes librarios vidi, quod nihil ab his quæstuosius haberetur.*

¶ Dīreptus, a, um, geraubt, geplündert. Cicer. pro Lege Manil. cap. 9 *Mithridates res ex tota Asia direptas in suum regnum congesserat.* Virg. Æneid. 2 v. 563 *Direpta domus.* Idem Æneid. 11 v. 194 *Direpta spolia.*

¶ Direptus, ûs, die raubung, plünderung. Cicero pro *destructione ac solutione conjunctorum* posuit 1 Tuscul. cap. 29: *Est*, inquit, *interitus quasi discessus, & secretio ac direptus earum partium, quæ ante interitum vinctione aliqua tenebantur.* Spartianus Severi vitâ cap. 19 *Res Romana prædonibus direptui fuit*, ein raub, beute.

¶ Dīreptio, ōnis, idem; ut, *Bonorum direptiones & naufragia*, Cic. 4 fam. epist. 13. *Direptioni & incendiis relicta urbs*, Idem lib. 4 famil. epist. 1.

¶ Direptor, ōris, prædator, ein räuber. Cic. 2 Catil. cap. 2 *Direptor & prædator.*

¶ Indīreptus, a, um, non direptus, ungeplündert. Tacitus 3 Hist. cap. 71 n. 7 *Capitolium indefensum & indireptum conflagravit.*

¶ Ērĭpio, ĕre, per vim rapere, mit gewalt wegnehmen, herausreissen. Terent. in Adelph. a. 2 sc. 1 v. 44 *Domo me eripuit*, aus dem hause gerissen. Et ibid. sc. 2 v. 30 *Per oppressionem aliquid eripere alicui.* Sic, *Potestatem aliquid faciendi eripere*, Cicer. de Amicit. cap. 23, ubi *potestatem adspiciendi eripere* dixit. *Spem eripere*, Cicer. 4 Catilin. cap. 4, einem alle hoffnung abschneiden. Seneca Thebaide v. 102 *Malo imperari, quam eripi mortem mihi.* ¶ 2. Sed aliud significat cum dativo: ut, *Malis eripere aliquem*, id est, liberare, einem aus noth helffen, erretten, Virgil. Æneid. 6 v. 365. Et cum præpositione, *Eripi ex insidiis*, Cic. pro Muræn. cap. 38.

¶ Ēreptus, a, um, herausgerissen, entzogen; ut, *oculis ereptus*, Ovid. Heroid. epist. 10 v. 43. *Ereptus periculis*, Virg. Æn. 3 v. 711. *Leges ereptæ*, Cic. de Leg. 3 cap. 16. *Ereptus stygiis fluctibus*, Horat. 4 od. 8 v. 25. *Damna consulis erepti*, i. e. mortui, Ovid. ad Liviam v. 200, des verstorbenen. Sic, *Ereptus rebus humanis*, Curt. 10, 5, 10.

¶ Ēreptio, ōnis, die entziehung, wegnehmung. Cic. 6 in Verr. cap. 5 *Putabant ereptionem esse, non emtionem.*

¶ Ereptor, ōris, ein wegnehmer, räuber. Cic. pro Quintio cap. 8 pr. *Iste homo acerrimus bonorum possessor, expulsor, ereptor.* Tacitus lib. 13 Annal. cap. 55 extr. *terrarum ereptores.*

¶ Prærĭpio, ere, einem etwas ablauffen, zuvor kommen, entziehen. *Marius præripuit collegis popularem gratiam*, Cic. Offic. lib. 3 cap. 20. *Præripere hostium consilia*, Idem 1 Offic. cap. 30. *Præripere alicui desponsam jam & destinatam laudem*, Idem de Aruspic. resp. cap. 3 extr. Sic, *Palmam præripere alicui*, einem den vortheil ablauffen. D. Hieronymus epist. ad Nepotianum de Clericorum vita: *M. Tullius, in quem pulcherrimum illud elogium est:* DEMOSTHENES TIBI

PRAERIPUIT, NE ESSES PRIMUS ORATOR, TU ILLI, NE ESSET SOLUS.

¶ Præreptus, a, um, zuvor weggenommen, entrissen; ut, *Virtus prærepta*, Silius 4 v. 840. *Immatura morte præreptus*, Aurel. Vict. Vir. de Illustr. cap. 5, der allzubald gestorben. Sic &, *Cupidis præreptus ab astris*, Claudian. Bell. Gildon. v. 253.

¶ Prærăpĭdus, a, um, sehr schnell: ut, *Ira prærapida & amens*, Seneca lib. 1 de Ira cap. 12. *Prærapida fuga*, utpote cervorum, Silius lib. 16 v. 363.

¶ Prōrĭpio, ĕre, fortschleppen, wegreissen. Horat. 1 od. 8 v. 16 *Aliquem in cædem proripere.* Virgil eclog. 3 v. 19

Et cum clamarem, quo nunc se proripit ille?

wohin verschleicht er sich? *Domo sese proripere*, Livius lib. 29 cap. 9. Et, *Sese portâ foras universi proripiunt*, sie verlauffen sich alle zum thor hinaus, Cæsar 2 de B. C. cap. 12.

¶ Surrĭpio, ĕre, clam rapere, suffurari, heimlich entwenden, wegbringen. Cicer. 3 Offic. cap. 10 *Quod pertineat ad usum, alteri surripere, jus non est.* Sed meliores libri habent *Deripere.* Plaut. in Milite Glor. a. 3 sc. 1 v. 8 *Bonum consultum surripitur sæpissime*, ein guter rath wird einem offt verkehrt. Seneca epist. 1 pr. *Tempus surripiebatur.* ¶ 2. *Surpo, ĕre*, contracte pro *Surripere* etiam dicitur. Horat. 2 satyr. 3 v. 283 *Surpite me morti.* Idem 4 od 13 v. 20 *Quæ me surpuerat mihi.* Adde Plaut. Captiv. a. 3 sc. 5 v. 102, & a. 5 sc. 4 v. 14.

¶ Surreptus, a, um, entzogen, gestohlen; ut, *Parma surrepta*, Cic. Philipp. 14 cap. 19. conf. Gell. 17 cap. 7, & Plaut. Pœn. prologo v. 109. ¶ 2. *Surptus*, contracte pro *Surreptus* idem Plautus posuit Pœnul. a. 4 sc. 2 v. 80, & a. 5 sc. 2 v. 98.

¶ Surreptio, ōnis, die entziehung, entwendung. Chrysologus Serm. 43 *Non est nostrum, fratres: inimici est ista surreptio*, &c.

¶ Surreptītius, a, um, quod surreptum est, verstohlen. Plaut. prolog. Menæch. v. 60 *puer surreptitius.* Idem Curcul. a. 1 sc. 3 v. 49 *Amore uti surreptitio.*

Rarefacio, raresco, raritas, &c. vide sequens *Rarus.*

RĀRUS, a, um, contrarium est *denso*, dünn, eintzeln; ut, *Retia rara*, Virgil. Æneid. 4 v. 131. *Raræ arbores*, id est, per intervalla enatæ, & tractim, Nep. Miltiad. c. 5 n. 3. *Acies rarior*, eine weitgestellte schlachtordnung, Tacit. 3 Hist. cap. 25. *Apparent rari nantes*, &c. Virg. Æn. 1 v. 122. ¶ 2. Item, non vulgare, eximium ac præstans, seltsam; ut, *Omnia præclara rara*, Cicero in Læl. cap. 21. Et, *Optimum quidque rarissimum est*, lib. 2 de Finib. cap. 25. *Rarissimi ingenii homo*, Senec. Controvers. 28. *Rarissima conjux*, sine exemplo, incomparabilis, Stat. lib. 5 Silv. 1 v. 11. Et, *Quod rarum est, in pretio habetur*, Platonis est in Euthydemo: τὸ σπάνιον, τίμιον. Cic. 2 fam. epist. 13 pr. *Raras tuas quidem, sed suaves accipio litteras.* Sic, *Rarus, a, um, inventu*, das selten anzutreffen ist. ¶ 3. Statius lib. 6 Theb. v. 640

Raraque non fracto vestigia pulvere pendent.

Vet. Schol. Valde subtilia, vix visibilia.

¶ Rāre, adverb. dünn, weitläufftig. Columella lib. 2 cap. 9 *Nisi rare conseritur, vanam & minutam spicam facit.* Quamquam Varro apud Gellium lib. 2 c. 25 hanc formam improbavit. Sic, *Rarius fieri, quam exspectatur*, Cic. lib. 1 fam. epist. 7 pr. *Rarissime accidere*, Columella lib. 5 cap. 5, gar selten. vid. Carisius p. 193.

¶ Rāro, idem. Cicer. pro Rosc. Am. cap. 13 *quod ita raro extitit, ut* &c. Ter. Hecyr. a. 1 sc. 2 v. 100 *Huc raro in urbem commeat*, selten.

¶ Rarenter, idem, sed rarioris usus. Gellius lib. 10 cap. 15, ex Fabio Pictore: & lib. 2 cap. 25, ex Varrone: & ex suo ingenio lib. 3 cap. 16 &c. etiam Cato cap. 103 usurparunt. Ciceroni quoque tribuit Statilius Maximus grammaticus apud Carisium p. 193. Loca Cæcilii & Pomponii vide apud Nonium cap. 2 n. 731.

¶ Rārĭtas, ātis, die seltenheit, wenigkeit; ut, *Raritas arborum*, wo die bäume nicht dick stehen, Plin. lib. 11 cap. 17. Et Vitruvius lib. 2 cap. 5 *foraminum raritates*, quod & eod. lib. c. 9 dixit, wenn die löcher weit von einander.

¶ Rarĭtūdo, ĭnis, idem. Columella de Arboribus cap. 3 *Mediocri raritudine optima est vitibus terra.*

¶ Rāresco, ĕre, rarum fieri, dünn, seltsam werden; Item, deficere, sich verlieren, abnehmen. Columella lib. 5 cap. 6 pr. *Operam dabit, ne emortuis arboribus rarescat arbustum.* Silius lib. 17 v. 427

Rarescit multo laxatus vulnere miles.

Dicitur de rebus etiam, quæ procul intuentibus conjunctæ videntur si propius advenias, intervallum ostendunt. Virgilius 3 Æneid. v. 411;

angusti rarescent claustra Pelori.

Vide ibi interpretes, & conf. Ovid. 15 Met. v. 246.

¶ Rārēfăcio, ĕre, rarum efficere, dünne machen. Colum. 3 c. 9 *Si prius rarefeceris eas partes.* Lucretius lib. 6 v. 870

Et rarefecit calido miscente vapore.

Et per tmesin ibidem v. 232

Conlaxat rareque facit lateramina.

¶ Rārēfio, ĕri, dünne werden. Lucret lib. 1 v. 648

Nil prodesset enim, calidum densarier ignem,
Nec rarefieri, &c.

¶ Rarēfactus, a, um, dünne gemacht; ut, *Rarefacta fluendo*, Lucret. 2 v. 1138. *Conquassatum ex aliqua re & rarefactum*, Idem 3 v. 443.

¶ Rārĭpĭlus, a, um, dünnhäricht, dünn von haaren; ut, *pecus raripilum*, Columella proœmio oper. p. 9.

¶ Disrāro, āre, rarum facere, dünne machen. Colum. lib. 4 cap. 32 de Arundineto: *Potest intercidi & disrarari, quod opus rustici castrationem vocant.*

¶ Perrārus, a, um, sehr selten. Livius lib. 29 extrem. *quod tum perrarum erat*, i. e. valde rarum.

¶ Perraro, adverb. sehr selten. Sueton. Tiber. cap. 38 *Antio tenus nusquam abfuit: idque perraro, & paucos dies.* Cicer. 2 Fin. cap. 16 *Quæ perraro appellantur ab Epicuro.* conf. Aut. ad Herenn. 4 cap. 22.

Ralilis, vide supra in *Rado.*

RĀSIS, is, genus est crudæ picis, rauh pech, Colum. 12 c. 20.

Rasito, rasor, rastellum, rastrum, rasura, vide ante in *Rado.*

Rataria, ratiarius, raticula, Ratifico, ratihabitio, ratio, ratiocinor, &c. vide *Ratis*, *Reor*.

RĂTIS, is, trabes connexæ, floßhöltzer, sive, ut Festus definit, *tigna inter se colligata, quæ per aquas aguntur.* Ita Cicero a navi distinguit in Verr. 7 cap. 2 *Cum aut navibus aut ratibus conarentur accedere*, mit schiffen oder zusammen gefaßten höltzern. ¶ 2. Poëtis passim pro *navi* abusive usurpatur. Horatius 1 oda 1 v. 17 *Mercator reficit rates quassas.* Virgil. 6 Æneid. v. 302

Ipse ratem conto subigit velisque ministrat.

¶ Rătiārius, i, ein flößer, floß-fahrer. Lege 30 Dig. de pignerat. act. *Qui ratiario crediderat, quum ad diem pecunia non solveretur, ratem in flumine sua auctoritate detinuit. Postea flumen crevit, ratem abstulit, si invito ratiario, retinuisset*, &c.

¶ Ratăria, æ, fœmin. inter navigiorum genera recenset Gellius lib. 10 cap. 25 extremo, ein schifflein.

¶ Rătītus, a, um, rate insignitus, mit einem schiff gezeichnet; de triente & quadrante, monetæ generibus, ita Festus exposuit, *quod in iis ratis fuerit effigies, ut navis in asse.* Antonius, Ciceronis præceptor, paullo aliter interpretatur. Vide Scalig. in d. l. Festi p. 120.

Ratus, Rauca, raucidulus, raucitas, &c. vide *Reor*, *Raucus*.

RAVCVS, a, um, cui vox est impedita & obtusa, heiser, rauh; ut, *Rauca vox*, Ovid. 6 Metam. v. 377. *Raucum guttur*, Idem 3 Pont. epist. 1 v. 22. Poëtis omnis sonus ingratus atque inconditus *raucus* dicitur. vid. Barth. ad Stat. Silv. p. 276. *Raucum rumorem* Cic. 9 fam. epist. 2 eleganter dixit, cum homines de ea re, quæ in ore omnium fuerat, minus loquuntur, wenn man des sagens überdrüßig ist.

¶ Rauca, æ, vermis radices arrodens, ein wurtzelwurm. Plin. 17 cap. 18 *Olea, ubi quercus effossa sit, male ponitur, quoniam vermes, qui raucæ vocantur, in radice quercus nascuntur.* Et Vlpian. in l. ex conducto § 1 ff. locati, *si raucis aut herbis segetes corruptæ sint.* Alciatus Parerg. 7 cap. 5 legendum ibi putat *erucis*.

¶ Raucĭdŭlus, a, um, dimin. etwas heiser, Hieron. 1 epist. 16.

¶ Raucĭtas, ātis, die heiserkeit, gedämpffte stimme. Plin. lib. 11 cap. 51 *Raucitas tubarum.* Pluraliter Idem lib. 22 cap. 23 *in raucitatibus.*

¶ Raucēdo, ĭnis, idem. Isidorus Originum lib. 4 cap. 7 *Raucedo, amputatio vocis.*

¶ Raucio, īre, heiser seyn. Onomastic. *Raucio*, βραγχιάζω. Et Gloss. Vet. *Raucit*, βραγχιᾷ. Priscianus lib. 10 sub fin. Præteritum & Supinum *rausi*, *rausum* format, & Lucilii eo versum refert:

Rausuro tragicus qui carmina perdit Oreste.

¶ Raucor, āri, depon. idem. Gloss. Cyrill. *Raucor*, βραγχιῶ.

¶ Raucesco, ĕre, heiser werden; unde composita:

¶ Raucisŏnus, a, um, heiser klingend. Lucret. lib. 5 v. 1082

Mutant cum tempestatibus una
Raucisonos cantus.

Catullus de Nupt. Pelei & Thet. v. 263

Multi raucisonis efflabant cornua bombis.

¶ Irraucesco, ĕre, heiser werden. Cic. lib. 1 de Orat. cap. 61 *Æsopum, si paullum irrauserit, explodi video.*

¶ Obraucātus, a, um, raucus. Solinus cap. 10 de gruibus, in Thracia: *Fidens meatu præit catervas; volatus desidiam castigat voce, quæ cogit agmen: ea ubi obraucata est, succedit alia.*

¶ Subraucus, a, um, aliquantum raucus, etwas heiser. Cic. de Clar. Orat. cap. 38 pr. *Vox naturâ subrauca.*

Raudus, raudusculum, vide infra *Rudus*.

RĂVENNA, æ, urbs Italiæ, ubi classis ad tutelam maris superi ab Augusto collocata, Sueton. Aug. c. 48. Sita enim est juxta Adriaticum mare. Vide Geograph. & Silium lib. 8 v. 604.

¶ Ravennas, ātis, incola ejus urbis. Sic, *Ravennates ranæ*, Martial. lib. 3 epigr. 93.

Ravidus, ravillus, ravio, vide sequens *Ravis*.

RĀVIS, is, raucedo, die heiserkeit. Plautus in Aulul. a. 2 sc. 5 v. 10 *Vsque ad ravim poscere, priusquam quicquam detur*, id est, adeo, ut vox etiam toties vociferanti raucescat, hefftig fordern, biß man heiser wird. Idem in Clitellaria apud Nonium cap. 2 n. 730 *Expurgabo hercle omnia ad raucam ravim.*

¶ Rāvio, īre, est ad ravim usque clamare. Plautus Pœnulo a. 3 sc. 5 v. 33

Nego: & negando, si quid refert, ravio:

id est, nego usque ad ravim. Adde Paulum, Festi interpolatorem. Conf. etiam locum Lucilii paullo ante sub *Raucio* in *Raucus*.

¶ Rāvus, a, um, proprie *Raucus* est, elisa littera, heiser; ut Festus ex Verrio interpretatur, cui *Rava vox* est *parum liquida, proxime canum latratum sonans. Vnde etiam causidicus pugnaciter loquens* RABVLA, de quo supra. ¶ 2. At *ravi coloris*, inquit Festus, *appellantur, qui sunt inter flavos & cæsios, quos Plautus* Ravistellos *vocat*, schwartzgelb. Sic, *ravum mare*, apud M. Tull. lib. 4 Acad. ut profert Nonius cap. 2 n. 726. Horat. 3 ode 27 v. 2

aut ab agro
Rava decurrens lupa Lanuvino.

¶ Rāvŭlus, a, um, diminut. etwas heiser. Sidon. 9 epist. 13 *Ravuli choraulæ.* ¶ Nomen viri *Ravola* apud Juvenal. satyr. 9 v. 4.

¶ Ravīdus, a, um, schwartzgelb; ut, *Ravidi oculi*, Colum. 8 c. 2.

¶ Ravillus, a, um, dimin. schwartzgilbicht. Festus: *Ravillæ mulieres a ravis oculis dictæ, quemadmodum a cæsiis cæsullæ.*

¶ Ravistellus, vel Ravastellus, a, um, diminut. aliud, idem. Plaut. apud Festum: *Quis hæc mulier & ille ravistellus, qui venit.* vid. Meurs. P. 1 Crit. Exercit. p. 117.

¶ Rabŭlānus, a, um, pro *Ravulanus*, idem; ut, *Rabulana pix*, Plin. 14 cap. 19. Vide ibi notam Dalechampii.

¶ Rabuscŭlus, a, um, idem; ut, *Rabuscula vitis*, vel *rabuscula uva*, i.e. ravuscula, colore ad ravum inclinante, Plin. 14 cap. 3.

RAVRĂCI, Raurici & Rauriaci, orum, Galliæ Belgicæ populi, vicini Helvetiis, Cæsari, Plinio, & aliis memorati. Colonia in iis Romanorum fuit *Augusta Rauracorum* appellata: ex cujus reliquiis Basilea crevisse creditur, ut Simlerus lib. 1 de Republ. Helvetiorum observat. Vide & Cluverium lib. 2 Antiquæ Germaniæ cap. 5, die im Baslerbisthum seyn.

Ravus, vide proxime ante sub *Ravis*.

RE, præpositio inseparabilis, cujus significatio & vis ex compositis, suis in locis perspicitur. Iterationi semper adhiberi, Tertullianus existimat lib. 5 adversus Marcionem cap. 17. Sed fallitur. Nam & aliquando intendit, aliquando minuit: quod ad Suetonii Augustum Casaubonus observat. Sæpe & in significatione nihil mutat: Ita, *reparata vina* pro paratis seu comparatis, Horatius dixit lib. 1 od. 31 v. 12, ubi vide Torrent. Aliquando perfectionem denotat: ut, *Recognosco*, id est, perfecte cognosco: Est, quando reciprocationem, ut, *Redamo*, id est, amantem vicissim amo; aliquando idem est, quod contra, sive adversus; ut, *Reluctor*, hoc est, *repugno*, *resisto*: aliquando retro; ut, *Respicio*, id est, retro adspicio: aliquando reditum ad pristinum statum; ut, *Repuerasco*, hoc est, ad pueritiam redeo: aliquando verbi significationem, cum quo componitur, contrariam facit: ut, *Retego*, *Resero*, *Recludo*. ¶ 2. *Re* in versu naturaliter breve esse putatur. Sed quia in *Religio*, *Reliquiæ*, *Recido*, *Redo*, *Reduco*, *Refero*, *Reficio*, *Refugio*, *Relatum*, *Repello*, *Reperio*, longa etiam observatur, Grammatici ibi consonantem geminandam censuerunt. Quibusdam tamen ista geminatio minus necessaria videtur, quam & in antiquis libris observatam esse negant. Nam sic impersonale *Refert* primam semper producit. Sed alii ex *Res* & *fert* hanc vocem compositam esse ajunt. Gifanius in Indic. Lucret. etiam *Re* veteribus nunc breve, nunc longum fuisse confirmat.

Readunatio, Reædifico, Reapse, Reassumo, Reatus, vide *Vnus*, *Ædes*, *Res*, *Sumo*, *Reus*.

Rebellio, rebellis, rebello, &c. Rebito, Reboo, Rebullio, vide supra *Bellum*, *Bito*, *Boo*, *Bulla*.

Recalcitro, recalco, Recalesco, &c. Recalvus, Recandeo, Recanto, &c. Recapitulo, Recedo, Recello, vide supra *Calx*, *Calor*, *Calvus*, *Candeo*, *Cano*, *Caput*, *Cedo*, *Cello*.

RĔCENS, tis, recentior, recentissimus, neu, frisch, id est, non lassum; ut, *Ægritudo recens*, Terent. Adelph. a. 3 sc. 2 v. 14, neuer schmertz, frische bekümmerniß. *Litteræ recentissimæ*, Cicer. 6 ad Attic. epist. 1, jüngste briefe, so gar neulich überschickt. Sic, *recentissima epistola*, Cic. 8 ad Attic. epist. 15. *Recentissima poma*, Columell. lib. 12 cap. 44, frisch obst. *Recentis animi alter* (consul,) id est, præfervidi, Liv. lib. 21 cap. 52. *Recentiores*, non ita veteres, die nähesten nach den alten. *Equi recentes*, frische pferde, Liv. lib. 38 cap. 25. *Recentissimi equites*, qui nondum pugnarunt, & ita fatigati nondum sunt, Tacito 3 Hist. cap. 21. Nam *recentes fatigatis* opponuntur. Cæsar lib. 5 de B. G. cap. 16 extr. *Vt alios alii exciperent, integrique & recentes defatigatis successerant.* Sic, *Re recenti*, auf frischer that. Plautus Trin. a. 4 sc. 3 v. 8 *Recipe te, & recurre petere re recenti: Recurre petere*, id est, ut petas: sandalia videlicet, quorum oblitus Stasimus in thermopolio erat. *Recentior auctor*, Livius lib. 2 cap. 56. *Recentissima bella*, Idem lib. 38 c. 45; & *Quod recentissimum est*, lib. 26 cap. 13. ¶ 2. Vsurpatur interdum & adverbialiter, neulich; ut, *Sole recens orto*, Virgil. 3 Georg. v. 156. *Roma condita recens*, hoc est, non ita multo ante, vel nuper. Suetonius Tiberii principio: *Gens Claudia ex Regillis, oppido Sabinorum, Romam recens conditam commigravit.* Sic, *puerum recens natum reperire*, Plaut. dixit Cistell. a. 1 sc. 2 v. 16.

¶ Rĕcenter, adverb. idem. Exempla perpauca reperiuntur apud auctores latinos, neque hoc primæ classis, sed apud Apicium, Palladium, Macrum: Posterioribus Curis Cellarius exhibet singula p. 121, v. gr. ex Palladii lib. 5 cap. 4 *poma recenter lecta.* Plinius tamen superlativo usus est lib. 18 cap. 23 *quam recentissime stercorato solo.*

¶ Recento, āre, instaurare, renovare, erneuern. Mattius apud Gell. lib. 15 c. 25 *Jamjam albicascit Phœbus & recentatur*
Commune lumen hominibus.

Receptaculum, recepto, &c. Recessus, &c. vide *Capio*, *Cedo*.

RECHĀMVS, i, trochlea, per cujus orbiculum summum funis ductarius trajicitur, die winde, Vitruv. 10 cap. 2. Adde Baldi Lex. pag. 99.

Rechedipna, vide infra *Trechedipna*.

Recidivus, recīdo, Recĭdo, Recĭno, vide supra *Cado*, *Cædo*, *Cano*.

Recipero, &c. vide supra *Recupero* in *Paro*.

Recipio, Reciprocare, reciprocus, &c. vide *Capio*, *Proco* s. *Procor*.

Recisamentum, recisio, vide supra *Cædo*.

Recitare, Reclinare, &c. Recordatio, recordor, Recrastino, Recreare, &c. Rector, rectus, &c. vide *Cieo*, *Clino*, *Cor*, *Cras*, *Creo*, *Rego*.

Recubitus, recumbo, Recula, Recuperatio, recupero, &c. Recuso, &c. Recussus, recutio, Recutitus, vide *Cubo*, *Res*, *Paro*, *Caussa*, *Quatio*, *Cutis*.

Redambulo, Redamo, Redardeo, Redarguo, Redauspico, Redditio, reddo, Redemtio, redemtor, Redhibeo, redhibitio, Redhostio, Redigo, vide *Ambulo*, *Amo*, *Ardeo*, *Arguo*, *Auspex*, *Do*, *Emo*, *Habeo*, *Hostio*, *Ago*.

RĔDIMIO, redimīvi, ītum, īre, ab inusitato *Emio*, est vestire seu ornare, umkleiden, zieren; ut, *Redimire sertis*, einen krantz aufsetzen. Verbo infinito usus Statius 4 Silv. 8 v. 38

Et redimire chelyn, postesque ornare juberet.

Et Cicero 3 Tuscul. cap. 18 *sertis redimiri jubebis & rosa.* Gloss. Vet. *Redimior*, στέφομαι.

¶ Rĕdĭmītus, a, um, umbunden, bekrönt. Cic. 2 in Catilin. c. 5 *sertis redimiti.* Et Virg. 3 Æn. v. 81

Vittis & sacra redimitus tempora lauro.

Catull. carm. 64 v. 3 *Opaca silvis redimita loca*, umgeben von bäumen. Et ibid. v. 67 *Floridis corollis redimita domus.*

¶ Redimītus, ûs, substant. vulgo arcessunt ex Solini cap. 33 (al. 46) de Arabia: *mitrata capita, redimitu pari, rasa in cutem barba.* Verum Salmasius posthabita illa voce legit: *mitrata capita, pars rasa in cutem barba.*

¶ Rĕdĭmĭcŭlum, i, ornamentum capitis mulieris, die kopfbinde, der haupt-schmuck, das umgebinde. Juvenal. satyr. 2 v. 84

Qui

Qui longa domi redimicula sumunt
Frontibus, & toto posuere monilia collo.

Et Virg. Æn. 9 v. 616 *habent redimicula mitræ.*

¶ Redimicŭlo, are, das haarband auflösen. Gloss. lat. gr. *Redimiculat, ἀναλύει δέσμαῖα.*

Redĭmo, Redintegro, &c. Redipiscor, Reditio, reditus, Redivia, Redivivus, vide *Emo, Integer, Apiscor, Eo, Suo, Vivo.*

RĒDO, ōnis, genus piscis ignoti. Auson. Mosellâ v. 89

Et nullo spinæ nociturus acumine redo.

Redoleo, Redono, Redordior, Redormio, &c. vide supra *Oleo, Dono, Ordior, Dormio.*

Reduco, reductio, &c. Reduneus, Redundatio, redŭndo, &c. Reduvia, Redux, vide *Duco, Vncus, Vnda, Suo, Duco.*

Reexinanio, vide supra *Inanis.*

Refectio, &c. Refello, Refercio, Referio, Refero, Refertus, Referveo, vide supra *Facio, Fallo, Farcio, Ferio, Fero, Farcio, Ferveo.*

Refibulo, Reficio, Refigo, refixus, vide *Fibula, Facio, Figo.*

Reflare, &c. Reflecto, reflexus, Refloreo, Refluo, refluus, vide *Flo, Flecto, Floreo, Fluo.*

Refocillo, Refodio, Reformare, &c. Reformidare, &c. Refotus, refoveo, vide *Focus, Fodio, Forma, Formido, Foveo.*

Refractarius, refragator, refrāgor, &c. Refrĭco, Refrigeo, refrigerium, &c. Refringo, Refriva, Refrondesco, vide *Frango, Frico, Frigus, Frango, Refero* in *Fero, Frons, dis.*

Refugio, refugium, Refulgeo, Refundo, refusio, &c. Refutatio, refūto, &c. vide supra *Fuga, Fulgeo, Fundo, Futum.*

RĒGĀLIŎLVS, i, avis apud Suetonium, quam *galgulum* interpretantur alii, vide *Galgulus.* Ego potius apud Suetonium pro *regulo* acceperim, ut in Cæsarem ac regem avis etiam regiæ omen magis conveniat. Et forte *regalioli* nomen vulgus fecit, ceu diminutivum a *regulo* &c. Gesner. Suetonii locus sic habet in Cæs. cap. 81 *Julii Cæsaris futura cædes evidentibus prodigiis denunciata est. Pridie Martias idus avem regaliolum cum laureo ramulo Pompejanæ curiæ se inferentem volucres varii generis ex proximo nemore persecutæ ibidem discerpserunt.* Ad h. l. Casaubono non absurdum est, ut, sicuti in glossario, scribatur *Regaviolus*, cum sic dicta sit hæc avicula quasi rex avium. Vide paullo post *Regulus*, in *Rego.*

Regalis, Regaviolus, Regelare, &c. Regemere, Regenerare, Regerminare, Regero, regestus, vide *Rego, Regaliolus, Gelu, Gemo, Genus, Germen, Gero.*

Regia, regibilis, vide mox *Rego.*

REGIESCO, ĕre, in Plauti fragmentis, est crescere, wachsen. Vnde etiam *Glires* dicti videntur Festo, quibus corpus pinguitudine accrescat. Ideoque Scaliger & Vossius legunt *Reglescit* pro *Regiescit*; alii *Requiescit.*

Regificus, regifugium, Regigno, Regillus, regimen, regina, regio, &c. Reglutinare, &c. Regnare, regnator, regnum, &c. vide *Rego, Gigno, Rego, Gluten, Rego*

RĔGO, rexi, rectum, regĕre, regieren, lencken, proprie aurigarum est, & equitum, qui equos currusque moderantur, ἡνιοχεῖν. Curtius lib. 4 cap. 15 n. 28 *Auriga Darii, qui ante ipsum sedens equos regebat,* &c. Et Ovid. 1 Trist. eleg. 3 v. 28

Lunaque nocturnos alta regebat equos.

¶ 2. Inde ad eos translatum est, qui moderandis & in officio cohibendis hominibus cum imperio præsunt, beherrschen. Virg. Æn. 6 v. 851

Tu regere imperio populos, Romane, memento.

Seneca lib. 2 de Ira cap. 15 *Nemo potest regere, nisi qui regi,* id est, qui non obsequi recta monentibus potest: sive, qui sibi ipsi, sive affectibus suis imperare haud potest: der nicht folgen kan, kan auch nicht befehlen. ¶ 3. Et quia *Regere* est, non præcipere tantum, quid factu opus; sed & cogere, ut fiat; idcirco pro cohibere, comprimere Ovidius posuit, & ad eas res etiam transtulit, quæ non in animo & voluntate nostra versantur. Nam *fasciam papillas regere* dixit, quæ tumescentes reprimit sive constringit, de Remedio amoris lib. 1 v. 338

Durius incedit? fac ut ambulet: omne papillæ
Pectus habent tumidæ? fascia nulla regat.

¶ 4. Aliquando tamen *Regere*, admonere tantum, docere, & consilio moderari significat, unterrichten. Horat. lib. 1 epist. 18 v. 26

Aut, si non odit, regit, & veluti pia mater,
Plusquam se sapere, & virtutibus esse priorem
Vult, & ait prope vera.

Vetus auctor apud Cicer. pro Muræna cap. 28 extr. *Non multa peccas, sed si peccas, te regere possum.* Cæsar 3 de B. C. cap. 57 *Scipionem ea auctoritate esse, ut non solum libere, quæ probasset, exponere; sed etiam ex magna parte compellere atque errantem regere posset.* Plin. lib. 10 epist. 64 *Summas, Domine, ago gratias, quod inter maximas occupationes iis, de quibus te consuli, me quoque regere dignatus es.* Et epist. 85 *Te, Domine, rogo, ut me in hoc præcipue genere cognitionis regere digneris.*

¶ Rĕgens, tis, ein regirender, ein regent. Virg. Æn. 6 v. 30 *Cæca regens filo vestigia.* Et Claudian. in 4 Consul. Honor. v. 300

Nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, ut vita regentis.

¶ Rectus, a, um, passive, regiert, geleitet. Vellejus Paterculus lib. 2 cap. 115 extr. *Nec unquam consilia judicio exercitus, sed exercitus providentiâ ducis rectus est.* Sidonius in Epitaph. Apollinaris lib. 3 epist. 12 *Post prætoria recta Galliarum.* Plaut. Bacch. a. 3 sc. 3 v. 8 *Rectus ad ingenium bonum.* ¶ 2. *Rectus, rectior, rectissimus,* nomen ex participio verbi *Regor*, factum, ita autem vocatur, quod quadrat regulæ, neque excedit, nec infra est: itaque obliquo, curvo, distorto & pravo opponitur: græce ὀρθός, recht, gerade; & in neutro substantive, das recht. Horatius lib. 2 epist. 2 v. 44

Curvo dignoscere rectum.

Terent. Heaut. a. 3 sc. 1 v. 75

Neque id putabit parvumne ac rectum siet.

Ovidius 3 Metam. v. 78 *longa trabe rectior exit.*

Sic, *Recta platea sursum*, Terent. Adelph. a. 4 sc. 2 v. 35, die strasse gleich oder gerade hinauf. *Coma recta*, schlecht oder gleich haar, pressa; contraria *crispæ*, apud Senecam epist. 95 p. 462 *ne quis, cui rectior est coma, crispulis misceatur.* Sic, *Crura rectiora* Palladius dixit Junio cap. 7, gerade schenckel: & *viam rectiorem*, Livius lib. 21 c. 31, ein richtiger weg, sine ambagibus. ¶ 3. Hinc sæpe *rectum* pro vero, honesto ac bono ponitur: itaque *rectum* & *verum* conjunguntur, gut und wahr. Plautus Captiv. a. 5 sc. 2 *Recta & vera loquere.* Ibidem: *neque vere nec recte fecisti.* Et, *Omnes, cum valemus, recta consilia ægrotis damus*, Terent. Andr. a. 2 sc. 1 v. 9, guter rath. *Ea maxime conducunt, quæ sunt rectissima*, Cic. lib. 5 fam. epist. 19. *Rectius pulchriusque est, ex communibus injuriis quem odisse, quam propriis*, Plin. Paneg. cap. 90. *Conscientia recta*, ein gut gewissen. *Ratio rectæ honestæque vitæ*, Quintil. procem. lib. 1. Sic *recta cœna*, vera & legitima dicebatur, *sportulæque* opposita, vide supra in *Cœna.* Et, *Oratio recta*, quæ nec a tropis, nec a figuris ornatum quærit, Seneca Rhetor in prooemio: quo loco hoc Porcii Latronis dictum refert: *Summam quidem esse dementiam, detorquere orationem, cui rectam esse liceret.* Dixerat paullo ante: *Non placebit illi orationem inflectere, nec unquam recta via discedere.* vide Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 81.

¶ Rectà, adverbium, seu adjectivum potius, auferendi casu positum, subaudito *viâ*, aut simili voce, geraden weges. Terent. in Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 7 *Cur non recta introibas?* warum giengst du nicht stracks oder gleich zu hinein? Cic. ad Attic. lib. 6 epist. 8 pr. *E navi recta ad me venit.* Ad eumdem lib. 5 epist. 14 *Erat mihi in animo rectâ proficisci ad exercitum.*

¶ Rectò, adv. idem, subaudito *pede*, aut alio nomine. Anton. & Verus apud Papir. l. 21 pr. D. de Appellat. *Appellationes, quæ recto ad principem factæ sunt.*

¶ Recte, adv. recht, wohl; ut, *Recte facere, recte dicere:* Cæsar lib. 7 Bell. Gall. c. 80 *Neque recte aut turpiter factum celari poterat.* Et, *Rectius fieri*, Pallad. lib. 11 cap. 4. *Rectissime animadvertere*, Cic. 3 de Leg. cap. 5. *Rectissime probare*, Vlpian. Lege 52 § 4 Dig. pro socio. ¶ 2. Sed apud Terentium diversissimarum est significationum; ut in Andr. a. 5 sc. 4 v. 52 *Pater non recte vinctus est*, id est, juste, um keiner billichen ursach willen. Et in Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 50 *Rogo, numquid velit; Recte, inquit, abeo*, hoc est, nil; *quod moraliter* τῷ ἀστεϊσμῷ dictum Donatus notat. Et in eadem fabula a. 1 sc. 1 v. 33 *Molestias recte ferre*, id est, patienter. Item, *Recte facitis*, iterum in Eunucho a. 5 sc. 8 v. 54, danck habt. In Adelph. a. 5 sc. 5 v. 2 *Syre, quid fit? quid agitur? S. Recte*, alles wohl. Et in Hecyr. a. 4 sc. 1 v. 16 *Præsertim cum recte & tempore suo pepererit*, hoc est, non monstrose, dieweil sie mit einem rechten kind gelegen ist. Cic. lib. 1 fam. epist. 7 *Litteras recte dare*, hoc est, tuto & citra periculum, sicherlich. *Recte esse alicui*, pro recte valere, Idem ad Attic. lib. 1 epist. 7. Et Terent. Hecyr. a. 3 sc. 2 v. 20

SOTR. *Quid tu igitur lacrymas? aut quid es tristis?*
PAMPHIL. *Recte mater.*

Vbi Donatus: *Sic dicimus, cum sine injuria interrogantis aliquid reticemus. Alii* RECTE *sic accipiunt, ut intelligant* NIHIL EST MALI. Similiter usus hac formula est Ter. Heaut. a. 3 sc. 2 v. 7.

¶ Rectio, ōnis, die regierung. Cic. de Fin. 5 cap. 4 *Non solum privatæ vitæ ratio, sed etiam rerumpublicarum rectio.* Et ibidem lib. 4 cap. 22 *omnium rerumpublicarum rectiones.*

¶ Rector, ōris, qui regit, ein regent, regierer; Late patet hoc nomen. Nam & præsides provinciarum, & copiarum duces &c. eo appellantur. Etiam, qui moderandæ juniorum ætati præpositi, & qui pupillis dati tutores, *Rectores* vocantur, hofmeister. Sueton. August. c. 48 *Rectorem quoque solitus est apponere ætate parvis ac mente lapsis, donec adolescerent, aut resipiscerent.* Tacitus 1 Annal. cap. 24 *Ælius Sejanus magna apud Tiberium auctoritate, rector juveni.* Idem Annal. 13 cap. 2 *Nisi Afranius Burrhus & Annæus Seneca obviam issent. Hi rectores imperatoriæ juventæ, & pari in societate concordes.* Horatius *Regem pueritiæ* dixit, de quo infra.

¶ Rectrix, īcis; Columella lib. 3 cap. 10 *Videmus hominibus inspiratam velut aurigam rectricemque membrorum animam.* Plin. lib. 37 cap. 12 *Italia rectrix parensque mundi altera.*

¶ Rectĭtūdo, ĭnis, die richtigkeit, gleichheit. Aggen. Vrb. in Frontin. p. 289, in Gœsii Agraria p. 46 *Rigor suæ rectitudinis naturalis nomen accepit.*

¶ Rectūra, æ, die einrichtung. Frequens vox apud rei agrariæ scriptores; ut, *Rectura limitum, Rectura termini*, &c. vide Gœsii Ind. & Rigaltii Gloss. & inprimis Frontinum p. 331 seqq.

¶ Regĭbĭlis, e, quod facile regitur, folgsam, das sich regieren lässt; ut, *juventus regibilis & consulta*, Ammian. 16 cap. 12. *Miles regibilem se fore pollicitus & morigerum*, Idem 24 cap. 3; & *Regibiles acies*, Idem 19 cap. 15 extr. [Vales. cap. 7 extr.]

¶ Regĭmen, ĭnis, die regierung, das commando, regiment. Livius lib. 3 cap. 33 *Regimen totius magistratus penes Appium erat.* Tiberius apud Tacitum 3 Ann. cap. 67 *Neque decorum principibus, si una alteraque civitas turbet, amissâ urbe, unde in omnia regimen.* Otho ad milites apud eumdem 1 Hist. cap. 84 *Vobis arma & animus sit: mihi consilium & virtutis vestræ regimen relinquite.* Hinc

¶ Regĭmentum, i, idem; qua voce usus est Aurelius Arcadius procem. L. Breviter D. de officio Præfecti prætorio. Et Ammianus 28 cap. 1 [Vales. f. 508] *Adusque sublimia regimenta*, scil. *venturus.* Idem 25 cap. 9 *Excussa regimenta perito rei gerendæ ductori, consummando juveni porrexisti.* vid. Voss. de Vit. L. L. 3 cap. 41.

¶ Rĕgio, ōnis, pars terræ, das land, die landschafft. Siculus Flaccus: *REGIONES dicimus, intra quarum fines singularum coloniarum, aut municipiorum magistratibus jus dicendi exercendique potestas est.* Sic dicitur *Regio locupletissima*, Corn. Nepoti in Agesilao c. 3; & *Regio saltuosa*, eidem Datame cap. 4 n. 2. *Regiones terræ inhabitabiles atque incultæ*, Cicero 1 Nat. Deor. cap. 10. Et Virg. 1 Æn. v. 460

Quæ regio in terris nostri non plena laboris?

Sic, *Regiones cæli*, die vier gegenden des himmels, vide *Cælum.* Et, *Regio*

viarum, Virg. Æn. 2 v. 737. Ita, *Regiones urbis Romæ*, quatuor erant majores partes sub regibus: sub Augusto autem cœperunt 14 numerari. *Lex & regio*, νόμος καὶ χώρα, vide *Lex*. *Regionibus officii sese continere*, hoc est, intra metas officii, Cicero eleganter dixit Orat. 2 de Leg. Agrar. c. 35, in gehörigen schrancken bleiben. Et, *E regione*, gleich gegen über, vide præposit. *E*. Interdum idem valet, quod *recte*, gerade, cui opponitur *oblique*. vid. Cic. de Fato cap. 9 & cap. 20.

¶ Rĕgiōnātim, adverb. von land zu land; Adverbio hoc Suetonius usus est in Cæsare cap. 39, id est, per singulas urbis regiones, durch alle örter der stadt. Et Livius lib. 40 cap. 51 extr. *Regionatim generibus hominum, caussisque, & quæstibus, tribûs descripserunt.* Onomast. Vet. *Regionatim*, κατὰ χώρας.

¶ Regiōnālĭter, aliud adverbium, idem. Apulejus de Mundo p. 68 *Quæ cum regionaliter videantur esse pestifera.*

¶ Rēgiōnārius, i, ein landmesser. Frontin. de Colon. p. 357 *Cassium oppidum militi regionarii diviserunt.*

¶ Rĕgĭto, are, frequent. a *Regere*, beherrschen. Varro R. R. 1 cap. 57 *Ut subtus a solo ventus regitare possit.* Sed meliores libri habent *Regelare*.

¶ Rex, rēgis, qui regnum possidet & regit, ein könig. Quamquam vero masculinum ex virili officio *Rex* est: tamen pluralis *Reges* etiam reginam potest comprehendere. Livius lib. 27 cap. 4 *Alexandriam ad Ptolemæum Cleopatramque reges M. Attilius & M. Acilius legati missi.* Et lib 44 cap. 19 *ab Ptolemæo & Cleopatra regibus* &c. Martial. lib. 2 epigr. 18 *Qui rex est, regem, Maxime, non habeat.*
Sic, *Regem in regnum inducere*, den könig einführen, einsetzen, Plin. lib. 2 epist. 7. Et Horat. 1 sat. 2 v. 86

Regibus hic mos est, ubi equos mercantur, apertos
Inspiciunt:

sie kauffen nicht im sack. Justin. lib. 30 cap. 1 *Regis mores tota sequitur regia.* Claudian. de 4 Consul. Honor. v. 298

Componitur orbis Regis ad exemplum.

Seneca in Medea v. 195

Æquum atque iniquum regis imperium feras.

Xenophon lib. 8 de Pædia Cyri, παραπλήσια ἔργα νομέως ἀγαθοῦ καὶ βασιλέως ἀγαθοῦ, hoc est: *Similia sunt opera pastoris boni & regis boni.* ¶ 2. Κατ' ἐξοχὴν, *Rex*, & *Rex regum*, appellabatur Persarum, & postea Parthorum rex: cujus rei aliquot exempla Nepos suppeditat. Terent. Eunuch. a. 3 sc. 1 v. 7

vel Rex semper maximas
Mihi agebat (gratias.)

Et rursus Heaut. a. 1 sc. 5 v. 64 *In Asiam ad regem militatum abiit.* Sueton. Calig. cap. 5 *Regum etiam regem & exercitatione venandi, & convictu Megistanum abstinuisse ferunt, quod apud Parthos justitii instar est.* Et Ammianus Marcellinus lib. 17 literarum meminit, quas Sapor, Persarum rex, ad Constantium dederit, quarum inscriptio talis est: REX REGUM SAPOR PARTICEPS SIDERUM, FRATER SOLIS ET LUNAE, CONSTANTIO FRATRI MEO S. P. D. Infensusque Tigranes ex eo Lucullo fuit, quod REX tantum, non autem pro more REX REGUM, appellatus fuisset. Ita autem vocabatur ob potentiam, & amplitudinem imperii, quo ipsos reges continebat. vide Brisson. lib. 1 regn. Pers. & Schefferus in Indice Æliani. ¶ 3. *Reges* autem *reginæque* & *regum liberi affinesque* appellantur, omnesque adeo, qui de regio genere sunt: Cæsar 3 de B. C. cap. 107 *Interim controversias regum ad P. R. & ad se, quod esset Cos. pertinere existimans.* Et cap. 109 *cum maxime vellet pro communi amico atque arbitro controversias regum componere.* Per *Reges* intelligit Ptolemæi Ægyptiorum regis liberos, qui de regno invicem contendebant. Apud Sueton. Claudio cap. 28 *Reginæ* sunt genere regio mulieres. Vide & Pimpontium ad illud Virg. eclog. 3 v. 106

Dic, quibus in terris inscripti nomina regum
Nascantur flores.

¶ 4. *Reges* etiam dicebantur divites & potentes. Terent. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 87

Eunuchum porro dixti velle te,
Quia solæ utuntur his reginæ: repperi.

Vbi Donatus: *Modo* DIVITES *dicit, ut in Phormione* REGEM ME ESSE OPORTUIT. *Reginæ*, grosse, reiche frauen. ¶ 5. Adulatores quoque & parasiti, itemque clientes, dominos patronosque suos *reges* vocabant. Horatius lib. 1 epist. 7 v. 37

rexque paterque
Audisti coram, nec verbo parcius absens.

Ait Horatius, Mæcenatem a se *regem patremque* appellatum, tamquam a cliente patronum. Idem lib. 1 epist. 17 v. 43

Coram rege suo de paupertate tacentes,
Plus poscente ferent.

Vbi *rex* amicus potens appellatur. Columella præfat. lib. 1 *An honestius duxerim mercenarii salutatoris mendacissimum aucupium circumvolitantis limina potentiorum somniumque regis sui rumoribus inaugurantis.* Huc pertinet Martialis epigr. 18 lib. 2, & epigr. 40 lib. 4. Vide & Casaub. ad Theophrasti Characteres περὶ κολακείας. Ita Terentius etiam hac voce usus est Phorm. a. 2 sc. 1 v. 24. ¶ 6. *Reges* etiam appellantur, qui excellunt aliqua in re & cæteros præstant. Ita Asconius Pedianus Hortensium *principem senatus* ob nobilitatem, & in foro ob eloquentiam *regem caussarum* appellat, argumento Divinat. Ciceronian. in Verrem. ¶ 7. *Rex* etiam de monitore, præceptore, sive de eo, qui regendæ alicujus juventæ præpositus est. Horat. lib. 1 ode 36 v. 6

Nulli plura tamen dividit oscula,
Quam dulci Lamiæ, memor
Actæ non alio rege puertiæ.

Suetonius & Tacitus *Rectorem* vocant, de quo supra. Virg. Æn. 9 v. 173 *Rectores juvenum, & rerum dedit esse magistros.*

¶ 8. Apud Græcos puerorum ludus erat, qui dicebatur οὐράνια, de quo Pollux, Hesychius, & Eustathius in Odyss. 8. In eo jactabatur in altum pila: quam decidentem exilientes pendentesque in aëre rapiebant, quod qui quam peritissime faciebat, REX appellabatur imperabatque cæteris: qui pessime, ASINUS dicebatur. Eo pertinet illud Horatii lib. 1 epist. 1 v. 59

At pueri ludentes, REX eris, ajunt,
Si recte facies.

¶ 9. *Rex* sibi quisque est, qui moderatur animo, & affectibus imperat. Claudian. de 4 Consul. Honorii v. 261

tunc omnia jure tenebis,
Cum poteris rex esse tui.

Seneca Thyeste v. 348 *Rex est, qui metuit nihil.*
Et v. 388 *Rex est, quique cupit nihil:*
Hoc regnum sibi quisque dat.

¶ 10. *Rex* apud Sueton. Cæsar. cap. 6 gentis Martiæ cognomen, non potestatis nomen est, ut ibi notat Torrentius.

¶ Rēgŭlus, i, diminutivum a *Rex*, eum significat, qui regis quidem nomine usus, etiam potestate, parvæ præest regioni, ein könig, der ein klein land hat; ut, *Cilicum reguli*, Tacit. 2 Annal. cap. 80. *Golusa regulus*, Numidiæ pura, Plin. lib. 8 cap. 10 extr. vide ibi Harduin. ¶ 2. *Regulus*, avis eadem, quæ & *Trochilus* & *Orchilus*, Gesner. vide *Regaliolus*, & Plin. 10 cap. 74. *Regulum* Gesnerus exponit ex auctoritate certa, ein goldhühnlein. ¶ 3. *Regulus*, serpens, ein basilisk. ¶ 4. *Regulus*, nomen proprium: *M. Attilius Regulus*, Romanus nobilissimus, & constantiâ & fide clarissimus. Ad supplicia enim nota sibi Carthaginem redire maluit, quam hostibus fidem datam fallere. Cicero in Pisonem cap. 19 *Regulum Carthaginenses resectis palpebris illigatum in machinâ vigilando necarunt.* Vide Gell. lib. 6 cap. 4. Valer. Max. lib. 1 cap. 1 n. 14. Horat. lib. 3 od. 5 v. 13. Augustin. de C. D. lib. 1 cap. 14. ¶ Sunt & alii hujus nominis, & in his ille *M. Regulus*, de quo & pessimis moribus ejus mira tradit Plinius in Epistolis. Vide lib. 1 epist. 5, ubi n. 14 *bipedum nequissimum* vocat. Cetera in Indice Pliniano dedit Cellarius.

¶ Rēgŭla, æ, norma, eine regel, richtschnur, lineal; ut, *Dirigere ad regulam*, Cic. de opt. gen. orat. extr. *Loqui ad regulam*, nach der regul oder tabulatur, Quintil. lib. 9 cap. 4. *Aberrare a regula*, Cic. in Academicis lib. 4 cap. 46. ¶ 2. Dicitur & de circi linea, quem κανόνα Græci similiter vocabant, ut Petrus Faber in Agonistico docet. ¶ 3. Est etiam instrumentum chirurgorum ad restituenda in locum ossa, apud Celsum 8 cap. 10.

¶ Regulāris, e, quod secundum regulam est, richtig, ordentlich, nach der regel. Gloss. Cyrill. *Regularis*, κανονικός. Et, *Æs regulare*, ductile, ertz, das sich arbeiten läst, Plin. lib. 34 cap. 8. vide Isidorum lib. 16 cap. 19.

¶ Rēgulārĭter, adverb. idem. Augustinus lib. 2 de Doctr. Christiana cap. 29 *In præterita vestigia regulariter licet recurrere.* Et Gloss. Vet. *Regulariter*, κανονικῶς Adde Vlpian. Dig. lib. 15 t. 3 l. 3 § 2, & Dig 30 t. 1 l 7 § 1. Macrob. in Somn Scip. 1 cap. 20.

¶ Regulātim, adv. idem. Diomedes lib. 1 non minus ac *regulariter* agnoscit. Et Veget. de Re Vet. 2 cap. 41 *Regulatim curare*. Verbum est

¶ Regŭlo, are, richten, einrichten. Cœl. Aurel. Tard. *Regulantur vel diriguntur eorum virtutes non natura loci.*

¶ Regulus, i, aliud diminutivum, in Vet. Gloss. vertitur βασιλίσκος, ein kleiner könig. ¶ 2. *Regilli*, *orum*, oppidum est in Sabinis Suet. Tiber. cap. 1. Hinc &

¶ Regilla, æ, vestis regia, basilica, ein königlich kleid. Plaut. Epid. a. 2 sc. 2 v. 39 *Quid erat induta, an regillam induculam, an mendiculam.* Festus: *Regillis, tunicis albis & reticulis luteis utrisque textis, susum versum a stantibus pridie nuptiarum diem virgines indutæ cubitum ibant.* conf. Nonius cap. 14 n. 13, & Ferrar. Rei Vest. P. 1 p. 239.

¶ Rēgīna, æ, eine königin. Florus lib. 1 cap. 6 de Servio: *Annitente regina substitutus in locum regis.* Et Juno *Regina Deûm*, Virg. Æn. 1 v. 9. ¶ 2. Eine grosse reiche frau, de quo num. 4 quære ante in *Rex*. ¶ 3. Eminentissima quæque hoc nomine censentur. De Aquila Martial lib. 5 epigr. 56

Dic mihi, quem portas, volucrum regina, Tonantem?

De fonte Hyantidos Idem lib. 7 epigr. 49. Et Cicer. 3 Offic. cap. 6 Justitiam *reginam virtutum* vocat: & Horat lib. 1 epist. 6 v. 37 *pecuniam reginam*. Item carm. secul. v. 35 *Lunam siderum reginam*. Hinc forte est, quod nonnulli hanc vocem merum esse adjectivum, & quandoque subaudiri *fœminam* vel *uxorem* contendant. Carisius, *Regina*, inquit, *nullo modo recipiendum, nisi reciperemus & Reginum. Itaque Virgilius vocat Iliam reginam, nec secus Ariadnam, quod filiæ essent regiæ.*

¶ Rēgālis, e, rege dignus, königlich; ut, *Animus regalis*, ein fürst- oder königlicher muth, Livius lib. 27 cap. 19. Et, *Aula regalis*, Seneca Troade v. 771. *Regali nomine dignum existimari*, Cicer. Arusp. Resp. cap. 13. *Ornatus regalis*, Idem 2 de Fin. cap. 22. Comparativo usus est Plautus Captiv. a. 4 sc. 2 v. 45 *Regum rex regalior.* ¶ 2. *Regales* regum filii & agnati dicuntur. Ammianus Marcellinus lib. 16 cap 27 *Hos sequebantur potestate proximi reges numero quinque, regalesque decem.* Et Lege 9 Codic. Theodos. de Re militari: *Neque regalibus, neque legatis sua milites jumenta suppeditent.* Vetus Grammaticus de differentiis vocum edit P. tsch. p. 2205 *Inter REGEM, inquit, & REGALEM hoc interest, quod regis puer REGALIS est, REX, qui regit regnum.* Adde Vales. ad d. l. Marcellini p. 143, & Henr Noris Cenotaph. Pisan. Dissert. 2 cap. 9 extr.

¶ Rēgālĭter, adverb. regie, magnifice, königlich. Livius lib. 42 cap. 51 pr. *Sacrificio regaliter confecto.* Ovid. 2 Metam. v. 397

Precibusque minas regaliter addit.

¶ Rēgius, a, um, ad regem vel generis, vel muneris ac dignitatis respectu pertinens, königlich. Virg. 5 Æneid. v. 296

quos deinde secutus
Regius egregia Priami de stirpe Diores.

Corn. Nepos Agesilao c. 8 n. 3 *Hujus de adventu fama cum ad regios esset perlata, celeriter munera eò cujusque generis sunt allata.* Quâ de re cum in Agesilao Plutarchus refert, quos *regios* Nepos, hos ipse πρώτους τῶν βασιλικῶν ἡγεμόνων καὶ διοικητῶν appellat. Sic, *Majestas regia*, königliche hoheit. *Regium imperium pati*, Seneca Medeâ v. 189. Et, *Regium est, cum benefeceris, audire male*: βασιλικὸν, πράττειν μὲν εὖ, κακῶς

κακῶς δὲ ἀκούειν, Antiſthenis eſt. Interdum adjectivum hoc pro ſubſtantivo ponitur; ut, *Dion repreſſit regios ſpiritus*, Nepos Dione cap. 5. Quod nihil aliud eſt, quam regis (Dionyſii) ſpiritus repreſſit: Sæpius enim Latini adjectivis utuntur, quam nos Germani. ¶ 2. *Regius morbus*, qui & *arquatus* dicitur, Plin. lib. 22 cap. 24 ex Varrone, die gelbſucht. Vid. *Icterus*. Dicitur & *Aurigo*.

¶ Rēgia, æ, ſubſtant. regis aula, ein königlicher ſitz oder hof, die reſidentz. Ovid. 3 Triſt. eleg. 1 v. 30

Hic fuit antiqui regia parva Numæ.

¶ 2. Sed & urbes ipſæ ac oppida cognomento velut appellantur REGIAE, quod *Regiæ* ſive aulæ regum ſeu principum ibi aut eſſent, aut fuiſſent. Sic, BACTRA REGIA: COLONIA AELIA HADRIANA REGIA: COLONIA AELIA HADRIANA AVGVSTA, ZAMA REGIA: ALBA REGIA vel REGALIS, cum apud alios auctores, tum in Inſcriptionibus antiquis legitur. Sic, *cæli regia*, eſt ipſum cælum Virg. Georg. 1 v. 503. ¶ 3. *Regia*, oleæ genus, Colum. 8 cap. 5, & 12 cap. 47.

¶ Rēgie, adverb. königlich; ut, *Regie ſtatuere*, nach königlicher weiſe, Cic. 5 in Verr. cap. 48. *Regie polita ædificia*, Varro lib. 1 de R. R. cap. 2. Et Gloſſ. Cyrill. *Regie*, *βασιλικῶς*.

¶ Rēgĭfĭcus, a, um, idem quod *Regius*, *Regalis*, königlich. Virg. Æn. 6 v. 605 *Epulæ regifico luxu.* Et Valer. Flaccus 2 v. 652

menſæque paratu Regifico.

¶ Rēgifice, adverb. idem. Cic. Tuſcul. 3 cap. 19 ex veteri Tragico: *Auro, ebore inſtructam regifice*, ſcil. domum. Et Silius lib. 11 v. 273

Regifice exſtructis celebrant convivia menſis.

¶ Rēgĭfūgium, i, die königsflucht. Sic, dicente Paulo ad Feſtum, *ſacrum dicebant, quo die rex Tarquinius fugerit e Roma.* Auſon. eclog. de Feriis Rom. v. 13

Nec regifugium pulſis ex urbe tyrannis.

Conf. ſupra *Fugalia* in *Fugio*.

¶ Regno, avi, atum, are, regnum adminiſtrare, regieren, herrſchen. Priſcianus: *Rex, quod* (vocabulum) *a regendo naſcitur, peperit ex ſe aliud verbum, quod eſt* REGNO. Seneca in Medea v. 194

Si judicas, cognoſce, ſi regnas, jube.

Sic autem conſtruitur: *Regnare oppido* cum dativo, Cic. in Verr. 4 cap. 54. *Regnare in otio*, Seneca Herc. furente v. 526. Et, *Grajas regnare per urbes*, Virgil. 3 Æneid. v. 295. ¶ 2. Aliquando *regnare* eſt, pro, voto animi vivere, beatum eſſe, vacare curis ac labore. Horatius lib. 1 epiſt. 10 v. 8

Quid quæris? vivo & regno, ſimul iſta reliqui.

Phædrus lib. 3 fab. 8 extr.

Regnare nolo, liber ut non ſim mihi.

Sic, *Regem eſſe*, pro felicem, beatum eſſe dicebant, de quo ſupra. In paſſivo uſus. Tacit. 1 Hiſtor. c. 16 *Neque enim hic, ut in cæteris gentibus quæ regnantur.* Item de Germania cap. 25 *Exceptis duntaxat iis gentibus, quæ regnantur*, id eſt, quæ ſub regibus ſunt. ¶ *Regnatur*, impersonale, apud Virg. 1 Æneid. v. 272

Hic jam ter centum totos regnabitur annos.

¶ Regnātus, a, um, regiert, beherrſcht. Plin. 6 cap. 20 *Gens Pandæ regnata fœminis.* Ovid. Pont. 4 epiſt. 15 v. 15

Regnataque terra Philippo.

Horat. 2 od. 6 v. 11 *& regnata petam Laconi*
Rura Phalanto.

Idem 3 od. 29 v. 27 *Quid Seres & regnata Cyro*
Bactra parent. Adde Virg. Æn. 3 v. 14 &c.

¶ Regnātor, ōris, ein regierer, herrſcher; ut, *Regnator Aſiæ*, Virgil. 2 Æn. v. 557. Et Auſonius epigram. 3 de Danubio:

Illyricis regnator aquis, tibi, Nile, ſecundus.

Sic, *Summi regnator olympi*, i. e. Deus, Virg. Æneid. 7 v. 558. conf. Æneid. 4 v. 269. Sic, *Regnator agelli*, i. e. poſſeſſor, Martial. 10 epigram. 61.

¶ Regnatrix, īcis, die regiererin. Adjective *Regnatrix domus*, id eſt, familia auguſta, Tacit. Annal. lib. 1 cap. 4.

¶ Regnum, i, quod regionibus continetur & a rege poſſidetur, dominatus, ditio, ein königreich, herrſchafft; ut, *Regnum appetere*, Cicer. pro Milone cap. 27. Et, *Regnum alicui deferre*, Idem 2 Philipp. c. 34, antragen. *Regnum occupare*, Idem 5 Philipp. cap. 6, einnehmen. *Sub regno alicujus eſſe*, Cicer. 7 ad Attic. epiſt. 27. Et Terentius Adelph. a. 2 ſc. 1 v. 21 *Regnumne hic tu poſſides*, &c. Juſtinus lib. 39 c. 4 *Periculoſo regno ſecura ac tuta vita anteponenda eſt.* Sic, *Regnum nobilis ſervitus eſt*, Antigoni dictum ad filium violentius agentem erga ſubditos, apud Ælian. lib. 2 Hiſt. Var. cap. 20. Et Salluſt. in oration. Micipſæ, *Non exercitus, neque theſauri præſidia regni ſunt, verum amici*: vide *Sceptrum*. Seneca in Hercul. furente v. 353

Ars prima regni, poſſe te invidiam pati.

Idem in Thyeſte v. 215 *ubi non eſt pudor,*
Nec cura juris, ſanctitas, pietas, fides,
Inſtabile regnum eſt.

Idem Thebaide v. 598 *In ſervitutem cadere de regno, grave eſt.*

¶ 2. *Regnum* etiam, ut puto, dicebatur luſus ille per Saturnalia celebratus, quo talorum jactu ſortitio de rege fieret, ſive quo ſortirentur, qui rex eſſet, & cæteris, quæ vellet, joculariter imperaret. Meminit ejus Tacitus Annal. 13 cap. 15, ubi Lipſium, ſi lubet, vide. Obtinet & hodie ludicrum tale.

Compoſita varia a *Rego*:

¶ Arrĭgo, exi, ectum, ĕre, in die höhe aufrichten, aufrecken; ut, *Arrigere aures*, Terent. Andr. a. 5 ſc. 4 v. 31. *Arrexere animos Itali*, Virg. Æn. 12 v. 251. *Eos non paullum oratione ſua Marius arrexerat*, Salluſt. B. Jug. cap. 84, i. e. excitaverat.

¶ Arrectus, a, um, aufgereckt. Virgil. 1 Æneid. v. 152

Arrectis auribus adſtant.

Et, *Arrectæque horrore comæ*,

Idem 4 Æneid. v. 280, die haare ſtunden mir zu berge. ¶ 2. Excitatus, ermuntert. Salluſt. B. Jug. cap. 86 *Poſtquam plebis animos arrectos videt.* Virg. Æneid. 5 v. 138 *Laudum arrecta cupido.*

¶ Arrectārius, a, um, aufgerichtet, zum aufrichten dienlich; ut, *opera arrectaria*, Vitruv. lib. 7 cap. 3, i. e. quævis materiæ, ſive ligneæ, ſive lapideæ, tympana includentes, eckſteine, ſeiten-balcken, wand-ſäulen.

¶ Conregno, āre, una regnare, zugleich regieren. Hieronymus in Daniel. c. 9 p. 518 B. *Cleopatra conregnavit Auguſto annis tredecim.* Sulpic. Severus lib. 2 cap. 33 Hiſt. Sacr. *Helena Auguſta cum filio conregnabat.* Et Sedulius lib. 3 [al. 4] extremo:

Cui Sanctus ſemper conregnat Spiritus æque.

¶ Corrīgo, exi, ctum, ĕre, gerad richten. Plin. 7 c. 20 *Miloni athletæ malum tenenti nemo digitum corrigebat*, niemand vermocht ihm einen finger zu ſtrecken. ¶ 2. Per metaphoram *Emendare* ſignificat, ändern, beſſern; ut, *Corrigere mendum*, Cic. 4 Verr. cap. 42. *Corrigere gnatum porro enitere*, den ſohn zurecht zu bringen, Terent. in Andr. a. 3 ſc. 4 v. 17. *Corrigere mores civitatis*, Cic. 3 de Leg. cap. 14. Et, *Corrigere alicujus ſententiam*, Idem in Philipp 8 cap. 11. *Facillime corriguntur in diſcendo, quorum vitia imitantur emendandi cauſſa magiſtri*, Idem 1 Offic. cap. 41.

¶ Correctus, a, um, verbeſſert. Cic. ad Attic. 13 epiſt. 48 *Laudationem Porciæ tibi miſi correctam.*

¶ Correcte, adverbium pervulgatum quidem, ſed autoritate deſtitutum, pro quo *pure & emendate* Cic. de opt. Gen. Orat. cap. 2.

¶ Correctio, ōnis, die beſſerung, verbeſſerung; ut, *Correctio diſciplinæ*, Cicer. Acad. 1 cap. 12. *Adhibere correctionem*, Idem 3 Offic. cap. 2. Et Apulejus de Mundo p. 74 *nullâ indigens correctione.* ¶ 2. *Correctio*, ſchema; tollit vel corrigit quod dictum eſt: ut, *Filium unicum adoleſcentulum habeo: Ah quid dixi habere me, imo habui, Chreme*, Ter. in Heaut. a. 1 ſc. 1 v. 129. Vide de hoc ſchemate Auctorem Rhetor. ad Herenn. lib. 4 c. 26, ubi accurate definit.

¶ Corrector, ōris, qui corrigit & emendat, ein beſſerer; ut, *Corrector & emendator civitatis*, Cicer. pro Balbo cap. 8. *Invidiæ & aſperitatis corrector*, Horat. lib. 2 epiſt. 1 v. 129. ¶ 2. Item, qui provinciæ aliquam partem regit, & rectori ſive ordinario præſidi adjunctus veluti eſt, apud Eutrop. lib. 9 cap. 9, & Ammian. lib. 27 cap. 4. Sic & *Corrector Flaminiæ & Piceni*, apud Gruter. Inſcript. f. 407 n. 8. *Corrector Italiæ*, ibid. f. 279 n. 4. *Corrector Tuſciæ & Vmbriæ*, ibid. f. 487 n. 2; &, *Corrector Lucaniæ & Bruttiorum*, Reineſ. Inſcript. p. 399.

¶ Correctūra, æ, munus correctoris, die ausbeſſerung. Auſonius Parental. 24 *Nam correcturæ tibi Tarraco Hibera tribunal*
Præbuit, adſectans eſſe clienta tibi.

¶ Corrigia, æ, lorum, quo verberabantur ſervi, ut corrigerentur, eine lederne peitſche, korwatſche; ut, *Corrigia canina*, Plin. 30 cap. 4. *Corrigia calceamenti*, ein ſchuhriem, Cic. 2 Nat. Deor. cap. 40. A *Corio* deducit Iſidorus 19 cap. 34.

¶ Incorrectus, a, um, ungebeſſert; ut, *Opus incorrectum*, hoc eſt, non correctum, Ovid 3 Triſtium eleg. 14 v. 23.

¶ Recorrīgo, ĕre, ausbeſſern. Seneca epiſt. 50 *Recorrigere animum, antequam indureſcat pravitas ejus.*

¶ Dīrīgo, exi, ectum, ĕre, gleich richten, gerade machen. Sic, *Curſum ſuum aliquo dirigere*, ſeinen weg wohin richten, Cic. pro Sextio c. 45. *Cogitationes ſuas ad rem aliquam dirigere*, Idem 4 Acad. cap. 20. Et, *Honeſtate dirigenda eſt utilitas*, hoc eſt, metienda, vel ad honeſtatem dirigenda, Cic. 3 Offic. cap. 21. Ac Plinius in Panegyr. cap. 45 *Ad vitam principis dirigimur, ad hanc convertimur, nec tam imperio nobis opus eſt, quam exemplo*, wir richten und reguliren uns nach ihm. *Aciem dirigere*, eſt diſponere, apud Hirtium B. Afric. c. 13, die ſchlacht-ordnung machen. Sic, *Caſtella dirigere*, Florus lib. 4 cap. 12 dixit. ¶ 2. *Dirigere* abſolute, & *dirigere ſe* ad aliquid, pro ire, venire, procedere, aut penetrare ponitur, Quintilian. 10 cap. 1. Sic, *in aſpectum dirigere ſe*, venire eſt, apud Apulejum. Et Vlpianus L. Saccularii 7 Dig. de extraordinariis criminibus: *Qui* DIRECTARII *appellantur: hoc eſt, hi, qui in aliena cœnacula ſe dirigunt furandi animo.* Vopiſcus in Probo cap. 19 *Occiſi ſunt præterea multi, qui dirigere nolebant* (ita enim ex veteribus libris reſcribendum eſt) *ſagittis*. Vbi vide Salmaſium. ¶ 3. *Dirigere*, pro *diſcindere* Plautum poſuiſſe, Feſtus obſervat: illud Curcul. a. 3 v. 54 reſpiciens, ut ibi probat Scaliger:

Clypeatum elephantum ubi machæra dirigit.

Vetus Auctor Elegiæ in Obitum Mæcenatis v. 109

Viſcera directi mutaverat Arietis agno
Æetes ſuccis omniperita ſuis.

Directi, i. e. diviſi, diſſecti. *Dirigere* enim eſt *διχοτομεῖν*. Atque ita ibi emendavit Scaliger, quod vulgo *diſſecti* legitur. Sic, *dirigere gallinam*, dixit Nigidius apud Gellium lib. 7 cap. 9, ut Scaliger quidem l. d. in Catalect. pag. 270 legit, quod aliis fere omnibus, Aldo, Moſellano, Oiſelio, Gronovio, Prouſtio, eſt *deligitur*. ¶ 4. Apud ſcriptores poſterioris ævi *Dirigere* quoque eſt *mittere*. Sidonius lib. 7 epiſt. 9 pr. *Injungis, ut orationem, quam videor ad plebem Biturigis in eccleſia ſermocinatus, tibi dirigam.* Aurel. Victoris Epitoma in Claudio Gothico: *ad quem indumenta regia direxerat.* Adde Guil. Goeſii Indicem in Rei Agrar. Scriptores.

¶ Dīrectus, a, um, gerade, ſchnurrichtig; ut, *Oratio directa*, eine richtige rede, ſo ohne umſchweiff iſt, und gleich zugehet. Cæſar 1 de B. C. cap. 45 *Præruptus locus erat ex utraque parte directus, ac tantum in latitudinem patebat, ut tres cohortes eum explerent.* Et lib. 2 cap. 24 *Id autem eſt jugum directum, eminens in mare utraque ex parte præruptum & aſperum*, von einer geraden und gleichen höhe. Virg. 2 Georg. v. 281 *Directæ acies.* ¶ 2. Aliud eſt *dierectum* apud Plautum Trin. a. 2 ſc. 4 v. 56, & Moſt. a. 3 ſc. 2 v. 159 &c. *Dierectum*, inquit Feſtus, *dicebant per antiphraſin, volentes ſignificare malum diem.* Voſſio magis placet ſic dici, quaſi *ſub dio erectum*, h. e. in crucem actum. Sic apud Plaut. Mercat. a. 1 ſc. 2 v. 72 *I hinc dierectus*, i. e. abi in malam rem, i. e. ut nos dicimus, gehe an galgen.

¶ Directe, & Directo, adverbia, gerade zu, richtig; ut, *Directo ad finem ſpectare*, gerade zum ende lauffen, Cicer. Partit. Orat. cap. 13. *Cum ſemel dictum ſit directe*, Idem ibid. c. 7. Et, *Directius gubernare*, Idem 4 Acad. cap. 20.

¶ Dīrectim,

¶ Directim, adv. idem. Apulejus lib. 3 Doctr. Plat. p. 34 usus est, cum *directim & reflexim inferre conclusionem* dixit.

¶ Directio, ōnis, die leitung, richtung. Quintilian. lib. 3 cap. 6 *Conjectura dicta est a conjectu, id est, directione quadam rationis ad veritatem.*

¶ Directūra, æ, idem. Vitruvius lib. 7 cap. 3 *quo fundatior erit ex arenato directura.*

¶ Directārius, i, ein heimlicher dieb. Quos Vlpianus *Directarios* vocet, dictum est paullo ante in *Dirigo.* conf Parei Lex. Crit. p. 363.

¶ Directiangŭlus, a, um, winckel-recht, das gleich auf einen winckel zustehet, Martian. Capell. lib. 6.

¶ Indīrectus, a, um, ungeschickt, unförmlich, ungerade; ut, *Indirecta actio*, incomposita, ungeschickt, unzierlich, Quintilian. lib. 5 cap. 13.

¶ Ērigo, exi, ectum, ĕre, elevare, aufrichten. *Extollere caput & se erigere*, Cicer. pro Planc. c. 13. *Erigere aciem*, Liv. lib. 3 c. 18. Et, *Animum demissum & oppressum erigere*, Cic. pro Cluent. cap. 21. *Erigere se & confirmare*, Idem ad Qu. fratr. lib. 1 epist 3, sich ermuntern, einen muth fassen. *Erigere & recreare afflictam & perditam provinciam*, Idem in Verr. 5 c. 91. Sic, *Erigere conscientiam perturbatam*, ein blöd betrübt gewissen trösten. ¶ 2. *Erigere* etiam de rebellantibus dicitur. *Erigere se*, einen aufstand machen: Florus lib. 2 cap. 12 *Dum aliæ aliæque gentes Syriaci belli sequuntur ruinam, Macedonia se rursus erexit.* Idem cap. 17 ejusdem libri: *Cæterum Lusitanos Viriatus erexit:* id est, concitavit, auctor fuit, ut rebellarent, er hat sie aufgewiegelt. Et lib. 3 cap. 17 *His motibus ut resisteret Drusus, plebem ad se Gracchanis legibus, iisdem socios ad plebem spe civitatis erexit.*

¶ Ērectus, a, um, aufgerichtet, frisch, munter; ut, *Animus magnus, alacer, erectus*, Cic. pro Dejot. cap. 13. *Animus sanus, erectus & despiciens fortunam*, Senec. epist. 9. Et, *Erectior senatus erat, adhortationibus nostris excitatus*, freudiger, getroster, Cicer. ad Brutum epist. 10. Et lib. 1 Offic. c. 30 *Si quis est paullo erectior, quamvis voluptate capiatur, occultat & dissimulat appetitum voluptatis.*

¶ Erecte adverb. idem; cujus comparativus apud Ammianum est lib. 15 c. 10 *Erectius jam loquebatur*, id est, liberius.

¶ Erectio, ōnis, die aufrichtung. Vitruvius lib. 10 cap. 5 extr. *sine tignorum erectionibus.* Et Augustinus Serm. 1 in vigilia Pentecost. *De summa erectione, ultima dejectione damnatus est.*

¶ Subērigo, ere, modicum erigere, ein wenig aufrichten. Silius lib. 15 v. 155 *Isthmon curvatâ sublime suberigit undâ.*

¶ Interregnum, i, *intervallum regni*, ut Livius definit lib. 1 cap. 17, sive tempus illud dicitur, quo imperium rege, seu magistratu, vacat, die zeit, da kein regent ist. Nec tantum sub regibus hæc consuetudo obtinuit, sed sub ipsis etiam consulibus. Liv. lib. 5 cap. 31 *Consulibus morbo implicitis placuit, per interregnum renovari auspicia. Itaque cum ex SC. consules magistratu se abdicassent, interrex creatur M. Furius Camillus* &c. Et Cic. lib. 3 ad Qu. fratr. epist. 2 *Res ad interregnum spectare videtur.* Et, *Inire interregnum*, Liv. lib. 3 cap. 8 pr.

¶ Interrex, rēgis, ein reichsverweser, stadthalter. Cic. ad Attic. 9 epist. 15 *Si Sulla potuit efficere, ab interrege ut dictator diceretur*, &c. *Interrex* autem proprie eum significat, qui regis dēfuncti administratione fungitur: deinde, ut interregnum etiam extra regium imperium extensum fuit, sic quoque *Interrex*, ut ex Livio apparuit lib. 5 cap. 31. Verba in *Interregnum* modo produximus. Prodebantur autem Interreges comitiorum caussa. De *Interrege* plura Ascon. Pedianus in Cicer. Milonianam, tum in Argumento sub initium, tum principio expositionis.

¶ Irrēgĭbĭlis, e, das sich nicht regieren lässt. Veget. 2 de Re Vet. *Irregibile se parieti impingit*

¶ Irrēgŭlāris, e, unordentlich. Guilelm. Tyrius lib. 13 c. 26 *Irregularis ventorum concursus.*

¶ Pergo, perrexi, ectum, pergĕre, quasi *perrigere*, ut ex præterito & supino apparet, fortfahren, fortgehen; ut, *Huc sum pergunt*, Terent. Hecyr. a. 3 sc. 4 extr. sie kommen und gehen hieherwerts. *Hac pergito*, da gehe auf zu, Idem Adelph. a. 4 sc. 2 v. 38. *Pergere & pervenire aliquo*, Cicer. Bruto epist. 10. *Pergere iter*, Terent. Hecyr. a. 1 sc. 2 v. 119. Et, *Viam aliquot dierum in Macedoniam perrexit*, Cic. pro Planco cap. 41. ¶ 2. *Sed si mihi molestus pergis esse, jam intro arripiere*; id est, nisi desines mihi esse molestus, wo du nicht ablassen, wirst du fortfahren, Terent. in Adelph a. 2 sc. 1 v 27. *Scribere quæso perge*, Cic. 10 Attic. epist. ult. Et, *Conficere iter reliquum pergas*, Idem 2 de Orat. cap. 71 extr. *Domum ire pergam*, id est, properabo, Terent. in Phorm. a. 1 sc. 4 v. 17.

¶ Pergŭla, vide supra suo loco.

¶ Expergo, ĕre, significatione *expergefaciendi* Accius usus legitur apud Nonium cap. 2 n. 278: *Heus vigiles*, inquit, *properate, expergite pectora tarda sopore, exsurgite.* Sanctæ locum vide ibidem. Et Gellius lib. 6 cap. 10 *Ista re* [Taurus philosophus] *animos juvenum expergebat.* ¶ Est & aliud *Expergo* a *Spargo*, quod rectius *Exspergo* scribitur. Vide illud infra in *Spargo.*

¶ Expergĭtus, a, um, *ab alio excitatus, quem solemus dicere expergefactum*, inquit Festus, erweckt, aufgeweckt. Gloss. ἐξυπνισθείς. Diomedes lib. 1 p. 372 *Expergitum* sonare eum, *qui satiatus somno sponte evigilat*, probat ex Lucilio, qui eodem usus est. Et Lucret. 3 v. 943

Nec quisquam expergitus exstat,
Frigida quem semel est vitai pausa secuta.

Adde Gronovium ad Liv. lib. 7 cap. 36.

¶ Expergĭte, adverb. wachsam, munter. Apul. lib. 8 Met. *Expergite auscultare.* Idem Met. 2 *Expergite munus obire.*

¶ Expergisco, ere, active pro *excitare*, ermuntern, erwecken. Plin. 22 cap. 13 *Vrtica lethargicos expergiscit.* Ita legit Perottus; sed meliores libri aliter. ¶ Pro *expergisci*, erwachen, neutraliter posuit Pomponius apud Nonium cap. 7 n. 40 *Tam clare tonuit, ut, si quis dormitaret, expergisceret.* Vsitatius est

¶ Expergiscor, experrectus sum, expergisci, excitari, erwachen, aufwachen. Sallust. Catil. cap. 52 *Expergiscimini aliquando*, werdet einmahl munter. Apulej. lib. 1 Met. *Ad hæc nescio an casu nostro, an illius absono clamore experrectus Socrates exsurgit prior.* Horat. lib. 1 epist. 2 v. 33

Vt teipsum serves, non expergisceris?

Cic. ad Attic. lib. 13 epist. 38 *Simul cum sole expergisci*, mit der sonnen aufstehen.

¶ Experrectus, a, um, wach, munter, wacker; ut, *Experrecta nobilitas*, Cic. pro S. Rosc. cap. 49. Compar. *Experrectiores apes*, apud Columell. lib. 9 cap. 7. Festo *Experrectus* est, *qui per se vigilare cœpit*; nam aliquid differentiæ ostendit inter *Expergitum, experrectum* & *exporrectum.*

¶ Inexperrectus, a, um, unerweckt. Ovid. Metam. 12 v. 317

Sopitus vinis & inexperrectus, &c.

¶ Expergēfacio, ĕre, erwecken, aufwecken. Cic. 7 Verr. cap. 15 *si forte expergefacere te posses*

¶ Expergefio, eri, erwecket werden, erwachen: ut, *Somno expergefieri*, Sueton. Calig. cap. 38.

¶ Expergēfactus, a, um, ermuntert, aufgeweckt. Lucret. lib. 5 v. 128

Illâ quoque expergefactum caput erigere infit, i. e. incipit.

¶ Expergefactio, ōnis, die erweckung. Augustinus de Vera Religione cap. 51 *a somno expergefactio.*

¶ Expergĭfico, āre, idem ac *expergefacere.* Gell. 17 cap. 12 *Ingenio expergificando idoneum.*

¶ Expergĭficus, a, um, ermunternd. Apulej. in Flor. *Galli expergifico carmine occinunt.*

¶ Porrĭgo, exi, ectum, ĕre, quasi *porro regere*, extendere, für sich strecken; ut, *Arbores, plantæ, radices porrigunt.* Sic, *Porrigere in longitudinem*, Liv. 25 c. 21, in die länge strecken. ¶ 2. Sed, *Dextram porrigere*, Cic. pro Dejot. cap. 3. *Manum alicui porrigere*, Idem pro Flacc. cap. 7, die hand reichen, geben. Et, *Afflicto & jacenti dextram fidemque porrigere*, Cic. post red. in Sĕnat. cap. 9. ¶ 3. *Porgo*, pro *porrigo*, per syncopen, etiam legitur; e.g. apud Virgil. Æn. 8 v. 274

Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris.

Ita & Corippus: *Pro munere carmina porgo.* Vide Voss. Etym. p. 431.

¶ Porrectus, a, um, id est, extensus, prostratus, gestreckt, hingestreckt. Virgil. 9 Æneid. v. 589 de occiso Arcentis filio:

multâ porrectum extendit arena.

Tibullus lib. 1 eleg. 3 v. 75

Porrectusque novem Titius per jugera terræ.

Vsurpatur & de locis Cæsari 2 de B. Gall. cap. 19 *Neque nostri longius impetum facerent, quam quem ad finem porrecta & aperta loca pertinebant.* Horat. lib. 1 epist. 7 v. 41

Non est aptus equis Ithacæ locus, ut neque planis
Porrectus spatiis.

Comparat. *Porrectior.* Lactantius Opific. Dei cap. 20 *Deus porrectiores longioresque formavit* [plantas pedum, in homine,] *ut stabile corpus efficerent planicie sua.* Plautus etiam ad frontem traxit, *porrectiore fronte loqui*, in Casina a. 2 sc. 4 v. 3, id est, vultu hilariore, quia lætitia frontem porrigit; tristitia contrahit in rugas.

¶ Porrectum, i, subst. die fläche. Plin. 4 c. 9 *Thessaliæ in porrectum longitudo.* Minut. Felix cap. 17 n. 12 *Porrecta camporum.* Adde Apic. 5 c. 4, & Gaj. JCt. Dig. lib. 8 t. 3 leg. 8. Elegans proverbium in Cicer. 5 ad Attic. epist. 18 *Ne quid inter cæsa & porrecta, ut ajunt, oneris mihi addatur aut temporis*, damit man mich nicht zu ungelegener zeit hindere und beschwerlich sey. Sumptum a prisco auspiciorum ritu, de quo Varro L.L. 5 cap. 3 *Flamen Dialis agna Jovi facit, inter cujus exta cæsa & porrecta prorsus vinum legit.* conf. Chiliad.

¶ Porrecte, adverb. lang, flach. *Sago Puniceo porrectius parso*, Ammian. lib. 29 cap. 32 [Vales. fol. 577.]

¶ Porrectio, ōnis, die streckung; ut, *Digitorum porrectio facilis propter molles commissuras*, die ausstreckung der finger, Cic. de Nat. Deor. lib. 2 cap. 60. Et Vitruvius lib. 10 cap. 8 extr. *porrectionibus ad centrum.* Et Aut. ad Herenn. 3 cap. 15 *Celeri porrectione brachii.*

¶ Apporrĭgo, ĕre, darstrecken. Hinc

¶ Apporrectus, a, um, dargestreckt. Ovid. Met. lib. 2 v. 563

Infantemque vident, apporrectumque draconem.

¶ Exporrĭgo, ĕre, & per syncopen Exporgere, extendere, ausstrecken. Mela lib. 1 cap. ult. *Hinc orti montes longo se jugo exporrigunt.* Et Seneca Vit. beat. cap. 9 *Quid securus, & in tanta temporum fuga lentus, menses tibi, & annos, & longam seriem, utcunque aviditati tuæ visum est, exporrigis?* Sed, *Exporrigere* seu *Exporgere frontem*, frölich, lustig seyn: Terent. in Adelph. a. 5 sc. 3 v. 53 *Da te mihi hodie, exporge frontem.* At, *Contrahere frontem*, contrarium.

¶ Exporrectus, a, um, ausgestreckt. Festus, uti legit Gronovius ad Liv. 7 cap. 36, *Exporrectus, a* PORRIGENDO SE *vocatus, quod facimus recentes a somno.* Prudent. Hamartig. v. 856

Illic purpureo latus exporrecta cubili.

¶ Reporrĭgo, ĕre, wiedergeben. Petron. Fragm. Tragur. p. 23 *Phialam fecit reporrigere Cæsarem.* vid. Schefferi not. p. 115.

¶ Subrēgŭlus, i, qui sub rege vel regulo alio est. Ammianus lib. 17 cap. 27 [Vales. cap. 12 extr.] *Agilimundus subregulus aliique optimates.*

¶ Surrĭgo, ĕre, vel subrigere, von sich strecken, in die höhe recken, aufrichten, spitzen. Virg. 4 Æneid. v. 183

Tot linguæ, totidem ora sonant, tot surrigit aures.

¶ Surrectus, vel Subrectus, a, um, aufgereckt; ut, *cuspis subrecta*, Sil. 10 v. 252 *Montes subrecti*, qui ex mari exsurgunt, Seneca Q. N. 6 cap. 21. *Surrecta & patula cornua*, Colum 7 cap. 3.

¶ Surgo, surrexi, ectum, surgere, ex *surrigo* contractum, ut ex *Perrigo, pergo*, aufstehen. Sic, *Surgere e lecto*, Terent. Adelph. a. 4 sc. 1 v. 4. Et, *Multo ante lucem surrexit*, Cicero 2 de Invent. c. 4, er ist früh vor tag auf gewesen. *De sella surgere*, Idem 6 in Verr. c. 65 extr. *Surgere ad dicendum*, Cic. pro S. Rosc in principio. Et Metaphorice: *Mœnia surgunt*, Virg. 1 Æn. v. 437, sie werden in die höhe aufgeführet. Et, *Ventus surgit*, Æn. 3 v. 130, der wind erhebet sich. *Mare surgit*, Ovid. 15 Metam. v. 508, id est, fluctus ciet. Ita, *Rumor surrexit*, Tacitus lib. 2 Hist. c. 42, ein geschrey ist entstanden. Et, *Pugna aspera surgit*, i.e. oritur, die schlacht gehet an, Virg. Æn. 9 v. 667.

¶ Surrectio, ōnis, die aufstehung. Arator in Act. Apost. cap. 4
Quid toties Judæa cadis? surrectio Christi
Vt furto celetur, emis.

¶ Surrectĭto, are, frequent. aufsteigen: Cato apud Gellium lib. 10 c. 13, sed obsoletum est.

Composita a *Surgo*:

¶ Adsurgo, vel Assurgo, rexi, ctum, gĕre, aufstehen. Cic. in Pison. c. 12 *An quisquam in curiam venienti adsurrexit?* Liv. sub fin. lib. 9 *Quum consensu nobilium adolescentium, qui ibi assidebant, assurrectum ei non esset.* ¶ 2. Improprie, empor kommen. Vellej. 2, 51, 3 *Illis incrementis fecit viam, quibus assurgeret in triumphum.* Virg. 4 Æn. v. 86
Non cœptæ adsurgunt turres.

¶ Circumsurgo, ĕre, um und um empor stehen. Tacitus Annal. 1 cap. 64 n. 4 *circumsurgentibus jugis*, id est, collibus in circuitu imminentibus. Et Celsus 7 cap. 15 *In media parte circumsurgente quodam nodo.*

¶ Consurgo, ĕre, mit einander aufstehen. Cicero 4 fam. epist. 4 *Quum senatus cunctus consurgeret, & ad Cæsarem supplex accederet.* Et Cæsar lib. 5 de B. Gall. cap. 30 *Consurgitur ex concilio: comprehendunt utrumque & orant* &c. Et Phædrus lib. 5 fab. 8 v. 28 *In plausus consurrectum est.*

¶ Consurrectio, ōnis, die aufstehung. Cicer. de Arusp. Respons. cap. 1 *consurrectione omnium vestrum.* Idem ad Attic. lib. 1 epist. 16 *Credo, te audisse, quæ consurrectio judicum facta sit.*

¶ Desurgo, ére, quo, pro exonerandi ventris caussa secessum petere, Scribonius Largus usus est cap. 192, zu stuhl gehen: *Tenesmus*, inquit, *est irritatio ultimæ partis intestini directi: in quo sæpius labet desurgere.* vide Turneb. lib. 17 cap. 17.

¶ Desurrectio, ōnis, der stuhlgang, Marcell. Empir. cap. 27.

¶ Exsurgo, ĕre, aufstehen. Virg. Æn. 6 v. 606 *Accubat* &c. *Exsurgitque facem attollens.* Plaut. Rud. a. 4 sc. 2 v. 10 *Vt de nocte multa impigreque exsurrexi.* Livius lib. 6 cap. 4 *Et Roma cum frequentiâ crescere, tum tota simul exsurgere ædificiis*, scil. cœpit. Legitur & in Fragm. Petronii Traguriensi p. 46 *Consternatus ego exsurrexi, & timui, ne* &c.

¶ Insurgo, ĕre, wieder etwas aufstehen, aufsteigen. Virg. 11 Æn. v. 697 *Altior insurgens* &c. *securim per ossa congeminat.* Idem 5 Æn. v. 189 *insurgite remis.* Ovidius 9 Metam. v. 444 *alicujus regnis insurgere* dixit, id est, invadere illa, bello petere, sich empören.

¶ Præsurgo, ĕre, ante surgere, vorhergehen. Avienus in Prognost. Arat. v. 272 *Interdum tenuis prævertere nubes*
Visa deum. Hæc celeris si præsurrexerit ortum,
Ipseque pone sequens radiorum luce carere
Cernatur; nimbis ingentibus arva madebunt.

¶ Resurgo, ĕre, wieder aufstehen, wieder aufgehen; ut, *Resurgentes herbæ*, Ovid. 2 Amor. el. 16 v. 9, hoc est, recrescentes. Eleganter ad instaurationem urbium transfertur. Curtius lib. 5 cap. 7 n. 9 de exusta Persepoli: *ne longa quidem ætate resurrexit.* Adde Paterculum lib. 1 cap. 7, & Propert. lib. 4 eleg. 1 v. 87. Nec minus scite Livius ad reipublicæ statum lib. 24 cap. 45 transtulit: *Posteaquam res Romana contra spem votaque ejus velut resurgeret.* Sacra notio de mortuorum reditu in vitam, ex scriptoribus ecclesiasticis notissima est, auferstehen.

¶ Resurrectio, ōnis, die auferstehung, apud eosdem ecclesiæ scriptores tritissimum vocabulum, eadem ratione conformatum, uti *Consurrectio* Ciceronis; v. g. Tertullianus principio libri de Resurrectione Carnis: *Fiducia Christianorum, resurrectio mortuorum.*

Regredior, regressio, &c. Regula, regulus, &c. Regusto, Regyro, vide supra *Gradus, Rego, Gusto, Gyrus.*

Rehalo, Rehisco, vide *Halo, Hisco.*

Rejectio, rejicio, &c. Reitero, vide supra *Jacio, Itero.*

Relābor, Relangueo, Relatio, relatus, &c. Relāvo, Relaxatio, relaxo, Relegatio, relēgo, Relĕgo, Relentesco, Relĕvo, &c. Relicinus, Relictio, Religatio, &c. vide *Lābor, Langueo, Fero, Lavo, Laxus, Lēgo, Lĕgo, Lentus, Levo, Licium, Linquo, Ligo.*

RĔLĪGIO, ōnis, metus sive timor numinis, die gottesfurcht, der gottesdienst. Sunt enim reciprocæ hæ voces, ut Servius notat ad illud Virg. Æn. 2 v. 715 *Relligione patrum multos servata per annos*; quem vide. Ita *formido* & *horror* aliquando pro *religione* ponitur. *Terroris* voce similiter usus Tacitus est de Germania cap. 40 extr. *Servata religio, jurisjurandi* scilicet, vel obligatio per jusjurandum facta, Nepos Agesil. c. 2 n. 5. Ita, *Homo sine ullâ religione & fide*, qui nec fas, nec jus, nec divina, nec humana curat, Idem Dione cap. 8 n. 2. Et, *Religionem minuere*, Idem Agesil. c. 4 n. 8. Vnde *Religionis* vocabulum derivetur, disputat Augustinus lib. 1 Retractat. c. 13. Sic, *Hoc vinculo pietatis obstricti Deo & religati sumus: unde ipsa religio nomen accepit, non ut Cicero* (de N. D. 2 cap. 28) *interpretatus est, a relegendo*, Lactant. 4 cap. 28 n. 3. ¶ 2. * *Religio* interdum est *Superstitio*, aberglaube. Justinus lib. 18 cap. 6 *cruenta sacrorum religione & scelere pro remedio usi.* Et lib. 22 cap. 6 *terrebat eos portenti religio.* Vnde *religiosus* pro *superstitiosus* in illo vetere versu:
Religentem esse oportet, religiosum nefas.
Sic vicissim *superstitio* in bonam partem pro *religione*: vide *Superstitio.* Grævius. Differentiam vero quandam ostendit Cic. de N. D. 2 cap. 28. ¶ 3. *Religio* pro conscientiæ scrupulo, das gewissen. Cic. in Catil. 3 cap. 6 *Vt, quæ religio C. Mario non fuerat, quominus Glauciam occideret, ea nos religione in privato P. Lentulo puniendo liberaremur.* Idem de Divin. 1 cap. 35 *Nec eam rem habuit religioni*, er hat sich darüber kein gewissen gemacht. Sic, *Religio est dicere*, Terent. Heaut. a. 2 sc. 1 v. 16. ¶ 4. *Religio* est debitum officii, die pflicht, schuldigkeit. Cic. 3 Verr. cap. 1 *Quis huic ignoscat, si qua in re ipse ab religione officii declinarit.*

¶ Rĕlĭgiōsus, a, um, sacer, religioni dicatus, heilig, gottesfürchtig; ut, *fanum religiosum*, Cic. pro Lege Manil. cap. 22. ¶ 2. Timidus propter sacra, gewissenhafft. Cicero pro Cæcin. cap. 10 *in testimonio religiosum se præbuit.* Livius lib. 2 cap. 5 *Fructum* [campi Martii] *religiosum erat consumere*, man machte sich ein gewissen drüber, wenn sie es &c. *Religiosi dies* sunt Gellio tristi omine infames, lib. 4 c. 9. Exemplum habet Liv. lib. 6 cap. 1. Gradibus quoque adsurgit; ut, *Religiosiores agricolæ*, Colum. sub fin. lib. 11. *Cautior religiosiorque*, Plin. lib. 29 cap. 1 sect. 5. Et, *Religiosissimi mortales*, Sallust. Catil. cap. 12. *Sacra religiosissima*, Vellejus lib. 2 c. 45. Et, *Homo non religiosissimæ fidei*, Seneca Quæst. Nat. lib. 7 cap. 16. conf. Gell. 4 cap. 9.

¶ Rĕlĭgiōsŭlus, a, um, diminutivum, etwas heilig, Hieronymi est lib. 3 adv. Rufin. cap. 3.

¶ Rĕlĭgiōse, adverb. heiliglich, treulich. Nepos Attico cap. 15 *religiose promittere*, id est, magna fide certaque. *Cineres & ossa religiose quiescentia*, Quintilianus Declam. 10 pag. 147. Comparat. *Religiosius*: Plinius lib. 3 epist. 7 *Natalem cujus religiosius, quam suum, celebrare.* Idem Panegyr. cap. 65 *Nemini religiosius, quod juraverit, custodiendum, quam* &c. Idem & Superlativo usus est lib. 3 epist. 15 *Poëticen religiosissime veneror.* Et Petron. Satyric. p. 153 *Domino corpora animasque religiosissime addicimus*, mit höchster reverentz.

¶ Rĕlĭgiōsĭtas, ātis, heiligkeit, gewissenhafftigkeit. Apulejus Doctr. Plat. lib. 2 p. 16 *justitia cum religiositate, id est, ὁσιότητι copulatur.* Et Tertull. Apolog. cap. 25 *Religiositatis merita.*

¶ Irrĕlĭgiōsus, a, um, contrarium religioso, gottloß, ohne gewissen, unheilig. Livius lib. 5 cap. 40 *irreligiosum ratus.* Et Plinius lib. 9 epist. 35 *Scripta tua sumere, nisi vacuo animo, irreligiosum putem.* Tertullianus ad Nation. lib. 1 cap. 17 pr. *Christiani irreligiosi in Cæsares dicuntur*, thun ihnen die schuldige ehre nicht an. Arnobius lib. 5 pag. 185 *Potest irreligiosius quippiam vel existimari, vel credi?* Et rursus Tertullianus ad Nation. lib. 1 cap. 10 *Quanto irreligiosiores deprehendimini.* Idem de Oratione cap. 12 *Factum istud irreligiosissimum est.*

¶ Irrĕlĭgiōse, adverb. idem. Arnobius lib. 1 p. 13 *Vestra sunt hæc irreligiose opinata, & irreligiosius credita.* Quintilianus Declam. 8 p. 108 *Irreligiosius ille anheli pectoris pallor inspicitur.*

¶ Irrĕlĭgiōsĭtas, ātis, die gottlosigkeit. Tertullian. Apolog. cap. 24 *Committitis crimen veræ irreligiositatis.* Et Arnobius lib. 6 de Gub. Dei p. 232 *Quis existimare potest, quid primum in his accusandum sit, irreligiositas, an stultitia, an luxuria, an amentia?*

¶ Irrĕlĭgio, ōnis, idem, apud Apulejum ad Asclep. p. 91 *Hæc & talis senectus veniet mundi, irreligio, inordinatio,* &c.

Relīgo, Relĭno, Relinquo, reliquatio, reliquus, &c. Relŏco, Relŏquor, Reluctatio, reluctor, Relumino, Reluo, vide *Ligo, Linio, Linquo, Locus, Loquor, Luctor, Lumen, Luo.*

Remacresco, Remaledīco, Remando, ĕre, Remaneo, &c. Remāno, vide supra *Macer, Malus, Mando, ere, Maneo, Mano.*

Remediare, remedium, &c. Remensus, Remeo, Remetior, Remex, vide *Medeor, Metior, Meo, Metior, Remus.*

Remigatio, remigium, &c. Reminiscor, &c. Remisceo, Remissio, remitto, &c. vide *Remus, Meniscor* sub *Mens, Misceo, Mitto.*

Remolior, Remollio, &c. Remŏra, remorari, Remordeo, Remotio, removeo, Remugio, Remulceo, vide *Moles, Mollis, Mora, Mordeo, Moveo, Mugio, Mulceo.*

RĔMVLCVS, i, (secundum Laurembergium *Remulcum*,) funis nauticus, qui est vice remi, ein ziehseil am schiff. In ablativo Festus, *Remulco*, inquit, *est, cum navis magnæ scapha remis trahitur.* Itaque Nonius cap. 1 n. 282 a *Remis* & *mulcendo* deducit: quasi navis leni tractu ad progressum mulceatur. Sed obstat primæ syllabæ quantitas: quæ in *Remus* producitur: in *Remulco* vero corripitur. Itaque potius est, græcum statuere παρὰ τὸ ῥυμυλκεῖν, quasi ῥύμασι ἑλκεῖν, i. e. *funibus trahere*: quæ Baysio opinio est. Quamquam & Scaliger ad Festum non aliter sentit. Cæsar lib. 3 de B. C. cap. 40 *Submersam navim remulco multisque contendens funibus reduxit.* Et Liv. lib 25 cap. 30 *Marcellus navim onerariam cum armatis remulco trahi jussit.* Et ῥυμυλκεῖν, *remulco trahere.* Translate Ammianus 18 cap. 5 *Non contis, nec remulco, ut ajunt, id est, non flexiloquis ambagibus vel obscuris, sed velificatione plena in remp. ferebatur*, mit vollen lauff. Plura de *Remulco* Dionys. Vossius ad Cæsarem B. C. 3 cap. 40.

¶ Remulco, are, verbo Sisenna usus est apud Nonium l. c. *in altum remulcare*, pro *Remulco trahere*, forttrecken.

Remuncŭlus, Remunĕror, &c. Remuria, Remurmŭro, vide *Rēmus, Munus, Rĕmus, Murmur.*

RĔMVS, i, Romuli frater, in ipso regni initio ab eo interemtus, vide Livium. ¶ 2. Fuit hoc nomine & alius quidam Æmathionis filius. ¶ 3. Item, alius Latinorum tyrannus, de quibus Plutarchus in Romulo p. 18. ¶ De ratione nominis ita Victor, sive qui alius auctor est, de Origine gentis Romanæ; ROMVLVM *autem scribit a virium magnitudine appellatum: nam Græcâ lingua* ῥώμην *virtutem dici, certum est: alterum vero* REMVM *dictum, videlicet a tarditate: quippe talis naturæ homines ab antiquis* REMORES *dicti.*

¶ Rĕmūria, orum, festa, quibus mortuorum sepulcris apponebantur epulæ, a Romulo sive Remo sic dicta. Ovid. Fast. 5 v. 479
Romulus obsequitur, lucemque Remuria dixit.

¶ Rĕmūrīnus, a, um, adject. ut, *Remurinus ager*, apud Festum, *qui possessus est a Remo, & habitatio Remi Remona.*

RĒMVS, i, quo naves aguntur, ein ruder. Sic, *Remum ducat, qui didicit*: Δεῖ κώπην ἐλαύνειν μαθόντα, wer des spiels recht nicht weiß, soll davon bleiben. *Remis velisque*, & *Ventis remisque*, hoc est, citissime. vid. Virg. Æn. 3 v. 563, & Cic. 12 fam. ep. 25. Et, *A remo ad tribunal*, subaudi, *vehi*, scilicet ex vili conditione ad magnam. *Ventis destitutus remos adhibe*, will eines nicht helffen, so versuch ein anders, locutiones sunt proverbiales. vide Chiliad. *Remis incumbere: insurgere remis: impellere remos*, Virgiliana sunt Æneid. 3 v. 207, & lib. 4 v. 594, ac lib. 5 v. 15, rudern, quod etiam *propellere remis*, scilicet navem, Cicero dixit lib. 4 Tuscul. cap. 5. Sed, *Detergere remos*, est transversæ navis hostilis remos cum impetu ex transcursu perfringere, comminuere, demere, vel saltem palmulas violenta prætervectione decutere. Qua forma, *Palmites detergere*, Columella lib. 4 cap. 27 extr. dixit. Cæsar lib. 1 de B. C. c. 58 pr. *Ipsi Massilienses & celeritate navium & scientia gubernatorum confisi, nostros eludebant, impetusque eorum excipiebant, &, quoad licebat latiore spatio, producta longius acie,*

acie, circumvenire nostros aut pluribus navibus adoriri singulas, ac remos transcurrentes detergere, si possent, contendebant. Sic, *Abstergere remos*, idem est: Curtius lib. 9 cap. 9 *Ergo collidi inter se naves, abstergerique invicem remi, & alii aliorum navigia urgere cœperunt.* Sed, *Dare ad remum*, remiges facere, apud Suetonium Augusto cap. 16 est.

¶ Rēmuncŭlus, i, dimin. ein kleiner ruder. Hanc vocem Gellius 10 cap. 25 pro navigio piscatorio accipit, ein fischer-kahn. Apud Nonium cap. 13 n. 8 ex Sallustio corrupte dicitur *Lenunculus piscantis.* conf. Vrsini not. ad Sallust. Fragm. cap. 16.

¶ Rēmex, ĭgis, qui remum ducit, ein ruderknecht, matrose. Cic. de Divin. 2 cap. 55 *Remex ille de classe Coponii.* Idem 5 Verr. cap. 34 *Explere numerum nautarum & remigum.* Nepos 10, 9, 2 *Remiges exercere.* Virg. Æn. 5 v. 116

Velocem Mnestheus agit acri remige pristim.

¶ Rēmĭgo, are, remis navigare, rudern. Cic. 4 Tusc. cap. 4 extr. *Vtrum mavis? statimne nos vela facere, an quasi e portu egredientes paullulum remigare?*

¶ Rēmĭgātio, ōnis, das rudern. Cic. 13 ad Attic. epist. 21 *Motus remigationis convertentis navem ad puppim.*

¶ Rēmĭgium, i, remigatio, das ruderwerck; ut, *Lembum remigiis subigere*, Virg. 1 Georg. v. 202. Idem & metaphorice dixit lib. 1 Æn. v. 300

volat ille per aëra magnum
Remigio alarum.

¶ Rēmĭpes, ĕdis, rudericht. Ausonius Mosellâ v. 201 *remipedes lembos* dixit navigia, quibus remi sunt pro pedibus. Idem epist. 3 v. 13 *Anates remipedes* dixit, quæ in aqua remorum loco pedibus utuntur. Vide ad utrumque locum Eliam Vinetum.

Composita cum numeral. & præposit.

¶ Bĭrēmis, is, fœm. navis quæ duplici remorum utitur ordine, ein zweyrudricht schiff, Cic. 5 Verr. c. 20. Virg. Æn. 1 v. 182. Horat. 3 od. 29 v. 62.

¶ Trĭrēmis, is, fœm. navis tres habens remorum ordines, eine galee mit drey ruderbäncken; ut, *Ærata triremis*, Horat. 3 od. 1 v. 39. conf. Cic. l. c. cap. 17. Et adjective Nepos 2, 2, 8 *naves triremes.* Idem 7, 4, 3 *Triremem adscendere.*

¶ Quadrĭrēmis, is, fœm. ein vierrudricht schiff. Cic. l. c. cap. 34 *Evolarat jam e conspectu fere fugiens quadriremis.*

¶ Quinquĕrēmis, is, fœm. ein fünffrudricht schiff. Cic. 6 in Verr. c. 46 *certos homines in quinqueremi misisse.* Sed per se adjectivum est, & *navis* subauditur, quemadmodum Livius plene lib. 41 cap. 9 dixit *decem quinqueremes naves.*

¶ Vndĕcĭrēmis, is, eilffrudricht. Altius ita adsurgit in compositione remorum numerus, & Plinius lib. 16 cap. 40 *undeciremem* Demetrii navem memoravit.

¶ Adrēmĭgo, are, hinzu rudern. Florus lib. 3 cap. 7 *Cretes portibus suis adremigaverunt.* Adde eund. lib. 1 cap. 18 n. 4, & lib. 2 cap. 8 n. 12.

¶ Erēmĭgo, are, enavigare, durchschiffen. Plinius lib. 2 cap. 67 *Parvo brevius, quam totus, hinc aut illinc septemtrio eremigatus.* Et Silius lib. 14 v. 192 *pedibus tacitas eremigat undas.*

¶ Subrēmĭgo, are, ein wenig rudern; ut, *tacitus subremigat undis*, id est, subnatat, ut Servius exponit, Virg. 10 Æn. v. 227. Vsus & Auctor Ætnæ hoc verbo v. 168. At eleganti metaphora Calpurnius Flaccus Declam. 20 *Duce luxuria, & subremigante seu potius velificante nequitia.*

REN, rēnis, plural. Rēnes, die nieren am menschen und allen thieren; ut, *Laborare a renibus*, Cic. in Tusc. 2 cap. 25. Veteres *Rien* dicebant. Festus: RIENAS *antiqui vocabant* NEFRVNDINES: *quia Græci eos* νεφρὺς *dicunt, Plautus Saturione:*

Male tibi evenisse video: qui glaber eras tamquam rien.

¶ Rēnĭcŭlus, vel Renuncŭlus, i, dimin. ein nierlein, Marcell. Empir. cap. 26.

¶ Rēnālis, e, zu den nieren gehörig. Cœl. Aurel. Tard. 5 cap. 3 *Renalis passio*, i. e. nephritis, nierenschmertz, seitenstechen. Et ibidem: *Renalibus laborare vitiis.*

¶ Rēnōsus, vel Rienosus, a, um, qui ex rienibus laborat, nierensüchtig. Vet. Gloss. *Rienosus*, νεφριτικὸς.

Renascor, renatus, Renavĭgo, Renāvo, Renidentia, renideo, Reniteo, Renītor, renixus, Reno, are, Renōdis, renodo, vide supra *Nascor, Navis, Navus, Nidor, Niteo, Nitor, No, Nodus.*

RĒNŌNES, um, Isidoro lib. 19 c. 23 sunt velamina humerorum, & pectoris usque ad umbilicum, atque intortis villis adeo hispida, ut imbres respuant, mäntel. Vide Thys. ad Sallust. p. 467 & 468. Pontan. Progymn. p. 134. vide & infra *Rheno.*

Renovatio, renŏvo, &c. Renūbo, Renumero, Renunculus, Renuntio, &c. Renuo, renūto, vide *Novus, Nubo, Numerus, Reniculus* in *Ren, Nuntius, Nuo.*

RĔOR, rătus sum, rēri, arbitrari est, dafür halten, meynen, achten. Terent. in Hecyr. a. 4 sc. 2 v. 5 *Te antequam me amare rebar, ei rei firmasti fidem*, ehe denn ich meynte, oder gedachte, rc. Cicer. 2 Offic. cap. 9 *Illos, in quibus virtutes esse remur, a natura ipsa diligere cogimur.* Virg. 6 Æn. v. 97 *Quod minime reris*, das du gar nicht meynest.

¶ Rătus, a, um, der dafür hält, der gemeynet hat. Nepos 10, 5, 4 *Adversariorum ratus neminem sine magnis copiis ad se venturum.* Virg. Æn. 11 v. 712 *Juvenis vicisse dolo ratus.* ¶ 2. *Ratus* est certus, constans, firmus, fest, giltig, standhafftig, kräfftig, versichert, gewiß. Terent. in Hecyr. a. 4 sc. 1 v. 30 *Neu, quod ego egissem, esset ratum*, damit es krafftloß wäre, und keinen bestand hätte. conf. Nepos 7, 10, 1. Sic, *Ratum habere aliquid*, für beständig und kräfftig halten, Cicer. 14 Attic. epist. 21. *Ratum facere*, id est, confirmare, Cic. 1 de Divin. cap. 39. *Preces ratas* Ovid. lib. 1 Fastor. v. 696 eas vocat, quæ exaudiuntur. *Nimis ratum judicium*, est contumax, darauf man beharret: Seneca Excerpt. Controvers. lib. 4 præfat. de Asinio Pollione: *Floridior erat aliquando in declamando, quam in agendo. Illud strictum jus & asperum, & nimis ratum in dicendo judicium, adeo cessabat, ut in multis illi venia opus esset.* Cic. 2 de Divin. cap. 7 *Esse futurum rato tempore.* Virg. Æn. 10 v. 629 *rata vita.* ¶ 3. *Pro ratâ*, subaudi *parte*, vel *portione*, (ita enim integre effertur hæc phrasis Ciceroni in Somn. Scip. cap. 5, & Tusc. 1 cap. 39,) quæ pars cuique contingit, so viel einem jeden zukommt, so viel eines jeden antheil. Passim ita JCti. Livius lib. 45 cap. 40 *Tantum perditis daturum fuisse credunt, & pro rata aliis.* Cæsar 1 de B. C. cap. 17 *Militibus in concione agros ex suis possessionibus pollicetur, quaterna in singulos jugera, & pro rata parte centurionibus evocatisque.* Altero tanto majus centurionis stipendium, quam peditis erat, ut ex Polybio constat. Sed quæ proportio in stipendio, eadem & in donationibus servabatur. Quare cum singuli milites quaterna jugera accipiebant, octena accipiebant centuriones. Et ista itaque *ratam partem* vocat. ¶ Superlativus *Ratissimus* apud Festum est. Et Cato apud Paulum, Festi interpolatorem, dixit *beneficia ratissima atque gratissima.*

¶ Rătò, adverb. certo, constanter, gewiß, festiglich. Tertull. de Anima cap. 35 *Nulli vitam istam rato fieri.* Idem ad Vxor. 2 cap. 9 *Pater rato habet.* conf. Idem adv. Marc. 4 cap. 1.

¶ Rătio, ōnis, primum vim illam nobilissimam animi significat, qua a cæteris animalibus homo discernitur, die vernunfft, sinnlichkeit. Cicero lib 3 de Nat. Deor. cap. 27 *Motus iste celer cogitationis, acumen, solertia, quam rationem vocamus.* Et 4 Academ. Quæst. cap. 8 *Ratio quædam lux lumenque vitæ.* Rationis encomium apud Tertullianum etiam habes de Pœnitentia cap. 1. Cicero lib. 1 Offic. cap. 16 *Societatis humanæ vinculum est ratio & oratio*, die vernunfft und rede hält die leute zusammen. *Animal rationis particeps, ratione utens*, vernünfftig; Contra, *rationis expers*, in dem keine vernunfft ist, Cic. 2 Offic. cap. 3. Et, *Ratione carere*, Senec. Troad. v. 903. ¶ 2. Quia autem sine ratione neque institui deliberatio, nec inveniri consilium potest, & ipsa vis consilium ratione aliqua, seu caussa posita est: idcirco non raro pro consilio ponitur, die meynung, der anschlag, vorschlag, das vorhaben. Ita Terentius in Adelph. a. 3 sc. 4 v. 11 *Vestram nequeo satis mirari rationem*, i. e. consilium & institutum vestrum. Corn. Nepos Miltiade cap. 3 *Cujus ratio etsi non valuit, tamen magnopere est laudandus, cum amicior omnium libertati, quam suæ fuerit dominationi.* RATIONEM vocat, quod consuluerat Miltiades, pontem, quem Darius in Istro flumine traducendis copiis fecerat, rescindendum; ita futurum, ut, cum regressum non haberet, periret cum transportatis copiis rex, & ita a dominatione ejus Græcia liberaretur. Quod & *Consilium* vocarat ante. Idem Nep. Timotheo c. 3 n. 4 *At ille temeraria usus ratione.* Cæsar 1 de B. C. cap. 30 *Itaque in præsentia Pompeji insequendi rationem omittit.* Tacitus 3 Histor. cap. 22 *Cui acquiescere Cremonæ, & recuperatis cibo somnoque viribus confectum algore atque inediâ hostem postero die profligare ac premere, ratio fuit.* Vbi male Pichena τὸ *Ratio* suspectum habet & tollendum censet. Ita enim & Tac. 3 Ann. c. 21 *Dum ea, inquit, ratio barbaro fuit.* ¶ 3. *Ratio* pro caussa, die ursache; ut, *Nulla est ratio, amittere ejusmodi occasionem*, Cic. pro Cæcin. cap. 5. Sic & Terent. in Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 27 *Num parva caussa aut parva ratio est?* Sic, *Rationibus adduci*, Cic. 1 Tusc. cap. 29. *Rationes afferre in aliquam rem*, Cic. pro Cæcin. cap. 24 extr. beweiß und ursachen anführen. *Facti sui rationem alicui exponere, probare*, Cic. de Arusp. Resp cap. 2 pr. ¶ 4. *Ratio*, id est, modus; ut, *Ratio dicendi*, die art und weise zu reden, Cic. Partit. Orat. cap. 1. Ita passim usurpatur hæc vox. Sic, *omni ratione*, Nepos 10, 5, 1. *Naturali ratione*, Lucret. 6 v. 760. *Consimili ratione*, ibid. v. 881. *Pari ratione*, ibid. v. 902. Sic, quod quis agit aut agere solet, *ratio alicujus* dicitur: Cic. 3 fam. epist. 8 *Mea ratio in tota amicitia nostra constans & gravis reperietur*, meine art, wie ich mich bey unsrer freundschafft aufgeführet. Et Terent. Adelph. a. 3 sc. 3 v. 21 *vestra ratio est inepta atque absurda.* ¶ 5. Sed, *ratio numaria*, id est, supputatio, die geld-rechnung. Sic, *Rationem conferre*, rechnung halten. *Villicus rationem cum domino sæpe putet*, Cato cap. 5. *Rationes conficere*, Cicer. 2 fam. epist. 17, rechnung schliessen. *Rationem referre*, rechnung thun. *Rationem reddere*, rechenschafft geben: Cicer. 4 in Verr. cap. 11 *Semper ita vivamus, ut rationem nobis reddendam arbitremur.* Sic, *Ponere rationem*: Suet. Othon. cap. 7 *Posita brevi ratione.* vid. Gronov. h. l qui ex Senec. epist. 87 affert: *Rationem ponitis singulorum, quibus aut pecuniam credituri estis, aut beneficia.* Et, *Rationem vitæ ab aliquo reposcere*, Cic. Divinat. in Verr. c. 9, rechenschafft fordern, rc. *Rationes dispungere, expungere*, vide in *Pungo.* Ita, *Pro ratione pecuniæ*, gegen dem geld zu rechnen. *Rationem accipere*, rechnung annehmen. *Rationes expedire*: vide *Expedio.* Sic, *In rationem venire* dicitur, quicquid redit, & in accepti rationem refertur, Sueton. Nerone cap. 39. *Rationum breviarium*, apud eundem Galbâ cap. 12, ein extract aus den rechnungen. *Breviarias rationes* vocat Scævola JCtus L. ult. D. de peculio legato. Seneca & *Summarium* appellatum docet epist. 5. *Ratio constare* dicitur, cum accepta atque expensa congruunt: nam si id secus se habet, & qui reddit rationes, reliquatur, (wann er rest bleibet,) tum labat quasi ac ruit ratio. vide Lips. ad 1 Annal. Tacit. p. 6. ¶ 6. Hinc ad alia eleganter transfertur hæc formula, quæ recte se habent, & approbatione digna sunt: Plinius lib. 10 epist. 20 *Obsequio meo, opto, ut existimes constare rationem, cum omnia dicta factaque mea probare sanctissimis tuis moribus cupiam:* Vbi vide Buchnerum: itemque Lipsium ad illud Taciti 1 Annal cap. 6 extremo: *Ea conditio est imperandi, ut non aliter ratio constet, quam si uni reddatur.* Sic, *In ratione esse* dicitur, quod quis in numerato habet. Cæsar seu Hirtius potius lib. 8 de Bello Gall. cap. 6 *Cum satis haberet, convenientes manus dissipare, ne, quod initium belli nasceretur, quantumque in ratione esset, exploratum haberet*, &c. wie starck er wäre: wie viel er in der rolle hätte. At, *rationem habere*, est numerum inire, umzehlen: Cæsar 3 de B. C. c. 53 pr. *Cum horum omnium* (prœliorum) *ratio haberetur, ad duorum millium numerum ex Pompejanis cecidisse reperiebamus*, &c. Et, *Conferre aliquo omnes rationes & copias suas*, id est, universum patrimonium, & quicquid aut in scripturâ, aut in præsenti copia habes: alle sein haab und guth auf etwas wenden, Cicer. pro Leg. Manil. c. 7. Et Columella lib. 1 cap 7 *Bona fide rationibus aliquid inferre*, in die rechnung bringen, verschreiben: quod brevius etiam *imputare* dicunt,

vide

vide *Puto*. ¶ 7. Et quoniam ea, quorum numerum inimus, curæ habere solemus, itaque *rationem alicujus rei habere*, est curare rem, de ea solicitum esse, eam respicere. Ita solennis formula de candidatis magistratum petentibus: *Rationem habere alicujus*, auf einen das absehen richten. vid. Cicer. 6 fam. epist. 6; & Suet. Cæs. cap. 18 & 28. Hinc Florus 4, 2, 15 *Si ratio sui proximis comitiis haberetur.* Et Vellej. 2, 30, 3 *Cæsaris rationem habere in consulatu petendo.* conf. Idem 2, 35, 3. Ita dicimus: *habenda est ratio temporis*, man muß die zeit in acht nehmen. Ita, *habere rationem officii in socios*, Cic. dixit in 4 Verrinâ c. 63. Alibi, *ducere rationem alicujus rei*, ut, *commodi sui*, dixit. Apud Terent. Adelph. a 5 sc. 4 pr. est *subducta ratio.* Idem Heaut. a. 4 sc. 2 v. 7 *Ratio de integro ineunda est mihi.* Et Eunuch. a. 5 sc. 2 v. 29 *Conturbasti mihi rationes omnes*, du hast mein gantz concept verrückt. ¶ In *rationibus* autem sunt: *Æra*, die posten; *Tituli* & *Articuli*, id est, ipsa scriptura, in qua accepta expensaque continentur: Item, *Summæ*, quæ ex æribus colliguntur. De quibus singulis suis locis. ¶ 8. *Ratio status*, primum salutem & necessitates reipublicæ, honestamque administrationis civilis συνυπόκρισιν denotabat: nunc illa plerisque Statistarum idolum illud Principum esse consuevit, cujus vehementiori impulsu quæcunque patrandi, retinendi, intendendi, dominatus ergo, citra aut contra jus & fas, per vim aut dolum geruntur. v. Bœcler. ad Vellej Paterc. p. 91 seqq.

¶ Rātiuncŭla, æ, pro caussa parva, aut ratione, eine kleine ursach oder rechnung; ut, *Ratiunculis concludere*, Cicer. 2 Tusc. cap. 12. Et pro supputatiuncula non magnæ pecuniæ, Terent. Phorm. act. 1 ineunte, *Erat ei de ratiuncula apud me reliquum pauxillulum nummorum.* Plautus Curcul. act. 3 principio:

> *Beatus videor: subduxi ratiunculam,*
> *Quantum æris mihi est, quantumque alieni siet:*

Subduxi ratiunculam, ich habs überleget, gerechnet.

¶ Ratiōnārius, i, qui rationibus præest, ein rechnungsführer, rentmeister: Modestin. Dig. lib. 27 t. 1 l. 15 § 5. Adjective *Rationarius apparitor*, Ammian. 18 cap. 5.

¶ Rationārium, i, commentarius rationum, ein rechenbuch, Sueton. Augusto cap. 28. vide Lips. ad Tacit. 1 Annal. p. 13.

¶ Rătiōnālis, e, vernünfftig, mit vernunfft begabet; ut, *Animal rationale*, ratione præditum, Quintil. lib. 7 cap. 3. *Caussa rationalis* quid sit, docet Autor ad Herenn. 2 cap. 12. Celsus pro græco λογικὸς, *rationalis* sæpius dixit, rechenschafftlich. Sic Seneca epist. 102 *Quædam, ut scis, moralibus rationalia immixta sunt:* RATIONALIA, id est, λογικά. Idem epist. 89 *Philosophia rationalis.* ¶ 2. *Rationales* sequens ætas dixit, qui prius *procuratores* dicebantur, & rationes pecuniarum, quæ redibant, tractabant, rentmeister. Capitolinus in Gordiano seniore cap. 7 *quidam rationalis sibi ultra procurationem omnia vindicans.* Et Lamprid. in Alex. Severo c. 45 *ubi aliquos voluisset vel rectores provinciis dare, vel præpositos facere, vel procuratores, id est, rationales ordinare*, &c. Adde ibi Casaubonum. *Actorem summarum* Suetonius dixit Domitiano cap. 11, ubi vide Torrentium. Plural. absolute *Rationalia* sunt libri rationum, rechenbücher, Vlpian. Dig. lib. 27 t. 3 l. 1.

¶ Ratiōnālĭter, adverb. idem. Senec. epist. 109 *Hominem movere rationaliter non potest, nisi homo.* Tertull. de Anima cap. 16 *Indignabitur Deus rationaliter* &c. conf. Idem adv. Marc. 1 cap. 23, & 2 cap. 9, & adv. Praxean. cap. 3.

¶ Rātiōnālĭtas, ātis, die vernunfft. Idem Tertull. de Anima cap. 38 *Habet immortalitatem, rationalitatem*, &c.

¶ Rationābĭlis, e, idem quod rationalis, aut cum ratione, vernünfftig. Seneca de Vit. Beat. cap. 14 *Rationabilem sortiris naturam.* Et Apulej. lib. 2 Doctr. Plat. p. 17 ed. Elmenh. *Quæ ad rationabilem animam pertinent.*

¶ Ratiōnābĭlĭter, adverb. idem; ut, *Rationabiliter errare*, Hieronym. ad Paullam super obitum Blæsillæ epist. 25 c. 5. Et Apulej. ad Asclep. p. 85 *quantum rationabiliter potuisset.*

¶ Rătiōcĭnor, ari, proprie est computare, numeros tractare, rationem subducere, ausrechnen. Cicero lib. 1 Tusc. cap. 2 extr. *In summo apud illos* [Græcos] *honore geometria fuit, itaque nihil mathematicis illustrius. At nos, metiendi ratiocinandique utilitate hujus artis terminavimus modum.* Petronius: *Hinc quemadmodum ratiocinari didicisset, deinde dispensator factus esset*, wie er hatte rechnen gelernet. Vet. Gloss. λογοθετῶ, *Ratiocinor.* ¶ 2. Argumentis colligere, schliessen. Cic. pro Milon. cap. 12 *Cujus illi conatus, ut ipse ratiocinabatur, nec si possent, reprimere cuperent.*

¶ Ratiōcĭnātus, a, um, passive, gerechnet, überlegt. Vitruv. 10 cap. 15 *Omni proportione eorum ratiocinata ex longitudine* &c.

¶ Ratiōcĭnātio, ōnis, est discursus mentis ex prioribus & notioribus propositionibus aliam propositionem ignotiorem deducentis. A Græcis dicitur *Syllogismus*, ein schluß. ¶ 2. *Diligens est & considerata faciendi aliquid aut non faciendi excogitatio*, quemadmodum inquit Cicero lib. 2 de Invent. cap. 5, die betrachtung, überlegung. Et auctor ad Herennium lib. 1 cap. 13 *Leges multæ afferuntur, e quibus ratiocinatio nascitur, quare potuerit, aut non potuerit* &c. ¶ 3. Item supputatio, scil. computatio plurium numerorum in unam summam, die ausrechnung. conf. Vitruv. 1 cap. 1 pr. ubi & plural. *ratiocinationes cognoscere & percipere.*

¶ Ratiōcĭnātor, ōris, ein rechenmeister. Vet. Gloss. λογοθέτης, *Ratiocinator, Discussor, Disputator.* Columella lib. 3 cap. 3 *Nec in hoc erras: quippe, ut diligens ratiocinator calculo posito videt, id genus agricolationis maxime rei familiari conducere.* Nazarius Paneg. Constant. cap. 12 *Ita ambo benigni ratiocinatores officiorum paria fecistis* &c. i. e. æstimatores, eleganti translatione, qua & Cicero usus Off. 1 cap. 18 *Vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus*, &c. Idem 1 Attic. epist. 12 *Hilarem dico ratiocinatorem.* Et Augustinus de Civ. Dei lib. 21 cap. 5 *Ratiocinatores magni, qui de omnibus rebus, quas esse mirabiles constat, possint reddere rationem.*

¶ Ratiōcĭnātīvus, a, um, schlüßig, zum schluß dienlich; ut, *Ratiocinativum genus orationis*, Cic. 1 de Invent. cap. 13. *Ratiocinativa atque collectiva quæstio*, Quintilian. lib. 7 cap. 2.

¶ Rătiōcĭnium, i, idem quod *ratiocinatio*, ein schluß, eine rechnung. Columella lib. 5 cap. 1 extr. *Jugeri autem modus, si semper quadraret*, &c. *expeditissimum esset ejus ratiocinium.* Et aliquanto post: *Sed si triangulus disparibus fuerit lateribus ager*, &c. *aliter ratiocinium ordinabitur.* Et, *Ratiocinia supputare*, Hieronymus dixit lib. 2 epist. 7. Est & Tit. Codicis de *Ratiociniis.*

¶ Rătĭfĭco, are, ratum facere, seu, quod actum est, confirmare, versichern, gewiß machen, bekräfftigen. Temere tamen ad puriorem stilum afferendum non est. vid. Voss. de Vit. L. L. 4 cap. 19. Sic &

¶ Ratĭfĭcātio, ōnis, confirmatio, die bekräfftigung. vid. Voss. l. c. 3 c. 41.

¶ Rătihabitio, ōnis, idem. Sæpe occurrit in Digestis; e. g. Julian. lib. 3 t. 5 l. 6 § 6 *nihil agitur ratihabitione.* conf. ibid. § 9 & 10 &c. Vlpian. D. 50 t. 17 l. 152, & Paul. JC. D. 29 t. 2 l. 48.

¶ Irrătiōnālis, e, unvernünfftig. Quintil. lib. 7 cap. 3 *Est equus animal, sed irrationale.*

¶ Irratiōnālĭter, adverb. idem. Tertullianus de Fuga cap. 4 *Si irrationaliter quis perit.*

¶ Irrătiōnābĭlis, e, unvernünfftig. Celsus præfatione: *irrationabile animal.* Quintil. Declam. 325 *Sunt quidam irrationabiles impetus animorum.* Et Lactantius de Ira Dei cap. 7 *Nec omnino quisquam, qui sapiens videri vellet, rationale animal cum mutis & irrationabilibus coæquaverit.* conf. Borrich. Cogit. p. 150.

¶ Irratiōnābĭlĭtas, ātis, die unerkäntlichkeit. Apulej. ad Asclep. p. 92 *Irrationabilitas bonorum omnium.*

¶ Irrationābĭlĭter, adverb. unverständig. Hieronym. versione Homil. 2 Origenis in Cant. *Non irrationabiliter ad hæc sponsa respondet.* Idem epist. 150 ad Hedibiam, quæst. 10 *Non salvat* [Deus] *irrationabiliter, & absque judicii veritate, sed caussis præcedentibus.* Et Tertullian. de Pœnitent. cap. 2 pr. *In pœnitentiæ actu irrationabiliter versantur.*

¶ Irrĭtus, a, um, unkräfftig, ungiltig, vergeblich. Terent. in Phorm a. 5 sc. 7 v. 58 *Quodmodo erat ratum, irritum est*, was jetzt krafft haben solte, wird nun krafftloß. Cicer. de Legib. lib. 2 cap. 8 extr *Quæ augur dixerit, irrita infectaque sunto.* Sic, *irritæ preces*, vanæ, vergebliche bitte: Plinius Paneg. cap. 26 *Plerique irritis precibus surdas principis aures adstrepebant*, sie supplicirten vergeblich. *Ova irrita*, wind-eyer, vide *Hypenemium* & *urinum ovum.* Et Liv. 2 cap. 6 pr. *Spes ad irritum cadit*, die hoffnung fällt in brunnen. *Irritus spei*, dessen hoffnung fehl schlägt, Curt. 6, 5, 1. *Irritus consilii*, dessen rath nichts gilt, Vellej. 2, 63, 2. *Abscedere irrito incepto*, Livius lib. 29 cap. 35.

Repagŭlum, Repandus, Repastĭno, vide *Pango, Pandus, Pastinum.*

Repecto, Repĕdo, are, Repello, Rependo, vide supra *Pecten, Pes, Pello, Pendo.*

RĔPENS, tis, subitum & repentinum, contrarium *expectato*, plötzlich, unversehens; ut, *Repens adventus hostium*, Cic. in Tusc. 3 cap. 22. Et Liv. lib. 10 cap. 7 *Si quod bellum repens oriatur*, so etwa ein plötzlicher krieg einfallen möchte. *Repens clades*, Liv. lib. 22 cap. 8 pr. *Repens religio invasit*, Idem lib. 29 cap. 10; & *Repens casus*, lib. 33 c. 2. Et Silius lib. 3 v. 220 *repensque*

> *Castra quatit clamor.*

Ita, *Repens tumultus illatus in urbem*, Liv. lib. 1 c. 14. *Repens perfidia; repens cogitatio*, Tacit. 1 Histor. c. 23. *Repens sonus*, Senec. in Medea v. 971. Nazarius Panegyr. Constant. cap. 32 *Nihil est immoderatius, quam post longam tristitiam repens gaudium.*

¶ Rĕpente, adverb. idem quod subito aut statim, plötzlich, alsobald, schnell; ut, *Modo egens, repente dives*, Cic. in Philipp. 2 cap. 27. Et 1 Offic. cap. 33 *Magis decere censent sapientes, sensim diffuere, quam repente præcidere.*

¶ Rĕpentīnus, a, um, subitus, non provisus, geschwind, unvermuthet. Terent. in Andr. a. 5 sc. 4 v. 34 *Animus commotus est, metu mirando hoc tanto & tam repentino bono*, durch unversehenes glück. *Mala repentina*, plötzlicher unfall. *Mors repentina*, Cic. pro Cluent. cap. 62. Idem in 3 Tusc. c. 19 *Videntur omnia repentina graviora.* Sic, *Repentinum consilium*, Nep. Pausan. cap. 4, quasi necessarium, & ex tempore salutis caussa captum. *Homines repentini*, die jähling zu ehren-ämtern gelangen, Cic. de Claris Orator. cap. 69. Et comparativus est Apuleji de Mundo: *Nimbus quanto repentinior est, tanto vehementior.* Ovid. 1 Fastor. v. 270

> *Sumque repentinas ejaculatus aquas.*

¶ Rĕpentīne, adverb. jähling. Lactant. lib. 1 Instit. cap. 11 sect. 55 *qui repentine advenerint.* vide notas Cellarii.

¶ Rĕpentīnò, adv. idem. Cic. pro Quint. cap. 4 *Moritur repentino.* Et Plaut. Pseud. a. 1 sc. 1 v. 37 *Repente exortus sum, repentino occidi.*

¶ Dērĕpente, adv. idem quod *Repente.* Ter. Hecyr. a. 4 sc. 1 v. 3 *Corripuit derepente tacitus sese ad filiam.* Et Cicero pro Ligar. cap. 5 *Derepente irrumpere.* Liv. lib. 21 cap. 41 *Experiri juvat, utrum alios derepente Carthaginenses per viginti annos terra ediderit.*

¶ Derepentīno, etiam quasi adverb. Apul. Floridis lib. 3 post princ. *Quid igitur derepentino ab hoc splendidissimo conspectu vestro distulerit*, &c. Sed rectius dividimus *de repentino.*

Repenso, Repentinus, Repercussus, repercutio, Reperio, repertor, &c. Repetitio, repĕto, &c. vide *Pendo, Repens, Quatio, Pario, Peto.*

Repignĕro, Repigro, are, vide supra *Pignus, Piger.*

Repleo, repletus, Replicatio, replĭco, Replumbo, Replumis, vide *Plenus, Plico, Plumbum, Pluma.*

RĒPO, repsi, reptum, repère, prima longa, vermium est, & lacertarum, kriechen, schleichen. ¶ 2. Quamquam & Horat. 1 epist. 7 v. 29 dixit:

> *Forte per angustam tenuis vulpecula rimam*
> *Repserat in cameram frumenti.*

¶ 3. De infantibus etiam dicitur, nondum ambulare valentibus. Gloss. Cyrilli: *Repo*, ἕρπω, ἐπὶ βρέφους. Hinc, *in purpuris repere*, de magnatum filiis Quintilianus dixit lib. 1 cap. 2. ¶ 4. De terra nascentibus, quum vel radicibus proserpunt, vel ramulis expanduntur. Plin. lib. 16 cap. 34 extr. de hedera, quæ chamæcissos inde vocatur, *nunquam nisi humi repens.*

¶ Repto, are, frequentativum, idem. *Silvas inter reptare salubres*, pro tardius inambulare, apud Horat. 1 epist. 4 v. 4. Et Lucret. lib. 2 v. 317

Nam

Nam sepe in colli tondentes pabula lete
Lanigeræ reptant pecudes.

¶ Reptātus, a, um, bekrochen, durchkrochen; ut, *Reptatus ager*, Stat. Theb. 5 v. 581: De pueris usurpavit Claudianus in illo 4 Consul. Honor. v. 133 *Cretaque se jactat tenero reptata Tonanti.*

¶ Reptatus, ûs, subst. die kriechung. Plin. lib. 14 cap. 1 de vineis: *improbo reptatu pampinorumque superfluitate.* Et Tertullianus de Anima cap. 10 *Limaces incedunt spumante reptatu.*

¶ Reptātio, ōnis, das kriechen. Quintil. lib. 1 cap. 12 *Nec illa per manus & genua reptatio graviter affligit infantium corpora.*

¶ Reptabundus, a, um, kriechend. Seneca de Vita Beat. cap. 18 *Ex intervallo ingenti reptabundus sequar.* Gloss. Vet. *Reptabundus*, ἑρπύσιμος, ἑρπύζοντι ὅμοιος.

¶ Reptīlis, e, plur. *Reptilia*, animalia repentia, kriechende thiere. *Reptiles cochleæ*, Sidon. lib. 8 epist. 12.

¶ Reptītius, a, um, qui clanculum aliquo irrepsit, eingeschlichen. Ita Ciceronem Sallustius vocat Orat. in Cicer. der heimlich eingeschlichen, oder sich eingedrungen hat. Sic enim Sallustii verba recte leguntur: *M. Tullius judicia populi Rom. ita moderatur, quasi unus reliquus ex familia viri clarissimi Scipionis Africani, ac non reptitius, accitus, ac paullo ante insitus huic urbi civis.*

Composita:

¶ Adrēpo, repsi, reptum, ĕre, hinzu kriechen. Plin. lib. 35 c. 10 *Ad matris morientis ex vulnere mammam adrepens infans.* Et, *Adrepere ad amicitiam alicujus*, Cic. dixit in 5 Verrina c. 68, sich einschleichen. Tacitus 1 Annal. cap. 74 *Dum occultis libellis sævitiæ principis adrepit.*

¶ Corrēpo, ĕre, una repere, zugleich oder zusammen kriechen. Cic. 10 ad Attic. epist. 12 *Occulte corrependum est.* Columella præfat. p. 6 *Intra murum correpsimus.* Et Juvencus lib. 2 Hist. Evang. v. 192 in Joannis c. 3 v. 4

An rursum senior matris correpet in alvum.

Nonnulli legunt *correptet.* Sed & Lucret. lib. 5 v. 1218

Conrepunt membra pavore.

¶ Dērēpo, ĕre, deorsum repere, herab kriechen. Plin. lib. 8 cap. 36 de ursis: *Ingrediuntur & bipedes, arborem aversi derepunt.*

¶ Dīrēpo, ĕre, ut digredi, discedere, wegkriechen. Phædrus lib. 1 fab. 5 v. 12 *Direpit ad cubile setosæ suis.* Ita Schefferus, vir clarissimus, legit, cujus vide annotationem.

¶ Erēpo, ĕre, heraus kriechen. Horat. lib. 1 satyr. 5 v. 79 *Nunquam erepsemus*, pro *erepsissemus.* Seneca epist. 53 *per aspera erepo.* Avienus Periegeta v. 283 de Numidis: *in dumosas erepunt cautes.* Et Statius lib. 2 Silv. 2 v. 30

Inde per obliquas erepit porticus arces:

id est, sensim adsurgit.

¶ Erepto, āre, frequentativum, idem. Seneca epist. 101 sub initium: *Pecunia circa paupertatem plurimam moram habet, dum ex illa ereptat.*

¶ Irrēpo, ĕre, einkriechen, einschleichen: ut, *Lues in Italiam irrepsit*, Plin. lib. 26 cap. 1. *Irrepere in sensus*, Cic. in Oratore cap. 28; & *In hominum mentes*, Idem de Orat. lib. 3 cap. 53. *Crudelitas in optimi cujusque mentem facillime irrepit*, Plancus Ciceroni 10 fam. epist. 23.

¶ Irreptio, ōnis, die einschleichung. Augustinus epist. 107 *ut hoc menti nostræ nulla subtrahat oblivionis irreptio.*

¶ Obrēpo, ĕre, latenter & fallaciter adire, heimlich überschleichen, überfallen. Sic, *Obrepit somnus*: Horat. de Arte poët. v. 360

Verum opere in magno fas est obrepere somnum.

Juvenal. satyr. 9 v. 129 *Obrepit non intellecta senectus.*

Et Auson epigram. 13 v. 3

Sprevisti, obrepsit non intellecta senectus,
Nec revocare potes, qui periere, dies.

Plaut. in Pseud. a. 2 sc. 3 v. 19 *Certa amittimus, dum incerta petimus, atque hoc evenit in labore atque dolore, ut mors obrepat interim*, der tod kömt uns über den hals. Seneca epist. 45 *Vitia nobis sub virtutum nomine obrepunt.* ¶ *Obrepere alicui*, pro *fallere*, Plautus dixit Trinum. a. 1 sc. 2 v. 23. Et vero omnia ista verba, *obrepere, irrepere, subrepere, arrepere*, clanculariis dolosisque molitionibus inserviunt: quod exemplis pluribus ad Rutilii Itinerarium eruditissimus Barthius approbavit.

¶ Obrepto, āre, frequentativum, idem. Plaut. Pers. a. 1 sc. 2 v. 25 *ne quis obreptaverit.*

¶ Obreptio, ōnis, die erschleichung, überschleichung. Arnobius lib. 5 p. 162 *ab furto obreptionis rejectus.* Paulus JC. Lege 49 Dig. de bon. libertor. *Liberto per obreptionem adrogato.*

¶ Obreptīvus, a, um, einschleichend: ut, *Obreptiva supplicatio*, Symmach. lib. 5 epist. 66.

¶ Obreptive, adverb. idem. Lege 4 extrema Cod. Theodos. de Fide Catholica: *Qui contra hanc dispositionem nostram obreptive aut clanculo supplicare tentaverint.*

¶ Perrēpo, ĕre, durchkriechen, hinzukriechen. Columell. lib. 6 cap. 5 pr. *Cavendum est, ne ad præsepia mus aut gallina perrepat.*

¶ Perrepto, āre, frequent. idem; quo Terent. usus est in Adelph. a. 4 sc. 6 v. 3 *Perreptavi usque omne oppidum*, ich habe die gantze stadt durchkrochen.

¶ Prorēpo, ĕre, herfür kriechen; ut, *Prorepere e cavis terræ*, Plin. lib. 8 cap. 39. Et Horat. 1 satyr. 3 v. 99

Cum prorepserunt primis animalia terris.

Et Avienus Descript. Orbis v. 540

Tunc prorepentis qua sunt vada turgida Nerei:

id est, ubi mare sinus facit.

¶ Subrēpo, & Surrēpo; ĕre, idem quod *obrepere*, heimlich einschleichen; ut, *Surrepit oblivio*, apud Plin. lib. 8 c. 22. Sic, *Subrepere sub aliquid*, sich unter etwas verkriechen: *Subrepere sub tabulas*, Cicer. pro Sextio cap. 59. Et Senec. epist. 7 *Per voluptatem facilius vitia surrepunt.* Et Catullus ad Rufum carm. 78 *subrepsti mî*, pro *subrepsisti mihi.*

¶ Subreptio, ōnis, die einschleichung. Lege 2 Cod. de Legibus: *Non habere fructum per subreptionem eliciti.*

¶ Subreptitius, a, um, eingeschlichen, eingeschoben. Plautus prolog. Menæch. v. 60 *Adoptat illum puerum subreptitium.*

¶ Subreptīvus, a, um, idem. Lege un. Cod. Theodos. de Mancipibus, *subreptiva defensione muniri*, heimlich, verstohlener weise sich vertheidigen.

¶ Subreptīto, āre, frequent. heimlich schleichen, kriechen. Cato apud Gellium 10 cap. 13 *In cubiculum subreptitare e convivio.*

Repolio, Repondero, Repono, Reporto, Reposco, Repositorium, Repotia, vide supra *Pollo, Pondus, Pono, Porto, Posco, Pono, Poto.*

Repræsentatio, repræsento, Reprehendo, reprehensio, &c. Repressus, reprīmo, Reprobatus, reprŏbo, Repromissio, repromitto, vide *Præsens* in *Sum, Prehendo, Premo, Probo, Mitto.*

Reptabundus, reptatio, reptilis, repto, &c. vide antecedens *Repo.*

Repubesco, Repudiatio, repudium, &c. Repuerasco, Repugnantia, repugno, &c. Repullulo, &c. Repulsa, &c. Repumicatio, Repungo, Repurgo, Repŭto, vide supra *Pubes, Pudet, Puer, Pugna, Pullus, Pello, Pumex, Pungo, Purgo, Puto.*

Requies, requiesco, &c. Requīro, requisitio, &c. vide supra *Quies, Quæro.*

RES, rei, eine sache, ein ding; vocabulum est generale rerum omnium, quæ corpora dici non possunt: ut, *virtus, justitia, probitas, vitium.* Quamquam hac appellatione etiam corporalia alii comprehendunt, hoc est, res, quæ tangi possunt, was man greiffen und fühlen kan. Donati definitio nominis inter *corpus* & *rem* discernit. *Molesta & odiosa res*, ein verdrießlich ding, Quintilian. lib. 5 cap. 13. *Rem aliam ex alia cogitare*, Terent Eunuch. a. 4 sc. 2 v. 3, eines hin, das andere her bedencken. Et, *Ut rem in pauca conferam*, Plaut. Pœnulo a. 5 sc. 4 v. 54, damit ich den handel kurtz fasse. *Res eo deducta est*, es ist dahin kommen, Cic. ad Attic. 7 epist. 3. Sic, *Res gesta*, quicquid accidit. *Rem divinam facere*, Cic. 3 Nat. D. cap. 18, den gottesdienst abwarten opffern. Ita: *Res est mihi cum aliquo.* Et, *Quid tibi rei mecum est?* was hast du mit mir zu thun? *Si tibi res sit cum eo*, Terent. Phorm. a. 1 sc. 3 v. 19. Et, *Rem omnem scire, ut sit gesta, ordine narrare*, um den gantzen handel wissen, &c. *Ab initio, res quomodo gesta sit, exponemus*, Cic. pro Roscio Amer. cap. 5. *Res tua agitur*, Cic. 5 in Verrem c. 48, das spiel gilt dir. conf. Horat. 1 epist. 18 v. 84. *Salva res est*, die sache stehet wohl: Terent. Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 27 *Quibus & salva re, & perdita profueram*, &c. Sic, *Res militaris*, der kriegs-handel, das kriegswesen, Nepos 1, 8, 4. *Res numaria: Res pecuniaria*, geld-sachen. *Res ipsa*, das werck an ihm selbst. *Re juvare*, mit der that helffen: Terent. Heaut. a. 1 sc. 1 v. 34 *Crede mihi, aut consilio, aut re juvero.* Et, *His rebus effecit, ut* &c. dadurch hat er soviel erhalten, Nepos 17, 3, 3. conf. 7, 11, 6. *Quibus rebus factum est*, daraus denn erfolget, Idem 7, 7, 3. conf. 1, 2, 3. Sed, *Rebus sic stantibus*, pro *ita se habentibus*, inepte dicitur. ¶ 2. *E re*: item *Pro re*: *E re nata, Pro re nata*, elegantes Terentii & aliorum locutiones sunt, pro *Ex*, seu *pro eventu rei & occasione*, gestalten sachen nach, dieweil es also beschaffen, &c. Virg. 4 Æn. v. 337 *Pro re pauca loquar.*

Catullus epigr. 10 v. 8 *e re*

Respondi id, quod erat, mihi nec ipsi, &c.

E re, id est, αὐτόθεν, statim, alsbald, ohn einiges bedencken. Sic legit Scaliger in Catullo: alii aliter. vide Gronovium. Terent. Andr. a. 2 sc. 2 v. 23 *Redeunti interea ex re ipsa mihi incidit suspicio.*

Idem Adelph. a. 3 sc. 1 v. 8 *E re nata melius fieri haud potuit*: id est, postquam ita accidit, bey der beschaffenheit. Et proprie hoc de illis dicitur, quæ contra voluntatem nostram acciderunt, ut Donatus hic monet. Nam *res nasci* dicitur, quæ accidit, quæ sese dat. Plautus Casin. a. 2 sc. 5 v. 35 *Ita rem natam esse intelligo.* conf. Bacch. a. 2 sc. 2 v. 40. Idem Truculento extr. *Ut rem natam video, hoc accipiendum est, quod datur.* Terent. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 17 *Ita res erat: faciundum fuit. Ita res erat*, subaudi, nata, vel comparata. ¶ 3. Sed, *In rem esse, E re esse, In rem est meam, tuam, nostram*, &c. idem est, quod ex utilitate, einem zuträglich seyn, eines bestes seyn. Terent. Hecyr. a. 1 sc. 2 v. 27 *Si in rem est Bacchidis*, id est, utilitatem. Sic, *In rem suam aliquid convertere*, in seinen nutz wenden, Cic. pro Rosc. cap. 39. Nam & *Res* patrimonium, substantiam, rem familiarem notat, nahrung, geld, haab und guth. *Paullo omissiorem esse ab re*, Terent. Adelph. a. 5 sc. 3 v. 44, unachtsam auf die nahrung seyn. *Avidiorem esse ad rem*, Idem Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 51. Et, *Attentiores sumus ad rem omnes, quam sat est*, Adelph. a. 5 sc. 3 v. 48, wir haben allzugrosse haußhaltungs-sorgen. Qui &, *Rei dare operam*, der nahrung abwarten, dixit Adelph. a. 1 sc. 2 v. 15. Sic, *Res angusta, modica*, geringe mittel: *Curtæ nescio quid semper abest rei*, Horat. 1 epist. 17 v. 33. Idem, *Hominem in tenui re*, pro paupere, dixit lib. 1 epist. 20 v. 20. Cicero de Senect. princip. *Vir haud magna in re, sed plenus fidei.* Et, *Rem struere*, pro, divitias parare, Plautus dixit Aulul. a. 3 sc. 6 v. 8. *Rem facere*, est lucrari: Terent. in Adelph. a. 2 sc. 2 v. 12 *Nunquam rem facies, ubi nescis inescare homines*, du wirst nimmer reich werden. Quemadmodum & in illo Horatii lib. 1 epist. 1 v. 65

Isne tibi melius suadet, qui, ut rem facias, rem
Si possis, recte: si non, quocunque modo rem.

Sic, *Rem tutari, rem constabilire*, i. e. facultates, seine schäfflein ins trockne bringen, Terent. Andr. a. 1 sc. 5 v. 54, & Adelph. a. 5 sc. 1 v. 9. ¶ 4. Sed, *Postquam res Asiæ*, &c. Virg. 3 Æn. ineunte: & ibidem v. 54

Res Agamemnonias victriciaque arma secutus:

id est, imperium Asiæ, Agamemnonis. Tacit. 1 Histor. cap. 29 *Solatium proximi motus habebimus, incruentam urbem, & res sine discordia translatas*: RES, id est, imperium, ex domo Cæsarum in Galbam translatum. Nepos Eumene cap. 6 n. 1 *Utrum repetitum Macedoniam veniret, & eas res occuparet*: EAS RES, id est, imperium seu regnum Macedonicum, daß er das reich einnähme. Idem 25, 9, 6 *Rerum potiri*, die herrschafft bekommen. Idem Nep. 18, 5, 1 *Rerum summa ad Antipatrum defertur*, i. e. summa potestas, die obergewalt. De hac & aliis notionibus, quibus præcipue hoc vocabulum venit, Ausonius Edyll. 12 in Monosyllabis: *Imperium, litem, Venerem cur una notat* RES?
¶ 5. Sane vocabulum *Rei* & lites sive controversias caussasque,

quæ

quæ disceptantur in foro, significat, rechtshändel. Hinc *agi res* dicuntur, cum exercentur judicia, apud Plaut. Menæch. a. 4 sc. 2 v. 19, & Aulul. a. 3 sc. 4 v. 13, unde *Rerum actus*, apud Sueton. in Claud. cap. 23 &c. ac Plinium lib. 9 epist. 25 pro diebus juridicis, ubi jus dicitur, gerichts-tage. Contra, *Proferri res*, quando justitium est, wenn man keine gerichts-tage hält, quando *feriæ forenses*. Plaut. Captiv. a. 1 sc. 1 v. 10 *Vbi res prolatæ sunt, cum rus homines eunt,*
Simul prolatæ res sunt nostris dentibus.
Loquitur parasitus. Lucanus Panegyr. Pisonis v. 73
si quando judice fesso
Turbida prolatis tacuerunt jurgia rebus.
Vide & Pithœum lib. 2 Advers. c. ult. & Casaub. ad Theophrast. p. 179. ¶ 6. Pro *Venere* autem sumitur, cum dicimus: *Rem cum aliqua* vel *aliquo habere*, quod notum. vid. Terent. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 39. Et, *Furtivis rebus operam dare*, i. e. clandestinis amoribus, Plaut. Amph. a. 1 sc. 3 v. 12. vid. ibi Taubman. *Rebus Venereis deditus*, Nepos Alcibiade extremo. ¶ 7. Et Plinio ac Livio *rem* vel *res gerere* idem est, quod rem bellicam administrare, krieg führen. *Adversus duos simul rem gerere*, Liv. *In Arabico sinu res gerente C. Cæsare, Augusti filio*, Plin. lib. 2 cap. 67. Sic & Nepos 22, 3, 3 *Res magnas gerere*. Idem 7, 5, 7 *Maximis rebus gestis*. Idem 1, 3, 3 *Rem male gerere*, unglücklich seyn. Et Horatius 1 epist. 17 v. 33
Res gerere, & captos ostendere civibus hostes,
Attingit solium Jovis, & cælestibus æquat.
¶ 8. Significat & statum fortunæ atque conditionem, der zustand, die beschaffenheit; ut, *Res secundæ, adversæ, afflictæ*, Nepos 7, 6, 2, & 9, 2, 1. Horat. lib. 1 epist. 10 v. 30
Quem res plus nimio delectavere secundæ, Mutatæ quatient.
Sed & *res bonæ* dicuntur, quæ vitam jucundam ac delectabilem efficiunt: Gellius lib. 17 cap. 19 *Is tum postea grandi pecunia & re bona multâ copiosus.* Vbi divitias & opulentiam notat. Tacitus explicatius Annal. 6 c. 17 n. 7 *rem familiarem* dixit. vide supra n 3. Nepos in vita Attici cap. 13 *Neque tamen non inprimis bene habitavit, omnibusque optimis rebus usus est.* Sed & cibos electiles *bonis rebus* significari, observat Barthius ad Gallum Confessorem p. 89. vide & supra in *Bonus*. ¶ 9. *Rem ipsam loqui*, Terent. Andr. a. 1 sc. 2 v. 28, i. e. non logos & nugas, sed id quod verum est, die warheit sagen. Idem Terent. in Adelph. a. 4 sc. 7 v. 15 *Si non ipsa re tibi dolet, simulare certe est hominis: Ipsa re*, hoc est, serio, warhafftig, ernstlich. *Res* enim non raro *opinioni* opponitur. Cicero pro Muræna cap. 30 *Non re ductus es, sed opinione.* Sic Brutus, morti proximus, dixit, *Virtutem non in re, sed in verbo positam esse*, ut Florus refert lib. 4 cap. 7. Sic & apud Nepotem 19, 3, 3 *Verbo* opponitur *res ipsa*. Et Livius lib. 34 cap. 5 *in quos jecit magis hæc consul verbotenus, quam ut re insimularet cætum.* Sic, *rem fabulari*, est quoque verum dicere, apud Plaut. Trin. a. 2 sc. 4 v. 87. ¶ 10. Videtur etiam sic probitatem aliquam notare. Et sane *Homo alicujus rei*, apud Terent. Adelph a. 3 sc. 3 v. 4, est frugi, probus, utilis, & cujusdam quasi pretii, an dem noch etwas gutes ist. Sic contra Plautus Stich. a. 5 sc. 4 v. 38 *Nulli rei erimus postea*, i. e. plane inutiles. Et Gellius 13 cap. 29 *Nosti verbum illud egregie vetus, musicam, quæ sit abscondita, esse nulli rei.* Iterum Terentius Adelph. a. 3 sc. 4 v. 55 *Istac res est*, plane ut nos: das ist etwas. Est enim formula laudandi & approbandi rem. ¶ 11. *Res* etiam argumenta & rationes dicuntur, quibus adstruitur aliquid ac confirmatur. Cicero Paradox. 4 *Dementem & insanum rebus advincam necessariis.* Vetus poëta in Elegidio elegantissimo de Mævio, qui fratrem ignarus bello civili interfecerat:
Fraternam res nulla potest defendere cædem.
Tertullianus de Pallio cap. 2 *Sit nunc aliunde res*: id est, ducatur nunc aliunde argumentatio. Cœlius Aurel. lib. 1 Tardar. Pass. c. ult. *Sed horum deliratio manifestis rebus probatur.* ¶ 12. Elegans Græcismus est, *res voluptatum, res Veneris, res cibi*, &c. pro voluptatibus, amoribus, cibo, apud Plautum, Lucretium, Phædrum. Vide Taubmann. ad Plauti Amphitr. a. 2 sc. 2, & Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 250. ¶ 13. Aliter apud Ovidium accipienda hæc formula lib. 2 Fastor. v. 126 *Heroi res erat ista pedis.*
Ibi enim *res* πρᾶγμα, sive materiam, vel argumentum, de quo dicendum, significat. Ita Phædrus lib. 5 fab. 1 v. 12
ego plures (fabulas) *dissero,*
Vsu vetusto genere, sed rebus novis.

¶ Rescŭla, sive Rēcŭla, æ, diminutivum, ein dinglein. Apulejus lib. 4 Metam. p. 148 *pannosæ resculæ*, alte lumpen. Pricæus ibi [p. 71] *reculæ* legit. Donatus vitâ Virgilii sub initium de poëtæ patre: *Apibus curandis reculam auxit*, er hat sich mit bienen-warten aufgeholffen. Apud Salvianum lib. 5 p. 113 seq. Baluz. *Resculas* & *Resculis* diversis casibus. conf. Rittershus. in Salvian. p. 546.

¶ Reapse, pro *Re ipsa*, adverbialiter, an und vor sich selbst, in der that. Cic. de Fin. 5 cap. 10 *Quod idem reapse primum est.* Idem de Divin. 1 cap. 37 *Formæ, quæ reapse nullæ sunt.* Plaut. Truc. a. 4 sc. 3 v. 41 *Reapse expertus sum.* conf. Rud. a. 1 sc. 3 v. 2.

¶ Rēvērà, adv. in der that, in der warheit, warhafftig, ohne schertz. Cicer. ad Attic. lib. 3 epist. 23 *Hoc cum revera sit.* Et pro Cluent. c. 19 *Verbo ille reus erat, re quidem vera & periculo.* Eadem interpositio apud Nepotem 9, 2, 2, & 17, 2, 3. Idem 18, 1, 5 *Apud nos revera, sicut sunt, existimantur* &c.

¶ Respublíca, reipublicæ, nomen est, quemadmodum inquit Cicero, totius civitatis, die gantze gemeine, die stadt, land und leute, das regiment. Hæc enim omnia *reipublicæ* appellatione dici videntur. *Conversiones rerumpublicarum*, Cic. 2 Divinat. cap. 2. *Accedere ad rempubl.* Cicer. pro S. Rosc. c. 1; & *Capessere rempubl.* Idem 16 ad Attic. epist. 7, sich der regierung anmassen. *De republ. bene mereri*, Cic. 10 fam. epist. 5. *Labefactare & evertere rempubl.* Idem 1 de Fin. c. 13, den staat übern hauffen werffen. Et, *Plato tum denique fore beatas respubl. dixit, si aut docti & sapientes homines eas regere cœpissent, aut qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent*, Cic. ad Qu. fratr. lib. 1 epist. 1 cap. 10. Legitur verbis his apud Platonem Dialogo 5 de Republ. Ἐὰν μὴ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσται φιλοσοφήσωσιν, οὐκ ἔστι κακῶν παῦλα ταῖς πόλεσι. Habuit hanc sententiam frequenter in ore Marcus Antoninus Philosophus imperator, quemadmodum Capitolinus cap. 27 indicat. Prudentius tribus etiam versibus complexus est lib. 1 contra Symmach. v. 30
Nimirum pulchre quidam doctissimus, esset
Publica res, inquit, tunc fortunata satis, si
Vel reges saperent, vel regnarent sapientes.
Contra celebratissimum hoc dictum Themistius disserit Oratione Quinquennali p. 23. Inique sane: vel quia non assecutus Platonis sensum, vel quia pervertit: Rhetoris munere potius, quam Philosophi functus. Cicer. 7 ad Attic. epist. 25 *Est ars difficilis, recte rempublicam gerere.* ¶ 2. Aliquando *Respublica* pro militari imperio ponitur. Sic Plautus Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 42, & sc. 3 v. 26 *Rempubl. gerere*, pro, bellum administrare, sive bello præesse, dixit.

¶ Quamobrem, interrogativum est & ratiocinativum, warum? darum; quod & divulse scribi potest, *Quam ob rem*, ut, *Quas ob res*. Sic, *Invenerit aliquam caussam, quamobrem ejiciat oppido*, Terent. Andr. a. 2 sc. 3 v. 8. Idem & de persona usus est Adelphis a. 3 sc. 4 v. 72 *Ego vero hinc abeo, quando is, quamobrem huc veneram, rus abiit? Quamobrem*, i. e. ob quem, vel cujus caussa huc veneram. De Ctesiphonte enim intelligit. Nimirum liberiuscule paullo veteres conjunctionibus istis sive adverbiis usi sunt: ut, sicut naturam, ita & numerum mutarent. conf. *Quare*, de quo sequitur.

¶ Quārē, etiam interrogativum & infinitum, warum? derohalben. Cicer. lib. 1 de Orat. cap. 16 *Namque illud quare Scævola negasti?* warum? Et, *Miror, quid caussæ fuerit, quare consilium mutaris*, Pompejus alterâ ad Ciceron. lib. 8 ad Attic. sub epist. 12. Et, *Quare sic tibi eum commendo, ut unum de meis domesticis*, &c. Idem 13 fam. epist. 71, derowegen 2c. ¶ *Nec quare*, elegans formula apud Petronium, id est, nihil est, nullum argumentum vel caussa est, ut Barthius explicat lib. 42 Advers. c. 24. ¶ 2. *Quare*, id est, qua de re, vel quam ob rem. Licet autem revera singularis numeri sit: tamen plurali sæpe subjungitur. Nepos Catone cap. 2 n. 3 *Multas res novas in edictum addidit, quare luxuria reprimeretur.* Cic. pro Rosc. Amer. cap. 33 *Permulta sunt, quæ dici possunt, quare intelligatur.*

Resalūto, Resanatus, Resarcio, Resarrio, vide infra *Salus, Sanus, Sarcio, Sarrio.*

Rescindo, Rescisco, Rescribo, &c. Rescula, Resculpo, vide *Scindo, Scio, Scribo, Res, Sculpo.*

Resèco, &c. Resecro, Reseda, resedo, āre, Resemino, Resequor, Resĕro, āre, &c. Resero, ĕre, Reservo, Reses, resideo, &c. vide infra *Seco, Sacer, Sedo, Semen, Sequor, Sera, Servo, Sedeo.*

Resīdo, Resigno, Resilio, Resīmus, vide infra *Sido, Signum, Salio, Simus.*

RĒSĪNA, æ, ῥητίνη, humor est pinguis & lentus, ex arboribus stillans, hartz. Vitruvius lib. 2 cap. 9 *Quemadmodum ex cupressu & pinu resina, sic ex cedro oleum, quod cedreum dicitur, nascitur.* Et Columella lib. 12 cap. 20 *Resina terebinthina*, terpentin. Martial. lib. 3 epigr. 74
Quid faciant ungues? nam certe non potes illos
Resinâ, Veneto nec resecare luto.
Male quidam etiam corripi putant priores duas: hoc enim plane contra naturam originis est, & antiquitatis auctoritatem. Nam quod ad illud Martialis lib. 3 epigr. 67 confugiunt *Veterno resinaque pigriores*, longe frustra sunt. Jam olim enim viri docti evicerunt, legendum *Vaterno* (vel quod Scriverius malit, *Vatreno*) *Resinaque pigriores.*

¶ Rēsīnŭla, æ, diminutivum, ein wenig hartz. Arnobius lib. 7 p. 233 *Numina non indigne sustinent, Panchaicas sibi ardere resinulas*, id est, thuris Sabæi grana.

¶ Rēsīnāceus, a, um, adject. zach oder klebicht wie hartz. Plin. 24 cap. 11 *Semen resinaceum.*

¶ Rēsīnālis, e, aliud adject. hartzicht. Cœl. Aurel. Tard. 2 cap 13 *Resinale quid in se continere.*

¶ Rēsīnātus, a, um, aliud adjectivum, behartzt; ut, *Vinum resinatum*, cui resina admista est, wein, so auf gepichtem gefäß lieget, Plin. lib. 23 cap. 1. Et Martialis lib. 3 epigr. 77
Resinata bibis vina, Falerna fugis.
Juvenal. satyr. 8 v. 114
Despicias merito, quid resinata juventus?
Ita enim hic versus in omnibus vett. codicibus & melioribus editionibus legitur: non, ut vulgo & a Farnabio:
quid enim resinata juventus:
quod contra prosodiam est.

¶ Rēsīnōsus, a, um, hartzicht, voll hartz. Colum. 12 cap. 20 *Medicamina resinosa.* conf. Plin. 12 cap. 23, & 13 cap. 6, & 24 cap. 11. Superlativo idem Plin. 14 cap. 7 *Pinguissima & resinosissima bacca.*

¶ Rēsinĭfer, a, um, idem; ut, *Arbores resiniferæ*, quæ ferunt, stillant, fundunt resinam, Matthiol.

Resipisco, &c. Resisto, vide infra *Sapio, Sisto.*

Resolvo, &c. Resonabilis, resŏno, &c. Resorbeo, vide *Solvo, Sonus, Sorbeo.*

Respecto, &c. Respergo, &c. Respicio, Respiratio, respiro, &c. Resplendeo, Respondeo, responsio, &c. Respublica, Respuo, vide *Species, Spargo, Species, Spiro, Splendeo, Spondeo, Res, Spuo.*

Restagno, &c. Restauro, &c. Restiarius, &c. Restibilis, Restillo, Restinguo, &c. Restipulor, &c. vide *Stagnum, Stauro, Restis, Statuo, Stiria, Stinguo, Stipulor.*

RESTIS, is, fœm. (accusat. *restim* habet & *restem*,) funis, eine geflochtene weide, ein seil von bast oder ein ander strick. Plaut. in Pers. a. 5 sc. 2 v. 34 *Restim tibi cape crassam ac suspende te.* Hinc, *Res ad restim rediit*, id est, ad suspendium & extremam desperationem, Terent. in Phorm. a. 4 sc. 4 v. 5. Et, *Restim ducere*: Rursus Terent. in Adelph. a. 4 sc. 7 v. 34 *Tu inter eas restim ductans saltabis*, vide Chiliad. & infra in *Serra, serram ducere*. Ita &, *Restis alliorum*, eine knobelauchs-reihe.

¶ Resticula, æ, diminutivum, ein schnürlein, stricklein, Varroni lib. 1 de Re Rust. cap. 41, qui *resticulas* format quarto casu. Et Ammian. lib. 14 cap. 23 (Vales. 7) *Hirsutis resticulis cruribus ejus innexis.* Vnde quidam casu recto *Resticulus* amplectuntur, præcipue cum & apud Vlpianum l. 5 § ult. ff. de his, qui dejec. vel effud. reperiant: *Amphora ex resticulo suspensa.* Sed ab aliis ibi legitur *Reticulo.*

¶ Restiārius, i, Restĭculāris, is, & Restio, ōnis, ein seiler. Vet. Gloss. σχοινοπλόκος, *resticularus*, *restio* Sed aliter Fronto: *Restiarius*, inquit, *qui facit: restio, qui vendit.* Suetonius auctor est, Augusto proavum libertinum *restionem* exprobratum fuisse, cap. 2. Verum Casaubonus existimat, ea ratione *restionem* audivisse proavum Octavii, qua pater Ciceronis dictus *fullo*, Demosthenis μαχαιροποιὸς, gladiorum sive cultrorum artifex, quod familias (servorum) haberent eorum artificiorum peritas, ex eaque re ipsi, ut moris erat, quæstum facerent. Videntur autem *restiones* olim inter vilissimos artifices habiti: sicut apud Græcos οἱ ἱμονιοστρόφοι. Vnde proverbium apud Aristophanem in Ranis, ἱμονιοστρόφου μέλη, *restionis cantilenæ*, h. e. hominis vilis.

Restituo, &c. Resto, Restringo, &c. Resulto, Resūmo, Resuo, Resupīno, Resurgo, resurrectio, Resuscito, vide *Statuo*, *Sto*, *Stringo*, *Salio*, *Sumo*, *Suo*, *Supinus*, *Surgo* in *Rego*, *Cieo.*

RĒTAE, arum, plural. sunt virgulta, ex rivis aut alveis fluminum eminentia, sic dicta, quod navibus impedimento sint, das gesträuche in den flüssen und an ufern, Gellius lib. 11 cap. 17. Hinc

¶ Rētandus, a, um; ut, *Retanda flumina*, in veteri edicto, idem Gell. d. l. explicat.

Retalio, are, Retardatio, retardo, vide infra *Talio*, *Tardus.*

RĒTE, is, neutr. (& *Retis* in fœm. apud Plaut. Rudente a. 4 sc. 3 v. 45,) quo feræ & pisces capiuntur, ein netz, zug-garn, strick; dictum vel a *rapiendo*, vel a *raritate*, secundum Varronem de L. L. 4 cap. 29. Invenitur & neutrum *Retium.* Vet. Gloss. δίκτυον, *Retium*: δίκτυον κυνηγετικὸν, *Plagulæ*, *Retium*, *Retia*, fischer- und jäger-netze. Virg. Æn. 4 v. 131

Retia rara plagæ, lato venabula ferro, &c.

Et, *Cervis retia ponere*, Idem 1 Georg. v. 307. *Quia non rete accipitri tenditur, neque milvio*, Ter. in Phorm. a. 2 sc. 2 v. 16. *Dormientis rete trahere*, eorum est, quibus citra conatum obtingunt, quæ cupiunt, denen GOtt bescheret über nacht. vide Chiliad. Proverbiale & illud Ovidii est lib. 2 de Remed. amor. v. 119

Quæ nimis apparent retia, vitat avis.

Significat enim, insidias tectas & occultas esse debere.

¶ Rētĭcŭlum, i, tegmen capitis muliebre, ut Nonius cap. 14 n. 32 interpretatur, eine haube. Juvenal. sat. 2 v. 96

Reticulumque comis auratum ingentibus implet.

Cic. 7 Verr. cap. 2 *Reticulum ad nares sibi apponebat tenuissimo lino, plenum rosa*, i. e. fascia ad formam retis facta, ein tüchlein wie ein netz, ein netzlein mit rosen gefüllet. ¶ 2. Instrumentum lusorium, quo pilam accipimus & remittimus, ein raquet. Ovid. Art. am. 3 v. 361

Reticuloque pilæ leves fundantur aperto.

¶ 3. Horatio *Reticulum*, sacculus est viatorum, quo panem seu commeatum portant, ein karniersack, brodbeutel, lib. 1 sat. 1 v. 47. Vet. Gloss. *Reticulum*, γύργαθος. ¶ 4. *Reticula* etiam appellantur *cancelli*, sive sepimenta cancellata, quibus loca quædam separantur & excluduntur a communi accessu: habent enim instar retis foramina sive tubas, ut veteres appellabant, ein gitter, gegitter. Hujusmodi reticulis munita & separata sacraria erant. Festus in Schedis, in voce SECESPITA: *Sacraria*, inquit, *in templis* RETICVLO *æneo olim sepiebantur, in quo* tubæ *relictæ sunt, per quas manibus sacra tangere licet.* Ita enim in Festo scribendum est, non REDICVLO: Licet id interpretari conetur doctissimus Meursius Mantissâ ad lib. de luxu Romanor. cap. 20. *Reticulum* enim id sepimenti genus a forma dicebatur, qua retis speciem referebat. Per *tubas* autem foramina cancellorum significantur. Eodem significatu, & quidem genere masculino, Varro de R. R. 3 cap. 5 *Inter columnas exteriores pro pariete reticuli e nervis sunt.*

¶ Rētĭcŭlus, i, ein netzlein, masculino genere Plinius dixit lib. 12 cap. 14 *Densus reticulus.* Vet. Gloss. *Reticulus*, γύργαθος, καὶ κρονόφαντος. Et ita Fenestella apud Nonium cap. 3 n. 188. Locum Varronis vide proxime ante in *Reticulum*, n. 4.

¶ Rētĭcŭlātus, a, um, in modum retis factus, gegittert. Sic a reticulis sive cancellis *fenestras reticulatas* (vergitterte fenster,) Varro dixit lib. 3 de R. R. cap. 7; & *Reticulatum opus*, Vitruvius lib. 2 cap. 8, ac Plinius lib. 36 cap. 22. Græci δικτυόθετα & δικτυωτὰ vocarunt.

¶ Rētĭŏlum, i, aliud diminutivum, ein netzlein, häublein. Apulej. Met. lib. 8 post principium: *Calcata retiola.* Gloss. Cyrill. *Retiolum*, κεφαλοδέσμιον. Respondet ergo primæ sic notioni, quam dedimus *Reticulo.* Augustinus epist. 109 *Nec sint vobis* (sacris virginibus) *tam tenera capitum tegmina, ut retiola subter appareant.* ¶ 2. Est etiam *Retium* minutum rete, apud Hieronym. lib. 2 Didymi. vid. Barth. Adversar. 58 cap. 6.

¶ Rētĭārius, i, qui texit rete, ein garn- oder netz-stricker, tum qui portat, ein garn-knecht. Vet. Gloss. δικτυοπλόκος, *Retiarius*: δικτυοφόρος, *Retiarius.* ¶ 2. Erant & gladiatorum genus *Retiarii*, qui adversus mirmillones pugnabant, fechter auf leib und leben: dicti a *rete*, quod sub scuto gerebant, ut mirmillones involverent. Quintil. lib. 6 cap. 3 p. 478 *Pedo de mirmillone, qui retiarium consequebatur, nec feriebat*, VIVVM, *inquit*, CAPERE VVLT. Adde Tertull. de Spectac. cap. 25, & Lips. in Saturnal. item Erasmum in Adagio, *Contra retiarium ferula.*

¶ Rētejăcŭlum, vel Retiăcŭlum, i, retis genus, dictum a jaciendo, quod & *funda* appellatur, ein wurff-garn. Plaut. Asin. a. 1 sc. 1 v. 86

Jubeas una opera me piscari in aëre,
Venari autem retejaculo in medio mari.

Conf. Trucul. a. 1 sc. 1 v. 14. Vulg. Interpr. Esa. cap. 19 v. 20, & Apicius 8 cap. 6.

Composita cum præposit.

¶ Circumrētio, īre, umstellen, bestricken. Sidon. 5 epist. 13 *Fraude aliquem circumretire.* Lucretius lib. 5 v. 1151

Circumretit enim vis atque injuria quemque.

¶ Circumrētītus, a, um, umgeben, verwickelt. Cicero in Verr. 5 cap. 58 *circumretitus frequentiâ populi.* Arnobius lib. 4 p. 151 *Hercules pestiferi tegminis circumretitus indagine.* Idem lib. 5 p. 186 *Martem & Venerem Vulcani esse circumretitos arte.*

¶ Irrētio, īre, est reti involvere, berücken, verstricken, fangen; ut, *Corruptelarum illecebris irretire aliquem*, Cicero in Catil. 1 cap. 6. Et lib. 5 Tuscul. cap. 21 extr. *His se adolescens improvida ætate irretierat erratis.*

¶ Irrētītus, a, um, verstrickt, gefangen. Cic. de Finib. lib. 5 cap. 18 *cantiunculis irretitum teneri*, id est, Sirenum cantu allectum.

¶ Obrētio, īre, idem quod *Irretire.* Lucretius lib. 3 v. 385

Obvia sentimus, quando obretimur euntes.

Retēgo, Retendo, retentatio, &c. Retentio, &c. vide infra *Tego*, *Tendo*, *Teneo.*

Retiaculum, retiarius, Retica, Reticentia, reticeo, Reticulatus, reticulum, Retinaculum, retineo &c. Retingo, vide *Rete*, *Rhætia*, *Taceo*, *Rete*, *Teneo*, *Tingo.*

Retondeo, Retŏno, Retorpesco, Retorqueo, Retorresco, retorridus, retostus, vide infra *Tondeo*, *Tono*, *Torpeo*, *Torqueo*, *Torreo.*

Retractatio, retractio, retraho, Retribuo, retributio, Retrimentum, vide *Traho*, *Tribuo*, *Tero.*

RETRO, adverb. a tergo, von hinten zu, zurück. Terent. in Heaut. a. 5 sc. 1 v. 29 *Est mihi ultimis conclave in ædibus quoddam retro*, hinten im hinterhauß. Liv. 30 cap. 10 *Retro inhibita.* Habet autem *retro* primam juxta & ultimam ancipitem: Virg. Æn. lib. 10 pr.

Cælicolæ magni, quianam sententia vobis
Versa retro?

Idem 11 Æn. v. 405 *Adriacas retro fugit Aufidus undas.*
Seneca Hercule Oetæo v. 48 *inde ad hunc orbem redii;*
Vnde retro nemo.

¶ 2. *Retro-anni: retro-secula: retro-Principes*, per hyphen dicuntur, längst verflossene oder gewesene jahre, zeiten, fürsten. vid Borrich. Cogit. adv. Sciopp. p. 282. Gruter. Inscript. p. 281 n. 4, & p. 283 n. 11 *Super* vel *supra omnes retro principes*, i. e. Principes, qui jam retro sunt, qui jam ante vixerunt.

¶ Retrorsus, a, um, adject. retro conversus, rückwertig, zurück gezogen; ut, *Retrorsa manu*, Plin. 26 cap. 9. *Retrorsa respiciens substitit*, Apul. Metam. lib. 2. Vnde Tertullianus comparativum formavit Apolog. cap. 19 *Retrorsiores primoribus vestris sapientibus.*

¶ Retrorsus, & Retrorsum, adverb. significant *retroversus*, zurück, rückwerts, hinter sich. Horat. lib. 1 epist. 1 v. 75

quia me vestigia terrent
Omnia te adversum spectantia, nulla retrorsum.

Quintil. lib. 5 cap. 9 *Quædam retrorsum idem valent: ut, Vivere hominem qui spirat, & spirare qui vivit.* Et Silius lib. 11 v. 512

Cedentem impellit retrorsus in æquora pontum.

Revera nomen est, eumque significat, qui retro cedit, qui retro fert pedem. vide supra in *Prorsus.*

Composita: ut,

¶ Retroăgo, ĕre, zurück halten, zurück treiben. Plin. lib. 7 cap. 44 *Quot non honores violentiâ suâ fortuna retroegit?* Et Quintil. 11 cap. 3 *capillos retroagere.* Idem 12 cap. 2 *Ordinem retroagere.* Sed reliqua

¶ Retrocēdo, retrocessus, Retrodūco, Retroeo, ire, Retrofĕro, Retroflecto, Retrogradior, Retrolĕgo, Retropendulus, Retrospicio, Retrotrimĕter, Retroversus, vide in simplicibus *Cedo*, *Duco*, *Eo*, *Fero*, *Flecto*, *Gradus*, *Lego*, *Pendeo*, *Species*, *Metrum*, *Verto.*

Retrūdo, Retundo, Returo, vide *Trudo*, *Tundo*, *Thus.*

Revalesco, Revanesco, vide infra *Valeo*, *Vanus.*

Reveho, Revelatio, Revello, Revelo, Revendo, Revenio, Revera, Reverbĕro, Reverentia, revereor, Revergo, Reversio, reverto, &c. vide *Veho*, *Velum*, *Vello*, *Velum*, *Vendo*, *Venio*, *Res*, *Verber*, *Vereor*, *Vergo*, *Verto.*

Revilesco, Revincio, Revinco, Reviresco, Revīso, Reviviseo, revīvo, vide *Vilis*, *Vincio*, *Vinco*, *Vireo*, *Video*, *Vivo.*

Reunctor, reungo, vide infra *Vngo.*

Revocatio, revŏco, &c. Revŏlo, Revolubilis, revolvo, revolutio, Revŏmo, vide *Voco*, *Volo*, *are*, *Volvo*, *Vomo.*

REVS, rei, a *re*, sive caussa; quicunque enim in judicium venit, ejus uti agatur caussa, sive is nocens, sive innocens sit, ita vocatur: atque adeo non modo qui defertur, sed & actor, ein verklagter, beschuldigter. Cicero 2 de Oratore cap. 43 REOS *appello, non eos modo, qui arguuntur: sed omnes, quorum de re disceptatur.* Ælius Gallus apud Festum: REVS *est, qui cum alio litem contestatam habet, sive is egit, sive cum eo actum est.* Ex quo constare potest, actorem ipsum & *rei* nomine comprehensum. ¶ 2. Postea is *Reus* proprie dici cœpit, qui rem promiserat, & debet, & a quo aliquid petitur, schuldig. Sic, *Diuturni rei*, quorum lis pendet & indecisa est, apud Sueton. August. cap. 32. *Culpæ alienæ reus*, Liv. lib. 24 cap. 22. *Injuriarum reus; Sacrilegii reus*, Quintil. utrumque lib. 4 cap. 2. Et, *Læsæ majestatis reus*, der sich an seiner hohen obrigkeit vergriffen hat. Cicero etiam *Reus de vi* dixit lib. 2 ad Attic. epist. 24. Ita, *Criminis reum ad aliquem deferre*, & *Reum facere*, est accusare, sive legibus apud prætorem interrogare, anklagen. Cicero procem. actionis in Verrem cap. 2 *Tum cum a me reus factus sit.* vide ibi Asconium p. 44. Sed, *Reum peragere*, est damnare, verurtheilen, apud Plin. lib. 3 epist. 9. *Rei capulares*, i. e. capulo digni, apud Cæcilium, Lucilium, & Plautum, ut e Nonio & Fulgentio discimus. ¶ 3. *Voti reus* dicitur, qui suscepit votum, vel qui suscepto voto se Numini obligat, nondum autem ejus damnatus est, sive nondum impetravit, quod vovit seu petiit. Virg. Æn. 5 v. 236

Vobis (Diis marinis) *lætus ego hoc candentem in litore taurum*
Constituam ante aras, voti reus.

Vide Macrob. lib. 3 Saturn. cap. 2, & Servium Danielis ad Virg. 4 Æn. v. 699, item Nonium cap. 6 n. 71.

¶ Reātus, ûs, die schuld, hafft, verhafftung, vocabulum Augusti demum inventum

inventum ætate, a Messalla, qui primus dixit, ut Quintilianus auctor est lib. 8 cap. 3, quo habitus atque conditio reorum, sive accusatorum, designabatur. Nam ut misericordiam rei damnandique moverent, mutare vestem, atramque aut detritam assumere, promittere item crinem barbamque, prensare obvios, lacrymas mittere, & alia hujus generis, quæ miseri & infelices sibi usurpant, solebant. Hæc igitur eorum ratio, *Reatus* dicebatur: Inde Martialis lib. 2 epigr. 24

Si det iniqua tibi tristem fortuna reatum,
Squalidus hærebo, pallidiorque reo.

Modestinus JCtus Lege 25 Dig. de pœnis: *Si diutino tempore aliquis in reatu fuit, aliquatenus pœna ejus sublevanda erit.* Gellius lib. 3 c. 4 *solitum reorum cultum*; Suetonius Augusto cap. 32, & Auctor de caussis corruptæ eloqu. cap. 6 *sordes reorum*: Juvenalis sat. 15 v. 135 *squalorem* vocat. ¶ 2. Sed Christiani scriptores *Reatus* vocabulum ad ipsas culpas ac crimina, quibus rei sumus apud Deum, transtulerunt, die sünden-schuld. Prudentius de Natali Domini v. 101

Peccator, intueberis
Celsum coruscis nubibus,
Detectus ipse, & itritis
Plangens reatum fletibus.

Idem Prudentius hymno Jejunantium v. 175 *solvere reatum* dixit, pro *culpam remittere*: Contra Alcimus Avitus lib. 2 v. 180 *luere reatum*, pro *puniri*. Quamquam & alii non dissimiliter locuti videntur. Apul. lib. 7 Met. p. 191 *Malæ conscientiæ reatum intra me sustinebo, si* &c. ich will die schuld tragen.

¶ Conreus, i, qui in jus cum alio vocatus est, ein mitbeklagter, apud Vlpian. Lege 3 § 3 Dig. de liberat. legata: *Nec etiam conreus meus liberetur contra testatoris voluntatem*, &c.

Revulsio, revulsus, vide *Vello*.

Rex, cum derivatis, vide supra in *Rego*.

RHA, Ῥᾶ, fluvius Sarmatiæ Ptolemæo est, hodie Wolga, in cujus ripis nobilis illa radix nascitur *Rhaponiticum* dicta, ῥᾶ vel ῥῆον *Rheon*, & vulgo *Rheoponticum*, quæ tamen alia a *Rhabarbaro* radix est Matthiolo. Vide Ammian. Marcellin. lib. 22 cap. 16, & ibi Lindebruchium p. 111, nec non Salmas. Exercit. Plinianis p. 796 & seqq.

RHABDOS, i, ῥάβδος, meteoron apud Apulej. de Mundo, *Ad virga rigorem per longum colorata nubecula.*

RHACINVS, i, piscis marinus pulli coloris, Plin. 32 cap. ult. & Ovid. in Halieut.

RHĀCŌMA, ătis, ῥάκωμα, radix est ex regionibus supra Pontum Plin. lib. 27 cap. 12. Ruellius eamdem putat esse cum *Rhapontico*. Aliis eadem est cum *Rhabarbaro*: vide Salmas. l. c.

RHĂDĂMANTHVS, i, rex Lyciæ, & judex apud inferos, de quo Virg. 6 Æneid. v. 566. Ovid. Met. 9 v. 436, & Plin. 7 cap. 56. Rhadamanthi versiculus est:

Si patitur quæ fecit, pœna est justa putanda.

¶ Rhădămanthēus, a, um, adject. ut, *Rhadamantheum judicium*, pro severo & incorrupto, vide Chiliad.

RHĂDĬNE, es, ῥαδινή, i. e. gracilis tenella, apud Lucretium 4 v. 1160. conf. Gifan. Indic. Lucret. Ita dicta virgo quædam Corinthio dedita tyranno. vid Strab. lib. 8.

RHAETIA, (Rhetia,) æ, Ptolemæo Ῥαιτία est, & ipsa gens Straboni Ῥαιτοί, a *Rhæto* duce appellati, Bündten. Duplex est, *prima* vel *superior*, quæ non longe a fontibus Rheni in Belgium & Helvetios imminet ab occasu, ab autem vero Lico flumine terminatur, Graupündten. *Rhætia secunda* vel *inferior* a Lico amne, qui primam a secunda disterminat, incipit, & ad Oenum usque amnem porrigitur, atque hinc Danubio, inde rursum Alpibus clauditur. *Rhætia prima* in Telinam etiam Vallem & Larium lacum excurrit. vid. Cluver. de Vindelicia & Norico c. 3, & Welserum rerum Augustanarum Vindelicarum Commentariis. *Telina Vallis* vina profert generosa, *Rhætica* dicta, quibus Augustus delectatus est, ut Suetonius auctor est ejus vitâ cap. 78, Veltliner wein. Ab eadem vitis genus *Retica* (*Rhætica*) memoratur Colum. 3 cap. 2 sub fin. In eadem *Augusta Vindelicorum* est, Augsburg: *Augusta Tiberii* seu *Reginoburgum*, vulgo *Ratisbona*, Regensburg. Claudian. de B. Get. v. 330 *Prominet Hercyniæ confinis Rhætia silvæ.*

¶ Rhæti, orum, populi Rhætiæ inter Danubium & Alpes, die Pündtner. vid. Horat. 4 od. 4 v. 17, & 4 od. 14 v. 15.

¶ Rhætĭcus, a, um, adject. ut, *Rhæticæ vites*, *Rhæticum vinum*, *Rhætica Alpes*. vide modo dicta in *Rhætia*.

¶ Rhætĭco, ōnis, ita jugum vocat Pomponius Mela 2 cap. 3, Rhætiæ primæ inter fines Curiensium & Vallesianorum Helvetiis imminens.

RHĂGĂDES, um, & Rhagadia, orum, pluraliter, ῥαγάδες, scissuræ sunt in pedibus & membris aliis ex frigore & alia quacunque caussa, ritze oder brüche an händen oder füssen, a ῥαγέζω, seu ῥήσσω, *rumpo*, Plin. lib. 23 cap. 4 & 7.

RHĀGION, i, ῥάγιον, phalangii genus acino nigro simile, ore minimo sub alvo, pedibus brevissimis tamquam imperfectis, dolor a morsu ejus quasi a scorpione, Plin. lib. 29 cap. 4, kleine sehr gifftige schwartze erd-spinnen.

RHAGOĪDES, is, ῥαγοειδής, tunicula oculi inferior circa uveam seu iridem, Celso lib. 7 cap. 7.

Rhamnenses, vide supra *Ramnenses*.

RHAMNVS, i, mascul. a ῥάμνος, sentis genus in sepibus fruticans, ein stechender dorn, ut inquit Dioscorides 1 cap. 119. conf. Plin. 24 cap. 3 & 14. *Spinam albam* Latini vocant: triplex est, falbaum, fructus, creutzbeer, kerbkorner. *Spinam cervinam* vocat Manardus. *Rhamnus* Eumenidibus olim sacer erat.

RHAMNVS, untis, Ῥαμνοῦς, Atticæ pagus, ut vocat Donatus, & docet Pausanias, in quo templum & simulacrum fuit Nemesis, quæ inde

¶ Rhamnūsia, æ, Dea dicta fuit, die rachgöttin, vide *Nemesis*. Eam indignationis Deam observare, & punire magnidicos homines dicebant. Ovid Trist. 5 eleg 9 v. 9

Exiget ab dignas ultrix Rhamnusia pœnas.

Et Claudianus de Bello Getico v. 601

Sed Dea, quæ nimiis obstat Rhamnusia votis.

¶ Rhamnūsis, ĭdis, nomine patronymico, pro *Rhamnusia* dixit Ovidius 14 Metam. v. 694 *memoremque time Rhamnusidis iram.*

¶ Rhamnūsius, i, qui est ex Rhamnunte. Terent. in Andr. a. 5 sc. 4 v. 26 *Hoc certo scio, Rhamnusium se esse dicebat.*

RHĂNIS, ĭdis, Nympha inter Dianæ comites, Ovid. Met. 3 v. 171.

Rhaphănus, & Rhaphanitis, vide supra in *Raphanus*.

RHAPHIVS, i, animal idem quod *Chaus*, lupus cervarius, vide *Lynx*, Gesner. Plin. lib. 8 cap. 19 *Pompeji magni primum ludi ostenderunt Chaum, quem Galli* Rhaphium *vocabant effigie lupi, pardorum maculis.*

RHAPSŌDIA, æ, quod nominis datum Homeri carminibus, in certas partes, seu libros, sive cantus distributis; quod Pisistrato adscribit Cicero 3 de Oratore cap. 34. Corn. Nepos Dione cap. 6 *Non tulit animo æquo Dion, & versum illum Homeri retulit ex secunda Rhapsodia, in quo hæc sententia est: non posse bene geri rempublicam multorum imperiis.* vide Scaligerum lib. 1 Poët. cap. 41, Salmas. Exercit. Plinian. p. 867, Suidam in hac voce. Inter nomina poëmatum ῥαψῳδίας ponit Pollux lib. 4 cap. 7.

¶ Rhapsōdus, i, ῥαψῳδός, qui Homeri carmina (quamquam & aliorum) canebat publice seu recitabat. vide Scaligerum d. l.

RHEA, æ, Ῥέα, filia cæli & terræ, eadem est quæ & Cybele, vide *Cybele*. Dicta quoque est *magna mater Deûm*. vid. Stat. Achill. 2 v. 154. ¶ 2. Sed *Rhea Silvia* fuit filia Numitoris, Remi & Romuli mater, quæ & *Ilia* dicta fuit. vid. Livius lib. 1 cap. 4.

RHĒBAS, æ, fluvius ad fauces Bosphori, Plin. 6 cap. 1, & Valer. Flacc. 4 v. 698.

RHECTAE, arum, ῥῆκται, a ῥήγνυμι, *rumpo*, sunt species terræ motuum, *qui abstrudere videntur, quorum impulsu dissilis tellus*, uti describit Apulejus de Mundo.

RHĒDA, æ, vehiculum Gallicum (nam vocem Gallicam esse, Quintilianus docet lib. 2 cap. 5,) quatuor rotis instructum, ut Casaub. notat ad Sueton. p. 34, eine kutsche. Horat. 2 sat. 6 v. 42

quem tollere rheda
Vellet iter faciens.

Cicer. ad Attic. lib. 5 epist. 17 *Hanc epistolam dictavi sedens in rheda, quum in castra proficiscerer.*

¶ Rhēdārius, ĭ, rhedæ gubernator, ein kutscher, Cicer. pro Milone c. 10. ¶ 2. Capitolinus in Maximo & Balbino cap. 5 pro vehiculario fabricatore rhedarum posuit, ein wagner. ¶ 3. Adjective *Equi rhedarii*, kutsch-pferde: *Mulus rhedarius*, Varro lib. 3 de Re Rust. c. 17.

¶ Epirhēdium, i, ἐπιρήδιον, genus vehiculi, ein wäglein, apud Quintil. lib. 1 cap. 10. Et Juvenal. sat. 8 v. 66

Tritoque trahunt epirhedia collo.

RHĒGIVM, i, oppidum extremum Bruttiorum, aut promontorium Italiæ, dictum a græco verbo ῥήγνυμι, id est, *frango*, *abrumpo*, quod ibi Sicilia ab Italia credatur esse avulsa. vid. Justin. 4 cap. 1, & Ovid. Metam. 14 v. 48. Hinc

¶ Rhēgīnus, a, um, adject. ut, *Rhegina ad litora*, Silius 13 v. 94. Et *Rhegini*, loci incolæ, Cic. pro Arch. cap. 3.

RHEGMŎCHASMVS, i, ῥηγμοχασμός, i. e. *hians ruptura*, quam inter caussas exsputi sanguinis refert Celsus 4 cap. 7 n. 5.

Rhenanus, Rheni, &c. vide mox in *Rhenus*.

RHĒNO, ōnis, vestis ex pellibus ferarum, ein brust-beltz, leib-beltz, a ῥινός, *pellis*, vel a *Rhenanis*, hoc est, Germanis, quorum propria hæc vestis fuit, ut Cæsar lib. 6 B. G. cap. 20, Isidorus 19 cap. 23, (ubi & Sallustii fragmentum ea de re asservavit) & alii testantur. Sane peregrinum esse, docet Varro lib. 4 de L.L. Vide Savaron. ad Sidon. lib. 4 epist. 20, qui a *Rhenanis* etiam, vel *Rheni* accolis, vocem deductam putat. Vossius lib. 3 de Idololatr. cap. 80 p. 1104, & in Etymologico suo in voc. *Rhenones*; item Bochartus in suo opere de animalibus S. Scripturæ part. 1 lib. 2 cap. 43 p. 423 a *pellibus agninis* derivant: quum *agni* Græcis dicantur ῥῆνες: sed errare viros illos magnos, Loccenius putat Antiquitat. Sueo-Gothic. lib. 2 cap. 20 p. 93, qui de pellibus illius animalis, quod Suedi *Reennos*, ein rennthier vocant, explicat: quem vide, itemque Schefferum in Lapponia. Honoratiorem fuisse habitum, ex proverbio de indigne ornato liquet: *Suem rhenone vestire.* vide supra *Renones*.

RHĒNVS, i, Ῥῆνος, Germaniæ fluvius amœnissimus, imperii Romani limes, quique Gallos a Germanis segregavit. Oritur ex Rhæticis Alpibus apud Lepontios. Dictus ideo videtur, quod aquas limpidissimas deferat. Nam rein *purum* significat: vel a *fluendo*, vom rinnen, quasi *Rhinus*, nam & ῥέειν, *fluere* est. Virg. Æn. 8 v. 727 *Rhenum bicornem* dixit, propter duo ostia, quæ veteribus nota fuerunt. Hodie tria celebrantur, quibus in Oceanum Germanicum se Rhenus effundit. Ovid. 2 Metam. v. 258

Hesperios amnes Rhenum Rhodanumque Padumque.

Per pleonasmum *Flumen Rhenum* Horatius dixit in Arte Poët. v. 18

Aut flumen Rhenum, aut pluvius describitur arcus.

Vt Plautus *rete jaculum*, & *Oceanum mare* nescio quis veterum poëtarum, & Nepos 1, 1, 5 *ventus aquilo*. ¶ 2. *Rhenus* fluvius Italiæ Bononiam alluens. Silius lib. 8 v. 601 *parvique Bononia Rheni.*

¶ Rhēni, orum, Rheni accolæ, Germani & Galli, die Rhein-länder. Persius sat. 6 v. 47 *ingentesque locat Cæsonia Rhenos.*

¶ Rhēnānus, a, um, adject. Ῥηνᾶιος, ad Rhenum quod est; ut, *Rhenana manus*, Martial. 9 epigr. 36. Vnde

¶ Cisrhēnānus, a, um, disseit des Rheins, Cæsar lib. 6 Bell. Gall. cap. 2. Cui opponitur

¶ Transrhēnānus, a, um, jenseit des Rheins, Cæsar 4 B. Gall. cap. 16.

RHĒSVS, i, rex Thraciæ fuit, interfectus ad Trojam a Diomede & Vlysse. Venerat enim suppetias Trojanis: Servius super Virg. 1 Æn. Hujus equos celeritate insignes isto versu Catullus celebrat ad Camerium carm. 56 v. 26 *Nec Rhesi niveæ citæque bigæ.*

Rhetia, Rheticus, vide paullo ante *Rhætia*.

RHĒTOR, ŏris, ῥήτωρ, ein redner, qui præcepta dicendi tradit, ut Cicero inquit 1 de Orat. cap. 18, a ῥητορεύω, *eloquor*. Ejusmodi fuere rhetores Isocrates & Quintilianus. *Rhetores latius loquuntur: Dialectici*

lectici compressius, Cic. de Finibus lib. 2 cap. 6. vide *Dialectica.* Sed *Rhetor*, *Sophista*, & *Orator* quid differant, demonstrat Marius Victorinus prooem. Exposit. in 1 Rhetoric. Ciceronis his verbis: RHETOR, inquit, *est, qui docet literas, atque artis traditor est eloquentiæ.* SOPHISTA *est, apud quem dicendi exercitium discitur.* ORATOR *est, qui in caussis privatis ac publicis plena & perfecta utitur eloquentia*, &c. Idem eadem Exposit. ad illa Ciceronis verba: *Verum oratori minimum illud est, de arte loqui*, &c. ORATOR, inquit, *duo habere debet, ut artem tradat dicendi, ut ipse ex arte dicat: Sed officium hoc verum est, ut ex arte dicat. Illud autem accidens, ut artem dicendi tradat, quod* RHETORIS *officium solum est.* Vide & Vossium de Natura ac Constitutione Rhetoric. cap. 1.

¶ Rhētŏriscus, i, diminutivum a *Rhetor*, contemtus caussa, apud Gellium lib. 17 cap. 20, ein rednerlein. Græci enim, a quibus hoc verbum est, ita formant diminutionem, ut βασιλίσκος, *regulus*, &c.

¶ Rhētŏrĭce, es, vel Rhetorica, æ, ῥητορικὴ, scientia bene dicendi, secundum Quintil. lib. 2 cap. 15, die rede-kunst. *Rhetoricen exercere*, Idem lib. 2 cap. 1. ¶ Cic. pluraliter etiam dixit, *Rhetorica mihi vestra sat nota sunt*, de Fato cap. 2.

¶ Rhētŏrĭcus, a, um, zur rede-kunst gehörig: ut, *Ars rhetorica*, *Ciceronis Rhetoricum*, genere neutr. Quintil. lib. 3 cap. 5; & *libri rhetorici*, qui tradunt præcepta dicendi, Idem lib. eodem, cap. 1. *More rhetorico loqui*, Cic. de Orat. lib. 1 cap. 29, nach redner art. Juvenal. satyr. 7 v. 173 *Ad pugnam qui rhetorica descendit ab umbra.*

¶ Rhētŏrĭcē, adverb. rhetorum more, nach der rede-kunst; ut, *Rhetorice magis disputare, quam dialectice*, Cicer. lib. 2 de Fin. cap. 6. Et de Clar. Orat. cap. 11 *Hanc mortem rhetorice & tragice ornare potuerunt.*

¶ Rhetorĭcor, āri, ῥητορίζειν, rhetoricorum more loqui, zierlich reden. Tertullian. de Resurrect. Carn. cap. 5 *Ita nos rhetoricari provocant hæretici.*

¶ Rhētŏrĭco, āre, idem. Nævius apud Nonium cap. 7 n. 69 *Age nunc, quando rhetoricasti? responde, quod te rogo.*

¶ Rhētŏrisso, āre, idem. Pomponius apud Nonium cap. 2 n. 742 *Dolasti uxorem, & jam rhetorissas.*

RHETRA, æ, ῥήτρα, *responsio Apollinis.* Deinde de legibus Lycurgi dicitur, ein gesetz. Ammianus lib. 16 cap. 5 *Tamquam adstrictus sumtuariis legibus viveret, quas ex rhetris Lycurgi & axonibus Romam translatas diuque observatas, & senescentes paullatim, reparavit Sylla dictator.* vide Vales. in h. l. p. 114. Et Dempster. Paralip. ad Rosin. Antiqu. Roman. lib. 8 p. 764.

RHEVMA, ătis, ῥεῦμα, defluxionem significat, ex capite præcipue, ein fluß aus dem haupt, der schnuppen. Quamvis *rheumatismum* Plinius dixerit lib. 27 cap. 12, einen bauchfluß. Hieronymus epist. 46 cap. 2 ad Rusticum, *rheuma libidinis.*

¶ Rheumătĭcus, a, um, ῥευματικὸς, qui fluxione laborat, schnupficht, Plin. lib. 29 cap. 6.

¶ Rheumătĭdio, āre, fluxione laborare, flüßig seyn, voll wasser stehen. Th. Priscian. 1 cap. 12 *Si oculi rheumatidiaverint.*

¶ Rheumătismus, i, ῥευματισμὸς, morbus ex fluxione, der durchlauff. Plin. lib. 24 cap. 3 *Glans resistit rheumatismis, suppurationibus.* Adde in *Rheuma* modo dicta.

RHEXIA, æ, herba, proprio nomine *Onochelos*, Plin. 22 cap. 21.

RHĪNA, æ, ῥίνη, piscis marinus, alias *squatina*, cujus cutis pro lima esse potest, unde & nomen; Plin. 32 cap. 7.

RHĪNENCHȲTES, æ, ῥινεγχύτης, instrumentum, quo aliquid in nares infunditur. vid. Rhodius in Scribon. Larg. p. 38.

RHĪNION, i, ῥίνιον, a ῥινέω, *limo*, collyrium ab exterendis callis & cicatricibus ita dictum: Celsus 6 cap. 6 n. 30.

RHĪNŎCĔROS, ōtis, ῥινοκέρως, das naßhorn, animal in India, unicum habens in naribus cornu modice reflexum, alioqui elephanto non dissimile, elephanto hostis, contra quem pugnaturus cornu saxis exacuit, alvum postea ejus, quem scit esse molliorem, petens & discerpens, Plin. 8 cap. 20, Solinus cap. 43. Gesner. Martialis lib. 1 epigr. 4

Et pueri nasum rhinocerotis habent, &c.

hoc est, sunt nasuti & irrisores, sie seyn spöttisch, hönisch. ¶ 2. Eidem & vasis genus est, oleum guttatim stillantis, cujus usus est in balneis, lib. 14 epigram. 52 de gutto corneo:

Gestavit modo fronte me juvencus:
Verum rhinocerota me putabis.

Et Juvenalis satyr. 14 v. 130 *Magno cum rhinocerote lavari.*

¶ Rhīnŏcĕrōtĭcus, a, um, adjectivum, hönisch. Sidonius carm. 9 extremo: *Rugato Cato tetricus* (tertius) *labello*
Narem rhinoceroticam minetur.

RHĪNOCLĪSIA, æ, ῥινοκλεισία, callæ herbæ genus; quidam *Anchusam* vocant: Plin. 27 cap. 8.

RHĪNŎCŎLŪRA, æ, loci nomen, in confinio Ægypti & Syriæ, inde ortum, quod totius populi nares essent recisæ; ex ῥὶν, *nasus*, & κόλουρος, *curtatus.* vid. Seneca lib. 3 de Ira c. 20 cum not. Lips.

RHINTHON, ōnis, qua voce pro homine luxurioso Varro videtur usus. Columella lib. 8 cap. 16 *Itaque Terentius Varro, nullus est, inquit, hoc seculo nebulo ac rhinthon, qui non jam ducat, nihil sua interesse, utrum ejusmodi piscibus an ranis frequens habeat vivarium. Attamen iisdem temporibus, quibus hanc memorabat Varro luxuriem, maxime laudabatur severitas Catonis*, &c. Vide & infra *Rhynton.*

Rhiphæi, vide infra *Riphæi.*

RHĪZAGRA, æ, ῥιζάγρα, forceps, quo chirurgi dentes cum spiculis & radicibus eximunt, eine zahnbrecher-zange, Celsus 7 c. 12 n. 1.

RHĪZIAS, æ, ῥιζίας, succus ex radice; nam qui ex caulibus exprimitur, *Caulias* appellatur, wurtzelsafft; Plin 19 cap. 3.

¶ Rhīzŏtŏmus, i, ῥιζοτόμος, qui radices colligit, ein wurtzelmann. ¶ Item herba, species iridis subrufæ, Plin. 21 cap. 7.

¶ Rhizŏtŏmūmĕna, ῥιζοτομούμενα, Micon scripsisse dicitur, wurtzelbücher, Plin. 20 cap. 23.

RHŎDĂNVS, i, Ῥοδανὸς, fluvius celebris, nascens apud Valesios ex monte arduo, quem *bicornem* dicunt, der Rhodan, die Rhone. Defertur per lacum Lemanum, (durch den Genver-see) in mare Gallicum. Tibullus lib. 1 eleg. 8 v. 11

Testis Arar, Rhodanusque celer, magnusque Garumna.

¶ Rhŏdănĭcus, a, um, adject. ad Rhodanum pertinens: *Rhodanici* accolæ hujus fluminis. Vetus Inscriptio apud Grut. p. 418 n. 3 IIVIR. VIENNENSIVM PATRONO RHODANICORVM ET ARARICOR.

¶ Rhŏdănītis, ītidis, fœmin. quæ ad Rhodanum sita est vel habitat. Sidonius Anacreontico, epistolæ 13 lib. 9 inserto:

Rhodanitidas per urbes.

Rhodia, radix, vitis, &c. vide post paullo *Rhodius* in *Rhodus.*

RHODIGIVM, i, Insubriæ oppidum, patria *Cælii Rhodigini*, qui triginta lectionum variarum libros reliquit, omni doctrinarum genere refertissimos.

RHŎDĬNVS, a, um, ῥόδινος, latine *rosaceus*, a ῥόδον, *rosa*, aus rosen gemacht; ut, *Rhodinum unguentum*, Plin. 13 cap. 1, rosenbalsam. *Rhodinum oleum*, Idem 15 cap. 7, rosen-öl.

¶ Rhodītes, æ, ῥοδίτης, gemma a rosæ rubore dicta, Plin. 37 cap. 11, & Dioscor. 5 cap. 35.

¶ Rhŏdŏdaphne, es, frutex, ῥοδοδάφνη, a *rosa* & *lauro* nomen ducens, Apulejus *rosam lauream* appellat, lorberrosen. vid. Plin. 24 cap. 11, & 16 cap. 20. Dioscor. 4 cap. 82. Prudentius Hamartig. v. 234

viridem qui vestit flos rhododaphnen.

¶ Rhŏdŏdendron, i, ῥοδόδενδρον, idem quod *Rhododaphne*, quin & *Nerium*, νήριον, frutex est, sic dictus, quod flores rosarum effigie proferat, olander, id est, *Oleander*, & unholden-kraut. vid. Plin. 24 c. 11, & 21 c. 9, & 17 c. 12, & 16 cap. 20, & Dioscor. 4 c. 82.

¶ Rhŏdŏmĕli, ῥοδόμελι, mel rosaceum, rosenhonig, Pallad. in Majo c. 16, & Dioscor. 5 c. 35.

RHŎDŎPE, es, Ῥοδόπη, mons Thraciæ, seu montana potius regio, quæ inter Thraciæ provincias etiam numeratur. Sextus Rufus cap. 9 extremo: *Sex Thraciarum provinciæ sunt acquisitæ: Thracia, Hæmimons, Mœsia inferior, Scythia, Rhodope, Europa.* vide Geograph. medii ævi, & Ovid. 6 Metam. v. 86.

¶ Rhŏdŏpēĭus, a, um, adject. quinque syllabarum apud poëtas: ut Ovid. 3 de Arte am. v. 321

Saxa ferasque lyra movit Rhodopeius Orpheus:

hoc est, Thracius, vide *Orpheus.* Sic, *Rhodopeia spicula*, Silius lib. 12 v. 399. Et, *Rhodopeiæ arces*, Virg. 4 Georg. v. 461.

RHŎDŌRA, æ, ῥοδῶρα, herba a roseo floris colore dicta, Plin. 24 cap. 19.

RHŎDVS, i, Ῥόδος, insula Asiatica clarissima est, in mari mediterraneo ex adverso Cariæ & Lyciæ sita, *Ophiussa* dicta primum, ut Heraclides in Politiis auctor est, veterum studiorum atque eloquentiæ memoriâ nobilis, celebris etiam Colosso, qui inter mundi miracula numeratur, Rhodys. Pindarus *filiam Veneris*, *sponsam Solis* appellat Olymp. ode 7 epod. 1. Non semper fuisse, sed aliquando enata eidem Pindaro eodem carmine epod. 3 traditur, itemque Plinio lib. 2 cap. 87. Mira ejus salubritas amœnitasque celebratur. Qua capti Romani eo plerumque secesserunt, ut Casaub. ad Suetonium observat pag. 138. ¶ *Hic Rhodus, hic salta*, proverbium in vanitatem eorum, qui facto ostendere potius, quam verbis jactare sua debebant; petitum ex fabula 14 Æsopi. Quidam enim, cum domum rediisset peregre, inter alia, quæ gloriabatur, jactabat, & Rhodi se saltum saltasse, quem nemo alius ibi potuisset saltare, testesque habere se affirmabat. Tum ex adstantibus unus, *Heus tu*, inquit, *si verum hoc est, haud tibi opus est testibus: ἰδοὺ Ῥόδος, ἰδοὺ καὶ τὸ πήδημα: En Rhodus, en & saltus.*

¶ Rhŏdius, a, um, adject. plural. *Rhodii*, qui nati in Rhodo aut ibi domicilium habent, die Rhodyser. Rhodios autem nautica disciplinâ semper floruisse, Cicero scribit pro Lege Manilia cap. 18. Vnde & *nauticum populum* Florus appellat lib. 2 cap. 7. vide & Gellium lib. 7 c. 3 pr. Quare & inter eos referuntur, qui maris imperium tenuerunt olim, de quibus Casaubonus in 1 Polybii. *Vitis Rhodia*, apud Virgil. 2 Georg. v. 102. *Rhodia radix*, Ῥοδία ῥίζα, rosenwurtz, quod rosarum odorem referat, Dioscor. 4 cap. 46, & Matthiol. *Rhodium genus dicendi*, medium erat inter Asianum & Atticum. vid. Cicer. in Bruto sive de Clar. Orat. c. 13. Quintil. lib. 12 c. 10. Et, *Rhodium melos*, Martial. 1 epigr. 71.

¶ Rhŏdiăcus, a, um, idem; ut, *Spongiæ Rhodiacæ*, Plin. lib. 31 extremo.

¶ Rhŏdiensis, e, idem; ut, *Parallelus Rhodiensis*, de quo Salmas. in Solin. p. 468.

RHOEAS, ădis, ῥοιὰς, genus papaveris, Plin. 19 cap. 36, & Apulej. de Herb. cap. 53. Scribitur & *Rhœa*, *æ*, Plin. 19 cap. 8, & 21 cap. 23. Et *Rhia*, Plin. 20 cap. 19.

RHOEBVS, i, παρὰ τὸ ῥοιβδέω, *emico*, equus Mezentii. Virgil. lib. 10 Æneid. v. 861 *Rhœbe, diu (res si qua diu mortalibus ulla est,)*
Viximus.

RHOETVS, i, vel *Rhœcus*, vel *Rhetus*, uti quidam legunt: Marrubiorum rex in Italia. Virg. 10 Æneid. v. 388

Hinc Helenum petit & Rhœti de gente vetusta
Anchemolum. Vide ibi Servium.

¶ 2. *Rhœtus* centaurus, qui arbores totas evulsas in Lapithas projecit. vid. Lucan. 6 v. 389. ¶ 3. *Rhœcus*, plastices inventor, Plin. 35 cap. 12.

¶ Rhœtēum, i, Troadis oppidum & promontorium, in quo Ajacis sepulcrum & fanum, μνῆμα καὶ ἱερὸν, Strab. lib. 13.

¶ Rhœtēus, a, um, adjectivum ab illo promontorio denominans. *Rhœteo in litore*, Virg. Æn. 6 v. 505.

¶ Rhœtēĭus, a, um, aliud adjectivum quadrisyllabum; ut, *Ductor Rhœteius*, Virg. Æneid. 12 v. 456, id est, Trojanus, quippe Æneas intelligitur.

RHOĬCVS, a, um, ῥοϊκὸς, fluidus, fluxus, flüßig. Plin. 24 cap. 11 *Medici rhoicis utuntur ad contusa.*

RHOĪTES, æ, ῥοΐτης, vinum ex malis punicis factum; (nam ῥοὰ, vel ῥοιὰ est *malum punicum*,) pfersing-wein, Plin. 14 c. 16, & Dioscor. 5 c. 34.

RHOMBUS, i, ῥόμβος, figura quadrata, solida, lateribus æqualibus, angulis vero obliquis, eine garnwinde, weiffe, spulrad; nam & pro utensili illo usurpatur. ¶ 2. Et *Rhombus* rotula illa dicitur, seu machinula, quam inter nendum mulieres vertunt, ein spinnrad. ¶ 3. *Rhombus* etiam instrumentum veneficarum, quod liciis circumdatum inter incantamenta sua intorquebant. Propertius lib. 2 eleg. 28

Deficiunt magico torti sub carmine rhombi.

Ovid. lib. 1 Amor. eleg. 8 v. 7

Scit bene, quid gramen, quid torto concita rhombo
Licia; quid valeat virus amantis equæ.

Horatius *turbinem* latine vocat, quemadmodum & Scholiastes ῥόμβον apud Theocritum τρόχος interpretatur. Ita enim epod. penult.

Canidia parce vocibus tandem sacris,
Citumque retro solve, solve turbinem.

¶ 4. *Rhombus* piscis, *aculeatus* alius, *levis* alius. *Rhombus aculeatus*, ein tar oder dornbutten: *Rhombus levis*, ein meerbutten. Horat. 2 satyr. 2 v. 42

Putet aper rhombusque recens, mala copia quando
Ægrum sollicitat stomachum.

¶ Rhomboides, is, ῥομβοειδής, figura est, quæ neque latera æqualia, neque angulos rectos habet, apud Geometras. ¶ 2. Cujus nominis & piscis est, a *Rhombo* paululum differens, Gesner.

RHOMPHAEA, æ, ῥομφαία, (quæ & *Romphæa* scribitur,) gladii oblongi genus, ein schlacht-schwerdt. *Framea, gladius*, ut in Vet. Gloss. exponitur. Et in aliis Glossis: *Framea*, ῥομφαία. Isidorus lib. 18 cap. 3 FRAMEA, inquit, *gladius ex utraque parte acutus, quam vulgo* SPATHAM *vocant. Ipsa est* RHOMPHAEA, &c. Prudentius Καθημερ. hymno 6 v. 86 *Gladium ancipitem & ensem bis timendum* nominat; quod *duplicem*, ut idem loquitur, *ictum minetur.* Cæterum Cluverius & *Frameam* & *Rhomphæam* non gladium, sed hastam interpretatur, lib. 1 Antiq. Germaniæ cap. 44. Vide & supra in *Framea.* Asconius Pedianus argumento Milonianæ: *Humerum ejus Birrbia rhomphæa trajecit:* Qui locus sane pro Cluverio est. Nam verbum *trajicere* ad hastas omnino pertinet. Valerius Flaccus 6 Argonaut. v. 98

Æquaque nec ferro brevior, nec rhomphea ligno.

Vbi nota, (1) *Rhomphæam* media correpta dici, quod & alii, sed juniores, sibi permiserunt. Nic. autem Heinsius legit *rumpia.* (2) Id teli genus & ferro præfixum, & ligno hastatum fuisse æquali mensura. Quod & ipsum pro Cluverio est.

¶ Rhomphæalis, e, rhomphææ usum præbens, schwerdtlich. Prudent. Cathem. 7 v. 93 per *e*:

Dextram perarmat rhomphæali incendio:

id est, rhomphæa flammante.

RHONCHUS, i, ῥόγχος, nomen est fictitium pro sono stertentis, das schnarchen eines schlaffenden, a verbo græco ῥέγχω, quod est *rhonchum emitto.* Martialis lib. 1 epigram. 4

Majores nusquam rhonchi: juvenesque senesque
Et pueri nasum rhinocerotis habent.

¶ Rhonchisso, are, schnarchen, quo Plautus usus esse dicitur, seu quicunque auctor versus est ab Stephano laudati,

Cyathissat dum cœnat: dum dormit, rhonchissat.

¶ Rhonchisonus, a, um, qui rhonchos sonat, schnarchend. Sidon. carm. 3 quod brevissimum est,

Nec nos rhonchisono rhinocerote notat.

RHOPALON, i, herba Nymphæa, eine see-blume, Plin. 25 cap. 7 & 8, & Apulej. de Herb. cap. 67. Inde dicitur, quod radicem habeat clavæ similem; nam ῥόπαλον, *clava* est. Hinc

¶ Rhopalicus, a, um, clavaris, kolbicht. Grammaticis *Rhopalicus versus* dicitur, qui a monosyllaba voce incipiens gradatim crescit, & ῥόπαλον, i. e. Herculis clavam imitatur, ab angusto & tenui in latitudinem desinens; ut, *Spes Deus æternæ stationis conciliator.*

vid. Salmas. Exercit. Plin. in Solin. p. 942.

RHUS, rhoi, rhoem, genere fœmin. & masc. ῥοῦς, semen est fruticis coriarii, quod obsoniis aspergitur. Vtuntur enim eo frutice coriarii ad inspissandas pelles. Vulgo vocant sumach: Dioscor. 1 cap. 147, & 4 cap. 43. Plin. 20 cap. 3, & 13 cap. 6, & Apicius 10 cap. 2 & 7.

RHUSELINON, i, ῥυσέλινον, apium rusticum, herba scelerata, Apul. de Herb. cap. 8.

RHYNTON, onis, seu Rinthon, sic enim ex Cicerone legitur, poëta fuit Comicus Tarentinus, nugator. Meminit ejus Cic. lib. 1 ad Attic. epistola ultima: *Nam ut ait Rinthon, ut opinor,* οἱ μὲν παρ' οὐδέν εἰσιν, οἷς δ' οὐδὲν μέλει, hoc est, *Hi qui adsunt, nihili sunt, illis vero nihil curæ est.* Poëtæ hujus & Athenæus meminit lib. 3. At vero Donatus, imo potius Euanthus, non poëtam, sed actorem fabularum; & ab eo genus earum *Rhyntonicas* dictas existimat. Verum actor comœdiæ genus mutare aut constituere qui possit, inquit Scaliger, non video. Locus est lib. 1 Poëtic. cap. 7.

RHYPAROGRAPHUS, i, ῥυπαρόγραφος, sordidarum rerum pictor, ein schlechter mahler, sudler, gurckenmahler; ῥυπαρὸν enim *sordidum* Græci dicunt. *Tonstrinas sutrinasque pinxit, & asellos, & ob hoc cognominatus Rhyparographus*, ait Plinius lib. 35 c. 10 de Pyreico vel Pyrrhicho pictore.

RHYPODES, is, emplastrum ad extrahendum, quod a similitudine sordium ῥυπῶδες Græci appellant, ein zugpflaster, Cels. 5 cap. 19 n. 15. conf. cap. 26 n. 23, & lib. 6 cap. 18.

¶ Rhyptusa, æ, ῥύπτουσα, medicamentum abstergens, quod in vulnere sordes purgat, Cels. 5 cap. 26 n. 23.

RHYTHMUS, vel Rythmus, i, ῥυθμός, numerus, conveniens sententiæ sonus: estque orationi proprius; nam carminis metrum est. Vide Aristotelem lib. 3 Rhetoric. cap. 8, & præter alios Jul. Cæsar. Scaliger. lib 4 Poëtic. cap. 1. Auctor anonymus fragmenti, quod cum Censorino edi solet, cap. 11 *Modum* dixit latine. Quintilian. lib. 9 cap. 4 p. 703 differentiam *Rhythmi* & *Metri* ita declarat: *Rhythmi, id est, numeri, spatio temporum constant: Metra etiam ordine.* Vide ibi plura. *Rhythmi* autem nomen a *Rhythmenio*, Orphei filio factum, ex Nicostrato, cap. 10 tradit.

¶ Rhythmicus, a, um, ῥυθμικός, das sich reimet; ut, *Rhythmica musicæ pars*, de qua Isidorus Orig. 2 cap. 16 & 21. ¶ Substantive, ein reimer, reimsteller. Cic. 3 de Orat. cap. 49 *Nec sunt hæc rhythmicorum ac musicorum acerrima norma dirigenda.*

¶ Eurythmia, æ, εὐρυθμία, concinnitas, convenientia, eine gute einrichtung, feine proportion. Vitruvius lib. 1 cap. 2 pr. *Architectura constat ex ordinatione, ex dispositione, eurythmia & symmetria*, &c. vid. Lex. Vitr. p. 49.

RHYTIUM, i, poculi genus, infra angustum, medio distentum; ein pocal, becher. Est autem diminutivum ῥύτιον a ῥυτὸν, quod in poculis enumerat Athenæus 10 cap. 13, & 11 cap. 5. Pro vase ad pedes lavandos apto habet Martial. lib. 2 epigr. 35

In rhytio poteras, Phœbe, lavare pedes.

RICA, æ, flammeum virgineum, καλύπτρα, ein schleyer, haupt-tuch, kopfdecke, kappe. Varro de L.L. 4 cap. 29 *Ricam a ritu* esse ait, *quod, Romano ritu sacrificium fœminæ cum faciunt, capita velant.* Adde Festum, & Nonium cap. 14 n. 15, & Plautum Epid. a. 2 sc. 2 v. 18. Germanicus in asterismo virginis:

tristesque genas abscondita rica.

Servius videtur *Rigam* appellasse (nisi potius *Rica* ibi legendum sit) ad illud Virg. 4 Æn. v. 137

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.

Nonius *sudarium* interpretatur l. c. Est hinc

¶ Ricula, æ, dimin. ein tüchlein. Turpilius apud Nonium cap. 14 n. 16 *Interea aspexi virginem injectam in capite riculam indutam ostrinam.* Est &

¶ Ricinus, i, & Ricinium, i, vestimenti muliebris nomen, ein weiberkleid. Cicer. 2 de Legib. cap. 23 *Extenuato sumptu riciniis & vinculis purpuræ*, &c. Festus. RICINIUM, *pallium muliebre quadratum.* Trisyllabum *Ricinus*, eodem sensu, tutatur Vossius ex emendato Nonio, in Etymolog. p. 434. Varro apud eumdem Nonium l. c. adjective *mitram ricinam* dixit. Servius ad Virg. 1 Æneid. v. 286 deducit ab eo, quod post tergum rejicitur. vid. Ruben. de Re Vest. 1 cap. 7.

¶ Riciniatus, a, um, ricinio indutus, beschleyert, bekappt; ut, *Riciniatus Juppiter*, Arnobius lib. 6 sub finem.

RICINUS, i, plur. *Ricini*, vermiculi seu pediculi sunt canum, hunds-würmer. Varro 2 de R.R. cap. 9 *ricini & pulices.* Ac Plinius lib. 22 cap. 18 *Ricinos canum necant.* ¶ 2. Boves etiam his vermiculis infestari, patet ex Sammonici Sereni c. 37

Sanguine seu ricini, quem bos gestaverit ante.

¶ 3. Catoni etiam ovium sunt *ricini*, schaafläuse, de Re Rustica cap. 96 *Si hæc sic feceris, non scabræ fient*, (oves) *& ricini non erunt molesti.* Prov. Petron. Fragm. Trag. p. 28 *In alio pedicellum vides, in te ricinum non vides*, du bist ein splitter-richter. vid. ibi Reines. Schol. pag. 81. ¶ 4. *Ricinus* frutex etiam, de quo hæc Matthiolus: *Ricinum*, inquit, *vocavere Latini plantam, quæ Græcis* κίκι *dicitur, a similitudine, quam ejus semen habet cum ricino livido ac fœdo animali, quod canibus, bobus, capris aliisque quadrupedibus adhæret, neque prius decidit, quam plenius sanguine saginatum rumpatur.* Germani *Ricinum* plantam appellant, den wunder- und creutz-baum. conf. Plin. 15 cap. 7.

Rictus, quære infra in *Ringo.*

Ricula, vide paullo ante in *Rica.*

RIDEO, risi, risum, ridere, lachen. Cicer. 4 de Finib. c. 30 *M. Crassus semel in vita risit, ex quo vocatus est* ἀγέλαστος. Ælianus scribit lib. 3 Hist. variæ cap. 35 in academia ridendi potestatem nemini fuisse concessam, & caussam addit: *nam ab injuria & ignavia purum & inaccessum hunc locum servare conabantur.* ¶ 2. Terent. Adelph. a. 5 sc. 2 v 9 *Ridere* aliquoties posuit pro *deridere*, belachen. Et Cic. de Arusp. Resp. c. 4 *Ridere alicujus impudentiam.* Ita & Virg. eclog. 6 v. 23 *Ille dolum ridens.* ¶ 3. Eleganti quoque & perquam venusta tralatione *Ridere* dicitur, quicquid hilaritate quadam nobis adblanditur, schön und lustig anzusehen seyn. Sic ornata domus, cælum sudum, tempus vernum *ridere* dicitur Lucretio & aliis poëtis. Vide Gifan. Indic. Lucret. & Passerat. ad Catull. Epithal. &c. Petronius:

Albaque de viridi riserunt lilia prato.

Horat. 4 od. 11 v. 6 *Ridet argento domus*, es glänzt von silber. Virgil. eclog. 7 v. 55 *Omnia nunc rident*, i. e. pulchra sunt. ¶ 4. Est & *placere.* Horat. lib. 2 oda 6 v. 13 *Ille terrarum mihi præter omnes angulus ridet*, der ort gefällt mir für allen.

¶ Rido, ere, antiquum, idem. Lucret. 3 v. 22 *Diffuso lumine ridit.*

¶ Risus, ûs, ein gelächter, das lachen; ut, *Risum alicui excitare*, Nepos Hannib. cap. 11. Et, *Risum concitare*, etwas sagen, anrichten, deß man lachen muß, Cicer. de Orat. lib. 2 cap. 58. *Miros risus edere*, Idem ad Qu. fratr. lib. 2 epist. 10. Et, *Risum conciliare*, Quintilian. lib. 6 cap. 3. *Risum movere*, Cicer. 6 ad Attic. epist. 3. *Risum captare*, Idem 2 Tuscul. cap. 7, lachend machen, andere zum lachen zu bringen suchen. Horat. 1 satyr. 4 v. 82

Qui non defendit alio culpante, solutos
Qui captat hominum risus, &c.

Sic, *Risus quidam mediocris consecutus est*, es ist einiges lachen darauf erfolget, Cic. 5 fam. epist. 2. *Risus solutus, dissolutus*, cachinnus, ein bäurisch lachen. *Indecens risus*, Sueton. Claudio cap. 30. Catull. carm. 40 in Egnatium: *Risu inepto res ineptior nulla est.* Cicero de risu ita scripsit, ut, an concessus, dubitare videatur, Tusc. 4 cap. 31. Risu decessisse & Philemona Syracusanum, & Philistiona Nicæensem, Hesychius Illustr. narrat. *Ridere risu Sardonio*, proverb. i. e. lætitiam præferre & intus angi curis, lachen, da es nicht ums hertz ist. vide Chiliad. & infra in *Sardinia.*

¶ Risio, onis, idem. Plaut. in Sticho a. 5 sc. 2 v. 10 *Quot ego risiones fero? quot jocos?*

¶ Risor, oris, ein spötter, der gerne lacht; ut, *Risores commendare Satyros*, Horat. de Art. poët. v. 225.

¶ Risorius, a, um, lächerlich. Fulgent. Mythol. 2 *Risorii honores.*

¶ Risibilis, e, aptus ad ridendum, γελαστικός, lachend; utuntur eo Boëthius & alii Philosophi. vid. Goclen. Probl. Gram. 2 cap. 57.

¶ Ridibundus, a, um, idem. Plautus Epid. a. 3 sc. 3 v. 32 *Ridibundam atque hilarem huc adduxit.* Gellius lib. 11 cap. 15 *Non dixit, an, quid & quantulum differret a ludibundo ludens, & ridibundo ridens.*

¶ Rīdĭcŭlus, a, um, lächerlich, [illegible] kurtzweilig; ut, *Poëma ridiculum*, Horat. 2 epist. 1 v. 237. [illegible], Idem Art. poët. v. 139. *Hoc postulatum ridiculum esse videtur*, Cic. Verr. 2 cap. 60. *O rem ridiculam & jocosam!* Catull. carm. 57 v. 1. Et, *Logos ridiculos vendere*, Plaut. Stich. a. 1 sc. 3 v. 69. Superlat. *Ridiculissimus*, Ejusdem est ibid. a. 2 sc. 2 v. 58.

¶ Rīdĭcŭlus, i, substantive, qui aliis risui est, ein narr, dessen man lachen muß; γελωτοποιός, ein possenreisser, Plaut. Captiv. a. 3 sc. 1 v. 10. Juvenal. sat. 3 v. 153

Nil habet infelix paupertas durius in se,
Quam quod ridiculos homines facit.

Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 13 *At ego infelix neque ridiculus esse, neque plagas pati possum.* Cic. ad Attic. lib. 1 epist. 13 *Facie magis quam facetiis ridiculus.*

¶ Rīdĭcŭlum, i, etiam substantive, etwas lächerliches, ein narren-spiel. Cic. in Verr. 2 cap. 7 *Aliis indignum, aliis ridiculum videbatur.* Sic, *Eludere ridiculum ridiculo*, Quintil. lib. 6 cap. 3. *Ridiculo esse*, lächerlich seyn, Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 7 v. 3. *Per ridiculum dicere*, zum possen, Cic. 1 Offic. cap. 37. *Obtinere regem ridiculis suis*, Plaut. Stich. a. 3 sc. 2 v. 2.

¶ Rīdĭcŭle, adverb. spöttlich, lächerlich. Cic. 4 Verr. cap. 66 *Homo ridicule insanus.* Idem de Orat. 1 cap. 57 *Non modo acute, sed etiam ridicule ac facete.* Adde Terent. Adelph. a. 4 sc. 5 v. 42 *Ridicule!*

¶ Rīdĭcŭlārius, a, um, voll lachens, närrisch. Plaut. Asinar. a. 2 sc. 2 v. 69 *Mitte ridicularia*, setze die narrenpossen beyseit. Et Gell. 4 cap. 20 *Cavillator quidam, & canicula, & nimis ridicularius.* conf. Borrich. Cogit. p. 224.

¶ Rīdĭcŭlōsus, a, um, idem. Arnobii est lib. 5 p. 175 *ridiculosa negotia defendere*: & Hieronymus adv. Rufin. lib. 3 cap. 4 pr. *Ridiculosus* a *Ridiculus* distinguit: *Non ridiculosa, ut scribis*, inquit, *sed ridicula mihi forte res accidit.* Superlat. *Ridiculosissimus* apud Plautum est in Sticho a. 2 sc. 2 v. 64.

¶ Rīsĭlŏquium, i, ein lachendes reden. Tertull. de Pœnit. cap. 10 *In risiloquio consistere.*

Composita cum præposit.

¶ Arrīdeo, si, sum, ēre, quod est applausum & lætitiam risu ostendere, anlachen, anlächeln. Proprium adulatorum: vid. Terent. Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 19, & ibi Donatus. Horat. Art. poët. v. 101 *Ridentibus arridere*, mitlachen. Cic. in Somn. Scip. cap. 2 *Leniter arridens Scipio, quæso, inquit, ne me ex somno excitetis & pax sit rebus.* ¶ 2. Interdum idem est ac *placere*, gefällig seyn. Horat. 1 sat. 10 v. 88 *Quibus hæc, sint qualiacunque, Arridere velim.* Et Cic. ad Attic. 13 epist. 21 *Inhibere illud tuum, quod valde arriserat*, [hoc est, placuerat,] *vehementer displicet.*

¶ Arrīsio, ōnis, das gelächle, freundliche anlächeln. Autor ad Herenn. cap. 6 *Interpellatio aut arrisio*: cui opponitur paullo ante *Irrisio*

¶ Arrīsor, ōris, adulator, ein fuchsschwäntzer, der anlacht. Senec. epist. 27 *Stultorum divitum arrosor & arrisor*

¶ Corrīdeo, ēre, mitlachen. Lucret lib. 4 v. 81

Omnia corrident concepta luce diei.

Et Augustinus Confession. lib. 4 cap. 8 *colloqui & corridere.*

¶ Dērīdeo, ēre, est cum alterius irrisione & contemtu ridere, auslachen, verlachen, verhöhnen. Juvenal. sat. 2 v. 23

Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.

Et Cic. pro Flacco cap. 31 *Pergameni te deriserunt. Quid? tu, ludi te, non intelligebas?* Horat. lib. 2 epist. 1 v. 262

Discit enim citius meminitque libentius illud,
Quod quis deridet, quam quod probat & veneratur.

¶ Dērīsus, a, um, verhöhnt, verspottet. Cic. Verr. 3 cap. 92 *Derisum beneficium atque contemtum.* Et Verr. 5 cap. 39 *Derisus homo amens a suis consiliariis.* conf. Horat. Art. poët. v. 452.

¶ Dērīsus, ûs, substant. die verlachung, verspottung. Quintil. lib. 6 c. 2 *A derisu non procul abest risus*, lachen und verlachen seyn nicht weit von einander. Seneca præfat. lib. 4 Excerpt. Controv. p. 444 *Incidere in ea, quæ derisum effugere non possunt*, etwas begehen, das auslachens werth ist. Prudentius in Romano v. 248

Pulmonem movet
Derisus, istas intuens ineptias.

¶ Dērīsio, ōnis, der spott, die spottung. Arnobius lib. 7 p. 239 pr. *Derisionis materia.* Et Lactant. 4 cap. 18 *Si non credideritis ei, neque exaudieritis annunciationem ejus, eritis derisio in gentibus.*

¶ Dērīsor, ōris, ein spötter, spottvogel. Plin. lib. 11 cap. 52 *Supercilia, quibus juxta tempora inflexa, derisores significant.* Pro parasitis & scurris, qui dicacitate & derisionibus aliorum dominos oblectabant, sibi quærentes victum, Plautus *Derisores* posuit Captiv. a. 1 sc. 1 v. 3. Itemque Horat. lib. 1 epist. 18 v. 11

Alter, inquit, *in obsequium plus æquo pronus, & imi*
Derisor lecti,

id est, parasitus, qui in ima parte lecti ad pedes adstans domini scurratur. Nam accumbentibus dominis servi stabant ad pedes. Atque hi ipsi scurræ & adulatores cum alios, tum dominos ipsos plerumque deridebant habebantque ludibrio. conf. Horat. 2 sat. 6 v. 54, & Art. poët. v. 433. Seneca epist. 27 *Suasit illi Satellius Quadratus stultorum divitum arrosor, & quod sequitur, arrisor, & quod duobus his adjunctum est, derisor.* Caligula *Derisores* vocabat, qui, cum hæredem se scripsissent, perseverarent tamen vivere, quasi pro ludibrio haberetur, qui non statim adire posset hæreditates, ut Suetonius ejus vita refert cap. 38. ¶ 2 Et quia *mimorum* proprium deridere, & subsannare, idcirco & *derisores* appellati. Martialis lib. 1 epigr. 5

Qua Thymalem spectas, derisoremque Latinum,
Illâ fronte precor carmina nostra lege.

Latinum autem istum *Scenicum*, sive *mimum* fuisse, ex ejusdem poëtæ lib. 2 epigr. 72, & lib. 9 epigr. 29 clare constat.

¶ Dērīsōrius, a, um, spöttlich. Marcianus Lege 14 Dig. de condit. institut. *Conditiones, quæ contra bonos mores, vel derisoriæ sunt.* Gloss. lat. gr. *Tabula derisoria*, σανὶς καταγελαστή.

¶ Dērīdĭcŭlus, a, um, lächerlich, auslachens werth; ut, *Deridicula vanitas*, Gellius lib. 10 cap. 12. *Deridiculos versus facere*, Idem lib. 12 cap. 2.

¶ Dērīdĭcŭlum, i, substant. res deridenda, ein spott, kurtzweil; ut, *esse deridiculo*, Tacit. 3 Annal. cap. 57 n. 3. Et Terent. Heaut. a. 5 sc. 1 extr. *Qui sibi me pro deridiculo & delectamento putat*, der mich für einen narren hält.

¶ Irrīdeo, ēre, habere ludibrio, verspotten, verlachen. Terent. in Heaut. a. 5 sc. 2 v. 29 *Irrides in re tanta, neque me quicquam consilio adjuvas?* & Plaut. Trinum. a. 2 sc. 4 v. 45 *Bonis tuis rebus meas res irrides malas.* Cic. lib. 9 fam. epist. ult. *in philosophum irriseris.* Sic in MSS. sed improbat Grævius.

¶ Irrīsus, a, um, verlacht, verspottet. Plaut. Epid. a. 3 sc. 4 v. 83 *Me impune irrisum esse habitum.* Tacit. Ann. 4, 9, 2 *Ad vana & toties irrisa revolutus*, der wieder auf die närrischen sprünge kömmt.

¶ Irrīsus, ûs, substant. die höhnung, verlachung. Plinius lib. 32 cap. 9 *Quæ scripsisse eos non sine contemtu & irrisu generis humani arbitror.* Et Liv. lib. 7 cap. 10 *Gallus linguam ab irrisu exerens.* Sic Tacit. Ann. 14, 39, 3, & Hist. 1, 7, 5 *Irrisui esse*, ein spott seyn.

¶ Irrīsio, ōnis, subsannatio, die aushöhnung. Cic. 1 Off. cap. 39 *Deforme est, de se ipso prædicare, falsa præsertim, & cum irrisione audientium imitari militem gloriosum.* conf. Autor ad Herenn. 1 cap. 6.

¶ Irrīsor, ōris, ein spötter, auslacher. Cicer. Paradox. 1 cap. 4 *Veniant igitur irrisores hujus orationis.* Epitoma Victoris in Constantino: *irrisor potius quam blandus.* vide *Blandus*.

¶ Irrīdĭcŭle, adverb. närrisch. Cæsar 1 Bell. Gall. cap. 42 *Non irridicule quidam ex militibus dixit*, id est, ridicule.

¶ Irrīdĭcŭlum, i, res irridenda, ein spott. Plautus Casin. a. 5 sc. 2 v. 3 *irridiculum sumus ambo.*

¶ Irrīsĭbĭlis, e, der nicht lachen kan; ut, *Lapis irrisibilis*, ἀγέλαστος πέτρα, de homine severo & tetrico, vide Chiliad.

¶ Perrīdĭcŭlus, a, um, valde ridiculus, sehr lächerlich. Cic. 2 de Orat. cap. 19 *Eorum doctrina, quantum ego judicare possum, perridicula est.* Adde eumdem 4 in Verr. cap. 6, & Valer. Max. lib. 9 cap. 12 n. 8.

¶ Perrīdĭcŭle, adverb. idem. Cic. 2 de Orat. cap. 59 *Siquis perridicule possis.*

¶ Subrīdeo, ēre, lächeln, schmuntzeln; ut, *Subrisit modice levique nutu*, Martial. lib. 6 epigr. 82. Et, *Subridens mixta ira*, Virg. Æn. 10 v. 742. *Limis subrisit ocellis*, Ovid. Amor. 3 eleg. 1 v. 33. *Subridet Saturius, veterator*, Cic. pro Rosc. Com. cap. 8.

¶ Subrīdĭcŭle, adverb. aliquantum ridicule, etwas spöttisch, lächerlich. Cic. de Orat. lib. 2 cap. 61 *subridicule* & *severo* opponit.

RĬDĪCA, æ, pedamentum est vinearum fissile, (nam teres *palus* dicitur,) ein geschliffener wein-pfahl, eine reb-stange, Budæus. Vtuntur hac voce frequenter Varro, Columella, Plinius. Vet. Gloss. χάραξ, *sudis*, *ridica*. Ita enim legendum; non *redica*, quæ vulgaris lectio, aut *pertica*, ut volebat Vulcanius, quod recte animadvertit Maussacus Notis in Harpocrationis Lexicon p. 273.

¶ Rīdĭcŭla, æ, diminut. ein stecken, kleiner pfahl. Senec. 1 Nat. Qu. cap. 3 de fullone: *Cum os aquâ implevit, & vestimenta ridiculis diducta leviter adspergit.*

Ridicularius, ridiculosus, ridiculus, vide proxime ante *Rideo*.

Rien, vide supra *Ren*.

RĪGEO, ui, ēre, starren, starr oder steiff seyn; e. g. *Rigent frigore partes mundi incultæ*, Cicer. 1 Tuscul. cap. 28. *Prata rigent*, Horat. 4 od. 12 v. 3, sie sind bereifft. *Nervi rigent*, sie erstarren, Idem epod. 8 v. 17. *Comæ terrore rigebant*, Ovid. 3 Metam. v. 100. *Metu riguisse capillos*, Idem 1 Fastor. v. 97, die haare stehen zu berge.

¶ Rĭgens, tis, participium, aliquando nominis habitum induens, starr, steiff. Livius lib. 21 cap. 32 *Omnia rigentia gelu.* Virg. Æn 11 v. 72 *Vestes auro ostroque rigentes.* Plin. 11 c. 37 *Rigentes oculi.* Et Solinus cap. 15 *Damnata pars mundi, Aquilonis conceptaculis rigentissima.* De extremo septemtrione loquitur.

¶ Rĭgesco, ēre, indurari, hart werden, verstarren. Virg. 3 Georg. v. 363 *Vestes rigescunt.* Et Ovid. 9 Metam. v. 357 *Rigescunt ubera.*

¶ Rĭgĭdus, a, um, kalt, erstarret, hart, strenge. Virg. 2 Georg. v. 316

Tellurem Boreâ rigidam spirante moveri.

Sic, *Rigidi mores*, Ovid. Remed. am. v. 762, rauhe sitten; & *Rigidus vultus*, Idem Heroid. epist. Phædræ 4 v. 73. *Rigida innocentia*, Liv. 39 c. 40, id est, constans. *Rigida cervix*, Sueton. Tiberio c. 68. Compar. Cic. de Clar. Orat. cap. 18 *signa rigidiora.* Capitolin. in Macrino c. 11 *In vita imperatoria paullo rigidior & austerior.* Et Ambrosius epist. 3 *Præponderant illecebrosa rigidioribus*, id est, vitia virtutibus. *Rigidissima stoliditas*, Arnob. lib. 5 p. 164.

¶ Rĭgĭde, adverb. idem. Vitruv. 2 cap. 3 *Tectorium inductum rigideque obsolidatum.* Et compar. Valer. Max. 9 cap. 7 extrem. *Disciplinam præfractius & rigidius adstringere.*

¶ Rĭgĭdĭtas, ātis, die härte, starrung. Vitruvius lib. 2 cap. 9 *rigiditatem habere.*

¶ Rĭgĭdo, are, starr machen, steiffen. Senec. epist. 71 *Flexuram non recipit: rigidari quidem, amplius intendi non potest.* Alii legunt, *rigida est.*

¶ Rĭgor, ōris, κρύος, ῥῖγος, frigus vehemens, der harte frost. Hinc *calor* & *rigor* contraria Plinio 7 c. 50. Sic, *Recentissimi rigoris aqua infusa*, Colum. 9 cap. 14. ¶ 2. Durities, die härte, strenge, schärffe; ut, *Rigor ferri*, pro ferro rigido, Virg. lib. 1 Georg. & *Rigor juris*, Modestin. l. 19 de appellat. & relat. scharff recht. ¶ 3. Ita *agri rigor* dicitur, quæ εὐθυωρία Græcis est, *tractus rectus*. Frontinus de qualitate agrorum: *Extremitatum genera sunt duo; unum, quod per* RIGORES *observatur: alterum, quod per* FLEXUS. RIGOR *est, quicquid inter duo signa vel in medio lineæ, rectum perspicitur: Per flexus, quæ secundum locorum naturam curvantur, ut in agris arcifiniis solet.* Et mox rursus: *Quicquid in agro mensori operis caussa ad finem*

nem rectum fuerat, RIGOR *appellatur: Quicquid ad horum imitationem in forma scribitur*, LINEA *appellatur.* Ergo *Rigor* in agro est, quod in delineatione agri, sive forma, *Linea* vocatur. Adde supra in *Normalis* & *Normaliter* dicta. ¶ 4. Ad animum cum refertur, extremum constantiæ & gravitatis, quando excedunt, significat. Plin. lib. 8 cap. 19 *Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam torvitatemque naturæ duram & inflexibilem, affectusque humanos adimit, quales apathes Græci vocant.* Seneca lib. 1 de Ira c. 16 *Cn. Piso fuit, memoriâ nostra, vir a multis vitiis integer, sed pravus, & cui placebat pro constantia rigor.* Claudian. Panegyr. de 4 Consul. Honorii v. 402 *Triste rigor nimius: Torquati despue mores.*

¶ Rigōrōsus, a, um, pro *Rigidus*, quo vulgus utitur, quod sine exemplo antiquitatis fit, in barbaris relinquitur. Nonnulli quidem provocant ad illud Senecæ epist. 11 *Opus est* rigoroso *aliquo, ad quem mores nostri se ipsi exigant*; Sed Commelini editio τὸ *rigoroso* expungit, & tum veteres tum novæ editiones hanc vocem nesciunt.

¶ Rigōrātus, a, um, pro *rigidus factus*, gesteifft, est Plinii lib. 17 cap. 23 *Traduces virgultorum comitatu rigorati.* vid. Harduin.

¶ Erigidus, a, um, gantz erstarrt. Petron. Satyric. p. 210

Erigidus strictis qui regnat in ossibus horror.

¶ Dīrīgeo, ēre, obstupescere, erstarren. Virg. 3 Æn. v. 259

gelidus formidine sanguis Diriguit.

Ovid. 3 Fast. v. 332 *hirsutæ diriguere comæ.*

¶ Obrīgeo, ēre, prorsus indurescere, gar erstarren. Cicer. de Somn. Scip. cap. 6 *Obrigere pruinis.* Et Apulej Florid. *Ille anima edita obriguerat.*

¶ Obrīgesco, ĕre, idem. Seneca epist. 82 p. 332 *Viro non vel obrigescere satius est?*

¶ Prærīgidus, a, um, valde rigidus, sehr rauh. Quintil. Declam. 17 p. 227 *Vos ignotos prærigidæ mentis adfectus vocabulo molliore lenitis.*

RĬGO, avi, atum, are, humore conspergere, wässern, nässen, feuchten, feuchte machen. Plus autem est quam *conspergere.* Columella lib. 5 cap. 6 *Seminaria conspergi potius, quam rigari debent.* Sic Curtius lib. 3 cap. 1 n. 3 *Fons circumjectos rigat campos.* Idem lib. 6 cap. 4 n. 3 *Aquæ rigant solum.* Nec aquæ tantum, sed hominibus etiam aquam derivantibus imputatur. Curt. lib. 8 cap. 9 n. 10 *Erymanthus* [fluvius] *ab accolis rigantibus carpitur; ea caussa est, cur tenues reliquias in mare emittat.* ¶ Metaphorice Auctor ad Herenn. 4 cap. 6 *Fontes qui omnium rigare debent ingenia:* de magistris & præceptoribus dictum.

¶ Rigātio, ōnis, rigandi actus, die wässerung, besprengung, begiessung. Columella lib. 11 cap. 3 p. 397 *sicco loco seri, quo rigationem ministrari non expedit.*

¶ Rigātor, ōris, qui rigat, ein besprenger. Tertullianus advers. Valentin. cap. 15 *O fletum rigatorem!* Augustinus ad Paulinam epist. 112 post initium: *plantator & rigator.* Paulinus Nolanus epist. 39 [al. 30] n. 6 *Spiritus Sanctus rigator animarum est.* Idem 8 Natal. Felic. v. 239

Et sitientis humi percussa rupe rigator.

Dracontius Hexaëmero v. 432

Ipse rigator erat, sator, auctor, messor, arator.

¶ Rĭguus, a, um, wässerig, wässernd; ut, *Riguum pratum*, quod aquis irrigatur, vel cujus solum succidum est, eine wiese, so man wässert, oder feuchten bodens ist, Columell. lib. 2 cap. 7. Contrarium *Siccaneum* est, Colum lib. 2 c. 17. Sic, *Rigui in vallibus amnes*, Virg. 2 Georg. v. 485. ¶ Substantive Plin. 17 cap. 27 *Rigua æstivis vaporibus utilia*, i. e. rigationes, sive rivi ex amne ducti.

¶ Erīguo, are, ableiten, das wasser abführen. Plin. 17 c. 27 *Pluvias aquas eriguare convenit*, i. e. rivis & fossis deducere. vid. Salmas. in Solin. pag 415.

¶ Irrīgo, are, humorem infundere, wässern, befeuchten; ut, *Ægyptum Nilus irrigat*, Cic. lib. 2 Nat. Deor. cap. 52. ¶ 2. *Irrigare imbres*, pro, aquas inducere: Virg. lib. 4 Georg. v. 115

Figat humo plantas, & amicos irriget imbres.

Claudianus de Nuptiis Honorii & Mariæ v. 101

largos hæc nectaris imbres Irrigat.

Vbi vide sis Barthii Notas. Cicero per translationem eleganter dixit lib. 1 Nat. Deor. cap. 43 *Democriti fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit.*

¶ Irrīgātus, a, um, bewässert, benetzt, begossen. Tralate Plaut. Epid. a. 1 sc. 2 v. 18 *Hominem irrigatum plagis pistori dabo.*

¶ Irrīgātio, ōnis, die wässerung; ut, *Irrigationes agrorum*, Cic. 2 Offic. cap. 4.

¶ Irrĭguus, a, um, idem quod *riguus*: ut, *Campus irriguus*, Lucan. lib. 4 v. 296. *Hortus irriguus*, Horat. lib. 2 satyr. 4 v. 16. Et *Irriguus* active, qui irrigat. Virg. 4 Georg. v. 32

irriguumque bibant violaria fontem.

Tibull. lib. 2 eleg. 1 v. 44

Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.

Plaut. in Trinum. a. 1 sc. 1 v. 9 festiva dixit metaphorâ *Mores mali, quasi herba irrigua, succreverunt uberrime.*

¶ Subrĭguus, a, um, idem quod *riguus.* Plin. lib. 17 cap. 18 *in humido aut subriguo*, scil. *loco.*

RĪMA, æ, fissura, ein ritz, eine spalte, klunse, lücke. Pers. sat. 3 pr.

jam clarum mane fenestras

Intrat & angustas extendit lumine rimas.

Terent. in Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 25 *Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo*, mein maul kan nicht schweigen. Sic, *Rimam aliquam reperire*, de tergiversatoribus a Plauto dictum est, qui semper aliquid inveniunt, quo elabantur, Curcul a. 4 sc. 2 v. 24, die überall ausflucht suchen. vide Chiliad.

¶ Rīmŭla, æ, diminut. ein spältlein, ritzlein. Celsus 8 cap. 4 post princ. *Ne parvæ rimulæ fallant.* Et Lactant. de Opif. Dei cap. 8 n. 14 *Exiguæ cavernarum rimulæ.*

¶ Rīmo, are, antiquus poëta apud Festum in voce *Ruspari.*

¶ Rīmor, atus sum, ari, in rimas agere, durchgraben, durchsuchen, grübeln. Stat. lib. 8 Thebaidos v. 760

Et jam cornipedes trepida ac moribunda reflantes

Corpora, rimantur terras.

Vbi Lactantius: RIMANTVR, *in rimas agunt, id est, scrutantur.* RIMARI *enim proprie dicuntur sues, cum pascentes cibi gratia terram vertunt.* Virg. lib. 1 Georg. v. 384

Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.

Rimantur prata, inquit Servius, *id est, pascuntur in pratis, cibum per terræ rimas requirentes. Nam rimari huc tractum est de porcis, qui glandes rimantur de rimis terrarum.* ¶ 2. Hinc & investigare, requirere, scrutari significat, forschen, untersuchen. Vet. Gloss. *Rimatur*, ἐρευνᾷ. *Diligentissime rimari*, aufs fleißigste nachforschen, Quintil. lib. 5 c. 13. Et, *Id quoque rimatur, quantum potest*, Cic. de Divin. 1 cap. 57. Festus: *Rimari est valde quærere ut in rimis quoque.* Adde loca apud Nonium cap. 4 n. 395. Sed apud Virgil. Æn. 6 v. 599 vultur dicitur *rimari epulis*, i. e. in epulis; Nonius passive præter necessitatem accipit pro *expleri.*

¶ Rīmātus, a, um, passive, durchsucht. Sidon. 7 cap. 2 *Diligenter, quæ ad socrum pertinuerant, rimatis convasatisque.*

¶ Rīmātim, adverb. durch eine klunse. Martian. Capell. 2 *Rimatim ab ostio speculari.*

¶ Rīmātor, ōris, qui rimatur, ein nachforscher. Arnobius lib. 5 p. 161 *Varro in antiquitatis indagatione rimator.*

¶ Rīmābundus, a, um, intente contemplans, forschend. Apulejus lib. 2 Metamorph. p. 116 *Dum hæc identidem rimabundus eximie delector.*

¶ Rīmōsus, a, um, voll klunsen, löcherich, lückicht. Horat. 2 sat. 6 v. 46

Et quæ rimosa bene deponuntur in aure.

Et Prudentius passione Hippolyti v. 69

rimosæ imponere cymbæ.

Conf. Virg. Æn. 6 v. 444, & Georg. 4 v. 45.

RINGO, rinxi, rictum, ringĕre, active, vel potius Ringor, ringi, deponentaliter, significat os diducere, das maul sperren, die zähne blecken. ¶ 2. Et *Ringi* stomachari est, sauer sehen, unmuths seyn. Terent. in Phorm. a. 2 sc. 2 v. 27 *Dum tibi sit, quod placeat, ille ringitur*, er wirfft das maul auf, er ist zornig, er murret. Sidon. Apollinaris carm. 23 v. 87 *Multum ringitur otiosa virtus.* Sipontinus hoc verbum *Ringi* a ῥὶν, ῥινὸς, quod *narem* significat, fecit, ut sit *ringi*, die nase rümpffen; quod canes latraturi ringendo vel ex ira nares in rugas diducunt. Etiam *hominis esse rictum*, probat Nonius cap. 6 n. 43.

¶ Ricto, are, frequent. ein groß maul machen und schreyen. Spartianus in Geta cap. 5 *Leopardi rictant.*

¶ Rictus, ûs, est oris distensio, γελάσινος, das aufsperren des mauls, der rachen. Sic, *Risu diducere rictum auditoris*, Horatius dixit 1 satyr. 10 v. 7. Et Gellius lib. 18 cap. 4 *Tum ille rictu oris labearumque ductu contemni a se ostendens & rem, de qua quæreretur, & hominem ipsum, qui quæreret*, er rümpffte das maul.

¶ Rictum, i, idem quod *Rictus*, das maul, die lefftze. Lucret. 6 v. 1193 *Inhorrebat rictum.* Idem lib. 5 v. 1063

Mollia ricta tremunt duros nudantia dentes.

¶ Subringo, ĕre, vel Subringor, gi, aliquantulum ringi, sich etwas entrüsten, murren. Cicero 4 ad Attic. epist. 5 *Erimus uberiores, si & ille libenter accipiet, & hi subringentur, qui villam me moleste ferunt habere.*

Rinthon, vide supra *Rhynthon.*

RĪPA, æ, ὄχθη, fluminum est extremitas & fontium, sicut maris litus: quamquam hæc differentia non semper observatur, der rand, das gestade, ufer am fluß. *Fluvium extra ripas diffluentem coërcere*, dem wasser wehren, so es austreten will, Cic. de Clar. Orat. cap. 91. *Litora* sunt terræ, ubi fluctus eluit, declives illæ ac humiles nihilque tumentes: *Ripæ* vero terræ elatæ & altiores fluctu. Pomponius Mela lib. 3 cap. 10 de Æthiopia: *Oras ad Eurum sequentibus nihil memorabile occurrit: vasta omnia vastis præcisa montibus, ripæ potius sunt, quam litora.*

¶ Rīpŭla, æ, diminut. das uferlein, Cic. 15 ad Attic. epist. 16.

¶ Rīpārius, a, um, ripas inhabitans, am ufer wohnend; ut, *Ripariæ hirundines*, qui in ripis nidificant, ufer-schwalben, Plin. lib. 30 cap. 40. Hinc

¶ Rīpāriŏla, æ, talis hirundo, per diminut. apud Marcell. Empir. c. 15.

¶ Rīpāriensis, e, riparum castris deputatus, zum ufer bestellt. Nam *Milites riparienses* dicebantur, qui in imperii limitibus excubabant pro repub. adversus barbaros: ut in ripis Danubii ad tuendas Pannonias adversus Sarmatas; in ripis Euphratis, adversus Parthos, &c. grentz-soldaten. vid. Herodianus lib. 6 cap. 7. Alciatus C. de Re militari. Quomodo distinguatur a cognatis vocabulis, Casaubonus docet in Flav. Vopisci Aurelianum cap. 38 *Qui ripam inhabitant, Riparii dicuntur: & legiones, quæ prætendebant apud Riparios, dictæ Riparienses.* Aliud enim *ripensis* est, de quo mox sequitur: aliud *ripariensis*, &c. ¶ Sed milites quoque, qui ad ripas prætendunt, *Riparii* dicti. Vet. Gloss. *Riparius*, ὀχθοφύλαξ.

¶ Rīpensis, e, juxta ripam, am ufer liegend; cujus oppositum est *mediterraneus*, hoc est, remotus a ripa. Sic, *Dacia ripensis*, apud Ammian. lib. 26 cap. 30, quæ Danubii ripam spectabat: *Mediterranea* contra, quæ propior erat Macedoniæ. Vtraque enim de nova Aureliani; non de veteri provincia Trajani intelligenda. vide Geograph.

¶ Prærīpia, orum, loca vicina ripis, die gegend am ufer; ut, *Præripia fluminis*, Apulej. Apolog. p. 278, quæ ante ripam sunt. Vide Gronovium Observat. lib. 1 cap. 20, qui non tantum Apuleji locum confirmat contra illos, qui *prærupta* legunt, sed Servium etiam ad Virg. Æn. 6 v. 704 ita corrigit ex MSS. *quæ est juxta præripia fluminis*, non, ut vulgo legunt, *juxta prærupta.*

Ripensis, quære in præcedente *Ripa.*

RIPHAEI, orum, Ῥιπαῖοι, montes Scythiæ, sic dicti a perpetuo ventorum flatu, ῥιπίζειν enim *flare* significat. ¶ 2. *Riphæos* vero populos Riphath filius Gomer instituit, quos a se *Riphæos* sive *Riphathæos* nominavit, ut Josephus scribit lib. 1 Antiquit. Jud. cap. 7. ¶ 3. *Eurum Riphæum* dixit Virgilius 3 Georg. v. 382

Gens effræna virûm Riphæo tunditur Euro.

Scythia enim magna ex parte orientalis est.

¶ Rīpheus, ei, duabus syllabis, unus ex Centauris est, Ovid. Met. 12 v. 352. Et alius Trojanus, de quo Virg. in 2 Æneid. v. 426

cadit & Ripheus, justissimus unus
Qui fuit in Teucris, &c.

RISCVS, i, apud Terentium legitur in Eunuch. a. 4 sc. 6 v. 16 *Abi tu, cistellam Pythias domo effer cum monumentis: P. ubi sita est? T. in risco.* Nonius cap. 2 n. 736 locum angustum in pariete interpretatur: ein schränckgen in der wand. Donatus cistam pelle contectam, & nomen Phrygium tradit, ein reisekasten, kuffer. A quo non alienus videtur Glossator Vetus; Ita enim ille: *Riscus*, κιβωτὸς μεγάλη. Alius: λάρναξ, *Arca, riscus.* Apud Pollucem quoque ῥίσκος arcæ genus est, ubi asservantur vestes. Extenditur etiam ad alia, ut Cujacius notat lib. 8 Observat. cap. 1. Vlpianus leg. 25 § 9 D. de aur. arg. *Riscum* in mundo muliebri numerat.

Risio, risor, risus, vide paullo superius in *Rideo*.

Rite, ritualis, ritualiter, vide sequens *Ritus*.

RĪTVS, ûs, ui, mos est, vel consuetudo, ein gebrauch, eine weise, gewohnheit. Cic. 2 de Legib. cap. 9 *Ex patriis ritibus optima colunto.* Idem in Philipp. 2 cap. 25 *Vivere latronum ritu.* Et Plin. lib. 12 cap. 8 *Ritu naturæ capite hominem gigni mos est, pedibus efferri*, nach gewöhnlicher ordnung der natur. ¶ 2. Proprie *Ritus* sacrorum mos seu ceremoniæ. Ovid. lib. 6 Metam. v. 591 *Deique*

Ritibus instruitur.

Virg. Æneid. 12 v. 836 *morem ritusque sacrorum Adjiciam.*

Prudentius de Epiphania v. 193

Quin & propago degener
Ritum secuta inconditum:

Propago degener, gentes notat: *Ritus inconditus* religionem gentilem sive paganismum. Sic *Christiani ritûs homines*, qui Christianismum confitentur, Christen.

¶ Rituālis, e, zu denen ceremonien gehörig; ut, *Rituales libri*, qui de ritibus urbium condendarum scripti sunt, apud Cicer. 1 de Divinat. cap. 33.

¶ Rituāliter, adv. wie es bräuchlich. Ammianus lib. 29 cap. 7 *Ritualiter consecratus*, id est, rite, observatis ritibus & ceremoniis.

¶ Rite, adverbium, idem quod legitime, recte, ordine, rechtmäßig, gebührlich; ut, *Deos rite colere*, Cicer. 1 Divinat. cap. 13, auf gebührende weise. *Sacrificium rite perpetrare*, Liv. lib. 44 cap. 37 extr. ¶ 2. *Rite* Statius peculiari modo substantive usus est, ac si nominativus esset *Rites* vel *Ritis* pro *Ritus*: Sic enim ille Theb. 11 v. 285

Hei mihi primitiis armorum, & rite nefasto
Libatus jussusque mori; i. e. ritu nefasto.

Rivalis, rivalitas, rivinus, vide sequens *Rivus*.

RĪVVS, i, ῥύαξ, aqua ex fonte, seu flumine deducta, ein bach, ein wasser-gang. Namque & aqua, quæ deducitur opere facto in locum aliquem, *rivus* dicitur. Vitruvius lib. 8 cap. 7 *Ductus autem aquæ fiunt generibus tribus, rivis per canales structiles aut fistulis plumbeis, seu tubulis fictilibus*, &c. Inde *substructiones rivorum*, item *rivos subterraneos* non semel apud Frontinum de aquæductibus legimus. Vlpianus Lege 1 § 2 Dig. de Rivis: *Rivus est locus per longitudinem depressus, quo aqua decurrat: cui nomen est* ἀπὸ τῷ ῥεῖν, *a fluendo.* Sic, *Rivum a fonte deducere*, einen bach aus der quelle leiten, quemadmodum Cicer. in Topic. cap. 8 *Rivorum a fonte deductionem* dixit, die wasser-leitung. Contra, *Rivum fluvio inducere*, wasser in den brunnen tragen. vide Chiliad. Sed, *Flumina e rivo facere*, apud Ovid. lib. 2 de Ponto epist. 5 v. 22, aus einem füncklein ein groß feuer machen. Virg. Æn. 9 v. 456 *Pleni spumanti sanguine rivi.*

¶ Rīvŭlus, i, dimin. ein bächlein. Sic proverbialiter; *A fontibus potius haurire, quam rivulos consectari*, Cic. in Acad. lib. 1 cap. 2. Et rursus lib. 2 de Orat. cap. 27 *Tardi ingenii est, rivulos consectari, fontes rerum non videre.* Proprie Prudentius in Romano v. 160

Almonis usque pervenitis rivulum,

qui Romam ante Capenam portam præterfluebat.

¶ Rīvālis, e, aus dem bach: ut, *Rivalis cancer*, ein bach-krebs. Et, *Rivalis alecula*, hoc est, rivos frequentans, Columell. lib. 8 c. 15. ¶ 2. Substantive RIVALES proprie sunt, qui eodem rivo utuntur, die sich eines wassers gebrauchen. Gellius lib. 14 cap. 1 *Negotium quoque alicujus, quod ei forte de aquæ ductu cum rivalibus, aut de communi pariete cum vicino apud judicem est.* ¶ 3. *Rivales*, æmuli in amore, qui unam amant, eamque ob rem obtrectant inter se, ut solent, qui rivum habent communem, quibus sæpe controversiæ nasci solent, quo & ille Gellii locus pertinet, mitbuhler. Donatus vero ad bestias refert: qui ad illud Terentii in Eunucho a. 5 sc. ult. *Militem ego rivalem recipiendum censeo*, ita scribit: RIVALES *dicuntur æmuli de mulieribus, facta translatione nominis a feris bestiis: quæ sitientes cum ex eodem rivulo haustum petunt, in prælium contra se invicem concitantur. Sic Cicero pro Cœlio:* SIN ERIT EX ILLO FONTE RIVALIS, *inquit.* Hactenus Donatus. Et Plaut. in Stich. a. 3 sc. 1 v. 30 *Est amica ambobus, rivales sumus.* Et, *Sine rivali diligere*, est stulte mirari, quod nemo alius concupiscat: Cicer. ad Qu. frat. lib. 3 epist. 8 *O dii! quam ineptus? quam se ipse amans sine rivali?* Vet. Gloss. *Rivales*, ἀντεραστοί. Ovid. Remed. am. v. 769

At tu rivalem noli tibi fingere quemquam.

¶ Rīvīnus, i, & Rīvārius, i, idem qui *Rivalis*. Plautus, sive quicunque auctor est, argumento Asinariæ:

Rivinus amens ob præpetem mulierem,
Is rem omnem uxori per parasitum nunciat.

Vet. Gloss. *Rivaria*, ζῆλα.

¶ Rīvālĭtas, ātis, die mitbuhlschafft. Cicero in 4 Tusc. cap. 26 *Vitiosa æmulatio rivalitati similis est.* Et Apulej. Met. 10 *Sæva rivalitas.*

¶ Rīvātim, adverb. in morem rivi: Macrob. lib. 7 Saturn. cap. 12 *Rivatim aquæ de Ponto fluunt.*

¶ Rīvōrum, i, plur. Rivora. minores rivi, bächlein; ut, *In monte posita tria rivora*, &c. Vet. Auct. Rei agr. Gœsii p. 235.

¶ Rīvōsus, a, um, bachreich. Gloss. lat. gr. *Rivosus*, ῥευδρώδης.

¶ Rīvifinālis, e, objectu rivi fines inter vicinos faciens, wo ein bach scheidet. Siculus Flacc. de Condit. Agr. Gœsii p. 12 *Per omnem tractum rivifinalem.*

Composita cum præposit.

¶ Corrīvo, āre, in rivum colligere, zusammen leiten. Hoc verbo usus est Plinius 21 cap. 4 *Damnosi torrentes corrivantur*, sie fliessen zusammen, sie machen einen strom. Et Vlpianus L. 1 § 4 Dig. de aqua, & aqua pluvia arcenda: *Sed & fossas agrorum siccandorum caussa factas, Mutius ait fundi colendi caussa fieri: non tamen corrivandæ aquæ caussa fieri.*

¶ Corrīvātus, a, um, zusammen geflossen. Plin. 6 cap. 14 *Angustias impedit corrivatus salis e cautibus liquor.* Idem 36 cap. 15 *Per meatus corrivati septem amnes.* Et lib. 3 c. 5 [sect. 9 Harduin.] *Tiberis tenuis primo, nec nisi piscinis corrivatus emissusque, navigabilis.*

¶ Corrīvātio, ōnis, die zusammenleitung; ut, *Corrivatio aquæ pluviæ*, Plin. lib. 31 cap. 3. Adde lib. 33 cap. 4.

¶ Corrīvālis, is, plur. Corrivales, iidem qui *Rivales*, mitbuhler. Quintil. in Declam. 14 *Potior corrivalium maledicta, convicia*, &c.

¶ Dērīvo, āre, aquam ex fonte vel ex agro deducere, herleiten, ableiten; ut, *Aquam derivare de fluvio*, Plaut. Trucul. a. 2 sc. 7 v. 12. ¶ 2. Quod & metaphorice dixit Terent. in Phorm. a. 2 sc. 1 v. 9 *Vt in me omnem iram derivem senis*, daß ich zorn auf mich lade. Sic, *Culpam suam in aliquem derivare*, auf einen die schuld werffen, Cicer. in Verr. 4 cap. 20. *Derivare crimen*, Idem pro Milone cap. 10 extr. von sich ablehnen.

¶ Dērīvātus, a, um, geleitet, abgeleitet. Cic. ad Attic. 2 epist. 31 *Derivata expectatio largitionis agrariæ in agrum Campanum.* Horat. 3 od. 6 v. 19 metaphorice, *Hoc fonte derivata clades.*

¶ Dērīvātio, ōnis, die ableitung; ut, *Derivationes fluminum*, Livius lib. 5 cap. 15. ¶ Et *Derivationes nominum, verborum*, &c. hoc est, deflexiones, apud Grammaticos.

¶ Dērīvātīvus, a, um, apud eosdem Grammatt. herstammend. Et Vet. Gloss. *Derivativum*, παραγωγόν.

¶ Ērīvo, āre, per rivos evacuare, herausleiten. Plin. lib. 17 cap. 26 *pluvias aquas erivare.*

RIXA, æ, contentio, pugna, a *ringendo* dicta videtur, ein unwille, zanck. Cic. lib. 9 fam. epist. 22 *Academiæ nostræ magna cum eo rixa est.* Tacit. 1 Histor. cap. 64 *Jurgia primum, mox rixa.* Ergo *rixa*, contentio, quæ non verbis, sed manu peragitur. Vnde *sanguineæ rixæ*, apud Horat. lib. 1 oda 27 v. 4. Vet. Gloss. *Rixa*, μάχη.

¶ Rixor, atus sum, āri, ἐρίζειν, hadern, zancken; ut, *Rixari cum aliquo de amicula*, Cicer. 2 de Orat. c. 59. Vet. Gloss. *Rixatur*, μάχεται. Horat. 1 epist. 18 v. 15 *Rixatur de lana caprina.*

¶ Rixo, āre, active, idem. Varro apud Nonium cap. 7 n. 82 *Ille viros hortari, ut rixarent.* Idem ibid. *Ne familiæ rixent cum vicinis.* conf. Minuc. Felic. p. 344.

¶ Rixātor, ōris, ein zäncker, haderer. Quintilian. 11 cap. 1 *Videas rixatores quosdam neque judicum reverentia, neque agendi more ac modo contineri.* Et Firmic. 5 cap. 8 *Homines mali, litigiosi, rixatores.*

¶ Rixōsus, a, um, contentiosus, haderhafftig, zänckisch; ut, *Rixosæ aves*, galli gallinacei, Colum. lib. 8 cap. 2.

Rizagra, Rizias, &c. vide paullo superius *Rhizagra, Rhizias*.

Robigalia, robīgo, &c. vide infra *Rubigo*.

Roborare, roboreus, &c. vide sequens *Robur*.

RŌBVR, ŏris, durissima est quercus, eine stein-eiche. Cicer. de Divinat. 2 cap. 41 *quis robur illud cecidit, dolavit?* Et Virg. Æn. 6 v. 181

cuneis & fissile robur
Scinditur.

¶ 2. Per metaphoram animi & corporis, quarumcunque item rerum firmitatem significat, krafft, stärcke. Vet. Gloss. *Robur*, ἔρυος, στερέωμα. *Animi magnitudo & robur*, Cic. 1 Tuscul. cap. 40, die mannheit und stärcke des gemüths. *Incredibili quodam robore animi homo*, Cicer. pro Milon. cap. 37. *Robur corporis; Robur ætatis*, Idem pro Cœlio cap. 30. *Firmamentum & robur*, Cic. pro Lege Manil. cap. 4. *Æternaque ferri robora*, Virgil. 6 Æneid. v. 605. *Robur saxi*, Lucret. lib. 1 v. 881. *Roboris plena verba*, nachdrückliche worte, Seneca epist. 10. ¶ 3. *Robur* etiam quoddam supplicii genus dicebatur, eculeus seu equuleus, in quo insidentes misere torquebantur. Lucretius lib. 3 v. 1030 *Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tædæ.*

Turnebus Advers. 20 cap. 26 *Robur* ibi fustem lignumque significare censet, quo sontes tundebantur a fustuario. vid. & Rhodig. Antiqu. Lect. 17 cap. 8. ¶ 4. Erat & *Robur* locus in carcere, ut Festus tradit, quo præcipitabatur maleficorum genus, quod ante arcis robustis includebatur, ein stock. Liv. lib. 38 cap. 59 *Vt in carcere inter fures nocturnos vir clarissimus Scipio includatur, & in robore ac tenebris exspiret.* Lucan. lib. 2 v. 125

Sæva tribunitio maduerunt robora tabo.

Apulej. Apolog. p. 325 *O subtilitas digna carcere & robore!* conf. Turneb. Advers. 23 cap. 21, & Taubm. in Plauti Curcul. p. 538.

¶ Rōbŏreus, a, um, von eichen; ut, *Pons roboreus*, eine brücke von eichenem holtze, Ovid. in Fastis lib. 5 v. 622. *Roboreis axibus compingitur solum*, Colum. 6 cap. 19.

¶ Rōburneus, a, um, idem; ut, *Fruges roburneæ*, i. e. glandes, Colum. 9 cap. 1.

¶ Rōbusteus, a, um, idem. Vitruvius lib. 3 cap. 3 *palis robusteis locus configatur.* Quæ eadem etiam lib. 5 cap. ult. leguntur.

¶ Rōbustus, a, um, robore valens, starck; ut, *Satelles robustus, & valens, & audax*, Cic. 2 Agrar. cap. 31. *Animus robustus*, Idem 1 Offic. cap. 20. Nepos Alcibiade cap. 2 *Quum robustior est factus*, ubi ætatis augmentum significat. Cicer. Philipp. 2 c. 25 *Hæc quæ robustioris improbitatis sunt.* Et Flor. 1, 12, 3 *Robustissima oppida.* Justin. 25, 4, 6 *Robustissima pars exercitus.* Colum. de Arbor. cap. 3 *Vineæ robustissimæ.*

¶ Rōbŏro, āre, est robur addere, stärcken. Cic. 1 Offic. cap. 31 *perpetua constantia roborari.*

¶ Rōbŏrātus, a, um, gestärckt. Sarisb. 7 c. 1 *Humanis viribus roborati intumue-*

intumuèrunt. Comparativo utitur Tertull. de Anima cap. 25 *Roboratior exitus.*

¶ Rōbŏraſco, ĕre, baumſtarck werden. Nævius apud Nonium c. 2 n. 368 *Cujus vox gallulaſcit, ejus jam ramus roboraſcit.*

¶ Rōbŏrārium, i, ein platz mit eichenen pfoſten beſchlagen. *Roboraria,* inquit Gellius 2 cap 20, *antiquis ſignificabant ea, quæ nunc vivaria vulgus vocat. Sic autem erant appellata a tabulis roboreis, quibus ſepta viſebantur,* &c.

¶ Rōbŏrētum, i, ein eichwald. Gloſſ. gr. lat. δρυμὼν, *Quercetum, Roboretum.*

¶ Rōbŏrōſus, a, um, gichtſtarrig; ut, *Roboroſa paſſio*, Veget. de Re Vet. 3 cap. 24.

Compoſita:

¶ Corrōbŏro, āre, ſtärcken. Cicer. pro Cœl. cap. 6 *Se corroborare & virum inter viros eſſe.* Idem in Catilin. 1 c. 12 *Conjurationem naſcentem non credendo corroborare*, die meuterey zu kräfften kommen laſſen.

¶ Corrōbŏrātus, a, um, geſtärckt, befeſtiget. Cicer. pro Flacco cap. 26 *Virtus Lacedæmoniorum non ſolum naturâ, verum etiam diſciplina corroborata.* Et de Amicit. cap. 20 *Corroboratis jam confirmatisque & ingeniis & ætatibus judicandæ ſunt amicitiæ.*

¶ Corrōbŏrāmentum, i, die ſtärckung. Lactantius lib. 3 Div. Inſtit. c. 12 extr. *Labores & miſeriæ ſunt exercitia & corroboramenta virtutis.*

¶ Irrōbŏro, āre, einwurtzeln. Gellius lib. 1 cap. 22 *Irroboravit inveteravitque falſa atque aliena verbi ſignificatio.*

¶ Obrōbŏrātio, ōnis, morbus, die gichtſtarrung, Veget. de Re Vet. 3 cap. 85.

¶ Prærōbŏrātus, a, um, vorhergeſtärckt; ut, *Præroboratum corpus*, Cœl. Aurel. 4 cap. 1.

RŌBUS, a, um, rufus, ruber, roth; ut, *Bos robus*, Feſtus.

¶ Rōbus, i, ſubſt. tritici ſpecies, weitzen. Colum. 2 cap. 6 *Ex tritici generibus maxime ſerendum eſt, quod robus dicitur.*

¶ Rōbīgo, &c. vide infra in *Rubigo.*

RŌDO, rōſi, rōſum, rodère, murium proprie eſt, nagen, benagen. Horat. 1 ſatyr. 10 v. 70

& in verſu faciendo
Sæpe caput ſcaberet, vivos & roderet ungues,

pro ſcribere ſollicite & attente. Et Martial. lib. 13 epigr. 2

quid dentem dente juvabit
Rodere, carne opus eſt, ſi ſatur eſſe velis.

¶ 2. Sed, *More hominum invident, in conviviis rodunt*, id eſt, obtrectant, ſie ſticheln, Cicer. pro Corn. Balb. cap. 26. Et Horat. lib. 1 ſatyr. 4 v. 81 *Abſentem qui rodit amicum*, &c. vide *Niger.* Ita, *Dente Theonino rodere*, eſt conviciis proſcindere, zur banck hauen, ſumtum a Theone poëta maledico, vide Chiliad.

¶ Rōſio, ōnis, die nagung; ut, *Roſiones inteſtinorum*, das zwacken und reißen in den därmen, Plin. lib. 28 cap. 9. *Roſiones ſtomachi*, Idem lib. 20 cap. 14. *Roſiones præcordiorum*, Idem lib. 23 cap. 1, & Celſus lib. 7 cap. 23 *Spumans bilis alvo cum roſione redditur.*

¶ Rōſor, ōris, qui rodit, ein nager. Ambroſius Sermone 81 p. 380 *mures, horreorum roſores* vocat.

Compoſita:

¶ Abrōdo, ĕre, abnagen, abbeiſſen. Plin. lib. 10 cap. 62 *Viperæ mas caput inſerit in os* [fœminæ,] *quod illa abrodit voluptatis dulcedine.*

¶ Arrōdo, ĕre, einen anbiß thun, benagen. Per metaphoram Cic. pro Sextio cap. 33 *Arrodere rempublicam*, den gemeinen nutzen berupffen. Et Sidon. 7 epiſt. 6 *Caulas eccleſiaſticas clandeſtino morſu arrodere.*

¶ Arrōſus, a, um, benagt. Plinius rurſus lib. 10 cap. 62 *Semina arroſa condunt formicæ, ne rurſus in fruges exeant*, die körnichen, ſo forn angebiſſen ſeyn, &c.

¶ Arrōſor, ōris, abliguritor bonorum alterius, ein benager. Ita, *ſtultorum divitum arroſor*, Senec. epiſt. 27.

¶ Circumrōdo, ĕre, umher nagen; ut, *Dente Theonino cum circumroditur*, &c. Horat. lib. 1 epiſt. 18 v. 82. vide paullo ante *Rodo.*

¶ Corrōdo, ĕre, zernagen. *Si mures corroſerint aliquid*, &c. Cic. de Divinat. lib. 2 cap. 27.

¶ Corrōſus, a, um, zernagt; ut, *Corroſis oſſibus*, Juvenal. ſatyr. 15 v. 80.

¶ Dērōdo, ĕre, abnagen; ut, *Deroſum eſſe a muribus*, Cicer. lib. 1 Divin. cap. 44.

¶ Derōſus, a, um, abgenagt; ut, *Deroſi a muribus clypei*, Cicer. de Divin. 2 cap. 27. Et, *A cochleis minimis deroſa vitis*, Plin. 11 cap. 37.

¶ Erōdo, ere, ausnagen. Colum. 10 v. 323 *Teneras erodere frondes.*

¶ Erōſus, a, um, ausgefreſſen; ut, *Sale eroſus*, Plin. 12 cap. 9.

¶ Obrōdo, ĕre, idem quod *circumrodere.* Plaut. Amphitr. a. 2 ſc. 2 v. 92 *Enimvero prægnanti oportet malum & malum dari, ut, quod obrodat, ſit?* Et Tertullian. 2 adv. Marcion. cap. 5 pr. *Canes oſſa obrodunt*, ſie nagen an den beinen.

¶ Obrōſus, a, um, umnagt; ut, *Obroſo margine*, Plin. 37 cap. 2.

¶ Perrōdo, ĕre, durchbeiſſen. Plin. lib. 34 ſub finem, de Sandaracha: *Valet purgare, ſiſtere, excalfacere, perrodere.* Celſus 5 c. 28 *Num plures ſinus diverſa corporis genera perroſerint?*

¶ Prærōdo, ĕre, forn benagen. Plin. lib. 9 cap. 43 *hamum prærodere.* Et eodem libro extremo *caudam prærodere.* Plautus Pſeud. a. 3 ſc. 2 v. 94 *Prærodere digitos.*

¶ Prærōſus, a, um, forn angebiſſen. Horatius lib. 2 ſatyr. 5 v. 25

Inſidiatorem præroſo fugerit hamo.

¶ Semirōſus, a, um; halb benagt; ut, *Semiroſus panis*, Arnob. lib. 6 pag. 202.

Rodus, Rogalis, Rogatio, &c. vide *Rudus, Rogus, Rogo.*

RŎGO, avi, atum, āre, eſt orare, bitten; ut, *Rogare aliquem aliquid*, einen um etwas bitten, anſprechen: *Meo jure hoc beneficium te rogo*, Antonius Ciceroni ſub epiſt. 13 lib. 14 ad Atticum. Et Cæſar B. Gall. 1 c. 11 *rogare auxilium.* Seneca epiſt. 10 *Roga bonam mentem* &c. *Audacter Deum roga, nil illum de alieno rogaturus.* Et mox ex Athenodoro: *Nihil Deum roges, niſi quod rogare poſſis palam.* Idem Sen. de Benef. 2 c. 2 *Moleſtum verbum eſt, & demiſſo vultu dicendum: Rogo.* Sic, *Magno ſtudio rogare: Te oro atque rogo*, Cicero paſſim. ¶ 2. Sed, *Rogare conſules*, eſt creare; ut, *Comitia conſulibus rogandis fuerunt*, &c. i. e. creandis, Liv. lib. 38 cap. 42. Sic, *rogare legem*, i. e. proponere; fit enim rogato populo. Vide Gellium lib. 2 cap. 24. *Rogari* enim dicuntur illa, quæ populo proponuntur: quod fiebat interrogando, an velit, jubeat, &c. ut, *Piſoni provincia rogata eſt*, Cicer. pro Sextio cap. 24. ¶ 3. *Malo emere, quam rogare*, Cic. 6 in Verrem cap. 6 extr. hoc eſt, ad uſum ab aliquo petere, borgen, entlehnen. ¶ 4. Frequens eſt & *Rogare* pro *interrogare*, fragen. Terent. in Adelph. a. 4 ſc. 1 v. 11 *Rogabit me, ubi fuerim*, &c. ubi alii *rogitabit*, frequentativum legunt, quod idem eſt. Et in Eunuch. a. 3 ſc. 3 v. 5 *Roget quis, quid tibi cum illa?* es möchte jemand fragen, &c. conf. Nonius c. 4 n. 397.

¶ Rŏgātus, a, um, gebeten, gefragt. Dicebant antiquiores, *rogatum te velim, oratos vos velim*, pro eo, quod eſt *rogo* vel *oro*, es wäre meine bitte an dich. vid. Valla lib. 1 cap. 27. Ovid. de Art. am. 1 v. 345 *Puellæ gaudent eſſe rogatæ.* Plin. 7 c. 48 *Rogatus ſententiam in conſulatu.* Plaut. Curc. a. 4 ſc. 2 v. 24 *Leges rogatas rumpere*, i. e. confirmatas rogationibus. vid. Gell. 10 cap. 20. Subſtantive Cic. pro Flacco cap. 4 *Nunquam nobis ad rogatum reſpondent.*

¶ Rŏgātus, ûs, ſubſtant. die bitte, frage. Sic, *Ad aliquem ipſius rogatu venire*, Cicer. 1 de Divinat. cap. 7, auf ſeine bitte; &, *Rogatu meo impetravit*, auf meine vorbitte, Idem lib. 13 fam. epiſt. 37.

¶ Rŏgātio, ōnis, idem; ut, *Injuſta rogatio*, id eſt, preces injuſtæ, eine unbilliche bitte. Valer. Max. lib. 6 cap. 4 *Cum amici cujusdam injuſtæ rogationi reſiſteret.* Et Cic. de Orat. 3 cap. 53 *Rogationi finitima eſt percontatio*, hoc eſt, interrogationi. ¶ 2. Eſt & genus legis *Rogatio*, ein antrag. Cic. pro Sext. cap. 10 *Promulgatur ab eodem rogatio de mea pernicie*, ein geſetz oder ſatzung, belangend mein verderben. Idem, *Accipere rogationem*, lib. 1 ad Attic. epiſt. 14. *Ferre rogationem ad populum*, Cæſar 3 B. Civ. c. 1, eine ordnung oder ſatzung der gemeine antragen. Anton. Auguſtin. ad Feſtum, *Rogationem*, inquit, *Feſtus appellat, quod* privilegium *Cicero: eam legem, qua de uno pluribusve hominibus, aut una pluribusve rebus conſtitutum eſt. Legis itaque genus, id eſt, ſpeciem quamdam intelligimus, & ut Ælius Gallus dicebat, non omnis lex rogatio eſt, omnis tamen rogatio juſtis comitiis rogata lex eſt*, &c. Vide ibi plura, itemque Gellium lib. 10 cap. 20, qui indifferenter veteres hac voce, pro *lege, plebiſcito, privilegio*, uſos obſervat, quod nullum plebis aut populi juſſum fieri poſſet, niſi populus aut plebs rogaretur ante.

¶ Rŏgātiuncŭla, æ, dimin. eine kleine frage. Cic. pro Domo cap. 20 *Ea te ex una rogatiuncula feciſſe.*

¶ Rŏgātor, ōris, ein bitter. Cic. ad Attic. 16 epiſt. 16 quæ eſt ad Planc. *Hæc epiſtola non ſuaſoris eſt, ſed rogatoris.* Martialis lib. 4 epigr. 30 *Bajanos ſedet ad lacus rogator*, id eſt, mendicus, ein bettler. ¶ 2. *Rogator comitiorum*, qui habens comitia rogabat populum, antequam in ſuffragia mitteret, ein antrager, Cic. de N. D. 2 c. 4. Sic, *Legum oriundus rogator*, i. e. autor & inſtitutor, Lucil. apud Nonium cap. 4 n. 397. ¶ 3. Sed & *Rogatores* dicebantur, qui ciſtam in comitiis deferebant, in qua tabellas ſententiarum colligerent. Nam qui diſtribuebant tabellas ante, in quibus perſcriberentur ſuffragia, *diribitores* & *diſtributores*; at qui obſervabant, ne quid fraudis admitteretur, *cuſtodes* appellabantur. Cicero Orat. poſt reditum in ſenatum c. 11 *Quando illa dignitate rogatores, diribitores, cuſtodesque vidiſtis?* Vide Gruchium de Comitiis lib. 1 cap. 3, & lib. 2 cap. 3.

¶ Rŏgātūra, æ, die begrüſſung. Gloſſ. gr. lat. ἀσπασμὸς, *Rogatura.*

¶ Rŏgāmen, inis, eine frage. Eædem Gloſſæ: δέημα, *Rogamen.*

¶ Rŏgāmentum, i, idem. Vet. Gloſſ. πεῦσις, *Interrogamentum, Rogamentum, Interrogatio.* Et Apulej. de Syllog. Categ. *Rogamentum proponere.*

¶ Rŏgito, āre, frequent. fleiſſig fragen und forſchen. Terent. in Andr. a. 1 ſc. 1 v. 57 *Rogitabam, heus puer, dic ſodes*, &c. Virg. 1 Æn. v. 750

Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.

¶ Rogitātio, ōnis, eine ſatzung. Vſus hac voce Plautus hoc ſenſu Curcul. a. 4 ſc. 2 v. 23 *Rogitationes plurimas propter vos populus ſcivit.*

Compoſita:

¶ Abrŏgo, āre, eſt cum conſenſu publico abolere & irritum facere, abſchaffen, aufheben; ut, *Tollere & abrogare legem*, Cic. 2 de Invent. cap. 45, & in Philipp. 5 cap. 6 *Leges rogatas abrogare.* Livius cum dativo extulit lib. 9 cap. 34 *Vbi duæ contrariæ leges ſunt, ſemper antiquæ abrogat nova.* Niſi ibi legendum ſit *obrogat.* Nam *obrogare* eſt infirmandæ priori legi aliam ferre: vide infra *Obrogo.* Vide Sigonium, quem editione ſua ſecutus eſt Gronovius. ¶ 2. Eſt demere, detrahere, deſpicabile reddere, abſprechen, aberkennen: item, verächtlich machen; ut, *Abrogare alicui magiſtratum*, Cic. pro Milone c. 27; & *imperium*, Idem 3 Offic. c. 10, einen abſetzen. *Abrogare pœnam*, eſt abſolvere: Seneca Hercul. Oet. v. 899

Nemo nocens ſibi ipſe pœnas abrogat:

nimirum in conſcientiæ foro. Vide ibi Gronovium. Ovid. Triſt. 2 eleg. 1 v. 278 *Et nimium ſcriptis abrogat ille meis.*

¶ Abrŏgātus, a, um, abgeſchafft, abgeſprochen; ut, *Imperium abrogatum*, Cic. pro Domo cap. 31.

¶ Abrŏgātio, ōnis, die abſchaffung; ut, *Abrogatio legis*, die aufhebung eines geſetzes. Cic. 3 ad Attic. epiſt. 23 *Neque ulla* [lex] *eſt, quæ non ipſa ſe ſepiat difficultate abrogationis.*

¶ Abrŏgātor, ōris, qui abrogat, ein aufheber. Arnob. lib. 1 p. 30 *Divini operis abrogatores.*

¶ Arrŏgo, āre, per temeritatem ſibi aliquid tribuere, ſich eines dinges anmaſſen, beymeſſen; ut, *Sumere ſibi & arrogare*, Cic. pro Planc. cap. 1. Et, *Arrogare ſibi ſapientiam*, Idem de Clar. Orat. cap. 85. *Nomen inſolentiſſimum*, Quintilian. in procemio. ¶ 2. *Arrogare* & adoptare eſt: vide poſt *Arrogatio.* Vlpian. Lege 15 Dig. de adoption. pr. *qui in utero fuerunt, quum adrogaretur.* conf. ibid. l. 7 &c.

¶ Arrŏgans, tis, qui temere & inſolenter aliquid ſibi tribuit, vermeſſen, ſtoltz. Cic. de Aruſp. reſp. cap. 8 *Arrogans beneficiorum prædicatio.* Macrobius lib. 1 Saturn. cap. 11 *Vnde putas, arrogantiſſimum illud manaſſe proverbium*, &c.

¶ Arrŏgantia, æ, ſuperbia, temeritas, die vermeſſenheit, ſtoltze einbildung; ut,

ut, *Sermo plenus arrogantiæ*, eine sehr stoltze, vermessene rede, Cic. pro Muræn. cap. 24. *Arrogantiæ crimen extimescere*, Idem in Oratore cap. 38. *Laborare arrogantiæ opinione*, Quintil. 4 cap. 1, des hochmuths halben im verdacht seyn. Cic. ad Qu. frat. 3 epist. 6 *Illud, γνῶθι σεαυτὸν, ad minuendam arrogantiam est dictum.* Diogenis est: Τῆς ἀλαζονείας, καθάπερ τῶν κεχρυσωμένων ὅπλων, οὐχ ὅμοιά ἐστι τὰ ἐντὸς τοῖς ἐκτὸς, hoc est, *in arrogantiâ, quemadmodum in armis deauratis, non similia sunt interiora exterioribus*, apud Stob. Serm. 20.

¶ Arrŏganter, adverb. vermessentlich; ut, *Arroganter de se sentire*, zu viel von ihm halten: Cic. 1 Offic. cap. 1 *Nec vero arroganter hoc dictum existimari velim.* Idem ad Brutum epist. 4 *Id non arroganter præjudico, neque revoco ad arbitrium meum.* Cic. pro Muræn. c. 37 *Nihil dicam arrogantius.* Orosius 7 cap. 25 *A quo* [Diocletiano Galerius] *arrogantissime exceptus est.* Et ibidem cap. 35 extr. *arrogantissime de viribus suis & de idolis præsumens*, scil. Eugenius tyrannus, a Theodosio divino auxilio oppressus.

¶ Subarrŏganter, adv. etwas vermeßlich. Cic. 4 Acad. cap. 36 *Vereor, ne subarroganter facias* &c.

¶ Arrŏgātio, ōnis, adoptionis species, qua principali rescripto in filios filiasve assumebantur, qui quæve sui juris erant, § 1 Instit. de Adopt. die annehmung an kindes statt. vide Gellium lib. 5 c. 19. Adde leg. 15 & 17 ff. de adopt.

¶ Arrŏgātor, ōris, qui adoptat, der an kindesstatt annimmt. Lege 15 Dig. de Adoption. *in potestatem adrogatoris rediguntur.* conf. ibid. leg. 19.

¶ Corrŏgo, are, multis precibus rogare, consciscere, zusammen bitten, herzubringen. Cic. pro Quint. cap. 6 *Ipse suos necessarios corrogat, ut sibi adsint.* Et Autor ad Herenn. cap. 6 *Carbunculos corrogare*, i.e. colligere, einsammlen.

¶ Corrŏgātus, a, um, erbeten, eingesammlet. Sic, *Corrogata ad usus necessarios pecunia*, zusammen gebettelt, Cæsar 3 B. Civ. cap. 102. *Corrogati auditores*, Quintil. lib. 10 cap. 9. Et Cicero 3 Philipp. cap. 8 *Convenerunt corrogati.*

¶ Dērŏgo, are, diminuere, detrahere, abbruch thun, verkürtzen, etwas entziehen; ut, *De magnificentia alicujus derogare*, Cic. 2 de Invent. cap. 58. *Gratiam alicujus nomini derogare*, Plin. 7 c. 28. Et, *Auctoritati alicujus derogare fidem*, einem nicht glauben, Celsus præfat. p. 8. ¶ 2. Est & hoc civile verbum, & usurpatur de legibus, sicut *Rogare, abrogare, obrogare.* Modestinus JCtus L. derogatur D. de Verb. Signif. DEROGATVR LEGI, *cum pars detrahitur:* ABROGATVR LEGI, *cum prorsus tollitur.* Τῷ DEROGARE contrarium SVBROGARE est, quod aliquid legi priori adjicere, significat. Vlpianus: *Lex aut* ROGATVR, *id est, fertur: aut* ABROGATVR, *id est, prior lex tollitur: aut* DEROGATVR, *id est, pars primæ legis tollitur: aut* SVBROGATVR, *id est, adjicitur aliquid primæ legi: aut* OBROGATVR, *id est, mutatur aliquid ex prima lege.* Etiam Cic. 2 de Invent. cap. 45 *de lege aliquid derogari, aut legem abrogari.* Vide & Antonium Augustinum libro de Legibus cap. 17, & Brissonii Formulas. *Derogare*, inquit Festus, *proprie est, cum quid ex lege vetere, quo minus fiat, sancitur lege nova.*

¶ Derŏgātio, ōnis, die entziehung. Auctor ad Herenn. 2 cap. 10 *Cum duæ leges inter se discrepant, videndum est primum, num qua obrogatio, aut derogatio sit.*

¶ Derŏgātor, ōris, detractor, ein verächter, verleumder. Sidonius 3 epist. 13 *Importunus petendi, derogator negati, æmulator accepti.* Et epist. sequente ultima hujus libri: *De cæteris studii nostri derogatoribus*, &c.

¶ Derŏgātīvus, a, um, verminderend; ut, *præpositio derogativa*, apud Diomed. Grammat.

¶ Derŏgātōrius, a, um, idem; ut, *derogatorium edictum*, apud JCtos.

¶ Derŏgĭto, are, fragen. Plaut. in Asinar. a. 2 sc. 2 v. 60 *Placide derogitare.*

¶ Erŏgo, are, expendere, distribuere, ausgeben, herfür reichen, aufwenden, verspenden; ut, *Erogare pecunias ex ærario*, Cic. in Vatin. c. 12. *Pecuniam in aliquos sumtus erogare*, Liv. lib. 1 cap. 20.

¶ Erŏgātus, a, um, ausgegeben, aufgewendet; ut, *multæ pecuniæ erogatæ*, Cicer. Verr. 5 cap. 19. Sed, *Precibus erogatus*, erbeten, Apulej. Metam lib. 5.

¶ Erŏgātio, ōnis, die ausgabe, aufwendung; ut, *Erogatio pecuniarum*, largitio, Cicero lib. 15 ad Attic. epist. 2.

¶ Erŏgātor, ōris, ein ausgeber; ut, *Erogator virginis*, Tertullianus de Pudicit. cap. 16, hoc est, ἐκγαμίζων, der ausstattet.

¶ Erŏgātōrius, a, um, ausmessend. Frontinus de Aquæduct. p. 233 *Erogatorium modulum* opponit *acceptorio.*

¶ Erŏgĭto, are, ausfragen, ausforschen. Silius lib. 10 v. 475

nomenque decusque Erogitat.

Conf. Plaut. Captiv. a 5 sc. 1 v. 32.

¶ Interrŏgo, are, fragen; ut, *Interrogare, an audiverit, an viderit*, Plin. Panegyr. cap. 64. Et, *Interrogare aliquem de aliqua re*, Cicer. Partit. Orat. cap. 1. ¶ 2. Est accusare, anklagen. Tacitus Ann. 13 c. 14 *Pepigerat Pallas, ne cujus facti in præteritum interrogaretur.* Idem lib. 14 cap. 46, & lib. 16 cap. 21 *interrogare repetundarum* dixit.

¶ Interrŏgātus, a, um, gefragt, befragt. Vellej. 2, 35, 3 *Inter ultimos interrogatus sententiam.* Absolute Cic. in Orat. cap. 40 *Ad interrogata respondere.* ¶ 2. Item accusatus, angeklagt. Vellej. 2, 13, 2 *Interrogatus lege repetundarum.* conf. Brisson. formul. 5, & Pollet. Hist Fori Rom. 4 cap. 8.

¶ Interrŏgātio, ōnis, die frage; ut, *Interrogatio circumspecta*, Quintil. lib. 5 cap. 7, eine vorsichtige frage; *Acuta*, eine scharffe, ibidem; *Longius repetita*, eine weit gesuchte, ibidem.

¶ Interrŏgātiuncŭla, æ, eine kleine frage. Cicer. procem. Paradox. *Stoica hæresis nullum sequitur florem orationis, neque dilatat argumentum, sed minutis interrogatiunculis, & quasi punctis, quod proposuit, efficit.*

¶ Interrŏgāmentum, i, idem. Gloss. Vet. *Interrogamentum*, πεῦσις.

¶ Interrŏgātor, ōris, ein frager. Idem Glossator vetus: *Interrogator*, ἐπερωτητής.

¶ Interrŏgātōrius, a, um, fragend. Tertullianus lib. 2 adv. Marcion. cap. 25 *Interrogatorio sono legendum est: Adam ubi es?* Et Jurisconsultis est *interrogatoria actio*, peculiari titulo, principio lib. 11 Dig. ubi vel legem 1 § 1 videas.

¶ Interrŏgātīvus, a, um, idem; frequens Grammaticis adjectivum: v. g. Priscianus lib. 17 p. 1046 *Interrogativa dictionum in duas partes orationis solas concesserunt, id est, in nomen & adverbium.*

¶ Interrŏgātīve, adverb. fragweise, apud Ascon. Pedianum in Orat. de Prætura Vrbana pag. 106 *AT ENIM interrogative pronuntiandum est.*

¶ Irrŏgo, are, imponere, auflegen, zuerkennen; ut, *Irrogare leges*, Cic. pro Domo sua cap. 17. Et, *Multam irrogare alicui*, pro Milone c. 17 geld-busse auflegen. *Irrogare pœnam peccatis*, Horat. 1 sat. 3 v. 118. *Irrogare supplicium tenuioribus*, Tacit. Ann. 16 cap. 5 n. 4.

¶ Irrŏgātus, a, um, aufgelegt, zuerkandt; ut, *Exilium accusatori irrogatum*, Tacit. Ann. 13 cap. 23 n. 4.

¶ Irrŏgātio, ōnis, die auflegung; ut, *Irrogatio multæ*, die auflage einer geld-straffe, Cic. pro Rabirio cap. 3.

¶ Obrŏgo, are, est contra rogare, widersprechen; ut, *Obrogare legi & de lege:* Cic. 1 Philipp. cap. 9 *Quid? quod obrogatur legibus Cæsaris?* Et Suetonius Claud. c. 23 *Capiti Papiæ legis a Tiberio Cæsare, quasi sexagenarii generare non possent, addito, obrogavit.* Et Florus lib. 3 cap. 15 *Obrogare auso legibus suis Minutio Tribuno, fretus comitum manu, futale familiæ suæ Capitolium invasit.* Idem eod. lib. cap. 17 *Ausus tamen obrogare de legibus consul Philippus.*

¶ Obrŏgātio, ōnis, der gegenspruch. Auctoris ad Herenn. lib. 2 cap. 10 verba vide paullo superius in *Derogatio.* Gruterus enim *Obrogatio* ibidem legit, ubi vulgo *abrogatio* lectum fuit.

¶ Perrŏgo, are; ut, *Perrogare sententias*, umfragen nach eines ieden meynung: Livius lib. 29 cap. 19 *Perrogari eo die sententiæ non potuerunt*, id est, rogari omnes usque ad extremum, man hat nicht können hören, was sie alle dazu stimmen. Plin. Panegyr. cap. 60 *Parum est, ut intersis senatui, nisi & præsides; ut censentes audias, nisi & perrogas.*

¶ Prærŏgo, are, cæteris præferre, vorher begehren. Gloss. Cyrill. *Prærogo*, προχρηματίζω.

¶ Prærŏgātus, a, um, voraus gestellt; ut, *comitia comitiis prærogata*, Cic. pro Plancio cap. 20.

¶ Prærŏgātīvus, a, um, den vorzug habend; ut, *Prærogativa tribus*, quæ prima ferebat suffragia, Liv. 10 cap. 22. *Prærogativa centuria*, Cic. pro Planc. cap. 20. *Tanta illis comitiis religio est, ut adhuc semper valuerit omen prærogativum*, Idem pro Muræna cap. 18.

¶ Prærŏgātīva, æ, substant. ein vorzug, vortheil, privilegium, sonderliche begnadigung. Arrius Jureconsultus l. 1 ff. de veteranis: *Veteranorum privilegium etiam in delictis habet prærogativam.* Cicero 1 action. in Verrem cap. 9 eleganter lusit in hac duplici vocis significatione, cum ait: *Qui* (Metellus) *quam isti* (Verri) *amicus sit, attendite. Dedit enim prærogativam suæ voluntatis ejusmodi, ut isti pro prærogativis eam reddidisse videatur.* Ad quem locum Asconius: DILOGIA, inquit, *dicitur figura, cum ambiguum dictum duas res significat. Nam* PRAEROGATIVA, *præter justum integrumque beneficium, aut dictum aut factum aliquod significat ab eo, qui nobis benefacturus est. Et rursus:* PRAEROGATIVAE *sunt* TRIBVS, *quæ primæ suffragium ferunt ante jure vocatas.* Vide ibi plura. Sic, *Prærogativa militaris*, Liv. lib. 21 cap. 3. Et, *Prærogativa vetus domus imperatoriæ*, Eumenius Panegyr. Constantini cap. 2.

¶ Prōrŏgo, are, protrahere, aufschieben, erlängern, länger fristen. Cic. 3 ad Appium fam. epist. 10 *Illud pugna & enitere, ne quid nobis temporis prorogetur*, id est, ne jubear diutius in provincia manere. *Impetravit a senatu, ut dies sibi prorogaretur*, Idem in 3 Verr. cap. 38. *Prorogare bellum*, Cic. Philipp. 12 cap. 6, länger aufhalten; &, *Imperium alicui*, länger zeit zu regieren geben, Idem 2 Philipp. cap. 10. ¶ 2. *Prorogare*, pro erogare, heraus geben, sequioris ævi scriptores frequenter posuerunt. Vnde & *Prorogatores* iidem, qui alias *Dispensatores* appellati. vide Pignor. de Servis p. 308.

¶ Prorŏgātus, a, um, verlängert, aufgeschoben; ut, *Prorogatum imperium, prorogata potestas*, Cic. ad Qu. Frat. 1 epist. 1.

¶ Prorŏgātio, ōnis, die verlängerung, der aufschub, verzug. Liv. 8 c. 26 *Prorogatio imperii non ante in ullo facta.* Cic. pro Muræn. cap. 23 *prorogatio legis.*

¶ Prorŏgātor, ōris, qui prorogat, der aufschub giebt. ¶ 2. Qui dispensat, erogat, de quo in *Prorogare* modo diximus. Sic, *Arcarii prorogatores tritici, vini & casei*, leguntur apud Cassiodorum lib. 10 epist. 28. Adde Petrum Chrysologum apud Pignor. de Servis c. l.

¶ Prorŏgātīvus, a, um, aufschub leidend; ut, *Prorogativa fulmina, quorum minæ differri possunt, averti non possunt*, Senec. 2 Quæst. Nat. cap. 47.

¶ Subrŏgo, are, & Surrŏgare, est sufficere, substituere, an eines stelle ordnen; ut, *Surrogari in alterius locum*, an eines stelle erwehlt und bestellet werden: Livius lib. 2 cap. 7 *quia nec collegam* [Valerius Publicola] *subrogaverat in locum Bruti.* Tacitus 2 Annal. cap. 51 *De prætore in locum Vipsanii Galli, quem mors abstulerat, subrogando, certamen incessit.* ¶ *Subrogare legi* quid sit, vide supra in *Derogare.*

¶ Subrŏgātus, vel Surrogatus, a, um, gesetzt an eines stelle. Valer. Max. lib. 6 cap. 3 n. 2 *Id egerant, ut magistratibus non subrogatis, communis libertas in dubium vocaretur*, weiln die verledigten ämter nicht wieder besetzet worden.

¶ Surrŏgātio, ōnis, substitutio, die einsetzung an eines stelle. Gloss. Vet. *Subrogatione*, τῇ ἀντεισαγωγῇ.

RŎGVS, i, pyra, πυρὰ, strues lignorum ad cadavera cremanda, ein holtzhauffen, darauf iemand verbraunt wird, ein scheiterhauffen. Cic. de Fin. lib. 3 extr. *Cræso Cyrus rogum exstruxit.* Idem, *Ascendere in rogum ardentem*, dixit de Calano Indo lib. 1 de Divinat. cap. 23. *Imponere in rogum*, scil. mortui corpus, Cic. 1 Tuscul. cap. 35. ¶ Afranius apud Nonium cap. 3 n. 186 etiam gen. neut. dixit: *Pulcre hoc incendii rogum ardet.*

¶ Rŏgā-

¶ Rŏgālis, e, ad rogum pertinens, zum scheiterhauffen gehörig; ut, *Flammæ rogales*, Ovid. 3 Amor. eleg. 9 v. 41, idem quod *rogus ardens*. Adde Sidon. 3 epist. 3 *Funerari rogalibus fragmentis culminum*. Et lib. 3 epist. 13 *Deformior cadavere rogali*.

¶ Rŏgārius, i, ein toden-verbrenner. Gloss. gr. lat. νεκροκαύστης, *Rogarius, bustuarius*.

RŌMA, æ, Latii in Italia urbs, *caput mundi, compendium totius habitatæ terræ*, ἐπιτομὴ τῆς οἰκουμένης, ut Athenæus lib. 1 cap. 17 appellavit. *Rerum pulcherrima*, Virgil. 2 Georg. v. 534. *Domicilium imperii*, Cic. pro Sylla cap. 11 extr. Et, *Arx omnium gentium*, in Catil. 4 cap. 6. *Dea terrarum gentiumque, cui par nihil & nihil secundum*, Martial. 12 epigr. 8. *Communis patria*, Senecæ ad Helviam cap. 6, itemque Rutilio Numatiano lib. 1 v. 62 *patria diversis gentibus una*, dicta. Liv. 1 cap. 16, & lib. 21 c. 30 *caput orbis terrarum*. conf. de laude reipublicæ Romanæ ejusdem Livii præfat. De origine urbis & conditore, diversa legimus apud auctores. Receptissima opinio est, a Romulo & Remo fratribus conditam, unde & nomen acceperit, anno primo septimæ Olympiadis, ut Dionysius Halicarnassensis scribit: qua tempestate Achas, Judæorum rex, regnavit. Alii vero ante Romulum conditam volunt, & appellatam *Valentiam* initio; deinde *Romam* ab Evandro Arcade, demum græco nomine; Ῥώμη enim *Robur* sive *Valentia* est. Vet. Gloss. Ῥώμη, *Valentia*. Romam autem dictam a muliere *Rome*, quam quidam Telephi filiam, Æneæ nuptam; alii Ascanio natam, Æneæ neptem; alii Æsculapii filiam; alii aliam tradiderunt. Nonnulli & appellationem & originem urbis ab *Romo* seu *Remo*, Æmathionis filio; alii a Latinorum quodam tyranno ejusdem nominis deduxerunt. Vide Plutarch. in Romulo princip. & Solinum Polyhist. cap. 1, & Festum; itemque Marinum sive Marianum Lupercaliorum poëtam apud Servium in eclog. 1 Virg. cujus versus turbatos mendososque digessit & constituit Salmasius Exercitat. Plinianis p. 6. Topographiam Vrbis Marlianus dedit. Vide & Onuphrium Panvin. lib. 1 Comment. Reipub. Romanæ. *Admiranda Romæ* peculiari libro recensuit Lipsius, qui & *de magnitudine Romana* inscribitur. Exstat quoque in Romam oratio Aristidis. Tibullus lib. 3 eleg. 22 v. 17

Omnia Romanæ cedent miracula terræ,
Natura hic posuit, quidquid ubique fuit.

Et Baptista Mantuanus lib. 2 Silvar.

Romanis pater est Mavors, lupa Martia nutrix,
Hæc hominum mores ingeniumque docent.
Vivere qui sancte cupitis, discedite Româ,
Omnia cum liceant, non licet esse bonum.

Recepta tamen inter Deos fuit. Cl. Rutil. lib. 1 Itinerar. v. 48

Inter sidereos Roma recepta polos.

Deæ quidem *Romæ* ac templi ejus meminere Livius lib. 43 cap. 6, & Tacitus lib. 4 Annal. cap. 37 n. 4.

¶ Rōmānus, a, um, ῥωμαῖος, adject. römisch; & substant. *Romanus*, qui ex urbe Roma est, vel Romam inhabitat, ein Römer; ut, *Civis Romanus; Populus Romanus; Romani rerum domini*, Virg. 1 Æn. v. 286. *Romanus sedendo vincit*, Varro lib. 1 de R. R. cap. 2 pr. proverbium vetus in eos, qui tranquilli atque otiosi, tamen quæ volunt, efficiunt, vide Chiliad. Aliis *Sedendo*, est *sapiendo*: Sedentis enim animus sedatior atque compositior est, & aptior ad cogitandum. Vnde illud apud Plaut. Mostell. a. 5 sc. 1 *Nimio*, inquit, *plus sapio sedens*. Hinc, qui Deos venerabantur & orabant, item, qui de re aliqua consultabant, aut judicabant, sedere soliti. vide Voss. lib. 4 Institut. Orat. p. 147. *Romanus orbis*, Romanum imperium, apud Salvian. lib. 5 de Gubern. p. 171. vide supra *Orbis*. Sic, *Romani civis* corpus indictâ caussâ condemnare LL. vetitum erat, damnatus ad Pop. provocabat. vid. Act. cap. 25 v. 16; & Coquei Comm. in Augustin. de C. D. lib. 1 cap. 19. *Romana porta* a Sabinis appellata, qua proximus eis aditus erat Romam. vid. Festus.

¶ Rōmānĭcus, a, um, adject. aliud; ut, *Oleum Romanicum*, Cato c. 146. *Aratra Romanica*, Idem cap. 135.

¶ Rōmānensis, & Romaniensis, e, natus alibi, & Romam translatus. Hinc, *Sal Romaniense*, Cato cap. ult. de R. R. vocat, Romæ non factum, sed venditum. Gruter. Inscript. p. 41 n. 7 PISTOR ROMANIENSIS EX REG. XIIII.

¶ Rōmandiŏla, æ, hodie Italiæ regio est, olim *Flaminia* dicta, in qua sita sunt *Bononia* & *Ferraria*, sed nomen novitium est.

¶ Rōmānia, æ, Barbariæ opponitur a Fortunato lib. 6 carm. 4 v. 7 de Chariberto rege: *Hinc cui barbaries, illinc Romania plaudit.*
Vide ibi Browerum, cui *Romaniæ* nomine censetur, quidquid ab externarum gentium accessu, jurisque ac fascium mutatione intactum fuit. Adde Sigon. de Ital. Regn. f. 774. ¶ 2. *Romania*, Thracia, vel pars ejus, in qua altera Roma seu Constantinopolis est, unde nomen manavit medio ævo.

¶ Rōmānĭtas, ātis, pro orbe, sive imperio Romano, ponitur; usus hac voce Tertullianus de Pallio cap. 4 pr.

¶ Rōmŭlus, i, conditor Romæ cum Remo fratre, primus rex Romanorum, regnavit annos 37, rempubl. Romanam constituit, & legibus necessariis instruxit. Martis filius creditus educatusque a lupa dicitur. Vide initium Livii, & Servium in illud Virg. 1 Æn. v. 274

Donec regina sacerdos
Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.

Nomen a ῥώμη, *robur*. Festus: ROMVLVS & REMVS, *a virtute, hoc est, robore appellati*. Virtus enim hic vires corporis, sive valentiam significat. vide Voss. lib. 1 Instit. Orat. p. 66. ¶ 2. Alius *Romulus Silvius*, Aventini Aboriginum regis pater, aliis *Aremulus* appellatus, de quo Livius lib. 1 cap. 3, & Victor de Origine gentis Romanæ.

¶ Rōmŭlus, a, um, adjectivum poëticum, römisch; ut, *Romula tellus*, Virg. 6 Æn. v. 876. *Gens Romula*, apud Horat. lib. 4 oda 5 v. 1. Sic, *Ficus Romula*, sub qua Romulus & Remus pueri inventi sunt: Ovidius 2 Fastor. v. 411

Arbor erat; remanent vestigia quæque: vocatur
Romula nunc ficus, Rumina ficus erat.

Vide infra in *Ruma, Ruminalis*.

¶ Rōmŭleus, a, um, aliud adjectivum; ut, *urbs Romulea*, Ovid. lib. 15 Metam. v. 625. *Romuleus culmus*, Virg. Æn. 8 v. 654.

¶ Rōmŭlĭdæ, arum, Romani a *Romulo*, die Römer. Pers. sat. 1 v. 30

ecce inter pocula quærunt
Romulidæ saturi, quid dia poëmata narrent.

Adde Virg. Æn. 8 v. 638.

Romphæa, Romuleus, Romulidæ, Romulus, vide *Rhomphæa, Roma*.

Roncho, Ronchus, vide *Runco, Rhonchus*.

Roralis, rorarius, rorĭfer, roro, &c. vide mox in *Ros*.

ROS, rōris, ἡ δρόσος, qui ex vapore modico, & subtili in infimâ aëris regione generatur, &, in aquam dum decidit, resolvitur, der thau. Eleganter quidem, sed non vere vetus poëta in Pervigilio Veneris de rore, v. 20 *Humor ille*, inquit, *quem serenis astra sudant noctibus*. Neque enim ex astris desudatur ros, sed non altius, quam ad milliaris spatium gignitur a terra, ut Vossius docet lib. 3 de Origine & progressu Idololatriæ cap. 7. Aquam ex rore collectam vitiliginem facere, aliorum auctoritate Seneca prodit 3 Quæst. Natur. cap. 25. Caussam aperire videtur Vossius paullo ante citato loco. Obesas vero mulieres rore pinguedinem minuere, Dalechampius notat ad Plin. lib. 2 cap. 60 p. 103. *Rore ali*, Plin. lib. 11 cap. 26, vom winde leben, vide Chiliadas. ¶ 2. Poëtæ pro quovis humore sive liquore ponunt. Sic pro aqua lustrali, weyh-wasser, Virg. Æn. 6 v. 230 in illo: *spargens rore levi*, & Claudianus de 6 Consul. Honor. v. 327 posuere. *Rores* in plurali & *roribus* apud Lucanum legas, ut lib. 7 v. 838 *stillavit roribus arbor*. Et Silius lib. 14 v. 487 *sanguinei rores*. ¶ 3. De herba salutari, rosmarin, sermo est apud Horatium 3 od. 23 v. 15 *Coronans marino rore Deos*. Eadem herba ab Ovidio de Arte am. 3 v. 690 *Ros maris* dicitur; quam vocem nonnulli pro composita accipiunt. *Ros terræ* est quoque in Apulej. de Herb. cap. 79. vide paullo post *Rosmarinum*.

¶ Roscĭdus, a, um, voll thau, bethauet, bereifft; ut, *Mala roscida*, hoc est, rore matutino humecta, äpffel, darauf der thau gefallen ist, Virgil. eclog. 8 v. 37. Et, *Mella roscida*, (quamquam & *rosida* ibi legitur,) hoc est, ex dulcissimo rore confecta, Virg. eclog. 4 v. 30. *Roscida aurora*, Silius lib. 15 v. 439. Et, *Roscidæ æstate Africæ noctes*, Plin. lib. 2 cap. 62.

¶ Rōsĭdus, a, um, idem quod *Roscidus*, pro diverso scribendi modo. Columella lib. 5 cap. 6 *Rosidum & nebulosum solum*. Ita omnes libri.

¶ Rōro, rorare, instar roris stillare, tröpfflen oder trieffen; item, beträuffeln, besprengen. Virg. 8 Æn. v. 645

sparsi rorabant sanguine vepres.

Active Silius 10 v. 263 *rorantem saxa cruore.*

Vide Barth. Adversar. lib. 2 cap. 9 sub finem. Ovid. Heroid. epist. 15 v. 97 *lacrymis oculi rorantur obortis;*

i. e. madescunt. Absolute Columell. 11 cap. 2 *Nonnunquam rorat*.

¶ Rōrātus, a, um, bethauet, beträuffelt; ut, *Tellus rorata pruinâ*, Ovid. Fast. 3 v. 357. *Roratæ rosæ*, Idem ex Pont. 2 epist. 1 v. 36.

¶ Rōrātio, ōnis, roris destillatio, die bethauung, bereiffung; ut, *Nocturnæ rorationes*, Apulej. Met. lib. 9 p. 232. ¶ 2. Morbus vitium est, cum deflorescentibus ipsis acini decocti in callum defluunt, & qui remanent, exiles fiunt, das riesen der trauben nach der blützeit, flore intempestivis pluviis læso, Plin. lib. 17 cap. 24. Propter hoc vitium *Floralia* ab antiquis instituta: vide *Flora*.

¶ Rōresco, ĕre, rore adspergi, voll thau werden, bethauen. Ovid. Met. 15 v. 246 *Tellus in liquidas rorescit aquas*. Et Plin. 18 cap. 34 fin. *Terra rorescens repente*. vid. ibi not. Dalechamp.

¶ Rōrālis, e, aus dem thau entstehend; ut, *Aqua roralis*, thau-wasser, Ovid. Fastor. 4 v. 728, alii *rorata* legunt.

¶ Rōrārius, a, um, träuffelnd. Sic *Rorarii milites* dicebantur, qui levi armatura prælium primi committebant, (iidem qui & *ferentarii*,) apud Liv. lib. 8 cap. 8. *Ecce rorarii* (scribit Varro de L. L. 6 cap. 3) *dicti a rore, qui bellum committebant ante; ideo quod ante rorat, quam pluit*. conf. Festus, & Nonius cap. 18 n. 3, & Bochart. in Phaleg ad v. 3 Psalm. 110 p. 913. Hinc *Rorarium vinum*, quod rorariis militibus ob rem præclare gestam in bello propinabatur, ut Festus indicat. Homero γερούσιος οἶνος. vide Heins. ad lib. 1 Silii. Stewech. ad Veget. lib. 1 cap. 20. Dalechamp. ad Plin. lib. 2 cap. 60.

¶ Rōrŭlentus, a, um, rore plenus, rore perfusus, mit thau bedeckt. Colum. 5 cap. 6 *vites rorulentæ*. Plin. 18 cap. 31 *Vva rorulenta*.

¶ Rōrĭfer, a, um, thaubringend; ut, *Aura rorifera*, Seneca Hippol. v. 11.

¶ Rōrĭfluus, a, um, idem. Vetus poëta sub init. lib. 2 Catalect. p. 239 edit. Scaliger. *Rorifluam sectemur carmine lunam*.

¶ Rosmărīnum, & Rosmărīnus, libanotis, λιβανωτίς, vide *Libanotis*: planta est duorum generum: alterum folia feniculi habet suaviter olentia; alterum *rosmarinum* dicitur *coronarium*, in Germania ubique notum, rosmarin. v. Plin. lib. 17 cap. 13, & 19 cap. 12, & 24 cap. 11. Colum. 9 cap. 4, & Apulej. de Herb. cap. 79. Nominis ex eo ratio est, quia rore alitur marino, vel quia matutino tempore instar roris in marino litore apparet. Interdum divisim scribitur; vide paullo ante in *Ros* n. 3.

Composita:

¶ Circumrōro, are, umher besprengen. Apulejus Met. lib. 11 p. 268 *purissime circumrorans abluit*.

¶ Irrōro, are, befeuchten; ut, *Flores irrorantur*, Columell. lib. 9 cap. 14, id est, rore adsperguntur, sie werden bethauet. *Ter caput irrorat*, hoc est, madefacit, Ovid. 4 Fast. v. 315. Silius lib. 11 v. 202

Bacchique ex more liquorem
Irrorat mensis. Adde lib. 10 v. 357.

¶ Irrōrātus, a, um, beträuffelt; ut, *Irroratis floribus*, Colum. 9 cap. 14.

¶ Perrōro, are, benetzen. Hildebertus Cenomanensis Martyrio S. Agnetis c. 8 (Barthius Advers. lib. 31 c. 12 ejus carmina exhibet:)

Ora, locum, mentem, perrorat, concutit, urit,
Lacryma, lingua, dolor, fusa, sonora, gravis.

RŎSA, æ, ῥόδον, flos notissimus, eine rose. Flos Veneris, quem dedit Harpocrati, ut furta ejus tegeret. Claudianus in Fescenn. v. 108

Armat spina rosas, mella tegunt apes,

Vide *Hybla.* De rosa Achilles Tatius lib. 2 de Leucippæ & Clitophontis amoribus: *Εἰ τοῖς ἄνθεσιν ἤθελεν ὁ Ζεὺς ἐπιθεῖναι βασιλέα, τὸ ῥόδον τῶν ἀνθέων ἐβασίλευε. γῆς ἐστὶ κόσμος, φυτῶν ἀγλάϊσμα, ὀφθαλμὸς ἀνθέων,* &c. *Si floribus vellet Jupiter imponere regem, rosa inter flores regnum obtineret: terræ est ornamentum, plantarum decus, oculus florum,* &c. Ausonius Eidyll. 14

Quam longa una dies, ætas tam longa rosarum,
Quas pubescentes juncta senecta premit:
Quam modo nascentem rutilus conspexit Eous,
Hanc rediens sero vespere vidit anum.

Proverb. *Rosam, quæ præteriit, ne quære iterum,* id est, noli te cruciare desiderio rerum, quæ restitui nequeunt, vid. Chiliad. *Rosas loqui,* i. e. blanditias, Erasmus ibidem ex Aristophane; ut *Mulsa loqui,* apud Plautum Pœnulo a. 1 sc. 2 v. 112. vide Chiliad. *In rosis vivere,* id est, florere, & omni felicitate affluere, nulloque dolore affici: Martialis lib. 8 epigr. 77 *in æterna vivere digne rosa.*

Quamquam autem propria adulti veris primæque æstatis dos rosa sit; tamen ut & per hiemem haberetur, luxuriosa invenit industria. Martial. lib. 4 epigr. 29 *primis sic major gratia pomis,*
Hibernæ pretium sic meruere rosæ.

Meminit & Lucianus Nigrino: Florus lib. 2 cap. 8 n. 9. Mamertinus Paneg. Juliani cap. 11, & Pacatus Paneg. Theodosii cap. 14, & alii. De incrementis rosarum a primis initiis usque ad finem eleganter Ausonius Eidyll. 14 legatur. De iisdem Plinius lib. 21 cap. 4 *Germinat omnis* (rosa) *primò inclusa granoso cortice. Quo mox intumescente, & in virides alabastros fastigiato, paulatim rubescens dehiscit, ac sese pandit in calicis medio sui stantis complexa luteos apices. Alabastros* appellat, ab Alabastri vasis figura: vide supra *Alabaster.* Ausonius *obeliscos* vocat; *Corymbos* Hieronymus, iisdem de caussis. *Calix,* depressa illa in medio cavitas est, unde se folia explicant, & lutei apices emicant. vide *Calix.*

¶ Rŏsŭla, æ, diminutivum, ein röslein. Dracontius Hexaëmero v. 597
Qui rosulis stellare nemus vel floribus agros
Imperat autumni.

¶ Rŏseus, a, um, rosenfarb; ut, *Rubor roseus,* Ovid. 3 Amor. eleg. 3 v. 5, rosenroth. *Genæ roseæ,* Virg. Æn. 12 v. 606. *Roseum vinum,* Isidoro Orig. lib. 20 cap. 3 est rufum cum rubore: rosa enim rubet, intellige, Milesia.

¶ Rŏsāceus, a, um, von rosen; ut, *Oleum rosaceum,* ex rosis confectum, rosen-öl, Plin. 20 cap. 3. *Corona rosacea,* ein rosen-krantz, Idem lib. 21 cap. 3. *Rosaceum unguentum,* Isidor. 4 Orig. cap. 12.

¶ Rŏsāceum, i, substant. subaudito *oleo,* das rosen-öl, Plin. 21 cap. 29, & 37 cap. 3.

¶ Rosārius, i, ein rosen-händler. Gloss. lat. gr. *Rosarius,* ῥοδοπώλης. conf. Apulej. Met. lib. 3 & 4.

¶ Rŏsārium, i, locus rosis consitus; ein rosen-garten, rosen-stock; ut, *Amœna rosaria,* Ovid. 5 Trist. eleg. 2 v. 23. Adde Virg. 4 Georg. v. 119. Martial. 12 epigr. 31. Sueton. Neron. cap. 27, & Plin. 21 c. 11.

¶ Rŏsātus, a, um, aus rosen gemacht; ut, *propoma rosatum,* ein rosen-tranck, Pallad. in Februar. tit. 32. Absolute *Rosatum,* subintellecto *vino,* rosen-wein, Idem Pallad. in Junio tit. 13, & Octobri tit. 15; & Lamprid. Heliogab. cap. 19 & 21; & Apic. 1 cap. 1.

¶ Rŏsētum, i, ein rosen-gebüsche, Virg. eclog. 5 v. 17.

¶ Rŏsŭlentus, a, um, plenus rosarum, voll rosen. Prudent. passion. Eulaliæ v. 199 *Floribus ut rosulenta putes prata rubescere.*

ROSCIUS, i; *Roscii* duo fuerunt, noti ambo ex Ciceronis orationibus. Alter enim *Roscius Gallus Comœdus,* fuit Ciceronis præceptor in pronunciationis & gestus ratione; a quo *Roscii* appellati, ut est apud Festum, *quicunque in sua arte perfecti essent:* Roscio enim nihil perfectius in arte histrionica unquam fuit, Cicer. lib. 1 de Orat. cap. 28. *Quæ doctus Roscius egit,* Horat. 2 epist. 1 v. 82. ¶ 2. Alter *Roscius Amerinus,* cujus filium defendit Cicero in parricidii caussa, sicut alterum in judicio ob pecuniarum rationem.

¶ Roscius, a, um, adject. ut, *Roscia lex,* Cic. 2 Philipp. cap. 8; & Horat. 1 epist. 1 v. 62.

¶ Rosciānus, a, um, idem; ut, *Rosciana imitatio,* Cic. de Orat. 2 c. 59.

Rosētum, roseus, vide proxime ante in *Rosa.*

ROSIA, vel Rosea, æ, autore Festo, *campus in agro Reatino, quod in eo arva rore humida semper seruntur.* conf. Cic. 4 Attic. epist. 15, & Varr. de R. R. 1 cap. 7. Eidem lib. 2 cap. 1 *Rosea campestris* dicitur.

¶ Roseānus, a, um, adject. ut, *Roseani equi,* Varr. l. c. 2 cap. 7.

Rosio, Rosmarinum, vide ante *Rodo, Ros.*

Rosor, Rostellum, vide *Rodo, Rostrum.*

ROSTRUM, i, a *rodendo,* corneum illud in ore est avium, quo cibum capiunt, der schnabel; ut, *Aves corneo proceroque rostro,* Cic. lib. 1 Nat. Deor. cap. 36. ¶ 2. Sed & porcorum aliorumque animalium *Rostrum* est: ut, *cervorum, delphinorum, canum,* die schnautze, der rüssel. Lucan. lib. 4 v. 442 *Nec creditur ulli*
Silva cani, nisi qui presso vestigia rostro
Colligit.

Seneca Hippolyto de Spartanis canibus v. 39
Nunc demissi nare sagaci
Captent auras, lustraque presso
Quærant rostro.

¶ 3. Hominis quoque dici *Rostrum,* ex Plauto & aliis docet Nonius cap. 6 n. 41. ¶ 4. Et *Rostrum* pars illa navis est exporrecta a prora, aut ferreæ potius cuspides, infra illam partem prominentes, der schiffschnabel. vide Scheffer. de Re Navali lib. 2 cap. 5. Sic Nepos extremo Chabria: *Navis rostro percussa cœpit sidere.* Hinc *naves rostratæ,* de quibus post paullo dicendum.

¶ Rostra, orum, plural. ad radices Palatini in foro Romano locus erant, ex quo ad populum conciones habebantur, laudabanturque mortui, quod Acron in Epod. Horat. inibi factum scribit in memoriam sepulcri Romuli, die cantzel. vide Varron. de L. L. 4 cap. 32, & Vet. Scholiast. Horat. ad epod. 16. Livius lib. 30 cap. 17 *Adscendere in rostra,* auftreten. *Dicere pro rostris,* eine rede thun. *Descendere de rostris,* abtreten, Cic. in Vatin. cap. 2. Appellatio a rostris navium, ibi suffixis. Varro l. c. *Ante hanc* (curiam Hostiliam) ROSTRA: *quibus* (ita legendum arbitror) *id vocabulum ex hostibus capta fixa dant rostra.* Adde Livium lib. 8 cap. 14 extr. Plinium 34 cap. 5, & Florum lib. 1 cap. 11.

¶ Rostellum, i, diminutivum, ein schnäblein; ut, *Pulli rostellis ova percudunt,* Columella 8 cap. 5. Sic, *Rostellum muris* Plinius dixit 30 cap. 11.

¶ Rostro, are, rostrum impingere, den schnabel ansetzen. Hinc

¶ Rostrans, tis, schnäblicht. Plin. 18 cap. 19 *Rostrante vomere arari.*

¶ Rostrātus, a, um, geschnäbelt; ut, *Rostrata navis,* Cicer. 2 de Invent. cap. 32, id est, rostro æneo munita & armata, quæ inde & *ærata* dicitur Horatio lib. 2 od. 16 v. 21. Sed, *Corona rostrata,* quæ victori in certamine navali dabatur, Plin. lib. 16 cap. 4. Erat hæc formis rostrorum ornata & velut ex iis contexta: Sic & *rostratæ columnæ* appellabantur, quæ exornatæ perinde erant. Vide Torrent. ad Sueton. Othon. cap. ultimo, ubi figuram columnæ hujusmodi etiam ex nummo veteri exhibet.

¶ Rostrālis, e, schnäblicht. Sidon. 1 epist. 10 *Dignum poëma, quod apicibus pererrandum auratis juste tabula rostralis acciperet.*

¶ Repandirostrum, vide *Repando* in *Pando.*

¶ Subrostrārii, vel Subrostrani, orum, infra senatores sub rostris sedentes, Cœlius Cic. 8 fam. epist. 1. Imo potius otiosi homines citra rostra spatiantes & desidentes rumorum aucupandorum gratia. Vnde Horatius lib. 2 sat. 6 v. 50 *Frigidus a rostris manat per compita rumor.* Vide Douzam ad Plaut. & Casaub. ad Theophrasti characteres.

ROTA, æ, a rotunditate dicta est, das rad. Cujus partes, circumferentia rotunda, vel curvatura ipsa, *Apsis* dicitur, die radfelgen. *Tympanum; Canthus, canthi,* die eisenschienen. *Radii,* qui ab umbilico ad *apsidem* exeunt, die radspeichen. Vide singula suis locis. *Rotam fortunæ pertimescere,* dixit Cicero in Pisonem cap. 10. Et Ammianus lib. 26 cap. 25 *Versa,* inquit, *rota fortunæ ante vesperum potest esse miserrimus.* Et Silius lib. 6 v. 121
Per varios præceps casus rota volvitur ævi.

¶ 2. Aliquando *rota* pro vi dicendi, sive orationis impetu, quæ concitatæ rotæ instar volvitur, & ruit, ponitur. Auson. Professⁱ. Burdigalens. Commemor. carm. 5 *Doctrina nulli tanta in ullo tempore*
Cursusque tot fandi ac rotæ.

Sidonius lib. 9 epist. 15 *Homericæque par & ipse gloriæ*
Rotas Maronis arte sectans compari.

Namque poëtæ agitatoribus seu quadrigariis comparantur haud raro: itaque *currus, equi, campus,* iis tribuuntur. Juvenal. sat. 1 v. 19
hoc potius libuit decurrere campo,
Per quem magnus equos Aurunci flexit alumnus.

Talia apud Propertium, Ovidium & alios etiam invenias. Sidonius eodem lib. 9 epist. 13 *Sed tu per Calabri tramitis aggerem*
Vis ut nostra dehinc cursitet orbita,
Qua Flaccus Lyricos Pindaricum ad melos
Frenis flexit equos plectripotentibus.

¶ 3. *Rota,* bellua etiam marina est cetarii generis, ein radwal, quod geminas rotas in dorso gestet, vel quod in orbem sese circumagat; Jovius, Gesnerus.

¶ Rŏtŭla, æ, diminutiv. ein rädlein, Plin. lib. 18 cap. 18 sub fin.

¶ Rŏtŭlus, vide infra *Rutulus.*

¶ Rŏto, avi, atum, are, circumagere, vertere in modum rotæ, drehen wie ein rad, rollen, umtreiben. Ovid. Met. 4 v. 517 *Learchum per auras more rotat fundæ.* Virg. 10 Æn. v. 577 *Strictum rotat ensem.* Lucret. 6 v. 201 *Venti rotant flammam.* Lucan. 8 v. 673 *Caput ense rotare,* den kopff abhauen. Columell. lib. 8 cap. 11 *Pavo gemmantibus caudæ pinnis se protegens rotare dicitur,* ein rad machen. ¶ Item, in præceps dare, niederstürtzen. Ovid. de Art. am. 2 v. 374 *Aper rotat ore canes.*

¶ Rŏtans, tis, herumdrehend, wirblicht; ut, *rotanti turbine,* Lucret. 1 v. 294. *Flammæ rotantes fumum.*

¶ Rŏtātus, a, um, gedreht, rund herumgeschwungen; ut, *Ignis rotatus,* Ovid. Met. 12 v. 296. *Cervix rotata,* Idem in Pison. v. 53. *Sermo rotatus,* Juvenal. sat. 6 v. 448. Et, *Rotata annalium millia,* Prudent. Cathem. 11 v. 29. ¶ Item, in præceps datus, über halß und kopff gestürtzt; ut, *Sol rotatus,* Prudentio in Romano v. 537 est præceps actus, devolutus, projectus:
Cadet, inquit, *rotati solis in terram globus.*

Vide Buchnerum in Prudentii Hymnum de Salvatoris Natali v. 29, qui idem ex Psychomach. v. 272, & Claudiani 4 Consul. Honorii v. 330 confirmat.

¶ Rŏtātim, adverb. per rotas, rotarum modo, wie ein rad. Apulejus Metam. lib. 10 p. 253 *in orbe rotatim flexuosi.*

¶ Rotātus, ûs, substant. circumvolutio, die umdrehung, herumschwingung. Auson. Mosella v. 362
Præcipiti torquens cerealia saxa rotatu.

Et Hieronym. epist. 61 cap. 4 ad Pammach. *uno linguæ rotatu,* de fluida eloquentia. Adde Statii Achill. 2 v. 416
Didici quo Pæones arma rotatu,
Quo Macetæ sua gesa citent.

¶ Rŏtātio, ōnis, idem. Vitruvius lib. 10 cap. 8 sub init. *sine porrecto rotationis:* & fine capitis: *per rotationem circini.*

¶ Rŏtātor, ōris, ein dreher, umdreher. Stat. 2 Silv. 7 v. 7
Et tu Bassaridum rotator Evan, i. e. actor in gyrum.

Et Cassiod. Var. 7 epist. 5 *Camerarum rotator.*

¶ Rŏtālis, e, auf rädern gehend; ut, *rotale carpentum,* Capitolin. in Macrin. cap. 12.

¶ Rŏtātilis, e, rund herumgehend. Prudent. præfat. Peristeph. v. 8
Sacramus & rotatiles trochæos.

Et Sidonius lib. 2 cap. 9 *Inter rotatiles catastropharum gyros.*

¶ Rŏtābilis, e, idem, apud Ammianum lib. 23 cap. 4 [Vales. cap. 4 f. 356] *Agiliter rotabilis.* Ita & Lindebruch. p. 260.

¶ Birŏtum, i, ein karn. Onomast. vetus: *Birotum,* δίτροχον. Et

¶ Birŏta, æ, fœmin. idem. Cod. Theodoſ. Lege 8 de Curſu publico: *Rhedæ mille pondo tantummodo ſuperponi: birotæ ducenta: veredo triginta.*

¶ Irrŏto, āre, rådern, hinkugeln. Minutius Felix in Octavio cap. 3 n. 7 de puerilis ludi genere: *teſtam ſuper undas irrotare.*

¶ Subrotātus, a, um, auf råder geſetzt; ut, *Subrotatus aries*, Vitruv. lib. 10 cap. 19, dem råder untergezogen ſind.

ROTVNDVS, a, um, dicitur id, quod unicam habet ſuperficiem, in qua nec principium notari poteſt, nec finis, rund; contrarium maxime eſt *quadratum*; ut, *Miſcet quadrata rotundis*, Horat. 1 epiſt. 1 v. 100. *Ova rotunda*, Plin. lib. 10 cap. 52. *Globoſæ & rotundæ ſtellæ*, Cic. Somn. Scip. cap. 3. Et, *Rotundum cælum*, Idem 3 Nat. Deor. c. 45. *Formâ rotunda ullam negat pulchriorem Plato*, Idem de Nat. Deor. 1 c. 10. Et, *Tuberculum rotundius*, Celſ. 5 c. 28 n. 9. *Rotundiores ſcillæ*, Plin. 19 c. 5. *Rotundiſſima pars ovorum*, Idem lib. 10 c. 52. ¶ 2. Sed, *Rotundus orator*, id eſt, elegans & compoſitus, der ſeine worte wohl ſetzt, fein rund redet, Cic. in Oratore cap. 12. Sic Horatius Art. poët. v. 323 *Grajis ingenium, Grajis dedit ore rotundo*
Muſa loqui.
Idem Horatius lib. 2 ſatyr. 7 v. 86 de libero & ſapiente:
in ſe totus teres atque rotundus:
i. e. ſemper ſibi ſimilis atque æqualis, perfectus ex omni parte: qualis rotunda forma eſt: quæ, ut Cicero de Vniverſ. cap. 6 deſcribit, *nihil habet incluſum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunoſum.* conf. Nonius c. 1 n. 297. ¶ 3. *Rotundæ* etiam dicuntur illæ *veſtes*, quæ *quadratis* opponuntur. *Rotundæ*, quæ parte inferiore concluſæ undique, & nusquam apertæ in ſummum circulum faciunt: quales mulierum ſtolæ; quas & neceſſe ex ima parte induere: *Quadratæ*, quæ ex anteriore parte apertæ quatuor angulos faciunt, duos in ſummo, & totidem inferius, quare & inde indui posſunt, de quo genere pallia noſtra ſunt. Sed varie de iis eruditi disputant: cum præcipue de forma togæ diſceptatio eſt, quam alii *quadratam*, alii *rotundam*, alii *ſemicircularem* volunt. Vide, ſi lubet, Manutium Quæſitis per Epiſtolam: Sigonium de Judiciis: Salmaſium Notis ad Tertulliani Pallium: Antonium Cericontium Animadverſis ad illas Salmaſii in Tertullianum Notas pag. 26 & ſeqq. itemque Octavium Ferrarium lib. 1 de Re Veſtiaria prioribus quinque capitibus.

¶ Rŏtunde, adverbium, in die runde; ut, *Rotunde dicere*, id eſt, eleganter, compoſite, explicate, Cic. de Finib. 4 cap. 3. *Ita tornavit, ut nihil effici poſſit rotundius*, Idem de Vniverſ. c. 6. conf. Nonius c. 7 n. 727.

¶ Rotundĭtas, ātis, forma rotunda, die runde; ut, *Rotunditas terræ*, Plin. 9 c. 36. *Folia circinatæ rotunditatis*, Idem 16 c. 23. Et, *Rotunditas cæli*, Vitruv. 9 cap. 4. *Extra rotunditatem*, Idem 10 cap. 14.

¶ Rŏtundo, āre, rund machen; ut, *Rotundare ad volubilitatem*, eſt rotundum efficere, Cicer. de Vniverſ. cap. 10. *Rotundare ad circinum*, circkel-rund machen, Vitruv. lib. 10 cap. 11. *Mille talenta rotundentur*, Horat. 1 epiſt. 6 v. 34.

¶ Rotundātus, a, um, rund gemacht; ut, *Solis orbis rotundatus*, Vellej. 2, 59, 6. *Hendecaſyllabi rotundati*, Sidon. 8 epiſt. 4.

¶ Rotundātio, ōnis, die rundung. Vitruv. lib. 1 cap. 6 ſæpius: & fine libri 3, & lib. 10 cap. 11.

¶ Rŏtundŭla, æ, idem quod *rotula*, ein rådlein, rund kůchlein. Apulej. de Herb. cap. 13 *His bene commixtis, facies exinde velut rotundulam.*

¶ Rotundifolius, a, um; rundblåtterricht; ut, *phlomides rotundifoliæ*, Apulej. de Herb. cap. 71.

¶ Corrŏtundo, āre, rund machen, in die rundung bringen. Senec. 4 Nat. Quæſt. c. 3, & epiſt. 113 p. 555 *Si has quoque corrotundaverint.* Et Petron. Fragm. Tragur. p. 49 *Vno curſu centies ſeſtertium corrotundavi*, i. e. complevi. vid. ibi Scheffer. pag. 158.

¶ Corrŏtundātus, a, um, gekugelt. Petron. l. c. p. 11 *Terra mater eſt in medio quaſi ovum corrotundata.*

¶ Erotundātus, a, um, idem. Sidonius lib. 9 epiſt. 7 *Structura* [orationis] *modis omnibus erotundata.*

¶ Semirŏtundus, a, um, halb rund. Apulejus Met. 5 poſt init. *Viſo proximo ſemirotundo*, ſubaudi *lecto*. Nam

¶ Semirotundum, i, etiam ſubſtantivi more ponitur. Idem Apulej. Metam. 11 pag. 260 *in ipſo ſubterraneo ſemirotundo*, hoc eſt, hemiſphærio.

¶ Subrŏtundus, a, um, etwas rund. Celſus lib. 5 cap. 28 n. 14 *Subrotunda radicula.*

ROXOLANI, ōrum, populi Scythiæ Europææ, Alanis vicini, in tractu, ubi hodie eſt Tartaria minor ſeu citerior, & Vkraina, ac quæ his ad Moſcoviam contermina ſunt. Memorantur apud Tacitum lib. 1 Hiſt. c. 79, & Spartianum in Hadriano c. 6 &c.

Rubecula, rubedo, rubella, rubellio, rubeo, &c. vide ſequens *Ruber*.

RVBER, (rubrus,) rubra, rubrum, rufus, roth; ut, *Ruber occupat humor*, Lucret. lib. 4 v. 1044. Et alia forma *Rubrus*: Solinus cap. 40 *Colores duo ſunt, quos fingere non valet, rubrus & candidus*, de chamæleonte. Sic, *Rubro ſanguine*, Horat. 3 od. 13 v. 7. *Rubra aurora*, Propert. lib. 3 eleg. 13 v. 16. *Mare rubrum*, Erythræum, quod ſub ſinu Perſico eſt, quod an recte *rubrum* appelletur, & unde, Curtius differit lib. 8 cap. 9 n. 14, & lib. 10 cap. 1 n. 13. Comparativus, *Rubrior*: Plin. lib. 10 cap. 63 *Colorem illico mutans rubriore pilo.* Superlativo *ruberrima uva* dixit Scribonius Largus Compoſ. 249. Sed & *nitrum quam ruberrimum*, Celſus 5 cap. 18 n. 31.

¶ Rŭbeus, a, um, idem; ſed perrarum adeo, ut Hermolaus in Plin. 9 cap. 37 de latinitate ejus dubitaverit. Habet tamen Columella lib. 6 cap. 1 *colore rubeo*: & Palladius lib. 4 cap. 2 *Boves rubei coloris*: & ibidem cap. 14 *Aſini rubei coloris.* Plura exempla Gellii, Hygini, Firmici ſuppeditat Ol. Borrich. in Cogitat. p. 226. ¶ 2. *Rubeus*, aliud a *Rubo* frutice, vide paullo poſt in *Rubus*

¶ Rŭbellus, a, um, diminutivum a *Ruber*, etwas röthlich; ut, *Vinum rubellum*, id eſt, ſubrubens, Martial. lib. 1 epigr. 104. *Vites Nomentanæ, rubente materia*, Plin. lib. 14 cap. 2, qui addit: *quapropter quidam rubellas appellavere vineas.*

¶ Rŭbelliānus, a, um, idem; ut, *Rubellianæ vites*, Colum. lib. 3 cap. 2.

¶ Rubellio, ōnis, & Rubellus, i, piſcis, erythinus, ἐρυθινός, kleine rothe meerbraſmen, Geſn. & rothfedern, plötzen, exponunt Eberus & Peucerus. Add. Plin. 32 cap. 10.

¶ Rŭbeo, ŭi, ēre, rubrum eſſe, roth ſeyn. Cicer. 4 in Verr. cap. 76 *Hærere homo, averſari, rubere*, ſubaudi *cœpit*. Ovid. 2 Faſtor. v. 212
Sanguine terra rubet.

¶ Rŭbens, tis, roth; ut, *Ferrum igne rubens*, Ovid. Met. 12 v. 277. *Vina rubentia*, Idem Faſt. 5 v. 511. *Rubens color*, Plin. 9 cap. 36. Vnde compar. *Rubentior*: Plinius 37 cap. 6 *Superficies locuſtarum maris cruſtis rubentior.*

¶ Rŭbeſco, ĕre, rubrum fieri, roth werden; ut, *Rubeſcit aurora*, Virgil. 3 Æneid. v. 521. *Cælum rubeſcere primo cœpit*, Ovid. 4 Faſtor. v. 165.

¶ Rŭbor, ōris, die röthe; ut, *rubor igneus*, Lucan. lib. 5 v. 214. *Vellera Tyrios incocta rubores*, purpurwolle, Virg. 3 Georg. v. 307. ¶ 2. Item, ſchamröthe. Cicer. 4 Tuſcul. cap. 8 *Pudorem rubor conſequitur.* Et Liv. 30 cap. 15 pr. *Audienti rubor ſuffuſus.* Quem *colorem virtutis* dixit eſſe Theophraſtus, adoleſcentem erubeſcentem confirmans, ac τοιοῦτον, inquiens, *ἡ ἀρετὴ ἔχει τὸ χρῶμα, Ejusmodi colore lucet virtus*, Stob. lib. 2. Et Laertius Diogeni tribuit, cum ad adoleſcentem rubore perfuſum diceret: Θάῤῥει, τοιοῦτόν ἐστι τῆς ἀρετῆς χρῶμα, *Confide, hujusmodi eſt virtutis color.* Cic. 2 de Orat. cap. 59 *Præſtet ingenuitatem & ruborem ſuum, verborum turpitudine & rerum obſcenitate vitanda*, er ſey erbar, oder werde ſchamroth, &c. Claudianus in Nupt. Honorii & Mariæ v. 9 *Confeſſus ſecreta rubor*, &c. Juvenal. ſatyr. 13 v. 240 *Nam quis*
Peccandi finem poſuit ſibi, quando recepit
Ejectum ſemel attrita de fronte ruborem?
Idem Juvenalis ſatyr. 10 v. 300
Præterea caſtum ingenium vultumque modeſto
Sanguine ferventem tribuat natura benigna
Larga manu, quid enim puero conferre queat plus?
Licet autem in adoleſcentibus magis apparet, quibus & plus caloris eſt, & tenera magis frons, nihilominus & veteranos ſenesque tangit, de quo Seneca epiſt. 11 *Rubor graviſſimis quoque viris ſubitus offunditur.* Idem Seneca eodem loco obſervat, non pudoris ſemper virtutisque colorem eſſe ruborem; ſed iræ etiam eſſe comitem, ſævitiamque portendere, ut nunquam nonnulli timendi magis ſint, quam cum erubuerint: quod in Domitiano Plinius, Tacitus & Suetonius notant.

¶ Rŭbēdo, ĭnis, idem quod *Rubor*. Firmicus lib. 2 Aſtrolog. cap. 12 in Leone: *color croceus & ad rubedinem declinans.* Quod major auctoritas non apparet, Voſſius de Vitiis Serm. improbavit pag. 602.

¶ Rubēcŭla, æ, avis, ſic dicta, quod in collo & pectore rubeat, ein roth-kåhlchen. ¶ 2. Alia eſt *Rubecula ſaxatilis*, ein ſteinrotle, ſtein-droſtel: Geſner.

¶ Rŭbia, æ, planta ſilveſtris & ſativa, klebkraut, Plin. 24 cap. 11; & 27 cap. 12; & 19 cap. 3. Matthiol. p. 279 vocat röthe, fårber-röthe. Vitruv. 7 c. 14 *Fiunt etiam purpurei colores infecta creta rubiæ radice* &c. conf. Serenus v. 703 & v. 1065.

¶ Rubicilla, æ, avis ex fringillarum genere, rubet in collo, pectore & ventre ſuperiori, ein blut- oder lohfinck; quaſi fringilla frondium, veſcitur enim gemmis frondium: vocant eamdem & *Pyrrhulam*, Geſner.

¶ Rŭbĭcundus, a, um, roth; ut, *Rubicunda Ceres*, Virg. 1 Georg. v. 297. Et, *Rubicundiora corpora*, Plin. lib. 20 cap. 6 extr. *Habitus cometæ rubicundior*, Seneca 7 Quæſt. Nat. cap. 11.

¶ Rubicundŭlus, a, um, dimin. etwas röthlich. Juvenal. ſatyr. 6 v. 424 *Tandem illa venit rubicundula.*

¶ Rŭbĭdus, a, um, ſchwartzroth, röthlich: vide Gellium 2 c. 26, ubi Fronto rhetor, *Rubidus*, inquit, *eſt rufus atrior, & nigrore multo inuſtus.* Sic e MSS. Gronovius. Et, *Rubida ampulla*, Plaut. Stich. a. 2 ſc. 1 v. 77. *Rubidus panis*, Idem Caſ. a. 2 ſc. 5 v. 2. conf. Feſtus: Et Auguſt. in Feſto aſcenſionis ſerm. 5 *jubar rubidum.*

¶ Rubrans, tis, Alcimo Avito lib. 5 v. 525 idem quod rubens, rubrum, roth: *Rubranti profundo*, i. e. mari rubro.

¶ Rubrīca, æ, terra ſubrubens, röthel; ut, *Rubrica fabrilis nativa*, bergröthel. *Rubrica fabrilis factitia*, röthelſtein. Aut. ad Herenn. 3 cap. 22 *Rubricâ delibutus.* Vitruv. 2 cap. 3 *Lateres faciendi de rubrica.* conf. lib. 7 cap. 7. Horat. 2 ſatyr. 7 v. 98 *Rubricâ picta prælia.* Perſius ſatyr. 5 v. 90 *Quicquid Maſuri rubrica vetavit.* Loquitur de legibus. Solebant enim legum capita & tituli minio notari: unde *Rubricæ* pro ipſis legibus aliquando auctoribus veniunt. Prudentius lib. 2 contra Symmach. v. 461
aut cur rubrica minetur,
Quæ probibet peccare reos?
Vide Turneb. lib. 4 cap. 5. Quamquam non legum tantum principia, ſed omnium, quæ ſcribebant ἐς κάλλος, miniabantur. Vide Caſaub. ad Perſ. ſatyr. 5, & Gellium 11 cap. 18.

¶ Rubrīcēta, æ; ita Plautus Trucul. a. 2 ſc. 2 v. 39 colorem eum dixit, quem faciei mulieres illinunt, quem & *purpuriſſum* dicunt, anſtrich, damit man das angeſicht roth macht, ſchmincke. Sed meliores libri diſtinguunt ibi: *rubrica, cera*, unde alii unam vocem rubriceta conflaverunt.

¶ Rubrīco, āre, rubrica tingere, roth zeichnen oder fårben. Vnde

¶ Rubricātus, a, um, rothgefårbt; ut, *rubricatus mutinus*, in Carm. Priapeio 73. *Libri rubricati*, i. e. quorum capita & tituli minio notati ſunt, in Petron. Fragm. Trag. p. 18. vide not. Schefferi p. 106. Et, *Rubricata herba*, Marcell. Empir. cap. 33.

¶ Rubrīcōſus, a, um, röthlich; ut, *Solum rubricoſum*, roth erdreich, Plin. lib. 18 cap. 17, & Colum. lib. 4 cap. 33.

¶ Rŭbĕfăcio, ēci, actum, ĕre, ruborem adferre, roth machen. Silius lib. 16 v. 137 de Aurora: *Atlantiadum rubefecerat ora ſororum.*
Et Ovid. 8 Met. v. 383 *rubefecit ſanguine ſetas.*

¶ Rubefactus, a, um, rothgefårbt. Ovid. Met. 13 v. 394
Expulit ipſe cruor; rubefactaque ſanguine tellus, &c.

Composita cum præposit.

¶ Erŭbesco, ĕre, rubore verecundiæ suffundi, schamroth werden. Terent. in Adelph. a. 4 sc. 5 v. 9 *Erubuit, salva res est.* conf. Lipf ad Senec. epist. 11. Et Cicer. de Legib. lib. 1 cap. 19 *Vt bonum rumorem colligant, erubescunt, & pudet impudica loqui.* Idem 5 fam. epist. 12 *Epistola non erubescit.* Item, *Erubuit genis*, Ovid. 2 Fast. v. 828, h e. in genis. Et cum infinitivo, *Erubesco loqui*, Cic. lib. 1 de Legib. cap. 19. Cum quarto casu Quintilian. lib. 6 cap. 5 *Nonnunquam accidit, ut in nostra credulitate aliena studia erubescamus.* Sed usitatior sextus, v. g. *Paucitate erubescendum*, Curt. lib. 4 cap. 5 n. 4.

¶ Erubescendus, a, um, schändlich, dessen man sich schämen muß. Horat. 1 od. 27 v. 14 *Quæ te cunque domat Venus, Non erubescendis adurit Ignibus.*

¶ Erubescentia, æ, die schamhafftigkeit, Tertulliani verbum, quo non semel pro verecundia, aut pudore male factorum usus est: e. g. lib. de Pœnitentia c. 10 pr. *Cum erubescentia sua pereunt.* Et lib. 1 ad Nation. cap. 16 *exemplum erubescentiæ scelerum.*

¶ Irrŭbesco, ĕre, roth werden. Stat. 9 Theb. v. 647 *Irrubuit cæli plaga.*

¶ Subrŭbeo, ēre, aliquantulum rubere, röthlich seyn. Ovid. lib. 2 de Art. am. v. 316 *Plenaque purpureo subrubet uva mero.*

¶ Subrŭber, a, um, aliquantulum ruber, röthlich, etwas roth. Celsus lib. 2 cap. 4 *Mala urina, in qua subsidunt subrubra aut livida.* Idem lib. 5 cap. 28 n. 8 *Pars carnis subrubra.*

¶ Subrŭbĭcundus, a, um, idem; ut, *Vultus subrubicundus*, Senec. 3 de Ira cap. 4. *Cauliculi subrubicundi*, Plin. 25 cap. ult. *Vlcus subrubicundum*, Cels. 5 cap. 28 n. 4.

Rubēta, rubetra, rubetum, vide paullo post *Rubus*.

Rubeus, rubia, quære proxime ante in *Ruber*.

RVBĪCON, ōnis, Flaminiæ fluvius, Galliæ Cisalpinæ atque propriæ Italiæ limes. Lucanus lib. 1 v. 213

Fonte cadit modico parvisque impellitur undis
Puniceus Rubicon, cum fervida canduit æstas,
Perque imas serpit valles, & Gallica certus
Limes ab Ausoniis disterminat arva colonis.

Et *parvum Rubiconem* ante dixerat v. 185, Quia itaque *parvus*, ponticulus ei tribuitur apud Suetonium Cæsare cap. 32.

RVBĪGO, ĭnis, sive Rōbigo, (utroque enim modo scribitur,) a *rore* esse existimatur. Nam si in segetes impluerit ros, neque fluxerit, calore solis in iis putrescit, eoque vitium infert, quo culmi corrumpuntur & spicæ emarcescunt, quod *robigo* appellatur; der brand im getreidig, meelthau. Quo illud Ovidii carmen respicit 4 Fastorum, cum de *Rubigine* Dea exponit, de qua mox referemus, v. 912

Vis tua non levis est: qua tu frumenta notasti, &c.
Quantum si culmos Titan incalfacit udos:
Tunc locus est iræ, Diva timenda, tuæ.

Hoc enim vitium segetibus a Dea *Robigine* sive *Rubigine* credebatur immitti, de qua paullo ante v. 905 meminerat. conf. de Dea illa Tertull. de Spectac. cap. 5. *Rubiginis* vitii Horatius quoque meminit lib. 3 ode 23 v. 6, & Virg. 1 Georg. v. 150. ¶ 2. *Rubigo*, quæ in metallis situ contrahitur, metalla paulatim consumens, sic dicta a colore rubro, rost; ut, *Detergere rubiginem*, ausputzen: Silius lib. 4 v. 12

Pila novant, ac detersa rubigine sævus
Induitur ferro splendor.

¶ 3. De aliis etiam, quam ferri, sordibus usurpatur. Seneca epist. 7 *Malignus comes quamvis candido & simplici rubiginem suam affricuit.* Et Ovid. 2 Metamorph. v. 776 *livent rubigine dentes.*

Prudentius corripuit primam Psychom. v. 105

Condere vaginæ gladium, ne tecta rubigo Occupet.

Sed, *Prudentii auctoritatem* (sunt verba Borrichii in Parnasso) *contra omnes veteres, parum moramur.* Addit Smetius Martial. lib. 2 epigr. 61 *nimiaque rubigine captus.*

Verum ibi alii, & rectius, *ærugine* legunt. Cadit ergo regula, quam quidam confingunt, *Rubiginem* metalli, ut a *ruber*, corripi: produci *rubiginem* segetis, tamquam a *Ros, roris*.

¶ Rūbīgus, vel Rōbīgus, i, Deus antiquis memoratur. Varro lib. 5 de L. L. cap. 3 ROBIGALIA, inquit, *dicta ab* ROBIGO. *Secundum segetes huic Deo sacrificatur, ne* rubigo *occupet segetes.* Meminit & lib. 1 de Re Rust. c. 1, & cum *Flora* conjungit: itemque Gellius lib. 5 c. 12 extr. qui cum *Averrunco* eum conjungit.

¶ Rūbīgālia, & Robigalia, ium, festum, seu feriæ, quibus *Robigo* Deo, quem putabant rubiginem avertere, sacra fiebant, quas 7 Kal. Majas celebratas, Plinius lib. 18 cap. 29 auctor est, itemque Festus in *Robigalia*. Adde Salmas. in Exercitat. Plinian. p. 307 & 308, & Stewech. in Arnob. p. 76.

¶ Rubīgino, āre, rostig machen, verrostern. Apulej. 3 Florid. *Gladius usu splendescit, situ rubiginatur.*

¶ Rubīgĭnōsus, a, um, rostig, schmutzig. Apulejus de Deo Socrat. *Telum sanguine rubiginosum.* Et Martialis 5 epigr. 29

Rubiginosis cuncta dentibus rodit.

Rubrīca, rubricare, rubricosus, &c. vide paullo ante in *Ruber*.

RVBVS, i, vel Rubus Idæus, sic appellatus a *rubore*, & quia copiose in *Idâ* provenit, sentis genus, eine brombeerstaude. ¶ 2. *Rubus canis* vel *caninus*, κυνόσβατος, rubus vel rosa silvestris, eine feldrose oder hahnbuttenstrauch, secundum aliquos, sed falso, reclamante Dioscoridis & Plinii testimonio. Is enim de *cynorrhodo* seu *rosa silvestri* & *cynosbato* distinctis libris & capitibus scripsit. Matthiol. *Mora rubi*, brom- oder kratzbeer. Sed quocunque interpreteris, aut genera ejus distribuas, frutex est antiquis scriptoribus frequenter memoratus. *Rubus asper*, Virgil. eclog. 3 v. 39. *Horrentes rubi*, Idem 3 Georg. v. 315. Ideo sepimentis hortorum aptos Columella censet lib. 11 cap. 3. Et Ovid. 4 Pont. epist. 4 v. 4

Mista fere duris utilis herba rubis.

¶ 3. *Rubi, orum*, oppidum Campaniæ dictum a *ruborum* frequentia. Horat. 1 satyr. 5 v. 94 *Inde Rubos fessi pervenimus.*

¶ Rŭbeus, a, um, aliquando ponitur pro *spineus*, dornicht, heckicht. Sic apud Virgil. Georg. 1 v. 266 *Rubea virga*, a *rubo*, frutice, vel a *Rubis*, oppido Campaniæ, ut ibi putat Servius. ¶ 2. *Rubeus* a *ruber*, vide supra.

¶ Rŭbētum, i, locus rubis consitus, dorngebüsche, brombeerbusch. Ovid. 1 Metam. v. 105 *in duris hærentia mora rubetis.*

¶ Rubēta, æ, etiam a *Rubus* factum, quod bufonem seu ranam venenatam significat, eine kröte. Nomen accepit inde, quod sub vepribus vivat, ut Plinius auctor est lib. 32 cap. 5; qui frequenter *ranam rubetam* vocat. Et Propertius lib. 3 eleg. 6 v. 27

ranæ portenta rubetæ.

Sic, *Rubeta*, vel *rana gibbosa*, ein gartenfrosch: vide *Rana*.

¶ Rubetra, æ, βατίς, vel βάτος, *Rubus*: avis est minima, turdorum generis circa rubos vivens, ein ziepdrussel. ¶ 2. Sed Aristoteles vermibus pasci *rubetrum* scripsit; ut sit ein klein brachvöglein, Gesner.

Ructamen, ructare, ructator, &c. vide sequens *Ructus*.

RVCTVS, ûs, qui cruditatis indicium est, & quod cibus ac potus in ventriculo coacuit, aut computruit, das aufsteigen des magens, der schlucken, rültzen, der rölps. Columella lib. 6 cap. 6 pr. *Cruditatis signa sunt crebri ructus.* Et Corn. Celsus lib. 4 cap. 8 extr. *Si coacuit intus cibus, aut computruit, quorum utrumlibet ructus ostendit, ejiciendus est.*

¶ Ructo, āvi, ātum, āre, & Ructor, āri, deponentale, ructus emittere, rölpsen, köcken. Cicer. Philipp. 2 c. 25 *Cui ructare turpe esset, is vomuit.* Plautus Pseud. a. 5 sc. 2 v. 9 *Pergin' ructare in os mihi?* Et Varro 3 de R. R. cap. 2 *Aves etiam nunc ructor, quas mihi apposuisti paucis ante diebus.* Translate *ructari versus*, Horatius dixit de Arte poët. v. 457.

¶ Ructatus, a, um, passivum participium, geköcket. Silius lib. 15 v. 432 *Permiscetque mero ructatos ore cruores.*

¶ Ructātor, ōris, qui facile ructatur, der den schlucken hat. Hinc

¶ Ructatrix, īcis, eine köckerin. Adjective *Ructatrix menta*, id est, ructus inducens, apud Martial. lib. 10 epigr. 48.

¶ Ructāmen, ĭnis, idem quod *ructus*. Prudent. Hamartig. v. 466 *Carnis & immodicæ spurco ructamine crudos.*

¶ Ructuōsus, a, um, rölpsicht, köckicht; ut, *Spiritus ructuosi*, apud Quintilian. lib. 4 cap. 2 sub fin.

¶ Eructo, āre, von sich brechen, heraus köcken. Frequentativum est ab *Erugere*, ut Festus autor est. Cicero in Pison. cap. 7 *Nos cum improbe respondendo, tum turpissime eructando ejecisti.* Sed, *Saniem eructare*, Virg. 3 Æneid. v. 632, eiter, geliefert blut ausspeyen. Et ibidem de Ætna v. 575 *Interdum scopulos avulsaque viscera montis Erigit eructans.*

¶ Eructātio, ōnis, die herausköckung. Apulejus de Mundo p. 60 *Exhalatio terrenis eructationibus surgit.*

¶ Eructus, a, um, pro *eructatus*, herausgepreßt; ab *erugo*, unde *eructo*, secundum Festum. *Eructum vinum*, est vinum denuo ex vinaceis expressum, apud Gellium 10 cap. 7.

¶ Exērūgo, ĕre, herausquellen, Incertus Grammaticus atque pervetustus, asserens, *Eructo* verbum ab *Erugo* principali derivari, ex bibliotheca carbonaria hunc Ennii versum adducit:

Contempsit fontes, quibus exerugit aqua vis.

¶ Obrūcto, āre, in os alicui ructare, entgegen rölpsen. Apulejus Apolog. pag. 312 *Animadverti satis notabiliter in medio foro tibi obructantem.*

Rudens, Rudero, āre, vide post paullo *Rudo, Rudus*.

RVDIAE, arum, Calabriæ oppidum ad Tarentinum sinum, non procul a Brundusio, patria Ennii. Hinc Mela 2 cap. 4 *Rudias Ennio cive nobiles* dixit. Et Silius lib. 12 v. 397

Nunc Rudiæ solo memorabile nomen alumno.

¶ Rudius, a, um, adject. Cic. pro Arch. cap. 10 *Rudium hominem* vocat Ennium a patria.

¶ Rŭdīnus, a, um, idem. Auson. Edyll. 12 Grammaticomastix:

Vnde Rudinus ait divum domus altisonum cæl.

Rudiarius, rudicula, Rudimentum, vide mox *Rudis* subst. & adject.

RVDIS, is, substantivum, fœmin. virga, seu bacillus, ad varios usus; etiam talis, quo coctum agitamus, unde *Rudicula*, de qua infra dicemus, ein rührlöffel, querl. Cato de R. R. c. 79 *Coquito, versatoque crebro duabus rudibus.* ¶ 2. Speciatim virga est, qua donabantur gladiatores missi e ludo in otium, eine fechtstange. Horat. 1 epist. 1 pr.

Spectatum satis & donatum jam rude quæris
Mæcenas iterum antiquo me includere ludo.

Vbi Vetus Scholiastes RVDE, *missione. Erat autem* RVDIS *virga, quæ gladiatori dabatur in signum missionis artis gladiatoriæ.* Cicer. Philipp. 2 cap. 30 *Tam bonus gladiator rudem tam cito accepisti? Rude* igitur donabantur gladiatores, qui missi e ludo gladiatorio solvebantur necessitate in arena pugnandi cernendique vitam; unde & Ovid. 2 Amor. eleg. 9 v. 22 *Rudem tutam* dixit, quod vitæ periculo eximeret. vid Rosini Antiqu. Rom. 5 c. 24 p. 489. Quamquam nonnulli ex istis magistri ludorum, sive lanistæ (fechtmeister) fiebant: quorum insigne & *rudis* erat, eaque *ferulacea*, qua tironibus dictata sive præcepta artis tradebant, eosque exercebant, (damit sie ihnen lectiones gaben.) Vet. Gloss. ῥάβδος ἡ τῶν ἐπιςατῶν τῶν μονομάχων. Quin ipsi tirones quoque rudibus, cum exercerentur, pugnabant: quod *batuere* dicebant. Sed istæ tironum graviores erant, & alia forma a magistrorum. Dio ejusmodi rudem ξίφος ξύλινον, *gladium ligneum* vocat. Ex quo colligitur, gladiorum formam habuisse. Dialogus de Orator. cap. 34 n. 5 *ferro, non rudibus dimicantibus.* Ergo iis exercebantur discipuli lanistæ. Vide Lipsium 1 Saturnal. cap. 15, & lib. 2 cap. 23.

¶ Rŭdiārius, i, rude donatus, ein beurlaubter fechter. Sueton. Tiberio cap. 7 *Rudiariis quoque quibusdam revocatis.*

¶ Rudĭcŭla, æ, spatula, ein rührstecken, küchenlöffel. Columella lib. 12 cap. 46 *Ab igne removeto, ac rudiculâ lignea peragitato, donec perfecte refrigescant.*

RVDIS, e, adject. imperitus, ignarus, grob, ungeschickt, unwissend; ut, *Homines imperiti, rerum omnium rudes*, Cic. pro Flacco c 8. Idem, *Rudem me discipulum accipe*, 3 Nat. Deor. cap. 3, einen groben schüler. *Rudes artium*, Livius lib. 1 cap. 7. *Rudis rei militaris*, Cicer. 4 Acad. cap. 1, unerfahren, unversucht. ¶ 2. Jungitur & ablativo cum

cum & ſine præpoſitione; ut, Orator nulla in re tiro ac rudis eſſe debet, Cic. 1 de Orat. cap. 50 extr. Rudis eſſe videbar in cauſſa, Idem 4 fam. epiſt. 1. Omittitur præpoſitio apud Vellejum 2, 9, 5 Senſibus celebris, verbis rudis. Et 2, 73, 1 Adoleſcens ſtudiis rudis. ¶ 3. Ovidius cum accuſativo conjunxit & præpoſitione, lib. 3 de Ponto epiſt. 7 v. 18 Ad mala jam pridem non ſumus ulla rudes.
Vet. Gloſſ. Rudis, ἀπαίδευτος, ἀμαθής. Item, Rude, ἄγναφον. Ergo rude opponitur polito. Atque hæc propria vocis hujus ſignificatio. Sic, rudis terra, nunquam proſciſſa, inarata, Varro de R. R. 1 cap. 27. Sic rude æs, infectum: rudis virga, impolita dicitur.

¶ Rŭdītas, ātis, inſcitia, die grobheit, unwiſſenheit. Apulej. 4 Florid. p. 363 Literatoris ruditatem eximere.

¶ Rŭdīmentum, i, prima inſtitutio, qua rudes exercentur, der anfang des lernens, die erſte unterweiſung; ut, Rudimenta dicendi, Quintil. 2 cap. 1. Rudimenta & incunabula virtutis, Cic. in Salluſt. cap. 3. Et Plin. in proœmio lib. 7 Homo ab hoc lucis rudimento, & a ſuppliciis vitam auſpicatur, das iſt der anfang und eingang des lebens. Rudimentum ponere minimis rebus, Aut. declamat. in Salluſtium cap. 1. conf. Liv. 31 cap. 11. Et, tirocinii rudimenta deponere ſub militia patris, Juſtinus lib. 9 cap. 1 extr. lernen, die erſte probe thun.

¶ Erūdio, īvi, & ii, ītum, īre, docere, perpolire, ex rudi doctum politumque efficere, unterweiſen, unterrichten, lehren; ut, Erudivit te uſus, Cic. 1 ad Qu. fratr. epiſt. 1. Illum ſumma cum labore, ſtomacho miſeriaque erudiit, Idem pro Roſc. Com. cap. 11. Te erudiit fortuna, Silius 7 v. 387. Ita, Inſtituere atque erudire filios ad majorum inſtituta, Cic. 5 in Verr. cap. 69. Erudire de omni republ. Idem lib. 2 fam. epiſt. 12. Et, Erudire in re aliqua, Idem de Orat. 1 cap. 59 fin. Erudiri in ſcholis, Quintil. 1 cap. 2. Erudire puerum artibus, Liv. lib. 1 cap. 39. Et, Erudire in aliquam rem, dixit Ovidius epiſt. 1 Penelop. v. 111

Eſt tibi, ſitque precor, natus, qui mollibus annis
In patrias artes erudiendus erat.

¶ Ērŭdītus, a, um, doctus, literis excultus, gelehrt; ut, Oratio erudita, Cic. proœm. Paradox. Carmen eruditum, id eſt, plenum eruditione, voll kunſt. Erudita Ciceronis tempora, Cic. ad Attic. 12 epiſt. 18. Et, Vir prudens, multis experimentis eruditus, Plin. 1 epiſt. 5 extr. Sic, Eruditus omni doctrina, optimarum artium ſtudiis, Cic. 3 Nat. D. c. 9. Eruditus græcas res, Gell. lib. 2 cap. 12. Et, Eruditus omnes res, Tertullian. de Pallio c. 3 extr. Ita & gradibus: Tu eruditior, quam Piſo, Cic. in Piſon. cap. 26. Eruditiſſima Græcorum natio, Idem 2 de Orat. cap. 4. Diſciplinæ juris eruditiſſimus, Idem 1 de Orat. cap. 39. Stoicis Eruditus idem, qui philoſophus. Vide infra Studioſus, in Studere.

¶ Erudīte, adverbium, idem; cujus comparativus uſitatior eſt. Cic. de Senect. cap. 1 qui ſi eruditius videbitur diſputare. Et Quintilianus lib. 1 cap. 5 p. 47 Illud eruditius quæritur, an &c. Ac Columella lib. 1 cap. 1 Volumina de vineis Julius Græcinus compoſita facetius, eruditius poſteritati tradenda curavit.

¶ Erudītŭlus, a, um, diminutivum, ein wenig gelehrt. Catullus epigr. 58 in Mamurr. & Cæſarem: eruditulì ambo.

¶ Erŭdītio, ōnis, ipſe actus erudiendi, ſive inſtitutio, die unterweiſung. Quintilianus lib. 2 cap. 3 Sed potior eruditio in ſcholis, quam domi. Hieronymus epiſt. 7 ad Lætam de inſtitutione filiæ: Fiant & litteræ vel buxeæ vel eburneæ, & ſuis nominibus appellentur: ludat in iis, ut & luſus ipſe eruditio ſit. ¶ 2. Cultus animi ex inſtitutione comparatus, geſchicklichkeit, wiſſenſchafft, kunſt; ut, Homo præclara eruditione atque doctrina, Cic. 1 Offic. cap. 33. Homo ingenio præſtanti & eruditione perfecta, Idem 2 de Divin. cap. 63, eines trefflichen verſtandes, und recht gelehrt. Eruditionis omnis expers atque ignarus, Cicer. 2 de Orat. in principio. Eruditio varia, apud Suetonium in Auguſto cap. 89, philologia eſt: quam κατ᾽ ἐξοχήν, Eruditionem idem auctor in vita Caligulæ cap. 53 appellat. vide ſupra Philologia. Pluraliter Eruditiones aliquoties Vitruvius dixit, ut lib. 1 cap. 1 Abundans eruditionibus variis ac pluribus. Et ibidem ſub fin. capitis: Officium architecti omnibus eruditionibus debet eſſe exercitatum.

¶ Erŭdītor, ōris, qui erudit, doctor, magiſter &c. ein lehrer, meiſter. B. Hieron. vitâ Hilarionis: Ille (Hilarion) fundator & eruditor hujus converſationis & ſtudii in hac provincia fuit. Gloſſ. gr. lat. παιδευτής, doctor, eruditor.

¶ Eruditrix, īcis, eine lehrerin. Florus lib. 2 cap. 6 n. 38 Africa Hannibalis eruditrix.

¶ Erudībĭlis, e, gelehrig, lehrſam. Fulgent. de Continent. Virg. Non eruditur, niſi quod erudibile naſcitur.

¶ Inērŭdītus, a, um, ungelehrt. Cicer. pro Domo cap. 34 Non tam ineruditus ſum, qui (id eſt, ut) exiſtimem &c. Apud Suetonium de Grammat. cap. 15 Lenæus, Pompeji libertus, Salluſtium vocat priſcorum Catonis verborum ineruditiſſimum furem.

¶ Inerudite, adverb. idem. Quintil. 1 cap. 10 p. 89 non inerudite ficta materia. Gellius 7 cap. 3 Cato inerudite principio nimis inſolenti uſus eſt.

¶ Inerudītio, ōnis, die ungelehrſamkeit. Gloſſ. Vet. Ineruditio, ἀπαιδευσία. Et Vulgatus Interpres Sirac. cap. 4 v. 30 mendacium ineruditionis tuæ.

¶ Pererŭdītus, a, um, ſehr gelehrt. Cic. 4 Attico epiſt. 15 homo pereruditus.

RŬDO, rudi, rudĕre, aſinorum eſt, ſchreyen wie ein eſel, brüllen. Præterito rudivi format Apulejus lib. 7 de Aſino p. 193 rudivi fortiter. Perſius ſatyr. 3 v. 9 produxit primam:

Findor, ut Arcadiæ pecuaria rudere credas.

Alii corripiunt: Virg. 3 Georg. v. 374 graviterque rudentes.
Ovidius 6 Faſtor. v. 342 de Sileni aſello:

Intempeſtivo cum rudit ille ſono.

Idem lib. 3 de Art. am. v. 290

Ut rudit a ſcabra turpis aſella mola.

¶ 2. Sed, καταχρηστικῶς, leonibus etiam tribuitur a Virg. Æn. 7 v. 16; & cervis ab eod. 3 Georg. v. 374, & Caco ſemihomini, Æn. 8 v. 248 inſueta rudentem: ubi Servium vide.

¶ Rudens, tis, brüllend; ut, rudens aſellus, Ovid. Faſt. 1 v. 433.

¶ Rŭdens, tis, ſubſtantivum, funis eſt nauticus, ein ſchiff-ſeil, ancker-ſeil. Sic, Rudentes, inquit Nonius cap. 1 n 254 ea cauſſa ſapientiſſimi dictos volunt, quod funes, cum vento verberentur, rudere exiſtimentur, atque hunc ſonum proprium funium, non aſinorum putant. Virg. 1 Æn. v. 87 Inſequitur clamorque virûm ſtridorque rudentum.
Ita, Rudentem explicare, das ſeil auffſpannen: Cic. 1 de Divinat. c. 56 Sed eſt quaſi rudentis explicatio. Sic &, laxare rudentes, Virg. Æn. 3 v. 267; quatere, Lucan. 2 v. 698. Et, Rudentem omnem movere, πάντα κάλων σείειν, eſt omnia conari, ſich euſſerſt bemühen; ſimile illi, Omnem movere lapidem, Ariſtophanis eſt & Apollonii, qui in epiſtola quadam ad Euphratem inquit: Πάντα (φασὶ) δεῖν τὸν ἔμπορον κάλων σείειν, hoc eſt, Negotiatorem ajunt omnem oportere rudentem movere. vide Chiliadas.

¶ Rudītus, ûs, clamor aſini, das eſel-geſchrey, gebrülle. Apulejus ſub finem lib. 8 de Aſino: audito ruditu meo.

¶ Rŭdor, ōris, idem. Rurſus Apulejus 3 Florid. p. 357 Vox hominis & tubâ rudore torvior, & lyrâ concentu variatior.

¶ Rudentĭsībĭlus, i, ſtridor funium nauticorum, das knarren der ſchiff-ſeile, Pacuv. apud Varronem de L. L. 4 cap. 1.

RŪDUS, ĕris, neutr. lapidum fruſta & ruinarum materies, mauerwerck, ſchutt. Eſt enim duplex, novum ſcilicet & vetus. Rudus novum, materia eſt pavimenti, calce & arena ſeu teſtis contuſis conſtans, neu eſtrich, Vitruv. 7 cap. 11. Inducto rudere vel teſtaceo pavimento, Pallad. 1 tit. 9. conf. ejus Majus tit. 11. Sed Rudus vetus ædificiorum dirutorum eſt, quod proprie ſchutt appellamus. Lucil. apud Nonium cap. 1 n. 65 Viam ſternendum, & jaciendum huc aggerem, & id genus rudus, allerhand gerülle. Rutilius Numat. lib. 1 v. 412

Ruderibus totis tecta ſepulcra latent,

unter denen ſteinhauffen. Vetus Gloſſ. Rudus, βῶλος, χῶμα καὶ χαλκὸς ἀνέργαστος, καὶ τῆς σωρός. ¶ 2. Varro de L. L. 5 cap. 34 & Feſtus auctores ſunt, infectum etiam æs (ungearbeitet ertz) in æſtimatione cenſoria, Raudus, Rodus. Rudus vocari. vide Feſtum in Rodus. Sic, Æris rudere decocta maſſa, Prudent. Apotheoſi v. 725. Effoſſa rudera, Idem in Laurentio v. 191, metallſtücken. Adde Livium 26 cap. 11. Hinc

¶ Ruduſcŭlum, vel Rauduſcŭlum, i, diminut. etiam pro ære ſignato, ein ſtücklein geld, kleine müntze; quia in mancipando cum dicitur: Ruduſculo libram ferito, aſſe tangitur libra, uti Feſtus indicat l. c. conf. Varro l. c. Hinc & Cic. 4 ad Attic. epiſt. 8 rauduſculum, pro pauxillo æris poſuit. Inde porro

¶ Ruduſcŭlānus, vel Roduſculanus, a, um, adject. i. e. æreus, vom metall; ut, Roduſculana porta, rudis & impolita relicta, vel raudo, i. e. ære vincta, Feſtus. Rauduſcula dicitur a Varrone l. c. Et, Dicta rauduſculana, quod olim æra RAUDERA dicebantur, verba ſunt Valerii Max. 5 cap. 6 n. 3.

¶ Rudectus, vel Rudeatus, a, um, ſteinicht, voll ſchutt. Cato R. R. c. 34 Terra pulla, materina, rudecta. Idem cap. 35 In rudecto & rubricoſo loco. Idem cap. 131 Loca rudeata, arenoſaque.

¶ Rūdĕro, are, rudus inducere pavimentis ſternendis, ein eſtrich ſchlagen; ut, ſaxis ruderari, Vitruv. lib. 7 cap. 1.

¶ Ruderātus, a, um, mit ſchutt bedeckt. Sic apud Plinium lib. 21 cap. 4 ruderatus ager, rudere conſperſus eſt, ein acker, da alter ſchutt darauf geführet.

¶ Ruderatio, ōnis, ipſum opus, die ſchlagung eines eſtrichs. Vitruvius lib. 7 cap. 1 de ruderatione commode perficienda.

¶ Rudĕrārius, a, um, pertinens ad rudus, zum ſchutt gehörig; ut, Cribrum ruderarium, Apulej. Met. lib. 8 p. 212, ein grob ſand-ſieb.

¶ Rūdētum, i, ruderum acervus, ſive locus rudere repletus, ein ſchutt-hauffen; item, ein ſteinichter acker. Ita nonnulli legunt & ſubſtantive accipiunt loca Catonis, paullo ante in Rudectus memorata.

¶ Erūdĕro, are, repurgare, ausfegen, den ſchutt wegführen. Hoc verbo Sidonius uſus eſt, vide Indic. Elmenhorſtii, & adde lib. 5 epiſt. 7 Aures ſuſurronum fæce completas eruderat, id eſt, expurgat, metaphorice.

¶ Eruderātus, a, um, ausgefegt, geſaubert. Sic, eruderatum ſolum, Varro 2 de Re Ruſt. cap. 2 proprie dixit.

RŬFAE, arum, oppidum Campaniæ, cujus meminit Virgil. Æn. 7 v. 739. Rufras vocat Silius 8 v. 567; & Ruffrium Livius 8 cap. 25.

¶ Rufrēni, orum, incolæ, Cicer. lib. 10 fam. epiſt. 21.

RŬFUS, a, um, color, qui plures continet ſpecies, flavum, rubidum, phœniceum, rutilum, luteum, ſpadiceum, ut Gellius notat lib. 2 c. 26; Sed tamen plerumque pro rubro eſt, roth, feuerroth, fuchsroth. Martial. 14 epigr. 129 Roma magis fuſcis veſtitur, Gallia rufis.
Comparat. Plin. 27 cap. 2 Radix rufior paullo. Idem lib. 18 cap. 9 Siligo rufior Campana, at Piſana candidior. ¶ 2. Nonnunquam & perſonis tribuitur. Plaut. Pſeud. a. 4 ſc. 7 v. 120 Rufus quidam. Terent. Phorm. a. 1 ſc. 2 pr. Si quis me quæret rufus, ein roth-kopff. Et Heaut. a. 5 ſc. 5 v. 17 Rufam ne illam virginem &c. ¶ 3. Eſt etiam inter nomina propria; ut, Q. Curtius Rufus, hiſtoricus; de quo ſupra in Curtius. Plures hujus nominis in hiſtoria Romana apud Tacitum & alios: Sic Martial. 1 epigr. 69

Quidquid agit Rufus, nihil eſt niſi Nævia Rufo.

¶ Rufīnus, i, Galliarum dux, de quo Tacit. Hiſt. 2, 94, 3. ¶ 2. Rufinus alius ex infimo loco a Theodoſio Imp. evectus, ob perfidiam in Arcadium in oriente oppreſſus periit, in quem duo ſunt libri Claudiani.

¶ Rūfŭlus, a, um, röthlich; quo diminutivo Plautus uſus eſt in Aſinaria a. 2 ſc. 3 v. 20 Cicatrix rufula. Adde Feſtum.

¶ Rūfillus, i, aliud diminut. viri proprium bene olentis. Horat. 1 ſat. 2 v. 27 Paſtillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.

¶ Rufeo, ēre, rufum eſſe, roth ſeyn; &

¶ Rūfeſco, ĕre, roth werden. Plin. lib. 10 cap. 29 Merula ex nigra rufeſcit. Et lib. 28 cap. 12 donec rufeſcat.

¶ Rufo, are, rufum efficere, roth machen. Plin. lib. 15 cap. 22 Rufatur capillus, &c. Hinc

¶ Irrūfo, are, roth färben. Sic, Irrufare crinem, dixit Hieron. epiſt. 7

ad Lætam de Instit. Puell. quod Tertull. *croco vertere* dixit de Cultu fœminar. c. 4. Sed idem Tertullianus etiam verbi participio usus est:

¶ Irrūfātus, a, um, roth gefärbt. Tertull. adv. Psych. cap. 16 *Lenticula defruto irrufata.* Idem Apolog. cap. 22 *Barba tactu irrufata.*

¶ Subrūfus, a, um, etwas roth. Plin. 37 cap. 10 *Indica* [gemma] *gentium suarum habet nomen, subrufo colore*, id est, aliquantulum rufo. Adde Vitruvium lib. 7 cap. 8.

RVGA, æ, cutis corrugata, eine runtzel, falte. Ovid. lib. 2 de Arte am. v. 118 — *Jam venient rugæ, quæ tibi corpus arent.*
Et lib. 5 Fastor. v. 57 *Magna fuit quondam capitis reverentia cani,*
Inque suo pretio ruga senilis erat.
Et Horatius epod. 8 v. 4 *Rugis frontem senectus exarat.* Cic. Orat. post reditum in senat. cap. 7 *Rugis & supercilio aliquem decipere*, einen betriegen mit sauer sehen. Idem de Senect. cap. 18 *Non cani, non rugæ repente auctoritatem adferre possunt, sed honeste acta superior ætas.* Et, *Rugæ vestium*, falten, Plin. 35 cap. 8. ¶ 2. Quoniam austeri homines in rugas frontem contrahunt, idcirco *Rugæ* aliquando pro austeritate & severitate dici solent. Plin. lib. 9 epist. 17 *Vis tu remittere aliquid ex rugis? Rugas* vocat severitatem illam Genitoris, ad quem scribit, cui lautitiæ cœnarum tædio erant, quique ægre ferebat, scurras, cinædos, moriones inerrare mensis.

¶ Rūgo, are, falten, runtzeln. Plaut. Casin. a. 2 sc. 3 v. 30 *Vide, palliolum ut rugat*, pro *rugatur.* conf. Fragm. apud Gellium 18 cap. 12.

¶ Rugātus, a, um, gefalten, gerunzelt; ut, *Rugata testa*, Plin. 9 c. 33.

¶ Rūgōsus, a, um, in rugas contractus, runtzelicht, falticht, verschrumpffet; ut, *Cortex rugosus*, Ovid. Heroid. epist. 5 v. 28, & Plin. lib. 16 cap. 31. *Piper rugosum*, Persius satyr. 5 v. 55; &, *Frons rugosior*: Martial. lib. 3 epigr. 93 *Rugosiorem cum geras stola frontem.*

¶ Ruginōsus, a, um, idem. Cœl. Aurel. Acut. 1 cap. 11 *Cutis veluti ruginosa vel sulcata pannositas.*

¶ Rugōsitas, ātis, die zusammenfaltung. Pro austeritate apud Tertull. de Patient. cap. 15 *Frons nulla mæroris aut iræ rugositate contracta.*

Composita:

¶ Corrūgo, are, in rugas contrahere, runtzeln, rümpffen; ut, *corrugare frontem*, sauer sehen. Horat. 1 epist. 5 v. 22 *Ne sordida mappa Corruget nares*, damit man nicht vor gestanck die nase zusammen ziehe.

¶ Corrūgis, e, quod in rugas colligitur, mit falten, falticht. Nemesianus Cyneget. v. 92 *Sit chlamys aurato multum subtegmine clusa,*
Corrugesque sinus gemmatus baltheus arctet
Nexibus.

¶ Erūgo, are, extendere, & rugas auferre, die runtzeln vertreiben, glatt machen. Plin. lib. 23 cap. 4 *Oleum amygdalinum erugat cutem.* Et lib. 21 cap. 19 *Lilii radices erugant corpora.*

¶ Erugātio, ōnis, die glättung. Plin 28 cap. 12 *cutis erugatio.*

¶ Irrūgo, are, runtzeln. Gell. 12 cap. 1 *ne æquor illud ventris irrugetur*, id est, ne rugas venter contrahat.

RVGIO, rugire, leonum est, brüllen, Spartian. in Anton. Geta cap. 5. Auctor Philomelæ v. 49
Tigrides indomitæ raucant: rugiuntque leones.

¶ Rugītus, ūs, subst. das brüllen eines löwen. Metaphorice Hieronym. epist. 22 cap. 5 ad Eustochium, *rugitus intestinorum.* Vopisc. in Probo cap. 19 *rugitibus tonitrua excitare.*

¶ Irrugio, irrugire, brüllen, in sacris tantum literis legitur: ut Genes. cap. 27 *Irrugiit clamore magno* &c.

Rugosus, vide proxime ante in *Ruga.*

RVĪDVS, vel Ruvĭdus, a, um, rauh, uneben; ex Plauto Festus citat. Et Plin. lib. 18 cap. 10 *Major pars Italiæ ruido utitur pilo*, &c. Vbi *ruidum pilum* opponit *præferrato*, ein mühlstempel, so nicht mit eisen beschlagen ist. ¶ Hermolaus *ruidum* exponit asperum impolitumque, unausgeputzt. vide supra *Pilum.*

Ruina, ruinosus, vide paullo inferius *Ruo.*

RVLLA, æ, culter seu ferrum, quo vomer detergitur, a *ruo*, quia ruit, vel eruit, die pflugreute, Plin. lib. 18 cap. 19.

RVLLVS, i, a *rure*, diminut. ein bäuerlein. In Gloss. lat. gr. est quidem *Rullus, mendicus*, ἀγύρτης, vel ἀγροῖκος. Sed Vossius Etymol. p. 438 legit *rusticus*, ἀγρότης.

RVMA, æ, & Rumis, is, & Rūmen, ĭnis, mamilla est, ῥύμη, a fluore lactis, die dütte, zitze. Plin. lib. 15 cap. 20 *Sub ea inventa est lupa infantibus præbens rumen, (ita vocabant mammam)* &c. Varro lib. 2 de Re Rust. cap. ult. MAMMAE, *Rumes sive rumæ, ut ante dicebant a* ῥύμη, *& inde dicuntur* SVBRVMI AGNI, LACTENTES *a lacte.* ¶ 2. Alii RVMAM & partem gutturis faciunt a *ruo*, quod inde cibus ruat in stomachum. Servius ad illud Virg. ecloga 6 v. 54
pallentes ruminat herbas:
RVMINATIO *autem*, inquit, *dicta est a* RVMA, *eminente gutturis parte, per quam demissus cibus a certis revocatur animalibus*, der kropff, der schlund, die gurgel. Festus: RVMEN *est pars colli, qua esca devoratur; unde* RVMARE *dicebatur, quod nunc* RVMINARE. * Vbi Festus intelligit, *Rumare* proprie esse μηρυκάζειν, quæ est peculiaris affectio animalium μὴ ἀμφοδόντων, ut bos, camelus, capra & aliquot alia κερατοφόρα, itemque inter pisces scarus. Hæc cibos sæpius remandunt, & in ore habent versantque. Inde *Rumare* pro ἔχειν διὰ στόματος & famigerare aliquid, & *Rumor* διαφήμησις. Hinc etiam Festus compositum *Adrumavit*, deducere voluit. *Grævius.* Pomponius apud Nonium cap. 1 n. 64 *Ego rumorem parvifacio, dum sit, rumen qui impleam.*

¶ Rumentum, i, id est, abruptio, apud Festum.

¶ Rūmĭno, are, & Rumĭnor, ari, antiquis, cibos ad rumen revocare, quod pecudum, wiederkäuen. Colum. 6 cap. 6 *Propter quæ bos neque ruminat, neque linguâ se deterget.* Plin. 9 cap. 17 *Scarus solus piscium dicitur ruminare.* conf. lib. 10 cap. 73, & lib. 11 cap. 37. ¶ 2. Item, repetere, revocare in memoriam per translationem, wiederhohlen, erwegen. Varro Tanaquile apud Nonium cap. 2 n. 746 *Non modo absens quicquam de te sequius cogitabit, sed & ruminabitur humanitatem.* Liv. Ægistho apud eumdem: *Nemo hæc vestrum ruminabitur mulieri.* Et Tertull. de Resurrect. carn. cap. 37 *Sermo intellectu ruminandus.* Sic, *Ruminare carmina*, apud Symmach. 3 epist. 13; & *Ruminare libros veterum*, lib. 1 epist. 3 eleganter dicitur pro recensere ac retractare.

¶ Rūmĭnātio, ōnis, die wiederkäuung. Plin. 11 cap. 37 *Quibus neque dentes utrinque, nec ruminatio.* ¶ 2. Repetitio, die wiederhohlung; ut, *Ruminatio quotidiana*, Cic. 2 ad Attic. epist. 12. *Quædam hiemis ruminatio*, i. e. reiteratio, Plin. 17 cap. 22.

¶ Rūmo, are, aliud verbum est a *ruma*, mamma, quod est mammam lambere, sugere, säugen; unde obscenum illud *irrumare* apud Catullum: qui tamen τὸ *ru* corripuit, ut in *Rŭma* correpte, in *Rūmen* producte positum videatur. ¶ 2. Antiqua verbi notio ostensa est paullo ante in *Ruma.*

¶ Rūmia, vel Rūmĭna, æ, Romanorum Dea, quæ lactentibus præsidebat. Varro lib. 2 de Re Rust. cap. 11 *Apud divæ Rumiæ sacellum a pastoribus sata ficus.* Cato apud Nonium cap. 2 n. 756 *Hisce Manibus lacte fit, Cuninæ propter cunas, Ruminæ propter rumam.* conf. Augustin. lib. 4 de Civ. Dei cap. 11, & lib. 6 cap. 10. Plutarchus in Romulo Ῥωμυλίαν vocat, eique etiam lacte absque vino sacrificari solitum refert. Hinc

¶ Rūmĭnus, a, um, & Rumĭnālis, e, adject. ut, *Ruminalis ficus*, apud Festum, sub qua inventi Romulus & Remus expositi, lupa præbente mammam, unde initio inditum nomen, quamquam *Romula* postea a *Romulo* ipso appellata. Ovid. 2 Fast. v. 411
Arbor erat: remanent vestigia, quæque vocatur
Romula nunc ficus, Rumina ficus erat.
Contra Livius, primo *Romulam*, sive *Romularem* & *Ruminalem* postea denique appellatam, auctor est. Verba ejus lib. 1 cap. 4 ista sunt: *In proxima*, inquit, *alluvie, ubi nunc ficus Ruminalis est, (Romularem vocatam ferunt,) pueros exponunt.* Quod mirum est. Nam ante Romuli & fratris casum quomodo *Romularis* appellari potuit? sed *Ruminalis* potuit, quod umbram captans pecus ibi *ruminaret.* Nam & hanc appellationis caussam apud Plutarchum legimus in Romulo. An putandum, trajectionem esse in verbis Livii, & *Vbi nunc ficus Romularis, (Ruminalem vocatam ferunt,) pueros exponunt*, legendum? Sed & Jupiter ipse *Ruminus* appellatus est, quod animalibus mammam præbeat; de quo Augustin. de C. D. 7 cap. 11. ¶ 2. *Ruminalis, e*, etiam dicitur wiederkäuend; ut, *Ruminales hostiæ*, Plin. 8 cap. 51.

¶ Rumigo, are, idem quod *Ruminare*, aut rumâ seu gulâ devorare, käuen. Apulejus Met. 4 p. 153 *Jam ferme tertium qualum rumigabam.*

¶ Irrŭmo, are, est in gulam immittere, in halß hinein lassen, säugen. Obsceno sensu utitur hoc verbo Catullus carm. 15 v. 1; & 75 v. 5 &c. Et Martial. 2 epigr. 47 & 83; & lib. 4 epigr. 50, &c. Hinc

¶ Irrŭmātus, a, um, iterum apud Catullum carm. 21 v. ult. & Martialem 2 epigr. 70.

¶ Irrŭmatio, ōnis, die säugung. Pro actione spurca Catullus habet eodem carm. 21 v. 8.

¶ Irrŭmator, ōris, qui irrumat, Firmic. 8 cap. 20.

¶ Subrŭmus, a, um, lactens, säugend; ut, *Agni subrumi*, die noch saugen, Varro R. R. 2 cap. 11; unde & *Agnos abrumos* vocant, abgesetzte lämmer.

¶ Subrŭmo, are, ad mammam admovere, zum saugen lassen, an die brust legen. Colum. 7 cap. 43 *Suis matribus agni subrumentur.* Adde lib. 12 cap. 3.

Rumbotinus, Rumen, vide *Rumpus, Ruma.*

RVMEX, ĭcis, mascul. planta, quæ & lapathum, λάπαθον, dicitur, ampffer. Sed ὀξαλίς, saurampffer. vide Plin. 19 cap. 12; & 26 cap. 4 & cap. 20; & 11 cap. 8. Apulej. de Herb. cap. 13, & Apic. 1 cap. 1. ¶ 2. Est genus teli. vide Gell. 10 cap. 25; & Lucil. apud Festum.

Rumia, Rumifero, rumigero, &c. Rumigo, ruminalis, rumino, &c. vide *Rumia, Rumor, Ruma.*

RVMOR, ōris, fama de re dissipata recenti, ein neu geschrey oder gerücht. Terent. in Andr. a. 1 sc. 2 v. 14 *Meum gnatum rumor est amare*, es geht die rede, &c. Idem in prolog. Hecyr. v. 39 *Interea rumor venit*, &c. Cic. 12 fam. epist. 9 *Nihil perfertur ad nos præter rumores, satis illos quidem constantes, sed sine auctore.* Et plurali, (cujus plura post exempla sequentur.) *rumores tristiores*, Cic. lib. 15 fam. epist. 17. *Rumor clemens*, id est, moderatus, non nimius, Sallust. in Jugurtha c. 22. *Rumorem dissipare*, Cicero 14 Philipp. cap. 4. Id *differre rumorem* Terentio est Heaut. prolog. v. 16, etwas ausbringen, unter die leute bringen. *Rumor surgit*, es erhebt sich ein geschrey, Tacit. 2 Hist. cap. 42. Eidem alibi *incedere rumor* dicitur Ann. 6 cap. 23 &c. Cicer. lib. 8 fam. epist. 1 *Illi rumores de comitiis Transpadanorum Cumarum tenus caluerunt.* Et, *Rumores excipere*, Idem pro Dejotaro dixit c. 9, auffangen. *Rumor multa perfert*, Idem 2 fam. epist. 8. *Rumor pervadit*, Tacit. Annali 15 cap. 39, das geschrey gehet durchaus. Idem Annal. 2 cap. 77 *Rumores senescunt*, hoc est, evanescunt, die reden der leute stillen sich selbst. *Ex populi rumore intelleximus*, Plaut. in prolog. Casinæ v. 11. *Rumor sine capite*, Cic. 12 fam. epist. 10, ein blind geschrey. *Rumori servire*, id est, famæ, apud Plaut. Trinum. a. 3 sc. 2 v. 14. Et Tacitus 2 Histor. cap. 90 *omnem infimæ plebis rumorem in theatro, ut spectator; in circo, ut fautor, affectavit.* Horatius *secundum rumorem*, de bona fama dixit lib. 1 epist. 10 v. 9
Quos ad cælum effertis rumore secundo.
Imitatus Apulejus lib. 2 Dogm. Plat. p. 25 *Honestiorem & rumoris secundi esse.* Martialis *gemmeum* vocat lib. 10 epigr. 3; *Quos rumor alba gemmeus vehit penna.* Contra *sinister rumor*, Tacit. Hist. 2 cap. 93. vide Barth. ad Claudian. p. 1107. Nonnullis *Rumor* est a *ruendo*, quod cito & celeriter in omnes partes ruat. Apud alios potius a *rumine* originem habet. confer annotata a Grævio supra in *Ruma.*

¶ Rūmuscŭlus, i, diminut. ein klein geschrey. Cic. pro Cluent. cap. 38 pr. *Imperitorum hominum rumusculos aucupari*, was unerfahrne leute sagen. *Rumusculos populares aucupans*, Idem lib. 3 de Legib. cap. 16.

¶ Rūmĭto, are, rumoren, schreyen. Nævius apud Festum: *Rumitant inter se.*

¶ Rūmĭfĭco, vel Rumĭfĕro, are, ein gerüchte ausbringen. Plaut. Amph. a. 2 sc. 2 v. 46 *Quam cives Thebani rumificant probam.* Nonius tamen legit *rumiferant*; & dicit hoc esse *honeste rumoribus ferre.*

¶ Rūmĭgĕro, are, ausschreyen. Gloss. græco-lat. Διαθρυλλῶ, *Rumigero, Divulgo.* Vnde

¶ Rumigerātio, ōnis, die ausschreyung; ut, *Infami rumigeratione pasci*, Lampridius Elagabalo cap. 10. Sed seculis suis, suisque auctoribus hæc relinquenda: ad ornatum stilum crebrius non adferenda. Vide Voss. de Vitiis Serm. Lat. 4 c. 22 p. 769.

¶ Rumĭgerŭlus, i. Ammian. Marcell. lib. 14 c. 1 *per clandestinos rumigerulos.* Vsus & Hieronymus epist. 47 de vitando suspecto contubernio cap. 4 *me suspiciosum & rumigerulum clamitas*, neue zeitungträger. Vet. Gloss. *Rumigerulus*, θρυλλητής.

¶ Adrūmo, āre, ein geschrey machen. Ita Festus: ADRVMAVIT, *rumorem fecit, sive conmurmuratus est, quod verbum quidam a* RVMINE, *id est, parte gutturis, putant deduci.* vide & de simplici *Rumo* supra in *Ruma.*

RVMPO, rūpi, ruptum, rumpĕre, ῥήγνυμι, zerbrechen, zerreissen; ut, *Rumpere vincula*, Cic. 4 Catilin. cap. 4; & *catenas*, Horat. 2 satyr. 7 v. 70. ¶ 2. *Rumpere se*, imo & *alium*, est multa contentione se vel alterum male affligere, defatigare, macerare, zersprengen. Plaut. Captiv. prolog. v. 14 *Ego me tua caussa non rupturus sum*: plane ita nos: ich will mich deinethalben nicht zerreissen. Terent. in Hecyr. a. 3 sc. 4 v. 20 *vovisse hunc dicam, si salvus domum*
Redisset unquam, ut me ambulando rumperet?

Horatius lib. 1 epist. 19 v. 15
Rupit Hiarbitam Timaginis æmula lingua.

Hinc *Rumpi*, passivum, bersten, von einander brechen. Cic. in Vatin. cap. 4 *Ista, quæ inflata sunt, rumpuntur.* Et Martial. lib. 9 epigr. 98
Rumpatur, quisquis rumpitur invidiâ.

¶ 3. *Rumpere fœdus*, Liv. lib. 3 cap. 25. Et Cicer. pro Cornel. Balb. cap. 5 *Fœdera negligere, violare, rumpere.* Sic, *Rumpere testamentum*, Idem 2 de Orat. cap. 57. *Discutere & rumpere conditiones pacis*, aufheben, trennen, Vellej. 2, 48, 5. ¶ 4. *Rumpere vocem, rumpere questus*, id est, in vocem, in questûs erumpere, Virg. 2 Æn. v. 129. ¶ 5. Idem pro *implere* posuit in Georg. 1 v. 49
ruperunt horrea messes.

¶ Ruptus, a, um, zerrissen, zerbrochen; ut, *Testamenta rupta*, Cic. de Orat. 1 cap. 38. *Vincula rupta*, Virg. Æn 8 v. 391. *Ruptis inter se legibus*, Idem 2 Georg. v. 480. *Rupta quies populi*, Lucan. 1 v. 239. *Rupta singultu verba dolentis*, Ovid. Remed. Amor. v. 598.

¶ Ruptim, adverb. jähling, plötzlich. Cæsar 1 B.Civ. c. 5 *Aguntur omnia ruptim atque turbate.*

¶ Ruptio, ōnis, die zerreissung. Vlpianus Lege 27 Dig. ad Leg. Aquiliam § 17 *Lex Aquilia eas ruptiones, quæ damna dant, persequitur.*

¶ Ruptūra, æ, ein riß oder bruch, sed auctoritate caret. Barbaris seculis ager proscissus *ruptura* dicebatur. Vide Carol. du Fresne Glossar.

¶ Ruptor, ōris, ein zerreisser; ut, *Ruptor fœderis*, ein bundbrecher, Liv. lib. 4 cap. 19.

Composita:

¶ Abrumpo, rūpi, ptum, ĕre, abreissen; ut, *Abrumpere se ab aliquo*, est desciscere ab aliquo, sich von einem abschliessen, abfallen, Cicer. Philipp. 14 cap. 12. *Fata sua abrumpere*, sein leben verkürtzen, Senec. Hercul. Oet. v. 895. *Abrumpere patientiam*, ungedultig werden, Tacit. Ann. 12, 50, 4. *Fidem per scelus abrumpere*, untreu oder zum schelmen werden, Idem Hist. 4, 60, 6. *Fas omne abrumpere*, sich an kein recht kehren, Virg. Æn. 3 v. 55.

¶ Abruptus, a, um, abgerissen, abhängig, stickel, tieff. Sic, *Loca abrupta*, verfallene und gefährliche örter, darzu man nicht kommen kan; ut, *rupes, scopuli*, quæ & *prærupta* dicuntur. Curtius lib. 7 cap. 11 n. 2 *Petra abrupta.* Tertullianus lib. 1 adv. Marc. cap. 1 *Caucaso abruptior.* Junior Plinius lib. 9 epist. 39 *ripæ abruptissimæ.* ¶ 2. Quintilianus lib. 4 cap. 2 pag. 298 *genus orationis Sallustii abruptum* vocat, hoc est, non cohærens, vel non satis plenum, sed decurtatum, das bald abschnapt, abgebrochen ist. *Oratio abrupta*, quæ exordio caret. Macrob. 4 Saturn. cap. 2 pr. *Oratio pathetica necesse est initium abruptum habeat.*

¶ Abruptum, i, substantive in utroque numero, die tieffe, der abgrund. Stat. 3 Silv. 2 v. 69 *Imus in abruptum*, wir verfallen. Sic, *Cæli abrupta*, Idem 3 Theb. v. 262. *Charybdis sorbet in abruptum fluctus*, id est, in profundum, Virg. 3 Æneid. v. 422. conf. Justin. 4, 1, 7; & Parei Lex. Crit. p. 11.

¶ Abrupte, adverb. jähling, unbedachtsam; ut, *Abrupte incipere*, id est, sine exordio: Quintil. lib. 3 cap. 8 *Nec abrupte, nec, unde libuit, incipiendum*, ohne eingang. Idem lib. 4 cap. 1 extrem. *abrupte cadere in narrationem.* Justin. 2, 15, 4 *Non abrupte agendum*, i. e. inconsiderantcr, calide, man muß nicht allzuhitzig seyn. Et Ammianus lib. 20 cap. 11 [Vales. cap. 5 fol. 244] *Hostes abruptius inundantes.*

¶ Abruptio, ōnis, die abbrechung, abreissung; ut, *Abruptio corrigiæ*, Cic. 2 de Divin. c. 40 extr. *Abruptio*, scil. matrimonii, i. e. divortium, die ehescheidung, Idem ad Attic. 11 epist. 3.

¶ Inabruptus, a, um, non abruptus, unabgebrochen. Stat. 5 Silv. 1 v. 44
Si vos Junxit inabruptâ concordia longa catena.

¶ Corrumpo, ĕre, vitium adferre, depravare, verderben, verwüsten; & tam de animo, quam de corpore dicitur. Ovid. 1 Pont. epist. 5 v. 5
Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus.

Cic. 3 de Leg. cap. 14 *Animum & mores alicujus corrumpere.* Et, *Pisces corrumpuntur*, Terent. in Adelph. a. 3 sc. 3 v. 66, sie werden faul, stinckend. *Opportunitates corrumpere*, Sallust. in Catil. cap. 43. Menander: Φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί, hoc est, *corrumpunt bonos mores colloquia prava*, seu congressus potius mali, böse geselschafft verderbet gute sitten. Quem versum sanctificatum esse ait ab Apostolo Tertullianus lib. 1 ad Vxor. c. 8, quia in priori ad Corinthios Pauli epistola legitur. ¶ *Corrumpere aliquem pecuniâ*, einen mit geld bestechen, & *blanditiis, præmiis, pretio, largitionibus*, Cic. passim, id est, suum facere, avertere ab alio, & alienare. Quo in sensu & absolute hoc verbo utuntur auctores. Ita enim *Servum alterius corrumpere*, item *actionem de servo corrupto*, JCti dixere, quod Torrentius ad Suetonii Othonem c. 3 observat. conf. Nepos 6, 3, 2, & 15, 4, 1. Ita, *Flumine & incendio frumentum corrumpere*, Cæsar B. Gall. lib. 7 cap. 55. Et Plin. lib. 13 cap. 12 *quæ nec aqua, nec igne corrumpi posset*; loquitur de arbore quadam.

¶ Corruptus, a, um, verkehrt, verderbt, bestochen; ut, *Corruptus animus*, Vellej. 2, 72, 1. *Corrupti civitatis mores*, Nepos 25, 6, 2. *A rege corruptus*, scil. pecuniâ, Nepos 1, 7, 5. Sic, *Populus largitione corruptus*, Idem 1, 6, 4. *Corruptus in proditionem*, der sich zur verrätherey erkauffen lassen, Tacit. Hist. 3 cap. 62. Compar. Justinus lib. 1 cap. 3 *Sardanapalus vir muliere corruptior.* Et Horat. 1 satyr. 5 v. 95
iter, factum corruptius imbri.

Prudentius Apotheosi v. 408 ad Serpentem diabolum:
Mancipium Christi, fur corruptissime, vexas.
Desine, Christus adest.

¶ 2. Et *Corruptus* de eo, qui animo linquitur, der in ohnmacht fällt, Plaut. Amph. a. 5 sc. 1 v. 6. *Corrupti boves*, i. e. macilenti, magere ochsen, Phædr. 2 fab. 9 v. 21. Et, *Corrupti equi macie*, Cæs. B. Civ. 3 cap. 58.

¶ Corrupte, adverb. depravate, schlimm, verfälscht; ut, *Corrupte judicare*, Cic. 1 de Finib. cap. 20. *Divitias describere volo, & multa minus facunde & corruptius quam Fabianus*, M. Seneca Controv. 9 p.m. 89. Et, *Corruptissime judicare*, Asconius in prooem. Action. Verr. pag. 48.

¶ Corruptio, ōnis, die verderbung, verfälschung, verwüstung. Cic. 4 Tusc. cap. 13 *Morbum appellant totius corporis corruptionem.*

¶ Corruptēla, æ, der verderb, die verwarlosung, verführung. Terent. in Adelph. a. 5 sc. 3 v. 7 *Communis corruptela nostrûm liberûm*, ein gemein gifft und verderben. *Largitio corruptela est*, Cic. Offic. 2 c. 15. *Malæ consuetudinis corruptela*, Idem 1 de Legib. c. 12. *Dulcedine & corruptela depravari*, Idem 2 de Legib. c. 15. De stupris virginum usus Sueton. Claudio c. 16.

¶ Corruptor, ōris, ein verderber, verführer; ut, *Corruptor juventutis*, Cic. Catil. 2 c. 4. *Corruptor insidiatur nuptæ*, Plin. lib. 22 c. 2. *Corruptores Vestalium*, Sueton. in Domit. c. 8.

¶ Corruptrix, īcis, eine verderberin, verführerin; ut, *Corruptrix provincia*, Cic. ad Q. fratr. lib. 1 epist. 1 c. 6. *Licentia rerum corruptrix & morum*, Ammian. lib. 25 c. 10.

¶ Corruptĭbĭlis, e, verweßlich, vergänglich. Arnobius lib. 2 p. 68 *Plato Deos dicit & mundum corruptibiles esse natura.* Vsus & Lactantius lib. 5 c. 25 &c. Et comparative, *Pulchritudines corruptibiliores*, Augustinus dixit de Vera Religione cap. 41 princ.

¶ Corruptīvus, a, um, idem. Tertullian. de Resurr. Carn. cap. 51 *Oportet corruptivum istud induere incorruptionem*, &c.

¶ Corruptōrius, a, um, idem; ut, *Corruptoria conditio*, &c. Et mox, *sensus corruptorii*, Tertull. adv. Marc. c. 16.

¶ Corruptĭbĭlĭtas, ātis, die vergänglichkeit, verweßlichkeit; ut, *Corruptibilitas substantiæ humanæ*, Tertull. l. c.

¶ Incorruptus, a, um, integer, vollkommen, rechtschaffen, unverfälscht; ut, *Animus incorruptus*, Cicer. 1 Tuscul. cap. 19. *Integer atque incorruptus testis*, Idem 1 de Finib. cap. 21. *Integritas latini sermonis incorrupta*, Idem de Clar. Orat. cap. 35. *Incorruptior sermo*, Gell. in præfat. Et, *Custos incorruptissimus*, Horat. 1 satyr. 6 v. 81.

¶ Incorrupte, adv. integre, gut, ohne falsch; ut, *Incorrupte judicare*, Cic. 1 de Finib. cap. 9. Et, *Incorruptius multis post seculis judicabunt*, Idem pro Marcello cap. 9.

¶ Incorruptio, ōnis, die unvergänglichkeit, unverweßlichkeit. Augustinus de Civ. Dei lib. 22 c. 21 pr. *Incorruptione atque immortalitate vestitum*, scil. corpus post resurrectionem. Idem de Trinit. lib. 13 cap. 7 *in ipsius incorruptione corporis.* Et de morib. eccles. cathol. cap. 19 *Temperantia integritatem quamdam & incorruptionem pollicetur.*

¶ Incorruptēla, æ, idem. Tertullian. de Resurr. Carn. cap. 51 *Non corruptela incorruptelam hereditati habebit.*

¶ Incorruptĭbĭlis, e, unvergänglich, unverweßlich. Lactantius lib. 1 cap. 3 extr. *Deus incorruptibilis.* Adde Augustin. de Civ. Dei lib. 22 cap. 26.

¶ Incorruptibiliter, adv. idem. Augustinus Confession. lib. 3 cap. 2 de Deo: *qui purius & incorruptibilius misereris, quod nullo dolore sauciaris.*

¶ Incorruptīvus, a, um, idem. Vsus est Hieronymus epist. 152 ad Minerium & Alexandrum f. 374 A. *Immutatione, qua corruptivum hoc, incorruptivum efficitur.*

¶ Incorruptĭbĭlĭtas, atis, idem quod *incorruptio*: ut, *indumentum incorruptibilitatis*, Tertull. ad Vxor. 1 c. 7. conf. Apolog. cap. 48, & adv. Valent. c. 14.

¶ Præcorrumpo, ĕre, ante corrumpere, vorher verführen. Ovid. 14 Metam. v. 134 *Dum præcorrumpere donis Me cupit.*

¶ Præcorruptus, a, um, vorher verderbt. Sic Ovid. 9 Metam. v. 296
Illa quidem venit, sed præcorrupta.

¶ Deruptus, a, um, idem quod abruptus seu præruptus, abhängig; ut, *Collis arduus & deruptus*, Tacit. 2 Annal. cap. 80. *Præcipitari in derupta*, Livius 38 cap. 2 extr. *Præcipites deruptæque utrimque angustiæ*, Livius 21 cap. 33. *Ripæ deruptæ*, Idem lib. 37 cap. 39.

¶ Dīrumpo, ĕre, von einander reissen, zertrennen. Plaut. Curcul. a. 2 sc. 1 v. 7 *Medius dirumpor.* Cic. 7 famil. epist. 1 *Dirupi me pæne in judicio Galli familiaris tui.* Et, *Dirumpere amicitias*, Idem de Amicit. cap. 22 extr. *Dirumpi dolore*, bersten für zorn, Cic. 7 ad Attic. epist. 12.

¶ Diruptus, a, um, zerrissen, gebrochen; ut, *Homo diruptus*, i. e. herniosus, Cic. 13 Philipp. cap. 12. *Montes diruptis rupibus inaccessi*, Ammian. 29 cap. 5. *Implacabilis & diruptus*, Idem 27 cap. 11. vide ibi Gronov.

¶ Diruptio, ōnis, die zerreissung; ut, *Corporum diruptio*, Senec. Nat. Qu.

¶ Disrumpo, ĕre, idem quod *dirumpere*. Cic. 3 Offic. cap. 5 *disrumpere humani generis societatem.*

¶ Erumpo, rūpi, ptum, pĕre, cum impetu exire, herausbrechen, ausbrechen. *Ignes ex Ætnæ vertice erumpunt*, Cic. in Verrem 6 c. 48, sie fahren heraus. *Conjuratio ex latebris atque ex tenebris erupit*, Idem pro Sextio c. 4. *Hæc quo eruptura sint, timeo*, Cic. 2 ad Attic. epist. 20. Et, *Hæc dominatio quorsum eruptura sit, horremus*, ibidem epist. 21, wo es hinaus wolle, &c. Terentius *in nervum erumpere* dixit in Phorm. a. 2 sc. 2 v. 10: *Erumpet in nervum isthæc fortitudo*, allzu scharff wird schärtig. *Erumpere in affectum*, Quintilian. lib. 8 cap. 3 p. 580. *Aperte consulum ad nefandam dominationem erupit furor*, die wuth hat sich sehen lassen, ist an tag kommen, Vellej. 2, 60, 4. *Erumpens animo & pectore indignatio*, Idem 2, 66, 3. ¶ 2. Minutius Octavio pag. 89 *Dum isthæc igitur apud me tacitus revolvo, Cæcilius sic erupit*: id est, locutus est, in hæc verba erupit. Vel, *erupit se in hæc verba*: nam & ita loquebantur, verbo *erumpere* active usi. Cæsar lib. 2 de B.C. cap. 14 *Portis se foras erumpunt.* Terent. Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 2 *Jamne erumpere mihi licet hoc gaudium?* Tibull. Panegyr. Messalæ v. 86

Fontibus ut dulces erumpat terra liquores.

Cic. lib. 16 ad Attic. epist. 3 *Ne in me stomachum erumpant.*

¶ Eruptio, ōnis, der ausbruch. In bello *Eruptiones* dicuntur, quando vel exercitus e castris, vel præsidia ex urbibus in hostes impetum faciunt, ausfälle. Cæsar 2 Bell. Gall. cap. 33 *Repente ex oppido eruptionem fecerunt*, sie haben einen ausfall gethan. Et lib. 5 c. 49 *Cæsar, omnibus portis eruptione facta*, &c. Idem lib. 1 B. Civ. cap. 21 *Non solum ab eruptionibus caveant*, &c. conf. Nepos 8, 4, 4. Sic, *E nubibus subitæ lucis eruptio*, der bliß, Seneca Qu. Nat. 2 cap. 56.

¶ Eruptor, ōris, qui erumpit, der einen ausfall thut. Ammian. 24 cap. 5 *Eruptores perterriti reverterunt.*

¶ Interrumpo, ĕre, per medium rumpere, mitten entzwey reissen oder brechen; ut, *Pontes, quos feceram, interrupi*, hoc est, effregi, Plancus ad Cicer. 10 famil. epist. 23. Sic, *interrumpere ordinem*, id est, confundere, Columell. 11 cap. 2 pag. 370, zertrennen. *Interrumpere somnum*, id est, interturbare, Plin. lib. 28 cap. 4, verstören. *Interrumpere mediam orationem*, Cæsar 3 B. Civ. cap. 19, hemmen, hindern.

¶ Interruptus, a, um, zerrissen, unterbrochen. Cic. 15 fam. epist. 14 *Longis intervallis temporum interrupta consuetudo.* Idem pro Cœlio c. 24 *Interruptis atque morientibus vocibus.* Virg. Æn. 4 v. 88

Pendent opera interrupta minæque, &c.

¶ Interrupte, adverb. zerrissen, nicht nach einander. Cic. 2 de Orat. c. 80 *Interrupte narrare.*

¶ Interruptor, ōris, ein zerstörer, hinderer. Gloss. gr. lat. διαφθορεύς, *interruptor.*

¶ Introrumpo, ĕre, hineinfallen. Cæsar lib. 5 de B. Gall. cap 49 *Ea non posse introrumpere videbantur.* Et Apulejus lib. 2 de A. A. p. 126 *introrupit anxia.* Gellius lib. 15 cap. 22 *Cerva emissa in cubiculum Sertorii introrupit.*

¶ Irrumpo, ere, irruere, hineinfallen. Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 6 v. 26 *Cesso huc intro irrumpere?* Et, *Irrumpere in provinciam*, Cic. 15 fam. epist. 2 ad senatum. *Irrumpere in castra*, Cæs. lib. 6 B. Gall. cap. 36. ¶ 2. Vsurpatur & sine præpositione: Tacit. 3 Histor. c. 6 *Irrupit stationes hostiles.* Idem 2 Annal. cap. 25 *Ipse majoribus copiis Marsos irrumpit.* Plin. lib. 35 cap. 4 *Hostilius primus Carthaginem irruperat.*

¶ Irruptus, a, um, non ruptus, unzerrissen, unzerbrochen. Horat. 1 oda 13 v. 18 *Quos irrupta tenet copula.*

¶ Irruptio, ōnis, incursio, impetus, ein einfall; ut, *Irruptionem facere*, einen einfall thun, Cic. pro Lege Manil. cap. 6.

¶ Irrumpĭbĭlis, e, unzerbrechlich: Gloss. gr. lat. ἄῤῥηκτον, *irrumpibile.*

¶ Legirupus, &c. vide supra *Lex.*

¶ Obrumpo. ĕre, abreissen. Varro R.R. 3 cap. 10 de anseribus: *Sæpe in pascendo, si radicem prenderunt, quam educere velint e terra, obrumpunt collum*, sie verdrehen den halß.

¶ Perrumpo, ĕre, hindurch brechen, hindurch setzen; ut, *Exercitu perrumpere*, Pompejus sub Cic. epist. 12 lib. 8 ad Attic. Et, *Per castra perrumpere*, Livius 28 cap. 7. *Perrumpere per mediam hostium aciem*, mitten durch die feinde setzen, Liv. lib. 3 cap. 70. Horat. 3 od. 16 v. 9

Aurum per medios ire satellites,
Et perrumpere amat saxa, &c.

Idem lib. 1 oda 3 v. 36 *Perrupit Acheronta Herculeus labor.*
Sic, *Periculum perrumpere*, Cic. in Partit. Orat. *Perrumpere leges*, id est, effringere, Idem 3 Offic. cap. 8.

¶ Perruptus, a, um, durchbrochen; ut, *perruptæ moles*, Silius 13 v. 741.

¶ Prærumpo, ĕre, forn abbrechen; ut, *retinacula prærumpere*, Ovid. 14 Metam. v. 547.

¶ Præruptus, a, um, abhängig, gleich auf hoch, stickel; ut, *mons præruptus*, Virgil. 1 Æneid. v. 105. *Oppidum præruptum*, Hirtius 8 de Bell. Gall. cap. 40. *Collis præruptior*, Columell. lib. 3 cap. 13. Et, *Præruptissimis saxis munitum*, ibidem cap. 33, (add. Liv. lib. 5 cap. 46.) *Locus præruptus & ex utraque parte directus*, Cæsar 1 de Bell. Civil. cap. 45.

¶ Prærupta, ōrum, subst. rupes, klüffte. Plin. lib. 8 cap. 32 *Ad prærupta ducunt, saltumque demonstrant.*

¶ Prærupte, adverbium, jähling. Plin. 34 cap. 14 extr. *Mons prærupte altus*, einer jähen höhe.

¶ Prorumpo, ĕre, herfür brechen. Virg. 10 Æneid. v. 379

medius densos prorumpit in hostes.

Sic, *Prorumpere in aciem*, Tacit. 2 Hist. cap. 41 n. 5. *Eo prorumpit hominum cupiditas & audacia*, Cic pro Rosc. Amer. cap. 5. ¶ Sed Virgil. active, heraus stossen, Æn. lib. 3 v. 572

Ætna atram prorumpit ad æthera nubem, &c.

¶ Proruptus, a, um, zerbrochen, niedergerissen; ut, *Munitiones proruptæ*, Cæs. B. G. 3 cap 26. *Proruptus sudor*, i. e. profusus, der herausgedrungene, ausgebrochene schweiß, Virg. Æneid. 7 v. 459. Sic, *Proruptum mare*, Idem Æneid. 1 v. 250. *Prorupta audacia*, i. e. temeraria, eine vermessene kühnheit, Cic. pro Rosc. Amer. cap. 24.

A ¶ Proruptor, ōris, ein zerbrecher, niederreisser; item, der ausfällt. Ammian. 24 cap. 5 *Proruptores alii jumenta intercipiunt.*

¶ Subrumpo, ere, einreissen. Arnob. lib. 2 p. 82 *Aliorum subrumpant & labefaciant scita.*

RVMPVS, i, tradux, vitium brachium, ein weingesenck, pfropfreiß; quod ab arbore rumpatur, alio traducendus. Varro R. R. 1 cap. 8 *Quos traduces quidam rumpos appellant.*

¶ Rumpŏtinus, a, um, unde rumpi, i. e. traduces, ducuntur; ut, *Arbustum rumpotinum*, Columella 5 cap. 7. Apud Plinium scribitur *Rumbotinus*, lib. 14 cap. 1, & 24 cap. 19.

¶ Rumpotinētum, i, locus arboribus seu vitibus rumpotinis consitus, eine baumschule. Colum. l. c. *Rumpotinetum constitutum.*

RV̄NA, æ, genus teli, latiorem habens cuspidem; Festus interpretatur *pilum*, einen spieß; a *Ruo*, i. e. sterno. Hinc

¶ Runātus, a, um, runa armatus. Ennius apud Festum: *Runata recedit.*

Runcatio, runcator, vide paullo post *Runco, āre.*

RVNCĪNA, æ, plur. Runcinæ, majores serræ fabrorum, die grossen bauholtz-sägen, Hermol. Alii *Runcinam* exponunt, einen grossen hobel. Varro lib. 5 de L.L. extr. *Runcinare a runcina, cujus origo græca*, ῥύγχος. Vet. Gloss. *Runcina*, ῥυκάνη. *Runcinat*, ῥυκανίζει καὶ ῥυγχάζει. Item: ῥυκάνη, *tribula, runcina*, ῥυκανίζω, *runcino.* ¶ 2. *Runcina*, frumenti præses, cum runcatur, Augustin. de C.D. 4 cap. 8.

B ¶ Runcīno, are, hobeln, sägen; jam in *Runcina* ex Varrone & Glossario declaratum. Arnob. 5 pag. 177 *Ex arbore ramum dolat, runcinat*, &c. Minut. Felix cap. 23 n. 9 *Deus ligneus cæditur, dolatur, runcinatur.*

¶ Deruncīno, are, abhobeln. Plaut. in Milit. a. 4 sc. 4 v. 6 *Lepide deruncinavit militem*, id est, decepit. Ita alibi verbo *admutilare, tondere, deartuare* usus est.

RVNCO, are, segetes vel herbas evellere, ausrupffen, ausjäten; ut, *Runcare spinas*, Cato de R.R. cap. 2. *Runcare siliginem*, Plin. lib. 18 cap. 21. *Inter busequas rusticanos, subulcosque runcantes*, Sidon. 1 epist. 6; Colvius ibi in not. p. 11 mavult *Roncantes*, aut *Ronchantes*, idque prorsus recepit Sirmondus.

¶ Runcātio, ōnis, evulsio ipsa, das jäten, die ausjätung. Plin. 18 cap. 21 *Runcatio, cum seges in articulo est, evulsis inutilibus herbis, frugum radicem vindicat* &c. Et Colum. 2 cap. 12 *Frugibus plurimum detrahitur, si relinquitur runcatio*, &c. conf. lib. 11 cap. 3.

¶ Runcātor, ōris, der jäter. Colum. 2 cap. 13 *Opera runcatoris.*

¶ Runco, ōnis, die reut-haue, das jätemesser. Pallad. 1 tit. 43 refert inter serrulas minores, *runcones, quibus vepreta persequimur.* conf. Isidor. 20 cap. 16.

¶ Averrunco, āre, antiquum verbum, runcando avertere, quasi *abexruncare*; ut nempe conflectur ex *ab* vel *au*, ut in *auferre*, & *erruncare* pro *exruncare* vel *eruncare*: proprie est amputare, resecare, ausreuten, ausjäten. Hinc in Glossis *Averrunco* exponitur ἀποτέμνω.

C ¶ 2. Per metaphoram est avertere, depellere, abkehren, abwenden, abtreiben. Cicero lib. 9 epist. 2 ad Attic. *Dii, inquis, averruncent.* Livius lib. 8 cap. 6 *Placuit averruncandæ Deûm iræ victimas cædi.* Et lib. 10 cap. 23 *Eo anno prodigia multa fuerunt: quorum averruncandorum caussa supplicationes in biduum senatus decrevit.* Hinc & omissa prima litterâ

¶ Verrunco, are, quod veteribus idem est ac *Averruncare.* Citat ex poëta quopiam Cicero de Divin. 1 cap. 22. Et Livius lib. 29 cap. 27 *bene verruncent*, id est, vertant. Vide Gronov. ibi, & Festum, qui *Verruncent* interpretatur *vertant.* Nonius Marcellus cap. 2 n. 895 exemplis illustrat Accii & Pacuvii. Ille ait: *Te sancte venerans precibus invicte invoco, portenta ut populo patriæ verruncent bene:* hic, (Pacuvius) *Precor veniam, petens, ut egi, ago, axim, verruncent bene.*

¶ Averruncus, i, Deus, qui malis averruncandis præest. Varro de L.L. lib. 6 cap. 5 *A vertendo averruncare: ut Deus, qui iis rebus præest, Averruncus. Itaque ab eo precari solent*, VT PERICVLA AVERTAT. conf. Gell. 5 cap. 12.

¶ Erunco, are, runcando auferre, ausjäten. Columell. lib. 2 cap. 11 *Omnes alterius generis herbas eruncato.*

¶ Subruncator, ōris, ein ausjäter. Ita Deum olim invocabat flamen Cerealis, ut Servius ad Virgil. 1 Georg. ex Fabio Pictore tradit.

D ¶ Subruncīvus, vel Subruncīnus, a, um, ubi runcatur, wo man jätet; ut, *Limites subruncivi*, Frontin. de Colon. p. 331, & Hygin. de Limit. vid. Rigalt. Gloss. Agrim. & Gœsii Ind hac voce.

RV̆O, ui, ŭtum, ruĕre, concĭdere, plötzlich fallen; ut, *Ruit alto a culmine Troja*, Virg. 2 Æneid. v. 290. Et Ovid. 4 Pont. epist. 3 v. 36

Et subito casu, quæ valuere, ruunt.

Prov. *Quid si nunc cælum ruat?* Terent. Heaut. a. 4 sc. 3 v. 41. *Ruiturus pons*, Lucan. lib. 2 v. 499, ex quo simul apparet, supinum hujus verbi non modo *rutum*, verum etiam *ruitum* fuisse. ¶ 2. *Ruere ad urbem infesto agmine*, id est, ferri præcipitem seu cum impetu, geschwinde und mit hauffen zueilen, rennen, Livius lib. 3 cap. 3. *Certatim portis* [castrorum] *ruere*, Idem lib. 27 cap. 41. Et notum Poëtæ illud Æn. 1 v. 87 *Qua data porta, ruunt*, venti scilicet.
Tacitus 3 Hist. cap. 77 *Cæteri ad naves ruebant*, sie fielen häuffig auf die schiffe. Et paullo post: *Nimio ruentium onere mersas* (naves) *mare hausit.* ¶ 3. *Ruere* est interire, finiri, umkommen. Seneca Herc. Oetæo v. 602 *Nam rara fides, ubi jam melior*
Fortuna ruit.

Sic, *Ruere ad interitum*, Cicer. pro Marcell. c. 5. ¶ 4. Active ponitur pro impellere, sternere, forttreiben, umreissen, hinschmeissen. Terent. Adelph. a. 3 sc. 2 v. 21 *Cæteros ruerem, agerem, raperem*: ubi Donatus: RVERE *activam vim habet. Est enim toto corpore uti ad impellendum: quod faciunt, qui ipsi præcipites alios prosternunt. Vnde proprie sues* ruere *dicuntur*, &c. Ovid. 12 Metam. v. 134

Cedentemque sequens instat, turbatque ruitque,
Attonitoque negat requiem.

Apulej. in Floridis de aquila: *Et quærit, quorsum potissimum in prædam*

dam superne se ruat. Quod etiam in composito observatur. Ita Terentius Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 51 *Foras omnes proruunt se.* Active & pro affligere, prosternere, sive obruere usus Lucretius, quod in Indice Lucretiano observavit Giphanius. Virg. 1 Georg. v. 105

cumulosque ruit præpinguis arenæ.

Vbi *ruit* diruit est. Item 1 Æn. v. 35 *spumas salis ære ruebant.*
Silius lib. 6 v. 319 *Laxabat ferro, campoque pericla ruebat.*
Claudianus lib. 1 de laud. Stilic. v. 128

Curvatas glacie silvas umbone ruebat.

¶ 5. Efficaciter autem de illis usurpatur hoc verbum, qui cum vi & singulari celeritate omnia agunt in bello. Cic. ad Att. lib. 7 epist. 19 *At illum ruere nuntiant, & jam jamque adesse.* Virg. 9 Æn. v. 438

At Nisus ruit in medios, solumque per omnes
Volscentem petit.

Et alibi sæpius. Tacitum quoque frequentissime uti hoc verbo ad audaciam ardoremque significandum, Pichena ad Agricolam ejus observat Not. 68. ¶ 6. *Ruere* etiam dicuntur, qui affligunt negotium per imprudentiam, & sua se spe dejiciunt. Terent. Heaut. a. 2 sc. 2 v. 128 *Sed heus tu, vide sis, ne quid imprudens ruas.*

¶ 7. RVERE, inquit in Conjectan. Scaliger, *est modio cumulum adæquare.* Cic. ad Att. lib. 16 epist. 11 *De laudibus Dolabellæ deruam cumulum.* Plautus Trin. a. 4 sc. 1 v. 18 *Æris acervos ruit*; ἐκπέπεικε scilicet.

¶ Rŭīna, æ, casus, der fall, untergang. Horat. 2 Carm. od. 19 v. 14

Tecta non levi disjecta ruina.

Cic. in Catil. 1 cap. 6 *Prætermitto ruinas fortunarum tuarum.* Idem ad Attic. lib. 11 epist. 24 *Magna ruina impendet.* Et Horatius *Facere ruinam* dixit, einen fall nehmen, thun, lib. 2 sat. 8 v. 54. Livius lib. 21 cap. 10 *Incident ruinæ capitibus nostris.* Et Curtius lib. 5 cap. 10 n. 9 *Caput ruinæ subdere*, pro, periculo se exponere, sich in gefahr stecken. *Ruina opprimi*, Cic. 2 Divin. cap. 8. Et Seneca 1 de Ira cap. 16 *In ruinam prona sunt, quæ sine fundamento crevere.*

¶ Ruīnōsus, a, um, baufällig; ut, *Ædes ruinosæ*, alt und verfallen, Cicero 3 Offic. cap. 13.

¶ Rŭta, orum, dicuntur, quæ ruere, sive movere, & impellere licet, das nicht wand und nagelfest ist; ut, RVTA CAESA apud JCtos. Sunt illa & FVNDI & AEDIVM. RVTA in fundo sunt, *arena, creta* &c. eruuntur nimirum: CAESA, *arbores, virgulta*: ea enim cædi possunt. IN AEDIBVS, quæ non tenentur terra, nec opere structili, tectorioque continentur, was nicht erd- nied- und nagelfeste ist: quæ in venditionibus excipi solent. Cicero 2 de Orat. cap. 55 *Dicet, te, cum ædes venderes, ne in rutis quidem & cæsis solium tibi paternum recepisse.* Idem Topic. extr. *Vt cum ædes fundumve vendiderunt, rutis cæsis receptis, concedunt tamen aliquid emptori, quod ornandi caussa apte & loco positum esse videatur.* His opponuntur *fixa, junctaque*, sive *infixa, inædificataque.* Vide JCtos, & Festum, ibique Anton. Augustinum, & Nonium cap. 2 n. 728. *Recipere* autem in Ciceronis adductis locis, *Excipere* significat. Adde dicta in *Cæsa* sub *Cædo.*

¶ Ruta, æ, herba, de qua infra seorsim.

¶ Rŭtabri, orum, rastri, quibus dentalibus penitus eradunt & eruunt terram, ein rechen, Varro de L. L. 4 cap. 31.

¶ Rŭtābŭlum, i, instrumentum, quo ignis proruitur & concutitur, eine ofenkrücke, feuerhaacken, ofengabel. Suetonius Augusto cap. 75 inter Saturnalitia munera recenset. Sic, *Rutabulo ligneo agitare, quod decoxeris*, umrühren mit einem rührlöffel, Colum. 12 cap. 20. conf. ibid. cap. 18 & cap. 31, & Festus.

¶ Rutrum, i, instrumentum rusticum, quo quid eruitur, κρώπιον, dictum a *ruendo* est, ein pickel, grabscheid, schüppe, schauffel, Varro de L. L. 4 cap. 31. Et Cato cap. 11 *Oportet habere villicum palas sex, rutra quatuor, rastros quadridentes duos.* Pallad. 1 tit. 15 *Rutrum, quo calx subigitur.* ¶ 2. Significat & hostorium, ῥόγχανον, streichholtz, in qua significatione diminutivo

¶ Rŭtellum, i, ein schüpleìn, Lucilius usus apud Nonium in voce *Rutrum*, cap. 1 n. 66 *Frumentarius est, modium secum atque rutellum*
Vnum adfert.

¶ Rŭtŭlus, i, etiam dicitur: de quo Salmasius ad Hist. Aug. in Vopisci Probo cap. 19.

Composita:

¶ Corruo, ui, ĕre, zu boden fallen, über einen hauffen fallen; ut, *Vrbs tota Lacedæmoniorum corruit*, Cic. de Divin. lib. 1 c. 50. Idem ad Qu. frat. lib. 2 epist. 9 *Ille pene timore, ego risu corrui*, ich sanck schier zu boden. ¶ 2. Est conjicere, coacervare, zusammen schütten. Varro: *Spicæ corruuntur in corbem.* Ita Plautus Rudent. a. 2 sc. 6 v. 58 *ibi corruere me posse ajebat divitias.* Peculiariter Apulejus Met. lib. 8 p. 204 *Charite, velut gravi tonitru percussa corruit corpus, & obnubilavit animam.*

¶ Supercorruo, ĕre, übereinander fallen. Valer. Maximus lib. 5 cap. 6 n. 5 *telis obrutus supercorruit.*

¶ Deruo, ĕre, vide paullo ante in *Ruo*, n. 7.

¶ Dīruo, ĕre, dejicere, destruere, einreissen, umwerffen. Terent. in Adelph. a. 5 sc. 7 v. 10 *Hanc in horto maceriam jube dirui.* Liv. lib. 1 cap. 29 *Fragor tectorum, quæ diruebantur, ultimis urbis partibus audiebatur.* Sed, *Ære dirui*, quid sit, vide in *Æs.*

¶ Dirŭtus, a, um, niedergerissen, umgeworffen; ut, *Arbusta diruta*, Virg. Æn. 10 v. 363. *Dirutæ & desertæ urbes*, Cic. lib. 1 ad Qu. frat. epist. 1 cap. 8.

¶ Eruo, ĕre, extrahere, ausziehen, ausräuffen; ut, *Eruere herbas*, Plin. lib. 11 cap. 37 sect. 60. *Arborem eruere*, Virg. 2 Æn. v. 628. *Eruere ex tenebris*, Cic. 1 Agrar. cap. 1, aus dem finstern herfür reissen. Idem pro Muræna cap. 7 *Ex annalium vetustate memoriam nobilitatis eruere*, herfür tragen, heraus suchen. Et in 1 Tuscul. cap. 13 *Scrutari vetera, & ex his aliqua eruere*, herfür bringen. ¶ Sed, *Eruere civitatem*, est diruere, evertere, zerstören, apud Tacit. 4 Histor. cap. 72.

¶ Erŭtus, a, um, ausgegraben, ausgerissen; ut, *mortuum erutum*, Cic. de Divin. 1 c. 27, & Nepos 4, 5, 5. Et, *Radicibus eruta pinus*, Virg. Æn. 5 v. 449. *Aurum erutum terra*, Stat. 4 Silv. 7 v. 15.

¶ Irruo, ĕre, irrumpere, einen einfall thun. Terent. in Adelph. a. 1 sc. 2 v. 8 *Fores effregit, atque in ædes irruit alienas.* Et Cic. 2 de Fin. cap. 19 *In mediam aciem irruere*, mitten in den hauffen hinein dringen. *Irruere in odium*, Idem in 2 Verrina cap. 12, sich verhast machen. Terent. in Eunuch. a. 4 sc. 7 v. 18 *Quam mox irruimus?* Vbi Donatus: IRRVERE *proprie dicuntur, qui cum furore prælium ineunt.*

¶ Superirruo, ĕre, drüber fallen. Victorinus Pictaviensis de 7 Maccabæis v. 265 *Paruit, & dicto citius superirruit ignes.*
Potest tamen etiam divise scribi: *super irruit*, id est, *super ignes irruit.*

¶ Obruo, ĕre, terrâ operire, verscharren; ut, *Obruere thesaurum*, Cic. de Senect. cap. 7. Nepos in Datame cap. 11 *Compluribusque locis separatim gladios obruit.* Et, *obrui nivibus*, Livius lib. 5 cap. 2. *Obruere lapidibus*, seu *saxis*, Curtius sub fin. lib. 6, steinigen. *Obrui vetustate*, Plin. 11 cap. 17 pr. veralten. *Perpetua oblivione adversa obruere*, Cic. 1 de Fin. cap. 18, vergessen seyn lassen. *Memoriam & nomen alicujus obruere*, Cic. de Arusp. Resp. cap. 2, unterdrücken. Sic, *Dignatione eum obruerat*, Vellej. 2, 69, 3. *Obrui magnitudine negotii tamquam fluctu*, Cic. ad Quint. fratr. lib. 1 epist. 1 sub init. *Obrui copia* &c. überschüttet werden, Cic. 2 Tuscul. cap. 1. Et, *Ære alieno obrui*, mit schulden beladen seyn, ad Attic. lib. 2 epist. 1 sub finem.

¶ Obrŭtus, a, um, bedeckt, überladen; ut, *Ignis obrutus cinere*, Lucret. 4 v. 924. *Miles nivibus pruinisque obrutus*, Liv. 5 cap. 2. Et, *Vitiis obrutus*, voll laster, Nepos 4, 1, 1. *Obrutus aquis*, ersäufft, Ovid. Heroid. epist. 1 v. 6.

¶ Obrendārium, i, est locus in pavimento ad obruenda cadavera relictus; vid. Fabrett. Inscript. p. 15. Sæpe etiam in Inscriptionibus leguntur *vasa obrendaria*, quæ nihil aliud videntur esse, quam quæ *fictilia sarcophaga* vocantur Inscript. apud Gruter. p. 607.

¶ Adobruo, ĕre, decompositum, quod est terrâ multâ sepelire, mit erden gantz bedecken, zuscharren; ut, *Semina sarculis adobruere*, Columell. lib. 2 cap. 11 & 12. Adde lib. 4 cap. 15.

¶ Circumobruo, ĕre, umher bedecken; ut, *Folia circumobruere*, Plin. lib. 19 cap. 5 [sect. 26 Harduin.]

¶ Exobruo, ĕre, umstürtzend ausleeren; ut, *dolium exobrutum*, Apulejus Met. 9 [Elmenhorst. p. 219, Pricæi p. 180,] atque ita etiam MS. Oxon.

¶ Inobrŭtus, a, um, non obrutus, unverscharrt. Ovidius Metam. 7 v. 356
Deucalioneas effugit inobrutus undas.

¶ Semiobrŭtus, a, um, halb verscharrt. Apulejus Met. 9 post principium: *Dolium semiobrutum*, halb umgestürtzt.

¶ Superobruo, ĕre, überschütten. Propert. lib. 4 eleg. 4 extr.
Dixit & ingestis comitum superobruit armis.

¶ Superobrŭtus, a, um, über und über bedeckt. Auson. Epitaph. Her. 25 v. 3 *Hic Hecuba injectis perii superobruta saxis.*

¶ Prōruo, ui, ŭtum, ĕre, diruere, umwerffen. Horat. lib. 1 od. 35 v. 13

Injurioso ne pede proruas
Stantem columnam.

Livius lib. 26 cap. 13 *Albam a fundamentis proruerunt*, von grund auf ausrotten, verwüsten. Et Seneca lib. 7 Quæst. Nat. cap. 28 extr. *Vrbes terrarum molibus prorutæ sunt.* ¶ 2. Sed, *foras omnes proruunt se*, id est, prorumpunt, Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 5 v. 51. *Proruere in hostem*, auf den feind loßgehen, Curt. 4, 16, 6. ¶ 3. Neutraliter Chrysologus Serm. 6 *in faciem cæli proruunt seniores.*

¶ Prorŭtus, a, um, niedergerissen; ut, *Prorutum vallum*, Vellej. 2, 63, 1; & Liv. 4 cap. 29. vide ibi Gronov. Sic, *Proruti lapidum cumuli*, Curt. 4, 3, 7. *Proruta gramina*, Stat. Theb. 4 v. 819.

¶ Semirŭtus, a, um, halb eingerissen; ut, *Vrbs semiruta*, Livius lib. 5 cap. 49. *Tecta semiruta*, Idem lib. 10 cap. 4. Et, *semirutus murus*, lib. 32 cap. 17. Et Florus lib. 2 cap. 15 n. 13 *Plus negotii fuit cum semiruta Carthagine, quam integra.* Vbi plura exempla Freinshemius in Indice observat contra illos, qui solum Florum hac voce, & primum usum esse voluerunt: quos jam ante Salmasius quoque notaverat. Adde Statii lib. 5 Silv. 3 v. 104 *semirutos Parthenopes vultus.* Vide & Barthium ad Rutilii Itinerar. lib. 1 v. 226 p. 96.

¶ Subruo, ĕre, subvertere, einreissen, fällen; ut, *Subruere murum*, Cæs. 2 B. Gall. cap. 6. *Subruere aliquem muneribus*, Horat. 3 od. 16 v. 14.

¶ Subrŭtus, a, um, umgeworffen; ut, *Subruta cuniculo mœnia*, untergraben und eingeworffen, Liv. lib. 21 cap. 11.

¶ Superruo, ĕre, cum accusativo & dativo, auf etwas oder über einander fallen. Apulej. Met. lib. 1 *Ego de alto decidens Socratem superruo.* Et lib. 2 *Corpori superruens.* Ammian. 16 cap. 12 *Acervis superruentium obruti.* Idem 17 cap. 7 *Superruentium collisi ponderibus.* conf. 19 cap. 11.

RŪPES, is, fœm. ῥώξ, pars terræ aut montis prærupta, ein steinstück, fels, hoher steinfels; ut, *Rupes ardua, alta, vasta, aërea, acuta*: Virgil. eclog. 1 v. 57 *alta sub rupe.* Et Æneid. 1 v. 162 *vastæ rupes*, plurali numero, &c. Et Cæsar 2 B. Gall. cap. 29 *oppidum in circuitu altissimas rupes habet.* Idem 1 B. Civil. cap. 70 *ex magnis rupibus nactus planiciem.*

¶ Rupīnæ, arum, Isidoro in Gloss. abrupta montium, steinklüffte. Vsus aliquoties Apulejus; ut lib. 6 Met. p. 184 *Vides istas rupinas proximas, & præacutas in his præminentes silices.* Et lib. 7 p. 193 *in proximas rupinas præcipites dedere*, &c. Adde Voss. Etymolog. in *Rupes.*

¶ Rūpĭcāpra, æ, capra silvestris, eine gems. Plin. 11 cap. 37 *Rupicapris adunca cornua.* conf. lib. 28 cap. 17.

RŪPEX, icis; sic enim rupicem *Charadriam* avem vertit Gaza ex Levit. & Deuteronomio; Avis est aquatica, lucifuga & prava, ein griel oder mosgriel. Morbo regio medetur inspecta, quemadmodum in Problematibus suis Plutarchus ostendit. Quin & omnem languorem ab ægroto aufert, si aciem oculorum in eum direxerit, sed si moriturum animadvertit, intueri eum recusat. vide Chiliad. *Charadrium imitans.* ¶ 2. *Rupices* a rupibus dicebantur & rustici, ut & *petrones* a petrarum asperitate appellabantur, ut Festus docet, grobe ungeschliffene tölpel, bauerröckel. Gellius lib. 13 cap. 9 *Sed enim veteres nostri non usque adeo rupices & agrestes fuerunt.* Similiter Tertull. de Pallio cap. 5 *rupices* opponit *urbanis*: vid. ibi Salmas. p. 282. Idemque

que *doctis* ac *sapientibus* opponit, de Anima cap. 6: *Quid autem*, inquit, *facient tot ac tantæ animæ rupicum & barbarorum, quibus alimenta sapientiæ desunt?* conf. Apolog. cap. 21. Adde etiam Lucilium apud Festum in *Squarrosi*. ¶ 3. Nove Salvianus lib. 1 de Gubernat. Dei p. 34 lapideas tabulas, in quibus decalogus ipsius Dei digito inscriptus fuit, *rupices paginas* & *saxeum volumen* appellat.

¶ Rūpĭco, ōnis, ein grober bengel. Apulej. 1 Florid. *Rupicones, bajuli, tabernarii.*

Rupinæ, quære proxime ante in *Rupes*.

Ruptim, ruptio, ruptor, ruptura, vide supra in *Rumpo*.

Ruralis, rurari, ruratio, ruricola, &c. vide mox in *Rus*.

RVRSVM, & RVRSVS, adverb. loci, zurück. Terent. in Hecyr. a. 3 sc. 1 v. 35 *Trepidari sentio, cursari rursum prorsum*, hinter und vor sich, hin und wieder. Sic &, *Rursus prorsus meare, reciprocare*, Varro & Ennius apud Nonium cap. 4 n. 402, ubi per *retro* explicat. *Rursum vorsum*, Plaut. Epid. a. 2 sc. 2 v. 63. ¶ 2. Et, *Rursum*, e contrario, vice versa, hinwiederum. Terent. in Eunuch. a 2 sc. 2 v. 20 *Id rursum negant, laudo id quoque*. Sæpe ita Tacitus: ut lib. 2 Hist. cap. 43 *Primani, stratis una vicesimanorum principiis, aquilam abstulere: quo dolore accensa legio, & impulit rursus Primanos* &c. RVRSVS, i. e. versa vice. Et in Agricol. cap. 28 *Quem casum neque ut plerique fortium virorum ambitiose, neque per lamenta rursus ac mærorem muliebriter tulit.* ¶ 3. Significat *iterum*, noch einmahl, aufs neue. Virg. Æn. 2 v. 655 *Rursus in arma feror.* Terent. Eunuch. a. 1 sc. 1 v. 15 *Induciæ, bellum, pax rursum*, id est, denuo, bald wiederum friede. ¶ 4. Interdum elegantia veteri abundat. Plaut. Pœnuli prologo v. 79

Revertor rursus denuo Carthaginem.

Cæsar 4 de B. C. cap. 4 *Tridui viam progressi rursus reverterunt.* Sic, *rursus reducere legiones*, Cæs. 6 de B. G. c. 1. Et, *Rursus renovare cursum*, 3 de B. C. cap. 92. Suetonius Cæsare cap. 2 *Quem rumorem auxit intra paucos dies rursus repetita Bithynia.* Et cap. 17 *Recidit rursus.* Tacitus German. cap. 18 extr. *Rursus referant.* Claudianus 1 in Rufin. v. 359 *En tibi prisca fides revocataque secula rursus,*

Vt rebare, vigent.

RVS, rūris, agrorum & villarum locus, ein feld, landguth, acker. Vetus auctor de Limitibus apud Rigaltium p. 299 RVRA, inquit, *veteres incultos agros dicebant, id est, silvas & pascua.* Sic, *Rus amœnum*, Cic. pro S. Rosc. cap. 46. *Rus ibo*, Terent. Eunuch. a. 1 sc. 1 v. 107. *Ruri esse*, Cic. pro Cluent. c. 51. Et, *Ruri habitare*, lib. 3 Offic. c. 31. *Ruri se continere*, Terent. Phorm. a. 2 sc. 2 v. 16. *Rure venire & redire*, Terent. Eunuch. a. 5 sc. 5 v. 25. Et Cic. 2 de Orat. cap. 6 *Rus ex urbe, tamquam ex vinculis, evolare.* Plauto Trucul. a. 2 sc. 2 v. 14 *Rus merum*, homo rusticus, incultus, inficetus dicitur. Catullus, *inficeto inficetior rure*, carm. 22 ad Varrum v. 14, ein recht grober kerl.

¶ Ruscŭlum, i, diminutiv. ein bauer-güthlein. Gell. lib. 19 cap. 9 *sub urbe in rusculo*, id est, parvo prædio.

¶ Ruscŭlentia, æ, ἀγροικία, die bauerhafftigkeit, bauer-art, apud Plautum Trucul. a. 3 sc. 2 v. 7, ubi vulgo *Truculentia*. vid. Taubman. in Plaut p. 1435, & Parei Lex. Crit. p. 1102.

¶ Rūrīna, vel Rusina, æ, Dea ruris, cui rura committebant Romani, Augustin. de C. D. 4 cap. 8.

¶ Rūro, are, & Ruror, ari, ruri agere, rusticari, einen bauer abgeben, den acker bauen. Plaut. Capt. a. 1 sc. 1 v. 16 *Dum rurant homines.* Et Varro apud Nonium cap. 2 n. 751 *Dum in agro studiosius ruror.*

¶ Rurātio, ōnis, das bauerwesen, feldleben. Apulej. Apolog. pag. 310 *Iste vero nec Diis rurationis, qui eum pascunt ac vestiunt, segetis ullas, aut vitis, aut gregis primitias impertit.* Et lib. 2 Florid. p. 350 *Ruratio omnis in sarculo & surculo.*

¶ Rūrālis, e, ad rus pertinens, bäurisch. Cæsar 3 B. Gall. cap. 14 *rurales falces.* Vulgo quidem *murales* legunt: verum etiam Metaphrastes γεωργικῶν δρεπάνων græce vertit. Macrobius lib. 5 Saturn. c. 2 *Theocritus, pastoralis operis auctor; ruralis, Hesiodus.* Ammianus lib. 30 cap. 7 *ruralia negotia.* Et Juvencus de Joanne Baptista:

Edere locustas solitus ruralibus arvis.

¶ Rūrālĭter, adverb. nach bauer-art. Cassiodor. Var. 3 epist. 51 *Necdum fundatis ædificiis ruraliter.*

¶ Rūresco, ĕre, bäurisch werden, verwildern. Verbum hoc obsoletum Carisius lib. 1 retulit ex Ennii 7 Annal. *Rurescunt frundes.*

¶ Rurestris, e, bäurisch; ut, *Opus rurestre*, Paulus JC. Lege 99 Dig. de legat. & fideicommiss. lib. 3. *Rurestre vocabulum*, Apulej. 4 Metam. sub initium. *Rurestres campi*, Idem lib. 7 p. 194.

¶ Rustĭcus, a, um, quidquid ad rus, seu rem rurestrem pertinet, zum feldbau gehörig, bäurisch; ut, *Instrumentum rusticum*, id est, quo ad colendum rus opus est: Ovid. Art. am. lib. 2 v. 184 *Rustica aratra.* Sic, *Res rustica*, bauerwerck, ackerwerck; Cic. de Orat. lib. 1 cap. 58 *Res rusticas vel fructus vel delectationis caussa invisere.* Sic ¶ 2. *Rustici* etiam substantive dicuntur, qui colunt in rure, exercentque rus, bauern, bauer-leute. Horatius lib. 2 sat. 2 pr.

Rusticus, abnormis sapiens, crassâque Minerva.

Idem 1 epist. 2 v. 42 *Rusticus expectat* &c. Idem 2 epist. 2 v. 39 *Cautus, quantumvis rusticus.* Et Virg. 2 Georg. v. 405 *Acer rusticus.* ¶ 3. Denique & *rustici* dicuntur, qui imperiti vivendi inconditisque & impolitis moribus sunt, ut ii sunt ferme, qui ruri degunt, civilis habitûs expertes, grob, ungeschickt, tölpisch, quibus *urbani* atque *civiles* opponuntur; quorum ut est in omni conversatione se gratos jucundosque præbere: ita alteri expertes elegantiarum decorique facile offendunt, & ipsi etiam fere solitudinem magis quam consuetudines hominum sectari solent. Quare & Ovidius puellas illas, quæ aversantur amatores, & voluptates atque delicias parum curant, RVSTICAS appellat lib. 1 de Remedio amoris v. 350

Et poterit dici petulans, quæ rustica non est;

Et poterit dici rustica, si qua proba.

Silvestris vocabulo hac ratione usus est Seneca Hippolyto, de quo suo loco, & infra in *Truculentus*. Sic, *Homines rustici & agrestes*, grobe bäurische leute, Cicer. Philipp. 10 cap. 10. Et, *Rustici mores*, Idem pro Roscio cap. 27. *Vita rustica & agrestis*, Idem ibid. exeunte illo capite. *Manus indoctæ ac rusticæ*, Quintil. lib. 1 cap. 11. Ita *Rustici* in genere S. Hieronymo sunt indocti, & indiserti. v. Gronov. Observat. ad Script. Eccles. cap. 19. Comparat. *Rusticior*: Gellius lib. 17 cap. 2 *SERMONARI rusticius videtur, sed rectius: SERMOCINARI crebrius est, sed corruptius.*

¶ Rustĭca, æ, eine bäuerin, bauersfrau. Horat. 3 od. 23 v. 2 *Rustica Phidile.* Ex Ovidio vide in *Rusticus*, n. 3. Et Virg. eclog. 3 v. 84

Pollio amat nostram, quamvis est rustica, Musam.

¶ Rustĭce, adverb. bäurisch, ungeschliffen; ut, *Rustice facere*, Cicer. 12 ad Attic. epist. 36. *Vrgent rustice sane*, Idem Off. 3 cap. 9. Et comparat. *Rusticius toga defluit*, Horat. 1 sat. 3 v. 31.

¶ Rustĭcŭlus, a, um, adjectivum diminutivum, etwas bäurisch; ut, *Rusticulus libellus*, Martial. 10 epigr. 19. *Nomen rusticulum*, Auson. Edyll. 7 de Bissula v. 4. ¶ Substantive, ein bäuerlein. Cic. pro Sext. cap. 38 *Sensit rusticulus non incautus.* Et Arnobius lib. 7 p. 244 *Rusticulo cuidam, sorte humilitatis obscuro, Jovem per insomnium dixisse* &c.

¶ Rustĭcŭla, æ, avis, quæ & perdix rustica major, eine schnepff, schnepff-huhn; ut, *Rusticula silvatica*, eine holtz-schnepff. *Rusticula minor*, quæ & *gallinago*, eine gras-schnepff: Gesner. Ita Martial. 13 epigr. 76 de rusticula: *Rustica sum perdix, quid refert, si sapor idem est?*

¶ Rustĭcellus, i, aliud diminut. a *rusticus*, ein bäuerlein. Varro apud Plinium 7 cap. 20 *Rusticellus*, inquit, *Hercules appellatus.* Idem proprium deinde cognomen exstitit Antistiis, Fabiis, Juniis & Oviniis, ut ex multis patet Inscriptionibus.

¶ Rustĭcĭtas, ātis, vitium urbanitati contrarium, quod in imperitia elegantiarum & negligentia ac odio voluptatum positum est, die grobheit, bauerhafftigkeit. vid. Quintil. 6 cap. 3. Et Ovid. Heroid. epist. 17 v. 186 *Rusticitas excutienda est.* conf. Heroid. epist. 20 v. 59; & Amor. lib. 1 eleg. 8 v. 44. Plin. lib. 35 c. 4 *M. Agrippa vir rusticitati propior quam deliciis.* Et paullo post *Torvitatem* appellat. B. Hieronymus epist. 1 *Quanto magis itaque nos, expolito jam artibus mundo, id non debemus omittere, quod illi sibi præstiterunt, apud quos erat cruda rusticitas, & qui humanitatem quodammodo nesciebant.* Et epist. 43 *Ita responsum habeant, non adeo me hebetis fuisse cordis & tam crassæ rusticitatis*, &c. id est, imperitiæ. ¶ 2. *Rusticitas* aliquando cultum seu statum rusticum sive rem rusticam significat, das bauerwesen. Palladius præfat. in libell. de insitione, quem elegiacis versibus scripsit: *Et nostræ studium non commendabile Musæ,*

Vrbanum fari rusticitatis opus;

i. e. quod ad vitam, seu cultum rusticum pertinet. Sic in fine libelli:

Carmina tu dubios inter formata bidentes

Aspera, sed miti rusticitate, leges.

Vbi *rusticitas* non de Pamphilo, quem ibi alloquitur, (ei enim hunc dedicarat libellum) sed de ipsis carminibus accipienda est. Nam *carmina miti rusticitate* vocat, respectu materiæ, quod opus rusticum tractent: *mitem* autem *rusticitatem* dixit, quod placidum tranquillumque sit vitæ genus, quod degitur ruri. ¶ 3. Lege 3 § 3 Cod. de defens. civit. *Rusticitas* pro ipsis rusticis, sicut *humanitas* aliquando pro ipsis hominibus, dicitur, das bauervolck: *Vtili ratione*, inquit Imperator, *prospectum est, ut innocens & quieta rusticitas peculiaris patrocinii, id est, defensoris locorum beneficio perfruatur.*

¶ Rustĭcor, ari, auf dem lande wohnen, auf den gütern leben. Cicer. pro Arch. cap. 7 *Studia pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.* Idem 16 fam. epist. 23 *Liceat modo rusticari.*

¶ Rustĭcātus, ûs, das bauerleben, landleben. Cicer. 12 ad Attic. epist. 1 *Quid garriat in rusticatu, quid scribat ad te.* Alii: *Quid garriat: sin rusticatur*, &c.

¶ Rustĭcātio, ōnis, idem. Cic. de Amicit. cap. ult. *Militiæ, peregrinationes, rusticationes* &c. Columella præfat. lib. 6 *In rusticatione antiquissima est ratio pascendi.* conf. lib. 11 cap. 1.

¶ Rustĭcātim, adverb. bäurisch, tölpisch. Pomponius, vetus poëta apud Nonium cap. 2 n. 747 *Ego rusticatim tangam, urbanatim nescio*

¶ Rustĭcānus, a, um, ad rus aut rusticum pertinens, bauerhafft, bäurisch; ut, *Vita rusticana*, idem quod rustica, Cicer. pro Rosc. Am. cap. 15. Et, *Rusticana municipia*, paullo ante, eod. cap. *Rusticanum oratorem ne contemseris*, ein einfältiger mann, der die wahrheit sagt. vide Chiliad. *Busequæ rusticani*, Apulej. Apolog. 1, & Sidon. 1 epist. 6.

¶ Rustĭcārius, a, um, idem; ut, *Falces rusticariæ*, Varro de Re Rustica lib. 1 cap. 22.

¶ Rūrĭcŏla, æ, qui rus habitat, ein bauersmann, bauer. Columella lib. 10 v. 337 *Hæc ne ruricolæ paterentur monstra.*

Et Silius 8 v. 447 *Ruricolæ Vmbri.* ¶ 2. Qui rus exercet, vel saltem exercitationis illius instrumentum est; ut, *Aratrum ruricola*, damit man das feld bauet, Ovid. 4 Trist. eleg. 6 pr. & *Boves ruricolæ*, Idem 5 Metam. v. 479.

¶ Rurĭcŏlāris, e, adject. das feld bauend. Venantius Fortunatus lib. 1 de vita Martini v. 326 *Cultores ruricolares.*

¶ Subrustĭcus, a, um, etwas bäurisch. Cicer. in Orat. cap. 48 *Subrusticum videtur.* Idem 5 fam. epist. 12 pr. *Pudor pæne subrusticus.*

¶ Subrustice, adverb. idem. Gellius lib. 20 cap. 11, sive potius præfat. Oper. *Incuriose, immediate, ac prope subrustice.*

RVSCVS, i, planta, quæ & myrtus silvestris, Germani brüsch dicunt & mäußdorn; arcendis enim muribus aptissimus est. Græcis ὀξυμυρσίνη est, & μυρσίνη ἀγρία, hoc est, *myrtus silvestris*. Germinat asparagi modo, Matthiol. & Virg. eclog. 7 v. 42 *Horridior rusco*, ubi *rusto* ex veteri libro Gifanius legi vult Indice Lucret. in *Vnda*. Et Virg. 2 Georg. v. 413 *aspera rusci*

Vimina per silvam.

Vet. Gloss. *Ruscum*, χαμαιδάφνη, κυνόσβατον, εἶδος βοτάνης.

RVSPĬNA, æ, oppidum Africæ, Plin. 5 cap. 4, & Sil. 3 v. 260.

RVSPOR, ari, & Ruspo, are, quasi *ruendo sipare* ad rem pervestigandam, est scrutari, quærere, suchen, forschen. Accius apud Nonium cap. 2 n. 744 *Animo ruspari Phrygas.* Idem ibid. *Ruspantes silvas.* Et alius poëta apud Festum: *Latebras ruspans.* Altera forma Tertull. de Pallio c. 2 *Alibi stipantem copiam, alibi deserentem runcare atque ruspare*: i. e. amovere obruentem, & quærere deficientem. vid. Junii Not. p. 9.

RVSSVS,

RUSSUS, a, um, ξανθός, rutilus, ruber, röthlich. Cato lib. 7 Orig. apud Festum: *Mulieres russa facie.* Catullus, ut Apulejus Apolog. citat pag.277 *Dentem atque russam defricare gingivam.*
Sic, *Lutea russaque vela*, Lucret. 4 v. 73. *Tunica russæ*, militares, id est, φοινικίδες, apud Trebell. Poll. in Claudio cap. 14. De *russo* colore exquisite disputat incomparabilis Scaliger in Exercitatione 325 sect. 13. Vide & Filium in Varron. Conjectaneis. Salmasius ad Flavium Vopiscum observat, *russo* colore, non rubrum tantum, sed flavum etiam, vel croceum contineri.

¶ Russeus, a, um, idem, quod *Russus*. Exstat apud Tertullianum de Spectaculis cap. 9 aliquoties. Et Petronius Satyrico p. 72 *Tunicâ vestitus russea.* vide mox plura in *Russatus*.

¶ Russŭlus, a, um, diminut. idem; ut, *Russulæ fasciolæ*, Capitolin. in Albino cap. 5. Et, *Tunicæ russulæ*, Vopisc. in Probo cap. 4.

¶ Russeŏlus, a, um, aliud diminut. idem; ut, *Russeola sanies*, Prudent. Peristeph. 11 v. 130.

¶ Russātus, a, um, roth gefärbt; unde *Russata* substantive pro *Russa veste*: Isidorus 19 Orig. c. 29 *RUSSATA sub consulibus Romani usi sunt milites: unde etiam RUSSATI vocabantur.* Hinc Tertullianus de Christiano milite loquens lib. de Corona cap. 1 *Et nunc sanguine suo russatus, spe calceatus*; nam dum *russatus* & *calceatus* dicit, ad militarem habitum respicit. Verum *Russati*, non milites tantum, de quo Rubenius etiam in Electis lib. 2 cap. 12; sed & quædam species agitatorum, sive aurigarum Circensium, sic appellata a panni colore, quo ornati erant. Eorum enim quatuor factiones erant, quæ diversorum colorum pannis, *Albi*, *Veneti* sive *Cineritii*, *Russi* & *Viridis*, distinguebantur. Qui colores anni tempora quatuor referebant. Soli enim hoc ludicrum sacrum erat, qui anni tempora moderatur; *Viridis* igitur Ver, *Russus* æstatem, *Albus* auctumnum, *Venetus* vero hiemem designabat. Vide Cassiodorum lib. 3 Var. epist. 51, itemque Corippum lib. 1 de laudibus Justini minoris Augusti v. 311 & seq. qui tamen in eo a Cassiodoro divertit, quod *Venetum colorem* auctumno; *Album* propter nivem & pruinam hiemi tribuit. Sed apud utrumque *roseus* pro *rosseus* seu *russeus* sive *ruseus* legitur. Quod nescientes τὸ *Roseus* a *Rosa* ductum putarunt. Quapropter cum apud Corippum alias legeretur:

Roseus æstatis rubra cum veste refulgens &c.

recentior editor Mich. Ruizius in Plantiniana, suffulciendum versum ratus trajectis vocibus ita versum constituit: *Æstatis roseus* &c. Sed *Roseus* non a *rosa* est, sed *rosseus*, sive *Ruscus* est, ut paullo ante monuimus. Unde recte Cl. vir Andr. Rivinus edidit *Russeus æstatis* &c.

Rusticanus, rusticus, &c. vide paullo ante in *Rus*.

RUSTUM, i, rubi genus, ut ex Festi fragmento apparet, nisi ibi *Ruscum* legas. vide & Gifanii Lexic. Lucret. in *Unda*. Hinc est

¶ Rusto, āre, apud Tertullian. Apolog. cap. 4 *securibus rustatis & cæditis.* Sed alii pro *rustatis* habent *truncatis*. Adducitur & de Pallio cap. 2 *runcare atque rustare instituit*; ut genuina vocis notio sit evellere atque cædere, & quidem rubos seu senticeta. Sed & ibidem pro *rustare* legitur *ruspare*. vid. Salmas. ad Tertull. de Pallio p. 117 & confut. Cercoet. p. 122. Consule etiam, si lubet, Gœsii Indicem in Rei agr. Auct. in *Subruncivi*.

¶ Rustārius a, um, ad rubos exscindendos faciens; ut, *Rustariæ falces*, Varr. R.R. 1 cap. 22. Aliis tamen & hic melius est *Rusticariæ*, vel *Ruscariæ* a *Ruscus*.

RŪTA, æ, herba notissima, dicta, quod propter multiplices (quos de se præbeat) usus maxime eruatur. Peculiaris ei auctoritas est propter venena, adversus quæ remedium præsens exhibet, die raute oder weinraute. Macer lib. 1 de Ruta:

Utilis est valde stomacho, si sæpe bibatur.
Obstat pota mero, vel cruda comesta venenis.
Hoc Mithridates rex Ponti sæpe probavit,
Qui rutæ foliis viginti cum sale pauco,
Et magnis nucibus binis caricisque duabus,
Jejunus vesci consurgens mane solebat,
Armatusque cibo tali, quascunque veneno
Quilibet insidias sibi tenderet, haud metuebat.

Ovid. lib. 2 de Remed. Amor. v. 801 *Acuentes lumina rutas* dixit. Clearchus Heracleota, tyrannus, cum multos cives violenter interimeret, multisque cicutam bibendam ex improviso dare consuevisset, nullus postea civium domo prius exibat, quam rutam comedisset. Eam enim si quis prius comedat, nihil omnino peri a veneno dicunt: Athenæus. vide & Plin. lib. 20 cap. 13. ¶ In Petron. Fragm. Trag. p. 9 *In rutæ folium conjici*, proverbii habet speciem, & significat in spatium minimum cogi contrahique posse. vide ibi Scheffer. p. 74, & Reines. p. 58.

¶ Rŭtŭla, æ, diminut. ruta pusilla, kleine raute. Cicer. 9 fam. epist. 22 *Ruta & menta recte utrumque. Volo mentam pusillam ita appellare, ut rutulam: non licet.*

¶ Rūtāceus, a, um, von raute; ut, *Corona rutacea Sertum rutaceum*, ein rauten-kranz; In insignibus ducum Saxoniæ unde sit, tradit Dresser. part. 2 Isagog. Histor. Millenar. 6 p. 435. Et, *Rutaceum oleum*, rauten-öl, Plin. Valer. 2 cap. 28.

¶ Rutātus, a, um, aliud adjectivum, aus raute gemacht; ut, *Mustum rutatum*, id est, rutâ medicatum, Plin. lib. 19 cap. 8. *Rutati lacerti*, Martial. lib. 10 epigr. 48.

Ruta, ōrum, rutabri, rutabulum, rutellum, vide supra *Ruo*.

RŪTHĒNIA, æ, Reußland, Russia, Moscovia.

¶ Ruthēni, ōrum, populus Rutheniæ, die Reußen, Rußländer. ¶ 2. Sunt & Galliæ Aquitanicæ populi *Rutheni*, Plinio lib. 4 cap. 19.

RŪTĬLUS, a, um, coloris nomen, rufi seu rubri species, röthlich, goldgelb; de quo ita Gellius lib. 2 cap. 26 *Phœniceus*, inquit, *quem tu græce* φοίνικα *dixisti, noster est, & rutilus & spadix Phœniceo* συνώνυμος, *qui factus græce noster est, exuberantiam splendoremque significat ruboris: quales sunt fructus palmæ arboris non admodum sole incocti, unde spadicis & Phœnicei nomen*, &c. Suetonius *æri similem* facit, rothglänzend; Ita enim Nerone cap. 1 scribit, AENOBARBORUM nomen, quod uni Domitiorum familiæ hæsit, explicans: *In fidem*, inquit, *majestatis adeo permulsisse malas*, (traduntur duo juvenes, puta) *ut e nigro rutilum æri que assimilem capillum redderent. Quod insigne mansit & in posteris ejus, & magna pars rutilâ barba fuerunt*, rothbärtig. Sane ad comam sæpe refertur hoc nomen. Tacitus in Germania de ipsis Germanis cap. 4 *Truces & cærulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora.* Rursus in Agricola c. 11 *Rutilæ Caledoniam habitantium comæ, magni artus Germanicam originem asseverant.* Hinc *rutilare crinem*, id est, rufum facere, de quo infra. Sed & *flammam rutilam* Ovidius 3 Fastor. v. 285, feuer-roth; & *cruorem rutilum*, lib. 5 Metam. v. 83 dixit, blutroth; & Cicero in Somnio Scip. c. 4 de stella Martis: *Mars rutilus & horribilis terris.* De gallis cohortalibus Columella 8 cap. 2 *Sint rectis rutilisque cristulis*; & mox: *paleæ ex rutilo albicantes.*

¶ Rutilius, a, um, idem. Festus: *Rutilium rufum significat, cujus coloris studiose etiam antiquæ mulieres fuerunt, unde traxerunt cognomina* RUTILIAS, *ut indicat frequenter Afranius.* ¶ 2. *Rutiliorum* nobilis Romæ fuit familia, quos inter *P. Rutilius* doctus & philosophiæ deditus vir fuit, summæ innocentiæ, qui in exilium missus, cum redeundi potestas esset, respondit: *Malo, ut patria exilio meo erubescat, quam reditu mœreat.* vid. Senec. de Benef. 6 cap. 37. Ovidius ideo *magnanimum* vocat lib. 1 ex Ponto epist. 3 v. 63. conf. lib. 6 Fast. v. 563, & Val. Max. 6 cap. 4 n. 4.

¶ Rŭtilo, āre, glänzen wie gold oder feuer; ut, *Aurum rutilat*, Plin. 16 cap. 11. *Arma rutilare vident*, Virg. Æneid. 8 v. 529. ¶ 2. Item, rufum facere, roth färben: Plin. lib. 28 cap. 12 *Gallorum hoc inventum rutilandis capillis*, &c. Sueton. Calig. cap. 47 *Cogitque non tantum rutilare & submittere comam*, &c. Hieronymus *irrufare* dixit, de quo supra.

¶ Rutilans, tis, goldfarbig, rothschimmernd; ut, *Arva rutilantia*, Stat. Theb. 11 v. 514. Comparativo etiam, ut nomen, augetur. Venantius Fortunatus lib. 8 carm. 5 sub fin.

Vellere candidior niveo, rutilantior auro.

¶ Rŭtĭlātus, a, um, roth gefärbt. Tacitus 4 Histor. cap. 61 *Propexum rutilatumque crinem, patrata demum cæde legionum, deposuit.* Tertullianus de Anima cap. 9 *Rutilato colore coruscare.*

¶ Rutilesco, ĕre, roth werden. Plin. 8 cap. 55 *In Alpibus candidi lepores, liquescente nive, rutilescunt annis omnibus.*

¶ Subrutilus, a, um, etwas röthlich; ut, *Subrutilus color*, Plin. 10 cap. 33. *Subrutilo folio arbor*, Idem 12 cap. 14.

¶ Subrutilo, āre, aliquanto rutilare & clarum esse, etwas roth scheinen. Claud. Mamertus lib. 1 de Statu Anim. c. 25 *Si purgata mentis intendas aciei, subrutilare tibi jam debet, quid sit anima.*

¶ Superrutilo, āre, ex Prudentii Eulalia v. 196 quidam probant: sed rectius ibi dividitur *super rutilant*, ut clarissimi editores Weitzius, Heinsius, Chamillardus diviserunt.

Rutrum, vide supra in *Ruo*.

RŪTŪBA, æ, Liguriæ fluvius, apud Lucanum 2 v. 422. ¶ 2. Gladiatoris nomen apud Horatium 2 satyr. 7 v. 96. ¶ 3. *Rutuba* est perturbatio, eine verwirrung. Ita Nonius cap. 2 n. 750

Ergo tum Romæ parce pureque pudentes
Vixere in patria; nunc sumus in rutuba.

RŪTŪLI, ōrum, antiquissimi Italiæ populi, qui Latium tenuerunt, Plinio teste lib. 3 cap. 5. Virgilius Æn. 10 v. 108

Tros Rutulusve fuat, nullo discrimine habetur.

Rutulus, ex *Rutrum*, vide supra in *Ruo*.

RŪTŪPIAE, ārum, Britannicæ insulæ portus in Cantio, vulgo Sandwicht. vid. Ptolem. lib. 2 cap. 3.

¶ Rŭtŭpīnus, a, um, adject. Lucanus lib. 6 v. 67

Aut vaga cum Tethys, Rutupinaque littora fervent.

Rythmus, Rytium, vide supra *Rhythmus*, *Rhytium*.

S.

S LITTERA semivocalis, a veteribus adspirationis loco ponebatur, ut in his dictionibus apparet, ἅλς, *sal*, ἕξ, *sex*, ἑκάς, *secus*, ἑπτά, *septem*, ἕ, *se*, ὕλη, *sylva*, ὗς, *sus*. ¶ 2. Ciceronis temporibus paullumque infra, ut Quintilianus ait lib. 1 cap. 7, in medio post vocalem longam geminabatur: ut *caussa*. ¶ 3. In nominibus quibusdam cognationem habet cum liquida R: ut, *arbos*, *arbor*: *honos*, *honor*: *labos*, *labor*. ¶ 4. In fine dictionis in carmine elidebatur a priscis, quemadmodum in Plauto passim videre est. Varro apud Nonium in *Comest* cap. 2 n. 98

Qui pote plus urget, pisces ut sæpe minutos
Magnu' comest, ut aves enecat accipiter.

Vide de hac ratione Ciceronem in Oratore cap. 48. ¶ 5. Tollebatur etiam prorsus in dictionibus, quibus annecteretur conjunctio enclitica *Ne*: ut, *Scin'*, pro *scisne*; *Satin'*, pro *satisne*. ¶ 6. Tollitur & in his dictionibus, quæ a Græcis ad Latinos transeunt: ut, ποιητής, *poëta*, σοφιστής, *sophista*. ¶ 7. Hic vero in x transit: ut, Αἴας, *Ajax*, πίστρις, *pistrix*. ¶ 8. In nominibus propriis SP. scribebatur pro *Spurius*: SEX. pro *Sextus*. ¶ 9. In appellativis SC. pro *Senatus consultum*; S. P. Q. R. est, *Senatus Populus Que Romanus*. vid. Probus de litteris. ¶ 10. Exsibilationem exprimit, fluminibusque & flatibus convenit. Virg. Æneid. 1 v. 53

Luctantes ventos, tempestatesque sonoras.

Interdicunt autem rhetores crebro usu litteræ R & S, quarum illam *caninam* vocant cum Persio satyr. 1 v. 109; hanc θηριώδη, i. e. *serpentinam*,

tinam. Ita Dion. Halicarn. Tom. 2 fol. 13 illius crebram repetitionem vocat ῥωτακισμὸν, ſive ῥωτασμὸν, (quod ipſum quoque in Vet. Suidæ codicibus invenitur;) hujus frequentatio a Cæpolla nominatur *polyſigma*, ab aliis συγματισμός. vide Voſſ. lib. 4 Inſtit. Orat. p. 49 ſeq. ubi plura de hac littera.

SĀBA, æ, Σάϐα, Sabæorum, Arabiæ felicis metropolis: dicta a σέϐειν, *colere, venerari*, quia ad ſacrificia thus mittit, quamobrem & *thuriferam* Ptolemæus dixit: vel ab auctore ſuo *Saba*, filio *Rhama*, Gen. c. 10, Plinio *Saba*, qua voce *myſterium* ſignificatur, lib. 12 cap. 14. Ibidem & Arabum Deus *Sabis* commemoratur: cui decimæ thuris offerebantur.

¶ Sabæi, ōrum, populi Arabiæ. Virgil. 1 Georg. v. 57
India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.

¶ Săbæus, a, um, adject. ut, *Thus Sabæum*, Virgil. Æneid. 1 v. 420. *Myrrha Sabæa*, Seneca Hercul. Oetæo v. 376.

SĂBĀIA, æ, apud Illyricos eadem, quæ olim in Gallia *cereviſia*, & hodie in omni Teutonum natione *Biera*, gerſtenſafft, bier. Ammian. 26 cap. 8 *Eſt ſabaja ex hordeo vel frumento in liquorem converſis paupertinus in Illyrico potus.* Confirmat idem Hieronym. lib. 6 cap. 19 in Eſaiam. Hinc

¶ Sabajārius, i, ein bierſäuffer. Ammianus l. c. *Injurioſe compellabatur ut Sabajarius.*

SĂBĂNUM, i, veſtis linteæ genus, ein hembd, kleid von leinwand. vid. Pallad. in Junio tit. 7. Et Marcell. Emp. cap. 26 *In Sabanis conſtitutus.* Erant SABANA linteamina, quibus ægri involvebantur, quibus alia veſtimenta gravia erant. Vox Hebræis, Græcis & Latinis uſurpata, ut Caſaubonus ad Auguſtum Suetonii obſervat. Adde Meurſ. in Auctar. Philolog. p. 172.

SĂBĂOTH, Σαϐαώθ, Deus exercituum vel militarium rerum, der Gott der heerſchaaren, ex ſacris litteris notus. vid. Tertull. adv. Judæos c. 13. Prudent. Cathem. 4 v. 7 *Hic eſt, quem Sabaoth Deum vocamus.*
Idem Apotheoſi v. 901
Eſt impoſſibile ſpectare profunda Sabaoth.

SABAZIUS, i, Bacchi, ſive Dionyſii cognomen, a *Sabis*, gente Thracia, ei inditum, ut Euſtathius Dionyſii Periegetæ Scholiaſtes auctor eſt, cujus ſacra *Sabazia* dicta. vid. Cicero lib. 3 de Natura Deorum cap. 23, & lib. 2 de Legibus cap. 15. Non abſurda eſt Johannis Seldeni conjectura, putantis, hoc Bacchi cognomen ex proprio Dei opt. max. nomine derivatum, quem vide, ſi lubet, Prolegom. Syntagm. de Diis Syris cap. 3. Sed omnium optime de ejus origine Dan. Heinſius Ariſtarchi Sacri cap. 1. ¶ 2. Peculiare hoc habuerunt Cretenſes, ut non modo Bacchi, ſed & Jovis in honorem orgia celebrarent. Hinc *Jupiter Sabazius* vocabatur, cujus meminit Val. Maximus 1, 3, 6. Et Gruter. Inſcript. p. 22 n. 5 & 6 IOVI SABAZIO. Adde Zimmerm. Analect. Miſcell. Menſ. 4 § 11 p. 214 ſeqq.

¶ Sabazia, ōrum, ſacra cum orgiis celebrata. vid. Cic. l. c. & Arnob. lib. 5 pag. 171 *Sacra & ritus initiationis ipſius, quibus Sabaziis nomen eſt.*

SABBĂTUM, i, σάϐϐατον, quies, ceſſatio ab opere, ein ruhetag, ſeptimus dies hebdomadis, celebris Judæis, qui & ſequentes dies *Sabbata* vocabant. Johann. c. 10 τῇ μιᾷ τῶν σαϐϐάτων, &c. *prima Sabbatorum.* Sic autem diſcernebant, *Sabbatum ſeptimum*, quod eſt ſummum, nominabant: deinde *primus, ſecundus, tertius* &c. *ſabbatorum* usque ad *ſextum*. Ovid. Remed. am. v. 219 *Peregrina ſabbata.* Sueton. in Auguſto cap. 76 *Ne Judæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter ſabbatis jejunium ſervat, quam ego hodie ſervavi.* Juvenal. ſatyr. 6 v. 158 *Obſervant ubi feſta mero pede ſabbata reges.*
Vide Caſaubon. ad proxime citatum Suetonii locum, itemque in c. 13 Actor. Apoſt. v. 42. Sam. Petit. lib. 2 Variar. Lect. cap. 2, & Andream Rivetum peculiari diatribe de Sabbato.

¶ Sabbătārius, i, der den ſabbat feyert. De Judæis ſabbata obſervantibus, Martial. lib. 4 epigr. 4 *Jejunia ſabbatariorum.* ¶ 2. Adjective Sidonius 1 epiſt. 2 *Sabbatarius luxus*, id eſt, major & uberior, qualis in conviviis feſtorum dierum ſolet eſſe. vide ibi Sirmondum pag. 9.

¶ Sabbatiſmus, i, ſabbati celebratio, die ſabbats-feyer. Auguſtinus lib. ult. de Civit. Dei cap. ult. *Iſte ſabbatiſmus evidentius apparebit, quoniam ſeptimus invenitur.* Græc. σαϐϐατισμὸς, epiſt. ad Ebræos cap. 4 v. 9.

¶ Sabbătīzo, āre, ſabbat halten. Tertullian. adv. Judæos cap. 2 *Juſtos ſabbatizaſſe.* Et mox: *Incircumciſum nec ſabbatizantem laudavit.*

Sabellicus, Sabellus, vide mox *Sabini*.

SĂBĪNA, æ, planta nota, ſeven oder ſagbaum. vid. Colum. 6 cap. 4. Plin. 17 cap. 13, & 24 cap. 11 &c. Apul. de Herb. cap. 85.

SĂBĪNI, ōrum, Σαϐῖνοι, populi antiquiſſimi Italiæ, Umbros inter ac Latinos, a religione cultuque Deorum, ut quidam exiſtimavere, quaſi *Sebini*, ἀπὸ τοῦ σέϐεσθαι appellati. v. Plinius lib. 3 cap. 12, & Feſtus. Silius a *Sabo* eorum Deo appellatos tradit. Cujus verſus lib. 8 iſti ſunt v. 422
Ibant & læti pars Sancum voce canebant,
Auctorem generis, pars laudes ore ferebant,
Sabe, tuas, qui de proprio cognomine primus
Dixiſti populos magna ditione Sabinos.
Vide Dionyſium Halicarnaſſ. lib. 2 Antiquit. cap. 51, qui *Sabum* iſtum *Sanci* vel *Sancti* filium tradit. *Fortiſſimos, & florem Italiæ adeo ac reipubl. robur*, Cicero vocat Orat. pro M. Ligario cap. 11. Laudati iidem gravitate morum & ſanctitate inprimis fuerunt. Sane *triſtem ac tetricam diſciplinam* antiquis Sabinis Livius tribuit, *illoque genere aliud nullum incorruptius fuiſſe*, diſerte ſcribit lib. 1 cap. 18. Hinc libenter poëtæ, cum matronas caſtas, pudicas, ſedulas, viri familiæque magis, quam formæ ſtudioſas laudare volunt, cum Sabinis comparant. Horat. epod. 2 v. 39 *Quod ſi pudica mulier in partem juvet*
Domum atque dulces liberos,
Sabina qualis, aut peruſta ſolibus
Pernicis uxor Appuli, &c.

Quem totum locum Statius lib. 5 Silva 1 expreſſit ac imitatus eſt, ita ſcribens: *Ipſa dapes modicas & ſobria pocula tradit,*
Exemplumque ad herile monet, velut Appula conjux
Agricolæ parci, vel ſole infecta Sabino,
Quæ videt emeriti jam proſpectantibus aſtris,
Tempus adeſſe viri, propere menſasque torosque
Inſtruit, exſpectatque ſonum redeuntis aratri.
Martialis lib. 1 epigram. 63
Caſta nec antiquis cedens Lævina Sabinis.
Adde & lib. 11 epigram. 16, & Juvenalem ſatyr. 10 v. 197 &c. Caſaubonus putat ἀνέκαθεν Doras e Peloponneſo ortos fuiſſe, & lingua græcanicâ uſos, ad Suetonii Tiberium cap. 1. Vetus adagium quoque de iis fuit: *Sabini quod volunt, ſomniant:* de quo Feſtus, & ibi Scaliger.

¶ Săbīnus, a, um, adject. denominativum; ut, *Sabina diota*, Horat. 1 od. 9 v. 7. *Cælum Sabinum*, Idem 1 epiſt. 7 v. 77. *Oleum Sabinum*, Pallad. in Mart. tit. 9.

¶ Sabīne, adverb. more Sabino. Varro L.L. lib. 4 cap. 32 fin. *Ciprum Sabine bonum*, i. e. Sabinorum lingua bonum ſignificat.

¶ Săbelli, ōrum, populi Italiæ a Sabinis oriundi, Plin. 3 cap. 12. Hinc

¶ Sabellus, a, um, adject. ut, *Pubes Sabella*, Virg. 2 Georg. v. 167. *Mater Sabella*, Idem Æn. 8 v. 510. *Sabellis ligonibus verſare glebas*, Horat. 3 od. 6 v. 38; & *Sabella anus*, Idem 1 ſatyr. 9 v. 29.

¶ Sabellĭcus, a, um, idem; ut, *Sabellicus ſus*, Virg. 3 Georg. v. 255.

¶ Săbellius, i, hæreticus, *Perſonas tres eſſe negans*, Arat. 1 Apoſt. v. 924. Et Prudent. Apotheoſ. v. 246
Cede profanator Chriſti, jam cede, Sabelli.

Sabucus, vide infra *Sambucus*.

SĂBŬLUM, i, neutr. arena minuta & tenuior, kleiner ſand, grieß. Plinius lib. 17 cap. 4 *Sabulum album, multisque in locis nigrum, itemque rubrum, etiam pingui terræ permixtum, infœcundum eſt.* ¶ 2. Apulejo in Floridis *ſabulum* inſtrumentum muſicum eſt, ſi recte habet lectio.

¶ Sabŭlo, ōnis, apud Macrob. lib. 2 Saturn. cap. 1 pro eo, qui ſabulo canit. Vide Scalig. in Conjectan. p. 121. ¶ 2. *Sabulo*, etiam gen. maſculino pro *Arena* dixit Columella lib. 4 cap. 33 *ſabulonem humidum reſpuit.* Et Varro lib. 1 Re Ruſt. cap. 9 *arena, ſabulo, argilla.* Et Vitruvius lib. 8 cap. 1 *ſabulone ſoluto.*

¶ Săbŭlōſus, a, um, ſandicht; ut, *Solum ſabuloſum*, Colum. 2 cap. 9. Et Vitruvius lib. 2 cap. 3 pr. *ſabuloſum lutum*, quod ibi ab *arenoſo* diſtinguitur: *Lateres*, inquit, *non de arenoſo, neque calculoſo, neque ſabuloſo luto ſunt ducendi.*

¶ Sabŭlētum, i, locus ſabulo abundans, eine ſandgrube. Plin. lib. 27 c. 8 *Crocodilium naſcitur in ſabuletis.*

SĂBURRA, æ, arena craſſior, groſſer, grober ſand, qua naves onerari ſolent, ut ſint ſtabiliores, ſchiffſand, laſtſand. Liv. lib. 37 cap. 14 *Onerarias ducere multa ſaburrâ gravatas.* conf. Virg. 4 Georg. v. 195.

¶ Saburrālis, e, ſaburrâ conſtans, aus ſand beſtehend; ut, *Saburralis ſacoma*, Vitruv. 9 cap. 9.

¶ Săburro, āre, in ſabulo ſe merſare, ſich im ſande weltzen; Item, ſaburra implere, mit ſande beſchweren. Plin. lib. 18 cap. 35 *Echini arena ſaburrantes tempeſtatis ſigna ſunt.* Et Solin. cap. 15 *Grues ſublatis lapillulis ſaburrantur.*

¶ Saburrātus, a, um, mit ſande beläſtiget. Translate Plautus dixit pro cibo onuſtus, ausgefüttert, in Ciſtellaria a. 1 ſc. 2 v. 2 *Mulieres ubi ſaburratæ ſumus, largiloquæ extemplo ſumus.*

SACAE, arum, Σάκαι, populi fuerunt Scythiæ; pars tamen eorum inter gentes Perſici regni, ut ex Herodoto lib. 3 cap. 93, & lib. 7 cap. 64 apparet. Inde originem & nomen Saxonum (ſed minus recte) Philippus petit Chron. lib. 3. Et lib. 1 *Sacæ* a *Sagan*, quod interpretantur ſacerdotem ſeu vatem. Unde Latinis eſt *Saga* & *præſagium*. Inde & nomen Germanicum eſt, ſegen, *benedictio*. ¶ 2. *Sacarum feſta* dicuntur Anaitidis Deæ honori dicata, quando & ſacer ille dies vocatur *Saca*, & largius vina ingurgitantur, propter *Sacarum* copias a Cyro per temulentiam deletas. vide Cœl. Rhodig. Ant. Lect. 18 c. 29.

SACATOS, i, roſmarini infructuoſi ſpecies, Apulej. de Herb. cap. 79.

Saccare, ſaccatus, vide mox *Saccus*.

SACCHĂRUM, i, σάκχαρον, arundinum lacryma, ſeu liquor, qui aperto in latere calamo perinde ac gummi exterius concreſcit. Matthiol. zucker. Plinius lib. 22 cap. 8 *Saccharon & Arabia fert: ſed laudatius India. Eſt autem mel in arundinibus collectum*, &c. Unde Lucanus lib. 3 v. 237
Quique bibant tenerâ dulces ab arundine ſuccos.
Saccharum arte factum, *pellucidum, candidum* dicitur, zuckercandit.

SACCUS, i, σάκκος, ein ſack, receptaculum condendis rebus variis, pecuniæ, frumento, &c. item ad percolandum vinum aliosve liquores. vide paullo poſt verbum *Sacco*. Columell. 12 cap. 17 de aceto ficulneo faciendo præcipiens: *poſtea in junceis fiſcellis, vel ſparteis ſaccis percolant. Saccos ſparteos* vocat ex ſparto textos. Texi enim ſolitos, ſeu plicando nectendoque fieri ſaccos, arguere etiam poteſt, quod, qui conficiebant, σακκοπλόκοι appellati fuerint. Tribuitur avaris: Horat. 1 ſatyr. 1 v. 70 *congeſtis undique ſaccis*
Indormis inhians.
Tribuitur & mendicis ſaccus: unde, *ad ſaccum ire*, eſt ad mendicitatem redigi, an bettelſtab kommen. Plaut. Captiv. a. 1 ſc. 1 v. 20
Niſi qui colaphos perpeti
Poteſt paraſitus, frangique aulas in caput,
Vel extra portam ire tergeminam ad ſaccum licet.
¶ 2. Veteres & *Saccia* dixerunt. Vet. Gloſſ. σάκκος, *Saccia, Saccus*.
¶ 3. *Saccus* eſt & pœnitentialis veſtis genus, quod Latinis *Cilicium* dicebatur. Vide ſupra *Cilicium*, & Heinſium Ariſtarchi Sacri cap. 5. Salmaſius not. ad Tertulliani Pallium p. 72 dicit, *Saccum fuiſſe tunicam monachorum Ægyptiorum, manicis carentem, & corpus preſſule conſtringentem.*

¶ Saccŭlus, & Sacculum, i, dimin. ein ſäcklein. Vet. Gloſſ. βαλάντιον, *Sacculum, Sacculus*; Item, βαλαντίδιον, *Sacculum*. Juvenal. ſatyr. 14 v. 138

pleno

pleno cum turget sacculus ore,
Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.
Catullus carm. 13 v. 8 *Plenus sacculus est aranearum.*
Et Martialis 11 epigr. 4 *non sentit sacculus ista meus.*

¶ Saccellus, i, aliud dimin. idem. Vet. Gloss. βαλάντιον. Cels. 4 cap. 7 *Salem calidis cum saccellis superponere.* Petron. in Satyric. *Sonantes ære saccellos mittere*, beutel voll geld. Et Commodian. Instruct. 9 v. 3
Rem video miram, Deum cum saccello volare, &c.

¶ Sacco, are, id est, *sacco percolare*, ut Columella loquitur loco supra laudato, einsacken und durchseigen. Quod & in vino ideo faciebant, ut suavius leniusque efficerent, ne grave capiti esset. Vnde *sacco vini vires frangere*, Plin. lib. 14 cap. 22, & lib. 23 c. 1. Et, *Castrare vinum*, lib. 19 cap. 1 dixit. Sic, *Saccus vinarius*, quod eo vinum percoletur: Vet. Gloss. ὑλιστήρ. Horatius *liquare vinum*, pro *saccare* dixit lib. 1 ode 11 v. 6, ubi vide Torrentium, itemque Marcilium, & hunc ad oden 17 quidem ejusdem libri præcipue. Vet. Gloss. *Saccat*, ὑλίζει. Et, διυλίζω, *defæco, sacco, percolo.* Martial. 2 epigr. 40
Cæcuba saccentur, quæque annus coxit Opimi.
Ita Turneb. lib. 27 cap. 18 legi vult omnino; pro quo lib. 12 epigr. 61
Turbida sollicito transmittere Cæcuba sacco.

¶ Saccātus, a, um, colatus, durchgeseigt. Seneca epist. 86 de Scipione: *Non saccata aquâ lavabatur, sed sæpe turbida.* Ita in MSS. est, Lipsio teste, & in excusis emendatioribus. Sed, *Saccatus corporis humor*, apud Lucret. lib. 4 v. 1022, & Q. Serenum Sammonicum venuste & verecunde pro urina ponitur, quod ea per corpus quasi sacco percoletur, harn, urin. Arnob. lib. 2 p. 69 absolute *saccatum* dixit: *Imprudenter*, inquit, *appeterent* (animæ humanæ) *terrena hæc loca, tenebrosis ut corporibus involutæ inter pituitas & sanguinem degerent, inter stercoris hos utres, & saccati obscenissimas serias.*

¶ Saccārius, i, qui gestandis saccis victum sibi parat, bajulus, ein sackträger. Paulus l. 40 § 3 D. de contrah. empt. *Siquid ex sacco saccarii cecidisset.* ¶ 2. Qui conficit saccos, ein sackmacher. Gloss. Vet. *Saccarius*, σακκοπλόκος. ¶ 3. Adjective Quintil. 8 cap. 2 *Navis saccaria*, quæ saccos frumentarios vel aliis mercibus onustos vehit.

¶ Saccāria, æ, substant. certum negotiationis genus, ein handel mit säcken. Apulej. Met. 1 *Saccariam facere*, einen sack-handel haben.

¶ Saccŭlārius, i, alias *Zonarius sector*, Plauto in Trinum. a. 4 sc. 2 v. 20, *Crumeniseca*, βαλαντιοτόμος, ein beutelschneider, spitzbube. Vlpianus lib. 9 de Offic. Proconf. L. Saccularii 7 de extraord. criminib. *Saccularii, qui vetitas in sacculo artes exercentes, partem subducunt, partem subtrahunt.* Ascon. Pedianus in Ant. & Cat. p. 149 *Equester ordo pro Cinnanis partibus contra Syllam steterat; multasque pecunias abstulerant, ex quo saccularii erant appellati.* vid. Cœl. Rhodig. Ant. Lect. 10 cap. 6.

¶ Saccello, are, apud medicos est *saccellos imponere*, säcklein auflegen. vid. Reines. in Variis 3 cap. 4. Hinc

¶ Saccellātio, ōnis, saccellorum impositio; ut, *Saccellationibus caput vaporare*, mit säcklein das haupt von flüssen reinigen, Veget. 2 cap. 11.

¶ Saccibuccis, e, paußbäckicht. Arnob. lib. 3 p. 108 *Buccarum cumulatione saccibucces.*

¶ Saccĭpĕrium, i, marsupium majoris modi, a *sacco* & *pera*, eine tasche, ein schiebsack. Plaut. Rud. a. 2 sc. 6 v. 64 *Marsupium plenum argenti fuit in sacciperio.*

¶ Saccŏphŏrus, i, σακκοφόρος, sacco indutus, der einen sack an hat. *Saccophoros* in hæreticorum numero recensent Impp. Theodos. & Valentian. in Lege Ariani. Cod. de Hæret. & Manich. Et Rhodigin. Lect. Antiq. lib. 25 cap. 20 circa fin.

¶ Bisaccium, i, geminus saccus, ein doppelter sack, felleisen. Petronius Satyric. p. 77 *In promulsidari asellus erat Corinthius cum bisaccio positus*, hoc est, vas Corinthio ære, quod utrinque receptaculum instar sacci habuit, in quo ferculorum lances & parapsides apponebantur in mensa. vide Reines. in Fragm. Tragur. p. 52.

Sacellum, vide sequens *Sacer*.

SĂCER, a, um, Deo dicatus, & maxime nomine publico; ideo enim locum illum, ubi sacra privata fiebant, sacrum videri Festus negat, (quem vide,) GOtt zugeeignet, heilig; ut, *Locus sacer*, cui *profanus* contrarius est, Nepos 2,6,5. Et, *Dies sacer Dianæ*, Horat. 2 oda 12 v. 20. *Esculus Jovi sacra*, Plin. 12 cap. 1. *Miscere sacra profanis*, Horat. 1 epist. 16 v. 54. Et, *Profanis sacra confundere*, Claudianus 4 Consul. Honor. v. 238; In eos dicitur, qui nihil habent pensi, nihil non audent. vide Chiliadas. Superlativus *sacerrimus* apud Senecam est procem. lib. 1 Controvers. *sacerrima eloquentia*: & apud Ovidium Heroid. epist. 9 Deianiræ ad Hercul. v. 159
Deprecor hoc unum per jura sacerrima lecti.
Cum genitivo aliquando construi, probat Nic. Heins. ad Prudent. Hippolytum v. 2 p. 58 *O Christi Valeriane sacer.* Et Cic. Verr. 3 cap. 18 n. 48 *Illa insula harum Deorum sacra putatur.* Apud Festum *Sacer mons* appellatur trans Anienem Jovi consecratus: *Sacra via*, in qua fœdus ictum inter Romulum & Tatium. ¶ 2. *Sacer* etiam est exsecrabilis, verdammt, unheilig: Sic apud eumdem Festum *Homo sacer*, quem populus judicavit ob maleficium, quemque impune licet occidere, vogel-frey. *Ex quo*, dicente Festo, *quivis homo malus atque improbus SACER appellari solet.* Horat. 2 sat. 3 v. 181 *Is intestabilis & sacer esto.* Virg. 3 Æn. v. 56
quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?
id est, exsecranda, detestanda, verfluchter, schändlicher geitz. Ita *homo sacerrimus* exsecrabilissimus apud Plautum prologo Pœnuli v. 90. Tractum hoc est a more quodam Massiliensium, de quo vide sis Servium ad laudatum Virgilii locum, itemque Macrobium & Festum: quibus adde Voss. lib. 5 Instit. Orat. p. 337. Sic detestanda veneficiorum carmina Horat. epod. 17 v. 6 *sacras voces* appellat: nisi ita potius dixit, quod vis divina inesset, & magno malo luendæ illis forent, qui iis defigerentur. Nam & epod. 7 extr. ait:
Vt immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

Sacer nepotibus, id est, luendus, expiandus nepotibus. Plautus *malum, sacrum, scelestum* conjungit in Bacchidibus a. 4 sc. 6 v. 14. ¶ 3. *Sacrum* etiam *magnum* denotat, ut & apud Græcos sæpe ἱερὸν pro τῷ μέγα ponitur. Sic enim & comitialis morbus ἱερὰ νόσος appellatus Aretæo putatur lib. 1 de diuturnis affectibus cap. 4. Sed aliam caussam Apulejus adducit. Cujus verba in Apolog. ista sunt: *Eum* (morbum epilepsiam) *nostri non modo* MAIOREM & COMITIALEM, *verum etiam* DIVINVM MORBVM, *ita ut Græci* ἱερὰν νόσον *vere nuncuparunt: Videlicet, quod animi partem rationalem, quæ longe sanctissima est, violat.* Heinsius quoque in illo Silii lib. 8 v. 100
Heu sacri vatum errores:
sacros, *magnos* interpretatur ex Græcorum more, quem ibi vide. Valerius Flaccus lib. 1 v. 798 *sacer effera raptat*
Corda pavor.
Lucanus utrumque conjunxit in illo lib. 9 v. 983
O sacer & magnus vatum labor.
¶ 4. Aliquando etiam pro obscuro, abscondito, inaccesso *Sacer* ponitur. Claudianus de Bello Getico v. 554 *Veri sacra fides*, i. e. tecta. Plutarchus mortuos appellat *sacros*, quoniam eorum sacra sepulcra sunt. vide Plin. lib. 2 cap. 1 n. 13, & ibi Dalechamp. p. 105. Rhodigin. lib. 17 cap. 19. ¶ 5. *Sacer ignis*, morbus multorum generum, quæ à Plinio recensentur lib. 26 cap. 11 sub fin. die rose, das heilige werck, S. Antonius feuer. ¶ 6. Et quoniam imperatores seu principes, pro Diis quibusdam terrestribus, sive divini habebantur, idcirco perinde omnia ea, quæ ad ipsos pertinebant, ut, quæ Deorum erant, *Sacra* appellabantur. Vnde & aula, vel cubiculum principis, *Sacrarium* L. 9 § Legati D. de muner. & honor. L. 8 C. Theodos. de Legatis & decretis Legation. appellatur. Ita Tiberii *occupationes* aliquis *sacras* appellaverat, quod tamen ipse abnuit civiliter, ut Suetonius auctor est Tiberii vitâ cap. 27 extrem. vid. Barth. ad Briton. Aremor. p. 73, & ad Claudian. p. 586, item Bœcler. de Auspic. Regio, & Salmuth. in Panciroll. Deperd. P. 1 Tit. 2 p. 12.

¶ Sacrum, i, substantivum, significat sacrificium, aut quicquid Deorum honori instituitur, sive ludi, sive feriæ, der gottesdienst. *Sacra facere*, Cic. Arusp. Resp. cap. 15, gottesdienst leisten, opffern. *Sacra procurare, violare*, Nepos 2, 2, 8; & 7, 4, 3. Et, *Piaculare sacrum facere*, Livius 29 cap. 19, hoc est, sacrificare pro expiatione sceleris, ein segopffer thun. *Sacris initiari*, eingeweihet werden: Quintilianus 1 cap. 2 *Neque enim est sanctius, sacris iisdem, quam studiis, initiari.* Sed, *Inter sacrum & saxum stare* proverbiali locutione, in periculo esse significat, zwischen thür und angel stecken. Vide *inter malleum & incudem*, supra in *Cudo*. Plaut. in Captiv. a. 3 sc. 4 v. 84 *Nunc ego inter sacrum saxumque sto, nec quid faciam scio.* vide Chiliad.

¶ Săcellum, i, locus parvus cum ara, Deo consecratus, ein klein kirchlein, eine capell. Cic. 1 de Divin. cap. 46 *Exire in sacellum ominis caussa.* Et Nepos Themistocle cap. 6 auctor est, *Atheniensium muros ex sacellis sepulcrisque constitisse.*

¶ Sacris, e, adject. sincerus, ad sacrificium idoneus, reinlich, zum opffer dienlich. Ita antiquitas *sacres porcos* vocavit, qui decimo die a partu puri habebantur & integerrimi, qui Laribus immolabantur ab iis, qui piaculum aliquod admiserant, aut qui ægroti fuerant; imo etiam, quibus aucta erat liberorum prole familia. vide Plaut. Menæch. a. 2 sc. 2 v. 16; & Rud. a. 4 sc. 6 v. 4. Varro de R. R. 2 cap. 1 & 4. Festi Fragm. Muret. Var. Lect. 3 cap. 7. Turneb. Advers. 29 cap. 32; & Rævard. Conject. 3 cap. 18.

¶ Sacrista, æ, JCtis est rerum sacrarum custos vel præfectus, ein kirchvater, kirchner, küster.

¶ Sacrium, i, a Scythis vocatur succinum, agtstein, Plin. 37 cap. 2.

¶ Sacro, avi, atum, are, sacrum facere, Deo dedicare, heiligen, weihen; ut, *Sacrare templum Deo*, Plin. 8 cap. 60. ¶ 2. Apud Livium aliquoties pro *Devovere* & *morti addicere*, ita ut impune quis occidi & violari possit, hoc verbum legas, vogel-frey machen; ut lib. 2 cap. 8 *Ante omnes de provocatione adversus magistratus ad populum, sacrandoque cum bonis capite ejus, qui regni occupandi consilia inisset*, in die acht und vogel-frey erklären. Sicuti igitur *sacrare* diris devovere est; ita contra *resecrare* pro, devotiones solvere, dicebatur, de quo infra.

¶ Sacrātus, a, um, geheiliget, geweihet; ut, *Numen sacratissimum*, id est, maxime sacrum, Plin. lib. 33 cap. 16. Et, *Sacratæ leges*, apud Festum. *Sacrata jura*, Virg. 2 Æn. v. 157, quæ violari impune haud possent: quæ ita constituta, ut transgressores pœnæ certæ maneant. *Sacrati homines*, Diis debiti, Macrob. Saturn. 3 cap. 7. Martial. princip. lib. 4
Cæsaris alma dies, & luce sacratior illa,
Conscia Dictæum qua tulit Ida Jovem.

¶ Sacrāte, adverb. heiliglich. Augustinus epist. 22 sub fin. *Non aliud sit bene vivere, aliud sacrate vivere.* Idem de Doctr. Christ. lib. 2 cap. 16 *an magis sacrate accipiendus sit numerus.*

¶ Sacratio, ōnis, die heiligung, weihung. Macrob. Saturn. 3 cap. 7 *Sacrationis vocabulo observantiam divini juris implevit.*

¶ Sacrātor, ōris, ein priester. Augustinus epist. 140 *sacrator justitiæ.*
¶ *Sacrator* nomen proprium est Virg. Æn. 10 v. 747
Cædicus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydaspen.

¶ Sacrarius, i, qui sacrat, ein priester; ut, *Sacrarius Junonis Quiritis*, in Inscript. apud Gruter. p. 308 n. 1. *Grævius.*

¶ Sacrārium, i, locus in templo, in quo sacra reponuntur, die sacristey. Hinc *Sacrarium Bonæ Deæ* dictum a Cicerone pro Milon. cap. 31. conf. Vlpian. l. 9 ff. de divis. rer. ¶ 2. Item, parvum templum, eine capell, kirche. Vet. Gloss. *Sacrarium*, ναοσκάριον. Sidonius lib. 8 epist. 4 *Agrum Octavianum Consentii commendans: Primore loco, quod domicilium parietibus attollitur, ad concinentiam scilicet architectonicam fabre locatis: tam sacrario porticibus ac thermis conspicabilis late coruscans.* Pro templis justis *Sacraria* Salvianus posuit lib. 3 de Gubernatione Dei. ¶ 3. Apud Suetonium Tiberio cap. 51 *Sacrarium* pro *Larario* ponitur, eine hauß-capell, ubi vide Casaubonum atque Torrentium; aliter *Sacrarium Principis* dictum in Jure, de quo supra in *Sacer*, n. 6. Sic Ausonio in Grat. act. pr. *Sacrarium imperialis oraculi* est locus, ubi imperatoris jus dicentis tribunal

bunal erat, quem postea *consistorium* appellat, die ober-hofgerichts-stube.

¶ Sacramentum, i, ein heiligthum, pfand der partheyen vor gerichte; nam de hac voce ita Varro lib. 4 de L. L. cap. 16 sub finem: *Ea pecunia*, inquit, *quæ in judicium venit in litibus*, SACRAMENTVM *a* SACRO. *Qui petebat, & qui inficiabatur de aliis rebus, uterque quingentos æris ad pontem deponebant: de aliis rebus item certo alio legitimo numero assium. Qui judicio vicerat, suum sacramentum* (pecuniam) *a sacro auferebat: victi ad ærarium redibat.* Festus: SACRAMENTVM, inquit, *æs dicitur, quod pœnæ nomine penditur, sive eo quis interrogatur, sive contenditur. Id in aliis rebus quinquaginta assium est: in aliis rebus quingentorum inter eos, qui judicio inter se contenderent.* Hinc formula illa: *Sacramento quinquagenario contendere.* Addit Festus, *SACRAMENTI nomine id æs dici cœptum, quod propter ærarii inopiam & sacrorum publicorum multitudinem consumebatur in rebus divinis.* ¶ 2. Idem quod jusjurandum, ein eydschwur. Idem Festus: SACRAMENTVM *dicitur, quod jurisjurandi sacratione interpositâ actum est: unde quis* SACRAMENTO *interrogari dicitur, quia jusjurandum interponitur.* Sic, *Sacramentum perfidum dicere*, apud Horat. 2 od. 17, einen falschen eyd thun. *Sacramento obligare*, Cicer. 1 Offic. cap. 11, verpflichten. *Sacramento rogare aliquem*, Quintil. lib. 12 cap. 2 p. 872, id est, jurejurando adigere, auf ein eyd fragen. Liv. lib. 24 cap 8 *Consulibus creatis liberi nostri sacramenta dicunt*, da sie mit einem eyd angeloben, huldigen. *Sacramento teneri*, mit eydes-pflicht verhafftet seyn, Sueton. in Cæsare cap. 42. Vet. Gloss. *Sacramentum*, ὁρκωμόσιον. ¶ 3. Κατ' ἐξοχὴν quasi de jurejurando militari dicitur, cujus exempla apud Gellium lib. 16 cap. 4, & Curtium lib. 7 cap. 1 n. 29 habes. Vide & Lipsium lib. 1 de militia Dialog. 6. *Vocare ad sacramentum*, & *adigere sacramento milites*, Tacitus, Florus & alii dixerunt, schweren lassen. *Sumere* etiam *sacramentum*, & *sacramento alicujus accedere. Exuere sacramentum* dicitur miles eidem Tacito lib. 3 Hist. cap. 42 n. 4. *Neglecto sacramento, quo nunc tenemini, respicitis illud, quod sublatum est*, Cæs. B. C. 2 cap. 32. Notat & Torrentius, primario *Sacramentum* de militari dici, ad Suetonii Calig. cap. 15. Vet. Gloss. *Sacramentum*, ὅρκος στρατιωτικός. Et hoc sensu de Christianis quoque potest accipi, quando per baptismum ecclesiæ inseruntur, juramentoque se Christo obligant. Hieronymus epist. 1 ad Heliodorum: *Recordare tirocinii tui diem, quo Christo in baptismate consepultus, in sacramenti verba jurasti.* Et ante hunc Tertullianus ad Martyres cap. 3 *Vocati sumus ad militiam Dei vivi jam tunc, cum in sacramenti verba respondimus*, puta in baptismo, ut ipse interpretatur de Spectaculis libro, cap. 4; qui & expressius adversus Valentinianos cap. 27 dixit *in baptismatis sacramento*: nec non alterum Christianorum mysterium *sacramenti* nomine signavit de Corona milit. c. 3, *Eucharistiæ*, dicens, *sacramentum, omnibus mandatum a Domino, antelucanis cœtibus sumimus.* Caussa eadem appellationis, quæ in baptismo, quod denuo per jusjurandum & sacram promissionem Christo Deo nostro in sacra cœna obligamur. De utroque idem Tertull. adv. Marc. 4 cap. 34 *Marem & fœminam ad sacramentum baptismatis & eucharistiæ admittens.* ¶ 4. Præterea apud Christianos scriptores *Sacramenti* vox passim pro *Mysterio* sumitur, ein geheimniß. Zeno Veronensis Sermone de Abraham: *Festinet denique implere sacrificium: ne mora faciat peccatum, necessariis sacramentis præparatur.* Quæ *sacramenta* hic dixit, post paullo vocat *mysteria*: & itaque hæc duo synonyma facit. Idem Sermone de Juda, mysterium ternarii numeri, *Sacramentum numeri* dicit. Ita *Sacramenta munerum*, quæ Magi obtulerunt, S. Hieronymus in Matthæi cap. 2 appellat. Idem ibidem in cap. 27 v. 27 *Sic & isti, quæcunque fecerunt, licet alia mente fecerint, nobis, qui credimus, sacramenta tradiderunt. Sacramenta*, id est, mystice intelligenda; ut paullo ante monuerat. Et ibidem: *Velum scissum est, & omnia legis sacramenta, quæ prius tegebantur, prodita sunt.* Similiter B. Fulgentius de Incarnatione Salvatoris cap. 2 *Redemptionis sacramentum*; quod mox eodem capite *redemptionis mysterium* dixit. Et sequenti c. 3 *Mediationis* (ita enim legendum, non *mediatoris*, ut vulgo editur) *Sacramentum* legimus. Vide & Casaubonum, si libet, Exercitat. 16 contra Baron. sect. 43

¶ Sacramentālis, e, ad sacramentum pertinens, zum sacrament gehörig. A juramento *sacramentales* olim dicti testes juratori adjuncti, & juratores ipsi *sacramentarii*. vid. Gu. Somneri Glossar.

¶ Sacrani, orum, populi Italiæ; unde *Sacranæ acies* Virg. Æn. 7 v 795; Vbi Servius: *Dicunt, quemdam Corybantem venisse ad Italiam, & tenuisse loca, quæ nunc urbi vicina sunt; & ex eo populos ducentes originem Sacranos appellatos. Nam sacrati sunt matri Deûm Corybantes. Alii Sacranas acies Ardeorum volunt, qui aliquando, cum pestilentia laborarent, ver sacrum voverunt, unde Sacrani dicti sunt.*

¶ Săcerdos, ōtis, a *sacris dandis*, id est, faciendis, appellatus est, der priester, die priesterin; ut, *Phœbi, Musarum sacerdos*, ein poet, Ovid. Amor. 3 eleg. 8 v. 23, & Horat. 3 od. 1 v. 3. De altero sexu Cic. pro Cornel. Balbo cap. 24 *Sacra Cereris per græcas semper curata sunt sacerdotes.* Dicebantur *Sacerdotes* primo *nominari*, deinde *cooptari* proprie; vide *Nomino* & *Opto*. ¶ 2. Pro augure Romano. Plinius 2 epist. 1 *Illo die, quo sacerdotes solent nominare*, id est, augures prodere: ita enim ipse interpretatur lib. 4 epist. 8. Adde infra dicenda in *Sacerdotium*.

¶ Archisăcerdos, ōtis, ein ertz-priester. Fortunatus lib. 3 carm. 11 pr.

Culmen honorificum, patrum pater, archisacerdos.

¶ Săcerdōtissa, æ, die priesterin. Vet. Inscriptio Hispanica adfertur:

CORNELIAE CLEMENTIS FILIAE
TVSCAE SACERDOTISSAE PERPETVAE
ORDO IPORCENSIVM, &c.

Sed qualiscunque hæc inscriptio est, præstat alias innumeras sequi, quæ *Sacerdotis* vocabulum etiam de sequiore sexu enuntiant; v. g. Gruter. p. 320 n. 12

CVRTILIAE C. F. PRISCILLAE
SACERDOTI
DIVAE AVGVSTAE.

Et pag. sequente n. 4

DENTRIAE L. F. POLLAE
SACERDOTI DIVAE
AVGVSTAE.

In Gellii quoque aliquot libris [10 cap. 15] vulgatum fuerat *Flaminicas sacerdotissas*; sed dudum suboluit glossema eruditis, qui ad unum omnes hodie expungunt.

¶ Săcerdōtŭla, æ, fœm. ein priester-weiblein. Varro de L. L. lib. 4 c. 29 *Dictum* CAPITAL *a capite, quod sacerdotulæ in capite etiam nunc solent habere.* Et Festus in FLAMINIA: *Flaminia dicebatur sacerdotula*, &c.

¶ Sacerdōtium, i, munus Pontificum apud Romanos & Vestalium, das priester-amt, priesterthum. Hinc, *Sacerdotium inire*, Cicer. pro Dom. sua cap. 52. Et ibidem: *Virgo Vestalis sanctissimo sacerdotio prædita.* ¶ 2. Pro Auguratu, amplo apud Romanos honore. Lege Plinii lib. 4 epist. 8. Ita Cicero Philipp. 2 cap. 32 *Tum hic bonus augur, eo sacerdotio se præditum esse dixit, ut*, &c.

¶ Săcerdōtālis, e, priesterlich; ut, *Sacerdotales ludi*, Plin. lib. 7 epist. 24. conf. Juret. ad Symmach. p. 122; & Reines. epist. p. 156.

¶ Sacrĭcŏla, æ, qui sacra colit, sacerdos, ein priester. Tacit. Hist. 3, 74, 1 *Immistus sacricolarum turbæ.* Apulej. Florid. *Sum non ignotus illius sacricolæ.* conf. Ammian. 22 cap. 14; & Prudent. præfat. 1 adv. Symmach. v. 47.

¶ Sacrĭfer, a, um, sacra ferens, der heiligthümer trägt. Ovid. 4 Fast. v. 252 *Est Dea sacriferas pene secuta rates.*

¶ Sacrĭfico, āvi, atum, are, sacrum facere, accusativo & ablativo, præter dativum personæ, jungitur, opffern; ut, *Sacrificare suem*, Ovid. 4 Fast. v. 414. *Argento Jovi sacrificare*, Plaut. in Mostell. a. 1 sc. 3 v. 84. Et absolute *Sacrificare*, immolare hostias, Nepos 23 c. 2 n. 4. Inter *sacrificare* & *litare* quid intersit, docet Nonius cap. 5 n. 12. Idem cap. 7 n. 98 ex Varrone producit *Sacrificor* pro *Sacrifico*. Adde Varron. de L. L. 8 cap. 61; & Gell. 18 cap. 12.

¶ Sacrificātus, ûs, die opfferung. Apulej. Met. lib. 7 *Nullum pecus sacrificatui habere.*

¶ Sacrificātio, ōnis, idem. Cic. lib. 2 de Nat. Deor. cap. 27 *In dea Vesta, quod est rerum custos intimarum, omnis & precatio & sacrificatio postrema extrema est.*

¶ Sacrificator, ōris, ein opffernder priester, Tertullian. de Spectac. c. 8.

¶ Sacrificālis, e, priesterlich; ut, *Apparatus sacrificalis*, rüstung zum opffer gehörig, Tac. 2 Ann. cap. 69; & *Epulæ sacrificales*, Apulejus lib. 9 ineunte.

¶ Sacrificus, a, um, idem; ut, *os sacrificum*, Ovid. Fast. 1 v. 130. *Ara sacrifica*, Val. Flacc. lib. 8 v. 243. *Ritus sacrifici*, ordnung und weise zu opffern, Ovid. Met. 15 v. 483. *Vestis sacrifica*, Silius lib. 3 v. 27.

¶ Sacrificus, i, substant. qui sacra facit, ein opfferer, meßpfaffe. Ovid. lib. 6 Fast. v. 803 *sacrifico deductum nomen ab Anco.*

Idem Met. 13 v. 590 *Des mihi sacrificos culturasque ignibus aras.*

¶ Sacrĭfĭcŭlus, i, rex sacrorum, ein pfaffe, Gell. lib. 10 cap. 15; & de sacerdotibus ac vulgaribus popis apud Sueton. Domit. cap 1.

¶ Sacrĭfĭcium, i, res divina, ein opffer; ut, *Anniversaria sacrificia*, jahr-opffer, Cic. in Verr. 6 cap. 57. *Sacrificium facere*, Idem de Clar. Orat. cap. 14.

¶ Sacrĭlĕgus, i, qui e sacro aufert, & religionem templorum violat, ein kirchen-räuber; ut, *Sacrilegus & hostis sacrorum*, Cic. in 3 Verr. c. 3. *Sacrilegorum numero haberi*, Nepos 17, 4, 8. Vsurpatur & adjective

¶ Sacrilĕgus, a, um, kirchenräuberisch, gottloß; ut, *Manus sacrilega*, eine diebische hand, Horat. lib. 2 oda 13 v. 2. *Sacrilegum & impium bellum*, Cic. 3 Verrina cap. ult. Et Tibull lib. 3 eleg. 5 v. 11 *Sacrilegos ignes*; & Lactantius lib. 5 cap. 4 pr. *Sacrilegas litteras* dixit; & Virg. Æn. 7 v. 595 *sacrilegum sanguinem.* Superlat. *Sacrilegissimus*, exstat in Plauti Rud. a. 3 sc. 4 v. 1.

¶ Sacrilĕgium, i, rerum sacrarum furtum, ein kirchenraub. Sic, *Sacrilegium admittere*, Quintil. lib. 4 c. 2; & *Sacrilegii reum esse*, Quintil. ibidem p. 289. *Sacrilegii aliquem damnare*, Nepos 7, 6, 4.

¶ Sacrosanctus, a, um, hoc est, maxime sanctus, inviolabilis, hochheilig; ut, *Sacrosanctus Tribunus plebis*, Plin. 7 cap. 44, quem violari nefas erat. Hinc *sacrosancta potestas*, id est, tribunitia, apud Liv. lib. 29 cap. 20. *Possessiones sacrosanctæ*, hoc est, intactæ & ab omni injuriâ tutæ, apud Cic. 2 Catil. c. 8; & *Accusator velut sacrosanctus*, Tac. Ann. 4, 36, 4. *Sacrosanctum* vero a *sacro* & *sanciendo* dicitur: quod lege lata & jurejurando interposito institutum a populo est, ut, si quis id violasset, morte penderet pœnas. Plura de hoc vocabulo, & quomodo *sacrum, sanctum, sacrosanctum*, & *religiosum* differant, Aldus Manutius Quæsit. per Epist. ultimo lib. 3. Cicer. Orat. pro Balbo cap. 14 *Sacrosanctum nihil esse potest, nisi quod populus plebsve sanxisset: deinde sanctiones sacrandæ sunt, aut genere ipso, aut obtestatione & consecratione legis, aut pœnæ, cum caput ejus, qui contra facit, consecratur.* De quantitate secundæ syllabæ quæritur: Est enim ex ablativo *sacro* composita vox. Drepanius vero corripuit, & ita mallit Vossius lib. 2 de Arte Grammatica cap. 20, quod O in compositis ex duobus nominibus corripi soleat, ut in *Bardocucullus*.

Composita a *Sacrare* &c.

¶ Consĕcro, are, Deo dicare & sacrum facere, einweihen, zum gottesdienst ordnen; ut, *Consecrare aram*, Cicer. pro Domo c. 55; & *Delubrum alicui Deo* aut *Deæ*, Idem 3 Nat. D. cap. 36; item, *Dei* aut *Deæ alicujus nomine*, sic enim loquitur lib. 2 de Nat Deor. cap. 26. *Ars curandi tuendique corporis Deorum inventioni est consecrata*, id est, adscripta, Cic. 3 Tusc. cap. 1. Et rursus ad Quint. fratr. 1 epist. 1 cap. 15 *Cum amplissimis monumentis consecrare voluisses memoriam nominis tui*, hoc est, immortalem reddere. ¶ 2. In tristiorem partem pro *Devovere*. Plin. Panegyr. cap. 64 *Juravit, expressit, explanavitque verba, quibus caput suum, domum suam, si scienter fefellisset, deorum iræ consecraret.* ¶ 3. Sed *consecrari Imperatores* dicebantur, quando inter Deos referebantur, quod qua ratione fieri solitum, Herodianus luculenter ostendit lib. 4 cap. 2. Ita hoc verbo usus est Plinius Panegyrico Trajani cap. 10. vide & infra *Consecratio*

¶ Conse-

¶ Conſecrātus, a, um, eingeweihet, geheiliget, vergöttert; ut, *Delubra ſanctiſſimis religionibus conſecrata*, Cic. procem. ſive Action. 1 in Verr. cap. 5. Sic *locus conſecratus* opponitur *profano*, Cicer. de Partit. Orat. cap. 10 extr. *Honor hominis Deorum religione conſecratus*, Idem in Verr. 2 cap. 21.

¶ Conſecrātio, ōnis, die heiligung, einſegnung. Cic. pro Dom. cap. 48 *An conſecratio nullum habet jus, dedicatio eſt religioſa?* ¶ 2. *Conſecratio*, ἀποθέωσις imperatorum, ſive *Deificatio*, ut Tertullianus interpretatur Apolog. cap. 11, die vergötterung, canoniſirung; cum mortui imperatores certa ſolennitate ac ceremonia in numerum Deorum referebantur, *Divique* ex eo appellari ſolebant: quod primum Cæſari contigit, ut Servius etiam ad eclog. 5 Virgilii obſervat. Ritus autem iſte conſecrandi, ſive Deos faciendi imperatores, ita ſeſe habebat, ut in compendio rem explicem. Exſtruebatur rogus ſive ſuggeſtus in foro ligneus, quatuor tabernaculis in turris ſpeciem aſſurgens, quadrata formâ, ſed ut quodlibet tabernaculum juſtâ dimenſione altero contractius eſſet. Intus multa congeſta accumulataque aridà erant, quæ facile ignem conciperent; extra auro, ebore, purpurâ ornata omnia ſplendidiſſime fulgebant. In ſummo faſtigio currus inauratus ſtatuebatur, quo vehi ſolitus imperator fuerat. Hinc poſt alia ſolennia, quæ ibi fiebant, cum ingens aromatum odorumque omnis generis vis, cum variis donis aliis, aggeſta eſſet, ſucceſſor imperatoris primus admovebat facem, ſequentibus magiſtratibus cæteris, & ſuccendebat machinam. Immiſſo igne, de ſuperiore tabernaculo aquila emittebatur ſimul, quæ animam principis in cælum vehere crederetur. Neque honoris hoc genere principes tantum; ſed & Auguſtæ, hoc eſt, imperatorum conjuges afficiebantur. In Auguſtarum tamen conſecrationibus, pro aquila, quæ Jovi, virili numini, ſacra erat, pavo, Junonis, hoc eſt, muliebris numinis avis, adhibebatur. Vnde in veteribus nummis ſæpe aquila aut pavo viſitur, ſymbolum conſecrationis. Ritum iſtum adumbravit ſaltem Dio lib. 56 Hiſtor. funus Auguſti deſcribens: ſed luculentiſſime Herodianus recenſuit lib. 4 Hiſtor. cap. 2, qui præcipuè legendus. conf. Blond. lib. 2 Romæ Triumph. Onuphr. Panvin. lib. 2 Faſtor. Salmaſ. ad Scriptores Hiſt. Auguſtæ. Caſaubon. ad Perſ. p. 213. Alex. ab Alex. lib. 6 G. D. cap. 4, & ibi Tiraquellus p. 623 ſeq.

¶ Conſecrator, ōris, der einweiher. Hieronym. epiſt. 83 ad Oceanum cap. 4 *virginum conſecrator*. Tertullianus de Pudicit. cap. 21 extr. *auctor & conſecrator eccleſiæ*. Et Firmicus lib. 4 cap. 7 *ſimulacrorum conſecratores*.

¶ Conſecrāneus, i, eorumdem ſacrorum particeps, ein mitgenoß; item, Commilito, ein mitſoldat. Maximinus apud Capitolin. in Gordianis cap. 14 *Sacrati commilitones, imo etiam mei conſecranei*. Tertull. Apologet. cap. 16 *Sed & qui crucis nos religioſos putat, conſecraneus erit noſter, cum lignum aliquod propitiatur*. Vet. Gloſſ. συμμύστης, *Conſecraneus*.

¶ Deſăcro, are, weihen, apud Statium legitur ſimplicis *ſacrare* ſignificatione, lib. 9 Thebaidos v. 586

Quercus erat, Triviæ quam deſacraverat ipſa.

¶ Exſacrĭfico, are, heiligen, opffern. Ennius apud Cic. de Divin. 1 c. 21 *Exſacrificabat hoſtiis*.

¶ Exsĕcror, ari, deponentale, deteſtari, verfluchen, verwüntſchen; ut, *Exſecrari & male alicui precari*: item, *Odiſſe aliquem, peſtem ei exoptare & eum exſecrari*, Cic. in Piſon. cap. 14 & 40. *Exſecrari in caput alicujus*, einem an hals fluchen, Livius lib. 39 cap. 51 extr.

¶ Exſecrandus, a, um, ſchändlich, verflucht; ut, *Exſecrandus populo & deteſtabilis*, Cic. 2 Philipp. cap. 26, verfluchens werth. Superlativus *Exſecrandiſſimus*, Salviani eſt lib. 7 de Gubern. p. 284: *Romani*, inquit, *imperii dedecus erat, ut in medio reip. ſinu exſecrandiſſimum nefas palam liceret admitti*.

¶ Exſecrātus, a, um, paſſive, verflucht, verbannet; ut, *Civitas exſecrata*, Horatius epod. 16 v. 18. *Everſio exſecratæ columnæ*, Cic. in 1 Philipp. cap. 2. Et, *Exſecratiſſima auguria*, Plin. lib. 28 c. 2. ¶ Item, active, der da verbannet hat: *Seipſum & ſuos exſecratus*, i. e. devovens, Val. Max. 3, 2, 20.

¶ Exſecrātio, ōnis, der fluch, die verfluchung; ut, *Exſecrationibus publicis ſancitum eſt*, Cicer. 3 Offic. cap. 13.

¶ Exſecrator, ōris, ein verflucher. Tertullianus de Pudicit. cap. 15 extr. *Exſecrator impuritatis*. Et Auguſtinus epiſt. 166 ſub fin. *Exſecratores malorum*.

¶ Exſecrābĭlis, e, verfluchens werth, abſcheulich; Item active, quod exſecratur, ſeu cum exſecratione conjunctum eſt: ut, *Exſecrabile odium*, ein grauſamer haß: Liv. lib. 9 cap. 26 *Odium exſecrabile in bis captos erat*. Idem lib. 31 cap. 17 *Præeuntibus exſecrabile carmen ſacerdotibus, jurejurando adacti*. Val. Max. 1, 1, 15 *Exſecrabile ac dirum ſolum*. Comparat. *Exſecrabilius animal*, Plin. lib. 9 cap. 48, id eſt, magis noxium.

¶ Exſecrābĭlĭter, adverb. idem. Auguſtinus Confeſſ. lib. 8 cap. 7 *tanto exſecrabilius me oderam*.

¶ Exſecrabĭlĭtas, ātis, die abſcheulichkeit. Apulejus lib. 2 Doctr. Plat. p. 21 *Vitia pariunt exſecrabilitatem*.

¶ Exſecramentum, i, pro *Exſecratio*, ein ſcheuſal, abſcheu, Tertulliani eſt in Apologetico cap. 22, & adv. Judæos cap. 5; & Vulg. Interpr. Sirac. cap. 15 v. 13.

¶ Obsĕcro, are, eſt *ob ſacra*, vel per Deum orare, um GOttes willen bitten. Terentius Andr. a. 2 ſc. 1 v. 28 *Te per amicitiam & per amorem obſecro, ut me ducas*. Cicero in Verrem 4 cap. 17 *Cum multis lacrymis eum oraret atque obſecraret*. Idem ad Attic. 3 epiſt. 11 *Obſecro te, ut omnia certa perſcribas*. Plinius 9 epiſt. 29 *Venia obſecranda eſt*. Et Plaut. Bacch. a. 4 ſc. 9 v. 102 *Si me fas eſt obſecrare abs te*. ¶ 2. Sæpe etiam adverbialiter ponitur, præſertim in interrogationibus. Terentius Eunuch. a. 5 ſc. 5 v. 21 [al. ſc. 4 v. 41] *Obſecro, an is eſt?* lieber, iſts der? Sed etiam in his vim verbi retinet, nec vere fit adverbium, quod vulgo putant; ut caſus appoſitus in ſimilibus exemplis oſtendit. Cicero 13 epiſt. 13 ad Atticum: *Attica mea, obſecro te, quid agit?*

¶ Obsĕcrātio, ōnis, die bitte; ut, *Prece & obſecratione humili ac ſupplici uti*, Cic. 1 de Invent. cap. 16, demüthig, fleißig bitten.

¶ Exobsĕcro, are, pro valde obſecrare, erbitten. Plaut. Aſinar. a. 1 ſc. 3 v. 93 *Supplicabo, exobſecrabo, ut quemque amicum videro*.

¶ Prosĕcro, are, opffern; ex Lactantio videtur probari poſſe, quod lib. 4 cap. 27 Aldus edidit: *Demonibus proſecrarant*; ubi Mich. Thomaſius, & Thyſius, & Cantabrigenſis: *proſecrant*, quaſi, ſacra faciunt: at Th. Spark *proſecant*, ut ad *proſicias* & *proſecta*, ſacrificiorum vocabula, reſpiciatur.

¶ Rĕſecro, are, religione ſolvere, wieder einſegnen, aus dem bann thun. Cornel. Nepos in Alcibiade cap. 6 *Iidem illi Eumolpidæ ac Ceryces reſecrare ſunt coacti, qui eum devoverant*. ¶ Item, wieder bitten. Plaut. Perſ. a. 1 ſc. 1 v. 49 *Obſecro te, reſecro, operam da hanc mihi fidelem*. conf. Aulul. a. 4 ſc. 7 v. 4; & P. Pithœi Adverſ. 1 cap. 10; & Plautinos Interpretes.

SĂCŌMA, ătis, ex Græco σάκωμα, quod & σήκωμα, ein inſtehend gleich gewicht. Dupliciter accipitur: Namque σήκωμα ſeu *ſacoma* dicitur primo æquipondium; ut, cum fabro aurario locaturus opus, auri maſſam do certi ponderis, unde opus faciat, itaque ei appendo, ut maſſam plumbi pari pondere ab eo recipiam. Hoc æquipondium igitur *Sacoma* eſt. Cum opus igitur factum aurifaber mihi rurſus ad pondus, ſeu æquipondium illud plumbeum, quod ab eo acceperam, appendit, illudque reſpondet exacte, & æquat ſacoma, tum dicitur aurifaber *opus ad ſacoma præſtitiſſe*. Vitruvius lib. 9 cap. 3 de Hierone loquens: *Cum auream coronam votivam Diis immortalibus in quodam fano conſtituiſſet ponendam, immani pretio locavit faciendam, & aurum* ad ſacoma appendit *redemtori*. *Is ad tempus, opus manufactum ſubtiliter, regi approbavit & ad ſacoma pondus coronæ viſus eſt præſtitiſſe*. In veteribus Vitruvii exemplaribus legitur etiam genere muliebri; *ad ſacomam pendere*, pro *ad ſacoma*. vide Voſſ. lib. 5 Inſtit. Orat. p. 258. Deinde *Sacoma* dicitur pondus, quod lanii trutinæ ſurſum latæ adjungitur, ut graviori æqualis fiat. vid. Julius Pollux lib. 4 cap. 24, & Parei Lex. Crit. p. 1104.

Sacramentum, Sacrani, ſacrare, &c. ſacrifico, &c. ſacrilegus, &c. ſacrium, ſacroſanctus, vide paullo ante in *Sacer*.

SADDŪCAEI, orum, Σαδδουκαῖοι, quorum ſecta neque corporum humanorum reſurrectionem, neque angelos, neque ſpiritus credebat. Vide B. Hieronymum in cap. 22 Matthæi, quem notat tamen Scaliger Elencho trihæreſii cap. 17; itemque Grotium ad eumdem Evangeliſtam. Tertull. adv. Hæret. cap. 45 *Sadducæi ex hujus erroris* (Doſitheani) *radice ſurgentes, auſi ſunt etiam reſurrectionem carnis negare*. Et Juvenc. 3 v. 222 *Ecce Phariſæi Sadducæique doloſi*.

Sæculum, vide *Seculum*.

SAEPE, ſæpius, ſæpiſſime, adverb. offt, offtmahl; ut, *Sæpe ac multum hoc mecum cogitavi*, Cicero ineunte lib. 1 de Invent. Idem pro Fontejo cap. 8 *Semel atque iterum ac ſæpius*, zum öfftern. *Iterum ſæpiusque te rogo*, Cic. 13 fam. epiſt. 43. *Quod etſi ſæpe dictum eſt, dicendum tamen eſt ſæpius*, Idem Offic. 3 c. 17. Et, *Sæpiſſime aliquid experiri*, Salluſt. Jugurth. cap. 63.

¶ Sæpior, us, & Sæpiſſimus, a, um, offtmahlig, adjectiva ab adverbio naſcentia antiquos protuliſſe, teſtatur Priſcianus lib. 15 p. 1016.

¶ Sæpĭcŭle, adv. idem quod *ſæpe*. Delectatur eo Apulejus, crebroque utitur, v. g. Met. lib. 6 p. 185 *ſæpicule commonebant*: & lib. 9 p. 235 *vacuas manus complodens ſæpicule*. Hauſit ex Plauti Caſin. a. 3 ſc. 5 v. 59, ubi *ſæpicule peccas*, legitur. Priſcianus autem lib. 3 p. 611 *Sæpiuſcule* legit, quod adverbium diminutivum a comparativo *ſæpius* fieri aſſerit.

¶ Sæpenŭmĕro, idem quod *ſæpe*: ut, *Sæpenumero mirari ſoleo*, Cic. de Senect. cap. 2.

¶ Perſæpe, adv. ſehr offt. Cic. pro Marcell. cap. 6 *perſæpe congratulari*. Et de Amicit. cap. 20 *Quod perſæpe fit*.

Sævio, ſævitia, vide mox in *Sævus*.

SAEVUS, a, um, adject. crudelis, unbarmhertzig, grauſam, greulich, feindſelig; ut, *Sævæ memorem Junonis ob iram*, Virg. Æn. 1 v. 4. *Sæva tempeſtas*, Tacit. Agric. cap. 22, ein greulich ungewitter. *Turbines ſævi*, Cic. 3 de Orat. cap. 39 ex poëta. *Sævior indomitis juvencis*, Ovidius 13 Metam. v. 798. *Quibusvis lupis & urſis ſæviores*, Apulej. Met. lib. 8. Sic, *Sæviſſimus dominus*, Plin. Panegyr. c. 52. Et Tacitus lib. 2 Hiſt. cap. 38 *Nobilium ſæviſſimus L. Sylla*. ¶ 2. Antiquis & in bonam partem accipiebatur pro *magno* & *potente*. Ita Virgilius uſus in illo 12 Æn. v. 107 *[illegible] maternis ſævus in armis*, Servio interprete. Ita & alibi. Sic Ennius apud eumdem Servium: *Induta fuit ſæva ſtola*, id eſt, magna. Sed & Virgilius 2 Æn. v. 556 *Sævum horrorem*, pro magno dixit.

¶ Sævĭter, adverb. idem. Plaut. Pſeud. a. 5 ſc. 2 v. 31 *Cogito, ſæviter blanditerne alloquar*. conf. & Pœn. a. 1 ſc. 2 v. 121; & Trin. a. 4 ſc. 3 v. 53. Compar. Columella 11 cap. 1 *Parum prudentes, aut ſævius aut etiam lenius agendo*. Et ſuperlat. Idem lib. 1 cap. 4 extr. *Quædam loca æſtate ſæviſſime candent*.

¶ Sævĭtia, æ, crudelitas, inclementia, die ſchärffe, wuth, grauſamkeit, ungeſtümmigkeit. Cicer. Offic. 2 cap. 7 *Heris adhibenda ſævitia in famulos, ſi aliter teneri non poſſint*. Elegantiſſime *cachinnantem ſævitiam* Mamertinus dixit pro ea, quæ ſub perſona riſus tegitur: Ita enim Panegyr. Juliani cap. 25 ſcribit: *Quis neſcit aliorum Imperatorum hilarem diritatem, cachinnantemque ſævitiam, a quibus ingenita crudelitas figmento lætitiæ tegebatur?* Ovid. Met. 6 v. 688

Sævitiam, & vires, iramque, animoſque minaces.

¶ Sævĭtas, ātis, idem. Apul. Met. lib. 9 *En indignæ rei ſævitatem*. Idem lib. 3 *Quod tuum factum ſævitas conſecuta*. Vbi Beroaldus notat, *non tam crudelitatem ſignificari, quam ſiniſteritatem & adverſum fortunam: ſævum ſive ſcævum, quaſi σκαιὸν, eſſe ſiniſtrum*. Imo nonnullis utroque loco eſt *ſcævitas*. Prudent. in Romano v. 483

Cum ſæpe morbos major armet ſævitas.

vide ibi Nic. Heinſio notata. Firmic. 5 cap. 5 *Deterrere aliquem ſævitate ſua*.

¶ Sævĭdictum, i, i. e. ſævum dictum, ein ſcheltwort. Terent. Phorm.

a. 1 sc. 4 v. 36 *Ne suis te iratus sævidictis protelet.* Aliqui legunt *sævidicis*, scil. verbis, a *Sævidicus, a, um*, scheltend, schmälend.

¶ Sævio, īvi & ii. ītum, īre, crudeliter in aliquem agere, wüten, tyrannen treiben. Videtur utrumque & *sævus* & *sævio*, formatum a græco σεύειν, hoc est, *furere*: Liv. 3 cap. 45 *Sævite in tergum & in cervices nostras, pudicitia saltem in tuto sit.* Vellej. 2, 74, 4 *In Perusinos magis ira militum quam voluntate sævitum ducis.* ¶ 2. *Sævire* & vehementius irati dicuntur, cum verbis tantùm detonant, schmählen, böse seyn. Virg. Æneid. 6 v. 544

ne sævi, magna sacerdos.

Deiphobus enim, qui hoc loquitur, verbis tantum a Sibylla hactenus castigatus fuerat. Sic Æneas in Virg. Æn. 12 v. 387 *sævire* dicitur, i. e. vehementius indignari, quod accepto vulnere pugnæ subtraheretur. Ita enim canit Poëta:

Sævit, & infracta luctatur arundine telum
Eripere, auxilioque iram, quæ proxima, poscit: &c.

¶ Desævio, īre, sævitiam remittere, die wuth auslassen, austoben, aufhören mit wüten. Virg. 4 Æneid. v. 52

Dum pelago desævit hiems.

Et Lucanus lib. 5 v. 303 *Ira desævit.* Claudian. in Eutrop. 1 v. 182, & Sueton. Ner. cap. 29 *Desævire in omnes*, über alle her seyn, alle fressen wollen.

¶ Exsævio, īre, austoben. Livius dixit lib. 30 cap. 39 *Dum reliquum tempestatis exsæviret.*

¶ Obsævio, īre, sich grausam erzeigen. Plaut. Epid. a. 4 sc. 1 v. 29 *Tune is es, qui in mea ærumna obsævisti graviter.* Alii aliter.

¶ Resævio, īre, rursus sævire, wieder toben. Ovid. lib. 1 Trist. eleg. 1 v. 103 *ne mota resæviat ira.*

SĀGA, æ, quam Festus *mulierem sacrorum peritam*: Nonius cap. 1 n. 86 *virorum indagatricem ad libidinem* interpretatur, eine kuplerin. Vnde ibi Lucilius: *Vt saga & bona conciliatrix.* Et Turpil. *Non ago hoc per sagam pretio conductam.* ¶ 2. De incantatrice sive venefica hoc nomine utuntur alii, eine hexe, zauberin. Horat. lib. 1 ode 27 v. 21

Quæ saga, quis te solvere Thessalis
Magus venenis, quis poterit Deus?

Tibull. lib. 1 eleg. 2 v. 41 *ut mihi verax*
Pollicita est magico saga ministerio.

Et sunt veneficæ istæ non libidinosæ modo, sed & infernalium sacrorum & multarum rerum peritæ scientesque videri volunt, ut nec inepte Nonius, & recte interpretatus vocabulum Festus videatur, qui a *Sagiendo* derivat. *Præsagire*, inquit, *est acute sentire: Vnde* SAGAE *dictæ, anus, quæ multa sciunt; &* SAGACES *canes, qui ferarum cubilia præsentiunt.* Alio loco, *Piatricem sacerdotem* interpretatur, quod plane ad Horatii locum facit. Cicero lib. 1 de Divinat. cap. 31 SAGIRE, inquit, *sentire acute est, ex quo* SAGAE *anus, quia multa scire volunt, &* SAGACES *dicti canes. Is igitur, qui ante sagit, quam oblata res est, dicitur præsagire, id est, futura ante sentire.* Ergo *Saga*, eine kluge frau, eine segensprecherin, rc. Scaliger Tuscam vocem censet, & potest verbum *Sagire* Tuscæ originis esse.

¶ Sāgus, a, um, revera adjectivum est, a *Sagio*, mercksam, kundig. Namque & Statius *Sagas aves* dixit Achilleid. 1 v. 58

Nunc sagas affatur aves.

Et 8 Thebaid. v. 204

Ipse nihil certum sagis clangoribus æther Præcinet.

Item Prudentius ἀποθ. v. 298

Nec sago clangore loquax & stridula cornix.

¶ Sāgāna, æ, idem quod *Saga*. Priscian. lib. 4 p. 622 *Sagana & saga idem significant.* Celebris veneficæ nomen est apud Horatium epod. 5 v. 25; & lib. 1 satyr. 8 v. 25, 41 & 48. Sed primam corripit.

¶ Sāgio, īre, bald mercken, spüren, verbum, de quo paullo ante ex Cicerone & Festo in *Saga*. Priscian. lib. 4 circa fin. *Sagio, sagis, sagax*; ubi Scholiastes ineditus: *Sagio, prospecto, prævideo.* Inde est

¶ Sāgax, ācis, agilis, intelligens, ut a *Mentiri*, *mendax* &c. schlauh, listig, witzig. Præcipue *canes sagaces* dicuntur, spürhunde, qui sunt *ferarum vel animalium quæsitores*, uti vocat Nonius l. c. quibus & *narem sagacem* Lucanus tribuit lib. 7 v. 829. Plaut. Curcul. a. 1 sc. 2 v. 17 *Canem esse quidem hanc magis par fuit: sagax nasum habet.* Ovid. lib. 11 Metam. v. 599 *canibusve sagacior anser.*

Sed & solertes atque acuti homines sic appellantur: *Mens acris & vigens celerrimeque multa cogitans, &, ut ita dicam, sagax*, Cicer. de Finib. lib. 2 cap. 14. Et, *Sagacissimus ad suspicandum*, Idem in Catilin. 1 cap. 8. Vet. Gloss. *Sagax*, ἀγχίφρων, ἀγχίνους, πανοῦργος, προγνωστικός. Vide Scaliger. Exercit. 252 sect. 2.

¶ Sāgāciter, adverb. idem; ut, *Sagaciter pervestigare*, Cic. 1 de Orat. cap. 51, id est, callide, listiglich ausforschen. *Odorari sagacius*, Cic. 6 ad Attic. epist. 6. *Odorari sagacissime*, Idem 2 de Oratore cap. 44.

¶ Sāgācitas, ātis, die behende listigkeit, verschlagenheit; ut, *narium sagacitas*, Cicer. 2 Nat. Deor. cap. 63, eine dünne nase, so bald etwas riechen kan. *Eâ erat sagacitate, ut decipi non posset*, Nepos Alcib. cap. 5 n. 2.

¶ Præsāgio, īre, quod explicat Cicero supra in *Saga* laudato loco: *Qui ante sagit, quam oblata res est, dicitur præsagire, id est, futura ante sentire*, zuvor spüren, vorher mercken, sich ein ding schwanen lassen. Sic autem dicimus: *Animus præsagit magna mala*, Senec. Thebaide v. 278. Et Terent. in Heaut. a. 2 sc. 2 v. 7 *Nescio, quid profecto mihi animus præsagit mali*, was mir für ein unglück ahnet. Et sic, *Animus mihi præsagiebat*; Cicer. de Divin. 1 cap. 31, mein hertz sagte mirs wohl. Et, *Præsagio animo*, Livius lib. 30 cap. 20. ¶ 2. Etiam ipsa ostenta dicuntur *præsagire*, id est, prænuntiare: Apulejus sub fin. lib. 9 Met. *Hæc erant, quæ prodigiosa præsagiverant ostenta; hæc, quæ miserrimo domino nuntiata.*

¶ Præsāgītio, ōnis, vis præsagiendi, die weissagungs-krafft, die empfindung eines dinges vorher. Cic. 1 de Divin. cap. 31 *Inest animis præsagitio divinitus inclusa.*

¶ Præsāgium, i, præsensio, eine weissagung, anzeigung, vorbote; ut, *præsagia mentis*, Ovid. lib. 2 Pont. epist. 8 v. 57. Apulej. Met. lib. 9 p. 233 *Stupore defixi mirantur ac trepidant divina præsagia.* Vellej. 2, 57, 2 *Plurima præsagia atque indicia Dii immortales futuri obtulerant periculi.*

¶ Præsāgus, a, um, præsentiens, vorher merckend. Claudianus 1 de Rapt. Proserp. v. 190 *heu mens præsaga futuri.*

Virg. 10 Æneid. v. 843 *Mens præsaga mali.* Ovid. lib. 2 Metam. v. 124 *suspiria præsaga luctus.*

SĂGĂPĒNVM, i, σαγάπηνον, succus vel lacryma plantæ ferulaceæ, Plin. 20 cap. 18, & Dioscoridi lib. 3 cap. 79; vulgus *Serapinum* vocat.

SĂGĂRIS, is, fluvius Phrygiæ, Ovid. 4 Pont. epist. 10 v. 47. ¶ 2. Est & viri Trojani nomen, Virg. Æn. 5 v. 263, & lib. 9 v. 575.

¶ Sagarītis, ĭdis, nomen fictum Nymphæ a *Sagari* flumine, Ovid. Fast. 4 v. 229.

Sagarius, sagatio, &c. Sagax, vide *Sagum*, *Saga*.

SAGDA, æ, gemma porracei coloris, Plin. 37 cap. 10, & Solin. cap. 50.

SĂGĒNA, æ, σαγήνη, rete piscatorium, eine watte, ein fischernetz; Latini *verriculum* vocant. Manilius lib. 5 v. 678

Excipitur vastâ circumvallata sagena.

SĂGĪNA, æ, cibus, quo quis pinguis efficitur, die mast. Juvenal. satyr. 4 v. 67 *Propera stomachum laxare saginis.*

Pallad. Majo cap. 7 *Dulcior sagina roris aut fluminis.* ¶ 2. Item, *Saginatio*, die mastung. Columella lib. 8 cap. 14 extr. *Est facilis harum avium* (anserum,) *sagina.* conf. Varr. R. R. cap. 10. Ita *Sagina* esse dicitur, ubi nihil aliud agitur, quam estur ac bibitur: Plaut. Most. a. 1 sc. 3 v. 78 *Jam ista quidem absumta res erit; dies noctesque estur: Bibitur, neque quisquam parsimoniam adhibet, sagina plane est.*

Justin. 21 cap. 2 n. 1 *In segnitiem lapsus, saginam corporis nimia luxuriâ contraxit*, id est, pinguedinem, er ist dick und fett worden. Vet. Gloss. *Sagina*, παραπλήρωμα.

¶ Sāgīno, āre, pingue efficere, mästen, füttern, feist machen; ut, *Saginare exquisitis epulis*, Plin. lib. 9 cap. 35. *Saginari sanguine civium*, Cic. pro Sextio cap. 36.

¶ Sāgīnātus, a, um, gemästet; ut, *Saginatus porcus*, Propert. 4 eleg. 1 v. 23. *Boves altiles ad sacrificia publica saginati*, Varro R R. 2 cap. 1. Et comparat. Tertullianus extremo de Jejuniis: *Saginatior Christianus ursis & leonibus forte, quam Deo, erit necessarius.*

¶ Saginātio, ōnis, die mastung, fütterung. Plin. lib. 8 cap. 51 *Tridui inedia saginationem orsa.*

¶ Saginator, ōris, ein mäster. Gloss. Vet. βοῶν σιτευτὴς, *saginator*.

¶ Sagīnārius, a, um, zur mast gehörig; ut, *bos saginarius*, ein mast-rind, & *mulus saginarius*, apud Servium. In Lampridii Elagab. cap. 4, & in Vopisci Aurel. cap. 7 pro *Equo saginario* rectius est *sagmarius*, de quo in *Sagma*.

¶ Saginārium, i, subst. locus, ubi saginantur altilia, ein mast-stall. Varro R. R. 3 cap. 10 *Anseres includunt in saginario.*

Sagio, īre, vide paullo ante in *Saga*.

SĂGITTA, æ, jaculum, quod arcu emittitur, ein pfeil, boltzen; ut, *Missilis sagitta*, Horat. 3 oda 6 v. 16. *Nervo aptare sagittas*, Virgil. 10 Æneid. v. 131, auflegen. *Sagittis conficere*, schiessen, Cic. 4. Acad. cap. 24. ¶ 2. *Sagittam* rustici vocant novissimam surculi partem, das euserste spitzlein am rebschoß. vid. Columell. 3 cap. 17. ¶ 3. *Sagitta*, herba inter ulvas, pfeilkraut, Plin. 21 cap. 17. ¶ 4. *Sagitta*, signum cæleste, Plin. 8 cap. 51.

¶ Sagittŭla, æ, diminutivum, ein kleiner pfeil. Apulejus Metam. lib. 10 p. 254 *pinnulis & sagittulis.*

¶ Săgitto, āre, sagittas emittere, mit pfeilen schiessen. Proscripsit hoc verbum Vossius 1 cap. 23 de Vit. Serm. & restituit ipse lib. 4 cap. 23, tamquam posterioris ævi vocabulum ab Justino 41, 2, 5 usurpatum. Etiam Curtius 7, 5, 42 *sagittandi celebris usus.* Etiam Solinus cap. 31 *Cervi obvios se præbent sagittantibus.* Etiam Veget. de Re Mil. 3 cap. 9 *In sagittando ad plenum eruditi.* Et hinc

¶ Sagittātus, a, um, mit pfeilen geschossen; item, so scharff und durchdringend wie ein pfeil. Cœl. Aurel. Tard. 2 cap. 12 *Quidam in bello sagittatus.* Plaut. Trin. a. 2 sc. 1 v. 16 *Quam extemplo suaviis sagittatis percussus est*, i. e. instar sagittarum animum ferientibus. vide ibi Taubman.

¶ Sagittārius, a, um, adjectivum, zum pfeilen dienlich; ut, *Calamus sagittarius*, hoc est, sagittis ex eo fomandis idoneus, Plin. 16 c. 36.

¶ Sagittārius, i, substantivum, sagittandi peritus, ein schütz, bogenschütz. Cæsar 2 B. Gall. c. 7 *Cretas sagittarios, & funditores Baleares subsidio oppidanis mittit.* De Alcone Cretensi, præstantissimo sagittandi artifice, legatur Servius in eclog. 5 Virgilii. Olim hac arte quoque nobiles fuerunt Parthi, Armenii, & Cydonii: Claudian. in 4 Consulat. Honorii v. 529

Scis, quo more Cydon, quâ dirigat arte sagittas
Armenius, refugo quæ sit fiducia Partho.

¶ 2. Erat & numisma Persicum *Sagittarius*, sic dictum a nota, quod & *Darius* dicebatur. Hinc illud celebre Agesilai apophthegma: *Se ex Asia pulsum triginta millibus sagittariorum*, cum ea pecuniæ summâ corrupti a Persarum rege Athenienses effecissent, ut de provincia Agesilaus decederet, Plutarch. in Apophthegmatis. ¶ 3. *Sagittarius*, signum zodiaci. Plinius 17 cap. 24 *Cum luna est in sagittario.*

¶ Săgittĭfer, a, um, mit pfeilen versehen; ut, *Geloni sagittiferi*, Virgil. 8 Æneid. v. 725. *Pharetra sagittifera*, Ovid. 1 Metam. v. 468; & *Sagittifera pecus*, id est, hystrix, Claudianus extremo Eidyllio de Hystrice.

¶ Sagittĭger, a, um, idem. Avienus in Phænom. Arat. v. 842 *Ora Sagittigeri*, id est, Sagittarii, sideris cælestis.

¶ Săgittĭpŏtens, tis, idem. M. Cicero in Arat. v. 311 ed. Gronov.

Sagittipotens solis cum sustinet orbem.

Et Quintus Cicero apud Ausonium in Eclogario p. 559

Pigra Sagittipotens jaculatur frigora terris.

SAGMA, ătis, σάγμα, quod jumentis onera bajulantibus imponitur, ut mollius & sine noxa vehant, ein saumsattel, eine roßdecke. Vegetius Rei Veterinariæ lib. 2 cap. 59 *Exceptis his, qui deputati sunt circo, reliquum*

liquum mulorum, equorum, asinorumque genus sub sagmis aut sellis solo tergo præstat officium. Vide Casaub. loco mox indicando; Stewech. Comm. ad Veget. 2 cap. 10 p. 119, & Parei Lex. Crit. p. 1107.

¶ Sagmărius, a, um, i.e. farcinarius, farcinas gestans, lastbar, last-tragend; ut, *Equus sagmarius*, qui onera portat, ein saumroß; contra *equus sellaris*, qui hominem vehit, ein reitpferd; vide Casaub. ad Lampridii Elagabal. c. 4, & Salmas. ad Vopisci Aurelian. c. 7. Vterque enim Historicus *sagmarium equum* appellavit. *Sagmarios*, i. e. servos ferendis armis, annonæ & farcinis deputatos, restituit etiam Stewechius Vegetio Rei Milit. 2 cap. 10, & 3 cap. 6. vid. ejus Comm. p. 118, & p. 200.

SAGMEN, ĭnis, neutrum, gramen cum sua terra evulsum, rasen; item verbena, eisenkraut. Livius lib. 1 cap. 24 *Jubesne me, rex, cum patre patrato populi Albani fœdus ferire? jubente rege, sagmina, inquit, te, rex, posco. Rex ait, pura tollito. Fecialis ex arce graminis herbam puram attulit*, &c. reinen rasen. Dicta *sagmina*, quod *ex loco sancto* secabantur, vel a *sanciendo*: vid. Festus, & ibi Scaliger. Invertuntur hæc, & *sanctum* a *sagmine* derivatur lege 8 § 1 Dig. de divisione rerum: *Sanctum*, inquit JCtus, *dictum est a sagminibus. Sunt autem Sagmina quædam herbæ, quas legati populi Romani ferre solebant, ne quis eos violaret.*

SĂGUM, i, ein rock, kriegskleid, reisemantel; & vox & vestis Gallica, ut ex Varrone, Isidoro & aliis constat; imo *Celtica*, nam & Germanis eam tribuit Tacitus German. cap. 17 n. 1, ut recte observavit & docuit Cluverius lib. 1 Antiquæ Germaniæ cap. 16. A græco *νάσαι* manâsse vult vocabulum Leunclav. ad Xenoph. p. 1045. A Gallis Romam & in Italiam pervenit: non ampla longaque, sed quæ humeros & terga tantum tegeret, ad nates usque demissa. Quadrata forma, cujusmodi & pallia Græcorum, de lana, villosaque & crassior; & inde delicatiori cultui opponi solita. Martialis lib. 6 epigr. 11

Te Cadmea Tyros, me pinguis Gallia vestit:
Vis te purpureum, Marce, sagatus amem?

Et quia munimentum contra imbres & frigora præbere poterat, idcirco militibus agrestibusque usurpabatur. Sane *rustici sagi* bis B. Hieronymus in vita Hilarionis meminit; & Columella lib. 11 cap. 1 inter vestimenta rustica *sagatos* quoque *cucullos* nominat: quamquam ibi *sagis cucullatis* legere malim: ut intelligat, *saga* illa tegendo etiam capiti consutos habuisse *cucullos*. Locus Columellæ ita habet: *Cultam vestitamque familiam utiliter magis habeat, quam delicate: id est, munitam diligenter a frigoribus & imbribus: quæ utraque probibentur optimè pellibus manicatis & sagatis cucullis:* sive, ut nostra conjectura est, Columellam scripsisse, *sagis cucullatis*. Quas *manicatas pelles* Columella; S. Hieronymus in depingendo Hilarionis cultu, & ipso rustico, *pelliceum ependyten* vocat: *sagum* similiter, ut Columella, subjungens. Sub finem autem ejus libelli, cum de eadem re agit Hieronymus, & *cucullam* nominat: *Sicut vestitus erat,* inquit, *in tunica cilicina & cuculla, & sago rustico* &c. *Cuculli* igitur aliquando distinctam & peculiarem cultùs partem, interdum conjunctam cum sago constituebant. Seneca epist. 18 de paupertino & aspero cultu: *Grabatus ille verus sit, & sagum, & panis durus, ac sordidus.* ¶ 2. Vsque adeo autem proprie militum armatorumque *Sagum* fuit, ut etiam in urbe a populo, majore aliquo motu tumultuque exorto, saga sumerentur, quasi indicium belli. Vnde, *ad saga ire*, [Cic. 14 Philipp. cap. 1, & Vellej. 2 cap. 16,] &, *esse in sagis civitas*, Cic. Philipp. 8 cap. 11; item, *saga sumere*, Philipp. 5 cap. 12, dicebatur: cujus utriusque formulæ exempla, cum alii, tum Cicero ipse suppeditat. Eamque ob caussam *togati sagatique* opponebantur. Sicuti *Milites* & *Quirites*. Nam *toga* civilis habitus & pacis; *sagum* militaris ac belli vestis erat. Nec aliud *Sagum* erat, quam pallium, seu chlamys. Nam & B. Hieronymus in vita Hilarionis sub finem *Sagum* appellat, quod paullo ante vocaverat *pallium*. Sed illud, quo duces utebantur, purpureum erat: itaque ad differentiam ejus *gregale sagulum*, hoc est, quo gregarius seu manipularis miles utebatur, Livius lib. 7 cap. 34 dixit. Vide & Turnebum Advers. lib. 2 cap. 6, & Ferrar. Rei Vest. P. 2 p. 101 & 104. ¶ 2. *Sagum* etiam vestis stragulæ genus, ejusdemque, cujus cilicia erant, usus. Namque & coopertoria sive tegumenta equorum, *Saga* dicebantur, kotzen, de quo Casaubonus ad Lampridium.

¶ Ságus, i, masc. & Saga, æ, fœm. itidem vestis genus apud antiquos, ein kleid. Ennius apud Nonium c. 3 n. 201 *Tergum sagus pinguis opertat.* Varro ibidem: *Cum neque aptam humeris fibulam mollis sagus ferret.* Cato R.R. cap. 59 *Quoties cuique tunicam aut sagam dabis, prius veterem accipito, unde centones fiant.*

¶ Săgŭlum, i, diminut. sagum brevius, ein kurtzer rock, ein wams; ut, *Sagulo gregali amictus*, Liv. 7 cap. 34 extr. *Sagulo leves*, id est, expediti, Tacit. Germ. cap. 6. Et Virgil. 8 Æneid. v. 660 *Virgatis lucent sagulis.*

¶ Săgātus, a, um, a *Sagare*, id est, sago indutus, der einen rock trägt. Cic. 14 Philipp. c. 1 *Cras sagati prodeamus.* Idem pro Fontej. cap. 11 de Gallis: *Existimatis, eos hic sagatos bracatosque versari.* Ex Columella de *sagatis cucullis* vide in *Sagum*.

¶ Săgŭlātus, a, um, aliud adject. ex dimin. *Sagulum*, idem; ut, *Sagulatis comitibus*, Sueton. Vitellio c. 11.

¶ Sagātio, ōnis, genus ludicri atque lasciviæ, cum sagis distentis plurimorum manibus imponebatur aliquis, iisdemque excussis jactabatur in altum. Vetus Gloss. *Sagatio*, *παλμός*. De isto ludicro Suetonius Ottone cap. 2 *Ferebatur & vagari noctibus solitus, atque invalidum quemque obviorum, vel potulentum corripere, ac distento sago impositum in sublime jactare.* Martialis lib. 1 epigr. 4

Audieris cum grande sophos, cum basia jacta,
Ibis ab excusso missus in astra sago.

¶ Săgārius, a, um, ad saga pertinens, mit kleidern umgehend; ut, *Sagaria negotiatio*, Lege 5 § 15 Dig. de tributar. actione, & Lege 52 § 4 Dig. pro socio, ein kleider-handel. *Mercator sagarius*, qui saga vendit, der mit kleidern handelt, Gruter. Inscript. p. 650 n. 2. Et, COLLEG. SAGARIOR. Spon. Miscell. p. 67. Quæ negotiatio apud Apu-

lejum lib. 1 Miles. post princ. dicitur *Sagariam facere*, ut Elmenh. Pricæus, & alii legunt.

¶ Săgochlămys, ÿdis, ex sago & chlamyde mistum vestimentum. Exstat in epistola Valeriani apud Trebell. Pollionem in vita Claudii cap. 14. vid. ibi Salmas.

SĂGUNTUS, vel Saguntum, i, oppidum Hispaniæ, ultra flumen Iberum, haud procul a mari Balearico, longa quondam obsidione Pœnorum ad extremam redactum famem: Livius lib. 21. Vnde origo belli Punici secundi.

¶ Săguntīnus, a, um, adject. ut, *Saguntinum lutum*, Martial. 8 epigr. 6, & 14 epigr. 108. *Saguntini*, incolæ, Liv. lib. 21 cap. 9 &c. sæpe. *Saguntina fames*, id est, maxima, extrema. Vide Chiliadas.

SAIS, is, urbs Ægypti inter Sebenniticum & Canopicum Nili ostium sita. vid. Strab. lib. 17; & præfectura in Asia Plin. 5 cap. 9. Hinc

¶ Saītæ, ārum, loci incolæ, qui Mercurium Trismegistum coluerunt. Eorum coloni Athenienses, non Athenienses parentes Saitarum. vid. Voss. de Histor. Græc. p. 399.

SAL, sălis, fit a græco *ἅλς*, per metathesin, neutrum est & masculinum, das saltz. conf. Nonius cap. 3 n. 197. Sallust. Bell. Jugurth. cap. 89 *Neque salem, neque alia gulæ irritamenta.* Et Cicer. de Amicit. cap. 19 *Verum est illud, quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiæ munus expletum sit.* Plin. 31 cap. 11 *Nihil utilius sale & sole.* Et, *Montes salis nativi*, saltz-berge, Idem lib. 32 cap. 7. *Salem adspergere carnibus*, Plinius 8 cap. 38; & *sale carnes adspergere*, Idem lib. 15 cap. 6, einsaltzen, quod uno verbo etiam *salire* dicebant, de quo infra. *Vesco sale saxa peresa*, Lucret. lib. 1 v. 326. *Sal nativus*, qui *factitio excoctoque* opponitur. Sponte enim nascitur, atque in montibus lapidum more cæditur, de quo Plinius lib. 31 cap. 7 *Sal fossilis*, berg-saltz. *Sal marinus*, (meer-saltz, boy,) qui ex marina aqua conficitur. Varro R. R 1 cap. 7 *Vbi salem nec fossitium nec maritimum haberent*, &c. Quomodo fiat maritimus, elegantissimis his versibus Manilius lib. 5 sub finem declarat:

Quin etiam magnas poterunt celebrare salinas
Et pontum coquere, & ponti secernere virus,
Cum solidum certò distendunt margine campum,
Appelluntque suo deductum ex æquore fluctum,
Claudendoque negant, tum demum suscipit undas
Area, tum pontus per solem humore nitescit.
Congeritur siccum pelagus, mersique profundi
Canities emota maris, spumæque rigentis
Ingentes faciunt cumulos, pelagique venenum,
Quodque erat usus aquæ succo corruptus amaro,
Vitali sale permutant, redduntque salubrem.

Qui ultimi tres versus nec bene dispuncti, nec emendati satis leguntur. Post *τὸ venenum* comma ponendum est. Pro *quodque*, *quique* legendum videtur. Hoc enim dicit, pelagi venenum & usum aquæ, qui succo amaro corruptus erat, vitali sale permutant, & eum ipsum aquæ usum salubrem efficiunt. *Vsum aquæ* pro aqua dixit. Per *succum amarum*, salsedinem aquæ marinæ intelligit, quam modo *venenum pelagi*, & paullo ante *ponti virus* vocaverat. Sunt enim hæc duo vocabula *μέσα*: de quo vide suis locis. Cæterum de salis generibus vide Plinium lib. 31 Nat. Hist. cap. 7. *Servi sale empti* vocabantur nullius pretii, quoniam Thraces mediterranei servos suos sale permutabant. Hinc Plaut. Cas. a. 3 sc. 2 v. 8 *Non vilis emptu est, modius qui venit salis*, i. e. cui modius salis impensus est. vid. ibi Taubman. p. 400. Pollux 7 cap. 2. Pontan. Bellar. Attic. p. 737. *Modo sit mihi mensa tripes & concha salis puri*, Horat. 1 satyr. 3 v. 13, ubi sal nota frugalitatis est. Nam *salem lingere* dicuntur, qui perquam tenuiter victitant. vid. Lambin. ad Horat. 1 od. 16, & Jo. Meurs. Mantiss. de Luxu Rom. cap. 2. ¶ 2. *Sal* ponitur pro sapientia & urbanitate, witz, verstand, klugheit. Terent. in Eunuch. a. 3 sc. 1 v. 14 *Qui habet salem*, wer klug ist. Vbi Donatus: SAL *neutraliter, condimentum est: masculinum, sapientia.* Catullus epigr. 87 in Quintiam & Lesbiam:

Nulla in tam magno est corpore mica salis.

Huc refer monitum Christi Marc. c. 9 v. 50; & Apostoli Coloss. c. 4 v. 6; & Eph. 4 v. 29. Eodem tendit vulgaris formula: *Hoc cum grano salis accipiendum.* Cæterum in sacris litteris *Sal* etiam sumitur pro doctorum in ecclesia dexteritate doctrinæque puritate: e.g. Matth. c. 5 v. 13 *Vos sal terræ estis*, &c. ¶ 3. *Sal* etiam ponitur pro lepore & *εὐτραπελίᾳ* sermonis, schertz oder geschicklichkeit der rede. Afranius apud Priscian. lib. 5 p. 659 *Quicquid loquitur, sal est.* Plin. 3 epist. 21 *Homo ingeniosus, acutus, acer, & qui plurimum in scribendo & salis habet & fellis.* Et Auson. epist. 11 *In cavillando naturâ invenustus, nec arte conditus, diluti salis & fellis ignavi.* Hinc *Sales*, joci &c. Plin. lib. 31 cap. 7 *Vita humanior sine sale nequit degi, adeoque necessarium elementum est, ut transierit intellectus ad voluptates animi quoque. Nam ita* sales *appellantur, omnisque vitæ lepos, & summa hilaritas laborumque requies non alio magis vocabulo constat.* Sic, *Vrbani sales*, Cic. 9 famil. epist. 15. Idem 1 Offic. cap. 37 *Sale & facetiis Cæsar vicit omnes*, an höffligkeit und schertz-reden. Etiam in deteriorem partem pro gravibus & acerbis jocis: Seneca de Vita Beata cap. 27 *Tota illa comicorum poëtarum manus in me venenatos sales suos effudit.* ¶ 4. Neque vero de sermonis tantum lepore & urbanitate, sed aliarum etiam rerum venustate ac elegantia *Sal* dicitur. Nepos Attico cap. 26 *Tectum antiquitus constitutum plus salis, quam sumtûs habebat.* Verum inconcinne hic quibusdam hoc modo usupari videtur. ¶ 5. Poëtis interdum *Sal* mare dicitur ob salsedinem, ut fœmininum Græcis *ἡ ἅλς*, das meer. Virg. 1 Æn. v. 35

Vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant.

Rursus Æn. lib. 5 v. 848

Mene salis placidi vultum fluctusque quietos
Ignorare jubes?

¶ Sălārius, a, um, adject. zum saltz gehörig; ut, *Vectigal ex annona salaria*, Liv. 29 c. 37, der saltz-zoll. Sic ab Sabinis per Anienis pontem ad mare inferum ferebat *Via Salaria*, die saltz-strasse, Idem lib. 7 c. 9, & Festus, ut & Plin. 31 c. 7, quoniam illa viâ sal in Sabinos portari consueverat.

¶ Salarius,

¶ Sălārius, i, substantivum, qui sal vendit, ein saltz-mann. Martial. lib. 1 epigr. 42 *Viles pueri salariorum.*

¶ Sălārium, i, substant. stipendium militiæ vel servitii, der sold, die besoldung; ut, *Salarium annuum*, Lege ult. Dig. de Obligation. ein jahrsold. Plin. lib. 31 cap. 7 *Sal honoribus etiam militiæque interponitur, salariis inde dictis*, &c. Tacitus Agric. cap. 42 *salarium proconsuli solitum offerri.* Et, *Salarium cui constituere*, modo dicta lege ult. Dig. de Obligation. einem eine besoldung machen.

¶ Sălāriārius, i, cui salarium solvitur, ein soldner. Vlpian. lib. 17 Dig. t. 1 leg. 10 § 9 *Nisi si salariarius fuit.*

¶ Sălīna, æ, locus, ubi sal vel fit vel coquitur, ein saltzwerck, saltzbrunnen, saltzgrube. Cic. ad Att. 5 epist. 12 *De strue salinarum.* Sed alii legunt *de strue laterum*, vel *saliorum.* vid. edit. Grævii. Idem Cicer. pro Leg. Manil. cap. 6 *Quas in salinis habent.* Sed Cellarius ad h. l. ex Lipsio de Magn. Rom. 2 cap. 1 & Turneb. Advers. 1 cap. 5 docet, legendum esse *saltibus*, quia de salinarum in Asia vectigali nihil in historia. Cæterum hoc vocabulum habet Cæsar B. Civ. 2 cap. 37 *Salis magna vis jam ex proximis erat salinis eo congesta.* Hirt. B. Afric. cap. 8 *Stagnum salinarum.* Plin. 31 cap. 7 *Ancus Martius salinas primus instituit.* Et ipse Cicero de N. D. 2 cap. 53 *Salinæ ab ora maritima remotissimæ.* Qui & voce hac improprie utitur lib. 7 fam. epist. 32 *Parum diligenter possessio salinarum mearum a te procuratur:* ubi *salinas* vocat locos, in quibus sales sui & facetiæ consistant. Sic, *Salinas celebrare*, saltzwerck treiben, apud Manil. lib. 5 v. 682.

¶ Sălīnum, i, ein saltzfaß, eine saltzmeste. Horat. 2 ode 16 v. 13

Vivitur parvo bene, cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum.

conf. Persius sat. 3 v. 25; & sat. 5 v. 138. ¶ 2. Erat etiam vasculum minutis oblationibus cum sale dicatum. Livius 26 cap. 36 *Vt salinum, patellamque Deorum caussa habere possint.* Valer. Maxim. lib. 4 cap. 4 *In C. Fabricii, & Q. Æmilii Papi, principum seculi sui, domibus argentum fuisse confitear oportet. Vterque enim patellam Deorum, & salinum habuit.* Adde Stat. 1 Silv. 4 v. 131.

¶ Sălillum, i, diminut. ein saltzfäßlein; ut, *Culus purior salillo*, Catull. carm. 23 v. 19. *Nos homunculi, salillum animæ*, Plaut. in Trinum. a. 2 sc. 4 v. 91.

¶ Sălīnārius, a, um, ad salem vel salinas spectans, zum saltzwerck gehörig; ut, *salinaria area*, Vitruv. 8 cap. 3. Et *Salinarius*, substant. ein saltzmann.

¶ Salinātor, ōris, ein saltz-bereiter, saltz-factor, qui rei salariæ operam dat, sal vendit, aut salis vectigal redemit, etiam qui arte sal conficit. Arnobius enim lib. 2 p. 70 inter artifices enumerat: *Quid cybiarios, salinatores, bolonas, unguentarios, aurifices, aucupes* &c. vid. Elmenh. in Arnob. p. 84. Inde *Livio Salinatori* cognomen apud Patavinum historicum lib. 29 cap. 37.

¶ Sălio, īre, saltzen, einsaltzen. Columella 12 cap. 53 *diligenter salire.* Et Ovid. 4 Fast. v. 409 *micæ salientis honorem.* Et Celsus 2 cap. 18 *Pisces, qui solidi, saliuntur.* Vet. Gloss. *Salit*, ἅλλεται.

¶ Sallo, ĕre, eadem significatione etiam dixerunt veteres, ut Lucilius. Nam & ex Sallustio Priscianus citat, *Reliqua cadaverum ad diuturnitatem usus sallere.* ¶ Idem Priscianus lib. 10 ex Sisenna verbum *Sallio, sallire* citat, quod est sale condire.

¶ Salītus, a, um, eingesaltzen, apud Celsum reperitur.

¶ Sălītūra, æ, condimentum cum sale, saltz-lacke, saltz-wasser; item, die einsaltzung. Columella 12 cap. 21 *Post salituram musti cochlear cumulatum.*

¶ Salītor, ōris, qui sale condit, vel qui salis tributum colligit, ein saltz-einleger, saltzherr. Cic. ad Att. 4 epist. 17 *Imperata pecunia data a salitoribus Britanniæ:* Sed alii aliter hodie legunt. Vetus interpres *Murilegulos* intelligit, qui salum scrutantur margaritasque Britannicas, perlen-fischer.

¶ Salsus, a, um, salis saporem habens, a *Salio* verbo, de quo paullo ante, saltzicht, gesaltzen. Ter. Adelph. a. 3 sc. 3 v. 72 *Hoc salsum est parum*, das hat zu wenig saltz. Virg. Æn. 2 v. 273

salsusque per artus Sudor iit.

Plin. lib. 31 cap. 7 extr. *marina aquâ salsior*; & præced. cap. 6 *salsissimum mare.* ¶ 2. Et, *Salsum*, pro *Ridiculo*, auctore Quintil. lib. 6 cap. 3 p. 467. Sic, *salsiores sales*, Cicer. 9 fam. epist. 15. Idem 2 de Orat. cap. 71 *Quæ dicuntur, salsiora videri solent.*

¶ Salse, adverb. idem; ut, *Salse dicere*, id est, acute, scharff, Quintil. 6 cap. 3 extr. & Cic 2 de Orat. cap. 68. *Nihil ex iis, quæ dicuntur salsa, dicitur salsius*, iterum Quintil. l. c. Et, *Ea, quæ occurrant, cum salsissime dici possint, tenere*, Cic. 2 de Orat. cap. 54.

¶ Salsiuscŭlus, a, um, diminut. etwas saltzicht. Augustinus Confession. lib. 8 cap. 3 *Ebriosi quædam salsiuscula comedunt, quo fiat molestus ardor, quem dum exstinguit potatio, fit delectatio.*

¶ Salsāmen, ĭnis, eingesaltzte speise. Arnobius lib. 7 p. 230 post *carnem strebulam & pulpamenta*, nominat *salsamina denique.*

¶ Salsāmentum, i, quicquid ad usum diuturnum sale conditur, ut pisces & alia, eingesaltzen fischwerck, etc. Terent. in Adelph. a. 3 sc. 3 v. 27 *Salsamenta hæc Stephanio fac macerentur pulchre*, es muß recht gewässert werden.

¶ Salsāmentārius, a, um, zum einsaltzen gehörig; ut, *Cadus salsamentarius*, Plinius lib. 32 cap. 8. *Vas salsamentarium*, ein gefäß, darein man einsaltzet, apud Columell. lib. 2 cap. 10.

¶ Salsāmentarius, i, substantivum, salsamentariorum venditor, der mit gesaltzenem fischwerck handelt. Auctor ad Herenn. lib. 4 cap. 54 *Vt si salsamentarii filio dicas, quiesce tu, cujus pater cubito se solebat emungere.*

¶ Salsēdo, ĭnis, ipse salis sapor, die saltzigkeit: Onomast. *Salsedo*, ἅλμη.

¶ Salsilāgo, & Salsūgo, utroque enim nomine Plinius utitur, liquor quidam salis, saltz-brühe, salse. Ita vero lib. 31 cap. 7 extr. *Appellatur in salinis salsugo, ab aliis salsilago tota liquida, marinâ aquâ salsior, vi distans.* Et Vitruvius lib. 2 cap. 4 *remittere salsuginem*, die saltziche schärffe fahren lassen.

¶ Salsitūdo, ĭnis, idem, sive humor salis saporem referens. Vitruvius

lib. 1 cap. 4 *inconsueta salsitudine necari.* Et Plinius lib. 20 cap. 14 *salsitudo corporis.*

¶ Salsūra, æ, die einsaltzung. Columell. frequenter: ut, *Salsura suillæ carnis*, lib. 12 cap. 21. Idem lib. 8 cap. ult. *salsuræ pabula*, piscibus jacentibus præbenda, vocat, quæ paullo ante dixerat *salsamentorum purgamenta, quæ cetariorum officinis everruntur.*

¶ Salsŭla, æ, scil. aqua, i. e. fons salsus, ein saltz-brunnen. Ammianus 28 cap. 4 inter nomina plebejorum refert, quibus ut cultis nitent.

¶ Salifodīna, æ, ubi sal effoditur, eine saltz-grube. Vitruv. lib. 8 cap. 3 *per salifodinas percurrentes fontes & lacus.*

¶ Salsĭpŏtens, tis, maris potens, mächtig auf dem saltz-meer; ut, *Salsipotens Neptunus*, Plaut. Trinum. a. 4 sc. 1 v. 1.

¶ Insulsus, a, um, ungesaltzen. ¶ 2. Item inficetus, ἄμυσος, ungeschickt, unhöfflich, grob, albern. Gloss. Vet. *Insulsus*, ἀνόητος, ἄχαρις. Cicer. 1 Tuscul. cap. 8 *acuti, nec insulsi hominis sententia.* Tertullianus 1 ad Nation. cap. 3 *Solæcismus & insulsior figura.* Superlat. *Insulsissimus improbissimusque est*, Martial. 12 epigr. 55.

¶ Insulse, adverb. idem. Cic. Attico 4 epist. 16 *Latum est insulse:* Legislationem intelligit. Apulejus Apolog. p. 296 *Insulse & absurde.* Gellius lib. 16 cap. 12 *nihil potest dici insulsius.* Idem lib. 12 cap. 2 *Hoc etiam addidit insulsissime.*

¶ Insulsĭtas, ātis, die ungeschicklichkeit, grobheit. Cic. 13 ad Att. epist. 29 *In villa, cujus insulsitatem bene noram, video nihil aut pauca mutata.* conf. ad Att. 5 epist. 11.

¶ Subinsulsus, a, um, aliquantum insulsus, etwas plump. Cic. de Opt. gen. Orat. cap. 3 *Si quid non acutum, aut subinsulsum est.*

¶ Persalsus, a, um, valde salsus, sehr saltzicht. Cicero metaphorice lib. 2 de Oratore cap. 69 *Persalsum illud est apud Nævium*, &c.

¶ Persalse, adverb. idem. Cic. 2 ad Quint. fratr. epist. 14 *Persalse & humaniter etiam mihi gratias agit.*

¶ Præsulsus, a, um, idem quod *persulsus*, scharff gesaltzen; ut, *Præsulsæ adipis liquamen*, Columella lib. 6 cap. 2.

¶ Subsalsus, a, um, aliquantulum salsus, etwas saltzicht. Plinius 21 c. 29 *herba subsalsa gustanti.*

SĂLĂCACCĂBIA, orum, i. e. salsitia, intestina farta, quæ in ollis coquuntur, Apicius 4 cap. 1.

SĂLĀCIA, æ, Dea maris, Amphitrite: Vetus Gloss. *Salacia*, Ἀμφιτρίτη, Νηρεΐς. Vide Festum; ubi *Salaciam* dictam putat, quod *salum, i. e. mare cieat*, i. e moveat. Sed rectius a *Salo* simpliciter. Vt enim a *vinum vinaceus*, ita a *salum salacius*, & deinde *salacia.* Nam revera videtur adjectivum. Vet. Gloss. *Salmacia* (forte legendum *Salacia*) *aqua*, ἁλμυρὸν ὕδωρ; Decessus maris est, die ebbe, ablauff des meers. vide *Venilia.*

Salacitas, vide paullo post *Salax.*

SĂLĀCO, ōnis, Autolyci pater, mollis & luxui deditus, uti Scholiastes Aristophanis tradit. Suidas vero & Hesychius eum sic dici scribunt, qui, cum pauper sit, dives tamen haberi vult; sive, qui in paupertate opulentiam simulat. Menander in epistola ad Glyceram τρυφὰς & σαλακωνίας conjungit, quas tamen differre ex Aristotelis lib. 2 Rhet. docet Cœl. Rhodiginus lib. 7 cap. 16, aitque, *Salaconas* esse, qui insueverint circa id, quod amant, immorari, admirari & clamores tollere, qualis M. Antonius fuit, quem idcirco Tullius Paradoxo 5 perstringit, & non liberum, adeoque nec imperatorem, sed servum esse ostendit. Vsus est autem ea voce Cicero 5 fam. epist. 24 *Cognosti meam caussam, & istius Salaconis iniquitatem.*

SĂLĂCŌMA, ātis, σαλάκωμα, jactantia, die ruhmredigkeit. Cicer. ad Attic. 14 epist. 2 *Apud quem nullum salacoma*, i. e. inanis jactantia. Alii legunt φαλάκρωμα.

SĂLĂMANDRA, æ, σαλαμάνδρα, lacerti genus, ein molch oder moldwurm. Vermis maxime venenatus: vivit in igne, & in ignem quidem immissus eum extinguit. Ita quidem Aristoteles lib. 5 Histor. Animal. cap. 19 sect. 230, eumque potius, quam experientiam secuti Antigonus Tmemat. 91 memorabil. Narrat. & Ælianus lib. 2 Histor. Animal. cap. 31 prodiderunt. Verum aliquantisper in igne illæsus quidem consistit ob terreæ cutis duritiem; at diutius admotus comburitur. Adde Plin. lib. 10 cap. 67. vid. Voss. lib. 5 Instit. Orat. p. 514, & notas ad Relig. Medic. p. 311.

SĂLĂMIN, & Salamis, ĭnis, insula in sinu Saronico contra Athenas, regia quondam Teucri & Ajacis, de qua in Themistocle Cornel. Nepos c. 2 n. 8; quæ & *Bellicorum hominum genitrix* Pindaro appellata. ¶ 2. *Salaminem* autem urbem in Cypro post bellum Trojanum Teucer condidit. Vide Vellej. Paterculum principio reliquiarum lib. 1, & Horat. lib. 1 od. 7 v. 21

Tiburis umbra tui, Teucer, Salamina patremque, &c.

¶ Sălămīnus, & Salamīnius, a, um, adjectivum; ut, *Salaminium tropæum*, Cic. 1 Tuscul. cap. 46. *Salaminia pugna*, Nepos 3, 2, 1. *Salamini* & *Salaminii*, incolæ, ut, *Solon Salaminius.*

¶ Sălămīniăcus, a, um, idem. Sic Lucanus *mare Salaminiacum* dixit mare Salaminis insulæ, lib. 5 v. 109. Et, *Salaminiaca tropæa*, Silius lib. 14 v. 283.

SĂLĂPIA, æ, Apuliæ oppidum, Annibalis meretricio amore inclytum, Plin. 3 cap. 11.

¶ Salapīnus, a, um, adject. ut, *Salapina palus*, Lucan. 5 v. v. 377.

SĂLĂPITTA, æ, alapa, eine maulschelle. Gloss. lat. gr. *Salapitta*, ῥάπισμα. Arnob. lib. 7 p. 239 *Delectantur stupidorum capitibus rasis, salapittarum sonitu atque plausu:* ubi Heraldus ex Tertull. de Spectac. cap. 23 probat, stupidos præcipue in mimis salapittis sive alapis admonitos fuisse, & aliud esse *Salpictas*; de quibus infra in *Salpix.*

SĂLĂPVTIVM, i, homo brevis staturæ, a *salacitate* & a *putando* ficto nomine, ein klein männlein, zwerglein. Sic Catullus carm. 54 v. 5 Calvum, cum esset staturæ perexiguæ, vocavit *Salaputium disertum.* Ex quo & Seneca adducit 3 Controvers. 19. conf. supra *Putus* in *Puto*; & Becman. de Orig. L.L. p. 892. At Salmasius in Solin. p. 50 (cui etiam Gronovius accedit) legendum esse statuit *Salopugium*, ut sit ex σαλοπύγιον, i. e. *fritilla* sive *motacilla*, eine bachsteltze, uti Græci appellant ἀπὸ τοῦ σαλεύειν τὴν πυγήν, quod caudam crebro quatiat.

SĂLAR, is, mascul. piscis, eine forelle, kleiner lachs. Sidon. lib. 2 epist. 2 *Rapacissimi salares.* Et Ausonius Mosellâ v. 88
Purpureisque salar stellatus tergora guttis.

Salariarius, salarium, salarius, vide paullo ante in *Sal.*

SĂLAX, ācis, in libidinem pronus, geil, unkeusch; ut, *Salaces eruca*, Ovid. Remed. am. v. 799, μεϑονυμικῶς, quod incitent Venerem. conf. Martial. 3 epigr. 75. Lactantius de Opific. c. 14 *Si ita esset*, (libidines rerum Venerearum in jecore contineri,) *salaciora plus jecoris habuissent.* Et Columella lib. 7 cap. 9 pr. *Oportet mares sues quam salacissimos esse.* Seneca pariter apud Lactantium lib. 1 cap. 16 *Quid est*, inquit, *quare apud poëtas salacissimus Jupiter desierit liberos tollere?* Vossio in Etymolog. p. 444 a *salio* est *salax*, ut ab *audeo audax*; nempe ab ea *saliendi* notione, qua in feris notat ὀχεύειν, quomodo & nos dicimus bespringen. Alii hoc petulantiæ nomen a *sale* derivant, quia sal libidinem propter calorem excitat, seminalemque vim expergefacit & acuit. Hinc

¶ Sălācĭtas, ātis, die geilheit, üppigkeit. Plin. lib. 10 cap. 36 *Passeri minimum vitæ, cui salacitas par.*

SĂLĔBRA, æ, *a saltu dicta*, inquit Nonius cap. 2 n. 828; ubi nimirum sæpius saliendum, ein holper, unwegsamer ort. Sic, *Hæret in salebra*, Cic. de Fin. 5 cap. 28. Et Valer. Maximus 6 cap. 9 ext. 5 *Vultum semel mutavit perquam brevi tristitiæ salebra concussum.* ¶ Sed plurale *Salebræ* usitatius est. Sunt autem loci asperitate difficiles & impediti, unebene, rauhe und steinichte örter, qui sine saltu transiri non possunt. Propertius 3 eleg. 15 v. 15
Luna ministrat iter, demonstrant astra salebras.

¶ 2. Cicero per metaphoram horridam etiam & incultam orationem *salebras* dixit, eine unförmliche, unliebliche rede; e. g. de Finib. 2 c. 10 *Nunquam in tantas salebras incidisset.* Martialis in Chrestillum quemdam lib. 11 epigr. 91
Carmina nulla probas, molli quæ limite currunt:
Sed quæ per salebras, altaque saxa cadunt.

¶ Sălēbrātus, a, um, holpricht, uneben. Sidonius lib. 2 epist. 2 *Fluvius salebratis saxorum obicibus anfractus, spumoso canescit impulsu.* Ita legitur in edit. Colvii; Sed

¶ Salebratim, adverb. in iisdem verbis Sidonii expressit Sirmondus.

¶ Salebrĭtas, ātis, die unwegsamkeit. Apulej. Met. lib. 6 *Inaccessa salebritate lubricus.*

¶ Sălēbrōsus, a, um, asper, rauh, ungleich. Quintil. lib. 11 cap. 2 p. 815 *Salebrosa oratio*, hoc est, sæpe interrupta, dura, resistens & difficilis, eine ungeschickte rede, so nicht lieblich nach einander fortgeht; quod de Asinii quoque Pollionis compositione Seneca epist. 100 dixit. Ideo & apud Martial. 11 epigr. 3 *salebrosus Sanctra.* Et apud Sidonium lib. 9 epist. 7 *salebrosæ* [*orationis*] *juncturæ.* Idem Carm. 13 ad Polem. *Omissa*, inquit, *epithalamii teneritudine, per asperrimas philosophiæ & salebrosissimas regulas stylum traxi.*

SĂLEIVS, i, *Bassus* cognomine, poëta pauper Vespasiani ævo, de quo multa Tacitus seu autor de Causs. corrupt. eloqu. c. 5. Et Quintil 10 cap. 1 *Vehemens & poëticum ingenium Salejo Basso*, &c. Juvenal. sat. 7 v. 80 *Tenui Salejo gloria quantalibet.*

SĀLENTĪNI, orum, populi in finibus Italiæ, Apuliæ proximi. vid. Festus. Adjective Virg. 3 Æn. v. 400
Et Salentinos obsedit milite campos.

Et Silius 8 v. 576 *Salentinæ cohortes.* conf. Ovid. Met. 15 v. 51.

SĂLERNVM, i, Picentinorum oppidum in Italia. Lucanus lib. 2 v. 425
radensque Salerni
Culta Siler:

id est, Silarus amnis. Et Silius lib. 8 v. 583
Ille & pugnacis laudavit tela Salerni.

Quod vel ipsum civitatis nomen est: vel factum inde denominativum *Salernus*, pro *Salernitanus*, ut Cœlius Secundus in F. R. censuit. ¶ Exstat de conservanda valetudine ad Anglorum regem *Scholæ Salernitanæ* libellus non inutilis.

SALGĂMA, orum, dicebantur flores, herbæ, olera, aceto, & muria, quæ ex sale, unde nomen, condita, in vasis fictilibus vitreisque asservabantur. De quibus videndus Columella est lib. 12 cap. 4 & aliquot sequentibus. Meminit & lib. 10 de hort. v. 117 idem Columella: & Ausonius epigr. 125. Græci ἁλμαία vocant, allerhand eingemachte früchte, gute tütschen. In titulo 41 lib. 12 Codicis *de Salgamo hospitibus non præstando* videntur significari species, quæ ad condiendum faciunt: ut, *Sal, acetum, lignum, oleum, culcita.* Lege 3 Cod. Theodos. de Salgamo hospitibus non præbendo, Jacob. Gothofredum pretium est consulere.

¶ Salgamarius, i, salgamorum confector seu venditor, apud eumdem Columellam lib. 12 cap. 44 & 54, ein materialist, zuckerbecker. Gloss. gr. lat. παντοπώλης, *seplasiarius, salgamarius.* conf. Vinetus in Auson. p. 238.

Saliaris, saliatus, Salicastrum, salicetum, &c. Salifodina, Salignus, vide *Salii, Salix, Sal, Salix.*

SĂLII, orum, a *saliendo* dicti sacerdotes Martis. Ovid. 3 Fast. v. 387
Jam dederat Saliis (a saltu nomina ducunt.)

Livius lib. 1 cap. 20 *Numa Salios XII Marti legit, cælestiaque arma (quæ ancilia appellantur) ferre, ac per urbem ire canentes carmina cum tripudiis, solennique saltatu, jussit.* Adde Virg. Æn. 8 v. 285. Varr. de L. L. 4 cap. 15, & Festum, qui & istud affert e Polemone, *Arcada quemdam fuisse, nomine SALIVM, quem Æneas a Mintinea in Italiam deduxerit, qui juvenes Italicos* ἐνόπλιον *saltationem docuerit*, &c. Sed numerum Saliorum institutum a Numa, duplicavit Tullius Hostilius, devictis Sabinis, ut Dionysius Halicarnass. auctor est lib. 3. Horum primus dicebatur PRAESVL, de quo Plutarchus in Numa. Vide & Buchnerum ad Hymn. Prudentii de natali Domini vers. penult. ¶ 2. *Salii*, Germaniæ populus, Francica gens, Marcellino, Zosimo & aliis laudata. Althamerus in Taciti Germaniam a *Sala* fluvio sic dictos putat: alii ab *Isala* sic appellatos censent, qui antiquitus *Sal* appellatus. v. Cluverius lib. 3 German. Antiquæ cap. 17. ¶ Ab his *legem Salicam* dictam, Alciatus censuit, quæ mulieres a successione arceat, ne per connubia & affinitates peregrini ad regni successionem sibi aditum faciant. Sed diversæ sunt opiniones. vide Chiffletium.

¶ Săliāris, e, adject. quod ad Salios pertinet. Sic, *Saliare Numæ carmen*, quod cantatur a Saliis, Horat. 2 epist. 1 v. 86. Illud a Numa compositum omnium latinorum carminum antiquissimum fuisse dicitur & obscurissimum. Festus: *Axamenta, carmina Saliaria componebantur a Saliis sacerdotibus in universos homines*, &c. Sic, *Saliares epulæ, dapes*, ein herrlich mahl, panquet, quæ exhibebantur his sacerdotibus: quæ quia magnificæ opiparæque erant, idcirco id nominis ad quasvis lautiores cœnas est translatum. Festus: *His* (Saliis) *per omnes sacrorum dies, ubicunque manent, quia amplissimæ ponuntur cœnæ, si quæ aliæ magnæ sunt,* SALIARES *appellantur.* Horatius lib. 1 ode 37 v. 2
nunc Saliaribus
Ornare pulvinar Deorum
Tempus erat dapibus, sodales.

Saliaribus dapibus, id est, opimis & sumptuosis. Vide ibi interpretes: itemque Torrentium ad Suetonii Claudium cap. 33. Et Cic. 5 ad Att. epist. 9 *epulari Saliarem in modum*, i. e. copiose, panquetiren.

¶ Salius, a, um, adject. idem. Horat. 1 od. 36 v. 12 *Neu morem in Salium sit requies pedum.* Apud Festum *Salias virginis* Cincius ait *esse conductitias, quæ ad Salios adhibebantur cum apicibus paludatæ*, &c.

¶ Saliātus, ûs, substant. officium Saliorum. Capitolinus in Marco Philosopho cap. 6 *Octavo ætatis anno in Saliorum collegium retulit.*
In saliatu omen accepit imperii, &c.

¶ Sălĭsubsŭlus, i, Mars ipse dicitur, cujus ludos & sacra Salii saltantes peragebant. Pacuvius: *Pro imperio sic Salisubsulus vestro excubet.* Et Catullus carm. 17 v. 6
In quo vel Salisubsuli sacra suscipiantur.

Vid. ibi Scalig. cui Salii sunt *Salisubsuli* quasi *Salii subsilientes.*

Salina, salinator, salio, &c. vide supra *Sal.*

SĂLIO, salivi, salii & salui, (tribus syllabis.) salire, hüpffen, springen; ab ἅλλω seu ἅλλομαι. *Saliunt passeres*, Plin. lib. 10 cap. 38. *Saliendo se exercere*, Plaut. Bacchid. a. 3 sc. 3 v. 25. *Cor mihi salit*, Idem Casin. a. 2 sc. 6 v. 62. Et, *Tibicinæ ad strepitum salire*, tantzen, Horat. 1 epist. 14 v. 26. ¶ 2. *Salire* etiam dicuntur animalia, quando mares fœminas generationis caussa insiliunt, sive ineunt, bespringen. Ovid. lib. 2 de Art. am. v. 485 *Læta salitur ovis.* Varro 2 de Re Rust. cap. 7 *Quum equus, matrem ut saliret, adduci non posset*, &c. Idem lib. 3 c. 7 de anseribus: *Saliunt fere in aqua.*

¶ Săliens, tis, springend; ut. *Aquæ salientes*, quell-wasser, so aus einem brunnen springen, Sueton. Augusto cap. 82. *Rivo saliente sitim restinguere*, Virg. eclog. 5 v. 47. Et, *piscem salientem ducere seta*, Martial. 1 epigr. 56. ¶ 2. *Salientes*, substant. siphunculi, die röhrlein, daraus das wasser springt, wasserröhren. Vitruvius lib. 8 cap. 3 *Athenis ad portum Piræum ducti sunt salientes, e quibus bibit nemo.* Cic. ad Qu. frat. 3 epist. 1 *Affirmo, mirifica suavitate te villam habiturum, piscina & salientibus additis.* Vocantur alio nomine *Silani*, de quibus suo loco. conf. Keuchenii not. in Frontin. de Aquæduct. pag. 377.

¶ Salĭtio, ōnis, actus saliendi, das springen; ut, *Salitio equorum*, Veget. Rei milit. 1 cap. 18.

¶ Salīsātio, ōnis, palpitatio, das zittern der glieder; in Gloss. gr. lat. παλμός. Et Marcell. Empir. cap. 21 *Cordis pulsus, sive salisatio.*

¶ Salisātor, ōris, qui, dum membrorum quæcunque partes saluerint, aliquid sibi exinde prosperum seu triste significari prædicunt. vid. Isidor. 8 cap. 9, & Sarisb. 1 cap. 12.

¶ Saltus, ûs, ein sprung, cujusmodi ferarum est, ut, *leporum, capreolorum, cervorum*, &c. Virgilius 9 Æn. v. 554
saltu supra venabula fertur,

scilicet *fera.* Etiam de hominibus. Idem sub finem ejusdem libri de Turno:
Tum demum præceps saltu sese omnibus armis
In fluvium dedit.

Et Curtius 9 cap. 5 n. 2 de Alexandro: *In urbem hostium plenam præcipiti saltu semet ipse immisit.* ¶ 2. *Saltus* pro silva, nemore, quod dubiæ originis est, vide infra suo loco.

¶ Saltĭcus, a, um, tantzend, hüpffend, springend. Tertull. adv. Gnost. cap. 8 de Johanne: *Contumeliosa cæde truncatur in puellæ salticæ lucar.*

¶ Saltuāris. e, idem; ut, *Saltuares insulæ*, in lacu quodam Lydiæ, *quæ in symphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum moveantur*, Plin. 2 cap. 95.

¶ Saltuārius, a, um, idem; ut, *Saltuariorum testamenta*, Petron. Fragm. Tragur. p. 24.

¶ Saltuātim, adverb. sprungweise; ut, *Saltuatim currere*, apud Gell. lib. 9 cap. 4. Adde Nonium ccp. 2 n. 758. Et Ammianus 26 cap. 12 *saltuatim redire festinamus.*

¶ Salto, avi, atum, are, frequentat. tantzen; ut, *Sobrius nemo fere saltat*, Cic. pro Muræn. cap. 6. *Saltare commode*, id est, perite atque admodum, wohl tantzen, Nepos præfat. n. 1. ¶ 2. * Saltabantur olim poëmata. Ovidius lib. 5 Trist. eleg. 7 v. 25
Carmina, quod pleno saltari nostra theatro
Versibus & plaudi scribis, amice, meis.

Saltari autem *poëmata*, nihil est aliud, quam ad verba & ad numeros accedere aptum & concinnum & ex arte ac disciplina motum, jactationemque membrorum corporis. Sed non tam pedum quam brachiorum; quippe in veterum saltatione primum ac præcipuum erat, ut gestus agerent brachiis & inflecterent lacertos ad numerum. Ovid. 1 de Arte am. v. 595
Si vox est, canta; si mollia brachia, salta.

Idem lib. 2 v. 305 *Brachia saltantis, vocem mirare canentis.*
Idem lib. 3 v. 349 *Quis dubitet, quin scire velim saltare puellam,*
Ut moveat posito brachia jussa sono.
Propert. 2 el. 22 v. 5 *Scire aliquis molli deducit candida gestu*
Brachia, seu varios incinit ore modos. Grævius.

¶ Saltātus, a, um, getantzt; ut, *Saltata poëmata*, Ovid. Trist. 2 v. 519.

¶ Saltatus, ûs, substant. pro *saltatione*, der tantz, das tantzen. Livius

lib. 1 cap. 20 *Per urbem ire, carmina canere, cum tripudiis solennique saltatu.* Ovid. 14 Metamorph. v. 637

Quid non & Satyri, saltatibus apta juventus, Fecere?

¶ Saltātio, ōnis, das tantzen, der ball. Cic. pro Muræn. c. 6 *Multarum deliciarum comes est extrema saltatio.* B. Ambrosius lib. 6 epist. 36 *Deliciarum comes & luxuriæ ludibrium est lasciva saltatio.* Saltationis laudes habes apud Lucianum: sed quæ ad Græcos pertinent. Romanos non satis probasse, & alienum statuisse a gravibus personis, inde etiam potest colligi, quod ejus studium in Caligula atque Nerone improbatum fuit. Et Domitianus Quæstorium virum, quod gesticulandi saltandique studio teneretur, movit senatu, ut Suetonius auctor est Domitiano cap. 8. Et Cicero multis objicit, *saltatores fuisse.* Sed hæc & alia loca de lasciva & histrionica saltatione accipienda sunt; non altera illa gravi & modestâ, ab armis atque palæstra assumtâ, & qualis in ipsis sacris adhibita partem religionis constituebat, de quâ Quintilianus lib. 1 cap. 11 extr. & Servius in eclog. 5 Virg.

¶ Saltatiuncŭla, æ, diminutivum, ein täntzlein. Vopiscus in Aureliano cap. 6 *Pueri saltatiunculas in Aurelianum componerent.* Vbi carmen una significat, quod saltantes concinerent.

¶ Saltātor, ōris, ein täntzer. Cic. pro Muræn. cap. 6 *Saltatorem appellat L. Murænam Cato.*

¶ Saltatrix, īcis, eine täntzerin. Cic. in Pison. cap. 8 *Ex popina extractus cum saltatrice tonsa.*

¶ Saltatrīcŭla, æ, idem. Gell. 1 c. 5 *notissima saltatricula.*

¶ Saltātōrius, a, um, zum tantz gehörig; ut, *Ludus saltatorius*, die tantzschul. Cicer. in Pison. cap. 10 *Quum nudus in convivio saltaret, in quo ne tum quidem, quum illum suum saltatorium versaret orbem, fortunæ rotam pertimescebat.* Quod imitatus Arnobius lib. 2 p. 73 *Orbes saltatorios vertere* dixit, den reyhen wenden.

¶ Saltatorie, adverb. tantzerlich. Apulejus Met. lib. 10 p. 253 *saltatorie procurrens.*

¶ Saltabundus, a, um, tantzend, springend. Gell. 20 cap. 2 *Saltabundi canebant, quæ nunc stantes canunt.*

¶ Saltĭto, āre, novum frequentativum, viel springens machen. Arnobius lib. 2 p. 73 *saltitares & cantares.* Adde Quintil. 9 c. 4, & Macrob. Saturn. 3 c. 14.

Composita a *Salio* & *Salto*:

¶ Absĭlio, īre, davon hüpffen, wegspringen. Statius 6 Thebaid. v. 97

fugere feræ, nidosque tepentes
Absiliunt (metus urget) aves.

¶ Adsĭlio, sive Assilio, īre, aufhüpffen, hinzu springen. Cic. de Orator. 2 c. 53 *Assilire ad aliquod genus orationis.* Silius lib. 10 pr.

Assilit in ferrum & per vulnera colligit hostem.

¶ 2. Pro obsequi, & in petitionem aliorum libenter ac promte consentire, Seneca usus est præfat. lib. 5 Controversiarum: *Primo libenter assilui, velut optimam vitæ meæ partem mihi reducturus: deinde jam pudet, quamdiu non seriam rem agam.*

¶ Assultus, ūs, subst. ipse assiliendi actus, accessus, der ansatz, anlauff. Virgil. 5 Æn. v. 442

omnemque pererrat
Ante locum & variis assultibus irritus urget.

¶ Assultim, adverb. sprungweise; ut, *Phalangæ assultim ingrediuntur,* mit aufhüpffen, Plin. lib. 11 c. 24.

¶ Assulto, sive Adsulto, are, frequentativum ab *Assilire*, dativo & accusativo jungitur, hinanspringen: ut, *Ingruit assultans, contraque belluam assurgens*, Plin. 8 c. 40. *Vallo adsultare*, Sil. 7 v. 401. *Portarumque moras adsultat*, Stat. Theb. 11 v. 244.

¶ Circumsĭlio, īre, herumhüpffen. Juvenal. satyr. 10 v. 218

Circumsilit agmine facto
Morborum omne genus, die kranckheiten gehen herum.

¶ Consĭlio, īre, idem quod *insilire*, einem auf den hals springen. Dativo & accusativo jungitur. Tacit. 3 Annal. c. 46 *Fugientibus consilite.* Idem 6 Annal. c. 36 n. 3 *Alios occultus consilit*, quamquam *consulit* quidam legunt.

¶ Consilium, & Consul, vide supra suis locis.

¶ Desĭlio, īre, herabspringen; ut, *Desilire ad pedes*, Cæsar 4 B. Gall. cap. 2.

¶ Desultūra, æ, actus desiliendi, das herabspringen; ut, *Desulturam nihil hic moror*, Plaut. Milit. a. 2 sc. 3 v. 9.

¶ Desultor, ōris, der herunter springt, umsattelt. Sunt *Desultores*, qui ex aliis in alios subinde equos transiliunt, ideoque *amphippi*, ἄμφιπποι, dicti sunt, die behend von einem pferd auf ein anders springen. Livius 23 c. 29 *Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, sed quibus desultorum in modum, binos trahentibus equos inter acerrimam sæpe pugnam in recentem equum ex fesso armatis transultare mos erat.* Vide Lipsii Saturnalia, Petronianos interpretes, & Lævin. Torrentium ad Suetonii Cæsarem cap. 39. Iidem & *Vertumni* dicebantur, de quo infra suo loco. Add. Varr. de R.R. 2 c. 7. Cœl. Rhodig. Ant. Lect. 21 c. 3; & Dempster. in Rosin. p. 490. ¶ 2. Translate Ovid. Amor. 1 eleg. 3 v. 15 *Non sum desultor amoris.*

¶ Desultrix, īcis, eine unbeständige. *Desultrix virtus*, Tertullian. ad Valentin. extremo libro.

¶ Desultōrius, a, um, abwechselnd, umsattelnd; ut, *Equi desultorii*, Sueton. Cæs. c. 39, quibus desultores utebantur. ¶ Deinde ex alio in aliud commeans, instabilis, wetterwendisch. Sic proverb. *Desultoriæ naturæ homo*, versipellis dicitur, seque subinde in aliam aliamque formam mutans. *Desultoriam levitatem* dixit Martianus Capella lib. 1.

¶ Desalto, are, frequent. abtantzen, austantzen. Hinc

¶ Desaltātus, a, um, abgetantzt. Suet. in Caligula c. 54 *Desaltato cantico abiit.* Sed

¶ Desulto, are, alia formâ, hinunter springen; ut, *Desultare mari*, Tertull. de Anima c. 32.

¶ Dissĭlio, īre, entzwey springen, von einander springen. Virg. 3 Æneid. v. 416 *Hæc loca vi quondam & vastâ convulsa ruina*
Dissiluisse ferunt.

¶ 2. Metaphorice est *dissolvi*, sich trennen. *Gratia sic fratrum dissiluit*, apud Horat. 1 epist. 18 v. 42.

¶ Dissulto, are, frequent. idem. Virgil. 12 Æn. v. 923

nec fulmine tanti
Dissultant crepitus.

Et Silius de mobilitate radiorum lib. 7 v. 143

Sicut aquæ splendor radiatus lampade Solis
Dissultat per tecta, vaga sub imagine vibrans
Luminis, & tremulâ laquearia verberat umbra.

¶ Exsĭlio, īre, aufspringen. Cic. 16 famil. epist. 16 *Mihi crede, tuis & illius litteris perlectis, exsilio gaudio*, ich hüpffe für freuden. Terent. Heaut. a. 4 sc. 1 v. 43 *Postquam adspexi, illico cognovi, ad te exsilui*, præ gaudio scilicet. *De vel e loco aliquo exsilire*, Plautus Amphitr. a. 5 sc. 1 v. 63.

¶ Exsilium, exsul, &c. vide supra *Exul.*

¶ Exsultim, adverb. springend, sprungweise. Horat. 3 ode 11 v. 10 *Ludit exsultim metuitque tangi*, id est, exsultando.

¶ Exsulto, āre, frequent. proprie est exsilire, & quemdam motum corporis notat, aufspringen. Sic *equi exsultare* dicuntur, cum saltu attollunt se: Nepos Eumene cap. 5 *Deinde post verberibus cogebat exsultare* (equos,) *& calces remittere.* ¶ 2. Hinc ad motum animi, lætitiamque, qua efferimur, transfertur, in freuden-sprüngen gehen, frolocken. Nam cum attollitur gaudio animus, assurgitque ac ferocit quasi atque superbit, tum *exsultare* dicitur. Tacitus 1 Hist. cap. 17 *Pisonem ferunt statim intuentibus, & mox conjectis in eum omnium oculis, nullum turbati aut exsultantis animi motum prodidisse.* Idem in Agricola c. 7 *Nec Agricola unquam in suam famam gestis exsultavit.* Sic, *Gaudio exsultare*, Cic. 2 Philipp. cap. 27. *Lætitia exsultare*, Idem Topic. cap. 22, id est, efferri & exilire quasi, decken hoch springen. *Improbitas exsultat in victoria*, Cic. ad Attic. lib. 1 epist. 15. *Exsultat & triumphat oratio*, Idem in Catilin. 2 cap. 2.

¶ Exsultans, tis, proprie hochspringend, herausspringend. Cic. Offic. 1 c. 26 *Equi ferocitate exsultantes.* Lucret. 2 v. 195 *Sanguis alte exsultans e corpore.* ¶ 2. Item, frolockend, hochmüthig. Cic. de Orat. 3 cap. 41 *Exsultantem te & præfidentem tibi repriment validæ legum habenæ.* Idem de Arusp. Resp. cap. 1 *Furentem & exsultantem continere.* Virg. 2 Æn. v. 386 *Successu exsultans.* Superl. Quintil. 9 c. 4 *Verbum alioqui sit exsultantissimum.*

¶ Exsultanter, adverb. idem, apud Cyprian. epist. 47 c. 1. Et, *Exsultantius scribere*, Plin. lib. 3 epist. 18. *Exsultantius incedere*, Ammian. 23 cap. 20.

¶ Exsultantia, æ, der sprung; item, der hochmuth. Gellius 12 cap. 5 *Doloris exsultantia.* Et Paulinus Jambo ad Cytherium v. 564 de Samsone: *ludibrium Hostilis exsultantiæ.*

¶ Exsultātio, ōnis, gestus exsultantium præ lætitia, der freudensprung, die frolockung. Plinius lib. 8 cap. 54 *Simiæ lunam novam exsultatione adorant.* Vet. Gloss. *Exsultatio*, γαυρίαμα, καύχημα, ἀγαλλίαμα. Et Hirt. B. Afric. c. 31 *Constituerat gloriam exsultationemque eorum pati.*

¶ Exsultabundus, a, um, springend, frölich. Solinus cap. 5 [al. 11] *In Halesina* [Siciliæ] *regione fons alias quietus & tranquillus cum siletur; si insonent tibiæ, exsultabundus ad cantus elevatur, & quasi miratur vocis dulcedinem.* Et Justin. 18, 7, 10 *Ausiune es mœsta ac lugentia castra velut exsultabundus intrare?*

¶ Insĭlio, īre, auf etwas springen; ut, *Insilire in equum*, apud Livium lib. 6 cap. 7. *Insilire alicujus tergo*, Ovid. 12 Metam. v. 345. Cum accusativo extulit Sueton. in Claudio cap. 21 *Tauros insiliunt defessos.* Sed Phædrus 1 fab. 3 v. 20 *Supra lignum insilire.*

¶ Insile, is, ab *insiliendo*, instrumentum textorium, sive axis, circa quem tela volvitur, der tritschemmel, reitstock. Lucretius 5 v. 1351

Nec ratione alia possunt tam lævia gigni
Insilia, ac fusi, radii, scapique sonantes.

¶ Insultus, ūs, subst. der ansatz, anfall, vulgo adhibetur, sed nulla adest autoritas.

¶ Insultūra, æ, actus insiliendi, der sprung aufwerts. Plaut. Milit. a. 2 sc. 3 v. 9 *Istam insulturam nihil hic moror.*

¶ Insulto, āre, frequent. sæpius, & cum impetu insilire, drauffspringen; item, trotzen, pochen, spotten. Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 54 *Fores calcibus frustra insultare*, mit den füssen wider die thüren schlagen. Virgil. 3 Georg. v. 116 *equitem docuere sub armis*
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.

Vbi *Equitem* Poëta pro *equo* dixit. Sallustius Fragm. *Multos a pueritiâ bonos insultaverat*, hoc est, vel infestarat, vel irriserat. Et cum dativo: ut, *in calamitate alicui insultare*, Cicer. 7 in Verrem cap. 50, einem sein unglück spöttlich fürwerffen. *Insultare omnium capitibus*, Sueton. Cæs. cap. 22. Et absolute Virg. Æneid. 10 v. 20 *Cernis, ut insultent Rutuli?*

¶ Insultans, tis, stampffend, trotzend. Virg. Æneid. 11 v. 600 *Fremit insultans sonipes.* Idem Æneid. 8 v. 570 *Capiti insultans.* Idem 2 Æneid. v. 329 *victorque Sinon incendia miscet*
Insultans.

Vbi Servius: INSVLTARE, inquit, *est in alienum dolorem gaudere.*

¶ Insultātio, ōnis, die verspottung. Quintil. lib. 8 cap. 5 *Non tam probatio, quam extrema quasi insultatio*, i. e. exagitatio.

¶ Insultātōrius, a, um, trotzig, spöttisch. Tertullianus lib. 5 contra Marcion. c. 10 extr. de ἐπινικίῳ, VBI EST MORS TVVS ACVLEVS &c. *Nec alii Deo gratias dicit, quam illi, a quo verbum insultatorium de morte & triumphatorium accepit.*

¶ Insultatorie, adverb. idem. Sidon. lib. 1 epist. 7 post princ. *libere queror, non insultatorie.*

¶ Insultabundus, a, um, trotzend. Augustinus epist. 86 ad Casulanum: *In luxurias epularum & temulenta convivia insultabundus invehitur.*

¶ Persulto, āre, drüber springen. Livius lib. 34 cap. 20 *Memores, quam sæpe in agro eorum impune persultassent*, wie sie herum gestreiffet. Seneca de Ira lib. 2 cap. 31 *Aspice taurorum, pueris pariter ac fœminis persultantibus, terga impune calcata.* Silius lib. 3 v. 385

Tam levibus persultat equis.

¶ Persultator, ōris, ein durchstreiffer. Symmachus lib. 6 epist. 22 *Bajani litteris persultator.*

¶ Præsi-

¶ Præsĭlio, īre, herfürspringen. Plaut. in Sticho a. 3 sc. 2 v. 13 *Vt præ lætitia lacrymæ præsiliunt mihi.* A *præsilire* est

¶ Præsul, ŭlis, qui & *Præsultor*, itemque *Præsaltor* dicitur; qui primus Saliorum chorum ducit, der vortänzer. vide supra *Salii*. Item, qui aliis præest, ein oberpriester, bischoff, prälat. vide Buchnerum ad Prudentii hymnum de Christi natali v. penult. Onomast. Vetus: *Præsul*, χοροστάτης. Capitolinus in Marco cap. 6 *Fuit in eo sacerdotio & præsul & vates & magister.* Vbi Casaubonum & Salmasium videas. Vsus & Cicero 1 de Divinat. cap. 26, & lib. 2 cap. 66, uti in melioribus libris est, vide utrobique Gruterum. Sic, *præsul fori*, der richter, Sidon. 4 epist. 14. Et, *Agri præsulem ponere*, einen verwalter ordnen, Pallad. 1 tit. 6. Vtriusque sexus est. Avienus descript. Orbis v. 519

Et Junone calens hîc aræ præsule semper.

¶ Præsultor, ōris, ein vortänzer. Gloss. Vet. *Præsultor*, ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχούμενος. Salmasius in Capitolini Marcum cap. 6 *prosaltor*, ait, in antiquis Glossis esse, & perperam id in *præsultor* mutatum. Apud Lactantium lib. 2 cap. 7 Jupiter per quietem dixit Atinio cuidam: *ludis Circensibus proximis præsultorem sibi displicuisse.* Livius lib. 2 cap. 36 illam historiam vel fabulam recitans *præsultatorem* appellavit. Valer. Maximus autem *præsultorem* lib. 1 cap. 7 n. 4.

¶ Præsulto, āre, frequent. vorher springen. Liv. lib. 7 cap. 10 *Præsultare hostium signis.*

¶ Præsultator, ōris, ein vorspringer, vortänzer. Livius lib. 2 cap. 36 *Jovi præsultatorem displicuisse.* Vide proxime ante in *Præsultor*.

¶ Prosĭlio, īre, sich herfür thun, herfür springen. Terent. Eunuch. a. 5 sc. 8 v. 6 *Quidnam properans prosilis?* Et, *Prosilire repente, temere*, Cic. pro Cœlio cap. 25. *Prosilire ex tabernaculo*, Livius lib. 28 cap. 14. *Prosilire in concionem*, Idem lib. 5 cap. 2, unter den hauffen herfür dringen. Horat. 2 satyr. 7 v. 74 *tolle periclum,*

Jam vaga prosiliet frænis natura remotis.

Sic, *Lacrymæ prosiliunt*, die thränen dringen zu den augen heraus, Martial. lib. 1 epigram. 34. Præteritum format gemino modo Curtius lib. 8 c. 1 n. 43 *Rex ex lecto repente prosiluit:* ac Idem lib. 7 c. 4 n. 20 *Bessus e convivio prosilivit.*

¶ Prosaltor, ōris, Salmasius substituit in locum *Præsultor*, ut modo in ea voce diximus.

¶ Resĭlio, īre, zurück springen, abplatzen, nicht hafften: ut, *Piratæ in aquas suas resiluerunt*, Florus 3, 6, 6. *Resilit a culmine tecti grando*, Ovid. Metam. 12 v. 480. Et, *Crimen ab hoc quasi scopulo resiluit*, Cicer. pro Rosc. Amerino cap. 29. Sic, *Emptori resilit venditor meliore conditione oblata*, Vlpianus Lege 9 Dig. de in diem addictione, der käuffer tritt zurück.

¶ Resulto, āre, zurück prallen. *Vocisque resultat imago*, Virg. 4 Georg. v. 50. *Resultant tecta vocibus*, Plinius in Paneg. cap. 72. Et, *Resultans sonus*, Plin. lib. 11 c. 19.

¶ Subsĭlio, īre, ein wenig auffspringen; ut, *Pessuli subsiliunt*, Plautus Curcul. a. 1 sc. 2 v. 64. *Subsiliunt ignes ad tecta domorum*, Lucretius lib. 2 v. 191.

¶ Subsultim, adverb. springend, im vollen sprunge. Suet. Augusto c. 83 *Vectabatur & deambulabat ita, ut in extremis spatiis subsultim decurreret.*

¶ Subsulto, āre, vel susultare, frequent. i. e. susum vel sursum saltare, auffspringen, vor freuden hüpffen. Plaut. Capt. a. 3 sc. 4 v. 104 *Tu sussultas, ego miser vix asto præ formidine.* Idem Casin. a. 2 sc. 7 v. 10 *Vt subsultabat, postquam vicit villicus.* Quintilianus lib. 9 c. 4 p. 702 *Monosyllaba si plura sunt, male continuabuntur: quia necesse est compositio multis clausulis concisa subsultet.* Et Tertullianus de Anima c. 26 *Si matrem subsultando turbasset*, scil. Rebeccæ fœtus in utero latens.

¶ Supersĭlio, īre, oben drauf hüpffen. Columell. 8 c. 3 *Perticæ dolantur in quadrum, ne teres levitas earum supersilientem volucrem non recipiat.*

¶ Transĭlio, īre, überspringen, überhüpffen, hinüberspringen. Cicer. 3 de Orat. c. 60 *Transilire ante pedes posita, & alia longe repetita sumere.* Horat. 1 od. 3 v. 24 *Rates transiliunt vada.*

¶ Transĭlis, e, durchgängig; ut, *Palmes transilis*, qui inter alios traduces transilit: Plin. 17 c. 23 *Oneratis vetustate melius donare tempus, ut transilem faciant, si largiatur crassitudo.*

¶ Transulto, āre, frequent. idem quod *transilire*. Liv. lib. 23 c. 29 *In recentem equum ex fesso transultare.*

Salisatio, Salisubsulus, Salitor, salitura, vide ante *Salio, Salii, Sal.*

SĂLĪVA, æ, sputum, speichel, geifer; vel a sapore *salis*, vel quod ex ore *saliat*. Sic, *Saliva jejuna*, nüchterner speichel, Plin. 28 c. 4. Idem lib. 7 c. 2 *Serpentes istæ salivam humani oris jejuni veluti aquæ ferventis contactum fugiunt, quod, si in fauces penetraverit, etiam moriuntur.* Ejus etiam aliqua vis in prohibendis veneficiis & fascinis esse, olim credebatur. *A te sudor abest, abest saliva*, Catull. 23 v. 16. *Longam manantia labra salivam*, Juvenal. satyr. 6 v. 622. *Saliva Mercurialis* pro lucro apud Pers. satyr. 5 v. 112. ¶ 2. Pro gustu, & sapore ponitur *Saliva*, der geschmack. vid. Casaub. ad Persium satyr. 6 p. 486. Sic, *movere salivam*, das maul wässericht machen: cujus quæ sit ratio physica, ibidem explicatur. Vide etiam Senecam epist. 79 dicentem: *Aut ego te novi; aut Ætna tibi salivam movet.* Plin. 23 c. 1 *Sua cuique vino saliva innocentissima*, id est, sapor, gustus. *Vna salivâ*, pro, uno spiritu, id est, ἀπνευστί, in einem athem, dixit B. Hieronym. epist. 61 cap. 4, ut Casaub. ad Theophrasti Characteres p. 153 observat. Neque enim sine interspiratione emitti potest saliva. ¶ 3. *Saliva* quoque pro quovis humore & succo sumitur. Sic Plin. lib. 9 c. 36 *Purpuræ* [conchæ] *diebus quinquagenis vivunt salivâ sua.* Et Tertullianus de Cultu fœmin. c. 10 pr. ironice: *Nimirum Deus demonstravit succis herbarum & concharum salivis incoquere lanas.* Vbi Rigaltium vide.

¶ Salīvōsus, a, um, speichelhafft, schleimicht; ut, *Humor salivosus*, apud Plin. lib. 16 c. 38. *Salivosa aqua*, Virgil. in Catalect. ubi Scalig. vide.

¶ Sălīvo, āre, salivam facere, geifern, beschmieren. Plin. 9 c. 36 pr. de purpuris: *mutuo attritu lentorem cujusdam ceræ salivant.* Colum. 6 c. 5 *Eo medicamine salivandum ægrotum pecus.* Inde *Salivatum*, vide *Salviatum*, quod sæpe hæc permutantur.

¶ Sălīvātio, ōnis, die geiferung; ut, *Salivatio plurima*, Cœl. Aurel. Acut. 3 c. 2.

¶ Salivārius, a, um, geifericht, schleimicht, rotzicht. Plin. 9 c. 51 *Salivario lentore provenire.*

¶ Salivāris, e, idem; ut, *Salivaris herba*, pyrethrum, bertram: Dioscorides.

SĂLĪVNCA, æ, herba foliosa & brevis, ut necti non possit, nascitur in Pannonia & Noricis, laugenkraut, Plin. lib. 21 c. 7. Virg. *humilem* vocat eclog. 5 v. 17, serungk, spicanarden. Sed an sit *Nardus Celtica*, a gnaris cognitionis herbarum require. Sedulius lib. 1 v. 30

Neglectisque rosis saliuncam sumitis agri.

Salīvo, salivosus, Salius, vide paullo ante *Saliva, Salii.*

SĂLIX, ĭcis, quod repente exiliat, hoc est, pullulet, ein weidenbaum, felbinger; ut, *Salix amnicola*, Ovid. 10 Metam. v. 96; *amara, fœcunda*, Virg. 2 Georg. v. 446, & eclog. 1 v. 79; *lenta*, Idem eclog. 5 v. 16. Multorum est generum Plinio & Theophrasto. ¶ *Salix Amerina*, herba, quæ & *vitex*, schaffmül. *Salix equina*, hippus, ἵππουρις, & equisetum, roßschwantz, kandelkraut, taubenkropff.

¶ Săligneus, a, um; &

¶ Salignus, a, um, von weiden. Virg. 4 Georg. v. 110 *cum falce salignâ.* Horat. 1 satyr. 5 v. 22 *Fustis salignus*, ein weiden-knittel. Et, *Liber saligneus*, bast, weidenrinde, Columella lib. 7 c. 10. *Clava salignea*, Idem lib. 6 c. 2.

¶ Salicētum, i, & per syncopen usitatius

¶ Sălictum, i, ein weidenplatz, weidich. Livius lib. 25 c. 17 *Inter salicta ripis innata latebant hostes.* Virg. 2 Georg. v. 13

glauca canentia fronde salicta.

¶ Sălictētum, i, idem. Vlpian. l. 3 §2 ff. arbor. furt. cæs. *Idem de salicteto dicendum est.*

¶ Salictārius, i, qui salictum curat, & materiam viti pedandæ inde parat, der über die weiden bestellt, Cato R. R. c. 11.

¶ Salicastrum, i, labrusca in salicetis nascens, eine art eines wilden weinstocks; Plin. lib. 23 c. 1.

Sallio, sallo, quære ante in *Sal.*

SALLVSTIVS, i, vel C. Crispus Salustius, natus Amiterni in Sabinis anno urbis conditæ 668, deinde Romæ educatus, a puero operam optimis dedit disciplinis. Ingenio fuit acri atque in studiis accurato. Cæsari familiaris fuit, sed Ciceroni inimicissimus. Scripsit historiam Romanam egregio opere, & quo a Martiale illud elogium meruit lib. 14 epigram. 191

Crispus Romana primus in Historia.

Ex quo tamen nihil reliquum hodie præter orationes aliquot, & paucas epistolas, cum laceris quibusdam fragmentis. Integre ad nos pervenit Historia ejus de conjuratione Catilinæ contra senatum, de bello item Jugurthæ regis Numidiæ. Exstat & oratio ejus nomine præscripta contra Ciceronem, & Ciceronis contra eum: sed quæ ipsorum non sunt, antiquæ tamen. Vide Petr. Victorium lib. 15 Var. Lect. c. 3, & Sebastianum Corradum in Egnatio seu Quæsturâ; qui utramque orationem Portii Latronis esse suspicatur: Et Vossium lib. 1 Instit. Orat. p. 179, & lib. 1 de Historicis Latinis c. 15; ubi etiam de duabus Orationibus ejus, sive Epistolis potius, habes, quas florentissimus auctor de ordinanda Republ. ad Cæsarem scripsit. Brevitatem dicendi, tamquam virtutem propriam, Sallustio præter Macrob. lib. 5 Saturn. c. 1 Statius 4 Silv. tribuit, itemque Sidonius & alii; *Qua nihil perfectius apud vacuas & eruditas aures esse*, Quintilianus pronunciat lib. 10 c. 1; quaque Thucydidem victum ab eo, Seneca statuit lib. 3 Controv. c. 22. Cur atque quomodo brevis dicatur, docet Scalig. lib. 4 Poët. c. 14; a quo dissentit Vossius tamen de Hist. c. 27. Gellius lib. 3 c. 1 *subtilissimæ brevitatis artificem* nominat, alibi, *proprietatis in verbis retinentissimum* dixit. Lenæus apud Suetonium de Illustribus Grammaticis c. 15 *vitâ scriptisque monstrosum* vocat: Cur scriptis monstrosum dixerit, ipse explicat, cum *priscorum Catonisque verborum ineruditissimum* appellat *furem*. Nimirum κακοζηλίαν & affectationem priscorum verborum reprehendit in eo; quam & Asinius Pollio ipsi objecit, ut apud eumdem Suetonium eodem libello c. 10 legimus. Quare etiam noto illo inimici epigrammate, uti memorat Fabius lib. 8 c. 3, incessebatur: *Et verba antiqui multum furate Catonis,*

Crispe Jugurthinæ conditor historiæ

Ad vitam quod attinet, sane illa contaminatissima fuit, vide Lactant. lib. 2 cap. 12. Qua de caussa & motus senatu, quem gradum tamen recepit postea a Cæsare; quin ad præturam adspiravit quoque, & Africæ præfuit. Obiit quadriennio ante Actiacum bellum, quo Cæsar Augustus Antonium vicit, ut Eusebius auctor est.

¶ Sallustiānus, a, um, adject. ut, *Sallustiana brevitas*, Quintil. lib. 10 c. 1 p. 734. Et Seneca epist. 114 *Aruncius vir raræ frugalitatis, qui historias belli Punici scripsit, fuit Sallustianus.*

SALMĂCIS, ĭdis, fœm. fons in Caria, molles reddens ex se bibentes, quemadmodum Strabo indicavit: vide Festum. Ovid. 4 Metam. v. 285 *Vnde sit infamis, quare male fortibus undis*
Salmacis enervet, tactosque remolliat artus,
Discite &c.

Falsam autem hanc de Salmacidis fonte opinionem Vitruvius arguit, & inde natam prodit: quod, cum Melas, & ab Argis & Trœzene coloniam Halicarnassum Cariæ deduxissent, ejecti barbari inde in montibus coierint, & latrocinia fecerint. Accidisse deinde, ut e colonis unus ad fontem Salmacidis propter bonitatem aquæ quæstus caussa tabernam omnibus copiis instruxerit, & exercendo eam allectarit barbaros. Qui singulatim decurrentes, & convenientes ad cœtus e duro feroque more commutati, in Græcorum consuetudinem & suavitatem sua voluntate reducti fuerint. Ab emollitis igitur barbarorum animis, invaluisse famam significat, bibentes de isto fonte mollescere, & impudicos fieri. Locus est lib. 2 c. 8. Aliam caussam Strabo lib. 14, & rursus aliam Sextus Pompejus Festus affert.

¶ Salmăcis, cidis, adjective etiam: ut, *Aquæ nitrosæ atque Salmacides*, Plin. lib. 31 cap. 3, i. e. salsæ. vide ibi Dalechamp. dicentem: *Salmacides Græcis, quæ molles reddunt ac eviratos.* Sed & ex accusativo Pliniano *Salmacidas* inflectere licet

¶ Salmăcĭdus, a, um, adject. Sic Ennius apud Cic. Off. 1 cap. 18 *Salmacida spolia sine sudore & sanguine*, i. e. ut nonnulli explicant, captura marina venatione est facilior. Alii dividunt: *Salmaci, da spolia.* vide ibi not. Gronov. Gloss. lat. gr. *Salmacida*, ἅλμυρα. conf. Reines. Var. Lect p. 409.

SALMO, ōnis, (pronunciant & *Sulmo* nonnulli,) piscis ille generosus fluviatilis est, ein salm, lachs. Vocant & *esocem*, quem piscem Rhenanum esse, Plinius scripsit. Sed utrum *esox salmo* sit, cujus alio in loco seorsim Plinius meminit, nempe lib. 9 cap. 18, incertum est. Aut si *esox* Plinii *salmo* esset, scribendum potius per L videretur *Elox*, ein lachs; ἔλοξ enim Hesychio piscis est cetaceus. Gesner. De salmone Ausonius in Mosella v. 97

Nec te puniceo rutilantem viscere Salmo
Transierim, latæ cujus vaga verbera caudæ
Gurgite de medio summas referuntur in undas.

Sic, *Salmo hibernus*, maculis æneis coloris, ein küpfferlachs. *Salmonem* per *anchoraginem* intelligi apud Cassiodorum, viri docti summa cum ratione suspicantur. Sic autem ille lib. 12 epist. 4 de mensa principis: *Destinet Carpam Danubius: a Rheno veniat Anchorago: Exormisto Sicula quibuslibet laboribus offeratur.* Dictum ita volunt, quod os instar anchoræ habeat incurvatum. Freherus tamen in Ausonii Mosellam, *Sturionem, Anchoraginem* putat. ¶ *Salar*, ein kleiner lachs: vide supra.

SALMŌNA, æ, fluvius, quem Mosella excipit, die Salm. Auson. Mosell. v. 366 *Nec fastiditos Salmonæ usurpo fluores.*

SALMŌNE, es, una ex octo urbibus Pisanæ regionis, in qua regnavit Salmoneus, Strabo lib. 8.

¶ Salmōneus, ei, tribus syllabis, de quo Virg. Æn. 6 v. 580

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas;

Æoli filius, imitator tonitruum agitatione currus super fabricato æreo ponte; sed postea verum ipse expertus est fulmen: Servius.

¶ Salmōnis, ĭdis, filia Salmonei, Tyro, quæ dilexisse dicitur Enipeum. Ovid. Amor. 3 eleg. 6 v. 43

Siccus ut amplecti Salmonida posset Enipeus.

Adde Propert. 1 eleg. 13 v. 21, & lib. 3 eleg. 17 v. 13.

SĀLO, ōnis, fluvius Celtiberiæ in Hispania, hodie *Xalon*. vid. Martial. 4 epigr. 55; & lib. 10 epigr. 96 & 103. ¶ 2. *Salo*, Straboni lib. 7 Dalmatarum emporium, a J. Cæsare excisum: *Salonam* vocant Cæsar, Plinius & Mela, & *longas Salonas* Lucanus 4 v. 404.

SĀLŎMO, ōnis, Σαλωμών, rex pacificus & sapientissimus, Davidis regis Israelitici filius. vid. Prudent. Hamartig. v. 579.

¶ Salomōnius, a, um, adject. ut, *Templum Salomonium*, Lactant. 4 c. 13 extremo. *Salomonia saxa*, Prudent. Apotheos. v. 512.

¶ Salomōnĭăcus, a, um, idem. Theodulfus lib. 1 Carm. v. 619

Hæc Salomoniacam res vexit ad ardua famam.

Et Sidon. 4 epist. 18 *Salomoniacum templum.*

Salona, Salopugium, Salor, vide *Salo, Salaputium, Salum.*

SALPA, æ, fœm. piscis est, quem hactenus plerique Germanico dixerunt vocabulo stockfisch, quia coqui non posse nisi verberatum, Plinius scripserit lib. 9 cap. 18, cum pisces illi aëre indurati, antequam in aquam macerandi conjiciantur, tundi & verberari in trunco soleant, suntque species asellorum. *Salpa* igitur piscis est marinus, litoralis, squamosus, solitarius, capite parvo, lineis aureis a brachiis ad caudam ductis: Gesnerus. Adde Bruyerin. de Re Cibar. 20 cap. 11.

SALPINX, ingis, vel Salpix, ĭcis, græc. σάλπιγξ, *tuba, buccina*, eine posaune, trompete. Adelhelm. de Virgin. cap. 28 *Salpicis Apostolicæ clangor.* Hinc

¶ Salpista, vel Salpicta, æ, græc. σαλπιστής, & σαλπιγκτής, *buccinator, tubicen*, ein posaunenbläser, trompeter. Vopisc. in Carino cap. 19 *Exhibuit centum salpistas uno crepitu concinentes.* Jul. Firmicus lib. 8 *Salpictas reddet, sed qui in bello confossi moriantur.* Unde & aliqui in Arnob. lib. 7 p. 239 agnoscunt *Salpictas*, ubi alii *Salapittas*. vid. Heraldi Animadv. p. 276.

SALPŪGA, æ, formicarum genus venenatum, apud Plin. 29 cap. 4 extr. quod idem cum *Solpuga*, de qua infra uberius.

Salsamen, &c. salsēdo, salsilago, salsus, &c. vide paullo superius *Sal.*

Saltatio, saltator, saltatorius, &c. vide *Salio.*

SALTEM, conjunct. adversativa, minimum, zum wenigsten, nur; vox a captivis mutuata, qui desperatis rebus, solam salutem a victore petebant. vid. Donatus in Terentii Adelph. a. 2 sc. 2. Idem in Ter. Andr. a. 3 sc. 2 v. 14 *Desperatis rebus solam petentes salutem hoc verbo utimur.* Sed & Gellium vide lib. 12 cap. 14. Terent. in Phorm. a. 2 sc. 1 v. 2 *Non simultatem saltem revereri meam non pudere.* Cic. ad Attic. lib. 9 epist. 6 *Eripe mihi hunc dolorem, aut minue saltem.* Idem lib. 9 fam. epist. 8 *Si non bono, at saltem certo statu civitatis*, &c. De significatione & usu hujus particulæ plura Gellius l. c. & Pincierus lib. 3 Parerg. Otii Marpurg. cap. 42. An idem interdum sit ac *solum, tantummodo*, lis est: videtur tamen Quintilianus etiam hoc sensu adhibuisse lib. 10 cap. 2, *Nec vero saltem iis*, inquiens, *quibus ad evitanda vitia satis fuit, sufficiat imaginem virtutis effingere.* Sed plura de hac particula ejusque sensu vide in Borrichii Cogitationibus p. 206, & Analectis p. 19, qui pro *excludendi*; in Vorstii de Suspect. Latinitate cap. 18, qui pro *minuendi* significatione pugnat: & in Cellarii Curis Poster. p. 421, qui utramque sententiam interpretatur, & quantum fieri potest, conciliat. Adde etiam Andr. Borrich. Vind. pag. 206. ¶ 2. Aliqui etiam *Saltim* scribunt, Priscianum secuti, qui *a parte partim, a statu statim, a raptu raptim, a saltu saltim & saltuatim*, &c. dici contendit lib. 15 p. 1013 edit. Putschii. conf. Vorst. l. c.

Salto, saltuaris, saltuatim, saltus, ein sprung, vide supra *Salio.*

SALTUS, ūs, silva, in qua pasci & æstivare pecudes solent, ut ait Valla, ein forst, ein wald, eine viehtrifft: vide *Lucus, Nemus.* Videtur a græco ἄλσος esse: aliis a *Salio*, quod pecudes ibi saliant. Vide Varron. lib. 4 de L. L. cap. 4, & Voss. Etymolog. p. 444. Virgilius 3 Georg. v. 143 *Saltibus in vacuis pascant.*

Et junctim ecloga 6 v. 57 *nemorum jam claudite saltus.*

Cæsar lib. 1 B. Civ. cap. 37 *Pyrenæos saltus* dixit, id est, montes silvosos. Ita, *Uno in saltu apros duos venari*, id est, ex una re geminum lucrum, sive utilitatem geminam petere, Plaut. Casinâ a. 2 sc. 8 v. 42. ¶ 2. *Saltus*, ein sprung, vide supra in *Salio.*

¶ Saltuārius, i, saltûs custos, ein holtzförster, forstmeister. Vet. Gloss. *Saltuarius*, ὀρεοφύλαξ. Pompon. l. 16 §1 Dig. de usu & habit. *Fundum vel ædes per saltuarium custodire.*

¶ Saltuensis, e, höltzicht, buschicht; legitur in titulis Cod. lib. 11 tit. 61 *de fundis patrimonialibus & saltuensibus*; & tit. 62 *Coloni saltuensium fundorum.*

¶ Saltuōsus, a, um, idem; ut, *saltuosa regio*, Nepos 14, 4, 2. *Loca saltuosa*, berg und holtz, Livius lib. 27 cap. 12.

Salvare, salūber, salubris, salubritas, salve, quære mox in *Salus.*

SALVIA, æ, ἐλελίσφακος, vel ἐλελίσφακον, herba salutaris, a salute enim, hoc est, sanitate, quam conferre creditur, dicta est, salbey, Plin. 22 cap. 25.

¶ Salviātum, i, salviæ succus, ein salbey-tranck. Plinius 27 cap. 11 *Tres modii salviati.* Columella 6 cap. 10 *Salviatum* in præcipuis medicamentis armentorum ponit: & ipsum verbum

¶ Salvio, are, pro, salviato mederi, mit salbey curiren. Columell. 6 c. 24 *Lacte macerato salviatur.*

SALVII, orum, populus Galliæ, in Livii Epitoma 61; quos Florus *Salyos* dixit, de quibus infra.

SĂLUM, i, mare, das meer; vel a *sale*, quia salsum est; vel a σαλεύειν, *fluctuare.* Itaque *Salum* proprie altum mare, ubi fluctus & venti maxime urgent atque exercent. Cæsar 3 de B. C. cap. 28 *Salo nauseaque confecti.* C. Nepos Themistocle cap. 8 n. 7 *Diem noctemque procul ab insula in salo navem tenuit in anchoris.* Virg. 2 Æn. v. 209

Fit sonitus spumante salo.

Cic. 3 Tuscul. cap. 28 ex Euripide vertit:

Nec tam ærumnosò navigavissem salo.

¶ Salor, ōris, imago sali, color inter viridem & cæruleum, communis vitro & mari, meer-farbe. Martian. Capella lib. 1 *Perlucentis vitri salor.* vid. Barth. in Stat. Theb. p. 100.

SĂLUS, ūtis, incolumitas, das gedeyen, heil, gesundheit: ut, *Salus reipublicæ*, die gemeine wohlfahrt, Cic. in Verr. 3 cap. 89. Virg. Æn. 2 v. 354 *Una salus victis, nullam sperare salutem.*

Et, *Salutem afferre populo*, Cic. 1 pro Cornel. apud Asconium. *Dare salutem, liberare periculis*, Idem 1 de Orat. cap. 8, einem helffen. Et, *Reducere ad salutem*, post red. ad Quirit. cap. 6, wieder zu recht bringen. *Saluti esse alicui*, Cic. 2 de Orat. cap. 49, heilsam und nützlich seyn. ¶ 2. Pro voto, *precatione*, gruß, wunsch. *Salutem dicere alicui*, notum ex inscriptione epistolarum, grüssen. Adde 14 fam. epist. 1 *Tulliolæ & Ciceroni salutem dic.* Sic, *Impertive salutem alicui*, Cic. 2 ad Attic. epist. 12 extr. &, *Impertire aliquem plurima salute*, Terent. Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 39, quod itidem salutare est, grüssen. ¶ 3. *Salutem dicere*, est valedicere, gesegnen, gute nacht geben, adieu sagen: *Salutem dicere foro & curiæ*, Cic. 7 fam. epist. ult. ¶ 4. Pro *vita* usurpatur sæpius. Nep. Eumene cap. 12 *Si illi redderet salutem*, i. e. vitam. Et Idem Timol. cap. 1 *Civium libertatem antetulit fratris saluti.* ¶ 5. Romanis inter Deos culta *Salus* & æde honorata fuit. Unde Plautus Captiv. a. 3 sc. 3 v. 14

Neque jam servare Salus, si vult, me potest.

Idem Asinar. a. 3 sc. 3 v. 137

Ut consuevere homines, Salus frustratur & fortuna.

Sic, *Salutis augurium*, augurii seu divinationis genus dicebatur, quo experiebantur, concederetne numen, ut postularent salutem populo; quasi nefas esset hanc poscere, nisi a Diis impetratâ veniâ ante. Cui rei singuli annis singulis destinabantur dies. Sed quibus neque exercitus ullus profectus in bellum, nec progressus hostis in aciem pugnatumque esset; quare cum pax & quies non esset, celebrari rite haud poterat, Ita Dio describit lib. 37. Meminit Cicero de Divinat. Tacitus 12 Annal. cap. 23, itemque Suetonius Augusto cap. 31.

¶ Sălūber, & Salūbris, e, de rebus dicitur sanitatem juvantibus, heilsam; ut, *Saluber locus*, Varro de R. R. 1 c. 2, ein gesunder ort. *Aquæ salubres*, Horat. Carm. Secul. v. 31. ¶ 2. Item, quæ sana sunt, aut possunt sanari, quæ vitæ & salutis spem præbent, frisch und gesund. Livius lib. 1 cap. 41 *Sopitum fuisse regem* (inquit,) *subito ictu: ferrum haud alte in corpus descendisse, jam ad se rediisse: Inspectum vulnus abstersò cruore: Omnia salubria esse.* Idem lib. 3 cap. 8 *defuncta morbis corpora salubriora esse cœperunt.* Auctor dialogi de caussis corruptæ eloquentiæ cap. 41 *Minimum usûs, minimumque profectûs ars medentis habet in iis gentibus, quæ firmissima valetudine & saluberrimis corporibus utuntur.* Et, *Salubria corpora*, id est, sana, Tacitus dixit 5 Histor. cap. 6. ¶ 3. Utilis, nützlich, zuträglich, ersprießlich; ut, *Salubrior studiis, quam dulcior liber*, Quintil. lib. 3 cap. 1. Et Columella lib. 4 cap. 18 *Vestigia domini res agro saluberrima.* Sic, *Consilia salubriora*, Cicero ad Attic. lib. 8 epist. 12. Ac Livius lib. 2 cap. 3 *Leges res salubrior meliorque inopi, quam potenti.*

¶ Sălūbrĭtas, ātis, die gesundheit, ersprießlichkeit; ut, *Cœli salubritas*, Plin. extremo libro & cap. ult. gesunde lufft. *Salubritas loci*, Idem lib. 18 cap. 5. Et, *Salubritas vini*, Idem lib. 14 cap. 6. Plurali *Salubritates*, Vitruvius lib. 5 cap. 3 pr. dixit.

¶ Sălūbrĭter, adverb. cum salute, heilsamlich; ut, *Bellum salubriter trahere & mature perficere*, Liv. lib. 3 cap. 62. Columella lib. 8 cap. 10 pr. *Turdi salubrius in eo rure pascuntur, in quo capti sunt.* Et Plinius lib. 5 epist. 6 extr. *Mei nusquam salubrius degunt*, die meinigen leben nirgends gesünder. Plinius major lib. 27 cap. 3 *Oculorum medicamentis aconitum misceri saluberrime.*

¶ Sălūtāris, are, quod saluti est, salutem affert, heilsam, nützlich und gut. Cic. ad Octav. *Nulla remedia, quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quam quæ sunt salutaria.* Idem de Senect. cap. 16 *Cultura agrorum generi humano salutaris.* Et, *Literæ salutares*, tröstliche brieffe,

brieffe, Cic. ad Attic. lib. 9 epist. 7. Et, *Digitus salutaris*, qui pollici proximus est, Sueton. August. cap. 80. Comparativo Cic. de Nat. D. 3 cap. 9 *Nihil est eo* (mundo) *pulcrius, nihil nobis salutarius, nihil ornatius adspectu.* Idem Attic. 14 epist. 17 ad Dolabellam: *Nihil præclarius actum unquam, nihil reipublicæ salutarius.*

¶ Sălūtārium, i, munus a convalescentibus exhibitum, ein gratial vor die erlangte gesundheit. Tertull. Apolog. cap. 46 *Statuis & salutariis remunerari.* ¶ 2. Item plural. *Salutaria, orum*, ein gesundheits-trunck; ut, *salutaria bibere*, Apulej. Met. lib. 2.

¶ Sălūtārĭter, adverb. heilsamlich, ohne schaden; ut, *Salutariter uti armis*, Cic. in Bruto cap. 2.

¶ Sălūto, avi, atum, are, salutem dicere, grüssen, begrüssen. Cic. ad Att. 4 epist. 12 *Domus te tota nostra salutat.* Virg. 3 Æn. v. 524

Italiam læto socii clamore salutant.

Ovidius lib. 1 Trist. eleg. 1 v. 15

Vade liber, verbisque meis loca grata saluta.

Sed, *salutare Cererem, Bacchum*, pro *gustare panem*, aut *vinum*, magis comicum est, atque extra scenam nemini licet. ¶ 2. *Salutare Deos*, venerari, adorare, precari, ersuchen, bitten, anbeten, Plaut. Curcul. a. 1 sc. 1 v. 70; & sc. 3 v. 10; & Stich. a. 4 sc. 1 v. 29. *Salutatum ire Deos*, Idem Bacch. a. 2 sc. 3 v. 113. Similiter Terent. in Phorm. a. 2 sc. 1 v. 81 *At ego deos Penates salutatum domum devortar.* Cic. pro Sext. Rosc. cap. 20 *Cum deos salutatum alicubi venerint.* In Deorum autem salutatione eminus stabant, ac, ne ore profano Deos tangerent, manum ori admovebant, ac suaviabantur: Lucianus in Demosthenis encomio, item περὶ ὀρχήσεως. Plin. lib. 28 cap. 2, & lib. 11 cap. 3. ¶ 3. Interdum idem ac nominare, nennen. Horat. de Arte poët. v. 87

Cur ego, si nequeo ignoroque, Poëta salutor?

id est, nuncupor, vocor. Poëticum est, in prosa minus elegans, nisi ubi ad ritum salutandi & gratulandi antiquum respicitur, quo modo Curtius lib. 6 cap. 11 n. 23 scripsit: *cum primum se Jovis filium salutari jussit rex.*

¶ Salutātus, a, um, gegrüsset. Ovid. Pont. 2 epist. 7 v. 1

Esse salutatum vult te mea littera primum.

¶ Sălūtātio, ōnis, der gruß, die begrüssung; ut, *Quis te aditu, quis ullo honore, quis denique communi salutatione dignum putet?* Cic. in Pisonem cap. 40. De salutationibus matutinis & vespertinis earumque formulis vide supra in *Ave.* conf. Gell. lib. 4 cap. 1. Martial. lib. 4 epigr. 8, & Bernegg. ad Sueton. August. cap. 27.

¶ Salutator, ōris, der besucher, begrüsser. Seneca epist. 19 *Migrabit ad aliud limen salutator.* Statius 2 Silv. 4 v. 29 *salutator regum.* Et Cic. de Petit. Consul. cap. 9 *Deductorum officium majus est quam salutatorum.*

¶ Salutatrix, īcis, eine besucherin, begrüsserin; ut, *Turba salutatrix*, Juvenal. satyr. 5 v. 21, id est, clientum patronos mane salutantium turba. *Charta salutatrix*, Martialis lib. 9 epigr. 101, id est, epistola.

¶ Sălūtātōrius, a, um, zum besuch gehörig; ut, *Salutatoriæ cubilia*, Plinius lib. 15 cap. 11, i. e. vestibula, die vorgemächer, audienz-zimmer. *Salutatorium publicum exercere*, Seneca de Constant. Sap. cap. 14, ubi *publicum* est ipsa τελωνία. vid. not. Lips. Sic Gloss. gr. lat. ἀσπαστικὸς, *salutatorius.*

¶ Salutābundus, a, um, grüssend: Martianus Capella dixit lib. 7 post init. *Jovem salutabunda.*

¶ Salve, sey gegrüsset, salvete, salveto, salvetote, salvere, defectivum, salutandi verbum. Terent. Phorm. a. 2 sc. 1 v. 56 *Here, salve, salvum te advenire gaudeo.* Cic. ad Att. 4 epist. 15 *Dionysium velim salvere jubeas.* Apud Plautum etiam legas Trucul. a. 2 sc. 2 v. 4 *Non salveo; ægrotare malim, quam esse tua salute sanior.* Virg. Æn. 5 v. 80

Salve, sancte parens, iterum salvete recepti.

¶ Salvus, a, um, incolumis, sanus, gesund, wohlauf, glücklich, selig; ut, *Sana ac salva respublica*, Cic. 12 fam. epist. 23. *Salva res est*, es hat nicht noth, Plaut. Captiv. a. 2 sc. 2 v. 34, & Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 37. Idem ibid. v. 27 *Quibus & re salvâ & perditâ profueram*, da es wohl und übel um sie gestanden. *Salvo exercitu*, Vellej. 2, 46, 3. *Quoad videretur salvo capite fieri posse*, Cic. pro Cæcin. cap. 7. *Salva epistola*, gantz und unzerrissen, Cic. 7 fam. ep. 26. Et, *Salvo amicitiæ jure*, Idem 13 fam. epist. 77, i. e. intemerato amicitiæ jure, ohne nachtheil der freundschafft. *Salvis auspiciis, legibus*, Cic. 1 fam. epist. 2. *Salvâ gratiâ*, mit gunst: Quintil. lib. 11 cap. 3 *Cum aliquid detrahere salvâ gratiâ velis*, &c. Et, *Salva sit reverentia*, Juvenal. satyr. 5 v. 72, id est, integra, inviolata, seu conservata, mit züchten. Ita enim Livius 3 cap. 65 *Conciones tribunorum, sine infestatione potestatis ejus, conservata majestate patrum, sedavere.* Plinius lib. 10 epist. 40 *Salva magnitudine tua, Domine, descendas oportet ad meas nugas.* Vbi *salva magnitudine* idem est, quod Livio *conservata majestate.* Idem Plin. paneg. c. 35 *Agere Principi gratias, qui, clementiâ suâ salvâ, ultionem hominum terrarumque Diis maris commendasset.* Terent. Andr. a. 5 sc. 6 v. 9 *Salvus sum, si hæc vera sunt*, so hats mit mir keine noth, wenn ꝛc. Et Cic. pro Rosc. Am. cap. 1 eleganter *salvo officio* pro eo dixit, quod vulgo est salvâ conscientiâ, mit gutem gewissen. ¶ Sed *salvus sis*, id est, salve, vox salutandi, Ter. Andr. a. 5 sc. 4 v. 3.

¶ Salve, adverb. wohl, gut; ut, *Salve agere*: Apul. lib. 1 Miles. *Quam salve agit*, inquit, *Demeas noster?* gehts ihm auch wohl? Idem Apolog. *Puer ubi sit, & quam salve agat, interrogat.* Inde illa quasi solennis interrogatio peregre redeuntium, aut alicunde venientium: *Satin' salve?* scilicet *agis*, vel *Satin' salvæ?* scilicet *res sunt*, Terent. Eunuch. a. 5 sc. 6 v. 8. Vtraque enim ratio bonis scriptoribus usitata. Plaut. Menæch. a. 5 sc. 2 v. 26 *salva sis, salven' advenio? salven' arcessi jubes?* Auson. Gratiarum actione: *Vidi te circumire tentoria: satin salvæ, quærere.* Liv. lib. 40 cap. 8 *Regiam ingressus perturbato vultu in conspectu patris tacitus procul stetit: cui pater: satin' salve?* Idem lib. 1 cap. 58 *Lucretiam sedentem mœstam in cubiculo inveniunt: adventuque suorum lacrymæ obortæ, quærentique viro,* SATIN SALVAE? MINIME, *inquit.* Terentius *Satin' recte*, similiter dixit in Andria a. 4 sc. 6 v. 9.

¶ Salvo, are, salutem dare, heil geben, selig machen. Ecclesiasticis frequens verbum, quod etiam in Gloss. Cyrilli per σώζειν convertitur. Nizolius etiam Ciceroni tribuit in Pison. cap. 31 *remp. salvare*, sed in optimo quoque libro *servare* perscriptum est, quod etiam Lambinus, Gruterus & alii ediderunt. Hinc

¶ Salvatio, ōnis, das heil, die seligmachung. Beda lib. 1 Hist. eccles. c. 30 pr. *Gregorius studiose erga salvationem nostræ gentis invigilavit.*

¶ Salvātor, ōris, salutis dator, ein heiland, seligmacher; nec est, ut pro eo latine rectius, ut quidam volunt, dicas a *Servare, Servator.* Nam in 4 Verrina cap. 63 negat Cicero exstare nomen latinum, quod græco vocabulo σωτὴρ respondeat: Ipso ibi interprete, *is est soter, qui salutem dedit.* Sed tamen Arnobius, Lactantius & alii Patrum latinorum *Salvatoris* vocabulo hoc sensu utuntur. Augustinus Christianis primum inventum hoc vocabulum videtur assignare, cujus verba lib. 3 de Trinitate cap. 10 ista sunt: *Qui est hebraice* IESVS, *græce* σωτὴρ, *nostra autem locutione* SALVATOR. *Quod verbum latina Lingua antea non habebat; sed habere poterat, sicut potuit, quando voluit.* Vetus tamen & probum fuisse, videtur vetus Inscriptio adstruere apud Gruterum p. 19, in qua Jupiter *Salvator* dicitur: IOVI CVSTODI QVIRINO SALVATORI PRO SALVTE CAESARIS NERVAE TRAIANI AVG. COL. SARMIZ. Quin & optimum Stephani Glossarium id agnoscit *Salvator*, σωτήρ. Et in Cyrill. Gloss. σωτήρ, *Salvator.* Quid est *Salvator*? utique qui salutem dat, aut dedit. Atqui Cicero ipse *Sotera* definit, *qui salutem dedit.* Quidni igitur σωτὴρ, *Salvator* commode dici queat? Profecto cum de Christo sermo est, malim *Salvatoris*, quam *Servatoris* vocabulo uti. Et plus vocabulum SALVATORIS, quam SERVATORIS infert. *Servare* militare verbum, & de eo dicitur, qui parcit in bello, quos cædere poterat. SALVARE ejus est, qui non vitam donat tantum, sed & meliorem statum addit, felicemque facit: quod & Dausquejus ad Basilii Seleuc. Orat. 11 de Jona observat; & reprehendit eos, qui CHRISTVM IESVM, *Servatorem* malint quam *Salvatorem* dicere: quod & Baronius fecit Notis ad Martyrologium Romanum M. Novembr. D. 9. Barth. ad lib. 5 Theb. Statii p. 19. Reines. Epist. p. 683. Adde Ezech. Spanheim. Diss. de Præstant. Numism. p. 380. Matth. Zimmerm. Analect. Misc. Mens. 3 § 3 p. 121; & Ol. Borrich. Cogit. p. 229; Etiam Tertullianus, quod ille negat, vocem usurpavit lib. 3 adv. Marc. cap. 18 de Christo: *Aliis ferus, ut judex, aliis mansuetus, ut salvator.* Et Sedulius lib. 2 v. 155

Sic delicta fugans salvator nostra gerendo
Tersit & a tactu procul evanescere jussit.

¶ Salvatrix, īcis, die seligmacherin. Adjective Prosper Aquitanicus epigr. 16 *salvatrix gratia Christi.*

¶ Salvĭfĭcus, a, um, seligmachend; hæc quoque vox ecclesiastica est. Sic Christi sepulti *salvificum corpus* Alcimus Avitus nominat ad Sororem v. 180. Hinc

¶ Salvifĭco, are, selig machen, apud Vulg. Interpr. Joh. cap. 12 v. 27. Et Sedulius lib. 5 v. 7 *Pater, ista memet ab hora salvifica.*

¶ Salvificator, ōris, salvator, ein seligmacher, apud Tertullian. de Pudicit. cap. 2 pr. ut Rigaltius legit.

¶ Sălūtĭficator, ōris, idem; apud Tertullianum de Carne Christi c. 14; item de Resurr. Carnis cap. 47, & adv. Marc. 5 cap. 15.

¶ Salūtĭfer, a, um, salutaris, vel salutem ferens, heilsam, gesund. Martial. 5 epigr. 1 *salutiferis candidus Anxur aquis.*
Stat. 1 Achill. v. 117 *Salutiferæ herbæ.* Ovid. Heroid. epist. 21 v. 174

Daque salutiferam jam mihi fratris opem.

¶ Sălūtĭger, a, um, idem. Ausonius Eclogario de nominibus 7 dierum:

Sexta salutigerum sequitur Venus alma parentem.

Prudent. Hippolyto v. 235 *salutigeri ortus.* Eugenius Toletanus carm. 26

Inde salutigerum devoto pectore carmen
Mittimus.

¶ Salūtĭgĕrŭlus, a, um, der einen gruß bringt; ut, *Pueri salutigeruli*, qui salutem nuntiant, Plaut. in Aulul. a. 3 sc. 5 v. 28. Vet. Gloss. *Salutigerulus*, ἐπισκέπτης.

Composita cum præposit.

¶ Consălūto, are, secundum Festum idem quod *salutare*, begrüssen; ut, *Cum inter se amicissime consalutassent*, da sie sich unter einander freundlich gegrüsset, Cic. 2 de Oratore cap. 3.

¶ Consalutatio, ōnis, die begrüssung; ut, *Consalutatio honorifica*, Cic. 2 ad Attic. epist. 18.

¶ Insalutātus, a, um, unbegrüsset; ut, *Hospite insalutato discedere*, &c. hinter der thür abschied nehmen. Et Sidonius lib. 4 epist. 10 *annis jam multis insalutatus.* Per tmesin Virg. Æn. 9 v. 289

Inque salutatum linquo.

¶ Insălūbris, bre, ungesund, unheilsam; ut, *Insalubris ager*, Plin. lib. 18 cap. 5. Et, *Insaluberrimum vinum*, Idem lib. 23 cap. 1.

¶ Insalubrĭter, adverb. idem. Salvianus de Avarit. lib. 3 p. 92 *Naturæ insalubriter indulgere.* Et paullo ante p. 90 *Caussæ huic non insalubriter coaptatur.*

¶ Persălūto, are, sæpius salutare, fleißig grüssen. Cic. pro Flacco c. 18 *Qui ita sit ambitiosus, utut omnes nos vosque quotidie persalutet.* Curtius lib. 10 cap. 5 n. 3 *donec a toto exercitu ad ultimum persalutatus est.*

¶ Persalutatio, ōnis, die begrüssung. Cic. pro Muræna cap. 21 *Non declamatio potius* [placet] *quam persalutatio.*

¶ Rĕsălūto, are, salutem referre, wieder grüssen. Martialis 4 epigr. 84

Securus nullum resalutat, despicis omnes.

¶ Resalutatus, a, um, wieder gegrüsset. Cic. 2 Philipp. cap. 41 *Constabat, neminem esse resalutatum.*

¶ Resalutātio, ōnis, der gegengruß. Sueton. Nerone cap. 37 *Neque proficiscens quemquam osculo impertivit, ac ne resalutatione quidem.*

¶ Resalvo, are, wieder selig machen. Augustinus de Civ. Dei lib. 18 c. 31 vertit Obadiæ v. ult. τῶν LXX ἀνασωζόμενοι, *resalvati*, ubi Vulgata habet *salvatores.*

Salutatio, saluto, &c. salvus, vide in antecedente *Salus.*

SALYI, orum, Galliæ populi in Provincia, apud Livium lib. 21 cap. 26,

& Flo-

& Florum lib. 2 c. 3, & lib. 3 c. 2, qui *Salvii* in Liviana Epitome appellantur, de quo ſupra.

SAMĂNAEI, ōrum, Gymnoſophiſtarum ſecta. Vide ſupra *Gymnoſophiſta*, & Cœl. Rhodig. Ant. Lect. 13 c.25.

SAMĂRIA, æ, Σαμαρία, civitas fuit Palæſtinæ, ab Hieroſolymis in ſeptemtrionem remota: clariſſima regum Iſraeliticorum quondam ſedes. Dicta a *Somer*, domino ejus loci, in quo ab Amri Iſraëlis rege *Samaria* condita fuit. ¶ 2. Regio circumjecta etiam *Samaria* vocata fuit. Vide Geographiam Sacram.

¶ Samaritānus, a, um, adject. Incolæ *Samaritani* fuerunt genus hominum, olim quidem pure Iſraeliticum, poſtea ex Caſpiis & Palæſtinenſibus mixtum, qua de cauſſa Judæis ſemper inviſi, quemadmodum & ab ipſis religione quodammodo diverſi. De diſcrimine *Samaritanorum* & *Judæorum*, vide Joſeph. Scaliger. lib. 8 de Emendat. Tempor. & de univerſo illorum ſtatu tam eccleſiaſtico quam civili, Chr. Cellarii Collectanea Hiſtoriæ Samaritanæ, quibus eorumdem Epiſtolæ ad Scaligerum, Anglos, & Ludolfum addi poſſunt, cum Breviario Chronico Samaritarum, a Clar. Viro Edv. Bernardo recentiſſime latine verſo, & Actis Eruditorum Lipſienſibus menſe April. 1691 inſerto. Ceterum, quia ut plurimum tam *Judei* quam *Samaritæ* negotiatoribus operas locabant, inde factum, ut Conſtantinopoli *Samaritæ* vocarentur miniſtri menſariorum, qui rationes conficientibus aderant, & iis ſubſcribebant, quod ex Juſtiniano eruditiſſ. Caſaubonus ad Lampridii Heliogabalum obſervat.

¶ Samarīta, æ, Σαμαρίτης, maſc. Samaritanus, ein Samariter. Juvencus lib. 2 v. 324 in Joann. cap. 4

Ecce Samaritûm populi venere rogantes.

¶ Samarītis, īdis, fœm. Idem c. l. v. 252 *Samaritis fœmina venit.*
Et ibidem v. 246 *Prateriens ſed forte venit Samaritida Sichem.*

¶ Samarīticus, a, um, adjectivum, Samaritiſch. Ibidem v. 256

Vt tibi Judæo mulier Samaritica potum,

ſcilicet *miniſtrem.*

SAMAROBRIVA, æ, Galliæ urbs, a *Samara* præterfluente fluvio dicta, pluribus eſt *Amiens.* vid. Cic. 7 fam. epiſt. 11 & 16.

¶ Samarobrivi, ōrum, Galli inter Belgas: Cæſ. & Ptolemæus.

SĂMĂRVM, i, plur. Samara, ulmi ſemen, Plin. 16 c. 17. Columella lib. 5 c. 16 *Sameram* vocat. vide *Vlmus.*

SAMBV̄CA, æ, σαμβύκη, inſtrumentum muſicum triangulum ex inæqualibus nervis, ein ſeitenſpiel, hackebret. Prudentius Apotheoſ. v. 148 *Organa, ſambucas, citharas, calamosque, tubasque.*

¶ 2. Machina item militaris, qua urbs expugnabatur, ein mauerbrecher. Sic vocabatur per ſimilitudinem. Nam ut in organo chordæ, ſic in machina intendebantur funes, de qua Feſtus, Athenæus lib. 14 c. 8 p. 634, & Lipſius Poliorcet. lib. 1 dialog. 6. In ea ſignificatione uſurpatum a Perſio videtur vocabulum ſatyr. 5 v. 95

Sambucam citius caloni aptaverit alto.

Calones enim miniſtri erant militum diſciplinæ militaris rudes. *Sambucam* igitur *caloni aptare* proverbialiter dixit pro, munus impari, & ab eo gerendo alieno committere.

¶ Sambucīna, æ, eine harffenſchlägerin. Plaut. in Sticho a. 2 ſc. 3 v. 57 *Fidicinas, tibicinas, ſambucinas advehere forma eximia.*

¶ Sambuciſtria, æ, idem. Liv. lib. 39 c. 6 eſt, quæ ſambucâ canit: *Pſaltriæ, ſambuciſtriæque & convivalia ludionum oblectamenta addita epulis.* Vſus & Arnobius lib. 2 p. 73.

SAMBV̄CVS, i, vel Sabucus, quemadmodum ſemper Serenus extulit, fœmin. in arborem aſſurgit, ein holderſtaude, holderbaum: Plinius 24 cap. 8.

¶ Sambūceus, a, um, von holderbaum; ut, *Baculus ſambuceus*, Aurel. Victor in Jun. Bruto c. 10. *Sambucea arbor*, Plin. lib. 29 c. 4.

Same, Samĕra, vide *Samos*, *Samarum.*

Samia, ſamiator, ſamio, are, Samius, &c. vide mox *Samos.*

SAMNĪTES, um, & ium, Italiæ populi in Samnio, id eſt, Aprucio, quod inter Picenum, Campaniam & Apuliam eſt, die Samniter. vid. Flor. lib. 1 c. 16. ¶ 2. Gladiatores etiam erant ſtatariâ pugnâ dimicantes. v. Turneb. lib. 25 Adverſ. c. 10. Lipſ. Saturn. lib. 2 c. 11. Singularis *Samnis*, apud Nonium c. 4 n. 425 in *Spurcus* ex Lucilio: & *Samnitis*, apud Prudentium 2 adv. Symmach. v. 515 *aſper Samnitis Marſusque* &c. Communis generis eſt. Silius lib. 4 v. 560

Samnitis pellibus urſa.

¶ Samnium, i, regio Samnitium. Florus lib. 1 cap. 16 *Populus Rom. ruinas ipſas urbium diruit, ut hodie Samnium in ipſo Samnio requiratur.*

¶ Samnitĭcus, a, um, adjectivum; ut, *Bellum Samniticum*, Florus c. l. & Suetonius Vitell. c. 1.

SĂMOS, i, Σάμος, inſula in mari Ionio ſita inter Icariam & oram Aſiæ, in qua Epheſus ſita eſt. Dicta prius *Anthemuſa* a floribus, & *Stephane* & *Parthenia*, id eſt, virginea. Sacra fuit Junoni, quod in ea nata fuerit & Jovi nupſerit. vid. Virg. Æneid. 1 v. 20. Fuit & patria Pythagoræ. Meminit & *Sami* urbis Ioniæ, a Q. Cicerone recreatæ, Cicer. lib. 1 ad Qu. frat. epiſt. 1 cap. 8, quæ eſt ipſa hujus inſulæ civitas, Ioniæ propter vicinitatem annumerata. Septem enim ſtadiorum freto a continenti ſejuncta eſt: Strab. lib. 14 p. 438. Lucan. 8 v. 246 *Radit ſaxa Sami.* conf. Horat. 1 epiſt. 11 v. 2 & 21. ¶ 2. *Samos* etiam Samothraces nomen fuit: item Cephaleniæ apud Homerum. vid. Strab. lib. 10 p. 312.

¶ Săme, es, eadem inſula apud poëtas, quæ *Samos.* Virgil. Æneid. 3 v. 271 *Dulichiumque Sameque.* conf. Ovid. Triſt. 1 eleg. 4 v. 67; & Sil. 15 v. 303.

¶ Sămius, a, um, adject. gentile; ut, *Juno Samia*, *Sibylla Samia*, cui tribuuntur vaticinia de Chriſto. *Aſſerit hic Samius*, i. e. Pythagoras, Sidon. carm. 15 v. 52. *Samius Bathyllus*, Horat. epod. 14 v. 9. ¶ 2. Idem eſt ac *Teſteus*, irrden, thönern; ut, *Vaſa Samia*, quæ fictilia erant, egregie fabricata, ſchöne und köſtliche irrdene geſchirre, Plin. lib. 35 c. 12. *Samia olla*, Seren. v. 674. *Vti Samio curtoque catino*, arm ſeyn, Lucil. apud Nonium c. 4 n. 434. ¶ 3. SAMIVM *rurſum acutum, unde & SAMIARE dicimus acuere, quod in Samo hoc genus artis polleat*, ſcharffſchneidig, Nonius l. c. Sic, *Mentula Samia teſta abſciſſa*, Martial. 3 epigram. 81; & Auſonius epiſt. 4 v. 68 *Samium Lucumonis acumen.*

¶ Samia, æ, ſubſt. placentæ genus, ein kuchen, ſchirbelkuchen. Tertull. 3 adv. Marc. c. 5 *Non de glebis credas te unquam placentas & Samias coacturum*; ubi Junius, *Samiarum*, inquit, *in placentario genere laus ſumma a Samo, ubi Junoni ſolennes erant.*

¶ Samium, i, ſubſt. teſta, ein irrden gefäß. Cic. de Republ. apud Nonium l. c. *Quam ſi imperia pontificum diis immortalibus grata ſine ſamio.* Hinc

¶ Samiŏlus, a, um, diminutivum, fictilis, irrden. Plaut. in Sticho a. 5 ſc. 4 v. 22 *Nos noſtro ſamiolo poterio bibimus, tamen vivimus.*

¶ Samio, āre, acutum reddere, ſchärffen, ſchleiffen. vid. Nonius l. c. Hinc

¶ Samiatus, a, um, geſchärfft, geſchliffen; ut, *Ferramenta ſamiata*, Vopiſcus in Aureliano cap. 7.

¶ Samiātor, ōris, qui arma acuit & tergit, & exaſperat cuſpides, ein ſchleiffer, ſchwerdfeger. Gloſſæ Vet. *Samiator*, ἀκονιτής; & in Tacticis libris σαμιάτωρ, pro eodem. Vide & Salmaſium in illum Vopiſci locum p. 353.

¶ Samiārius, i, idem. Gloſſ. gr. lat. ἀκονιτής, *ſamiarius, cotarius, acutiator.* Et Turneb. Adverſ. 27 cap. 21 ex antiqua Inſcript. SAMIARIIS DORYPHORON.

¶ Samœna, æ, navigii genus a Samiis inventum, cujus prora demiſſa erat: Plutarch. Pericle p. 166.

¶ Samŏlus, i, herba, Plin. 24 c. 11. vid. ibi Dalechamp.

¶ Sămŏthrāce, es, & Samothracia, æ, alia eſt inſula, Lemno vicina in orâ Thraciæ, quamobrem & ad differentiam *Sami* inſulæ Aſiaticæ, *Samothrace* vel *Samothracia*, quaſi *Samos Thraciæ* dicta fuit. Virgil. 7 Æneid. v. 208

Threiciamque Samon, quæ nunc Samothracia fertur.

Fuit hæc inſula religione & templo nobilis, quod una cum Delphico toto orbe ſanctiſſimum habebatur. Cereris ibi Proſerpinæque myſteria celebrabantur. Lege Strabonem, & Livium lib. 45 c. 5; Plutarchum Æmilio, & Diodorum Siculum lib. 5 c. 47. Hic annulorum genus inventum, qui, cum ex ferro eſſent facti, auro cingebantur; vel mero auro decorabantur, ut Plinius auctor eſt lib. 33 cap. 1. Hinc *ferrea Samothracia*, Lucretio celebrata lib. 6 v. 1042. Iſidorus vero hos Samothracum annulos, aureos, ſed ferreo cum capitulo fuiſſe tradit lib. 19 Orig. c. 32. Illuſtris Scaliger hos Samothracios annulos in lib. 5 Manilii notat, ex eorum genere fuiſſe, quos Græci φυσικοὺς καὶ φαρμακίτας δακτυλίους & ἀλεξιτηρίους appellarunt; De quibus Kirchmannum, ſi lubet, vide erudito de annulis Commentario c. 21. ¶ 2. *Samothracia* etiam gemma eſt ab inſula nominata, Plin. 37 c. 10, & 19 c. 6.

¶ Samothrāces, um, populi ejus inſulæ. De *Samothracum initiis* Varro L. L. 4 c. 10, ubi & *Samothraces Dii*, Caſtor & Pollux.

¶ Samothracius, i, annuli genus, de quo paullo ante in *Samothrace.*

SAMOSATA, æ, Σαμόσατα, Syriæ urbs ad Euphratem, Comagenes metropolis, patria Luciani blaſphemi, qui inde

¶ *Samoſatenſis*, Σαμοσατεύς: & Pauli Antiocheni epiſcopi, blaſphemi in Chriſtum hæretici, qui inde

¶ *Samoſatēnus* dictus fuit, patria.

Samothrace, Samothracia, vide proxime ante *Samos.*

SAMPSA, æ, vel Samſa, os eſt, id eſt, duriſſimus nucleus olivæ, der oliven-kern: Columell. lib. 12 c. 49 & 50.

SAMPSICERAMVS, i; hoc nomine Pompejum appellare videtur Cic. lib. 2 ad Attic. epiſt. 14, & 16 & 17 & 23, a regulo quodam *Sampſiceramo* in Syria devicto.

SAMPSV̄CHVM, i, σάμψυχον, herba odorata illa, quæ & *amaracus*, & *majorana* vulgo dicitur, majoran, vide *Amaracus.* Plin. lib. 21 cap. 22, & Colum. 10 v. 178.

¶ Sampſuchīnus, a, um, σαμψύχινος, aus majoran; ut, *Oleum ſampſuchinum*, Plin. lib. 13 c. 1. Eraſmus Adag. 338 Sanſuchum & Sanſuchinum ſcribit.

Sanabilis, ſanates, ſanatio, vide infra *Sanus.*

SANCAPTIS, īdis, ficti aromatis nomen apud Plaut. Pſeud. a. 3 ſc. 2 v. 43.

SANCHROMĂTON, i, herba, dracontea, Apulej. de Herb. c. 14.

SANCIO, ſancīvi & ſanxi, ītum & ctum, ſancire, religioſe inſtituere eſt, confirmare, ordinare, ſtifften, ordnen, beſtätigen; ut, *Sancire ceremonias inexpiabili religione*, Cic. Tuſcul. 1 cap. 12. Et, *Sancire fœdera*, Virg. 12 Æn. v. 200. *Sancire conſpirationem ſacrificiis & cædibus*, Tacitus in Agricola c. 27. *Sancire templum*, Corippus dixit lib. 4 v. 264, i. e. conſecrare, ſanctum & inviolabile reddere. Nepos Attico c. 19 *Quæ conjunctio neceſſitudinem eorum ſanxit*, i. e. magis magisque confirmavit, & velut ſanctam effecit ac religioſam. Neque enim audiendus Lambinus, qui *anxit* ſubſtituere voluit. *Sancire edicto*, i. e. lege cavere, Cic. pro Flacco c. 28. Sic, *pœnâ aliquid ſancire, capite*, bey hals abhauen verbieten, bey leibesſtraffe, Cic. pro Planc. c. 18, & ad Attic. lib. 10 epiſt. 1, quod & *ſanctione capitali vetare* dicitur. *Sancire fide*, Livius lib. 25 c. 8; & *jurejurando ſancire*, Idem lib. 39 c. 37, mit einem eyd betheuren. Et, *Fidem dextrâ ſancire*, id eſt, confirmare, Idem lib. 28 c. 35.

¶ Sancītus, a, um, geſtifftet, geſetzt, geordnet. Cic. de Aruſp. Reſp. c. 14 *Lege naturæ & communi jure gentium ſancitum eſt.* Idem de Offic. 3 c. 13 *Erranti viam non monſtrare, quod Athenis exſecrationibus publicis ſancitum eſt.* Idem pro Balbo c. 15 *Quod per populum plebemve ſancitum eſt.*

¶ Sanctus, a, um, ſanctione firmatus, religioſus, ſacer, incorruptus, inviolabilis, a *Sancio, ire*, quod proprie eſt aliquid facere inviolabile, feſt geſtellt, feyerlich, unverbrüchlich. Cic. pro Quintio c. 1 *Nihil jam ſanctum atque ſincerum in civitate.* Sic, *Sanctæ leges*, inviolabiles, wider die man nicht handeln muß, Horat lib. 2 ſatyr. 1 v. 81. *Firmiſſima & ſanctiſſima teſtimonia*, Cic. pro Roſc. Com. c. 15. Quid *Sanctum, ſacrum*, & *religioſum* differant, docet Manutius Quæſitis per Epiſt.

Epist. lib. 3 epist. extr. *Sanctæ manus*, non pollutæ captandis & accipiendis muneribus provincialium, apud Val. Max. lib. 2 c. 2 n. 8. Sic *sanctitas* quoque integritatem notat, quæ opponitur avaritiæ, & crudelitati apud Nepot. in Lysandro c. 4. Et, *sanctior usus templorum*, Prudentius adv. Symmach. lib. 2 v. 539. *Aperto sanctiore ærario*, Cæs. B. Civ. 1 c. 14. *Mihi vinculum cum eo est quasi sanctioris cujusdam necessitudinis*, Cic. 13 fam. epist. 17. Et, *Sanctius animal* vocatur homo non violandus, non injuriosius tractandus, Ovid. Metam. 1 v. 76. ¶2. Cæterum *sancti* & homines dicuntur non tantum, quorum persona inviolabilis; verum etiam, quorum vita moresque incorrupti ac integri a labe, heilig, fromm, unschuldig, unsträfflich. Cicero pro Dejotaro c. 7 *Ex hominis gravissimi & sanctissimi disciplina.* Sic *Veteres & sanctos viros* Sallustius dixit in fragmentis. Et Curtius lib. 3 c. 8 *At Darius, ut erat sanctus & mitis, se vero tantum facinus negat esse facturum*: *Sanctus*, i. e. alienus a vi, dolo atque injuria. Et Vellej. 2, 46, 2 *Crassus vir cætera sanctissimus.* Muretus lib. 13 Var. Lect. c. 12. Senecam vocat *Sanctum*: respiciens ad probitatem, & integritatem ex scriptis relucentem. Vid. Voss. lib. 5 Instit. Orat. pag 336 seq. Fœminis quando tribuitur, castæ & pudicæ intelliguntur. Ita sæpe in Inscriptionibus veter. legas: CONIVGI SANCTISSIMAE, Phædrus lib. 3 fab. 11 *simul adspexit filium,*

Sanctamque uxorem dormientem cubiculo.

Juvenal. satyr. 10 v. 291 *rara est concordia formæ*

Atque pudicitiæ, sanctos licet horrida mores

Tradiderit domus & veteres imitata Sabinas.

¶ Sancte, adverb. heiliglich; ut, *pie sancteque Deum colere*, Cic. 1 Nat. Deor. c. 20. *Sancte adjurat*, Terent. Hecyr. a. 2 sc. 2 v. 26. Et, *Sanctissime observare, quæ promittas ac recipias*, Cic. 5 fam. epist. 8. Curtius de Alexandro lib. 3 c. 12 *Virgines & reginas excellentis formæ tam sancte habuit, quam si eodem, quo ipse, parente genitæ forent*: SANCTE, i. e. sine ullâ injuriâ. Lucret. 5 v. 112

Sanctius & multo certa ratione magis, quam

Pythia quæ tripode e Phœbi lauroque profatur, &c.

¶ Sanctio, ōnis, lex cum terrore pœnæ, die stifftung, das gesetz, die satzung. *Sanctiones* sunt νόμοι ἐμπολύμοι, ut Græci vocant, observante ad Harpocrationem pag. 269 Jac. Maussaco, id est, quæ pœnas irrogant. Imperator Justinianus lib. 2 Instit. 1 *Ideo & legum eas partes, quibus pœnas constituimus adversus eos, qui contra leges fecerint*, SANCTIONES *vocamus.* Sic Livius lib. 4 c. 51 *Ægerrime plebs ferebat, jacere tamdiu irritas sanctiones, quæ de suis commodis ferrentur.* Cic. pro Balbo c. 14 *Sanctiones sacrandæ sunt* &c. Ibid. c. 16 *Fœderis sanctio*, die aufrichtung des bunds.

¶ Sanctĭtas, ātis, pietas, die heiligkeit, frömmigkeit. Cicero *æquitatem* vocat Diis manibus debitam: *pietatem* vero, quæ superis: *justitiam*, quæ hominibus debetur, in Topicis c. 23 extr. Seneca Thyeste v. 214

ubi non est pudor,

Nec cura juris, sanctitas, pietas, fides,

Instabile regnum est.

Vbi recte *curæ juris*, *sanctitatem* subjungit. Nam qui curat, quod justum est & præceptum legibus, sancte & integre agit. Itaque *sanctitas*, justitia, integritas, innocentia est. Corn. Nepos Lysandro c. 4 *Sibi testimonium daret, quantâ sanctitate bellum gessisset.*

¶ Sanctĭtūdo, ĭnis, idem; prisca vox, Q. Claudio usurpata, apud Gell. lib. 17 cap. 2. Exempla Accii, Turpilii, Ciceronis & Afranii vide apud Nonium c. 2 n. 805. Et Apulejus de Deo Socrat. p. 43 *Turba vana sanctitudinis.* Et Capitolinus in Lucio Vero c. 8 *Marcus in villam venit, ut fratri* [debacchanti] *venerabilem morum suorum & imitandam ostenderet sanctitudinem.*

¶ Sanctĭmōnia, æ, die zucht, frömmigkeit. Cic. pro Quint. c. 17 *Quid mihi cum ista summa sanctimonia ac diligentia?*

¶ Sanctĭmōniālis, is, eine klosterfrau, nonne. Erant *Sanctimoniales* virgines Deo devotæ, quæ exstiterunt jam tempore Augustini, imo Tertulliani, & Cypriani, juxta Coquejum quidem not. ad Augustin. de C. D. lib. 1 c. 16 p. 60. Vsus hac voce Augustinus lib. 2 Retract. c. 22 pr. & epist. 169 dixit *sanctimonialis formam suscipere*, eine nonne werden.

¶ Sanctor, ōris, ein stiffter; ut, *sanctor legum*, ein gesetzgeber, Tac. Ann. 3 c. 26 n. 5.

¶ Sanctuārium, i, locus sanctus, das heiligthum. Aggenus de Limit. p. 61 edit. Gœs. *Extra fanum, extra sanctuarium profanum dictum est.* ¶2. *In sanctuariis Mithridatis Pompejus invenit ipsius manu compositionem antidoti*, hoc est, in arcanis, unter seinen heimlichen sachen, Plin. lib. 23 c. 8. Et, *Sanctuarium principis*, &c. das cabinet, Sic. Flacc. de Condit. agr. p. 16.

¶ Sanctesco, ĕre, heilig werden. Accius apud Nonium c. 2 n. 576 *Per nos sanctescat genus Pelopidarum.*

¶ Sanctĭfĭco, āre, sanctum efficere, verbum sacris tantum litteris & Theologis usitatum, heiligen, heilig und ansehnlich machen. Vsi eo sunt non proletarii scriptores, sed qui castissimi inter Christianos fuerunt. Tertull. de Orat. c. 3 *Nomen suum ut sanctificetur, postulamus.* Et mox: *Quando non sanctum & sanctificatum est per semetipsum nomen Dei, cum ceteros sanctificet ex semetipso?* &c. Prudentius hymno ante cibum v. 15

Omnia sanctificante fide.

Et Juvencus lib. 1 Hist. Evang. v. 594 in Dominica oratione:

Nominis oramus veneratio sanctificetur.

¶ Sanctificatus, a, um, geheiliget. Tertull. de Exhort. Castit. c. 7 *Honor per ordinis consessum sanctificatus a Deo.*

¶ Sanctificātio, ōnis, die heiligung. Tertull. l. c. cap. 1 *Voluntas Dei est sanctificatio nostra* &c. Idem de Baptismo c. 10 *Sanctificatio in Christo subsecutura.* Et Sidon. 8 epist. 14 *Sanctificationis oleo perfundere*

¶ Sanctificātor, ōris, ein heiligmacher. Tertullian. adv. Prax. c. 2 *Sanctificator fidei eorum, qui credunt.* Et Augustinus epist. 168 med. *Vrgeatur a clericis & sanctificatoribus suis, ut* &c.

¶ Sanctĭfĭcus, a, um, heiligmachend. Paulinus Petrocorius lib. 5 de vita Martini v. 119

Quæ tam sanctifici conservant munera tactus.

Juvencus quoque in prooemio:

Ergo age, sanctificus adsit mihi carminis auctor,

quod quidem contra legem metri ita positum est, magno tamen librorum consensu, quos nominatim Cellarii Curis Posterioribus signatos invenies p. 288.

¶ Sanctĭfĭcium, i, das heiligthum. Tertull. de Resurr. carn. c. 47 *Habetis fructum vestrum in sanctificium.* conf. Vulg. Interpr. Ps. 78 v. 69.

¶ Sanctĭlŏquus, a, um, von heiligen dingen redend; ut, *Sanctiloquus Lucas*, Prudentius Apotheos. v. 1002. Et Arator in Act. Apost. c. 19

Quod si sanctiloquos volvamus ab ordine libros.

¶ Insanctus, a, um, unheilig. Gloss. lat gr. *Insanctus*, ὁ μὴ ἅγιος.

¶ Persancte, i. e. religiose, gewissenhafft. Sueton. Tit. c. 10 *Persancte Domitia jurabat.* Terent. Hecyr. a. 5 sc. 2 v. 5 *Bacchis dejerat persancte*, sie schweret hoch und theuer.

SANCTVS, i, qui & *Sancus* *Sangus* Sabinis, Græcis *Hercules*, Latinis *Dius Fidius* appellatus, ut Varro docet lib. 4 de L. L. c. 10, ubi & Scaligerum vide, & supra in *Fidius*. Nomen a *sanciendo* est. Propertius lib. 4 eleg. 10 extr.

Nunc quoniam manibus purgatum sanxerat orbem,

Sic Sancum Tatiæ composuere Cures;

ad quem locum & plura Passeratius affert. Conf. Augustin. de C. D. lib. 18 cap. 19.

¶ Sangualis, is, avis, ex aquilarum genere, apud Livium 41 c. 3 pr. quam quidam a Sango Deo dictam putant; vide Plin. 10 c. 7, ubi *Sanqualis* scribit Harduinus ex MSS. Quibusdam est *ossifraga*, ein beinbrecher. Adde Festum, qui *Ossifragam* ita dictam tradit, *quod in Sangi Dei tutela sit.* ¶2. Eidem *Sanqualis porta*, est *proxima ædibus Anci.*

SANDĂLIVM, i, σανδάλιον, calceamenti genus, ein pantoffel. Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 8 v. 4 *Vtinam tibi commitigari videam sandalio caput*: ubi vide Lindebr. item P. Victor. Varr. 14 cap. 15, & Turneb. Advers. 29 c. 8. ¶2. Et farris Gallici genus, nitidissimi grani, Plinio lib. 18 c. 7.

¶ Sandălĭdes, um, plurale, genus palmæ a sandalii similitudine, eine art datteln, eidem Plinio lib. 13 c. 4.

¶ Sandălĭārius, i, qui sandalia conficit, ein pantoffelmacher, schuster. Vnde vicus Romæ *Sandalarium* (forte, quod ibi *Sandaliarii* colerent, das schustergäßlein) appellatus, cujus Gellius meminit lib. 18 c. 4, & Sextus Rufus Festus de Regionibus urbis Romæ. Apollinis cognomento *Sandaliarii* Suetonius meminit in vita Augusti cap. 57, quod sandaliis indutus esset.

¶ Sandălĭgĕrŭlus, a, der oder die pantoffeln nachträgt. Sic *Sandaligerulæ*, Plauto Trin. a. 2 sc. 1 v. 22 sunt ancillæ, quæ dominæ sandalia altiora gerebant. Habebant & *servulos sandaligerulos*. Hinc Douza in Plaut. Aulul. a. 3 sc. 5 v. 28 *sandaligerulos pueros*, pro *solutigerulis* contendit legi debere.

SANDĂPĬLA, æ, feretri genus, eine todenbaare oder sarg. Gloss. Vet. *Sandapila*, νεκροφορεῖον. Sueton. Domit. c. 17 *Cadaver ejus populari sandapila per vespillones exportatum.* Juvenal. satyr. 8 v. 175

Inter carnifices & fabros sandapilarum.

Martialis in Zoilum lib. 2 epigr. 81

Laxior hexaphoris tua sit lectica licebit:

Dum tamen hæc tua sit, Zoile, sandapila.

Et lib. 8 epigr. 75 *Grandis in angusta sarcina sandapila.*

Fulgentius principio libelli de prisco sermone: *Sandapilam antiquè dici voluerunt feretrum mortuorum, id est, loculum, non in quo nobilium corpora, sed in quo plebejorum atque damnatorum cadavera portabantur* &c. ¶ *Sandapilam Juliano concinnat*, respondit pædagogus eruditus, Antiochiæ Libanio sophistæ, per derisionem ab eo quærenti, quid faceret fabri filius, Christum videlicet innuens: γλωσσόκομον (γλωττοκομεῖον rectius) ὁ τοῦ παντὸς κατασκευάζει δημιουργὸς, ὃν σὺ κωμῳδῶν τέκτονος υἱὸν προσαγορεύεις, hoc est, *Sandapilam hujus universitatis concinnat fabricator, quem tu sugillans fabri filium nominas.* Nec ita multo post Julianus interfectus in sandapila allatus est, vid. Theodoret. lib. 3 c. 23 Gr. Dicta Salmasio in Plin. Exercit. p. 848 quasi σανιδοπύελος, hoc est, ex tabulis & asseribus compacta [illegible].

¶ Sandăpīlo, ōnis, sandapilarum bajulus, ein sargträger, todengräber. Vet. Gloss. *Sandapilo*, νεκροθάπτης.

¶ Sandapilārius, i, idem. Sidonius lib. 2 epist. 8 *Vespillonum sandapilariorumque ministeria ominosa tumulavere.*

SANDĂRĂCHA, æ, σανδαράχη, metallica vera est & factitia. *Sandaracha*, vel *Sandaraca vera*, reusch oder roßgeel. *Sandaraca vera* in metallis reperta, bergröth. *Sandaraca factitia*, Vitruvio idem est, quod *sandix*, menning, lib. 7 Architect. c. 12. Fit e cerussa combustâ. Add. Georg. Agricol. ¶2. Plinio mellis quoque ceraginosi genus est *Sandaracha* lib. 11 c. 7.

¶ Sandarăcĭnus, & Sandaraceus, a, um, colorem referens sandaracæ, wie bergroth. Nævius apud Festum: *Merula sandaracino ore.* Et Fulgent. de Serm. priscon. 4 *Fibræ jecinoris sandaracei coloris dum fuant.*

¶ Sandarachātus, a, um, roth gefärbt; ut, *Sandarachatum acetum*, cui sandaracha admista est, Plin. lib. 35 c. 6.

SANDARESOS, SANDASER, SANDASEROS, SANDASERIOS, i, nomina gemmarum Plin. 37 c. 7.

SANDASTROS, i, gemma ob stellas pretiosa, Plin. lib. 37 c. 7, ein hiacinth, darinnen funcken leuchten.

SANDIX, icis, σάνδιξ, color ex cerussa decoctus, quemadmodum in *Sandaracha* diximus; vulgus *minium* vocat, menning. Vid. Plin. lib. 35 c. 6. Turneb. Adversar. lib. 14 c. 20. Indifferenter scribitur & *Sandyx* & *Sandix*: Sic & penultima casuum obliquorum in antiquis indifferenter modo producte, modo correpte ponitur. Propertius lib. 2 eleg. 25 v. 45

Illaque plebejo vel sit sandicis amictu.

Gratius Cynegetico v. 86

Interdum Libyco fucantur sandice pinnæ.

Sāne, adverb. & Sanesco, vide paullo post in *Sanus.*

SANGĔNON, i, gemma ex opalorum genere, Plin 37 cap. 6.

SANGVIS, ĭnis, a veteri *sanguen*, de quo postea, humor est, qui per venas in omne corpus effunditur, das geblüt, das blut; ut, *Sanguis vitiosus*, Cic. de Clar. Orat. c. 82; *corruptus*, Claudian. lib. 2 in Eutrop. v. 17, böse geblüt. Celsus lib. 2 cap. 10 *Vitiosus sanguis utiliter effunditur.* Sed, *sanguinem effundere*, vel *fundere* & *fundi*, pro occidere, vel mori, vel stragem aliquam fieri, ex hebraismo esse videtur, quamquam Latinis non sit infrequens. Cic. pro Milon. cap. 37 *Fortissimi viri, qui multum pro republica sanguinis effudistis.* Et Curt. 3 cap. 11 n. 5 de prælio: *Tum vero multum sanguinis fusum est* &c. Quod autem vocabulum *sanguis* & ad multorum & ad unius cædem indifferenter se habeat pro diversis circumstantiis, copiose ostendit Andr. Borrich. in Vindic. p. 211 seqq. *Sanguinis detractio, missio*, Celsus lib. 2 cap. 10, das aderlassen. *Sanguinem in brachiis mittere*, & *ex brachio*, Celsus ibidem. *Sanguine civium exercere imperium*, Curtius 10 cap. 8 n. 19, durch blutvergiessen die herrschafft behaupten. Livius lib. 3 cap. 54 *Dandus invidiæ est sanguis*, man muß den neidern blut lassen, ihren willen lassen. Senec. in Thyest. v. 339 *Quis vos exagitat furor, Alternis dare sanguinem?* einander zu verwunden. *Cicatrix sanguine manat*, Idem in Troad. v. 121. *Sulla erat violentissimus, cum faciem ejus sanguis invaserat*, wenn er roth wurde, Sen. epist. 11. *Vt quidam boni sanguinis sunt, ita quidam incitati & mobilis & cito in os prodeuntis*, sie entfärben sich leichtlich, Idem ibidem. ¶ 2. Sed, *Amittere omnem succum & sanguinem civitatis*, id est, vigorem omnem & vim, sicut Germani dicunt, safft und krafft verliehren, Cic. ad Att. 4 epist. 16. Sic, *sanguinem alicui ebibere*, est omnem succum sive vigorem detrahere, apud Plaut. Curcul. a. 1 sc. 2 v. 65. Sane & herbarum succus, ex quo virent vigentque, *sanguis* dicitur. Manilius lib. 5 v. 212 *Et viridis nemori sanguis decedit & herbis.*
Vide Barth. lib. 140 Advers. cap. 15, & ad Stat. Silvas p. 77. ¶ 3. Sed & liquores *sanguis* dicuntur. Sic Statius 1 Thebaid. v. 329 vinum, *Bacchæum sanguinem*; & Plinius lib. 14 cap. 5 *terræ sanguinem* dixit. Cassiodorus lib. 12 epist. 4 *Vvarum frigidus sanguis.* ¶ 4. *Sanguis* pro genere aut natalibus a poëtis sæpenumero usurpatur. Virg. 1 Æn. v. 19 *Progeniem sed enim Trojano a sanguine duci*
Audierat, &c.
vom Trojanischen geblüte oder geschlechte. Sic, *Claro sanguine genitus*, Seneca in Octavia v. 90. Et Statius 5 Silv. 3 v. 116 *Obscuri sanguinis [illegible] ortus.* Et, *Regius sanguis*, Horat. 3 od. 27 v. 65. *Sanguine alicui conjungi*, Cic. 2 de Invent. cap. 53, mit blut-freundschafft verwandt seyn. ¶ Et *filius* quoque *sanguis* appellatur, vel saltem aliquis ex posteris: Virg. 6 Æn. v. 835
Projice tela manu sanguis meus.

¶ Sanguen, ĭnis, neutr. antiquum, idem. Lucret. 1 v. 836
Visceribus viscus gigni, sanguenque creari.
Sed & Cic. 5 de Fin. cap. 11 ex veteri poëta, & alii apud Nonium cap. 3 n. 203 usi leguntur.

¶ Sanguĭcŭlus, i, diminutum, parvus sanguis, etwas blut. Ita cibi genus vocatum fuit: Plinius 28 cap. 14 *Sanguine ejusdem* [hædi] *in cibum formato, quem sanguiculum vocant.* Botulum Harduinus, Gallice *Boudin*, interpretatur.

¶ Sanguĭneus, a, um, sanguine plenus, blutig, voll geblüts; ut, *Guttæ sanguineæ*, Ovid. 2 Metam. v. 360. *Color sanguineus*, Plin. 14 cap. 3. Et, *Imber sanguineus*, Cic. de Divin. 2 cap. 28.

¶ Sanguĭlentus, a, um, blutig, blutfärbig. Scribon. Larg. Compos. 102 *Sanguilenta urina* &c.

¶ Sanguĭnŏlentus, a, um, blutdürstig; ut, *seditionibus sanguinolentis*, Varro apud Nonium cap. 6 n. 101. ¶ 2. *Sanguinolenti* etiam dicuntur, fœdati sanguine, sive saucii, sive non saucii fuerint, voll blut: Vt recens nati infantes, leg. 2 C. de Patr. qui fil. suos dist. Vide Cujacium ad lib. 5 recept. sentent. Julii Pauli Tit. 1 Sent 1. Ovid. Fast. 4 v. 844 *Ille premit duram sanguinolentus humum.*
Et Fast. 6 v. 602 *Concidit in dura sanguinolentus humo.*

¶ Sanguĭno, are, sanguine manare, bluten. Quintil. declamat. 10 p. 142 *Repetitis sanguinavere planctibus jam convalescentes lacerti.* Idem, vel æqualis auctor Dialogi de Oratorib. cap. 12 *lucrosæ hujus & sanguinantis eloquentiæ usus.* Addunt ex Plin. 30 cap. 9, quod vero Harduinus ex MSS. aliter legit. Vide Emendationem ejus 20 p. 774. Supersunt tamen certiora Tertullianus 4 adv. Marcion. cap. 20 *Lex a contactu fœminæ sanguinantis submovet.* Poëta Solinus in Pontico: *Spumea purpurei dum sanguinat unda profundi.*
Vet. Gloss. αἱμάσσω, *Cruento, sanguino, sanguinor.*

¶ Sanguinatio, ōnis, die blutung. Cœl. Aurel. Tard. 4 cap. 6, & 1 c. 4 *Gingivarum sanguinatio.*

¶ Sanguĭnārius, a, um, sanguinem sitiens, crudelis, blutdürstig, blutgierig; ut, *Homo sanguinarius*, *vox sanguinaria*, Cicer. 2 ad Attic. epist. 7. ¶ 2. *Sanguinaria herba*, Columell. 7 cap. 5. vide *Polygonum.*

¶ Sanguĭnālis, e, ad sanguinem faciens, zum bluten gehörig; ut, *Herba sanguinalis*, Columella 6 cap. 12; & Celsus 2 cap. 33, & 3 cap. 22; eadem quæ *sanguinaria*, sic dicta, quod sistat sanguinem.

¶ Sangualis, is, avis, vide supra in *Sanctus* post *Sancio.*

¶ Sanguĭnōsus, a, um, voll blut. Cœl. Aurel. Acut. 3 cap. 4 *Sanguinosi phlebotomandi.*

¶ Sanguisūga, penult. longâ, eadem quæ hirudo, ein blutägel, blutsauger. Plin. lib. 32 cap. 7 *sanguisugarum cinis.* vide *Hirudo.*

Composita cum præposit.

¶ Consanguĭneus, a, um, adject. & substant. qui sanguine alicui conjunctus est, [illegible] blutfreund. Cic. de Invent. 1 cap. 24 *Cognatio, quibus [illegible], [illegible] consanguineis.* conf. ibid. cap. 54. ¶ 2. In strictiore significat[illegible] fratrem germanum sive sororem significat. Vet. Gloss. ἀδελφὸς ὁμοπάτριος, *Germanus, Consanguineus.* Virg. Æn. 6 v. 278 *Tum consanguineus leti sopor, & mala mentis*
Gaudia.

Consanguineum vocat, quem Homerus κασίγνητον θανάτοιο, Seneca *fratrem mortis*: *Fratrem leti* Valerius Flaccus appellat. Sic Columella prooem. lib. 1 *Res rustica consanguinea sapientiæ est*, i. e. soror aut cognata. Et observat Cujacius lib. 11 cap. 26, in jure non nisi fratres sororesque eodem patre prognatos progenitosque *Consanguineos* dici: eamque ob caussam reprehendit Accursium, qui vocabulum istud generaliter de cognatis acceperat.

¶ Consanguĭnĭtas, ātis, die blutfreundschafft. Livius lib. 7 cap. 19 *Cæritem populum misericordia consanguinitatis Tarquiniensibus adjunctum fama ferebat.* Virg. Æn. 2 v. 8 *Consanguinitate propinquus.* De hac voce & aliquid dictum in *Affinis* sub *Finis.*

¶ Exsanguis, e, sine sanguine, ohne blut, erblasset, krafftloß; ut, *Mortui exsangues*, Cic. 7 Verr. cap. 49. *Corpus frigidum & exsangue*, Quintil. prooem. lib. 6. *Homo enervatus & exsanguis*, Cic. pro Sestio cap. 10. *Furens & exsanguis interrogat*, Cic. ad Qu. fratr. lib. 2 epist. 3.

¶ Exsanguĭnātus, a, um, verblutet. Vitruvius prooem. lib. 8 *Animalia vero si fuerint sine humoris potestate exsanguinata atque exusta.*

SĀNĪCVLA, æ, herba, symphyti species, vide *Symphytum* & *Consolida*, ein wundkraut: Tabernæmont. p. 247 & 706.

SĂNIES, ēi, quod ex vulnere exprimitur & exit nondum sanescente, quasi *sanguies*, blutiger eiter; pus a *sanie* discernit Celsus lib. 5 cap. 26 n. 20. Adde supra in *Pus* dicta. *Eructare saniem*, Virg. 3 Æn. v. 632, blut ausspeyen. *Putris sanies*, Statius 12 Theb. v. 569.

¶ Saniōsus, a, um, sanie & impuro sanguine conspersus, voll eiter, eiterricht; ut, *Saniosi partus*, Plin. lib. 7 cap. 15.

¶ Exsānio, vel Exanio, are, i. e. saniem exprimere, das eiter ausdrücken, Celsus 5 cap. 27, & Colum. 12 cap. 47.

Sanitas, saniter, vide proxime post *Sanus.*

SANNA, æ, irrisio, die verhöhnung, verspottung; quæ fit, cum gestu aliquo mimico exprimitur, id volumus objicere ei, quem irridemus, ut Casaub ad Sueton. p. 169 B. explicat. Vide & Veterem Scholiasten Persii ad sat. 1 v. 58, & supra in *Ciconia.* Sunt autem plura μῶκα, sive sannæ genera, inter quæ principem hæc tria obtinent locum, *ciconia, auriculæ asini, & lingua canis*: de quibus apud Persium laudat. loco, & B. Hieronym. epist. ad Rusticum Monachum. Juvenalis sat. 6 v. 305 *qua sorbeat aëra sannâ Tullia.*

¶ Sannas, æ, fatuus a Cratino comœdo introducitur, unde & Latini *Subsannationem* & Græci stultos *sannas* vocant. Eustathius Odyss. κ. conf. Cœl. Rhodig Ant. Lect. 8 cap 43.

¶ Sannator, ōris, ein spötter, verhöhner. Gloss. gr. lat. μυκτηριστής, *sannator.*

¶ Sannio, ōnis, cujus unica cura risum commovisse exclamationibus ridiculis & gestibus indecoris, ein possenreisser, stocknarr, spötter. Cic. lib. 2 de Orat. cap 61 *Quid potest esse tam ridiculum, quam sannio est? sed ore, vultu, imitandis moribus, voce, denique & corpore ridetur ipso.* conf. Nonius c. 1 n. 302; & Dempster. Paralipp. ad Rosin 5 c. 6.

¶ Subsanno, are, & Subsannatio, sannis eludere, spotten, verspotten; cujus vero verbi apud auctores exempla raræ reperiuntur. Tertull. adv. Judæos cap. 11 *Ecce ipsi quasi subsannantes.* Glossæ veteres: *Subsanno*, ἐκμυκτηρίζω, χλευάζω.

¶ Subsannātio, ōnis, die verspottung. Eædem Glossæ: *Subsannatio*, μυκτηρισμός.

¶ Subsannator, ōris, ein spey- oder spott-vogel. Antiquus Interpres Sirac. cap. 33 v. 6 usus est.

Sanqualis, Sansuchum, vide ante *Sangualis* in *Sanctus*, *Sampsuchum.*

SANTĂLVM, i, σάνταλον, lignum Indicum trium generum, pallidum, album & rubrum, sandel oder sandelholtz.

SANTERNA, æ, chrysocolla ex nitro confecta, qua aurifices utuntur in agglutinando auro, borras, berggrün, Plin. 34 cap. 12.

SANTŎNES, um, & Santŏni, orum, Galliæ populi, inter Garumnam & Ligerim in Aquitania. Lucan. lib. 1 v. 422
gaudetque amoto Santonus hoste.

¶ Santŏnĭcus, a, um, adject. Juvenal. sat. 8 v. 145
Tempora Santonico velas adoperta cucullo.
Et Tibullus 1 eleg. 8 v. 10 *Oceani littora Santonici.*

¶ Santŏnĭcum, i, vel *herba santonica*, absinthium, quo Gallia Alpibus finitima abundat, Plin. lib. 27 cap. 7: Matthiol. vide *Seriphium.*

SĀNVS, a, um, integer, bene habens, valens, gesund; ut, *Sana corporis pars*, Cic. pro Sextio cap. 65. *Sanum fieri medicamento*, Cic. Offic. 3 cap. 24; & *ex morbo*, Cato c. 157. *Sanum facere*, Cic. in Philipp. 2 cap. 39. Sic Celsus 3 c. 4 *Etiam sanissimo dari debet cibus.* Et Augustinus Civ. D. 26 cap. 2 *sanissimi juvenes*, gesund und starck, quos ibidem *atrocitate morborum adflictis* opponit. Et Ambrosius sermone 90 sub finem: *Constantia reversa ad palatium sanissima*, id est, firma valetudine, propria verbi notione. ¶ 2. Sed, *Homo sanus*, Cic. 2 de Invent. cap. 45, bey guter vernunfft, klug, verständig; hic enim ad animum refertur. *Nihil hunc se absente pro sano facturum arbitratus*, Cæs. B. G. 5 cap. 7. *Mens bene sana*, Horat. 1 sat. 9 v. 44. Et Juvenal. sat. 10 v. 356
Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.
Ita, *Mente sana scribere*, Cic. ad Attic. 9 epist. 7. *Oratores Rhodii saniores*, Idem de Clar. Orat. cap. 13. *Quisquam sanissimus tam certa putat*, Idem Acad. Qu. 4 cap. 28. Et Vellejus Paterculus 2 cap. 25 *Crescebat interim in dies Sullæ exercitus, confluentibus ad eum optimo quoque & sanissimo.* Contra, *male sanus*, id est, insaniens, stultus, Cic. 9 ad Attic. epist. 15. Quemadmodum & Plautus *male valere* dixit, qui desiperent, Curcul. a. 1 sc. 3 v. 13. *Si sana mens esset*, Nep. in Agesil. cap. 5 n. 2, Nostri, wenn sie klug wären. Seneca epist. 108 *Qui ad Philosophorum scholas venit, aut sanior domum redeat, aut sanabilior.*

¶ Sāne, adverbium, id est, *sapienter*, cui *insane*, id est, *stulte*, opponitur, klüglich, weißlich. Plaut. Curcul. a. 1 sc. 3 v. 20
Bonum est pauxillum amare sane: insane non bonum est.
Horatius 2 od. 7 extr. *non ego sanius*
Bacchabor Edonis.
Et Senec. Controv. 34 *Euctemon dixit sanius quam Glycon.* ¶ 2. Hinc diversæ

diversæ significationis est *Sane.* Primum enim *vere, profecto* significat, fürwahr, traun, warlich. Cicero lib. 1 ad Lentulum epist. 9 *Sane moleste Pompejum id ferre constabat,* hoc est, certe. ¶3. Sed hîc pro *Valde: Homo sane nobilis, Res haud sane difficilis,* apud Ciceronem. Et Horatius lib. 1 epist. 15 v. 5 *Sane myrtea relinqui.* Vbi Vetus Scholiastes: SANE, *id est,* VALDE. *Sallustius:* BELLI SANE SCIENS. ¶4. Hic permittendi vim habet: *Sit sane ut vis,* laß seyn. Quintil. *Tulerit sane filium noster merito pœnas,* hoc est, esto, tulerit, fac tulerit. Valla lib. 2 cap. 27 *Sane bene,* id est, bene equidem, zwar wohl, traun wohl. Cic. pro Quint. cap. 3 *Erat res pecuniaria res ampla & rustica, sane bene culta & fructuosa.* Terent. in Andr. a. 1 sc. 2 v. 24 *Nempe ergo aperte vis, quæ restant, me loqui? D. Sane quidem,* ja traun. Idem in Adelph. a. 4 sc. 2 v. 47 *Vbi potetis vos. D. Recte sane,* ach ja, das war von nöthen, est enim ironicum senis responsum, non approbans, ut Donatus monet. ¶5. *Sane quam,* id est, admodum. Sulpitius ad Ciceronem 4 fam. epist. 5 *Sane quam pro eo ac debui graviter molesteque tuli.* Et Brutus ad Cicer. 11 epist. 13 *Sane quam sum gavisus.*

¶ Sāniter, aliud adverb. gesund. Afranius apud Nonium cap. 11 n. 51 *Adorare saniter.*

¶ Sanĭtas, ātis, die gesundheit. Proprie corporis est. Corn. Celsus lib. 8 cap. 2 extr. *Longe perniciosissimum* [vitium] *est, quod in osse pectoris est, quia vix, etiamsi recte cessit curatio, veram sanitatem reddit.* ¶2. Plerumque ad animum transfertur, quia *Sapientia sanitas est animi,* ut Cicero ait lib. 3 Tuscul. c. 5. Ita, *Ad sanitatem redire,* Cic. 12 fam. epist. 10, wieder zu sinnen kommen, sich recht bedencken. *Incorruptâ sanitate esse,* Idem de Opt. gen. Orat. cap. 3. Cestius apud Senecam Controv. 12 *Dementia res est sanitati contraria.*

¶ Sāno, avi, atum, are, sanum facere, heilen, gesund machen. Cornel. Nepos Attico cap. ult. *Quibus quoniam, ut spero, satisfeci, nihil reliquum feci, quod ad sanandum me pertineret. Ad sanandum me,* id est, ad recuperandam valetudinem. Et Propertius lib. 2 eleg. 1 *Omnes humanos sanat medicina dolores.* Et, *Sanare remediis,* Cic. 7 in Verr. cap. 46. Seneca in Hippolyto v. 249

Pars sanitatis, velle sanari, fuit.

Idem Oedip. v. 517 *Vbi turpis est medicina, sanari piget.*

¶2. *Sanare vulnera reipubl.* elegans metaphora est, Cic. 4 de Finib. cap. 24. Et, *Ægram & labentem rempubl. sanare & confirmare,* Idem pro Milone cap. 25. *Levare dolorem tuum posset, si minus sanare,* Idem 5 famil. epist. 16.

¶ Sanātus, a, um, geheilet. Cic. de Divin. 2 cap. 66 *Qua radicula inventa & Ptolemæus sanatus dicitur, & multi milites vulnerati.*

¶ Sanātes, um, quasi *sanati* appellati, i. e. *sanatæ mentis*, zu recht gebrachte, ausgesöhnte. Fuerunt autem *Sanates,* dicente Paulo ad Festum, *qui supra infraque Romam habitaverunt, qui, cum defecissent a Romanis, brevi post redierunt in amicitiam, quasi sanata mente. Itaque in XII Tabb. cautum est:* UT IDEM IURIS ESSET SANATIBUS, QUOD FORTIBUS, *id est, bonis, & qui nunquam defecerant a populo Romano.* De Ovidii Fast. 6 versu 685 lis est, an recte legatur cum Steph. Pighio: *Specie numeroque Sanatum fallere,* cum in vulgatis & MSS. reperiant *Senatum.* Vossius de Art. Grammat. lib. 2 cap. 17 illud prius rejicit, cum *Sanatum* primam producat: Sed Heinsius in notis ad h. l. *Senatum* ferri non posse profitetur, quem vide. conf. Gell. 16 cap. 10.

¶ Sānātio, ōnis, die heilung, gesundmachung. Sic, *Malorum in una virtute posita sanatio est,* Cicer. 4 Tusc. Quæst. cap. 15 extr.

¶ Sanābĭlis, e, quod facile sanatur, heilbar; ut, *Vulnus sanabile,* eine wunde, so leichtlich zu heilen, i. e. medicabile, Ovid. de Remed. am. v. 101. Et Celsus 2 cap. 8 *Quisquis dolor deorsum tendit, sanabilior est.* Adde Senec. epist. 108, ubi *sanior* & *sanabilior* opponuntur. Verba vide supra in *Sanus.*

¶ Sānesco, ĕre, sanitati restitui, sanum fieri, heil werden. Plin. lib. 17 cap. 23 *Dolent talia ulcera & difficile sanescunt.* Columell. 6 cap. 7 *Vulnera facta igne dum sanescunt, defricare bubula urina convenit.* Et Serenus v. 231 *Sanescunt dentes, dum tauri felle juvantur.*

¶ Sānĭfer, a, um, sanitatem afferens. Paulinus Nolanus Natali 7 Felic. v. 224 *Sanifera virtute.*

Composita cum præposit.

¶ Consāno, are, idem quod *sanare,* zuheilen. Columell. lib. 4 cap. 24 extr. *plagæ consanentur.* Item neutraliter pro *consanescere,* l. 10 ff. de Ædilit. edict. vid. Parei Lex. Crit. p. 257.

¶ Consānesco, ĕre, i. e. sanari, genesen, heil werden. Columell. lib. 8 cap. 2 *Vulnera dum consanescant.* Metaphorice Cic. 4 famil. epist. 6 ad Sulpit. *Hoc tam gravi vulnere etiam illa, quæ consanuisse videbantur, recrudescunt,* was schiene heil zu werden, ubi nonnulli *consanavisse* legunt.

¶ Insānābĭlis, e, quod sanari non potest, unheilbar; ut, *Morbus insanabilis,* eine kranckheit, so nicht zu heilen ist, Cic. 5 Tuscul. cap. 1. ¶2. *Contumelia insanabilis,* Cic. in Orat. cap. 26. *Ingenium insanabile,* quod corrigi & mutari non potest, unverbesserlich, Liv. lib. 1 cap. 28. Et Seneca epist. 108 *Senectus insanabilis morbus est.* Comparat. *Insanabilius,* adjectiv. apud Livium lib. 28 cap. 25.

¶ Insanābĭliter, adverb. idem. Marcellus & Faustus in libello precum ad Impp. p. 19 ed. Sirmondi: *Cum animi morbo insanabiliter ægrotaret.*

¶ Insānus, a, um, cui non integra mens est, verrückt im kopff, aberwitzig, thöricht, unsinnig. Sic, *Ex stultis insanos facere,* Terent. in Eunuch. a 2 sc. 2 v. 23, die narren toll machen. *Labeone insanior inter sanos,* Horat. 1 sat. 3 v. 82. *Cupiditas acrior atque insanior,* Cic. in Verr. 6 cap. 18 extr. *Homo inter eos, qui ipsi quoque insaniunt, insanissimus,* Idem pro Rosc. Amerino cap. 12. Et, *Concio insanissima,* Idem pro Milone cap. 17. ¶2. Veteres & *insanum* pro *magno* ponebant, sehr groß. Plaut. Trinum. a. 3 sc. 2 v. 47 *Insanum est malum, in hospitium divorti ad Cupidinem.* Ita, *Insanas moles substructionum,* Cic. pro Milon. cap. 20; & Plin. lib. 36 cap. 15 *substructiones insanas Capitolii* dixerunt. Virg. 2 Æn. v. 776

Quid tantum insano juvat indulgere dolori?

Vbi Servius: INSANO, *magno: ut,*

Insani feriant sine littore fluctus:

vel sine ratione.

¶ Insānùm, adverbialiter, ut *immensum,* gar sehr. Plaut. Mostell. a. 3 sc. 3 v. 5 *Porticus insanum bona,* id est, valde bona. Idem Bacch. a. 4 sc. 5 pr. *Insanum magnum molior negotium.*

¶ Insānè, aliud adverbium, cujus similis usus est. Varro lib. 6 de L. L. cap. 5 *Plautus,* inquit, *cum* VEHEMENTER *vellet dicere, dicit* INSANE, *quod insani omnia faciant vehementer. Milite: Si unum epityrum apud illum esuriens insane edam.* Locus de Milite Varroni citatus habetur a. 1 sc. 1 v. 24. Comparativus *Insanius,* Horat. 1 sat. 10 v. 34. Et Sulpitius Severus Dialogo de Virtutibus Monach. Orient. cap 3 *Sed episcopi quidem in libris ipsius insanius scripta memorabant:* INSANIUS, i. e. minus sane, minus sapienter & vere. Superlative Augustinus epist. 238 *ut ea, quæ restant, insanissime desperentur.*

¶ Insānĭter, itidem adverb. närrisch. Pomponius apud Nonium cap. 11 n. 4 *Ludis nimium insaniter.*

¶ Insānia, æ, dementia, die unsinnigkeit, narrheit; ut, *Adjuvare alicujus insaniam,* Plaut. Amphitr. a. 2 sc. 2 v. 166, einem zur thorheit vorschub thun. *Optimum alienâ insaniâ frui,* Plin. lib. 18 cap. 5. Proverbium erat, ideo addit Plinius, *ut vulgo dixere:* Minus recte exponitur de eo, qui ex alieno damno fit cautior, cum potius denotet: rem magno aliorum pretio acquisitam minimo sibi pretio comparare. Sic & *Insanire* de nimio & impenso sumptu usurpat Plautus Milite a. 3 sc. 1 v. 157. ¶2. Eleganter in plurativo numero Plautus usus est Aulul. a. 4 sc. 4 v. 15

Larvæ hunc atque intemperiæ insaniæque agitant senem.

Cic. 4 fam. epist. 1 *Incideram in hominum pugnandi cupidorum insanias.* Plin. 26 cap. 11 *Contra insanias vettonica bibitur.*

¶ Insānĭtas, ātis, idem. Cic. 3 Tuscul. cap. 5 *Insipientia quasi insanitas, quæ est insania, eademque dementia.*

¶ Insānio, ire, furere, insanum esse, schwärmen, unsinnig seyn. Terent. in Adelph. a 2 sc. 1 v. 43 *Minime miror, qui insanire occipiunt ex injuria.* Et Cic. in Oratore cap. 67 *In alienos insanus insanisti.* Et lib. 7 ad Attic. epist. 10 *nisi ego insanio, stulte omnia & incaute,* scilicet aguntur. Rursus Terent. Eunuch. a. 1 sc. 1 v. 16

Incerta hæc si tu postules

Ratione certa facere, nihilo plus agas,

Quam si operam des, ut cum ratione insanias.

¶ Insāniens, tis, schwärmend, unsinnig, tobend. Horat. 1 od. 34 v. 2 *Insanientis sapientiæ consultus.* Idem 3 od. 4 v. 30 *Insanientem Bosporum tentare.*

¶ Persānus, a, um, i. e. valde sanus, sehr gesund. Cato R. R. cap. 157 fin. *Radices polypi persanas facias.*

¶ Persāno, are, omnino sanare, gar zuheilen. Plin. procem. lib. 23 *Canis vitium cum axungia fistulas purgat, mox & persanat.* Idem lib. 30 cap. 13 *Antonius* [Musa] *medicus cum incidisset insanabilia ulcera, viperas edendas dabat, miraque celeritate persanabat.*

¶ Persānātus, a, um, ausgeheilt; ut, *Vlcera persanata,* Sen. epist. 8.

¶ Præsāno, are, vorher heilen. Plin. lib. 26 cap. 14 *Vulneribus præsanatis,* i. e. celerius, quam par erat, sanatis: & lib. 24 cap. 10 pr. *Cicatrices, quæ præsanavere:* ubi propter neutralem notionem videtur a *Præsanesco* esse, sicut *Consanesco, Resanesco.*

¶ Resāno, are, wieder heilen. Lactant. lib. 4 cap. 20 pr. *ne impios resanaret.* Idem lib. 5 cap. 22 extr. *Qui resanati fuerint, adhereant religioni.*

¶ Resānesco, ĕre, wieder gesund werden. Ad animum refertur apud Lactantium lib. 5 cap. 2 ex philosophi gentilis sententia: *Vt susceptis Deorum cultibus resanescant.*

¶ Vēsānus, a, um, male sanus, vecors, aberwitzig, thöricht. Cicer. pro Domo sua cap. 21 *Furiosa vis vesani Trib. Pleb.* Et, *vesano impetu,* Livius lib. 9 cap. 13. *Amor vesanus,* Propert. lib. 2 eleg. 15 v. 29.

¶ Vēsānia, æ, vecordia, der aberwitz. Plin. lib. 35 cap. 2 *Vlysses simulata vesaniâ bovem cum equo junxit.*

¶ Vēsānio, ire, toben, rasen. Catull. carm. 25 extr. *vesaniente vento.*

SĀPA, æ, ex musto seu vino decocto, tertia pars reliqua, gesottener wein, Plin. lib. 9 cap. 56, & Varro 3 de R. R. cap. 14 fin. Et Ovid. Fast. 4 v. 778

Lac niveum potes purpureamque sapam.

SĀPAEI, orum, populi Thraciæ, de quibus Plin. 4 cap. 11, & 6 cap. 7. Ovid. Fast. 1 v. 389

Exta canum vidi Triviæ libare Sapæos.

SĀPERDA, æ, σαπέρδης, piscis non pessimi saporis, neque concha mali saporis, ut indocti quidam exposuerunt, sed piscis ille, qui coracinus fluviatilis dicitur, ein karas, karutsch, Gesner. Pers. sat. 5 v. 134

Et quid agam? rogitas? saperdas advebo ponto.

¶2. Varro apud Nonium cap. 2 n. 823 *Saperdam* pro sapiente & festivo posuit: *Omnes,* inquit, *videmur nobis esse belluli & festivi saperdæ, quum simus σαπροί,* id est, putidi & marcidi, ut quidem Junius legit & exponit: sive *Copreæ,* id est, scurræ, ut Lipsius legit. *Coprias* enim, ut docuit Scaliger, *scurra* est. vid. Vossius lib. 5 Instit. Orat. pag. 324.

Saphirus, Sapidus, sapientia, &c. vide *Sapphirus, Sapio.*

SĀPINUS, i, abies inferior, a stirpe usque ad ramos, der tannenbaum vom stamm an biß an die äste, superior enim ramosa & nodosa *fusterna* est, Plin. lib. 16 cap. 39. conf. Bald. in Lex. Vitruv. p. 104. ¶2. *Sapinus,* gemma ex genere jaspidum, Plin. 37 cap. 9.

¶ Sāpineus, a, um, von der tannen; ut, *Nuces sapineæ,* tannzapffen, Columell. lib. 12 cap. 5.

SĀPIO, ui, ĕre, ad sensum gustus pertinet, schmecken. Sic, *Jucundissime sapit,* Columell. lib. 7 cap. 8, es schmeckt sehr lieblich. *Palatum sapit,* Cicer. 2 de Fin. cap. 8. *Anas sapit,* vide supra in *Anas* ex Martiale. Et Plin. 9 cap. 17 *Laudatissimi conchylium sapiunt,* i. e. referunt saporem conchylii, sie schmecken eben so. ¶2. Sed ad animum sæpius transfertur, & significat *esse sapientem,* verständig seyn, weise seyn,

seyn, klug seyn. Terent. in Adelph. a. 3 sc. 3 v. 32 *Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est videre*, &c. Et Cic. de Divin. 2 cap. 39 *Nihil est tam valde vulgare, quam nihil sapere.* Idem lib. 8 fam. epist. 6 *Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit, nequicquam sapit.* Et Terent. Heaut. a. 5 sc. 1 v. 50 *Foris sapere*, bey andern leuten grosse klugheit fürgeben. Plaut. in Milit. glor. a. 3 sc. 3 v. 12 *Nemo solus satis sapit.* Idem in Mercat. a. 4 sc. 7 v. 40 *Vetus id dictum est: Feliciter is sapit, qui periculo alieno sapit*, mit anderer leute schaden klug seyn.

¶ Săpiens, tis, weise, klug. Cic. pro Cluent. cap. 31 *Sapientissimum esse dicunt eum, cui, quod opus sit ipsi, veniat in mentem; proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperet.* Idem lib. 5 fam. epist. 17 *Homines sapientes turpitudine, non casu, & delicto suo, non aliorum injuria commoventur.* Ovidius 1 de Arte am. v. 65 *sera & sapientior ætas.* Et, *Sapienti sat dictum*, Plaut. in Persa a. 4 sc. 7 v. ult. ¶ 2. Antiqui *Sapientes* appellarunt, qui pronunciandi & cogitandi rationem, eximiamque dicendi vim habebant: quales septem Græciæ Sapientes fuerunt, *Cleobulus, Solon, Chilo, Pittacus, Thales, Bias, Periander*, quorum apophthegmata seu sententias, quas *leges vitæ* Quintil. lib. 5 appellat, suis locis sub singulorum vide nominibus. Adde Ludum septem sapientum Ausonii, & Coquejum ad Augustin. de C. D. lib. 8 cap. 1 p. 716. Lactantius, temere eos sibi sapientum nomen tribuisse, affirmat lib. 4 cap. 1.

¶ Săpienter, adverb. weißlich; ut, *Vitam sapienter instituere*; Terent. in Andr. a. 1 sc. 1 v. 40. Item, *Fortiter & sapienter aliquid facere*, Cic. lib. 1 fam. epist. 7. Et lib. 2 epist. 7 *Nemo est, qui tibi suadere sapientius possit te ipso.* Et Nepos in Timoleonte cap. 1 *Quod difficilius putatur, multo sapientius tulit secundam, quam adversam fortunam.* Et Cic. de Clar. Orat. cap. 42 *Servius sapientissime perfecit, ut* &c.

¶ Săpientia, æ, primum ad corpus pertinet, & de sapore dicitur, seu sapiendi facultate, die schmackhafftigkeit. Quo illud Symposii poëtæ veteris pertinet Ænigmate 83 de perna:

De fumo facies, sapientia de mare nata est.

Nam quod sapit perna, (daß er wohl schmeckt,) a sale habet. Lusit in hac voce & Terent. Adelph. a. 3 sc. 4 v. 62

Hoc salsum, hoc adustum est, hoc lautum est parum:
Illud recte: iterum sic memento: sedulo
Moneo, quæ possum, pro mea sapientia.

¶ 2. Deinde ad animum: verstand, weißheit, *mater omnium bonarum rerum, princeps omnium virtutum*, quemadmodum Cicero lib. 1 de Legib. cap. 22, & 1 Offic. cap. 43 dixit. Horat. 1 epist. 1 v. 41

Virtus est, vitium fugere, & sapientia prima,
Stultitiâ caruisse.

Plin. lib. 23 cap. 1 adagii loco citat, *Sapientia vino obumbratur*, wenn der wein eingehet, so gehet die weißheit aus. Lactantius lib. 1 cap. 23 *Primus sapientiæ gradus est, falsa intelligere: secundus, vera cognoscere.* Eos demum divino genere æstimandos esse, qui sapientia animum excolere velint, Hierocles, & Pythagorici sentiebant. *Non ætate, verum ingenio adipiscitur sapientia*, Plaut. Trinummo a. 2 sc. 2 v. 88. ¶ 3. Quamvis autem *Sapientia* & *Prudentia* differant, de quo discrimine Aristoteles in Ethicis docuit, non raro tamen confunduntur, & alterum pro altero ponitur. Ita Cicero pro M. Marcello cap. 2 *Nunquam temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad consilium casus admittitur.* Item pro L. Manilia cap. 7 *Quod ad multorum bona civium Rom pertinet: quorum vobis, pro vestra sapientia, Quirites, habenda est ratio diligenter.* ¶ 4. Pro lenitate ac clementia posuit Cic. pro Dejotaro cap. 2 *Re enim iniquum est, sed tua sapientiâ fit æquissimum: Sapientia*, id est, benignitate, clementia. Dicit autem hoc ad Cæsarem. Nam moderari animo, proprium sapientiæ opus. Sic *clementiam* & *sapientiam* conjungit Cic. orat. pro Marcello c. 6 *Vt mihi quidem*, inquit, *videantur Dii immortales, vel placati jam vel satiati aliquando omnem spem salutis ad clementiam & sapientiam victoris contulisse.* Et paullo post: *Toties de maximis tuis beneficiis, toties de incredibili liberalitate, toties de singulari sapientiâ tuâ cogitabis.* Nam *liberalitas* hoc loco, lenitas atque clementia est, qua moderatus est victoriam Cæsar.

¶ Săpientiālis, e, pollens sapientiâ, vernünfftig, der weißheit fähig. Tertull. de Anima cap. 15 *Summus in anima gradus vitalis & sapientialis.* Et mox: *Esse principale in anima, vim sapientialem atque vitalem.*

¶ Sapientĭpŏtens, tis, idem. Ennius apud Cicer. 2 de Divin. cap. 56 *Bellipotentes sunt magis quam sapientipotentes.*

¶ Sapĭdus, a, um, i. e. grati saporis, sive conditus, schmackhafft, wohlschmeckend; barbarum censet Vossius: invenitur tamen apud Apulejum lib. 2 Metam. prope initium: *tucetum perquam sapidissimum.* Et lib. 10 *Sapidissimis nutrimentis succuum pulmenta condita.* Sic & Apicius lib. 9 cap. 10 *jus sapidum:* & cap. 11 *sapidiores pisces:* & lib. 6 cap. 6 *Avem sapidiorem facies.* ¶ 2. Alcimo Avito ad Sororem v. 458 *sapidæ puellæ* sunt sapientes, die klugen jungfrauen, ex parabola Matth. cap. 25.

¶ Sapĭde, adverb. idem; cujus superlativus est in extremo lib. 8 Apuleji, *femur sapidissime percoctum.*

¶ Săpor, ōris, der geschmack, die schmackhafftigkeit. Cic. de Fin. 3 c. 10 *Mel suo proprio genere saporis dulce esse sentitur.* Plin. 15 cap. 27 *Communia pomis omnibusque succis saporum genera tredecim reperiuntur: dulcis, suavis, pinguis, amarus, austerus, acer, acutus, acerbus, acidus, salsus*, &c. Idem lib. 15 cap. 17 *Pira jucunda acidulo sapore*, weinsäuerlich. Virg 4 Georg. v. 277 *Asper in ore sapor.* Apul. Met. lib. 1 *Caseus sciti saporis*, ein guter käse. ¶ 2. Translate *Sapor* pro jucunditate sermonis, die lieblichkeit der rede: Cic. de Clar. Orat. cap. 46 *Tineam Granius obruebat nescio quo sapore vernaculo.* Et Petron. Satyric. *Orationem habere non publici saporis.* ¶ 3. Denique & *Sapor* est sapientia. Arnob. lib. 3 p. 108 *Quisquamne est hominum rationis alicujus sapore contactus, qui credat* &c. conf. Barth. Adverf. 43 cap. 19. Et Ennod. epigr. 15

Tu mea vel tenui perfundis corda sapore.

¶ Săpōro, are, sapore imbuere, medicare, schmeckend machen. Petrus Chrysologus Serm. 157 *Per epiphaniam Christus in nuptiis aquas saporavit in vinum.* Et Dracont. Hexaëm. v. 539

Autumni qui dulcia poma saporat.

¶ Săpōrātus, a, um, schmackhafft, guten geschmacks. Virg. 6 Æn. v. 420

Melle saporatam & medicatis frugibus offam Objicit.

Ita enim legendum, non *soporatam*; non vane equidem Turnebus contendit lib. 28 Adverf. cap. 45, & lib. 29 cap. 6, cum quo & Hadrianus Junius facit. Tertullianus de Spectaculis cap. 27 *Nemo venenum temperat felle ac belleboro, sed conditis pulmentis & bene saporatis.* Et, *Saporatos cibos* Ammianus dixit lib. 31 cap. 2. Comparativo usus est Arnobius lib. 5 p. 164 *Ex sanguine saporatiore genus ducunt*, scil. poma mali punici.

¶ Săpōrus, a, um, idem. Prudent. Cathemer. 4 v. 49

Nil est dulcius ac magis saporum.

Composita cum præposit.

¶ Consĭpio, ĕre, idem quod *Sapere*, sich besinnen. Livius lib. 5 cap. 42 *Non mentibus solum consipere, sed ne auribus quidem & oculis satis constare poterant.* Et Gellius lib. 7 cap. 3 *Vereri sese, ne patres, de statu mentis suæ deturbati, non satis consiperent.*

¶ Dēsĭpio, ĕre, dementem esse, närrisch seyn, nicht klug seyn, dämisch werden: vide Vallam lib. 5 cap. 3. *Desipere senectute*, Cic. 1 famil. epist. 9, id est, delirare, kindisch seyn alters halben. Horat. 4 od. 12 v. 28 *Dulce est desipere in loco.* Et, *Mentis desipere*, græcanica ratione Plautus dixit Epid. a. 1 sc. 2 v. 35.

¶ Dēsĭpiens, tis, albern, närrisch, thöricht. Cicer. 2 de Divin. cap. 23 *Estne quisquam ita desipiens, qui credat*, &c.

¶ Dēsĭpientia, æ, die thorheit, der unverstand. Lucretius lib. 3 v. 498

Desipientia fit, quia vis animi atque animai
Conturbatur.

¶ Insĭpiens, tis, imprudens, demens, unweise, thöricht. Cic. lib. 2 de Fin. cap. 15 *Quid turpius est, quam sapientium vitam ex insipientium sermone pendere?* Idem de Amicit. cap. 15 *Neque quidquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potest.* Comparat. *Insipientior*, Cic. 2 de Divinat. cap. 23 extr. Superlat. *Insipientissimus* apud Senec. lib. 2 Quæst. Nat. cap. 59.

¶ Insipienter, adverb. idem. Cic. de Senect. cap. 19 *Adolescens, diu se victurum, insipienter sperat.* Lactant. lib. 1 cap. 22 *Petilius prætor libros Numæ, quia religionibus derogabant, combussit. Insipienter id quidem.*

¶ Insipientia, æ, die thorheit. Plaut. in Amphitr. prolog. v. 36 *Justa ab injustis petere, insipientia est.*

¶ Insĭpĭdus, a, um, non sapidus, unschmackhafft. Firmicus lib. 2 Astrolog. cap. 12 *Super salsus & insipidus.* Et Paulinus Nolanus epist. 39 n. 4 *Vltra betam incoctam insipidi.* Citatur & vulgo Gellius 6 cap. 1, sed correctissimi libri habent *Insubidius* pro *insipidius*.

¶ * Nesapius, a, um, (vel Nesapus,) hoc est, insipiens, unweise, albern. Petron. Fragm. Tragur. p. 22 *Ne me putetis nesapium esse, valde bene scio, unde* &c. Q. Terent. Scaurus de Orthographia p. 2251 *Ne pro non positum est apud antiquos. Sic, nefrendes porci sunt, qui sine dentibus sunt, id est, qui fabam frendere non possunt. Sic Nesapus, qui non sapit.* Grævius. Adde Schefferi not. ad Fragm. p. 114.

¶ Persăpiens, tis, valde sapiens, sehr klug. Cicer. de Provinc. consul. cap. 18 extr. *Inimicitias reip. concessisse, magni cujusdam hominis & persapientis videtur.*

¶ Persapienter, adverb. gar weißlich. Cicer. pro Milone cap. 4 *persapienter dat ipsa lex potestatem defendendi.*

¶ Rĕsĭpio, ĕre, nach etwas riechen oder schmecken; ut, *Resipere picem*, Plin. lib. 14 cap. 1. *Laboravi, ut absurda concinerent, insulsa resiperent, hiulca congruerent*, Auson. Technop. seu Monosyll. præfat.

¶ Resĭpisco, ĕre, ad meliorem mentem redire, wieder zu recht kommen, fromm werden. Terent. in Heaut. a. 4 sc. 8 v. 3 *Nunc me fortunatissimum factum esse puto, cum te intelligo resipuisse.* Cic. ad Attic. lib. 4 epist. 5 *Vix aliquando te auctore resipui.* De ægroto Sueton. Tiber. cap. 73 *Cum extractum sibi deficienti annulum mox resipiscens requisisset.* Juvencus lib. 2 v. 256 *resipisse* pro *resipuisse* posuit; sicuti *sapisset* pro *sapuisset* Plautus Rud. a. 4 sc. 1 v. 8.

¶ Resipiscentia, æ, die busse, bereuung. Lactantius lib 6 cap. 24 *Μετάνοιαν nos possimus* RESIPISCENTIAM *dicere.* Ex quo apparet, non omnino in usum illo ævo id vocabuli receptum fuisse.

¶ Subsĭpio, ĕre, ein wenig verstehen. Varro de L. L. lib. 4 cap. 28 *Appellatur* SVBSIPERE, *quod non plane sapit.*

¶ Supersăpio, ĕre, überklug seyn. Apud Tertull. de Anima cap. 18 Plato *illum*, ait, *supersapere, qui mente maxime sapiat*, &c.

SĀPIS, is, fluvius Flaminiæ in Italia. vid. Plin. 3 cap. 15. Lucan. 2 v. 406 *Junctus Sapis Isauro.* Adde Sil. 8 v. 450.

SAPIVM, i, picis genus, pech, Plin. 16 cap. 13.

SAPLV̄TVS, i, ζάπλουτος, valde dives, sehr reich. Petron. Fragm. Tragur. p. 8 *Adeo saplutus est.* vid. Scheffer. in not. p. 73.

SĀPO, ōnis, mascul. σμῆγμα, smegma, seiffe. Hæc vox apud Plin. legitur lib. 28 cap. 7 *Prodest & sapo, Gallorum hoc inventum rutilandis capillis ex sevo & cinere.* Et Serenus Sammonicus cap. 12 v. 155

Attrito sapone genas purgare memento.

¶ Saponārius, i, ein seiffensieder, Plin. Valerian. 1 cap. 21.

¶ Sāpōnātum, i, seiffwasser. Th. Priscian. 1 cap. 18 *Saponato aliquid lavare.*

SĂPOR, vel Sapōres, ōris, ita quivis fere rex Parthorum dictus. vid. Sirmondus ad illud Sidon. carm. 2 v. 457 *Ventidio mactate Sapor.* Idem carm. 7 v. 99 *Parthicus Sapor.* Adde Claudian. in Eutrop. 2 v. 481; & Plin. 21 cap. 7.

Sapor, sapōro, are, &c. vide paullo ante in *Sapio*.

SAPPHĪRVS, i, fœm. σάπφειρος, gemma est colore cyaneo, id est, cæruleo, perquam translucido, ein sapphir, Plin. 37 cap. 9.

¶ Sapphīrĭnus, a, um, sapphirisch; ut, *Gemmæ sapphirinæ*, Plin. ibidem.

¶ Sapphirātus, a, um, mit sapphiren geschmückt. Sidon. 2 epist. 10 *Vernans herbida crusta sapphiratos lapillos.*

SAPPHO, ûs, Σαπφώ, Lesbia mulier, vates, Sapphici carminis inventrix, Tarquinii Prisci tempore. Hæc se ex amoris impotentia de Leucade præcipitem dedit. Vnde Statius Epicedio patris, lib. 5 Silv. 3 v. 154

Saltusque

Saltuque ingressa viriles
Non formidatâ temeraria Leucade Sappho.

Eadem de caussa & *mascula* ab Horatio lib. 1 epist. 19 v. 28 vocatur, ut Turnebus explicat: item Ausonio Eidyll. 6 v. 25, ut ibi Scaliger exponit. Vtrum autem perierit eo saltu, quod pluribus contigit, an evaserit; nescitur. De tota re vid. Scaliger. Auson. Lection. lib. 2 cap. 12; Adr. Turneb. Adverf. lib. 10 cap. 2; & Barth. Advers. lib. 32 cap. 14.

¶ Sapphĭcus, a, um, adject. ut, *Musa Sapphica*, Catull. carm. 35 v. 17. Sic, *Carmen Sapphicum*, Diomed. p. 508.

SAPRUM, i, Plinio potionis est genus lib. 28 cap. 9; σαπρὸν Græci *marcidum* dicunt.

¶ Saprophăgus, i, qui ea potione utitur, Martial. lib. 3 epigr. 27 σαπροφάγος.

Saraballa, quære in sequenti *Sarabara*.

SARABARA, æ, vestis Persicæ genus, fluxum & sinuosum, ut Suidas & Isidorus lib. 19 cap. 23 exponunt. Græcis ἀναξυρίς: Gallis *Bracca*: Chaldæi *Saraballam* vocabant, ut B. Hieronym. in Daniel. cap. 3 notat. Tertullianus de Pallio c. 4 *Vicerat* (Alexander Magnus) *Medicam gentem, & victus est Medicâ veste, triumphalem cataphractam amolitus in captiva sarabara decessit.* Idem & in neutro usus est, de Resurrectione carnis cap. 58 *Quod Babylonii ignes trium fratrum nec tiaras, nec sarabara, quæ Judæis aliena, læserunt.* B. Hieronymus epist. ad Innocentium de muliere septies icta: *Huc huc mihi trium exempla puerorum, qui inter fervidos flammarum globos hymnos edidere pro fletibus, circa quorum saraballa sanctamque cæsariem innoxium lusit incendium.*

SARACĒNI, orum, Arabum natio, lare sedibusque incertis vaga, & latrociniis dedita, ut ex Ammiano Marcellino lib. 14, & S. Hieronymo in vita Malchi constat, qui & *Luciferi cultui deditos* in Hilarionis vita tradit. Fuit celebre maxime eorum cum Agarenis inter Arabas nomen: distinctum ab illis tamen, contra quam Cuspinianus in Mohamede & alii senserunt. Putarunt enim, *Saracenos*, qui a *Sara* Abrahami uxore sic appellati, opprobrii caussa *Hagarenos*, ab *Hagara*, ancilla Saræ, nominatos: Cum *Saraceni* a consuetudine vitæ sic appellati sint, hoc est, λῃστρικοὶ καὶ νομαδικοὶ, id est, *prædones* ac *vagi*, ut illustrissimus Scaliger lib. 2 de Emendatione temporum notat. Romanis militasse, ex Vopisco in Aureliano & Probo aliisque constat. Sed Heraclio imperante, cum negatis stipendiis contumelia etiam adderetur a præfecto fisci eunucho, qui CANES appellaverat, defecere regressique ad sua, mox Muhamede pseudopropheta, (qui vel ortus ibi, vel eo delatus consederat, & vanissimæ superstitionis gentem sibi devinxerat,) duce, Syriam Ægyptumque occuparunt: Persisque ipsis jam domitis coactisque sacra Muhamedis suscipere, late dominati per orientem, mox Africam etiam Hispaniamque, ejectis Gothis, quin & Siciliam, & partes Italiæ subegerunt amplissimo potiti imperio, donec a Turcis, quos in societatem armorum acceperant, eademque imbuerant impietate, oppressi, orientis & Africæ dominatu exuerentur, ipso obliterato nomine quoque, nisi quatenus in Hispania adhuc in Mauris conservabatur. De quibus Zonaras, Cedrenus, alii. Sed peculiaribus libris Historiam Saracenicam exposuerunt Georgius Elmacinus, quem Thom. Erpenius latine vertit, Rodericus Ximenes, & Cœl. August. Curio. conf. Pocockii not. ad Abul Faraji in Hist. Arab. p. 33.

SARCASMUS, i, σαρκασμὸς, ironia amarulenta dicitur, irrisio hostilis, odio plena, quæ fit diductis labris ostensaque dentium carne, auctore Diomede, ein höhnischer, gifftiger spott. Virg. 12 Æn. v. 359

En agros, & quam bello, Trojane, petisti,
Hesperiam metire jacens.

Julio Cæsari Scaligero est hostilis irrisio super mortuo, aut mox certe morituro. Nam putat, σάρκα proprie esse *cadaver*. conf. Quintil. 8 cap. 6; & Isidor. Orig. 1 cap. 36.

Sarcīmen, sarcīna, sarcinalis, &c. vide sequens *Sarcio*.

SARCIO, sarsi, sartum, cire, vestes consuere, nehen, flicken. *Sarcire* Festus exponit *integrum facere*, gantz machen. Proprie est vestes consuere; sed & ad alia transfertur. *Sarcire damna*, Columell. lib. 9 cap. 15, detrimenta est reparare, den schaden wieder erstatten, ersetzen. Sic, *Detrimenti si quid in bello acceptum, id sarcire*, Cæs. B. Gall. 6 cap. 1. *Generis sarcire ruinas*, Virg. Georg. 4 v. 449. *Usuram longi temporis magnitudine officiorum sarcire*, Cic. 3 fam. epist. 1.

¶ Sartus, a, um, geflickt. Horat. 1 epist. 3 v. 31

male sarta
Gratia nequicquam coit, & rescinditur.

¶ 2. *Sartum tectum*, vel *sartum & tectum*, vel *sarta tectaque* per omnia genera & numeros, est idem quod integrum & incorruptum, unversehrt. Sic, *Sartum tectum aliquid habere*, id est, integrum & illæsum servare, apud Budæum. *Opera publica*, inquit Festus, *quæ locantur, ut integra præstentur, sarta tecta vocantur.* Cic. in Verr. 3 cap. 50 *De sartis tectis cognoscere & judicare.* Et ibid. *Sartum tectum integrumque.* Idem eodem cap. *Castoris ædem sartam tectam tradere*, gantz wohl gebaut und verwahrt überantworten. Cic. 13 fam. epist. 11 *Quibus sarta tecta ædium sacrarum locorum communium tueri possunt*, in dach und fach erhalten. ¶ 3. Idem Cic. tamen μεταφορικῶς etiam dixit lib. 13 fam. epist. 50 *Hoc mihi da atque largire, ut M. Curium sartum & tectum, ut ajunt, ab omni incommodo, detrimento, molestia sincerum integrumque conserves*, daß du schadloß, ohne beschwerung erhaltest. Item Plautus Trinum. a. 2 sc. 2 v. 36

Sarta tecta tua præcepta usque habui mea modestia.

¶ Sarte, adverb. gäntzlich; idem est ac *integre*, autore Festo.

¶ Sartor, ōris, ein schneider. *Sartores*, ait Nonius cap. 1 n. 24, *dici non solum a sarciendo, verum etiam a sarriendo* &c. Hinc tralate Plautus Captiv. a. 3 sc. 5 v. 3 *sartores scelerum* dixit, die allerhand schelmerey anrichten.

¶ Sartrix, īcis, quæ sarcit, eine schneiderin, apud Frontonem p. 1327.

¶ Sartūra, æ, die nath, das flickwerck. Seneca de Vit. Beat. c. 25 *per sarturas veteris lintei effluens.* Columella lib. 4 cap. 26 *Jugo, si non erit opus nova sartura, recentia vincula inserantur.*

¶ Sarsūra, æ, idem esse videtur ac *Sartura* apud Varronem R.R. 3 c. 9 pr. *Ego quæ requiro sarsuræ assuræ membra de palumbis*, &c. Sensus est ex mente Turnebi in Advers. 24 cap. 22 *Peto, ut sarcias & expleas membra omnia, quæ ad hanc nutricationem pertinent.* Idem tamen monet, in quibusdam libris legi *farsuræ a farciendo.*

¶ Sarcīmen, ĭnis, idem. Apulej. Met. lib. 4 p. 149 *tenui sarcimine summas oras adæquamus*, mit einer subtilen nath.

¶ Sarcĭna, æ, fascis compositus ad iter faciendum, eine bürde, ein wanderbündel, reisebündel. Vet. Gloss. *Sarcina*, φορτίον ὁδοιπορικὸν, & plural. *Sarcinæ*, σκεύη ὁδοιπορικά. ¶ 2. Res nostras etiam domi cistis capsisque compositas *sarcinas* vocamus: *Jacent relictæ sine herede sarcinæ*, Valla lib. 4 cap. 49 ex Quintiliano. Immo quodlibet onus, quælibet molestia *sarcina* est, eine last, beschwerlichkeit. Ovid. Heroid. epist. Phædræ 4 v. 24

Sarcinaque hæc animo non sedet apta meo.

Hinc *Sarcinam cui imponere*, est per fraudem atque fallaciam alicui facessere negotium, molestiamque exhibere, Plaut. Mostell. a. 2 sc. 1 extrem.

¶ Sarcĭnŭla, æ, ein bündlein, paquetlein; ut, *Aptis sarcinulis & expeditis*, Catull. carm. 28 v. 2. *Colligere sarcinulas*, sein geräthe einpacken, Juvenal. satyr. 6 v. 145. Et Apulejus Met. 8 p. 120 *Sarcinulis quisque sumtis suis.*

¶ Sarcinālis, e, ad sarcinas pertinens, lastbar; ut, *Sarcinalium jumentorum actuariis*, Ammianus lib. 15 cap. 7. Adde lib. 29 cap. 34.

¶ Sarcĭnōsus, a, um, beladen, beschweret. Apulejus c. l. p. 208 *Lupi vastis corporibus sarcinosi.* Compar. *Sarcinosior*, sensu obsceno est in Priapejis.

¶ Sarcĭno, are, einpacken. Onomast. Vet. *Sarcino*, σκευάζω. Vnde

¶ Sarcinatus, a, um, mit bündel beladen, voll bagage. Plaut. in Pœnulo a. 5 sc. 2 v. 19 *Viden' homines sarcinatos consequi?*

¶ Sarcĭnātor, ōris, qui vestes sarciendas accipit, ein flicker. Lucilius apud Nonium c. 2 n. 818 *Sarcinatorem esse summum, suere centonem optime.* Et Lege 25 § 8 D. Locati cond. *Si fullo aut sarcinator vestimenta perdiderit.* Plaut. Aulul. a. 3 sc. 5 v. 41 *petunt fullones, sarcinatores petunt.* Glossæ Cyrilli: *Sarcinator*, σκευοφόρος, item ῥάπτης. Significationes a diversis huic voci tributas exponit Pareus Lex. Crit. pag. 1114.

¶ Sarcinatrix, īcis, eine flickerin, nätherin. Varro ὄνος λύρας apud Nonium c. 1 n. 276 *sarcinatricis in machinis.* Et Cyprianus epist. 42 ed. Oxon. *Paulam sarcinatricem.* Adde Gloss. Vet.

¶ Sarcĭnārius, a, um, lastbar. Cæsar 1 Bell. Civil. c. 81 *Quo essent ad iter expeditiores, omnia sarcinaria jumenta interfici jubent*, die maul-esel, camele, &c.

¶ Sarcītor, ōris, idem qui *sartor*, vel qui *sarcinator*, vel qui *sarcitector*, ein ausflicker. Inscript. apud Fabrettum pag. 753 M. VUPIUS. M. L. URBANUS. SARCITOR. SIBI. ET. CLARAE. CONLIBER. ET. LAURENTINAE. F.

¶ Sarcitrix, īcis, fœmin. a *sarciendo*, cujus meminit Nonius c. 1 n. 276.

¶ Sarcitector, ōris, ein zimmermann, der da täfelt; de quo Isidorus 19 cap. 19 *Sarcitector dictus, quod ex multis hinc inde conjunctis tabulis unum tecti faciat corpus; idem & tignarius.*

¶ Consarcīno, āre, zusammen flicken, an einander setzen. Gell. lib. 13 c. 23 *consarcinare verba.*

¶ Consarcinatus, a, um, zusammen geflickt, zusammen gepackt; ut, *Consarcinata falsitas*, Ammian. 15 c. 10.

¶ Exsarcio, īre, ersetzen, erstatten. Qu. Cic. de Petit. consf. c. 12 *aliis te id rebus exsarturum esse persuadeas.* Et Terent. Heaut. a. 1 sc. 1 v. 90 *Qui opere rustico faciendo facile sumptum exsercirent*, vel secundum Muretum, *exsarcirent.* Ita legendum esse pro vulgato *exercerent*, docent & libri MSS. & hæc explicatio Eugraphii: *Qui opere suo suos sumptus tolerarent*; & Festus: *Exercirent, sarcirent.* vid. Guyeti Comm. Ter. l. c. p. 119.

¶ Resarcio, īre, wieder ersetzen, gutthun. Terent. in Adelph. a. 1 sc. 1 v. 41 *Discidit vestem? resarcietur.* Sic, *Resarcire damna*, den schaden wieder erstatten, Cic. 1 fam. epist. 9.

SARCIUM, i, σαρκίον, diminut. a σάρξ, caruncula, vitium carnosum gemmarum, Plin. 37 c. 5.

¶ Sarcītes, æ, σαρκίτης, gemma, quæ bubulas carnes repræsentat, Plin. 37 cap. 10.

¶ Sarcŏcēle, es, σαρκοκήλη, i.e. hernia carnosa, Cels. 7 c. 18.

¶ Sarcŏcolla, æ, σαρκοκόλλα, lacryma arboris in Perside nascentis, sauciatas exulceratasve carnis partes agglutinans, unde & nomen habet, σάρξ, *caro*, κόλλα, *glutinum*, gummi, fleischleim, Plin. 24 c. 14. Dioscor. Matthiolus.

¶ Sarcŏphăgus, i, σαρκοφάγος, i.e. carnivorus, ein fleischfresser; est aliquando epitheton mortis vel sepulcri, das todengrab. Juvenal. satyr. 10 de Alexandro v. 172

Unus Pellæo juveni non sufficit orbis
Sarcophago contentus erit.

Prudentius Cathemer. 3 extrem.

Spes eadem mea membra manet,
Quæ redolentia funereo
Jussa quiescere sarcophago,
Dux parili redivivus humo
Ignea Christus ad astra vocat.

¶ 2. Plinio lapis est omnia corpora consumens lib. 2 c. 96.

Sarculatio, sarcŭlo, āre, sarculum, vide infra *Sarrio*.

SARDA, æ, gemma Sardibus primum reperta, Plin. lib. 27 cap. 7, ein carniol. ¶ 2. *Sarda*, vel *Sardia*, cepæ genus, Plin. 19 c. 6. ¶ 3. *Sarda*, & *Sardina*, vel *Sardena*, piscium sunt nomina, qui salsuræ idonei sunt, eine art meerheringe, Plin. 32 c. 4 & 7, & Colum. 8 c. 17.

¶ Sardius, i, inter lapides pretiosos primo loco apud Tertull. adv. Marc. 2 c. 10, eadem forte quæ *Sarda*.

¶ Sardăchātes, æ, σαρδαχάτης, genus gemmæ, Plin. 37 c. 10.

¶ Sardŏnyx, ychis, σαρδόνυξ, gemma, quæ & *Sarda*, in Sardinia primum reperta, coloris rubei & subcandicantis: Plin. lib. 37 c. 6 *Sarda*

cum Sardonyche nomen communicavit, ein sardonier. conf. Ol. Wormius Hist. rer. var. 1 c. 15.

¶ Sardŏnȳchus, i, idem. Juvenal. satyr. 13 v. 139

gemmaque princeps
Sardonychus, loculis quæ custoditur eburnis.

¶ Sardonychātus, a, um, der einen sardonier trägt; ut, *Sardonychata manus*, hoc est, Sardonyche ornata, Martial. lib. 2 epigr. 29.

SARDĂNĂPĀLUS, i, Σαρδανάπαλος, rex ultimus Assyriorum fuit, quem *virum muliere correptiorem* Justinus dixit lib. 1 cap. 3. Dedicus fuit omnis generis luxuriæ, nec erubuit inter scortorum greges nere, & muliebri habitu fœminas omnes lascivia anteire. Quamobrem ab eo Assyrii defecere. Victus igitur, in regia pyram exstruxit, & seipsum ac divitias suas muliebres in incendium misit. vide Justin. l. c. Juvenalis satyr. 10 extr. qualis animus exposcendus a Diis monstrans:

Nesciat irasci, cupiat nihil, & potiores
Herculis ærumnas credat sævosque labores
Et Venere, & cœnis & plumâ Sardanapali.

Vid. Voss. lib. 4 Instit. Orator. p. 174, ubi *molles* ita dici asserit. Cicer. in 5 Tuscul. c. 35 hoc ei epitaphium tribuit:

Hæc habui quæ edi, quæque exsaturata libido
Hausit, at illa jacent multa & præclara relicta.

Vide Maximum Tyrium Dissertat. 29 extr. & Clementem sub fin. lib. 2 Stromatum p. 411, qui id græce affert. Athenæus tamen lib. 12 cap. 7 aliam fuisse inscriptionem monumenti Sardanapali indicat, ex quâ appareat, ipsum minime fuisse ignavum; illam nimirum: Σαρδανάπαλος Ἀνακυνδαράξεω Ἀγχιάλην ἔδειμε καὶ Ταρσὸν μιῇ ἡμέρῃ, ἀλλὰ νῦν τέθνηκεν, hoc est, *Sardanapalus, Anacyndaraxis filius, Anchialam Tarsumque uno die exstruxit, nunc vero mortuus est.*

¶ Sardanapālĭcus, a, um, adjectivum. Sidonius Apollinaris lib. 2 epist. 13 *Sardanapalicum in morem.*

Sardena, vel Sardina, vide paullo ante in *Sarda*.

SARDĬNIA, æ, Σαρδώ, insula in mari mediterraneo amplissima, ferax frugum, & inter subsidia frumentaria urbis Romanæ, ut Varro præfat. lib. 2 de Re Rustica, & Cicero pro L. Manilia cap. 12 docent. Nomen a *Sardo* Herculis filio accepit, qui cum magna colonorum multitudine insulam occupavit; vel a *sardinis* pisciculis, quorum ibi copia abundat. Antea *Sandaliotis* dicta ab effigie soleæ. Est aere pestilenti infamis & peregrinis valde infesta. Vnde Cicero 7 fam. epist. 24 *Sardum quemdam patriâ sua pestilentiorem esse* dixit. Martialis quoque Sardiniam Tiburi, ut pestilentissimam saluberrimæ regioni, opponit lib. 4 epigram. 60

Nullo fata loco possis excludere: quum mors
Venerit, in medio Tibure Sardinia est.

Tangit & Tacitus 2 Annal. c. 85 extr. Caussa gravitatis, situs: quod austro pestilenti vento exposita, aquilone excluso. Claudianus de Bello Gildonico extr. de Sardinia:

Hinc hominum pecudumque lues, hinc pestifer aër
Sævit, & exclusis regnant aquilonibus austri.

Itaque *Sardinia* pro quovis loco insalubri & pestilenti ponitur. ¶ 2. *Sardinia* piscis idem qui *Sarda*, vide paullo ante in *Sarda*.

¶ Sardus, a, um, adject. ut, *Sardum mel*, quod deterrimum ob herbas amaras, ex quibus apes in Sardinia mel conficiunt, Horat. Art. poët. v. 375. ¶ 2. Subst. *Sardi*, incolæ: de quibus proverbium, *Sardi venales*: quo Cicero de improbis & pretii nullius hominibus usus lib. 7 ad Famil epist. 24. Aurelius Victor de Viris Illustribus in T. Sempronio Graccho: *Prætor*, inquit, *Galliam domuit, consul Hispaniam: altero consulatu Sardiniam: tantumque captivorum adduxit, ut longa venditione res in proverbium veniret*, SARDI VENALES. Itaque *Sardi venales* de contemta multitudine dicebantur. Plutarchus ad Sardianos Lydos refert, & aliter ejus originem explicat in Romulo p. 33, & Quæstionibus Romanis p. 277. Adde Festum.

¶ Sardŏus, & Sardŏnius, a, um, adject. ut, *Herba Sardoa*, vel *Sardonia*, apiastro, vel apio agresti, quemadmodum Sallustius apud Servium in Virgil. eclog. 7 v. 41 scripsit, similis, quam qui gustarunt, labiis dolore in rictum contractis veluti ridentes emoriuntur. Vnde adagium in vulgus infausto abiit omine, *Ridere risum Sardonium*, zu seinem unglück lachen. vide Chiliad. *Risus Sardonius*: & Voss. lib. 6 Instit. Orator. pag. 475. Est autem herba Sardonia ranunculi species lanuginosi seu foliosi, ut Plinius dixit, in Sardinia nascentis, quæ *apum risus* a plerisque nominatur. Vide Plin. lib. 20 c. 11 sect. 45, & lib. 25 c. ult. sect. 109, & adde utrobique Harduino notata. Etiam Solinus c. 4 [al. 10] meminit *Sardoniæ herbæ*, in Sardinia.

¶ Sardŏnĭcus, a, um, idem. Rutil. 1 v. 354

Nec quæ Sardonico cespite massa fluit.

Sic, *Tinctura Sardonica* de colore præcellenti, præcipue purpura. vid. Chiliad.

¶ Sardĭniensis, e, adjectivum aliud, latina forma; ut, *Triumphus Sardiniensis*, Nepos in Catone c. 1, hoc est, ex Sardinia, vel propter Sardiniam devictam actus.

¶ Sardica salsamenta præstantissima. Gesner.

SARDIS, is, Σάρδις, urbs Lydiæ magna & celebris, Crœsi quondam regia. Horat. 1 epist. 2 v. 2

Quid concinna Samos, quid Crœsi regia Sardis?

Plurali frequentius legitur *Sardes, ium, ibus*: v. g. Nepos Miltiade c. 4 *quod Atheniensium auxilio Iones Sardes expugnassent.*

¶ Sardiānus, a, um, adject. ut, *Sardiani*, cives sive incolæ, Cic. lib. 13 fam. ep. 55. Tacit. Ann. 4 cap. 55. Et, *Sardiana jurisdictio*, Plin. lib. 5 cap. 29.

¶ Sardiniānus, a, um, idem, si vera Varronis lectio apud Nonium c. 14 n. 34 in *Tapete*, quam Mercerus, Scaliger, Godofredus tuentur. Ita enim ille in Hercule Socratio scripsisse fertur: *Cubo in Sardinianis tapetibus.* Athenæus lib. 12 c. 2 p. 514 laudat ψιλοτάπιδας σαρδιανὰς, *glabra tapetia Sardiana.*

SARDO, are, i. e. intelligere, ut Festus exponit, verstehen; ubi & Nævius: *Quod bruti nec satis sardare queunt.*

Sardonius, Sardonyx, sardonychus, vide ante *Sardinia*, *Sarda*.

SĂREPTA, æ, Σαρέπτα, civitas inter Tyrum & Sidonem fuit, cujus vidua illa memoratur, ad quam Helias venit.

¶ Săreptānus, a, um, adject. Sidon. Apollinaris carm. 17 v. 15

Vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Falerna,
Quæque Sareptano palmite missa bibas.

Quod alii Martino Dumiensi episcopo tribuunt. vide Notas Sirmondi.

SARGUS, i, σάργος, piscis melanuro similis, notis nigris ad caudam, corpore rotundo, capite parvo, eine art meerbrasmen; Gesn. Hunc Festus in Ægyptio mari fere nasci tradit ex Lucilio: de quo & Plin. lib. 9 c. 17 & 51.

Sariaster, vide supra *Artabasdes*.

SARĪPHA, æ, vel Sari, neutr. indecl. fruticis genus, ad Nilum nascens, Plin. 13 c. 23.

SĂRISSA, æ, σάρισσα, hasta prælonga Macedonica, ein langer spieß, apud Liv. lib. 9 c. 19. Lucan. lib. 8 v. 298

Primi Pellæas arcu fregere sarissas.

Adde lib. 10 v. 47; & Ovid. Metam. 12 v. 479. Glossæ Cyrilli: Ἀκόντιον Μακεδονικὸν, *Sarissa, Macetæ, Macedones*: Vide notata Scaligero Lection. Auson. lib. 1 c. 23. De Sarissa Nicol. Rigaltius in Lexico græco-barbaro. Curt: l. VII. C. IV.

¶ Sarissŏphŏrus, i, σαρισσοφόρος, qui hasta prælonga utitur, ein piquenirer. Tales olim Macedones. vid. Cœl. Rhodig. Ant. Lect. 21 c. 18; & inprimis Liv. 36 c. 18.

SARMĂTIA, æ, duplex est, altera Asiæ, quam nunc *Tartariam* vocant, die Tartarey; Europæ altera, quæ Scythiæ olim regio fuit, cui *Poloniæ* nomen a *planitie* indiderunt. Est enim tota campestris: nunc & olim equitatui gens maxime studet, & ea militiæ parte nobilis est. Tacitus 1 Histor. c. 79 *Mirum dictu, ut sit omnis Sarmatarum virtus velut extra ipsos: nihil ad pedestrem pugnam tam ignavum: ubi per turmas* (hæ equitum sunt) *advenere, vix ulla acies obstiterit.* Florus lib. 4 c. 12 *Sarmatæ patentibus campis inequitant. Nihil præter nives rarasque silvas habent. Tanta barbaries est, ut pacem non intelligant.* Sub Sarmatia sunt *Borussi, Efflui*, Liefländer, *Lituani, Russi, Poloni*, & ex parte *Moscovi*.

¶ Sarmăta, æ, plur. Sarmatæ, die Sarmatier, qui & *Sauromatæ* a Græcis dicuntur, Σαυρομάται. Multis horum populorum barbariem, apud quos jus nullum neque in scriptis, tum neque in usu, describit Ovidius, in mortem usque super ea querulus. vid. Barth. ad lib. 3 Thebaid. Statii p. 740 & 741. Juvenal. satyr. 3 v. 79

Ad summam, non Maurus erat, non Sarmata, nec Thrax.

¶ Sarmătĭcus, a, um, adject. ut, *Mare Sarmaticum*, & *Juga Sarmatica*, Ovid. 1 Trist. eleg. 7 v. 40. *Sarmaticum aratrum*, Lucan. 7 v. 430. *Sarmaticæ gentes*, Martial 8 epigr. 11.

¶ Sarmatĭce, adverb. Ovid. 5 Tristium eleg. 12 v. 58

Jam didici Getice, Sarmaticeque loqui.

¶ Sarmătis, ĭdis, patronymicum fœmineum; ut, *Sarmatis umbra*, Ovid. 1 Pont. epist. 2 v. 114. *Sarmatis est tellus*, Idem 1 Trist. eleg. 2 v. 82.

SARMENTUM, i, palmes, ein reben. Cicer. 2 de Orat. c. 21 *Nova sarmenta culturâ excitantur: ita velim esse in adolescente, unde aliquid amputem.* Colum. 3 c. 16 *Nec tamen eam vitem feracem dixerim, cujus singulæ uvæ singulis sarmentis conspiciuntur.* conf. lib. 3 c. 10, & lib. 4 c. 6. ¶ 2. Et, *Sarmenta vitium*, virgulæ resectæ, Varro lib. 1 Rei Rust. c. 31, rebenholtz, dürre weinreben. *Sarmentorum aliorum amputatio, aliorum immissio*, Cic. de Senect. c. 15. Item, reiß- oder brennholtz. conf. Virg. Georg. 2 v. 409. Vet. Gloss. *Sarmenta*, κλήματα ἢ φρύγανα. Aliæ: κλῆμα ξηρὸν, *Sarmentum.* ¶ 3. Et *Sarmenta* ramusculi illi lignosi sunt, quibus stipatim uvarum acini affiguntur, die kämme, daran die beere hangen, Plin. lib. 23 c. 1 sect. 8.

¶ Sarmentōsus, a, um, voll reblein, Plin. lib. 25 c. 11.

¶ Sarmentĭtius, a, um, von reben; ut, *Cinis Sarmentitius*, Colum. 6 c. 26, reben-asche. ¶ 2. *Sarmentitii*, vel *sarmentarii*, cur Christiani quondam vocati fuerint, ostendit Tertullianus sub finem Apologetici c. 50 his verbis: *Licet nunc Sarmentitios & Semaxios appelletis, quia ad stipitem dimidii axis revincti sarmentorum ambitu exurimur.* conf. Cœl. Rhodig. Ant. Lect. 30 c. 21.

SARNUS, i, fluvius Campaniæ, Pompejos oppidum alluens. Strabo lib. 5. Plin. lib. 3 c. 5. Vibius Sequester: *Sarnus Nucertæ, ex Saro monte oriens, per Campaniam decurrens.*

SARPĒDON, ŏnis, Σαρπήδων, filius Jovis, Minois frater, rex Lyciæ, Trojanis contra Græcos suppetias tulit. Virgil. *ingentem* vocat 1 Æn. v. 99; & *Jovis progeniem*, Æn. 10 v. 125.

SARPO, ĕre, idem ac *putare, purgare* apud Festum, schneiteln, beschneiden, abputzen. Sic, *Sarpuntur vineæ*, Fest. Hinc

¶ Sarptus, a, um, beschnitten, abgeputzt; ut, *Sarpta vineta*, i. e. putata, pura facta, ex XII. Tabb. Festus. *Vnde &*, eodem dicente, *virgulæ abscissæ* SARMENTA. conf. Turneb. Advers. 6 c. 16.

SARRA, æ, ita Tyrus, Phœniciæ urbs clarissima, quondam dicta fuit, a pisce SAR, ut Servius auctor est. Adde Gellium lib. 14 c. 6. ¶ 2. *Sarra* & *Saravus* veteribus etiam dictus fluvius, qui sub mœnia Augustæ Trevirorum Mosellam convenit, die Saar; unde Saarbrücken, quasi *Sarræ pons*: Jos. Scalig. Lect. Auson. 1 c. 3 p. 11.

¶ Sarrānus, a, um, adject. ut, *Purpura Sarrana*, id est, Tyria. *Ostrum Sarranum*, Virg. 2 Georg. v. 506. *Aulæa Sarrana*, Juvenal. satyr. 10 v. 38. *Sarranæ violæ*, i.e. purpureæ, apud Columellam lib. 9 c. 4. Et, *Sarranæ tibiæ*, i.e. Tyriæ, in Inscriptionibus Comœdiarum Terentii. *Sarrana chlamys*, Sidonius Panegyr. Anthemii v. 6.

Sarraceni, vide supra *Saraceni*.

SARRĀCUM, i, vel potius *Soracum*, plaustri genus, carra, ein holtzwagen, lastwagen. Juvenal. satyr. 5 v. 23

Frigida circumagunt pigri sarraca Bootæ.

conf. satyr. 3 v. 255. Vet. Gloss. *Sarraca*, ἅμαξα. Vtuntur eo etiam Cic. in Pison. teste Quintilian. 8 c. 3; & Vlpian. ad leg. Aquil. Sed *Soracum* habet Plautus in Pers. a. 3 sc. 1 v. 64. Et sic omnino scribendum esse vult Meursius, cum vox pura puta sit græca σώρακος. Festus: *Soracum est, quo ornamenta portantur scenicorum.*

SARRĀ-

SARRĀPIS, ĭdis, apud Plautum Pœn. a. 5 ſc. 5 v. 33 Ægyptiorum Deus, qui, ut meſſis uberrima proveniret agricolis, per ſementes a ſacerdotibus, & per pagos ad ſtipem colligendam circumferebatur. vide infra *Serapis*.

SARRIO, (Sario,) ſarrire, ſegetem leviter ſcalpere & ab herbis noxiis repurgare, jäten, das unkraut ausrauffen. Plaut. in Captiv. a. 3 ſc. 5 v. 5 *Semper occant priusquam ſarriunt ruſtici.* Vet. Gloſſ. *Sarrit*, βοτανίζει. Cato R. R. c. 161 *Ne ante ſarueris, quam aſparagus natus erit, ne in ſariendo radices lædas.* Et Varro R.R. 1 c. 18 *In ſariendo iterum & tertio.* Colum. 11 c. 2 *Fabam ſarriviſſe nimium teneram non expedit.*

¶ Sarrītio, ōnis, die jätung. Columella lib. 2 c. 9 *Frequentem exigunt ſarritionem.* Et lib. eod. c. 12 pr. *peracta ſementi, ſequens cura eſt ſarritionis.* conf. lib. 11 c. 2.

¶ Sarrītūra, æ, idem. Columella lib. 11 c. 2 *ſarritura frumentorum.* Apud Plin. 18 c. 27 eſt *Sartura*.

¶ Sarrītor, vel Sarītor, ōris, ein jäter. Varro R.R. 1 c. 29 *Id genus prædii per ſaritores occare ſolent.* Columella lib. 2 c. 13 pr. *Occatoris & ſarritoris.*

¶ Sarritōrius, a, um, jätend; ut, *opera ſarritoria*, Columella l. c.

¶ Sarcŭlus, & Sarcŭlum, i, inſtrumentum illud, quo ſegetes ſarriuntur, id eſt, purgantur, eine jät-hacke. Horat. 1 od. 1 v. 11 *Patrios findere ſarculo agros.* Pallad. Jan. tit. 43 *Sarculi vel ſimplices vel bicornes.*

¶ Sarcŭlo, are, ſarrire, jäten. Pallad. Jan. tit. 9 *Sunt ſarculanda frumenta.* Et mox: *Lupinus ſi ſarculetur.* Et deinde: *Si ſiccas ſegetes ſarculaveris.*

¶ Sarcŭlātus, a, um, gejätet, abgeputzt. Prudentius in Romano v. 264 *Nata in hortis ſarculatis.* Tribuunt & Columellæ lib. 5 cap. 9, [al. 8] ſed libri omnes *ſurculare*.

¶ Sarcŭlatio, ōnis, idem quod *ſarritio*. Plin. 18 cap. 21 *Sarculatio induratam hiberno rigore ſoli triſtitiam laxat temporibus vernis.*

¶ Conſarrio, īre, zuſammen jäten; ut, *Sulci omnes conſarriendi*, Columell. lib. 11 cap. 3.

¶ Reſarrio, īre, wieder jäten. Plin. lib. 18 cap. 20 *Reſarrire campos.*

SARSĬNA, æ, Vmbrorum civitas; Plauti, poëtæ comici, patria, Plin. lib. 3 cap. 14. Et Martialis lib. 9 epigr. 59

Nec tua Bajanas Sarſina malit aquas.

¶ Sarsĭnas, ātis, ibi natus. *Sarſinates* apud Plin. lib. 3 cap. 14. Gruter. Inſcript. p. 1095 n. 2 CVRATORI SARSINATIVM.

SARTĀGO, ĭnis, patella, in qua caro frigitur, ein tiegel, eine roſtpfanne, bratpfanne, frixorium. Plin. 16 cap. 11 *Terebinthinam in ſartagine refervens.* Juvenalis ſatyr. 10 v. 64

Fiunt urceoli, pelves, ſartago, patellæ.

¶ 2. Perſius ſat. 1 v. 80 *ſartaginem loquendi* dixit pro corrupto ac depravato loquendi more, ſive miſcello ſermonis genere, cum probatæ juxta damnatæque voces congeruntur; ad panes ταγηνίας (nam τάγηνον, ſive τήγανον, *ſartago* eſt,) alludens, qui e variarum rerum miſcella, farinæ, adipis, mellis, ſeſami, caſei, & ſimilium conficiebant, ut Athenæus deſcribit: vel ad ſtridorem ingratum rerum, quæ in ſartagine frigantur, reſpiciens. Et notat ibi Caſaubonus, vocem *Sartago* originis Syriacæ eſſe.

Sartor, ſartura, quære paullo ſuperius in *Sarcio*.

Sat, & ſatago, vide mox in *Satis*.

SĀTĂNAS, æ, σατανᾶς, vox origine hebraica, ſignificans hoſtem vel adverſarium, ein feind, ein widerſacher; quo nomine bonorum omnium adverſarius appellatus eſt diabolus, der ſatan. Tertull. Apolog. cap. 22 *Satanas princeps hujus mali generis.* Adde Cœl. Rhodig. Lect. Ant. 2 cap. 9.

¶ Satanāria, æ, herba, quæ alias *Peucedanos*, Apulej. de Herb. cap. 94.

SĂTELLES, ĭtis, regius, vel imperatorius miles, ſeu miniſter, ein trabant, hofdiener. Vet. Gloſſ. *Satelles*, δορυφόρος. Horat. 3 od. 16 v. 9

Aurum per medios ire ſatellites,
Et perrumpere amat ſaxa, &c.

Romæ uſum *ſatellitum* invexit Tarquinius Superbus, tyrannidis veræ ſignum, & præſidium. vid. Dion. Halicarn. lib. 4. ¶ 2. *Satellites* etiam appellantur ſcelerum & factionum adjutores & ſocii; ii videlicet, qui proximi auctoribus ducibusque ſunt, helffershelffer. Cicero in Catilinar. 1 cap. 3 *Manlius audaciæ ſatelles atque miniſter tuæ.* Idem de Prov. conſul. cap. 3 *Diligentiſſimus ſatelles ſcelerum, miniſter cupiditatum.* Florus lib. 3 cap. 16 *Quippe ut ſatellitem furoris ſui Glauciam, conſulem faceret* (Apulejus Saturninus,) *C. Memmium competitorem interfici juſſit.* Et lib. 4 cap. 1 de Catilina: *Hos omnes immaniſſimi facinoris ſatellites habuit.* Paullo ante *ſocios* appellaverat. Vide & Jacob. Gothofredum Diſſert. ad Legem Quisquis Cod. ad Leg. Juliam majeſtatis, cap. 9.

¶ Sătellĭtium, i, cœtus & cuſtodia ſatellitum, die leibguarde, die trabanten-wacht. Gloſſ. Vet. *Satellitium*, δορυφόρημα. Quod nomen titulum præfixit Symbolis ſuis Ludovicus Vives, quæ breves graviſſimasque ſententias multas habent.

Satias, ſaties, ſatietas, ſatio, are, &c. vide in ſequente *Satis*.

SĂTIS, adverb. id eſt, quantum opus eſt, genug, ſattſam; ut, *Pecunia tantum, quantum ſatis eſt*, Cicer. in Verr. 5 cap. 74. Et Horat. 1 epiſt. 2 v. 46 *Quod ſatis eſt, cui contingit, nihil amplius optet.*

Terent. Adelph. a. 2 ſc. 3 v. 3 *Satis certo ſcio;* Et, *Satis cum periculo*, Idem Andr. a. 1 ſc. 1 v. 104, gefährlich gnug. *Nondum ſatis pernoſti, qualis ſim*, ibidem a. 3 ſc. 2 v. 23. Et, *Nequeo ſatis mirari*, Eunuch. a. 3 ſc. 4 v. 9. Ita, *Satis cauſſæ*, Ter. Andr. a. 1 ſc. 1 v. 111. *Satis jam verborum eſt*, Idem Phorm. a. 2 ſc. 2 v. 89. *Satis temporis ad dicendum*, Cic. 4 Verr. cap. 1. Quamquam veteres & ita dixerunt: *Satis tempus ad dicendum: ſatis jam verba facta ſunt*, Plautus Trinummo a. 2 ſc. 1 v. 27. In tranſitione, *Sed ſatis de hoc*, Nepos Alcibiade extremo. *Satis habeo*, i. e. contentus ſum, ich bin zu frieden, ich habe gnug: Corn. Nepos Epaminonda cap. 8 n. 4 *Lacedæmonii ſatis haberent, ſi ſalvi eſſe poſſent.* Idem Timoleonte cap. 2 n. 4 *Maximas copias Carthaginenſium apud Crimiſſum flumen fugavit, ac ſatis habere coëgit, ſi liceret Africam obtinere.* Democritus, *ſatis ſunt*, inquit, *mihi pauci, ſatis eſt unus, ſatis eſt nullus*, &c. Seneca epiſt. 7. Sic, *Satis ſuperque*, übrig genug, überflüßig; Virg. Æn. 2 v. 642 *Satis una ſuperque vidimus.* Horat. epod. 17 v. 19 *Dedi ſatis ſuperque pœnarum.* Adde epod. 1 v. 31.

¶ Săt, abunde, genug; ut, *Sat eſt, Sat fecit officium*, Terent. Phorm. a. 4 ſc. 5 v. 12, er hat das ſeine gnugſam gethan. *Sat habeo*, Idem Andr. a. 4 ſc. 2 v. 22. Et, *Sat ſcio*, Adelph. a. 3 ſc. 3 v. 6, das weiß ich allzu wohl. *Modo & libenter fueris & ſat diu*, Cicer. 15 Attic. epiſt. 3 fin. *Sat cito, ſi ſat bene*, Catonis eſt apud Hieronymum ad Pammach. epiſt. 26 cap. 4. vide Chiliad. Virg. eclog. 7 v. 33

Sinum lactis & hæc te liba, Priape, quotannis
Expectare ſat eſt.

Idem 9 Æn. v. 195 *Non mihi facti*
Fama ſat eſt, i. e. ſufficit.

Simpliciter eo ſenſu ponit Propertius lib. 2 eleg. 29

Non ego tam facilis, ſat erit mihi cognitus unus.

Vide Barth. ad lib. 1 Thebaid. Statii p. 78.

¶ Satin', pro sătisne, iſts genug? Plautus Amphitr. a. 2 ſc. 2 pr.

Satin' parva res eſt voluptatum in vitâ
Atque in ætate agunda?

Terent. Eunuch. a. 5 ſc. 2 v. 12 *Satin' id tibi placet.* Sic, *Satin' ſalvæ?* vide ſupra in *Salvus*.

¶ Sătius, comparativus, idem quod melius, vel præſtabilius, beſſer. Terent. in Heaut. a. 3 ſc. 1 v. 66 *Tibi perdere talentum hoc pacto ſatius eſt, quam illi minam.* Et, *Multo ſatius eſt*, Lucret. lib. 5 v. 1126. *Video, vincere ſatius eſſe, quam vinci*, Cic. 7 Attic. epiſt. 1. *Satius ducere*, Nepos Pelop. cap. 1 n. 3. ¶ 2. Adjective etiam Plinius 17 cap. 5 *Terra optima & operi ſatior.*

¶ Satisaccĭpio, ĕre, quod tamen ſeparatim etiam ſcribitur. ein genügen haben, oder gnugſame verſicherung annehmen. Cic. pro Quint. cap. 13 *Si veretur, ut res judicio facta parata ſit, judicatum ſolvi ſatisaccipiat.*

¶ Satisacceptio, ōnis, ſtipulatio, Lege 5 § 2 Dig. de Verb. obligat.

¶ Sătăgo, ĕre, quaſi ſat habere, quod agas, ſignificat anxium eſſe, & diſtorqueri difficultate rei alicujus conficiendæ, genug zu thun haben, geſchäfftig ſeyn. Terent. Heaut. a. 2 ſc. 1 v. 13 *Hic Clinia, etſi is ſuarum rerum ſatagit*, wiewohl er mit ſich ſelbſt zu ſchaffen genug hat. Plautus Bacchid. a. 4 ſc. 3 v. 23 *Nunc agitas ſat tute tuarum rerum.*

Sed, *Rerum ſatagere*, græca ratio eſt: Latini ablativum cum præpoſitione jungunt. Gellius lib. 9 cap. 11 *Conſulibus de vi ac multitudine hoſtium ſatagentibus*, hoc eſt, ſollicitis. Vet. Gloſſ. *Satagit*, ἀγωνιᾷ. Aliæ: ἀγωνιῶ, *Trepido, ſatago.* Huic contrarium *negligere*. Tertullianus de Pœnitentia cap. 7 *Ille ſatagit, hic negligit.* Quintilianus lib. 6 cap. 4 *Afer venuſte Manlium Suram multum in agendo diſcurſantem, ſalientem, manus jactantem, togam dejicientem & reponentem, non AGERE dixit, ſed SATAGERE.* Terentius hoc *ſedulo facere* dixit Heaut. a. 1 ſc. 1 v. 72.

¶ Sătăgeus, a, um, ſorgfältig. Sic *Satageos*, a *Satagendo*, Seneca epiſt. 98 dixit, qui operoſe ſatagunt, & cupide laborant: *Iſtos*, inquit, *ſatageos ac ſibi moleſtos deſcribam tibi.*

¶ Sătisdo, are, verſicherung thun, einen verſtand machen, vide cum derivatis ſuis ſupra in *Do, dare*.

¶ Sătisfăcio, ĕre, genug thun, vergnügen; ut, *Cumulate alicui ſatisfacere*, Cicero ad Qu. fratr. lib. 2 epiſt. 4. *Officio ſuo ſatisfacere*, Idem 1 Verrin. cap. 14. *In pecuniâ alicui ſatisfacere*, Cœlius ad Cic. 8 fam. epiſt. 12, einem wegen geld verſicherung thun. Sic, *ſatisfacere alicui de re aliqua*; item, *pro re aliqua*. Plautus Aſinar. a. 2 ſc. 4 *Jam proin ſatisfecit Sticho*, id eſt, ſolvit, er hat ihn bezahlt. Et notant JCti generale hoc verbum eſſe, & non tantum ſolutionem, quæ nummis fit præſentibus, ſed delegationem, & quemvis alium modum expediendi debiti denotare. Cic. ad Terentiam lib. 14 fam. epiſt. 6 *Vide, quomodo ſatisfiat ei, cui ſcis me ſatisfieri velle*, zu frieden geſtellet werden. ¶ 2. Cic. Philipp. 2 cap. 20 pr. *Acceptum jam ante Cæſaris literas, ut mihi ſatisfieri paterer a te*, hoc eſt, ut acciperem excuſationem tuam. Quæ *ſatisfactio* fiebat, quum is, qui læſiſſet alterum, confeſſus culpam deprecaretur, & nolle factam hanc injuriam, eum indignum ea eſſe, ſe mente mala fuiſſe, quum feciſſet, teſtaretur. Ita Plautus Amph. a. 3 ſc. 2 v. 8 *Aut ſatisfaciet mihi, atque adjuret inſuper,*
Nulla eſſe dicta, quæ in me inſontem protulit.

Seneca 2 de Ira cap. 32 *Catonem quidam in balneo percuſſit imprudens: quis enim illi ſciens faceret injuriam? poſtea ſatisfacienti Cato: NON MEMINI, inquit, PERCVSSVM ME.* Et Sueton. Cæſare cap. 73 *Val. Catullum, a quo ſibi verſiculis de Mamurrâ perpetua ſtigmata impoſita non diſſimulaverat, ſatisfacientem, eodem die adhibuit cœnæ.* Idem Tiberio cap. 27 *Adulationes adeo averſatus eſt, ut neminem ſenatorum aut officii aut negotii cauſſa ad lecticam ſuam admiſerit; Conſularem vero ſatisfacientem ſibi, & per genua orare conantem, ita ſuffugerit, ut caderet ſupinus.* Vbi *ſatisfacere* eſt deprecari, abbitten, um verzeihung bitten. De qua re vide etiam Turnebum lib. 18 cap. 25. Petri Nannii Miſcellanea lib. 2 cap. 7. Heraldum lib. 2 Digreſſion. cap. 4.

¶ Sătisfactio, ōnis, die genugthuung, vergnügung. Tacit. Germ. cap. 21 *Luitur homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitque ſatisfactionem univerſa domus.* Petronius Satyric. p. 131 *Fraudem parat, non ſatisfactionem.* ¶ 2. *Tu me inſimulas, nec ſatisfactionem meam accipis*, id eſt, excuſationem, Cic. 7 fam. epiſt. 13. Et ad Attic. lib. 4 epiſt. 6 *Aliquid ſatisfactio levitatis habere videtur.* Vellej. 2, 29, 4 *In accipienda ſatisfactione facillimus.*

¶ Sătio, avi, atum, are, expiare, ſaturare, quod ſatis eſt præbere, ſättigen, vergnügen; ut, *Satia te ſanguine, quem ſitiſti*, Tomyris dicebat Scytharum regina, cum caput Cyri Perſarum regis amputatum in utrem ſanguine plenum conjiceret, quemadmodum Herodotus & Juſtinus lib. 1 cap. 8 narrant. *Legendo ſatiari non poſſum*, Cicer. de Fin. 3 cap. 2. Idem in Paradox. 1 cap. 2 *Nunquam expletur nec ſatiatur cupiditatis ſitis*, geiz iſt nimmer zu erſättigen. Martial. 1 epigr. 58

Nec volo, quod cruciat, nec volo, quod satiat.

¶ Sātiātus, a, um, der genug hat, vergnügt. Vellej. 2, 64, 3 *Satiato Antonio pœna finita.* Livius 2 cap. 65 pr. *Satiatus somno*, der ausgeschlaffen hat. Horat. 1 od. 2 v. 37 *Nimis longo satiatus ludo.* Silius 4 v. 437 *Satiata sanguinis hasta.*

¶ Satiate, adverb. genüglich. Vitruvius lib. 2 cap. 9 *ignis & aëris habendo satiate, humoris temperate.* Superlative Tertullianus de Anima cap. 46 *Cetera Hermippus Berytensis quinione voluminum satiatissime exhibebit*, zu aller genüge.

¶ Satianter, aliud adverb. sattsam. Apulej. 7 Metam. *Satianter pastus.*

¶ Sātiĕtas, ātis, fastidium ex copia seu abundantia, die genüge, der überdruß aus überfluß; ut, *Cibi satietas & fastidium subamara aliqua re relevatur*, Cic. 1 de Invent. cap 17 fin. Et Terent. in Eunuch. a. 3 sc. 1 v. 13 *Sicubi eum satietas hominum cepit*, wenn er etwa der leute war müde worden. Cic. de Senect. cap. 20 *Omnium rerum satietas vitæ facit satietatem.* Trita, sed vera vox: *Rerum omnium satietas est*, man wird alles dinges müde und satt. Homerus Iliados N. v. 636 Πάντων μὲν κόρος ἐςί, καὶ ὕπνȣ καὶ φιλότητος, &c. *Omnium quidem satietas est, & somni & amoris.* Plinius lib. 12 cap. 17 *Mortalibus suarum rerum satietas est, alienarumque aviditas.*

¶ Sătias, ātis, pro *Satietas*, Veteres dixerunt. vide Nonium cap. 2 n. 791. Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 6 v. 3 *Ubi satias cœpit fieri, commuto locum.* Et in Hecyr. a. 4 sc. 13 v. 13 *Satias me jam tenet studiorum istorum*, solcher wercke bin ich nunmehr müde. Livius lib. 30 cap. 3 *Satias eum cepit amoris.* Lucretius lib. 2 v. 1036

jam nemo fessus satiate videndi
Suspicere in cæli dignatur lucida templa.

Et lib. 5 v. 40 *ita ad satiatem terra ferarum*
Nunc etiam scatet, & trepido terrore repleta est.

Et v. 1291 *Hæc animos illis mulcebant atque juvabant*
Cum satiate cibo.

¶ Sătiēs, ēi, idem. Plin. lib. 8 cap. 51, ut Harduinus quidem legit, *fico arida saginatis ac satie necatis.* Alii aliter. Fulv. Ursinus *ac siti enectis.* Silius quoque lib. 4 v. 110 *Nec finis satiesque novi.*

Sed & hoc displicet Dausquejo, qui *satias* substitui postulat. Non ergo satis certa hujus formæ ratio, ut Curis quoque Secundis significavit Cellarius p. 188. Addi tamen potest Juvenc. lib. 1 de nimia ciborum & vestium cura, &c.

Proveniet tamen his saties potusque cibique.

¶ Exsătio, are, ersättigen; ut, *Nec morte quidem alicujus exsatiari posse*, Liv. lib. 38 cap. 54. *Multo cruore exsatiare enses*, Sil. 7 v. 535.

¶ Exsatiatus, a, um, ersättiget, gestillet. Ovid. Metam. 8 v. 542 *Clade exsatiata domus.*

¶ Insătiātus, a, um, non satiatus, unersättiget; ut, *Amor insatiatus habendi*, der geitz, Prudent. Psychom. v. 478. *Insatiatus ardor eundi*, Stat. lib. 6 Theb. v. 305.

¶ Insatiābĭlis, e, unersättlich; ut, *Lupi insatiabiles*, Ovid. in Ibin v. 172. *Cupiditates sunt insatiabiles*, Cic. 1 de Fin. cap. 13. Et, *Voluptas insatiabilis*, Idem 4 de Fin. cap. 5; & *Animus insatiabilis*, Liv. lib. 4 cap. 13. Comparat. *Nulla insatiabilior species*, Cic. 2 Nat. Deor. cap. 62.

¶ Insatiābĭliter, adverb. idem; ut, *In re inani insatiabiliter desidere*, Plin. lib. 9 epist. 6. Et Quintilianus Declam. 18 p. 244 *Teneat insatiabiliter, avide.* Tacit. Ann. 4 cap. 38 n. 7 *Unum insatiabiliter parandum.*

¶ Insātiābĭlĭtas, ātis, die unersättlichkeit, unvergnüglichkeit: Ammian. lib. 31 cap. 12 ed. Grut.

¶ Insātiĕtas, ātis, idem. Plaut. Aulul. a. 3 sc. 5 v. 13 *Quorum animis avidis atque insatietatibus neque lex*, &c.

Satio, sativus, sator, satorius, vide infra *Sero.*

SĂTRĂPES, vel Satrăpa, æ, σατράπης, dictio Persica est, & significat *Præfectum*, einen landpfleger. vid. Gellius lib. 10 cap. 18. Freinshem. Ind. Curt. Ita Terent. in Heaut. a. 3 sc. 1 *Satrapes si siet amator, nunquam sufferre ejus sumtus queat*, wenn er ein Fürst wäre, &c. C. Nepos Pausaniâ cap. 1 *Mardonius satrapes regius, natione Medus, regis gener, in primis omnium Persarum.* Vet. Gloss. σατράπης, *Satrapa.*

¶ Satraps, āpis, idem. Apud Sidonium legitur carm. 2 v. 78 *Quisque sedet sub rege Satraps.* Et apud Alcimum Avitum lib. 6 sive ad Sororem v. 589 *Donec miratus cessare incendia Satraps.*

Nepos Lysandro cap 4 *Atque hoc loco non est prætereundum factum Pharnabazi Satrapis regii.* Quamquam *Satrapis*, genitivum non tam a *Satraps*, quam a *Satrapes* facere potuit. Nam & in tertia hujus generis nomina declinabantur, de quo notat Vossius 2 de Analogia cap. 3. Dicebantur & *purpurati*, ac erant homines potentissimi, regni scilicet sive imperii proceres, duces, principes, iidem qui Romanis provinciarum præsides, prætores, proconsules.

¶ Satrăpeia, vel Satrapīa, æ, σατραπεία, præfectura, regio, eine pflege, voigtey. Plin lib. 6 cap. 21 *Quatuor Satrapiæ.* Et Curtius lib. 5 cap. 1 n. 44 *Mazæum transfugam satrapia Babyloniæ donat.* Herodotus lib. 3 cap. 89 regnum Persicum in viginti *Satrapias* a Dario divisum fuisse scripsit. Vocat autem ipse *satrapias* νόμȣς, & Plinius *præfecturas.* vid. Brisson. lib. 1 de Regn. Persar.

SATRĬCUS, i, a filio Solymo per errorem interfectus, de quo Silius lib. 9 v. 68, 77, 104 & 111.

SATUM, i, mensuræ nomen, continet sextarios quatuor & viginti, ein maß darein zwölff kannen gehn. Vide vocabula ponderum & mensurarum Eberi & Peuceri.

SĂTUR, a, um, satt, gesättiget. Terent. in Hecyr. a. 5 sc. 2 v. 2 *Cum satura atque ebria eris, puer ut satur sit, facito.* Idem Adelph. a. 5 sc. 1 v. 3 *Postquam intus omnium rerum satur sum*, &c. Et Persius satyr. 6 v. 71 *satur an*[illegible]*ris extis.* Sed, *Ire quò saturi solent*, est, sessum ire, zu stuhle gehen, quod honeste dixit Plaut. Curcul. a. 2 sc. 3 v. 83. Comparat. *Quo saturior lactis agnus celeriter confirmetur*, Colum. 7 cap. 4.

¶ 2. Poëtæ hoc nomine interdum utuntur pro *Fœcundo, beato, opulento*, fruchtbar, reich, glücklich; ut, *Rus saturum laudare*, Pers. sat. 1 v. 71. Et Virg. 2 Georg. v. 197

Saltus & saturi petito longinqua Tarenti.

Tibull. 2 eleg. 1 v. 23 *Turbaque vernarum saturi bona signa coloni.* Et Catull. carm. 21 v. 9 *Si id faceres satur, tacerem.* ¶ 3. Et, *saturum colorem*, plenum & conspicuum dixit Plinius 30 cap. 10, eine volle farbe. *Saturas messes*, id est, uberes, opimas, Severus in Ætna v. 12. *Saturum gestum*, id est, varium, Manilius lib. 5 v. 480 de pantomimis loquens: ubi vide Scaligerum.

¶ Sătŭra, æ, substantive, de lance variis fructibus plena, eine volle schale, eine mit früchten angefüllte schüssel. Diomedes lib. 3 *Lanx referta variis multisque primitiis sacris Cereris inferebatur, & a copiâ & saturitate rei SATURA vocabatur: cujus generis lancium & Virgilius in Georgicis meminit*, lib. 2 v. 194 & 394. Nimirum mos erat antiquorum, quando Cereri, Baccho, aut aliis Diis agri annua vota solverunt pro læto frugum fructuumque proventu, ut primitias rerum collectarum in lancem congestas cuique DEO pro ratione ejus cultus afferrent. In ritibus Græcorum πάγκαρπος θυσία, & πολυσπερμία vocabantur: Latini vero lances ita refertas variarum rerum copiâ, *lances saturas*, vel compendio sermonis usi simpliciter *Saturas* appellarunt. *Satur* enim pro pleno, & cui nihil deesset, usurpabant. A similitudine hujus lancis etiam *aliarum rerum mixturas* appellarunt *Saturas*: postea ad res ingenio factas eadem vox translata est, &c. vide & in *Satyra.* ¶ 2. Item, cibi genus ex variis rebus conditum, ut Verrius Flaccus explicat, etwas gefülltes. Idem Diomedes eodem loco: *Quoddam genus farciminis multis rebus refertum SATURAM dicit Varro vocitari. Est autem hoc positum in lib. 2 Plautinarum Quæstionum. Satura est uva passa, & polenta, & nuclei pinei mulso conspersi: ad hæc alii addunt & de malo Punico grana.* vide Thysium ad Sallustium p. 250 & 251. Andr. Schottum Observat. Humanar. lib. 1 cap. 2. ¶ 3. Etiam *Lex* appellatur SATURA, *quæ uno rogatu multa simul comprehendit*, ut idem Diomedes explicat. FESTUS: SATURA *est lex multis aliis legibus conferta. Legibus*, legum capita intelligit, quæ & ipsa Romanis *Leges* vocabantur. Vet. Gloss. *Satura*, νόμος πολλὰ περιέχων; ut, *Vultis-ne, jubetis-ne, cum Jugurtha bellum componatur, & fœdus feriatur: elephantos tradat, item omnes transfugas*, &c. Hinc *per saturam fieri* dicitur, quicquid raptim & confuse & nullo ordine fit, unordentlich. Lucilius lib. 1 apud Diomedem lib. 3 p. 483

Per saturam Ædilem factum, qui legibu' solvat.

Sallustius in Jugurtha c 29 *Dein postero die quasi per saturam sententiis exquisitis in deditionem accipitur.* vid. Casaub. lib. 2 de Satyr. Poësi; J. C. Scaliger lib. 1 Poëtic. cap. 12; & Parei Lex. Crit. p. 1118. ¶ 4. *Satura*, inter Pomtinas paludes, apud Virg. Æn. 7 v. 801, & Silium 8 v. 381.

¶ Sătullus, a, um, diminut. a *Satur*, fein satt. Varro lib. 2 de Re Rust. cap. 2 *Ut agni satulli fiant lacte.*

¶ Satulle, adverb. zur genüge, überflüßig. Apulej. Met. lib. 7 *Apponere satulle*, i. e. copiose.

¶ Săturo, are, i. e. saturare, sättigen, satt machen. Varro apud Nonium cap. 2 n. 786 *Coquam carnes, quibus satullem corpora & famem ventris.*

¶ Sătŭrio, ōnis, ein gesättigter, ein voller wanst. Plaut. Pers. a. 1 sc. 3 v. 23 *Esurio venio, non advenio saturio.*

¶ Satŭrĭtas, ātis, die sättigkeit, fülle, überfluß. Cicero de Senect. c. 16 *saturitate copiaque rerum omnium.* Sic, *Saturitas ferociam parit*, satt seyn macht muthwillig, vide Chiliad. At, *Saturitatem emittere*, Plin. lib. 10 cap. 33 est, Excrementa ejicere, sich erleichtern. *Sancta Saturitas*, quasi Dea parasitorum, Plaut. Captiv. a. 4 sc. 2 v. 97.

¶ Sătŭro, avi, atum, are, explere, sättigen, speisen. Virg. eclog. 10 v. 30 *Nec cytiso saturantur apes, nec fronde capellæ.*

Et, *Saturavit se sanguine civium*, Cic. in Philipp. 2 c. 24. Idem in Vatin. cap. 3 *Dum odium, quod in bonos habebatis, saturare cuperetis.* Colum. lib. 2 cap. 9 *Saturare terram stercore*, das feld wohl düngen. Sic & Virg. Georg. 1 v. 80 *Saturare fimo pingui sola.*

¶ Satŭrātus, a, um, ersättiget, gespeiset, gefüttert. Cic. 1 Divin. cap. 29 *Mens saturata bonarum cogitationum epulis.* Idem pro Planc. cap. 8 *Homines jam saturati honoribus.* Virg. Æn. 8 v. 213 *Saturata armenta.* Unde comparat. *saturatior color*, apud Plin. lib. 21 cap. 8.

¶ Saturātim, adverb. überflüßig. Gloss. gr. lat. κατακόρως, *saturatim, affatim.*

¶ Saturanter, idem. Fulgent. 3 Mytholog. *Hæc saturantius Apulejus enarravit.*

¶ Saturatio, ōnis, die ersättigung. Gloss. Vet. *Saturatio*, χορτασία τροφῆς.

¶ Saturābĭlis, e, ersättlich. Gloss. Vet. *Saturabile*, χορτασικόν.

¶ Exsătŭro, are, ersättigen; ut, *Animum alicujus supplicio exsaturare*, Cic. in Verrem lib. 5 cap. 27.

¶ Inexsaturābĭlis, e, unersättlich. Virg. 5 Æn. v. 781

Junonis gravis ira & inexsaturabile pectus.

Et Arnobius lib. 2 p. 71 *inexsaturabilis appetitus.*

¶ Insătŭrātus, a, um, non saturatus, nicht satt. Avienus Arat. Phænom. v. 183 *noverca insaturata odiis.*

¶ Insaturabĭlis, e, unersättlich, unvergnüglich; ut, *Insaturabile abdomen*, Cic. pro Sestio cap. 51.

¶ Insaturābĭliter, adverb. unersättlicher weise; ut, *Annis præteritis insaturabiliter expletur*, Cic. de Nat. Deor. lib. 2 cap. 25 de Saturno. Et Venantius Fortunatus hymno Paschali [lib. 3 carm. 7] v. 79

Inferus insatiabiliter cava guttura pandens,
Qui raperet semper, fit tua præda, Deus.

¶ Obsătŭro, are, ad fastidium usque saturare, ausfüttern. Terent. Heaut. a. 4 sc. 7 v. 27 *Ne te propediem, ut istam rem video, istius obsaturabere*, du wirst ihrer satt und überdrüßig werden.

SĂTŬREIA, æ, quatuor syllabis, herba, quæ & *Thymbra* & *Cunila* dicitur, saturey, zwiebel-isop. Gloss. Vet. *Satureja*, θύμβρα. Dicta vel a *Satyris*, quod salaces faciat, ut sunt Satyri, vel a *Saturitate.* vide Cels. 2 cap. 21 & 31. Plin. 19 cap. 8. Colum. 11 cap. 3, & 9 cap. 4, & 12 cap. 7. Pallad. 1 tit. 37. Idem Febr. tit. 24; & Mart. tit. 9. Apic. 1 c. 3. Idem 3 cap. 13, & 6 cap. 6. Rursus Colum. 10 v. 233

Et Satureja thymi referens, thymbraque ſaporem.

¶ Sătŭrējum, i, idem. Ovid. Art. am. 2 v. 415
Sunt, qui præcipiant herbas ſatureja nocentes Sumere.
Et Martial. 3 epigr. 74 *Improba nec proſunt jam ſatureja tibi.*

¶ Saturejānus, a, um, adject. ut, *Saturejanus caballus*, Horat. 1 ſat. 6 v. 59, ſic dictus a Saturejanis paſcuis in Apulia.

SĀTVRNVS, i, κρόνος, cæli filius, qui eſt idem χρόνος, id eſt, *tempus*, dictus, quod ſaturetur annis, quemadmodum Cicero inquit lib. 2 de Nat. Deor. cap. 25 pr. Varro lib. 4 de L. L. cap. 10 a *Satu* dictum ait, quod cælum omnium ſit principium. At Scaliger in Conjectan. docet, eſſe Tuſcam vocem, ſed Syriacæ originis. Et *Saturnum* in lingua Syriaca ſignificare *latentem*. Παγγενέτωρ, & γενάρχης Orpheo appellatur: converſaque ſunt a gentilibus, quæ de Adamo in ſacris litteris habentur, in fabulam de Saturno, ut Rupertus obſervat ad Beſoldi Synopſ. p. 11, & in Hiſt. univerſ. p. 11. conf. & Boxhorn. Qu. Rom. p. 64. Pater Jovis eſſe dicitur, & ſummus planetarum, qui tarde curſum ſuum abſolvit, nec niſi 30 ferme annis. Huic natura frigida, & noxia itaque eſt. Et Virgilius cum 1 Georg. v. 336 ait:
Frigida Saturni quo ſeſe ſtella receptet,
nocentem etiam intellexit, non frigidam tantum rigentemque, ut Servius interpretatur. Propert. lib. 4 eleg. 1 v. 84
Eſt grave Saturni ſidus in omne caput.
conf. Lipſ. in Saturnal. p. 11, & Dempſter. in Roſin. p. 222.

¶ Sāturnius, a, um, adject. ut, *Stella Saturnia*, Cic. Somn. Scip. cap. 4. *Regna Saturnia*, Virg. eclog. 4 v. 6. *Ætas Saturnia*, id eſt, aurea, quæ ſub Saturno fertur fuiſſe. *Saturnia tellus*, Virg. 2 Georg. v. 173, id eſt, Italia. *Saturnium metrum*, antiquum, rude, & ad ſolum rhythmum compoſitum. *Saturnia olens*, Κρονίων ὄζων, qui nugas rancidas olidasque affert, apud Ariſtophanem in Nubibus: ubi lege Veterem Scholiaſten. *Saturniæ lernæ*, aliud proverbium de antiquis & vetuſtate rancidis, alte ſaalbaderey. vide Cœl. Rhodiginum 12 Antiq. Lection. cap. 6.

¶ Sāturnia, æ, abſolute, Juno eſt, Saturni filia. Ovidius lib. 1 Triſt. eleg. 2 v. 7 *Oderat Æneam propior Saturnia Turno.*
Plene *Saturnia Juno*, Virg. Æneid. 3 v. 380, & alibi. ¶ 2. *Saturnia* quoque urbs antiquiſſimis temporibus Italiæ, a Saturno condita; Virg. Æneid. 8 v. 358.

¶ Sāturnālia, ium, feſta quinque ſeu ſeptem dierum, quæ menſe decembri Romani omni lætitia celebrabant. Triduanas vero tantum fuiſſe eas ferias, imo & unius tantum apud majores diei, ex Macrobio liquet libro 1 Saturnal. cap. 10, denique dierum quinque. Primus Saturnalium dies fuit 17 dies Decembris. Vide Lipſium lib. 1 Saturnal. Sermon. cap. 2 & ſeqq. *Non ſemper erunt Saturnalia*, proverbiale, es iſt nicht alle tage kirchmeß. Seneca Ludo de morte Claudii: *Ex his unus cum vidiſſet capita conferentes & fortunas ſuas deplorantes causſidicos, accedit & ait: Dicebam vobis, non ſemper Saturnalia erunt.* Sed quæ decembri menſe celebrabantur Saturnalia, virorum erant. Fœminæ enim Saturnalia ſua Kalend. Martiis celebrabant. Hinc Sueton. Veſpaſ. cap. 19 *Dabat ſicut Saturnalibus viris Apophoreta, ita per Kal. Martias fœminis.* SATVRNALIA ſcilicet κατ' ἐξοχὴν de decembribus dixit, quæ virorum, ut paullo ante monitum, erant. vide Torrent. ad Horat. lib. 3 od. 8, & Barth. ad Statii Silvas pag. 153.

¶ Saturnālitius, a, um, ad Saturnalia pertinens; ut, *Munera Saturnalitia.* Munera enim his diebus ultro citroque miſſitabantur. Vid. Martial. lib. 5 epigr. 20 & 21. Sic & *Saturnalitiæ nuces*, Idem 7 epigr. 90.

¶ Sāturnīnus, i, nomen, quo nonnulli Romanorum inſigniti; ut, *L. Apulejus Saturninus*, tribunus plebis ſeditioſus, ex ſenatusconſulto interfectus. vid. Flor. 3 cap. 16, & Aurel. Vict. Vir. Illuſtr. cap. 73. ¶ 2. *L. Antonius Saturninus*, Domitiani Imp. ſævitiâ & verborum injuriâ accenſus, cum bellum civile in Germania moveret, captus & interfectus. vid. Aurel. Vict. Epit. cap. 23. In eum luſit Martialis 4 epigr. 11. ¶ 3. *C. Julius Saturninus*, filius M. Jul. Philippi Imp. duodecimo vitæ anno occiſus. vid. Aurel. Vict. Epit. cap. 43. ¶ 4. *Saturninus Voluſius*, urbis præfectus, qui quotannis ſanguinem per os miſit, Plin. 11 cap. 38. ¶ 5. *Saturninus Antiochenus* hæreticus, de quo Irenæus 1 cap. 22; & Euſeb. H. E. 4 cap. 7. ¶ 6. *Saturnini* etiam, Italiæ populi in Etruria, Plin. 3 cap. 5.

¶ Sāturnĭgena, æ, a Saturno genitus, Jupiter: Auſonius Eidyll. 15 v. 28
Teſtatur Saturnigenam, nec nomine ceſſat
Incuſare Jovem. conf. Sidon. carm. 9 v. 132.

Saturo, are, cum derivatis, vide paullo ſuperius in *Satur*.

SĂTŸRA, æ, σατύρα, carmen varium, & copioſum, hominum vitia liberius perſtringens, ideoque a petulantia Satyrorum nomen ei factum videtur, eine höhniſche ſchrifft. Quamquam non ſatis convenit inter doctos & principes quidem, utrum, quando de Lucilii, Horatii, Perſii, Juvenalis, &c. carminibus ſermo eſt, *Satyra*, an vero *Satura*, ſive *Satira* ſcribendum ſit. Iſaacus Caſaubonus, qui unus omnium de Poëſi Satyrica quam accuratiſſime duobus libris ſcripſit, omnibus modis pertendit, *Satura* ſive *Satira*; non autem *Satyra* ſcribendum eſſe. Hoc enim totum ſcriptionis genus mere latinum eſſe, nec quicquam habere commercii cum poëſi ſatyrica Græcorum: atque adeo non a *Satyris*, ſed a *Satura lance*, quæ, quod variis frugibus fructibusque referta eſſet, ita dicebatur, nomen accepiſſe: quod & illud quoque variis rebus, uti lanx illa fructibus, refertum eſſet. Cum Caſaubono etiam facit Scaliger ad lib. 5 Manilii; ubi monet, cavendum eſſe, ne quis Lucii & Horatii Satyras per y ſcribendas putet. At vero Danieli Heinſio lib. 1 de Satyra Horatiana, nihil ſolicitanda communis ac recepta hujus vocabuli ſcriptio, quæ per y fit, videtur; quippe quod ſatis commoda ratione a Satyris poſſit deduci. Nam quum Satyrorum proprium ſit ludere & laſcivire, unde & σατυριστής, *Ludio* exponitur in Vet. Gloſſis: Satyræ vero ludicræ ſcriptionis genus ſit, unde & Senecæ Satyra *Ludus* dicitur: & *ludere* pro *Satyras ſcribere* Horatius & Perſius poſuere: quidni a *Satyris* nomen habeat, & græco elemento *Satyra* ſcribatur? Præcipue, quum & illæ ipſæ *Saturæ* ſive *miſcellæ lances* a *Satyris* nomen acceperint, &c. Vide ipſos dictis locis, & conf. Diomed. lib. 3 p. 483.

¶ Sătÿrĭcus, a, um, ſatyriſch, höhniſch; ut, *tragico more, aut comico, ſeu ſatyrico*, Vitruv. 7 c. 5. *Genus ſcenarum ſatyricum*, Idem 5 cap. 8. *Satyrica ſigna*, Plin. 19 c. 4. *Materia ſatyrica*, Sidon. 8 epiſt. 11. ¶ 2. Subſtantive *Satyricus*, qui ſatyras ſcribit. Idem Sidonius 4 epiſt. 1 *Siquid ſatyricus figuratum condidit.* Satyrici latini ſunt Lucilius, Horatius, Juvenalis, Perſius. conf. Iſidor. 8 cap. 7.

¶ Satyrogrăphus, i, ſubſt. idem. Sidonius lib. 1 epiſt. ult. *Vt ſatyrographum te aut exſecrantur, aut reformidant.*

Satyrias, ſatyriaſis, ſatyrium, vide ſequens *Satyrus*.

SĂTŸRVS, i, plural. Satyri, ex ſuperiore parte homines, niſi quod cornuti capite eſſent; ex altera capri; unde & *Capripedes* poetis nominati. Vide Plin. lib. 7 cap. 2; & Horat. 2 od. 19 v. 4. Habebantur inter ſemideos olim & ſilvis præeſſe credebantur: dicaces, laſcivi, ludibundi, itaque & Bacchi comites, ad quem læta feſtaque pertinere exiſtimabantur. Plura de iis lege apud Caſaubonum de Poëſi Satyrica. Eleganter quoque luſus eorum vindemiales notat Nemeſianus ecloga 3 a verſu 46. Nympharum perpetuos ſectatores & ſollicitatores facit Ovidius, Lucianus, Nonnus, & alii. Cæterum, an feri ejusmodi homines ac ſilveſtres inventi ſint, quæri poteſt. Plutarchus in Sylla auctor eſt, revertente Sylla in Italiam contra Marium, dormientem Satyrum, qualem plaſtæ pictoresque adumbrant, captum adductumque ad ducem. Tentatumque per interpretes varios, ediſſe vocem quidem, non tamen humanam, ſed ex hinnitu agni balatuque hirci confuſam. Hieronymus in vita Pauli Eremitæ ſcribit, S. Antonium inter quamdam ſaxoſam convallem incidiſſe *in quemdam haud grandem homunculum, aduncis naribus, fronte* (ita deſcribit) *cornibus aſperatâ, cujus extrema pars corporis in caprarum pedes deſinebat.* Interrogatum, quis eſſet, reſpondiſſe: *Mortalem eſſe & unum ex accolis Eremi, quos vario deluſa errore gentilitas, Faunos Satyrosque & Incubos vocans, colat, legatione fungi gregis ſui, precarique, ut pro eo communem Dominum deprecetur, quem pro ſalute mundi veniſſe cognoverint*, &c. Finita narratione ſubjungit Hieronymus: *Hoc ne cuiquam ob incredulitatem ſcrupulum moveat, ſub rege Conſtantino, univerſo mundo teſte, defenditur. Nam Alexandriam iſtiusmodi homo vivus perductus, magnum populo ſpectaculum præbuit, & poſtea cadaver exſangue, ne calore æſtatis diſſiparetur, ſale infuſo, Antiochiam, ut ab Imperatore videretur, allatum eſt.* Hæc ille. Sed recte Caſaubonus lib. 1 de Poëſi Satyrica cap. 2 ſtatuit, quicquid de Satyris legimus, ex poëtarum pictorumque fingendi licentia originem ducere: nihil hujus revera in rerum natura exiſtere: at ſi quid viſum ejusmodi fuerit, vel illudentis dæmonis phantaſma, vel naturæ luſum fuiſſe. Profecto aut figmento inani deceptus Hieronymus fuit, temere credens; aut ſpectro illuſus Antonius. Jam ille ad Conſtantinum allatus Satyrus, procul omni dubio monſtrum fuit, in quo luſit natura ac legem ſuam migravit. Plutarchus autem non affirmat, ſed refert famam. Φασὶ enim ait, id eſt, *dicunt, ferunt.* Quo fere uti ſolent hiſtoriarum conditores, cum de rebus exponunt, de quibus ipſi dubitant. conf. Schotti Phyſic. curioſ. 3 cap. 2. ¶ 2. *Satyri* etiam ſimiarum genus, illudque omnium mitiſſimum, ut Plinius notat lib. 9 cap. 54. De iisdem accipiendus eſt locus lib. 7 cap. 2 cum ait: *Sunt & SATYRI ſubſolanis Indorum montibus* (*Cartadulorum dicitur regio*) *perniciſſimum animal: tum quadrupedes, tum recti currentes humana effigie*, &c. Solinus Polyhiſt. cap. 27 extr. de Simiarum generibus exponens: *Sunt &, quas vocant SATYROS, facie admodum gratâ, geſticulatis motibus inquietæ.*

¶ Sătÿrias, ădis, morbus, qui & elephantiaſis dicitur, der ausſatz, die krätze. Aëtius, *Elephantem morbum, cum incipit*, Satyriaſmon *vocant, quoniam Satyris ſimiles fiunt vultus.* Iſidorus Orig. 4 cap. 8 *Satyriaſin* vocat, & inter morbos refert, qui in ſuperficie cutis videntur.

¶ Satyriăſis, is, σατυρίασις, nimia nervi intenſio, appetentia Veneris, alias Priapiſmus. Cœlius Aurelianus lib. 3 *SATYRIASIS eſt vehemens Veneris appetentia. Vocatur autem ab herbæ virtute, quam SATYRION vocant. Hanc enim accipientes in Venerem provocantur, cum tentigine genitalium partium.* conf. Theod. Priſcian. 2 cap. 11.

¶ Satyrium, i, σατύριον, herba, *Teſticulus*, knabenkraut, geilwurtz. Ejus mira vis in Venere concitanda, de quo Plinius lib. 26 cap. 10. Inde Petronius de libidinoſis: *Vbique omnes mihi videbantur Satyrion bibiſſe.*

SAVCIO, avi, atum, āre, ſaucium efficere, vulnerare, verwunden: ut, *Sauciare ferro*, Columell. lib. 4 cap. 24. Et Cicer. in Verrem c. 26 *Servi nonnulli vulnerantur, ipſe Rubrius in turba ſauciatur.* ¶ Eleganti metaphorâ, *ſauciare famam alicujus*, eines gutes gerücht beſchmitzen, Plautus dixit Bacch. a. 1 ſc. 1 v. 30. Eleganter etiam *aliquem vino ſauciare* dicere poſſumus. Livius lib. 26 cap. 23 *Inde ubi id temporis viſum, quo de die epulatis jam vinoque ſauciatis principium ſomni eſſet:* ut quidem hunc locum emendavit Lipſius. Sed placet tamen præ iſto Puteani reſtitutio legentis: *quo de die epulatis jam vini ſatias, principiumque ſomni eſſet.* Id enim vulgatam lectionem maxime tuetur. Interim nihil vetat, *quem vino ſauciare* dicere. Ita enim *Baccho percutere* Tibullus dixit. Vide mox *Saucius*.

¶ Sauciātus, a, um, verwundet, verletzt. Colum. 11 cap. 1 *Siquis ſauciatus in opere noxam ceperit.*

¶ Sauciātio, ōnis, die verwundung, verletzung. Cic. pro Cæcin. cap. 15 *Sauciatio quæretur, cum fugam factam eſſe conſtabit.*

¶ Saucietas, ātis, idem, apud Cœl. Aurel. Tard. 2 cap. 13.

¶ Saucius, a, um, wund, verwundet, blutrünſtig; ut, *Gladiator confectus & ſaucius*, Cic. in Catil. 2 cap. 11. *Saucius amore*, Idem pro Cœlio cap. 8, verliebt. *Animus ſaucius*, Idem ad Attic. 1 epiſt. 17 ſub init. betrübt. *Saucia vena mero*, apud Martial. 4 epigr. 66, truncken. Item, *Saucia Terpſichore*, pro ebria, apud eumdem lib. 3 epigr. 68. Juſtinus lib. 24 c. 8 *Hac aſſeveratione incitati Galli & heſterno mero ſaucii ſine reſpectu periculorum in bellum ruebant.* Apulejus lib. 7 Metam. *Sauciis illis & crapulâ vinolentiaque madidis.* Ovid. 1 Metam. v. 102 *Tellus ſaucia vomeribus*, das gepflügte land. Virg. lib. 4 Æn. principio:

At regina gravi jamdudum saucia cura,
Vulnus alit venis.

¶ Consaucio, are, verwunden. Autor ad Herenn. 4 cap. 19 *Crebro & celeri vulnere corpus consauciari videtur.* Sueton. Neron. cap. 26 *Prætoris caput consauciavit.*

¶ Consauciātus, a, um, verwundet. Sueton. Aug. cap. 20 *Vtrumque brachium ruina pontis consauciatus.*

¶ Præsauciatus, a, um, vorher verwundet; ut, *Præsauciatæ vires*, Cœl. Aurel. Acut. 1 cap. 3.

¶ Semisaucius, a, um, halb verwundet. Augustinus Confession. lib. 8 cap. 8 *semisauciam versare & jactare voluntatem.*

SAUFĒIUS, i, Luc. Saufeius, eques Romanus, dives & eruditus, Epicureæ sectæ addictus & Attico perfamiliaris: Cicero lib. 4 ad Attic. epist. 6, & lib. 7 epist. 1; itemque Nepos in Attico cap. 12.

Savillum, savium, vide infra *Suavium* in *Suavis.*

SĀVO, ŏnis, fluvius Campaniæ. Statius *pigrum* vocat lib. 4 Silv. 3 v. 66. Plin. lib. 3 cap. 2 in ora Campaniæ hunc collocat.

SAURION, i, herba sinapi, senff, Plin. 19 cap. 8.

SAURĪTES, æ, σαυρίτης, gemma, quæ in ventre viridis lacertæ traditur inveniri, Plin. 37 cap. 10.

SAUROCTŎNOS, i, σαυροκτόνος, i. e. lacerti necator, quem Praxiteles nova arte fabricasse dicitur, Plin. 34 cap. 8.

SAURŎMĂTAE, arum, iidem sunt, qui & *Sarmatæ* supra. Ovid. Trist. 3 eleg. 12 v. 30 *Stridula Sauromates plaustra bubulcus agit.* Idem Trist. 3 eleg. 3 v. 6 *Inter Sauromatas Getasque.* Juvenal. sat. 15 v. 125 *Sauromatæque truces.* Et satyr. 2 princ. *Vltra Sauromatas*, &c. Vbi Vetus Scholiastes: *Sauromatæ Sarmatæ ultimi ultra Pontum sunt, vicini Amazonum, unde Sauromatides* (ita ἐυςόχως emendat Rutgersius,) appellantur. ¶ 2. Amazonas *Sauromatidas* dictas, testantur Eustathius Dionysii interpres, Stephanus & Plato lib. 7 de LL. De his Hippocrates lib. de aëre, locis & aquis, sect. 3 p. 73 *In Europa*, inquit, *est gens Scythica, quæ Mæotin paludem incolit, & a reliquis plurimum differt, SAUROMATAE appellantur: Eorum fœminæ equitant, arcu utuntur, atque ex equo jaculantur, & cum hostibus bellum gerunt, quoad virgines existunt. Nec ante virginitatem deponunt, quam tres hostes interfecerint, neque prius cum viris congrediuntur, quam sacra Deo patrio more peregerint. Quod si qua virum sibi delegerit, equitatu soluta est, nisi communis expeditionis necessitas ingruat. Dextram autem mammam non habent. Puellis enim adhuc infantibus ferro ad id fabricato & candente dextræ mammæ admoto, eam exurunt, ut ne incrementum capiat, sed ad dextrum humerum & brachium omne robur & copia transmittatur.*

SAURUS, i, nobilis statuarius, Plin. 36 cap. 5. ¶ 2. *Sauri* latronis ab Hercule interfecti sepulcrum trans Erymanthum fluvium Elidis conspicitur, a quo locus ille dictus *Sauri jugum*; Pausan. lib. 6.

SĀVUS, i, Norici fluvius, qui per Illyricum & Pannoniam longo tractu in Danubium labitur, die Sau. Claudian. de Laud. Stilic. 2 v. 192
Pannonius potorque Savi.

Saxatilis, saxeus, saxifer, &c. quære mox in *Saxum.*

SAXŎNES, um, Germaniæ populi, die Sachsen. Ex veteribus eorum primus Ptolemæus meminit, qui Aurelii ætate fuit. Hic easdem Saxonibus sedes attribuit, quas Tacitus Fosis; ut hi cum illis iidem putandi, nisi *Fosorum* vox apud Tacitum corrupta, quæ Cluverii opinio est lib. 3 Antiquæ Germaniæ cap. 21. Vnde nomen inditum, non constat. Qui a *Sacis*, Asiatico populo, & appellationem & originem repetunt, æque ineptiunt, atque qui *Misnios* a *Mysis* derivant. Nec audiendi, qui a duritie & truculentia, quasi *Saxei* essent, deducunt. Namque quis credat, Germanicam gentem a Latio sibi appellationem petiisse? Wittichindus Corbeiensis lib. 1 Annalium refert, Saxonibus olim magnorum cultellorum (ut ipse loquitur) usum fuisse, quibus usque hodie Angli utuntur, progenies Saxonum. Cultellos autem illos SAHS appellatos. Cum itaque inter eos & Thuringos ad dirimendas armorum disceptationes, quibus invicem hactenus commissi fuerant, constitutus dies esset, quo convenirent ex utraque parte inermes, Saxones accinctos cultris sub sagis dicto loco & tempore adfuisse, & opportunitatem nactos Thuringos inermes & imprudentes strictis cultellis adortos ad unum omnes confecisse. Hinc factum, ut ab hac memorabili strage, quam cultris illis, quos SAHS, ut diximus, appellabant, obtinuerant, *Saxonum* nomen sibi acquirerent. Gottfridus Viterbiensis Pantheo Part. 17
Ipse brevis gladius apud illos SAXA vocatur,
Vnde sibi nomen Saxo peperisse notatur.

Reinerus Reineccius Commentatione de Saxonum origine, quam, Apologiæ instar, Johanni Bodino opposuit, nomen gentis a vocabulo *sache* fortassis deducendum existimat: quasi judices & disceptatores, a justitiæ laude & judiciorum æquitate. Quæ omnia judicio eruditi & intelligentis lectoris permitto. Ego vero præ Reinecciana conjectura Wittichindeam traditionem facilius probem.

SAXUM, i, quod lapide majus, ein stein, fels; ut, *Ex spelunca saxum in crura ejus incidit*, Cic. de Fato cap. 3. *Saxum volvere*, Terent. Eunuch. a. 5 sc. 9 v. 55, stete und vergebliche arbeit thun: vide in Chiliadib. *Sisyphi saxum volvere.* Apulejus sub fin. lib. 11 Met. *Inter sacrum & saxum positus cruciabar.* Quod ipse ibidem *vetus proverbium* vocat, das messer steht an der kähle. *Saxum scissile*, ein schiefer oder schieferstein, Agricola. ¶ 2. Κατ᾽ ἐξοχὴν de Saxo seu monte Tarpeio dicitur. Plaut. Trinum. a. 2 sc. 1 v. 39
Qui in amorem
Præcipitavit, pejus perit, quam si saxo saliat.

Tacitus 2 Annal. cap. 32 *Quorum* (Mathematicorum) *e numero L. Pituanius saxo dejectus est.*

¶ Saxŭlum, i, diminut. ein steinlein. Cic. 1 de Orat. cap. 44 *Ithaca in asperrimis saxulis tamquam nidulis affixa.*

¶ Saxētum, i, locus saxosus, ein steinichter ort; ut, *Asperum saxetum*, Cic. pro Leg. Agrar. 2 cap. 25.

¶ Saxeus, a, um, steinern; ut, *Saxea moles*, Ovid. 12 Metam. v. 283. ¶ 2. Transfertur ad animum, & notat durissimum. Plin. lib. 2 epist. 3 *Quem tu nisi concupiscis cognoscere, saxum ferreumque es.*

¶ Saxōsus, a, um, saxis abundans, steinicht; ut, *Montes saxosi*, Virg. 2 Georg. v. 111. *Valles saxosæ*, Idem eclog. 5 v. 84. Et, *Saxosæ turres*, Messala Corv. post init.

¶ Saxōsĭtas, ātis, die felsigkeit. Cœl. Aurel. Tard. 3 cap. 6 *Durities sive saxositas.*

¶ Saxĭtas, ātis, idem. Cœl. Aurel. 3 cap. 4 *Durities atque saxitas, quam σκίρρωσιν vocant.*

¶ Saxiālis, e, felsicht. Frontinus de Colon. p. 355 *Termini lapidei alii saxiales, alii molares.*

¶ Saxātĭlis, e, zu den steinen gehörig; ut, *Aves saxatiles*, quæ saxa incolunt, Varr. R. R. 1 cap. 7. *Pisces saxatiles*, Columella 8 cap. ult. conf. Plin. 9 cap. 15.

¶ Saxētānus, a, um, idem; ut, *Saxetani cauda lacerti*, Martial. 7 epigr. 77.

¶ Saxesco, ĕre, zu stein werden. Scriban. de Pass. Chr. cap. 9 *Saxescunt corda humana & stant duriora chalybe.*

¶ Saxĭfer, a, um, steinicht. Valer. Flacc. Argonaut. 5 v. 608
Saxiferæ surgat quibus imber harenæ.

¶ Saxĭfĭcus, a, um, in saxa vertens, in steine verwandelnd; ut, *Medusa saxifica*, Lucan. lib. 9 v. 670; & Silius lib. 10 v. 178; & Ovid. in Ibin v. 554. Et Seneca Hercul. fur. v. 901
Belligera Pallas, cujus in læva cies
Ægis feroces ore saxifico minas.

¶ Saxĭfrăgus, a, um, das steine zerbricht; ut, *Vndæ saxifragæ*, Cic. 3 de Orat. c. 42 ex poëta. Et Plinius 22 c. 21 de adianto: *Calculos e corpore mire pellit frangitque: qua de caussa potius, quam quod in saxis nasceretur, saxifragum appellatum.*

¶ Saxifrăga, æ, substant. generale nomen pluribus verbis competens: *Adianto, Aspleno, Filipendulæ, Pimpinellæ, Trichomeni* seu *Polytricho*, quod proprie est steinbrech. Vide de singulis his sub suis elementis. Matthiolus. conf. Apulej. de Herb. cap. 47 & 97. Et Serenus v. 599 *Saxifragam seu fontigenam succurrere credunt.*

¶ Saxifragia, æ, herba alia, ruta parietum, mauer-raute. ¶ 2. Rursus alia *Saxifragia*, *bircina*, hergottsbärtlein.

¶ Saxĭgĕnus, a, um, e saxo natus, aus stein entspringend. Prudentius Cathemer. 5 v. 7 *Incussu silicis lumina nos tamen*
Monstras saxigeno semine quærere.

Scabellum, scabellus, scabillum, vide infra *Scamnum.*

SCĂBER, bra, brum, asperum significat, rauh, scharff, schäbicht; ut, *Vngues scabri*, Ovid. 3 de Arte am. v. 276, hoc est, lange unflätige nägel. *Scabri dentes*, sunt muco obliti & ita asperi ac scabri. Plautus *Plenos*, vel ut alii volunt, *blennos*, vocat Curcul. a. 2 sc. 2 v. 39. *Scabros rubigine*, Ovidius 8 Metam. v. 802 & Petronius dixere, quamquam *fauces*, quam *dentes*, in Ovidio malint alii legere. Ergo levibus nitidisque opponuntur. Quibus efficiendis non pulverem tantum, sed limam etiam adhibebant; de quo ex Martiano Capella Casaubonus ad Suetonium observat. ¶ 2. *Pecus scabrum*, id est, scabiosum, räudig, apud Caton. cap. 96 de Re Rustica. *Oves scabræ*, Plaut. Trin. a. 2 sc. 2 v. 140. *Scabra rubigo*, Virg. 1 Georg. v. 495. Comparat. *scabrior.* Plin. lib. 33 cap. 6 [sect. 33] *lapis horridior scabriorque.*

¶ Scabritia, æ, & Scabrities, ēi, asperitas sordida, die schäbigkeit, krätze, räude; ut, *Scabritia genarum*, Plin. lib. 31 sub finem: *unguium*, Idem 28 cap. 9. Vtroque loco pluraliter *scabritias* Plinius dixit. *Scabrities linguæ*, Idem lib. 31 cap. 9.

¶ Scabres, ēi, idem. Virgilius in Ciri v. 249 ex emendatione Scaligeri:
Sordibus & scabre patiar tabescere tali.
Varro apud Nonium cap. 2 n. 761 *Ager derelinqueretur ac periret squale scabreque, illuvie & vastitudine.* Apulejus sub fin. 2 Florid. *Infandi morbi putredine in serpentium scabrem solutum.* Ita Vossius legit in Etymologico: Elmenhorstius *scabiem*, quod cum serpentis cute minus congruit.

¶ Scabrēdo, ĭnis, idem. Onomasticum vetus: *Scabredo*, τραχύτης. Vsus & Hieronymus in vita Hilarionis.

¶ Scabro, ōnis, ein krätzichter, räudichter, Lege 12 § ult. D. de Ædilitio edicto, qui illuvie laborat, nec os colluit. *Hircosi* enim ibi conjungitur. Sic Vossius Etymolog. & legit & interpretatur: vulgo editum *strabo*, quod minus congruens contextui. vid. Cujac. Observ. 2 c. 10. Sed

¶ Scabro, are, verbum, kratzen, scharren. Vnde superest

¶ Scabrātus, a, um, gekratzt. Columella lib. 4 cap. 24 extr. *Vitis laniata scabrataque*, quod ipse explicat, quando *asperis & inæqualibus plagis in præcidendo vitis laniatur & perfringitur.*

¶ Scabrōsus, a, um, rauh, holpricht, scharricht. Quidam apud Plinium lib. 20 cap. 21 legunt *angues scabrosos*: Harduinus autem *scabros.* Recentiores tamen eo utuntur. Theodulfus Aurelianensis lib. 1 Carm. v. 25 ex Sirmondi editione:
scabrosa per avia vecti.
Vegetius Veterinar. lib. 4 cap. 27 *Ossa scabrosa*, id est, scabra.

¶ Scabrĭdus, a, um, idem. Venant. Fortunatus lib. 2 carm. 10 v. 7
Scabrida nunc resonat mea lingua rubigine verba.

¶ Scabrum, i, substant. ex *Scaber*, die scharre, räude. Plin. 37 cap. 2 *Infestantur plurimis vitiis, scabro, ferragine*, &c.

Scabile, scabillum, scabinus, vide *Scamnum.*

SCĀBO, scābi, ĕre, (unde *Scaber* est, vel ab hoc *Scabo*; vide Vossii Etymolog.) est scalpere, schaben, krauen, kratzen; ut, *Scabere caput*: Horat. 1 sat. 10 v. 71 *& in versu faciendo*
Sæpe caput scaberet, vivos & roderet ungues.
Sed & mollium est, *caput scabere*, vide *Caput.* Sic, *Mutuum muli scabunt*: proverb. in improbos vicissim se mirantes & prædicantes. vide Chiliad.

¶ Scăbies, ēi, die krätze, räude. Juvenal. sat. 2 v. 79
grex totus in agris
Vnius scabie cadit, & porrigine porci.
Horatius de Arte poët. v. 417
Occupet extremum scabies: mihi turpe relinqui.
Fatale canum est malum: de cujus cura Plinius, & alii. vid. Barth. ad Script.

Script. Venat p. 129, 141 & 144. Sed *Scabies fera*, omnium difficillima eſt, quam ἀγρίαν Græci vocant. vide Celſ. lib. 5 cap. 28 n. 16. ¶ 2. Eleganter Horat. lib. 1 epiſt. 12 v. 14 *Scabiem* de lucri ſtudio & avaritia dixit, quæ ſemper pruritu ſive cupiditate aliqua habendi plura, ſcabiei inſtar, ſolicitat animum ac pungit:

Cum tu, inquit, *inter ſcabiem tantam & contagia lucri*
Nil parvum ſapias.

Similiter Auſonius epiſt. ad Symmach. Edyll. 11 *Hunc locum de ternario numero illico noſtra illa poëtica ſcabies cœpit exſculpere: Scabies*, id eſt, pruriens verſus componendi libido.

¶ Scăbĭtūdo, ĭnis, idem. Petronius Satyrico p. 116 *Omnem ſcabitudinem animo, tamquam bonarum artium magiſter, deleret ſine cicatrice.*

¶ Scăbĭōſus, a, um, qui ſcabie laborat, räudig, krätzig, gnätzig. Plin. 29 cap. 2 *Vtilius angulis ſcabioſis.* Perſius ſat. 2 v. 13

namque eſt ſcabioſus & acri Bile tumet.

¶ Scăbĭōſa, æ, ſubſt. herba, apoſtemkraut, Tabernæmont. p. 440.

¶ Scăbĭdus, a, um, idem quod *ſcabioſus*. Tertullianus de Anima c. 38 *Concupiſcentia oculis arbitris utitur* &c. *exinde ſcabida etiam in cæteras culpas.* Et proprie Marcell. Empir. cap. 8 *Scabidæ palpebræ.*

Scabratus, ſcabredo, ſcabres, ſcabritia, ſcabro, ſcabroſus, vide *Scaber*.

SCAEA, æ, Σκαιά, porta Trojana, in qua ſepulcrum fuit Laomedontis. Virg. 2 Æn. v. 612 *Hic Juno Scæas ſæviſſima portas*
Prima tenet.

conf. Silius 13 v. 73. Cur ita appellata, tres ſententias Euſtathius, Homeri interpres, affert; Nam vel a *Scæo* architecto; vel quod occidentem ſpectaret: nam græcis auguribus occidens a ſiniſtra eſt; vel quod ſiniſtra ſive infelix exſtiterit, cum durus ſive ligneus equus per eam inductus, unde exitium urbi extitit. Baldus in Lexico Vitruviano p. 104 non inepte conjecit ſic appellatam, quod ea porta non directa habuerit itinera. Vitruvius lib. 1 cap. 5 *Curandum maxime videtur, ut non facilis ſit aditus ad oppugnandum murum: ſed ita circumdandum ad loca præcipitia, & excogitandum, ut portarum itinera non ſint directa, ſed σκαιά.* In quibusdam codicibus pro græca voce, latina legitur, *Scæva*, id eſt, obliqua, ſiniſtra, læva.

¶ Scævus, a, um, adject. ex σκαιὸς Latini fecerunt, i. e. lævus, ſiniſter, obliquus, linckiſch, ſeitwärtig; ut, *manus ſcæva*, i. e. *ſiniſtra*: σκαιὸν enim Græcis *ſiniſtrum* eſt. ¶ 2. Sicuti autem *Siniſtrum* non raro *bonum* ac felix; ſæpius *malum* & improſperum notat, ita & *ſcævum* in utramque partem ſumitur. Varro de L. L. 6 cap. 5 *Scæva eſt ſiniſtra, quod, quæ ſiniſtra ſunt, bona auſpicia exiſtimantur. A quo dicuntur comitia, aliudve, quod ſit ave ſiniſtra, ſcæva.* Et mox: *quod dixi ſcævum, bonum omen eſt.* Et Feſtus: *Scævam vulgus quidem & in bona & in mala re vocat, cum ajunt bonam & malam ſcævam. At ſcriptores in mala ponere conſueverunt, ut apud Græcos invenitur poſitum pro ſiniſtro.* Hinc *bona ſcæva*, apud Plautum Sticho a. 5 ſc. 2 extrema, bonum auſpicium eſt: contra, *ſcævi ominis fœmina*, id eſt, mali ac infelicis, Apulejo Apolog. p. 543. Cauſſam contrariæ uſurpationis in una voce, vide infra in *Siniſter*. ¶ 3. Quemadmodum autem *ſiniſter* & *lævus* pro ſtulto, (de quo in ſuis locis vide;) ita & *ſcævi* vox accipiebatur. Gellius lib. 12 cap. 14 *Scævus profecto & cæcus animi forem*, &c.

¶ Scæva, æ, ſubſtant. maſc. qui ſiniſtrâ pro dextra utitur, der linckiſch iſt; ex quo diminutivum *Scævola*. Vtrumque nomen in cognomen abiit. Namque ad *Scævam* quemdam Horatii epiſt. 17 lib. 1 ſcripta eſt, ubi Torrentius obſervat, Juniorum & Caſſiorum cognominis illud fuiſſe. conf. Vlpian. Dig. lib. 21 t. 1 leg. 12 § 3, ubi *ſcævas* vocat, *ſi imbecillitate dextræ validius ſiniſtrâ utuntur.* Hinc

¶ Scævŏla, æ, diminut. *A ſcæva ſcævola appellatus*, inquit Varro L. L. 6 cap. 5. ¶ 2. Hinc Mutiorum cognomen, ſicuti *Lævinus* Brutorum, quod læva manu pro dextra uterentur. vid. Sigon. de Nomin. Rom. p. 1440. De SCAEVOLA, vel Mutio Scævola, nobili Romano, cui propter exuſtam dextram inditum nomen, vide Liv. lib. 2 cap. 12. ¶ 3. Fuit & alius *Scævola* JCtus, cujus aliquoties mentionem facit Tullius, qui & lib. 1 de Orat. cap. 39 *Juriſperitorum eloquentiſſimum* eum vocat.

¶ Scævĭtas, ātis, ſiniſteritas, perverſitas, die unglückſeligkeit; ut, *Artium ſcævitas*, perverſa abuſio liberalium artium ad vitia & pravos mores, apud Ammianum lib. 30 cap. 12, qui exemplum illorum dat, qui eloquentiâ judicem corrumpunt. Et Apul. Met. lib. 9 p. 221 *En indignæ rei ſcævitatem, quam plerique inſontes periclitantur homines!*

¶ Obſcævo, are, eſt contraria ſive adverſa, i. e. infelicia ominari, dum inauſpicatis vocibus utimur. Græci id δυσφημεῖν dicunt: cui contrarium εὐφημεῖν, bene ominari. Plautus Aſinariâ a. 2 ſc. 1 v. ult. *Metuo, quod illic obſcævavit meæ falſæ fallaciæ*, i. e. *malam ſcævam*, ſive *malum omen obtulit.*

SCĀLA, æ, & plur. Scalæ, arum, a *ſcandendo* appellatæ ſunt, quæ vel gradibus pluribus, vel ligneis teretibus, aut funibus conſtant, die ſtiegen, leitern, treppen; ut, *Applicare ſcalas parieti* vel *muro*, leitern anlegen oder anwerffen, Livius lib. 26 cap. 44. *Conjicere ſe ſub ſcalas*, Cic. in Philipp. 2 cap. 9. *Scalis adſcendere* vel *transſcendere muros*, Virg. Æn 9 v. 507; & Sil. 13 v. 112, die mauern erſteigen. *Induerat ſcalas* &c. Ovid. Met. 14 v. 650. Vet. Gloſſ. *Scalæ*, κλίμακες. Aliæ: κλίμαξ, *Scala*. Κατ' ἐξοχὴν de *Gemoniis ſcalis* ſumitur, (de quibus ſupra in G) quo affectorum ſupplicio corpora ſolebant abjici. Notat Caſaub. ad Sueton. p. 221 D.

¶ Scālāris, e, wie eine treppe. Vitruvius lib. 10 cap. 13 *Regulæ ſcalari forma compactæ.*

¶ Scalārium, i, eine ſtiege, leiter. Gloſſ. gr. lat. κλιμακιών, *ſcalarium*. *Scalaria* ſunt ſcalares viæ, per quas adſcendebant inter theatri cuneos, & deſcendebant, apud Vitruvium lib. 5 cap. 6. vide Lipſium de Amphitheatro cap. 13.

SCALDE, es, Σκάλδη, aliis *Scaldis*: Galliæ Belgicæ fluvius, die Schelde. vid. Plin. 4 cap. 13.

Scali, piſces, vide infra *Squalus*.

SCALMVS, i, σκαλμὸς, lignum in navi teres, cui nautæ remos loro alligant; vel lignum feneſtratum in apſidem, cui remus immittitur, ut facilius & ſolidius impellatur, das bret, daran man die ruder bindet, ein ruder-ring. Sic, *Navicula duorum ſcalmorum*, Cicer. lib. 1 de Orat. cap. 38. Et, *quatuor ſcalmorum navis*, Vellej. 2, 43, 1. ¶ 2. Pro lintre ſive parvo navigio, ein kähnlein: Cic. Off. 3 cap. 14 *Scalmum nullum videt.* De cymbis ibi loquitur. vid. Not. Rachel.

¶ Decemſcalmus, a, um, adject. decem ſcalmos habens; ut, *actuariola decemſcalma*, quæ tot ſcalmis agi poſſunt, Cic. ad Att. 16 epiſt. 3.

¶ Interſcalmium, i, ſpatium illud, quod eſt ſeu inter remiges, ſeu inter ſcalmum & ſcalmum, der raum zwiſchen den ruderknechten. Vſus eſt hac voce Vitruvius lib. 1 cap. 2, & alibi.

SCALPO, pſi, ptum, pĕre, quod unguibus fit, & pedibus a gallinis, kratzen, ſcharren; ut, *Caput digito ſcalpere*, Juvenal. ſatyr. 9 v. 133. *Ne ad aures quidem ſcalpendas otium eſt*, de vehementer occupato, Luciani eſt, vide Chiliad. Sic, *Scalpere terram unguibus*, Horat. 1 ſat. 8 v. 26. *Scalpere morſu*, Colum. 7 cap. 5. ¶ 2. *Scalpere gemmam*, einen edelgeſtein graben, ſtechen, ſchneiden, non *ſculpere*, auctore Diomede. Horat. 3 od. 11 v. ult. *Noſtri memorem ſepulcro Scalpe querelam.* Et Cic. de N. D. 2 cap. 60 *Ad ſcalpendum apta manus.*

¶ Scalptus, a, um, gegraben, geſtochen. Cic. 4 Acad. cap. 31 *E ſaxo ſcalptus*, alii *ſculptus*. Et Horat. 2 ſat. 3 v. 22 *Infabre ſcalptum aut fuſum durius.*

¶ Scalptor, ōris, ein ſteinſchneider, kupfferſtecher, Plin. 37 cap. 4.

¶ Scalptōrium, i, inſtrumentum, manui ſimile, quo ſcapulæ prurientes fricantur, ein kratzer, Martial. 14 epigr. 83.

¶ Scalptūra, æ, das formſchneiden, das ausgraben, Plin. 37 cap. 7, & Vitruvius lib. 4 cap. 1 extr.

¶ Scalptūro, are, ſcalpturis ornare, mit ſchnitzwerck zieren; Vnde

¶ Scalpturātus, a, um, von gegrabener oder geſtochener arbeit; ut, *pavimentum ſcalpturatum*, id eſt, variis ſcalpturis elegans factum, apud Plin. 36 cap. 25.

¶ Scalper, pri, ein kneiff, grabeiſen, ſchroteiſen, ausſtecher, meiſſel. Celſus 8 cap. 3 *Scalper exciſorius.*

¶ Scalprum, i, quo diverſo diverſi artifices utuntur, idem; ut, *Scalprum librarium*, Sueton. Vitellio cap. 2, ubi vide Caſaubon. ein radier- oder federmeſſer. *Scalprum ſutorium*, ein ſchuſterkneiff, apud Horat. 2 ſat. 3 v. 104, & cerdonum ferunt, ſcilicet, quo raditur corium, *Scalprum*. ¶ 2. Et *Scalprum* inſtrumentum chirurgicum, quod & *Scalper*, ein laß-eiſen; lanceola ſeu ſcalpellum potius.

¶ Scalpellus, & Scalpellum, i, diminutivum, ein meſſerlein; ut, *Scalpello transverſam lineam incidere*, Celſus lib. 7 cap. 7. *Si nervum ſcalpellus attigit*, Idem 2 cap. 10. conf. lib. 6 cap 6, & 7 cap. 19. Et Cic. pro Sext. cap. 65 *Cum ſanæ parti corporis ſcalpellum adhibetur.*

¶ Scalprātus, a, um, wie ein kneiff oder ſchrotmeſſer gemacht; ut, *Scalpratum ferramentum*, in modum ſcalpri formatum, apud Columell. 9 cap. 15.

¶ Scalpŭrio, īre, ſcharren, kratzen. Plaut. Aulul. a. 3 ſc. 4 v. 8 *Occœpit ibi ſcalpurire ungulis circum circa.* conf. Nonius c. 2 n. 789. Glandorpius *Scalpturire* legit. vid. Not. ad Cic. 4 fam. epiſt. 5. *Scalpturio* etiam eſt in Onomaſtico veteri, & exponitur καταχνάω.

¶ Scalpŭrīgo, ĭnis, fœm. pruritus, ſive appetitus voluptatis ex ſcalpendo ſeu ſcabendo, das jucken. Solinus cap. 32 de Ægypto: *Trochilos avis os belluæ paullatim ſcalpit, & ſenſim ſcalpurigine blandiente aditum ſibi in usque fauces facit.* Videmus ergo, *Scalpurire* hujus verbi originem proximam eſſe, de quo vide Salmaſ. in h. l. p. 316. Quidam legunt *ſcalpturigine*, quod vero minus ſe probat Salmaſio.

¶ Auriſcalpium, Dentiſcalpium, vide ſuis locis in *Auris* & *Dens*.

¶ Adſcalpo, ĕre: Apulejus Metam. lib. 6 p. 176 *adſcalpens aurem dexteram*, an ohren kratzen.

¶ Circumſcalpo, ĕre, umher bekratzen; ut, *Dentes radice circumſcalpti*, Plinius lib. 20 cap. 5, geſauberte zähne, &c.

¶ Exſcalpo, ĕre, auskratzen. Cato R. R. cap. 18 *Foramina exſcalpta digitos ſex.* Et Quintil. lib. 3 *Exſcalpere ſignum ex lapide.*

SCĂMANDER, ſive Scamandrus, dri, Hectoris & Andromaches filius apud Homerum lib. 5 Iliad. ¶ 2. Fluvius Trojæ ex Ida monte deſcendens. Catull. carm. 65 v. 353 *Vnda Scamandri.* Et Horat. epod. 13 v. 14 *Scamandri flumina.*

¶ Scamandria, æ, urbs Troadis parva, Plin. 4 cap. 30.

SCAMBVS, a, um, ex græco σκαμβὸς, qui pravis curvisque pedibus eſt, krumbeinicht. Sueton. Othone cap. ult. *Fuiſſe traditur & modicæ ſtaturæ & male pedatus ſcambusque.* Vet. Gloſſator: σκαμβὸς, *Scaurus, Valgus.* Idem: σκαμβὸς, *Curvus.*

¶ Scambōſus, a, um, idem, apud Vegetium in Mulomedic.

Scamellum, ſcamillus, vide mox in *Scamnum*.

SCAMMA, ătis, σκάμμα, deſcriptum in ſtadiis, lineis, ſeu foſſa definitum certamini ſpatium, quos fines tranſilire integrum haud erat, der kampffplatz, die rennbahne. Hinc *de ſcammate egredi* eſt, a propoſito digredi: B. Hieronymus epiſt. 61 cap. 5 ad Pammachium adverſus Johannis Hieroſolymitani errores ſcribens: *Quid ergo iſta quærantur? cur tu omiſſis, ſuper quibus pugna eſt, de ſcammate & loco certaminis egrediens, in peregrinis & longe alienis diſputationibus immoraris?* B. Ambroſius lib. de Heliâ & Jejunio cap. 13 *In ſcammate ſi quis ſe manu levat, exſors quidem palmæ, ſed immunis injuriæ eſt.* conf. & Ambroſ. 1 Offic. cap. 16. Vet. Gloſſ. σκάμμα, *Foſſum*. Plura Petrus Faber in Agoniſtico, & Octavius Falconerius in Inſcriptionibus Athleticis. ¶ 2. Interdum pro ipſo certamine athletico ponitur, der kampff. Hinc tranſlate Tertull. ad Martyras cap. 3 *Epiſtates veſter vos ſpiritu unxit, & ad hoc ſcamma produxit.*

SCAMMŌNĒA, & Scammonia, æ, σκαμμωνία, planta peregrina, purgier-kraut. Cic. de Divinat 1 cap. 10 *Quid ſcammonea radix ad purgandum poſſit.* Adde Caton. de R. R. cap. 157. Celſ. 5 cap. 6. Plin. 24 cap. 15; & 26 cap. 8; & 27 cap. 9. Dioſcor. 4 cap. 171.

¶ Scammōnium, i, ſuccus radicis ſcammoneæ, cujus in evacuationibus uſus eſt, purgier-ſafft, Plin. 24 cap. 15.

¶ Scammonītes, æ, idem, apud Plin. 14 cap. 16, & Dioſcor. 5 cap 83.

SCAMNVM, i, a *ſcandendo* eſt, ein ſtuhl, eine banck. *Scamna* autem ſunt, in quæ per gradus aſcenditur; *Scabella*, in quæ unâ ſcanſione

aſcendi-

ascendimus. Varro 4 de L. L. cap. 35 *Quia simplici scansione scandebant in lectum non altum, SCABELLVM: in altiorem SCAMNVM. Duplicata scansio GRADVS dicitur.* Vet. Gloss. *Scamnum*, βάθρον. Ovidius lib. 6 Fastor. v. 305

Ante focos olim scamnis considere longis
Mos erat, &c. id est, subselliis.

¶ 2. Et *Scamnum* inter duos sulcos terra est elatior, das aus- und aufgeworffene erdreich zwischen zweyen furchen. vid. Plin. lib. 18 cap. 29, & Columell. lib. 2 cap. 2.

¶ Scamnellum, vel Scămellum, i, diminut. a *Scamnum*, ein bäncklein, tritt, schemmel, fußschemmel, apud Priscianum lib. 3 p. 615; ubi & hæc Apuleji verba: *Infirma scamnellorum obice fulta fores.*

¶ Scămillus, i, aliud diminutivum, a *scamno*, apud Vitruvium lib. 3 cap. ult. & lib. 5 cap. 9. Sed quid *Scamilli* ibi sint, non convenit inter interpretes. Peculiari autem libello exposuit Bernardinus Baldus, quem Marco Welsero dedicavit: eum itaque vide, & Turneb. 2 cap. 2.

¶ Scăbellum, sive Scabillum, i, aliud diminut. ein niedrig bäncklein, ein fußtritt. Vet. Gloss. *Scabillum*, ὑποπόδιον. Repete modo dicta in *Scamnum* ex Varrone, & adde Quintil. 1 cap. 4 *Nec miretur puer, cur ex scamno fiat scabellum.* Sic Cato R. R. cap. 10 *Scamnum in cubiculo unum, scabilla tria.* Aliqui legunt *scabilia*. ¶ 2. *Scabellum*, sive *Scabillum*, ut Arnobius lib. 2 p. 73 vocat, crotalum seu crepitaculi genus denotat, quo vel cum musicis organis, vel illorum inopiâ solo utebantur, ein klapperspiel. Cic. pro Cœl. c. 27 *Scabilla concrepant, aulaum tollitur.* Et Sueton. in Caligula c. 54 *Repente magno tibiarum & scabellorum crepitu cum palma tunicaque talari prohibuit.* Vide Scaligeri Animadvers. in Chronic. Eusebii p. 156, præcipue in Copam Virgilian. itemque Casaubonum ad allegatum locum Suetonii. conf. Augustin. ex Patei Lex Crit. p. 1120.

¶ Scăbīnus, i, senator, juratus, judex sive assessor judicis, ein banckrichter, schultheiß, schöpp oder beysitzer im gericht: JCti.

¶ Scamnātus, a, um, in scamna divisus, banckweise getheilt; ut, *Ager scamnatus*, Frontin. de Colon. p. 333, & Aggen. Vrbic. in Frontin. p. 289, edit. Gœs. p. 46.

SCANDĂLVM, i, σκάνδαλον, ein anstoß, ärgerniß; vox græcæ originis, vulgato bibliorum interpreti, & scriptoribus ecclesiasticis usurpata; Quidam in profanis græcis auctoribus in usu fuisse volunt: verum id Vorstius de Græcismis N. T. part. 1 p. 87 in medio relinquit. Sed quoquo jure ac conditione apud Græcos est, ad elegantiam latinam, cum derivatis, transferenda non est. Tertull. de Virgin veland. c. 3 *Scandalum non bonæ rei, sed malæ exemplum est, ædificans ad delictum.* conf. adv. Judæos cap. 14; & adv. Marc. 3 cap. 1.

¶ Scandălīzo, are, σκανδαλίζειν, ärgern, anstoß geben. Idem Tertull. de Virgin. veland. cap. 3 *Bonæ res neminem scandalizant, nisi malam mentem*, &c. conf. de Idolol. c. 7; & de Coron. Mil. c. 14; & Vulg. Matth. cap. 5 v. 29.

¶ Scandalizātus, a, um, geärgert. Iterum Tertull. 5 adv. Marc. cap. 18 *Nequitiæ angelorum scandalizatorum in filias hominum.*

SCANDIA, æ, insula in oceano septemtrionali, quæ & *Scandinia* & *Scandinavia*, Schonen, dicitur, Plin. 4 cap. 13 & 16.

¶ Scandiānus, a, um, adject. ut, *Scandiana mala*, Columell. 5 cap. 10. Sed, *Scantianæ uvæ*, & *poma Scantiana*, Cato R R. cap. 7; a *Scantio* inventore. conf. Plin. 14 cap. 4; & 15 cap. 14.

SCANDIX, īcis, σκάνδιξ, olus agreste Dioscoridi, & Plinio 21 cap. 15, nadelkraut, nadelmöhren.

SCANDO, di, sum, dĕre, in altum ingredi, steigen; ut, *Scandere in aggerem*, Livius lib. 3 cap. 67 extr. *Scandere in subrectum, felium modo*, wie die katzen klettern, Plin. lib. 10 cap. 18. *Scandite muros*, Virg. Æn. 9 v. 37. *Scandere equum*, Idem Æn. 2 v. 401. *In navigando cum alii malos scandant*, Cic. de Senect. cap. 6.

¶ Scansilis, e, quod facile conscenditur, gut zu steigen, oder steigend. Plin. 17 cap. 11 *Ficum sic scansilem fieri.* Idem lib. 7 cap. 49 *Scansili annorum lege, quam climacteras appellant.* Hinc dicimus annos *scansiles*, qui græce *climacteri* sunt, stuffen-jahre.

¶ Scansio, ōnis, adscensio vel descensio per gradus, die steigung; ut, *Sonorum scansiones* Vitruvius dixit lib. 6 cap. 1. ¶ 2. *Scansio versûs*, enumeratio est pedum, apud Grammaticos.

¶ Scansor, ōris, ein steiger. In Vet. Gloss. καλατρωτής, *Scansor*, id est, strator, qui equum, ut inscendatur, parat.

¶ Scansōrius, a, um, zum steigen dienlich; ut, *Scansoria machina*, Vitruvius lib. 10 cap. 1.

¶ Scandulāca, æ, apud Festum herba frugibus inimica; necat enim scandendo & ampliando; *Convolvulum* vocant, vide *Helxine*.

¶ Scandúla, æ, plural. Scandulæ, tabellæ ligneæ sunt, tegularum vicem præstantes, schindeln, apud Vitruvium 2 cap. 1, & Plinium lib. 16 c. 10. Sed eas non a *scandendo*, sed *scindendo* Isidorus 17 cap. 3 deducit. Vide Bernardini Baldi Lexicon Vitruvianum, & infra *Scindula*. Scandulis Romam per annos 470 contectam, ex Nepote in Fragment. 10 n. 4 constat. Inde

¶ Scandŭlāris, e, von schindeln; ut, *scandulare tectum*, Apul. Met. lib. 3.

¶ Scandulārius, i, qui scandulis tegit, in L. ult. D. de jure immunitat. ein dachdecker. Composita:

¶ Adscendo, vel Ascendo, ĕre, hinauf steigen; ut, *Adscendere equum* & *in equum*, apud Livium lib. 23 cap. 14. *Adscendere navem*, Terent. Adelph. a. 4 sc. 5 v. 69; & *in navem*, Nepos Themistocle cap. 8 n. 6, ubi MS. *escendere*, de quo postea. *Ascendere concionem*, auftreten zu reden, Cicer. ad Atticum 4 epist. 2. *Ascendere ad honores*, Cic. in Bruto cap. 58, hoch hinan zu ehren kommen. Et, *ascendere gradum dignitatis*: ut, *Ascendere altiorem gradum*, Cicer. 2 Offic. c. 18. *A minoribus ad majora*, Idem Partit. Orat. cap. 4; & *Ad gradum amicitiæ*, Curt. 7, 1, 28.

¶ Ascensus, vel Adscensus, ûs, subst. die aufsteigung, die auffahrt; ut, *Aditu atque ascensu templi aliquem repellere*, Cic. pro Domo sua c. 21. *Hosti aditum adscensumque difficilem præbere*, Livius lib. 25 cap. 36. Idem lib. 27 c. 18 *donec mollioris adscensûs viam inveniret.* Et plural. Idem lib. 36 cap. 24 *scalis adscensus tentant.*

¶ Ascénsio, vel Adscensio, ōnis, idem. Cic. de Clar. Orat. cap. 36 *Quorum* [oratorum] *quæ fuerit ascensio, & quam in omnibus rebus difficilis perfectio, ex eo, quod dicam, existimari potest.* Ita doctissimus quisque pro vulgato *assensio*, ex MSS. legit. vide Gruteri & Lambini annotationes.

¶ Ascensor, sive Adscensor, ōris, qui ascendit, ein aufsteiger, auffahrer. Hieronymus extremo lib. 1 contra Rufin. *Ascensor montis dominici.* Et Theodolfus lib. 2 Carm. v. 331 ad Christum:

Tu pius adscensor, tuus & nos simus asellus,
Tecum nos capiat urbs veneranda Dei.

Historiam diei palmarum persequitur.

¶ Ascensĭbĭlis, e, zum aufsteigen bequem. Cœl. Aurel. Tard. 3 cap. 1 *Ascensibili itinere gradiantur.*

¶ Inascensus, a, um, unbestiegen; *Inascensus locus*, Plin. Paneg. cap. 65.

¶ Conscendo, ĕre, besteigen, aufsitzen; ut, *Conscendere equum*, Liv. lib. 29 cap. 2, & Curt. lib. 10 cap. 8 n. 4. ¶ 2. Proprie de illis dicitur, qui navem ingrediuntur: ut, si quis dicat, *ille conscendit*: in navem conscendisse intelligatur. Cic. 2 ad Quint. fratr. epist. 6 *Erat autem iturus ad III Idus Aprilis, ut aut Labrone aut Pisis conscenderet.* Petronius: *Voluerunt enim, antequam conscenderent, exonerare capita*, &c. Ovid. 1 Trist. eleg. 2 v. 41

Dî bene, quod non sum mecum conscendere passus.

Plenum est, *navem conscendere*, Cæsar lib. 3 de B. C. cap. 6, & Nepos Hannibale cap. 8 n. 6.

¶ Conscensio, ōnis, die besteigung, aufsitzung; ut, *Conscensio in naves cum fugâ*, Cic. 1 Divin. cap. 32.

¶ Descendo, di, sum, dĕre, e loco superiore in inferiorem ire, herab steigen, absahren; ut, *Descendere equo* vel *ex equo*, absitzen, Liv. lib. 2 c. 20. ¶ 2. Sed, *Descendere in aciem, in prælium, in campum, in forum*, est quasi e loco tuto in locum discriminis transire, vide Vall. lib. 5 cap. 36; v. g. Horat. 3 od. 1 v. 11 *Descendat in campum petitor.* ¶ 3. *In conditionem alicujus descendere*, in eines vorschlag willigen, eleganter dixit Cœlius ad Cicer. 7 fam. epist. 8. Et, *Descendere in caussam*, Cic. 8 ad Att. epist. 1, sich einlassen in eine sache. *Descendere ad extrema*, Pollio ad Cic. lib. 11 fam. epist. 1, & lib. 10 epist. 32, es vollends dran setzen. ¶ 4. *In se descendere*, Persius dixit sat. 4 v. 23

Vt nemo in sese tentat descendere, nemo, &c.

in seinen eigenen busen riechen. Idem alibi *Secum habitare* dixit. ¶ 5. Transfertur & ad navigationem, & est secundo flumine navigare, hinabwerts schiffen. Suetonius Tiberio cap. 10 extr. *Relictis Romæ uxore & filio, confestim Ostiam descendit.* ¶* Quia plerique procerum habitabant in collibus, & fora essent humiliora, dicebantur Romæ *descendere*, cum prodirent in publicum, licet non habitarent in editioribus urbis locis, sich hinunter begeben. Sueton. Jul. cap. 13 *Cum mane ad comitia descenderet, prædixisse matri osculanti fertur.* Cic. 2 Verr. cap. 38 *Postridie mane descendit, Agethinum ad se vocat.* Et 2 Philipp. cap. 6 *Hodie non descendit Antonius.* Grævius.

¶ Descensus, ûs, substant. die abfahrt, hinuntersteigung. Plin. lib. 16 cap. 26 *ipso descensu Jovis speluncæ.* Virg. Æn. 6 v. 126 *Facilis descensus averni.*

¶ Descensio, ōnis, idem. Plin. lib. 20 cap. 17 *in descensione balinearum*, wenn man ins bad gehet.

¶ Escendo, ĕre, pro *ascendere* sæpius veteres & classici auctores usurparunt: sed quod plerisque in locis immutatum fuit. Id tamen ex MStis libris Gruterus & alii docti viri iis restituerunt, v. g. Livio lib. 8 cap. 10, & lib. 29 cap. 11, ubi Gronovium consulas, & in Notis ad lib. 8 cap 17; & Nepoti in Themist. cap. 8 n. 6, ubi J. A. Bosii observationem licet relegere.

¶ Exscendo, ĕre, aussteigen. Liv. 29 cap. 9 *Legati Asiam petentes cum exscendissent.*

¶ Exscensus, ûs, subst. die aussteigung, landung. Livius lib. 22 c. 20 *Exscensu e navibus in terram facto.* Ita Gruterus: at Gronovius, *exscensione ab navibus in terram facta.*

¶ Exscensio, ōnis, idem. Livius 28 cap. 8 *Ad Erythras Ætolorum exscensionem fecit.* Idem lib. 27 cap. 29 *Ad Clupeam urbem exscensione facta.*

¶ Inscendo, ĕre, idem propemodum quod *adscendere* est, hinein steigen; ut, *Inscendere in currum*, Plaut. Menæch. a. 5 sc. 1 v. 110; *in lectum*, Idem Asinar. a. 4 sc. 1 v. 31. Et absolute *Inscendo*, pro *navem inscendo*, Idem Milite Glor. a. 2 sc. 1 v. 38. Gell. lib. 5 cap. 2 de Alexandri Bucephalo: *Haud unquam se ab alio inscendi, nisi a rege, passus est.*

¶ Inscensus, ûs, subst. die einfahrt, einsteigung; ut, *Equarum inscensus*, Apul. Met. lib. 7.

¶ Inscensio, ōnis, idem; ut, *in navem inscensio*, Plaut. Rud. a. 2 sc. 6 v. 19.

¶ Superscando, ĕre, & Superscendĕre, drüber steigen. Livius lib. 7 cap. 36 pr. *Superscandens vigilum strata somno corpora miles offenso scuto præbuit sonitum*, er ist ihnen auf den hals gestiegen. Columella lib. 11 cap. 3 p. 388 *Sepem superscendant sentes.*

¶ Suprascando, ĕre, idem. Liv. 1 cap. 32 *cum fines suprascandit.*

¶ Transcendo, ĕre, hinüber setzen, steigen; ut, *Transcendere Alpes*, Cic. 4 Catil. c. 3 fin. Et, *Ab asinis ad boves transcendere*, proverbialiter Plautus dixit in Aulul. a. 2 sc. 2 v. 58, pro, conditionem malam cum meliore commutare, sich verbessern; ut contra, *Ab equis ad asinos transire* dicitur, vide Chiliadas. ¶ 2. Aliquando *transcendere*, transfretare, trajicere est, überfahren, quemadmodum transire, & transgredi sumi solent. Livius 28 cap. 42 *Cum Asdrubal in Italiam transcendit.*

SCĂPHA, æ, σκάφη, lembus, navicula, linter, quæ navim majorem sequitur, eine barcke, ein beyschifflein, ein kahn, a σκάπτειν, *fodere*; ut, *Conscendere in scapham*, Auctor ad Herenn. 1 cap. 11. *Excipere in scaphas*, Livius 25 cap. 3. *Scapha biremis*, Horatius 3 ode 29 extr. vid. Nonius cap. 13 n. 11.

¶ Scăphe, es, vas concavum, seu oblongum illud sit, seu rotundum & ad hemisphærii formam paratum, ein becken. Vitruvius 9 cap. 9 de horolo-

horologii specie: *Scaphen sive hemisphærium Aristarchus Samius invenisse dicitur.*

¶ Scăphus, i, σκάφος, rei cujusvis cavitas, alveus, imus venter, der boden, das hohle eines dinges. Vitruvius l. c. *Æqualiter per id cavum influens aqua sublevat scaphum inversum.*

¶ Scăphula, æ, diminutivum, parva scapha, ein kählein. Vegetius lib. 3 de Re Milit. cap. 7 *Repertum est, ut monoxylos, hoc est, paullo latiores scaphulas ex singulis trabibus excavatas pro genere ligni & subtilitate levissima, carpentis secum portet exercitus.* Paulinus Nolanus epist. 49 [al. 36] cap. 1 *Nautæ exterriti scaphulam demiserunt.*

¶ Scăphium, i, diminut. græcum, σκαφίον, vasculum excavatum, eine gelte. Sic de matula, in quam venter exoneratur, ein kammer-geschirr, schirbel, Vlpianus Lege 27 § penult. Dig. de Auro, argento, mundo &c. *Ventris caussâ habita scaphia.* Et Martialis lib. 11 epigr. 12 *scaphium mœchæ.* ¶ 2. Plauto vero poculi genus est, ein trinck-geschirr, in Stich. a. 5 sc. 4 v. 11 *Quibus divitiæ domi sunt, scaphio, cantharis bibunt,* &c. ¶ 3. Sed in hoc versu Juvenalis satyr. 6 v. 263

Et ride, scaphium positis cum sumitur armis,

Erasmus ligonem intelligit, eine schauffel, a σκάπτω.

¶ Scaphismus, i, Persarum horribilissimum supplicium, quo sontes in scaphis cibo & potu, muscis & vermibus ad necem cruciabantur; describitur a Drexelio in Prodromo mortis cap. 1 § 24 p. 130 & 131. Vide & Anton. Gallonium de Martyribus cap. 1 pag. 21, & Cœl. Rhodigin. lib. 10 Antiq. Lect. cap. 5.

¶ Scaphārius, i, qui scaphis negotiatur. Gruter. Inscript. p. 158 *Scapharii, qui Juliæ Romulæ negotiantur*, i. e. Hispali. Adde Reines. class. 3 n. 26.

SCAPTENSŬLA, æ, fœm. Lucret. lib. 6 v. 810 locus est Macedoniæ, in quo metallum foditur, eine ertz-grube. Nomen ipsum a σκάπτω, & *insula* compositum videtur. Significat enim insula locum quemcunque ab aliis sejunctum, vide Festum. Sed Stephano Byzantio *Scaptesyle*, Σκαπτησύλη, oppidum Thraciæ est, e regione Thasi.

SCĂPŬLA, æ, humerus, das schulterblat. Terent. in Phorm. a. 1 sc. 2 v. 26 *Seni fidelis dum sum, scapulas perdidi*, fühle keine schulter mehr. Plaut. in Asinar. a. 2 sc. 2 v. 49 *Scapulæ gestibant mihi*, die haut juckte mich. Idem eâdem fab. a. 3 sc. 2 v. 7 *Qui sæpe ante in nostras scapulas cicatrices indiderunt.* ¶ 2. Tralate *Scapulæ montium*, apud Tertullian. de Pallio cap. 2, sicut *dorsum* de montibus alibi dicitur.

¶ Scăpŭlāris, e, ad scapulas pertinens; ut, *Scapularis vestis*, quæ scapulas tantum contegit, so nur biß über die schultern gehet.

¶ Scăpilium, i, idem quod *Scapula*, sed vetus est. Hinc

¶ Interscapilium, i, quod inter scapulas quasi vallicula est, die grube zwischen beyden schultern. Apulejus lib. 2 Florid. p. 350 *Cum interscapilium crates retexisset, quod erat aucto gibbere.*

¶ Descapulātus, a, um, cui tunica demissa est à scapulis, um den der mantel herum hängt, In Senecæ epist. 115, ubi Lipsius habet *Juvenes de capsula totos*, Scaliger *descapulatos* legit, eosque accipit

Effluit effusô quîs toga laxa sinu.

SCĀPUS, i, σκηπός; proprie herbarum, & florum caulis *scapus* est, ein stiel, halm oder stengel. Plinius lib. 18 cap. 10 *Inventus est jam & scapus unus centum fabis amictus.* Apud Columellam, *Scapus asphodeli*, lib. 9 cap. 4; &, *Albuci cubitalis*, Plin. lib. 21 cap 17. ¶ 2. Hinc ob similitudinem ad alia etiam transfertur. Nam & *Columnarum scapos* Vitruvius habet lib. 3 cap. 2. *Scapus* autem in columnâ, est inter capitulum & basim truncus, ut recte Budæus explicat, die gerade säule zwischen dem fuß und capital. Idem Vitruvius, *Scapos candelabrorum*, & *scapos portarum* seu *ostiorum*: item, *Scapos scalarum* dicit. Vide Baldi Lexicon Vitruvianum in *Scapus* & *Replum.* ¶ 3. *Scapus chartarum* aut papyri, rama sive tomus est, ein buch papier, Plin. lib. 13 cap. 12. ¶ 4. *Scapus* textorum instrumentum, die rolle, darauf das garn gespuhlt wird: Lucret. lib. 5 v. 1352

fusi radii scapique sonantes.

Vide Salmasium ad Vopiscum & supra in *Charta.*

¶ Grandiscapius, vide supra *Grandis.*

SCĂRĂBÆUS, i, σκαράβαιος, insectum aliquot generum, ein käfer. Sic, *Scarabæi tauri* vel *lucani*, schröter oder hörnichte käfer. *Scarabæi virides*, grüne käfer. *Scarabæi pilularii*, qui e fimo ingentes pilas aversis pedibus volutant, roßkäfer. vid. Plin. lib. 11 cap. 28. Idem lib. 30 cap. 3 prodit, quod Ægyptii scarabæos inter numina colant, curiosa Apionis interpretatione, qua colligit, solis operum similitudinem huic animali inesse. Et *spirantem solis imaginem* Ægyptios scarabæos vocasse, testatur Porphyrius apud Eusebium de Præparat. Evangel. 3 cap. 4. Auson. epigr. 70 v. 10

Non caper, aut aries, sed scarabæus erit.

SCĀRĬFĬCO, are, aperire scalpello, ut facilius sanguis vel aliud aliquid exeat, behacken, schrepffen, köpffe setzen; à σκάριφος, *stylus, scalpellus.* Vnde Vossius de Vit. L. L. 4 cap. 24 censet, rectius fore *scarifare*, quam *scarificare.* Plin. 28 cap. 11 *Scarificare dolorem*, i. e. scarificando expellere. Cato cap. 52 *Radicem scarificato.*

¶ Scarificātus, a, um, behackt, geschrepfft. Plinius lib. 32 cap. 7 *Dentium dolores sedantur scarificatis gingivis.*

¶ Scarificatio, ōnis, apertio illa, quæ tenui fit vulnere in cute, ut sanguis exeat, das schrepffen. Columella lib. 6 cap. 12 *Scarificatio ferro facta.*

¶ Circumscārĭfĭco, are, umher einschneiden und öffnen, apud Plin. lib. 22 cap. 23; *Pedum*, inquit, *clavos circumscarificatos ferro, mixtum ceræ extrahit.*

¶ Scarifio, ĕri, pro *scarificari*, singulare est Scribonii Largi Compositione 262 *Lumbi leniter ante scarifiant.*

SCARIOLA, æ, vel *Seriola* potius, hoc est, *Seris angustifolia* vel *parva*, est enim *intybi* species, quæ σέρις Græcis dicitur, eine art endivien, Matthiolus wintergrün.

SCĂRUS, i, σκάρος, piscis marinus est saxatilis, squamis magnis tenuibus, colore cœruleo nigrescente, similis *sargo*, solus vocalis esse dicitur, eine art einer blaulichten meerbrasmen, Gesnerus. Primam syllabam Ovidius, Horatius, Petronius, Martialis corripuere; v. g. Ovidius Halieut. v. 9

Sic & scarus arte sub undis Incidit, &c.

Ennius vero produxit, apud Apulej. Apolog. *Scarum præterii cerebrum Jovis pæne supremi.* Principatum inter pisces ei tribuit Plinius 9 cap. 17, *Nunc*, inquit, *scaro datur principatus.* Et lib. 32 cap. ult. *Scarus principalis hodie.*

¶ Scărītes, æ, gemma, scari effigie aut colore, Plin. 37 cap. 11.

¶ Scărīzo, are, σκαρίζω, i. e. *salio, palpito.* Irenæi Interpres 1 cap. 22 *Quasi vermiculus scarizaret.*

SCĂTEO, ui, ēre, ebullire & exsilire præ abundantia, quellen, voll seyn, übergehen. *Scatere* dicuntur *fontes*, Cic. 1 Tuscul. cap. 28. Et Plin. lib. 23 cap. 13 *Scatet urtica plurimis remediis*, id est, abundat. Horat. 3 od. 27 v. 26 *Pontus scatens belluis.* Gell. 1 cap. 17 *Irarum molestiarumque scatere.* conf. Parei Lex. Crit. p. 1122.

¶ Scăto, ĕre, idem quod *scateo*, apud Lucretium 5 v. 597 & 950; & lib. 6 v. 896.

¶ Scătebra, æ, ebullitio, eine quelle; ut, *Fontium scatebræ*, brunnquellen, Plin. 5 cap. 1. Virg. 1 Georg. v. 110

scatebris arentia temperat arva.

¶ Scătūrio, īre, idem quod *scatere*, entspringen, herfür quellen; ut, *Ventris vermiculos scaturientes*, Phaleucus est, sumtus fere ex Priapeo 46. Columella lib. 3 cap. 1 *Solum, quod fontibus in profundo terræ scaturit.*

¶ Scătūrīgo, ĭnis, die quelle, der ursprung; ut, *Scaturigo perennis*, Plin. lib. 31 cap. 3.

¶ Scătūrīgĭnōsus, a, um, voll quellen; ut, *Terra scaturiginosa*, Columell. lib. 5 cap. 8.

¶ Exscătūrio, īre, heraus quellen, aussieden. Gloss. gr. lat. ἐκζέω, *ebullio, exscaturio.*

¶ Præscăteo, ēre, gar voll seyn, überlauffen. Gell. 14 cap. 6 *Dat mihi librum, grandi volumine, doctrinis omnigenis præscatentem.*

SCAURUS, i, σκαῦρος, qui talos pedum exstantes habet porrectos, dem die knorren an den füssen fürgehen. Horatius 1 satyr. 3 v. 48

Scaurum parvis fultum male talis.

Vbi vetus Interpres eum interpretatur, *qui talos distortos & diversos habet.* Qui & *Scambus* est, de quo supra. Vet. Gloss. *Scaurus*, σκαμβός, σκελλός, στρεβλόπους. ¶ 2. *Scaurus Æmilius*, & *Aurelius Scaurus*, Romani, de quibus Plinius, Sallustius & Livius. De *Mamerco Scauro*, insigni nobilitate & orandis caussis, sed vitâ probroso, qui sub Tiberio fuit, Seneca lib. 4 de Beneficiis cap. 31, & ibi Lipsius.

SCĀZON, ontis, σκάζων, *claudicans*, a σκάζω, *claudico*, genus est jambici versus delumbe & claudum, quod & *Choliambum* dicitur, χωλίαμβον, a χωλὸν, *claudum*, cum sextus pes spondeus est, pes major scilicet; quam in senario perfecto, cujus pes ultimus semper est jambus. Gravissimi carminis genus. Vide supra in *Hipponax*, ejus enim inventum est. Mattium hoc metri genere mimiambos scripsisse, Terentianus auctor est. Scazontica & apud Catullum, ac Martialem leguntur. Eo constat & Persii præfatio:

Nec fonte labra prolui Caballino,
Nec in bicipiti somniasse Parnasso, &c.

SCĔDĂSUS, i, Σκέδασος, hospes ille fuit Leuctricus nobilium Spartanorum, qui filias ejus, vi primum stupratas, postea interfecerunt, ac in puteum abjecerunt. Quo in loco deinde præliô commissô Spartani, a Thebanis victi, omnes vires amiserunt. Denunciata fuerat antea pœna oraculo, quod recitat Pausanias in Bœotic. p. 292 Gr.

Scelerate, sceleratus, sceleritas, scelestus, &c. vide mox *Scelus.*

SCĔLĔTUS, i, ex græco σκέλετος, quod cadaver exarefactum significat, ein todengerippe. Apulejus Apologiâ de parvo simulacro Mercurii, quod macilenta & cadaverosa facie fabricatum accusator detulerat, cum succiplena, & nitida facie effictum esset: *Dudum ergo cum audirem sceletum perquam impudenti mendacio dictitari*, &c. Et mox: *Quem scelestus ille sceletum nominabat.* Et rursus post paullo: *Hiccine est sceletus? Hæccine est larva?* Vet. Gloss. σκέλετος, *Larva, sceletus.*

SCĔLIO, ōnis, græce σκυλῶν a σκυλάω, *spolio*, ein räuber. Petron. Fragm. Tragur. p. 22 *Annibal, homo vafer, & magnus scelio.* Scheffer. in not. p. 115 *prædonem* interpretatur.

SCĔLŎTYRBE, es, σκελοτύρβη, paralysis, qua crurum compages solvitur, die gicht, scorbut, Plin. 25 cap. 3.

SCĔLUS, ĕris, flagitium, eine übelthat, grosse sünde, ein schelmstück, bubenstück. Ovidius 6 Fastorum v. 595 *Regia res scelus est.* Et, *Nefarium scelus*, Cic. 1 fam. epist. 9. *Admittere scelus*, Horat. 2 satyr. 3 v. 212; & *committere scelus*, Quintil. lib. 3 cap. 6. Sic, *Scelus conari, facere, suscipere, perficere, in aliquem edere*, Cicero. Et Seneca epist. 97 *Nullum scelus impunitum est, quoniam sceleris in scelere supplicium est.* Florus lib. 3 cap. 1 *Diis non latent scelera.* Seneca Tragicus Hercule furente v. 735

Quod quisque fecit, patitur, auctorem scelus
Repetit, suoque premitur exemplo nocens.

Et in Troade v. 870 *ad auctorem redit*
Sceleris coacta culpa.

Et in Thyeste v. 311 *Sæpe in magistrum scelera redierunt sua.*

¶ 2. Per auxesin *Scelus* pro *scelesto* posuit Terentius, item Plautus sæpe; etiam pro fœmina scelesta, in Bacch. a. 5 sc. 2 v. 57. *Scelus viri*, Idem Trucul. a. 2 sc. 7 v. 59. Similiter Virg. eclog. 4 v. 11

Teque adeo, decus hoc ævi, te Consule, inibit.

id est, hoc decorum ævum: pulcherrima ista ætas.

¶ Scĕlĕrĭtas, ātis, die schandthat, leichtfertigkeit. Marcianus JCt. Dig. 48 t. 21 leg. 3 *Facti sceleritatem esse obnoxiam.*

¶ Scĕlestus, a, um, flagitiosus, qui scelus committit, bübisch, schelmisch, & substant. ein übelthäter. Horat. 3 od. 2 extr.

Raro antecedentem scelestum
Deseruit pede pœna claudo.

Ita, *scelestum & nefarium facinus*, Cic. pro S. Rosc. c. 13. Et, *Scelestior sermo*, Livius lib. 5 cap. 27. Et Scribon. Largus ad C. Jul. Callistum epistola p. 3 de Hippocrate: *Qui nefas judicaverit, spem dubiam hominis lædere; quanto scelestius perfecte jam nato nocere judicabit?*

Prædixerat, Hippocratem jurejurando suos adegisse, ne prægnanti medicamentum, quo conceptum excutitur, aut detur, aut demonstretur. Superlat. Plautus Amphitr. a. 2 sc. 1 v. 2 *scelestissimum te arbitror.* Et Augustinus epist. 162 *scelestissimum schisma.*

¶ Scĕleste, adverb. idem. Cic. ad Attic. lib. 6 epist. 1 p. 577 edit. Græv. *Tu sceleste suspicaris; ego ἀφελῶς scripsi.* Et Livius lib. 24 cap. 25 pr. *Quæcunque sceleste atque impie facta essent.* Comparative Augustinus epist. 202 de theatris gentilium: *Illic non quadrupedes, non sanguis humanus, sed multo scelestius pudor humanus, tamquam immolatus interit.*

¶ Scĕlĕrōsus, a, um, idem, quasi plenus scelerum, voller läster. Terent. in Eunuch. a. 4 sc. 3 pr. *Ubi ego illum impium & scelerosum inveniam?* Lucretius lib. 1 v. 84 *scelerosa atque impia facta.*

¶ Scĕlĕro, ōnis, substant. ein schalck, ertzbube. Cic. ad Attic. 8 epist. 3 *in qua erat Eros scelero.* vid. Barth. Advers. 11 cap. 17; & Reines. in Petron. p. 74.

¶ Scĕlĕro, are, pro sceleste & impie polluere, sündlich beschmitzen, lästerlich besudeln, verunehren. Virg. 3 Æn. v. 42

Parce pias scelerare manus.

Statius 9 Thebaidos v. 666 *sceleravit sanguine dextram.*
Plautum etiam hoc verbo usum, ex Servio discimus. Ita enim ille ad paullo ante adductum Virgilii locum: SCELERARE, *polluere. Plautinus sermo hodie non in usu.* Ita in exemplari Veneto, ab Alexandro Vellutello An. 1534 edito, conceptum hoc scholium legitur. Quod in Petri Danielis codice ita habetur: SCELERARE, *polluere. Nomen tamen fecit* (sceleratus) *sine verbi origine: non enim dicitur* SCELERO. Sed si non dicitur SCELERO: neque hoc verbum in usu fuit, unde compositum *conscelerare* est, quod præter Catullum Ovidiumque, apud Livium lib. 40 cap. 8 extremo legimus.

¶ Scĕlĕrātus, a, um, scelestus, nefarius, noxius; schändlich, leichtfertig, gottloß. Cicer. ad Attic. 9 epist. 15 *Ego illum male sanum semper putavi, nunc etiam impurum & sceleratum puto,* ich halte ihn nun für den ärgsten bösewicht. Idem pro Dejotaro: *Crudelis Castor, ne dicam sceleratum & impium.* Et, *Amor sceleratus habendi,* Ovidius lib. 1 Met. v. 131, der schändliche geitz. Comp. *Sceleratior hasta,* Cic. Off. 2 c. 8. *Caussa parricidii sceleratior parricidio,* Justin. 10 cap. 2. *Sceleratius telum,* Sen. de Ira 3 cap. 14. *Homini post homines natos turpissimo, sceleratissimo,* Cic. pro Domo cap 9. conf. Quintil. Declam. 10 & 372. Comparat. & Superlat. etiam apud Augustinum epist. 202 ad Nectarium uno loco exhibentur. De tumultu quodam paganorum adversus Christianos dicit: *Scelerati omnes, quibus etsi non facientibus, neque immittentibus ista commissa sunt; sceleratiores, qui commiserunt: sceleratissimi, qui immiserunt.* ¶ 2. In Inscriptionibus *sceleratos* se nominant, qui vel filiis vel parentibus monumenta ponunt, plane ut *infelix conjux, infelix pater* &c. Fabrett. pag. 237 POTIOLANA MATER SCELERATA FILIO SALBIO. Et ibid. FILIIS SVIS INFELICISSIMIS FECIT MATER SCELERATA, &c. ¶ 3. *Campus sceleratus,* locus Romæ ad portam Collinam: cui forte ab incesto nomen factum; Livius lib. 8 cap. 15 extr. ¶ 4. *Vicus sceleratus,* alius locus Romæ: inde sic dictus, quod Tullia Tarquinii superbi uxor, per patris mortui corpus ibi carpentum egit; Idem Livius lib. 1 cap. 48. ¶ 5. *Porta scelerata,* una ex Romanis portis, quæ *Carmentalis* antea appellata: Servius ad illud Virg. Æn. 8 v. 337 *monstrat & aram,*

Et Carmentalem Romano nomine portam.

Aut quam Evander, inquit, *matri fecit exstinctæ, aut ideo, quia ibi sepulta* &c. *Hæc ARA juxta portam, quæ primo a CARMENTE,* Carmentalis *dicta est; post SCELERATA a Fabiis 306, qui per ipsam in bellum profecti, non sunt reversi.* Sensus autem: *porta infelix.* Sic Inscript. Reines. class. 12 n. 122, & cl. 13 n. 47 *mater scelerata* est filiis orbata, ideoque infelix. conf. modo dicta n. 2. ¶ 6. *Herba scelerata,* brandkraut, describitur ab Apulejo de Herb. cap. 8 *Si quis homo eam gustaverit, ridendo exanimatur; est enim caustica.*

¶ Scĕlĕrāte, adverb. böslich. Cic. ad Qu. fratr. 1 epist. 3 *Peccavi scelerateque feci,* ich habe gehandelt wie ein bösewicht. *Sceleratissime insidias machinari,* Idem pro Sextio cap. 64. Et Augustinus epist. 54 *multo sceleratius utique pecunia sumitur.*

¶ Consceleˇro, are, scelere polluere, schänden. Livius lib. 40 cap. 8 *Agite, conscelerate aures paternas.* Catullus carm. 68 ad januam impudicæ v. 24 *Dicitur & miseram conscelerasse domum.*
Et Ovid. Met. 7 v. 34 *Oculos videndo conscelerare.*

¶ Conscĕlerātus, a, um, schändlich. Liv. 8 cap. 18 *Mens conscelerata.* Et Cic. pro Cluent. cap. 10 *Nefarius & consceleratus vultus.* Idem pro Roscio Amerin. cap. 24 *A filiis consceleratissimis furta domestica pœnas parentum dies noctesque repetunt.*

SCĒNA, æ, σκηνὴ, umbraculum theatrale, tabernaculum ἀπὸ τῆς σκιᾶς, eine hütte, gezelt, schauplatz. Veterum scenæ de frondibus struebantur sine pariete, postea tabulatæ fieri cœperunt in modum parietis. In scenis histriones recitabant, mimique & ludii cæteri. *Scenis agitatus Orestes,* Virg. 4 Æn. v. 471, dessen tragödia offt gespielet ist. *In scenam producere,* Plin. 7 cap. 48. *Dignus qui spectetur in scena,* Cicer. pro Quintio cap. 25. *Ad scenam ire; & in scenam prodire,* comödien spielen, Nepos præfat. n. 4 & 5. ¶ 2. *Scenæ servire,* est servire tempori & rebus præsentibus sese accommodare, sich in zeit und gelegenheit schicken: Cic. ad Brut. epist. 9 *Tibi tunc populo & scenæ, ut dicitur, serviendum est.* ¶ 3. *Scenæ* etiam dicuntur partes actuum in fabulis. Hinc, *Scena totius rei hæc est,* id est, actio, Cœlius ad Cic. 8 fam. epist. 11 sub fin. ¶ 4. * *In scena esse* dicitur, quod oculos hominum in se convertit, ut plurimis notum sit & laudatum. Cic. pro Planc. cap. 12 *Omitto illa, quæ si minus in scena sunt, at certe cum sunt prolata, laudantur.* Ovid. 1 Trist. eleg. 8 v. 48

Scena manet dotes, grandis amice, tuas. Grævius.

Sic Sueton. in Caligula cap. 15 *Nec minore scena,* id est, apparatu, ostentatione. ¶ 5. *Scenam* apud Festum Cincius in libro, qui est ei de verbis priscis, *dolabram,* ait, *esse pontificiam.* Ibidem Livius: *Corruit, quasi ictus scena.*

¶ Scēnālis, e, idem ac scenicus, ad scenam pertinens, comödiantisch theatralisch; ut, *Scenalis species patrum,* Lucret. 4 v. 77.

¶ Scēnārius, a, um, idem. Ammian. 28 cap. 4 *Artifices scenarii per sibilos exploduntur.*

¶ Scēnātĭcus, a, um, idem; ut, *Comici nitidi, scenatici,* Varro apud Nonium cap. 2 n. 822.

¶ Scēnātĭlis, e, idem. Varro apud Nonium l. c. *Hic modo scenatilis.*

¶ Scēnĭcus, a, um, σκηνικὸς, idem; ut, *Actores scenici,* Quintil. lib. 6 cap. 1, comödien-spieler. *Scenica dicacitas,* Idem cap. 3 ejusd. libri. Et, *venustas scenica,* Cicer. de Orat. lib. 3 cap. 8. *Artifices scenici imitantur affectus,* &c. Sen. epist. 11. *Nihil scenicum apud Græcos pudori est,* Livius lib. 24 cap. 24. Romanis moribus in scenam prodeuntes quæstus caussâ, infames erant, leg. 2 § 2 ff. de his, qui not. infam. ¶ Sed & absolute *scenici* dicti, scenici actores. Sueton. Nerone c. 21 *Non dubitavit etiam privatis spectaculis operam inter scenicos dare.*

¶ Scēnĭce, adverb. σκηνικῶς, idem; ut, *facere aliquid scenice,* Quintil. lib. 6 cap. 1.

¶ Scēnītæ, arum, populi Arabiæ, sic dicti a *scenis* vel tabernaculis, de quibus Plin. 5 cap. 11, & Solinus cap. 23. Hos *Scenitas* deinde *Saracenos* appellatos, indicat Ammianus 22 cap. 15, & 23 cap. 6.

¶ Scenifactor, vel Scenæfactor, ōris, ein teppichmacher, de Paulo Apostolo Arator Hist. Evang. lib. 2. Sic &

¶ Scēnŏfactōrius, a, um, zum teppichmacher gehörig: Actor. cap. 18 v. 3 de eodem Paulo legitur, *quod erat scenofactoriæ artis.*

¶ Scenogrăphia, æ, σκηνογραφία, definiente Vitruvio lib. 1 cap. 2 *est frontis & laterum abscedentium adumbratio.* Differt ab Orthographia & Ichnographia sive Sciagraphia, ut Salmasius Exercit. Plin. p. 577 (ed. nov.) accurate monstravit. Totum enim corpus ædificii depingit: Orthographia solam frontem erectam: Ichnographia fundamentum solum in plano delineat.

¶ Scēnŏpēgia, orum, σκηνοπήγια, & singulare, σκηνοπηγία, festa tabernaculorum, der Jüden lauberhütten-fest, Vulg. Interpr. Joh. c. 7 v. 2.

¶ Episcēnium, i, ἐπισκήνιον, quod supra scenam exstruitur, das obertheil des theatri, apud Vitruv. 7 cap. 5. vid. Bald. Lex. p. 46.

¶ Obscenus, cum derivatis vide supra suo loco.

¶ Postscēnium, i, des hintertheil des theatri; Sic, *Postscenia vitæ* eleganti translatione actiones, quas celant homines, vocat Lucretius 4 v. 1183.

¶ Proscēnium, i, locus erat liber ante scenam aulæis & peripetasmatis tectam, in quo histriones agebant, das vorgerüste. Sueton. Nerone cap. 12 *Ludos spectavit e proscenii fastigio.* Inscript. apud Reinesium pag. 298 THEATRVM ET PROSCENIVM REFECERE. conf. Vitruv. 5 cap. 6. Plaut. Amph. prolog. v. 91; Pœn. prol. v. 17; & Trucul. prol. v. 10. Virg. Georg. 2 v. 381.

SCEPINVS, i, piscis marinus Plinio 32 cap. 11.

SCEPTĬCA, æ, σκεπτικὴ, secta Philosophorum semper dubitantium & quærentium, nihil autem statuentium.

¶ Sceptĭcus, i, plur. *Sceptici,* σκεπτικοὶ a σκέπτομαι, *considero, ambigo,* zweiffler. Origo ab Academia est: instituit Pyrrho, unde & *Pyrrhonici* appellati. Vide Gellium lib. 11 cap. 5, & Sextum Empiricum lib. 1 Pyrrhon. Hypotyp. item supra in *Academia* de Academicis.

SCEPTOS, i, σκηπτὸς, procella, ein sturmwetter. Apulej. de Mundo scribit, *Sceptos generale omnibus, quæ de nubibus cadunt, nomen esse.*

SCEPTRVM, i, σκῆπτρον, a σκήπτειν, *niti,* insigne regium, ein scepter, regimentsstab. Cic. pro Sextio cap. 26 *Sedens cum purpura & sceptro & insignibus illis regiis.* Suetonius Galbâ cap. 1 extr. *Augustique sceptrum e manibus exclusum est.* Vbi per *sceptrum,* scipio eburneus cum aquila intelligendus est. Hic enim Romanorum principum insigne. vide infra *Scipio.* vide & de Origine Sceptrorum Rupert. ad Pompon. Enchirid. p. 184 seq. ¶ 2. Vsurpatur & pro imperio seu regno per metonymiam. Xenophon lib. 8 de Pædia Cyri: Οὐ τόδε τὸ χρυσοῦν σκῆπτρον τὸ τὴν βασιλείαν διασῶζόν ἐστιν, ἀλλ' οἱ πολλοὶ φίλοι σκῆπτρον βασιλεῦσιν ἀληθέστατον, καὶ ἀσφαλέστατον. Quam sententiam imitatus Sallustius in Jugurth. cap. 10 eleganter expressit: *Non exercitus, neque thesauri præsidia regni sunt, verum amici, quos neque armis cogere, neque auro parare queas, officio & fide parantur.* v. Virg. Æn. 9 v. 267. Idem Æn. 1 v. 257 *Reponere aliquem in sceptra.* Seneca in Oedipo v. 705 *Qui sceptra duro sævus imperio regit,*
Timet timentes, metus in auctorem redit.

¶ Sceptrĭfer, a, um, der den scepter trägt; ut, *Manus sceptrifera,* Ovid. 6 Fastor. v. 480. Et Silius lib. 17 v. 143

Sceptriferas arcta palmas vinxere catena.

¶ Sceptrĭger, a, um, idem. Silius lib. 16 v. 244

Sceptrigero cum rege, pari sub honore residunt.

¶ Sceptūchus, i, σκηπτοῦχος, sceptrum tenens, ein regent, Tacit. 6 Ann. cap. 33. Vide quæ de hac voce annotat Leunclavius ad Xenophont. p. 1041, & in Pand. Turc. cap. 223 & 199.

SCHĔDA, æ, σχέδη, tabula, in qua situ spongiæ, quæ notata sunt, leviter deleri possunt, ein schreibtäfelein, eselshaut. Martial. 4 epigr. 91 *Nec summa potes in scheda teneri.* ¶ 2. Et folium chartæ nondum compactæ, ein blat papier, ein zettel. Cicer. lib. 1 epist. ult. ad Attic. *Enitere, ut scheda ne qua depereat.* Quintil. 1 cap. 8 *Excutere omnes schedas.*

¶ Schĕdŭla, æ, σχεδάριον, dimin. ein zettelein, papierlein, Cic. 15 fam. epist. 16.

¶ Schĕdia, æ, σχεδία, navigium quoquo modo constructum, i. e. trabibus tantum inter se nexis factum, ein floß auf dem wasser, Festus. ¶ 2. Et pons tumultuarius, eine brücke in eil gemacht, Suida auctore.

¶ Schĕdium, i, σχέδιον, ein auffsatz, entwurff. Nam inelaboratum omne, *Schedion* a Græcis dicitur. Hinc *Schedia, orum,* carmina sunt extemporalia & inelaborata, σχεδιάσματα, *Silvas* nostri vocant, a σχεδιάζειν, quod est ex tempore dicere. Festus: SCHEDIA, *genus navigii inconditum,* &c. *Vnde mala poëmatia appellavit* SCHEDIA ** *jus, cum dixit:* QVI SCHEDIVM FACIT INCONDITVM ET INELABORATVM. Lacunam hujus loci feliciter explevit Fulvius Vrsinus Notis ad Servium, *Lucilii* nomen ex quodam Apuleji

leji loco inſerens. Verba Apuleji ſunt in Floridorum appendice, vel, ut Vrſinus laudat, princ. de Deo Socratis: *Sed ut me*, inquit, *omnifariam noveritis, & in iſto, ut ait Lucilius, ſchedio inconaito experiamini, an idem ſim repentinus, qui præparatus.* Firmat hanc eruditiſſimi viri reſtitutionem & conjecturam Petronius etiam, cum ſcribit p. 51 *Sed ne me putes improbaſſe Lucilianæ humilitatis ſchedium, quod ſentio, & ipſo carmine effingam.* Ita Auſonius libellum epigrammatum, quibus in Biſſulam puellam luſit, SCHEDIVM vocat:

Biſſula in hoc ſchedio cantabitur, aut Eraſinus.

Vet. Gloſſ. σχέδιον, *Ex tempore dictum.* Alia, quæ huc faciunt, vide apud Creſoll. lib. 3 Theatr. Rhet. cap. 11.

¶ Schĕdĭcus, a, um, σχέδιος, in eil gemacht. Sie nonnulli legunt in Apulej. l. c. *In ſchedico & incondito experimini.*

SCHĒMA, ătis, σχῆμα, figura, die geſtalt. Cicero in Bruto cap. 17 & 37 lumina & ornamenta verborum ſententiarumque σχήματα appellari ait. conf. Quintil. 9 cap. 1. Et Auguſtinus de Trinit. lib. 15 cap. 9 *Schemata uſitatius dicimus quam Figuras.* Sub ſchematum nomine continentur figuræ dictionis, & ſententiarum. Martial. 3 epigr. 68

Schemate non dubio, ſed aperte nominat illam,

nicht verblümt. ¶ 2. Plautus *cum ſervili ſchemâ* dixit genere fœminino, prologo Amphitruonis v. 117, antiquorum more: qui græca neutra tertiæ declinationis in prima efferebant: & ita *Glaucomam* quoque dixit Idem Milite a. 2 ſc. 1 v. 70. vide Priſcianum lib. 6, & Voſſ. lib. 5 Inſtit. Orat. p. 258; & Taubm. in Plaut. l. c. p. 14. Et ſic Sueton. Tiber. cap. 43 *Exemplar impetratæ ſchemæ.* Adde Parei Lex. Plaut. p. 1123.

¶ Euſchēme, adverb. εὐσχήμως, decore, ſpecioſe, erbar, zierlich. Plaut. Milit. a. 2 ſc. 2 v. 58 *Euſcheme adſtitit.* conf. Trinum. a. 3 ſc. 1 v. 24.

SCHĬDIA, orum, σχίδια, fragmenta, quæ ex lignis fabri deſecant, ſpäne. Vitruvius lib. 2 cap. 1 *ſchidiis & ludo obſtruere.*

SCHISMA, ătis, σχίσμα, ſciſſura, eine ſpaltung, trennung. Differt ab hæreſi, vide *Hæreſis.* Tertull. de Præſcript. adv. Hæret. cap. 5 *Apoſtolus diſſenſiones & ſchiſmata increpat.* Idem adv. Marc. 4 c. 35 *Samaria deſciverat ab Iſraële, habens ſchiſma illud ex decem tribubus.*

¶ Schiſmătĭcus, i, σχισματικὸς, qui ſchiſmate, id eſt, leviore hæreſi abruptus eſt ab eccleſia orthodoxa, der trennung anrichtet. Hieronymus epiſt. 21 ad Paulum Concordienſem ſub fin. *Dum ſchiſmatici hominis venena cognoſcimus.* Definit accurate Auguſtinus *Schiſmaticum*, & ab *Hæretico* diſtinguit, libro de Fide & Symbolo cap. 10.

SCHISTVM, i, σχιστὸν, lac ſciſſile, a quo ſcilicet liquidum ſereſcens eſt diviſum, geronnene oder geſchiedene milch, Dioſcorid. & Plin. lib. 28 cap. 9. ¶ 2. *Schiſta*, inter cæpe genera, Plin. 19 cap. 6. ¶ 3. *Schiſton*, aluminis ſpecies, Plin. 35 c. 15. ¶ 4. Idem Plin. & *Ova ſchiſta* dixit, tota lutea poſt triduanam incubationem, lib. 29 cap. 3. ¶ 5. *Schiſtos*, λίθος σχιστὸς, *lapis*, vim habet hæmatitis, a quo Germani eum non diſtinguunt, ein blutſtein, Agricola. conf. de *Schiſto*, lapide, Plin. 33 cap. 4; & 36 cap. 20.

SCHOENVS, & Schœnum, i, σχοῖνος, & funem Græcis ſignificat, & juncum, das ſeil, das ſchilff. Cato cap. 105 *Schœnum & calamum in pila contundito.* Plaut. Rud. a. 2 ſc. 1 v. 5 *Hi ſchœni & hæ arundines ſunt nobis quæſtu & cultu.* Adde Apulej. de Herb. cap. 14. ¶ 2. Eſt & unguenti peſſimi genus, quod ex σχοίνῳ ſeu junco odorato fiebat, auctore Turnebo lib. 23 Adverſ. cap. 18, Scaliger. in Conjectan. ad Varron. & Feſtum. Plaut. Pœn. a. 1 ſc. 2 v. 55 *Verſari inter miſeras, ſchœno delibutas.* ¶ 3. *Schœnus*, menſura Ægyptiaca, ſexaginta ſtadia complectitur. Herodotus lib. 2 cap. 6 ὁ σχοῖνος ἕκαστος μέτρον ἐὼν Αἰγύπτιον ἑξήκοντα στάδια δύναται.

¶ Schœnus, untis, σχοινοῦς, flumen Athenis proximum, a juncis dictum, auctore Strabone. ¶ 2. Portus item & oppidum Atticæ regionis, Plin. lib. 4 cap. 7.

¶ Schœnĭcŭlæ, vel Schœnicolæ, arum, *meretrices, propter uſum unguenti ſchœni*, ſic appellatæ, huren, die ſich ſchmincken, Feſtus. *Schœniculæ, ab ſchœno nugario unguento*, Varro de L. L. 6 cap. 3. conf. Taubman. ad Plaut. p. 1190.

¶ Schœnŏbătes, æ, σχοινοβάτης, funambulus, der auf dem ſeil geht, a σχοῖνος & βαίνω, vide *Funambulus.* Juvenal. ſat. 3 v. 77

Augur, ſchœnobates, medicus, magus, omnia novit.

¶ Schœnobatĭcus, a, um, σχοινοβατικὸς, zum ſeiltantz gehörig; ut, *Schœnobaticam facere*, Cic. lib. 8 fam. epiſt. 1. Vbi tamen memineris legendum eſſe, *embaneticam*, id eſt, naviculariam.

SCHŎLA, æ, σχολὴ, ludus litterarius, dictus hoc modo, vel ab otio honeſto & voluptate in docendo, vel a vacando; id enim Græcis σχολάζειν eſt, die ſchule. Auſonius Protreptico ad Nepotes v. 4

Grajo ſchola nomine dicta eſt,
Juſta laboriferis tribuantur ut otia Muſis, &c.

Sic, *In ſchola aſſidere*, Cic. de Orat. 1 c. 22. *Hominem audietis, de ſchola atque a magiſtro & græcis litteris eruditum*, Idem de Orat. 2 cap. 7. *Homo facetus, perfectus, politus e ſchola*, Idem in Piſon. cap. 25. conf. Parei Lex. Crit. p. 1123. ¶ 2. *Schola*, diſputationes & controverſiæ in ſcholis agitatæ, de rebus cognitione dignis, ſchulgeſpräche, lehrſätze. Cicer. 1 Tuſcul. cap. 4 *Scholas dierum quinque in totidem libros contuli.* Quintil. lib. 3 cap. 1 *Pomeridianis ſcholis Ariſtoteles præcipere artem oratoriam cœpit.* Cicero lib. 2 de Fin. cap. 1 *Primum deprecor, ne me tamquam philoſophum, putetis ſcholam vobis aliquam explicaturum*, id eſt, locum aliquem e philoſophia ſive controverſiam. Ad juris ſcientiam etiam refertur, unde *Scholaſtici*, juriſperiti ſunt & advocati, ut mox dicemus. ¶ 3. Apud JCtos & mediæ ætatis auctores *Scholæ* etiam dicuntur corpora, ſive ordines, ſeu conſortia hominum, qui in aula militabant, ſub magiſtri officiorum imperio poſiti; cujuſmodi ſcholarum undecim fuiſſe, ex Codice diſcimus. Ita *Schola agentium in rebus: Schola domeſticorum: Schola equitum & peditum: Schola ſcutariorum* &c. in Codice leguntur. Ammianus lib. 25 ſub finem: *His ita triſtibus letum aliud addebatur, miſſos a Jovino milites adventare, quos capita ſcholarum ordo caſtrenſis appellat*, &c. Et paullo poſt: *Quibus compertis, Valentiniano, qui cum iisdem rediret, regenda ſcutariorum ſecunda committitur ſchola, & Vitellianus domeſticorum conſortio conjungitur* &c. Meminit & alibi. vid. Valeſ. ad Ammiani d. l. f. 442. Alias ſignificationes vocabuli *Scholæ* tam generales, quam ſingulares doctiſſime congeſſit Henr. Valeſius ad Ammiani lib. 14 fol. 33, quas pretium erit ſublegere.

¶ Schŏlāris, is, idem quod *Scholaſticus*, a *ſcholis* literatus dictus, ein ſcholar oder ſchüler. Sed hæc recentior notio, ſi non analogiæ, ſed uſui veterum illam compares. Vide ſis Curas Poſter. Cellarii p. 319. ¶ 2. Deinde *Palatinus miles*, ſive militans in ſacro palatio. Horum ſcholarium multa mentio in Codice. De quibus & luculentus locus, & dignus lectu apud Agathiam eſt lib. 5 Hiſt. Juſtin. Severus Sulpitius de Vita Martini lib. 1 cap. 1 *Ipſe armatam militiam in adoleſcentiâ ſecutus inter ſcholares alas ſub rege Conſtantio, deinde ſub Juliano Cæſare militavit.* Vide & Meurſii Gloſſarium Græco-barbarum. ¶ 3. *Scholaris, e*, adjectivum, pro *ſcholaſticus*, etiam de litterarum ſtudiis, uſus admiſit mediæ ætatis Latinorum. Sic Hieronymus ad Damaſum epiſt. 125 quæſt. 2 *ſcholari declamatione*, & Fulgentius præfat. lib. 1 Mytholog. *ſcholaria rudimenta* dixit. vide Cellarii Cur. Poſter. c. l.

¶ Scholaſticus, a, um, zur ſchule gehörig; ut, *Scholaſtica diſciplina, Scholaſticæ controverſiæ*, Quintil. lib. 4 cap. 2. *Scholaſtici ſtudioſi*, Plin. lib. 1 epiſt. ult. ¶ 2. Subſtantive ſumtum denotat eum, qui deditus litteris, & eloquentiam exercet aut docet, ein ſchulknabe oder ſchulmann. Plin. de Iſæo lib. 2 epiſt. 3 *Annum ſexageſimum exceſſit, & adhuc ſcholaſticus tantum eſt, quo genere hominum nihil aut ſimplicius, aut ſincerius, aut melius. Nos enim, qui in foro veriſque litibus terimur, multum malitiæ, quamvis nolentes, addiſcimus.* Seneca præfat. lib. 5 Controverſ. *Nihil indecentius, quam ubi ſcholaſticus, quod non novit, imitatur.* Auctor Dialog. de cauſſis corruptæ eloquentiæ cap. 35 *At nunc adoleſcentuli noſtri deducuntur in ſcenas ſcholaſticorum, qui RHETORES vocantur.* Severus Sulpitius Dialog. 1 cap. 5 *Quia ſcholaſticus* (id eſt, eruditus) *es, non immerito te verſu comici illius admonebo* &c. Et cap. ultimo: *Ceterum cum ſis ſcholaſticus, hoc ipſum quaſi ſcholaſticus artificioſe facis, ut excuſes imperitiam, quia exſuperas eloquentiâ.* Plura de hoc vocabulo notarunt Caſaub. ad Maximinum Lampridii, Wowerius ad Petronium, Rittershuſius ad Salvianum p. 3 ſeqq. ¶ 3. Et *Scholaſtici* juriſperiti & advocati dicebantur. vide Voſſium de Hiſt. Græc. in Agathia Scholaſtico p. 270; Rittershuſ. in Lect. ſacr. p. 94; & Pareum in Lex. Crit. p. 1125.

¶ Schŏlium, i, σχόλιον, gloſſema breve ſcriptum, interpretatio brevior, eine kurtze erklärung oder auslegung. Cicer. ad Attic. lib. 16 epiſt. 7 *Velim σχόλιον aliquid elimes ad me, oportuiſſe te iſtuc facere.* ¶ 2. *Scholia* etiam hymni dicebantur, in honorem heroum cantari ſoliti: ſic *Scholium* ſive *melos Harmodii* apud Athen. lib. 15. Leopard. lib. 12 cap. 8. conf. Andr. Schottus in Procli Chreſtomathiam; & Voſſ. lib. 3 Inſtit. Orat. p. 417.

¶ Schŏlĭcus, a, um, zu ſchulſachen gehörig. Gell. 4 cap. 1 *Oſtentabat quiſpiam grammaticæ rei doctior ſcholica quædam nugalia.* Et Varro apud Nonium cap. 6 n. 22 *Auribus ſcholica dape ebriis.*

¶ Schŏliaſtes, æ, σχολιαστὴς, qui paraphraſin in veteres auctores, poëtas maxime, ſcripſit; v. g. in Homerum, Pindarum, Horatium, Juvenalem &c. ein ausleger.

¶ Anteſchŏlānus, i, ein ſchulaufſeher. Petron. Satyric. p. 89 *Veritus, ne Menelaus anteſcholanus ſolum me in diverſorio inveniret.*

SCIĀDEVS, i, piſcis marinus, Plin. 32 cap. 11.

SCIAGRĂPHIA, æ, σκιαγραφία, levis adumbratio, ichnographia, eine abbildung, ein abriß; quam quidam Vitruvii *Scenographiam* interpretantur, ſed falſo, ut erudite Salmaſius ad Solinum oſtendit p. 577 edit. ſec. *Sciographiam* apud Vitruv. 1 cap. 2 agnoſcit Baldus Lex. Vitruv. pag. 110.

SCIĀMĂCHIA, æ, σκιαμαχία, pugna umbratilis ſeu belli ſimulacrum, eine fechtübung; quemadmodum ex Ennio deſcripſit Virg. lib. 5 Æn. v. 363.

SCIĀTHĒRAS, æ, σκιαθήρας, vel σκιόθηρον, inſtrumentum mathematicum, quo ex ratione umbrarum horas inveſtigamus, umbræ indagator, gnomon, der ſchatten-zeiger in der ſonnen-uhr. vid. Vitruv. 1 c. 6; & Bald. Lex. Vitruv. p. 109.

¶ Sciathērĭcon, i, ſolarium, ein ſonnen-zeiger, Plin. lib. 2 cap. 76. vide infra & *Scioтericum*. Sed hæc ſuæ linguæ relinquimus.

SCIĂTHOS, i, inſula in mari Ægæo, Valer. Flacc. 2 v. 8.

SCIĂTĬCA, æ, & *Sciaticus morbus*, i. e. lumbago, hüfftwehe, lendenwehe, corrupte apud medicos Theodorum & Vegetium, pro *Iſchiacus*, vel *Iſchiadicus*, ab oſſe verſuræ inferioris, quod ἰσχίον, *coxa*, vel *coxendix* nuncupatur. vid. Voſſ. de Vit. L. L. 1 cap. 1 p. 6, & c. 2 p. 47; & Borrich. Cogit. p. 35.

Scibilis, vide paullo poſt in *Scio.*

SCIĒNA, æ, piſcis marinus, Plin. 9 cap. 16; & 32 cap. 11.

Sciens, ſcientia, &c. vide infra in *Scio.*

SCĪLĬCET, quaſi *ſcire licet*, adverb. confirmandi, ſed ironicum fere, ja, freylich. Virg. 4 Æn. v. 379 *Scilicet is ſuperis labor eſt.* Et Terent. in Andr. a. 1 ſc. 2 v. 14 *Id populus curat, ſcilicet*, ach ja, darum kümmert man ſich ſehr. Cicer. ad Attic. lib. 7 epiſt. 1 *Quis tu ipſe ſcilicet laudator ſcriptorum meorum?* ¶ 2. Sed extra ironiam affirmandi vim habet. Terent. in Eunuch. a. 5 ſc. 8 v. 10 *Fratris igitur Thais tota eſt? ſcilicet*, id eſt, certe, ja traun, freylich. ¶ 3. Et eamdem ſignificationem habet, quam *nempe, videlicet, & nimirum*, nemlich, als nemlich, quorum poſterioribus, *videlicet & nimirum*, Cicero pro *ſcilicet* frequenter utitur. ¶ 4. Aliquando plane verbum eſt: ut apud Terent. Heaut. a. 2 ſc. 3 v. 117 cum Syrus ait: *Sed iſtum*, Cliniam puta, *exora, ut ſuam eſſe aſſimulet.* Ad ea Clinia: *Scilicet, facturum me eſſe*, id eſt, ſcire licet, me facturum. Item a. 5 ejuſdem fabulæ ſc. 1 v. 19 *Continuo injeciſſe verba tibi Dromonem ſcilicet.* Similiter & *videlicet* uſurpatur.

SCILLA, æ, σκίλλα, (a nonnullis *ſquilla* ſcribitur,) planta eſt, eine meerzwiebel; naſcitur enim in maritimis Hiſpaniæ. Plin. lib. 19 cap. 5 *Nobiliſſima eſt ſcilla, medicamini nata, acetoque exacuendo.* conf.

lib. 21 cap. 17. *E scilla non nascitur rosa*, proverbiale est apud Theognidem: ὄυτε γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδα φύεται, ὔδ' ὑάκινθος &c. eine eule heckt keinen blaufuß. vid. Chiliad.

¶ Scillinus, & Scilliticus, a, um, adjectiva; aus meer-zwiebeln gemacht; ut, *Acetum scillinum* & *scilliticum*, Plin. lib. 23 cap. 2. conf. Colum. 12 cap. 55.

¶ Scillitus, a, um, idem. Auson. epist. 4 v. 67

Scillito decies non si purgeris aceto.

¶ Scillites, æ, idem; ut, *Vinum scillites*, apud Colum. 12 cap. 33. Et, *acetum scillites*, Plin. 32 cap. 10. Aliqui in Ausonii l. c. legunt:

Scillite decies si cor purgeris aceto.

SCILURUS, i, Scytharum rex, octoginta filiorum pater. Hic morti proximus, fasciculum hastilium sibi jussit afferri. Hunc colligatum, sicut erat, singulis natis confringendum dedit. Quod pro se quisque cum præstare posse negaret, ipse unum post alterum extractum, sine negotio confregit omnia, significaturus, concordiam ipsos firmos & insuperabiles servaturam, dissidio instabiles ac imbecilles eorum res fore: Plutarchus de Garrulitate p. 511. Simile quid apud Æsopum habetur fab. 174.

SCIMPODIUM, i, lectus humilis, & parvus, grabatulus, ein faul-bettlein. Gellius lib. 19 cap. 10 *Offendimus eum cubantem in scimpodio Græciensi, circum undique sedentibus multis doctrina, aut genere, aut fortunâ nobilibus viris.* Vox græca est. Lectulorum ejusmodi formas apud Antonium Bosium in Roma subterranea delineatas videre licet pag. 83, 91 & 101.

SCINCUS, i, σκίγκος, animal est aquaticum, simile crocodilo, sed parvum, lacertæ magnitudine. *Crocodilum terrestrem* vocant Dioscorid. Matthiolus. vid. Plin. lib. 8 cap. 25.

SCINDO, scidi, scissum, scindĕre, schneiden, zerschneiden, zertheilen. Cicer. 5 fam. epist. 20 extr. *Hanc epistolam cur non scindi velim, caussa nulla est.* ¶ *Scindere penulam*, Cicer. 13 ad Attic. epist. 33, est, impensius hospitem retinere, fest halten und den rock darüber zerreissen. Idem ibidem: *Horum ego vix attigi penulam, tamen remanserunt*, ich habe sie nicht sehr genöthiget, und sind doch geblieben. Virg. Æn. 2 v. 39 *Scinditur incertum studia in contraria vulgus*, id est, dividitur, es trennt sich, es wird zertheilt. Stat. 3 Silv. 3 v. 128

Gaudia florentesque manu scidit Atropos annos.

Scicidi dicebant veteres, monente Prisciano p. 551 & 890. Quod præteritum antiquum etiam Plauto tribuitur Pseud. a. 4 sc. 1 v. 42, ubi alii *scindidi*, alii *indidi*.

¶ Scissus, a, um, zerschnidten; ut, *Scissa vestis*, Virg. Æn. 12 v. 609. De *vestibus scissis* exempla plura in sacris litteris, & apud omne genus aliorum auctorum. vide Barth. ad Stat. lib. 9 Thebaid. pag. 991 seqq. & quæ ad Curtium lib. 3 cap. 11 num. 25 notant interpretes. *Scissi capilli*, Tibull. 1 eleg. ult. v. 53. *Scissa comam*, per synecdochen, Virg. Æn. 9 v. 478.

¶ Scissim, adverb. gespalten. Prudentius Tetrasticho 9

Ecce Dei famulis scissim freta rubra debiscunt.

¶ Scissus, ûs, substant. der schnidt, riß, die spaltung, zerreissung. Gloss. Cyrill. *Scissus*, σχίσμα. Tribuunt etiam Varroni.

¶ Scissio, ōnis, idem. Macrobius lib. 1 Somn. Scip. cap. 6 pag. 29 *ratione scissionis*. Onomast. Vet. *Scissio*, τμῆσις.

¶ Scissūra, æ, idem. Gloss. Vet. *Scissura*, σχίσμα. Plin. lib. 11 cap. 28 *Pennæ insectis omnibus sine scissura.* Et Pallad. Majo tit. 12 *Quæ res scissuris lateres faciet aperiri.*

¶ Scissor, ōris, qui obsonia conscindit, ein vorschneider; Græc. χειρονόμος. Petronius Satyric. p. 82 *Processit statim scissor, & ad symphoniam ita gesticulatus laceravit obsonium.* vide ibi interpretes, & Dousam præcipue: item supra *Carptor*, & *Carpus*. Adde Lips. lib. 2 Saturnal. cap. 2.

¶ Scissĭlis, e, das sich schneiden und theilen läst. Onomast. *Scissile*, τμητόν. Celsus lib. 6 cap. 11 *alumen scissile*. Apulej. Metam. *Scissilis centunculus*.

Composita:

¶ Abscindo, ĭdi, issum, ĕre, amputare, abschneiden, abkürtzen; ut, *Tunicam a pectore abscindere*, Cic. 7 in Verr. cap. 1. *Caput cervicibus abscindere*, köpffen, Idem 11 Philippic. cap. 2.

¶ Abscissus, a, um, abgeschnidten, abgerissen; ut, *Abscissa vox, caput abscissum*, Vellej. lib. 2 c. 66 n. 2, & Horat. 2 sat. 3 v. 303. *Insula a continenti abscissa*, Plin. lib. 4 cap. 1. Et, *Abscissa omni spe, auxilium implorare*, Livius lib. 35 cap. 45. Idem lib. 26 cap. 30 *Unum spe undique abscissa consilium esse rati, ut se* &c. Sed *Abscisior justitia*, apud Valer. Max. lib. 6 cap. 5 ext. 4, videtur potius ad *Abscīdo* in *Cædo*, quam ad *Abscindo* referri.

¶ Abscisse, adverbium, kürtzlich. Lege 5 § 2 Digest. de Jure immunitat. *Demonstratur varie, nec abscisse*, id est, copiose, non ἀποτόμως. Sic & *Abscise* usus Val. Maximus lib. 3 cap. 7 n. 6 ext. *Si verba numeres*, [dixit] *breviter & abscise: si sensum æstimes, copiose & valenter.* Nisi, ut sæpe in libris, *abscise* & *abscisse* idem sunt.

¶ Abscissio, ōnis, der abschnidt. Auctor ad Herenn. lib. 4 cap. 53 *Significatio fit per exuberationem, ambiguum, consequentiam, abscissionem, similitudinem.* Explicationem vide cap. seq.

¶ Circumscindo, ĕre, rings herum abschneiden, abreissen. Livius lib. 2 cap. 55 *Quo atrocius clamabat, eo infestius circumscindere & spoliare lictor*, scil. cœpit.

¶ Conscindo, ĕre, in stücken zerreissen, zerschneiden; ut, *Conscindere epistolam*, Cicer. lib. 7 fam. epist. 26.

¶ Conscissus, a, um, zerschnidten; ut, *Vestis conscissa*, ein zerrissenes kleid. *Pallula conscissa*, Plautus Trucul. a. 1 sc. 1 v. 32.

¶ Conscissio, ōnis, die zerreissung. Augustinus de Morib. eccles. cathol. cap. 34 *quid inter unitatem & conscissionem intersit.*

¶ Conscissūra, æ, der spalt, ritz, riß. Plinius lib. 34 cap. 8 *Cicatricibus atque conscissuris.* Harduinus legit *concisuris*, S simplici; quod potest a *Concīdo* esse.

¶ Discindo, ere, von einander reissen, in stücken zerreissen. Terent. Eunuch. a. 4. sc. 3 v. 4 *Vestem omnem misere discidit.* Idem in Adelphis a. 4 sc. 2 v. 20 *Vide, ut discidit labrum*, siehe, wie er das maul zerstennet. *Discindere amicitias*, id est, dirimere, dissolvere, zertrennen, Cicer. de Amicit. cap. 21.

¶ Discissus, a, um, zerrissen, zertrennet; ut, *discissi dentibus artus*, Virg. Georg. 3 v. 514. *Discissi muri*, Statius lib. 1 Silv. 1. v. 11.

¶ Discissio, ōnis, die zertrennung. Augustinus de Fide & Symbolo cap. 10 *Schismatici discissionibus iniquis a fraterna caritate dissiliunt.* Et epist. 261 *plebis discissione.*

¶ Discissūra, æ, idem. Ambrosius serm. 13 *Maria ita concepit Dominum, ut toto corpore hauriret, nec ejus discissuram corporis pateretur.*

¶ Discĭdium, i, disjunctio, dissolutio, die scheidung, trennung. Vox a *discindo* nata, qua sæpe utitur Lucretius; ut lib. 1 v. 220 *Discidium parere partibus*; & lib. 3 v. 348

Discidium ut nequeat fieri sine peste maloque.

Adde lib. 1 v. 452; & 2 v. 119; & 6 v. 292, &c. Catull. carm. 67 v. 22 *Fratris flebile discidium.* Plaut. Milit. a. 3 sc. 1 v. 59 *Per vinum exoritur discidium.* conf. Pseud. a 1 sc. 1 v. 68. Sic, Justin. 23, 3, 11 *Regia fletibus tam crudelis discidii impleta.* Solin. c. 36 *Atlanticus æstus in nostrum mare discidium immittit.* Gloss. lat. gr. *Discidium*, χωρισμὸς, διάλυσις γάμου. Et Juvenc. lib. 1 Hist. Evang. *Scribere discidium*, einen scheidebrieff geben. vide & lib. 3 v. 474; & Faerni not. ad Terent. Andr. a. 4 sc. 2 v. 14.

¶ Exscindo, ĕre, ausschneiden; ut, *Exscindere linguam*, Cicer. de Orat. lib. 3 cap. 1. Sed, *Exscindere urbem*, Virg. 2 Æneid. v. 177; *gentem*, Æneid. 9 v. 137; & *domos*, Æneid. 12 v. 643, idem quod evertere, über einen hauffen reissen, verwüsten, ausrotten. Hinc

¶ Excĭdium, i, eversio, die zerstörung, stürtzung. Liv. 41 cap. 11 *Istria trium oppidorum excidio pacata est.* Vet. Gloss. καταστροφὴ, *subversio, excidium.* Cujus secundam quandoquidem Virgilius & cæteri poëtarum semper corripiunt: ab *Excĭdo*, a *cado*, vel ab *Exscindo, Exscindi*, non ab *Excīdo*, a *cædo*, originem ejus ducere oportet. Virgil. Æneid. 10 v. 45 *Per eversa fumantia Trojæ Excidia obtestor.*

Silius Italicus lib. 1 v. 12 *Sed medio finem bello, excidiumque vicissim Molitæ gentes.*

Statius 6 Theb. v. 96 *aderat miserabile luco Excidium.*

Adde Virg. Æn. 1 v. 22; & 2 v. 643; & 5 v. 626; & 8 v. 386; & 12 v. 655; & 2 Georg. v. 505; & Horat. 3 od. 16 v. 13 &c.

¶ Excīdio, ōnis, idem; Plaut. Curcul. a. 4 sc. 3 v. 2.

¶ Excīsio, ōnis, die ausschneidung, verwüstung. Gloss. Vet. *Excisio*, ἐκτμησις, ἐκκοπὴ, ἐκτομή. conf. supra in *Cædo*.

¶ Excīsor, ōris, ein ausrotter. Eædem Glossæ: *Excisor*, ἐκκόπτης.

¶ Excīsōrius, a, um, damit man ausschneidet; ut, *Scalper excisorius*, quo caro vitiosa exscinditur, Celsus lib. 8 cap. 3.

¶ Inscindo, ĕre, entzwey schneiden, einreissen. Petr. Chrysolog. serm. 149 extr. *ut inscinderet concordiam.*

¶ Interscindo, ĕre, idem. Cic. de Leg. 2 cap. 4 *A tergo pontem interscindere*, die brücke hinter sich abwerffen. conf. Cæs. B G. 2. cap. 9. Tacitus Ann. 15 cap. 35 *Brachiorum venas Torquatus interscidit*, er hat sie entzwey geschnidten.

¶ Perscindo, ĕre, mitten von einander, oder mitten hindurch schneiden. Liv. lib. 21 cap. 58 *Omnia perscindente vento & rapiente.*

¶ Perscissus, a, um, durchschnidten; ut, *Perscissa carbasus*, Lucret. 6 v. 110.

¶ Præscindo, ĕre, beschneiden. Vitruv. 5 cap. 7 *Inferiores sedes præscindantur.*

¶ Proscindo, ĕre, zerschneiden, zerspalten; ut, *Proscindere terram, campum*, das land umpflügen, umreissen: Varro lib. 1 de R. R. cap. 29 *Terram cum primum arant, proscindere appellant.* Virg. 2 Georg. v. 237 *validis terram proscinde juvencis.*

¶ 2. Cædere est, abhauen. Lucan. lib. 3 v. 434

aëriam ferro proscindere quercum.

¶ 3. *Proscindere, & conviciis aliquem proscindere*, est per metaphoram, einen zur banck hauen, lästern, Plin. 36 cap. 6, & Sueton. Aug. cap. 13.

¶ Proscissus, a, um, zerschnidten, gepflügt; ut, *Proscissum æquor*, Virg. Georg. 1 v. 97. *Proscissum vulnere pectus*, Stat. Theb. 10 v. 439.

¶ Proscissio, ōnis, prima aratio, das brachen. Columell. lib. 6 cap. 2 *dura proscissio terræ.*

¶ Proscissum, i, substantivum, pro terra proscissa, das gepflügte. Columell. 2 cap. 2 *Per proscissum ingredi.*

¶ Rescindo, ĕre, wieder einreissen; ut, *Rescindere pontem*, abwerffen, Cæs. lib. 1 B. Gall. cap. 7. *Rescindere vias*, Seneca in Phœniss. v 226, den weg verhauen, den paß verlegen. *Vitem rescindere*, beschneiden, Colum. lib. 4 cap. 29. ¶ 2. Terent. in Phorm. a. 2 sc. 4 v. 15 *Mihi non videtur, quod sit factum legibus, rescindi posse*, id est, abrogari, aboleri, per metaphoram, daß es wieder könne umgestossen oder aufgehaben werden. Quomodo & Cicero, *judicium* sive rem judicatam *rescindere*, dixit pro Cluent. cap. 22, & 7 in Verrem cap. 8. Contrarium enim est *ratum habere*. Et, *Rescindere pactiones*, Cic. de Provinc. Consul. cap. 5, den vergleich umstossen. Et, *Acta alicujus rescindere*, Idem 13 Philipp. cap. 3.

¶ Rescissus, a, um, abgeschnidten, zertrennet; ut, *Rescissum palatum*, Lucanus 4 v. 328. Et Propert. 3 eleg. 6 v. 8 *Rescisso pectora nuda sinu.*

¶ Rescissio, ōnis, die zerschlagung, aufhebung, umstossung; ut, *Rescissio mortis*, Tertull. de Resurr. Carn. cap. 57. *In institutione an in rescissione*, Idem adv. Marc. 2 c. 7. Eadem vox aliquoties in Digestis occurrit; ut l. 3 § 5 de bonor. possess. &c.

¶ Rescissōrius, a, um, abstellig, aufhebend; ut, *Rescissoria actio*, Lege 18 Cod. de postliminio reversis: & absolute *rescissoria*, Lege 21 Digest. de Donation.

SCINDULA, æ, pro *Scandula*, (quod Plin. Vitruv. & Colum. habet, de quo supra in *Scando*,) Vegetius & alii dixerunt. Quo etiam nostrum schindel referendum est. *Scindula* autem a *scindendo*, ut Isidorus derivat lib. 19 cap. 19. Wowerius ad græcam originem refert Emendationibus Apulejanis. Nam σχινδαλμὸς Aristophanes in Nubibus memorat, quos τὰ λεπτότατα τῶν ξύλων Scholiastes interpretatur.

pretatur: Locus est a. 1 sc. 2 v. 5. vide & Vossium lib. 3 de Vitiis sermonis cap. 47. Hinc

¶ Scindulāris, e, adject. von schindeln; ut, *tectum scindulare*, apud Apulejum lib. 3 Met. ein schindeldach. Sed & hîc meliores libri *Scandulare* præferunt, Elmenhorstii p. 137, Pricæi p. 54.

SCĪNĪFES, is, insectorum genus, quod in plagis Ægyptiacis numeravit Alcimus lib. 5 v. 164 *Illic quas scinifes vocitant* &c.
Adde Car. du Fresne Glossar. Lat. med. ævi, & supra *Cīniphes*.

SCĪNIS, vel Sinis, is, latro crudelissimus Corinthius, qui flexis alligavit homines, quibus in sublime renitentibus discerperentur. Vid. Pausan. in Corinth. Propert. 3 eleg. 20 v. 37. Ovid. Met. 7 v. 440. Stat. Theb. 12 v. 576.

SCINTILLA, æ, quæ ex motu silicis illisi ad chalybem excutitur, ein funcken. Virg. 1 Æn. v. 174
Ac primum silicis scintillam excudit Achates.

¶ 2. Metaphoricæ locutiones elegantes sunt: ut, *Scintilla belli*, pro reliquiis: Cicer. 10 fam. epist. 14 *In illam*, inquit, *curam incumbe, ut ne qua scintilla teterrimi belli relinquatur.* Et Declam. Antequam iret in exil. cap. 6 *Conspiratio ita restincta, ut scintilla nulla compareat incendii.*

¶ Scintillŭla, æ, diminut. ein füncklein. Sic, *Scintillulas virtutum in pueris videmus*, Cicer. de Finib. lib. 5 cap. 15.

¶ Scintillo, āre, funckeln, blincken. Virg. 1 Georg. v. 392
Cum testa ardente viderent
Scintillare oleum.
Et Plinius lib. 20 cap. 1 *Scintillare sursum ac deorsum.* Ac Silius lib. 7 v. 593 *Scintillant cristæ* &c.

¶ Scintillātio, ōnis, die blinckung. Plin. lib. 20 cap. 9 *Oculorum scintillatio*, id est, motetio contra naturam, die beschwerung, da man die augen nicht kan still halten.

SCIO, scīvi, scītum, scīre, pro comprehendere & tenere, quæ didicimus, wissen. Plaut. in Trinum. a. 1 sc. 2 v. 168 *Qui omnia se simulant scire, nequicquam sciunt.* Cic. de Orat. 1 cap. 51 *Nihil certum sciri, nihil plane cognosci & percipi potest.* Construitur varie: ut, *Scire ex aliquo*, Plaut. Curcul. a. 2 sc. 2 v. 7, von einem erfahren haben. *Nemo ex me scibit*, antique pro *sciet*, Terent. Phorm. a. 5 sc. 1 extr. Idem in Eunuch. a. 5 sc. 3 v. 12 *De cognitione ut certum sciant.* Sed, *Scire græce*, Cicer. 2 de Finib. cap. 5. Et, *Latine scire*, de Clar. Orat. cap. 37, griechisch, lateinisch können. *Fidibus scire*, Terent. in Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 53, auf saitenspiel können. *Quod sciam*, das mir bewust wäre, das ich wüste, Cicer. ad Attic. 16 epist. 2. Et Terent. in Eunuch. a. 4 sc. 4 v. 54 *tu pol, si sapis, quod scis, nescis;*
Nescis, pro nescias, sive nescieris: hoc est, simules nescire, vel scire dissimules. ¶ 2. Non raro pro nosse, cognoscere, intelligere, erkennen, verstehen. Plaut. Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 190 *Possum scire, quo profectus.* Idem eâdem fabula a. 5 sc. 1 v. 30. AM. *Scin'*, (pro *scisne*) *me tuum esse herum Amphitruonem?* BR. *Scio.* AM. *Vide etiamnum?* BR. *Scio*, id est, cognosco. Idem Captiv. a. 3 sc. 1 *Scivi extemplo rem de compacto geri*, id est, intellexi, cognovi. Suetonius Augusto cap. 42 *Sed ut salubrem magis, quam ambitiosum scires*, id est, intelligeres, nosses. Seneca epist. 94 *Si ludum litterarium intraveris, scies, ista, quæ ingenti supercilio philosophi tractant, in puerili præscripto esse.* Idem epist. 6 *Me nulla res delectavit, quam mihi uni sciturus sim.* Vetus interpres Biblior. Matth. cap. 10 v. 26 *Nihil est apertum, quod non revelabitur, & occultum, quod non scietur.* B. Hieronymus de vita Hilarionis: *Plerisque asserentibus, scire se quidem Hilarionem, & vere illum esse famulum Dei, sed ubi esset, ignorare.* B. Hilarius contra Arianos de Auxentio: *Negat, se scire Arium.* ¶ 3. *Scire*, pro tenere audita sive præcepta, mercken. Apud Terentium Hecyrâ a. 5 sc. 3, cum Bacchis jussisset Parmenonem ad Pamphilum currere, atque orare, ut veniat, & Parmeno dixisset: *Nihil aliud dicam?* respondet Bacchis: *etiam, cognosse annulum illum Murrhinum, gnatæ suæ fuisse* &c. Parmeno ait: *Scio*, id est, teneo. ¶ 4. *Scio* male usurpatur ad pleonasmum nostratium exprimendum, v. g. *Sciunt observare*, sie wissen in acht zu nehmen. ¶ 5. *Scire*, infinitivus pro nomine; ut, *Scire tuum nihil est*, &c. Persius satyr. 1 v. 27. Et, *Quicquid scire meum potuit*, Alcimus Avitus lib. 2 v. 413.

¶ Sciens, tis, wissend, kundig, erfahren; e. g. *Id tibi renuntio, here, futurum, ut sis sciens*, damit du es wissest, Terent. Andr. a. 3 sc. 2 v. 28. Idem in Heaut. a. 5 sc. 8 fin. *Te sciente faciam, quicquid egero*, mit deinem vorwissen. Sed, *sciens non faciam*, hoc est, data opera, mit wissen und willen, Terent. ibidem sc. 5 v. 6. Et Cic. pro Sylla c. 31 *Nullum a me sciente facinus occultatur.* Sic dicitur: *Sciens latinæ linguæ*, Gellius lib. 18 cap. 5. Et, *Regendæ reipublicæ scientissimus*, Cic. 1 de Orat. cap. 49. *Scientissimo gubernatore uti*, Idem lib. 1 de Invent. cap. 34. Et, *scientissimus parendi*, Vellejus 2 cap. 79. Et, *Quis Pompejo scientior unquam fuit?* Cicer. pro Lege Manil. cap. 10. *Carmen veneficæ scientioris*, Horat. epod. 5 v. 72.

¶ Scienter, scientius, scientissime, adverb. wissentlich, weislich; ut, *Perite & scienter dicere*, aus erfahrung und kunst, Cicer. 2 de Orat. cap. 2. *Scienter tibiis cantare*, Nepos præfat. n. 1, id est, perite atque ex arte. Cæsar 1 de B. C. cap. 55 *Qui scienter in duas partes sese distribuunt, alii ut prædæ subsidio sint, alii ut venientibus resistant.* Et, *Jucunde & scienter canere*, Sueton. Tito cap. 3, lieblich und künstlich singen. Sic, *Scienter fallere*, vorsätzlich betrügen: Plinius Paneg. c. 64 *Ille juravit, expressit, explanavitque verba, quibus caput suum, domum suam, si scienter fefellisset, deorum iræ consecraret.* Comparative Cæsar 7 B. Gall. cap. 22 *eo scientius aggerem cuniculis subtrahebant.* Et Cicer. in Oratore cap. 52 *Neminem in eo genere scientius versatum Isocrate, confitendum est.* Superl. Idem 1 de Divinat. cap. 41 *Etruria de cælo tacta scientissime animadvertit.*

¶ Scientia, æ, cognitio alicujus rei, die wissenschafft, kunst, erkäntniß, erfahrung. Cicer. 2 de Divinat. cap. 9 *Futurorum malorum ignoratio utilior est, quam scientia.* Sic, *Scientia rei militaris*, Idem pro Lege Manil. cap. 10. *Scientia bene dicendi, recte loquendi*, Quintil. lib. 2 cap. 15, & lib. 1 cap. 4. *Habere scientiam magnarum artium*, Cicer. 7 fam. epist. 3. *Qui in alienis morbis profitentur tenere se medicinæ scientiam, ipsi se curare non possunt*, Idem 4 fam. epist. 5. Et, *Juris civilis scientia*, Cic. de Leg. 1 c. 6, die rechtsgelehrsamkeit. Idem in Hortensio apud Augustin. de Trinit. 4 c. 2 *Summus beati cognitione naturæ & scientia.*

¶ Scientiŏla, æ, diminut. eine kleine wissenschafft. Arnob. lib. 2 p. 56 *Concinnavit scientiolas artium.*

¶ Scītus, a, um, argutus, elegans, artlich, fein, geschickt. Terent. Andr. a. 3 sc. 1 v. 6 *Perecastor scitus puer natus est Pamphilo.* Idem Heaut. a. 1 sc. 2 v. 36 *Scitum est, periculum ex aliis facere tibi, quod ex usu siet*, das ist eine klugheit, &c. *Quam scitum est*, Idem in Phorm. a. 5 sc. 4 v. 2. Plautus Amph. a. 1 sc. 2 v. 8 *Scitus sycophanta.* Comparativ. *Animi scitiores*, Tertullian. de Anima cap. 25, künstliche köpffe. Et Lampridius Commodo cap. 2 *mulierculas formæ scitioris* dixit. Superl. *Scitissimus chorus*, Apulejus Met. lib. 10 p. 254. Sed

¶ Scītum, i, substant. placitum, decretum significat, a *Scisco*, eine satzung, lehre, verordnung. J. Scalig. lib. 1 Auson. Lect. 20 *Quas Græci*, inquit, *vocant χρείας, eas Latini scita & oracula: ut, scitum illud Catonis, oraculum illud Catonis* &c. Seneca in epist. 95 *Quæ Græci δόγματα vocant, nobis decreta licet appellare, vel scita, vel placita.* Cic. pro Corn. Balb. cap. 18 *Scita ac jussa comprobare.* Liv. lib. 10 cap. 22 *Voluminio ex senatusconsulto & scito plebis prorogatum imperium est.* Hinc apparet, quod *Plebiscitum*, id est, sanctio seu decretum plebis, etiam divise scribi possit, nec non inverse *scitum plebis.* Sic, *Scitum populi*, Idem Liv. 45 cap. 25. Et Cicer. lib. 3 ad Attic. epist. 23 ex Tribunorum rogatione: PER LEGES PLEB. VE SC. id est, *per leges plebis ve scita.* Plerumque autem conjungitur. vide de *Plebiscito* supra in *Plebs*, & de *Populiscito* in *Populus.*

¶ Scīte, adverb. docte, venuste, künstlich, fein. Terent. in Heaut. a. 4 sc. 5 *At si scias, quam scite in mentem venerit.* Et, *Scite & literate perscriptæ literæ*, Cic. in Pisonem cap. 25. Et, *Scitius arbitrari*, Gell. 4 cap. 11. *Scitissime separare*, Idem 10 cap. 11. *Scitissime discursu obire*, Apulejus Metam. lib. 9 p. 222.

¶ Scitulus, a, um, diminut. niedlich, hübsch; ut, *Forma scitula*, Plaut. in Rud. a. 4 sc. 1 v. 3. Et Arnobius lib. 3 pag. 112 *Ut intervalla & numeros vocum conserant scitulæ ac modulentur sorores.*

¶ Scitūle, adverb. artlich, künstlich. Apulejus Metam. lib. 7 p. 192 *Tuccta concinnat: apponit scitule.* Idem lib. 10 pag. 253 *gradum scitule referens.*

¶ Scius, a, um, idem qui sciens, gnarus, peritus, kundig, wissend. Vetus Gloss. *Scius*, εἰδώς. Hyginus fab. 92 *Scius omni artificio.* Petron. Fragm. Trag. p. 35 *Mulieres plus sciæ*, quæ multa sciunt. Lactantius lib. 2 cap. 14 *Dæmonas autem Grammatici dictos ajunt, quasi δαήμονας, id est, peritos ac rerum scios.* Et lib. 3 cap. 23 *Eos interdum puto aut joci caussa philosophari, aut prudentes, aut scios mendacia suscipere.* Vfus & vetus Interpres Bibl. Ecclesiastici c. 21 v. 18, & Zeno Veronens. Serm. de Resurrect. 5 c. 13, & Augustinus lib. 2 de doctrina Christiana cap. 6 extr. &c. Pareus in Lexico Crit. pag. 1126 varia producit testimonia; sed latinum esse vocabulum non putat: qui refellitur a Taubman. ad Plaut. Casin. p. 368. Adde etiam plura, quibus Scioppium refutat Borrich. Cogit. pag. 303. Hinc

¶ Sciŏlus, i, diminutiv. idem; ut, *Sciolus nandi*, id est, sciens, peritus, apud Frontinum 3 Stratagem. cap. 13 exemplo 6. B. Hieronymus l. 2 epist. 13 pag. 292 *Qui vero pauperes sunt, & tenui substantiola, videnturque sibi scioli, pomparum ferculis similes procedunt in publicum*, naseweise klüglinge.

¶ Scībilis, e, quod scientiâ comprehendi potest, kundbar, wissenschafftlich. Tertull. 5 adv. Marc. cap. 16 *Nusquam nisi in evangelio revelatus, non omnibus scibilis.*

¶ Scisco, scīvi, scītum, sciscĕre, est a *Scio*, wissen wollen, forschen. Plaut. in Amphitr. a. 5 sc. 1 v. 17 *Accurro, ut sciscam, quid velit*, id est, sciam vel resciscam. ¶ 2. Constituere, sancire, pronunciare, verordnen, befehlen; Sic, *Rogitationes plurimas propter vos populus scivit*, Plaut. Curcul. a. 4 sc. 2 v. 23. Et, *Sciscere legem*, Cicer. de Provinc. Consul. cap. 15. Idem 2 de Legib. cap. 5 *Multa pestifere sciscuntur in populis.* Ausonius Eidyll. 2 seu Epiced. in patr. v. 23
Felicem scivi, non qui, quod vellet, haberet:
Sed qui per fatum non data non cuperet.
Arnobius lib. 2 *Qui nihil sciscunt, & pronunciant unum.* Idem ibidem: *Antiquis opinionibus scitum est.*

¶ Scīto, are, frequent. pro *scire*, wissen. Ammian. 30 cap. 5 *Genuino percunctando sermone, quod non scitabat*; Valesius: *quod noscitabat.*

¶ Scītor, scitari, interrogare, forschen, fragen. Horat. 1 epist. 7 v. 60
Scitari libet ex ipso, quodcunque refers.
Virgil. Æn. 2 v. 105
Tum vero ardemus scitari & quærere caussas.
Idem lib. 2 Æn. v. 114
Suspensi Eurypylum scitatum oracula Phœbi Mittimus.

¶ Scitātio, ōnis, interrogatio, percontatio, die forschung, nachfrage. Ammianus lib. 18 cap. 9 *indefessa scitatione percontans.*

¶ Scitātor, ōris, ein kundschaffer, forscher. Ammian. 22 cap. 8 *Scientissimi scitatores*; ita legit Sylburgius; sed Vales. *minutissimi scrutatores.*

¶ Scītāmentum, i, ornamentum, artificium, ein kunststück; quomodo Gellius lib. 18 cap. 8 figuras rhetoricas *scitamenta* appellat. ¶ 2. Plauto Menæch. a. 1 sc. 3 v. 26 *scitamenta* exquisita edulia sunt, quæ *mellita scitamenta* Apulejus Met. lib. 10 p. 245 vocat, leckerbißlein; dulcia enim erant; unde Onomast. Vet. *Scitamenta*, ἡδύσματα. Macrob. Saturn. 7 cap. 14 *Popinatores scitamentorum.* Symmach. 1 epist. 23 *scitamenta exiguæ lancis apponere.* conf. Jureti not. pag. 16.

¶ Sciscĭtor, ari, idem quod *Scitari*, forschen, fragen. Terent. in Eunuch. a. 3 sc. 4 v. 10 *Quicquid est, procul hinc licet, quid sit, sciscitari.* Cicero 1 Nat. Deor. cap. 7 *Epicuri ex Vellejo sciscitabar sententiam.* Tacitus 3 Hist. cap. 38 *sciscitari caussam.*

¶ Sciscitātus, a, um, passive, erkundiget; apud Ammian. 25 cap. 8 *Omnium sententiis occultius sciscitatis.*

¶ Scisci-

¶ Sciscitatio, ōnis, die nachforschung, erkundigung. Petronius Satyric. *diligentissima sciscitatione quaerere.* Et Ammian. 25 cap. 4 *Praesagiorum sciscitationi nimiae deditus.*

¶ Sciscitator, ōris, ein forscher. Prudentius hymno Jejunant. v. 193

Explorat arte sciscitator callidus.

Et Ammianus lib. 22 cap. 16 *artium minutissimus sciscitator.*

Composita:

¶ Adscisco, īvi, ītum, scĕre, vel asciscere, adjungere sibi, assumere, accersere, appetere, annehmen, zuziehen; ut, *Asciscere sibi socios,* Caesar 1 B. Gall. cap. 5. *Adsciscι in numerum civium,* Cic. pro Arch. cap. 2 extr. *Adsciscere sibi laudem,* Idem pro Domo sua cap. 36. *Adsciscere sibi nomen regium,* sich anmassen, Liv. lib. 33 cap. 21.

¶ Adscītus, vel Ascītus, a, um, id est, accersitus, contrarius nativo, angenommen, angewehnt. Cornel. Nepos de Attico cap. 4 n. 1 *Tanta erat suavitas sermonis latini, ut appareret, in eo nativum quemdam leporem esse, non ascitum.* Idem ibid. cap. 3 n. 1 *Amisit civitatem Romanam, alia adscita,* i. e. acquisita. Cic. Verr. 4 cap. 51 *Sacra ab exteris nationibus adscita atque arcessita colere.* Ovid. Fast. 6 v. 172 *Petere adscitas dapes.*

¶ Adscītus, ûs, i. e. appetitus, die annehmung. Cicer. de Fin. 5 cap. 7 *Alii censent primum adscitum, doloris vacuitatem.*

¶ Conscio, īre, conscium sibi esse, bewust seyn, wissenschafft haben. Horat. 1 epist. 1 v. 60 *hic murus aheneus esto,*

Nil conscire sibi, nullâ pallescere culpâ.

¶ Conscius, a, um, bewust, wissend; dativum & genitivum simul plerumque adsciscit; ut, *Conscium sibi esse culpae, maleficii, noxae,* &c. Terent. Phorm. a. 1 sc. 3 v. 4 *Rogitas; qui tam audacis facinoris mihi conscius sis,* der du es so wohl weist als ich, &c. Cic. 2 Tuscul. cap. 4 *Mihi conscius sum, nunquam me nimis cupidum fuisse vitae.* Ita, *Mens sibi conscia recti,* Virg. 1 Æn. v. 604. Et, *Homo omnium meorum studiorum, consiliorum, officiorum maxime conscius,* Cic. 5 fam. epist. 5, der mich in- und auswendig kennet. Idem tamen dixit, *Facinori alicui conscium esse,* pro Cluent. cap. 20. Cum ablativo & praepositione *in* Propertius junxit lib 1 eleg. 10 pr.

Affueram vestris conscius in lacrymis.

¶ 2. Tribuitur non raro rebus inanimis. Sic *Conscium ignem* Herûs amorum lampadem dicit apud Stat. 6 Thebaid. v. 547; & *Conscia templa,* ibidem lib. 8 v. 206. *Conscius ore rubor,* Catull. carm. 66 v. ult.

¶ Conscientia, ae, conscia mens, das gewissen; ut, *Magna vis est conscientiae,* das gewissen vermag viel, Cicero pro Milone cap. 23. *Haec ad te scripsi liberius, fretus conscientiâ officii mei benevolentiaeque,* Idem 3 fam. epist. 7. Et, *Optimae mentis conscientiâ consolari se,* Idem de Clar. Orat cap. 71, sich des tröſten, daß man ein gut gewissen habe. *Mea quidem conscientia pluris est, quam omnium hominum sermo,* Cic. ad Attic. lib. 12 epist. 28. Et rursus ad eumdem lib. 10 epist. 4 *Praeclara conscientiâ sustentor, cum cogito, me de republica meruisse optime* &c. Et rursus lib. 13 ad eumd. epist. 20 *In omni vita sua quemque a recta conscientia transversum unguem non oportet discedere.* Et rursus lib. 6 fam. epist. 4 *Conscientia rectae voluntatis maxima consolatio est rerum incommodarum.* Illud autem, quod vulgo dictitant, *Conscientia mille testes,* Quintiliani est lib. 5 cap. 11 sub finem. Atque in his exemplis omnibus *Conscientia* illud interius judicium animi censuramque significat eorum, quae fecimus, egimus, diximus: quae aut redarguit nos injecto metu, aut absolvit, & quamdam fiduciam laetitiamque affert nobis. ¶ 2. Aliquando tamen simpliciter scientiam rei sive notitiam, quae nobis cum aliis communis, designat, das mitwissen. Cic. 1 Catil. pr. *Constrictam jam omnium horum conscientiâ teneri conjurationem tuam non vides?* Curtius lib. 7 cap. 1 n. 31 *Quod igitur conscientiae affertur indicium?* hoc est, quo argumento vinci potest, conjurationis non conscios esse? Tacitus lib. 1 Histor. cap. 25 *in conscientiam facinoris pauci admissi;* & cap. 28 *Praebuit plerisque suspicionem conscientiae:* & alibi saepius. Suetonius Calig. cap. 56 *Duo consilium* (de sustollendo Principe) *communicaverunt perfeceruntque, non sine conscientia potentissimorum libertorum.* Florus lib. 2 cap. 12 *Nemo regum diutius amissae fortunae conscientiam retinuit.* Tertullian. adversus Marcionem lib. 1 cap. 7 *Animae a primordio conscientia Dei dos est.*

¶ Conscisco, ĕre, proprie est sciscere, statuere, decernere, seu potius una sciscere & conjunctis suffragiis, mitordnen. Livius lib. 1 c. 32 *Populus Romanus Quiritium bellum cum priscis Latinis jussit esse, senatusque populi Romani Quiritium censuit, consensit, conscivit, ut bellum cum priscis Latinis fieret.* ¶ 2. Ad mortem fere pertinet, quemadmodum Valla monet lib. 5 cap. 86; ut, *Mortem sibi ipsi consciscere,* Cicer. 5 in Verr. cap. 56, sich selbst umbringen oder entleiben. *Veneno sibi mortem consciscere,* Idem de Clar. Orat. cap. 11, sich selbst vergeben. Idem 7 fam. epist. 3 *Aut capiendus tamquam exilio locus, aut consciscenda mors voluntaria.* ¶ 3. Ad alias res refertur, idemque est, ac de iis decernere & apud se statuere. Cicero ad Brutum epist. 16 *Facinus consciscere* dixit, eine that begehen. Tacitus 3 Hist. cap. 9 n. 3 *Opprimi duae legiones potuere, aut retro acta desertâ Italiâ turpem fugam conscivissent.*

¶ Conscītus, a, um, zugezogen. Livius 9 cap. 26 *Mors, haud dubie ab ipsis conscita, judicio subtraxit.* Plin. 36 cap. 15 *Passim conscita nece Quiritibus taedium fugientibus.*

¶ Inconscius, a, um, unbewust. Liv. 21 cap. 12 *Alcon, inconsciis Saguntinis, precibus aliquid moturum ratus,* &c. Sed meliores libri habent *Inscii*s.

¶ Inconscientia, ae, die ungewissenhafftigkeit. Gloss. gr. lat. ἀσυνειδησία, *Inconscientia.*

¶ Descisco, ĕre, est ab imperio se ductuque alterius subtrahere, ut exponit Valla, sich von einem abschliessen, abtreten, abfallen. Sic, *Desciscere a populo Romano ad alios,* Livius lib. 28 cap. 29. *Desciscere a societate,* Vellejus lib. 2 cap. 100. *Desciscere a consuetudine parentum,* Plinius junior 3 epist. 20, von der alten gebrauch abweichen. *Desciscere ab antiqua institutione,* Cic. 4 de Fin. cap. 8. *Desciscere a natura,* Idem 3 Tuscul. cap. 2. Et Quintilianus, ut putatur, de causis corruptae eloquentiae cap. 28 *Eloquentia & caetera artes desciverunt ab ista vetere gloria.* Ac Vellejus Paterculus ineunte lib. 2 *non gradu, sed praecipiti cursu a virtute descitum, ad vitia transcursum.*

¶ Insciens, tis, ignarus, stultus, unwissend, unverständig; ut, *Abi, sis insciens,* Terent. in Phorm. a. 1 sc. 2 v. 9. Idem in Heaut. a. 4 sc. 1 v. 19 *Si peccavi, mi Chreme, insciens feci,* id est, imprudens, vel per imprudentiam. Et ibidem: *Te inscientem atque imprudentem dicere ac facere omnia.* Nepos Eumene cap. 12 extr. *insciente Antigono.* conf. 23, 9, 4.

¶ Inscius, a, um, idem; ut, *Rerum omnium inscius,* unerfahren in allen dingen: Cic. de Socrate lib. de Clar. Orat. cap. 85 *Socrates se omnium rerum inscium fingebat & rudem.* Livius lib. 24 cap. 48 *Inscia ac temeraria turba.*

¶ Inscienter, adverb. unwissentlich; ut, *Inscienter facere,* Cic. Topic. cap. 8. Superlat. *Inscientissime,* Hygin. lib. 2 Astron. cap 12.

¶ Inscie, adverb. idem. Apulej. de Deo Socrat. *Omnes sed inscie metuunt.*

¶ Inscientia, ae, ignorantia, der unverstand, die unwissenheit. Cicer. pro Sylla cap. 14 *Tenebrae erroris & inscientiae.* Idem in Academ. lib. 4 cap. ult. *Inscientia multa versatur in vita.* Et Caesar 3 de B. Gall. c. 9 *Navigationem impeditam propter inscientiam locorum paucitatemque portuum sciebant.* Et eodem lib. cap. 13 *Pelles pro velis alutaeque tenuiter confectae, sive propter lini inopiam atque ejus inscientiam, sive* &c. Et Nepos 15, 7, 4 *Propter praetorum imprudentiam inscientiamque belli.*

¶ Inscītus, a, um, inelegans, unartig, nicht fein; item stultus, tölpisch albern, ungeschickt. Plaut. Menaech. a. 2 sc. 3 v. 85 *Mulier stulta atque inscita.* Idem Bacchid. a. 4 sc. 10 pr.

Quum magis in pectore meo foveo, quas meus filius turbas det,
Quàm se ad vitam & quos ad amores praecipitem inscitus capesset,
Magis curae est, magisque afformido, ne is pereat.

Comparat. *Quid est inscitius?* hoc est, absurdius, was ist ungereimter? Cic. 2 Nat. Deor. cap. 13. Et, *ne inscitiores audiant ac discant,* Gellius 19 cap. 10 extr. Et, *Inscitissimus,* Plaut. Mostell. a. 5 sc. 2 v. 16.

¶ Inscīte, adv. illepide, imperite, unweißlich, närrisch; ut, *Inscite facere,* Plaut. Trin. a. 1 sc. 2 v. 58. Columell. lib. 5 *Id plurimum refert, inscite non facere.* Quintil. lib. 11 cap. 3 p. 824 *Si inscite spiritus recipiatur, non minus adfert obscuritatis, quam vitiosa distinctio,* wenn man in der rede athem holet zwischen worten, die zusammen gehören. Superlat. *Inscitissime,* Gell lib. 10 cap. 16.

¶ Inscītia, ae, ignorantia, imperitia, imprudentia, stultitia, unverstand unbesonnenheit. Terent. in Heaut. a. 4 sc. 1 v. 17 *O Jupiter, tantam inesse animo inscitiam?* Idem in Phorm. a. 1 sc. 2 v. 27 *Inscitia est, adversum stimulum calces,* subaudi, *jactare.* Cicer. Offic. 1 cap. 34 *Ineuntis aetatis inscitia senum regenda prudentiâ est.* Sic, *Inscitia legum,* Horat. 2 satyr. 1 v. 81. *Inscitia antiquitatis,* Gellius lib. 11 c. 6. *Inscitia regendi naves,* Tacitus Agricol. cap. 28 n. 4; & *Inscitia aedificandi,* Idem de German. cap. 16 n. 2.

¶ Nescio, īre, ignorare, nicht wissen. Terent. Eunuch. a. 4 sc. 7 v. 29 *Nescis, cui maledicas nunc viro.* Idem Andr. a. 2 sc. 2 v. 3 *Laetus est, nescio quid.* Idem Heaut. a. 2 sc. 4 v. 16 *Alios nescio,* von andern weiß ich nicht. Plaut. Curcul. extr. *Ego te vehementer perire cupio, ne tu me nescias,* id est, ignores. Idem Milit. Glor. a. 2 sc. 6 v. 89 *Etiam illud, quod scies, nesciveris,* was du weist, laß dich nicht mercken. Et Terent. Eunuch. a. 4 sc. 4 v. 54 *Tu pol si sapis, quod scis, nescis.* Cic. de Clar. Orat. cap. 37 *Non tam praeclarum est scire latine, quam turpe, nescire,* lateinisch können, nicht können. *Nescimus, quid serus vesper ferat:* dictum vetus, quod satyrae cuidam Varro titulum fecit. vide Gellium lib. 13 cap. 11. ¶ 2. *Nescio quis,* formula, qua vel in contemtu vel ignoratione utimur. Plaut. Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 176 *Nescio, quem loqui autumat.* Cicero pro Dejotaro: *At misit ad Caelium nescio quem.* Sic, *nescio quo casu,* Nepos 1, 7, 3; & Cic. 5 fam. epist. 15. *Nescio quomodo,* Nepos 7, 11, 1; & 8, 1, 3. ¶ 3. Interdum idem est ac non posse, nolle, nicht können, nicht wollen. Cic. de Orat. 3 cap. 10 *Qui loqui nesciat.* Virg. Georg. 3 v. 84 *Stare loco nescit.* Horat. Art. Poët. v. 379 *Ludere qui nescit.* Et ibidem v. 390 *Nescit vox missa reverti.*

¶ Nesciens, tis, unwissend. Terent. Heaut. a. 3 sc. 1 v. 59 *Ut nescientem sentiat te id sibi dare.*

¶ Nescienter, adverb. idem. Augustinus 2 de Doctr. Christ. cap. 40 *ipsis Ægyptiis nescienter commendantibus.* Qui etiam Prudentio tribuunt praefat. 2 Apotheos. v. 4, hos ex Codd. refutat Nic. Heinsius.

¶ Nescientia, ae, i. e. inscitia, die unwissenheit. Claud. Mamert. 1 c. 11 *Agnosco, te multorum nescientias attulisse*

¶ Nescītus, a, um, quod nescitur, apud sequioris aevi auctores, unbekandt. Sidonius 8 epist. 6 *Litem intra Gallias ante nescitam edidit.* Ennodius de vita Antonii: *Dedicavit callem subjectâ asperitate nescitum.* Boëth. lib. 5 Metro 3 *Aut quis valeat nescita sequi?*

¶ Nescius, a, um, ignarus, nesciens, unwissend; ut, *Mali impendentis nescius,* Plinius lib. 8 epist. 23. Et Virg. Æn. 10 v. 501

Nescia mens hominum fati sortisque futurae, &c.

Sic, *Non sum nescius,* Cicer. 1 de Orat. cap. 11 pr. *Nescius vinci,* Ovidius lib. 2 ex Ponto epist. 9 v. 45. ¶ 2. *Nescia loca,* pro ignotis passive dixit Plautus Rudente a. 1 sc. 5 v. 17. Idem similiter Captiv. a. 3 sc. 3 v. 15 *Si quid nescivi, id nescium tradam tibi.* vide Gellium lib. 9 cap. 13. Arator quoque, poëta Christianus, *Nescia verba* pro ignotis posuit in actionibus apostolorum. *Nescium quid habere,* id est, nescire, Tacitus dixit Annal. lib. 16 cap. 14. Idem *nescia tributa* passive dixit 1 Ann cap. 59.

¶ Persciens, tis, valde sciens, wohlwissend, participium verbi *perscire*: quod ex casu addito apparet. Lampridius in Commodo cap. 5 *Perennis Commodi animum persciens,* &c. Hinc

¶ Perscienter, adverb. idem. Cic. de Clar. Orat. cap. 55 *Ad infirmitatem laterum perscienter contentionem omnem remiserat,* id est, valde scienter.

¶ Persci-

¶ Perscītus, a, um, admodum scitus, sehr artlich. Cicero lib. 2 de Oratore cap. 67 *Per mihi scitum videtur*, &c.

¶ Præscio, īvi, ītum, īre, zuvor wissen. Terent. in Andr. a. 1 sc. 5 v. 4 *Nonne oportuit præscisse me ante?*

¶ Præscisco, ĕre, erfahren, vorher erkundigen; ut, *Longe præsciscere*, Virg. 4 Georg. v. 70. Et Livius lib. 27 cap. 35 *Præsciscere, quem quisque hostem haberet, volebant.*

¶ Præscītum, i, prognosticon, augurium, ein vorzeichen, eine weissagung, Plin. lib. 10 cap. 18.

¶ Præscitio, ōnis, idem; ut, *Præscitionum auctor*, Ammian. 29 cap. 1.

¶ Præscius, a, um, vorher wissend, kundig; ut, *Præscia venturi vates*, Virg. 6 Æn. v. 66.

¶ Rescio, īre, idem quod *scire*, vel rem gestam resciscere, erfahren. Livius lib. 29 cap. 14 pr. *ne rescirent Carthaginienses.*

¶ Rescisco, ĕre, rem, postquam instituta vel gesta est, scire, erfahren; Valla lib. 4. Ita Terent. Adelph. a. 5 sc. 3 v. 5 *Rescivit omnem rem*, er ist hinter den gantzen handel kommen. Idem in Hecyr. a. 5 sc. 4 v. 27 *Hi, quos par est resciscere, sciunt.* Vide de hoc verbo Gell. lib. 2 cap. 19.

Sciographia, vide supra *Sciagraphia.*

SCIŎTHĒRĬCON, i, vel *Sciathericum*, (nam & supra sic posuimus,) horologium est ex observatione umbrarum, *Solarium* vulgo vocant, quo horæ æquales æquinoctialesque colliguntur, ein sonnenzeiger. *Horologium sciothericon*, Plinius lib. 2 cap. 76. Dicitur a σκιὰ, *umbra*, & θήρα, *venatio* sive *indagatio*. De ratione conficiendi ejusmodi horologia Vitruvius lib. 1 cap. 6 *Collocetur*, inquit, *æneus gnomon indagator umbræ, qui Græcis σκιαθήρας dicitur*, &c. Cum *indagator umbræ* dicit, græcum vocabulum interpretatur.

SCĪPIO, ōnis, σκίμπων, baculus, ein stab, stecken. Plaut. Amphitr. a. 1 sc. 3 v. 22 *Quem pol ego jam hoc scipione:*
Subaudi, *probe mulcebo.* Per aposiopesin enim id dixit Comicus. Idem Asinariâ a. 1 sc. 1 v. 110

Nam ego illud argentum, tam paratum filio
Scio esse, quam me hunc scipionem contui.

Gerebat enim scipionem vel baculum. Sic, *Scipio eburneus*, consulum Romanorum ab ipsâ primâ institutione, cujus Dionysius Halicarn. Livius, Valerius Max. Vopiscus & alii plures meminere, postea & imperatorum gestamen. De hoc, versum Juvenal. satyr. 10 v. 43 *Da nunc & volucrum sceptro quæ surgit eburno*, interpretatur vetus Scholiastes his verbis: *Virga, quam consules portant: qua supra aquilas faciunt.* Alii tamen de triumphali scipione exponunt; quem plane istâ formâ Isidorus describit lib. 7 cap. 2. Visuntur & scipiones ejusmodi in aliquot numis imperatorum. Hujusmodi scipionibus eburneis reges amicos & socios donari a Romanis solitos, Tacitus 4 Annal. cap. 26 declarat. Sed ¶ 2. *Scipio* in vineis, pes est uvæ, eine reb oder traubenstütz, ein weinpfahl, Varr. & Colum. lib. 12 cap. 43. ¶ 3. Ab ejusmodi *scipione* gens patritia Romæ *Scipionum* nomen sortita est, ideo, quod *Cornelius Scipio* patrem suum oculis orbum baculi vice incedentem rexisset. Clarissimi sunt *Scipio Africanus*, major, Hannibalis victor; & *Scipio Æmilianus*, vel Africanus minor, Africani majoris nepos adoptivus, qui Numantiam evertit & Carthaginem. *Scipio Nasica*, vir optimus, qui cuidam existimanti, res Romanas, postea quam extincti essent Carthaginenses, in tuto deinceps fore, Græcis etiam in servitutem subactis, *imo*, respondit, *summo in periculo nunc sumus, quia nulli supersunt, quos vel timeamus, vel revereamur:* Plutarchus.

¶ Scīpĭădæ, arum, pro *Scipionibus*, Virg. 2 Georg. v. 170.

¶ Scipionārius, a, um, adject. a cognomine Scipio, Varr. L. L. 8 c. 42.

SCĪRŌMA, vel Scirroma, ătis, affectio epatis indurescentis incurabilis, wenn die leber verwelcket oder verhartet, apud Plin. lib. 25 cap. 8, σκίῤῥωμα.

SCĪRON, ōnis, Σκίρων, ventus Caurus, spirans a saxis Sironiis prope Athenas. Quidam hunc ventum eumdem esse putant cum Japyga, Cauro, Hellespontio, Olympia. vid. Dalechamp. ad Plin. lib. 2 c. 47. ¶ 2. *Sciron*, latro insignis a Theseo interfectus ad Megaram, cujus ossa, cum in mare cecidissent, in scopulos conversa feruntur. vid. Ovid. Met. 7 v. 445 & 448; & Heroid. epist. 2 v. 69; & Propert. 3 eleg. 14 v. 12. Hinc

¶ Scīrōnius, a, um, adject. ut, *Scironia saxa*, Senec. Hippolyt. v. 1220. *Scironia rupes*, Claudian. B. Get. v. 188.

¶ Scirōnis, ĭdis, fœm. ut, *Scironides petræ*, Senec. Hippol. v. 1020.

SCIRPUS, i, sive Sirpus, juncus enodis, sembden, binsen, schilffrohr. vid. Plin. 16 cap. 38. Inde proverbium in anxium nimisque diligentem, vel, ut Festus ait, *in eas res, quæ nullius impedimenti sunt: Nodum in scirpo quærere.* Ennius apud Festum; & Plaut. Menæch. a. 2 sc. 1 v. 22; & Terent. Andr. a. 5 sc. 4 v. 39, i. e. in re minime dubia dubitandi occasionem captare, grübeln, da nichts zu grübeln ist, *chercher des difficultés à plaisir*, ut Daceria loquitur. conf. Taubm. ad Plaut. Aulul. a. 4 sc. 1 v. 9. Donatus ad Terentium, SCIRPUS *palustris res est levissima, Lucilius in primo. Nodum in scirpo insane facere vulgus. Est autem* SCIRPUS *sine nodo, & lævis junci species* &c. Vet. Gloss. *Scirpus*, φλοῦς πάπυρος. ¶ 2. *Scirpi* etiam sive *Sirpi* dicebantur nassæ a *Sirpis* sive juncis, unde fiebant. ¶ 3. Hinc igitur per translationem *Sirpi* sive *Scirpi* dicebantur olim obscuræ & captiosæ quæstiones, sive ænigmata, ut Gellius observat lib. 12 cap. 6, rätzel, zweiffelsknoten. Frustra enim ibi pro *Sirpus Sirupos* substituunt Alciatus & Rhodiginus. vide Scaliger. Conjectan. & Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 303.

¶ Scirpeus, a, um, aus binsen; ut, *Scirpea tegeticula*, eine flechte von sembden. *Scirpea ratis pueris, qui nare discunt, induitur*, Plaut. in Aulul. a. 4 sc. 1 v. 9. *Scirpea imago*, Ovid. in Fast. lib. 5 v. 659.

¶ Scirpea, æ, vel Sirpea, substantivum, eine flechte, ein wagenkorb, eine futterschwinge. Varro lib. 4 de L. L. cap. 31 SIRPEA, *quæ virgis sirpatur, id est, colligando implicatur: in qua stercus aliudve quid evehitur.* Arnob. lib. 2 p. 70 *Vannorum sirpeorumque vinctores.* Ovid. 6 Fast. v. 680 *At dominus, discedite, ait, plaustroque morantes*
Sustulit, in plaustro sirpea lata fuit.

¶ Scirpŭla, æ, vitis genus, apud Plin. 14 cap. 3 & 9. Colum. 3 cap. 2.

¶ Scirpĭcŭlus, i, diminut. parvus scirpus, kleiner binsen, Varr. R. R. 2 cap. 2.

¶ Scirpĭcŭla, vel Sirpicula, æ, falcis putatoriæ genus, ein rebmesserlein; Cato cap. 11, & Varr. 1 de R. R. cap. 22, & de L. L. 4 cap. 31.

¶ Scirpĭcŭlum, i, canistrum vimineum, vel ex scirpis contextum, ein körblein aus binsen gemacht. Propert. lib. 4 eleg. 2 v. 40
Sirpiculis medio pulvere ferre rosam.
Et Colum. 10 v. 304 *Cano jam vimine textum*
Sirpiculum ferrugineis onerare hyacinthis.

¶ Sirpo, are, sirpo texere, mit binsen binden, flechten. vid. Varronis locus in *Scirpea.* Idem eodem loco: *Sirpiculæ vocatæ a sirpando, i. e. alligando.* Hinc

¶ Sirpātus, a, um, gebunden mit binsen. Varro l. c. *Sic sirpata dolia, quassa cum alligata dicta.* vid. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 203.

SCIRRHUS, i, σκῖῤῥος, tumor induratus, harte geschwulst, Plin 7 c. 15.

Sciscitatio, sciscito, scisco, &c. Scissilis, scissim, scissio, scissor, Scitamentum, scitor, scitus, vide *Scio, Scindo, Scio.*

SCIŪRUS, i, animal sic dictum a tegumento caudæ villosæ, qua tamquam pro tecto & umbra utitur, ein eichhorn, einhörnlein, animal cognatum ei, quod *Varius* & *Pirolus* dicitur, ein feck. Gesner. *Sciuri tempestates præsagiunt, obturatisque, quâ spiraturus est ventus, cavernis, ex alia parte fores aperiunt*, Plin. lib. 8 cap. 38.

SCLAVI, seu Slavi, orum, gens a Venetis oriunda, quos inter magnæ Germaniæ gentes declarat Tacitus. Alii Sarmatici generis faciunt, & verius, ut Cluverius judicat lib. 3 Antiquæ Germaniæ c. 44. Vagi & mercenariam militiam facientes late fuderunt nomen, non per Sarmatiam tantum, sed & Germaniam ipsam; in Illyricum usque ac Histriam, ubi & sedes fixere, penetrantes, unde progressi Bohemiam occuparunt. Hinc Poloni, Bohemi, Dalmatæ, & nostri per Germaniam Wendii, una linguâ utuntur, quæ *Sclavonica* dicitur, nec nisi dialectis diversa. Σκλαβηνοὶ Procopio, ac ita Jornandes quoque *Sclavios* vocat. ¶ 2. *Sclavus* pro servo, vel mancipio non modo Germanis & Anglis dicitur, sed & Gallis & Hispanis: Id autem primitus nominis ortum, & inditum illis, quos a forti Sclavorum gente captos in servitutem redegissent, eruditissimus Vossius censet lib. 2 de Vitiis sermonis cap. 17.

¶ Sclavonia, æ, olim Pannonia interamnia, inter Savum & Dravum sita, das königreich Sclavonien.

SCLŌPUS, i, sonus est qui emittitur e buccis inflatis, das platzen aus den aufgeblasenen backen. Persius satyr. 5 v. 13
Nec sclopo tumidas intendis rumpere buccas.
Legunt & *Stlopus.* ¶ 2. Inde ad bombardas minores transfertur *Sclopus*, aut *Stlopus*, eine handbüchse.

Scobīna, quære in sequente *Scobs.*

SCOBS, & Scobis, is, gen. dubii, feilstaub, ziegelstaub, sägespäne; ut, *Scobs elimata*, Plin. 34 cap. ult. *Eburnea scobis*, Columell. 7 cap. 10. *Semodium scobis*, Juvenal. sat. 14 v. 64. conf. Horat. 2 sat. 4 v. 81.

¶ Scobīna, æ, lima est, a *scobe* dicta secundum Varronem de L. L. 6 c. 3, eine feile. *Scobina fabri*, Plin. 11 cap. 37 sect. 68 extr. Et Tertullianus Apolog. cap. 12 *In deos vestros per omnia membra validius incumbunt asciæ, & runcinæ, & scobinæ.*

¶ Descobinātus, a, um, abgefeilt. Varro apud Nonium cap. 2 n. 236 *cruribus in silva descobinatis*, die beine im gebüsche zerkratzen. Arnobius lib. 6 p. 200 *tornis rasa, descobinata limis.*

SCŌLĒCIA, æ, ærugo in ære Cyprio, der grüne rost oder schimmel am kupffer, Plin. 32 cap. 12; nam σκώληξ, vermiculum significat, in cujus formam scolecia trita contrahitur.

¶ Scolēcium, i, σκωλήκιον, coccum ilicis, ein eichapffel, gallapffel, Plin. lib. 24 cap. 4.

SCŌLĪBRŎCHON, i, σκολίβροχον, herba, quæ & *Callitrichon* & *Scolopendrion*, Apulej. de Herb. cap. 47.

SCŎLŎPAX, ācis, σκολόπαξ, piscis peregrinus corpore rotundo, squamis asperis, aculeo in dorso extremo magno, & altera parte serrato, ein sägfisch, a *serrâ*, vel gallinago avis, eine meerschnepffe, a rostro oblongo: Gesner.

SCŎLŎPENDRA, æ, σκολοπένδρα, insectum, eine nassel, atzel, kellerwurm, idem quod *centipeda.* ¶ 2. *Scolopendra marina*, piscis, meernassel; *Scolopendra cetacea*, wahlnassel, Gesner. Plin. 9 cap. 43, & 32 cap. 11.

¶ Scolopendrium, i, σκολοπένδριον, herba, asplenum, ἄσπληνον, steinfaren. Sed, hirtzzung, hirszung, *Phyllitis* est, non *Scolopendrion.* vid. Apulej. de Herb. c. 4, c. 47, c. 56, & c. 92.

SCŌLUS, i, σκῶλος, pagus incultus, asper atque inamœnus sub Cytherone in Bœotia. Unde natum proverbium:
Ad Scolon neque ipse vades, neque alteri comes ibis:
Εἰς σκῶλον μήτ' αὐτὸς ἴμεν, μήτ' ἄλλῳ ἕπεσθαι.
Vide Chiliadas, & Stat. Theb. 7 v. 266.

SCŎLȲMOS, i, σκόλυμος, carduus, cinara, & strobilus, strobeldorn, Matthiolus: aliis artschocke, Plin. 22 cap. 22.

SCOMBER, & Scombrus, i, σκόμβρος, piscis marinus, ein makrel; major harengo. Horatius *piscem Iberum* appellasse videtur lib. 2 satyr. 8 v. 46. Scomber enim in Hispaniâ ad novam Carthaginem, quæ & *Spartaria* appellata, frequens: ex quo & insulæ non procul inde positæ *Scombrariæ* nomen factum, Strabo auctor est. Ex scombris enim istis præstantissimum garum (de quo Horatius loquitur) conficiebatur, teste Plinio lib. 31 cap. 8.

SCOMMA, ătis, σκῶμμα, cavillum vel morsus figuratus, ut Macrobius vocat, ein spottwort, ein stich der nicht blutet. Verba ejus lib. 7 cap. 3 ista sunt: SCOMMA *pæne dixerim morsum figuratum, quia sæpe fraude vel urbanitate tegitur, ut aliud sonet, aliud intelligas. Nec tamen semper ad amaritudinem pergit, sed nonnunquam his, in quos jacitur, dulce est. Quod genus maxime vel sapiens vel alias urbanus exercet*, &c. vide totum caput.

SCŌPÆ, arum, ein besen. Plaut. in Stich. a. 2 sc. 3 v. 23 *Munditias volo fieri hic, ferte huc scopas.* Sed, *Scopæ dissolutæ*, homines nihili nul-

liusque prorsus consilii Ciceroni sunt ad Attic. lib. 7 epist. 13. vide Chiliad. Idem Cic. in Orat. cap. 71 *Vt in proverbio est, etsi humilius dictum, scopas mihi videntur dissolvere*, i. e. apta dissipare & rem inutilem efficere, **zertrennen was zusammen gehöret.** ¶ 2. *Scopam* singulari tuetur tum Carisii, tum Onomastici veteris autoritas, tum diminutivum *Scopula*. ¶ 3. Et *Scopæ*, frondes superiores herbarum vel fruticum, **die wippel an kräutern und sträuchen.** ¶ 4. *Scopa regia*, herba, **Johannis-kraut**, Plin. 25 cap. 5.

¶ Scōpŭla, æ, diminut. **ein kehrbesen**, Colum. lib. 12 cap. 36; & Cato R. R. cap. 26.

¶ Scōpium, i, sive Scopus, i, ramosum id, quo dependent acini, **der stiel.** Cato R.R. c.112 *Tum acina de uvis miscellis decerpito de scopio.* Varro R. R. 1 cap. 54 *Vvarum scopi cum folliculis subjiciendi sub prelum.* Idem 2 cap. 4 *Dari solent vinacea & scopi ex uvis.* Columella 12 cap. 42 *Scipiones* vocat.

¶ Scōpo, are, **kehren mit besen.** Vulg. Interpr. Esa. cap. 14 v. 13 *Scopabo Babylonem.* Sic apud Aristophanem: μὴ κόρει τὴν Ἑλλάδα, *ne scopes Græciam*, i. e. ne in desolationem redigas. vid. Cœl. Rhodig. Lect. Antiqu. 10 cap. 5.

¶ Scōpārius, i, qui pavimenta scopis munda reddit, **ein hausknecht, kehrmann, marcktkehrer**, Vlpian. Dig. lib. 33 t. 7 l. 8 fin. § 1.

SCŌPAS, æ, statuarius fuit insignis, architectus Mausolei, Plin. 35 cap. 5; & Horat. 4 od. 8 v. 6.

SCŎPĔLOS, i, insula ante Troada Ascaniæ, Plin. 5 cap. 31.

SCŌPES, um, aves nocturnæ ex noctuarum genere, Plin. 10 cap. 49.

SCOPTVLA, ōrum, operta, ossa scapularia, lata duo ossa ad scapulas tendentia, **die schulterknochen, schulterbeine**, Celsus lib. 8 cap. 1.

Scopulosus, scopulus, vide sequens *Scopus*.

SCŌPVS, i, σκοπὸς, a σκοπέω, speculor, contemplor; est enim id, quod sagittarii signum ponere solent in certamine, quod petant, **das ziel, darnach man schiesset.** Vegetius a *scopis*, hoc est, fasce fruticum vel straminum, quem pro signo ponere solebant sagittarii funditoresve, dictum *scopum* putat. Macrobius *propositum* vocat, **ein vorgestecktes ziel.** ¶ 2. Et per metaphoram id est ipsum, quo agens quis præcipue spectat, **das absehen, der zweck, vorsatz:** *propositum* vulgo vocant: Cic. ad Attic. lib. 8 epist. 11 *Neutri scopus est ille, ut beati simus: uterque regnare vult.* Idem *proram & puppim* vocat lib. 16 fam. epist. 24.

¶ Scŏpŭlus, i, σκόπελος, saxum eminens, **ein steinfels, eine klippe.** Virg. 1 Æneid. v. 163 *minantur in cælum scopuli.* ¶ 2. Metaphorice quævis res noxia & periculosa, & perinde ac scopuli nautis, vitanda & fugienda, **ein anstoß.** Gell. lib. 1 cap. 10 *Id quod a C. Cæsare in primo de Analogia libro scriptum est, habe semper in memoria, ut tamquam scopulum, sic fugias inauditum atque insolens verbum.* Et, *Navem ad scopulos appellere*, dixit Cicer. pro Rabirio cap. 9, quod Germani fere dicunt, **den karn in den dreck führen**, quod est in certum periculum aliquid adducere. Sic eleganter Florus Antonium, *scopulum securitatis publicæ* lib. 4 cap. 9 appellat, quod maximum ab eo periculum perniciesque impendeat. ¶ 3. Sueton. in Domit. cap. 19 *Scopulum* pro signo posuit, quo sagittarii jacula dirigunt, **ein ziel.** Adde Barth. ad lib. 9 Thebaid. Statii p. 1078.

¶ Scŏpŭlōsus, a, um, **voller klippen und hoher felsen**; ut, *Rupes scopulosa*, Lucan. 2 v. 619. *Mare Tuscum scopulosum atque infestum*, Cic. 3 de Orat. cap. 19 pr. *Scopulosi vertice colles*, Silius 7 v. 274.

SCORDĂLVS, i, quem in Gloss. Isidorus *ferocem* interpretatur, **wild, verwegen.** Et ita usus Petronius Satyric. p. 111 *Eumolpum*, inquit, *excludo, redditaque scordalo vice, sine æmulo scilicet, & cella utor & nocte.* *Scordalum* vocat Eumolpum, quod contumeliæ impatiens, diversitorem excussissima palma pulsaverat, & ulciscentem se, candelabro ligneo rapto fuerat persecutus. Seneca epist. 83 *Tullius Cimber & nimius erat in vino, & scordalus. In hanc rem jocatus est ipse:* EGO, *inquit*, QVEMQVAM FERAM, QVI VINVM FERRE NON POSSVM. Ergo *Scordalus*, qui impatiens & ferox in ultionem facile erumpit, **ein grackeler.** Glossæ Petronianæ: *Scordalus, homo alliatus, & illuvie squaloreque fœdus, sordidus, impurus.* A σκόροδον, *allium*, quo frequenter nautæ utebantur. Hinc

¶ Scordalia, æ, fœda contentio & rixa, **grackel, gezäncke.** Petron. Fragm. Tragur. p. 30 *Agite scordalias de medio.* vid. Scheffer. h. l. p. 132.

SCORDASTVS, i, arbor Persici maris, Plin. 12 cap. 9.

SCORDISCI, orum, populi Thraciæ maxime omnium immanes ac barbari: qui hostiis captivorum Diis suis sacrificarunt, sanguinemque humanum in ossibus capitum bibere soliti, ut Festus Rufus Breviario cap. 9 de iis loquitur. Qui pleraque tamen fabulosa censet. De iis Herodotus lib. 4. Mela lib. 2 cap. 1. Florus lib. 3 cap. 4. Ammianus lib. 27, alii. ¶ 2. De *Scordiscis equitibus*, vid. Frontin. Strategem. 3 cap. 10 n. 7. ¶ 3. *Scordiscus* in Veteri Glossario ἐφίππιον exponitur: quod Cyrilli Glossæ *Scordiscale* interpretantur. Sed Isidorus in Glossis *Scordiscum*, corium crudum interpretatur. Nempe a *Scortum*, quod pellis est, de quo post.

SCORDIVM, i, σκόρδιον, herba, **wasserbatenig, knoblauchskraut**, Plin. 26 cap. 8 & 11. Apulej. de Herb. cap. 70, ubi etiam *Scordilon* appellat. conf. Tertull. Apolog. cap. 23.

¶ Scordŏtis, is, herba amari gustûs in campis pinguibus, a quibusdam appellatur *Scordion*; Plin. 25 cap. 6, & 26 cap. 5.

SCŌRIA, æ, σκωρία, fex metallica, seu spuma, quæ ex materia fervescente tollitur, **schlacken.** Plinius quidlibet in metallo immundum, quod e catino ejicitur, *scoriam* vocat, lib. 33 cap. 4. Corripit tamen primam, vel vocem dissyllabam facit Virgil. in Cir. v. 249

Sordibus & scoriâ patiar tabescere tali.

Conf. Voss. de Art. Grammat. lib. 2 cap. 38.

SCŎRŎDOPRĂSVM, i, σκοροδόπρασον, herba foliis porraceis, odore allii, **acker- und feld-knoblauch**, Matthiol.

SCORPÆNA, æ, genus piscis, apud Plin. 32 cap. ult.

SCORPIVS, i, & Scorpio, ōnis, σκόρπιος, animal venenosum, *cujus cauda semper*, quemadmodum Plinius inquit lib. 11 cap. 25, *in ictu est, nulloque momento meditari cessat, ne quando desit occasioni*, **ein scorpion.** conf. Cels. 5 cap. 27. Elegantissime describit & tantum non depingit Tertull. adversus Gnosticos principio: Ἐν παντὶ σκόρπιος φρουρεῖ λίθῳ, id est, *Sub omni lapide scorpius excubat*: hoc est, semper & ubique periculosum est, cum calumniosis agere, calumniandi undique occasionem captantibus. Cavendum itaque etiam atque etiam est, ne quid temere dicatur. ¶ 2. *Scorpius*, signum Zodiaci. Cicero in Arat. v. 317 *Emergit Scorpius alte.* ¶ 3. Est & Machinula militaris sagittariorum, **ein armbrust.** Tormenti genus, *Onagrum* vulgo dictum, Ammianus notat lib. 31 p. 501. conf. Gell. 10 cap. 25. ¶ 4. Et, scutica glandes plumbeas habens, **eine peitsche mit bleyern knoten**, Plin. lib. 7 cap. 56. ¶ 5. *Scorpius* piscis est, *Scorpæna* item, æ, *Scorpioides*, Germanica appellatione, ideo quod in Germanico & Balthico mari rarus est, **ein scorpfisch**, Gesner. ¶ 6. Sunt & herbæ *Scorpius*, *Scorpio*, & *Scorpioides*, quæ herbula est foliis paucis, semine caudæ scorpionis effigie: Dioscorid. lib. 4, Plin. 22 c. 15 &; 16 Item 27 cap. 3. ¶ 7. *Scorpiones* denique, vel *Scoropiones*, appellant congeries lapidum acervatim congestas, quas pro terminis observant. vid. Sicul. Flacc. edit. Gœs. p. 4 & 6. conf. Gœsii Indic. & Keuchen. not ad Frontin. p. 414.

¶ Scorpiōnius, a, um, adjectivum, **vom scorpion**; ut, *Scorpionius cucumis*, Plin. lib. 20 cap. 1 extr.

¶ Scorpiăcum, i, pharmacum adversus scorpios, **scorpionen-öl.** Tertull. adv. Gnostic. cap. 1 *Adversus bestiolas scorpiacum temperare.*

¶ Scorpinaca, æ, herba, quæ alias *Proserpinaca*, Apul. de Herb. cap. 18.

¶ Scorpîtes, æ, gemma scorpionis aut colore aut effigie, Plin. 37 cap. 11.

¶ Scorpioctŏnon, i, heliotropium, **sonnenwirbel**, Apul. de Herb. c. 49.

¶ Scorpiūrus, i, σκορπίουρος, eadem herba, heliotropion majus, Plin. 22 cap. 21; & Apulej l. c.

Scortator, scortatus, scorteus, vide sequens *Scortum*.

SCORTVM, i, pellis, corium animalium, præsertim eorum, quæ crassiorem habent, & duriorem, **ein fell.** ¶ 2. Item meretrix, & pathicus: Nam & *Scorta meritoria* de pueris, qui muliebria patiebantur, Suetonius Claudio cap. 15, & Vitellio cap. 3 dixit. Festus: SCORTA *appellantur meretrices, quia ut pelliculæ subigantur. Omnia namque ex pellibus facta*, SCORTEA *appellantur*. Paullo aliter Donatus: *Abdomen*, inquit, *in corpore fœminarum, patiens injuriæ coitus*, SCORTVM *dicitur: Ideo quia* SCORTA *sunt dura coria. A parte ergo sua meretrices* SCORTA *dicuntur: vel ἀπὸ τοῦ σκοίρειν, quod græce palpitare intelligitur: quod illæ faciunt saltando assidue, vel potius crissando, ut Lucretius ait, ob eam caussam, ut concinniorem Venerem exhibeant viris, aut sibi abigant conceptum* &c. Et, *Scortum exercere*, Plautus dixit Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 232. Scorta in castris esse, non permittebant Romani. vid. Forstner. ad Tacit. p. 242.

¶ Scortŭlum, i, diminutivum, **ein hürgen.** Gloss. Vet. *Scortulum*, πόρνη.

¶ Scortillum, i, idem. Catullus carm. 10 v. 3 *Scortillum non sane illepidum.*

¶ Scorteus, a, um, quicquid ex corio factum est, **ledern.** Vet. Gloss. *Scorteum*, σκύτινον, δερμάτινον. Sic, *Numi scortei*, qui ante Numam Reg. Romanis in usu fuerunt: quo de Cœl. Rhodigin. lib. 6 cap. 2, & Joh. Boccatius lib. 8 Genealog. Deorum c. 1. Sic, *Scorteum pulvinum subjicere*, Cels. 8 cap. 12. *Scorteum fascinum inserere*, Petron. in Satyric. *Homo in scorteis vestibus*, Tertull. adv. Marc. 2 cap. 11.

¶ Scortea, æ, absolute & substantivi in morem, *scorteam penulam* significat, **eine lederne decke.** Martial. lib. 14 epigr. 130

Ingrediare viam cælo licet usque sereno,
Ad subitas nunquam scortea desit aquas.

Vet. Gloss. *Scortea*, δερματοχιτών. ¶ Similiter & *Scorteum* dicitur. Seneca 4 Quæst. Nat. cap. 6 *Quid exspectas, ut homines ad penulas discurrerent aut ad scortea?* *Scorteum*, subaudi vestimentum; *Scortea*, subaudi vestis.

¶ Scortor, ātus sum, ari, pro meretricari, **huren, hurerey treiben.** Terent. Heaut. a. 1 sc. 2 v. 32 *scortari crebro.*

¶ Scortātus, ûs, substant. **die hurerey.** Apulejus sub finem lib. 5 Milos. *montano scortatu.*

¶ Scortatio, ōnis, idem vulgo ex analogia.

¶ Scortātor, ōris, **ein hurer.** Cicer. 2 Catil. cap. 11 *Scortatorum cohors.*

SCŌTIA, æ, Britanniæ, qua in Septemtriones excurrit, pars, *Caledonia* olim appellata, de qua Tacitus in Agricola cap. 10 & 11. Nostris hodie **Schottland.** Aspera montibus, nec frumento ubique idonea, cæterum sceptri antiquitate supra pleraque alia regna inclitaque ac felix. vide Buchanani Histor. Scoticam.

¶ Scōti, ōrum, incolæ Scotiæ, **die Schotten**: Claudian. de Bell. Get. v. 417

Quæ Scoto dat frena truci.

SCŎTIA, æ, σκοτία, obscuritas, cavitas in fundo cujusdam rei, **die inwendige dunckelheit eines dinges**; ut, *Scotia coronæ*, Vitruv. 4 cap. 3. conf. lib. 3 cap. 3; & Baldi Lex. Vitruv. p. 111.

¶ Scotīnus, a, um, σκοτεινὸς, obscurus, tenebrosus, **dunckel**, cognomen Heracliti propter orationis obscuritatem. vid. Seneca epist. 12, & supra *Heraclitus*.

SCŎTŌMA, ātis, σκότωμα, vitium & infirmitas capitis simile quiddam habens cum vertigine, **der schwindel**; *Scotomata, vertigines* Hermolaus exponit. conf. Isidor. 4 cap. 7.

¶ Scŏtōmo, āre, **den schwindel machen.** Theod. Priscian. de Diæta c. 12 *Salsum vinum caput scotomat.*

¶ Scotōmătĭcus, a, um, σκοτωματικὸς, qui vitio illo laborat, **schwindelsüchtig.** Scribonius Largus Composit. 6 *quibus subitæ vertigines observantur, quos σκοτωματικοὺς Græci dicunt.* Quia enim vertigo tenebras oculis offundit, a σκότος vitium denominatur.

SCRAPTA, æ, nugatoria ac despicienda mulier, apud Festum & Verr. Flaccum, **eine närrin.** Plautus apud Nonium cap. 2 n. 765 *Scraptæ, scrupedæ, stritabillæ, sordidæ.* Addit Nonius, hanc esse exprobrationem vitii aut deformitatis meretricum.

SCREO, screare, **sich reuspern, ausspeyen.** Plautus Curcul. a. 1 sc. 2 v. 22 *screanti tibi.* Onomast. Vet. *Screo*, χρέμπτομαι.

¶ Screātus, ûs, **das gereuspere.** Terent. Heaut. a 2 sc. 2 v. 130, ubi inter notas seu signa numerat, quibus amatores tacite inter se colloqui, & voluntates suas alter alteri significare consueverunt. Inter cæte-

ras histrionum cantorumque leges olim & illa fuit, *ne exscrearent.* Vide Suetonium Nerone cap. 24, & Tacitum 16 Annal. cap. 4.

¶ Screātor, ōris, der stets auswirfft. Plaut. Milite a. 3 sc. 1 v. 52 *Minime sputator, screator sum.*

¶ Exscreo, āre, vi quadam exspuere, herausrechsen. Plaut. in Amphitr. supposit. *Tuum diminuam caput, ut cum dentibus linguam exscrees.*

¶ Exscreātus, ūs, subst. die ausspeyung. Cœl. Aurel. Tard. 2 cap. 11 *Cum quodam exscreatu despuitur.*

¶ Exscreatio, ōnis, idem; ut, *Exscreatio sanguinis*, das blutspeyen oder ausreuspern. *Exscreatio cruenta*, Plin. 20 cap. 22.

¶ Exscreābĭlis, e, leicht auszuspeyen; ut, *Pulmonum vitia exscreabilia facit*, Plin. lib. 39 cap. 14.

Scriba, quære mox in *Scribo*.

SCRIBLĪTA, æ, placentæ genus sine melle, quæ ferventissima edi solebat, ein warmer kuchen, Cato cap 78. Et Martial. lib. 3 epigr. 17

Circumlata diu mensis scriblita secundis
Vrebat nimio sæva calore manus.

SCRĪBO, psi, ptum, scribere, schreiben. *Quasi in libro quum scribuntur litteræ calamo*, Plautus Pseud. a. 1 sc. 5 v. 131. *Scribere sua manu; Scribere bene, velociter; Scribere commode, officiose; Scribere ad aliquem de rebus*, &c. *Scribere pluribus*. Ciceroniana sunt. *Scribere notis*, id est, celeriter excipere, behend nachschreiben: Lege 40 Digest. de testam. milit. *Miles notario suo testamentum scribendum notis dictavit: & antequam litteris præscriberetur, vita defunctus est.* Id Suetonius Tito cap. 3 *notis excipere* dixit. Est etiam frequenter pro *Conscribere*. Sic, *Scripsi versibus tres libros de temporibus meis*, id est, conscripsi, Cicer. 1 famil. epist. 9. Sic, *scribere orationes, poëmata, versus*, Idem, & Horat. 2 epist. 1 v. 111 & 117. Iterum Cicer. lib. 1 de Orat. cap. 33 *Caput est, quod (ut vere dicam) minime facimus, (est enim magni laboris; quem plerique fugimus,) quamplurimum scribere.* Quintil. lib. 10 cap. 3 *Summa hæc est res: Cito scribendo non fit, ut bene scribatur; bene scribendo fit, ut cito.* ¶ 2. *Scribere legem, leges*, id est, condere, facere: Cicero pro Rosc. Amer. cap. 25 *Solonem fuisse dicunt eum, qui leges, quibus hodie quoque Athenienses utuntur, scripserit.* *Scribere hæredem*, id est, constituere, zum erben einsetzen, Horat. 2 sat. 5 v. 48. *Magis hæres fidus nascitur, quam scribitur.* Publ. *Scribere* hîc est, scribendo facere, ponere. Ita Terentius prologo Eunuch. v. 9 de Zoilo suo, malo poëta loquens:

Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit,
Atque in Thesauro scripsit, caussam dicere
Prius, unde petitur, &c.

i. e. in Thesauro fabula, posuit vel fecit eum, a quo argentum petitur, primo loco caussam dicere, absurde scilicet. Vel ita: constituit pessime fabulam, ut primum caussam dicat, a quo argentum petitur. Ita ibidem v. 36 *Qui magis licet currentes servos scribere*, &c.

i. e. scribendo fabulam, eas servis imponere partes, ut currant; sive currentes facere atque inducere. Ennius 1 Annal. *Scripsere alii rem versibus*, &c. *Scripsere* dixit, non *cecinére*, Nævio præcipue exprobrans rude & impolitum Saturnium carmen. vid. edit. Hesselii p. 7. ¶ 3. *Scribere nummos* apud Plaut. Asinariâ a. 2 sc. 4 v. 34, est nummos non præsentes solvere, sed pro his in certum diem solvendis, apud trapezitam se obligare, & per argentarium cavere, redditum iri nummos, qui debeantur, cum venerit dies, ut Turnebus interpretatur lib. 4 Advers. cap. 13. Huc pertinet illud Terentii Adelph. a. 2 sc. 4 v. 13 *Ego in forum ibo, hunc absolvam.*

In foro enim tabernas suas argentarii habebant. Donatus ad eum locum: *Tunc enim*, inquit, *in foro & de mensa, scripturâ magis, quam ex arca domoque vel cista, pecunia numerabatur.* Idem Plautus Curcul. a. 3. v. 38 *Nam isthoc nomine dum scribo*, id est, dum caveo ipsi per syngrapham de accepta pecunia. vide & infra in *Perscribo*. Conf. Barth. ad lib. 2 Thebaid. Statii p. 429. ¶ 4. *Scribere* etiam pro pingere, expingere usi sunt, quemadmodum Græci verbo γράφειν. Statius lib. 1 Silv. 3 v. 9 *Visa manu tenerâ tectum scripsisse voluptas.* Ita & *describere* posuerunt, de quo suo loco. Plinius de Nicomacho pictore lib. 35 cap. 10 *Scripsit & Apollinem, & Dianam & matrem Deûm in leone sedentem.* Vid. Fr. Junium juniorem de Pictura lib. 1 cap. 4. Pro quo alii ibidem legunt *pinxit*, etiam ipse Harduin. p. 219. ¶ 5. *Scribere* etiam dicuntur, qui sculpendo & cælando litteras vel depressas vel extantes faciunt: Nepos Pausan. cap. 1, 4 &c. Proverbialiter Catullus carm. 71 v. 4 *In vento & rapida scribere aqua*, i.e. dememinisse, vergessen.

¶ Scriptus, a, um, geschrieben; ut, *scripti libelli*, Ovid. Trist. 5 eleg. 13 v. 61. *Scriptas exarare notas*, Idem Pont. epist. 2 v. 90. *Scripta illa dicta sunt in animo*, die worte liegen mir stets im sinne, Terent. Andr. a. 1 sc. 5 v. 49. Absolute Quintil. prooem. lib. 1 *Diligentissime scripta.* Cic. 1 de Divin. cap. 18 *ut C. Gracchus scriptum reliquit.* conf. Nepos 9, 5, 3; & 23, 8, 2. *Scriptum lapidem esse*, apud Festum ait Labeo, *ubi divinam rem facerent.*

¶ Scriptum, i, substant. plur. scripta, schrifften, bücher. Horat. 2 epist. 1 v. 28 *Græcorum sunt antiquissima quæque Scripta*, &c.

Et Catullus carm. 37 v. 6 *Electissima pessimi poëtæ scripta.* Cicer. de Clar Orat. cap. 15 *ex Nævianis scriptis intelligi potest.*

¶ Scriptus, ûs, subst. & interdum *Scriptum, scripti*, in neutro, est officium scribæ, der schreiber-dienst, die schreiberey. Dicterium populi Romani in Sarmentum ex servo factum equitem, apud Juvenalis Scholiasten satyr. 5 v. 1 *Aliud scriptum habet Sarmentus, aliud populus voluerat.*
Digna digni. Hic Sarmentus habeat crassas compedes.

Sensus est: Sarmentum aliud scriptum, nimirum officium scribæ, habere; aliud scriptum sive γράμμα, vel ἐπίγραμμα, in fronte (quod servis nequam fieri solebat,) populum voluisse inscribi; ut vere Salmasius explicat epistola quadam ad Sarravium, quæ inter hujus epistolas legitur. Lusit igitur poëta in vocabulo *Scriptum*: & primo posuit pro officio scribæ, quod apud quæstorem, atque ex eo dignitatem equestrem consecutus erat: deinde pro inscriptione frontis servili. *Scriptum facere*, pro, exercere scripturam, sive scribam agere: item, *scriptu se abdicare*, Piso dixit lib. 3 Annal. apud Gellium lib. 6 cap. 9. Vetus auctor vitæ Horatii, quam Nannius primum edidit, & quidam Suetonium esse volunt, *Scriptum quæstorium* dicit scribæ munus, quo apud quæstorem aliquis fungitur: *Bello Philippensi*, inquit, *excitus a M. Bruto imperatore tribunus militum meruit, victisque partibus, venia impetratâ, scriptum quæstorium comparavit.* Sic *scriptus censorius*, qui apud censorem administratur. Idem scholiastes Juvenalis dicto loco in Sarmenti historia: *Coactus auctionare, cum interrogaretur, cur scriptum censorium venderet; non facete, bona se memoriâ esse præditum, ait.* Ita legendus est hic locus: de quo Rutgersius ante nos Notis Horatianis, & Philippus Rubenius lib. 2 Elector. cap. 28 optime meriti. Id autem voluit Sarmentus: Quid scriptu opus est: cum recte meminerim omnia? Memoria malæ fidei scribendi ministerio indiget. Patet autem ex istis locis, scribarum partes apud magistratus emi juxta & vendi solitas. Nam *comparare scriptum quæstorium*, emere est. Quemadmodum *Quæstoriam decuriam comparare*, idem Scholiastes ibidem, sed paullo anterius dixerat. Et, *Quæstoriam decuriam comparare*, idem ac scriptum quæstorium comparare. Nam scribarum decuria hîc intelligenda est. Cic. 3 in Verrem cap. 79 *Ad eos me scribas revoca, si placet: noli hos colligere, qui nummulis corrogatis de nepotum donis ac de scenicorum corollariis, cum decuriam emerunt, ex primo ordine explosorum, in secundum ordinem civitatis se venisse dicunt.* DECVRIA autem hîc ordo est. Nam & paullo ante de scribis Cicero: *Ordo est honestus, quis negat?*

¶ Scriptŭlum, vide infra suo loco, sive *Scripulum*.

¶ Scriptio, ōnis, scribendi actus, die schrifft-verfassung. Cic. 9 fam. epist. 12 *Res tenuis & inops, nec scriptione magnopere digna.* Idem pro Arch. *Fortissimorum virorum expressas scriptiones & Græci & Latini reliquerunt*, id est, epigrammata. Vbi tamen plures, & ipse Gruterus, legunt *imagines expressas* &c. Alibi tamen, & crebro Cicero usus est, etiam pro exercitatione stili; e.g. de Clar. Orat. cap. 24 *Nulla res tantum ad dicendum proficit, quantum scriptio.* conf. Nonius cap. 2 n. 807; & cap. 8 n. 16.

¶ Scriptiuncŭla, æ, dimin. ein schrifftlein. Salvianus præfat. de Gubern. Dei: *In scriptiunculis nostris non lenocinia esse volumus, sed remedia.*

¶ Scriptĭlis, e, quod scribi potest, das sich schreiben lässt, schrifftlich. Ammianus lib. 17 cap. 8 *Effigiatus scriptilibus elementis.* Idem lib. 29 cap. 1 *Elementorum viginti quatuor scriptiles formæ.* Velius Longus sub initium Orthograph. *Littera est initium scriptilis vocis.*

¶ Scriptor, ōris, ipse auctor operum, ein scribent, bücherschreiber. Livius in prooemio: *Etsi in tanta scriptorum turba mea fama in obscuro sit.* Et, *Scriptor luculentus*, Cic. ad Attic. 7 epist. 16. Idem de Orat. 1 cap. 34 *Omnium bonarum artium scriptores ac doctores & legendi & pervolutandi sunt.* Polybius lib. 6 cap. 9 Δεῖ τὸν ἀγαθὸν κριτὴν οὐκ ἐκ τῶν παραλειπομένων δοκιμάζειν τοὺς γράφοντας, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν λεγομένων, hoc est, *Oportet eum, qui sit de scriptoribus recte judicaturus, non secundum omissa, sed secundum dicta judicare.* ¶ 2. *Scriptor legum*, pro legum latore, ein gesetzgeber, Cic. ad Brutum epist. 15.

¶ Scriptōrius, a, um, zum schreiben gehörig; ut, *Calamus scriptorius*, Celsus 5 cap. 28 n. 12. *Illini atramento scriptorio*, Idem Celsus 6 cap. 4 extr. ut Aldus edidit; Lindenius autem & Almelov. *sutorio*.

¶ Scriptūra, æ, die schreibart, die schrifft, was man schreibet. Terent. in prolog. Adelph. v. 1 *Postquam poëta sensit, scripturam suam ab iniquis observari.* Idem in prol. Phorm. v. 5 *Fabulæ tenui oratione, & scriptura levi*, id est, stilo, die art im schreiben. *Genus scripturæ liberum & incitatum*, Cœlius ad Cic. lib. 6 famil. epist. 7. Et Nepos præfat. *Non dubito, fore plerosque, Attice, qui hoc genus scripturæ leve & non satis dignum summorum virorum persona judicent.* ¶ 2. *Scriptura* pro inscriptione, apud Vellej. 2, 61, 3 *Statua ætatem scripturâ indicat*, durch die überschrifft. ¶ 3. *Scriptura* pro rationibus vectigalium, das zollamt, die zollrechnung. Cic. ad Attic. lib. 11 epist. 10 *Terentius, necessarius meus, operas in portu & scriptura Asiæ pro magistro dedit*, er hat sich lassen brauchen für einen obersten zollschreiber. *Magister scripturæ*, Idem ad eumdem lib. 5 epist. 15 extr. *Scriptura* vectigal est, quod ex pecore pascuisque accipiebatur, triefft-weidegeld. Plautus Trucul. a. 1 sc. 2 v. 40

DI. *Illa, haud ego, habuit publicum: perverse interpretaris,*
Nam adversum legem a me, ob meam scripturam, pecudem accepit.
AS. *Idem, quod tu facis, faciunt, rei male gerentes:*
Æraque ubi non est, scripturam unde dent, incusant publicanos.

Cicer. pro Leg. Manilia c. 6 *Etiam si irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum navigatio conquiescit, ita neque ex portu, neque ex decimis, neque ex scriptura vectigal conservari potest.* Hinc

¶ Scripturārius, a, um, schrifftlich, schrifftsässig. Sic, *Scripturarius ager, publicus appellatur, in quo ut pecora pascantur, certum æs est: quia publicanus scribendo conficit rationem cum pastore:* Festus. ¶ 2. Substantive antiquitus *Scripturarios* dicebant, quos *tabularios* postea vocarunt, *quod scripturis & commentariis omnia vel urbium vel provinciarum complecterentur*, uti Nonius declarat cap. 1 n. 172. Et ibidem Lucilius: *Publicarum rerum assuefiam, ut scripturarius.*

¶ Scriptŭrio, īre, lust haben zu schreiben. Sidon. 7 epist. 18 *Incitatus semel animus nec dum scripturire desinit.*

¶ Scripto, are, frequentativum, sed minus usitatum, offt schreiben. Horat. 1 sat. 6 v. 123 *aut ego lecto, Aut scripto*; ubi vetus commentator: SCRIPTO, *scriptito usitatius*. Et Nonius cap. 2 n. 781 SCRIPTAT, *constat esse rarum.*

¶ Scriptĭto, are, idem ac frequenter & multum scribere. Cic. 2 de Orat. cap. 23 *Sed ne te quidem, Antoni, multum scriptitasse arbitror.* Et 7 ad Attic. epist. 12 extr. *Hæc, & si quid aliud, ad me scribas velim, vel potius scriptites.*

¶ Scrība, æ, librarius, ein schreiber, buchhalter. Cicer. 5 famil. epist. 20 *Possem de singulis ad te rebus scribere, si M. Tullius scriba meus adesset.* Fuerunt autem Romæ diversi generis, & per decurias descripti, quod ex iis, quæ paullo ante de scriptu attulimus, clarum; & confirmat Suetonius Claudio cap. 1 *Corpus ejus* (Neronis Drusi) *per municipio-*

nicipiorum coloniarumque primores, suscipientibus obviis scribarum decuriis, ad urbem devectum. Nomina ab iis, quibus ministrabant, sortiebantur: *Prætorii, Censorii, Ædilitii, Quæstorii*; item, *Pontificales, Augustales* &c. appellati. Aliquando simul a peculiari officii ratione nomina suscipiebant. Vetus Inscriptio apud Gruterum p. 94 n. 11

T. TETTIENVS FELIX
AVGVSTALIS SCRIBA LIBRAR.

Et alia apud eumdem p. 578 n. 6

LIVIVS THEONA AB
EPISTOLIS GRAEC. SCRIBA
A LIB. PONTIFICALIBVS.

Omnes autem, qui magistratibus & sacerdotibus publicis ministrabant, *Scribæ publici*, & absolute *Publici* appellabantur. Vetus Lapis apud Gruter. p. 306 n. 7

Q. INGENVVS. MAXIMIANVS
SCRIB. PVBLICVS. PONTIF.
ET. CVRATOR. AERARI

Vide & supra *Publicus*. Fuerunt autem servilis conditionis, privati quidem: unde *Servus scriba* apud Ciceronem lib. 5 fam. epist. 20. *Publici* vero libertini generis. Tacitus 13 Annal. cap. 27 n. 2 *Late fusum id corpus* (Libertinorum.) *Hinc plerumque tribus, decurias, ministeria magistratibus & sacerdotibus, cohortes etiam in urbe conscriptas.* Nam in ministeriis scribæ erant. Jam quia mercenarii erant, & nummulis redimebant scriptum, parum dignitatis habebant ex se: ex ipso tamen munere honestatis aliquid accedebat. Cic. 3 in Verrem cap. 79 *Ordo est honestus, quis negat? aut quid ea res ad hanc rem pertinet? Est vero honestus, quod eorum hominum fidei tabulæ publicæ periculaque magistratuum committuntur.* In quo loco *pericula* de libellis dicuntur, de quo suo loco. Et eam ob caussam Cicero homo consularis sibi haud turpe ducit, ad scribarum de beneficiis suis in rempublic. provocare judicium, Orat. pro Domo sua. Itaque ex toto admittendum non est, quod Sigonius lib. 2 de Antiq. Jure Civit. Rom. cap. 14 scribit, omnem illum ordinem non honestum fuisse; quod recte advertit Gutherius lib. 2 de Jure Pontificio veteri cap. 13. Quicquid autem sit, longe inferiore honore habiti apud Romanos scribæ, quam apud Græcos fuêre. De quo egregie Nepos Eumene cap. 1 *Habuit ad manum scribæ loco: quod multo apud Grajos honorificentius est, quam apud Romanos. Nam apud nos revera, sicut sunt, mercenarii scribæ existimantur: at apud illos e contrario nemo ad id officium admittitur, nisi honesto loco, & fide & industriâ cognitâ, quod necesse est, omnium consiliorum eum esse participem.* Loquitur Nepos de ejusmodi scribis, qui hodie *Secretarii*, in magnarum potestatum consiliis habentur: (nam quod *Secretarius*, quivis mercenarius scriba, & servilis operæ minister appellari cupit, id usui vocis dandum, omnes scimus;) ideo requirit ad hoc officium 1 *familiæ honestatem:* 2 *spectatam industriam:* 3 *fidem*; vide & Barth. lib. 50 Advers. cap. 1, ubi erudita de scribis collectanea habes. Adde Herm. Hugon. de prima scribendi origine cap. 32. Petit. Comment. ad LL. Attic. p. 257 & 258.

¶ Scribatus, ûs, subst. scribæ munus & officium, das schreib-amt, schreiber-dienst. Imp. Philipp. l. 4 C. t. 62 de appellat. *Si ad scribatum nominatus non provocasti.* conf. l. 1 § 2 ff. de muneribus, cum notis.

Composita:

¶ Adscrībo, vel Ascribo, psi, ptum, ĕre, i.e. addere, adjungere, zuschreiben, anschreiben. Cic. de opt. gen. Orat. cap. 6 *Adscribat sua nostram sententiam.* Idem ad Qu. fratr. lib. 1 epist. 1 cap. 5 *Hunc ad tuum numerum libenter adscribito.* Sic, *adscribi ad amicitiam*, Cic. de Offic. 3 cap. 10. *Adscribi in civitatem, in civitate & civitati*, i. e. recipi, bürger werden, sich einschreiben lassen, Idem pro Arch. cap. 4. ¶ 2. *Adscribere alicui salutem*, einen grüssen lassen, Cicer. ad Attic. lib. 1 epist. 5, & lib. 6 epist. 1. ¶ 3. *Adscribere* etiam est tribuere, imputare, beymessen, zumessen. Cic. de N. D. 3 cap. 37 *Bonos exitus bonorum adscribimus attribuimusque Diis immortalibus.* Idem alibi: *Neque mihi negligentiam velim adscribas*, i. e. imputes; ut &, *Tibi hoc adscribendum est*, hoc est, tribuendum.

¶ Adscriptus, a, um, zugeschrieben, eingeschrieben; ut, *Antiquior dies in litteris adscripta*, Cic. ad Qu. fratr. 3 epist. 17. *Civitatibus adscripti*, Idem pro Arch. cap. 4. Sic, *Servus adscriptus*, i. e. assignatus, l. 54 § 2 ff locati cond. & *Heres per falsum adscriptus*, l. 4 ff. de his, quæ ut indign. auf. Sic, *Adscripti* dicebantur, qui in colonias nomina dedissent, ut cæteris coloniis adderentur, vid. Festus, & Liv. 8 cap. 14. Item, *adscripti milites*, qui supplendis legionibus adscribebantur, recruten, Festus.

¶ Adscriptītius, a, um, idem; ut, *Adscriptitius civis*, id est, adscriptus, angeschrieben, eingezeichnet, Cic. 3 de N. D. cap. 15 extr.

¶ Adscriptīvus, a, um, idem; ut, *Adscriptivi milites*, qui extra numerum scribebantur, ut succederent iis, qui periissent, Varro de L. L. lib. 6 c. 3. Plautus Menæchm. a. 1 sc. 3 princ. ER. *extra numerum es mihi.* PE. *Idem istuc aliis adscriptivis ad legionem fieri solet.*

¶ Adscriptio, ōnis, adjectio in scriptura, die beyschrifft, zuschreibung. Cic. pro Cæcin. cap. 33 *Declarat ista adscriptio, esse aliquid* &c. Præcesserat autem, *adscripsisse Syllam in eamdem legem, Si quid jus non esset rogari*, &c.

¶ Adscriptor, ōris, idem quod *subscriptor*, ein beystand, der mit unterschreibt; ut, *Adscriptor dignitatis tuæ*, id est, fautor, adstipulator, Cicer. post reditum in senat. cap. 10. *Venalis adscriptor & subscriptor*, Idem pro Domo cap. 19.

¶ Circumscrībo, ĕre, in circuitu scribere, umschreiben, einschrencken. Cicero 8 Philipp. cap. 8 *Virgula stantem circumscripsit, dixitque, se non ante renunciaturum senatui, nisi prius sibi respondisset, quid facturus esset, quam ex illa circumscriptione excederet.* Idem lib. 5 de Fin. cap. 8 *In hunc orbem, quem circumscripsimus, incidere non possunt.* Idem pro C. Rabirio sub finem: *Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumscripsit.* ¶ 2. Est & scribendo fallere, (vide infra *Circumscriptio*, &c.) & fere de tutoribus dicitur, qui pupillos detraudant, vervortheilen, betrügen. Juvenal. sat. 10 v. 222

quos circumscripserit Hirrus Pupillos.

Ita, *Testamentum circumscribere*, Plinius dixit lib. 8 epist. 18, pro, fraudem committere circa testamentum: cum quidem scripturæ testamenti satis videtur fieri, non tamen & testatoris voluntati. Vide ibi Buchnerum; præcipue vero Cujacium lib. 13 Observat. cap. 25, ubi de duplici circumscriptionis specie habes, de quarum altera & Senecam lege Excerpt. lib. 6 Controversia 3. Alter Seneca Consolat. ad Helviam cap. 3 extr. *Constitui enim vincere dolorem tuum, non circumscribere*, id est, artificio & dolo fallere ac circumvenire, sed aperto Marte debellare. ¶ 3. Est & contrahere & in angustum coarctare, zusammenziehen, abkürtzen. Seneca Consolat. ad Helviam sub fin. *Hæc non refero, ut ejus laudes exsequar, quas circumscribere est, tam parce transcurrere*, &c. Idem epist. 108 *Libebat circumscribere gulam & ventrem*, id est, arctioribus terminis quasi cohibere, einhalt thun. ¶ 4. Significat & removere seu prohibere munere suo atque honore, sive republ. Cic. Philipp. 13 cap. 9 *Parata de circumscribendo adolescente sententia consularis*, id est, de Octavio ab imperio removendo. Cæsar lib. 1 de B. Civ. cap. 32 *Prædicat crudelitatem in circumscribendis tribunis plebis*; ubi Hotomannus plura notavit.

¶ Circumscriptus, a, um, umschrieben, eingeschrenckt. Cic. in Orat. cap. 12 *Arguti certique & circumscripti verborum ambitus.* Idem de Orat. 1 cap. 12 *Forensibus cancellis circumscripta scientia.* Plinius lib. 1 epist. 16 *In concionibus eadem, quæ in orationibus vis est; pressior tamen, & circumscriptior, & adductior.* ¶ 2. Est & Deceptus, betrogen. Cic. 4 Acad. Qu. cap. 15 *fallacibus & captiosis interrogationibus circumscripti atque decepti.* Et l. 98 § 2 ff. de solut. *Minor 25 annis a creditore circumscriptus.* ¶ 3. Remotus & impeditus, abgewiesen. Cic. 7 ad Att. epist. 9 *Senatusconsulto circumscriptus, aut sublatus, aut expulsus.*

¶ Circumscripte, adverbium, ex tertia verbi notione, id est, breviter, anguste, kürtzlich. Cic. de N. D. 2 cap. 59 *Singulas res definimus circumscripteque complectimur.* Lactantius lib. 5 cap. 9 *Lucilius tenebrosam istam vitam circumscripte breviterque depinxit.* Et ejusdem libri cap. 14 *Volo circumscripte ac breviter ostendere.*

¶ Circumscriptio, ōnis, die umschreibung, einschrenckung; quid proprie sit, supra in verbo *Circumscribo* ex Cicer. 8 Philipp. cap. 8 patuit. ¶ 2. Defraudatio, deceptio, καλασοφισμὸς Græcis, ut ex Cyro Cujacius notavit supra indicato loco, die vervortheilung, hintergehung. Seneca Excerpt lib. 6 Controv. 3 *Circumscriptio semper crimen sub specie legis involvit.* Et Quintilianus Declamatione 301 *Ubi ergo circumscriptio est? Quam quidem legem arbitror propter eos maxime latam, qui circa forenses insidias aliquem scripto callidiore cepissent. Ceterum ut longius interpretatio veniat: non tamen erit dubium,* CIRCVMSCRIPTIONEM *esse inevitabilem fraudem, id est, in qua factum ejus demum æstimatur, qui accusatur.* Hactenus Quintilianus. Cicer. pro Flacco cap. 30 *Emptiones falsas aperta circumscriptione fecisti.*

¶ Circumscriptor, ōris, περιγραφεὺς, ut Vet Gloss. exponit, der ein ziel setzt; Item, deceptor, fraudator, ein betrüger. Seneca pater in Excerptis supra citato loco: CIRCVMSCRIPTORES *dici solent, qui aliquid abstulerunt, per astutiam scilicet & fraudem.* Hinc eleganter Tertullianus lib. 3 adv. Marc. cap. 6 diabolum *Circumscriptorem colubrum* vocat, quod in serpentis imagine Evam dolosis blanditiis decepit, & adhuc iisdem artibus imponit & fallit. Et Cicero 2 in Catilin. cap. 4 *Quis testamentorum subjector? quis circumscriptor?* Juvenal. satyr. 15 v. 135 *pupillum ad jura vocantem Circumscriptorem.*

¶ Incircumscriptus, a, um, infinitus, interminabilis, uneingeschränckt, unendlich. Prudentius Apotheos. p. 863 *Incircumscriptus Dominus*, &c

¶ Conscrībo, ĕre, est scribere, componere, aufschreiben; ut, *Volumen conscribere*, Cic. pro S. Rosc. cap. 35. ¶ 2. *Conscribere milites, legiones, veteranos*, hoc est, cogere, zusammen bringen, annehmen, werben, Cicer. 12 famil. epist. 16.

¶ Conscriptus, a, um, geschrieben, aufgezeichnet; ut, *Conscriptum lacrymis epistolium*, Catull. carm. 69 v. 2. *Conscripta imagine tela*, der abriss, Stat. 3 Silv. 1 v. 116. *Conscripti milites*, geworbene soldaten, Cæs. B. C. 1 cap. 2. ¶ 2. *Conscripti*, qui ex equestri ordine in senatum allecti a primis consulibus fuerunt, erwehlte rathsherren. Romulus centum elegit initio, ex quibus consilium publicum, quod Senatum vocavit, constitueret. Bello Sabino confecto & sociato regno, centum alios ex illustrioribus junxit, qui omnes *Patres*, eorumque progenies *Patricii* appellati: quibus solis senatoribus fieri licebat, exclusis equite & plebe. Cum occupasset Tarquinius regnum, rejectis Anci liberis, ex omni plebeja multitudine, firmando imperio, centum alios, factionem regis, adscripsit, quos quidem *minorum gentium*, cæteros vero *majorum*, appellavit, uti ex Dionysio Halicarn. lib. 3, & Livio lib. 1 c. 35 & 47 constat. Tum itaque senatorum numerus ad 300 excrevit. Qui cum a Tarquinio Superbo valde imminutus cædibus esset, conversâ republ. legendis aliis opus fuit, quibus 300 numerus suppleri posset. Itaque tum a Bruto consule illustriores allecti equitum, qui ut a patribus, sive patriciis distinguerentur nomine, CONSCRIPTI appellari cœpti sunt. Livius lib. 2 cap. 1 de Bruto loquens: *Deinde quo plus virium in senatu frequentia etiam ordinis faceret, cædibus regis deminutum patrum numerum, primoribus equestris gradus lectis, ad trecentorum summam explevit: traditum inde fertur, ut in senatum vocarentur,* QVI PATRES, QVIQVE CONSCRIPTI ESSENT: CONSCRIPTOS *videlicet appellabant, in novum senatum lectos.* Festus lib. 15 QVI PATRES QVIQVE CONSCRIPTI *vocati sunt in curiam, quo tempore regibus urbe expulsis P. Valerius consul propter inopiam patriciorum ex plebe allegit in numero senatorum centum & sexaginta & quatuor, ut expleret numerum senatorum trecentorum. Sic duo genera appellavere.* Duo hic notanda sunt: *Primo*, Valerio tribuere Festum, quod Bruto debuerat. Error ex eo est, quod Brutus Valerium collegam habuit, postea tamen,

cum

cum Collatinus ſcilicet conſulatu ſe abdicaſſet; quod poſt lectionem ſenatus factum. *Alterum*, quod ex plebe ſuppletum ſenatorum numerum ſcribit; cum ex equite debuiſſet. Et fortean ita reſcribendum hic eſt. Nam ſupra lib. 3 diſerte, CONSCRIPTI, inquit, *dicebantur, qui ex equeſtri ordine patribus adſcribebantur, ut numerus ſenatorum expleretur.* Aliter Plutarchus Quæſtion. Roman. p. 278, & Tacitus Annal. 11 cap. 25. Sed differentia aliqua cum inter *Patres*, *Conſcriptosque* eſſet, ἀσύνδετος oratio, cum dicitur PATRES CONSCRIPTI, pro *Patres & Conſcripti.* Sic, *Officium conſcripti*, i. e. ſenatoris, Horat. Art. Poët. v. 314.

¶ Conſcriptum, i, ſubſt. eine ſchrifft, ein buch. Ovid. Triſt. 5 eleg. 3 v. 55

Si veterum digne veneror conſcripta virorum.

¶ Conſcriptio, ōnis, die aufzeichnung, die ſchrifft. Cic. pro Cluent. cap. 67 *Conſcriptiones falſæ quæſtionum.* Vitruv. præfat. lib. 7 *Conſcriptionibus memoriæ tradere.* Arnobius lib. 1 p. 34 *Si qua ſunt litteris conſcriptionibusque mandata.* Et Sidon. 7 epiſt. 18 *De libri conſcriptione meditans.*

¶ Conſcriptor, ōris, ein ſchrifftverfaſſer. Arnobius lib. 1 p. 33 *Conſcriptores noſtri mendaciter iſta promſerunt.* Et ibidem p. 34 *Quidquid dicere de noſtris conſcriptoribus intenderitis.*

¶ Conſcribillo, are, veteribus idem ac *conſcribere*, zuſammenſchmieren, ſchmalgern. Varro apud Nonium cap. 2 n. 108 *Eas in ceram conſcribillavit.* Item: *Aſtrologi conſcribillarunt pingentes cælum.* Translate Catullus carm. 25 v. 10

Ne laneum latuſculum manusque mollicellas
Inuſta turpiter tibi flagella conſcribillent,

damit du nicht ſchläge und ſtriemen kriegeſt. Eodem modo Plautus Pſeud. a. 1 ſc. 5 v. 131 *Quaſi in libro cum ſcribuntur calamo litteræ, ſtilis aliquem totum ulmeis conſcribere.* conf. Parei Lex. Crit. pag. 267, & Taubmann. ad Plaut. Menæch. p. 750.

¶ Deſcrībo, pſi, ptum, ĕre, abſchreiben, umſchreiben, abcopiren. Cic. ad Att. 12 epiſt. 14 *Quem librum ad te mittam, ſi deſcripſerint librarii.* ¶ 2. *Deſcribere comœdias græcas*, id eſt, latine vertere, Terent. in prolog. Eunuch, quamquam τὸ *deſcribere* ibi pro *diſponere* dixiſſe potuit, quod Franciſcus Fabricius putat. ¶ 3. *Deſcribere*, eſt diſtribuere, überſchlagen, eintheilen; ut, *Duodena deſcribit in ſingulos homines jugera*, Cicero de Legib. Agrar. 2 cap. 31. Et, *Aſiæ civitates in provincias deſcribere*, Idem pro Flacco cap. 14. In quibus *deſcribere* eſt partiri, dividere, & in diſtinctas partes tribuere. Proprium enim mathematicorum verbum eſt, qui ſuas dimenſiones in pulvere radio peragebant. vide ſupra *Pulvis.* Virg. eclog. 3 v. 40

& quis fuit alter,
Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem?

Idem lib. 6 Æn. v. 849 *cælique meatus*
Deſcribent radio.

Cicero de Senectute cap. 14 *Mori videbamus in ſtudio dimetiendi cæli atque terræ C. Gallum, familiarem patris tui, Scipio. Quoties illum lux noctu aliquid deſcribere ingreſſum, quoties nox oppreſſit, cum cœpiſſet mane?* Boëthius lib. 1 de Conſolat. Philoſ. proſâ 4 *Cum mihi ſiderum vias radio deſcriberes.* Livius lib. 1 cap. 19 de Numa: *In XII menſes deſcripſit annum.* Seneca de Tranquillit. animi cap. 10 *Exiguæ ſæpe areæ in multos uſus deſcribentis arte patuere.* Hinc igitur *Deſcribere* eſt aſſignare atque imponere, quod cuique deſcriptum eſt. Ita, *vecturas deſcribere civitatibus*, fuhren zu thun auflegen, Cæſar dixit 3 de B. Civ. cap. 42. Cicer. 1 Catil. cap. 4 *Deſcripſiſti urbis partes ad incendia*, id eſt, deſignaſti certas partes, quibus ignis immitteretur. ¶ 4. *Deſcribere*, beſchreiben, abmahlen. Plaut. Aſin. a. 2 ſc. 3 v. 22 *Non potuit pictor rectius deſcribere ejus formam.* Et, *Rem verbis definire, & breviter deſcribere*, Cicer. de Inventione 1 cap. 8. Sic Tertullianus de Idololatria cap. 8 *Scit & pictor, & marmorarius, & ærarius, & quicunque cælator latitudines ſuas utique multo faciliores. Nam qui ſignum deſcribit, quanto facilius abacum linit?*

¶ Deſcriptus, a, um, beſchrieben, zugeſchrieben, abgetheilt, entworffen. Cic. de Senect. cap. 2 *Partes ætatis bene deſcriptæ.* Lucret. lib. 5 v. 1440 *Et diviſa colebatur deſcriptaque tellus.*

Horat. de Art. Poët. v. 86 *Deſcriptas ſervare vices,*

id eſt, tueri partes impoſitas ſeu demandatas ſemel, & attributas. Loquitur de Comicis. Tacitus de Germania cap. 25 *Cæteris ſervis non in noſtrorum morem, deſcriptis per familiam miniſteriis, utuntur*; id eſt, certis diſtinctisque. Iterum Horat. 2 ſat. 1 v. 33 *Veluti deſcripta tabella vita ſenis.* Et comparat. Cic. de Fin. 3 cap. 22 *Natura nihil eſt aptius, nihil deſcriptius*, nichts ordentlichers.

¶ Deſcriptio, ōnis, ſpecies definitionis, die beſchreibung. Cic. Topic. cap. 22 *Deſcriptio, quam Græci χαρακτῆρα vocant.* Idem 3 de Orat. cap. 53 *Graviſſimum lumen augendi deſcriptio.* conf. Autor ad Herenn. 4 cap. 39. ¶ 2. Sed *deſcriptio civitatis*, id eſt, partitio, digeſtio in ordines aut familias, die austheilung, Cic. pro Sext. c. 66. Ita, *deſcriptio legionis*, apud Suetonium Tiber. cap. 30.

¶ Deſcriptiuncŭla, æ, dimin. eine kleine beſchreibung. Senec. Controverſ. *Celebres deſcriptiunculas ſubtexere.*

¶ Deſcriptor, ōris, ein beſchreiber. Lactantius lib. 5 cap. 9 *Seneca morum vitiorumque publicorum & deſcriptor veriſſimus, & accuſator acerrimus fuit.*

¶ Exſcrībo, ĕre, exemplum deſcribere, ab= oder ausſchreiben; ut, *Exſcribere tabulas*, Cicero 4 in Verrem cap. 77. *Filia totum patrem mira ſimilitudine exſcripſerat*, ſie war des vaters ebenbild, Plin. 5 epiſt. 16.

¶ Exſcriptus, a, um, ab= oder ausgeſchrieben; ut, *Complura exſcripta e Magonis libris*, Varro R. R. 5 cap. 16. *Nomina exſcripta*, Plaut. in Rud. prolog. v. 15. *Bonos in aliis tabulis exſcriptos habet*, ibid. v. 21.

¶ Exſcriptor, ōris, qui nihil de ſuo edit, ſed aliena deſcribit, ein ausſchreiber. Licinius de Attilio apud Cic. de Fin. 1 cap. 2 *Ferreum ſcriptorem virum opinor, exſcriptorem tamen, ut legendus ſit* &c. alii, *Scriptorem.* vid. Parei Lex. Crit. p. 454.

¶ Inſcrībo, ĕre, einſchreiben, in etwas ſchreiben. Sic, *Inſcribere in animo orationem*, Cicer. 2 de Orat. cap. 87. Idem 1 in Catilin. cap. ult. *Sit inſcriptum in fronte uniuscujusque, quid de republica ſentiat*, ein ieder laß ſich frey mercken, oder trage deſſen keine ſcheu, &c. Cic. pro Arch. cap. 11 *In illis libris, quos de contemnenda gloria ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt.* Idem in Offic. lib. 2 cap. 24 *Xenophontis liber, qui Oeconomicus inſcribitur*, ſo den titul hat, &c. Plaut. Trinum. a. 1 ſc. 2 v. 131 *Ædes venales haſce inſcribit litteris.* Et Ter. Heaut. a. 1 ſc. 1 v. 92 *Inſcribere ædes mercede*, i. e. venales, vel locandas proponere ædes, an das hauß einen zettel ſchlagen, &c. Tum enim affigi ædibus tabella vel libellus ſolebat, in qua exprimebatur pretii ſumma, qua ædes illæ conduci pararive poſſent. Cicero *proſcribere ædes* dixit, de quo infra. Ipſæ autem inſcriptiones *Tituli* vocabantur, de quo ſuo loco. ¶ 2. Eſt & forenſe verbum, idem quod *ſubſcribere* ſeu accuſare; cujus ſignificationis exemplum L. ultima C. de injuriis habes. Hinc *Inſcriptio* accuſatio eſt, de quo infra. Item, *Inſcriptus*, accuſatus, Rufino lib. 11 Hiſt. Eccleſ.

¶ Inſcriptus, a, um, adſcriptus, notatus, beſchrieben, zugeſchrieben, gezeichnet; ut, *Inſcriptus lapis notis*, id eſt, inſcriptionibus inſignitus, Tibull. lib. 1 eleg. 3 v. 54. Plautus *literatum* diceret. Sic enim *literata urna: literatus enſiculus* apud eum, & in Inſcriptione veteri, SILEX LITERATVS, legitur. Virg. eclog. 3 v. 106 *Flores inſcripti nomina regum.* Cic. ad Att. 6 epiſt. 3 *Legit epiſtolam inſcriptam patri ſuo.* Quintil. 1 cap. 24 *Libri falſo inſcripti*, falſch titulirt. *Servi inſcripti*, i. e. ſigno inuſto notati, Plin. 22 cap. 3. conf. Gell. 17 cap. 9. Martialis 8 epigr. 74 *Quatuor inſcripti portabant vile cadaver:*

Inſcripti, id eſt, ſervi ſtigmatiæ, ſive quorum frontes ſtigmate punctæ vel inſcriptæ. Similiter *inſcriptam cellam*, lib. 11 epigr. 46; & *inſcriptam baſin*, lib. 9 epigr. 45 dixit. ¶ 2. Item, *Non ſcriptus*, unbeſchrieben, ungezeichnet; ut, *Inſcriptum maleficium*, cujus ſpecies expreſſa legibus non eſt, datur actio tamen, ut, ſi cautum lege: RAPTOR X MILLIA SOLVAT. *Scriptum* itaque *maleficium* eſt, VIRGINEM RAPERE. Sed quoniam raptus alius atrocior altero, pro diverſo locorum vel perſonarum reſpectu: ut ſi quis ex comitio rapiat; aut non ſimplicem virginem rapiat; id *maleficium inſcriptum* erit; cum in hujusmodi raptores pœna nulla legibus definita ſit, & illa X millium ad ſimplices tantum pertineat. Lege Quintilianum Declamat. 252. *Inſcripti maleficii actionis* & apud Senecam mentio fit, Excerptis Declamat. lib. 5 Controverſ. 1. vide & Turnebum lib. 10 Adverſ. cap. 6, & ibi diſce, *Inſcriptas merces* dictas veteribus, quas apud publicanum mercator aut inſtitor profeſſus haud eſt, & ideo in publicani tabulis perſcriptæ non ſunt, untergeſchlagene, unverzollete güther: itemque *Inſcriptum pecus*, quod paſcebatur in ſaltibus publicis, nec in publicani ratione ſcriptum erat. conf. Varr. R. R. 2 cap. 1. Ita Quintil. 3 cap. 8 *Alia eſſe ſcripta, & alia inſcripta.* Et Lucil. apud Nonium cap. 1 n. 169 *Inſcriptum exportant clanculum, ne portorium dent.*

¶ Inſcriptum, i, ſubſtant. ein zettel, billet, eine überſchrifft. Gell. 20 cap. ult. *Quædam inſcripta nimis lepida, multasque prorſus concinnitates redolentia.*

¶ Inſcriptio, ōnis, ἐπιγραφή, der titul, die überſchrifft. Plinius lib. 29 cap. 1 *Hinc illa infelicis monumenti inſcriptio*, TVRBA SE MEDICORVM PERISSE. Et, *Statuam cum inſcriptione præclarâ decernere*, Cic. in Philipp. 13 cap. 4. ¶ 2. Item, *accuſatio.* Sic Vlpianus Lege 2 § 8 ad Leg. Juliam de adulteriis *Inſcriptionum libellos* vocat: quos Lege Mariti § Hoc amplius Dig. eodem *Accuſatorios libellos* dicit. Alexander Imper. Leg. 3 Cod. de his, qui accuſare non poſſunt, *Inſcriptionum paginam* appellat.

¶ Infraſcriptus, a, um, i. e. ſubſcriptus, unterzeichnet. Vetus Gruteri Inſcript. VIXIT SINE VLLA QVERELLA CVM CONIVGE INFRASCRIPTA. vid. Borrich. Cogit. p. 136.

¶ Interſcrībo, ĕre, darzwiſchen ſchreiben. Plinius 7 epiſt. 9 *Poteris & quæ dixeris poſt oblivionem retractare, multa retinere, plura tranſire, alia interſcribere, alia reſcribere.* vide infra in *Reſcribere.* Eleganter Solin. cap. 46 *In cauda roſeis pennis cæruleus interſcribitur nitor.*

¶ Perſcrībo, pſi, ptum, ĕre, zu pavier bringen, gründlich und nach der länge ſchreiben. Cic. 14 fam. ep. 4 *Diligentiſſime omnia a te ſunt perſcripta.* Et, *Verſum puris perſcribere verbis*, Horat. lib. 1 ſat. 4 v. 54. ¶ 2. *Perſcribere pecuniam*, id eſt, reddere creditori per ſcripturam, ut exponit Donatus, Terent. in Phorm. a. 5 ſc. 7 v. 34. *Per ſcripturam* autem *reddere*, eſt de menſa per argentarium ſolvere, cui per ſcripturam cavebatur. Duplex enim mos ſolvendi apud Romanos obtinebat: nam vel e domo arcaque ſatisfaciebant; vel de menſa; unde vel accipiebant fœnore, vel de ſumma, quam ipſi habebant ibi depoſitam. Hoc itaque *ſcribere* & *perſcribere* dicebant. Et inde *Scriptura menſæ.* Nam in ſuas tabulas referebat argentarius, quantum cuique & nummulorum ſummam apud menſam ſuam poſitam reſolviſſet; aut, quantum ipſe de ſuo pro alio numeraſſet. Vide & ſupra in *Scribo* n. 3, & Salmaſium de trapezitico fœnore p. 30; item de modo uſurarum p. 473, & Lindebrogium ad ſupra citatum Terentii locum. Cic. pro Roſc. Com. cap. 1 *Falſum perſcribere nomen.* Et pro Flacc. c. 19 *Pecuniam in ædem ſacram reficiendam ſe perſcripſiſſe dicunt.*

¶ Perſcriptus, a, um, aufgeſchrieben, abgefaßt, verzeichnet. Cic. de Lege Agrar. 2 cap. 32 *Hoc perſcriptum in monumentis veteribus reperietis.* Idem in Catil. 3 cap. 6 *Nondum perſcriptum ſenatusconſultum.* Idem 1 fam. epiſt. 2 *Senatus autoritas perſcripta.*

¶ Perſcriptio, ōnis, die abfaſſung. Cic. 2 Leg. Agrar. cap. 9 *Perſcriptio legis.* ¶ 2. *Perſcriptiones* inſtrumenta dicuntur etiam contractuum & pactorum, kauff=zettel, verſchreibungen, &c. Cic. Philipp. 5 cap. 4 *pecuniam falſis perſcriptionibus donationibusque avertere.* Idem ad Attic. 12 epiſt. 51 *Perſcriptionem tibi placere*, h. e. ſolutionem; nam mox ſequitur: *ſuſtinenda tamen ſolutio eſt.*

¶ Perſcriptor, ōris, ein notarius, buchhalter. Cic. 5 in Verrem cap. 72 *Scribam tuum, dicit Verres, hujus perſcriptorem fœnerationis fuiſſe.*

¶ Poſtſcrībo, ĕre, nachſetzen, drunter ſchreiben. Tacit. Ann. 3 cap. 64 n. 2 *Tiberii nomen ſuo poſtſcripſerat.*

¶ Præſcrībo, ĕre, vorſchreiben, erfordern, gebieten. Cicero 3 Offic. c. 6

Hoc natura præscribet, ut homo homini ob eam caussam, quod homo sit, consultum velit. Sic, *Præscribere alicui, qualis esse debeat*, Idem pro Flacc. cap. ult. Et Terent. in Andr. a. 1 sc. 1 v. 124 *Tute his rebus finem præscripsisti pater?* du hast ein ziel und maaß gesetzet. ¶2. Et *præscribere*, zuvor entwerffen, aufsetzen, id scilicet, quod in codicem aut tabulas postea refertur. Vnde *Præscriptio*, de qua infra.

¶ Præscriptus, a, um, vorgeschrieben; ut, *Præscripta munia*, Horat. 2 sat. 2 v. 81. *Præscriptos evecta est pagina gyros*, Propert. 3 eleg. 2 v. 21. *Præscriptis verbis actio* quæ sit, docent JCti.

¶ Præscriptum, i, substant. id est, præceptum; nam & *præscribere*, præcipere est, & proprie de ludimagistris dicitur, qui pueris aliquid ediscendum præscribunt, eine lection, regul, vorschrifft. Horatius lib. 2 ode 15 v. 10 *non ita Romuli*
Præscriptum, & intonsi Catonis &c.
ubi Vetus Scholiastes: PRAESCRIPTVM, *institutum, præceptum. A magistris ludi tractum videtur, qui præscripta dant pueris, quæ imitentur.* Seneca epist. 49 *Si ludum litterarium intraveris, scies, ista, quæ ingenti supercilio philosophi jactant, in puerili esse præscripto.* PRAESCRIPTVM vocat sententias sive gnomas describendas & ediscendas pueris a magistro propositas. Ea enim tum instituendi pueros ratio erat. Innuit itaque, in puerilibus hujus generis præscriptis ea contineri sæpius, quæ operose philosophi exsequuntur. Idem eâdem epistola: *Pueri ad præscriptum discunt.* Columella præfat. lib. de Re Rustica: *Cæli & anni præsentes mores intueatur; neque enim semper eumdem velut ex præscripto habitum gerunt.* Et Cicero pro Cluent. cap. 53 *Omnia legum imperio & præscripto fieri videbitis.* Cæsar 3 B. Civ. cap. 51 *Ad præscriptum omnia agere.*

¶ Præscriptus, ûs, substant. idem. Tertull. de Exhortat. ad castit. c. 3 *Indulgentiam nuptiarum non de divino præscriptu induxisse.*

¶ Præscriptio, ōnis, idem; ut, *Præscriptio rationis, legis*, Cicer. 5 fam. epist. 2. *Præscriptio naturæ*, Idem 4 Tuscul. cap. 46, die verordnung, vorgeschriebene weise. ¶2. Est & *Præscriptio*, ut supra *Circumscriptio*, fallacia ac defraudatio, Salviano lib. 4. ¶3. Est prætextus, der vorwand. Cæs. B. Civ. 3 cap. 32 *Honesta præscriptione rem turpissimam tegere.* ¶4. Et pactio, die verschreibung; unde Cic. pro Roscio Com. cap. 2 *Præscriptionum & litterarum adversaria proferre.* Vbi *perscriptionum* vulgo editum est. Hinc ¶5. *Præscriptio*, exceptio, translatio, apud Jurisconsultos, die verjährung. vide Brisson. de V. S. & Goclen. in Observ. L. L. p. 181. De *Præscriptionibus adversus hæreticos*, liber est Tertulliani.

¶ Præscriptive, adverb. vorgeschriebener massen. Tertull. 4 adv. Marc. c. 1 *Præscriptive occurrere.*

¶ Proscrībo, ĕre, est palam scribere, ut *producere* apud Horatium, zum verkauff bringen. Hinc, *domum, ædes proscribere*, est proscripto titulo palam proponere venales, einen öffentlichen zettel ans hauß schlagen, und es also feil bieten: Cic. de Offic. 3 cap. 13 *Ille, quod non placebat, proscripsit; tu, quod placebat, emisti.* Sic, *proscribere aliquem*, est scripto publico traducere & infamare. Suetonius Cæsare cap. 49 *Missa etiam facio edicta Bibuli, quibus proscripsit collegam suum*, BITHYNICAM REGINAM: Idem & Nerone cap. 39 *Multa græce latineque proscripta aut vulgata sunt*, &c. ¶2. Sed, *Proscribere aliquem*, est damnare, relegare, einen in die acht erklären, Vellej. 2, 66. 2. Sic Cic. pro Rosc. Am. cap. 6 *Posteaquam victoria constituta est, ab armisque recessimus; cum proscriberentur homines*, &c.

¶ Proscriptus, a, um, feil geboten; Item, einer der in der acht ist. Cic. de Lege Agrar. 3 cap. 4 *Possessiones venales ac proscriptas hac lege video.* Horat. 1 sat. 7 v. 1 *Proscripti Rupilius Rex.* Cic. in Verrem 3 cap. 47 *Lex Cornelia proscriptum juvare vetat*

¶ Proscriptio, ōnis, die achts-erklärung; ut, *Cum de capite civis & de bonis proscriptio ferretur*, als man mit leib und guth in die acht gab, güther preiß gab, Cic. pro Sextio cap. 30. Et Vellejus Paterc. lib. 2 cap. 28 *Primus Sylla exemplum proscriptionis invenit.* Hinc *Sullani exempli malum* vocat Idem c. 66 n. 1. ¶2. die feilbietung. Sic, *Facere proscriptiones prædiorum*, id est, proscribere, priori significatione, feil bieten durch öffentlichen anschlag, Cic. pro Flacco cap. 44.

¶ Proscriptor, ōris, qui proscribit, ein achtserklärer. Plin. 7 cap. 12 *Ille proscriptor animus*, puta Antonii.

¶ Proscripturio, ire, cupere alios proscribere, zur achtserklärung lust haben. Cic. 9 ad Att. epist. 10 de Pompejo: *Ita sullaturit animus ejus, & proscripturit diu.* conf. Quintil. 8 c. 6.

¶ Rescrībo, ĕre, per epistolam respondere, schrifftlich antworten, wiederschreiben; ut, *Ad omnia, quæ quæruntur, rescribere*, Cic. 1 fam. epist. 9. Idem ad Attic. lib. 13 epist. 23 *Antemeridianis tuis litteris statim rescripsi, nunc respondebo vespertinis.* Et lib. 1 epist. 10 ad eumdem: *ut epistolæ tuæ rescriberem aliquid.* Ovid. Heroid. epist. 1 ineunte:
Nil mihi rescribas, sed magis ipse veni.
¶2. Aliquando est ita respondere, ut contrarium asseras, & dicta prius refutes, widerlegen. Suetonius Caligulâ cap. 53 *Solebat etiam prosperis oratorum actionibus rescribere, & magnorum in senatu reorum accusationes & definitiones meditari.* Idem de Illustr. Grammaticis cap. 19 de Scribonio: *Cujus* (Verrii Flacci) *etiam libris de orthographia rescripsit, non sine insectatione studiorum morumque ejus.* Et ita *Rescripta Bruto*, id est, contra Brutum scripta, in Augusto dixit cap. 85. ¶3. Vsurpatur hoc verbum & circa pecuniam, ut *Scribo* & *Perscribo*, de quibus supra. Terent. in Phorm. a. 5 sc. 7 v. 29 *Sed transi sodes ad forum, atque illud mihi*
Argentum rursum jube rescribi, Phormio.
Vbi Donatus: *Quoniam ad numerationem pecuniæ antecedit scriptura,* RESCRIBERE *dicebant pro renumerare.* RESCRIBI *per scripturam, id est, de mensæ scripturâ dari. Vnde hodie additur chirographis:* DOMO EX ARCA SVA, *vel* EX MENSAE SCRIPTVRA. ¶4. *Rescribere* etiam est recensere, mutare & emendare scripta prius, cum quibusdam deletis alia substituimus & ita rescribimus, ändern und bessern. Sic Plinius *actiones rescribere* lib. 5 epist. 8 dixit, quod paullo ante *retractare* vocaverat. Idem lib. 8 epist. 9 *Poteris & quæ dixeras per oblivionem retractare, multa retinere, plura transire, alia interscribere, alia rescribere*, id est, alia interscribendo adjicere; alia demere, & rescribendo meliora facere. Suetonius Cæsare c. 56 *Pollio Asinius parum diligenter parumque integra veritate compositos* (Cæsaris commentarios) *putat*, &c. *existimatque rescripturum & correcturum fuisse.* legionem ad equum rescribere. Cæs. B.G. l.1. c.XLII.6

¶ Rescriptus, a, um, zurückgeschrieben. Cic. Tusc. 4 cap. 2 *Perspicuum est, & cantus tum fuisse rescriptos vocum sonis, & carmina*, eingerichtet nach den noten.

¶ Rescriptum, i, substant. genus illud epistolæ, qua imperatores, aut summi pontifices consulentibus respondent, ein rescript, herren-befehl, eine fürstliche antwort. Vlpian. lege 1 Dig. § 1 de appellat. & relat. *De qua re exstat rescriptum Divi Pii.* Sic, *Immite rescriptum*, Tac. Annal. 6, 9, 3.

¶ Rescriptio, ōnis, idem. Lege 8 D. de off. præsidis, *Sæpe audivi Cæsarem nostrum dicentem hac rescriptione*, &c. Et ibidem lege 9 *Princeps remisit negotia per rescriptiones.*

¶ Subscrībo, psi, ptum, ĕre, annotare, verzeichnen. *Numerus aratorum quotannis apud magistratus subscribitur*, Cic. 5 in Verrem cap. 51. Et Quintil. lib. 12 c. 8 *Nec tanta sit memoriæ fiducia, ut subscribere audita pigeat.* ¶2. Est & *subscribere*, nomen suum apponere, sive chirographo proprio subnotare, vel ut præcedentis scripti fidem confirmes, vel ut testimonium reddas, quemadmodum testamenta subscribi solent, sich mit eigner hand unterschreiben: de quo plura Salmasius de Modo usurarum cap. 11. ¶3. Hinc eleganti translatione *adstipulari*, beyfall geben, bewilligen. Cels. 3 cap. 4 *Cubantis etiam luxuriæ subscripsit.* Ovid. Trist. 1 eleg. 2 v. 3 *Subscribere alicujus iræ.* Columella lib. 1 cap. 2 *Si voto fortuna subscripserit*, id est, si confirmaverit votum & ratum habuerit. ¶4. Jam, qui accusare parabant, & actionem intendere, non admittebantur ante, quam in libello accusatorio & nomen ejus ponerent, cui intendebatur lis, & crimen ipsum negotiumve exponerent, nominatâ & lege, ex qua essent acturi, demum & nomen suum subscriberent. Inde factum, ut *subscribere* pro accusare, deferre, crimen litemque intendere, dicerent. Ita *scribere*, & *subscribere dicam*: *Subscribere crimen* & *in crimen*, dicebant: Plin. lib. 5 epist. 1 *Post hoc ille cum ceteris subscripsit centumvirale judicium, mecum non subscripsit:* Sensus est, Curianum, quem exhæredaverat mater, scripto Plinio hærede, cum quibusdam aliis, cohæredes Plinii detulisse, neque cum eo agere voluisse ex lege. Neque vero primarii accusatores solum inscriptionis libellum subscribebant, sed idem facere solebant & illi, qui assistebant, juvabantque velut secundarii accusatores Nepos in vita Attici c. 6 n. 3 *Neminem neque suo nomine, neque subscribens, accusavit.* Vellejus Paterculus lib. 2 cap. 69 *Quo tempore Capito, patruus meus, vir ordinis senatorii, Agrippa subscripsit in C. Cassium:* Significat, Agrippam accusasse Cassium: Capitonem accessisse Agrippæ, & adjuvisse ejus caussam. vide & Brissonii Lex. Polleti Hist. Fori Rom. 4 cap. 7; & Lips. ad Senec. de Benef. 3 cap. 26.

¶ Subscriptus, a, um, unterschrieben; ut, *Parricidii caussa subscripta*, Cic. de Invent. 2 cap. 19. Sic, *Subscriptæ rationes*, Budæus.

¶ Subscriptio, ōnis, ὑπογραφὴ, die unterschrifft. Vlpianus l. 1 § 1 D. de Constit. Princ. *Quodcunque imperator per epistolam & subscriptionem statuit.* ¶2. Κατηγορία, accusatio. Quintil. Declamat. 15 *Numquid iniqui, judices, in tanti sceleris subscriptione deposco, ne nominibus reos æstimare velitis.* Ita, *subscriptionem componere*, Senec. 3 de Benefic. cap. 26, & *subscriptionem edere*, Ludo de morte Claudii dixit. Nihil enim ibi mutandum, quod Junio videbatur. ¶3. Apud Suetonium in vita Tiberii cap 32 *Subscriptio litterarum ad imperatores datarum solennem significat clausulam, qua se pro principe facturos vota promittebant*, ut ex Dione ibi Casaubonus docuit.

¶ Subscriptor, ōris, ein klag-verwandter, mitkläger. Cicer. ad Quint. frat. lib. 3 epist. 4 *Omnino nihil accusatore Lentulo subscriptoribusque ejus infantius.* Asconius in Divinat. Ciceronis in Verrem: SVBSCRIPTORES *dicuntur, qui adjuvare accusatorem caussidici solent: quos oportet summissius agere, quam dicat ille, quem sequuntur.* ¶2. Deinde testis, auctor & approbator cujuscunque rei. Gellius lib. 5 cap. 21 *Subscriptores approbatoresque hujus verbi habemus.*

¶ Subscribendārius, i, officii nomen, aliquoties in Cod. Theodosii memoratur, quem & *Actuarium* quidam eumdem putant: neget Jac. Godofr. ad Legem 1 de erogat. militaris annonæ, laudati Codicis, quem consulas.

¶ Superscrībo, ere, drüberschreiben. Gellius lib. 20 cap. 6 VESTRVM *obleverunt, &* VESTRI *superscripserunt.* Et Ammianus lib. 15 cap. 8 *Peniculo serie literarum abstersa, sola incolumi relicta subscriptione, alter multum a vero illo dissonans superscribitur textus*, auf radiertes wird anders geschrieben. ¶2. Item, nomen operi seu ædificio publico inscribere. Modestinus lege 4 Dig. de operib. publ. *Nec præsidis quidem nomen licebit superscribere.*

¶ Superscriptio, ōnis, die aufschrifft, überschrifft, Vulg. Interpres Lucæ cap. 23 v. 38. Gr. ἐπιγραφή.

¶ Suprascrībo, ĕre, oben beschreiben. Cic. 6 fam. epist. 10 *Tibi & illa polliceor, quæ suprascripsi.* Hinc

¶ Suprascriptus, a, um, oben beschrieben. Cic. pro Cluent. cap. 54 *Qui eorum, quorum? videlicet, qui suprascripti sunt.* Vitruv. 2 cap. 8 *Fons suprascriptus.* conf. lib. 9 cap. 9. Sidon. 5 epist. 13 *Ceteri affligi per suprascriptum* DAMNO *verentur.*

¶ Transcrībo, ĕre, abschreiben, aus einem buch ins ander schreiben. Sic Plin lib. 14 cap. 2 *Græcinus Cornelium Celsum transcripsit.* ¶2. Virg. 5 Æneid. v. 750 *Transcribunt urbi matres*, id est, tradunt ad urbem, sie geben sie von sich. *Transcripti* enim in colonias deducebantur, quemadmodum ibidem Servius annotavit. Ovid. 7 Metam. v. 173 *Ergo ego cuiquam*
Posse tuæ videar spatium transcribere vitæ?
Verba sunt Medeæ respondentis Jasoni, qui rogaverat, ut demptum aliquid suis annis adderet patri, quo longius viveret. Sic, *Transcribere*

scribere fundum, einem übergeben, Lege 12 Dig. de præscript. verbis. *In quod malum transcribor?* Senec. Thyeste a. 1 v. 13. Et alter Seneca epist. 4 *Quum puerilem animum deposueris, & te in virum philosophia transcripserit.*

¶ Transcriptio, ōnis, ein vorwand. Quintil. Declam. 13 pag. 190 *Jam privati veneni transcriptio est.*

SCRĪNIUM, i, capsa, in qua servantur res pretiosæ & secretæ, item, in qua libri, vel epistolæ reconduntur, ein kasten, ein schrein. Inter spolia Darii, Persarum regis, *unguentorum* erat *scrinium*, auro, gemmis ac margaritis pretiosum, cujus cum varios usus amici demonstrarent, imo hercule, inquit Alexander, librorum Homeri custodiæ detur, tanti scilicet Homerum faciens, Plin. lib. 7 cap. 29. ¶ 2. In Codice multa mentio de *scriniis principum* fit. Quæ nihil aliud fuerunt, quam capsæ, seu plutei, atque armaria, in quibus commentarii & libelli, hoc est, monumenta litteraria custodiebantur. Sed quatuor præcipue erant: *libellorum, memoriæ, dispositionum*, & *epistolarum*. Quibus omnibus qui præerat, *curare scrinia* dicebatur, *magister scriniorum omnium*, vel *magister scriniorum*, aliquando & absolute *magister* appellatus. In singulis qui præerant & primum locum tenebant, *magistri* & ipsi quidem dicebantur, sed sui quisque scrinii, hoc est, *magister a libellis, a memoria*, & aliquando absolute, *a libellis, a memoria*, &c. Vel *magister libellorum, magister memoriæ*, &c. dicebatur. Vocabantur & *Principes*, item *Priores*, item *Proximi* & *Dictatores libellorum, memoriæ*, &c. De quibus omnibus illustris Salmasius ad Historiam Augustam non uno loco.

¶ Scriniārius, i, qui *scrinium gerit*, hoc est, in scrinio aliquo partes agit, seu operam navat in scrinio custodiendo, ein Secretarius. Hinc SCRINIARIVS AB EPISTOLIS: SCRINIARIVS A LIBELLIS, in Inscriptionibus antiquis, quas laudat Salmasius ad Lampridii Alexandrum cap. 31. conf. Borrich. Cogit. p. 233.

¶ Primiscrinius, officii nomen, quære supra in *Primus*.

Scriptio, scriptor, scriptura, &c. vide ante in *Scribo*.

SCRĪPŬLA, æ, vitis genus, Plin. 14 cap. 3, & 19 cap. 2. Colum. 5 c. 6.

SCRĪPŬLUM, i, sive per contract. *Scriplum*, ex *Scriptulum*, est parva mensura scripta; namque haud dubie a *scribendo* est. Vicesima quarta unciæ pars est, γράμμα Græcis. Vet. Glossæ: *Scripulum*, γράμμα, σταθμός. Aliæ: γράμμα ὁ σταθμός, *Scripulum*. Fannius de Ponderibus v. 8

> *Semioboli duplum est obulus, quem pondere duplo*
> *Γράμμα vocant: scriplum nostri dixere priores:*
> *Semina sex alii siliquis latitantia curvis*
> *Attribuunt scriplo.*

Et paullo post v. 21 *Drachmæ scriplum si adjecero, fiet*

> *Sextula quæ fertur: nam sex bis uncia constat,*
> *Sextula quum dupla est, veteres dixere duellam,*
> *Vncia fit drachmis bis quatuor, unde putandum,*
> *Grammata dicta, quod hæc viginti & quatuor in se*
> *Vncia habet: tot enim formis vox græca notatur,*
> *Horis quot mundus peragit noctemque diemque.*

Arnobius lib. 6 p. 207 de spoliato a prædonibus Apolline: *Ex tot auri ponderibus, quæ infinita congesserant secula, ne unum quidem habuit scripulum.* Itaque *Scripulum* idem quod *Scrupulum*, de quo infra in *Scrupus*. Et, *Scriptula puncta* Venantius dixit eleg. de resurrectione v. 42. ¶ 2. Est & ludi genus. Cic. 1 de Orat. cap. 50 *Licet ista ratione dicamus pila bene, & duodecim scriptis (scriplis) ludere*, &c. vid. Victor. Var. Lect. 5 cap. 13, ubi & alius locus Ciceronis ex Hortensio, quem studium Nonii servavit cap. 2 n. 781. Quin & Ovid. Art. am. 3 v. 364

> *Est genus in totidem tenui ratione redactum*
> *Scriptula, quot menses lubricus annus habet.*

SCROBS, scrŏbis, dubii generis, puteus, fovea, eine grube. Columella lib. 4 ineunte *profundos scrobes* dixit: & paucis interjectis *bipedanea scrobe*, genere mutato. Virgilius 2 Georgic. v. 235

> *scrobibus superabit terra repletis.*

Etiam in nominativo *Scrobis* exstat apud Columellam 5 cap. 6 *Scrobis fieri debet latus*; & cap. 10 *Scrobis clibano similis*. Translate Arnob. lib. 4 p. 131 *Virginalem scrobem effodientibus maritis.*

¶ Scrŏbĭcŭlus, i, diminutivum, ein grüblein. Columella 4 cap. 15 *scrobiculo facto*; & de Arborib. c. ult. *scrobiculis pedalibus factis.*

SCRŌFA, æ, porca, eine saumutter; ut, *Scrofâ fæcundior albâ*, Juvenal. satyr. 6 de Niobe v. 176. Idem de Alba Italiæ satyr. 12 v. 73

> *Conspicitur sublimis apex, cui candida nomen*
> *Scrofa dedit*, eine weisse sau.

Sic, *Celeriter se hostes, ut scrofa porcos, disjecturum*, dixit Tremellius, unde ipse *Scrofa* appellatus, Varro R R. 2 cap. 4. Aliam hujus cognomenti rationem habet Macrobius Saturn. 1 c. 6 fin.

¶ Scrōfŭla, æ, morbus, ein kropff am halse, quem, quod sues plerumque patiantur, sic dicunt. Idem quod *struma*.

¶ Scrōfŭlāria, æ, herba, braunwurtz. *Scrofularia minor*, platterkraut, meienkraut, *Chelidonium minus*: Tabernæmont. p. 930.

¶ Scrōfīnus, a, um, von säuen, säuisch; ut, *scrofinum stercus*, saumist, Marcell. Empir. c. 4.

¶ Scrōfĭpascus, i, qui sues alit, Plautus formavit Captiv. a. 4 sc. 2 v. 27, ein sauhirte.

SCRŌTUM, i, virilis naturæ inferior pars, pellicula scilicet, quæ testiculos tegit; der hodensack, altera enim pars *inguen* est, sive penis: Ita Celsus lib. 7 cap. 19.

Scrupedus, scrupeus, scrupulosus, scrupulus, vide mox *Scrupus*.

SCRŪPUS, i, lapis acutus & asper, ein steinlein. Festus: SCRVPI *dicuntur aspera saxa & difficilia attrectatu. Vnde &* SCRVPVLOSAM *rem dicimus, quæ aliquid in se habet asperi.* Avienus Descript. Orb. v. 503 *scrupus sola creber iniqua Asperat.*

¶ 2. Lapillos notat, quorum usus in quodam lusûs genere erat. Quintilianus lib. 11 cap. 2 p. 813 *in lusu duodecim scruporum.* Quod & Cicero dixit lib. 1 de Orat. cap. 50 *duodecim scrupis ludere.* Sed MSS. libri *scriptis, scriptorum* habent, non *scrupis, scruporum*, quod explanat Petr. Victorius lib. 5 Var. Lect. cap. 13, & confirmat quoque Gruterus ex Codd. Palatinis. vide paullo ante *Scripulum*.

¶ Scrūpŭlus, i, diminut. ein steinlein; Item sollicitudo, dubitatio, difficultas, propterea quod scrupuli pedum calceis incidentes torquent, & molesti sunt, ein scrupel, zweifel, sorge. Terent. in Phorm. a. 5 sc. 8 v. 30 *Qui sit in hac re scrupulus?* Hinc illæ locutiones: *Injicere scrupulum alicui*, einem eine kümmerniß machen, Idem Ter. Adelph. a. 2 sc. 2 v. 20. Et Cic. pro Cluent. cap. 28 *Hic tum injectus est hominibus scrupulus, & quædam dubitatio*: qui & pro Roscio Amerino cap. 2 dixit *Scrupulum evellere*, den zweifel benehmen. *Scrupulus unus restat*, Ter. Andr. a. 5 sc. 4 v. 37, es ist noch ein knot dahinden. vide Scip. Gentil. ad Apolog. Apulej. p. 150. Et Apulej. lib. 1 Met. *Denique mihi quoque non parvam incussisti sollicitudinem, imo vero formidinem, injecto non scrupulo, sed lancea, ne* &c. Et lib. 6 *Nec me tamen mediocris carpebat scrupulus, contemplatione comminatæ mihi mortis.* ¶ 2. *Scrupulus* seu *Scrupulum* ponderis etiam & mensuræ nomen est. In ponderibus *Scrupulum* vigesima quarta pars est unciæ, Budæo auctore lib. 1 de Asse, ubi & hoc addit: *Drachma in terna scrupula dividitur.* Cicero ad Atticum lib. 4 epist. 17 *Neque argenti scrupulum est ullum in illa insula.* In mensuris autem *Scrupulum* centenos continet pedes. vid. Colum. lib. 1 cap. 1. Habet & scrupulos suos hora, ut Christiana inscriptio apud Fabrettum ostendit p. 96 SILVANA QVAE HIC DORMIT VIXIT ANN. XXI MENS. III HOR. IV SCRVPVLOS SEX. Quota autem pars sit horæ scrupulus, in incerto est. Analogia inter mensuram ponderalem & horariam servata, ut censet Fabrettus, tot horæ scrupuli, quot unciæ, adjudicandi.

¶ Scrūpŭlāris, e, das einen scrupel austrägt; ut, *Differentia scrupularis*, eines scrupels schwerer unterscheid, Plin. lib. 23 cap. 8.

¶ Scrūpŭlātim, adverb. bey scrupeln, Plinius 22 cap. 24.

¶ Scrupulōsus, a, um, asper, plenus scrupulis, rauh, steinicht. Cic. Tusc. 4 cap. 14 *Ex quibus tamquam e scrupulosis cotibus enavigavit oratio.* Et Plin. 16 cap. 23 de castaneis: *Suum pabulo gignuntur scrupulosæ corticis.* ¶ 2. Est Sollicitus & anxius, vel quod nimia curâ fit, da man alles gar zu genau ausgrübelt; ut, *Scrupulosa disputatio*, Quintilianus lib. 9 cap. 1. *Ventorum paullo scrupulosior*, Plin. 18 cap. 33. Et Tertull. de Spectac. cap. 3 princ. *Quorumdam fides aut simplicior, aut scrupulosior.* Apulejus de Deo Socrat. p. 43 *Profana philosophiæ turba scrupulosissimo cultu Deos negligis.*

¶ Scrūpŭlōse, adverb. anxie, genau gesuchter weise. Columella 9 cap. 8 *Minus scrupulose probantur.* Plinius 2 cap. 46 *Scrupulosius, quam instituto fortassis conveniat operi, tractabo ventos.* Et Quintilianus sub fin. lib. 5 *Minutius & scrupulosius scrutantur omnia.* Superlat. *Scrupulosissime requirere*, Columella præfatione operis p. 2. Sic, *scrupulosissime explorare*, Apulejus extremo lib. 1 Metam. Et, *scrupulosissime disputare*, Augustin. Retract. lib. 1 cap. 19.

¶ Scrupulōsĭtas, ātis, das genaue suchen, die sorgfältigkeit. Columella lib. 11 cap. 1 extremo: *In ruris disciplina non desideratur scrupulositas*, puta, qualis in astrologia. Tertullianus advers. Hæretic. c. 27 *scrupulositatis incitamenta.*

¶ Scrūpōsus, a, um, idem ac scrupulosus, scrupis asper, unebell; ut, *scruposa via*, Plaut. Capt. a. 1 sc. 2 v. 82. *Saxum scruposum*, Apulejus extremo lib. 6 de Asino, hoc est, præruptum, asperum, ein rauher, scharffer fels. Et, *Ager scruposus*, Idem 2 Florid. pag. 348, ein steinicht feld.

¶ Scrūpeus, a, um, aliud adjectivum, idem sonans, steinicht. Virg. 6 Æn. v. 236 *Spelunca alta fuit, vastoque immanis hiatu, Scrupea. Scrupea*, id est, lapidosa, ut Servius interpretatur. SCRVPVS *enim*, subjicit, *proprie est lapillus brevis, qui pressus solicitudinem creat. Vnde etiam* SCRVPVLVS *dictus.* Translate Ausonius ad Paullinum epistola, Technopægnio præmissa, *scrupeam difficultatem* dixit.

¶ Scrūpĕdus, a, um, scharffüsicht, schlumpicht: ex *scrupus* & *pes*, quod, qui per scrupos & lapillos incedunt, difficile ingrediuntur, uti explicat Varro de L. L. 6 cap. 3. Nam Plautus in Nervularia meretrices vocat *strateas, scrupedas, strativolas, sordidas.* Ad quæ verba Gellius 3 cap. 3 notat, poëtam *delectatum faceta verborum antiquitate, meretricum vitia atque deformitates significantium.*

SCRŪTA, ōrum, omnis generis veteramenta, allerley alte kleider, eisenwerck, gerümpel, gerölle, &c. *Frivola* Juvenalis vocat; vide supra. Designat Lucilius apud Gellium lib. 3 cap. 14, quem vide, & Torrentium ad Horat. 1 epist. 7 v. 65, ubi *vilia vendens scruta*, ein trödler. Vet. Gloss. γρύτη, *Scruta*. Hinc

¶ Scrūtāria, æ, e vilissima res, quæ venditur, alt gerölle, veteramenta. *Scrutariam facere*, Apulej. lib. 4 Milet p. 146, trödelmarckt halten.

¶ Scrutarium, i, idem. In eodem Glossario γρυτοπωλεῖον, *Scrutarium*, ein trödel-marckt.

¶ Scrutārius, i, scrutorum venditor, ein trödeler. Lucil. apud Gellium 3 cap. 13 *Scruta ut vendas, scrutarius laudat.* Gloss. Cyrilli: γρυτοπώλης, *Scrutarius*.

Scrutator, scrutinium, quære sequens *Scrutor*.

SCRŪTOR, ātus sum, ari, inquirere, forschen, suchen, auskundigen. Cicero pro Rosc. cap. 34 *Non te excutio, non scrutor*, ich forsche dich nicht aus. Horatius lib. 1 epist. 18 v. 37

> *Arcanum nec tu scrutaberis ullius unquam,*
> *Commissumque teges, & vino tortus, & ira.*

Et, *Diffectam fluitantemque testudinem lanceis contisque scrutabantur*, Tacitus 3 Histor. cap. 27, id est, prætentabant, explorabant, qua solvi maxime posset. Curtius lib. 3 cap. 4 *Thracas tamen leviter armatos præcedere jusserat, scrutarique valles, nec occultus hostis in subeuntes erumperet.* Tacitus 3 Histor. cap. 25 *Adultus inter septimanos a Galba conscriptus oblatum forte patrem & volvere stratum; dum semianimem scrutatur, cognitus agnoscensque & exanguem amplexus voce flebili precabatur.* Veteres etiam *scrutare* & *perscrutare* dixerunt. vide Nonium cap. 7 n. 6. Et Glossæ Vet. ἐρευνῶ, *Scruto, Rimor.*

¶ Scru-

¶ Scrūtans, tis, ein forschender. Hinc *Scrutantissimus* ex participio tamquam nomine Ammianus formavit lib. 30 cap. 30, *militaris rei ordinum scrutantissimus.*

¶ Scrutanter, adverb. untersuchend. Ambrosius epist. 40 ad Sabinum, post princ. *Tuum est scrutanter discutere, quæ corrigas.*

¶ Scrūtātus, a, um, passive, untersucht. Ammianus 15 cap. 8 *Qui futurus sit, colligebant, velut scrutatis veteribus libris.*

¶ Scrutātio, ōnis, inquisitio, exploratio, die erforschung, nachfrage. Seneca de Vita beata cap. 23 *scrutationem populo præbere.* Gellius 9 cap. 10 *Odiosa scrutatio.*

¶ Scrūtĭnium, i, idem. Apulej. lib. 9 Metamorph. p. 237 *obstinate denegantem scrutinio detegere.* Gloss. Vet. *Scrutinium*, ζήτησις. Onomast. *Scrutinium*, ἐξερώτησις.

¶ Scrutātor, ōris, qui inquirit, excutit, ein erforscher, aussucher. Suetonius in Claudio cap. 35 *Neque agrum quemquam visitavit, nisi explorato prius cubiculo culcitrisque & stragulis prætentatis, & excussis: reliquo autem tempore salutatoribus scrutatores semper apposuit.* SCRVTATORES vocat ministros in id delectos, ut salutatores excuterent, prætentarentque exploraturi, ferrumne sub veste haberent conditum. Duravit hoc ministerium usque ad Vespasianum, qui omisit, ut idem Suetonius ejus vitâ cap. 12 auctor est. Notat & Dio; vid. Lips. ad 11 Annal. Tacit. & Bernegg. ad Justin. lib. 38 cap. 1 n. 9. ¶ 2. Sed & alio ac laxiore sensu ponitur. Statius 3 Silv. 1 v. 84 *Scrutatores profundi*, i. e. piscatores, urinatores, fischer, taucher. Lucan. 4 v. 298 *Scrutator pallidus auri*, ein bergmann, oder ein geitzhals. Et Paulinus Natal. 3 Felicis v. 7 de Deo: *Qui cordis taciti scrutator*, ein hertzenskündiger.

¶ Scrutātrix, īcis, eine forscherin. Alcimus Avitus lib. 2 v. 326

scrutatrix Eva malorum.

¶ Scrūtābĭlis, e, erforschlich; unde

¶ Inscrutabĭlis, e, unerforschlich; ut, *judicium inscrutabile*, Dei scilicet, apud Prosperum Aquitanicum de Ingratis cap. 36. Et Augustinus epist. 106 *inscrutabilis altitudo judiciorum Dei.*

¶ Perscrūtor, ari, nachforschen, erforschen, durchgrübeln; ut, *Investigare & perscrutari omnia*, Cic. in Verr. 6 cap. 21. *Sententiam scriptoris domesticis suspicionibus perscrutari*, Cic. 2 de Invent. cap. 44. ¶ 2. Activo usus est Plaut. Aulul. a. 4 sc. 4 v. 30 *Postremo jam huno perscrutavi.* Et hinc

¶ Perscrūtātus, a, um, passive, durchsucht, ausgeforscht. Ammian. 17 cap. 4 *Montium venis perscrutatis.*

¶ Perscrutātio, ōnis, die ergründung, aussuchung, erkundigung. Seneca ad Helviam cap. 9 extr. *Quid opus est profundi perscrutatione?*

¶ Perscrutator, ōris, ein untersucher, ausforscher, Cassiodor. lib. 1 epist. 2, & lib. 2 epist. 15.

SCVLNA, æ, pro sequestre vel arbitro utitur Varro, ein schiedsmann, richter; sed inter sordida reposuit P. Lavinius, teste Aul. Gell. cap. ult. lib. ult. Noct. Attic. vide Buchner. ad hymnum Prudentii de Natal. Christi p. 25 & 26; item Macrob. Saturn. 2 cap. 13.

SCVLPO, psi, ptum, pĕre, schnitzen, bilden; ut, *Sculpere ebur mira arte*, Ovid. 10 Metam. v. 248. *Marmore sculpendo primi omnium inclaruerunt*, Plin. 36 cap. 4. ¶ *Scalpto*, non *Sculpo* dici debere, autor est Diomedes. vide supra *Scalpo.*

¶ Sculptus, a, um, geschnitzt, gegraben, ausgehauen; ut, *Sculpta animalia*, Lucan. 3 v. 224. *E saxo sculptus*, Cic. 4 Acad. cap. 31.

¶ Sculptĭlis, e, idem; ut, *Opus sculptile*, Ovid. 4 Pont. epist. 9 v. 28, schnitzwerck, ausgehauene arbeit.

¶ Sculptūrātus, a, um, idem; pro *Sculptus*, usus Fortunatus lib. 9 carm. 15 *Et sculpturata lusit in arte faber.*

¶ Sculptor, ōris, ein bildhauer, bildschnitzer; item, siegelgräber, pitschierstecher. Plin. 20 cap. 13 *Sculptores & pictores.* Idem 36 cap. 5 *in Chio insula Malas sculptor.*

¶ Sculptūra, æ, schnitzwerck, bildhauer-arbeit; ut, *Astragalum Lesbium sima scalptura*, Vitruv. 4 cap. 6. vid. ibi Philander. *Habere in sculpturis facilitatem*, Plin. lib. 16 cap. 11.

Composita:

¶ Desculpo, ĕre, aushauen. Tertullianus lib. 1 ad Nation. cap. 12 *Simulacrum ligno seu lapide desculpitur.*

¶ Exsculpo, ĕre, idem; ut, *Exsculpere aliquid e quercu*, Cic. 13 ad Att. epist. 28. *Exsculpere signum ex lapide*, ein bild hauen aus einem stein, Quintil. lib. 2 cap. 19. ¶ 2. *Oculum exsculpere*, ein auge ausschlagen, per metaphoram apud Terent. in Phorm. a. 5 sc. 7 extrema, ut Muretus legit. Idem in Eunuch. a. 4 sc. 4 v. 45 *Possumne hodie ex te exsculpere verum?* id est, extorquere, kan ich denn nicht die wahrheit aus dir bringen? Plaut. Cistell. a. 2 sc. 2 *In quæstione vix exsculpsi, ut diceret, quia ei promisi modiolum vini dare*, ich habe es mit noth aus ihr bringen können. Lucilius apud Festum: *Esuriente leoni ex ore exsculpere prædam; Esuriente* autem pro esurienti dixit ἀρχαϊκῶς. *Exsculpere*, id est, extorquere, eripere. ¶ 3. Apud Nepotem *exsculpere* est id, quod insculptum delere, auskratzen. Ita enim in Pausan. cap. 1 *Cum ex præda tripodem aureum Delphis posuisset epigrammate inscripto*, &c. *hos versus Lacedæmonii exsculpserunt*, &c.

¶ Insculpo, ĕre, in æs aut lapidem incidere, eingraben, einhauen. Livius lib. 2 cap. 33 *Insculptum monumento est columnâ ænea.* Et lege 13 § 5 D. Locati, *gemma insculpenda.*

¶ Persculpo, ĕre, idem; unde

¶ Persculptus, a, um, eingegraben, eingehauen. Corippus 3 v. 377 de idolis: *Persculpti lapides, surdæ mutæque figuræ.*

¶ Resculpo, ĕre, wieder her stellen. Prudentius præfat. Psychomach. v. 51 *Quam* [lineam] *nostra recto vita resculpat pede.*

Et Tertullianus de Jejunio cap. 5 *Populus primi hominis resculpserat crimen.*

SCVLPŌNEA, æ, calceamenti servilis rude & rusticum genus, filtzschuh, bauerstiefel. Pausanias & Eustathius *Sculponeas* ligneos Bœoticæ genti familiares calceos exponunt, holtz-schuhe. Legitur apud Plautum Casin. a. 2 sc. 8 v. 59. Et Cato cap. 59 de R. R. *Sculponeas bonas alternis annis dare oportet.* ¶ 2. Significat & cæstos plumbo ligatos, Fulgentio auctore de Prisco Sermone cap. 21, streitkolben. Frustra Lambinus Fulgentium erroris insimulat. vid. Taubmann. in Plaut. Casin. a. 2 sc. 8 p. 336.

¶ Sculpōneātus, a, um, ut calceatus, gestiefelt. Varro apud Nonium in *Rurant* cap. 2 n. 731 *Aspicio sculponeatum bigas sequi.*

Sculptĭlis, sculptor, sculptura, vide paullo ante in *Sculpo.*

SCVRRA, æ, proprie ein nachtreter, liebling. Nam *scurræ* a *sequendo*, quasi *sequerræ* dicti, quod tenuioris fortunæ homines, & cæteri, qui quem honoris caussa prosequerentur, non antecedere, sed sequi soliti sint, ut Festus auctor est. Itaque *Scurra* nihil aliud, quam sectator, sive assecla, qui & ipse a *sequendo* appellatus. Itaque *Scurra* honestum initio atque officii adeo nomen fuit: eoque denotabantur homines urbano otio assueti, cæterum comes & elegantes, quales esse oportet, qui divites potentesque sequi volunt, ut demereantur & grati sint. Plautus Mostellariâ a. 1 sc. 1 v. 15

Tu urbanus vero scurra, deliciæ popli,
Rus mihi objectas.

Item Trinum. a. 1 sc. 2 v. 165 *Vrbani assidui cives, quos scurras vocant. Assiduos* ab assidendo, quod urbanum otium sequantur, & vitam minime laboriosam. Vnde & militaribus hominibus opponuntur eidem Plauto Epid. a. 1 sc. 1 v. 13, itemque Curcul. a. 2 sc. 6 v. 10. Atque hi, *scurræ*, non comes tantum & elegantes moribus erant, ut dicebamus supra; sed salibus etiam, & dictorum leporibus, quo magis placerent, & melius haberentur, (nam apud eos accipiebantur, quos sequi solebant;) studebant, & cavillationibus jucundis, quas εἰρωνίας Græci vocant. Quibus quod deditus admodum, Atticorum more, Socrates esset, quod aliquot locis Cicero notat, *Scurra Atticus* a Zenone appellatus est, ut idem Cicero testatur lib. 1 de Natura Deorum cap. 34, Lactantius lib. 3 cap. 19, & Minucius in Octavio. Postea vero crescente luxuria, cum otiosi divites facetiis & moderatis jocis fastiditis, effusos risus & ex omni materia quærerent, idque in omnem licentiam jocantium studia erumperent, male audire *Scurrarum* nomen cœpit, & iis tribui, qui parasitico more sectarentur divites, dictisque ridiculis, nullo nec loci, nec temporis, aut personarum respectu habito, victum quærerent, qualem Horatius lib. 1 epist. 15 v. 26 & seqq. Mænium describit, & lib. 1 sat. 5 v. 52 & seqq. Sarmentum & Messium inducit: Græci βωμολόχυς appellant, de quibus Aristoteles lib. 4 Ethicorum, nos lotterbuben, spottvögel dicimus. Dicti alias & *Minatores*, de quo suo loco. ¶ 2. Neque vero *Scurræ* tantum appellati, qui dictis faciebant risum; sed & qui gestu & imitatione, mimi puta, gauckler; quemadmodum Mimum illum, qui vocem porcelli admodum scite imitabatur, *Scurram* Phædrus vocat lib. 5 fab. 5 v. 27. Et Mimos, *Scurras* appellari, ex Juvenale & Prudentio observat Scaliger ad Catulli epigr. 19. Ad differentiam tamen Capitolinus *Scurras mimarios* in Vero cap. 8, & *Scurras mimicos* in Maximinis cap. 9 dixit. *Scurræ* igitur, qui quovis modo risum & inde quæstum faciunt: unde Γελωτοποιοὶ in Glossario Veteri exponuntur. Ita enim ibi: *Scurra*, εὔστομος, γελωτοποιός, εὐτράπελος, ein possenreisser.

¶ Scurrŭla, æ, diminutivum, ein spottvogelein. Arnobius lib. 6 p. 206 *Vrbanus scurrula.* Et Apulej. Met. lib. 10 *Quidam denique præsens scurrula*, &c.

¶ Scurrīlis, e, bübisch, lotterbübisch; ut, *Jocus scurrilis*, Cic. 2 de Orat. cap. 59, grober schertz. *Dicacitas scurrilis*, Quintil. lib. 6 cap. 3. *Lusus scurriles*, leichtfertiges spielen, Valer. Maxim. lib. 7 extremo.

¶ Scurrīlĭter, adverb. idem; ut, *Ludere scurriliter*, Plin. lib. 4 epist. 25. Et, *scurriliter jocatus*, Justin. lib. 24 cap. 6.

¶ Scurrilitas, ātis, narrentheidung, schandbare worte, unverschämter schertz. Auct. dialog. de Orat. cap. 22 *fœda & insulsa scurrilitas.*

¶ Scurror, ari, scurram seu parasitum & assentatorem agere, possen reissen, schimpffiren. Vnde *Scurrari*, & *amicum profiteri*, Horatio opponuntur lib. 1 epist. 18 princ. & epist. 17 v. 19 *Scurror ego ipse mihi.*

¶ Trĭscurrium, i, ein narrenspiel; item, ein ertzschalck. Juvenalis sat. 8 v. 190 *Qui sedet, & spectat triscurria patriciorum.*

Vetus Scholiastes: *Jocos, tres scurras nobilium fabulas agentes.* Aliis *Tri* intendendi vim habet, & grandem scurrilitatem notat, seu scurram eximium, ut solet in *Trifurcifer*, τρισμέγιστος &c. Scaliger tamen mavult *Transcurria* legere, a *currendo*: quidam *Triscuria* a *cura*. Adde Voss. Etymol. p. 458.

Scutale, scutarius, scutatus, Scutella, vide post paullo *Scutum*, *Scutra.*

SCVTĬCA, æ, σκυτάλη, vel σκύταλον, flagellum ex loris, eine peitsche, karbatsche. Horat. lib. 1 sat. 3 v. 117 *adsit*

Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquas;
Nec scuticâ dignum horribili sectēre flagello.

Ex quo loco discere licet, *Scuticam* levius flagrum & mitius, quam *flagellum* fuisse. Sane *Scuticam* inter pædagogorum arma Martialis recenset lib. 10 epigr. 62. Flagellorum vero pœna servilis & gravior fustibus fuit, ut ex Paulo & Vlpiano Torrentius observat, quem vide ad præsentem Horatii locum.

SCVTĬLVS, a, um, tenuis, macer, quasi σκύτινος, quia nihil nisi σκύτος, h. e. *pellis*, hager, dürre, nur wie haut und haar. Festus: *Scutilum tenue & macrum dicitur ex græcō; ut cum dicimus scutilum hominem, exilem aliquem demonstramus, in quo pellicula tantum.*

SCVTRA, æ, vasis ænei genus, ein geschirr, gefäß, becken. Vet. Gloss. *Scutra*, χαλκίον. Plaut. Pers. a. 1 sc. 3 v. 8 *In scutris concalere.* Meminit & Cato de Re Rustica cap. 157. conf. Vulg. Interpr. 1 Reg. c. 7 v. 45. *Scutra* autem ex Siculorum σκύτρα est, quæ Græcis ceteris χύτρα, ut ex Salmasio discimus. Servius, sed male, a *Scaturire* deducit. Nam ad illud Virgilii 1 Georg. *Scatebrisque arentia temperat arva*; ita scribit: SCATEBRIS, *ebullitionibus, quæ fiunt, cum aqua in aliquas rimas defluxerit. Vnde & vasa æstuantia* SCATVRIRE *dicuntur. Vnde vulgo vasa, ubi calida fieri solent,* SCVTRAE *appellantur.*

¶ Scutriscum, i, etiam vasis genus, ut *scutra*, apud Catonem cap. 10 & 11.

¶ Scŭtŭla, æ, diminut. eine schale, ein schüßlein; de qua voce diversa tradidere non modo Vitruviani Interpretes, Philander & Bernardinus Baldus de Verborum Vitruvianorum Significatione; verum &

alii viri docti: Hermolaus ad Plinium, Turnebus lib. 27 Advers. c. 25, itemque Salmasius in Vopiscum. Plerique, excepto Salmasio, a *Scuto* deducunt, contra quos primæ quantitas est, quæ in *Scutum* producta; in *Scutula* contra brevis, ut ex inferius adducendis versibus patere poterit. Et quamvis *Scutula* primam brevem habeat: tamen pro diversa ratione, diversam etiam habet originem. *Scutula*, quando discum, vel æs cibarium (eine schüssel) significat, a *scutra* est: ut enim a *capra*, *capella*, (rejecta canina littera euphoniæ caussa,) a *mitra*, *mitella*; ita a *scutra*, *scutella*. Jam sicut *pupula* & *pupilla*: *matula* & *matella*; ita *scutula* & *scutella* dicitur. Martial. lib. 11 epigr. 32

Sic implet gabatas, paropsidasque,
Et leves scutulas, cavasque lances.

Idem Martial. lib. 8 epigr. 71

Bessalem ad scutulam sexto pervenimus anno.

Adde Prudent. Hamartig. v. 290. ¶ 2. Est & *Scutula*, quæ σκυτάλη Græcis, ein stecken. Gloss. Cyrilli: σκυτάλη, *Scutula*. Σκυτάλη, ῥάβδος est, virga, baculus, surculus: De quo & *Scytalæ Lacedæmoniæ* nomen acceperunt, de quibus infra. Sed & serpentum genus *Scytale* appellatur, a forma, quæ σκυτάλην refert. Sane *Scutulas*, pro fustibus sive baculis, quæ subjiciuntur navibus jam impellendis in mare, Cæsar dixit 3 de Bello Civili cap. 40. Itaque *Scutulam* baculum: & *Scutulam* ex græco σκυτάλη esse, dubitandum non est. Vitruv. lib. 7 c. 1 de pavimentis præcipiens: *Supra nucleum*, inquit, *ad regulam & libellam exacta pavimenta struuntur, sive sectilibus seu tesseris. Cum ea exstructa fuerint, & fastigia exstructiones habuerint, ita fricentur, ut, si sectilia sint, nulli gradus in scutulis, aut trigonis, aut quadratis, seu favis extent*, &c. NVCLEVM vocat medium pavimenti stratum. Primum enim rudere fit: alterum ex testulis fractis tritisque cum calce mistis, (hic *nucleus* est;) tertium marmore aut testa, quod proprie *pavimentum*. Hic autem de *lithostrotis* sive *marmoreis* loquitur: nam de testaceis infra agit hoc ipso capite. *Lithostrotorum* duplicem rationem ostendit, vel ex *sectilibus*, vel ex *tesseris*. *Tesseras* dicit secti marmoris partes quadratâ formâ, sed minores, ut compingi in varias figuras possent, cujusmodi opera *Musiva* appellabantur, de quo suo loco. *Sectilia* grandiores crustæ marmoris, nec unius figuræ; *trigonæ*, *quadratæ*, & quæ apium alvearia referunt, id est, *hexagonæ*. Ita enim ferme se habent apum favi. Et ideo hujusmodi crustas, *favos* vocavit Vitruvius, a similitudine puta. Sed & *quadratæ* non unius generis sunt; aliæ enim æquilateræ rectangulæ, quæ forma cubica est □ aliæ oblongæ ▭ aliæ rhomboides ◇ sunt, quas omnes *quadratarum* voce hic intellexit Vitruvius. Cujuscunque autem figuræ *scutulæ* in pavimento compinguntur, sive lateribus sese, sive angulis contigerint lineam, sive versum, & quiddam virgæ seu baculi instar directo limite efficient. Quod præcipue apparebit, cum singulæ series scutularum diversi coloris fuerint. Exempli gratia, altera nigra, & alba altera, ut in latrunculorum tabula, (schachtafel,) cujusmodi pavimenta sæpius cernere est in principum aulis. *Gradus* vocat *extantes*, *tumulos*, ut vocat inferius, qui *gradus* velut faciunt; quod necesse est fieri, cum *coagmentorum compositio*, ut ipse loquitur, *planam inter se directionem non habet*, sive ad regulam lineamque non respondet. Hæc nostra super Vitruviano loco sententia est: de qua eruditi judicent. Inde & explicandus Palladii locus de Re Rusticâ lib. 1 cap. 9; *Si æstiva*, inquit, *mansiones sunt, orientem solstitialem & partem septemtrionis aspiciant, & vel testaceum accipiant pavimentum, vel marmora: ac vel tesseras aut scutulas, quibus æquale reddatur angulis lateribusque conjunctis.* Sane haud unius figuræ fuisse *Scutulas*, vel Tacitus quoque significat. Qui cum Britanniæ situm *Scutulæ* comparat, *oblongæ* addit: ut formam discerneret & evidentius exprimeret; Locus est in vita Agricolæ cap. 10. ¶ 3. Plin. 17 cap. 16 utramque & *scutulæ* & *tesseræ* vocem, ad emplastrationem, quæ insitionis genus est, transtulit: *Exempta*, inquit, *scutula cortici imprimitur ex alia* (arbore,) *cortex par* (ejusdem magnitudinis) *cum sui germinis mamma* &c. Et paullo post: *Quidam huic generi miscuere fissuram in vitibus, exemta cortice tessella, surculo a latere plano adigendo.* Nimirum sicut exsectæ marmoris grandiores paullo partes *Scutulæ*: minores *tesseræ* & *tessellæ* vocabantur: ita hîc videtur Plinius de *sectilibus corticis*, iisdem vocibus esse usus: aut certe *scutulam*, quadram oblongam, non æquilateram; *tessellam*, quadram æquilateram dixisse. Sane *cortices quatuor digitorum longitudine & trium latitudine excisos*, *Scutulas* ipse ibidem definit.

¶ Scŭtella, æ, aliud diminut. a *Scutra*, uti jam in *Scutula* dictum est, ein schälgen, comentgen. Cic. Tuscul. 3 cap. 19 *Demus scutellam dulciculæ potionis.*

¶ Scŭtŭlātus, a, um, quod contextum ex scutulis est, hoc est, quod plurimis virgis, seu viis transversim decussatimque distinctum est, ut multæ in medio plagulæ sive maculæ, sicut in retibus, aut reticulatis operibus apparent, relinquantur, geschüsselt, rund wie eine schüssel. Sic, *Scutulatum rete*, de aranearum tela Plinius lib. 11 cap. 24 dixit propter maculas, quas paribus semper intervallis, ut ipse loquitur, sed subinde crescentibus ex angusto dilatans, indissolubili nodo, retis instar, implicat. Sed & *Scutulatæ vestes*, quæ & *virgatæ*, hoc est, ῥαβδωτοὶ essent, sive virgas quasdam (striche) in longum latumque variâ serie & colore distinctas haberent. Cujusmodi *virgata sagula* Gallis tribuit Virg. Æn. 8 v. 660, ut Turnebus interpretatur lib. 2 Advers. cap. 14. Plura de iis & eruditissimus Salmasius in Vopiscum. Vide & Scaligeri Conjectanea. Vestimentorum hujusmodi mentio apud Juvenalem sat. 2 v. 95 *vitreo bibit ille Priapo,*

Reticulumque comis auratum ingentibus implet
Cæruleâ indutus Scutulata & galbana rasa.

Palladius 4 cap. 13 *Colores*, inquit, (equorum) *hi præcipui, badius, aureus*, (forte *ravus*,) *albineus*, (vel *glaucus* Virgilio laudatus, vel *galbaneus*,) *russeus, murteus, cervinus, gilbus, scutulatus, albus, guttatus*, &c. Sed *guttati* & *scutulati* non tam ex colore ipso dicuntur, quam ex eo, quod colori accidit. *Guttati* enim propter maculas illas parvas, quibus sparsi equi guttarum instar sunt, appellantur; *Scutulati* vero sunt, qui orbiculis quibusdam seriatim junctis variegati. Quod in cæsiis badiisque pressioris coloris præcipue notatur. Quæ maculæ cum instar pomorum habeant, ex eo equos iis insignes, *Pomellatos* vocamus, apffelich, apffelgrau; quos & a *speculis* propter orbicularem formam spiegelicht appellare consuevimus. Hoc autem ad honestatem haud tantum, sed & bonitatem referri in equis solet.

SCŪTVM, i, a σκύτος, *pellis*, ex corio enim conficiebat, ein schild; cumque adeo græcæ sit originis, frustra Varro & Isidorus a *secando* vel *excutiendo* esse putant. Plin. lib. 35 cap. 3 *Scutis, qualibus apud Trojam pugnatum est, continebantur imagines.* vide *Clypeus*. Cicero in Tuscul. lib. 2 cap. 23 *Ignavus miles & timidus scuto abjecto fugit.* Et, *Scuto periculum vitare*, Cæsar 2 Bell. Civ. cap. 35. *Scuta* autem oblonga erant & ampliora; *Clypei* rotundi & breviores. vid. Liv. lib. 8 cap. 8, & lib. 9 cap. 40. Vnde *Clypei orbem* Virgilius dixit. vide & Aldum Manutium Quæsitis per epistolam, & J. Lipsium lib. 3 de Rom. militia Dialog. 2. Qui scuta abjecissent, aut reliquissent, infames Græcis, Romanisque, nec non Germanis habebantur. vide Scheff. ad Ælianum p. 362. ¶ 2. Eleganter pro quovis præsidio, quo nos sine violentia defendimus, positum est in illo Livii lib. 3 cap. 53 *Scuto magis quam gladio plebi opus est*, ein schutz, schirm. Etiam homines *scuta* (sicut *Clypei*, de quo supra,) appellantur, in quibus magnum præsidium atque tutela posita est. Ita Fabium Cunctatorem *Scutum imperii* appellatum, Florus refert lib. 2 cap. 6.

¶ Scūtŭlum, i, diminut. ἀσπίδιον, ein schildlein. Cic. 1 de Nat. Deor. cap. 29 *Cum hasta, cum scutulo.* Plin. 8 cap. 48 *Scutulis vestes dividere Gallia instituit.*

¶ Scūtāle, is, corium est fundæ, cui lapis imponitur, das leder an der schleider; ut, *Triplex scutale, crebris suturis duratum*, Livius lib. 38 cap. 29.

¶ Scūtārius, a, um, zum schild gehörig; ut, *Fabrica scutaria*, Vegetius lib. 2 de Re Milit. cap. 11. ¶ 2. Et substant. *Scutarius*, qui scuta facit, ein schildmacher, Plaut. Epid. a. 1 sc. 1 v. 35. In Gloss. Cyrilli ἀσπιδοποιός. ¶ 3. *Scutarii* & militum genus apud Sueton. Augusto cap. 56 sub fin. schildträger. Meminit & Ammianus haud semel, ut lib. 20 cap. 5 & 21, &c.

¶ Scūtātor, ōris, non secus ac *Scutarius*, ein schildträger. Vegetius lib. 2 cap. 17 *Levis armatura, scutatores, sagittarii, funditores.*

¶ Scutatus, a, um, geschildert; ut, *Milites scutati*, soldaten, so schilde führen, apud Ciceronem 2 Philipp. cap. 42; Livium lib. 28 cap. 2, & Cæsarem lib. 1 de B. C. cap. 39.

¶ Scūtĭgĕrŭlus, i, ein waffenträger. Plaut. Casin. a. 2 sc. 3 v. 44 *Qui (malum!) homini scutigerulo dare lubet.*

SCYDRA, æ, oppidum Macedoniæ in ora Heracleæ, Plin. 4 cap 10.

SCȲLĂCAEVM, i, oppidum in finibus Calabriæ. Virg. Æn. 3 v. 553

Caulonisque arces, & navifragum Scylaceum.

Aliqui legunt *navifragum Scyllæum*, inter quos Acron in Horat. 1 od. 16, & Scalig. lib. 2 Poët. cap. 31. Sed vide Turneb. Advers. 19 cap. 21, & 20 cap. 30. Isaac. Casaub. ad Strab. p. 102. De la Cerda ad h. l. & Erythræus in Indice. Valer. Flacc. 3 v. 36

Spumosumque legunt fracta Scylacæon ab unda.

Sed alii mutata hac quantitate: *fracta Scyllaceon unda.*

SCYLLA, æ, Σκύλλα. *Scyllæ* a poëtis duæ memorantur: altera Megarensium regis filia, quæ Minoi comam patris purpuream clam abscissam tradidit, ejusque salutem & regnum hosti prodidit. Vide apud Ovidium lib. 8 Metam. fab. 2. Altera Phorci fuit filia, conversa in saxum maris periculosum, quod procul visentibus muliebrem formam imitatur, in quod illisi fluctus luporum ejulatum canumque latratum efficiunt. Vide *Charybdis*: & Servium in 6 eclogam Virgilii & in lib. 3 Æn. Est autem utrumque seu monstrum seu periculum in mari, quod Italiam & Siciliam intercludit. Priorem Scyllam Palæphat. lib. 1 ἀπίστων, qui solus hodie de quinque superest, (ut ad Euseb. observat Scaliger p. 52) navem piraticam fuisse dixit: vide Voss. 5 Instit. Orat. p. 345, alteram meretricem: quæ quod amatores suos devorabat, hoc est, quæstu spoliabat, idcirco in canes mutata fingitur. Quod quidem in alio, de quinque, libro Palæphatus prodiderat, ut ex Virgil. Ceiri patet. *Scyllam* autem quidam a σκυλᾶν, *spoliando*, vel a σκύλλειν, *vexando*, vel ἀπὸ τῶν σκυλάκων, a *catulis* dictam putant. conf. Natal. Comit. Mytholog. 8 cap. 12. ¶ 2. *Scylla*, piscis, apud Plin. 32 cap. 11. ¶ 3. *Scylla*, avis, apud eumdem 37 cap. 10. ¶ 4. *Scylla*, herba, de qua supra in *Scilla*.

¶ Scyllæus, a, um, adject. ut, *Scyllæa rabies*, Virg. 1 Æn. v. 200. *Monstra Scyllæa*, Statius lib. 5 Silv. 3 v. 280.

¶ Scyllæum, i, substant. promontorium in Peloponneso, Plinio 3 c. 5, & Straboni.

SCYLLĂRVS, i, σκύλλαρος, piscis ex cancellorum genere, eine art der meer-krebslein, Gesner.

SCYLLVS, i, piscis alius, canis marinus, eidem Gesnero.

SCYMNVS, i, σκύμνος, leonis catulus, ein junger löw. Οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν; id est, *Non est alendus in urbe leonis catulus*; hoc est, non est fovenda potentia, quæ leges conculcare possit. vide Chiliadas. Lucretius lib. 5 v. 1035

At catuli pantherarum, scymnique leonum.

¶ Sed canum catulos σκυλλάκια, *Scyllacia* Græci dicunt.

SCȲPHVS, i, σκύφος, vasculum potorium, ein becher, eine trinckschale; ut, *inter scyphos*, beym truncke, Cicer. 7 fam. epist. 22. Et Horat. lib. 1 od. 27 v. 1 *Natis in usum lætitiæ scyphis*

Pugnare, Thracum est.

Tibull. lib. 1 eleg. 11 v. 8 *nec bella fuerunt,*

Faginus astabat cum scyphus ante dapes.

conf. Virg. Æn. 8 v. 278. Græci grammatici de poculo rustico interpretantur. Et eo facere etiam Tibulli videtur locus. *Herculanus scyphus*, magnus est. vide *Hercules*, & Macrob. Saturn. 5 cap. 21. Talem describit Valer. Flaccus, quo biberint Centauri, lib. 1 Argonaut. v. 147 *acclivisque tapetis*

In mediis, vacuo condit caput Appasus auro.

SCȲROS, i, insula ex Cycladibus una in mari Ægæo. Σκῦρος salebras significat

significat & asperitatem. Hinc *scopulosam Scyron* Statius dixit 2 Achill. v. 17. Strabo lib. 9 præcipue ab Achillis latebris, & affinitate cum ipso Lycomedis *Scyrum* celebratam memorat; deinde etiam ob marmor, quo integræ columnæ exsectæ, Romæ fuerint conspicuæ; tertio & ob capellarum fœturam. Hæ tamen res non potuerunt facere, quin pro infelici & aspera regione hæc insula habita fuerit, cum exules etiam in eam deportatos lectum sit. v. Jul. Pollux Onomast. lib. 8 c. 7 extr. Et 15 millibus passuum Delo abstitisse, auctor Plinius lib. 4 cap. 12. conf. Mela lib. 2 cap. 7. A Pelasgis & Caribus olim habitatam, ex Nicolao scribit Stephani epitomator.

¶ Scȳriădes, um, mulieres ex Scyro, Statius 2 Achill. v. 147, & lib. 1 v. 367. Scribitur & *Sciveides*.

¶ Scȳrius, a, um, adjectiv. ut, *Scyria pubes*, Virg. 2 Æn. v. 477. Et, *Scyrius principatus*, vide Chiliades.

¶ Scyrĭcus, a, um, aliud adject. Plin. 33 cap. 7 & 12.

¶ Episcyrus, i, ἐπίσκυρος, ludus fuit secundum Pollucem in Onomast. ubi paribus ad pares in duas turmas dispositis, media linea educebatur, quam *Scyrum* vocabant. vid. Mercurial. Gymnast. 2 c. 4.

SCȲTĀLE, es, fœmin. genus serpentis est Solino cap. 27 de Africa; & Lucano lib. 9 v. 717. Græc. σκυτάλη. Sed in Plin. lib. 32 cap. 5, ubi, *Eadem vis* (inquit,) *contra venenatorum omnium morsûs, privatim scytalen & angues*, legendum videtur non *scytalen*, sed *mygalen*. Est enim μυγάλη, *mygale*, non *scytale*, mus araneus, ein biß oder spitzmauß, cujus morsus venenatus est. Dicitur autem μυγαλὴ, a colore mustelino, γαλὴ, *gala* enim mustela est, Gesner. Matthiolus. Tamen etiam Columella lib. 6 cap. 17 pr. *Mus araneus, quem Græci σκυτάλην appellant.* ¶ 2. *Scytala*, genus occultæ epistolæ, quo Lacedæmonii utebantur, ad imperatores perscripturi, quæ secretissima esse volebant. Earum ratio talis fuit: Sumebantur duo surculi, sive bacilli oblongi teretesque. Hos pari longitudine & crassitie deradebant. Alterum proficiscenti in bellum imperatori dabant; alterum domi retinebant magistratûs, servandos utrisque dum usus veniret. Quod si igitur incideret necessitas, significandi aliquid secreto imperatori, gerenti res foris, circum bacillum eum, quem servabant domi, membranam, lori instar paratam, ita circumplicabant, ut oræ membranæ cohærerent perpetuo, nec quicquam intersiti spatii relinqueretur. In hac membrana per transversas juncturarum oras scribebant, quæ imperatorem volebant scire. Revolutam membranam ex surculo ad imperatorem per certos homines perferendam curabant. Cum accepisset, gnarus commenti imperator, eam applicabat surculo, quem profecturus in bellum acceperat tuleratque secum, membranam, ut par erat, fieri; & ita, quæ ibi exarata erant, sine negotio cognoscebat. Hujusmodi igitur epistolam σκυτάλην, a *bacillo* illo seu *virga*, cui aptabatur, quæ ita appellatur Græcis, appellabant: ita ut unum idemque nomen & *bacillo* seu ligno, & *epistolæ* esset, ut diserte Plutarchus in Lysandro, & Scholiastes Thucydidis tradunt. Quibus & Gellium licebit addere lib. 17 cap. 9. Nepos latinam fecit hanc vocem, de Pausaniâ scribens c. 3. n. 4 *Id postquam Lacedæmonii resciverunt, legatos ad eum cum scytala miserunt.* Vide &, quæ de *Scutula* diximus in *Scutra*. Iconem scytales habes in not. Sebast. Migii ad Portæ Magiam naturalem.

¶ Scytalŏsăgittĭpellĭger, ĕri, ita Hercules vocatur apud Tertull. de Pallio cap. 4.

SCȲTHIA, æ, Σκυθία, regio, cujus nomen apud veteres scriptores late patuit, nec septemtrionalem partem Asiæ tantum, sed universam prope Europam fuit complexa. In *Celto-Scythis* enim, quos nominarunt, veteres Germani, Galli, Hispani, Britanni, Illyrii fuerunt, ut Cluverius lib. 1 Antiquæ Germaniæ cap. 2 ostendit. Postea id nominis penes unam Sarmatiam mansit. Quæ inde etiam duplex *Asiatica* & *Europæa*. Curtius lib. 6 cap. 2 *Scythæ regionem campestrem ac fertilem occupaverunt, graves adhuc accolæ* (Persis.) *Sedes habent in Europa & Asia*, &c. Nomen genti a *Scytha*, Herculis filio, Herodotus fecit. Sed sunt in eruditis, qui a sagittandi studio & arte gentem Germanico vocabulo appellatam censeant; quasi schüthen sint schützen. Nam & germanice locutos volunt. Quod & M. Zuerius Boxhornius adstruere contendit. Nec sapientiæ laudem iis adimit Curtius lib. 7 cap. 8 de iis scribens: *Scythis*, inquit, *non ut cæteris barbaris rudis, & inconditus sensus est. Quidam eorum sapientiam capere dicuntur, quantamcunque gens capit, semper armata.* Lege etiam egregium Horatii carmen 24 lib. 3 Serm. in quo Scytharum mores Romanis præfert, & gentem ab æquitate, justitiâ, & pudicitia elegantissimis versibus commendat. Olim Scytharum nomen proprium populis Tauricæ Chersonesi fuit: postea in reliquam Sarmatiam Asiamque septemtrionalem cum essent progressi armis, omnibus gentibus in septemtrione id attributum vocabulum, Ammianus Marcellinus docet.

¶ Scȳtha, æ, plur. Scythæ, populi, qui Cyrum cum omni exercitu trucidârunt; vide Justinum, qui Scytharum gentem antiquissimam esse scribit lib. 2 cap. 1. Rutilius Lupus lib. 2 *Demosthenes, cum quidam objecisset, matre Scythâ natum, respondit: non miraris igitur, quod Scytha matre natus, tam bonus & clemens evaserit.* Scytharum autem tanta fuit barbaries immanitasque, ut in proverbium cesserit: *ne me malo Scythæ tradatis.* Denique σκύθρωψ & σκυθρωπὸς pro *torvo, tristi, austero* ac *truculento* ab ejusdem gentis moribus dictum videtur. vid. Athenæus 12 cap. 7, & Erasm. in Proverb.

¶ Scythes, æ, idem, græcâ formâ, Σκύθης, ut, *Anacharsis Scythes*, Cicer. 5 Tusc. cap. 32. Et Seneca Hippolyto v. 903

Hunc Graja tellus aluit, an Taurus Scythes?

¶ Scythis, ĭdis, patronymicum fœm. Ovid. 15 Metam. v. 360

Exercere artes Scythides memorantur easdem.

¶ Scȳthissa, æ, eine Scythin. Corn. Nepos Datame cap. 1 *Datames patre Commissare, natione Care, matre Scythissa natus.*

¶ Scythĭcus, a, um, adjectivum, Scythisch; ut, *Gens Scythica*, Stat. 12 Theb. v. 519. Et, *Scythici sidera pigra poli*, Martial. 6 epigr. 58. Sic, *Scythica herba*, quæ & absolute *Scythice*, *es*, quia ex Scytharum solertia cognita est. v. Plin. 25 c. 8; 26 c. 5; & 27 c. 1.

¶ Scȳthisso, āre, proverbii figura erat intemperanter bibere, inebriari, sich vollsauffen. Græci, cum ad meracius bibendum quem adhortarentur, ei insusurrare solebant: ἐπισκύθισον, i. e. *Scythissato*, ut testatur Herodotus. conf. Ælian. V. H. 2 c. 41. Cæl. Rhodig. 14 c. 60, & Alex. ab Alex. Genial. Dier. 5 cap. 22.

¶ Scythŏpŏlis, is, Syriæ Decapolitanæ urbs Nysa, postea sic dicta, deductis eo Scythis; Plin. 5 c. 18.

¶ Scythotauri, ōrum, populi Scythici Tauricæ regionis, pro hostiis advenas cædere soliti, Solin. c. 25; & Plin. 4 c. 12.

SCȲTHON, ŏnis, vir quidam, ambigena, sive hermaphroditus, de quo Ovid. Metamorph. 4 v. 280

Ambiguus fuerit modo vir, modo fœmina Scython.

SCYZINUM, i, vinum ex herba, cujus obliterata ratio, Plin. 14 c. 16.

SE, præpositio inseparabilis, separationem efficit: ut, *Securus*, id est, procul a curis; *Separo, seduco, segrego*, &c. ¶ 2. Sed *Selibra, Semuncia*, hoc est, libra & uncia dimidiata: ex *Semi*.

Sebaceus, sebalis, vide infra *Sevum*.

SĔBASTE, es, Σεβαστὴ, urbs Judææ, Samaria quondam dicta, ab Herode in Augusti honorem & nomine & ornamentis aucta. vid. Josephus lib. 15 Antiq. Jud. cap. 11. Sed

¶ Sebastopŏlis, is, Σεβαστόπολις, aliud nomen diversarum urbium, in Cappadocia Pontica, Plin. lib. 6 cap. 3; & in Æolide, Idem lib. 5 c. 30 pr. Adde Geograph. Antiq. ubi etiam Colchicæ hujus nominis civitates commemorantur. Sed

¶ Sebastia, æ, tam a Sebaste, quam Sebastopoli diversa, Ponti urbs, de qua Plinius dicto lib. 6 c. 3.

SĒBĒTHOS, i, fons Neapolitanus, de quo Stat. lib. 1 Silv. 2 v. 263. Fluvium agnoscit Vibius Sequest. vid. Gebh. lib. 3 cap. 26 C. J. Refloruit ante hoc sesquiseculum Joviani Pontani, & Actii Sannazarii Musis.

¶ Sēbēthis, ĭdis, σηβηθὶς, nympha, Virg. 7 Æn. v. 734. ¶ 2. Et ipse fons seu rivus *Sebethis lympha*, Columella lib. 10 v. 134.

Sebo, sebum, vide infra *Sevum*.

SĔCĀLE, is, neutr. frumenti genus, de quo Plin. lib. 18 c. 14 dixit: *Secale deterrimum, & tantum ad arcendam famem*, schwartzer rocken.

Secamentum, secarius, vide mox *Seco*.

Secedo, Secerno, Secerpo, vide supra *Cedo, Cerno, Carpo*.

SĔCESPĬTA, æ, culter victimarius, ein opffer-messer. Festus, SECESPITA, inquit, *cultrum ferreum oblongum, manubrio eburneo rotundo solido, juncto ad capulum auro argentoque, fixum clavis æneis ære Cyprio, quo Flamines, Flaminis virgines, Pontificesque ad sacrificia utebantur. Dicta autem est SECESPITA a secando.* Legitur hæc vox apud Suetonium Tiberio cap. 25.

Secessus, &c. Secius, Secludo, &c. vide *Cedo, Secus, Claudo*.

SĔCO, sĕcui, sectum, secāre, schneiden, hauen, theilen, spalten. Virg. 1 Æn. v. 212 *Pars in frusta secant.* Et, *Secare varices alicui*, Cic. in Tusc. lib. 2 cap. 15. Et Horat. lib. 1 epist. 16 v. 42

vir bonus est quis?

Quo multæ magnæque secantur judice lites;

hoc est, dirimuntur, componuntur, sie werden entschieden, verglichen und vertragen. Et ibidem lib. 1 sat. 10 v. 15

Fortius & melius magnas plerumque secat res.

Res enim pro litibus dixit. Virgilius 10 Æneid. v. 107 *Secare spem* dixit, pro *sequi*, sive decerpere & sumere. Nam & *Secare viam*, pro *carpere*, Idem dixit 6 Æn. v. 899. Quamquam ibi, *Ille viam secat ad naves*, non simpliciter ire ad naves est, sed abscindere quasi viam, & per compendium ire, ut Dausquejus ad Basilium Seleuciensem interpretatur. *Secare Zephyros*, i. e. transvolare per auras, Statius Theb. 8 v. 717. *Secuit sub nubibus arcum*, Virg. Æn. 5 v. 658. ¶ *Ramum secaturus es*, pro *secturus es*, dixit Colum. 5 cap. 9.

¶ Sectus, a, um, geschnitten, abgeschnitten, zertheilt; ut, *Secto corpore hydra firmior*, Horat. 4 od. 4 v. 61. *Sectus prave unguis*, Idem 1 epist. 1 v. 104. *Sectæ herbæ*, Idem 2 sat. 4 v. 67. *Secti capilli*, verschnittene haare, Ovid. Metam. 3 v. 506. *In multas vias compita secta*, Idem Amor. 3 eleg. 1 v. 18. *Sectus annus*, Statius Theb. 8 v. 64. *Scrupulose in partes secta divisio*, Quintil. 4 c. 5.

¶ Sectio, ōnis, concisio, die theilung, spaltung, der schnitt; ut, *Sectio venæ*, das aderlassen. Vet. Gloss. *Sectio*, τμῆμα, τομὴ σώματος, διαίρεσις. Plinius lib. 25 cap. 13 *Bibitur* [mandragora] *ante sectiones punctionesque, ne sentiantur.* ¶ 2. Et *Sectio*, quæ hodie confiscatio dicitur, cum damnatorum bona in ærarium seu fiscum rediguntur, die einziehung der güther. Qua ratione tamen eruditi a *sequendo* vel *prosequendo* derivant vocabulum; ut & *Sectoris*, pro quibus est Asconii & Festi auctoritas, ut infra monebimus. Non incommode tamen huc referri etiam potest, quod proscriptorum bona & possessoribus & heredibus eorum adimuntur, & præsecantur quasi. Marcellus Donatus inde ducit, quod prædam ex hostibus milites inter se secabant & dividebant. Cicer. 1 de Invent. cap. 45 *Hoc commode reprehenditur, si dici possit ex hostibus equus esse captus, cujus prædæ sectio non veniret.* Cæsar 2 de Bell. Gall. cap. 33 *Postridie ejus diei, refractis portis, cum jam defenderet nemo, atque intromissis nostris militibus, sectionem ejus oppidi universam Cæsar vendidit.* Sed & hîc *sectio* dici potest jus illud, quod quis in aliqua re consecutus est, & persequi potest, ut in suâ & sibi propria. Sed quoniam proscriptorum bona vendi solebant, & inde redactæ pecuniæ converti in fiscum, ipse ille vendendi emendique hujusmodi bona actus *Sectio* dicebatur: unde postea id nominis ad quamvis auctionem sub hastâ factam translatum fuit. Eutropius lib. 8 cap. 6 de Marco Antonino: *Ærario exhausto, cum largitiones nullas haberet, neque indici provincialibus aut senatui aliquid vellet, instrumenta regii cultûs facta in foro D. Trajani sectione distraxit*, &c. Hîc *Sectio* nihil aliud est, quam simplex auctio, quam nulla damnatio atque proscriptio præcessit. *Sectionibus compendium nancisci*, pro exemtione damnatorum bonorum rem quærere, Suetonius dixit Vitellio c. 2. Tacitus 3 Annal. cap. 23 *Exercere sectiones*: quamvis id non tantum emere sectiones sive publicata damnatorum bona significare possit;

sed delationes & accusationes etiam exercere, ut damnatorum mox immineas bonis.

¶ Sectūra, æ, idem quod *sectio*. Cæsar 3 de Bell. Gall. cap. 21 *Cujus rei* (cuniculos agere) *sunt longe peritissimi Aquitani, propterea, quod multis locis apud eos ærariæ secturæ sunt: Secturas ærarias* dixit fodinas, ubi æs secatur sive deciditur, ertz-gruben. Similiter nos dicimus, ein eisenbruch, goldbruch, ꝛc. Ciacconius τὸ *Secturæ* tollendum putat, quod alibi Cæsar *Ferrarias* absolute dixerit. Sed nihil impedit, quo minus auctores nunc absolute loquantur, atque per ellipsin; nunc addant, quod subintelligi debebat, ut plenam & integram orationem efficiant. De *sectura* talearum & gemmarum Plinius 17 c. 17, & 37 c. 8.

¶ Sector, ōris, qui secat, ein zerschneider, zertheiler; ut, *Sector zonarius*, ein beutelschneider, apud Plautum Trin. a. 4 sc. 2. v. 20. Antiquitus enim in zonis gerebant æs, de quo infra suo loco. Aristophanes βαλαντιοτόμον appellat. ¶ 2. Qui proscriptorum bona emebant, quos tamen non a *secando*, sed a *sequendo*, ut supra monitum, dictos volunt. Cic. pro Rosc. Amer. cap. 29 *Eosdem fere sectores fuisse collorum & bonorum*, die nach der leute güter und hälse gegraset: ubi *sectores* sunt tum illi, qui secant, tum qui bona emtitia sectantur. Asconius Pedianus in orat. Cic. in Verr. de Prætura Vrbana: *Sectorem autem dicit æstimatorem redemtoremque damnati atque proscripti, qui spem sectans lucri sui bona omnia auctione vendit, & semel infert pecuniam vel ærario vel sociis.* Et Cicer. lib. 15 fam. epist. 19 *Habet damnatos, quos pro nobis restituat: nec ipse sectorem desiderabit, cum filium viderit.* Et Florus lib. 2 cap. 6 *Parva res dictu, sed ad magnanimitatem Pop. Romani probandam satis efficax: quod illis ipsis, quibus obsidebatur* (Roma) *diebus, ager, quem Annibal castris insederat, venalis Romæ fuit, hastæque subjectus invenit emtorem. Voluit Annibal contra fiduciam imitari, subjecitque argentarias urbis tabernas, nec sector inventus est.* vid. Donat. Marcell. supra allegato loco, & Barth. 5 Adversar. c. 4.

¶ Sectrix, īcis, fœm. eodem significatu, quo *sector* de emtore dicitur, Plinio lib. 36 cap. 15 *Metella proscriptionum sectrix.*

¶ Sectilis, e, quod sectum, aut secari potest, was sich spalten läßt; ut, *Serrabilia ac sectilia*, Plin. lib. 16 cap. 43, εὔπριστα καὶ εὔσχιστα. Idem ibidem: *tuber sectile*. Et, *sectile porrum*, Juvenal. sat. 3 v. 293, lauch, so sich selbst scheidet und theilt. *Ebur sectile*, Ovid. de Medicam. fac. v. 10.

¶ Sectīvus, a, um, quod resecatur, das verschnitten und verkürtzt wird; ut, *Porrum sectivum*, Martial. 13 epigr. 18 in lemmate: & Plin. lib. 19 cap. 6.

¶ Sĕcābĭlis, e, idem quod *Sectilis*, gut zu schneiden. Lactantius de Ira Dei cap. 10 *Dividua ergo & secabilia sunt.* Et Ausonius eclogario 1 v. 7 *secabile segmen.*

¶ Sĕcāmentum, i, alles, was sich spalten läßt, ein span. Plinius lib. 16 cap. 10 sect. 18 *Piceæ materies* [apta] *ad fissiles scandulas, cupasque, & pauca alia secamenta.*

¶ Sĕcārius, a, um, zum spänen gehörig; ut, *Sporta secaria*, ein spänkorb: Cato cap. 11 *Villicum habere oportet sportas secarias tres*, &c.

¶ Segmen, ĭnis, segmentum, quicquid ab aliquo resecatur, ein abschnitt, ein span; ut, *Segmina unguium, capillorum:* Gellius lib. 10 cap. 15 utrumque habet.

¶ Segmentum, i, idem. Onomastic. *Segmenta*, ἀποκόμματα. Plinius lib. 6 cap. 33 extr. *segmenta mundi* vocat, quæ duobus parallelis continentur, ut Zonæ, Climata &c. ¶ 2. *Segmenta* sunt etiam ornamenta dissecta, zertheiltes am schmuck, borten. Juvenalis sat. 2 v. 124 *Segmenta, & longos habitus, & flammea sumit.*

¶ Segmento, āre, stücken, Hinc

¶ Segmentātus, a, um, bracteolis aureis argenteisque depictus, gestückt, bordirt, verschammerirt; ut, *Vestes segmentatæ*, Martial. lib. 6 epigr. 74. Et, *segmentatus*, hujusmodi vestimentis indutus. Arator in Act. Apost. c. 16 *Velamina sacri Pontificis*

Queis segmentatus mediis altaribus adstat.

Et, *Cunæ segmentatæ*, eine wiege mit eingelegtem holtzwerck: Juvenal. sat. 6 v. 89 *Et segmentatis dormisset parvula cunis.*

¶ Sĕcŭla, æ, instrumentum rusticum, eine sense, sichel. Varro de L.L. 4 cap. 31 *Falces in Campania secula a secando.*

Composita:

¶ Circumsĕco, āre, est circumcidere, umher beschneiden, umhacken, behauen; ut, *Serrulâ circumsecare*, Cicero pro Cluentio cap. 64. *Ferro quam cautissime circumsecare*, Columella 7 cap. 5. Et Suetonius Domitiano cap. 12 hoc verbo utitur de Judaica circumcisione agens, sicut etiam Columella c. l. de eadem re *circumcidere* & *circumsecare* adhibuit.

¶ Circumsectus, a, um, beschnitten um und um; ut, *circumsecta aluta*, apud Scribon. Largum.

¶ Consĕco, āre, zerschneiden; ut, *Consecare minutatim*, Varr. 3 de R. R. cap. 10. *Membra consecuisse*, Ovid. Trist. 3 eleg. 9 extr. Et, *Consecare tenues membranas*, Plin. lib. 30 cap. 4

¶ Consectio, ōnis, die zerschneidung; ut, *Arborum consectio*, Cic. 2 de Nat. D. cap. 60.

¶ Desĕco, āre, abhauen, abschneiden; ut, *Desecare serrâ arborem*, Columella 5 cap. 6. Et, *Desecare viciam*, Idem lib. 2 cap. 18. *Desecare vitem*, Varro R. R. 1 cap. 41. *Ni crimen desecuisses*, Ovid. Trist. 2 v. 394.

¶ Desectus, a, um, abgeschnitten, abgehauen. Liv. 2 cap. 5 *Desecta cum stramento seges.* Virg. Æn. 8 v. 438 *Desecto vertens lumina collo.* Cæsar 7 Bell. Gall. cap. 4 *Auribus desectis & singulis effossis oculis domum remittit.* Ac, *Herbæ desectæ*, apud eumdem lib. 3 de Bell. Civ. cap. 53 extr.

¶ Desectio, ōnis, die abschneidung. Columell. lib. 6 c. 3 *desectio messis.*

¶ Dissĕco, āre, in partes varias secare, zerhauen, zerschneiden. Plin. lib. 11 cap. 37 sect. 70 *Capto Lacedæmonii pectus dissecuere viventi.* Translate Prudent. Apotheos. præf. 2 v. 21 *Fidem dissecant ambagibus.* ¶ 2. Veteres etiam *dissicĕre* dicebant, de quo verbo plura Jo. Caspar Gevartius in Electis, & Pareus in Lex. Crit. p. 371.

¶ Dissectus, a, um, zerschnitten; ut, *Vnio dissectus*, eine von einander geschnittene perle, Plin. 9 cap. 35.

¶ Exsĕco, & Exĕco, āre, excidere, ausschneiden. Cicer. ad Attic. 2 epist. 16 *Exsecare medicina dicitur & sanare.* ¶ 2. Idem & metaphorice dixit, *Exsecare nervos reip.* Leg. Agraria 2 c. 33; & *exsecare pestem civitatis*, pro Sextio cap. 65, ausrotten. Idem ad Attic. lib. 2 epist. 1 *Non minus esset probanda medicina, quæ sanaret vitiosas partes reip. quam quæ exsecaret.*

¶ Exsectus, a, um, ausgeschnitten. Cic. pro Cluent. cap. 66 *Stratonem in crucem actum esse exsectâ scitote linguâ.* Horat. 1 sat. 5 v. 59 *Exsecto cornu frons.* Lucanus 10 v. 134 *Juventus exsecta virum*, i. e. quoad virilitatem, i. e. spadones, verschnittene.

¶ Exsectio, ōnis, die ausschneidung, ausrottung. Cicer. pro Cluent. cap. 64 *Cum exsectio illa fundi in armario animadverteretur.* Paullo ante præcesserat: *Ipse armarii fundum exsecuit, & auri quinque pondo abstulit.* Et ibidem cap. 67 *exsectio linguæ.* Arnobius quoque lib. 5 p. 165 *virilium exsectiones* dixit, quæ castratio est.

¶ Exsector, ōris, qui castrat, ein ausschneider. Apulej. Met. lib. 8 p. 208 *detestabilis exsector virilitatis.*

¶ Insĕco, āre, interius secare, inwendig schneiden oder hauen. Colum. lib. 4 cap. 15 *insecare vineam.*

¶ Insectus, a, um, dissectus, zertheilet, zerschnitten. Ovid. 6 Metam. v. 58 *insecti dentes.* Et Plin. 10 cap. 37 *Insectis alarum articulis.*

¶ Insecta, ōrum, substant. allerley gewürm, kleine thierlein, ungeziefer; sic dicta ab incisuris, quas vel cervicum, vel pectorum, vel alvi loco habent. Quorum alia *volatilia* sunt, ut *muscæ*, &c. Alia *repunt*, ut *formicæ:* alia sine pedibus & alis sunt, ut *tineæ; Saltunt* alia, ut *pulex, cicada.* *Serpunt* denique alia, ut *pediculus, hirudo, lumbricus.* vid. Plin. lib. 11 cap. 28.

¶ Insectūra, æ, incisura, ein schnitt, eine spalte. Seneca 1 Quæst. Nat. cap. 7 *Totidem* [virgula] *redderet soles, quot habuisset insecturas.*

¶ Insecābilis, e, quod dividi nequit, unzertheilich. Quintilian. lib. 2 cap. 17 p. 169 *corpora insecabilia* dixit ex philosophorum quorumdam sententia. Lactantius de Ira Dei cap. 9 *minuta semina & insecabilia;* & cap. 10 *Quomodo igitur insecabilia?* Et Martianus Capella lib. 7 cap. de Diade: *linea insecabilis.*

¶ Intersĕco, āre, mitten von einander theilen; ut, *Res ipsas pronunciatione intersecare in animo auditorum*, Auctor ad Herennium 3 c. 14. Et Ammianus 29 c. ult. *Tiberis media intersecans mœnia.*

¶ Intersectio, ōnis, der durchschnitt, die spaltung. Vitruvius 3 c. ult. *Intersectio, quæ græce μετοχὴ dicitur, sic est dividenda*, &c.

¶ Persĕco, āre, hindurch hauen, zerschneiden; ut, *Vitium, ne serpat, persecare*, Livius 40 cap. 19. Et Cicero 4 Acad. Quæst. cap. 39 *Ecquid nos eodem modo rerum naturas persecare, aperire, dividere possumus, ut videamus, Terra penitusne defixa sit & quasi radicibus suis hæreat, an media pendeat?*

¶ Præsĕco, āre, præcidere, verschneiden, vorn abschneiden. Varro 3 de R. R. cap. 16 sub fin. *cultello præsecare.* Et Ovid. Remed. Amor. v. 112 *Partem certa præsecuisse manu.*

¶ Præsectus, a, um, vorn abgeschnitten. Colum. de Arbor. cap. 29 *Radix acuta falce præsecta.* Et Epitom. Livii 88 *Auribus præsectis.*

¶ Præsecatus, a, um, idem. Apulej. lib. 1 Metam. p. 102 *Impetu teli præsecata gula.*

¶ Præsĕca, æ, kohl. Varro L. L. 4 cap. 20 *Brassica ut præseca, quod ex hujus scapo minutatim præsecatur.*

¶ Præsegmen, ĭnis, quicquid ab aliqua re præsecatur, der abschnitt, span; ut, *Vnguium præsegmina*, was von den nägeln abgehet und verschnitten wird: Plautus Aulul. a. 2 sc. 4. v. 34 *Ipsi pridem tonsor ungues demserat, collegit, omnia abstulit præsegmina.* conf. Nonius c. 2 n. 639.

¶ Prosĕco, āre, idem quod *secare*, zertheilen, zerschneiden; ut, *Exta hostiæ prosecare*, Livius lib. 5 cap. 21. Proprium enim in sacrificiis verbum. Vnde Tertullianus Apolog. cap. 46 *Æsculapio gallinacium prosecari* dixit. Adde Casaubonum & Torrentium ad locum Suetonii in Augusto cap. 1.

¶ Prosectus, a, um, herausgeschnitten. Hinc

¶ Prosecta, ōrum, subst. exta ipsa ex fibris hostiarum dissecta, das eingeweide. Ovidius 6 Fastor. v. 163

Sic ubi libavit, prosecta sub æthere ponit.

conf. Nonius 3 cap. 179. ¶ 2. Eadem & *Prosiciæ* dicebantur. Arnob. lib. 2 *Quod si omnes has partes, quas prosicias dicitis, Dii amant.* Vet. Gloss. *Prosiciæ*, αἱ τῶν θυμάτων ἀπαρχαί. Varro & *Prosiciem* dixit. ¶ Veteres etiam *insicia* pro *prosectis* posuere. vide Brisson. lib. 1 Formul. Solenn.

¶ Prosectus, ūs, subst. der durchschnitt. Apulejus Met. lib. 8 p. 214 *Prosectu gladiorum, ictuque flagrorum.*

¶ Prosector, ōris, ein zerschneider, zerstümler. Tertull. de Anima c. 25 *Majorum quoque prosector Herophilus.*

¶ Resĕco, āre, verkürtzen, verschneiden, verhauen; ut, *Resecare palpebras*, Cic. in Pison. cap. 19. *Linguam resecare*, Idem 2 Divinat. c. 46. Et, *Resecare ungues*, Val. Max. lib. 3 cap. 2 n. 15. ¶ 2. *Resecare ad vivum*, est exactius, quam fat est, & morosius omnia excutere, alles aufs genaueste suchen. Cic. de Amicit. cap. 5 *Id sentio, amicitiam, nisi in bonis, esse non posse, neque id ad vivum reseco*, &c.

¶ Resectus, a, um, abgeschnitten, verschnitten; ut, *barba resecta*, Ovidius lib. 4 Trist. eleg. 10 v. 58. *Lingua ense resecta*, Idem in Ibin v. 439. ¶ 2. Comparat. ex alia forma apud Apulej. de Deo Socrat. *In operibus judicatio resecatior*, (kürtzer,) *in rebus jubitariis venia prolixior.*

¶ Resectio, ōnis, die abschneidung. Colum. de Arbor. cap. 6 *Novella vinea, quæ ex resectione enata fuit.* Idem de Re Rust. lib. 4 cap. 24 *Resectionem facere post gemmam.* Et cap. 29 *resectionis fissura.*

¶ Resegmen, ĭnis, ein abschnitt; ut, *Resegmina unguium*, Plin. lib. 28 c. 1 Et, *Resegminibus amputatis*, Idem ib. 13 cap. 12.

¶ Resex, ĭcis, quod a vite resecatr, ein rebschoß, geschnittene rebe. Colum. 3 cap. 10 *In resecem submitti, ut progenerare possit.* Et lib. 4 cap. 24

cap. 24 *Si resecis facultas non erit.* Sic &, *Reseces bigemmes*, Idem lib 5 cap. 5. vid. infra *Subsidiarius*.

¶ Irresectus, a, um, non resectus, unverschnitten. Horat. epod. 5 v. 47 *irresectum rodens pollicem*, i. e. unguem pollicis non resectum.

¶ Subséco, are, unten abhauen, ein wenig verschneiden, verkürtzen. Varro R. R. 1 cap. 50 *Manipulum, ut quemque subsecuerint, ponunt in terra.* Plin. 18 cap. 17 *Quæ velluntur e terra, non subsecantur.* Et Ovidius 6 Fastor. v. 230 *Non ungues ferro subsecuisse licet.*

¶ Subsectus, a, um, abgeschnitten. Columella 2 cap. 9 *Adultas segetes radicibus subsectis enecare.*

¶ Subsĕcīvus, a, um, quod succiditur, vel subsecatur, quod mensores deinde suum fecerunt & ad agros transtulerunt, tamquam secundarium, nachgeschnitten. Vetus auctor de Limitibus apud Rigaltium p. 299 *SVBSECIVA sunt proprie, quæ sutor de materia præcidens, quasi supervacua, abjicit. Inde & SVBSECIVI AGRI, quos in perticâ divisos recusant, quasi steriles aut palustres.* Item, *SVBSECIVA, quæ in divisura agri non efficiunt centuriam, id est, jugera ducenta.* Vide Glossas Agrimensorias Rigaltii; item Varronem lib. 1 de Re Rustica cap. 10; & Isidor. 5 cap. 13. Suetonius Domitiano cap 9 extr. *SVBSECIVA, quæ divisis per veteranos agris superfuerunt, veteribus possessoribus, ut usu capta, concessit.* Eleganter Seneca epist. 53 *Exercet philosophia regnum suum: dat tempus, non accipit. Non est res subseciva, ordinaria est: adest & jubet.* REM SVBSECIVAM vocat, quæ παρέργως tractanda, & eo tempore, quod ordinariis negotiis nostris detrahitur & subsecatur quasi: sicut & agri, qui post centuriam factam supersunt. Significat igitur, philosophiam non secundariam rem esse, sed primis & ordinariis curis dignam, & ita cæteris omnibus anteponendam, serioque tractandam. Sic, *Subsecivæ operæ*, Cic. de Orat. 2 cap. 89, & 2 Philipp. cap. 8. Et, *Subseciva tempora*, Plin. præfat. H. N. & Gell. 18 cap. 10, quæ quasi subsecantur negotiis publicis, quæ nobis reservamus, nec perire sinimus, neben-wercke, neben-stunden. De orthographia vocis varie disceptatur. Alii scribunt *Subsicivus*, alii *Subcisivus*. conf. supra *Succisivus* in *Cædo*, & Parei Lex. Crit. p. 1194.

Secordia, secors, vide *Socors* supra in *Cor*.

Secretarius, secretio, secretum, &c. vide *Cerno*.

Secta, sectari, sectator, &c. Sectilis, sectio, sector, &c. vide *Sequor*, *Seco*.

Secubare, secubitus, &c. Secula, æ, vide *Cumbo*, *Seco*.

SĒCŬLVM, i, & per syncopen *seclum*, quod quid sit, nondum ad subtile examinatum Censorinus arbitratur, de Die natali cap. 17. Ipse duplex fecit, NATVRALE & CIVILE: NATVRALE vocat spatium vitæ humanæ longissimum, partu & morte definitum. CIVILE, ad certum annorum modulum constitutum; quem Romani centum annis, aut 105; aut etiam 110 definierunt. Vide ipsum Censorinum, & Varronem lib. 5 de L. L. cap. 2 fin. ubi ait: *Seculum spatium annorum centum vocarunt; dictum a sene, quod longissimum spatium senescendorum hominum id putarunt*, hundert jahr, oder eine zeit von hundert jahren. Ita Cicero de Orat. lib. 2 cap. 37 *Numa Pompilius sapientiam constituendæ civitatis duobus prope seculis ante cognovit, quam eam Græci natam esse senserunt.* Sic, *Seculis multis ante*, viel hundert jahr zuvor, Idem ibidem cap. 5. *Seclorum ordo*, Virg. eclog. 4 v. 5. ¶ 2. Nonnunquam indefinite pro quovis tempore sumitur. Virg. 8 Æn. v. 324

Aureaque, ut perhibent, illo sub rege fuerunt Secula.

Idem Æn. 1 v. 295 *Aspera tum positis mitescent secula bellis.*

Ovidius lib. 2 de Arte am. v. 277 ludit in verbo:

Aurea nunc vere sunt secula, plurimus auro
Venit bonos: auro conciliatur amor.

¶ 3. Lucretius aliquam multis locis hoc vocabulo pro genere, subole, multitudine usus est, exprimens, ut docti putant, græcam vocem γενεὰν, qua & 30 annorum spatium, & genus sive progenies significatur, ein geschlecht. Sic, *hominum secla*, *bucera secla*, *muliebria secla*, *ferarum secla*, *scriptorum secula*, pro hominibus, bubus, mulieribus, feris, scriptis posuit. ¶ 4. Pro hominibus in seculo viventibus. Horatius lib. 3 od. 6 v. 17

Fœcunda culpæ secula, nuptias
Primum inquinavere.

Statius lib. 11 Thebaid. v. 592

Crescat opus, totâque exspectent secula ripâ.

Sic sæpius hac voce quoque utitur Lucretius, ad quem pridem monuerunt docti. ¶ 5. Christianis scriptoribus *Seculum* frequentissime pro mundo, & vita illa, quæ ducitur in mundo, ponitur; & illi, quam Christus formavit atque præscripsit, tum quæ post mortem pios in cælo manet, opponitur, die welt. Prudentius hymno 5 Καθημερ. v. 109 *Fessos ille vocat per freta seculi:*

Freta seculi vocat, quæ Paulinus ad Nicetam *vada cæca secli* pari allegoria v. 173 appellavit; calamitates scilicet atque discrimina, quibus viventes in mundo objicimur; & Peristeph. hymn. 3 extr. *vincla secli*, impedimenta pietatis. Sic, *inquietum seculi pelagus*, Cæsarius Arelatensis Homil. 18; & *Salum seculi*, Ruricius lib. 2 epist. 12 dixit. Optatus Mil. lib. 1 *Petitis a me in seculo judicium, cum ego ipse Christi judicium exspectem.* Hinc, *digredi seculo*, *educi seculo*, pro *mori* Tertullianus: contra, *demorari in seculo*, pro *vivere*, Zeno Veronensis dixit Sermone de S. Arcadio in fine. *Pompam seculi* pro fastu mundano, Idem dixit Tertullianus. Aliquando paullo strictius hæc vox de gentilibus usurpatur. Tertull. Exhortatione ad castitatem cap. 13 *Videmus etiam seculi exempla*, id est, gentilium. Hieronymus lib. 1 adversus Jovinian. cap. 26 & seq. perinde etiam usus est. Verum & extra ecclesiam *Seculum* pro mundo & mundanis humanisque rebus Latini veteres dixere, uti prolixe ostendit Borrich. Vindic. p. 217. Sic Virg. Georg. 1 v. 501 *everso succurrere seclo.* Florus 4 cap. 12 *Pronum in omnia mala & in luxuriem fluens seculum.* Sic Tacit. Germ cap. 19 n. 3 *Corrumpere & corrumpi seculum vocatur.* De illis, qui *Sæculum* scribunt, vide Voss. Etymol. p. 460.

¶ Sēcŭlāris, e, quod ex seculi tempore est, hundertjährig; Sic, *ludi seculares*, qui seculis singulis celebrabantur Romæ: in quorum observatione tamen magna varietas fuit, de quâ Censorinus supra laudato loco. conf. & Festus. Tales celebrati ab Augusto, de quo Sueton. cap. 31; & a Claudio, de quo Idem cap. 21; & a Domitiano, de quo cap. 4. conf. Plin. 7 cap. 48. Sic *Carmen seculare* composuit Horatius, ut caneretur ludis secularibus. ¶ 2. Christianis idem est, quod mundanum, profanum, & periturum atque caducum, weltlich, zeitlich. Sic Hieronymo epist. 22 cap. 13 *Codices seculares* libri profani, ut Ciceronis, Plauti &c. *Litteræ seculares* Tertulliano de Corona cap. 7; id est, profanæ: *Viri seculares* mundanis curis negotiisque dediti, passim & aliis etiam dicuntur. Et, *Secularis militia*, vita mundana, apud Vincentium Lirinensem. Apud Tertullianum Exhortatione ad Castitatem c. 13 *Fœminæ seculares*, paganæ sive gentiles sunt.

Secundæ, secundo, secundum, vide mox in *Secundus*.

SĔCVNDVS, a, um, primum sequens, significat ordinem & numerum, der ander; ut, *Secundus de tribus*, Cic. in Oratore cap. 15. *Secundus a rege*, Hirtius B. Alexandr. cap. 66, der näheste nach dem könige. *Secundus in dicendo locus*, Cicer. ad Attic. 1 epist. 13. Et idem in Oratore cap. 1 *Prima sequentem honestum est in secundis tertiisque consistere.* Eam sententiam sic citat & explicat Quintil. lib. 12 cap. 11 *Etiamsi quis summa desperet, tamen est, ut Cicero ait, honestum in secundis tertiisque consistere.* Cæsar vero principatûs semper cupiditate flagrans, cum castellum aliquando sterile quoddam in Alpibus prætergrederetur, atque amici dubitarent, an & ibi de principatu contentiones essent æmulationesque, primum cogitabundus restitit, ac deinde dixit: *Mallem hic esse primus, quam Romæ secundus*, ἐβουλόμην πρῶτος ἐνταῦθα εἶναι, ἢ δεύτερος ἐν Ῥώμῃ, Plutarch. *Secundus* autem ita aliquis dicitur, ut juxta ab *Altero* & *Proximo* differat: vide supra *Alter*, & *Proximus* in *Prope*. ¶ 2. Construitur autem *Secundus* non modo cum ablativo, præpositione interveniente, ut in illo Hirtii jam vidimus, *Secundus a rege*; verum etiam cum dativo. Virg. Æn. 11 v. 441

haud ulli veterum virtute secundus.

Quod Silius imitatur lib. 7 v. 55 *nulli virtute secundus.*

Idem lib. 12 v. 431 de urbe Petilia:

Infelix fidei, miseræque secunda Sagunto.

Vbi similitudinem notat & paritatem, sicut apud Horatium lib. 1 od. 12 v. 18

Nec viget quidquam simile, aut secundum:
Proximos illi tamen occupavit
Pallas honores.

Est etiam tertia constructio, ut, *Secundus ad regium principatum*, Cic. 3 de Fin. cap. 16. ¶ 3 *Mensa secunda*, apud Nepot. in Agesil. cap. 8 n. 4, der nachtisch. Ita vocantur bellaria, πέμματα, φαγήματα, quæ post alios cibos convivis jam cibo potuque satiatis apponebantur, ad eorum appetitum quasi denuo excitandum, das confect; de quorum instructu vid. Stuck. Antiq. Convival. lib. 2 cap. 2, & Buleng. de Conviviis lib. 2 cap. 39. ¶ 4. *Secundæ partes* eorum sunt in comœdiis, qui non tam sæpe, ac illi, qui primas sustinent, procedunt in scenam. Asconius in Divinationem Ciceronis, COMOEDIA, inquit, *quinque actus habet, hoc est, quinquies ducitur in scenam. Est ergo persona primarum partium, quæ sæpius actum* (ad agendum) *progreditur. Secundarum & tertiarum, quæ minus minusque procedunt.* De his insignis ac notabilis locus est apud Cicer. Divinat. in Verr. cap. 15 *Vt in actoribus græcis fieri videmus: sæpe illum, qui est secundarum aut tertiarum partium, cum posset aliquanto clarius dicere, quam ipse primarum, multum summittere, ut ille princeps quam maxime excellat. sic faciet Allienus: tibi serviet: tibi lenocinabitur: minus aliquanto contendet quam potest.* In mimis vero aliter dicebantur *secundæ partes*. Ibi enim cum ipsis actoribus prodibant alii, qui principes suos imitabantur, gestûs eorum atque sermones referebant. Vnde & ὑποκριταὶ Græcis, Latinis vero alio nomine & *Subdicæ* dicebantur, quod post principes actores dicerent. Vet. Gloss. *Secundarius, subdica, ὑποκριτής.* Suetonius Caligulâ cap. 57 *Cum in Laureolo Mimo, in quo actor proripiens se ruina sanguinem vomuit, ut plures secundarum certatim experimentum artis darent, cruore scena abundavit.* Hinc eleganter Horatius scurram seu assentatorem, omnia heri sui dicta gestusque sequentem & admirantem, cum secundario hujusmodi comparat, lib. 1 epist. 18 v. 10

Alter (scurra) *in obsequium plus æquo pronus, & imi*
Derisor lecti, sic nutum divitis horret,
Sic iterat voces, & verba cadentia tollit,
Vt puerum sævo credas dictata magistro
Reddere, vel mimum partes tractare secundas.

Vide ibi eruditissimum Torrentium. Ad illas autem scenicorum partes & Ciceronis illud, quod supra produximus, interpretandum est, *Honestum esse, in secundis tertiisque consistere.* ¶ 5. *Secundum* etiam dicitur, quod primæ bonitatis non est, schlecht, gering; & ita *secundum panem* Horatius dixit, qui non de siligine erat, hoc est, ipso farinæ triticeæ flore. Ita enim lib. 2 epist. 1 v. 123

vivit siliquis & pane secundo;

in quo communem & minime delicatum victum designare voluit. Hic & *secundarius* & *cibarius* appellabatur, de quo infra. *Secundam virtutem* Seneca dixit lib. 5 de Beneficiis extr. *moneri velle & posse.* Vt primæ sit, per se & reperire, & facere recta. *Secundæ sortis ingenia* Idem epist. 52 similiter dixit, quæ bona quidem, duce vero & hortatore indigent. Vide locum ipsum: * *Secundæ sortis ingenia* sunt inferioris notæ; ita *secundum genus hominum*, apud Florum lib. 3 c. 20 sunt homines inferiores, & quasi deterioris notæ. Sicut apud Hesiodum in Ἔργοις δεύτεροι δαίμονες, quos Seneca epist. 110 vocat *inferioris notæ*. Idem Seneca epist 92 *hominem* vocat *animal pulcherrimum & Diis secundum*. Grævius. ¶ 6. *Secundum* etiam dicitur, quicquid sequitur & comitatur, beygehend. Nigidius apud Gell. lib. 2 cap. 22 *Etesiæ & austri anniversarii sole secundo flant*; & ait Gellius, diligenter quærendum, quid sit *secundo sole*. Quod si etesiæ a meridie flant, necesse est, solis radios comitari, ac velut a tergo sequi. Id itaque *solem secundum* vocat. Similiter idem Nigidius *Squamam secundam* in piscibus dixit, quæ manum prementis sequitur, & nihil offendit, cui adversa contraria est. Quod Rutgersius observat lib. 3 Var. Lect. cap. 16. vide & Salmasii Exercitat. Plinianas, qui fusius

hoc

hoc fragmentum Nigidii explicat p. 890. Non prætereundus locus Nepotis est Pelopidâ extremo. Verba cultissimi scriptoris ista sunt: *In quo prælio Alexandrum* (Pheræum tyrannum) *ut animadvertit* (Pelopidas,) *incensus irâ equum in eum concitavit, proculque digressus a suis, conjectu telorum confossus cecidit. Atque hoc secundâ victoriâ accidit. Nam jam inclinatæ erant tyrannorum copiæ.* Corruptus hic locus Lambino videtur: itaque pro *secunda victoria*, satis audacter *secunda pugna* rescribendum putat. Sed sana omnia sunt, & nihil mutandum. Meliore loco Thebanorum fuisse, quam tyrannorum res, ex eo constat, quod noster dicit, eorum copias jam inclinatas fuisse, molitasque fugam: quod victoriæ initium fuit. Quamvis autem ducis intervenerit casus, quod alias plurimum damni afferre solet, & impedire victoriæ cursum; nihilominus tamen non deseruisse fortunam Thebanos significat, atque sic victos profligatosque penitus tyrannos fuisse: quod *secundam victoriam*, quasi *secundum solem* Nigidius dixit, quod sequeretur Thebanos, & minime eos desereret. Ita *secundum currum* Virgilius dixit, qui pergit decurrere, nec impeditur. Ita enim 1 Æn. v. 156

Flectit equos, curruque volans dat lora secundo.

Ita *Secundum amnem* & *fluvium* idem dixit, qui prono alveo devehit, & sequitur adeo vehentes. Ita enim 4 Georg. v. 347, & 8 Æn. v. 549 *secundo defluit amni.* Et, *mari secundo*, Livius 29 cap. 7, quod æstu inclinatum est. Quemadmodum & *secundum ventum* dicimus, qui sequitur a tergo, & navem impellit, quem *Secundantem* dixit Tacitus 2 Annal. cap. 24. *Ferens* aliis appellatur, & *adverso* opponitur. *Secundam vim aquæ* Seneca 3 Quæst. Nat. cap. 26 dixit, qua unda undam sequitur, & in decursum impellit. ¶7. Et quia *secundo flumine devehi*, res læta & facilis, quod remigandi labore vacare licet; cæterum *secundis ac ferentibus ventis uti*, felicitatis cujusdam est, idcirco *Secunda* pro lætis & prosperis passim dicuntur: item pro benevolis atque faventibus, glücklich, günstig. Servius: *Secundam fortunam dicimus, quod secundum nos est, id est, prope nos, a sequendo.* Et Festus: *Secundæ res non a numero dicuntur, sed quia, ut velimus, sequantur.* Cicer. lib. 2 epist. 1 ad Quintum fratrem: *Multa feci verba de toto furore,* &c. *Secundis admurmurationibus cuncti senatûs:* SECVNDIS, id est, faventibus. Idem lib. 1 ad Attic. epist. 17 *Secundam concionis voluntatem* dixit, quæ favebat, & approbabat ejus caussam. Florus lib. 3 cap. 15 *Jamque nimius & potens* (Gracchus) *altero tribunatu secunda plebe volitaret*, id est, favente, vel serviente: metaphora a servis, qui sequuntur dominos, ut ad nutum præsto sint. Similiter supra de Hannibale lib. 2 cap. 6 *Callidissimus imperator patentibus in campis observato loci ingenio, quod & sol ibi acerrimus, & plurimus pulvis, & eurus ab oriente quasi ad constitutum ita instruxit aciem, ut Romanis adversus hæc omnia obversis, quasi secundum cælum tenens, vento, pulvere, sole pugnaret.* Et Cicer. 2 Tuscul. procem. *Si quis universam philosophiam velit vituperare, secundo id populo facere posset*, id est, favente & approbante populo. *Secundis auribus aliquid dicere*, eleganter eadem ratione Livius dixit lib. 33 cap. 43. *Fortuna* vel *Res secunda*, wohlfahrt, glück; contraria *adversa*, unglück. *Conon inconsideratior in secunda quam in adversa fortuna*, Nepos 9, 5, 1. Contra, *Timoleon multo sapientius tulit secundam quam adversam*, Idem 20, 1, 2. conf. Gell. 7 cap. 3. Sic, *Exitus secundi*, Horat. 4 oda 14 v. 38. Idem lib. 1 epist. 10 v. 30

Quem res plus nimio delectavere secundæ,
Mutatæ quatient.

Terent. Andr. a. 5 sc. 6 v. 11 *Age, me in tuis secundis rebus respice*, wenn dirs wohlgehet. Auctor ad Herennium 4 cap. 17 *Sapienter cogitant, qui temporibus secundis casus adversos reformidant.* Et Sallust. Catil. cap. 11 *Secundæ res sapientum animos fatigant.* ¶8. *Secundior*, comparativus. Sueton. in Julio cap. 2 *Reliqua militia secundiore fama fuit*, id est, meliori. *Secundiore prælio*, Cæsar 2 Bell. Gall. cap. 9; Sicut & *secundissimum prælium* Hirtius dixit, Alexandrino Bello cap. 11. *Res secundissimæ*, gutes glück, Cicer. 1 Offic. cap. 26. *Secundissima auspicia*, Sueton. Galb. c. 9. Et, *Leges secundissimæ plebi, adversæ nobilitati*, Liv. 8 cap. 12.

¶ Sĕcundæ, arum, substant. plurale tantum, membrana illa, qua in utero partus obvolvitur, die afterbürde, nachgeburt, quæ & *Secundina* dicitur. Plinius lib. 20 cap. 9 & 13 *secundas* appellavit.

¶ Secunde, adverb. glücklich. Cato apud Gellium 7 cap. 3 *Quod hæc res tam secunde processerit.*

¶ Sĕcundo, adverbium, zum andern mahl. Cicero pro Plancio cap. 20 *Equidem primum, ut honore dignus essem, maxime semper laboravi: secundo, ut existimarer.* Carisius lib. 1 p. 92 *Primo*, πρῶτον, *secundo*, δεύτερον, *tertio*, τρίτον. Non autem frequentioris usus hoc adverbium est, sed elegantissimus quisque in ejus locum gestit substituere aliud. Si ordo multarum rerum numerandus est, *Deinde* plerumque in ejus loco est. Sic Cicero in Catil. 2 cap 9 numeros ita disponit: *Primum; Deinde; Præterea; Denique:* & in Orat. 4 Catil. c. 3 *Primum; Deinde; Tum; Postremo.* In consulatus ordinatione *iterum* pro *secundo*, ponunt: v. g. Cic. de Arusp. Resp. cap. 12 *P. Africanus iterum consul.*

¶ Secundùm, adverb. idem. Augustinus libro de Grammatica in Adverbio: *Est obscuritas in adverbiis, utputa; Secundo factus est consul, & secundùm fuit consul.* SECVNDO *autem ad ordinem pertinet:* SECVNDVM *ad numerum.* Quod ibidem ad eumdem modum interpretatur, quo Varro apud Gellium lib. 10 cap. 1 distinxit inter *quarto pretorem;* & *quartum pretorem fieri.* Sed jam diximus, veteres, *iterum consul*, maluisse dicere, quam *secundo* vel *secundum.* Sic & Vellejus lib. 2 cap. 4 de altero Africano: *creatus iterum consul.*

¶ Sĕcundum, præpos. significans *prope*, *ad*, nächst, beyan; ut, *Duo vulnera,* &c. *unum in stomacho, alterum in capite secundum aurem*, ob dem ohr, Sulpicius ad Cicer. lib. 4 fam. epist. 12. *Quid illuc est hominum secundum litus?* Plaut. Rud. a. 1 sc. 2 v. 60. *Si secundum mare ad me ire cœpisset*, Cn. Magnus in Cic. ad Att. 8 epist. 12. *Pascant secundum flumina*, Virg. Georg. 3 v. 143. ¶2. Vel *post:* ut, *Secundum patrem tu es proximus*, nach dem vater, Plaut. in Captiv. a. 2 sc. 1 v. 42. Et Cicer. 2 Offic. cap. 3 *Proxime & secundum deos homines hominibus maxime utiles sunt.* Idem ad Attic. 12 epist. 15 *Secundum te nihil est mihi amicius solitudine.* Et, *Secundum hunc diem*, Idem de Orat. lib. 1 extremo. *Secundum hæc silentium fuit*, Livius 32 cap. 33. *Secundum hanc orationem jubet*, Petronius Satyric. nach oder auf diese rede. ¶3. Sed, *secundum caussam multa disputare*, Cicer. 4 ad Attic. epist. 2, id est, pro caussa, der sachen zu gut. *Secundum aliquem litem dare*, vel *dare* absolute, est pronunciare pro aliquo, auf eines seite sprechen. Suetonius Claudio cap. 15 *Absentibus, secundum præsentes, facillime dabat, nullo delectu:* id est, si contingeret, alteram litigantium partem abesse, ne comperendinanda esset caussa, pro præsentibus pronunciavit, hoc est, ita pronunciavit, ut præsentes caussâ vincerent. Idem paullo post: *Ex tabella pronunciasse creditur*, SECVNDVM EOS SE SENTIRE, QVI VERA PROPOSVISSENT. Tacitus 3 Hist. cap. 7 *Principia belli secundum Flavianos*, id est, pro Flavianis: a parte Flavianorum erant. ¶4. Et rursus alio modo apud Terentium Eunucho a. 5 sc. 9 v. 60 *Collaudavi te secundum facta & virtutes tuas*, nach ꝛc. *Secundum Platonem*, hoc est, juxta Platonis sententiam, des Platonis meynung nach. Cicero Planco in Attic. 16 epist. 16 *Quæ consules decreverunt secundum Cæsaris decreta.* Horat. epod. 7 v. 9 *Secundum vota Parthorum perire.* ¶5. *Secundum quietem*, id est, per quietem, im schlaff: Ita Cicero loquitur 1 de Divinat. cap. 24 de somniis exponens. Livius *in quiete* dixit lib. 21 cap. 22, cum aliud somnium Annibalis refert: *Fama est*, inquit, *in quiete visum de eo juvenem divina specie*, &c.

¶ Sĕcundo, avi, atum, are, idem poëtis est quod *prosperare*, beglücken, segnen. Virg 7 Æn. v. 259 *Dii nostra incepta secundent*, GOtt gebe glück zum vornehmen. Propertius 3 eleg. 21 v. 14

Jam liquidum nautis aura secundat iter.

Seneca in Hercule Furente v. 645 *Deus secundet votum nostrum.* Ita *Secundare ventus* dicitur, cum secundus influit: Tacitus 2 Ann. c. 24 *secundante vento.* Et Plaut. Rud. a. 4 sc. 2 v. 3 *Tempus ei rei secundat*, i. e. favet.

¶ Secundātus, ûs, substant. est secundus locus, die nächste stelle nach der ersten. Tertull. de Anima cap. 27 *Alteri primatum damus, alteri secundatum.*

¶ Sĕcundārius, a, um, nächst nach dem ersten; ut, *Panis secundarius*, Sueton. August. cap. 76, qui & cibarius est. vide *Panis.* ¶2. Et *Secundarius*, qui secundæ est classis. Cicer. de Clar. Orator. cap. 69 *Arrius M. Crassi quasi secundarius*, id est, in secunda aut proxima a M. Crasso classe. ¶3. Qui secundas agit, de quo supra in *Secundus*, n. 4.

¶ Secundānus, i, qui secundæ legionis, ut primanus primæ, einer aus der andern ordnung. Livius lib. 34 cap. 15 *Secundani terga hostium cædunt.*

¶ Secundicerius, i, secundi ordinis, sicut primicerius est primi. Lege 4 Cod. de Domest. & protect. *Si quis virorum fortium, præsentalium domesticorum, in equitum schola secundicerii locum adeptus* &c. Adde Titul. Cod. de Primicerio & Secundicerio.

¶ Secundīna, æ, medicis dicitur folliculus, in quo fœtus involvitur in utero, & qui sequitur nascentem, die nachgeburt. vid. paullo ante *Secundæ.*

¶ Obsĕcundo, are, compositum ex *ob* & *secundo*, idem ac obsequi, zu willen seyn, gehorchen. Terent. Heaut. a. 4 sc. 6 v. 23 *Qua caussa id fiat, obsecundato in loco.* Et Cicero pro Leg. Manil. cap. 16 *Non modo cives assenserint, socii obtemperarint, hostes obedierint, sed etiam venti tempestatesque obsecundarint.* Livius lib. 3 cap. 35 *Obsecundando mollire impetum aggrediuntur*, durch nachgeben.

¶ Obsecundanter, adverb. gehorsamlich. Nonius cap. 2 n. 607 ex Nigidio: *obsecundanter naturæ vivere.*

¶ Obsecundātio, ōnis, obsequium, der gehorsam; ut, *Servilis obsecundatio*, Lege 92 Cod. Theodos. de Decurionibus.

¶ Obsecundator, ōris, ein gehorcher, folger; ut, *Obsecundatores sacrorum scriniorum*, Lege 3 Cod. Theodos. de proximis comitib. dispositionum; sunt, qui in scriniis operam navant.

¶ Subsĕcundārius, a, um, anderwertig; ut, *Subsecundaria tempora*, id est, succisiva, Gell. lib. 20 cap. ult. vide *Succisivus* in *Cædo.*

SĔCV̄RIS, is, bipennis, πέλεκυς, das beil, die axt; ut, *Securi percutere*, enthäupten, Cicer. in Pison. cap. 34. *Securi cervices subjicere*, ibidem. Et, *Acies securium tuarum*, in Verr. 7 cap. 43 extr. ¶2. Sed, *Infligere*, vel *injicere securim* seu *plagam*, est vehementer lædere ac vulnerare, hefftig beschädigen; ut, *Gravem*, vel *Graviorem reipublicæ infligere securim*, Cic. pro Plancio cap. 29. Et ad Qu. fratr. 2 epist. 10 *Tenediorum libertas securi Tenedia præcisa est*, durch ihre eigene schuld.

¶ Secūrĭcŭla, æ, diminutivum, parva securis, ein klein beil. Plinius 18 cap. 19 *Si inter arbores aretur, securiculam in stiva pendére oportet, qua intercidantur radices.* Plaut. Rud. a. 4 sc. 4 v. 114 *Securicula anceps.* Arnobius lib. 2 p. 56 *Fecerunt sibi rastra, securiculas, vomerem.* ¶2. Retinaculum ligneum, quod etiam *subscus* dicitur, eine holtz-klammer, apud Vitruvium lib. 10 cap. 27.

¶ Sĕcūrĭcŭlātus, vel Securiclatus, a, um, securiculâ munitus vel compactus, beklammert. Vitruvius lib. 10 cap. 15 *securiclatis cardinibus* dixit, qui Philandro ita formati videntur, ut partes extremæ referant securim falcis vinitoriæ.

¶ Securidăca, æ, herba, quam Græci a similitudine πελέκινον vocant, peltschen, Plin. 18 cap. 17, & 27 cap. 5.

¶ Sĕcūrifer, a, um, qui securim fert, beiltragend. Ovid. 12 Met. v. 460

Antimachumque, Helimumque, securiferumque Pyracmon.

¶ Sĕcūriger, a, um, idem; ut, *Dextra securigera*, Sil. lib. 16 v. 48. *Catervæ securigeræ*, Valer. Flacc. lib. 5 v. 137. *Securigeras inter puellas*, Ovid. Heroid. epist. 4 v. 117.

Securitas, securus, vide supra *Cura.*

SĔCVS, præpositio, unde *Se* in compositis, significat *prope*, bey; ut, *secus illum sedi;* sed id a vulgo usurpatum tantum, & novum ac fordidum Carisius pronunciat lib. 1. Usus vetus Interpres Psalmi 1 *Tamquam*

quam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum. ¶ 2. Secus, adverbium, idem est quod *aliter*, anders, weniger. Vet. Gloss. *Secus*, ἑτέρως καὶ πλησίον. Carisius lib. 1 *Fit SECVS & adverbium, quod significat aliter; unde nascitur SEQVIVS*, ἀλλοιοτέρως. Sic, *Nisi quid tua secus sententia est*, Plautus in Epidico a. 2 sc. 2 v. 96, & Captiv. a. 2 sc. 2 v. 23 *Nec mihi secus erat, quam si essem familiaris filius*. Cicer. in Pisonem cap. 28 *Recte, an secus, nihil ad nos*. Præponuntur ei fere *Non*, *Haud*. Reperies & *Longe secus*, viel anders. Sequuntur *quam*, *ac*, *atque*. Cicer. ad Attic. 6 epist. 2 *Mihi erat maxime curæ, ne quid fiat secus, quam volumus*. Et pro Muræn. cap 4 *Non secus ac si meus frater esset*. Virgil. 3 Æn. v. 236

Haud secus ac jussi faciunt.

Cicer. de Orat. 3 cap. 30 *Paullo secus a me atque ab illo partita ac distributa sunt*. ¶ 3. Ponitur & in significatione mali, ungleich, übel. Sueton. Tiberio cap. 2 *Multa multorum Claudiorum egregia merita, multa secus admissa in rempublicam exstant*. Vbi Casaubonus: *SECVS est* ἑκάς, *ut* ἕξ, *sex, aliaque multa. In Glossario exponitur* ἑτέρως καὶ πλησίον, *non male. Nam vicina non dicuntur, nisi quæ sunt* ἑκάς, *& naturam separatam habent. Porro ut Græcis* ἄλλο *&* ἕτερον, *Latinis ALIVD per* εὐφημισμὸν *ponitur in significatione mali; sic & SECVS usurparunt pro* κακῶς. *Sallustius*: SI SECVS ACCIDAT HVIC REIP. *& passim*, &c. ¶ 4. *Secus*, nomen, pro *Sexu*, vide infra *Sexus*.

¶ Secius, idem; comparativus est, a *Secus*, unde Carisius deducit; nec differunt SECIVS & SEQVIVS; nisi scriptione. Ita promiscue COCVS, & COQVVS, & alia dicebant. Notandum autem, Virgilium primam in SECIVS semper producere; cum tamen primam in SECVS perpetuo corripiat: ut lib. 3 Georg. v. 367

Interea toto non secius aëre ningit.

Et 7 Æn. v. 781 *haud secius æquore campi*
Exercebat agros. conf. Æn. 5 v. 862.

An quia hîc *sequius* scribendum, quasi QV positionem faciant, & syllabam ita producant? Nam & Lucretius primam in AQVA non semel produxit. Sic, *Nihilo secius*, *Nec eo secius*, nichts desto weniger: Terent. in Andr. a. 3 sc. 2 v. 27 *Sed nihilo secius mox deferent puerum huc ante ostium*. Nepos in extremo Attico: *Tamen propositum nihilo secius peregit*. ¶ *Sequior & sequius*, adject. vide infra in *Sequor*.

¶ Altrinsĕcus, vide supra in *Alter*.

¶ Circumsĕcus, ex omni parte, um und um, contrarium τῷ *Altrinsecus*. Apulej. Metam. lib. 5 p. 166 *qui circumsecus venantur*.

¶ Extrinsĕcus, quære supra in *Extra*.

¶ Forinsĕcus, vide in *Foris*.

¶ Intrinsĕcus, quære in *Intra*.

Secutio, secutor, secutuleja, vide infra *Sequor*.

SED, conjunctio adversativa, sondern, aber. Terent. Andr. a. 3 sc. 1 v. 4 *Fidelem haud ferme mulieri invenias virum, sed hic Pamphilus firmavit fidem*. Cicer. ad Attic. lib. 1 epist. 18 *Non odio adductus alicujus, sed spe non corrigendæ, sed sanandæ civitatis*. Idem ad fam. 11 epist. 17 *Magna ejus in me non dico officia, sed merita*. Et lib. 16 epist. 6 *Non modo dignitas nulla erat, sed etiam summa deformitas*. Et lib. 3 epist. 15 *Dies non modo non levat luctum hunc, sed etiam auget*. ¶ 2. Interdum idem est quod *sed etiam*, *verum etiam*: ut, *Non digito uno redundat, sed capite, collo*, &c. Cic. de Nat. Deorum cap. 35. *Omnibus negotiis non interfuit solum, sed præfuit*, Idem 1 fam. epist. 6. ¶ 3. Interdum significat *quin etiam*. Plin. 7 cap. 30 *Sed & nostrorum gloriam percenseamus*. ¶ 4. Videtur caussalis esse & pro *Nam* poni in istis: Cicer. 3 de Finib. cap. 4 *Sedulo faciam. Sed fortuna fortes; quare conare quæso*. Martialis lib. 10 epigr. 18

Ignota est toga: sed datur petenti
Ruptæ proxima vestis cathedra.

Juvenal. sat. 15 v. 94 *Sed res diversa, sed illic*
Fortuna invidiæ est.

Vbi ultimum *Sed* pro *Nam* positum est. ¶ 5. *Sed enim* pro certe; ut, *Sed enim nequeo durare, quin* &c. Plaut. Curcul. a. 1 sc. 3 v. 19. Sed Lambinus, Operarius, &c. legunt *Enimvero*. Pro simplici *Sed* Virgilius posuit in illo 2 Æn. v. 162

Omnis spes Danaûm, ac cœpti fiducia belli
Palladis auxiliis semper stetit. Impius ex quo
Tydides sed enim, scelerumque inventor Vlysses, &c.

conf. Æn. 5 v. 395. Et Cicero ad Attic. 6 epist. 1 p. 579 edit. Græv. *Sed enim*, οἰκονομία *si perturbatior est, tibi assignato*. Apulejus Apolog. p. 294 ed. Elmenh. *Sed enim vir egregie doctus, & veterum æmulator, meminerat* &c. Et ibidem p. 325 *Sed enim versutiam tam insidiosam negabis te unquam cognovisse*. ¶ 6. *Sed vero* pro *sed potius*. Cic. 5 Verr. cap. 6 *O præclarum imperatorem, nec jam cum M. Aquillio, sed vero cum Paullis, Scipionibus, Mariis conferendum*.

Sedecies, sedecim, vide supra *Decem*.

SĔDEO, sēdi, sessum, sedēre, sitzen. Plaut. Captiv. prologo v. 12 *Si non ubi sedeas locus est, at est ubi ambules*. Sic, *Ad latus alicujus sedere*, einem an der seite sitzen, Cicer. in Verr. 7 cap. 41. *Sedere in subselliis, in sella, in equo*, Idem. *Sedere carpento*, Livius lib. 1 cap. 34. *Vos in aram abite sessum*, Plaut. a. 3 sc. 4 v. 2. conf. Cic. 10 fam. epist. 32. ¶ 2. *Sedere ad gubernacula reipublicæ*, dem regiment vorstehen, Cicero pro Roscio Amerino cap. 18. ¶ 3. *Nomen in ore sedet*, der nahme sitzt mir auf der zunge, Stat. 12 Thebaid. v. 115. *Illa sedit in ingenio tuo*, sie hat dir stets im sinne gelegen, Ovid. Heroid. epist. 2 v. 76. *Id in animo fideliter sedet*, man behält es, Senec. epist. 2. *Vox auribus sedens*, i. e. audita, Quintil. 11 cap. 3. conf. A. Sabini epist. quæ Ovid. jungitur, 3 v. 23. ¶ 4. *Vestis sedet*, id est, apta est, es ist gerecht, liegt glatt an: Quintil. 11 cap. ult. *Nam & ita sedet melius toga & continetur*. Sic, *sedet imperium humeris*, Plin. in Panegyr. cap. 10. Et, *Pœna sedere* dicitur, quæ fixa hæret, jugiterque pendenda est. Seneca Medeâ v. 746

Longe gravior pœna sedeat conjugis socero mei.

Sedere etiam dicuntur, quæ recepta, probata, confirmataque sunt. Gratius Cynegetico ..217

Hic trepidas artes & vix novitate sedentes Vidit.

Et Seneca epist 46 *Parum mihi sedet judicium*. ¶ 5. *Totos dies sedere in villa*, id est, desidere, otiosum esse, müßig sitzen, Cic. ad Attic. 12 epist. 44. *Videor interim sedere*, Seneca epist. 8. *Sedeant spectentque Latini*, Virg. Æn. 12 v. 15. Et Terent. in Adelph. a. 4 sc. 5 v. 38 *An sedere oportuit domi virginem tam grandem?* &c. Cicer. in Pisonem cap. 5 *An potest ulla esse excusatio, non dicam, male sentienti, sed sedenti, cunctanti, dormienti in maximo reipublicæ motu consuli?* Juvenal. sat. 10 v. 93

Principis angusta Caprearum in rupe sedentis.

Vbi vet. Scholiastes: *Significat, desidem turpiter vixisse Capreis Tiberium*. Ita, *sedere ferias*, pro otiose feriari. vide *Residere*. Horatius lib. 1 epist. 17 v. 37 *Sedit, qui timuit, ne non succederet*:
Sedit, id est, cessavit, abstinuit a suscipiendi cura. ¶ 6. Est & militare verbum, & significat, castra habere posita; item a pugna cessare, sich gesetzt haben, stille liegen. Livius 2 cap. 12 *Sedendoque expugnaturum se urbem spem Porsenna habebat*. Plautus Amphitr. a. 2 sc. 1 v. 52 *Ordine omni, ut quidque actum est, apud hostes dum sedimus, edissertavi*, da wir vorm feinde gelegen. Lucanus lib. 2 v. 473

quamvis fortissima pubes
Hic sedeat castris.

Valerius Maximus 7 cap. 4 n. 5 *Apud mœnia armato sedendum foret*. ¶ 7. Est & judicum atque prætorum, qui *sedere* dicuntur, cum sui copiam faciunt, & cognitionibus vacant. Vnde *Sessionum dies* appellati, quibus prætores jus dicunt. Plane ita & nos sitz-tage appellamus. Cicero pro Cluentio cap. 38 *Sedistine judex in C. Fabricium?* Idem pro Rabirio Postumo cap. 5 *Modo vos iidem in Aulum Gabinium judices sedistis*. Et Livius lib. 3 cap. 46 *Appius aliquantisper moratus, ne ejus rei caussa sedisse videretur*. Idem lib. 40 c. 8 ex persona Philippi regis: *Sedeo miserrimus pater judex inter duos filios*. Plinius 10 epist. 8 *Ego me auditurum Niceæ, respondi; Vbi cum sedissem cogniturus*. Apulejus Apologia: *Quod si modo judices de caussa ista sederent C. Fabricius, Cn. Pompejus*, &c. ¶ 8. *Sedere* etiam dicitur, quod constitutum decretumque apud animum est, quod placet. Virg. 5 Æn v. 418

Idque pio sedet Æneæ, probat auctor Acestes.

Et 11 Æn. v. 546 *Versanti subito vix hæc sententia sedit.*

Idem 2 Æneid. v. 660 *Et sedet hoc animo*. Et Silius 15 v. 352 *Hæc ubi sedêre*, pro, decreta sunt. Florus 2 cap. 15 *Cum bellum sederet, de belli fine tractatum est*. Et ibidem: *Seditque sententia, quoquo modo rebellandum*. Similiter & *stare sententia* dicitur. ¶ 9. Idem verbum & de humilibus depressisque locis eleganter usurpatur. Pomp. Mela lib. 2 cap. 2 *In radice magnæ peninsulæ sedens Lysimachia*. Lucanus lib. 3 v. 380 *mediisque sedent convallibus arva.*

Silius lib. 8 v. 508 *per udos*
Alba sedet campos.

Et idem lib. 12 v. 162 *Campo Nola sedet.*

Adde ibi Dausquejo notata. Hinc & de iis usurpatur, quæ ruunt ex alto, & collabuntur. Quam in rem Statii locus dabitur in *Considere* n. 5. ¶ 10. *Sedere*, pro domicilium alicubi ponere, vide *Considere* n. 4. *Sedere*, *sessio*, *sella*, quietis, & æternitatis hieroglyphica erant. Nasamones, Africæ populi, majorem partem non tantum sedentes exspirare, sed etiam hoc situ humari volebant, quasi jam æternitatem, & longam illam a laboribus cessationem adiissent. Reges & Cæsares in subterraneis mausoleis componuntur sedentes taciturna & lugubri majestate. Romanis etiam usitatum, mortuorum Impp. fusiles statuas similibus sellis effulcire, ut qui jam fruantur æternitate. ¶ 11. *Sedeor*, in passivo usus est Solinus cap. 57 de Bucephalo: *Cum ab equario suo alias etiam molliter sederetur*.

¶ Sessus, ûs, subst. das sitzen. Apulejus 3 Florid. p. 353 *locum sessui impertiunt*. Marcell. & Faustin. libello Precum ad Impp. p. 39 *de sessu in terram eliditur*.

¶ Sessio, ōnis, idem. Cic. 1 de Offic. cap. 35 *Status, incessus, sessio, accubatio*. Idem 5 de Fin. cap. 12 *Sessiones quædam contra naturam sunt*. Sessio autem minus apud Romanos crebra, ambulabant magis, aut jacebant, barbari aliter: de Germanis Tacitus, & de Hispanis Strabo lib. 3. Lips. Cent. 1 ad Belg. 3 p. 505.

¶ Sessor, ōris, der da sitzt, der seßhafft ist. Nepos 5, 2, 5 *Sessores veteres urbe ejecit*, i. e. habitatores. Horat. lib. 2 epist. 2 v. 130

In vacuo lætus sessor plausorque theatro.

¶ Sessōrium, i, sella bajulatoria, ein sessel, tragstuhl, eine sänffte. Petron. Fragm. Trag. p. 50 *Vipera hujus sessorium*. vid. Reines. ad h. l. p. 119. Cœl. Aurel. Acut. 1 cap. 11 *Quolibet sessorio leniter moveri*.

¶ Sessĭbŭlum, i, idem. Apulejus lib. 1 Miles. p. 112 [Pric. p. 17] *Præ metu latronum nulla sessibula, ac ne sufficientem supellectilem parare nobis licet*. Et Plaut. Pœn. a. 1 sc. 2 v. 56 *Olet stabulum, sellam & sessibulum merum*.

¶ Sessĭlis, e, quod sedet, & passive, in quo quis possit sedere, sitzend, oder worauf man sitzen kan. Plinius 15 cap. 3 *Pyra minimo sessilia pediculo*, so an einem sehr schwachen stiel hangen. * *Sessilis lactuca*, quam Juvenalis *sedentem* vocat, apud Martialem lib. 3 epigr. 49 v. 8 est, quæ non in altum surgit, nec in caulem crescit, sed in latitudinem potius, & in plano se spargit. Græci vocant φιλωδάς. Sic, *sessilis obba*, quæ planum ac latum habet fundum, quo in solo sistit, nec pediculum habet, quo statui possit. Sic, *sessiles verrucæ*, sunt humiles instar pisi vel lupini, quibus opponuntur *verrucæ pensiles*. Grævius. Sic, *Sessiles malvæ*, Pallad. Octobr. tit. 19. Sed passive *tergum sessile*, de Cyllaro centauro, Ovid. Metam. 12 v. 401.

¶ Sessĭmōnium, i, ein sitz, ein tempel. Vitruv. præfat. lib. 7 *In Deorum sessimonio*.

¶ Sessĭto, āre, frequentativum, stets sitzen. Cic. de Clar. Orat. c. 15 *Quam Deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitavisse*.

¶ Sēdes, is, habitaculum, domicilium, locus, ein sitz, eine wohnstatt; ut, *Animi sedes est in cerebro*, Cicer. 1 Tuscul. cap. 9. Et, *Sedem aliquam incolere*, Declam. Antequam iret in exil. cap. 10. *Patria sede sedens*, Virg. Æn. 7 v. 193. *Sedem habere*, Cæsar 1 Bell. Gall. cap. 44. ¶ 2.

Sedes belli dicitur, locus firmus, copiosus, & opportunus, ubi copiæ, arma, viri, & omne instrumentum belli, adornari atque constitui, tum exercitibus summitti commode, & plurimum inde hosti nocere queat. Tacitus 3 Histor. cap. 8 *Quæsitum inde, quæ sedes bello legeretur.* Suetonius Galbâ cap. 10 *Per idem fere tempus in munitione oppidi, quod sedem bello delegerat, repertus annulus*, &c. Et Vellej. 2, 74, 3 *Fulvia sedem belli Præneste ceperat.* ¶ 3. *Sedes* etiam fundamentum seu basis est. Sic, *Remp. in sede sua sistere*, Augustus dicit apud Suetonium lib. 2 cap. 28; vide ibi Casaub. & infra in *Sisto.* Horatius epod. 13 v. 8 *Deus hæc fortasse benignâ*
Reducet in sedem vice.
Seneca 1 Quæst. Natural. cap. 1 *Sequitur ut cito intercidant, quia sine fundamento & sede creata sunt.* ¶ 4. *Sedes* quibusdam *sella* est, in qua sedemus, ein sessel. Plinius Panegyr. cap. 52 *Horum unum si præstitisset alius, illi jamdudum radiatum caput, & media inter deos sedes auro staret aut ebore.* Summos Deos enim, Jovem præcipue, sæpe sedentes in sella fingebant artifices. ¶ 5. Denique *Sedes* nates sunt, das hintergesäß, der arsch; ut, *Sedes procidua*, wenn der mastdarm herausgehet, Plin. 21 cap. 20.

¶ Sēdĕcŭla, æ, ein kleiner sitz, ein stühlgen. Cic. ad Attic. lib. 4 epist. 9 *Malo in illa tua sedeculâ, quam habes sub imagine Aristotelis, sedere.* ¶ Valla lib. 1 cap. 5 *Sediculam* mavult.

¶ Sedentārius, a, um, der sitzend arbeitet; ut, *Labor sedentarius*, qui sedendo peragitur: *Opera, ars sedentaria*, eine arbeit, kunst, so man sitzend übet. Columella lib. 12 cap. 3 *Uno loco quam minime oportebit* [mulierem rusticam] *consistere, neque enim sedentaria ejus opera est, sed* &c. Plinius Panegyr. Trajan. cap. 76 *Illam mutam ac sedentariam assentiendi necessitatem, quo cum dolore animi perpetiebantur?* ¶ *Sedentarii*, subst. schuster und schneider, Plaut. Aul. a. 3 sc. 5 v. 39.

¶ Sēdīle, is, ein sitz, gesäß; ut, *Sedilia e marmore*, Plin. lib. 5 epist. 6. *Vivo saxo sedilia*, Virg. 1 Æn. v. 167.

¶ Sedīmen, inis, subsessio, die sinckung zu boden; ut, *Capillosum sedimen*, Cœl. Aurel. Tard. 5 cap. 4.

¶ Sedimentum, i, idem; ut, *Sedimentum molis*, das sincken oder setzen der last, Plin. lib. 35 cap. 10.

¶ Seditio, Sēdo, are, Sella, &c. Sido, vide suis locis.

¶ Domiseda, vide supra *Domus.*

Composita a *Sedeo*, cum præpos.

¶ Assĭdeo, ēre, dabey sitzen, bey oder neben einem sitzen. Cicer. 1 Acad. Quæst. cap. 4 *Simul assideamus, si videtur.* Et, *Assidere gubernaculis*, Plinius Panegyr. cap. 81. Et, *Assidere litteris*, idem Plinius lib. 3 epist. 5; id est, assiduum esse in discendo. Horatius 1 epist. 5 v. 13
Parcus ob heredis culpam, nimiumque severus,
Assidet insano:
id est, insano proximus est, ab insano nihil distat, er kömmt ihm nahe. ¶ 2. Est & verbum militare. Virgilius in Ciri:
nostris qui mœnibus assidet urbis:
der vor unser stadt liegt. Silius lib. 9 v. 624
atque assidet arces.
Vbi plures legunt *obsidet.* Plinius Panegyr. cap. 12 *An audeant, qui sciant te assedisse ferocissimis populis?* ¶ 3. Dicitur & de illis, qui ægrotis præsto sunt, die bey den krancken sitzen, ihrer warten. Sic Seneca epist. 9 *Assidere ægro*, den krancken warten. Horat. lib. 1 sat. 1 v. 80 *Aut si condoluit tentatum frigore corpus,*
Aut alius casus lecto te affixit, habes, qui
Assideat, fomenta paret, medicum roget, &c.
Plin. lib. 7 epist. 19 *Angit me Fanniæ valetudo, contraxit hanc, dum assidet Juniæ virgini Vestali*, &c. ¶ 4. Tacitus & de judicibus & consiliariis usus est, unde & *Assessores* dicti, de quibus paullo post. Sueton. Tiberio cap. 35 *Magistratibus pro tribunali cognoscentibus plerumque se offerebat consiliarium assidebatque mistim*, &c.

¶ Assessio, ōnis, die beysitzung. Cicero lib. 11 fam. epist. 28 *Quæ tua fuerit assessio, oratio, confirmatio.*

¶ Assessor, ōris, qui assidet, ein beysitzer. *Assessores* etiam dicebantur, qui a magistratibus præsidibusque adhibebantur in consilium, ab eo dicti, quod in jure reddendo iis assiderent, de quorum officio titulus est in Pandect. quem vide. Suetonius Galbâ cap. 19 *Ex assessore præfectus prætorii.* Ipsa eorum functio *Assessura* dicebatur L. penult. D. de proxen.

¶ Assessōrius, a, um, vor die beysitzer gehörig. Vlpian. Dig. lib. 47 t. 10 l. 5 § 8 *Sabinus in assessorio*, i. e. libro de officio assessoris. conf. leg. 12 Dig. de Pactis.

¶ Assessūra, æ, officium assessoris, der beysitz; vide ante *Assessor.*

¶ Assĭduus, a, um, frequens, continuus, stet, unablässig, ab *assidendo*: ut, *Assiduus ignis*, stetsbrennend feuer: Tibull. 1 eleg. 1 v. 6
Dum meus assiduo luceat igne focus.
Festus: *Assiduus qui in ea re, quam frequenter agit, quasi consedisse videtur.* Ergo ab *assidere* est. Quo referas & illud Aquilæ Romani lib. de Figur. sent. (p. 16 edit. Paris. 1599) cum *sermonem assiduum* vocare videtur eum, qui est amicorum in familiari alloquio sibi assidentium. Varro tamen ab *adesse* deducit: *Qui adest*, inquit, *assiduus*, lib. 5 de Lat. Lingua: videturque huc facere illud Ciceronis de Petitione Consulatus cap. 11, ASSIDVITATIS *nullum est preceptum: verbumque ipsum docet, quæ res sit. Prodest autem nunquam deesse.* Cic. pro Cœl. cap. 4 *Cassius fuit assiduus mecum*, er hat fest bey mir gehalten. *Assiduam operam dare foro*, Plaut. Asinar. a. 2 sc. 4 v. 22. *Assiduum in aliquo esse*, stets über etwas liegen: Cic. pro S. Rosc. cap. 7 *Cum hic filius assiduus in prædiis esset, cumque se voluntate patris rei familiari vitæque rusticæ dedisset.* ¶ 2. *Assiduum* pro locuplete seu divite Plautus dixit Amphitr. a. 1 sc. 1 v. 14. Cicero in Topicis c. 22 *Cum Lex Ælia Sentia assiduo vindicem assiduum adesse jubeat, locupletem jubet locupleti. Locuples enim* assiduus *est: adpellatus ab ære dando.* Cum dicit *ab ære dando*, adpellatum *assiduum, ab asse dando*, dictum significat: quod *assem duit* sive det. Gellius a muneris quoque pro familiari copia faciendi assiduitate dici posse existimat, quem vide lib. 16 cap. 10. Ac inde etiam, qui suo sumtu militabant, ASSIDVI; cæteri AERARII adpellati. ¶ 3. *Assiduum* aliquando pro perpetuo, & quod irremissa quadam serie connexum sit, ad Ceirin Virgilianam adolescens adhuc observavit Barthius; proque eo illud Fannii, sive is Priscianus est, qui Dionysii περιήγησιν latine vertit, adducit de terra:
Non tamen assiduo teres undique margine circum
Clauditur hæc.
Ipsum Barth. quoque vide p. 87 ad Claudian. Etiam Ovidius similiter assiduum motum dixit lib. 15 Metamorph. v. 178
Cuncta fluunt, omnisque vagans formatur imago:
Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu.
Compar. *Assiduior*, Varronis est 2 de R. R. cap. 9 extremo, qui *assiduiores canes* dixit, non facile a grege, cujus custodia sunt, recedentes. Superlative Suetonius August. cap. 71 *vasa aurea assiduissimi usus* (Alexandriæ capta) *conflavit omnia.*

¶ Assiduĭtas, ātis, steter fleiß, ämsigkeit; ut, *Assiduitas laborum*, stete und tägliche arbeit. *Assiduitas & diligentia*, Cicero 2 ad Att. epist. 15. *Assiduitatem* & *frequentiam* Cicero de Petitione Consulatus conjungit ipso principio, tamquam synonyma. Neque apud Suetonium *assiduitas spectaculorum* aliud, quam frequentia, est, cum de Augusto, ejus vitâ, cap. 43 scribit: *Spectaculorum & assiduitate & varietate & magnificentia omnes antecessit.*

¶ Assĭdue, & Assiduo, adverbia, stets, fort für fort; ut, *Salientes quam assiduissime interdiu & noctu*, ex senatusconsulto Frontin. de Aquæduct. 2 p. 252. *Perfugium mihi litteræ, quibus assidue utor*, Cic. lib. 5 fam. epist. 15. *Assiduo edis*, Plaut. Milit. a. 1 sc. 1 v. 50. Superl. *Assiduissime mecum fuit Dionysius*, Cicer. de Clar. Orat. cap. 91.

¶ Circumsĭdeo, & Circumsedeo, ēre, idem quod obsidere, circumdare, umher sitzen, belägern; ut, *Circumsidere oppidum*, Liv. lib. 9 c. 2, & lib. 23 cap. 15. *Vallo aliquem circumsidere*, Cic. Philipp. 10 cap. 4 extr. *Omnibus copiis circumsideri*, mit gantzer gewalt belägert seyn, Idem ad Attic. 15 epist. 9. *Florentes amicorum turba circumsedet*, Senec. epist. 9.

¶ Circumsessus, a, um, umlagert, umgeben. Cic. Philipp. 12 cap. 10 *Circumsessus valentissimorum hominum viribus.* Idem in Catil. 4 cap. 2 *Lacrymæ, a quibus me circumsessum videtis.*

¶ Circumsessio, ōnis, die belagerung, umzingelung. Cic. 3 in Verrem cap. 33 *Quid si planum facio, te hujus circumsessionis tuæ caussam & culpam in alios transtulisse.*

¶ Consĭdeo, ēre, zusammen oder mit einander niedersitzen. Virg. eclog. 3 v. 55 *Dicite, quandoquidem in molli consedimus herba.*
Sic, *Considere in pratulo*, Cicer. de Clar. Orat. cap 6. Et, *Considere in aliquo loco & apud aliquem locum*, sich niederlassen, niedersetzen. ¶ 2. Est & verbum militare, sich legen, lagern oder setzen. Cæsar 3 de B. Gall. cap. 17 *Cum Viridorix contra eum duûm millium spatio consedisset.* Et lib. 5 de Bell. Gall. cap. 9 *Vbi ex captivis cognovit, quo in loco hostium copiæ consedissent.* Et alibi sæpius. Curtius lib. 7 cap. 7 n. 31 *Qui comperto hostis adventu, ne muris urbis includeretur, simul ratus, excipi posse, quem venturum sciebat, consedit occultus.* Contra, *consurgere ex insidiis*: vide *Insidiæ.* ¶ 3. Vsurpatur & de his, qui caussas cognoscunt seu judicant. Ovid. 13 Metam. extr.
Argolicosque duces mediis considere castris
Jussit, & arbitrium litis trajecit in omnes.
Et mox sequentis libri initio:
Consedêre duces & vulgi stante corona, &c.
Suetonius Caligulâ cap. 38 *Cognoscebat autem de talibus caussis, taxato prius modo summæ, ad quem conficiendum consederat, confecto demum excitabatur.* ¶ 4. Dicitur & de illis, qui in aliquo loco domicilium ponunt, die sich an einem orte niederlassen oder setzen. Cæsar 3 de Bell. Civ. cap. 4 *Dimissi a superioribus imperatoribus in iis provinciis consederant.* Virg. 1 Æneid. v. 572
Vultis & his mecum pariter considere regnis?
Simplici *sedere*, ita usus & Florus lib. 2 cap. 11 *Reliquiæ Gallorum, qui Brenno duce vastaverant Græciam, mox orientem secuti in media Asiæ parte sederant.* ¶ 5. *Considere* etiam dicuns, quæ ruunt ex alto & collabuntur: & tecta incendio victa. Virgilius 2 Æneid. v. 625 *Tum vero omne mihi visum considere in ignes Ilium.*
De Capitolio incenso Statius 5 Silv. 3 v. 200, epicedio in patrem:
nondum rogus ille Deorum Sederat.
Vtrumque autem dicebant *consĭdeo, consĭdēre*: & *consīdo, consīdĕre*, conf. infra in *Sido.*

¶ Consessus, ûs, homines uno in loco considentes, inquit Valla 4 cap. 2, sicut Germani dicunt, der sitzende rath, die versammlung; ut, *Consessu conspectuque judicum commoveri*, Cic. in 3 Verrina c. 7. *Totus caveæ consessus*, Virg. 5 Æn. v. 340. *Implere consessum clamoribus*, ibid. v. 577.

¶ Consessio, ōnis, idem, apud Martian. Capellam.

¶ Consessor, ōris, ein beysitzer. Livius 34 cap. 54 *Dives pauperem consessorem fastidit.* Cicer. 2 ad Attic. epist. 15 *Præclarum spectaculum mihi propono, modo te consessore spectare liceat.* Et Val Maximus 1 cap. 7 n. 8 *In spectaculo consessoribus narravit*, die bey einem sitzen.

¶ Desĭdeo, ēre, sedere otiosum, müßig sitzen, faullentzen. Terent. in Hecyr. a. 5 sc. 3 v. 2 *Frustra ubi totum desedi diem.* Quintilianus 5 cap. 8 *confragosa vitantes, amœnioribus locis desident.* Senec. epist. 7 *In spectaculo desidere.* ¶ 2. *Desidere*, honeste pro ventrem exonerare, zu stuhl gehen: ut, *desidendi cupiditas*, Celsus lib. 4 cap. 18. *Desido* vide infra in *Sido.*

¶ Dēses, ĭdis, otiosus, ignavus, iners: nam *deses* dicitur, qui a labore desistit, träg, faul. Livius 3 cap. 68 *Sedemus desides domi, mulierum ritu inter nos altercantes.* Gellius 13 cap. 8 *homines ignavi ac desides.* Et Columella 7 cap. 12 *desidem agricolam ab opere suo reddit.* Sic *annus deses* Statio est, in quo nihil agitur, principio lib. 3 Silvarum: & eodem lib. Silva 5 v. 85 *desidis otia vitæ.*

¶ Dēsĭdia, æ, inertia, die faulheit. Sic, *Propter desidiam in odio vivere*, Cic. 2 Agrar. cap. ult. *Languori desidiæque se dedere*, Idem Offic. 1 cap. 34, sich auf die faule seite legen. *Deliciis, otio, desidiâ animum inficere*, Idem Tuscul. 5 cap. 27. Horat. 2 satyr. 3 v 14

Vitan-

Vitanda est improba Siren · Desidia.

¶ Dēsīdies, ēi, idem quod *Desidia*, apud Lucret. lib. 5 v. 49.

¶ Desidiābŭlum, i, locus desidiæ aptus, ein ort vor die müßiggänger. Plaut. Bacch. a. 3 sc. 1 v. 8 *Vt celem patrem tua desidiabula.* Alii, *despoliabula.*

¶ Dēsīdiōsus, a, um, faul, müßig. Ovid. Remed. Amor. v. 161

Quæritis, Ægysthus quare sit factus adulter?
In promtu caussa est: desidiosus erat.

Comparative: *Majores nostri, qui in oppido sederent, quam qui rura colerent, desidiosiores putabant*, Varr. procem. lib. 2 de Re Rustica. Superante gradu: *Inertissimum & desidiosissimum otium*, schändliche, stinckende faulheit, Cic. 2 Agrar. cap. 33.

¶ Desidiōse, adverbium, faullentzend. Lucret. 4 v. 1129 *desidiose agere ætatem.*

¶ Dēsīduo, idem, pro diuturne, lange zeit. Varro apud Fulgent. de prisco serm. n. 37 *Tam desiduo abfuisse te.*

¶ Indēses, īdis, nicht faul, wacker. Gell. lib. 7 extrem. *non omnino inculpatum neque indesidem visum esse.*

¶ Dissīdeo, ēre, dissentire, von oder wider einander seyn, uneins seyn; ut, *Dissidere ab aliquo*, &, *cum aliquo de aliqua re*, apud Ciceronem sæpe: v. g. lib. 2 Offic. c. 2 *Temeritas a sapientia dissidet plurimum.* Et lib. 1 de Fin. cap. 18 *dissident inter se atque discordant.* Cato in distichis:

Convenies nulli, qui secum dissides ipse.

Et, *Dissidere alicui*: Horat. 2 oda 2 v. 18 *Dissidens plebi*, &c.

¶ Dissīdens, tis, streitig, uneinig. Cic. de N. D. 1 cap. 2 *Opiniones tam variæ tamque inter se dissidentes.*

¶ Dissīdentia, æ, discordantia, die zwietracht. Plin. 29 cap. 7 *Domante eadem illa rerum dissidentia.*

¶ Dissīdium, i, dissensio, discordia, segregatio, die uneinigkeit. Cic. de Amicit. cap. 21 *Ne qua amicorum dissidia fiant.*

¶ Insīdeo, ēre, einsitzen, aufsitzen; ut, *Insidere in animo*, Cic. pro Balbo cap. 1. *Insidere in mente*, Idem in Oratore cap. 2. Iterum Cic. pro Leg. Manil. cap. 3 *Macula penitus jam insedit atque inveteravit in populi Rom. nomine.* Sic, *insidet cogitatio*, Cic. 5 fam. ep. 13; & *Suspicio insidet*, pro Milone cap. 25. Et, *Insidere equo*, Aurel. Victor de Vir. Illustr. n. 32 in Fabio Rulliano. *Insidere itinera*, Liv. 25 cap. 21, die strassen belagern, besetzen. Servius ad illud Virgilii lib. 11 Æn. v. 531

Arripuitque locum, & silvis insedit iniquis:

Proprie, inquit, *nam insidere est dolose aliquem exspectare, unde & insidiæ nominatæ sunt.* Aliquando est *occupare*. Virg. 2 Æn. v. 615

Jam summas arces Tritonia (respice) Pallas
Insedit.

Tacitus 3 Hist. cap. 69 *Sabinus re trepida, quod tutissimum e præsentibus, arcem Capitolii insedit*, er hat sich des schlosses bemächtiget. ¶ 2. Hinc & pro *incumbere* Horatius dixit epod. 3 v. 15

Non tantus unquam siderum insedit vapor
Siticulosæ Apuliæ.

¶ 3. *Insidere* & illi dicuntur, qui sedes figunt, die sich an einem ort setzen. Virg. Æn. 8 v. 479

Vrbis Agyllinæ sedes, ubi Lydia quondam
Gens bello præclara, jugis insedit Hetruscis.

¶ Insessus, a, um, præsidio occupatus, besetzt. Tacitus Ann. 13 cap. 39 *montes præsidiis insessi.* Idem Hist. 3 cap. 1 *insessis Alpibus.* Et Statius Theb. 12 v. 236 *horrendis insessa cubilia monstris.*

¶ Insessor, ōris, ein sitzer. Symmach. lib. 2 epist. 48 *Insessor viarum*, idem qui *obsessor*, ein weglagerer.

¶ Insīdiæ, arum, die wegleistung, weglagerung, hinterlist; ut, *Insidias facere*, Terent. Eunuch. a. 3 sc. 3 v. 26. *Parare insidias vitæ alicujus*, Cic. pro S. Rosc. cap. 9; *ponere*, Idem pro Dejot. cap. 7; *tendere insidias*, Cicer. pro Qu. Rosc. cap. 16. Et, *Insidias moliri*, Virg. 1 Georg. v. 271; *struere*, Ovid. 1 Metam. v. 198; *dare*, Plaut. Stich. a. 2 sc. 3 v. 52, nachstellen. *Ex insidiis interire*, Cicer. 2 Offic. cap. 7. *Per insidias circumveniri*, Cæsar 1 B. Gall. cap. 42, hinterlistig umgangen werden. Terent. in Phorm. actu 1 extremo: *Hic ego ero in insidiis.* Item, *considere, latere in insidiis.* Sic Cæsar 3 de B. C. cap. 37 *Paucis diebus interpositis, noctu insidias equitum collocavit*, er hat einen hinterhalt von reutern bestellt. Et ibid. *cum Q. Varus, præfectus equitum Domitii, venisset, subito illi ex insidiis consurrexerunt*, sie sind aus dem hinterhalt herfür gebrochen. Ita, *Intrare in insidias*, in locum insidiarum venire, Idem Cæsar eodem lib. 3 de B. C. cap. 38. Cicero hunc senarium ex auctore incerto pro Plancio cap. 24 adducit:

Vigilandum est semper, multæ insidiæ sunt bonis.

¶ Insīdior, ātus sum, ari, insidias struere, listig nachstellen. Cic. in Orat. cap. 62 *Non id agit, ut insidietur & observet, sed jam favet.*

¶ Insīdio, are, idem; ut, *Servi, qui saluti dominorum suorum insidiaverint*, lib. 48 Dig. tit. 19 l. 28. vid. Scip. Gentil. Parerg. 1 cap. 18.

¶ Insidianter, adverb. hinterlistiger weise. Justin. 6, 6, 6 *Securi insidianter absentiam Arcadum speculati.* Alii: *insidiantes.*

¶ Insīdiatus, a, um, der nachgestellet hat. Virg. Æn. 9 v. 59

Pleno lupus insidiatus ovili.

¶ Insīdiātor, ōris, ein nachsteller, laurer. Cic. pro Milon. cap. 7 *Insidiatori & latroni quæ potest afferri injusta nex?*

¶ Insīdiatrix, īcis, eine nachstellerin. Ammianus lib. 24 cap. 17 *Insidiatrix manus*, id est, copiæ, milites. vide *Subsidere.* Adde eumdem Ammian. lib. 27 cap. 23.

¶ Insīdiōsus, a, um, hinterlistig, tückisch; ut, *Loca insidiosa*, id est, insidiis plena, unsichere örter, leg. 36 ff. de rei vindic. *Latro insidiosus*, Martial. 14 epigr. 20. *Insidiosa verba*, Ovid. Heroid. epist. 20 v. 210. *Quis insidiosior? quis crudelior unquam fuit?* Cic. 4 in Verr. extr. Et, *Insidiosissimus princeps*, Plin. Panegyr. extrem. *Insidiosissima conditio*, Plin. 29 cap. 1.

¶ Insīdiōse, adverb. idem; ut, *Insidiose spem falsam alicui ostendere*, Cicero pro Rosc. Am. cap. 38. *Sceleratissime & insidiosissime tractare aliquem*, Cicero ad Qu. frat. 1 epist. 3 sub fin.

¶ Superinsīdeo, ēre, drüber sitzen. Lucret. lib. 3 v. 914

Jam desiderium superinsidet una.

¶ Obsīdeo, ēre, sitzen und warten. Terent. Adelph. a. 4 sc. 6 extr. *Obsidere domi certum est, usque donec redieris.* ¶ 2. umgeben, besetzen, belagern, bloquiren; ut, *Antonius armis obsidet senatum*, Cicer. 7 Philipp. cap. 5. *Obsidere, oppugnare, labefactare urbem*, Idem de Arusp. Respons. cap. 4. *Obsidere itinera*, Curt. lib. 6 cap. 8 n. 18; ut *insidere itinera* Livius supra dixit. Est autem *occupare*. Virgil. 3 Æn. v. 400 *Et Sallentinos obsedit milite campos.*

Et rursus v. 420 *Lævum* (latus) *implacata Charybdis Obsidet.*

Apud Nepotem Timol. cap. 20 n. 3 *Arcem Syracusis munierat Dionysius ad urbem obsidendam*, i. e. ut perpetuo metu contineret, ne novas res molirentur.

¶ Obsīdens, tis, ein belagerer; Et

¶ Obsessus, a, um, belagert. Vtroque simul usus Vellej. 2, 51, 2 *Inopia obsidentibus, quam obsessis, est gravior.* Virg. Georg. 3 v. 508 *Obsessæ fauces*, i. e. clausæ.

¶ Obsessio, ōnis, die belagerung; ut, *Obsessio militaris viæ*, Cic. pro Balbo cap. 3. *Obsessionem omittere*, Cæs. B. C. 3 cap. 51. conf. 7 B. G. cap. 36.

¶ Obsessor, ōris, ein belagerer; ut, *Obsessor curiæ*, Cic. pro Domo cap. 5. *Obsessor Luceriæ urbis*, Livius lib. 9 cap. 15.

¶ Obsīdiæ, arum, id est, *insidiæ*, nachstellung. Columell. lib. 8 cap. 1 *Ne obsidiis hominum aut insidiosorum animalium diripiantur.*

¶ Obsīdior, ari, pro *insidiari*, nachstellen, dixit Colum. 9 cap. 14 *Crabrones ante alvearia obsidiantur prodeuntibus*, sc. apibus.

¶ Obsīdio, ōnis, die belagerung; ut, *Vrbem obsidione cingere, claudere, premere*, belägern, Virg. Æn. 3 v. 52, & lib. 8 v. 647. *In obsidione tenere*, Nepos Alcib. cap. 4, bloquiren. Juvenal. sat. 15 v. 96

longæ dira obsidionis egestas.

Cicer. pro Muræn. cap. 9 *Partim vi, partim obsidione urbes capere*; *Vi capiuntur*, cum expugnantur ex itinere, & primo conatu; *Obsidione capiuntur*, cum clausæ copiis, operibusque circum undique, atque ad famem inopiamque redactæ deditione facta in potestatem veniunt. Hinc apud Livium sæpe *obsidio* & *oppugnatio* opponuntur: ut lib. 2 cap. 11 *Porsena primo conatu repulsus, consiliis ab oppugnanda urbe ad obsidendam versis*, &c. er hat die belägerung in eine bloquade verwandelt. Et lib. 5 cap. 2 *Cum spes major imperatoribus Romanis in obsidione, quam in oppugnatione esset.* Vide & Casaubon. ad Polybium p. 170, & aliquot sequentibus, ubi plura habes de variis occupandarum urbium artibus, & obsidionum modis. Apud Nepotem Epaminondas cap. 8 n. 5 *Messena constituta urbem obsidione clausit*, i. e. propinquis munitionibus ita coërcuit, ut ne hiscere quidem adversus se auderet.

¶ Obsīdium, i, idem; in neutro genere apud Gellium lib. 15 cap. ult. & apud Tacitum sæpe legitur; ut, *Obsidium solvere*, lib. 4 Annal. cap. 73. conf. Festus.

¶ Obsīdiōnālis, e, zur belagerung gehörig; ut, *Corona obsidionalis*, quæ graminea erat, eique donabatur, qui obsidione urbem aliquam liberasset, Plin. lib. 22 cap. 4, & Livius 7 cap. 37. conf. Festus.

¶ Obses, īdis, qui secundum Vallam lib. 6 cap. 31 traditur imperio alicujus, ea conditione, ut, si dator obsidis a fide recedat, recipienti sit jus in corpus & vitam obsidis, ein geissel, pfandsmann. Inde dictus, quod obsidionis caussa dari solebat, vel quod ob fidem detur, secundum Festum. Jurisconsultis *obsides* dicuntur, qui dati sunt a populi Rom. hostibus pro captivis redimendis, vel pro pace componenda. *Obsides imperare, poscere, dare, accipere*, Cicero & alii boni scriptores passim dixerunt: v. g. pro Lege Manil. cap. 12 *Pompejus spem deditionis non ademit, obsidesque imperavit.* Cæs. 1 B. G. cap. 31 *Obsides nobilissimi cujusque liberos poscere.* Ibidem cap. 14 *Ita Helvetios institutos esse, ut obsides accipere, non dare consueverint.* Et ejusdem libri cap. 9 *Inter se obsides dare*, i. e. mutuos. Idem 6 B. Gall. cap. 2 *Obsidibus de pecunia cavere*, bürgen setzen, caution stellen. Nepos 2, 7, 3 *Aliquem obsidem retinere.* ¶ 2. Per metaphoram eleganter dixit Cicero Catil. 4 cap. 5 *Habemus a Cæsare sententiam, tamquam obsidem perpetuæ in remp. voluntatis.* Et, *Obsidem rei esse*, Nepos Phoc. cap. 2 n. 4, h. e. obligare fidem suam, hoc futurum vel non futurum esse.

De obsidibus inter se cavere Cæs. B. G. VII. 2

¶ Obsīdātus, ûs, subst. ipsa obligatio obsidum, die bürgschafft. Ammianus Marcellinus lib. 16 cap. 27 *Obsidatûs pignore tentus in Galliis.* Idem lib. 18 cap. 15 *Obsidatûs sorte in Syria detentus*: & lib. 25 cap. 24 *Obsidatûs specie viri celebres altrinsecus dantur.*

¶ Persēdeo, ēre, sitzen bleiben; ut, *Multis apud philosophum annis persedere*, apud Senecam epist. 108, est continue sedere. Suetonius Claudio cap. 34 *Vt etiam prima luce ad spectaculum descenderet, & meridie dimisso populo ad prandium persederet.* ¶ 2. Dicitur etiam *Persīdēre.* Plin. 17 cap. 24 *Pruina lapsa persidet gelatque.*

¶ Possīdeo, ēre, tenere, in potestate sua habere, inne haben, besitzen; ut, *Possidere regnum*, Ovid. 3 Fast. v. 631. Cicer. de Orat. 1 cap. 50 *Sua esse omnia, atque a se possideri sicut propria, volunt philosophi.* Idem pro Domo sua cap. 42 *Forum armatis hominum perditorum possidere.* Cic. de Invent. lib. 1 cap. 45 *Inverecundum animi ingenium possidere.* Et in Verr. 3 cap. 18 *Vtenda ac possidenda bona alicui tradere.*

interdum id. quod possessionem adquirere: v. c. agros armis possidere Cæs. B. G. IV. VII. 4

¶ Possessus, a, um, besessen. Aurel. Vict. Epitom. cap. 1 de Augusto: *Amore alienæ conjugis possessus.* Ovid. Amor. 1 eleg. 2 v. 8

Et possessa ferus pectora versat amor.

¶ Possessus, ûs, substant. der besitz, die besitzung. Apulej. in Apolog. *Plurimis rebus possessu careo, usu fruor.*

¶ Possessio, ōnis, jus possidendi fundum aut domum: & res ipsa, quæ possidetur, das innhaben, die besitzung der güther; ut, *Irruere temere in alienas possessiones*, Cic. 1 de Orat. c. 10. Ita, *Cedere possessione*, & *decedere de possessione*, übergeben, abtreten: *Depelli de possessione sua*, Cic. 3 de Orat. cap. 27. Et, *Exturbare e possessione*, de Leg. Agrar. & pro Sylla cap. 25. *Possessionem amissam recuperare*, Cic. 3 de Orat. cap. 28, wieder zu dem seinen kommen. *Permanere in possessione victoriæ*, Planc. ad Cic. 10 fam. epist. 21. Et Curtius 8 cap. 8 n. 11 *Non est diuturna possessio, in quam gladio inducimur.* ¶ 2. Festus: POSSESSIONES *appellantur agri late patentes, publici privatique*, güther.

güther. Plenius Vetus auctor de Limitibus apud Rigalt. p. 299 *Possessiones sunt agri late patentes, publici privatique; quos initio non mancipatione, sed quisque, ut potuit, occupavit atque possedit, unde & nuncupati.* Cæsar de B. C. 1 cap. 17 *Militibus in concione agros ex suis possessionibus pollicetur.* Nepos in Attico cap. 12 n. 3 *Habebat in Italia pretiosas possessiones.*

¶ Possessiuncŭla, æ, dimin. ein güthlein. Cic. ad Attic. 13 epist. 23 *Credas, mihi offensioni esse possessiunculas meas.*

¶ Possessor, ōris, ein innhaber, besitzer. Sic, *Pellere suis sedibus possessores*, Cic. 2 Offic. cap. 22.

¶ Possestrix, īcis, fœm. eine besitzerin, Afranii est apud Nonium cap. 2 n. 631.

¶ Possessōrius, a, um, den besitz betreffend; ut, *Actio possessoria: petitio possessoria hæreditatis*, Tryphon JCt. Dig. lib. 38 t. 3 l. 50 § 2; & Julian. lib. 37 ff. t. 10 l. 4.

¶ Possessīvus, a, um, quod possidetur, das man besitzet, Quintil. 1 cap. 5.

¶ Præsĭdeo, ēre, custodiæ & opi ferendæ præesse, fürseyn, fürstehen. Cicer. in Philipp. 13 cap. 9 *Testor omnes deos, qui huic urbi præsident.* Sic, *Judicio alicui præsidere*, Cic. pro Milon. c. 37. Et Plautus Mostell. a. 5 sc. 1 v. 47 *Hic ego tibi præsidebo*, id est, adero velut in præsidio positus. Curtius 4 cap. 12 n. 15 *Quod si perculsis Mazæus, qui præsidebat itineri, supervenisset, ingens clades accipi potuit.* Et lib. 3 cap. 1 n. 20 *Naves, quæ Hellesponto præsiderent.* Sed cum accusativo *Præsidere provinciam* dixit Tacitus: ut Annal. 12 cap. 29 *Scripsit P. Atellio Histro, qui Pannoniam præsidebat;* PRAESIDEBAT, id est, præsidendo regebat, curabat. Similiter *Præjacere castra: Præminere ceteros*, idem dixit. ¶ 2. Sed & magistratus *præsidere* dicitur, cum publice suo munere fungitur solenni loco. Suetonius Augusto cap. 26 *Cum mane pro æde Jovis Capitolini paullulum curuli sella præsedisset, magistratu abiit.* Et cap. 35 *Quo tempore existimatus lorica sub veste munitus ferroque cinctus præsedisse.*

¶ Præsĭdens, tis, idem ac *præses*, ein fürsteher; apud Tertull. de Corona cap. 3 *Eucharistiæ sacramentum nec de aliorum manu quam præsidentium sumimus.* vide plura in Borrich. Cogitat. p. 204.

¶ Præses, ĭdis, qui provinciæ alicui aut populo præest, ein landpfleger, ein gubernator; ut, *Præses & custos libertatis*, Cicer. 2 Agrar. cap. 6. ¶ 2. Dicuntur & Dii *præsides*, fürsteher. Cic. pro Sextio cap. 65 *Senatus reipubl. custos, præsides sunt Penates.* Idem pro Domo cap. 55 *Custos & præses templi.*

¶ Præsĭdium, i, milites dicuntur in tutela oppidi aut arcis alicujus constituti, die besatzung, garnison; ut, *Præsidia disponere*, Cæsar 4 B. Gall. cap. 4, hin und wieder einlegen. *Collocare præsidia*, Idem 1 B. Gall. c. 38 extr. Et, *Collocare armatos in præsidiis*, Cic. 1 Philipp. c. 10. *Constituere præsidia in arce*, Idem pro Cluent. cap. 57. Et, *Imponere præsidium civitati*, Livius lib. 24 cap. 7, besatzung einlegen. *Introducere præsidium in oppidum*, Cæsar 3 B. Civil. cap. 13. *Præsidiis aliquem locum firmare*, Cic. 1 fam. epist. 7; & *confirmare*, pro Lege Manil. c. 12; *Præsidio se munire*, Cic. pro Sextio c. 36 extr. Et, *Præsidiis locum tenere*, Cæsar 3 B. Civ. cap. 15, & Liv. 24 cap. 7, einen ort besetzt halten. *Præsidium dejicere*, Cæsar 3 B. Civ. cap. 23. *Inter sua præsidia se recipere*, Nepos Hannibale cap. 11 n. 4. *Dare in præsidium cohortes*, Tacit. 4 Hist. cap. 35, id est, ut præsidio sint. *Cohortes ex præsidiis deducere*, die besatzung abführen, Cæs. 1 B. Civ. cap. 12. ¶ 2. Aliquando *Præsidium* de loco dicitur, qui, si teneatur, præsidio esse possit, eine schantze. Cæsar 3 de B. Civ. cap. 45 *In his* (prœliis) *cum legio Cæsaris IX præsidium aliquod* (collem) *occupavisset, & munire cœpisset; huic loco propinquum & contrarium collem Pompejus occupavit.* ¶ 3. Per metaphoram *Præsidium* quodcunque significat auxilium & propugnaculum, hülffe, schutz, vortheil. Terent. in Heaut. a. 5 sc. 2 v. 14 *Ibi tuæ stultitiæ semper erit præsidium Clitipho.* Et, *Præsidio esse*, Cic. 7 in Verr. cap. 65, beschützen. *Tegi firmo præsidio amicorum*, Idem pro Sylla cap. 18. Et in Oratore cap. 65 *Innocentiæ leve est præsidium, ubi libido dominatur:* vide *Libido*. Et, *Fides omnium est commune præsidium*, Cic. pro Rosc. Amerino cap. 38. Sic & alloquitur Mecænatem Horat. 1 od. 1 v. 2

O & præsidium & dulce decus meum.

¶ Præsĭdior, ari, in der besatzung liegen, beschirmen. Gloss. lat. gr. *Præsidior*, φρουρῶ.

¶ Præsĭdiārius, a, um, zum schutz dienlich; ut, *Milites præsidiarii*, qui ad præsidia parati sunt, Liv. lib. 29 cap. 8. Sed, *Toga præsidiaria*, quam præsidens gestat, Spartianus in Severo cap. 1.

¶ Præsĭdātus, ūs, subst. officium præsidis & dignitas, apud posterioris ævi scriptores, das fürsteheramt, die landvoigtey. Modestinus l. 6 § 14 D. de Excusat. *Gentium præsidatu.* Aurel. Victor in Decio de Cæs. cap. 29 *qui Macedonas præsidatu regebat.* Idem cap 33 *Tetricus præsidatu Aquitanos tuebatur.* Scribitur & *Præsidiatus* in Sponii Miscell. p. 36. Et Ausonius 15 Profess. Burdig. v. 18

Honore gesti præsidatus inclitus.

¶ Præsĭdālis, e, quod præsidis est, aut a præside regitur, dem landpfleger gehörig; ut, *Provincia præsidalis*, Sextus Rufus cap. 4 & 5. *Jussio præsidalis*, Lege 11 Cod. de pigneratitia actione, id est, a præside profecta. Et, *Præsidale judicium*, quod a præside exercetur, Lege 18 Cod. de his, qui accusare non possunt. Et Ammianus 22 cap. 33 *præsidalem esse Theodatum*, id est, præsidalem virum. Est autem vox *præsidalis*, si strictim accipitur, a *pretorius* & *consularis* distinguenda, ut *Præsides* arctiore significatu diversi sunt a proconsulibus & proprætoribus, saltim minores, aut minorum provinciarum rectores. Vide Sext. Rufum cap. 4, & quæ ibi ex Salmas. ad Spartiani Hadrian. cap. 13 notavit Cellarius.

¶ Præsĭdiālis, e, idem. Ammian. 17 cap. 3 *Præsidialis apparitor.* Idem lib. 28 cap. 1 *Tabularius præsidialis officii.*

¶ Prŏsĕda, æ, meretrix dicitur, autore Festo, *quod ante stabula sedeat*, eine hure. Plaut. Pœn. a. 1 sc. 2 v. 54 *Vis inter istas versari prosedas.*

¶ Prosĕdānum, i, vitium pecudis, quod illi sedeat quasi calor generandi. Plin. 26 cap. 10 *Equi ob assiduum laborem pigriores in coitu, quod vitium prosedanum vocant.*

¶ Protosĕdeo, ēre, oben an sitzen. Tertull. de Corona milit. cap. 15 *Protosedent & presbyteri coronati.*

¶ Rĕsĭdeo, sēdi, ēre, sich niedersetzen. Virgil. 5 Æn. v. 180

Summa petit scopuli, siccaque in rupe resedit.

Phædr. 1 fab. 14 v. 4 *Corvus celsa residens arbore.* Cic. 1 Tuscul. c. 43 extr. *In corpore mortui nullus residet sensus*, id est, superest. Idem 5 fam. epist. 5 extr. *Si quid residet in te amoris erga me*, &c. Et, *Residet ejus rei in te culpa*, die schuld bleibt auf dir, Brutus ad Cic. inter hujus ad illum epist. 16. Et, *Residet spes in virtute tua*, Cic. 12 fam. epist. 3. ¶ 2. Et quia residentes quiescunt & cessant a contentione, idcirco & *Residere*, pro cessare ac quiescere ponitur, sich stillen, ruhen. Virgil. Æn. 7 v. 27 *omnisque repente resedit Flatus.*

Hinc & de otiosis usurpatur, ut *sedere* & *desidere*; ut apud Plautum Captiv. a. 3 sc. 1 v. 8 *Residere esuriales ferias: Residere* enim hic nihil aliud est, quam quiescere & feriari, ut festis diebus consuevit. Ergo *residere ferias* idem est ac si *feriari ferias* græco more dixisset, ut *vitam vivere, pugnam pugnare.* Et itaque *esuriales ferias residere*, est agere esuriales ferias: hoc est, esuriei ab edendo bibendoque cessare. Similiter *residere pœnitentiam*, i. e. sedendo pœnitentiam agere, graves & eruditi viri tradunt ex Plinii lib. 34 cap. 14. Sed locus ille admodum corrupte legitur in Plinianis codicibus editis: quem ex MS. suo eruditissimus Torrentius ad Suetonii Cæsarem cap. 4 ita emendatum dedit: *Aristonidas artifex cum exprimere vellet Athamantis furorem, Learchum filium præcipitare volentis, & præcipitato illo residentis pœnitentiam*, &c. Sed Torrentium, & qui ejus interpretationem sequuntur, incusat vir clarissimus Jac. Perizonius ad Sanctii Minerv. lib. 3 cap. 3 p. 270, quod accusativum *pœnitentiam* a participio *residentis* pendere credant, cum potius participium ab illo casu regatur: Casus autem a communi verbo *exprimere.* Harduinus legit sect. 40 *furorem residentem pœnitentia.* Sed concinnior Torrentii est emendatio.

¶ Rĕses, ĭdis, otiosus, iners, müßig, faul. Liv. 2 cap. 32 *Timere patres residem in urbe plebem, incerti manere eam, an abire mallent.* Sic, *Resides animi*, id est, inertes, Virg. 1 Æn. v. 722. *Reses aqua*, wasser, so keinen ausfluß oder bewegung hat, Varro 3 de R. R. cap. 17.

¶ Rĕsĭdia, æ, die faulheit, quidam ex Plauti Mercat. prolog. v. 29 arcessunt, pro quo alii *desidia* ibidem legunt.

¶ Rĕsĭduus, a, um, reliquus, hinterstellig, zurück verblieben, übrig; ut, *Residua & vetus simultas*, Livius 29 cap. penult. *Quid relatum, quid residuum sit*, Cic. 2 Agrar. cap. 22, was vermeldet oder rückständig sey. Planc. Ciceroni 10 fam. epist. 11 *Cupio nullam residuam solicitudinem esse.* ¶ 2. *Residua* etiam dicuntur, quæ nondum soluta præstitaque sunt, reste. Ausonius Gratiarum actione: *Illud unum cujusmodi est de condonatis residuis tributorum?* Alias vocantur & *Reliqua*, de quo suo loco.

¶ Subrĕsĭdeo, ēre, stille sitzen. Tertullian. ad Uxor. 2 cap. 1 *Subresedi*, id est, substiti, pausam scribendi feci, ut le Prieur interpretatur.

¶ Subsĭdeo, ēre, & Subsīdo, ēre, dicitur, quod fundum petit, das sich zu grunde setzet, ut feces in fundo vasis subsident. Seneca epist. 108 *Ex amphora primum, quod est sincerissimum, effluit: gravissimum quodque turbidumque subsidit.* Cels. 2 cap. 7 *Si quid etiam abscessit & subsedit.* Virg. Æn. 5 v. 498

Extremus galeaque ima subsedit Acestes.

Subsedit Acestes, id est, sors Acestis in imo galeæ (in eam enim conjectæ erant omnium sortes,) sedit, sive obhæsit, remansit: itaque omnium ultima exiit. ¶ 2. Est & *subsistere* manendi caussa, sich niederlassen; ut, *Subsidere in castris*, Cæsar lib. 6 B. G. cap. 35. Et Virg. 12 Æn. v. 835 *commisti corpore tantum*

Subsident Teucri:

id est, remanebunt Romani, & commisti cum Latinis una habitabunt. ¶ 3. Hinc & pro *quiescere* sumitur, seu *residere*, sich legen, stille werden. Idem poëta princeps Æn. 5 v. 820

Subsidunt undæ, tumidumque sub axe tonanti
Sternitur æquor aquis;

die wellen legen sich. ¶ 4. *Subsidere* etiam dicuntur, qui in insidiis latent, lauern, aufpassen. Cic. pro Milone cap. 19 *Nec in eo loco subsedit, quo noctu venturus erat*, id est, occultus consedit, ut venientem occuparet. Virg. 11 Æn. v. 268

devicta Asia subsedit adulter,

id est, clam & per insidias substitit. Ammianus 24 cap. 17 *Subsedisse manum insidiatricem latenter.* Hinc *subsessores* & *subsessa*; de quibus post. ¶ 5. *Subsidere* etiam est conniti genu, mit gebogenem knie sich bücken. Hoc autem facere pugnaturi solent; ut & se muniant contra adversarium, & in eo accuratius observent, quod maxime cavere oporteat. Virgilius Æn. 12 v. 491

Substitit Æneas & se collegit in arma
Poplite subsidens. vide & infra in *Sido.*

¶ Subsĭdentia, æ, die niedersinckung. Vitruv. 8 cap. 3 *Dissipant, quæ ex aquarum subsidentia in corporibus offenderunt.*

¶ Subsessor, ōris, ein laurer. Servius ad Virg. Æn. 5 v. 498 SUBSESSORES *vocantur, qui occisuri aliquem delitescunt.* Idem Serv. ad Æn. 11 v. 268 SUBSESSORES *dicuntur, qui insidiis lauros interimunt.* Seneca Hippolyto v. 51 *Tu præcipiti clamore feras Subsessor ages.*

Tralate *Subsessorem alieni matrimonii*, qui conjugis alienæ pudicitiæ insidiatur, Valer. Max. dixit lib. 7 cap. 2 ext. 1. *Subsessoris & adulteri persona*, Arnob. lib. 4 p. 142. conf. Turneb. Advers. 5 cap. 8.

¶ Subsessa, æ, insidiæ, hinterhalt, kriegslist. Servius ad Virg. Æn. 11 v. 268 *Hostium dolos* SUBSESSAS *vocamus.* Vegetius lib. 3 cap. 22 *Nihil periculosius existimant, quam si inconsulte insequentes, ab his, qui in subsessa fuerint, observentur.* Et ante cap. 6 ejusdem libri dixerat: *Adversarii in his locis, quæ sibi opportuna intelligunt, subsessas occultius collocant.* Et paullo post: *Deprehensa vero subsessa.* Sed est recentioris Latinitatis hoc vocabulum.

¶ Subsellium, vide infra in *Sella.*

¶ Subsĭdium, i, milites dicebantur, ita seorsim dispositi, ut fessis ceteris subveni-

subvenirent, der hinterhalt, die hülffe. Festus: SVBSIDIVM, quod postpositum est, ad subveniendum laborantibus. Cic. 15 fam. epist. 4 *His ego subsidiis ea sum consecutus, quæ nullis legionibus consequi potuissem.* Hinc dicimus: *Subsidium parare, mittere*, &c. Cic. 1 ad Attic. epist. 10 *ut illud subsidium senectuti parem.* Cæsar 2 B. Gall. cap. 6 *Nisi subsidium sibi mittatur, se diutius sustinere non posse*, wo man nicht succurs sendet. *Ire subsidio alicui*, Nepos Agesilao cap. 8. Et, *Proficisci subsidio alicui*, Cæsar 3 B. Civ. c. 78, zu hülffe kommen, entsetzen. Idem 3 de B. C. cap. 69 *Pompejus V legionem subsidio suis duxit.* Hinc ¶ 2. *Subsidium* dicitur, quicquid remedii atque auxilii loco est, & sustinet sive sustentat, der beystand, beyhülffe. Cæsar 3 de B. C. cap. 70 *His tantis malis hæc subsidia succurrebant.* Et lib. 2 de B. G. cap. 20 *His difficultatibus duæ res erant subsidio.* Cic. 1 de Orat. cap. 60 *Subsidium bellissimum esse existimo senectuti otium*, id est, adminiculum, auxilium. Idem cap. 45 ejusdem libri: *Hoc mihi subsidium jam inde ab adolescentia comparavi.* Et Panegyristes anonymus Paneg. Maximiano & Constant. dicto cap. 12 *Quanta opus tibi fuit, imperator, providentiâ, quanta auctoritate, ut subsidia reipubl. jacentia erigeres, exanimata recreares, dilapsa colligeres?* Existimavit Petr. Daniel, quod Gruterus observat, *Subsidia* ibi χάσματα esse, a *subsidendo*, seu dehiscendo dicta: hiatus videlicet, id est, vulnera seu damna reipubl. quod non puto. *Subsidia* vocat vires reipubl. quibus sustinetur; & quæ in reditibus positæ sunt. Has itaque bellorum violentiâ afflictas, prostratas, dejectas fuisse significat, & nunc prudentia ac auctoritate principis reparandas.

¶ Subsidior, ari, in subsidium esse positum, sive ad subveniendum collocatum esse, zum hinterhalt liegen. Hirtius de Bello Gall. 8 cap. 13 *Qui longius subsidiari consueverant, turpiter fugerunt.*

¶ Subsidiārius, a, um, qui subsidio venit, zum succurs gehörig, zum hinterhalt bestellt; ut, *Cohors subsidiaria*, Livius lib. 9 cap. 27; &, *Subsidiaria acies*, Idem lib. 30 cap. 33. Sed, *Palmes subsidiarius*, qui & *præsidiarius* & *reses* a Columella lib. 4 cap 24; a Catone *custos* & *vinarius* appellatur, eine geschnittene rebe, die da tragen soll.

¶ Subsidiālis, e, idem. Ammian. lib. 14 cap. 17 *subsidiales acies.* Et lib. 27 cap. 24 [Vales. cap. 10 extr.] *cum subsidiali manu locatus post montium terga.*

¶ Subsīduus, a, um, adjectivum, in imo subsidens, das sich unten setzt; ut *Residuum*, reliquum seu relictum est. Gratius Cyneget. v. 474

Subsiduaque faces, diffusaque Massica.

Pro *faces* alii *fraces* legunt: Barthius *feces* suspicatur, demta conjunctione, quem refellit Vlitius, qui itidem *fraces* probat.

¶ Supersīdeo, vel Supersedeo, ēre, proprie super re quadam sedere, drauf sitzen, oben auf etwas sitzen. Sueton. August. cap. 96 *aquila tentorio ejus supersedens duos corvos hinc & inde infestantes adflixit.* Ammianus lib. 25 cap. 25 *supersidentes viribus undarum occursantium obliquis meatibus penetrabant.* ¶ 2. *Supersedere*, cessare est, ob etwas beruhen, abstehen von etwas. Cum ablativo plerumque construitur; ut, *supersede istis verbis*, Plautus Pœnulo a. 1 sc. 3 v. 5, schone dieser worte. Cic. 4 fam. epist. 2 *Supersedeas hoc labore itineris*, du kanst der reise überhoben seyn. Hirtius cum dativo extulit de B. Afric. cap. 75 *Supersedere pugnæ*; & cum infinitivo Livius sæpius, ut lib. 21 cap. 40 *Supersedissem loqui apud vos.* Et Curtius lib. 5 cap. 6 n. 14 *supersedit castigare.* conf. Nonius cap. 1 n. 187.

¶ Supersessus, a, um, participium passivum, hintangesetzt. Apulejus 4 Florid. post princ. *Sed istis omnibus supersessis, nihil amplius spectari debet, quam* &c. id est, prætermissis.

¶ Supersedendus, a, um, participium aliud, i. e. omittendus, beyseit zu setzen. Auctor ad Herenn. 2 cap. 17 *Caussa non visa est supersedenda.*

SĒDĬTIO, ōnis, a *seorsum eundo* dicta, ut Ciceroni placet, tunc est, cum populo secum discordante res ad manum vocatur, ein aufstand, eine empörung. Locus Ciceronis ex 6 de Rep. est apud Nonium c. 1 n. 96 *Dissensio civium, quod seorsum eunt alii ad alios, seditio dicitur.* Seditionem describit Virg. 1 Æn. v. 153

Ac veluti magno in populo, &c.

Adde Vall. lib. 4 cap. 63. *Oritur seditio*, Cæsar B. G. lib. 7 cap. 28, es erhebt sich ein aufruhr. *Seditionem facere*, Cicer. ad Brut. epist. 2; &, *commovere*, ad Attic. lib. 2 epist 1. Cicer. pro Muræn. cap. 39 *Concitare seditionem*, einen aufruhr erwecken. *Sedare seditionem*, Idem ad Attic. lib. 5 epist. 14. Et, *Seditionem comprimere*, Tacit. 1 Annal. cap. 69, den aufruhr stillen, unterdrücken. Statio *Seditio maris*, est tumultuatio ejusdem seu jactatio, lib. 9 Theb. v. 142, ungestüm des meers. Est etiam tumultus domesticus, discordia inter conjuges & amicos, ein lärmen im hauß. Terent. Andr. a. 5 sc. 1 v. 11 *Filiam darem in seditionem atque incertas nuptias.* Sic & Plaut. Amph. a. 1 sc. 2 v. 16, & Vet. Interpr. Actor. cap. 15 v. 2.

¶ Sēdĭtiōsus, a, um, aufrührisch, aufwieglerisch; ut, *Seditiosus & turbulentus civis*, Cic. 2 de Orat. cap. 11. Superlat. *Seditiosissimus*, Valer. Max. lib. 3 cap. 8 n. 3, & Tacit. 1 Annal. cap. 44.

¶ Seditiōse, adverb. idem. Cic. pro Milon. cap. 3 *Africanus a C. Carbone, tribuno pl. seditiose interrogatus* &c. Idem lib. 2 ad Attic. epist. 21 *seditiosissime dicere.* Tacitus lib. 5 Hist. cap. 12 n. 3 *seditiosius agere.*

¶ Sēditiōnor, ari, aufrührisch seyn. Gloss. gr. lat. στασιάζω, *seditionor.*

¶ Seditiōnārius, i, ein aufrührer. Gloss. eæd. δημηγέρτης, *seditionarius.*

SĒDO, avi, atum, are, mitigare est, vel lenire & reprimere, stillen, begütigen, besänfftigen; ut, *Sedare controversiam*, Cic. 1 de Leg. cap. 20 extr. *discordias*, Idem 1 Philipp. c. 1; & *bellum*, Cic. 2 in Catilin. cap. ult. stillen und aufheben. *Sedare motus animi*, Idem 1 de Orat. cap. 46. *Sedare sitim*, est restinguere, den durst leschen, Lucret. lib. 4 v. 848; & *lassitudinem militum*, Nepos Eumene cap. 9.

¶ Sēdātus, a, um, ruhig, gestillt; ut, *Sedatum pectus*, Virg. Æn. 9 v. 740. *Amnis sedatus*, Idem 9 Æn. v. 30, stillfliessend, sachte. *Animo sedatiore scribere*, Cic. ad Attic. lib. 8 epist. 3 extr. conf. pro Cluent. cap. 37. *Homo sedatus*, id est, moderatus, minime præceps, sittig, gedultig, nicht hefftig, Horat. 1 epist. 18 v. 90. Omnem tranquillitatem vox hæc denotat. Virgil. lib. 12 Æn. v. 18

Olli sedato respondit corde Latinus.

¶ Sēdāte, adv. gelinde, sanfftmüthig; ut, *Sedate placideque loqui*, Cic. in Orat. cap. 27. Comparat. *Exercitu sedatius procedente*, Ammianus lib. 25 cap. 2.

¶ Sedātio, ōnis, die stillung, beruhigung; ut, *Sedatio animi*, Cic. 1 de Fin. cap. 19. *Perturbationum sedatio*, Idem 1 Offic. cap. 27. Et, *Sedationem mœrendi afferre*, Idem in Tuscul. lib. 3 cap. 27, trost bringen.

¶ Sedāmen, inis, idem. Seneca Hippolyto v. 1183

O mors amoris una sedamen mali.

¶ Sēdātor, ōris, ein stiller. Arnob. lib. 3 p. 115 *Sedator militaris insaniæ.*

¶ Insedātus, a, um, non sedatus, turbulentus, ungestillt. Cicer. in Partit. cap. 22 *Omne quod est insedatum & turbulentum.*

¶ Insēdābĭliter, adverb. unaufhörlich, Lucret. lib. 6 v. 1164.

¶ Resēdo, are, lagern, wieder stillen. Hoc verbum Plinius 27 cap. 12 exhibet, cum superstitiosos ad usum herbæ *Resedæ* dixisse refert: *Reseda, morbos reseda*, i. e. o herba, morbum seda.

¶ Resēda, æ, herba Italica circa Ariminum, quasi a *resedando*. Vide de ea Plinium lib. 27 cap. 12 sub finem.

Sedūco, seductio, vide supra *Duco.*

SĒDŬLVS, a, um, ex animo & fideliter, ac sine dolo (unde dicitur) assiduus, ernstlich, fleißig, emsig; negligens enim dolose agit. Sic, *Apis sedula*, Ovid. 13 Metam. v. 928. Et Tibullus lib. 1 eleg. 3 v. 84

Assideat custos sedula semper anus.

¶ Sēdŭlĭtas, ātis, fidelis est diligentia, & assiduitas omnia superans, ernster und steter fleiß, emsigkeit. Virtus est, qua diligenter facimus labores proprios & necessarios, & intra metas officii nostri eos coërcemus. Sic, *Officiosa sedulitas*, Horat. 1 epist. 7 v. 8. *Pauper, sed mundæ sedulitatis*, Ovid. 3 Fastor. v. 668, arm und doch reinlich. *Non sentitur sedulitate labor*, Idem 4 Fastor. v. 434, emsigen arbeitern wirds nicht sauer. Et Cicero pro Arch. cap. 10 *Sylla sedulitatem mali poëtæ duxit aliquo tamen præmio dignam.* ¶ 2. Inveniuntur nonnunquam, qui non contenti, præstare quod sui officii, adjiciunt etiam aliquid, quod superet atque abundet. Hoc genus vitii partim ex ambitione & affectatione laudis, vel etiam placendi studio oritur; partim ex δυσωπίᾳ, hoc est, vitioso ac inepto pudore, cum metuimus, ne parum recte defuncti partibus videamur, ni simus nimii, nascitur. Græci περιεργίαν appellant: Quæ Theophrasto προσποίησίς τις λόγων καὶ πράξεων μετ' εὐνοίας definitur, sive describitur. Latini etiam *Sedulitatem* appellant. Horat. 2 epist. 1 v. 260

Sedulitas autem, stulte quem diligit, urget.

Nam per *sedulitatem* nihil aliud, quam nimiam poëtarum diligentiam intelligit, quam in celebrandis eorum, quos colunt & demereri student, rebus, cum parum circumspecte adhibent, illos ipsos, quos ornare cupiunt, onerant ac gravant. Vnde mox ait:

Nil moror officium, quod me gravat:

id est, quod me ridendum potius quam laudandum exponat. Sunt, qui *nimiam* & *miseram diligentiam* vocarunt: NIMIAM, quod modum excedat, nec decorum satis fervet; MISERAM, quod semetipsam maceret atque affligat. Quemadmodum in paullo ante laudato loco Horatius ait, *Officiosam sedulitatem febres adducere.* Lucius Titius in præscriptione testamenti sui apud JCtum in Lege 82 § ult. Dig. de Legat. & Fideicomm. II. LVCIVS TITIVS HOC MEVM TESTAMENTVM SCRIPSI SINE VLLO IVRISPERITO, RATIONEM ANIMI MEI POTIVS SECVTVS, QVAM NIMIAM ET MISERAM DILIGENTIAM. ET SI MINVS ALIQVID LEGITIME, MINVSVE PERITE FECERO, PRO IVRE LEGITIMO HABERI DEBET SANI HOMINIS VOLVNTAS. Diligentis hominis censet Titius testamentum condere, dum licet: sed jurisperitos adhibere, τῦ περιέργυ existimat. Cum ibi valere debeat, non tam quod cautum legibus, solennibusque legum conveniat, de quo monere jurisperitus possit, quam quod voluerit homo sanus, penes quem rerum suarum arbitrium liberum est. Aliquando & *Ambitus* vox περιεργίαν notat. vide supra *Ambitus* in *Eo.*

¶ Sēdŭlo, adverb. quasi *sine dolo*, ut non semel interpretatur Donatus, & Nonius cap. 1 n. 171. Itaque *Sedulo*, ex animo est, & bona fide, treulich, mit fleiß. Terent. Phorm. a. 2 sc. 4 v. 13 *Ego sedulo hunc dixisse credo*: id est, serio & ex animo, ohn allen falsch. Similiter Plaut. Captiv. a. 4 sc. 2 *Nihil credo, quod ego dico sedulo.* ¶ 2. Strenue, impense, ut nihil studii operæque omittas. Terent. Adelph. a. 3 sc. 3 v. 59 *Fit sedulo.* Vbi Donatus: SEDVLO *sine dolo, id est, instanter, quia negligentes dolosi dicuntur.* Idem comicus Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 50 *Fingit caussas, ut det sedulo.* Idem *Sedulo negare* similiter dixit. Vet. Gloss. ἀδόλως, ἀκιβδήλως, σπουδαίως, καρτερικῶς, προσεδρικῶς.

¶ Sēdŭle, idem, sed rarius. Colum. 9 cap. 9 *Custos sedule circumire debet alvearia.* Et Prudentius in Vincentio v. 407 *Hoc munus implet sedule*: quod approbat Heinsius consensu MSStorum.

SĒDVM, i, ἀείζωον, semper vivum, herba omnibus nota, in culminibus tectorum & parietibus nascens, groß und klein haußwurtz: Dioscoridi enim trium est generum. Adde Plin. 18 cap. 17. Colum. 10 v. 356. Varr. de L. L. 4 cap. 28; & Festum.

SEDVNI, orum, populi, qui *Valesii* hodie sunt, Walliser, a *Seduno*, oppido Valesiæ.

SĔGES, ĕtis, herba frumenti est nondum demessa, & frumentum ipsum poëtis, die saat, das getreide. Virg. 1 Georg. v. 54

Hic segetes veniunt, illic felicius uvæ.

¶ 2. Pro agro ipso consito *Segetem* dixit Virgil. ibidem v. 47

Illa seges demum votis respondet avari

Agricolæ, &c. der besäete acker.

Vetus poëta apud Cicer. lib. 2 Tuscul. Qu. cap. 5

Et si in segetem sunt deteriorem datæ

Fruges, tamen ipsæ suapte naturâ enitent.

Sed, *Seges ferrea telorum*, Virgil. 3 Æn. v. 45. *Seges & materia gloriæ*, Cicer. pro Milon. cap. 13 locutiones figuratæ sunt.

¶ Sĕgĕtālis, e, zur saat gehörig; ut, *Gladiolus segetalis*, Apulej. de Herb. cap. 78.

¶ Sĕgesta,

¶ Sĕgĕsta, vel Segetia, æ, dea Romana, segetum custos, Macrob. 1 Saturn. cap. 16. Plin. 18 cap. 2. Augustin. de Civ. D. 4 cap. 8.

SEGESTA, æ, oppidum pervetus in Sicilia conditum ab Ænea, auctore Cicer. in 6 Verr. cap. 33 pr. Adde Plin. lib. 3 cap. 5 & 8.

¶ Segestānus, i, civis ejus oppidi, Cicer. ibid. sæpe. vid. & *Ægestani*.

SĔGESTRE, is, & Segestrum, i, teges, quo lectus sternebatur antiquitus, a *segetibus*, quod ex eis fieret, sic appellata, ut Varro auctor est lib. 4 de L.L. c. 35, ein umschlag, eine decke. Idem de vita Pop. Romani: *Hoc quod injicitur, toral dicitur: Lecticam qui involvebant, segestre appellabant.* Lucilius apud Nonium:

Penula, si queris canteriu', servu' segestre
Vtilior mihi quam sapiens.

Suetonius lib. 2 cap. 83 Augustum refert exercendi corporis caussa *deambulasse segestro*, (ita enim legendum, non *Sestertio*,) *& lodicula involutum*: Nudum nempe & sic lodicula, pudenda tantum, contectum. vide ibi Casaubonum, item Scaligerum ad Festum & in Conjectaneis in Varronem. Plin. 13 cap. 12 *Involucris chartarum segestriumque usum præbere.*

Segmen, segmentatus &c. Segnesco, vide *Seco*, *Segnis*.

SEGNIS, e, quasi *sine nitendo*, ut Festo placet, aut *sine igne*, ut Isidorus vult, & Scaliger probat, tardum significat, & ignavum, träg, langsam, faul; ut, *Segnis ad credendum*, Liv. lib. 24 cap. 13 extr. *Segnior ad imperandum*, Cic. pro Fontejo cap. 3. *Haud illo segnior ibat*, Virg. 4 Æn. v. 150. Vet. Gloss. *Segnis*, βραδύς, κυρίως δὲ ὁ ἀδρανὴς καὶ ἀργός. Sic *segnes* & *promtos* opponit Cæs. 1 de Bell. Civ. c. 3. vide *Promtus*. Superl. Apulej. Apol. 1 p. 181 *Lana segnissimi corporis excrementum.*

¶ Segnĭter, adverb. otiose, negligenter, träg, nachläßig; ut, *Segniter omnia agere*, Liv. lib. 2 cap. 58. Et Tacit. 2 Hist. cap. 71 *Mitem & injuriam segniter laturum.* Et, *Nihilo segnius*, i. e. eadem alacritate & industria, Nepos Datame cap. 2. *Segnius oppugnare*, Liv. lib. 40 cap. 27. *Segnissime torpere*, Cassiodor. lib. 1 edicto 35. Doctissimus Heinsius ad Ovid. 2 Metam. v. 809 in multis locis corrigit τὸ *non segnius*, mutatque in *non secius*.

¶ Segnĭtia, æ, & Segnities, ēi, negligentia, tarditas, die trägheit, faulheit, langsamkeit. Terent. in Andr. a. 1 sc. 3 v. 1 *Enimvero Dave, nihil loci est segnitiæ neque socordiæ*; ubi Donatus: SEGNITIAE *ad agendum*, SOCORDIAE *ad cogitandum*. Cic. de Fin. lib. 1 cap. 2 *Rudem esse in nostris poëtis, inertissimæ segnitiæ est*, vide *Poëta*. Suetonio vero in Claudio cap. 5 *Segnities* non est remissio & tarditas animi in exsequendis, quæ cogitaveris, seu consultaris, ut Donatus interpretatur: sed vero *stultitia*, vecordia, ἀναισθησία, hoc est, quam supra *socordiam* appellaverat cap. 3.

¶ Segnĭtas, ātis, idem. Nonius cap. 2 n. 808 ex Accio probat duobus exemplis, quibus jungit etiam illud Ciceronis 1 de Orat. cap. 41 *Et quoniam de impudentia dixi, castigemus etiam segnitatem hominum atque inertiam.* Sed hodie ibi omnes legunt *segnitiem*.

¶ Segnesco, ĕre, faul werden, nachlassen. Cœl. Aurel. Acut. 2 cap. 18 *Mitescentibus & segnescentibus sputis.*

¶ Segnĭpes, ĕdis, tarde incedens, langsam auf den füssen; ut, *equi segnipedes*, Juvenal. sat. 8 v. 67.

¶ Persegnis, e, sehr träg, faul. Livius 25 cap. 15 *Pedestre prælium fuit persegne, paucis in prima acie pugnantibus Romanis.*

Segrĕgo, segrex, &c. vide supra *Grex*.

SĔGVLLVM, i, apud Plinium id vocabulum legitur lib. 33 cap. 4. Significat autem auri in summa tellure inveniendi indicium, goldwitterung, gold-ader in der erde.

SĒIA, æ, Dea præposita frumentis, quamdiu sub terra essent. vid. Plin. 18 cap. 2; & 30 cap. 22. Adde Augustin. de Civ. D. 4 cap. 8. *Seja* dicta a *serendo*, *Segesta* vero a *segetibus*.

Sejanus, Sejugare, sejŭges, &c. Sejunctio, sejungo, vide *Sejus*, *Jugum*, *Jungo*.

SĒIVS, i, dominus equi, qui calamitosos reddere credebatur, a M. Antonio affectus supplicio, cum præesset Italiæ.

¶ Sējānus, i, Ælius, ex Sejo Strabone, præcipuus Tiberii amicus, ad rerum summam grassatus, misere periit; de quo Sueton. in Tib. cap. 48, 61, 62; & Tacit. Annal. 4; & Juvenal. sat. 10 v. 62 seqq. ¶ 2. A C. Sejo dictus *Equus Sejanus*, fatalis ille & exitiosus dominis suis, de quo multa Gellius lib. 3 cap 9. *Equum habere Sejanum*, de homine dicebatur calamitoso, zu unglück gebohren seyn. vide Gell. & Chiliad.

SĔLĀGO, ĭnis, planta est Plinio lib. 24 cap. 11, foliis tamaricis, Sabinæ non dissimilis, ein gewächs nicht ungleich dem tamarischken oder sevenbaum, Matthiolus.

SĔLAS, ătis, σέλας, splendor, ein glantz, ein strahl. Inter meteora apud Apulej. de Mundo p. 245 *Selas Græci vocant, incensi aëris lucem.* Et Senec. Nat. Qu. 1 cap. 15 *Fulgores Græci Sela appellant*, i. e. σέλατα.

¶ Selache, σελάχη pro σελάχεα, plural. pisces plani & cartilaginosi, a cutis splendore, quibus hoc nomen Aristoteles primus imposuit, Plin. 9 cap. 24.

Selectio, selectus, vide supra *Lego*, *ĕre*.

SĔLĒNION, i, σελήνιον, a σελήνη, *luna*, quasi lunæ lux. Ita pæoniam herbam vocat Apulej. de Herb. cap. 64, quam & ibidem *Selenogonon* dixit.

¶ Selēnītes, æ, lapis, λίθος σεληνίτης, lapis in Arabia nascens candidus, translucens, lunæ imaginem reddens, Dioscor. lib. 5 cap. 159, a σελήνη, *luna*, sperglaß. vide Jacob. Philip. Maussacum in Plutarch. lib. de Flumin. cap. 1 de Hydaspe.

¶ Selenitium, i, genus hederæ, Plin. 16 cap. 34.

¶ Selenūsium, i, genus tritici præcipuum, Plin. 18 cap. 7.

SĔLEVCVS, i, unus ex principibus Alexandri, & in orientalibus partibus successor, conditor novi regni Syrorum. Huic anchoræ signum impressum fuit, ut Augusto Capricorni sidus & Thebanis, qui Sparti dicebantur, lancea; Justinus lib. 15 cap. 4, & Ausonius in Vrbibus epigr. 2. ¶ 2. Apud Juvenalem sat. 10 v. 211 *Seleucus* citharœdi nomen est.

¶ Seleucīa, æ, Σελεύκεια, civitas Syriæ; item Assyriæ ad Tigrim: alia Ciliciæ Tracheæ ad Calicadnum. vide Geograph.

¶ Sēleuciānus, a, um, adject. ut, *Seleuciana provincia*, Cic. lib. 4 ad Attic. epist. ult.

¶ Seleucĭdes, um, aves, Casii montis incolis gratæ, Plin. 10 cap. 27.

SELGA, æ, oppidum Pamphyliæ, postea *Philadelphia* dicta. Hinc

¶ Selgĭtĭcus, a, um, adject. ut, *Oleum Selgiticum*, Plin. 15 cap. 7; & 23 cap. 4.

Selibra, contractum ex semilibra, vide supra in *Libra*.

Selĭgo, quære in *Lego*, *ĕre*.

SĔLĪNIS, is, vel Selinus, untis, oppidum Siciliæ palmis abundans; unde *Palmosa Selinis*, Virg. Æn. 3 v. 705. Et, *Palmis onusta Selinis*, Sil. 14 v. 201.

SĔLĪNVM, i, σέλινον, herba, apium, petersilge; ut, *Selinon agrion*, Apulej. de Herb. cap. 8. Dioscor. 2 cap. 206; & 3 cap. 74. *Selinon hydacion*, Idem Apulej. l. c. & cap. 106, & 118. ¶ 2. Est & *Selinas* brassicæ genus, Plin. 20 cap. 9.

¶ Selinophyllon, i, σελινόφυλλον, herba, quæ & *Callitrichon*, Apulej. de Herb. cap. 47.

¶ Petroselinum, vide supra *Petra*.

¶ Pseudoselīnum, i, ψευδοσέλινον, apiastrum, Apulej. l. c. cap. 2.

SĔLĪNVS, i, fluvius Ciliciæ, de quo Lucanus 8 v. 260.

¶ Sĕlīnūsius, a, um, adject. ut, *Selinusia terra*, Plin. 35 cap. 16.

SĔLĪQVASTRVM, i, vel soliquastrum, sellæ genus, a sedendo sive sella dictum, auctore Varrone lib. 4 L.L. cap. 28, ein sessel. Hyginus Astronomico lib. 2 de Cassiopeja: *pro quo facto inter sidera sedens in seliquastro constituta est.* Visus & Arnobius lib. 2 p. 59. vide Casaub. ad Sueton. & Grotium in Arateis ad imagines p. 47.

SELLA, æ, quasi *Sedda*, a *sedendo*, ut Servius in 1 eclog. Virgilii annotat, ein stuhl, sessel; ut, *Sella aurea*, Propert. lib. 4 eleg. 11 v. 28. *Sella Curulis*, vide *Curulis*. Sic, *Requiescere in sella*, Cic. 1 de Divin. cap. 46. *Duabus sellis sedere*, auf zweyen achseln tragen. vide Senecam patr. lib. 3 Controvers. 18 sub fin. ¶ 2. Ephippium, ein sattel. Vnde *sellaria jumenta*, Veget. de Re Veter. 1 cap. 56. ¶ 3. *Sella* & *sella familiæ* & *familiarica*, ubi venter exoneratur. vide Scaligeri Conjectan. Erant & publicæ hujusmodi sellæ, & suis nominibus insignitæ: ut *Patroclianæ* Romæ, quarum Martialis meminit lib. 12 epigr. 77.

¶ Sellŭla, æ, diminutivum, ein stühlgen. Arnobius lib. 2 p. 59 *arquata sellula*. Et Tacit. Hist. 3, 85, 1 *In domum uxoris sellula defertur.*

¶ Sellāris, e, sitzend oder zum sitzen bequem; ut, *sellaris gestatio*, Cœl. Aurel. Tard. 1 cap. 4.

¶ Sellārius, a, um, idem; ut, *Sellariæ meretrices*, quæ sedentes in sellis emtores captabant. Vnde Juvenal. sat. 3 v. 13

Et dubitas alta Chionem deducere sella.

Hinc ¶ 2. *Sellarius*, i, subst. ein sattelpferd. Gloss. gr. lat. διφροφόρος, *Sellarius*. ¶ 3. *Sellaria*, æ, subst. locus, ubi sedes disponi solebant, ein ort da gestühle seyn. Plin. 34 cap. 8 *Violentia in sellariis domus aureæ disposita.* Sueton. Tib. cap. 43 *Sellariam excogitavit, sedem arcanarum libidinum.*

¶ Sellāriŏlus, a, um, diminutivum, idem. Martial. 5 epigr. 71

In sellariolis vagus popinis.

¶ Sellŭlārius, i, qui sedens opus facit, sedentarius, der sitzend arbeitet. Livius 8 cap. 20 *Opificum vulgus & sellularii, minime militiæ idoneum genus.* ¶ Adjective *Sellularii artifices*, Apulejus 2 Florid. p. 351. Et, *Sellulariæ artes*, ibidem p. 346. Et, *Sellularii quæstus*, Gell. 3 cap. 1. conf. Elmenhorst. in Arnob. p. 117.

¶ Sellisternium, i, eine umwerffung der stühle. Gloss. gr. lat. σελλάστρωσις, *Sellisternium*.

¶ Bisellium, i, in quo duo sedent, ein sitz auf zwey personen, zween stühle an einander, Varro de L. L. 4 cap. 28. conf. Reines. ad Petron p. 114.

¶ Subsellium, i, plur. subsellia, sedes & pulpita vel in theatro, vel in judiciorum locis, in quibus judices, & qui publicis judiciis operam dabant, considebant, ut tribuni, triumviri, quæstores & alii judicia minora exercentes, qui non in curulibus sellis, nec tribunalibus, sed in subselliis considebant, auctore Asconio Pediano in Divinat. Verrin. p. 34, bäncke, über welchen noch höhere sind, gestühle. Plautus in Stich. a. 3 sc. 2 v. 33 *Scis tu, me dudum esse imi subsellii virum*, hoc est, infimi loci & fortunæ. Cic. de Clar. Orat. c. 84 *Locus in subselliis occupetur*, man soll sich setzen. Apud eumdem 3 fam. epist. 9 *Longi subsellii judicatio* est, quæ a magno judicum consessu definienda, ad quam decernendam multi judices, qui sedeant, requiruntur.

SELLI, ŏrum, Jovis Dodonæi vates, illotis pedibus humi cubantes, Homerus Iliad. π. v. 234.

¶ Sellisso, āre, σελλίζειν, i. e. jactare ostentareque, prangen und prahlen. vid. Erasmi Adag. & Cœl. Rhodig. Ant. Lect. 26 c. 21. Suidas monet, sumptum a moribus *Selli* cujuspiam, qui, cum re esset perquam tenui, tamen affectabat haberi dives.

SEMAXII, ŏrum, Christiani olim dicti, quod ad stipitem dimidii axis revincti exurerentur, vid. Tertull. Apol. cap. 50.

SEMBELLA, æ, quasi *semilibella* a *libra*, ein halb pfund, Varr. de L.L. 4 cap. 36.

SĔMEL, adverb. numerandi, einmal. Terent. Heaut. a. 1 sc. 2, v. 34 *Vbi animus semel cupiditate se devinxit mala*, &c. Et Cic. 5 de Fin. cap. 30 *Semel in vita risit Crassus*; id est, pæne nunquam. ¶ 2. *Semel* etiam *fieri* dicitur, quod non iteratur, aut iterari seu repeti non potest, vel quod regressum non habet, einmal vor alles. Virg. 11 Æn. v. 418 *Procubuit moriens, & humum semel ore momordit.* Ovidius Heroid. epistola Oenones v. 105

nulla reparabilis arte
Læsa pudicitia est: deperit illa semel.

Sic, qui semel humum momordit mortuus, non unquam iterum mordebit. Itaque Servium non audio, τὸ *Semel* in producto Virgilii loco, CITO, CONFESTIM interpretandum. ¶ 3. Sed apud Quintil. lib. 9 cap. ultimo: *Denique ut semel finiam, sic fere componendum, quomodo pronunciandum erit.* Et lib. 11 cap. 1 *Denique ut semel*

mel omnia complectar; SEMEL idem est, quod in summa, sive, ut summatim dicam, daß ichs zusammen fasse, und auf einen hauffen sage, ut nihil rursus de eo definiam sive præcipiam. ¶ 4. Vall. lib. 6 cap. 3 Semel, iterum, quibusdam interjectis. Liv. lib. 1 cap. 19 Semel T. Manlio consule, post Punicum primum bellum, iterum, &c. einmal, das ander mal oder noch einmal, 2c. Idem lib. 23 cap. 9 Tuam doleo vicem, cui ter proditæ patriæ sustinendum est crimen. Semel cum defectionem iniisti ab Romanis: iterum, cum pacis cum Annibale fuisti auctor: tertio hodie cum restituendæ Romanis Capuæ mora atque impedimentum tu es. ¶ 5. Hinc cum iterum Cicero non semel conjunxit, ut pro Fontejo cap. 8 Semel atque iterum, hoc est, aliquoties. Suetonius item subjecit in Tiberio cap. 6 Semel cum a nutricis ubere, item cum a sinu matris auferretur. ¶ 6. Juniores & pro tandem usurparunt: perinde ut nos nostrum einmal. Ita enim nos: gib mirs doch einmal, Cedo tandem. Marius Victor, elegans poëta, lib. 1 Genes. v. 43 Vt vero semel attingam primordia rerum.

SEMĔLE, es, & æ, Cadmi, Thebanorum regis, filia, quæ gravida ex Jove Bacchum genuit, ut fabulati veteres sunt, & Hesiodus refert. Vide Horat. lib. 1 od. 19 v. 2 Semelæ puerum, id est, filium, vocat.

¶ Sĕmĕlēïus, a, um, adject. ut, Semeleius Thyoneus, apud eumdem Horat. 1 od. 17 v. 23. Et, Semeleia proles, apud Ovid. Metam. 5 v. 329 pro Baccho.

SĒMEN, ĭnis, σπορὰ, σπέρμα, der saamen, das saam-korn. Virg. 1 Georg. v. 223 Debita quæ sulcis committas semina, &c.

¶ 2. Sunt & arborum semina, satz-reiser. Idem Virg. lib. 2 Georg. v. 14

Pars autem posito surgunt de semine, ut altæ
Castaneæ.

Aliæ enim ab radice pullulant; de quibus mox sequitur. Aut enim semine (ausm kern) proveniunt arbores, aut plantis radicis, aut propagine, aut avulsione, aut surculo, aut insito & confecto arboris trunco, scribit Plin. lib. 17 cap. 10. Hinc semine & planta serere dicimus. vide Sero. Cæterum Columella arborum semina de plantis etiam & surculis arborum, unde proveniunt, dixit lib. de Arbor. cap. 3. ¶ 3. Tralate Cic. 2 Philipp. cap. 23 Hujus luctuosissimi belli semen fuisti, id est, auctor, origo, die ursach, der ursprung. Ita, Semina virtutum, angebohrne neigung zur tugend, de quibus Seneca epist. 73 extr. Semina in corporibus humanis divina dispersa sunt, quæ si bonus cultor excipit, similia origini prodeunt, & paria his, ex quibus orta sunt, surgunt: si malus, non aliter quam humus sterilis ac palustris, necat, ac deinde curat purgamenta pro frugibus. ¶ 4. Semen pro Genere, das geschlecht. Cic. de Lege Agrar. 2 c. 35 Non ingenerantur hominibus mores tam a stirpe generis ac seminis, &c. Idem Philipp. 4 c. 5 Virtus, quæ propria est Romani generis & seminis Lucret. lib. 2 v. 990

Denique cælesti sumus omnes semine nati,

aus einer himmlischen art. ¶ 5. Semina flammæ, scintillas ex silice excussas, unde ignis concipitur, Virgil. vocat lib. 6 Æn. v. 6, verba Homeri in Odyss. σπέρματα πυρὸς exprimens. Argenti semina dixit Severus in Ætna: Quæritur argenti semen, nunc aurea vena.

¶ 6. Semina etiam dicuntur minuta corpuscula, unde constare omnia nonnulli philosophi disputarunt. vid. Barth. ad Claudian. Mamert. p. 228.

¶ Sēmĭnium, i, pro semine dixerunt Plautus Milit. Glor. a. 4 sc. 2 v. 68; & Varro de R. R. lib. 2 cap. 6 pr. & Apulejus lib. 2 Dogm. Platon. sub finem.

¶ Sēmentis, is, fœm. satio ipsa frumenti & leguminum, die saat, aussaat. Plinius lib. 18 cap. 14 Festinata sementis sæpe decepit, serotina semper, zu frühe, zu spät gesäet haben. Sic, Sementem vel sementim facere, säen: Malorum facere sementim, unglück säen, Cicer. 3 Nat. Deor. cap. 30. Et, Vt sementem feceris, ita & metes, Idem de Orat. 2 cap. 65. vide supra Meto. Et, Sementim alii faciunt, alii metent; vide Chiliad.

¶ Sementĭcus, a, um, das man säet. Sic, Sementica, genere neutro Plin. lib. 18 cap. 7 appellari dicit, quæcunque seminari possunt, allerley korn und kraut, so zu säen ist.

¶ Sementīnus, a, um, säens halben angestellt; ut, Dies sementina: feriæ sementinæ, quæ erant post factas sementes, Ovid. 1 Fast. v. 658. conf. Festus, & Varro R. R. 1 cap. 2.

¶ Sēmentīvus, a, um, ad sementem pertinens, das man säet; ut, Semen sementivum, quod sementi & procreationi idoneum, Tertullian. de Jejuniis cap. 4, saam-korn, pflantz-saamen; & Fœnum sementivum, ibidem, graß, das sich besaamet. Sementiva pira, Cato R. R. cap. 7; & Plin. 15 cap. 15. Sementiva frumenta, Plin. 18 cap. 7.

¶ Sēmento, āre, saamen tragen: Plin. lib. 18 cap. 28 Herbæ sementaturæ.

¶ Sementātio, ōnis, sementis, die saat, die tragung des saamens; Tertullianus usus est de Spectacul. c. 18.

¶ Sēmĭno, āvi, ātum, āre, serere, säen, besäen, saamen ausstreuen. Colum. 2 cap. 9 Seminari debet hordeum. Idem 2 cap. 8 Ne seminarentur agri. Virg. Æn. 6 v. 206 Viscum non sua seminat arbos.

¶ Sēmĭnātus, a, um, gesäet. Seminatus & puer dicitur, quando concipitur. Plaut. Amphitr. a. 1 sc. 2 v. 19

Alter decimo post mense nascitur puer
Quam seminatus.

¶ Sēmĭnātio, ōnis, die säung. Varr. 2 de R. R. cap. 6 Ad seminationem onagrus idoneus.

¶ Seminātor, ōris, ein säemann; ut, malorum omnium seminator, per metaph. dixit Cic. de Nat. Deor. lib. 3 cap. 26.

¶ Sēmĭnālis, e, zum säen dienlich; ut, Frumentum seminale, saat-korn. Viciæ seminales, Columell. lib. 11 cap. 2. Auctor pervigilii Veneris, delicatissimi carminis:

Perque cælum, perque terram, perque pontum subditum
Pervium sui tenorem seminali tramite
Imbuit (Venus,) jussitque mundum nosse nascendi vias.

Sic, Seminale membrum, das geburts-glied, in Priap. Et absolute Seminalia, Tertull. advers. Marc. 1 cap. 13. Seminales rationes habent, Augustin. de Genesi ad litt. lib. 9 cap. 17.

¶ Sēmĭnārium, i, in quo vitium aut arborum semina aluntur, ac postea transferuntur, eine baumschule, pflantzgarten. Proprie Lege 3 § 4 Dig. Arbor. furtim cæs. Quod si quis ex seminario, id est, stirpitus arborem transtulerit. Adde Legem 9 § 6 Dig. de Vsufr. & quemadm. ¶ 2. Metaphorice, Cic. 1 de Offic. c. 17 Principium urbis & quasi seminarium reipublicæ. Et in Catil. 2 cap. 10 Qui nisi pereunt, etiamsi Catilina perierit, scitote, hoc in republica seminarium Catilinarium futurum. Eleganter Seminarium hilaritatis Varroni vinum dicitur. Apulej. Apolog. de Æmiliano: Omnium simulationum architectus, omnium malorum seminarium. Sic, Hispania, seminarium hostilis exercitûs, Flor. 2, 6, 38. Cohors velut seminarium ducum, Curt. 8, 6, 6. Et Auson. in Grat. actione: Dicturi laudes principis, habetis velut seminarium, unde orationum vestrarum jugera compleatis.

¶ Sēmĭnōsus, a, um, voll saamens; ut, Seminosæ cucurbitæ, Auct. Priap.

Composita:

¶ Consēmĭnālis, e, von allerley gewächs; ut, Conseminalis vinea, Columella lib. 12 cap. 45, id est, varii generis vitibus consita.

¶ Consēmĭneus, a, um, idem: Sic, conseminea vinea, eadem Columellæ lib. 3 cap. 21, quæ conseminalis; & conseminea silva, eidem Columellæ lib. 11 cap. 2.

¶ Dissēmĭno, āre, hin und wieder ausstreuen, aussäen, divulgare. Cic. pro Arch. cap. 12 Spargere ac disseminare in orbis terræ memoriam. Idem in Catil. 4 cap. 3 Latius opinione disseminatum est malum, es ist weiter auskommen, denn man gedacht.

¶ Insēmĭno, āre, semen inspergere, einsäen. Gell. lib. 19 cap. 5 Morbum visceribus sensim inseminare.

¶ Insēmĭnātus, a, um, besäet, eingepflantzt. Vitruvius procemio lib. 8 Terra, ex cælestium imbrium conceptionibus inseminata. Et Arnobius lib. 2 p. 93 Hi ex conventu Jovis inseminati & nati sunt.

¶ Interseminatus, a, um, darzwischen gesäet, Apulej. in Apolog.

¶ Prosēmĭno, āre, idem quod disseminare, Cic. in Hortens.

¶ Proseminātus, a, um: Cic. 3 de Orat. c. 16 extr. Ex Socratis variis disputationibus proseminatæ sunt quasi familiæ dissentientes inter se. Et Lactant. lib. 6 cap. 10 Non per omnem terram nati sunt homines e terra, tamquam ex draconis alicujus dentibus proseminati, ut poëtæ ferunt. Ita MSS. Cantabrig. & Goth. & Lipsiens. 1 & edit. Th. Sparki: Aldus seminati: Mich. Thomasius, & Thysius, & edit. Cantabrig. præseminati: Nam &

¶ Præsēmĭno, āre, vorher pflantzen, in usu fuit. Augustinus lib. 3 de Genesi ad litt. cap. 14 præseminata materia. Hinc

¶ Præseminātio, ōnis, conceptus, die empfängniß. Vitruv. lib. 2 c. 9 In corpore præseminatio crescens attrahit alimentum in se.

¶ Resēmĭno, āre, wieder besaamen. Ovid. 15 Metam. v. 592 de Phœnice: Vna est, quæ reparet seque ipsa reseminet, ales. vide Phœnix.

¶ Supersēmĭno, āre, drunter säen. Tertullian. advers. Praxean cap. 1 Superseminatæ, dormientibus multis, doctrinæ. Et Hieronym. epist. 155 extr. ad Paullam Vrbicam, superseminat zizania.

¶ Superseminator, ōris, der darzu säet. Tertullianus de Anima cap. 16 extr. Avenarum superseminator, & frumentariæ segetis nocturnus interpolator. Ex Matth. cap. 13 v. 25.

Semestris, semestrium, Semesus, Semetrum, vide Mensis, Edo, Metrum.

Semiagrestis, Semiamictus, Semianimis, semianimus, Semiassus, Semibos, Semicānus, Semicăper, Semicirculus, Semicombustus, Semidigitalis, Semiermis, Semiferus, Semigro, Semihora, Semimaturus, Semimodialis, Semimortuus, &c. vide Ager, Amicio, Anima, Assus, Bos, Canus, Caper, Circulus, Vro, Digitus, Arma, Fera, Migro, Hora, Maturus, Modius, Morior, &c.

Seminalis, seminarium, seminatio, seminator, seminium, semino, vide ante in Semen.

Sĕminex, seminĕcis, Semipedalis, Semipetactus, vide in Neco, Pes, Ago.

SĒMĪRĂMIS, ĭdis, fuit Nini, Assyriorum regis, uxor. Juvenal. sat. 2 v. 108 Quod nec in Assyrio pharetrata Semiramis orbe Fecit. Vide Diodorum & Justinum. Ammianus Marcellinus primum viros excidisse scribit. ¶ 2. Alia fuit Semiramis, priore posterior, quæ a Syris specie columbæ adorabatur, quod ovo a columba excluso natam crederent, & inde Semiramin lingua Syriaca appellatam. Eadem & Asossa vocata est: Scalig. ad Euseb. p. 35.

¶ Semiramius, a, um, adject. ut, Semiramiæ turres, id est, Babylon, apud Claudian. de Consul. Probini & Olybr. v. 162.

Semireductus, Semirefectus, Semirŭtus, vide supra Duco, Facio, Ruo.

SĒMIS, & Semi, indecl. ἥμισυ, dimidium, halb. Vitruv. lib. 4 cap. 1 Septem crassitudinis diametros in altitudinem columnæ Doricæ: Ionicæ octo semis constituerunt, achthalben. conf. Festus. ¶ Infinitas compositiones parit, quas omnes suis locis insertas vides; ut, Semianimis in Animus: Semiermis in Arma: Semesus in Edo, &c.

Semisepultus, Semisomnis, Semissalis, semissis, vide Sepelio, Somnus, As.

SĒMĬTA, æ, via arctior, in ipsa enim via est, ut ex Plauto liquet in Cas. a. 3 sc. 5 v. 40, ein steig, fußsteig, pfad. Virg. Æn. 9 v. 383

Rara per occultos ducebat semita calles.

Et Juvenal. sat. 10 v. 363 semita certe
Tranquillæ per virtutem patet unica vitæ.

Sic, De via in semitam regredi, Plautus in Casina a. 3 sc. 5 v. 40.

¶ Sēmĭtālis, e, am wege stehend, oder liegend; ut, Semitales Dii, quod semitas in agris custodiant, vel potius Lares publici; quod in semitis statuerentur; unde & compitales & viales dicti, Auct. Priap.

¶ Semitārius, a, um, idem; ut, Semitarii mœchi, i. e. vilissimi scortatores, qui in agrorum semitis scortilla quærunt, Catullus carm. 38 v. 15. vide Turneb. lib. 13 Advers. cap. 19.

¶ Sēmĭto, āre, i. e. semitas facere, vel limitare, wege und stege machen. Plin. 17 cap. 22 Vineas semper quintanis semitari, hoc est, ut quinto quoque palo singulæ jugo paginæ includantur.

¶ Semitātus, a, um, divisus in semitas, getheilt in wege. Martial. 6 epigr. 74 Calvam trifilem semitatus unguento, i. e. semitis quasi & sulcis unguento ductis & pictis in calva.

¶ Semitātim, adverb. id est, per semitas, ut Turnebus lib. 3 cap. 20 interpretatur, von einem wege zum andern. Vsus est Titinnius apud Sosipatrum Carisium lib. 2 p. 194 Semitatim fugi atque effugi.

¶ Insemitātio, ōnis, die unwegsamkeit. Gloss. lat-gr. Insemitatio, ἀνοδία.

Semi-

Semitectus, Semitonium, Semitrītus, vide infra *Tego, Tonus, Tero.*

Semīvir, Semivivus, Semivocalis, Semiustus, vide *Vir, Vivo, Vox, Vro.*

SEMNĪON, i, σεμνῖον, herba a majestate sic dicta, Plin. 24 cap. 17.

Semnones, vide paullo post *Senones.*

SĒMO, ōnis, plur. *Semones*, ex illo Deorum numero, qui minorum gentium appellabantur, & ex hominibus relati in Deos: majores scilicet hominibus, minores Diis. Fulgentius de vocibus antiquis: SEMONES *dici voluerunt Deos, quos cælo nec dignos adscriberent ob meriti paupertatem: sicut PRIAPVS, VERTVMNVS: nec terrenos eos deputare vellent, per gratiæ venerationem.* Ovid. 6 Fast. v. 213

Quærebam, nonas Sancto Fidione referrem,
An tibi, Semo pater, tunc mihi Sanctus ait:
Cuicunque ex istis dederis, ego munus habebo.
Nomina terna fero, sic voluere Cures.

Sanctus est, qui & *Sancus* & *Sangus* dicebatur, de quo supra. Hic igitur *Semo* appellatus est, non tam proprio nomine, quam quod commune & aliis esset hujus generis Diis. Livius lib. 8 cap. 20 *Bona Semoni Sanco censuerunt consecranda.* Vetus poëta de planetis apud Joseph. Scaligerum lib. 2 Lection. Auson. cap. 29

Terque dies ternos puro de vespere tollens
Semonis Dii completur circulus anno.

Vbi *Semo Deus* Mercurius est, uti interpretatur Scaliger dicto loco. Nota autem hîc, alteram in *Semonis* produci, quod contra naturam originis videtur. *Semones* enim quasi *Semihomines*, quod & Lipsio videbatur 2 Antiq. Lect. cap. 18. Cæterum media in *hominis* correpta est, non producta. Sed vetustissimi Latinorum non *Homo, Hominis*; sed *Hemo, Hemōnis* dicebant, secunda producta, ut in ceteris hujus terminationis, a nominibus in O. Ita enim *Pulmo, pulmōnis: Latro, latrōnis* &c. dicimus. Ennius apud Priscianum lib. 6

Vulturis in silvis miserum mandebat hemonem.

Vulturis nominativus antiquus est, pro *Vultur.* Festus: HEMONA *Humana:* HEMONEM *Hominem dicebant.* Hinc igitur secunda in *Semonis* producitur.

Semodius, Semotus, semoveo, vide supra *Modius, Moveo.*

SEMPER, adverb. allezeit. Terent. in Andr. a. 4 sc. 5 v. 27 *Recte ego semper has fugi nuptias.* Cic. 1 Tuscul. cap. 23 pr. *Quod semper movetur, id sempiternum est.* ¶ 2. Per σύνθεσιν haut raro hoc vocabulum aliis jungitur, & in unum quasi conflatur. Terent. Andr. a. 1 sc. 2 v. 4 *Et heri semper lenitas.* Ovid. 7 Metam. v. 702

Vertice de summo semper florentis Hymetti,

hoc est, ἀειθαλῶς. Idem 4 Fast. v. 519 *Semper parens* dixit.

¶ Semperflōrium, i, herba semper viridis atque vigens, wintergrün, haußwurtz, Apulej. de Herb. cap. 123.

¶ Sempervīva, æ, vel Sempervivum, i, eadem herba apud Apulejum l. c. conf. Pallad. 1 cap. 35; & Plin. 25 cap. 13.

¶ Sempīternus, a, um, ewig. Terent. in Andr. a. 5 sc. 5 v. 3 *Ego Deorum vitam sempiternam esse arbitror*, &c. Adde modo in *Semper* ex Tusculanis Ciceronis dictum. *Gloriæ sempiternæ per aliquem commendari*, Cic. lib. 5 fam. epist. 12.

¶ Sempīternùm, adverb. ewiglich, allewege. Plaut. Aulul. a. 2 sc. 1 v. 26 *Quod tibi sempiternum salutare sit.*

¶ Sempīterno, adverb. idem. Solin. cap. 48 de balsami arbusculis: *Tenacibus foliis sempiterno inumbrantur.* Etiam Carisius lib. 2 p. 194 ex Catone *Sempiterno* profert.

¶ Sempīterne, adverb. idem. Pacuvius apud Nonium cap. 2 n. 778; & Cl. Mamert. lib. 1 de Statu anim. c. 3 usi sunt. Et Augustin. Confession. lib. 9 cap. 3 *Amœnitas sempiterne virentis paradisi.*

¶ Sempīternītas, ātis, die ewigkeit. Apulejus in Trismegisto pag. 94 *Mundus stabili sempiternitate vivendi circumvallatus.*

SEMPRŌNIVS, i, nomen Romanum, quod cognomen plures habuerunt, de quibus multa Livius. *T. & C. Sempronii eloquentissimi*, Cic. de Orat. 1 cap. 9.

¶ Semprōnius, a, um, adject. ut, *Semproniæ leges*, Cic. 5 Verr. cap. 63, & Philipp. 1 cap. 7. *Sempronia horrea locus dicitur; in eo fuerunt lege Gracchi ad custodiam frumenti publici.*

¶ Sempronium, i, subst. vel *Sopronium*, urbs in confinio Hungariæ & Austriæ, a Sempronio, cive Romano, conditum, hodie Oedenburg.

¶ Semproniānus, a, um, aliud adject. ut, *Sempronianum senatusconsultum*, Cic. 12 fam. epist. 29.

Semuncia, semuncialis, vide infra *Vncia.*

SĒMŬRIVM, i, campus urbi Romæ propinquus: Cic. Philipp. 6 cap. 5 *His quoque divisit Semurium.* conf. Macrob. Saturn. 1 cap. 10.

¶ Semurīnus, a, um, adject. Martial. 9 epigr. 49 *Campis dives Apollo Semurinis.* Ita necessario legendum statuit Turneb. Advers. 21 c. 24.

SĒNA, æ, Piceni seu Vmbriæ in Italia oppidum, in litore Adriatici maris, non longe a Metauro fluvio a Gallis Senonibus conditum & appellatum, ut ex Polybio constat libro 2. *Senogallia* Plinio vocatur lib. 3 cap. 14. ¶ 2. Aliud oppidum Hetruriæ in eadem Italia, sive urbs hoc nomine, quæ hodieque durat, elegantia sermonis Italici celebris. De utroque plura Cæsar Orlandus de urbis Senæ ejusque episcopatus Antiquitate. ¶ 3. Est & Flaminiæ sive Æmiliæ (est & hæc pars Italiæ sive regio,) fluvius *Sena* sive *Senna*, apud Lucan. lib. 2 v. 407.

¶ Sēnensis, e, adject. ut, *Senense prœlium*, Cic. de Clar. Orat. cap. 19, quo Asdrubal victus & interemtus est. ¶ Substantive *Senensis*, qui Senæ natus.

SĔNĀTOR, ōris, consiliarius reip. ein rathsherr; nomen a *Senio* est, sicut *Senatus.* Florus lib. 1 cap. 1 *Hunc rex sapientissimus statum reip. imposuit* &c. *ut consilium reip. penes senes esset; qui ex auctoritate* PATRES; *ob ætatem* SENATVS *vocabantur.* Vide Plutarch. libro, An seni gerenda respubl. p. 789. *Senatorem allegere*, in rath ziehen, Sueton. Cæs. cap. 80. Vnde *Lectio senatus* apud eumdem Augusto cap. 54, die rathswahl. Proprie autem *Senatores*, qui Romæ in consilio publico erant. Nam qui eas partes in provinciis & municipiis administrabant, *Buleutæ* & *Decuriones* dicebantur. vide supra *Decurio*, & Buchnerum ad Plin. lib. 10 epist. 24 n. 632 extr. De numero senatorum Rom. Car. Sigon. lib. 2 de Antiq. Jure civium Roman. c. 2, & Bernegg. ad Sueton. August. cap. 35. Sic, *Primæ sententiæ senator*, idem qui princeps senatûs: Lactant. lib. 1 cap. 10 *In senatu deorum summæ esse auctoritatis, primæque sententiæ.*

¶ Sĕnātōrius, a, um, zum rath gehörig; ut, *Vir ordinis senatorii*, aus dem rath, ein rathsherr, Vellej. 2, 19, 5. Et, *Ætas senatoria*, Tacit. 15 cap. 28 n. 4. *Ordo Senatorius*, Sueton. August. cap. 35; & *Dignitas senatoria*, Idem in Claud. cap. 24 dixit.

¶ Sĕnātus, ûs, subst. notantur hac voce cum ipsi senatores, tum senatorum etiam conventus, & *domus consilii publici*, quemadmodum Cicero vocat, der rathsstuhl, der rath. *Senatus frequens*, Cœlius ad Cic. 8 fam. epist. 5, der volle rath. *Senatum cogere*, Cic. 5 fam. epist. 2, zusammen fordern. *Senatus haberi ante Calend. Febr. non potest*, Cic. 1 fam. epist. 4. Et, *Senatum esse: eo die senatus erat futurus*, ibidem epist. 2, der rath solte sitzen. *Licinius ad me, misso senatu, vesperi venit*, Cic. ad Qu. fratr. lib. 2 epist. 1. Et idem de Amicit. cap. 3 *Senatu dimisso, domum reductus*, da sie von einander gelassen worden. Sic, *In senatum venire*, Cic. pro Flacco c. 18, id est, senatorem fieri. Contra, *Senatu movere*, Cic. pro Cluent. c. 43 & alibi, est a senatu rejicere, aus dem rath stossen. *Senatum edicere in curiam Pompeji*, Sueton. Cæs. cap. 80. *Dari senatus* dicebatur, cum legati in senatu audiebantur. Nepos Hannib. cap. 7 *Priusquam his* (Roman. Legatis) *senatus daretur, navem conscendit Hannibal.* Senatum pro sedilibus senatoriis dixisse Sueton. Claudio cap. 25, duo summi viri, Casaubonus & Torrentius, interpretantur. Sed potius est, non tam de orchestra, quam ipso consessu senatorum in orchestra accipere. Item Sueton. Neron. cap. 12 *In orchestram senatumque descendit.* Similiter in Domitiano cap. 8 *In equite spectare*, est in consessu equitum, vel inter equites spectare.

¶ Senatusconsultum, i, i.e. decretum senatorum, ein raths-schluß, raths-verwilligung, raths-spruch; de cujus condendi ratione sic Vopiscus in Aureliano cap. 20 *Aliis manum porrigentibus, aliis pedibus in sententiam euntibus, plerisque verbo sentientibus, conditum est senatusconsultum.* conf. Budæus in Pandect. Tit. de Senator. & Mosellan. ad Gell. lib. 3 cap. 19. *Facere senatusconsultum de re aliqua*, vel *contra aliquem*, apud Cic. de Arusp. Resp. cap. 5. Quid ab *auctoritate senatus*, quæ dicebatur, *Senatusconsultum* differret, vide supra in *Auctoritas.* TACITVM SENATVSCONSVLTVM dicebatur, quod a solis Senatoribus, exclusis servis publicis, fieri solebat, si quam deliberationem tacitam vellent, nec emanare ad alios, de quo singularis locus est apud Capitolinum in Gordiano Seniore cap. 12, quem Casaub. ex Herodiani historia illustravit. ¶ 2. *Senati consultum* etiam dixerunt veteres. Ita Gruterus, frementibus magistellis, ut ipse ait, produxit ex vetustis codicibus in Cic. 2 fam. epist. 7; & 5 epist. 2; & 8 epist. 8. Sic & Cic. in aliis locis gignendi casu *Senati* pro *Senatûs*; ut, *beneficio senati*, Divin. in Cæcil. cap. 5. *Senati dux*, ad Brutum epist. 2. Eodem modo *Senati decretum* dixit Sallustius B. Catil. cap. 30 n. 3; & cap. 36 n. 5; & B. Jugurth. cap. 40; & in Fragm. cap. 30.

¶ Sĕnācŭlum, i, locus senatus habendi, eine raths-stube. Valer. Max. lib. 2 cap. 2 n. 6 *Antea senatus assiduam stationem eo loci peragebat, qui hodie quoque senaculum appellatur.* Varro lib. 4 de L. L. cap. 32 *Senaculum vocatum, ubi senatus, aut ubi seniores consisterent.* Festus idem confirmat, indicans: *Senaculum esse locum senatorum*; & paullo ante: *Senacula Romæ tria fuisse, in quibus senatus haberi solitus sit*, &c. conf. Rosini Ant. Rom. 1 cap. 14 p. 79. *Senaculum*, mulierum senatum instituisse Ant. Alagabalum, Lampridius refert cap. 4. Adde Aurelianum Vopisci cap. 49, & Barth. ad lib. 5 Theb. Statii p. 63 & 64.

SĔNĔCA, æ, L. Annæus Seneca philosophus, Cordubensis, patrem habuit M. Annæum Senecam, ordinis equestris eruditissimum. Philosophus de Beneficiis scripsit libros septem, de Ira libros tres, de Clementia ad Neronem libros duos, de Vita beata, de Tranquillitate vitæ, de Brevitate vitæ, & alia. Nam Declamationum libri ad patrem pertinent. De philosopho & ejus eloquentia judicium habes Quintiliani lib. 10 c. 1; aliorum ex observatione Gellii lib. 12 c. 2; quibus respondit Lipsius, quem vide: sed adde Voss. lib. 5 Instit. Orat. p. 281. *Principem eruditionis* vocat Plin. lib. 14 cap. 4. Nimirum, quia philosophus, poëta, orator, historicus: quam ob caussam studiis & juventuti Neronis præpositus ab Agrippina matre fuit, quæ eum ab exilio revocaverat, in quod a Claudio Messalinæ artibus conjectus fuerat: de quo Tacitus 2 Ann. cap. 8. Vide & Dion. Cassium de ejus exilio lib. 60, & ipsum in Consolat. ad Helviam matrem. Eum ob Neronis delicta insimulat Ausonius in Gratiarum actione pro Consulatu: *Dives*, inquit, *Seneca nec tamen consul, arguetur rectius, quam prædicabitur, non erudiisse indolem Neronis, sed armasse sævitiam.* ¶ Fuit & tertius *Seneca*, tragœdiarum poëta diserte nominatus Terentiano Mauro, & Sidonio Apollinari; habenturque & hodieque 10 tragœdiæ, Senecæ nomen præferentes, de quarum auctoribus diversa eruditi tradunt, alibi legenda. Porro Senecam dictum, quod canus natus sit, Cassiodorus tradidit.

SĔNĔCIO, ōnis, herba, quæ & *Erigerum*, creutzwurtz. *Senecio* dicta est, quod in vere canescat, quemadmodum a Græcis ἠριγέρων. vid. Plin. 25 cap. 13; Apulej. de Herb. cap. 75; & Isidor. 17 cap. 9. ¶ 2. Est & cognomen Romanum: ut, *Claudius Senecio, Herennius Senecio, Tullius Senecio*, &c. quorum Tacitus meminit. Herennium inter amicos suos Plinius nominat lib. 3 epist. 11, qui & aliis locis meminit. Hunc Domitianus jussit interfici, quod diu post quæsturam vixisset, nullumque amplius magistratum petiisset, quodque Helvidii Prisci vitam composuisset, ut Dio auctor est lib. 67.

Senecta, senectus, seneo, senesco, vide sequens *Senex.*

SĔNEX, senis, generis communis, *anhelus, delirus, longævus*, apud poëtas, alt, der alte. Cic. de Senect. cap. 10 vetus & laudatum dixit esse proverbium, quod moneat, *mature fieri senem, si diu velis esse senex*, hoc est, curam valetudinis mature agere, luxuriemque fugere, si velis esse vivax. ¶ 2. *Senum* nomine poëtæ quoque honorant summæ auctoritatis scriptores, aut alioquin claros homines. Exem-

pla in Ovidio aliisque notantur a Barthio cum alibi, tum in Animadvers. ad Statii Silvas p. 90. ¶ 3. De aliis quoque rebus eleganter dicitur, ut Martialis lib. 3 epigr. 58 v. 7 *senes autumnos* dixit, quemadmodum *adultus* de anni ætatibus scite ponitur; ut *ver adultum* &c. de quo supra. Ex Ciceronis pro Sextio cap. 9 affertur etiam *senex memoria*, quæ eadem fere ac *Fama anus* Catulli epigr. [Græv.] 79, [Silv.] 77. Verum Gruterus verbum *senex* ex Ciceronis loco delevit: in Notis vero addidit, illud codicem quemdam Palatinum, & Gemblacensem agnoscere.

¶ Sĕnior, ōris, comparat. älter. Varro apud Censorinum de Die natali cap. 15 *Seniores* vocitatos tradit, qui in quarto ætatis gradu ad usque sexagesimum annum sint, *quod tunc primum senescere corpus incipiat: inde usque finem vitæ uniuscujusque quintum gradum factum, in quo qui essent, SENES appellatos, quod eâ ætate corpus senio jam laboret.* Itaque *Seniorem esse* minus est; *Senem esse* majus, atque sic Tacitus hunc quartum gradum, quem post juventutem ponit, *Senectam*; quintum vero, qui senum est, *exactam ætatem* vocat, in Agricolâ c. 3. Sed aliquando *Senex* pro *Seniore* ponitur. Ita Hannibal apud Livium lib. 30 cap. 30 se *senem* appellat, qui 44 annos natus erat, ut ex Polybio constat. In acclamatione senatus apud Vopiscum in Tacito cap. 8 *Et Trajanus ad imperium senex venit.* Atqui annorum 44 Trajanus, ut Dio auctor est, imperator factus est. Sic contra *Senior* absolute pro *Senex* ponitur. Ita Statius lib. 1 Silv. 1 v. 102 Phidiam, *Seniorem Atticum*; & eodem libro carm. 3 v. 94 Epicurum, *Seniorem Gargettium*, id est, *senem* appellavit. ¶ 2. Corruptâ Linguæ latinæ ætate vox hæc maxime in usu fuit, puta Caroli Magni, & circiter, temporibus: tum enim *Senior*, *Dominum* significabat: unde & hodieque is Italis *Signore*; Gallis *Seigneur*; Hispanis proximius *Segnor* vocatur. Vide Jo. Gaspar. Gevartium lib. 1 Statianar. Lection. cap. 10. ¶ 3. Et *Seniores*, senatores, apud Livium lib. 34 cap. 60 *Publice ad seniores (ita senatum vocabant,) mandata habuisse.* De Carthaginiensium republica loquitur. Adde Varron. supra in *Senaculum.* ¶ 4. Tandem *Senior* etiam adjective ponitur. Seneca Hippolyto v. 742 *Fama miratrix seniorũ ævi,*
i. e. prisci. Adde iterum Varronem in *Senaculum.* Et Ovid. Met. 15 v. 470 *Mortem senioribus imputet annis.*

¶ Sĕnĭca, æ, mascul. i. e. senex, ein altmann. Pompon. apud Nonium cap. 1 n. 59 *Me exercet senica nequam.* Hinc postea factum *Seneca*, de quo supra.

¶ Senĭcŭlus, i, diminutivum, ein alt männlein. Apulejus lib. 1 Metamorph. sub finem: *Demonstro seniculum in angulo sedentem.*

¶ Sĕnīlis, e, senem referens, vel ad senem pertinens, alt, ältlich; ut, *Prudentia senilis*, Cic. 2 de Divin. cap. 23, klugheit, so alte leute haben sollen. *Judicio senili adolescens*, Idem pro Sextio cap. 52. Et Ovid. 5 Fastor. v. 58 *Inque suo pretio ruga senilis erat.*
Mantuanus eclogâ 9 v. 33
Vtile, doctrinis præbere senilibus aures.

¶ Sĕnīlĭter, adverb. idem; ut, *Tremere seniliter*, hoc est, senum vel senili modo, zittern wie ein alter mann, Quintil. lib. 1 cap. 11.

¶ Sĕnecta, æ, ætas senilis, seu sexta hominum ætas, cujus postremum est *ætas decrepita*, das kindische alter. Sunt enim ætates, *infantia*, *pueritia*, (cujus pars est *pubertas*,) *adolescentia*, *juventus*, *ætas virilis*, *senecta*. Ovid. 3 Art. am. v. 59
Venturæ memores jam nunc estote senectæ, &c.

¶ Sĕnectus, a, um, alt, revera adjectivum est ex usu veterum. Ideoque quando *Senecta* dicitur, ætas subintelligenda est. Plaut. Amphitr. a. 4 sc. 2 v. 13 *Senecta in ætate a me mendicas malum.* Et rursus Trinum. a. 1 sc. 2 v. 5 *Hic ille est, senecta ætate qui factus est puer.* Et ita quoque Lucretius lib. 4 v. 884, & rursus ibidem v. 894. Idemque *Senecta membra* etiam dixit lib. 3 v. 779. Sallustius 4 Historiarum apud Priscianum: *Omnes, quibus ætas senecto corpore, animus militaris erat.* Et Apulej Metam. lib. 7 *Senecta infirmitas.* Est autem participium a verbo *Seneo.* vide Priscian. lib. 9 cap. ult. & Voss. de Analogia p. 202.

¶ Sĕnectus, ūtis, das alter; vitæ scilicet occasus, sive *mala ætas*, ut Afranius vocat, *portus malorum*, quemadmodum Bion dixit, τὸ γῆρας ὅρμος τῶν κακῶν, Laërtio teste. *Senectus, quam ut adipiscantur, omnes optant, eamdem vero accusant adepti*, quemadmodum Cicero dixit de Senect. cap. 2. *Homo senectute confectus*, Idem 5 de Fin. cap. 11. Et, *Ad summam senectutem vivere*, Cic. de Clar. Orator. cap. 48. *Senectus auctoritatem habet*, Idem in Oratore cap. 50. ¶ 2. Cicero etiam, *orationis senectutem* dixit pro gravitate matura, de Claris Oratoribus cap. 2 *Cum oratio jam nostra canesceret, haberetque suam quamdam maturitatem & quasi senectutem.* Et ibidem cap. 76 *Plena litteratæ senectutis oratio.* Exempla litteratæ senectutis, sive illorum, qui quamvis senes & longa ætate provecti, præfervide tamen studiis operam dederunt, laudat Hieronymus epist. 2 ad Nepotianum, post principium, Themistoclem, Platonem, Isocratem, Pythagoram, Democritum, Xenocratem, Zenonem, Cleanthem, & præterea multos veterum poëtarum. ¶ 3. *Senectus* aliquando non ipsam ætatem, sed vitium ejus ætatis, austeritatem scilicet atque tristitiam senilem significat. Horatius epod. 13 v. 3 *rapiamus amici*
Occasionem de die: dumque virent genua,
Et decet, obductâ solvatur fronte senectus.
Quem locum minus recte Barthius interpretatus est, *Obductam frontem*, de obnupta, quod in turpiculis rebus fiebat: *Senectutem* de senecta ætate accipiens, quod hæc Horatius senex scripserit. Atqui tum juvenis erat, ut cæteri, quos hic alloquitur, sodales. Quod satis illud arguit, *Dumque virent genua*, quod de senectute dici non potest; item, *Et decet*; nam juventutem decet maxime hilaritas. Itaque sensus loci hic est: Vtamur ætate, dum licet & decet, & explicemus frontem, omnemque senilem tristitiam procul jubeamus esse. Similiter *Senii* voce infra usus est, de quo post. ¶ 4. *Senectutis* etiam nomine serpentis exuviæ veniunt, quas per vernationem ponit. Plinius lib. 29 cap. 6 *Anguium*, inquit, *adeps æruginì mistus ruptas oculorum partes sanat; & membrana sive senectus vernatione exuta claritatem facit*, der abgelegte schlangenbalg. Et ita alibi sæpius hoc vocabulo usus.

¶ Sĕnium, i, ætas senilis; item, quæ hanc sequitur infirmitas, das alter und dessen unvermögen; ut, *Curvata senio membra*, Tacitus 1 Annal. cap. 34; & *Deformis senii imago*, Seneca Hippolyto v. 823. ¶ 2. Item pro Sene: Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 10 *Dii Deæque senium perdant, qui me hodie remoratus est.* ¶ 3. Notat & senilis ætatis vitium, morositatem scilicet & tetricitatem, qua se plerumque odiosos faciunt senes, alter leute verdruß. Horat lib. 1 epist. 18 v. 47
Surge, & inhumanæ senium depone Camenæ.
Seneca Hippolyto v. 912
Vbi vultus ille, & ficta majestas viri,
Atque habitus horrens, prisca & antiqua appetens,
Morumque senium triste, & adspectu grave?
Etiam Nonius SENIVM tædium & odium interpretatur: *quod senes*, ut ipse explicat, *omnibus odio sint & tædio.* Turpilius apud Nonium cap. 1 pr *Quia enim odio ac senio mihi hæ sunt nuptiæ.*

¶ Sĕneo, ui, ēre, senem fieri, veralten. Catullus epigr. 4 de Phaselo:
nunc recondita Senet quiete.
Suetonius Augusto cap. 2 *Avus municipalibus magisteriis contentus, abundante patrimonio tranquillissime senuit.*

¶ Sĕnesco, ĕre, alt werden. Ovidius 6 Fastor. v. 771
Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis.
Et Ausonius epigr. 13 pr. *Senescimus, effugit ætas*, &c.
In sola Sparta expedit senescere, ἐν Σπάρτῃ μόνῃ λυσιτελεῖ γηράσκειν, ita dixisse quosdam, qui Lacedæmonem venissent ac spectassent, qui honor senibus a junioribus haberetur, Plutarchus retulit. ¶ 2. Interdum idem est ac *languescere*, *minui*, abnehmen, ins abnehmen kommen; ut, *Senescunt consilia*, hoc est, fiunt vana per nimiam moram, sie kommen in die vergessenheit, Livius lib. 35 cap. 12. Sic *Leges senescere* dicuntur, quæ evilescunt: Gellius *Senio emori* dicit. vide Juretum ad Symmach. lib. 2 epist. 13. Sic, *Senescere opes*, Nepos in Alcibiade cap. 5 n. 3. *Senescere famam*, Tacitus dixit 2 Histor. cap. 24. Eleganter & Vellejus Paterculus 2 cap. 11 n. 3 *Vrbium imperiorumque nunc flores fortuna, nunc senescit.* Et Cicero 2 Tuscul. cap. 2 *Laus oratorum ab humili venit ad summum, ut jam (quod natura fert in omnibus fere rebus,) senescat.*

Composita:

¶ Adsĕnesco, ĕre, dabey veralten. Tertull. de Exhortat. Castitatis c. 13 *Cereri Africanæ, sponte abdicato matrimonio, adsenescunt.*

¶ Consĕnesco, ĕre, idem fere quod simplex, sed sonantius, veralten; ut, *Consenescere in armis*, Horat. lib. 3 oda 5 v. 8. *Ignobili servitute*, Eutropius de Valeriano captivo, lib. 9 cap. 6. Translate, *Consenescere mærore & lacrymis*, abnehmen, Cicer. pro Cluentio cap. 5. *Consenuerunt vires atque defecerunt*, Idem de Senectute cap. 9. Florus 3 cap. 3 *donec rabies & impetus consenesceret.*

¶ Desĕnesco, ĕre, pro eodem dixit Sallustius lib. 1 Histor. [apud Priscian. lib. 10 p. 887] *Nisi cum ira belli desenuisset.*

¶ Insĕnesco, ĕre, pro immorari, die zeit über etwas zubringen. Quintil. lib. 10 cap. 3 *Singulis actionum partibus insenescere.* Tacit. Annal. 4, 6, 6 *Cum plerique iisdem negotiis insenescerent.* Et Horat. 2 epist. 2 v. 82 *Insenuit libris & curis.*

¶ Persĕnex, nis, sehr alt, Sueton. de Grammat. Illustr. cap. 9.

¶ Semisĕnex, ex Plauti Milite a. 3 sc. 1 v. 54 producitur. Sed variant libri: Lambinus simpliciter *senem* legit: Operarius *senicem*, antique. Nam veteres *senicis* formabant casu patrio.

Seni, Senica, senicŭlus, senīlis, vide *Sex*, *Senex*.

Senio, Senipes, Senium, vide *Sex*, *Pes*, *Senex*.

SĔNŌNES, um, populi Galliæ Lugdunensis, postea sedem occupantes in Italia ad mare Adriaticum, qui Romam aliquando & Capitolium incenderunt, sed a Camillo cæsi sunt. Stat. lib. 5 Silv. 3 v. 198
Et Senonum furias Latiæ sensere cohortes.
conf. Sil. 8 v. 455; & Lucan. 1 v. 254. ¶ 2. Vellejus 2 cap. 106 Senones inter Germaniæ gentes numerat, & cum Hermunduris conjungit. Nam *Senonum & Hermundurorum finem Albim præterfluere*, ibidem scribit. Sed nomen ibi corruptum, & *Semnones* pro eo rescribendum est, ut Strabo, Ptolemæus, Zosimus & Tacitus vocant. *Semnones*, Suevorum pars ac nobilissima quidem & vetustissima, caputque adeo gentis magnitudine corporis sui, ut Tacitus de iis in de Germania scribit. Sedes ab altera Albis ripa septemtrionali trans Viadrum usque seu Suevum habuere. Itaque finibus eorum continentur minoris Poloniæ, Silesiæ, Lusatiæ, Marchiæ Brandenburgensis, Anhaltini Principatûs, Saxoniæ item superioris & Misniæ denique trans Albim partes. Vide Cluverium libro 3 Antiquæ Germaniæ cap. 25.

Sensa, sensibilis, sensiculus, sensifer, sensilis, sensim, sensualis, sensus, sententia, sententiosus, &c. vide paullo post *Sentio*.

Senticetum, senticosus, vide infra *Sentis*.

SENTĪNA, æ, navis inferior pars, in quam sordes & humores confluunt, der grund des schiffs, darein sich der unflat samlet. Cicer. 9 fam. epist. 15 *Sedebamus in puppi, & clavum tenebamus: nunc autem vix in sentina est locus.* Veteres Glossæ: *Sentina*, ἄντλια πλοίου. ¶ 2. Ipsa illuvies & sordes, die grundsuppe, der unflat. Cæsar 3 B. Civ. cap. 28 *At veteranæ legionis milites item conflictati & tempestatis & sentinæ vitiis, non ex pristina virtute remittendum aliquid putaverunt.* Hinc *Sentinam* Cicero per metaphoram pestes reipublicæ dixit, sceleratos scilicet homines, ein hauffen böser buben: *O fortunatam rempublicam, si hanc sentinam hujus urbis ejecerit*, in 2 Catilin. cap. 4. Et, *Exhaurietur ex urbe magna & perniciosa sentina reipublicæ*, in 1 Catilin. cap. 5 extr.

¶ Sentīno, are, est *ad sentinam satagere*, ut Festus interpretatur, hoc est, in exhaurienda navis sentina navare operam: unde &, qui ei præpositi, *sentinatores* appellati, den unflat ausschippen. Paulinus Nolanus epist. 49 ad Macarium de naufragio cap. 1 *Senex sentinando deputatus.* Gellius lib. 19 cap. 1 *Tum postea complorantibus nostris omnibus atque sentinantibus, dies quidem tandem illuxit: sed nihil de periculo*

periculo neque de sævitia remissum. Vbi *sentinare* nihil aliud est, quam vitandi periculi caussa exhaurire sentinam. Sic & Augustin. Serm. 34 cap. 13 *Sentinatur navis in pelago.*

¶ Sentīnātor, ōris, qui sentinam exhaurit, ein ausräumer des unflats. Paulinus dictæ epist. 49 c. 12 *Quid huic quæso obfuit seni persona sentinatoris, & in nautis vilissima?*

¶ Sentīnācŭlum, i, instrumentum, quo exhauritur sentina, eine schippe. Paulinus c. l. cap. 3 *Post unum vel alterum brevis sentinaculi haustum humore destricto.*

SENTIO, sensi, sensum, sentīre, est sensu percipere, fühlen, spüren, befinden, empfinden; ut, *Sentire famem*, Livius 25 cap. 13. Et Ovidius 4 Fastor. v. 434 *Et non sentitur sedulitate labor.*
Ita, *Res illa sentit vetustatem*, id est, senescit, Plin. 11 c. 42. *Ea res sentit cariem*, i. e. fit cariosa, Idem 12 c. 7. Suetonius *sentire* pro cum voluptate aliquid sentire, ita sentire, ut delecteris, dixit Domitiano c. 18 *Commendari se verecundia oris adeo sentiebat, ut apud Senatum* &c. ¶ 2. Est & intelligere, animadvertere, gewahr werden. Terent. Andriâ a. 1 sc. 1 v. 136 *Quem quidem ego si sensero;* subaudi, moliri aliquid fallaciæ turbandis nuptiis, werde ich vermercken. Et sc. 2 v. 2 *Si sensero, bodie quicquam in his te nuptiis fallaciæ conari.* Et in Adelph. a. 3 sc. 3 v. 8 *Si me senserit eum quæritare.* C. Nepos in Alcibiad. c. 9 pr. *Nam Thraces postquam eum cum magna pecunia venisse senserunt*, &c. Idem Dione cap. 2 *Quanto esset ornamento sibi, sentiebat.* Et Suetonius Nerone cap. 34 *Cum sentiret antidotis præmunitam.* Cæsar lib. 1 de B. Civ. cap. 67 *Plerique censebant, ut noctu iter facerent: posse prius ad angustias perveniri, quam sentirentur*, ehe man ihrer inne oder gewahr würde. ¶ 3. Sed, *Recte sentire*, Quintil. lib. 2 cap. 15, id est, judicare, recht gesinnet seyn, meynen, urtheilen. Cicer. de Amicit. cap. 23 *De amicitia omnes ad unum idem sentiunt*, sie sind gleich gesinnet. Et, *Male de aliquo sentire*, von einem böse gedancken haben, Quintil. lib. 2 cap. 2. *Sentiet, qui vir sim*, Terent. Eunuch. a. 1 sc. 1 v. 21, er soll erfahren, befinden.

¶ Sensa, ōrum, subst. quicquid animo concipitur, sentitur, cogitatur, die gedancken, meynung; ut, *exprimere sensa dicendo*, Cic. 1 de Orat. cap. 8. Et 3 de Orat. cap. 14 *Sensa mentis & consilia explicare.*

¶ Sensim, adverb. paullatim, nach und nach, allmehlich, gemach; ut, *Sensim progredi*, Cicer. 5 de Fin. cap. 15. Et idem lib. 1 Offic. cap. 33 *Sensim erit pedetentimque mutatio facienda.*

¶ Sensus, ûs, subst. quo sentimus, der sinn, die empfindung. Cicer. in Verr. 3 cap. 18 *Nullus est in te sensus humanitatis*, du hast keine ader, die menschlich wäre. *Affici sensu doloris*, Idem 7 Verr. cap. 46. Et, *Sensum quemdam voluptatemque percipio*, Plinius lib. 1 epist. 10. Veteres, quia dubitabant, an sensus rerum humanarum ad defunctos perveniret, his usi sunt formulis: *Si quis manium sensus est: si quis in morte sensus est; si quis etiam inferis sensus; si quis post funera sensus*, &c. vid. Græv. ad Cic. 4 fam. epist. 5. ¶ 2. Sententia, die meynung, der verstand. Terent. in Adelph. a. 4 sc. 1 v. 17 *Quin tu otiosus es, ego illius sensum pulchre calleo*, ich weiß um seine weise gar wohl, kenne seinen sinn wohl. Matius, poëta vetus apud Gell. lib. 15 cap. 25

Quapropter edulcare convenit vitam,
Curasque acerbas sensibus gubernare.

Sensibus, id est, judicio ac ratione. Vet. Gloss. *Sensus*, αἴσθησις, νῦς. *Vnus sensus est bonorum omnium*, Cicer. 1 fam. epist. 9, id est, animus. Nepos Alcibiade cap. 5 n. 3 *Erat eodem, quo Alcibiades, sensu, populi potentiæ non amicus, optimatium fautor.* Virg. eclogâ 8 v. 96

magicis sanos avertere sacris
Conjugis experiar sensûs.

Vbi Servius: SENSVS, *id est, animum: ex quo sensus nostri sunt cerebri.* Eleganter etiam dicitur: *ex animi sensu*, Cicer. pro Roscio Amer. cap. 44. *Sensus* de sententia verborum, non est malæ notæ, & Phædrus lib. 4 fab. 4 *sensus testamenti*; & Seneca epist. 7 *Egregia dicta circa eumdem fere sensum*; & Gellius lib. 7 cap. 2 *sensus versuum* dixit, der verstand der worte, oder einer schrifft. Vide plura in Cellarii Curis Posterior. p. 89. ¶ 3. Ingenium quoque & naturæ felicitatem notat, die klugheit. Vellejus 2 cap. 9 *Sensibus celebris, verbis rudis.* Stat. lib. 2 Silv. 1 v. 119 *Ipse pater sensus, ipsi stupuere magistri.* Vide Barth. Advers. lib. 44 cap. 26, & lib. 16 cap. 26 & 30, & ad Theb. p. 51. ¶ 4. *Sensus communis*, judicium de rebus externis, quod ex communi usu rerum & consuetudine acquiritur, der witz, das nachsinnen. Hoc est id, quo quisque hominum aut sapit aut debet sapere, κοινὸς νῦς: unde stupidi & imperiti penitus, *communi sensu carere* dicuntur. Nos: sie haben ihre fünff sinne nicht. Horatius lib. 1 sat. 3 v. 68

quovis sermone molestus,
Communi sensu plane caret, inquimus.

Phædrus lib. 1 fab. 8 v. 3 *Hoc illis dictum est, quibus honorem & gloriam*
Fortuna tribuit, sensum communem abstulit.

Seneca epist. 5 *Hoc primum philosophia promittit, sensum communem, humanitatem & congregationem.* Quintil. lib. 1 cap. 2 *Sensum ipsum, qui* COMMVNIS *dicitur, unde discet, cum se a congressu, qui non hominibus solum, sed mutis quoque animalibus naturalis est, segregavit?*

¶ Sensĭcŭlus, i, ein sinnlein; hoc enim diminutivo Quintil. lib. 8 cap. 5 utitur: *Sensiculi corrupti.*

¶ Sensātus, a, um, sensu pollens, vernünfftig, verständig. Gloss. gr. lat. νυνεχὴς, *cordatus, sensatus, intelligens.* Firmicus 5 cap. 12 *Mars homines faciet sensatos, callidos, astutos.* conf. lib. 3 cap. 10; & Vulg. Interpr. Sirac. cap. 7 v. 27.

¶ Sensĭbĭlis, e, quod vel sentit, vel sentitur, greifflich, empfindlich. Apulejus in Trismeg. ad Asclep. p. 87 *Sensibilia sensibilibus annexa sunt.* Et ibidem p. 97 *Mundus, qui dicitur sensibilis, receptaculum est omnium sensibilium specierum.*

¶ Sensĭbĭlĭter, adverb. idem. Arnobius lib. 7 p. 234 *Nec odor sensibiliter commovere eos potest aura nidoris alicujus.*

¶ Sensĭlis, e, quod potest sentire, sinnlich. Lucret. lib. 2 v. 901
Deinde ex sensilibus qui sensile posse creari Constituunt.

¶ Sensĭtīvus, a, um, idem; ut, *Anima sensitiva*, apud Philosophos.

¶ Sensuālis, e, sensu præditus, sinnlich, empfindlich. Tertull. de Anima cap. 43 pr. *Stoici somnum resolutionem sensualis vigoris affirmant.* Prudentius in S. Romani passione v. 346

Ædem sibi ipse [Deus] *mente in hominis condidit*
Vivam, serenam, sensualem, stabilem.

¶ Sensuālĭter, adverb. idem; ut, *Sensualiter coli*, Sarisbur. 5 cap. 3.

¶ Sensuālĭtas, ātis, die sinnlichkeit, empfindlichkeit. Tertullian. eodem lib. de Anima cap. 17 pr. *Plato irrationalem pronuncians sensualitatem.* Adde ibidem cap. 38 extr.

¶ Sententia, æ, cogitatum, judicium, quicquid animus sentit, (vide supra in *Sensus*,) eine meynung; ut, *Hæc mea est sententia*, hoc est, ita ego sentio, Plaut. in Pseud. a. 1 sc. 3 v. 145. Et Terent. in Adelph. a. 3 sc. 5 v. 5 *Sin aliter de hac re est ejus sententia.* Et, *In sententia manere*, Cic. 7 fam. epist. 24, auf einer meynung bleiben. *In eamdem sententiam loqui*, Cæs. 1 B. Civ. cap. 1, auf eben den schlag. *Esse in eadem sententia*, Cicer. 16 fam. epist. 3. *Qui mihi per alium ostendit suam sententiam*, Terent. in Heaut. a. 2 sc. 1 v. 7. Et in Phorm. a. 2 sc. 2 v. 21 *mea sententiâ*, hoc est, judicio vel opinione mea, ut ego sentio, wie ich dafür halte, meinem erachten nach. *Sententias rogare de re aliqua*, Quintil. 3 cap. 8, umfragen, was eines jeden meynung davon sey. *Sententiam de re aliqua dicere*, Idem lib. 1 cap. 10, das urtheil fällen. Sic, *Omnibus sententiis absolutus est*, id est, omnium consensu. Seneca epist. 102 *Pars utraque sententias habet*, i. e. habet, qui pro ea sentiant: sive suffragia sua habet. De ordine rogandi sententias in senatu apud Romanos A. Gell. lib. 4 cap. 10, & lib. 14 cap. 7. Sueton. Cæsare cap. 21, & in August. cap. 35. ¶ 2. Sed, *Sententia*, lumen orationis, oratio est de vita, breviter ostendens, quid sit, aut quid esse oporteat in vita, ein spruch. *Sententiæ* dicuntur, quia similes consiliis & decretis. Μηδὲν ἄγαν· Γνῶθι σεαυτόν. *Ne quid nimis: Nosce te ipsum*, &c. ¶ 3. Idem quod votum est. *Minus ex sententia rem gessit*, Nepos Alcibiad. cap. 7 n. 1. *Ex sententia navigare*, Cic. 4 Acad. cap. 31, nach wunsch.

¶ Sententiŏla, æ, diminut. ein sprüchlein. Cic. 3 Philipp. cap. 9 *Sententiolas edicti cujusdam memoriæ mandavi.*

¶ Sententiālĭter, adverb. i. e. ex judicum sententia, urthel-mäßig, ausspruchs-weise. Tertull. de Carne Christi cap. 18 *Sententialiter & definitive pronunciare.* Macrob. Saturn. 5 cap. 6 *Sententialiter proferri.*

¶ Sententiōsus, a, um, voller sprüche; ut, *Auctor sententiosus*, qui sententiis abundat: *Genus orationis sententiosum*, Cic. de Clar. Orat. c. 95.

¶ Sententiōse, adverb. spruchweise. Cic. 2 de Oratore cap. 71 *Sæpe etiam sententiose ridicula dicuntur.* Et in Oratore cap. ult. *Composite & apte sine sententiis dicere, insania est: sententiose autem sine verborum & ordine & modo, infantia.*

¶ Sentīnus, i, Deus, ita dictus, quod sensus puerperio largiatur. vid. Augustin. de C. D. 7 cap. 2.

¶ Sentisco, ĕre, mercken, empfinden; ut, *Primordia sentiscant concussa*, Lucret. 3 v. 394. *Late sentiscere*, Idem 4 v. 587.

¶ Sensĭfer, a, um, empfindung-bringend, apud Lucretium lib. 3 v. 273
Sensifer unde oritur primum per viscera motus.

¶ Sensĭficus, a, um, idem; ut, *Spiramentum sensificum*, empfindung-machend, apud Macrob. lib. 7 Saturn. cap. 9.

¶ Sensĭfico, avi, atum, are, empfindlich machen. Martian. Capella: *Rupes sensificare tonis.* Composita cum præposit.

¶ Assentio, assensi, assentīre, est consentire, calculum suum addere, &c. beyfallen, beyfall thun. Cicero 1 Offic. cap. 6 *Duo vitia vitanda sunt: unum, ne incognita pro cognitis habeamus, hisque temere assentiamus.* Ita accuratissimi viri Gruterus, Grævius, alii, ediderunt. Curtius quoque 4, 13, 7 *Omnes ferme Parmenioni assentiebant.* Et lib. 5 c. 12 n. 3 *Darius vultu assentiebat.* Attamen usitatius est

¶ Assentior, īri, deponens, bewilligen, beyfall geben, beystimmen. Cicero 10 fam. epist. 16 *Ego eam sententiam dixi, cui sunt assensi ad unum.* Idem de Orat. 3 cap. 48 *Ego illud assentior Theophrasto*, in dem bin ich mit ihm einig. Et, *Senatus breviter impoliteque dicenti tibi maximis est de rebus assensus*, lib. 1 de Orat. cap. 49.

¶ Assensus, ûs, subst. der beyfall; ut, *Assensu omnium aliquid dicere*, id est, consensu & approbatione, Cic. lib. 2 de Nat. Deor. cap. 2. *Vulgi assensu & populari approbatione judicari soles*, Idem de Clar. Orat. c. 49.

¶ Assensio, ōnis, die bewilligung. Cic. lib. 1 de Invent. cap. 30 *Rem assensione comprobare.* Idem 4 Acad. cap. 12 *Assensio atque approbatio.* Et Seneca epist. 7 *Voluptas ex plurium assensione venit.*

¶ Assensor, ōris, ein verwilliger. Cic. 6 fam. epist. 22 *Quotidie commemorabam, te unum in tanto exercitu mihi fuisse assensorem & me tibi*, du hättest es mit mir gehalten, und ich mit dir. Seneca Hippolyto v. 1207 *Iræ facilis assensor meæ.*

¶ Assentor, atus sum, ari, insidiose & captandæ utilitatis gratiâ falso aliquem laudare, auctore Valla lib. 5, einem zu gefallen reden, heucheln, liebkosen, flattiren. Ter. in Adelph. a. 2 sc. 4 v. 6 *Ne id assentandi magis caussa, quam quod habeam gratum, facere existimes.* Plaut. Amph. a. 2 sc. 2 v. 70 *Tu quoque assentaris huic.* Apud Vellej. 2, 48, 1 *Assentari & adversari alicui*, sibi invicem opponuntur.

¶ Assentātio, ōnis, die schmeicheley, das heuchel-wort, die flattirung. Cic. de Amicit. c. 17 *Benevolentiam blanditiis ac assentationibus colligere turpe est.* Et pro Cluent. cap. 13 *Blanditiis & assentatione se in alicujus consuetudinem immergere*, sich einschmeicheln. *Eruditus ad assentationem*, Idem ad Qu. frat. lib. 1 epist. 1 cap. 5.

¶ Assentātiuncŭla, æ, diminut. die liebkosung. Cic. 5 fam. epist. 12 *Ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar.* Adde Plaut. Stich. a. 2 sc. 1 v. 75.

¶ Assentātor, ōris, ein schmeichler, liebkoser. Cic. 5 fam. epist. 12 *Non tu is es, qui non eos magis, qui te non admirentur invidos, quam eos, qui laudent, assentatores arbitrere.*

¶ Assentātrix, īcis, eine schmeichlerin. Plaut. Mostell. a. 1 sc. 3 v. 100 *Nunc assentatrix scelesta est, dudum adversatrix erat.*

¶ Assentātōrius, a, um, heuchlerisch, schmeichlerisch. Hinc

¶ Assentatōrie, adv. cum assentatione, schmeichlerischer weise. Cic. ad Qu. fratr. lib. 2 epist. 14 *Dubitare te, non assentatorie, sed fraterne veto.*

¶ Consentio, īre, convenire, übereinstimmen, übereinkommen; ut,

Omnes civitatis ordines una consentiunt, Cic. pro Sextio cap. 51. *Vna mente & voce consentire*, mit hertz und mund eines gesinnet seyn, Idem Philipp. 4 cap. 3. Et de Amicit. cap. 23 *Vno ore omnes de utilitate amicitiæ consentiunt.* Dicimus: *Consentire cum aliquo de aliquâ re*, Cic. in Acad. 4 c. 42. Et, *Principiis consentiant exitus*, Cic. ad Brut. lib. 1 fam. epist. 5. Et aliter: *Civitas consentiens in retinenda libertate*, Idem ad eumdem singulari libro epist. 15. *Consentire inter se*, Idem in Offic. lib. 1 c. 28. Et Liv. lib. 34 cap. 49 *Adversus consentientes nec regem quemquam satis validum, nec tyrannum fore.* ¶ 2. Conspirare, in malam partem. Cic. lib. 6 fam. epist. 19 [al. 18] *quod consensisset cum Hispanis quibusdam.* ¶ 3. Impersonaliter Tacit. Annal. 1 cap. 13 *De prioribus consentitur.* Et Quintil. 9 cap. 1 *Inter plurimos, quod sciam, consensum est, duas esse ejus partes.*

¶ Consentiens, tis, einstimmig, einig; ut, *Civitas in retinenda libertate consentiens*, Cic. ad Brut. epist 15. Et, *Cujus de laudibus omnium est fama consentiens*, Idem de Senect. cap. 17.

¶ Consentes, quasi *consentientes in eo, quod est gerendum*, fuerunt apud Romanos Dii duodecim, sex mares & sex fœminæ, quibus Jupiter usus fuisse dicitur velut consiliariis aut senatoribus. Harum nomina Ennius apud Apulejum de Dæmone Socrat. & Martian. Capellam de Nupt. Philolog. artificiose complexus est his versibus:

Juno, Vesta, Ceres, Diana, Minerva, Venus, Mars,
Mercurius, Jovi', Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Adde Varr. de R R. 1 cap. 1. Augustin. de Civ. D. 4 cap. 23; & Arnob. lib. 3 p 123. ¶ *Consentia sacra* Festo sunt, *quæ ex multorum consensu sunt statuta.*

¶ Consensus, ûs, subst. convenientia, die einhelligkeit, übereinstimmung; ut, *Omnium ordinum consensu*, Cic. ad Brut. epist. 3, einträchtige bewilligung. Cæsar 7 B. Gall. cap. 4 *Omnium consensu ad eum defertur imperium.*

¶ Consensio, ōnis, idem; ut, *Voluntatum, studiorum, sententiarum summa consensio*, Cic. de Amicit. cap. 4. Idem lib. 1 Qu. Tuscul. c. 13 *Omni in re consensio omnium gentium, lex naturæ putanda est*

¶ Consentāneus, a, um, conveniens, einstimmig, gleichformig, gemäß; ut, *Actiones virtuti consentaneæ*, Cic. de Finib. lib. 5 cap. 21. *Consentaneum his temporibus litterarum genus*, Idem 4 fam. epist. 13. *Consentaneum naturæ*, Cic. 1 Offic. cap. 27. Et, *Mors consentanea vitæ sanctissime actæ*, Idem Philipp. 9 ult. Sic, *Vir vita & morte consentaneus*, Vellej. 2, 63, 2. Et cum præpositione: Cic. lib. 3 fam. epist. 6 *consentaneum cum iis litteris.* ¶ 2. Et absolute, *Consentaneum est: Non est consentaneum*, Cic. in Offic. lib. 1 c. 20, es ist nicht gläublich.

¶ Consentānee, adverb. Hieronym. lib. 3 advers. Rufin. cap. 1 extr. *consentaneè narrare.* Et Lactant. 3 cap. 8 n. 20 *Cum natura consentanee vivere.*

¶ Inconsentāneus, a, um, ungemäß, ungleich. Martian. Capella lib. 5 post init. *Nihil magis mihi inconsentaneum atque indecens æstimari.*

¶ Dissentio, si, sum, īre, diversum ab aliquo sentire, mißhellig seyn, nicht mit einstimmen; ut, *Longe dissentire*, Cic. de Amicit. cap. 9. *Libere ab aliquo dissentire*, Quintil. lib. 3 cap. 6. *Soles nonnunquam hâc de re a me dissentire*, Cic. 1 de Orat. cap. 2. *De veritate ab aliquo dissentire*, Idem de Finib. lib. 2 cap. 25. Et, *Dissentire cum aliquo*, Idem 3 de Offic. cap. 22. Seneca dativo hoc compositum junxit, in epist. 20 *Ne orationi vita dissentiat.*

¶ Dissensus, ûs, subst. die mißhelligkeit, der widersinn; ut, *Dissensu alitur rumor*, Claudian. in Rufin. 1 v. 70. Idem de 6 Consulat. Honorii v. 395 *Caussa tropæis*

Civilis dissensus erat.

Statius 10 Thebaid. v. 558 *urbem*

Scindunt dissensu vario.

Rursus Claudianus pluraliter de Stilicon. 2 v. 86

mediis dissensibus aulæ.

¶ Dissensio, ōnis, discordia, dissidium, die uneinigkeit der meynung oder lehre; ut, *Dissensio summa est inter magnos homines*, Cic. Acad. 4 cap. 36 extr. *Commovere novam dissensionem*, Idem de Agraria 3 c. 2.

¶ Dissensor, ōris, der ungleiche meynung hat. Gloss. gr. lat. *ἑτερογνώμων, dissensor.*

¶ Dissentāneus, a, um, discors, non consentaneus, widersinnisch, uneinig. Nigidius apud Nonium cap. 2 n. 240 *Eum locum facit dissentaneum.* Et Cic. Partit. Orat. cap. 2 *Aut consentanea aut dissentanea.*

¶ Exsensus, a, um, sine sensu, sinnloß, unempfindlich. Sic *Exsensam mentem* dixit Nævius in Alcesti. Vide Nonium in *Obesus* cap. 4 n. 345; & Gell. lib. 19 cap. 7.

¶ Insensātus, a, um, amens, stultus, unvernünfftig. Augustinus lib. 3 de Genesi ad litt. cap. 12 *Homo post peccatum comparatus est pecoribus insensatis*, id est, irrationalibus. Adde Vulg. Interpr. Gal. c. 3 v. 1.

¶ Insensĭbĭlis, e, unempfindlich. Gell. lib. 17 cap. 10 *Inenarrabile est, & propemodum insensibile.* Lactantius pro eo, quod expers sensûs est, posuit lib. 1 cap. 20 *insensibilia colere*; & lib. 6 cap. 13 *insensibilia simulacra.*

¶ Insensĭlis, e, idem. Lucret. lib. 2 v. 887

Ex insensilibus ni credas sensile gigni?

Idem ibidem v. 864 *necesse est,*

Ex insensilibus tamen omnia confiteare
Principiis constare.

¶ Insensuālis, e, idem. Cassiodorus lib. 2 epist. 40 *Tanta vis est convenientiæ, ut rem insensualem sponte se movere faciat, quia ejus sociam constat agitatam.*

¶ Persentio, īre, empfinden; ut, *Magno persentit pectore curas*, Virg. 4 Æneid. v. 448.

¶ Persentisco, ĕre, mercken, spüren. Terent. in Heaut. a. 4 sc. 5 v 21 *Ne id tu persentisceres.* Et ibidem a. 5 sc. 1 v. 43 *Quod res dedere, ubi possem persentiscere.*

¶ Præsentio, ire, vorher mercken, fühlen. Terent. in Andr. a. 5 sc. 1 v. 20 *Ibi me adesse, neuter præsenserat*, es war mich keiner gewahr worden, daß ich vorhanden war. *Præsentire futura*, Cicer. 1 de Divin. cap. 18. *Animo prævidere & præsentire*, Cæsar 7 Bell. Gall. cap. 29. Passive & impersonaliter Livius lib. 21 cap. 49 *Præsensum tamen est, quia luna pernox erat.*

¶ Præsentisco, ĕre, idem. Priscianus lib. 8 cap. de Specieb. Verb. p. 824 edit. Putsch. citat Terentii verba ex Heaut. a 4 sc. 5 v. 21 *Ne tu id præsentisceres.* Sed nostri libri fere omnes hodie *persentisceres*, ut in illo verbo paullo ante scripsimus.

¶ Præsensio, ōnis, die vorhergehende vermerckung. Cic. 2 de Nat. D. cap. 3 pr. *Prædictiones & præsensiones rerum futurarum.* Ac principio lib. 1 de Divinatione: *Vetus opinio est, versari quamdam inter homines divinationem, id est, præsensionem & scientiam rerum futurarum.*

¶ Subsentio, ire, etlicher massen vermercken. Terent. Heaut. a. 3 sc. 1 v 62 *Etsi subsensi id quoque, illos ibi esse, & id agere inter se clanculum.*

SENTIS, is, masc. rubus, spina, ein dorn. Plaut. in Capt. a. 1 sc. 2 v. 79 *Asper meus victus sane est.* ER. *Sentesne esitas?* Et Virg. Æn. 9 v. 382

Densi complerant undique sentes.

Sed *sentem canis* appellat Columella lib. 11 cap. 3 rubum majorem in agris crescentem, hagendorn.

¶ Sentĭcētum, i, ein dornbusch, dornhecke, Plaut. Capt. a. 4 sc. 2 v. 80.

¶ Sentĭcōsus, a, um, asper, spinosus, dornicht, stachlicht. Afranius apud Festum: *Quam senticosa verba pertorquet turba!*

¶ Sentus, a, um, idem. Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 5 *Video sentum, squalidum, ægrum*, rauch, hin und wieder zurissen, &c. Virg. 6 Æn. v. 461

Sed me jussa Deûm: quæ nunc has ire per umbras,
Per loca senta situ cogunt, &c.

Vbi Servius: SENTA, *squalida. Et est translatio a terra inculta.* Prudentius 2 advers. Symmach. v. 1039

Exstirpamus enim sentos de pectore vepres.

SEORSVM, adverb. pro *sevorsum*, quasi *secus versum*, besonders, beyseits. Plaut. in Epid. a. 3 sc. 3 v. 21 *In ædiculam istanc seorsum concludi volo.* Et Livius lib. 22 cap. 52 *Traditi in custodiam omnes sunt, sed seorsum cives sociique*, id est, separatim, auf einen besondern ort. Terent. in Adelph. a. 5 sc. 9 v. 14 *Omnibus gratiam habeo: & tibi seorsum præterea, Damea*, und dir sonderlich. Nomen adjectivum revera est: *Seorsus, seorsa, seorsum.* vid. Plaut. Rud. a. 5 sc. 2 v. 27, ubi genuina vocis significatio apparet, quod videlicet *seorsus* & *seorsum esse* dicatur illud, quod ab alio separatum & seclusum est. Auson. Edyll. 17 v. 5 *seorsis obsistunt studiis.* Et Terentianus tractationem de carmine Jambico concludens:

Nunc quia quæ potui videor tractasse seorsa.

¶ Seorsim, adverb. improbat Vossius de Vit. L. L. 1 cap. 25.

SĒPA, æ, lacerti sive serpentis genus, Plin. 29 cap. 5 & 6; & lib. 32 cap. 4.

SĒPAR, ăris, absonderlich, apud Solinum legitur cap. 7, de Bœotia: *Duo flumina naturâ separi*, id est, diversa, ungleicher art. Sed plura de hoc verbo vide supra in compositis a *Par*, unde ductum est.

Separabilis, sepăro, cum derivatis, vide supra in *Par.*

SĔPĔLIO, īvi, ultum, īre, humo injecta contegere, begraben, verscharren; ut, *Hominem mortuum sepelire*, Cic. 2 de Legib. cap. 23. Mecænas apud Senecam epist. 92 extrema:

Nec tumulum curo: sepelit natura relictos.

¶ 2. *Sepelire dolorem*, per metaphoram dixit Cic. in 2 Tuscul. & Propert. 1 eleg. 17 v. 19, i. e reprimere, contegere. Et Seneca in epist. 12 *Sepelire se vino & epulis*, sich dichte vollsauffen.

¶ Sepultus, a, um, intelligitur quoquo modo conditus, begraben: *Humatus* vero humo tectus. Virg. 2 Æneid. v. 265

Invadunt urbem somno vinoque sepultam.

Sic, *Sepultum & sublatum bellum*, untergedrückt und aufgehaben, Cic. pro Leg. Manil cap. 11. conf. Vellej. 2, 90, 1.

¶ Sĕpultūra, æ, das begräbniß; ut, *Locum sepulturæ intra urbem ut darent, impetrare non potui*, Sulpit. ad Cic. 4 fam. epist. 12. *Corpora publica sepulturâ honorata*, öffentlich beerdiget. Et Seneca epist. 82 *Otium sine litteris mors est, & hominis vivi sepultura.* Et Lucret. lib. 6 v. 1276 *mos sepulturæ.*

¶ Sĕpultor, ōris, qui sepelit, ein begraber. Augustinus de Trinitate lib. 4 cap. 3 *sepultores corporis mortui.* Et Lege 5 § 8 Dig. de Institor. act. *Si libitinarius, quos græce νεκροθάπτας, id est, mortuorum sepultores vocant*, &c. si modo interpretatio illa ab Vlpiano est, nec a recentiore inserta. Translate Tertullianus de Anima cap. 46 Octavianum Cæsarem *civilium turbinum sepultorem* vocat.

¶ Sĕpultōrius, a, um, zum begräbniß gehörig. Gloss. gr. lat. *θαπτήριον, sepultorium.*

¶ Sepultūrārius, a, um, idem. Auct. de Limit. in Gœsii Agraria p. 296 *Fines sepulturarii sive cinerarii.*

¶ Sepulto, āre, frequentativum, begraben, Venantii Fortunati est lib. 8 hymno de Vitæ æternæ gaud.

¶ Sĕpulcrum, i, alii scribunt *sepulchrum*, das grab. Plaut. in Bacchid. a. 3 sc. 4 v. 21 *Ad sepulcrum mortuo dicere jocum.* Sed, *Vivum sepulcrum*, ἔμψυχός τις τάφος, hominem dixit Lucianus nihil agentem, vitâ indignum. vide Chiliad. Sic Horat. lib. 1 sat. 8 v. 10

Huc miseræ plebi stabat commune sepulcrum;

pro quovis dixit sepulturæ loco. conf. Barth. ad lib. Thebaid. Stat. p. 1189. Sepulcrorum vetustissima fuit religio, ne quis violaret, dejiceret, frangeret, quod veluti templa quædam esse Deorum Manium existimarentur; ideoque inscribebatur in eis: D. M. S. i. e. *Diis Manibus Sacrum.* vid. prolixe Cic. de Leg. 2 cap. 22 seqq.

¶ Sĕpulcrālis, e, zum grabe gehörig; ut, *Fax sepulcralis*, Ovid. Heroid. epist. Phyllidis 2 v. 120. Et, *Aræ sepulcrales*, Idem 8 Metam. v. 480. *Honor sepulcralis*, Sedulius in Joann. c. 11 de Lazaro resuscitato. *Favillæ sepulcrales*, Prudent. lib. 1 contra Symmach. v. 97.

¶ Sepulcrētum, i, eine begräbniß-stäte, ein Gottes-acker. Catull. carm. 60 v. 2 *in sepulcretis*

Vidistis ipso rapere de rogo cœnam.

¶ Sĕpĕlībĭlis, e, wohl zu begraben. Plautus Cistellar. a. 1 sc. 1 v. 64

Facito,

Facito, ut facias stultitiam sepelibilem.

Composita:

¶ Consēpultus, a, um, mitbegraben; vix apud alios, quam ecclesiasticos invenies, qui ex Apostoli ad Rom. epistola c. 6 hauserunt. Hieronymus epist. 1 ad Heliodorum: *Recordare tirocinii tui diem, quo Christo in baptismate consepultus, in sacramenti verba jurasti.*

¶ Insĕpĕlībilis, e, das man nicht begraben kan; ut, *Stultitia insepelibilis*, vid. Erasmi Adag.

¶ Insĕpultus, a, um, hoc est, non sepultus, unbegraben, omnis generis auctorum est. Cicero pro Milone cap. 33 *Frangetis impetum vivi, cum vix sustinetis furias insepulti?* Et 4 in Catilin. cap. 6 *Cerno animo insepultam patriam, miseros atque insepultos acervos civium.* Livius lib. 29 cap. 9 *nec satiatus vivorum pœna, insepultos projecit.* Seneca epist. 92 extr. *Ne quis insepultus esset, rerum natura prospexit.*

¶ Præsepultus, a, um, zuvor begraben. Quintil. Declam. 9 sub fin. *Video senem, meliore sui parte præsepultum, omnis etiam spei superstitem, orbum, destitutum.*

¶ Sēmĭsĕpultus, a, um, halb begraben; ut, *Ossa semisepulta*, Ovid. Heroid. epist. 1 Penelop. v. 55.

SĒPES, is, priore longa, quæ obducta agris vel hortis accessum prohibet, ein zaun; ut, *Segeti prætendere sepem*, Virg. 1 Georg. v. 270. Et, *texere sepes*, Idem Georg. 2 v. 371, zäune flechten. Et Ovid. Art. am. 3 v. 562 *Cingenda est altis sepibus ista seges.*

¶ Sepīcŭla, æ, diminutivum, ein zäunlein. Apulej. Metam. lib. 8 p. 210 [Pric. p. 167] *Dum forte passerem incantantem sepiculæ consectatur arripere.*

¶ Sēpio, sepsi, septum, sepīre, sepe munire, verzäunen, umgeben, verwahren. Cic. 15 fam. epist. 4 *Vallo & fossa circumdare, castrisque maximis sepire*, verschantzen. Sic, *Sepire muris urbem*, Nepos Themist. cap. 7. Rursus Cicero lib. 2 de Orat. cap. 34 *Vbi eum locum omnem cogitatione sepseris.* Et Vellej. 2, 51, 1 *Mare præsidiis classium sepserat.*

¶ Septus, a, um, i. e. munitus, verzäunt, verwahrt. Cic. 2 Offic. cap. 11 *Nullis præsidiis septi multis afficiuntur injuriis.* Sic, *fossa & vallo septus*, Idem 9 ad Attic. epist. 12. *Aggere septus*, Silius lib. 16 ineunte.

¶ Septum, i, subst. idem quod sepes seu sepimentum, & quilibet locus munitus, ein zaun, stall, gehäge, verschlossener ort. Varro R. R. 1 cap. 11 *Intra septa villæ*; conf. cap. 14, ubi inscriptio *de Fundo & septis.* Lucret. 6 v. 227 & 859 *Domorum septa.* ¶ 2. Et ovile Virg. eclog. 1 v. 34 *Quamvis multa meis exiret victima septis.*

¶ 3. *Septa* etiam vocabatur locus Romæ in campo Martio, ubi suffragia ferre solebant, & aliàs homines otiosi confabulandi caussa magna copia conveniebant. Seneca lib. de Ira cap. 7 *Cum videris forum multitudine civium refertum, & septa concursu omnis frequentiæ plena.* Statius 4 Silv. 6 v. 2

quum patulis tererem vagus otia septis, &c.

Sic dicta, quod cancellis, veluti cratibus conclusa, unde etiam *Ovilia* appellata. conf. Alex. ab Alex. Genial. D. lib. 2 cap. 18.

¶ Septio, ōnis, actus sepiendi, circumdatio, die verzäunung. Vitruvius lib. 5 extremo: *locus qui in ea septione finitus fuerit.* Et mox: *inter septiones fundamenta fodiantur.* Et lib. 6 cap. 11 *structurarum septiones.*

¶ Septuōse, adverb. i. e. obscure, dunckel, uti Nonius cap. 2 n. 777 explicat ex Liv. Andronic. *Ita septuose dictio abs te datur.*

¶ Sēpīmentum, i, omne est, quo quid sepitur, vel munitur, ein zaun, stacket. Varr. lib. 1 de Re Rust. cap. 14 *Sepimentum obsitum virgultis aut spinis, habet radices vivæ sepis.* Et, *Omnia, quasi sepimento aliquo vallare*, Cic. de Legib. 1 cap. 24.

¶ Sepīmen, īnis, idem. Apulejus principio Florid. *Colliculus sepimine consecratus.*

Composita:

¶ Circumsēpio, ire, umzäunen. Livius lib. 1 cap. 49 *Tarquinius corpus circumsepsit*, id est, corporis custodes assumsit.

¶ Circumseptus, a, um, umzäunet, umringet. Cic. sive autor epist. ad Octavianum sub init. *Cohortibus armatis circumseptus senatus.*

¶ Consēpio, ire, zuzäunen, verzäunen; ut, *Ager conseptus & consitus*, Cic. de Senect. cap. 16.

¶ Conseptum, i, subst. ut septum, sepimentum, ein gehäge. Colum. lib. 1 cap. 4 *Diffusiora consepta.* Et Tertullianus de Anima cap. 53 *Corpus animam circumsepto suo obstruit.*

¶ Conseptus, ûs, subst. idem. Strabo Gallus in fine:

Vt cum conseptu viridis consederis horti.

¶ Consepto, āre, frequent. zusammen stallen. Solinus cap. 32 de Ægypto: *Eligitur sacer lucus, in quo conseptant animalia diversissimi generis.*

¶ Dissēpio, īre, septum dirimere, den zaun niederreissen; ut, *Dissepto aggere*, Statius Thebaid. 10 v. 880. ¶ Pro separare, discludere, posuit Lucretius lib. 1 v. 998 *Aer dissepit colles, atque aera montes.* conf. Parei Lex. Crit. p. 371.

¶ Disseptum, i, subst. eine schiedewand, brandmauer; ut, *Dissepta saxea domorum*, Idem Lucret. lib. 6 v. 951. ¶ 2. Apud Macrob. in Somn. Scip. 1 cap. 6 *Intestinorum unum disseptum vocatur, quod ventrem & cætera intestina secernit.*

¶ Intersēpio, īre, sepe vel vallo impedire, verzäunen, verschantzen; ut, *Intersepire urbem vallo*, apud Liv. lib. 25 cap. 11. Et, *Interseptum iter*, verhauener weg, Cic. pro Balbo cap. 18.

¶ Interseptum, i, subst. eine mittelwand, schiedewand. Gloss. gr. lat. διάφραγμα, *Interseptum.*

¶ Obsēpio, īre, idem quod *intersepire*; ut, *Obseptis itineribus super vallum saliunt*, nach verlegten wegen, &c. Liv. lib. 25 cap. 39. ¶ 2. Idem Liv. metaphorice dixit lib. 4 cap. 25 *Obsepire iter ad honores.*

¶ Obseptum, i, subst. die verzäunung. Silius lib. 12 v. 110 *obsepta viarum*, græco more.

¶ Inobseptus, a, um, unverzäunt, offen. Lactantius de Opific. Dei c. 8 *Aurium foramina noluit Deus esse nuda & inobsepta.*

¶ Præsepio, īre, sepe aut aliâ re quacunque communire, vornher verzäunen; ut, *Maximis defixis trabibus, atque eis præacutis, præsepire*, Cæs. lib. 1 de Bell. Civ. cap. 27.

¶ Præsēpe, is, neutr. φάτνη, eine krippe. Ovid. lib. 1 Fastor. v. 663

State coronati plenum ad præsepe juvenci.

Quibus gemella Tibullus habet lib. 2 eleg. 1 v. 7

Nunc ad præsepia debent
Plena coronato stare boves capite.

Columella lib. 1 cap. 6 *Non altius edita esse præsepia convenit, quam ut bos aut jumentum sine incommodo stans vesci possit.* Patrius casus in illo Juvenci est de Christo puero:

Puerumque jacentem
Præsepis gremio cernunt, scilicet pastores.

Et Prudentius hymno de Natali Domini v. 77

O sancta præsepis tui,
Æterne rex, cunabula!

¶ 2. *Præsepe* etiam stabulum est, non solum pabuli receptaculum, ad quod jumenta alligantur. Virg. Æneid. 7 v. 275

Stabant tercentum nitidi in præsepibus altis.

Immo, Nonio observante cap. 1 n. 274, omnia loca clausa & tuta dicta *Præsepia*, quo illud Virg. Æneid. 7 v. 17 pertinet:

atque in præsepibus ursi Sævire &c.

Et illud Varronis apud Nonium l. c. *præsepibus se retineat forensibus.*

¶ 3. *Præsepe* de parasitica mensa dicitur. Horat. lib. 1 epist. 15 v. 28

Scurra vagus, non qui certum præsepe teneret.

Vide ibi Marcilium, & Plautum Curcul. a. 2 sc. 1 v. 13. Enimvero cum de ventre tantum solicitum sit hoc genus hominum, inter brutas bestias merito habentur. Ita, *Inter mensam sine sermonibus & præsepe nihil interest*, vetus verbum est, a Simplicio ad Epictetum p. 177 relatum. ¶ 4. Est & fœminina forma *Præsepis* Plauto usitata: ut Curculione a. 1 sc. 2 v. 13 *ad præsepim suam.* Item prologo Casinæ v. 57 *intra præsepes suas.* Et Rudente a. 4 sc. 3 v. 99 *intra præsepes meas.* Et

¶ Præsēpium, i, neutro genere, idem. Apulej. Met. lib. 9 p. 221 *Cibariis abundanter instruxit præsepium.* Et post paullo p. 222 *Circa præsepium capita demersi contruncabant moles palearum.* Adde Buchnerum ad Hymn. Prudentii de Natali Domini v. 77.

SĒPIA, æ, σηπία, piscis marinus est, sic dictus a solido, quod interius continet, & σήπιον ab Aristotele dicitur, ein black- oder kuttel-fisch. vid. Plin. 9 cap 29. Apic. 2 cap. 1; Idem 5 cap. 2; & 9 cap. 4. *Araneum marinum* SEPIAM exponunt alii, eine meerspinne, Gesner. *Sequitur perca sepiam*, adagium de societate improborum: vide Chiliadas. Habet pro sanguine atramentum, cujus effusione se defendit. vid. Cic. de N. D. 2 cap. 50. Et ipse sanguis quoque est niger. Vnde Ausonius *furvam sepiam* pro atramento, quo scribimus, ænigmatice dixit, epist. 4 v. 74. Atque Afri non e fuligine, ut alii, sed e succo sepiæ atramentum conficiebant. vid. Vossius lib. 4 Instit. Orat. p. 207. Adde Pers. sat. 3 v. 13

Nigra quod infusâ vanescat sepia lympha.

¶ Sēpiŏla, æ, diminut. ein meer-spinnlein. Plaut. in Casin. a. 2 sc. 8 v. 57 *Sepiolæ lepidæ.*

Sepicŭla, sepimentum, sepio, vide paullo ante *Sepes.*

SEPLĂSIA, æ, vel Seplasium, i, σεπλασία, forum unguentariorum Capuæ, & in genere locus, ubi unguenta venduntur, ein salben-kram, eine apothecke. vid. Varro apud Nonium cap. 3 n. 234 Plin. 16 cap. 10; & 34 cap. 11. Ascon. in Pison. p. 161; & Festi rudera. Meminit Cic. 2 Agrar. cap. 34; & pro Sext. cap. 8; & in Pison. cap. 11; & Val. Max. 9 cap. 1 ext. 1. conf. Scheffer. in Petron. Fragm. p. 157.

¶ Seplasiārium, i, idem. Gloss. lat. gr. *Seplasiarium*, μυροπώλιον.

¶ Seplasiārius, i, unguentarius, ein tyriacks-krämer, wurtzel- oder salben-krämer. Vet. Glossæ: *Seplasiarius*, παντοπώλης, melius dixisset (inquit Casaubon. ad Lamprid.) μυροπώλης. Lamprid. Heliog. cap. 30 *Pinxit se ut cupediarium, ut seplasiarium.*

Sepono, sepositio, vide supra in *Pono.*

SEPS, sēpis, serpens viperæ minimæ similis, colore cineris, maculis ex intervallo varius, cauda brevi, Matthiolus. Lacerta minor est, nobis ignota, quæ & *Chalcis*, & *lacerta Chalcidia* vocatur, eine kupf-fereidex, e maculis colori æris Cyprii similibus, Gesner. & Georg. Agricola. ¶ 2. Aëtius inter serpentes mortiferos, & viperarum genera *sepem* retulit. A sepibus percussis sanguis e vulnere excernitur, & paullo post sanies graveolens & putrefactio sequitur: a σήπω, *putrefacio*, est σήψ, *seps.* Lucanus lib. 9 v. 723

Ossaque dissolvit cum corpore tabificus seps.

Et Prudent. in Symmach. 1 præfat. v. 74 *Seps insueta subit.*

¶ Septĭcus, a, um, σηπτικός, ab eodem verbo græco σήπω, fäulend; ut, *Medicamenta septica*, quæ vim habent putrefaciendi, so eine fäulung erregen, Plin. lib. 28 cap. 38.

SEPTEM, ἑπτὰ, nomen numerale, indecl. VII, sieben. Virg. 6 Æn. v. 646 *Obloquitur numeris septem discrimina vocum.*

¶ Septēnārius, a, um, aus sieben bestehend; ut, *Septenarius numerus*, Macrob. lib. 1. Somn. Scip. cap. 6, qui sacer olim habebatur, atque aliquam habens efficaciam. vid. Barth. ad Briton. Aremor. p. 738. *Septenarius versus*, septem pedibus constans, Cic. 1 Tusc. cap. 44.

¶ Septēnus, a, um, plur. Septēni, æ, a, je sieben. Cic. Somn. Scip. cap. 2 *Septeni octies solis anfractus reditusque*, achtmahl sieben jahr, oder sechs und funffzig.

¶ Septies, adverbium, siebenmahl; ut, *Euripus septies die, sicut fama fert, temporibus statis reciprocat*, Livius lib. 28 cap. 6.

¶ Septĭmus, a, um, ordinale, der siebende; ut, *Septima æstas*, Virg. Æn. lib. 1 extrem.

¶ Septĭmùm, adverbialiter, zum siebenden mahl; ut, *Marius septimum consul, domi suæ mortuus est*, Cic. 3 Nat. D. cap. 32.

¶ Septĭmānus, i, a legione septima miles, einer aus der siebenden ordnung. Plin. 3 cap. 4 *Beterræ septimanorum colonia.* Hinc

¶ Septĭmānia, æ, locus, quem septimani occuparunt; vel ubi septem provinciarum conventus agebantur, apud Sidonium 3 epist. 1. conf. ibi not. Sirmondi, & Scalig. Lect. Auson. lib. 1 cap. 24.

¶ Septĭmāna, æ, vox vulgari usu tritissima, non autem antiquissima, eine woche. In Cod. Theodos. occurrit Lege 5 de Spectac. & apud

Vulg. Interpretem, ac æquales. Probatior eſt vox *Hebdomas* vel *Hebdomada*, de qua ſupra diximus. vid. Voſſ. de Vit. L. L. 1 cap. 33 pag. 152.

¶ Septuāginta, LXX, ſiebenzig. Cic. 5 in Verr. cap. 52 *Centum ſeptuaginta aratores.*

¶ Septuagēnārius, a, um, ſiebenzig-jährig. Lege 5 Dig. de Jure immunitatis § 7 *antequam ſeptuagenarius fieret.*

¶ Septuagēnus, a, um, plur. Septuagēni, æ, a, je ſiebenzig. Plin. lib. 26 cap. 10 *Septuagenus coitus.* Adde mox in *Septuagies.*

¶ Septuāgēsimus, a, um, der ſiebenzigſte. Cic. 1 de Divin. cap. 23 *Cyrus ad ſeptuageſimum pervenit*, &c. Aurel. Vict. Epit. c. 7 *Poſt ſeptuageſimum octavum annum.*

¶ Septuāgies, adverb. ſiebenzig mahl; ut, *ſeptuagies ſeptuageni ſiunt* [multiplicando] *quatuor millia & nongenti*, Columella lib. 5 cap. 2.

¶ Septingenarius, ſeptingeni, ſeptingenteſimus, ſeptingenti, vide ſupra in *Centum*; quibus adde *Septingenties* ex Plin. 36 cap. 15.

¶ Septas, ădis, die ſiebende zahl; Macrobio auctore in Somn. Scip. 1 cap. 6 veteres Latini pro ἑπτὰς, dixerunt.

¶ September, bris, menſis, quod a Martio ſeptimus numeraretur, der herbſt-monat; vide *Menſis.* ¶ 2. Horatius adjective dixit etiam *Horæ ſeptembres*, lib. 1 epiſt. 16 v. 16.

¶ Septemplex, ĭcis, ſiebenfältig; ut, *Clypeus ſeptemplex*, Virg. 12 Æn. v. 925. Et Ovid. Met. 5 v. 187 *genitus ſeptemplice Nilo.*

¶ Septuplus, a, um, idem. Gloſſ. Cyrilli: *Septuplum*, ἑπταπλάσιον. Et adverbialiter Vulg. Interpr. Geneſ. cap. 4 v. 24 *Septuplum ultio dabitur de Cain.* Et Proverb. cap. 6 v. 31 *Fur reddet ſeptuplum.* conf. Hieron. 1 epiſt. 8.

¶ Septimius, i, (unde Septimillus, diminutivum Catulli carm. 46 v. 13.) Item Septimulejus, Septitius, Septitianus, (apud Martial. 4 epigr. 80) &c. ſunt nomina Romanorum.

Compoſita varia: ut,

¶ Septembŏnus, Septemdĕcim, Septemfluus, Septemgeminus, Septemmeſtris, Septempedalis, Septemvir, &c. Septennis, ſeptennium, Septentrio, ſeptentrionalis, &c. & quæ *em* in *i* mutant vel prorſus elidunt; ut, Septicollis, Septifariam, Septifluus, Septifolium, Septifŏris, Septiformis, Septimontium, &c. Septĭpes, Septizonium vel Septizodium, Septunx, ſeptuncialis, quære ſub ſuis ſimplicibus *Bonus, Decem, Fluo, Geminus, Menſis, Pes, Vir, Annus, Triones, Collis, Fari, Fluo, Folium, Foris, Forma, Mons, Pes, Zona, Vncia.*

Septio, ſeptum, ſeptuoſe, vide ſupra in *Sepes.*

Sepulcralis, ſepulcretum, ſepulcrum, ſepultare, ſepultor, ſepultura, &c. vide *Sepelio.*

Sepum, idem quod Sebum, vide infra *Sevum.*

Sequacĭtas, ſequaciter, vide paullo poſt *Sequor.*

SĔQVĀNA, æ, Galliæ celeberrimus fluvius, qui Belgicam, Celticamque diſterminat, ut Plinius auctor eſt lib. 4 c. 17, die Seyne. Inde

¶ Sequăni, orum, qui accolunt Galliam fontibus propiorem, ibidem Plinio narrantur, die Burgundier. Sed & adjectivum

¶ Sequănus, a, um, de eadem gente, Lucanus lib. 1 v. 425

Optima gens flexis in gyrum Sequana frænis.

¶ Sēquănĭcus, a, um, aliud adject. Martialis 4 epigr. 19

Hanc tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnam.

Sequax, ſequēla, ſequentia, vide mox in *Sequor.*

SĔQVESTER, ſtri, ſubſt. ſecundæ & tertiæ declinationis, (namque & adjective uſurpatur *Sequeſtris, ſtre*, & *Sequeſter, ſtra, ſtrum*,) is dicitur, apud quem plures tandem rem, de qua controverſia eſt, deponunt, ut ejus fidem utraque pars ſequatur, quemadmodum Gellius exponit lib. 20 cap. 10, dem eine ſtreitige ſache übergeben wird, ein unterhändler, mittler, ſchiedsmann, pfandhalter; ut, *Pacis ſequeſter*, pacificator, vulgo *mediator* dictus, apud Lucan. lib. 10 v. 472. Et Silius lib. 6 v. 347 de Attilio Regulo Romam Carthagine miſſo,

pacuque ſequeſtrem Mittere.

Quod eleganter etiam de Chriſto μεσίτῃ Tertullianus dixit Reſurrect. Carn. cap. 51 *Hic ſequeſter Dei atque hominum.* Adde Buchner. ad Hymn. Prudentii de Natali Domini v. 16 p. 25. Aſconius in proœm. act. in Verr. *ſequeſtrem* vocat, apud quem pecunia deponitur, bey dem man geld, ſo ſtreitig iſt, niederlegt. ¶ 2. Item, qui perficiendam rem aliquam ſuſcipit & inde lucrum facit, ein ſchaffner. Tale enim quiddam Ciceroni videtur eſſe *Sequeſter*, ut in 4 Verr. cap. 44 *Qui in Sicilia ſequeſter iſtius, interpres, confector negotiorum:* & pro Cluentio cap. 8 *Quo ſequeſtre in illo judice corrumpendo dicitur eſſe uſus.* ¶ 3. Virgilius *pacem ſequeſtram* dixit pro Induciis, lib. 11 Æn. v. 133. Similiter Statius lib. 2 Theb. v. 425, ubi vide Barth. p. 499, 500, ſeqq. Nam vere adjectivum eſt. Prudentius Hamartig. v. 911 *Carne ſequeſtra pauliſper*, id eſt, poſita ad breve tempus, quaſi ſequeſtro depoſita. Agit enim de viſione Joannis in Pathmo, ſpiritu peracta, ſine carnis opera.

¶ Sĕqueſtrò, adverb. ex caſu in *o* tractum, durch oder bey ſchiedsleuten. Gellius extremo opere: *Quod apud ſequeſtrem depoſitum erat, ſequeſtro poſitum per adverbium dicebant.* Exemplum addit ex Catone: *Nolite vos ſequeſtro ponere.* Et Plaut. Mercat. a. 4 ſc. 3 v. 36 *Sequeſtro mihi data eſt.* Idem Rud. a. 4 ſc. 3 v. 79 *Aut ad arbitrum reditur, aut ſequeſtro ponitur.*

¶ Sĕqueſtro, are, deponere, niederlegen. Prudent. hymno Exſequiarum v. 127 *Hominis tibi membra ſequeſtro.*

Tertull. de Reſurr. carn. cap. 26 *Corpora medicata Mauſoleis & monumentis ſequeſtrantur.* Et Sidon. 1 epiſt. 11 *Vir ab infamia ſequeſtrandus*, i. e. ſemovendus.

¶ Sequeſtrātus, a, um, beyſeit geſetzt. Macrob. lib. 7 Saturn. cap. 11 *ſequeſtrata verecundia*, hoc eſt, abjecta, depoſita: *Commaſcula*, inquit, *frontem, & ſequeſtrata verecundia, quam in te facies rubore indicat, confer nobiſcum libere, quod occurrit.*

¶ Sequeſtrātim, adverb. ſeparatim, abſonderlich. Caſſiodor. Var. 11 epiſt. 1 *Quæratis forſitan ſequeſtratim principis bona.*

¶ Sequeſtrātio, ōnis, depoſitio, ſeparatio, die niederlegung, abſonderung; Lege unica Cod. *de prohibita ſequeſtratione pecuniæ.* Et Ambroſius de Spiritu S. lib. 1 cap. 1 *ſequeſtratio eccleſiæ.*

¶ Sĕqueſtrātōrium, i, locus, ubi aliquid deponitur, die niederlage. Tertull. de Reſurr. carn. cap. 52 *Seminibus ſequeſtratorium terra eſt, illic deponendis & inde repetendis.*

¶ Sequeſtrārius, a, um, die niederlage betreffend; ut, *Actio ſequeſtraria*, Pomponius Lege 1 § 1 Dig. Depoſiti vel contra.

SĔQVOR, ſecūtus ſum, ſĕqui, folgen, nachfolgen. Terent. in Andr. a. 1 ſc. 1 v. 101 *Funus præcedit, ſequimur*, &c. Et in Adelph. a. 2 ſc. 2 v. 40 *Potius, quam lites ſequar.* Sic, *Sequi alicujus ſententiam, judicium, auctoritatem: Sequi conſuetudinem: Naturam ducem ſequi*, Cicero paſſim. *Sequi aliquem magno intervallo*, Cæſar 1 B. Gall. cap. 32, einem von weiten folgen, aber noch weit von ihm ſeyn. *Magiſtrum ſequi*, Plin. lib. 5 epiſt. 15. Et, *Sequi alicujus conſilia*, Vellej. 2, 72, 3. ¶ 2. *Sequi* etiam pro avide atque non ſine ambitu quodam quærere, ſive appetere, affectare, ponitur, nachſtreben. Ita Cæſar, *Alicujus gratiam ſequi*, principio lib. 1 de B. C. dixit. Plin. lib. 8 epiſt. 18 *Mulier natalibus clara, moribus proba, ætate declivis, diu vidua, mater olim, parum decore ſecuta matrimonium videbatur divitis ſenis* &c. Vbi vide Buchnerum. ¶ 3. Veteres & *Sequi* pro loqui, narrare, dicere, uſurparunt. Virgil. eclog. 6 v. 74

Quid loquar? aut Scyllam Niſi, quam fama ſecuta eſt &c.
Dulichias vexaſſe rates.

Horat. de Arte Poët. v. 240

Ex noto fictum carmen ſequar.

Vide & Rutgerſ. lib. 4 Variar. Lect. cap. 19. Hinc *reſequi* pro reſpondere Ovidius poſuit, vide infra *Reſequi.* ¶ 4. *Sequitur* abſolute, es ſchleuſt ſich, es folget. Cic. 3 fam. epiſt. 5 ſect. 4 *Hoc tuum officium cum mihi gratiſſimum eſſe dicam, ſequitur illud, ut te exiſtimare velim*, &c.

¶ Sequentia, æ, die folge. Frontinus de Aquæduct. p. 233 *Multiplicatio in amplioribus modulis ſervare ſequentiæ ſuæ regulam debet.*

¶ Sequūtio, vel Sĕcūtio, ōnis, die folge, nachfolgung. Auguſtinus de Moribus eccleſ. cathol. cap. 11 pr. *Secutio Dei, appetitus beatitatis eſt: conſecutio autem, ipſa beatitas.* Et Gellius 18 cap. 9 *Secta & ſecutio conſuetudine loquendi differunt.*

¶ Sĕquēla, æ, idem. Scævola Lege 93 Dig. de ſolutionib. *Obligatio, quæ ſequelæ locum obtinet.* Tertullianus de Patient. cap. 5 extr. *Poſt mannæ eſcatilem pluviam; poſt petræ aquatilem ſequelam, deſperant de Domino.* Lactantius 7 cap. 5 *Immortalitas non ſequela naturæ, ſed merces præmiumque virtutis eſt.* Idem de Opific. Dei cap. 4 *Mors ſequela morborum eſt.*

¶ Sequūtor, vel Secūtor, ōris, qui ſequitur, ein nachfolger. Gloſſ. Vet. *Secutor*, ἀκόλουθος. Apulej. Met. lib. 9 p. 224 *Acerrimum relinquens uxori ſequutorem, ſecuram dirigit profectionem*; id eſt, cuſtodem, obſervatorem, qui ab illa non recederet, ſed, quoquo ibat, inſeparabilis ſequeretur. ¶ 2. *Secutores* gladiatorum genus, fechter; vide Lipſii Saturnal. lib. 2 cap. 7. Prudentius 2 adv. Symmach. v. 1100

Altius impreſſo dum palpitat enſe ſecutor.

Juvenal. ſat. 8 v. 210 *Cum Gracchо juſſus pugnare ſequutor.*

¶ Sequūtŭlēja, vel Secutuleja, æ, quæ virum appetit & ſectatur ipſa, die mann-thöricht iſt. Petron. Satyric. p. 90 *Tamquam mulier ſecutuleja unius noctis pactu omnia vendidit.*

¶ Sĕquax, ācis, folgend, gefolgig. Latinitatis damnat hoc vocabulum Baptiſta Pius: eamdem aſſerit Barth. ad Script. Venat. p. 142. Statius lib. 3 Theb. v. 500 *cunctas*
Perlegĕre animis, oculisque ſequacibus auras.

Et Virgilius aliquoties uſus eſt: ut Georg. 4 v. 230

fumosque manu prætende ſequaces.

Item Æn. 8 v. 432 *flammisque ſequacibus iras*
Miſcebant operi.

Et lib. 10 Æn. v. 365 *Latio dare terga ſequaci*,

hoc eſt, inſequentibus Latinis. Plinius in Panegyr. cap. 45 *Flexibiles quamcunque in partem ducimur a principe, atque, ut ita dicam, ſequaces ſumus.* Comparat. *ſequacior.* Plinius avunculus lib. 36 c. 26 *Nec eſt alia nunc materia ſequacior, aut etiam picturæ accommodatior.* De vitro & ſimilibus loquitur, quæ flatu figurantur.

¶ Sĕquācĭter, adverb. idem. Arnobius lib. 2 p. 49 *Concludere acutiſſime ſyllogiſmos, ordinare ſequaciter inductiones ſuas*, &c.

¶ Sequācĭtas, ātis, die folgſamkeit; ut, *Pigra ſequacitas*, Sidon. 4 epiſt. 11. Et, *Scribarum ſequacitas ſaltuoſa*, Idem 9 epiſt. 9.

¶ Sequior, ſequius, a *Sequor* eſt, deterior, ſchlechter, geringer. Apulejus Met. lib. 10 p. 249 *ſequiorem ſexum* muliebrem vocat: *Si*, inquit, *ſexus ſequioris ediddiſſet fœtum*, quam mox *puellam* ibidem appellat. Gloſſ. Vet. *Sequius*, χεῖρον. Vlpianus *hominem ſequioris vitæ, frugi* opponit Lege 8 § 11 Dig. de Transaction. vide Juret. ad Symmachum lib. 10 epiſt. 49.

¶ Sequius, adverb. idem quod ſecius; vide ſupra in *Secus.*

¶ Sectŏr, ātus ſum, ari, frequent. folgen, nachlauffen; ut, *Totos dies aliquem ſectari*, Cic. pro Muræn. cap. 34. *Ejusmodi eſt, ut eum pueri ſectentur & irrideant*, Idem in Verr. 6 cap. 66. *Canes ſectantur feram*, ſie eilen, jagen nach, Terentius in prolog. Phorm. v. 7. Et Virg. eclog. 3 v. 75 *Si, dum tu ſectaris apros, ego retia ſervo.*

Et, *Sectari*, diſciplinæ alicujus ſtudioſum eſſe, ſich zu eines lehre oder ſecten bekennen. Gellius lib. 6 cap. 6 *Apollinarem Sulpicium inprimis ſectabar.* Et de eodem lib. 13 cap. 17 *Sectabar eum diſcendi gratia*, ich hieng ihm an.

¶ Sectātio, ōnis, die nachſtrebung. Tertull. ad Vxor. 1 cap. 6 *Homines etiam boni ſectationibus perdere.*

¶ Sectator, ōris, qui ſectatur, ein nachfolger, anhänger. Cicero pro Muræna cap. 34 pr. *At ſectabantur multi. Quid opus eſt ſectatoribus?* Et paucis interjectis: *Lex Fabia de numero ſectatorum.* Erant hi clientes candidatorum, qui ſectabantur, quoquo irent, gratiæ conciliandæ cauſſa. De ſtudiis & doctrina etiam eleganter adhibetur; ut, *ſectatores philoſophiæ*, Gellius lib. 1 cap. 3. *Philoſophorum ſectatores*, ibidem cap. 9. Et, *Eloquentiæ ſectatores*, Idem lib. 19 cap. 5 pr.

¶ Sectātrix, īcis, quæ ſectatur, eine anhängerin, Petron. in Satyric.

¶ Secta, æ, αἵρεσις, formula diſciplinæ, ſive ratio, ſeu inſtitutum, die art

zu leben, der orden, die secte, der anhang; ut, *Asperrima, severissima secta*, Quintil. lib. 1 cap. 10 p. 84, ein harter, strenger orden. *Sectam & instituta aliquorum sequi*, Cic. 7 Verr. cap. 70 extr. Et Plinius Paneg. cap. 45 *Hos ergo provehis, & ostentas, quasi specimen & exemplar, quæ tibi secta vitæ, quod genus hominum placeat:* paullo post *propositum* vocat. Idem ibidem cap. 85 *Placeat tibi semper hæc secta.* Apulej. lib. 4 Miles. *Quos* (latrones) *ad istam sectam paupertatis necessitas adegit: Ad istam sectam*, id est, ad hoc vivendi genus. ¶ 2. Hinc *Sectæ* nomine comprehenduntur, qui alicujus dogma sive vivendi rationem sequuntur. Sic, *Sectæ Philosophorum*, quarum in Græcia præcipue quatuor fuere, Aristotelica sive Peripatetica, Epicurea, Stoica, & Academica. Quæ quoniam opinionibus nimium inter se dissidebant, factum est, ut & aliæ secessiones & factiones *sectæ* appellarentur. Cicero ad Brutum epist. 3 *Hostes omnes judicati, qui M. Antonii sectam secuti sunt.* Theologis *Sectæ* dicuntur eorum cœtus, qui falsam erroneamque doctrinam, quam ipsi putant, amplectuntur; in malam partem. Sed revera vocabulum μέσον est, ut patet ex iis, quæ supra dicta sunt. Namque & Christiani veteres suam & sentiendi, & vivendi rationem, *sectam* vocarunt. Prudent. in Romano v. 125 *Generosa Christi secta nobilitat viros.*
Tertullianus Apologetico cap. 39 *Dei secta:* & cap. 40 *Christiana secta:* & cap. 46 *Interim incredulitas dum de bono secta hujus obducitur.* Vbi & Heraldum licebit videre.

¶ Sectăcŭlum, i, hinc ducitur, tamquam diminutivum, & est quasi sequela quædam & propagatio, die nachfolge. Apulej. Met. lib. 5 *Occipiunt sciscitari, qualis ei maritus, & unde natalium sectacula provenirent;* i. e. qua secta maritus esset propagatus.

¶ Sectārius, i, etiam hinc quidam ducunt, ein führer; ut, *Vervex sectarius*, apud Plaut. Captiv. a. 4 sc. 2 v. 40, quem, ut ducem, grex sequatur, ein leithammel: Lambino autem & Operario a *secando* ita dicitur, cui secti sint testiculi, ein verschnittener hammel. ¶ 2. Theologis *Sectarii* sunt, qui sectam seu hæresin faciunt, ideoque a communi doctrina & professione discedunt, sectirer, denen andere folgen.

¶ Sector, ōris, &

¶ Sectio, ōnis; quæ Asconius in Verr. de Prætur. Vrb. æque ab *sequendo* ducit, vide in *Seco, are.*

Composita:

¶ Assĕquor, cutus sum, sĕqui, pervenire ad eum, quem sequimur, erlangen, erreichen, ereilen. Cic. ad Attic. 3 epist. 5 *Si Romæ es, jam me assequi non potes.* Et in 1 Tuscul. cap. 39 *Nonne modo pueros, modo adolescentes in cursu a tergo insequens, nec opinantes assecuta est senectus?* ¶ 2. Sed, *Honores & magistratus assequi sine repulsa*, id est, adipisci, überkommen, Idem Cic. in Pison. cap. 1. ¶ 3. Item, *Si vitam pro tua dignitate profundam, nullam partem videar tuorum meritorum esse assecutus*, Cic. ad Lentulum 1 fam. ep. 4. Sic, *Assequi conjecturâ*, Idem in Verr. 5 cap. 86, durch muthmassung errathen. Et, *Cogitationem alterius assequi*, Idem de Inventione 2 cap. 47, verstehen.

¶ Assĕcūtus, a, um, der da nachgefolget ist. Vellej. 2, 59, 3 *Hispaniensis militiæ assecutum se postea comitem habuit.*

¶ Assector, āri, frequentativum, sich bey einem stets befinden, einem aufwarten, begleiten, &c. Sueton. Cæs. cap. 19 *Pompejum assectatus est*, id est, Pompejo se adjunxit. Plinius lib. 33 cap. 12 *Vidimus & ipsi Arellium Fuscum, cum celebritate assectarentur adolescentium scholæ, ex argento annulos habentem.* Eodem sensu absolute Horatius 1 sat. 9 v. 6 *Quum assectaretur.*

¶ Assectātio, ōnis, die begleitung. Plinius lib. 2 cap. 20 *Latet plerosque, magna cæli assectatione compertum a principibus doctrinæ viris*, id est, observatione, durch grosse und fleißige aufmerckung. Cic. pro Muræna cap. 34 *Habent hanc in nostris petitionibus operam atque assectationem*, die bestrebung, bemühung. conf. de Petit. Consul. cap. 9.

¶ Assectator, ōris, qui assectatur, ein begleiter, anhänger. Cicer. pro Corn. Balbo cap. 27 *Cum ducibus ipsis, non cum comitatu assectatoribusque confligant.* Seneca de Tranquill. cap. 1 *Assectator comesque patrimoniorum pereuntium populus*, wer das seine verthut, hat grossen anhang und zuspruch. ¶ 2. Sed, *Assectator sapientiæ*, Plin. lib. 8 cap. 17; & *eloquentiæ* alicujus, Idem lib. 29 cap. 1, id est, imitator, ein schüler, nachfolger. Gell. lib. 5 cap. 10 *Cum diutule auditor assectatorque Protagoræ fuisset.*

¶ Assĕcla, vide sub litt. *A.*

¶ Consĕquor, sĕqui, nachfolgen. Hirtius 8 de B. Gall. cap. 27 *Consequuntur equites nostri, ut erat præceptum.* Terent. Heaut. a. 2 sc. 3 v. 36 *Continuo hic se conjecit intro, ego consequor*, ich gehe ihm auf dem fuß nach. Sic, *Consequi itinere & in itinere aliquem*, Pompejus ad Marcell. & Lentul. Coss. sub Cic. ad Attic. lib. 8 epist. 12, einen erreichen, einholen. Sic & Cic. 2 Catil. cap. 4 *Aurelia via profectus est: si accelerare volent, ad vesperam consequentur.* Terent. Phorm. a. 5 sc. 1 v. 23 *Matrem ipsam ex ægritudine mors consecuta est.* Cic. Philipp. 1 cap. 15 *Quicunque casus consecutus esset*, es möge erfolgen, was da wolle. ¶ 2. Sed, *Hoc videmur consecuti, ut ne quid agi cum populo sine vi possit*, Cic. 1 fam. epist. 2, i. e. hoc obtinuimus, adepti sumus, das haben wir erhalten, erlanget. Sic, *Consequi laudem, famam, dignitatem, gloriam, fructum*, Cicero passim dixit. Idem 2 de Orat. cap. 89 *Sapientiæ laudem & eloquentiæ sine summo studio & labore & doctrina consequi nemo potest.* Et Quintil. lib. 1 cap. 1 *Nemo reperitur, qui sit studio nihil consecutus.* ¶ 3. *Memoriâ, intellectu, verbis consequi*, i. e. percipere, assequi, fassen, Cic. variis locis. Lucret. lib. 1 v. 45

sed rebus ab ipsis
Consequitur sensus, transactum quicquid in ævo &c.

Auctor ad Herenn. lib. 2 extremo: *Hæc si, ut conquisite conscripsimus, ita tu diligenter fueris consecutus.* ¶ 4. Plaut. Asinar. a. 2 sc. 1 v. 13 *Certum hercle est, vestram consequi sententiam*, id est, sequi vel persequi.

¶ Consĕquens, tis, folgend, nachfolgend; ut, *Res consequentes*, Cic. 2 de Divin. cap. 19. *Spe eriguntur consequentis ac posteri temporis*, Idem 1 de Fin. cap. 20. ¶ 2. Sed, *In verbis conjunctis, quod non est consequens, vituperandum est*, Cicero in Partitionibus cap. 6. *Quod consequens non est*, id est, quod non cohæret, das nicht auf einander folget. Idem lib. 1 de Legib. cap. 5 *Quoniam scriptum a te est de optimo reipublicæ statu, consequens esse videtur, ut scribas idem de legibus.* Comparat. Augustinus lib. 15 de Trinit. cap. 19 *Quid consequentius, quam ut ipse sit caritas, qui dicitur & Deus, & ex Deo?* ¶ 3. *Consequens*, est consentaneum, gemäß. Cic. lib. 3 de Fin. c. 15 *His autem ea consentanea & consequentia.* Et 2 Offic. cap. 5 *Quid consentaneum cuique, quid consequens, ex quo quæque gignantur.* Adde Brisson. de Verb. Signific.

¶ Consĕquenter, adverb. demnach, folglich. Vlpian. Lege 15 § ult. Dig. de usufr. & quemadm. Et alibi. vide Brisson. Adde Apulejum mox in *Obsequenter* adducendum ex principio lib. 11 Metam.

¶ Consĕquentia, æ, die folge, so aus dem vorigen schleust oder fleust. Cic. 1 Divin. cap. 56 *Qui cursum rerum eventorumque consequentiam diuturnitate pertractata notaverunt.* Vet. Gloss. *Consequentia*, ἀκολουθία.

¶ Consĕcūtus, a, um, nächstfolgend, erfolgend; ut, *Reliquis consecutis diebus*, Cic. Philipp. 1 cap. 13.

¶ Consecutio, ōnis, die folgung; ut, *Conclusio ex necessaria consecutione*, Cicer. de Invent. 1 cap. 29. *Consecutio verborum*, id est, cohærens & decenter ordinatus contextus, Idem de Partit cap. 6. Et de Fin. 1 cap. 11 *Detractio molestiæ consecutionem adfert voluptatis*, eine erlangung der ergötzlichkeit.

¶ Consecūtor, ōris, ein nachfolger. In Constantini M. nummo conspicitur templum Martis cum inscriptione: CONSECVTORI. vide Ferretii Mus. Lapid. p. 19.

¶ Consĕquus, a, um, idem quod *consequens.* Lucret. lib. 5 v. 679

Consequa natura est jam rerum ex ordine certo.

¶ Consĕquium, i, der nachtrab. Apulej. Met. lib. 5 p. 169 *Extrema consequia;* ubi Pricæum vide p. 281. Et lib. 10 p. 247 *Carpenta novissimis trahebantur consequiis.*

¶ Consector, ari, frequentativum, stets nachfolgen. Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 18 *Est genus hominum*, &c. *hos consector*, zu dem finde ich mich. Cæs. 5 Bell. Gall. extr. *Redeuntes equites, quos possunt, consectantur atque occidunt*, sie ereilen. Et, *Consectari & conficere hostes*, Cic. 2 de Invent. cap. 37. *Minutissima etiam consectari*, Plin. lib. 5 epist. 6, alles genau suchen. Sic, *Consectari aliquem conviciis*, Cic. ad Attic. lib. 2 epist. 18, auf einen schmähen.

¶ Consectātio, ōnis, die aufsuchung, die erjagung. Cicer. in Orat. cap. 49 *Princeps in consectatione concinnitatis.*

¶ Consectator, ōris, ein nachfolger; unde

¶ Consectatrix, īcis, die nachfolgerin. Cic. lib. 3 Offic. cap. 33 *Libidines sunt consectatrices voluptatis*, folgen auf wollust.

¶ Consectārium, i, argumentum est breviter adstrictum, ein kurtz gefaßt argument, ein schluß der da folgt. Cic. lib. 4 de Finibus cap. 18 *Venio ad illa tua brevia, quæ consectaria dicebas.* Et ibid. *Stoicorum consectaria brevia & acuta.*

¶ Consectāneus, a, um, i. e. *consequens*, folgend, folglich. Arnob. lib. 5 p. 214 *Consectaneum est credere, nunquam Deos irasci.* ¶ 2. *Consectaneus*, qui est ejusdem sectæ, ein anhänger. Sidon. 3 epist. 6 *Consectaneus videtur Plotinus.* conf. lib. 7 epist. 9.

¶ Inconsĕquens, tis, inconveniens, ungereimt, cujus intensivo *Perinconsequens* Gellius usus est lib. 14 c. 1, *Per autem inconsequens* [est,] *ipsum quidem corpus & habitum tam profundi aëris sub alio atque alio cæli curvamine non eumdem manere.*

¶ Inconsequentia, æ, eine üble folge; ut, *Inconsequentia rerum fœdissima*, Quintilian. lib. 8 cap. 6.

¶ Exsequor, sequi, perficere, vollziehen, vollbringen, ausrichten. Ter. Andr. a. 1 sc. 5 v. 24 *Sed nunc, quod primum, exsequar* Idem in Heaut. a. 4 sc. 1 v. 22 *Si meum imperium exsequi voluisses, interemptam oportuit*, hättest du meinem befehl wollen nachkommen, &c. Sic, *Exsequi munus officii*, Cicer. de Senect. cap. 20 pr. *Exsequi mandata*, Idem 9 Philipp. cap. 4 extr. Et, *Incepta exsequi*, Liv. 30 cap. 4.

¶ Exsĕquens, tis, erklärend; unde *Exsequentissimus memoriarum veterum*, Gell. 10 cap. 12, hoc est, antiquitatum peritissimus.

¶ Exsĕcūtio, ōnis, die vollstreckung, vollziehung; ut, *Exsecutionem alicujus negotii suscipere*, Tacit. Ann. 15 cap. 25. Seneca: *Differam hæc in præsenti. Desiderant enim longam & propriam exsecutionem.*

¶ Exsecutor, ōris, ein vollbringer, vollzieher. Sueton. Vespas. cap. 14 *Offensarum inimicitiarumque minime memor, exsecutorve.* Vellejus 2 cap. 45 *Malorum propositorum exsecutor acerrimus.* Et Apulejus Met. lib. 7 p. 197 *Exsecutor sententiæ.*

¶ Exsĕquiæ, arum, officium funebre, ein leichbegängniß; ut, *Exsequias celebrare*, ein todenbegängniß halten, Liv. lib. 25 cap. 17. Scribitur etiam *Exequiæ.* Servius: Funus *est cadaver jam ardens; quod dum portatur*, exequies *dicimus.* Hinc, *ire, venire exequias; Facere exequias*, &c. *Funeris exsequias prosequi*, zur erde bestatten, Cicer. pro Cluent. cap. ult. quod & *operam dare funeri* dixit lib. 15 epist. 1 ad Attic. Et, *Convenire ad exsequias cohonestandas*, zur leiche gehen, Idem pro Quintio cap. 15. *Frequentare exsequias ad rogum usque*, Sueton. Tiber. cap. 32. Et Propert. lib. 3 eleg. 1 v. 23

Omnia post obitum fingit majora vetustas;
Majus ab exequiis nomen in ora venit.

Apulej. Met. lib. 4 *Perfectis igitur feralis thalami cum summo mœrore solennibus, toto prosequente populo, vivum producitur funus: & lacrymosa Psyche comitatur non nuptias, sed exsequias* &c. Eas esse *magis vivorum solatia quam mortuorum subsidia*, Augustinus dicit 1 de C. D. cap. 12.

¶ Exsĕquiālis, e, zur leiche gehörig. Ovid. 14 Metam. v. 453

Carmina jam moriens canit exsequialia cygnus.

Statius 11 Thebaid. v. 610 *Infandæ justa exsequialia mortis.*

¶ Exsĕquior, ari, zur erde bestatten, begraben. Varro apud Nonium cap. 2 n. 298 *Ipsum propter vix liberti semiatrati exsequiantur.*

¶ Insĕquor, sĕqui, bald auf einen folgen; ut, *Pergere atque insequi longius*, weiter schreiten, fortfahren, Cic. in Verr. lib. 5 cap. 20. Et, *Hunc proximo seculo Themistocles insecutus est*, de Clar. Orat. cap. 10. ¶ 2. *Insequi clamore ac minis aliquem*, h. e. persequi, auf einen dringen mit

dräuen und schmäh-worten, Cic. pro Cluentio cap. 8; & *Contumeliâ*, Idem 14 ad Attic. epist. 14. Et Senec. epist. 9 *Stilponem Epicuri epistola insequitur*, der brieff ist hinter ihm her.

¶ Insĕquens, tis, nächstfolgend; ut, *Insequenti tempore*, nachmahls, Vellej. 1, 6, 1. *Insequens hora*, Cic. epist. ad Octav. Sed

¶ Insĕquenter, adverb. est non sequenter, sine consequentia & connexione, unfolglich. Gellius extremo lib. 10 *In his Virgilii versibus existimatur obscure & insequenter particula illa posita esse.*

¶ Insĕcūtor, ōris, persecutor, ein verfolger. Tertullian. Apologet. cap. 5 *Tales semper nobis insecutores, injusti, impii, turpes*, &c. Prudentius hymno Epiphaniæ v. 126 de Herode:

Quos lucis ipso in nomine
Christi insecutor sustulit.

¶ Insector, āri, verunglimpffen; ut, *Insector ultro atque insto accusatori, Judices*, &c. ich setze dem kläger zu, dringe auf ihn, Cic. pro Fontej. cap. 1. Et, *Insectari aliquem maledictis*, Idem de Fin. lib. 2 c. 25, einen schmähen. ¶ 2. Plautus etiam activo *Insecto* usus est; ut, *Insectare lapidibus*, in Capt. a. 3 sc. 4 v. 61; & Pœn. a. 3 sc. 1 v. 21.

¶ Insectanter, adverb. lästerlich. Gellius 19 cap. 3 *Insectanter & graviter vituperari.*

¶ Insectātio, ōnis, die verlästerung. Livius 22 cap. 34 *Plebi insectatione principum conciliatus*, mit schmähen, durchziehung, verfolgung. Adde D. Bruti inter Cicer. lib. 11 fam. epist. 1 sect. 4.

¶ Insectātor, ōris, ein feind, verfolger. Liv. lib. 3 cap. 33 *Adeo novum sibi ingenium induerat* [Appius,] *ut plebicola repente, omnisque auræ popularis sectator evaderet, pro truce sævoque insectatore plebis.* Et Quintil. lib. 10 cap. 1 extr. *Seneca egregius vitiorum insectator.*

¶ Obsĕquor, cūtus sum, sĕqui, morem gerere, zu willen seyn, folgen. Contrarium est *repugnare*; ut, *Obsequi alicujus voluntati*, Cic. 2 de Fin. c. 6. Et, *Tempestati in navigando obsequi, artis est*, sich nach dem gewitter schicken, richten, lencken, Idem 1 famil. epist. 9. Et, *Animo suo obsequi*, id est, indulgere, einen guten muth haben, Terent. in Adelphis a. 1 sc. 1 v. 8. ¶ Pro operam navare, inservire alicui, dienen, willfahren, usus Terentius est Heaut. a. 3 sc. 1 v. 10

Nos quoque senes est æquum senibus obsequi.

¶ Obsĕquens, tis, willfährig, gehorsam. Ter. Hecyr. a. 3 sc. 5 v. 9 *Obsequens voluptati homo*, nachhängend. Idem Heaut. a. 2 sc. 3 v. 18 *Meo patri minus sum obsequens.* Compar. *Obsequentior*, gehorsamer, williger: Curtius lib. 6 cap. 3 extr. *Persas obsequentiores fore.* Et Seneca epist. 50 *Quanto facilius animus accipit formam, flexibilis, & omni humore obsequentior?* Et superl. *obsequentissimus* in vetustis lapidibus: v. g. LIB. GRATISSIMAE ET OBSEQVENTISSIMAE, apud Gruter. p. 955 n. 13. Et, FIL. OBSEQVENTISSIMO, p. 711 n. 4. Columella 3 cap. 8 *Admonemur, curæ mortalium obsequentissimam Italiam, quæ pæne totius orbis fruges, adhibito studio colonorum, ferre didicerit.* Quintil. Declam. 291 extr. *nurus obsequentissima.* Et Apulejus Apolog. *maritus obsequentissimus*, quod idem, & cum *mariti* vocabulo, Jul. Floridus ibidem p. 559, Casaubonum & Pricæum secutus, ex Inscriptionibus illustrat. ¶ 2. *Julius Obsequens* libro de Prodigiis inclaruit, cujus hodie fragmentum exstat. vid. Voss. de Hist. Græc. lib. 3 p. 636.

¶ Obsĕquenter, adverb. gehorsamlich. Apulejus Metam. lib. 11 ineunte: *Certus divino* [lunæ] *luminis numinisque nutu ipsa etiam corpora terrâ, cælo, marique nunc incrementis consequenter augeri, nunc decrementis obsequenter imminui.* Superlativo Plinius usus est lib. 7 epist. 24 *Vixit in contubernio aviæ delicatæ severissime, & tamen obsequentissime.*

¶ Obsequentia, æ, obsequium, die gehorchung. Cæsar 7 Bell. Gall. c. 29 *Factum imprudentia Biturigum, & nimia obsequentia reliquorum, uti hoc incommodum acciperetur.*

¶ Obsĕcūtio, ōnis, idem. Arnobius lib. 7 p. 215 *Inviolabili obsecutione servare.*

¶ Obsĕcūtor, ōris, ein gehorcher. Tertullianus lib. 2 advers. Marc. cap. 13 extr. *Lex aliud obsecutori proposuit; aliud exorbitatori.* Et lib. 4 contra eumdem cap. 9 *obsecutores legis.*

¶ Obsĕquēla, æ, der gehorsam. Plautus Asinar. a. 1 sc. 1 v. 50 *Qui mihi auscultabunt, facient obsequelam jam.* Prudentius sæpe: e. g. Cathem. 7 v. 51; & Pass. Fructuosi v. 78; &c. Et Onomast. Vet. *Obsequela*, θεραπεία. Sed usitatius

¶ Obsĕquium, i, das nachgeben, die willfährigkeit, der gehorsam. Cic. de Amicit. cap. 24 *Obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens præcipitem amicum ferri sinit.* Et, *Abuti obsequio alicujus ad omnes res*, Planc. ad Cic. 10 fam. epist. 15. Et, *Patientia & obsequio suo aliquem mitigare*, Cic. in Pison. cap. 2. Ita, *Obsequium amicos, veritas odium parit*, Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 41. Hoc Terentiano verbo lubenter se uti fatetur Cic. in Lælio cap. 24. Hinc Quintil. 8 cap. 3 *Cicero putat a Terentio primum dictum esse obsequium.* Sed dudum vetus commentator Donatus ad Terent. l. c. falsum id esse dixit, cum & Plautus & Nævius ante usurparint. *Exuere obsequium in matrem*, Tacitus dixit Annal. 13 cap. 13 n. 1. ¶ 2. *Obsequium*, speciatim officium mortuis exhibitum significat. Apulej. Met. lib. 10 p. 252 *Paucis interjectis diebus, queis feralia mortuis litantur obsequia.* Vnde manavit, ut medio ævo *Obsequium* pro ipsis exsequiis diceretur: & *Obsequi*, pro Funus curare, exsequias ire. Paullus Diaconus Histor. Longobard. cap. 4 utrumque confirmat, de pestilentia quadam scribens: *Fugiebant filii, cadavera insepulta parentum relinquentes. Parentes obliti pietatis, viscera, natos relinquebant æstuantes. Si quem forte antiqua pietas perstringebat, ut vellet sepelire proximum, restabat ipse insepultus, & dum* OBSEQVEBATVR, *perimebatur: dum funeri* OBSEQVIVM *præbebat, ipsi funus sine* OBSEQVIO *manebat.* Et Eugraphius ad Terentii verba Andr. a. 1 sc. 1 v. 88 IN FVNVS PRODEO: *Hoc est*, inquit, *in obsequium funeris.* Hinc

¶ Obsĕquiæ, ārum, idem quod *Exsequiæ*, in veteri Inscript. apud Fabrett. p. 702 *Me decuit morti prius occubuisse supremæ,*
Tuque mihi tales, nate, dare obsequias.

¶ Obsĕquiālis, e, willfährig, dienstfertig. Fortunatus lib. 6 carm. 7

Solvit & exsequias obsequialis amor.

¶ Obsĕquĭbĭlis, e, idem; ut, *Affines obsequibiles*, Gell. 2 cap. 29.

¶ Obsequiōsus, a, um, qui facile obsequitur, folgsam. Plautus Capt. a. 2 sc. 3 v. 57 *Mihi obsequiosus semper fuisti.*

¶ Inobsĕquens, tis, ungehorsam. Seneca in Hippolyto v. 1068

Inobsequentes protinus frænis equi
Rapuere currum.

Et Tertull. 4 advers. Marc. cap. 17 extr. *contumaces & inobsequentes.*

¶ Pedissĕqua, pedissequus, vide supra in *Pes*.

¶ Persĕquor, sĕqui, nachjagen, nacheilen, verfolgen. Terent. Phorm. a. 3 sc. 3 v. 87 *Quoquo hinc asportabitur terrarum, certum est persequi.* Sic, *Terra & mari aliquem persequi*, Cic. ad Attic. 7 epist. 22. Et, *Bello persequi*, auf einen mit krieg dringen, Idem ad Brutum epist. 5. *Persequi suum jus*, Terent. Adelph. a. 2 sc. 1 v. 9, sich an sein recht halten. *Bona sua repetere ac persequi lite atque judicio*, erhadern, Cicer. 5 Verr. cap. 13. *Persequi incepta*, Livius lib. 6 cap. 33, dem nachsetzen, so man angefangen. *Persequi viam, quam decrevi*, Terent. Hecyr. a. 3 sc. 5 v. 4. ¶ *Injurias persequi*, Cicero pro Cæcin. cap. 11; &, *Pœnas alicujus persequi*, id est, ulcisci, ad Atticum 9 epist. 14.

¶ Perséquens, tis, nachhängend. Plaut. Casin. a. 2 sc. 1 v. 12 *Persequens flagitii*, der der büberey nachgeht. Superlativo usus Aut. ad Herenn. lib. 2 cap. 19 *Inimicitiarum persequentissimus.*

¶ Persĕcūtio, ōnis, die nachsetzung. Cic. in Orat. cap. 41 *In juris scientia persecutionum cautionumque præceptio est.* ¶ 2. Christianis scriptoribus *Persecutio* est dira vexatio, maxime piorum & innocentium, die verfolgung; ut *decem persecutiones* ecclesia ante Constantinum Magnum numeravit.

¶ Persecūtor, ōris, ein verfolger, itidem fere Ecclesiasticorum est. Gloss. Vet. *Persecutor*, διώκτης, ἐπιδιώκτης. Hieronymus epist. 3 ad Heliodorum: *Paulus persecutor ecclesiæ.* Adde, quæ Curis Posterioribus cap. 7 de hac voce & cognatis dixit Cellarius.

¶ Persĕcūtrix, īcis, eine verfolgerin. Augustinus de consensu Evangelist. lib. 1 cap. 25 *Hercules Junonem persecutricem suam coli prohiberet.*

¶ Persĕquax, ācis, eifrig. Apulejus appendice Floridor. quæ ab aliis libro de Deo Socratis præmissa est: *Ales oculis persequax, unguibus pertinax.* Et Sidon. 4 epist. 9 *In reatu pervestigando persequax.*

¶ Persector, āri, frequent. nachtrachten. Lucretius lib. 4 v. 1004 *pugnas edere persectantes* scil. accipitres. Idem lib. 2 v. 165

Nec persectari primordia singula quæque;

Vbi alii *perscrutari* legunt.

¶ Prosĕquor, cūtus sum, sĕqui, begleiten, fortan folgen; ut, *Longius prosequi aliquem*, Cæs. 5 B. G. c. 50. Et Cic. pro Roscio Amer. c. 30 *Quod non prosequar longius, quam salus hujus, & mea fides postulabit.* Idem pro Quint extr. *Vt eum bona existimatio usque ad regem prosequatur.* Sic, *Officiis omnibus summis quem prosequi*, Cic. 15 fam. epist. 10 ad Marcellum, einem allerley dienst erzeigen. In quem modum & hæc dicuntur: *Prosequia more, laude, honore, contumeliis*, &c. Sic, *Verbis vehementioribus aliquem prosequi*, Cicer. in Verr. 4 cap. 29 extr. einen mit harten worten anfahren. Et, *Prosequi lacrymis mortuos*, Livius 25 cap. 26, die todten beweinen. Et Quintilianus 5 cap. 11 sub fin. de quibusdam barbaris nationibus: *Fletibus natos, lætitia defunctos prosequuntur.* Rursus Cic. 15 fam. epist. 14 *Te de provincia decedentem summa laus & summa gratia provinciæ prosecuta est*, du hast lob und gunst mit auf den weg bekommen.

¶ Prosĕcūtor, ōris, ein begleiter, geleitsmann: Lege 12 Cod. Theodos. de Susceptoribus, præpos. &c. Quod etiam in Justinianeo Cod. Lege 9 de Cursu publ. pro vulgato *persecutores*, ex MSS. eruditi viri legendum monent.

¶ Resĕquor, sĕqui, antworten. Ovid. 8 Metam. v. 869 *a se,*

Se quæri gaudens, his est resecuta rogantem, sc. dictis;

id est, respondit. conf. & Metam. 6 v. 36, & lib. 13 v. 749. Et Ausonius epist. 25 v. 68

Solatur nostras Echo resecuta querelas.

Adde ejusdem epigramma 99 de Echo, ubi pariter cecinit:

Et pereuntis adhuc gemitum resecuta querelis, &c.

¶ Subsĕquor, sĕqui, alsbald folgen; ut, *Ipse cum legionibus subsequor*, Planc. ad Cic. 10 famil. epist. 15. Et, *anno subsequenti*, Plin. lib. 11 cap. 29. *Sequitur* quis eminus, *subsequitur* cominus: ita cum Grutero Taubmannus ad Plauti Amphitr. a. 2 sc. 1. ¶ 2. Et, *Mirifice ipse suo sermone subsecutus est humanitatem tuarum litterarum*, h. e. prædicavit, er hat es hoch gerühmet, Cic. lib. 3 fam. epist. 1.

¶ Subsĕquenter, adv. nacheinander. Messala Corvinus: *Nunc ad reges Romanos, consules, dictatores, tribunos militares ac plebejos subsequenter calamum deducam.*

¶ Subsĕquus, a, um, adject. nachfolgend. Orosius lib. 1 cap. 1 *Fidem annunciatione futurorum & subsequa probatione fecerunt*, id est, subsequente.

SĔRA, æ, ein schloß, damit man zuschleußt. Vet. Gloss. *Sera*, μοχλὸς θύρας. Juvenalis satyr. 6 v. 346

Pone seram, cohibe: sed quis custodiet ipsos Custodes.

Et Ovid. 1 Amor. eleg. 6 v. 24 *Excute poste seram.*

¶ Desĕro, āre, aperire, reserare, aufschliessen. Apulej. lib. 1 Metam. p. 108 *Januæ sua sponte deseratæ nocte fuerunt.* Ita Elmenhorstius: quidam, etiam Pricæus, *reseratæ*.

¶ Obsĕro, āre, serâ imposita occludere, verschliessen. Terent. in Eunuch. a. 4 sc. 5 v. 25 *Abi, atque ostium obsera intus*, schleuß die thür zu, oder verriegle sie.

¶ Obsĕrātus, a, um, verschlossen, verriegelt; ut, *Ædificia obserata*, Liv. 5 cap. 41; & *Obseratis auribus preces fundere*, Horat. epod. 17 v. 53.

¶ Præsĕro, āre, vorher verschliessen. Apul. Met. lib. 1 *Teli impetu præserare gulam.*

¶ Resĕro, āre, aperire, eröffnen, aufmachen; ut, *Reserare Italiam exteris gentibus*, Cic. Philipp. 7 cap. 1. Et lib. 2 Offic. cap. 15 *Nec ita clauden-*

claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit: nec ita reseranda, ut pateat omnibus.

¶ Rĕsĕrātus, a, um, aufgeschlossen, geöffnet; ut, *Reserata janua patet*, Ovid. Fast. 2 v. 455. Et, *Patent reserato carcere postes*, Idem Amor. 3 eleg. 2 v. 77.

¶ Rĕsĕrātus, ûs, subst. die aufschliessung. Sidon. 9 epist. 11 *In voluminis ipsius operisque reseratu.*

SĒRĀNVS, vel Serranus, i, nobilis Romani cognomen, qui, cum agrum araret & sereret, Dictator creatus est. vid. Plin. 18 cap. 3. Virg. Æn. 6 v. 844; & lib. 9 v. 335 & 454. Sil. 6 v. 62; & Manil. 4 v. 148.

SĔRĂPHIM, numen Ægyptiorum, fuit aliud nihil, quam ignis, quem perennem esse volebant, instituto majorum. *Seraphim* enim flammeum quiddam est, vel ignitum, vel lucidum, a *Saraph* verbo, Peucerus. Isidoro Orig. 7 cap. 5 *Seraphin angeli* sunt, *qui*, ut ipse explicat, *idcirco ardentes vocantur, quia inter eos & Deum nulli alii angeli consistunt; & ideo, quanto vicinius coram Deo consistunt, tanto magis claritate divini luminis inflammantur.* ¶ 2. In vaticinio Esaiæ cap. 6 SERAPHIM angeli sunt adstantes ad Dei solium, sex alis instructi, quarum duabus tegant faciem, duabus vero pedes, reliquis ad volandum paratis. Vbi B. Hieronymus: *In LXXIX Psalmo legimus:* QVI SEDES SVPER CHERVBIM: *qui in lingua nostra interpretantur* MVLTITVDO SCIENTIAE. SERAPHIM *autem præter hunc locum in scripturis canonicis alibi legisse me nescio. Qui stare dicuntur super templum, vel in circuitu Domini. Ergo errant, qui solent in precibus dicere:* QVI SEDES SVPER CHERVBIM ET SERAPHIM: *quod scriptura nos docuit.* Vide eumdem & epistolam ad Damasum de mysterio Seraphim & calculo candente apud Esaiam. Ad vulgarem illam precum formulam, quam taxat Hieronymus, illud Prudentii referendum est Hymno post cibum, Cathemer. 4 v. 4

Patri, qui Cherubim, sedile sacrum:
Nec non & Seraphim suum supremo
Subnixus solio premit regitque.

SĔRĀPIAS, ădis, σεραπιὰς, herba, quæ & *Orchis* dicitur, hundshödlein, Plin. 26 cap. 10.

¶ Sĕrāpion, i, eadem herba, apud Apulej. de Herb. cap. 15. Item, medicamentum, apud Celsum lib. 5 cap. 28 n. 17 extr.

SĔRĀPIS, ĭdis, Σεράπις, idolum Alexandriæ, ex variis metallorum generibus & ligno, quod pro numine ab impiis & superstitiosis Ægyptiis sub bovis figura colebatur. Idem & *Apis* & *Osiris* dicitur. Dejectum autem est & exustum a Christianis sub Constantino. Vide historiam ecclesiasticam Ruffini, Socratis & Theodoreti, itemque Tacitum 4 Histor. cap. 83 & seq. Plerique sub hoc nomine ab Ægyptiis cultum volunt Josephum, Ægypti Proregem, Jacobi filium: Manut. in Octav. & Ruffin. lib. 2 cap. 23. vide Vossium de Idololatr. lib. 1 cap. 29. Ita Martial. lib. 9 epigr. 30

Vincebant, nec quæ turba Serapin amat.

Sic & Varro produxit. Sed Martianus Capella, qui & multa alia sibi licere voluit, corripuit illo carmine lib. 2

Te Serapim Nilus, Memphis veneratur Osirim, &c.

Capellam hunc secutus Prudentius, qui & ipse quantitate corrupta in Symmach. 2 v. 467 *Isis enim & Serapis & grandi simia cauda* &c.

¶ Serapēum, vel Serapīum, i, ædes Serapidis magnificentissima, de qua Tertull. de Spectacul. cap. 8; & in Apolog. cap. 18. Strabo lib. 17 *Serapium* vocat *pulcerrimum gymnasium, porticus habens stadio majores, ac forum judiciale & lucos.*

¶ Serapīnus, vel Serapīcus, a, um, adject. ut, *Cœna Serapica*, i. e. sumptuosa, Tertull. Apolog. cap 39. De *Serapinis*, Ammian. 28 cap. 4.

Serenare, serenator, serenitas, &c. vide mox *Serenus, a, um.*

SĔRĒNVS, i, Qu. Serenus Sammonicus carmine scripsit Curationes morborum, versibus heroicis, & alia, sicuti ex Æl. Spartiano in Caracalla, a quo occisus fuit, & in Opilio Macrino, cui ejus scripta familiarissima fuere, colligitur. Carus fuit Severo & Gordiano majori Imperatoribus, ut Lampridius in Severo, Capitolinus in Gordiano juniore scribit, qui & filii, Gordiani illius præceptoris, & bibliothecæ præstantissimæ meminit. Carmina ejus satis elegantia cultaque sunt, quantum materiæ patitur ratio: cui condonanda sunt, si duriuscula aliquando & parum nitida sese obtulerunt. Cæterum præcepta hæc medica pro pauperioribus scripsisse, ipse cap. 22 significat.

SĔRĒNVS, a, um, adject. i. e. tranquillus, & sine nubibus ac pluviis, schön, hell, klar; ut, *Cælo sereniore*, Martial. lib. 4 epigr. 64, schön wetter. *Ver serenum*, Virg. 1 Georg. v. 340. *Æstas serena*, Idem 6 Æn. v. 707. ¶ 2. *Frontem tranquillam & serenam* dixit Cicero pro exporrecta & læta, ein fröliches und freundliches geberden, in 3 Tuscul. cap. 15; & *Vultum sereniorem*, Apulej. Metam. lib. 8 p. 204. Gloss. Vet. *Serenissimus*, εὐδιότατος, γαληνότατος. ¶ 2. *Serenissimi* titulo principes olim & imperatores honorabantur; exempla notat Barthius Adversar. lib. 143 cap. 3.

¶ Sĕrēnum, i, substantive, serenitas est, hell wetter. Virgil. 1 Georg. v. 394 *ex imbri soles & aperta serena.*

Et Silius lib. 5 v. 58 *Caligo in terras nitido resoluta sereno.*

Et lib. 12 v. 4 idem Silius: *blandusque salubre*
Ver zephyris, tepido mulcebat rura sereno.

Vet. Gloss. *Serenum*, αἰθρία, εὐδία.

¶ Sĕrēne, adverb. idem. Augustinus lib. 8 de Trinit. cap. 9 *Quanto flagrantius diligimus Deum, tanto certius sereniusque videmus.*

¶ Sĕrēnĭtas, ātis, cælum tranquillum & serenum, schön, hell wetter, cui contrarium est *cæli perturbatio*, apud Cic. 2 de Divinat. cap. 45; *Tum serenitas*, inquit, *tum perturbatio cæli.* Pluraliter Columella lib. 3 cap. 1 extr. *Vitis imbribus magis, quam serenitatibus offenditur.* Gloss. Vet. *Serenitas*, εὐδία, γαληνότης, αἰθρία.

¶ Serēno, āre, serenum & clarum reddere, aufklären. Virgil. 1 Æn. v. 252 *Vultu, quo cælum tempestatesque serenat.*

Plinius lib. 2 cap. 6 *Sol nubila humani animi serenat*, sie macht munter, lustig, still, hell und klar.

¶ Sĕrēnātus, a, um, aufgeklärt, hell gemacht. Silius lib. 12 v. 637

Ecce serenato clarum jubar emicat axe.

Et v. 665 *Læta serenati facies aperitur olympi.*

Sic & Ammianus extremo lib. 27 *serenata cæli temperie.*

Sĕrēnātor, ōris, serenifer, (de quo post paullo,) Jovis cognomentum, ut *Fulgurator*, apud Apulejum sub fin. de Mundo: *Dicitur*, inquit, *& Fulgurator, & Tonitrualis, & Fulminator, etiam Imbricitor, & item Serenator*, der erleuchter.

¶ Sĕresco, ĕre, pro *serenescere*, significat siccum fieri, siccari cælo sereno, quod serenitas sicca sit, trocken werden. Lucretius lib. 1 v. 305

Denique fluctifrago suspensæ in littore vestes
Vvescunt, eædem dispansæ in sole serescunt.

Vide Nonium cap. 2 n. 812; & Gifanium de hoc verbo in Collectaneis in Lucretium. Onomastic. *Seresco*, ξηραίνομαι.

¶ Sĕrēnĭfer, a, um, hellmachend. Avienus in Arati Phœnom. v. 989

Axe sereniferi descendit sol aquilonis.

Et in Prognost. Arat. v. 413

Sereniferi pates hoc in flabra aquilonis.

¶ Consĕrēno, āre, hell werden, ex Livii corrupto loco lib. 39 cap. 46 adfertur: veram lectionem vide mox in *Differeno.*

¶ Disſĕrēno, āre, nubibus dispulsis serenum inducere, & serenum fieri, sich aufklären, und es helle machen. Liv. lib. 39 cap. 46, uti ex MSS. Gronovius emendavit, *quum undique disserenasset.* Vulgo editi, *conserenasset.* Exstat enim in Notis Tironis & Senecæ. Cassiodor. lib. 6 epist. 6 metaphorice: *Ipse insolentium scholarum mores procellosos moderationis suæ terminis prospere disserenat.*

¶ Insĕrēnus, a, um, trübe, dunckel. Stat. lib. 1 Silv. ult. v. 21

Non tantis Hyas inserena nimbis
Terras obruit.

SĒRES, um, plur. Σῆρες, incolæ Asiæ; cujus singulare *Seris* & *Ser*, Sidon. carm. 5 sive panegyr. Majoriani, v. 43

Assyrius gemmas, Ser vellera, thura Sabæi.

Et Virgil. 2 Georg. v. 121

Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres.

Et Avienus Descript. Orbis v. 936

Vellera per silvas Seres nemoralia carpunt.

Sunt enim Scythiæ Asiaticæ populi, *qui aquarum aspergine inundatis frondibus vellera arborum adminiculo depectunt liquoris, & lanuginis teneram subtilitatem humore domant ad obsequium* &c. ut describit Solinus cap. 63. Hinc *Seras lanificio silvarum nobiles* vocat Plinius lib. 6 cap. 17. Adde Ovid. Amor. 1 eleg. 14 v. 6; & prolixe Ammian. Marcell. 23 cap. 6.

¶ Sērĭcum, i, quod Seres texunt ex arborum lanis, σηρικὸν, seide, seidenzeug, Solinus cap. 63; & Martial. 11 epigr. 9. An a *Bombycinis* differant *Serica*, disputant docti. vide supra in *Bombyx*, *Bombycinum.* ¶ 2. Et, *Serica*, σηρικὰ, fructus sunt, qui ζιζυφὰ, *Zizypha*, Græcis ac Latinis dicuntur, rothe brust-beerlein, Matthiolus in Dioscoride.

¶ Serĭcus, a, um, adjectivum, seiden, aus seide gewebt; ut, *Serica vestis*, ein seiden kleid, Plin. 21 cap. 3, & Lamprid. Heliogab. cap. 29. *Serica pallia*, Statius lib. 3 Silv. 4 v. 89.

¶ Sērĭcātus, a, um, mit seide bekleidet. Onomast. *Sericatus*, σηρικοφόρος. Est ergo sericum indutus. Sueton. Calig. cap. 52 *In publicum processit aliquando sericatus.*

¶ Sericārius, i, sericorum textor, ein seidenweber, sammetmacher, seidenbereiter. Jul. Firmicus lib. 8 *Sericarius textor.* Onomast. *Sericarius*, σηρικοπλόκος.

¶ Blattoserĭcus, vide supra *Blatta.*

¶ Holosērĭcus, a, um, ὁλοσηρικὸς, gantz seiden; ut, *Vestis holoserica*: apud Vopiscum in Aureliano cap. 45 *Vestem holosericam neque ipse in vestiario suo habuit, neque alteri utendam dedit.*

¶ Subserĭcus, a, um, halb seiden und leinen. vide Salmas. in c. l. Vopisci. Ita Lampridius in Elagabalo c. 26 *Primus Romanorum holoserica veste usus fertur, quum jam subserica in usu essent.*

Sĕresco, ĕre, vide ante in *Serenus*; & Sĕresco, ĕre, infra in *Serum.*

SERGESTVS, i, Æneæ nauta, apud Virgil. Æn. 1 v. 514; & 4 v. 288. Idem lib. 5 v. 121 *Sergestusque, domus tenet a quo Sergia nomen.*

¶ Sergius, i, plural. Sergii, quorum Romæ gens patritia, a *Sergesto* derivata, ex qua *Sergius Sulpitius Galba* post Neronem imperavit, de quo Sueton. in ejus vita, & Tacitus.

¶ Sergiānus, a, um, adject. unde *Sergiana*, oleæ species apud Catonem R. R. cap. 6.

SĒRIA, æ, (a סִיר, *olla, lebes*,) vas est oblongum, situlæ simile, vino oleoque condendo, ut ex Varrone 3 cap. 2, & Columella 12 cap. 18 discere est, ein fäßlein. De vino etiam Terent. testatur Heaut. a 3 sc. 1 v. 51 *Relevi dolia omnia, omnes serias.* Sed & ad salsas conditasque carnes usos seriis veteres, Plautus indicat in Captivis a. 4 sc. 4 v. 9. Apud Persium sat. 2 v. 11 *argenti seria* legitur pro pecunia in seria defossa.

¶ Sēriŏla, æ, diminut. ein weinlägelein, Pers. sat. 4 v. 29. ¶ 2. *Sĕriola*, prima brevi, vide supra in *Scariola.*

Sericārius, sericatus, vide proxime ante *Seres.*

SERICHĀTVM, i, aroma Arabicum nobis ignotum, Plin. 12 cap. 22.

Sericum, sericus, vide paullo superius *Seres.*

Series, Seriĕtas, vide *Sero, serui, ere, Serius.*

Serilia, Serio, Seriola, vide *Sero, ui, ere, Serius, Seria.*

SĔRĪPHOS, i, Σέριφος, insula ex Sporadibus una in mari Ægæo, in qua ranæ non coaxant, orto inde adagio, *Rana Seriphia*, in mutos ac taciturnos & canendi imperitos. vide Chiliad. Insulæ, quæ nunc *Serfino* vel *Serfinte*, meminerunt Ovid. Metam. 5 v. 242, & lib. 7 v. 465; Juvenal. sat. 6 v. 562; Stat. Achill. 1 v. 205.

Serīphius, a, um, adject. ut in jam laudato adagio; &, *Saxum Seriphium*, Tacit. Annal. 4, 21, 5.

¶ Serīphium, i, substant. σερίφιον, absinthium marinum; quod & *Seriphum* dicitur, media producta, & *Santonicum*, vide supra *Santones* i wermuth, wie sie in Franckreich wächst. vid. Plin. 27 cap. 7; & 32 cap. 9.

SĔRIS, ĭdis, σέρις, intybus sativus vel hortensis, endivien, σέρις ἀγρία,

Seris vel *intybus silvestris*, cichorium, wegweiß, wegleucht oder wegwartz. vide *Cichorium* & *Chreston*, item *Scariola*; Sed & Varr. R. R. 3 cap. 10. Colum. 8 cap. 14. Plin. 20 cap. 8.

SĒRIUS, a, um, adjectivum, quicquid sine joco, sine risu vel dicitur, vel agitur, ernst, ernstlich. Terent. Eunuch. a. 3 sc. 3 v. 7

Ait, rem seriam velle agere mecum.

Horat. lib. 1 sat. 1 v. 27 *amoto quæramus seria ludo.*

Idem in Arte Poët. v. 226 *Vertere seria ludo*, ernst in schimpff verkehren. conf. Virg. eclog. 7 v. 17. In quibus exemplis *seria* substantive positum est, ut hic, *Joca & seria cum aliquo conferre*, Cic. 2 de Finib. c. 26, vertraulich seyn. Prov. *In crastinum seria*, εἰς αὔριον τὰ σπουδαῖα, vide Chiliad. *Vir serius*, Ammianus & Symmachus, id est, gravis. conf. Nonius cap. 1 n. 144.

¶ Sērio, adverb. ernstlich, mit ernst; ut, *Rem agere serio*, Liv. lib. 4 c. 25.

¶ Sēriĕtas, ātis, gravitas, die ernsthafftigkeit. Ausonius in 2 Parental. v. 6

Et gravitas comis, letaque serietas.

Sidonius in laude Narbonæ, quod carmen est 23, v. 440 *Risus, serietas, dicacitas.* Idem 9 epist. 3 *Cum serietate dictare.*

SERMO, ōnis, die rede; quam vocem a *serendo* Servius fecit, in illud Virgil. 6 Æn. v. 160 *Multa inter sese vario sermone serebant.* Est ἀδελφὸς διανοίας, *frater mentis*, quemadmodum dixit Philo. Vide Voss. 2 Instit. Orat. p. 286. Ita, *Sermo purus, dilucidus, distinctus*, Quint. lib. 5 cap. 14 sub finem, reine, vernehmliche rede. *Sermo quotidianus*, Cic. 1 fam. ep. 1. *Sermo est de aliqua re:* Sic Cic. de Arusp. resp. c. 16 pr. *De Alexandrinis video sermonem esse.* Et, *Sermonem cum aliquo conferre*, Cic. 2 Offic. cap. 11; *instituere*, lib. 2 de Orat. cap. 73, id est, colloqui. *Sermonem habere*, Idem de Amicit. cap. 1, eine rede thun, halten. *Incidere in sermonem aliquem fortuito*, Idem 1 de Orat. cap. 24, ohngefehr drauf kommen. Et, *Sermones aliorum referre*, eines rede erzehlen, Cic. 1 fam. epist. 9. *In ore atque in sermone omnium esse*, Idem 10 Philipp. cap. 7. Et, *Venire in sermones hominum*, Cic. in Verrem 6 cap. 7, den leuten ins maul gerathen. *Versari in sermone pervagato civitatis*, Idem pro Milone cap. 12. Et Quintil. lib. 1 cap. 6 pr. *Utendum plane sermone, ut nummo, cui publica forma est*, id est, utendum sermone usitato & recepto est. Mantuanus eclog. 9 v. 22

fluit melius post pocula sermo;

quod ex Pindaro sumtum est, θαρσαλέα παρὰ κρητῆρι φωνὰ γίνεται, hoc est, *Audax est ad poculum sermo.* Cicer. 1 Offic. cap 37 *In primis provideamus, ne sermo vitium aliquod indicet inesse moribus.* Et, *Sermo latinus, græcus*, Nepos in Attico cap. 4.

¶ Sermuncŭlus, i, dimin. ein geschwätz. Cic. ad Attic. lib. 13 epist. 11 *Sermunculum omnem aut restinxerit, aut sedarit.* Idem pro Dejot. cap. 12 *Urbani malevolorum sermunculi.*

¶ Sermōnālis, e, schwatzhafft, gesprächig. Tertull. in Praxean cap. 5 *Non sermonalis sed rationalis Deus.*

¶ Sermōnor, āri, obsoletum, schwatzen. Gell. lib. 17 cap. 2 *Sermonari, rusticius videtur, sed rectius: Sermocinari crebrius est, sed corruptius.*

¶ Sermōcĭnor, ari, loqui, sprachen, reden. Plin. lib. 10 cap. 14 *Humanas voces reddunt psittaci quidam etiam sermocinantes.* Et, *Consuetudo scribendi aut sermocinandi*, Cicer. de Inventione cap. 17.

¶ Sermōcĭnanter, adverb. gesprächweise. Sidon. 8 epist. 6 *Sermocinanter horas extrahere.*

¶ Sermōcĭnātio, ōnis, die sprachhaltung. Quintil. lib. 9 cap. 2 p. 652 *Sermones hominum assimulatos dicere διαλόγους malunt, quam quod Latinorum quidam dixerunt, Sermocinationem.* Add. de hac figura rhetorica Auctor ad Herenn. 4 cap. 43 & 52; & Macrob. Saturn. 1 cap. 6.

¶ Sermōcĭnātor, ōris, ein sprecher, redner. Hinc

¶ Sermōcĭnatrix, īcis, eine rednerin, schwätzerin, Quintil. lib. 3 cap. 4, & Apulej. Metam. lib. 9 p. 224.

¶ Consermōnor, ari, schwatzen, unterredung halten. Q. Claudius apud Gellium 17 cap. 2 *Cum his consermonabatur.*

¶ Semisermo, ōnis, eine halbe rede, Hieron. lib. 1 epist. 37.

Sero, spat, serotinus, vide infra *Serus, a, um.*

SĔRO, sēvi, sătum, sĕrĕre, seminare & propagare, säen, pflantzen; ut, *Serere arbores, vites:* Cicer. 1 Tuscul. cap. 14 *Serit arbores, quæ alteri seculo prosint.* Colum. lib. 3 cap. 20 *Si unum genus* [vitis] *severimus* &c. Apud eumdem lib. 11 cap. 1 proverbium est: *Serere ne dubites*, dictum in desides & ignavos. vid. Chiliad. ¶ 2. *Serere* per translationem: ut, *Est liberale officium, serere beneficium, ut metere possis fructum*, wohlthat anlegen, Aut. in orat. antequam iret in exilium. Sic, *Bella ex bellis seruntur*, Livius 21 cap. 10, ein krieg hecket den andern. *Serere certamina cum quo*, Livius lib. 2 cap. 1; & *civiles discordias*, Idem lib. 3 cap. 40. *Crimina in senatum*, Idem lib. 24 c. 23 extr. Et, *Varios rumores serere*, Virg. Æneid. 12 v. 228. *Serere lites*, Plaut. in Pœnul. a. 3 sc. 2 v. 10. *Lis litem serit*, ἔρις δ' ἔριν ἀντιφυτεύει, vide Chiliadas. ¶ 3. *Sero*, alia nectendi & implicandi notione, qua *serui, sertum* a se format, cum derivatis & compositis seorsum sequitur infra.

¶ Sătus, a, um, gesäet; ut, *Frumenta sata*, Virg. Georg. 3 v. 176. *Satæ messes*, Idem eclog. 8 v. 99. ¶ 2. Sed Virg. Æn. 6 v. 125 *Sate sanguine divûm Tros Anchisiade*, i. e. genite, nate, gezeuget. Idem Æn. 2 v. 540 *Satum quo te mentiris.* Et Ovid. lib. 1 Metam. v. 89

Aurea prima sata est ætas, &c.

¶ Sătum, i, plur. Sata, substant. pro segetibus, die saat; ut, *Dulce satis humor*, Virg. eclog. 3 v. 82. *Sata læta*, Idem Georg. 1 v. 325; & Æn. 2 v. 306. Et Quintil. in proœmio lib. 8 *Sensûs obumbrant, & velut læto gramine sata strangulant.*

¶ Sătus, ûs, substant. die pflantzung, zeugung, das säen. Cato R. R. c. 5 *Satui semen dederit nemini.* Plin. 17 cap. 17 *de talearum satu nunc dicendum est.* Cicero frequenter etiam *Satus* dixit pro *Satio:* ut, *Conceptus & satus pecudum*, de Divinat. lib. 1 c. 42. Et, *Primus satus: A primo satu*, de Finibus lib. 5 cap. 23.

¶ Sătio, ōnis, idem; ut, *Tempus sationis præteriit*, die säzeit ist fürüber, Cic. in Verr. 5 cap. 17. Et, *Vere fabis satio est*, &c. Virg. 1 Georg. v. 215. *Optima vinetis satio*, Idem Georg. 2 v. 319. Et, *tritici satio*, Columella 2 cap. 8.

¶ Sător, ōris, ein sämann; item, ein urheber; ut, *Omnium rerum pater & sator mundus*, Cic. de Nat. Deor. lib. 2 cap. 34. *Sator litis* per metaph. ein hader-anrichter, Liv. lib. 21 cap. 6. Poëtis familiare verbum; Silius lib. 4 v. 432 *sator rerum*, Jupiter: qui & *sator ævi*, lib. 9 v. 306 dicitur. Et, *Sator turbarum*, Idem lib. 8 v. 259.

¶ Sătōrius, vel Satārius, a, um, ad sationem pertinens, zum säen dienlich; ut, *Satoriæ trimodiæ*, Columell. lib. 2 cap. 9; & 12 cap. 50. Et, *Quala sataria*, Cato cap. 11.

¶ Sătīvus, a, um, quod seritur, contrarium *agresti* vel *silvestri*, gesäet, gepflantzt; ut, *myrtus sativa*, Plin. lib. 15 cap. 7. Idem lib. 19 cap. 8 *Sativum tempus*, aptum sationi dixit.

¶ Seges, quasi *Seres*, a *serendo*, vide supra suo loco.

¶ Sessius, a, um, vel, ut Junius legit, Sesius, etiam a *serendo* dictus. Tertull. de Spectac. cap. 8 *Columnas sessias a sementationibus sustinent.*

¶ Situs, quod a *Sino* faciunt, vide infra suo loco.

¶ Lūcĭsător, ōris, ex Prudentio, vide supra in *Lux.*

Composita cum præposit.

¶ Adsĕro, vel Assĕro, sēvi, sĭtum, ĕre, bey oder neben etwas säen oder pflantzen. Cato R.R. c. 32 *Arbores facito, uti bene maritæ sint, vitesque, uti satis multæ asserantur.* Et, Varro 1 de Re Rust. cap. 26 *Neque vites propter* (i. e. juxta) *cupressos asserunt, quod hæc inter se inimica.* ¶ 2. Vindicandi notione vox recurrit in *Sero, ui, ĕre.*

¶ Adsĭtus, vel Assĭtus, a, um, juxta satus seu positus, darbey gepflantzt. Varro R. R. 1 cap. 16 *Vitis adsita ad olus.* Catullus Epithalamio Manlii v. 106 *Lenta qui* (maritus) *velut assitas*

Vitis implicat arbores,

Implicabitur in tuum

Complexum. vide infra in *Situs.*

¶ Circumsĕro, sēvi, sĭtum, ĕre, umher säen, um etwas herum säen. Plinius lib. 21 cap. 12 *Genistas circumseri alveariis, gratissimum.*

¶ Circumsĭtus, vide infra in *Situs.*

¶ Consĕro, sēvi, sĭtum, ĕre, besäen; ut, *Conserere agrum lupino aut faba*, Colum. 2 c. 2. Et Cic. de Nat. Deor. lib. 2 cap. 52 *Indus omnium fluviorum maximus non aquâ solum agros lætificat, sed etiam conserit.* Et Virg. eclog. 1 v. 73 *en queis consevimus agros?* ¶ 2. Alia notio est infra in *Sero, ui, ĕre.*

¶ Consĭtus, a, um, besäet, gepflantzt; ut, *Consita pomus*, Tibull. 2 eleg. 1 v. 43. ¶ 2. Tralate Plautus Menæchm. a. 5 sc. 2 v. 41 *Consitum senectute*, id est, plenum dixit, überschüttet. Catullus similiter carm. 65 v. 207 *cæcâ mentis caligine Theseus*

Consitus, i. e. oppletus.

¶ Consĭtio, ōnis, die besäung. Cic. de Senect. cap. 15 extr. *Nec consitiones modo delectant, sed etiam insitiones.* Apud Tertullianum lib. 2 ad Nation. cap. 11 legitur *consatio*, eodem sensu.

¶ Consĭtūra, æ, idem. Cicer. fragm. de Republ. apud Nonium cap. 3 n. 30 *Agri consitura.*

¶ Consĭtor, ōris, ein gärtner. Ovid. 4 Metam. v. 14 *consitor uvæ.*

¶ Desĕro, sēvi, sĭtum, ĕre, pflantzen. (Alia notio in *Sero, ui, ĕre.*) Hinc

¶ Desĭtus, a, um, eingesäet. Sic Varro lib. 1 de Re Rust. cap. 23 *semina in recentibus pomariis desita* dixit, de depositis malleolis in agro furculario. ¶ Conf. *Desitus* infra in *Sino.*

¶ Dissĕro, ĕre, hinc inde serere, ausstreuen, hin und her säen. Varro lib. 5 de L. L. cap. 7 *Ut olitor disserit in areas sui cujusque generis res; sic in oratione qui facit, DISERTUS.* Et Livius vetus poëta apud Macrob. lib. 2 Saturn. cap. 14

Hoc genus arboris in prælatis finibu' Grajis

Disseruére novos fructus mortalibu' dantes.

¶ Dissĭtus, a, um, vide infra in *Situs.*

¶ Insĕro, sēvi, sĭtum, ĕre, einpfropffen, einsetzen. Columella lib. 5 cap. 11 pr. *Omnis surculus omni arbori inseri potest, si non est ei, cui inseritur, cortice dissimilis.* Virg. eclog. 1 v. 74

Insere nunc Melibœe pyros, &c. ¶ Conf. infra *Sero, ui, ĕre.*

¶ Insĭtus, a, um, innatus, eingepflantzt, angebohren; ut, *Insitum & innatum animis vitium*, Cicer. in Verr. 6 cap. 48. Et, *Habere insitam quamdam vel potius innatam cupiditatem scientiæ*, lib. 4 de Finib. c. 2; Item, *Insitus menti amor cognitionis*, ibidem cap. 7. *Feritas insita*, Livius lib. 34 cap. 20, eine anklebende wilde art. Horat. 4 od. 4 v. 33

Doctrina sed vim promovet insitam.

¶ Insĭtus, ûs, substant. die einpflantzung. Plin. 14 cap. 3 pr. *Ex his inter se insitu mista.*

¶ Insĭtio, ōnis, die pfropffung, setzung, impffung. Cic. de Senect. cap. 15 extr. *Consitio & insitio delectant*, säen und pflantzen ist eine lust.

¶ Insĭtītius, a, um, quod est insitum, eingepfropfft, eingeschoben. Plin. lib. 4 epist. 3 fin *Neque conjectura eget, quid sermone patrio exprimere possis, cum hoc insititio & inducto tam præclara opera perfeceris.* Varro de R. R. 1 cap. 2 *Somnum insititium* elegantissime vocat, qui inter diei negotia inseritur, die mittags-ruhe.

¶ Insĭtīvus, a, um, idem. Gell. lib. 12 cap. 1 *Insitivum alimentum* vocat lac alienæ nutricis, diversum a lacte matris, quæ in utero fœtum nutrivit. *Insitiva pyra*, Horat. epod. 2 v. 10. Sic, *Insitivi liberi*, i. e. per dolum illati, nothi, hurenkinder, Phædrus lib. 3 fab. 4 v. 10.

¶ Insĭtor, ōris, qui inserit, ein pflantzer, pfropffer. Plin. 18 cap. 33 *Hunc caveat insitor calamis.* Hoc nomine flamen Cerealis invocabat Deum, ut Servius ad Virg. lib. 1 Georg. ex Fabio Pictore testatur.

¶ Intersĕro, ĕre, mit untersäen. Columell. lib. 3 cap. 16 *Malleolus ordinariis vitibus interserendus est.*

¶ Intersĭtus, vide infra in *Situs.*

¶ Obsĕro, sēvi, sĭtum, ĕre, übersäen, besäen. Cicero lib. 2 de Legib. c. 28 *Obducta terra erat: frugibus obserebatur.*

¶ Obsĭtus, a, um, vide infra *Situs.*

¶ Prosĕro, sēvi, sătum, ĕre, idem quod *serere*, säen, aussäen. Lucan. 4 v. 411 *Non proserit ullam Flava Ceres segetem.* Tertull. carm. 1 adv. Marc. c. 6 v. 9 *Prosevit fruges.* Et metaphorice Gratius in Cyneget. v. 9 *Ex artibus artes proserere.* ¶ Alia notione vide infra in *Sero, ui, ĕre.*

¶ Prōsătus, a, um, natus, genitus, gezeugt, entsprossen. Nemesianus eclog. 3 v. 63 *Quin etiam Deus ille, Deus Jove prosatus ipso.*

De Baccho loquitur.

¶ Resĕro, sēvi, sătum, ĕre, widerum besäen, aufs neue pflantzen. Plin. lib. 18 c. 20 *Quum hieme pregelida captæ segetes essent, reseverunt.* Colum. 3 c. 11 *Si reserere velimus.*

¶ Subsĕro, sēvi, sĭtum, ĕre, nachsäen, drunter pflantzen. Colum. 4 c. 15 *vineam subserere*, id est, sub aliquo serere. ¶ Metaphorice Ammianus lib. 16 cap. 10 *Res monuit, de Eleutherio pauca subserere, forsan non credenda*, mit einmengen, nachsetzen.

¶ Transĕro, vide in *Sero, ui, ĕre*, quod sequitur.

SĔRO, serui, sertum, serĕre, est texere, ordinare, jungere, weben, ordnen, zusammenfügen; ut, *Serere sermonem*, ein gespräche halten, Plaut. Aulul. a. 4 sc. 5 v. 7; Curc. a. 1 sc. 3 v. 37; & Milit. a. 3 sc. 11 v. 105. Alibi dixit *Sermones conferre, texere*, Curc. a. 2 sc. 3 v. 11; & Trinum. a. 3 sc. 3 v. 68. Hinc

¶ Sertus, a, um, geflochten; ut, *Sertæ coronæ*, Lucan. lib. 10 v. 164.

¶ Sertum, i, & Serta, æ, subst. strophium, corona, ein strauß, krantz. Vet. Gloss. *Serta*, στέφανοι, στέμματα. Additur iisdem Glossis: *Singulare non habet.* Nomen autem a *serendo* est; & adjectivum revera: *Sertus, serta, sertum*; id est, consertum, contextum, continuatum, ordentlich zusammengefüget. Sane *flores sertos & solutos* dixit Apulejus. Sed *Sertos*, absolute pro coronis non dicimus: *Serta* in neutro & *Sertas* in fœminino dicimus. Cic. Catil. 2 cap. 5 *Sertis redimiti.* Martial. lib. 6 epigr. 80 *Textilibus sertis omne rubebat iter.*

Sic, *Florida, recentia, odorata serta*, apud poëtas passim invenies. *Sertum* cum dicitur, *strophium*, puto, intelligitur: cum *serta*, *corona*. Servius ad illud Virgilii 1 Æn. v. 421

Thure calent aræ sertisque recentibus halant:

SERTVM, inquit, & SERTA, *cum nihil adjicitur, dicimus: ut hoc loco. Item alibi expressius, ut,*

Serta procul tantum capiti delapsa jacebant.

Si autem SERTOS *dixero, addo* FLORES. *Si* SERTAS, *addo* CORONAS. *Ut Lucanus* (loco paullo ante citato)

Accipiunt sertas nardo florente coronas.

Et hoc in multis nominibus observandum, ut genus ex adjectione formetur. Sed fallitur Servius, qui *sertas* in fœminino & absolute dici, videtur negare, ratus, non nisi in neutro genere *Serta* absolute dici. Ita enim Cornelius Severus apud Charisium lib. 1

Huc ades Aoniâ crinem circumdata sertâ.

Propertius lib. 2 eleg. 33 v. 37

Cum tua præpendent demissæ in pocula sertæ.

Vide Lips. lib. 3 Antiq. Lect. Et Plin. lib. 21 cap. 1 *Cum e floribus fierent* (strophia, seu coronæ,) *a serendo serta sertæve appellabantur.* Ita enim legendum arbitror, non *Servia*, ut vulgo legitur. ¶ 2. *Sertæ* etiam dicuntur σχοινία, restes, seile, stricke. Tibullus lib. 2 eleg. 5 v. 97 *Aut e veste sua tendent umbracula sertis Vincta.*

Et, *Lineam sertam* pro funiculo Palladius dixit in Martio. Sic, *sertam ducere*, (de quo infra in *Serra*,) est idem quod *restim ductare*, Terentius Adelphis a. 4 sc. 7. Aristophanes κόρδακα ἕλκειν dixit, ut Lindebruchius observat. Vide & Donatum, si lubet, ad illum locum, & Conjectan. Scaliger. p. 240 infra in *Serra*. ¶ 3. *Serta* pro floribus, Virg. eclog. 10 v. 41 *Serta mihi Phyllis legeret.*

¶ Sertŭla, æ, dimin. herba, steinklee, Plin. 21 cap. 9; & Cels. 5 cap. 11.

¶ Sertor, ōris, ein flechter. Festus testatur, *Sertoris* vocem non minus atque *Assertoris* esse *a serendo, cum aliquem serat petendo in libertatem eamdem, qua ipse sit, i. e. jungat.*

¶ Serto, are, frequentativum, bekräntzen, krönen. Gloss. lat. gr. *Sertat*, στεφανοῖ. Hinc

¶ Sertātus, a, um, bekräntzt, gekrönet. Martian. Capella lib. 5 *Caput regali majestate sertatum.*

¶ Series, ēi, connexio, continuatio, continuata progressio, ordo, eine reihe, folg und ordnung, so in ihrem wesen geht. Cicer. de Nat. Deor. 1 cap. 4 extr. *Est admirabilis quædam continuatio seriesque rerum, ut alia ex alia annexa, & omnes inter se aptæ colligatæque videantur.* Sic, *Series historiæ*, Val. Maximus proœmio. Et, *Series arborum*, eine reihe bäume. *Innumerabilis series annorum*, Horat. lib. 3 od. 30 v. 4.

¶ Serĭlia, um, plur. i. e. funiculi, qui sparto conseruntur, seile, stricke. Ita Festus intelligit in illo Pacuvii: *Suta lino & sparteis serilibus.*

¶ Sermo, ōnis, cum derivatis, vide paullo superius seorsum.

¶ Servia, æ, ein krantz, ein sträußlein. Plin. 21 cap. 2 *Cum e floribus fierent serta, a serendo serviæ appellabantur.*

Composita a *Sero, serui*:

¶ Assĕro, ui, ertum, ĕre, vindicare, behaupten, retten, frey machen. Nam quem quis liberali caussa in libertatem vindicabat, eum manu asserebat, vel admovebat, seu prope se statuebat, manuque capiti ejus imposita dicebat: HVNC EGO HOMINEM IVRE QVIRITVM AIO LIBERVM ESSE OPORTERE. Terent. Adelph. a. 2 sc. 1 sub fin. *neque vendundam censeo, quæ libera est, nam ego liberali illam adsero caussa manu.* Vbi Donatus: *Ordo est:* EGO LIBERALI CAVSSA MANV ASSERO. *Et sunt juris verba: a quibus etiam* ASSERTORES *dicuntur vindices alienæ libertatis*, &c. Hinc ¶ 2. *Asserere in servitutem*, i. e. in servitutem conjicere, Liv. lib. 3 cap. 44. *Sapientis sibi nomen asserere*, Quintil. lib. 12 cap. 1, sich des nahmens anmassen. ¶ 3. *Asserere* & pro affirmare vulgo ponitur, bejahen, bekräfftigen; dubium, an satis idoneo & locuplete auctore: quod Theodosiano demum ævo sic loqui cœptum, Scioppius in Famiani Infamia observat. Sed antiquior omnino notio est. Tacitus Annal. lib. 16 cap. 2 *Per quos nosceret, an vera adsererentur.* Justinus lib. 28 cap. 2 *Romam mittit, qui senatui assereret, puerum illum ex Ariarathe genitum*, &c. An vero Ciceronis etiam & æqualium hæc significatio sit, ut quidam contendunt, vide Curis Posterioribus Cellarii p. 104 excussum disputatumque. Quibus nunc adde Andr. Borrich. Vindicias p. 17 seqq. ¶ 4. Seminandi notionem vide ante in *Sero, sevi, satum, serere.*

¶ Assertio, ōnis, affirmatio, demonstratio, die behauptung, Cic. 1 Acad. cap. 12. Sed alii *assensio* legunt. ¶ 2. Est Vindicatio, vindicta, qua in libertatem asserimur, die befreyung. Vet. Gloss. καρπισμός, *Vindicta, Assertio.* Adde Quintil. 3 cap. 8 *Sitne liber qui in assertione est*, &c. Idem 5 cap. 2 *Secunda assertio.*

¶ Assertor, ōris, καρπιστής, vindex, der rächer, befreyer. Livius 3 cap. 44 sic *assertorem* vocat, qui Virginii filiam, quasi servam suam, ficta caussa repetebat. Seneca epist. 13 *Catoni gladium, assertorem libertatis, extorque.* Et Suetonius Cæs. cap. 80 *Populo detrectante dominationem, atque assertores flagitante.* Prudentius Romani hymno ineunte:

Romane, Christi fortis adsertor Dei;

i. e. confessor & martyr, qui & ipse gloriam Christi asserebat vindicabatque.

¶ Assertōrius, a, um, behauptend; ut, *Lis assertoria*, in Codice, de assertione tollenda, sub init.

¶ Consĕro, ui, ertum, ĕre, vermengen. Sic, *Manum cum hoste conserere*, est pugnare: quod & ad disceptationes civiles transfertur. Varro lib. 5 de L. L. cap. 7 *Sic* CONSERERE MANVM *dicimur cum hoste.* Corn. Nepos Hannib. cap. 4 *Cum his manum conseruit: utrosque profligavit.* ¶ 2. Alia significatio est in *Sero, sevi.*

¶ Consertus, a, um, zusammengesetzt. Virgil. 3 Æn. v. 594

Consertum tegmen spinis.

Quod Servius *illigatum* interpretatur. Sic, EX IVRE MANV CONSERTVM: Ennius lib. 8 Annali apud Cic. pro Muræn. c. 14, & Gellium lib. 20 cap. 10

Miscent inter sese inimicitias agitantes:
Non ex jure manu consertum, sed mage ferro
Rem repetunt regnumque petunt, vadunt solidâ vi.

Sed utrobique, non *manu consertum*, sed *manum consertam* legendum esse, ex Gellio patet, qui & ipsam rem explicat: quem vide c. l.

¶ Conserte, adverb. i. e. connexe, dichte. Cicero de Fato cap. 14 *Omnia naturali colligatione conserte contexteque fiunt.*

¶ Consertio, ōnis, connexio, implicatio, die zusammenhängung. Arnobius lib. 3 p. 107 *ad cervicum necessarias flexiones consertionibus verticum, atque ossea substructione fulciri.*

¶ Dēsĕro, ui, ertum, ĕre, derelinquere, verlassen. Terent. in Andr. a. 1 sc. 5 v. 36 *Tum autem hoc timet, ne deseras se.* Idem Eunuch. a. 2 sc. 2 v. 7 *Omnes noti me atque amici deserunt.* Et in Heaut. a. 2 sc. 3 v. 17 *Me in his deseruisti malis.* Sic, *Deserere suam caussam*, Cicer. de Fato cap. 6; *jus suum*, pro Cæcin. cap. 35; & *officii partes*, lib. 1 de Fin. cap. 7.

¶ Desertus, a, um, wüste, öde; ut, *Deserta solitudo*, Cic. 2 de Divin. c. 19, eine wüste. Et, *Regio desertissima*, Idem lib. 6 fam. epist. 18 extr. ein unbewohntes land. *Desertior lucus*, Cic. 13 ad Attic. epist. 22. Et, *Via deserta & inculta*, pro Cœl. cap. 18. *Nihil turpius nec desertius*, Cic. ad Qu. fratr. lib. 3 epist. 4. Et pro Sextio cap. 67 pr. *Sepulcrum desertissimum in litore Dyrrhachino relictum est.* ¶ Sed, *Stipes desertus in agris*, est defixus, depactus, apud Tibullum 1 eleg. 1 v. 17.

¶ Dēsertum, i, substant. ἔρημος, solitudo, eine wüsten, wüsteney. Singulari numero frequens tritumque scriptoribus ecclesiasticis, ut exemplis Tertulliani, Hieronymi, Prudentii ostendit Cellarius Cur. Poster. p. 399. Pluralis autem optimi cujusque scriptoris est, ut, *Deserta ardua*, Virg. 3 Georgic. v. 291. *Vasta*, Plin. lib. 5 cap. 4, &c.

¶ Desertio, ōnis, die verlassung, hindansetzung; ut, *Desertio juris humani*, Livius 41 cap. 24.

¶ Desertor, ōris, qui deserit, ein ausreisser, deserteur; ut, *Desertor communis salutis*, qui salutem communem non curat, Cic. de Finib. lib. 3 cap. 19. Et, *Desertores salutis meæ*, ad Quirit. post red. cap. 5. Hinc *desertor* ac *proditor* conjunguntur apud Cæsarem 6 B. Gall. c. 22, & Tacitum 1 Histor. cap. 72 n. 2. De corruptis Hannibalis militibus Livius lib. 23 cap. 18 extr. *neque aliæ latebræ, quam Capua, desertoribus erant.*

¶ Desertrix, īcis, eine abweicherin. Tertullian. de Habitu Mulier. cap. 1 *Divinæ legis prima desertrix.*

¶ Condesertor, ōris, ein mitflüchtender, der zugleich weicht. Tertull. de Carne Christi cap. 1 *Condiscipulus & condesertor ejus.*

¶ Indēsertus, a, um, non desertus, unverlassen. Ovid. 2 Amor. eleg. 9 v. 52 *Indeserta meo pectore regna gere.*

¶ Dissĕro, ui, ĕre, disputare, sprechen, discurriren. Varro L. L. 5 cap. 7 statuit translationem ex agris esse, quod dicimus *Disserit partes*, item *areas*, &c. Cic. 12 fam. epist. 7 *Quod in senatu pluribus verbis disserui, & dixi in concione.* Idem lib. 3 de Nat. Deorum extr. *Quæ disputans disserere malui, quam judicare.* Ergo *disserere* est proferre, quæ de re aliqua dici possunt, non quæ statui debent. Lampridius in Alexandro Severo: *De quo in libris suis Marius Maximus loquitur, quum Adriani disserit vitam*, i. e. exponit, enarrat. ¶ 2. Aliam notionem vide paullo ante in *Sero, sevi, satum, ĕre.*

¶ Dissertor, ōris, ein redner. Gloss. lat. gr. *Dissertor*, σοφιστής.

¶ Disserto, are, frequentativum, disserendo seu disputando contendere, eine rede thun. Gell. lib. 7 cap. 14 *Seorsum quisque ostentandi gratia magno conventu hominum dissertaverunt.* Et Cato apud Festum in CITERIA: *Quid ego cum illo dissertem amplius? quem* &c.

¶ Dissertātio, ōnis, die abhandlung. Plin. 10 cap. 68 extr. *Reliqua subtexetur dissertatio.* Et Gellius lib. 10 cap. 4 *Res in philosophiæ dissertationibus celebris.*

¶ Dissertator, ōris, ein redner. Prudentius Apotheos. v. 786

Occurris dubitans hic dissertator, & illud Objicit.

¶ Dissertābundus, a, um, redend. Gellius: *Eum in corona adstantium dissertabundum invenimus.*

¶ Edissĕro, ui, ĕre, plane disserere, erklären, erläutern. Cic. 2 de Leg. c. 22 *Neque necesse est, edisseri a nobis*, &c.

¶ Edisserto, are, frequent. idem. Plautus Amphitr. a. 2 sc. 1 v. 52 *Ordine omne, uti quidque actum est, edissertavit.* Arnobius principio lib. 2 *Edissertate nobis & dicite, quid rei, quid caussæ est*, &c. Adde Liv. 22 cap. 54 *Neque aggrediar narrare, quæ edissertando minora vero fecero.*

¶ Edissertātus, a, um, erklärt, ausgelegt. Arnobius lib. 1 p. 34 *Illa sunt ab hominibus scripta, mortalibus edissertata sermonibus.* Et Tertullianus de Resurr. Carn. cap. 33 *Parabolam invenias edissertatam.*

¶ Edisser-

¶ Edissertātio, ōnis, die erklärung. In Plinii loco, quem paullo ante in *Dissertatio* notavimus, plures MSS. libri habent, Harduino observante, *edissertatio*.

¶ Edissertator, ōris, ein ausleger. Ausonius Ludi Sapientum prologo extremo: *Veniet Ludius*
Edissertator harum, quas teneo minus.

¶ Disertus, a, um, qui bene disserit, der wohl von sachen reden kan, beredt. Differt tamen ab *eloquente*: Is enim est, qui perfecte omnibus artibus & virtutibus ad dicendum necessariis instructus est. Cicero in Oratore cap. 5 *Antonius disertos ait se vidisse multos, eloquentem vero neminem.* Quod & Quintilianus procemio lib. 8 repetiit. Sic, *Litteræ disertæ*, Cic. 3 fam. epist. 11. *Oratio diserta & oratoria*, Idem 1 de Orat. cap. 54. Et, *Ad vinum diserti*, Idem pro Cæl. cap. 28. *Epistola disertissima*, Idem ad Attic. lib. 7 epist. 2 extr. Comparativum habet Val. Max. 8 cap. 9 ext. 1 *Alterius salubriores erant conciones, alterius disertiores.* ¶ Terent. Eunuch. a. 5 sc. 7 v. 10 *At etiam primo callidum & disertum credidi hominem*: hic Daceria monet, *disertum* non esse eloquentem, sed astutum, qui non facile falli potest.

¶ Dĭserte, adverbium, mit ausbündigen worten; ut, *Dicere diserte*, Cicer. de Orat. 1 cap. 10. ¶ 2. Sed, *cum in fœdere diserte additum esset, id ita ratum fore, si populus censuisset*, id est, expresse, deutlich, ausdrücklich, klar, Livius lib. 21 cap. 19. Superl. *Disertissime planissimeque in eo* [decreto] *scriptum est*, Idem lib. 39 cap. 28.

¶ Disertim, idem. Plaut. Sticho a. 1 sc. 3 v. 87 *Id nomen tibi fuit disertim*, eigentlich. Adde Nonium cap. 11 n. 3 ex Accio & Titinnio & Livio.

¶ Disertio, ōnis, die aussonderung. *Disertiones* Festus exponit *divisiones patrimoniorum inter consortes.*

¶ Disertĭtūdo, ĭnis, eloquentia, die beredsamkeit. Hieronymus epist. 61 ad Pammach. cap. 4 *Nisi tibi disertitudinis tuæ fluvius inundasset.* Idem epist. 51 ad Domnionem: *Det nobis occasionem respondendi disertitudini suæ.*

¶ Indĭsertus, a, um, unberedt; ut, *Interpretes indiserti*, Cicer. 3 de Fin. cap. 4. Idem de Orat. lib. 3 cap. 35 *Malim equidem indisertam prudentiam, quam stultitiam loquacem.*

¶ Indĭserte, adverb. undeutlich. Cic. ad Quint. fratr. lib. 2 epist. 1 *Orationem meam non indiserte collaudavit.*

¶ Perdĭserte, adverb. valde diserte, sehr deutlich. Cicer. 1 de Orat. cap. 14 *Constat, perdiserte populo rationem operis sui reddidisse.*

¶ Exsēro, seu Exĕro, ui, ertum, ĕre, ἐξείρειν vel ἐξερύειν, extrahere est, herfür thun, heraus strecken; ut, *Exerit se domicilio cochlea*, Plin. lib. 9 cap. 32. Sic, *Exserere manum*, Livius 8 cap. 9; *linguam*, Idem lib. 7 cap. 10. Et Seneca Hercul. fur. v. 594 de Phœbo:
Illustre lætis exerit terris caput.

¶ 2. *Exserere* etiam est in apertum dare, videndum præbere, seu exhibere, promere, darstellen, sich erweisen. Ita, *Exserere principem*, eleganter dixit Suetonius Tiberio cap. 33, afferente ei hanc lectionem Casaubono. Nam in quibusdam libris, *exercuit principem*; quod alterius glossema videri possit. *Exeruit principem*, i. e. facto ostendit, se principem esse: egit ea, quæ principis sunt, vim principatus exercuit. Plinius lib. 8 epist. 7 *Sumam tamen personam magistri: exeramque in librum tuum jus, quod dedisti.*

¶ Exsertus, sive Exertus, a, um, herfür gereckt, ausgestreckt. Plinius lib. 11 cap. 37 [sect. 61] *Exserti dentes apro, hippopotamo, elephanto.* Virg. Æn. 1 v. 496 *Exserta mamma*, die entblößte brust. Ovid. 3 Fast. v. 814
Ensibus exsertis bellica læta dea est.
Et Seneca Hercul. Oetæo v. 1547
Fæmina exsertos feriat lacertos.
Compar. *Exsertior.* Pacatus Panegyr. Theodosii cap. 35 *exsertiorem operam navare.*

¶ Exserte, sive Exerte, adverbium, nachdrücklich. Apulej. lib. 1 Metam. p. 109 *Janitor introrupit, exserte clamitans.* Spartianus vitâ Severi cap. 3 *Tribunatum severissime exertissimeque egit*; id est, exactissime.

¶ Exserto, āre, frequentativum, herausrecken. Virg. 3 Æn. v. 425
At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris
Ora exsertantem &c.

¶ Insĕro, ui, ertum, ĕre, est interponere, immiscere, mit einbringen, einführen, mit untermengen. Ovid. lib. 2 Trist. v. 444
Historiæ turpes inseruisse jocos.
Sed, *Pueris cibum in os inserere*, Cic. de Orat. lib. 2 cap. 39. Et, *Inserere collum in laqueum*, Idem in 6 Verrina cap. 17, hinein stecken.
¶ Aliam significationem vide superius paullo in *Sero, sevi.*

¶ Insertus, a, um, eingerückt, eingeschoben, untergesteckt. Plin. 3 epist. 19 pr. *Prædia agris meis vicina atque etiam inserta.* Vellej. 2, 60, 4 *Actorum insertis falsis commentariis.*

¶ Inserta, æ, subst. ornamentum, eine zierde. Publ. Syrus: *Frugalitas inserta est rumoris boni.* vide supra *Emblema*, & Salmas. Hist. August. p. 407 & 443.

¶ Insertim, adverb. hineinwerts. Lucret. lib. 2 v. 114
Insertim fundunt radios per opaca domorum.

¶ Insertītius, a, um, idem quod *insertus*. Gloss. gr. lat. ἐγκεντρήσιμος, *Insertitius.*

¶ Insertīvus, a, um, idem. Calpurnius Declam. 24 *Nemo unquam sacra gentilitia insertiva stirpe corrupit*, durch hurenkinder.

¶ Inserto, āre, frequent. hinein stecken. Virg. lib. 2 Æneid. v. 672
Clypeoque sinistram Insertabam aptans.
Et Silius lib. 5 v. 483 *nubibus insertans caput*, sc. arbor.

¶ Insertātus, a, um, hineingesteckt, hineingestossen. Prudentius Apotheos. v. 464 *Jamque insertato reserarat viscera cultro.*

¶ Insertātio, ōnis, die hineinsteckung, Cœl. Aurel. Tard. 1 cap. 1.

¶ Præsertim, adverb. maxime, præcipue, fürnemlich, sonderlich. Cic. ad Lentul. lib. 1 fam. epist. 8 *Te non præterit, quam sit difficile, sensum in republ. præsertim rectum & confirmatum deponere.* Et Terent. in Phorm. a. 1 sc. 2 v. 5 *Præsertim ut nunc sunt mores*, zumahl wie es izt in der welt zugehet. In epanorthosi locum habet.

¶ Prosĕro, ui, ĕre, idem quod *exserere*, herfür recken. Avienus Phænom. Arat. v. 1111 *Proserit Hydra caput* &c. Et in Orbis descriptione v. 342 de Nilo: *scissuque vagis anfractibus æquor*
Proserit, & ponto septem ferus explicat ora.
¶ 2. *Proserere* in plantandi notione, vide ante sub *Sero, sevi.*

¶ Subsĕro, ĕre, untermengen, conf. supra in *Sero, sevi.*

¶ Transsĕro, ere, hinübersetzen. Hinc

¶ Transsertus, a, um, pro *transplantatus*, fortgesetzt. Stat. lib. 2 Silv. 1 v. 101 *Vidi transsertos alieno in corpore ramos*
Altius ire suis.

Serpens, serpentaria, serpentigĕna, &c. vide mox *Serpo.*

SERPHUS, i, σέρφος, animal minutulum est, simile formicæ, vide in Chiliad. Ἔνεστι κἀν μύρμηκι, κἀν σέρφῳ χολή, h. e. *Inest & formicæ & serpho sua bilis*, auch ein wurm krümmt sich, wenn man ihn tritt.

SERPO, psi, ptum, serpĕre, ab ἕρπω, *repere*, paulatim progredi, kriechen; ut, *Vipera serpit humo*, Ovid. 3 Pont. epist. 3 v. 102. ¶ 2. Sed, *Hedera serpit*, der epheu flicht sich weit umher, breitet sich aus, Virgil. eclog. 8 v. 13. Et Cicer. de Amicit. cap. 23 *Serpit, nescio quomodo per omnium vitas amicitia*, sie erstrecket sich, gehet weiter fort. *Serpit ac prodit consuetudo*, Idem in Verrem Divinatione c. 22. Et Virg. lib. 3 Georg. v. 469
Dira per incautum serpunt contagia vulgus.
Martial. lib. 1 epigr. 79
Inque ipsos vultus serperet atra lues:
Et, *Serpit flamma*, Liv. 30 c. 6, sie greifft um sich. *Serpit rumor*, Cic. pro Muræn. c. 21 extr. es kommt weit aus. *Serpit ulcus alte atque late*, Celsus lib. 6 c. 18, es frißt um sich. Et, *Ulcera serpere desierunt*, Senec. epist. 8.

¶ Serpens, tis, adject. kriechend, schleichend, fortschleichend. Cic. de Senect. cap. 15 *Vitem serpentem multiplici lapsu & erratico coërcere.* Idem 4 Catil. cap. 3 *Malum obscure serpens multas provincias occupavit.* Plin. 34 cap. 15 sect. 46 *serpentia ulcera*, um sich fressende geschwäre. Lucret. lib. 6 v. 766 *Serpentia secla ferarum.*

¶ Serpens, tis, subst. nomen generale omnium, quæ serpunt, ein würmlein. Hinc *Serpentes* pro pediculis etiam posuit Plinius, ubi Pherecydis philosophi obitum lib. 8 c. 51 narrat. ¶ 2. Κατ' ἐξοχὴν pro *Colubro* ponitur, & dubii est generis, eine schlange; ut, *Serpens dira*, Ovid. Metam. 2 v. 651; *Lubrica*, Lucret. 4 v. 58. Et, *Cæruleus serpens*, rursus Ovid. Metam. 3 v. 38. Et Lucan. lib. 6 v. 491
Humanoque cadit serpens afflata veneno.
Cornelius Nepos in Hannibale cap. 10 *Imperavit, quam plurimas venenatas serpentes vivas colligi*, &c. Genitivus pluralis *Serpentium* legitur apud Celsum 5 cap. 27; Vitruv. 8 cap. 4; Justin. 32 cap. 4; Plin. 11 cap. 37, &c. Per syncopen est *Serpentum.* Sic proverb.
Ὄφις ἂν μὴ φάγῃ ὄφιν, δράκων οὐ γενήσεται,
hoc est, *Serpens, nisi devoret serpentem, non fit draco*; id est, Potentes crescunt aliorum damnis. vide Chiliad.

¶ Serpentāria, æ, herba, quæ & *viperina*, natterwurz, Apulej. de Herb. cap. 5.

¶ Serpentĭgĕna, æ, i.e. ex serpente genitus, schlangen-brut. Plural. *Serpentigenæ*, apud Ovid. Metam. 7 v. 212.

¶ Serpentĭger, a, um, mit schlangen umgeben; ut, *Serpentigeri gigantes*, Ovid. 4 Trist. eleg. 7 v. 17. Sed in MSS. *serpentipedes.*

¶ Serpentĭpes, pĕdis, schlangenfüßig. Plural *Serpentipedes*, in MSS. apud Ovid. 4 Trist. eleg. 7 v. 17 gigantum epitheton, ut modo in *Serpentiger* diximus. Sane & Macrob. lib. 1 Saturn. cap. 20 *Gigantum pedes in draconum volumina desinebant.* Quo quid figmento significatum sit, ibidem ipse interpretatur.

¶ Serperastrum, i, instrumentum pueris alligatum, ne vari fiant, dum ambulare discunt. Varro de L. L. 8 cap. 5 *Non sequitur ut stulte faciant, qui pueris in geniculis alligent serperastra; ut eorum depravata corrigant crura.* Translate Cic. ad Attic. 7 epist. 3 *De serperastris cohortis meæ nihil est quod doleas.* Turneb. Advers. 21 cap. 7 intelligit prætorum & proconsulum comites, assimiles rastris per humum serpentibus & radentibus. Manutius etiam explicat de humi serpentibus & pecuniæ, qua nihil sordidius, addictis. Suspicatur tamen, legi posse *Cerberastris.*

¶ Serpŭla, æ, diminut. ein würmlein. Festus: *Serpulæ dictæ, quas nunc serpentes dicimus.*

Composita:

¶ Deserpo, ĕre, id est, deorsum serpere, hinunterkriechen. Apulejus Apolog. p. 315 *Lanugo malis deserpit.* Atque ita etiam Statius lib. 6 Thebaid. v. 585 *Deserpitque genis, nec se lanugo fatetur*
Intonsæ sub nube comæ.

¶ Inserpo, ĕre, daher kriechen, einschleichen. Statius 1 Thebaid. v. 340
jam somnus avaris
Inserpit curis.
Et Apulejus Metam. lib. 7 p. 189 *ei lanugo malis inserpebat.*

¶ Proserpo, ĕre, daher kriechen, herfür kriechen. Plaut. in Asin. a. 3. sc. 3 v. 105 *Eat proserpentem bestiam, duplicem ut habeam linguam.* Et Ammian. lib. 15 cap. 20 *Malum ultra proserpens.*

¶ Proserpĭna, proserpinaca, proserpinalis, vide in litt. P.

SERPYLLUM, i, ἕρπυλλος, herba agrestis nota, a *serpendo* dicta, quod, quæcunque ejus pars terram attingat, in ea radices demittat, quendel, feldpoley, hünerkohl. Vim habet venenis serpentum resistentem; Ideo Virgilius dixit ecloga 2 v. 10
Thestylis & rapido fessis messoribus æstu
Allia, serpyllumque, herbas contundit olentes.

¶ Serpyllĭfer, a, um, das quendel trägt. Sidonius lib. 8 epist. 11 in carmine: *Qua serpylliferis olet catinis.*

SERRA, æ, πρίων, instrumentum ferreum dentatum, quo ligna fabri divellunt, eine säge; ut, *Serræ secare*, von einander sägen, Martial. lib. 14 epigr. 143. *Vitem serrâ præcidere*, apud Colum. de Arbor. c. 9. Ita, *Serram ducere cum aliquo*, apud Varronem de R. R. 3 cap. 6 pro *altercari cum aliquo*, invenitur. Quemadmodum *Serraculum ducere*, eâdem mente JCtus ad L. Aquiliam dixit, ut Cujacius interpretatur. Possit & apud Varronem l. c. legi *Sertam ducere cum aliquo. Serta* enim τὸ σχοινίον, restis, funiculus, quemadmodum eâ voce usus Palladius; ut *sertam ducere* Varroni sit idem, quod Terentio *restim ductitare.*

Tractum

Tractum hoc a saltantibus, qui aliquando restem tenentes hærebant: Vel puerorum ludo, quo ducebant sparteam restem, & tamdiu trahebant, donec aut rumperent, aut alteruter, omissa funis prehensione, in nates caderet. vide Scaligeri Conjectan. pag. 240; & supra *Sertum*, in *Sero*, *ui*. ¶ 2. *Serra*, rursus bellua est marina, cute aspera, dentata ab imo ad summum usque acutis robustisque dentibus similitudine serræ; Gesnerus, & Plin. 32 cap. 11.

¶ Serrŭla, æ, diminut. Cic pro Cluentio cap. 64 *Adunca ex omni parte dentium, & tortuosa serrula.* Columella de Arbor. cap. 6 *Nodum serrulâ desecare.* Onomast. *Serrula*, πριόνιον. ¶ 2. *Serrula*, Campana herba, eadem quæ *Melilotos* est. vide supra *Melilotos*.

¶ Serro, ferrare, sägen. Veget. de Re Milit. lib. 2 cap. 25 *Materia ac pali dedolantur atque serrantur.* Gloss. *Serro*, πρίζω.

¶ Serrātus, a, um, gesägt, gespalten; ut, *Dentes serrati*, qui pectinatim coëunt, ut in canibus. Dentium enim tria genera recenset Plinius 11 cap. 37, *Serratos*, ut canum, serpentum & piscium; *Continuos*, ut hominum; *Exsertos*, ut aprorum. ¶ *Serrati* nummi sunt etiam Plinio lib. 33 cap. 3, & Tacito de Germ. cap. 5, sic dicti ab impressa serræ nota.

¶ Serrata, æ, Chamædrys est herba, a serrata forma foliorum, Plin. lib. 24 cap. 15. vide supra *Chamædrys*.

¶ Serrātŭla, æ, diminut. herba est betonica, Plin. lib. 25 cap. 8.

¶ Serrātim, adverb. instar serræ, wie eine säge. Vitruv. 6 cap. 11 *Serratim construi.* Et Apulej. de Herb. cap. 2 *Folia serratim scissa.*

¶ Serratūra, æ, serrandi actus, die zersägung. Palladius lib. 3 cap. 17 *Post serraturam, plagam ferramentis acutis nitidamus.*

¶ Serrābĭlis, e, quod serrâ facile secari potest, das man zersägt. Plinius lib. 16 cap. 43 *Serrabilia ac sectilia, quæ modice humida.* Ita partim ex MSS. vestigiis, partim ingenio suo & conjectura restituit Harduinus, quod auctor Theophrasti εὔπριστα καὶ εὔσχιστα latine vertere in animo habuerit.

¶ Serrācum, i, quod serræ instar radit, ein fuhrwerck. Sidonius lib. 4 epist. 18 *Nulla serraca, nulla esseda subvehendis oneribus attrahebantur.*

¶ Serracŭlum, i, diminut. idem. Gloss. Vet. πηδάλιον, *serraculum*, *gubernaculum*, *clavus.* Hinc *Serraculum ducere*, in leg. 39 § 1 ff. ad leg. Aquil.

¶ Serrāgo, ĭnis, quod humi cadit, cum quid serrâ scinditur, sägespäne. Cœl. Aurel. Tard. 4 cap. 8 *cum cervini cornu serragine adspersa.* Idem Acut. 1 cap. 14 *Caprinum cornu nigrum, sed ejus alba serrago.* Et Plin. 37 cap. 2 *Infestantur plurimis vitiis, scabro, serragine*, &c. Ita Dalechamp. alii *ferrugine*.

¶ Serrārius, i, ein säger. Gloss. Cyrilli: *Serrarius*, λιθοπρίστης.

¶ Serrātōrius, a, um, damit man sägt. Ammianus 23 cap. 4 *In modum serratoriæ machinæ connecti*, wie eine säge.

¶ Conserrātus, a, um, zersägt. Plin. 11 cap. 37 *Spectatissimum insigne gallinaceis, corpore conserratum*, i. e. in modum serræ factum.

Serranus, vide supra *Seranus*.

Serta, sertatus, serto, vide paullo superius *Sero*, *ui*.

SERTŌRIUS, i, Σερτώριος, e Nursia oriundus, cum Cinna partes Marianas moderate sectatus est, & in Hispaniam tandem profugiens rem ibidem bene & fortiter gessit. Ejus vitam habes apud Plutarchum. Pompejus potitus Hispaniâ litteras Sertorii omnes, inter quas multorum erant ducum epistolæ, quibus ad res novas incipiendas mutandamque rempubl. Sertorium vocabant, combussit, ut permitteret malos & pœnitere & fieri meliores: Plutarch. in Apophthegmatibus.

Sertum, Serva, Servabilis, servator, &c. vide *Sero*, *ui*, *Servio*, *Servo*.

SERVIA, æ, regio Europæa, olim Mœsia superior dicta, inter Danubium a septemtrione, & Illyrios ac Macedonicos montes ab austro intercepta. Nomen habet a *Sirvis* sive *Servis*, Scytharum gente, illas sedes circa decimum, ut putatur, Christianorum seculum occupantibus. vid. Histor. medii ævi. Alii latiores ipsis fines ab occasu tribuunt, qui in Hungariam usque & Bosniam excurrant. vide Baudrandum. ¶ 2. *Servia*, appellativum, ein sträußlein, vide ante in *Sero*, *ui*.

Serviculus, servientia, servilicola, servilis, &c. vide sequens *Servio*.

SERVIO, servīvi, servītum, servīre, dienen; ut, *Sedulo servire*, Plaut. Menæch. a. 5 sc. 6 v. 17 in veteribus libris, ubi hodie *sedate* pro *sedulo* legitur. *Servire liberaliter*, redlich dienen, Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 11. *Commodis alterius servire*, Idem Heaut. prolog. v. 50. *Commodis reipubl. servire*, Cic. Divin. in Verr. cap. 20, gemeinen nutzen befördern. Sed, *servire alicui*, *inservire alicui*, pro, saluti alicujus consulere, officia offerre, dedecora sunt latini stili, ex Germanismo nata. Ita, *Servire rei*, die nahrung warten, Terent. Hecyr. a. 2 sc. 1 v. 27. Et Cic. 8 ad Attic. epist. 3 *Cum sit necesse tempori servire, & non amittere tempus, cum sit datum*, sich in die zeit schicken. *Servire scenæ*, vide *Scena*. Sic, *Servire valetudini*, Cic. 1 ad Qu. fratr. epist. 1 extr. die gesundheit in acht nehmen. *Servire famæ*, *existimationi*, *gloriæ*, id est, dare operam, Cicero passim. ¶ Passivo usus est Seneca de Tranquillit. animi cap. 9 *Assuescamus ergo cœnare posse sine populo, & servis paucioribus serviri*, &c.

¶ Servientia, æ, i. e. servitus, die dienstbarkeit, knechtschafft. Plaut. Rud. a. 4 sc. 2 v. 13 *Paupertatem & servientiam tolerare.*

¶ Servĭtium, i, der dienst, die aufwartung. Terent. in Andr. a. 4 sc. 1 v. 51 *Ego, Pamphile, hoc tibi pro servitio debeo.* Virg. eclog. 1 v. 41

Quid facerem, neque servitio me exire licebat.

Sic, *Jugum servitii ferre*, dixit Statius lib. 3 Silv. 4 v. 33

Tu sordida tecta jugumque
Servitii vulgare feres?

Sallustius in Bello Jugurth. cap. 62 *Gravis casu in servitium de regno.* Quod auctor Thebaidos Tragœdiæ ita expressit v. 598 *In servitutem cadere de regno, est grave.* ¶ 2. Cicero *Servitia* pro servis ipsis dixit Orat. 4 in Catil. cap. 6, *Ad evertenda fundamenta reipubl. servitia concitavit.* Idem in 7 Verr. cap. 4 *Cœptum esse in Sicilia moveri aliquot locis servitium suspicor*, dienst-volck, leibeigene. Et Vellej. 2, 73, 3 *Servitia fugitivosque in numerum exercitus sui recipere.*

¶ Servĭtus, ūtis, die dienstbarkeit, knechtschafft. Terent. in Andr. a. 1 sc. 1 v. 9 *Ut semper tibi justa & clemens fuerit servitus*, scis, ein leidlicher dienst. Et, *In servitutem pauperem ad litem aare*, Idem Phorm. a. 4 sc. 3 v. 48. *In servitutem adducere*, Cic. in Pison. c. 34; & *abstrahere*, Cæs. 7 B. Gall. cap. 14, in die dienstbarkeit führen. *Servitutem alicui imponere*, vel, *fundo servitutem imponere*, Cicer. lib. 3 ad Qu. fratr. epist. 1 cap. 2, beschwerungen auflegen. *Servitutem pati*, Cic. 6 Philipp. cap. 7. *Servitus postremum malorum omnium non modo bello, sed morte etiam repellendum*, Cic. 2 Philipp. cap. 44. Et, *Omnis est misera servitus*, Philipp. 10 cap. 9. Et, *Quem Jupiter odit, servum hunc primum facit.* ¶ 2. Cæterum *servitutis* vocabulum non de hominibus tantum sive personis dicitur, sed & de rebus: ut, *prædiis*, *ædificiis*. Qui usus in jure frequentissime occurrit. vide JCtos. In plural. *Servitutium vindicatio* legitur leg. 1 § 5 Dig. de arboribus cæd.

¶ Servĭtūdo, ĭnis, idem; apud Livium lib. 24 cap. 22 reperitur: verum in rarissimis, si non in suspectis, ponendum est.

¶ Servus, a, um, adjectivum, dienstbar. Cicer. pro Leg. Agrar. 3 cap. 2 *Prædia libera meliore jure sunt quam serva.* Lucan. lib. 6 v. 152 *O famuli turpes, servum pecus!*

¶ Servus, i, subst. qui alieno paret domino, ein dienstbothe, knecht. Martial. lib. 2 epigr. 31

Non bene, crede mihi, servo servitur amico.

Plaut. in Mostell. a. 4 sc. 1 v. 16 *Ut servi suum volunt herum esse, ita est; Bonus cum probis est*, &c. Idem in Milite glorioso a. 2 sc. 6 v. 80 *Homini servo suos domitos habere oportet oculos, & manus orationemque.* Claudian. lib. 1 in Eutropium v. 183

nec bellua tetrior ulla est,
Quam servi rabies in libera colla furentis.

Varro, *Crede mihi, plures dominos servi comedêre, quam canes*: citat ex libro de educandis liberis Nonius. Et, *Quot servi, tot hostes*, in proverbio est apud Festum. Eleganter Seneca epist. 9 *Multorum dominus, plurium servus.* Vellej. 2, 73, 1 *Libertorum libertus servorumque servus.* ¶ 2. Cæterum duplicis generis *servi* erant, alii *publici*, alii *privati*. *Privati*, qui in privati cujusque serviebant familia: *Publici*, qui ex devicta captivaque gente ad reipubl. usus seligebantur: qui sibi nomina accipiebant, vel a provincia, ut *Brutiani*, *Cyprii*; vel a victoribus, ut *Clodiani*, *Gelliani*. vide Lipsium lib. 1 Electorum cap. 12, itemque in lib. 2 Annal. Taciti p. 95. *Servis non est otium*, Ού δούλοις σχολή, vide Chiliadas. De origine vocis Donatus ad Ter. Adelph. a. 2 sc. 1 v. 28 *Servi dicuntur a servando, qui servati sunt, quum eos occidi oporteret jure belli. Unde Virgilius sic adducit captivum rogantem*, Æn. lib. 10 v. 524

Per patrios manes, & spes surgentis Iuli,
Te precor, hanc animam serves natoque patrique.

¶ Serva, æ, subst. eine dienstmagd. Ulpian. Lege 1 pr. Dig. de servo corrupto: *Ait prætor: Qui servum, servam, alienum, alienam recepisse* &c. Florus lib. 1 cap 6 de Servio Tullio: *matre serva natus*: nisi hic adjectivum velis esse, de quo paullo ante diximus.

¶ Servŭlus, i, diminut. ein junge, page; ut, *Observabam mane illorum servulos*, &c. Terentius Andr. a. 1 sc. 1 v. 56. ¶ *Servulos* etiam per urbanitatem atque blanditiam profiteri se solebant, qui cultum & obsequium suum erga alios testari volebant; quemadmodum & nos dicimus: des herrn diener. Quintil. Declamat. 301 *Si de me quoque interrogasset, respondissem*, SERVULI TUI SUMUS.

¶ Servŭla, æ, diminut. ein dienstmägdlein. Cic. lib. 1 ad Attic. epist. 11 *Per manus servulæ servari & educi.*

¶ Servĭcŭlus, i, aliud dimin. ein knechtlein, apud Tertull. de Idolol. c 10.

¶ Servīlis, e, adjectivum, knechtisch; ut, *Jugum servile*, Cic. 1 Philipp. cap. 2. Et, *Officia servilia facere*, Propert. lib. 4 eleg. 10. Sunt autem servilia officia, quibus maxime corpus exercetur, quæque in opere mercenario & servili versantur. *Animi serviles alte tumescunt*, Claudian lib. 1 in Eutropium v. 176.

¶ Servīlĭter, adverb. idem. Cic. 2 Tuscul. cap. 23 *In dolore maxime est providendum, ne quid serviliter muliebriterve faciamus.*

¶ Servīlĭcŏla, æ, der oder die denen knechten nachläufft. Plaut. Pœn. a. 1 sc. 2 v. 53 *Miseræ, cœno delibutæ, servilicolæ*, h. e. ut v. 58 sequitur: *servulorum sordidulorum scorta*, commiß-nickel.

¶ Servitrītius, a, um, i. e. servitute sive servitio tritus, knechtisch; ut, *Servitritium stabulum*, Plaut. in Pers. a. 3 sc. 3 v. 13.

Composita cum præposit.

¶ Adservio, īre, dienen, aufwarten; ut, *Contentione vocis adservire*, id est, servire, Cic. 2 Tuscul. cap. 23.

¶ Conservus, i, qui cum aliis servis eidem servit domino, ein mitknecht. Terent. in Adelph. a. 3 sc. 3 v. 71 *Conservis ad eumdem præcipio modum.* Cic. ad Cassium 12 fam. epist. 3 *Dominum ferre non potuimus, conservo servimus.*

¶ Conserva, æ, eine mitdienerin; ut, *Summa forma conserva*, Terent. in Eunuch. a. 2 sc. 3 v. 74. conf. ibid. a. 5 sc. 2 v. 19.

¶ Conservŭla, æ, dimin. idem; Senec. Controvers. 21 p. 269.

¶ Conservĭtium, i, der mitdienst. Plaut. Captiv. a. 2 sc. 1 v. 49 *Oro te per precem, per fortunam incertam, perque conservitium commune.*

¶ Deservio, īre, idem fere quod simplex, dienen; ut, *Deservire amicis*, Cic. pro Sylla cap. 19. Et, *cuivis deservire*, lib. 1 Offic. cap. 30. *Deservire rebus divinis*, Idem in Partit. cap. 23. Et Plin. lib. 7 epist. 7 *Moleste fero, quod deservire studiis non potes*, des studierens abwarten.

¶ Inservio, īre, dienstlich seyn, zu willen seyn. Cicer. 1 Offic. cap. 15 *A quo plurimum sperant, ei potissimum inserviunt.* Sic, *Inservire suis commodis*, id est, utilitati suæ consulere, Idem de Finib. lib. 2 cap. 30. *Inservire valetudini*, Cic. 16 fam epist. 17; & *honoribus*, lib. 2 Offic. c. 1, hoc est, operam dare, nach ämtern trachten. Sed, *inservire honori alicujus*, est dignitati alicujus consulere, über eines respect halten: Cic lib. 3 fam. epist. 13 ad Appium: *inserviebam honori tuo.*

¶ Perennisservus, i, qui perpetuo servit, ein leibeigener auf ewig. Plaut. Pers. a. 3 sc. 3 v. 16 *Perennisserve, lurco, edax.*

¶ Præservio, īre, idem quod simplex, einem aufwarten. Plautus Amphitr. prologo v. 126 *Ut præservire amanti meo possem patri.*

¶ Subservio, īre, zu der hand gehen, knecht seyn. Plaut. in Menæch. a. 5 sc. 2 v. 16 *Viros subservire sibi postulant, freta dote, feroces*, sie wollen die

die männer zu knechten haben, &c. Terent. in Andr. a. 4 sc. 4 v. 14 *Tu ut subservias orationi meæ, utcunque opus sit verbis, vide.* Apulej. Philos. Natur. p. 9 *Membra ancillari & subservire capiti.*

Servitium, servitus, &c. vide in antecedente *Servio.*

SERVIVS, i, grammaticus fuit, *Servius Maurus Honoratus*, scripsit commentaria in Virgilii omnia scripta.

SERVIVS TVLLIVS, sextus Romanorum rex, præfuit Romano imperio per annos 44. vide Livium.

SĔRVM, i, substantivum, priore brevi, aqua lactis est, molcken. Virg. 3 Georg. v. 405 *acremque molossum*

Pasce sero pingui.

Ovid. 4 Fast. v. 468 *Liquidum serum.* Plin. 11 cap. 41 *Butyrum concretius, quam quod serum vocatur.* Idem lib. 28 cap. 9 *Serum decoquunt ad tertias partes.* ¶ Sed *Serum* priore longa vide infra in *Serus.*

¶ Sĕresco, ĕre, in serum converti, zu molcken werden. Plinius lib. 2 cap. 41 *Omne lac igne spissatur, frigore serescit.* ¶ Sed *Serescere*, aliâ notione, vide supra in *Serenus.*

SERVO, avi, atum, āre, halten, erhalten. Plaut. in Epid. a. 3 sc. 2 v. 43 *Me quidem certo servavit consiliis suis*, hoc est, conservavit vel liberavit, er hat mich erhalten, errettet. Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 8 v. 19 *Serva, obsecro, hæc nobis bona*, h. e. o Jupiter, contenti sumus tuis muneribus, nihil est, quod amplius postulemus; ut explicat Daceria. Sic dicimus: *Servare amicitiam*, Cic. de Amicit. c. 7 extr. & *jusjurandum*, Nepos Agesil. cap. 2. Et Horat. 1 epist. 16 v. 41

Qui consulta patrum, qui leges juraque servat.

Terent. in Hecyr. a. 3 sc. 3 v. 42 *Certum est servare in eo, quod dixi, fidem.* Et, *Servare ordinem*, Livius lib. 26 cap. ult. *Eumdem cursum constantissime servare*, Cic. 1 Tuscul. cap. 28. ¶ 2. Sæpe pro *observare* ponitur, præsertim quum de cælo aut aëriis agitur: est enim vocabulum aruspicum. Lucanus lib. 1 v. 601

Et doctus volucres augur servare sinistras.

Idem lib. 5 v. 395 *Nec cælum servare licet: tonat augure surdo.*

Ita & Cicero, Virgilius, & alii usi. Vide infra & *Servator* & *Inservare.* Sed etiam ad alia transfertur in ejusmodi significatione. Terent. Eunuch. a. 4 sc. 7 v. 10 *Solus Sannio servat domi.* Plautus Mostell. a. 2 sc. 2 *Nemo natus in ædibus servat.* Idem Rudente a. 4 sc. 1

Sed uxor scelesta me omnibus servat modis:

sie giebt genau achtung auf mich. conf. Nonius cap. 4 n. 411. ¶ 3. Est & *inhabitare, possidere*, inne haben, besitzen, ut Nonius indicat l. c. Virg. 4 Georg. v. 383

Centum quæ silvas, centum quæ flumina servant.

¶ Servans, tis, haltend, behaltend. Virg. Æn. 7 v. 179 *Curvam servans falcem.* Idem Æn. 1 v. 40 *Juno servans sub pectore vulnus.* ¶ 2. Idem est ac *Observans*, achthabend. Iterum Virg. Georg. 1 v. 402 *Solis occasum servans.* Et Ovidius lib. 1 Metam. v. 684

Vincere arundinibus servantia lumina tentat.

Superlat. *Servantissimus æqui*, Virg. lib. 2 Æn. v. 427.

¶ Servātus, a, um, erhalten, aufgehoben; ut, *Servati cives*, Ovid. Trist. 3 eleg. 1 v. 48. *Odium perenni servatum studio*, Sil. 1 v. 17. *Cæcuba servata centum clavibus*, Horat. 2 od. 14 v. 25.

¶ Servātor, ōris, qui servat & liberat, σωτήρ, ein helffer, erhalter, heyland. Livius lib. 34 cap. 50 *Imperator, persequentibus cunctis servatorem liberatoremque acclamantibus*, &c. *rediit.* vide supra *Salvator.* Inscript. Gruter. p. 18 n. 6 IOVI SERVATORI. Peculiariter Medicis hic titulus datur. vid. Barth. ad Stat. 5 Thebaid. p. 19. ¶ 2. *Servator* etiam idem qui *Observator*, ein achthaber. Lucan. 8 v. 171

Doctus ad hæc fatur taciti servator olympi.

¶ Servātrix, īcis, eine erhalterin. Terent. Hecyr. a. 5 sc. 4 v. 15 *O mea Bacchis, servatrix mea.* Prosper Aquitanicus de Provident. v. 557 *aqua servatrix*, id est, baptismus. Inscript. Gruter. p. 97 n. 6 PROSERPINAE SERVATRICI.

¶ Servātōrium, i, ein erhaltungs-mittel. Gloss. gr. lat. φυλακτήριον, *Servatorium, amuletum.*

¶ Servābĭlis, e, quod servari potest, das zu erhalten ist. Ovidius 4 Trist. eleg. 5 v. 21 *Et tutare caput nulli servabile.*

Plin. 14 cap. 3 *Duracina in vite servabilis.* Medicis *Servabilia* dicuntur observatione cognita. vid. Cœl. Aurel. Acut. 1 cap. 17.

Composita:

¶ Adservo, vel Asservo, are, diligenter servare, verwahren, aufheben; ut, *Magna diligentiâ aliquid asservare*, Plaut. Captiv. a. 1 sc. 2 v. 6. *Negligenter adservare*, Cicer. pro Cæcin. cap. 26. *Asservari custodiis*, Idem 7 in Verrem cap. 30. ¶ 2. Terent. in Heaut. a. 3 sc. 3 v. 32 *Atqui nunc, here, hic tibi asservandus est*, id est, animo & oculis diligenter observandus, du must ein fleißiges aufsehen auf ihn haben.

¶ Conservo, are, est fovere, tueri, adservare, erhalten, schützen; ut, *Conservare libertatem populi*, Cic. 11 fam. epist. 7. *Conservari salvum*, Idem 3 Catil. cap. 10. *Memoriam alicujus rei conservare*, Idem 4 fam. epist. 13 extrema. Et lib. 2 Offic. cap. 24 extrem. *Res familiaris conservari debet diligentia & parsimonia.*

¶ Conservatus, a, um, erhalten, beschützet; ut, *nomen retentum atque conservatum*, Cic. pro Dejot. cap. 13. *Per unum respublica conservata*, Idem post Redit. cap. 7.

¶ Conservātio, ōnis, die erhaltung, beschirmung. Cic. lib. 1 Offic. c. 28 *Conservatio naturæ.* Ibid. lib. 2 cap. 3 *Frugum fructuumque conservatio.* Et Quintil. 5 cap. 10 *Bonorum adeptio, incrementum, conservatio, usus.*

¶ Conservātor, ōris, ein erhalter, beschirmer. Cic. ad Attic. lib. 9 epist. 11 *Me conservatorem & parentem hujus urbis nonnulli dixerunt.* Idem pro Sextio cap. 24 *Custos & conservator imperii.* Vellej. 2, 60, 1 *Augustus conservator Romani nominis.* Est & Jovis cognomen in multis Inscriptionibus antiquis, IOVI CONSERVATORI. vide Gruter p. 18 & 19 &c. Est &, ubi simplex & compositum conjunguntur, ibidem p. 18 n. 6 IOVI O. M. SERVATORI, CONSERVATORI, &c. quasi discrimen insigne subesset.

¶ Conservātrix, īcis, eine beschirmerin; ut, *Omnis natura vult esse conservatrix sui, ut & salva sit, & in genere conservetur suo*, Cic. de Fin. 5 cap. 9. Trebell. Pollio de Zenobia: *Conservatrix thesaurorum ultra fœmineum modum.* Inscriptio vetus apud Reines. p. 161 FORTVNAE CONSERVATRICI. Et in nummo Otaciliæ, quæ Philippi, imperatoris Romani, uxor fuit, apud Vaillantium Tom. 1 p. 160 IVNO CONSERVATRIX. Quod etiam in lapide est apud Gruter. p. 25 n. 2. ¶ Est & titulus matrum familiæ. Gruter. Inscript. p. 815 n. 5 PHAENVS OCTAVIAE IVCVNDAE CONIVGI BENE MERENTI CONSERVATRICI. Reinesius p. 727 n. 18 CONIVGI CONSERVATRICI &c. Adde Gruter. p. 1142 n. 2.

¶ Conservābĭlis, e, das zu erhalten ist. Tertullianus lib. 2 adv. Marcion. cap. 13 *Bonum conservabile.*

¶ Inservo, are, idem quod *servare*, in acht nehmen. Stat. 8 Theb. v. 194

Elysias dedit inservare volucres.

Vbi Lutatius Scholiastes: *Proprio*, inquit, *usus est auguriis verbo, quo, dum captant auguria, dicuntur* CAELVM SERVARE. Reperies hoc verbum apud eumdem vatem lib. 6 Thebaid. v. 932. vid. Barth. ad locum priorem Statii p. 826.

¶ Observo, are, id est, animo & oculis custodire, in modum speculatoris, quemadmodum Valla exposuit lib. 4 cap. 3. Ita *Callide advertere* dixit Servius, eines dinges fleißig wahrnehmen, ein auge und aufsehen drauf haben. Terent. in Andr. a. 1 sc. 1 extr. *Observes filium, quid agat*, &c. Cicero pro Rosc. Amer. cap. 10 *Multi observandi sunt, & multa servanda.* Sic, *Observare tempus aliquod*, auf die zeit achtung geben: ut, *Tempus ulciscendi observare*, Cicer. 4 Tuscul. cap. 9. *Observare signa*, Idem lib. 6 fam. epist. 6. *Observare sese*, Idem de Clar. Orator. cap. 82. ¶ 2. Sed, *Publicus me, sicut alterum parentem, & observat, & diligit*, hoc est, veneratur, admiratur, colit, Idem Cic. 5 epist. 8 ad Licinium. Et, *Colimus & observamus diligenter Cælium*, Idem ad Attic. lib. 2 epist. 19, wir ehren und halten ihn werth. ¶ 3. *Observatum est*, impersonaliter, pro deprehensum & animadversum est, man hats gemerckt und befunden, Plin. lib. 16 cap. 22.

¶ Observans, tis, achthabend, mercksam; ut, *paucos æque observantes atque amantes habere*, Cic. ad Planc. 16 Attic. epist. 16. *Observantissimus est mei*, hoc est, amantissimus, studiosissimus, ergebenst, Cicer. ad Quint. fratr. lib. 1 epist. 2. *Observantissimus omnium officiorum*, Plin. lib. 10 epist. 11, der seine schuldigkeit wohl in acht nimmt. Et, *Observantissimus legum*, Apulejus de Mundo p. 73.

¶ Observanter, adverb. idem. Macrobius lib. 1 cap. 1 in Somn. Scip. *Idem observanter secutus est in illis præcipue voluminibus, quibus statum reipublicæ formandum præcepit.* Superlat. Augustinus de Quantitate animæ cap. 34 *observantissime sequi.*

¶ Observantia, æ, veneratio, die ehrerbietung, werthhaltung; ut, *Obsequium & observantia in aliquem*, Liv. lib. 1 cap. 35. Et Cic ad Att. lib. 11 epist. 17 *De tua erga se observantia benevolentiaque mihi plurima exponit.* Et pro Quint. cap. 18 *Amici observantiâ, res parsimoniâ retinentur.* ¶ 2. Consideratio, die beobachtung; ut, *temporum observantia*, in navigando scil. Vellej. 2, 106, 3. *Vetustissima juris observantia defecit in hoc*, Pomponius lib. 2 de Orig. J. § 24.

¶ Observātus, a, um, angemercket, in acht genommen. Ovid. Pont. 4 epist. 13 v. 10 *Per observatas notas.* Et Virg. 2 Æn. v. 753

vestigia retro

Observata sequor.

¶ Observate, adverb. aufmercksam; ut, *Observate curioseque*, Gell. lib. 2 cap. 17.

¶ Observatus, ûs, substant. observatio, die wahrnehmung. Varro R. R. 2 cap. 7 *Ex observatu dicunt, eum equum habere annos sedecim.*

¶ Observātio, ōnis, animadversio, die anmerckung, achtgebung; ut, *Diuturna observatio notandis rebus fecit artem*, Cic. de Divinat. lib. 2 cap. 71. Et Offic. lib. 2 cap. 25 *Notitiâ sui corporis & observatione sustentatur valetudo.* Et, *Observatione perpetuâ dignum aliquid*, Quintil. lib. 2 cap. 11. ¶ 2. Idem aliquando quod honor & reverentia, die ehrerbietung. Valer. Max. 1, 1, 8 *Quominus religionibus suus tenor, suaque observatio redderetur.*

¶ Observator, ōris, ein aufmercker, achthaber. Seneca epist. 41 pr. *Sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorum observator & custos.* Et Censorinus de Natali die cap. 3 *Genius nobis assiduus observator appositus est.* Plinius Panegyr. cap. 40 *Nemo observator, nemo castigator assistet*, der auf was acht giebt.

¶ Observatrix, īcis, eine aufmerckerin. Tertullianus de Corona cap. 4 pr. *Traditio tibi prætendetur auctrix, consuetudo confirmatrix, & fides observatrix.*

¶ Observābĭlis, e, mercklich; ut, *Manus aversæ tectæque minus sunt observabiles*, id est, caveri minus possunt, Quintil. lib. 9 cap. 1. Loquitur de certamine armorum. Et, *Observabilis patientia*, Apulej. Metam. lib. 11.

¶ Observĭto, are, frequent. wohl in acht nehmen. Cic. 1 de Divinat. c. 45 *Deorum voces Pythagorei observitaverunt.*

¶ Inobservans, tis, unachtsam. Palladius lib. 1 cap. 35 *inobservantes homines.*

¶ Inobservantia, æ, id est, indifferentia circa rem aliquam, die unachtsamkeit, docti legunt in Suetonii August. cap. 76; *Ex hac inobservantia* &c. vide ibi Casaub. & Torrentium.

¶ Inobservātus, a, um, ungemerckt, nicht wahrgenommen. Seneca epist. 40 extr. *inobservatus cursus.* Idem lib. 3 Quæst. Nat. cap. 26 *tempus inobservatum.* Et Frontinus lib. 3 cap. 2 Stratagem. 8 *Negotiationum specie inobservati portas aperuerunt suis.* Quin & Ovid. Fast. 3 v. 111 *Inobservata sidera.* conf. & Metam. lib. 2 v. 544.

¶ Inobservābĭlis, e, unvermerckt, unmercklich. Catullus de Nupt. Pel. & Thet. v. 115 *inobservabilis error.* Et Plinius lib. 2 cap. 17 *Martis est maxime inobservabilis cursus.* De sidere, planeta, loquitur.

¶ Præservo, are, exemplum nullum apud auctores idoneos habet, etsi medicis perquam familiare est. vid. Cellar. Antibarb. p. 83.

¶ Reservo, are, est in futurum servare, vorbehalten, versparen; ut, *Reservare in aliud tempus*, Cic. de Provinc. consul. cap. 20; &, *Ad tempora dubia reservare*, sparen auf fährliche oder böse zeit, Idem pro Fontej. cap. 15. *Reservare pœnam*, Idem pro Cœlio cap. 24. Et, *Reservari ad periculum alterius*, Cæsar 1 B. Civil. cap. 2.

¶ Reser-

¶ Rĕservans, tis, der zurück hält; ut, *Natura reservans semina*, Lucret. 1 v. 607. Et, *Nuptiale basium reservans*, Martial. 11 epigr. 99.

¶ Reservātus, a, um, aufgehoben, entrissen. Cic. Catil. 4 cap. 9 *Habetis consulem ex plurimis periculis & insidiis ad salutem vestram reservatum.*

¶ Reservātio, ōnis, die zurückhaltung, verspahrung.

SĒRUS, a, um, idem quod tardus, spat, langsam. Cicer. Curioni 2 fam. epist. 7 *Sera gratulatio reprehendi non solet.* Martial. lib. 1 epigr. 16

Sera nimis vita est crastina, vive hodie.

Ovid. 6 Metam. v. 29 *non omnia segnior ætas,*
Quæ fugiamus, habet: seris venit usus ab annis,

das alter giebt erfahrung. Seneca Thyeste v. 487

Serum est cavendi tempus in mediis malis.

Tibullus lib. 1 eleg. 10 v. 3

Ah miser, & si quis primo perjuria celat,
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

Quod forte respexit Statius, cum lib. 5 Theb. scriberet v. 688

At videt hoc, videt ille Deûm regnator, & ausis
Sera quidem, manet ira tamen.

¶ 2. Sed Virgil. lib. 5 Æn. v. 524

Seraque terrifici cecinerunt omina vates,

id est, tristia omina; ubi Servius: SERA, *gravia; Sallustius: Serum bellum in angustiis futurum, id est, grave.* ¶ Reperiuntur & cæteri gradus. Ita compar. Martial. lib. 7 epigr. 95

Sic ad Lethæas, nisi Nestore serior, undas
Non eat, optabis quem superesse tibi.

Columella lib. 4 cap. 23 *Siccitas seriorem putationem facit.* Livius lib. 2 cap. 3 pr. *Id spe omnium serius fuit.* Plinius lib. 15 cap. 15 de pyris: *Serissima omnium amerina.* Et Vellej. Paterc. extremo lib. 2 *Serissimi successores.*

¶ Sērum, i, substantivum, pro extrema parte diei, seu vespere, der abend. Sic Sueton. in August. cap. 60 *In serum dimicatione protractâ* &c. Et Liv. lib. 7 cap. 8 *Castrorum oppugnatione, quia serum erat diei, abstinuere.* Tacitus 2 Annal. cap. 21 *Jamque sero diei ex acie subducit legionem faciendis castris.* ¶ 2. Sed *Serum*, penultima brevi, vide supra seorsum.

¶ Sēra, æ, substant. etiam dicitur; subaudi *Hora.* vide infra *Vesper.*

¶ Sēro, adverb. späte. Ovidius Remed. am. v. 91

Sero medicina paratur,
Cum mala per longas invaluere moras.

Sic Cic. lib. 3 ad Quint. fratr. epist. 1 cap. 4 *Sero allata est epistola*, langsam, spät, auf den abend, quam propriam esse significationem, Valla tradit lib. 4 c. 17. Ita, *Sero molunt Deorum molæ*, proverbiale de his, qui, licet tardius, tamen aliquando pœnas dant malefactorum vindici Deo. Sicut Germani dicunt, GOtt kan einem wohl eine zech borgen. vide Chiliad. Et, SERO SAPIUNT PHRYGES, *proverbium est natum a Trojanis, qui decimo denique anno velle cœperant Helenam, quæque cum ea erant rapta, reddere Achivis*, Festus. ¶ *Seriùs*, comparativ. etwas langsam oder zu spät; ut, *Serius venire*, Cicero lib. 1 de Orat. cap. 23. Idem lib. 3 ad Quint. fratr. epist. 1 cap. 3 *Mittit serius, quam constituerat.* Et Accius apud Festum: *Ne si forte paullo, quam tu, veniam serius.* ¶ Et superlat. *Serissime.* Plin. lib. 15 cap. 17 *Tarentina* [pira] *serissime legi.* Et Cæs. 3 B. C. c. 75 *Ut quam serissime ejus profectio cognosceretur.*

¶ Sĕrĭtas, ātis, die langsamkeit, verspätigung. Symmachus 3 epist. 28 *Desine animum nostrum epistolarum seritate metiri.*

¶ Sērōtĭnus, a, um, spät, langsam; ut, *Tempus serotinum*, die abend-zeit. *Poma serotina*, quæ post legitimum tempus, vel tarde maturescunt, spätlinge, Colum. de Arbor. cap. 21. Vide Vallam loco supra annotato. *Serotinæ hiemes*, späte winter. vide *Hiems.* Sic, *serotini pulli*, Columella lib. 8 cap. 5 sub finem. Et, *ficus serotina*, Idem de Arbor. cap. 21. Penultima quanta sit, non satis convenit. Vulgo quidem corripitur, at vero Jul. Cæs. Scaligero lib. 4 de L. L. cap. 98 producenda videtur, quem & Frischlinus & alii sequuntur. Nam quum auctoritas poëtæ classici deficit, merito analogiam sequimur. Sic autem dicimus *vespertīnus, matutīnus*: ergo sic *serotīnus*, penultimâ productâ. Sed recte monet Vossius lib. 2 de Arte Grammatica c. 23, deceptum fuisse virum summum. Est enim diversa inter *matutinus, vespertinus*: & *serotinus, diutinus* ratio. Illa a nominibus, hæc ab adverbiis veniunt. Quæ a nominibus sunt, producunt penultimam, ut *matutinus* a *matuta*: *vespertinus* a *vesper*: *collinus* a *collis*: *adulterinus* ab *adulter*: *divinus* a *divus*, & cætera hujus generis; sed quæ ab adverbiis descendunt, eamdem corripiunt: ut *crastinus* a *cras*: *pristinus* a *prius*, seu *pris*: *perendinus* a *perendie* &c. Ita igitur & *diutinus* a *diu*: *serotinus* a *sero.* Sic enim & Priscianus τὸ *Hornotinus* inter ea recenset, quæ penultimam correptam habent, quem vide lib. 2 cap. ult. Ut agatur auctoritatibus etiam res: sane *diutĭnus* Prudentius Hymno in Laurentium martyrem dixit v. 397

Postquam vapor diutinus.

Et Hilarius Genesi v. 17

Omnia cum tegeret nigrum chaos, altaque moles
Desuper urgeret informis corpora mundi,
Et caliganti premeret serotina nocte.

Servŭla, servulus, servus, vide supra in *Servio.*

SĒSĂMUM, i, σήσαμον, legumen est, sesam. Plin. lib. 18 cap. 10 *æstivum* dixit *frumentum, ex India primum allatum.* Affertur nunc ex Ægypto, semen gerit vasculis inclusum, papaveris modo. Illi, ut rei omnium suavissimæ ac delicatissimæ, vel præcipuus inter bellaria locus, etiamnum apud Lucenses, ut memorat Dalechamp. ad Plin. lib. 22 cap. 25. Unde Petronius Satyric. princ. *Mellitos verborum globulos & omnia dicta factaque quasi papavere & sesamo sparsa.* Plaut. Pœnul. a. 1 sc. 2 v. 112 *Obsecro hercle, ut mulsa loquitur!* MI. *Nihil nisi laterculos, sesamum, papaveremque, triticum, & frictas nuces.* vid. Casaub. ad Athen. lib. 3 cap. 27.

¶ Sesăma, æ, idem. Plin. 18 cap. 10 *Sesama ab Indis venit, & ex ea oleum conficiunt.*

¶ Sēsămĭnus, a, um, adject. ut, *Oleum sesaminum*, Plin 23 cap. 4.

¶ Sesamoīdes, is, σησαμοειδὲς, herba, sed nota Anticyranis tantum. Duplex est, *magnum* & *parvum.* *Magnum* in Anticyra *Elleborus* dicitur. vid. Dioscorides, & Plin. 22 cap. 25.

SESCĒNAR, vel Sescenaris, is, vox antiqua, legitur apud Livium 41 cap. 15 *Bovis sescenaris, quem immolavisset, jecur.* Gutherius intelligit bovem sescena, (quam Festus *scenam* sive *sacenam* appellat;) id est, dolabra pontificiali a victimariis percussum. vid. Not. Gronovii.

Sesculysses, Sescuncia, &c. Sescŭplus, vide infra *Ulysses, Uncia, Sesqui.*

SĔSĔLIS, is, fœmin. stein-klee. Cic. de Nat. Deor. lib. 2 cap. 49 *Cervæ paullo ante partum perpurgant se quadam herbulâ, quæ Seselis dicitur.* Sed Aristoteles id ab ipsis fieri scripsit statim a partu. ¶ *Seseli*, genere neutro dixit Dioscorides, σέσελι, Germanis ea est steinbruch, Matthiolus.

SĔSOSTRIS, is, rex Ægyptiorum, qui regibus captivis curru junctis vectus triumphasse dicitur. vid. Plin. 33 cap. 3. Lucan. 10 v. 276. Val. Flacc. 5 v. 418, & Auson. epist. 19 v. 19.

SESQUI, indecl. anderthalb, legitur in compositione fere, cum nominibus aut mensuram, aut tempus, aut numerum, aut modum, significantibus. Cic. in Orat. cap. 56 *Necesse partem pedis aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto, aut sesqui esse majorem.*

¶ Sesquialter, a, um, hoc est, totum cum dimidia ejus parte, anderthalb, quod & *Sescuplum*, seu *Sesquiplum* dicitur, penultimâ correptâ, græce ἡμιόλιον, *hemiolium*, & numerus *hemiolius.* Sic, *Sesquialtera, sesquitertia, sesquioctava intervalla.* Cic. in Timæo cap. 7 *Sesquialteris intervallis, & sesquitertiis, & sequioctavis sumtis ex his colligationibus in primis intervallis, sesquioctavo intervallo sesquitertia omnia explebat, quum particulam singulorum relinqueret.* vide supra *Alter.*

¶ Sesquicubĭtus, i, anderthalb ellen.

¶ Sesquicubitālis, e, anderthalb-ellicht.

¶ Sesquiculeāris, e, anderthalb-fuderich; ut, *Dolia sesquiculearia*, Columella 12 cap. 18 extr. Mensura *Culeus*, de quo supra.

¶ Sesquicyăthus, i, vide supra *Cyathus.*

¶ Sesquidigitus, sesquidigitalis, vide supra *Digitus.*

¶ Sesquihōra, æ, anderthalb stunde. Plin. lib. 4 epist. 9 *Egeram horis tribus & dimidiâ, superaret sesquihora.*

¶ Sesquijugĕrum, i, anderthalbe hufe landes, Plin. lib. 18 cap. 19.

¶ Sesquilibra, æ, anderthalb pfund, Columell. lib. 12 cap. 36.

¶ Sesquimensis, is, anderthalb monat, Varro lib. 1 de R. R. cap. 27.

¶ Sesquimodius, i, ibidem cap. 42, modius cum dimidio, anderthalb maaß.

¶ Sesquiobŏlus, i, anderthalb heller: Plin. lib. 26 cap. 8, qui Romæ erat *Sestertius, Sesquiobolus* Athenis.

¶ Sesquioctāvus, a, um, acht und ein halbes; ut, *Sesquioctavum intervallum*, Cic. de Universo cap. 7. Cæterum *Sesquitertium, sesquiquartum, sesquioctavum*, & alia, quæ in proportionibus significandis usurpantur, & antehac non modo a mathematicis, sed etiam a doctissimis viris frequentata sunt & prolata, pronunciare, recte, nec ne, & latine dicta sint, an secus, alterius esse instituti, nunc dicimus. Scio enim esse, qui improbent, quibus ego non assentior, cum Cicero l. c. ex Platonis Timæo locum repetens, uti non dubitarit. Verba hæc sunt Budæi in initio lib. 1 de Asse.

¶ Sesquiopĕra, æ, anderthalb tagwerck. Columella lib. 2 cap. 13 *Occantur sesquiopera, sarriuntur sesquiopera: iterum sarriuntur una opera, & tertio una opera, metuntur una.*

¶ Sesquiŏpus, ĕris, idem. Plaut. in Captiv. a. 3 sc. 5 v. 67

Inde ibis porro in latomias lapidarias,
Ibi cum octonos alii lapides effodiunt,
Nisi cottidianus sesquiopus confeceris,
Sexcentiplago nomen indetur tibi;

hoc est, nisi tu duodenos effoderis, Budæus.

¶ Sesquĭpes, sesquipedalis, sesquipedaneus, vide supra in *Pes.*

¶ Sesquiplaga, vide *Plaga.*

¶ Sesquĭplex, ĭcis, anderthalbfältig, idem quod *sesquialter*, vel dimidio major; ut, *Sesquiplex pæon*, Cic. in Orat. cap. 57.

¶ Sesculysses, vel Sequiulysses, vide infra *Ulysses.*

¶ Sescuncia, sescuncialis, sescunx, vide *Uncia.*

¶ Sescŭplus, a, um, anderthalbig. Gloss. Vet. *Sescuplum*, ἓν ἥμισυ μέρος. Censorinus de Die Natal. cap. 11 *Sescuplam faciunt rationem*, nempe novem dies cum sex collati. Adde Quintil. 9 cap. 4.

Sessibulum, sessilis, sessimonium, sessio, sessito, &c. vide supra *Sedeo.*

Sessius, Sessor, sessorium, vide *Sero, sevi, Sedeo.*

SESTERTIUS, i, ex eo dictus est, quod duos asses & semissem valeret, dritthalb asses oder dreyer. Quâ ratione quaterni sestertii denarium Romanum valebant. Et *sestertius* dictus quasi *sesquitertius*: sunt enim duo solidi asses & semis. Hic etiam *nummus* dicebatur, & argenteus erat, valebat autem quarta denarii Romani parte. Ex denarii ergo valore pretium sestertii pendet. Ille si drachma est, seu octava pars unciæ; pro nostro argenti modulo tres grossos Misnicos faciet, & sestertius novem nummos Misnicos, neun pfenning: sin minor denarius, uti quidam ex appensione æstimant; sestertius etiam minor erit, sieben oder acht Meißnische pfenning. Sed

¶ Sestertium, i, genere neutro, idem est, quod mille sestertii seu mille sestertiûm, (qui pluralis est genitivus pro *Sestertiorum*:) & *mille nummûm*, & *mille sestertiûm nummûm*, hoc est 25 coronati. Idem igitur etiam est *decem millia sestertiûm* & *decem sestertia*, nimirum ducenti quinquaginta coronati seu aurei Ungarici, 250 cronen. *Viginti sestertia*, quingenti aurei. *Triginta sestertia*, septingenti & quinquaginta. *Quadraginta sestertia*, mille aurei, &c. ¶ Sed in hac formula, *Decies sestertiûm*, scias subintelligi oportere, *centena*, sestertia puta, ut sit & hoc idem, *Decies sestertiûm*, hoc est, decies centena sestertia, & decies centenorum millium sestertiûm, *nummorum* puta, quæ viginti quinque millia coronatorum efficiunt, 25000 cronen. Sic Verrinâ primâ *Sestertiûm millies*, id est, vicies quinquies centena millia coronatorum. Multa in hanc rem, ac plane egregia, observat

notatque Scaliger in Dissertatione de Re numaria, item Willebrodus Snellius in libello ejusdem argumenti, nec non Lipsius in libello ad Romanam historiam utili, tractatu 3 cap. 4; & Budæus de Asse lib. 1, itemque Gronovius peculiari opere de *Sestertiis*. ¶ *Sestertius* SS. *Sestertium* HS. per signa scribitur. ¶ 2. *Sestertium* aliqui pro linteamine habent, cujus triplici licio texti tertium filum duobus impar fuerit, ubi Augustus Suetonii cap. 83 *Sestertio vel lodicula indutus* dicitur. Alii *Segestrum* legunt, de quo supra.

¶ Sestertiŏlum, i, diminutivum, ein neunpfenniger. Martial. lib. 1 epigr. 59 *Donare sestertiolum*.

¶ Sestertiārius, i, qui nil nisi sestertium in censu habet, pauper, der nicht viel hat; ut, *Gladiatores sestertiarii*, Petron. Fragm. p. 17.

SESTUS, i, urbs ad Hellespontum in Chersoneso Thraciæ, e regione Abydi, templo Veneris & amoribus Herûs & Leandri nobilitata. Hinc

¶ Sestias, ădis, fœm. cognomen Herûs gentile. Sidonius carm. 11 v. 71

& Sestias isset in undas.

¶ Sestĭăcus, a, um, adjectivum. Ausonius in Mosella v. 287 *Sestiacum pelagus*.

¶ Sestiānus, a, um, aliud adject. ut, *Sestiana mala*, Colum. 12 cap. 45.

SĒTA, æ, plur. Setæ, pili sunt horridi & erecti, cujusmodi in suibus sunt & caudis equinis, borsten, sauhaare. Cicer. 5 Tuscul. cap. 20 de Dionysio & Damocle: *In medio apparatu fulgentem e lacunari seta equina appensum demitti jussit*, &c. an ein pferde-haar. Variorum quadrupedum est: ut, *Tegmen leonis setis impexum*, Virg. Æn. 7 v. 667. Et ibidem v. 790 *Io jam setis obsita, jam bos.*
Plaut. Casin. a. 5 sc. 2 v. 49 *Quasi setis labra mihi compungit barba.*

¶ Sētŭla, æ, diminutivum, ein borstlein. Arnobius lib. 7 p. 226 *Solas ergo immolare diis lanas vulsasque ex hostiis setulas*, &c.

¶ Sētōsus, a, um, setis abundans, voll borsten. Sic *Aures setosæ* Plinio 8 cap. 25 inter notas sunt generosi tauri, lange rauche haare über den ohren. *Aper setosus*, Virgil. eclog. 7 v. 29. *Pecus setosum*, Columella procemio operis *raripilo* opposuit.

¶ Sētĭger, a, um, idem. Ita aprum vocat Ovid. 8 Metam. v. 376. Sic, *Sus setigera*, Virgil. Æn. 12 v. 170.

SĒTĂBIS, is, urbs & gens Hispaniæ lino celebris ad fluvium Tarraconem. vid. Silius 3 v. 373; & Gratius Cyneget. v. 41.

¶ Sētăbus, a, um, adject. ut, *Linum Setabum*, Plin. in præfat. *Sudaria Setaba ex Hiberis*, Catull. carm. 12 v. 14. conf. carm. 25 v. 7.

¶ Setabitānus, a, um, idem; ut, *Setabitani populi*, Plin. 3 cap. 3.

SĔTĂNIUM, i, vel Sitania, æ, genus mespilorum in Italia frequens, Plin. 15 c. 20. Hinc Plaut. Trucul. a. 5 sc. 1 v. 16 *Non possunt militares pueri setanio educier*. vid. Muret. Var. Lect. 9 cap. 13. ¶ 2. *Setanium*, bulbi species, Plin. 19 cap. 5. Et *Setania*, cæpa, ibid. c. 6.

SĒTIA, æ, Σητία, urbs Campaniæ Straboni, Ptolemæo & Stephano memorata. Hinc

¶ Sētinus, a, um, adject. ut, *Setini agri*, Plin. lib. 3 cap. 5. Et *Setinum vinum* appellatum, cujus magna auctoritas. Sane ab Augusto & secutis principibus cunctis aliis Italiæ prælatum, ut Plinius auctor est H. N. lib. 14 c. 6. Meminit ejus & Juvenalis sat. 10 v. 27. Illud Statius ipsius *Setiæ* urbis nomine designavit lib. 2 Silv. 6, Epicedio Pileti Ursi, cum ait v. 90 *nec quod tibi Setia canos*

Restinxit cineres.

Setĭger, setosus, setula, vide jam ante in *Seta*.

SEU, conjunctio disjunctiva, idem significans quod *vel* & *sive*, sed bis, aut sæpius repetita: ut, *Seu recte, seu perperam facere cœperunt*, entweder wohl oder übel, Cic. pro Quintio cap. 8. Et semel posita, *seu potius*, oder vielmehr. Quintil. procem. lib. 8 *Figuras seu translationes mutuamur*. *Seu* & *sive* etiam sæpius alternatim ponuntur. vid. Terent. Andr. a. 1 sc. 5 v. 59. Virg. eclog. 8 v. 6; eclog. 10 v. 38; Æn. lib. 1 v. 222, &c.

SĔVĒRUS, a, um, gravis, censorius, streng, ernstlich, ernsthafftig; ut, *Judex severus*, Cic. pro Cluent. cap. 20. *Magnus vir acerbe severus in filium*, Idem 3 Offic. cap. 3 extr. *Severus ad judicandum*, Idem in Verr. 2 cap. 10. Nimirum *Severus* is dicitur, qui seriis & paullo tristioribus moribus est, qualis Cato fuit; qui nihil cuiquam indulget temere, nihil connivet, ac neque parva negligit; sed accurate exigit omnia, quemadmodum Cæsarem Suetonius *diligenter severeque domesticam disciplinam rexisse*, ejus vitâ cap. 48 prodit. Quod quia propius ad *Sævitiam* accedit, idcirco Plautus Trinummo a. 4 sc. 1 v. 6 *Severum* & *Sævum* conjunxit. conf. Cistell. act. 3 v. 15. Sic Virgilius Georg. 3 v. 37 *amnem severum Cocyti* vocat, i. e. implacidum, horrendum. Sed Æn. lib. 8 v. 638 *Cures severos* vocat austeros & censorios. conf. Nonius cap. 4 n. 418. Persius sat. 1 v. 64 *severos ungues* dixit, qui diligentissime exigunt lævitatem operis atque explorant. Formula enim loquendi a marmorariis petita, qui ungue opera sua exigere solent. Unde *ad unguem facta* perfectissime expolita dicuntur. vide infra in *Unguis*. Sic, *Severiores senes*, Catull. epigr. 5. *Severissimi imperii vir*, Livius lib. 4 cap. 26. *Familia severissima*, Cic. 2 in Verr. cap. 10. ¶ 2. Est & nomen viri, *Cornelius Severus*; vide supra *Cornelius*. De *monte Severo* Virg. Æn 7 v. 713.

¶ Sĕvēre, adverb. graviter, aspere, mit ernst, scharff; ut, *Severe dicere*, Cic. Offic. 1 cap. 37. Et, *Severissime acta ætas*, Idem pro Rosc. Com. cap. 15. *Severissime jus dicere*, Suetonius Cæsare cap. 43. *Severius matrimonia coërcere*, Justin. 3, 3, 8. *Aquam bibentes coërcebat severiusque increpabat*, Gell. 19 cap. 5. ¶ 2. *Severe*, id est, exacte, ad unguem, richtig. Fabianus apud Senecam patrem Controvers. 12 *In hos exitus varius ille secatur lapis, ut tenui fronte parietem tegat: at quam junctus severe*. Ita enim hunc locum emendat Casaubonus ad Suetonium.

¶ Severĭter, idem. Titinnius apud Nonium cap. 11 n. 5 *Severiter hodie sermonem amica mecum contulit*. Plura ex Ennio & Afranio apud eumdem cap. 11 n. 16. Adde & Apulej. Metam. lib. 2 & 3.

¶ Sevērĭtas, ātis, ernst, schärffe; ut, *Severitas animadversionis*, Cic. 9 famil. epist. 14, scharffe straffe, ernstes einsehen. *Severitas disciplinæ*, Quintil. lib. 2 cap. 2. *Adhibere severitatem*, mit ernst darzu thun, ernst brauchen, Cicer. 1 Offic. cap. 25 & 37. Est ille habitus, qui clementiæ, & lenitati, & comitati opponitur, cujus excessus *Asperitas* est. vide supra in *Asper*, *Asperitas*. *Clementia* vero etsi magnam laudem habet; tamen *reipublicæ caussa* assumenda aliquando severitas, quod Cicero de Officiis c. l. monet. Quintilianus Declamat. 300 *Male audire plerumque judicum nimia severitas solet: nec unquam in convicium, nisi asperæ sententiæ veniunt*. Quod eo etiam pertinet, quod paullo ante monebamus, excessum *severitatis*, asperitatem esse. Nam *asperas sententias* non in commune de severitate, sed de *severitate nimia* dixit. Verum severitas cum gratia decora conjuncta laudabilis est. Vid. Barth. ad lib. 2 Thebaid. Statii p. 642.

¶ Sĕvērĭtūdo, ĭnis, die strenge, ernsthafftigkeit. Plaut. Epid. a. 5 sc. 1 v. 5 *Illi caperat frons severitudine*. Et Apulejus sub fin. lib. 1 Miles. *morum severitudo*.

¶ Severiānus, a, um, a *Severo* ortus; ut, *Pyra Severiana*, ab insitore, Plin. 15 cap. 15. De *Severianis* hæreticis vid. Isidor. 8 cap. 5. Et Sidon. carm. 9 v. 316 *Præstantemque tuba Severianum.*

Composita:

¶ Assĕvēro, āvi, ātum, āre, mit ernst darthun, fürgeben, betheuern, bestätigen; inter probationes admiscere vim animi motumque, ut exponit Valla lib. 5. Sic, *Asseverare firmissime*, Cic. ad Attic. lib. 10 epist. 14. Et, *Asseverare de aliqua re*; ut, *Nemo ulla de re potest asseverare sine aliqua ejus rei propria & certa nota*, Cic. 4 Tuscul. cap. 11.

¶ Asseveranter, adverbium, cum asseveratione, betheuerlich, festiglich; ut, *Qu. Cicero valde asseveranter cum eo locutus est*, Cicer. lib. 15 ad Attic. epist. 19. Compar. *asseverantius*. Idem Cic. 4 Acad. c. 19 pr. *Hæc Antiochus fere, & Alexandriæ tum, & multis annis post, multo etiam asseverantius in Syria, cum esset mecum, paullo ante, quam esset mortuus*: Subaudi *dixit*, aut *locutus est*.

¶ Asseverāte, idem. Gellius 7 cap. 5 *Scite & asseverate tragœdias actitare*.

¶ Assevērātio, ōnis, die bezeugung, betheuerung. Quintil. lib. 4 cap. 2 *Quorumdam probatio sola est asseveratione*. Et, Cic. ad Attic. lib. 13 epist. 23 *Omni tibi asseveratione affirmo, quod mihi credas velim*.

¶ Persevērus, a, um, valde severus, sehr ernstlich. Tacitus 15 Annal. cap. 48 extr. *Summum imperium non restrictum, nec perseverum volunt*.

¶ Persevēre, adv. idem; ut, *Persevere inquirere*, Plin. lib. 9 epist. 5 pr.

¶ Persĕvēro, āre, cum animi constantia & modestia continuare, verharren, fortfahren; ut, *Perseverare & permanere in sua veteri sententia*, auf seiner alten meynung beruhen und beharren, Cic. 3 de Legibus cap. 12. *Perseverare in constantia*, beständig bleiben, Idem Philipp. 9 cap. 3. Et, *In errore perseverare, nullius nisi insipientis est, errare cujusvis hominis*, Philipp. 2 cap. 2. Cæs. lib. 5 Bell. Gall. cap. 5 *Se ad armatum hostem iturum negat, in eoque perseverat*, und er bleibt auf solcher meynung beständig. *Exsequi perseverare*, Suetonius Domitiano cap. 7, qui alibi, *operiri perseverare*, dixit. Et Seneca epist. 12 *Perseverabo eum tibi ingerere*. Usurpatur hoc verbum & de itinere. Sueton. Vespasiano cap. 6 *Postquam iter ingressus, nuntiatum est, victum eum, ac vim vitæ suæ intulisse: nihilo secius Aquilejam usque perseveraverunt*. Est autem ellipsis pro *ire perseveraverunt*. ¶ 2. * Jungitur & istud verbum quarto casui. Cic. pro Publ. Quint. cap. 24. *Ut necessario confiteare, neque eorum tam temerarium quemquam fuisse, neque te ipsum id, quod turpissime suscepisses, perseverare & transigere potuisse*. Julius Firmic. lib. 5 Mathes. *iras suas perpetuis indignationibus perseverantes*. Symmachus lib. 1 epist. 90 *perseverare diligentiam*. Grævius.

¶ Persĕvērans, tis, beständig, verharrend. Curt. 6, 7, 10 *Aversari scelus perseverantem metu mortis terret*. Compar. Liv. lib. 5 cap. 30 *Valerius perseverantior cædendis hostibus in fuga fuit*. Plin. lib. 10 cap. 23 *Perseverantior festinat pervenire ad expetitas sibi terras*. Columella præfat. lib. 1 *Is mos servatus est perseverantissimo colendorum agrorum studio*. Et Augustinus epist. 25 *Perseverantissimo clamorum fremitu*.

¶ Perseveranter, adverb. constanter, beharrlich. Liv. lib. 4 cap. 60 *Bene cœptam rem perseveranter tueri*. Et Valer. Max. lib. 7 cap. 6 fin. *Calagurritani quo perseverantius interemti Sertorii cineribus fidem præstarent*. Liv. lib. 21 cap. 10 *Quo lenius agunt, segnius incipiunt: eò, cum cœperint, vereor, ne perseverantius sæviant*. Plinius lib. 4 epist. 21 *Defunctum quoque perseverantissime diligo*.

¶ Perseverantia, æ, quæ in ratione bene considerata stabilis & perpetua est permansio, die beständigkeit, beharrung. Cic. pro Planc. c. 36 *Retinere perseverantiam sententiæ suæ*. Et Philipp. 7 cap. 5 *Constantia, gravitas, perseverantia retinenda est*.

¶ Persĕvērātus, a, um, continuatus, fortgesetzt, fortgestellt; ut, *Perseverata inedia quatriduo*, Justin. 12, 6, 15.

¶ Perseverātio, ōnis, die fortstellung, die standhafftigkeit. Apulej. in Asclep. extr. *Cognovimus te, æterna perseveratio*: Sic Deum alloquitur.

¶ Perseverābĭlis, e, verharrlich, unaufhörlich; ut, *Perseverabilis resumptio*, Cœl. Aurel. Tard. 3 c. 2. Et, *Perseverabile orationum*, Irenæi Interpr. 4 cap. 37.

Sevir, seviralis, seviratus, vide infra in *Vir*.

Sevo, sevosus, vide in sequente *Sevum*.

SĒVUM, i, quod & *Sebum* & *Sepum* dicitur, pinguedo illa est, quæ animalium omentis excipitur, Græci στέαρ dicunt, unschlith, talch. *Habet, unde excoquat sevum senex*, proverbiale est apud Plaut. in Capt. a. 2 sc. 2 v. 31. vide Chiliadas.

¶ Sevōsus, a, um, talchicht; ut, *Medulla sevosa pecudum cornigerarum*, i. e. sevi instar ungens, Plin. lib. 11 cap. 37.

¶ Sebālis, vel Sevalis, e, ex sevo, aus talch; ut, *Fax sebalis*, Ammian. lib. 18 cap. 14.

¶ Sēbāceus, a, um, idem. Apulej. Met. lib. 4 p. 77 edit. Pric. *Tædis, lucernis, cereis, sebaceis nocturni luminis instrumentis clarescunt tenebræ*. Hæc vulgaris lectio. Monuit autem tam Pricæus ex MS. Oxoniensi, quam Elmenhorstius, ita supplendum esse: *Tædis, lucernis, cereis, sebaceis, & ceteris noct. lum. instr.* &c. ut ita appareat, substantive positum vocabulum esse.

¶ Sevo,

¶ Sēvo, āre, ex ſevo candelas ducere, lichte ziehen, Columella lib. 2 cap. 22. Vbi tamen *candelas ſebare* legitur, quemadmodum & *ſebum* pro *ſevo* nonnulli dicunt.

SEX, ἕξ, numerale indeclinabile, ſechs, noti usûs; ut, *Bis ſex*, duodecim, Virgil. Æn. lib. 9 v. 272.

¶ Sexies, adverb. ſechsmahl; ut, *Hoſtis ſexies victus*, Liv. lib. 4 cap. 32. *Sexies conſul*, Patercul. lib. 1 cap. 15.

¶ Sextus, a, um, ordinale, der ſechſte; ut, *Sextus ab Hercule*, Idem Vellejus lib. 1 c. 3; & *Sexta Olympiade*, ibidem cap. 8. Sic, *Sextus decimus*, der ſechzehende; ut, *Sexto decimo Calendas Januarii*, Colum. 11 cap. 2.

¶ Sextùm, adverb. ſechſtens; ut, *Marius ſextum conſul*, Cic. in Piſon. cap. 9.

¶ Sextānus, a, um, aus der ſechſten ordnung; ut, *ſextani*, ſcil. milites, Plin. 3 cap. 4.

¶ Sextiānus, a, um, a Sextio quodam ortus; ut, *Sextiana mala*, Colum. 5 cap. 10. Alibi *Seſtiana* vocat.

¶ Sēni, æ, a, diſtributivum, je ſechs und ſechs. Curt. lib. 8 cap. 14 n. 3 *Senos viros ſinguli currus vehebant.* Sæpe tamen, ut alia quoque diſtributiva, pro cardinali ponitur. Atque ita *annos decies ſenos* pro *ſexaginta* Ovid. dixit lib. 5 Faſt. v. 623.

¶ Sēnārius, a, um, aus ſechs beſtehend; ut, *Numerus ſenarius*, Cicer. in Oratore cap. 55. Et, *Verſus ſenarius*, trimeter, qui &

¶ Sēnāriŏlus eſt, per diminut. apud Cic. in 5 Tuſcul. cap. 23.

¶ Sēnio, ōnis, maſc. ita ſex illa in talis vel teſſeris dicuntur puncta, das ſees auf dem würffel. Sic dictus a numero ſenario. Quamquam de caſu laterum in talis hæ & ſubſequentes appellationes, non de numerorum in cubis noſtris dicebantur. ¶ A qua tamen opinione alii diſſentiunt, qui *Senionem* quaternarium in talis a doctis dici indicant, das quater; ut Beroaldus in Sueton. in vita Auguſti. Sabellicus in eumdem, *Latus*, inquit, *in talo unitatem continens, canis vel canicula dicebatur.* Perſ. ſat. 3 v. 48

quid dexter ſenio ferret,
Scire erat in votis, damnoſa canicula quantum Raderet.

Et Ovidius Triſt. 2 v. 473

Quid valeant tali? quo poſſis plurima jactu
Figere, damnoſos effugiasque canes.

Latus huic oppoſitum Venus *dicebatur ſive* Cous, *ſenarium continens*, (das ſees,) *Reliqua duo*, CHIVS *&* SENIO *dicta: ternarium ille, hic quaternarium continens.* ¶ Sed *Veneris jactum* alii eum fuiſſe putant, cum quatuor tali diverſa latera obverterent, qui jactus omnia lucrabatur. Reſpexit huc Martialis lib. 14 epigr. 14

Cum ſteterit vultu nullus tibi talus eodem,
Munera me dices magna dediſſe tibi.

Binarius autem & *quinarius* non erat in talo numerus, das tauß oder der zinck. Rurſus Martialis lib. 13 epigr. 1

Non mea magnanimo depugnat teſſera talo,
Senio nec noſtrum cum cane quaſſat ebur.

¶ Eraſmus vero in Proverb. χῖος πρὸς κῷον, id eſt, Chius ad Coum: *De comparatione vehementer inæquali dicebatur. Nam in ludo talorum jactus, qui* Chius *dicebatur, unioni reſpondebat*, (das eß,) Cous *ſenioni. Quem Græci* Chium *dicunt, nos* canem *vocamus, & quem illi* Coum *ſive* ἑξίτην, *nos* ſenionem, &c. vide *Chius* & *Cous*, & præcipue Caſaubon. in Sueton. p. 154 & 146.

¶ Sexāginta, indecl. ſechzig. Terent. in Heaut. a. 1 ſc. 1 v. 10 *Annos ſexaginta natus es*, &c. du biſt ſechzig jahr alt. Hoc ſpatium vitæ qui confeciſſent, in ſenatum cogi non poterant. Seneca de Brevitate vitæ extrem. *Lex a quinquageſimo anno militem non cogit: a ſexageſimo ſenatorem non citat.* Seneca vero pater, aut potius P. Aſprenas apud Senecam lib. 1 Controverſ. ult. hoc non ad LX ſed LXV annum refert: *Senator*, inquit, *poſt ſexageſimum & quintum annum in curiam venire non cogitur, nec vetatur.* Viduæ etiam in priſca eccleſia non niſi LX annorum alebantur eccleſiæ ſumtibus; Hieron. in Eſa. cap. 3 v. 4.

¶ Sexāgēſĭmus, a, um, der ſechzigſte; vide modo in *Sexaginta* dicta. *Intra ſexageſimum diem*, Florus lib. 2 cap. 2. *Sexageſima meſſis*, Martial. 6 epigr. 70; & lib. 4 epigr. 79.

¶ Sexāgies, adverb. ſechzigmahl. Cic. 2 Philipp. cap. 18 *Orabat, ut te contra ſuum patrem, ſi ſexagies ſeſtertiûm peteret, defenderem*, id eſt, centum quinquaginta millia aureorum.

¶ Sexagēſies, idem. Martianus Capella lib. 6 cap. de Circuitu terræ: *Illa ſtadia quingenta trecentis ſexageſies complicata*, &c.

¶ Sexāgēnus, a, um, je ſechzig; ut, *Sexageni milites*, id eſt, ſexaginta, Livius lib. 8 cap. 8. Sed proprie & diſtributive in veteri Inſcriptione Narbonenſi apud Gruter. p. 231 SEXAGENOS DENARIOS PLEBI DEDI; id eſt, viritim totidem dedi.

¶ Sexagēnārius, a, um, ſexaginta annos natus, ſechzigjährig. Sueton. Claudio cap. 23, ubi de lege quæſtio eſt, *an ſexagenarius generare poſſit?* Lepide Lactantius lib. 1 cap. 16 *Vtrum ſexagenarius Jupiter factus eſt, & illi lex Papia fibulam impoſuit?* Eutropius lib. 8 cap. 3 n. 8 *Obiit* [Hadrianus] *major ſexagenario*, quod Livius lib. 44 cap. 43 ita expreſſit: *major ſexaginta annis.* ¶ Sed, *Sexagenarios de ponte*, vetus proverbium. Sexagenarios enim olim, tamquam inutiles, de ponte mittebant, unde & *Depontani* dicti, de quibus ſupra in *Pons.* vide Feſtum, & ibi Scaligerum: item eumdem in Conjectan. in Varronem.

¶ Sexangŭlus, a, um, ſex habens angulos, ſechseckicht. Plin. lib. 11 c. 11 *Apum ſexangulæ omnes cellæ.* conf. & lib. 37 cap. 2.

¶ Sexangŭlātus, a, um, idem; ut, *Cryſtallus ſexangulata*, apud Solinum cap. 46 de Arabia.

¶ Sexcentēnus, ſextenteſimus, ſexcenti, ſexcenties, vide ſupra *Centum.*

¶ Sexcentoplagus, vide in *Plaga.*

¶ Sedecies, vel ſexdecies, ſedecim, vel ſexdecim, ſenideni, vide in *Decem.*

¶ Sexennis, e, ſex annorum, ſechsjährig, Plin. 8 cap. 32.

¶ Sexennium, ſex annorum ſpatium, vide ſupra *Annus.*

¶ Senipes pro Sextipes, vide ſupra *Pes.*

¶ Sexpondo, vide *Pondo.*

¶ Sexſignanus, vide infra *Signum.*

¶ Sextans, tis, quod & *Seſtans* veteres ſcripſere, das ſechſte theil eines dinges; numulus fuit ſexta aſſis parte valens ſeu duabus unciis, ein gemeiner heller; ſi aſſem pro tribus numulis Myſorum accipias. ¶ 2. Baſileenſes ſextantem, ein rap oder angſter dicunt. ¶ 3. Eſt & ſexta jugeri pars *ſextans* Varroni & Columellæ lib. 5 cap. 1. ¶ 4. *Sextans* menſura, in liquidis duos cyathos continet. Suetonius ſcribit, *Auguſtum ſolitum ſenos ſextantes bibere*, id eſt, ſextarium, in vita ejus cap. 77.

¶ Sextantālis, e, ſechstheilig; ut, *fuſi ſextantales*, Vitruv. 10 cap. 6.

¶ Sextantārius, a, um, idem; ut, *Sextantarium pondus*, id eſt, ſextantis, Plinius lib. 33 cap. 36. De *Sextantariis aſſibus* vide Feſtum.

¶ Sextārius, i, ſexta pars congii, ein nöſſel, ſed continet minus quarta fere parte, nempe cyathos duodecim. vide de *Sextante* & *Sextario* libellum vocabulorum rei numariæ, &c. Cic. Offic. 2 cap. 16 *Si emere aquæ ſextarium mina cogerentur.* Horat. Art. poët. v. 74 *Vini ſextarius.* Adde de *Sextario* vel *Seſtario*, Caton. cap. 13; Celſ. 6 cap. 7; Vitruv. 9 cap. 3; Colum. 4 cap. 8; & 12 cap. 16.

¶ Sextariŏlus, i, diminut. ein nöſſelein; Auguſtus apud Sueton. in vita Horatii.

¶ Sextīlis, is, der auguſtmonat. Nam ut Suetonius in Auguſto cap. 31 declarat, *Auguſtus ſextilem menſem e ſuo nomine nuncupavit. Sextilis* dicebatur, quod ſextus olim eſſet in ordine menſium. Horat. 1 epiſt. 7 v. 2 *Sextilem totum deſideror.* Idem 1 epiſt. 11 v. 19 *Sextili menſe.*

¶ Sextiliānus, i, nomen viri, apud Martial. lib. 1 epigr. 12.

¶ Sextŭla, æ, ſexta pars unciæ, & ſemunciæ pars tertia, das ſechſte theil. Cicer. pro Cæcin. cap. 6 *Facit heredem ex deunce & ſemuncia Cecinnatim, ex duabus ſextulis M. Falcinium*, &c. *Duas ſextulas* dixit pro tertia parte unciæ, quum aliud tamen vocabulum latinum haberet, *Duellam* ſcil. Nam duæ ſextulæ duellam faciunt, quæ tertia pars eſt unciæ, Budæus lib. 1 de Aſſe. Columell. lib. 5 cap. 1 *Sextula menſura agri eſt, jugere nimirum ſeptuageſima ſecunda pars, pedes* CCCC, *hoc eſt, ſextula, in qua ſunt ſcrupula quatuor.*

¶ Sextŭplus, a, um, ſechsfach, ſechsfältig. Gloſſ. Cyrilli: *Sextuplum*, ἑξαπλοῦν.

¶ Sextŭplex, ĭcis, idem. Eædem Gloſſæ: *Sextuplex*, ἑξαπλοῦς.

Compoſita ab initio:

¶ Biſſextus, i, dies intercalaris dicitur, qui ex horis collectus, quarto quoque anno inſeritur, ac fit 29 dies Februarii, der 29 tag hornung im ſchalt-jahr. *Biſſextus* dictus, quod poſt eum diem inſeratur, qui ſextus Calendarum Martii eſt, Alciatus: vel quod biſſexto Calendas dicamus, ſecundum Sipontin. Duæ enim dies pro una habentur, & utraque ſexta Calendarum Martii dicitur. Vnde verſus:

Biſſextum ſextæ Martis tenuêre Calendæ.

¶ Biſſextum, i, neutro genere, idem. Ammianus lib. 26 cap. 2 *Biſſextum vitans Februarii menſis, tunc illuceſcens.* Infauſtus autem non modo hic dies, ſed annus etiam totus, in quem ille inciderat, veteribus fuit, quamquam dies præcipue; ut Valeſius ad d. l. Ammiani ex Auguſtino probat p. 446.

¶ Biſſextīlis, e, adject. ut, *Annus biſſextilis*, das ſchalt-jahr. vide Mathematic.

¶ Biſſextiālis, e, das zwey nößel hält; ut, *Olla biſſextialis*, Marcell. Empir. cap. 15.

¶ Biſsēni, æ, a, zweymahl ſechs oder zwölff. Auſon. in Monoſyll. Edyll. 12

Biſſenas partes quis continet æquipares? as.

¶ Duodeſexaginta, acht und funffzig; de quo compoſitionis genere alibi.

¶ Vndeſexāginta, neun und funffzig. Livius lib. 23 cap. ult. *Vndeſexaginta militaria ſigna*; & Plin. 36 cap. 15 *Ludi undeſexaginta diebus facti.* Sic &

¶ Vndeſexagēſĭmus, a, um, ut. *Vndeviceſimus, Vndequinquageſimus.*

SEXVS, ûs, maris & fœminæ diſcrimen, naturam & habitum ſignificat, die art oder das geſchlecht; ex græco ἕξις, *habitus*, autore Feſto. Afranius ibidem: *Orbus virili ſexu*, i. e. liberis virilis ſexûs. Sic, *utriusque ſexus multitudo*, männer und weiber, Aurel. Vict. Vir. illuſtr. c. 2. Et, *Sexum muliebri motu mentiri*, Columella dixit præfat. lib. 1 p. 6 pro diſſimulare, ſich wie ein weib ſtellen. *Sexus ſequior*, Apulej. Met. lib. 10 p. 249 id eſt, fœmineus. Pluraliter Lactantius lib. 1 c. 16 extr. *Ex duobus ſexibus alter fortior, alter infirmior eſt.* ¶ 2. In neutro *virile ſexus* Plautus dixit Rudente a. 1 ſc. 5 v. 19. Et Tacitus 4 Annal. cap. 62 *Affluxere avidi talium virile & muliebre ſexus.* Idem 4 Hiſtor. cap. 13 *Multitudinem obſeſſorum omnis ætatis virile & muliebre ſexus, ſexcenta millia fuiſſe accepimus.* Adi Gronov. in Livii lib. 26 cap. 47. ¶ 3. Veteres & *Secus* dicebant, eodem genere, priore correpta, quaſi a *ſecando.* Salluſt. Fragm. cap. 15 *Virile & muliebre ſecus.* Auſonius in Grypho ſive Eidyll. 11 v. 8

Veſta, Ceres, & Juno, ſecus muliebre, ſorores.

Idem Auſonius epigr. 70

Corrupit totum qui puerile ſecus.

Et, *Fœmineum ſecus*, Arnobius dixit lib. 5 p. 103. vid. Gronov. d. l.

SI, particula cauſſalis, wenn; cum indicativo aliquando, nonnunquam cum conjunctivo verbo & voculis aliis conjuncta locutiones elegantes efficit; ut, *Si illum relinquo, ejus vitæ timeo; ſi opitulor, hujus minas*, Terent. in Andr. a. 1 ſc. 3 v. 5. Et ibidem a. 2 ſc. 1 v. 24 *Pamphile, ſi id facis, hodie poſtremum me vides.* Idem Eunucho a. 1 ſc. 1 v. 6 *Si incipies, neque pertendes naviter.* Plautus Sticho a. 5 ſc. 4 v. 28 *Bibe, ſi bibis*, trinck, wilſt du trincken. Et in Pœnulo a. 5 ſc. 4 v. 67 *Ite, ſi itis.* Et Caſin. a. 4 ſc. 1 v. 7 *Quin datis, ſi quid datis.* ¶ 2. Sed, *Si illuſtrantur, ſi erumpunt omnia*, id eſt, quia illuſtrantur, quia erumpunt omnia, Cic. 1 in Catilin. cap. 3. Et Livius lib. 1 cap. 15 *Ipſa propinquitas loci, ſi Romana arma omnibus infeſta finitimis eſſent, ſtimulabat*; *Si*, id eſt, ſiquidem, quoniam, weil, ſintemahl. Idem Liv. ſimiliter hac uſus particula lib. 30

cap. 30 dixit, *Si hoc ita fato datum erat.* Dionysius Cato Distich. 1

Si Deus est animus, nobis ut carmina dicunt;

Si, id est, quandoquidem. ¶ 3. Cum subjunctivo vero conditionalem & incertum sermonem efficit: *Si facias, si faceres, si fecisses*, &c. Cicero pro Cluent. cap. 26 *Quadraginta & millia, si esset absolutus Oppianicus, pollicetur*, so fern als er loßgesprochen würde. ¶ 4. *Si minus*, id est, si non, so nicht; *si modo*, so nur: Cic. ad Attic. lib. 13 epist. 19 extr. *Nitorem orationis nostræ, si modo is est aliquis in nobis*, da anders derselbe etwas vermag. *Si forte*, ob etwa: Idem ad eumdem: *Hæc te scire volui, si quid forte ea res ad te pertineret*, ob vielleicht diese sache dich auch etwas angienge. *Si videtur, si videbitur*, dafern es beliebt: Cic. 4 fam. epist. 2 *Tu, si videbitur, ita censeo facias.* Et, *Si me amas*, bist du mein freund, wilt du mein freund seyn: Idem lib. 5 fam. epist. 11 *De Dionysio, si me amas, confice.* Et Terent. Eunuch. a. 4 sc. 4 v. 54 *Tu pol, si sapis, quod scis, nescis.* ¶ 5. Sed, *si ego digna hâc contumeliâ sum maxime*, &c. id est, *etsi*, ob ich wohl, Ter. in Eunuch. a. 5 sc. 2 v. 26. Et Plautus Capt. a. 2 sc. 1 v. 28 *Nam si herus mihi es tu, atque ego me tuum esse servum assimulo, tamen viso opus est.* ¶ 6. *Si*, pro *an*. Terentius Heaut. a. 3 sc. 4 v. 7 *Visam, si domi est*, hoc est, an domi sit. Virg. 4 Æn. v. 110

Sed fatis incerta feror, si Jupiter unam
Esse velit Tyriis urbem.

Cæsar 1 de B. C. cap. 83 *Illi vadum fluminis Sicoris tentare, si transire possint.* Sæpe ita & Horatius: ut lib. 1 epist. 3 v. 30; & epist. 6 v. 41; & epist. 7 v. 39; & epist. 17 v. 4. Propertius lib. 2 eleg. 22

Mane erat, & volui, si sola quiesceret illa, Visere.

Ovid. 11 Met. v. 678 *& primo, si sit, circumspicit illic*, &c.

Et hac ratione istâ particula innumeris locis usus vetus interpres S. Bibliorum, ut & Patres latini. Græcis autem hæc locutio accepta est ferenda, qui eundem in modum utuntur particula εἰ. Adde Cic. 3 fam. epist. 9 *Te adeunt fere omnes, si quid velis*, h. e. num quid velis. vid. ibi Grævius. ¶ 7. Virgil. lib. 6 Æn. v. 187

Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus
Ostendat, id est, utinam.

¶ 8. *Si diis placet*, locutio est exclamantis & indignantis propter rei indignitatem, auctore Donato. Terent. in Eunuch. a. 5 sc. 3 v. 10 *Vide, ut otiosus sit, si diis placet.* Indignatio est ironica, quæ in lingua vernacula ab aliis aliter solet efferri, wils GOtt, ja hinter sich, &c. Cic. de Orat. 3 cap. 24 *Etiam Latini, si diis placet, hoc biennio magistri dicendi extiterunt.* ¶ 9. *Si*, pro cum, ubi, postquam. Terent. Heaut. a. 5 sc. 1 v. 5 *Abi nunc jam intro, atque, illa si jam laverit, nuncia.* Et Phorm. a. 1 sc. 2 v. 69

Non, si redisset, ei pater veniam daret?

¶ 10. Observent adolescentuli, hanc particulam non raro eleganter omitti. Terent. Heaut. a 3 sc. 1 v. 78

Dare denegaris; ibit ad illud illico,
Quo maxime apud te se valere sentiet,
Abiturum se abs te esse illico minabitur.

Ad DENEGARIS, subaudi, *si*. Et sic Ovidius lib. 6 Fastor. v. 113

Huic aliquis juvenum dixisset amantia verba;
Reddebat tales protinus illa sonos.

Idem de Remedio amoris v. 745

Gnossida fecisses inopem; sapienter amasset:
Divitiis alitur luxuriosus amor.

Dixisset: fecisset: pro, *si dixisset, si fecisset.* vide & Priscianum lib. 18 cap. 3.

¶ Sin, quod ex *si* & *ne* est, his voculis, *aliter, minus, autem*, conjungitur; sed ita, ut semper aliquid præcedat. Terent. in Hecyr. a. 4 sc. 4 v. 13 *Ego Pamphile esse inter nos affinitatem hanc sane perpetuam volo: sin est, ut aliter tua siet sententia*, &c. Cic. ad Att. lib. 9 epist. 15 pr. *Si mihi veniam, quam peto, dederit, utar; sin minus, impetrabo aliquid a me ipso*, so aber, wo aber nicht. *Sin aliter*, stehet es aber anders: Cicero lib. 11 fam. epist. 14 ad D. Brutum: *Id si ita est, omnia faciliora: sin aliter, magnum negotium.* ¶ 2. Aliquando & sine his particulis ponitur. Cic. lib. 10 ad Att. epist. 13 *Veruntamen si pares æque inter se, quiescendum; sin, latius manabit.* Manilius lib. 4 v. 428

Incipimus si verba, piget: sin, gratia deerit.

¶ Sicŭbi, Sicunde, pro *si alicubi, si alicunde*, vide infra in *Vbi* & *Vnde*.

¶ Siquidem, vide supra *Quidem*; Sive, vide infra suo loco.

SĪBĬLUS, i, sonus ille est ex dentibus compressis & labiis parum diductis, das zischen durch die zähne. Græci strepitum ejusmodi φλοῖσβον vocant, ad quod alludere videtur Germanicum, flispern. Sic, *Sibilo signum dare*, pfeiffen, dixit Liv. lib. 25 cap. 8. *Sibilum edere*, Catull. carm. 4 de Phaselo. *Clamoribus, & conviciis & sibilis aliquem consectari*, einem nachpfeiffen oder zischen, Cicer. ad Attic. lib. 2 epist. 18. Et, *sibilo & convicio explodi*, Idem pro Rosc. Comœdo cap. 11. ¶ 2. Plurale neutrum est *Sibila*: ut Ovid. lib. 13 Met. v. 785

Senserunt toti pastoria sibila montes.

Et 15 Met. v. 684 *Et repetita dedit vibratâ sibila lingua.*

Item Lucanus lib. 9 v. 643

Cerberus Orpheo lenivit sibila cantu.

Et Silius lib. 2 v. 99 *rueretque inopina sub ictu*
Ante fera incauto, quam sibila poneret arcus.

Sed & in singulari, *Suave sibilum*, apud Serenum teste Nonio cap. 3 n. 200.

¶ Sibĭlus, a, um, etiam adjective ponitur, zischend. Sic, *Ora sibila*, pro sibilantia dixit Virg. 2 Æn. v. 211; Et, *colla sibila*, lib. 3 Georg. v. 421, & 5 Æn. v. 277.

¶ Sībĭlo, are, sibilum edere, zischen, pfeiffen, auszischen. Virg. Æn. 11 v. 754 *Serpens sibilat ore.* conf. Æn. 7 v. 447. Et Horat. 1 sat. 1 v. 66

Populus me sibilat, at mihi plaudo Ipse domi.

¶ Sibilātus, ûs, das gezische, gepfeiffe. Cœl. Aurel. Acut. 2 cap. 27 *Cum quodam vehementi sibilatu.*

¶ Adsībĭlo, are, anzischen, sausen. Ausonius in Mosella v. 258

Aura crepat, motoque adsibilat aëre ventus.

Et Claudian. Nupt. Honor. & Mar. v. 68 *Alnus adsibilat alno.*

¶ Exsībĭlo, are, sibilo explodere, mit einem getümmel, zischen, pfeiffen abtreiben, auspfeiffen. Cic. in Paradox. 3 fin. *Histrio, si paullum se movit extra numerum, exsibilatur, & exploditur*, ihm wird ausgeleuchtet; sic enim hunc gestum fere germanice dicimus. Prudent. Peristeph. 5 v. 175 *Ore subdolo anguina verba exsibilat.*

¶ Insībĭlo, are, einblasen. Ovid. lib. 15 Metam. v. 603

Vbi trux insibilat Eurus.

Et Silius lib. 12 v. 616 *membris insibilat ignis.*

¶ Obsībĭlo, are, adversus, contra sibilare. Apulej. Met. lib. 11 p. 260 *dulces strepitus obsibilabant.*

SĬBUS, a, um, antique quasi σοφὸς, i. e. callidus vel acutus, klug, listig, apud Festum.

SĬBYLLA, æ, Σίβυλλα, vates, fatidica virgo, vel mulier, eine weissagerin, prophetin; appellativum enim magis quam proprium est. Servius a σιός, pro διός, & βουλή, hoc est, Jovis consilium vel sententia, vel Jovis consiliaria, dictam putat: alii σιὸς, qua voce Æoles Deos nuncupant, & βουλή. Suidas vero quasi θεόβουλον dictam censet. Quæ eodem omnia recidunt. Sibyllas porro alii decem, alii pauciores, alii plures fuisse indicarunt. Fortassis una fuit vivax & longæva, quæ in locis & temporibus diversis conspecta pro pluribus existimata fuit. Decem Sibyllas Varro apud Lactantium 1 cap. 6 numeravit: 1 *Persicam*, 2 *Libycam*, 3 *Delphicam*, 4 *Cumæam*, 5 *Erythræam*, (quæ Græcis Ilium petentibus vaticinata fuit, & Trojam interituram, & Homerum mendacia esse scripturum;) 6 *Samiam*, 7 *Cumanam*, nomine *Amalthæam*, (quæ ab aliis *Demophile* vel *Erophile* dicta, & novem illos oraculorum libros ad regem Tarquinium Priscum attulisse, ac pro iis trecentos Philippicos postulasse scribitur, v. Servium in lib. 6 Æn. Virgilii, & Gell. lib. 1 cap. 19;) 8 *Hellesponticam*, 9 *Phrygiam*, 10 *Tiburtinam*, nomine *Albuneam* vel *Albunam*. Ælianus Hist. Var. 12 cap. 35 quatuor tantum numerat: *Erythræam, Samiam, Ægyptiam*, & *Sardianam*. conf. Suidam in voce *Sibylla*; Voss. de Hist. Græcis p. 88 seq. & præcipue Joh. Obsopæum, Dav. Blondellum pecul. libris. Omnes autem hæ Sibyllæ Deum unum prædicant, maxime tamen Erythræa, quæ inter cæteras celebrior ac nobilior habetur. Leguntur in ipsis oraculorum libris vaticinia diversa de Christo, quorum meminere Eusebius, & alii, quorum apud eruditos diversa auctoritas est. Erasmus Schmidius hæc Sibyllina carmina pro vero & genuino Sibyllarum fœtu habebat, atque id tribus dissertationibus, quas edidit, adstruere conatus est. Cæterum ea vel Patrum ætate &c. suspecta fuisse, præter alios & Lactantius lib. 4 cap. 5 sub fin. nos docet. Nec defuerunt nostra tempestate viri eruditissimi, qui non modo de ingenuitate eorum dubitaverint; sed plane conficta suppositaque, uti habentur hodie, sibi persuaserint. Ex quibus Casaubonum nunc nominasse præcipue, contenti erimus. Vide eum Exercit. 1 contra Baron. sect. 10 cap. 11, & Exercitat. 16 sect. 154, & ad Suetonium p. 165. Ego nec plane rejicienda, nec admittenda omnino; & quædam vere a Sibyllis prodita, quædam vero earum nobis venditata nomine, existimarim. Quæ & Barthii sententia est lib. 7 Adversar. cap. 2. Hugo Grotius de illis Matthæi cap. 2 v. 1 ita scribit: *Sibyllina oracula, non nova illa, quæ citant Christiani, sed vetera Romæ quindecim viris asservata, nihil aliud mihi videntur fuisse, quam versus græci Judæorum.* Sibyllarum meminerunt plurimi auctores, Plato, Strabo, Clemens Alexandrinus, Justinus, Eusebius, Suidas in voce Sibylla, Lactantius, Augustinus, lib. 18 cap. 23 de Civitate Dei.

¶ Sĭbyllīnus, a, um, adject. ut, *Versus Sibyllini*, Cic. 1 de Divin. cap. 2. *Libri Sibyllini*, Idem 6 Verr. cap. 49; &, *Sibyllinus sacerdos*, de Arusp. Responsis cap. 13.

SĬBŸNA, æ, σιβύνη, vel συβύνη, a σῦς, *sus*, venabulum, proprie quo sues vel apri figuntur, ein sauspieß, hirschfänger. Ennius apud Festum:

Illyrici restant, sicis sibynisque fodentes.

conf. Gellius 10 cap. 25. Tertull. adv. Marcion. 3 cap. 21; & 4 cap. 1.

SĪC, adverb. affirmantis, idem quod *ita*, so, also; ut, *Sic est ingenium*, so ist seine art, Terent. Phorm. a. 1 sc. 2 v. 20. *Sic vita erat*, Idem Andr. a. 1 sc. 1 v. 35, also verhielt er sich in seinem leben. *Sic satis, sic tenuiter*, ärmlich genug, Idem in Phorm. a. 1 sc. 2 v. 95. *Sic demum*, Virg. 6 Æn. v. 154. *Sic, sic juvat ire sub umbras*, Idem Æn. 4 v. 690. *Ego sic nihil expecto, quomodo Paulum consulem designatum*, Cœlius ad Cicer. 8 fam. epist. 4. Et, *Sic sum, ut vides:* sermo est hominis nec laudantis se nec vituperantis: & existimat Gruterus, fuisse formulam, quâ utebantur vulgo, quum oculis suis quemque credere juberent, ita ut fidei nihil præterea præstarent. Vsus aliquoties est Plautus, ut & Terentius: Exempli gratia in Andria a. 5 sc. 4 v. 16 *Sic Crito est*, i. e. talis est. Et Eunuch. a. 5 sc. 5 v. 41 *Sic inventa est.* Et Heaut. a. 1 sc. 1 v. 40 *Sic meritum est meum*, i. e. tale. *Sic res est:* idem Terentius Andr. a. 3 sc. 4 v. 9. Est autem formula asseverandi. Græci, οὕτως ἔχει. Nos: es ist nicht anders: es ist also. Plautus Epid. a. 3 sc. 2 v. 4 *Sic ago: Sic egêre nostri*, wir machen es nicht anders. ¶ 2. Particula bene precantis est. Horat. lib. 2 sat. 3 v. 300

Sic vendas omnia pluris.

Et Sidon. carm. 5 extremo ad Majorianum:

Annue, sic vestris respiret Byrsa tropæis:
Sic Parthus certum fugiat: Maurusque timore
Albus erat: Sic Susa tremant, positisque pharetris
Exarmata tuam circumstent Bactra tribunal.

¶ Sicne, vel Siccĭne, adverb. interrogandi. *Siccine agis?* Terent. Eunuch. a. 4 sc. 7 v. 34, handelst du also? Et, *Siccine lente jaces?* Propert. lib. 2 eleg. 15 v. 8.

¶ Sīcut, vel Sīcŭti, similitudinis adverbia, wie, gleichwie. Plaut. Asin. a. 1 sc. 1 v. 1 *Sicut tuum vis unicum gnatum tuæ superesse vitæ, ita te obtestor.* Cic. de Orat. 2 cap. 44 *Sicut medico diligenti natura corporis cognoscenda est; Sic equidem, cum aggredior ancipitem caussam*, &c. Quintil. 1 cap. 3 *Sicut firmiores in litteris profectus alit æmulatio; ita incipientibus atque adhuc teneris jucundior*, &c. Idem lib. 10 cap. 1 *Hæc eloquendi præcepta sicuti cognitioni sunt necessaria, ita non satis* &c. Cic. pro Lege Manil. cap. 9 *Sinite, sicut poëtæ solent, præterire*

me nostram calamitatem. ¶ 2. Elegans usus hujus particulæ positæ absolute in istis est: Ovid. lib. 6 Metam. in fabulâ Prognes v. 657

Sicut erat sparsis furiali cæde capillis, Prosiluit.

Significat, Prognen solvisse sparsisseque comam, cum filii cædem furialiter patraret, nec composuisse iterum, sed eodem habitu prosiluisse in conspectum Terei mariti. Nepos in Pelopida: *Quæ* (epistola) *cum jam accubanti in convivio esset data, sicut erat, signatam in pulvinum subjiciens.* Nempe dicit, Archiam non resignasse epistolam, sed signatam, ut acceperat, subjecisse in pulvinum. Curtius lib. 8 cap. 3 *Caputque ejus abscissum cruore respersa servo suo conscio facinoris tradit. Eodem comitante, sicut erat, cruenta veste, in Macedonum castra pervenit.* Suetonius Claudio cap. 34 *Induxit & unum ex nomenclatoribus suis, sicuti erat togatus.* Et Othone c. 8 *Nonnullis occisis, sicut erant, cruenti, ubinam Imperator esset, requirentes, perruperunt in triclinium usque.* Gellius lib. 1 cap. 23 *Rem, sicuti fuerat, denarrat.* Alia exempla observat Gevartius ad Statium lib. 2 Silv. cap. 7. Similiter dicebant, *Vt erat:* de qua formula suo loco.

SĪCA, æ, a *Seco*, ein kurtzer sebel, dolch, stilet, mordeisen. Brevior enim gladius erat, ut veste tegi posset: eaque re aptus ad furtivas & subitas cædes vel ipsa in turba patrandas. Prudentius Psychom. v. 689 *Sed sicam sub veste tegit.* Vetus Scholiastes Horatii ad lib. 1 sat. 4 v. 4 SICA *gladius est permodicus, quem solebant malefici in baculis gestare, ut ex insidiis aliquem interficerent, unde dicti sunt* SICARII. Cicero in Catil. 2 cap. 1 *Non jam inter latera nostra sica illa versabitur.* Vet. Gloss. *Sica, μάχαιρα.* Et, *Sica, Θρακικὸν ξίφος ἐπικαμπές.* Recte. Nam incurvum genus gladii fuisse, & Josephus significat lib. 20, ut Torrentius ad Horatii satyras observat.

¶ Sicārius, i, interfector, ein mörder, bandit, strassenräuber. Cic. pro Rosc. Amer. cap. 14 *Vetus sicarius, homo audax & sæpe in cæde versatus.* Vet. Gloss. *Sicarius, σφάκτης, ἀνδροφόνος, σφαγεύς, λῃστής.* ¶ 2. Neque vero *Sicarii* dicebantur tantum, qui *sica* interemissent hominem, sed & quocunque telo qui aliquem occidissent. vide Titul. Pandect. ad L. Cornel. de Sicariis. Julius vero Cæsar in exercenda de *Sicariis* quæstione eos quoque *Sicariorum* numero habuit, qui proscriptos interfecissent, qui alias Cornelii legibus excepti erant, ut Suetonius auctor est Cæsare cap. 11. Lege & Dionem lib. 36.

¶ Sīcĭla, vel Sīcŭla, æ, parva sica, ein stiletgen; vel scalper librarius, ut Suetonio in Vitellio cap. 2 vocatur, ein schnittmesser. Vet. Gloss. *Sicila, σμίλα χαρτοτόμος.* Arnobius *Smilam* vocem latinitate donatam usurpat lib. 5. Nisi ibi, ut Casaubon. putat, *Sicilam* legendum. conf. & Salmas. Hist. Aug. p. 273. ¶ *Siculæ* sunt falces Varroni de L. L. 4 cap. 31, sicheln: (vide & supra *Secula.*) Sane hoc nomine, quicquid secandi vim habet, venire videtur. Catullus carm. 68 v. 21 de gladii genere, quo natura munivit mares:

Languidior tenera cui pendens sicula beta.

¶ Sīcīlis, is, idem. Ita mavult legere Salmasius ad Capitol. in Maximo & Balbino extremo, quam *Sicīlices*, ut in plurali legunt Festus & Gellius 10 cap. 25, quorum ille exponit de hastarum spiculis latis; hic vero refert inter telorum gladiorumque vocabula. Ennius apud Festum *Incedit Veles vulgo sicilibu'* (*sicilicibu'*) *latis.*

¶ Sicilīcŭla, æ, aliud diminut. a *Sicilis*, i. e. falcula, ein messerlein. Plaut. Rud. a. 4 sc. 4 v. 125 *Sicilicula argenteola.* Consule Turneb. Advers. 26 cap. 2.

¶ Sīcīlātus, a, um, i. e. parvâ sicâ armatus, der einen dolch trägt; ut, *Sicilatus latro*, Capitolin. in Maximo & Balbin. cap. 17.

¶ Sīcīlio, īre, i. e. secare, & falce quidem, sive sicila, schneiden, abmehen. Sed *sicilire prata*, est, non fœnum secare, sed quod post fœnificium ibi relictum herbarum, *demere de prato*, nachmehen. Varro lib. 1 de Re Rustica cap. 49 *Quo facto* (fœnificio puta peracto,) *siciliendu prata, id est, falcibus consectanda, quæ fœnisecæ præterierunt, ac quasi herba tuberosum reliquerunt campum.* Ab hac sectione, ut arbitror, dictum SICILIRE PRATVM. Plinius lib. 18 cap. 28 *Præterea quoties secta sint* (prata,) *siciliri, hoc est, quæ fœnisecæ præterierunt, secari debent.* Hinc *Sicilire prata*, & *fœnum secare*, apud Columellam diversa sunt. Nam *Sicilire prata*, ut rem minoris operæ, majorum ritu permissum feriis, Columella auctore lib. 2 cap. ult. at *fœnum secare*, quod laboriosius est, licere minime, idem ibidem scribit. Hinc

¶ Sicilīmentum, i, quod sicilitum est, herba iteratâ sectione demessa, grummet. Etiam Cato inter *fœnum* & *sicilimenta* distinguit cap. 5 de Re Rustica: *Fœnum*, inquit, *cordum, sicilimenta de prato demito, arida condito.*

SĬCAMBRI, orum, Germaniæ populi, qui hodie Geldrenses sunt & Clivani. Martial. lib. de Spectac. epigr. 3

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri.

Et Horat. 4 od. 14 v. 51 *Cæde gaudentes Sicambri.*

¶ Sĭcambria, æ, regio, quæ hodie Geldria, Geldern. Claudian. in Eutrop. 1 v. 383 *Militet ut nostris detonsa Sicambria campis.*

SĪCĀNĬA, æ, Σικανία. Servius in Virgilii lib. 10 Æneid. *Sicilia*, inquit, *ante* SICANIA *dicta, a* SICANO *terræ filio.* Hunc *Sicanum* alio loco *Itali*, unde *Italia* adpellata, fratrem tradit. Idem tamen in lib. 8 Æneid. paullo aliter ex quibusdam auctoribus hac de re prodit: SICANI, inquit, *secundum nonnullos populi sunt Hispaniæ a fluvio* Sicori *dicti. Hi duce* SICVLO *venerunt in Italiam, & eam tenuerunt, exclusis Aboriginibus. Mox ipsi pulsi ab illis, quos ante pepulerant, insulam vicinam Italiæ* (Siciliam,) *occupaverunt, & eam* SICANIAM *a gentis nomine,* SICILIAM *vero a nomine ducis dixerunt.* His similia & apud Plinium 3 cap. 8, ac Silium 14 v. 34 legas. Ausonius epigr. 8

Fama est, fictilibus cœnasse Agathoclea regem,
Atque abacum Samio sæpe onerasse luto.
Quærenti caussam respondit: Rex ego qui sum
Sicaniæ, figulo sum genitore satus, &c.

¶ Sĭcanius, a, um, adject. Virg. lib. 3 Æn. sub fin.

Sicanio prætenta mari jacet insula.

Et lib. 8 v. 416 *Insula Sicanium juxta latus Æoliamque*
Erigitur Liparen.

Statius 5 Silv. 3 v. 41 *nam Sicanii non mitius halat*
Aura croci.

¶ Sĭcanus, a, um, adjectivum aliud, cujus primam Virgilius semper corripuit, secundam produxit, quamvis primam in *Sicania* & *Sicanius* produxerit, alteram vero corripuerit, quod & Servius notat ad illud in lib. 5 Æn. v. 23 *nec littora longe*
Fida reor fraterna Erycis, portusque Sicanos:

Contra Silius lib. 14 v. 259 primam produxit, alteram vero corripuit:

Cætera Elisæis aderit gens Sicana votis.

Vbi rationem syllabarum quantitatis, qualis in *Sicania* est, servat. Idem tamen eodem lib. secundam non semel produxit, primam autem corripuit, ut Maro, quem & secutus Horatius epod. 17 v. 32

nec Sicana fervida
Virens in Ætnâ flamma.

Siceaneus, siccanus, sicce, &c. vide mox in *Siccus*.

SICCVS, a, um, quod sine humore est, dürre, trocken, treuge. Virg. Æn. 5 v. 180 *Summa petit scopuli siccaque in rupe resedit.* Sic, *agri sicci*, Horat. 2 satyr. 4 v. 15. *Hiems sicca*, Ovid. 3 Amor. eleg. 6 extr. *Siccissimi cibi*, Cels. 1 cap. 3. *Siccissima loca*, Columell. lib. 11 cap. 3 p. 389; & *siccissimum solum*, Idem lib. 2 cap. 18. Et, *Sicciora corpora*, Plinius lib. 34 cap. 8. ¶ 2. Plautus in Asinaria a. 5 sc. 2 v. 6 pro *Sobrio* usurpavit, nüchtern: *Meum virum fui rata, siccum, frugi, continentem,* &c. *Siccum* vocat, qui ebriosus non sit; nam & qui parce vescebantur, & arido cibo utebantur, post quem lavandæ manus non erant, ut Seneca loquitur, (quales *Xerophagiæ*, quas adpellabant, Christianorum veterum erant, de quibus Tertullianus;) *Sicci* vocabantur; ut contra qui lautius benigniusque victitabant, *Vncti* dicebantur. Horatius lib. 1 epist. 17 v. 2

Si prodesse tuis, paulloque benignius ipsum
Te tractare voles, accedas siccus ad unctum.

Nam *prosunt suis*, qui parcunt sumtibus, atque conservant augentque rem, & luculentam ita liberis relinquunt. Qui talis sit, & itaque parce & aride victitet, aliquando tamen cœnare benignius paullo, seque dapsilius invitare velit, hunc *ad unctum* accedere, hoc est, lautorum hominum mensas sectari monet, ut & fiat compos voti sui, & interim rem affligat minime cum aliquo liberorum damno. Sicut igitur hic, cum de esu egit, *unctos* & *siccos* Horatius: ita alibi, cum de potu est sermo, *siccos*, (id est, qui nondum biberint,) & *uvidos*, (hoc est, ebrios & potos bene,) opponit. Nam lib. 4 ode 5 extr. scribit:

dicimus integro
Sicci mane die, dicimus uvidi,
Cum sol oceano subest.

Et lib. 1 ode 18 v. 3 *Siccis omnia nam dura Deus proposuit.*

Cicero quoque Orat. 1 contra Rullum *siccos* & *vinolentos* opponit. Hinc & *Sicci*, qui sitiunt. Plautus Curcul. a. 1 sc. 2 v. 22 *Tibi qui screanti, siccæ, semisomnæ affert potionem.* Et paullo post: *Egon' salva sim, quæ siti sicca sum?* Sic *Lunam siccam* Propertius dixit, quam *sitientem* Cato adpellat, i. e. silentem. Vide Meursium ad Catonem de Re Rust. cap. 29, & infra *Sitire.* ¶ 3. Sicut *Sobrius* & eum, qui sanæ mentis est, denotat; ita similiter *Siccus* accipitur. Ita enim *Sobrium* & *Siccum* conjunxit Cicero de Claris Oratoribus cap. 55 *Nihil erat in ejus* (Cottæ) *orationibus nisi sincerum, nihil nisi siccum atque sobrium;* SICCVM, in quo nihil elatum, tumidum atque corruptum. Nempe de presso orationis genere, quale Atticorum fuit laudaturque maxime, loquitur, ut ex præcedentibus satis constat. Quintilianus lib. 2 cap. 4, ubi de primis apud rhetorem exercitationibus præcipit: *Audiat hæc ætas plura, & inveniat, & inventis gaudeat, sint licet illa non satis sicca & severa.* Macrobius quoque lib. 5 Saturnal. cap. 1 *Siccum* & *sobrium oratorem* illi opponit, qui pingui & luculentâ & floridâ oratione lasciviat. Et sub fin. cap. scribit: *Eloquentia Maronis ad omnium mores integra est, nunc brevis, nunc copiosa: nunc sicca, nunc florida.* vide & Gell. lib. 14 cap. 1. Voss. lib. 6 Instit. Orat. p. 464. Studiosi saluberrimi meminerint præcepti Heracliti, Αὐὴ ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη, *anima sicca sapientissima & optima est.*

¶ Sicce, adverb. trocken; ut, *Pecudes sicce stabulari convenit*, Columell. lib. 6 cap. 12. Et, *Sicce dicere*, jejune, nicht völlig und nach nothdurfft reden, Cic. de opt. gen. Orator. cap. 4.

¶ Siccĭtas, ātis, penuria humoris, die dürre, trockenheit; Item, sicca aëris constitutio, trocken und dürre wetter. Plinius lib. 17 cap. 15 *Aptissima insitis siccitas*, neugepfropfften sachen bekömmt das dürre wetter wohl. Idem lib. 15 cap. 3 *Sanies olivarum fit ex aquis, ideo siccitatibus minima: riguis copiosa; Siccitatibus*, id est, cælo soloque sicco. Et Vitruvius lib. 2 cap. ult. *arbores siccitatibus exsuctæ solidantur.* Metaphorice *Siccitas orationis*, Cic. de Nat. Deor. lib. 2 ineunte: *Non*, inquit, *flumine conturbor inanium verborum, nec subtilitate sententiarum, si orationis est siccitas.*

¶ Sicco, avi, atum, are, siccum efficere, trocknen; ut, *In sole siccari*, Plin. lib. 12 cap. 13, an der sonnen gedörret werden. Horat. lib. 2 sat. 6 v. 68 *Siccat inæquales calices conviva solutus Legibus*, &c

¶ Siccātus, a, um, getrocknet, ausgetrocknet; ut, *Siccati fontes*, Ovid. Metam. 13 v. 690.

¶ Siccātio, ōnis, die trocknung, ausdörrung. Plin. 34 cap. 13 *Emplastra, quibus levis quæritur refrigeratio & siccatio.*

¶ Siccātīvus, a, um, austrocknend; ut, *Siccativum malagma*, Cœl. Aurel. Acut. lib. 4 cap. 3.

¶ Siccātōrius, a, um, idem. Th. Priscian. de Diæt. cap. 10 *Origanum est amputatorium & siccatorium.*

¶ Siccābĭlis, e, idem. Cœl. Aurel. Tard. 5 cap. 1 *Siccabile humoris*, i. e. siccans. conf. Reines. Var. Lect. p. 649.

¶ Siccāneus, a, um, cui contrarium *irriguum*, trocken. Columella lib. 11 cap. 3 *differtur æstate, si irriguus est hortus: at si siccaneus, autumno.* Idem lib. 6 cap. 27 *Pascua eligenda sunt rigua, nec unquam siccanea.* Alibi *Siccaneum pratum* dixit, lib. 2 cap. 17.

¶ Siccānus, a, um, aliud adjectivum, ejusdem significationis. Plinius lib. 16 cap. 17 *Ex iis* (Vlmis Atiniis) *siccanas profert, quæ non sunt riguæ.* Nisi *Siccaneas* ibi legendum.

¶ Siccesco,

¶ Siccesco, ĕre, desiccari, vertrocknen; ut, *Siccescere in furno*, im backofen trocken werden, Columella lib. 12 cap. 28. *Terra siccescens repente*, Plinius lib. 18 cap. 34 extr. Et Celsus lib. 7 cap. 7 n. 15 *Nunquam siccescere oculos*. Et Vitruvius lib. 2 cap. 9 *Arbores siccescendo recipiunt in se diuturnitatem*.

¶ Siccificus, a, um, austrocknend. Macrob. Saturn. 7 cap. 16 *Inest aeri vis quædam remedialis & siccifica*

¶ Siccŏcŭlus, a, um, der nicht weinen kan. Plautus Pseud. a. 1 sc. 1 v. 75 *Genus nostrum semper siccoculum fuit*.

Composita:

¶ Adsicco, are, trocken machen. Columella de Arborib. cap. 28 extr. *Paucis horis in sole habeto: deinde in umbra adsiccato*.

¶ Adsiccātus, a, um, verdorret. Colum. lib. 1 de R. R. cap. 6 *Plurimum refert, non adsiccato succo firmum vires continere*. Adde eundem lib. 2 cap. 9 extr. conf. Marcell. Empir. cap. 19.

¶ Adsiccesco, ĕre, eintrocknen, trocken werden. Colum. 12 cap. 9 *Caules in cratibus pandere, dum adsiccescant*.

¶ Desicco, are, abtrocknen; ut, *Desiccare humectata*, Veget. 1 cap. 28. Inde

¶ Desiccatīvus, a, um, austrocknend; ut, *Virtutis esse desiccativæ*, Macer 2 v. 10.

¶ Exsicco, are, valde vel omnino siccare, austrocknen. Plin. 28 cap. 26 *Sulcos insecuti æstus exsiccant*. Horat. 1 od. 31 v. 10

Dives aureis mercator exsiccet culullis vina.

¶ Exsiccātus, a, um, ausgetrocknet. Qu. Cicer. 16 fam. epist. 26 *Lagenæ furtim exsiccatæ*. Et M. Cic. de Divinat. lib. 2 cap. 14 *Arbores hiemali tempore exsiccatæ tempestive cædi putantur*. Idem de Clar. Orat. cap. 84 *Exsiccatum orationis genus*.

¶ Exsiccesco, ĕre, vertrocknen. Vitruv. lib. 2 cap. 9 *Cædi ita oportet* [materiam,] *ut incidatur arboris crassitudo ad mediam medullam, & relinquatur, uti per eam exsiccescat stillando succus*.

¶ Perexsiccatus, a, um, gantz ausgetrocknet. Arnob. lib. 7 p. 230 *Proluvies succis perexsiccata vitalibus*.

¶ Insiccātus, a, um, nicht trocken. Stat. lib. 3 Theb. v. 364

Vulnera &c. *putri insiccata cruore*.

¶ Insiccābĭlis, e, das gar nicht trocken wird; ut, *Insiccabilis gelu pagina*, Sidon. lib. 9 epist. 16.

¶ Persiccatus, a, um, gantz ausgetrocknet, Apicius 7 cap. 6 pr.

¶ Præsiccus, a, um, vorher trocknen. Prudent. Peristeph. 5 v. 141 *Præsicca rursus vulnera diruere*.

¶ Præsiccatus, a, um, vorher getrocknet; ut, *Succus sole præsiccatus*, Apulej. de Herb. cap. 124.

¶ Semisiccus, a, um, halb trocken. Pallad. Februarii tit. 24 *Thalli adhuc semisicci*.

¶ Subsicco, are, unten her trocknen. Colum. 6 cap. 14 *Tumor cervicis aquâ madefactus subsiccatur*.

Sicĕlis, plural. Sicelides, vide mox in *Sicilia*.

SĬCĔRA, æ, σικέρα, Hebræis, ut Ambrosius de Helia & jejun. cap. 15 auctor est, omnis dicitur potus factitius (non autem ex vino) inebrians, allerley starck getrăncke, so nicht wein ist. Hebræis enim *Schacar* inebriare est, & *Schecar*. Sicera, σικέρα, ας, genere fœmin. legunt vulgata Lexica; at Luc. c. 1 v. 15 de Joanne tanquam indeclinabile legitur, καὶ οἶνον καὶ σίκερα οὐ μὴ πίῃ, *vinum & siceram non bibet*. conf. Tertull. adv. Psych. cap. 9 ex Levit. c. 10 v. 9.

SĪCHÆUS, i, sacerdos Herculis, maritus Didonis: Virg. 1 Æn. v. 343

Huic conjunx Sichæus erat ditissimus agri.

Sicila, sicilatus, vide superius paullo in *Sica*.

SĬCĬLIA, æ, Σικελία, quæ & *Sicania*, (vide supra;) & *Trinacria*, itemque *Triquetra* adpellata, (de quibus infra;) Africam inter & Italiam, a qua angusto freto dividitur, sed olim cum ea, ut portio quædam, connexa fertur fuisse. *Siciliæ* nomen a duce Sicanorum *Siculo* est, ut ex Servio paullo ante monuimus in *Sicania*; sed potius, quia interfuso mari abscissa & abfecta ab Italia, cujus pars olim fuit. Seneca Consolat. ad Marciam cap 17 *Videbis primum ipsam insulam, ab Italia angusto intercisam freto, quam continenti quondam cohæsisse constat: subitum illo mare irrupit, &*

Hesperium Siculo latus abscidit.

Claudian. 1 Rapt. Proserp. v. 140 *Trinacria quondam*

Italiæ pars una fuit, sed pontus & æstus

Mutavere situm.

Magna ejus felicitas: namque & optimum triticum, & nobilissima vina gignit: de quo Plinius, qui lib. 18 cap. 10 auctor est, *Leontinos Siciliæ campos stipulas cum centesimo germine fundere*. Et ideo inter subsidia frumentaria reip. Romanæ hæc insula Ciceroni memoratur oratione pro Lege Maniliâ cap. 12. Itaque mirum, ab Euripide in Phœniss. *infrugiferam* adpellari. Sed id ad illa tempora referendum est, cum a Cyclopibus, ferendarum frugum ignaris, habitata insula fuit, ut erudite Grotius monet; quem vide, si lubet, Prolegomenis in illam Tragœdiam poëtæ. Plurimas in Sicilia urbes a fluminibus nomen sumsisse, Duris ait apud Stephanum περὶ πόλεων in Ἀκράγαντες.

¶ Sicĕlis, idis, Σικελίς, patronym. fœm. quæ est ex Sicilia. Ovid. Heroid. epist. 15 v. 52 *Sicelis esse volo*. Et Virg. eclog. 4 v. 1 *Sicelides Musæ*, &c.

¶ Siciliensis, e, adject. Sicilianisch; ut, *Me quæstorem Siciliensis excepit annus*, Cic. de Clar. Orat. cap. 92, i. e. quo mihi commorandum in Sicilia erat. Et, *Edictum Siciliense*, Idem 3 in Verr. cap. 46.

¶ Sĭcŭlus, a, um, idem; ut, *Siculi montes*, Virg. eclog. 2 v. 21. *Siculus Pelorus*, Lucan. 2 v. 438. *Siculi fratres*, Amphinomus & Anapias, Martial. 7 epigr. 23. Et substant. *Siculi*, die Sicilier, quos *acutos* & *lepidos* Cicero tradit 1 Tuscul. c. 8. Et quia *lepidi*, idcirco iisdem *sales* atque *facetias* Idem tribuit 2 de Orat. cap. 69, & in Verrina 3 c. 8. *Trilingues* Apulejus Met. lib. 11 vocavit, quod primo barbare, deinde græce, & post latine locuti fuerint. Quamquam neutrâ earum lingua satis bene uterentur, quod Asconius in Divinationem Ciceronis in Verr. notat. Hinc

¶ Sicilissĭto, vel Sicilicissĭto, are, per jocum, pro, Siculos imitari, vel Siculorum more male græce loqui, Plautus prologo Menæchm. v. 12 dixit. conf. Festus in *Atticissat*, ubi & *Sicilissat* legit, & exponit *Sicule loquitur*.

SĬCĬLĬCUS, i, vel *Siciliquus*, (ita enim Budæus lib. 4 scripsit,) ponderis nomen est: duas continet drachmas, seu quartam unciæ partem, zwey quintlein, ein halb loth. Festus *Sicilicum* dictum ait, *quod semunciam secet*. conf. Plin. 13 cap. 15, & Vitruv. 10 cap. 17.

Sicilimentum, sicilio, ire, sicilis, vide supra in *Sica*.

SĬCINNIUM, i, a σίκιννις, genus saltationis satyricæ apud veteres, teste Athenæo, & Gellio 20 cap. 2. Hinc

¶ Sicinnista, æ, tubicen, qui saltabundus canit, apud Gellium l. c. ubi *Sicinnistas* ex Accio eosdem facit, quos antiqui *Siticines* dixerunt. conf. Cœl. Rhodig. Lect. Ant. 5 cap. 3, cui *Sicinista* est ex *Se* & *cano*, *qui seorsum canit*.

SICLUS, i, Hebræorum numisma, pondus habens quatuor drachmarum, ein seckel, eine silberne müntze eines loths schwer, ein loth silber, auctore Josepho lib. 3 Antiquit. cap 10. Hieronymus *Siclum* idem dixit esse, quod *Staterem*, ein halber thaler: vide *Stater*. Siclus Judæorum habuit in altero latere calicem thuris, in altero virgam Aaronis. Siclus autem vel *sacer* vel *profanus* erat; de quo plura Villalpandus & Hieronymus de Prado in Ezechielem, itemque Casp. Waserus de antiquis numm. Hebr.

SĬCŎRIS, is, fluvius Hispaniæ, de quo Lucanus lib. 4 v. 14 & 130.

Sicŭbi, Sicŭlus, Sicunde, Sicŭti, vide *Ubi*, *Sicilia*, *Unde*, *Sic*.

SĬCYON, ōnis, Σικυών, urbs Achaiæ, officinis omnium metallorum celebris, ut Plinius scripsit lib. 36 cap. 4.

¶ Sicyōnius, a, um, adject. Virg. lib 2 Georg. v. 519

Venit hiems, teritur Sicyonia bacca trapetis.

¶ Sicyōnia, orum, substant. calceamenta mollia & muliebria quæ Sicyone conficiebantur, weiche weiber-schuhe. Lucret. lib. 4 v. 1118 *Sicyonia pulcra in pedibus*. Et apud Festum Lucilius:

Et pedibus lævа Sicyonia demit honesta.

Sideralis, sideratio, sidereus, vide paullo post in *Sidus*.

SĪDĔRION, i, σιδήριον, herba, inde dicta, quod omnia vulnera ferro illata sanet, Plin. lib. 25 cap. 4; & 26 cap. 14.

¶ Sīdērītes, æ, mascul. σιδηρίτης, herba, de qua Plin. 22 c. 17; & lib. 25 cap. 5. ¶ 2. Adamantis genus, sed quod ictibus frangitur, & adamante alio perforari potest, Plin. lib. 37 cap. 4. ¶ 3. Est & gemma ferro similis, libro eodem cap. 10, ein magnetstein.

¶ Sīdērītis, idis, fœmininum, herba est, σιδηρῖτις, trium aut quatuor adeo generum, vim habet in curandis vulneribus, Plin. 25 cap. 17. Apulej. de Herb cap. 3, 26, 72, & 81.

¶ Sīdērītēsis, is, cognomentum heliotropii, apud Apulej. l. c. cap. 49.

¶ Sīdērŏpœcĭlus, i, σιδηροποίκιλος, gemma variantibus guttis, Plin. 37 cap 10.

Sidero, or, siderosus, vide paullo post *Sidus*.

SĪDĬCĪNUM, i, Apulorum Dauniorum civitas, Plin. 3 cap. 5. Hinc

¶ Sidicinus, a, um, adject. ut, *Sidicina æquora*, Virg 7 Æn. v. 727. *Sidicina cohors*, Silius 5 v. 551. Et, *Sidicina arva*, Idem 12 v. 521.

SĪDO, sēdi, sīdere, idem fere quod *Sedere*, unde etiam est: quemadmodum utriusque composita sæpe permutantur, ut supra in *Sedeo* patuit, sich setzen. Priscianus tamen lib. 10 a *Sedeo* separat, ut novum & peculiare verbum: quamobrem etiam hoc loco seorsum cum compositis ponendum erat, licet multa supra in *Sedeo* explicata fuerint. Virgil. Æneid. 6 v. 203

Sedibus optatis gemina super arbore sidunt,

sie lassen sich nieder, setzen sich: loquitur de columbis. ¶ 2. *Sidere* dicuntur omnia, quæ ex gravitate sua ima petunt, sich setzen, sencken, zu grunde gehen. Columella lib. 12 cap. 24 *Deinde patiemur picem considere, & cum siderit, aquam eliquabimus*. Et, *Sidere ad ima vasis*, zu boden sincken, Plinius lib. 12 cap. 25. Sic & *naves* dicuntur *sidere*; vel quia quassatæ ac mutilatæ sunt, vel quia unda dilabente, æstu destituuntur, vel depressæ & obhærentes. Nepos Chabriâ in fine: *Navis rostro percussa cœpit sidere*. Tacitus 1 Annál. cap. 70 *Quo levior classis vadoso mari innaret, vel reciproco sideret*. Albinovanus apud Senecam Suasoriâ 1 *jam sidere limo Navigia*.

Claudianus de 4 Consulat. Honorii v. 628 *Submersæ sedere rates*.

¶ Sidens, tis, sinckend, untergehend; ut, *Sidentia pessum corpora cæsa*, Lucan. 3 v. 674. Tralate Seneca de Constantia Sapientis cap. 2 *Adversus vitia civitatis degenerantis & pessum suâ mole sidentis*.

Composita:

¶ Assīdo, ĕre, sich hinzu setzen; ut, *Assido, accurrunt servi*, ich setze mich nieder, Terent. Heaut. a. 1 sc. 1 v. 72. Valla lib. 5 cap. 6 *assidere* dixit esse officii gratia apud aliquem considere: ut apud ægrotum, aut regem, &c. Plaut. in Aulul. a. 4 sc. 1 v. 20 *In ara hac assidam sacra*. Et, *Assidere supra asspidem*, Cic. de Fin. lib. 2 cap. 18

¶ Circumsīdo, ĕre, obsidere, sich herum setzen, belagern. Livius lib. 9 cap. 21 extr. *Plistiam circumsidunt*

¶ Consīdo, ĕre, sich zusammen setzen; ut, *In labellis Platonis consederunt apes*, Cicero de Divinat. lib. 2 cap. 31. *Solio medius consedit avito*, Virg. 7 Æn. v. 169. *Ardor animo consedit*, id est, furor sedatus est, Cicer. de Clar. Orat. cap. 24. *Ubi ira consedit*, Livius lib. 38 cap. 17. Sed quod hæc omnia præterito tempore, quod commune cum *Consideo* habet, enunciata sunt; certiora omnino afferenda, quæ propria hujus formæ ac conjugationis sint. Cicero 2 ad Attic. epist. 6 *an Antii considam*. Et Virg. Æn. 4 v. 573 *Considite transtris*.

Ovidius lib. 6 Fastor. v. 305

Ante focos olim longis considere scamnis

Mos erat. vide & *Consideo* supra in *Sedeo*.

¶ Desīdo, ĕre, sich niedersetzen, versincken. Cic. de Divinat. lib. 1 cap. 35 *Multa oppida corruerunt, terræ desederunt*. Sic, *Hiatu desidere*, einen bruch gewinnen, und unter sich weichen: Valer. Flacc. in Argonaut. lib. 8 v. 329 *vasto desedit hiatu*.

Sic, *Tumor desedit*, die schwulst setzt sich, Celsus lib. 7 c. 18. Et, *Ex urina quod desidit, album est*, es setzt sich etwas weisses, Idem 2 cap. 7.

¶ Insīdo, ĕre, sich auf etwas niederlassen, setzen. Virg. lib. 6 Æn. v. 707

uti

uti apes æstate serenâ
Floribus insidunt variis.

Palladius 1 cap. 4 *Nullus aquæ limus insidat.* Cic. 2 de Orat. cap. 28 *penitus insidere in memoria*, ins gedächtniß fest einsitzen, hafften.

¶ Obsīdo, ĕre, belagern. Sallustius Catil. cap. 45 *Occulte pontem obsidunt*, id est, occupant & obsident, sie nehmen die brücke ein, und besetzen sie. Alii vero hîc legunt *obsident*, quod ab *Obsideo* est. Lucret. 4 v. 351 *Obsiditque vias.* Et ibidem v. 1085 *obsidere partes.*

¶ Persīdo, ĕre, pro intrare aut penetrare, sich einsetzen. Lucret. 6 v. 1124
Aut in aquas cadit, aut fruges persidit in ipsas.
Et Virg. 3 Georgic. v. 442 *ubi frigidus imber*
Altius ad vivum persedit,
hoc est, ossa & medullas penetravit, es ist durchgangen und hat sich gesetzt, 2c. vide Servium.

¶ Possīdo, ĕre, pro *Possidere*, besetzt halten. Lucret. 1 v. 385 *Aer necesse est possidat inane.* Et ibid. v. 964 *Quem quisque locum possidit.*

¶ Resīdo, ĕre, sich setzen, sencken. Plin. lib. 4 epist. 22 *Viennensium vitia inter ipsos residunt, nostra late vagantur.* Inest enim in omnibus his compositis significatio quædam motûs. Cic. in Pison. cap. 33 *Si montes resedissent, amnes exaruissent.* Declamator in Sallust. cap. 3 *Omnia, quæ commoverat, pace & otio resederunt*, es ist alles wieder zu frieden und zu seiner ruhe kommen.

¶ Subsīdo, ĕre, idem quod *residere, considere.* Virg. 5 Æn. v. 820
Subsidunt undæ, tumidumque sub axe tonanti
Sternitur æquor aquis;
die wellen legen sich. Ovid. 1 Metam. v. 43
Jussit & extendi campos, subsidere valles,
unter sich treten, sich sencken. Et ibidem v. 344 *Flumina subsidunt*, das wasser setzt sich; exundationi opponitur. *Subsidere in aliquo loco*, Cic. 5 ad Attic. epist. 16. *Impetus dicendi subsidit*, Quintil. lib. 3 c. 8 p. 255. vide & supra *Subsideo* in *Sedeo.* ¶ 2. *Subsidere* etiam dicuntur fœmellæ pecudes, cum mares admittunt. Lucretius lib. 4 v. 1191
Et pecudes & equæ maribus subsidere possint.
Horat. epod. 16 v. 31 *juvat & tigres subsidere cervis.*
¶ 3. *Subsidere*, pro dehiscere. Juvenalis sat 6 v. 410
nutare urbes, subsidere terras.

¶ Consubsīdo, ĕre, sich zugleich setzen. Minuc. Felix cap. 40 *Tamen aliqua consubsidunt non obstrepentia veritati.*

SĪDON, ōnis, Σιδὼν, metropolis quondam Phœniciæ, sita in litore trans Libanum, remotaque a Tyro ducentis stadiis. Nomen id ab ubertate piscium, quos *Sidonas* Phœnices vocant, habuit.

¶ Sidonius, a, um, gentile nomen; ut Virg. Æn. 1 v. 613
Obstupuit primo adspectu Sidonia Dido.
Et rursus, o brevi, *Sidoniasque ostentat opes*, Æneid. 4 v. 75. *Sidonius amictus*, Statius dixit pro purpura, Theb. 10 v. 648. *Sidonii*, Justino 18 cap. 3 cives & incolæ. ¶ 2. *C. Sollius Sidonius Apollinaris*, in Arvernia episcopus, seculo quinto pietatis & eruditionis laudem, & ob poësin statuam Romæ in foro Trajani cum laurea Apollinari meruit. Exstant ejus epistolæ & carmina. vid. Voss. de Poët. Lat. p. 60.

¶ Sidōnis, ĭdis, fœm. Ovidius lib. 10 Metamorph. v. 267
Collocat hanc stratis conchâ Sidonide tinctis,
i. e. purpura Sidonia sive Tyria.

SĪDUS, ĕris, astrum, ἄστρον, quidam per y scribunt & ducunt a σὺν, quod est *simul*, & εἰδεῖν, *videre*, quod plures stellæ simul conspiciantur. Sed Varro lib. 6 L. L. c. 2 ab *insidendo* derivat, & per I scribit, ein gestirn; ut, *Orion, Corona. Stella* vero solitaria est. Virg. Æn. 9 v. 429 *Sidera testor*, die sterne sind meine zeugen. ¶ 2. Plinius etiam planetas, ut *Solem, Lunam, Sidera* dixit, lib. 2 cap. 6 *Discreta spatiis septem sidera.* Et, *Regina siderum Luna*, Horat. carm. secular. v. 35. ¶ 3. Barthius ad Claudiani Paneg. de 4 Consul. Honorii v. 30 observat, poëtas sæpe vocabulo *sideris* pro æstu juxta & frigore usos. Sed & prosæ scriptores *sideris* voce de temperamento cæli, quod pro positu ejus atque sideribus aut calidum aut frigidum est, usi leguntur. Plinius Paneg. Trajani cap. 12 *Feræ gentes non telis magis quam suo cælo, suo sidere armantur.* Et cap. 15 *Diversam aquarum temperiem ut patrios fontes patriumque sidus ferre consuevisti.* ¶ 4. Quin & pro tempestate seu tempore leguntur usi. Ammian. 22 c. 13 extr. *Sidere etiam tum instante brumali.* ¶ 5. Est & inter blanditiarum vocabula hæc vox. Amores enim & delicias suas, *Sidera* adpellabant. Sueton. in Caligula c. 13 *Tamen inter altaria & victimas ardentesque tædas densissimo & lætissimo obviorum agmine incessit super fausta nomina*, SIDUS, & PULLUM & PUPPUM & ALUMNUM *appellantium.* Horat. epod. 17 v. 40 *Tu pudica, tu proba*
Perambulabis astra sidus aureum.

¶ Sīdĕrĕus, a, um, gestirnt, himmlisch, hellglänzend; ut, *Cælum sidereum*, Ovid. Metam. 10 v. 140. *Sideream in sedem*, Virg. Æn. 10 v. 3. Idem 3 Æn. v. 586 *nec lucidus æthrâ*
Sidereâ polus, i. e. fulgenti.

¶ Sīdĕrālis, e, zum gestirn gehörig; ut, *difficultas sideralis*, h. e. quæ circa siderum cognitionem est, Plin. lib. 18 c. 24. *Mundus sideralis*, der sternhimmel: Apulej post princ. lib. 2 Met. *Omnem istam lucem mundi sideralis imis Tartari & in vetustum chaos submergere novit*, scilicet magia.

¶ Sidĕro, āre, mit dem wetter beschädigen; unde passivum *Sideror, ari*, est sidere afflari, von der hitze beschädiget werden. vide Wower. ad Petron. Ita Onomast. Vet. *Siderari*, ἀστροβολίζεσθαι. Plin. 9 cap. 16 *Silurus caniculæ exortu sideratur.*

¶ Sidĕrātus, a, um, sidere afflatus, vom wetter getroffen. Plin. 28 cap. 10 *Sideratis urina pulli asinini prodesse dicitur.*

¶ Sīdĕrātio, ōnis, ἀστροβολία, seu ἀστροβολισμὸς & σφάκελος, quasi sideris percussio, die beschädigung vom wetter oder von der hitze. Plin. 27 cap. 24 *Proprium siderationis est sub ortu canis siccitatum vapor, cum insitæ ac novellæ arbores moriuntur*, &c. Firmicus lib. 4 Astrolog. cap. 13 extr. *Talis siderationis influxu.* ¶ 2. Est & morbi genus *Sideratio*, partem aliquam corporis, sæpe etiam corpus ipsum afficientis atque exsiccantis, ut fit in tabe, ein undeyen oder schwindel; quod cum repentino quodam eveniat impetu, e cælo vi quadam sideris provenire putatur, quemadmodum & vulgo dicitur, es hat ihn ein böser wind angewehet, id est, infesto aliquo sidere afflatus est. Potest & sumpta esse tralatio ab arboribus, quæ tactæ caniculari sidere exarescunt, quod Plin. l. c. & Grotius notant in Matth. cap. 4 v. 24. ¶ 3. Item, cum membrum aliquod languore vitiatum sensu in totum destituitur, quod proprie σφάκελος est, die gicht, davon die glieder ersterben. ¶ 4. Et paralysis *Sideratio unius lateris* nominatur.

¶ Sīdĕrātītius, a, um, sidere percussus, vom wetter gerührt; ut, *Sideratitia jumenta*, Veget. de Re Vet. 3 cap. 35.

¶ Siderōsus, a, um, idem; & qui siderationis morbo laborat. Vet. Gloss. *Siderosus*, ἀστροπλὴξ ἐπιλήπτικος.

Composita:

¶ Consīdĕro, āvi, ātum, āre, reputare est, expendere, betrachten, bedencken, in bedencken nehmen. Proprie & ratione etymi est astronomorum verbum sidera diligenter contemplantium. Unde & Festus: *CONSIDERARE a contemplatione siderum videtur appellari.* Adde Voss. Etymol. in *Sidus.* Sic, *In animo secum considerare*, Terent. Heaut. a. 2 sc. 4 v. 5. *Etiam atque etiam videre & considerare, quid agendum sit*, Cic. in Verr. 7 cap. 68, fleißig zusehen, und erwegen, was zu thun sey. Et 5 in Verr. cap. 12 *Considerate cum vestris animis vosmet ipsi.*

¶ Consideranter, adverb. bedächtlich. Val. Max. 8 cap. 1 extr. *Consideranter & mansuete populi Rom. magistratus*, scil. agebat. Et Palladius lib. 3 sive Februar. cap. 17 pr. *Cuneum inter corticem & lignum consideranter deponimus.*

¶ Considerantia, æ, die bedachtsamkeit. Cic. ad Qu. fratrem lib. 3 epist. 9 *Cujus in hoc uno considerantiam & ego sustinebo, ut potero.* Et Vitruvius lib. 6 cap. 1 *tarditate animi, sine considerantia irruentes.*

¶ Consīdĕrātus, a, um, der alles wohl bedenckt, behutsam. Plinius cum *Sapiente* conjungit, quod sapiens esse non possit, qui non & consideratus sit; nam Paneg. Trajan. cap. 44 *Salva est*, inquit, *omnibus vita, & dignitas vitæ; nec tam consideratus ac sapiens, qui ætatem in tenebris agit.* Hîc active sumitur: at Cic. de Invent. lib. 2 cap. 54 *Bene considerata ratio*, passive, wohlbedacht. Iterum active *Consideratior* compar. apud Hirt. de B. Afric. cap. 73 *Cæsar tardior & consideratior erat factus.* Et passive, *Consideratissimum verbum*, apud Cicer. pro Fontej. cap. 9.

¶ Considerate, adverb. bedachtsam; ut, *Agere, quod agas, considerate decet*, Cic. 1 Offic. cap. 27. *Consideratius utilitati suæ consulere*, Idem lib. 9 ad Attic. epist. 11; & præcedente epist. 10 *quid feci considératissime?*

¶ Considerātio, ōnis, quæ comes prudentiæ, die betrachtung; ut, *Accurata consideratio*, Cicero 4 Acad. cap. 11. *Consideratio contemplatioque naturæ est ingeniorum quoddam quasi pabulum*, Idem lib. 1 Acad. cap. 41.

¶ Considerātor, ōris, ein betrachter. Gellius 11 cap. 5 *Quæsitores & consideratores.*

¶ Inconsīdĕrans, tis, inconsultus, unbesonnen. Cic. de Divin 2 cap. 27 *Nos ita leves atque inconsiderantes sumus.* Alii, *inconsiderati sumus.* Tertullianus advers. Marcion. extremo lib. 2 *Inconsiderantissime Marcion*, vocandi casu.

¶ Inconsideranter, adverb. unbedächtig. Breviarium Fidei advers. Arian. p. 131 edit. Sirmondi: *inconsideranter rebaptizant.*

¶ Inconsiderantia, æ, ἀβλεψία, die unbedachtsamkeit. Suetonius Claudio cap. 39 *In eo mirati sunt homines & oblivionem, & inconsiderantiam, velut græce dicam*, μετεωρίαν & ἀβλεψίαν.

¶ Inconsīdĕrātus, a, um, unbedachtsam, unbesonnen. Cic. pro Quinc. cap. 25 *o cupiditatem inconsideratam!* Nepos Conone cap. 5 *inconsideratior in secunda, quam in adversa fortuna.* Cicer. de Arusp. Respons. cap. 26 *plenus inconsideratissimæ temeritatis.*

¶ Inconsiderate, adverb. inconsulte, temere, unvorsichtig. Cic. 1 Off. cap. 29 *inconsiderate negligenterque agere*: & Auc. ad Herenn. 4 c. 38 *inconsiderate tractare.* Et Augustinus Confession. lib. 9 cap. 9 *si forte ille inconsideratius commotus* [ad iram] *erat.*

¶ Inconsiderātio, ōnis, die unbesonnenheit. Salvianus sub fin. lib. 1 de Gub. Dei: *qui sola mentis inconsideratione peccassent.* In Suetonii etiam loco, quem modo in *Inconsiderantia* dedimus, Gifanii librum *inconsiderationem* habere, Torrentius ad eundem locum auctor est.

¶ Dēsīdĕro, āvi, ātum, āre, etiam a *sideribus* dici certum est, uti Festus asserit, & est quasi siderum desiderio teneri, verlangen, wünschen, begehren. Cæs. Bell. Civ. 3 cap. 74 *Nemo aut tribuni aut centurionis imperium desiderat.* Cic. de Senect. cap. 14 *Non caret is, qui non desiderat.* Et ibid. cap. 13 *Laus senectutis est, quod ea voluptates nullas magnopere desiderat*, es sehnet sich nicht groß darnach. conf. & cap. 9 pr. Idem Cic. ad Attic. lib. 7 epist. ult. *Sin erit bellum, partes meæ non desiderabuntur*, es soll an mir nicht mangeln. ¶ 2. Est opus habere, exposcere. Idem de Senect. cap. 10 *Non curia vires meas desiderat*, es bedarff meiner nicht. *Desiderari cœpta est diligentia Epaminondæ*, Nepos in Epamin. cap. 7 n. 1, id est, hunc potius præesse, cujus virtus jam spectata erat, omnes cupiebant. Paraphraseos instar esse potest ad hunc locum illud Taciti de Agricola cap. 41 n. 3. ¶ 3. Est amittere, einbüßen, vermissen, præsertim de cæsis acie; ut, *desiderati sunt eo prælio* &c. vid. Cæs. 1 B. Civ. cap. 51, & lib. 3 cap. 53; & Curt. lib. 3 cap. 11 n. 27. Sic etiam dicimus: *Hoc in te desidero*, den mangel befinde ich an dir. Cic. in Verr. 6 cap. 44 *Nec quicquam ex eo fano, præter unum signum ex ære, desideratum est*, man hat sonst nichts vermisset. ¶ 4. Aliquando & pro *postulare, rogare* ponitur, erfordern. Sueton. in Augusto cap. 40 *Desideranti consuetudinem veterem concessit rursus*: DESIDERANTI, id est petenti. vide mox *Desiderium.*

¶ Desīdĕrans, tis, ex participio nomen, ein verlangender; ut, *Desiderans quod satis est*, Horat. 3 od. 1 v. 25. Et Paulinus epist. 4 extr. ad Augustinum [vet. edit. 41] *frater desiderantissime.*

¶ Dēsīdĕranter, adverb. mit verlangen. Cassiodorus lib. 1 epist. 4 *Illud tamen maxime desideranter appetimus.*

¶ Desiderātus, a, um, verlangt, gewünscht, vermißt, verlohren. Catull. carm. 32 v. 10 *Desiderato acquiescimus lecto.* Substantive Cic. post Red. ad Quirit. cap. 1 *Omnia desiderata magis, quam assidue percepta delectant.* In Vet. Gloss. *Desiderata*, λειτυργία τελετὴ, est sacra synaxis, der tisch des herrn, quod Catechumeni eam multis votis ac desideriis prosequerentur.

¶ Dēsīdĕrātio, ōnis, das verlangen. Cic. de Senect. cap. 14 *Non est voluptatum titillatio in senibus, nec desideratio.*

¶ Desiderābilis, e, begierlich, annehmlich, appetitlich. Livius 24 cap. 5 *Desiderabilem efficere.* Et Tacit. Hist. 2, 76, 7 *Desiderabilis princeps.*

¶ Desiderābilĭter, adverb. idem. Augustinus epist. 143 *desiderabiliter concupiscendum.*

¶ Dēsīdĕrium, i, das verlangen; ut, *Tenet me desiderium*, Cicer. lib. 2 fam. epist. 11. *Laborare desiderio* vel *ex desiderio*, Idem 16 fam. epist. 10; & *Affici desiderio*, lib. 2 epist. 13 extr. *Desiderio flagrare*, lib. 5 ad Attic. epist. 11 pr. Et, *Incendi desiderio*, in Oratore cap. 10, verlangen haben. *Desiderium incutere*, verlangen machen, Horat. 1 epist. 14 v. 22. Observa & hanc formulam: *Desiderio mei, tui, nostri*, &c. aus verlangen nach dir: Cic. lib. 2 ad Qu. fratr. epist. 14 *Faciam, ut in medio dolore ac desiderio mei leteris.* Et, *Magno desiderio alicui esse*, id est, desiderari, Terent. dixit Heaut. a. 4 sc. 5 v. 5. Contra ea, *In desiderio esse*, est desiderare: Cic. 2 fam. epist. 12 extr. *Si non essem quidem tamdiu in desiderio rerum mihi carissimarum.* ¶ 2. Est *desiderium* etiam ἀξίωσις, postulatio, rogatio, &c. die forderung. Quemadmodum *desideria militum* Sueton. dixit August. cap. 17, ubi videre licebit Casaubonum. Pro *supplici libello* ibidem posuit c. 53 & 94. Plin. Panegyr. Trajan. cap. 79 *Videmus, ut provinciarum desideriis, & singularum etiam civitatum precibus occurrat.* Similiter usus hac voce est Idem lib. 10 epist. 34 & 35.

¶ Præsīdĕro, āre, allzu frühzeitig wintern, oder sommern. Festus: PRAESIDERARE *dicitur, cum maturius hiberna* (aut æstiva) *tempestas movetur, quasi ante sideris tempus.*

SĪGĂLION, ōnis, ἀπὸ τοῦ σιγᾷν, *silere*, Deus silentii apud Ægyptios, alio nomine *Harpocrates*, de quo supra. Ausonius epist. 25 v. 27

Aut tua Sigalion Ægyptius oscula signet.

SĪGĒVM, i, Σίγειον, urbs in Troade, a qua & ¶ 2. *Sigeum* promontorium Trojæ dictum est, auctore Suida. Servius in Virg. lib. 2 Æn. *Duo sunt Trojæ promontoria, RHOETEVM & SIGEVM: quod dictum est propter Herculis taciturnitatem, qui prohibitus hospitio Laomedontis simulavit abscessum, & inde Trojam per silentium venit.* Cic. 5 fam. epist. 12 *Cum in Sigeum venisset Alexander.*

¶ Sigēus, & Sīgēĭus, a, um, adjectiva; ut, *Sigea litora*, Ovid. Fast. lib. 4 v. 279; & *Sigeia tellus*, Idem Heroid. epist. 1 v. 33. *Sigea freta*, Virg. Æn. lib. 2 v. 312. Et, *Sigei campi*, Idem 7 v. 294.

Sigillare, sigillaris, sigillaritius, sigilliolum, sigillum, vide mox *Signum.*

SIGLA, orum, & Siglæ, arum, per syncopen dicebantur litteræ singulæ, quæ integrarum vocum signa erant. Quod cum fiebat, *Siglis* dicebantur *scribere:* ut S. V. B. E. E. V. pro, *Si Vales, Bene Est, Ego Valeo. Sigle* quasi *Sigillæ.* Vide Vossium, si lubet, lib. 1 de Arte Grammatica cap. 40 extr.

SIGMA, ătis, σίγμα, mensa sex vel septem capiens convivas, similitudine elementi græci ejusdem nominis, quod semicirculari forma pingebatur, ut C Latinorum: quemadmodum eruditissimo Brodæo videtur in Miscellaneis, & Joan. Savaro contra Lipsium, (qui Cent. 1 epist. 65 partem cœnationis interpretatur, Suggestum videlicet ligneum, in quo lectus perpetuus stratus ad sex vel septem convivas recipiendos,) ad Sidon. lib. 1 epist. 2 recte asserit. Lampridius in Heliogab. cap. 25 *Primus invenit sigma in terra sternere* &c. Vbi Casaubonus, *Aliquando*, inquit, *non undique ad mensam convivæ accumbebant, sed ab altera tantum parte: cum quidem sedentes convivæ, lunatæ figuræ vel hemicycli speciem exhibebant. Et cœnationes igitur hujus generis* hemicyclia, *& accubita ita strata* sigmata *dixerunt a græcæ litteræ similitudine.* Sed quod existimavit Casaubonus, veteres aliquando ita accubuisse, ut totum mensæ orbem implerent, in eo, ut Salmasius ad eumdem Lampridii locum animadvertit, fallitur. Semper enim partem reliquerunt vacuam, unde inferebantur fercula. Petrus Chrysologus Serm. 83 *alto sigmate epulantur.* Accubitus in sigmate non semel repræsentatur in Roma subterranea Bosii, ut p. 355, p. 391, p. 471 & p. 513. conf. Fulv. Vrsinum ad Ciaccon. de Triclinio appendice p. 126 seqq. Stuck. Antiq. Convival. lib. 2 cap. 34. Lips. Cent. 1 Miscell. epist. 65.

Signanter, signare, signatio, signatura, &c. vide mox in *Signum.*

SIGNIA, æ, antiqua colonia in Latio; Livius lib. 1 cap. 56 & alibi.

¶ Signīni, orum, populus ejus oppidi, apud Plin. lib. 3 cap. 5.

¶ Signīnus, a, um, adjectivum; ut, *Signinum opus*, quod confractis testis & calce fit, maximæ firmitudinis, estrich. Vitruv. lib. 5 cap. 11 *ex opere signino statuæ.* Adde Plin. lib. 8 cap. 17 sub init. ubi piscinæ hoc opere fieri, ut aquam sustineant, dicuntur.

Signĭfer, signĭfex, significo cum derivatis, vide sequens *Signum.*

SIGNVM, i, significatio, indicium, ein zeichen, eine anzeigung. Terent. Heaut. a. 2 sc. 3 v. 57 *Magnum id quoque signum est, dominam esse extra noxiam*, &c. Et in Hecyr. a. 2 sc. 1 v. 39 *Nonne id signi satis est?* Idem in Andr. a. 5 sc. 3 v. 7 *Vide, num ejus color pudoris signum usquam indicat?* Et, *Signa doloris vultu ostendere*, Cic. de Orat. lib. 2 cap. 45. *Conjecturam ex signis facere*, Terent. in Adelph. a. 5 sc. 3 v. 36. Et, *Signis aliquid colligere*, Quintil. lib. 3 cap. 6, aus merckmahlen abnehmen. ¶ 2. Sed, *Tabulas signis consignare hominum nobilium*, verpitschiren, versiegeln, Cic. pro Quint. cap. 6. *Signis impressis pacta conventaque custodire*, Senec. de Benefic. lib. 3 cap. 15. ¶ 3. *Signum Veneris, Cupidinis*, id est, imago vel sculptilis vel fusilis. Cicer. in 6 Verr. *Delum venit, ibi ex fano Apollinis clam sustulit signa pulcherrima atque antiquissima*, die bilder. Et, *Signum exsculpere*, ein bild schnitzen, Quintil. lib. 2 cap. 19. ¶ 4. Sed, *signa militaria*, vexilla sunt, fähnlein, panier. Sic dicta ab effigie animalium, quæ in illis fieri consueverant: ut lupi, equi, apri: his enim uti Romanæ legiones solitæ. Ita, *Signis infestis inferri in hostem*, Cic. pro Fontej. cap. 16 pr. *Signa conferre*, Idem 7 fam. epist. 3. *Sub signis legiones ducere*, Idem ad Attic. lib. 16 epist. 8. *Signa inferre*, i. e. ire in hostem, auf den feind loßgehen, Nepos 14, 6, 5. *Sublatis signis ad Cæsarem se contulerunt*, mit fliegenden fahnen, Vellej. 2, 61, 2. *Signa* autem ab *aquilis* diversa erant: legioni cuique una erat *aquila:* at tot *signa* erant, quot manipuli: hi autem triginta in legione, ut alibi dictum. ¶ 5. Aliquando in militia *Signum* & tesseram significat, das wort, die losung: Silius 15 v. 475 *tacitum dat tessera signum.* Et *Signum vocale* Vegetius vocat, quod voce constaret. Nam & alia signa non vocalia erant, eaque ipsa diversi generis, de quibus Tactici scriptores: Breviter Casaubonus ad Æneam Tactic. cap. 4, vide Vegetium lib. 3 cap. 5. Ita *signum petere: signum dare: signum accipere* dicimus. Elegans ratio loquendi est, *signum tollere*, pro erigere, excitare. Cic. pro Marcello cap. 1 *His omnibus ad bene sperandum quasi signum aliquod sustulit.* Formula a militia petita est. Nam cum ad arma & pugnam conveniendum esset, vexillum proponebatur. Id ergo militi committendi certaminis signum erat. Vide Gevartium lib. 4 Papiniar. Lect. cap. 4, qui rem ex Ammiano Marcellino maxime declarat. Sed est adjiciendus & locus Cæsaris lib. 2 de Bell. Gall. cap. 20 *Cæsari omnia uno tempore erant agenda: vexillum proponendum, quod erat insigne, cum ad arma concurri oporteret*, &c. Idem rursus 3 de Bell. Civil. cap. 89 extr. *Simul tertiæ aciei totique exercitui imperavit, ne injussu suo concurreret: se, cum id fieri vellet, vexillo signum daturum.* ¶ 6. Et *Signa* dicuntur sidera in Zodiaco, die zwölff zeichen. Sic, *Ortus, obitus signorum*, Virg. 1 Georg. v. 257. *Rabiosi tempora signi*, dies caniculares dixit Horat. lib. 1 sat. 6 v. 126.

¶ Sĭgillum, i, diminut. ein bildniß. Cic. in Verr. 6 cap. 22 *Apposuit patellam, in qua sigilla erant egregia*, bildereyen, figuren. Prudent. in Romano v. 151 *Ad sigillorum pedes jacere.* ¶ 2. Sed, *imprimere sigilla annulo*, sein pitschier oder siegel aufdrucken, Cicer. in Academ. lib. 4 cap. 26.

¶ Sĭgillo, āre, id est, signa imprimere, item, insculpere, bildwerck machen, siegeln. Varro apud Nonium cap. 2 n. 785 *Lex est, ne filii parentibus sigillent oculos.* Sed alii *Sugillent.* vid. Voss. de Vit. L. L. 4 cap. 25; & Salmas. de Modo usur. p. 456.

¶ Sigillātus, a, um, sigillo vel figura animalium expressus, gebildert, gesiegelt. Sic, *Putealia sigillata*, Cic. 1 ad Attic. epist. 10; &, *Scyphos sigillatos*, Idem dixit 6 Verrina cap. 14, id est, figuris signatos.

¶ Sigillātim, vide *Singulatim* infra in *Singulus.*

¶ Sĭgillāris, e, ad sigillum pertinens, sigillo insignitus, gebildert; ut, *Sigillaria opera*, bildwerck. Hinc

¶ Sigillāria, ium, subst. munera, quæ sigillis constabant, icunculæ, & alia, quæ amatores amatis & pueris mittebant, bild- und schnitz-werck, puppenzeug. Senec. epist. 12 *Ego sum Felicio, cui solebas sigillaria afferre.* Sueton. Claud. cap. 5 *Quadraginta aureos in Saturnalia & sigillaria misisse.* Arnob. lib. 6 p. 197 *Quinimo Deos esse sigillaria ipsa censetis.* Et Tertull. de Orat. cap. 12 *Cum perinde faciant nationes adoratis sigillaribus suis residendo.* ¶ 2. *Sigillaria*, vicus Romæ, ubi, præter sigilla, & aliæ res habebantur, quamobrem magnâ semper frequentiâ hominum celebrabatur, quod Suetonii locus Nerone cap. 28 cumprimis ostendit. Librarios ibi fuisse, & libros venditos, ex Gellio lib. 2 cap. 3, & lib. 5 cap. 4 constare potest. *Argenteum essedum ad sigillaria venale fuisse*, Suetonius Claudio cap. 16 refert. Et, *lances de sigillaribus emtas*, memorat Scævola leg. penult. § 1 Dig. de Legatis 3. Et Auson. Idyll. 13 epist. ad Paulum: *Pro quo, si per sigillaria in auctione venires*, &c. conf. Turneb. Advers. 28 cap. 28. ¶ 3. Et, *Sigillaria, orum*, festa erant, (*sacra sigillorum nomine dicta* Ausonius vocat Idyll. 26;) post Saturnalia, in quibus signa parva ab amicis missitabantur, SIGILLARIA, vel SIGILLARITIA adpellata. Macrobius 1 Saturn. cap. 10 extr. postquam de Saturnalibus dixerat, *Sigillariorum*, ait, *adjecta celebritas*, &c. Et de Sigillariorum origine, vide ibid. cap. 11 extr.

¶ Sigillārĭtius, a, um, ad sigillaria spectans, zum bilderwerck gehörig. Spartianus in Adriano cap. 17 *Saturnalitia & Sigillaritia frequenter amicis inopinantibus misit, & ipse ab his libenter accepit;* subintellige *munera.* Sic, *Sigillaritius annulus*, pro annulo signatorio, ein pitschier-ring, apud Vopiscum Aureliano extremo legitur.

¶ Sĭgilliŏlum, i, diminutivum, ein bildgen. Arnobius lib. 6 pag. 197 *Pro Diis immortalibus, sigilliolis hominum, & formis supplicatis humanis?* Contemtim ergo Deorum imagines non signa, sed *sigilliola* vocat.

¶ Sigilliārius, i, ein bildschnitzer, bildhauer. Inscript. Reines. class. 11 n. 89 FLATVARIO SIGILLIARIO, i. e. signorum statuarumque conflatori. ¶ 2. In Gloss. lat. gr. est *Sigillarius*, ἀγαλματοποιός. ¶ 3. Reperitur etiam in Inscript. apud Fabrettum *Sigilliariarius*, & *Sigillariarius;* ut p. 177 T. FLAVIO SIGILLIARIARIO; & p. 243 AFRO SIGILLARIARIO.

¶ Signo, avi, atum, āre, signo notare, signum imprimere, zeichnen; ut, *Summo pulvere vestigia signare*, Virg. 3 Georg. v. 171. Idem 3 Æn. v. 287

Postibus adversis figo, & rem carmine signo;

ich mache eine schrifft drüber zum zeichen und gedächtniß. Sic, *Argentum signare*, geld prägen, müntzen: Cic. 13 fam. epist. 29 *Cum signaretur argentum Apolloniæ.* Et Plin. 33 cap. 3 *Signare ex auro denarium.* ¶ 2. Item, sigillo impresso claudere vel confirmare, siegeln, zusiegeln. Martialis lib. 9 epigr. 89 *Jam signat meus annulus lagenam*, versiegeln. Sic tabulas testamentorum & nuptiales dicuntur testes adhibiti *signare*, cujus passim exempla in jure exstant. Et, *Signare epistolam*, Nepos Lysandr. cap. ult.

¶ Signanter, adverb. mercklich, deutlich. Hieronym. lib. 1 advers. Jovinian. cap. 7 extr. *Signanter & proprie supra dixerat.* Et Auson. in Gratiarum act. *Signanter & breviter omnia indicare.*

¶ Signātus, a, um, gezeichnet, gesiegelt, gemüntzt; ut, *Signata saxo nomina,*

mina, Ovid. Met. 8 v. 539. *Signatis mandare tabellis*, Tibull. 4 eleg. 7 v. 7. *Signatus liber*, & *signata epistola*, Nepos 6, 4, 2; & 16, 3, 2. *Signata limina*, Propert. 4 eleg. 1 v. 146. ¶ 2. *Signatam virginem* pro integra, illæsa & inviolata vetustas voluit dicere, monente Nonio c. 2 n. 783; ubi Lucilius: *Primum Chrysidem negat signatam reddere.* Prudent. Apotheos. v. 573 *Pubertas signata manet.* Et Varro apud Nonium cap. 4 n. 431 *Signata sacra esse desierunt.* conf. Parei Lex. Crit. p. 1156.

¶ Signāte, adverb. significanter, deutlich, eigentlich. Gell. 2 cap. 6, & Macrob. 6 cap. 7 *Proprie & signate loqui.* Ammian. 22 cap. 15 *Forma hoc vocabulo signatius appellata.* Idem lib. 23 cap. 6 pr. *Non quid signatius explicet, scrutatur.* conf. Tertull. de Resurr. Carn. c. 13.

¶ Signātio, ōnis, die zeichnung. Auctor dialogi de Orat. cap. 16 *Oratorum ætatem signatione determinare.* Et Tertull. ad Vxor. 2 cap. 9 *Furtiva signatio.*

¶ Signātor, ōris, ein siegler. *Signatores*, testes, qui tabulas vel testamentorum, vel nuptiarum, vel cujuscunque alterius negotii, subscribebant & obsignabant. Valer. Max. lib. 7 cap. 7 *In eo* (testamento) *ipse Tullianus Pompeji Magni familiaris, ipso Pompejo signatore, hæres scriptus.* Sueton. August. cap. 33 *Cum de falso testamento ageretur, omnesque signatores lege Cornelia tenerentur*, &c. Juvenal. sat. 10 v. 335 *ritu decies centena* (pro dote) *dabuntur*
Antiquo: veniet cum signatoribus auspex.
Loquitur de contractu nuptiarum & testibus eo adhibitis. Adde Senec. 2 de Benefic. cap. 23; & Parei Lex. Crit. p. 1156.

¶ Signātōrius, a, um, zum siegeln dienlich; ut, *Annulus signatorius*, leg. 74 D. de Verb. Signif. ein pitschafft, pitschierring. Onomast. *Signatorius*, σφραγιστικός.

¶ Signātūra, æ, das zeichen, siegel. Sueton. Neron. cap. 17 *Tabulæ* [vel *litteræ*] *vacuæ signaturis*, brieff ohne siegel.

¶ Signācŭlum, i, σφραγίς, idem; ut, *Signaculum corporis*, Tertull. Apolog. cap. 21. *Signaculum fidei*, Idem de Spectac. cap. 24; & *Signaculum orationis*, Idem de Orat. cap. 14. *Scrutari Dei signacula*, Prudent. Apotheos. v. 294. *Inscripta oleo frontis signacula*, Idem Psychom. v. 360. Adde in Symmach. 1 v. 568. Et Vlpian. Dig. lib. 16 t. 3 l. 1 § 36.

¶ Signārius, i, ein bildmacher. Gloss. gr. lat. ζωδιοποιός, *Signarius*, i. e. signorum aut statuarum artifex, qui alias *Signifex*.

¶ Signĭfer, a, um, adjectivum, pro *signi* varia notione variis suetum attribui, bezeichnet. Sic *signifera puppis*, a vexillo dicitur prætoria navis, apud Lucanum lib. 3 v. 558. *Polus signifer*, ibidem v. 254, & *cælum signiferum*, a signis cælestibus sive sideribus, apud eumdem lib. 7 v. 363, atque ita etiam *orbis signifer*, id est, zodiacus, in Ciceronis lib. 2 de Nat. Deor. cap. 20. Ac, *crater signifer*, cui artificiose signa & imagines insculpta sunt, apud Val. Flaccum lib. 1 v. 337.

¶ Signĭfer, ĕri, substantive, vexillifer miles, ein fähnrich. Cæsar lib. 2 B. Gall. cap. 25 *Cohortis centurionibus occisis, signiferoque interfecto.* Tacitus Annali 2 cap. 82 *Signifer legionis signum ad eum transtulit.* ¶ 2. Dux & auctor cujuslibet rei aut facti, ein anführer. Cicero pro Plancio cap. 30 *qui caussæ nostræ duces & quasi signiferi fuissent.* Idem pro Milone cap. 33 *Cum tantum ausus sit ultro pro mortuo, quid signifer pro vivo non esset ausus?* ¶ 3. Zodiacus etiam absolute sive ἐλλειπτικῶς vocatur *Signifer*: ut apud Plin. lib. 2 cap. 10 *propter obliquitatem Signiferi*, subaudi *circuli*, ut cap. 4 extremo plenius dixerat; vel *orbis*, ut Cic. 2 Nat. Deor. cap. 20.

¶ Signĭfex, ĭcis, qui signa sculpit, ein bildhauer. Apulej. Metam. lib. 2 *Specimen operæ fabrilis egregius ille signifex perdidit.* conf. Martian. Capell. lib. 2; Arnob. lib. 6; Sidon. Apollinar. 6 epist. 12; &c.

¶ Signĭficus, i, idem. Apulej. de Deo Socrat. *Non pudet me non esse significum.*

¶ Signĭfico, avi, atum, are, bedeuten, berichten, anzeigen; ut, *Significare per litteras*, Cic. lib. 1 ad Attic. epist. 11, schrifftlich zu verstehen geben, zu wissen thun. *Significare clamore*, Cæsar 7 B. Gall. cap. 3. Et, *Significare & ostendere aperte*, Cic. 4 Verr. cap. 60. *Quid hæc tanta celeritas festinatioque significat?* Idem pro Roscio Am. cap. 34. *Significare* minus esse quam *declarare*, apparet ex Cic. 5 fam. epist. 13 *Itaque hoc sæpius dicendum, tibique non significandum solum, sed etiam declarandum arbitror.* ¶ In veterum scriptis *Significor* pro *Significo* reperiri, testatur Gellius 18 cap. 12.

¶ Signĭficans, tis, deutlich, eigentlich; ut, *Dilucida significansque descriptio*, Quintil. lib. 4 cap. 2. *Nomen aut verbum translatum proprio significantius est*, Idem lib. 8 cap. 6. Gellius etiam lib. 1 cap. 15 dixit *significantissimum vocabulum.*

¶ Signĭficanter, adverb. idem. Seneca lib. 3 Controvers. 20 *Quotidiano verbo satis significanter usus est.* Quintil. 1 cap. 7 *Partes significanter ornateque dicendi.* Comparat. Gellius lib. 1 cap. 25 *significantius & consignantius dicere*; conf. lib. 17 cap. 2. Et Lactantius lib. 6 cap. 5 extr. *Vt brevius & significantius utriusque rei summa officia determinemus.* Et ipse Cicero lib. 3 fam. epist. 12 *Acrius, apertius, significantius dignitatem tuam defendissem.*

¶ Signĭficantia, æ, die bedeutung. Gloss. Vet. *Significantia*, ἔμφασις, ἔννοια. Vsus & aliquoties est Arnobius, ut lib. 4 sub initium: *Ex rerum eventu ipsius nominis significantiam* [Luperca dea] *traxit.* Et eodem libro p. 134 *ad rerum significantias aptare.* Adde Tertull. adv. Valent. cap. 6; & de Resurr. Carn. cap. 21; Lactant. lib. 4 cap. 26 n. 3 & 17; & Varron. apud Nonium cap. 4 n. 384.

¶ Signĭfĭcātus, a, um, angedeutet, angezeiget. Tertull. Apolog. cap. 21 *Duobus adventibus ejus significatis.*

¶ Signĭfĭcātum, i, substant. die bedeutung. Gloss. Vet. *Significatum*, σημασία, δήλωσις.

¶ Signĭfĭcatus, ûs, idem. Plin. lib. 18 cap. 25 *Ipsi dies raro non aliquos tempestatum significatûs habent*; id est, *significationes*, prognostica. ¶ 2. Nec grammatica verbi notio ignota antiquis fuit. Gellius lib. 5 cap. 12 *VE particula duplicem significatum, eumdemque inter se diversum capit.* Idem cap. 16 ejusdem libri: *Verrius Flaccus in libro de significatu verborum.*

¶ Signĭfĭcātio, ōnis, σημασία, ut in Glossis vertitur, die bedeutung. Gellius lib. 1 cap. 22 pr. *Falsa atque aliena verbi significatio.* ¶ 2. Et, *Significatio litterarum*, Cicer. pro Lege Manil. cap. 3, schrifftliche anzeigung.

¶ Signĭfĭcātīvus, a, um, andeutend, anzeigend. Vlpianus Lege 75 § 2 de Verb. Oblig. *Appellatio certi significativa.*

¶ Signĭfĭcātōrius, a, um, idem; ut, *Verbum significatorium*, Tertullian. adv. Hermogen. cap. 32.

¶ Signĭtĕnens, tis, bezeichnet. Ennius apud Varron. de L. L. 4 cap. 3 *Quæ cava cæli signitenentibus conficis bigis.*

Composita cum præposit.

¶ Adsignĭfĭco, are, προσσημαίνειν, mit bedeuten, zugleich anzeigen. Varro apud Gellium lib. 10 cap. 1 *Aliud est* quarto *prætorem fieri, &* quartum; *quod* quarto, *locum adsignificat, & tres ante factos*: quartum, *tempus adsignificat, & ter ante factum.* Idem de Re Rust. 2 cap. 11 *Olim tonsores non fuisse, adsignificant statuæ.* conf. ibid. cap. 1.

¶ Antesignānus, i, ante signum in acie constitutus, der zunächst für dem fähnlein hergehet, ein vorgänger, führer; ut, *Fueras in acie Pharsalicâ antesignanus*, Cic. Philipp. 2 cap. 29. Et, *Vnius legionis antesignanos præcurrere jubet*, Cæs. B. Civ. 1 cap. 43.

¶ Assigno, vel Adsigno, are, attribuere, dare, zuzeichnen, zuschreiben, zueignen; ut, *Assignare colonis agros*, Cicer. 1 Agrar. cap. 6. Estque hoc proprium ea in re verbum, cum capti ex hostibus agri dividuntur limitibus, & viritim hominibus attribuuntur. Siculus Flaccus de Conditione agrorum apud Rigaltium p. 3 *Postquam majores regiones ex hoste captæ vacare cœperunt, alios agros diviserunt, assignaverunt.* Frontinus de Agrorum qualitate apud eumdem Rigaltium p. 51 *Agrorum qualitates sunt tres: una agri divisi & assignati: altera mensurâ per extremitates comprehensi: tertia arcifinii.* Qui *divisi & assignati*, idem Siculus supra laudatus p. 18 docet: *Dividuntur*, inquit, *agri limitibus institutis per centurias, assignantur viritim nominibus.* Et Cic. lib. 3 ad Attic. epist. 19 *Mihi ex agro tuo tantum assignes, quantum meo corpore occupari potest.* Plin. lib. 10 cap. 50 *Natura avibus cælum assignavit.* Columella lib. 12 cap. 2 *Vnumquodque facilius consideratur, cum est assignatum suo loco.* Rursus Cic. ad Quint. fratr. lib. 1 epist. 4 *Amabo te, mi frater, ne, quod uno meo fato & tu & omnes mei corruistis, improbitati & sceleri meo potius, quam imprudentiæ immisericordiæque assignes*, hoc est, imputes, du wollest es nicht zumessen, zurechnen, 2c.

¶ Assignātus, a, um, zugeeignet, zugeordnet, zugetheilt. Cic. Somn. Scip. cap. 3 *Munus humanum assignatum a Deo defugere*, aus seinem beruff gehen. Idem in Pison. cap. 36 *Per servulum ordines assignati.* De *agris assignatis*, vide jam ante in *Assigno.*

¶ Assignātio, ōnis, die zueignung, anweisung; ut, *Assignatio, agrorum*, Cic. 4 Philipp. cap. 4. Adde leg. 1 & seqq. Dig. t. 4 lib. 38.

¶ Assignātor, ōris, ein anweiser. Vlpian. l. 4 § 1 D. de assign. libertis: *Præferri filio nepotem assignatoris.*

¶ Circumsigno, are, umzeichnen. Columella de Arborib. cap. 26 *Gemmam duobus digitis quadratis circumsignato.*

¶ Consigno, are, signo notare, aufzeichnen, besiegeln; ut, *Consignare legem*, Lege 13 Dig. § 6 de action. emti & vend. *Consignare tabulas signis hominum nobilium*, Cicer. pro Quintio c. 6. Sic *Litteris consignare* est scribere, conscribere, schrifftlich abfassen: Cic. in Acad. lib. 4 cap. 1 *Litteris consignamus, quæ monumentis mandare volumus.*

¶ Consignanter, adverb. deutlich; unde comparat. *consignantius.* Gellius lib. 1 cap. 25 *Græci significantius consignantiusque dixerunt*, &c. hoc est, expressius, ἐμφατικωτέρως.

¶ Consignātus, a, um, verzeichnet, aufgeschrieben. Cic. pro Dejot. c. 13 *Judicia de illo publicis litteris monumentisque consignata.* Idem Tuscul. 1 cap. 24 *Rerum insitæ & quasi consignatæ in animis notiones.*

¶ Consignate, adverb. ausdrücklich. Gellius usus est superlativo *Consignatissime*, lib. 1 cap. 15.

¶ Consignatio, ōnis, die verzeichnung, verschreibung; ut, *Paratissimæ consignationes*, chirographa sic appellare videtur Quintilianus lib. 12 cap. 8.

¶ Consignifico, are, zugleich bedeuten. Vnde

¶ Consignificātio, ōnis, die mitbedeutung; ut, apud Apulejum *furoris consignificatio.*

¶ Reconsigno, are, noch einmahl bemercken, wiederholen. Tertull. de Resurr. carn. cap. 52 *Ideo & reconsignat imprimens.*

¶ Designo, are, signis demonstrare, describere, bezeichnen. Cicer. in Catil. cap. 1 *Notat & designat oculis ad cædem unumquemque nostrûm*, quod Germani dicunt, er wählt ihm aus, siehet ihm aus. Et, *Verbis aliquid designare*, Idem 1 de Orat. cap. 23, mit worten entwerffen. ¶ 2. Sed, *Designare scelestum & nefarium facinus*, Apulejo significat committere & perpetrare, begehen, vollbringen. Terent. in Adelph. a. 1 sc. 2 v. 7 *Illa, quæ facta sunt, omitto: modo quid designavit?* was hat er angericht? Horat. 1 epist. 5 v. 16 *Quid non ebrietas designat?* vide Desid. Herald. lib. 2 Advers. cap. ult.

¶ Designātus, a, um, geordnet, bestimmt, bestellet. Sic *Designati* dicebantur *consules & prætores*, qui in proximum annum essent creati, Cic. 11 fam. epist. 6 & alibi, & Vellejus lib. 2 cap. 58. Idem cap. 111 *designatum quæstorem*, & *designatos tribunos plebis* dixit.

¶ Designātio, ōnis, die verzeichnung, andeutung; ut, *Sine designatione personarum & temporum oratio*, Cic. de Orat. lib. 1 cap. 31.

¶ Designātor, ōris, qui pompæ alicui funeris, ludorum &c. constituendæ præest, unicuique incedenti locum ordinemque præscribens: Græcis βραβευτής appellabatur, ein anstaltmacher. Vide Budæum ad legem 4 Dig. de iis, qui not. infam. & Lipsium lib. 2 Antiq. Lect. c. 9, item de Amphitheatro cap. 15. Petr. Fabr. Agonist. lib. 1 cap. 23; item Torrentium & Mercilium ad Horat. lib. 1 epist. 7 v. 6. ¶ * *Designator scenarum* apud Gruterum Inscript. p. 270 est architectus, qui scenas struit & ordinat. Sic in alia inscriptione apud Fabrettum: *Designator operum publicorum*: Grævius.

¶ Prædesignātus, a, um, vorher bestimmt. Tertull. de Resurr. Carn. cap. 23 *Vt mittat prædesignatum vobis Christum.*

¶ Dissigno, are, pro *Designare*, aliquando scribitur, etiam in derivatis; ut,

¶ Dissignātio, ōnis, apud Arnob. lib. 7 p. 217. Et

¶ Dissignator, ōris, der anordnet; Sic Lipsius scribit, cum de Amphitheatro cap. 15 *designatores spectaculorum*, quos modo laudavimus, delineat. Vet. Inscript. apud Gruterum p. 270 n. 6 DISSIGNATOR SCAENAR. Et in Tertulliano de Spectacul. cap. 10, quod Frobenius *Dissignator* edidit, Rigaltius *Designator* expressit.

¶ Exsigno, are, auszeichnen. Liv. lib. 1 cap. 20 *Et sacra omnia exscripta exsignataque attribuit.*

¶ Insignis, e, signo aliquo ab aliis discretus, clarus, præstans, illustris, fürtrefflich, ansehnlich; ut, *Maculis insignis & auro*, scheinbar und für andern zu erkennen, Virg. 3 Georg. v. 56. Idem 1 Æneid. v. 10 *Insignem pietate virum* &c. Sic, *Clara & insignis alicujus virtus*, Cic. de Amicit. cap. 27. *Studio sum insigni erga aliquem*, Idem 2 de Fin. c. 22. Et, *Odium insigne*, Cic. ad Anton. sub lib. 14 ad Attic. epist. 13, ein grosser haß. *Injuria insignis*, Cic. pro Cæcin. cap. 13. Et Quintil. lib. 1 cap. 1 *Corpora prodigiosa & insignia monstris*, kenntlich wegen ungeheurer gestalt. Signate autem *Insignia* dixit, nam qui aliquo vitio, aut damno corporis notabiles, aut depravatis ac deformibus membris nati essent, INSIGNES & INSIGNITI dicebantur. Plautus in Fragm. Part. 1 v. 128

Tum (metuentem) *ne uxor mihi insignitos pueros pariat postea,*
Aut varum, aut vulgum, aut compernem, aut pætum, aut broncum filium.

Cic. 3 de Legibus cap. 8 extr. *Insignis ad deformitatem puer, brevi tempore creatus, multo quoque tetrior fœdiorque natus est.* Compar. *Insignior contumelia*, Livius lib. 4 c. 4. Et, *Insigniora monumenta vastitatis*, Idem lib. 10 cap. 15. Superlat. *Insignissimum spectaculum*, Tertullian. de Spectacul. cap. 12 pr. ut vulgo legitur: aut potius, ut Rigaltius ex antiquis libris notavit, *insignissimus* [viris] *spectaculum acceptissimum*. Idem Tertull. in Apolog. cap. 21 pr. *insignissima religio*.

¶ Insigne, is, substant. symbolum, ex quo quid indicatur seu noscitur, ein zeichen, wapen. Horatius lib. 2 sat. 3 v. 254

ponas insignia morbi,
Fasciolas, cubital, focalia.

Nempe fasciolas, cubitalia, & focalia *morbi insignia* vocat, quod ex his rebus aliquis ægrotare intelligebatur. Sani enim abstinebant. Sic *corona* & *sceptra* INSIGNIA REGNI Virgilius vocat 8 Æneid. v. 506. Sic *insignia consulum* Romæ, fasces, sella curulis &c. His enim rebus dignoscebantur & distinguebantur ab aliis, reddebanturque conspicui sive insignes. ¶ 2. Sic symbola navium atque picturæ in prora, quæ vel Deos vel heroas vel animalia referebant, unde ipsæ naves nomina sortiebantur, Græcis παράσημα, Latinis *Insignia* appellabantur. Cæsar lib. 2 de B. C. cap. 6 n. 4 *Conspicatæque naves triremes duæ navem D. Bruti, quæ ex insigni facile agnosci poterat,* &c. Tacit. 6 Annal. cap. 34 *Multaque de nomine ejus & oracula Phryxi celebrant:* NE QVISQVAM PHRYXO SACRIFICAVERIT. *Credito, vexisse Phryxum, sive id animal, seu navis insigne fuit.* Diversa autem sunt παράσημον, sive *Insigne*, & *Tutela* navis. *Insigne* erat, unde nomen accipiebat navis, vel Deus, vel heros, vel animal, vel aliud quiddam, ut *Cassis*: quo nomine navis Ovidii appellata, eratque insigne istud in prora: *Tutela* vero signum Dei, cui navis tutela credita, in puppe constituebatur: sic illa cassis Ovidiana tutelam habebat Minervam, ita enim ipse lib. 1 Trist. eleg. 9 pr.

Est mihi, sitque precor, flavæ tutela Minervæ
Navis, & a pictæ casside nomen habet.

Videndus Heinsius in lib. 24 Silii: qui pleraque tamen Scaligero debet, quem lege Animadversionibus Eusebianis p. 39, item contra Robertum Titium lib. 7 Animadvers. 2. ¶ 3. Apud Plautum effossus oculus, quippe quo aliquis internoscitur, *Insigne* vocatur, Curcul. act. 3 v. 30. Nam cum Curculio a lenone *unoculus* per contemtum esset adpellatus, ita respondet Curculio:

Adolescens, ob rempub. hoc intus mihi
Quod insigne habeo, quæso, ne me incomities.

¶ 4. Suetonius in Caligulâ cap. 35 cognomina familiarum, quibus inter se distinguebantur, *Insignia familiarum* vocat. Plinius lib. 7 cap. 25 *Cæsari proprium & peculiare sit, præter supra dicta, clementiæ insigne: qua usque ad pænitentiam omnes superavit.* ¶ 5. *Insignia* sive arma gentilitia (wappen,) uti nunc in usu sunt, non tam antiqua existimanda, ut a Romanis aut Græcis, qui in clypeis & gemmis &c. variis symbolis usi sunt, repetenda videantur: quippe quæ a Carolo Magno adumbrata, ab Heinrico Aucupe vero perpolita demum fuerint, quod Marc. Welserus lib. 4 Rerum Augustanarum Vindelicarum sub finem libri observat. Hospitum insigniorum insignia foribus etiam olim fuisse præfixa, Barthius docet ad lib. 4 Thebaid. Statii pag. 954.

¶ Insignĭter, adverb. mercklich, kenntlich. Cicer. in Philipp. 3 cap. 4 *Quis rex unquam fuit tam insigniter impudens?* so überaus und gar sehr unverschämt. Comparat. *Insignius*: Paulinus Nolanus Poëmate 24 de Natal. 9 S. Felic. v. 144

Me tamen uberius decet atque insignius isto
Exsultare die.

Nam & Apulejus in positivo dixit Met. lib. 8 post init. *exsultans insigniter*.

¶ Insignio, īvi, ītum, īre, verbum usitatum est, pro signis notare vel distinguere, bezeichnen, zieren; ut, *Auro insignibat clypeum*, er belegt den schild mit gold zum merckzeichen, Virg. 7 Æn. v. 790. ¶ 2. Pro clarum, nobilem, celebrem facere memorando, berühmt machen, Plinius usus lib. 8 epist. 22 extr. *Quisquis ille qualiscunque sileatur: quem insignire exempli nihil; non insignire, humanitatis plurimum refert.* Et Seneca epist. 18 *Illud temperantius non excerpere se, nec insigniri, nec misceri omnibus.* *Non insigniri*, i. e. non notabilem fieri, seu *conspici*, ut Nepos loquitur 25, 13, 5.

¶ Insignītus, a, um, bezeichnet, bemerckt. Cic. Topic. cap. 5 *Quædam confirmatio insignita atque impressa in intelligentia.* Tacit. 4 Annal. cap. 51 n. 2 *insignitius flagitium.* Livius lib. 7 cap. 15 *ignominia insignitior*, ut Gronovius & Gruterus legunt, quamquam in Sigonii vetere libro *insignior* est.

¶ Insignīte, adverb. ut *insigniter*, überaus. Cic. pro Quintio cap. 23 *Neque quisquam inventus est tam insignite improbus.* Livius comparativo *insignitius* usus est lib. 8 cap. 13 *Quo insignitius omissa res consuli exprobraretur.*

¶ Insignītor, ōris, qui insignit, ein zeichner. Augustinus de Civ. Dei lib. 21 cap. 4 *aurifices insignitores gemmarum.*

¶ Perinsignis, e, sehr groß, mercklich. Cic. 1 de Leg. cap. 19 *Pravitates perinsignes.*

¶ Intersignium, i, locus inter duo signa, μετεμβόλημα. vide Salmas. in Exercit. Plin. p. 460 edit. sec.

¶ Obsigno, are, quod *obsigillare* etiam Seneca dixit, signo impresso occludere, versiegeln, verpitschiren. Obsignantur autem non epistolæ seu literæ & tabellæ solum; sed & alia, ut arcæ, lagenæ, pecuniæ. De ratione obsignandi libros, seu epistolas, vide plura apud Salmas. & Herald. in scriptis adversariis, &c. vide Lips. ad 2 Annal. Taciti p. 80. Cicer. 7 Verr. cap. 39 *In tabellas refert, obsignat signis amicorum prudens homo.* Sic, *Obsignare testamenta*, Cæsar lib. 1 de B. Gall. c. 39.

¶ Obsignātus, a, um, zugesiegelt; ut, *Obsignata epistola*, Cic. 8 ad Att. epist. 6. *Tabellis obsignatis agere cum aliquo*, Idem 5 Tuscul. cap. 11. *Aliquid obsignatum habere*, Idem de Divin. 2 cap. 70, & Lucret. 2 v. 581. Et, *Prænexo obsignatoque ore*, Solin. cap. 1.

¶ Obsignātor, ōris, ein versiegler. Cic. ad Attic. lib. 12 epist. 18 *Quod scribis, Terentiam de obsignatoribus mei testamenti loqui* &c.

¶ Obsigillo, are, pro occludere, abscondere, verschliessen, heimlich halten. Sic pereleganter & insigniter, ut Turneb. Advers. 30 cap. 3 statuit, posuit Seneca epist. 115 *Nunc multa obsigillant*, &c. Alii *obstrigillant*.

¶ Persigno, are, durchaus verzeichnen. Livius lib. 25 cap. 7 *Triumviri sacris conquirendis, donisque persignandis.* Et Mela lib. 1 cap. ult. de Ponticis gentibus: *notis corpus omne persignant.*

¶ Postsignānus, i, der nach dem fähnlein folgt, ein fahnenjuncker. Ammian. Marcell. lib. 18 cap. 20 *Postsignani nostri, qui tenebant editiora collis, exclamant.* Adde eumdem lib. 24 cap. 23; & Salmas. de Milit. Rom. pag. 127.

¶ Præsignis, e, idem quod insignis præ aliis, seu præstans, sed apud poëtas præcipue, fürtrefflich. Ovid. Fastor. lib. 6 v. 628

Præsignis facie Corniculana fuit.

Statius 4 Silv. 8 v. 12 *Gaudeat & Libycâ præsignis avunculus hasta.*

¶ Præsigno, are, zuvor zeichnen. Plin. 28 cap. 4 *Furunculos præsignare jejuna saliva.* Et Cato cap. 154 *qua fini culleum capiet, præsignato.* Ita Meursius etiam ex veteri codice legit: minus recte quidam *pertundito*. Habet etiam Augustinus in Feria 3 Pentecost. Serm.

¶ Præsignātor, ōris, ein bezeichner. Inscript. Vet. apud Fabrett. p. 38 D. M. PRIMO AVG. SER. PRAESIGNATOR HAEREDITAS FILIO PIISSIMO.

¶ Præsignĭfĭco, are, prædicere, voran bezeugen. Cic. lib. 1 de Divin. cap. 38 *Præsignificare hominibus, quæ sunt futura.*

¶ Præsignificatio, ōnis, die verkündigung. Lactantius lib. 7 cap. 15 post princ. *præsignificatio & figura.*

¶ Prosignānus, i, ein vorgänger, führer. *Prosignani*, distincti ab *Antesignanis*: illi in secunda, hi in prima acie stabant. Frontinus lib. 2 Strateg. cap. 3 n. 17 *Tum prosignanis, qui in secunda acie erant, imperavit, ut* &c. Vbi Keuchenio notata videantur.

¶ Quatuorsignani, orum, Galliæ Aquitanicæ populi, Plin. 4 cap. 19.

¶ Resigno, are, obsignata aperire, solvere, entsiegeln; ut, *Resignare litteras, epistolam* &c. einen brieff öffnen, erbrechen. Gloss. Cyrill. *Resigno*, ἀποσφραγίζω. Onomastic. *Resigno*, παραλύω. Atque ita ex *aperiendi* notione Turnebus Advers. lib. 24 cap. 26 secundum veterem Romanorum ritum, quem ibi prodit, interpretatur Virgilii illud Æn. 4 v. 244 *lumina morte resignat*;

quæ Servius per *claudere, interturbare* exposuerat. ¶ 2. Aliquando est dissolvere, abrogare, irritum facere, rescindere, aufheben, null und nichtig machen. Sublatis enim sigillis, fides atque auctoritas tabularum solvitur. Cic. pro Archia cap. 5 pr. *Nam cum Appii tabulæ negligentius asservatæ dicerentur, Gabinii, quamdiu incolumis fuit, levitas, post damnationem calamitas, omnem tabularum fidem resignasset.* Florus lib. 4 cap. 7 extr. *Brutus cum in Cassio etiam suum animum perdidisset, ne quid ex constituti fide resignaret, ipse quoque uni comitum suorum præbuit latus.* ¶ 3. Pro cedere, reddere, quæ habuimus, wieder abtreten, bis posuit Horatius: semel lib. 3 ode 29 v. 53 *si celeres quatit* (fortuna)

Pennas, resigno, quæ dedit.

Deinde lib. 1 epist. 7 v. 34

Hac ego si compellar imagine, cuncta resigno.

Ratio locutionis inde videtur petita: Veteres si quid paraverant rerum, condere id & obsignare solebant, ne quid aut negligentia aut furto periret, de quo supra in *obsignare* monuimus. Cum resignanda itaque essent ejusmodi clausa & condita, cum vellent uti; idcirco *resignari* dixerunt ea, quæ redderentur, sive, quorum usus aliis jam concederetur & aperiretur veluti.

¶ Resignātus, a, um, aufgemacht aufgebrochen; ut, *Resignatæ litteræ*, Cic. 11 ad Att. epist. 9. RESIGNATVM AES *dicitur militi, cum ob delictum aliquod tribuni militum (ne stipendium ei detur,) in tabulas refertur. Resignare enim antiqui pro scribere interdum ponebant*, Festus.

¶ Resignātor, ōris, ein aufschliesser. Gloss. Cyrill. *Resignator*, ἀποσφραγιστής.

¶ Resignātrix, īcis, eine aufschliesserin. Tertull. de Habitu mulier. cap. 1 *Eva arboris illius resignatrix.*

¶ Resignācŭlum, i, die entsiegelung. Tertull. adv. Marc. 2 cap. 10, ex Ezech. c. 28 v. 12 *Tu es resignaculum similitudinis, qui scilicet integritatem imaginis & similitudinis resignaveris.*

¶ Sexsi-

¶ Sexsignani, orum, Galliæ Aquitanicæ populi, Plin. lib. 4 cap. 19.

¶ Subsigno, are, subscribere, ita enim veteres usi sunt, unterzeichnen. Plinius lib. 3 epist. 1 extr. *Eumdem mihi cursum, eumdem terminum statuo, idque jam nunc apud te subsigno*, ich gebe dir brieff und siegel drüber. Cic. pro Flacco cap. 32 *Subsignare apud ærarium, apud Censorem*, beschlagen.

¶ Subsignātio, ōnis, die unterschreibung. Tertull. de Pœnitent. cap. 2 *subsignatio pœnitentiæ*. Veteres *Subsignationis* verbo pro *Subscriptione* uti solebant. vid. l. 39 ff. de Verb. signif.

¶ Subsignānus, i, der unter einem fähnlein stehet. Subsignanus miles bis nominatur Tacito, nimirum 1 Histor. cap. 70 extr. & 4 Histor. c. 33. Meminit & Lipsius 2 de Milit. Rom. Dialog. 2. Sed quod hoc genus fuerit, non explicat. Pichena ad priorem Taciti locum, *subsignanos* eosdem suspicatur fuisse, qui alias Tacito *vexillarii* dicti, & nec in legionibus proprie, nec in auxiliis erant. vide infra in *Vexillum*. Salmasius de Re Milit. Rom. p. 40 *Omnis*, inquit, *exercitus, qui ordinatim incedebat, sive in agmine esset, sive in acie*, SVB SIGNIS *ire & esse dicebatur. Ergo* SVBSIGNANVS *miles omnis, qui sub armis incedit, & ordinatus ad agmen sive ad aciem sua signa sequitur. Et* SVBSIGNANVS *in genere idem quod* POSTSIGNANVS; *quia signa præibant, milites sequebantur.* vide plura ibidem.

SIL, sīlis, neutr. pigmentum lutei coloris, gelbe erde; quemadmodum ochra nativa, ochra oder ochrageel, Agricola. *Sil Atticum*, Vitruv. 7 cap. 14; & Plin. lib. 33 cap. 22. *Sile pingere primi instituerunt Polygnotus & Mycon*, Idem Plin. 13 cap. 13. *Sil montanum*, id est, seseli, Apic. 3 cap. 5.

¶ Silāceus, a, um, wie ochra gelb; ut, *Silacei miniaceique cunei*, Vitruv. 7 cap. 5. *Silaceus color*, farbe von ochra, Plin. lib. 35 cap. 6.

SĪLA, æ, silva est in Bruttiis Straboni prope urbem Mamertinum, & Vibium, cujus & Virgilius meminit Æneid. 12 v. 715. Ejus vina laudat Cassiod. lib. 12. Arborum tanta varietate distincta, ut id naturæ opus mortalium solertia distributum videri possit: Gabr. Barrius in Calabr. sua fol. 113. ¶ 2. Est & *Sila* urbs Straboni.

SĪLĀNVS, i, fistula, seu tubus, unde aqua salit, κρουνὸς, ein wasserständer, springbrunnen. Lucretius lib. 6 v. 1263

Corpora silanos ad aquarum strata jacebant.

Corn. Celsus lib. 3 cap. 18 *Confert etiam aliquid ad somnum silanus juxta cadens.*

SĬLĂRVS, i, Σίλαρος, & *Silaris*, Lucaniæ amnis, in quo virgulta & folia immersa lapidescunt, Plin. lib. 21 cap. 3. Meminit & Virgil. Georg. lib. 3 v. 146; & Sil. 8 v. 583.

SĪLĀTVM, i, *antiqui pro eo, quod nunc jentaculum dicimus, appellabant, quia jejuni vinum sili conditum ante meridiem obsorbebant*, Festus.

SĪLAVS, i, herba apii similitudine, Plin. 26 cap. 8. *Sium* appellat Dioscor. 2 cap. 119.

Silenter, silentiarius, silentium, &c. vide mox *Sileo*.

SĪLĒNVS, i, Σίληνος, Bacchi nutricius, vel pædagogus; dictus a σιλαίνειν, quod est *petulanter & dicaciter ludere*. Horatius in Arte Poët. v. 239 *Famulusque Dei Silenus alumni.*

Fingitur reconditæ ac compositæ sapientiæ Deus: hinc eum Maro de rerum principiis disputantem inducit ecloga 6. Vide Scalig. lib. 1 Poët. cap. 4; & Casaub. de Poësi Satyrica lib. 1. Luciano in Deorum consilio describitur, φαλακρὸς, σιμὸς τὴν ῥῖνα, ἐπὶ ὄνυ τὰ πολλὰ ὀχύμενος, Λυδὸς ὅτος. i. e. *Calvus, simis naribus, plurimum super asino inequitans, genere Lydus.* ¶ 2. *Sileni Alcibiadis* imagines erant exterius ridiculæ, interius artem repræsentantes divinam. vid. Voss. lib. 4 Instit Orat. p. 247. *Inversos Silenos* vocant, qui foris boni, intus mali & flagitiosi. ¶ 3. *Sileni* seniores Satyri vel dæmones, secundum Camerar. Centur. 1 Horar. Subcis. p. 319. ¶ 4. *Silenus* etiam unus e regulis Cariæ fuit, qui Nysæ imperavit, Diodor. Sicul. lib. 3. ¶ 5. *Sileni* denique populi sunt Indum accolentes, Plin. 6 cap. 20.

¶ Sīlēna, æ, fœm. Quoniam *Sileni*, simuli, hoc est, colliso naso, ut Seneca vocat, essent, idcirco amatores amicas suas tales *Silenas* vocabant: Lucretius lib. 4 v. 1166 *Simula, Silena aut Satyra est*: id est, Si quæ simula, sive colliso naso est, *Silena* vocatur aut *Satyra*.

SĬLEO, ui, ēre, tacitum esse, schweigen, nicht reden, still seyn, priorem brevem habet. Ovid. 10 Met. v. 389 *Muta silet virgo* Idem 3 Pont. epist. 1 v. 247 *Mala caussa silenda est.* Seneca in Hippolyto v. 876 *Alium silere quod voles, primus sile.* Et, *Inter arma silent leges*, Cicer. pro Milon. cap. 4. ¶ 2. Eleganter hoc verbum effertur cum præpositione *De*: ut Terent. in Phorm. a. 5 sc. 2 v. 13 *De jurgio siletur*, des haders wird geschwiegen. ¶ 3. *Silere*, etiam quiescere, nihil agere, nihil movere significat, ruhen; ut, *Silent Musæ Varronis*, hoc est, nihil scribit Varro, Cic. 1 Acad. cap. 1. Et Tacitus 3 Histor. cap. 47 pr. *Nec ceteræ nationes silebant. Subita per Pontum arma barbarum mancipium moverat.* Et ita *silentium* quoque pro quiete & otio. *silens* pro otioso dicitur, de quo paullo post monebimus.

¶ Silens, tis, stillschweigend; item, still, ruhig, müßig. Plaut. Epid. a. 2 sc. 2 v. 53 *Ego abscessi silens.* Ovid. Fastor. 5 v. 483 *Animæ silentum*, i. e mortuorum. Idem 15 Metam. v. 66 *Cœtus silentum*, i. e. discipulorum, quibus a Pythagora ad certum usque tempus, ut Gellius scribit lib. 1 cap. 9, silentium injungebatur. Sic *Cælum silens*, pro tempore sereno, Plin. 18 cap. 28. *Flos silens*, qui non amplius crescit, Colum. 12 cap. 7. *Venti silentes*, Idem 12 cap. 25. *Vmbræ silentes*, Virg. Æn. 6 v. 264. *Nox silens*, Idem Æn. 4 v. 527. Sic *Luna silens* appellatur in interlunio, cum jam non lucet, & ita otiosa est ac nihil agit, apud Plin. lib. 16 cap. 39. Similiter *silens & quietum ærarium*, Plinius dixit Panegyr. Trajani cap. 36, quod nemini negotium facit, litemque intendit.

¶ Sīlenter, adverb. leise. Vulg. Interpr. 1 Sam. cap. 24 v. 5 *Præscidit oram chlamydis silenter.* Et Juvencus lib. 3 Histor. Evang. v. 462

Judæamque petit, qua pinguia rura silenter
Agmine Jordanis viridis prorumpit amœno.

¶ Sīlentium, i, das stillschweigen; ut, *Silentium facere*, Quintil. lib. 2 cap. 5. *Silentium dare*, Terent. prologo Hecyræ extremo, still seyn. *Per silentium adesse æquo animo*, Idem prolog. Phorm. v. 31. Et, *cum silentio animadvertere*, prologo Eunuchi extremo, still zuhören. Ovidius lib. 2 de Arte am. v. 603

Eximia est virtus, præstare silentia rebus,

das maul halten. Curtius lib. 10 cap. 7 *His auditis, concio primum silentium velut jussa habuit; Conclamant deinde pariter*, &c. Sic, *Agere per silentium*, Terentius prologo Heaut. v. 36, in der still. *Silentio aliquid dissimulare*, Quintil. lib. 5 cap. 13. Et, *Silentio aliquid transire*, Idem Quintil. lib. 2 cap. 3 pr. & Cicer. lib. 2 ad Attic. epist. 19. Idem 13 Philipp. cap. 6 pr. *Ac ne illud quidem silentio prætereundum puto*, es ist nicht mit stillschweigen zu übergehen. *Silentio castris egredi*, Cæs. lib. 7 de Bello Gall. cap. 58 est, nullo profectionis signo dato egredi, ohne spiel. conf. cap. 60. Id autem fiebat fallendo hosti, cum aut in fuga, aut superventuri imprudentibus essent. Sed, *De Partho silentium est*, von den Parthern hört man nichts, Cic. ad Att. lib. 5 epist. 16. Et Seneca ad Marc. c. 5 *Coram te altum nobis de illo silentium est.* Horat. 3 od. 2 v. 25

Est & fideli tuta silentio Merces:

sic expressit illud: Ἔςι καὶ τὸ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας, Athenodori scil. apud Stobæum. Quintilian. Declam. 19 *Nullam difficiliorem quam silentii credo virtutem, adeoque promptissimo sermone facile delinquimus*, schweigen ist kunst. ¶ 2. In auspiciis *silentium* dicebatur, cum nihil interveniret, quod corrumperet auspicium, sive vitium ei faceret: de quo Cicero 2 de Divin. cap. 34. ¶ 3. *Silentium* etiam inertiam, cessationem, & otium significat. Ita *vitam silentio transigere*, est otiose & obscure vivere, ut nullo egregio facto innotescas, apud Sallust. Catilin. cap. 1. Tacitus in Agricola c. 3 *Ad ipsos ætatis terminos per silentium venimus.* Idem Annal. 15 cap. 1 *Tiridates quoque regni profugus per silentium haud modice querendo gravior erat*: PER SILENTIVM, i. e. dum regno orbatus, nihil habet, quod agat. *Per tacitum*, Seneca dixit Thyeste v. 394, de quo infra. Tacitus rursus eodem Agricola cap. 6 *Idem præturæ tenor & silentium*: SILENTIVM vocat, quod paullo ante *quietem & otium* dixerat. Et ibidem cap. 39 *Studia fori & civilium artium decus in silentium acta.* Quo illud Virgilii lib. 2 Æneid. pertinet v. 255

Tacitæ per amica silentia lunæ:

Vt quidem Politianus, & post eum Janus Meursius ad Catonem de Re Rustica cap. 29 existimabat. Sed magna de hoc loco disputatio est, qua supersederi poterit, si cum Petito lib. 2 Eclogar. Chronologic. cap. 19 extr. legamus:

Et jam Argiva Phalanx instructis navibus ibat
A Tenedo tacite, per amica silentia lunæ;

ut poëta dicat, solvisse Græcos, nullo, quod solebat alias, edito a classiariis signo: ut, quod Virgilius *tacite ire*, id Cæsar 7 B. Gall. cap 60 *Silentio progredi* dixerit.

¶ Sīlentiārius, i, minister imperatoris ad ea, quæ sunt quietis in palatio, ein kammerdiener. Lege 30 Cod. de inofficioso testam. dicuntur *spectabiles silentiarii.* Et Lege ult. C. de excus. tutor. imperator appellat *viros clarissimos sacri nostri palatii silentiarios, circa latus nostrum militantes.* Ex quibus de dignitate *Silentiariorum* judicare licet. Et hinc Salvianus 4 de Gubern. p. 108 de servis fugitivis: *Pavent quippe actores, pavent silentiarios, pavent procuratores.* Gloss. gr. lat. ἡσυχοποιὸς. *silentiarius.*

¶ Silentiōsus, a, um, tacitus, still, heimlich. Apulejus Metam. lib. 11 ineunte: *Nactus opacæ noctis silentiosa secreta.*

¶ Silentus, a, um, idem; ut, *Silenta loca*, Gellius lib. 19 cap. 7.

¶ Sīlesco, ui, ĕre, still werden, sich stillen. Terent. in Adelph. a. 5 sc. 2 v. 10 *Aliquo abeam, dum hæ silescant turbæ.* Et Catull. carm. 47 v. 2 *Cæli furor jucundis zephyri silescit auris.*

¶ Consileo, ēre; &

¶ Consilesco, ĕre, idem quod *silescere*. Sic Ennius apud Festum Pompejum *consiluere*, quod ipse [Festus] per *conticuere* interpretatur. Et Gellius lib. 12 cap. 1 *Strepitus consilescit.*

SĬLER, ĕris, virgulti genus, frutex pumilæ radici similis, ut putant, eine bachweide; ut, *Siler molle*, Virg. lib. 2 Georg. v. 12.

SĬLEX, ĭcis, dub. gener. Pæne omnes *hunc silicem* dixerunt, Varro, Lucretius, Juvenalis, Ovidius: tanta tamen est Virgilii auctoritas, ut persuadeat nobis, etiam *hanc silicem* dici. Quæ verba sunt Servii ad lib. 8 Æn. v. 233, ubi poëta dixit: *Stabat acuta silex*; Et, *nuda silex*, Idem eclog. 1 v. 17. Et Georg. 1 v. 135

Et silicis venis abstrusum excuderet ignem.

Adde Æneid lib. 1 v. 174; & 6 v. 471.

¶ Silĭceus, a, um, denominativum, steinern, hart. Vitruvius lib. 8 cap. 3 *saxa silicea.* Metaphorice Seneca lib. 3 de Ira cap. 8 *Impudicorum cœtus fortem quoque & siliceum virum emollit.*

¶ Silĭcia, æ, substant. fœnum græcum, griechisch klee, Plin. 24 cap. 19. Herba sic dicta, quod inter silices crescat.

¶ Silĭcius, a, um, idem quod *Siliceus*. Substantive quidem Plinius 16 cap. 16 de Mollusco: *Inter pugillares lectorumque silicios aut laminas.* Sed locus corruptus, legendumque videtur *silicias*, vel *silaceas laminas*, quasi a silice vel a sile. Alii legunt *sicilia*, i. e. secamenta, a siciliendo; alii *sicilicos*, i. e. segmenta & tessellas.

¶ Silĭcārius, i, ein steinbrecher. Inter opifices aquæductuum *Silicarios* refert Frontinus de Aquæduct. Romæ lib. 2 p. 256.

Silibra, vide supra *Libra*.

SĬLĬCERNIVM, i, cœna funebris, quæ ab exequiis celebrabatur, das trauer-mahl, toden-mahl. Varro Meleagris apud Nonium cap. 1 n. 234 *Funus exsequiati, cum plausu ad sepulcrum antiquo more silicernium confecimus, id est*, περίδειπνον, *quo pransi discedentes dicimus aliis alii VALE.* De etymo vocis mira variatio est. De eo enim Festus: *Dictum silicernium, quia, cujus nomine instituebatur, is jam silicem cerneret.* Sed aliter Donatus, alii aliter tradiderunt. Servius, Virgilii interpres: SILICERNIVM, quasi SILICENIVM dictum putat: quod cœna illa super silice poneretur. Quod ita explicat Scaliger: *Antiquitus*, inquit, SILICESNIVM *dixêre: ut* POESNAS,

 CASMINA,

CASMINA, VALESIOS *pro* POENAS, CARMINA, VALERIOS. *Ita igitur &* COESNAS, *vel* CESNAS, *pro* COENAS: *unde* *SILICESNIVM primo, & deinde* SILICERNIVM. ¶ 2. Quemadmodum autem ERGASTVLVS dictus, qui in ergaſtulo tenetur: ita & SILICERNIVS (ſenex,) qui dignus, ut pro eo *Silicernium* pararetur. vid. Scalig. ad Feſtum hac voce, itemque Kirchmannum de Roman. Funerib. lib. 4 cap. 4 & in ſequente, quo diſſentientes auctores ſuper etymo vocis conciliare intendit, neo infeliciter ſane. Sed præter Cincium, quem Scaliger allegat, Terentius quoque SILICERNIVM, de ſene decrepito per convicium dixit, Adelph. a. 4 ſc. 2 v. 48, ein alter greiß.

SĬLĪGO, ĭnis, σιλιγνις, delicias tritici ſignificat ac tenerrimam partem, klar korn oder weitzen, oder weitzenmehl. Plin. 18 cap. 10 *Exceptitia ſiligo.* Juvenal. ſat. 5 v. 70 de pane ait:

Sed tener & niveus mollique ſiligine factus
Servatur domino.

¶ Silĭgĭneus, a, um, aus guten korn, rocken, weitzen; ut, *Farina ſiliginea,* Plin. lib. 18 cap. 9. *Panis ſiligineus*, σιλιγνίτης, ex optimo fiebat tritico, perpurgato a furfuribus, crimno & polline, ſecretoque & excuſſo tenuiſſimo cribro, das allerſchönſte weiß brod, panis delicatus: Seneca in epiſt. 123 pr. *Malum panem etiam tenerum tibi & ſiligineum fames reddet.*

¶ Silĭgĭnārius, i, ſiliginis venditor vel diſtributor, ein korn- und mehlhändler, Vlpian. Lege 52 § 11 Dig. de Furtis. Vetus inſcriptio: COLLEG. SILIGINARIORVM, quos Sponius Erud. Antiq. p. 64 interpretatur, qui panem ſiligineum conficiunt, ein weiß-becker.

¶ Conſĭlīgo, ĭnis, herba, ellebori genus, ſchlangen-wurtzel, Matthiol. Adde Plin. 25 cap. 8.

SĬLĬQVA, æ, theca, ſive folliculus leguminis, die ſchote oder hülſe an bohnen, erbſen. Virg. lib. 1 Georg. v. 74

Vnde prius lætum ſiliqua quaſſante legumen.

Vbi Servius: SILIQVA, *theca leguminis: folliculus, intra quem legumina naſcuntur.* ¶ 2. Sed & ipſa legumina, quæ ejusmodi folliculis continentur, *ſiliquæ* appellantur. Vnde, *Siliquis vivere,* de tenuiſſimo victu, qualis pauperum erat, dixit Horatius lib. 2 epiſt. 1 v. 123 *vivunt ſiliquis & pane ſecundo.*

Prudentius de religioſorum victu, 3 Cathemer.

Nos oleris coma, nos ſiliquæ
Fœta legumine multimodo
Paverit innocuis epulis.

Vetus Gloſſ. *Siliqua*, κερατίων καὶ κυάμου καὶ Φασήλου λόβοι, καὶ ξυλόγλυκον. λόβος τῶν χεδρόπων. Quando ξυλόγλυκον interpretatur, fructum ipſum intelligit. *Siliquam græcam* Columella 5 cap. 10, & de Arbor. cap. 25; & Palladius de Inſit. lib. ult. vocant, quam quidam κεράτιον: nos ſanct Johannis-brod appellamus. ¶ 3. Fœnum etiam græcum ruſticos *Siliquam* dixiſſe, idem Columella auctor eſt lib. 2 cap. 11. ¶ 4. Eſt & minimi ponderis nomen apud Romanos. Vetus Auctor de ponderibus: *Ponderum pars minima calculus eſt, qui conſtat ex granis ciceris duobus, & apud quosdam ſiliqua penſante, quæ tribus granis hordei declaratur in pondere.* Et paullo poſt: *Drachma, quæ conſtat ſiliquis X & VIII, & ſcrupulus, qui eſt ex ſiliquis VI, & obulus, qui eſt ex III, quadrantem efficiunt, continentem in ſe ſiliquas XXVII* &c. Fannius de Ponderibus v. 10 *Semina ſex alii ſiliquis latitantia curvis*
Attribuunt ſcrupulo.

¶ Sĭlĭcŭla, vel Siliquŭla, æ, diminut. ein ſchötlein. Varro de Re Ruſt. 1 cap. 23 *Lupinum cum necdum ſiliculam cepit.*

¶ Sĭlĭquor, āri, ſiliquas facere, ſchoten tragen, ſchoten bekommen, Plinius lib. 17 cap. 9; & 8 cap. 7.

¶ Siliquaſtrum, i, piper Indicum dicunt, Indianiſcher pfeffer, heidniſch wund-kraut, Plin. 19 cap. 12; & 20 cap. 17. ¶ 2. *Siliquaſtrum* & ſellam ſignificat, ut apud Arnob. lib. 2 p. 59; & Hygin. Aſtron. 2 c. 9, & 3 cap. 9; vide ſupra *Seliquaſtrum.*

¶ * Siliquātĭcum, i, vectigal, quod in nundinis penditur fiſco ob venditionem proponendam; Græcis κερατισμὸς, vide Cujacium Obſerv. 16, 23. *Grævius.* De hujus vectigalis exactione mentio apud Caſſiodorum Var. 2 epiſt. 4 & 30; & 5 epiſt. 31, &c. Nos vocamus ſtand- oder ſtäte-geld.

SĪLIVS, i, Italicus, conſul Romæ anno fatali Neronis Imp. & poëta inſignis, cujus exſtant libri 17 de Bello Punico. Judicium de his vide apud Plinium 3 epiſt. 6. Editió hujus poëtæ curata eſt a Cellario Lipſ. 1695. Martial. 9 epigr. 88

Silius Auſonio non ſemel ore potens.

SILLI, ōrum, σίλλοι, carminis genus apud Græcos, ſimile Latinorum ſatyris, ut docet Caſaubonus de Satyra, ſchimpffreden. Ejusmodi ſillos in Platonem ſcripſit Timon, de quo Gellius lib. 3 cap. 7.

¶ Sillŏgrăphus, i, σιλλόγραφος, qui ejusmodi carmina ſcribit, ein paßquillant. Ammian. 22 cap. 16 *Sillographos imitatus ſcriptores maledicos.* vid. Voſſ. Inſtit. Poët. 2 p. 105.

SĪLO, ōnis, naſum habens preſſum, ſimum & repandum, der eine flache, eingedruckte und aufwerts gebogene naſe hat, affennaſe. Plaut. Rud. a. 2 ſc. 2 v. 11 *Eccum recalvum & ſilonem ſenem.*

¶ Sīlus, i, idem. Feſtus Pompejus: *Silus appellatur naſo ſurſum verſus repando.* Vſus eſt hac voce Cicero lib. 1 Nat. Deor. cap. 29 *ecquos ſilos, flaccos, frontones, capitones?* Et Plinius lib. 11 cap. 37 *Avibus, piſcibus, ſerpentibus foramina tantum ad olfactum ſine naribus: & hinc cognomina* SIMORVM, SILORVM. Vet. Gloſſ. *Silus*, σιμός.

¶ Silunculus, i, diminutiv. krumnäſicht. Arnobius lib. 3 p. 108 *Ergo eſſe dicendum eſt quosdam capitones, ſilunculos, frontones, labeones,* &c.

SILPHIVM, i, σίλΦιον, ſuccus Cyrenaicus pretioſiſſimus, ſed qui Cyrenis Plinii & Strabonis adhuc tempore, barbarorum (ut Strabo) aut publicanorum (quemadmodum Plinius cenſuit,) culpâ defecit. ¶ 2. *Laſerpitium* a Græcis *Silphium* eſſe dictum, auctor eſt idem Plinius lib. 19 c. 3. vide *Laſerpitium.* Sic, *Silphium*, inquit Eraſmus, *inter herbas primam gloriam obtinet, cujus & folia, & fructus & caulis pretioſus ſit.* Vide proverbium *Batti ſilphium:* inprimis Yvonem Villiomarum, hoc eſt, Joſ. Scalig. in controverſos Titii locos lib. 8 cap. 12, 13 & 15, ubi & picturam ejus repræſentat.

SĬLVA, ſive Sylva, æ, ein wald, forſt. Sed quamvis multi ab ὕλη, *materia*, deducunt, tamen quod omnis antiquitas, Manutio, Lipſio, Ciacconio, Dausquejo teſtantibus, I latino ſcripſerunt; nos quoque ita ſcribendum, & huc reducendum eſſe exiſtimavimus. Vſus enim antiquitatis undiquaque conſentiens, prævalere debet conjecturæ originis. vide Voſſ. in Etymologico. Quid? Latinos veteres non *Sylvam*, ſed *Silvam* ſcripſiſſe, ex eo argui poteſt, quod in Novo Teſtamento Σιλβάνος *Silvanus*, non Συλβάνος *Sylvanus:* & apud Plutarchum in Romulo, mater Romuli non Συλβία, ſed Σιλβία, appelletur. Nomen generale eſt, ſed proprie eam arborum multitudinem ſignificans, quæ cædua eſt, ein wald, gehöltz, holtz; ut, *Viridis ſilva*, Ovid. 3 Metam. v. 324. *Excidere ſilvas*, Lucret. lib. 5 v. 1265, ausrotten, umhauen. De ſilvis manufactis, quas invenit luxuria & inter domos columnis clauſas inſtruxit, vide Torrentium, & Marcilium ad illud Horat. lib. 3 ode 10 v. 5

Audis quo ſtrepitu janua, quo nemus
Inter pulchra ſitum tecta remugiat Ventis.

¶ 2. Sed & de herbis & vitibus *Silvam* dixit Virgilius in Georg. ut lib. 1 v. 152 *ſubit aſpera ſilva*
Lappæque tribulique &c.

Et de vitibus lib. 2 Georg. v. 26

Silvarumque aliæ preſſos propaginis arcus
Exſpectant.

¶ 3. *Silvam* metaphorice dicimus etiam quamcunque congeriem, & primam quaſi materiam ex tempore collectam, ex quâ deinde, quæ volumus, ſecernimus; Quintil. lib. 1. Et Cic. de Orat. lib. 3 cap. 26 *Primum ſilva rerum ſententiarumque comparanda eſt*, id eſt, congeries. Sueton. de Illuſtr. Grammaticis cap. ult. *Reliquit non mediocrem ſilvam obſervationum antiqui ſermonis.* Sic *Medicinæ ſilvam* Plinius dixit præfat. lib. 35 copiam atque congeriem ejusmodi rerum, unde medicamenta ſeu medicinæ parari poſſint. *Silva* videlicet rudis indigeſtaque moles quædam eſt variarum rerum: Iſidor. Orig. lib. 13 cap. 3. Vnde & extemporalia & ſubito impetu effuſa carmina, & quaſi adhuc revocanda ſub limam, SILVAE appellantur. De quibus videndus Scaliger eſt lib. 3 Poëtic. cap. 99, præcipue Gevartius lib. 1 Lection. Stationat. cap. 2. Voſſ. lib. 5 Inſtit. Orat. p. 278. ¶ 4. Hodie *Silva ducis*, Hertzogenbuſch, urbs Brabantiæ.

¶ Silvŭla, æ, diminutivum, ein wäldlein. Columell. lib. 8 cap. 15 *Totus locus ſilvulis occupetur.* Sidonius carm. 9 v. 230

Pingit gemmea prata ſilvularum.

¶ Silvātĭcus, a, um, aus dem walde; ut, *Mus ſilvaticus*, eine waldmauß, Plin. lib. 30 cap. 9. Et, *Laurus ſilvatica*, Cato de Re Ruſt. cap. 8.

¶ Silveſter, & Silveſtris, e, waldicht, wild; ut, *Loci montuoſi & ſilveſtres*, Cic. de Amicit. cap. 19. *Muſa ſilveſtris*, Virg. eclog. 1 v. 2, quam agreſtem, incultam, & ruſticam exponunt: Becmannus autem hilarem & ſonoram interpretatur: quod ſilvis clarior ſonus ſit, & Echo, & pecora etiam in ſilvis paſcebantur. *Montes veſtiti atque ſilveſtres*, Cic. 2 Nat. Deor. cap. 53, mit wald bewachſen. *Silveſtriora omnia tardiora* dixit Plin. lib. 16 cap. 27. ¶ 2. bäuriſch, grob; ut, *Silveſtres homines*, Horat. Art. Poët. v. 391, i. e. rudes, inculti, impoliti, ruſtici videlicet atque agreſtes, qui & *Truculenti* appellantur: vide ſuo loco.

¶ Silvōſus, a, um, voll holtz; ut, *Saltus duo alti ſilvoſique*, Livius lib. 9 cap. 2. Et Plin. lib. 12 cap. 5 *Superiores rami emicant ſilvoſa multitudine.*

¶ Silveſco, ĕre, in ſilvam redigi & ſterilitatem, zum wald werden, verwildern. Cicer. de Senect. cap. 15 *Vitis putanda eſt, ne ſilveſcat ſarmentis.*

¶ Silvānus, i, ein wald-gott. Servius ad illud Virgilii lib. 8 Æn. v. 600

Silvano fama eſt veteres ſacraſſe Pelaſgos
Arvorum nemorumque Deo lucemque diemque, &c.

Publicæ, inquit, *ceremoniarum opinio hoc habet, pecorum & agrorum Deum eſſe Silvanum. Prudentiores tamen dicunt, eſſe eum ὑλικὸν θεὸν, h. e. Deum τῆς ὕλης. Hyle autem eſt fex omnium elementorum*, id eſt, *ignis ſordidior & aër: item aquæ & terræ ſordidiora, unde cuncta procreantur: quam Greci ὕλην, Latini* materiam *appellarunt, nec incongrue, cum materiæ ſilvarum ſint.* Quod ſi igitur Deus τῆς ὕλης eſt, idem erit cum Pane. Vet. Gloſſ. *Silvanus*, Πὰν, Θεὸς ὑλαῖος. A Pane tamen alibi diſtinguit Virgilius. Namque eum agrorum & pecorum tantum Deum agnoſcit, non univerſi, vide & ſupra *Ægipan*, & *Pan.* Sic, *Silvani monticolæ*, apud Ovid. 1 Metam. v. 193. Colebant autem veteres Silvanos tres. Vnus dicebatur *Domeſticus*, poſſeſſioni conſecratus: alter *Agreſtis*, paſtorum numen: Tertius *Orientalis*, cui in confinio lucus poſitus erat, a quo inter duo pluresve fines oriuntur. vide Feſtum in *Marſpedis*, & ibi Scaligerum. Omnis autem poſſeſſio ideo *Silvanum* colebat, *quia primus in terram lapidem finalem poſuiſſet*, ut vetus Scriptor de Limitibus apud Rigaltium p. 262 notat. ¶ 2. * *Silvani* etiam ſunt lapides, ſive perſonæ, ex quibus aqua ſalit; Cujac. Obſerv. XI, 2, p. 484. *Grævius.*

¶ Silvia, æ, Ilia fuit, Romuli & Remi mater. Ovid. 2 Faſtor. v. 383

Silvia Veſtalis cæleſtia ſemina partu
Ediderat, patruo regna tenente ſuo.

¶ Silvius, i, Æneæ filius, natus ex Lavinia, Latini filia, poſt Æneæ mortem, quamobrem & *Poſthumus* dictus fuit, a quo deinde omnes reges Albani *Silvii* cognominati ſunt. Cauſſa autem hujus nominis Silvio ipſi fuit, quod a matre in ſilva editus, & a paſtoribus educatus fuerat, quemadmodum ſcripſit Dionyſius Halicarnaſſæus.

¶ Silvĭcŏla, æ, ein wilder mann, waldmann. Propert. lib. 3 eleg. 12

Oſcula ſilvicolis empta dedere viris.

¶ Silvĭcultrix, īcis, eine waldfrau. Adjective, *Silvicultrix cerva*, Catull. carm. 64 v. 72.

¶ Silvi-

¶ Silvĭfrăgus, a, um, silvas frangens, das die bäume ausreisst. Lucret. lib. 1 v. 275 *Silvifraga flabra*, de ventis silvas vel arbores frangentibus & eruentibus.

¶ Silvĭger, a, um, waldicht, holtztragend; ut, *Silvigeri montes*, Plin. lib. 30 cap. 3.

¶ Transilvānia, æ, veteris Daciæ pars, montibus & silvis undique circumsepta, vulgo a septem urbibus, quas ibi Saxones condiderunt, Siebenbürgen. Genus sane incolarum mistum ex Saxonibus est, quos eo Carolus Magnus aut traduxit, aut rejecit. vide Cluverium, & Forstnerum ad Tacitum p. 324.

¶ Transilvāni, ōrum, incolæ, die Siebenbürger.

Siluncŭlus, quære paullo ante in *Silo*.

SĬLŪRUS, i, σίλυρος, sed ἄιλυρος apud Dioscoridem, piscis est *Rheni* & *Danubii*, cujus accolæ piscem eum vocant, ein stör, scheiden, sive a damno, quod voracitate sua infert; sive a figura vaginæ. *Silurus parvus*, qui delicatior quoque est, Viennæ appellatur, ein dinck, *adultior* vero, ein scheiden. Gesner. *Silurus*, a vibratione caudæ dictus est, a σείω & ὀυρά. vid. Plin. 5 c. 9; & 9 cap. 15; & 32 cap. 9; Apic. 9 cap. 11. Juvenal. sat. 4 v. 33

Vendere municipes facta de lege siluros.

Conf. sat. 14 v. 132. Et Ausonius in Mosella v. 135

Nunc pecus æquoreum celebrabere, magne silure, &c.

Silus, quære paullo superius in *Silo*.

SĪLȲBUM, i, σίλυβον, spina læta, folia ferens chamæleontis albi, Dioscoridi, & Plin. 22 cap. 22. Sed verum ac legitimum *Silybum* nondum nobis licuit reperire, & tam paucas ejus notas explicavit Dioscorides, ut difficile admodum illud inventu judicem; Matthiolus.

SĬMAETHUS, i, fluvius Siciliæ, Sil. lib. 14 v. 232. Hinc

¶ Simæthis, ĭdis, Nympha, de qua Ovid. Metam. 13 v. 751

Acis erat Fauno Nymphaque Simæthide cretus.

¶ Sĭmæthius, & Simæthæus, a, um, adject. ut, *Simæthia circum flumina*, Virg. Æn. 9 v. 584. Et, *Aquæ Simæthææ*, Ovid. Fast. 4 v. 470.

SĬMIA, æ, animalis genus, facie, naribus, auribus, & aliis corporis partibus perfectam hominis imitationem continens, ein affe. Vnde & Ennius, citante Cic. de Nat. D. 1 cap. 35,

Simia quam similis turpissima bestia nobis.

Poëtæ *Simius* etiam dicunt gen. mascul. vid. Horat. 1 satyr. 10 v. 18. Dicuntur autem *Simiæ* a naribus simis, h. e. depressis. Sunt generum diversorum; nam & *Satyri* & *Sphynges* inter simias censentur. vide Plinium 11 cap. 44, & Solinum Polyhist. c. 27. Ita, *Simia est simia, etiamsi aurea gestet insignia*. vide Chiliad. Apollodorus apud Stobæum: Ἐν θηρίοις καὶ πιθήκοις ὄντα, δεῖ ἔιναι πίθηκον. Id est, *inter feras & simias versantem oportet esse simiam*, wer bey wölffen ist, muss mit heulen. Et, *Simiarum pulcherrima deformis est*: Τῶν πιθήκων ἐυμορφότατος δύσμορφός ἐςι, de illis, quæ genere ipso vitiosa sunt: tribuitur Heraclito apud Platonem. De simiis regis Ægyptii sub persona saltare edoctis in theatro, & sparsis nucibus ad ingenium redeuntibus, Lucianus Piscatore p. 172. ¶ 2. *Simias* etiam dicimus quocunque modo aliorum imitatores: sic Demosthenes Æschinem, *Tragicam* dixit *simiam*, vide Chiliad. Sic M. Regulus Arulenum Rusticum *Stoicorum simiam* appellavit, quod refert & juste indignatur C. Plinius Junior lib. 1 epist. 5. Rusticus enim vir optimus & exactus philosophus fuerat, ut vel ex Tacito liquidissimum est.

¶ Simiŏlus, i, diminutivum, ein äfflein, ab eadem metaphora fecit Cicero lib. 7 fam. epist. 2 ad Marium: *Hic simiolus animi caussa me, in quem inveheretur, delegerat.*

SĬMĬLA, æ, σεμίδαλις, flos & deliciæ farinæ triticeæ, semmel, weiss semmelmehl. Martial. lib. 13 epigr. 10

Nec poteris similæ dotes numerare, nec usus.

¶ Sĭmĭlāgo, ĭnis, idem. Gloss. Vet. *Similago*, σεμίδαλις, quo verbo in Onomastico & *Simila* græce translata est. Plinius lib. 18 cap. 8 *Ægyptus similaginem conficit e tritico suo, nequaquam Italicæ parem.* Serenus Sammonicus cap. 16 de morbo faucium:

Additur excussus nivea similagine furfur.

¶ Similāgĭneus, a, um, aus weissen mehl; ut, *Panis similagineus*, weiss brod, semmel. Id quidam legunt in Senecæ epist. 119, ubi *siligineus* alii ediderunt.

SĬMĬLIS, e, gleich, gleichmässig, ähnlich, de morum, doctrinæ, ætatis, formæ, fortunæ & quarumcunque rerum imitatione & similitudine promiscue fere dicitur: Terent. in prol. Phorm. v. 32 *Ne simili utamur fortuna atque usi sumus.* Et Virg. Æn. 1 v. 136 *Simili pœna commissa luere.* Cum genitivo junctum sæpius de moribus & ingenio intelligitur: ut, *Domini similis es*, du hast deines herrn kopffs oder sinnes viel, Terent. in Eunuch. a. 3 sc. 2 v. 43. Et, *Salvus sit filius, spero, est similis majorum suorum.* Sic Cic. 12 fam. epist. 22 *Spes una est, aliquando populum Romanum majorum similem fore*, es werde denen vorfahren nachschlagen. *Similes inter se homines cum forma, tum moribus*, Idem pro Cluent. cap. 16. Dicimus & *similem in aliquem esse*: Tacitus 2 Annal. cap. 39 *Formâ haud dissimili in dominum.* Apulejus Metam. lib 10 *Insequitur puella vultu honesto in Deæ Junonis speciem similis.* Similiter *Æmulum in aliquem*, pro *alicui* dicebant. vide supra in *Æmulus*. ¶ 2. *Similis ac, atque, ut*, vide in Tursellini Particulis. Adde ex Livii lib. 6 cap. 28 *Similis pavor fugaque, ac bello Gallico fuerat*, &c. ¶ 3. *Simile veri, verisimile* & *simile vero*, der wahrheit gemäss, Cic. lib. 7 fam. epist. 2 & alibi: Et Quintil. lib. 3 cap. 8 *Quod est vero similius*: sic enim iisdem casibus comparativus & superlativus, quibus positivus, adduntur. Vellejus lib. 2 cap. penult. *Per omnia Deis, quam hominibus similior.* Cic. pro Marcell. cap. 3 *Hæc qui faciat, non ego eum cum summis viris comparo, sed simillimum Deo judico.* Virg. Georg. 2 v. 131 *Arbos simillima lauro.* Homer. Odyss. ρ v. 218

Ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον, hoc est,

Quam semper similem ducit Deus ad similem;

wie der wirth, so bescheret Gott die gäste. vide Chiliad. ¶ 4. *Simile* quantum distet a *pari*, lege apud Freinshem. ad Curt. lib. 5 c. 5 n. 7. Et, *Te similem*, exquisitum loquendi genus, quod ita absolute tuam imaginem, tuam effigiationem significat. vide Gronov. Diatrib. ad Stat. Silv. lib. 1 cap. 6 p. 33 seqq. ¶ 5. *Simile*, subst. ein gleichniss. Autor ad Herenn. 2 cap. 29 *Exornatio constat ex similibus*, &c. Item: *Simile vitiosum est, quod ex aliqua parte dissimile est.* conf. Cic. de Finib. 4 cap. 27.

¶ Sĭmĭlĭter, adverb. gleichergestalt, gleichfalls, gleicherweise. Cic. lib. 3 Nat. Deor. cap. 3 *Similiter facis, ac si me roges.* Idem 1 Philipp. cap. 4 *Neque vero illum similiter, atque ipse eram, commotum esse vidi.* Et in Offic. lib. 1 cap. 25 *Similiter facere eos, ut si nautæ inter se certarent*, &c. Cic. in 1 Agrar. cap. 4 *Simillime, atque in illa lege* &c. eben so, als wie. Ac lib. 2 Tuscul. Qu. cap. 23 *Vt onera contentis corporibus facilius feruntur; remissis, opprimunt: simillime animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum; remissione autem sic urgetur, ut se nequeat extollere.*

¶ Similitūdo, ĭnis, die gleichheit. Cic. Offic. lib. 1 cap. 17 *Nihil amabilius, nihil copulatius, quam morum similitudo bonorum.* Hinc illud: ὁμοιότης τῆς φιλίας μήτηρ, hoc est, *similitudo amicitiæ mater est.* vid. in Chiliad. Et Proverb. Ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον, *Simile gaudet simili.* Construitur cum præpositionibus *Cum* & *Inter*. Cic. 2 Tuscul. c. 23 *Sunt quædam similitudines animi cum corpore.* Et idem 13 Philippica cap. 13 *Omnes habent similitudinem inter se*, sie sind einander gleich. *Similitudine veri capi*, Livius lib. 25 cap. 16. ¶ 2. *Similitudo*, ein gleichniss. *Eludere similitudines*, Quintil. lib. 5 cap. 13.

¶ Similĭtas, ātis, idem. Vitruv. 2 cap. 9 *Nec cætera easdem habent inter se naturæ rerum similitates.* Et Cæcil. apud Nonium cap. 2 n. 827 *Vide, Demea, hominis quid fert morum similitas.*

¶ Sĭmĭlo, āre, similem facere, gleich seyn. Onomastic. *Similo*, ὁμοιόω. Martiali etiam quidam tribuunt lib. 2 epigr. 35; sed plures ibi *simulent* legunt. Ex composito tamen *Assimilare* satis elucet. Adde Marcell. Empir. cap. 8 *Pisciculus, qui equum marinum similat.*

¶ Simĭlĭgĕnus, a, um, gleicher art, gleiches herkommens. Cœl. Aurel. Acut. 2 cap. 19 *Admiscere sibi similigena.*

Composita:

¶ Absĭmĭlis, e, idem quod *dissimilis*, ungleich. Sic autem effertur, ut fere præponantur particulæ negativæ, *non, nec, neque, haud.* Sueton. in Othone cap. 1 *Non absimilis Tiberio principi.*

¶ Assimĭlis, vel Adsimilis, e, idem quod *similis* vel *prorsus similis*, allerdings gleich, ähnlich. Lucret. lib. 4 v. 316

Quin etiam quæcunque locuscula sunt speculorum
Assimili lateris flexurâ prædita nostri.

Conf. Virg. Æn. 6 v. 603; & Ovid. Pont. 2 epist. 2 v. 85. Idem Trist. 1 eleg. 5 v. 27 *Assimilem sui facere.* Cic. de Nat. D. 2 cap. 55 *assimilis spongiis mollitudo.* Sueton. Ner. cap. 1 *Æri assimilis capillus.*

¶ Assimĭlĭter, adverb. gleich also. Plaut. Bacchid. a. 4 sc. 9 v. 27 *Assimiliter mihi hodie obtigit.*

¶ Assimĭlo, āre, est comparare, vergleichen, gleich halten. Ovidius 1 Trist. eleg. 5 v. 28 *Grandia si parvis assimilare licet.* ¶ *Assimulo*, vide seorsim sub *Simulo*.

¶ Assimilātio, ōnis, die gleichheit, ähnlichkeit. Plin. 11 cap. 39 *Prodigiosa assimilatio.*

¶ Consĭmĭlis, e, gleichmässig, gantz gleich; ut, *Consimilem ludum luserat*, Terent. in Eunuch. a. 3 sc. 5 v. 38. Et, *necesse est, Clitipho, consilia consequi consimilia*, Idem in Heaut. a. 1 sc. 2 v. 36. ¶ 2. Cum genitivo: *Cujus mos maxime est consimilis vestrûm*, Terent. Heaut. a. 2 sc. 4 v. 13. ¶ 3. Cum dativo: *Id cum studuisti, isti formæ mores ut consimiles forent*, ibidem a. 2 sc. 4 v. 2.

¶ Consimilĭter, adverb. eben also. Lege 6 § 8 Dig. de Excusat. ex Commodi constitutione. Et Arnobius lib. 1 p. 20 *Non consimiliter aliis licitum esse nolitis.* Et lib. 2 p. 52 *Nos spiritum consimiliter ducimus.*

¶ Dissĭmĭlis, e, *simili* contrarium, ungleich, unterschiedlich. Terent. in prolog. Andr. v. 11 *Non ita dissimili sunt argumento, sed tamen dissimili oratione sunt facta ac stylo.* ¶ 2. Cum genitivo: Cic. 4 Verr. cap. 20 *Fuit tum tui dissimilis.* Idem Philippica 2 cap. 24 *Saturavit* [Antonius] *se sanguine dissimillimorum sui civium.* Et pro Cluent. c. 16 *Dissimillimi suorum.* ¶ 3. Cum dativo: *Suo generi dissimilis*, Seneca in Phœniss. v. 81. Et, *Fide patri dissimillimus*, Vellej. 2, 73, 1. ¶ 4. Cum *Inter*: Cic. de Clar. Orat. cap. 83 *Sunt inter se dissimiles.*

¶ Dissimilĭter, adverb. idem; ut, *Dissimiliter judicatæ res*, Auctor ad Herennium lib. 2 cap. 13.

¶ Dissimilitūdo, ĭnis, die ungleichheit. Cic. 1 Offic. cap. 30 extr. *Innumerabiles dissimilitudines sunt naturæ morumque, minime tamen vituperandorum*, es finden sich viel ungleichheiten. *Varietas dissimilitudoque*, Idem 2 de Divinat. cap. 46. Et, *Habere dissimilitudinem ab aliqua re*, Idem de Oratore lib. 1 cap. 59.

¶ Indissĭmĭlis, e, nicht ungleich. Varr. de L. L. 8 cap. 29 *Formæ vocum indissimiles.*

¶ Persĭmĭlis, e, sehr gleich, ähnlich. Qu. Cic. de petit. consul. c. 7 *In dissimili genere persimilis.*

¶ Subsĭmĭlis, e, aliquantulum similis, etwas gleich. Celsus lib. 5 cap. 26 n. 11 *melli albo subsimilis.* Et Vlpian. lege 1 § 5 D. Si cui plus quam &c. *Hodie tamen subsimile aliquid fit in fideicommissis.*

Simiolus, vide paullo ante *Simia*.

SĬMĬTU, adverb. antiquum pro *Simul*, zugleich. Plautus sæpe usus est, v. g. Trinum. a. 2. sc. 1 pr. *Multas res simitu in meo corde verso.* Et Truc. a. 1 sc. 2 v. 6 *Vt simitu adveniunt.* Adde Menæch. a. 5 sc. 1 v. 45; & Merc. a. 1 sc. 2 v. 8; & Lucilium apud Nonium c. 2 n. 814.

Simo, āre, vide paullo inferius *Simus*.

SĬMŎIS, Simoëntis, Σιμόεις, fluvius ad Trojam ex Ida monte defluens. Virg. 6 Æn. v. 88 *Non Simois tibi, nec Xanthus, nec Dorica castra Defuerint.* conf. lib. 5 Æn. v. 634.

¶ Simoïsius, i, Σιμοείσιος, vir Trojanus, Anthemides, quod ad Simoëntis undas esset natus, apud Homerum Iliad. δ v. 488.

SĬMON, ōnis, Σίμων. *Simones* plures fuerunt, Ebræi, Græci & Latini. Antiquissimus Atheniensis fuit philosophus, Socratis discipulus, qui scripsit Dialogos 24. ¶ 2. *Simon* alius Magnesius fuit musicus, scripsit Simodiam. ¶ 3. *Simon*, vel *Simeon* potius, metaphrastes, Constanti-

ſtantinopolitanus ludimagiſter fuit, qui Sanctorum vitas ſcripſit. ¶ 4. *Simon Petrus* apoſtolus, notus ex ſacris litteris. Adde Juvenc. 1 v. 452; & 4 v. 585; & Sedul. 3 v. 451, ubi i producitur & o corripitur. ¶ 5. De *Simone Mago* conſulantur Euſebius, item & Epiphanius, & Arator 1 v. 630.

¶ Simonia, æ, ab hoc Simone Mago dicta eſt, Simonei, quæ eſt venditio & emtio rei ſpiritualis, ut ſi quis conetur gratiam, fidem, miracula, virtutes Spiritûs Sancti, quibus ornatur eccleſia, mercari, quod Simon conabatur, Actor. c. 8. Latine *muneralis ambitus*.

SĪMŌNĬDES, is, Σιμωνίδης, poëta Ceus fuit, quemadmodum inter poëtas eum retulit Quintilian. lib. 11 cap. 10. Inventor primus artis fuit memorandi, Cicerone teſte in Orat. 2 cap. 86; & de Fin. 2 cap. 32; & Quintiliano lib. 11 cap. 2. Inventor item litterarum duplicium, ξ, ψ, ϑ, Euſtathio teſte. Simonidi Plutarchus tribuit, quod adeo commendat, ut ſemper in promptu habendum cenſuerit, ὅτι λελάληκα μὲν πολλάκι μετενόησα, σιωπήσας δὲ ὐδέποτε, *Dixiſſe me ſæpe numero pœnituit, tacuiſſe nunquam.* Simonides in convivio a Pauſania rogatus, ut diceret aliquid ſapienter, reſpondit: ὦ Παυσανία, μέμνησο ἄνθρωπος ὤν, id eſt, *O Pauſania, memineris te hominem eſſe.* Sed quam commonefactionem parvi tum faciens, graviſſimam vero fuiſſe intellexit, cum mortem calamitoſiſſimam ob oculos cerneret, ac ter magnâ exclamaret voce: ὦ ξένε Κεῖε, μέγα τι ἄρα χρῆμα ἦν ὁ λόγος σοῦ; hoc eſt, *O Cee hoſpes, magnum quiddam in tuo ſermone inerat*, Ælian. lib. 9 cap. 41. vide *Pauſanias*. Auſonius Profeſſor. 13 *Concedat Cei Muſa Simonidei*, pro *Simonidis*, ut *Vlyſſei* pro *Vlyſſis*, apud Horatium. De excellenti ejus memoriâ Cic. 1 Tuſcul. cap. 24. De avaritia ejus Ælianus lib. 8 Variæ Hiſt. cap. 2. Quo nomine eum & Pindarus Iſthmior. od. 2, quod primus Muſam ἐργάτιν, i. e. *Mercenariam* effecerit, perſtringit, ut Scholiaſtæ notarunt. Adde ſingularia quædam, quæ de Simonĭde commemorat Phædrus lib. 4 fab. 21 & 24.

¶ Simonidæus, a, um, adject. Catull. carm. 39 v. 8 *Mæſtius lacrymis Simonideis*.

Simplaris, ſimplarius, vide poſt *Simplus* in ſequenti *Simplex*.

SIMPLEX, plĭcis, quod unum, neque ex aliis conflatum aut miſtum eſt, & ita *duplici* opponitur, einfach; dicitur quaſi *ſine plica*. Terent. prolog. Heaut. v. 6 *Duplex quæ ex argumento facta eſt ſimplici.* Sic *ſimplices cibos* Tacitus de Germania cap. 23, & Plinius lib. 40 cap. 53 dixerunt, unde apparatus & condimentorum ars atque varietas abeſt. *Deum* quoque *ſimplicem* & *ſimpliciſſimam mentem* vocamus, quia unus, neque compoſitus eſt. Prudentius in Romano v. 324

Natura ſimplex pollet unius Dei.

Seneca lib. 2 de Benefic. cap. 28 pr. *Quanto eſt ſimplicius, beneficium acceptum augere*, id eſt, ſincerius, extollere accepta, quam iis invidia detrahere. *Verba* etiam *ſimplicia* Suetonius Tiberio cap. 61 dixit, ſine figura, ſine colore, ſive ingenue magis, quam male animo prolata. ¶ 2. Ad hominem quando refertur, apertum ſincerumque, in quo nihil fallaciæ ac doli ineſt, ſignificat, cui *fictus* & *vaſer*, & quem aliquando *duplicem* Latini vocant, opponitur, einfältig, ſchlecht, aufrichtig. Cujusmodi animis cum pueri ſint, idcirco *ſimplices annos* pro pueritiâ Martialis dixit lib. 10 epigr. 20. Ciceroni quoque *ſimplex homo*, candidus & ſincerus eſt: cujusmodi alio loco *antiquos homines* vocat: quemadmodum & Græci ἀρχαίυς pro ἁπλοῖς, ſive ſimplicibus ponunt, einer von der alten welt, redlich und ohne falſch. Vet. Gloſſ. *ſimplex*, ἁπλῦς, ἀφελής. Cicer. 11 fam. epiſt. 28 extr. *Trebatius tuum erga me animum ſimplicem atque amicum aperuit*, dein ehrliches gemüthe. Idem de Finib. lib. 2 cap. 14 *Omnia vera diligimus, id eſt, fidelia, ſimplicia, conſtantia: tum vana, falſa, fallentia odimus.* ¶ 3. Aliquando tamen *Simplices* pro *ſtultis* ponuntur, & opponuntur *ſapientibus*, cum ſimplicitas ſcilicet modum non ſervat, & a ſtupore mentis, vel imperitia eſt. Cicer. in Oratore cap. 69 *O virum ſimplicem, qui nos nihil celat! Sapientem, qui ſerviendum neceſſitati putet.* Victorinus ſeu Victor Junior de Vetranio Magiſtro militum: *Fuit*, inquit, *prope ad ſtultitiam ſimpliciſſimus*, ein allzu einfältiger mann. Seneca lib. 2 de Ira cap. 16 extr. notat, *ſtultis, luxurioſis, nepotibusque, & omnibus vitiis parum callidis*, imponi hoc nomen. Martial. 8 epigr. 80 *Et pugnet virtus ſimpliciore manu.*

¶ Simplĭcĭter, adverb. ſchlecht, für ſich hin, einfältig; ut, *Amice & ſimpliciter reprehendere*, Plin. lib. 5 epiſt. 3. Idem præcedente epiſtola: *Recipies ergo epiſtolas ſteriles & ſimpliciter ingratas.* Seneca paullo ante citato loco: *Multum intereſt, ſimpliciter vivas, an negligenter.* Curtius lib. 7 cap. 2 n. 36 *Simpliciter ad neceſſarios ſuos quisque ſcripſerat, ut ſentiebat.* Idem ibidem paullo ante: *Tu Amynta, ignoſce fratri tuo: erit hoc ſimpliciter etiam mihi reconciliati animi tui pignus*; SIMPLICITER, i. e. vere. Tacitus German. cap. 5 n. 6 *Interiores* [Germani] *ſimplicius & antiquius permutatione mercium utuntur*, aufrichtig, ohne trug. Idem lib. 1 Hiſt. cap. 15 n. 7 *Ego ac tu ſimpliciſſime inter nos hodie loquimur*, vertraulich. ¶ *Simpliaitus* pro *ſimplicius* refert Nonius cap. 2 n. 825 ex Plaut. Merc. a. 2 ſc. 2 v. 15; ſed lectio hodie alia apparet. Vſitatius comparativo fit *Simplicius*, apud Quintil. 1 cap. 3; Gell. 4 cap. 19; Curt. 8 cap. 14 n. 46.

¶ Simplĭcĭtas, ātis, ipſe ille habitus animi ſimplicis atque ſinceri, die einfalt, aufrichtigkeit. Eſt itaque & appellatur *ſimplicitas*, quæ ingenue, candide, libere ac liberaliter agit & loquitur omnia, a malignitate, fucis, adulationibus atque fallaciis aliena, nec inſidioſa aliis, & ſui ſecura. Ita *ſimplicitatem jocantium*, Seneca 3 de Benef. cap. 26; *Simplicitatem convivalium fabularum*, Tacitus 6 Annal. c. 5; & *Simplicitatem convictûs*, Plin. lib. 6 epiſt. 31 dixit, ubi & Buchnerum licebit videre. Idem Plinius lib. 3 epiſt. extr. *Supereſt alterutrâ ex parte judicium tuum: in quo mihi æque jucunda erit ſimplicitas diſſentientis, quam comprobantis auctoritas.* SIMPLICITAS DISSENTIENTIS, i. e. libertas, qua quis ſine tergiverſatione utitur. Alia vero *Simplicitas* ex naturali quâdam bonitate generoſaque ac prolixa indole naſcitur, & fortibus atque magnanimis viris præcipue ineſt; quod in Achille Homerus, in ejus filio Sophocles oſtendit: unde & Ovidius de Fabiis lib. 2 Faſtor. v. 225

Quo ruitis, generoſa domus? male creditur hoſti:
Simplex nobilitas, perfida tela cave.

Alia vero a tarditate animi ingeniique infelicitate eſt. Multi enim dolis ac fraudibus & omni fuco atque fallacia abſtinent, non quia deteſtantur & improbant, ſed quod ingenio deſtituuntur ad comminiſcenda talia. Quæ imbecillitas, licet vecordia potius inertiaque appellanda ſit, fit populariter tamen, ut aliquando nominetur *Simplicitas*; unde *ſimplices* etiam pro *ſtultis* accipiuntur & opponuntur *ſapientibus*, de quo ſupra aliquid monebamus. Eatenus itaque laudanda *Simplicitas*, quatenus modum & cautionem adhibet: quam *veram ſimplicitatem* Martialis lib. 1 epigr. 39; & *prudentem ſimplicitatem*, lib. 10 epigr. 47 appellavit. Bene Tacitus de Vitellio lib. 3 Hiſtor. extr. *Inerat tamen ſimplicitas & liberalitas: quæ, niſi adſit modus, in exitium vertuntur.* Talem *Simplicitatem* Trajano ſuo tribuit Plinius Panegyr. cap. 4. Nam cum eam *gravitati* nihil obfuiſſe ſcribit, eam ſignificat, quæ & provida fuerit, & modum ſervarit. Vellejus Paterculus lib. 2 cap. 43 *Vir in tantum bonus, in quantum humana ſimplicitas intelligi poteſt.* Idem cap. 25 ejusdem libri: *Dolabella vir ſimplicitatis generoſiſſimæ.* Plinius Panegyr. cap. 54 *In curiam non ad certamen adulationum, ſed ad uſum munusque juſtitiæ conveniemus, hanc ſimplicitati tuæ veritatique gratiam relaturi, ut te, quæ vis, velle; quæ non vis, nolle credamus.* Lege de hac ſimplicitate, & quomodo ea habenda, ut ne contemptum afferat, Senecam de Tranquillit. animi cap. 15 p. 332.

¶ Simplĭco, are, ſimplum facere, einfach machen. Pallad. 2 tit. 16 *Lapis ſubter vel teſta ponenda eſt, ut radicem non ſimplicet, ſed repercuſſa reſpergat.* vid. Barth. Adverſar. 38 cap. 4.

¶ Simplus, a, um, cui opponitur *duplus*, einfach. Plaut. in Moſtell. a. 2 ſc. 2 v. 73 *Sceleſtæ hæ ſunt ædes, ſimpla eſt habitatio.* Livius lib. 29 cap. 15 *ſimplum imperare*, quod duplicato militum numero, aut vectigalium opponitur. Adde Prudent. Hymno 14 v. 878.

¶ Simplārius, a, um, vel Simplāris, e, idem. Ita *Simplariæ venditiones* ſunt, pro quibus neceſſe venditor non habet de dupla emptori repromittere, apud Vlpianum l. 48 § ult. ff. de ædil. edict. Ita *Simplaris armatura*, apud Vegetium, quæ *ſimplam* accipiebat annonam, die einfachen ſold bekommen. *Duplaris* eſt contrarium; vide lib. 2 de Re Milit. cap. 7.

¶ Simplūdiārius, a, um, quaſi *ſimpliludiarius*, dabey man nur etwas ſpielet; ut, *Simpludiaria funera*, apud Feſtum, quibus ludi tantum adhibebantur; ut ita *funeribus indictivis* opponantur, quibus, teſte Feſto, non ludi modo, ſed etiam deſultores adhibiti. vid. Kirchman. de Funer. Rom. 1 cap. 4 p. 31 & 37; & Scalig. Auſon. Lect. 1 cap. 28 pag. 81.

¶ Perſimplex, ĭcis, gar ſchlecht. Tacit. 15 Ann. cap. 45 n. 5 *Perſimplici victu & agreſtibus pomis, ac ſi ſitis admonerat, profluente aqua, vitam tolerat.*

Simpludiarius, ſimplus, vide in antecedente *Simplex*.

SIMPŬLO, & contracte Simplo, ōnis, conviva, ein gaſt. Fulgent. de Serm. priſco n. 49 ex Sutrio: *Summates viri ſimplones facti ſunt ganei.*

¶ Simpŭlātor, vel Simplātor, ōris, amicus ſponſi ibidem dicitur, qui cum eo per convivia ambulat.

¶ Simpŭlātrix, īcis, mulier rebus divinis dedita, ut Feſtus ait in *Simpulum*.

¶ Simpŭlum, i, quod & *ſimpullum*, & *ſimpuvium*, ut Bayſius vult, appellatur, ſignificat vas parvum, diciturque a *ſumendo*, hoc eſt, bibendo, ut Varro cenſet de L. L. 4 cap. 26. Hinc & Feſto eſt *vas parvum non diſſimile cyatho, quo vinum in ſacrificiis libabatur*, ein opffer-gefäß. At vero Scaligero in Conjectaneis Syriacum eſt a *Sephel*, *ſimpul* &c. Sic, *Fluctus in ſimpulo excitare*, pro πομφολυγῦν, proverbialiter dixit Cicero lib. 3 de Legibus cap. 16. vide Chiliadas. *Fictilibus ſimpulis prolibari*, Plin. lib. 35 cap. 12. *Simpulo & catino fictili ſacrificare*, Apulej. Apolog. conf. Parei Lex. Crit. p. 1157. Hinc

¶ Simpŭlārius, a, um, i. e. eſculentus & poculentus. Sic *Simpularias res* veteres dixerunt minutas & nullius pretii. vid. Chiliad.

SIMPŬVIUM, i, vas ſacrificiis aptum, in quo pontifices libare (ita legendum,) ſolebant. *Simpuvium* autem, quia omnes ſacerdotes ſimul bibebant. Inde *Simpuviatrix* illa dicitur, quæ porrigit poculum ipſum, ut ſcribit Vetus Scholiaſt. ad illud Juvenal. ſat. 6 v. 342 *Simpuvium ridere Numæ.* *Buo* a βύω, pro *bibo* dicebant antiqui, unde *vinibua anus*, hoc eſt, *vinibiba* apud Plautum: inde & *imbuo* eſt. *Simpuvium* igitur pro *ſimbuvium*, a ſimul bibendo, ut Scholiaſtes notat. Nam Sabini, quorum hæc vox, P pro B efferebant. Nonius cap. 15 n. 12 *Simpuvium* dicit *eſſe vas ligneum*, & Varroni eſſe *modum matulæ*, &c.

SĬMUL, adverb. pro quo veteres & *Simitu* dixere, quod vide in ſuo loco, zugleich. Terent. in Eunuch. a. 2 ſc. 2 v. 10 *Simul conſilium cum re amiſiſti.* Cicer. 3 Tuſcul. cap. 18 *Simul animus cum re concidit.* Et Plaut. in Mercat. prologo ineunte: *Duas res ſimul nunc agere decretum eſt mihi*, zwey dinge auf einmahl zu thun. ¶ 2. *Simul* etiam interdum geminatur, & vim habet copulæ, ut apud Quintil. lib. 1 c. 1, qua quidem dictione ſignificantur duo ſimul uno & eodem tempore fieri. Virgil. lib. 2 Æneid. v. 220

Ille ſimul manibus tendit divellere nodos:
Clamores ſimul horrendos ad ſidera tollit.

Et Cæſ. B. Gall. 4 cap. 13 *Venerunt ſimul ſui purgandi cauſſa*, &c. *ſimul, ut, ſi quid poſſent, de induciis fallendo impetrarent.* ¶ 3. *Simul ac*, idem eſt quod *Quamprimum* vel *Poſtquam*. Cic. in Verr. 3 cap. 10 *Simul ac tetigit provinciam, ſtatim ad Meſſanam litteras dedit*, ſo bald er die provintz erreichet, &c. Virg. lib. 4 Æn. v. 90

Quam ſimul ac tali perſenſit peſte teneri.

Et *Simul ac primum* pro *quamprimum* Suetonius dixit Cæſare cap. 30. ¶ 4. Sed & abſolute *Simul* pro *ſimul ac*, vel *ſimul atque* ponitur. Ovid. Metam. lib. 6 v. 511

At ſimul impoſita eſt pictæ philomela carinæ.

Horat. lib. 4 od. 7 v. 9

ver proteris æstas:
Interitura, simul
Pomifer auctumnus fruges effuderit.

Idem lib. 1 ode 4 v. 17 *Quo simul mearis*, &c. Et Livius lib. 6 cap. 1 *Q. Fabio, simul primum magistratu abiit, ab C. Mario dies dicta est.* ¶ 5. *Simul tecum, nobiscum*, &c. Nam & sic Cicero loquitur lib. 16 fam. ep. 9 *Eodem tempore simul nobiscum in oppidum introiit Terentia.* ¶ 6. *Simul* per Græcismum casum præpositionis *Cum* regit, ut ὁμῶ. Silius lib. 5 v. 418 *avulsa est protinus hosti*
Ore simul cervix; id est, cum ore simul.

Tacitus ita sæpe locutus est: ut Annali 3 cap. 64 *quindecimviri septemviris simul.* Et lib. 4 cap. 55 *Tralliani Laodicenis & Magnetibus simul transmissi.* Vide Freinshemii Indicem, & conf. Heins. ad Ovid. Amor. lib. 1 eleg. 4 v. 1, & Gronov. ad Stat. Silv. 5 p. 373. ¶ 7. Geminatur etiam *Simul*. Tacitus Annal. 1 cap. 49 *Simul vescentes dies, simul quietos nox habuerat.* Ellipsis copulæ. Et in Agricola c. 25 *Cum simul terra, simul mari bellum impelleretur.*

¶ Insimul, pro *simul*. Statius lib. 1 Silv. ult. v. 36
Et gentes alis insimul togatas.
Et Florus lib. 2 cap. ult. *Tota insimul regna veniebant.*

Simulacrum, simulatio, simulax, &c. vide sequens *Simulo.*

SĬMŬLO, avi, atum, are, imitari est & referre. Horat. lib. 2 epist. 1 v. 240
duceret æra
Fortis Alexandri vultum simulantia.
Idem de A. P. epist. ad Pison. v. 20 *fortasse cupressum*
Scis simulare,
id est, pingendo exprimere. Imp. Lege 12 Cod. Theod. de Paganorum sacrificiis & templis: *Ridiculo exemplo metuens, quæ ipse simulaverit*, id est, finxerit in Dei imaginem seu simulacrum. Nam *simulacrum* a *simulo* est. ¶ 2. Deinde est fingere, caussam interponere, ac pro vero falsum vel ostendere, vel tradere, ut Donatus exponit, sich stellen, verstellen, fürgeben. *Simulantur* enim falsa, vel ea, quæ non sunt. Terentius in Heaut. a. 4 sc. 1 v. 23 *Non simulare mortem verbis, re ipsa spem vitæ dare.* Servius ad illud Virg. lib. 1 Æn. v. 520
Dissimulant, & nube cavâ speculantur amicti:
DISSIMVLAMVS, inquit, *nota*: SIMVLAMVS *ignota*. DISSIMVLAMVS *quod sumus*: SIMVLAMVS *quod non sumus*. Cic. de Amicit. cap. 26 *Litigare se simulans blanditur.* Sic, *Simulare amicitiam*, Cæsar 1 B. Gall. cap. 44, sich zum schein als einen freund aufführen. Cic. in Off. lib. 1 cap. 30 *Solon, quo reipub. prodesset, furere se simulavit.*

¶ Simŭlans, tis, falsch fürgebend. Nepos 4, 2, 2 *Hos remisit, simulans, ex vinculis effugisse.* conf. 9, 5, 3; & 23, 9, 3. Hinc *Simulantior*. Ovid. 2 Amor. eleg. 6 v. 23
Non fuit in terris vocum simulantior ales.
Sed MSS. optimi *simulatior*, vel potius *simulacior* habent, quasi a *Simulax*, de quo cum Heinsio post *Simulacrum* dicemus.

¶ Simulanter, adverb. ficte, zum schein. Apulej. Met. lib. 8 p. 205 *quoad simulanter revicta Charite suscipit.*

¶ Simulātus, a, um, fictus, passive, scheinbar, verstellt. Cicero de Offic. lib. 2 cap. 12 *Ficta omnia celeriter tamquam flosculi decidunt, nec simulatum quicquam potest esse diuturnum.* Sic, *Simulata amicitia*, Nepos 10, 3, 1; & 14, 11, 5, falsch, erdichtet. *Simulata laudatio*, Idem 17, 6, 3. *Simulata verba*, Virg. Æn. 1 v. 710. *Simulata nescius artis*, Lucān. 4 v. 744.

¶ Simulate, adverb. non ex animo, fälschlich, ohne ernst; ut, *Sive ex animo id fit, sive simulate*, Cicer. 2 Nat. Deor. extr.

¶ Sĭmŭlātio, ōnis, schein, gleißnerey. Terent. in Heaut. a. 4 sc. 5 v. 34 *Non mea est simulatio*, ich kan ein ding nicht anders reden, denn ich es meyne. *Mea*, id est, boni & sapientis, qualis sibi videbatur Chremes, cujus hic sermo est. Cic. post red. ad Quirit. cap. 9 *Per simulationem amicitiæ me prodiderunt*, da sie sich stellen, als wären sie meine freunde. Idem ad Attic. lib. 7 epist. 1 *Quam non est facilis virtus, quam vero difficilis ejus diuturna simulatio?* Et, *Ex omni vita simulatio dissimulatioque tollenda est*, Cic. de Offic. lib. 3 cap. 15. *Nominis simulatione Alexandri*, unter dem nahmen, Nepos 18, 7, 2. *Simulatione contra eos, animo pro iis stetit*, Vellej. 2, 48, 4.

¶ Simulātor, ōris, ein gleißner; ut, *Messalam tui studiosum esse arbitror; Pompejum etiam simulatorem puto*, Cic. 1 ad Qu. fratr. epist. 3 extr.

¶ Simulatrix, īcis, eine heuchlerin. Statius Theb. 4 v. 551
Colchus & Ææo simulatrix litore Circe.
Vbi *simulatrix* pro venefica ponitur. Ita Scaliger ad Cirin Virgilii interpretatur: vide tamen Barth. ad lib. 4 Theb. Statii p. 1152.

¶ Simulātĭlis, e, fictus, non verus, scheinbarlich. Fortunat. 2 de Mart.
Nec stat imagineis simulatilis umbra figuris.

¶ Sĭmŭlāmen, ĭnis, simulacrum, imago, ein bildniß. Ovid. 10 Met. v. 726
repetitaque mortis imago
Annua plangoris peraget simulamina nostri.
Et Ausonius in Mosella v. 228
Ipsa suo gaudet simulamine nautica pubes.

¶ Sĭmŭlāmentum, i, eine falsche stellung. Gell. 15 cap. 22 in titulo: *de commentitiis simulamentis.*

¶ Sĭmŭlācrum, i, imago, statua, das bild, bildniß. Vet. Gloss. *Simulacrum*, ἐπεικόνισμα, εἴδωλον, ζώανον. Servius ad illud Virgilii Æn. 2 v. 772 *Infelix simulacrum atque ipsius umbra Creusæ*:
SIMVLACRA, inquit, *Deorum sunt*, VMBRAE *inferorum*: ANIMAE, *quæ cælum petant.* In lib. 4 Æn. vero ad illud v. 654
Et nunc magna mei sub terras ibit imago:
Valde, inquit, *quæritur apud Philosophos, quid illud sit, quod inferos petat. Nam tribus constamus*: ANIMA, *quæ superna est, & originem suam petit*, CORPORE, *quod in terra deficit*, VMBRA, *quam Lucretius sic definivit*, spoliatus lumine aër. *Ergo* VMBRA, *si ex corpore creatur, sine dubio perit cum eo, nec est quicquam reliquum de homine, quod inferos petat. Sed deprehenderunt esse quoddam simulacrum, quod ad nostri corporis effigiem fictum inferos petit: & est species corporea, quæ non potest tangi, sicut ventus.* Eadem mente ad illud Virg. Æn. 10 v. 819
vita per auras
Concessit mæsta ad manes:
VITA, *id est, anima. Et abusive dictum est. Nam ad inferos simulacrum pergit, non anima.* Ergo *simulacrum* est, quod videtur esse aliquid, non est, & imaginem quamdam exhibet, non rem. Ita ludicras pugnas Virgilius & Lucretius *simulacra belli* vocant, ein spiegelfechten. Claudianus de 4 Consul. Honorii v. 538 *Simulacra Martia*; & *Bellicam imaginem* Suetonius dixit Claudio c. 21 extr. Ita Livius, *Simulacrum navalis pugnæ edere*, lib. 29 cap. 22 dixit. *Simulacrum mortis* apud Stat. lib. 8 Theb. v. 341 funus imaginarium notat. Quicquid denique fictum & simulatum, veroque oppositum est, *simulacrum* dicitur. Tacitus 1 Annal. cap. 76 *Silente Tiberio, qui ea simulacra libertatis senatui præbebat.* Gellius lib. 7 cap. 5 de Polo histrione: *Opplevit omnia, non simulacris & imitamentis, sed luctu ac lamentis veris & spirantibus.* Nepos 17, 4, 7 *Simulacra deorum*, götzenbilder. Et Cic. 5 fam. epist. 12 *Corporis simulacra ignotis nota faciebant.* ¶ Ad sacrum usum adhibuit Lactantius lib. 6 cap. 10 pr. *Homo*, dicens, *Dei simulacrum est.*

¶ Sĭmŭlax, ācis, simulans, vel simulationis amans. Clariss. Heinsius hoc vocabulum ad Ovidii 2 Amor. eleg. 6 v. 23 ex MSS. tuetur, & pluribus exemplis ejusdem formæ, ut Sanax, Vigilax, Crepax, Fumax, Currax, Curax, Tagax &c. ut notiora taceamus, illustrat. Verba poëtæ ex tanti viri emendatione sunt:
Non fuit in terris vocum simulacior ales.
Vulgo *simulantior* editum. Adde paullo ante in *Simulans.*

¶ Sĭmultas, ātis, odium latens, auctore Vallâ, ein heimlicher groll, haß oder feindschafft. Inimicitiæ enim ipso facto se declarant; simultates partim obscuræ sunt, partim apertæ. Cic. pro Lege Manil. extrem. *Multas simultates partim obscuras, partim apertas suscepi*, ich habe allerhand widerwillen auf mich geladen. Sic, *In simultate cum aliquo esse*, Nepos in Attico c. 17 n. 1. *Simultates cum aliquo gerere*, Quintil. lib. 4 cap. 1. Et, *Huic simultas cum Curione intercedebat*, Cæsar lib. 2 Bell. Civ. cap. 25, er lebete mit ihm in feindschafft. A *simulando*, ut quidam volunt, dicta est, quia, qui simultates exercent, inter se *simulata* loquuntur. Juvenal. sat. 15 v. 33
Inter finitimos vetus atque antiqua simultas.

Composita:

¶ Adsĭmŭlo, vel Assĭmŭlo, are, idem quod *Simulare*, nisi quod aliquantulum sonantius est, sich anstellen, für etwas sich ausgeben. Terentius in Andria a. 1 sc. 1 v. 141 *Nunc tuum est officium, has bene ut adsimules nuptias.* In Eunuch. a. 3 sc. 7 v. 8 *Adibo atque assimulabo, quasi nunc exeam.* Et in Phorm. a. 1 sc. 2 v. 78 *Paternum amicum me assimulabo virginis.* Ovid. 14 Metam. v. 661 *Assimulavit anum.* Et Silius lib. 7 v. 136 *fictosque timores Adsimulat.*

¶ Assĭmŭlātus, a, um, erdichtet, falsch; ut, *Species virtutis assimulatæ*, Cic. pro Cœl. cap. 6. *Familiaritas assimulata*, Idem pro Cluent. cap. 13.

¶ Assĭmŭlātio, ōnis, die scheinbare anstellung. Auctor ad Herenn. 4 cap. 37 *Assimulatio sua sponte ad animum auditoris se accommodat.*

¶ Dissĭmŭlo, are, est illa, quæ sunt, non aperte prodere, sich verstellen, sich eines dings nicht mercken lassen. Plaut. in Milit. a. 4 sc. 2 v. 2 *Dissimulabo, hos quasi non videam*, ich wil thun, als sähe ich sie nicht. Et in Pœnuli prolog. v. 112 *Omnes linguas scit, sed dissimulat sciens se scire.* Liv. lib. 1 cap 9 *Dissimulare ægritudinem animi*, die bekümmerniß verschweigen, verbergen, bemänteln. Plancus ad senat. lib. 13 Cic. fam. epist. 8 *Nunquam diffitebor, multa me & simulasse invitum, & dissimulasse cum dolore.* Friderici Imperatoris, patris Maximiliani, symbolum: *Qui nescit dissimulare, nescit imperare.* Quid *simulare* & *dissimulare* differant, vide supra in *Simulo.*

¶ Dissĭmŭlanter, adverb. heimlich, unmercklich, verholener weise. Cicer. 1 fam. epist. 5 extr. *non dissimulanter irati.* Idem de Clar Orat. c. 79 *Non aperte, sed varie dissimulanterque concludere.* Adde Livium lib. 40 cap. 23.

¶ Dissĭmŭlantia, æ, die verstellung, verbergung. Cic. 2 de Orat. cap. 67 *In hac ironia dissimulantiaque.*

¶ Dissĭmŭlātus, a, um, verstellt, verdeckt, vertuscht; ut, *Amor dissimulatus & celatus*, Terent. Andr. a. 1 sc. 1 v. 13. *Pietas dissimulata*, Ovid. Fast. 4 v. 850. Sed quodammodo deponentialiter sonat lib. 1 de Arte am. v. 690 de Achille:
Veste virum longa dissimulatus erat.

¶ Dissĭmŭlātim, adverb. verstellter weise. Quintil. lib. 10 cap. 1 *Sæpe præparat dissimulatim insidias orator.*

¶ Dissĭmŭlātio, ōnis, die bemäntelung, verheelung. Cicer. 2 de Oratore cap. 67 *Dissimulatio urbana.*

¶ Dissĭmŭlātor, ōris. Sallust. in Catil. cap. 5 *Cujuslibet rei simulator ac dissimulator.* Martialis lib. 4 epigr. 89
Decipias alios verbis vultuque benigno:
Nam mihi jam notus dissimulator eris.

¶ Dissĭmŭlāmentum, i, idem quod *Dissimulatio*. Apulej. in Floridis lib. 1 p. 341 *Dissimulamenti gratia.*

¶ Dissĭmŭlābĭlis, e, das sich verbergen oder vertuschen läßt. Hinc

¶ Indissĭmŭlābĭlis, e, unverberglich. Gellius lib. 10 cap. 22 sub finem: *Cum quadam indissimulabili veritate disseruit.*

¶ Insĭmŭlo, are, idem interdum quod *Simulare*, sich stellen; ut, *Insimulant homines, fraudandi caussa discessisse*, sie geben vor, sie erdichten, &c. Cicer. in Verr. 4 cap. 24. ¶ 2. Est crimen in aliquem conjicere, einen beschuldigen: Terent. Heaut. a. 1 sc. 2 v. 30 *Sed quod illum insimulant, durum id non est.* Et Phorm. a. 2 sc. 3 v. 12 *Si herum insimulabis avaritiæ, male audies*; In istis *insimulare*, accusare est, einem etwas schuld geben. Sic, *Insimulare flagitii*, Cic. 10 ad Att. epist. penult. &, *proditionis*, Cæsar 7 B. Gall. cap. 20, in quibus *crimine* subauditur, quemadmodum Livius lib. 6 cap. 16 *Insimulare crimine*, dixit. Et, *Insimulare quem aliquid*, Plautus dixit Amphitr. a. 2 sc. 2 v. 188 & 229.

¶ Insimulātus, a, um, accusatus, verklagt, beschuldiget. Cic. Vert. 5 cap. 7 *Villicus impulsu tuo insimulatus.*

¶ Insimulātio, ōnis, die beschuldigung, schuldgebung. Cic. Verr. 5 cap. 9

Insimulatio est repentina, capitalis atque invidiosi criminis. Idem pro Fontejo cap. 13 *In falsam atque iniquam probrorum insimulationem vocari.*

¶ Insĭmŭlātor, ōris, accusator, ein beschuldiger. Pacatus Panegyr. Theodos. cap. 43 *Te purgare eodem teste, quo insimulatore voluisses.* Apulejus Apolog. p. 293 *piscium insimulator*, id est, magiæ, quæ ex piscibus est, accusator.

¶ Obsimulātus, a, um, vertuscht. Ammianus libro 28 extremo: *Obsimulatis documentis probabilibus*, quod verbum, si corruptum non est, Valesio videtur per *oppositis* explicandum.

Simultas, vide paullo ante in *Simulo*.

SĪMVS, a, um, adjectivum, breitnäsicht. Martial. lib. 6 epigr. 39 *Simâ nare, turgidis labris.* Virg. eclog. 10 v. 7

Dum teneræ attondent simæ virgulta capellæ.

Simi dicuntur, qui naribus sunt depressis, vide *Silenus*, & *Silo*, & *Simia*. Et, *Simus*, joculare convicium in avaros, de quo Casaubonus ad illud Suetonii in Galba cap. 13 *Venit io simus a villa.*

¶ Sīmŭlus, a, um, mit eingebogenem näßlein. Martial. 5 epigr. 63

Simulus iste quis est, qui uxori semper adhæret?

Virg. Moret. v. 3 *Simulus exigui cultor cum rusticus agri.*

¶ Sīmo, āre, i. e. deprimere, einbiegen, eindrücken. Lucil. apud Nonium cap. 2 n. 771 *Simavit taxim ad nares, delphinus ut olim.* Sic emendat Turnebus Advers. 15 cap. 4, cum legatur *sunavit*. Hinc

¶ Simātus, a, um, depressus, eingedruckt. Sulp. Lupercus Servastus eleg. de Cupiditate v. 37

Simatæque jacent pando sinuamine nares.

¶ Resīmus, a, um, krummgebogen; sæpe apud Columell. Varr. & Plin. legitur: ut, *Naribus resimis patulisque*, Colum. lib. 6 cap. 1; & *Labris resimis superioribus*, Varr. 2 Rei Rust. cap. 9. *Rostrum resimum*, ein schnabel, der über sich gebogen, Plin. lib. 8 cap. 25.

¶ Subsīmus, a, um, aliquantulum simus, ein wenig krumm-näsicht. Varro lib. 2 de R. R. cap. 5 *Pecudes compressis malis, subsimisve.*

Sin, vide supra *Si*.

SĪNA, æ, & Sinai, mons est Arabiæ Petrææ, in quo legem suâ voce Deus promulgavit. ¶ 2. *Sina*, urbs sive locus Phrygiæ, a marmore celebratus, qui & *Sinas*, *Synas*, vel *Synnas ădis*, vel *Synada*; de quo Statius 1 Silv. 5 v. 77, & 2 Silv. 2 v. 87; Martial. 9 epigr. 37; Claudian. in Eutrop. 2 v. 273; Sidon. carm. 5 v. 37; Prudent. in Symmach. 2 v. 247. ¶ 3. *Sinarum* regio ultra Indiam extra Gangem, quæ vulgo *China*, de qua supra in suo elemento. Hinc

¶ Siniscus, a, um, adject. vulgo *Chinensis*, Sinesisch.

Sinanche, vide infra *Synanche*.

SĪNĀPI, is, neutr. νάπυ græce, quasi νάψυ, id est, *acre*, ut Suidas interpretatur, & σίνηπι, senff. Plinius sub finem lib. 19 *Sunt acres sinapis sapores.* Eod. libro cap. 8 sect. 40 *Sinapis acrimonia.* ¶ 2. *Sinapis*, genere fœminino, Plaut. in Pseud. a. 3 sc. 2 v. 28 *Teritur sinapis scelerata.* Et Colum. lib. 10 v. 122

Seque lacessenti fletum factura sinapis.

¶ 3. *Sinape*, gen. neutro, Columell. lib. 11 cap. 3 *Sinape atque coriandrum, nec minus eruca & ocimum, ita uti sata sunt, suâ sede immota permanent.*

¶ Sinapīzo, āre, ex sinapi componere. Veget. 2 cap. 6 *Diligenter sinapizare.*

SINCĒRVS, a, um, latinum vocabulum, & latino *I* scribendum, non *Syncerus*, quia, ut ex Donato mox accipiemus, est quasi *sine cera.* Valla pugnat pro *Y*, quod ex σὺν, compositionis parte, haberet; quem Vossius tam rationibus, quam antiquis monumentis in Etymologico confutat. Significat integrum, incorruptum, verum, non fucatum, rein, lauter, rechtschaffen, aufrichtig, gantz, ungefälscht. Donatus in Terent. Eunuch. a. 1 sc. 2 v. 97 SINCERVM, *purum, sine fuco & simplex, ut mel sine cera.* Sic, *Porci sinceri*, apud Plaut. Menæchm. a. 2 sc. 2 v. 16, id est, puri, die rein und nicht finnicht seyn. Horatius lib. 1 epist. 2 v. 55

Sincerum est nisi vas, quodcunque infundis, acescit.

Seneca epist. 108 *Ex amphora primum, quod est sincerissimum, effluit, gravissimum quodque turbidumque subsidit.* Et Gellius lib. 18 cap. 10 *sinceriore corpusculo factum* ait, qui incipit ex morbo convalescere. ¶ 2. Deinde ad varias etiam incorporeas res transfertur. Sic *versus simplicior & sincerior*, apud eumdem Gellium lib. 13 cap. 26. Ita Ovidius 7 Metam. v. 453

usque adeo nulla est sincera voluptas,

Sollicitumque aliquid lætis intervenit &c.

keine freud ohne leid. Sic, *Prudens sincerumque judicium*, Cicero in Orator. cap. 8. Idem pro Quintio cap. 1 *Nihil est sanctum atque sincerum in civitate.* Et, *Sincera fide agere*, Livius libro 29 cap. 4, treulich, auf guten glauben handeln. Symmachus lib. 4 epist. 56 *Sincerissima fide dixerim.*

¶ Sincēre, adverb. lauterlich, aufrichtig; ut, *Sincere loqui*, Cicer. ad Attic. lib. 3 epist. 15. *Temperate, prudenter & sincere agere*, Idem ad eumdem lib. 9 epist. 10. Et Gellius lib. 7 c. 3 extremo: *Nos sincerius exploratiusque vel corrigere poterit, vel probare.* Et Augustinus epist. 3 *sincerissime diligere.*

¶ Sincērĭter, idem. Gellius 13 c. 16 *Sinceriter cupere.*

¶ Sincērĭtas, ātis, die lauterkeit, reinigkeit. Plinius 31 cap. 7 sub fin. *Salinarum sinceritas.* Columell. lib. 4 cap. 26 *sinceritatem habere* dixit, hoc est, integritatem, puritatem, rein und lauter seyn.

¶ Exsincērātus, a, um, unscheinbar, verunreiniget; ut, *Tergum exsinceratum*, i. e. impuratum & cruentatum verberibus, Plaut. Mostell. a. 4 sc. 1 v. 11.

¶ Insincērus, a, um, unrein, garstig, falsch; ut, *Insincerus cruor*, Virgil. 4 Georg. v. 285. *Insincera* [oculorum] *acies*, Prudentius Hamartig. v. 4. *Protagoras insincerus philosophus*, Gellius lib. 5 cap. 3, id est, fallax, captiosus.

Sinciput, vide supra *Caput*.

SINDON, ŏnis, linteum subtilissimum, ein kleid oder tuch von subtiler leinwad. Vet. Gloss. σινδὼν, *Tunica lintea.* Eratque ea interior, quæ nudo corpori induebatur, ut constat ex Marci cap. 20 v. 51. Martial. lib. 4 epigr. 19

Nec sic in Tyria Sindone tutus eris.

SĬNE, præpositio, absque, ἄνευ, χωρὶς, ohne. Virg. Æneid. 1 v. 279

Imperium sine fine dedi.

Ita, *Sine cortice nabis*, id est, reges ipse tuos mores citra custodem, Horat 1 sat. 4 v. 120. vide *Cortex*. Et, *Sine omni* dubio, *sine omni* necessitate, &c. comicorum sunt locutiones; at Ciceronis & æqualium, *sine ullo* dolore, *sine ullo* sensu, *sine ulla* dubitatione, *sine ullo* detrimento, *sine ullo* morbo, *sine ullo* tecto &c. quæ omnia Cic. & Nepotis exempla sunt. vid. Vorstius cap. 9 de merito susp. Latin. ¶ Et formula illa, *sine illo esset*, pro *nisi ille esset*, prorsus repudianda est.

Singillarius, singularis, singulatim, &c. vide paullo post in *Singulus*.

SINGVLTVS, ûs, distentio spiritus & interruptio in fletu, der schlucken, das schnupffen im weinen; a *Singulus*, quia singulatim ac per aliquod intervallum continuatur; Perotto videtur esse a *gula*. Sic, *Flens cum singultu*, Cicero pro Planc. cap. 31. *Singultus ciere*, Catullus carm 65 v. 131. Et, *Assiduis singultibus ilia quatiens, mihi etiam lacrymas excussit*, Apulej. Met. lib. 4 p. 153, quod ex Virg. Æn. 9 v. 416 desumtum videtur, *longis singultibus ilia pulsat.* Ovidius lib. 1 Trist. eleg. 3 v. 42

Singultu medios præpediente sonos.

¶ Singultio, īre, schlucken, gluchsen: unde participium *singultiens* apud Plinium legitur lib. 23 cap. 1 sect. 24. Vet. Gloss. *Singultio*, λύζω. Et Colum. 8 cap. 12 de pullis: *Sequitur grex velut matrem gallinam singultientem.*

¶ Singulto, āre, frequentativum, idem. Eædem Glossæ: *Singulto*, λύζω, ἀποβλύζω. Vnde participium *Singultans*. Virg. Æneid. 9 v. 333

Tum caput ipsi aufert domino, truncumque relinquit

Sanguine singultantem;

id est, cum motu & singultu quasi palpitantem. Ita, *Verba singultantia*, id est, interrupta & inæqualia, apud Statium lib. 5 Silv. 5 v. 26, & *Ora singultantia*, Thebaid. 8 v. 753. ¶ 2. Sed transitive est, cum singultu emittere. Idem Statius libro 5 Thebaid. v. 260

trepidas in limine vitæ

Singultant animas. Hinc

¶ Singultātus, a, um, cum singultu editus, schluckicht. Ovid. 3 Trist. eleg. 5 v. 16 *Et singultatis oscula mista sonis.*

¶ Singultim, adverbium, idem. Horat. lib. 1 satyr. 6 v. 56

Vt veni coram singultim pauca locutus;

id est, verbis interruptis, mit verbrochenen und kaum halben worten für schnupffen. Isidorus in Glossis: *Singultim qui loquitur, quasi per guttur.* Emacula: *Singultim loquitur, quasi per gutti os*, hoc est, qualem sonum facit aqua ex gutturnio ebulliens per angustum os. Apul. lib. 2 Miles. p. 126 *lamentabiles questus singultim instrepebat.*

SINGŬLVS, a, um, unusquisque per se & ab aliis separatus, eintzeln, ieder oder iedes für sich. Ita *Singulum vestigium*, in singulari dixit Plautus Cistellariâ a. 4 sc. 2 v. 29. Livius lib. 42 cap. 1 *Binæ (provinciæ) singulo decretæ.* Augustinus lib. 1 de Doctrina Christiana cap. 5 *Ita Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, & singulus quisque horum Deus, & simul omnes unus Deus, & singulus quisque horum plena substantia*, &c. Idem Serm. 186, sive secundo in Feria secunda Pentecostes, cap. 3 *singulus quisque homo.* Et Gellius 18 cap. 13 *Nummo singulo multabatur.* conf. Nonius cap. 2 n. 787. ¶ Frequentius effertur pluraliter *singuli, singulæ, singula*, alle und iede: Cic. de Orat. lib. 3 cap. 55 *Refert, qui audiant, an frequentes, an pauci, an singuli.* Sic, *In singulos annos: singulis diebus ac noctibus:* Cic. ad Attic. lib. 5 epist. 7 *Quotidie, vel potius in dies singulos breviores litteras ad te mitto*, kürtzere brieffe von tage zu tage. Idem in Catil. 1 cap. 2 *Crescit in dies singulos hostium numerus.* Ovidius de Remed. am. v. 420

Et quæ non prosunt singula, multa juvant.

Sed & *singulos* de uno dicimus. Suetonius Augusto cap. 37 *Exegit etiam, ut, quoties consulatus sibi daretur, binos pro singulis collegas haberet.* Pro SINGVLIS, id est, uno. ¶ 2. *Singuli* dicuntur, qui secesserunt, & secum uni morantur, ac sibi vivunt, procul negotiis & turbis, einsam. Seneca de otio sapientis cap. 27 *Proderit tamen primo in seipsum secedere, meliores erimus singuli.* Et præfat. lib. 4 Qu. Nat. *quod est miserrimum, nunquam sumus singuli*, id est, soli, & nobis unis dediti.

¶ Singŭlāris, e, singulus, vel unus, einig, allein, eintzeln. Vet. Gloss. *Singulare*, ἑνικόν. Ita *Singularis potentia* monarchia est Nepoti in Dione cap. 9. *Singulare certamen*, Eutropius lib. 2 cap. 2, i. e. solius cum solo, ein duell. Vet. Gloss. *Singularis*, μονομάχος, ἀπρόκοπος. Sic, *Singularis rerum conditor*, de Deo, Lactantius lib. 5 cap. 5 princ. Idem ejusdem libri cap. 14 *Qui justitiam veram defendere, Deoque singulari servire cœpissent.* Et, *Singularem oculum Cyclopis*, Cassiodorus dixit lib. 7 epist. 5. Victor Vticensis lib. 1 de Persecut. Vandalica: *Venit ad locum, ubi maritus singularis orabat*; SINGVLARIS, id est, solus & separatus. Similiter *locum singularem* pro solitario dixit Suetonius Augusto cap. 72. ¶ 2. Postea *Singulare* idem est, quod vel peculiare, vel excellens, vel eximium, sonderbar; ut, *Singularis & eximia virtus Pompeji*, Cicero pro Lege Manil. cap. 1. Et, *Quo facilius de singulari ejus impudentia existimare possitis*, in Verr. 4 cap. 7. Et, *Omitto Aristotelem meo judicio in philosophia prope singularem*, Idem in Acad. lib. 4 cap. 43. ¶ 3. Recentioribus Latinorum *Singularis* dicitur, qui morosæ superbiæ est, & minime communis: quemadmodum & nos dicimus, er ist gar singular. Petrus Chrysologus elegans auctor Serm. 136 *Habet hoc Adelphi antistitis sanctus animus & plena pietate dignatio, ut dives pauperis intret hospitium, pauperis se ponat ad mensam, ut humilibus se faciat communem, quem divitiæ, potestas, honor fecit & reddidit singularem.*

¶ Singŭlārĭter, adverb. sonderlich, besonders; ut, *Quem ego in prætura mea singulariter dilexi*, Cic. in Verr. 4 cap. 47. Grammatico sensu Quintilianus lib. 9 cap. 3 p. 675 *De pluribus singulariter: Patriis acer Romanus in armis.*

¶ Singŭlārĭtas, ātis, die eintzelne beschaffenheit. Tertullian. advers. Gnostic.

Gnostic. cap. 10 *Salva & proprietate generis, & singularitate.* Et Salvianus lib. 2 contra Avar. p. 70 *Unius eum tunicæ singularitate multasset.*

¶ Singulārius, a, um, sonderbar; ut, *singulariæ catenæ*, Plaut. Captiv. a. 1 sc. 2 v. 3. *Homo singulariæ velocitatis*, Gellius 9 cap. 4. *Litteræ singulariæ*, Idem 17 cap. 9 pr. Ex Turpilio vide Nonium cap. 8 n. 60.

¶ Singillārius, a, um, idem; ut, *Singillario motu*, Tertull. de Anima cap. 6. *Singillario extrinsecus ductu*, Idem advers. Valent. cap. 18.

¶ Singŭlātim, & Sigillātim, vel Singillatim, adverb. insonderheit. Cælius Antipater apud Nonium cap. 2 n. 820 *Sigillatim gratias agere*, hoc est, unicuique separatim. Et Lucil. ibidem: *Singillatim nostrûm unusquisque movetur.* Cic. Verr. 3 cap. 42 *In quo non singillatim aratores eversis bonis omnibus sunt.* Et, *Singulatim unicuique respondere*, Cic. Divin. in Verr. cap. 15 extr. Et Terent. Phorm. a. 5 sc. ult. v. 42 *Quid ego nunc commemorem, sigillatim qualis in istum fuerim?* was ich ihm vortheils vor andern gethan habe? Cicero in Verr. 5 cap. 55 *Sigillatim potius, quam generatim loqui.* Et ita etiam Suetonius Tiberio cap. 61. [illegible]

¶ Singulātor, ōris, ἱππεὺς κέλης, ut in Vet. Gloss. est, ein einspenniger.

Sinis, vide supra *Scinis.*

SĬNISTER, a, um, linck; ut, *Latus sinistrum*, Virg. Æn. 10 v. 160, die lincke seite. *Cornu sinistrum*, Livius lib. 3 cap. 70, der lincke flügel. Varro apud Festum: *Sinistra meliora auspicia quam dextera esse existimantur*, die zeichen zur lincken hand. Plautus Epid. a. 2 sc. 2 princ. *Liquido exeo foras auspicio: avi sinistrâ.* Et Cic. 2 de Divinat. cap. 75 *Fulmen sinistrum, auspicium optimum habemus & omnes res. Habemus* dicit, id est, nos Romani. Nam apud Romanos *sinistra* meliora habebantur; apud Græcos & Barbaros *dextra*, ut Idem significat ejusdem libri cap. 36 & cap. 39. Quamquam iidem in universum, quæ bona erant, *sinistra* dixerint, etiamsi *dextra* essent, ut ibidem monet. Et vero eadem erant, quæ *dextra* Græcis, & quæ Romanis *sinistra* erant. Græci cum de cælo servarent in septemtriones conversi, ortum a dextra, a sinistra occasum habebant. Jam cum felicius omen præbere, quæ oriuntur, videantur, quam quæ occidunt; idcirco *dextra auspicia* meliora Græcis habebantur. Romani in meridiem, ubi sedem Deorum credebant, obversi, ortum a sinistra, ad dextram habebant occasum: eoque sinistra ipsis meliora habebantur, quamvis ab eadem mundi parte venirent, unde Græcorum dextra veniebant. vide Dionys. Halicarnass. lib. 2 c. 5. Servius ad illud Virgilii lib. 2 Æn. *Intonuit lævum:* SINISTRUM, inquit, *prosperum, quia cæleste est:* SINISTRUM *autem a Sinendo, quantum ad auguria pertinet: quod nos agere aliquid sinat. Unde alibi:* Si quem Numina læva sinunt. *Sinistras autem septemtrionales esse, augurum disciplina consentit* &c. vide Gellium lib. 5 cap. 12, & Barth. ad lib. 3 Thebaid. Statii p. 807 seq. ¶ 2. *Sinistra* etiam stulta, prava, perversa dicuntur, verkehrt. Ita Catullus carm. 29 v. 16 *Sinistram liberalitatem:* & *Sinistram diligentiam* Plinius dixit lib. 7 epist. 28. Ac Tacitus 5 Histor. cap. 5 *Cætera instituta sinistra fœdâ pravitate valuerunt: Sinistra*, id est, ἐναντία, hoc est, adversa atque contraria aliarum gentium institutis. Vet. Gloss. *Sinister*, εὐώνυμος, ἐπαρίστερος, ἐναντίος. Et, *Sinistri sermones*, pravi, maligni, malevoli, Plinius lib. 1 epist 9. vide & supra *Lævus*, item *Scævus.* ¶ Compar. *Sinisterior:* Celsus lib. 4 cap. 1 *Cor in pectore sub sinisteriore mamma situm.* Varro etiam *sinisteriorem partem*, sicut *dexteriorem*, dixit lib. 2 de R. R. cap. 5. Et Ovidius 2 Metam. v. 139 *Neve sinisterior pressam rota ducat ad aram.*
Priscianus lib. 3 sub init. *sinistrior* contracte scribit: & paullo post p. 605 superlativum *sinistimus* format, cui *dextimus* opponitur.

¶ Sinistra, æ, subst. manus læva; ut, *A sinistra*, zur lincken hand, Cic. de Divin. 1 cap. 39. *Adspice nunc ad sinistram*, auf die lincke seite, Plaut. Merc. a. 5 sc. 2 v. 39. Et cum epitheto, *infirma sinistra:* Ovidius 3 Fast. v. 869

Dicitur infirmâ cornu tenuisse sinistrâ Fæmina.

Idem lib. 13 Metam. v. 111 *Nec clypeus* &c.

Conveniet timidæ nataque ad furta sinistræ.

Natam ad furta sinistram dixit, quod eâ potissimum Lavernæ mystæ, sive fures, uterentur. Nam dum se dextrâ aliud agere simulant, lævâ subducunt, quod præsto est: unde & Plautus *Lævam furtificam* in Persâ dixit a. 2 sc. 2 v. 44. Et Catull. epigr. 12 v. 1

Marrucine Asini, manu sinistrâ
Non belle uteris in joco atque vino,
Tollis lintea negligentiorum.

Huc refer & illud Martial. 12 epigr. 29

Tu licet observes dextram teneatque sinistram,
Inveniet, mappam qua ratione trahat.

vid. Barth. Advers. 46 cap. 20; & Alciat. Parerg. 11 cap. 7. ¶ 2. *Sinistra* absolute etiam inter adverbia posuit Cicero Acad. 4 cap. 40 *Supra, infra, dextra, sinistra, ante, post.*

¶ Sinistre, adverbium, unrecht, übel. Horat. Art. Poët. v. 452 *Derisum, exceptumque sinistre.* Tacit. Hist. 1, 7, 3 *Cædes sinistre accepta.*

¶ Sinistĕrĭtas, ātis, die ungeschicklichkeit. Plinius lib. 9 epist. 5 *Plerique dum verentur, ne gratiæ potentium nimium impertiri videantur, sinisteritatis atque etiam malignitatis famam consequuntur.* SINISTERITAS est, quæ Græcis similiter σκαιότης vocatur: Sophocles σκαιοσύνην dixit, quæ est vivendi imperitia, sive ἀγροικία, seu rusticitas, ex quo & σκαιὸς τοὺς τρόπους Græcis appellatur, homo scævis & molestis moribus, der sich in niemand schicken kan, und also iederman verdrüßlich ist. vide Buchnerum ad Plinium. *Sinisteritati* opponitur *dexteritas*, quæ est vivendi agendique peritia, quæ amorem conciliat. Hanc Tarquinio Prisco tribuit Liv. lib. 1 cap. 34, cum ait; *Notitiamque eam brevi apud regem liberaliter dextreque obeundo officia in familiaris amicitiæ adduxerat jura.* Dextre obit officia, qui perite atque prudenter obit, sedulo cavens, ne qua impingat aut offendat.

¶ Sinistĭmus, a, um, antique pro *sinistro*; ut, *Sinistimum auspicium*, cum aves a sinistra conspiciuntur, quod dextro felicius habebatur, apud Festum. Prisciano *Sinistimus* superlativus est.

¶ Sinistus, i; *Sacerdos apud Burgundios omnium maximus vocatur Sinistus: & est perpetuus, obnoxius discriminibus nullis ut reges*, Ammian. 28 c. 5.

¶ Sinistrorsum, adverb. sinistram versus, auf die lincke hand. Horat. 2 sat. 3 v. 50 *Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit.*
Idem epod. 9 v. 20 *Puppes sinistrorsum citæ.*

¶ Sinistroversus, idem, unde illud contractum est. Lactantius lib. 3 cap. 6 *Omnes, qui se in alteram partem inclinaverunt, aut dextro aut sinistroversus ceciderunt.*

SĬNO, sivi, situm, sinĕre, permittere est, lassen, zulassen, gestatten; ut, *Sine te hoc exorem*, Terent. Andr. a. 5 sc. 3 v. 50, laß mich doch diß von dir erbitten. *Sine nunc meo me vivere interea modo*, Ibidem a. 1 sc. 1 v. 126. Et Cicero Catil. 1 cap. 5 *Non feram, non patiar, non sinam.* Idem Philipp. 11 cap. 13 *qui ne penetrare sivissent.* Et ad Quint. fratr. lib. 2 epist. 6 sub fin. *Cato concionatus est, comitia haberi non siturum.* Virg. Georg. 4 v. 6 *Si quem Numina læva sinunt.* Cum dativo habet Juvencus 2 v. 24 *Et sine defunctis defunctos condere terræ.*
Et passive, Cic. pro Sextio c. 44 *Accusare eum per senatûs auctoritatem non est situs*, es ist ihm nicht zugelassen worden.

¶ Situs, a, um, id est, positus, gelegen, cum derivatis & compositis, quamquam a *Sino* deduci possit, vide infra suo loco. Sed

¶ Assitus, Dissitus, & reliqua, quæ convenientiam habent cum participio *Situs*, vide supra in *Sero, sevi*, ejusque compositis.

¶ Dēsĭno, ivi & ii, ĕre, cessare ab aliqua re cum tempore iteranda, intermittere rem, ablassen, aufhören, bey seite legen. Terent. in Phorm. a. 2 sc. 3 v. 72 *Haud desinam, donec perfecero hoc.* Idem in Heaut. a. 5 sc. 1 v. 6 *Jam desine deos, uxor, gratulando obtundere.* Idem eâdem fab. a. 2 sc. 3 v. 64 *Mulier telam desinit* (ut in Bembino codice legitur,) id est, intermittit. ¶ 2. Aliquando *Desinere*, est ita omittere aliquid, ut nunquam repetamus amplius. Cicer. lib 7 fam epist. 1 *Quod si tam facilem populum haberem, quam Æsopus habuit, libenter me hercule artem desinerem:* id est, abstinerem ab exercenda amplius arte. Gellius lib. 15 c. 16 de Milone: *Cum jam natu grandis artem athleticam desisset.* Et Suetonius Tiberio c. 36 *Expulit & mathematicos; sed deprecantibus, ac se artem desituros promittentibus, veniam dedit.* Utrumque autem dicitur, *desinere aliquid*, & *ab aliquo:* Horatius & cum genitivo junxit lib. 2 ode 9 v. 17

desine mollium
Tandem querelarum.

Quæ ratio græca est in verbis finiendi. ¶ 3. *Desinere* etiam est occidere, interire. Plin. lib. 2 epist. 10 *Fragilia & caduca non minus, quam ipsi homines occidunt, desinuntque.* ¶ 4. *Desinere in aliquid*, latine eleganter dicitur, & germanice, auf etwas auslauffen, sich endigen. Horat. epist. ad Pisones de Arte Poët. v. 3

turpiter atrum
Desinat in piscem mulier formosa superne.

Plin. de unionibus lib. 9 c. 36 *Et procerioribus sua gratia est. Elenchos appellant fastigatâ longitudine alabastrorum figurâ in pleniorem orbem desinentes.* Idem lib. 37 c. 9 de amethysto gemma: *Caussam nominis afferunt, quod usque ad vini colorem accedens, priusquam eum degustet, in violam desinat.* Gell. 2 c. 12 *Non ad augendam, sed ad desinendam seditionem*, i. e. terminandam, finiendam. ¶ 5. Impersonaliter Ovid. 1 de Art. am. v. 411 *Tunc bene desinitur.* Et Cic. de Finib. 2 c. 13 *Recte jam pridem contra eos desitum est disputari.*

¶ Desitus, a, um, aufgehöret, unterlassen, geendiget. Gellius lib. 15 c. 17 *Omnium tum Atheniensium disciplina tibiis canendi desita est.* Ibid. c. 31 *Oppugnatione desita.* Idem lib. 11 c. 12 *Nova autem* (verba) *videri dico etiam ea, quæ sunt insitata & desita, tametsi sint vetusta.* Varro lib. 1 de R. R. c. 33 *Desitis sermonibus.* Sueton. Augusto c. 37 *Censores creari desitos longo intervallo creavit.* Et Cic. in Bruto c. 32 *Veteres orationes a plerisque legi sunt desitæ.*

¶ Desitūdo, inis, die unterlassung. Sulpit. Severus præfatione de vita Martini: *Etsi quid ex his studiis olim fortasse libassem, totum id desitudine tanti temporis perdidissem.*

¶ Desino, āre, pro *desinere*, apud Festum, ut Scaliger legit.

¶ Desinātio, ōnis, die ablassung. Senec. epist. 117 *Hac desinatione misericordiam captans.* Alii *Detestatione*, vel *Destinatione.*

¶ Indesĭnenter, adverb. semper, unaufhörlich. Vegetius lib. 1 cap. 26 *Dispositos ordines indesinenter observare.* Addi possunt quæ Cellarius Curis poster. p. 216 de hac voce ex Cypriano, Hieronymo, Orosio attulit. Hujus enim mediæ ætatis est. Varronis exemplum ex lib. 2 de R. R. cap. 9 extr. mendosum videtur P. Victorio, Scioppio, Borrichio, &c.

¶ Resĭno, ĕre, Cicero etiam dixit lib. 3 ad Qu. fratr. epist. 3 *Fundum audio te hunc velle resinere*, wiederum überlassen.

SĬNON, ōnis, Σίνων, veterator & proditor in exercitu Græcorum. Virg. 2 Æn. v. 79 *Nec, si miserum fortuna Sinonem*
Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget.
Σίνεσθαι, nocere Græcis est.

SĬNŌPE, es, Σινώπη, urbs Ponti, Diogenis patria, gymnasio quondam clarissima, Val. Flacc. 5 v. 109.

¶ Sinōpeus, tribus syllabis, Σινωπεὺς. Ovid. 1 de Ponto epist. 3 v 67 de Diogene: *Non doluit patriâ Cynicus procul esse Sinopeus.*

¶ Sinōpis, idis, color nativus seu rubrica in Ponto primum reperta, röteltein, Plin. 35 c. 6.

¶ Sinopĭcus, a, um, adject. ut, *Sinopica rubrica*, Vitruvius 7 c. 2. conf. Cels. 6 c. 6.

SĬNŬESSA, æ, Σινόεσσα, civitas mediterranea Campaniæ. Livius lib. 10 c. 21 *In saltu Vestino, Falernum contingente agrum, Sinope dicitur græca urbs fuisse, Sinuessa deinde a Romanis colonis appellata.* Horat. 1 satyr. 5 v. 40 *Plotius & Varius Sinuessæ Virgiliusque*
Occurrunt, animæ, quales nec candidiores
Terra tulit, &c.

Silius *tepentem Sinuessam* dixit lib. 8 v. 529 propter thermas, de quibus Plin. & Lips. ad Taciti lib. 1 Histor. p. 474.

¶ Sinuessānus, a, um, adject. Horat. lib. 1 epist. 5 v. 5

Yyy yyy 2 *Inter*

Inter Minturnas, Sinuessanumque Petrinum.

SĬNUS, ûs, qui est intra pectoris brachiorumque complexum, der schooß, busen, Valla lib. 4 cap. 37. Vide *Gremium*, quod a sinu tamen differt, & Borrich. Cogit. p. 237. Sic, *In tuum ipsius sinum inspice*, siehe dich an, und nicht mich; vide Chiliad. Et Seneca lib. 3 de Ira: *Quicquid in aliquo reprehenditur, id unusquisque in sinu suo habet.* ¶ 2. *De vel e sinu alicujus esse*, eines guter freund seyn; Et, *De complexu ejus ac sinu*, h. e. intima familiaritate, Cicer. 2 in Catil. cap. 10. ¶ 3. *Mihi, crede, in sinu est*, h. e. in potestate, Cic. ad Qu. fratr. lib. 2 epist. 13. Et, *In sinu urbis sunt hostes*, mitten in der stadt, Sallust. Catil. c. 52. Ita, *In sinu gaudere*, i. e. secreto, eine heimliche freude bey sich selbst haben. vide Chiliad. Tibullus lib. 4 eleg. 13

Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu.

Et Propertius lib. 2 eleg. 25 *In tacito cohibe gaudia clausa sinu.*

¶ 4. *Sinus togæ* erat certa compositio togæ in alterum humerum ita rejectæ, ut sinum faceret, inque eo occultari atque gestari etiam aliquid posset, unde in metu periculi *prætentari sinûs* ab illis soliti, qui sibi timebant, der schweiff des kleides. Cujus rei cum alibi, tum apud Sueton. Augusto cap. 27 & 35 exempla habemus. Horat. lib. 2 sat. 3 v. 171 *postquam te talos, Aule, nucesque*

Ferre sinu laxo donare & ludere vidi.

Ipsam rem ex monumentis antiquis subjecit oculis Philippus Rubenius lib. 1 Elector. cap. 17. De condendis in sinu pecuniis vide Passeratium ad Propert. lib. 2 eleg. 16. ¶ 5. Hinc omnes latebras & receptacula tegendis iis, quæ volumus occultata per fraudem, *Sinûs* dixerunt. Tacit. 2 Histor. cap. 92 extr. *Quamquam id omni modo servilia ingenia corrumpebant abditis pecuniis per occultos aut ambitiosos sinûs.* Vide ibi Lips. & Pichenam ad vitam Agricolæ n. 60, itemque Buchner. ad Prudent. Hymn. de Natali Christi v. 28, ubi plura habes de significatione & usu hujus vocabuli. ¶ 6. *Sinûs* etiam littora curva dicuntur, mare quasi amplectentia, die krümme des meers, der meerbusen, die bay. Virg. lib. 1 Æn. v. 161

Inque sinûs scindit sese unda reductos.

Et Lucanus 5 v. 620 *Monstriferos agit unda sinûs.*

Sinûs reductos apud Virgil. allegato loco *littoris secessûs* Servius interpretatur ad lib. 2 Æn. v. 23. Et alibi secessum *Sinum secretum* exponit. Ita *beatos Campaniæ sinûs* Tacitus dixit 3 Histor. c. 66. ¶ 7. *Sinus velorum* est concavitas illa, quum a ventis inflantur, das gebausche der segel; ut, *Sinus implere secundos*, Virg. Æn. 3 v. 455. *Obliquat sinus in ventum*, Idem 5 v. 16. *Crepantes sinus carbasei*, Idem 11 v. 775. *Utere velis: Totos pande sinus*, Juvenal. sat. 1 v. 49. ¶ 8. *Sinûs* oculorum anguli sunt, ex quibus lacrymæ erumpunt, die augenwinckel. Ovid. Heroid. epist. 8 Hermiones v. 62

Perque sinum lacrymæ fluminis instar eunt.

¶ Sĭnuōsus, a, um, krumm gebogen, gefalten, bauschicht; ut, *Vestis sinuosa*, ein kleid von falten oder geren, i. e. laxa. *Mare sinuosum*, i. e. sinûs sive curvationes faciens, so seinen strom in die krümme umher zeucht. *Sinuosa draconum membra*, i. e. nodosa, vel quæ facile curvantur & complicantur, Claudian. 1 de Raptu Pros. v. 179. Et, *Sinuosum pectus*, apud Pers. sat. 5 v. 27 intimum est, & quod sinum vel secessum veluti facit.

¶ Sinuōse, adverb. umschweiffisch; unde *sinuosius*, comparativus, apud Gell. lib. 12 cap. 5 *Dicam ego indoctius, ut ajunt, & apertius; quæ fuisse dicturum puto sinuosius atque solertius*, ubi *apertum* & *sinuosum* opponuntur.

¶ Sĭnuo, avi, atum, are, in sinus flectere, krümmen, beugen; ut, *Sinuare arcum*, Ovid. 8 Metam. v. 30, den bogen spannen. Virg. 2 Æn. v. 208 de dracone: *sinuatque immensa volumine terga.*

¶ Sinuātus, a, um, gebogen, gekrümmt; ut, *Luna sinuata in orbem*, Plin. lib. 2 cap. 9. Et Ovid. Met. 14 v. 51 *Gurges curvos sinuatus in arcus.*

¶ Sinuātio, ōnis, die krümmung. Fulgent. 1 Mythol. *Corniculata lunæ sinuatio.*

¶ Sĭnuāmĕn, ĭnis, idem. Prudent. Psych. v. 873 *sinuamine subter*

Subductus conchæ in speciem;

Id est, sinuosus instar conchæ. Et Paulus Petrocor. lib. 2 de vita Martini v. 95 *Hinc Liger inflexis parvo sinuamine ripis* &c.

Et Juvencus de Elisabeth, matre Johannis:

Felicem gestans uteri sinuamine fœtum.

Composita:

¶ Exsĭnuo, are, expandere, ausbreiten. Ausonius in Rosis sive Eidyll. 14 v. 29 *collectos illa exsinuabat amictus.*

Et Prudent. Hippolyto v. 222 *Qui laterum seriem jugiter exsinuent.*

¶ Exsinuātus, a, um, ausgespannt, ausgedehnet. Paulinus Nolanus epist. 49 n. 3 (vet. edit. epist. 36) *Velum exsinuatum in contos suos.*

¶ Insĭnuo, are, in sinum immittere, in schooß legen. Apulejus Met. lib. 9 post principium: *Insinuatis manibus ambulabis mihi?* hoc est, in sinum conditis, qui est habitus desidiosorum. Vide Pricæi annotationem p. 485. ¶ 2. Deinde est, in quamvis rem immittere: ut, *Insinuare se in equitum turmas*, sich einlassen, Cæs. lib. 4 B. G. c. 33. *In familiaritatem alicujus se insinuare*, i. e. non rectâ, sed quasi per sinûs & latenter ingredi, sich zuthun, einschleichen, Cic. pro Cæcin. c. 5. Et, *In aliquorum sermonem se insinuare*, Idem de Lege Agraria 2 c. 5. *Terris ratem insinuare*, Avienus dixit Arateis v. 31 pro applicare, anlanden. ¶ 3. *Insinuare alicui* est commendare & tradere, gunst machen bey einem, anloben. Plinius Paneg. Trajani c. 62 *Hoc est igitur, hoc est, quod penitus illos animo Cæsaris insinuavit.* Hinc

¶ Insinuātus, a, um, angepriesen, in gunst gesetzt. Suetonius Othone cap. 2 *Per hanc insinuatus Neroni.* Idem in vita Horatii: *Deinde Augusto insinuatus.*

¶ Insinuātio, ōnis, quæ oratio est dissimulatione quadam & circuitione obscure subiens auditoris animum, die bewerbung um gunst. Cicero de Invent. 1 c. 15 *Exordium in duas partes dividitur, in principium & insinuationem.*

¶ Insinuator, ōris, ein beförderer, vorbitter. Arnobius sub fin. lib. 1 *Insinuator, magister, atque auctor.* Tertullianus ad Nation. lib. 2 c. 1 *insinuatores deorum.*

¶ Insinuātrix, īcis, eine beförderin. Augustin. epist. 135 *Epistola rei novæ insinuatrix.*

¶ Superinsĭnuo, are, drüber breiten, drauf decken. Strabo Gall. Hort. præfat. *Et pinguis fermenta fimi superinsinuatur.*

SĪNUS, ûs, vel Sīnum, i, vas ventricosum, ein breit gefäß, asch, de quo Turnebus lib. 1 Adversar. cap. 16. Virg. ecloga 7 v. 33

Sinum lactis, & hæc te liba, Priape, quotannis
Expectare sat est.

Meminit & Plautus Curcul. a. 1 sc. 1 v. 82.

SION, vel Sium, i, herba est, a σείειν dicta, hoc est, *concutere*. Ciet enim urinam & renum calculos frangit, wassermerck, Matthiolus. Vocant & *Laver*, wassereppich, Plin. 22 c. 22.

SĪON, ōnis, collis fuit in parte meridiali urbis Hierosolymorum, in quo structa fuit arx Davidis. ¶ 2. Cæterum in scriptura *Sion* ecclesiam significat, ex gente Judaica.

Siparium, siparum, sipharum, vide mox in *Sipo*.

SIPHNUS, i, insula ex Cycladibus una in Ægæo. vide Geograph. & Plin. 4 c. 12.

SĪPHO, vel SIPO, ōnis, σίφων, proprie stipula sive canna, ein rohr. ¶ 2. Deinde organum cannæ simile, hauriendis reddendisque aquis idoneum, cujus usus in reprimendis incendiis erat, eine sprütze. Plin. 10 epist. 42 de incendio Nicomediensi: *Nullus usquam in publico sipo, nulla hama, nullum denique instrumentum ad incendia compescenda.* Et alter Plin. H. N. 2 c. 65 de aqua in summis jugis erumpente: *Terræ pondere expressa siphonum modo emicat.* ¶ 3. Item, quo vinum abstrahitur de dolio, ein heber, weinheber. vide Buchnerum ad Plinii lib. 10 epist. 42. Et Colum. 3 c. 10 *Omne alimentum virentis, quasi quædam anima, per medullam trunci veluti per siphonem, quem diabeten vocant mechanici, trahitur in summum.* Et Juvenal. sat. 6 v. 308

Effigiemque Dei longis siphonibus implent.

¶ Siphuncŭlus, vel Sipuncŭlus, i, diminutiv. ein röhrlein, sprützlein. Plin. 5 epist. 6 *Sipunculos* de tubulis dixit, per quos aqua effluit; *E stipadio aqua*, inquit, *velut expressa cubantium pondere, sipunculis effluit.*

Sipo, ōnis, vide præcedens *Sipho*.

SĬPO, are, antique spargere, jacere, disjicere; vid. Festus in *Prosapia*.

¶ Sīpărium, i, & apud poëtas, ut producatur, *Sipparium*, velum est mimicum, quod obstitit populo, dum fabularum actus commutantur, ut Donatus describit, ein fürhang, teppich. Apulej. lib. 1 Metam. p. 106 *Pro te, inquam, aulæum tragicum dimoveto, & siparium scenicum complicato.* Juvenal. sat. 8 v. 185

Consumtis opibus vocem, Damasippe, locasti
Sippario, clamosum ageres ut Phasma Catulli.

Ubi vide & veterem Scholiastem. Cic. de Provinc. Consul. cap. 6 *Ille, quibuscum jam in orchestra beluatur, antea post siparium solebat*, hinter dem fürhang. Adde Quintil. 6 c. 3.

¶ Sīpărum, Sippărum, & Suppărum, i, lineum vestimentum est muliebre, quod cervici, humeris & brachiis superinduunt, ein leinen halstuch, brüstichen. Varro Eumenid. apud Nonium c. 14 n. 20 *Hic indutus supparum, coronam ex auro & gemmis fulgentem gerit.* Lucanus lib. 2 v. 363 *humerisque hærentia primis*

Suppara nudatos cingunt angusta lacertos,

ein kittel. ¶ 2. Sed & omne lineum velum *Supparum* dicitur: unde Lucanus lib. 5 v. 429, & Seneca epist. 77, & Statius 3 Silv. 2 v. 27 *Suppara velorum* dixerunt. Vide Scalig. in Festum, Turnebum lib. 21 Advers. cap. 4, & Lipsium ad Senecæ epist. laudatam, & Barth. ad Stat. lib. 3 Silv. 2 v. 27, & Cuperi Observ. lib. 4 cap. 17. Adde Manil. 5 v. 46 *Non invehet undis Sippara.* ¶ 3. Varroni de L. L. 4 c. 30 & Festo est *Supparus*, nisi quod id dicunt Osce, ut Varro statuit. Scribitur & *Sipharum*. vide Rigaltium ad Tertulliani Apologet. c. 16. Tertulliano enim *Siphara* ibidem & lib. 1 ad Nation. c. 12 extr. sunt eadem, quæ *Siparia*.

Composita:

¶ Dissĭpo, avi, atum, are, est dispergere, disjicere, von einander setzen, hin und her werffen, zerstreuen, umbringen. Cic. de Amicitiâ c. 7 *Amicitia contrahit, discordia dissipat*, freundschafft bringt zusammen, uneinigkeit zertrennet. Sic, *Dissipare curas*, Horat. lib. 2 oda 11 v. 17, die sorgen vertreiben. Cic. Agrar. 1 c. 1 *Disperdere & dissipare patrimonium, possessiones, rem familiarem*, sein guth durchbringen, verschleudern. *Dissipare famam*, Cic. Philipp. 14 c. 6; Et, *sermones*, in Verrem 3 c. 6, divulgare, ein geschrey hin und wieder ausbringen. Cic. pro Plancio c. 23 *Nihil est tam volucre, quam maledictum: nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius dissipatur*, nichts kömmt weiter aus. Est ab antiquo *sipo*, id est, jacio: ut *dissipare* nihil aliud sit, quam disjicere.

¶ Dissĭpātus, a, um, zerstreuet, von einander getrieben; ut, *Genus hominum in montibus ac silvis dissipatum*, Cic. de Orat. 1 v. 37. *Dissipati hostes*, die verjagten feinde, Idem 2 fam. epist. 9. *Dissipata classis*, die zertrennete flotte, Idem 12 fam. epist. 14. Et in Orat. c. ult. *Facilius est apta dissolvere, quam dissipata connectere.*

¶ Dissipātio, ōnis, die zerstreuung. Cicero 13 Philipp. c. 5 *prædæ dissipatio.* Et 1 de Nat. D. c. 25 extr. *ne interitus & dissipatio consequatur.*

¶ Dissipātor, ōris, qui dissipat, ein zerstörer. Prudentius præfat. Psychom. v. 34 *Abram triumphi dissipator hostici.*

¶ Dissĭpābĭlis, e, quod facile dissipatur, zerstreulich, zertrennlich. Cic. 3 Nat. Deor. c. 12 *Aër natura cedens est maxime, & dissipabilis.* Adde Lactantium de Ira c. 10 sect. 29.

¶ Insĭpo, are, pro *injicere*, hinein werffen, Festus; sed *Insipere* est apud Catonem R. R. c. 85 *Insipito in aulam novam.*

¶ Obsĭpo, are, vorwerffen. Festus: SIPAT, *jacit: unde* dissipat, *disjicit: &* obsipat, *objicit: &* insipat, *injicit.* ¶ *Obsipare aqulam* pro aspergere, Plaut. Cistell. a. 2 sc. 3 v. 37.

¶ Prosāpia, æ, & Prosāpies, ēi, quasi *prosipia* a *prosipando*, i. e. disseminando, vocabulum *vetus* est, ut in Timæo, seu de Univers. c. 11 Cicero: & *inusitatum*, ut Quintilianus testatur lib. 1 c. 4, & lib. 8 c. 3. Significat progeniem vel familiam, ein geschlecht, eine gesippschafft. Vet. Gloss. *Prosapies*, γένος καταγωγή. Et, *Prosapia*, ἐκ προγόνων εὐγένεια καὶ συγγένεια. *Prosapia*, inquit Festus, *progenies, i. e. porro sparsis & quasi jactis liberis, quia sipare significat jacere.* Et Nonius c. 1

n. 443

n. 443 *Prosapies generis longitudo, dicta a prosupando, i.e. proserendo.* Idem ex Catone adducit *veteres prosapias.* Plaut. Curc. act. 3 v. 23 *De Coclitum prosapia te esse arbitror.* Prudent. de Natali Domini v. 89 *Negat Patrum prosapia.*
Et rursus præfatione Psychomachiæ v. 36
Ne quam fidelis sanguinis prosapiam.
Idem in Romano v. 180 quarto casu ex altera forma *Prosapiem* declinat. Vetus Inscriptio apud Reines. p. 463 ILLVSTRATORI PROSAPIAE SVAE &c. Et Apulejus Apolog. p. 286 *Veteres prosapiæ consulares & censoriæ.*

SIPOLINDRVM, i, genus aromatis fictitium, Plaut. Pseud. a. 3 sc. 2 v. 43.

SĪPONTVM, i, Σιπῦς, urbs Apuliæ, juxta Garganum montem, ex cujus ruinis *Manfredonia* enata. vid. Plin. 3 c. 11, & ibi Harduin. ¶ *Sipus, untis*, dicitur Lucano lib. 5 v. 377, & Silio 8 v. 636.

¶ Sipontīnus, i, civis, incola: quo cognomento sæpius laudatur *Nicolaus Perottus*, auctor latinæ linguæ commentariorum, qui *Cornu copiæ* appellantur.

Sipparium, vide paullo ante *Siparium* in *Sipo.*

Sipuncŭlus, vide in *Sipho.*

SĪPY̆LON, sive Sipylus, i, urbis & montis nomen Phrygiæ seu Mæoniæ, ubi Niobe ex luctûs magnitudine in saxum conversa. *Talis* urbs dicta ólim. Propertius lib. 2 eleg. 20 v. 7
Nec tantum Niobe bis sex ad busta superba
Sollicito lacrymas depluit e Sipylo.
Vide Ovid. Met. 6 v. 149; Hygin. fab. 9, & Apollodor. lib. 3; De urbe Strabo, & Plinius 5 c. 29. Vrbs absorpta terræ motu, Plin. 2 c 91; & Strab. lib. 1 p. 40. Mons autem ex prœlio etiam nobilitatus est, quo Romani Antiochum Magnum superarunt: item, ab urbium differentia, qua *Magnesia sub Sipylo monte*, ab altera nobili Asiæ urbe, quæ ad Mæandrum sita fuit, discernitur. vide Livium lib. 37 c. 37, & Geographos.

¶ Sipylējus, vel Sipylæus, a, um, adjectiv. ut, *Genetrix Sipyleja*, apud Statium 5 Silv. 1 v. 33, Niobe est, quæ tot suos liberos flevit. Barth. Advers. lib. 96 c. 5 *Sipylæa* scribendum censet.

Siquando, Siquidem, Siquis, a, id, vide supra *Quando, Quidem, Qui.*

Sircitula, sircula, vide infra *Stica.*

SIREMPS, i. e. *similis res ipsa*: vox antiqua, & obsoleta prorsus. Solenne erat verbum Roman. in LL. scribendis: dupliciter inflectitur, nominandi casu, *sıremps*: & auferendi, *ab hac sirempse.* Plaut. Amph. prolog. v. 73 *Sirempse legem jussit esse Jupiter.* vid. Festus, Lipsius Antiq. Lection. lib. 1 c. 1, & Taubm. ad Plaut. p. 14

SĪREN, ēnis, fœm. *Sirenes* poëtis monstra marina, parte virgines, parte volucres fuerunt, ut Servius ad Virg. lib 5 Æn. v 863 describit, quæ navigantes cantu dulcissimo demulcebant, & in naufragia perducebant, see-jungfern, meer-fräulein. Ovid. lib. 3 de Arte am. v. 311
Monstra maris Sirenes erant, quæ voce canora
Quamlibet admissas detinuere rates.
Vide & lib. 5 Metam. v. 555. Elegantissime Martialis 3 epigr. 64
Sirenas hilarem navigantium pœnam,
Blandasque mortes gaudiumque crudele,
Quas nemo quondam deserebat auditas &c.
Nomen ipsum παρὰ τὴν σειρὰν factum videtur, quod *catenam* significat, quia Sirenum cantûs audientes caperent: iisque capti tamquam fune ab illis penderent, & tamquam alligati traherentur: Vel ab Ebraico verbo *Schur*, quod *canere* significat. Sirenum nomina apud eos, qui tres esse tradiderunt, sunt: *Parthenope, Ligea, & Leucosia*: vel *Thelxiope* seu *Thelxione, Molpe* & *Aglaophonos.* Qui duas finxere, sic eas dixere, *Aglaopheme* & *Thelxiepeia.* Varia autem de Sirenibus earumque fabula tradiderunt veteres. Platoni *Sirenes* Deæ canendi sunt sive Musæ, quæ orbes cælestes vertunt & rotant, de quo Macrobius lib. 2 in Somnium Scipionis c. 3. Alii vero unius Musarum & Acheloi amnis filias tradiderunt; unde *Siren Acheloias* apud Silium lib. 12 v. 34. Suidæ αἱ τῆς ψυχῆς ἐναρμόνιοι καὶ μυστικαὶ δυνάμεις, Sirenes sunt. Earum historiam solidius enarrat Barth. ad Claudian. p. 2035. ¶ 2 Pausanias in Atticis (quod Torrentius ad Horatii lib. 4 od. 2 observat,) auctor est, apud veteres poëmatum sermonumque quorumvis efficacem ad suadendum venustatem assimulatam esse Sirenibus, & inde Sophoclem appellatum *Sirena.* Quemadmodum & Valerius Cato propter suavitatem carminum a veteri poëta *Latina Siren* dictus est, ut Suetonius de Illustribus Grammaticis c. 11 refert. Petronius: *Hæc ipsa cum diceret, tanta gratia conciliabat vocem loquentis, tam dulcis sonus pertentatum mulcebat aëra; ut putares inter auras canere Sirenum concordiam.* Hinc in Isocratis sepulcro *Siren* posita fuit, tamquam perfectæ & efficacissimæ eloquentiæ symbolum, de quo Plutarchus in vita Isocratis & Philostratus in Sophistis. Alii vero a Musis & vera eloquentia, quæ in rebus gravibus seriisque occupatur, *Sirenas* distinguunt: quippe quas nugacibus rebus sermonis & elegantiæ curam impendere volunt: de quo videri Torrentius potest ad Horatii lib. 1 epist. 2 v. 23. ¶ 3. Vulgatissima ratio est, Sirenum fabulam ad illecebrosas voluptates referre, quæ blandis præstigiis irretiunt homines atque evertunt, de quo & Synesius epistola 145. Nec alio interpretantur, quod tres Sirenas commenti veteres fuerint. Eo enim numero triplicem illam voluptatem, quæ ἐν σιτίοις, ἐν πότοις, καὶ ἐν ἀφροδισίοις, (in esculentis, poculentis, & rebus venereis) Platoni & Aristoteli statuitur, expressam volunt. Servius ad illud Virg. lib. 5 Æn. sub fin.
Jamque adeo scopulos Sirenum advecta subibat,
postquam breviter fabulam de Sirenibus exposuisset, *secundum veritatem*, inquit, *meretrices fuerunt, quæ transeuntes, quoniam eos ducebant ad egestatem, his fictæ sunt inferre naufragia.* Johannes Jovianus Pontanus, cum lib. 6 de Bello Neapolitano origines Neapolitanæ urbis explicat, *Sirenas*, genus mulierum fuisse scribit, quod aliunde demigrarit in Italiam, & inter Læstrygonas Cimmeriosque in Campania consederit, a quarum una *Parthenope* ea urbs, quæ nunc *Neapolis* dicitur; ab alia *Leucosia*, ejusdem nominis insula, appellata fuerit. Fabulæ autem, qua finguntur *Sirenes* præternavigantes attinuisse, originem ac caussam tum ad amœnitatem incredibilem eorum locorum deliciasque, quibus abundat Campania, & trahere omnes facile potest; tum ad litterarum, quæ culta Neapoli jam olim fuerunt, studia refert. Eustathius Scholiastes Dionysii ex auctoribus refert, *Parthenopen*, Sirenum unam, cum pudicitiæ ejus insidiarentur plures, Meliochus vero Phryx impense ipsam amaret, abscissis crinibus se deformasse, transgressamque in Campaniam sedem laremque fixisse ibi, eaque de caussa ἁγνὴν a Dionysio appellatam, &c. Fabula de Sirenum cantu & Vlysse apud Homerum lib. 12 Odysseæ est. Horatius lib. 2 sat. 3 v. 14 *Vitanda est improba Siren Desidia.*
¶ 2. Est & *Siren*, σειρὴν, tunica tenuis & perspicua, nimirum serica; Suidas.

¶ Sīrēnius, a, um, σειρήνιος, ad Sirenes spectans. Gellius lib. 16 cap. 8 extr. *Ne ut plerique alii, tu quoque in illis dialecticæ gyris atque mæandris, tamquam apud Sirenios scopulos consenescas.*

Siriacus, siriasis, vide sequens *Sirius.*

SĪRĬVS, i, Σείριος, stella, quæ & *canicula* dicitur, der hundsstern; vide *Canicula.* Virgil. Æn lib. 3 v. 141
tum steriles exurere Sirius agros.
Adde Virg. 4 Georg v. 425; Stat. 3 Silv. 1 v. 5; Lucan. 10 v 211; nam σειραίνειν, *arefacere, siccare* est. Veteribus Astrologis ejus ortus duplicare solis fervorem credebatur: sed contrarium firmis rationibus ostendit Geminus cap. περὶ ἐπισημασιῶν τῶν ἄστρων, edit. Hilderici p. 223. Contradicunt eidem alii, adeoque ut Plinius 18 c. 28 scribat, *hujus sideris ortum maria, terras & feras sentire.* ¶ 2. Adjective, est vehementer calidus, hitzig. Virg. Æn. 10 v. 273 *Sirius ardor.* Et Prudentius Hymno Epiphaniæ v. 22 *Sirio fervet vapore.*

¶ Siriăcus, a, um, a *Sirius*, appellativum Avienus formavit in Virgine phænom. Arateorum: *Et ceu Siriaco torretur spica calore.*

¶ Sīriăsis, is, σειρίασις, cerebri & membranarum ejus inflammatio, præcipue infantum in capite adustio, die entzündung am gehirn durch hitze; sic enim Plinius vocat lib. 30 c. 15, ut & destillationem lib. 22 c. 21.

SIRMIO, ōnis, peninsula in lacu Benaco prope Veronam, Catulli deliciæ, qui sic alloquitur epigr. 32 v. 1
Peninsularum Sirmio, insularumque Ocelle, &c.

SIRMIVM, i, urbs Pannoniæ inferioris, aliquando sedes Romanorum Imperatorum. Hinc

¶ Sirmiensis, e; ut, *Photinus, episcopus Sirmiensis*, Sulpit. Sever. lib. 2 Histor. Eccles. c. 36.

SĪRO, ōnis, plur. *Sirones*, sunt pedicelli inter cuticulam & cutem intolerabili cum pruritu prorepentes, seiren. vid. Pincier. in Otio Marp. 4 c 21, ubi ex vet. epigr. *O Siro, vermis parvule.*

SIRPE, es, pars silphii, quæ magnæ æstimationis & pretii erat; alias *laserpitium*, meisterwurtz. vid. Plaut. Rud. 3, 2 v. 16; & Turneb. Adversar. 3 c. 21.

SIRPĬCES, um, idem quod *Irpices*, eiserne egen, Varr. L. L. 4 c. 31.

Sirpicŭlus, a, um, sirpo, are, sirpus, &c. vide supra *Scirpus.*

SĪRVS, i, σειρὸς, spelunca subterranea condendo & asservando frumento facta, eine grube unter der erde, ein getreyde-loch. Vox non latina, sed peregrina & barbara. Varro 1 de Re Rusticâ c. 57 *Quidam granaria habent sub terris: Speluncas, quas vocant σειροὺς, ut in Cappadocia & Thracia.* Curtius 7 c. 4 n. 24 *Siros vocabant Barbari, quos ita solerter abscondunt, ut, nisi qui defoderunt, invenire non possint. In iis conditæ fruges erant.* Adde ibidem notata. Et Colum. 1 c. 6 *Transmarinis quibusdam provinciis puteorum in modum, quos appellant siros, exhausta humus, editos a se fructus recipit.*

SIS, contractum ex *Si vis*, so du wilt, quod frequentissime veteres imperativis adjungere solebant. Persius sat. 1 v. 107
Sed quid opus teneras mordaci radere vero
Auriculas? vide sis ne majorum tibi forte
Limina frigescant.
Exempla innumera apud comicos occurrunt. Terent. Eunuch. 4, 7 v. 29 *Cave sis: nescis, cui nunc maledicas viro.* Vbi Donatus: *Quia imperativa sunt contumeliosa, addebant veteres* SIS: *quod significat, si vis.* Plurale inde est, SVLTIS, quod perinde imperativis addi solebat.

SĬSĂPO, ōnis, oppidum Hispaniæ Bæticæ, ubi præstantissimum minium fodiebatur, Plin. 3 c. 1, & 33 c. 7. Huc Turnebo 10 Advers. c. 12 videtur Cicero alludere in Philippica 2 c. 19 extr. tenue patrimonium & vile prædium Antonii Sisaponem appellans.

SĬSĂRA, æ, herba apibus gratissima, erice, heidekorn, Plin. 11 c. 16. Sed

¶ Sisăron, i, σίσαρον, sive *Sisarum*, idem est quod *Siser*, rapüntzel. Est id autem oleris genus, notum accolis Rheni fluminis, a quibus afferri sibi omnibus annis curavit Tiberius Cæsar, quemadmodum Plinius scripsit lib. 19 c. 5.

SĪSENNA, æ, nobilis & antiquus historiæ Romanæ scriptor, L. Sisenna, cujus fragmenta apud Gellium, Nonium aliosque supersunt. Ovid. Trist. lib. 2 v. 443 *Vertit Aristiden Sisenna*, &c. Adde Cic. in Brut. c. 64 & 74.

SĬSER, ĕris, neutr. idem quod *Sisarum*, de quo modo diximus, rapüntzel; item, gelbe rüblein. Duplex est, *sativum*, de quo in *Sisaron* modo diximus ex Plinii lib. 19 c. 5, in deliciis Tiberio fuisse: *erraticum* alterum, de quo Idem lib. 20 c. 5.

SISON, ōnis, σίσων, semen est in Syria proveniens, nobis incognitum; Matthiolus. Adde Apulej. de Herb. c. 94.

SISPES, ĭtis, & SISPĬTA, æ, pro *Sospes* & *Sospita*, Deorum cognominibus, (ut *Juno Sospita*, apud Livium 22 c. 1,) veteres dixisse, ex nummis & Festi suffragio vir summus Ezech. Spanhemius de Vsu & Præstant. Numism. p. 83 probavit. Vetus Inscriptio apud Reinesium p. 383
SACERDOS IVNONIS REGINAE
SISPITAE LANVMVIANAE &c.
Et paucis interjectis:
SACERDOTE IOVI SISP. i. e. *Sispiti.*

Sistarcia, vide paullo post *Sitarcia.*

SISTO, stiti, stătum, sistĕre, stare, subsistere, stehen, bestehen; nam a *Sto* descendere videtur. Cicero 5 Verrinâ c. 96 *Qui rempubl. sistere negat*

gat posse, nî ad equestrem ordinem judicia referantur. Plautus Curcul. 2, 3 v. 5 *Ne quisquam sit tam opulentus, qui mihi obsistat in viâ*
Quin cadat, quin capite sistat in via de semita;
aufm kopffe stehen. Idem in Captiv. 4, 2 v. 13 *Qui obstiterit, ore sistet.* Tacitus 3 Hist. c. 21 *Sistere tertiam legionem in ipso viæ Postumiæ aggere jubet.* ¶ 2. Inhibere est, retinere, seu facere, ut aliquid stet, stillen, beruhigen. Virg. 6 Æn. v. 465
Siste gradum, teque adspectu ne subtrahe nostro.
Plinius 26 c. 12 *Sanguinis profluvium sistit herbæ pæoniæ semen rubrum,* es stillet den blutfluß. *Alvum sistere,* Idem pro *reprimere* dixit lib. 20 c. 6. Quod *morari ventrem* Martiali est lib. 13 epigr. 113. Sic, *equos sistere, fugam sistere,* Tacitus Ann. 12 c. 39. *Malum, querelas sistere,* Ovidius dixit 7 Metam. v. 711. Hinc & *sisti* dicuntur, quæ, ne ruant, fulcias atque prohibeas. Virgilius 6 Æn. v. 857
Hic rem Romanam, magno turbante tumultu,
Sistet eques.
Sic, *mentem sistere cujus,* Silius dixit lib. 10 v. 408, pro, dissuadendo alicujus impetum retrahere, einen zu frieden stellen. Nam turbata affectibus mens, sede sua, vel basi emovetur, in quam cum restituitur, sedatis motibus sistitur rursus. Augustus apud Sueton. 2 c. 28 *Ita mihi salvam ac sospitem rempub. sistere in sua sede liceat.* Translatio est a columnis vel colossis, qui magno nisu in suam basim restituuntur, ut ibi Casaubonus observat. ¶ 3. Est etiam sternere, aut vulnere progressum inhibere. Rursus Silius 1 v. 382 *cuspide sistit,* id est, sternit. Et lib. 2 v. 98 *cervum vulnere sistebat.* ¶ 4. Est & statuere, ponere, sive condere, aufrichten, darstellen. Tacitus 4 Hist. c. 33 *Haruspices monuere, templum iisdem vestigiis sisteretur.* Idem 15 Annal. c. 18 *At Romæ tropæa de Parthis, arcusque medio Capitolini montis sistebantur.* Ibid. c. 122 *Tigelinum & Nervam ita extollens, ut super triumphales in foro imagines apud Palatium quoque eorum effigies sisteret.* Et 2 Annal. c. 14 *Modo se patris patriæque vestigia prementem iisdem in terris victorem sisterent,* i. e. ponerent, facerent. ¶ 5. Est & præsentiam sui exhibere, sich stellen, erscheinen. Cicero lib. 3 ad Attic. epist. 25 extr. *Des operam id, quod mihi affirmasti, ut te ante Kalend. Januar. ubicunque erimus, sistas.* Proprium judiciorum verbum, deque iis usurpatur, qui in judicio citati comparent. Plautus Curcul. 1, 3 v. 6
Vbi tu es, qui me libello Venerio citavisti? ecce me!
Siste ego tibi me, & mihi contra itidem tu, ut sistas, suadeo.
Cicero de Officiis 3 c. 1 *Vas factus est alter sistendi ejus: ut, si ille non revertisset, moriendum esset.* Hinc *In judicio sistere,* Vlpianus dixit l. 1 § 1 D. de eo per quem &c. Et, *Sistere vadimonium,* idem quod *obire vadimonium,* i. e. sistere se in judicio. Adi Carol. Sigon. de Judic. lib. 1 c. 20, & Brisson. de Formul. lib. 5 pr.
¶ Statio, stator, status, &c. vide infra in *Sto.*

Composita:

¶ Absisto, ĕre, a loco vel re aliqua decedere, abtreten, abstehen. Virg. 6 Æn. v. 259 *totoque absistite luco,*
Conclamat vates.
Sic, *Absistere oppugnatione,* Livius 37 c. 17. *Absistere conatu,* Idem lib. 33 c. 5. *Absistere bello,* den krieg einstellen, Horat. 1 sat. 3 v. 104. ¶ 2. *Absistere* sine casu pro *desinere,* ablassen. Virg. 1 Æn. v. 192
Nec prius absistit, quam septem ingentia victor
Corpora fundat humi.
¶ 3. Cum infinitivo idem. Livius 36 c. 35 *ne ingratis quidem benefacere absistat.* ¶ 4. Impersonaliter etiam invenitur. Idem Livius 21 c. 6 *si non absisteretur bello.*
¶ Adsisto, sive Assisto, ĕre, adstare. Terent. Adelph. 2, 1 v. 15 *Hîc propter hunc assiste,* tritt bey dem. *Assistere ad fores,* Cicero 3 Verr. c. 26. ¶ 2. *Assistere alicui,* est & consulere alicui & in judicio adesse, ut vel advocatum vel patronum præbeas, einem beystand leisten. Plinius 7 epist. 6 *Assistere jam Varreno, jam tantum ut amicus, & tacere decreveram: nihil enim tam contrarium, quam si advocatus a senatu datus defenderem ut reum, cui opus esset, ne reus videretur.* Et lib. 10 epist. 85 *Archippus, cui Eumolpus sicut Prusæ assistebat, dicit, se libellum daturum.* Apulej. lib. 1 de dogmate Platonis: *Sed ille* (Plato) *primo historiæ gratiâ, ut naturam Ætnæ & incendia concavi montis intelligeret; secundo petitu Dionysii, ut Syracusanis assisteret, profectus est,* &c. Alias & *adesse* hoc dicitur, de quo vide in *Sum.*
¶ Assistrix, īcis, eine beysteherin, gehülffin. Vulg. Interpr. Sap. c. 9 v. 4 *Da mihi, Domine, sedium tuarum assistricem sapientiam.*
¶ Antistes, & Antistita, vide infra in *Sto.*
¶ Circumsisto, ĕre, herum stehen, eingeschlossen halten. Livius 1 c. 28 *Centuriones armati circumsistunt.* Plus est, quam *circumstare.* Adi Vallam. Cæs. B. G. 3 c. 15 *Quum singulas* (hostium naves) *binæ aut ternæ naves circumsisterent.* Passive Apulej. lib. 2 de Doctr. Platon. *Fortitudo circumsistitur hinc audacia, inde timiditate.*
¶ Consisto, ĕre, proprie una stare, beysammen stehen. Plautus Curcul. 4, 2 v. 16 *Nec vobiscum quisquam in foro frugi consistere audet.*
¶ 2. Deinde stare, subsistere; ut, *Jam illico hic consiste,* hier stehe fest, oder stehe still, Terent. Adelph. 2, 1 v. 2. Cic. pro Arch. c. 8 *Bestiæ immanes cantu flectuntur & consistunt.* Idem pro Quinctio c. 9 *In hoc summa judicii caussaque tota consistit,* darauf stehet und beruhet es. *Vtrinque consistit fides,* Livius 2 c. 13. Et Cic. pro Marcell. c. 7 *Respubl. in unius anima consistit,* es kömmt auf eines menschen leben an. *Spes, victoria in eo consistit,* D. Brutus ad Cic. 11 fam. epist. 13. *Consistere in sententiâ,* Cic. 7 fam. epist. 17. Idem de Senect. c. 20 *Tranquillo consistere animo.* Et Terent. Adelph. 4, 4 v. 4 *In pectore consilii nihil consistere quit,* kein rath kan hafften in meinem hertzen. ¶ 3. *Consistere miles* dicitur, cum prœliaturus stat, nec loco cedit, & hostis vincendi spem atque fiduciam habet, wenn er stehet, und zu fechten entschlossen ist. Cæsar 2 de B. G. c. 17 *Qua pulsa* (legione) *impedimentisque direptis, futurum, ut reliquæ contra consistere non auderent.* Idem 3 de B. C. c. 93 *Tanta vi in Pompeji equites impetum fecerunt, ut eorum nemo consisteret.* Sic *Gladiatores* quoque dicuntur *consistere,* cum in gradu stans excepturi adversarium: cujus formæ multa exempla apud Tertullianum notare licet. Brutus ad Ciceronem 11 fam. epist. 9 *Ne consistere possit in Italia Antonius, dabo operam:* id est, ne uspiam tutus subsistere & spem de obtinenda causâ concipere possit. Idem ad Cassium: *Vbi consistamus, non habemus.* ¶ 4. In illo Ciceronis 1 Tuscul. c. 23 *Vel concidat omne cælum, omnisque natura consistat oportet:* CONSISTAT pro *desinat* positum est. *Consistere* enim dicitur, quod non procedit amplius, neque in motu est. Quod ubi naturæ accidit, desinere eam oportet. ¶ 5. *Consistere* etiam dicuntur, quibus alvus desiit fluere. Cicero 7 fam. epist. 26 *Tanta me διάῤῥοια arripuit, ut hodie demum videar cæpisse consistere.* Ita in Palatino exemplari. Manutius edidit, *videatur:* ut ipsa διάῤῥοια dicatur consistere. ¶ 6. *Consistere,* active, idem quod *constituere* est: ut, *Caussam consistere,* apud Gellium 5 c. 10. Et Lucret. 6 v. 10 *Et per quæ possent vitam consistere tutam.*
Vide Gifan. ad Lucret. & Turneb. Advers. 2 c. 12.
¶ Consistio, ōnis, i. e. statio, stabulatio, der stand. Gellius 16 c. 5 *Ab illa grandis loci consistione & quasi quadam stabulatione vestibula appellata sunt.* conf. Macrob. 6 c. 8.
¶ Consistōrium, i, recentioris latinitatis vocabulum, quo consilium principis significatur; quod consiliarii ibi ad tractandum consistant & imperatori velut assint, die raths-stube. Qui & ipsi ex eo *Consistoriani comites* appellati, raths-personen. vide JCtos & Jacob. Gothofredum discursu Histor. ad L. quisquis C. ad Legem Juliam Majestatis p. 50 & 51. Adde auctores non contemnendos, quos citat Borrich. in Cogit. p. 73, & Cellar. in Cur. poster. p. 139, e. g. Ammian. 14 c. 22 *Admissus in consistorium.* Et lib. 15 c. 8 *Consistorium solus ingressus intimum,* in geheimen rath. Martian. Capella lib. 1 *Intra consistorium regis.* Et Auson. ad Gratianum: *In illa sede, ut ex more loquimur consistorii.* ¶ 2. Apud Sidonium lib. 2 epist. 2 *Consistorium* locus dicitur, in quo cubicularii servi consistebant. Quemadmodum Tertull. de Resurrectione c. 20 *Terram,* in qua homines consistimus, *Consistorium* appellat, quod Savaro ad laudatum Sidonii locum observavit. Verba Tertulliani sunt: *Si juvari seu lædi debet terra, id quoque propter hominem, ut ille juvetur sive lædatur per consistorii sui exitus: quo magis ipse pensabit, quæ propter ipsum etiam terra patitur.* Idem Tertullianus lib. 2 ad Vxor. c. 6 *Consistorium libidinum publicarum,* lupanar dixit, ein öffentlich huren-hauß.
¶ Desisto, ĕre, desinere, ablassen, abstehen; ut, *Desistere incepto,* Livius 25 c. 2; *conatu,* Cæs. 1 B. Gall. c. 8 extr. *negotio,* Idem lib. 3 extr. de B. Civili: & *de negotio,* Hirtius B. Afric. c. 45; & *ab illa mente,* Cic. 5 fam. epist. 2. *Desistere causâ,* Cic. 1 fam. epist. 9. *Desistere litibus,* Terent. Phorm. 4, 3 v. 29. ¶ 2. Et cum infinitivo: *ut aliquando de judiciis dicere desistamus,* Cic. 4 Verrina c. 48 pr.
¶ Existo, sive Exsisto, ĕre, oriri est, emergere, evadere, seyn, werden, entstehen. Cic. pro Rosc. c. 28 *Ex luxuria existat avaritia necesse est, ex avaritiâ erumpat audacia.* Idem de Orat. 1 c. 2 *Plures in omnibus artibus admirabiles extiterunt.* Et 2 de Orat. c. 46 *Poëta bonus nemo sine quodam afflatu divino existere potest.* Et lib. 1 ad Herenn. c. 13 *Si furiosus existet, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque ejus potestas esto.* Quod Cic. lib. 3 Tuscul. velut interpretatus, *si furiosus,* inquit, *esse incipit* &c. Sueton. August. c. 32 *Plurima pessimi exempli correxit, quæ in perniciem publicam aut ex consuetudine licentiaque bellorum civilium duraverant, vel per pacem etiam exstiterant.*
¶ Existentia, æ, est, qua res actu existit, das würckliche daseyn eines dinges; vox philosophica.
¶ Insisto, ĕre, stare, auf etwas stehen. Plautus Amph. 5, 1 v. 11 *Vbi quisque institerat, concidit,* da er gestanden. ¶ 2. Item, subsistere, interquiescere, nec ulterius pergere, still stehen. Cic. 2 de Nat. Deor. c. 20 *Tum omnino ne moventur quidem* (stellæ,) *sed ad quoddam tempus insistunt.* Hinc *Institiones stellarum* alibi dixit, de quo infra in *Sto.* Cic. in Orat. c. 66 *Sæpe accidit, ut aut citius insistendum sit, aut longius procedendum.* ¶ 3. *Insistere viam,* est premere & pergere viam, quam ingressus sis: Terent. Eunuch. 2, 3 v. 3 *Quam insistam viam?* Et, *Insistere viâ,* in Phorm. 1, 4 v. 15. *Insistere vestigiis alicujus,* Cicer. 3 de Orat. c. 9, eines fußstapffen folgen. *Insistere vestigiis alienis,* hoc est, sequi aliena vestigia, andern, die vorgegangen, nachfolgen, Quintilian. in prooemio lib. 3. Et, *Insistere vestigiis suarum laudum,* Livius 5 c. 30. ¶ 4. Pro instituere, seu ingredi. Plautus Capt. 3, 4 v. 53 *Ne quid tu huic temere insistas credere.* Gellius 5 c. 10 *Petere institit ex pacto mercedem.* Et, *Insistere* est inducere animum ad aliquid: quemadmodum τῷ *Instituere* alias etiam utimur. Cic. 10 fam. epist. 16 *Flagitare senatus institit Cornutum, ut referret statim de litteris.* Et lib. 3 de Orat. c. 1 *Pignoribus ablatis, Crassum institit coërcere.*
¶ Instita, institio, institor, vide infra in *Sto.*
¶ Intersisto, ĕre, in medio resistere, im mittel still halten, stutzen, apud Quintilianum aliquoties legitur, ut lib. 8 c. 3. Et lib. 9 c. 4 *intersistentes clausulæ.*
¶ Interstes, interstitio, interstitium, vide in *Sto.*
¶ Obsisto, ĕre, obstare, repugnare, sich stämmen, widerstehen; ut, *Audaciter alicui obsistere,* Cic. de Senect. c. 20. Sic, *Nullæ opes multorum odiis obsistere possunt,* Idem in Offic. 2 c. 7. Et, *Studiis in re bona ne æquum quidem est obsistere,* Idem de Amicit. c. 8. *Repugnari obsistique fortunæ magnitudine animi facile potest,* Cic. 4 de Fin. c. 7. Et Nepos Agesilao c. 4 *Cum jam haud longe abesset a Peloponneso, obsistere ei conati sunt Athenienses.*
¶ Obstĭtus, a, um, ab *obsistendo* dicitur, & *obliquum* significat, verkehrt, schlimm; ut in illo Lucretii lib. 4 v. 519
Omnia mendose fieri atque obstita necessum est.
Ita enim Festus h. l. legit, non *obstipa,* ut vulgo: & Apulejus de Deo Socrat. p. 42 *pro situ, & flexu, & obstito circulorum.* ¶ 2. Notatur eo, quod violatum tactumque de cælo est. Cicero 2 de Legib. c. 9 *fulgura atque obstita pianto.* Plura de hoc vocabulo Festus Pompejus, & inde Vossius in Etymolog. p. 351.
¶ Obstetrix, īcis, ab *obsistendo,* i. e. circumsistendo, vel adsistendo, dum parturientibus fert opem, die wehmutter, hebamme. Ter. Andr. 1, 5 v. 64
Obstetri-

Obstetricem accerse. Donatus ibi : *Quæ opem tulerit parturienti,* OBSTETRIX *dicitur. Vnde & parturientes,* FER OPEM, *clamant.* Adde Plaut. Captiv. 3, 4 v. 96.

¶ Obstetrīcius, a, um, adject. behülflich als eine wehmutter; ut, *Manus obstetricias quærere,* Arnobius lib. 3 p. 106. ¶ 2. In neutro absolute est officium obstetricis, hebammen-dienst. Plin. 35 c. 11 *Jove Liberum parturiente depicto mitrato, & muliebriter ingemiscente, inter obstetricia Dearum.*

¶ Obstetrīco, āre, & Obstetricor, āri, beystehen als hebamme. Vulg. Interpr. Exod. c. 1 v. 16.

¶ Persisto, ĕre, perdurare, perseverare, beharren; ut, *Persistere in proposito,* Apulej. *Pertinacissimus fueris, si in eo perstiteris,* Cic. de Finib. 2 c. 33. Et, *In impudentia persistere,* Livius 38 c. 14.

¶ Prosisto, ĕre, herfür stehen. Apulejus Met. lib. 11 *Foliis in modum radiorum prosistentibus.* Ita Elmenh. p. 269, & Pric. p. 257, hoc est, prominentibus, antestantibus.

¶ Resisto, ĕre, consistere, stehen, still stehen; ut Ovid. Fast. 5 v. 234

Restitit ad nostras fessa labore fores.

Cic. pro Muræn. c. 39 *Nihil est jam, unde nos reficiamus, aut ubi lapsi resistamus.* Plautus Casin. 3, 6 v. 9 *Dabo* μέγα κακὸν, *ni resistis.* Cæs. 2 B. Civ. c. 35 *Vbi ille sæpius appellatus adspexit ac restitit, & quis esset aut quid vellet, quæsivit.* ¶ 2. Sed, *legiones hostibus resistunt,* i. e. repugnant, sie thun widerstand, Cæs. 2 B. Gall. c. 22. Sic, *fortiter resistere dolori,* Cic. 5 fam. epist. 17. *Resistere & repugnare contra veritatem,* Idem pro Rosc. Com. c. 17, wiederstreben. *Sero resistimus ei, quem per annos decem aluimus contra nos,* Idem ad Attic. 7 epist. 5. *Adversus resistere,* Nepos dixit Pelopidâ c. 1 n. 3: *Eos,* inquit, *esse solos, qui adversus resistere auderent.*

¶ Restĭto, āre, frequentat. sich weigern, sich wehren, verziehen. Liv. 7 c. 39 *Vbi restitaret, mortem denunciantes.* Idem 30 c. 31 *Restitantem ac tergiversantem attraxerim.* Plin. 8 c. 16 de leone: *quamlibet magna canum & venantium urgente vi, contemtim restitansque cedit in campis.* Terent. in Eunuch. 4, 4 pr. *Exi foras, sceleste, at etiam restitas?* streubst du dich noch? Sic apud Plautum, pro subsistere, vel resistere assidue, in Captiv. 3, 2 v. 3

ita me miserum restitando
Retinendoque lassum reddiderunt.

¶ Restitrix, īcis, eine widersteherin, Plaut. Trucul. 4, 2 v. 5.

¶ Subsisto, ĕre, est in aliquo loco commorari, stehen bleiben, aushalten; ut, *Quater ipso in limine portæ substitit* &c. Virg. 2 Æneid. v. 242. *Subsistere & exspectare,* Cicero pro Milone c. 19. ¶ 2. Tralate pro durare & firmum esse ad sustinendum aliquid. *Non, si Varronis thesauros haberem, subsistere sumtui possem,* ich konte die unkosten nicht ausstehen, Brut. apud Cicer. 11 fam. epist. 10. ¶ 3. Est & venatorium & militare verbum: ut, *subsistere feras, subsistere hostem,* i. e. excipere, nec irruenti cedere: Livius 1 c. 4 *Jam non feras tantum subsistere, sed in latrones prædâ onustos impetum facere.* Cæsar 1 Bell. Gall. c. 15 *Hostes audacius subsistere, nonnunquam prælio nostros lacessere cœperunt.* ¶ 4. Plinius 12 c. 25 *Subsistit proceritas balsami intra bina cubita,* i. e. non ultra procedit, sie erstreckt sich nicht drüber. ¶ 5. Pro *dubitare* posuit Vlpianus Lege Servum § 1 Dig. de procurat. *Et quantum ad filiumfamilias, verum est, in servo verò subsistimus.* Plane ita nos: wir stehen an.

¶ Supersisto, ĕre, drüber stehen. Ammianus lib. 29 c. 7 *cærimoniali scientia supersistit.* Ita Valesius distinguit p. 553; Lindebrogius ad sequentia verbum alligat p. 415. In ipso autem verbi usu ac notione conveniunt uterque.

SISTRVM, i, σεῖστρον a σείω fortasse factum, quod est *concutio.* Erat enim receptaculum æneum in sacris Isidis, quod manu tenebatur & quatiebatur, ein klingbecken. vid. Passerat. ad Propert. 3 eleg. 11. Speciem ejus depictam dedit Steph. Claverius ad Persii satyr. 6 p. 268. Adde Barth. ad Stat. Silv. p. 301; & Turneb. 26 Advers. c. 33. ¶ 2. Si non idem, certe non dissimile multum crepitaculum illud est, quod hodie usurpant monachi & sacrificuli, die schellen oder cymbeln. Martial. 14 epigr. 54 *Nec quatias tenerâ garrula sistra manu.*

Et Ovid. 1 de Ponto epist. 1 v. 38 *Sistra tinnula* dixit. Apud Ægyptios vicem tubæ sustinebat: Virg. Æn. 8 v. 696

Patrio vocat agmina sistro.

¶ Sistrātus, a, um, qui sistrum gerit, mit einem klingspiele versehen; ut, *Sistrati,* & *sistrata turba* de Isiacis apud Martialem 12 epigr. 29.

SĬSVRNA, æ, plebejum vocabulum ex σισύρα, ut Ammianus explicat lib. 16 c. 6; vulgaris stragula vel tunica ex pellibus. Valesius ad d. l. Ammiani p. 115 ex Hesychio & Lycophronis Scholiaste tradit, σισύραν quidem *pellem* esse: σισύρναν vero *tunicam ex pellibus caprinis consarcinatam.* Addit autem, negligi sæpe distinctionem, & ipsam quoque σισύραν pro *tunica* sumi, ut in Polyæni lib. ult.

SĬSYMBRIVM, i, σισύμβριον, planta duorum generum: prius *Sisymbrium hortense* & *menta Romana* dicitur, bachmüntze, krausemüntze; alterum *Sisymbrium aquaticum,* brunnkresse; Matthiolus. Adde Plin. 19 c. 8; & 10 c. 20 & 22; Apulej. de Herb. c. 62 & 105; Pallad. in April. t. 3. Et Ovid. Fast. 4 v. 869

Cumque sua dominæ date grata sisymbria myrto.

SĪSȲPHVS, i, Σίσυφος, qui latrociniorum suorum pœnas dans apud inferos, saxum ingens in montem altissimum advolvere fingitur, ita, ut magno vix labore advolutum semel, statim relabatur. Virg. 6 Æn. v. 616 *Saxum ingens volvunt alii,* &c.

Ovid. Met. 4 v. 459 *Aut petis aut urges ruiturum, Sisyphe, saxum.*

Vide in Chiliad. Proverb. *Sisyphi saxum volvere,* quod inexhausto & inutili labore defatigari est, grosse arbeit thun, und damit doch nichts ausrichten.

¶ Sisyphius, a, um, adject. Seneca in Hercule furente v. 751

Cervice saxum grande Sisyphiâ jacet.

Et Propertius 2 eleg. 20 v. 32

Tumque ego Sisyphio saxa labore geram.

¶ Sīsȳphĭdes, æ, patronym. i. e. Vlysses Sisyphi filius ex Autolyca, quam Laërtæ desponsatam ille violaverat. vid. Ovid. Art. am. 3 v. 313.

SĪSȲRINCHIVM, i, σισυρίγχιον, bulbi genus, Plin. 19 c. 5 & 6.

SĪTĀNIVS, a, um, σιτάνιος, aut σιτάνεος, quasi ex σῖτος & νέος, *frumentum novum.* Ita Plinius *panem sitanium* vocat a frumento trimestri factum, lib. 22 c. 25, neu brod von sommerkorn. ¶ *Sitanium,* subst. σιτάνιον, frumenti genus, Dioscor. 2 c. 77

¶ Sītōnia, æ, σιτωνία, i. e. cura rei frumentariæ, das proviantmeisteramt Vlpian. lib. 50 Dig. t. 5 l. 2 *Ad munus sitoniæ vocari.* Eadem præfectura dicitur & *Sitocomia,* σιτοκομία. Et *Sitonæ, Sitophylaces, Sitologi,* curatores erant apud Athenienses coëmendo frumento; *Sitarchi, Sitometræ,* dispensatores annonæ publicæ, proviantmeister, kornverwalter, kornmesser. vid. Wolffius Tom. 5 Operis Demosthenici f. 358. Hinc &

¶ Sitarchia, æ, σιταρχία, eadem præfectura rei annonariæ, apud Apulejum lib. 2 Miles. *Hac sitarchia navigium Veneris indiget sola.* Ita Elmenh. p. 119, & Pric. p. 28. Sed

¶ Sĭtarcia, æ, viaticum, sive commeatus nauticus. B. Hieronymus Prolog. in Nov. Testam. *Satisque miror, Eusebi dilectissime, cur Romam subito navigaturus, hanc tibi a me quasi sistarciam dari volueris.* Sed potius est, ibi *Sitarciam* legere: nam σιταρκία, *annona* est, proviant. Idem Hieronymus in vita Malchi extr. *Quibus adscensis, nova sistarcia, id est, annonâ refocillati decima tandem die ad Romana per desertum castra, venimus* &c. Juvenal. sat. 12 v 60

Mox cum reticulis, & pane & ventre lagenæ
Auspice sumendas in tempestate secures.

Vbi Vetus Scholiastes, cum notasset, viaticum hîc, quod nautæ sibi assumunt, a poëta describi, mox posteriorem versum circumlocuturus subjicit: *Inter sitarciam & securem necessariam putato ad navem vehendam.* INTER SITARCIAM, id est, in reliquo viatico navali. Vulgatus Interpres 1 Samuel. c. 9 v. 7 *Panis deficit in sistarciis.* Vbi *Sistarciæ* sacculi seu peræ sunt, in quibus cibi portantur. Vsus *Sitarciæ* voce est Chrysologus Serm. 8.

Sitella, vide mox *Situla.*

SĪTHŎNIA, æ, regio Macedoniæ littoralis juxta Ægæum mare, Herodot. lib. 7 c. 122.

¶ Sīthŏnius, a, um, adject. Virgil. ecloga 10 v. 66

Sithoniasque nives hiemis subeamus aquosæ.

¶ Sīthŏnis, ĭdis, patronymicum pro possessivo. Ovid. Heroid. epist. 2 v. 6 *Nec vehit Actæas Sithonis unda rates.*

Sitibundus, Siticen, Siticula, siticulosus, sitio, vide *Sitis, Situs. Sitis.*

SĬTIS, is, bibendi appetitus, der durst; ut, *Accendere sitim,* Celsus 3 c. 6. *Enecari siti,* Cic. 1 Tuscul. c. 5. *Colligere sitim labore,* Ovid. 5 Metam. v. 446, durstig werden. Ita, *Sitim levare, relevare; depellere sitim potione, sitim compescere, expellere, restinguere, sedare,* locutiones sunt oratoribus & poëtis communes, den durst leschen. ¶ 2. *Sitis* pro nimia cupiditate cujuscunque rei, begierde. Horat. 1 epist. 18 v. 23

Argenti sitis importuna famesque.

Juvenal. sat. 10 v 140 *Tanto major famæ sitis est, quam*
Virtutis: quis enim virtutem amplectitur ipsam,
Præmia si tollas?

Cicero in Paradox. 1 *Neque enim unquam expletur, nec satiatur cupiditatis sitis.*

¶ Sĭtĭcŭla, æ, diminut. ein kleiner durst. Gloss. lat. gr. *Siticula,* δίψα.

¶ Sĭtĭcŭlōsus, a, um, durstig, dürre; ut, *Solum siticulosum & peraridum,* Colum. 3 c. 11. *Siticulosa loca,* Idem de Arbor. c. 16. *Siticulosa Apulia,* Horat. epod. 3 v. 16.

¶ Sĭtio, īvi, ītum, sitīre, siti laborare, dürsten, durst haben. Propria notio per se patet. Quo pertinet illud Ciceronis in Pisonem c. 25 *Ipse cum hominibus quindecim male vestitis ad portam Cælimontanam sitiens perveni.* ¶ 2. Metaphorice usitatius. Sic, *Sitiunt agri,* Cicer. in Oratore c. 24; & *segetes,* Quintil. 6 c. 6. *Sitit herba,* Virgil. eclog. 7 v. 57, das feld bedarff feuchtigung. ¶ 3. *Luna sitire* Catoni & Plinio dicitur, quum interlunium est. vide Meurs. ad Catonem de Re Rustica c. 29. Et Plin. 17 c 9 *Fimum miscere terræ, plurimum refert Favonio flante, ac luna sitiente.* Quam *sitientem* hoc loco, mox *siccam* vocat: *Curandum,* inquit, *ut ab occasu æquinoctiali flante vento fiat, luna decrescente & sicca.* ¶ 4. Per aliam translationem Cic. ad Quint. fratr. 3 epist. 5 *Nec sitio honores, nec cupio gloriam,* ich begehre der ehre nicht. Idem in 5 Philipp. c. 7 *Sanguinem nostrum sitiebat.*

¶ Sitiens, tis, durstig, begierig. Cic. pro Plancio c. 5 *Sitientem me virtutis tuæ deseruisti.* Et ad Attic. 2 epist. 14 *Fac venias ad sitientes aures,* hoc est, avidissimas audiendi. Silius 3 v. 578 *semper famæ sitiens.*

¶ Sĭtienter, adverb. avide, begierig; ut, *Sitienter quid expetere,* Cic. in Tuscul. 4 c. 17. *Sitienter haurire,* Prudentius Cathem. 4 v. 88. Et, *Hauriendis voluptatibus sitienter incumbere,* Lactantius 2 c. 1.

¶ Sitītor, ōris, qui sitit, qui desiderat, der durst oder verlangen hat; ut, *Sititor novitatis,* Apulej. lib. 1 Metam. sub init.

¶ Sitībundus, a, um, vehementer sitiens, gar durstig. Onomast. Vet. *Sitibundus,* διψαλέος.

Sitive, Sitonia, sitonæ &c. vide *Situs, Sitanius.*

SITTĂCE, es, idem est ac *Psittacus,* ein papagoy, de quo Plin. 8 c. 42 *India hanc avem mittit, sittacen vocat, viridem toto corpore,* &c.

SĬTŬLA, æ, vas aquarium, quo aquæ hauriuntur, ein trinck-geschirr, wasser-eymer, schöpfgelte. Plaut. in Casin act. 4 v. 17 *Situlam huc tecum afferto cum aqua.* Alii *sitellam* legunt. Et Paulus lege 40 § fin. D. de contrah. empt. *Rota quoque, per quam aqua traheretur, nihilo minus ædificii est, quam situla.*

¶ Sitŭlus, i, idem; ut, *Situlus aquarius,* Cato R. R. c. 10. *Situli pendentes ærei congiales,* Vitruv. 10 c. 9.

¶ Sĭtella, æ, diminutivum, ein gefäßlein, nöselmaß. Vet. Gloss. *Sitella,* ὑδρία. ¶ 2. Deinde pro urna suffragiorum. Plaut. Casin. a. 2 sc. 5 v. 34 *Conjiciam sortes in sitellam, & sortiar* &c. ich will die löß-zeichen zusammen thun. Liv. 25 c. 3 *Sitella allata est, ut sortirentur.*

SĬTVS, a, um, quod Priscianus a *Sinor* passivo fecit, idem est quod *positus,* gesetzt, gelegen, gestellt. Livius 1 c. 36 *Cotem quoque eodem loco sitam fuisse memorant,* i. e. repositam. *Vallum quod duabus legionibus*

nibus situm, Tacitus 4 Hist. c. 22, für zwey regimenter angelegt. Idem 2 Annal. c. 8 *Veterem aram Druso sitam disjecerant*; h. e. quam Drusus posuerat. Et Annal. 6 c. 41 *Ceterasque urbes, quæ Macedonibus sitæ*, id est, structæ a Macedonibus. Idem 4 Hist. c. 33 *Rapiunt hiberna in transitu Asciburgi sita*. Apud Martialem 12 epigr. 63 *Scissum* & *situm* opponuntur: *Scissa*, inquit, *nec ad manes, sed sita dives humus*; *Scissa humus*, auri & argenti fodinis aperta: *Sita*, integra positu, nec suffossa aptaque ferendis frugibus, & ita dives. ¶ 2. De positione loci frequenter sumitur. Livius 30 c. 24 *in quo sinu sita Carthago est*, es liegt da &c. Et Terent. Phorm. 1, 2 v. 47 *Hæc sita erat ex adverso*, die wohnete gegen über. ¶ 3. De potestate etiam dicitur, quam quis agendi perficiendique habet. Idem Terent. Andr. 1, 5 v. 41 *Haud vereor, si in te solo sit situm*, so es bey dir allein stünde. *Sita est potestas in te*, Cicer. pro Muræn. c. 38. ¶ 4. *Siti*, κατ' ἐξοχὴν dicebantur mortui, unde & *siticines* dicti, de quibus mox dicetur. Cicero 2 de Legibus c. 22 *Declarat enim Ennius de Africano*, HIC EST ILLE SITVS. *Vere. Nam SITI dicuntur ii, qui conditi sunt; nec tamen eorum ante sepulcrum est, quam justa facta & corpus incensum est.*

¶ Sītus, ûs, die lage, gelegenheit, gegend; ut, *Erat ejusmodi fere situs oppidorum*, Cæs. 3 de Bell. Gall. c. 12. *Cognoscere situm castrorum*, Idem 5 c. 55. Ita, *Situm membrorum*, dixit etiam Cicero de Nat. Deor. 2 c. 61. Et pluraliter Idem 4 Acad. Quæst. c. 39 *Corpora nostra non novimus, qui sint sitûs partium, quam vim quæque pars habeat*, &c. ¶ 2. *Situs* corruptio etiam illa est, sive lanugo humida, & illuvies in rebus, quæ diu non motæ loco, aut repurgatæ, aut in opaco asservatæ sunt, der schimmel, rost und unflat an den dingen, so beschlagen. vide Vall. 6 c. 25. *Situ corrumpi*, Plaut. Trucul. act. 5 v. 23, verschimmeln, beschlagen, verrosten. *Situm ducere*, Quintil. 1 c. 2. Et Tibullus 1 eleg. 11 v. 50 *Militiæ in tenebris occupat arma situs.*

¶ 3. Quin & de corporis habitu ac vultu *situs* dicitur, die rostige und altfressende gestalt des leibes; ut, *fœda situ macies*, Lucan. lib. 6 v. 516. ¶ 4. Solitudinem quoque notat in illo Statii 2 Silvar. 1 v. 68

Et situs in thalamis, & mœsta silentia mensis.

Vid. ibi Barth. p. 174.

¶ Sitive, adverb. i. e. quoad situm, der lage nach. Tertull. advers. Praxean c. 29 *Licet aqua fontis sitive patiatur in fluvio.*

¶ Sĭtuātus, a, um, i. e. situs, gelegen. Flor. 2, 18, 2 *Numantia in tumulo apud flumen Durium situata.* Sed *sita* substituerunt alii, quibus & hoc, & *Situatio*, pro opportunitate loci, barbarum est.

¶ Sitĭcen, ĭnis, qui ad funera canebat, ein leichenpfeiffer. Gellius 20 c. 2 *Nos in Capitonis Attei conjectaneis invenimus siticines appellatos, qui apud sitos canere soliti essent, hoc est, vita functos & sepultos*, &c. Fatetur autem autor l. c. rectius *Sicinnistas* dici, de quibus suo loco. conf. Kirchman. de Funer. Rom. 2 c. 4 p. 135 & 146.

Composita:

¶ Adsĭtus, seu Assitus, a, um, adjacens, anliegend. Apulejus principio Florid. *Neque longule dissita, neque proxime assita possumus cernere.* Et Horat. 2 epist. 2 v. 170 *populus* (arbor) *adsita certis limitibus.*

¶ Circumsĭtus, a, um, circumjacens, umher gelegen. Ammianus 23 c. 26 *Antequam circumsitos populos ad ditionem gentilitatemque traherent nominis sui.*

¶ Consĭtus, vide supra in *Sero, sevi.*

¶ Desitus, vide in *Sino*, & in *Sero, ui.*

¶ Dissĭtus, a, um, weit von einander gelegen; ut, *Pars animæ per totum dissita corpus*, Lucret. 3 v. 144, id est, dispersa. Adde modo dicta in *Adsitus.*

¶ Insitus, vide supra in *Sero, sevi.*

¶ Intersĭtus, a, um, darzwischen gelegen. Apulejus de Deo Socrat. p. 45 *Sunt quædam mediæ potestates inter summum æthera & infimas terras, in isto intersitæ aëris spatio*, &c. Plin. 3 epist. 19 *intersita peregrinatio*, quod huc rectius refertur, quam ad *interserere*, ut vulgo solet.

¶ Obsĭtus, a, um, tectus, bedeckt, besetzt. Inservit circumlocutionibus: e. g. *Obsita tenebris loca*, finster, ex poëta Cic. Tuscul. 1 c. 21. *Nivibus obsitum iter*, beschneyt, Curt. 5, 6, 13. *Pannis annisque obsitus*, id est, senex pannosus, alt und zerlumpt, Terent. Eunuch. 2, 2 v. 5. *Obsita squalore vestis*, alt und unflätig, Liv. 2 c. 23; & *Obsitus squalore & sordibus*, Idem 29 c. 16. *Obsitus ævo*, veraltet, Virg. 8 Æn. v. 307. *Io setis obsita*, rauch, Idem Æn. 7 v. 790.

¶ Subsĭtus, a, um, subjacens, drunter liegend. Apulejus post princip. lib. 6 Metam. *Iter retrorsum porrigens inter subsitæ convallis sublucidum lucum prospicit fanum.*

SIVE, disjunctiva conjunctio, ex *si* & *ve* composita, entweder, oder. Terent. Andr. 1, 2 v. 19 *Dehinc postulo, sive æquum est, te oro, Dave.* Idem ibid. 1, 3 v. 11 *Sive ista uxor, sive amica est*, sie sey sein weib oder &c. Cicero ad Quint. fratr. 1 epist. 1 c. 1 *Resistas, sive etiam ultro occurras negotiis.* Particulam *sive* non minus ac *vel* rebus interponi diversis, & incertam esse vocum differentiam, quam præbet Vorstius de Suspect. mer. Lat. c. 18, pluribus demonstrat Borrich. Vindic. p. 233. ¶ 2. Memineris autem, hanc particulam non semel aut bis, verum etiam ter ac sæpius in disjunctionibus repeti solere. Quintilianus quinquies in unâ repetiit periodo, lib. 11 c. 3. Pro *sive* repetendo posuit etiam Ovid. Pont. 1 epist. 3 v. 31

Sive pium vis hoc, seu vis muliebre vocari.

SIVM, i, σίον, herba, wasserpeterlein, Plin. 22 c. 22; & 26 c. 8.

Slavi, vide supra *Sclavi.*

SMĂRAGDVS, i, σμάραγδος, gemma viridissima, ein schmaragd oder schmaral. vid. Plin. 37 c. 5. Lucretius 4 v. 1119

Grandes viridi cum luce smaragdi.

Martialis secundam syllabam corripuit lib. 5 epigr. 11

Sardonychas, smaragdos, adamantes, jaspidas uno
Versat in articulo.

¶ 2. Et quia viridissimæ viriditatis *Smaragdus* est, idcirco pro eadem ponitur. Phædrus de pavone lib. 3 fab. 19 *Nitor smaragdi collo præfulget tuo.* Auctor carminis de Phœnice:

Albicat insignis misto viridante smaragdo.

¶ Smăragdĭnus, a, um, denominativum, i. e. viridis, wie schmaragd, grün; ut, *smaragdinum olus*, Apic. 3 c. 1. *Emplastrum, quod pervirìde est, smaragdinum appellatur*, Cels. 5 c. 19 n. 4.

¶ Smaragdĭneus, a, um, idem. Martian. Capella lib. 1 *Smaragdinea viriditas.* Et Fortunatus Venantius lib. 8 carm. 6

Atque smaragdineo janua poste viret.

¶ Smaragdītes, æ, genus marmoris smaragdum referens; item montis, in quo legebantur smaragdi, Plin. 37 c. 5.

¶ Chalcosmaragdus, vide supra *Chalcus.*

¶ Pseudosmaragdus, i, *ex dimidia parte smaragdus, ex dimidia jaspis*, Plin. 37 c. 5.

SMĂRIS, ĭdis, σμαρὶς, pisciculi genus marini & littoralis, Plin. 32 c. 6 & 7 & 11. *Mænam candidam* vocat Gesnerus, weisser heuting. Nam *Mæna*, heuting vel hönting, inferioribus est Germanis. conf. Ovid. fragm. Halieut. v. 120.

SMEGMA, ătis, σμῆγμα, omne illud dicitur, quod purgat & abstergit, die seiffe, fleckkugel, a σμήχειν, *purgare.* Plin. 22 c. 25 *Succus ille smegma fit, quo fovere gangrenas, eruptiones pituitæ, ulcera manantia, utilissimum.*

¶ Smegmătĭcus, a, um, σμηγματικὸς, tersorius, saubernd. Sic *Medicamenta smegmatica*, ex Plinii lib. 31 c. 7 sub fin. afferuntur. Pintianus ex manuscripto cod. & Græcismo contendit, *smectica* legendum esse.

¶ Smectĭcus, a, um, σμηκτικὸς, idem. Plin. 30 c. 4 *Calefacere vi smectica.*

Smila, vide supra *Sicila*, in *Sica.*

SMĪLAX, ăcis, σμίλαξ, planta est diversorum generum. Plin. 16 c. 10, & 24 c. 10 *Smilax hortensis*, Welsche bohnen; σμίλαξ κηπαία, *Smilax aspera*, scharffe winden; σμίλαξ τραχεῖα, *Smilax levis* seu *lenis*; σμίλαξ λεῖα, windenkraut, weisse glockenblumen. Olim Baccho, & Cereri sacra erat. Ovid. Metam. 4 v. 283

Et crocon in parvos versum cum smilace flores.

SMĪLION, i, σμιλίον, collyrium, apud Celsum 6 c. 6 n. 19.

SMINTHEVS, i, Σμινθεὺς, epitheton Apollinis, a σμίνθα, quæ vox *murem domesticum* significat linguâ Cretensium. Hi enim coloniam aliquando deducturi, responsum ab Apolline acceperunt, ut ibi urbem conderent, ubi terrâ geniti ipsis obstitissent. Ad Hellespontum igitur progressi, cum noctu mures clypeos eorum arrosissent, oraculi memores urbem ibi posuerunt, eamque *Sminthiam* appellarunt. Hæc Homeri interpretes. vide Voss. lib. 3 Instit. Orat. p. 332, ubi rem aliter refert.

SMYRIS, ĭdis, vel ĭtis, utriusque enim declinationis invenio exempla, vel λίθος σμύρις, *lapis Smyris*, cujus pulvere expoliuntur gemmæ: quôque utuntur dactylioglyphi, hoc est, qui annulos exsculpunt; commendatur etiam dentifricio. Schmirgel vocant vulgo, Dioscorid. Matthiolus.

SMYRNA, æ, Σμύρνα, civitas postrema Ioniæ maritima, pulcherrima, celebris quondam etiam Homeri templo & statua. Ejus laudationem Aristides scripsit. vid. etiam Strabo lib. 14. ¶ 2. *Smyrna*, poëma Cinnæ vatis, de quo Catullus carm. 94. conf. Turneb. Advers. 17 c. 17. ¶ 3. *Smyrna* a Græcis myrrha dicitur, myrrhen. Sic, *Smyrnæ odor*, Lucret. 2 v. 502. conf. Dioscor. 1 c. 77, & Plaut. Asin. 5, 2 v. 79.

¶ Smyrnæus, a, um, adject. Silius 8 v. 595 *Smyrnæis plectris*, id est, Homericis. Et Lucan. 9 v. 984 *Smyrnæi vatis honores*, i. e. Homeri.

¶ Smyrnium, i, σμύρνιον, herba, quæ & *olusatrum* dicitur, liebstöckel. *Smyrnion* vero inde, quod in caulium cacuminibus umbellam habeat odore myrrham referentem. vid. Plin. 19 c. 12; & 27 c. 13; & 20 c. 17. Cato R. R. c. 102. Apulej. de Herb. c. 106 & 126.

SMY̆RVS, i, σμύρος, piscis, apud Plinium 32 c. 11.

Soboles, sobolesco, vide supra in *Oleo.*

Sobrie, sobrietas, vide mox *Sobrius.*

SOBRĪNVS, i, plural. *Sobrini*, duarum pluriumve dicuntur sororum filii, quasi *Sororini*, geschwister kinder. Donatus ad Terent. Andr. 4, 5 v. 6 *Sobrini sunt consobrinorum filii.* Atque ita etiam Petr. Marsus ad illud Cic. Offic. 1 c. 17 *Conjunctiones consobrinorum sobrinorumque.* ¶ 2. Justinianus etiam ex fratribus, patruelibus, consobrinis vel amitinis natos *Sobrinos* dici posse putat, Instit. de grad. cognat. Sic Terent. Andr. 4, 5 v. 6 *Estne hic Crito sobrinus Chrysidis?* Plaut. Pœnulo 5, 2 v. 198 *Mihi sobrina tua mater fuit.* ¶ 3. Hic tamen pro quocunque cognato *Sobrinus* intelligi videtur: *Eho tu sobrinum tuum non noras?* Hunc enim paullo superius *cognatum* dixerat Terent. Phorm. 2, 3 v. 37.

¶ Sobrīna, æ, fœm. idem. Plaut. Pœn. 5, 2 v. 198 *Mihi sobrina tua mater fuit.*

¶ Consobrīnus, i, idem, qui *Sobrinus.* Cicer. 2 famil. epist. ult. *Curius consobrinus tuus, mihi maxime necessarius.* Terent. Hecyr. 3, 5 v. 9 *Credo quid reliquit Phania consobrinus noster*, unser vetter. ¶ 2. Donatus tamen ex fratre & sorore natos *consobrinos* dixit, qui *amitini* alias appellantur. Ac Cicero pro Ligario c. 4 *Ne cum hoc C. Broccho avunculo suo, ne cum ejus filio consobrino suo.* Vide Gajum Lege Gradus cognationis § 4 Dig. 6 de gradibus &c.

¶ Consobrīna, æ, eine muhme, baase. Cic. pro Quintio c. 4 *Quintii consobrinam habet in matrimonio.*

SOBRIVS, a, um, temperans in victu, mässig, nüchtern; quasi *sine ebrietate*, opponitur enim vinolento, ut *Socors* sine corde. A *se* particula στερητικῇ, (E enim in O transit εὐφωνίας gratia) & *ebrius.* Cicer. in Verr. 5 c. 27 *Homines satis plane frugi ac sobrii.* Plaut. Trucul. 4, 4 v. 2 *Si alia membra vino madent, cor sit saltem sobrium.* ¶ 2. Terent. Andr. 4, 5 v. 39 *Tu pol homo non es sobrius*, id est, sanæ mentis, du bist nicht klug. Sic *ebrius* contra insanum notat, de quo vide suo loco. Nec aliter Græci τὸ νήφειν, *sobrium esse*, usurparunt. Epicharmus apud Cicer. 1 ad Attic. epist. 19 Νῆφε, καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν, ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν: *Providus esto & memento diffidere: hi enim nervi rationis sunt.* Cicero de Petitione Consulatus cap. 10 illud Νῆφε omittens ita vertit: ἐπιχαρμεῖον *illud teneto:*

NERVOS

NERVOS ATQVE ARTVS SAPIENTIAE, NON TEMERE CREDERE.

¶ Sobrie, adverbium, temperanter, mäßiglich. Cicer. 1 Offic. cap. 30 *Intelligamus, quam sit turpe, diffluere luxuriâ, & delicate ac molliter vivere, quamque honestum, parce, continenter, severe, sobrie.* ¶ 2. Provide, diligenter, & cum cura, weislich. Plaut. Captiv. 2, 1 v. 28

Cauto est opus, ut hoc sobrie, sineque arbitris,
Accurate hoc agatur, docte & diligenter.

Idem Pseudolo 4, 1 v. 28 *sed ego quæ tibi dona*
Dabo & faciam, si hanc rem sobrie accurassis?

Sic, *Sobrie & frugaliter rem curare*, in Persa dixit act. 4 ineunte.

¶ Sobriĕtas, ātis, die nüchternkeit. Seneca Tranquill. anim. c. ult. *Tristis sobrietas removenda paullisper.* Prudentius Psychom. v. 345
fortissima virtus Sobrietas.

¶ Sobriefactus, a, um, ad sobrietatem redactus, ermuntert. Apulej. lib. 8 Metam. *Sobriefactus sermone.*

Soccatus, soccĭfer, vide sequens *Soccus.*

SOCCVS, i, calceamenti muliebris genus, eine socke, ein pantoffel; unde *Soccum muliebrem* Suetonius dixit Caligulâ c. 52. Eo domi utebantur, sicut *Soleis* viri. Quamquam & viri *soccis* per mollitiem usi, ut Caligula, de quo Suetonius l. c. itemque Seneca 2 de Beneficiis c. 12, & Plinius 37 c. 2, sed exprobrantes. Terentius tamen duro illi atque adstricto Menedemo *Soccos* tribuit, Heaut. 1, 1 v. 72. Sed hoc in palliatâ comœdia & de Græco dixit, ut Eugraphius hic notat. Græci enim crepidati sive soccati prodibant. Hinc apud Ciceronem Orat. pro Rabirio Postumo c. 10 habitus Græcus *pallio* & *soccis* describitur, ubi tradit, P. Rutilium, ut crudelitatem Mithridatis in Romanos, togis conspicuos atque notabiles, evitaret, mutasse habitum, & pro Romano Græcum sumsisse: *Facilius*, inquit, *certe P. Rutilium Rufum necessitatis excusatio defendet: qui cum a Mithridate Mitylenis oppressus esset, crudelitatem regis in togatos, vestitus mutatione vitavit. Ergo ille P. Rutilius, qui documentum fuit hominibus nostris virtutis, antiquitatis, prudentiæ, consularis homo soccos habuit & pallium?* Suetonius quoque Tiberio c. 13 Græcanicum habitum *pallio* & *crepidis* describit. ¶ 2. Nec alia ratione comœdiarum actores *Soccis* utebantur. Comœdiæ enim pleræque descriptæ a Græcis. Hinc *Comicus soccus*, Plinio dictus lib. 7 c. 30. *Socci scenici*, Plaut. Pseud. 4, 7 v. 21. conf. Cist. 4, 2 v. 29. Et Horat. 2 epist. 1 v. 174 de Dorsenno poëta comico: *Quam non adstricto percurrat pulpita socco.*
Sic *Socco digna carmina* pro comœdiis dixit, quæ in socco aguntur, Horat. de Arte Poët. v. 90. Quin & ipsæ comœdiæ *soccorum* nomine veniunt, sicut *cothurnus* pro tragœdia dicitur. Idem eadem epistola de Arte Poëtica v. 80

Hunc socci cepêre pedem (jambum) *grandesque cothurni.*

Significat enim, jambicorum versuum usum comœdiis tragœdiisque communem esse. De *Soccis* vide etiam Merceri Animadvers. ad Alexandri de Alexandro Geniales sermones, p. 425. ¶ 3. *Soccus* interdum idem est ac calceus, ein schuch; uti apparet ex Plaut. Bacch. 2, 3 v 89; Trinum. 3, 2 v. 94; Epid. 5, 1 v. 21; & Pers. 1, 3 v. 44.

¶ Soccŭlus, i, diminut. ein schüchlein. Sueton. Vitellio c. 2 *Detrahere socculum dextrum.* Et Seneca 2 de Benef. c. 12 *socculus auratus.*

¶ Soccātus, a, um, soccis indutus, mit schuhen versehen. Seneca dicto loco: *De capite consularis viri soccatus audiebat.*

¶ Soccĭfer, a, um, idem; ut, *Soccifer Menander*, Sidonius carm. 9 v 215.

¶ Candŏsoccus, i, a candido socco, mergus, ein gesenck am weinstock. Colum. 5 c. 5 *Quos nostri agricolæ mergos, Galli candosoccos vocant.*

SŎCER, ĕri, ἑκυρός, uxoris pater, ein schwäher. Correlativum ejus est *Gener.* Ovid. 1 Metam. v. 144

Non hospes ab hospite tutus, Nec socer a genero.

Cicer. in Offic. 1 c. 35 *Nostro quidem more cum soceris generi non lavantur.*

¶ Sŏcĕra, æ, fœm. die schwieger. Inscriptio lapidis in Anglia reperti, apud Gruter. p. 546 n. 5 PATRI PIENTISSIMO ET SOCERAE TENACISSIMAE.

¶ Socrus, ûs, ad generum, & ad nurum refertur, die schwieger. Terent. Hecyr. 2, 1 v. 4 *Adeo omnes socrûs oderunt nurûs.* Juvenalis sat. 6 v. 230 *Desperanda tibi salvâ concordia socru.*

¶ Socruālis, e, schwiegerlich; ut, *Hereditas socrualis*, Sidonius 8 epist. 9. Et, *Socrualis munificentia*, Idem lib. 7 epist. 2.

¶ Absŏcer, ĕri, uxoris proavus. Capitolinus Gordiano c. 2 *Socero, prosocero, & item alio prosocero, & duobus absoceris COSS.*

¶ Consŏcer, ĕri, plural. *Consoceri* dicuntur, quorum alter filium alterius filiæ maritum dedit, schwieger-eltern. Vlpian. de donation. inter vir. Lege 32 § 20 *Si duo consoceri invicem donaverint.* Adde § 21 ibidem: & Sueton. in Claudio c. 29.

¶ Consocrus, ûs, fœm. die mitschwieger. Auson. Parental. 30 in titulo: *Pomponia Vrbica, consocrus.*

¶ Prōsŏcer, ĕri, uxoris avus, der großschwäher, cui respondet *Progener.* vide Leg. 4 Dig. de Gradibus. Et Ovid. Heroid. epist. 3 Briseid. v. 74
Cuique senex Nereus prosocer esse velit.

¶ Prosocrus, ûs, fœm. uxoris meæ avia, die großschwieger, Lege 4 § 6 Dig. de Gradibus.

Socia, socialis, sociare, societas, &c. vide mox in *Socius.*

SŎCIVS, i, ejusdem laboris, spei, incepti, periculi, &c. ein gesell, mitgesell, camerath. Cic. 13 fam. epist. 71 *Comes meus fuit & omnium itinerum, navigationum, laborum, periculorum meorum socius.* Terent. Heaut. 3, 1 v. 9 *Æquali suo video inservire, & socium esse in negotio.* Et, *Socius ad malam rem*, i. e. adjutor, Plaut. Asin. 2, 2 v. 22. *Socius consiliorum*, Idem Milit. 4, 2 v. 22; & *culpæ socius*, Cic. ad Attic. 11 epist. 14. Lucan. 1 v. 92

Nulla fides regni sociis, omnisque potestas
Impatiens consortis erit.

Seneca in Agamemnone v. 259

Nec regna socium ferre, nec tædæ sciunt.

Sed alter Seneca epist. 6 *Nullius boni sine socio jucunda possessio.* Cæterum sic sumus homines, ut & malorum socios habere instar solatii sit: Vnde illud Plauti Epid. 1, 1 v. 71 *Quia perire solus nolo, te cupio perire mecum.* Symmachus 7 epist. 27 *Et illa quidem adversa, quæ cum pluribus pertulisti, more humani ingenii habeant aliquod de societate solatium.* Guntherus Ligurino lib. 9 v. 18

Sed utraque viris ex parte peremtis
Præbuit alterno casus solatia damno.

¶ 2. *Socii* populi Romani dicebantur, qui fœdere cum ipsis conjuncti essent, die bundsgenossen, alliirten; a quibus tamen *auxilia* differebant: vide *Auxilium.* ¶ 3. Appellabant & duces, milites suos *socios*, benevolentiæ conciliandæ gratia. vide Vall. lib. 4 c. 38. Differt autem *socius* a *comite*, & *sodali.* Nam *Comes* est, qui cum aliquo simul it, & tamquam ducem sequitur: *Sodales* vero proprie dicuntur, qui ejusdem sunt collegii, aut certe, qui rerum leviorum jucundiorumque inter se sunt participes.

¶ Sŏcia, æ, substantivum fœm. eine gesellin; ut, *Socia tori*, ein ehegemahl, Ovid. Metam. 10 v. 268. *Ætherei socia rectoris* Juno dicitur apud Stat. 2 Achill. v. 339. Interdum idem valet quod adjutrix, eine gehülffin. Plaut. Cist. 4, 2 v. 77 *Sociam te mihi adopto ad meam salutem.* Et Lucret. 1 v. 24 ad Venerem:

Te sociam studeo scribendis versibus esse.

¶ Sŏcius, a, um, adject. zugesellet. Virgil. 2 Æn. v. 371 *Socia agmina*, σύμμαχα. *Socius honor*, Ovid. 13 Metam. v. 949. *Socia nox*, Cic. 2 Philipp. c. 18, die behülffliche nacht, quæ facinoris alicujus perpetrationem juvat. *Socias carpere dapes*, Martial. 9 epigr. 73, mit einander speisen. Statius 1 Theb. v. 130

Sociisque comes discordia regnis.

¶ Sŏciēnus, i, antique idem qui *socius*, apud Plaut. Amph. 1, 1 v. 228; Aulul. 4, 4 v. 31; & Casinâ 4, 2 v. 18.

¶ Sŏciālis, e, gesellschafftlich; ut, *Fœdus sociale*, quod inter socios initum est, Livius 34 c. 56. *Bellum sociale*, quod cum iis, qui a societate defecerant, gestum est, Florus 3 c. 18. *Torus socialis*, Ovid. 2 Fast. v. 729. Et Seneca de Beneficiis 5 c. 11 extremo: *Beneficium dare, socialis res est; sibi benefacere, socialis res non est.* Lactantius 6 c. 10 *Deus animal nos voluit esse sociale.* Etiam Seneca 7 Benefic. c. 1 hominem *sociale animal* dixit.

¶ Sŏciālĭter, adverb. gesellschaffts weise. Horat. de Arte poët. v. 258 *de sede secunda Cederet aut quarta socialiter.*

¶ Sŏciālĭtas, ātis, humanitatis pars, eaque virtus, quæ congressibus & societate hominum gaudet, secretum & solitudinem adversatur, die geselligkeit. Plinius Panegyrico Trajani c. 49 *Num remissionibus tuis eadem frequentia, eademque illa socialitas interest?*

¶ Sŏciĕtas, ātis, die gesellschafft, das bündniß; ut, *Facere societatem cum aliquo*, Cicero pro Quint. c. 3. *Coire societatem cum aliquo salutis & periculi*, Idem pro Rab. Perduell. c. 7. *Ad societatem alicujus se applicare*, Nepos Aristide c. 2. Idem Conone c. 2 *In societate non manere*; & ibidem: *coire societatem cum quo*, ut supra ex Cicerone. In quibus *societas* de confœderatione dicitur. Pariter Sueton. Cæsare c. 19 *Societatem cum utroque iniit, ne quid ageretur in republ. quod displicuisset ulli e tribus.* Ea conspiratio potius fuit, quæ urbi orbique terrarum, nec minus diverso quoque tempore ipsis hisce triumviris, exitialis fuit, ut scribit Vellej. Paterc. 2 c. 44. Sic, *Societas fide colitur*, Cic. pro Quinct. c. 6. *Renunciare societatem alicui*, Livius lib. 38, auffagen. Et, *Jucundissimam vitæ atque officiorum omnium societatem fictis sermonibus & falsis criminibus dirimere*, Cic. pro Domo sua c. 11. *Infida regni societas*, Livius 1 c. 14. ¶ 2. *Societates* etiam dicuntur certorum hominum corpora sive collegia suis legibus obstricta, quibus qui præerant, *Magistri societatum* appellabantur, eine zunfft, brüderschafft. Vide Leg. 1 Dig. quod cujuscunque universitatis nomine &c. & Leg. 14 Dig. de pactis. Cæsar 3 de B. C. c. 3 *Magnam pecuniam societates earum provinciarum, quas ipse obtinebat, sibi numerare coëgit.* Græcis ἑταιρίαι appellabantur: quarum Plinius 10 epist. 43 & 97 meminit. Gloss. Cyrill. ἑταιρία, *sodalitium, societas, sodalitas.*

¶ Sŏcio, avi, atum, are, quasi socium socio adjungere, conjungere, zusammen gesellen, zusammen fügen. Cicero pro Flacco c. 9 extr. *Quid si testium studium cum accusatore sociatum est?* Livius 39 c. 13 *Conjurare aut facinoribus sociari nolle.* Columell. 3 c. 3 *Cum scientiâ sociare diligentiam.* Virg. Æn. 4 v. 16 *Se cui vinclo sociare jugali*, sich verehlichen. Et Valer. Flaccus 5 v. 280

Et Juno, & summi virgo Jovis, intima secum
Consilia, & varias sociabant pectore curas.

Vet. Scholiastes: *Sociare*, impertiri, novo usu.

¶ Sociātus, a, um, zugesellt, vereiniget; ut, *Thalamo sociatus*, Virgil. Æn. 9 v. 594. *Mihi sociata fœdere lecti*, Ovid. in Ibin v. 15. *Sociati parte laboris fungi*, zugleich arbeiten, Idem Metam. 8 v. 546. *Sociata palmite vitis*, Statius 5 Silv. 1 v. 48.

¶ Sociatrix, īcis, eine kuplerin. Adjective *Sociatrix gratia*, Valer. Flaccus 5 v. 499.

¶ Sŏciābĭlis, e, quod facile conjungitur, gesellig. Plin. 16 c. 42 *sociabilis glutino.* Et Livius 40 c. 8 *sociabilis consortio.*

¶ Sŏciofraudus, i, qui socium fallit, ein betrieger seines camerathens. Plaut. Pseud. 1, 3 v. 128 *Furcifer, sociofraude, parricida.*

Composita:

¶ Assŏcio, seu Adsŏcio, are, socium se adjungere, sich zu einem gesellen. Statius 3 Theb. v. 454 *Associat passus.* Claudian. de Bello Gildon. v. 481 *vela legunt, & cornua summis*
Associant malis.

¶ Assŏcius, a, um, zugesellig. Cassiodorus 3 epist. 47 de Salamandra: *Animal associum lumbricis.*

¶ Consŏcio, are, est conjungere, zusamen gesellen. Plaut. Rud. 2, 6 v. 67 *Consociare mihi tecum licet.* Cicero de Fin. 3 c. 20 *Naturâ ad civilem communitatem conjuncti & consociati sumus.* Et, *Consociare consilia cum aliquo*, Idem post redit. in Senatu c. 7.

¶ Consŏciātus, a, um, zusammen gesellt, vergesellschafftet, gemeinschafftlich. Livius 25 c. 18 *Nihil sibi cum eo consociatum, nihil fœderatum hosti cum hoste.* Cic. de Leg. 1 c. 7 *Lege quoque consociati homines*

cum Diis. Idem 3 fam. epist. 3 *Consociatissima voluntate*: Sic in MSS. quæ P. Victorius & Grævius sequuntur.

¶ Consociatim, adverb. idem. Ammianus 15 c. 27 *consociatim meant.*

¶ Consociatio, ōnis, die vereinigung, verbindung; ut, *Conciliatio & consociatio totius generis hominum*, Cic. 1 Offic. c. 41 extr. *Accommodatum ad hominum consociationem*, Idem ibid. Et, *Dissolvere consociationem humanam*, Idem 3 Offic. c. 6 pr. Et Livius 40 c. 5 *Consociatio gentis animum regis erexerat.*

¶ Consŏciābĭlis, e, verbindlich. Ambrosius epist. 1 principio: *Quid tam consociabile, quam de divinis rebus sermonem contexere?*

¶ Dissŏcio, are, disjungere, societatem dissolvere, von einander reissen oder trennen. Cic. de Amicit. c. 20 *Morum & studiorum dissimilitudo dissociat amicitias.*

¶ Dissŏciātio, ōnis, die zertrennung. Plin. 22 c. 21 *Tanta dissociatio deprehenditur.*

¶ Dissŏciābĭlis, e, quod nequit sociari, zertrennlich, unverträglich. Horatius 1 od. 3 v. 21 *Deus abscidit oceano dissociabili terras.* Et Tacit. in Agricola c. 3 *Res dissociabiles miscere, principatum & libertatem*, dinge, die nicht bey einander stehen können.

¶ Indissŏciābĭlis, e, unzertrennlich. Lactantius de Opific. Dei c. 10 *Indissociabilem prætendunt unitatem.*

¶ Indissŏciābĭlĭter, adverb. idem. Auctor Breviarii fidei adv. Arian. (quod Sirmondus edidit) p. 95 *Mens indissociabiliter una.*

¶ Insŏciābĭlis, e, quod sociari & conjungi non potest, unfreundlich, widrig; ut, *Indomita & insociabilis gens*, ein wild und ungeselliges volck, Livius 37 c. 1. Et, *Regnum insociabile*, Tacit. Ann. 13 c. 17. Rursus Livius 27 c. 39 de Alpinis gentibus: *Omni humano generi insociabiles erant.* Et Plinius 16 c. 43 pr. *insociabilia glutino.*

Socordia, socors, quære supra in *Cor.*

SŌCRĂTES, is, Σωκράτης, ἀνδρῶν ἁπάντων σοφώτατος, id est, *sapientissimus mortalium omnium*, oraculo judicatus, quemadmodum Laërtius scripsit. Philosophus fuit Atheniensis, *reliquorum Philosophorum fons*, ut eum Quintilianus 1 c. 10; & *princeps*, ut Cicero de Orat. 3 c. 16; & *parens philosophiæ*, ut Idem de Fin. 2 c. 1 vocarunt; paullo ante Platonem & Aristotelem, sive Platonis præceptor. Patrem habuit Sophroniscum nomine, quemadmodum ex Xenophonte liquet, marmorarium, & tenui hominem fortuna. Docuit sine mercede. Scriptorum nihil unquam edidisse ipsum constat; de traditionibus tamen suis, quæ non editæ, sed a Platone & Xenophonte expositæ sunt, hæc Cicero retulit de Orat. l. c. *Socrates fuit is, qui omnium eruditorum testimonio, totiusque judicio Græciæ, cum prudentiâ & acumine, & venustate & subtilitate, tum vero eloquentiâ, veritate, copiâ, quam se cumque in partem dedisset, omnium fuit facile princeps.* Hic, ut rursus Cicero ait lib 5 Tuscul. c. 4, *primus philosophiam devocavit e cælo, & in urbibus collocavit, & in domos etiam introduxit, & coëgit de vita, & moribus, rebusque bonis & malis quærere*; hoc est, moralis philosophiæ inventor institutorque fuit. Cum ad provectam admodum ætatem pervenisset, ut paullo post tamen e vita ei esset excedendum, accusatus, quasi Deos communes non coleret, sed novos introduceret, cum se dæmonem familiarem, cujus consilio in rebus agendis uteretur, habere dixisset, post latam sententiam cicutâ sublatus est, cum eo ipso die, quo excessit e vita, disputasset, *discere nihil aliud esse, quam recordari*, quemadmodum Cicero scripsit in Quæst. Tuscul. 1 c. 24, & Laertius. Cur *scurra Atticus* appellatus, vide supra in *Scurra*, & apud Cic. de N. D. 1 c. 34; & Barth. ad Script. Venat. p. 163, nimirum ridibundus pleraque docebat, & omnes ejus disputationes suavem præ se ferebant ironiam; Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 152. ¶ 2. Fuerunt & alii *Socratis* nomine, historici maxime, de quibus Vossius de Historicis Græcis p. 328. *Socrates Constantinopolitanus* historias ecclesiæ græce scripsit libris septem, a tempore Constantini M. usque ad Chrysostomum, cujus tempore fuisse eum, consentaneum est. Exstant illi ejus libri græce & in linguam latinam conversi, nec semel editi; sed optime ab Henr. Valesio, cujus etiam Annotationibus illustrati sunt.

¶ Sōcrătĭcus, a, um, adject. Horat. de Art. poët. v. 310

> *Rem tibi Socraticæ poterunt ostendere chartæ.*

Cic. Off. 1 c. 29 *Jocandi genus ingeniosum Socraticorum philosophorum.*

¶ Socratice, adv. ut, *Socratice agere in docendo*, Cic. 2 ad Att. epist. 3.

Socrualis, socrus, vide paullo ante in *Socer.*

SŎDĀLIS, is, in convivio est & rebus voluptuosis, quemadmodum Valla indicat, ein zechgesell, mitbruder. Vet. Gloss. ἑταῖρος, *Collega, socius, sodalis.* Nomen a *sedendo* est. Festus: *Sodales dicti, quod una sederent & essent.* ¶ 2. Nam & qui ejusdem collegii esset, *sodalis*, quamquam improprie, ut vult Gutherius 1 de Veteri Jure Pontificio c. 3, appellatur, ein college. Ita *Sodales Tatii: Sodales Augustales*, &c. sacerdotes ejusdem collegii dicti, de quibus Marcellus Donatus ad 1 Annal. Taciti c 54. ¶ 3. Hinc & aliæ res, quæ sociari amant, *sodales* appellantur. Ita enim Horat. 1 ode 25 v. 19 *Hebrum* frigidissimum Thraciæ fluvium, *hiemis sodalem* appellat: & lib. 3 ode 18 v. 7 *Crateram Veneris sodalem.* Cicer. in 3 Verr. c. 36 *Ille quoque sodalis istius fuit in hoc morbo & cupiditate*, hoc est, eodem animi vitio laboravit. Plaut. Mercat. 5, 2 v. 4 *Sed sodales reperi, vitam, amicitiam, civitatem, lætitiam, ludum, jocum.* Studiosi observent, quod de moribus scripsit Martialis 12 epigr. 34

> *Si vitare velis acerba quædam,*
> *Et tristes animi cavere morsus,*
> *Nulli te facias nimis sodalem,*
> *Gaudebis minus, & minus dolebis.*

¶ Sŏdālĭtas, ātis, collegium, tribus, die zunfft, gesellschafft, brüderschafft. Cic. pro Planc. c. 15 *Cujuscunque tribus largitor esset, quæ honeste sodalitas nominaretur.* Idem de Senect. c. 13 *Sodalitates me quæstore constitutæ sunt.* vide & supra *Societas.*

¶ Sŏdālĭtium, i, idem. Auctor ad Herenn. 4 c. 51 pr. *Venit in ædes quasdam, in quibus sodalitium erat eodem die futurum.* Catullus epigr. 101 *Dulce fraternum sodalitium.* Et auctor Declam. sub Ciceronis nomine in Sallust. *Abiit in sodalitium sacrilegii.*

¶ Sŏdālĭtius, a, um, adject. gesellig; ut, *Sodalitiis adstricti consortiis*, Ammian. 15 c. 9.

¶ Sŏdālĭtiārius, i, idem. Inscript. apud Fabrettum p. 329 IVLIVS BALERIANVS QVI VIXIT ANNIS N. XX. NATALI SVO D. SODALICIARIVS BONVS AMORATVS.

SŌDES, interjectio, ex *si audes* contracta, ey lieber. Cic. in Oratore c. 45 *Libenter copulando verba jungebant: ut* SODES, *pro si audes:* SIS, *pro si vis.* Donatus ad illud Terentii Andr. 1, 1 v. 58 *Dic, sodes:* DIC, inquit, *imperativum est: ideo temperavit injuriam blandimento* SODES. *Est autem* SI AVDES, *ut*, sis, si vis. *Nam delirat, qui* σαὸς ζῶς *interpretatur* SODES. Sane τῷ SI AVDES, integre pro SODES usus est Plautus in illo: *Dic mihi, si audes, quæ est, quam ducere vis uxorem?* Vt Vet. Scholiastes Persii ad sat. 3 observat, habet significationem & exhortandi & blandiendi, unde & blandimentum Donatus vocat. Vet. Gloss. in Onomastico per ἀντιβολῶ exponit. Quod in Glossis aliis: *oro, quæso, precor*, interpretatur. Ergo, *sodes, amabo, quæso*, synonyma sunt & similis significationis. Ita, *Dic sodes*, lieber sag es. Cic. ad Attic. 7 epist. 3 *Tartessium istum nunc mihi exeunti jube sodes numos curare.*

SŎDŎMA, ōrum, Σόδομα, vel Sodomum, i, oppidum Judææ, cujus historia ex Genesi nota est. Solinus de situ Judææ c. 38 *Ibi duo*, inquit, *oppida, unum* Sodomum, *alterum* Gomorrum, *apud quæ pomum gignitur, quod habeat speciem licet maturitatis, mandi tamen non potest. Nam fuliginem intrinsecus favillaceam ambitio tantum extimæ cutis cohibet, quæ vel levi tactu pressa fumum exhalat, & fatiscit in vagum pulverem.* Sed & in fœminino *Sodoma, Sodomæ*, & in plurali masculino *Sodomi, Sodomorum*, Christiani dixerunt scriptores. Cyprianus Genesi v. 126 *Nusquam sunt Sodomi, nusquam illorum impia lucent*
> *Mœnia.*

Nisi *Sodomos* pro Sodomitis dixit. Et ita v. 86
> *Provenient Sodomûm pœnas.*

Severus Sulpitius lib. 1 Sacræ Hist. c. 6 *At Sodoma divinis ignibus conflagravit.* Et ita Salvianus non semel.

¶ Sodŏmītæ, arum, penult. longa, Sodomorum incolæ: pro adjectivo *Sodomiticus*, vel patronymico *Sodomitis*, Prudentius usus in Vincentio v. 195 *Sodomita nec latet cinis.*

Et Psychom. v. 42 *Quam patrias succincta faces Sodomita libido*
> *Aggreditur.*

Sic *Titurus Scythes* Seneca Hippolyto, pro *Scythicus*: & *Exercitus Astur* pro *Asturicus*, Silius lib. 1 v. 253.

¶ Sŏdŏmītĭcus, a, um, sodomitisch; ut, *Peccatum Sodomiticum*, &c.

SOL, sōlis, die sonne, qui, obscuratis fulgore suo omnibus sideribus, solus, unde & appellatus, mundum & superiorem & inferiorem illustrat, ut qui in medio planetarum constitutus sit mundi oculus. Julius Firmicus de Errore profanarum religionum: *Lumen hoc, quod hominibus jussu Dei fugatis tenebris diem reddit* &c. *solem dici voluerunt, non quia solus est, ut quidam volunt* &c. *Sed ideo sol appellatur, quia cum ortus fuerit, obscuratis cæteris sideribus luceat solus.* Boëthius hoc nomen Deo competere maxime canit, quod solus omnia respiciat: *Quem*, inquit, *quia respicis omnia solus,*
> *Vere possis dicere Solem.*

Solis vim & potestatem admiratus Plinius, Deum credit, lib. 2 c. 6 *Eorum* (Planetarum) *medius sol fertur amplissima magnitudine & potestate: nec temporum modo terrarumque, sed siderum etiam cælique rector. Hunc mundi esse totius animum, ac planius mentem, hunc principale naturæ regimen ac numen, credere decet opera ejus æstimantes* &c. Cap. 7 insequens ita exorditur: *Quapropter effigiem Dei formamque quærere, imbecillitatis humanæ reor. Quis est Deus, (si modo est alius*, præter solem puta,) *& quacunque in parte totus est sensus* &c. Sane solem *Deum* absolute appellat Avienus Arateis v. 691. Nec mirum, solem principem siderum, Deum creditum, cum sidera omnia & stellas Deos haberent, de quo supra in *Sidus*: quæ vide. Hunc solem orientem religiose salutare solitos Syros, Tacit. 3 Hist. c. 24 extr. notat; Quamquam Syris & orientalibus haud tantum, sed plerisque gentium in more fuisse positum, Lipsius ad istum Taciti locum observat. Et eo pertinet, quod non videre tantum, verum audire etiam Homero dictus, de quo Plinius lib. 2 c. 6; & nepos ejus Panegyr. Trajani c. 80. Eleganter soli loricam *bisseno sidere textam* Valerius Flaccus tribuit lib. 4 ad Zodiacum respiciens. De quadrigis, quas ei poëtæ tribuunt, vide Buchnerum ad Prudentii hymnum de Natali Domini v. 12. *Sale & sole nihil utilius*, Plin. 31 c. 9. Et Liv. 39 c. 26 *Nondum omnium dierum sol occidit*, es ist noch nicht aller tage abend. *Plures adorant solem orientem quam occidentem*: vide Chiliad. ¶ 2. Sed *Soles* pluraliter pro diebus, & radiis solis dicunt, der tag, schön wetter. Virg. 3 Æn. v. 203

> *Tres adeo incertos cæca caligine soles*
> *Erramus pelago.*

Claudianus de 4 Consulat. Honorii v. 341
> *Aurea submbrant rapidos umbracula soles.*

Ovidius Fastor. 1 v. 157
> *Tum blandi soles: ignotaque prodit hirundo.*

Et, *Locus solibus expositus*, Plin. 15 c. 5. Seneca 3 Quæst. Nat. c. 27 *Sine ullis solibus triste nubilo cælum est.* Catullus epigr. 5 v. 4

> *Soles occidere & redire possunt,*
> *Nobis quum semel occidit brevis lux,*
> *Nox est perpetua una dormienda.*

Sed & singulari *sol* pro die Horatio ponitur, lib. 4 ode 2 v. 46
> *& ô sol*
> *Pulcher, ô laudande, canam recepto*
> *Cæsare felix.*

¶ 3. *Soles* etiam magnos calores notant, die sonnenhitze. Virg. 1 Georg. v. 66 *glebasque jacentes*
> *Pulverulenta coquat maturis solibus æstas.*

Horat. epod. 2 v. 41 *Sabina qualis, aut perusta solibus*
> *Pernicis uxor Apuli.*

Tibull. 1 eleg. 4 principio;

Sic umbrosa tibi contingant tecta, Priape,
Ne capiti soles, ne noceantque nives.

¶ Sōlānus, a, um, adjectivum, idem quod *solaris*, **von der sonnen**; unde *solanus ventus*, qui sub sole exoriente nascitur. Vitruv. 1 c. 6 *Nonnullis placuit esse ventos quatuor, ab oriente æquinoctiali solanum*, &c.

¶ Sōlānum, i, subst. herbæ nomen, Græci *strychnon* vocant, Plin. 27 c. 13. *Solani succus*, Cels. 6 c. 17. Est herba variorum ac diversorum generum. Est enim *Solanum hortense*, **nachtschatten**: & *Solanum halicacabum*, ἁλικάκαβος, seu *vesicaria*, **Jüdenkirschen, alkekengi**: *Solanum* denique *somniferum*, **schlaffkraut**: & *furiosum*, **tollkraut**: item *Solatrum*, quinta solani species; Matthiolus.

¶ Sōlāris, e, ad solem pertinens, **von der sonnen**; ut, *Radii solares*, **die sonnenstrahlen**. *Herba solaris*, hoc est, heliotropion: vide *Heliotropium* aut *Cicorium*. Et, *Annus solaris*, vide Mathemat. Et, *Lumen solare*, Ovid. 5 Trist. eleg. 9 extr.

¶ Solārium, i, horologium, in quo horæ in sole inspiciuntur, **ein sonnenzeiger**. De ejus inventore vid. Plin. 7 c. 60. Plautus Bœotiâ apud Gellium lib. 3 c. 3

Ut illum Dii perdant, primus qui horas repperit,
Quinque adeo primus statuit hic solarium,
Qui mihi comminuit misero articulatim diem;
Nam me puero venter erat solarium
Multo omnium istorum optimum & verissimum.

¶ 2. *Solaria* etiam dicebantur tecta plana, vel loca sine tecto in suprema parte ædium, ubi solebant apricari, **altane, söller, oberböden**. Nam cum ædificiorum tecta apud veteres vel fastigiata essent & in culmen erecta; vel æqua sive plana: hæc *solaria*, quod undique solem exciperent, apricaque essent; itemque *Mæniana* appellabantur, ut ex Hieronymo ad Sunium & Fretellam Salmasius ad Pescennium Nigrum Spartiani observat. Atque in Græcia quidem & toto pene oriente privatæ ædes omnes tectæ ad istum modum: Fastigia enim sola habebant templa. Apud Romanos vero certæ ædium partes solariis erant instructæ, ut ex Plauti Milite 2, 3 v. 69; & Sueton. Claudio c. 10 &c. constat. Alii græco vocabulo *Heliocaminum* vocarunt: ut Plinius lib. 6 epist. 16; & Ulpianus Lege 17 Dig. de Servitut. Urban. præd. Nos recepta magis, quam nostra voce **altane** vocamus. Veteres vero *solaria* ista habebant non voluptatis tantum, sed valetudinis etiam caussa. Nam inter ejus præsidia habebant etiam sedere, jacere, aut ambulare nudos in sole: quod *sole uti* Plinius Junior dixit, Græci ἡλιοῦσθαι & ἡλιοκαΐαν vocabant, Latini *insolationem*. De qua nonnulla Buchnerus ad Plin. lib. 6 epist. 21 notavit. vide etiam P. Victorii Var. Lect. 21 c. 13; & locum Augusti apud Macrobium Saturn. 2 c. 4.

¶ Sōlātus, a, um, male affectus ob nimium solis æstum, **kranck von der sonnenhitze**. Plin. 29 c. 6 *Prodesse solatis*.

¶ Sōlātum, i, subst. *morbi genus maxime a rusticantibus dicitur*, Fest.

¶ Sōlāgo, inis, heliotropium, **sonnenwirbel**; ut, *Solago major*, de qua Apulej. de Herb. c. 49 n. 3; & *Solago minor*, de qua Idem c. 63.

¶ Sōlifer, a, um, solem ferens; ut, *plaga solifera*, **der sonnen weg**, Senec. Hercule Furente v. 159.

¶ Sōligĕna, æ, **ein sonnenkind**, Valerius Flacc. lib. 5 v. 317.

¶ Sōlifŭga, æ, genus formicæ venenatæ Plinio est, sic dicta, quod solem fugiat, lib. 22 c. 25, **eine erdspinne**.

¶ Sōlipunga, Solipūga, vel Solpūga, æ, *genus bestiolæ maleficæ*, ut Festus describit, *quod acrius incitatiusque fit fervore solis, unde etiam nomen traxit*, **eine mücke**. Lucanus lib. 9 v. 837

Quis calcare tuas metuat solpuga latebras.

Legitur & apud Plinium 8 c. 29, *a solpugis gentem sublatam*. Nonnullis est venenatæ formicæ genus atque idem cum *solifuga*, de qua proxime ante. Adde Plin. 29 c. 4. Isidoro Orig. 12 c. 4 *Salpinga* dicitur, estque *serpens quæ non videtur*. Vet. Gloss. *Solipago*, (procul dubio *Solipuga*,) ἡλιόκεντρις, μυίας εἶδος, **eine gifftige art der erdspinnen**. Apud Lucan. alii *Salpuga* legunt. Adde Salmas. ad Solini c. 4 p. 70; & Stewech. ad Arnob. p. 72.

¶ Solsĕquium, i, heliotropium, **sonnenwirbel**. *Nomen accepit primo, quod æstivo solstitio floreat; vel quod solis motibus folia convertat*, Apulej. de Herb. c. 49.

¶ Solstĭtium, i, **die sonnenwende**, uti *justitium a stando* sive *sistendo* dicitur. Non quod revera ibi stet aut sistat sol, qui motu gaudet perpetuo; sed quia, cum illa solstitialia puncta attigit, non transeat ultra vel austrum, vel aquilonem versus, sed vertat iter, nunc velut procurrens ad metam de carceribus; nunc flectens & eo redigens iter unde adscenderat. Quam ob caussam etiam illa puncta τροπαὶ *conversiones* appellatæ Græcis sunt. Latinis, & quidem poëtis maxime, ut Avieno, eleganti translatione nunc *metæ*, nunc *fines* nominata. Duo autem *solstitia* sunt: alterum *æstivum*, quod in cancri sidere; alterum *hibernum*, quod in capricorni astro fieri solet: illud diem longissimum, hoc brevissimum efficit. Ac Servius quidem alteri 8 Kal. Juliarum: alteri 8 Januariarum assignat, Eudoxi nimirum, quæ vulgo obtinebat, rationem secutus, qui in octavis signorum partibus solstitia confici statuebat. Hipparchus enim atque Chaldæi aliter sentiebant. De quo, si libet, Columellam lege lib. 11 de Re Rust. c. 2 & 14. Obtinuit tamen apud veteres, ut *Solstitii* voce non nisi de æstiva solis conversione uterentur. *Hibernum* enim vocabant *Brumam*, quod ad Varronis lib. 1 de Re Rust. c. 46 Victorius, & in Plinianis Exercitationibus Salmasius notat. Varro 5 de L. L. c. 2 *Alter motus solis est, alter cæli: quod movetur a bruma ad solstitium*. Et paullo post: *Cum venit* (sol) *in medium spatium inter brumam & solstitium*. Utrobique *Solstitium* τροπὴ θερινὴ est; *Bruma* χειμερινή. Et quia a *Solstitio* æstas est, & sol tum maxime calet, idcirco Virgilius *Solstitium* pro æstate, itemque solari æstu posuit, **sonnenhitze**; ut Georg. 1 v. 100

Humida solstitia atque hiemes orate serenas.

Solstitia enim hic pro æstatibus posuit. Idem eclog. 7 v. 47

Solstitium pecori defendite:

i. e. calorem æstivum. Et Horatius 1 od. 17 v. 3

Defendit æstatem capellis.

Ita *Solstitialem herbam* Plautus; *Solstitialem diem* pro æstivo Cicero dixit, ut post paullo dicemus. Interim populariter *Solstitii* voce de *bruma* etiam fuerunt usi. Servius sane *hiemale solstitium* diserte nominat. Vetus Germanici Scholiastes etiam *hibernum solstitium* de bruma dixit. Et ipse Columella, elegans auctor & Plinio ipso antiquior, lib. 11 c. 2 *Brumale solstitium* bis dixit. Et ita *Solstitialem hiemem* Victorinus, respectu brumæ, cum Christi Salvatoris natalem describere vellet. conf. Borrich. Cogit. p. 238.

¶ Solstĭtiālis, e, id est, æstivus, **zur sonnenwende, zum sommer gehörig**; ut, *Dies solstitialis*, apud Cic. 1 Tuscul. c. 39. Et Lucanus 6 v. 337

At medios ignes cæli, rabidique leonis
Solstitiale caput

Plautus Pseud. 1, 1 v. 36

Quasi solstitialis herba paullisper fui.
Repente exortus sum, repentino occidi.

Nam herbæ æstivæ propter anni vaporem mox exarescunt. Eadem locutio de re fugaci & non diuturna apud Ausonium Profess. 6 v. 9.

¶ Insōlo, āre, soli exponere, vel ad solem siccare, **sönnen, bleichen, an der sonne trocknen**. Colum. 4 c. 17 *Sic facilius insolatur humus*. Idem 12 c. 18 de doliis: *In solem producuntur, deinde cum satis insolata sunt*, &c. Idem c. 39 de uvis: *quas per triduum insolaveris*.

¶ Insolātus, a, um, **gesönnet, an der sonne getrocknet, gebleicht**; ut, *Vivæ commodius insolatæ percoquuntur*, Colum. 4 c. 27. Et, *Insolati dies & tepidi*, quibus sol lucet, **heisse tage**, Idem lib. 11 c. 3.

¶ Insolātio, ōnis, siccatio in sole, **die trocknung an der sonne**. Plin. 21 c. 14 *Cera candidissima fit, post insolationem etiamnum recocta*. De insolatione veterum vide, quæ dicta sunt paullo ante in *Solaria*, & lit. A in *Apricus*.

¶ Subsōlānus, a, um, sub sole positus, **an der sonne gelegen**; ut, *Satyri subsolanis Indorum montibus*, Plin. 7 c. 2. *Venti subsolani*, Cels. 2 c. 1.

¶ Subsōlānus, i, subst. **der ostwind**. Gell. 2 c. 22 *Eurus a Romanis nauticis subsolanus cognominatur*. conf. Senec. Nat. Qu. 5 c. 16; & Plin. 2 c. 47.

Solago, Solamen, solamentum, vide *Sol*, *Solor*.
Solanus, & um, solaris, solarium, vide ante *Sol*.
Solatiolum, solatium, solator, solatus, & um, vide *Solor*, *Sol*.

SOLBASTRELLA, æ, pimpinellæ species est Matthiolo, **die dritte art bibinel**.

SOLDĀNA, æ, & Soldanella, æ, barbara sunt, non latina vocabula; sed pharmacopolis usitata. *Soldanella* brassica marina est, quæ utiliter exhiberi solet confirctantibus initiis aquæ intercutis, **meerkohl**.

SOLDURIUS, i, Gallica vox, devotum militem significans. Cæsar 3 de Bell. Gall. c. 22 *Alia ex parte oppidi Adcantuannus, qui summam imperii tenebat, cum DC devotis, quos illi SOLDURIOS appellant, quorum hæc est conditio, ut omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum se amicitiæ dediderunt: si quid iis per vim accidat, aut eundem casum una ferant, aut sibi mortem consciscant: neque adhuc hominum memoriâ repertus est quisquam, qui, interfecto, cujus se amicitiæ devovisset, mori recusaret* &c. Ab hac voce nos hodie forte retinemus, **ein soldat**, quasi qui salario conducatur. vid. Montan. ad Cæs. l. c. Hodie etiam militum quoddam genus Germanis dicitur **soldner**. v. Cluver. Germ. Antiq. 1 c. 8 p. 69.

SŎLEA, æ, **eine sole, ein pantoffel**; calceamenti genus, viris æque & mulieribus familiare, fed viris non nisi domi: nam in publico soleatos conspici, probro dabatur. Unde illud Ciceronis in Verrem 7 c. 33 *Stetit soleatus prætor Romanus, cum pallio purpureo, tunicaque talari* &c. Nomen a *solo* pedis est: id enim tantum eo muniebatur: nam supra in planta loris, seu vinculis quibusdam, adstringebatur. Idem est quod *crepida* Græcorum. vide Gell. 13 c. 20. Fuerunt itemque *soleæ* domesticæ, sed ita tamen, ut accubituri in convivio ponerent munditiæ caussa: & discessuri sumerent rursus. vide Turnebum Adverf. 24 c. 17; itemque Torrentium ad Horat. 2 sat. 8 v. 77. *Solea rubra*, Persius sat. 5 v. 169. Hinc *Alienis soleis uti* dicuntur, qui moribus aliorum ad suum abutuntur emolumentum. vid. Chiliad. Vet. Gloss. *Solea*, σανδάλιον. Ita, *Solea ferrea*, **ein huffeisen**, quæ equorum & mulorum ungulis applicatur: *Jumento* vel *equo soleas ferreas inducere*, **ein pferd beschlagen**, Plin. 33 c. 11. Et, *Soleæ mularum argenteæ*, Sueton. Nerone cap. 30. Ubi & Casaubon. licebit videre.

¶ 2. *Solea*, piscis planus, a similitudine soleæ. Sunt autem pisces *Soleæ* plurimorum generum, magnitudine tantum differentium. Inter eos enim censentur *Passeres*, *Rhombi*, *Buglossi*, *Lingulacæ*, *Pectines* &c. **schollen, halbfische, plateissen, butten, rc.** Gesner. Adde Plin. 9 c. 20. Ovid. Halieut v. 124. Colum. 8 c. 6; & 12 c. 50. Apic. 4 c. 2.

¶ 3. *Solea*, instrumentum oleo conficiendo aptum: Colum. 12 c. 50 *Canales & soleæ*.

¶ Sŏleārius, i, **ein schuhflicker, pantoffelmacher**. Plaut. Aulul. 3, 5 v. 40 *Solearii adstant*. conf. Vetus Inscript. apud Gruterum p. 648.

¶ Sŏleātus, a, um, soleas indutus, **der pantoffel an hat**: Cic. in 7 Verr. c. 33. Verba modo in *Solea* attulimus. Petron. Satyric. p. 72 *Soleatus pila exercebatur*. Martialis 12 epigr. 84

Et si jam lotus, jam soleatus erit.

SŌLEN, ēnis, σωλήν, *solenes* pisces sunt, qui & *Dactyli* & *Ungues* dicuntur, ex concharum genere, **nägel, finger, spulen, käuel**, id est, canales, quorum similitudinem referunt. Pisces sunt Anglis & Gallis noti: vid. Gesnerus, & Plin. 32 c. 11.

SŌLENNIS, & Solemnis, e, proprie, quod certis anni temporibus fieri solet, **feyerlich, jahrgebräuchlich**. Augustin. Serm. 186 de Temp. SOLENNITAS *ab eo, quod solet in anno, nomen accepit; quomodo perennitas fluminis dicitur, quia non siccatur æstate, sed per totum annum fluit: ideo perenne, id est, per annum. Sic & solenne, quod solet in anno celebrari*. Alii a *solus* deducere malunt, quasi quod solum & semel in anno fiat cum pompa ac celebritate. Unde Maro Æn. 5 v. 53

Annua vota tamen solennesque ordine pompas.

Sic, *Solennis dies*, Cic. in Pison. c. 22. *Solennes epulæ*, Tacit. 1 Annal. c. 50. Et, *Sacrum solenne*, Seneca Troade v. 778. *Sacra solennia*, Sallust. in Catilin. c. 22. *Ludi solennes*, Ovid. Fast. 5 v. 597; (alii *solenni ludos Circo* legunt.) Et, *Iter solenne ac necessarium*, Cic. pro Milone c. 10. *Solennissimus dies*, Tertull. 4 advers. Marc. c. 12. *Solennissimæ preces*, Apulej. Met. lib. 11. Et, *Dapes solennes*, Virg. 3 Æn. v. 301. Vbi Servius, expositorum princeps, *solenne*, *legitimum* exponit. *Arma solennia*, Stat. 8 Theb. v. 174, quæ ob religionem mutari non possunt. vid. Isidor. 6 Orig. c. 18.

¶ Sŏlenne, is, plural. Solennia, ium, substantivum, die fest-begehung; ut, *Funeris solenne* & *solennia*, ein leichen-begängniß, Tacit. 3 Annal. c. 6. Et Livius 1 c. 5 *Solenne ex Arcadia allatum.* Et Virg. Æn. 5 v. 605 *Variis solennia ludis.* ¶ 2. Sed, *nostrum illud solenne servemus*, id est, solitum, laßt uns über gewohnheit halten, Cic. ad Attic. 7 epist. 6. Ita *solennia insanire*, i. e. solenni vel solito more, dixit Horat. 1 epist. 1 v. 101. Vbi Lambinum & Torrentium vide.

¶ Solennĭtas, ātis, die feyerung; ut, *Dierum solennitates*, Gell. 2 c. 24.

¶ Solennĭter, adverb. nach jährlicher, löblicher gewohnheit: ut, *Ibi omnibus solenniter peractis*, &c. Livius 5 c. 46.

¶ Solennĭtus, idem. Apud Nonium Livius in Ægystho: *Solennitusque adeo ditem laudes lubens.*

SŎLEO, solĭtus sum, solēre, pflegen, gewohnt seyn. vid. Varro de L. L. 8 c. 62. Terent. Andr. 3, 4 v. 4 *Quod vulgus servorum solet*, &c. wie das dienstgesinde pflegt zu thun. ¶ 2. Est & in turpibus hujus verbi, sed per ellipsin, locus. Nam *solere cum aliquo*, *aliquave* dicuntur, qui rem habent: ubi verbum turpiculum *concumbere* tacetur. Plaut. Cistell. 1, 1 v. 37

Viris cum suis prædicant nos solere:
Suas pellices esse ajunt.

Et in epigrammate veteri:

Consule Pompejo primum duo, Cinna, solebant Mœchi.

Similiter *Consuescere* usurpabant, de quo suo loco. Sed & in aliis Veteres infinitivum verbo *solet* non subjungebant. Catullus epigr. 42 de Acme:

Non est sana puella, nec rogate,
Qualis sit: solet hæc imaginosum.

Solet imaginosum, subaudi, *pati*, &c. *Imaginosum* enim morbum dicit, qui φρενῖτις est.

¶ Sŏlet, solĭtum est, impersonale: *Vt solet*, *ut fere fit*, wie es pflegt zu gehen. Cic. de Orat. 2 c. 13 *Quod optime cuique Athenis accidere solitum est.*

¶ Solens, tis, der es im gebrauch hat. Plautus Amphitr. 1, 1 v. 43 *Si mendacium dixero, solens meo more fecero.* Idem Casinâ 5, 1 v. 14 *Lubens fecero & solens*, nach gemeiner gewohnheit.

¶ Solĭtus, a, um, gebräuchlich; ut, *Mos solitus*, Ovid. 3 de Ponto epist. 1 extrema, eine gewöhnliche weise. Ita, *Plus solito*, mehr denn gewöhnlich: *Sol rubet solito magis*, übernatürlich, Liv. 25 c. 7. *Blandior solito*, Ovidius 2 de Arte am. v. 411. Et Virg. Æn. 11 v. 415

O! si solitæ quidquam virtutis adesset.

¶ Sŏlĭto, āre, frequentativum, offt pflegen. Gellius 7 c. 1 *Litteris mandaverunt, Scipionem hunc Africanum solitavisse noctis extremo, prius quam diluculаret, in Capitolium ventitare*, &c. *Solitavisse*, id est, sæpe solitum esse.

¶ Solitāneus, a, um, sonderbar. Theod. Priscian. 3 c. 1 *Solitaneum libellum conficere.* Marcell. Empir. c. 20 *Solitanei dolores stomachi.*

Composita:

¶ Assŏlet, plural. assolent, compositum impersonale, es pflegt: *Vt assolet*, Livius 1 c. 28, wie es pflegt. *Quæ assolent, quæque oportet. signa ad salutem omnia esse huic video*, Terent. Andr. 3, 2 pr. Et Cic. 2 Nat. Deor. c. 4 *Senatus, ad quos assoleret, referendum censuit*, an die man es pflegt lassen zu gelangen. Sed Gruter. & alii, *Senatus quos ad soleret*, &c.

¶ Insŏlens, tis, insuetus, insolitus, ungewöhnlich, seltzam. Terent. Andr. 5, 4 v. 4 *Quid tu Athenis insolens?* ein seltzamer gast. *Inauditum atque insolens verbum*, Cæsar apud Gellium 1 c. 10, ein ungebräuchlich wort. Cic. ad Attic. 2 epist. 21 *Ille noster amicus, insolens infamiæ, semper in laude versatus, quo se conferat, nescit*, &c. so der unehre nicht gewohnt. Cæsar 2 de Bell. Civ. c. 36 *Erat in oppido multitudo insolens belli, diuturnitate otii.* Et Sallustius Catilin. c. 3 *Quæ tametsi animus aspernabatur, insolens malarum artium.* Sic, *insolens contumeliæ*, *insolens obsequii*, apud Tacit. Hist. 2 c. 88 n. 3; & lib. 3 c. 53 n. 1. ¶ 2. *Insolens* & arrogans dicitur, *qui*, ut Donatus interpretatur, *præter legem humanam & naturalem agit*, stoltz, hochmüthig; Ita Cicero pro Marcello c. 3 *In victoria, quæ naturâ insolens & superba est.* Hirtius de B. Alexandr. c. 8 *Hi præcipue in victoria insolentes.* Idem 8 de B. Gall. c. 13 *secundis nimiisque rebus insolentiores.* Et Seneca Suasor. 9 p. 161 *Nihil insolentius novitio divite.* Alter Seneca c. 16 de Vitæ brevitate: *Persarum rex insolentissimus.* Et Valer. Maximus 2 c. 7 pr. *Scipio in Hispaniam missus, ut insolentissimos Numantinæ urbis spiritus contunderet.*

¶ Insŏlenter, adverb. arroganter & superbe, proprie ungewöhnlich: sed plerumque notione altera, stoltz, hochmüthiger weise. *Insolenter gloriari*, Cic. ad Attic. 1 epist. 16. *Pompejani insolentius nostros premere cœperunt*, Cæsar. 3 B. Civ. c. 46. *Insolentissime obequitantem interemit*, Valer. Max. 3 c. 2 n. 21. Et Lactantius de mort. persecut. c. 9 *insolentissime agere cœpit.*

¶ Insolentia, æ, die ungewöhnlichkeit; ut, *Insolentia disputationis*, Cic. 1 de Orat. c. 22. Idem pro Dejot. c. 2 *Moveor loci insolentiâ*, id est, novitate. ¶ 2. Est & *Insolentia*, arrogantia, superbia, übermuth, hoffart. Valer. Max. 4 c. 7 extr. *Optima vindex insolentiæ varietas humanæ conditionis.* Sueton. Vitell. c. 10 *Pari insolentiâ & vanitate.*

¶ Insolĭtus, a, um, ungewöhnlich; ut, *Insolitis tremuerunt motibus Alpes*, Virg. 1 Georg. v. 475. *Rarum quiddam & insolitum*, Plin. Panegyr. c. 60. Et, *Insolita ratio dicendi*, Cic. pro Lege Manil. c. 1. Et Sallustius in Fragm. *Genus armis ferox & servitii insolitum.* Ac cum præpositione: *Insolitus ad laborem*, Cæsar 3 de B. C. c. 85.

¶ Insŏlĭte, idem. Gellius adverbialiter lib. 1 c. 2 dixisse fertur, sed plures libri *insubide*. Augustini tamen est de Doctr. Christiana c. 23 extr. *Si forte insolite acciderint.*

¶ Insŏlesco, ĕre, stoltz werden. Glossæ Cyrilli: *Insolesco*, ἀλαζονεύομαι. Et aliæ: *Insolescere*, ἐναβρύνεσθαι, ὑπερηφανεύεσθαι, κατεντρυφᾷν. Legunt quoque apud Tertullian. de Anima c. 30 *insolescentis*, sed Rigaltius *inolescentis*.

Solers, solerter, solertia, vide supra *Ars*.

Soli, ōrum, urbs Ciliciæ, vide paullo post *Solæ*.

Soliaris, vide *Solium*.

SŎLĬCĬTVS, & Sollicitus, a, um, L geminato syllabæ producendæ caussa apud poëtas, extra versum non item. Proprie est commotus, inquietus; a *Solo* enim & *ciere* compositum est, unruhig, bewegt. Virg. 4 Georg. v. 262

Vt mare sollicitum strídet refluentibus undis.

Hinc *Sollicitum motum* Lucret. lib. 1 v. 344 dixit. ¶ 2. Inde & *Solicitus* est anxius, conturbatus, curis affectus, sorgfältig, bekümmert. Cicero 16 fam. epist. 7 *Soliciti eramus de tua valetudine.* Quintil. 8 c. 3 *Nec sum in hoc solicitus*, ich mache mir darüber keine sorge. Rursus Cicer. 2 fam. epist. 11 *Mirifice sum solicitus, quidnam de provinciis decernatur.* Quintil. lib. 6 procem. *Filii eminens ingenium solicitam quoque parentis diligentiam merebatur.* Et Seneca epist. 98 *Calamitosus est animus futuri anxius, & ante miserias miser: Solicitus est, ut ea, quibus delectatur, ad extremum usque permaneant.* Ovid. 2 de Ponto epist. 3 v. 17

At reditus jam quisque suos amat, & sibi quid sit
Vtile, sollicitis computat articulis.

Sic, *Solicitum esse alicui*, est pro aliquo solicitum sive anxium esse: Lampridius Heliogabalo c. 14 *Secuta autem est illos Semiamira mater Heliogabalum pedibus, solicita filio.* Liv. 28 c. 43 *Vt meam quoque, non solum reip. vicem videretur solicitus.* ¶ 3. *Solicitum aliquem habere* est, non quiescere sinere, & dare semper quod agat, & ita probe defatigare, mühe machen. *Habere* enim pro reddere ponitur. Plautus Menæchm. 4, 2 v. 11

Qui neque leges, neque æquum, Bonum usquam
Colunt, sollicitos habent patronos.

Lege & sequentia ad v. 20, ubi ait:

me hodie nimis solicitum cliens
Quidam habuit, neque quod volui agere quicquam
Licitum est, ita me attinuit, ita me detinuit, &c.

Terent. Heaut. 3, 1 v. 52 *Omnes habui solicitos*, ich habe es ihnen sauer genug gemacht. Ita & Cicero usus ad Familiares 6 epist. 13. Item de Senect. c. 19 pr. *Hæc caussa maxime angere & solicitam habere nostram ætatem videtur.* ¶ 4. *Solicitior*, comparativus, apud Quintil. legitur lib. 7 c. 2 *Nos circa lites solicitiores ac ridiculi videmur.* Plancus Ciceroni lib. 10 fam. epist. 18 *Solicitiorem certo hominem neminem puto fuisse.* Tacitus 3 Hist. c. 13 *Nunquam apud vos verba feci, aut pro vobis solicitior, aut pro me securior.* Reperitur & apud Sueton. Domitiano c. 14; & Plin. Paneg. c. 6 &c. Superlat. *solicitissimus* apud Senec. de Brev. vit. c. 15 extr. & Quintil. Declam. 289.

¶ Solicĭte, adverb. sorgfältig; ut, *Accurate atque solicite quæsitam*, Gellius 3 c. 16. Et, *Solicitius adhibere discrimina*, Quintil. 2 c. 15. *Solicitius attendere annonæ*, Epitoma Victoris in Theodosio. Et, *Minimum est, de quo solicitissime agitur*, Seneca epist. 93 extr. Et Apulejus sub init. Apolog. *Peccatum semel bonus quisque solicitius cavet.*

¶ Solicitūdo, ĭnis, angor animi, & ægritudo cum cogitatione, quemadmodum definit Cicer. 4 Tuscul. c. 8, bekümmerniß, sorgfalt. Terent. Andr. 2, 6 v. 9

biduí est, aut tridui
Hæc solicitudo: vostin'? deinde desinet.

Et in Phormione 2, 3 [al. 4] pr. *Quanta me cura & solicitudine afficit gnatus?* er macht mir viel sorge. Et Cicero de Clar. Orat. c. ult. *Afficit me solicitudo duplex.* Rursus Terent. in Phorm. 4, 1 v. 22 *Isthæc mihi res solicitudini est*, es macht mir gedancken. Sic, *Afferre solicitudinem: abducere animum a solicitudine: abstrahere se a solicitudine*, Ciceronis sunt. Vet. Gloss. *Solicitudines*, φροντίδες, μέριμναι.

¶ Sŏlĭcĭto, āvi, ātum, āre, & poëtis *sollicitare*, proprie est loco suo movere, quasi *solo ciere* sive *citare*, bewegen, verunruhigen. Donatus ad illud Terent. Heaut. 3, 1 v. 52 *Sollicitos habui*: *Variis*, inquit, *officiis districtos. Nihil significantius dicere potuit: quid enim aliud est* solicitare, *quam suo loco movere?* Solum *autem quin locum significet, quis dubitat? quum exules quoque dicantur* SOLO PATRIAE SVAE PVLSI. Solicitos *igitur* habuit domesticos, *qui hinc & inde ad ministrandum destinabantur.* Hæc Donatus. Adde Festum. Hinc Virg. 2 Georg. v. 418 *Sollicitanda tellus*, i. e. aranda, exercenda. Tibullus 1 eleg. 8 v. 30 *Et teneram ferro sollicitavit humum.*
Ovid. 11 Metam. v. 169

tum stamina docto
Pollice sollicitat.

Et Virg. Æn. 12 v. 403 *Spicula dextra sollicitat.* ¶ 2. Sed, *Solicitare milites ad proditionem, amicos ad perniciem pecuniâ*, anreitzen, antreiben, aufwiegeln, Curt. 3 c. 5 n. 15. *Spe & pretio solicitare ad venenum dandum*, Cic. pro Cluent. c. 16. Et, *Solicitare ad laborem*, Seneca 3 de Benef. c. 11, zur arbeit anhalten. Frequenter & absolute ponitur, & ipsa res subticetur. Cicero Catil. 3 c. 6 *Cui ad solicitandos pastores Apulia attributa.* Cæsar 5 de Bell. Gall. c. 3 *Germanos transrhenanos solicitare dicebantur.* Florus 3 c. 5 *Vtræque solicitabantur Armeniæ.* Sic, *Solicitare pudicitiam mulieris*, h. e. attentare, & conari labefactare: *legitimos toros*, Ovid. Pont. 3 epist. 3 v. 50; *concubitus*, Virg. Georg. 3 v. 103; & *matronam*, Seneca Controvers. 15.
Petronius: *Et qui sollicitat nuptas ad præmia, peccat.*

In quibus omnibus *Solicitare* est suadendo & pollicitando corrumpere atque ad aliquid impellere. Quamvis itaque hoc verbum pejorem ferme in partem usurpari soleat; tamen in meliorem etiam adhibetur. Plinius 4 epist. 13 *Circumspicias præceptores, quos solicitare possimus.* Suetonius in Galbâ c. 5 *Remansit in cœlibatu, nec solicitari ulla conditione amplius potuit*, &c. Vet. Gloss. *Solicito*, ὑπονοθεύω: ἀναπείθω: προπηλακίζω: πλαγιάζω. ¶ 3. Angere, inquietare, cura & solicitudine afficere, excruciare est, kräncken;

cken, bekümmern. Terent. Andr. 5, 3 v. 16 *Cur senectutem hujus solicito amentia?* Idem Eunuch. 1, 2 v. 84 *Quid te ergo aliud solicitat, cedo?*

¶ Sōlĭcĭtātus, a, um, erregt, angereitzt, aufgewiegelt; ut, *Corpora sollicitata suis in sedibus*, Lucret. 2 v. 963. Et Liv. 31 c. 5 *Quod diu solicitati ne obsidionis quidem metu a fide decessissent.* Et Martial. 11 epigr. 47 *mentula sollicitata.*

¶ Solicitātio, ōnis, die bekümmerung. Terent. Andr. 1, 5 v. 26 *Tot me impediunt curæ* &c. *nuptiarum solicitatio*: ubi Donatus: *Solicitudo est, quæ inhæret mentibus; solicitatio, quæ ab alio fit.* ¶ 2. Sumitur etiam pro tentatione & incitatione ad rem aliquam, die anreitzung, aufwiegelung; ut apud Cic. in Catil. 3 c. 9 *Jam vero illa Allobrogum solicitatio fit a Lentulo, cæterisque domesticis hostibus, tanta res tam dementer credita & ignotis, & barbaris*, &c. Seneca Controv. 15 p. 216 *Tot solicitationibus expugnari non potuit.*

¶ Solicitator, ōris, i. e. tentator, concitator, impulsor, ein anreitzer, antreiber. Seneca Controvers. 15 p. 216 *testamento solicitatoris*, scil. ad stuprum. Vsus & Vlpianus Lege 11 Dig. de servo corrupto § 2, pro eo, qui servum alienum ad agendum aliquid impellit atque solicitat.

Solidamen, solidesco, solido, are, &c. vide mox in *Solidus.*

SŎLĬDVS, a, um, adject. integer, plenus, gantz, dichte, völlig, vollkommen. Virg. lib. 3 Georg. v. 26

In foribus pugnam ex auro solidoque elephanto:

aus lauter helffenbein. Seneca epist. 5 *Solidum aurum*, gediegen gold. *Solidum beneficium*, Terent. Eunuch. 5, 2 v. 32. *Solidum gaudium*, Idem Andr. 4, 1 v. 23. *Solidum corpus & succi plenum*, Terent Eunuch. 2, 3 v. 26. *Solidam & expressam videre virtutis effigiem*, Cic. 3 Offic. c. 17. *Solida nix*, grando est apud Papin. 8 Theb. v 408. Est enim grando nix coagulata. Comparat. *Solidior caseus*, Columella 7 c. 8. *Vinum naturâ solidius*, Palladius 11 c. 14 extr. Superlat. *Solidissima structura*, Vitruvius 1 c. 5 sub init. & 8 c. 7 pr. Et, *Solidissima tellus*, Ovid. 15 Metam. v. 262.

¶ Solidus, i, substant. etiam dicebatur nummi genus ex auro flatum, certi cujusdam suique ponderis, quasi integer, apud Lamprid. in Alexand. c 39, eine gantz güldene müntze, ein ducat. Vet. Gloss. χρύσινος, *Solidus.* Quæ appellatio recentior videtur Scaligero, & vix tandem post Diocletiana tempora recepta, quem Dissertatione de re nummaria p. 53 vide, si lubet. Vocabatur & *Numisma.* Vet. Glossæ græco-latinæ: νόμισμα, *Solidus.* Aliæ latino-græcæ: *Solidum*, νόμισμα. ¶ 2. *Solidus* in Gallorum monetis duodenarius est, valens duobus cruciatis, zween creutzer, ein schilling.

¶ Solĭdum, i, substant. das was sich gehört, das rechte, das vollkommene. Cic. pro Rabir. Posth. c. 17 *Solidum suum cuique solvere.* Virg. Æn. 11 v. 427 *Multos alterna revisens*

Lusit, & in solido rursus fortuna locavit:

In solido, nempe *statu.* Eodem modo Seneca de Benef. 3 c. 4 *Præsentia*, inquit, *bona nondum in solido sunt: potest illa casus aliquis incidere.* Paulus JC. Lege 4 Dig. Si cui plus, § 1 *Si duo ex testamento hereditatem in solidum sibi vindicent, forte quod ejusdem nominis sint*, &c. *In solidum*, gantz und gar, völlig. Sic & Juvencus lib. 3 v. 363

Nulla in solidum mihi dona dederunt.

¶ Sŏlĭde, adverb. gantz, vollkömmlich; ut, *Id solide scio*, Plaut. Trinum. 4, 3 v. 47. Et ibidem: *Hic homo solide sycophanta est*, durchaus. *Solide gaudere gaudium*, Terent. Andr. 5, 5 v. 8. Comparat. *Aqua solidius latiusque concreta*, Gell. 19 c. 5.

¶ Solidĭtas, ātis, forma solida, eine dichte, völlige gestalt. Cic. 1 de Fin. c. 6 *Democritus atomos propter soliditatem censet in infinito inani ita ferri*, &c. Arnob. lib. 2 p. 52 *Animæ corporali soliditate privatæ.* ¶ 2. ὁλότης, die vollständigkeit. Gordian. l. 2 Cod. Quo quisque ordine: *Quoties duobus non separatim sed pro indiviso munus injungitur, & ita, ut unusquisque eorum periculo soliditatis videatur obstrictus*, &c.

¶ Solĭdo, are, roborare est, seu firmare, befestigen, dicht und fest machen. Plinius 28 c. 16 *Lardum elixum solidat ossa fracta.* Virgil. lib. 1 Georg. v. 179 de area horrei cylindro æquanda:

Et vertenda manu, & creta solidanda tenaci.

¶ Sŏlĭdātus, a, um, befestiget; ut, *Facies solidata veneno*, i. e. firmata medicamento, Lucan. 8 v. 691. *Solidati muri*, Tacit. 2 Histor. c. 19 n. 5.

¶ Solidātio, ōnis, die befestigung, der grund. Vitruv. 5 c. 3 *Solidationes ita erunt faciendæ.* conf. lib. 7 c. 1.

¶ Solidāmen, ĭnis, idem. Fortunatus lib. 6 carm. 2, quod epithalamium est regis Sigiberti, sub finem:

Vnus amor vivo solidamine junctus alescat.

¶ Solidāmentum, i, idem. Lactantius Opific. Dei c. 7 ossa vocat *solidamenta corporis.* Et Augustinus lib. 7 Confess. c. 20 *abripi a solidamento pietatis.*

¶ Solidātrix, īcis, eine festmacherin. Arnob. lib. 4 p. 131 *Solidatrix ossium cartilago.*

¶ Solidesco, ĕre, solidum fieri, gantz werden, verharschen. Plin. 11 c. 37 sect. 83 *Vesica vulnerata non solidescit.* Vsus & Vitruvius 7 c. 3 *unà solidescendo* &c. Adde & lib. 2 c. 6 & 9.

¶ Solĭdĭpes, pĕdis, animal pedes habens solidos, was einen gantzen huff hat. *Solidipedes* sunt equi &c. Hinc Plin. 10 c. 65 *contra naturam solidipedum.* Et lib. 11 c. 37 post init. *nec solidipedum ulli.* Idem lib. 10 c. 73 *Fruge solidipedes aluntur.* Composita:

¶ Consŏlĭdo, are, redintegrare, vel, quod ruptum fuit, denuo firmare, gantz wiederum zusammen bringen, ergäntzen. Gloss. Cyrill. *Consolido*, στερεοποιῶ. Hinc

¶ Consolidātus, a, um, fest gestellt. Cicero 5 fam. epist. 20 *Rationes confectæ & consolidatæ*, h. e. liquidæ, cum expensis respondent accepta. Quid *Vsusfructus consolidatus* sit, Lege 3 § 2 Digest. de usufructu adcrescendo, vide apud Jurisconsultos interpretes.

¶ Consolidātio, ōnis, die feststellung. Vlpianus eadem Lege: *ante consolidationem*, scilicet usufructûs.

¶ Consolidātor, ōris, ein befestiger. Venant. Fortunatus lib. 1 carm. 20

Nam quod pulchra domus, quod grata lavacra nitescunt,
Consolidatorem te cecinere suum.

¶ Consŏlĭdus, a, um, fest. Arnob. lib. 4 sub fin. *Cum omnibus consolidæ germanitatis necessitudine copulatus.* ¶ 2. *Consolida regalis*, substant. herba, rittersporn. *Consolida major*, herba alia, walwurtz, beinwellen, a consolidandis & glutinandis vulneribus. ¶ 3. Porro *Solidagines* etiam hæ dicuntur herbæ.

¶ Insolidùm, & Insolido, adverbialiter, idem quod *integre*; sed rectius divise *in solidum, in solido*, scribitur. vide paullo ante *Solidum.*

¶ Obsolidātus, a, um, induratus, hart gemacht. Vitruvius 2 c. 3 *Tectorio inducto rigideque obsolidato.*

¶ Persolĭdo, are, fest machen. Stat. 1 Thebaidos v. 352

sicco quos asper hiatus

Persolidat, id est, congelat.

¶ Præsŏlĭdus, a, um, gediegen. Juvencus lib. 1 Hist. Evang. v. 425

Præsolidum Simonem, dignum cognomine Petri.

Solĭfer, Soliferreum, Solifŭga, soligĕna, vide *Sol, Solus, Sol.*

SŌLĪNVS, i, C. Julius Solinus librum reliquit ex variis scriptoribus collectum, quem primo edens, COLLECTANEA RERVM MEMORABILIVM; recognitum vero & emendatum, POLYHISTORA inscripsit, in quo mutuatus pleraque a Plinio est, cujus & SIMIA ea de caussa dictus fuit. Qua gente, & quando fuerit, non satis constat. Ægyptium fuisse, conjecturæ quædam adsunt, sed parum firmæ. Stilus affectatus, peregrinum & non Romanum fuisse, satis videtur arguere; ac miror, inventos fuisse, qui Plinianæ majestati propius accessisse existimaverint. Scaliger Animadversionibus Eusebianis *levissimum scriptorem* appellavit: ob futilitatem judicii credo, quo in concinnanda farragine sua usus est. Scripsit & PONTICVM, sive de *Ponto* carmen; sed de quo pauci tantum versus supersunt. Vid. Salmasii prolegomena in Solinum, & Voss. lib. 3 de Historicis Lat.

Solipuga, vel Solipunga, vide paullo superius *Sol.*

SŌLIS, is, *gemma candida, & ad speciem sideris fulgentes spargens radios*, Plin. 37 c. 10. Adde Minuc. Felic. p. 38, & Isidor. 16 c. 10.

Solistimum, vide paullo post *Solum.*

SŌLĪTĀNAE, arum, cochleæ Africanæ. Plinius lib. 30 c. 6 *Laudatissimæ sunt*, inquit, *cochleæ Africanæ, & ex his solitanæ*, grosse Africanische meer-schnecken. Sic enim Varro 3 de Re Rustica c. 14 *Valde amplæ sunt cochleæ ex Africa, quæ vocantur solitanæ.*

Solitaneus, Solitarius, vide *Soleo, Solus*

SŌLĪTAVRĪLIA, ium, sacrum Romanis erat, quo immolabantur tres diversi generis hostiæ, taurus nempe, aries & verres. Glossæ Veteres: *Solitaurilia*, θυσία ἐκ συός, κριῶ, καὶ ταύρυ, ut Scaliger ad Festum emendavit vulgatum ἐχθὸς κριῶ, &c. Vnde & nomen illi factum videtur quasi *Suovetaurilia*, quæ vox & apud Livium 8 c 10 legitur, confusis videlicet suis, ovis & tauri vocabulis. Celebrabatur autem februario mense, quo tempore urbem lustrabant. vid. Voss. lib. 4 Instit. Orator. p. 23, & Festus.

Solitas, solito, are, &c. Solitudo, solivăgus, vide *Soleo, Solus.*

SŎLIVM, i, θρόνος, sedes regia, ein thron, königlicher stuhl. Virg. 11 Æn. v. 301 *Præfatus divos solio rex infit ab alto.*

¶ 2. Est & vas balneare, eine badwanne; unde *balnearum solium* Plinius dixit lib. 11 c. 41, & lib. 28 c. 12 princ. Palladius quoque cum lib. 1 de Re Rust. c 40 de balneis instituendis præcipit, *soliorum* mentionem facit. Etiam Livius lib. 44 c. 6 pr. *Lavanti regi dicitur nunciatum, hostes adesse: quo nuntio cum pavidus exsiluisset e solio*, &c. Vitruvius 9 c. 3 de Archimede: *casu venit in balneum, ibique cum in solium descenderet*, &c. Et Suetonius Augusto c. 82 *Quoties nervorum caussa marinis Albulisque calidis utendum esset, contentus hoc erat, ut insidens ligneo solio, quod ipse Hispanico verbo DVRETAM vocabat, manus ad pedes alternas jactaret.* LIGNEO SOLIO diserte dixit, ad frugalitatem principis demonstrandam, cum & privati per luxum *argenteis soliis* usi, de quo Plinius 33 c. 12. Vet. Gloss. *Solium*, βασιλικὸς θρόνος: *Solium*, ἐμβαλή. ¶ 3. Sed mortuorum loculamenta etiam *solia* appellabantur, ein sarck. Plin. 35 c. 12 *Quin & defunctos sese multi fictilibus soliis condi maluerunt*, &c. Curtius 10 c. 1 n. 32 *Septimus dies erat, ex quo corpus regis jacebat in solio.* Suetonius *Solii* in monumento Neronis meminit, ejus vitâ c. 50. Florus in morte Cleopatræ lib. 4 c. 11 extremo.

¶ Soliāris, e, ad solium balnei pertinens, ex altera notione. Spartianus in Caracalla c. 9 *Thermarum* (quas ipse condidit,) *cellam soliarem architecti negant posse ulla imitatione, qua facta est, fieri.*

Sollicito, are, &c. quære paullo ante in *Solicitus*

SOLLVM, i, *Osce dicitur id, quod nos totum vocamus*, Festus; Et Lucilius apud eumdem: *Solla dupondi.* ¶ 2. *Solla appellantur sedilia, in quibus singuli tantum possunt sedere*, &c. Festus.

¶ Sollĭcūria, æ, i. e. *in omnibus curiosa*, Festus.

¶ Sollisternium, i, gestühle. Idem Festus: *Solla sternere dicuntur, qui sollisternium habent.*

SŎLOE, vel Soli, ōrum, Σόλοι, plurale, civitas Ciliciæ, patria Arati, qui inde *Solensis* appellatus est: item Chrysippi philosophi, & Philemonis poëtæ comici patria. Hanc civitatem Solon ædificasse, & a suo nomine *Solos* appellasse dicitur; Sed Athenienses, quos colonos ibi statuerat, ab Attica lingua desciverunt; quo factum est, ut *Solœcissare* idem esset ac corrupte loqui.

¶ Sŏlœcus, a, um, σόλοικος, i. e. barbarus, sive vitiose loquens, quasi Solis degens. vid. Gell. 5 c. 20. Inde &

¶ Sŏlœcismus, i, appellatus est, σολοικισμὸς, corrupta locutio, sive inconveniens compositio partium orationis; *stribligo*, vel *sartago loquendi*, ut Persius vocat; vide supra *Sartago.* Cum enim temporis progressu Attici in *Solis* patriam linguam depravassent, σολοικίζειν dicti sunt, atque inde σολοικισμὸς, eine unförmliche rede, ein schnitzer. Vide Strabonem, & Gellium 5 c. 10; itemque Quintilianum 1 c. 5, ubi *Solœcismum* ita definit: *Est* SOLOECISMVS *in oratione comprehensionis unius sequentium ac priorum inter se inconveniens positio.* Et Auctor ad Herenn. 4 c. 12 *Solœcismus est*, inquit, *cum verbis pluribus consequens verbum superiori non accommodatur.* vid. Borrich. Vind. p. 171, & supra *Barbarismus.* ¶ 2. Etiam de aliis rebus per tralationem non ineleganter dicitur. Martialis 5 epigr. 39

Surge, solœcismum, Calliodore, facis.

Vide versum præcedentem, cum lemmate epigrammatis. Hieronymus adversus Helvidium c. 8 *Apud Christianos solœcismus est magnus & vitium, turpe quid vel narrare, vel facere.*

¶ Sŏlœcŏphănes, is, σολοικοφανὲς, i.e. solœcismi speciem habens, alœosis figura est: ut, *Præneste sub ipsa*, scilicet civitate; & *In Eunuchum suam*, nimirum fabulam. ¶ 2. Sed Manutius σολοικοφανὲς inconsequentem & obscuram dixit esse locutionem, cujusmodi illa est Ciceronis lib. 4 fam. epist. 6, quæ incipit, *Quare ad eam spem, quam extra ordinem* &c. usque ad ejus periodi finem. Hujus generis vitia etiam ex orationibus Cic. in Verrem aliquot annotavit Asconius.

SŎLON, ōnis, Σόλων, Salaminius fuit genere, unus e septem sapientibus, tempore Crœsi, post Homerum annis circiter trecentis. Auctor legum fuit Atheniensibus, annum ordinavit ac menses. Pisistrati tyrannidem fugiens profectiones in terras diversas multas suscepit, ut in Ægyptum, ubi a sacerdote quodam objectum ipsi est, *Græcos semper esse pueros, nec quemquam e Græcia senem*: quemadmodum Plato & Justinus in Parænetico retulerunt: inde in Lydiam ad Crœsum; in Ciliciam, ubi Solos urbem condidisse creditur; in Cyprum, ubi annum agens 63 mortuus est. Juvenal. sat. 10 v. 174

Et Crœsum, quem vox justi facunda Solonis
Respicere ad longæ jussit spatia ultima vitæ.

In plurali Persius sat. 3 v. 79

Esse quod Arcesilas, ærumnosique Solones.

Ex Ausonio in Sapientibus Solonis præcepta sunt:

Dico tunc beatam vitam, cum peracta fata sint.
Par pari jugator conjunx; quicquid impar, dissidet.
Non erunt honores unquam fortuiti muneris.
Clam coarguas propinquum, sed palam laudaveris.
Pulchrius multo parari quam creari nobilem.
Certa si decreta sors est, quid cavere proderit?
Sive sint incerta cuncta, quid timere convenit?

SŌLOR, atus sum, ari, solatium adhibere, tröstlich seyn, trösten; ut, *Amicis dictis aliquem solari*, Virg. 5 Æneid. v. 770. *Fessos opibus amicis solari*, Idem ibid. v. 41. *Allocutione solari*, Catullus epigr. 38 ad Cornificium. ¶ 2. Per translationem, lenire, levare significat, aufhelffen, leichtern. Tacitus 16 Annal. c. 13 n. 6 *Cladem Lugdunensem quadragies sestertio solatus est princeps.* Virg. 1 Georg. v. 159

Concussâque famem in silvis solabere quercu.

Ita *cantu laborem solari* Idem dixit eodem libro v. 293. Hinc & *solamen* & *solatium* pro levamento, de quo infra.

¶ Sōlandus, a, um, trost-bedürfftig. Ovid. 5 Trist. eleg. 4 v. 42

Solandus cum simul ipse fores.

¶ Sōlāmen, ĭnis, quo poëtæ fere utuntur, der trost. Virg. 3 Æn. v. 661

Solamenque mali de collo fistula pendet.

Idem Æn. 10 v. 493 *Quicquid solamen humandi est.*

¶ Sōlāmentum, i, idem. Paulinus 6 Natali Felic. v. 343

Pervigili tamen hæc dat solamenta dolori.

Sed usitatius est

¶ Sōlātium, i, der trost, die tröstung; ut, *Oblectamentum & solatium servitutis*, Cic. in Verr. 6 c. 60. Sic, *Afferre, admittere solatium*: &, *Solatia dare*, trösten, trost geben: Cicero de Clar. Orat. c. 3 *Præsentem me cura levatis, & absenti magna solatia dedistis.* Idem pro Archia c. 7 *Studia secundas res ornant, adversis perfugium ac solatium præbent.* Et, *Solatio esse*, Cæsar 1 B. Civ. c. 22. *Solatio afficere*, Tacitus 3 Annal. c. 24. Hieronymus epist. ad Riparium de Cereis: *Hoc solatio noctis tenebras vincimus; Solatio*, id est, levamento, subsidio. Frequenti usu ad inanima ab animatis deducitur: *Solatia somni, famis, æstûs, ultionis.* Vide Barthium ad Script. Venat. p. 134, & Adversar. lib. 15 c. 25.

¶ Sōlātiŏlum, i, diminutivum, ein kleiner trost. Catullus epigr. 2 ad passerem Lesbiæ: *Ut solatiolum sui doloris.*

¶ Sōlātor, ōris, ein tröster. Stat. 5 Silvarum carm. 5 v. 40 *lugentum mitis solator.* Et Tibull. 1 eleg. 3 v. 15

Ipse ego solator cum jam mandata dedissem.

Composita:

¶ Consōlor, atus sum, ari, trösten. Cicero passim: e. g. lib. 5 fam. epist. 18 *Etsi egomet, qui te consolari cupio, consolandus ipse sum*, &c. ¶ Passive etiam Q. Metellus apud Gellium 15 c. 13 *Cum animum*, inquit, *vestrum erga me video, vehementer consolor* &c. Et sane *Consolo, are*, activa formâ Varro usus est apud Nonium c. 7 n. 50 *Oedipus Athenas venire dicebatur, qui consolaret.* Hinc

¶ Consōlātus, a, um, getröstet, passive, Justinus 22 c. 6 *consolatis militibus.*

¶ Consōlātio, ōnis, der trost. Cicer. 5 fam. epist. 13 *Pervulgata consolatio est, ut homines nos esse meminerimus*, es ist ein gemeiner trost, &c. *Consolatione egere*, Idem 5 fam. epist. 16, trost bedürffen. *Consolationem alicui adhibere*, Idem ibid. trösten. Ita, *Malorum consolationem nullam invenire*, keinen trost haben; & *Consolatione lenire: Levat dolorem consolatio*; &, *Consolatione sustentari: Me consolatio una sustentat: Conscientia rectæ voluntatis maxima est consolatio rerum incommodarum*: omnia hæc sunt Ciceronis, sententia vero postrema hæc exstat lib. 6 fam. ad Torquatum epist. 4, ubi & ex prioribus præcipuas, aut iis similes permultas invenies.

¶ Consōlāmen, ĭnis, idem, apud Hieronymum epist. 62.

¶ Consōlātor, ōris, ein tröster. Cicero 6 fam. epist. 4 *Me ipsum, consolatorem tuum, non tantum litteræ, quibus semper studui, quantum longinquitas temporis mitigavit.* Seneca ad Helviam c. 1 *Connitar non fiducia ingenii, sed quia possum instar efficacissimæ consolationis esse consolator.*

¶ Consōlātōrius, a, um, tröstlich, trostreich. Cicero ad Attic. 13 epist. 20 *A Cæsare litteras accepi consolatorias*, eine trost-schrifft.

¶ Consōlātōrie, adverb. idem. Sidonius 6 epist. 9 *quem non increpative, sed consolatorie compellare curavimus.*

¶ Consōlābĭlis, e, trost annehmend; ut, *Dolor vix consolabilis*, eine betrübniß, so sich kaum trösten läst, Cic. ad Sulpit. 4 fam. epist. 3. Et Ambrosius epist. 8 (al. 61) ad Faustinum: *Fœminæ decessionem consolabiliorem habendam.* ¶ 2. Active Gellius lib. 16 extremo de Arione: *carmen consolabile casus sui canere*, ein trost-lied.

¶ Inconsōlābĭlis, e, unheilbar. Ovid. Metam. lib. 5 v. 426

Inconsolabile vulnus
Mente gerit tacitâ.

Et Ammian. 29 c. 2 *Abstinere inconsolabili malo.*

¶ Insōlābĭlĭter, adverb. ohne trost. Horat. 1 epist. 14 v. 7

Fratrem mærentis, rapto de fratre dolentis
Insolabiliter.

SŎLOX, ōcis, id est, crassus, grob, rauh; ut, *Solox lana*, crassa & nondum purgata, apud Festum. Et Philargyrius in Virg. lib. 3 Georg. *Læta pascua solocem lanam faciunt, id est, minutam, duram atque hirsutam.* Eadem & *Osca* vocabatur, ut ex Varr. lib. 6 de L. L. Scaliger in Conjectan. notat. Lucilius apud Festum:

Pascali pecore ac montano, hirto atque soloci.

Vet. Gloss. *Solox*, ἱερὸς καὶ παχύς.

Solpuga, vide supra *Solipuga* in *Sol.*

Solsequium, solstitialis, solstitium, vide *Sol.*

Solubilis, vide mox *Solvo.*

SŎLUM, i, priore brevi, terra, das land, die erde, der boden, die grundfeste. Tibullus 1 eleg. 1 *Et teneat culti jugera magna soli.*

Sic, *Solum natale*, i. e. patria: Ovid. Pont. 1 epist. 3 v. 35

Nescio, qua natale solum dulcedine cunctos Ducit, &c.

Et, *Æquare solo*, Vellejus 2 c. 4, der erden gleich machen, schleiffen. Contra, *a solo facere*, von grund aufführen. Inscript. Gruteri p. 19 n. 7 AEDEM A SOLO SUA PEC. FECIT. Et p. 187 n. 3 A SOLO RESTITUERUNT. *Vertere solum*, est locum ac sedem mutare, das land räumen: *Qui volunt pœnam aliquam subterfugere, solum vertunt*, Cic. pro Cæcin. c. 34. Et Sueton. Tiberio c. 48 *Cum per senatusconsultum sanxisset, ut fœneratores duas patrimonii partes in solo collocarent*, sie soltens an liegende gründe oder güther anlegen. Et Plin. 6 epist. 19 *Eosdem patrimonii tertii partem conferre jussit in ea, quæ solo continerentur.* Sic *res soli* JCtis dicuntur, quæ natura sua immobiles, ut, *ædes, agri, fundi*, &c. unbewegliche güther. Pluraliter *sola* sæpe dixit Avienus in Orbis descriptione; ut v. 272

curvo sola vomere sulcant.

Et v. 503 *sola iniqua*: & v. 999 *pinguia sola*: & v. 1312 *abrupti sola cespitis.* ¶ 2. Ponitur & pro imo pede, die sole. Lucretius 1 v. 925

Avia Pieridum peragro loca nullius ante Trita solo.

Cicer. Tuscul. Quæst. 5 c. 32 *Mihi amictus est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum.* Festus: SOLEA, *a solo pedis.* Plautus Curcul. 2, 3 v. 18 *Omnes subdam sub solum.* ¶ 3. Servius ad illud Virg. 5 Æn. v. 199 *Subtrahitur solum*: SOLUM, inquit, *notat, unicuique rei quod subjacet. Unde navium solum*, mare; *avium*, aër; *stellarum*, cælum &c. Idem: SOLUM *etiam dicitur, quod aliquid sustinet.* Vet. Gloss. *Solum, Caligarium*, κάσσυμα. Apulejus Floridis: *In ipso, ut ita dixerim, solo ætheris & fastigio hiemis* &c. In veteri Inscriptione apud Gruterum p. 174 n. 8 IUNIA. D. F. RUSTICA. SACERDOS PERPETUA ET PRIMA IN MUNICIPIO CARTIMITANORUM PORTICUS PUBLICAS VETUSTATE CORRUPTAS REFECIT: SOLUM BALINEI DEDIT &c. grund und boden.

¶ Sōlistĭmum, i, tripudii genus in auguriis, cum quid ex ore pulli in solum cecidit. Meminerunt hujus vocis Cicero 6 ad fam. epist. 6, item in Divinat. 2 c. 34, & Liv. 10 c. 40. vid. Festus; Dempster. in Rosin. p. 457; Manut. ad Cic. fam. epist. l. c. & Græf. Not. ad Tr. de Miser. hum. p. 67.

¶ Exul, cum derivatis, vide supra in litt. *E.*

SOLVO, solvi, sŏlūtum, solvĕre, expedire, dissolvere, quod erat ligatum, lösen, auflösen; ut, *Jube solvi obsecro*, Terent. Andr. 5, 4 v. 53. *Solvere nodum*, Horat. 3 oda 21 v. 22. Et, *Solvere argumentum*, Quintilian. 2 c. 17. *Solvere fidem*, Terent. Andr. 4, 1 v. 19. *Solvere obsidionem*, Livius 24 c. 41; & *obsidio* sive *obsidione*, Aurelius Victor in Lucullo, von einer belägerung abziehen. ¶ 2. *Solvere* & nauticum verbum est, & navem aquis committere, & incipere navigationis cursum, significat, vom lande abstossen, abfahren, absegeln. Cicer. 21 fam. epist. 9 *Nos eo die cœnati solvimus, unde austro lenissimo, cælo sereno in Italiam ad Hydruntem ludibundi pervenimus.* Cæs. 4 de Bell. Gall. c. 23 *His constitutis rebus, nactus idoneam ad navigandum tempestatem, tertia fere vigilia solvit.* Est autem hæc ratio loquendi elliptica: plena enim oratio est, *navem solvere*: Plautus Amphitr. 1, 1 v. 256 *Nocte hac soluta est navis nostra ex portu Persica.* Item Cæsar 1 de B. C. c. 28 *Pompejus sub noctem naves solvit.* Nepos Hannibale c. 8 *Ubi desperatis rebus cum solvissent naves ac vela ventis dedissent.* ¶ 3. *Solvere* etiam dicuntur, qui, quod debent, præstant ac numerant, zahlen, bezahlen: Sic, *Solvere pecuniam, debitum*: Cicer. ad Attic. 1 epist. 3 *Misimus, qui pro vectura solveret.* Item Terent. Adelph. 2, 1 v. 10 *Neque tu verbis unquam solves, quod mihi re malefeceris.* Sic dicimus: *Solvendo esse*, bezahlen können; *Non solvendo esse*, nicht bezahlen können. Vide hic Gronovium notis ad Quintil. Declam. 8 p. 105. Similiter *mercedem solvere, præmia solvere*, &c. dicimus. ¶ 4. Sed & alia dicuntur *Solvi*, quæ pietatis atque officii caussa alicui præstantur. Ita, *Paterno funeri justa solvere*, den vater begraben, Cicer. pro Rosc. Amer. c. 8. Et, *Suprema alicui solvere*, est, exequias celebrare, parentare, leichbegängniß halten, Tacit. Ann. 1, 61, 1. ¶ 5. *Votum solvere*, est, se voto liberare, seine gelübde ablegen. Veteres enim concepta vota in tabulis consignabant, affigebantque Deorum statuis: Re impetrata, easdem tabulas resignabant, Diisque reddebant, quæ promiserant. vide Rutgersium lib. 5 Var. Lect. c. 5. Sueton. Augusto c. 97 *Vota, quæ in proximum lustrum suscipi mos est, collegam suum Tiberium nuncupare jussit. Nam se quamquam conscriptis paratisque tabulis negavit suscepturum, quæ non esset soluturus.* Plin. 10 epist. 44 *Solennia vota pro incolumitate tua, quâ publica salus continetur, & suscepimus pariter & solvimus.* ¶ 6. *Solvere epistolam*, est aperire, inciso lino, quo colligata est, Nepos Hannib. c. 11. Alibi

id

id dicit in Pausania c. 4 *vincula epistolæ laxare, & signum detrahere*, einen brieff aufbrechen: ¶ 7. *Solvi* quoque dicuntur, qui liberantur veneficio, quo obligati devotique fuerant. Horatius epod. 5 v. 75 *Ah, ah, solutus ambulat venefice*
Scientioris carmine.

Et epod. 17 ad Canidiam Veneficam v. 45
Et tu (potes nam) solve me dementiâ &c.

Vide & supra *Obligo*, in *Ligo*. ¶ 8. Est & Medicorum verbum, ut, *Ventrem solvere*, id est, pressum atque constrictum fluentem reddere. Vide supra *Constringo* & *Comprimo*. ¶ 9. *Solvere animum*, est, relaxare atque remittere, ut, posita tristitia, se hilarem præbeat. Martialis 9 epigr. 28
Qui spectatorem potui fecisse Catonem,
Solvere qui Curios Fabriciosque graves.

¶ 10. *Solvere* etiam frangere, debilitare, destruere est. Celsus 1 c. 1 de coitu: *Rarus corpus excitat, frequens solvit.* ¶ 11. Hinc & pro *mori* ponitur &c. *Mors* enim solutio animæ. Seneca epist. 10 *Nobis solvi, perire est*, &c. Petronius, *Quid proderit*, inquit, *hoc tibi, si soluta inediâ fueris: si te vivam sepelieris.* Florus lib. 4 c. 2 extremo de Cleopatra loquens: *admotis ad venas serpentibus, quasi somno soluta est.* Statius lib. 5 Silv. 1 v. 222
illam tranquillo fine solutam,
Felicemque vocant.

Rutilius Numatianus lib. 1 v. 497
Non indignemur, mortalia corpora solvi,
Cernimus exemplis, oppida posse mori.

¶ Sŏlūtus, a, um, expeditus, liber, frey, loß, ledig, ungebunden; ut, *Solutus a cupiditatibus*, Cic. Agrar. 1 extr. Et, *Solutus cupiditatibus*, Seneca epist. 10. *Solutus jurejurando*, Cic. 1 Offic. c. 13, des eyds entlediget. *Solutus legibus*, hoc est, absolutus, Idem pro Rabir. posth. c. 5. Et Catull. epigr. 32 v. 7 *O quid solutis est beatius curis?* Sic, *Oratio soluta, non alligata metris, qualis in sermone & epistolis est*, sicut Fabius ait lib. 9 c. 4. *Solutus amor*, Statio est vagus, citra matrimonii legem. Et, *Mea ratio facilior & solutior est*, Cic. 3 fam. ep. 5, ich halte richtige rechnung. ¶ 2. *Soluta prædia* Ciceroni Orat. de Lege Agraria dicuntur, quæ nulli obligata sunt. Nam *obligatis* opponit: *Soluta*, inquit, *meliore in caussa sunt, quam obligata*, unverpfändete, schuldfreye güther. ¶ 3. Est & *Solutum*, in quo nihil moderati inest, & quidvis licet, nihil est, quod cohibeat atque adstringat, zugelassen, unverwehrt. Plus est quam liberum; illud enim indicat licentiam immodicam & nimiam, hoc libertatem moderatam. A. Cæcina ad Cic. 6 fam. epist. 7 *Solutum existimatur alteri maledicere*, &c. *Solum vero liberum alterum laudare.* Ipse Cic. 1 fam. epist. 9 *Si essent mihi omnia solutissima, tamen in republica non alius essem, atque nunc sum*, wenn mir gleich alles frey stünde, 2c. Suetonius Augusto c. 44 *Spectandi solutissimum & confusissimum morem correxit, ordinavitque*, die unordentliche manier. Livius 27 c. 31 *Quo minus suspectus, eo solutior erat.* Idem lib. 2 c. 3 *In regno libido solutior fuerat.* Et Cic. 2 Catil. c. 12 *Mea lenitas si cui solutior visa est.* Et de Clar. Orat. c. 48 *Rabula solutissimus in dicendo.* Et Seneca de Constant. Sapientis c. 11 *Ut quisquis contemtissimus, & ut maxime ludibrio est, ita solutissimæ linguæ est.* Ita *solutum risum*, licentem atque immodicum Virgilius dixit lib. 2 Georg. v. 386.

¶ Sŏlūtum, i, substant. die zahlung. Seneca epist. 8 *Hoc non imputo in solutum*, ich rechne es nicht vor baare zahlung. Ulpian. Dig. 2 t. 2 leg. 3 § 7 *Solutum repeti non posse, Julianus putat.* Sic, *In solutum*, & *pro soluto dare*, est, in creditorem aliquid transferre, ut cedat in liberationem debiti, vide JCtos.

¶ Sŏlūte, adverb. libere. Cic. de Clar. Orat. c. 29 *Solute & suaviter dicere.* Comparat. *Solutius.* Tacitus Ann 13 c. 47 *quo solutius lascivirct.* Lege 14 § 13 Dig. de Religios. & sumt. funer. *solutius æquitatem sequi.* Et Seneca Qu. Nat. 6 c. 30 *a fabris negligentius solutiusque composita*, liederlich.

¶ Sŏlūtim, idem. Tertull. de Pallio c. 5 *Tota molitio pallii est operire solutim*, hoc est, non adstricte.

¶ Sŏlūtio, ōnis, quæ tam ab obligatione, quam a pecunia aut debito est, die bezahlung, erstattung. Cic. 2 Offic. c. 24 *Fides nulla esse potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum.*

¶ Sŏlūtor, ōris, ein bezahler. Gloss. gr. lat. καταβολεύς, *solutor.* Tertull. 4 adv. Marc. c. 17 *Solutori utique pignus restituendum esse.* In Gloss. Vet. ὀνειροκρίτης, *Somnisolutor* etiam vertitur, ein traum-ausleger.

¶ Sŏlūbĭlis, e, auflößlich. Prudentius in Romano v. 507 *Caro solubilis*: & Apotheos. v. 514 *Dextra solubilis.* Minucius Felix c. 34 *Mundus Deo soli solubilis est.* Ammian. 16 c. 8 *Pons solubilis.* ¶ 2. Active, qui facile solvit, auflösend; ut, *Solubilis aër*, Cœl. Aurel. Acut. 2 c. 37. vid. Reines. Var p. 649.

¶ Sŏlūtĭlis, e, idem; ut, *Navis solutilis*, pro *solubilis*, non fideliter constructa, cujusmodi navem matri Neronem fecisse, ut in ea periret, Suetonius scribit Vitâ ejus c. 34.

Composita:

¶ Absolvo, vi, ūtum, ĕre, perficere est, & rei finem imponere, etwas fertig machen, beschliessen, vollbringen; ut, *Absolvere opus, librum*, &c. Sic Cic. 3 Offic. c. 2 *Nemo pictor est inventus, qui Coæ Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquit, absolveret.* Idem ad Attic. 13 epist. 19 *Dialogos confeci, & absolvi.* Sic, *Pensum absolvere*, Varro 2 de R. R. c. 2, sein tagwerck vollbringen. Et, *Uno absolvere verbo*, mit einem worte alles sagen, Plaut. in Rud. 3, 2 v. 39. ¶ 2. *Absolvere diem*, id est, vitam finire, sterben, Avienus Periegesi v. 545. *Absolvere litem*, id est, dirimere: Terentianus Maurus dixit:
Tantam nostra nequit mensura absolvere litem.

Martialis lib. 1 epigr. 82 *Hæc, quæ pulvere dissipata, multo*
Longas porticus explicat ruinas,
En quanto jacet absoluta casu?

ABSOLUTA, id est, dejecta & sic finita. ¶ 3. *Absolvere* est, entlassen, loßsprechen. Terent. Adelph. 2, 4 v. 13 *Ad forum ibo, ut hunc absolvam*, id est, pretio numerato dimittam, damit ich ihn befriedige. Et, *Hominem istum impurissimum quamprimum absolvitote*, werdet sein loß ie eher, ie besser. Similiter *Absolvi anima* dicitur, cum dimittitur corpore: Apulejus lib. 1 de dogmate Platonis: *Animam vero animantium omnium non corpoream esse* (statuit,) *nec sane perituram, cum corpore fuerit absoluta.* Prudentius in Romano v. 818
Anima absoluta vinculis cælum petit

Nimirum quidquid nexum clausumve, dimittitur liberum, editurve, *absolvi* dicitur. Idem Christianus ille Flaccus, Prudentius, Hymno Epiphan. de Pharaone loquens v. 145
Cautum & statutum jusserat,
Quo non liceret matribus,
Cum pondus alvi absolverent,
Puerile pignus tollere.

¶ 4. Sed, *Absolvere quem improbitatis*, Cic. 3 Verr. c. 28; & *injuriarum*, Auct. ad Herenn. 2 c. 13. Subauditur autem *crimine*, vel similis ablativus, ut *pœna*, &c. loßsprechen. Aliquando etiam construitur cum ablativo, & id quidem vel sine præpositione: Livius 2 c. 8 pr. *Latæ deinde leges, quæ consulem regni suspicione absolverent*: vel cum præpositione: *Drusus erat de prævaricatione a Tribunis ærarii absolutus.* ¶ 5. Solino c. 8 hoc verbum idem est ac verbis & testimoniis aliquid evincere ac demonstrare, es ausmachen. Ita vero ille: *Bocchus absolvit, Gallorum veterum propaginem Umbros esse.*

¶ Absŏlūtus, a, um, loßgesprochen, entlediget; ut, *Omnium sententiis absolutus*, Plin. 18 c. 6; & Nepos 6, 3, 4. *Capitis absolutus*, scil. crimine, Idem Nepos 1, 7, 6. ¶ 2. Interdum idem quod *perfectissimus*, vollkommen; ut, *Numeris omnibus absolutus liber*, Plinius 9 epist. 38, quibus significatur, quod est perfectum expletumque omnibus numeris & partibus, durchaus vollkommen. *Visus est marinus homo absoluta similitudine*, der eben so wie ein ander mensch gewesen, Plin. 9 c. 5. Plura vide in *Absolvo*. ¶ 3. Comparat *Absolutior*: Superl. *absolutissimus.* Quintil. 1 c. 1 extr. *Quo sit absolutius os, & expressior sermo.* Auctor ad Herenn. 4 c. 19 *Exornatio absolutissima.* Et Dialog. de Oratorib. c. 5 *absolutissimus poëta.* Et Macrob. lib. 1 de Somn. Scip. c. 11 extr. *absolutissima puritas.*

¶ Absŏlūte, adverb. perfecte, vollkommlich; ut, *Absolute doctus*, Sueton. de Grammat. c. 4. Contrarium, *Doctus mediocriter* Superlat. *Absolutissime.* Auctor ad Herenn. 2 c. 19 *ut absolutissime utamur.* Hieronymus epist. 61 ad Pammach. de Joanne Hierosol. c. 3 pr. *Si ad septem absolutissime respondisses.*

¶ Absŏlūtio, ōnis, perfectio, die vollführung. Cic. de Fin. 5 c. 14 *Virtus rationis absolutio definitur.* ¶ 2. Judiciale est verbum, die loßsprechung. Cic. ad Appium fam. 3 epist. 11 pr *absolutio majestatis.* Et Sueton. Vespas. c. 16 *Reis absolutiones venditare.*

¶ Absŏlūtōrius, a, um, loßsprechend; ut, *Tabula absolutoria*, ad absolutionem pertinens, Sueton. Augusto c. 33. Et, *Sententia absolutoria*, Asconius in Orat. pro Milone extrema

¶ Absŏlūtorium, i, substant. ein kräfftig artzney-mittel. Plinius 28 c. 6 *Absolutorium ejus mali dicitur.*

¶ Inabsŏlūtus, a, um, imperfectus, unvollkommen. Apulej. lib. 1 de Doctr. Platon. post principium: *Initia rerum esse tria arbitrabatur Plato: Deum, & materiam, rerumque formas, quas ἰδέας idem vocat, inabsolutas, informes, nullâ specie, nec qualitatis significatione distinctas.*

¶ Dissolvo, vi, ūtum, ere, zertrennen, auflösen. Cic. de Senect. c. 20 *Opus ipse suum eadem, quâ coagmentavit, naturâ dissolvit.* Idem in Oratore c. ult. *Facilius est, apta dissolvere, quam dissipata connectere.* ¶ 2. *Dissolvere æs alienum*, Cic. 2 Philipp. c. 18. Terentius Phormione 4, 3 v. 50 *Aliquantulum quæ afferret, qui dissolverem quæ debeo*, abzahlen, bezahlen. Et, *Dissolvere amicitiam*, Cic. pro Rosc. Am. c. 39, freundschafft zerreissen. ¶ 3. *Dissolvere se*, id est, exsolvere a negotiis, sich loß reissen, entledigen. Terent. Heaut. 3, 1 v. ult. *Dissolvi me ocyus, operam ut tibi darem.*

¶ Dissŏlūtus, a, um, zerstreut; ut, *Capillus dissolutus*, id est, dissipatus, Plin. 28 c. 7. ¶ 2. Sed, *Adolescens perditus ac dissolutus*, Cic. ad Attic. 13 epist. 48, leichtsinnig, liederlich. Et in Offic. 2 c. 28 *Negligere, quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed omnino dissoluti.* Cic. 1 Catilin c. 2 *Cupio P. C. me esse clementem: cupio in tantis reipublicæ periculis non dissolutum videri*, id est, inertem, segnem, remissum, mollem, sui officii immemorem. *Dissoluti*, qui in summa licentia vivunt & luxum sequuntur, nasse brüder, liederliche gesellen, ἄσωτοι. Cic. in Verr. 5 c. 56 *Omnium hominum dissolutissimus semper fuisti.* Sic, *Dissolutissimus Liber*, id est, Bacchus, apud Arnob. lib. 6 p. 197. Et Seneca præfat. lib. 5 (al. 10) Controvers. *Libelli dissolutiores.*

¶ Dissŏlūte, adverb. remisse, liederlich, obenhin; ut, *Dissolute rem aliquam conficere*: Cicer. Philipp. 6 principio, *Minus quidem*, inquit, *res severe, quam decuit: non tamen omnino dissolute confecta est.* Et, *jus suum dissolute relinquere*, Cic. pro Cæcin. c. 36. Et, *Dissolute judicatis*, Idem ad Quint. fratr. 2 epist. 12.

¶ Dissŏlūtio, ōnis, διάλυσις, die auflösung, trennung; ut, *Dissolutio naturæ mors*, Cicer. de Fin. 2 c. 31. ¶ 2. Corruptio, licentia, ut *dissolutio animi, morum*, &c. Cic. 5 fam. epist. 2. ¶ 3. Mollities, infirmitas, schwachheit, faulheit. Seneca de Constantia sapientis c. 6 *Tanta est tamen animorum dissolutio & vanitas, ut quidam nihil acerbius* (contumelia) *putent.* Seneca epist. 3 *Non est quies, quæ motum omnem molestiam judicat, sed dissolutio & languor.*

¶ Dissŏlūtor, ōris, ein zertrenner, verwüster. Theod. Cod. lib. 3 tit. 16 *Dissolutor sepulcrorum.*

¶ Dissŏlūtrix, īcis. Tertullianus de Anima c. 42 *Mors dissolutrix corporis.*

¶ Dissŏlūbĭlis, e, auflößlich, zertrennlich. Cicer. de Nat. Deorum 3 c. 12 *Mortale omne animal & dissolubile est*, das leicht von einander kan gesetzt, gebracht werden. Comparative Augustinus de Genesi ad lit. libro imperfecto c. 8 *Quoniam cælum firmamentum vocavit, non absurde intelligitur, quidquid infra æthereum cælum est, mutabilius esse & dissolubilius.*

¶ Indisso-

¶ Indissŏlūbĭlis, e, unauflößlich, unzertrennlich. Cic. de Vnivers. c. 11 *Quoniam orti estis mortales, vos quidem indissolubiles esse non potestis.* Plin. 2 c. 24 *Indissolubili nodo implicare.*

¶ Indissolūbĭlĭter, adverb. idem. Claudian. Mamert. 2 c. 2 *Indissolubiliter nexum.*

¶ Exsolvo, ĕre, außzahlen, abstatten; ut, *Æs alienum exsolvere*, die schuld abtragen, Plin 3 epist. 11. *Tantum decumanis, quantum iste imperavit, exsolvit*, Cic. Verr. 3 c. 22. *Exsolvere grates*, Tacit. Annal 14, 13, 3; & Val. Flacc. 7 v. 284. *Exsolvere pœnas pro merito*, Livius 26 c. 40, id est, dare, straffe außstehen, leiden. *Exsolvere pœnas morte*, mit dem leben bezahlen, Tacit. 1 Ann. c. 10. ¶ 2. Sed, *pœnâ aliquem exsolvere*, Tacit. Ann. 14 c. 12, einen der straff entledigen; &, *Exsolvere aliquem solicitudine*, Plin. 1 epist. 22 sub fin. *Exsolvere se suspicione*, Terent. Hecyr. 4, 2 v. 23, sich des verdachts entschütten. *Relaxare se occupationibus, & plane exsolvere*, Cic. 7 fam. epist. 1. *Exsolvere aliquem vinculis*, der bande entledigen, oder loß machen, Plaut. Trucul. 4, 3 v. 10. *Exsolvere nodum erroris*, Livius dixit 40 c 55, quemadmodum idem Livius dixit *exsolvere religione*, das gewissen entledigen, scrupulum adimere, lib. 9 c. 8; *Exsolvamus*, inquit, *religione populum, si quâ obligavimus.*

¶ Exsŏlūtus, a, um, aufgelöset, entlediget; ut, *Exsoluti legis nexus*, i. e. obscuritas explanata, Tacit. Annal. 3, 28, 6. *Exsoluta alvus*, Idem Annal. 13, 15, 6. *Compede exsoluta*, auf freyen fuß, Stat. 1 Silv. 6 v. 4.

¶ Exsŏlūte, adverb. i. e. absolute, libere, frey; ut, *Exsolute finem facere*, Aut. de Casis litter. p 241 &c. vid. Gloss. Rigaltii.

¶ Exsŏlūtio, ōnis, die außzahlung. Tertull. de Anima c. 35 *ne in custodiam delegatus ad exsolutionem totius debiti arcteris.* Scævola lege 31 D. de Pignoribus, *exsolutione vectigalis.*

¶ Insŏlūtus, a, um, ungezahlt. Seneca de Benefic. 2 c. 26 *Inde est, ut omnia meruisse se existimet, & insolutum accipiat*; i. e. quasi non datum, sed debitum.

¶ Insŏlūbĭlis, e, unauflößlich; ut, *Beneficium insolubile*, quod pensari non potest, Seneca lib. 4 de Beneficiis c. 12. *Signum insolubile*, Quintil. 5 c. 9. *Mundus insolubilis*, Minuc Fel. c. 34.

¶ Insŏlūbĭlĭter, adverb. idem. Macrobius 1 c. 6 de Somn. Scip. p. 30 *Insolubiliter vinciuntur.* Et Augustinus Civ. Dei 21 c. 10 *Insolubiliter alligari.*

¶ Persolvo, ĕre, totum solvere, abstatten, bezahlen; ut, *Tantum me tibi debere existimo, quantum persolvere difficile est*, D. Brutus lib. 11 fam. epist 11. *Persolvere promissum*, zusage halten: Cic. 3 fam. epist. 9 *Velim reliquum, quod est promissi, mihi persolvas.* Sic, *persolvere gratiam*, danck abstatten: *Persolvi gratia non potest, nec malo patri*, Quintil. in Declam. 344. Albinovanus ad Liviam v. 369

Vita data est utenda, data est sine fœnore nobis
Mutua, nec certa persolüenda die.

¶ Rĕsolvo, ĕre, dissolvere, auflösen; ut, *Nodos manu resolvere*, Plin. 8 c. 12. *Resolvere litteras*, Idem 26 c. 15, einen brieff brechen. *Resolvere in pulverem*, Columell. 11 c. 2. Et Virg. 1 Georg. v. 44 *Zephyro putris se gleba resolvit*, &c. es thut sich von einander, wird durchweicht. Sic, *Emptio resolvitur*, der kauff gehet zurück, ad nihilum redigitur, Vlpianus Lege 2 Dig. de in diem addictione. *Ego resolvi, manibus his dinumeravi*, Plaut. Epidic. 3, 2 v. 16, ich habe es wieder gut gemacht. *Resolvi* etiam *flumen* dicitur, cum liquefactâ glacie liberum alveum nanciscitur, vel cum exundat. vide *Flumen.*

¶ Resŏlūtus, a, um, aufgelößt, entbunden, zertheilt; ut, *Resoluta comas*, puella scil. Tibull. 1 eleg. 3 v. 31. *Resolutus mundus* scil *per conflagrationem*, zerschmoltzen, Senec. epist 9. Et, *Resolutior cinædo*, Martial. 10 epigr. 98, i. e. mollior, effœminatior, leichtfertiger. Sed meliorem in partem Valer. Maximus accepit 8 c. 7 ext. 1 de Demosthene: *Fertur, ore insertis calculis multum ac diu loqui solitus, quo vacuum promtius esset & resolutius*: ubi promtum & expeditum significat.

¶ Resolūte, adverb. frey. Tertullianus ad Nation. 1 c. 19 *Quo facilius videatis, & resolutius decachinnetis.*

¶ Resolūtio, ōnis, die auflösung, öffnung; ut, *Resolutio lori*, Gellius 17 c. 9 de scytale Laconica. *Resolutio sophismatis*, Idem 18 c. 2. Et, *Ventris resolutio*, cui opponitur *adstrictio*, Celsus 2 c. 6. conf. & c. 7; & lib 3 c. 24; & 5 c. 28.

¶ Resŏlūbĭlis, e, quod resolvi potest, auflößlich. Prudentius Apotheos. v. 514 *Artificis quia dextra solubilis illud*
Cementum struxit resolubile.

Et Prudentius Hymno exsequiarum v. 149
Sed dum resolubile corpus *Revocas Deus.*

¶ Irresŏlūtus, a, um, unaufgelößt. Ovidius 1 Pont. epist. 2 v. 22 *Arcus vincula semper habens irresoluta*, ein gespanneter bogen. Et Boethius lib. 3 metro 2 *Stringatque ligans irresoluto*
Singula nexu.

¶ Irresolūbĭlis, e, unauflößlich. Apulej. lib. 2 Doctrin. Platon. p. 19 *Vt pares paribus irresolubili nexu junguntur.*

SŌLVS, a, um, genit. solīus, dat. soli, allein, einsam, bloß. Cic. 3 Offic. c. 10 *Vtilius visum est, solum se regnare, quam cum altero*, das regiement allein zu führen. *Solus* cum genitivo plurali, more superlativorum: Plinius 9 c. 51 *Sola piscium* [cartilaginea] *& animal pariunt, & ova concipiunt.* Et, *Solus ex omnibus*, Cic. 3 de Orat. c. 18. *Solæ triginta minæ*, Terent. Phorm. 3, 3 v. 24. Et Cic. ad Attic. lib. 5 epist. 17 *Scævola solus novem menses Asiæ præfuit*, nur neun monat. ¶ 2. *Solus* pro uno. Virg. 7 Æn. v. 52

Sola domum, & tantas servabat filia sedes.

Papin. 6 Thebaid. v. 533 *gemini cratera ferebant*
Herculeum juvenes. Illum Tirynthius olim
Ferre manu solâ - - solebat.

¶ 3. Sed, *venit meditatus aliunde ex solo loco*, i. e. solitario vel deserto, aus einem heimlichen winckel, Terent. Andr. 2, 4 v. 3. Et Phorm. 5, 7 v. 85 *Nonne hoc publicitus scelus hinc deportarier in solas terras?* in ein wüst land. Nepos in Eumene c. 8 *Sin per sola loca contenderet, sperabat se imprudentem hostem oppressurum*; SOLA LOCA vocat, quæ paullo ante *loca deserta* appellaverat; ἔρημα, wüste, abgelegene und unbewohnte örter. Ita *mons solus*: Tibull. lib. 1 eleg. 1 v. 60 *Et in solo pascere monte pecus.*

Manilius lib. 2 v. 12 *Soloque volamus*
In cœlum curru:

Solum currum dicit, cui nec dux, nec comes ullus. vid. Weitz. ad Terent. Phorm. 5, 8 v. 86; & Gifan Ind. Lucret. ¶ 4. Hinc *Solus*, ἄγαμος etiam est, der oder die keinen ehegatten hat, verlassen ist. Propertius 3 eleg. 5 v. 23

Gaudet me solam vacuo tabescere lecto.

Seneca Medeâ v. 119 *Sedibus solam exteris* *Deserere.*

Ennodius Hymno B. Mariæ:

Cum sola virgo degeret,
Concepit aure filium:

Sola, id est, sine viro, seu monialis. Ennodius enim eorum opinionem secutus videtur, qui persuasi erant, sanctam Salvatoris matrem voto virginitatis perpetuæ se obstrinxisse. Petrus Blesensis sermone 1 in Adventu Domini: *Duo enim prosecuta est semel* (B. Maria Θεοτόκος,) *quæ vel difficile vel impossibile est simul implere: vovit enim virginitatem, & simul consensit in conjugem.* Radulphus Ardens Homilia in Annunciat. Virginis: *Cum enim beata virgo promissionibus Angelicis fidem adhiberet, de modo adimpletionis dubitans ait*: QVOMODO FIET ISTVD? QVONIAM VIRVM NON COGNOSCO? *id est, me non cognituram proposui.* Sed meminerunt hujus opinionis vel ipso Ennodio antiquiores: Nyssenus puta, & Augustinus, ut observat Casaubon. Exercit. 1 ad Apparat. Baronii sect. 24.

¶ Sōlum, adverb. tantum, modo, nur, allein. Cic. in Orat. c. 48 *Solum græce loqui.* Idem de Leg. 1 c. 20 *De re una solum dissident, de ceteris mirifice congruunt.* Et 1 fam. epist. 6 *Negotiis non interfuit solum, sed præfuit.*

¶ Sōlĭtārius, a, um, einsam, der gern allein ist; ut, *Solitarius homo atque in agro vitam agens*, Cic. Offic. 2 c. 11. Idem de Amicit. c. 22 *Natura solitarium nihil amat, semperque ad aliquid tamquam adminiculum annititur.*

¶ Sōlĭtūdo, ĭnis, desertus locus, eine wüste, einöde. Cæsar 4 Bell. Gall. c. 18 *Se in solitudinem ac silvas abdiderant.* Idem lib. 6 c. 22 *Latissimas circum se, vastatis finibus, solitudines habere.* Hinc proverbii loco *Scytharum solitudines*, apud Curtium 7 c. 8 n. 24 memorantur. ¶ 2. Infrequentia hominum est, die einsamkeit. Cic. de Clar. Orat. c. 63 *Erat ab oratoribus quædam in foro solitudo.* Ita, *Solitudo ante ostium*, vor der thür war kein mensch zu sehen, Terent. Andr. 2, 2 v. 25. Et Cic. 3 Verr. c. 58 *Consulere vivi ac prospicere debemus, ut liberorum nostrorum solitudo, & pueritia quam firmissimo præsidio munita sit.* Seneca epist. 10 *Solitudine male utitur lugens timensque.* De solitudine notari velim: χρυσοῦν πρᾶγμα ἐρημία, *res aurea solitudo*, ut Amphis dixit, citante Stobæo.

¶ Sōlĭtas, ātis, idem. Apulej. Apolog p. 288 *Multis servis a se remotis, solitatem delegit.* Accius apud Nonium c. 2 n. 803 *Tuam solitatem memoras, formidas tibi.* Et Symmach. 1 epist. 4 *Cavimus, ne sobriam solitudinem solitas plebeja fuscaret.*

¶ Sōlĭte, adverb. i. e remotis arbitris, allein. Plaut. Amphitr. 1, 1 v. 131 *Qui solite invisi cubant.* vid. Parei Animadvers. Alii: *Qui soli invisi cubant.*

¶ Sōlo, āre, solum & desertum facere, verwüsten, öde machen. Stat. 5 Theb. v, 148 *- furor omnibus idem,*
Idem animus solare domos.

¶ Sōlĭferreum, i, spiculum ex ferro totum, ein gantz eiserner pfeil. Livius 34 c. 14 extr. *Emissis soliferreis falaricisque, gladios strinxerunt.*

¶ Sōlĭvăgus, a, um, qui solus vagatur, τῷ *gregatim* contrarium. *Bestiæ solivagæ*, Cicer. in Tuscul. 5 c. 13. *Cælum solivagum & volubile*, Idem de Vniversitat. c. 6, der seinen gang alleine hat.

¶ Solummŏdo, adverb. ad formam vocis *tantummodo*, nur allein. Quintil. Declam. 247 *Sed non hoc solummodo erit.* Plin. 34 c. 8 *Vna solummodo Zenonis statua.* Plura vid. in Cellar. Cur. poster. p. 189; & Borrich. Vindic. p. 219.

Composita cum præpos.

¶ Adsōlo, āre, idem quod *Desolare*, sed æque ac simplex *Solare*, perrarum. Tertullianus 1 ad Nation. c. 10 *Sæpe censores inconsulto populo adsolaverunt*, puta, deos peregrinos eorumque cultum.

¶ Desōlo, āre, devastare, verwüsten; ut, *desolare agros*, Columell. 1 c. 3 sub fin. *Cui desolavimus urbes*, Stat. 6 Theb. v. 917. conf. Virg. Æn. 11 v. 367.

¶ Desolātus, a, um, verwüstet, verödet; ut, *Penates desolati*, Statius 2 Silv. 1 v. 67. *Loca deserta & desolata.* ¶ 2. Derelictus, desertus, allein gelassen, verlassen. Virg. Æn. 11 v. 870

Disjectique duces, desolatique manipli.

Tacitus 1 Annal. c. 30 extr. *Novanus operiendas Tiberii epistolas clamitaverat: mox desolatus aliorum discessione, imminentem necessitatem prævenit.* Et Apulejus Apolog. p. 333 *Alienare ab ejus animo liberorum caritatem, quo liberius & arctius desolatam mulierem possiderem.* Idem lib. 6 Met. *desolata parentibus*, eine wäyse.

¶ Desolātio, ōnis, die verwüstung. Qui hoc vocabulo usi, fere omnes Christiani sunt, nec certo constat, an antiquioribus etiam receptum tritumque fuerit. Vnde factum, ut Vossius proscripserit de Vit. L. L. 3 c. 8. Vet. Gloss. *Desolatio*, ἐκτόπισις. Zeno Veronensis sermone de Resurr. c. 40 *Vxor viri amissione desolationem ferre non posse testatur.*

¶ Desolātōrius, a, um, verwüstend. Legitur in Onomastico Veteri, ubi ἐρημικὸς vertitur: & apud Vulgatum Interpretem Psalm. 120 v. 4.

¶ Persōlus, a, um, gantz allein, Plautinum verbum in Mænechm. 1, 2 v. 46, ubi Cocles loquens introducitur: *Oculum effodito persolum mihi*, id est, quem solum & unicum habeo.

Solutĭlis, solutim, solutio, &c. vide paullo ante in *Solvo.*

SŎLȲMI, ōrum, Σόλυμοι, populi fuerunt Lyciæ vicini, quorum Homerus meminit, & a quibus Hierosolymæ, urbs celeberrima Judææ,

nonnullis condita fuisse putatur. Plinius 5 c. 27 eosdem facit cum Pisidis. Juvencus de Jesu Galilæam circumeunte:

Mixtæ sectantur turbæ, Solymique Syrique.

¶ Sŏlўmus, a, um, adject. ut, *Solymæ leges*, id est, Judæorum leges. Juvenalis sat. 6 v. 543

Interpres legum Solymarum & magna sacerdos.

¶ Solўma, æ, & plural. Solўmæ, ārum, Judææ urbs, quæ deinde *Hierosolyma*, de qua vide supra in H. Martial. 7 epigr. 54 *De Solymis venit perustis.* Idem 11 epigr. 95

Illud me cruciat, Solymis quod natus in ipsis.

Somnialis, somniculosus, somnium &c. vide mox *Somnus*.

SOMNVS, i, ὕπνος, naturalis quies animalis est, quæ fit, cum vapores ex nutrimento exhalant in cerebrum, qui ibi suaviter liquescunt, & defluentes in cerebro obstruunt meatûs sensuum & nervorum motivorum, der schlaff. Ex veterum doctrinâ, continuis vitæ laboribus ideo Dii interjunxerunt *somnum*, ut otium esset & obliviscerentur curas mortalia pectora. Papinius 1 Theb. v. 339

jam somnus avaris
Inserpit curis, pronusque per aera nutat
Grata laboratæ referens oblivia vitæ.

Silius Italicus lib. 15 v. 615

Nox somni genitrix mortalia pectora curis Purgarat.

Perfugium laborum omnium est & solicitudinum, quemadmodum Cicero ait lib. 2 de Divinat. c. ult. & *Mortis imago*, ut idem appellat Tuscul. 1 c. 38. *Fratrem mortis* poëtæ vocant. Seneca Hercule Furente v. 1065

Tuque o domitor,
Somne, laborum, requies animi,
Pars humanæ melior vitæ,
Volucer, matris genus Astrææ,
Frater duræ languide mortis &c.

Vide ibi plura in somni laudem decantata. Sed *mortis fratrem* Orpheus etiam & Homerus vocarunt. Virg. lib. 6 Æneid. v. 278

Et consanguineus leti sopor.

Consanguineus enim frater est, de quo supra. Eleganter autem *Astrææ*, id est, Justitiæ, filium somnum facit, quem alii Erebo & Nocte satum tradunt. Justi enim & integri vitæ placidissime dormiunt: nam scelerati & male conscii fere inquietantur. Terent. Heaut. 3, 5 v. 19 *Hac nocte somnum oculis non vidi meis*, es ist mir kein schlaff in die augen kommen. *Capere somnum*, schlaffen, Cicer. ad Attic. lib. 8 epist. 1. *Somno gravari*, Virg. 6 Æneid. v. 520; & *Somnum recuperare*, Sueton. August. c. 78, wieder einschlaffen. *Arctior nos somnus complectitur*, Cic. in Somn. Scip. c. 1, ein fester, tieffer schlaff. Sic, *arcte & graviter dormitare*, Idem dixit de Nat. Deor. 1 c. 28. Et Sueton. Augusto c. 16 *Tam arcto repente somno devinctus.* Sed *Somno gravis*, id est, marcidus, dixit Ovid. 3 Metam. v. 608, noch voller schlaffs. *Somno torpidus*, Livii est 7 c. 36. *Somnum in diem extrahere*, biß an den hellen lichten tag schlaffen, Tacit. de Germ. c. 22. Et, *Dare se somno*, Cic. Tuscul. 1 c. 47, sich schlaffen legen. *Somnus obrepit*, Ovid. epist. 19 Herûs ad Leandrum v. 46. Et, *in somnis*, id est, per noctem, Terent. Andr. 2, 5 v. 19. Plaut. Mostell. 3, 2 v. 8 *Non bonus est homini somnus de prandio.* Silius 3 v. 172

Turpe duci, totam somno consumere noctem:

quod ex Homero sumsit, Iliad. B. v. 24

Ου χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.

¶ 2. *Somnus* pro torpore atque ignavia tralate ponitur. Tacitus 2 Histor. c. 90 n. 1 *Consciis flagitiorum ipsis, qui aderant, omnique Italia, per quam somno & luxu pudendus incesserat.* Sallust. Catilin. c. 2 *Multi mortales dediti ventri, atque somno:* quod inertia ex somno, proprie dicto, fere nascitur.

¶ Somnĭcŭlōsus, a, um, pleno somno, seu somnolentus, schläffrig, hinlässig; ut, *Senectus somniculosa*, Cic. de Senect. c. 11. *Somniculosi glires*, Martial. 3 epigr. 58. conf. Nonius c. 2 n. 797.

¶ Somnĭcŭlōse, adverb. idem; ut, *Somniculose aliquid agere*, Plaut. Captiv. 2, 1 v. 31.

¶ Somniōsus, a, um, idem. Plin. 28 c. 19 *Somniosum fieri lepore sumpto.* Sed *somnus* ibi pro *somniosus* alii legunt. Glossæ: ὑπνωτικὸς, *somniosus* & *somniculosus*.

¶ Somnŏlentus, a, um, idem. Solin. c. 33 de elephanto: *Somnolentum arbor sustinet.* Vsus & Apulejus extremo lib. 1 Milesiar. *In verba media somnolentum desinere*, unter dem reden einschlaffen.

¶ Somnolentia, æ, die schläffrigkeit, hinlässigkeit, schlaffsucht. Sidon. 2 epist. 2 *Vbi somnolentiæ cubiculariorum dormiendi locus est.*

¶ Somnŏrīnus, a, um, vel, ut alii legunt, Somnurnus, in somnis visus, im schlaff fürkommend. Varro apud Nonium c. 2 n. 790 *Cum somnorinas imagines affatur.*

¶ Somnium, i, imaginatio est in somno, varie scilicet in cerebro discurrentibus spiritibus, qui sunt cogitationum instrumenta, & efficiunt simulacra, ein traum. *Somnia* alia sunt *naturalia*, alia *fatalia*, alia *vana* seu *physica*, vulgaria illa nimirum & communia, de quibus Claudianus præfat. de 6 Consulat. Honorii:

Judicibus lites, aurigæ somnia cursûs.

Alia sunt *præsagientia*, non tamen divina, pingentia quibusdam quasi allegoriis futuros eventus, alia sunt *divina*, alia denique *diabolica*. Sed hæc ex Physicis petantur, itemque ex hujus argumenti libris Aristotelis, Hippocratis, Synesii, Artemidori, qui artem interpretandi somnia accute, ex ipsis fontibus naturæ tractavit, judicio Lipsii Cent. 1 Miscell. epist. 42. Ita, *Somnium enarrare*, Cic. 1 Divin. c. 26. *Somnium interpretatione explicare*, ibidem c. 20, einen traum auslegen: quod *Somnium alicui conjicere*, Plautus dixit Curcul. 2, 2 v. 3. Vnde ipsi interpretes somniorum, *conjectores*. ¶ 2. *Somnium* de inani ac vana re, narrenwerck. Terent. Adelph. 2, 1 v. 50 *De argento somnium*, was er vom gelde gedacht, ist nichts. Idem Phorm. 5, 6 v. 35 *Somnium: utin' hæc ignoraret suum patrem!* Alibi *nugas* & *fabulas* vocat. ¶ 3. Idem Terentius *Somnium* de somnolento & inerte homine dixit, in Adelphis 3, 4 v. 31

Tu, quantus quantus, nihil nisi sapientia es:
Ille futilis, somnium:

Somnium, pro somniculoso, qui vigilans dormit, ut *Scelus*, pro scelesto.

¶ Somnio, āvi, ātum, āre, träumen. Rursus Terent. Andr. 5, 6 v. 8 *Num ille somniat ea, quæ vigilans voluit?* Sic,

Somnia cuncta canum panes, ego somnio piscem.

Theocriti est versus Eidyll. 21 v. 45

Πᾶσα κύων ἄρτως μαντεύεται, ἰχθύα κἠγώ.

Eleganter *vigilantes somniare* dicuntur, qui spei votisque suis ita blandiuntur, itaque indulgent, ut jam tenere sibi videantur, quæ cupiunt tantum: quasi somniantes videre se putant, quæ nusquam sunt, & inter quietem agere, vanis imaginibus decepti. Quæ vesania amantes præcipue exercet. Lege Plutarchum Amatorio p. 759. Publ. Syrus: *Amans, quod suspicatur, vigilans somniat.* Virg. ecl. 8 extr. *Credimus, an, qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?* Quamquam non amatores tantum, sed omnes, qui quid impense & anxie cupiunt, hoc morbo tenentur. Huc respexit Quintilianus 6 c. 3 *Vt inter alia*, inquit, *animorum & spes inanes & velut somnia quædam vigilantium; ita nos hæ, de quibus loquimur, imagines prosequuntur, & peregrinari, navigare, populos alloqui, divitiarum, quas nondum habemus, usum videamur disponere, nec cogitare, sed facere* &c. Pertinent huc & illi Lucretii versus lib. 3 sub finem:

Tu vero dubitabis & indignabere obire,
Mortua cui vita est, prope jam vivo atque videnti?
Qui somno partem majorem conteris ævi?
Et vigilans stertis, nec somnia cernere cessas,
Sollicitamque geris cassa formidine mentem &c.

Et apud Plautum Ergasilo parasito, cum lautum epulum juberet instrui, &, unde procederent sumtus, non esset, Hegio ait: *Hic vigilans somniat*, Captiv. 4, 2 v. 68. ¶ *Somniari*, impersonaliter: ut, *Aristoteles somniari plurimum circa æquinoctium vernum & autumnum tradit*, Plin. 24 c. 4.

¶ Somnians, tis, ein träumender. Cic. de Divin. 1 c. 51 *Quomodo somniantes ea videant, quæ nusquam etiam tunc sint, magna quæstio est.* Idem de Nat. Deor. 1 c. 8 *Miracula non differentium philosophorum, sed somniantium.*

¶ Somniātor, ōris, ein träumer. Tertullianus advers. Gnostic. cap. 2 *Ne audiatis sermonem prophetæ aut somniatoris illius.* Est & apud Vulg. Interpr. Genes. c. 37 v. 20. Adde Senecam 3 Controvers. 22 *Erat autem ex somniatoribus totus.* Adde etiam Tertull. de Anima c. 48 & 49.

¶ Somniālis, e, träumericht. Fulgent. 1 Mythol. *Fabula somniali figmento delusa.*

¶ Somnĭfer, a, um, schlaffmachend; ut, *Vis somnifera sativo inest papaveri*, eine krafft, so den schlaff bringt, Plin. 18 c. 25. ¶ *Somnifera*, substantive herba, quam Græci *Strychnon* vocant, Apulej. de Herb. c. 74.

¶ Somnĭfĭcus, a, um, idem; ut, *medicamenta somnifica*, id est, somnum conciliantia, Plin. 37 c. 10.

Composita ab initio:

¶ Consomnio, are, somniare, träumen, närrisch aussinnen. Plaut. Mostell. 3, 2 v. 71 *Quid consomniavit?*

¶ Exsomnis, e, sine somno, pervigil, schlaffloß, wacker, wachsam, quod compositum bis adhibuit Vellejus 2 c. 82 *Vir sane exsomnis, ubi res vigiliam exigeret.* Et c. 127 de Sejano: *animo exsomnis.*

¶ Exsomnio, āre, evigilare, erwachen. Gloss. gr. lat. διυπνίζομαι, *Exsomnio, expergiscor.* ¶ 2. Item, exsuscitare, erwecken. Eædem Gloss. *Exsomniat*, ἐξυπνίζει.

¶ Insomnis, e, wacker, schlaffloß; ut, *Oberrant insomnes magis quam pervigiles*, Tacit. Hist. 2 c. 49. *Noctem insomnem ducere*, Virg. 9 Æneid. v. 167. Et, *Insomnes oculos rubor excitat*, Stat. Theb. 3 v. 328.

¶ Insomnium, i, quicquid per somnum apparere videtur & terret, ein schwerer traum. Virg. 4 Æneid. v. 9

Anna soror, quæ me suspensam insomnia terrent?

Et Tibullus 3 eleg. 4 principio:

Dî meliora ferant, nec sint insomnia vera.

Ac Silius 10 v. 357

Exercent rabidam truculenta insomnia mentem. Sed

¶ Insomnia, æ, veteribus vigiliam significavit, & est ex senectutis incommodis unum, ἀγρυπνία, die schlafflosigkeit. Cæcil. apud Nonium: *Consequitur comes insomnia, ea porro insaniam affert.* Pacuvius apud Carisium: *Perdita illuvie atque insomnia.* Sallust. Fragm. 4 c. 26 *Insomniis occidere.* vid. ibi Not. Carrionis. Sueton. Caligulâ c. 50 *Incitabatur insomniâ maxime: neque enim plus, quam tribus nocturnis horis quiescebat* &c. Gellius 6 c. 4 extr. *Eademque insomniâ cruciatos periisse.*

¶ Insomniĕtas, ātis, idem. Theod. Priscian. 2 c. 1 *Insomnietates procurare.* Plin. Valer. 1 c. 35 *Insomnietatem pati.*

¶ Insomniōsus, a, um, träumericht, der viel träume hat. Cato R. R. c. 157 *Qui insomniosus est.*

¶ Levisomnus, a, um, canum epitheton; vide supra in *Levis*.

¶ Semisomnis, e, & Semisomnus, a, um, halb voll schlaff, schlafftruncken. Cic. 7 fam. epist. 1 *Spectarent mimos semisomni.* Livius 37 c. 20 *Sparsos per negligentiam & semisomnes prope adorti sunt.* Quidam hîc codices *semisomnos*, quod V. CL. Jac. Gronovius observavit. Seneca epist. 122 pr. *Turpis, qui alto sole semisomnis jacet.* Altera forma in *VS* non semel apud Livium est: ut lib. 30 c. 5 extr. *Multos in ipsis cubilibus semisomnos hausit flamma.* Item lib. 40 c. 15 *E convivio & comissationibus prope semisomnus raptus sum.* Et Apulej. lib. 1 Miles. p. 109 [Pric. p. 11] *Janitor humi cubitans, & jam nunc semisomnus.* Et Plaut. Curcul. 1, 2 v. 22 *semisomnæ*.

SOMPHVS, i, σομφὸς, cucurbitæ silvestris genus, Plin. 20 c. 3.

Sonabilis, sonare, sonax, vide post paullo in *Sonus*.

SONCHVS, i, σόγχος, herba, intybi quædam species, wilder hasenkohl, oder gänse-distel, Matthiolus; Plin. 22 c. 22; & 26 c. 15.

Sonipes, sonito, sonitus, sonivius, sonorus, vide *Sonus*.

SONS, sontis, reus, nocens, straffbar, schuldig. Cic. 1 Offic. c. 24 *Est viri magnanimi, rebus agitatis, punire sontes, multitudinem conservare.*

vare. Idem 4 fam. epist. 13 *Aut etiam sontibus opitulari poteram.*

¶ Sed *Dii sontes* apud Stat. 5 Thebaid. v. 610 noxii sunt & injuriosi, schädlich. Non enim pareebat ullis conviciis in deos illos nefarios læsa infortuniis gentilitas. Comparat. *Sontior.* Eugenius Toletanus episcopus carm. 5 *Sontior est igni, viroso sontior angue.*

Et Theodulfus lib. 1 v. 299 *tribus est nam sontior una.*

Adde Theodulf. 5 v. 492, ubi bis *sontior* occurrit.

¶ Sontĭcus, a, um, adject. wichtig, gefährlich; ut, *Sonticus morbus*, morbus scilicet non vulgaris, sed tantus, ut reus cogatur apud judicem non comparere, Lege 46 D. de Judiciis. ¶ 2. Comitialem aut letalem quemcunque morbum ita nominant aliqui. vide leg. 113 D. de V.S. & Salmuth. in Panciroll. Deperdit. tit. 16. Et in Chiliad. proverb. *Sontica caussa.* Exstat in legibus XII tabularum de morbo sontico hæc lex: *Si judex, vel alter ex litigatoribus morbo sontico impediatur, dies judicii diffisus esto.* Et, *Sontica caussa*, apud Tibullum 1 eleg. 9 v. 51, eine rechtmässige ursach. Festus: SONTICA CAUSSA *dicitur a morbo sontico: qui, quid gerendum, agere non permittit.* In Epitome Pauli: SONTICUM *justum.* Nævius: *Sonticam oportet esse caussam, quamobrem perdat mulierem.* Vet. Gloss. *Sonticus*, ἀληθής.

¶ Insons, tis, extra culpam, innocens, unschuldig; ut, *Regni crimine insons*, Livius 4 c. 15 pr. *Publici consilii insons*, Idem 34 c. 32. Et, *Fraterni sanguinis insons*, Ovid. Met. 13 v. 149. Ausonius in Technopægn. *Si bonus est, insons; contrarius & reus est sons.*

¶ 2. Qui non nocet. Horat. 2 od. 19 v. 29 *Te vidit insons Cerberus aureo cornu decorum* &c.

SŎNUS, i, quicquid auribus percipitur, ein laut, thon, klang, schall; ut, *Sonus acutus*, Quintil. 2 c. 8, ein heller thon. *Sonus dulcis*, Cic. Somn. Scip. c. 5. *Gravis sonus*, Quintil. 2 c. 8, ein harter laut. *Sonos aure concipere*, Seneca in Phœniss. v. 224, hören. *Lingua sonos vocis distinctos efficit*, Cic. de Nat. Deor. 2 c. 59. *Inanes sonos fundere*, Idem Tuscul. 5 c. 26. *Sonos elicere nervorum ac tibiarum*, geigen und pfeiffen, Idem de N. D. 2 c. 60. Et, *Omnis sonus per noctem auctior*: Caussam reddit non unam Aristoteles Problem. lib. 11 c. 33, quem vide. Differunt autem *sonus*, *vox*, & *sermo*. *Sonus* etiam inanimatis corporibus convenit, ut, *sonus tympani*: *vox* solis animalibus, cum non fiat nisi instrumentis, quæ animalium propria sunt: *sermo* solis hominibus, quia hi tum ratione pollent, & sensa mentis cum aliis communicant, quæ sermone fit.

¶ Sŏnor, ōris, idem ac *sonus*, der schall, das getöse. Lucretius 6 v. 1183

pleneque sonoribus aures,

klingende ohren. Virg. 7 Æn. v. 462

Magno veluti cum flamma sonore
Virgea suggeritur costis undantis aheni.

Idem 9 Æn. v. 651 *Seva sonoribus arma.* Non semel etiam Tacitus usus est; ut 1 Annal. c. 65 *Cum barbari festos epulis leto cantu, aut truci sonore subjecta vallium complerent.* Et lib. 14 c. 36 *Ut spernerent sonores barbarorum, & inanes minas.* Hinc

¶ Sŏnorīnus, a, um, thönend. Varro Prometheo:

Levisomna mens sonorinas imagines
Affatur, non umbrantur somno pupulæ.

Sonorinæ imagines sunt, quas alibi *Sonorum imagines* vocat, cum per morbum videmur audire tinnitus & sonos musicos. Morbus ipse κορυβαντιασμὸς vocatur Græcis. Vide Scaligerum ad Catullum.

¶ Sŏnōrus, a, um, adj. grave sonans, völlig klingend, helllautend; ut, *Sonora cithara*, Tibull. 3 eleg. 4 v. 69. Et Virg. 1 Æn. v. 53

Luctantes ventos, tempestatesque sonoras
Imperio premit, die sausenden rauschenden wetter.

¶ Sŏnōre, adverb. idem. Gellius 4 c. 20 *Clare nimis ac sonore oscitavit.*

¶ Sŏno, ui, ĭtum, are, sonitum edere, schallen, klingen: quod a *Sono*, *Sonere* in tertia flexione assumptum, de quo post paullo dicemus. Nam a *sono*, *sonare*, *sonavi* regulariter est: & ita Manilius lib. 5 v. 566

Aura per extremos resonavit flebile ripas.

Tertullianus ad Scapulam c. 2 *Pristina quid tonitrua sonaverint, sciant qui obduruerunt.* Et inde *Sonaturus* apud Horatium est lib. 1 sat. 4 v. 44. Sed, *Toto sonuerunt æthere nimbi*, Virg Æn. 2 v. 113. *Nec vox hominem sonat*, Idem Æneid. 1 v. 328, die stimme lautet nicht als eines menschen. *Pingue & peregrinum sonare* dicuntur poëtæ, man sagt, daß sie starcke, fremde oder unbekandte worte geben, apud Cicer pro Arch. c. 8 extr. *Hæc duo, verbo inter se discrepare, re unum sonare videntur*, Idem 3 Off. c. 21, i. e. eamdem vim habent, idem significant, sie bedeuten einerley. Sed Germanismus est, quando nonnulli allegationi sententiæ præmittunt: *quæ verba ita sonant.* Elegantius Latini suum *inquit*, &c. innectunt post aliquot inchoatæ sententiæ verba.

¶ Sŏno, ĕre, veteres in tertia etiam dixerunt: unde *sonui*, perfectum est, de quo ante. Lucretius 3 v. 157

Caligare oculos, sonere aures, succidere artus.

Et lib. eodem v. 887

Scire licet, non sincerum sonere, atque subesse
Cæcum aliquem cordi stimulum.

Vide & Nonium c. 10 n. 4, ubi Ennius: *Æs sonit*, &c.

¶ Sŏnans, tis; comparat. Sonantior, schallend, thönend. Plin. 6 epist. 16 *Meatus animæ illi gravior & sonantior erat*, er röchelte, schnarchte. Ovid. Met. lib. 12 v. 46 *Fama tota est ex ære sonanti.* Virg. 6 Æn. v. 551 *Torquere sonantia saxa.*

¶ Sŏnĭtus, ūs, sonus vehemens, ein starcker laut, klang. Plaut. in Trinum. 5, 2 v. 52 *Quis homo tam tumultuoso sonitu me excivit subito foras?* mit einem so ungestümen ruffen oder pochen. *Sonitus flammæ*, i. e. strepitus, Nepos Alcibiad. c. 10 n. 5, quemadmodum Curtius 6 c. 6 *Sonabant incendio silvæ.*

¶ Sŏnĭto, are, frequent. schreyen, schmirren. Solinus c. 8 de Italia: *Locrensium cicadæ ultra cæteras sonitant.*

¶ Sŏnax, ācis, idem quod *sonans.* Apulejus lib. 4 Milesf. p. 157 *Hic concha sonaci leniter buccinat.* Et lib. 8 post principium: *Aper dentibus attritu sonaci spumeus.* Sed & Ovid. Met. lib. 1 v. 333

Conchaque tenaci Inspirare jubet.

¶ Sŏnābĭlis, e, idem; ut, *sonabile sistrum*, Ovid. 9 Metam. v. 783.

¶ Sŏnĭpes, ĕdis, equus, a pedum ex celeritate dictus sonitu, ein pferd, zelter. Virg. Æn. 4 v. 135 *ostroque insignis & auro*
Stat sonipes, & frena ferox spumantia mandit.

Addunt epitheta ut substantivo. Silius lib. 1 v. 222

Martius huic sonipes campos hinnitibus implet.

Et Seneca Hippolyto v. 1002

Celsos sonipedes ocyus subigit jugo.

¶ Sŏnĭvius, a, um, springend mit einem schall. Cic. 6 fam. epist. 6 *Nec ex tripudiis solistimis aut soniviis tibi auguror.* Festus Pompejus *Sonivio* interpretatur *sonanti.* Adde P. Victorium aliosque interpretes Ciceronis, ex quibus intelliges, *Sonivium tripudium* esse, cum pullo excidit puls quadrupedive ex ore, ut ex Festi reliquis verbis conjiciunt & augurantur.

I. Composita cum nominibus ab initio:

¶ Ærĭsŏnus, a, um, thönend wie ertz. Silius 2 v. 93 *ærisona antra*, in quibus Curetes æra pulsabant. vide *Æs.*

¶ Altĭsŏnus, a, um, hochschallend. Juvenalis sat. 11 v. 179 *Maronis altisoni carmina.* vide supra *Altus*; ubi & *Altisonans.* Reliqua

¶ Armisŏnus, Bellisonus, Doctisonus, Dulcisonus, Fluctisonus, Fluentisonus, Grandisonus, Hymnisonus, Multisonus, Raucisonus, vide suis locis in *Arma*, *Bellum*, *Doctus*, *Dulcis*, *Fluctus*, *Fluo*, *Grandis*, *Hymnus*, *Multus*, *Raucus.*

II. Composita cum præposit.

¶ Absŏnus, a, um, discrepans & quasi a recto sono alienus, ungeschickt, unrecht, übel lautend; ut, *Vox absona extra modum atque absurda*, Cic. 3 de Orat. c. 11; Et ejusdem operis lib. 1 c. 25 *Sunt quidam ita lingua hæsitantes, & ita voce absoni, ut, etiamsi ingeniis atque arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non possint.* ¶ 2. Horat. de Arte poët. v. 112 *Si dicentis erunt fortunis absona dicta*, hoc est, non convenientia, ungereimt, nicht übereinstimmend, nicht mit eintreffend, &c. *Absonum fidei*, id est, repugnans, a fide alienum, unglaublich: Liv. 1 c. 15 *Quorum nihil absonum fidei divinæ originis.*

¶ Absŏne, adverb. idem. Apulejus Apolog. p. 276 *absone & indocte pronunciare.* Gellius 15 c. 25 *absurde atque absone fingere.* Et Arnobius lib. 2 p. 52 *Non est tamen absone suspicatus*, &c.

¶ Adsŏno, sive Assŏno, are, ad sonum cujusdam respondere, mitschallend antworten. Ovid. 3 Metam. v. 587

Planxerunt Dryades, plangentibus assonat Echo,

id est, sono quasi respondet. Et Pers. satyr. 1 v. 102

reparabilis assonat Echo.

¶ Circumsŏnus, a, um, circum aliquid sonans, umher schallend. Avienus Phænom. Arat. v. 108 *Creta ubi fluctu*
Tunditur insanis late circumsona Cauris.

¶ Circumsŏno, are, umher schallen. Livius 27 c. 18 *Clamor undique circumsonans.* Et Cic. 3 Offic. c. 2 *Conducere arbitror, talibus aures tuas vocibus undique circumsonare.* Passive *circumsonari armis*, Ovid. 5 Trist. eleg. 3 v. 11, rings umher von nichts als krieg hören.

¶ Consŏnus, a, um, consonans, übereinstimmend. Silius 17 v. 448

Armorumque habitus noti, & vox consona linguæ.

Cic. ad Attic. 4 epist. 16 *Credo, Platonem vix putasse satis consonum fore, si hominem id ætatis in tam longo sermone diutius retinuisset*, id est, conveniens, füglich, bequem.

¶ Consŏne, adverb. einhellig. Apulej. Met. lib. 1 p. 106 *Consone clamitare.*

¶ Consŏno, are, erschallen, übereinstimmen, gleichlauten; ut, *Consonat clamor*, Livius 36 c. 34. Item, convenire, übereinkommen. Auct. declam. sub Ciceronis nomine in Sallustium: *Consonat moribus oratio.*

¶ Consŏnans, tis, zusammenstimmend. Seneca epist. 31 *Perfecta virtus æqualitas est. per omnia sibi consonans*, id est, constans, so nirgend wider sich selbst ist. *Litteræ consonantes*, apud grammaticos, nec novos tantum, sed vetustissimos etiam: Quintilianus 1 c. 4 *Consonantes a vocalibus discernere, ipsasque eas in semivocalium numerum mutarumque partiri.* Comparat. *Consonantior*, id est, meliore sono, apud Cicer. in Partit. orat. c. 5 *Ut alia sint consonantiora.*

¶ Consŏnanter, adv. idem; unde *Consonantissime* apud Vitruvium 6 c. 1 *Consonantissime ad harmoniam composita.*

¶ Consŏnantia, æ, subst. convenientia, consensus, die zusammenstimmung. Vitruvius 5 c. 5 *Citharœdi advertunt se ad scenæ valvas, & ita recipiunt ab earum auxilio consonantiam vocis.* conf. Hieronymus de 42 mansionibus, mansione 16 & 22.

¶ Dissŏnus, a, um, discordans, uneinig, widriglautend; ut, *Dissoni clamores*, Livius 21 c. 33, ein ungleich geschrey. *Ora vulgi dissona*, Lucan. lib. 3 v. 289. Et, *Dissonæ sermone gentes & moribus*, id est, differentes, unterschieden, Liv. 1 c. 18. Et, *Dissona ritu barbaries*, Claudian. de Consul. Mall. Theodori v. 249.

¶ Dissŏno, are, discrepare, nicht gleich mit einander stimmen. Columella 1 c. 1 *An universa, quæ majores prodiderunt, hujus temporis culturæ respondeant, an aliqua dissonent.*

¶ Dissŏnantia, æ, discrepantia, die ungleichheit. Hieronymus de Scriptorib. Ecclesiasticis in Petro: *Propter stili dissonantiam*; & in Paulo: *Epistola quæ fertur ad Hebræos, non ejus creditur propter stili sermonisque dissonantiam.* Et Claud. Mamertus 1 de Statu Anim. c. 21 *dissonantia contrariorum corporum.*

¶ Exsŏno, are, erschallen. Petronius Satyric. p. 64 *Omnia mimico risu exsonuerant.*

¶ Insŏnus, a, um, sine sono, nihil sonans, stille, leise, stumm. Ammianus 27 c. 12 *Passibus insonis repentes.* Idem 29 c. 5 *Insonis gressibus relicto cubili.* Apulej. Met. lib. 3 *Insono vestigio aliquem perducere.* Idem de Mundo p. 66 *Ex litteris aliæ sunt insonæ, semisonantes aliæ, pars sonantes; Insonæ*, quas vulgus grammaticorum *mutas* vocat. Onomast. Vet. *Insonus*, ἄφωνος. Sed

¶ Insŏno, are, erschallen, laut werden. Lucan. lib. 1 v. 578

Insonuere tubæ, & quanto clamore cohortes
Misceantur, tantum &c.

¶ Intersŏno, are, darzwischen schallen. Statius Thebaid. 5 v. 344

mediis

.. mediis intersonat Orpheus Remigîs.

¶ Persŏnus, a, um, durchschallend, erthönend. Valer. Flaccus 4 v. 418
& ovanti persona sistro.

¶ Persŏno, are, durchschallen, erklingen, sich hören lassen. Cic. pro Cœlio c. 20 *Non loquuntur solum, verum etiam personant.* Et in Pison. c. 10 *Cum domus cantu & cymbalis personaret.* Horatius 1 epist. 1 v. 7
Est mihi purgatam crebro qui personet aurem.

¶ Persŏnanter, adverb. durchschallend; est apud Salvianum lib. 6 de Gubern. Dei, ipso principio: sed Rittershusius mavult *personaliter*; quod etiam Baluzius expressit.

¶ Præsŏno, are, vorher schallen, vorher klingen. Ovid. Amor. 3 eleg. 13 v. 11 *Hinc ubi præsonuit solenni tibia cantu.*

¶ Resŏnus, a, um, resonans, sonum repercutiens, wiederschallend; ut, *Resonæ voces*, Ovid. 3 Met. v. 496. *Resoni ictus*, Valer. Flacc. 1 v. 619, die einen wiederschall von sich geben.

¶ Resŏno, are, erschallen, wiederschallen, einen laut von sich geben; ut, *Resonat clamoribus æther*, Virg. 4 Æn. v. 168. Et Cic. de Clar. Orat. c. 46 *In vocibus oratorum recinit quiddam & resonat urbanius.* Et, *Resonat theatrum*, Idem ad Qu. fratr. 1 epist 1 c. 14. ¶ *Resonavi* pro *resonui* apud Manilium est vide simplex *Sono.*

¶ Resŏnābĭlis, e, wiederschallend; ut, *resonabilis echo*, Ovid. 3 Metam. v. 358, & Auson. epigr. 99.

¶ Resŏnantia, æ, der wiederschall. Vitruvius 5 c. 3 *ubi non impediatur resonantia.* Et paullo post: *voces sine resonantia perveniunt ad aures.*

¶ Semĭsŏnans, tis, halbschallend; ut, *Semisonantes litteræ*, Apulejus de Mundo p. 66, halblautende buchstaben. vide supra post *Sonans.*

¶ Semisŏnārius, a, um, idem: est apud Plaut. Aulul. 3, 5 v. 42. Alii *semizonarii* legunt. vide infra *Zona.*

SŌPĂTER, tris, Σώπατρος, sophista & philosophus Alexandrinus, seculo quarto, discipulus Jamblichi, interfectus a Constantino Imp. Ejus aliqua annotavit Stobæus, inter quæ & illud: σύμφυτον τὸ ἁμαρτάνειν ἀνθρώποις: *Homini congenitum est peccare.* vide Suidam & Photium.

SŎPHĒNAE, arum, Armeniæ populi, quos Plinius 6 c. 9 vocat *Sophenos*, eorumque regionem *Sophenem*, lib. 5 c. 12; & 6 c. 13. Adde Lucan. 2 v. 593; & Claudian. 1 in Eutrop. v. 220.

SŎPHIA, æ, σοφία, sapientia, die weißheit. Cic. 1 Off. c. 43 *Princeps omnium virtutum est illa sapientia, quam σοφίαν Græci vocant.* Receptam tamen Latinis quoque hanc vocem Seneca approbat epist. 89. Veteres Romani quidem, si vocem hanc usurparent græcanicam, ejus solebant subjicere explicationem. Sic Afranius apud Gell. 13 c. 8
Vsus me genuit, mater peperit memoria;
Sophiam vocant me Graji, vos sapientiam.
Et Ennius in Annalium primo, seu septimo apud Festum in *Sas* ex Scaligeri correctione:
Nec quisquam sophiam, sapientia quæ perhibetur.
Sed id perpetuum non est, cum & sine ἐξηγήσει utantur, ut, factum quoque esse in antiquis togatis, innuit Seneca eadem epist. 89, qui & titulum hunc adducit inscriptum tumulo Patii Dossennii, Attellanarum scriptoris: *Hospes, resiste, & sophiam Dossenni lege.*

¶ Sŏphus, i, σοφὸς, sapiens, ein weltweiser. Lucilius apud Cicer. 2 de Fin. c. 8 *In quo Læliu' clamores Sophus ille solebat Edere.*
Sic Æsopus non semel *Sophus* a Phædro appellatur in Fabulis. Sempronius quoque JCtus a Pop. Rom. *Sophus* appellatus, quo nomine nec ante eum, nec post eum quisquam fuit cognominatus, ut annotat JCtus § 37 de Orig. Juris. Late olim patuit hoc nomen, perinde ac σοφίας. Quemadmodum igitur hæc quamlibet artem significat; ita σοφοὶ dicebantur omnes, qui in qua arte excellerent: Quod ex Platone, Aristotele, Homero & aliis Muretus in primam Ciceronis Tusculanam ostendit.

¶ Sŏphos, ex græco σοφῶς, in genere neutro acclamationis formula in recitationibus usurpata, quales & illæ, *Euge, bene, belle*, &c. Martial. 6 epigr. 48 *Quod tam grande sophos clamet tibi turba togata.*
Adde lib. 2 epigr. 4. Sidonius carm. 8 v. 10
Ad nostrum reboat concava Roma sophos.
vid. carm. 1 v. 4, & carm. 5, sive Majoriani Panegyrici v. 7. Hinc & Σοφοκλεῖς dicebantur, qui conducti recitantibus aderant ad τὸ σοφῶς acclamandum. Vide mox *Sophocles*, itemque Casaubon. ad Theophrasti Characteres p. 118.

¶ Sŏphĭcus, a, um, σοφικὸς, adjectivum, weißlich. Prosper Aquitanicus de Providentia Dei v. 673
Hic sophicas artes Græcorum & vana secutus
Dogmata.

¶ Sŏphiānus, a, um, idem. Corippus 4 v. 288
Et sophianarum splendentia tecta novarum.

¶ Sŏphistes, & Sophista, æ, σοφιστὴς, nomen, quod initio honorificum & plenum dignationis fuit. Idem enim *Sophista*, qui & *Sophus* dicebatur, h. e. sapientiæ consultus. Euripides:
Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.
Sapientem ego odi, qui sibi ipsi non sapit.
De quo versu vide Cicer. 13 fam. epist. 15, & Lucianum pro mercede conducto p. 373. Sane constat lectione auctorum, quarumvis artium peritos *Sophistas* appellatos veteribus, *theologos, medicos, jureconsultos, musicos, poëtas*; præcipue vero *philosophos*, quosvis denique *viros graves* & *sapientes*. ¶ 2. Sed cum philosophi pompam, gloriam, lucrum magis, quam veritatem sequerentur, *Sophistarum* nomen in odium atque invidiam abiit. Nam qui id facerent, eo appellabantur; qua de caussa passim & deridentur & infamantur *Sophistæ*: ut apud Platonem, cum alibi, tum Hippia minore. ¶ 3. Mutavit tamen id rursus, & honestatem induit hæc vox, cum eloquentiæ doctores, dicendique periti & subitis etiam parati, *Sophistæ* dicerentur. Sic *Theon sophista, Aphthonius sophista* &c. Gellius 17 c. 5 *Rhetoricus quidam sophista utriusque linguæ callens. Sophistas vero & dicendi facultate & multa præclararum rerum scientia valere arbitror.* Philostratus de vita Sophistarum in Phavorino: καὶ Φαβωρῖνον τὸν φιλόσοφον, ἡ εὐγλωττία ἐν σοφισταῖς ἐκήρυττεν: i.e. *Phavorinum philosophum eloquentia inter Sophistas prædicavit.* Lege eumdem & libri ejus exordio; præcipue Vossium de natura & constitutione Rhetoricæ c. 1, & Casaub. notis ad Laërt. p. 10.

¶ Sŏphistĭca, æ, cavillatoria ars. & in captando ac illaqueando occupata, sophisterey. Apulej lib. 2 de Dogm. Platon. p. 17 plenius vocat *Artem sophisticam.* Nam vere adjectivum est

¶ Sŏphistĭcus, a, um, arglistig, betrüglich. Prudentius præfat. in Apotheos. *Idcirco mundi stulta delegit Deus,*
Vt concidant sophistica.
Gellius 7 c. 3 *Res admodum insidiosa & sophistica, neque ad veritates magis quam ad captiones reperta.* Idem lib. 18 c. 2 *Captionis sophisticæ solutio.* Adde Arnob. lib. 1 p. 36; & 5 p. 180.

¶ Sŏphistĭce, adverb. idem. Apulejus lib. 2 Dogm. Plat. p. 17 *Sic sophistice imitata juridicialem statum* &c.

¶ Sŏphisma, ătis, eine spitzfündige rede. Cic. Acad. 4 c. 24 *Contorta & aculeata quædam sophismata*: Sic appellantur fallaces conclusiunculæ: *Cavillationes* & *captiones* vertit Seneca epist. 55 & 110. Et, *Ad sophisma diluendum*, Gell. 18 c. 13.

¶ Antĭsŏphistes, æ, apud Sueton. Tiberio c. 11, & de Illustr. Gramm. c 9. Sunt autem dicunturque *Antisophistæ*, qui contraria invicem asserunt, ut, si quis paupertatem laudaret, alter reprehenderet, & prædicaret divitias.

¶ Dipnosŏphista, vide supra suo loco in lit. *D.*

¶ Philosophia, philosophus, &c. vide etiam sub suo elemento.

SŎPHOCLES, is, Σοφοκλῆς, ἀπὸ τοῦ σοφὸς καὶ κλέος. Apollinis quondam oraculo *sapiens*, quod nominis & Euripidi & Socrati datum, Atheniensis patria. Tragicus fuit poëta, *non ignobilis*, ut Quintil. 1 c. 12; & *divinus*, quemadmodum Cicero de Divinat. 1 c. 25 eum vocavit. Æqualis fuit Periclis, ejusque in prætura aliquando collega. Fabulas scripsit 120, de quibus septem hodie extant: *Ajax flagellifer, Electra, Oedipus Tyrannus, Antigone, Oedipus Coloneus, Trachiniæ, & Philoctetes.* Ac *Oedipum Coloneum* quidem scribebat, cum a liberis accusaretur, & postularetur, ut ipsi tamquam ætate desipienti & negligenti rem, interdiceretur bonis. Hanc fabulam igitur cum recitasset judicibus, quæsivissetque, num desipientis videretur opus? sententiis judicum absolutus est. v. Cicero Catone Majore c. 7, & Valerius Maximus 8 c. 7 ext. 12. Mortuus est ex insperato gaudio, accepto de victoria nuntio, cum annum ageret quintum & nonagesimum, quemadmodum Plinius 7 c. 53, & Valerius 9 c. 12 ext. 5 testantur. Lucianus autem grano uvæ strangulatum eum prodidit, quod & Sotadis versiculus apud Stobæum confirmat: Σοφοκλῆς ῥᾶγα φαγὼν σταφυλῆς πνιγεὶς τέθνηκε.

¶ Sŏphoclēus, a, um, σοφοκλεῖος, adject. Cic. 16 fam. epist. 18 *An pangis aliquid Sophocleum?* hoc est, grande, grave, & tale, quale Sophocles? Virg. eclog. 8 v. 10
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.
Et Ovid. 1 Amor. eleg. 15 v. 15
Nulla Sophocleo veniet jactura cothurno.

SOPHORTIA, æ, genus vitis apud Columellam lib. 3 c. 2.

SOPHRON, ŏnis, Σώφρων, comicus fuit, cujus Athenæus meminit. Mimos scripsit, quorum Aristoteles meminit lib. 1 de Re Poët. Plato eos tanti fecit, ut non solum e Sicilia primus in Græciam inveheret, sed etiam, cum moreretur, habuerit capiti suppositos, uti Valer. Max. 8 c. 7 ext. 3, & Quintil. 1 c. 17 sunt auctores.

Sophus, Sopio, vide *Sophia, Sopor.*

SŎPOR, ōris, somnus, sed somno gravior, ein harter und unmäßiger schlaff; sic enim Plinius 21 c. 18 inter *somnum* & *soporem* discernere videtur. Verba ejus sunt: *Invenio etiamnum unum junci genus, quod tropicen vocant. Hujus semine somnum allici; sed modum servandum, ne sopor fiat.* Ex quibus facile intelligitur *Somnum dici*, qui levet: qui gravet, *soporem.* Cic. Declam. in Sallust. *Noli nobis languorem ac soporem nimium objicere.* Sic, *Sopor temulentus*, Quintil. 4 c. 2. *Consanguineus lethi sopor*, Virg. Æn. 6 v. 278. *Sopor perpetuus urget eum*, i. e. mortuus est, er ist todt. ¶ 2. Ita medicamentum soporiferum, ein schlafftrunck. Corn. Nepos in Dione c. 2 n. 5 *Quo ille commotus, ne agendi cum eo esset Dioni potestas, patri soporem medicos dare coëgit.* Vsus in eodem sensu Frontin. 2 c. 5 v. 12. ¶ 3. Item segnities, torpor. Tacitus 3 Hist. c. 76 *Torpere ultra, & polluendam perdendamque remp. relinquere sopor & ignavia videretur.*

¶ Sŏpōrĭfer, a, um, quod sopit, seu soporem inducit, schlaffbringend; ut, *Amygdalis vis inest soporifera*, Plin. 9 c. 12. Et, *Papaver soporiferum*, Virg. 4 Æn. v. 486. *Dona soporiferæ noctis*, Silius 7 v. 287.

¶ Sŏpōro, avi, atum, are, in soporem vel somnum dare, sopire, vi soporifica induere, einschläffern. Sic *In soporem collocare* dixit Plaut. Amph. 1, 1 v. 142. Stat. Theb. 11 v. 94 *Insuetos angues nimia astra soporant.* conf. Idem Theb. 6 v. 235. Et Plin. 28 c. 8 *serpentes soporari.* Scribon. Largus Compos. 180 *Opium mentem soporat sensusque abalienat.*

¶ Sŏpōrātus, a, um, eingeschläffert, entschlaffen, beygelegt. Eleganti metaphora *dolorem soporatum*, qui interquiescit sedatusque dormit quasi, Curtius dixit 7 c. 1 n. 7; *Ceterum recruduit*, inquit, *soporatus dolor.* Vet Gloss. κεκαρωμένος. Valer. Flaccus 5 v. 333
Namque soporatos tacitis in sedibus artus
Dum premit alta quies.
Virg. Æn. lib 5 sub fin. de somno loquens:
Ecce Deus ramum Lethæo rore madentem,
Vique soporatum stygia super utraque quassat Tempora.
Nisi & ibi *saporatum*, id est, medicatum, legendum, quod in alio Virgilii loco, qui 6 Æn. v. 420 habetur, ut Turnebus contendit. vide supra in *Sapor.*

¶ Sŏpōrus, a, um, schläffrig, schlaffbringend; ut, *Nox sopora*, Lucanus 2 v. 236. Quod legitur & apud Stat. 1 Theb. v. 403, & Virg. Æn. 6 v. 390.

¶ Sōpio, ii & īvi, ītum, īre, somnum inducere, einschläffern, stillen. Ovid. Met. lib. 7 v. 213 *Custodemque rudem somno sopistis.* Et Tibull. 3 eleg. 4 v. 19

Nec me sopierat menti Deus utilis ægræ Somnus.

Et Liv. 24 c 46 *Sonitus procellæ lentior æqualiorque accidens auribus magnam partem hominum sopivit.* ¶ 2. *Sopiri* & aliquando est mente linqui, & omni usu ac sensu corporis ad tempus privari, ut sopiti solent, in ohnmacht fallen, hinsincken. Livius 1 c. 61 *Populum Tanaquil alloquitur, jubet bono animo esse; sopitum fuisse regem subito ictu, ferrum haud alte descendisse in corpus, jam ad se rediisse.* Idem lib. 8 c. 6 *Impactus imo ita est saxo, ut sopiretur.* Et lib. 42 c. 15 *Quarum altero* (saxo) *caput ictum est regi, altero humerus sopitus.* Item cap. sequenti: *Deinde satellites ac servi concurrunt, tollentes sopitum vulnere ac nihil sentientem.* Et hinc ad differentiam videtur Ovidius & Virgilius dixisse, *somno sopiri*; quod & *vulnere sopiri* & *saxo* &c. aliquis possit.

¶ Sōpītus, a, um, eingeschläffert, hingesuncken. Livius 25 c. 9 *Ex improviso ad portas sopitos vigiles in cubilibus suis obtruncat.* Sic, *somno, quiete sopitus*, eingeschlaffen. Nepos Dione cap. 2 *Hoc* (sopore sive medicamento soporifero) *sumto, somno sopitus diem obiit supremum.* Virg. 1 Æn. v. 680 *Hunc ego sopitum somno*, &c. Et, *Sopitus vino & epulis*, Livius 8 c. 16. Ita, *Ignis sopitus*, verscharret, verwahret feuer; Virg. Æn. 5 v. 743 *Impositum cinerem, & sopitos suscitat ignes.*

Composita:

¶ Consōpio, īre, idem quod simplex *sopire*. Cic. 1 Tuscul. c. 49 *Quid melius, quam in mediis vitæ laboribus obdormiscere, & ita conniventem somno consopiri sempiterno?*

¶ Insopītus, a, um, uneingeschläffert, wachend. Ovid. 7 Metam. v. 36

Terrigenasque feros, insopitumque draconem;

id est, insomnem, pervigilem. Habet & Lucanus 9 v. 357 de dracone Hesperidum.

¶ Insōpībĭlis, e, qui sopiri non potest, unschläffrig; ut, *Insopibilis faber*, Martian. Capella lib. 4; & *Insopibilis flamma*, unauslöschlich, Idem lib. 9.

¶ Obsōpio, īre, einschläffern. Scribon. Largus Compositione 180 *A somni tempore prohibere, ne obsopiantur.*

¶ Resōpio, īre, idem. Fulgentius in Continentia Virgiliana p. 156 *Tricerberum mellitis resopit offulis.*

¶ Sēmisopītus, a, um, schlafftruncken, ex Livii lib. 25 c. 39 probant, ubi Gruterus edidit: *Pars semisopitos hostes cædunt:* sed Gronovius ex codicibus MSS. restituit *semisomnos*. Idem Ovidio accidit, cui hæc vulgo tribuuntur lib. 1 Amor. eleg. 14 v. 20

In medio jacuit semisopita toro.

Et Ovid. Heroid. epist. 10 Ariadnes v. 19 . . *Movi*

Thesea prensuras semisopita manus.

Vbi nota, tertiam contra ceterorum rationem correpte poni: Virgilio enim & ipsi Ovidio prima in *sopire* producitur. Sane Ovid. 7 Metam. v. 149 scribit:

Pervigilem superest herbis sopire draconem.

Non autem credendum facile, sibi ipsum non constitisse poëtam. Scribendum ergo *semisupina*, ut utroque loco Heinsius edidit, & altero manifeste codices vetusti præ se ferunt. Adi, quem laudavimus, Heinsium.

¶ Sēmisōpōrus, a, um, idem. Sidonius carm. 11 v. 60

Semisopora levi scalpebat lumina penna.

Sopronium, vide supra *Sempronium*.

SŌRA, æ, Σῶρα, Volscorum oppidum in Campania. Juvenal. sat. 3 v. 223

optima Sora

Aut Fabrateriæ domus. conf. Sil. 8 v. 396.

SŌRACTE, neutr. & Soractes, is, mons in Faliscis Apollini sacer. Horat. 1 oda 9 v. 1 *Vides, ut alta stet nive candidum Soracte.*

¶ Soractinus, a, um, adject. ut, *Lapicidinæ Soractinæ*, Vitruv. 2 c. 7.

SORBEO, bui, & psi, ptum, ēre, molle aliquod ore percipere, einschlucken, einsuppen, schlürffen, schlingen; ut, *ovum sorbere*, Plin. 7 c. 53. *Sorbere sanguinem*, Lucan. 4 v. 315. Et Plautus Mostell. 3, 2 v. 104 *Simul flare sorbereque haud factu facile est.* vide *Flare*. ¶ 2. *Odia sorbere* per metaphoram dixit Cic. ad Quint. fratr. 3 epist. 9, pro sibi accersere: ut, *Odia alicujus non sorbere solum, sed etiam concoquere*, feindschafft in sich fressen. Idem in Philippica 11 c. 5 *Sorbere animo, haurire cogitatione.* Et, *Eodem die, quo luserunt, navigia sorbentur*, Senec. epist. 4.

¶ Sorbĭtio, ōnis, die einschluckung; item, jus ad sorbendum præparatum, ein träncklein. Pers. satyr. 4 pr. de Socrate:

Sorbitio tollit quem dira cicutæ.

Et, *Sorbitio oryzæ*, eine reißbrühe, Cels. 4 c. 7.

¶ Sorbĭtium, i, eine suppe, säfftlein; ut, *Sorbitium menthæ*, apud Serenum. vid. Barth. Advers. 38 c. 1.

¶ Sorbitiuncŭla, æ, diminutivum, ein süppgen. Hieronymus Epitaph. Fabiolæ sive epist. 30 *Spirans cadaver sorbitiunculis irrigabat.* Idem in vita Hilarionis: *Fiebant ei de farina & comminuto olere sorbitiunculæ.* Adde Plin. Valerian. 1 c. 58.

¶ Sorbillo, āre, verbum diminutivum est, parum & frequenter sorbere, ein wenig schlürffen. Terent. Adelph. 4, 2 v. 53 *Cyathos sorbillans paullatim hunc producam diem*, einen becher nach dem andern einschluckend. Apulejus lib. 2 Miles. p. 121 *Relictum* [in poculo] *paullatim labellis minuens, sorbillat dulciter.*

¶ Sorbillum, i, potio sorbitioni apta, ein brühlein, süppgen. Plaut. Pœn. 1, 2 v. 185 *Mihi jam videor propter te victitandum sorbillo.*

¶ Sorbĭlis, e, weich, gut einzuschlucken; ut, *ova sorbilia*, weiche eyer, Celsus 2 c. 3.

Composita:

¶ Absorbeo, ēre, verschlingen, einschlucken. Plin. 9 c. 35 de Cleopatra: *Detractum alterum* (unionem) *mersit, ac liquefactum absorbuit.* In ea cœna (ut obiter id moneamus,) Cleopatra absumsit centies sestertiûm, hoc est, quinquies centena Caroleorum millia. ¶ 2. Cic. ad res inanimatas etiam transtulit: ut, *Hunc quoque absorbuit æstus quidam non insolitæ adolescentibus gloriæ*, die brunst des ehrgeizes hat ihn hingerissen, de Clar. Orat. c. 81.

¶ Desorbeo, ēre, idem. Tertullianus extremo lib. de Idololatria: *Vertex ejus ad inferos desorbet.*

¶ Exsorbeo, ēre, exhaurire, ausschlucken, aussauffen. Plautus Epidic. 2, 2 v. 5 *Convertam me in hirudinem, atque horum exsorbebo sanguinem:* alii *exsugebo* legunt. *Exsorbere ovum*, Plin. 28 c. 2. ¶ 2. *Exsorbere difficultatem*, metaphorice est devorare vel superare, Cic. pro L. Muræn. c. 9. Et, *Exsorbere civilem sanguinem*, Idem in Philippica 2 c. 29.

¶ Obsorbeo, ēre, verschlucken. Plautus Trucul. 2, 3 extr. *Obsorbere aquam.* vid. & Lactantius de Morte Persecut. c. 21 n. 6.

¶ Persorbeo, ēre, totum sorbere, ausschlürffen. Plin. 31 c. 11 pr. *Persorbentes spongiæ.*

¶ Resorbeo, ēre, wieder in sich schlucken, zu sich ziehen. Ovid. Heroid. epist. 12 Medeæ v. 125

Quæque vomit fluctus totidem, totidemque resorbet.

Sorbilis, sorbillo, āre, sorbitio &c. vide in antecedenti *Sorbeo*.

SORBVS, i, arbor, & Sorbum, i; fructus, plural. *Sorba*, speierlin, sporäpffel und sporbiren, arlesbeer, fructus sunt notissimi. De arbore vide Colum. 5 c. 10; & Cels. 2 c. 30. Sed de fructu Martial. 13 epigr. 26

Sorba sumus, molles nimium durantia ventres,
Aptius hæc puero, quam tibi, poma dabit.

His namque pupuli & pueri demerentur. vid. Gronov. Observat. in Script. Ecclesiast. c. 19 p. 204 & 206.

SORDES, ium, singulari carere, Carisius & Diomedes pronunciarunt. Et ita Lexicon Cyrilli: ῥύπος, *Sordes: singulare non habet.* Sed in singulari etiam *Sordes, sordis:* vel *Sordis, sordis*, dici, ex iis, quæ mox adducentur, auctoritatibus abunde patebit. Eo autem nomine quisquiliæ, & quicquid maculat, inquinatque ac fœdat, significatur, allerley wust, unflath und unreinigkeit. Hinc *fecem* & *sordem* conjungit Cicero, sed per metaphoram, lib. 1 ad Attic. epist. 13 *Apud bonos iidem sumus, quos reliquisti: apud sordem urbis & fecem multo melius nunc quam reliquisti.* Plautus Pœnulo 1, 2 v. 101

Viden' tu, pleni oculi sordium qui erant, jam splendent mihi?
N. Imo etiam in medio oculo parum sordis est.

Sic Cicero *Aurium sordes* dixit lib. 2 de Nat. Deor. c. 57, ohrenschmaltz. In singulari vero & Horatius 1 epist. 2 v. 53

Auriculas citharæ [juvant] *collecta sorde dolentes.*

¶ 2. *Sordium* etiam & *sordis* nomine vitium illud appellatur, quod in accipiendis & erogandis pecuniis indecore versatur, cum parcius viliusque & vivit colitque aliquis, aut alia agit, quam fortunarum & dignitatis ratio patitur: idque, ut minuat sumtus & parcat pecuniæ; aut eamdem parum honeste augeat ac lucrum captet, eine unanständige kargheit oder geitz. Quod vitium Græci variis & appellant nominibus & distinguunt. Quam enim illi μικρολογίαν, μικροπρέπειαν & ἀνελευθερίαν & δυσχερείαν, de quibus Aristoteles Eth corum libris & Theophrastus in Characteribus legendi, vocant, Latini *Sordium* & *Sordis* nomine designant. Nos filtzigkeit appellamus. Opponitur autem ex altera parte *splendori nitorique*; ex altera *luxuriæ* & *prodigalitati*. Cicer. pro Flacco c. 3 *Prætereo illa, quæ prætereunda non sunt: nullum hujus in privatis rebus factum avarum, in re pecuniaria contentionem nullam, in re familiari sordem proferri.* Horat. 2 sat. 5 v. 105 *sepulcrum*

Permissum arbitrio sine sordibus exstrue.

B. Hieronymus Epitaphio Fabiolæ ad Oceanum: *Dicam*, inquit, *appetitas sordes, & in condemnationem vestium sericarum plebejum cultum, & servilia indumenta quæsita? Plus est, animam deposuisse, quam cultum; difficilius arrogantia, quam auro caremus ac gemmis. His enim abjectis, interdum gloriosis tumemus sordibus, & vendibilem paupertatem populari auræ offerimus.* SORDES appellat vilem & pullam & nullo ornatu nitentem vestem, qualis religiosorum erat. Idem lib. 2 epist. 12 ad Nepotianum de vita Clericorum: *Vestes pullas æque devita ut candidas: Ornatus & sordes pari modo fugiendæ sunt.* Idem epist. 9 ejusdem libri, de vitando suspecto contubernio: *Dolet, sibi prælatum juvenem, non quidem comatum & vestium sericarum, sed toro solum & in sordibus delicatum.* IN SORDIBVS, id est, in vili servilique habitu, quem *sericis induto* opponit: DELICATVM, venusto decoroque & juvenili corpore, aptum deliciis, appellat. Hinc & squalor reorum incultusque, qui in crine barbaque promissa atque neglecta, in pullis item detritisque vestibus consistebat, SORDIVM nomine appellabatur. Id enim *in sordibus jacere*, zerlumpt seyn, Cicero dixit lib. 14 fam. epist. 2. Et Quintil. Declam. 17 *Non exuo, non depono sordes.* vide & supra *Reatus* & *Reus*. ¶ 3. Supra notabamus, *Sordium* vocabulum & ἀνελευθερίαν, i. e. *illiberalitatem* complecti. Eo pertinet illud Taciti 1 Ann. c. 53 *In quibus sordem & avaritiam Fonteji Capitonis adimendis assignandisque militiæ ordinibus integre mutaverat.* SORDEM enim appellat, quod aliis ademerat ordines, ut posset vendere; aliis vendiderat, ut faceret quæstum, pecuniasque corraderet. Quæ cauponatio turpis, generoso ac liberali animo indigna, servilisque ac sordida est. Similiter pecuniarias corruptiones judicum (wann sich die richter aus geitz bestechen lassen) JCti *sordes* appellant, ut Torrentius ad Domitianum Suetonii cap. 8 observat. Quintilianus 6 c. 4 *Junius Bassus, querente Domitia Bassieni, quod incusans ejus sordes, calceos eam veteres diceret vendere solere:* NON ME HERCVLE, *inquit*, HOC VNQVAM DIXI, SED EMERE TE SOLERE. Vtrumque scilicet illiberale tantaque alienum matrona: & *vendere calceos veteres* & *emere*. Illud enim avaritiæ sordidæ, captantis turpiter lucrum ex frivolis; alterum sordidæ parsimoniæ, parum decore compendium sumtus facientis in frivolis, erat. ¶ 4. De δυσχερείᾳ & ejus parte ἀλουσίᾳ sive illuvie, vide paullo post in *Sordidus*. Quamquam luxuriæ contrariæ *sordes* sint, ut supra monitum; tamen in unum eumdemque utrumque vitium cadit. Vt cum adulterinas gemmas aliquis per avaritiam & sordes, ut parcat nummis, comparet, & inaurari vasa ærea curet, quibus ostendat se, & splendidus videatur, obtegens animi vitium; quo nomine Galeacium Mariam Mediolanensium ducem Jovianus Pontanus libro de Magnificentia c. 2 notat. Huc pertinent potentes illi, qui cum luxu-

riu-

riosissime vivant, comites tamen clientesque suos fame propemodum enecant, de quibus Juvenal. sat. 1 v. 131

sed quis ferat istas
Luxuriæ sordes?

indignabundus exclamat, quem vide. Pertinet huc & illud genus, qui cum luxurientur sordide, gulæ ventrique indulgeant; nihil apud ipsos tamen lautum & elegans & sumtuosum, præter libidines, invenias. Cujusmodi sordide luxuriosum Cicero Pisonem depingit: vide ipsum Oratione in Pisonem c. 27. Ita *simpliciter sordidum* egregie χαρακτηρίζει Plautus in Euclione Aulularia, pulchreque describit ibidem servus Strobilus act. 2 sc. 4.

¶ Sordĭtūdo, ĭnis, idem. Plautus Pœnulo 5, 2 v. 10 *Absterserunt omnem sorditudinem:* SORDITVDINEM, inquit Nonius c. 2 n. 799 *pro Sorde.*

¶ Sordĭcŭla, æ, diminut. parva sordes, Marcell. Empir. c. 8.

¶ Sordĭdus, a, um, sordibus inquinatus, *immundus illuvie*, ut Terentius loquitur Heaut. 2, 2 v. 52, unflätig, schmutzig, garstig. Ita, *Sordidus infans: Sordida lana*, Ovid. 3 de Arte am. v. 222. *Sordida mappa*, Horat. 1 epist. 5 v. 22. B. Hieronymus per translationem lib. 2 epist. 9 *Nitens cutis sordidum ostendit animum.* Cic. ex Cæcil. in 3 Tuscul. c. 23 *Sæpe est etiam sub sordido palliolo sapientia.* Et lib. 3 de Legib. c. 17 *Homo sordidus*, ein unflath. ¶ 2. Avarus, geitzig, filtzicht, eigennützig, der alles um geldes willen thut. Cic. de Finib. 3 c. 11 *Quis non odit sordidos, varios, leves, futiles?* Sueton. Domitiano c. 8 *Auctor & tribunis plebis fuit ædilem sordidum repetundarum accusandi; Ædilem sordidum*, id est, nummarium, nummorum caussa omnia facientem: sive ita administrantem officium, ut non tam diligentiam & fidem probaret reip. quam plurimum sibi ex nundinationibus turpissimis lucraretur: Ita enim paullo ante *Nummarios judices* dixerat, i. e. corrumpi pecuniâ suetos. vide ibi Torrentium. ¶ 3. Et quoniam *Sordidi*, hoc est, qui parum splendide vivunt, latent obscuri, viles certe contemtique sunt; idcirco *sordidi* sæpe pro obscuris contemtisque & ignobilibus ponuntur, schlecht, gering. Horatius de Epicuro lib. 1 od. 28 v. 14

non sordidus auctor
Naturæ, verique:

Non sordidus, id est, clarissimus, illustris. Ita *Cupido sordidus*, i. e. ignobilis, vilis, humilis, apud eumdem lib. 2 ode 16 v. 15. Nec aliter *Sordida rura* Virgilius dixit eclog. 2 v. 28. Significat enim, rusticam vitam, obscuram contemtamque duci, & neminem eo reddi clatum ac nobilem. Columell. præfat. libror. de Re Rustica: *Publice concepta & confirmata jam vulgaris existimatio, rem rusticam sordidum opus esse* &c. id est, abjectum ac humile, & parum dignum liberi ac elegantis hominis personâ. Martialis 1 epigr. 56

Sordidaque in parvis otia rebus ames;

Sordida otia appellat vitam plebejam atque obscuram, quæ procul ejusmodi negotiis ducitur, quæ famam ac nomen addere queunt. *Lene otium in loco obscuro* vocat Seneca Tragicus Thyeste v. 395. Nullum nectar ita suave est, atque hi versus: Itaque totus locus ediscendus. Liv. 22 c. 26 *Loco non humili solum, sed etiam sordido ortus*, von unächter und unehrlicher ankunfft. *Sordida oratio*, est non nitida, Quintil. 8 c. 3. *Sordidas voces* rhetores & grammatici appellant, quæ sordidiori vulgo, non autem hominibus elegantioribus, in usu sunt. In Laberio *Sordida* plusc ula notavit Gellius 16 c. 7. Adde Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 9. Sic, *Sordidus panis*, vilissimus est, nimirum ille, quem jusculo superfuso canibus præbent, hunde-brod, Plaut. Asin. 1, 2 v. 16. vid. ibi Taubm. & vetus scholiastes Juvenalis ad illud sat. 5 v. 11 *Et tremere, & sordes farris mordere canini.*
Sordidi & *sordium* ipsarum nomine censentur ab Arnobio, Prudentio, & aliis eorum eversoribus, etiam gentium Dii. vid. Barth. ad lib. 4 Theb. Statii p. 9 & 10. ¶ 4. Gradibus etiam hoc adjectivum extollitur: ut, *Sordidior caro*, Plin. 16 c. 6. *Sordidior toga*, Martial. 1 epigr. 104. *Sordidiores repudiare*, Cic. 3 de Orat. c. 32. Et, *Res sordidissimæ, acetum, pulejum, spongiæ* &c. Senec. præfat. lib. 3 Controvers. Et rursus Cicero Philipp. 1 c. 7 *Vt quisque sordidissimus videbitur, ita libentissime severitate judicandi sordes suas eluet.*

¶ Sordĭde, adverb. schändlich, filtzicht; ut, *Sordide proconsulatum gerere*, id est, corrupte, avare, Plin. 3 epist. 9. Et, *Sordide concionari*, Cic. ad Attic. lib. 15 epist. 2, zu eigenem nutz. Suetonius Domitiano c. 9 *Omnes circa se largissime prosequutus, nihil prius aut acrius monuit, quam ne quid sordide facerent.* Nam cum ab se non una liberalitate locupletati essent, noluit officium in quæstum vendere ac nundinari. Sic, *Sordide agere tutorem*, pro ita agere, sive tutoris administrare partes, ut circumscribatur pupillus, defraudetur per avaritiam & sordes, Vlpianus dixit Lege 3 D. de suspectis tutoribus. Superlat. *Sordidissime per plateas tractus est*, Lampridius de Heliogab. c. 33.

¶ Sordĭdŭlus, a, um, diminut. etwas unrein, schmutzig, unsauber; ut, *Servi sorriduli*, Plaut. Pœnul. 1, 2 v. 58. Et Juvenalis sat. 3 v. 149

Si toga sordidula est, & rupta calceus alter
Pelle patet, &c.

¶ Sordŭlentus, a, um, idem. Tertull. de Pœnit. c. 11 *Sordulentus, illotus.* conf. Barthii Advers. 45 c. 8.

¶ Sordeo, ui, ēre, sordidum esse, unflätig seyn, stincken, veracht seyn. Seneca epist. 5 *Non sordeat toga*, es muß nicht garstig aussehen. Et Accius apud Nonium c. 2 n. 773 *Cum manus materno sordet sparsa sanguine.* Cic. ad Octavium: *Sordebat ei provincia, quam victor sibi sumserat Cæsar*, es war ihm zu gering, zu verächtlich. Sic, *sordere suis, & contemni ab iis*, Livius 4 c. 25. Horat. lib. 1 epist. 11 v. 4

Cunctane præ campo Tiberino & flumine sordent?

Et Virgil. eclog. 2 v. 44 *Sordent tibi munera nostra*, du achtest sie nicht, sie stincken dich an.

¶ Sordesco, ĕre, unflätig, stinckend, verächtlich werden. Horat. ad librum suum lib. 1 epist. 20 v. 11

Contrectatus ubi manibus sordescere vulgi Cœperis.

¶ Sordĭdo, āre, besudeln, beschmitzen, verbum, quo usi sunt scriptores non contemnendi, quamquam fere solum participium ament antiquiores, quod mox exhibebimus. Hieronymus epist. 29 Epitaphio Lucinii Bætici: *Vitiis sordidamur.* Cyprianus epist. 52 cap. 6 *Alienis rumoribus sordidantur.* Lactantius extremo lib. de Ira Dei: *Templum cordis non fumo, non pulvere, sed malis cogitationibus sordidatur.* Idem lib. 5 Div. Instit. c. 19 extr. *Mens malis cupiditatibus sordidatur.* Et Sidonius carmine 23 v. 349

Moto pulvere sordidatur aër.

Et active Augustinus Serm. 244 de Tempore: *toties Dei imaginem sordidamus.*

¶ Sordĭdātus, a, um, besudelt, beschmutzt. Plaut. Asin. 2, 4 v. 90 *Quamquam ego sum sordidatus, Frugi tamen sum*, id est, sordide vestitus. Terent. Heaut. 2, 2 v. 56 *Scin' hanc, quam dicit sordidatam & sordidam?* ubi prius ad vestitum, alterum ad squalorem & illuviem corporis pertinet. Nam de utroque paullo ante de eadem ancillula dixerat:

ea texebat una pannis obsita,
Neglecta, immunda illuvie.

Quia *pannis obsita*, idcirco *sordidatam* hoc loco: quia *neglecta immundaque illuvie*, eamdem itaque hic *sordidam* appellat. Nam vestis pannacea pauperrimorum hominum habitus. Et sordes ejusmodi vestitum notant. *Sordidatus* igitur quasi sordes indutus: ut *togatus, sagatus* &c. dicitur. *Sordidata turba*, Livio 45 c. 28 est plebs pullata. Et, *Sordidatissima conscientia*, Sidonius 3 epist. 13 extr. ¶ 2. *Sordidati* vero apud Cicer. rei plerumque sunt & accusati, seu ut rei delati, die angegeben oder verklagt seyn; ut in Verr. action. 4 c. 25 *Sordidati maxima barba & capillo Romæ biennium fuerunt.* Sic Livius lib. 6 c. 20 *postquam sordidatum reum viderunt.*

¶ Exsordesco, ĕre, sich besudeln, verächtlich werden. Gellius 9 c. 2 *Nomen philosophi exsordescit.*

¶ Insordesco, ĕre, garstig werden. Sidonius lib. 5 epist. 13 *Dejectu caducæ frondis ager insorduit.*

¶ Obsordesco, ĕre, idem. Nonius c. 2 n. 604 ex Cæcilio: *Obsorduit ærumna*, id est, obsolevit. Prudent. Apotheos. v. 146

Ne coma fusa humeris fumo obsordescat amaro.

SŌREX, sorĭcis, muris quoddam genus est rubeum, brevi cauda, acutæ vocis, eine spitzmauß. vide *Mus araneus*. *Sorex* ab ὕραξ deduci videtur, aspiratione in S conversâ; ὕραξ enim Nicandro *mus* est: Gesn. Colum. de Arbor. c. 15 *Vites, quæ secundum ædificia sunt, a soricibus aut muribus infestantur.* Terent. Eunuch. 5, 7 extr. *Egomet meo indicio miser quasi sorex hodie perii*, ich habe mich selbst verrathen. Serenus Sammonicus c. 5 de capillo tingendo v. 57

Si prægnans artus captivi soricis edit,
Dicuntur fœtus nigrantia lumina fingi.

¶ Sōrĭcīnus, a, um, von einer spitzmauß; ut, *Soricina nænia ani*, Plautus Bacchid. 4, 8 v. 48.

¶ Sorĭcŭlātus, a, um, variis coloribus consertus, buntschäckicht. Sic, *Soriculatam vestem*, id est, varicolorem, Plinius 8 c. 48 dixisse creditur: sed MSS. *sororiculata*, de quo verbo paullo post in *Soror*.

SŌRĪTES, æ, penult. longa, mascul. argumentationis est species, eine gewisse art zu schlüssen; a σωρὸς, *cumulus*, ex uno enim concesso ad conclusionem multa coacervat. Latine ACERVALEM, vel CAVILLATIONEM, vel SYLLOGISMVM, dicere liceat. Cicero 2 de Divin. c. 4 *Quomodo autem MENTIENTEM, quem* ψευδόμενον *vocant, dissolvas? Aut quemadmodum SORITI resistas? quem, si necesse sit, latino verbo liceat ACERVALEM appellare, sed nihil opus est*, &c. ACERVALEM SYLLOGISMVM JCtus vertit Lege 77 Dig. de Verbor. signif. & Lege 65 Dig. de Reg. Juris. Vbi frustra Alciatus pro σωρείτην, σόφισμα mavult legere. Nam manifeste ex eo refellitur, quod græcum vocabulum ipse JCtus *Acervalem syllogismum*, Ciceronem secutus fortasse, interpretatus est. Persius etiam ACERVVM dixit satyr. 5 ipso fine:

Inventus, Chrysippe, tui finitor acervi.

Vbi vet. Scholiast. *Chrysippus philosophus Stoicus syllogismum* σωρείτην *vocavit, quem per adjectionem & detractionem ex acervi frumentarii similitudine offendit.* Ad quam alludens appellationem ejusque rationem Horatius 2 epist. 1 v. 46 ait:

demo unum: demo etiam unum,
Dum cadat elusus ratione ruentis acervi.

Sorites enim fit, cum gradatim & minutatim aliquid aut additur, aut demitur. Quemadmodum addendo granum grano, acervum facimus, demendoque destruimus. Cicero 4 Acad. Quæst. c. 16 *Primum quidem hoc reprehendendum, quod captiosissimo genere interpretationis utuntur*, (Stoici) *quod genus minime in philosophia probari solet, cum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur. SORITAS hos vocant, qui acervum efficiunt uno addito grano. Vitiosum sane & captiosum genus. Sic enim adscenditis* (vos Stoici;) & cetera, quæ plura ibi sequuntur & ad hunc locum pertinent. Primo autem hic observandum, hanc rationem Stoicorum propriam fuisse, quod & inferius c. 28 extr. & sequenti significat. Et inde Persius laudato loco, *Chrysippi acervum* appellat, id est, Stoicorum. Nam inter primos auctores sectæ Stoicæ Chrysippus fuit. Deinde *interrogationis genus* appellat, quod veteres interrogando disputarent. *Captiosissimum* autem, quia seu male interrogaveris, seu responderis incaute, interrogataque concesseris, in laqueos te facillime indues. Hinc idem Cicero dicto c. 28 *Lubricum & periculosum locum* SORITAS: & c. 31 *Tortuosum genus disputandi* appellat. *Vitiosum* dixit præterea, quia legitima argumentandi species haud erat, & digna philosopho, ut ipse significat: in infinitum enim extenditur & terminum non habet, quamvis de inveniendo illo multum laboravit Chrysippus; sed frustra. *Veritas enim finem habet. Nullus terminus falso est. Viâ eunti, aliquid extremum est: error immensus*, ait Seneca epist. 16. Idem Cicero lib. 4 Academ. Quæst. c. 28 & 29 *Venit ad* SORITAS, (Dialectica Stoicorum,) *lubricum sane & periculosum locum, quod modo dicebas esse vitiosum* interrogandi genus. *Quid ergo? Istius vitii num nostra culpa est? Rerum natura nullam nobis dedit cognitionem finium, ut ullâ in re statuere possimus, QVATENVS. Nec hoc in acervo tritici solum, unde nomen est; sed nulla omnino in re minutatim interroganti*

DIVES, PAUPER: CLARUS, OBSCURUS: MULTA, PAUCA: MAGNA, PARVA: LONGA, BREVIA: LATA, ANGUSTA: *quanto aut addito, aut demto, certum, quod reſpondeamus, non habemus* &c. Inde SORITES inter ἄπορα, ſive inexplicabilia, ſeu quæ ſolvi non poſſunt, habetur. Sumemus exemplum ab Horatio, ſupra laudata epiſtola 1 v. 35 & ſeqq. Quærit ibi poëta, quis pro antiquo ſcriptore habendus ſit? num qui ante centum annos deciderit, ſive obierit diem? num quis, qui ante centum annos floruerit, muſteum recentemque dixerit? Quod ſi igitur reſpondeat aliquis, omnino centenarium pro veteri habendum auctore, ceterum interrogator pergens quærat, quid ſi uno, altero, tertio, quarto & ſic deinceps, die, menſe, anno, minor fuerit; non habebit, qui primum dederit, centenarium nempe antiquum eſſe ſcriptorem, quod reſpondeat. & de eo gradatim minutatimque interrogando, ut Cicero loquitur, redigetur eo, ut cogatur fateri, vel pauciſſimorum annorum ſcriptorem pro centenario antiquoque habendum, vel contra centenarium eumdem eſſe atque qui ante pauciſſimos annos fuerit. Item: ſi interrogem, divesne ſit, qui centum aureos habeat? atque id neget alter: ego vero unum alterumque adjiciam, idque eo usque faciam, donec ad aliquot millia ſumma perveniat: non habebit reſpondens, ubi mutet ſententiam. Quamvis enim unus aureus, aut ſi minutius interroges, unus adjectus quadrans, e paupere divitem non faciat, addendo tamen ſubinde augendoque quantum, eo excreſcit ſumma, ut, qui poſſideat, pronunciari pauper haud poſſit, vel fateri neceſſe eſt, eumdem pauperem & divitem eſſe, id quod abſurdum. Quæ explicanda pluribus paullo exiſtimavimus, quod, quæ vis atque natura ejus *ſophiſmatis*, quod *Soritem* dixerunt veteres, vulgus dialecticorum non intelligere ſatis videtur. Nam longe aliter de eo veteres prodiderunt. Quod Grotius in florum ſparſione ad Juſtinianeum jus in ſupra citata lege Dig. de Verbor. ſignificat. obſervat. Vide & eruditiſſimum Caſaubon. ad Perſium, itemque Laurent. Vallam lib. 3 Diſputat. Dialect. c. 12.

SŎROR, ōris, eine ſchweſter; ut, *Soror germana*, ex iisdem parentibus nata, eine leibliche ſchweſter, Cic. pro Milon. c. 27. *Unanimis ſoror*, Virg. Æn. 4 v. 8. *Dicere Minervam ſororem ſuam*, Cicer. pro Dom. ſua c. 34. Græci eas in matrimonio habebant. vid. Rutgerſ. lib. 1 Var. Lect. c. 9. Sam. Petit. Comment. ad Leges Attic. lib. 6 p. 44; adde Commentat. ad Nepot. præfat. & ejusd. Cimon. c. 5 n. 1. ¶ 2. Apud veteres *Sororis* vocabulum inter blanditias amatorias fuit, ſicut & *Fratris*. vide *Frater*. Quamvis autem laſcivo amori inſerviret ut plurimum; aliquando tamen honeſto & ſancto indicando adhibebatur. Notum eſt, Paulum Apoſtolum ἀδελφὴν, *ſororem*, pro uxore dixiſſe 1 ad Corinth. c. 9 v. 5. Salvianus etiam Palladiam conjugem ſuam *ſororem* appellat epiſt. 4. Non ſatis tamen probare videntur Arcadius & Honorius AA. L. 19 C. de Epiſcop. & Cleric. Ita enim Palladio P. urb. ſcribunt: *Eum, qui probabilem ſeculo diſciplinam agit, decolorari conſortio ſororiæ appellationis non decet.* Sed Imperatores non tam reſpiciunt hoc loco conjuges, quam clericos religioſosque cœlibes & caſtitatis voto obſtrictos. Qui conjungebantur fœminarum conſortio haud raro, verbo quidem, ut haberent vel valetudinis ſolatia, vel imbecillitatis tutelam; re ipſa, ut affectibus ſuis obſequerentur. Cujusmodi explicationem B. Hieronymus nobis ſuppeditat epiſt. de vitando ſuſpecto contubernio, quæ lib. 2 nona ipſa eſt. Pertinet huc & illud ejusdem Hieronymi lib. 2 epiſt. 13 *Novi ego quosdam jam maturioris ætatis libertini generis adoleſcentibus delectari, & filios quærere ſpirituales, paullatimque pudore ſuperato, ficta matrum nomina erumpere in licentiam maritalem.* Has culpas igitur ut honeſto prætexerent nomine, *ſorores* ac *fratres*, item *matres* & *filios* ſeſe appellabant invicem; quibus vocabulis & in commune ſe ſalutabant Chriſtiani; *Sororum* & *Fratrum* autem peculiariter conjuges, qui amplexi propoſitum ſublimius mutuo continentiæ voto ſe obligaſſent. B. Hieronymus lib. 2 epiſt. 10, quæ ad Ruſticum eſt: *Quod ignotus ad ignotum audeo ſcribere, ſanctæ ancillæ Chriſti Hedibiæ & filiæ meæ, conjugis tuæ Aitemiæ, imo ſororis ex conjuge atque conſervæ fecit deprecatio:* SORORIS ſpiritu: CONSERVAE religione: ut ex Lactantio interpretemur lib. 5 c. 15. Et Salvianus cum Palladiam ſuam vocaret *ſororem*, non tam maritus amplius erat, quam *frater*; cum uterque conſenſu mutuo jam caſtitatem voviſſent perpetuam, quod ſatis claret ex ea ipſa epiſtola, quam ſupra laudavimus. Venantius lib. 1 eleg. in laudem Leontii, epiſcopi Burdegalenſis, & Placidinæ, ejus olim conjugis, (ut conſcriptio carminis habet,) ſacerdotii vero tempore ſororis:

Cogor amore etiam Placidinæ pauca referre:
Quæ tibi tunc conjux, eſt modo cara ſoror.

Gentiles autem exiſtimabant, Chriſtianos *ſororis* & *fratris* nomine libidinis ergo uti, quoniam hæc ipſis nomina inter laſciva & ἐρωτικὰ fuerunt; unde Martialis 2 epigr. 4 *nequiora nomina* vocat. Et Cæcilius apud Minucium Felic. c. 9 n. 2 *Se promiſcue appellant fratres & ſorores, ut etiam non inſolens ſtuprum interceſſione ſacri nominis fiat inceſtum.* ¶ 3. Sed & *Sorores* vocabantur omnia paria & velut cognata invicem, ſibique ſimilia, einander gleich. Ita *ſorores arbores*: Plinius 13 c. 4 de palmis: *minus ſpecioſæ, ſed ſapore caryotarum ſorores, ob hoc Adelphides dictæ*, &c. Et, *Lodices ſorores* Martialis dixit 14 epigr. 148. Tertullianus de Pallio c. 1 *Sic in proximo ſoror civitas veſtiebat, & ſicubi in Africa Tyrus.* Loquitur de Utica, quam *ſororem* Carthaginis vocat: ambæ enim inclutæ, ambæ a Phœnicibus conditæ, ambæ maximæ. Sed *Utica* poſt *Carthaginem* tamen, ut apud Melam & Appianum legimus. ¶ 4. *Sorores* ſæpe abſolute poëtarum litteris dicuntur *Parcæ*. Horat. 2 od. 3 v. 15

Dum res & ætas, & ſororum
Fila trium patiuntur atra.

Et Auſonius epiſt. 12 extrema:

Dum res & ætas, & ſororum
Νήματα πορφύρεα πλέκονται.

Sic *Doctæ ſorores* dicuntur Muſæ Ovid. Met. lib. 5 v. 255. Et, *Viperea ſtygia de valle ſorores*, eſt periphraſis Furiarum, ibid. 6 v. 662.

¶ Sŏrorcŭla, æ, diminutivum, ein ſchweſtergen. Plaut. in fragm. Clitell. v. 25 *Germana mea ſororcula.*

¶ Sŏrōrius, a, um, ſchweſterlich; ut, *Fraternis flagitiis, ſororiis ſtupris, omni inaudita libidine infamis*, Cic. pro Seſtio c. 7. *Cœna ſororia*, quæ datur ob repertam ſororem, Plaut. Curc. 5, 2 v. 60. *Sororia oſcula*, Ovid. Met. lib. 4 v. 334. *Sororium tigillum*, cui tamquam jugo ſubmiſſus Horatius fuit expiandæ cædi, quam in ſorore patraverat, quodque ſacratum Junoni, & ſemper, ſi pateretur vitium, refectum fuit. vide Feſtum, & Livium 1 c. 26. ¶ 2. *Sororius* ſubſtantive, appellatur ſororis frater & filius.

¶ Sorōrio, are, fictum verbum apud Plautum: qui mammas virginum *ſororiare* dixit, cum tumeſcentes primum, jam pares, & quaſi ſorores conſpici gaudent, als ſchweſtern mit einander wachſen. Locus Plauti eſt in Fragm. Frivol. v. 11 *Papillæ primitus ſororiabant.* Sic & *Mammæ ſororiantes* Plin. 31 c. 6. Vide Feſtum in *Fratrare* & *Sororiare*.

¶ Sorōrĭcŭlātus, a, um, i. e. lino & ſparto condenſatus. Sic, *Sororiculata veſtis*, apud Plin. 8 c. 48 in MSS. libris, quamquam incerta vocis tum origo, tum ſignificatio. Vide Harduin. ibidem: & Turneb. Adverſ. 22 c. 19, & Ferrar. de Re Veſtiar. 2 c. 11.

¶ Sorōrĭcīda, æ, ut *fratricida*, ein ſchweſter-mörder; Cic. pro Domo ſua c. 10.

¶ Sorōrĭcīdium, i, ſchweſter-mord. Gloſſ. Vet. *Sororicidium*, ἀδελφοκτονία.

SORS, ſortis, multa ſignificat: vel fortuitum rei alicujus eventum, einen zufall, loß, loſung. Cicero de Divinat. 2 c. 41 *Quid ſors eſt? idem propemodum, quod micare, quod talos jacere, quod teſſeras, quibus in rebus temeritas & caſus, non ratio nec conſilium valet.* *Sortes* aliæ *politicæ* ſunt, quibus hæreditates, legata, donata & ſimilia diſtribuuntur iis, ad quos pertinent: aliæ *divinæ*, quarum mentio fit in ſacris litteris: aliæ *divinatoriæ*, ſed a veritate alienæ, commentitiæ & impiæ; Peucerus. *Sors omnia verſat*, Virg. eclog. 9 v. 5. *Sorte alicui aliquid aſſignare*, Cic. 11 fam. ep. 20 fin. einem durchs loß etwas zutheilen. *Conjicere ſortem in urnam*, Cœlius Ciceroni 8 epiſt. 8. Et abſolute, *conjicere ſortem*: Cic. pro Ligario c. 7 *Tuberonis ſors conjecta ex SCto, cum ipſe non adeſſet.* *Tuberonis ſors* eſt Tuberonis nomen, quod conjiciebatur in urnam, cum de provinciis inſtitueretur ſortitio. Solenne autem Romanis fuiſſe, ſorte honores dare, ne ſcil. ambitioni vel inimicitiis locus foret, docet Tacit. Hiſt. 4 c. 8. *Dejicere ſortes*, Cæſar dixit 1 de B. Civ. c. 6, quod & *demittere ſortem* Suetonio eſt. Vide infra *Sorticula*. Livius vero ipſas provincias *in ſortem conjici* dixit lib. 30 c. 1 *Tum prætorum provinciæ in ſortem conjectæ.* Et, *Ducere ſortem* & *educere*, das loß ziehen, ſein loß haben: Virg. 6 Æn. v. 22

ſtat ductis ſortibus urna.

Cicero 4 Verrina c. 51 *Num quid igitur oportet niſi tres ſortes conjici? unam educi?* Ita ipſi etiam homines *ſorte duci* dicuntur, qui *ſorte ducta* ad aliquid deſtinantur. Virg. 2 Æn. v. 205

Laocoon ductus Neptuni ſorte ſacerdos.

Salluſtius in fragm. *ſorte ductos fuſti necat.* Suetonius Claudio c. 6 *Senatus quoque, ut ad numerum ſodalium Auguſtalium ſorte ductorum extra ordinem adjiceretur, cenſuit.* Sed *Exire ſors* dicitur, quando ex urna educitur. Cic. ad Attic. 1 epiſt. 19 *Cum de conſularibus mea prima ſors exiſſet.* Et Horat. 2 ode 3 v. 25

Omnes eodem cogimur: omnium
Verſatur urna: ſerius ocyus
Sors exitura, & nos in æternum
Exilium impoſitura cymbæ.

De *ſortibus*, quas conſulentes ter tollere ſolebant, clare agit Tibullus 1 eleg. 3 v. 11. vid. Scalig. Caſtigat. ad h. l. & de aliis ſortium generibus Zwingeri Theatr. vol. 5 lib. 4 f. 1362. ¶ 2. Vel locum cujusque ſeu conditionem ac ſtatum ſignificat, einen ſtand, amt oder beruff; ut, *Nemo ſua ſorte contentus vivit*, ex Horatii verbis, initio Satyrarum, formatum. Idem epod. 14 v. 15 *Gaude ſorte tua.* Et lib. 1 epiſt. 14 v. 11 *Cui placet alterius, ſua nimirum eſt odio ſors.*
Curt. 4, 10, 26 *Calamitatis ſolatium eſt, noſſe ſortem ſuam.* Horat. 4 ode 11 v. 21 *Telephum, quem tu petis, occupavit*
Non tuæ ſortis juvenem, puella;

Non tuæ ſortis, id eſt, non loci tui, & tibi imparem, der weit höher und fürnehmer als du. Juvenal. ſat. 12 v. 25

quamquam ſint cætera ſortis Ejusdem;

i. e. ejusdem generis, conditionis. Sueton. Auguſto c. 19 *Nam ne ultimæ quidem ſortis hominum conſpiratione & periculo caruit.* Per *ultimæ ſortis homines* ſervos intelligit, knechte, lumpenkerle. Epitome Liviana lib. 19 *Juſſusque dictatorem dicere, C. Glauciam dixit, ſortis ultimæ hominem.* Seneca epiſt. 52 *Egregium hoc quoque: ſed ſecundæ ſortis.* ¶ 3. Vel neceſſitatem fatalem notat, beſchertes glück oder unglück; ut, *ſors aſpera, acerba, ſors duriſſima fati*, apud poëtas. Virg. Æn. 2 v. 554 *Hic finis Priami fatorum, hic exitus illum Sorte tulit.* Ovid. Triſt. 5 eleg. 3 v. 28 *Ferrea difficilisque ſors vitæ me premit*, es iſt ein hart verhängniß über mich. ¶ 4. Vel ſummam aut primam pecuniam denotat, die haupt-ſumma oder capital; ut, *Periit & ſors & uſura*, capital und zinſe iſt hin. Plaut. Moſtell. 3, 1 v. 121 *Quatuor quadraginta illi debentur minæ, & ſors & fœnus tantum eſt.* Terent. Adelph. 2, 2 v. 35 *Etiam de ſorte nunc venio in dubium miſer.* Martial. 5 epigr. 43

Debitor uſuram pariter ſortemque negabit.

¶ 5. *Sortes* etiam oracula ſignificant, weiſſagung. Cicero de Divinat. 2 c. 33 *Sors illa edita eſt Crœſo:*

Crœſus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim.

Horat. de Arte poët. v. 405 *Dictæ per carmina ſortes.* Virg. Æn. 4 v. 577 *Lyciæ ſortes*, id eſt, oraculum Apollinis Pataræi. Et Valer. Max. 1, 6, 3 *Legati ad Delphicum oraculum miſſi retulerunt, præcipi ſortibus*, &c. ¶ 6. Omnes denique res, quæ ſorte dividuntur, *Sortes* Latinis appellantur: unde *Sors* & hæreditatem ſignificat, das erbtheil. Ex eo *conſortes*, inter quos hæreditas non eſt diviſa ſed conjuncta. *Exſortes*, exhæreditati, de quo Salmaſius Exercit. Plinianis p. 891. Livius 1 c. 34 *Puero in nullam ſortem bonorum nato*; i. e. in nullam partem hæreditatis paternæ. Etiam res promercales *Sortes* vocantur;

vocantur; Sueton. Augusto c.75 *Solebat & æqualissimarum rerum sortes in convivio venditare.* Ex eo nos: allerley sorten. Sic *conviviales sortes* dictæ, quæ quisque muneris loco pro sorte sive fortuna sua accepta ex convivio domum referebat. Harum in Historia Augusta fit mentio. Martial. 14 epigr. 1

Divitis alternas & pauperis accipe sortes,
Præmia convivæ det sua quisque suo.

Vide ipsum librum, ubi licebit videre exempla harum sortium; totus enim huc pertinet.

¶ Sortis, is, pro *Sors*, teste Prisciano lib. 7. Plaut. Casin. 2, 6 v. 28 *Vide, ne qua illic insit alia sortis sub aqua.*

¶ Sorticŭla, æ, diminut. das loßzeichen; ut, *Sorticula in urnam demissa*, Sueton. in Nerone c. 21.

¶ Sortior, ītus sum, iri, sortem facere, ducere, vel per sortem eligere, losen, das loß werffen. Ita, *Sortiri judices*, apud Cicer. 2 ad Quint. fratr. epist. 1, per sortem eligere est. Vtrumque autem dicimus: *Sortiri aliquam rem*, id est, in sortem conjicere; & *de re aliqua sortiri.* Tacitus 2 Hist. c. 41 *Dum legiones de ordine agminis sortiuntur.* Sueton. Claudio c. 7 *Sortitus est & de altero consulatu in quartum annum.* Deinde etiam *Sortiri*, est sorte accipere, sorte habere, etwas durchs loß erlangen. Sic, *magistratum, provincias sortiri*, est ducta sorte adipisci. Tacitus Agricol. c. 42 *Aderat jam annus, quo proconsulatum Asiæ & Africæ sortiretur.* Sed & quæ extra sortem jactam indipiscimur, *sortiri* dicimur. Ita *amicum sortiri*, Horat. 1 sat. 6 v. 53. ¶ 2. Est & disponere, dispensare, ordnen, theilen, eintheilen. Virg. 3 Æn. v. 375

sic fata Deum rex
Sortitur, volvitque vices.

Vbi Servius: SORTITVR, *disponit, ordinat: id est, sorte decernit, vel sortitione distribuit.* Similiter usus Horatius est lib. 3 ode 1 v. 14

Æqua lege necessitas
Sortitur insignes & imos.
Omne capax movet urna nomen.

Significat enim, fatum sive necessitatem dominari in omnes, communi hominum sorti omnes subjicere, neque respicere, parvus an magnus aliquis sit, dives an pauper: quippe cum omnes ex æquo morti destinet. Itaque *sortitur*, id est, quasi in sortem mittit: communi sorti subjicit. ¶ 3. Antiqui etiam activo *Sortio* usi sunt: e. g. Varro apud Nonium c. 7 n. 22 *Cum venerint censores, inter se sortiant.* Et Ennius ibid. n. 24 *An inter se sortiunt urbem atque agros.* Et Plaut. Casin. 2, 6 v. 43 *Tibi permitto, tute sorti.*

¶ Sortītus, a, um, der durchs loß bekommen hat; ut, *Sortitus Macedoniam*, Vellej. 2, 59, 2. Item, der ausgetheilet hat; ut, *Sortiti remos*, Virg. Æn. 3 v. 510. *Legio sortita periclum*, Idem Æn. 9 v. 174. Item passive, erlangt; ut, *Morum probitate spectata sortita conjuge, liberisque susceptis*, Ammian. 18 c. 6.

¶ Sortīto, adverb. significat sorte vel per sortem, nach dem loß, durchs loß; ut, *obtingere sortito*, durchs loß zufallen, Plaut. Mercat. 1, 2 v. 25. Et Horat. epod. 4 pr. *Lupis & agnis quanta sortito obtigit,*
Tecum mihi discordia est.

Sic, *Prætores sortito in provincias mittere*, Cœlius ad Cic. 7 fam. ep. 8. *Sortito in urnam mitti*, Ascon. in Verrin. 2 quæ Procemium dicitur.

¶ Sortītus, ûs, subst. idem quod *Sortitio*, die losung, das loß-werffen. Plaut. Casin. 2, 4 v. 27 *In sortitu est mihi.* Cic. pro Domo c. 19 *Pluribus de rebus uno sortitu retulisti.* Virg. Æn. 3 v. 323

quæ sortitus non pertulit ullos,
Nec victoris heri tetigit captiva cubile;

Captivi enim, captivæque per sortem victoribus distribuebantur. Vet. Gloss. κληρουχία, *Sortitus.* Item: κλήρωσις, *Sortitus.*

¶ Sortītio, ōnis, idem; ut, *sortitio provinciarum*, Cicer. 3 Philipp. c. 10; *judicum*, Idem 2 ad Qu. fratr. epist. 1. *Sortitione nondum facta communia devorare*, vid. Chiliad. *Sortitio est, non præfocatio*, es ist theilguth, nicht raubguth. Et Cicer. pro Cluent. c. 46 *Sortitione in quosdam advertere, ut metus ad omnes, pœna ad paucos perveniat.* Quibus verbis Cicero ad morem alludit antiquum, quo in decimum quemque militem de improbitate aut seditione suspectum animadvertebatur capitaliter. conf. Livius 2 c. 59 fin. *Latis tabulis sortitio fit tribuum*, Varro de R. R. 3 c. ult.

¶ Sortītor, ōris, der das loß wirfft. Seneca in Troade v. 982 *Iniquæ ferus sortitor urnæ.*

¶ Sortilĕgus, i, qui per sortes futura prænunciat, ein planeten-leser, weissager. Cic. 1 de Divin. c. 58 *Sortilegos agnoscere.* Horat. de Arte poët. v. 219 *Sortilegi Delphi.*

¶ Sortilĕgium, i, actus legendæ sortis, die zeichendeutung, das glückspiel. vid. Plin. 28 c. 4 *De quibusdam sortilegiis*, uti inscribitur.

Composita cum præposit.

¶ Consors, tis, particeps, theilhafftig; item, ein mitgenoß; ut, *Socius & consors laboris*, ein mitarbeiter, Cic. de Clar. Orat. c. 1. *Consors in lucris atque furtis*, Idem in 3 Verr. c. 66. *Consors publici consilii*, Plin. 8 epist 14. *Consors periculi*, Seneca Agamemnon. v. 978; *mendicitatis*, Cicer. pro Flacco c. 15. *Consors studiorum*, ein schulgesell, Seneca epist. 7. *Thalami consors*, ein ehegatte, Ovid. Metam. lib. 10 v. 246. *Consortes generis*, blutsfreunde, Idem Heroid. epist. 3 v. 47. *Consors imperii*, ein mit-regent, Claudian. Nupt. Honorii v. 277. *Consors vitiorum*, lasterhafft, Vellej 2, 74, 2. ¶ Proprie *Consortes* cohæredes, quorum hæreditas nondum divisa, gemeinschafftliche erben, die in ungetheilten güthern sitzen. Vet. Gloss. *Consortes*, κοινόβιοι, σύγκληροι. vide Salmas. Exercit. Eleganter Minucius de Christianis huc respiciens: *ut unius Dei parentis omnes, ut consortes fidei, cohæredes.*

¶ Consortium, i, die gesellschafft, gemeinschafft. Celsus 7 c. 27 *Stomacho cum vesica quoddam consortium est.* Et Papinianus Lege 52 § 8 Dig. pro socio: *Si inter fratres voluntarium consortium initum fuerit*, wenn sie gesellschafft machen, compagnie aufrichten.

¶ Consortio, ōnis, idem. Livius 40 c. 8 *Quænam ista societas? quæ consortio?* Cic. 3 Off. c. 6 *Dissolvetur omnis humana consortio.*

¶ Consortālis, e, gemeinschafftlich. Frontinus de Coloniis in Sicilia p. 111 *Consortales lineæ.*

¶ Dissors, tis, sine participatione, untheilhafft. Ovid. 2 Amor. eleg. 12 v. 11 *ab omni milite dissors Gloria:*
hoc est, duci propria. ¶ 2. Augustinus de Grammatica p. 93 DISSORS *dicitur dissimilis sortis.* Sic Ovidius Metam. lib. 8 v. 132

Dissortemque utero fœtum tulit.

¶ Exsors, tis, non particeps, frey, ausgeschlossen; ut, *Exsors amicitiæ*, Livius 23 c. 10, ohne freundschafft. *Exsors culpæ*, Idem lib. 22 c. 44. *Exsors matrimonii*, Plin. 5 c. 8, eheloß. ¶ 2. Sed Virg Æn. 8 v. 552

Ducunt exsortem Æneæ, quem fulva leonis
Pellis obit totum;

id est, equum Æneæ, exemtum aliorum sorti, hoc est, optimum & præcipuum, mit dem der andern keines zu vergleichen war.

¶ Exsortium, i, die ausschliessung, enterbung. Apulej. de Deo Socrat. *Incerta vacatione ceu quodam exsortio punitur.* vid. Salmas. in Solin. pag 891.

¶ Subsortior, īri, per sortem in judicis rejecti locum substituere, einen andern an des entsetzten stelle einsetzen. Cicer. in 2 Verr. c. 10 *Cum iis judicibus, quos in horum locum subsortitus es, te in consilium iturum putasti.* Idem pro Cluent. c. 35 *quod ex lege subsortitus judicem non esset.*

¶ Subsortitio, ōnis, suffectio, substitutio, die einsetzung an statt eines verworffenen. Cic. pro eodem Cluent. c. 37 *Cum paucos dies ex subsortitione sedisset.* Et Sueton. in Cæs. c. 41 *Instituit quotannis in demortuorum locum subsortitionem a prætore fieri.* Et rursus Cicero in Verr. 3 sive de Prætur. urb. c. ult. & *subsortitionis* nomine & verbo *subsortiendi* usus est, ubi Asconius consulatur, qui & in procemium in Verr. p. 48 de hac re accurate commentatus est: *Cum multi*, inquit, *judices cum prætore suo judicaturi essent, necesse fuerat, in urnam sortito mitti, ut de pluribus necessarius numerus confici posset. Post urnam, permitti accusatori ac reo, ut ex illo numero rejiciant, quos putaverint sibi aut iniquos, aut ex alia re incommodos fore. Rejectione celebrata, in eorum locum, qui rejecti fuerant, subsortiebatur prætor alios, quibus ille judicum legitimus numerus compleretur.*

SORSVM, antique pro *Seorsum*, de quo supra in S, besonders. Plaut. Epid. 3, 3 v. 21 *In ædiculam istam sorsum concludi volo.* Catull. carm. 20 v. 17 *manumque sorsum habebis.*

SŌRY, soreos, σῶρυς, flos melanteriæ, grau und schwartz atrament, Agricola Adde Plin. 34 c. 12.

SŌSIĀNVS, i, cognomen Apollinis, cujus Romæ erat statua cedrina ex Seleucia advecta, teste Plinio 13 c. 5.

SŌSICRĂTES, is, scriptor rerum Cretensium. vid. Voss. de Hist. Græc. lib. 3 p. 329.

SŌSIGĔNES, is, astrologus Ægyptius, cujus opera usus est Cæsar, cum annos per intercalandi licentiam turbatos ad solis cursum redigeret, Plin. 18 c. 25.

SŌSĬMĔNES, is, medicus insignis apud Plinium 20 c. 17.

SŏSIVS, i, Cajus, prætor Romanus, cujus meminit Cicero 8 Attic. epist. 6. ¶ 2. *Sosii*, librarii & bibliopolæ Romæ fuerunt celeberrimi, de quibus Horat. de Art. poët. v. 345; & lib. 1 epist. 20 v. 2.

SOSPES, ĭtis, salvus, gesund, unbeschädigt. Plaut. Captiv. 4, 2 v. 93 *Modo in portu Philomelum vivum, sospitem & salvum vidi.* Et, *Navis sospes ab ignibus*, Horat. 1 Carm. od. 37 v. 13.

¶ Sospĭta, æ, fœmininum; ut, *Sospita Juno*, id est, servatrix, eine helfferin, Cic. 1 de Divinat. c. 2. vide *Sispita.* Et Ovid. Fast. 2 v. 56

Sospita delubris dicitur aucta novis.

¶ Sospĭtālis, e, qui sospitem facit, heilsam. Plaut. Pseud. 1, 3 v. 18 *qui tibi sospitalis fuit.* Et Macrob. 1 Saturn. c. 17 *sospitalis Deus.* Ammianus 8 c. 22 *Vicus sospitalium aquarum lavacris calentibus notus*, da ein warm bad ist.

¶ Sospĭto, are, pro, incolumem servare, behüten, erhalten. Plaut. Asin. 3, 3 v. 93 *Sis herum tuis factis sospitari.* Et Livius 1 c. 16 *pacem precibus exposcunt, uti volens propitius suam semper sospitet progeniem.*

¶ Sospĭtātor, ōris, ein helffer, beschützer, erhalter. Apulej. Met. lib. 9 p. 218 *Vnus ex his, de cælo scilicet mihi missus sospitator.* Et in Apolog. p. 315 *Æternus animantum sospitator.* In nummo antiquo Getæ imperatoris, Caracallæ fratris, apud Vaillant. Tom. 1 p. 123 IOVI SOSPITATORI.

¶ Sospitatrix, īcis, eine erhalterin; ut, *Dea sospitatrix*, Idem Apulejus Metam. lib. 11 p. 261.

¶ Sospĭtas, ātis, prosperitas, incolumitas, heil, wohlstand. Macrobius 1 Saturn. c. 17 *Auctor publicæ sospitatis.* Et paucis interjectis: *Apollinem, id est, solem, modo sospitatem, modo pestem significantibus cognominibus adoramus.* Adde Symmach. 3 epist. 71, & lib. 5 epist. 8, & Constantini legem 7 Cod. de Repudiis. vid. Barth. Advers. 19 cap. 10.

SOSTRĂTVS, i, Cnidius, architectus nobilis, exstruxit turrim illam Ægypti formosissimam, Pharon. Vide Plin. 38 c. 12, & Lucianum Dial. quomodo sit scribenda historia, sub fin. ¶ 2. *Sostratus* etiam inter sculptores, qui ex ære simulacra signaque faciebant, Plin. 34 c. 8. ¶ 3. Apud Juvenal. sat. 10 v. 178 *Sostratus*, malus poëta est, velut Scholiastes interpretatur: possit & declamator aliquis malus eo nomine intelligi.

SŌTĀDES, is, Cretensis fuit poëta, cujus fragmenta quædam leguntur apud Stobæum. Erant autem lascivissima Sotadis & impudentissima carmina, quæ, sumpto nomine ex argumento, *Cinædos* inscripsit, teste Suida. Hinc ipsum etiam Martialis 2 epigr. 86 *Sotaden cinædum* vocat. vid. ibi Farnab. conf. Martial. 6 epigr. 26; & Cœl. Rhodig. Lect. Ant. 7 c. 16.

¶ Sotadēus, a, um, adject. σωτάδειος, plur. *Sotadea*, carmina scilicet auctore Sotade de rebus obscenis scripta; de quibus Quintil. 1 c. 8 *De Sotadeis ne præcipiendum quidem est; amoveantur, si fieri potest*, &c. conf. eumdem 9 c. 4.

¶ Sōtădĭcus, a, um, aliud adject. ut, *versus Sotadici*, Plin. 5 epist. 3. Eos, qui iisdem usi, recenset Voss. lib. 6 Instit. Orat. p. 482. Adde Auson. epist. 17 v. 29.

SŌTĒR, ēris, σωτήρ, ein heyland, seligmacher; id enim latinâ litteraturâ scripsit

scripsit Cicer. in 4 Verr. c. 63 *Eum non solum patronum istius insulæ, sed etiam Sotera inscriptum vidi*, &c. *Is enim nimirum Soter, qui salutem dedit.* Hæc ibi Cicero. Nimirum soliti fuerunt Græci cognomen hoc iis tribuere, qui egregie meriti essent de publico, & gentem aliquam vel civitatem ex magno liberassent discrimine, servassentque, de quo & Plutarchus monuit in Coriolano.

¶ Sōtēria, ōrum, σωτήρια, munera, quæ convalescentibus ab amicis mittebantur: vel potius vota, sive sacrificia, quæ ob principum & amicorum salutem Diis solvebantur, ut abunde ex Statio lib. 1 Silv. 4 constat, danckopffer vor erlangte gesundheit. Vide & ibi Gevart. & Barth. p. 112. J. C. Scalig. 3 Poët. c. 103. Martialis 12 epigr. 56

Ægrotas uno decies, aut sæpius, anno;
Nec tibi sed nobis hoc, Polycarme, nocet.
Nam quoties surgis, soteria poscis amicos:
Sit pudor: ægrota jam, Polycarme, semel.

SŌZŪSA, æ, σώζουσα, herba Atheniensibus sic dicta, quæ alias *Artemisia*, beyfuß. vid. Apulej. de Herb. c. 10.

SPA, vel Spada, vicus, a quo

¶ Spadanæ aquæ in Leodicensi tractu sunt dictæ, famâ inclutæ & salutares jam multis, der matronen. v. Lips. Centur. 4 epist. 3. Add. Baudrand in *Tungrorum Fons.*

Spadicarius, spadiceus, &c. vide sequens *Spadix.*

SPĀDIX, īcis, σπάδιξ, termes avulsus a palma, ein palmzweig, Gell. 3 c. 9. ¶ 2. Est & color fructus ejus arboris, braunroth, castanienbraun. Gell. 2 c. 26 *Et rutilus & spadix Phœnicei synonyma sunt.* Virgilius de equis hoc colore insignibus 3 Georg. v. 81

honesti
Spadices, glaucique, color deterrimus albis.

Servius: *Spadices, Phœniciatos, badios*, sive *balios* interpretatur. *Honesti*, i. e. pulchri, formosi, ideoque pompis apti. De talibus enim hic agit poëta. Ita Varro *Asinos omnibus partibus honestos* dixit. Apulejus de Deo Socratis, cum de bono equo agit: *Sit ad speciem honestus, ad cursum vegetus.* ¶ 3. Est & instrumentum musicum *spadix.* Quintil. lib. 1 c. 10 *Psalteria & spadices etiam virginibus probis recusanda.*

¶ Spadīcum, i, idem; apud Ammianum 24 c. 3 *Quaqua incesserit quisquam, termites & spadica cernit assidua.*

¶ Spadīceus, a, um, adject. castanienbraun.

¶ Spadicārius, i, qui inficit spadiceo colore, apud Firmicum lib. 3 c. 7 n. 1, ein braunfärber.

SPĂDO, ōnis, eunuchus, ein verschnittener, ein kämmerling. Quamquam non semper synonyma sunt *Spado* & *Eunuchus.* Quâ de re libet apponere verba Fornerii interpretantis Lege 128 Dig. de V. S. *Spadonum*, inquit, *nomine thlibiæ thlasiæque comprehenduntur*, ἀπὸ τῦ σπᾷν, (*non a Spada, Persarum urbe, unde primum auvectos Stephanus περὶ πόλεων ait,*) *id est, convellendo, non quidem de industria, sed ob morbum necessario exsecti: vel natura ob frigus, coëundique imbecillitatem gignere nequeunt*, διὰ τὴν φύσιν ἢ πάθος, *Suidas, Theoph. tit. de adopt. Eunuchi vero seu castrati definiuntur consulto nullaque necessitate impellente mulctati damno virilitatis. Spadones sibi hæreditatem arrogando possunt adsciscere: nec enim necessarium (sicut in Eunucho castratove spontaneum,) corporis vitium impedimentum affert.* Hæc ille fol. 293, qui fol. seq. fatetur tamen, Spadonum illam & Eunuchorum differentiam non servari perpetuo. Et verba Lege 128 de V. S. hæc sunt: *Spadonum generalis appellatio est. Quo nomine tam hi, qui natura spadones sunt, item thlibiæ, thlasiæ: sed & si quod aliud genus spadonum est, continentur.* Nomen itaque Spadonum non a *Spada*, urbe Persidis, ubi castrationis mos, juxta Stephanum de Vrbibus, cœpit, (quod Cujacio etiam novam videtur lib. 17 Observ. c. 24 extr.) sed potius a verbo græco σπάδω deducendum est. A Semiramide autem primum castratos mares, quidam prodiderunt: inde id ad Persas translatum. Ammianus 14 c. 17 *Detestetur memoriam Semiramidis reginæ illius veteris, quæ teneros mares castravit omnium prima.* De utroque Claudianus meminit, in neutram tamen partem pronunciat lib. 1 in Eutrop. v. 339. De ipsa castrandi ratione elegantes versus apud eumdem habes eopse lib. v. 45 & seqq. Mamertinus Panegyr. Juliani c. 19 extr. *Spadones quoque, quos quasi a consortio humani generis extorres ab utroque sexu aut naturæ origo, aut clades corporis separavit.* Sed quo, *naturæ origo*, dixit? An ergo *Spadones* alii etiam, quam qui exsecti? Ita vero: generalius enim nomen est: eosque significat etiam, qui nati sine testibus sunt, imo omnes, qui vel natura, vel morbo, vel arte ac ferro impotentes, & ad procreandum inepti redditi sunt: de quo Vlpianus Lege 128 Dig. de Verb. Signif. & Scaliger pater Exercit. 277 sect. 3. Spadones Persæ *bagoas* vel *bagoos* vocabant, quos ibidem aliquando regnasse auctor est Plin. 13 c. 4. Ac *Rugosos spadones*, Horatius dixit epod. 9 v. 13. conf. Freinshem. Ind. ad Curt. & Comment. 3, 3, 23. ¶ 2. Et *Spadones* surculi dicuntur, qui nihil adferunt, unfruchtbare schößlein oder zweiglein. Columella 3 c. 10 *Ejusmodi surculos, qui nihil attulerint, spadones appellant, quod non facerent, nisi eos suspicarentur inhabiles frugibus.*

¶ Spadōnius, a, um, adject. i. e. sterilis, unfruchtbar; ut, *Spadonia laurus*, Plin. 15 c. 14.

¶ Spadōnātus, ûs, conditio castratorum, die unfruchtbarkeit. Tertullianus 2 de Cultu fœm. c. 9 *Se spadonatui adsignant propter regnum Dei, tam fortem & utique permissam voluptatem sponte ponentes.*

SPĀGAS, ădis, piceæ genus, eine tanne, Plin. 14 c. 20.

SPĀGĪRIA, æ, σπαγειρία, Paracelso dicitur ars, qua segregatur purum ab impuro, ut rejectis fecibus virtus remanens operetur, die alchymie, oder distillier-kunst.

¶ Spagīrĭcus, a, um, σπαγειρικὸς, alchymistisch; ut, *Ars* vel *medicina Spagirica.* Substant. *Spagiricus, i*, ein alchymist, distillierer.

SPARGĂNIUM, i, herba gladioli foliis, sed arctioribus, eine art schwertels, Dioscor. Matthiol. σπαργάνιον, lat. *fasciola.*

SPARGO, sparsi, sum, ĕre, est quasi per spatium aliquid agere, streuen, sprengen. Virg. eclog. 5 v. 40 *Spargite humum foliis.* Et 6 Æn. v. 635

corpusque recenti Spargit aqua.

Ita, *Spargere semen*, aussäen, Cic. pro Rosc. Amer. c. 18; & Ovid. Met. lib. 5 v. 646. ¶ 2. *Herba spargit se in aristas, in brachia ramorum*, Plin. 12 c. 12, das kraut breitet sich aus. *Sparserant sese toto passim campo*, Livius 37 c. 20, sie hatten sich zertheilet über das gantze feld. *Spargi per agros*, Idem lib. 29 c. 2 extr. *Spargere maculis*, i. e. variegare, apud Tacitum de Germ. c. 17, schäckicht machen. *Voces spargere in vulgus*, Virg. Æn. 2 v. 98, reden ausbringen.

¶ Sparsus, a, um, gestreut, zerstreut, ausgebreitet; ut, *Sparsi per vias*, Livius 9 c. 23. *Humeris sparsus capillis*, Horat. 3 ode 20 v. 14. *Sparsi capilli*, Propertius 2 eleg. 1 v. 7. *Litteræ sparsæ humanitatis sale*, Cicer. 1 Attic. epist. 13, ein höflicher brieff. *Sparsum auro pallium*, apud Lampridium in Alexandro Severo c. 41, i. e. auro distinctum seu variegatum, mit gold verschamerirt. *Sparsum os*, Terent. dixit Heaut. 5, 5 v. 18, sommersproßicht; quod *maculosum* Serenus Sammonicus c. 11, & Valer. Max. 1 c. 7 *lentiginosum* appellat. Namque & ipsum vitium, *lentigo*, a lentibus, propter similitudinem vocatur. vide supra in *Lens*: & *Os* in Terentii loco facies sive πρόσωπον est. *Sparsas albo pelles*, i. e. maculis albis variegatas Virgilius dixit eclog. 2 v. 41. Erudite igitur vetus Interpres in Historia Jacobi Genes. c. 30 *Oves varias & sparso vellere*, tamquam synonyma conjunxit, schäckicht. ¶ *Sparsior*, comparat. Plin. 16 c. 34 *Selenitii est minor acinus, sparsior racemus.*

¶ Sparsim, adverb. hin und wieder. Gellius 11 c. 2 *Sparsim & intercise ex libro Catonis commeminimus.* Et Plin. 36 c. 7 *Tiberius sparsim convoluta canitie.*

¶ Sparsio, ōnis, die streuung, sprengung, ausstreuung, aussprengung: ut cum *odorati quidam imbres*, ut Antonius Musa apud Senecam patrem appellat, sive liquores per occultos tubos in amphitheatro in sedentes spectatores spargebantur: vel cum *munuscula varii generis* mittebantur in populum libere diripienda, (wenn man allerhand auswirfft,) utrumque enim *sparsio* auctoribus dicitur. Statius 1 Silv. 6 v. 65

Jam noctis propioribus sub umbris
Dives sparsio quos agit tumultus?

Agit de Domitiano, varii generis missilia a populo diripienda, per ludos spargente, de quo in Vita Suetonius c. 4 *Die proximo omne genus missilia sparsit.* Vide Lipsium de Amphitheatro c. 16; itemque Gevartium lib. 1 Papinianarum Lectionum c. 45. Turneb. Advers. 3 c. 7. Jul. Cæs. Bulenger. de Imperat. lib. 1 c. 14. Jos. Scaliger. ad Propert. lib. 4 pr. Rhodigin. 26 Ant. Lect. c. 6. Beroald. ad Sueton. Calig. c. 12. Lipsium ad ejusdem Domitian. c. 4. Barth. ad Stat. Silv. p. 150 & 156; & supra *Missilia* in *Mitto.*

¶ Spargo, ĭnis, idem. Fortunat. lib. 3 epist. ad Felic. Episc. *Elisa salis spargine.*

¶ Sparsīlis, e, quod spargi potest, das man hin und her streuet, das man auswirfft. Tertull. de Pudic. c. 2 *Tanta sparsilia eorum, quibus Deo adulantur.*

¶ Sparsīvus, a, um, idem; ut, *Pilâ sparsiva exerceri*, mit dem fangeball spielen, Petron. Satyric. p. 72.

Composita:

¶ Adspergo, si, sum, ĕre, besprengen; ut, *salem adspergere*, mit saltz besprengen, Plin. 15 c. 6. *Adspergere aram sanguine*, Cic. 3 Nat. Deor. c. 36. *Aquam adspergere*, est sensum & vires alicui revocare, animum reddere, einen erquicken: Plaut. Trucul. 2, 4 v. 15 *Adspersisti aquam, jam rediit animus.* Cicer. ad Quint. fratr. 2 epist. 9 *Jucunditatis plena epistola hoc mihi adspersit molestiæ.* Sic, *Labeculam alicui adspergere*, einem ein schandflecklein anhängen, Cic. in Vatin. c. ult. *Sales orationi adspergere*, Idem in Oratore c. 26. *Vitæ splendorem maculis adspergere*, verunehren, schimpffen, Idem pro Planc. c. 12.

¶ Adspersus, a, um, besprengt, bespritzt; ut, *Adspersus imbre lutoque*, Horat. 1 epist. 11 v. 12. *Adspersus oculis liquor*, Plin. 12 c. 8. *Adspersæ lacrymæ*, untergemengte thränen, Propert. 1 eleg. 12 v. 16.

¶ Adspersus, ûs, subst. die besprengung, anspritzung. Plin. 11 c. 53 *Insecta olei adspersu necantur.*

¶ Adspersio, vel Aspersio, ōnis, idem; ut, *Adspersio aquæ*, Cic. 2 de Leg. c. 10. Et Macrob. 3 Saturn. c. 1 *Si adspersio sola contingat.*

¶ Adspergo, ĭnis, idem; ut, *Adspergines parietum*, Plin. 22 c. 21, guttæ sunt illæ, quæ ex humiditate parietibus decidunt. Virg. 3 Æn. v. 534 *Salsa spumant adspergine cautes.* Prudentius Apotheos. v. 641

omni culparum adspergine liber.

¶ Superadspergo, ĕre, oben drauf streuen, oder drüber her sprengen. Apicius 7 c. 6 extr. *Apium viride incisum superadsperges.*

¶ Circumspergo, ĕre, umher sprengen, herum streuen. Columella 11 c. 2 p. 383 *Convenit magnis arboribus quaternos modios stercoris caprini circumspergere.* Plin. 8 c. 1 *Aqua circumspergi.*

¶ Conspergo, ere, besprengen, begiessen. Plaut. Curcul. 1, 1 v. 80 *Vbi vino has conspersi fores.* Sic, *Lacrymis aliquem conspergere*, Cic. pro Planc. c. 41. *Hilaritate conspergere scripta sua*, Idem in Academicis 1 c. 2.

¶ Conspersus, a, um, besprengt, bestreut. Cic. de Orat. 3 c. 25 *Oratio conspersa quasi verborum sententiarumque floribus.*

¶ Despergo, ĕre, verstreuen. Silius lib. 9 v. 167

In vacuas senior vitam desperserat auras.

Ita meliores libri omnes.

¶ Dispergo, ĕre, dissipare, hin und wieder zerstreuen, ausbreiten, vertheilen. Terent. Adelph. 5, 2 v. 7 *An tibi mavis cerebrum dispergi hoc?* Cic. de Invent. lib. 1 c. 21 *Partes rei gestæ dispergere in caussam.*

¶ Dispersus, a, um, hin und wieder zertheilet, zerstreut; ut, *In omnes partes dispersa multitudo*, Cæsar B. G. 6 c. 33.

¶ Disperse, adverb. idem. Cic. in Verr. 2 c. 52 *Illa omitto, quæ disperse a me multis locis dicentur, ac dicta sunt.* Adde de Invent. 1 c. 52. Comparat. *Dispersius*, Valla usus est lib. 4 Elegant. c. 28 pr.

¶ Dispersim, idem. Varro R. R. 1 c. 1 *Qui græce scripserunt dispersim alius de alia re.* Adde lib. 3 c. 2; & Sueton. in Julio c. 80.

¶ Dispersus, ûs, subst. die zerstreuung. Cic. ad Attic. 9 epist. 9 *Dispersu consulum actio de pace sublata est.*

¶ Dispersio, ōnis, dissipatio, idem. Augustinus 12 Confession. c. 16 *Colligas totum, quod sum, a dispersione & deformitate hac.*

¶ Exſpergo, ĕre, i. e. penitus ſpargere ſeu madefacere. Hinc

¶ Exſperſus, a, um, beſpritzt, begoſſen. Virgilius Æn. 3 v. 625

Sanieque exſperſa natarent Limina.

Vbi Servius: *Hæc vera lectio, i. e. madefacta. Nam ſi* ASPERSA *dixeris*, (ita vulgo legitur) *id eſt*, irrorata, *Tapinoſis & Hyperbole junguntur.* Nam in ASPERSA eſſet *Tapinoſis*: in NATARE *Hyperbole*: has autem Figuras non bene jungi ſignificat. Sane leviter adſperſa ſeu irrorata natare non poſſunt: at penitus ſparſa & madefacta poſſunt natare. Adde Voſſ. Etymolog. in *Spargo.*

¶ Inſpergo, ĕre, adſpergere, in oder an etwas ſprengen, einſtreuen; ut, *Vinum inſpergere*, Cicero 2 de Divinat. c. 16. Et, *Sale aliquid inſpergere*, Cato de R. R. c. 65.

¶ Inſperſus, a, um, eingeſtreut. Horat. 1 ſatyr. 6 v. 67

velut ſi
Egregio inſperſos reprendas corpore nævos.

¶ Inſperſus, ûs, ſubſt. die einſtreuung; ut, *Corium obſirmatum cineris inſperſu*, Apulejus Metam. 7 p. 197. Idem lib. 9 p. 231 *Comæ ſordentes inſperſu cineris.*

¶ Interſpergo, ĕre, untermengen. Hinc

¶ Interſperſus, a, um, untergemengt. Apulej. Met. lib. 5 p. 165 *Interſperſus rara canitie*, der anfähet graue haare zu bekommen.

¶ Perſpergo, ĕre, beſprengen, begieſſen. Cicer. de Orat. 1 c. 34 extr. *Lepore, tamquam ſale perſpergatur omnis oratio*, id eſt, prorſus adſpergatur. Et Cato R. R. c. 130 *Ligna amurca perſpergito.*

¶ Præſpergo, ĕre, idem. Lucret. 5 v. 738

Flora præſpergens ante viai
Cuncta coloribus egregiis & odoribus opplet.

¶ Proſpergo, ĕre, idem. Tacitus 15 Ann. c. 44 n. 2 *Hauſta aqua templum & ſimulacrum Deæ proſperſum eſt.*

¶ Reſpergo, ĕre, conſpergere, beſpritzen. Cic. in Verr. 7 c. 38 *Cum prætoris oculos prædonum nequiſſimi remi reſpergerent.*

¶ Reſperſus, a, um, beſpritzt; ut, *Manus reſperſæ ſanguine*, Cic. pro Roſc. Am. c. 24. Et, *Menſa reſperſa cruore*, Livius 1 c. 48.

¶ Reſperſus, ûs, ſubſt. die beſpritzung. Plin. 10 c. 3 *Hæc cauſſa gregatim avibus natandi, quia plures ſimul non infeſtantur, reſperſu pinnarum hoſtem obcæcantes.*

¶ Reſperſio, ōnis, idem. Cic. 2 de Divinat. c. 21 *Habes & reſperſionem pigmentorum.*

¶ Reſpergo, ĭnis, idem. Prudentius in Symmach. 1 v. 502 *Marmora tabenti reſpergine tincta.*

¶ Subſpargo, ĕre, unterſtreuen. Tertull. de Reſurrect. Carn. c. ult. *Hæreticorum verſutiis ſemina ſubſpargere.*

¶ Superſpargo vel ſpergo, ĕre, drüber ſprengen; ut, *Sale quæ conduntur ſuperſpergere*, oben überher beſprengen, Cato R. R. c. 54.

¶ Superſperſus, a, um, beſprengt, beſtreut. Solinus c. 27 [al. 40] de Africa: *Gemma viridi colore eſt, ſtellis puniceis ſuperſperſa.* Et c. 30 [al. 43] de camelopardali: *candidis maculis ſuperſperſa.*

SPARTA, æ, Σπάρτη, Lacedæmon, urbs Peloponneſi, Lycurgi legibus optime quondam inſtituta. Mœnibus caruit, ſed muri loco civium fuit virtus, quemadmodum ex Ageſilai reſponſione ad quendam, cauſſam quærentem, quamobrem tanta civitas non eſſet mœnibus cincta? liquet. Et felix quidem tantiſper fuit, dum Lycurgi legibus uteretur: ſed cum paullatim transgredi eas cœpiſſet, in ſervitutem redacta, quemadmodum Plutarchus tradidit. Quando mœnibus cincta, docet Livius 34 c. 37, & Juſtinus 14 c. 5. Oraculum eſt: Φράζεο δὴ Σπάρτη, καὶ περι μεγάλαυχος ἐῦσα, id eſt, *Sparta caveto tibi, quamquam præclara feraris*, apud Pauſaniam in Lacon. p. 89 Gr. conf. Nic. Cragius de Rep. Lacedæm. ¶ Adagium eſt apud Cicer. 4 ad Attic. epiſt. 6 *Spartam, quam nactus es, hanc orna:* Σπάρτην ἔλαχες, ταύτην κόσμει, hoc eſt, ſorte tua contentus eſto, & officium tuum ſtrenue facito. vide Chiliad. Rurſus Cic. ad Attic. lib. 1 epiſt. 20 *Eam, quam mihi dicis obtigiſſe* Σπάρταν, *non modo nunquam deſeram, ſed etiam, ſi ego ab illa deſerar, tamen in mea priſtina ſententia permanebo.*

¶ Sparti, ōrum, vel Spartæ, ārum, ita dicti illi armati homines ex dentibus draconis nati apud Thebanos, quibus corporis nota, *lancea* ingenita. vid. Barth. apud Stat. Thebaid. lib. 3 p. 727 & 759. Voſſ. Inſtit. Orat. lib. 1 p. 68; & Joh. Jonſius pecul. diſſert. Spartorum etiam meminit Lactant. 3 c. 4.

¶ Spartiātæ, ārum, & Spartāni, ōrum, die Lacedämonier. Etiam in ſingulari Cic. 5 fam. epiſt. 12 dixit *Spartiates Ageſilaus.* Fuerunt autem Spartani ſuperbo elatoque animo; imperioſi admodum ac injurioſi in ſocios Græcos ceteros, unde tyrannidis arguit Epaminondas apud Nepotem c. 6 n. 4; & ipſe Nepos *imperioſam majeſtatem* iisdem tribuit in Pelopida c. 2 n. 4. Et eo βραχυλογία quoque illorum pertinet. Cauſſa diſciplina videtur fuiſſe: nam duri habiti, ipſi & alios perinde tractabant. Deinde militaris virtus, qua nulli Græcorum ante eos. De quo Plutarchus in Pelopida. Cunctatores fuiſſe, ut magna molientes ſolent, Livius documento eſt lib. 45 cap. 23. Celebratiſſima ipſorum in perferendis plagis patientia eſt, cui a teneris aſſuefiebant. Vnde *Laconas plagipatidas* facete Plautus dixit Captiv. 3, 1 v. 11; & Moſtell. 2, 1 v. 9. Petronius: *Tres plagas Spartana nobilitate concoxi.* vide Cic. Tuſcul. 2 c. 14 ſeqq. Senecam de Providentia c. 4, item Tertullianum ad Martyres c. 4, & Apologetici cap. ultimo. Sed de Lacedæmoniorum ſive Spartanorum moribus inſtitutisque peculiares libros ſcripſerunt Xenophon & Plutarchus. vide & Porphyrium περὶ ἀποχῆς lib. 4.

SPARTĂCUS, i, Σπάρτακος, natione Thrax, miles primum, hinc latro, deinde gladiator, denique dux gravi bello, militantibus ſervis vexavit Romanos, ipſi etiam urbi imminens. Vnde & *Acer* Horatio dicitur, epod. 16 v. 5. Victus a Craſſo, in primo agmine, fortiſſime dimicans, quaſi imperator occiſus eſt, ut Flori de eo verba ſunt lib. 3 c. 20. vid. Bernegg. ad Sueton. Auguſt. c. 3. Joh. Friderici ad 4 paradoxum.

Spartani, Spartarius, ſparteolus, ſparteus, Spartiatæ, vide *Sparta* & *Spartium.*

SPARTIUM, vel Spartum, i, σπάρτιον, herba ſimilis geniſtæ, ſed ab ea tamen diverſa, (welſche pfrymen,) ex qua funes & alia fiebant. vid. Plin. 19 c. 2; & Salmaſ. Exercit. Plin. p. 260 ſeq. Liv. 22 c. 20 *Vis magna ſparti ad rem nauticam congeſta ab Asdrubale.* Colum. 9 c. 4 *Mel, quod ex ſparto atque arbuto provenit.* Idem 11 c. 2 *Regio palmæ ſpartive fœcunda.*

¶ Sparteus, a, um, aus pfrymen gemacht; ut, *Spartei funes*, Cato c. 3: quorum Paulinus etiam meminit. Verba vide ſupra in *Byſſus.* Et, *Spartea ſolea*, Columell. 6 c. 12. Sane cum plura alia ex *Sparto*, tum calceamina quoque fieri ſolita, Plinius ſcribit lib. 19 c. 2. Vide, quæ Caſaubon. ad Sueton. p. 191 obſervat.

¶ Spartea, æ, ſubſt. ein geflochten ſeil; ut, *Spartea calceata*, Colum. 6 c. 15. *Vetus ſpartea*, Pallad. de R. R. 1 tit. 24. *Spartea ſuſpenſa de ramis*, Idem Novemb. tit. 7.

¶ Spartārius, a, um, ſparto conſitus voll pfrymen; ut, *Spartaria Carthago*, a ſparti proventu ſic dicta, Plin. 31 c. 8. Fuit *ſpartarius campus* in Hiſpania, circa Carthaginem Novam, ſparti feraciſſimus. vid. Strab. lib. 3 p. 110 ſeq. Sic & abſolute *Spartarium*, locus, ubi ſpartorum frequentia eſt, Plin. 11 c. 8. Et *Spartarius*, ſubſt. ein ſeiler. Gloſſ. gr. lat. σχοινοπώλης, *Spartarius.*

¶ Sparteŏlus, i, ein feuerwächter, nachtwächter. *Sparteoli* appellabantur milites, qui Romæ arcendis incendiis agebant vigilias urbisque circumibant partes; quos Auguſtus inſtituit, ut ad lib. 3 Hiſt. Taciti Lipſius primus obſervavit. Nomen ab aliis militum ipſis inditum per contemtum fuit, vel a funibus, quorum multus uſus in reſtinguendis incendiis; vel a calceamentorum genere; vel tunicis ſparteis, quibus erant amicti, ut Caſaubonus opinatur ad Suetonii Auguſtum, quem vide. conf. Bernegg. ad eumd. c. 30 n. 2.

¶ Spartŏpŏlia, æ, gemma, a canicie ſparti, Plin. 37 c. 11.

SPĂRUM, & Spărus, i, jaculi genus eſt, ſeu teli ruſtici, ut ait Servius in illud Virgilii Æneid. 11 v. 682

Agreſtisque manus armat ſparus: ipſe catervis &c.

ein wurffſpieß, ſpeer, wehr oder geſchoß, ein bauerſpieß. Nepos Epaminondâ cap. 9 *Multisque occiſis, ipſum Epaminondam pugnantem ſparo eminus percuſſum concidere viderunt.* Quod *ſparum* hoc loco, id paullo poſt *haſtile* vocat. Lucilius apud Feſtum: *Tum ſpara, tum murices portantur*, &c. Adde Silium 3 v. 388; & lib. 8 v. 523. Nonium c. 18 n. 12 & 21. ¶ 2. *Sparus*, piſcis marinus, Plin. 32 c. 11. vid. Bruyerin. de Re Cibar. 20 c. 5.

¶ Spărŭlus, i, diminut. piſcis, de quo Ovid. Halieut. fragm. v. 106

Et ſuper aurata ſparulus cervice refulgens.

Et Martial. 3 epigr. 60 *Res mihi cum ſparulo*, &c.

SPASMUS, i, σπασμὸς, & Spaſma, ătis, convulſio ſeu rigor nervorum, der krampff, Plin. 22 c. 8.

¶ Spaſtĭcus, i, qui ſpaſmos frequenter patitur, den der krampff zeücht, Plin. 21 c. 19. Et adjective, *nervi ſpaſtici*, Idem 20 c. 21.

SPĂTĂLIUM, i, σπατάλιον, ornamentum muliebre in capite vel manibus, inter inſtrumenta luxus, weiber-ſchmuck, zierath, ein armband; a σπατάλη, vel σπαταλάω, i. e. *delicias ago & laſcivio*, quo utitur Paulus de fœminis loquens 1 Tim. c. 5 v. 6. Ita Tertull. de Cultu fœm. c. 13 *Neſcio an manus ſpatalio circumdari ſolita.* Adde Plin. 13 c. 25.

¶ Spătălŏcĭnædus, i, delicatus & laſciviens cinædus, ein jungferknecht. Petron. Satyric. p. 69 *Huc, huc convenite nunc ſpatalocinædi.*

SPĂTHA, æ, σπάθη, gladii latioris genus, eine breite klinge, a σπάω, *evello, ſtringo, educo*; vel σπαθάω, *conſumo, minuo, ſcindo*, apud Vegetium, & Apulejum ſub initium lib. 1 Metamorph. & Spartianum in Hadriano c. 10. Itaque recentioris latinitatis eſt, hac quidem notione. ¶ 2. Eſt & inſtrumentum, quo ea, quæ coquuntur, agitantur & permiſcentur, apud Plin. 23 c. 7, ein rührlöffel, ſchäufflein. Item, inſtrumentum pharmacopolarum, ein ſpathen, oder apothecker-ſchäufflein: & chirurgorum, quod Celſus deſcribit lib. 8 c. 15. Et Colum. 12 c. 22 *Permiſcere ſpatha lignea.* ¶ 3. Eſt & *Spatha* inſtrumentum textorium, Senecæ epiſt. 91, quo fila coire coguntur & jungi.

¶ Spăthŭla, æ, diminut. ein ſchipplein, ſchäufflein, Celſ. 8 c. 15.

¶ Spathŏmēla, æ, σπαθομήλη, ſpecillum chirurgicum, Theod. Priſcian. lib. 1 c. 14 & 27. conf. Reineſ. Var. Lect. 2 c. 8.

SPĂTHE, es, vel etiam Spatha, æ, germen tenerum eſt palmæ arboris, ein dattelbaum, Plin. 12 c. 28; & 23 c. 5. ¶ 2. Fructus ejus involucrum, die erſte dattelfrucht, ehe ſie blüht: Matthiol. σπάθη.

¶ Spathălium, i, diminut. ein zweig vom palmbaum. Titulus eſt carminis apud Martial. lib. 13 *Spathalion cariotarum:*

Aurea porrigitur Jani cariota calendis,
Sed tamen hoc munus pauperis eſſe ſolet.

Sunt enim cariotæ palmarum fructus. ¶ Et *Spathalium* ornamentum muliebre eſt. Sed tunc ſcribitur *Spatalium*, de quo paullo ante.

Spatior, ſpatioſus, &c. vide ſequens *Spatium.*

SPĂTIUM, i, de loco & tempore dicitur, raum, zeit und weile; ut, *Spatium agitandi equos*, Nepos in Eumen. c. 5 n. 4. Proprie *ſtadium* eſt, quod decurritur. Quin nomen ipſum inde eſt: Nam τὸ ςάδιον Æoles σπάδιον dixerunt, unde Latini, qui multum Æolas imitantur, *Spatium* ſuum fecerunt, ut Scaliger in Commentar. in Catalecta veterum poëtarum obſervat. Hinc elegantiſſima metaphora Lucretius dixit 4 v. 1193 *Spatium decurrere amoris.*

Nepos Eumene cap. 5 n. 5 *Verberibus cogebat exultare* (equum) *& calces remittere, qui motus non minus ſudorem excutiebat, quam ſi in ſpatio decurreret.* Ipſa etiam curricula ſive decurſus, *ſpatia* appellantur. Ennius apud Ciceronem de Senectute c. 5

Sicut fortis equus, ſpatio qui ſæpe ſupremo
Vicit olympia, nunc ſenio confectu' quieſcit:

Supremo ſpatio, id eſt, ultimo & ſeptimo decurſu ad metam, qui faciebat victorem. ¶ 2. Et quia, quantum quidque ſpatii implet, tam magnum etiam eſt; idcirco *ſpatium* & magnitudinem rei vel modum ſignificat, die gröſſe oder länge eines dinges. Gellius 1 c. 1 *Facile intellexit modum ſpatiumque plantæ Herculis.* Sic *lateris ſpatium*: *rhombi ſpatium* Juvenalis dixit ſat. 4 v. 39. Lucanus 9 v. 732

Nec tutus spatio est Elephas;

i. e. magnitudine & vastitate corporis. ¶ 3. Sæpe, ut jam supra diximus, de tempore usurpatur: e. g. *Ne esset spatium cogitandi ad disturbandas nuptias*, Terent. Andr. 1, 2 v. 11. Et, *Spatium deliberandi habere*, Cicer. 1 Offic. c. 33. *Spatium vitæ*, Idem pro Arch. c. 11. *Spatium quinque dierum*, Livius 1 c. 17; & *Biennii*, Cic. ad Qu. fratr. 1 epist. 1 c. 4. Et, *Habere spatium ad dicendum*, Idem in Verr. 2 extr. *Tempus & spatium dare*, Idem pro Quintio c. 1. Et Livius 8 c. 32 *Orabant, ut iræ suæ spatium, & consilio tempus daretur.*

¶ Spătiŏlum, i, diminut. ein räumlein, weilgen. Pallad. lib. 1 c. 38 *Alvearia collocentur, spatiolis inter se patentibus segregata.*

¶ Spatiōsus, a, um, amplus, geraum, weit; ut, *Ædificia spatiosiora ad conventus excipiendos*, Vitruvius 6 c. 8. Silius de Luna, Italiæ oppido, lib. 8 v. 482 *Insignis portu, quo non spatiosior alter.*
Et Columella 5 c. 5 *Interordinia neque spatiosiora, quam decem pedum, neque contractiora, quam quatuor.* Plin. in Paneg. c. 63 *spatiosissima sedes.* Item de tempore: *Nox spatiosa*, Ovid. Heroid. epist. 1 Penelopes v. 9. *Spatiosum tempus*, Idem 1 Amor. eleg. 8 v. 81. ¶ 2. Neque vero hoc tantum de locis atque temporibus, sed ipsis etiam rebus non raro usurpatur, & magnum vastumque denotat, sehr groß, lang. Ovidius de Remedio amoris v. 421

Parva necat morsu spatiosum vipera taurum:
A cane non magno sæpe tenetur aper.

Idem lib. 2 de Arte am. v. 645

Omnibus Andromache visa est spatiosior æquo,
Unus, qui modicam diceret, Hector erat.

Spatiosior æquo, i. e. justo procerior. Virgilius Moreto v. 35

Cruribus exilis, spatiosa prodiga planta:

Spatiosa, id est, immodica, grosse breite füsse. Loquitur de ancilla rustica atque deformi. Etiam *vox spatiosa* dicitur: Quintilianus 9 c. 4 *Sublimia spatiosas claraque voces habent*, id est, longiusculas, polysyllabas.

¶ Spătiōse, adverb. weitläufftig; ut, *Spatiose nasci*, Plin. 25 c. 8. Compar. *Spatiosius.* Propert. lib. 3 eleg. 19

Tu quoque, qui æstivos spatiosius exigis ignes,
Phœbe, moraturæ contrahe lucis iter.

¶ Spatiōsĭtas, ātis, die weite, geraumigkeit. Sidon. 2 epist. 2 *Exactissima spatiositate quadrari.*

¶ Spătior, ātus sum, āri, deambulare, hin und hergehen, spatziren. Virgil. Æn. 4 v. 62 *Aut ante ora Deûm pingues spatiatur ad aras.*
Cic. de opt. gen. Orat. c. 3 *Ut palæstrice spatiari in Xysto liceat.* Scaliger ad illud Albinovani Eleg. in obitum Mæcenatis:

quum jam torsisset habenas
Procedente die respicientis equi:

Putavi, inquit, *& aliquando legi posse*, respatiantis equi, *hoc est, qui finivit curriculum & spatium suum.* Spatiari *proprie est in stadio currere.*

¶ Spatiātus, a, um, der herum spatziret, der sich weit umgesehen. Plin. 5 c. 9 *Per totam spatiatus Ægyptum.* Ovid. Fast. 3 v. 469 *Spatiata littore curvo conjux.* Statius lib. 4 Silv. 7 pr. *Jam diu lato spatiata campo* &c.

¶ Spatiātor, ōris, ein spatzirer, umläuffer, Cato apud Festum, qui *erratorem* interpretatur. Macrobius quoque lib. 2 Saturn. c. 10 *M. Cato*, inquit, *senatorem non ignobilem Cæcilium spatiatorem & Fescennium vocat.*

¶ Conspătior, āri, mit einander spatziren. Petron. Satyric. p. 53 *Video meretrices furtim conspatiantes.*

¶ Exspatior, āri, excurrere; ut, *Longe exspatiari*, weit ausspatziren: Quintil. 2 c. 10 *Poëtica themata juvenibus pertractare permittimus, ut exspatientur & gaudeant materia.*

SPĂTŬLA, æ, deliciæ, ein leckerbißlein. Varro apud Nonium cap. 1 n. 223 *Spatula eviravit pueros.* Apicius 4 de Re coquin. c. 3 *Spatulam porcinam coctam tessellatim concisam in cacabum mittes.* conf. infra *Spetile.* ¶ 2. Terminus in acumen erectus; ut, *Spatulæ cursoriæ*, Fontin. de Colon. p. 340. conf. p. 364.

Speciatim, vide mox in *Species.*

SPĔCIES, ēi, ab antiquo verbo *Specio*, (de quo paullo post;) quicquid in oculos sese ingerit & patet adspectui, was sich sehen lässet, die gestalt. Virg. 2 Æneid. v. 407

Non tulit hanc speciem furiata mente Chorœbus,

id est, hoc spectaculum, Cassandræ scilicet tractæ crinibus a templo, sublatis nequicquam in cælum oculis, & vincula subeuntis, de quo in præcedentibus exposuerat poëta. *Misera & flebilis species*, Cic. 11 Philipp. c. 3. Et Sueton. Nerone c. 41 *Cum annotasset insculptum monumento in militem Gallum ab equite Romano oppressum, trahi crinibus, ad eam speciem exsiluit gaudio:* AD SPECIEM, i. e. imaginem, simulacrum. ¶ 2. Hinc *Species*, quod videtur aliquid, quod tamen non est, der schein. Cic. 2 Offic. c. 11 *Speciem boni viri præ se ferre*, dafür anzusehen seyn. *Habere speciem humanitatis*, Idem in Tuscul. 4 c. 14. *Speciem alicujus induere, præbere*, so und so aussehen; ut, *Percussoris speciem induit*, Livius 40 c. 12. *Speciem insulæ præbet*, Curt. lib. 3 c. 1. *Specie liberum esse*, Livius 35 c. 31, dem äusserlichen schein nach. *Duci specie utilitatis*, Quintil. 3 c. 8, den nutzen ansehen. *In speciem*, dem ansehen nach: Cicer. in Verr. 7 c. 33 *Præclara classis in speciem, sed inops & infirma* &c. *Per speciem venandi urbe egressi*, Livius 25 c. 8, quod idem alibi *per caussam* dicit. ¶ 3. Aliquando *Species*, non formam simpliciter, sed dignitatem formæ quamdam significat. Pomponius Mela, elegantissimus auctor, lib. 2 c. 2 de Thracia: *Viros benignius* (quam arbores, quas raro pomiferas paullo ante dixerat,) *alit: non ad speciem tamen*; id est, formam faciemque insignem. Nam statim sequitur: *Nam illis asper atque indecens habitus est* &c. *Honorem* Tacitus dixit de Germania c. 1, *Pecorum*, inquit, *fæcunda, sed plerumque improcera, ne armentis quidem suus honor, aut gloria fronti.* Dicit, Germaniam quidem armenta gignere, non ad speciem tamen, hoc est, non forma decoreque spectanda. Juvenalis sat. 10 v. 310

I nunc, & juvenis specie … e tui, quem
Majora exspectant discrim…

¶ 4. *Species* etiam de apparatu externo dicitur, ex quo vulgus homines æstimat. Tacitus *inania* appellat. Horatius 2 epist. 6 v. 49

Se fortunatum species & gratia præstat.

Fortunatum vocat, qui & in re, & in dignitate est, exempli gratia, *consul, prætor*: aut *dives* ac *opulentus.* *Speciem* splendorem appellat, qui in ministeriis & cultu cætero circa tales est. Ita *insignia imperii*, diadema, puta, & cætera ornamenta imperatoris, *Speciem principatûs* Suetonius dixit Caligulâ c. 22. Claudianus de 4 Cons. Honorii v. 83 *Amissâ specie, raptisque insignibus, ambo*
In vultus rediêre suos:

Significat, ad privatorum sortem redactos, quibus erepta insignia imperii erant. ¶ 5. *Species* etiam visum est, sive imago seu spectrum, εἴδωλον, φάντασμα, ein gesicht; ut, *Species nocturna*, Livius 26 c. 19. Horatius de Arte Poët. v. 7

Velut ægri somnia, vanæ
Fingentur species.

Suetonius Claudio c. 1 *Hostem non prius destitit insequi, quam species barbaræ mulieris, humanâ amplior, victorem tendere ultra sermone latino prohibuisset.* Et ibidem cap. 37 *Sibi quoque eandem speciem aliquot jam noctibus observari retulit.* Loquitur de somni imagine. Curtius 3 c. 3 pr. *Animum de instantibus curis agitabant etiam per somnum species imminentium rerum.* Et rursus paullo post: *Ceterum ipse & vatum responso, quod edebatur in vulgus; & specie, quæ per somnum erat oblata, admodum lætus* &c. Prudentius Hymno ante somnium, & ipse de somniis loquens:

At qui coinquinatum
Vitiis cor impiavit,
Lusus pavore multo
Species videt tremendas.

¶ 6. *Species* est prædicabile, quæ de pluribus numero differentibus prædicatur: ut homo de Socrate, Platone, &c. die besondere form. Et *Species* dicuntur, in quas genera distribuuntur. Seneca epistolâ 58 *Omnes tibi exponam, si ante indicavero, esse aliquod genus, esse & SPECIEM. Nunc enim primum illud genus quærimus, ex quo ceteræ species suspensæ sunt, a quo nascitur omnis divisio, quâ universa comprehensa sunt. Homo species est, ut Aristoteles ait, equus species est, canis species. Ergo commune aliquod quærendum est his omnibus vinculum, quod illa complectatur & sub se habeat. Hoc quid est? Animal*, &c. Ergo, quas Græci ἰδέας, Latini *Species* reddiderunt. Quod licet non improbarit Cicero, maluit ipsemet tamen *Formas* appellare; vide eumdem in Topic. c. 7. Hinc *Species* & *Universalitas*, ut ita dicam, opponuntur. Tacitus de Germania c. 5 *Terra etsi aliquando specie differt, in universum tamen aut silvis horrida, aut paludibus fœda.* Suetonius Augusto cap. 9 *Proposita vitæ ejus velut summa, partes sigillatim neque per tempora, sed per species exsequar.* *Per tempora exsequi*, est juxta seriem temporis narrare alicujus res, ut quæque hoc vel illo anno, ut insecuti illi alium aliumque sunt, gesta est: *Per species* est, cum gestorum species ad certa genera rediguntur: ut, cum exponuntur simul, quæ aliquis privatim, quæ publice, quæ juste, quæ temperanter &c. egerit, non observato ordine annorum. Huc pertinet illud Velleji Paterculi 1, 14, 1 *Facilius cujusque rei in unum contracta species, quam divisa temporibus, oculis animisque inhæret.* ¶ 7. Est & medicorum vocabulum, qui *Species* appellare solent res omnes, ex quibus medicamenta conficiuntur. Marcellus Medicus carmine in libb. suos de Medicina v. 20

Descriptas species, & pondera mensurarum.

Et v. 42 *Adde & aromaticas species, quas mittit Eous.*

Hinc Germani vocare solemus specereyen. Palladius Octobri tit. 14 *Diu agitari curabis, ut specierum vis omne corpus inficiat.* *Res* Plinius vocat: ut lib. 29 c. 1 *Theriace fit ex rebus externis.* Et rursus: *Mithridaticum antidotum ex rebus LIV componitur.* Similiter *Annonarias species* JCti, itemque Vegetius libro 3 c. 3, & alii sequioris ævi scriptores, panem, vinum, acetum, lardum &c. appellitarunt.

¶ Speciētas, ātis, idem. *Species*, inquit Fronto, vetus Grammaticus, *divisio est generis, specietas qualitatis.*

¶ Spĕciālis, e, peculiare & quasi proprium, etwas sonderliches für andern dingen; ut, *Hoc speciale familia illa semper habuit.* Jul. Capitolinus in M. Philosopho c. 17. Sic, *genus generale, & genera specialia esse*, ait Seneca epist. 58. Adde Quintil. 5 c. 7; & 12 c. 2; & Declam. 299.

¶ Speciālĭter, adverb. cui contrarium est *generatim*, insonderheit. Columell. 3 c. 9 extr. *Hactenus de cura eligendi malleoli generatim præcepimus: nunc illud proprie specialiter, ut non solum ex fœcundissima vite, sed etiam ex vitis parte feracissima semina eligantur.* Apulejus de Mundo p. 69 *penetrare atque adire specialiter singula.* Compar. *Specialius.* Paulinus de S. Felice Natal. 9 v. 146

cui privato specialius astro
Ista dies tantum peperit sine fine patronum.

¶ Spĕciālĭtas, ātis, die sonderbare beschaffenheit. Vox ab Antonio Grammatico ficta, teste Frontone. Sed & Tertull. 5 advers. Marc. c. 8 *In distributione facienda, & in specialitate interpretanda.*

¶ Speciārius, a, um, i. e. specialis, absonderlich. Cæsar 3 de B. Civ. c. 53 *Speciariis donis amplissime donare.* Sed aliqui putant, illum locum mendosum esse, & aliam vocem ibi substituendam.

¶ Speciātus, a, um, idem. Tertull. advers. Hermogen. c. 40 *Quid hodie informe in mundo? quid retro speciatum in materia?*

¶ Speciātim, adv. idem. Cic. post redit. in Senat. c. 20 *Legem speciatim de salute mea promulgavit.*

¶ Spĕciōsus, a, um, speciosior, &c. specie præstans, schön, scheinbar, zierlich, ansehnlich; ut, *Justa, magna & speciosa caussa*, Cic. ad Attic. 16 epist. 7. Et Liv. 1 c. 23 *Vera potius, quam dictu speciosa, dicenda sunt.* Quibus gemella Curtius habet lib. 5 c. 1 n. 8 *Non speciosa dictu, sed usu necessaria in rebus adversis sequenda esse.* Vellej. 2, 59, 2 *Admo-*

Admodum speciosa familia. Livius rursus 28 c. 40 *Aliorum speciosiora primo adspectu consilia semper visa.* Et Quintil. 2 c. 15 *Speciosissimum corpus.* Vellej. 2 c. 79 *speciosissima classe fabricata.*

¶ Spĕciōse, adverb. ornate, zierlich, scheinbarlich, prächtig. Valer. Maximus 5 c. 1 n. 6 *Africani humanitas speciose lateque patuit.* Livius 34 c. 7 *Equus speciosius instratus, quam uxor vestita.* Horat. 1 epist. 18 v. 52 *speciosius arma tractet.* Collumella 2 c. 2 *speciosius ingredi.* Hirtius Bell. Afric. c. 48 *Aciem, quam speciosissime potuit, instruxit.* Quintilian. 9 c. 4 *hasta speciosissime contorta.*

¶ Speciōsĭtas, ātis, die scheinbarkeit, schönheit. Tertull. de Cultu foem. c. 2 *Naturalis speciositas.*

¶ Spĕcĭmen, ĭnis, exemplum, judicium, eine probe, muster, anzeigung, exempel; ut, *Specimen habuit hæc civitas innocentiæ*, Cic. in Pison. c. 29. Idem in Tuscul. 1 c. 14 *Specimen virtutis capere ex optima quaque natura.* Ac, *Specimen dare, & periculum sui facere*, Idem in 1 Verr. c. 8. Et, *Dare clarum specimen indolis*, Plin. 2 epist. 7; & *Specimen prudentiæ*, Nepos Attico c. 3.

¶ Inspeciōsus, a, um, non speciosus, unscheinbar. Petronius Fragm. Tragur. p. 68 *Puer non inspeciosus.*

Specillum, vide infra *Specium.*

SPĔCIO, (vel Spicio,) spexi, spectum, ĕre, sehen, antiquum verbum, unde *Specto*, & composita *Adspicio, Conspicio, Inspicio*, &c. adhuc in usu. Plautus Casinâ 3, 1 v. 2 *Nunc specimen specitur, nunc certamen cernitur.* Familiari usu in publica Romanorum divinatione videtur fuisse. Inde enim *Aruspices, Auspices, Extispices* appellati. Participium quoque Lege 8 § 11 Dig. de transact. *specienda erunt*, superest. *Spicit* & *Spiciunt* ex Plauto & Catone adducit Festus; ubi & Ennius: *Rex paullo spexit de contibus altis.* conf. Varro de L. L. 5 c. 8; & Plaut. Milit. 3, 1 v. 98. Hinc

¶ Spectus, ûs, subst. i. e. adspectus, der anblick. Pacuvius apud Festum: *Spectu protervo ferox.* Et Apulej. Met. lib. 3 *Obliquato spectu conspicio.* vid. Stewech. in Arnob. p. 125.

¶ Spectio, ōnis, adspectio, die anschauung. Festus: *Spectio in auguralibus ponitur pro adspectione & nuntiato*, &c. Varro quoque 5 de L. L. c. 8, & Cicero Philippica 2 c. 32 *Spectionem habere*, pro auspicari dixerunt, quamquam Palatini aliique codices *inspectionem* exhibeant in dicto Ciceronis loco. Vide ibi Gruteri notam.

¶ Spĕcĭto, are, frequent. offt anschauen. Plaut. Cistell. 1, 1 v. 92 *Aliquem specitatum ducere.* Alii, *spectatum.* Nam

¶ Specto, avi, atum, are, frequentativum, in usu magis, schauen, betrachten. Terent. Eunuch. 5, 6 v. 18 *Here, ne me spectes*, (du darffst mich nicht ansehen,) *me impulsore hæc non facit.* Et, *Spectare fabulas*, Plaut. prolog. Casin. v. 6. *Spectatum ludos ire*, in die comödie gehen, Nepos 21, 2, 1. *Visere & spectare aliquid*, besichtigen, besehen, Cicero Tuscul. 1 c. 19. ¶ 2. *Animum alterius ex suo spectare*, Terent. Andr. 4, 2 v. 21. Et, *Vitam alicujus non ex oratione, sed moribus spectare*, hoc est, judicare, æstimare, prüfen, urtheilen, &c. Declamator in Sallust. c. 1. ¶ 3. *Aurum spectatur in ignibus*, id est, exploratur, Ovid. 1 Trist. eleg. 4 v. 25. Et Lucretius 3 v. 55

in dubiis hominem spectare periclis

Convenit, adversisque in rebus noscere qui sint:

kennen lernen. vid. Barth. ad Script. Venat. p. 61 & 190. ¶ 4. *Si ad vitulum spectes*, Virgil. eclog. 3 v. 48. *Ad suam gloriam spectare*, Cicer. pro Sext. c. 16. Et, *Juvenes magna spectare, & ad ea rectis studiis contendere debent*, Idem in Offic. 2 c. 13, &c. In his *Spectare* est cogitare, agitare, curare, drauf dencken. Nam quæ curæ nobis sunt, in ea intendimus oculos. Cæsar 3 de B. C. c. 75 n. 3 *Sed eadem spectans, si in itinere impeditos & perterritos deprehendere posset, exercitum e castris eduxit.* Nepos in Themistocle c. 7 n. 6, & in Attico c. 10 n. 1 verbo *intueri* similiter utitur. ¶ 5. Horatius pro suspicere, admirari ac revereri, hochhalten, posuit lib. 1 epist. 16 v. 57

Vir bonus, omne forum quem spectat, & omne tribunal.

¶ 6. Sed, *spectat Græciam*, id est, tendit in Græciam: *Spectat orientem*, Plin. 6 c. 17, i. e. vergit in orientem, es liegt nach Griechenland zu, es liegt gegen morgen, oder morgen-werts. Et, *In ea parte, quæ ad mare spectat*, Cæs. 1 B. G. c. 1. Et, *Spectat ad meridiem*, ibidem lib. 5 c. 13. ¶ 7. *Quorsum hæc spectat oratio?* hoc est, pertinet, wozu dienet diese rede? oder, was wird damit gemeinet? Cic. 3 de Orat. c. 24. *Spectat hoc longe aliò*, id est, pertinet alio, es ist auf was anders angesehen, Nepos 2, 6, 3. *Consilium ejus ad bellum spectat*, Cic. 15 ad Attic. epist. 4, sein rath läufft auf krieg aus. *Res ad arma spectat*, Idem 14 fam. epist. 5. Et, *Spectat ad rebellionem*, Livius 34 c. 56. *Res ad seditionem spectat*, Idem lib. 25 c. 3 extr.

¶ Spectātus, a, um, gesehen, erkandt, bewährt, geprüft. Horat. Art. poët. v. 190 *Fabula quæ spectata vult reponi.* Idem 2 epist. 1 v. 230 *Virtus spectata belli domique.* Terent. Adelph. 5, 6 v. 5 *Is mihi profecto servus spectatus satis est.* Et in Andria act. 5 princ. *Satis jam, satis, Simo, spectata erga te amicitia est mea.* Et, *Spectatus & honestus vir*, Cic. in Verr. 5 c. 25 pr. *Spectatæ vir integritatis*, Livius 26 c. 49, bewust, bekandt, ansehnlich, berühmt. Brutus ad Ciceronem: *Durior est conditio spectatæ virtutis, quam incognitæ.* Silius 1 v. 440

quo non spectatior alter.

Livius 1 c. 57 *Id cuique spectatissimum sit, quod* &c. Sic, *Spectatissima fœmina*, Cic. pro Rosc. Amer. c. 50.

¶ Spectāte, spectatissime, adverbium, sehr wohl, sehr schön. Plin. 21 c. 1 *Quæ spectatissime florent, celerrime marcescent*, i. e. maxime, egregie.

¶ Spectātus, ûs, subst. die anschauung. Cic. Off. 2 c. 11 *Quod in quo viro perspectum sit, hunc dignum spectatu arbitrantur.* Alii: *igni spectatum.* Adde Apulej. Met. lib. 3 & 4.

¶ Spectātio, ōnis, probatio, die probirung, prüfung. Cicero 4 in Verr. c. 78 *Certis nominibus deductiones fieri solebant: primum pro spectatione & collybo* &c. Item de scena & theatro, die zuschauung. Vitruvius præfat. lib. 10 *Quæ scenicis moribus per machinationem ad spectationem populo comparantur.*

¶ Spectātor, ōris, ein anseher, zuschauer. Plaut. in Amphitr. extr. *Nunc spectatores clare plaudite.* Cic. in Offic. 2 c. 8 *Spectatores se otiosos præbuerunt Leuctricæ calamitatis.* Et, *Spectator formarum*, id est, probator, Terent. Eunuch. 3, 5 v. 18. *Spectatores rerum cælestium*, id est, contemplatores, Cic. 2 Nat. Deor. c. 56.

¶ Spectatrix, īcis, eine zuschauerin; ut, *Spectatrix scelerum turba*, Lucan. 3 v. 129. Et Ammianus 30 c. 26 *Posteritas incorrupta præteritorum solet esse spectatrix.*

¶ Spectatīvus, a, um, erkändtlich. Quintil. 3 c. 5 *Thesin a caussa sic distinguunt, ut illa sit spectativæ partis, hæc activæ. Illic enim veritatis gratia disputari, hic negotium agi: Spectativæ partis*, id est, ejus partis philosophiæ, quæ in contemplando versatur, & θεωρητικὴ appellatur Græcis. *Activa* enim πρακτικὴ est.

¶ Spectābĭlis, e, spectatione & admiratione dignus, ansehnlich, hochachtbar; ut, *Spectabilis heros*, Ovid. 7 Metam. v. 496. *Opus spectabile*, ein werck, das sich wohl sehen läst, Valerius Flaccus 1 v. 428. *Spectabiles* appellabantur olim secundi ordinis senatores: primi enim *Illustres*, tertii *Clarissimi* dicebantur. vide supra *Illustris* in *Lustrum.*

¶ Spectācŭlum, i, cum ipse actus spectandi, tum res, quam adspectamus, seu contemplamur, die aussicht, das schaustück. Vet. Gloss. *Spectacula*, θεωρίαι: item, θέαμα, *spectaculum, visum.* Virgilius in 6 Æneid. v. 37 picturas sive sculpturas Dædali, quæ varias fabulas repræsentabant, *Spectacula* vocat. Nam, dum Æneas has contemplatur & tempus terit, ita ipsum Sibylla increpat:

Non hæc ista sibi tempus spectacula poscit.

Cic. 2 de Nat. Deor. c. 57 *Circuitus solis & lunæ hominibus præbent spectaculum.* Idem c. 56 ejusdem libri: *Rerum cælestium spectaculum ad hominem solum pertinet.* ¶ 2. Κατ' ἐξοχὴν Romanis scriptoribus *Spectacula* vocabantur ludi & munera, quæ in theatro, amphitheatro, circo, in scenicis, gladiatoriis, venationibus & equestribus certaminibus populo edebantur, schauspiele. Hinc *Indicere spectacula, celebrare spectacula*, legimus. *Meridianum spectaculum & matutinum in arena*, Senec. epist. 7; vid. & ibidem Lips. Virgilius in Catalectis: *Nocte pluit totâ: redeunt spectacula mane:*

Divisum imperium cum Jove Cæsar habet.

Sic *Spectacula pantomimorum*, Plinius Panegyrico c. 46. Et, *Spectacula scenæ*, Ovidius dixit 3 de Arte am. v. 351. Nec aliter accipienda hæc vox in titulis librorum Martialis & Tertulliani, quos *de Spectaculis* inscripserunt. Vide Lipsii Saturnalia, & Torrentium in Suetonii c. 37. Sic, *Ludis & spectaculis teneri*, Cic. 5 de Fin. c. 18, grosse freude und lust dran haben. Et, *Spectaculum apparatissimum*, Idem 1 Philipp. c. ult. Studium insanum vulgi spectaculis, etiam afflictis illis temporibus, indicat debita opera Salvianus, quem vide. ¶ 3. Aliquando *Spectacula* locum ipsum, ex quo spectatur, significant. Nimirum ut *hibernacula*, ubi hibernat miles; *habitacula*, ubi quis habitat; sic *spectacula*, ubi quis spectat, appellantur, schauplätze. Plaut. Curcul. 5, 2 v. 47 *Exoritur ventus turbo, spectacula ibi ruunt.* Cicer. pro Sextio c. 58 *Excitatus est plausus ex omnibus spectaculis.* Ovid. 10 Metam. v. 668 *resonent spectacula plausu.*

Seneca epist. 7 *In spectaculo desidere.* Livius 1 c. 35 extr. *Loca divisa patribus equitibusque, ubi spectacula sibi quisque faceret, fori appellati. Spectavêre furcis, duodenos ab terra spectacula alta sustinentibus pedes.* Hinc cunei & gradus spectaculorum apud Vitruvium 5 c. 6, ubi de conformatione theatri agit.

¶ Spectāmen, ĭnis, ein schauspiel, exempel, muster. Plaut. Menæch. 5, 6 v. 1 *Spectamen bono servo est.* Apulej. Met. lib. 4 *Spectamen funestum.* Augustinus Soliloq. lib. 1 c. 5 extr. *spectamina disciplinarum.* Repetit & c. 8 ejusdem libri, *intelligibilia illa disciplinarum spectamina.*

¶ Spectamentum, i, idem. Corn. Fronto de differ. voc. p. 2203 ed. Putschii: *Spectacula loca sunt, unde spectamus: Spectamenta, quæ spectantur.*

¶ Spectrum, i, a *specio*, ut *scalprum* a scalpo, εἴδωλον, sive terriculamentum, ein gespenst, gesicht, erscheinung. Dæmonum species ex anima humana, quæ ob admissa, nec expiata scelera, nondum recepta apud inferos, incerta vagatione quasi exilio puniretur, uti pagani sentiebant. vide supra *Larva.* Democritus, & eum secutus Epicurus, statuit, jugi fluore, ut Apulejus hoc dogma ipsorum in Apologia explicat, proficisci a corporibus atque manare, veluti exuvias quasdam, imagines, volareque per aëra, seque inferre, & ita fieri videndi sensum. Has imagines ipsi vocarunt εἴδωλα: Lucretius *simulacra:* Catius vero Insuber, Epicureus philosophus, *spectra* dixit. Vnde *Catiana spectra* apud Cic. 15 fam. epist. 16. Et ibidem: *Spectris oculi feriuntur.* Vide ipsam epistolam, itemque Gellium 5 c. 17; Plutarchum de Placitis Philosophorum 4 c. 13 & 14, præcipue Lucretium lib. 4, & Laërtium in vita Epicuri, quæque in eum doctissimus Gassendus disputat p. 236 & seqq.

¶ Specŭla, & Speculum, &c. vide paullo inferius seorsum.

Composita a *Specio*:

¶ Adspĭcio, sive Aspicio, exi, ectum, ĕre, intueri, ansehen. Cic. 3 Catil. c. 5 extr. *Furtim nonnunquam inter se adspiciebant*, sie gaben einander bißweilen einen heimlichen blick. Idem de Arusp. Resp. c. 1 *Deinde respexit, & simul ac Cn. Lentulum* COS. *adspexit, concidit in curia pæne limine.* Idem pro Sexto Rosc. c. 22 *Hanc suavissimam lucem adspicere*, i. e. in lucem edi, nasci, gebohren werden. Et Ovid. 13 Metam. v. 70 *Aspiciunt oculis superi mortalia justis.*

¶ 2. Eleganter & sub proverbiali specie *Adspicere* dicuntur, qui præsenti atque intrepido animo sunt, nec metuunt in contentionem descendere, aut rei facere periculum: quemadmodum contra timidi atque impares longe *ne aspicere quidem posse* perhibentur. Nepos in Epaminond. c. 8 n. 3 *Coëgit* (Thebanos) *apud Leuctra superare Lacedæmonios, quos ante se imperatorem nemo Bæotiorum ausus aspicere in acie.* Sueton. in Augusto c. 16 *Vnde præbitam Antonio materiam putem exprobrandi*, NE RECTIS QVIDEM OCVLIS EVM ADSPICERE POTVISSE INSTRVCTAM ACIEM &c. Fit translatio ab infirmitate oculorum ad infirmitatem animi. ¶ 3. Est & *Adspicere aliquem*, vereri, admirari, colere, hochhalten. Nepos Chabriâ c. 4 n. 1 *Auctoritate anteibat, eumque magis milites, quam*

qui

qui præerant, adſpiciebant. Ita nos: auf einen ſehen. *Os obvertere*, ſimiliter dixit vetus poëta apud Ciceronem: *Cujus ob os Graji ora vertebant ſua.* ¶ 4. *Adſpicere* etiam dicimus, quæ conſideramus & ad cenſuram veluti vocamus, & contentionem, betrachten. Seneca Medeâ v. 82

Cedent Æſonio duci,
Si forma velit aſpici,
Proles fulminis improbi:

id eſt, ſi in certamen formæ deſcendat, ſi judicari, ſeu æſtimari forma velit, cedent ei formoſiſſimi ipſi Deorum, Bacchus puta, quem *prolem improbi fulminis* vocat; item Apollo & Caſtor, de quibus ſequitur.

¶ Adſpectus, ûs, ſubſt. der anblick, die anſchauung; ut, *Adſpectus miſerabilis*, eine kläglidhe geſtalt, Cic. 2 Philipp. c. 29. Et, *Adſpectum hominum lucemque vitare*, pro Sylla c. 26. *In adſpectum lucemque proferre*, Cic. pro Arch. c. 6. Et ad Attic. 7 epiſt. 3 princ. *E litteris tuis primo adſpectu hanc voluptatem cepi*, im erſten anſehen, im erſten anblick. Et 2 de Orat. c. 87 *Omnes res, quæ ſub adſpectum veniunt*, die in die augen fallen, geſehen werden. Cic. de Aruſp. Reſp. c. 5 *Adſpectus virilis*, ein manns-geſicht. Et pro Archia c. 6 *In adſpectum lucemque proferre*, ans licht bringen.

¶ Adſpiciālis, e, ſichtbar. Gloſſ. gr. lat. ὁρατός, *aſpicialis, viſibilis.*

¶ Adſpĭcuus, a, um, idem; unde *Inadſpicuus*, de quo mox dicetur.

¶ Adſpecto, avi, atum, are, frequentativum, ſtarr anſehen. Terent. Eunucho 3, 5 v. 11 *Quid me adſpectas? quid taces?* Cicero pro Plancio c. 42 *Quid me adſpectas? quid mea promiſſa repetis?* Sic, *Juſſa principis adſpectare*, den befehl in acht nehmen, reſpectiren, Tacit. Annal. 1 c. 4.

¶ Adſpectābilis, e, adſpectu dignus, ſehenswürdig. Cic. de Vniverſ. c. 4 *Deus animal unum adſpectabile, in quo omnia animalia continerentur, effecit.* Et Apulejus Apolog. p. 282 *Nihil eſt adſpectabilius homini nato, quam forma ſua.*

¶ Inadſpĭcuus, a, um, δυσόρατος, unſichtbar. Auſon. epiſt. 23 v. 22

Semper inadſpicuis prodentur ſcripta favillis.

¶ Inadſpectus, a, um, idem. Statius 1 Thebaid. v. 50

inadſpectos cælo radiisque penates,

ſedem inferorum dixit.

¶ Circumſpĭcio, exi, ectum, ĕre, umher ſehen, ſich wohl umſehen, betrachten. Cic. pro Cluent. c. 53 *Circumſpicite omnes reipublicæ partes.* Et pro Quint. c. 31 *Omnia circumſpexit, omnia periclitatus eſt*, er hat allen ſachen nachgedacht, alles verſucht. ¶ 2. Dicimus & *Circumſpicere animo, mentibus*, &c. ut Cic. pro Sylla c. 25 *Circumſpicite paulliſper mentibus veſtris hoſce ipſos homines.* Et Cæſar 6 Bell Gall. c. 5 *Reliqua ejus conſilia animo circumſpiciebat.* ¶ 3. Eſt & undique conquirere, expetere, deſiderare. Livius 1 c. 30 *Sabini circumſpicere externa auxilia*, ſcilicet *cœperunt*, ſie haben nach ausländiſcher hülffe getrachtet.

¶ Circumſpectus, a, um, prudens, ſagax, autore Valla 1 c. 30, vorſichtig, behutſam; ut, *Circumſpectum judicium*, Quintil. 10 c. 1. Et, *Circumſpectiſſimus & prudentiſſimus princeps*, Sueton. Tiberio c. 21. *Decreti circumſpectiſſimâ ſanctione*, Valer. Max. 1 c. 1 n. 20. ¶ 2. Interdum & paſſive ponitur *Circumſpectus*, überſehen, erwogen. Cic. 1 fam. epiſt. 9 *Circumſpectis rebus omnibus rationibusque ſubductis ſummam feci*, &c. Ovid. 5 Faſt. v. 539

Verba movent iras non circumſpecta Deorum,

hoc eſt, non cogitata, non conſiderata verba, unbedachte und vermeſſene worte. conf. Idem Metam. lib. 5 v. 175.

¶ Circumſpecte, adverb. idem. Gellius 1 c. 5 *Circumſpecte compoſiteque indutus.* Quintil. 9 c. 2 *Hoc parcius & circumſpectius faciendum eſt.* Et, *Circumſpectius donare*, Seneca 3 de Benefic. c. 14.

¶ Circumſpectus, ûs, ſubſtant. provida conſideratio, die vorſichtigkeit. Cic. 12 Philipp. c. 11 princ. *Hæc ego in urbe prævideo: facilis eſt circumſpectus, unde exeam, quo progrediar.* Plin. 11 c. 37 *Cervix flexilis ad circumſpectum.*

¶ Circumſpectio, ōnis, idem. Cic. 4 Acad. c. 11 *Sin ex circumſpectione aliqua, & accurata conſideratione, quod viſum ſit, id ſe dicent ſequi.*

¶ Circumſpĭcientia, æ, idem. Gellius 14 c. 2 *Eſt diſceptatio iſta multijuga & ſinuoſa quæſtionis, multaque & anxia curâ & circumſpicientiâ indigens*; id eſt, conſideratione.

¶ Circumſpecto, are, frequentativum. Terentius Eunucho 3, 5 v. 54 *Simul alia circumſpecto.* Livius 25 c. 36 *circumſpectare atque agitare dux cœpit.* Et Silius 15 v. 8 *medicamina quaſſo imperio circumſpectant*, ſie ſehen ſich nach hülffe um.

¶ Circumſpectātor, ōris, ein kundſchaffer; unde

¶ Circumſpectatrix, īcis, eine kundſchafferin. Apulejus Apolog. p. 323 *Improba juvenum circumſpectatrix.*

¶ Circuminſpicio, vide infra poſt *Inſpicio.*

¶ Conſpĭcio, exi, ectum, ĕre, ſehen; ut, *Velle conſpici*, wollen geſehen ſeyn, Cic. in Piſon. c. 25. *Conſpici infeſtis oculis omnium*, Idem in Catilinam 1 c. 7. ¶ 2. Nepos in vita Attici c. 26 *Supellex modica, non multa, ut in neutram partem conſpici poſſet*, id eſt, talis, ut nec defectum ad ſordes, neque exceſſum ad luxum interpretari ſive notare poſſes. Ita Suetonius Cæſarem *notabilem cultu* fuiſſe cap. 45 dicit; quod non vulgari habitu uteretur; ſed qui inſigne aliquid & peculiare haberet, conſpiciendum maxime notandumque. Senec. Conſolat. ad Helviam c. 2 *Quam tu quidem omni obſequio & pietate, quanta vix in filio conſpici poteſt, matrem fieri coëgiſti*: id eſt, quanta in filio, ut inſignis & ſingularis, haberi poſſit.

¶ Conſpectus, a, um, erblickt, angeſehen, augenſcheinlich; ut, *Pictis conſpectus in armis*, Virg. Æn. 8 v. 588. *Regali conſpectus in auro*, Horat. Art. poët. v. 228. *Plebs dignitate conſpectior*, Livius 22 c. 40. Et Tacitus 4 Hiſt. c. 11 *Ne in ipſa urbe conſpectior mors foret, viâ Appiâ exſtinguitur.* Ovid. 13 Metam. v. 794

platano conſpectior alta.

Juvenal. ſatyr. 8 v. 140

Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur.

¶ Conſpectus, ûs, ſubſtant. der anblick; ut, *In conſpectu*, Cicer. 1 fam. epiſt. 7, für augen. *In conſpectum venire*, Vellej. 2, 63, 1; & Nepos 9, 3, 3; & 14, 10, 2. *Prodire in alicujus conſpectum*, einem unter die augen gehen, Plautus Moſtell. 5, 2 v. 33. *In conſpectu alicujus adſtare*, einem im geſicht, oder für augen ſtehen, Cic. in Catil. 4 c. 2. *Frui alicujus conſpectu*, Idem pro Sylla c. 9. *Conſpectum alicujus vereri, fugere, fugitare, vitare*, Terentii & Ciceronis ſunt. *Conſuetudine conſpectuque ſuorum aliquem privare*, Idem Cic. pro Muræna c. 41. ¶ 2. *Conſpectus* etiam σύνοψιν ſive compendium notat, cum late diffuſa res ad quædam ſumma capita revocatur breviter, & velut uno intuitu conſpicienda exhibetur, der kurtze inhalt. Ita enim hujusmodi libellum, ſeu breviarium, Quintus Cicero circumſcribit, commentario de petitione conſulatus ad Marcum fratrem ipſo principio: *Ab amore noſtro non ſum arbitratus alienum, ad te perſcribere ea, quæ mihi veniebant in mentem, dies ac noctes de petitione tua cogitanti: non ut aliquid novi ex iis adjicerem; ſed ut ea, quæ in re diſperſa, atque infinita viderentur eſſe, ratione ac diſtributione ſub uno adſpectu ponerentur.* Gellius 17 c. 21 principio: *Vt conſpectum quendam ætatum antiquiſſimarum, item virorum illuſtrium, qui in his ætatibus nati fuiſſent, haberemus* &c. *excerpebamus ex libris, qui chronici appellantur, quibus temporibus floruiſſent Græci ac Romani viri, qui vel ingenio, vel imperio nobiles inſignesque poſt conditam Romam fuiſſent ante ſecundum bellum Carthaginenſium, easque nunc excerptiones noſtras variis diverſisque locis factas curſim digeſſimus.* CONSPECTVM, ut ex verbis iſtis intelligis, vocat excerpta brevia ex multis, atque in ordinem digeſta: einen kurtzen auszug, extract, ut nos appellamus. Idem Gell. 19 c. 10 *Conſpectum* vocat perſcriptam ratiunculam ſumtuum brevibus ſummis, qui ad abſolvendum opus aliquod requiruntur: ein anſchlag der unkoſten, die zu einem wercke ohngefähr von nöthen. Verba ejus hæc ſunt: *Aſſiſtebant* (Cornelio Frontoni) *fabri ædium complures, balneis novis moliendis adhibiti; oſtendebantque depictas in membranulis varias ſpecies balnearum. Ex quibus cum elegiſſet unam, interrogavit, quantus eſſet pecuniæ conſpectus, ad id totum opus abſolvendum*, wie hoch ſich der anſchlag belauffe? *Conſpectus* enim taxationis ſive æſtimationis libellus eſt. Sane & apud Græcos σύνοψις *taxationem* ſignificat. Lexicon Cyrilli: σύνοψις, *taxatio.*

¶ Conſpĭcio, ōnis, quaſi conſpectio, die aufſicht, erblickung. Varro de L. L. 6 c. 2 *Templum faciunt augures conſpicione, qua oculorum conſpectum finiant*, &c.

¶ Conſpector, ōris, qui conſpicit, ein zuſeher. Tertullian. de Cultu fœm. 2 c. 13 pr. *Deus conſpector eſt cordis.* Idem de Oratione c. 13 *Deus non vocis, ſed cordis auditor eſt, ſicut conſpector.* Gloſſ. gr. lat. ἐπόπτης, *conſpector.*

¶ Conſpicillum, vide infra in *Specillum.*

¶ Conſpĭcor, ātus ſum, ari, idem quod *conſpicere*, genus mutat & conjugationem, erblicken. Terent in Eunuch. 5, 8 v. 32 *Cur ego in his te conſpicor regionibus?* Et Heaut. 1, 1 v. 16 *Quin ego te in fundo conſpicer.*

¶ Conſpĭcātus, a, um, der geſehen hat. Cæſ. B. Gall. 7 c. 88 *Conſpicati ex oppido cædem.* Idem B. Civ. 2 c. 22 *Hunc conſpicatæ naves ſequi cœperunt.*

¶ Conſpĭcābilis, e, ſichtbar, anſehnlich, ſehenswerth. Sidon. 8 epiſt. 4 *Conſpicabiles thermæ.* Ambroſ. de Filii Divinitate adv. Arianos c. 8 *Conſpicabilem materiam adſumpſit.* Et Prudent. in Romano v. 633 *Coram refulſit ore conſpicabili.*

¶ Conſpĭcuus, a, um, quod ab omnibus conſpicitur, ut Valla exponit, ſcheinlich, ſcheinbarlich, anſehnlich; ut, *Conſpicua venuſtas*, Auctor ad Herenn. 3 c. 15. *Conſpicuus formâ*, Plin. 7 epiſt. 24, anſehnlich der geſtalt halben. *Conſpicuus laude*, Idem lib. 3 epiſt. 3. *Vertex conſpicuus*, Horat. 3 od. 16 v. 19.

¶ Inconſpectus, a, um, inconſideratus, unbedacht. Gellius 17 c. 21 pr. *ne in his ſermonibus forte inconſpectum aliquid temere diceremus.*

¶ Semiconſpicuus, a, um, halb ſichtbar. Apulej. lib. 3 Mileſ. poſt initium: *nonnulli per feneſtras ſemiconſpicui.*

¶ Deſpĭcio, exi, ectum, ĕre, unter ſich ſehen; ut, *Deſpicere ad terram*, Plautus Milit. 2, 3 v. 16. Et Silius 12 v. 488

e tumulis ſubjectam deſpicit urbem.

¶ 2. Sed, *Deſpicere ac pro nihilo putare*, id eſt, contemnere, verachten, hintanſetzen, Cicer. de Fin. 3 c. 8. Et pro Roſc. Amer. c. 46 *Omnes deſpicere, & hominem præ ſe neminem putare*, iederman verachten. Sic, *Vulgi & imperitorum inſcitiam deſpicere*, Cic. de N. D. 3 c. 15. *Omnia humana deſpicere*, Idem in Officiis dixit 3 c. 27. *Id illi usque eo deſpexerunt, ut* &c. Nepos Pelop. c. 3, ſie haben es ſo wenig geachtet. *Rei familiaris deſpexit fructum*, Idem in Attico c. 2, id eſt, neglexit, non curavit.

¶ Deſpectus, a, um, veracht. Cic. in Piſon. extr. *Abjectus, contemptus, deſpectus a cæteris.* Superlat. *deſpectiſſimus* apud Cic. 5 in Verrem c. 41 extr. *Ne contemtiſſimi*, inquit, *ac deſpectiſſimi eſſe videamur.*

¶ Deſpectus, ûs, ſubſtant. das herabſehen. Cæſar 2 de Bell. Gall. c. 29 *Quod* (oppidum) *cum ex omnibus in circuitu partibus altiſſimas rupes deſpectusque haberet* &c. ¶ 2. Contemtus, die verachtung; ut, *Ludibrio & deſpectui opponi*, Auctor ad Herenn. 4 c. 39.

¶ Deſpectio, ōnis, die verachtung. Cic. in Hortenſio apud Nonium in DESPICERE c. 4 n. 141, *Conſolabitur*, inquit, *eam magnitudo animi, & humanarum opinionum alta quædam deſpectio.*

¶ Deſpĭcientia, æ, idem. Cic. 1 Offic. c. 20 pr. *Fortis animus & magnus in rerum externarum deſpicientia ponitur.* Idem in Partit. Oratoriis c. 23 *Magnitudinem animi ſuperbia in extollendis, & deſpicientia in contemnendis honoribus imitatur.*

¶ Deſpector, ōris, qui deſpicit, ein verächter. Tertullian. adverſ. Marc. 2 c. 23 *Eligitur Saul, ſed nondum deſpector prophetæ Samuelis.*

¶ Deſpectrix, īcis, eine verächterin. Tertull. Apologet. c. 26 *Judæa deſpectrix divinitatum*, puta, quas pagani idololatræ coluerunt. Idem de Anima c. 23 *Virtus deſpectrix mundi potentium principatuum.*

¶ Deſpecto, are, frequent. herunter ſehen; item, verachten. Ovid. Metam. lib. 4 v. 622 *Ex alto æthere longe deſpectat terras.* Virgil. 1 Æneid. v. 396

terras ordine longo
Aut capere, aut captas jam deſpectare videntur.
Et Tacit. 2 Annal. c. 43 n. 6 *Piſo vix Tiberio concedere: liberos ejus ut multum infra, deſpectare.* Et Prudent. Pſychom. v. 182
Tumido deſpectans agmina faſtu.

¶ Deſpectātio, ōnis, die herabſchauung, ausſicht. Vitruvius 2 c. 8 *deſpectationes cœnaculorum* dixit.

¶ Deſpectātor, ōris, ein verächter; ut, *Deſpectatores divinarum ſententiarum*, Tertull. ad Vxorem 2 c. 8 princ.

¶ Deſpĭcor, āri, verachten; Hinc

¶ Deſpĭcātus, a, um, der verachtet hat. Aur. Victor de Viris illuſtr. in Camillo c. 23 *Primo ut deos venerati: deinde ut homines deſpicati interfecere.* ¶ 2. Sed paſſive, veracht, verſchmäht: Terent. Eunuch. 2, 3 v. 92 *Quæ noſtram adoleſcentiam habent deſpicatam*, hoc eſt, deſpectam. Superl. *Homo deſpicatiſſimus*, Cic. pro Sextio c. 16. Et Gellius 15 c. 4 princ. *In ſermonibus nuper fuit, multos altiſſimum dignitatis gradum adſcendiſſe ignobiliſſimos prius homines & deſpicatiſſimos.*

¶ Deſpicātus, ûs, ſubſt. contemtus, cujus autem ſolus fere tertius caſus antiquorum uſu receptus eſt, die verachtung, verſchmähung; ut, *Deſpicatui duci*, Cic. pro Flacco c. 27, verachtet werden. Et, *Deſpicatui aliquem habere*, verachten: Plautus Menæch. 4, 3 v. 19
Tu me bene merentem tibi habes deſpicatui.

¶ Deſpĭcātio, ōnis, idem. Cic. de Finib. c. 20 *Odia, invidiæ, deſpicationes adverſantur voluptatibus.*

¶ Deſpicābĭlis, e, verächtlich. Paulinus Nolanus epiſt. 22 [al. 7] n. 2 *honorabiliter deſpicabiles* vocat, qui munditiem cultus & veſtitus negligunt, intrinſecus autem pii & honeſti, ac propterea honorabiles, quamquam vulgo deſpicatui ſint. Salvianus epiſt. 1 *Domo non deſpicabilis.* Et lib. 2 contra Avarit. p. 68 *deſpicabilis vilitate.* Et Ammian. 26 c. 8 *Dedignatus hominem ſuperare certamine deſpicabilem.*

¶ Deſpĭcus, (Deſpicuus,) a, um, idem. Nævius apud Nonium c. 2 n. 667 *Sibi proſpica & deſpica*, i. e intenta & contempta.

¶ Indeſpectus, a, um, unveracht. Lucanus 6 v. 748
Indeſpecta tenet vobis qui Tartara.

¶ Dĭſpĭcio, exi, ectum, ĕre, eſt providere & circumſpicere, tanquam in omnem partem lumina intendere, omniaque diſcernere, ſich fleißig umſehen, alles beſehen. Tacitus Agric. c. 10 *Diſpecta eſt & Thule.* ¶ 2. De animi intentione: Terentius Andr. 3, 5 v. 16 *Jam aliquid diſpiciam*, ich will itzund was erſehen. Cic. ad Qu. fratr. 1 epiſt. 3 *Ego, quid ſperem, non diſpicio.* A quo dicta eſt

¶ Diſpicientia, æ, circumſpectio & conſideratio diligens, Vall. lib. 5 c. 6, die ſcharffſichtigkeit.

¶ Diſpex, ĭcis, ſcharffſichtig. Gloſſ. Vet. ὀξυβλέπτης, *Diſpex.*

¶ Diſpectus, ûs, ſubſt. die betrachtung, erwehlung. Seneca epiſt. 14 *Si falſas opiniones excluſimus, non ſtatim ſequitur diſpectus rerum agendarum.* Idem epiſt. 110 *Quibus diſpectum utilitatis timor excutit.* Et de Ira 2 c. 9 *Pueri neglecto diſpectu officiorum ad luſus & ineptos æqualium jocos ſpectant.*

¶ Diſpector, ōris, ein forſcher, beſichtiger. Tertull. 2 ad Vxor. c. 8 pr. *Diſpectores divinarum ſententiarum*, ex Rigaltii quidem lectione. Froben. *deſpectatores.* Sed & alibi vox *Diſpector* Tertulliano placuit: ut de Anima c. 15 *Scrutator & diſpector cordis Deus:* & Apologet. c. 45 *incontemtibilis diſpector*, itidem Deum intelligens.

¶ Diſpecto, āre, frequent. betrachten. Arnobius lib. 1 p. 13 *Non ex gratia, ſed ex vero diſceptationis hujus diſpectare momenta.*

¶ Exſpecto, ſive Expecto, āvi, ātum, āre, præſtolari eſt, quia, dum venturum aliquem præſtolamur, frequenter adſpicere ſolemus, warten, erwarten. Terent. Andr. 1, 1 v. 7 *Expecto, quid velis*, ich warte darauf, bin gewärtig. Idem Eunuch. 3, 5 v. 46 *Sto exſpectans, ſi quid imperent*, ich ſteh und warte auf, ꝛc. Sic, *Expectare epiſtolas longiores*, Cic. 15 fam. epiſt. 16. Idem pro Cluentio c. 2 *Exſpectetis ad extremum, & me meum dicendi ordinem ſervare patiamini*, wartet aus. Et, *Exſpectare in aliud tempus*, Cic. ad Attic. 1 epiſt. 17 extr. *Ad mediam noctem exſpectare*, Horat. 1 ſatyr. 5 v. 83. *Exſpectabo, dum venit*, Terent. in Eunuch. 1, 2 extr. ich will warten, biß es kömmt. Cic. de Amicit. c. 13 *Amicorum cauſſâ honeſta faciamus; ne expectemus quidem, dum rogamur.* Et Trajanus epiſt. ultim. ad Plinium: *Si expectaſſes, donec me conſuleres.* Et rurſus Cicero 14 Philipp. ſub init. *Avidiſſime rem aliquam exſpectare.* Et, *Diem ex die exſpectare*, Idem ad Attic. 7 epiſt. ult. Ovid. 3 Metam. v. 135
Sed ultima ſemper
Exſpectanda dies homini eſt, dicique beatus
Ante obitum nemo ſupremaque funera debet.

* *Expectare teſtamentum*, Ciceroni Paradox. 6 c. 1 eſt optare, ut quis moriatur, ut tu hæreditatem cernas, aut legatum promiſſum conſequaris. Eodem modo dicitur *Expectare mortem:* Terent. Adelph. 5, 4 v. 20 *Illum, ut vivat, optant, meam autem mortem expectant*; i. e. optant ut moriar. Et Hecyr. 4, 2 v. 20
Hæc mihi nunc eſt cura maxima, ut ne cui mea
Longinquitas ætatis obſtet, mortemque expectet meam. Grævius.

¶ Exſpectātus, a, um, deſideratus, verlangt, gehofft. Plautus Amphitr. 2, 2 v. 26 *Certe me illic exſpectatum optatumque venturum ſcio*, ich werde ein gewünſchter, lieber gaſt ſeyn. Idem Moſtell. 2, 2 v. 11 *Credo, exſpectatus veniam familiaribus.* Et Cicero Tironi 16 fam. epiſt. 2 *Carus & expectatus omnibus venies.* Rurſus Plaut. Moſtell. 2, 2 v. 12 *Exſpectatior illo nemo venit.* Superl. *Exſpectatiſſimus triumphus*, Hirtius 8 B. G. c. 51. *Suaviſſimus & exſpectatiſſimus alicujus adventus*, Cic. ad Attic. 4 epiſt. 4 pr. Et lib. 16 ad Tironem epiſt. 9 *Mihi a te exſpectatiſſimas litteras reddidit.* ¶ 2. Apud Terentium vero Adelph. 1, 2 v. 29 contrarium ſignificat, *Vbi te exſpectatum ejeciſſet foras.* Ita enim ibi Donatus: EXSPECTATVM, *odioſum & malæ vitæ. Nam filiis parentes aut amabiles ſunt, aut exſpectati. Amabiles boni: exſpectati mali, quorum mors in dies ſingulos exſpectanda & optanda ſit.*

¶ Exſpectātum, i, ſubſt. die erwartung, hoffnung; ut, *Expectato maturius*, ehe man ſichs eingebildet, Vellej. 2, 123, 2. Sic, *Ante exſpectatum*, i. e. exſpectatione citius, unverſehens: Virg. 3 Georg. v. 348
Ante exſpectatum poſitis ſtat in agmine caſtris.
Vbi Servius: *Ante exſpectatum, dicto citius, id eſt, antequam ejus expectetur adventus: & eſt una pars orationis, hoc eſt, Adverbium.* conf. Ovid. Metam. 4 v. 789; & lib. 8 v 5. Rurſus Vellejus 2, 75, 2 *Quis non diverſa præſentibus contrariaque exſpectatis aut ſperet aut timeat?*

¶ Exſpectātio, ōnis, idem. Terent. in prolog. Hecyræ v. 34 *Funambuli eodem acceſſit exſpectatio*, auch, daß man auf den ſeinen-tänzer wartete. Aut. Declam. ſub Ciceronis nomine, antequam iret in exilium, c. 8 *Vacua periculo aut periculi exſpectatione nulla hora relinquitur.* Ipſe Cicero de Clar. Orat. c. 76 *Præteritorum recordatio eſt acerba, & acerbior exſpectatio reliquorum.* Et, *præter exſpectationem accidit*, Idem 2 de Orat. c. 70. ¶ 2. Nepos Alcibiade: *Tanta fuit exſpectatio viſendi Alcibiadis*, id eſt, deſiderium. *In ſumma exſpectatione res eſt*, Cicero ad Pompejum ſub lib. 8 ad Attic. epiſt. 11. Et, *Afferre non parvam exſpectationem alicui*, Idem ad Attic. 3 epiſt. 18. *Sui exſpectationem concitare*, Cic 2 fam. epiſt. 1. Ac, *Magna me tenet alicujus exſpectatio*, Idem de Orat. 2 c. 18, ich habe nach ihm ein verlangen. ¶ 3. *Exſpectationem omnium vincere*, id eſt, opinionem, ſpem, Cic. in 7 Verr. c. 5. Et ad Atticum 3 epiſt. 15 *Varronis ſermo fecit exſpectationem Cæſaris*, wie Varro berichtet, hat man ſich des Cäſaris zu vermuthen. Sed, *Exſpectationem alicujus decipere*, einen vergeblich warten laſſen, Cic. 2 de Orat. cap. 71.

¶ Exſpectāmen, ĭnis, idem. Claudian. Mamert. 2 c. 12 *Convenientia vel jucunda exſpectamini*, uti ibi adſcripſit Barthius p. 157.

¶ Exſpectātor, ōris, ein erwarter. Paulinus Nolanus epiſt. 31 [al. 11] n. 5 extr. *Expectatores ſuos redivivos inceſſit.*

¶ Exſpectābĭlis, e, vermuthlich: Tribuitur Tacito & Prudentio.

¶ Inexſpectātus, a, um, non expectatus, unverhofft unverſehen. Seneca epiſt. 107 pr. *Nihil inſolitum, nihil inexſpectatum eſt.* Quintil. 8 c. 3 p. 596 *Similitudo, quo longius petita eſt, hoc plus affert novitatis, atque inexſpectata magis eſt.* Et Ovidius 12 Met. v. 61
inexſpectatus in armis
Hoſtis adeſt.

¶ Inſpĭcio, exi, ectum, ĕre, hineinſchauen, beſehen. Terent. Adelph. 3, 3 v. 61 *Inſpicere tamquam in ſpeculo vitas omnium.* Plin. in epiſt. lib. 10 *Inſpicere hominem propius*, recht erkennen. *Hortos, cum venero, inſpiciam*, Cicer. ad Attic. 13 epiſt. 1. *Tempore duro eſt inſpicienda fides*, Ovid. Triſt. releg. 4 v. 26.

¶ Inſpectus, a, um, beſehen, beſchauet; ut, *Re omni inſpecta*, Plaut. Aulul. Argum. 2 v. 7. *Cauſſas apud portitorem reſignatas ſibi inſpectasque eſſe*, Idem Trin. 3, 3 v. 65.

¶ Inſpectus, ûs, ſubſt. das geſicht, der anblick. Apulej. Met. lib. 10 *Oculi inſpectu minaces.*

¶ Inſpectio, ōnis, die beſichtigung, aufſicht. Cic. 2 Philipp. c. 32 *Nos* [augures] *nunciationem ſolum habemus: conſules & reliqui magiſtratus etiam inſpectionem*; id eſt, poteſtatem avocandæ concionis. Sed hæc auguralis ſignificatio. ¶ 2. Contemplatio eſt *inſpectio.* Quintil. 2 c. 18 *Poteſt aliquando res inſpectione eſſe contenta*, id eſt, theoria, ſine uſu & praxi: quod poſt paullo dicit, *contemplatione ſui fruuntur.* ¶ 3. Nec vero vulgaris notio, eaque propria, inuſitata eſt. Idem Quintilian. 5 c. 5 *Inſpectio ipſa* [tabularum] *ſæpe etiam falſum deprehendit*: id eſt, perluſtratio. Gloſſ. Vet. *Inſpectio*, ἐποψία, ἐπιθεώρησις.

¶ Inſpector, ōris. Plin. lib. 37 c. 7 *Accedit religio narrata, a ſiderum cognatione, ab inſpectoribus.*

¶ Inſpectrix, ĭcis, Ambroſ. epiſt. 64 p. 205 edit. Froben.

¶ Inſpecto, āre, frequent. einſehen. Cic. ad Brutum epiſt. 4 *Vtinam inſpectare poſſis timorem de illo meum.* Solin. c. 7 *Pindarum forinſecus Caſtor & Pollux vocarunt, inſpectantibus univerſis*, da es alle mit angeſehen.

¶ Inſpectātio, ōnis die einſicht. Senec. 6 Quæſt. Nat. c. 4 *Quorum dulcis mihi inſpectatio.*

¶ Circuminſpĭcio, ĕre, um und um beſehen: Prudentius Pſychomach. v. 734, niſi diviſe legendum *Circum inſpicio*, id eſt, ex omni parte, in circuitu.

¶ Superinſpicio, ĕre, drauf ſehen, Sidon. 9 epiſt. 3.

¶ Introſpĭcio, ĕre, diligentiſſime inſpicere, hinein ſehen; ut, *Introſpice in mentem tuam ipſe*, gehe in dich ſelbſt, frage dein hertz, Cic. de Fin. 2 c. 35. Idem pro Fontej. c. 15 *Introſpice penitus in omnes reipublicæ partes.* Et Tacit. Annal. 1 c. 7 n. 8 *Ad introſpiciendas procerum voluntates*, i. e. explorandas.

¶ Perſpĭcio, exi, ectum, ĕre, durchſehen; ut, *Perſpicere res geſtas funditus*, Lucret. 1 v. 478. ¶ 2. Eſt & exacte vel penitus cognoſcere, gründlich erkennen, erlernen; e. g. *Non ſatis perſpicio, iſta varietas quæ ſit*, Cicer. de Finib. 2 c. 3. Et, *In parva pecunia ſæpe perſpiciuntur, quam ſint leves quidam amici*, de Amicit. c. 17. *Perſpicere conjecturâ*, Cic. pro Leg. Manil. c. 9. Et, *Perſpicere alicujus fidem*, in Verr. 4 c. 2; & *amorem*, Cic. Antonio ſub lib. 14 ad Attic. epiſt. 13.

¶ Perſpectus, a, um, erkandt, erforſcht; ut, *Perſpectum, cognitum habere animum alicujus*, Cic. ad Brutum epiſt. 1. *Perſpecta & explorata omnia ad aliquem perſcribere*, Idem ad Attic. 3 epiſt. 15 extr. Et, *Omnem ſpem habeo in tua erga me perſpectiſſima benevolentia*, ad eumdem lib. 11 epiſt. 1.

¶ Perſpecte, adverb. erkenntlich, bedächtlich. Plaut. Milit. 3, 1 v. 161 *Perſpecte & docte ſapere.*

¶ Perſpectio, ōnis, die erkänntniß, die ergründung. Lactant. 2 c. 8 n. 68 *Terrenum animal rerum cæleſtium perſpectionem non capit.* conf. Idem de Ira Dei c. 1.

¶ Perſpĭcientia, æ, idem; ut, *Perſpicientia veri ſolertiaque*, id eſt, perſpecta cognitio, Cicer. 1 Offic. c. 5.

¶ Perſpector, ōris, ein anſeher; ut, *Mentis perſpector Ieſus*, ein hertzens-kündiger, Juvencus lib. 2 v. 275.

¶ Perspecto, āre, untersuchen. Plaut. Milit. 3, 1 v. 2 *Sinite me prius perspectare, ne uspiam insidiæ sient.* Suetonius Domitiano c. 4 *Edidit navales pugnas pene justarum classium, effosso atque circumstructo juxta Tiberim lacu: atque inter maximos imbres perspectavit*; ubi est, ludos spectare, schauspielen zusehen, aut continue usque ad finem spectare.

¶ Perspĭcax, ācis, acutus, listig, verschlagen, scharffsichtig; ut, *Prudentia perspicax*, Cic. Offic. 3 c. 26. Et Terent. Heaut. 5, 1 v. 1 *Ego me non tam astutum neque perspicacem esse, id scio.* Apulej. Met. lib. 2 p. 124 *Perspicacior Lynceo vel Argo.*

¶ Perspicācĭter, adverb. idem. Ammian. 29 c. 1 *Queis omnibus perspicaciter inquisitis.* Compar. Boëthius lib. 3 Consol. Philos. metro 11

Dudum quod atra texit erroris nubes,
Lucebit ipso perspicacius Phœbo.

¶ Perspĭcāte, aliud adverb. pro *Perspicaciter*, apud Nonium c. 11 n. 31 ex Afranio: *Quam perspicate, quam benigne.*

¶ Perspĭcācia, æ, die scharffsichtigkeit, scharffsinnigkeit: Cic. 15 ad Attic. epist. 16 dicitur scripsisse, sed libri optimi græcam vocem προκοπὴν, pro *perspicacia* habent.

¶ Perspicācĭtas, ātis, idem; pariter Ciceroni tribuitur lib. 1 ad Attic. epist. 18 extr. sed castigatiores libri nihil hujus vocis habent. Onomasticon autem: *perspicacitas*, τὸ συνοπτικόν.

¶ Perspĭcābĭlis, e, hell, ansehnlich; ut, *Tarsus urbs perspicabilis*, Ammian. 14 c. 8. *Lumen radiorum perspicabile*, Fortunat. 3 Carm.

¶ Perspicĭbĭlis, e, pellucidus, hell, durchsichtig. Vitruvius 9 c. 4 *Perspicibilis solis splendor.*

¶ Perspĭcuus, a, um, idem; ut, *Amnis perspicuus*, klar, daß man dadurch sehen kan, Stat. 4 Theb. v. 818. ¶ 2. *Oratio perspicua*, id est, aperta, clara, dilucida, non obscura, klar, deutlich, vernehmlich. Cic. de Natur. Deor. 3 c. 4 *Perspicuum hoc est, constatque inter omnes.* Idem in Verrem 2 c. 2 *Perspicuum facere*, klar darthun.

¶ Perspicue, adverb. evidenter, klärlich; ut, *Perspicue dicere*, Cic. 2 de Invent. c. 2. *Plane & perspicue expedire aliquid*, Idem 3 de Finib. c. 5 extr.

¶ Perspicuĭtas, ātis, evidentia, die deutlichkeit; *prima eloquentiæ virtus*, quemadmodum Quintil. dixit lib. 8 c. 2. Et Cic. 3 Nat. Deor. c. 4 *Perspicuitas argumentatione elevatur.*

¶ Imperspĭcuus, a, um, obscurus, unerkannt, dunckel. Plin. Jun. lib. 1 epist. 20 *Non minus imperspicua, incerta, fallaciaque sunt judicum ingenia, quam tempestatum terrarumque.*

¶ Prospĭcio, exi, ectum, ĕre, für sich sehen. *Prospicere ab janua*, Nepos Hannib. c. 12. Et Ter. Phorm. 5, 1 v. 8 *Nisi me animus fallit, aut parum prospiciunt oculi.* Item, *Multo ante, tanquam ex aliqua specula, prospexi tempestatem futuram*, Cic. 4 fam. epist. 3, zuvor sehen, vorher sehen. Et de Arusp. Respons. c. 3 *Tum, inquam, tum vidi, & multo ante prospexi, quanta tempestas excitaretur, quanta impenderet procella reipubl.* Et ad Attic. 10 epist. 4 *Ex ipsa tempestate eversam esse rempubl. quam quatuordecim annis ante prospexerim.* Terent. Adelph. 3, 3 v. 32 *Istuc est sapere, non, quod ante pedes modo est, videre, sed etiam illa, quæ futura sunt, prospicere.* Sic, *Longe prospicere futuros casus*, Cic. de Amicit. c. 12. *Longe in posterum prospicere*, Idem lib. 2 fam. epist. 8, lange vorher bedencken. ¶ 2. Sed, *Prospicere sibi*, sich bedencken, sich versorgen: e. g. *Ego jam prospiciam mihi*, Terent. Adelph. 4, 2 v. 50. *Sibi & saluti suæ prospicere*, Cicer. in Verr. 3 c. 61. Et, *Consulere filiis ac prospicere*, ibidem c. 58. *Bonum alicui prospicere*, Livius dixit, einen mit etwas guts bedencken. Terent. Heaut. 2, 4 v. 11 *Nisi prospectum interea aliquid nobis est, deserte vivimus.* Et, *Prospicere liberis*, Corn. Nepos in Phocione c. 1, i. e. consulere & commodis eorum servire. Petron. *Habitationem mihi prospiciam.*

¶ Prospicientia, æ, die vorsorge. Cic. 7 Philipp. c. 7 *Ut vacuum metu populum Rom. nostra vigilia & prospicientia redderemus.*

¶ Prospĭcienter, adverb. pro *circumspecte*, vorsichtiglich, dixit Gellius lib. 2 c. 29 *Res salubriter & prospicienter animadversa.*

¶ Prospecte, idem. Tertullianus Apolog. c. 6 *Prospecte decreverant patres vestri.*

¶ Prospectus, ûs, subst. die aussicht, das aussehen, das gesichte. Cicer. Academ. 4 c. 25 *O præclarum prospectum! puteolos videmus*; plane, ut nos dicimus, ein schöner prospect. *Producere in populi prospectum*, Idem in Verr. 3 c. 47. Et, *Prospectum impedire*, Cæsar 2 B. Gall. c. 22.

¶ Prospector, ōris, qui prospicit, ein vorsorger. Apulejus de Deo Socr. p. 51 *Deus in rebus incertis prospector, dubiis præmonitor.* Usus & Tertullianus de Corona c. 8.

¶ Prospex, ĭcis, ut auspex, vorsichtig. Idem Tertull. de Anima c. 5 *Recogita in præsagiis vatem, in ominibus augurem, in eventibus prospicem.* vid. Barthii Advers. 42 c. 8.

¶ Prospecto, āre, frequentativum, herfür sehen. Liv. 24 c. 21 *Pars in ædium vestibulis stat, pars ex tectis fenestrisque prospectant*, sie sehen zum dach und fenster raus. Idem lib. 5 c. 48 *Diem de die prospectans.*

¶ Prospectīvus, a, um, heraus sehend; ut, *Prospectivæ fenestræ*, Imp. Zeno in Cod. lib. 8 t. 10 l. 12 § 2 & 3.

¶ Prospĭcuus, a, um, wohl anzusehen. Apulej. Met. lib. 6 *Turris illa prospicua.* Sic Pricæus p. 315 ex MSS. sed vulgo *propitia.* ¶ 2. *Prospicus* dixit Nævius apud Nonium c. 2 n. 667. vid. paullo ante *Despicus.*

¶ Prospicue, adverb. idem. Apulej. Met. lib. 1 p. 112 edit. Elmenh. *Benigne & prospicue in me consuluis.*

¶ Improspĭcuus, a, um, nicht wohl anzusehen. Gloss. gr. lat. ἀπερίβλεπτος, *improspicuus.*

¶ Improspecte, adverb. unvorsichtig. Tertull. de Anima c. 24 *Satis improspecte.*

¶ Respĭcio, exi, ectum, ĕre, zurück sehen, sich umsehen. Cic. in 5 Tuscul. c. 12 *Longe retro respicere non possunt.* Cicer. pro Arch. c. 1 *Quod longissime potest mens mea respicere spatium præteriti temporis*, &c. zurück dencken. Terentius Andr. 2, 5 v. 6 *Quasi de improviso respice ad eum*, siehe dich nach ihm um. Plautus Pseud. 2, 2 v. 18 *Non soles respicere te, cum dicas injuste alteri.* ¶ 2. Sed, *Respicere aliquem*, est juvare, helffen. Iterum Terent. Andr. 5, 6 v. 11 *Age me in tuis secundis rebus respice*, wenn es dir wohl gehet, so dencke auch an mich. Idem Phorm. 5, 3 v. 34 *Dii nos respiciunt*, GOtt ist auf unser seiten. Cic. ad Attic. 1 epist. 16 *Nisi quis nos Deus respexerit.* Hinc *Fortuna respiciens*, id est, prospera & juvans, culta Romæ juxta templum Jovis Victoris, de quâ Cic. lib. 2 de Legib. & Plutarchus. ¶ 3. Terent. in Heaut. 1, 1 v. 4 *Nullum remittis tempus, neque te respicis*, hoc est, nullam rationem tui habes, du bedenckst dich oder dein alter nicht. Idem Adelph. 3, 2 v. 55 *Nam hercle alius nemo respicit nos*, es achtet unser sonst kein mensch. Item Phorm. 2, 3 v. 87 *Respicere ætatem suam.* Et Cæs. de Bell. Civ. 1 c. 1 *Sin Cæsarem respiciant atque ejus gratiam sequantur* &c. ¶ 4. Eleganter denique Cæsar 3 Bell. Civ. c. 5 extr. dixit, *Summa imperii ad me respicit*, id est, ad me spectat, pertinet.

¶ Respectus, ûs, subst. proprie retro actus conspectus, das umsehen, die zurücksehung. *Effuse & sine respectu fugere*, Liv. 32 c. 12. ¶ 2. Rationem significat, qua ad suspiciendum vel agendum aliquid movemur, vel curam, die achtung. Liv. 2 c. 30 *Factione respectuque rerum privatarum, quæ semper offecere publicis consiliis, vicit.* Justin. 11 c. 9 *Movebat hæc multitudo hostium respectu paucitatis suæ Alexandrum*, i. e. consideratione. Martial. 11 epigr. 50

Sit pudor, & tandem veri respectus & æqui.

Claudianus Paneg. de 4 Consul. Honorii v. 266

Nec tibi, quid liceat, sed quid fecisse decebit,
Occurrat, mentemque domet respectus honesti.

Suetonius Nerone c. 20 *Blandiente profectu in scenam prodire concupivit; Subinde inter familiares græcum proverbium jactans*, OCCULTAE MUSICAE NULLLUM ESSE RESPECTUM. Quô respexit senarium istum græcum:

Τῆς λανθανούσης μουσικῆς οὐδεὶς λόγος.

Quod Græcus λόγον, hoc latine Nero *respectum* reddidit, λόγος autem hîc æstimatio est. Quemadmodum & *Ratio* Latinis sumitur. Quare & sic potuit vertere: *Occultæ musicæ nulla habetur ratio*: i. e. in nullam æstimationem occulta musica venit.

¶ Respecto, āre, zurück schauen. Terent. Adelph. 1, 2 v. 3 *Quid respectas? nihil pericli est.* Virg. 1 Æneidos v. 607

Si qua pios respectant numina, &c.

Et Stat. 3 Theb. v. 377 *Respectare aliquem obliquo lumine*, einen anschielen.

¶ Retrospĭcio, ĕre, zurücke sehen. Vitruv. 9 c. 4 sub fin. *Orientis orbem Sol retrospiciens.*

¶ Superspĭcio, ĕre, drüber sehen. Solin. c. 6 *Strabonem superspexisse per centum XXXV millia passuum, Varro significat.*

¶ Suspĭcio, ĕre, auffwarts sehen. Virg. 1 Æneid. v. 438

Æneas ait, & fastigia suspicit urbis.

Et, *Astra suspicere*, Cic. 1 Tuscul. c. 25, die gestirn über uns ansehen. *Suspicere in cælum*, Idem in Somn. Scip. c. 1. ¶ 2. Sed, *Suspicere alicujus virtutem*, est admirari & venerari, probare, æstimare, groß achten, in ehren halten, Cic. in Offic. 2 c. 6. *Honores & præmia suspicere*, Plancus Cic. lib. 10 fam. epist. 9. Et Horat. 1 epist. 6 v. 17

I nunc, argentum, & marmor vetus æraque & artes
Suspice:

i. e. admirare veterum artificum signa & opera. Nepos Agesilao c. 4 *In hoc non minus pietas ejus suspicienda est, quam virtus bellica.*

¶ Suspectus, a, um, verdächtig; ut, *Suspectum habere*, in verdacht halten; *Suspectus est mihi*, er ist mir verdächtig: Cic. de Amicit. c. 15 *In vita tyrannorum omnia semper sunt suspecta atque solicita.* Idem 13 fam. epist. 24 *Ex litteris illius cognovi, tibi eum falso suspectum fuisse*, daß du ihn in unrechtem verdacht gehabt. Idem lib. 2 fam. epist. 1 *Me nomine negligentiæ suspectum tibi esse doleo.* Sic, *Suspectus contumaciâ*, Curt. 8 c. 8 n. 3. *Suspectus super aliquo scelere*, Sallust. in Jugurtha c. 71. Et Tacitus 1 Histor. c. 46 *Adjungitur Licinius Proculus intimâ familiaritate suspectus consilia ejus fovisse.* ¶ 2. Active pro eo, qui suspicatur, sive qui suspicax est, argwöhnisch, quemadmodum *Noti*, qui norunt, dicti. Cato usus est 4 Distich. 44

Suspectus caveas, ne sis miser omnibus horis:
Non timidis & suspectis aptissima mors est.

Ita, *Suspecti mutuo*, Nepos Dione c. 4 n. 1, i. e. qui timent inter se. ¶ 3. Compar. Cic. 2 Offic. cap. 9 *Quo quis versutior & callidior est, hoc invisior & suspectior.* Et Sallust. Catilin. c. 7 *Regibus boni, quam mali, suspectiores sunt, semperque his aliena virtus formidolosa est.* Sic, *Suspectior hoste*, Claudianus de 6 consul. Honor. v. 309. Et, *Suspectissimus*, Senec. epist. 56, & Sueton. Tito c. 6.

¶ Suspectus, ûs, subst. pro admiratione, die hochhaltung. Seneca 2 de Benef. c. 26 *Nimius sui suspectus, & insitum mortalitati vitium, se suaque mirandi*, &c. Idem Consolat. ad Marciam c. 5 *suspectu celebrare*, id est, admiratione, interprete Lipsio. Et Plin. 37 c. 9 *In suspectu refulgens.* ¶ 2. Item, pro altitudine & prospectu sursum tendente, die höhe, so weit man über sich sehen kan. Virg. Æn. 9 v. 530 *Turris erat vasto suspectu.* Idem Æn. 6 v. 579

Quantus ad æthereum cæli suspectus olympum.

¶ Suspectio, ōnis, idem quod *suspicio*, der verdacht. Terent. Andr. 3, 2 v. 21 *Nam qui istbæc tibi incidit suspectio?* wie kömmst du auf diesen argwohn?

¶ Suspector, ōris, ein verehrer, hochhalter; ut, *Suspector admiratorque*, Sidonius 3 epist. 5.

¶ Suspecto, āre, frequentativum, proprie sursum spectare, auffwarts sehen. Plinius 8 c. 16 *Leo suspectans*, scilicet ad hominem in arbore sedentem. Et lib. 11 c. 29 *Sollicitis suspectantibus populis*, hoc est, ad supervolantes aves spectantibus. ¶ 2. Deinde est suspicari, suspectum habere, argwohnen. Tacitus 3 Hist. c. 82 *Omnem prolatationem, ut inimicam victoriæ, suspectabant.* Et 4 Annal. c. 3 n. 6 *Pellit domo Sejanus uxorem, ne pellici suspectaretur.* Hinc participia *Suspectans* & *Suspectandus*, ambo apud Apulejum Apolog. p. 332 de

vidua

viduæ iteratis nuptiis scribentem: *Non minus suspectans novam domum, quam ipsa jam ob unum divortium suspectanda, sive illa morte amisit maritum, ut scævi ominis mulier, & infandi conjugii, minime appetenda: seu repudio digressa*, &c.

¶ * Suspectātio, ōnis, die muthmassung. Cic. 1 de Invent. c. 16 *Minus honestas suspectationes injectas diluemus.* Sic ex codice Erfurtensi, vulgatæ *Suspiciones.* Grævius.

¶ Suspĭcor, ātus sum, ari, suspicionem concipere, besorgen, vermuthen, argwohn haben. Terent. Heaut. 4, 1 v. 44 *Quid nunc suspicare, aut invenis de illa?* Et, *Falso suspicari*, ibidem 2, 3 v. 27. Sic Cic. ad Lentul. 1 fam. epist. 6 *Valde suspicor fore, ut infringatur hominum improbitas.* Et, *Suspicari aliquem abs se abalienatum*, Idem ibid. epist. 7. *Mali aliquid suspicari*, Idem pro Cluentio c. 9. Seneca epist. 3 *Multi aliis jus peccandi suspicando fecerunt.* ¶ 2. *Suspico, are*, etiam in activo usus est Plautus Menæch. 5, 9 v. 22 *Ne memores aut suspices.*

¶ Suspĭcio, ōnis, cognitio est incerta, & conjectura infirma: *Cæcam* igitur dixit *esse* Cæcina ad Ciceronem lib. 6 fam. epist. 7, ein argwohn, verdacht. *Suspicio est*, Cic. de Clar. Orat. c. 11. *In suspicionem cadere, adduci, incidere*, in verdacht kommen. *Suspicionem afferre*, Cic. 7 Attic. epist. 8 pr. *Suspicionem hæc res importat*, Cic. filius 16 fam. epist. 21. Et, *Injecta suspicio rei atrocis*, pro Cluent. c. 38. *Dare locum suspicioni*, Cic. pro Cœlio c. 4 pr. Et, *Movere suspicionem alicui*, lib. 2 fam. ep. 16, sich verdächtig machen. *In suspicionem vocare*, Cic. Verr. 7 c. 4 extr. Et, *Omnes in culpa sunt ac suspicione ponendi*, pro Cluent. c. 45. Et, *Suspicionem dimovere*, Aut. declam. Antequam iret c. 8. *A suspicione abesse*, Cic. pro Cœlio c. 10. Et, *Amovere ab aliquo suspicionem*, Plaut. Trin. 3, 3 v. 54. *Aliquem in suspicionem adducere*, Nepos Hannibale c. 2 n. 2, einen in verdacht bringen. *Suspicionem parare*, Idem in Datame c. 11; *præbere*, ibid. c. 10; & *injicere*, in Eumene c. 9 n. 4, verdacht machen. Idem Epaminondâ c. 6 *Habebat Meneclides suspicionem adulterii*, i. e. suspectus erat de uxore adulterâ. *Suspicionem habere*, pro suspicari dixit Cicero lib. 8 fam. epist. 15 princ. *Suspicionem*, inquit, *nullam habebam, te* (Pompejum) *reipub. caussa mare transiturum.* ¶ 2. Cæterum de quantitate alterius syllabæ dubitatur. Etsi enim naturâ sua videtur brevis; nam & *suspicio* & *suspicor*, verba, alteram brevem habent; nihilominus tamen Plautus, P. Syrus, Martialis, Ausonius produxere. Quamquam autem, multum in his auctoritati & consuetudini tribuendum, nemo humanior ignorat; potest tamen productionis hujus caussa dari, si dicamus, duas vocales coaluisse in unam, & ita syllabam eam longam fieri. Ab antiquo *suspicitum*, *suspicitio* est. Quod si extrito C in *pici*, hoc est, secunda & tertia syllaba duo illa I in unum contrahas, fit *suspicio*, altera longa propter crasin. Nam si ex *suspicitio*, penultimam *ti* per syncopen abjicias, ut *suspicio* fiat; altera naturâ brevis, produci haud posset. Itaque eadem syllaba & produci & corripi, sed pro diversa scriptura potest. Nam si *suspitio* scribes, recte producitur: Sin vero *suspicio*, recte corripitur: vide Scaligerum lib. 7 Poëtic. Partis 2 c. 2, & Joannem Pincierum lib. 4 Parergor. otii Marpurgens. c. 1.

¶ Suspĭciōsus, a, um, argdächtig, voll argwohns, ungläubig. Terent. Adelph. 4, [illegible] v. 15 *Omnes, quibus res sunt minus secundæ, magis sunt nescio quomodo suspiciosi, ad contumeliam omnia accipiunt magis.* Seneca epist. 8 *Suspiciosi pavidique ad id subsistunt*, sie stutzen darüber. Et Lampridius in Alex. Severo c. 64 *Suspiciosissimus erat.* ¶ 2. Nonnunquam idem est quod *suspectus*, verdächtig. Cic. pro Sext. Rosc. Am. c. 41 *Quod a vobis hoc pugnari video, suspiciosum est.* Idem pro Flacco c. 3 *Suspiciosissimum negotium.* Et lib. 4 fam. epist. 7 *Suspiciosissimum tempus*, h. e. vel suspectum, vel, quo multi multa suspicabantur.

¶ Suspĭciōse, adverb. aus argwohn, aus verdacht; ut, *suspiciose ac criminose aliquid dicere*, Cicer. pro Rosc. Amerino c. 20. Et Seneca prooem. lib. 3 Controv. p. 221 *Affectus efficaciter movit, figurabat egregie, præparabat suspiciose.* Comparat. Augustinus epist. 213 extr. ad Hermogenianum: *quod suspiciosius fortasse, quam certius putavi.*

¶ Suspĭcax, ācis, argwöhnisch; ut, *Animus suspicax*, id est, suspicionem facile admittens, Tacit. 1 Annal. c. 13.

¶ Suspĭcābĭlis, e, suspicione plenus, muthmaßlich. Arnob. lib. 1 p. 28 *In arte suspicabili*, scil. medicina.

¶ Transpĭcio, ĕre, durchsehen. Lucret. lib. 4 v. 271

Quod genus illa foris quæ fere transpiciuntur.

¶ Transpectus, ûs, substant. die durchschauung, apud eumdem Lucret. lib. 4 v. 272 *Janua cum per se transpectum præbet apertum.*

SPĔCIVM, i, ab antiquo *Specio*, instrumentum chirurgicum, quo fistula aut altitudo vulneris pertentatur, a tentando vulgus imperitum *tentam* vocat, eine lancet, ein sucher, wundeisen. Pacuvius: *Medici specio vulnus tentant.*

¶ Spĕcillum, i, diminut. instrumentum itidem chirurgorum, quo vel auribus, vel oculis medicinas adhibent, ein wund-eißlein, spättlein. Celsus lib. 7 c. 8 *Aurium foramen specillo tentandum est*, &c. mit dem ohrlöffel. Et Varro de L. L. 5 c. 8 *Quo oculos inungimus, quibus specimus, specillum.* conf. Plin. 7 c. 53; & Cic. de Nat. D. 3 c. 22.

¶ Specillātus, a, um, ex lapide speculari, vel ex genere celaturæ per specula expressa, glasurt, gespiegelt; ut, *Patina argentea specillata*, Vopiscus in Probo c. 4. conf. Plin. 33 c. 9. Salmasius mavult *Specellata.*

¶ Conspĭcillum, vel Conspicĭlium, i, utroque Plautus usus est pro vitro, quod oculis adhibetur, ut, quæ videnda sunt, majora adpareant, eine brill. Plauti verba Cistell. 1, 1 v. 93 sunt: *Dum redeo domum, conspicillo consecutus est clanculum me usque ad fores.* Idem Medico, quod fabulæ nomen deperditæ, apud Nonium c. 2 n. 116 *In conspicilio adservabam*: Nonius interpretatur: *unde conspicere possis.*

Spectaculum, specto, spectrum, vide ante in *Specio.*

SPĔCVLA, æ, locus editus, unde fiunt excubiæ, an hostes veniant, transeant, an maneant, Valla in Raudens. auctore, eine warte, ein wachthauß. Cicer. in Verr. 7 c. 35 *Prædonum adventum significabat ignis e specula sublatus aut tumulo.* Et, *Ex specula prospicere tempestatem futuram*, Idem 4 fam. ep. 3. vide ante *Prospicio* in *Specio*. Et, *In speculis esse*, pro speculari sive insidiari, vide paullo post in *Speculor.* Virg. Æn. 3 v. 239 *Dat signum specula Misenus ab alta.*

¶ Spĕcŭlum, i, in quo faciei imaginem contemplamur, ein spiegel. Terent. Adelph. 3, 3 v. 61 *Inspicere tamquam in speculum vitas omnium te jubeo.* Sic Cicero in Pison. c. 29 *Vitam alicujus in versibus tamquam in speculo intueri.* Bias: *Contemplare velut in speculo tuas actiones, ut honestas quidem magis ornes, turpes vero abscondas*: Θεώρει ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ τὰς σαυτοῦ πράξεις, ἵνα τὰς μὲν καλὰς ἐπικοσμῇς, τὰς δὲ αἰσχρὰς καλύπτῃς. De speculis, eorumque generibus ac usu, vide Sextum Empir. p. 11, & Senecam 1 Quæst. Natural. c. 4 & seqq. & Apulejum in Apologia. ¶ Alia significatione vide infra sub *Specus.*

¶ Specillum, vide paullo ante *Specium.*

¶ Spĕcŭlāris, e, translucidus, speculi instar, durchscheinend, spiegelnd; ut, *Specularis materia*, id est, pellucida, vitrea &c. Tertullianus Apolog. c. 35 *Si pectoribus ad translucendum quamdam specularem materiam natura obduxisset.* Et, *Specularis lapis*, (frauenglaß) a natura ea appellatus, apud Plinium 36 c. 22. ¶ 2. *Specularis*, zur warte gehörig; ut, *Specularis significatio*, i. e. ratio dandi signa ex speculis, apud Plin. 7 c. 56.

¶ Spĕcŭlar, vel Speculāre, āris, substant. res pellucida, quæ lumen transmittit, ut vitrum, cornu, &c. eine glaßscheibe, ein fenster. Tertullianus de Anima c. 53 *Velut per corneam specular, obsoletior lux rerum est.* Hinc *Specularia* dicta, quæ orbes vel quadræ ex eo lapide speculari, de quo jam diximus, erant fenestris insertæ, ad immittendam lucem, ventosque excludendos, quorum vicem hodie vitrea præstant, glasfenster. Eam rationem memoria Senecæ inventam, ipsemet auctor est epist. 90; ubi Lipsium, si lubet, vide. Juvenal. sat. 4 v. 21 *Quæ vehitur clauso latis specularibus antro.*
Seneca de Provid. c. 4 *Quem specularia semper a flatu vindicarunt, hunc levis aura non sine periculo stringit.* Pallad. 1 c. 20 *Per specularia lumen admittere.*

¶ Spĕcŭlārius, i, qui vel specula, vel specilla, vel fenestrarum specularia facit, ein spiegelmacher, brillenmacher, fenstermacher, glaser. Gloss. Vet. *Specularius*, σπεκλοποιός.

¶ Spĕcŭlor, ātus sum, ari, ex specula prospectare, sich umsehen, lauren, auskundschaffen. Nepos 14, 4, 4 *Quem dum speculatur, adventus ejus caussa cognoscitur.* Sic, *Speculari & insidiari*, lauren, Cicero de Oratore 1 c. 30. Adde Virg. Æn. 1 v. 516; & 5 v. 515, & 11 v. 853. ¶ 2. Sæpe etiam eleganter translative ponitur pro cogitare tempora, intentum esse temporibus, & præstolari eventûs rerum, ut pro earum fortuna capessas consilia, atque retractes, quod *In speculis esse* Cicero dixit pro Dejotaro c. 8, auf der hut seyn: *Reliqua*, inquit, *pars accusationis duplex fuit, una, regem semper in speculis fuisse, cum a te animo esset alieno*, i. e. circumspexisse captasseque opportunitates discedendi ab amicitia tua, seque aperte hostem profitendi. Claudianus de Bello Getico v. 568

Credite nunc omnes, quas dira Britannia gentes,
Quas Ister, quas Rhenus alit, pendere paratas
In speculis.

Idem de Bello Gildonico v. 249 *Restitit in speculis fati*, &c. Vbi Barthium vide. Tacitus 3 Hist. c. 79 *Adjunctis quibusdam, qui nuper apud Narinam dediti, fortunam partium speculabantur.* Idem 1 Annal. c. 31 *Quibus Silius moderabatur, mente ambigua fortunam seditionis alienæ speculabantur*, i. e. operiebantur & exspectabant, quo caderet seditio, quem sortiretur eventum.

¶ Spĕcŭlātus, a, um, der etwas angesehen oder in augenschein genommen hat. Vellej. 2, 118, 2 *Haud imprudenter speculatus.* Idem 1, 9, 2 *Rhodii dubia fide, speculati fortunam.* Idem 2, 120, 4 *Non segni providentia usi, speculatique opportunitatem.* Colum. 6 c. 35 *Equæ speculatæ deformitatem suam.* ¶ 2. *Speculatus*, passive, speculis ornatus, gespiegelt; ut, *Speculatum cubiculum*, apud Auctorem vitæ Horat.

¶ Spĕcŭlātus, ûs, substant. die wacht, kundschafft. Plin. 10 c. 73 *Feles quam occulto speculatu in musculos exsiliunt.*

¶ Spĕcŭlātio, ōnis, idem. Ammian. 26 c. 10 *Speculationibus fidis doctus.* Idem lib. 27 c. 2 *Rector eximius speculatione didicit fida.*

¶ Spĕcŭlāmen, ĭnis, idem. Prudentius Apotheosi v. 20

hebes intuitus speculamine glauco.

¶ Spĕcŭlātor, ōris, ein wartmann, wächter. Ovid. 3 Trist. eleg. 9 v. 11

Quem procul ut vidit tumulo speculator ab alto.

Livius 31 c. 24 *Et respondisset, ni speculator (Hemerodromos vocant Græci, ingens uno cursu emetientes spatium,) contemplatus regium agmen e speculâ quadam progressus nocte media Athenas pervenisset.* ¶ 2. Neque vero *Speculatores* dicebantur tantum, qui ex specula prospiciebant & observabant, sed & qui quovis modo consilia conataque hostium explorarent, sive ut Festus describit, *Hostilia silentio perspicerent*, (kundschaffer:) denique, quicquid ducum principumque cognitione dignum intellexissent, eo statim referrent. Varro de L. L. 5 c. 8 *Speculator, quem mittimus ante, ut respiciat quæ volumus.* Suetonius Augusto c. 27 *Nam & Pinarium equitem R. cum concionante se admissa turba paganorum apud milites subscribere quædam animadvertisset, curiosum & speculatorem ratus, coram confodi imperavit.* Vide ibi Casaubonum & Bernegger. itemque Torrentium ad illum locum Suetonii in vitâ Caligulæ c. 3. conf. Virg. Æn. 12 v. 349. Ita vero speculatores distributi videntur, ut quæque legio suos haberet speculatores. Vetus Inscriptio: SCHOLA SPECVLATORVM LEG. I. ET II. ADIVTRICVM PIARVM. FIDELIVM. Alia: P. AELIO MVCIANO SPECVLAT. LEG. II. ADIVT. VITALLIANVS ET VITALIS AVVNCVLI. Vide infra & *Spiculator*, in *Spiculum.* Cic. de Nat. Deor. 1 c. 30 *Physicus speculator venatorque naturæ*, i. e. contemplator, ein schauer. Pie Prudentius de Deo Hymno ad Matutinum:

Speculator adstat desuper,
Qui nos diebus omnibus
Actusque nostros prospicit
A luce prima in vesperum.

¶ 3. *Speculatorem* veteres Christiani scriptores, velut interpretantes græcam vocem, pro *Episcopo* dixerunt: quod Animadversionibus ad

S. Galli

S. Galli ſermonem Conſtantiæ habitum obſervat Barthius, qui Ruricii, Chænulfi, & Juliani Pomerii auctoritates adducit.

¶ Spĕcŭlatrix, īcis, eine wächterin, ſchauerin. Cic. 3 Nat. Deor. c. 18 *Furiæ deæ ſunt ſpeculatrices credo & vindices facinorum.* Stat. 2 Silv. 2 princ. *ſpeculatrix villa profundi*, hoc eſt, quæ mare ſpectat. Et Prudentius Hamartig v. 308 *ſpeculatrix pupula molli*

Subdita palpebræ eſt.

¶ Spĕcŭlātōrius, a, um, dem ausſpäher dienlich; ut, *Speculatorium navigium*, kundſchaffer-ſchiff, apud Cæſarem 4 B. G. c. 26; & Liv. 30 c. 10.

¶ Spĕcŭlātōrium, i, ſubſtant. idem quod *Specula*, die warte. Apulej. de Mundo: *Nuncii, ſpeculatoriorum incenſores aſſidui.* conf. Voſſ. Etymol. p. 484.

¶ Spĕcŭlābĭlis, e, ſichtbar. Statius Theb. 12 v. 624 *ſpeculabile proris Sunion.*

¶ Spĕcŭlābundus, a, um, auf der hut ſtehend. Sueton. Tiberio c. 65 *ſpeculabundus ex altiſſima rupe identidem ſigna.*

¶ Perſpĕcŭlor, ari, diligenter ſpeculari, auskundſchaffen. Hirtius Bell. Afric. c. 31 *De vallo perſpeculari.*

¶ Præſpĕcŭlor, ari, idem. Ammianus 25 c. 25 *genuina utilitate præſpeculata*, paſſive: Ita & Valeſ. legit f. 436.

¶ Proſpĕcŭlor, ari, idem. Livius 31 c. 1 *Multitudo e muris adventum imperatoris Romani, & regis proſpeculabatur.*

SPĔCUS, ûs, die höhle, ſchacht, klufft; a *Specio*, vel a σπέος, per omnia genera legitur; ut maſculinum: Ovid. 3 Metam. v. 29

Eſt ſpecus in medio, ſilvis & vimine denſus.

Et Livius 1 c. 56 *Ex infimo ſpecu vocem redditam ferunt.* ¶ 2. Fœmininum: ut, *ſpecus remota latebroſaque*, Gellius 5 c. 14. Et, *Specus ultima*, Silius 6 v. 276. ¶ 3. Et neutrum, ſed in tertio ordine: ut, *Hîc ſpecus horrendum*, Virg. Æn. 7 v. 568. *Inviſum cælo ſpecus*, Silius 13 v. 425. De *ſpecu Acheruſio*, Xenoph. Anabaſ. 1.

¶ Spĕcŭlum, i, diminut. a *ſpecu*, ein klüfftlein, höhlgen. Paulinus Aquilejenſis apud Barth. in Adverſ. 43 c. 11 *In ſpeculo falſitatis ſe occulere.*

SPEGMA, ătis, ψῆγμα, eſt velut apluda, acer, palea æris, quæ vehementiori flatu extra fornacem ejicitur, tamquam æris ramentum aut reciſa deraſaque particula, ertzſtaub, ſchlacken. vid. Plin. 34 c. 13.

SPĒLAEUM, i, σπήλαιον. ſpelunca, die höhle. Virg. eclog. 10 v. 52

Certum eſt in ſilvis, inter ſpelæa ferarum
Malle pati.

Imitatus eſt Claudianus de B. Getico v. 354

ſpelæa ſubit metuenda ferarum.

Prudentius Tetraſticho 5

Spelæum, ſanctæ requies ubi parta favillæ eſt.

SPĒLUNCA, æ, rupes excavata, ein holer berg, eine grube, tieffe höhle. Cic. 6 Verr. c. 48 *Propter eſt ſpelunca quædam converſa ad Aquilonem, infinitâ altitudine.* Virg. 6 Æn. v. 237

Spelunca alta fuit faſtoque immanis hiatu.

¶ Speluncōſus, a, um, voller höhlen; ut, *Loca ſpeluncoſa*, Cœlo Aurel. Acut. 2 c. 37.

Sperabilis, ſperatus, &c. vide paullo poſt *Spes.*

SPERCHĪUS, i, Σπερχειὸς, Theſſaliæ fluvius, natus in jugis Pelii montis, penultimam longam habet. Virg. 2 Georg. v. 487

Sperchiusque & virginibus bacchata Lacænis Taygeta.

Conf. Barth. ad lib. 4 Theb. Statii p. 1293. Nic. Gerbell. lib. 2 Illuſtrat. Græciæ p. 57. ¶ 2. *Sperchеus*, Grammatici nomen apud Auſonium Profeſſor. 8 v. 2.

¶ Sperchēis, ĭdis, fœm. pro adject. ut Ovid. 2 Metam. v. 250

Ripæ Spercheides ardent. conf. lib. 7 v. 230.

¶ Sperchīŏnĭdes, æ, patronymicum, apud Ovidium 5 Metam. v. 86.

SPERMA, ătis, σπέρμα, *ſemen*, der ſaamen. Sulpit. Sever. lib. 1 *Spermata in terram effundere.*

¶ Spermŏlŏgus, i, ut ex Ariſtophanis Comœdia, cui titulum fecit ὄρνιθες, colligere eſt, *avem ſeminilegam* notat. Vnde ſacrilegi apud Græcos σπερμολόγοι. Exſtat vox apud Demoſthenem Orat. περὶ ςεφάνȣ, edit. Puteani Græcæ p. 160, ubi ad illam commentatur Vlpianus. ¶ 2. *Spermologus* idem Græcis, qui locutulejus, ſive homo magnam verborum vim inaniter profundens, ein plauderer, marckſchreyer.

SPERNO, ſprēvi, ſprētum, ſpernĕre, diſpicere eſt, faſtidire, rejicere, verachten; ut, *Repudiare & ſpernere aliquem*, Cicer. in Oratore c 3. *A quibusdam ſperni & pro nihilo putari*, Cic. 13 Philipp. c. 9, verſchmähet, und für nichts gerechnet werden. Horat. 1 epiſt. 2 v. 55

Sperne voluptates, nocet emta dolore voluptas.

Hujus verbi & in amoribus uſus eſt: *Spernere* enim dicimur, quorum amorem averſamur. Cicero pro Cœlio c. 16 *Cum huic, qui te ſpernit, moleſta eſt.* Virgilio *faſtidire* eſt eclogâ 2 v. 73

Invenies alium, ſi te hic faſtidit, Alexin.

¶ 2. Veteribus *Spernere*, ſeparare, disjungere ſignificat, abſondern. Ennius apud Nonium in hoc verbo c. 4 n. 435

Melius eſt virtute jus: nam ſæpe virtute mali
Nanciſcuntur jus atque æquum, ſe a malis ſperni procul.

Mire autem dixit, *virtutem penes malos eſſe.* Sed ſciendum, Ennium *virtutem* pro robore & corporis viribus dixiſſe. Plautus Captiv. 3, 3 v. 2 *Nunc ſpes, opes auxiliaque â me ſegregant ſpernuntque ſe.*

Atque hæc primigenia & propria hujus verbi notio eſt. Eſt autem græcanicum, ut Scaliger docet: σπείρει, σπέρνει: ut πείρω, πέρνω, &c.

¶ Sprētus, a, um, veracht, verſchmäht. Virg. Æn. 1 v. 27

ſpretæque injuria formæ.

Ovid. Met. lib. 1 v. 701 *Preces ſpretæ.* Et Vellej. 2, 49, 5 *Spretis omnibus, quæ Cæſar poſtulaverat.*

¶ Spretus, ûs, ſubſtant. contemtio, die verachtung. Apulejus de Deo Socrat. poſt principium: *Inſolentiſſimo ſpretu Deos negligit.* Sidonius lib. 3 extremo: *Spretui maximo eſt judiciis otioſorum linguæ latinæ proprietas.*

¶ Sprētor, ōris, contemtor, ein verächter. Ovid. 8 Metam. v. 613

Deorum
Spretor erat, mentisque ferox Ixione natus.

Et Apulejus lib. 3 Mileſ. p. 137 *Spretor matronalium amplexuum.*

¶ Spernax, ācis, verachtend. Sidon. 4 epiſt. 9 *Nec in admittendo conſilio ſpernax.* Silius lib. 8 v. 465 *Viros mortis ſpernaces* dixit, verächter des todes.

¶ Spernulis, is, idem. Gloſſ. gr. lat. καταφρονήτης, *contemptor, ſpernulis.*

Compoſita:

¶ Aſpernor, ātus ſum, ari, prorſus ſpernere, reſpuere, gantz verachten, verwerffen; genus mutat & conjugationem. Terent. Phorm. 2, 3 v. 24 *Quam is aſpernatur nunc tam illiberaliter.* Cicer. in Academ. 4 extrem. *Sententiam tuam non admodum aſpernor.* Idem in Piſonem c. 20 *Auribus reſpuere, animo aſpernari.* Et lib. 3 de Orat. c. 25 *Guſtatus, quod valde dulce eſt, aſpernatur ac reſpuit.* Et lib. 2 c. 37 pr. idem Tullius: *Philoſophiam hæc civitas aſpernata nunquam eſt.*

¶ Aſpernātio, ōnis, pro contemtu, die verachtung. Cic. Tuſcul. 4 c. 14 *Animorum morbi & perturbationes ex aſpernatione rationis eveniunt.*

¶ Aſpernātor, ōris, ein verächter. Tertullian. 4 contra Marcion. c. 15 *Debeo creatorem divitum aſpernatorem probare, ſicut probavi mendicorum advocatorem.*

¶ Aſpernamentum, i, aſpernatio. Idem Tertullianus 4 adv. Marcion. c. 14 *qui aſpernamento habetur a nationibus.* Idem de Pudicitia c. 8 *Odio habens & aſpernamento ſermonem ſanctum.*

¶ Aſpernanter, adverb. contemtim, ſpöttlich. Ambroſius epiſtolâ 29 extr. *non aſpernanter accipere.* Salvianus 4 de Provident. Dei p. 114 *ſuperbe & aſpernanter accipere.* Sidon. 7 epiſt. 8 *Aſpernanter audire.* Et ibid. epiſt. 2 *aſpernanter reſalutari.*

¶ Aſpernābĭlis, e, contemtibilis, verächtlich. Gellius 11 c. 3 *Quærere nonnunquam apud memetipſum ſoleo res ejusmodi parvas minutasque, & hominibus non bene eruditis aſpernabiles, ſed ad veterum ſcripta penitus noſcenda, & ad ſcientiam latinæ linguæ cumprimis neceſſarias.* Et Arnobius lib. 6 p. 203 *Non improba neque aſpernabilis ratio, quæ* &c. Et Comparat. *Quid ſtercore aſpernabilius?* Auguſtin. lib. 2 de Morib Manich. c. 8.

¶ Deſperno, ĕre, i. e. valde ſpernere, verſchmähen. Colum. 10 v. 298

Ne Corydonis opes deſpernat Alexis.

¶ Diſperno, ĕre, idem quod *aſpernari.* Juvencus lib. 2 v. 257

Diſpernens veterum Samaritum juſſa.

SPES, ſpĕi, quæ *exſpectatio futuri boni eſt*, Cic. 4 Tuſcul. c. 37, die hoffnung. *Spes exigua*, Idem pro Flacco c. 2. *Credula vitam ſpes fovet*, Tibullus 2 eleg. 7 pr. *Spem pretio non emo*, Terent. Adelph. 2, 2 v. 11. *Spes potiundi oppidi diſceſſit*, Cæſar 2 de Bell. Gall. c. 7. Et, *Adoleſcens eximia ſpe*, Cic. 1 fam. epiſt. 7 ſub fin. *Spem afferre, dare: Spem facere, injicere, oſtendere:* ut, *Pertenuis ſpes oſtenditur*, Cicero 13 fam. epiſt. 3, ich ſehe ſehr wenig zu hoffen. *Spe bonâ eſſe*, Idem 12 fam. epiſt. 27; & *In ſpe eſſe*, lib. 13 fam. epiſt. 21, in guter hoffnung ſtehen. *In ſpem ingredi*, Cic. 12 fam. epiſt. 25. *In ſpem adduci*, ad Attic. 2 epiſt. 22. Et, *In ſpem venire*, lib. 9 fam. epiſt. 1. *Spe niti*, Cic. 3 ad Attic. epiſt. 9, ſich auf hoffnung verlaſſen. *Spes affulget*, Livius 27 c. 28, es läßt ſich hoffnung ſpüren. *Spem in alicujus poteſtate ponere & defigere*, Cic. pro Flacco c. 1. Et, *Spem in aliquo reponere*, lib. 5 Tuſcul. c. 12 extr. *Spem in aliquo collocare*, Cic. 1 de Orat. c. 7, hoffnung auf einen ſetzen. Et, *Spe inflari*, pro Muræn. c. 15. *Spem rapere*, Tacitus 1 Hiſt. c. 13 n. 6, das gehoffete nicht erwarten können, voraus nehmen. *Falsâ ſpe aliquem producere*, Terent. Andr. 4, 1 v. 24, mit betrüglicher hoffnung einen aufhalten. *Decidere de ſpe, depelli: Spes deficit, Spes omnis in te, Spe duci* &c. pariter Ciceronis ſunt. *Si deſtituat ſpes*, Livius 1 c. 41, wenn die hoffnung ſolte fehl ſchlagen. *Spes me hæc fruſtrata eſt*, Lentulus ad Cic. 12 fam. epiſt. 14, dieſe hoffnung hat mir gefehlet. *Spem alicujus fallere*, Cic. 1 fam. epiſt. 9, einen umſonſt hoffen laſſen. *Spe oblectante decipi*, Seneca epiſt. 8. Et Plaut. Captiv. 1, 2 v. 19 *Nulla eſt ſpes juventutis, ſeſe omnes amant.* ¶ 2. *Spes gregis*, de capellis, Virg. eclog. 1 v. 15. Et, *Spes gentis*, de apibus, Georg. 4 v. 162. *Spemque gregemque ſimul*, Idem 3 Georg. v. 473. In iſtis *Spem* Servius interpretatur marem & fœminam: quod reparatio gregis in ſexu utroque conſiſtat. ¶ 3. *Spes* pro metu apud Lucanum lib. 5 v. 454 *Cælo languente fretoque*

Naufragii ſpes omnis abit.

Sic *Sperare* pro metuere etiam dicitur; de quo infra. ¶ 4. *Spes*, plurale. Cic. pro Milon. c. 34 *O ſpes fallaces! O cogitationes inanes meæ!* Salluſtius Bell. Jugurth. in Orat. Marii: *Mihi ſpes omnes in memet ſitæ, quas neceſſe virtute & innocentia tutari.* Et Sidon. 1 epiſt. 9 *Cum hoc confero, quinam potiſſimum procerum ſpebus valeret noſtris opitulari.*

¶ Spēres, is, antique pro *Spes.* Vnde *Aſpēre*, quaſi ſine ſpere, & *Proſpere*, quaſi pro ſpere. vid. Nonius c. 2 n. 788; ubi & Varro: *Aviditatem ſperibus lactet ſuis*, &c. Et Ennius apud Feſtum: *Effugit ſperes noſtras.* Et rurſus Idem: *Si ſperes quicquam prodeſſe potis ſunt.* Hinc & *Sperum* genit. plur. exſtat apud Eumen. in Panegyr. Conſtantino dicto c. 15.

¶ Spēcŭla, æ, diminutivum, eine kleine hoffnung. Cic. 2 fam. epiſt. 16 *In communibus miſeriis hac oblectaretur ſpecula.*

¶ Spēro, avi, atum, are, ſpem habere, hoffen; ut, *Boni nihil ab aliquo ſperare*, Cic. 1 ad Attic. epiſt. 13, nichts guts von einem hoffen. *Spero confore*, Terent. Andr. 1, 1 v. 140. *Spero fore, ut* &c. elegans formula. Livius 28 c. 44 *Non ſperaverat Hannibal fore, ut tot in Italia populi ad ſe deficerent.* Cicer. pro Dejotaro c. 14 *Jubeo te bene ſperare & bono animo eſſe.* Et ad Attic. 9 epiſt. 7 *Bene de aliquo ſperare*, von einem ſich gute hoffnung machen. Et Horat. 1 epiſt. 4 v. 14

Grata ſuperveniet, quæ non ſperabitur, hora.

Plaut. Bacchid. 1, 2 v. 36 *Sperat quidem animus, quo eveniat, diis in manu eſt.* Et, *Magnæ indolis ſignum eſt, ſperare ſemper*, Florus lib. 4 c. 8. ¶ 2. *Sperare* per ἀκυρολογίαν, fürchten. Virg. 1 Æn. v. 542

Si genus humanum & mortalia temnitis arma,
At ſperate deos memores fandi atque nefandi:

hoc eſt, *metuite.* Juvenalis ſatyr. 4 v. 57

Jam quartanam ſperantibus ægris
Stridebat deformis hiems:

id eſt,

id est, formidantibus. Non semel Ammianum ita usum hoc verbo, Lindebrogius ad ipsum Ammianum notat. Sidonius 7 epist. 7 *Alia regio tradita servitium, sperat Arverna supplicium.* Idem Paneg. Aviti v. 369 *Quin & Aremoricus piratam Saxona tractus*
Sperabat.

In illo Terentiano Andr. 2, 3 v. 21 *Nam quod tu speras, propulsabo facile:* nonnulli etiam τὸ *speras* pro *times* interpretantur, at male, ut ostendit Francisc. Fabricius. vide Voss. 4 Instit. Orat. c. 12 p. 222 & 223. ¶ 3. *Sperare*, est credere, gläuben, dafür halten. Ter. Eun. 5, 3 v. 11 *Spero me habere, quibus hunc meo excruciem modo.*
Vbi Donatus HABERE pro *habiturum:* aut SPERO pro *Credo*, more suo. Suetonius Cæsare c. 60 *Prælia non tantum destinato, sed ex occasione sumebat, ac sæpe ab itinere statim, interdum spurcissimis tempestatibus, cum minime quis moturum speraret.* Ita enim legendum, non *putaret*, Casaubonus & Torrentius ex MSStis libris ostendunt. Græci qualemcumque futurorum opinionem, ἐλπίδα vocabant. Hinc igitur *sperare* pro credere, putare, item timere ponitur. vide Casaub. ad l. c. Suetonii.

¶ Spērātus, a, um, gehofft, verhofft; ut, *Favor speratus*, Horat. 2 epist. 1 v. 9. *Laborare de reliqua & sperata gloria*, Cic. ad Quint. fratr. 1 epist. 1. ¶ 2. *Speratum* veteres dicebant sponsum. Vnde Afranius apud Nonium c. 2 n. 810 *Curre & nuncia venire, & mecum speratum adduce.* Sic & *Sperata virgo* dicitur, priusquam petatur in uxorem. Hyginus fab. 33 *Hercules intervenit, centaurum occidit & suam speratam abduxit.* Et Plaut. Amph. 2, 2 v. 44 *Amphitruo uxorem salutat letus speratam suam.* conf. Nonius c. 5 n. 69, & Varro de L. L. 5 c. 7. Adde Parei Lex. Crit. p. 1174.

¶ Spērābĭlis, e, das zu hoffen ist. Plaut. in Captiv. 3, 3 v. 3 *Nulla vitæ salus sperabilis est mecum.* Inscriptio apud Gruter. p. 860 n. 5 NIHIL EST SPERABILE DATVM.

Composita:

¶ Dēspēro, are, spem abjicere, alle hoffnung fahren lassen, verzweiffeln, verzagen; ut, *Desperare de republ.* Cicero ad Pompejum sub lib. 8 Attic. epist. 11. *Desperare de regno, de gratia*, utrumque Cæsaris est lib. 1 B. Gall. c. 18. Cum tertio casu Idem lib. 3 de B. Gall. c. 12 *suis fortunis desperare cœperunt.* Et lib. 7 c. 50 *sibi desperans.* Nec aliter Cicero, ut pro Muræna c. 21 extr. *quoniam sibi hic ipse desperat.* Et post redit. in Senat. c. 14 *Bonos viros lugere malui meas fortunas, quam suis desperare.* Idem pro Cluent. c. 53 *Saluti desperare vetuit.* Sed cum quarto casu frequentius: ut, *pacem desperare*, Cic. ad Attic. 7 epist. 20 pr. keine hoffnung zum frieden mehr haben. *Desperare honores*, Cic. 2 Catil. c. 9, an beförderung verzagen. Et Seneca epist. 29 *Marcellinum nostrum ego non despero: etiamnum servari potest.* Ibidem paullo ante: *Sapientia ars est: eligat profecturos: ab his, quos desperavit, recedat.* Et, *Desperari* passive. Quintil. 1 c. 10 *Turpiter desperatur, quicquid fieri potest.* Et Cic. ad Quint. frat. 1 epist. 3 *Sive restituimur, sive desperamur, nihil amplius opus est.*

¶ Dēspērans, tis, verzweiffelnd. Cic. pro Milon. c. 21 *Servi desperantes vitam domini.* Passive Plinius 22 c. 24 *Vlcera desperantia*, verzweiffelt böse.

¶ Dēspēranter, adverb. aus oder mit verzweiffelung; ut, *Desperanter tecum locutus est*, Cic. ad Attic. 14 epist. 18.

¶ Dēspērandus, a, um, da nichts zu hoffen. Cic. de Amicit. c. 24 *Hujus salus desperanda est*, an dem ist alle hoffnung verlohren. Et 2 in Catil. c. 5 *Essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi.* Horat. 1 od. 7 v. 27 *Nil desperandum.*

¶ Dēspērātus, a, um, extra spem positus, verzweiffelt, verzagt. Nepos Attico c. 8 extr. *Neque eo magis potenti adulatus est Antonio, neque desperatos reliquit.* Sic, *Caussa publica desperata*, Cic. 7 Attic. ep. 23. *Respublica ægrota ac prope desperata*, Idem Divinat. in Verr. c. 22. Et lib. 6 fam. epist. ult. ad Domitium: *Hæc quamquam nihilo meliora sunt, nunc etiam multo desperatiora.* Et 4 Verr. c. 41 *desperatissimo perfugio uti.* Balbus Ciceroni sub lib. 9 Attic. epist. 8 *Compositionis spem non desperatissimam esse puto.* ¶ 2. Aliquando & illum significat, qui ad quodvis audendum & designandum promtus est. vide paullo post *Desperatio.* Cic. 2 Catil. c. 3 *Exercitus* [Catilinæ] *collectus ex senibus desperatis* &c. Et Lactantius 5 c. 9 *Quasi quicquam desperatius esse possit, quam torquere & dilaniare eum, quem scias esse innocentem.*

¶ Dēspērāte, adverb. idem. Augustinus epist. 237 ad Celerem: *desperate solicitus.*

¶ Dēspērātio, ōnis, quæ, ut Cicero 4 Tusc. c. 8 definit, est *ægritudo sine ulla expectatione rerum meliorum*, die verzweiffelung, verzagung. *Desperatio vitæ propter conscientiam scelerum*, Idem in Philipp. 2 c. 35. *A desperatione ad spem revocare*, Idem post reditum in Senatu c. 9. ¶ 2. Aliquando & pravum animi habitum designat, qui ad quidvis audendum impellit trahitque. Græcis ἀπόνοια; quo qui præditus, *desperatus* vocatur. Vide Casaubon. ad Theophrast. Characteres περὶ ἀπονοίας.

¶ Dēspērātor, ōris, ein verzweiffler. Gloss. gr. lat. ἀπειρημένος, *Desperator.*

¶ Dēspērābĭlis, e, verzweiffelnd, Vulg. Interpr. Jerem. c. 15 v. 18.

¶ Exspes, spe destitutus, der ausser hoffnung ist. Tacitus Ann. 6 c. 24 *mox ubi exspes vitæ fuit, meditatas compositasque diras imprecabatur.* Et Horatius Art. Poët. v. 20
si fractis enatat exspes Navibus.
Ovid. Heroid. epist. 6 v. 162 *Erret inops, exspes.* Adde Accium apud Nonium c. 1 n. 39.

¶ Inspērans, tis, non sperans, der nicht hofft. Terentius Andr. 3, 4 v. 24 *Feci ut fierent insperante hoc atque invito Pamphilo.* Et Cic. pro Marcello c. 7 *salutem insperantibus reddidisti.* Idem 1 de Orat. c. 21 *Insperanti mihi cecidit, ut in istum sermonem dilaberemini*, wider verhoffen.

¶ Inspērātus, a, um, non speratus, unverhofft; ut, *Gaudium insperatum*, Terent. Heaut. 3, 1 v. 5. Et, *Occasio insperata*, hoc est, quæ præter omnem spem se obtulit, Eunuch. 3, 5 v. 57. *Consilium insperatum*, Cic. 4 Philipp. c. 1. Et Plaut. Mostell. 1, 3 v. 40 *Insperata accidunt magis sæpe, quam quæ speres.* Plin. 25 c. 2 *Servatus est ex insperato*, præter spem, unversehens. Superlat. *Insperatissimus*, apud Plautum est in Pœnulo 5, 3 v. 8 *Salve Hanno, insperatissime mihi.*

¶ Inspērāte, adverb. idem. Hinc comparat. Valer. Max. 3 c. 8 ext. 2 *Et qui vehementius noceat, insperatius prodest.*

¶ Inspērābĭlis, e; Gell. 4 c. 18 *Pacem & victoriam vobis peperi insperabilem.* Et Ammianus 15 c. 11 *insperabilis nuntius.*

¶ Præspēro, are, vorher hoffen. Tertulliani vox, qui adv. Marc. 5 c. 17 προηλπικότες Ephes. c. 1 v. 12 vertit: *Qui præsperavimus in Christum.*

SPĔTĬLE, is, ut Festus exponit, *infra umbilicum suis caro, proprii cujusdam habitus, exos, qua etiam antiqui per se utebantur.* Vbi & Plaut. in Carbon. *Spetile, callum, glandia.* Alii: *Spectile.* vide Voss. Etymol. p. 485; & adde supra *Spatula.*

SPEVSIPPVS, i, Σπεύσιππος, philosophus Atheniensis, Platonis nepos. De cujus libris Gell. 3 c. 17. Σπάνιόν τι τὸ τίμιον, *quod rarum, carum est:* tribuit id *Speusippo* Theophrastus.

SPEVSTĬCVS, a, um, σπευστικός, eilfertig; ut, *Panis speusticus*, qui celerrime coquitur, brod in eil gebacken, Plin. 18 c. 11.

SPHĂCOS, i, σφάκος, herba salvia, salbey, Plin. 24 c. 6.

¶ Sphăcēlus, i, Matthiolus in Dioscorid. Sphacelus mas est, salvia fœmina, salbey männlein. ¶ 2. Et *Sphacelus* morbus ex nimiâ defatigatione: vel caries ossium.

¶ Sphăcēlismus, i, σφακελισμὸς, vitium radicum in plantis, sic dictus ab hominum morbo. vide in Chiliad. *Faciunt & sphaceli immunitatem.*

SPHAERA, æ, σφαῖρα, globus ex omni parte exteriore rotundus, eine kugel durchaus rund. Vel *Sphæra* est solidum quoddam una superficie contentum, in cujus medio punctus est, a quo omnes lineæ ductæ ad circumferentiam sunt æquales. Is punctus dicitur centrum sphæræ. Cic. 2 Nat. Deor. c. 18 *Globum σφαῖραν interpretari placet.* ¶ 2. *Sphæram inter se reddere*, einander den ballen zuschlagen, proverbium est apud Erasm. in Chiliad. ex Platone & Plutarcho, quo significantur mutuo sibi assentantes ac colludentes. *Sphæræ lusus*, pro lusu pilari, apud Cœlium Aurelian. das ballspiel.

¶ Sphærŭla, æ, diminut. Augustinus lib. 2 de Genesi ad lit. c. 15 *Si ex una sphærulæ suæ parte semper lucet*, luna scilicet.

¶ Sphærĭca, æ, σφαιρικὴ, disciplinæ astronomicæ nomen. ¶ 2. Placentæ genus est apud Catonem c. 82.

¶ Sphærĭcus, a, um, σφαιρικὸς, adject. rund, kugelrund; ut, *sphærica forma*, quæ aptissima est omnium quantitatum. *Sphæricus numerus*, Isidor. 2 c. 7.

¶ Sphærālis, e, idem. Macrob. 7 Saturn. c. 9 *Sphæralis natura.* Et, *Forma sphæralis*, ibidem c. 16. Et, *sphæralis globositas*, Idem 1 Somn. Scip. c. ult.

¶ Sphærion, i, σφαιρίον, globulus, ein keulgen. Collyrium hujus nominis apud Celsum 6 c. 6 n. 21.

¶ Sphærista, æ, σφαιριστὴς, qui pila vel globis ludit, ein ballspieler, kugler, Sidonius 2 epist. 9.

¶ Sphæristērium, i, σφαιριστήριον, locus, ubi sphæræ, id est, pilæ vacabant, ein ballhauß. Erant sphæristeria ista in balneis plerumque hypocaustis juncta, ut se interim exercerent inibi, donec hypocausta calescerent, ut ex Plinio lib. 5 epist. 6, & lib. 2 epist. 17, item Vlpiano Lege 16 Dig. mandati, colligitur. Vide Joh. Caspar. Gevartium ad Stat. lib. 1 Silv. penult. ¶ Item, ein kegelplatz.

¶ Sphæroīdes, is, σφαιροειδὴς, globosus, kugelrund; ut, *Sphæroides schema*, Vitruvius 8 c. 6.

¶ Sphærŏmăchia, æ, σφαιρομαχία, certatio, quæ fit pila vel globo, das ballspiel, kegelspiel. Statius præfat. lib. 4 Silv. *Sed & sphæromachias spectamus, & pilaris lusio admittitur.* vid. Beroald. Var. Annot. lib. 2 c. 8. Petr. Faber lib. 1 Agonist. c. 6. Vossius & Gruterus notis ad Senec. epist. 80.

¶ Atmosphæra, æ, ἀτμοσφαῖρα, pars aëris terræ propior, crassior & impurior, ob terrestres halitus, qui eo usque adscendunt. vide Mathem.

¶ Hemisphærium, i, ἡμισφαίριον, dimidia sphæra, die halbe kugel. Sic cæli dimidium, superius & inferius hemisphærium, der halbe himmel. Varro de R R. 3 c. 5 *Circumeunt ad infimum hemisphærium*, &c. Adde Hyginum 4 Astronom. c. 13, & Macrob. Somn. Scip. 2 c. 5.

SPHAGĪTĬDES, um, fœm. σφαγίτιδες, venæ jugulares, die blutadern am halß. Cels. 4 c. 1 *In dextra sinistraque circa guttur venæ grandes, quæ σφαγίτιδες appellantur.*

SPHAGNOS, i, σφάγνος, herba eadem quæ *Sphacos*, de qua paullo ante. Alii legunt *Splagnos*, vid. Plin. 12 c. 24; & Apulej. de Herb. cap. 101.

SPHINX, sphingis, σφίγξ. *Sphinges* inter simias Plinius loco post paullo indicando numerat, & in Æthiopia nasci tradit, docilis & mitissimæ naturæ. Barthius ad Papin. lib. 2 Thebaid. de Sphingibus ista habet: *Sphinges ut animalia non ignota, hirsutie tamen a pictis differentia, docilia ceteroquin & astuta, memorat lib. 3 Diodorus Siculus, & ubi gignantur eadem adnotavit lib. 16 Strabo. Plin. lib. 8 c. 21 Lyncas vulgo frequentes & sphingas, fusco pilo, mammis in pectore geminis, Æthiopia generat, multaque alia monstra similia. Quomodo cibo fruantur, docet idem* lib. 10 c. 72. *Alii tamen, qui sanius sapere videntur, meras fabulas omnem Sphingum historiam asseverant, ut P. Billonius lib. 2 Observ. c. 46.* Hactenus Barthius. ¶ 2. De Sphinge vero fabulosa ἀνθρωπομόρφῳ, h. e. monstro homini simili, Ausonius sic Idyll. 11 v. 41
Sphinx volucris pennis, pedibus fera, fronte puella,
i. e. parte una volucris est, altera leo, tertia virgo. Dicta videtur *Sphinx* a σφίγγειν, quod est *stringere*, quod homines suis ænigmatis ita stringeret, ut expedire se non possent. In Cebetis etiam Tabula *Sphinx* ignorantiæ sive amentiæ symbolum est; quam vide. Ægyptios ante templa collocari *Sphingas* consuevisse, innuentes, suam de sacris rebus doctrinam perplexam esse, & sub involucris latente sapientiâ constare, Plutarchus auctor est de Iside & Osiride p. 354. Synesius vero de Regno p. 7 alio refert. Vult enim, in eo significasse fortitudinem seu corporis vim, cum sagacitate sive prudentia conjungen-

jungendam. Sphinge signasse Augustum, Suetonius ejus vitâ c. 51 refert, & Plinius 37 c. 1.

SPHONDȲLI, ōrum, σφόνδυλοι, conchæ marinæ genus, Colum. 8 c.16.

SPHRĂGIS, īdis, σφραγὶς, latine *Sigillum*, rubricæ & pastilli genus, Plin. 35 c. 6, & Cels. 5 c. 20 & 26. ¶ 2. Gemma, Plin. 37 c. 8 fin.

¶ Sphragītis, īdis, σφραγῖτις, signaculum, ein zeichen, siegel. Prudent. Peristeph. 10 v. 1076 *Quid si sacrandos accipit sphragitidas.*

SPHYRAENA, æ, σφύραινα, animal marinum, Plin. 32 c. 11.

SPĪCA, æ, supremum in culmo frumenti, quod grana continet, eine ähre, korn-ähre: *Spicam* rustici *specam* dixerunt a *spe*: eam enim quod sperant fore, ferunt, ut Varro auctor est de L. L. 4 c. 4. In spica quatuor sunt: *Vagina*, der schoßbalcken, quod ibi granum tamquam gladius lateat; *granum*, das körnlein; *gluma*, folliculus granum continens, der balck; *aristæ*, aculei spicam excedentes. Vide singula sub suis litteris. Etiam Cicero de Senect. c. 15 accurate distinxit: *Terra*, inquit, *cum gremio mollito ac subacto semen sparsum excepit, - - - tepefactum vapore & compressu suo diffindit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem: quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit, culmoque erecta geniculato, vaginis jam quasi pubescens includitur, e quibus cum emerserit, fundit frugem spici, ordine structam, & contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum.* Sed hîc in optimis libris, & apud Nonium *spici*, a *Spicum*, neutro genere, de quo post paullo pluribus dicemus: tamen & alibi idem forma muliebri dixit, ut Nonius etiam observavit c. 3 n. 230, & Varro 1 de R. R. c. 48 *Spica ea, quæ mutilata non est, in hordeo & tritico tria habet continentia, granum, glumam, aristam: & etiam primitus spica cum oritur, vaginam.* Singula ibidem describit ac definit. *Spica mutilata*, non aristata, hoc est, sine aristis, vide Varronem c. l. Alii *mutica* legunt. ¶ 2. *Spicam* dicunt etiam cohærentes nucleos in allio, ein knoblochshaupt, Columell. 11 c. 3. *Spica alba*, spicanard, Tabernæmont. p. 754. ¶ 3. Sidus cœleste est. Columella 11 c. 2 *Spica Virginis exoritur.* Cæsar Germanicus in Virgine:

Virginis inde subest facies, cui plena sinistrâ
Fulget spica manu, maturisque ardet aristis.

¶ Spīcum, i, pro *Spica*, veteres & in genere neutro dixere. Varro apud Nonium l. c. *Neque in bona segete nullum est spicum nequam, neque in malâ non aliquod bonum?* Cic. in Arateis: *Spicum illustre tenens splendenti corpore virgo.* Sic & Mamertinus Panegyr. Juliani c. 23 *Spica triticea* dixit. Adde Cic. de Senect. c. 15 modo in *Spica* allegatum.

¶ Spīceus, a, um, von ähren; ut, *Corona spicea*, Tibull. 1 eleg. 1 v. 22. *Spicea serta*, Ovid. 2 Metam. v. 28.

¶ Spīco, are, spitzig machen; unde *Spicor, ari*, pro spicas emittere, ähren bekommen, dixit Plin. 18 c. 7, genere passivo a *spicare*, de quo verbo ejusque usu vide, quæ notat Turnebus Advers. 21 c. 25. Barth. ad Gratium v. 118; & Wower. ad Minut. Felicem. Metaphora eleganti, dicto versu Gratius de Macedonum longis, sed brevi ferro instar spicæ præfixis aristis:

Quam longa exigui spicant hastilia dentes?

¶ Spīcātus, a, um, spicam ferens, das ähren hat. Plin. 21 c. 17 pr. *Aliud* [herbarum] *spicatarum genus.* Et, *Testacea spicata*, Vitruv. 7 c. 1. Hæc, sive pavimenta spicata quomodo fiant, vide in Baldi Lex. Vitruv. pag. 115.

¶ Spīcĭfer, a, um, idem; ut, *Dea spicifera*, pro Cerere, Manil. 2 v. 442. *Spicifer Nilus*, Martial. 10 epigr. 74.

¶ Spīcĭlĕgium, i, spicarum collectio, die nachstoppelung. Varro 1 de R. R. c. 53 *Messe facta, spicilegium venire oportet.*

¶ Despīcātus, a, um, gespitzt. Sic *Despicati homines* dicuntur palo acuto inducti: Rufin. Eccles. Hist. lib. 11 c. 24 *ut omittam cetera flagitia, quæ in aliis locis, vi necatis parvulis despicatisque virginibus, ob fibrarum inspectionem gerebantur.*

¶ Inspīco, are, est ad modum spicarum in acutum tenuare, zuspitzen. Virg. 1 Georg. v. 292 *Ferroque faces inspicat acuto.*

Spicio, ere, vide supra in *Specio.*

SPĪCŬLUM, i, lancea brevior, a similitudine spicæ sic dicta, vel quod sit spicata, ein schäfftlein, pfeil, spieß. Hinc *Spicula vibrare*, Virg. 11 Æn. v. 606; & *Contorquere manu emissa*, ibid. v. 676. ¶ 2. Ferrum item sagittæ vel hastæ, das eisen am spieß. Cic. 5 fam. ep. 12 ad Lucejum: *Tum denique* [Epaminondas] *sibi avelli jubet spiculum, posteaquam ei percontanti dictum est, clypeum esse salvum.* Nepos Epam. c. 9 *ferrum* vocat, *quod ex hastili in corpore remanserat.* ¶ 3. Et sagitta ipsa. Virgil. 11 Æn. v. 654 *Spicula converso fugientia dirigit arcu.*

¶ 4. Denique apum etiam aculei *Spicula* dicuntur, stachel. Virgil. 4 Georg. v. 237 *læsaque venenum*
Morsibus inspirant, & spicula cæca relinquunt.

¶ 5. *Spicula solis*, pro radiis, quos spiculorum instar jaculatur sol, sonnenstrahlen; Prudentius posuit Hymno ad Matutinum:

Caligo terræ scinditur
Percussa solis spiculo.

Idem Hamartigen. v. 87 *radiorum spicula* dixit. Similiter Lucretius *lucida tela diei*, lib. 1 v. 148. Vetus Glossarium: *Spiculum*, ἀκόντιον, ἀκὶς, ἐπιδοράτις. Item, *Spicula*, σαυρωτῆρες, βέλη.

¶ Spīcŭlus, a, um, spitzig. Tertull. de Pudic. c. 7 *Iis exquirendis non lucernæ spiculo lumine, sed totius solis lancea opus est.* ¶ Absolute *Spicula*, herba est apud Apulejum de Herb. c. 26.

¶ Spīcŭlo, are, idem quod *Spicare*, de quo ante dictum in *Spica*, spitzen, spitzig machen. Plinius 11 c. 2 *Telum perfodiendo tergori, quo spiculavit ingenio?* De aculeo bestiolarum & insectorum loquitur.

¶ Spīcŭlātus, a, um, i. e. acuminatus, gespitzt. Solin. c. 51 *Cauda veluti scorpionis aculeo spiculata.*

¶ Spīcŭlātor, ōris, qui spiculum gestat, ein trabant, hatschier. Suetonius Claudio c. 36 *Neque convivia inire ausus est, nisi ut spiculatores cum lanceis circumstarent.* Sed ibi potius *speculatores* ex MStis libris rescribendum Torrentius docet, quem vide. Sane & S. Marcus c. 6 evangelii sui hanc vocem græcis elementis efferens σπεκουλάτωρα, non σπικουλάτωρα scripsit. Consentit & Vet. Glossator, qui ita explicat: *Speculator*, κατάσκοπος καὶ ἀποκεφαλίζων, ἐπόπτης, κατάσκοπος. Δήμιος, *Speculator.* Vide supra *Speculator* in *specula*; & Marcellum Donatum ad Tacitum 1 Hist. c. 24. Onomastico autem veteri *Spiculatores* vertuntur δορυφόροι.

SPĪNA, æ, nomen aliquot commune plantis, der dorn. Est enim *Spina acuta*, Virg. eclog. 5 v. 39, ein stechbaum, falsendorn. *Spina alba*, frauendistel, rc. *Cum pusilla est, spina bona videtur.* vid. Chiliad. ¶ 2. *Spina* deinde dicitur, quicquid vel in animantibus, vel in plantis & fruticibus aculeatum est, ein stachel, alles stachlichte. *Animantium aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ*, stachlicht, Cic. de Nat. Deor. 2 c. 47. *Spinæ juniperi*, Plin. 8 c. 27. Et Claudianus in Fescennino:

Armat spina rosas, mella tegunt apes.

P. Syrus in Mimis:

Spina etiam grata est, ex quâ spectatur rosa.

¶ 3. *Spina* in homine & animalibus contextus est vertebrarum seu spondylorum, der rückgrad. Plin. 11 c. 37 sect. 67 *Spina lumbis annectitur, ossea, sed tereti structura*, &c. Sed, *Spina piscium*, der fischgrat, die gräte. Lexicon Cyrilli: ἄκανθα ἀνθρώπου καὶ ἰχθύος, *Spina.* Vet. Gloss. *Spina*, ἄκανθα, καὶ ἱερὸν ὀστοῦν, ἡ ῥαχίς. ¶ 4. *Spinæ* pro difficultatibus metaphorice. Cic. 4 de Fin. c. ult. *Nec acerbitatem sententiarum, nec disserendi spinas probavit.* Sic dialecticorum in partiendo minutias, quæ res difficiles captu efficiunt ferme, *Spinas* appellat Cic. in 4 Tusc. c. 5, *Peripatetici*, inquit, *ad pacandos animos multa afferunt, spinas partiendi & definiendi præmittunt.*

¶ Spīnŭla, æ, diminutivum, eine spitze, kleiner stachel. Arnobius lib. 2 p. 49 *Inhærens callo spinula.*

¶ Spīnālis, e, ad spinam pertinens, zum rückgrad gehörig. Macrobius 7 Saturn. c. 9 *συζυγία nervorum infundit sensum spinali medullæ.*

¶ Spīnesco, ĕre, dornicht werden. Martianus Capella lib. 6 metro ult.

sentis spinescere membris.

¶ Spīnētum, i, ein dornbusch, dornhecke. Plin. 10 c. 74 *Spinetis se scabendi caussa atterens.* Et Virgilius eclog. 2 v. 9

occultant spineta lacertos.

¶ Spīneus, a, um, dornicht, stachlicht; ut, *Vincula spinea*, Ovid. 2 Met. v. 789. *Spinei frutices*, Solin. c. 7.

¶ Spīnōsus, a, um, idem; ut, *Jugum spinosum*, voll dorn und disteln, Propert. 4 eleg. 4 v. 49. *In spinosis locis pasci*, Varro 2 de R. R. c. 3. Et, *Spinosior arbor*, Plinius 24 c. 12. ¶ 2. Transfertur eleganter ad orationes & dissertationes. Nam quæ breviter ibi arguteque atque subtiliter concluduntur, atque obscuriora sunt, ea *spinosa* appellantur; quod ad ea hebetiores quasi ad spinas obhærescant, neque se extricare possint, verwirrt. Cic. 1 Tuscul. c. 8 *Vlterius ista quæso: Hæc enim spinosiora prius, ut confitear, me cogunt, quam ut assentiar.* Et, *Subtile & spinosum genus disserendi*, de Finibus dixit lib. 3 c. 1. Idem in Oratore c. 32 *Postea dialectici spinosiora multa pepererunt.* Et Augustinus 2 de Doctr. Christ. c. 37 *nodosissimæ & spinosissimæ disciplinæ.*

¶ Spīnōsŭlus, a, um, diminut. etwas dornicht. *Spinosulum*, pro dialectico minuto B. Hieronymus dixit epist. 83 ad Oceanum: *Primum*, inquit, *spinosulus noster obmutuit, deinde Pisoniano vitio, cum loqui non posset, tacere non potuit.*

¶ Spīnus, i, fœm. prunus silvestris, ein schleenbaum, schleendorn. *Spinus alba*, weißdorn, cujus acini, cum maturuere, rubent. Virg. 4 Georg. v. 145 *Eduramque pirum, & spinos jam pruna ferentes.*

¶ Spīneŏli, ōrum, pruna ipsa silvestria, schleen.

¶ Spīneŏla, æ, rosæ species, plurimis sed minutissimis foliis, Plin. 21 c. 4.

¶ Spiōnia, & Spinea, æ, vitis vel uvæ genus Plinio est 14 c. 2; & Columellæ 3 c. 2.

¶ Spiōnĭcus, a, um, ex uva spionia factus; ut, *Spionicus succus*, Columell. 3 c. 21.

¶ Spīnĭfer, a, um, spinas ferens, dornicht. Prudent. Cathem. 5 v. 31

Moses nempe Deum spinifera in rubo
Vidit conspicuo lumine flammeum.

Vsus & Cicero in Arateis v. 178.

¶ Spīnĭger, a, um, idem. Prudentius passione Hippolyti v. 115

Spinigeris stirpibus hirtus ager.

SPĪNĀCIA, ōrum, scribunt & *Spinachia*, olus est vulgo notissimum, binetsch & spenet, *Spinachium.*

Spinalis, spineola, spinesco, spinetum, &c. vide proxime ante *Spina.*

SPINTER, ĕris, neutro genere, armilla muliebris, ein gülden oder silbern schildlein, spange, ein armband. vide Festum. ¶ 2. Item Fibula: Plaut. Menæch. 3, 3 v. 4

Jubeatque spinter novum reconcinnarier.

Alii *Spinther* scribunt cum adspiratione, quasi a σπινθήρ. vide Claud. Dausquii Orthograph.

SPINTRIA, æ, novum vocabulum, & a Tiberio inventum: quo monstrosi concubitûs repertores & excitatores libidinum appellat, ut ex Suetonio constat ejus vitâ c. 43. Meminit & in Caligula c. 16, & Vitellio c. 3. Plura de hoc vocabulo Turnebus 5 Advers. c. 1, & Hieron. Magius lib. 2 Miscell. c. 4.

SPINTVRNIX, īcis, avis inauspicata Plinio est 10 c. 13, ejusdem cum bubone infelicis ominis. *Incendiariam* alias vocant. Græci enim σπινθῆρα & σπινθάριγα *scintillam* dicunt. Avis est nemini unquam cognita vel visa. *Spinturnices* & *Spinturnicia* Latinis *Sphingas* interpretatur in Plinianis Exercitationibus CL. Salmasius. Cui consentit Glossarium Fausti Romani, quod olim in Barthii bibliotheca fuit, in quo *Spinturnix* avis mammosa instar mulieris explicatur. Tales autem Sphinges Plinii testimonio supra in *Sphinx* adducto esse constat. Cæterum *Incendiariam avem* illam esse putant, quæ ex ara carbonem ardentem & scintillantem eripuerit, propter quam lustratam urbem sæpenumero invenimus in Annalibus, ut L. Crasso & C. Mario, COSS. Gesnerus. vide & Scalig. ad Festum in voce *Bustum*, & P. Pithœum lib. 1 Advers. c. 10.

¶ Spinturnīcium, i, genus simiæ turpiculâ facie, ein schändlicher affe. Plaut. Milit. 4, 1 extr. *Pithecium hæc est præ illa & spinturnicium.* vide Taubm. p. 856, & jam laudatum Pithœum l. d.

Spinus, ſpionia, quære paullo ante in *Spina*.

SPĪRA, æ, σπεῖρα, quicquid in orbem convolvitur, etwas gedrehetes; ut, *Spiræ ſerpentum, funium*, was ſich circulsweiſe krümmet. Plin. 2 c. 25 *ſpiræ modo intortum*. Virgil. lib. 2 Æneid. v. 217 de draconibus: *Spiriſque ligant ingentibus*, ſie ſchlagen und krümmen ſich um ſie her. Vbi Servius: SPIRIS, *nodis. Vnde & baſes columnarum SPIRVLAE dicuntur: Nam proprie SPIRAE ſunt volubilitas funium: Inde & poſteriora ſerpentium SPIRAE dicuntur, quæ ſic involvuntur in gyrum, ut funes.* ¶ 2. Et *Spira* ligula eſt, quæ a pileo dependens ſub mento colligatur, eine binde. Juvenal. ſat. 8 v. 208

de faucibus aurea cum ſe
Porrigat & longo jactetur ſpira galero.

¶ 3. *Spiræ* & ornamenta ſunt puellaria, Plin. 19 c. 35, zöpffe. ¶ 4. Et *ſpira* baſis eſt columnæ, der fuß oder unterſatz einer ſeulen. Plin. 36 c. 23 *In Epheſiæ Dianæ æde primum columnis ſpiræ ſubditæ* &c. vid. Bald. in Lex. Vitruv. p. 115. ¶ 5. *Spiræ* denique cruſtula ſunt, bretzeln; ut, *Spiram facere, coquere*, Cato R. R. c. 77. Adde Feſtum.

¶ Spīrŭla, æ, diminut. de qua locum Servii paullo ante produximus. Et Arnobius lib. 2 p. 73 *ſpirulas & botulos facere*.

¶ Spirillum, i, aliud diminut. Sic capræ barba appellatur apud Feſtum, der bocksbart.

¶ Spireon, i, folium ſive planta in coronamentis apud Plinium 21 c. 9. Alii *Spirea* legunt, quia σπειραία frutex lentus in ſpiram torquendus.

¶ Spirarches, æ, σπειράρχης, in vet. Inſcript. apud Fabrettum p. 676 eſt is, qui pompis (hodie proceſſiones vocant) ducendis præerat, ein trouppführer. Nam & Ennius apud Feſtum *Spiram* hominum multitudinem appellat, cum ait: *Spiras legionibus nexunt*.

¶ Conſpīro, āre, i. e. in ſpiras convolvere, ſich zuſammen krümmen, winden wie eine ſchlange. Aurel. Victor de Vir. illuſtr. c. 22 *Anguis ſe in Ogulnii tabernaculo conſpiravit*. Sic ſolent ſerpentes. vid. Virg. Georg. 2 v. 154. ¶ Alias notiones vide mox in *Spiro*.

Spirabilis, ſpiraculum, ſpiramen, ſpiritalis, ſpiritus, vide *Spiro*.

SPĪRO, āvi, ātum, āre, ſpiritum reddere, flare, blaſen, wehen; ut, *Venti, flamina ſpirant*, Ovid. Faſt. 4 v. 18. Sic Idem 11 Met. v. 481

cœpit ſpirare valentius eurus.

Et Statius 2 Silv. 2 v. 27 *ſpirant clementius auſtri.*

¶ 2. athemen, athem holen. Cic. ad Quirit. poſt redit. c. ult. *Dum anima ſpirabo mea*. Sic vulgo dicimus: *Ægrotus dum ſpirat, ſperat*. Quod ſic retulit Cic. ad Attic. lib. 9 epiſt. 10 *Vt ægroto dum anima eſt, ſpes eſſe dicitur, ſic ego, quoad Pompejus in Italia fuit, ſperare non deſtiti.* ¶ 3. Emittere, von ſich geben; ut, *Spirare minas*, von dräuworten ſchnauben. Atque ita accuſativo jungitur. Speciatim ita eſt, einen geruch geben. Virgil. 1 Æneid. v. 404

Ambroſiæque comæ divinum vertice odorem
Spiravere, &c.

hoc eſt, emiſere, ſie haben von ſich gegeben. ¶ 4. Sed Virg. 3 Georg. v. 34 *Stabunt & Parii lapides ſpirantia ſigna*,

hoc eſt, tam facta artificioſe, ut ſpirare & vivere videantur, quod Germani dicunt, als leibten und lebten ſie. Vide, quæ notavit de Pictura Veterum Fr. Junior Junius lib. 3 c. 4.

¶ Spīrans, tis, redolens, riechend; ut, *Graviter ſpirans thymbra*, Virg. Georg. 4 v. 31. ¶ 2. Fremens, ſchnaubend; ut, *Spirans immane*, Virg. Æn. 7 v. 510. *Altum ſpirans*, Stat. 5 Silv. 3 v. 11. ¶ 3. Vivens, lebendig. Cic. pro Domo c. 52 *In vivi & jam ſpirantis caput buſtum imponere*. Sic, *Æra ſpirantia*, Virg. Æn. 6 v. 847; &, *Spirantia ſigna*, Georg. 3 v. 34, i. e. tam artificioſe facta, ut ſpirare & vivere videantur.

¶ Spīrātio, ōnis, die athemholung; ut, *Spiratio interpellatur*, Scribon. Largus compoſ. 47, es iſt ein kurtzer athem. *Opium ſpirationem impedit*, Idem compoſit. 180.

¶ Spīrābĭlis, e, per quod ſpiramus, lufftig, lebhafft. Virg. 3 Æn. v. 600

Per ſuperos atque hoc cæli ſpirabile lumen.

Et, *Spirabilis natura*, de aëre, die lufft: Cic. 2 Nat. Deor. c. 36 *Terra circumfuſa undique eſt hac animabili ſpirabilique natura, cui nomen eſt aër.*

¶ Spīrācŭlum, i, quod per ſpiritus exit, vel hauritur, ein lufftloch, dadurch ein athem, lufft oder rauch gehet. Virgil. Æn. 7 v. 568 *Spiracula Ditis*. Et Plin. 2 c. 93 *Spiracula vocant Charoneas ſcrobes, mortiferum ſpiritum exhalantes.*

¶ Spīrāmen, ĭnis, idem quod ſpiraculum, aut ſpiritus, aut exhalatio, der hauch, &c. Lucanus 2 v. 183 *ſpiramina naris aduncæ.*

Et lib. 6 v. 90 idem de inſula Campaniæ:

tali ſpiramine Neſis
Emittit Stygium nebuloſis aëra ſaxis.

Ita, *Sanctum ſpiramen*, der Heil. Geiſt, apud Juvencum, ubi Joannes baptiſta: *Abluet ille homines ſancto ſpiramine mergens.*

¶ Spīrāmentum, i, idem. Virgil. Æn. 9 v. 580

Spiramenta animæ letali vulnere rupit,

ſagitta ſcilicet. Seneca de Provident. extr. *Sive fauces nodus eliſit; ſive ſpiramentum aqua præcluſit.* Adde Virg. Georg. 1 v. 90; & 4 v. 39; & Macrobium Saturn. 7 c. 9, ubi ſæpe uſus eſt.

¶ Spīrĭtus, ûs, quo ſpiramus, & quo vivimus, der athem, die lufft. Plinius 2 c. 5 *Proximum* (elementum) *ſpiritus, quem Græci noſtrique eodem vocabulo aëra appellant.* Cic. pro Marcell. c. 12 *Eos portus, quibus vitam & ſpiritum ducitis, in prædonum fuiſſe poteſtate ſcitis*; ubi *Spiritum ducere*, id eſt, ſpirare, leben. *Extremus ſpiritus*, der letzte athem: *Excipere extremum alicujus ſpiritum*, Cic. in 7 Verr. c. 45, qui triſtis mos parentum & cognatorum erat. vide ibi Ciceronem. *Reddere ſpiritum patriæ*, Idem in Philipp. 10 c. 10. *Spiritum retinere*, den athem halten, quod *comprimere animam* elegantius dixit Ter. Phorm. 5, 6 v. 29. *Suſpendere ſpiritum in lectione*, Quintil. 1 c. 8 pr. im leſen innhalten, nicht ſo eilends auf einander leſen. *Vno ſpiritu*, ἀπνευστί, in einem athem: Cic. de Orat. 1 c. 61 *Demoſthenes ſumma voce verſus multos uno ſpiritu pronunciare ſolebat.* ¶ 2. *Spiritum* pro vento dixit Solinus c. 32 [al. 45] de Nilo: *Ferunt alii, quod ventorum flatibus repercuſſus, cum fluorem ſolidæ velocitatis non queat promovere, aquis in arcto luctantibus intumeſcat: & quanto impenſius contra verſi ſpiritus repugnaverint, tanto excelſius ſublimari in altitudinis vertices repercuſſam celeritatem.* Et Avienus Orâ maritimâ v. 384 *Nulus carinas æquor illud intulit,*

Deſit quod alta flabra propellentia,
Nulluſque puppim ſpiritus cæli juvet, der wind.

¶ 3. *Spiritus*, animi eſt elatio, ein ſtoltzer geiſt. Cic. pro Sylla c. 9 *Res geſtæ credo meæ me nimis extulerunt, ac mihi neſcio quos ſpiritus attulerunt.* Cæſar 1 B. Gall. c. 33 *Arioviſtus tantos ſibi ſpiritus, tantam arrogantiam ſumſerat, ut ferendus non videretur.* Adde Cicer. pro Lege Manil. c. 22 extr. Aliquando tamen in bonam ſic partem pro animi magnitudine. Curtius 5 c. 8 ſub finem: *Nobilitate veſtra dignos ſpiritus capiatis.* ¶ 4. *Spiritus* etiam odor eſt, der geruch. Lucretius 3 v. 223 *Spiritus unguenti ſuavis diffugit in auras.*

Et Sympoſius de Vola:

Magna quidem non ſum, ſed ineſt mihi maxima virtus:
Spiritus eſt magnus, quamvis ſim corpore parvo.

¶ Spīrĭtuālis, & Spīrĭtālis, e, quod frequentius eſt apud Patres, geiſtlich, athmend. Solinus quoque altero uſus eſt c. 23 [al. 36] ſub fin. *In corporibus noſtris commercia ſunt ſpiritalia.* Sed eſt & Vitruvio 10 c. 1 *Genus machinæ ſpiritale eſt, cum ſpiritus expreſſionibus impulſus, & plagæ voceſque ὀργανικῶς exprimuntur*, ein orgelwerck. Eccleſiaſticis autem nihil tritius eſt. Tertullianus Apolog c. 22 pr. *Dicimus eſſe ſubſtantias quaſdam ſpiritales.* Et Prudentius in Romano v. 14

Et ſpiritali lacte pectus irriges.

Vulg. Interpres 1 Cor. 10 v. 3 *Eſca ſpiritualis.*

¶ Spiritualĭter, & Spiritālĭter, adverb. idem. Tertullianus Exhortatione Caſtitatis c. 10 *ſpiritaliter ſapit.* Et *Spiritualiter*, Cyprian. de Eleemoſ. c. 16.

Compoſita:

¶ Adſpīro, ſive Aſpīro, āre, afflare, anwehen, anblaſen. Catullus epigr. 69 v. 63 *Lenius aſpirans aura ſecunda venit.*

¶ 2. Sed *Adſpirare* Deus aut fortuna aut homines dicuntur, cum auxilio ſunt & ſucceſſus dant, beyſtehen. Virg. Æn. 2 v. 385

Adſpirat primo fortuna labori:

id eſt, favet, promovet, das glück hilfft und befördert. Et 9 Æn. v. 525

Vos o Calliope, vos adſpirate canenti.

Sic, *Adſpirare & adeſſe choris*, i. e. canendo juvare choros, mitſingen, Horat. Art. Poët. v. 204. ¶ 3. *Adſpirare ingenium* dixit in procemio lib. 4 Quintil pro impertire. ¶ 4. Et, *Hic intercluſi aditus omnes, ut ad me aſpirare non poſſes*, id eſt, pervenire, gelangen, Cic. 5 Tuſcul. c. 9. Sic, *Aſpirare ad virtutem, laudem, gloriam, eruditionem*, eſt contendere: Cic. in Oratore c. 41 *Hæc ad eam laudem, quam volumus, aſpirare non poſſunt.*

¶ Adſpīrātio, ōnis, die anhauchung, zuwehung; ut, *Animantes adſpiratione aëris ſuſtinentur*, Cic. de Nat. Deor. 2 c. 33. ¶ 2. *Adſpiratio*, ſpiritus aſper, pronunciationis nota.

¶ Conſpīro, āre, zuſammen blaſen in ein horn. ¶ 2. Et per metaphoram conſentire, in bonam ſcilicet partem, zuſammen ſtimmen. Plinius lib. 4 epiſt. 13 *Proinde conſentite, conſpirate, majoremque animum ex meo ſumite.* Et, *Conſpirate nobiſcum, conſentite cum bonis*, haltet es mit uns, Cic. de Leg. Agrar. 1 c. ult. Et, *Conſpirare ad liberandam rempubl.* Idem lib. 10 fam. epiſt. 12. ¶ 3. Sed, *Conſpiratum eſt in eum a LX amplius*, ſie haben ſich wider ihn verbunden, zuſammen verſchworen &c. Sueton. de Cæſare c. 80. Idem Claudio c. 37 *Quem cum Meſſalina & Narciſſus conſpiraſſent perdere:* ubi in malam accipitur partem. ¶ 4. Aliam notionem de ſerpentibus vide ſupra in *Spira*.

¶ Conſpīrātus, a, um, active & paſſive, zuſammen rottirt, einhellig. *Conſpirata in unum exempla*, Seneca epiſt. 84. Et Phædrus lib. 1 fab. 3 *Hinc conſpiratis factionum partibus;*

id eſt, conſpirantibus, ut Cl. Schefferus interpretatur. Hinc *Conſpirati*, qui conſpirarunt & conjurarunt, zuſammen verſchworene. Sueton. in Cæſare c 82 *Aſſidentem conſpirati ſpecie officii circumſteterunt.*

¶ Conſpirate, adverb. einhelliglich. Juſtinus 3 c. 5 *Lacedæmonii eo conſpiratius ad arma concurrunt.*

¶ Conſpīratus, ûs, ſubſt. die verbindung, einhelligkeit. Gellius 1 c. 11 *Conſpiratu tacito mentium.*

¶ Conſpīrātio, ōnis, die zuſammenſtimmung; ut, *Concordia & conſpiratio omnium ordinum ad defendendam libertatem*, die eintracht und vereinigung, Lentul. ad Senat. apud Cicer. 12 fam. epiſt. 15. ¶ 2. In malam partem, die zuſammenrottirung; ut, *Contra ſceleratiſſimam conſpirationem hoſtium confligere*, Brutus ad Cic. 11 fam. epiſt. 14.

¶ Exſpīro, āre, herausblaſen; ut, *Ætna exſpirat flammam caminis*, Virg. Æn. 3 v. 580, id eſt, ejicit, er treibt feuerflammen über ſich. *Exſpirare animam*, eſt mori, Idem 11 Æn. v. 883. *Inter primam curationem exſpiravit*, Livius 2 c. 20, er iſt verſchieden. Et Vellej. 2, 70, 5 *Vno ictu transfixus exſpiravit.* ¶ 2. Plin. metaphorice eleganter dixit, *Exſpiravit libertas*, es iſt mit der freyheit aus, in Panegyrico c. 57.

¶ Exſpīrātio, ōnis, die ausblaſung, dunſt. Cic. 2 Nat. Deor. c. 32 extr. *Terræ exſpirationibus aër alitur, & æther, & omnia ſupera.*

¶ Inſpīro, āre, ſpiritum immittere, inflare, einblaſen, einhauchen; ut, *Auræ inſpirant ramis arborum*, Quintil. 10 c. 3. Virg. 1 Æn. v. 688

Occultum inſpires ignem, blaß ihr zu, gib ihr ein.

¶ Inſpīrātus, a, um, angehaucht, angeblaſen, begeiſtert; ut, *Inſpirati vates*, h. e. Deo & ſpiritu pleni, Juſtin. 18, 5, 7.

¶ Inſpīrātio, ōnis, die einblaſung, eingebung. Solin. c. 12 *Fontes* (Aganippe & Hippocrene) *poti inſpirationem faciunt litterariam.*

¶ Inſpīrāmentum, i, idem. Cœl. Aurel. Tard. 2 c. 13 *Inſpiramentis inſerere.*

¶ Inſpīrātor, ōris, ein einblaſer, eingeber; ut, *Apollo furoris inſpirator*, Cœl. Aurel. Tard. 1 c. 5.

¶ Inſpīrĭtālis, e, non ſpiritalis, ungeiſtlich. Paulinus epiſt. 22 [al. 7] pr. *Epiſtolas, quas per noſtrum illum inſpiritalem monachum miſeras, vere ſpiritalis tabellarius intercepit & pertulit.*

¶ Interspiro, are, darzwischen einblasen, lufft schöpffen. Cato c. 112 *Relinquito, qua interspiret.*

¶ Interspiratio, onis, die athemhohlung; ut, *Sine interspiratione*, ἀπνευστί, Plinius 23 c. 1. Vsus & Cicero de Orat. c. 44.

¶ Perspiro, are, durchwehen, Plin. 2 c. 4, si salva scriptura est. vide Salmas.

¶ Prospiro, are, spiritum diffundere, lufft laben, ausáthmen. Apulej. Apolog. *Ea namque tabes si foras corporis prospiravit, majore dedecore quam noxa diffunditur.*

¶ Respiro, are, animam seu spiritum recipere, athem hohlen, wieder zu ihm selbst kommen, apud Terent. aliquoties & Plautum: ut, *Mane, sine respirem quæso*, Plaut. Epid. 2, 2 v. 20. Et Cic. pro Rosc. Am. c. 8 *Tot tantisque negotiis distentus est, ut respirare libere non posset*, daß er nicht eine minute ruhe hat. *Respirare a metu*, Idem pro Cluent. c. 65. ¶ 3. Et, *si armis positis civitas respiraverit*, hoc est, in pristinum statum reducta fuerit, wenn sie sich wieder erhohlet, Cic. 6 fam. epist. 2.

¶ Respiratus, ûs, substant. die athemhohlung, schniebung; ut, *Respiratu contrahunt & dilatant se pulmones*, Cic. de Nat. Deor. 2 c. 55. Sed *spiritu* pro *respiratu* legit Gruterus. Tamen Apulej. lib. 4 Met. *Parvis respiratui circa nares & oculos datis foraminibus.* Ita Elmenhorst. p. 149, & Pricæus p. 74.

¶ Respiratio, onis, idem; ut, *Intervalla, moræ respirationesque delectant in oratione*, das athemhohlen, Cic. de Orat. lib. 1 c. 16.

¶ Respiramen, inis, idem. Ovid. 2 Metam. v. 828

Vitalesque vias & respiramina clausit.

¶ Respiramentum, i, idem. Augustinus Confession. lib. 7 c. 7 *laxamentum & respiramentum*, die ausruhung.

¶ Respiraculum, i. die lufftröhre. Claudian. Mamert. 2 c. 12 *Redactæ paululum respiraculo pausæ vires.*

¶ Respirium, i, die verschniebung. Gloss. lat. gr. *Respirium*, ἀναπνοή.

¶ Irrespirabilis, e, ohne athem, Tertullian. de Idololatr. c. 24.

¶ Suspiro, are, spiritum ab imo pectore trahere, solicitudinis aut doloris argumento, seufftzen, sich sehnen. Juvenalis sat. 11 v. 152

Suspirat longo non visam tempore matrem.

Cic ad Attic. 1 epist. 18 *Reperire ex magna turba neminem possumus, qui cum aut jocari libere, aut suspirare familiariter possimus.* Sic, *Suspirare ad honores*, Valer. Flacc. 4 v. 532.

¶ Suspiratus, a, um, participium, aliquando pro imploratus, invocatus, ponitur, angefleht. Silius 15 v. 82

Quid suspiratos magno in discrimine nautis
Ledæos fratres referam?

¶ Suspiratus, ûs, substant. das seufftzen; ut, *suspiratibus haustis*, Ovid. 14 Metam. v. 129. Et Apulej. sub fin. lib. 5 *assiduo suspiratu.*

¶ Suspiratio, onis, idem, oder das tieffe athemhohlen. Plin. in præfat. *Inde illa nobilis M. Ciceronis suspiratio: O te felicem, M. Porci, a quo rem improbam petere nemo audet.*

¶ Suspirium, i, idem quod suspiratio, ein seufftzer. Cic. ad Attic. lib. 1 ep. 18 *Quem nemo adspicere sine suspirio posset.* Et, *Sine curâ, sine suspirio*, Idem in Tuscul. 4 c. 34. *Præsaga luctûs suspiria*, Ovid. 2 Met. v. 124. ¶ 2. *Suspirium*, spirandi etiam difficultas dicitur, das keuchen. Seneca tamen hunc morbum epist. 54 ita describit, ut neque asthma seu respirandi difficultas, nec orthopnœa videri possit.

¶ Suspiriosus, a, um, asthmaticus, engbrüstig, keuchend, apud Plinium pluribus locis: qui lib. 23 c. 7 *suspiriosum*, & *anhelatorem* conjungit.

¶ Suspiriose, adverb. idem. Columella 7 c. 6 *Suspiriose laborantibus* [ovibus] *auriculæ ferro rescindendæ.*

¶ Suspiritus, ûs, das seufftzen, ächzen. Apulej. Met. lib. 1 p. 105 *Imo de pectore cruciabilem suspiritum ducens.* Et pluraliter Idem 6 Metam. p. 185 *Votis crebros intermiscet suspiritus.*

Spisse, spissitas, &c. vide sequens *Spissus.*

SPISSUS, a, um, dick, dicht, derb; nam *Spissum* densum significat; ut, *Ager spissus*, Virg. 2 Georg v. 236; & *Arena spissa*, Æn. 5 v. 336; Et, *Spissa vestis*, quæ *crebra* Plinio vocatur lib. 8 c. 48. Cui *ralla*, a raritate texturæ sic appellata, ut Nonius auctor est c. 14 n. 14, opponitur. Plaut. Epid. 2, 2 v. 46

Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum cæsicium.

Eadem & *levidensis*. Isidorus 19 c. 22 LEVIDENSIS *vestis, quod raro filo fit leviterque densata*, dick, dicht, so fest an einander klebt. Sic, *Coma spissa*, Horat. 3 oda 19 v. 25. Et, *spissa theatra*, i. e. frequentia, voll volcks: Idem 1 epist. 19 v. 41

Spissis indigna theatris
Scripta pudet recitare, & nugis addere pondus.

¶ 2. Aliquando & tardum significat. Cæcil. apud Nonium c. 4 n. 422 *Nihil ei spei credo: omnes res spissas facit.* Plaut. Cistell. 1, 1 v. 77 *Spissum istud amanti est verbum, veniet, nisi venit.* Cic. ad Attic. 10 epist. 18 *Sed hoc quoque timide scribo, ita omnia adhuc tarda & spissa*, langsam, und das nicht von statten gehet. *Spissum iter*, vid. Turpilius. Et, *Spissius semen*, Columell. 4 c. 33. *Spissius solum*, Plin. 18 c. 20. *Spississima arbor, ideo & gravissima, ebenus*, Idem lib. 16 c. 40.

¶ Spisse, spissius, adverb. idem; ut, *Spisse arare*, kleine furchen machen, Columell. 2 c. 11. *In colle spissius, in campo rarius letamina disponentur*, Pallad. lib. 10 ineunte. ¶ Pro *tardius*, Varro apud Nonium c. 4 n. 422 *Nascimur spissius, quam emorimur: Vix duo homines decem mensibus edolatum unum reddunt puerum. Contra una pestilentia, hostica acies, puncto temporis immanes acervos facit.*

¶ Spissitas, atis, die dicke. Plin. 18 c. 30 *Triticum spissitate sua concalescit.* Adde Vitruv. 2 c. 9.

¶ Spissitudo, inis, idem. Seneca 2 Quæst. Nat. c. 30 *Nubes est spissitudo aëris crassi.* Et Scribonius Largus Compos. 208 *Mellis habet spissitudinem*, es ist dick wie honig. Apicius principio lib. 5 *Vbi spissitudinem contraxerit*, wenn es dick worden, geronnen.

¶ Spisso, are, spissum efficere, dick machen; ut, *Farina in panem spissatur; Omne lac igne spissatur*, Plinius 13 c. 4; & 11 c. 41.

¶ Spissatus, a, um, geronnen, dick in einander; ut, *Humor spissatus*, Plin. 2 c. 49. *Nubes polo pressæ spissataque*, Lucan. 4 v. 77. *Ignis spissatus*, Ovid. Met. lib. 15 v. 250.

¶ Spissatio, onis, die einstampffung, das stoppwerck. Seneca epist. 86 sub fin. *Terram non aggessit tantum, sed calcavit & pressit. Negat quidquam esse hac spissatione efficacius.*

¶ Spissamentum, i, idem. Seneca epist. 31 *Firmiori spissamento opus est, quo usum in sociis Vlyssem ferunt.* Columella 12 c. 9 *Arido spissamento fœniculi comprimi.*

¶ Spissesco, ere, dick werden, gerinnen. Lucret. 6 v. 175

Ventus fecit spissescere nubem.

¶ Spissigradus, a, um, qui nimis tarde graditur, übel zu fuß, schleichend; ut, *Spissigradissimi senes*, Plaut. Pœn. 3, 1 v. 3.

Composita:

¶ Conspisso, are, einquetschen, zusammendrücken; ut, *Conspissare stercora*, apud Plinium Valer. Hinc

¶ Conspissatus, a, um, eingequetscht, derb auf einander; ut, *Creta decocta conspissataque*, Plin. 35 c. 6. *Conspissatum & herbis colligatum solum*, Columella 2 c. 18.

¶ Conspissatio, onis, die dickmachung, zusammenquetschung; ut, *Conspissatio sordium*, Theod. Priscian. 1 c. 8.

¶ Inspissatus, a, um, derb eingedrückt; ut, *Caro inspissata*, Veget. de Re Veter. 2 c. 30.

¶ Prospisso, adverb. i. e. perquam tarde & sero, gar langsam. Plaut. Pœn. 3, 5 v. 47 *Aruspices si quid boni promittunt, prospisso evenit*, &c. conf. Nonius c. 4 n. 422; & Turneb. Advers. 39 c. 2.

SPITHAMA, æ, σπιθαμή, dodrans, spatium inter pollicem & minimum digitum expassum, eine spanne. Plin. 7 c. 2 *Pygmæi narrantur ternas spithamas longitudine non excedentes.* Inde

¶ Spithamæus, a, um, σπιθαμιαῖος, dodrantalis, spithamæ longitudinem æquans, spannen lang; apud Plin. l. c. vulgo legitur.

¶ Trispithamus, i, τρισπίθαμος, tres spithamas longus, drey spannen lang. *Trispithami* dicuntur pygmæi Plin. l. c. ut Harduinus emendat.

SPLANCHNOPTES, æ, σπλαγχνοπτής, extispex, qui ex extis seu visceribus victimæ cæsæ futura conjicit, Plin. 22 c. 17; & 34 c. 8.

SPLEN, enis, σπλήν, latine, *lien*, die miltz: vide *Lien*. Pers. sat. 1 v. 12

Quid faciam? sed sum petulanti splene cachinno:

Vbi *petulans splen* non est, qui justo majus spatium petit & occupat, sed qui proclivis est ad aliorum vitia irridenda, & falsis dicteriis, quæ risum plerisque maxime movent, traducenda. vid. Græv. ad Cic. 6 fam. epist. 7.

¶ Spleneticus, a, um, splenis vitio laborans, miltzsüchtig, Plin. 20 c. 39.

¶ Splenicus, a, um, idem. Plinius 21 c. 20 *Splenicis propinant polium ex aceto.*

¶ Splenium, i, σπλήνιον, herba, hirschzung, quæ medetur lienibus, alias *Hemionion*, Plin. 25 c. 5. Apulej. de Herb. c. 56 & 96. ¶ 2. *Splenium*, panniculus vel fascia, quæ vel fronti vel oculis illitis imponitur, sic dictum a *splenis* similitudine, ein pflaster. Martial. 2 epigr. 29

Et numerosa lenunt stellantem splenia frontem.

¶ Spleniatus, a, um, bepflastert. Martial. 10 epigr. 22 *Cur spleniato sæpe prodeam mento*, id est, splenio obvoluto, mit einem pflaster beklebt.

¶ Asplenum, i, ἄσπληνον, herba, quæ & *Scolopendrium*, fit ex ea medicina vitiis lienis, miltzkraut oder steinfahrn. vide *Scolopendrium*, & Plin. 27 c. 5.

SPLENDEO, ui, ere, fulgere, lucere, glántzen, scheinen. Martialis 4 epigr. 79 *Et facies multo splendeat alba pilo.*

Seneca epist. 5 *Non splendeat toga*, das kleid soll nicht prächtig seyn. Cic. pro Sextio c. 28 *Virtus lucet in tenebris, splendetque per se semper, neque alienis unquam sordibus obsolescit.*

¶ Splendens, tis, adject. fulgens, glántzend, leuchtend. Plin. 9 c. 5 *Auctores habeo in equestri ordine splendentes*, ansehnliche leute. Horat. 1 od. 19 v. 6 *Splendens Pario marmore purius*, schöner als marmel. Claudian. Gigantom. v. 77 *splendentior igni*
Aureus ardescit clypeus.

¶ Splendesco, ere, glántzend werden; ut, *Gladius usu splendescit*, Apulejus in Florid. lib. 3. Et, *palla nigerrima, splendescens atro nitore*, Idem lib. 11 Miles. gleissend, schwartz wie sammet. Et metaphorice Cic. in proœm. Paradox. *Nihil tam horridum, quod non splendescat oratione & tamquam excolatur*, das nicht einen schein gewinne.

¶ Splendor, oris, lux, fulgor, der glantz, heller schein. Plaut. Merc. 5, 2 v. 39 *Cælum ut plenum est splendore ex adverso vides.* Sic, *In splendorem dare*, blanck machen, Idem Asin. 2, 4 v. 20. Et, *Redigere quid in splendorem*, Aulul. 4, 1 v. 15. In pictura *splendor* medium est inter *lumen & umbram*: vide supra *Lumen*. ¶ 2. Sed metaphora in hoc nomine elegans est: ut, *splendor nominis, familiæ, ordinis, virtutum*, i. e. dignitas, amplitudo, claritas, die scheinbarkeit, hoheit, herrlichkeit. Cicer. pro Lege Manil. c. 14 *Nunc imperii nostri splendor illis gentibus lucet.* Idem pro Cluent. c. 69 *Homines honesti & summo splendore præditi.* Cic. pro Sylla in principio: *Obtinere suæ dignitatis splendorem.* Et de Fin. 5 c. 8 *Inquinare & obscurare splendorem*: vide *Inquinare*. Et, *Splendor verborum*, Idem in Oratore c. 49, scheinbare worte. ¶ 3. *Splendor* etiam animi habitus dicitur in faciendis sumtibus *Magnificentiæ* proximus, die pracht. Sed *Magnificentia* in magnis videtur, unde & nomen accepit: puta, ædificiis, spectaculis, muneribus: *Splendor* in ornamentis domesticis, cultu corporis, & supellectile. Huic opponitur in excessu quædam *luxuria*; in defectu *sordes*. Nepos Alcibiade c. 11 *Cum Athenis splendidissima civitate natus esset, omnes Athenienses splendore ac dignitate vitæ superasse* (prædicarunt.) Idem & *Nitor* dicitur. ¶ 4. In oratione *Splendor* non tam λαμπρότης quam σεμνότης est; i. e. gravitas & majestas quædam, quam ideam Plinius Tacito tribuit lib. 2 epist. 11. *Splendor vocis*, Plin. 20 c. 6, eine helle stimme.

¶ Splendidus, a, um, fulgens, clarus, scheinbar, stattlich, ansehnlich; ut, *Vitro splendidior*, Ovid. 13 Metam. v. 792. *Vnctior splendidiorque consuetudo dicendi*, Cicer. de Clar. Orat. c. 20. Et, *Homo propter virtutem splendidus & gratiosus*, Idem 6 Verrina c. 18, eines herrlichen ansehens. *Solidum & splendidum nomen*, Cic. de Fin. 1 c. 18. Et, *Ornatissimus & splendidissimus vir*, Idem pro Flacco c. 20. ¶ 2. Item, qui virtute illa, quam paullo ante *splendorem* appellari diximus, præditus

ditus eſſet, prächtig. Nepos in Attico c. 20 *Elegans, non magnificus, ſplendidus, non ſumptuoſus, omni diligentia munditiem affectabat*, i. e. cultui vitæ decoro ſtudebat, ſed absque profuſione. Ita a Vellejo quoque accipitur lib. 2 c. 105 n. 3. ¶ 3. *Splendidi* appellatio propria quodammodo equeſtris ordinis fit. Sane frequenter ei tribuit Cicero, ut Manutius lib. 1 fam. epiſt. 3 obſervat. Hinc, eum Decidianam, Agricolæ conjugem, Tacitus Agric. c. 6 n. 1 *ſplendidis natalibus ortam*; Suetonius vero Othonem ex Albina Terentia *ſplendida fœmina* natum prodit cap. 1, equeſtris locus, ut puto, intelligendus utrobique eſt. Namque & Tacitus maternum Othonis genus, *impar, non indecorum tamen*, lib. 2 Hiſt. c. 50 ſcribit: *Impar*, quia non patricium, ſicut paternum. Nam patrem conſularem, avum prætorium habuit Otho. *Non indecorum*, propter equeſtris ordinis ſplendorem. Quamquam nec omnes ejus ordinis in commune ſic appellatos cenſeam: ſed qui in illo tantum exſplendeſcerent, decusque maxime ac dignitatem ordinis fama ac opibus tuerentur. Qui & *illuſtres* dicti Tacito, & *modicis*, quos 1 Annal. c. 73 nominat, oppoſiti. Signate Vellejus lib. 2 c. 88 *Mecenas equeſtri, ſed ſplendido genere natus*. Idem ejusdem lib. c. 59 Fuit C. Octavius *ut non patriciâ, ita admodum ſpecioſa equeſtri genitus familia.* Vbi *ſplendidum genus* & *ſpecioſa familia* ſynonyma ſunt, & ἰσόνομα. Lipſius tamen *illuſtres equites* a *ſplendidis* diſtinguit, in 11 Annal Taciti p. 264. ¶ 4. *Splendida Minois arbitria*, id eſt, majeſtatis & auſteritatis plena, dixit Horatius 4 ode 7 v. 21, ut Heinſius interpretatur, quem, ſi lubet, vide.

¶ Splendĭde, adverb. zierlich, ſtattlich; ut, *Splendide dicta*, Cic. 1 de Fin. c. 2. *Splendide & honeſte acta ætas*, Idem 3 Tuſcul. c. 25. *Ornate & ſplendide facere*, Cic. 1 Offic. c. 1. Et, *Magnifice & ſplendide ornare convivium*, pro Quintio c. 30. *Splendide amictus*, Apulej. lib. 2 Mileſ. p. 123, köſtlich angethan. ¶ 2. Horat. 3 ode 11 v. 33

Vna de multis face nuptiali
Digna, perjurum fuit in parentem
Splendide mendax, & in omne virgo
Nobilis ævum.

Loquitur de Hypermneſtra, Danai filia. Fabula ita habet: Danao natæ fuere L filiæ: has totidem Ægypti regis filiis deſpondit. Sed cum ex oraculo didiciſſet, unum e generis necem ſibi illaturum, auctor filiabus fuit, ut ſuum quæque ſponſum nuptiali nocte interficeret. Cui cum reliquæ omnes obſecutæ eſſent, ſola Hypermneſtra Lynceum ſervavit, ad patrem ſimulans tamen ſe interfeciſſe. In eo itaque *mentitam ſplendide* Horatius dixit; *ſplendide*, i. e. decore, quippe ad magnam gravitatis laudem. Nec male hic vetus Scholiaſtes: SPLENDIDE, id eſt, *decore. Pulchrum enim eſt, pro juſtitia mentiri.* Injuſtum enim ac impium erat, paternum imperium exſequi: Juſtum & pium & laude dignum, ſervare, quem matrimonio junxeris. Comparat. *Latius ea & amœnius, & ſplendidius & profluentius exſequebatur*, Gellius 14 c. 1. Et ſuperlat. *Splendidiſſime natus*, Senec. epiſt. 47. *Splendidiſſime honores geſſiſſe*, Valer. Max. lib. 6 c. 1 n. 5.

¶ Splendĭdo, are, ſplendidum reddere, auspoliren. Apulej. Apolog. ſub fin. *Dentes ſplendidas, ignoſce munditiis.*

¶ Splendĭco, are, ut alii ſcribunt, idem. Apulej. lib. 5 Mileſ. *ſplendicant gemmæ*. Ita Pricæus p. 94, & Elmenh. p. 162.

¶ Splendĭfĭcus, a, um, hellmachend. In veteri verſu apud Fabrettum p. 161 *Splendificumque jubar radianti carperet hauſtu.*

¶ Splendĭfĭce, adverb. idem. Fulgent. 1 Mythol. *Splendifice intermicans.*

¶ Splendĭfĭco, are, poliren, gläntzend machen. Martian. Capella lib. 9 *Lumina ambroſium ſplendificant diem.*

¶ Splendĭflŭus, a, um, hellſcheinend. Eugenius Toletan. carm. 19 de Creatione mundi: *Primus in orbe dies lucis primordia ſumſit,*
Alter ſplendifluis cœlum firmavit in oris.

¶ Splendōrĭfer, a, um, hellmachend. Tertull. de Judic. Domin. c. 5
Solque cadit, ſplendorifero qui lumine clarus.

Compoſita cum præpoſit.

¶ Deſplendeſco, ĕre, amittere ſplendorem, den ſchein verliehren. Paulinus Nolanus epiſt. 39 [al. 30] extr. *Ne rubiginem inſipientiæ colligatis, qua deſplendeſcat nitor cordis veſtri.*

¶ Exſplendeo, ēre, herfür ſchimmern, herfür leuchten. Suetonius Tito c. 3 *In puero ſtatim corporis animique dotes exſplenduerunt.* Niſi & hoc præteritum ab *Exſplendeſco*, quod ſequitur, velis deducere.

¶ Exſplendeſco, ĕre. Seneca lib. 2 Quæſt. Nat. c. 23 *Nubes ignem evocabunt, qui exſplendeſcat, nec exſiliat.* Et Plinius lib. 11 c. 12 *ipſo Sirio exſplendeſcente.*

¶ Inſplendeſco, ĕre, hinein ſcheinen. Gloſſ. gr. lat. ἐνλάμπω, *Inſplendeſco.*

¶ Reſplendeo, ĕre, quod ſignificatione cum ſimplici eâdem eſt, gläntzen. Cic. 2 de Fin. c. 8 *Reſplendeat iis veſtis, argentum.* Proprie eſt reddere & repercutere ſplendorem, wiederſcheinen. Silius 12 v. 732
Et tremula infuſo reſplendent cærula Phœbo.

¶ Reſplendentia, æ, der glantz, wiederſchein. Auguſtinus epiſt. 52 ad Macedonium: *Luculentis ingeniis non deſit reſplendentia veritatis.*

Splendeſco, ſplendidus, ſplendor, &c. Spleneticus, ſplenicus, ſplenium, vide proxime ante *Splendeo, Splen.*

SPŎDIVM, i, σπόδιον, σποδιά. *Cinerula* Latinis eſt, hoc eſt, purgamentum, quod ab ærariarum officinarum pavimentis & fornacibus everritur, hüttenrauch, zechenrauch. Varii eſt generis, pro coloris varietate. vide Agricolam, & Plin. 32 c. 10; & 34 c. 18; & Celſ. 5 c. 7; & 6 c. 6; & 7 c. 7.

¶ Spŏdos, i, σποδὸς, idem. vid. Plin. 34 c. 13.

¶ Antiſpŏdium, i, quod legitimi ſpodii loco uſurpatur. vid. Plin. l. c.

SPŌLĒTIVM, i, urbs Vmbriæ, colonia Romanorum. vid. Liv. Epit. 20, Adde Livium 24 c. 17. Hinc

¶ Spōlētīnus, a, um, adject. gentile; ut, *De Spoletinis lagenis malle*, Martialis 13 epigr. 120. Et abſolute, *Spoletina bibere*, Idem 14 epigr. 116. *Spoletinus populus*, Cic. pro Balbo c. 21. De *Spoletinis* conf. Plin. 3 c. 14.

SPŎLIVM, i, quicquid hoſtibus detrahitur, ut Servius auctor eſt, der raub, die beute, geplündert guth. Sic, *Aliorum ſpoliis ſuas opes augere*, Cic. pro Cornel. Balb. *Spoliorum cauſſa hominem occidere*, Idem pro Roſc. c. 50. Et, *Spolia cruenta alicui detrahere*, Idem ibidem. *Spolia ampla*, reiche beute, Virg. 4 Æn. v. 93. Sed de *opimis ſpoliis*, vide ſupra in *Opimus*. ¶ *Spolium leonis*, Ovid. 3 Metam. v. 81, eine löwen-haut. conf. Nonius c. 6 n. 55.

¶ Spŏlio, avi, atum, are, pro quo & veteres *Spoliari* ſub deponentis figura dixerunt, de quo Nonius c. 7 n. 100, berauben, plündern; ut, *Spoliare veſtitu*, Cic. 3 Offic. c. 6. *Omni argento aliquem depeculari & ſpoliare*, Idem in Verr. 6 c. 17. *Parcat juventus pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet alienam*, Cic. pro Cœlio c. 18. Et, *Spoliare fanum*, pro Sylla c. 25, ἱεροσυλεῖν, kirchen beſtehlen.

¶ Spŏlĭātus, a, um, beraubt, geplündert. Virg. Æn. 12 v. 935 *Corpus ſpoliatum lumine.* Cic. pro C. Balbo c. 4 *Civitas ſpoliata atque nudata.* Et, *Orbatum & ſpoliatum forum erudita alicujus voce*, Idem de Clar. Orat. c. 2. Et ad Attic. 6 epiſt. 1 *Nihil illo regno ſpoliatius, nihil rege egentius.*

¶ Spŏlĭātio, ōnis, e. g. oppidorum, fanorum, die beraubung, plünderung; ut, *Nobiliſſimi atque antiquiſſimi templi ſpoliatio*, Cic. 6 Verrin. c. 46. Livius 29 c. 8 *Avaritia ne ſacrorum quidem ſpoliatione abſtinuit.*

¶ Spŏlĭātor, ōris, ein räuber; ut, *ſpoliator monumentorum*, Cic. 6 in Verr. c. 36. Plinius Panegyr. c. 90 de Domitiano: *ille optimi cujusque ſpoliator & carnifex.*

¶ Spŏlĭātrix, īcis, fœm. die räuberin. Cic. pro Cœlio c. 21 *Tune Venerem illam tuam ſpoliatricem ſpoliare ornamentis?* Et Martialis 4 epigr. 29 *Sic ſpoliatricem commendat Fauſtus amicam.*

¶ Spŏlĭārium, i, exterior cella in balneis, ubi veſtimenta exuebantur, ἀποδυτήριον, Græcis, die auszieh-ſtube. ¶ 2. Item, locus in ludo, ubi gladiatorum veſtes & ornamenta ſervabantur. Hinc judicium ſenatus de Commodo apud Lampridium ejus vitâ c. 18 & 19 *Gladiator in ſpoliario*, &c. vide Lipſium 1 Saturn. c. 18. Scite Plinius ærarium tyrannorum *Spoliarium civium* vocat, *& cruentarum prædarum ſævum receptaculum*, ein raub-ort, Panegyr. ad Trajan. c. 36.

Compoſita cum præpoſit.

¶ Deſpŏlio, are, plündern, ausziehen. Cic. ad Attic. 7 epiſt. 9 *Cum ferret litteras, vulneratus & deſpoliatus eſt.* Cæſ. B. G. 2 c. 31 *Armis deſpoliare.* Ibid. 5 c. 6 *Deſpoliare nobilitate.* Et Seneca Hippolyto v. 764 *Non ſic prata novo vere decentia*
Æſtatis calidæ deſpoliat vapor.

¶ Deſpŏlĭātus, a, um, ausgeplündert. Cic. 14 fam. epiſt. 2 *In miſeram & deſpoliatam domus partem venire.* Et Plaut. Aſin. 1, 3 v. 52 *Aliam nunc mihi orationem deſpoliato prædicas.*

¶ Deſpŏlĭātor, ōris, ein räuber. Plautus Trinum. 2, 1 v. 14 *Avarus, elegans, deſpoliator.*

¶ Diſpŏlio, are, ausplündern. Cic. 6 in Verrem c. 20 *ut etiam una cum ceteris Siculis diſpoliaretur.* Et Lactantius 6 c. 11 *Hominis ſe appellatione diſpoliat* vide Nonium l. c. paullo ante in *Spolio.*

¶ Diſpŏlĭātus, a, um, ausgezogen, beraubt. Apulejus Apolog. p. 323 *pudore diſpoliato.* Et Seneca ad Marciam c. 24 *Diſpoliatus oneribus alienis.*

¶ Diſpŏlĭātio, ōnis, die ausplünderung. Paulinus Nolanus epiſt. 29 [al. 10] c. 1 *De primorum patrum diſpoliatione cognoſcimus.*

¶ Diſpŏlĭābŭlum, i, idem. Plaut. Bacch. 3, 1 v. 9 *Vt celem patrem tua flagitia, aut damna, aut diſpoliabula.*

¶ Exſpŏlio, are, gar entblöſſen und berauben; ut, *Provincia & exercitu aliquem exſpoliare*, Cic. ad Att. 10 epiſt. 1. *Fana atque domos exſpoliare*, Salluſt. Catil. c. 51. Et, *Honore & dignitate aliquem exſpoliare*, Hirt. B. Gall. 8 c. 50 fin.

¶ Exſpŏlĭātio, ōnis, die beraubung. Auguſtinus Civ. Dei lib. 20 c. 8 extr. *ligati & ſoluti exſpoliatio.*

¶ Exſpŏlĭātor, ōris, ein berauber. Salvianus de Gubern. D. lib. 7 p. 288 *Exſpoliatores domorum.*

¶ Inſpŏlĭātus, a, um, quod *ſpoliato* contrarium eſt, unberaubt. Quintilian. 7 c. 2 *Occiſus eſt non prædæ gratia, quia inſpoliatus eſt.* Et Virgil. 11 Æn. v 594 *corpus & arma*
Inſpoliata feram tumulo.

SPONDA, æ, ein bettbret, und das gantze ſpanbett. Virg. 1 Æn. v. 698
aulæis jam ſe regina ſuperbis
Aurea compoſuit ſpondâ, mediamque locavit.

Et Horat. epod. 3 v. 22 *Extrema in ſponda cubare.*

SPONDEO, ſpŏpondi, ſponſum, ſpondēre, ſponte promittere, geloben, angeloben, verheiſſen. Cic. Philipp. 14 c. 9 *Panſa aut morte aut victoria ſe ſatisfacturum reipub. ſpopondit.* Idem pro Muræna extr. *Eum, inimiciſſimum futurum huic conjurationi vobis promitto, & ſpondeo.* Sed, *Spondere pro aliquo*, für einen bürge werden: Cic. 1 fam. ep. 9 *Dependendum tibi eſt, quod mihi pro illo ſpopondiſti.* Ita, *Sponde, noxa præſto eſt*, h. e. ſi vel quamprimum ſpoponderis, &c. bürgen ſoll man würgen, Ἐγγύα, πάρα δ' ἄτη. Plaut. Curcul. 5, 3 v. 74 *Spondesne miles hanc mihi uxorem?* Et, *Fortaſſe impunitatem vitiis ſuis ſpopondit*, i. e. promiſit, Lactant. lib. 3 c. 17.

¶ Sponſus, a, um, zugeſagt, verſprochen. Terent. Phorm. 4, 3 v. 52 *Quantum ab hac accipio, quæ ſponſa eſt mihi.* Abſolute Cicer. pro Quintio c. 9 *Ex ſponſo egit.*

¶ Sponſus, i, ſubſtant. ein bräutigam. Cic. Invent. 2 c. 26 *Sponſi nomen appellans identidem.* Proverb. νυμφίου βίος, *Sponſi vita*, vel mollem ſignificat & delicatam, vel luxurioſam. vid. Chiliad.

¶ Sponſa, æ, ſubſtant. die braut. Cic. ad Att. ex Attilio lib. 14 epiſt. 20 *Suam cuique ſponſam, mihi meam*, ſubaudi *placere.* Donatus ad illud Ter. Andr. 1, 1 v. 75 *placuit, deſpondi: Ex veteri*, inquit, *more, quo ſpondebat etiam petitoris pater:* Vnde SPONSVS & SPONSA dicitur. *Quia* SPONDET *puellæ pater*, DESPONDET *adoleſcentis.* Sed hoc diſcrimen notatum Donato non perpetuum eſt. Tempus habendi ſponſas coarctavit Auguſtus. Vide Cujacium Obſervat.

lib. 16 c. 35; & Bernegg. ad Sueton. August. c. 35. *Sponsa imperita atque integra*, Plaut. Casin. 4, 4 v. 11.

¶ Sponsus, ûs, substant. die zusage, verheissung. Sulpitius apud Gellium 4 c. 4 *Ex sponsu agere*. Et Phædrus lib. 1 fab. 17 v. 1 *Fraudator nomen quum locat sponsu improbo.*

¶ Sponsio, ōnis, omnis stipulatio promissioque. ein handgelöbniß, die zusage, bürgschafft.

Optima mensura est: Sponsio damna dabit;

Sic apophthegmata duorum sapientum Cleobuli & Thaletis brevi versu complexus est Beroaldus. *Sponsionem facere*, angeloben, Cic. pro Quintio c. 9; & Plaut. Menæch. 4, 2 v. 27. Et, *Sponsionem cum aliquo facere*, mit einem eine wette anschlagen, Plin. 7 c. 37. *Sponsione aliquem provocare*, Valer. Max. 2 c. 8 n. 2. Erat enim sponsio actio, quæ fiebat interposita stipulatione certæ pecuniæ, eine wette um eine genannte summa gelds. *Sponsio voti*, qua obligantur Deo, eine gelübde, Cic. de Legib. 2 c. 16.

¶ Sponsiuncŭla, æ, diminutiv. eine kleine zusage, Petronius fragm. Tragur. p. 44.

¶ Sponsor, ōris, qui pro aliquo spondet, ein bürge, zusager, angelober. Cic. ad Lepram 6 fam. epist. 19 *quod sponsor es pro Pompejo.* Corn. Nepos Attico c. 9 n. 4 *Tanta diligentia officium suum præstitit, ut nullum illa stiterit vadimonium sine Attico: hic sponsor omnium rerum fuerit.* Ovidius Heroid. epist. 16 Paridis ad Helenam v. 114

Sponsor conjugii stat Dea picta sui.

¶ 2. *Sponsorum* in baptismo, meminit Tertullianus de Baptismo c. 18, die paten.

¶ Sponso, are, sponsalia contrahere, stipulari sibi uxorem dari, vermählen. Paulus JCtus Lege 38 Dig. de ritu nuptiar. *Si quis officium in aliqua provincia administrat, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem sponsam non prohibetur.* Paulinus Nolanus 6 Natal. Felic. v. 43

Et variis animam sponsantes dotibus adstant.

Et Tertullian. de Veland. Virgin. c. 11 *sine quo* [tempore] *sponsari non possunt.* Onomast. Vet. *Sponso*, μνηστεύω

¶ Sponsālis, e, ad sponsum sponsamve pertinens, vor verlobte gehörig. Lege 2 Cod. Theodos. de Repudiis: *Quæ recedit dotis suæ compos, sponsalem quoque obtineat largitatem.* conf. Tertull. adv. Valent. c. 31. Et Juvenc. de Josepho Mariam relinquere cogitante:

Hæc præcepta sequens servat sponsalia pacta.

¶ Sponsālia, ōrum, substant. contractus stipulationis & sponsionis in caussa matrimoniali, verlöbniß, ehe-verbündniß. Sic, *Sponsaliorum dies*, apud Suetonium August. c. 53. vid. Legem 1 Cod. Sponsal. Et Paulus Cypræus de jure connubiorum vetustissimorum mortalium sponsalia nudis verbis citra solennem stipulationem coivisse notat lib. 1 c. 3.

¶ Sponsālĭtius, a, um, zum verlöbniß gehörig; ut, *arrhæ sponsalitiæ*, de quibus est Titulus in Codice Justinianeo. Sidonius 7 epist. 2 *Sponsalitia donatio.*

Composita a *Spondeo*:

¶ Conspondeo, ēre; Hinc

¶ Consponsus, a, um, zusammen versprochen; unde *Consponsi, mutua fide colligati*, verlobte, auctore Festo. *Consponsa factio*, Apulej. Met. lib. 5 p. 165. Et Ausonius epist. 10 v. 11

Te quoque ne pigeat consponsi fœderis.

¶ Consponsor, ōris, ein mitbürge. Apud Festum idem est ac conjurator. Cic. 6 fam. epist. 19 *Si Galba consponsor tuus redierit.*

¶ Despondeo, di, sum, ēre, verloben, zur ehe zusagen. Quamquam aliter voluit Donatus. Ter. Heaut. 4, 4 v. 31 *At ego illi nec do, nec despondeo.* Hoc enim Chremes de filia dicit, quod ex superioribus satis liquet. Despondet autem tam adolescentis, quam puellæ pater. Cic. ad Att. 1 epist. 3 *Tulliolam Pisoni despondimus.* Terent. Andr. 1, 1 v. 75 *placuit: despondi, hic nuptiis dictus est dies*, verba sunt Simonis de Pamphilo, ich habe meinen sohn seiner tochter ehlich versprochen. Et, *Despondere sibi alicujus filiam*, sic Cœlius loquitur lib. 8 fam. epist. 7 ad Ciceronem. ¶ 2. *Despondere sibi alicujus domum*, h. e. suam futuram domum sibi polliceri, Cic. ad Attic. 11 epist. 7; & *Desponsam homini jam Syriam ademi*, ad eumdem lib. 1 epist. 16. ¶ 3. Sed, *Despondere animum*, est ex desperatione mortem sibi decernere, verzweifeln, verzagen. Plaut. in prolog. Menæch. v. 34 *Pater postquam puerum perdidit, animum despondit.* Sic, *Despondere sapientiam*, Columella dixit lib. 11 c. 1, pro desperare, se posse sapientiam assequi, alle hoffnung hinwerffen und daran verzagen. Cicero ad Cass. 12 fam. epist. 9 *Spes reipubl. despondetur te consule.* i. e. promittitur.

¶ Desponsus, a, um, verlobt, zugesagt. Stat. Theb. 10 v. 61 *Ipsa ejus thalamo desponsa*, seine braut. Catull 63 v. 26 *Desponsa firmare connubia.* Cic. de Arusp. Resp. c. 3 *Alicui præripere desponsam jam & destinatam laudem.* Vellej. 2, 65, 2 *Erat privigna Antonii desponsa Cæsari.*

¶ Desponsio, ōnis, die verzweiffelung, Cœl. Aurel. Acut. 3 c. 18.

¶ Desponso, are, frequentat. ehlich versprechen. Aurel. Vict. de Orig. Gent. Rom. *Filia jam ante desponsata Turno fuerat.*

¶ Desponsātus, a, um, idem quod *desponsus*. Sueton. in Cæs. c. 1 *Admodum dives prætextato desponsata fuerat.* In Ciceronis enim exemplo ad Quint. fratr. lib. 2 epist. 5 *Dederam ad te litteras, quibus scriptum erat, Tulliam nostram Crassipedi esse desponsatam*, exemplaria alia rectius legunt, *desponsam*.

¶ Desponsātio, ōnis, promissio futurarum nuptiarum, die verlobung. Ita accipitur lib. 4 Decretal. tit. de clandest. desponsat. & lib. 6 tit. de desponsatione impuberum.

¶ Respondeo, di, sum, ēre, antworten; ut, *Incaute respondere*, Quintil. 5 c. 11. *Respondere ad quæsita*, Cic. 1 Philipp. c. 1; *ad interrogata*, Livius 3 c. 4; & *ad postulata*, Cæsar 1 B. Gall. c. 44. *Respondere pro aliquo*, Cic. de Clar. Orat. c. 32, von eines wegen antworten. *Respondere alicujus maledictis*, Terent. prolog. Andr. v. 7. *Respondere contra contumeliam inimici*, Cic. de Arusp. Resp. c. 8. ¶ 2. Proprium quasi JCtorum verbum, qui *Respondere* dicuntur de jure, quando interrogati, quid juris sit, docent. Hinc RESPONSOREM pro JCto Horatius dixit, loco infra laudando. Et RESPONSA PRUDENTUM interpretationes juris vocantur. Plura Brissonius in Formulis. ¶ 3. Sed, *dictis respondent cetera matris*, id est, congruunt, vel cum iis conveniunt, sie kommen überein, treffen ein, Virg. Æn. 1 v. 585. Et, *structuram ad normam & perpendiculum respondere oportet*, id est, competere & quadrare, zutreffen, Plin. 36 c. 20. Sic, *Dextra dextris respondent*, Cic. de Univers. c. 14. Et Virg. 1 Georg. v. 47 *Illa seges demum votis respondet avari*

Agricolæ, &c. hoc est, *satisfacit.*

Et, *In omnibus tuis rebus meis optatis fortuna respondit*, Cic. 2 fam. epist. 1. *Respondit ad spem eventus*, Livius 28 c. 6, es ist gerathen, wie man gehoffet hat. *Respondere nobilitati majorum*, Quintil. 3 c. 7, denen vorfahren nachschlagen. Et Seneca de Tranquill. an. c. 6 *Male respondent ingenia coacta*, id est, nisi ultro & volens didiceris, coactus male disces. vide *Ingenium.* ¶ 4. Veteres & tertia conflexione extulerunt. Manil. lib. 5 sub fin.

Sic etiam magno quædam respondĕre mundo
Hæc natura facit.

Hinc ultimam in *Responde* Martialis corripuit lib. 3 epigr. 4

Si quando veniet, dicet, responde poëta, &c.

¶ Responsum, i, substant. die antwort. Terent. in prolog. Phorm. v. 17 *Is sibi responsum hoc habeat*, der habe diß zur antwort. *Dare, Reddere responsum*, Cic. pro Planc. c. 14. *Ferre responsum*, Idem 1 Catil. c. 8; & *Auferre*, Idem 1 de Orat. c. 56. ¶ 2. Sed, *Reddere responsa*, Virg. 3 Georg. v. 491. *Poscens responsa sacerdos*, Silius lib. 1 v. 121, h. e. oracula. *Responsa atque decreta JConsultorum*, die berichte, Cic. pro Muræn. c. 13.

¶ Responsus, ûs, subst. idem. Lege 1 § 7 Dig. de Oblig. & Act. *interrogatione & responsu.* ¶ 2. Harmonia, die zusammentreffung. Manilius lib. 3 v. 71 *Responsūs, certasque vices, sua nomina cuique*
Attribuit.

Quo in loco Scaliger RESPONSUS ἀναλογίας interpretatur. Sic etiam Vitruvius usus est lib. 1 c. 2 *Omnium linearum responsus.* Et lib. 3 c. 1 *Convenientissimum habere commensuum responsum.*

¶ Responsio, ōnis, die antwort; ut, *Interpretatio indigna responsione*, Cic. pro Balbo c 16. Et in Pison. c. 23 *Responsione me lacessivit.*

¶ Responsor, ōris, i. e. consultus juris, qui de jure respondet, ein jurist, ut recte interpretatur Torrentius apud Horat. 1 epist. 16 v. 43

Quo responsore, & quo caussæ teste tenentur.

¶ Responso, are, frequentativum; respondere est cum indignatione, ubi tacendum est, wieder bellen, sich verantworten. vid. Plaut. Cistell. 2, 1 v. 30; & Mostell. 2, 1 v. 56; & Menæch. 4, 1 v. 57. ¶ 2. *Responsare cupidinibus*, Horatius dixit pro contradicere, repugnare, entgegen seyn, lib. 2 sat. 7 v. 85. Et ibidem v. 103

Virtus atque animus cœnis responsat opimis.

Et, *fortunæ responsare superbæ*, Idem Horat. 1 epist. 1 v. 68.

¶ Responsĭto, are, aliud frequentativum, antwort stellen. Gellius 13 c. 10 *Consulentibus de jure publice responsitavit.* Et lege 1 § 3 D. de postuland. *fertur, de jure responsitasse.* Et Cic. de Leg. 1 c. 4 *Jus civile interpretari populo, & responsitare soliti.*

SPONDĒON, i, σπόνδειον, poculum libatorium & sacrificale, ein opfferbecher. Apulej. Met. lib. 11 *De penetrali fonte petitum spondeon libat.*

¶ Spondēus, i, σπονδεῖος, pes metricus:

Hic spondeus erit, longâ qui constat utrinque.

A σπονδή, *libamentum*: in sacrificiis enim eo pede maxime utebantur. *Spondeus lentipes*, Auson. epist. 21 v. 42. *Spondei stabiles*, Horat. Art. Poët. v. 256. Adde Cic. de Orat. 3 c. 47; & in Orat. c. 64; Quintil. 9 c. 4; & Sidon. 9 epist. 15. Hinc

¶ Spondaĭcus, i, dicitur versus, qui in fine duos habet spondeos, forte rectius *Spondiacus* dicendus; e. g. Virg. eclog. 4 v. 49

Cara Deûm soboles, magnum Jovis incrementum.

¶ Spondiālis, e, spondeis constans; unde *Spondialia*, carmina sacris adhiberi solita, quibus & tibicines usi, cum modos facerent. vid. Isidor. 1 c. 16. Cic. de Orat. 2 c. 46 *Cum ardere oculi hominis histrionis viderentur, spondialia illa dicentis* &c. Ita legit Turneb. Advers. 20 c. 17; & Rhodig. Lect. Ant. 6 c. 9. Gruterus habet *Spondalia.* Salmasius in Solin. p. 88 mavult *Spondaulia*, quod σπονδαῦλαι tibicines hujusmodi tibias inflantes.

¶ Dispondēus, i, constans quatuor longis, ut *Oratores.* vid. Diomedes lib. 3.

SPONDȲLIS, is, fœm. σπονδύλη, Plinio serpentis genus est lib. 27 c. 13. ¶ Aliis insectum, quod emoriens pessimum fœtorem emittit, vide in Chiliadibus Erasm. *Spondyla*, (aut *sphondyla*;) *fugiens pessime pedit*, er scheidet mit einem gestanck, wie der teufel, cum illo enim fere convenit. Georg. Agricol. de animantibus subterraneis: *spondylis*, inquit, *vermis intra terram reperiri solet ita convolutus, ut verticilli, quod Græci σπόνδυλον vocant, speciem præ se ferat.*

SPONDȲLIUM, i, seu *Sphondylium* potius, σφονδύλιον, herba, platani foliis aut panacis, caule fœniculi, meisterwurtz, ut putatur: Sed descriptio ejus *Brancha Ursinæ* magis convenit, bärenklau, Plin. 12 c. 27; & 24 c. 6.

SPONDȲLUS, i, σπόνδυλος & σπονδύλιον, nodus seu vertebra spinæ, ein gelenck im rückgrad, Plin. 29 c. 4 sect. 20. Sunt autem in ipsa spina spondyli 24, quorum septem collum constituunt, duodecim thoracem, quinque reliqui lumbos. ¶ 2. Et *Spondylus* caro ostreorum dicitur circa vertebras ac dorsum, Plin. 32 c. 6. ¶ 3. Sunt, qui ostream; sunt, qui piscem; sunt, qui concham, *Spondylum* interpretantur. Plinius sane in piscibus numerat lib. 32 c. 11; cui & Macrobius 2 Saturn. c. 9 in pontificum cœnis locum non infimum dat. ¶ 4. *Spondylus* verticillus, ein wirbel an der spindel; vel officulum: Martial. 7 epigr. 19 *Rosos tepenti spondylos sinu condit.*

SPONGIA, æ, σπόγγος, ein schwamm, badschwamm. Utebantur ad tergendas mensas. Martial. 14 epigr. 144

Hæc tibi sorte datur tergendis spongia mensis
Utilis, expresso cum levis imbre tumet.

Erat in pictorio scriptorioque instrumento spongia, qua delebantur emendanda: unde Græcorum proverbium σπόγγῳ ἰᾶσθαι, *Spongiâ curare*,

curare, id eſt, delere & emendare. *Spongiam impingere*, Auſonius dixit præfatione Griphi ſive 11 Eidyllii. Huc pertinet, quod de Auguſto Suetonius ejus vitâ c. 85 refert: *qui tragœdiam magno impetu exorſus, non ſuccedente ſtilo, abolevit: quærentibusque amicis*, QVIDNAM AIAX (id nomen vel argumentum tragœdiæ erat, quam inchoarat,) AGERET? reſpondit, AIACEM SVVM IN SPONGIAM INCVBVISSE. De ſpongia, a Protogene picturæ, quæ male reſpondere videbatur, impacta & exprimente caſu, quod cura & ars æmulari non poterat, lege Plinium 33 c. 10. De ſpongia quædam & Lindebrogius ad Terent. Eunuch. 4, 7 v. 7 obſervat. Suetonius Veſpaſiano cap. 16 *Creditur etiam procuratorum rapaciſſimum quemque ad ampliora officia ex induſtria ſolitus promovere, quo locupletiores mox condemnaret: quibus quidem vulgo* PRO SPONGIIS *dicebatur* VTI, *quod quaſi & ſiccos madefaceret & exprimeret humentes.* ¶ 2. *Spongia*, animal marinum eſt, quod extra aquas mortuum, intra vero vivere videtur, Plin. 31 c. 11; & 9 c. 45. ¶ 3. Et pumex lapis, quia cavernis plenus eſt, *ſpongia* dicitur, Plin. 36 c. 19; & Pallad. 1 tit. 10. ¶ 4. *Spongiæ* appellantur radiculæ aſparagorum implicatæ apud Columellam 11 c. 3; & Pallad. Febr. tit. 24; & Mart. tit. 9.

¶ Spongiŏla, æ, diminutivum, ein ſchwämmlein. Plur. *ſpongiolæ*, die ſchlaffäpffel an den wilden roſenſtauden, Plin. 25 c. 2. ¶ 2. Radiculæ item inter ſe implicitæ aſparagorum, Colum. 11 c. 3.

¶ Spongiŏlus, i, fungorum genus, morcheln, pfifferling, Apic. 2 c. 1.

¶ Spongiōſus, a, um, ſchwammicht, locker, löchericht; ut, *Pulmo ſpongioſus*, Plinius 11 c. 37.

¶ Spongio, are, i. e. ſpongiâ emundare, detergere, mit dem ſchwamm abwiſchen. Apicius 1 c. 26 *Exime & ſpongiabis diligenter.* Idem 8 c. 1 *Aper ſpongiatur.* Adde Barthii Adverſ. 38 c. 2.

¶ Spongīzo, are, idem. Apicius 7 c. 16 *Accipies cochleas, ſpongiza.* Idem 8 c. 7 *Spongizare coctum.*

¶ Spongītes, æ, σπογγίτης, gemma ſpongiæ ſpeciem repræſentans, ein ſchwamm-ſtein, Plin. 37 c. 10.

Sponſa, ſponſalia, ſponſio, ſponſor, ſponſus, &c. vide ſupra *Spondeo.*

SPONTE, ablativus ab inuſitato *Spons*: ut, *Meâ, tua, ſua, noſtrâ ſponte*, id eſt, voluntate, freywillig, von ihm ſelbſt. Varro lib. 5 de L. L. c. 7 SPONDEO *a* SPONTE. *Nam id valet*, VOLVNTATE &c. Et paullo poſt: DESPONDISSE *dicebatur, quod de ſponte ejus, id eſt, voluntate exierat.* Virg. 4 Æn. v. 361

Italiam non ſponte ſequor.

Et eleganter ante v. 340

Me ſi fata meis paterentur ducere vitam
Auſpiciis, & ſponte meâ componere curas:

nach eigenem gefallen. Lucanus lib. 9 v. 574

Nil facimus non ſponte Dei.

Idem lib. 1 v. 99 *Paxque fuit non ſponte ducum.*

Tacitus 3 Hiſt. c. 16 *Nec ſponte Antonii properatum.* Et lib. 4 Hiſt. c. 19 *Vnde ſuſpicio, ſponte legatorum excitari bellum.* In his omnibus SPONTE nomen eſt, & voluntatem ſignificat. *Sponte ſua profectus eſt Lacedæmonem*, Nepos Cimone c. 3. Hic *ſua ſponte* idem eſt, quod ſine juſſu & auctoritate populi. Alibi vero & inſitam vim, ſive naturam, notat. *Sponte naturæ*, h. e. a natura, per naturam, apud Plinium 9 c. 51; & 11 c. 49. Hinc Virg. 2 Georg. v. 47 de arboribus loquens, ait: *Sponte ſua quæ ſe tollunt in luminis auras.*

Ovidius 2 de Ponto epiſt. 3 v. 34

Sponte ſuâ probitas officiumque juvant.

Cic. de Senect. c. 19 *Ignis conſumtus ſua ſponte extinguitur, ſic & ſenes*, &c. ¶ 2. Alias adverbium eſt, gutwillig. Vet. Gloſſ. *Sponte*, προαιρέσει, ἑκουσίως. *Imminentem neceſſitatem ſponte prævenit*, Tacit. Ann 1 c. 30 n. 5.

¶ Spontis, genitivus rarior eſt. Celſ. 1 c. 1 pr. *Sanus homo, qui & bene valet, & ſuæ ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus* (medicorum) *debet.* Columella 11 c. 3 *At ubi loci natura neque manu illatam, nec ſuæ ſpontis aquam miniſtrari patitur.*

¶ Spontāneus, a, um, adject. voluntarius, freywillig, fürſetzlich; ut, *Spontanea inſania eſt ebrietas.* Seneca epiſt. 121 *Agilitas ſpontaneus motus eſt.* Solin. cap. 8 *Spontaneum damnum.* Macrob. in Somn. Scip. 2 c. 12 *Appetitus ſpontaneæ mortis.* vid. plura in Borrich. Cogit. p. 242.

¶ Spontanee, adverb. voluntarie, willig. Vulgatus Interpres uſus eſt 1 Petr. c. 5 v. 2; & Hieronymus epiſt. 2 ad Nepotianum.

¶ Spontālis, e, ultroneus, beliebig, ungezwungen; ut, *ſpontale parricidium*, Apulej. lib. 4 Metamorph. p. 147. Et, *ſpontalis ſobrietas*, Idem lib. 9 extr.

¶ Spontālĭter, adverbium Sidonius formavit lib. 8 epiſt. 9, *Id non modo non coactus, verum etiam ſpontaliter facio.*

SPŎRĂDES, um, Σποράδες, inſulæ aliquot ſunt in mari Carpathio ſeu Ægæo Aſiam verſus, ſic dictæ, quaſi in mari ſparſæ; vide Geograph. Antiq.

SPORTA, æ, fiſcella, ein korb, a *Sparto* herba, (vide *Spartum*;) vel ab aſportando dicta. Salluſtius fragm. lib. 2 Hiſt. *E muris canes ſportis dimittebant.* Cato R. R. c. 133 *Sportæ fæcariæ*, feige-körbe. Colum. 8 c. 7 *Sportis incluſæ pendent aves.* conf. Nonius c. 2 n. 833.

¶ Sportŭla, æ, diminut. ein körblein. Aſconius in proœm. act. in Verrem, SPORTAS, SPORTVLAS, SPORTELLAS, receptacula numorum interpretatur, & quidem minoris ſummæ, geld-körbgen. Plaut. Menæch. 1, 4 pr. *Sportulam cape, atque argentum atque obſonium affer.* Vtebantur *ſportis* ſive *ſportulis* ad rem penuariam, ut ex Vlpiano poteſt conſtare Lege 3 de penu legata. ¶ 2. *Sportulæ* etiam dicta congiaria, quæ clientibus pro ſalutationis officio erogabantur, ſive obſonii aliquid, ſive pecuniæ & ſtipes eſſent, ſpenthen, geſchencklein. Vnde in Gloſſis *Sportula*, διανομή. Aliæ: διανομὴ χρυσῦ, *ſportula*: διανομὴ ἀργύρυ, *ſportula*. Sed de obſonio quando utimur, *epulo* ſive *juſtæ cœnæ*, quæ & *recta* dicebatur, opponitur. Martial. lib. 8 epigr. 50

Promiſſa eſt nobis ſportula, recta data eſt.

Exhibebatur autem *ſportula* in ædium veſtibulo; inde Juvenal. ſat. 1 v. 95

tunc ſportula primo
Limine parva ſedet turbæ rapienda togatæ.

Sed *Sportularum* nomine non veniebant ſtipes tantum, quæ clientibus erogari, ut dictum ante, conſueverant, ſed & illæ largitiones & diſtributiones pecuniarum, quæ in ludis, in inaugurationibus honorum, item in nuptiis fieri ſolebant, de quibus Dempſterus ad Corippum p. 206; Item in dedicationibus operum novorum, de quo Plin. lib. 10 epiſt. 117. In veteri Inſcriptione:

IMPETRATI LOCO EX D. ORD. STATVA FORENS. MEMORIAM PIETATIS HONORAVIT DATISQVE SPORTVLIS DEDICAVIT.

¶ 3. Torrentius ad Suetonii Domitianum cap. 7 obſervat, Cypriano dictas *ſportulas*, quæ ſacerdotibus diſtribuebantur ſingulis menſibus, unde & *diviſiones menſtruas* appellavit, & eos, quibus dabantur, *ſportulantes.* ¶ 4. In Jure *Sportulæ* dicuntur pecuniæ, quæ judicibus aut executoribus litium dabantur, Græcis σπορτουλα, ut Suidas docet. vide JCtos.

¶ Sportella, æ, diminutivum aliud, idem ſignificans. Cic. ad Pætum 9 fam. epiſt. 20 *Dediſcendæ tibi ſunt ſportellæ*, &c. Et Apic. 6 c. 9 *In ſportellam ſubmittere.*

¶ Sportŭlo, are, i. e. ſportulam accipere, der austheilung mit genüſſen. Cyprian. epiſt. 66 *In honore ſportulantium fratrum.*

Spretor, ſpretus, vide ſupra *Sperno.*

SPŪMA, æ, a *ſpuo*, ſuperfluitas ex ebullitione & agitatione, ut in aqua, ære, ſale, ſchaum, geſcht; ut, *Agere ſpumas*, ſchäumen, Lucretius 3 v. 490. Et Virgil. 3 Æn. v. 208

Annixi torquent ſpumas, &c.

Sic, *Spuma argenti*, λιθάργυρος, glette.

¶ Spūmĕus, a, um, ſchaumicht; ut, *Spumea unda*, Virg. 10 Æn. v. 212. *Aper ſpumeus*, Apulejus poſt principium lib. 8; (vide in *Sonax*) quem *ſpumantem* mox ex Virgilio dicemus. Et Prudent. περὶ στεφαν. 1 Calagurrit. v. 101 *ſpumeas efflans ſalivas.*

¶ Spūmĭdus, a, um, idem. Apulej. Apolog. *Humor craſſus & ſpumidus.*

¶ Spūmōſus, a, um, idem; ut, *Æquor ſpumoſum*, Lucan. 2 v. 627. *Littora ſpumoſa*, Catull. carm. 65 ſive Argonaut. v. 121, quæ ſpumas multas agunt, voll ſchaumes. Comparat. Claudian. de 6 Conſul. Honor. v. 458 *Addua quo ſciſſas ſpumoſior incitat undas.*

¶ Spūmo, avi, atum, are, ſpumas emittere, ſchäumen, giſchen. Virgil. Georg. 3 v. 309 *Quam magis exhauſto ſpumaverit ubere mulctra.* Idem Georg. 2 v. 6 *Spumat plenis vindemia labris.*

¶ Spūmans, tis, ſchäumend; ut, *Pocula ſpumantia lacte*, Virg. eclog. 5 v. 78. *Aper ſpumans*, Idem 1 Æn. v. 324. Et 4 Æn. v. 135

Stat ſonipes & frena ferox ſpumantia mandit.

hoc eſt, ſpumare ſolita. *Rubras*, ſive *cruentas ſpumas* ſignum fortiſſimi equi dicit Servius eodem Virgil. loco.

¶ Spūmātus, a, um, beſchaumt. Cic. de Divin. 1 c. 7 ex poëta:

Saxaque cana ſalis niveo ſpumata liquore.

¶ Spūmatus, ûs, ſubſt. das giſchen, die ſchäumung, jährung. Statius 1 Silv. 4 v. 102 *Anguis abundat Spumatu.*

¶ Spūmabundus, a, um, ſpumans, ſchäumend. Apulejus Apolog. p. 303 *Faciem tuam ſpumabundus conſpuiſſet.*

¶ Spūmeſco, ĕre, ſchäumicht werden, jähren. Ovid. Heroid. epiſt. Phyllidis 2 v. 87 *Spumeſcunt æquora remo.*

¶ Spūmĭfer, a, um, ſchaumicht; ut, *Fluctus ſpumiferi*, Stat. Achill. 1 v 59.

¶ Spūmĭger, a, um, idem; ut, *Fons ſpumiger*, Ovid. 11 Metam. v. 140. *Sus ſpumiger*, Lucret. lib. 5 v. 983.

¶ Spūmĭgĕna, æ, ex ſpuma natus: ut, *Cytbere ſpumigena*, apud Martian. Capellam.

Compoſita:

¶ Deſpūmo, are, ſpumas extrahere, abſchäumen. Virg. 1 Georg. v. 296

Et foliis undam tepidi deſpumat aheni.

¶ 2. Pro *concoquere* dixit Perſius ſatyr. 3 pr.

Stertimus, indomitum quod deſpumare falernum
Sufficiat.

Metaphorice Seneca epiſt. 99 *deſpumare lacrymarum affectus.*

¶ Deſpūmatus, a, um, abgeſchäumt; ut, *Deſpumatum mel*, abgeklärtes honig, Celſus 3 c. 6; & Th. Priſcian. 1 c. 17. *Libramentum cote deſpumatum*, Vitruv. 7 c. 4.

¶ Deſpūmātio, ōnis, die abſchäumung, Tertullianus de Carne Chriſti cap. 19 uſus eſt. vide ipſum locum.

¶ Exſpūmo, are, ſpumæ modo exire, heraus ſchäumen. Celſ. lib. 6 c. 7 n. 8 *Donec inde humor aliquis exſpumet.*

¶ Inſpūmo, are, herfür ſchäumen. Tertull. in Apolog. c. 12 *O ſacrilega convicia! Infrendite, inſpumate.*

SPVO, ſpui, ſpūtum, ſpuĕre, ſputum emittere, ſprützen, ſpeyen, auswerffen. Virg. 4 Georg. v. 97 *Terram ſicco ſpuit ore viator.*

¶ Spūtum, i, ſubſtant. geifer, ſpeichel. *Purgamentum oris* Seneca vocat de Conſtantia c. 2. Martial. 2 epigr. 26

Inque ſuos mittit ſputa ſubinde ſinus.

Et, *Sputum edere*, Celſus lib. 1 c. 8, id eſt, exſpuere. *Sputa cruenta*, Propert. 4 eleg. 5 v. 66.

¶ Spūtus, ûs, ſubſt. idem. Cœl. Aurel. Tard. 4 c. 4 *Cum plurimo ſputu & ructatione jugi.*

¶ Spūtiſma, ătis, idem. Vitruv. 7 c. 4 *Quod poculis & ſputiſmatis effunditur, ſimul atque cadit, ſicceſcit.*

¶ Spūto, are, frequentat. ausſpeyen. Plaut. Mercat. 1, 2 v. 27 *Sanguinem ſputare.*

¶ Spūtātor, ōris, ein ausſpeyer. Plaut. in Milit. 3, 1 v. 52 *Minime ſputator, ſcreator ſum.*

¶ Spūtāmentum, i, ſpeichel. Tertullianus extremo libro de Spectaculis: *ſputamentis dedecoratus.*

¶ Spūtāmen, ĭnis, Idem adverſ. Gnoſtic. cap. 10 dixit eodem ſenſu. Et Prudent. Apotheoſ. v. 676 *Humectam ſacro ſputamine terram contrectans &c.*

¶ Sputatilicus, a, um, i. e. consputatione dignus, anspeyens werth; ut, *Sputatilica crimina*, vox ridiculi gratia conficta, apud Cic. de Clar. Orat. c. 74.

Composita:

¶ Adspuo, ĕre, anspeyen. Plin. 28 c. 4 *Si dormiens spectetur infans, a nutrice terna adspui.*

¶ Conspuo, ĕre, bespeyen. Furius Bibaculus apud Scholiasten Horatii:

Juppiter hibernas cana nive conspuit Alpes.

Vbi per metaphoram *conspuit* pro *conspergit* dixit. Quem versum Horatius reprehendit & taxat lib. 2 sat. 5 v. 41, propter hoc ipsum verbum *conspuit*: in quo fœda & indecora atque indigna poëta epico tralatio est; quæ omnia in metaphoris vitanda sunt. Quintilianus etiam reprehendit lib. 8 c. 6, qui hanc translationem *duram & a longinqua similitudine ductam* agnoscit. ¶ 2. *Conspuere* etiam pro *detestari* sumitur. In detestabiles enim mittimus sputum. Plaut. Curc. 4, 2 v. 17 *Qui constitit, culpat eum, conspuitur, vituperatur.*

¶ Consputo, are, frequentat. verspeyen. Cic. ad Quint. fratr. 2 epist. 3 *Clodiani nostros consputare cœperunt.*

¶ Consputatus, a, um, verspeyt. Tertull adv. Judæos c. ult. *Maledictus & consputatus.* Et mox: *Consputatus & omnibus contumeliis afflictus.*

¶ Despuo, ĕre, idem quod spuere vel exspuere, ausspeyen. Tibullus 1 eleg. 5 extrema: *Despuit in molles & sibi quisque sinus,*
puta, pro fascino avertendo, ut Juvenalis Scholiastes in sat. 7 v. 112 prodit. Idem Tibull. 1 eleg. 2 v. 54

Ter cane, ter dictis despue carminibus.

Quo versu poëta ad superstitiosum veterum vitium respexit, qui ad deprecandum fascinum & alia dira & horribilia avertenda ter solebant exspuere. Petronius: *Hoc peracto carmine, ter me jussit exspuere.* Ad quem locum vide Wowerium. ¶ 2. Hinc *Despuere* & detestari est, vel extreme contemnere, verspeyen, verachten. Plaut. Asinar. 1, 1 v. 26 *Teque obsecro hercle, ut, quæ locutus, despuas.*
Claudianus de 4 Consulat. Honorii v. 403

Triste, rigor nimius, Torquati despue mores.

Minucius Felix Octavio: *Templa ut busta despiciunt: Deos despuunt.* ¶ Impersonaliter Livius 5 c. 40 *Vbi nunc despui religio est.*

¶ Desputamentum, i, schaum. Fulgent. Mythol. 3 *Scintillantis olei desputamento aliquem accendere.*

¶ Perdespuo, ere, über und über bespeyen. Catull. epigr. 75 v. 3 *Patrui perdespuit uxorem*; alii: *perdepsuit.*

¶ Exspuo, ĕre, aussprützeln, ausspeyen; ut, *In os* vel *faciem alicujus exspuere*, Plin. 7 c. 23. *Miseriam ex animo exspuere*, per metaphoram dixit Terentius in Eunucho 3, 1 v. 16, pro ejicere, die unlust aus dem gemüth lassen. Similiter Seneca Troad. v. 1169

Vbi hanc anilis exspuam leti moram.

Sic, *Exspuere lacrymas*, weinen, Plautus dixit Pseud. 1, 1 v. 74; sed comice & licenter.

¶ Exsputus, a, um, ausgespeyt. Sidon. 1 epist. 7 extr. *A rebus humanis veluti vomitu fortunæ nauseantis exsputus.*

¶ Exsputio, ōnis, die ausspeyung; ut, *Exsputio sanguinis*, Plin. 23 c. 1.

¶ Inspuo, ĕre, hinein speyen. Seneca de Ira 3 c. 38 *Inspuere in frontem mediam hominis.* Et, *In tuum ipsius sinum inspue*, reuch in deinen busen, proverbialiter in taxantes aliena vitia. vide Chiliad.

¶ Insputo, are, anspeyen. Plaut. Captiv. 3, 4 v. 22

Et eum morbum mihi esse (memoras,) *ut qui me opus sit insputarier?*

HEG. *Ne verere: multos iste morbus homines macerat,*
Quibus insputari saluti fuit, atque alii profuit.

Loquitur de comitiali morbo, quo laborantes despui solitos, ex Plinii lib. 10 c. 33; & 28 c 3 discere licet. Insputatio autem ista ideo fiebat, tum ut consuleretur ægrotanti, tum illi ipsi etiam, qui inspuebat, quod crederent, sputo & medicandi inesse vim, & avertendi contagii, ut ex Plautino loco clarum. Huc pertinet Apuleji illud Apologiâ: *Tu potius caducus*, (id est, epilepticus) *qui jam tot calumniis cecidisti. Neque enim gravius est corpore quam corde collabi; pede potius quam mente corruere; in cubiculo despui, quam in splendidissimo isto cœtu detestari.*

¶ Respuo, ĕre, zurück speyen. Vitruv. 7 c. 4 *Ab se respuere liquorem.* ¶ 2. Est aspernari, repudiare, verwerffen, verachten; ut, *Munera parva respuere*, Tibull. 4 eleg. 1. Et Liv. 2 c. 41 *Munera ejus in animis hominum respuebantur.* Cic. 3 Tuscul. c. 33 *Sunt, qui consolationem illam respuunt*, die den trost nicht annehmen. Et passive Juvencus lib. 2 v. 689 *Respuor a vobis.*

¶ Respuens, tis, ein verächter. Gellius 6 c. 15 *Communium vocum respuens & fastidiens.*

SPVRCVS, a, um, impurus, obscenus, unrein, unflätig, unsauber, garstig; ut, *Spurcus homo, spurcissimus heluo*, Cic. pro Domo c. 10. *Homo spurcissimus*, Idem 3 in Verr. c. 37. *Si quid est urinâ spurcius*, Gellius 17 c. 19. *Spurci* autem *homines* sunt, quibus nullus pudor, nulla honestatis cura inest: qui nihil, nisi flagitium sunt, nec ulla re bona digni. Vnde & Musonius philosophastros erraticos & nulla fronte, *animalia spurca* vocat apud Gellium 9 c. 2. Et *Spurcum nubilum* Plinius dixit lib. 16 c. 2. Sic, *Spurci sermones*, λόγος σαπρὸς, Apostolo dicti. *Spurcum vinum* apud Festum, quod sacris adhiberi non licet, &c. ¶ 2. Nonius c. 4 n. 425 prolixe observat, veteres etiam *spurcum* pro *sanguinario* & *duro* dixisse: & *spurcam tempestatem* Ciceroni vehementissimam atque asperrimam significare, grimmig, schrecklich.

¶ Spurce, adverb. schändlich; ut, *Dicere in aliquem spurce & impie*, Cic. Philipp. 2 c. 39. *Spurce*, id est, atrociter, leviter: unde & cum *impie* conjungit, sicut auctor Rhetor. ad Herenn. lib. 1 cum *superbe*. vide Turnebum, si lubet, Advers. 20 c. 21. Compar. *Spurcius*, apud Plinium lib. 29 c. 1 ex Catonis epistola. vide supra in *Opicus*. Superlat. *Spurcissime perscribit*, Cic. ad Attic. 11 epist. 13.

¶ Spurcitia, æ, & Spurcities, ēi, der wust, unflat. Lucret. 6 v. 21

nobis cœni teterrima cum sit
Spurcities, eadem suibus hæc munda videtur.

Idem 5 v. 48 *Quidve superbia, spurcitia ac petulantia*, &c. Sic, *Spurcities suum*, sau-mist, Plin. 17 c. 9. *A spurcitiis purgare alvum & vermiculos ejicere debet mellarius*, Varro R. R. 3 c. 16. *Spumam & omnem spurcitiam eximere*, abschäumen, Colum. 12 c. 17.

¶ Spurco, avi, atum, are, fœdare, besudeln, verunreinigen. Prudent. in Symmach. 1 v. 60 *Juppiter incesta spurcavit labe Lacænas.*

¶ Spurcatus, a, um, besudelt. Catullus epigr. 107 in Cominium: *Senectus spurcata impuris moribus.*

¶ Spurcāmen, ĭnis, der unflat, dreck. Prudent. Cathem. 9 v. 56 *Gregis suilli sordida spurcamina*, sau-mist.

¶ Spurcĭdĭcus, a, um, schändirisch; ut, *Spurcidici versus*, i. e. immemorabiles, Plaut. Captiv. prologo v. 56.

¶ Spurcĭficus, a, um, säuisch. Plaut. Trinum. 4, 1 v. 7 *Spurcificus, immanis, intolerandus.*

¶ Spurcĭlŏquium, i, schand-rede. Tertullian. de Resurr. carn. c. 4 extr. *Spurciloquio experiri in congressibus.*

¶ Conspurco, are, verunreinigen. Lucret. lib. 6 v. 21 *tetro conspurcare sapore.* Et Colum. 8 c. 3 extr. *proluvie ventris cibos & aquam conspurcat.*

SPŪRINA, æ, Σπυρίνας, dux Parthorum, qui Crassum interemit. ¶ 2. Item, mathematicus ille, qui Cæsari prædixerat, ut idus Martias caveret. Sueton. in Cæs. c. 81 *Introiit curiam spreta religione Spurinamque irridens, & ut falsum arguens, quod sine ulla noxa idus Martiæ adessent, quamquam invenisse quidem eas diceret, sed non præteriisse.* ¶ 3. Alius *Spurina*, vel *Spurinna*, inter Othonianos duces fuit: de quo Tacitus 2 Hist. c. 11. Ejus jam senis ac traducti in otium vitam & mores Plinius explicat lib. 3 epist. 1.

SPŬRIVS, i, νόθος, substantive est natus incerto patre, ein beykind, bastard, quod nomen Romani duabus tantum litteris innuebant SP. quasi *sine patre*, scilicet certo, quemadmodum in Problematis Plutarchus indicavit. Vlpianus tit. 4 Corporis: *Qui matre quidem certâ, patre autem incerto nati sunt, spurii appellantur.* Gloss. Vet. *Spurius*, νόθος, πορνογενής. ¶ 2. Hinc & adjective unächtig; ut, *Spurii versus*, qui incerti essent auctoris: Ausonius epist. 2 v. 29

Quique notas spuriis versibus apposuit.

Idem Sapient. præfat. v. 13

Pone obelos igitur, spuriorum stigmata vatum.

Sputamen, sputatilicus, sputator, sputo, sputum, vide ante in *Spuo*.

SQVĀLEO, ui, ēre, est horridum & sordidum esse, unflätig und heßlich seyn; ut, *Arma squalent situ ac rubigine*, Quintil. 10 c. 1. *Tota civitas confecta senio est: squalent municipia, afflictantur coloniæ*, Cic. pro Milon. c. 8. De proprietate hujus verbi vide Gellium 2 c. 6 extremo. Nonio Marcello c. 6 n. 26 medium vocabulum est, nec sordium modo, sed cujuslibet rei, etiam pulchræ & honestæ, densitatem significans. Sic Virg. 10 Æn. v. 314 *tunicam squalentem auro* dixit. Aliter tamen sentit Macrob. 7 Saturn. c. 7, quem vide.

¶ Squalens, tis, scheußlich, unscheinbar. Virg. Æn. 2 v. 277

Squalentem barbam & concretos sanguine crines.

Et Lucan. 8 v. 57 *Atro squalentes pulvere vestes.* ¶ 2. Idem est ac abundans & refertus secundum Nonium l. c. ut, *Auro squalens lorica*, starrend von golde, Virg. Æn. 12 v. 87.

¶ Squālentia, æ, die unflätterey. Tertull. Exhort. ad Castit. c. 10 *Ingredi non secundum carneæ squalentiæ concupiscentiam.*

¶ Squāles, is, videtur idem olim notasse. Vide Nonium c. 3 n. 231, & in *Scabre* c. 2 n. 761 ex Varrone: & quæ supra in eadem voce sub littera S commentati sumus: addeque Voss. Etymolog. p. 451.

¶ Squalesco, ĕre, garstig werden; ut, *Situ squalescere*, verschimmeln, apud Flavium Caprum edit. Putschii p. 2240 &c.

¶ Squālidus, a, um, garstig, scheußlich, schmutzig; ut, *Homo horridus atque squalidus*, Plautus Trucul. act. 5 v. 41. *Video sentum, squalidum, ægrum*, &c. Terent. Eunucho 2, 2 v. 5, id est, intonsum barba crineque horridum. Id enim & Tacitus *Squalorem* vocat, de Germania c. 31. Idem 2 Hist. c. 60 *Suetonium Paulinum & Livinum Proculum tristi mora squalidos tenuit.* Comparat. *Squalidior*: Cic. in Oratore c. 33 extr. *Quæ suâ sponte squalidiora sunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor.* Sic, *Squalidus ager*, incultus, ungebaut. Vetus auctor de Limitibus apud Rigaltium p. 299 *Squalidus ager, quasi excolidus, quod jam a cultura exierit. Sicut Exconsul, qui a consulatu discesserit.* Nugæ!

¶ Squalĭde, adverb. idem. Cic. de Fin. lib. 4 c. 3 *Dicitis vos squalidius, illorum vides quam niteat oratio.*

¶ Squalĭdĭtas, ātis, die unsauberkeit; ut, *Squaliditate maxima rerum ordinem implicare*, Ammian. Marcell. lib. 26 c. 12. Adde Nonium c. 3 n. 231, qui etiam sequentia conservavit.

¶ Squālĭtas, ātis, idem. Lucil. apud Non. l. c. *Squalitate summa obrutus.*

¶ Squālĭtūdo, ĭnis, idem. Accius ibid. *Indignus clade & squalitudine.*

¶ Squālor, ōris, der schmutz, die scheußlichkeit. Gell. 2 c. 6 *In corporibus incultis squamosisque alta congeries sordium squalor appellatur.* Sic, *Vestis obsita squalore*, Liv. 2 c. 23. *Detergere squalorem rudis seculi*, Quintil. 2 c. 5 extr. Et, *In squalore & luctu esse*, trauren, Metellus ad Cic. 5 fam. epist. 1. Et, *Contra naturam est, squalorem appetere*, Seneca epist 5.

¶ Squālus, a, um, pro *squalidus*. Ennius apud Nonium c. 10 n. 2 *Lavere lacrymis vestem squalam & sordidam.*

SQVĀLVS, & Scalus, i, piscis genus Plinio est lib. 9 c. 51, & 19 c. 24. Sed pro *Squalus* legendum omnino videtur *Galeus*. Est autem *Galeus* ex mustelarum genere. vide *Mustela*. ¶ 2. Itali hodie piscem fluviatilem capitonem *Squallum* vocant, einen aler, Gesner. Varro R. R. 3 c. 3 *Habeat in piscina squalos ac mugiles pisces.*

SQVĀMA, æ, plur. Squamæ, piscium sunt & serpentum, schuppen. Cic. 2 Nat. Deor. c. 47 *Animantium alias plumâ, alias squamâ videmus obductas.* Plin. 9 c. 12 *Aquatilium tegumenta plura sunt: Alia squamis integuntur, ut pisces*, &c. Virg. 11 Æn. v. 754 de serpente:

Arrectisque horret squamis, & sibilat ore.

¶ 2. Et loricarum catenulæ *Squamæ* dicuntur poëtis, die ringlein am pantzer. *Duplici squamâ lorica*, Virg. 9 Æn. v. 707. ¶ 3. Sed,

Squama æris, Plin. 34 c. 11. *Squama ferri*, ibidem c. 15, **hammerſchlag.** ¶ 4. *Sermonis Celtici ſquamam* barbariſmorum rubiginem dixit Sidon. lib. 3 epiſt. 3; & lib. 2 epiſt. 10.

¶ Squāmŭla, æ, diminutivum, **ein ſchüpplein.** Corn. Celſus lib. 7 c. 26 n. 3 *Vrina ſecum attrahens quaſdam quaſi ſquamulas.*

¶ Squamātus, a, um, ſquamas habens, **beſchuppt.** Tertull. Apolog. c. 21 *Squamatus aut cornutus aut plumatus amator.*

¶ Squamātim, adverb. in modum ſquamarum, **ſchuppenweiß.** Plin. 16 c. 10 ſub fin. *Nucamenta ſquamatim compacta.*

¶ Squāmeus, a, um, ſquamis plenus, **ſchuppicht**; ut, *Squameus anguis*, Virg. 2 Georg. v. 154. Et Auſonius Moſellâ v. 85

Squameus herboſas capito inter luces arenas.

¶ Squāmōſus, a, um, idem. Cic. 2 Nat. Deor. c. 44

ſquamoſo corpore piſces,

ex Arato convertens. Et Virg. 4 Georg. v. 408 *ſquamoſus draco.*

¶ Squamĭger, a, um, idem. Lucretius 2 v. 1082 piſces vocat *mutas ſquamigerûm pecudes*: Auſonius Moſellâ v. 83 *ſquamigeri gregis choros.*

¶ Deſquāmo, are, ſquamas detrahere, **die ſchuppen abziehen, ſchüppen.** Plaut. Aulul. 2, 9 princ. *Dromo, deſquama piſces.*

SQVARRŌSVS, a, um, Feſto a ſquamarum ſimilitudine, aſperam qui cutem habet, **der den ſchuppichten grind hat,** ut apud eundem *ſquarroſa roſtra* Lucilius dixit.

SQVĂTĬNA, æ, ῥίν, piſcis planus aſperrima cute, quem *angelum marinum* Galli dicunt, **ein engelfiſch oder meer-engel.** vid. Plin. 9 c. 12 & 51; & lib. 32 c. 7 &c. Sed

¶ Squatoraja, æ, ῥινόβατος, piſcis ex *ſquatina* & *raja* natus, **ein engelroch,** Geſner. conf. Plin. 9 c. 51.

SQVILLA, æ, σκίλλα, cepam marinam vulgo vocant, **eine meerzwiebel.** vid. Pallad. Jul. ſive lib. 8 tit. 8; & conf. ſupra *Scilla.* Proverb. *E ſquilla non naſcitur roſa*, **eine eule heckt keinen falcken**; Theognidis eſt v. 537 οὔτε γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδα φύεται &c.

vid. Chiliad. ¶ 2. Et *Squilla* ex gammarorum eſt genere, caudam habens, ſed forcipibus carens, **ein kleiner meer-krebs,** Ariſtot. de partibus animal. 4 cap. 8. vide *Cancer, Gammarus, Locuſta.* Adde Plin. 9 c. 42 & 51; & lib. 11 c. 37.

SQVĪNANTHVS, i, σχοίνανθος, juncus odoratus, apud Palladium Octob. tit. 14.

ST, ſonus eſt ſilentium indicentis Terentio in Phorm. 5, 1 v. 16 *Quid? non is obſecro es?* C. *ſt.* S. *quid has* &c. vid. Pontan. Vol. 1 Progymn. not. p. 183. Vide & locum Varronis ſupra in *Harpocrate.*

STĂBĬLIS, e, a *Statuo*, fixus, firmus, **ſtandhafftig, beſtändig, feſt**; ut, *Connubio jungere ſtabili*, Virg. Æn. 1 v. 77. *Matrimonium ſtabile & certum*, Cic. Philipp. 2 c. 17. Et, *Habere domicilium certum & ſtabile*, Idem pro Marcello c. 10. Comparat. *Imperium ſtabilius*, Terent. Adelph. 1, 1 v. 42. Superlat. *Stabiliſſimus quæſtus*, Cato præfatione de Re Ruſtica.

¶ Stăbĭlĭter, adverb. idem. Vitruvius 10 c. 14 *Tympanum ſtabiliter includatur.* Comparat. *Molem ſtabilius fundare*, Sueton. Claudio c. 20.

¶ Stabilĭtas, ātis, firmitas, **die ſtandhafftigkeit.** Cic. 5 Tuſc. c. 14 *Quis poterit aut corporis firmitate aut fortunæ ſtabilitate confidere?* Et, *Vacillat amicitiæ ſtabilitas*, Idem de Fin. 1 c. 20.

¶ Stăbĭlio, īvi, ītum, ire, firmum & ſtabile efficere, **befeſtigen, beſtätigen.** Plaut. Amph. 1, 1 v. 39 *Regnum ſtabilivit ſuum.* Seneca Thyeſte v. 568 *Turres quaſſas ſtabilire.*

¶ Stabilītus, a, um, **befeſtiget, feſt geſtellt**; ut, *Corpora ſtabilita magis*, Lucret. 3 v. 203.

¶ Stabilīmen, ĭnis, **die befeſtigung.** Cic. Nat. Deor. 3 c. 27 ex poëta: *regni ſtabilimen mei.*

¶ Stabilimentum, i, idem; ut, *Virtutis ſtabilimentum*, Valer Max. lib. 2 c. 2 n. 5. Et Plautus Curcul. 2, 3 v. 88 *panem & aſſam bubulam ventri ſtabilimenta eſſe* dixit.

¶ Stabilītor, ōris, **ein beſchirmer, erhalter.** Senec. 4 de Benefic. cap. 7 *Quod ſtant beneficio ejus* [Dei] *omnia, ſtator ſtabilitorque eſt.* vide ibi Lipſium.

Compoſita:

¶ Conſtăbĭlio, ire, **gantz feſt und gewiß machen.** Terent. Adelph. 5, 1 v. 9 *Dis quidem eſſes Demea, ac tuam rem conſtabiliſſes.* Et Juvencus lib. 2 Hiſt. Evang. in Matth. c. 13 v. 765

Robuſtam pectore mentem
Ad capienda Dei penetralia conſtabiliſtis.

¶ Conſtabilītus, a, um, **unterſtützet**; ut, *Subſidiis alicujus conſtabilitus*, Lucret. 2 v. 45.

¶ Inſtăbĭlis, e, **unſtät, unbeſtändig**; ut, *Inſtabilis hoſtis ad cominus conferendas manus*, **ein feind, der für der hand nicht ſteht,** Liv. 27 c. 18. *Queis rebus inſtabilior*, Aurel. Victor in Galba: *Queis rebus*, i. e. luxuria & crudelitate. Seneca Thyeſte v. 215

Vbi non eſt pudor,
Nec cara juris ſanctitas, pietas, fides,
Inſtabile regnum eſt.

¶ Inſtabilĭter, adverb. idem. Auguſtinus Confeſſ. 13 c. 20 *inſtabiliter fluidum.*

¶ Inſtabilĭtas, ātis, **die unbeſtändigkeit**; ut, *mentis inſtabilitas*, **die wanckelmüthigkeit,** Plinius 24 c. 17. Et Arnobius lib. 6 p. 196 *Luna quotidiana inſtabilitate mutatur.*

¶ Præſtăbĭlis, e, excellens, **fürtrefflich**; ut, *Res magnitudine præſtabiles*, Cic. de Orat. 2 c. 85. Adde de Aruſp. Reſp. c. 19. Comparat. *Nihil mente præſtabilius natura homini dedit*, **nichts edelers oder trefflichers,** Cic. 2 de Nat. Deor. c. 7. Et lib. 1 de Fin. c. 12 *Quem tandem hoc ſtatu præſtabiliorem poſſumus dicere?* Gell. 1 c. 3 *Chilo, homo ſapientiâ præſtabilis.*

¶ Impræſtabĭlis, e, qui nihil præſtat, **untauglich, ungütig.** Firmicus 8 c. 29 *Longævi & impræſtabiles.* Salvian. 4 de Gubern. c. 116 *Immiſericors & impræſtabilis.* Hoc vocabulum etiam ad *præſto* referri poterat.

¶ Proſtĭbĭlis, e, quaſi proſtituendus, **verächtlich, unwerth.** Plaut. Perſ. 5, 2 v. 56 *Hic faceret te proſtibilem propediem.* Et Stich. 5, 6 v. 4 *proſtibile eſt, ſtantem ſtanti ſuavium dare*, i. e. proſtibulis conveniens, de quibus mox in *Stabulum.*

¶ Reſtĭbĭlis, e, a *Reſtituo* videtur factum, **rückſtellig, rückſtändig.** *Terram reſtibilem* vocat Varro, quæ quotannis conſeritur, **ſo jährlich beſtellet und beſäet wird,** de R. R. 1 c. 44. Et lib. 3 c. 16 *In aratis faciunt reſtibiles ſegetes.* Et Plinius 16 c. 32 *Platanus reſtibilis facta vitæque reddita.* Et Columella 3 c. 11 *Reſtibilis vinea.*

STĂBŬLVM, i, a *Statuo*, ubi jumenta ſtant, **ein ſtall,** quæ ſignificatio notiſſima. Neque vero conſeptum ipſum tantum, ubi jumenta manent, notat hæc vox, ſed locum illum quoque ſtabuli, in quo armentum quodque ſtat & quieſcit, *cubile* videlicet, **das lager.** Quemadmodum & Virgilius *ferarum ſtabula* dixit, quæ alibi *cubilia* vocat. Salluſtius Jugurthâ c. 18 de Getulis loquens: *Cibus erat caro ferina, atque humi ſtabulum.* Ita enim legendum puto, non *pabulum*: nam jam de cibo dixerat. Nimirum duo tradit: primo quo cibo; deinde quibus cubilibus uſi fuerint. Et vero humi cubuiſſe, ſicut pecora, tradit. Pomponius Mela idem ſignificat, cum ait: *Humi quies, epulæque capiuntur: cibus eſt caro plurimum ferina.* Procul dubio reſpexit hunc locum, cum iſta ſcriberet Mela. Sed quod *quietem* Mela, Salluſtius *ſtabulum* dixit. ¶ 2. Deinde & diverſorium ſignificat, **eine gemeine herberge, ein auffenthalt.** Vet. Gloſſ. *Stabulum*, ἱπποστάσιον, ὀνοστάσιον, πανδοχεῖον. Hinc quod B. Lucas c. 10 v. 34 πανδοχεῖον dixit, id erudite vetus Interpres *ſtabulum* reddidit. Nam & in Jure Romano quod *Stabulum* appellatur, Græci interpretes πανδοχεῖον reddiderunt. Vet. Gloſſ. πανδοχεῖον, *cauponium*, *diverſorium.* Quamvis autem *cauponium* & πανδοχεῖον differant, cum *cauponium* καπηλεῖον ſit, id eſt, locus, ubi bibitur, (**eine ſchencke,**) πανδοχεῖον autem ſive *ſtabulum*, quo recipiuntur iter facientes; poteſt tàmen una res duplicem uſum habere, unum primarium, & alterum ſecundarium. Sic quamvis cauponæ inſtitutæ proprie ſint, ut ibi bibatur: recipiuntur iiſdem tamen & viatores. Quo reſpectu πανδοχεῖον in eruditiſſimo Gloſſario *Cauponium* juxta *Diverſorium* exponitur. Hac notione, quamquam tralate, Plautus Trucul. 2, 7 v. 31 *ſtabulum flagitii* dixit de flagitioſo homine, qui tamquam diverſorium aliquod flagitiorum. Et proprie Petron. Satyric. p. 21 *Nec viam diligenter tenebam, nec quo loco ſtabulum eſſet, ſciebam*, i. e. hoſpitium, **das wirthshauß.** Et Apulej. Met. lib. 1 *Quod ingreſſui primum fuerit ſtabulum, prandio participabo.* ¶ 3. *Stabulum* & meritorium eſt, ſive lupanar, **ein huren-hauß,** quod ibi meretrices venales ſtent. Ovidius 1 Amor. eleg 10 v. 21

Stat meretrix certo cuivis mercabilis ære.

vide paullo poſt *Proſtibulum.* Hinc Cæſarem Curio *Nicomedis ſtabulum* dixit, ut Suetonius ejus vitâ refert c. 49. vide & Wowerium ad Petronium.

¶ Stăbŭlo, avi, atum, are, & Stabŭlor, atus ſum, ari, quod uſitatius eſt, **ſtallen, wohnen.** Virg. 6 Æn. v. 286 *Centauri in foribus ſtabulant.* Ovid. 13 Metam. v. 822 *Pecudes ſtabulantur in antris.* De ſerpente Gell. 6 c. 3 ex Tuberone refert, *Attilium Regulum ad Bagradam flumen prælium grande atque acre feciſſe adverſus unum ſerpentem illic ſtabulantem.* Onomaſtic. vetus: *Stabulo*, *ſtabulor*, αὐλίζομαι. Varro de R R. 1 c. 21 *Pecus in ſuo fundo paſcat & ſtabulet.* Idem 3 c. 3 *Turdi & pavones ſtabulantur.*

¶ Stabulātio, ōnis, manſio in ſtabulo, **die ſtallung.** Columella 6 c. 3 pr. *Hibernæ ſtabulationi præparanda ſunt ſtramenta.*

¶ Stabulārius, i, qui ſtabulis atque equis curandis præeſt, **ein ſtallmeiſter oder ſtallknecht.** Varro R. R. 2 c. 10 extr. *Stabularii ſolent equas aligere.* conf. Seneca de Benef. 1 c. 14; & Colum. 6 c. 23. ¶ 2. Qui diverſorium exercet, **ein wirth.** Apulej Mileſ. lib. 1 p. 110 *Manſionis pretio ſtabulario perſoluto.* Vet. Gloſſ πανδοχεύς. *Diverſoriarius, Cauponarius, Stabularius.* Vide & Wowerium, ſi lubet, dicto loco. Et Vlpian. lib. 4 Dig. t. 9 de Nautis, cauponibus, ſtabulariis. Hinc &

¶ Stabulāria, æ, **eine wirthin.** Auguſtinus de Civ. D. lib. 8 *Stabularias* vocat mulieres, quæ exercent ſtabulum, & viatores mercede paſcunt.

¶ Proſtĭbulum, i, lupanar, πορνεῖον, quod ibi meretrices proſtarent; Donato *Ganeum* eſt ſeu *Lupanar*, *Luſtrum* Quintiliano, quaſi minime illuſtre, *Fornix* Juvenali, **ein unzüchtig hurenhauß.** ¶ 2. Item ipſa meretrix, quæ proſtat, **eine feile hure, jedermans hure.** Plaut. Aulul. 2, 4 v. 6 *Bellum & pudicum vero proſtibulum populi.* vid. Taubman. p. 1050. Dicitur & in fœminino

¶ Proſtĭbŭla, æ, quod ante ſtabulum ſtet venalis, ſecundum Feſtum & Nonium; qui poſterior c. 5 n. 8 *meretricem* honeſtioris loci & quæſtus eſſe putat, quod copiam ſui tantummodo noctu faciat, quam proſtibulam, quæ ante ſtabulum ſtet quæſtus diurni & nocturni cauſſa. Tertull. Apolog. c. 6 *Inter matronas & proſtibulas nullum diſcrimen relictum.*

¶ Proſtĭbĭlis, e, vide paullo ante in *Stabilis.*

¶ Veſtĭbŭlum, i, **das vorhauß, der vorhof**; a *ve*, cum intentionem ſignificat, & *ſtando*, quod valde ſtet; unde & *Veſta* nomen habet, vid. Gell. 16 c. 5. Sed quia ab ipſa *Veſta* alii deducunt, quære infra in *Veſta.*

STĂCHYS, yis, στάχυς, herba marrubio ſimilis, ſed folia habens longiora & candidiora, **weiſſer oder riechender andorn,** Plin. 24 c. 15.

STACTE, es, fœm. στακτή, pinguitudo eſt myrrhæ recentis diſtillatitiæ, dicta a στάζειν, ſtillare, *ſtyrax liquidus* vulgo vocatur, **myrrhen-ſafft.** Lucret. 2 v. 846 *Sicut amaracini blandum ſtacteque liquorem,*
Et nardi florem, nectar qui naribus halant.

Adde Plin. 12 c. 16; & Plaut. Curc. 1, 2 v. 6.

¶ Stacteus, a, um, adject. ut, *Myrrha ſtactea*, ſtacten producens; ex Plin. c. l. allegant: ſed aliter libri probatiores.

STĀCVLA, æ, vitis genus, quæ & *Scircula*, Plin. 14 c. 2.

STĂDIVM, i, στάδιον, curriculum ſeu locus certaminis currendi, **eine renn-bahne, ein lauffplatz.** Cic. Tuſcul. 2 c. 23 *Vt in ſtadio curſores exclamant, quam maxime poſſunt* &c. Cæterum *ſtadia* non unius generis aut modi erant. Namque cum Plinius 2 c. 23 *Stadium* CXXV paſſibus, DCXXV pedibus definit, de Italico loquitur: Olympicum

cum enim pedum DC. Pythicum CIↃ fuit: ut Cenſorinus auctor eſt cap. 13. Nomen ἀπὸ τῆς ϛάσεως eſt a *ſtatione*. Nam cum curriculum DC. pedum confeciſſet uno ſpiritu Hercules, (qui modus olympici ſtadii fuit,) primum ſubſtitiſſe dicitur. De diſcrimine ſtadiorum legatur quoque Gellius lib. 1 Noct. Att. c. 1. Luc. Pætus de menſur. lib. 1 p. 3, & Dalech. ad Plin. 2 c. 33.

¶ Stădius, i, idem. Macrob. 1 Somn. Scip. c. 15 *Vltra trecentos & ſexaginta ſtadios longitudinem in ſe continere*, &c.

¶ Stadiālis, e, was 125 ſchritte hält. Vetus Gromaticus de Limitibus apud Rigaltium p. 298 *Stadialis ager habet paſſus* CXXV. *id eſt, pedes* DCXXV, *cujus menſura octies computata milliarium facit, qui conſtat quinque millibus pedum.*

¶ Stadiātus, a, um, inſtar ſtadii factus; ut, *Porticus ſtadiatæ*, apud Vitruvium 5 c. 11. vide Interpret. in Baldi Lexic. Vitr. p. 115.

¶ Stadiodrŏmus, i, ϛαδιοδρόμος, ein läuffer, wettläuffer, qui ſtadium decurrit, apud Firmicum. ¶ 2. Curriculum eſt & locus ipſe, in quo curſores certant, die lauff-bahne, apud Plinium 34 c. 8.

STĂGĪRA, æ, Στάγειρα, oppidum fuit in finibus Macedoniæ, Ariſtotelis patria, qui inde

¶ Stagirītes, æ, Σταγειρίτης, appellatus fuit. ¶ *Stagiritarum* lex fuit, ὃ μὴ κατέθου, μὴ λάμβανε, *Quod non depoſuiſti, ne tollas*, Ælian. lib. 3 Variar. Hiſt. quam legem inter Solonis etiam leges recenſuit Laërtius.

STAGNUM, i, aqua ſtans eſt, ein ſee, weiher, oder waſſer, ſo keinen ausfluß hat. ¶ 2. Virg. Æn. 1 v. 125

Emiſſamque hyemem ſenſit Neptunus & imis
Stagna refuſa vadis:

ubi *Stagna* pro profundiſſimis poſuit maris partibus, die tieffe des meers. *Stagna & ſales emere*, Ariſtotelis eſt parœmia lib. 2 Rhetor. quam Majoragius de iis dici putat, qui, ut boni aliquid nanciſcantur, neceſſe habent quidpiam mali ſubire: ut qui ſalinos emere non poſſunt, niſi cum ſtagnis adjunctis.

¶ Stagnīnus, a, um, dem ſtehenden waſſer gleich. Frontinus de Aquæduct. lib. 1 p. 223 *Stagnino colore præviridi.*

¶ Stagnōſus, a, um, plenus ſtagnorum, waſſerreich. Ammian. 17 c. 28 [Valeſ. c. 13] *Pleraque humidioris ſoli naturâ & incrementis fluminum redundantia, ſtagnoſa & referta ſalicibus.*

¶ Stagno, āvi, ātum, āre, ſtagnum efficere, ſich ergieſſen, überlauffen. Ovidius 1 Metam. v. 324 de diluvio:

ſtagnare paludibus orbem.

Active uſus Tacitus eſt 1 Annal. c. 75 *Auctus Tiberis plana urbis ſtagnaverat*, er hatte alles überſchwemmet.

¶ Stagnans, tis, hin und her flieſſend; ut, *Stagnantibus undis*, Silius lib. 5 v. 94. Idem lib. 3 v. 48 *infuſo ſtagnantes æquore campi.*
Et, *ripæ ſtagnantes*, Idem lib. 10 v. 89. Compar. *ſtagnantior*, apud Claudianum in Eidyllio de Nilo v. 38

Effluit Ægæo ſtagnantior.

¶ Stagnātus, a, um, paſſive, überſchwemmt, eſt apud Columellam lib. 10 de Horto ſub init. *Nam neque ſicca placet, nec quæ ſtagnata palude*
Perpetitur querulæ ſemper convicia ranæ,

Subaudi *terra*, quæ ſtagnata & paludoſa eadem eſt.

¶ Stagnātum, i, ſubſt. vaſis genus, ein groſſer keſſel. Plin. Valer. 1 c. 31 *Coquere in ſtagnato ad ignem.*

¶ Stagnātor, ōris, ein zinngieſſer. Gloſſ. gr. lat. κασσιτερουργὸς, *Stagnator.* Eædem: χανωτὴς, *Stagnator.*

¶ Stagnātĭlis, e, aus dem weiher; ut, *Piſces ſtagnatiles*, Plin. Valer. 1 cap. 42.

¶ Stagnĭcŏla, æ, an ſeen wohnend; ut, *Stagnicolæ ranæ*, apud Mantuanum.

Compoſita cum præpoſit.

¶ Circumſtagno, āre, umherflieſſen. Tertullian. de Pudicit. c. 22 pr. *Lacrymæ circumſtagnant.*

¶ Reſtagno, āre, pro redundare, effluere, ſuperfluere, überlauffen, apud Columell. ſæpius, & Lucanum lib. 4 v. 89

Alto reſtagnant flumina vallo &c.

ſie treten aus, gehen über. Et, *Reſtagnantibus aquis*, Plin. 5 c. 5.

¶ Reſtagnātio, ōnis, die ergieſſung, überſchwemmung. Plin. 2 c. 67 *Oceani reſtagnatio.* Idem lib. 6 c. 28 *Vbi reſtagnatio Euphratis cum Tigri confluit.*

¶ Superſtagno, āre, idem quod *reſtagnare*. Tacitus Annal. 1 c. 79 *Amnis in rivos diductus ſuperſtagnat.*

STĂGŌNIAS, æ, ϛαγωνίας, thuris ſpecies ſtillatim emanans, Dioſcor. 1 c. 82; & Plin. 12 c. 14.

STĂLAGMA, ătis, ϛάλαγμα, unguentum ſucco conſtans, ſalbe.

¶ Stalagmia, æ, ϛαλαγμίας, ſtiria eſt Plin. 34 c. 12, ein eiß-zapff. Vide *Stiria.*

¶ Stalagmium, i, inaurium genus apud Plautum Menæch. 3,3 v. 17, ein ohrengehenck.

STĀMEN, ĭnis, a *ſtando*, ϛήμων, quicquid colo aptatur ad nendum, ein rocken voll flachs oder wergs. Plin. 8 c. 48 *Inde factum, ut nubentes virgines comitaretur colus comta & fuſus cum ſtamine.* ¶ 2. *Stamen* in tela, der warff, weberzettel, ſpinnfaden; *ſubtegmen* ſive *ſubtemen*, der eintrag. Statius Theb. 11 v. 402

Stamina purpureæ ſociaverat aurea linguæ.

Sic, *Stamina nere*, Ovid. Faſt. 2 v. 771. Et, *digitis torquere ſtamina*, ſpinnen, Idem Heroid. epiſt. 9 v. 79. ¶ 3. *Stamina* in ligno vel herbis filamenta ſunt, die fäſichen oder fädelein mitten in blumen. ¶ 4. Item, die ſtriemen am holtz, Plin. 16 c. 38. ¶ 5. *Stamina* in lyra fides ſunt, quæ ab aliis *fila* appellantur. Ovid. Met. 11 v. 169

tum ſtamina docto
Pollice ſollicitat.

¶ Stāmĭneus, a, um, zum rocken gehörig; item, ſtriemicht; ut, *Staminea rhombi rota*, ein ſpinnrad, Propert. 3 eleg. 5 v. 26. Sic, *Venam ſtamineam*, mit ſtriemen, Plinius dixit lib. 16 c. 43.

¶ Stamĭnārius, a, um, idem; ut, *Laberius in ſtaminariis*, Gell. 16 c. 7.

¶ Stamĭnātus, a, um, geſponnen, gewirckt; ut, *veſtes ſtaminatæ*, Petron. Fragm. Trag. p. 13. conf. Not. Scheff. p. 85.

STANNUM, i, metallinum, κασσιτερὸς, werck oder zinn, Plin. 34 c. 16; tametſi ſtannum plumbum non eſſe candidum, zinn, ſed diverſum quiddam, probet Encelius.

¶ Stanneus, a, um, zinnern; ut, *Stannea pyxis*: Plinius 29 c. 2 *In ſtannea pyxide conditur.* Et, *Stannea tecta*, Fortunatus lib. 1 carm. 8.

Stapeda, vide paullo poſt *Stapia.*

STĂPHIS, ĭdis, ϛαφὶς, καὶ ἀϛαφὶς, ἀγρία, bißmüntze. *Staphis agria*, herba, quæ & uva ſilveſtris, & herba pedicularis, quod pediculos necet, & *pituitaria* dicitur; vide *Aſtavis*: Matthiolus. Adde Plinium 23 c. 1; & Pallad. 1 tit. 27.

¶ Stăphўle, es, ϛαφυλὴ, idem; *Agriam ſtaphylen* vocat Apulejus de Herb. c. 74.

STĂPHЎLĪNUS, i, ϛαφυλῖνος, paſtinaca ſativa eſt, möhren, gelbe rüben. Columella lib. 9 c. 4 *edomitam paſtinacam* vocat. Nam & *erraticus* eſt *Staphylinus*, wilde möhren, Plin. 20 c. 5.

STĂPHЎLŎDENDRUS, i, ϛαφυλόδενδρος, planta eſt humilis, folio ſambuci, floribus albicantibus racematim dependentibus, quemadmodum & fructibus, qui folliculis proveniunt, colore rufo, ciceris effigie, majores tamen, in quibus ſubvirens nucleus includitur, pimpernüßlein, Matthiol. & Plin. 16 c. 16.

STĂPHЎLŌMA, ătis, ϛαφύλωμα, vitium oculi, acino uvæ ſimile, ein fehl im auge, Celſ. 7 c. 7; & Veget. de Re Vet. 2 c. 19.

STĂPIA, æ, a *ſtando*, inſtrumentum, quod ex utraque parte ſellæ, qua equi ſternuntur, dependet, quo innixi in equum levamur, ein ſtegreiff, ſteigbügel. Vetus Inſcriptio Romæ:

AMOR FUIT EQUO DUM ASPECTUI FORMOSISS.
DURMIONIAE PUELLAE VIRGUNCULAE SUMMA
POLVORIA PLACERE CUPEREM CASU DESILIENS
PES HESIT STAPIAE TRACTUS INTERII.

S. Hieronymus *Biſtapiam*, alibi item *Stapedam* vocat, quod pedes equitis in ea ſtent, ſive inſiſtant. Etſi vero hæc res non vetuſtiſſima ſit, ut Galeottus Martius voluit; tamen non ita recentem atque novitiam eſſe, auctoritates allegatæ revincunt. vide, ſi lubet, Hieronymum Magium lib. 2 Miſcellan. c. 14. Salmaſius ad Spartianum obſervat, has *Stapedas* & *Aſtrabas*, itemque *Aſtrabaria* appellatas.

Stata, ſtatarius, vide infra in *Sto.*

STĂTER, ēris, ϛατὴρ, pondus eſt quatuor drachmarum. ¶ 2. Et cum de argento uſurpatur, ſignificat nummum tetradrachmum, qui valet quatuor drachmis. ¶ 3. Erant & *ſtateres aurei*, qui minâ valebant, h. e. decem ducatis, quales hodie ſunt Portugalenſes quidam aurei. ¶ 4. Apud Thucydidem vero, Lyſiam & Demoſthenem ſtater eſt aureus vulgaris didrachmalis, i.e. valens duobus aureis Hungaricis; Camerar. Eber.

STĂTĒRA, æ, ſignificat libram, eine wage; a *ſtando* vel *ſtater*. Vet. Gloſſ. *Statera*, ζυγόν. *Dum pondus nimium querens ſub alta,*
Repit languida quadrupes, ſtateræ:

Phalæcii ſunt. Μὴ ζυγὸν ὑπερβαίνειν, hoc eſt, *ſtateram ne transgrediaris*, i. e. ne quid facias præter jus & æquum: annumeratur Pythagoræ ſymbolis, vide Chiliad. Cic. 2 de Orat. c. 38 *Aurificis ſtaterâ examinare*, auf die goldwage legen. Adde Vitruv. 10 c. 8, & Petron. Satyric. p. 81.

STĂTĪCE, es, ϛατικὴ, herba ſeptem caulibus veluti roſæ capita ſuſtinens, Plin. 26 c. 8. ¶ 2. *Statice*, ſcientia ponderum, die gewicht- oder wage-kunſt. vid. Caſp. Schotti Curſ. Mathem. p. 445.

¶ Stătĭcŭlum, i, vehiculi genus, ut eſſedum & petorritum, eine kutſche, hangender wagen; apud Plinium 34 c. 17 *Ad aurea quoque & argentea ſtaticula inanis luxuria pervenit.* ¶ 2. Item, ſtatua, eine ſeule. Tertull. adverſ. Gnoſticos c. 2 *Evertetis & comminuetis ſtaticula.* vid. Salmaſ. in Solin. p. 94. Sed

¶ Statĭcŭlus, i, ſaltationis videtur eſſe genus, ein tantz. Plaut. Perſâ 5,2 v. 43 *Neque leno, quin tibi ſaltem ſtaticulum dem, quem Hegea faciebat.* Et Cato apud Macrob. 2 Saturnal. c. 10 *Cantat, jocos dicit, ſtaticulos dat.*

Statilinus, ſtatilis, ſtatim, ſtatio, ſtationalis &c. vide infra *Sto.*

STĂTIŌRON, i, herba, quam Græci vocant *chamæleon*, eberwurtz, Apulej. de Herb. c. 25.

STĀTIUS, i, vel Publius Papinius Statius, magni ſublimisque oris ac ſpiritus poëta, unde nonnulli illum ALATUM EQUUM appellitaverunt. Enimvero cum generoſi elatique animi eſſet, nihil mediocre ſequebatur. Quare non alius ad majeſtatem Virgilianam acceſſit: ſuoque merito heroicorum poëtarum græcorum juxta & latinorum, ſi Maronem excipias, princeps haberi debet. Lege Scaligerum lib. 6 Poëtices, qui Hypercriticus inſcribitur, c. 6. Scripſit Silvarum libros quinque, ex quibus & amicos, & fortunam, & reliquam ipſius vitam cognoſcere non difficile eſt: Achilleidos præterea libros duos, & Thebaidos, hoc eſt, hiſtoriæ belli Thebani libros duodecim. vid. Juvenal. ſat. 7 v. 83. ¶ 2. *Statius* alius comicus poëta, multo vetuſtior Statio Papinio, qui prænomen Cæcilii habuit. vide ſupra *Cæcilius*. *Statius* autem dictus eſt, quod ſervus fuiſſet. Erat proprium ſervorum *Statii* nomen, a *ſtando* puta. Proprium enim ſervorum, ſtare & præſtolari herorum juſſa. Vide & Gellium 4 c. 20 extr.

Stativus, ſtator, vide *Sto*, & Stator etiam ſequens *Siſto.*

Statua, ſtatuarius, ſtatumen, vide in *Statuo.*

STĂTUO, ui, ūtum, uĕre, a *ſto*, decernere eſt, ſeu conſtituere, deliberare. Liv. 1 c. 40 *Ferro eam arcere contumeliam ſtatuunt*, ſie ſetzen ihnen für ꝛc. Et, *Statuere aliquid ex alicujus ſermone*, ſchlieſſen, Cic. ad Attic. lib. 9 epiſt. 17. *Voluptatem ſummum bonum ſtatuere*, Idem in Offic. 1 c. 2. Et, *Statuere apud animum*, Livius 6 c. 39. *De re aliqua ſtatuere*, Plin. 5 epiſt. 3. *Statuere locum colloquio*, Livius 28 c. 35, einen ort anſetzen, beſtimmen. *Statuere mercedem*, Brutus Ciceroni epiſt. 16. Et Terent. in prolog. Heaut. v. 48 *Si nunquam avare pretium ſtatui arti meæ.* Sic, *Statuere ante oculos*, Cicer. de Orat. 1 cap. 57, für oder unter augen ſtellen. *Finem ſibi aliquem ſtatuere*, Idem 6 fam. epiſt. 23. *Statuere terminos*, Liv. 21 c. 44. *Statuere exemplum in aliquo, & in aliquem*, Terent. in prolog. Heaut. v. 51

Exem-

Exemplum statuite in me, beweist es an mir. Cæs. 1 B. Gall. c. 20 pr. *Divitiacus Cæsarem cum lacrymis obsecrare cœpit, ne quid gravius in fratrem statueret.* ¶ 2. Poëtæ etiam *Statuere templa, aras* dicunt, id est, ponere, collocare, erigere, auffûhren, stellen. Virgil. 4 Æn. v. 655 *Vrbem præclaram statui.* ¶ 3. Est & sistere, facere: ut, *navem statuimus*, Plaut. Bacch. 2, 3 v. 57. *Equum statuere*, Livius dixit lib. 1 c. 13. Arnob. lib. 1 *Statuerunt errantes aquas.* ¶ 4. Est & judiciale, ordnen. Cic. 3 fam. epist. 6 *Te forum Tarsi agere, statuere multa, decernere, judicare.*

¶ Stătūtus, a, um, bestellt, bestimmt, beschlossen; ut, *Jam habeo statutum, quid mihi agendum sit*, Cicer. 4 fam. epist. 2. Et, *cum animo statutum, deliberatumque aliquid habere*, Idem 5 in Verr. c. 41. Et, *Neque statuti quid in tanta perturbatione habere potuisti*, Idem 12 fam. epist. 25; ubi *Statutum*, ein schluß, substantive ponitur. Sed, *Statuta die*, hoc est, constituta, Liv. 31 c. 28, auf gesetzten tag. *Statuto loco*, Cic. de Arusp. Respons. c. 15.

¶ Stătūtio, ōnis, collocatio, die stellung. Vitruvius 10 c. 5 sub fin. *Vna statutio tigni.*

¶ Stătua, æ, simulacrum æneum, ligneum, eburneum, aut lapideum, eine gesetzte seule, ein ehrin, steinern, geschnitzt, gehauen oder gegossen bild. *Imagines* enim ceræ sunt aut pictæ. Cicer. 9 Philipp. c. 6 *Majores nostri statuas multis decreverunt.* Et, *Statuam inauratam alicui statuere*, Idem 5 Philipp. c. 15. *Statuam alicui consecrare*, Cæs. 3 B. Civ. c. 105. *Statuam alicui ponere*, Plin. 1 epist. 17 extr. einem zu ehren sein bild auffstellen. Dabatur hic honor viris magnis, & qui egregie meriti de publico viderentur, ut ducibus, quibus inter triumphalia ornamenta id tribuebatur. Plinius 2 epist. 7 *Vestricio Spurinæ triumphalis statua decreta est.* Cujusmodi *statuam illustrem* appellat Tacitus in Agricola c. 40; ubi Pichenam licebit videre. Lege omnino integram epistolam Plinii, quam ex libro 2 septimam indicavimus, una cum 9 oratione Cic. Philippica. Conf. Barth. ad Stat. Silv. p. 9 seqq. Apud Græcos & Hieronicis *statuæ* ponebantur honoris ergo, de quo Suetonius Nerone c. 24. Principibus autem poni non poterant, nisi ex ipsorum consensu. vide Plinium 10 epist. 24 & seqq. Cæterum, quo honoratior locus erat, ubi ponebantur, eo statuæ ipsæ honoratiores videbantur. Romæ autem non nisi rarissime in palatio ponebantur. Suetonius Othone c. 1 *Senatus honore rarissimo, statuâ in palatio positâ, prosecutus est eum.* Ad principum statuas, tamquam asyla quædam confugiebant, qui contra aliorum injurias se tutos volebant præstare. Inde enim abstrahere nefas erat. v. Plin. 10 epist. 16, & Lipsium ad lib. 3 Ann. Taciti, itemque Torrentium ad Suetonii Tiberium c. 53; præcipue Emund. Figrelium pecul. de Statuis Vett. libro. Multa etiam habet Vossius de Philosoph. c. 16 p. 125 seqq.

¶ Statuncŭla, æ, vel Statuncŭlum, i, diminut. ein bildlein. Petron. Fragm. Trag. p. 22 *Ex hac massa fabri sustulerunt & fecerunt catilla, paropsides, statuncula.* vid. ibi Scheffer. p. 115; & Gronov. in Observ. Eccles. p. 89.

¶ Statuārius, a, um, zum bildhauen gehörig; ut, *Ars statuaria*, die bildhauer-kunst, Plin. 36 c. 5; quæ & absolute *Statuaria.* Plin. 35 c. 12 *Plastice, mater statuariæ.* Et *Statuarius*, subst. ein bildhauer, bildschnitzer, Quintil. 5 c. 12; & Plin. 36 c. 5.

¶ Stătūmen, ĭnis, a *statuo*, palus & pedamentum, quo vitis fulcitur, eine stütze, ein pfahl. Columell. 4 c. 16 *vehementioribus statuminibus impedare.* ¶ 2. Et *statumen*, ein nothstall, apud eumdem lib. 6 c. 19. ¶ 3. *Statumina navis*, apud Cæsarem 1 B. Civ. c. 54 costæ sunt, vide supra *Costa.*

¶ Stătūmĭno, āvi, ātum, āre, statuminibus firmare, stämmen, pfählen, stützen, untersetzen; ut, *Vineam statuminare*, den wein bestecken, Plin. 17 c. 22. *Statuminare os fossæ lapidibus*, mit steinen oben umher belegen, Idem lib. 18 c. 6. extr.

¶ Statumĭnātio, ōnis, die unterstützung, stämmung. Vitruvius 7 c. 1 *Statuminatione facta rudus inducatur.*

¶ Stătūra, æ, corporis quantitas, modus seu mensura, die statur, länge, grösse, gestalt eines leibes. Cic. Philipp. 2 c. 16 *Velim mihi dicas, qua facie fuerit, qua statura.* Sueton. Tiberio c. 68 *Statura justa*, eine rechte manuslänge, ubi vide Casaub. ¶ 2. Sunt & *arborum staturæ*, apud Columellam 5 c. 5.

¶ Stabĭlis, & Stabŭlum, vide paullo ante seorsum.

Composita:

¶ Adstĭtuo, ĕre, i. e. apponere, herbey stellen. Plautus Capt. 4, 2 v. 66

Annon jubes adstitui aulas? elui patinas?

Apulej. lib. 5 Miles. p. 130 *Circumductus angulatim forum, ejusque tribunal adstituor*, Idem lib. 9 p. 222 *Molæ adstituor.* Auct. ad Herenn. 3 c. 20 *Reum ad alicujus tectum adstituere.*

¶ Constĭtuo, ĕre, collocare, setzen, stellen; ut, *Constituere sibi ante oculos*, Cic. pro Cœlio c. 32. *In aliquo munere aliquem constituere*, Cic. de Petit. consul. c. 9. ¶ 2. Decernere, beschliessen. Terent. Phorm. 4, 3 v. 71 *Illi mihi dotem jam constituerunt dare*, sie haben bey sich beschlossen, &c. Nepos Aristide cap. 3 *Quantum pecuniæ quæque civitas daret, Aristides delectus est, qui constitueret*, i. e. decerneret, definiret. *Constitutum est mihi*, Cic. 7 ad Attic. epist. 7, ich bin resolvirt. *Constituere inter se*, unter sich selbst eins werden: Tacitus de Germania c. 11 *Sic constituunt, sic condicunt.* ¶ 3. *Locum, tempus constituere*, zeit und ort beniemen, ansetzen, Terent. Eunuch. 3, 4 v. 3. *Diem alicui constituere*, Cicer. pro Cæcin. c. 11. *Nuptiæ in hunc diem constitutæ sunt*, Terent. Andr. 1, 5 v. 34. Sic, *Constituere æra militantibus*, Livius 5 c. 2. *Stipendium militi constituere*, Quintil. 3 c. 8. *Constituere vectigal*, zoll anlegen, Cicer. ad Attic. 2 epist. 16. Et, *Rem familiarem constituere*, Idem Philipp. 11 c. 2, einrichten, anordnen, bestellen. Corn. Nepos Alcib. c. 10 *Nihil earum rerum fore ratum, quas ipse Athenis constituisset.* Idem Miltiade c. 2 *Cum virtute militum devicisset hostium exercitus, summa æquitate res constituit.* Nimirum *rem constituere*, est quasi fundare atque in loco suo sistere firmiter, unde dejici rursus facile haud possit, fest stellen. Cic. Catil. 3 c. 7 *Non ille vobis constituisset Saturnalia*, id est, certa quietaque & nihil interturbata fecisset istis. Similiter *Constituere imperium*, Florus dixit præfat. *Tot laboribus periculisque* (inquit,) *jactus est* (Pop. Rom.) *ut ad constituendum ejus imperium contendisse virtus & fortuna videatur:* AD CONSTITVENDVM, ad formandum stabiliendumque. ¶ 4. Est & architectonicum verbum *constituere*, idemque quod nos dicimus, anlegen. Sic, *Civitatem constituere*, Vitruvius dixit prooemio lib. 2. Et Nepos Attic. c. 13 *Ipsum enim tectum antiquitus constitutum, plus salis habebat quam sumtus.* ¶ 5. Est & gladiatoriæ & militaris artis verbum: nam *Constituere se*, est statum præliantis componere, sich ins lager stellen. Quadrigarius apud Gellium 9 c. 13 *Scutum scuto percussit, atque Galli statum conturbavit. Dum se Gallus iterum eodem pacto constituere studet, Manlius iterum scutum scuto percussit.* ¶ 6. *Constituere* etiam juris verbum est, & significat, certum tempus & diem definire ex communi consensu ac dicere, quo sistant se invicem & jus experiantur, sich eines gewissen tages oder termins vergleichen: unde *ad constitutum venire*, subaudi *diem*, Ciceroni pro Cæcin c. 12 est, den termin abwarten. Hoc eleganter idem Cicero alio transtulit lib. 7 fam. epist. 4 ad Marium: *Si quid constitutum habes cum podagra, fac in alium diem differas.* vide infra *Constitutum.* ¶ 7. Sed hæc loquendi ratio ad rem Veneream quoque & furtivæ libidinis pactiones traducta est, cum *Constituere* locum & tempus conveniendi ad concumbendum condicere notat. Juvenalis satyr. 2 v. 12

Hic ubi nocturnæ Numa constituebat amicæ.

Philotis meretricula apud Terentium Hecyr. 1, 2 v. 120 *Constitui cum quodam hospite, me esse illum conventuram*, ich habs mit ihm verlassen. Vbi Donatus: CONSTITVI *proprie: nam de hujusmodi rebus dicitur* CONVENIRE & CONSTITVERE, *de cujusmodi rebus apud extraneos meretrices agunt.* Adde Heaut. 4, 4 v. 4. ¶ 8. *Jus, judicium constituere*, Cic. 7 Verr. c. 54. Et Quintil. 7 c. 4 *Constituere litem*, eine sache anhängig machen, vor gericht bringen und treiben. Petronius: *Facio*, inquit, *inducias vobiscum, & a constituta lite dimitto. Quod si non annuissetis de hac medicinâ, quam peto, jam parata erat in crastinum turba, quæ & injuriam meam vindicaret & dignitatem.* Id apud Gellium 5 c. 10 est *caussam consistere: Petere*, ait, *institit ex pacto mercedem; litem cum Evathlo contestatur, & cum ad judices conjiciendæ consistendæque caussæ gratia venissent* &c.

¶ Constĭtūtus, a, um, bestellt, angesetzt, geordnet, eingerichtet; ut, *Bene morata & constituta civitas*, Cic. de Clar. Orat. c. 2. *Constituta pax*, i. e. certa firmaque, Idem ad Qu. fratr. 1 epist. 1 c. 8. *In te non minus auxilii quam in tuo collega mihi constitutum*, Idem lib 5 fam. epist. 4. Et, *Corpus bene constitutum*, ein gesunder leib, 2 Tuscul. c. 6. Plura vide modo in *Constituo.*

¶ Constĭtūtum, i, subst. quod convenit, die abrede, der schluß, die satzung. Ita, *Ad constitutum venire*, est venire ad id, quod conventum ante, de quo supra in *Constituere.* Sueton. Othone c. 6 *Proripuitque se postica parte palatii ad constitutum.* Eleganter Florus 2 c. 6 *Insuper callidissimus imperator, patentibus in campis, observato loci ingenio, quod & sol ibi acerrimus, & plurimus pulvis, & eurus ab oriente semper quasi ad constitutum, ita instruxit aciem*, &c. Seneca 3 Nat. Quæst. c. 16 *Et quid hoc mirum est, cum videas ordinem rerum, & naturam per constituta procedere?* PER CONSTITVTA, i. e. per leges certas, quas ipsa sibi præscripsit atque constituit. Vellej. 2, 110, 2 *Ex constituto arma corripere*, vorsetzlich.

¶ Constĭtūtus, ûs, subst. die beschaffenheit. Festus: *Constitutus hominum a consistentium multitudine appellatur.*

¶ Constĭtūtio, ōnis, idem; ut, *Firma corporis constitutio*, ein starcker leib, Cic. 3 Offic. c. 33. *Constitutio religionum*, die anordnung, verfassung, Idem 2 de Leg. c. 10. *Æterna constitutio*, Curt. 5, 11, 10.

¶ Constĭtūtor, ōris, ein stiffter, setzer, ordner; ut, *Legum constitutor*, Quintil. 3 c. 6. *Rerum omnium constitutorem Deum*, Lactant. 3 c. 9 dixit. Et Arnobius lib. 3 sub init. *Constitutor moderatorque omnium.* Et Inscript. vet. apud Gruter. p. 254 n. 4 CONSTITVTORI SACRI CERTAMINIS, stiffter.

¶ Constĭtūtōrius, a, um, der abrede gemäß; ut, *Actio constitutoria*, i. e. pecuniæ constitutæ, leg. 20 ff. de Constit. pecun.

¶ Destĭtuo, ĕre, proprie est defigere, deponere, collocare, hinein stecken. Sic, *Furcas destituere*, Varro dixit pro infigere, depangere. conf. Nonius c. 4 n. 120. Plautus Rudent. 3, 5 v. 43

Ita duo destituit signa his cum clavis senex.

Liv. 7 c. 10 *Duo armati in medio destituuntur.* Et alibi: *Ante pedes destitutum* (i. e. collocatum, positum,) *caussam dicere jussit.* Plura Cujacius lib. 10 Observat. c. 24. ¶ 2. Relinquere est & deserere; ut, *Destituere rem inchoatam*, Liv. 34 c. 34. *Omnium ope, consiliis* &c. *destitui*, von aller menschen hülff und rath verlassen seyn: Cic. ad Attic. 1 epist. 17 pr. *Ita sum destitutus, ut nihil requietis habeam.* Et, *Destituere spem*, Liv. 1 c. 51, quod *fallere* est. Sic etiam Columella 4 c. 24 *Commodissime palmæ submittentur, quæ nec spem vindemiæ destituant.* Rursus Livius 1 c. 41 *Destituit spes.*

¶ Destĭtūtus, a, um, verlassen; ut, *Viri boni sæpe illusi atque destituti hoc faciunt*, Cic. pro Quintio c. 16. *Destitutus in aliena gente*, Seneca epist 9. Et, *Destitutus spe*, verzagt, Liv. 31 c. 24. ¶ Sueton. absolute posuit in Galba c. 11 *Consternatus destitutoque similis non multum abfuit, quin vitæ renuntiaret*, i. e. desperanti similis.

¶ Destĭtūtio, ōnis, die verlassung. Cic. pro Quint. c. 5 *Destitutione perculsus.*

¶ Destĭtūtor, ōris, ein verlasser. Tertullianus 2 ad Marcion. c. 18 *Destitutores.* Etiam Tibullus in Priapeo v. 15 usus est.

¶ Instĭtuo, ĕre, incipere, ingredi, anfangen, fürnehmen. Ter. Phorm. 4, 2 v. 14 *Petam hinc, unde a primo institui.* Et Cic. pro Cluent. c. 3 *Quæso, ut me, Judices, sicuti facere instituistis, benigne attenteque audiatis*, id est, sicut facere cœpistis. Horatius de Arte poët. v. 22

Amphora cœpit Institui, currente rotâ, &c.

er ist angefangen worden. Sic, *Vineas instituere*, weinberge anlegen, Cicero dixit contra Rullum 2 c. 25. *Segetes instituere*, Varro R. R. 1 c. 37.

c. 37. Similiter *arbores instituere* dicimus, quas primum ponimus: vide mox *Institutus*. Cæs. 5 B. Gall. c. 40 *Multæ præustæ sudes, magnus muralium pilorum numerus instituitur*, i. e. comparatur, vel comparari incipitur. ¶2. Cæterum *Instituere facere*, non semper est *incipere facere*, sed aliquando simpliciter etiam pro *facere* ponitur. Quod genus loquendi & Græcis usitatum, de quo Casaubonus Notis in N. Testam. ad Lucæ c. 1 v. 1, item Actor. c. 1 v. 1, & c. 11 v. 15 monuit. vide & supra in *Sisto*. ¶3. *Instituere animum ad cogitandum*, i. e. applicare vel componere, das gemüth auf etwas richten, demselben nachzudencken, Terent. Phorm. 2, 1 v. 10. Et Plaut. Epid. 3, 2 v. 27 *Ego hanc astutiam institui*. Et Amphitr. 3, 3 v. 4

Atque ita servum par videtur frugi se instituere,
Proinde heri ut sint, ipse item sit.

Instituere, i. e. componere, comparare, anstellen. *In animo instituere*, i. e. proponere, fürnehmen, Terent. Adelph. 1, 1 v. 13. *Instituere iter*, Cato Ciceroni 15 fam. epist. 5, eine reise fürnehmen. *Heredem ex asse instituere*, Plin. lib. 5 epist. 1, einen erben einsetzen. *Instituere sermonem cum aliquo, de aliquo*, Cicer. 2 de Orat. c. 73. Et, *Sapienter vitam instituit*, Terent. Andr. 1, 1 v. 40. ¶4. Sed, *Instituere adolescentem litteris, moribus*, est erudire, instituere, unterweisen. *Educare aliquem & a puero instituere*, Cic. pro Quint. c. 21. *Filios instituere atque erudire ad majorum instituta, atque civitatis disciplinam, non ad flagitia, neque ad turpitudines*, Idem Verr. 3 c. 69. *Ad lectionem aliquem instituere*, Quintil. 1 c. 7, lesen lehren. *Institui lyrâ*, Idem 1 c. 27.

¶ Institūtus, a, um, angestellt, angelegt. Cic. pro Lege Manil. c. 14 *Ab instituto cursu devocari*. Idem de Nat. D. 1 c. 37 *Male instituta ratio exitum reperire non potest*. Suetonius Galbâ c. 1 *Observatum est, sub cujusque obitum arborem ab ipso institutam elanguisse*. Idem de Illustr. Grammat. c. 23 *Agros adeo coleret, ut vitem manu ejus institutam satis constet trecenta sexaginta quinque vasa edidisse*. Cæs. 5 de B. G. c. 52 *Institutas turres, testudines, munitionesque hostium admiratur*. ¶2. Idem ac *eruditus*, unterrichtet, angewiesen; ut, *Bene institutus ac satis exercitatus*, Quintil. 2 c. 11. Et, *Doctrinâ liberaliter institutus*, Cic. de Orat. 2 c. 39. *Instituti a natura*, Cicero 3 de Fin. c. 3.

¶ Institūtum, i, subst. quod quis instituit, ein fürnehmen, vorhaben; ut, *Abduci ab instituto suo*, Cic. in Verr. Divinat. c. 2. *Alienum ab instituto alicujus*; seu simpliciter & sine præpositione, *alienum instituto*, dem zweck ungemäß: Cic. 5 fam. epist. 17 ad Sextium: *non putavi esse alienum institutis meis, hæc ad te scribere*. ¶2. Sed *Instituta* pluraliter, boni inprimis dicuntur mores, consilio & ratione sumti, sitten, satzungen, lehren, gewohnheiten; ut, *Instituta & præcepta philosophiæ*, Cic. 1 Off. principio. *Leges & instituta juris publici*, Idem de Clar. Orat. c. 77. *Mores & instituta vitæ*, Idem 1 Tuscul. init. Et, *Institutis patriæ parere*, Nepos 17, 4, 3.

¶ Institutio, ōnis, præceptio, qua instituuntur & docentur homines, die lehre, anleitung, unterrichtung; cujusmodi sunt *Institutiones oratoriæ Quintiliani*, Vall. lib. 5 c. 11. *Institutio puerilis*, Quintil. 1 c. 1. *Institutio & disciplina, præceptum*, Cic. ad Qu. fratr. 1 epist. 1 cap. 6. ¶2. Interdum idem est ac *propositum*, das vorhaben. Cic. Off. 1 c. 2 *Omnis, quæ a ratione suscipitur de aliqua re, institutio*, &c. i. e. agendi propositio. Et Plin. 16 c. 4 *Longum est, nec ex institutione operis*.

¶ Institūtor, ōris, præceptor, ein lehrer, unterweiser. Pacatus ad Theodos. panegyrico usus est c. 8 *In castris tu ita fortiter multa gessisti, ut ea non tantum Alexander, aut Africanus, aut Annibal videre dum discerent; sed parentes atque institutores eorum optassent facere dum docerent*. Et Tertull. de Monogam. c. 4 *ut Paracletum restitutorem potius sentias, quam institutorem*. Et Augustinus epist. 123 ad Orontium: *Deus bone tuæ mentis institutor*.

¶ Interstitio, interstitium, vide infra in *Sto*.

¶ Præstĭtuo, ĕre, præscribere, constituere, ansetzen, vorher ordnen. Cic. pro Quint. c. 9 *Ut nobis tempus, quamdiu diceremus, præstitueres*.

¶ Præstitūtus, a, um, angesetzt, bestimmt. Terent. Phorm. 3, 2 v. 38 *Tibi quidem olim est dies, quam dares huic, præstituta*. Cic. 1 Tusc. c. 39 *Natura usuram dedit vitæ, tanquam pecuniæ, nulla præstituta die*

¶ Prostĭtuo, ĕre, aliquid venale habere, quæstui exponere, ausstellen zum verkauff; item, in schande bringen; ut, *Meretrix, quæ sese toto corpore prostituit*, Catull. epigr. 109 v. ult. eine schandhure. Sic, *Prostituere pudicitiam*, Suet. Neron. c. 29, seine ehre und zucht feilsetzen. Et Ovid. 1 Amor. eleg. 10 v. 42 *Et faciem lucro prostituisse suam*.

¶ Prostitūtus, a, um, feil liegend; item, geschändet. Sidon. 3 epist. 13 *Sermones prostituti & theatrales*. Plin. 30 c. 2 *Nero lupanaribus atque prostitutis mandavit inquisitiones*. Inde superlativum formavit Tertullianus Apolog. c. 25 *prostitutissima lupa Larentina*.

¶ Prostitutio, ōnis, die feilbietung. Arnobius lib. 2 p. 53 *in libidinem publicæ venalium corporum prostitutione damnari*.

¶ Prostitūtor, ōris, ein meckler, ausbieter. Tertullianus de Cultu fœm. 2 c. 9 *Lenones & prostitutores vestitus & cultus*. Et de Pudicit. c. 10 *Prostitutor Christiani sacramenti*.

¶ Prostibilis, prostibula, prostibulum, vide supra *Stabilis* & *Stabulum*.

¶ Restĭtuo, ĕre, reddere, in statum pristinum reducere, wieder geben, wieder herstellen. Terent. Heaut. 3, 1 v. 83 *Dum id quæro, tibi qui filium restituerem*, damit ich dir wiederum zu deinem sohn helffen möchte. Idem Andr. 3, 5 v. 13 *Tu rem impeditam & perditam restituas?* soltest du es wieder zu recht bringen? *Restitui in antiquum statum*, Cic. 2 Verr. c. 4. *Restitui per aliquem in pristinam dignitatem*, Idem pro Domo suâ c. 4. *Restituere in integrum*, vollkömmlich wiederum einsetzen: Cic. in Verr. 2 c. 6 *Damnati in integrum restituantur*: & Terent. Phorm. 2, 4 v. 12 *Restitui in integrum, æquum est & bonum*, daß man ihr zu allen ihren güthern und gerechtigkeit helffe. *Restituere in locum, unde quis decidit*, Cic. ad Attic. 2 epist. 23. *In gratiam aliquem restituere, & cum aliquo*, wiederum zu gnaden bringen, zum freunde machen, vertragen: Terent. Hecyr. 3, 1 v. 11 *Iram expedies, rursum in gratiam restitues*. Et, *Restitui sibi*, wieder zu sich selbst kommen: Sic, *Vina restituuntur sibi, quæ mutata fuerunt*, Plin. 14 c. 18. *Apes si concaluerunt, restituunt se ac reviviscunt, ut solet similiter fieri in muscis aquâ necatis*, sie erhohlen sich, Varro R. R. 3 c. 16. *Restitui reipub.* Cic. 1 fam. epist. 9.

¶ Restĭtūtus, a, um, wieder hergestellt, wieder gegeben, ersetzt; ut, *Restituta potestas*, Cic. de Leg. Agrar. 2 c. 14. *Ad administrandam civitatem restitutus*, Idem pro Domo c. 27. *Lucem salutemque redditam sibi ac restitutam accipere*, ibid. c. 28. Et, *Amplissimis omnium judiciis restitutus*, ibid. c. 32. *Restitutus animus*, Livius 21 c. 53.

¶ Restitutio, ōnis, die wiederbringung, erstattung, ersetzung; ut, *Restitutio damnatorum*, Cic. 2 Leg. Agrar. c. 4.

¶ Restitūtor, ōris, ein wiederbringer; ut, *Lentulus restitutor salutis meæ*, der mir zu leib und leben wieder geholffen hat, Cicer. pro Milon. c. 15. Et Apulejus in Trismeg. p. 92 *Tanti operis effector & restitutor Deus*.

¶ Restitutrix, īcis, eine wiederbringerin. Apulej. Asclep. pr. ex Trismegisto: *Terra omnium generum, quæ accipit, restitutrix*.

¶ Restitutōrius, a, um, wiederbringend; ut, *Judicium restitutorium, actio restitutoria*, de restitutione, apud JCtos. vide Leg. 8 §9 Dig. ad SC. Vellejan. & Leg. 3 §1 Dig. de eo per quem factum.

¶ Restibilis, vide supra *Stabilis*.

¶ Substĭtuo, ĕre, in locum alterius surrogare, sufficere, dafür einsetzen; ut, *Alia pro aliis substituere*, & *in aliquorum locum alios substituere*, id est, sufficere, supponere, an eines statt andere stellen: Cicero 5 in Verr. c. 28 *Substituere & supponere in eorum locum cœpit cives Romanos*. Seneca epist. 9 *Amicum substituere alium in locum amissi*. Et Columella 11 c. 1 *Qui me absente in meum locum substituitur, & vicarius meæ diligentiæ succedit*, &c. der statt meiner verordnet wird, rc.

¶ Substitūtus, a, um, eingeschoben, eingesetzt an des andern stelle. Cic. Divin. 2 c. 2 *Philosophiam nobis pro reipub. procuratione substitutam putabamus*.

¶ Substitūtio, ōnis, die einsetzung an statt eines andern; ut, *Heredis substitutio*, apud Jurisconf. quibus Titulus in Digestis est, *de vulgari & pupillari substitutione*. Et Gloss. Vet. *Substitutio*, ὑποκατάστασις.

¶ Superstātūmĭno, are, drüber her beschütten, belegen; ut, *Superstaturninare rudus*, Pallad. lib. 1 tit. 9.

Statura, Status, Statutus, &c. vide *Statuo*, *Sto*, *Satuo*.

STAURO, āre, i. e. struere, a σταυρόω, *palum infigo, vallum depango*, obsoletum. Hinc quædam composita: ut,

¶ Instauro, avi, atum, are, erneuern, ersetzen. Placet tamen Festo, & Isidoro 19 c. 10, & Macrobio 1 Saturn. c. 11, *Instaurare* esse quasi ad instar & similitudinem prioris aliquid reficere, wiederum aufs neue anrichten, verneuen. conf. Voss. Etymol. p. 267. Cicero plerumque extulit cum verbo *renovare*: ut, 2 Verr. c. 4 *scelus renovavit & instauravit quæstorium*. ¶2. Nonnunquam idem est, quod apparare vel instruere, anrichten. *Instaurare epulas*, Virg. Æn. 7 v. 146. *Instaurare monumentum*, ein begräbniß zurichten, Plin. 31 c. 2. *Instaurare sacrificium*, Cic. ad Attic. 1 epist. 13. *Ludos instaurare*, Livius 33 c. 42.

¶ Instaurātus, a, um, erneuert, wieder herfürgesucht; ut, *Instauratæ maximæ belli reliquiæ ac renovatæ*, Cic. de Provinc. Consular. cap 8. *Ludi illi iterum instaurati*, Idem de Divin. 1 c. 26. *Instauratum Syllani exempli malum*, Vellej. 2, 66, 1.

¶ Instauratio, ōnis, die erneuerung, wiederhohlung; ut, *Ludorum instauratio*, apud Cic. de Arusp. Resp. c. 11.

¶ Instaurātor, ōris, ein erneuerer. Veteri saxo ad Tiberim: TYPO APOLLONIO INSTAVRATORI MOENIVM NOSTRORVM, &c. apud Reinesium Class. 2 Inscript. 31. Et Alcimus Avitus ad Sororem v. 438 *Quæque instaurator templi promtissimus Esdras Egerit.*

Sic Zehnerus & Fabricius; & Biblioth. PP. 1587. At Sirmondus aliter, quem videas v. 396.

¶ Instaurativus, a, um, erneuerlich; ut, *Ludi instaurativi*, qui instaurantur, Cic. de Divinat. 1 c. 26.

¶ Instauratitius, a, um, idem; ut, *Dies instauratitius*, qui additus Circensibus fuit, ab redintegratione ita dictus, Varrone auctore apud Macrob. 1 Saturn. c. 11.

¶ Præstauro, are, idem quod *præstruere*, vorher bereiten, apud Vet. Gramm. Diomedem: *Materiam præstaurare dicenti*.

¶ Restauro, are, pro *Reinstaurare*, erstatten, ersetzen. Barbarum censet Scaliger pater, idque Cardanum eo sæpius utentem reprehendit Exercitat. 195, quippe quod non *restar*; sed *instar* dicatur. Servius ad Virg. Æn. 2 v. 15 INSTAR *autem*, inquit, *est ad similitudinem, unde non* RESTAVRATA, *sed* INSTAVRATA *dicuntur ædificia ad antiquam similitudinem facta*. Eo tamen Tacitus & Justinus usi sunt: Ille lib. 3 Ann. c. 72 *restaurare theatrum igne haustum*; iste, *bellum ex integro restaurare* dixit lib. 2 c. 10 pr. Ulpianus Lege 4 fin. Dig. ad Legem Jul. de adult. *Restaurare accusationem*: & Modestinus Lege 29 §1 Dig. de Minorib. *Litem restaurare*. Legitur etiam *Restauro* in vet. Inscript. Hispan. de qua supra in voce *Iter*.

¶ Restaurātus, a, um, ergäntzet; ut, *Navis restaurata*, Ulpian. lib. 7 Dig. tit. 4 leg. 10 §7.

¶ Restauratio, ōnis, die ersetzung, verneuerung. Julianus Lege 7 Dig. de Fundo dotali: *sine restauratione servitutis*.

¶ Restaurator, ōris, ein wiederbringer. Sponius Miscell. p. 27 CVRAT. ET RESTAVRATOR.

STEĀTĪTES, æ, στεατίτης, gemma ab animalium adipe dicta, sive a sevo, quod Græci στέαρ vocant, Plin. 37 c. 11.

¶ Steatōma, ătis, στεάτωμα, adipis effusio sub cute, unde tumoris species. Plin. 26 c. 14 *Cyclamini radix contra steatomata efficax*.

STĔGA, æ, sic latinum fecit Plautus, nomen græcum στεγὴ, significat tabulatum navis, & quasi proscenium, in quo nautæ ambulant, ά στεγάζω, *tego*, das schifftabulat. Plaut. in Bacchid. 2, 3 v. 44 *Forte ut adsedi in stegâ*, &c.

¶ Præstĕga, æ, προστέγιον, tecti longior prominentia ad arcendos imbres & æstus, das vordach. Plaut. Pseud. 1, 2 v. 31 *vorsa præstega*. Alii aliter legunt. vid. Taubm. p. 965.

STEGNUS, a, um, στεγνὸς, *strictus, constrictus*; ut, *Febres stegnæ*, Plin. 23 c. 7.

STĒLA, æ, στήλη, pila lapidea, eine steinerne seule. Usus vocabulo

Plinius

Plinius 6 c. 28 *Scripta sunt Stelæ lapideæ litteris incognitis.* Hadrianus Junius & Senecæ malit restituere in Ludo de morte Claudii, & pro *Ego tibi hic sellas ostendam*, legere, *Ego tibi hic stelas ostendam.* Sed nihil puto mutandum: *Sellæ* judicum sedes sunt, sive *tribunal*, quod mox nominat. ¶ 2. Et *Stelæ* cippi dici possunt, saxeæ cruces & alia monumenta, quæ ad vias collocari solent, steinerne creutzen oder seulen im felde.

STĒLEPHȲROS, i, herba foliis perpetuo virentibus, ex spicatarum genere, Plin. 21 c. 14.

STĒLIS, idis, στελίς, visci genus, ex arbore desudans, Plin. 16 c. ult.

STELLA, æ, ein stern. *Stellarum* aliæ fixæ sunt, aliæ errantes seu planetæ. Cic. in Somn. Scip. c. 3 *Stellarum globi magnitudinem terræ facile vincunt.* Et Cic. 2 de Divin. c. 6 *Stellæ trajectio*, das schiessen eines gestirns. *Stella diurna, Lucifer*, der morgenstern: Plaut. Menæch. 1, 2 v. 26 *Inde usque ad diurnam stellam crastinam potabimus.* Et, *Stellarum cœtus*, i. e. coitus, sive conjunctio: *transitus, circuitus*, apud Gell. 14 c. 1. ¶ 2. *Stella*, piscis marinus, sic dictus a stellæ specie, habet enim quinque radios. Sunt autem multorum generum stellæ pisces, sternfisch, meerstern; Gesnerus. Plin. 9 c. 60.

¶ Stellāris, e, sternicht. Macrob. Somn. Scip. 1 c. 14 *Anima scintilla stellaris essentiæ.* Sic, *Stellaris herba*, quæ & *Bubonion*, i. e. inguinalis, & ab aliis *Stellaria* dicitur, sternkraut.

¶ Stello, are, stellis micare, leuchten, glåntzen wie die sterne. Symmach. 3 epist. 2 *Oratio verborum stellatur auro*, i. e. veluti *stellis variatur.* vid. ibi Juret. p. 91; & Salmas. in Solin. p. 533.

¶ Stellans, tis, stellis radians, schimmernd, hellleuchtend; ut, *Gemmæ stellantes*, Ovid. Met. lib. 1 v. 723. *Stellantis regia cæli*, Virg. Æn. 7 v. 210. *Olympus stellans*, Cic. 1 de Divin. c. 12.

¶ Stellātus, a, um, stellis ornatus, vel in stellarum modum resplendens, gestirnt, voll von sternen; ut, *Stellatus Cepheus*, Cic. 5 Tusc. c. 3. *Ensis stellatus jaspide*, Virg. 4 Æn. v. 261. Et Plin. 10 c. 67 *Salamandra animal lacerti figurâ stellatum.*

¶ Stellātūra, æ, emolumentum tribunorum & aliorum ducum detractum in erogatione annonæ militaris, die finantzen oder unterschleiff bey und von der soldaten gage. *Stellaturam* hanc Budæus dictam putat, quod loco pecuniæ tesseræ stellatæ militi datæ essent. Sed potius lucellum hoc sic dictum quasi *Stellionatura*, atque idem omnino est ac *Stellionatus.* Pescennius Niger apud Spartianum c. 3, & Alexander Severus apud Lampridium c. 15 hanc rem adeo improbarunt, *ut tribunos, qui per stellaturas a militibus aliquid tulissent, capitali pœna affecerint.* vid. Salmas. ad Spartian. l. c. & Cœl. Rhodig. Lect. Ant. 11. c. 8.

¶ Stellio, ōnis, eine welsche eydex; animal venenatum, nitens in dorso maculis quibusdam stellarum modo radiantibus. Animal est homini fraudulenter invidum, senectam perinde ut serpentes quotannis exuens, præsentissimum comitiali morbo remedium, quemadmodum Plinius scripsit lib. 8 c. 31; & 11 c. 26; & 30 c. 3, &c. Germanicam appellationem nullam habet. vide Scip. Gentil. ad Apul. Apolog. p. 263. ¶ 2. Nequitiæ mancipium, ein schalck. Apulej. Met. lib. 5 sub fin. *Quibus modis stellionem istum cohibeam?*

¶ Stelliōnātus, ûs, jureconsultis omne crimen, quod proprio nomine vacat, allerhand betrug und unterschleiff. Vlpianus lege 3 ff. de Stellionatu: *Stellionatum objici posse his, qui dolo aliquid fecerunt, sciendum est, scilicet, si aliud crimen non sit, quod objiciatur: quod enim in privatis judiciis est de dolo actio, hoc in criminibus stellionatus persecutio. Vbicunque igitur titulus criminis deficit, illic stellionatum objiciemus.* vide Cujacium lib. 10 Observ. c. 26; & lib. 11 c. 40.

¶ Stelliōnātor, ōris, ein betrüger. Gloss. gr. lat. ἐπιθύτης, *impostor, stellionator.*

¶ Stellĭfer, a, um, gestirnt; ut, *Cælum stelliferum*, Cic. Somn. Scip. c. 5.

¶ Stellĭfĭcus, a, um, idem. Victorinus Pictaviensis carmine de Christo Deo & Hom. v. 113 *Cuspide fulminea noctis diviserat umbram*
Stellifico temone jubar.

¶ Stellĭger, a, um, idem; ut, *Polus stelliger*, Statius 12 Theb. v. 565.

¶ Stellĭmĭcans, tis, idem. Varro: *Limbus pictus bissex signis stellimicantibus.*

¶ Constello, are, compositum; unde

¶ Constellatus, a, um, idem quod stellis ornatus, mit sternlein geziert. Trebell. Pollio in Salonino Gallieno c. 2 metaphorice: *Aurati constellatique balthei.*

¶ Constellātio, ōnis, utuntur hoc nomine pro stellarum positu mathematici, die zusammenkunfft der sterne. Ammianus Marcellinus 29 c. 17 *cum objectaretur ei, quamobrem constellationem Principis collegisset, fratrem suum fuisse Valentem monstrare pollicitus.* Et Capitolin. in Gordian. c. 20 *Cum senior Gordianus rideret, ostendisse constellationem mathematicum ferunt.* Adde Sidon. 8 epist. 11.

STEMMA, ătis, στέμμα, proprie lana ramo circumvoluta: cujusmodi *Stemma* supplices proferre solebant, ut græci Grammatici docent, der krantz-reiff. Ejusmodi stemmatis & sacerdotes itemque victimæ ornari solebant, quæ & *infulæ* dicebantur. Vet. Gloss. *Infula*, στέμμα. Aliæ: στέμμα, *Infula, offula, mitra.* Item, στέμματα, *serta.* Inde Prudentius & pro martyrii coronâ *Stemma* dixit Hymno 1 περὶ στεφάνων v. 4 *Pollet hoc felix per orbem terra Ibera stemmate.*
Julius Firmicus lib. 3 Matheseos c. 8 *Magnos viros faciet Mercurius, qui sacris & gloriosis stemmatibus coronentur: Stemmatibus*, i. e. coronis seu infulis. *Infulæ* enim dignitatum insignia erant. vide *Infula.* ¶ 2. Deinde *Stemma* & generis seriem denotat, der stammbaum, geschlecht-stamm. Suetonius Galbâ c. 2 *Imperator vero etiam stemma in atrio proposuerit, quo paternam originem ad Jovem, maternam ad Pasiphaen Minois uxorem referret.* Stemma videlicet ejusmodi repræsentabat universam stirpem a primo auctore per imagines: ut quisque ex alio satus erat. Puto autem, imagines istas vittis sive stemmatibus connexas fuisse, prout ipsi, quorum vultus referebant, connexi essent. Plinius 35 c. 2 *Expressi cerâ vultus singulis disponebantur armariis, ut essent imagines, quæ comitarentur gentilitia funera, semperque defuncto aliquo, totus aderat familiæ ejus, qui unquam fuerat, populus. Stemmata vero lineis discurrebant ad imagines pictas.* Seneca 3 de Beneficiis c. 28 *Nomina familiæ multis stemmatum illigata flexuris.* Et de iisdem lib. 7 c. 3 *totum regni Persici stemma percense.* Hinc *Replicare* & *Explicare stemma*, Ausonius & Sidonius dixerunt, quod Rigaltius ad Martialem observat. Juvenal. sat. 8 pr.

Stemmata quid faciunt? quid prodest, Pontice, longo
Sanguine censeri, pictosque ostendere vultus
Majorum? was helffen die ahnen?
Tota licet veteres exornent undique ceræ
Atria, nobilitas sola est atque unica virtus.

De hac voce pulcre And. Tiraqu. libro de Nobilit. c. 6 § 14; & Lips. ad Senecæ modo alleg. lib. 3. ¶ 3. *Stemma* etiam dicitur, quod aliquid fert & sustinet, ex græco στέγμα, quemadmodum Salmasius ad Lampridium observat. Martialis lib. de spectaculis epigr. 16

Cæsaris atque Jovis confer nunc stemma juventus,
Par onus ut tulerint, altius ille tulit.

Alii *schema* legunt.

STĔNŎCŌRIĀSIS, is, στενοκορίασις, equorum morbus, cum viribus amissis constringitur visus, Veget. 2 c. 16.

STENTOR, ŏris, Στέντωρ, clamosus ille tubicen apud Homerum in exercitu Græcorum, qui clamores aliorum quinquaginta superabat ærea voce, quemadmodum Homerus ait Iliad. Ε v. 786

Ὅς τόσον αὐδήσασχ᾽ ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα; i. e.
Qui tantum vociferabatur, quantum alii quinquaginta.

Juvenal. sat. 13 v. 112 *Tu miser exclamas, ut Stentora vincere possis.* Sic, *Stentore clamosior*, ein schreyhals. vide Chiliad.

¶ Stentŏreus, a, um, adject. ut, *Vox stentorea* pro maxima, groß geschrey: Arnob. lib. 2 p. 97 *Infantes sub uberibus matrum stentoreos ediderunt vagitus.*

STĔPHĂNUS, i, στέφανος, *corona*, eine krone. ¶ 2. Refertur etiam inter herbas; e. g. *Stephanos Alexandri*, certa lauri species, Apulej. de Herb. c. 58; & Plin. 15 c. 30. *Stephanos Aphrodites*, alias sisymbrium, Apulej. de Herb. c. 105. ¶ 3. Multorum nomen proprium. De protomartyre novi Testamenti Arator 2 v. 966

In Stephanum tormenta jacis, deponis amictum.

¶ Stĕphănītæ, arum, στεφανῖται, vites coronariæ, quæ in orbiculos & gyros flectuntur, weinstöcke, wie ein krantz gekrümmt, Columell. 3 c. 2.

¶ Stephanītis, idis, στεφανῖτις, uva coronaria, quæ foliis intertextis veluti coronatur. Plin. 14 c. 3 *Coronario naturæ lusu Stephanitis*, &c.

¶ Stephanŏmēlis, is, herba sic dicta, quod melino colore in coronis placeat, Plin. 26 c. 13.

¶ Stephanŏplŏcos, i, ὁ, ἡ, στεφανοπλόκος, qui vel quæ corollas nectit, & serta texit, ein krantzmacher oder krantzmacherin; Et

¶ Stephanŏpōla, æ, στεφανοπώλης, venditor sertorum seu coronarum, ein krantz-krämer; Et

¶ Stephanŏpōlis, is, fœm. στεφανόπωλις, coronarum venditrix, eine kräntzelfrau. Plin. 35 c. 11 *Glyceram inventricem coronarum pinxit, sedentem cum coronâ, quæ e nobilissimis ejus tabula appellata est stephanoplocos, ab aliis stephanopolis, quoniam Glycera coronas venditando sustentaverat paupertatem.*

STERCUS, ŏris, mist, dreck, unflath; ut, *Novalia stercore saturare*, Columella 2 c. 9, starck tüngen. Et Cic. de Divin. 1 c. 27 *Interfectum in plaustrum a caupone esse conjectum, & supra stercus injectum.* Et Suetonius Vitell. c. ult. *quibusdam stercore & cæno incessentibus*, da sie ihn mit koth warffen.

¶ Stercŏreus, a, um, dreckicht, stinckend, garstig. Plaut. Milit. 2, 1 v. 12 metaphorice: *Impudens, stercoreus, plenus perjurii.*

¶ Stercŏro, avi, atum, are, tüngen, misten; ut, *Colere & stercorare agrum*, Cic. de Senect. c. 15. Plin 18 c. 23 *Ager si non stercoratur, alget.*

¶ Stercorātus, a, um, getüngt; ut, *Ager stercoratus*, Plin. 18 c. 23. Vnde *stercoratissimus*, gradu supremo. Columella 11 c. 2 prope finem: *quam pinguissimo & novo loco, si minus, quam stercoratissimo.* Adde Catonem de R. R. c. 46.

¶ Stercŏrātio, ōnis, die tüngung. Columell. 2 c. 1 sub fin. *Modica stercoratione terra refoveatur.* Adde Plin 17 c. 27; & 18 c. 23.

¶ Stercŏrārius, a, um, zum mist gehörig; ut, *Crates stercorariæ*, mistleitern, mistflechten, Varro 1 c. 22.

¶ Stercŏrōsus, a, um, voll mist und unflath; ut, *Aqua stercorosa*, Columella 8 c. 3. *Locus stercorosus*, Idem lib. 11 c. 3. Et Seneca 3 Natur. Quæst. c. 26 *Mari hæc natura est, ut omne immundum stercorosumque litoribus impingat.* Superlat. Cato R. R. c. 47 *Locus stercorosissimus.*

¶ Sterculius, vel Stercutus, i, Deus, Fauni filius, de quo Lactantius 1 c. 20 sub fin. *Colitur & Sterculius, qui stercorandi agri rationem primus induxit.* Adde Plin. 17 c. 9; & Macrob. 1 Saturn. c. 7, qui Saturnum interpretatur: Plinius autem Fauni filium: uterque *Stercutum*, sicut *Sterculium* Lactantius, vocavit: singuli stercorationis inventionem ei tribuunt.

¶ Sterquĭlīnium, i, stercorum receptaculum, ein mist-hauffe, eine ....-grube. Columella 1 c. 6 *Sterquilinia duo sint, unum quod nova purgamenta recipiat, & in annum conservet: alterum, ex quo vetera vehuntur.* ¶ 2. Metaphorice pro homine impuro & nequitiis operto, Terentius Phorm. 3, 2 v. 41 *Non pudet vanitatis? D. Minime, dum ob rem. G. Sterquilinium*, du unflat, du mist-fincke. Et Plautus Persâ 3, 3 v. 3 hujusmodi hominem *sterquilinium publicum* appellat. Sed, *Gallus in sterquilinio suo plurimum potest*, proverbiale. vide *Gallus.* ¶ 3. Scribitur a nonnullis *Sterculinium.* Sic vertitur in Gloss. gr. lat. κοπροθέσιον. Et Marcell. Empir. c. 34 *In sterculinio defodere.*

STĔRĔLĪTIS, idis, spuma argenti, silber-schaum, Plin. 33 c. 6. Alii legunt *Stercoritis.*

STEREŎBĂTA, vel Stereobătes, æ, στερεοβάτης, basis sive fulcimentum solidi, das grundstück, postiment, Vitruv. 3 c. 3. vid. ibi Bald. p. 116.

STĔREŎMETRIA, æ, στερεομετρία, solidorum corporum dimensio, die weinvisier-kunst. vid. Casp. Schott. Curs. Mathem. p. 209.

STERGĒTHRON, i, στεργηθρον, amoris illecebra: ita nominatur ab aliquibus semperviva herba, haußwurtz, *eo quod amorifica judicetur*, Apulej. de Herb. c. 123: *Quod amatoriis conveniat*, Plin. 25 c. 13.

STĔRĬCŬLA, æ, diminut. a *Stera*, græce ὑστέρα, pro *hystericula*, vulva porcæ virginis. In Petronii fragm. Trag. est *Sterilicula*; vid. Scheff. in not. p. 72; & Reines. p. 55.

STĔRIGMUS, i, στεριγμὸς, inter meteora refert Apulejus de Mundo p. 245; & exponit *stativam lucem sine cursu jugi*, &c.

STĔRĬLIS, e, infœcundus, a στερέω, *privo*, seu *careo*, unfruchtbar, untüchtig, untauglich; ut, *Ager sterilis*, Virg. 3 Æn. v. 141. Et Plinius in Panegyr. c. 56 *Nullum temporis punctum sterile beneficio*. Et, *Seculum virtutum sterile*, Tacitus 1 Hist. c. 3. *Sterilis fama*, Statius lib. 6 Theb. v. 70. Et, *Sterilis labor*, Martialis lib. 10 epigr. 58. *Sterilis amicus*, Idem lib. 10 epigr. 18, qui nemini quid confert. *Arbores serenitate steriliores*, Plinius 16 c. 12.

¶ Sterĭlus, a, um, pro *Sterilis*, dixit Lucretius 2 v. 844

Et sonitu sterila & succo jejuna feruntur.

Ita veteres dixerunt *sublimus* pro *sublimis*, &c.

¶ Stĕrĭlĭtas, ātis, infœcunditas, die unfruchtbarkeit; ut, *Sterilitas agrorum*, Cicero 1 de Divin. c. 57, cui contraria est *fertilitas*. Et, *Sterilitas annonæ*, Columella 2 c. 10. Pluraliter, *continuæ sterilitates*, Plin. 10 epist. 24.

¶ Stĕrĭlesco, ĕre, sterilem fieri, unfruchtbar werden, verwildern. Plin. 7 c. 15 *Fruges* [menstruali profluvio] *tactæ sterilescunt*. Adde lib. 11 c. 40; & lib. 15 c. 8.

Sternax, vide in sequenti *Sterno*.

STERNO, strāvi, strātum, sternĕre, ausbreiten, streuen; ut, *Vestes, ramos, flores humi sternere*. Sed tamen frequentius dicimus: *Sterno humum floribus, ramis, vestibus*, Valla lib. 4 c. 6. *Sternere equum*, est stratis adornare, satteln; vide mox in *Stratus*. Et, *Sternere lectos*, Terent. Heaut. 1, 1 v. 73, id est, instruere: cubantes enim, aut in latus super lectulum substratum inclinantes, cibum veteres capiebant. *Sternere triclinia*, Cicero sæpe pro Cluentio & in Verrem. Idem pro Muræna c. 36 *Stravit pelliculis hædinis lectulos*. Sic, *Sternere viam*, pflastern; vide *Via*. ¶ 2. *Sternere*, est dejicere, niederlegen. Liv. 27 c. 47 *Fessi somno ac vigiliis corpora sternunt*. Idem lib. 24 c. 38 *Ferro omnia sternere*, erlegen, darniederschlagen.

¶ Strātus, a, um, gestreuet, gelegt; ut, *Strata poma sub arbore*, Virg. ecl. 7 v. 54. *Stratum silet æquor*, Idem ecl. 9 v. 57, das gestillte meer. *Stratus equus*, Livius 28 c. 14, gesattelt. Et, *Lectus stratus*, gebettet: Virg. 1 Æn. v. 700 *Stratoque super decumbitur ostro*.

¶ Strātum, i, subst. id est, super quo quiescitur, ein lager, bette, eine streu; ut, *Corripit e stratis corpus*, Virgil. 3 Æneid. v. 176. *Strato surgit*, Idem Æn. 3 v. 513. *Membra stratis reponere*, Idem 4 Æn. v. 392. Sic, *Molle stratum*: Livius 21 c. 4 *Quiete neque molli strato, neque silentio arcessita*. ¶ 2. *Strata viarum*, id est, viæ stratæ, gepflasterte strassen, Virgil. 1 Æn. v. 422. *Stratum* de pavimento, vide apud Vitruvium 10 c. 19.

¶ Strāta, æ, absolute pro via strata, die strasse. Eutropius 9 c. 9 n. 13 *Aurelianus interfectus est in itineris medio, quod inter Constantinopolim & Heracleam est stratæ veteris*. Adde, quæ ibi adnotavit Cellarius. Sic Juvencus de Joanne Baptista: *Sternite jam stratas amplas*.

¶ Strāte, adverb. weit und breit, hin und her. Juvencus lib. 3 v. 655

Strate tendentem diffusa umbracula ficum.

¶ Strātus, ûs, subst. die decke. Solin. c. 57 *Accepto regio stratu neminem unquam alium præter dominum vehere dignatus est*. Adde Varr. R. R. 1 cap. 50.

¶ Strātūra, æ, idem; ut, *Stratura viarum*, Sueton. in Claudio c. 24.

¶ Strātor, ōris, qui equum sternit, & herum in equum levat, ein sattelknecht. Spartianus in Caracalla c. 7 *Denique cum illum strator suus in equum levaret*. Erant etiam inter ministros & apparitores, Lege 4 § 1 de Offic. procons.

¶ Stratōrium, i, id est, stragulum, deck- oder bettwerck. Vulg. Interpr. 2 Sam. c. 17 v. 28.

¶ Strateæ, & Stratĭvŏlæ, ārum, meretricum epitheta ex Plauto apud Gellium 3 c. 3, qua faceta verborum antiquitate Phavorinum delectatum asserit.

¶ Strāges, is, quicquid sine ordine sparsum jacet: proprie est damnum arborum tempestate stratarum, ut Scaliger in Conjectaneis Varronian. notavit, die umwerffung der bäume. ¶ 2. Inde ad cædes & prostratorum hominum multitudinem translata vox est, eine niederlage. Vetus Glossarium: *Strages*, πολυάνδριον, σωρὸς νεκρῶν. Item *strages*, Ἀναίρεσις πολλὴ, εἰς τὴν γῆν σώμασι κατεστρῶσθαι. Livius 8 c. 30 *Per arma, per viros late stragem dedére*, sie haben eine schlacht gethan. Cicero ad Attic. lib. 1 epist. 16 sub initium: *Quas ego pugnas & quantas strages edidi?* was habe ich volcks erlegt?

¶ Strāgŭlum, i, & Stragŭla, æ, a *sternendo*, ita dicebant, quicquid vel lecto, vel equis, aut aliis rebus insternerent, allerley decken. *Stragulum textile*, Cic. 5 Tuscul. c. 21. *Stragula villosa*, Martial. 14 epigr. 148, zötichte decken. ¶ 2. Addebant & ad fœmininum nomen vestis; ut, *Pretiosa vestis stragula*. vid. Vall. 4 c. 46.

¶ Stragŭlātus, a, um, id est, stragulâ variatus. Vulg. Interpr. Proverb. c. 31 v. 22.

¶ Sternax, ācis, schlagend; ut, *Equus sternax*, qui excutere solet insidentem, Virg. 12 Æneid. v. 344, das gerne abwirfft. ¶ 2. Pro *consternato* posuit Sidonius lib. 4 epist. 12 *Herma trepidus & sternax, qui præ reatu balbutit ore, cæcutit intuitu*.

¶ Stramen, stramentum, &c. vide infra suo loco.

Composita:

¶ Adsterno, ĕre, hinlegen; ab eo enim passivum fecit Ovidius lib. 2 Metam. de sororibus Phaëthontis v. 343

Nocte dieque vocant, adsternunturque sepulcro,

id est, juxta sepulcrum sternuntur.

¶ Consterno, strāvi, ātum, ĕre, bestreuen, bedecken. Virg. 4 Æn. v. 444

Consternunt terram concusso stipite frondes.

Cic. de Divin. 1 c. 32 *Et horreis diruptum effusumque frumentum vias omnes angiportusque constraverat*.

¶ Constrātus, a, um, bedeckt. Cic. pro Sextio c. 39 *Forum corporibus civium Romanorum constratum cæde nocturnâ*. Sic, *Constratæ naves*, id est, tectæ, apud eumdem in 5 Verr. c. 40.

¶ Constrātum, i, subst. die decke; ut, *Constratum navis*, die schiff-decke, in Petronii Satyrico.

¶ Constrātor, ōris, ein bedecker. Auson. Eidyll. 12 de Deis:

Velivolique maris constrator Leuconotos Libs.

¶ Consterno, avi, atum, āre, erschrecken; de quo Valla lib. 5 c. 51 *Consternere*, inquit, *est corporis; consternari autem animi, cum mens turbata est, & de statu mota & quasi humi strata*. Liv. 6 c. 2 *Incendium consternavit hostes*. Et Sallustius fragm. apud Priscian. lib. 4 *Equi sine rectoribus exterriti consternantur*, sie werden scheu. Sic, *Consternare animos*, Liv. 8 c. 27.

¶ Consternātus, a, um, erschreckt; ut, *Pavida & consternata multitudo*, Liv. 3 c. 15. *Consternati equi*, Flor. 1, 7, 3; & 1, 18, 8; & *elephanti*, 4, 2, 67. *Hostes territi atque animis consternati discessere*, Sallust. 4 Hist. Et Cæsar 7 Bell. Gall. c. 30 *Animo consternati sunt homines insueti laboris*.

¶ Consternātio, ōnis, terror, pavor, groß erschrecknis, entsetzung, angst. Curt. 8 c. 1 n. 24 *Ille debilitatus vulnere, quod in ea consternatione acceperat*. Et Livius 37 c. 42 *Auxilia subsidiaria, pavore & consternatione quadrigarum territa*.

¶ Disterno, ĕre, seorsum sternere, betten. Apulejus Miles. lib. 2 p. 121 *Pueris extra limen humi quam procul distratum fuerat*.

¶ Exsterno, āre, præ consternatione dementem facere; sic enim veteres usurparunt, sehr erschrecken. Catullus in Argonaut. v. 71

Ah miserum assiduis quam luctibus exsternavit!

¶ Exsternātus, a, um, schüchtern, erschreckt. Ovid. lib. 2 Metam. v. 76

Exsternata fugam frustra tentabat.

¶ Insterno, strāvi, ātum, ĕre, operire, sternere, bedecken. Virg. 2 Æn. v. 722 *Fulvique insternor pelle leonis.*

¶ Instrātus, a, um, bedeckt; ut, *Torus humilis & modice instratus*, Sueton. in Aug. c. 73. Adde Sil. Ital. 7 v. 290. Et Plin. 8 c. 42 *Instratus ornatu regio*.

¶ Instrātum, i, subst. operimentum equorum, quemadmodum Valla vocat, stragulum, eine decke. vid. Vlpian. l. instrato. ff. de verb. & rer. sign.

¶ Instrāgŭlum, i, idem. Cato R. R. c. 10 *Culcitas, instragula, pulvinos*.

¶ Superinsterno, ĕre, drüber decken. Livius 30 c. 10 *Tabulas superinstravit*.

¶ Intersterno, ĕre, darzwischen streuen, einstreuen. Hinc

¶ Interstrātus, a, um, eingestreut, darzwischen gelegt. Plin 29 c. 2 *Assulis interstratis*. Et Justinus 1 c. 2 de Babyloniis muris: *bitumine interstrato*.

¶ Obsterno, ĕre, fürlegen. Apulejus Apolog. *Vxorem fratris misero puero objicit & obsternit*, id est, sub oculos sternit, ut Casaubonus explicat.

¶ Obstrāgŭlum, i, die oberdecke, das oberleder. Plin. 9 c. 35 *Crepidarum obstragulis margaritas addere*.

¶ Persterno, ĕre, pflastern. Hinc

¶ Perstrātus, a, um, gepflastert. Livius extremo libro 10 *Damnatis aliquot pecuariis via a Martis silice ad Bovillas perstrata est*.

¶ Præsterno, ĕre, vorbereiten, zurüsten. Statius 3 Silv. 2 v. 114

Quæ sibi præsternat vivax altaria Phœnix.

¶ Prosterno, strāvi, ātum, ĕre, humi sternere, zu boden schlagen, für sich darnieder schlagen; ut, *Corpora humi prosternere*, Liv. lib. 4 cap. 11. *Prosternere hostes*, est fundere, occidere: Cic. 14 Philipp. c. 10 *Hirtius hostes prostravit, fudit, occidit*. Idem pro Cluentio c. 16 *Perfregit ac prostravit omnia furore*. Et, *Prosternere atque obterere obtrectationes malevolorum*, Vatin. ad Cic. 5 fam. epist. 9. *Prosternere se ad alicujus pedes*, Cic. Philipp. 2 c. 18, einen fußfall thun. ¶ *Psaltriæ venalia prosternunt corpora*, id est, prostituunt, Arnobius lib. 2.

¶ Prostrātus, a, um, hingestreckt, umgeworffen; ut, *Prostrati in gramine molli*, Lucret. lib. 2 v. 29. *Prostratus humi*, fußfällig, Idem lib. 5 v. 1199. *Subito affecta & prostrata respublica*, Cic. epist. ad Octav. Et Vellej. 2, 70, 3 *Cum imperatorem prostratum videret*.

¶ Prostrātor, ōris, ein erleger. Firmicus de Error. profanæ relig. p. 43 *Prostratores estis omnium hostium vestrorum*.

¶ Substerno, strāvi, ātum, ĕre, unterbreiten, unterstreuen, unterlegen. Terentius Andr. 4, 4 v. 6 *Ex ara hinc sume verbenas, atque eas substerne*. Et, *Nidos mollissime substernere*, Cicer. de Divin. 2 c. 52. *Substernere herbam ovibus*, Cato R. R. c. 37.

¶ Substrātus, ûs, subst. die unterstreuung. Plin. 24 c. 9 *Vitex substratu fugat venenata*.

¶ Substrāmen, substramentum, vide infra *Stramen*.

¶ Supersterno, ĕre, über etwas streuen, oder schlagen. Columella 1 c. 6 *Arenæ supersternuntur*. Et Livius 10 c. 29 *Quia obrutum* [corpus consulis] *superstratis Gallorum cumulis erat, inveniri non potuit*.

¶ Superinsternĕre, vide supra post *Insterno*.

STERNUO, ui, ūtum, ĕre, est flatum exsurgentem cum capitis concussione dispellere, niesen, brausen. Plin. 28 c. 6 *Theophrastus senes laboriosius sternuere dicit*. Quod vero sternuentibus hodie dicitur, GOtt helff, ejus originem hanc prodit Siffridus Chronic. Epitome a Fabricio excerpta p. 281: *Romæ pestis inguinaria fuit. Fuit autem pestis inguinaria apostema sive inflatura in inguine tam sæva, ut homines in via, in mensa, in ludis, in colloquiis subito morerentur. Itaque cum quis sternuebat, sæpe cum ipsa sternutatione spiritum exhalabat. Vnde cum aliquem sternutantem quis audiebat, statim accurrens*, DEUS TE ADIUVET, *acclamabat: unde adhuc consuetudo servatur, ut, cum aliquem sternutantem audimus*, DEUS TE ADIUVET, *acclamemus*. Hæc ille. Sed longe vetustiorem hunc salutandi sternutantes ritum esse, ex melioribus auctoribus constat. Nam, Græcos sternutantibus dixisse Ζεῦ σῶσον, Eustathius auctor est: Latinos vero *salvere jussisse*, Petronius docet: *Gyton*, inquit, *collectione spiritus plenus, continuo ita sternutavit, ut grabatum concuteret. Ad quem mox Eumolpus conversus, salvere Gytona jubet*. Meminit hujus salutationis Apulejus etiam Metam. lib. 9 p. 228 edit. Elmenh.

Elmenh. & Plin. 28 c. 2. Cæterum ſternutamentum pro re divina, & cui quædam auguriorum vis in utramque partem ineſſet, habitum, Ariſtoteles approbat lib. 1 de Nat. animal. nec non Problem. ſect. 33, ubi ſternutationem matutinam infauſtam, meridianam aucem, præcipue ſi a dextra fieret, bonam eſſe, tradit, teſte Plutarcho in Themiſtocle. conf. Plin. 28 c. 2. Propertius 2 eleg. 3 v. 24

Candidus auguſtum ſternuit omen amor,

ut ex Macrobio quidam legunt. Libri enim *Aridus argutum* &c. Catullus epigr. 46 v. 8

Hoc ut dixit, Amor ſiniſtra, ut ante
Dextra, ſternuit approbatione.

Quia itaque & mali & boni ominis res credebatur ſternutatio, inde ſternuentes ſalutari ſoliti ſunt, credo, ut aut confirmaretur bonum, quod ſignificabatur, aut malum averteretur, ſi quod ſubeſſet. Auguſtinus rem ſuperſtitioſam arguit, & alienam a Chriſtiano. Nam ſermone 241 de Tempore ait: *Illas verò non ſolum ſacrilegas, ſed etiam ridiculoſas ſternutationes conſiderare & obſervare nolite.* vide Beverovicii epiſtolas.

¶ Sternūmentum, i, das nieſen. Gloſſ. gr. lat. πταρμὸς, *Sternumen*, *ſternumentum*. conf. Gell. 12 c. 5; & Salmaſ. in Solin. p. 336.

¶ Sternūto, āre, frequentativum, nieſen. Plinius 28 c. 2 *Cur ſternutantes ſalutamur?* Et rurſus: *Quaſi magnum malum prætergreſſis bene precari ſolemus ſternutantibus.* Vide locum ex Petronii Satyric. paullo ante in *Sternuo*.

¶ Sternutātio, ōnis, das nieſen. Scribonius Largus compoſitione 10 *Sternutationem invitare*, nieſend machen. Et Apulejus Met. lib. 9 p. 228 *Vt eſt ingenium metalli, crebras ei ſternutationes commovebat.* Et mox: *Maritus acceperat ſonum ſternutationis.* Fruſtra ergo quidam de latinitate vocabuli dubitaverunt. vide ſis Curas Cellarii Poſteriores p. 125.

¶ Sternutāmentum, i, idem. *Movere ſternutamenta*, das nieſen erregen, Plin. lib. 20 c. 12. *Evocare ſternutamenta*, Celſus lib. 3 c. 20. Et, *Proritare ſternutamentum*, Scribonius dicto loco. *Obſervare ſternutamenta*, Cic. 2 de Divin. c. 40 extrem. *Cur ſternutamentis quatiatur*, warum er nieſet, Gell. 12 c. 5. Cientur autem ſternutationes impune, pulvere ſamſuchi naribus attracto. ¶ 2. *Sternutamenta* dicuntur etiam medicamenta ſternutationem moventia, apud Plinium lib. 25 c. 13.

STĔRŎPES, is, unus Cyclopum, quorum manibus facta putabantur firmiſſima quæque opera. vid. Virgil. 8 Æneid. v. 425. Adde Barth. ad Claudian. lib. 1 de Raptu Proſerpinæ p. 242.

¶ Sterŏpe, es, ſidus aliquod cenſebatur, ſoror una ex notiſſimo Plejadum choro. Ovid. Triſt. lib. 1 eleg. 10 v. 13

Sæpe ego nimboſis dubius jactabar ab Hædis,
Sæpe minax Steropes ſidere pontus erat.

Vid. Hyginum fab. 192. Apollodorum lib. 3, qui conjugem Oenomai fuiſſe memorat; & Aratum Phænomenis.

Sterquilinium, vide ſupra *Stercus*.

STERTO, ſtertui, ſtertĕre, dormiendo ronchos ſonare, ſchnarchen, ſchlaffen. Terent. Eunuch. 5, 8 v. 49

Fatuus eſt, inſulſus, tardus, ſtertit noctesque & dies.

Horat. 1 ſat. 3 v. 18 *noctes vigilabat, ad ipſum*
Mane diem totum ſtertebat.

Et Juvenalis ſat. 4 v. 57 *Ad calicem vigilanti ſtertere naſo.*

¶ Stertĕrus, a, um, i. e. ignavus, ſomnolentus, faul, ſchläfrig. Petron. fragm. Trag. p. 48 *Tu autem ſtertera, etiamnum ploras?* vid. Scheff. p. 156.

¶ Deſterto, ui, ĕre, ausſchlaffen. Perſ. ſat. 6 v. 10

Cor jubet hoc Enni, poſtquam deſtertuit eſſe
Mæonides.

STĒSĬCHŎRUS, i, Στησίχορος, lyricus fuit poëta excellentiſſimus ingenioque validus, quemadmodum ait Quintilianus lib. 10. Maxima bella & clariſſimos cecinit duces. Vnde Horat. Steſichori Camenas *graves* lib. 4 od. 9 dixit. Clarus fuit Olympiade 36. Obiit ſexta & quinquageſima. Carmina ſcripſit, in quibus tria eſſent, ſtrophe, antiſtrophe, & epodos. Vnde proverbium in indoctos: *Neque Steſichori tria noſti*: Suidas. Sepultus Catanæ ante urbis portam, quæ *Steſichoria* dicta eſt, octangulo ſepulcro; a cujus forma caſus quidam in ludo teſſerarum *Steſichorius* dictus eſt. Ajunt, octo columnas, octo gradus, octo angulos habuiſſe. Vnde proverbium: πάντα ὀκτώ, *omnia octo*, cum rei nihil deeſſe ſignificamus. vid. Zwingeri Theatr. Vol. 4 lib. 3 f. 1147.

STHĔNĔLUS, i, Σθένελος, filius Capanei, in exercitu fuit Græcorum ad Trojam, cujus Homerus & Virgilius meminerunt. Horat. 1 od. 15 v. 24 *Sciens pugnæ Sthenelus* &c.

Sthenelus & Diomedes, amiciſſimum par, Hyginus fab. 257.

¶ Sthĕnĕlēius, a, um, adject. Ovid. Heroid. epiſt. 9 Deianiræ v. 25

Quem non mille feræ, quem non Stheneleïus hoſtis,
Non potuit Juno vincere; vicit amor.

STĬBĂDIUM, i, ςιβάδιον, lectus perpetuus ſemicirculi figurâ, in quo ad menſam accumbebant, ein tiſch-polſter, unde & extremitates ejus *Cornua* dictæ Sidonio lib. 1 epiſt. ultima, & alterum *dextrum*, alterum *ſiniſtrum* appellatum. *Accubitum* ex re vocavit Lampridius: *Semirotundum ſuggeſtum* a figura Apulejus dixit. Ante *Stibadia* dicebantur *triclinia*, in quibus accumbebant ad menſam. Vnde Servius in Virg. 1 Æn. *Antiqui*, inquit, *ſtibadia non habebant: ſed ſtratis tribus lectis epulabantur. Vnde & triclinium ſterni dicitur.* Apud Plinium lib. 5 epiſt. 6 quater legitur hæc vox: exſtat & apud Sidonium lib. 2 epiſt. 2. vide Salmaſium etiam in Hiſt. Auguſtam. Eſt vero diminutivum ex ςιβὰς, quod vetus Gloſſarium *ſtramentum* interpretatur.

STĬBIUM, i, vel Stibi, ςίμμι Græcis, ſpießglaß. Mauritani *antimonium* vocant. Lapis eſt ſpumoſus, candicans & nitens, in metallis argenti naſcens, ut Plinius inquit lib. 33 c. 6. vide *Antimonium*; & adde Celſum 6 c. 6 n. 12, 16, 27, & ſæpius.

STĪCA, æ, uva Plinio 14 c. 9; item tunica ſeu folliculus, cui nucleus incluſus. vid. Salmaſ. ad Solin. p. 748 & 822.

¶ Sticŭla, æ, diminut. vitis eſt Columellæ 3 c. 2. Varie effertur; *Sircula* eſt, vel *Scirpula* Plin. 14 c. 2; *Sirticula*, vel *Sircicula*, eidem Columellæ 12 c. 43.

STĬCHUS, i, ςίχος, *ſeries*, *ordo*. Vnde

¶ Diſtīchon, i, δίςιχον, duo verſus, vel geminus verſus, qui in elegiaco carmine ſententiam unam abſolvit, ein paar verſe. Martial. 13 epigr. 3

Hæc licet hoſpitibus pro munere diſticha mittas.

Et lib. 8 epigr. 29

Diſticha qui ſcribit, (puto,) vult brevitate placere, &c.

Diſticha Catonis ita dici, quod præcepta complectantur gravia magnorum virorum, ſupra indicatum eſt. Certe tanti ea fecit Planudes, ut in linguam græcam converterit, & carmen latiniſſimum dixit Valla. ¶ 2. *Hordeum diſtichon*, zweyſchichtige gerſte, Columell 2 c. 9 ſub fin. cui eodem capite paullo ante opponit *hordeum hexaſtichon*.

¶ Hēmiſtīchium, i, ἡμιςίχιον, dimidiatus verſus, ein halber vers: ut, *Cernit Deus omnia vindex.* Aut, *medio tutiſſimus ibis.*

¶ Hexaſtīchum, i, ἑξάςιχον, hordeum, cujus ſpicæ ſex habent ordines, vocant & *cantharinum*, ſechsſchichtige gerſte. Sicut *diſtichon*, quod duos habet ordines, zweyſchichtige: Columell. lib. 2 c. 9. ¶ 2. *Hexaſticha* etiam carmina & epigrammata ſunt ſex verſibus conſtantia.

¶ Mŏnŏſtīchon, i, μονόςιχον, eſt unicus verſus, ein vers. Auſon. de 12 Cæſar. præfat. v. 3 *Sua quemque monoſticha ſignans.* conf. in eclogario *de menſibus monoſticha*.

¶ Mŏnoſtīchium, i, idem. Iterum Auſonius Eclog.

Non placitum divis tolle monoſtichium.

¶ Paraſtīchis, ĭdis, ſeries litterarum aliquod nomen conficientium. Gellius 14 c. 6 *Id etiam iſtis ſcriptum fuit, qui ſint apud Homerum verſus* iſopſephœ, *& quorum ibi nominum* paraſtichis *reperiatur.* Voſſus & Suetonius de Illuſtr. Grammat. c. 6.

¶ Pentaſtīchus, a, um, πεντάςιχος, quinque ordines habens; ut, *Porticus pentaſticha*, i. e. cujus columnæ quinis ordinibus poſitæ, Trebell. in Gallien. c. 18.

¶ Tetraſtīchon, i, τετράςιχον, ſententia comprehenſa quatuor verſibus. Martial. lib. 7 epigr. 84

Quod non inſulſe ſcribis tetraſticha quædam &c.

Adjective Trebell. l. c. *Porticus tetraſticha*, i. e. conſtans ordine 4 columnarum.

STIGMA, ătis, ςίγμα, nota, quæ ob delictum ſervis inurebatur, ut noſcibiles eſſent, ein brandmahl. vide Lipſium 2 Elector. c. 15. Juvenal. 10 v. 183 *Dignus ſtigmate.* Martial. 12 epigr. 62

Frons hæc ſtigmate non meo notanda eſt.

Notæ illæ verſibus interdum integris conſtabant, & non ſolum ſervis ſed aliis etiam inurebantur. vid. Barth Adverſ. lib. 43 c. 25. Petronius: *Sequar ego, frontes notans inſcriptione ſolerti, ut videamini ſtigmate puncti.* Et mox: *Implevit Eumolpus frontes ingentibus litteris, & notum fugitivorum epigramma per totam faciem liberali manu duxit:* FUGITIVORUM EPIGRAMMA, inſcriptio eſt, qua fugitivorum frontes notari ſolebant. ¶ 2. Hinc tranſlate Sueton in Julio c. 73 *Alicui verſiculis perpetua ſtigmata imponere*, ein paßquill machen.

¶ Stigmătĭcus, a, um, ςιγματικὸς, ſtigmate notatus, infamis, gebrandmahlet. Idem Plinio *Stigmoſus* dicitur: Petronio *Stigmate punctus*: Martiali *inſcriptus*: Plauto *litteratus* vocatur. Nam notæ illæ litteris verbisque conſtabant, quæ cauſſam crimenque oſtenderent. Ita Cicero Offic. 2 c. 7 *Compunctum notis Threiciis*, mox etiam *Stigmaticum* dixit, uti eſt in nonullis editionibus. Sed

¶ Stigmătias, æ, græca terminatio eſt ſubſtantivi, idem quod *ſtigmaticus* vel *ſtigmoſus* ſonantis, ςιγματίας. Sic enim Cicero 2 Offic. c. 7 ſervum *Stigmatiam* vocat, etiam Nonio Marcello lectionem approbante c. 1 n. 194.

¶ Stigmōſus, a, um, idem quod *ſtigmaticus*. Sic, *Cicatrice ſtigmoſus*, Regulus dixit apud Plinium 1 epiſt. 5; ſed ridet Plinius & exagitat. Petronius: *Dicta in calvos ſtigmoſosque jaculari.*

¶ Stigmo, āre, ςιγματίζειν, zeichnen. Prudentius in Romano v. 1080

Quamcunque partem corporis fervens nota
Stigmârit.

¶ Stigmātus, a, um, gezeichnet. Vetus Interpr. Irenæi 1 c. 12 *Veritas litteris ſtigmata.*

Stigo, & inde Inſtigo, vide poſt paullo in *Stinguo*.

STILBON, ōnis, ςίλβων, ſtella Mercurii, a ςίλβω, *reluceo*: Cic. 2 de Nat. Deor. c. 20.

STĪLĬCO, ōnis, Στιλίκων, aliis Στελίχων, Honorii imperatoris ſocer, & occidentis adminiſtrator, multis laudibus a Claudiano celebratus. Atque revera vir magnus, belloque ac pace inclitus fuit, ſed elatus imperatoris affinitate, & nimium potens, de occupando imperio & transferendo in filium, ut tradunt nonnulli, agitavit noviſſime, quod tamen negat Zoſimus comes, qui multa de eo lib. 5 Hiſtor.

¶ Stilicōnius, a, um, adject. ut, *Virgo Stiliconia*, Claudianus in Nuptiis Honorii & Mariæ v. 177.

Stilla, ſtillatitius, ſtillicidium, ſtillo, &c. vide infra in *Stiria*.

STILPON, ōnis, philoſophus Megarenſis, cujus Crates & Zeno diſcipuli fuere. Hic a Demetrio Poliorcete, captâ patriâ ejus, interrogatus, *Num quid perdidiſſet? Nihil*, reſpondit, *omnia namque mea mecum ſunt*, Seneca de Conſtantia ſapientis c. 5; item epiſt. 9. vide & Diogenem Laërtium.

STĪLUS, i, pro *Stylus*, ſcribendi inſtrumentum, Latinis ſæpe *i* ſimplici ſcribitur, ut *lacrima* & *lacryma*. Nec certa ſatis eſt illa inter ςύλον, *columnam*, & hoc inſtrumentum proportio, qua unice nituntur, qui per *y* ſcribunt. Nihilominus poſteriore loco, ubi vulgus ponit, interpretabimur: vide *Stylus*.

Stimmi, vide paullo ante *Stibium*.

STĬMŬLUS, i, κέντρον, fuſtis acutâ cuſpide, quo jumenta incitabantur, ein ſtachel, treib-ſtecken. vid. Turneb. Adverſ. 19 c. 14. Quales fuerint

fuerint illi stimuli veterum, ostendit pictura Circensium apud Phil. Rubenium 1 Elector. c. 30; ubi tres pari longitudine expressi cubitalem & ultra habuisse videntur. Plaut. Menæch. 5, 2 v. 112

Jam adscendo in currum, jam lora teneo, jam stimulum in manu est:

Vbi nota, *stimulum* in neutro dici. Ita enim solitum apud Veteres. Vet. Gloss. *Stimulum*, κέντρον σιδηροῦν. Item: κέντρον, *stimulum, stimulus*. Tibullus 1 eleg. 1 v. 11

Nec tamen interdum pudeat tenuisse bidentem,
Aut stimulo tardos increpuisse boves.

Plaut. Truc. 4, 2 v. 55 *Si stimulos pugnis cædis, manibus dolet.* vide *Calx*. Inde, *Calces adversus stimulum*, subaudi *jactare*, parœmia est apud Terentium Phorm. 1, 2 v. 28; & apud Pindarum Pythion. ode 2 extr. & S. Lucam Actorum c. 20 v. 5. ¶ 2. Hinc *Stimulus* per metaphoram est, quicquid incitat & quiescere non sinit, der antrieb, die reitzung. Vet. Gloss. *Stimulos, incitamenta*: ut, *Stimulus doloris, iræ*, &c. Ita, *Stimulos addere*, Lucan. 1 v. 263; & *admovere*, Cic. pro Sextio c. 5, est incitare, anreitzen, antreiben. *Inest huic rei stimulus, qui appetentes facit*, Seneca epist. 9. *Novos stimulos dolori suffigere*, eleganter dixit Seneca in Thebaide v. 206, das betrübniß aufs neue wieder erregen. vid. Barth. ad Script. Venat. p. 133. ¶ 3. Sed &, quod urit ac pungit, sive dolorem affert, *Stimulus* appellatur, ein verdruß. Plaut. Casinâ 2, 6 v. 8 *stimulus ego nunc sum tibi:*

Eo corculum assudascit jam ex metu:

id est, mea præsentia urit te, ich bin dir ein dorn im auge. ¶ 4. *Stimuli* etiam in munitionibus defodiebantur sistendæ hostium incursioni, fußeisen, fußangel. Cæs. 7 de B. G. c. 73 *Ante hæc taleæ pedem longæ ferreis hamis infixis totæ in terram infodiebantur, mediocribusque intermissis spatiis, omnibus locis disserebantur, quos STIMVLOS nominabant.* Et post c. 82 *Dum longius ab munitione aberant Galli, plus multitudine telorum proficiebant: posteaquam propius successerunt, aut se ipsi stimulis inopinantes induebant, aut in scrobes delapsi transfodiebantur*, &c.

¶ Stĭmŭla, æ, Dea apud veteres nominata *de stimulis, quibus ad nimium actum homo impellitur*, ut interpretatur Augustinus de Civ. D. 4 c. 11; vel, *quæ stimulat ad libidinem*, secundum Scholiast. Juvenal. sat 2.

¶ Stĭmŭleus, a, um, stachlicht, stechend; ut, *Supplicium stimuleum*, quod stimulis infligitur, Plaut. Milit. 2, 6 v. 31.

¶ Stĭmŭlo, avi, atum, are, stimulos addere, incitare, impellere, reitzen, antreiben, anfrischen. Ter. Heaut. 2, 1 v. 11 *Me nunc amicæ dicta stimulant, Da mihi*, &c. Et, *Stimulat me solitudo*, Cic. ad Att. 12 ep. 13, die einsamkeit thut mir weh. *Scrupulus cum dies noctesque stimulat ac pungit*, Idem pro S. Roscio c. 2. *Verbere caudæ stimulavit se leo*, Lucan. 1 v. 208. Et, *Ingens cupido animum stimulat*, Curt. 4, 7, 8.

¶ Stimulātus, a, um, gereitzt, getrieben; ut, *Stimulatus furenti rabie*, Catull. carm. 64 v. 4. *Ira simul ac dolore stimulatus*, Curt. 6, 5, 19. *Stimulata corda*, Stat. Theb. 8 v. 93. *Jurgia vino stimulata*, Ovid. de Arte am. 1 v. 591. Et Martial. Spectac. 19

Per totam flammis stimulatus arenam.

¶ Stĭmŭlātio, ōnis, die reitzung. Plin. 35 c. 2 *Ingens stimulatio.*

¶ Stimulator, ōris, ein treiber, anreger; ut, *Multi boum stimulatores*, &c. vide *Bos*. Cic. pro Dom. c. 5 *Seditionis stimulator & concitator tu fuisti.* Gruterus legit *instimulator*.

¶ Stimulatrix, īcis, eine reitzerin. Plaut. Mostell. 1, 2 v. 62 *scelesta stimulatrix.*

¶ Stimulōsus, a, um, stimulis plenus, reitzend, antreibend; ut, *Stimulosum desiderium Venereæ voluptatis*, Cœl. Aurel. Tard. 5 c. 9. *Dolor stimulosus & pulsuosus*, Idem Acut. 2 c. 14.

Composita:

¶ Exstĭmŭlo, are, idem quod *stimulare*, erregen; ut, *Exstimulari furiis*, Columella 6 c. 27. *Dictis aliquem exstimulare*, Ovid. Fast. 6 v. 588. *Bellandi corda furore exstimulare*, in harnisch jagen, Sil. lib. 1 v. 32.

¶ Exstimulātus, a, um, aufgefrischt, ermuntert; ut, *Tigris exstimulata fame*, Ovid. Met. lib. 5 v. 164. *Impulsa aut exstimulata*, Plin. 2 c. 39.

¶ Exstimulātor, ōris, ein anreitzer; ut, *Acerrimus exstimulator*, Tacitus Ann. 3 c. 40.

¶ Instĭmŭlo, are, pro instigare, antreiben, anhetzen. Ovid. 6 Fast. v. 508

Instimulat fictis insidiosa sonis.

¶ Instimulātus, a, um, verhetzt. Marcellus Lege 3 Dig. de inoffic. testam. *Falso instimulati parentes liberos suos vel exheredant, vel prætereunt.*

¶ Instimulātor, ōris, ein anstiffter. Cic. pro Domo c. 5 *Seditionis instimulator & concitator*, ut Gruterus quidem ex MSS. legit: vulgo *Stimulator*. Gloss. gr. lat. ἐγκεντριστὴς, *Instimulator.*

¶ Perstĭmŭlo, are, rege machen. Tacitus 4 Ann. c. 42 *Pravis sermonibus spiritus perstimulare.*

STINGVO, ĕre, antiquum, a *Stingo* vel *Stigo*; non secus ac a *Frago*, Frango; a *Pago*, Pango. Confirmat hanc sententiam Vossius Etymol. p. 267 Glossis Cyrilli, in quibus στίγω, *stingo, pungo*: uti in Onomastico *Stigo*, ἐρεθίζω, &c. Est autem *Stinguere* idem ac pungere, vel quomodocunque delere, ausstechen, austilgen. Cicero in Arateis apud Priscianum lib. 10 bis usus est: active

neque longa vetustas
Interimet stinguens præclara insignia cœli.

Et passive: *Stinguuntur radii cæca caligine tecti.*

Totidem infinito *Stingui* usus Lucretius est lib. 1 v. 667 *ignes stingui*: & lib. 2 v. 827 *Evanescere paulatim stinguique colorem.*

Composita:

¶ Distinguo, inxi, inctum, guĕre, dispungere, in qua compositione propria pungendi significatio manet; deinde quodlibet discernere, disjungere est, unterscheiden, von einander sondern; ut, *Civem ab hoste animo factisque distinguere*, Cic. Paradox. 4. *Distinguere vera a falsis*, Idem Partit. Orat. c. ult. *Distinguere orationem*, Idem 2 de Invent. c. 15. *Distinguere linguâ vocem*, i. e. articulate loqui, Sil. lib. 1 v. 78. *Albis maculis rutilum colorem distinguentibus*, i. e. variantibus, Plin. 8 c. 18.

¶ Distinctus, a, um, unterschieden; ut, *Continuatio verborum articulis membrisque distincta*, Cic. 3 de Orat. 48. *Distincta & interpuncta intervalla*, Idem in Oratore c. 14. Comparat. *Distinctior*: Livius 9 c. 19 *Macedonum phalanx immobilis & unius generis: Romana acies distinctior, ex pluribus constans.* De oratione perspicua, non confusa, auctor Dialogi de Orator. c. 18 *utroque* [Graccho & Crasso] *distinctior Cicero.* Sed, *pocula ex auro, gemmis distincta clarissimis*, i. e. variata, versetzt mit edelgesteinen, Cic. in Verr. 4 c. 27.

¶ Distincte, adverb. unterschiedlich. Cic. in Oratore c. 28 *Partite, definite, distincte dicere.* Idem Philipp. 2 c. 13 *Non fortasse satis, quæ distinctius dicuntur, intelligis.* Et libro 2 de Invent. c. 29 *De utroque distinctius in deliberativo genere dicetur.*

¶ Distinctus, ûs, subst. der unterscheid. Tacit. Ann. 6, 28, 2 *Animal & ore ac distinctu pinnarum a ceteris avibus diversum.* conf. Stat. 1 Silv. 5. v. 41.

¶ Distinctio, ōnis, die unterscheidung. Cic. Off. 1 c. 29 *Facilis est distinctio ingenui & illiberalis.* Idem 2 de Legib. c. 5 *Lex est justorum injustorumque distinctio.* ¶ *Distinctio orationis*, & omnium membrorum seu partium, quæ accuratissime observanda est, ut periodi, membra & commata sive incisa recte secernantur.

¶ Distinctor, ōris, ein unterscheider. Gloss. Cyrilli: *Distinctor*, διαστίκτης. Ammianus 22 c. 3 *Judices justorum injustorumque distinctores.* Adde eumdem lib. 18 c. 1; & lib. 28 c. 9.

¶ Indistinctus, a, um, confusus, nicht unterschieden, gemengt, unordentlich. Quintil. 8 c. 2 sub fin. *Si neque pauciora, quam oportet, neque plura, neque inordinata aut indistincta dixerimus; erunt dilucida, & negligenter quoque audientibus aperta.* Gellius 10 c. 20 *eadem omnia confuso & indistincto vocabulo rogationes dixerunt.* Et Catullus de Nupt. Pelei & Thet. v. 283 *indistinctæ corollæ.*

¶ Indistincte, adverb. unter einander. Gell. præfat. *indistincte atque promiscue annotabam.* Et Lege 75 Dig. de legat. 3 *nummis indistincte legatis.*

¶ Subdistinguo, ĕre, noch mehr unterscheiden. Asconius Pedianus extremo commentario in Orat. Cic. de jurisdictione & prætura Siciliensi: *Multi subdistinguunt, & separatim addunt* &c.

¶ Subdistinctio, ōnis, vide *Diastole*.

¶ Exstinguo, sive Extinguo, inxi, inctum, guĕre, auslöschen. Qui sine S scribunt, eorum aliqui a *Tinguo* vel *Tingo* deducunt, quasi sit colorem veterem eluere, vel novo inducto delere. Quemadmodum iisdem *Distinguo* est diversis coloribus, qui tinguntur, discriminare. vide Voss. Etymolog. in *Instigo*. Quod vero *interstinguere* & *restinguere*, & *instinctus*, ac *instinctor*, expressa sibilante littera dicimus; verosimilius est, quæ his plane gemella sunt, *distinguo* & *extinguo*, a *Stinguo* potius, quam a *Tinguo* esse. *Exstinguuntur* autem proprie, quæ ardent, ut *ignis, flamma, incendium*, leschen, tilgen, vertilgen; Item, *reprimere*, dämpffen, unterdrücken. Terent. Phorm. 1, 2 v. 57 *Vt, ni vis boni in ipsa inesset forma, hæc formam exstinguerent.* Auctor ad Herenn. lib. 4 c. 27 *Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate exstinguitur.* Cic. 11 fam. epist. 28 *Caussam dissensionis nascentem exstinguere.* Et, *Gratiam nostram exstinguit hominum suspicio*, Idem 1 fam. epist. 1. ¶ 2. *Exstinguere*, würgen, *exstingui*, sterben. Terent. Adelph. 3, 2 v. 16 *Seni animam primum exstinguerem ipsi.* Cic. 2 de N. D. c. 9 *Exstincto calore, occidimus ipsi & exstinguimur.* Et Vellej. 2, 58, 2 *Ante biennium quam exstingueretur Pompejus.*

¶ Exstinctus, vel Extinctus, a, um, ausgelescht, gedämpfft, getilgt; ut, *Exstincta flamma*, Ovid. Met. lib. 7 v. 77. *Exstinctus pudor*, Virg. Æn. 4 v. 322. *Exstinctus crudeli funere Daphnis*, Idem eclog. 5 v. 20, der eines gewaltsamen todes gestorben. *Vir alienissimo reipublicæ tempore exstinctus*, Cic. de Clar. Orat. c. 1, der zur unzeit verblichen. Et Ovid Met. lib. 7 v. 569 *Nec prius est exstincta sitis, quam vita, bibendo.*

¶ Exstinctus, ûs, substant. die tilgung, auslesschung. Plinius 7 c. 7 pr. *a lucernarum exstinctu.*

¶ Exstinctio, ōnis, idem. Cic. 1 Tusc. c. ult. *Si supremus ille dies non exstinctionem, sed commutationem affert loci, quid optabilius?*

¶ Exstinctor, ōris, ein tilger; ut, *Belli domestici exstinctor*, Cic. Arusp. Resp. c. 23; & *Incendii*, Idem in Pison. c. 11.

¶ Exstinguibĭlis, e, auslesschlich. Lactant. 7 c. 20 *Si non exstinguibiles, tamen cruciabiles* [animæ] *fiant per corporis maculam.*

¶ Inexstinguibilis, e, unauslesschlich. Scribon. Largus Compos. 105 *Inexstinguibilis sitis.* Lactant. lib. 7 c. 19 *flamma inexstinguibilis.* Arnob. lib. 2 p. 52 *inexstinguibiles ignes.* Translate Varro apud Nonium c. 2 n. 479 *Mala consuetudo diu importata est inexstinguibilis.*

¶ Inexstinctus, a, um, unausgelescht. Ovid. 6 Fast. v. 297

Ignis inexstinctus templo celātur in illo.

¶ Instinguo, inxi, inctum, guĕre, anreitzen, anfrischen. Gellius 17 c. 20 *Hac admonitio Tauri non modo non repressit, sed instinxit nos ad elegantiam græcæ orationis verbis latinis adfectandam.*

¶ Instinctus, a, um, quasi stimulo punctus, id est, incitatus, gereitzt, angetrieben, angefrischt. Liv. 9 c. 40 *His vocibus instinctos milites in prælium ducit.* Et, *Furore & audaciâ instinctos*, Cic. 7 Verrin. c. ult. Et, *Metu furore instinctus, scelere præceps*, Cic. pro Dom. c. 55 extr. *Arrogantiâ instincti Samii*, Valer. Max. 1 c. 5 ext. 1; quam lectionem a Pighio & Cantero sollicitatam defendit Jo. Vorstius. Idem lib. 3 c. ult. ext. 3 *Civitas truculentissimo errore instincta.* Et Vellej. 1, 12, 1 *Instincta in bellum Achaia.*

¶ Instinctus, ûs, substant. der trieb, die eingebung, anregung, anreitzung; ut, *Instinctu inflatuque divino futura prænunciare*, Cic. 1 de Divin. c. 6 extr. Et, *Facere aliquid alicujus instinctu*, hoc est, suasu & hortatu, Plin. Panegyr. c. 73. *Dearum instinctu*, hoc est, Musarum, Valer. Max. 1 c. 6 extr.

¶ Instinctor, ōris, impulsor, ein anreitzer. Tacitus 1 Hist. c. 22 extr. *sceleris instinctor.* Idem Hist. 4 c. 68 *acerrimus instinctor belli.*

¶ Instīgo, avi, atum, are, ejusdem originis & significationis atque *Instinguere*, id est, incitare, anreitzen, anhetzen. Thema inusitatum, *Stigo*,

go, a στίζω videtur factum, de quo supra in *Stinguo*. Terent. Phorm. 5, 7 v. 76 *Non hercle ex re istius me instigasti, Demipho.* Idem in Andr. 4, 2 v. 9 *Age, si hic non insanit sua sponte, instiga*, hetze an, blase zu. *Instigare aliquem in alterum*, einen auf den andern verhetzen, Livius dixit lib. 33 c. 47: *Romanos*, inquit, *in Hannibalem instigabant.* Statius 4 Silv. 4 v. 33 *vires instigat alitque*
Tempestiva quies: major post otia virtus.
Sic, *Instigare iracundiam*, Seneca epist. 10. *Instigare ad arma*, allarmiren, Vellej. 1, 16, 1.

¶ Instīgātus, ûs, substant. die anhetzung. Vlpianus Lege 1 § 6 Dig. Si quadrupes pauperiem fec. *Si instigatu alterius fera damnum dederit.*

¶ Instigātio, ōnis, die anreitzung. Auctor ad Herenn. lib. 2 c. 30 *Instigatio auditorum.*

¶ Instīgātor, ōris, ein anstiffter, anreitzer. Lege 20 Dig. de his, qui infamia notantur, *instigator accusationis.* Et Auson. epist. 17 *Siquid invitis quoque nobis natura sit, superfluus instigator agitabo.*

¶ Instigatrix, īcis, eine anstiffterin. Tacitus 1 Hist. c. 51 n. 4 *acerrima instigatrix adversus Galbianos.*

¶ Interstinguo, xi, ctum, guĕre, exstinguere, ausleschen; ut *inter* vim φθαρτικὴν habeat, quemadmodum in *interficio*. vide Voss. Etymolog. p. 267. Lucretius 5 v. 760 *ignes interstingui atque perire.*
Et Apulej. Met. lib. 4 p. 147 *oblisis faucibus interstinguere*, erwürgen, umbringen. ¶ 2. *Interstinguere* etiam propriam separandi notionem retinet, unterscheiden. Nam hinc

¶ Interstinctus, a, um, unterschieden. Statius 3 Silv. 5 v. 90
Spatia interstincta columnis.
¶ 2. Item, ausgelescht. Festus: *Ignis Vestæ interstinctus.*

¶ Interstinctio, ōnis, der unterscheid. Arnob. lib. 6 p. 191 *Sidereos evomunt variata interstinctione fulgores.*

¶ Præstinguo, xi, ctum, ĕre, ausleschen. Lucret. lib. 3 de Epicuro v. 1056
Qui genus humanum ingenio superavit, & omnes
Præstinxit stellas exortus uti ætherius Sol.
Et Vellej. 2, 118 n. 4 *Futa omnem animi ejus aciem præstinxerant*, sie hatten ihn gantz verblendet.

¶ Restinguo, xi, ctum, ĕre, minus aliquanto est quam *exstinguere*, leschen, dämpffen, tametsi etiam dicamus, *flammam, ignem, incendium restinguere*, Cic. 3 Catil. c. 1. ¶ 2. In metaphoris eleganter utimur hoc composito: ut, *Restinguere sitim*, Cic. 2 de Fin. c. 3, den durst stillen. *Restinguere verba*, Terent. Eunuch 1, 1 v. 24; & *Sermones*, sive *sermunculum*, Cic. 13 ad Attic. epist. 10. Sic, *cupiditatum ardorem restinguere*, Cic. 1 de Fin. c. 13, dämpffen und tilgen. Et, *Animi hominum morte non restinguuntur*, pro Sextio c. 21.

¶ Restinctus, a, um, gelescht, gestillt; ut, *Restinctis jam animorum incendiis*, Cic. Orat. c. 8. *Non modo non restinctum bellum, sed etiam inflammatum*, Idem 11 fam. epist. 12. *Restinctus vapor omnis*, Virg. Æn. 5 v. 698.

¶ Restinctio, ōnis, die leschung. Cic. 2 de Fin. c. 3 *Voluptas ipsius restinctionis in motu est.* De siti restincta loquitur.

¶ Irrestinctus, a, um, non restinctus, unausgelescht. Silius 3 v. 29
Irrestincta focis servant altaria flammæ.

STĬNO, vel Steno, are, obsoletum, vel a *Sto*, ut censet Vossius, vel ut Becmanus docet, a σθένος, *robur*; unde *Stino*, quod in compositis exstat, &

¶ Destīna, æ, vinculum, quo ædificium continetur, Vitruv. 5 c. ult. qui & *destinare* inde pro *colligare* usurpavit, ein band am hause. Alii per columnas explicant, quæ ædificia sustinent, quæ aliâ voce *Telamones*, Græcis *Atlantes* dicuntur, stützen, seulen. Vitruvii *incumba* ad hanc vim pertinet. v. Barth. ad Claudian. p. 517. Elmenh. ad Arnob. p. 104. Arnob. lib. 3 *Non post Theutim Ægyptium, aut post Atlantem, ut quidam ferunt, gestatorem, bajulum, tibicinem illum ac destinam cæli.* Corrippus lib. 1 de laudibus Justini v. 17
Et Thomas Lybicæ nutantis destina terræ.

¶ Destīno, avi, atum, are, i. e. destinis quasi alligare ac munire, stützen, anknüpffen. Vitruvius dicto loco: *arcæ stipitibus robustis & catenis inclusæ, in aquam demittendæ destinandæque firmiter.* Vet. Gloss. *Destinat*, περιστᾷ. ¶ 2. Et quia, qui aliquid secum statuunt, & faciendum proponunt, se alligant quodammodo ad id atque affigunt; idcirco *destinare*, puto, pro constituere, designare, deligere, cogitare, &c. fürnehmen, fürsetzen, beschliessen, dici est cœptum. Juvenal. sat. 10 v. 330 *Cui nubere Cæsaris uxor Destinat.*
C. Nepos Eumene c. 2 *Primus Leonatus Macedoniam præoccupare destinaverat.* Sic, *destinare locum & tempus ad certamen*, Liv. 33 c. 37. *Destinare alicui diem necis*, Cic. 2 Offic. c. 10, bestimmen. *Destinari ad mortem*, Liv. 2 c. 54. Sic, *Animo & in animo destinare*, id est, *constituere*, in seinem sinn fürsetzen: Livius 7 c. 33 *Adeo morte sola vinci destinaverant animis.* Idem 28 c. 24 *Regnum sibi Hispaniæ destinârant animis.* Est enim verbum sagittariorum. vid. Ind. Freinshem. ad Curt. ¶ 3. *Destinare* pro emere, non semel usus est Plautus, ut Mostell. 4, 2 v. 58, & Pers. 4, 4 v. 115. Et DESTINARE est, emptione facta arrhabonem dare, certum pretium deferre, wenn man einen kauff schliesset, und etwas drauf giebet.

¶ Destĭnātus, a, um, alligatus, angehalten, angebunden. Apulej. lib. 4 Miles. *Arrectum me loco quam valido ad insulam quamdam destinatum rursum cædendo confecissent profecto*, &c. Idem sub finem lib. 6 *Alacri statim nisu lorum, quo fueram destinatus, abrumpo.* Sidonius 1 epist. 7 *Captus destinatusque pervenit Romam*; *Destinatus*, id est, vinctus. ¶ 2. *Destinatus*, bestimmt, beschlossen; ut, *hora destinata*, Cic. Tusc. 5 c. 22. *Negotio destinatus*, Gell. 19 c. 8. *Desponsam & destinatam laudem alicui præripere*, Cic. Arusp. Resp. c. 3, das zugedachte lob vor dem maule wegnehmen.

¶ Destinate, adverb. ernstlich. Ammianus lib. 18 c. 3 [Vales. c. 2] *Florentio & Lupicino destinate certantibus.* Et comparat. *Destinatius*: Idem lib. 20 c. 8 *eum ad se prodire destinatius adigentes.* Et lib. 23 c. 1 *elemento destinatius repellente.*

¶ Destinātio, ōnis, consilium, propositum, die bestimmung, der fürsatz. Tacit. 2 Hist. c. 47 extr. *Præcipuum destinationis meæ documentum habere, quod de nemine queror.* Plinius 7 c. 45 *destinatio exspirandi, & quatridui inedia major pars mortis in corpus recepta*; h. e. propositum moriendi.

¶ Prædestīno, are, vorersehen, vorher bestimmen. Liv. 45 c. 40 *Quos filios prætextatos curru vehi cum patre* [Æmilio Paullo] *sibi ipsis similes prædestinantes triumphos, oportuerat.*

¶ Prædestinātio, ōnis, die vorersehung. Frequens usus verbi apud ecclesiasticos. Prosper Aquitanicus extremo libro ad Capitula Gallorum, Sentent. 15 *Qui dicit, quod idem sit præscientia, quod prædestinatio, duo ista permiscet.*

¶ Obstīno, avi, atum, are, i. e. *obfirmato & perseveranti animo expetere*, ut Festus explicat, ihm steiff fürsetzen. Plautus usus est Aulul. 2, 2 extr. *Obstinare affinitatem.* Et Livius 23 c. 29 *Obstinaverant animis, vincere aut mori.* Dicitur fortassis ab *Obstina*, sicut a *destina*, *destino*.

¶ Obstĭnātus, a, um, obfirmatus, fest auf einem sinn beharrlich, verstockt; ut, *Animo obstinato aliquid agere*, Livius 3 c. 47. *Animi obstinati ad decertandum*, Idem lib. 6 c. 3. Et, *Voluntas obstinatior*, Cic. ad Atticum 1 epist. 11. *Obstinatior adversus lacrymas*, Livius 2 c. 40. Et, *Popularium virtus pro regno suo obstinatissima*, Seneca epist. 71. Item, *Rex obstinatissimus*, Ammianus lib. 17 extremo.

¶ Obstinate, adverb. beständig, fürsetzlich. Terent. Andr. 1, 5 v. 8 *Itane obstinate operam dat, ut me a Glycerio miserum abstrahat*, so steiff und halßstarrig. Et *Obstinatius omnia agere*, Sueton. Cæs. c. 29. *Obstinatissime recusare*, Sueton. Tiber. c. 67. Et in meliorem partem Idem Tito c. 8 *In cæteris desideriis omnium hominum obstinatissime tenuit, ne quem sine spe dimitteret.*

¶ Obstinātio, ōnis, obfirmatio, die beharrung, der steiffe und festgefaste sinn und wille; ut, *Obstinatio sententiæ*, Cic. Provinc. consul. c. 17. *Obstinatio fidei*, apud Tacitum 3 Hist. c. 39. Pluraliter *Obstinationes* Tertullianus dixit lib. 1 ad Nation. c. 17 ineunte.

¶ Præstīno, avi, atum, are, kauffen; pro *emere* posuit Plautus Epidico 2, 2 v. 92 *ut præstines argento.* Idem Captiv. 4, 2 v. 68 *Pisces præstinatum abire.* Festus: PRAESTINARE *apud Plautum est emere, & emendo tenere.* Apulejus lib. 8 Miles. p. 212 *Sed illa fortuna mea sævissima rursum in me cæcos detorsit oculos, & emtorem aptissimum duris meis casibus mire repertum objecit. Is nimio præstinandi studio, præconem rogat, cujatis essem?* At Apolog. p. 553 *Quantulo pretio mulier locuples agellum suum præstinavit.* Idem Florid. lib. 2 *Fateor, me sellularias quidem artes minus callere, vestem de textrinâ emere: buxeas istas de sutrina præstinare.*

Stipatio, stipator, &c. Stipendialis, stipendium, &c. vide *Stipo*, *Stips*.

STĪPES, itis, masculinum, fustis in terram defixus, ein pfahl, stock. Cæs. 1 B. Civ. c. 27 *Fossas transversas perducit, atque ibi sudes stipitesque præacutos defigit.* Et, *Ramoso stipite nixus*, Ovid. 3 Fast. v. 751. *Mactare aliquem nodoso stipite*, zu tode prügeln, Idem Heroid. epist. 10 v. 101. ¶ 2. *Stipes arboris*, caudex est, der stamm; ut, *Stipes inanis*, Ovid. de Nuce v. 32. *Viridi de stipite*, Idem in Ibin v. 237. ¶ 3. Terent. Heaut. 5, 1 v. 4 *Stipitem*, stultum & insulsum vocat, ein tölpel: *Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus*, &c. Item, *Tamquam truncus atque stipes*, Cic. in Pisonem c. 9. Hinc

¶ Stīpo, avi, atum, are, est dense componere, ut aliud super aliud aggeratur, stopffen, dichte an einander fügen, voll machen. Varro 4 de L. L. sub finem: *Qui acceperant majorem numerum* (æris,) *non in arca ponebant, sed in aliqua cella stipabant, id est, componebant, quo minus loci occuparet.* STIPARE *ab* στείβειν *fortasse, græco vocabulo.* Hæc Varro. Virg. 1 Æn. de apibus v. 432
Aut cum liquentia mella Stipant.
Idem 3 Æn. v. 465 *stipatque carinis*
Ingens argentum,
er füllt die schiffe. ¶ 2. *Stipare* etiam circumdare est, umgeben. Cicero pro Milon. c. 1 *Vsitatâ frequentiâ stipati sumus.* Idem Philipp. 11 c. 12 *Senatum stipare armatis*, mit soldaten begleiten, bewachen lassen.

¶ Stīpātus, a, um, dicht in einander gesteckt, gestopfft, begleitet; ut, *Catilina stipatus choro juventutis*, Cic. pro Muræn. c. 24. *Stipatus gladiatorum manu*, Vellej. 2, 58, 1. *Stipata phalanx*, Liv. lib. 33 c. 18. *Stipatum tribunal*, Plin. lib. 6 epist. 33, hoc est, multitudine hominum circumdatum. Sidonius lib. 3 epist. 2 *Ab omni ordine, sexu, ætate stipatissimus ambiebare.*

¶ Stipātio, ōnis, die drengung, das gedrenge. Plin. 10 c. 22 *Fessi* [anseres] *proferuntur ad primos: ita cæteri stipatione naturali propellunt eos.*

¶ Stipātor, ōris, ein nachtreter. *Stipatores* sunt satellites, quos principes corporis custodiæ caussa sibi adhibent, die auf eines fürsten leib warten, trabanten, laqueyen. Cicero pro Lege Agrar. 2 c. 13 *Stipatores corporis constituit eosdem ministros* &c. Etiam pro Domo c. 5 *stipatorem corporis* dixit. Et absolute, sine *corporis* mentione, lib. 2 Off. c. 7 Tullius: *mittebat de stipatoribus suis, qui* &c.

¶ Stipābĭlis, e, stopflicht, zum stopffen dienlich. Gloss. gr. lat. στοιβάσιμος, *stipabilis*.

¶ Stīpĭdōsus, a, um, idem; ut, *Radix stipidosa*, Apulej. de Herb. c. 67. Et, *Frutex ramos plurimos pandens stipidosos*, ibid. c. 74.

¶ Stiptĭcus, a, um, quod obstruit, das da stopffet, a στύφω, *obturo*; Plin. 21 c. 23 extr. in quibusdam libris. Scribitur etiam *Stypticus*, a *Stypa* vel *Stupa*. Adde Plin. 24 c. 13. Apulej. de Herb. c. 3, & c. 70. Pallad. Febr. tit. 31.

Composita:

¶ Circumstīpo, are, umgeben, begleiten. Silius 10 v. 453
magnâ circumstipante catervâ.
Et Claudianus in 6 Consulat. Honor. v. 595
Ducibus circumstipata togatis Curia.

¶ Constīpo, are, condensare, zusammen drücken, enge versammlen. Cic. de Leg. Agrar. 2 c. 29 *Ne constipari quidem tantum numerum hominum posse in agrum intelligetis.* Cæs. de B. G. 5 c. 43 n. 5 *hostes se sub ipso vallo constipaverant.*

¶ Constipātus, a, um, versammlet, dicht in einander stehend. Prudent. Peristeph. 11 v. 49 *Inter constipata officia*, i. e. inter stipatores.

¶ Obstīpo, āre, apud Plautum est Cistell. 2, 3 v. 37, & significat objicere, entgegen stellen, verstopffen.

¶ Obstīpus, a, um, eingedruckt, krumm; ut, *caput obstipum*, id est, obliquum sive in humerum reflexum, ein haupt, so man zurück beugt, ein krumm-halß: Horat. 2 sat. 5 v. 92

Stes capite obstipo, multum similis metuenti.

Et, *Obstipâ cervice*, Sueton. Tiber. c. 68. Et Lucretius lib. 4 v. 519

Omnia mendose fieri atque obstipa, necesse est:

Quod & *obstīta* legitur in schedis Festi a Scaligero editis p. 177, ubi etiam versus Ennii citatur:

Montibus obstitis obstantibus, unde oritur nox.

Vide de hoc plura supra sub *Sisto* in *Obsisto*.

STIPS, stipis, fœm. gen. nummi ænei genus, qui & *As* dicebatur. Nam quod Suetonius in Augusto *stipem* dixit, id Quintilianus *assem* vocat; vide supra in *As*. Nomen a *stipando* est. Varro lib. 4 de L.L. c. 16 *Æs quoque stipem dicebant. Nam quod asses libræ pondo erant, qui acceperant majorem numerum, non in arca ponebant, sed in aliqua cella stipabant, id est, componebant, quo minus loci occuparet, a stipando stipem dicere cœperunt.* Eo autem nomine appellabatur pecunia collecta, quæ vel redibat ex tributis & condebatur in ærario, vel mendicantibus dabatur, vel Diis etiam offerebatur, beysteuer, steuer, allmosen. Varro dicto loco: *Diis cum in thesauros assem dant, stipem dicunt.* Sed de hoc stipis genere, quod Diis dabatur, vide Lips. ad Tacitum p. 377 & seqq. Lucanus (huic enim inscribitur hoc poëmation,) Panegyr. in Pisonem v 114

Sed miserum parva stipe focilat &c.

Sueton. August. c. 91 *Ex nocturno visu etiam stipem quotannis emendicabat a populo, cavam manum assem porrigentibus præbens.* Vet. Gloss. *Stipem*, ἐλεημοσύνην, allmosen. *Stipem cogere*, Cic. 2 de Leg. c. 9. *Stipem colligere*, Liv. 38 c. 45. Et, *Stipem spargere*, Plin. 33 c. 10 sub finem, ubi Harduinum videas. *Conferre stipem*, Vlpianus dixit Lege 1 Dig. de privat. delict. *Tenuioribus*, inquit, *permittitur stipem menstruam conferre, dummodo semel in mense locant.* Adde veterem Inscriptionem apud Gruter. p. 61, & Harduin. c. l. ¶ 2. *Stipes* nummi erant signati, qui strenæ loco offerebantur, neujahrs-geld. Hoc sensu accipitur a Suetonio in Calig. c. 42 *Stetit in vestibulo ædium Cal. Januariis, ad captandas stipes.* Et Ovidius Fast. 1 v. 219 interpretatur aurea & argentea munera:

Tu tamen auspicium si sit stipis utile quæris,
Curque juvent nostras æra vetusta manus; &c.

¶ Stīpendium, i, ex *Stipipendium* contractum, sold, kriegs-sold, *æs militare*, ut Varro l. c. interpretatur, sive merces, (nam in Vet. Gloss. μισθὸς στρατιωτικὸς exponitur,) quæ militibus dabatur in assibus decem in dies singulos, Augusti tempore, ut Tacit. auctor est 1 Annal. c. 17; de quo tamen loco magna controversia inter eruditos, quæ disputanda in præsenti non est. vide Lips. ad supra c. l. Taciti & lib. 1 Elector. c. 2, Idemque 5 de Militia Rom. Dial. 16, &, qui assentitur Lipsio, Levinum Torrent. ad Sueton. Cæsar. c. 26, &, qui dissentit a Lipsio, Vincentium Contarenum Comment. de militari Romanorum stipendio, itemque Erycii Puteani Diatriben ejusdem argumenti. Compositum est ex *Stipe* & *pendo*, quia ante nummum signatum quæstores stipem militibus appendere solebant, non annumerare. Sic, *Stipendium menstruum* ein monat-sold; Sic, *Semestre*, *annuum*, &c. *Stipendium castrense*, Plin. lib. 8 epist. 14. *Stipendio afficere*, Cic. pro Corn. Balbo c. 21. Et, *Stipendium militi constituere*, Quintil. 3 c. 8. *Decernere triumphum ac stipendium alicui*, Brutus ad Attic. in epist. Cic. ad Brut. epist. 17. *Stipendia in bello merere*, Cic. pro Muræn. c. 5, sold verdienen, erkriegen. *Facere stipendia*, *facere stipendia equis*, zu pferde dienen, Liv. 5 c. 7. Et, *Stipendium numerare militibus*, Cic. in Pison. c. 36; ac *persolvere*, Idem 5 ad Attic. epist. 14, den sold auszahlen. ¶ 2. Hoc quoque notandum, *Stipendia* pro annis militiæ, dicere auctores. Quot annis enim militaverat aliquis, tot ille fecisse stipendia dicebatur. Ita, *Stipendium primum meruit*, Nepos Catone c. 1; ubi militiæ initium notat. Tacit. 1 Annal. c. 36 n. 4 *Placitum, ut epistolæ nomine principis scriberentur, missionem dari vicena stipendia meritis: exauctorari, qui senadena fecissent*, die zwantzig, die sechzehen jahr gedienet hatten. Hinc eleganti tralatione Seneca epist. 93 *functus omnibus vitæ humanæ stipendiis.* ¶ 3. Cæterum, quia *Stipendia* ex tributis procedebant, (quo illud Taciti pertinet 4 Hist. c. 74 *Neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendio, neque stipendia sine tributis haberi queunt*,) idcirco *stipendium* aliquando pro tributo ponitur: ut in illo Ennii apud Varronem l. c. *Pœni stipendia pendunt*;

id est, tributum pendunt, ut militi inde numerari possit *stipendium*. Hinc *stipendiariæ provinciæ*, quæ tributum in militare stipendium conferebant, de quo infra. Suetonius Cæs. c. 25 *Omnem Galliam in provinciæ formam redegit, eique quadringenties stipendii nomine imposuit.* Quod hîc Suetonius *stipendii nomine*, illud Eutropius 6 c. 14 n. 5, cum id ipsum exponeret, *tributi nomine* dixit. ¶ 4. Jam sicut præmium & pretium non raro pro pœna ponitur auctoribus, de quo suis locis monitum est: ita & *Stipendium* aliquando pœnam significat. Catullus de Nuptiis Pelei & Thetidis v. 173

Indomito nec dira ferens stipendia tauro.

Stipendia vocat pœnam, quam de Centauro sumsit Theseus, cum interficeret. Horat. epod. 17 v. 37

Quæ finis, aut quod me manet stipendium?

id est, quæ pœna? Nam sequitur statim:

Effare: jussas cum fide pœnas luam.

Ita Apostolus ad Romanos c. 6 extr. Τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος, *Stipendia enim peccati mors*; id est, *pœna*. Sane & *Tributum* pœnæ instar victis gentibus imponebatur. Ὀψώνιον autem *stipendium* non modo Paulus apostolus, sed & Polybius vocat, vel quod primo obsonium tantum atque annona data militi fuit, vel quod pecunia hæc in obsonium data, vel quia *stipendium* utrumque notat, & *annonam*, & *pecuniam*. Vet. Gloss. *Stipendium*, ὀψώνιον στρατιωτικὸν, μισθὸς στρατιωτικός. Item, *stipendium*, σιτηρέσιον.

¶ Stipendiālis, e, zum sold gehörig; ut, *Fœdus stipendiale*, hoc est, ad stipendium pertinens, Sidon. carmine subjuncto epistolæ 9 lib. 8 v. 47.

¶ Stīpendiārius, a, um, stipendio solvendo obnoxius, idem qui *Vectigalis* vel *Tributarius*, der steuer oder tribut geben muß; ut, *Factâ Ægypto stipendiariâ*, Vellejus 2 c. 39. Et Cæs. 1 B. Gall. c. 30 *Habere civitates stipendiarias.* Plin. 5 c. 4 *oppidum stipendiarium.* Florus 2 c. 20 *De stipendiario Thrace miles*: i. e. qui ante tributarius Pop. Rom. fuerat, jam miles erat, neque stipendia pendebat amplius, sed merebatur. Varro 4 de L. L. c. 16 *Stipendiarii ideo, quod eam stipem* (pecuniam tributoriam) *pendebant.* Samuel Petitus tamen inter *stipendiarias* & *tributarias* provincias distinguit lib. 2 Var. Lect. c. 1.

¶ Stipendiōsus, a, um, um sold dienend; ut, *Stipendiosus miles*, qui stipendia facit, Vegetius 2 c. 25.

¶ Stipendior, āri, stipendium facere seu recipere, besoldung von einem verdienen. Plinius dativo junxit lib. 6 c. 19 *Regi eorum peditum sexcentena millia per omnes dies stipendiantur.*

¶ Stipendiātus, a, um, sustentatus, unterhalten, ernehret: Tertull. advers. Judæos c. 9; & lib. 3 advers. Marc. c. 13 de Ponticis infantibus: *pannis armati, & butyro stipendiati.*

Stipticus, vide paullo ante *Stipes*.

STĬPŬLA, æ, calamus est frumenti, stoppel, haeck-stroh; item, ein halm, kornhalm. Virg. eclog. 3 v. 27

Stridenti miserum stipulâ disperdere carmen.

Terent. Adelph. 5, 3 v. 62

Meridie ipso faciam stipulam ut colligat.

Isidoro 17 c. 3 *Stipulæ sunt folia seu vaginæ, quibus culmus ambitur atque fulcitur, ne pondere frugis curvetur.* Nec tamen audiendus Isidorus, ubi addit, *stipulam* esse ab *urendo* quasi *ustipulam*. Est enim diminutivum ab inusitato *Stipa*, quod a στύπος, quia caulis est frumenti. Hinc

¶ Stĭpŭlāris, e, stopplicht; ut, *Anser stipularis*, apud Quintilianum.

¶ Stĭpŭlor, ātus sum, āri, juris verbum est, in contractionibus usitatum, ihm angeloben lassen. Significat enim rogare sive postulare aliquid ab aliquo conceptis verbis, ex quibus obligetur rogatus, si promiserit. Plautus in Pseudolo 1, 1 v. 12

roga me viginti minas,
Vt, me effecturum tibi, quod promisi, scias:

Roga me, i. e. *stipulare a me, posce a me.* Ibidem ipsam formulam hujus stipulationis habes. Nam quarto statim versu post Callidorus ait: *Dabisne argenti mihi hodie viginti minas?*

Hæc sint stipulantis sive rogantis verba: sequitur promissio. Respondet enim Pseudolus:

Dabo, molestus nunc jam ne sis mihi.

Ita igitur concipiebantur a stipulante verba, ut interrogaret, seu quæreret ab altero, *daturusne esset?* Necesse etiam erat, eodem verbo respondere, & *se daturum* dicere, ut ille contractus firmus esset. Hæ enim solennes videntur stipulationum formulæ fuisse, de quibus Cic. lib. 1 de LL. meminit. Iterum Plaut. Pseud. 4, 6 v. 14

SIMO. *Nullum periculum est, quod sciam stipularier,*
Vt concepisti verba: viginti minas
Dabin'? BALLIO. *Dabuntur.*

Juvenal. sat. 7 v. 165

Quantum vis stipulare, (roga, posce,) *& protinus accipe, quod do.*

Cicero pro Roscio Com. c. 5 *Stipulatus es? ubi? quo die? quis spopondisse me dicit?* Varro a *Stipe*, id est, pecunia; Festus a *stipite* dici putat, unde & *Stipulum* Tribonianus, qui id pro *firmo* dixisse veteres auctor est, deducit, & inde *Stipulari* verbum formatum autumat. Sed utrobique syllabæ quantitas repugnat. Rectius Scipio Gentilis cum Isidoro 4 c. 24 a *stipulis* deducit, ex quibus vincula texere rustici solent. Veteres enim stipulam tenentes frangebant, quam iterum jungentes & metientes sponsionem agnoscebant; vel stipulam porrectam accipere, erat argumentum assentientis, quod in contractibus agrariis stipula ista agrum integrum repræsentaret. Male autem nonnulli *Stipulari* verbum non tantum pro *rogare, poscere*; verum etiam pro *promittere* dixisse veteres annotarunt. Itaque multi hodie usurpant perperam & contra veterum auctoritatem. Non ignoro, plura apud Romanos scriptores & JCtos loca inveniri, ubi τὸ *stipulari* idem videatur, quod *promittere*, zusagen. Sed dicendum, ibi τὸ *stipulari* non active, sed passive positum, pro interrogari, non rogatione seu stipulatione obligari. Veteres enim verbum *stipulari* inter communia habuerunt, hoc est, quæ active juxta & passive usurparentur: quod diserte Priscianus lib. 8, cum de communibus verbis agit, observat. Sic, cum ibidem edit. Putschii p. 794 Suetonius ait: *Lætoria* (lex,) *qua vetat minorem annis XXV stipulari*: hîc *stipulari* videri possit loco *promittere* active positum, sed non est. Passive enim ἐπερωτᾶσθαι dictum est, ut Priscianus interpretatur. confer infra *Instipulor*. Omnino doctissimus ille Grammaticus non necesse habuisset inter communia hoc verbum referre, si & *promittere* significaret.

¶ Stipulātus, a, um, passive, zugesagt, angelobt, versprochen. Cic. pro Rosc. Com. c. 5 *Hæc pecunia necesse est, aut data, aut expensa lata, aut stipulata sit.* Loquuntur & sic vulgo: *stipulatâ manu promittere, spondere*, mit hand-gelöbniß einem was zusagen, die hand drauff geben.

¶ Stĭpŭlātus, ûs, subst. die zusage, versprechung. Quintil. in Declam. 12 *Stipulatu legati nostri perimus.* Onomast. vet. *Stipulatus*, ὁμολογία. Et Paulus leg. 11 Dig. de dote præleg. *Ex stipulatu.*

¶ Stipulātio, ōnis, contractus stipulando confirmatus, ein angelöbniß. Cic. de Legib. lib. 2 c. 21 *Vt ea pecunia ex stipulatione debeatur.* Vide JCtos & Brisson. lib. 6 Formul.

¶ Stipulatiuncŭla, æ, diminut. eine kleine zusage. Cic. de Orat. 1 c. 38 *Decipi adversarii stipulatiuncula.*

¶ Stipulātor, ōris, der das jawort hohlt. Cæterum, sicut actionum & judiciorum, sic stipulationum quoque certæ formulæ erant: quarum

qui

qui perici eſſent, *ſtipulatores* dicebantur, adhiberi in ſtipulationibus ſoliti, ne ſtipulantes circumvenirentur. Ita uſus Suetonius hac voce in Vitellio c. 14, ubi vide Torrentium, & Cic. pro Quintio c. 18.

Compoſita:

¶ Adſtĭpŭlor, atus ſum, ări, eſt aſſentiri & affirmare, **benfallen, benfall geben.** Liv. 39 c. 5 *Adſtipulari irato conſuli tribunum plebis.* Et Plin. 7 c. 48 *Cui adſtipulatur Damiates, memorans Pictoreum etiam trecentis vixiſſe* &c.

¶ Adſtipulātus, ûs, ſubſt. aſſenſus, affirmatio, **das jawort, der benfall, die benſtimmung, bewilligung.** Plin. 7 c. 47 *Oraculi juſſu, & Jovis Deorum ſummi adſtipulatu.*

¶ Adſtipulātio, ōnis, idem. Plin. 29 c. 1 *Qua de re exſtat etiam Senecæ adſtipulatio.* Quintil. 11 c. 3 *Adſtipulatio niſi adſit.*

¶ Adſtipulātor, ōris, qui aſſentitur, **ein benfallgeber.** Cic. 4 Acad. c. 21 *Stoicorum adſtipulator Antiochus.* Add. Val. Max. 7 c. 1 extr.

¶ Inſtĭpŭlor, āri, idem quod *ſtipulari* Plauto Pſeud. 4, 6 v. 6

Minæ viginti ſanæ ac ſalvæ ſunt tibi,
Hodie quas abs te inſtipulatus Pſeudolus.

Idem Rudente 5, 3 v. 25 *Ni dolo malo inſtipulatus ſis.*

In utroque loco *inſtipulatus* paſſive pro rogato, ſeu ſtipulatione obligato dixit.

¶ Reſtĭpŭlor, āri, dicitur is, qui ab eo, qui ſpopondit & promiſit, vice mutuâ ſtipulatur, **ihm wieder laſſen angeloben.** Cic. pro Roſc. Com. c. 13 *Quid hic nunc porro reſtipulatur, quod jampridem ipſe exegit?* Et Apulejus ſub fin. Apologiæ, *dotem filiis ſuis reſtipulari.* Vide Leg. 43 § 1 Dig. de damno infer.

¶ Reſtĭpŭlātio, ōnis, **die gegenverſprechung**, ibidem apud Ciceronem pro Quint. Roſc. c. 13 *Recita iſtam reſtipulationem:* & *Quid reſtipulatio clamat?* & rurſus ibidem: *Nova hæc reſtipulatio interponitur? quis eſt hujus reſtipulationis ſcriptor?*

STĪRIA, æ, aqua frigore concreta pendens, **ein eiß-zapffen.** Virg. 3 Georg. v. 366 *Stiriaque impexis induruit horrida barbis.* Martial. 7 epigr. 36 *Turpis ab inviſo pendebat ſtiria naſo.*

¶ 2. *Stiria*, regio Germaniæ, **Steyermarck**, olim *Valeria.*

¶ Stiriăcus, a, um, **verharſcht wie ein eißzapffen.** Solin. c. 40 *Pingue roſcidum, cum arefactum inolevit, guttis ſtiriacis legitur.*

¶ Stilla, æ, **ein tröpflein**; id enim diminutivum a *Stiria* Feſtus facit, ſignificat guttam; ut, *Stilla olei*, **ein tröpflein öls**, Plinius 29 c. 4; *Stilla aquæ*, **ein tröpflein waſſers.** In Chiliadibus eſt: *Aſſidua ſtilla ſaxum excavat.*

¶ Stillo, āvi, ātum, āre, guttatim defluere, **trieffen, tröpffeln**; ut, *Stillare lacrymam* & *lacrymas*, Plin. 12 c. 23. Et, *Stillare ex oculis rorem*, Horat. Art. Poët. v. 429, **weinen.** *Multo ſtillare nimbo*, Juvenal. ſat. 5 v. 78, **ſtarck regnen.**

¶ Stillans, tis, **trieffend, träuffelnd**; ut, *Malum ſemper ſtillantis ocelli*, Juvenal. ſat. 6 v. 109. Et, *Pugio ſtillans ſanguine*, Cic. Philipp. 2 c. 12.

¶ Stillātus, a, um, **geträuffelt.** Ovid. 2 Metam. v. 364

Stillataque ſole rigeſcunt
De ramis electra novis.

Et Arnobius lib. 2 *Mammis adhuc & ſtillato lacte nutriri.*

¶ Stillātīvus, a, um, **trieffend**; ut, *Mel ſtillativum*, Plin. Valer. 1 c. 18.

¶ Stillātĭtius, a, um, idem; ut, *Reſina ſtillatitia*, Plin. 16 c. 11.

¶ Stillĭcĭdium, i, pars inferior tecti, e qua ſtillæ decidunt, **die trauffe, dachrinne.** Cic. 1 de Orat. c. 38 *Stillicidiorum jura.* Lege 8 D. Quemadmodum ſervitutes, *ſtillicidii jus habere in aream alterius.*

Compoſita:

¶ Deſtillo, āre, **herabtrieffen.** Celſus 4 c. 2 *Deſtillat humor ex capite interdum in nares.*

¶ Deſtillātio, ōnis, **die herabtrieffung**; ut, *Deſtillatio lacrymarum*, **der thränen-guß**, Marcell. Empir. c. 8.

¶ Diſtillo, āre, paulatim ſtillare, **träuffeln.** Virg. 3 Georg. v. 281

Lentum diſtillat ab inguine virus.

¶ Diſtillātio, ōnis, **die tröpffelung.** Ita fluxum humoris a capite vocat Plinius 20 c. 6, **ein fluß des hauptes.**

¶ Diſtillārius, i, **ein diſtillirer.** Legi ajunt apud Senecam epiſt. 56. Ac probat Cœl. Rhodig. 16 c. 46. Sed libri meliores habent *cruſtularius.*

¶ Exſtillo, āre, **heraus trieffen, träuffeln.** Plaut. Pſeud. 3, 2. v. 29 *Sinapi, oculi ut exſtillent, facit.* Colum. 12 c. 48 *Exſtillare liquorem.* Et Terent. Phorm. 5, 7 v. 82 *Ut ne reſtinguas, lacrymis ſi exſtillaveris*; Ubi Donatus: *Stillare eſt guttas emittere ex corpore; Exſtillare, ipſum corpus guttatim finire*, **verträuffeln.**

¶ Inſtillo, āre, **eintröpffeln.** Cic. de Senect. c. 11 *Niſi tamquam lumini oleum inſtilles, hæc exſtinguuntur ſenectute.* Tranſlate Horat. 1 epiſt. 8 v. 16 *Præceptum auriculis inſtillare*, **die lehre einflößen.**

¶ Inſtillātus, a, um, **eingetröpffelt, eingeflößt**; ut, *Senſim inſtillatus humor*, Quintil. 1 c. 2. *Linguam inſtillato reſtituere mero*, Ovid. Triſt. 3 eleg. 3 v. 22.

¶ Inſtillātio, ōnis, **die einträuffelung.** Plinius 29 c. 6 ſect. ult. *Canini lactis inſtillatio ſedat dolorem aurium.*

¶ Subinſtillo, āre, **drunter träuffeln.** Apicius 3 c. 11 *Oleum ſubinſtillabis.*

¶ Superinſtillo, āre, **drauff träuffeln.** Idem Apicius 4 c. 2 *Olei modicum ſuperinſtillabis.*

¶ Reſtillo, āre, **zurückträuffeln.** Prudentius adverſ. Symmach. lib. 2 v 287

ad proprium reſtillet vena metallum.

¶ Subſtillus, a, um, ſtillatim cadens, **trippend**; ut, *Subſtillum lotium* Cato de R. R. c. 156. *Subſtillum*, eſt Feſto, *tempus ante pluviam pæne uvidum: aut poſt pluviam non perfectum*, **feuchte wetter, wenn es tröpffeit, mit regen umgehet**: ubi *tempus* ſubaudiendum.

¶ Superſtillo, āre, **drauff tröpffeln**; ut, *Superſtillabis oleum*, Apicius 8 cap. 7.

STIRPS, ſtirpis, **der ſtamm**, dubii generis; ſed cum de arborum germinibus intelligitur, interdum maſculinum, de hominum vero progenie ſemper eſt fœmininum; ut, *Imo de ſtirpe reciſum*, Virg. 12 Æn. v. 208. *Imis eruere ſtirpibus*, Idem 2 Georg. v. 209, **von der wurtzel auf, unten am ſtamm.** *Stirpes arborum*, **ſprößlinge.** *Carthago ab ſtirpe interiit*, Salluſt. B. Catil. c. 10, id eſt, funditus periit, everſa eſt, **von grund aus.** *Stirps quæſtionis* a Cicerone appellatur origo & fundamentum quæſtionis, 4 de Fin. cap. 2, **der urſprung der frage.** Et, *Altas ſtirpes ſtultitiæ*, dixit idem 3 Tuſcul. c. 6, **tieff eingeſeſſene oder eingewurtzelte thorheit.** ¶ 2. *Stirps* de hominibus cum dicitur, ſimul & auctores generis, hoc eſt, ex quibus noſmet ipſi oriundi ſumus, & qui ex nobis orti genitique ſunt, notat. Nepos Eumene c. 1 *Neque aliud huic defuit quam generoſa ſtirps*, id eſt, origo nobilis. Virg. 3 Æn. v. 94

Dardanidæ duri, quæ vos a ſtirpe parentum
Prima tulit tellus, &c.

Idem Nepos Attico cap. 26 *Ut M. Bruti rogatu Juniam familiam a ſtirpe ad hanc ætatem enumeraveris*, id eſt, ab origine. At cum in Epaminonda ſcribit c. 10 *Neque vero ſtirps mihi poteſt deeſſe*, STIRPS liberos ſive progeniem ſignificat. Quod præcedentia, itemque quod ſtatim ſequitur: *Namque ex me natam relinquo pugnam Leuctricam* &c. ſatis evincunt. Livius 1 c. 1 *Brevi ſtirps quoque virilis ex novo matrimonio fuit.*

¶ Stirpeſco, ĕre, in ſtirpem converti, **zum ſtamme werden.** Plin. 19 c. 8 *Stirpeſcere & intermori.*

¶ Stirpĭtus, adverb. idem quod radicitus, **von grund aus, gäntzlich, mit ſtamm und wurtzel.** Gloſſ. Cyrilli: *Stirpitus*, ῥιζόθεν. Cic. 4 Tuſcul. extrem. *Hunc errorem ſtirpitus ſe exacturam philoſophia pollicetur.* *A ſtirpe*, Salluſtius dixit Catil. c. 10, & Orat. 2 ad Cæſ. c. 5.

¶ Exſtirpo, āvi, ātum, āre, evellere cum radice, **ausrotten, vertilgen**; ut, *Exſtirpare radicitus arbores*, Columella 2 c. 2. ¶ 2. Et per metaphor. *Exſtirpare & funditus tollere vitia*, Cic. de Fato c. 5. Et, *Exſtirpare ex animo humanitatem*, Cic. de Amicit. c. 13.

¶ Exſtirpātio, ōnis, **die ausrottung, vertilgung.** Columella 2 c. 2 *Filicis exſtirpatio vel aratro fieri poteſt.*

¶ Inexſtirpābĭlis, e, **nicht auszurotten.** Plin. 15 c. 20 *Radices altæ atque inexſtirpabiles*, id eſt, quæ exſtirpari nequeunt.

¶ Uniſtirpis, e, de arboribus, quæ una ſtirpe nituntur, **eines ſtammes, einſtämmig.** Plinius 16 c. 30 *In longitudinem excreſcunt abies, larix, palma, cupreſſus, ulmus, & ſi qua uniſtirpia.*

STIRSŌZĪLA, æ, herba, centauria minor, **tauſendgüldenkraut**, Apulej. de Herb. c. 35.

STĪVA, æ, quaſi *Stativa*, a *ſtando* juxta Varr. manica aratri, **die handhabe oder ſtütze des pflugs, pflugſtertz.** Partes enim aratri ſunt *vomer, culter, buris, ſtiva, temo*, &c. Ovidius lib. 8 Metam. v. 218

Aut paſtor baculo, ſtivave innixus arator.

Virg. 1 Georg. v 174 *Stivaque quæ currus a tergo torqueat imos.*

STLĀTA, æ, navigii lati genus, unde & nomen, **ein breit ſchiff.** *Stlata* enim pro *lata*: ut *ſtlitem* pro *lite*: *ſtlocum* pro *loco* dicebant. vide Feſtum, & Gellium 19 c. ult. Auſonius epiſt. 22 v. 31

Acatis, phaſelis, lintribus, ſtlatis, rate
Tarnim & Garumnam permeat.

¶ Stlātārius, a, um, **zu ſchiffen gehörig**; ut, *Stlatarium bellum*, i. e. navale, apud Petronium. *Stlataria purpura*, id eſt, peregrina, quaſi ſtlata, hoc eſt, nave apportata: Juvenal. ſat. 7 v. 134

Spondet enim Tyrio ſtlataria purpura filo:

i. e. plus tribuitur fidei pretioſe veſtito. vid. Turneb. Adverſ. 19 c. ult. ¶ 2. *Stlatarius* proba vox eſt, & ἐργόμωκον, *illuſorem* notat, ut in Vet. Gloſſ. exponitur. vid. Voſſ. lib. 4 Inſt. Orat. p. 111.

Stlopus, quære ſupra *Sclopus.*

STO, ſtĕti, ſtătum, ſtāre, conſiſtere, **ſtehen.** Cicer. 4 Acad. c. 39 *Stant adverſis veſtigiis contra noſtra veſtigia Antipodes.* Sed patet latiſſime hujus verbi uſus. Nam ¶ 1. *Stare* ſervorum, cum ſtant ad excipienda herorum imperia, **wenn ſie aufwarten.** Gracchus apud Gell. lib. 15 c. 12 *Nulla apud me fuit popina: neque pueri eximiâ facie ſtabant*, id eſt, miniſtrabant. Suetonius Cæſare c. 49 *C. Memmius etiam ad cyathum & vinum Nicomedi ſtetiſſe objecit*, &c. Prudentius Hymno ad exſequias v. 73

Jam ſtantibus ille miniſtris.

¶ 2. Meretricum etiam eſt, cum ſe exponunt venum & captant emtores. Juvenal. ſat. 10 v. 238

tantum artificis valet halitus oris,
Quod ſteterat multis in carcere fornicis annis.

Horatius meretricem deſignaturus lib. 1 ſat. 2 v. 30

olenti in fornice ſtantem.

Vet. Gloſſar. *Fornicaria*, πόρνη ἀπὸ καμάρας, ἢ ἱστάνται. Habes exempla & apud Senecam rhetorem lib. 1 Controverſ. 2, & Petronium, ubi vide interpretes. Hinc *Proſtibulum*, & *Proſtibula*: de quibus ſupra in *Stabulum.* ¶ 3. Eſt & militare verbum. Virg 11 Æn. v 282

ſtetimus tela aſpera contra.

C. Nepos Epaminondâ extr. *Poſtquam ad Cadmeam pugnare cum Lacedæmoniis cœpit, in primis ſtetit.* Hinc *ſtare cum aliquo*, eſt facere cum aliquo, **einem benſtehen**; & *Stare adverſus aliquem*, **wider einen ſeyn**: Nepos Eumene c. 8 *Neque minus eos, cum quibus ſteterint, quam adverſus quos fecerint.* Item in Ageſilao c. 5 *Qui nobiſcum adverſus barbaros ſteterunt.* Idem Pelopidâ extr. *Quod adverſus populi commoda ſteterat.* Nimirum *ſtare* hîc dicitur, qui paratus & promtus ad congrediendum cum hoſte. Iterum Nepos Datame c. 6 n. 6 *Coacti ſunt ab his ſtare, quos reliquerant.* Vellej. 2, 48, 4 *Curio primo pro Pompeji partibus, mox contra Pompejum & Cæſarem ſtetit.* Virg. 12 Æn. v. 938

ſtetit acer in armis Æneas.

Sic, *Stat a cauſſa bonorum*, Cic. de Clar Orat. c. 79; & *Stat ab adverſariis*, lib. 1 de Invent. c. 43 extr. Sic, *ſtare a mendacio contra verum*, Cicer. 1 de Invent. c. 3, **die lügen wider die warheit verfechten.** *Stare animis*, pro, *non abjicere animum*, Cic. ad Attic. lib. 5 epiſt. 18. Et, *Stare conditionibus*, ad eumd. lib. 7 epiſt. 15. *Conventis ſtare*, Cic. 3 Offic. c. 25, id eſt, ſervare, non recedere, **auf den vertrag beruhen, vertrag halten.** ¶ 4. *Decreto ſenatus ſtare*, eſt ei obtemperare & acquieſcere, Cæſ. 6 Bell. Gall. c. 12. Et, *In eo, quod judicatum eſt, ſtare*, Cic. de Finib. lib. 2 c. 12. Et, *judicio alicujus ſtare*, Idem ad Attic. 12 epiſt. 21. ¶ 5. Eſt & orantium *Stare*, unde & *ſtationes* & *ſtatio-*

stationum dies. Vide Grotium in Matth. Evangel. p. 140. ¶ 6. *Stare* etiam dicuntur rei, cum in judicio comparent. vide Torrentium ad Horat. lib. 1 sat. 9 v. 39. ¶ 7. *Stat fabula*, cum probatur & placet, sie bestehet, Terent. in prolog. Hecyr. v. 15. *Exigi* contra *fabula* dicitur, cum improbata exploditur. Horat. 2 epist. 1 v. 176

Securus, cadat, an recto stet fabula talo.

Similiter Gratio Cyneget. v. 100 *Fama stare* dicitur, quæ viget. ¶ 8. Sic *Stare* etiam dicuntur, quibus florentes res sunt, quibus dignitas, fama auctoritas, fides integra & inviolata. Cicer. 1 fam. epist. 4 pr. *Cum in senatu pulcberrime staremus.* Et lib. 6 epist. 6 *Qui rempubl. cadere posse, stante me, non putaverunt.* Et Sueton. Othone c. 5 *Neque enim dissimulabat, nisi principem, se stare non posse.* Ita, *Stat societas*, i. e. manet, servatur. Contrarium est *Cadere*, *Jacere*, de quibus suis locis. ¶ 9. Sic *stare* & *cadere fides* dicitur. Plaut. Pseud. 1, 5 v. 62 *Cum apud te parum stet fides.* ¶ 10. *Stat per me, illum, nos*, &c. Terent. in Andr. 4, 2 v. 16 *Si poterit fieri, ut ne pater per me stetisse credat, Quo minus* &c. es sey an mir nicht gelegen. ¶ 11. *Stat sententia*, ich habs bey mir fest beschlossen, Idem Ter. Eunuch. 2, 1 v. 18. *In eadem sententia stare*, Liv. 4 c. 44, bey seiner meynung bleiben. Ponitur & absolute Virg. 2 Æn. v. 750 *Stat, casus renovare omnes.* Et rursus 12 Æn. v. 678 *stat, quicquid acerbi est,*

Morte pati.

Nepos Attic. c. ult. *Nam mibi stat, morbum alere desinere.* ¶ 12. *Stare* etiam plenum esse, & sic horrere significat. Titinnius Veliterna apud Nonium c. 4 n. 421 *fundi stabunt sentibus.* Et Virg. Æn. 12 v. 407 *Jam pulvere cælum Stare vident.*

Super quibus locis Gellius quædam notaverat lib. 8 c. 5, (qui Lucilio tribuit, quod Nonius Veliternæ.) Sed quod totum cum fratribus cæteris periit. Ennius *stare corpora telis* dixit, citante Varrone lib. 6 de L.L. Statius 3 Theb. v. 326 *stant fulti pulvere crines.*

Vbi Lactantius: STANT, *borrent, aut certe pleni sunt.* De variis verbi STARE significationibus vide & Servium ad illud Virg 1 Æn. v. 650 *Omnis in Ascanio cari stat cura parentis.*

¶ 13. *Stare* & mare dicitur. Virg. eclog. 2 v. 25

nuper me in litore vidi,
Cum placidum ventis staret mare.

De quo loco ita Seneca lib. 5 Nat. Quæst pr. *Tranquillum mare dicitur, cum leviter commovetur, nec in unam partem inclinatur. Itaque si legeris: Cum placidum ventis staret mare,*
scito illud non stare, sed succuti leviter & dici tranquillum, quia nec huc nec illo impetum capiat. Similiter *Stantes paludes*, dixit Horat. 3 ode 27 v. 9. Sed & *stagnum* a stando dicitur, vide Festum. ¶ 14. *Stare eodem statu:* Cic. 2 Off. c. 1 *Vtinam respubl. stetisset, quo cœperat, statu*, wenn es in dem stande blieben wäre. ¶ 15. *Multorum sanguine & vulneribus ea Pœnis victoria stetit*, i. e. constitit, es hat viel blut gekostet, Livius 23 c. 30. Cujusmodi & illud Virgilii est 10 Æn. v. 494 *Haud illi stabunt Æneia parvo. Hospitia.*

Sic, *pretio magno stare*, Horat. 1 sat. 2 v. 122, theuer ankommen.

¶ 16. *Statur*, impersonale, man steht. Terent. Eunuch. 2, 2 v. 40 G. *quid agitur?* P. *statur.* G. *video..* Ovid. Fast. 4 v. 817 *Pacto statur.*

¶ Stătus, a, um, adject. gestellt, bestimmt, ordentlich; ut, *Stati siderum cursus*, id est, certi & firmi, quod Germani stet, id est, perpetuum dicunt, steter und gewisser lauff der gestirne, Plin. 18 c. 29. *Stati reditus*, Plin. 5 epist. 14, ein gewiß einkommen, das kein jahr fehlt. *Stato die*, Plin. 9 epist. 39, auf gesetzten tag. *Statum sacrificium*, Liv. 23 c. 35, hoc est, solenne. *Statæ tempestates*, Plin. 2 c. 39. vid. ibi Dalechamp. Sic, *Stata lux*, Stat. 5 Theb. v. 476. *Stata quinquennia*, Idem 5 Silv. 3 v. 114. *Stata sacra*, Ovid. 1 Fast. v. 660. *Stata tempora*, Lucan. 10 v. 240. Et absolute *Stata* sacrificia sunt certis diebus fieri solita; unde Cato apud Festum: *Sacra, stata, solennia, capite sancta deseruisti.*

¶ Stăta, æ, subst. Dea sic dicta. Festus: *Statæ matris simulacrum in foro colebatur, postquam id collustravit*, &c.

¶ Stătim, adverb. sine mora, illico, confestim, alsbald, stracks, auf der stell. Cic. ad Attic. 2 epist. 12 extr. *Litteras scripsi statim, ut tuas legeram.* Et lib. 12 ad eumdem epist. 18 *ut beri me salutavit, statim Romam profectus est.* Plin sic extulit lib. 27 c. 13 *Statim a radice*, so bald von der wurtzel auf. ¶ 2. Proprie significat fixe, constanter, ἱσαμένως, & primam producit. Plautus Amphitr. a. 1 sc. 1 *Statim rem gerit. Statim stant signa*, i. e. perseveranter stant, non recedunt. Nonius c. 4 n. 423 STATIM producta prima syllaba a *stando*, *perseveranter* & *æqualiter* significat: sed a *statuo*, prima brevi, *mox* significat. Sunt tamen, qui hunc diversum significatum non attenderint, & primam in *statim* pro *mox*, sive *confestim* posito, produxerint. Alcimus Avitus lib. 2 v. 180

Quædam nos statim luituros morte reatum.

Et Festus Avienus in Phænom. Arati v. 398

Tum succisa Ceres statim cum mergite culmi.

Sed potior habenda veterum poëtarum auctoritas. ¶ 3. *Statim ut*, idem est ac *simul ac*, so bald als. Cic. 1 fam. epist. 9 *Statim ut ille prætor est factus.* Sueton. Neron. c. 20 *Statim ut imperium adeptus est.*

¶ Stătus, ûs, ui, substant. habitus corporis, die gestallt, stellung des leibes. Plaut. Amphitr. 1, 1 v. 110

Etenim quoniam formam cepi bujus in me & statum.

Nepos in Chabria pr. *Hoc usque eo in Græciâ fama celebratum est, ut illo statu Chabrias sibi statuam fieri voluerit*; &c. *Ex quo factum est, ut postea athletæ cæterique artifices bis statibus in statuis ponendis uterentur.* Quod *statum* hîc Nepos, id Diodorus Siculus, dum eamdem rem narrat, σχῆμα dixit. Terent. Eunuch. 3, 5 v. 49

Tum equidem illuc os tuum impudens videre nimium vellem,
Quis esset status, flabellum tenere te asinum tantum.

Vbi Donatus: STATVRA *corpori adscribitur:* STATVS *ad habitum refertur. Ergo* STATVS *est* σχῆμα: STATVRA *longitudo corporis.* Sic habitus ille, quo gladiatores & pugiles, atque sic milites quoque ad prœliandum luctandumque componunt se, Latinis *status*, & Græcis juxta στάσις vocatur. Plaut. Milit. 4, 9 v. 12

In statu stat senex, ut adoriatur mœchum.

Petronius: *Alius furcâ de carnario raptâ, statum prœliantis componit.* Alio loco, *gradum ad prœliandum componere*, Idem dixit. Nam *gradus* & *status* in ista re synonyma sunt. Nos vocamus den stand, das lager. vide & Lipsium 2 Saturn. c. 20; & supra in *Gradus.* Hinc eleganti metaphora Cic. in Orat. c. 37 *Quo genere sæpe adversarios de statu omni dejecimus.* Et Brutus ad Cic. 11 fam. epist. 11 *Quod me de statu meo nullis contumeliis deterrere possunt.* ¶ 2. *Status rei* dicitur, ipsa rei natura seu forma, in qua stat veluti, & suam perfectionem consequitur, die beschaffenheit; quæ & *constitutio* appellatur, & Græcis perinde στάσις & σύστασις dicitur, de quo Buchnerus ad illud Prudentii de Domini Natali v. 25

Sed ordinatis seculis
Rerumque digesto statu.

Sic, *Status erectus*, Cic. in Orat. c. 18. *Status indecorus*, Quintil. 1 c. 11. ¶ 3. *Status* apud rhetores est, in quo caussa maxime vertitur, das hauptwerck, darauf der gantze handel stehet. Vide Præcepta Rhetorices. ¶ 4. *Status*, fortunæ conditio, locus, ein zustand. Terent. Adelph. 3, 2 v. 46 *Pejore statu res esse non possunt*, es könte nicht schlimmer seyn. Et Cic. Arusp. Resp. c. 28 *Deteriore statu ut simus, unus est inferior gradus, aut interitûs, aut servitutis.* Livius 32 c. 11 *Quum in statu boc res esset.* Sic, *Convellere aliquem de pristino statu*, Cic. 8 ad Attic. epist. 15. Et, *convellere statum reipub.* id est, labefactare, Idem in Pison. c. 2. *Deducere aliquem de statu vitæ suæ*, Idem in Verr. 4 c. 4, einen von seiner gewohnten weise abführen. *Restituere provinciam in antiquum statum*, Cic. in Verr. 2 c. 4, wiederum in den vorigen stand bringen. *Statum suum tueri*, Idem 9 fam. epist. 16. Ad statum autem cujusque pertinent vita, fortunæ seu bona, dignitas item & locus &c. quæ cum integra sunt, *tenere statum suum* dicuntur. Cic. 6 ad fam. epist. 2 *Etsi enim cum magna molestia tuos tuaque desideras: tamen illa quidem, quæ requiris, statum suum tenent*, (id est, firma ac integra sunt,) *nec melius, si tu adesses, tenerent* &c. Tacitus 3 Annal. c. 28 *Multorumque excisi status, & terror omnibus intentabatur:* EXCISI STATVS, i. e. vita multis ademta & dignitas, ereptæ fortunæ & opes &c. Antea dixerat: *Omnisque domus delatorum interpretationibus subvertebatur*, quod idem est. Plinius Panegyr. c. 34 *Nulla testamenta jam secura*, (per delatores,) *nullius status certus: non orbitas, non liberi proderant.*

¶ Stătānus, i, Deus, præses puerilitatis, ubi primum stare & incedere infantes inciperent. vid. Varro apud Nonium c. 12 n. 56.

¶ Stătārius, a, um, idoneus ad standum, standhaltend, stehend an einem ort; ut, *statarii milites*, qui, quando pugnant, ordinem suum servant, Liv. 9 c. 19, de quibus, & ipsa *stataria pugna*, Valesius consulatur ad Ammiani lib. 14 c. 6 fol 9. Ad eumdem locum, ubi *stataria congressio* est, Lindenbrogius p. 9, *Stataria pugna est, quum pede collato vir virum legit, nec quisquam loco recedit.* Sed, *Stataria comœdia*, contraria *motoriæ*, Terent. prolog. Heaut. v. 36, eine freundliche und stille comödie. *Statarium prandium*, quod stando capitur, apud Mamertin. Panegyr. Juliani c. 11. *Statarius labor*, Sidon. 5 epist. 17. Et absolute *statarii*, die stehend arbeiten, Ammian. 28 c. 4.

¶ Stătīlīnus, i, idem Deus qui *Statanus* apud Nonium c. 12 n. 56, & Augustin. de Civ. Dei 4 c. 21.

¶ Stătīna, æ, Dea, quæ infanti præerat. Tertull. de Anima c. 39 *Prima constitutio infantis super terram Statinæ Deæ sacrum est.*

¶ Stătio, ōnis, ipse standi actus, der stand. Lucretius 4 v. 398

Qua vebimur navi, fertur cum stare putatur,
Quæ manet in statione, ea præter creditur ire;

Quæ manet in statione, i. e. quæ stat. Similiter post v. 399

Solque pari ratione manere & luna videtur
In statione, ea quæ ferri res indicat ipsa.

¶ 2. Locus, ubi stant homines, jumenta, naves, die stelle, der auffenthalt. Vet. Glossarium: *Statio*, σταθμός, συνεδρία καὶ παρεδρία, ὅρμος. Gellius 13 c. 13 *Quæsitum esse memini in plerisque Romæ stationibus jus publice docentium aut respondentium*, &c. Juvenalis sat. 11 v. 3

omnis
Convictus thermæ, stationes, omne theatrum.

Plin. 1 epist. 13 *Ad audiendum pigre coitur: plerique in stationibus sedent, tempusque audiendi fabulis conterunt, ac subinde sibi nunciari jubent, an jam recitator intraverit, an dixerit præfationem* &c. In quibus exemplis *stationes* dicuntur loca ad audiendum destinata: hoc est, ubi jus docebatur aut recitationes instituebantur. Itaque συνεδρίας, παρεδρίας dicuntur Critico antiquo. vid. Dalechamp. ad Plin. 16 c. 44. Rævard. Var. Lect. 4 c. 7. ¶ 3. *Statio jumentorum* Paulo JC. stabulum est sive σταθμός, Lege 13 in fine Dig. de usufructu &c. ¶ 4. *Statio* etiam ὅρμος est, sive navale, hoc est, ubi stant naves, der anfurt. Virgil. 2 Æn. v. 23

statio malefida carinis.

Vbi Servius: STATIO, *ubi ad tempus stant naves:* PORTVS, *ubi biemant.* Cæsar 3 de B. C. c. 6 *Saxa inter & alia loca periculosa quietem nactus stationem & portûs omnes timens.* Et c. 8 *A Salonis ad Orici portum stationes littoraque omnia classibus occupavit.* In quibus vides *stationes* a *portubus* discerni. Nam *portus* tutior quam *statio.* vid. Manut. ad Cic. 12 fam. epist. 15. *Nonnullis statio pro portu est*, apud Vellejum 2, 72, 5. ¶ 5. Et sicut stabulum pro diversorio, sive ubi quis manet, dum domo abest; sic & *Statio* pro eodem ponitur, die herberge, niederlage. Suetonius Nerone c. 38 *Objectum est, quod tabernas tres de domo sua circa forum civitatibus ad stationem locasses.* vide ibi Torrent. Virg. 5 Æn. v. 128

Campus & apricis statio gratissima mergis.

¶ 6. *Statio* etiam dicitur custodia militaris, sive excubiæ, die schildwache. Tacitus 3 Hist. c. 9 *Repentino incursu Antonius stationes bostium irrumpit*, er fällt dem feind in die wachen. Sic, *Stationem peragere*, Lucan. 1 v. 45, wache halten. *Stationem deserere*, von der wache lauffen, Sueton. in August. c. 24. Modestinus JCtus *Stationis munus relinquere* dixit Lege 3 Dig. de re militari § 5; *Qui stationis munus relinquit, plus quam emansor est. Itaque pro ratione delicti castigatur,*

aut gradu dejicitur. Sub Augusto id capitale fuit. Ovid. Fast. 2 v. 66 *Proque tua maneant in statione domo,* sie sollen vor dein hauß wache stellen. ¶ 7. Christiani veteres hoc quoque vocabulum quadam ratione fecerunt suum. Nam cum convenirent in locis sacris, & orationes sive precationes Deo stantes offerrent, *stationes* vocare eos conventus soliti fuerunt, vocabulo a militia traducto. Tertullianus de Oratione sub finem: *Similiter de stationum diebus non putant plerique sacrificiorum orationibus interveniendum, quod* STATIO *solvenda sit accepto corpore Domini. Ergo devotum Deo obsequium eucharistia resolvit, an magis Deo obligat? Nonne solennior erit statio tua, si ad aram Dei steteris? accepto corpore Domini & reservato utrumque salvum est, & participatio sacrificii & executio officii. Si* STATIO *de militari exemplo nomen accipit, (nam & militia Dei sumus,) utique nulla lætitia sive tristitia obveniens castris stationes militum rescindit* &c. STATIONVM DIES dixit, quibus stantes adorabant: quod die dominico, item, jejuniorum diebus, puta Mercurii & Veneris, quos *stationes* Ambrosius vocat sermone 25. Aliis enim diebus *de geniculis*, ut Tertullianus de Corona militis cap. 3 loquitur, hoc est, procumbentes in genua (kniend) adorabant. Sæpius harum stationum Tertullianus aliique mentionem faciunt. Meminit & Augustinus epist. 119, & alii. Notat de iis & Grotius in Matth. Evang. p. 140, & Godofredus in Tertulliani lib. 1 ad Nationes c. 7 & c. 13, & Matth. Zimmerm. ad dict. Tertull. sect. 2 § 205. ¶ 8. A militaribus etiam stationibus fit translatio, cum *statio* pro demandatis cuique partibus & munere dicitur, das amt, der beruff; ut, *Manere in statione sua*, Lucret. 4 v. 389, i. e. intra muneris atque officii sui terminos se continere. Cui contrarium, *de statione sua decedere*, i. e. excedere fines officii, seu plane deponere partes suas. Ita Plinius Panegyr. cap. 7 principatum, *stationem*; & cap. 86 *Stationem laboriosam & exercitam* vocat. Cic. de Senect. c. 20 *Vetatque Pythagoras injussu imperatoris, id est, Dei, de præsidio & statione vitæ decedere: De vitæ statione*, i. e. functione vitæ, vel vita. Vellejus lib. 2 extr. *Eique* (Tiberio) *functo longissima statione mortali, destinate successores quam serissimos*, &c. ¶ 9. * *Statio* etiam est quævis curatio; ut, *Statio hereditatum*, apud Gruterum Inscript. antiq. 2 p. 451. *Grævius.*

¶ Stătiōnālis, e, firmiter stans, standhafft. Plin. 2 c. 15 de Planeta: *Stationalis senis mensibus commoratur insignis.*

¶ Statiōnārius, a, um, schildwach stehend; ut, *stationarii milites*, quibus custodiæ aut præsidii caussa statio assignata est, so die wache halten, in besatzung liegen, Lege 1 § 2 Dig. de Fugitivis: & Lege 4 ejusdem tituli: & Lege 1 § 12 Dig. de offic. præf. Vrbi. Et Gloss. gr. lat. ἐπιςαθμος, *Stationarius.* ¶ 2. Planetæ *Stationarii* dicuntur, cum tardissime moventur, vel potius, cum medio sese modo habent, nec directi sunt, nec retrogradi &c. vide Astronom.

¶ Stātius, i, vide supra seorsum.

¶ Stătīvus, a, um, stehend, stillliegend; ut, *Præsidium stativum*, Cicer. Philipp. 12 c. 10. *Stativæ feriæ*, Macrob. Saturn. 1 c. 16. *Castra stativa*, ein feldlager, campement, Cæs. 3 de B. Civ. c. 30. Et absolute *Stativa*, ubi interquiescit exercitus ambulans nec iter pergit, das quartier, da ein marchirend volck rastet und still liegt. Ambrosius in Psalmos: *Ideoque & stativa ordinat: biduo ambulat exercitus, quarto requiescit die.* Tacitus 1 Hist. c. 66 *Lento deinde agmine per fines Allobrogum & Vocontiorum ductus exercitus: ipsa itinerum spatia & stativorum mutationes venditante duce.* Et Livius 3 c. 2 *In Latino agro stativa habuit.* ¶ 2. * *Stativæ aquæ* sunt stagna. Varro apud Nonium c. 3 n. 155 *De miris secundo, de stativis aquis, ut sunt lacus, & stagna, & putea, & maria.* Nec frustra censet vir maximus J. Scaliger ad Varronem, sic quoque Plinium scripsisse lib. 2 c. 88 *In eodem & oppidum haustum profundo, alioque motu terræ stativas emersisse. Stativa* quoque maria, stagna, lacus: Cic. de Leg. Agrar. contra Rullum 2 c. 16 *Agros, urbes, stativa, portus vendituri.* Grævius.

¶ Stător, ōris, a *stando* servus, unde & *Statii* servile nomen, de quo supra, ein aufwärter. Proprie ædium aut carceris custos, ein haußknecht, stadtknecht. Poëta vetus in Phallicis c. 52 *Jam primum stator hic libidinosus:* Est Phaleucus. vide ibi Scalig. Cicer. lib. 2 fam. epist. 17 *Litteras a te mihi stator tuus reddidit.* Et epist. sequente: *Vt ad te statores & lictores meos cum litteris mitterem*; ubi *statores* apparitores præsidum atque pro-consulum appellantur. vide Torrent. ad Horat. 1 sat. 9 v. 39. ¶ 2. Est & cognomentum Jovis, qui *Stator* dictus est, sive quod Romanorum imperium statuerit, ut Cicero innuit Orat. 1 in Catilinam c. 5 & 13; sive quod stiterit Romanorum fugam, ut Plutarchus in Romulo & historicorum alii volunt. Nam cum ipsa urbe Sabini Romanique decertarent armis inter se, fusoque duce Hostilio, inclinata Romanorum acies late cœpisset fugere, tum Romulus precatus Jovem proditur, arceret hostes, suorumque terrorem & fugam sisteret; Pro beneficio isto templum ei sub Jovis *Statoris* titulo excitaturum eo loco, dedicaturumque se esse. Sive quod ejus beneficio omnia stant, ut Seneca sentit lib. 4 de Benefic. c. 7. Verba ejus sunt: *Jovem illum optimum ac maximum rite dices, &* TONANTEM & STATOREM: *qui non (ut historici tradiderunt,) ex eo, quod post votum susceptum acies Romanorum fugientium stetit, sed quod stant beneficio ejus omnia, stator, stabilitorque est.* vide de eo Augustin. lib. 3 de Civit. Dei. Pro prima opinione, quæ Ciceronis est, illud Mamertini Panegyr. Maximiani c. 2 facit: *Quare si nunc Romæ omnes magistratus, & pontifices, & sacerdotes, juxta parentes urbis, & Statores* DEOS *Herculis templa venerantur* &c. Ovidius primam produxisse videtur Fastor. 6 v. 793, sed dudum docti viri ex MSS. observarunt, legendum esse

Tempus idem Stator ædis habet, quam Romulus olim
Ante Palatini condidit ora jugi.

Prudentius etiam corripuit in Romano v. 415

Jovi Statori debet & Dîs ceteris.

¶ Statua, &c. statumen, &c. statuo, statura, statutus, vide *Statuo.*

¶ Stabilis, &c. Stabulum, &c. vide supra suis locis.

¶ Statulĭber, ĕri, apud Festum est, *qui testamento certa conditione proposita jubetur esse liber, & si per heredem est, quominus statuliber præstare possit, quod præstare debet, nihilominus liber esse videtur.* Adde Paul. JC. Dig. lib. 2 tit. 9 l. 6.

Composita cum præposit.

¶ Absto, stiti, āre, weit davon stehen. Horatius ad Pisones de Art. poët. v. 361 *Vt pictura poësis erit, quæ, si propius stes,*
Te capiet magis, & quædam, si longius abstes.

¶ Abstantia, æ, die entfernung. Vitruvius 9 c. 4 *Sol cum longius absit abstantia quadam.*

¶ Adsto, stiti, āre, dabey stehen. Terent. Heaut. 5, 2 v. 7 *Hic patrem adstare ajebas.* Virg. 1 Æn. v. 152 *Arrectisque auribus adstant.* Cic. pro Arch. c. 10 *Cum ad Achillis tumulum adstitisset.* Et, *Adstare in conspectu*, Idem in Catil. 4 c. 2. *Adstante atque audiente totâ Italiâ*, Cic. post redit. in Senatu c. 10.

¶ Adstātor, ōris, ein beystehen. In Inscript. apud Fabrett. p. 164 & 183 DEO SANCTO NVMINI DEO MAGNO LIBERO PATRI ET ADSTATORI. conf. Spon. Miscell. Erud. Ant. p. 27.

¶ Circumadsto, stiti, āre, herum stehen. Tacit. Ann. 4, 62, 4 *Spectaculo intenti, aut qui circumadstabant.*

¶ Superadsto, stiti, āre, oben darauf stehen. Livius 10 c. 5 *Male densatus agger pondere superadstantium in fossam procubuit.* Manilius 1 v. 637
Verticibus superadstantem, mediumque secantem
Cælum.

Et v. 909 ejusd. libri: *lacerosque prius superadstitit artus.*

¶ Antesto, vel potius *Antisto, are*, ut veteres scribebant, antecellere est, præstare, fürtrefflich seyn, übertreffen. Lucretius 5 v. 22
Herculis antistare autem si facta putabis.

Catull. carm. 9 v. 1 *Veranni, omnibus e meis amicis*
Antistans mihi millibus trecentis: al. leg. *antistes.*

Q. Claudius apud Gellium 9 c. 13 *Simulque virtute ceteris antistabat.* Nepos Aristide princ. *In his autem cognitum fuit, quanto antistaret eloquentia innocentiæ.* Adde Barth. Advers. 34 c. 6.

¶ Antistes, ĭtis, ab *antistare*, primarius sacerdos, ceremoniis & sacris præfectus, præsul, ein prälat, bischoff, vorsteher. Cicer. pro Domo sua c. 39 *Vos, qui estis antistites ceremoniarum & sacrorum, autorem & magistrum habetis publicæ religionis.* Idem in Verr 4 c. 45 *Cereris sacerdotes, atque illius fani antistites.* Sic, *Antistites Jovis*, Nepos in Lysand. c. 3 n. 3, qui mox *sacerdotes fani* appellantur. Et Quintil. 11 c. 1 Servium Sulpicium *antistitem juris* dixit, hoc est, excellentem in juris cognitione: ut alium Lactantius *antistitem philosophiæ*, lib. 5 c. 2; & Colum. 11 c. 1 *Artium antistites*, i. e. magistros, lehrmeister. conf. & lib. 3 c. 21. Invenitur utroque positum genere: Valer. Maximus 1 c. 1 n. 1 *ne Deæ vetusti ritus perita deesset antistes*; quamquam &

¶ Antistĭta, æ, legatur apud Ciceronem, de quo Gellius 13 c. 20, eine pröpstin. Virgilius in Ciri v. 166
Ictaque barbarico Cybeles antistita buxo.

Ovidius 13 Metam. v. 410 *tractata comis antistita Phœbi.*

¶ Antistĭtium, i, der vorzug, die fürtrefflichkeit. Martian. Capella lib. 2 *Venerabili antistitio præminere.*

¶ Antistătus, ûs, subst. idem. Tertullianus advers. Valent. c. 13 *Angelorum comparatitius antistatus.*

¶ Circumsto, stĕti, āre, herum stehen; ut, *Cives circumstant senatum*, Cic. 1 Catil. c. 8. *Circumstat tribunal prætoris*, ibidem c. 13. *Vndique nos circumstant fata*, Idem 10 Philipp. c. 10. ¶ 2. Hoc fit etiam officii caussa, estque quod nos dicimus, einem aufwarten: sive *circa esse*, de quo supra dictum est. Suetonius Cæsare c. 82 *Assidentem conspirati specie officii circumsteterunt.* Inde

¶ Circumstantia, æ, proprie actus circumstandi, die umherstehung, aufwartung. Tertullianus de Oratione c. 3 *Cui angelorum circumstantia non cessat dicere* SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS &c. *Angelorum circumstantia*, id est, angeli officii sive ministerii caussa circumstantes; *Stare* enim servorum est. ¶ 2. Qualitas rei, der umstand, die beschaffenheit. Quintilian. 5 c. 10 *Hoc genus argumentorum* [quod ex antecedentibus, junctis, & consequentibus trahitur,] *sane dicamus ex circumstantia:* quia περίστασιν *dicere aliter non possumus: vel ex iis, quæ cujusque caussæ propria sunt.* Vulgo hoc versu enumerantur circumstantiæ:

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando?

¶ Circumstātio, ōnis, idem. Gellius 7 c. 4 *Circumstatio militum corona appellata.*

¶ Consto, stiti, āre, beysammen stehen. Plaut. in Curcul. 2, 3 v. 11 *Constant, conferunt sermones inter se*, sie stehen bey einander, &c. ¶ 2. Sed, *Non constat ei color neque vultus*, Livius 29 c. 34, hoc est, subinde mutatur, er hält nicht farbe. Sic, *sibi constare*, hoc est, sui similem esse, bey seiner weise bleiben: Plin. 35 c. 8 *Non constat sibi in hac parte Græcorum diligentia.* Et Cicero de Vnivers. c. 3 *Oratio sibi constet, & ex omni parte secum ipsa consentiat.* Et, *Mente vix constat*, er ist kaum bey vernunfft, Idem in Tusc. 4 c. 17. Sed, *mea in te omnia officia constabunt*, id est, accurate exstabunt, & declarabuntur, Cic. 3 fam. ep. 5. ¶ 3. Sed, *minoris constat*, es ist wohlfeiler. Cic. ad Attic. 13 epist. 29 *prope dimidio minoris constabit*, kaum halb so theuer. Et, *Constat gratis*, es kömmt mich umsonst an, Idem in Verr. 5 c. 19. *Tanto nobis deliciæ constant*, Plin. 12 c. 18, so gar viel gehet auf wollust. ¶ 4. *Constare*, pro esse, existere, Lucretius non semel posuit; ut lib. 1 v. 500
Semina quæ rerum primordiaque esse docemus,
Vnde omnis rerum constet nunc summa creata.

Et mox rursus: *quæ porro cunque tenet se*
Corpus, ea vacuum nequaquam constat inane.

Cicer. in Acad. Qu. 4 c. 36 *E principiis rerum omnia constant.* Plautus Amph. 1, 1 v. 77 *tela frangunt, boat*
Cælum fremitu virûm: ex spiritu atque anhelitu
Nebula constat.

Cicer. pro Rosc. Com. c. 7 *Ex fraude, fallaciis, mendaciis, constare totus videtur.* ¶ 5. *Ratio constare* dicitur, cum accepta atque

expensa approbantur & recte congruunt, die rechnung sey richtig. Nam cum res secus habet, tum quasi labat & corruit. Huc alludit eleganter Sallustius apud Tacitum, cum 1 Annal. c. 6 extr. ait: *Eam conditionem esse imperandi, ut non aliter ratio constet, quam si uni reddatur.* vide & Buchnerum ad Plinii lib. 10 epist. 20 n. 625. Ita Justin. præfat. n. 5 *Vt otii mei apud te ratio constaret.* ¶ 6. *Constat inter omnes*, Nepos 7, 1, 1, & Cicer. 2 Verr c. 16, hoc est, manifestum est, es ist jederman bewust. *De hac re constat*, Plin. 11 c. 5. Et, *Perspicuum est constatque inter omnes*, Cic. 3 Nat. Deor. c. 4.

¶ Constans, tis, standhafftig, beständig; ut, *Fortis & constantis animi est, non perturbari in rebus asperis*, Cic. 1 Offic. c. 23. *Stabiles & constantes amici eligendi*, Idem de Amicit. c. 17. Sic, *Fama* vel *rumor constans*, Cic. 1 ad Qu. fratr. epist. 1 c. 8. Et Tacitus 4 Histor. c. 5 extr. *Opum contemtor, recti pervicax, constans adversus metus*: CONSTANS, i. e. firmus. Ita enim paullo ante *firmum adversus fortuita* dixerat. Cato lib 1 di .ich. 7

Constans & lenis, ut res expostulat, esto,
Temporibus mores sapiens sine crimine mutat;

CONSTANS, id est, tenax propositi: non dimovendus ab iis, quæ recte statueris apud animum. Huic igitur Gnomologus *lenem*, id est, facilem & qui flecti se patiatur ac cedat, opponit. Plinius 6 epist. 27 *Ego consul, omni hac etsi non adulatione, specie tamen adulationis abstinui, non tamquam liber & constans, sed tamquam intelligens principis nostri*: LIBER est, qui nihil coacte aut metu facit: CONSTANS, qui tenet propositum animi, nec a probata ratione semel se dimoveri facile patitur. Compar. Martial. 3 epigr. 54 *Thrasea constantior ipso.* Et superl. Cic. de Divinat. 2 c. 6 *Constantissimus motus lunæ.* Aurel. Victor Epit. c. 3 de Augusto: *Ad amicitias retinendas constantissimus.*

¶ Constanter, adverb. beständiglich; ut, *Se gerere constanter & libere*, Cic. ad Attic. 4 epist. 16, mit beständigkeit. *Constanter & perpetuo placebit hoc consilium*, Cic. ad Brut. epist. 16. Et, *Cælum constantissime conficit vicissitudines anniversarias*, Idem lib. 2 de Nat. Deor. c. 38. Suetonius Augusto c. 10 *Et quo constantius cætera exsequeretur*, id est, fortius, majore fiducia. Idem Nerone c. 7 *Circensibus ludis Trojam constantissime ludit*, id est, confidenter, intrepide. Tertullianus de Patientia c. 2 *Parum hoc, si non etiam proditorem secum habuit, nec constanter denotavit*, i. e. non satis confidenter. Significat enim, Salvatorem nostrum proditorem Judam descripsisse verecunde magis, quam diserte ac confidenter nominasse.

¶ Constantia, æ, ille animi habitus firmitasque, quam neque metus, nec spes dejicere statu, eoque adducere potest, quo minus quid dicere & facere audeat, quod pulchrum eximiumque putaverit, die beständigkeit, standhafftigkeit. Ita Sueton. Cæsare c. 62 & 63 *Constantiam* vocat, quod Cæsar solus restituit aciem, fugentibus obstitit, retinuit singulos & vel contortis faucibus in hostem convertit &c. tum quod L. Cassium hostem cum X rostratis obvium, neque refugit, & cominus tendens ultro ad deditionem hortatus est Tacit 3 Hist. c. 73 n. 1 *Vitellianus miles neque astu neque constantia inter dubia indigebat.* Idem in Agricola c 91 *Poscebatur ore vulgi dux Agricola: comparantibus cunctis vigorem, constantiam & expertum belli animum cum inertiâ & formidine eorum.* Vbi *inertiam* & *expertum belli animum*; *formidinem* item, & *vigorem* atque *constantiam* inter se opponit. *Admonendi constantiâ*, i. e fiducia, Tertullian. de Patientia c. 1. Excessus Constantiæ, *rigor, durit
ies*: Seneca de Ira 1 c. 16 de Cn. Pisone exponens: *Pravus & cui placebat pro constantiâ rigor.* Plinius lib. 6 epist. ult. *Preterea tanto consensu rogabaris, ut negare, non constans, sed durum videretur.* ¶ 2. *Admirabili incredibilique constantia sunt cursus stellarum*, Cic. de Nat. Deor. lib. 3 c. 9. *Promissi constantia & fides mira*, Idem ad Attic. 4 epist. 17. Et, *Summa gravitate summaque constantia homo* Cic. pro Sextio c. 41. Ac Idem Topicis c 26 *Omnium autem caussarum in aliis inest constantia, in aliis non inest*: standi semper, durandique firmitas. ¶ 3. *Constantia*, urbs inter Helvetios & Rhenum, ad lacum Constantiensem, Costnitz, quæ ab Imp. Constantio Chloro nomen accepit. Nam

¶ Constantius, Constantīnus, Constans, huc pertinentia etiam imperatorum nomina, ex Aurel. Victore, Ammiano & Eutropio nota sunt; Vnde & derivata; ut,

¶ Constantiăcus, a, um, adject. ut, *Duas legiones Constantiacas misit*, Ammianus 21 c. 11.

¶ Constantiānus, a, um, idem; ut, *Constantianum lavacrum*, Ammianus 27 c. 5; & *Genus*, ibidem c. 10.

¶ Constantiensis, e, idem; ut, *Pugna Constantiensium*, Sextus Rufus cap. 27.

¶ Constantīnŏpŏlis, is, nota urbs Thraciæ, olim *Byzantium* dicta, a Constantino Magno & nomine & ornamentis aucta. Olim etiam *nova Roma*, sed a Turcis Stampul dicta. vide supra *Byzantium.*

¶ Constantīnŏpŏlītānus, a, um, adject. ut, *Fretum Constantinopolitanum*, de quo loquitur Ammianus lib. 31 extr.

¶ Inconstans, tis, levis, unbeständig; ut, *Ridicule inconstans*, Cic. pro Qu. Rosc. c. 6. Idem ad Brutum epist. 15 *Instrumentum regni delatum ad Lepidum & Antonium: quorum alter inconstantior, alter impurior.* Gellius 13 c. ult. *Accepit inconstantissimo vultu & mœstissimo.*

¶ Inconstanter, adverb. unbeständig; ut, *Inconstanter loqui*, Cic. 4 Acad. c. 17. Et, *Inconstantissime dicta*, Idem lib. 2 de Finib. c. 27.

¶ Inconstantia, æ, die unbeständigkeit, wanckelmüthigkeit; ut, *Inconstantia mutabilitasque mentis*, Cic. Tuscul. 4 c. 35.

¶ Disto, āre, von einander gelegen seyn. Plinius 2 c. 68 *Quindecim millibus passuum Arabicus sinus distat ab Ægyptio mari.* Livius 1 c. 29 *Loca distantia.* Ovidius 4 Trist. eleg. 10 v. 4

Millia qui novies distat ab urbe decem.

Et, *Distare æquali spatio*, Idem 10 Metam. v. 175. ¶ 2. Sed, *exculta hominum vita distat a victu & cultu bestiarum*, id est, differt, ist unterschieden, ist ungleich, Cic. 2 Offic. c. 4. Et, *Inter se distant & diversi sunt*, Idem 1 de Orat. c. 49. *Ab re ipsa atque a veritate distare*, Idem pro Rosc. Amer. c. 15. ¶ 3. Horatius cum dativo extulit lib. 4 od. 9 v. 29

Paullum sepultæ distat inertiæ Celata virtus.

Et rursus lib. 1 epist. 18 princ.

Vt matrona meretrici dispar erit atque
Discolor, infido scurræ distabit amicus.

¶ Distantia, æ, intervallum illud vel spatium, quo ab aliquo aliquid distat, die weite eines orts vom andern, der unterscheid. Plin. lib. 2 c. 15 *Longissimi distantiæ fines.* ¶ 2. *Morum studiorumque distantia*, id est, differentia, die ungleichheit, Cic. de Amicit. c. 20.

¶ Exsto, stiti, āre, eminere proprie est, herfür gehen, herfür ragen, empor stehen; ut, *Summis vix cornibus exstant*, Virg. 3 Georg. v. 370. *Exstat capite solo ex aqua*, Cæsar 5 B. Gall. c. 18. Ovid. lib. 6 Met. v. 236

exstabat nudum de gutture ferrum.

¶ 2. *Apparet & exstat, utrum simus earum rerum rudes an didicerimus*, Cic. 1 de Orat. c. 16, es weißt sich aus, &c. Sic, *Exstant libri, orationes, scripta, monumenta, picturæ*, id est, in medio sunt, vel supersunt, sie seyn vorhanden; ut, *Demadis scripta nulla exstant*, Cic. de Clar. Orat. c. 9. *Rerum monumenta certa in litteris exstant*, Cic. 1 de Invent. c. 26, man hat es in schrifften. *Exstant exempla majorum*, Idem lib. 2 de Leg. c. 25. *Non exstat alius auctor*, Livius 1 c. 18. Et, *Aliquid exstabit, ne tibi plane cessasse videamur*, es wird sich etwas finden und ausweisen &c. Cic. ad Attic. lib. 2 epist. 7. Et, *multa exstant tua in me merita*, Idem pro Planc. c. 1. *Studium nostrum exstabit in conveniendis magistratibus & senatoribus*, Idem ad Lentul. 1 fam. epist. 8 fin. es soll gespüret werden. ¶ 3. Pro supereminere, præstare, excellere, cum accusativo posuit Statius, Epithalamio Stellæ v. 116 de Violantilla sponsa *Latias, metire, quid ultra*

Emineat matres, quantum Latonia nymphas
Virgo premis, quantumque egomet Nereidas exsto.

¶ 4. *Exstaturus* a supino *exstatum* habet Plin. 17 c. 22 *Exstatura vitiarmum duabus gemmis.*

¶ Exstans, tis, herausstehend, herfürragend. Virg. Æn. 6 v. 668 *Humeris exstantem suspicit altis.* Compar. Statius Theb. 9 v. 455 de fluvio:

Jamque super ripas utroque exstantior ibat Aggere.

Et Cœl. Aurel. Tard. 1 c. 5 *Venæ in vultu exstantiores*, höher.

¶ Exstantia, æ, eminentia, die herfürragung. Colum. 5 c. 5 *Capita sine ulla exstantia neque aratro neque bubus obnoxia.* Gloss. lat. gr. *Exstantiæ*, ἐξοχαὶ, Cœl. Aurel. Tard. 4 c. 3 *Exstantia partium.* Idem 1 c. 5 *Ventris exstantia*, i. e. tumor.

¶ Insto, stiti, āre. propinquum vel proximum esse, imminere, herannahen/für der thür seyn; ut, *Instat periculum*, Lentulus Ciceroni 12 fam. epist. 14. *Nox, quæ instabat*, Sallust. Catil. c 15. *Instare* minus est quam *appropinquare* Cic. in Catil. 2 c. 5 *Quibus ego confido, impendere fatum aliquod, aut instare jam plane, aut certe jam appropinquare.* ¶ 2. Sed *institit*, oppressit, non remisit, hoc est, ursit, er hat auf ihn gedrungen. Ut, *Cædere januam saxis, instare ferro*, Cic. in Verr. 3 c. 27. *Vicit, ferociter instat victis*, Livius lib. 27 c 14. Sic, *Et, quod nunc instat, agamus*, id est, maxime necessarium est, Virg. eclog. 9 v. 66. Et Cic. pro Quint. c. 10 *Tibi instat Hortensius, ut eat in consilium*, er hält bey dir an. Ac Liv. 2 c. 4 *Evincunt instando, ut litteræ sibi ad Tarquinios darentur*, sie erhalten und bringen aus mit anhalten &c. Terent. Heaut. 5, 1 v. 22 *Magis unum etiam instare, ut conficerentur nuptiæ.* Curt. 6 c. 7 n. 28 *Quærens an institisset, ut perveniret ad se*: id est, iterum iterumque hortatus esset. *Instare operi*, Plin. Panegyr. c. 18, fleißig bey dem wercke seyn, dran seyn. *Instare alicujus vestigiis*, Liv. 27 c. 2, einem auf dem fuß nachfolgen. Terent. Andr. 1, 1 v. 120 *Ego illud sedulo negare factum: ille instat factum*, i. e. contendit, er bestund darauf, es wäre geschehen. Donatus ad illum locum: INSTARE FACTVM: *veruste, id est, instat dicere factum esse.* ¶ 3. *Instaturus* a supino *instatum* format Livius 10 c. 36 *Ni cedenti instaturum alterum timuissent.*

¶ Instans, tis, id est, præsens & quasi urgens, gegenwärtig, dringend, inständig. Quintil. 5 c. 10 *Præteritum, instans, futurum.* Compar. Idem Quintil. 9 c. 3 p. 681 *Fons quidem unus, qui acriora facit & instantiora, quæ dicimus, & vim quamdam præ se ferentia.* Et Tacitus Hist. 4 c. 83 *species terribilior & instantior.* Et Paulinus Petrocor. lib. 5 de Vita Martini v. 659 *cura instantior.* Superl. Augustinus 1 Retractat. c. 19 extr *ad instantissimam petitionem.*

¶ Instanter, adverb. acriter, assidue, beharrlich; ut, *Pugnaciter instanterque dicere*, Quintil. 9 c. 4. *Sæpius & instanter petere*, Lege unica § 2 Dig de libell dimissor. Et, *Instantius dicere*, Quintil. 9 c. 3 p. 681. *Instantissime compellere*, Apulejus lib. 3 Metam. p. 131. *Instantissime caussas requirere*, ibidem lib. 4 p. 153. *Instantissime desiderare*, Gellius 4 c. 18.

¶ Instantia, æ, assiduitas, die anhaltung; ut, *Instantia quæstionis*, Tertullian. de Spectac. c. 19. Et Plinius lib. 5 epist 8 de differentia orationis & historiæ: *Hæc*, inquit, *vel maxime vi, amaritudine, instantia: illa tractu & suavitate, atque etiam dulcedine placet.* Celebratur Evodii Ticinensis episcopi dictum, non ita quidem latinum satis, sed observandum tamen studiosis: *Mater doctrinæ est instantia: Noverca eruditionis est negligentia.* ¶ 2. De modo solvendi argumentum vitiosum *per instantiam*, ostenso scilicet exemplo vel dicto contrario, consule præcepta dialectices.

¶ Instar, ab *instando*, quod instet, hoc est, prope sit, est nomen indeclinabile, comparationem significans magnitudinis vel mensuræ & qualitatis, ὄψις, species, die gestalt, stellung; item adverbialiter, wie, gleich als. Apulejus in Floridis: *Psittacus Indiæ avis est: instar illi minimo minus quam columbarum.* Virgil. 2 Æneid. v. 15 *Instar montis equum*, &c. *Ædificant*, in massen wie ein berg. *Instar voluminis epistolæ*, Cic. ad Attic. lib. 10 epist. 4. *Plato mihi unus est instar omnium*, er gilt mir so viel als die andern alle: Sic dixit Antimachus poëta, quoties recitans ab auditoribus omnibus, Platone excepto, desereretur, apud Ciceron. de Clar. Orat. c. 51. Et Sueton. in Cæsare c. 61 *cujus* (equi) *etiam instar pro æde Veneris genitricis*

postea

postea dedicavit: INSTAR, i. e. imaginem, effigiem, das bild, das muster, die gleichheit. Est enim ac dicitur *instar*, quod similitudinem quamdam habet, eamque oculis ingerit, & instat quasi, unde & dicitur, ut Jovianus Pontanus in Actio censet p. 110 & 111. Vnde & Virgilius Æneid. 6 v. 865 *quantum instar in ipso?*
i. e. quantum exempli, quod sibi ad imitandum alii petant: sive quantum exemplar, unde alii sibi exempla sumant. Sic Justinus 4, 4, 7 *Gylippus solus, sed in quo instar omnium auxiliorum erat.* Vet. Gloss. *Instar, similitudo, ὁμοίωμα, ἀπεικόνισμα.* ¶ 2. Cæterum non satis bene *ad instar* pro, ad similitudinem, dicimus, si Servium audimus: INSTAR, inquit, *similitudo, & est nomen, quod non recipit præpositionem.* AD INSTAR *enim non dicimus, quòd Probus declarat.* Et rursus alibi: INSTAR, *ut supra diximus, per se plenum est, nec recipit præpositionem, licet Serenus* AD INSTAR *dixerit: quod in idoneis auctoribus non reperitur.* Sed præter Serenum & Solinus & Apulejus ita locuti sunt. vid. Voss. Etymol. p. 267, & Freinshem. Ind. in Justin. ubi retorquet argumentum Servii.

¶ Instĭta, æ, subst. limbus assutus vel non assutus vestibus, der schweiff am rock. Horat. 1 sat. 2 v. 29

Subsutâ talos tegat instita veste.

Scalig. ad Catull. *Instita,* inquit, *ut veteres magistri interpretantur, est περιπόδιον, περιπέδιλον. Et ita Ptolemæus usurpat. Περιπόδιον in asterismo Virginis & Heniochi. In Hygini fab.* 88 acropodium *Minervæ in eam mentem accipitur.* Aliter *Inserta* dicitur: vide eumdem Scaliger. ad illud Publii: *Frugalitas inserta est rumoris boni.* Ovid. 1 de Arte am. v. 32

Quæque tegis medios, instita longa, pedes.

¶ 2. Fascia, qua quid colligatur vel tenditur, ein gurt, eine binde. Petronius p. 113 *Vt annecteret pedes & manus institis, quibus sponda culcitam ferebat.* Idem p. 65 *Duas institas ancilla protulit de suris: alterâ pedes nostros alligavit, alterâ manus.* Sic Hieronymus dixit: *Lazarus institis vinctus jacuerat in sepulcro.*

¶ Instĭtio, ōnis, statio, das stehen. Cic. 1 Tuscul. c. 26 *Aut qui errantium stellarum motus, progressiones, institiones notavit.* Progressioni ergo opponitur.

¶ Instĭtor, ōris, negotiator, sic dictus ab instando vel insistendo, hoc est, urgendo suo negotio, ein kråmer, håndeler, tròdeler; ut, *Institor mercis*, Livius 22 c. 25 extr. Et, *Scena institoris*, eine kramer-bude. *Institor hibernæ tegetis*, apud Juvenal. satyr. 7 v. 221. Sic *Institorem eloquentiæ* Quintil. lib. 8 c. 3 dixit ostentatorem, der mit dem maul sich nåhret. Vlpianus Lege 3 & 5 de institoria actione: INSTITOR, inquit, *est appellatus ex eo, quod negotio gerendo instat. Nec multum facit, tabernæ sit præpositus, aut cujuslibet alii negotiationi.* Nam *cuicumque negotio præpositus*, INSTITOR *recte appellatur.* Sive: INSTITOR est is, qui negotiis sive mercibus exercendis ab alio præpositus est: alter a domino sive magistro, ein factor, verkåuffer. Jul. Paulus lib. 2 Recept. Sentent. Tit. 8 de Institoribus.

¶ Instĭtōrius, a, um, kauffmånnisch; ut, *Ars institoria: Institoria actio*, apud JCtos. vid. Tit. Dig de institoria actione. Sic, *Institorium mercimonium:* vel *Institorii muneris exercitatio*, die handlung, der kauff-handel. Sueton. Nerone c. 27 *Dispositæ per litora & ripas diversoria tabernæ parabantur, insignes ganeæ & matronarum institorias operas imitantium*, &c.

¶ Intersto, stĕti, interstāre, darzwischen stehen. Ammianus 22 cap. 27 *Cum tempus interstetisset exiguum.* Et Avienus Periegesi v. 840 de Tauro monte: *Interstatque jugo mediam*, scil. Asiam.

¶ Interstes, ĭtis, interpositus, darzwischen stehend. Tertull. 4 advers. Marc. c. 33 *Desierunt vetera, & cœperunt nova interstite Joanne.*

¶ Interstĭtio, ōnis, ein anstand. Gellius principio præfationis: *Interstitione aliqua negotiorum data:* & lib. 20 c. 1 *Juris inter reos quasi interstitio quædam & cessatio.*

¶ Interstĭtium, i, intervallum, distantia, ein zwischenstand, mittler raum. Macrobius Somn. Scip. 1 c. 6 *Quatuor elementa tribus interstitiis separantur.* Ammianus 20 c. 3 *Cum* [luna] *sole longo cœperit interstitio submoveri.* Et de tempore; die weile. Tacitus Annali 5 c. 4 n. 2 *Dandum interstitium pœnitentiæ senis.*

¶ Obsto, stĭti, āre, contra vel ex opposito stare, entgegen stehen, im wege stehen; ut, *obstantia silvarum amoliri*, Tacitus Annal. 1 c. 50 dixit. Lucanus 1 v. 58 *pars ætheris illa sereni*

Tota vocet, nullæque obstent a Cæsare nubes.

¶ 2. Sed, *paululum negotii mihi obstat*, id est, impedit me, es hindert mich, Terent. Heaut. 3, 1 v. 92. Et, *Commodis alicujus officere & obstare*, Cic. pro Rosc. c. 38. Ac Quintil. 2 c. 12 *Vidi, quosdam in ipso statim limine obstaturos mihi.* Post se construitur cum *Cur non:* & *Ne;* & *Quo minus.* Terent. Andr. 1, 1 v. 76 *Quid obstat, cur non veræ fiant*, puta, *nuptiæ?* Cic. in Verr. 7 c. 2 *obstitisti, ne ex Italia transire in Siciliam possent.* Et Plinius Panegyr. c. 91 *Obstat verecundia, quo minus percenseamus* &c.

¶ Obstantia, æ, die gegenhaltung. Vitruvius 6 c. 1 *Propter obstantiam aëris.* Et lib. 8 c. 1 *propter nullam obstantiam umbrarum.* Idem lib. 10 c. 14 sub fin. *calculus liberatus ab obstantia.*

¶ Obstācŭlum, i, impedimentum, die hinderniß, der widerstand; ut, *Rumpere obstacula*, Prudentius Hamartig. v. 599, hindernisse aus dem wege råumen. Et Nazarius, sive quisquis auctor Panegyrici Constantino dicti c. 7 *Quis crederet, tantis successibus tuis ullum obstaculum fore, quo minus* &c. Tribuunt etiam Plauto in Pseud. 1, 5 v. 10 *Opposita obstacula:* sed meliores libri habent, *obsepta est via.*

¶ Obstĭtus, & Obstetrix, vide supra in *Obsisto* sub *Sisto.*

¶ Persto, stĭti, āre, stare immobilem, perseverare, verharren, verbleiben. Plin. 7 c. 2 *Gymnosophistæ ab exortu ad occasum perstant, contuentes solem immobilibus oculis, ferventibus harenis.* Sic, *Perstare incepto*, vel *in incepto*, beharren, Liv. 8 c. 33. Et, *Perstare in sententiâ*, Cic. pro Rosc. Com. c. ult. auf seiner meynung bleiben. *Perstare in pravitate*, Cic. 4 Acad. c. 8. *Negare aliquid & in eo perstare*, darauf bleiben, Idem lib. 3 Offic. c. 9.

¶ Præsto, stĭti, āre, proprie ante stare, vorstehen. Lucan. lib. 4 v. 28

prono tum Cæsar olympo
In noctem subita circumdedit agmina fossa,
Tum primæ præstant acies.

Facturus castra Cæsar contra Afranium in Hispania consistens, fossam fieri jussit. Id operis dum exsequitur tertia acies, (triplicem enim instruxerat,) prima & secunda contra hostem constitutæ erant, ne in faciundo opere miles repentino incursu exterreretur. Hæ igitur, quia ante eos collocatæ erant, *Præstare* dicuntur. De ea autem ratione Cæsaris vide ipsum Cæsarem lib. 1 de Bell. Civ. c. 41. ¶ 2. Exhibere est, leisten, erzeigen, beweisen; ut, *Præstare alicui benevolentiam*, Balbus Ciceroni sub lib. 9 ad Attic. epist. 8; *officium*, Cic. lib. 14 fam. epist. 4; *debitum honorem*, Idem 9 Philipp. c. 5. Et, *Patriæ præstare pietatem*, Cic. de Clar. Orat. c. 33. *Quod promisi, vix videor præstare posse*, Cic. ad Brut. epist. 18, was ich zugesagt, vermag ich kaum zu halten. *Satis id magnum est, quod potes præstare.* Idem lib. 1 de Orat. c. 10. *Præstare silentium*, Livius 29 c. 25, verschwiegen seyn. Et Ovidius 2 de Arte am. v. 603

Eximia est virtus, præstare silentia rebus.

Sic, *Præstare pecuniam*, est exhibere, solvere, geld geben: Sueton. Domitiano c. 9 *Rusticus Cœpio testamento caverat, ut quotannis ingredientibus curiam senatoribus certam summam viritim præstaret hæres.* Etiam de persona Cic. 5 fam. epist. 16 *Eum semper te & privatis in rebus & publicis præstitisti*, du hast dich so aufgeführet. ¶ 3. Et *Præstare* interdum elegantiori significatione idem est, quod exitum alicujus rei vel alienam culpam in se recipere: ut, *Præstare damnum*, Cic. 3 Offic. c. 16, für den schaden stehen und hafften. Sic, *Præstare æs alienum: Præstare eventum*, dafür stehen, wie es hinaus geht. Cic. ad Vatin. lib. 5 fam. epist. 11 *De Dionysio, si me amas, confice, quamcunque ei fidem dederis, præstabo*, was du ihm nur wirst zugesagt haben, dafür will ich stehen. Idem lib. eodem ad Sextium epist. 17 *Communem & incertum casum neque vitare quisquam nostrûm, neque præstare ullo pacto potest.* Ita, *Fidem publicam præstare*, Livius 2 c. 28, für ein geleit stehen. Huc pertinet *Præstare culpam*, vide *Culpa.* ¶ 4. Antecellere, übertreffen; ut, *Homo homini quid præstat?* Terent. Eunuch. 2, 2 pr. Et, *Virtus præstat cæteris rebus*, Cic. de Finib. 4 c. 18, sie gehet vor, ist hoher. Sic, *Lepore & hûmanitate omnibus præstitit Socrates*, Idem 2 de Orat. c. 67. *Præstare alteri ætate*, Idem de Clar. Orat. c. 43. Jungitur & cum accusativo. Corn. Nepos in vitâ Attici c. 3 *Qui humanitate doctrinaque præstaret omnes.* Et ibidem: *Qui honore rerumque gestarum amplitudine cæteros Rom. populi præstiterunt.* Nonnunquam & dativus & ablativus omittuntur: Cic. Offic. lib. 1 c. 33 *Quorum majores gloria præstiterunt.* Et ibidem c. 19 *Difficile est, cum præstare omnibus concupieris, servare æquitatem.* Et cum præpositione: *Inter suos æquales longe præstare*, Idem de Clar. Orat. c. 46 extr. Et cum præpositione *In:* Lucretius lib. 5 v. 1355 *Longe præstat in arte*, scilicet *genus virile, quam muliebre.* Ex quo intelligimus, ablativum, familiarem huic verbo, per ellipsin præpositionis esse. ¶ 5. *Præstat*, impersonale, satius est, præstabilius est, es ist besser. *Emori potius quam servire præstat*, Cic. in Pison. c. 7. *Tacere præstat philosophis quam loqui*, Cicer. 3 Nat. Deor. c. 31. Et ad Attic. lib. 14 epist. 9 *Mori millies præstitit, quam hæc pati.* ¶ 6. Futurum *Præstaturus* legitur apud Vitruvium 1 c. 1 extr. *Polliceor me sine dubio præstaturum.* Et Cic. 6 fam. epist. 8 *Se præstaturos.* Idem lib. 10 epist. 11 *Id me præstaturum spero.* conf. lib. 2 epist. 16; & Liv. 30 c. 15.

¶ Præstans, tis, excellens, fürtrefflich; ut, *Gravitate & prudentia præstans homo*, Cic. pro Balb. c. 22. *Longe præstans omnibus ingenio & doctrina*, Cic. 1 Tuscul. c. 10. *Ingenio præstantissimus*, Cic. de Amicit. c. 1. Et Plinius Panegyr. c. 88 *Nec videri potest optimus, nisi qui est omnibus optimis in sua cujusque laude præstantior.* ¶ 2. *Præstantissimi* epitheton honoris ergo & ipsis imperatoribus tributum. Tertullianus de Corona militis initio: *Proxime facta est liberalitas præstantissimorum imperatorum.* Nazarius Panegyrico Constantini c. 26 extr. *Non tam gloriandum sit virtuti tuæ, præstantissime imperator, quod cum viceris, quam gratulandum felicitati, quod ad pugnam potueris evocare.*

¶ Præstanter, adverb. idem. Priores quidem gradus nondum habemus repertos; superlativo tamen usus Plin. 28 c. 12 *Præstantissime vincit.*

¶ Præstantia, æ, excellentia, die fürtrefflichkeit. Cic. Offic. 1 c. 28 *Nobis personam imposuit ipsa natura, magna cum excellentia præstantiaque animantium reliquorum.* Et de Amicitia c. 19 *Si quam præstantiam virtutis, ingenii, fortunæ consecuti sunt, impartiant etiam suis, communicentque cum proximis.*

¶ Præstātio, ōnis, die gewåhrung, leistung, lieferung, qua voce Jurisconsulti utuntur; ut, *Onerare heredes legatorum præstatione*, Paul. Lege 98 Dig. de legat. & fid. commiss. conf. Scævol. JC. Dig. lib. 15 t. 1 l. 51; & Vlpian. Dig. 10 t. 2 l. 22 § 5; & ibid. l. 24. Sed & Seneca de Brevit. Vitæ c. 14 *Vt ad præstationem scribant.* vide ibi interpretationem Lipsii.

¶ Præstātor, ōris, qui præstat vadimonio, ein gewåhrleister, garantirer. Frontin. de Colon. p. 351, vel edit. Gœs. p. 128 *Qui advocantur ut præstatores.* ¶ 2. *Præstitor* est apud Apulejum in Asclep. *Præstitor & tributor omnium*, ein geber.

¶ Præstābilis, e, vide supra in *Stabilis.*

¶ Præstāna, æ, Dea, de qua Arnob. lib. 4 p. 128 *Præstana est dicta, quod Quirinus in jaculi missione cunctorum præstiterit viribus.*

¶ Præstes, ĭtis, antiquis idem, qui *Antistes* alias dicitur, ut Festus auctor est, ein vorsteher. Ita *Lares præstites* cognominati sunt, quod sua curâ omnia tuta præstarent. Ovidius Fastor. lib. 5 v. 129

Præstitibus Majæ Laribus venere calendæ.

Et mox v. 133

Caussa tamen positi fuerat cognominis illis,
Quod præstant oculis omnia tuta suis.

De iisdem Plutarch. Quæstion. Romanis p. 276 extr. Idem Jovis cognomen

gnomen erat. Gruter. Inscript. p.22 n. 1 PRAESTITI IOVI S. Et p.1065 n. 2 IOVI PRAESTITI.

¶ Præstò, adverb. coram, zugegen, vorhanden; ut, *Præsto sum*, id est, præsens sum, da bin ich: Terent. Phorm. 3, 3 v. 29 *Præsto est.* Et Eunucho 5, 8 v. 20 *Præsto adest*, hie stehet der mann. *Præsto apud me domi est*, Idem Heaut. 1, 1 v. 119. *Præsto esse ad horam certam*, Cic. 4 in Verr. c. 38, sich auf ernennete stunde einstellen. *Hirundines æstivo tempore præsto sunt, frigore pulsæ recedunt*, Auctor ad Herenn. 4 c. 48. Et Cic. 3 fam. epist. 5 pr. *Trallibus mihi præsto fuit Lucilius cum litteris*, &c. hoc est, occurrit, er hat mir begegnet. Idem pro Muræna c. 9 *Jus civile præsto multis fuit*, id est, præsidio fuit, es ist zu hülffe kommen. *Qui cum Sabino praesto fuissent. Caes. B. G. V. XXVI. 2.*

¶ Præstōlor, ātus sum, ari, (huc etiam id verbum reponere libet,) stehen und warten. *Præstolatur* enim, qui stans alicubi aliquem exspectat, vel alicubi præsto est. Jungitur cum accusativo: Terent. Eunuch. 5, 5 v. 5 *Quem præstolare Parmeno hic ante ostium?*
Etiam cum dativo: Cicero Catil. 1 c. 9 *Qui tibi ad forum Aurelium præstolarentur armati.* Nisi forte τὸ *præstolarentur* absolute positum: ut τὸ *tibi* ad τὸ *armati* pertineat. Quanta sit secunda, disconvenit. Taubmannus, Despauterii auctoritate fretus, producendam edicit, & Buchananum corripientem reprehendit. Sed rectius contrarium statuit Becmannus; a quo analogia stat. *Præstolor* enim ab ὑποκοριστικῷ *præstulus*, sive *præstolus*, quod est ab antiquo *præstus*, unde adverbium *præstò* superest, ut Scaliger ad Festum docet. *Præstolari* enim nihil aliud est, quam *præsto esse*, ut & Donatus interpretatur.

¶ Impræstans, tis, i. e. non præstans, der nichts giebt. Gloss. gr. lat. ἀπάροχος, *impræstans.* Et Irenæus 4 c. 75 *Ne quis eum putet invidiosum & impræstantem.*

¶ Impræstātio, ōnis, i. e. non præstatio, l. 22 § ult. ff. famil. hercíscund.

¶ Impræstabĭlis, e, vide supra in *Stabilis.*

¶ Repræsto, are, wieder gewähren. Lege 47 Dig. action. empt. & vendit *Si non integras* (materias) *repræstaverit.* Et Lege 22 pr. Dig. ad SC. Trebell. *Fideicommissum eis repræstandum.*

¶ Prosto, stĭti, āre, proprie prominere, hervor stehen; ut, *anguli prostantes*, apud Lucretium 2 v. 428. ¶ 2. Quia venalia ita ponuntur, ut promineant, & ab omnibus conspici possint, fit, ut *prostare* etiam significet venale stare, prostitui, pretio prostare, feil seyn, zu käuffen seyn. Ovidius 2 de Pont. epist. 3 v. 19

> *Illud amicitiæ quondam venerabile nomen*
> *Prostat, & in quæstu pro meretrice sedet.*

¶ Prostas, ădis, & Prostates, vide supra seorsum.

¶ Prostibĭlis, Prostibŭlum, vide in *Stabilis* & *Stabulum.*

¶ Resto, stĭti, āre, resistere, still stehen; ut, *Ea me hic restitisse gratia*, Terent. Andr. 2, 6 v. 2. Et in Eunuch. 2, 3 v. 11 *Vt illum dii deæque senem perdant*, &c. *Meque adeo, qui restiterim.* ¶ 2. Repugnare, reluctari, widerstreben. Idem Ter. Heaut. 5, 3 v. 6 *In qua re nunc tam confidenter restas stulta?* i. e. resistis, machst du dich so widerspenstig? Propert. 3 eleg. 8 v. 31

> *Dum vincunt Danai, dum restat barbarus Hector.*

Ovid Metam. lib. 3 v. 626

> *Is mihi, dum resto, juvenili guttura pugno Rupit.*

Idem 2 Fastor. v. 749 *melioribus Ardea restas*

> *Improba, quæ nostros cogis abesse viros.*

¶ 3. *Restare*, idem quod reliquum esse & superesse, übrig, hinterstellig seyn; ut, *Longa sunt, quæ restant*, Cic. ad Brut. epist. 15. *Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere*, Terent. Phorm. 1, 2 v. 35. Et sic cum dativo etiam: Cic. Catil. 3 c. 10 extr. *quantum infinitæ cædi restitisset*, wie viel das schwerd hätte übrig gelassen. ¶ 4. Est & obstare, entgegen stehen. Silius lib. 7 v. 130 de lupo:

> *morsuque quatit restantia claustra.*

¶ 5. Sed apud Cic. 4 Catil. c. 2 *Romæ restiterunt*, id est, remanserunt, sie sind zurück geblieben. ¶ 6. Et impersonaliter: *Restat, ut his respondeam*, es ist nun an dem, &c. Cic. 4 Acad. Quæst. c. 2.

¶ Restĭtare, restitrix, Restĭbilis, vide supra in *Sisto*, & *Stabilis.*

¶ Subsisto, stĭti, āre, still stehen, stand halten. Terent. Andr. 5, 4 v. 11

> *Perii, metuo ut substet hospes,*

i. e. duret, & satis firmus sit ac constans ad sufferendas intemperias patris. Alii, *Subsistat.*

¶ Substāmen, ĭnis, textorium nomen, der eintrag. Scholiastes Juvenalis in satyr. 2 v. 66 *Vestes molli intextæ substamine.*

¶ Substantia, æ, quæ per se subsistit, essentia, ein bestehend wesen. Nazarius Panegyr. Constantini c. 14 *Crassam & caligantem aciem simplex & inconcreta substantia naturæ tenuis eludit.* Et Apulejus in Trismegisto p. 85 *Deus* [quem is sensibilem dicit,] *in se complectitur omnem locum, omnium rerum substantiam.* ¶ 2. *De ipsa rhetoricæ substantia quærere*, Quintilian. procem. lib. 1 p. 7, id est, natura & essentia. ¶ 3. *Paternorum bonorum substantia*, Aurel. Victor de Orig. Gentis Rom. haab und guth. Atque ita apud Jurisconsultos sæpe. Et Quintil. Declam. 15 *Cujus census ex manibus, ex laboribus substantia*, das vermögen. ¶ 4. Cibus, alimentum, quo corpus substat & sustentatur, speise; ut, *Omni carens substantia*, der da fastet, de Mose Prudent. Cathemer. 7 v. 40.

¶ Substantiŏla, æ, diminut. das kleine vermögen. Hieronym. epist. 11 ad Ageruchiam: *Tribulatis de sua substantiola subministravit.*

¶ Substantīvus, a, um, wesentlich, selbständig; ut, *Res substantiva*, Tertullian. adv. Prax. c. 26; & adv. Hermog. c. 36. ¶ 2. *Substantivum*, nomen est Grammaticorum.

¶ Substantīvālis, e, idem. Tertull. adv. Valent. c. 27 *Substantivalis non agnitionalis forma.*

¶ Substantiālis, e, idem; ut, *Substantialis tutela*, i. e. angelus sive dæmonium, Ammian. 14 c. 11. *Substantiales potestates*, Idem 21 c. 1. Et, *Substantialis differentia*, Tertull. de Resurr. carn. c. 45.

¶ Substantiālĭter, adverb. idem. Habet etiam Tertull. adv. Valent. c. 7; & Augustin. de Vera Relig. libro extremo; & lib. 5 de Trinit. c. 8 pr.

¶ Consubstantiālis, e, eines wesens, theologicum verbum, ejusdem Augustini est de Trinitate lib. 15 c. 27, & epist. 178 &c.

¶ Supersto, are, auf oder über etwas stehen. Liv. 10 c. 28 *Essedis carrisque superstans hostis armatus advenit.* Virgil. 10 Æn. v. 540 *Lapsumque superstans Immolat.* ¶ 2. Superare, præstare est: Sidon. carmine 2 v. 17. *regna superstat, Qui regnare jubet.*

¶ Superstes, ĭtis, qui cæteris defunctis vivus superest, der noch bey leben ist. Terent. Heaut. 4, 4 v. 7 *Ita mihi atque huic sis superstes* &c. wolte GOtt, daß du mich und ihn möchtest überleben! Sic, *Superstes reipub.* Cicer. 9 fam. epist. 17; & ad Qu. fratr. 1 epist. 3 *Vtinam te non solum vitæ, sed etiam dignitatis meæ superstitem reliquissem!* Terent. Andr. 3, 2 v. 7 *Deos quæso, ut sit superstes*, id est, salvus. *Sibi esse superstites*, illi dicuntur, qui magno periculo vitæ functi & liberati sunt, Tacit. in Agricola c. 3, ubi vide Pichenam.

¶ Superstĭtio, ōnis, religio delira quæcunque & anilis, *in qua inest timor inanis Deorum*, quemadmodum Cicero inquit de Nat. Deor. 1 c. 42; omnis denique importuna & inepta religio, aberglaube, irrthum in der religion. Vnde manarit nominis ratio, vide post in *Superstitiosus.* Curtius 4, 10, 7 *Nulla res efficacius multitudinem regit quam superstitio*, quam mox *vanam religionem* vocat. vid. ibi Freinsh. Cic. de Divinat. 2 c. 60 *Imbecilli animi atque anilis est superstitio.* Et, *Superstitiones novas inducere*, Quintil. 4 c. 4. *Superstitio fusa per gentes hominum imbecillitatem occupavit*, Cicer. de Divinat. 2 c. 72. ¶ 2. * *Superstitio* interdum in bonam partem accipitur pro religione. Justinus lib. 39 c. 4 *His tot necessitudinibus sanguinis adjicit superstitionem templi, quo abdita profugerit*, pro quo in eodem libro c. 1 *religionem templi* dixit. Idem lib. 41 c. 3 *In superstitionibus ac cura Deorum præcipua omnibus veneratio*, hoc est, in iis, quæ religiose colunt ac pro Diis habent & venerantur, præcipue sunt fluvii. *Grævius.*

¶ Superstĭtiōsus, a, um, abergläubig. Cicero 2 de Nat. Deor. c. 28 *Qui totos dies precabantur & immolabant, ut sui liberi sibi superstites essent, SVPERSTITIOSI sunt appellati: quod nomen postea latius patuit* &c. Quæ Lactantius lib. 4 Institut. Divinar. c. 28 adducit & reprehendit, & tandem subjicit: *Superstitiosi vocantur, non qui filios suos superstites optabant, (omnes enim optamus,) sed aut ii, qui superstitem memoriam defunctorum colunt, aut qui parentibus suis superstites colebant eorum imagines domi, tamquam Deos penates* &c. Neque Servius ad Virg. Æn. 8 v. 187 discedit ab hac origine; sed & ipse aliam ejus caussam adfert, ab aniculis dictam tradens, quæ multis superstites sint per ætatem, quarum propria est δεισιδαιμονία. conf. Nonius c. 5 n. 36; & Barth. ad lib. 12 Theb. Statii p. 1506. Cicero rursus 2 de Divin. c. 39 *Imbecilli animi facile superstitiosa ista concipiunt.* Et ex Nigidio Gellius 4 c. 9 *superstitiosa religione se alligare.* Superlativo, *Superstitiosissimum seculum*, Tertullianus dixit Scorpiace c. 2. Et Salvianus lib. 8 Gubern. Dei p. 309 *Paulum Apostolum, superstitiosissimus licet, Atheniensium populus patienter audivit.*

¶ Superstĭtiōse, adverb. idem; ut, *facere aliquid superstitiose*, Quintil. 1 c. 1, hoc est, nimium sollicite, aut curiose. Et Cic. 1 de Divin. c. 55 *Fatum est non id, quod superstitiose, sed id quod physice dicitur, caussa æterna rerum*, &c.

¶ Superstĭto, are, frequent. salvum reddere, erhalten, übrig seyn lassen. Ennius apud Nonium c. 2 n. 776 *Regnum nostrum ut sospitent, superstitentque*, ubi utrumque verbum pro *salvare* positum est. Et Plautus in Persa principio act. 3 *Vt mihi supersit, suppetat, superstitet.*

STOEBE, es, στοίβη, planta notissima fuisse videtur, tempore Dioscoridis, sed incognita hodie, *Phleon* alio nomine dicitur, Matthiol. vid. Plin. lib. 22 c. 11.

STOECHAS, ădis, στοιχὰς, planta in Stœchadibus insulis nascens, stichas-kraut, welscher lavendel, Matthiol. & Plin. 27 c. 12. ¶ 2. Sunt autem *Stœchades*, στοιχάδες, insulæ tres, Massiliensium litori vicinæ, *Prote, Mese, Hypæa*, hoc est, prima, media, infima, sic enim ab ordine situs nominatæ sunt; Plin. lib. 3 c. 5.

STŌĬCI, ōrum, Στωϊκοὶ, philosophi, a στοᾷ, *porticu*: in porticum enim variis picturis illustratam & amœnam convenire solebant. Eorum princeps Zeno fuit, a quo & *Zenonii* aliquamdiu dicti fuerunt. Vide in *Philosophus* & *Secta.* Habuit quidem hoc philosophantium genus non pauca, quæ detestanda merito veniant, (& quid mirum hoc in hominibus veræ religionis ignaris?) sed quia generose sublimiterque philosophabantur, & plus, quam alii, virtutis inculcabant studium, cætera omnia, quæ vulgus mirari sectarique solet, spernentes calcantesque: idcirco Patres veteres iis tribuerunt plurimum, dogmataque eorum post Platonis, unde duxerunt originem, receperunt inprimis, obliqui plerumque in cæteros, & Peripateticos maxime, quod ex Clemente Alexandrino, Origene adversus Celsum, Tertulliano item, Augustinoque ac aliis, approbari facile posset. Cic. de Divin. 2 c. 41 *Stoici omnia superstitiosa solicitudine & miseria credunt.* Idem de Fin. 3 c. 1 *Stoicorum non ignoras quam sit subtile vel spinosum potius disserendi genus.*

¶ Stōĭcus, a, um, adject. ut, *Fatum Stoicum, Deus Stoicus, Libelli Stoici*, apud Horat. in epod. 8 v. 15. *Stoica dogmata*, Juvenal. sat. 13 v. 121. Et Taurus philosophus apud Gellium lib. 12 c. 5 *Me autem scis cum Stoicis non bene convenire, vel cum Stoica potius disciplina: est enim pleraque & sibi & nobis incongruens.*

¶ Stoice, adverb. strack und ernstlich. Cic. pro Muræn. c. 36 *Agit mecum austere & stoice Cato.*

¶ Stōĭcĭda, æ, Juvenal. sat. 2 v. 65, i. e. Stoicus, per contumeliam.

STŎLA, æ, στολὴ, vestis honesta matronarum, ad talos usque demissa, ein langer frauen-rock, lang kleid. Horat. 1 sat. 2 v. 99

> *Ad talos stola demissa & circumdata palla.*

Idem l. c. v. 71 *Velatus stolâ.* Cic. Philipp. 2 c. 18 *Sumpsisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti.* ¶ 2. Metonymice *stola* pro honesta matrona, Stat. 1 Silv. 2 v. 235

> *Hic eques, hic juvenum cœtu stola mixta laborat.*

¶ Stŏlātus, a, um, lang-röckicht; ut, *Stolata mulier*, id est, locuples & primaria, ut *togata*, plebeja & secundæ classis, Horat. 1 sat. 2 v. 82. Et statuas quasdam *Stolatas mulieres* Vitruvius dixit lib. 1 cap. 1. Sed,

Stolatus pudor, hoc eſt, honeſtus & matronalis, apud Martial. 1 epigr. 36.

STŎLĬDVS, a, um, excors, ſtultus, qui per ætatem parum intelligit, albern, läppiſch, thörlich, närriſch. Terent. Andr. 3, 1 v. 1 *Vix tandem ſenſi ſtolidus*, als ein tölpel. *Stolidæ convicia fundere linguæ*, Ovid. 13 Metam. v. 306. Et, *ô vatum ſtolidiſſime*, eodem lib. v. 774. Aurelius Victor Schotti in Conſtantio: *Vetranio litterarum prorſus expers, ingenio ſtolidior.* Et Juvencus lib. 4 in Matth. c. 25 de 10 Virginibus v. 200 *Altera præſtupido pars eſt ſtolidiſſima corde.*
Terentius Scaurus: *Stolidi vocantur non tam ſtulti & excordes, quam tetri, moleſti & illepidi, quos Græci μοχθηρὺς καὶ φορτικὺς dicunt.* Nempe id fit per metonymiam conſequentis. Sicut enim ſtolones & παραφυάδες nocent arboribus earumque impediunt incrementum; ita & ſtolidi eis, quibuscum converſantur, exhibent moleſtiam. Vide & Ciceronis locum ſupra in *Brutus*.

¶ Stolĭde, adverb. idem. Liv. 25 c. 19 *Id non promiſſum magis ſtolide, quam ſtolide creditum fuit.* Vbi alterum *ſtolide* inducendum putat Gronovius. Comparat. *Stolidius erumpentes*, Ammianus 19 c. 8, [Valeſ. c. 5.]

¶ Stolidĭtas, ātis, thorheit, tumheit. Florus 3 c. 3 n. 12 *quadam ſtoliditate barbarica.* Et lib. 4 c. 12 n. 16 *apud paris homines ſtoliditatis.* Et Gellius 18 c. 4 *Ipſo Lentulo ſtolidior eſt & vanior, qui ignorat, ejusdem ſtultitiæ eſſe vanitatem & ſtoliditatem.*

STŎLO, ōnis, maſcul. ramus ſuperfluus enatus ex radice arboris aut ſtirpe, ein ausſprößling aus der wurtzel, nebenſchoß, Plin. 17 c. 1. ¶ 2. Inde *Stolonum* cognomen apud Romanos. Varro 1 de Re Ruſtica c. 2 *Nam Stolonis illa lex, quæ vetat plus D jugera habere civem Rom. & qui propter diligentiam culturæ Stolonum confirmavit cognomen, quod nullus in ejus fundo reperiri poterat ſtolo, quod effodiebat circum arbores e radicibus, quæ naſcerentur e ſolo, quos ſtolones appellabant* &c. Fuit autem hoc Liciniæ gentis cognomen.

STŎMĂCĂCE, es, στομακάκη, vitium gingivæ, cum dentes decidunt, die mundfäule, der ſcharbock. Plin. 25 c. 3 *In Germania trans Rhenum caſtris a Germanico Cæſ. promotis, maritimo tractu fons erat aquæ dulcis ſolus, qua pota, intra biennium dentes deciderent, compagesque in genibus ſolverentur. Stomacacen medici vocabant & Scelotyrben ea mala.* Meminit & Strabo lib. 16.

STŎMĂCHVS, i, στόμαχος, canalem in genere ſignificat, qualis eſt *Oeſophagus*, per quem cibus ex ore deſcendit in ventriculum, der ſchlund. Plin. 11 c. 36 *Summum gulæ fauces vocantur, extremum ſtomachus.* Cic. de Nat. Deor. 1 c. 54 *Linguam ad radices ejus hærens ſtomachus excipit, quo primum illabuntur ea, quæ accepta ſunt.* Seneca epiſt. 2 *Faſtidientis ſtomachi eſt, multa deguſtare.* ¶ 2. Aliquando & ventriculum ipſum *Stomachus* ſignificat, a στόμα & ἔχω, quia alimenta & accipit, & per alia effundit, der magen. *Stomachus imbecillus*, apud Celſum 1 c. 2; & *infirmus*, lib. eodem c. 8. Et Horat. 2 ſat. 2 v. 38

Jejunus ſtomachus raro vulgaria temnit.

Et v. 18 *Latrantem ſtomachum bene lenit cum ſale panis.*

Ibidem v. 43 *mala copia quando*
Ægrum ſollicitat ſtomachum.

Sic, *Laborare ſtomacho*, Celſ. 1 c. 8. *Eſſe languenti ſtomacho*, Cœl. ad Cic. 8 fam. ep. 13. Et Cic. ad Tironem 16 fam. ep. 6 *Jus dandum tibi non fuit, cum κακοστόμαχος eſſes*, i. e. ſtomachi vitiis laborares. Sueton. Calig. c. 58 *Marcente adhuc ſtomacho pridiani cibi onere.* Sic, *Stomachi diſſolutio*, id eſt, vomitus, Plin. 9 c. 48. *Stomachi roſiones*, Idem lib. 20 c. 17. *Stomachi reſolutio*, Celſ. 4 c. 5, unddulichkeit, cum cibi non tenax eſt, ſoletque deſinere ali corpus, ac ſic tabe conſumi. *Ciborum diverſitate reficitur ſtomachus*, Quintil. 1 c. 12. ¶ 3. Et *Stomachus* ea vis eſt animi, quæ res aut ſuæ amicas naturæ, aut inimicas atque contrarias vel appetit vehementer, vel averſatur & abhorret, ut ſtomachus cibos. Plin. 6 epiſt. 2 *Mei certe ſtomachi hæc natura eſt, ut nihil niſi totum & merum velit*, meine luſt oder gemüths-art iſt dieſe, &c. Cic. 7 fam. epiſt. 1 *Ludi apparatiſſimi, ſed non tui ſtomachi*, ſie würden dir nicht gefallen haben. Quintil. 6 c. 3 extr. *Hæc aut Catonis animo, aut Ciceronis ſtomacho ferenda ſunt.* vide Buchner. ad Plinii 9 epiſt. 17 n. 541. ¶ 4. *Stomachus* pro indignatione aut odio, unluſt, unwille, verdrüßlichkeit. Cic. ad Cœlium 2 epiſt. 16 extr. *Hoc adſperſi, ut ſcires, me tamen in ſtomacho ſolere ridere.* Idem ad Qu. fratr. 3 epiſt. 8 *Epiſtola plena ſtomachi ac querelarum.* Et ad Brut. epiſt. 13 *Scribere ad te multa non poſſum præ ſolicitudine & ſtomacho.* Hinc, *Stomachum facere, movere*, unluſtig und ungedultig machen: Cic. ad Attic. 6 epiſt. 3 *Ille mihi riſum magis quam ſtomachum movere ſolet.* Idem 1 fam. epiſt. 9 *Vt mihi ſtomachum facerent.* Et, *Eſſe majori ſtomacho*, viel verdrüßlicher ſeyn, Idem ad Attic. 5 epiſt. 1. *Non ſine ſtomacho*, nicht ohne unwillen, zorn, unluſt, Idem ad Qu. fratr. 3 epiſt. 5.

¶ Stŏmăchĭcus, a, um, στομαχικὸς, ſtomacho laborans, magenſiech, dem der magen weh thut, Plin. 20 c. 9, & 25 c. 5.

¶ Stŏmăchor, ātus ſum, ari, ſtochern, ungedultig, unleidlich, unwillig und wunderlich ſeyn, keiffen. Terent. Eunuch. 2, 3 v. 31 *Id adveniens ſtomachabar modo.* Cicer. ad Attic. 14 epiſt. 21 *Amariorem me ſenectus facit: ſtomachor omnia.* Et, *Non dubito, quin mirere, atque etiam ſtomachere, quod tecum de eadem re ago ſæpius*, ad Attic. lib. 16 epiſt. ult. Et Horat. 1 epiſt. 1 v. 104 *Et prave ſectum ſtomacharis ob unguem.* Seneca epiſt. 12 *Occaſionem ſtomachandi arripere.*

¶ Stŏmăchans, tis, unwillig, zornig, ungehalten. Cicer. de Clar. Orat. c. 95 *Sæpe videbam iraſcentem & ſtomachantem Philippum.* Idem 4 ad Attic. epiſt. 16 *Stomachantes alii judices.*

¶ Stŏmăchātus, a, um, idem. Apulej. Met. lib. 5 *Seſe proripit infeſta & ſtomachata biles Venerias*, i. e. indignabunda ut Venus, cum bili concitatur.

¶ Stŏmăchābundus, a, um, idem. Gellius 17 c. 8 *Puer atrocibus oculis ſtomachabundus.*

¶ Stŏmăchōſus, a, um, qui facile iraſcitur & placatur, Græcis ἀκρόχολος, eifferig, voll zorn. Senec. 1 de Ira c. 4 *Nec minus ſtomachoſum, rabioſum, clamoſum, difficilem, aſperum* (dicimus,) *quæ omnia irarum differentiæ ſunt.* Et, *Stomachoſiores litteræ*, zornigere, beſchwerlichere brieffe, Cic. 3 fam. epiſt. 11.

¶ Stŏmăchōſe, adverb. idem. Cic. 10 ad Attic. epiſt. 5 *Reſcripſi ei ſtomachoſius.*

¶ Subſtŏmăchor, ari, aliquantulum ſtomachari, etwas zürnen. Auguſtinus Confeſſ. lib. 3 extremo: *ſubſtomachans inquit.*

STŎMĂTĬCE, es, στοματικὴ, oris medicamentum, mund-artzney. Plin. 23 c. 6 *Medicamentum, ſtomatice vocatur, utiliſſimum oris vitiis*, &c. conf. ibid. c. 7; & lib. 22 c. 9; & lib. 24 c. 11 & 13.

¶ Stŏmătĭcus, a, um, qui oris ulceribus laborat, der ein geſchwär im munde hat, a στόμα, στόματος, Plin. 24 c. 14.

STŎMŌMA, ătis, στόμωμα, Latini *aciem* dicunt: fit ex ferro ſæpius liquefacto, & a recrementis purgato, ſtahl. Sic vulgo. Plinius autem lib. 34 c. 11 *Stomoma* dicit *vocari ſquamæ* [æris] *genus ſubtilius, ex ſumma lanugine decuſſum.* Dictum a στομόω, quod *roboro, durum facio*, ſignificat. Sic, *Squama ſtomomatis*, hammerſchlag.

STŎRAX, ăcis, στόραξ, vel στύραξ, ſic dicta, quod ſit gutta arboris profluens & congelata, hartz von bäumen. vid. Iſidor. 17 c. 8; deque ejus natura, Plin. 12 c. 18; & 24 c. 6. conf. infra *Styrax*.

STŎREA, æ, φορμὸς, eine geflochtene decke, ſaltzdecke, flechte, a στορέννυμι, *ſterno.* Scribunt & *Storia.* Livius 30 c. 3 extr. *Numidæ præcipue arundine textis Storeaque pars maxima tectis paſſim nullo ordine* &c. Cæſar 2 de B. C. c. 9 *Storeas autem ex funibus ancorariis tres in longitudinem parietum turris, latas IV pedes fecerunt: easque ex tribus partibus, quæ ad hoſtes vergebant, eminentibus trabibus circum turrem præpendentes religaverunt*, &c.

STRĂBO, ōnis, & Strabus, στραβὸς, στραβων, cui oculi diſtorti ſunt, ein ſchielender. Horat. 1 Serm. ſatyr. 3 v. 43

At, pater, ut gnati, ſic nos debemus amici,
Si quod ſit vitium, non faſtidire: ſtrabonem
Appellat pætum pater; & pullum, male parvus
Si cui filius eſt:

vide ſupra *Pætus*; & ex Varrone & Lucilio Nonium c. 1 n. 109. *Inter cæcos ſtrabo rex eſt*; vel, *regnat ſtrabus*, id eſt, inter indoctos ſemidocto ſapere facile eſt, vide Chiliadas. Et hinc *Strabonum* cognomina, uti Plinius notat lib. 11 c. 37. ¶ 2. *Strabo, onis*, Στραβων, genere Cappadox, patria Amaſenus ex Ponto, neque obſcuro genere natus fuit. Qui litteris omnibus cum eruditus, & in philoſophia Peripatetica haud leviter eſſet verſatus, Stoicos tamen ſectatus eſt. Stoicum enim diſerte Stephanus & Suidas nominant. Scripſit Geographiam, quæ exſtat, opus accuratiſſimum & omnium rerum ſcientiâ varium, & maximi faciendum. Adducit etiam atque interpretatur multa carmina Homerica, philoſophiæ Homericæ ſummus ipſe admirator, ac rerum omnium inveſtigator diligentiſſimus. Scripſit hos libros ſenex; edidit certe, cum ante edidiſſet hiſtorias. Vixit Auguſti Tiberiique temporibus, quod ex ipſo poteſt conſtare. Vide vitam ejus a Caſaubono editam, itemque Voſſium lib. 2 de Hiſt. Græcis c. 6.

¶ Străbus, a, um, ſchielend. Nonius l. c. *Strabones ſunt, quos ſtrabos nunc dicimus.* Varro apud Priſcian. lib. 6 *Non hæc res de Venere pæta ſtrabam facit ἑτερόφθαλμον.* Et Ovid. de Arte am. 2 v. 659, ut corrigit Heinſius: *Si qua ſtraba eſt, Veneri ſimilis, ſi rava, Minervæ.*
¶ 2. *Strabas* vocabant pyras, ex armis, inſtrumentis bellicis conſtructas, quales ſuâ etiam ætate barbaras gentes condidiſſe, Papinii ſcholiaſtes Lutatius ſcribit. vid. Notas Fr. Lindebrogii ad Jornandem, & Kirchman. de Funerib. lib. 3 c. 18.

¶ Străbōnus, i, idem quod *Strabo.* Petron. Fragm. Tragur. p. 40 *Strabonus eſt, non curo.* conf. Reineſ. ad h. l. p. 99.

Strages, ſtragula, &c. vide ſupra *Sterno.*

STRĀMEN, ĭnis, a *ſtratu* ſine dubio dictum eſt, ſtroh, oder was untergeſtreuet wird; ut, *Tecta ſtramine caſa*, Ovid. 5 Metam. v. 447, eine hütte mit einem ſtrohdach. Et Virg. Æn. 11 v. 67

Hic juvenem agreſti ſublimem in ſtramine ponunt.

¶ Strāmentum, i, idem. Horat. 2 ſat. 3 v. 117 *Stramentis incubare.* Et Plaut. Trucul. 2, 2 v. 23 *Noctem in ſtramentis pernoctare perpetem*, das ſtroh drücken. Plin. 18 c. 3 *Quies ſomnusque in ſtramentis.* Liv. 25 c. 39 *Pars ignis eſcas, ſtramenta arida tectis injiciunt.*

¶ Strāmĭnĕus, a, um, ſtrohern. Propert. 2 eleg. 16 v. 20

Straminea poſſet dux habitare caſa.

Quidam ex Scaligeri codice *Graminea* legunt. Sed tamen idem fere Ovidius dixit 2 Amor. eleg. 9 v. 17

Roma niſi immenſum vires promoſſet in orbem,
Stramineis eſſet nunc quoque tecta caſis.

¶ Stramentĭtius, a, um, idem. Onomaſticum: *Stramentitius*, καρφώδης. Habet & Petron. in Satyric.

¶ Stramentārius, a, um, zum ſtroh gehörig; ut, *falces ſtramentariæ*, heckerlings-ſenſen, Cato R. R. c. 10.

¶ Subſtrāmen, ĭnis, eine ſtreu. Varro R. R. 3 c. 6 *Idoneum eſt ad ſubſtramen pullorum.* Ibidem c. 10 *Molle habeant ſubſtramen e palea.* Et Silius 12 v. 444 *Lubrica ſubſtramina.*

¶ Subſtrāmentum, i, idem. Cato R. R. c. 161 *Aſparagum ſubſtramentis per hiemem operito, ne peruratur.*

STRĀMŌNIA, æ, herba *ſolano* ſimillima, ſed folia habens *opium* redolentia, *floribus albis*, Matthiol.

STRANGIA, æ, στραγγίας, genus tritici in Græcia, Plin. 18 c. 7.

STRANGŬLO, avi, atum, are, a στραγγαλέω, gulam ſtringendo necare, ſuffocare, würgen, erwürgen, erſticken. Cœlius Ciceroni 8 fam. epiſt. 15 *comprehendit & ſtrangulavit.* Sueton. Claudio c. 27 *Druſum Pompejus impuberem amiſit, pyro per luſum in ſublime jactato, & hiatu oris excepto ſtrangulatur.* Tralate Juvenalis ſatyr. 10 v. 12

Sed plures nimia congeſta pecunia curâ Strangulat.

Et Statius 2 Silv. 2 v. 150

Non tibi ſepoſitas infelix ſtrangulat arca Divitias,

i. e. uſus adimit, & ſtringit, velut vinculis ad interitum. vid. de hac locutione Lipſ. Manud. ad Stoic. Philoſ. Matth. Raderum ad Martial. lib. 2 epigr. 32. Deſider. Herald. eodem loco; Joh. Bourdilotium ad Petron. lib. 139, & Barth. Adverſ. lib. 169 c. 7. Quintilianus procemio lib. 8 *Illa quæ curam fatentur, & ficta atque compoſita videri etiam volunt: nec gratiam conſequuntur, & fidem amittunt, propter id, quod*

ſenſus

sensus obumbrant, & velut læto gramine sata strangulant, wie gar, zu grosse geilheit die saat ersticket.

¶ Strangŭlātus, a, um, erwürgt, erstickt. Plin. 7 c. 7 *Fabius in lactis haustu uno pilo strangulatus.* Idem lib. 32 c. 10 *Ranas strangulatas in oleo adalligant.*

¶ Strangŭlātus, ûs, substant. die würgung, erstickung, verstopffung; ut, *Strangulatus vulvæ*, Plin. 7 c. 7; & 26 c. 15.

¶ Strangŭlātio, ōnis, idem. De cumino Plin. 20 c. 15 *Strangulationes vulvæ potum in vino aperit.*

¶ Strangŭlātor, ōris, ein erwürger. Spartianus Severo c. 14 *Narcissum, Commodi strangulatorem, leonibus objecit.*

¶ Strangŭlātrix, īcis, eine erwürgerin; ut, *Manus strangulatrix faucium*, Prudent. in Romano v. 1103.

¶ Strangŭlābĭlis, e, erworglich. Tertull. de Anima c. 32 *Submersu piscinarum strangulabilis.*

¶ Adstrangŭlātus, a, um, gewürgt, erdrosselt. Minucius Felix c. 30 *Filios adstrangulatos misero mortis genere elidere.*

¶ Obstrangŭlātus, a, um, idem. Prudent. καθημερ. 7 v. 10 *Obstrangulata mens.*

STRANGŪRIA, æ, στραγγουρία, a στραγγαλέω, seu στραγγίζω potius, i. e. *strangulo, guttatim exprimo*, & τὸ οὖρος, *urina*, difficultas urinæ est ex constrictione meatûs, der harnstrang. Cicero 2 Tuscul. Quæst. c. 19 de Epicuro: *Forticulum se in torminibus & in stranguria sua præbet.* Meminit hujus mali Plinius multis locis, etiam pluraliter, ut lib. 24 c. 13 *Aspalathus discutit strangurias.* conf. Cato de R. R. c. 127.

¶ Strangūriōsus, a, um, stranguriâ laborans, der schwerlich harnet, Marcell. Empir. c. 26.

STRĂTĀGĒMA, ătis, vel *Strategema*, στρατήγημα, militaris astutia, eine kriegs-list. Cic. ad Att. 5 epist. 2 *Stratagemate hominem percussit*, id est, astu elusit. vide Manutium. *Solertia facta*, Frontinus præfat. & Nepos in Eumene c. 5 *Callida inventa*, hujusmodi stratagemata vocat. Cicero 3 Nat. Deor. c. 6 *Consilium illud imperatorium, quod Græci στρατήγημα appellant.* Et Valer. Max. 7 c. 4 de Stratagematis, princ. *Illa vero pars calliditatis egregia, & ab omni reprehensione procul remota, cujus opera, quia appellatione nostra vix apte exprimi possunt, græca pronunciatione STRATAGEMATA dicuntur.* Prostant Polyæni libri 8, & Frontini libri 4 Strategematum.

¶ Stratagēmătĭca, ōrum, substant. στρατηγηματικά, i. e. solertia ducum facta, sive Stratagemata, kriegs-räncke, Frontin. præf. lib. 1 Strateg.

Stratea, Strategēum, strategia, vide *Sterno*, *Strategus*.

STRĂTĒGUS, i, στρατηγός, dux exercitus, ein feld-oberster, kriegs-oberster: apud Plautum legitur in Curcul. 2, 3 v. 6 *Nec strategus, nec tyrannus quisquam:* & in Sticho 5, 4 v. 20 *Strategum te facio huic convivio*, i. e. *ducem.* Designat autem magistrum convivii, sive συμποσίαρχον. vide *Magister*.

¶ Stratēgēum, i, στρατηγεῖον, i. e. prætorium, das haupt-quortier, des obersten gezelt. Vitruv. 5 c. 9 *Smyrnæ strategeum.* vid. Bald. p. 117.

¶ Strătēgia, æ, στρατηγία, præfectura, die vogtey; apud Plin. 6 c. 9 de Armenia: *Dividitur in præfecturas, quas ii strategias vocant.* Idem lib. 4 c. 11 pr. *Thracia in strategias quinquaginta divisa.*

¶ Archistratēgus, i, Hieronymus in Obadiæ prophetiam v. 1 græce usus est: *Ego ero ἀρχιστρατηγὸς præliorum.*

STRĂTIŌTES, æ, στρατιώτης, miles, ein soldat. ¶ 2. Item millefolium, herba, garben, στρατιώτης χιλιόφυλλος, quæ & *folium militare*, Plin. 24 c. 18. *Stratiotice* dicitur Apulejo de Herb. c. 88.

¶ Stratiōtĭcus, a, um, στρατιωτικός, militaris, soldatisch, kriegerisch; ut, *Stratioticus nuncius*, Plautus Pseud. 2, 2 v. 9.

STRĂTŎCLES, is, & Democlides, Στρατοκλῆς καὶ Δημοκλείδης, reipub. regendæ præfecti, *ad messem auream*, ἐπὶ τὸ χρυσοῦν θέρος mutuo sese invitare consueverunt: Sic autem per jocum tribunal & curiam appellantes, *messem* scilicet *omnem molestiarum*: Plutarch. in opere de civili institutione.

STRĂTŌNĪCE, es, vel Stratonicēa, æ, urbs Cariæ, Macedonum colonia. ¶ 2. *Stratonice*, Ariarathis Cappadocum regis filia, uxor Eumenis, Pergami regis, cui Attalum peperit, regni successorem, Strab. lib. 13. ¶ 3. Alia *Stratonice*, filia Demetrii Poliorcetæ, uxor Seleuci, quam ille filio Antiocho ex amore ægrotanti, concessit: Plutarch. in Demetrio.

¶ Stratonicensis, e, adject. apud Livium 33 c. 18.

STRĂTŎNĪCUS, i, citharœdus fuit sub Ptolemæo, cui non satis apposite de sua arte judicanti aliquando respondit: *Alia res sceptrum, alia plectrum*, ἕτερόν ἐστι σκῆπτρον, ἕτερον δὲ πλῆκτρον, Athen. lib. 8. Idem, cum in gymnasio, ubi docebat, haberet novem Musarum imagines, itemque Apollinis, & duos discipulos, interrogareturque, quot haberet discipulos, respondit: σὺν θεοῖς δώδεκα, *cum diis duodecim.* Rursus cum vocatus ad audiendum citharœdum invita eum canere Minerva animadvertisset, dixit:

> Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατήρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε; i. e.
> *Illi concessit pater hoc, ast abnuit illud;*

Significans id, *Malum esse citharœdum: dedit huic quidem Apollo, bene autem canere abnuit*, Athen. lib. 6. ¶ Alius *Stratonicus* fuit Philippi Macedonum regis & Alexandri deinde filii quæstor, homo ditissimus: ex quo illius nomen in proverbium abiit, sicut Crassi apud Latinos, ut Diodorus Siculus & Ælianus prodiderunt. Ad eum pertinet, quod Plautus Rudente 4, 2 v. 27 ait:

> *Post animi caussa mihi navem faciam, atque imitabor Stratonicum,*
> *Oppida circumvectabor* &c.

Strator, stratum, stratura, vide supra *Sterno*.

STRĒBŬLUS, a, um, obliquus, inversus, a στρεβλός, streiblicht; ut, *caro strebula, quæ taurorum e coxendicibus demitur*, Arnob. lib. 7 p. 230 & 231. *Strebula Umbrico nomine Plautus appellat coxendices hostiarum*, Festus.

STRĒNA, æ, munus festivum, ξένιον, ein geschenck zum neuen jahr; ut, *Strenas ineunte anno recipere*, apud Sueton. in Calig. c. 42. Festus: *STRENAM vocamus, quæ datur die religioso ominis boni caussa.* Vet. Gloss. *Strenua*, (lege *strena* cum Casaubon.) ἐναρχισμός, θαλλός. Symmachus 10 epist. 28 *Ab exortu pæne urbis Martiæ strenarum usus adolevit, auctoritate Tatii regis: qui verbenas felicis arboris ex luco Strenuæ anni novi auspices primus accepit* &c. Has *strenas* igitur clientes patronis, cives principibus dare solebant, quod ultimum quidem sub Augusto cœpit, Tiberius vero prohibuit, sed mox Caligula revocavit. vide Suet. August. c. 57, Tiberio c. 34, & Calig. c. 42, ibique interpretes: Casaubonum præcipue in Augustum. ¶ *Strenam* Festus dictam vult quasi *trenam* præposita S littera &c. Consentiunt Scalig in not. ad Festum. Item in poëtica 3 c. 24. Beroald. in Sueton. August. c. 57. Alii a *Strenuitate* deducunt; ut Nonius c. 1 n. 56. Symmach. 10 epist. 35. Barth. Advers. 53 c. 12. A *Strenia* vel *Strenua* Dea, derivat Augustin. de Civ. Dei 4 c. 16. conf. Symmach. l. c. Martinius in Etymol. a στερεῶν, *firmare* deducit, eo quod strenis firmarent favores & amicitias. conf. Donatus in Sueton. Tiber. c. 34 p. 577.

STRĒNUUS, a, um, alacer, promtus & expeditus ad rem gerendam, tapffer, rechtschaffen, hurtig zur arbeit. Terent. Phorm. 3, 1 v. 12 *Phormio itidem in hac re, ut in aliis, strenuum hominem præbuit*, er hat sich tapffer bewiesen. Vetus Scholiastes ad illud Horatii lib. 1 epist. 7 v. 46

> *Strenuus & fortis caussisque Philippus agendis Clarus* &c.

Strenuum efficacem interpretatur. Sic, *Strenuus bello*, Nepos Datam. 1 c. 3. Compar. *Strenuior* pro *magis strenuus*: Plaut. in Epid. 3, 4 v. 10 *Strenuiori deterior si prædicet suas pugnas, de illius ore fiunt sordidæ.* Superlat. *Strenuissimus*: Plin. 18 c. 5 *Fortissimi viri & milites strenuissimi.* Et Sallust. Catil. c. 60 *Strenuissimus quisque aut occiderat in prælio, aut graviter vulneratus discesserat.*

¶ Strēnue, adverb. tapffer. Cic. ad Qu. fratr. 2 epist. 2 *Domus utriusque nostrûm ædificatur strenue.* Superlat. *Strenuissime*, apud Vegetium 1 c. 17. Etiam Eutropius 9 c. 9 *Aurelianus Gothos strenuissime vicit.*

¶ Strenuĭtas, ātis, die tapfferkeit. Ovid. 9 Metam. v. 320

> *Strenuitas antiqua manet.*

¶ Strēnuo, are, strenuum se gerere, tapffer seyn. Plaut. Pseud. 2, 2 v. 34 *Dum tu strenuas, res erit soluta.*

¶ Instrenuus, a, um, untüchtig, ungeschickt, feige. Terent. Heaut. 1, 1 v. 67 *Etsi illud inceptum tamen animi est prudentis signum, & non instrenui.* Habes & apud Plaut. Mostell. 1, 2 v. 24; & Sueton. Vespas. c. 4 *non instrenuo duce.*

¶ Instrenue, adverb. idem. Justin. 17, 2, 1 *Lysimachus non instrenue moriens.*

STRĔPO, ui, ĭtum, ĕre, strepitum facere, ein getümmel, geräusch machen, rauschen, prasseln; ut, *Strepunt aures clamoribus plorantium*, Livius 22 c. 14. Et Cicero 1 de Divinat. c. 16 *Cum Achivi cœpissent inter se strepere.* Silius 4 v. 10 *subitusque per omnem*

> *Ausoniam Mavors strepit.*

¶ Strĕpĭtus, ûs, subst. *pedibus* fit & *manibus*, ein geräusch, getümmel mit den händen und füssen, Vall. lib. 4 c. 29. Sic, *Concursus hominum forique strepitus*, Cicero de Clar. Orat. c. 92. Et in Verr. 2 c. 15 extr. *Non strepitu, sed maximo clamore suam populus Rom. significavit voluntatem.* Et Tibullus lib. 1 eleg. 2 v. 35

> *Neu strepitu terrete pedum*, &c.

¶ Strĕpĭto, are, frequent. rauschen, turniren. Virg. 1 Georg. v. 413

> *Inter se foliis strepitant.*

¶ Strepĭtans, tis, rauschend, klappernd; ut, *Arma strepitantia*, Tibull. 2 eleg. 5 v. 73. Idem 2 eleg. 2 v. 17 *Strepitantibus advolare alis.* Et Silius 9 v. 280 ex membranis Modii:

> *multum strepitantibus armis.*

¶ Strĕpĕrus, a, um, idem; recentioris notæ vocabulum.

Composita:

¶ Adstrĕpo, ĕre, betäuben, zuruffen. Plinius Panegyr. c. 26 *Plerique irritis precibus surdas principis aures adstrepebant.* Tacitus 11 Annal. c. 17 *Adstrepebat huic alacre vulgus*, hoc est, strepitu applaudebat.

¶ Circumstrĕpo, ĕre, umher ein geräusch machen, herum toben. Seneca de Beata Vita c. 11 *A voluptate occupatus quomodo resistet labori, ac periculo, egestati, & tot humanam vitam circumstrepentibus minis?* Tacitus 11 Annal. c. 31 *Certatim cæteri circumstrepunt*, id est, circa illum loquuntur. Passive Idem 1 Hist. c. 44 *Legatus clamore seditiosorum ac fugacium circumstrepitur.* Hinc

¶ Circumstrĕpĭtus, a, um, strepitu impulsus, angefüllt mit geräusch. Apulej. Apolog. *Fenestræ canticis circumstrepitæ.* Sidon. 7 epist. 8 *Aures incondito tumultu circumstrepitæ.*

¶ Constrĕpo, ĕre, una strepere, knistern, knarren. Gellius 4 c. 1 *Testimoniis & exemplis constrepebat.*

¶ Instrĕpo, ĕre, idem. Virgilius 3 Georg. v. 172

> *Sub pondere faginus axis*
> *Instrepat*, i. e. strideat, crepet.

Claudianus Consul. Mall. Theodori v. 222 *Dentibus instrepere*, mit den zähnen knirschen: Iratorum ac furentium est signum.

¶ Instrĕpĭto, are, frequentativum, hereinrauschen. Venantius Fortunatus 3 carm. 7 sive hymno paschali v. 26

> *Floribus instrepitans poplite mella rapit.*

¶ Interstrĕpo, ĕre, drein schnadern. Virg. eclog. 9 v. 36 *Videor*

> *argutos interstrepere anser olores.*

Potest etiam divise per anastrophen intelligi hoc modo: *inter argutos olores strepere.*

¶ Obstrĕpo, ĕre, dargegen murmeln. Sallustius Catil. c. 31 *Ad hoc, maledicta alia cum adderet, obstrepere omnes, hostem atque parricidam vocare.* Cic. pro Marcello c. 2 *Sed tamen hujusmodi res nescio quomodo, aut dum audiuntur, aut dum leguntur, obstrepi clamore militum videntur.* ¶ 2. Sed, *Laudi alicujus obstrepere*, Senec. Herc. furent. v. 1031, est obtrectare, entgegen seyn. Et, *Litteris alicui obstrepere*, Cic. 5 fam. epist. 4. Et in passivo Valer. Max. 8, 15, 8 *Quæ in Cn. Pompejum & ampla & nova congesta sunt, hinc assensione favoris, illinc fremitu invidiæ litterarum monumentis obstrepuntur.*

¶ Obstrĕpĭto, are, frequentativum. Claudianus 2 de Raptu Proserp. v. 355 *Obstrepitant lamenta choris.*

¶ Obstrepĭtācŭlum, i, quicquid strepitum opponit, klapperwerck. Tertullianus

tullianus 1 adverſ. Marc. c. 20 pr. *Defenſio neceſſaria eſt adverſus obſtrepitacula diverſæ partis.*

¶ Perſtrĕpo, ĕre, valde ſtrepere, hin und her ſchwermen. Terent. Eunuch. 5, 3 v. 52 *Abeunt lavatum, perſtrepunt* &c. ſie haben ein groß getümmel. Stat. 2 Achilleidos v. 76

Rumor in arcana jamdudum perſtrepit aula.

¶ Subſtrĕpo, ĕre, darzwiſchen ſchnadern. Apulej. Met. lib. 5 *Tertiata verba ſemianimi voce ſubſtrepens.*

STREPSĬCĔROS, ōtis, στρεψικέρως, animalis cornuti genus. Capitolin. in Pio c. 10; & Plin. 8 c. 53 extr.

STREPTOS, i, στρεπτὸς, *verſatilis*, torques apud Perſas, & inter ornamenta muliebria apud Pollucem 5 c. 16. ¶ 2. Vvæ genus: Plin. 14 c. 3 *Mirum ubique cum ſole circumagi uvam, quæ ob id ſtreptos vocatur.*

STRIA, æ, a *ſtringendo*, non minus ac *Strix* dicta eſſe videtur, eine faltze, runtzel, ſtreiff. *Stria*, & *Strix, ſtrigis*, στρὶξ, in hoc differunt, cum utraque ſit in eo columnarum genere, quod *ſtriatum* dicitur, ut *Stria* ſit pars *eminula*; *Strix* vero *canaliculus* & *ſulcus*, quo ſtria una ab altera diſcernitur. *Striges*, die holen fürchlein; *Striæ*, die erhabenen faltzen an den ſeulen, Vitruvius 4 c. 3. conf. Baldi Lexic. Vitruv. p. 117. Sed *Strix* vide in *Stringo*. ¶ 2. *Striæ* in herbis protuberantes ſunt partes, die erhabenen ſtriemen an den kräutern; Ruell.

¶ Strio, āre, ſtrias formare, ſtreiffe machen, leiſten ziehen. Vitruvius 4 c. 3 *Columnas ſtriari viginti ſtriis oportet.* ¶ 2. Et *Striare* dicuntur *boves*, dum in arando verſus ducunt, Plinius 18 c. 19.

¶ Striātus, a, um, mit faltzen gemacht; ut, *Striatæ columnæ*, vide interpretes Vitruvianos extremo lib. 3. Et, *Frons ſtriata*, eine runtzlichte ſtirn, Apulejus Met. lib. 10. Et, *Conchula ſtriata*, Idem Apolog. p. 297 edit. Elmenh.

¶ Striātūra, æ, ipſa forma ſtriata, die faltzung, hohlrichtung. Vitruvius lib. 4 c. 3 *Perfectionem ſtriaturæ habere.* Sidon. 4 c. 8 *Senis cavari ſtriaturis.*

STRIBLĪGO, vel Strĭbĭlĭgo, ĭnis, inconveniens orationis compoſitio, ſolœciſmus, die unförmlichkeit der rede. Gellius 5 c. 20 *Solœciſmus vetuſtioribus Latinis* STRIBLIGO *dicebatur, a verſura videlicet, & pravitate tortuoſæ orationis.* Arnobius lib. 1 p. 36 *Stribiligines & vos iſtas libris illis in maximis atque admirabilibus non habetis?* vid. Elmenhorſt. p. 54. Origo eſt a στρεβλὸς, *pravus*.

Strictabilla, ſtrictim, ſtrictor, ſtrictura &c. vide mox in *Stringo*.

STRĬCVLVS, i, pro *hyſtriculus*, i.e. pilis veſtitus, rauch. Arnobius lib. 5 p. 174 *In ſpeciem duri atque ſtriculi puſionis.* conf. Heraldi Animadverſ. p. 215; & Turneb. Adverſ. 7 c. 20; & 11 c. 22.

STRĪDEO, ui, ēre, & Strido, di, ĕre, proprie funium eſt, cum agitati ſtrepitum edunt, rauſchen, knarren, kirren, ziſchen. Plin. 9 epiſt. 26 *Quum ſtridunt funes, curvatur arbor, gubernacula gemunt,* &c. Ad alia hinc applicatur. Lucret. lib. 2 v. 410 *Horror ſtridentis ſerræ.* Virg. 4 Georg. v. 262 *Mare ſtridet reſluentibus undis*: & Lucanus 6 v. 179

ſtrident oculis ardentibus ignes.

Rurſus Virg. 1 Æn. v. 449

Foribus cardo ſtridebat ahenis.

Horat. 2 ſatyr. 8 v. 78

Stridere ſecreta diverſos aure ſuſurros.

¶ Strīdor, ōris, das geräuſche, geziſche. Virg. 1 Æn. v. 87

Inſequitur clamorque virum ſtridorque rudentum.

Sic, *Stridor ſerræ*, Cic. Tuſcul. 5 c. 40. *Stridor animarum* ſive *umbrarum*, quem inſepulto corpore easdem facere Homerus finxit. vid. Caſp. Gevart. ad Stat. lib. 2 Silv. 1.

¶ Stridŭlus, a, um, ſtridens, rauſchend; ut, *Stridula plauſtra*, knarrende wagen, Ovid. 3 Amor. eleg. 12 v. 30. *Fax lacrymoſo ſtridula fumo*, praſſelnd, Idem Metam. 10 v. 6.

¶ Inſtrīdo, ere, idem quod *ſtridere*. Silius 14 v. 437 *Fax*

Ambuſto inſtridens pelago.

¶ Subſtrīdo, ere, etwas rauſchen. Ammianus 16 c. 4 *Ira exundante ſubſtridens*, i. e. aliquantum ſtridens.

STRIDON, ōnis, vel Stridona, æ, legunt & Sidrona, oppidum fuit in confinio Dalmatiæ & Pannoniæ, a Gothis everſum, S. Hieronymi patria.

¶ Stridonenſis, e, adject. ita Hieronymus dictus eſt.

Striga, ſtrigilis &c. ſtrigium, ſtrigmentum, ſtrigo, &c. vide ſequens *Stringo*.

STRINGO, ſtrinxi, ſtrictum, ſtringĕre, comprimere, ſtreiffen, zücken, drücken; ut, *Stringere frondes*, laub abſtreiffen, Virg. eclog. 9 v. 61. Idem Æn. 10 v. 569 *Stringere enſem*, ein ſchwerd zücken. Liv. 7 c. 5 *Procul inde omnibus abire juſſis, cultrum ſtringit.* vide Nonium de variis hujus verbi ſignificationibus c. 4 n. 442. ¶ 2. *Hunc primum levis haſta ſtrinxerat*, Virg. Æn. 9 v. 577, der ſpieß hat ihn geſtreifft oder gerühret. *Stringere ripas*, Idem Æneid. 8 v. 63, am ufer hinfahren. *Parentis rem ingluvie ſtringit*, i. e. devorat, er jagt es durch die gurgel, Horat. 1 ſat. 1 v. 8. Et paſſive, *Gelidai ſtringor aquai*, Lucret. 3 v. 694.

¶ Strictus, a, um, geſtreifft, gezückt; item, ſtreng, genau; ut, *Folia ex arboribus ſtricta*, Cæſ. B. Civ. 3 c. 58. *Strictæ frondes*, Horat. lib. 1 epiſt. 14 v. 28. *Inſequi aliquem gladio ſtricto*, Cic. 2 Philipp. c. 9. *Jus ſtrictum*, i. e. jus ſummum, ſcharff recht. *Stricta lex*, Statius 3 Silv. 5 v. 87. Compar. *Strictior*: Dialog. de Orator. c. 25 n. 6 *Strictior Calvus, numeroſior Aſinius, ſplendidior Cæſar*, hoc eſt, qui oratione utitur ſtricta & conciſa, forti tamen & nervoſa. Superlat. Ovid. Remed. Am. v. 233 *Sed tamen eſt artis ſtrictiſſima janua noſtræ.*

¶ Stricte, ſtrictius, ſtrictiſſime, adverb. genau. Cic. de Amicit. c. 16 *Obſervare ſtricte, ne plus reddat, quam acceperit*; (Gruterus hîc *reſtricte.*) Palladius 1 c. 6 *Poſt bonam vindemiam ſtrictius: poſt exiguam latius puta.* Gellius 16 c. 3 *Faſciis ventrem ſtrictiſſime circumligare.*

¶ Strictim, aliud adverb. compreſſius, breviter, ſtringendo ſingula vel certum aliquid, kurtz, kürtzlich, punctweiſe. Cic. pro Cluent. c. 10 *Ea, quæ copioſiſſime dici poſſunt, breviter a me ſtrictimque dicuntur.* Idem pro Roſc. Amer. c. 34 pr. *Videamus nunc ſtrictim.* Idem pro Cœl. c. 7 pr. *Poſuiſtis enim, atque id tamen titubanter & ſtrictim.*

¶ Strictīvus, a, um, ſtreifflich; ut, *Oleæ ſtrictivæ*, quæ manu ſtringuntur, apud Catonem R. R. c. 146, die ſich abſtreiffen laſſen.

¶ Strictor, ōris, qui manu decerpit oleam, poma, &c. ein ableſer der gartenfrüchte, Cato R. R. c. 144.

¶ Strictūra, æ, der ſtreiff, die kerbe. Petron. Satyric. p. 172 *Supercilia uſque ad malarum ſtricturam currentia.* ¶ 2. *Stricturæ*, ſcintillæ ferri candentis, cum cuditur, die glüenden funcken vom eiſen. Virg. 8 Æneid. v. 421

Stricturæ chalybum & fornacibus ignis anhelat.

¶ 3. *Stricturæ* item *maſſæ* ſunt *terræ*, ex quibus fit *ferrum*, eiſen-ertz, Plin. 34 c. 14. conf. Parei Lex. Crit. p. 1185.

¶ Strictipellæ, vel ſtrictivellæ, meretricum epitheton, quæ ſtringunt pellem, & rugas in facie extendunt, die ſich ſchniegeln. vid. Not. Gothofredi ad Varr. de L. L. 6 c. 3. Apud Gellium 3 c. 3 vocantur *Strativolæ*; vide ſupra in *Sterno*.

¶ Strĭga, æ, ductus rectus, oblongus, latitudinis nullius, vel modicæ, ein ſtrich, eine ordentliche linie. Colum. 2 c. 19 *Siccatum coarctare in ſtrigam.* Adde Frontinum p. 278, 321, 341, 342. ¶ 2. *Striga* etiam μεταίχμιον & ſpatium turmarum, in quo equi ſtringebantur, a quo nomen habet, ut docet Cariſius lib. 1 p. 85.

¶ Strĭgil, is, neutr. vel Strĭgĭlis, is, fœm. inſtrumentum ferreum ferratum, vel dentatum, quo jumenta & equi expoliuntur, a *ſtringendo* dictum, eine ſchrape oder ſtriegel, quo & in balneis utebantur. Perſ. ſat. 5 v. 126 *I puer, & ſtrigiles Criſpini ad balnea defer.*

Celſ. 6 c. 7 n. 1 *Medicamentum per ſtrigilem inſtillatur.* conf. Varro apud Nonium c. 3 n. 195. Et Petron. Satyric. p. 104 *Video Gitona cum linteis & ſtrigilibus.* Et Plaut. Stich. 2, 1 v. 77 *Strigilis rubiginoſa.* ¶ 2. *Strigiles* pro *Striis* habet Vitruvius 4 c. 4.

¶ Strĭgĭlĕcŭla, æ, parva ſtrigilis, eine kleine ſtriegel. Apulejus in Floridis ita deſcribit: *Juxtaque honeſtam ſtrigileculam recta faſtigiatione clauſulæ; flexa tubulatione ligulæ: ut & ipſa in manu capulo moraretur, & ſudor ex ea rivulo laberetur.* Figuram ipſam ſive imaginem ex monumentis antiquis exhibent Hieronymus Mercurialis lib. 1 Artis Gymnaſt. c. 8, itemque Laurentius Pignorius Tractatu de ſervis p. 40. Inde Apŭleji locus unice poterit illuſtrari.

¶ Strigilārius, i, qui ſtrigiles facit, ein ſtriegelbereiter. Gloſſ. gr. lat. ξυστροποιὸς, *ſtrigilarius*.

¶ Strigium vel Striglium, i, ſtriatura in columnis, der zug einer leiſten, die hohlrichtung, Vitruv. 4 c. 4. ¶ Hinc & *Hemiſtrigium*, ſemiſtriga, apud Gromaticos. vid. Rutgerſ. lib. 1 Var. Lect. c. 11.

¶ Strigmentum, i, plural. ſtrigmenta, ſordes, quæ a corporibus raduntur, unflat, ſo man vom leibe abkratzt. Plin. 9 c. 51 *Anguillæ atterunt ſe ſcopulis, ea ſtrigmenta viviſcunt.* Et Celſ. 2 c. 8 *Si ſanguis & ſtrigmenta deſcendunt.* ¶ 2. *Strigmenta* etiam dicuntur ſordes olei, quæ ex unctorum athletarum corporibus raduntur, Plin. 15 c. 4. Et Val. Maximus 9 c. 14 ſub fin. *Gymnicorum ſervo ſtrigmenta gymnaſii colligenti ſimilis.*

¶ Strīgo, ōnis, ſive Strigor, ōris, homo maleficus, ein unhold. Ita Muretus Var. Lect. 12 c. 19 legit in Plaut. Bacch. 2, 3 v. 46 *Longum eſt, ſtrigonem maleficum exornarier.* Feſtus & ejus caſtigator Scaliger, *Strigones*, inquiunt, *ſive Strigores*, ſunt *denſarum virium homines, quod inter ſe conſtricti atque arctati ſunt.*

¶ Strīgo, āre, antique pro *ſtringere*, de equis & jumentis dicitur, quando interquieſcunt, ad urinam mittendam; Germani vocant ſtallen, Phædrus 3 fab. 7 *Namque ubi ſtrigandum, & ubi currendum eſt, ſcio.* conf. Turneb. Adverſ. 24 c. 42; & Parei Lex. Crit. p. 1185, ubi plura aliorum loca, quæ Joſ. Scaliger correxit.

¶ Strigātus, a, um, per ſtrigas menſuratus, mit furchen abgemeſſen; ut, *Strigatus ager*, Aggenus in Agraria Gœſii p. 46.

¶ Strigōſus, a, um, ſtruppicht, mager und abgezehrt; ut, *Equus ſtrigoſus*, Gellius 4 c. 20. Compar. *Equi ſtrigoſiores*, apud Liv. 27 c. 47. Comparativo etiam uſi ſunt Frontin. lib. 1 c. 2 extr. & auctor vitæ Horatii c. 3. ¶ 2. *Orator ſtrigoſus* per metaphoram jejunus, der nicht beredt oder wortreich iſt, Cic. de Clar. Orat. c. 16. *Strigoſus* autem quaſi ſtrigibus & rugis deformatus dicitur. Nam

¶ Strix, ſtrigis, ruga eſt, ſive canaliculus in columna ſtriata, non ſecus ac ſtriga, die hohlkehle, runtzel. Vitruv. 4 c. 4 *Striarum & ſtrigium circuitus.* Feſtus: *Striges ordines rerum inter ſe conjuncte collocatarum, a ſtringendo dictæ.* conf. ſupra *Stria*. ¶ 2. *Strix*, avis nocturna inauſpicata, ſed quæ ſit, conſtare non arbitror, inquit Plin. lib. 11 c. 39, ein uhu, greulicher nacht-vogel. Hac ſignificatione *Strix* eſt a græco στρὶξ, ſive στρὶγξ, quod ἀπὸ τοῦ στριγγοῦ, *ſtridore*, unde & *Stringo*. Non ergo *Strix* ἀμέσως a *Strideo*, ut putare quis poſſet propter Ovidii lib. 6 Faſt. v. 139, ubi de Strigibus fabuloſis:

Eſt illis ſtrigibus nomen, ſed nominis hujus
Cauſſa, quod horrenda ſtridere nocte ſolet.

Adde Ovid. Met. 7 v. 270. Stat. Theb. 3 v. 511. conf. Torrent. ad 5 Epod. Horat. v. 20; & Fulleri Miſcell. 6 c. 7. ¶ 3. *Strix* pro muliere malefica, eine hexe. Petron. in Satyric. *Quæ ſtriges comederunt nervos tuos.* conf. Plaut. Pſeud. 3, 2 v. 31, cum not. Taubm. Et Feſtus: *Striges aves nocturnas, ut ait Verrius, Græci στρίγγας appellant; a quo maleficis mulieribus nomen inditum eſt, quas volaticas etiam vocant.*

¶ Stringŏtŏmium, i, culter anatomicus, ein radiermeſſer. Veget. de Re Vet. 2 c. 27 *Stringotomio decarnari.*

Compoſita:

¶ Adſtringo, vel Aſtringo, inxi, ictum, ĕre, feſt zuſammen ziehen, zuſammen halten; ut, *Arcte adſtringere*, Cic. de Fato c. 14. Contrarium huic verbum *relaxare* & *ſolvere* eſt. Celſus præfat. *Certæ quædam res ſunt, quæ ventrem aut adſtringunt, aut ſolvunt: Adſtringunt*, i. e. continent, vel ut ipſe alibi loquitur, *tenent*: hoc eſt, durum & preſſum reddunt, die da verſtopffen. ¶ 2. *Adſtringi neceſſitate*, Cic. 1 Nat. Deor. c. 7 extr. id eſt, cogi, durch noth gezwun-

gen werden. Sic, *Astringi lege*, Idem pro Cluent. c. 57. *Conditionibus suis aliquem adstringere*, Idem pro Quintio c. 5, einen an seinen fürschlag binden. *Adstringere se ad certa verba*, Quintil. 7 c. 4. *Adstringere orationem numeris*, Cicer. 3 de Orat. c. 44. ¶ 3. Terent. in Eunuch. 1, 2 v. 22 *Lege hac tibi meam adstringo fidem*, id est, confirmo, obligo. Et Cic. 3 Offic. c. 31 *Nullum vinculum ad adstringendam fidem jurejurando arctius*, es ist keine grössere verbindung. *Scelere se adstringere*, Cic. in Philipp. 4 c. 4. Et, *Adstringere se furti*, scilicet *crimine*, Plaut. Rud. 4, 7 v. 34, sich diebstahls schuldig machen.

¶ Adstrictus, vel Astrictus, a, um, zusammen gezogen, enge, kurtz gefaßt; ut, *Contracta & adstricta eloquentia*, Cicero de Dialectica loquens in Bruto c. 90. *Voluptatibus adstricti*, Idem Paradox. 1 c. 2, die sich den lüsten ergeben haben. *Est finitimus oratori poëta, numeris adstrictior*, id est, paullo magis alligatus ad numeros, Idem de Orat. 1 c. 16, mehr gebunden. *Gustus adstrictus*, ein geschmack, der das maul zusammen zieht, Plinius 27 c. 12. *Alvus adstrictior*, Celsus 1 c. 3, hartleibig, cui *fusior* opponitur. *Non adstricto percurrere socco*, i. e. laxo, Horat. 2 epist. 1 v. 174. ¶ 2. * *Adstrictus* est parens, qui nullos sumtus facit in voluptates, karg, sparsam, genau. Cic. lib. 3 fam. epist. 8 *cum & naturâ semper ad largiendum ex alieno fuerim adstrictior*. Propert. 2 eleg. 23 v. 17

Differet hac unquam, nec poscet garrula, quæ te
Adstrictus plores sæpe dedisse pater:

Adstrictus pater est attentus ad rem, nimis diligens. Tacit. Annal. 15 c. 18 *qui in tanta voluptatum dulcedine imperium non adstrictum, nec perseverum volunt*. Grævius.

¶ Adstricte, adv. arcte, cui opponitur *remisse*, streng, enge. Cic. 3 Orat. c. 48 *Theophrastus*, inquit, *putat orationem non adstricte, sed remissius numerosam esse oportere*. Et Plin. 3 epist. 18 sub fin. *Quæ pressius & adstrictius scripsi*. Et Seneca epist. 8 *Non paullo melius & adstrictius dicere*.

¶ Adstrictio, ōnis, die anziehung, stopffung; ut, *Gustus amari cum adstrictione*, Plin. 27 c. 10.

¶ Adstrictōrius, a, um, anziehend; ut, *Adstrictoria vis*, quæ adstringit, eine krafft, so zusammen zieht oder stopfft, Plin. 24 c. 13.

¶ Circumstringo, ĕre, umschlingen. Hinc

¶ Circumstrictus, a, um, umschlungen, umwunden. Tertullianus de Pallio c. 1 *Habitus cervicibus circumstrictus*.

¶ Constringo, inxi, ictum, ĕre, zusammen binden; cujus contrarium est *Dissolvere*. Terent. Andr. 5, 2 v. 14 *Quadrupedem constringe*, binde ihm alle vier. Sic, *Constringere laqueis*, Cic. pro Sextio c. 41. Et, *Virtuti se constringendam tradas*, Idem de Finib. 2 c. 19. Et, *Constringi necessitate*, Idem Tuscul. Quæst. 2 c. 2.

¶ Constrictus, a, um, zusammen gebunden, gefesselt. Quintil. 7 c. 4 *Habere constrictum aliquem in suis vinculis*. Horat. 1 sat. 6 v. 23 *Trahere constrictos*. Compar. Plinius 21 c. 10 *Constrictius folium*.

¶ Constricte, adverb. fest, enge. Augustinus lib. 1 de Doctr. Christian. c. 28 *Homines qui constrictius tibi quasi quadam sorte junguntur*.

¶ Constrictio, ōnis, die bindung. Palladius Martio c. 1 *Nodo duræ constrictionis angi*. Et Macrobius 7 Saturn. c. 6 *Stomacho in lassitudinem degeneranti ad instaurandas constrictione vires vinum offerunt*.

¶ Constricto, āre, frequent. hart zusammen binden. Tertull. 2 advers. Marcion c. 16 *Quod amputent & constrictent*.

¶ Constrictīvus, a, um, zusammenziehend. Macer lib. 4 v. 16 *Constrictivæ virtutis esse*.

¶ Destringo, inxi, ictum, ĕre, abstreiffen; ut, *Destringere oleam, avenas*, Colum. 11 c. 2, & Cato c. 37. Plinius in Panegyr. c. 37 metaphorice dixit, *Destringere & abradere aliquid alicujus bonis*, abstricken, abkürtzen. Plinius 3 epist. 5 n. 14 *dum destringitur tergiturque*, id est, defricatur. Adde Cellarii ad hunc locum adnotatiunculam, qui & ex Martialis lib. 14 epigr. 51 adfert

curvo destringere ferro.

Sic enim in melioribus tam Plinii, quam Martialis libris est.

¶ Destricte, adverb. eigentlich, genau, Tertull. lib. 1 advers. Marcion. c. 3. Et Lege 13 Dig. de Procurat. *destricte denegare*.

¶ Destrictīvus, a, um, zertreibend. Cœl. Aurel. Acut. 2 c. 29 *Adjutorii genus destrictivum*.

¶ Destrigmentum, i, idem quod *Strigmentum* seu *ramentum*, was abgestreifft ist, Plin. 20 c. 34.

¶ Indestrictus, a, um, ungebunden. Ovid. Metam. 12 v. 92

tamen indestrictus abibo.

¶ Distringo, inxi, ictum, ĕre, diversis locis alligare atque sic extendere, ausspannen, zerren; item, abmüßigen. Plinius 1 epist. 10 *Distringor officio, ut maximo, ita molestissimo*, hoc est, occupor, distineor. *Bellis distringi* similiter Nepos dixit Hannibale extr. Et, *Distringi ab re*, vide mox *Districtus*. ¶ 2. *Distringere gladium*, idem quod stringere, das schwerd ausziehen, Cic. Offic. 3 c. 31. ¶ 3. *Distringere hostem* est distrahere, auseinander treiben. Vide Frontinum lib. 1 Stratagem. c. 9, quod DE DISTRINGENDIS HOSTIBUS inscriptum est. Florus lib. 2 c. 13 *Ipsi quidem ut Romanum a tergo distringerent*.

¶ Districtus, a, um, verstrickt, gezuckt, abgepflückt; ut, *Districta bacca*, Colum. 12 c. 50. *Districtos in rempubl. gladios retudimus*, Cic. Catil. 3 c. 1. Comp. *Districtior accusator*, Tacitus 4 Annal. c. 36 n. 4, ein scharffer ankläger, qui *levi* ibidem opponitur. Et, *Districtior ab re quadam*: Cic. 2 ad Qu. fratr. epist. ult. *Sic habeto, nunquam me a caussis & judiciis districtiorem fuisse*, hoc est, occupatiorem, unmüßiger, mehr beladen, mehr beschäfftiget.

¶ Districte, adverb. eigentlich; ut, *Districte minari*, hart und ernstlich dräuen, Plin. 9 epist. 21. *Districtius repercuti*, Tertull. de Idololatr. c. 5. Et, *Districtius respondere*, Hieronym. procem. in epist. ad Ephes. sub init.

¶ Districtus, ûs, subst. locus jurisdictione munitus, intra quem homines distringuntur, uti JCtis placet. Forte rectius a *tractu* deducitur. vid. Cellar. Antibarb. p. 31.

¶ Distrĭgillo, āre, bereiben, kratzen. Gloss. lat. gr. *Distrigilla me*, περίξυσόν με.

¶ Indistrictus, a, um, illæsus, solutus. Sic vulgo legunt in Ovidii lib. 12 Metam. v. 92. Sed Heinsius *indestrictus*: vide supra.

¶ Instringo, inxi, ictum, ĕre, einschnüren, gürten; ut, *Instringere vinculis*, Quintil. in Declamat. 5. ¶ 2. Sed, *Quin te animo offirmas, teque instringis*, id est, colligis animum, tibique constas, fassest du nicht dein gemüth wieder zusammen? Catull. carm. 77 v. 11; sed Scalig. *instrictu*.

¶ Instrictus, a, um, implicitus, verstrickt, verwickelt. Apulej. Metam. lib. 8 *Uxor dolore pellicatus instricta*.

¶ Instrictus, ûs, subst. die anstrengung. Ita Scaliger in Catulli carm. 77 v. 11 *Instrictuque reducis*.

¶ Interstringo, ĕre, idem quod *obstringere*, zuschnüren. Plaut. Aulul. 4, 4 v. 31 *Ibo hinc intro, atque illi socienno tuo jam interstringam gulam*.

¶ Obstringo, inxi, ictum, ĕre, verbinden, verknüpffen. Plaut. Curcul. 5, 3 v. 29 *Collum obstringe homini*, verbind ihm die gurgel. ¶ 2. *Obstringere sibi aliquem beneficio*, Cæs. 1 B. Gall. c. 9. *Jurejurando aliquem sibi obstringere*, ibidem c. 31, vereiden. Et, *Obstringere religione*, Cic. 2 Philipp. c. 33. *Fidem suam alteri obstringere*, Plin. 4 epist. 13, sich verpflichten, angeloben. *Obstringere se parricidio*, i. e. committere parricidium, Cic. 1 Philipp. c. 12. Sic, *Scelere, perjurio*, &c. Item *Debito aliquem obstringere*, est debitorem constituere, Seneca de Beneficiis 6 c. 12.

¶ Obstrictus, a, um, verbunden; ut, *Addictum, deditum, obstrictum sibi ac liberis suis aliquem habere*, Cic. pro Cœl. c. ult. *Obstrictus voluptatibus tenetur*, ibidem c. 19. Compar. Paulinus 9 Natal. Felicis v. 145

quia nemo obstrictior est me
Debitor huic.

¶ Obstrictus, ûs, subst. die verbindung, zusammenhaltung. Senec. Nat. Qu. 5 c. 14 *Per hæc loca cum se spiritus torsit, accendat flammam ipso obstrictu necesse est*.

¶ Obstringillo, āre, obstare, sich widersetzen. Ita apud Nonium c. 2 n. 605 ex Varrone & Ennio legitur, quod in Senecæ libris epist. 115 est *obstrigillare*; vel *obsigillare*, de quo supra in *Signum*. Verba sunt: *Multa obstrigillant, & aciem nostram aut splendore nimio repercutiunt, aut obscuro retinent*. Lipsius interpretatur: *Obstant, se opponunt*.

¶ Obstrigillātor, ōris, reprehensor, ein widersetzer. Varro apud Nonium c. 8 n. 73 *Æmulus illius artis & obstrigillator*.

¶ * Obstrigillum, i, est lorum crepidæ, quo pedi obstringitur, ein kniegürtel, schuhschnalle. Plinius 9 c. 35 *Quin & pedibus; nec crepidarum tantum obstrigillis, sed totis socculis addunt. Neque gestare jam margaritas, nisi calcent, aut per uniones ambulent, satis est*: Grævius. Adde Isidorum 19 c. 34.

¶ Perstringo, inxi, ictum, ĕre, durchstreiffen, durchziehen; ut, *Terram aratro perstringere*, Cic. pro Leg. Agrar. 2 c. 25, durchpflügen. *Celeriter cursum aliquem perstringere*, einen lauff überhin thun, Idem 2 Philipp. c. 19. Et, *Perstringit me horror*, Liv. 1 c. 25. ¶ 2. Sed, *perstringere aciem mentis, oculos*, blenden, verdunckeln: Cicer. 12 Philipp. c. 2 *quasi per caliginem perstrinxerat aciem animi Bruti salus*. ¶ 3. Sed, *Asperioribus verbis voluntatem alicujus perstringere*, i. e. leviter vel latenter reprehendere, Cicer. pro Planco c. 14. *Leviter transire, ac tantummodo perstringere & attingere*, Idem pro S. Rosc. c. 32, ein wenig berühren.

¶ Perstrictus, a, um, angehalten, angebunden. Plin. 17 c. 24 *Perstrictus gelu non potuit eo pervenire humor*.

¶ Præstringo, inxi, ictum, ĕre, zubinden, zuschnüren; ut, *Fauces laqueo præstringere*, Ovid. in Ibin v. 549, würgen. *Tempora præstrinxit feriis*, Stat. 5 Silv. 3 v. 112, vorbinden. ¶ 2. Sed, *præstringere aciem oculorum, mentis, ingenii*, blenden, ut *perstringere*: Cic. in Vatin. c. 10 *Cujus dignitas & splendor præstringebat, credo, oculos Vatinii*. Et Livius 40 c. penult. *Fulguribus præstringentibus aciem oculorum*. Sed, *Acies ferri præstringitur*, id est, obtunditur, hebetatur, es wird stumpff gemacht, Plin. 7 c. 15.

¶ Restringo, inxi, ictum, ĕre, idem interdum est quod *Adstringere*, anbinden, anstrengen. Plin. 1 epist. 8 *Omnes homines ad custodiam pecuniæ natura restrinxit*. ¶ 2. Sed, *Restringere sumptus*, einhalten, zurück halten, Idem Plin. 6 epist. 19. Sic, *Syllabæ plures in pauciores restringendæ sunt*, man muß sie einziehen. ¶ 3. Interdum *Restringere* aperire est & solvere, quod constrictum fuerat, von einander thun. Plaut. Captiv. 3, 1 v. 25

Saltem si non arriderent, dentes ut restringerent.

Et Lucretius lib. 2 v. 405

Hæc magis hamatis inter se nexa teneri,
Propterea que solere vias restringere nostris
Sensibus, introituque suo perrumpere corpus.

¶ Restrictus, a, um, eingezogen, zurückgestreifft. Horat. 3 od. 5 v. 35 *Lacertis restrictis sensit lora*. Tacit. Annal. 15, 48, 5 *Summum imperium non restrictum volunt*. Cic. pro Planc. *Restrictus & tenax*, genau, knapp. Compar. Idem 3 fam. epist. 8 *Naturâ semper ad largiendum ex alieno fui restrictior*, id est, parcior, tenacior. Arnobius lib. 7 p. 135 *Restrictiores in numero deorum*. Et Ambrosius 1 Offic. c. 3 *Sermo tuus sit restrictior*.

¶ Restricte, adverb. parce, genau, streng; ut, *Illud plenissime, hoc restrictissime feceris*, Plin. 5 epist. 8. Et Cicero de Amicit. c. 16 *Ditior mihi & affluentior videtur esse vera amicitia, nec observare restricte, ne plus reddat, quam acceperit*. vide ante *Stricte*. Idem de Fin. 2 c. 13 *Cur id tam parce tamque restricte faciant*, so wenig. Compar. Plin. 9 epist. 19 *Restrictius legendum dare*. Et Augustinus 3 de Doctrin. Christ. c. 12 pr. *Quisquis rebus prætereuntibus restrictius utitur*.

¶ Restrictim, idem. Apud Nonium c. 11 n. 55 Afranius: *Restrictim cogitatum, atque omnibus rationibus*, genau bedacht.

¶ Restrictio, ōnis, die einziehung. Augustinus de Moribus eccles. cathol. c. 31 *Redundat plurimum ex operibus manuum, & epularum restrictione*, id est, parsimonia.

¶ Restrigo, āre, i. e. non strigare, non interquiescere, nicht inne halten,

anſtrengen. Seneca epiſt. 4 *Surge & reſtriga, ac clivum iſtum uno, ſi potes, ſpiritu exſupera.* vide Scaliger. ad Propert. p. 281, item in Catalect. p. 240 & 241.

¶ Subſtringo, inxi, ictum, ĕre, untenher zuſamen halten, einſtrengen, zuſammen ziehen. Quintil. 10 c 5 *Omiſſa ſupplere & effuſa ſubſtringere.* Horat. 2 ſat. 5 v. 95 *aurem ſubſtringe loquaci,* id eſt, accommoda, vel finge te accommodare.

¶ Subſtrictus, a, um, eingezogen; ut, *Subſtricta gerens ilia*, Ovid. Met. lib. 3 v. 216. Et, *Venter ſubſtrictior*, Colum. 6 c. 20.

¶ Superſtringo, inxi, ictum, ere, begürten. Sidon. 4 epiſt. 20 *Balteis ſuperſtrinxerant clauſa latera.*

Strio, Strix, vide paullo ante *Stria, Stringo.*

STRŎBĪLVS, i, στρόβιλος, *nux pinea*, eine zirbelnuß, Matthiol. ex Galeno. ¶ 2. *Strobilus* item carduus ille eſt, quem σκόλυμον dicunt Græci, ſtrobeldorn, idem. ¶ 3. Flatus etiam repentini ſpecies eſt, de qua Plin. 2 c. 48. Præcipua navigantium peſtis, & inferne ſurſum verſus repente convolvitur. Sed

¶ Strŏbus, i, στρόβος, arbor odorifera eſt apud Germanos Plinio 12 c. 17.

STROMBVS, i, στρόμβος, plur. Strombi, conchæ ſunt multorum generum, ſed pleræque longæ & intortæ, ad figuram buccinæ. Plin. lib. 32 c. 9 pr. *conchas longas* vocat, ubi Harduinum vide. Libri ejuſdem c. 11 etiam *ſtrombum* nominat.

STRONGYLOS, i, vel Strongўle, es, στρογγύλη, inſula in mari Ægæo, a rotunditate ſic dicta: *Naxos* quoque dicitur. vide Plin. 4 c. 12. ¶ 2. Eſt & aluminis genus, quod *Strongylen* vocant. vid. Plin. 35 c. 15.

STRŎPHA, æ, στροφή, tergiverſatio aſtuta & doloſa, fallacia ludificatrix, ein ranck, eine liſtige ausflucht. Martialis 3 epigr. 7 *Nihil ſtropharum eſt, jam ſalarium dandum eſt.* Plin. 1 epiſt. 18 *Inveniam aliquam ſtropham, agamque cauſſam tuam.* ¶ 2. Apud Vitruvium 10 c. 8 *Strophæ* ſunt vincula illa dura & craſſa, quibus remi circa ſcalmos religantur, ſtarcke ſeile.

¶ Anaſtrŏphe, Apoſtrŏphe, Cataſtrŏphe, vide ſuis locis.

¶ Epiſtrŏphe, es, ἐπιστροφή, figura, cum eadem in verba plures deſinunt ſententiæ. vid. Voſſ. Inſtit. Orat. lib. 5 p. 287.

STROPHĂDES, um, Στροφάδες, inſulæ duæ in mari Ionio. Virgil. 3 Æn. v. 209 *Strophadum me littora primum*
Accipiunt, Strophades Grajo ſtant nomine dictæ.

STRŎPHIVM, i, prima & ſecunda brevi, στρόφιον, faſcia pectoralis, ein brüſtlein, bruſttuch, bruſtkoller. Catullus carm. 65
Non tereti ſtrophio lactanſes vincta papillas.

vide Nonium c. 14 n. 8. ¶ 2. Item, inſigne capitis vel corona, ein krantz. Feſtus: *STRVPPVS eſt', quod Atteius Philologus exiſtimat, quod græce* στρόφιον *vocatur, & quod ſacerdotes pro inſigni habent in capite: quidam coronam eſſe dicunt, aut quod pro coronâ inſigne in capite imponatur, quale ſit ſtrophium* &c. Plinius 21 c. 2 *Tenuioribus* (coronis) *utebantur antiqui, STROPHIA appellantes, unde nata STROPHIOLA.* Prudentius pro vittis poſuiſſe videtur, quibus flores nectebantur in ſerta ſive coronas, Hymno 3 καθημ. ſive Ante cibum v. 26
Sperne Camena leves hederas,
Cingere tempora queis ſolita es,
Sertaque myſtica dactylico
Texere docta, liga ſtrophio,
Laude Dei redimita comas.

Iſon in Gloſſis hoc loco *STROPHIVM, cingulum aureum* interpretatur. ¶ 3. *Strophia*, vincula, quibus anchoræ alligantur, ancker-ſeile. Apulej. Met. lib. 11 *Navis abſoluta ſtrophiis ancboralibus.*

¶ Strŏphiŏlum, i, diminut. στροφίδιον, ein kräntzlein, Plin. 21 c. 2. vid. in *Strophium*, n. 2. Et Tertull. de Corona milit. c. ult. *Quid caput ſtrophiolo aut dracontario damnas?*

¶ Strŏphiărius, i, ſtrophiorum artifex. Plaut. Aulularia 3, 5 v. 42 *Strophiarii adſtant.*

STRŎPHVS, i, στρόφος, inteſtinorum dolor, bauchweh. Apulej. de Herb. c. 26 *Herba chamæpitis ſtrophi dolorem tollit.* conf. Reineſ. Var. Lect. 2 c. 8.

¶ Strŏphŏſus, a, um, qui ſtropho laborat, bauchſiech. Veget. 1 c. 27 *Strophoſa animalia, quibus venter frequenter dolet.*

Structilis, ſtructio, ſtructor, ſtructura, &c. ſtrues, vide mox *Struo.*

STRVMA, æ, tumor, in quo ſubtus concretæ quædam ex *pure & ſanguine* quaſi *glandulæ* oriuntur, Celſi ſunt verba lib. 5 c. 28, die hagdrüſen am hals, der kropff. vide *Scrophula.* Sic, *Strumam exſecare*, den kropff ſchneiden: Cicero pro Sextio c. 65 *Ii medentur reipubl. qui exſecant peſtem aliquam, tamquam ſtrumam civitatis.* ¶ 2. Alio loco inquit Celſus, *Struma, exſtantia quædam in tergo eſt*, ein hocker, buckel. Cic. ad Attic. 2 epiſt. 9 *Denique etiam Vatinii ſtrumam ſacerdotii* διβάφῳ *veſtiant.* vide in Chiliad. *Strumam dibapho tegere*, quod eſt infamiam dignitate aliqua obliterare.

¶ Strūmella, æ, parva ſtruma, ein kleiner kropff, Marcell. Empir. c. 35.

¶ Strūmea, æ, herba Plinio 25 c. 13 *ranunculus quartus* eſt, ſic dicta, quod vel ſtrumis medeatur, vel radicem habeat ſtrumoſam; vide *Ranunculus. Hæc herba eſt, qua mendicantes ſibi crura & lacertos dilaniant, quo impudentius poſſint ſtipem extorquere. Hinc nonnullis herbariis* Vlceraria *vulgo dicitur*, aliis *ſcelerata*, Ruellius. Interpretantur, hanenfuß, ſpiegelblumen, butterblumen.

¶ Strūmus, i, eadem herba apud Apulejum de Herb. c. 74, & Plin. 27 cap. 8.

¶ Strūmătĭcus, a, um, einen kropff habend. Firmicus lib. 8 Aſtronomicῶν c 19 *Strumaticum facere.*

¶ Strūmōſus, a, um, kröpfficht, bucklicht. Juvenal. ſat. 10 v. 309
Strumoſum, atque utero pariter gibboque tumentem.

STRVO, xi, ctum, ĕre, exſtruere, bauen, zurichten, ſchaffen; ut, *Struere aggeres*, Hirt. 8 B. Gall. c. 41, ſchantzen aufwerffen. *Struere aciem*, inſtruere, vide *Acies.* Terent. Heaut. 3, 2 v. 3 *Num me fefellit, hoſce id ſtruere?* i. e. moliri, habe ich nicht geſagt, daß ſie damit umgiengen? *Calamitatem alicui ſtruere & moliri*, Cicero pro Cluent. c. 64, einem unglück zurichten. *Struere inſidias alicui*, Ovid. 1 Metam. v. 198; *mendacium*, Liv. 23 c. 34. Et, *pericula ſtruere*, gefahr zubereiten, Seneca epiſt. 10.

¶ Structus, a, um, gebauet, zugerichtet; ut, *Templa ſaxo ſtructa*, Virg. Æn. 3 v. 84. *Structa manibus mœnia*, Idem Æn. 5 v. 811. *Compoſitio oratoris bene ſtructa collocatio*, Cic. in Orat. c. 70.

¶ Structe, adverb. geputzt, Compar. Tertull. de Cultu fœmin. c. 11 *Quæ vobis cauſſa ſtructius prodeundi?*

¶ Structum, i, ſubſt. der bau; ut, *Structa ſaxorum*, Lucret. 4 v. 361.

¶ Structio, ōnis, die bauung, aufführung. Pallad. 12 c. 22 *Sternes inter ſpatia ſtructionis.* Reineſ. Inſcript. claſſ. 7 Inſcript. 16 PRO PODISMO STRVCTIONIS SCALARIS.

¶ Structor, ōris, ein werckmeiſter, arbeiter. Cic. ad Quint. fratr. 2 ep. 5 *In aream tuam veni, res agebatur multis ſtructoribus:* Vbi *Structores* ædificatores ſunt, ut Tribonianus interpretatur Lege 1 Cod. de excuſatione artificum. Horum idem Cicero meminit lib. 14 ad Atticum epiſt. 3, itemque Vegetius 2 c. 11. ¶ 2. *Structor*, qui ſtruendæ menſæ & ferculorum collocandorum curam habet, ein tafeldecker. Servius: STRVERE, *ordinare, componere: unde & STRVCTORES dicuntur ferculorum compoſitores.* Petronius: *Superque* (ſignum ſcilicet repoſitorii ciborum) *proprium convenientemque materiæ ſtructor impoſuerat cibum.* Nominat & Juvenalis ſat. 5 v. 120, & 11 v. 136. Alibi deſcribens ait ſat. 7 v. 184
qui fercula docte Componat.

Martialis vero pro *Carptore* ſive *Sciſſore* poſuiſſe videtur lib. 10 epigr. 48, ein vorſchneider. Ad eum enim *ferrum*, cujus ibi meminit, pertinet, non ad ſtructorem. Forte utriſque partibus unus & idem non raro eſt functus. Et Martialis eo loco non de potentis alicujus cœna, ſed ſua loquitur. vid. Lipſ. 2 Saturn. c. 2. Gr. τραπεζοκόμος eſt.

¶ Structōrius, a, um, zum bauen gehörig; ut, *Operas ſtructorias alicui locare*, Tertull. Apolog. c. 14.

¶ Structūra, æ, das gebäu, der bau. Livius 21 c. 11 de muro Saguntino: *Cæmenta non calce durata erant, ſed interlita luto, ſtructuræ antiquæ genere.* Metaphorice *Structura verborum*, Cic. de opt. gen. orat. c. 2, die einrichtung. Sic, *Structura carminis*, Ovid. Pont. 4 epiſt. 13 v. 4.

¶ Structĭlis, e, aus ſtücken zuſammen geſetzt; ut, *Columnæ ſtructiles*, aufgemauerte pfeiler, i. e. ſtructæ ex lapidibus multis, non uno ſolido, Columell. 11 c. 3. Et, *canales ſtructiles*, Vitruv. 8 c. 7 pr. *Structile ſaxum*, Prudent. Pſychom. v. 834.

¶ Strues, is, congeries, ein hauffe. Livius 21 c. 27 *Struem ingentem lignorum faciunt*, einen holtzhauffen. Plin. 14 c. 4 *Strues uvarum.* ¶ 2. Genus item libi eſt in ſacris. Ovid. 1 Faſt. v. 276
Hæc adolet flammis cum ſtrue farra ſuis.

¶ Struix, īcis, idem. Feſtus: *Struices antiqui dicebant omnium rerum exſtructiones.* Sic, *Struices lignorum*, dixit Arnobius lib. 2 p. 222. *Struices patinarias*, Plautus Menæchm. 1, 1 v. 26. *Struices ſaxeas*, Livius apud Feſtum. *Struicem malorum*, Nævius. Et Solinus c. 28 [al. 41] *Cæmenticiis nectunt ſtruicibus.*

¶ Strūmentum, i, i. e. inſtrumentum, ein werckzeug. Tertull. ad Vxor. 1 c 7 *Continentia ad ſtrumentum æternitatis demonſtrata.*

Compoſita:

¶ Adſtruo, xi, ctum, ĕre, hinzu bauen; ut, *ædificium novum veteri adſtruere*, Columella 1 c. 5, daneben bauen. Ovid. 2 de Arte am. v. 119
Jam molire animum qui duret, & adſtrue formam &c.

Sic, *Magnificentiæ, dignitati aliquid adſtruere*, i. e. ſuperaddere, hinzuthun, beytragen. Plinius 9 c. 35 de Cleopatræ cœna: *Quærente Antonio, quid adſtrui magnificentiæ poſſit.* Et Junior Plinius 3 epiſt. 2 *Magni æſtimo, dignitati ejus aliquid adſtruere.* Et in Panegyr. c. 74 *Nihil felicitati ſuæ putat adſtrui poſſe.* Tacit. 1 Hiſt. c. 78 *Othoni quibusdam diebus populus & miles, tamquam nobilitatem ac decus adſtruerent, NERONI OTHONI acclamavit.* Et Vellejus 2, 55, 2 *Victus vix quidquam ejus gloriæ adſtruxit.* ¶ 2. *Adſtruere* pro *affirmare*, behaupten, bejahen: apud Plin. 12 c. 18 *Periti rerum adſtruxerunt.* Editi libri h. l. habent *aſſeverant*: ſed omnes MSS. Harduino teſte, *adſtruxerunt*: nec tamen auſus ille eſt in textum recipere.

¶ Adſtructus, a, um, hinzu geſetzt, beygefügt. Apulej. Met. lib. 11 *Fuſis precibus & adſtructis lamentationibus.*

¶ Adſtructor, ōris, ein bekräfftiger. Fortunat. 2 de Mart.
Nobilis adſtructor, facundus concionator.

¶ Circumſtruo, xi, ctum, ĕre, umher bauen. Plin. 11 c. 6 extr. *Hic fores latiores circumſtruunt.*

¶ Circumſtructus, a, um, herum gebaut. Columell. 9 c. 6 *Opere lateritio circumſtructis alvis.* Adde ibid. c. 7. Et Suetonius Domitiano c. 4 *circumſtructo juxta Tiberim lacu.*

¶ Conſtruo, xi, ctum, ĕre, ædificare, aufbauen; ut, *Mundus a Deo conſtructus atque ædificatus eſt*, Cic. 1 de Nat. D. c. 8. *Navem, ædificium conſtruere*, Idem de Senect. c. 20. *Fingere & conſtruere nidos*, Cic. de Orat. 2 c. 6. Et, *Acervus nummorum conſtruitur apud eum*, h. e. cumulatur, Idem Philipp. 2 c. 38. *Divitias qui conſtruxerit, ille clarus erit*, Horat. 2 epiſt. 3 v. 96.

¶ Conſtructus, a, um, aufgebaut; item, gehäuffet, geſammlet; ut, *Pecunia conſtructa & coacervata*, Cic. de Leg. Agrar. 1 c. 5. *Quid habes pulcri conſtructus acervus?* Horat. 1 ſat. 1 v. 44. *Corona totis floribus totiſque conſtructa pomis*, zuſammen geſetzt, Apulej. Met. lib. 11.

¶ Conſtructio, ōnis, die erbauung, aufbauung; ut, *conſtructio hominis*, Cic. in Acad. 4 c. 27. *Apta conſtructio verborum*, Idem 1 de Orat. c. 5, die zuſammenſetzung.

¶ Deſtruo, xi, ctum, ĕre, demoliri, einreiſſen, zerbrechen; ut, *Ædificium idem deſtruit facillime, qui conſtruxit*, Cicer. de Senect. c. 20. ¶ 2. Quintil. 5 c. 7 metaphorice dixit, *Deſtruere teſtes*, i. e. oſtendere, iis moribus eos eſſe, ut in teſtimonio reddendo non ſint recipiendi, die zeugen tadeln, verwerffen. Sic, *Deſtruere aliquem*, Vellej. 2, 48, 2; & Tacit. Ann. 2, 63, 4, i. e. dejicere felicitate & potentia, einen ſtürtzen.

¶ Deſtructus, a, um, umgeworffen, niedergeriſſen; ut, *Humana manu deſtructus*, apud Ammianum.

¶ Deſtructio, ōnis, die zerſtörung, niederreiſſung; ut, *Murorum deſtructio*, Sueton. Galb. c. 11. *Deſtructio & confirmatio ſententiarum*, die widerlegung, Quintil. 10 c. 5.

¶ Destructor, ōris, ein zerstörer, einreisser, verwüster. Tertullian. Apolog. c. 46 *Rerum ædificator & destructor.* Adde 4 adv. Marcion. c. 7. Et in Inscript. Gruter. p. 220 NON SVMVS TVSCIAE DESTRVCTORES.

¶ Destructĭlis, e, quod potest destrui, zerbrechlich. Prudentius in Romano v. 348 de æde mentis: *Salvi incapacem posse, nec destructilem.*

¶ Destructĭbĭlis, e, idem. Lactantius extremo libro de Ira Dei: *Destructibilia sunt omnia, quæ manu fiunt.*

¶ Destructīvus, a, um, zerbrechend, einreissend. Cœl. Aurel. 1 Tard. c. 4 *Destructivum adjutorium,* ein brechmittel.

¶ Distruo, ĕre, idem quod *destruere* in antiquis libris. Hinc

¶ Distructus, a, um, eingerissen, zerstört. Prudent. Apotheos. v. 445

Distructaque templa Imperio cecidisse ducum.

vide Heinsium ibi, qui & Inscript. adfert de ponte Salario: A NEFANDISSIMO TYRANNO TOTILA DISTRVCTVM.

¶ Exstruo, xi, ctum, ĕre, erbauen, aufbauen; ut, *Exstruere ædificium in alieno,* proverbialiter dixit Cicero pro Milone c. 27, seinen stall auf eines andern grund bauen. *Exstruere tumulum,* Cæs. 6 B. Gall. c. 16. *Mensas epulis exstruere,* i. e. instruere, Cic. Tusc. 5 c. 21, die tische mit speisen besetzen. *In numerum verba exstruere,* Auctor ad Herenn. 4 c. 31, die worte wohl setzen. Sic, *Exstruere ex ipso fundamento,* aus dem grunde heraus bauen. *Ex argumentis & rationibus aliquid exstruere,* etwas mit gewissen gründen und schlüssen beweisen, &c. Sic etiam eleganter dicimus, *ex testimoniis Prophetarum multas eruditas & graves conciones Paulus exstruit* &c.

¶ Exstructus, a, um, aufgebaut, zugerichtet; ut, *Exstructi foci,* Ovid. Trist. 1 eleg. 3 v. 44. *Mensas ponere exstructas dapibus,* Idem Metam. 11 v. 119. *Satis altitudo muri exstructa,* Nepos 2, 6, 5. Superl. *Exstructissimæ & ornatissimæ ædificiorum species,* Apulej. de Deo Socrat. sub fin.

¶ Exstructio, ōnis, die aufbauung; ut, *Exstructio tectorum,* Cic. 2 Nat. D. c. 60. Pro exornatione posuit Tertull. ad Vxor. 2 c. 3.

¶ Exstructōrius, a, um, aufrichtend. Tertull. de Carne Christi c. 17 *Dei verbum exstructorium vitæ.*

¶ Instruo, xi, ctum, ĕre, adornare, apparare, docere, anrichten, anstellen, unterweisen; ut, *Instruere accusationem,* vel *actionem,* vel *litem,* est litteris ac testibus cæterisque ad probandum necessariis eam adornare munireque, sich versehen und gefast machen, &c. Ita *Villam instruere,* & alia dicimus. Quin & *hominem instruere* dicimus, cui de rebus necessariis prospicimus. Suetonius Vespas. c. 13 *Vitellii hostis sui filiam splendidissime maritavit, dotavitque etiam & instruxit:* INSTRVXIT, i. e. matronali supellectile ornavit, er hat ihr allerley schmuck und geräthe mitgegeben. ¶ 2. Significat & *disponere, ordinare,* & militare verbum est, & de acie dicitur, anordnen, anführen. Terent. Eunuch. 4, 7 v. 2 *Tu hosce instrue, hic ego ero post principia.* Et versu seq. *Vt hos instruxit.* Sic, *Instruere aciem,* Cic. pro Muræn. c. 9; *copias,* Cæs. 7 B. G. c. 18. Et, *Instruendæ fraudi aliquanto intentior,* Liv. 23 c. 35. ¶ 3. *Instruere aliquem scientiâ,* einen unterrichten, Quintil. procem. lib. 1. Et Idem lib. 4 c. 2 *Judex notitia rerum instruendus videtur.*

¶ Instructus, a, um, bereit, fertig, zugerichtet, versehen, gerüstet, &c. æque ac verbum, varie construitur; ut, *Ea instructa pulcre ad perniciem,* Terent. Heaut. 3, 1 v. 41. *Instructus ad cædem,* Livius 24 c. 24. *Ad contemnendam mortem,* Cic. 2 de Fin. c. 17. Et, *omnibus rebus instructum & paratum convivium,* Cic. in Verr. 4 c. 27. *Instructus telis exercitus,* Cæs. 3 B. Civ. c. 56. Et, *Instructa sunt mihi corde consilia omnia,* Terent. Phorm. 2, 2 v. 8. Per gradus etiam movetur: *Instructior doctrinis,* Cic. de Fin. 1 c. 7. *Instructior a philosophia, a jure civili, ab historia,* Idem de Clar. Orat. c. 43. *Instructissimus artibus,* Brut. ad Attic. lib. 1 epist ad Brutum n. 17. Et, *Instructiores copiæ,* Livius 27 c. 45 pr. *Humanitatis laudibus instructissimus,* Valer. Max. 2 c. 6 n. 8.

¶ Instructe, adverb. idem. Livius 1 c. 35 *Ludos opulentius instructiusque, quam priores reges, fecit.* Apulejus Apolog. p. 296 *Instructius accusare.*

¶ Instructus, ûs, subst. die bereitung, anstalt, zurüstung. Cic. de Orat. 3 c. 6 *Oratio eodem instructu, ornatuque comitata.* Manilius 5 v. 286 *instructu simili componitur ordo.* vid. Scaliger in Manil. p. 375. Vsus & Tertullianus Apolog. c. 6 & 42.

¶ Instructio, ōnis, idem; ut, *Instructio exercitus, militum,* Auctor ad Herenn. 3 c. 10. *Instructione adspectuque signorum magnæ copiæ pulsæ,* Cic. pro Cæcin. c. 15.

¶ Instructor, ōris, ein zubereiter, anschaffer; ut, *Instructor convivii,* Cicero post redit. in senatu c. 6.

¶ Instructĭlis, e, nicht aus stücken gemacht. Tertullian. de Anima c. 14 pr. *Anima instructilis,* i. e. non structilis, quia non solubilis est, nec mortalis. vide locum cit.

¶ Instrūmentum, i, dicitur præsens & parata copia earum rerum, sine quibus tueri aut exercere aliquam rem non licet, supellex videlicet & apparatus, das werckzeug, rüstzeug, die geräthschafft. Cicero 4 in Verrem c. 44 *Posthac his præclaris nominibus amissis, in instrumento ac supellectile Verris numerabantur.* Hinc Quintilianus dixit lib. 12 c. 8 *Instrumentum litis,* quicquid ad instruendam litem seu caussam pertinet. Alibi *Instrumentum* & *apparatum belli* idem dixit. Eadem conjungit & Sueton. Cæs. c. 37 *Primum & excellentissimum triumphum egit Gallicum, sequentem Alexandrinum, deinde Ponticum, huic proximum Africanum, novissimum Hispaniensem, diverso quemque apparatu & instrumento.* Nam *instrumentum* hoc loco omnis illa rerum appellatur copia, sive supellex, quibus triumphi pompa solebat instrui. Et ibidem c. 84 *Deinde tibicines & scenici artifices vestem, quam ex instrumento triumphorum ad præsentem usum induerant,* &c. Tacit. 4 Hist. c. 7 *Nullum majus imperii boni instrumentum, quam amici multi. Quid tanto opus est instrumento in optimis artibus comparandis* &c. Et Sueton. in Tiberio c. 36 *Religiosas vestes cum omni instrumento comburere.* Sic, *rusticum instrumentum,* Valer. Max. 4 c. 4. *Venatorium instrumentum,* Plin. 3 epist. 20 pro supellectile rustica, venatoria. *Doctrinæ instrumentum,* Apulej. Apolog. Et, *dicendi instrumentum,* Quintil. 12 c. ult. *Imperii instrumentum,* Sueton. Vespasiano c. 8 extr. dixit. Fallitur autem Scioppius, qui putat *Instrumentum* pro ὀργάνῳ sive ἐργαλείῳ (werckzeug) latine haud dici. Contra enim optimum Glossarium Stephani *Instrumenta,* χρηστήρια, ὄργανα, ἐργαλεῖα interpretatur. Cicero 1 de Legibus c. 22 *Instrumenta multa habet homo ad adipiscendam sapientiam,* i. e. ὄργανα, subsidia, præsidia, quibus sapientia paratur. Cicer. Oeconom. apud Columellam: *Jam seorsim arma ac tela seponebantur, & in altera parte instrumenta, quibus ad lanificia utuntur.* Ergo *Instrumentum* dicitur & omnium rerum copia, quibus navis, ager, domus &c. instruitur, & quod in *instrumento* sive supellectile est.

¶ Superinstruo, ĕre, über einander setzen. Columella 9 c. 7 *Ordines vasorum superinstructos in altitudinem tres esse, abunde est.*

¶ Interstruo, ere, unterbauen. Silius lib. 10 v. 149

Illiso saxo, qua spina interstruit artus, Occumbit,

id est, ubi spina in medio dorsi artus connectit.

¶ Obstruo, xi, ctum, ĕre, occludere, obturare, verbauen, verstopffen; ut, *obstruere portas,* die thore zumauern, Cæs. 1 B. Civ. c. 27. *Omnes aditus frigoris aut injuriæ obstruere,* Plin. 11 c. 7. *Valvas ædis obstruxerunt,* Nepos 4, 5, 2. Et Virgil. 4 Æn. v. 440

Fata obstant, placidasque viri Deus obstruit aures.

¶ Obstructus, a, um, verbaut, verstopfft; ut, *Obstructa difficultatibus est omnis cognitio,* Cic. 4 Acad. c. 3. *Obstructæ cadavere portæ,* Silius 11 v. 198. *Obstructi stragibus amnes,* Idem 13 v. 743.

¶ Obstructio, ōnis, occlusio, die verbauung, verstopffung; ut, *Obstructio diuturna & obducta,* Cic. pro Sextio c. 9 extr.

¶ Perstruo, ĕre, vollführen, ausbauen. Vitruvius 7 c. 4 *Paries cum in altitudinem perstructus fuerit.*

¶ Præstruo, xi, ctum, ĕre, vorbauen, zurichten; *præstrui* illa dicuntur, quibus alia deinde superimponuntur. Liv. 28 c. 42 *Fraus fidem in parvis sibi præstruit, ut, quum operæ pretium sit, cum mercede magna fallat.* Plinius 5 epist. 8 *Illud peto, præstruas, ad quod hortaris,* ubi *præstruere,* vorarbeiten, vorher entwerffen. Claudianus de 4 Consul. Honorii v. 370 *prius agmina duris*

Exerce studiis, & sævo præstrue Marti,

i. e. præpara, quasi præinstrue. Ita enim & *Præminere* pro *Præeminere* dicebant.

¶ Præstructus, a, um, vorbereitet, unterstützet. Sueton. Tiberio c. 53 *Cum præstructum utrumque consulto esset.* Ammian. 20 c. 6 *Cunctisque præstructis stabant omnes armati.* Colum. 1 c. 5 *Ab imo præstructa valenter resistunt.*

¶ Præstructim, adverb. mit guter gelegenheit. Tertull. de Pallio c. 3 *Vt ad hominem præstructim perveniretur.*

¶ Præstructio, ōnis, die vorbereitung. Tertull. 4 adv. Marc. c. 14 *Nisi hanc promissionem creator in evangelii sui præstructionem destinasset.* Et Augustinus epist. 112 c. 1 *Illa præstructio minus habebat.*

¶ Præstructūra, æ, idem. Tertull. 4 adv. Marc. c. 2 *Ad evangelii demonstrationem, præstructuram, ordinem.*

¶ Restruo, xi, ctum, ere, wieder bauen. Tertullianus Apolog. c. 6 *Licet aras restruxeritis,* i. e. restitueritis. Nam contrarium est verbo *destruere.* Idem de Resurrect. carn. c. 31 *Deus eam restruebat fidem, quam populus destruebat.*

¶ Restructus, a, um, wieder gebaut. Tertull. ad Nation. lib. 1 c. 10 *Varro commemorat,* [Ægyptiorum deorum] *statuas a senatu dejectas, non nisi per vim popularium restructas.*

¶ Substruo, ĕre, fulcire, unterbauen; ut, *Intervalla substruere ad libramenta;* Et mox: *non alte substruitur,* Vitruv. 8 c. 7.

¶ Substructus, a, um, unterbaut, unterzogen. Liv. 6 c. 4 *Capitolium saxo quadrato substructum.*

¶ Substructum, i, subst. der unterzug, das untergebäu; ut, *Substructum ad libram factum,* Vitruv. 8 c. 7.

¶ Substructio, ōnis, idem; ut, *Insanæ substructionum moles,* Cic. pro Milone c. 31, grosse ungeheure gebäude. Et, *Substructiones operis maximæ,* Cæs. B. Civ. 2 c. 25.

¶ Superstruo, ĕre, drüber bauen. Tacit. 4 Annal. c. 62 n. 2 *Neque fundamenta per solidum subdidit, neque firmis nexibus ligneam compagem superstruxit.*

STRVPPI, ōrum, bündlein; sic dicebantur *fasciculi ex verbenis facti, qui in supplicationibus pro pulvinaribus substernebantur,* Festus. Isidoro 19 c. 4 dura, crassa, vilia sunt vincula. vid. Barth. ad Claudian. Mamert. p. 430.

STRŪTHEVS, a, um, στρούθειος, i. e. *passerinus*: ut, *Struthea mala,* forte ob parvitatem sic dicta, die kleinen quitten, apud Plinium 15 c. 11 & 14; quæ & *Struthiomēla,* στρουθιόμηλα, dicuntur; nam *mala cotonea* sunt majora, die grossen quitten, Hetrusci *pyra cotonea* vocant. vid. Cato R. R. c. 5. Absolute Plautus in Persa 1, 3 v. 7 *Struthea coluthea que appara.*

¶ Struthea, æ, subst. arbor, der quitten-baum, Matthiolus.

¶ Strūtheum, i, subst. das männliche glied. Festus: *Strutheum in mimis præcipue vocant obscenam partem virilem, a salacitate videlicet passeris, qui græce στρουθὸς dicitur.*

¶ Strūthium, i, στρούθιον, herba, quæ & *Radicula* & herba lanaria vocatur, seiffenkraut. vid. Cels. 5 c. 22; & 6 c. 5; Plin. 19 c. 2; & 26 c. 12; & Colum. 5 c. [illegible]o.

¶ Strūthiŏcămēl[illegible], i, vel, ut Latini recentiores vocant, *Struthio, onis,* avis est maxima, ein strauß. Excedit altitudinem *equitis equo insidentis,* sed mira est stoliditate. Namque in tanta reliqui corporis altitudine latere se putat, cum colla frutice occultaverit. vide Plin. 10 c. 1. Tertullianus de velandis Virginibus extremo libro, de hac avi: *Vt bestia,* inquit, *quædam magis, quam avis licet pennata, brevi capite, protracta cervice, cætera altegrada. Hanc, ajunt, cum delitescendum habet, caput solum plane totum in condensum abstrudere, reliquam se in aperto relinquere. Ita, cum in capite secura est, nuda qua major est, capitur tota cum capite.* vide & Claudianum 2 in Eutrop. v. 310. Græci στρουθὸν μεγάλην vel λιβυκὴν, Gaza *Struthionem Africum,* & alibi *Struthio-*

Struthionem Libycum, in utroque dixit genere, & Aristot. στρουθὸς ὁ ἐν Λιβύῃ. Appellarunt & *passerem marinum*, quo de, Voss. 2 Instit. Orat. pag. 87.

¶ Struthiocamēlīnus, a, um, was vom strauß ist; ut, *Sevum struthiocamelinum*, Plin. 29 c. 5.

¶ Struthiomēla, orum, vide proxime ante in *Strutheum*.

STRYCHNVS, i, στρύχνος, & Strychnum, i, herba sponte nascens, quæ & *Solata* vel *Solanum*, nachtschatten. Varii generis est. De *Strychno manico* & *hemero*, Plin. 28 c. 11; Apulej. de Herb. c. 22 & 74. De *sativo*, Plin. 27 c. 8 & 13, &c.

STRӮGIS, is, fœm. στρυγὶς, frumenti genus est, cæteris omnibus frumentis vilius apud Hippocratem & Plautum in Pseud. 3, 2 v. 31 *Non condimentis condiunt, sed strygibus.*

STRȲMON, ŏnis, Στρυμὼν, fluvius Thraciam ab antiqua Macedonia disterminans. vide Geograph. ¶ 2. Fuit & civitas Thraciæ hoc vocabulo. vid. Barth. ad Stat. Silv. p. 21 & 22.

¶ Strȳmŏnius, a, um, adject. ut, *Strymoniæque grues* &c. Virg. 1 Georg. v. 120. *Anguillas Strymonias* in pretio habitas, docet Athenæus lib. 7 c. 13.

STŬDEO, ui, ēre, dare operam alicui rei, laborare, cupere, über etwas liegen, sich bemühen, sich befleißigen. Terent. Eunuch. 5, 5 v. 8 *Dum studes dare verba nobis*, indem du damit umgehest. *Quas matres student demissis humeris esse*, Ibidem 2, 3 v. 23, sie halten sie darzu. Nepos Datame c. 4 *Eoque, quo studuerat, venit.* Idem Pelopidâ c. 2 *Qui cum tempore ipso, quo studuerant, pervenissent.* ¶ 2. Item, dare operam litteris, & eloquentiæ inprimis, studiren. Seneca lib. 2 Controvers. 10 *Tunc autem, quum studeret, habebatur bonus declamator.* Quintil. lib. 6 procem. *Quis enim mihi bonus parens ignoscat, si studere amplius possum?* Et lib. 12 *Computavimus annos, non quibus studuimus, sed quibus viximus.* Sidonius 9 epist. 14 *Quæ materia tam grandis est, ut studentum, si quis fuerit ille, copiosissimus, nihil amplius in ipsa debeat cavere, quam ne quid minus dicat.* Stoicis *studere* erat philosophiæ operam dare: quibus & qui in eo occupati, *Studiosi* dicebantur: & qui ad aliquam perfectionem adspirassent, *Eruditi*. vide Lips. lib. 2 Manud. ad Stoic. Philosoph. Dissert. 1. ¶ 3. Gaudet dativo; etiam accusativo cum præpositione. *Studere virtuti, optimis disciplinis, artibus, litteris, otio, pecuniæ, imperio, gloriæ* &c. noti usus sunt: in quo etiam interdum benevolentiam & partium favorem significat; ut, *Studuit Catilinæ*, id est, favit, coluit eum, Cic. pro Cœlio c. 4. Sic, *Rebus alicujus studere*, Nepos 6, 1, 5; & 16, 1, 2. Cum accusativo & præpositione Quintilianus 10 c. 2 *Pictores in id solum student* &c. Gellius etiam ablativo cum præpositione junxit lib. 11 c. 2 *Studebat in ea re.* Accusativum etiam regit, cum pro *volo, cupio* ponitur. Plautus Milite Glor. scena ultima: *Magis metuant, minus has res studeant:* Nisi potius sit, hæc per ellipsin verbi infinitivi fieri. vide Vossium de Construct. sive lib 7 de Arte Grammatica c. 34 circa finem. Cic. lib. 1 Offic. *Qui si nihil aliud studeat, nisi id, quod agat.* Sed & hîc commode subaudiri verbum infinitum potest. Difficilior ratio est in illo Ciceronis post redit. in senat. c. 6 *Cum vero litteras studere incipit, & belluo immanis cum Græculis philosophari*, &c. Sed & Terent. Andr. 1, 1 v. 31 *Horum ille nihil egregie præter cætera studebat, & tamen omnia hæc mediocriter.*

¶ Stŭdium, i, opera hominis attentior, der fleiß, die mühe, bemühung. STVDIVM *est animi assidua & vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluptate occupatio: ut, Studium philosophiæ* &c. Cic. de Invent. 1 c. 25. Vide paullo post *Studia litterarum*. Terent. Hecyr. 2, 1 v. 5 *Viris esse adversas, æque studium est.* Cic. ad Brutum epist. 8 *Tibi omnes navare operam & studium volunt*, sie wollen dir dienen. Sic, *Studia sua in aliquem conferre*, Idem lib. 2 ad Qu. fratr. epist. 14. *Polliceri alicui suum eximium & singulare studium*, Idem 5 fam. epist. 8. ¶ 2. Sed, *Silanum certe scio, quæ dixit, studio reipubl. dixisse*, id est, favore, amore reipubl. aus liebe, gunst, wohlmeynung, Sallust. Catil. c. 51. Et Sueton. Calig. c. 30 *Infensus turbæ faventi adversus studium suum exclamavit:* VTINAM POP. ROMANVS VNAM CERVICEM HABERET: i. e. *turbæ*, quæ alii factioni favebat, quam cui ipse studebat, sive favebat. Factiones aurigarum Circensium quatuor erant: *Prasina, Rossa, Veneta, Alba.* Caligula autem *Prasinæ* erat addictus, cui adeo studebat, ut omnem turbæ omni populari, quæ Venetæ favebat, cervicem vellet ademtam. ¶ 3. Terent. Adelph. 1, 1 v. 16 *Dissimili studio est jam inde ab adolescentia*, id est, voluntate, er hat einen andern kopff oder sinn gehabt. Tale & Virgilii illud est Æn. 2 v. 39

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

Et, *Animum ad aliquod studium adjungere*, Terent. Andr. 1, 1 v. 39, sich auf etwas begeben, legen. *Incendi studio discendi*, Cic. de Orat. 2 c. 1. ¶ 4. *Versari in studio litterarum*, Cic. de Arusp. Resp. c. 9; & *Ingredi disciplinarum studia*, Quintil. 1 c. 10, anheben zu studieren. *Studia alicujus ab infantia formare*, Idem in procem. einen lehren. *Studia leviter attingere*, Sueton. de Grammat. c. 9, etwas weniges lernen. Et Cicero pro Arch. c. 7 *Studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis solatium ac perfugium præbent, delectant domi, non impediunt foris* &c. Idem ad Varronem lib. 9 fam. epist. 2 *Nobis stet illud, una vivere in studiis nostris, a quibus antea delectationem, modo solatium petebamus, nunc vero etiam salutem deesse non arbitramur.* Philosophiæ studia præcipue ita appellantur. Horatius 2 epist. 2 v. 82 *Et studiis annos septem dedit,*
id est, philosophiæ. Sueton. August. c. 8 *Præmissus Apolloniam studiis vacavit.* Vellejus 2 c. 59 eamdem rem narrans: *Pacatis bellis civilibus, ad erudiendam liberalibus disciplinis singularis indolem juvenis Apolloniam eum in studia misit.* Plura huc pertinentia collegit Andr. Borrich. in Vind. Lat. p. 220 seqq. ¶ 5. *Studia* etiam sunt loca, in quibus eruditi conveniebant communicaturi de studiis, *Musea*. Capitolin. in M. Antonino Philos. c. 26 *Apud Ægyptios civem se egit & philosophum in omnibus studiis, templis, locis.* Salmasius tamen mavult *stadiis*. Sed quæ nos hodie *Academias* & *Vniversitates* appellamus, D. Hieronymum & venerandam antiquitatem accommodate *Studia* dixisse, notat Cambdenus in Britannia p. 269. ¶ 6. Pro secta & certo vitæ genere aliquando & sumitur. B. Hieronymus in vita Hilarionis: *Nec quisquam monachos ante sanctum Hilarionem in Syria noverat, ille fundator & eruditor hujus conversationis & studii fuit*, i. e. vitæ monasticæ. Idem lib. 2 epist. 8 *Tu quæ primam scintillam nostro fomiti subjecisti, quæ ad hoc studium nos & sermone hortata es & exemplo.* ¶ 7. *Studio* auferendi casu idem est ac *de industria, consulto*; Martiali lib. 7 epigr. 30 v. 7 *diligenter*, mit fleiß. Cic. pro S. Rosc. c. 32 *Vt omnes intelligant, me non studio accusare, sed officio defendere.* Cæs. B. Gall. 6 c. 9 *Magno militum studio opus efficitur.* Adde Borrich. l. c. p. 224.

¶ Stŭdiōsus, a, um, assiduus & perseverans in aliqua re, fleißig, mühsam. Cic. 4 Acad. c. 31 *Homo acutus & valde studiosus ac diligens.* Idem de opt. gen. orat. c. 5 *Suscepi laborem utilem studiosis*, id est, litterarum cupidis. Sic, *Studiosus laudis*, i. e. cupidus, lobbegierig. ¶ 2. *Studiosum esse alicujus*, est amore aliquem & benevolentia complecti, einen lieb haben, ihm günstig seyn und bereit zu dienen: Cicero Cæcinæ 6 fam. epist. 8 *Viri sunt optimi, & tui similium studiosi.* Idem in Verr. 4 c. 47 *Quem in provincia existimationis meæ studiosissimum cupidissimumque cognovi.* Et, *studiosiorem in aliquo colendo esse*, Cic. 5 fam. epist. 19. *Studiosus venandi, pilæ*, Idem de Amicitia c. 20. *Studiosi Catonis*, Nepos in ejus Vita extr. i. e. qui tenentur cupiditate notitiæ Catonis.

¶ Stŭdiōse, adverb. mit fleiß. Terent. Heaut. 2, 3 v. 44 *Texentem telam studiose ipsam offendimus*, fleißig über ihrem gewebe. *Studiose diligenterque aliquid curare*, Cic. ad Attic. 16 epist. 16. Et, *Armari studiosius*, Nepos Agesil. c. 3. *Libellos studiosissime comparare*, Plin. 4 epist 26.

¶ Instŭdiōsus, a, um, unfleißig. Apulejus Apolog. p. 299 *Quid enim tandem medicinæ neque instudiosus neque imperitus* &c. Gloss. Cyrilli: *Instudiosus*, ἀφιλόπονος.

¶ Perstŭdiōsus, a, um, sehr fleißig. Cic. 5 Tusc. c. 22 *musicorum perstudiosus.*

¶ Perstudiose, adverb. idem. Cicer. de Clar. Orat. c. 56 *aliquem perstudiose audire.*

STVLTVS, a, um, imprudens, incautus, albern, unverständig, närrisch; & substant. ein narr. A *Stolo* est *Stolidus*, & hinc postea *Stultus*. Nonnulli discrimen faciunt, ut *Stultus* sit, qui inepte & imprudenter vel agat vel loquatur; *Stolidus* sit vecors & hebes; & *Fatuus*, qui omnino desipit. Vnde Afranius apud Isidorum lib. 10 lit. S: *Ego stultum me existimo, fatuum esse non opinor*, i. e. obtusis quidem sensibus, non tamen nullis. Ita, *Ex stultis insanos facere*, Ter. Eunuch. 2, 2 v. 23. *Hominem stultum magis infatuare*, den narren toll machen, Cic. 3 Philipp. c. 9. *Consilium stultum capere*, Idem in Verrem 7 c. 39. Differt *Stultus* a *Stolido*: *Stultus* laborat judicii nullitate; *Stolidus* immaturitate ejusdem propter ætatem. Sic, *Stultorum plena sunt omnia*, Cic. 9 fam. epist. 22. Comparat. *Stultiores*, Idem pro Flacco c. 20. *Stulto stultior*, Plaut Curc. 4, 3 v. 19. *Nec quicquam est stultius*, Celsus præfat. Et, *Stultissimus adolescens*, Gellius 5 c. 10. *Stultissimus homo*, Plautus Bacch. 5, 1 v. 12.

¶ Stulte, adverb. thöricht, närrischer weise; ut, *Factum a nobis stulte est*, Terent. Heaut. 2, 3 v. 8. *Agere omnia stulte & incaute*, Cic. ad Att. 7 epist. 10. *Stulte arrogans*, Idem 2 de Leg. c. 7, ein stolzer esel. Et, *Stultissime dici & credi*, lib. 2 de Nat. Deor. c. 28.

¶ Stultĭtia, æ, die narrheit; ut, *summum omnium malorum*, quemadmodum Cic. dixit de Nat. D. 3 c. 32; & *Morbus animi*, ut Seneca 7 de Beneficiis c. 16. *Non omnis error stultitia est*, Cic. de Divinat. 2 c. 43 pr. *Altæ stirpes stultitiæ*, vide *Stirps*. *Proprium est stultitiæ, aliorum vitia cernere, oblivisci suorum*, Idem 3 Tuscul. c. 30. ¶ 2. Per extenuationem *Stultitiæ* nomine peccata etiam & flagitia designantur. Plaut. Aulul. 4, 10 v. 22

Quin tibi ultro supplicatum venio ob stultitiam meam:

Stultitiam, stuprum vocat Lyconides, quod Euclionis, ad quem loquitur, filiæ intulerat. Similiter & Mostell. 5, 2 v. 34

nunc te obsecro,
Stultitiæ adolescentiæque ejus ignoscas: tuus est.

Adde Terent. Heaut. 5, 2 v. 8. vid. Vossius 4 Instit. Orat. p. 137 & 138.

¶ Stultesco, ĕre, zum narren werden. Plaut. Mostell. 4, 2 v. 49 *Stultescere præter speciem.*

¶ Stultĭlŏquentia, æ, narren-rede. Plaut. Trinum. 1, 2 extr.

Occlusioremque habeant stultiloquentiam.

¶ Stultĭlŏquium, i, narrentheidung. Plaut. Milit. 2, 3 v. 25 *Nisi supprimis tuum stultiloquium.*

¶ Stultĭlŏquus, a, um, qui stulte loquitur, der thöricht redt. Plaut. in Persa 4, 3 v. 45 *Tace, stultiloque.*

¶ Stultĭvĭdus, a, um, i. e. stulte videns, der nicht wohl siehet. Plaut. Milit. 2, 3 v. 64 *Stultividum se fateri.*

STVPA, æ, vel Stuppa: scribunt & *Stypa*, στυπεῖον enim Græcis est; crassius lini purgamentum, cortici proximum, werck vom flachs oder hanff, stoppwerck. Vet. Gloss. *Stuppa*, κάνναβις, στύπη, ἄγγαλα. Sueton. Nerone c. 38 *Incendit urbem tam palam, ut plerique consulares cubicularios ejus cum stuppa tædaque in prædiis suis deprehensos non attigerint.*

¶ Stuparius, a, um, zum werck gehörig; ut, *malleus stuparius*, quo linum tunditur, ein flachsbläuel, Plin. 9 c. 1.

¶ Stupeus, sive Stuppeus, a, um, aus werck gemacht. Virg. Æn. 8 v. 694

Stuppea flamma manu &c Spargitur;

i. e. manipulus sparteus pice & sulphure illitus, qui inflammatus de muris in hostes dejicitur incendendi gratia, ein feuer-ballen, pech-krantz. Idem 2 Æn. v. 236

Subjiciunt lapsus, & stuppea vincula collo Intendunt.

¶ Styptĭcus, a, um, idem; vide supra *Stipticus* in *Stipo*.

STŬPEO, ui, ēre, stutzen, erstaunen, erstarren. Est ex repentina aliqua re ita concuti & consternari, ut tamquam exsensus & attonito similis stes: de quo Barthius notavit lib. 5 Advers. c. 4. Terent. Andr. 2, 1 v. 4 *Curâ confectus stupet.* Seneca Hippolyto v. 607

Curæ leves loquuntur: ingentes stupent.

¶ 2. Hora-

¶2. Horatio pro *nimium admirari* ponitur, itaque alicujus rei amore teneri, ut extra te poni & velut desipere videaris, sich sehr wundern; ut lib. 1 sat. 4 v. 28

Hunc capit argenti splendor, stupet Albius ære.

Et ibidem satyr. 6 v. 15

Judice, quem nosti, populo: qui stultus honores
Sæpe dat indignis, & famæ servit ineptus:
Qui stupet in titulis & imaginibus.

¶ Stŭpendus, a, um, admirandus, wunderbar. Nazarius Paneg. Constantini c. 6 *Venire ad ingentium virtutum stupenda penetralia.*

¶ Stŭpesco, ĕre, stutzig werden, sich entsetzen. Cic. 3 Orat. c. 26 ex poëta: *Adspiciat, admiretur, stupescat.*

¶ Stŭpĭdus, a, um, sinnloß, tumm, erstarrt; ut, *Omnes stupidi timore obmutuerunt*, Auct. ad Herenn. 4 c. 52. Et Terentius prologo Hecyræ v. 4 *Populus studio stupidus in funambulo animum occuparat.* Sic, *Membra stupida*, quæ non sentiunt: starre glieder. *Ingenium stupidum*, ein tummer kopff. Sic, *Stupidissimus est, qui non offenditur facto, quod non amat fieri*, Tertull. 1 advers. Marcion. c. 26. Et lib. 1 ad Nation. cap. ult. *stupidissimæ mentes.*

¶ Stupidĭtas, ātis, die sinnlosigkeit, tummheit. Cic. 2 Philipp. c. 32 *Incredibilem stupiditatem hominis cognoscite*, i. e. stultitiam, dementiam. Ita enim vitium illud, quod ἀναισθησίαν Græci, Latini *stupiditatem* dixere, aliquando vocatur. Juvenal. sat. 10 v. 233

Membrorum damnum major dementia: quæ nec
Nomina servorum, nec vultum agnoscit amici,
Cum quo præterita cœnavit nocte &c.

Nam propria hujus vitii *oblivio* est. Vnde Petr. Victor, cum Claudium stupidum sive ἀναισθησίᾳ laborantem designare vellet, *vecordem juxta & immemorem* vocat. Victor autem Junior sive Victorinus *vecordem juxta ac hebetem* dicit. Plura alia de hoc vitio vide apud S. Heinsium Dissertatione de *APOCOLOCYNTHOSI* Senecæ.

¶ Stŭpĭdo, āre, sinnloß oder starr machen. Martian. Capell. lib. 1

Pectore saxificam dicunt horrere Medusam,
Quod pavidum stupidet sapiens solertia vulgus.

Item: *Seria marcentem stupidant commenta maritum.*

¶ Stŭpor, ōris, hebetudo sensuum, die erstarrung, erstaunung; ut, *Stupor sensuum*, Cic. 2 Philipp. c. 45. *Stupor cordis*, Idem 3 Philipp. c. 6; *mentis, animi*, groß erschrecknis. *Stupor debilitasque linguæ*, Cic. in Pison. princ. Idem in Philipp. 2 c. 26 *Tantus igitur te stupor oppressit? ut non scias* &c. ¶ Catullus pro homine *stupido* sive ἀναισθήτῳ dixit epigr. 17 v. 21

Talis ille meus stupor, nil videt, nihil audit,
Ipse quid sit, utrum sit, an non sit, id quoque nescit.

Quibus versibus hominem stupidum sive ἀναίσθητον egregie depingit.

¶ Stupōrātus, a, um, stolidus, stupore affectus, toll, thöricht. Tertullian. 2 de Cultu fœm. c. 3 *Omnis gloria vana & stuporata.*

¶ Stupĕfacio, fēci, factum, facĕre, stupore afficere, erschrecken, staunend machen. Liv. 5 c. 39 *Privatos luctus stupefacit publicus pavor, postquam hostes adesse nuntiatum est.*

¶ Stupefio, stupefieri, passiv. idem quod *stupescere.* Hinc

¶ Stŭpĕfactus, a, um, erstaunt, erschrockt, erstarrt. Virg. Æn. 5 v. 643 *Arrectæ mentes stupefactaque corda.* Cic. 3 de Orat. c. 14 *In quo igitur homines exhorrescunt? quem stupefacti dicentem intuentur.* Et Claudianus de canibus Scyllæis, extremo lib. 3 de Raptu:

Pars stupefacta silet, pars nondum exterrita latrat.

Composita cum præposit.

¶ Adstŭpeo, ui, ēre, est ad rem visam vel auditam obstupescere, sich drüber wundern. Seneca de Tranquill. c. 8 *Non te pudet, quisquis divitiis adstupes?* Statius 2 Thebaid. v. 13

Et ferrugineum nemus adstupet, ipsaque tellus
Miratur patuisse retro.

Et 3 Theb. v. 405 *cui fida manus proceresque socerque*
Adstupet oranti.

Sidonius Apollinaris 5 epist. 5 *Adstupet tibi epistolas interpretanti curva Germanorum senectus.*

¶ Constŭpeo, ui, ēre, idem quod *stupere.* Juvencus:

Mirantes laudant, lætantes constupuerunt.

¶ Instŭpeo, ĕre, cujus participium apud Plinium est lib. 28 c. 4 *Torporem sedari, quocunque membro instupente, si quis in sinum exspuat*, wenn einem die hand oder der fuß einschläffet.

¶ Obstŭpĭdus, a, um, erstaunt, erschrocken. Plaut. Milit. 4, 6 v. 39 *Quid adstitisti obstupida?* Gellius 5 c. 1 *Consiluisse universos quasi attonitos & obstupidos*, h. e. propemodum stupidos factos præ metu.

¶ Obstŭpeo, ēre, & Obstupesco, ĕre, erschrecken, stutzen, sich entsetzen; ut, *Adspectu alicujus obstupescere*: Cic. 2 Divin. c. 23 *Ejus adspectu cum obstupuisset bubulcus*, &c. Sic, *Obstupuit visu Æneas*, Virgilius 5 Æn. v. 90. Et 2 Æneid. v. 774

Obstupui, steteruntque comæ & vox faucibus hæsit.

Et Cicero pro Marcello ad C. Cæsarem c. 9 *Obstupescent posteri triumphos legentes & audientes tuos.*

¶ Obstupefăcio, ĕre, ut *Stupefacere.* Terent. Phorm. 2, 1 v. 54 *Postquam ad judices ventum est, non potuit cogitata proloqui, ita eum timidum obstupefecit pudor.*

¶ Obstŭpĕfactus, a, um, erstaunt, verwunderungs-voll. Cic. pro Dejot. c. 12 *Obstupefactis hominibus ipsa admiratione compressus est.* Val. Max. 3, 8 ext. 6 *Obstupefactis nervis ac torpore hebetatis artubus.*

¶ Præstŭpĭdus, a, um, sehr starr, sehr tumm. Juvencus lib. 4 v. 200

Altera præstupido pars est stolidissima corde.

Stupeus, stuppa, stuppeus, vide proxime ante *Stupa.*

Stuprare, stupratio, vide sequens *Stuprum.*

STVPRVM, i, proprie, quod virgini viduæve infertur, distinguiturque ab adulterio, quod in matronam committitur, schändung eines weibes, unzucht, hurenthet. Papinianus Lege 6 § 1 Dig. ad Leg. Juliam de adulterio: *Lex STVPRVM & ADVLTERIVM promiscue & καταχρηστικώτερον appellat. Sed proprie ADVLTERIVM in nupta committitur, propter partum ex altero conceptum compositum nomine: STVPRVM vero in virgine viduave committitur.* Græci φθορὰν appellant. Hinc recte distinguit hæc duo B. Hieronymus Epitaphio Fabiolæ: *Aliæ*, inquit, *sunt leges Cæsarum, aliæ Christi: aliud Papinianus, aliud Paulus noster præcipit. Apud illos viris impudicitiæ frena laxantur, &, solo stupro ac adulterio condemnato, passim per lupanaria libido permittitur.* Pro *adulterio* posuit Seneca in Octavia v. 302

Nata Lucretî, stuprum sævi
Passa tyranni.

Sic, *Stuprum nefarium facere*, Cic. pro Milon. c. 27. *Inferre stuprum virgini*, Idem Offic. 3 c. 19; & in Pison. c. 39. Ac, *Stuprum in aliquam domum inferre*, Idem in Paradox. 3. *Illicere in stuprum*, Cic. 3 Nat. Deor. c. 27. Et, *Polluere stupro ceremonias*, Idem pro domo sua c. 40. ¶2. Veteres pro quavis turpitudine, quovis flagitio *Stuprum* dixerunt, schande. Nævius: *Perire malunt ibidem, quam cum stupro redire ad suos populares.* vide Festum.

¶ Stupre, adverb. schändlich. Poëta apud Festum: *Fœde stupreque castigor quotidie.*

¶ Stupro, āvi, ātum, āre, stuprum inferre, zu fall bringen, schänden. Cic. 5 fam. epist. 10 *Homo crudelissimus, qui tot ingenuas matresfamilias stupravit.* Plautus prolog. Aulul. v. 36 *Illam stupravit noctu, Cereris vigiliis.*

¶ Stuprātus, a, um, geschändet: vide mox verba Livii in *Constuprator.*

¶ Stuprātio, ōnis, die schändung, nothzüchtigung. Arnob. lib. 3 p. 73 *Ad oris sacri comparatæ stuprationem.*

¶ Stuprātor, ōris, ein ehrendieb, hurer. Quintil. 7 c. 5 *Stuprator an decem millia dare debeat.* Et Seneca Hippolyto v. 897 *Tumultu territus liquit stuprator.*

¶ Stuprōsus, a, um, verhuret, hurisch; ut, *Stuprosa mens*, Valerius Max. 6 c. 1 exemplo 8.

¶ Constupro, āre, ut simplex *stuprare.* Liv. 29 c. 17 *Constuprant matronas, virgines*, &c.

¶ Constuprātus, a, um, geschändet. Ita metaphorice *emtum constupratumque judicium*, corruptum est, Cic. ad Atticum 1 epist. 18.

¶ Constuprātor, ōris, ein hurer, schänder. Livius 39 c. 15 *Simillimi fœminis mares, stuprati & constupratores.*

¶ Obstuprātus, a, um, geschwächt. Lampridius in Commodo c. 3 *Appellatus a mimis quasi obstupratus.*

¶ Masturbo, āre, & Masturbator, pro quo alii scribunt *Mastuprare, Mastuprator*, vide supra in *Mas.*

STVRIO, ōnis, sive Asturio, vulgi vocabula, quibus acipenserem piscem nominat, ein stör. vide *Acipenser.*

STVRNVS, i, avis nota, ein staar, Græci ψαρὸν dicunt a celeri volatu, ψαίρειν enim *volare* est.

Stygialis, Stygius, Stylobata, vide *Styx, Stylus.*

STȲLVS, i, στύλος, columna & acuminatum quidlibet seu ferreum seu ligneum, in columnæ similitudinem, eine seul und was derselben gleich ist, ut in dicto illo Euripidis in Iphigenia:

στύλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες, hoc est:
Filii mares columnæ sunt familiæ.

Varia hinc composita in Architectonicis, ut *Diastylos, Eustylos, Peristylos, Systylos*, &c. de quibus postea. ¶2. Instrumentum item scribendi, ein griffel. Plaut. Bacchid. 4, 4 v. 63 *Effer cito stylum, ceram, tabellas.* vide supra *Graphium.* ¶3. Et genus est ipsum seu forma scriptionis, seu structura verborum, die art zu schreiben. Terent. in prolog. Andr. v. 12 *Dissimili oratione sunt factæ ac stylo.* Sic, *Orationes Attico stylo scriptæ*, Cic. de Clar. Orat. c 45. Et, *Stylus pressus demissusque*, Plin. 1 epist. 8, eingezogene und niedrige art im schreiben. *Styli acumen*, Cic. 1 de Orat. c. 33. *Stylus exercitatus*, Idem in Orat. c. 44; *negligens*, Quintil. 2 c. 4. *Rudis stylus*, Idem lib. 1 c. 1. ¶4. *Stylus*, pro exercitio scribendi, die schreib-übung. Cic. 1 de Orat. c. 33 *Stylus optimus & præstantissimus dicendi effector ac magister*; vide Quintil. 10 c. 3. Et, *Cum exercitatione cum stylo formanda nobis oratio est*, Cic. de Orat. 3 c. 50. *Vbertas orationis stylo depascenda est*, Idem ibid. 2 c. 23. Et Horat. 1 sat. 10 v. 72

Sæpe stylum vertas, iterum quæ digna legi sint,
Scripturus.

Cujus loci explicationem vide supra in *Graphium.* Ita, *Dare pœnas styli*, eleganter dixit Cæcina ad Ciceronem scribens 6 fam. epist. 7 pro reprehendi ob stylum acerbiorem. Valer. Max. de Eurip. lib. 3 c. 7 n. 1 extern. *Cunctante stylo elucubratum opus per omne ævi tempus plenis gloriæ velis feretur.* ¶5. Latina litterâ *Stilus* sæpe scripserunt veteres.

¶ Stylŏbăta, æ, & Stylobătes, στυλοβάτης, columnæ fundamentum, seu pes, sive basis, der seulen fuß, das grundstück. vid. Varro R. R. 1 c. 13; & 3 c. 5; & Vitruv. 3 c. 3; & 5 c. 9. conf. Baldi Lex. Vitr. p. 119.

¶ Decastȳlos, i, δεκάστυλος, decem columnas habens, zehnseulicht, Vitruv. 3 c. 1. vid. Bald. p. 35.

¶ Diastȳlos, i, διάστυλος, locus diductioribus laxioribusque columnis, weitseulicht, Vitruv. 3 c. 2. vid. Bald. p. 38.

¶ Epistȳlium, i, ἐπιστύλιον, fastigium, quod columnæ majori imponitur, vulgo *capitellum* vocant, der seulen-knopff oder capital. Plin. 35 c. 14, & lib. 26 c. 14; & Vitruv. 1 c. 1 & 2; & lib. 3 c. 3. Adde Bald. p. 47; & Varr. R. R. 3 c. 5.

¶ Eustȳlos, i, εὔστυλος, concinne columnatus, ubi justa intervallorum distributio, wohl beseult, Vitruv. 3 c. 2. vid. Bald. p. 49.

¶ Hexastȳlos, i, ἑξάστυλος, sex columnas habens, sechsseulicht, Vitruv. 3 c. 2. vid. Bald. p. 56.

¶ Octastȳlos, i, ὀκτάστυλος, octo columnas habens, achtseulicht, Vitruv. 3 c. 2. v. Bald. p. 76.

¶ Peristȳlium, & Peristȳlum, i, περίστυλον, locus columnis clausus, quæ στύλοι Græcis sunt, porticus, ein saal, creutzgang. Cic. Orat. pro Dom. suâ c. 44 *amplissimum peristylium.* Sueton. Aug. c. 82 *Sæpe in peristylio saliente aqua, atque etiam ventilante aliquo cubabat.* Vitruv. 5 c. 2

c. 2 *In palæstris peristylia quadrata seu oblonga.* Et Varro R.R. 3 c. 5 *Peristylum tectum tegulis.* vid. Bald. Lex. Vitruv. p. 83.

¶ Prostўlos, i, πρόστυλος, in fronte columnatus, geseult von fornen her, Vitruv. 3 c. 1; & Bald. p. 94.

¶ Amphiprostўlos, i, ἀμφιπρόστυλος, in fronte & postico columnas habens, geseult rings herum, Vitruv. l. c. & Bald. p. 6.

¶ Pycnostўlos, i, πυκνόστυλος, species ædium crebris columnis, vielseulicht, Vitruv. 3 c. 2; & Bald. p. 96.

¶ Systўlos, i, σύστυλος, species ædium columnis paullo remissioribus, das wenig seulen hat, Vitruv. l. c. & Bald. p. 122.

STYMMA, ătis, στύμμα, spissamentum seu crassamentum unguenti ex odoribus, das dicke von ausgedrückten. Plin. 13 c. 3 *Ratio faciendi* (unguenti) *duplex: succus & corpus. Ille olei generibus fere constat: hoc, odorum. Hæc STYMMATA vocant: illa HEPYSMATA.*

STYMPHĀLVS, i, στύμφαλος, mons & lacus Arcadiæ, & Stymphalum, oppidum ad lacum situm: Stat. Theb. 4 v. 298. Hinc

¶ Stymphālĭdes, um, στυμφαλίδες, aves Arcadicæ, quas grassantes in homines, & solis radios magnitudine sua adumbrantes, ænei crepitaculi sonitu Hercules abegisse fingitur. Poëta incertus de Herculis laboribus: *Stymphalides pepulit volucres discrimine quinto.*

Sed male altera in *Stymphalides* corripitur: Longa enim est. Lucretius lib 5 v. 31 *uncisque timendæ*

Vnguibus Arcadiæ volucres Stymphala colentes.

Ovid. 2 Fastor. v. 273

Testis erit Pholoë: testes Stymphalides undæ.

Fabulosæ autem sunt aves *Stymphalides*, ut *Harpyiæ*; Plin. 11 c. 37.

¶ Stymphālius, a, um, adject. Catullus ad Mallium de Hercule carm. 69 v. 112 *Tempore quo certâ Stymphalia monstra sagittâ*

Perculit imperio deterioris heri.

¶ Stymphālĭcus, a, um, idem. Plaut. Pers. 1, 1 v. 4 *Cum avibus Stymphalicis, cum Antæo deluctari mavelim.*

Stypa, vide ante *Stupa.*

STȲRAX, ăcis, στύραξ, lacryma est arboris cujusdam, malo cotoneo similis, in Pisidiâ & Ciliciâ. *Storax calamita* in officinis vulgo appellatur. Virg. in Ciri v. 168

Non styrace Idæo fragranteis tincta capillos.

Per *Idæum* Creticum intelligit, quem tamen minime probat Plin. 12 c. 25, ein wohlriechend gummi. vide supra *Storax.*

¶ Styrăcĭnus, a, um, adject. ut, *oleum styracinum.*

STYX, ўgis, στύξ, fons ad Nonacrim Arcadiæ, cujus aqua venenum est præsentissimum: pota enim illico necat, Plin. 30 c. 16; Curtius lib. 10 extr. & Seneca 3 Quæst. Nat. c. 25. ¶ 2. Est & *Palus* apud inferos, a *tristitia* sic dicta, hoc est, ἀπὸ τοῦ στυγεροῦ. Vnde poëtis passim pro inferis, vel sede inferorum. Adde Bochart. Geograph. sacr. p. 165. Martial. 4 epigr. 60 *Ad Styga missus.*

¶ Stўgius, a, um, adject. höllisch. Virg. 6 Æneid. v. 134

Bis stygios innare lacûs.

Et ibidem v. 369 *Stygiamque innare paludem.*

Seneca Hercul. Oetæo extrem.

Nunquam stygias fertur ad umbras

Inclyta virtus.

¶ Stўgiālis, e, aliud adjectiv. Virgilius in Ciri v. 374

Hinc magico venerata Jovi stygialia sacra &c.

Vbi *Stygialia sacra* vocat, quæ Horatio *Cotyttia* appellantur epod. 17 v. 56; vide Scaligerum ad eum versum.

SVĀDEO, suasi, suasum, suadēre, hortari ad id, quod intendimus, rathen. Terent. Andr. 4, 1 v. 38 *Nunquam destitit suadere, orare, usque adeo donec perpulit.* Cic. de Provinc. Consul. c. 17 *Me, ut sibi essem legatus, non solum suasit, verum etiam rogavit.* Sic, *Suadere pacem*, Cic. 7 fam. epist. 3; & *de pace*, Quintil. 3 c. 8. Mithridates ad Arsacem regem apud Sallust. in fragm. *Mihi fortuna multis ereptis, usum dedit bene suadendi.* Lucret. 6 v. 128 *Multa paupertas horrida suasit.* Lucan. 1 v. 262 *Luxum suasere rapinæ.* Plaut. Trin. 3, 2 v. 44 *Minus placet, magis quod suadetur, quod dissuadetur, placet.* Vide, quæ de usu hujus verbi multis docet Barthius ad Claudiani Panegyricum Manlianum, secundæ Recensionis.

¶ Suādens, tis, rathend. Stat. Theb. 11 v. 435

Non verba magis suadentia frangunt Accensos.

¶ Suadenter, adverb. beweglich. Arnob. lib. 2 p. 56 *Suadenter loqui in litibus.*

¶ Suāsus, a, um, überredt; item, gerathen. Plaut. Aulul. argum. v. 6 *Megadorus a sorore suasus ducere uxorem.* Et Alcimus: *Propter suasam escam.*

¶ Suāsum, i, subst. eingedruckte farbe. Festus: *Suasum color appellatur, qui fit ex stillicidio fumoso in vestimento albo. Nec desunt, qui dicant, omnem colorem, qui fiat inficiendo, suasum vocari, quod quasi persuadetur in alium ex albo transire.* Plaut. Trucul. 2, 2 v. 16 *Sibi suaso inficere pallulam*, den mantel schwärtzen. Quidam autem legunt *Insuaso*, ut & ipse notat, Festus. conf. Voss. Etymol. p. 498.

¶ Suasus, ûs, subst. die beredung, einrathung. Vlpian. lege 9 § 1 ad leg. Aquil. *Si quis per vim vel suasum medicamentum alicui infundit.*

¶ Suasio, ōnis, idem; ut, *Præcepta de suasionibus tradere*, Cic. 2 de Orat. c. 81. *Suasio legis Serviliæ*, Idem de Clar. Orat. c. 86. ¶ 2. Opinio, die einbildung. Plin. Valer. 3 c. 52 *Illorum suasioni occurrendum est.*

¶ Suāsor, ōris, ein rathgeber; ut, *Suasor & auctor fuit*, Cic. 3 Offic. c. 30. Et ad Atticum lib. 16 epist. 7 *Suasor & impulsor, & approbator profectionis meæ.* conf. 2 Philipp. c. 12.

¶ Suasōrius, a, um, zum einrathen gehörig; ut, *Suasoriæ sunt apud Rhetorem materiæ inter rudimenta dicendi*, Quintil. 2 c. 1. Sic, *Genus suasorium.*

¶ Suādus, a, um, lieblich, holdselig; ut, *Suada Majestas*, Apulej. Met. lib. 11. *Tua delenifica & suada facundia*, Symmach. 3 epist. 6.

¶ Suāda, æ, subst. die überredungs-krafft; item Dea, πειθώ, *quam Deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitavisse*, Cic. de Clar. Orat. c. 15. Et Cethegus *Suadæ medulla* ex Ennio ibid. & de Senect. c. 14.

¶ Suādēla, æ, idem, Dea scilicet persuadendi. Herodot. lib. 8 c. 111 πειθὼ καὶ ἀνάγκη δύο θεοὶ μεγάλοι, hoc est, *Duo magna numina Suadela & necessitas.* Horat. 1 epist. 6 v. 38

Ac bene nummatum decorat Suadela, Venusque.

¶ 2. Plaut. Cistell. 2, 3 v. 24 pro suasione *Suadelam* dixit, die zurede, ermahnung: *Perducebam illam ad me suadelâ meâ.* Et, *Suadelis addere cuneum*, Apulejus Met. lib. 9 p. 225.

¶ Suādĭbĭlis, e, facilis ad persuadendum, leicht zu bereden. Vulg. Interpr. Jac. c. 3 v. 17 *Sapientia suadibilis.*

¶ Suadiludius, vide paullo post *Suaviludius* in *Suavis.*

¶ Benesuadus, Malesuadus, vide in *Bonus, Malus.*

Composita cum præposit.

¶ Consuādeo, si, sum, ēre, beyräthig seyn. Plaut Mercat. 1, 2 v. 32

Saluti quod tibi esse censeo, id consuadeo.

conf. Pseud. 2, 2 v. 71; Asin. 2, 1 v. 13; Trin. 2, 4 v. 125; & 3, 2 v. 46.

¶ Consuasor, ōris, ein rathgeber. Cic. pro Quintio c. 5 pr. *Hæc omnia Quintius agebat auctore & consuasore Nævio.*

¶ Desuasor, ōris, ein abmahner: Lindebrogius legit in Ammiani lib. 30 p. 463; sed *Dissuasor* ibidem Valesius f. 609.

¶ Dissuādeo, si, sum, ēre, non suadere, widerrathen, abmahnen. Plaut. Trin. 3, 2 v. 44 *quod suasit, dissuadet.* Cic. 3 Offic. c. 27 *Non modo non censeo aliquid agendum, verum etiam dissuadeo.*

¶ Dissuāsio, ōnis, die wiederrathung. Cic. pro Cluent. c. 51 *Legationis dissuasio.*

¶ Dissuāsor, ōris, ein abmahner. Cic. 2 de Orat. c. 65 *Dissuasor legis.* Seneca epist. 108 *Populus honesti dissuasor.*

¶ Insuasum, i, Festo non secus ac *Suasum*, *color similis luteo, qui fit ex fumoso stillicidio*, rauchfarbe: vide ante *Suasum.*

¶ Persuādeo, si, sum, ēre, suadendo adducere, ut quis credat, bereden, überreden; ut, *Persuadere aliquid auditori*, Cic. 1 de Invent. cap. 17. Et, *Te sibi persuadere volo, mihi te cariorem esse neminem*, Antonius Ciceroni sub lib. 10 ad Attic. epist. 8, ich will dich versichern.

¶ Persuāsus, a, um, überredt; ut, *De tua fide mihi persuasum est*, Cic. 11 fam. epist. 2 pr. ich zweiffele nicht daran. *Persuasissimum est mihi*, Brut. ad Cic. 11 fam. epist. 9. Et, *Persuasissimum habere*, Colum. 12 c. 1, vor gewiß halten, glauben.

¶ Persuāsus, ûs, subst. die überredung, einbildung. Cic. pro Vareno apud Quintil. 5 c. 10 *Hujus persuasu & inductu.* conf. Plaut. Epid. argum. 1 v. 2.

¶ Persuāsio, ōnis, idem; ut, *Arrogans de se persuasio*, Quintil. 2 c. 4, ein dünckel. Idem lib. 1 c. 1 *Nihil pejus iis, qui paullum aliquid ultra primas litteras progressi, falsam sibi scientiæ persuasionem induerunt.* Et, *Tumescere inani persuasione*, Idem lib. eod. c. 2, laßdünckel haben.

¶ Persuastrix, īcis, eine überrederin. Plaut. Bacchid. 5, 2 v. 47 *Pellecebræ & persuastrices*, id est, quæ ad probrum pelliciunt illudque persuadent. Fortunatianus Rhetor. δυσπρόφορον *est, si quis dicat, persuastrices, præstigiatrices, atque inductrices.*

¶ Persuasōrius, a, um, zum überreden dienlich; ut, *Assertio persuasoria*, Sueton. in Domitiano c. 8.

¶ Persuāsĭbĭlis, e, leicht zu überreden, gläublich; ut, *Vis inveniendi omnia in oratione persuasibilia*, Quintil. 3 c. 16.

¶ Persuasibĭlĭter, adverb. idem; ut, *Dicere persuasibiliter*, also, daß man es gläubt, Idem Quintil. 2 c. 5.

Suarius, suatim, vide infra in *Sus.*

SVĀVIS, e, jucundus, dulcis, lieblich, holdselig, freundlich; ut, *Suavis homo*, Terent. Phorm. 2, 3 v. 64. *Suavis consuetudo*, Cic. 13 fam. epist. 27, angenehme freundschafft. *Suavior sermo*, Horat. 1 sat. 10 v. 23. Et Plaut. Asin. 3, 3 v. 51

Non eadem omnia æque omnibus suavia esse scito.

Superlat. Vellej. 2, 114, 1 *O rem experientia suavissimam!* Plaut. Cistell. 1, 3 v. 45 *Amor suavissimus.* ¶ 2. Adverbialiter Virg. ecl. 3 v. 63 *Suave rubens hyacinthus.* conf. eclog. 4 v. 43.

¶ Suavĭdus, a, um, idem. Theod. Priscian. de Diæta c. 20 *Suavida sit potio ad bibendum.*

¶ Suāvĭtas, ātis, die lieblichkeit, anmuth; ut, *Suavitas oris*, Quintil. procœm. lib. 6. Et, *Suavitas sermonis Atticorum & Romanorum propria*, Cic. de Orat. 3 c. 11. Idem 3 fam. epist. 1 *Tibi persuade, carissimum te mihi esse propter multas suavitates ingenii, officii, humanitatis tuæ.* Tribuitur hoc nomen & illi virtuti, quæ *comitas* & *benignitas* alias appellatur, & *humanitatis* pars est. vide supra *Benignitas.* Plinius Paneg. Trajani c. 49 *Ergo non aurum, nec argentum, nec exquisita ingenia cœnarum, sed suavitatem tuam jucunditatemque miramur.*

¶ Suāvĭtūdo, ĭnis, idem; Plaut. Sticho 5, 5 v. 14; & Gellius 13 c. 3.

¶ Suāvĭter, adverb. jucunde, lieblich; ut, *Loqui suaviter*, Cic. 3 de Orat. c. 11. *Dicere suaviter*, Idem de Clar. Orat. c. 29. Et, *Epistola suaviter scripta*, Cic. 15 fam. epist. 21. *Secunda jucunde & suaviter meminisse*, Idem de Finib. 1 c. 16. Ac, *Suaviter voluptas sensibus blanditur*, Idem in Acad. 4 c. 45.

¶ Suaveŏlens, tis, wohlriechend; ut, *Suaveolens amaracus*, Catull. carm. 62 v. 7.

¶ Suaveolentia, æ, der liebliche geruch. Sidon. 8 epist. 14 *Ad suaveolentiam pudicitiæ impellere.*

¶ Suāvĭdĭcus, a, um, wohlredend; ut, *Suavidici versus*, Lucret. 4 v. 181.

¶ Suavĭlŏquus, a, um, idem; ut, *Suaviloqui versus*, Lucret. 2 v. 528.

¶ Suavĭlŏquens, tis, idem; ut, *Suaviloquenti carmine*, Lucret. 1 v. 944.

¶ Suaviloquentia, æ, die wohlredenheit. Cic. de Clar. Orat. c. 15 *Suaviloquentiam alicui tribuere.*

¶ Suavĭlūdius, i, qui ludis oblectat, ein lust-spieler, comödiant. Tertull. de Spectac. c. 20 *Defensio suaviludii cujusdam.* conf. de Corona milit. c. 6. Aliqui legunt *Suadiludius*, & exponunt de eo, qui ludum suadet. vid. Barth. ad Stat. lib. 4 Theb. p. 1092.

¶ Suāvium, i, osculum amoris, ein liebes-kuß, auctore Donato. Cic. ad Attic. 16 epist. 11 extr. *Atticæ meis verbis suavium des.* Plautus Casinâ 5, 3 v. 3 *Illecebram stupri principio suavium posco.* vide *Osculum.*

¶ 2. Vo-

¶ 2. Vocabulum blandiendi, ein liebgen; ut, *Meum suavium, quid agitur?* Terent. Eunuch. 3, 2 v. 3. ¶ 3. *Savium* in multis etiam libris scribitur. Et sic sæpe Plautus; ut, *Savia super savia*, Pseud. 4, 1 v. 38. *Savia sagittata*, in Trin. 2, 1 v. 16, &c. vid. Parei Lex. Crit. p. 1119. *Mellitissimum illud savium*, Apulej. Met. lib. 2. *Festinantibus saviis perfrui*, Idem Met. lib. 5.

¶ Suāviŏlum, vel Saviŏlum, i, diminut. ein küßgen. Catull. carm. 98 v. 2 *Suaviolum dulci dulcius ambrosia.*

¶ Suāvillum, i, aliud diminut. ein leckerbißlein. De *savillo* opere pistorio faciendo vid. Cato R R. c. 84. conf. Turnebi Adverf. 23 c. 10.

¶ Suāvior, vel Savior, ātus sum, ari, suavium dare, küssen. Cic. ad Att. 16 epist. 3 *Atticum nostrum cupio suaviari.* Et Catull. carm. 46 v. 12 *Ocellos illo purpureo ore suaviata.*

¶ Suāviātio, ōnis, die küssung. Gell. 13 c. 2 *Suaviationes puellarum.*

Composita:

¶ Consuāvior, vel Consavior, ātus sum, ari, hertzen, küssen. Apulej. lib. 2 Met. p. 120 *Ubi primum consaviatumest.*

¶ Dissuavior, atus sum, ari, est cum voluptate exosculari, beküssen; exstat in ultima Ciceronis epistola familiari: *Tuos oculos in medio foro dissuaviabor.*

¶ Insuāvis, e, unangenehm, unlieblich; ut, *aqua limosa & insuavis*, Vitruv. 8 c. 1. Et, *oleum non insuavis odoris*, Columella 12 c. 52. Comparat. Gellius 1 c. 7 *Utrumque dici latine possit: illud jucundius ad aurem complexiusque: hoc insuavius imperfectiusque est.* Superlat. *Insuavissima littera*, Cic. in Oratore c. 49, *A* intelligens crebro repetitum.

¶ Insuavĭtas, ātis, die unannehmlichkeit. Gellius 1 c. 21 *Insolentia & insuavitas dictionis.* Tertull. de Pœnit. c. 10 *Quæ per insuavitatem medentur.*

SUB, præposit. unter, multa cum duobus casibus significat: ut, *sub Alexandro*, id est, Alexandri tempore. *Sub ea conditione*, mit dem bescheid. *Sub dio* vel *divo*, id est, cælo aperto, unter freyen himmel: *Sub divo carpere somnos*, Virg 3 Georg. v. 435. *Sub armis*, id est, armatus, ibidem v. 116. *Falx sub imagine*, id est, picta, Virg. 7 Æn. v. 179 *Sub radicibus montis*, i. e. in ima parte, Nep Miltiad. c. 5 n. 3. *Sub imperio alicujus esse*, Ter. Heaut. 2, 2 v. 4. Et, *Esse sub manu*, hoc est, in promptu, Plancus Ciceri 10 fam. epist. 23. *Sub specie pacis*, id est, prætextu, Liv. 38 c. 7. *Sub urbe est ager illi paululum*, Terent. Adelph. 5, 8 v. 26, an, bey der stadt. *Sub aliquo aliquid agere*, id est, ad ejus nutum, vid. Barth. ad Script Venat. p. 181. ¶ 2. *Sub* cum accusativo: *Sub idem tempus*, id est, circa, Vellejus lib. 1 c. 12, um eben dieselbe zeit. *Sub finem*, Liv. 22 c. 47. *Sub ipsum finem adventabant*, Virg Æn. 5 v. 327. conf. Borrich. Cogit. p. 291. *Sub adventum prætoris*; *sub lucis ortum*, Liv 27 c. 15. *Sub manus*, faciliter: Plaut. in Milit. a. 3 sc. 3 extr. *Lepide hoc succedit sub manus negotium*, es geht von der faust. *Sub noctem*, bey einbrechender nacht, Cæl B. C. 1 c. 28. Videtur autem quibusdam τὸ *sub*, cum de tempore sermo est, cum accusativo ferme junctum veteribus, quando jam propinquum tempus significandum; quando jam instans & quod inierit, cum ablativo constructum fuisse: ut & cum locum significaret, Suetonius Othone c. 8 *Cum sub noctem promerentur arma.* Quam eamdem rem cum Tacitus narrat, Hist. c. 8 *incipiente nocte* dixit. Cæsari de B. Gall. 2 c. 33 *sub vesperum*, um die abend-zeit. Avienus tamen Arateis v. 321 *sub nocte propinqua* dixit. Et ita Suetonius quoque, *sub exitu vitæ*, in Claudio c. 43; & *sub excessu Tiberii*, Nerone c. 5 dixit. Florus lib. 2 c. 11 *sub adventu hostis*, i. e. in adventu: cum hostis veniret. Et c. 17 *cum pari temeritate sub nocte consulis castra adiisset*, i. e. noctu. Virg. 1 Æn. v. 166

geminique minantur
In cælum scopuli: quorum sub vertice late
Æquora tuta silent.

Cæsar de B. C. c. 41 *sub castris Afranii consistit.* Sueton. Othon. c. 6 *sub æde Saturni.* In his locus designatur, & præpositio cum ablativo jungitur. Florus tamen contra lib. 3 c. 5 *Nam sub orientem secutus Armenios* &c. dixit. Item Tacitus 5 Hist. c. 11 *Judæi sub ipsos muros struxere aciem.* Ergo ut plane nulla non est hæc observatio, ita perpetua catholicaque non est. ¶ 3. Aliquando & *Sub* abundat. Persius sat. 5 v. 80 *Marso sub judice palles*,
i. e. Marso judice, vel judicante. vide ibi Casaubon. Tacitus 2 Hist. c. 26 *Cum fratrem ejus Jul. Frontonem Tribunum Othoniani sub eodem crimine vinxissent.* Suetonius Nerone c. 35 *Denique occidit sub crimine adulteriorum.* Plin. Panegyr. Trajani c. 4 *Sed parendum scito, quo ex utilitate publica placuit, ut Consul voce sub titulo gratiarum agendarum boni principes, quæ facerent, recognoscerent.* Nisi potius sit dicere, non abundare in talibus, sed plenum sermonem efficere, eamque subintelligendam, quando omittitur. vid. Barth. ad lib. 5 Theb. Statii p. 53. ¶ 4. Observa, hanc præpositionem cum nominibus & verbis compositam, quamdam plerumque tenuitatem significationi addere: *subasper*, *subamarus*, *subniger subinvideo*, *subirascor*, *subrideo*, &c. id est, aliquantulum asper, aliquantulum invideo, rideo, &c. vide singula suis locis. Adde *subinsulsus*, Cic. de opt. gen. Orat c 3.

¶ Subter, præpos. darunter. Cicer in Somn Scip. c. 4 *Subter mediam fere regionem sol obtinet, dux & princeps, & moderator luminum reliquorum.* Virg 9 Æn. v. 515

Ferre libet densa subter testudine casus.

¶ Subtĕrior, us, comparat. i. e. inferior, das untere. Macer 2 v. 13

Sic oculis nocuus sanguis per subteriora
Dicitur expelli

¶ Subternus, a, um, infernus, das unten ist. Prudentius Hamartig. v. 922

rapidos subterna nocte caminos.

Et lib. 1 adv Symma h. v. 392

Religionis opem subterna poscere ab antris.

¶ Subtus, pro *Sub* vel *Subter*, adverb antiquum. Tacitus 4 Hist. c. 23 *Alii superstantes, tamquam ex aggere prœliarentur: pars subtus occulti muros subruerent.* Ita enim legendum puto: quia *superstantes* dixerunt. Neque enim *intus* & *super*: sed *super* & *sub* sive *subtus* opponuntur. Sic *subtus labra*, i. e. inferiora, sive quæ subtus sunt, dixit Varro & *superioribus* opposuit lib. 2 de Re Rustica c. 9. Et, *Subtus ambulare*, Cato de R. R. c. 47, qui tecti superius ambulant. Lucretius lib. 6 v. 865 *Extemplo subtus frigescit terra* &c.

¶ Subinde, adv. est frequenter, crebro, sed cum intervallo, immerzu, je zuweilen, nach und nach, je an hand. Plin. 2 epist. 7 *Effigiem subinde intueri, subinde respicere.* Sueton. Tiber. c. 57 *subinde adpellans eum*, &c. id est, crebro. ¶ Ponitur & pro postea, deinde, mox, nachmahls, so fort. Horat. 1 epist. 8 v. 15 *subinde*
Præceptum auriculis hoc instillare memento.
Vellejus 1 Hist. c. 7 *Sed M. Cato, quantum differt? qui dicit Capuam ab iisdem conditam, ac subinde Nolam.* Suetonius Augusto c. 95 *Circulus ad speciem cælestis arcus orbem solis ambiit, ac subinde Juliæ Cæsaris filiæ monumentum fulmine ictum est.* Ita & alibi usus est: ut in Claudio c. 43; Galba c. 1; Vitellio c. 9. Et Tacit. Agric. c. 14 de Britanniæ præfectis: *Consularium primus A. Plautius præpositus, ac subinde Ostorius Scapula.*

¶ Desub, vide supra in *De*.

Subabsurdus, Subaccuso, Subacidus, Subactio, subactus, &c. Subæratus, Subagito, are, &c. Subagrestis, Subalaris, Subalbesco, subalbidus, Subalpinus, Subamarus, Subaquaneus, Subaquilus, Subarare, subarator, Subaresco, Subargutus, Subarmalis, Subarrho, Subarroganter, Subarundino, Subare, subario, Subaudio, Subausculto, Subausterus, vide *Absurdus*, *Caussa*, *Aceo*, *Ago*, *Æs*, *Ago*, *Ager*, *Ala*, *Albus*, *Alpes*, *Amarus*, *Aquæ*, *Aquilus*, *Aro*, *Areo*, *Arguo*, *Armus*, *Arrha*, *Rogo*, *Arundo*, *Sus*, *Audio*, *Ausculto*, *Austerus*.

Subbalbe, Subbasilicanus, Subbibo, Subblandior, vide *Balbus*, *Basilica*, *Bibo*, *Blandior*.

Subcæruleus, Subcandidus, Subcāvus, Subcineritius, Subcisivus, Subcœnare, Subcrispus, Subcrudus, Subcruentus, Subcultrare, Subcuneatus Subcurator, Subcustos, vide *Ceruleus*, *Candeo*, *Cavus*, *Cinis*, *Cædo*, *Cœno*, *Crispus*, *Crudus*, *Cruor*, *Culter*, *Cuneus*, *Cura*, *Custos*.

Subdebilis, &c. Subdialis, Subdifficilis, Subdiffidere, Subditus, &c. Subdivalis, Subdoceo, Subdŏlus, Subdubito, Subdūco, subductio, Subdulcis, vide *Debilis*, *Deus*, *Facilis*, *Fido*, *Do*, *Deus*, *Doceo*, *Dolus*, *Dubius*, *Duco*, *Dulcis*.

Subedo, ĕre, Subeo, vide supra *Edo*, *Eo*.

SŪBER, ĕris, fœmininum & neutrum, arbor ilicis: fert folia & fructum, sed glandem pessimam, ut Plinius inquit lib. 16 c. 7, viret perpetuo, gorck, pantoffel-holtz. Sunt, qui *suberem* fœminam ilicem vocant, atque ubi non nascitur ilix, pro ea subere utuntur, Plin. 16 c. 9. Dicitur a *Suo*: videlicet, quod insuatur solo calceamenti, ut Scaliger docet.

¶ Sūbĕreus, a, um, ex subere quod est, aus pantoffel-holtz; ut, *Subereus cortex*, Serenus Sammonicus carm. 35.

¶ Sūberĭnus, a, um, idem. Sidonius 2 epist. 2 *Piscator retia suberinis corticibus extendit.*

Suberrare, Subex, vide *Erro*, *Jacio*.

Subfermentatus, Subfrigidus, quære supra *Fermentum*, *Frigus*.

Subgrandis, Subgrāvis, Subgrunda, &c. vide *Grandis*, *Gravis*, *Grunda*.

Subhærere, Subhastare, Subhorridus, vide *Hæreo*, *Hasta*, *Horreo*.

Subjaceo, Subjacto, subiculum, vide *Jaceo*, *Jacio*.

SŪBĬDUS, a, um, antiquum est, id est, ad amandum idoneus, non alienus ab amorum deliciis. Ita enim usus videtur Valerius Æditurus, poëta vetus, apud Gell. 19 c. 9. Hinc

¶ Insūbĭdus, a, um, id est, invenustus, rusticus, truculentus, grob, unhöflich, ungeschliffen. Gellius ipse ibid. *Sed ne nos, id est, nomen latinum, tamquam profecto vastos quosdam & insubidos ἀναφροδισίας condemnetis.* Comparat. *Insubidior*, idem Gell. 6 c. 1, & lib. 13 c. 20.

¶ Insubĭde, adverb. idem. Gellius 1 c. 2 *Intempestive atque insubide disserebat.*

Subjectio, subjectus, &c. Subigo, &c. Subjicio, Subimpudens, Subinanis, Subinde, Subinfluo, Subinsulsus, Subintro, Subinvideo, Subirascor, &c. vide *Jacio*, *Ago*, *Jacio*, *Pudet*, *Inanis*, *Inde*, *Fluo*, *Sal*, *Intro*, *Video*, *Ira*.

SŪBIS, is, avis aquilarum ova frangens, Nigidio & Plinio 10 c. 19, Aristoteli vero σίττη (Gaza σίττη legit, *Sitta*,) avis est, quæ aquilis ova frangit, de picorum genere, Gesnerus.

Subitaneus, subitus, &c. Subjugalis, subjŭgis, &c. Subjunctus, subjungo, vide *Eo*, *Jugum*, *Jungo*.

Sublābor, Sublabro, Sublaqueo, Sublateo, Sublatio, &c. Sublāvo, Sublecto, Sublego, vide *Labor*, *labi*, *Labrum*, *Laqueus*, *Lateo*, *Fero*, *Lavo*, *Lacio*, *Lego*.

SUBLESTUS, a, um, gering, liederlich; ut, *Fides sublesta*, id est, tenuis & exigua, apud Plautum Perf. 3, 1 v. 20. Scaliger in Copam: *Languidum*, inquit, καὶ ἐκλελυμένον vinum sublestum, *vocabant.* (conf. Plaut Bacch 3, 6 v. 13.) Sublesta pictura, *est tantum primis lineamentis deformata ac nullis coloribus adumbrata. Eaque græce dicitur μονόγραμμος.* Lista *est* γραμμή, *teste illo vetere Glossario. Sic & hodie lineam vulgo vocamus in Gallia. Dicta* lista *a* λόγχη, *p, in t, ut* στάδιον, σπάδιον, *spatium*, σπουδή, *studium. Hinc* ὑπόλιστοι, *picturæ primum, hoc est, ad verbum*, sublestæ. *Inde ad alia translatum sumitur pro evanido, tenui, languido: ut* vinum, *de quo diximus*, sublestum &c. Adde Festum, & Nonium c. 2 n. 830, ubi ex Plauto insuper adducitur *fides sublestior*, & *vinum sublestissimum.*

Sublēvo, sublevatus, Sublīca, sublicius, Sublīllo, Subligaculum, subligo, &c. Sublimen, Sublimis, sublimo, &c. Sublingio, Subjinio, &c. Sublividus, Sublucanus, subluceo, &c. Subluo, Subluridus, Sublustris, Subluteus, Subluvies, vide *Levo*, *Lacio*, *Lædo*, *Ligo*, *Limen*, *Limus*, *i*, *Lingo*, *Linio*, *Liveo*, *Lux*, *Luo*, *Luridus*, *Lustrum*, *Lutum*, *Luo*.

Submejo, submejulus, Submergo, submersio, Subminia, Subministro, &c. Submissio, submitto, &c. Submolestus, Submoneo, Submorosus, Submotor, submoveo, Submūto, vide *Mejo*, *Mergo*, *Minium*, *Minister*, *Mitto*, *Molestus*, *Moneo*, *Mos*, *Moveo*, *Muto*.

Subnascor, Subnato, Subnecto, Subnĕgo, Subnervo, Subnĭger, Subnītor,

tor, ſubnixus, Subnubilus, vide *Naſcor*, *No*, *Necto*, *Nego*, *Nervus*, *Niger*, *Nitor*, *Nubes*.

Subo, are, Subobſcenus, Subobſcurus, Subodioſus, Suboffendo, Suboleo, ſubŏles, &c. Suborior, &c. Suborno, are, &c. vide *Sus*, *Obſcenus*, *Obſcurus*, *Odi*, *Fendo*, *Oleo*, *Orior*, *Orno*.

Subpætulus, Subpallidus, Subpinguis, Subpŭdet, vide ſupra *Pætus*, *Pallor*, *Pinguis*, *Pudet*.

Subrancidus, Subraucus, Subrectus, Subrefectus, Subremīgo, Subrēpo, ſubreptitius, &c. Subreptus, Subrideo, Subrīgo, Subriguus, Subrŏgo, Subroſtranus, ſubroſtrarius, Subrotatus, Subrubeo, &c. Subrufus, Subrumpo, Subrŭmo, ſubrumus, Subruncator, ſubruncivus, Subruo, Subruſticus, Subrutilo, ſubrutilus, Subrŭtus, vide *Rancor*, *Raucus*, *Rego*, *Facio*, *Remus*, *Repo*, *Rapio*, *Rideo*, *Rego*, *Rigo*, *Rogo*, *Roſtrum*, *Rota*, *Ruber*, *Rufus*, *Rumpo*, *Ruma*, *Runco*, *Ruo*, *Rus*, *Rutilus*, *Ruo*.

Subſalſus, Subſanno, are, &c. Subſcribo, ſubſcriptio, &c. Subſcus, Subſecivus, ſubsĕco, Subſecundarius, Subſellium, Subſentio, Subsĕquor, ſubſequus, &c. Subſericus, Subsĕro, Subſervio, Subſeſſa, ſubſeſſor, ſubſideo, ſubſidium, &c. Subsīdo, Subſignanus, ſubſigno, are, &c. Subſilio, Subſimilis, Subsīmus, Subſipio, Subſiſto, Subſitus, Subſolanus, Subſortior, ſubſortitio, Subſtamen, ſubſtantia, &c. Subſterno, Subſtillus, Subſtituo, &c. Subſto, Subſtramen, Subſtratus, Subſtrictus, Subſtrido, Subſultim, ſubſulto, Subſum, Subſuo, Subſurdus, vide *Sal*, *Sanna*, *Scribo*, *Cudo*, *Seco*, *Secundus*, *Sella*, *Sentio*, *Sequor*, *Seres*, *Sero*, *Servio*, *Sedeo*, *Sido*, *Signum*, *Salio*, *Similis*, *Simus*, *Sapio*, *Siſto*, *Situs*, *Sol*, *Sors*, *Sto*, *Sterno*, *Stilla* in *Stiria*, *Statuo*, *Sto*, *Stramen*, *Sterno*, *Stringo*, *Strideo*, *Salio*, *Sum*, *Suo*, *Surdus*.

SVBTEGMEN, & Subtēmen, ĭnis, (nihil enim differunt hæ voces, ut argutantur nonnulli, cenſente Caſaubono ad Capitolini Pertinacem,) quod ſubit ſtamini: hoc eſt, fila, quæ inter ſtamen immittuntur, der eintrag im geweb. Ovid. Metam. lib. 6 v. 55

Tela jugo juncta eſt, ſtamen ſecernit arundo,
Inſeritur medium radiis ſubtemen acutis,
Quod digiti expediunt, atque inter ſtamina ductum
Percuſſo feriunt inſerti pectine dentes.

Sic *Subtemen ſtamini inſertum* & apud Senecam leges epiſt. 90. *Subtemen nere*, Terent. dixit Heaut. 2, 3 v. 52. Vide Caſaub. ad Perſium ſat. 6 & alibi: præcipue Salmaſium in Pertinacem Capitolini, ubi de toto hoc telæ faciendæ artificio prolixe agit. *Subtemen*, idem & *Trama* dicitur: de quo ſuo loco. *Subtemen* autem rectius, quam ſubtegmen dicitur. Nimirum *ſubtemen* quaſi *ſubſtemen*, quod ſtamini ſubeat, vel ex *Subteximen* contractum eſt. *Subtegminis* tamen exempla legere eſt apud Plinium 13 c. 12; Ammian. 14 c. 6; & Auſon. in Moſella v. 397. Idem epigr. 36 v. 1

Sive probas Tyrio textam ſubtegmine veſtem.

Subtĕgo, ſubtegulaneus, Subtēmen, Subtendo, ſubtento, Subtenuis, Subter, Subtercavatus, Subtercutaneus, Subterdūco, Subterfluo, Subterfugio, Subterlābor, Subterlinio, Subterluo, Subtermeo, Subternato, Subternus, Subtĕro, Subterraneus, &c. Subtexo, Subtīlis, ſubtilitas, &c. Subtimeo, Subtraho, Subtriſtis, Subtrītus, Subturpis, &c. Subtus, Subtūſus, vide *Tego*, *Subtegmen*, *Tendo*, *Tenuis*, *Sub*, *Cavus*, *Cutis*, *Duco*, *Fluo*, *Fugio*, *Lăbor*, *labi*, *Linio*, *Luo*, *Meo*, *No*, *Subter*, *Tero*, *Terra*, *Texo*, *Tela*, *Timeo*, *Traho*, *Triſtis*, *Tero*, *Turpis*, *Sub*, *Tundo*.

SŬBŪCŬLA, æ, quaſi *ſubducula*, quod ſubtus induatur, veſtis interior linea, induſium, ein unter-kleid, camiſol, wüllen und leinen hembd. vid. Varro de L. L. 4 c. 30. Idem Varro de Vita pop. Rom. lib. 1 apud Nonium c. 14 n. 36 *Poſtquam binas tunicas habere cœperunt, inſtituerunt vocare ſubuculam & induſium.* Horat. 1 epiſt. 1 v. 95

ſi forte ſubucula pexæ
Trita ſubeſt tunicæ. vide ibi Torrentium.

¶ 2. *Subucula* genus libi, *quod Diis datur ex balica, oleo & melle*, Feſtus. vid. Elmenhorſt. in Arnob. p. 73.

¶ Subuculātus, a, um, ſubuculâ indutus, Quintil. lib. 8 c. 3.

Subvectio, ſubveho, &c. Subvenio, ſubvento, Subverbuſtus, Subvereor, Subverſo, ſubverto, Subvexus, Subviridis, vide *Veho*, *Venio*, *Verber*, *Vereor*, *Verto*, *Vexo*, *Vireo*.

SŬBŬLA, æ, inſtrumentum ſuendi ferreum, quo utuntur opifices ad perforandas pelles & coria, cum conſuere volunt, ein pfriemen, ſchuh-ahl. Vet. Gloſſ. *Subula*, ὀπήτιον, ϖερόνη. Martialis lib. 3 epigr. 16

Quodque tibi tribuit ſubula, ſica rapit.

Vbi & Rigaltium licebit videre.

¶ Sūbŭlo, ōnis, Tuſce tibicen dictus, Feſto auctore, ein pfeiffer. Ennius apud Varr. de L. L. 6 c. 3 *Subulo finitimas propter aſtabat aquas.* Et Auſon. epigr. 70 v. 8 *Lucili vatis ſubulo.* ¶ 2. Inde nomen ad cervorum genus, cui ſimplicia, non ramoſa, cornua ſunt, translatum eſt, ein ſpieß-hirſch. Plin. 11 c. 37 ſub initium: *Luſit natura animalium armis. Sparſit hæc in ramos, ut cervorum. Aliis ſimplicia tribuit, ut in eodem genere ſubulonibus ex argumento dictis.*

¶ Deſubŭlo, are, perfodere, durchſtechen, mit dem pfriemen bohren, Varro apud Nonium c. 2 n. 238.

Subulcus, Subulo, Subvolito, ſubvŏlo, Subvolvo, vide *Sus*, *Subula*, *Volo*, *Volvo*.

SŬBŪRA, vel Suburra, æ, vicus celebris urbis Romæ & frequens, ſed vilioribus tamen. Vetus Scholiaſtes inde ſic appellatum cenſet, quod paludeta illic exuſta ſiccataque eſſent. Sed Varro aliter lib. 4 de L. L. c. 8. vide Torrentium ad Horat. epod. 5 v. 56.

¶ Sŭbūrānus, a, um, adject. ut, *Suburana tribus*, Plin. 18 c. 3. *Suburanæ canes*, Horat. epod 5 v. 58.

Suburbanus, ſuburbium, &c. Suburgeo, Subūro, Subvulſus, Subvultŭrius, vide *Vrbs*, *Vrgeo*, *Vro*, *Vello*, *Vultur*

Succāſus, Succedo, Succendo, Succenſeo, Succenturio, &c. Succeſſio, ſucceſſus, &c. Succidia, ſuccīdo, Succĭdo, ſucciduus, Succinctus, ſuccingulum, vide *Cado*, *Cedo*, *Candeo*, *Cenſeo*, *Centum*, *Cedo*, *Cædo*, *Cado*, *Cingo*.

SVCCĬNVM, i, electrum, ἤλεκτρον, agtſtein. Cornel. Tacitus Germ. c. 45 de Æſtuis, Liefflåndern: *Mare ſcrutantur & ſoli omnium ſuccinum, quod ipſi* Gleſſum *vocant, quod inſtar vitri pelluceat, inter vada atque in ipſo littore legunt.* Succum arboris eſſe intelligas, quia terrena quædam, atque etiam volucria animalia plerumque interlucent, quæ implicata humore mox dureſcente materiâ clauduntur. conf. Plin. 37 c. 3 & 4. Dicitur agtſtein, quaſi augenſtein; confert enim cerebro & viſui ejus odor. Vocant & bernſtein; incenſum enim ardet. *Succinum candidum, cerei coloris*, &c. weiſſer, gelber agtſtein. *Succina pinguia*, Juvenal. ſat. 6 v. 573. ¶ 2. Ex *Succino* ornamenta ſibi habuiſſe fœminas, quibus excolerent ſe, illud Prudentii indicat de Eulalia virgine Hymno 3 περὶ στεφ. ſive paſſione Eulaliæ v. 21

Spernere ſuccina: flare roſas,
Fulva monilia reſpuere.

Significat ſcil. ſeveris moribus fuiſſe, ſpreviſſeque adeo ac abjeciſſe, quæ ſectarentur alias fœminæ ſe exornandi cauſſa. ¶ Succinus, i, Celtes dixit caſu nominandi:

Quâ Gleſſum rapitur, quod Succinus ore latino Dicitur.

Sane & Martialis adjective dixit lib. 6 epigr. 15

Dum Phaëthonteâ formica vagatur in umbra,
Implicuit tenuem ſuccina gutta feram.

¶ Succĭneus, a, um, adjectivum aliud, von agtſtein; ut, *Succineæ novaculæ*, Plinius 22 c. 23.

Succīſus, Succlamo, Succollo, Succoſus, Succreſco, &c. Succŭbo, ſuccubus, ſuccumbo, Succurro, Succus, Succuſſator, ſuccutio, &c. Sucerda, ſucula, vide *Cædo*, *Clamo*, *Collum*, *Sugo*, *Creſco*, *Cubo*, *Curro*, *Sugo*, *Quatio*, *Sus*.

Sudarium, ſudatio, ſudatus, &c. vide mox in *Sudo*.

SŬDES, is, idem quod *Vallus*, auctore Servio, ein pfahl, zaun-pfahl, pallisade. Virg. 2 Georg. v. 25

Quadrifidasve ſudes, & acuto robore vallos.

Sic, *Ferratæ ſudes*, mit eiſen beſchlagen, Idem 5 Æn. v. 208. *Sudibus inter ſe concurrere*, Liv. 26 c. 51. Sed TRVDES, non SVDES, præacutos contos eſſe, vult Schurzfleiſch. Orthogr. Rom. p. 62.

SŬDĒTES, um, Georg. Fabricio ſunt montes metalliferi in Bohemia & Miſnia, das rieſen-gebürge.

Sudiculum, Sudificus, vide paullo poſt *Sudo*, *Sudor*.

SŬDIS, im, fœm. piſcis marinus, *Sphyræna*, σφύραινα Græcis dictus, a σφύρα, quod teli genus eſt (piſcis enim longus eſt,) acuto roſtro, ein meer-hecht, ſpieß-fiſch, Geſnerus: vid. Plin. 32 c. 11.

SŬDO, avi, atum, are, ſudorem emittere, ſchwitzen, heraus ſchwitzen; uſurpatur vel abſolute, vel cum caſibus accuſativo & ablativo: ut apud Horatium de Arte poët. v. 413

Multa tulit fecitque puer, ſudavit & alſit.

Et, *Deorum ſimulacra ſudarunt*, Cic. Divin. 2 c. 27. Et cum caſibus: ut Virg. eclog. 4 v. 30 *Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella.*
Et Livius 27 c. 4 *Quatuor ſigna ſanguine multo diem ac noctem ſudaſſe.*
Hinc paſſivum: Tacitus German. c. 45 *thura balſamaque ſudantur.*
¶ 2. *Sudare* pro vehementer laborare, per metaphoram. Terent. Phorm. 4, 3 v. 23 *Eja, ſudabis ſatis, ſi cum illo inceptas homine*, du wirſt zu thun genug bekommen. Cic. pro Sextio c. 66 *Pro communibus commodis ſudare.* ¶ 3. Item, anxium eſſe, ſich bemühen, bekümmert ſeyn. Cic. 3 fam. epiſt. 12 *Vides, ſudare me jam dudum laborantem, quomodo ea tuear.* vid. Vet. Scholiaſt. Juvenal. ad ſat. 10 v. 178, itemque Torrent. ad Horat. 1 ſat. 9 v. 10. Prudentius active hymn. 2 περὶ στ. v. 76 *Sudavit impar prœlium.*
Et inde paſſivum: Seneca epiſt. 4 *Ad ſupervacua ſudatur.*

¶ Sudātus, a, um, geſchwitzt, mit ſaurer mühe verfertiget; ut, *ſudata fibula*, id eſt, elaborata, Claudian. 2 de Raptu Proſerpinæ v. 16. *Sudata zona*, Idem epigr. 18. *Labor ſudatus*, id eſt, res magno labore confecta, Statius 5 Theb. v. 189, & Silius 3 v. 92 dixerunt. Et Quintil. 2 c. 3 *Vigilandæ noctes & in ſudata veſte durandum*, id eſt, ſudore perfuſa ſive madefactâ, das voll ſchweiß iſt. Prudentius 2 contra Symmach. v. 550 *Non fero, Romanum nomen ſudataque bella* &c.
id eſt, ſudore ſive labore multo patrata. vide & paullo ante.

¶ Sūdātio, ōnis, die ſchwitzung. Seneca epiſt. 86 *In piſcinas multa ſudatione corpora exinanita demittimus.* Et Vitruvius lib. 2 c. 6 *In montibus Bajanis ſunt loca ſudationibus excavata.* ¶ 2. Pro ipſo loco in palæſtris: Vitruv. lib. 5 c. 11 *concamerata ſudatio.*

¶ Sūdātor, ōris, der viel ſchwitzt, Plin. 23 c. 1.

¶ Sūdātrix, īcis, fœm. ut, *Sudatrix toga*, Martial. lib. 12 epigr. 18.

¶ Sūdātōrius, a, um, adject. zum ſchwitzen dienlich; ut, *Sudatoria unctio*, Plaut. in Sticho 2, 1 v. 73.

¶ Sūdātōrium, i, ſubſtant. ein ſchweiß-bad, eine ſchweiß-ſtube. Seneca epiſt. 51 *Sicci vaporis ſudatorium.*

¶ Sūdābundus, a, um, ſudans, cum ſudore, ſchwitzend. Lucanus Panegyrico ad Calpurnium Piſonem v. 177 *Totaque ludos*
Turba repente ſuos jam ſudabunda relinquit.

¶ Sūdĭcŭlum, i, genus flagelli, ſic dictum, *quod vapulantes ſudantes facit*, Feſtus, eine geiſſel.

¶ Sūdor, ōris, der ſchweiß; ut, *Quibusdam etiam conſtantiſſimis in conſpectu populi ſudor erumpit*, Seneca epiſt. 11, der angſt-ſchweiß bricht aus. Virg. 3 Æn. v. 175 *Gelidus e toto manabat corpore ſudor.*
Ita, *Sudorem elicere*, Celſ. 2 c. 17 pr. ſchweiß treiben. *Sudorem emittere*, Plin. 6 c. 18, ſchwitzen. *Sudor frigidus*, æſtuantis dolore aut metu animi indicium, Plautus Curc. 2, 6 v. 9. vid. Torrentium ad Horat. 1 ſat. 9 v. 10, & Paſſeratium ad Propertium. Pluraliter Claudianus in 2 Conſul. Stilic. v. 245 *Sudoribus ora*
Pulverulenta rubens.
¶ 2. *Sudor* pro labore, die mühe. Cic. pro Fontej. c. 1 *Multo ſudore & labore ſub populi Rom. imperium ditionemque ceciderunt*: de Gallis. Idem de Orat. 1 c. 60 *Stylus ille tuus multi ſudoris eſt*, es kommt dich ſchwer an, koſtet dich viel mühe. Sic, *Virtus ſudore paratur.* Huc refer locum pulcherrimum Heſiodi:

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν.
Virtutem ſudoribus undique divi præſepſere.

¶ 3. *Sudor* pro ſerenitate cæli, rara procul dubio inventu vox eſt. vide Gronov. ad Stat. Silv. p. 313.

¶ Sūdārium, i, linteum, quo sudor detergitur, schweißtuch, schnupptuch, Sueton. Nerone c. 24.

¶ Sudariŏlum, i, diminutivum, ein schweißtüchlein. Apulej. Apolog. p. 308 *Si bodie illud sudariolum tu intercepisses.*

¶ Sudārius, i, ein schwitzender, cui sudor corpore fluit ex palæstra Venerea. Firmic. 3 c. 7 *Faciet ex coitu sudarios.*

¶ Sudōrus, a, um, adject. schweißicht. Apulej. lib. 3 Florid. p. 354 *Sudoro affatim corpore diutine obrigui.*

Composita:

¶ Circumsūdo, are, allenthalben schwitzen. Plinius 14 c. 1 *Vinaceis circumsudantibus.*

¶ Consūdo, are, idem quod simplex, schwitzen. Plaut. Pseud. 2, 2 v. 71 *Beatus, si consudaveris.* Legitur & apud Catonem c. 96, & Columellam 12 c. 7.

¶ Consudasco, ĕre, idem, apud Columellam 12 c. 48.

¶ Desūdo, are, ut simplex, vel aucta notione, sichs sauer werden lassen. Cic. de Senect. c. 11 *Desudare atque elaborare in re aliqua.*

¶ Desudātus, a, um, heraus geschwitzt; item, sauer, mühselig; ut, *Gracili balsama surculo desudata*, Prudent. Cathem. 5 v. 118. *Desudata judicia*, i. e. summo labore & diligentia obita, Claudian. Paneg. Mallii Theodori v. 11. Et, *Post desudatas militiæ excubias*, Sidon. 6 epist. 1.

¶ Desudasco, ĕre, idem. Plaut. Bacchid. 1, 2 v. 33 *In palæstra damnis desudascitur*, hoc est, valde desudatur.

¶ Exsūdo, are, per sudorem emittere, ausschwitzen, von sich geben; ut, *Exsudare gummi*, Plin. 24 c. 9; & *liquorem*, Columella 7 c. 8. Sic *Exsudare caussas* Horat. dixit, pro, magno labore agere, lib. 1 sat. 10 v. 28. Et, *Laborem exsudare*, Livius 5 c. 5.

¶ Exsudātus, a, um, heraus geschwitzt, ausgestanden. Ammian. 15 c. 5 *Post exsudatos magnos pro republ. labores.* Et Silius 3 v. 531 *exsudatosque labores.*

¶ Insūdo, are, schwitzen, in schweiß gerathen. Celsus 2 c. 2 *Corpus circa partes aliquas contra consuetudinem insudat.* conf. lib. 1 c. 3 &c.

¶ Præsūdo, are, zuvor schwitzen. Stat. 6 Thebaidos v. 4

Præsudare paret seseque accendere virtus;

id est, ante exercere, sich vorher üben. Et Claudian. 2 de Raptu v. 120

Dum matutinis præsudat solibus aër.

¶ Resūdo, are, herfür schwitzen. Curtius 7 c. 10 n. 3 *Solum, sub quo amnis fluit, ne modico quidem resudat humore.* Idem lib. 5 c. 1 n. 12 *Toto fere solo propter venas aquarum resudante.* Adde Prudentium hymno exsequiar. v. 107 *tormenta resudans.*

SVDVS, a, um, quasi *se udus*, hoc est, siccus, serenus, trocken, hell, heiter. Virg. 4 Georg. v. 77 de apibus:

Ergo ubi ver nactæ sudum &c.

Alcimus Avitus 1 v. 223 *sub aëre sudo.* Et Apulejus Met. lib. 11 p. 260 *nudo sudoque luminis splendore.*

¶ Sūdum, i, substantive, vel subaudita *cæli* voce, serenum dicitur inter nubes, vel post pluvias, das helle am himmel, schön wetter. Cic. 16 fam. epist. 18 *Mittam libros, si erit sudum.*

¶ Insūdus, a, um, trocken. Gloss. lat. gr. *Insudus*, ἀνυδρὸς, ἄβροχος.

SVĒCIA, vel Suedia, æ, olim *Sueonia*, regnum antiquissimum, Schweden.

¶ Suēci, vel Suedi, ōrum, populi olim *Suecones* vel *Suiones*, die Schweden; de quibus suo tempore Tacitus Germ. c. 44 n. 1 *Suionum hinc civitates ipso in oceano, præter viros armaque classibus valent*, &c.

SVEO, ēre, solere, pflegen, antiquum. Lucret. 1 v. 54 per Diæresin:

Appellare suēmus, & hæc eadem usurpare.

Sine illa ibid. v. 301 *Nec voces cernere suemus.* conf. lib. 5 v. 910.

¶ Suesco, ēvi, ētum, scĕre, gewohnen. Cicero 15 fam. epist. 8 *A te id, quod suesti, peto, me absentem diligas atque defendas.* Frequens Tacito verbum, ut qui dixit *Suescere militiæ*, lib. 2 Annal. c. 44, id est, adsuescere. Et transitive, *Suescere quem disciplinâ & imperiis*, lib. 2 Annal. c. 52 n. 3, id est, adsuefacere. Et Claudianus in Consul. Prob. & Olybr. v. 44 *Sueverat innumeras hominum ditare catervas.*

¶ Suētus, a, um, gewohnt. Virg. 5 Æn. v. 414 *his ego suetus*

Dum melior sanguis vires daret.

Sic, *Suetus latrociniis*, Tacit. Ann. 2 c. 52 n. 1; *Servitio*, ibid. 12 c. 50 n. 4. Et transitive, *Sueta bello*, hoc est, in bellis haberi solita, Idem Ann. 15 c. 12 n. 2.

Composita:

¶ Absuētūdo, ĭnis, ut *Desuetudo*, die entwohnung: Apulejus usus est Apolog. p. 318 edit. Elmenhorst.

¶ Adsuesco, sive Assuesco, ēvi, ētum, ĕre, neutrum, gewohnen; quo verbo alias absolute, alias cum dativo, nonnunquam cum infinitivo utimur. Cic. 9 fam. ep. 22 fin. *Ego servo, & servabo (sic enim adsuevi,) Platonis verecundiam.* Et, *Adsuescere rei publicæ*, Sueton. Augusto c. 38. Propertius 3 eleg. 4 v. 6

Adsuescent Latio Partha tropæa Jovi.

Cicero 5 de Fin. c. 2 *Ad fluctum, ajunt, Demosthenem declamare solitum, ut fremitum adsuesceret voce vincere.* Virg 8 Æn. v. 515

Sub te tolerare magistro

Militiam, & grave Martis opus, tua cernere facta

Adsuescat.

¶ 2. Ἐνεργητικῶς, id est, active, sich an etwas gewöhnen. Virg. 6 Æn. v. 832 *Ne pueri, ne tanta animis adsuescite bella;*

id est, multum bellando bellorum consuetudinem ne contrahite, machet kein handwerck draus. Potest & per hypallagen dixisse, pro, *ne tantis bellis assuescite animos:* ASSVESCITE, id est, assuefacite. Prudentius 1 contra Symmach. v. 540 *Remque Quirini*

Assuescit supero pollere in secula regno:

ASSVESCIT, id est, assuefacit, docet, sive facit, ut res Quirini sive Romanum imperium super omnia regna polleat. Hinc *adsuescendus*, id est, adsuefaciendus. Vellejus 2 c. 79 *Militi ac remigi, navalibus adsuescendo certaminibus atque exercitationibus, præfectus est M. Agrippa.* ¶ 3. *Adsuescitur*, impersonale, man gewöhnt sich darzu. Livius 2 c. 1 *Caritas ipsius soli, cui longo tempore adsuescitur.*

¶ Adsuētus, vel Assuētus, a, um, gewohnt. Horat. 2 sat. 2 v. 11 *Assuetus græcari*, i. e. luxuriari. Dicimus: *Assuetus labori* & *labore:* Cicero de Orat. 3 c. 15 *Homines labore assiduo & quotidiano assueti*, steter und täglicher arbeit gewohnet. Et, *Assuetior montibus*, Liv. 22 c. 18. Cum patrio casu idem Livius 38 c. 17 *Romanis Gallici tumultus adsuetis.*

¶ Assuētūdo, ĭnis, die gewohnheit. Ovid. 2 de Arte amandi v. 345 *Nihil assuetudine majus*, &c. Liv. 25 c. 26 *Adsuetudine mali efferaverant animos.* Idem lib. 27 c. 39 *Duodecim annorum adsuetudine perviis Alpibus factis.* De transitu loquitur Asdrubalis.

¶ Adsuēfácio, fēci, factum, facĕre, activum, usu docere, gewöhnen. Cic. 4 fam. epist. 13 *Orbus iis rebus, quibus & natura me, & voluntas, & consuetudo adsuefecerat.*

¶ Adsuefio, fiĕri, passivum, gewohnen; unde

¶ Adsuefactus, a, um, gewohnt. Cic. 2 Catil. c. 5 *scelerum exercitatione adsuefactus frigore, & fame, & siti, ac vigiliis perferendis.* Et in Bruto c. 59 *puro sermone adsuefacta domus.*

¶ Adsuefactio, ōnis, die übung; Damnavit Vossius de Vit. L.L. 3 c. 1.

¶ Inassuētus, a, um, ungewohnt, ungebräuchlich. Ovid. 4 Fast. v. 450

Lumen inassueti vi patiuntur equi.

Sulpicius Severus 1 Hist. Sac. c. 4 *inadsueto sermonis genere.* Et Silius 3 v. 236 *sinus cingere inadsuetum*, i. e. non mos est.

¶ Consuesco, ēvi, ētum, ĕre, idem quod *assuescere*, gewohnen. Virg. 2 Georg. v. 272 *Adeo in teneris consuescere multum est.* Cicer. 1 de Invent. c. 2 *Vt aliis parere consuescerent.* Idem de Orat. 1 c. 61 *Demosthenes versus multos uno spiritu pronunciare consuescebat.* Alias dativo, ut cætera hujus originis, conjungi solet: ut, *consuescere dolori*, Plinius 8 epist. 23 extr. ¶ 2. Active Lucretius 6 v. 396

An tum brachia consuescunt, firmantque lacertos?

Consuescere brachia, est consuefacere, gewöhnen. ¶ 3. *Consuescere cum aliquo* per ellipsin dicitur mulier, quæ commercium stupri cum aliquo habet, die mit einem zuhält. Plautus Cistell. 1, 1 v. 88

LE. *Sed tun' nunquam cum quîquam viro*

Consuevisti? SI. *nisi quidem cum Alcesimarcho, nomine:*

Neque pudicitiam meam mihi alius quisquam imminuit.

Ita & Terentius, ad quem alibi Donatus: CONSVESCERE, inquit, *in stupro proprium.* Nepos Alcibiade c. 10 n. 6 *At mulier, quæ cum eo consueverat* &c. Ita enim legendum est cum Schotto. Cæcilius apud Gellium 2 c. 23 *ea me, clam se, cum mea ancilla ait*

Consuetum: id me arguit.

Ipse Gellius 4 c. 3 *Pellicem appellatam probrosamque habitam*, (Servius Sulpicius scribit,) *quæ juncta consuetaque cum eo esset, in cujus manu alia matrimonii caussa foret.* Similiter verbo SOLERE in hac re utebantur; quo de suo loco.

¶ Consuētus, a, um, solitus, gewohnt, gewöhnlich, das in gewohnheit kommen ist. Terent. Andr. 1, 1 v. 108 *Amor consuetus.* Et Ovidius 11 Metam. v. 637 *consuetissima cuique verba.*

¶ Consuēte, adverb. gewöhnlich. Ammianus 23 c. 4 *Ad suscipiendum consuete pabulum.*

¶ Consuetio, ōnis, die gewöhnung. Plaut. Amph 1, 2 v. 28 *Et clandestina ut celetur consuetio*, die heimliche beywohnung. Vbi non *consuetudo* legendum, cum sit jambus senarius. Et id recte se habere, confirmat Festus, vel potius Verrius Flaccus, cujus hæc verba sunt: *Consuetionem Plautus pro consuetudine dixit.*

¶ Consuētūdo, ĭnis, die gewohnheit. Cic. de Orat. 2 c. 87 extr. *Exercitatione consuetudo gignitur*, aus übung wird gewohnheit. Idem de Amicit. c. 19 *Vetustatis & consuetudinis vis maxima.* Item de Fin. 5 c. 25 *Consuetudo quasi altera natura est.* Et lib. 2 de Oratore c. 3 *prope ad Græcorum consuetudinem disputare.* ¶ 2. Est & frequentissimum Ciceroni *consuetudinis* nomen pro familiaritate & conversatione; ut lib. 2 fam. epist. 1 *Carui fructu jucundissimæ consuetudinis tuæ*, deiner gesellschafft. Terent. Andr. 1, 1 v. 83

hic parvæ consuetudinis

Caussa mortem hujus tam fert familiariter;

id est, exigui nec diuturni usus, sive familiaritatis caussa. ¶ 3. Vsurpatur similiter in turpibus, die zuhaltung. Nam & Sallustius Catil. c. 23 *consuetudinem stupri* dixit. Et Liv. 39 c. 9 *Huic* (Hispalæ scorto) *consuetudo juxta vicinitatem cum Ebutio fuit.* Sueton. Calig. c. 24 *Cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecit.*

¶ Consuētūdĭnārius, a, um, secundum consuetudinem, gewöhnlich. Salvianus 6 de Gubern. Dei p. 219 *Gens Hebræorum consuetudinarias carnes desideravit.* Ibidem p. 221 *Consuetudinarius vitæ usus.* Et Sidonius 7 epist. 11 *Invideo felicitati consuetudinarii portitoris.* Gloss. Vet. *Consuetudinarius*, συνήθης, φιλοσυνήθης.

¶ Consuēfácio, fēci, factum, ere, gewöhnen, angewöhnen. Terent. Adelph 1, 1 v. 29 *Ea ne me celet, consuefeci filium.*

¶ Inconsuētus, a, um, ungewohnt. Silius 11 v. 282 *Stupet inconsuetus opimæ mensæ miles.*

¶ Reconsuesco, ĕre, wieder gewohnen, wieder in schwang kommen. Tertull. de Cult. fœm. c. 9 *Gloria autem reconsuevit.*

¶ Desuesco, ēvi, ētum, scĕre, quod exsuere paullatim atque abjicere consuetudinem significat, & quasi dediscere, entwohnen, verlernen. Silius 3 v. 576 *Paullatim antiquo patrum desuescit honori.*

Quintil. 3 c. 8 extr. *morari in desuescendis.* ¶ 2. Active, pro abgewöhnen. Nonius de Proprietate Sermonis c. 2 n. 199 *Desuevi illum*, pro, desuefeci illum, consuetudinem abstuli. Titinnius Geminâ: *Parasitos amavi, lenonem ædibus absterrui, desuevi, ne quis ad cœnam exiret contra consilium meum.*

¶ Desuētus, a, um, entwohnt; ut, *Desueta corda*, Virg. Æn. 1 v. 726. *Desueta arma*, Idem Æn. 2 v. 509. *Desueta triumphis agmina*, Idem Æn. 6 v. 814. Et, *Desueta verba retracto*, Ovid. 5 Trist. eleg. 7 v. 63.

¶ Desuētūdo, ĭnis, die entwohnung, ungewohnheit; ut, *Desuetudo armorum*, apud Livium 1 c. 19. Et Ovidius 5 Trist. eleg. 7 v. 57

Jam desuetudine longa

Vix subeunt ipsi verba Latina mihi.

¶ Desuēfácio, ĕre, entwöhnen. Et passiv. Desuefio, ĕri, sich entwöhnen. Varro 2 de Re Rust. c. 9 *Non disjunguntur a matre, sed minutatim desuefiunt.*

¶ Desue-

¶ Desuēfactus, a, um, entwöhnet. Cic. pro Cluent. c. 40 *Multitudinem desuefactam ad veteris consuetudinis similitudinem revocare.*

¶ Dissuesco, ĕre, idem quod *Desuescere.* Alcimus Avitus lib. 4 v. 46

Disciplinatos dissuescit promere fructus.

¶ Insuesco, ēvi, ētum, ĕre, idem quod *consuescere*, gewohnen. Terent. Adelph. 1, 1 v. 30 *Nam qui mentiri aut fallere insuevit patrem, aut audebit, tanto magis audebit cæteros.* Plaut. Captiv. 2, 2 v. 55 *Qui imperare insueveram, nunc alterius imperio obsequor.* Sallustius Catilin. c. 11 *Ibi* (in Asia) *primum insuevit exercitus populi Romani amare, potare, signa, tabulas pictas, vasa cælata mirari,* &c. ¶ 2. Ἐνεργητικῶς seu active, angewöhnen. Horat. 1 satyr. 4 v. 105

insuevit pater optimus hoc me,

Vt fugerem &c.

Et Prudentius Cathemer. hymno 9 sive Omnis horæ v. 94

Ad brevem se mortis usum dux salutis dedidit,

Mortuos olim sepultos ut redire insuesceret.

¶ Insuētus, a, um, adject. non suetus, ungewohnt; ut, *Insuetus laboris*, Cæs. de B. Gall. 7 c. 30. *Corpora insueta ad onera portanda*, Idem 1 B. Civ. c. 78. ¶ 2. At participium ab *Insuesco* vim negandi nullam habet; e. g. Liv. 24 c. 48 *Ita se a pueris insuetos*, sie wären so von jugend auf gewohnt. Tibullus 1 eleg. 4 v. 42 *Operi insuetæ manus.*

¶ Insuēte, adverb. ungewöhnlich. Cœl. Aurel. Tard. 5 c. 3 *Insuete immorari alicui.* Compar. Augustinus epist. 3 *Ipsos corporis sensus aliquanto insuetius perscrutetur.*

¶ Insuētūdo, ĭnis, die ungewohnheit; ut, *Insuetudo cibi*, Spartianus in Severo c. 16, qui contra consuetudinem est.

¶ Insuēfăcio, ĕre, & passiv. Insuefio, ĕri. Hinc

¶ Insuēfactus, a, um, gewöhnet, abgericht. Cæsar 4 de Bell. Gall. c. 24 *Cum illi* (Galli) *ex arido aut paullulum in aquam progressi, omnibus membris expediti, notissimis locis audacter tela conjicerent, & equos* INSVEFACTOS *incitarent.* INSVEFACTVS EQVVS, abgericht.

¶ Mansuesco, & Mansuefacio, vide supra in *Mansuetus.*

SVESSA, æ, in Campania Auruncorum oppidum. vid. Plin. 3 c. 5; & Silius 8 v. 399. *Rudes Camenas Suessæ* Ausonius epist. 15 v. 9 vocat rudem & impolitum stylum Lucilii, qui ex Suessa fuit. vid. Scalig. Lect. Auson. 2 c. 11.

SVĒTŌNIVS, i, nomen Romanum, quo insignis fuit *C. Suetonius Paulinus*, Othoniani belli dux, ante Britanniæ etiam imperio præfectus, de quo Tacitus & Plinius memorant. ¶ 2. *C. Suetonius Tranquillus*, qui XII priorum Cæsarum vitas præclare nobiliterque scripsit, quas adhuc magno fructu versare licet. Muretus, hunc ipsum Suetonium illius alterius, quem diximus, filium fuisse, existimat; sed male, ut Lipsius advertit Notis in lib. 2 Historiarum Taciti. vide & Vossium de Hist. Lat. 1 c. 31, & Bernegg. init. Diatrib. ad Sueton. Cæsares. Auson. in Cæs. v. 4

Quorum per plenam seriem Suetonius olim.

SVĒVI, ōrum, Germaniæ populi vetustissimi amplissimique fuere quondam, quorum gentem maximam & bellicosissimam Germanorum omnium Cæsar esse scripsit lib. 4 Commentar. Belli Gallici c. 1, die Schwaben. Majorem enim Germaniæ partem tenuerunt, ab Albi ad Rhenum usque extensi, quemadmodum Strabo scripsit. vide Cluverium de Antiqua Germania. Mantuan. ad Cæs.

amplissima cerne

Regna Suēvorum, quos Vistula claudit & ingens

Oceanus, vada Danubii confinia gentis

Tot complexa sinu immenso excurrentia late.

Sic vetustorum Suevorum sedes nostra ætate tenent Polonorum quidam, Pomerani, Lusati, & bona pars Bohemorum, Saxones, Misnenses, Thuringi, Hassones seu Catti, & Franci. Lucanus 2 v. 51

Fundat ab extremo flavos aquilone Suēvos.

conf. Ovid. ad Liviam v. 312. ¶ 2. *Suevus*, fluvius in Lusatis, quem vulgo *Sprevum* dicunt, die Spree, Althamerus. Aliis *Odera*, Silesiæ & Pomeraniæ notissimus fluvius, ut Cluverius censet, qui & Suevorum veterum limites incertos ait esse & subobscuros. vid. lib. 3 de Germ. Antiqu.

¶ Suēvus, vel Suevĭcus, a, um, adject. Schwäbisch; ut, *Suevo perfusus sanguine Rhenus*, Propert. 3 eleg. 2 v. 45. ¶ 2. *Suevus*, appellativum, est flavus, rutilus. Silius 5 v. 134

Triplex crista jubas effundit crine suēvo:

forsan quod Suevorum crines hujus coloris erant.

¶ Suevia, æ, Suevorum regio, Schwabenland, de qua Tac. Germ. c. 43.

Suffarcinatus, suffarcĭno, Suffarraneus, Suffectio, suffectus, vide *Farcio, Far, Facio.*

SVFFĒNVS, i, poëta fuit ineptissimus, sui admirator, in aliorum vitia dicax, ad sua cœcus. Hinc *Suffeni*, qui stulte sibi placent, dicuntur φίλαυτοι, die sich selbst kützeln, und von sich halten. Catullus epigr. 22 *Nimirum idem omnes fallimur, neque est quisquam,*

Quem non in aliqua re videre Suffenum

Possis, suus cuique attributus est error,

Sed non videmus manticæ quod in tergo est.

Idem in Suffeno ibidem: *neque idem unquam*

Æque est beatus, ac poëma cum scribit,

Tam gaudet in se, tamque se ipse miratur.

Sufferentia, suffĕro, Suffertus, Suffervefacio, sufferveo, vide supra *Fero, Farcio, Ferveo.*

SVFFES, ĕtis, plural. Suffĕtes, Punicâ linguâ consules dicebantur Carthaginiensium. Livius 28 c. 38 *Ad colloquium Suffetes eorum, qui summus Pœnis est magistratus, elicuit.* Et lib. 30 c. 7 *Senatum Suffetes (quod velut consulare imperium apud Carthaginienses erat,) vocaverunt.*

Suffibulum, Sufficientia, sufficio, &c. Suffigo, Suffimen, &c. vide *Fibula, Facio, Figo, Suffio.*

SVFFĪO, suffivi, ītum, ire, a θύω, *sacrifico*, suffumigare est, räuchern, ausräuchern. Plinius 20 c. 13 *Rutam suffire.* Virg. Georg. 4 v. 241 *Suffire thymo.* Propert. 4 eleg. 9 v. 55 *Quacunque locum tetigere puellæ, Suffiit.* Ita Beroaldus legit. Colum. 12 c. 18 *Cella vinaria bonis odoribus suffienda.*

¶ Suffītus, a, um, beräuchert; ut, *Suffitæ apes*, Colum. 9 c. 14. Et Plinius 20 c. 17 *Anisum dolores capitis levat suffitum naribus*, anis in die nase geräuchert, stillt das haupt-wehe.

¶ Suffītus, ûs, subst. der rauch, das räuchern. Plinius 23 c. 5 *Psoras cortex ejus* [palmæ elates] *capillum denigrat suffitu.* Vsus & alibi sæpe.

¶ Suffitio, ōnis, die räucherung. Plinius 25 c. 2 *Orpheus & Hesiodus suffitiones commendavere.* Arnobius lib. 5 p. 156 *Verbenarum suffitio.* Idem lib. 7 p. 233 *Quid interest, unde fumus altaribus conficiatur in sanctis, vel ex visci quo genere nubes suffitionis exæstuent?* Vbi *Nubes suffitionis*, ein dicker rauch.

¶ Suffītor, ōris, ein räucherer; ut, *Puer suffitor*, Plin. 34 c. 8.

¶ Suffīmen, ĭnis, quod suffitur, räuchwerck; item, ipsa suffitio. Ovid. 4 Fast. v. 731 *I, pete virgineâ populus suffimen ab arâ.*

¶ Suffīmentum, i, idem. Cic. de Leg. 1 c. 14 pr. *Sine suffimentis expiari.*

¶ Suffimento, āre, beräuchern. Veget. Rei vet. 3 c. 2 *Suffimentare aliquid.*

Sufflamen, sufflamino, Sufflammo, Sufflatio, &c. vide supra *Flo, Flamma, Flo.*

Suffoco, vide in *Faux*, si productum est: si correptum, in *Focus.*

Suffodio, suffossio, Suffrænatio, vide *Fodio, Frenum* s. *Frænum.*

Suffrago, ĭnis, suffragor, suffragium, cum cæteris derivatis vide in *Suffringo* sub *Frango.*

Suffrīco, Suffrio, Suffrutices, Suffugio, suffugium, Suffulcio, suffultus, Suffumīgo, Suffundatus, Suffūror, Suffusio, &c. vide *Frico, Frio, Frutex, Fugio, Fulcio, Fumus, Fundus, Fur, Fundo.*

Sugambri, Suggĕro, suggestus, &c. Suggredior, Suggrunda, &c. Sugillatio, sugillo, vide *Sicambri, Gero, Gradus, Grunda, Sugo.*

SV̄GO, suxi, suctum, sugĕre, succum labris extrahere, saugen; ut, *Sugere ubera*, Ovid. 2 Fast. v. 419. Et Cic. 3 Tuscul. c. 1 *Vt pene cum lacte nutricis errorem suxisse videamur.*

¶ Suctus, ûs, subst. das sauzen, die saugung. Plin. 28 c. 3 *Suctu levare percussos.* Idem 8 c. 36 *Pedum priorum suctu vivere.*

¶ Succus, i, humor, qui exsugitur, der safft. Terent. in Eunuch. 2, 3 v. 36 *Corpus solidum & succi plenum*, ein starcker und völliger leib. Ad quem locum Donatus: *SVCCVS est humor in corpore, quo abundant bene valentes.* Virgil. eclog. 3 v. 6

Et succus pecori & lac subducitur agnis.

SVCCVS proprie quasi SVGVS: quem sibi ex alimentis membra sugunt, ut se repleant. Vet. Glossæ: *SVCCVS*, χύλος. Sic, *Succus herbæ*, Ovid. 13 Metam. v. 941, vis medica aut magica herbarum. Plin. 9 c. 36 *Vivas* (purpuras) *capere contendunt, quia cum vita suum succum evomunt.* Et, *Succum exprimere, Succum excipere*, ausdrücken, auffangen, Idem lib. 12 c. 26. ¶ 2. Cicero per metaphoram dixit lib. 4 ad Attic. epist. 16 *Amisimus omnem succum ac sanguinem civitatis.* Et, *Omnem succum ingenii bibere*, Quintil. in procem. lib. 1. ¶ 3. Genit. plural. *succuum*, pro *succorum*, vel, si mavis, pro *suctuum* apud Apulejum Met. lib. 10 *Nutrimentis succuum pulmenta condita*

¶ Succōsus, a, um, succi plenus, safftig, feucht. Columell. 2 c. 17 *Melius habetur fænum, quod suapte natura succoso gignitur solo, quam quod irrigatum aquis elicitur.* Idem lib. 4 c. 29 *Stirpes, quæ firmioris & succosioris libri sunt.* Corn. Severus in Ætna v. 263

Aridiora tenent oleæ: succosior ulmis Grata.

¶ Succĭdus, a, um, idem. Plaut. Milit. 3, 1 v. 52 *Screator sum minime succidus.* Huc pertinet *Lana succida*, de qua Varro R R. 2 c. 11 *Tonsuræ tempus æquinoctium vernum & solstitium, quum sudare inceperunt oves, a quo sudore recens lana tonsa SVCCIDA est appellata.* Juvenal. sat. 5 v. 24 *Vinum quod succida nolit lana pati.* Martialis 11 epigr. 28 *Succida palliolo vellera quinque petit.*

¶ Succŭlentus, a, um, idem. Paulinus Jambo ad Cyther. v. 631 *Succulentum corpus.* Et Prudent. Hamartig. præfat. v. 58 *Succulenti furores.*

¶ Sūgillo, vel Suggillo, āre, de facie proprie dicitur, cum percussa lividis maculis deformatur, vel cum maculæ nimio suctu fiunt, abblauen, braun und blau schlagen. Plin. 31 c. 9 *Ex ictu suffusi cruore oculi suggillatique.* ¶ 2. Hinc & existimationem alicujus lædere violenter, & deformare, & quasi exsugere significat, einen verkleinern, anstechen, an ehr und glimpff beleidigen. Liv. 4 c. 35 *Viros spectatos primis annis sugillatos, repulsos, risui patribus fuisse, desisse postremo præbere ad contumeliam os.*

¶ Sugillātio, ōnis, nota infamiæ injusta, schmähung, verkleinerung. Liv. 43 c. 14 *Non sine sugillatione consulum.*

¶ Sugillātus, ûs, subst. idem: Tertull. 4 contra Marcionem c. 34.

¶ Sugillatiuncŭla, æ, diminut. ein blaues striemlein; item, ein kleiner spott, hohn. Claudian. Mamert. 2 c. 9 *Sugillatiunculas fringultire.*

Composita:

¶ Adsuctus, a, um, gesaugt. Lucretius 4 v. 1187

Et tenet adsuctis humectans oscula labris.

¶ Desūgo, ĕre, absaugen. Pallad. 1 tit. 9 *Rapta velociter desugere.*

¶ Exsūgo, ĕre, aussaugen; ut, *Exsugere sanguinem*, Plaut. Pœn. 3, 2 v. 375; & *humorem*, Idem Rud. 4, 3 v. 70.

¶ Exsuctus, a, um, ausgesaugt. Colum. præfat. lib. 1 *Exsucto sudore sitim quærimus.* Gellius 20 c. 7 *Ea re ostrea quoque, sicuti alia quædam, tenuis exsuctaque est.* Et Vitruv. præfat. lib. 8 *Animalia vero, si fuerint sine humoris potestate, exsanguinata & exsucta a principiorum liquore, interarescent.* Comparativo usus Varro R. R. 2 c. 7 *Vt restibiles segetes exsuctiores: sic quotannis quæ prægnantes fiunt.*

¶ Exsuccus, a, um, succo carens, trocken, safftloß. Senec. epist. 30 *Infirmi semper & exsucci corporis esse*, schmächtig seyn. Quintil. 12 c. 10 *Aridi, exsucci, exsangues.* Tertullianus de Anima c. 51 *Corporis substantia exsuccior.*

¶ Exsucco, āre, austrocknen, den safft ausdrücken. Cœl. Aurel. Tard. 2 c. 13 *Exsuccare mala.* Et Macer 4 v. 4 *Temporibus veris exsuccari solet.*

¶ Exsuccātus, a, um, ausgetrocknet; ut, *Exsuccatum sinapi*, Cœl. Aurel. Tard. 4 c. 8.

¶ Insucco, āre, succo immergere, befeuchten, netzen. Colum. 7 c. 4 *Sæpius lana diducenda vinoque & oleo insuccanda.*

¶ Insuccātus, a, um, angefeuchtet, eingeweicht; ut, *Vvæ passæ vino insuccatæ*, Colum. 9 c. 13. conf. lib. 7 c. 5. Et, *Panis insuccatus ex mulso*, Cœl. Aurel. Acut. 3 c. 8.

SVI, sibi, se, & SVVS, a, um, sein, pronomina sunt reciproca, quorum usum & collocationem Valla exposuit libello, cui titulus est: *De reciprocatione SVI & SVVS. Obsecravit me, ut se adjuvarem, ut sibi adessem, ut filio suo opem ferrem*, latine dicitur. Cic. 13 fam. epist. 20 *A te peto, ut des operam, ut intelligat, meam commendationem usui magno sibi fuisse.* Idem pro Sylla c. 27 *Hosne viros tam cupidos sui perire voluit?* Idem ad Attic. 9 epist. 16 *Nihil malo, quam & me mei similem esse & illos sui.* Virg. Æn. 3 v. 629 *Oblitus sui.* ¶ 2. Sed, *an patrem suum convenire vis? Vidi se; Pergo ad se*, intolerabiliter prorsus, pro *patrem ejus* seu *ipsius; vidi ipsum; pergo ad ipsum*, idem Valla dici putat. Contra quem Budæus in Commentariis græcæ Linguæ defendit talia, quod ad Græcorum rationem dicta sint, & optimorum, summorumque scriptorum auctoritatem præferant, quale est illud Ciceronis ad Atticum lib. 10 epist. 11 *Indulsit illi quidem suus pater semper.* Terent. Heaut. 2, 3 v. 92

Cedo, quid hic faciet sua?
An ea quoque hujus dicetur?

Idem Hecyrâ 4, 4 v. 38

PHID. *Quamobrem reducam?* LACH. *Mater quod suasit sua.*

Ita Ovid. in fabula Baucidis 8 Metam. v. 646

Quodque suus conjux riguo collegerat horto.

C. Nepos in Cimone c. 3 n. 2 *Incidit in eamdem invidiam, quam pater suus.* Rursus in vita Attici c. 10 n. 4 *Antonius autem etsi tanto odio ferebatur in Ciceronem, ut non solum ei, sed etiam omnibus amicis suis esset inimicus.* Vide & Alciatum lib. 5 Parerg. c. 20, ubi ait, λεπτολογήματα esse, & minutias, plerumque a classicis auctoribus neglectas, qui dicunt, in pronomine isto semper observari debere reciprocam significationem. conf. Barth. ad Rutil. Numat. p. 102 & 103; & Scalig. de Causis L. L. c. 130, qui non imitandum hunc loquendi modum censet. Adde Robig. in Lex. Critic. 4, 4. Buchn. ad hymn. Venant. de Resurr. Chr. v. 82; & Bangium Observ. philol. P. 2 p. 952. ¶ 4. Sane indifferenter hæc dicuntur: *Ille repetit, quod suum* sive *ipsius est.* Cic. pro Marcell. c. 10 *Multi dubitabant, quid sibi expediret*, vel *ipsis.* Quintil. lib. 8 *Grammaticis inter ipsos & philosophis pugna est.* Et lib. 10 *Vitiosa & a doctis inter ipsos etiam mutuo reprehenduntur.* Cicer de Rep. *Ego illum de suo regno, ille me de nostra rep. percontatus est*, ubi & *de ipsius regno* dicere potuisset. ¶ 5. Sed, *Omnes partes inter se consentiant, necesse est*, non *ipsas*: &, *Damon & Pythias hoc animo inter se fuerunt*, non *ipsos.* ¶ 6. *Suus* etiam interdum pro cujusque proprio dicitur, sein eigen, der seinige; ut, *Suus cuique mos est*, Terent. Phorm. 2, 3 (al. 4) v. 14. *Trahit sua quemque voluptas*, Virg. ecl. 2 v. 65. *Velle suum cuique est*, Pers. sat. 5 v. 52. *Sua quemque fraus, & suus terror maxime, suum quemque scelus agitat*, Cic. pro Rosc. Am. c. 24. Et conjunctim: *Sua cuique laus propria debetur*, Idem de Orat. 2 c. 85. vide supra *Proprius.* ¶ 7. *Sibi* dativo *suo* interdum jungitur nulla necessitate, sed festivitatis gratia. Terent. Adelph. 5, 8 v. 36 *Suo sibi hunc jugulo gladio.* Cic. de Amicit. c. 3 *Factus est consul sibi suo tempore.* Colum. 12 c. 54 *Singula suo sibi jure abluito.* Gell. 5 c. 10 *Suo sibi argumento confutatus est.* ¶ 8. *Ire ad se*, i. e. domum suam, heim gehen. Plaut. Menæchm. 5, 2 v. 11

Repente expetit me, ut ad sese irem.

Ita locutus & Cicero est pro Milone c. 19 *Devertit Clodius ad se ad Albanum.* ¶ 9. Elegans illa etiam ratio loquendi est, quando *a se* pro, *de suo*: ut *a me*, pro, *de meo* dicimus. Suetonius Augusto c. 40 *Fabianus Scaptiensibus tribulibus suis die comitiorum, quid a quoquam candidato desiderarent, singula millia nummûm a se dividebat.* Ita locuti Plautus, Cicero & JCti, vide & supra in *Ego.* ¶ 10. *Suus* & pro amico, favente, propitio, ponitur. Horat. epod. 9 v. 29 *Ventis iturus non suis.* Ovid. 3 Trist. eleg. 5 v. 4

Nave mea vento forsan eunte suo.

Idem lib. 4 Met. v. 164 *Vota suos habuere deos.* Trebellius in Valeriano Seniore: *Cogita, quantas gentes Romani ex hostibus suas fecerint.* Nepos Alcibiade c. 3 n. 4 *Multos vero liberaliter devinxerat, plures etiam opera forensi suos reddiderat.* Terent. Adelph. 5, 4 v. 21 *Eos fecit suos paullo sumptu*; i. e. sibi faventes. Seneca præfat. lib. 4 Controversiar. *Quamvis aliquo tempore populum suum habuerit*, id est, faventem, er hat es auf seiner seite gehabt.

¶ Sēcum, mit sich, bey sich; ut, *Secum corde volutare*, Virg. 1 Æn. v. 54. *Filium perduxere illuc secum*, Terent. Andr. 1, 1 v. 54. ¶ 2. * *Secum esse, secum vivere*, Cic. de Senect. c. 14, hoc est, se & suam mentem curare, neglectis inanibus studiis & voluptatibus populi; quod Persio satyr. 4 v. 52 est *secum habitare.* Grævius.

¶ Sese, i. e. seipsum, sich selbst. Virgilius eclog. 3 v. 66

At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas.

Singularis esse energiæ, notat Barth. ad lib. 2 Theb. Stat. v. 611 p. 568.

¶ Sibimet, i. e. sibi ipsi, ihm selbst. Silius 13 v. 663

Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces.

¶ Suomet, pro suo: ut, *Necesse est, suomet ipsi more præcipites eant*, Sallust. Jugurth. c. 31.

¶ Suopte, Suapte, vor sich selbst; ut, *Suapte culpâ*, hoc est, propriâ, Plaut. Mercat. 5, 4 v. 9. *Suopte ingenio*, Livius 1 c. 25. Et Cic. 1 Tuscul. c. 17 *Terrena & humida suopte nutu & suo pondere in terram & mare feruntur.*

SVIDAS, æ, quod proprium alii duabus, alii tribus in carmine syllabis extulére: ut, *Quin potius Suidæ Græci monumenta loquantur.*

Et: *Lexicon eximia vehitur nunc laude Suidæ.*

Is auctor non tantum lexicon, seu grammaticas vocabulorum interpretationes collegit; verum etiam multorum regum & hominum

doctorum vitas, scripta, & tempora, quibus vixerunt, annotavit. vide judicium doctissimum de hoc scriptore Christiano, & de libri ipsius multiplici usu indicationem Demetrii Chalcondylis in præfatione eruditissima in Suidam, latinitate donatum ab Hieronymo Wolffio. De tempore, quo videtur fuisse, lege Vossium lib. 2 de Histor. Græcis c. 26 extremo.

Suile, suillus, suinus, Suiones, Sulcamen, sulcator, &c. vide *Sus, Suecia, Suleus.*

SVLCVS, i, est quà aratrum vomere lacunam facit, quemadmodum inquit Varro de R. R. 1 c. 29, hoc est, proscissio terræ in longum producta, in quo a *Scrobe* differt, eine furche; ut, *Sulcus altius impressus*, Cic. 2 Divin. c. 23. *Infindere sulcos telluri*, Virg. eclog. 4 v. 33. Et, *Arvum sulcis subigere*, Plinius 18 c. 19. Juvenal. sat. 7 v. 48

Nos tamen hoc agimus, tenuique in pulvere sulcos
Ducimus, & littus tenui versamus aratro.

Sic, *Sulcus aquarius*, Græcis ὦλξ, eine wasserfurche. vide *Elix.* ¶ 2. Pro *Scrobe* Virgilius posuit, cum Georg. 2 v. 289 ait:

Ausim vel tenui vitem committere sulco, eine grube.

¶ Sulcŭlus, i, diminut. ein fürchlein. Colum. de Arbor. extremo: *Rosam fruticibus ac surculis disponi per sulculos pedales convenit.* Ita vetus Florent. edit. Vnde hallucinatus Gryphius *per surculos*: at Basil. & Colon edit. *per sulcos.*

¶ Sulcus, a, um, adjectivum; ut, *Ficus sulca*, inter præcipuas, Colum. 5 c. 10.

¶ Sulco, āre, sulcos ducere, pflügen, furchen machen, apud poëtas frequens est, tam de mari, quam de agris; ut, *Vomere terram sulcare*, Ovid. 3 Trist. eleg. 10 v. 68. Item, *Æquor sulcare*, Idem 1 ex Ponto epist. 4 v. 35. Et Virg. 5 Æn. v. 158

Longæ sulcant vada salsa carinæ.

¶ Sulcātus, a, um, gepflügt, zerschnidten. Lucan. 1 v. 168 *Rura quondam sulcata Camilli vomere.* Ammian. 14 c. 9 *Sulcatis lateribus.*

¶ Sulcātim, adverb. schnidtweise; ut, *Sulcatim concisa facies*, apud Pomponium.

¶ Sulcātor, ōris, der furchen machet; ut, *Nigri sulcator Averni*, pro Charonte, Stat. 11 Theb. v. 588. Et Silius 7 v. 363 *Sulcator navita ponti.* Alia translatione Claudian. 2 de Raptu Proserp. v. 340 *Lateris sulcator opaci Vultur.* Proprie Prudentius 2 advers. Symmach. v. 939 *Leontini sulcator campi.*

¶ Sulcāmen, ĭnis, sulcus; Apulejus lib. 6 Miles. p. 174 *glebæ Siculæ sulcamina.*

¶ Bisulcus, a, um, idem quod bifidus, gespalten, zweyspaltig; ut, *Bisulcæ cervorum ungulæ*, Plin. 3 c. 1. *Lingua bisulca anguis*, Ovid. 9 Metam. v. 65. Et, *Surculi arborum bisulci*, Colum. de Arbor. c. 26.

¶ Trisulcus, a, um, dreyspaltig. Virgil. Georg. 3 v. 439 de angue:

Linguis micat ore trisulcis;

h. e. quæ trifidæ apparent. Et, *Trisulca fulmina*, Seneca Hercul. Oet. extrem. ac Avienus Arat. v. 220; quæ Ovidio 2 Amor. eleg. 5 v. 52 sunt *Tela trisulca Jovis.*

¶ Persulcātus, a, um, überpflüget, durchschnidten. Claudian. 1 in Rufin. v. 136 *Rugisque severas Persulcata genas.*

¶ Resulco, āre, iterum sulcare. Prudentius Vincentio v. 144

Præsicca rursus ulcera
Manus resulcans diruet.

Sulfur, Sulla, Sullanus, &c. vide mox *Sulphur, Sylla.*

SVLMO, ōnis, oppidum Italiæ in Pelignis, Ovidii patria. Ipse Ovidius 4 Trist. eleg. 10 v. 3

Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus undis,
Millia qui novies distat ab urbe decem.

A Solymo conditore nomen esse, docet Idem lib. 4 Fast. v. 79. Hinc

¶ Sulmōnensis, e, adject. apud Juvenalem sat. 6 v. 186.

SVLPHVR, ŭris, proxima & propria metalli materia, schwefel. v. Plin. 35 c. 15. *Sulphur vivum*, cujusmodi e terræ venis effoditur: *Sulphur fusum*, id est, liquefactum. *Lurida sulphura*, Ovid. Metam. 14 v. 791. Scribitur & *Sulfur.* *PH* defendit Manutius in Orthogr. quia veteres & *Sulpur, Sulpuraria*, scripserint: vide Lege 52 § 8 de Furtis; *F* tuetur Vossius in Etymolog. quia non sit græcæ originis. ¶ 2. *Sulphur* pro fulmine Persius posuit sat. 2 v. 24

Cum tonat, ocyus ilex
Sulphure discutitur sacro.

Sane *fulmen* & odorem habet sulphuris, & lux illius sulphurea est. *Sacrum* autem dixit, non tam, ut a communi distingueret sulphure; quam quod omne sulphur inter res sacras haberetur veteribus; qui & θεῖον appellarunt, atque ad omnes expiationes & καθάρσεις adhibuerunt, ut Casaubonus observat. vide Aristot. Problem. sect. 24. ¶ 3. Masculino genere extulit Vegetius 1 Mulomedic. c. 39 *Sulfurem & resinam ferventem imponis ungulis.*

¶ Sulphŭrans, tis, schwefelicht; ut, *Aquæ sulphurantes*, Tertull. advers. Valent. c. 15.

¶ Sulphŭrātus, a, um, quod sulphur habet, geschwefelt; ut, *Sulphurati fontes*, Vitruv. 8 c. 3. *Vtilis sulphurata* (aqua) *nervis*, Plin. 31 c. 6. Et comparative Tertullianus 1 contra Marcion c. 28 *Credo, sulphuratiorem eis gehennam præparabit.* ¶ 2. *Sulphurata*, absolute, puta *lina* &c. sunt exilia sulphure intincta, accendendi luminis caussa parata, schwefel-kertzen, schwefel-faden. Martial. 1 epigr. 42

Qui pallentia sulphurata fractis
Permutat vitreis.

Et Plin. 36 c. 19 *Scintillæ exceptæ sulphuratis aut fungis aridis vel foliis dicto celerius ignem præbent.* ¶ 3. *Sulphurata, orum*, subst. schwefelgänge. Plinius 31 c. 3 sub fin. *Depressis puteis sulphurata vel aluminosa occurrentia putearios necant.*

¶ Sulphurātio, ōnis, die schwefelung. Seneca Nat. Qu. 3 c. 15 *Æstus corrupêre naturam, & sulphuratio contraxit humorem.*

¶ Sulphŭrāria, æ, sulphuris fodina, vel officina ubi præparatur, die schwefelhüte; Lege 8 § 10 Dig. de Pœnis: & Lege 52 § 8 de Furtis.

¶ Sulphŭreus, a, um, schwefelicht; ut, *Color sulphureus*, Plin. 35 c. 6. *Odor sulphureus*, Idem lib. 36 c. 19. Et Ovid. 15 Metam. v. 340

Sul-

Sulphureis ardet fornacibus Ætna.

¶ Sulphŭrōsus, a, um, voll schwefel. Vitruvius 8 c. 3 *Sulphurosi fontes nervorum labores reficiunt, percalefaciendo exsugendoque caloribus e corporibus humores vitiosos*, warme bäder: quamquam eodem cap. paullo ante & *frigidi* quidam fontes *sulphurati* esse dicuntur. Sic, *Sulphurosa admiscere*, Cœl. Aurel. Tard. 2 c. 7.

SVLPĬCIA, æ, poëtria Romana nobilis, cujus exstat carmen sive satyra, de Domitiani temporibus. Duos senarios jambicos ex ejus carminibus vetus Scholiastes Juvenalis ad satyr. 6 v. 535 allegat. Nec minus a castitate & in Calenum maritum amore ac fide, quam lepore ingenii Martialis laudat lib. 10 epigr. 35 & epigr. 38. Meminit & Sidonius Apollinaris carm. ad Magnum Felicem v. 258.

SVLPĬCIVS, i, nomen gentis Romanæ: ex qua celebres eloquentiâ fuêre *C. Sulpicius Gallus*: de quo Cicero in Bruto c. 20; itemque *P. Sulpicius*, ut ex eodem Cicerone discimus Orat. de Harusp. Responsis c. 19; necnon *Servius Sulpicius*. Qui quantus orator fuerit, idem Cicero in Bruto docet c. 55. Laudat eumdem & c. 41 ejusdem libri. Multa de eo & 6 prioribus epistolis lib. 4 ad familiares. Vide & Philippicam 9, ubi de morte ejus habes. ¶ 2. *Sulpicius Apollinaris* grammaticus, Pertinacis imperatoris præceptor fuit, ut Capitolinus ejus vitâ principio statim auctor est. Gellius non semel laudat; ut lib. 4 c. 17 *Virum præstanti litterarum scientia* vocat. Hic fabulatum Terentianarum periochas versibus jambicis scripsit. ¶ 3. *Severus Sulpicius* Niobrix Gallus, æqualis S. Hieronymi & Rufini fuit, doctrinâ & sapientia pollens, quod ei elogium B. Augustinus tribuit epist. 205. Scripsit vitam B. Martini, & duos libros de sacrâ historiâ, terse cumprimis & eleganter: ex quo Josephus Scaliger eum ecclesiasticorum purissimum scriptorem appellavit Prolegomenis de emendat. temporum p. 23.

SVLTĀNVS, i, peregrinum vocabulum, quod Turcis & Arabibus supremum ducem, principem, aut imperatorem significat: a verbo deductum, quod Ebræis & Arabibus *dominari* sonat.

SVLTIS, ex *si vultis* contractum est, quod addi a Veteribus imperativis pluralis numeri solebat, quemadmodum SIS in singulari; vide supra *Sis*, & Pontan. Vol. 1 Progymn. Dial. 37.

SVM, fui, esse, seyn; a grammaticis verbum substantivum appellatur, quia per se substat, nec ullius alterius verbi adminiculo eget, & in ipsum cætera verba resolvuntur: cum enim cætera omnia verba aut *actionem* importent, aut *passionem*, solum hoc est verbum, quod substantiam rei denotat: ut, Ego lego, id est, ego *sum*, qui lego: Tu dicebas, id est, tu *es*, qui dicebas &c. Secundum Platonem de iis tantum dicitur, quæ æterna sunt, nec oriuntur, nec occidunt, ut Cicero 1 Tuscul. c. 24 observat. Pro varietate autem significationis suæ varias etiam & diversas locutiones hoc verbum efficit, quæ usu observandæ sunt, explicari enim in hac brevitate omnes non possunt. Casuum tamen ordine paucas aliquot exponemus. ¶ 1. *Esse* cum nominativo: *Est genus hominum*, Terent. Eunuch. 2, 2 v. 17, man findet etliche leute. *Fuit quoddam tempus*, Cicer. 1 de Invent. c. 2. *Pompejus vir omnium, qui sunt, fuerunt, erunt, virtute, sapientia, gloria princeps*, Cicer. post Redit. ad Quirites c. 7. ¶ 2. Cum genitivo: Cic. pro Lege Manil. c. 7 *Erit humanitatis vestræ, cives calamitate probibere*, hoc est, erit officium humanitatis vestræ. Sic, *hominis ingenui est, bene velle*, Cic. de Fin. 3 c. 17. Huc pertinet: *Quanti est?* id est, quanto pretio constat? Terent. Adelph. 5, 9 v. 20 *A me argentum, quanti est, sumito.* Sic, *magni apud aliquem esse*, Cic. 13 fam. ep. 72. Et, *Plurimi esse*, Idem in Paradox. 6 c. 2. Ita, *Sum domi meæ, nostræ, vestræ*, recte dicitur, non autem *domi honestæ*, sed *in domo honesta.* Cicero tamen, *Alienæ esse domi*, dixit 4 fam. epist. 7 fin. *Nonne mavis sine periculo domi tuæ esse, quam cum periculo alienæ?* Sed ibi elliptica oratio est, *domi tuæ, domi alienæ*, pro *in loco domi*, ut *domus tuæ, alienæ*: de quo Vossius monuit lib. 7 Commentar. de Arte Grammatica, qui de sermonis constructione est, cap. 25. ¶ 3. Cum dativo sub significatione habendi, commodi item sive incommodi: ut, *Est mihi namque domi pater*, &c. Virg. eclog. 3 v. 33. *Est illis ars, inter se blandiri*, Plin. 10 c. 37. *Hecyræ est huic nomen fabulæ*, Terentius principio ejus fabulæ. *Mihi est Menæchmus nomen*, Plaut. prologo. Sed, *Esse crimini*, pro, in crimen verti, Cic. pro Rosc. Amer. c. 29 n. 81. *Esse oneri ferendo*, id est, onus ferre posse, Liv. 2 c. 9. Sicut *esse solvendo*, Jurisconsulti dicunt. *Bene, melius, male esse alicui*, est bene & male &c. habere, Terent. Adelph. 1, 1 v. 9. Item: *Bene, male, ægre esse animo*, Terent. Adelph. 4, 5 v. 21. *Esse esui*, Gell. 4 c. 1, zu essen dienen. *Esse ornamento, esse præsidio, esse detrimento*, Cæs. B. Gall. 1 c. 44. *Non eadem omnibus esse honesta*, Nepos præfat. n. 3. Et Propertius 1 eleg. 20 v. 13

Ne tibi sit duro montes & frigida saxa,
Galle, nec expertes semper adire lacus:

Ne tibi sit adire, id est, ne adeas, ne velis adire. Et ostendit ad eum locum productis exemplis Passeratius, Ovidium quoque, Tibullum & Martialem similiter locutos. ¶ 4. *Quid tibi est?* formula est ad eos, qui male habent ex inopino aliquo casu, de quo nobis æque non constat; jam & nos pariter dicimus: was ist dir? Ita Antiphila apud Terentium, cum Cliniam, amores suos, adspiceret reducem, & exsternata nimio gaudio collaberetur, ad Bacchidem ait: *Ah retine me obsecro!* Bacchis ignara rei, *Amabo, quid tibi est?* respondet; Locus est Heaut. 2, 4 v. 23. ¶ 5. Construitur interdum etiam cum altero dativo, & tum fere exponi solet per verbum *afficio*, vel *affero.* Cic. 1 Offic. c. 39 *Ampla domus dedecori domino sæpe fuit*, id est, affecit dominum dedecore, vel dedecus attulit domino. Cic. 2 fam. epist. 7 *ut sempiternæ laudi tibi sit iste tribunatus exopto.* Idem ad Attic. 6 epist. 2 *Postrema tua pagina mihi magnæ molestiæ fuit.* Et, *Omnibus sit odio crudelitas, & amori probitas & clementia*, Cassius Ciceroni lib. 15 epist. 19. ¶ 6. Cum accusativo & præpositione; ut, *Esse apud aliquem*, Terent. Heaut. 1, 1 v. 110. *Esse apud sese*, Idem Andr. 2, 4 v. 5. Et, *Apud matrem recte est*, Cicer. 1 ad Attic. epist. 6. *Apud herum recte erat*, hoc est, bene habebat herus, mit dem herrn stund es wohl, Idem ad Qu. fratr. 3 epist. 17. ¶ 7. Cum ablativo; ut, *Esse bono animo*, Terent. Eunuch. 1, 2 v. 4. *Esse summo honore*, Cicer. 4 in Verr. c. 35. Et, *esse mirifico & studio & officio in aliquem*, Idem 14 fam. epist. 3. ¶ 8. Cum ablativo & præpositione; ut, *Esse cum aliquo*, vel *apud aliquem*, i. e. cœnare: Terent. Heaut. 1, 1 v. 110

Dionysia hic sunt: hodie apud me sis volo.

Et scen. seq. v. 11 *Quam vellem Menedemum invitatum, ut*
nobiscum hodie esset lautius.

Est & socium esse in aliqua re. Idem Adelph. 3, 3 v. 1

Ctesiphontem audivi filium
una fuisse in raptione cum Æschine.

Sic, *In animo est*, id est, decrevi, Cic. ad Att. 3 ep. 21, ich habe bey mir beschlossen. *In amore atque deliciis esse*, Idem in Verr. 6 c. 1. *In gratia cum aliquo esse*, Cic. ad Attic. 2 epist. 9. *In intimis esse*, Idem ad Att. 4 ep. 16. *Esse in spe*, hoc est, sperare, hoffen, Idem ad Terentiam 14 fam. ep. 3. Et Cæs. 2 B. C. c. 17 *Magna esse in spe atque exspectatione.* Et, *In morâ alicui esse*, Terent. Andr. 2, 5 v. 13. *Esse in opere*, Cæs. 7 B. Gall. c. 24. *Esse sub imperio*, Idem 1 B. Gall. c. 31. *Lingua est in quæstu*, Quintil. prooem. lib. 1. *Ex usu esse*, nützlich seyn, Cæs. B. Gall. 1 c. 50. ¶ 9. Constructio cum infinitivo nota est: Terent Heaut. 3, 3 v. 17 *nostrum est intelligere, utcunque atque ubicunque opus sit, obsequi.* ¶ 10. *Sic sum*, elegans forma, id est, talis sum, sic vivo. Plaut. Amph. 2, 1 v. 57 *Sic sum, ut vides.* Terent. Phorm. 3, 2 v. 42 *Sic sum, si placeo, utere.* Quintil. Declam. 160 sub fin. *Ego vero, quamdiu fuerit hoc patrimonium, sic ero, sic utar.* vide & supra in *Sic.* ¶ 11. Aliquando *Est* ponitur pro evenit, accidit, fieri potest; ut, *Sæpe est, quibus in rebus alius ne iratus quidem est*, id est, evenit, es trägt sich offt zu, Terent. Hecyr. 3, 1 v. 28. Idem Adelph. 3, 2 v. 1

Nunc illud est, quod, si omnes omnia sua consilia conferant
Atque huic malo salutem quærant, auxilii nihil afferant,
Quod mihique heræque filiæque herili est:

Nunc illud est, id est, evenit, *quod mihi heræque* &c. *est*, id est, accidit. Horat. 3 Ode 1 v. 9

Est, ut viro vir latius ordinet Arbusta sulcis.

Et lib. 1 epist. 2 v. 3 *Non est, ut copia major*
Ab Jove donari possit tibi,

id est, non potest fieri. Lucretius 1 v. 495

non est, ut credere possis.

Ita, *Est vero huic credendum, Chreme?* stehets ihm auch zu glauben? Ter. Andr. 5, 4 v. 14. Et, *Bono animo es*, i. e. sis, apud Terent. Eunuch. 1, 2 v. 4. ¶ 12. *Annus est, ut repulsam tulit*, Cic. 8 Philipp. c. 9 extremo. Idem pro Cluent. c. 30 *Anni sunt octo, cum ista caussa in ista meditatione versatur.* Idem de Amicit. *Cujus a morte hic tertius & tricesimus est annus.* Nepos Miltiade c. 8 *Athenienses propter tyrannidem, quæ paucis annis ante fuerat*, &c. ¶ 13. *Esse* pro *vivere*, non raro invenitur poni, & contra, *vivere* pro *esse.* Plautus Rudente 4, 7 v. 26

Sed cum inde suam quisque ibant diversi domum,
Nullus erat illo pacto, ut illi jusserant.

Idem Pseud. 1, 3 v. 18 *Mortuus est, qui fuit; qui est, vivus est.* Cic. 1 Tusc. c. 16 *Fuit*, (vixit,) *meo regnante gentili.* Prudentius præfat librorum:

Per quinquennia jam decem,
Ni fallor, fuimus, septimus insuper
Annum cardo rotat.

¶ 14. Aliquando tamen *fuisse* dicuntur, qui perierunt, vel mortui sunt quo illud Plauti in Pseudolo, quod paullo ante produximus, pertinet. Virg. 2 Æn. v. 325 *Fuimus Troes, fuit Ilium & ingens*
Gloria Teucrorum.

Vide Grut. lib. 1 Suspicion. c. 14. ¶ 15. *Esse* pro *venire*: Suetonius August. c. 16 *Nec prius surrexisse, ac militibus in conspectu fuisse.* vide ibi Casaubon. ¶ 16. Ponitur aliquando pro *Licet*, sed in tertia tantum singularis numeri. Virgil. 6 Æn. v. 595

Nec non & Tityon terræ omnipotentis alumnum
Cernere erat: id est, licebat

Horat. 1 sat. 2 v. 79 *Laboris plus haurire est.* Aliquid in his omissum est, quod addiderunt alii; ut, Varro L. L. 9 c. 9 *Facile est animadvertere.* Cic. Tusc. 1 c. 2 *Facile est non repugnantes vincere.* vid Borrich. Vindic. p. 67. ¶ 17. *Esto*, concedentis formula, es sey dem also, laß seyn, gesetzt. Ter. Heaut. 3, 3 v. 10 CL. *At mihi fides apud hunc est* &c. CH. *Esto; at certe concedes.* Ita Virg. Æn. 4 v. 35; & 10 v. 67; & lib. 12 v. 821.

¶ Ens, entis, ein ding, das da ist. Vox a Sergio Flavio ficta, qui ὄν *ens* exposuit, teste Quintiliano 8 c. 3. Hodie in scholis philosophorum frequens est.

¶ Essentia, æ, das wesen. Vox etiam philosophorum recentior, ut quibusdam videtur. Quintil. 8 c. 2 *Multa ex græco formata nova sunt, ut* Ens & Essentia, *quæ cur tantopere aspernemur, nihil video, nisi quod iniqui judices adversus nos sumus, ideoque paupertate sermonis laboramus.* Usus hoc vocabulo & Papirius Fabianus est, ut ibidem Quintilianus docet. Quin & ipse Cicero, ut Seneca epist. 58, & Sidonius epistolâ Epithalamio Polemii subjunctâ testantur. conf. Voss. 4 Instit. Orat. p. 19, & Parei Lex. Crit. p. 427. Apulejus de Mundo p. 68 *Hæc composita est potestati Dei, non autem essentiæ, conveniens oratio.* Sed notavit Elmenhorstius, verba *non autem essentiæ*, a quibusdam libris abesse. Sidonius ipso Epithalamio dicto v. 102

Invenit hinc princeps, quid prima essentia distat.

¶ Essentiālis, e, wesentlich, apud philosophos. Hinc

¶ Essentialĭter, adverb. idem. Augustinus 7 de Trinit. c. 2 *Sapientia essentialiter intelligitur.*

¶ Fŭtūrus, a, um, zukünfftig, künfftig; ut, *Mihi cum illo posthac nihil futurum est*, Cic. 2 Philipp. c. 31. *Præsidio sibi futurum esse sperant*, Idem 7 in Verr. c. 65. Et absolute; *Futura prospicere*, Cic. 2 Offic. c. 9. *Haud ignara futuri*, Virg. Æn. 4 v. 508. Composita cum *Futurus* sequuntur in verbis.

A *Sum* composita:

¶ Absum, abfui, abesse, absentem esse, nicht da seyn, weg seyn, abwesend seyn; ut, *Abesse tres menses*, Terent. Heaut. 1, 1 v. 66. *Abesse bidui a castris*, Cic. ad Attic. 5 epist. 16 extr. Et Nepos Hannib. c. 6 *Adrumetum*

metum abest a Zama circiter millia passuum trecenta, es ist abgelegen. Livius 30 c. 29 *Zama quinque dierum iter ab Carthagine abest.* ¶ 2. *Abesse a crimine, culpa*, Cic. pro Rosc. Amer. c. 20, unschuldig seyn. *Abesse a consilio fugiendi*, Idem ad Att. 7 ep. 24, i. e. abhorrere. Cæs. ad Cic. sub lib. 10 ad Att ep. 8 extr. *Neque tutius, neque honestius reperies quicquam, quam ab omni contentione abesse.* Et, *Multum abest ab iis*, hoc est, longe est iis inferior, er thut es ihnen lange nicht gleich, Cic. in Bruto c. 62. *Ab eo plurimum absum*, Idem de Fin. 3 c. 2. Terent in Eunuch. 3, 3 v. 5 absolute dixit: *Ita ut sit, domini ubi absunt.* ¶ 3. *Absit invidia verbo*, locutio vetus apud Livium 9 c. 19, niemand zu nahe geredt. *Tantum abest, ut* &c. locutio elegans est, pro, ne dum, ich geschweige denn: Brutus Cic. 11 fam. ep. 10 fin. *Tantum abest, ut mea rei familiaris liberum sit quicquam, ut meos jam omnes amicos ære alieno obstrinxerim.* ¶ 4. *Abesse alicui*, einem nicht behülfflich seyn, in der noth stecken lassen, Cic. pro Sylla c. 5

¶ Absens, tis, abwesend; ut, *Me absente*, Terent. Heaut. 2, 2 v. 2, in meiner abwesenheit. Superlat. Augustinus Confession. lib 4 c. 4 *Baptismum acceperat mente atque sensu absentissimus*, id est, moriturus, cum sine sensu esset. ¶ Absentium nomina (eorum scilicet, qui reipubl. caussa aberant,) non recipiebantur, id est, rei non fiebant: Bernegg. ad Sueton. Cæs. c. 23.

¶ Absentia, æ, die abwesenheit. Antonius Ciceroni sub lib. 14 ad Att. epist 13 *Vereor, ne absentia mea levior sit apud te.*

¶ Absento, are, ablegare, absentem facere, verweisen. Claudianus 3 de Raptu Proserpinæ v. 213

> *Et dura de matre queri, quæ tale recessu*
> *Maluerit damnare decus, vetitamque Dearum*
> *Colloquio, patriis procul absentaverit astris.*

Sed in quibusdam libris *amandaverit* legitur. *Absentans* tamen usus Sidonius 9 epist. 13 extr. pro *absens*, aussenbleibend; itemque Cyprianus & alii, quos ad Sidonium notavit Savaro. Adde Petronium, cujus illa sunt in Satyrico: *Absentemur, ait ille*, (Ascyltos) *& dum illi balneum petunt, nos in turba exeamus.* vid. de hoc loco Borrich. Vind. p. 3.

¶ Absentivus, a um, diutius absens, lange aussenbleibend. Petronius Satyric. p. 78 *Ne absentivus essem, omnem voluptatem mihi negavi.*

¶ Absutūrus, a um, der weg seyn wird. Cic. 1 ad Quint fratr. epist. 1 c. 14 extr. *Cogitet, nullam a se calamitatem abfuturam fuisse, si* &c.

¶ Adsum, adfui, adesse, præsentem esse, vorhanden seyn, dabey seyn. Plautus Rud. 4, 4 v. 6 *Quoniam ego adsum, faciet nemo injuriam. Quod adest, boni consule*, mit dem, so vorhanden, nimm vor gut. Sic, *Adesse pugnæ*, pro interesse, Cic Philipp. 2 c. 30. *Summus imperator adest ad exercitum*, pro, in exercitu, Plaut Amphitr. 1, 3 v. 6. Et, *Adesse in consilio*, Cic. pro Quint c. 25, beym rathschlagen seyn. *Continuo hic adero*, Terent. Heaut. 3, 1 v. 96. *Adesse coram*, Virg. 1 Æn. v. 595; & Cic. 15 fam. epist. 16, persönlich da seyn. ¶ 2. Sic & cum significatione habendi; ut, *Nulli adest vis ad resistendum*, es hat keiner das vermögen, Vellej 2, 61, 1. ¶ 3. Pro *experiri*, mitmachen. Terent. Adelph. 3, 1 v. 3 *Jam nunc times, quasi nunquam adfueris, nunquam tute pepereris.* ¶ 4. *Adesdum, paucis te volo*, Terent. Andr. 1, 1 v. 2. *Huc ades, o formose puer*, id est, accede, Virgil. eclog. 2 v. 45. *Dies adest*, Idem Æn 9 v. 107, die zeit ist kommen. *Prope adest*, nimirum tempus, es ist nicht lang dahin, Terent. Andr. 1, 1 v. 125. ¶ 5. *Adeste æquo animo per silentium*, höret uns günstig zu, Idem in prolog Andr. v. 24, & Phorm. v 31. Et Cicero pro Sylla c. 11 *Adestote omnes animis, qui adestis corporibus.* ¶ 6. *Adesse* etiam advocati dicuntur, qui reos tuendos suscipiunt, beystehen. Terent. in prolog Andr. v. 24 *Favete, adeste æquo animo* &c. Vbi Donatus: ADESTE *animis, scilicet auxilia præbete: ut advocatus* REO *dicitur* ADESSE. Plinius 5 epist. 4 *Contradixerunt Vicentinorum legati: adfuit Tuscillus Nominatus: dilata caussa est. Alio senatu Vicentini sine advocato intraverunt, dixerunt se deceptos:* &c. *Interrogati, an tunc gratis adfuisset? responderunt, sex millibus nummûm.* Suetonius Augusto c. 56 extr. *Affuit & clientibus: sicut scutario cuidam evocato quondam suo, qui postulabatur injuriarum.* Ita & in Claudio c. 38 usus hoc verbo est. Seneca Consolat. ad Helviam c. 2 *Itaque ne statim cum eo* (dolore) *concurram: adero illi prius* &c. id est, ejus caussam agam, tuebor, defendam. Plin procem. lib. 18 *Qua in parte primum omnium patrocinari terræ, & adesse cunctorum parenti juvat.* Alii pro eo *Assistere*: item *Superesse* dixerunt, de quibus vide suis locis. ¶ 7. Sed inde factum, ut omnes, qui favent aliis, atque præsidio auxilioque sunt, *adesse* iis dicantur. Sic, *adesse dolori suo*, eleganter dixit Seneca Consolat. ad Marciam c. 7, pro, tueri dolorem & justum probare. Ovidius 4 de Ponto epist. 9 v. 97

> *Hoc facit, ut misero faveant adsintque Tomitæ.*

Horatius epod. 5 v. 5

> *Si vocata partubus*
> *Lucina veris adfuit.*

Florus 2 c. 9 *Aderant Ætolorum precibus Attici, Rhodii*, &c. Et lib. 4 c. 2 *Aderat puellæ forma*, id est, patrocinabatur, auxiliabatur. Virg. 4 Æn v. 578 *Adsis ô placidusque juves.* Cic. de Senect. c. 11 *Adesse amicis.* Seneca in Medeâ v. 67 *Et tu, quæ facibus legitimis ades.* Plin. Panegyr. Trajani c. 41 *Nunquam principibus defuerunt, qui fronte gravi & tristi supercilio utilitatibus fisci contumaciter adessent.* ¶ 8. Sed & consiliarii dicuntur *adesse*. Cornelius Nepos Dione c. 1 *Aderat* (Dionysio) *in magnis rebus, ejusque consilio multum utebatur tyrannus.* Item Eumene c. 1 *Vtrisque autem consilio semper affuit.* ¶ 9. Etiam *rei adesse* dicuntur, quando comparent. Vnde, *ad judicium adesse*, vor gericht erscheinen, Cicero dixit 3 Verr. c. 1. De reis hoc verbo usus Vellejus etiam est 2, 10, 1 *Censores eum adesse jusserunt.* ¶ 10. Pro instare, urgere Florus posuit lib. 3 c. 5 *Aderat, instabat, sævitiâ pro virtute utebatur.*

¶ Confutūrus, a, um, der zugleich seyn wird. Plautus Milite 3, 3 v. 66 *Confido confuturum.* Nonnullis est a verbo *Confieri*

¶ Desum, defui, deesse, fehlen, ermangeln. Terent Phorm. 2, 1 v. 69 *Non ratio, verùm argentum deerat*, an der rechnung mangelte es nicht, sondern am geld. Cic. ad Brut. epist. 10 *Defuit ei animus ab initio.* ¶ 2. *Deesse alicui operâ, consilio*, id est, non juvare, einen lassen, ihm nicht helffen oder beystehen, Cic. 1 fam. epist. 9. Sic, *Caussæ communi deesse*, Cicer. in Verr. 6 c. 63. ¶ 3. *Deesse occasioni*, pro, non arripere occasionem, Livius 27 c. 28. Et, *Suo officio & muneri deesse*, Cic. Qu. Tusc. 3 c. 7. Idem pro Rosc. Amer. c. 36 *Mihi ausculta, vide, ne tibi desis:* Id Germani sic propemodum efferunt, ihm selbst im liechten stehen. ¶ 4. Tacitus 4 Hist. c. 11 *Nec deerat ipse stipatus armis, apparatu, incessu, excubiis vim principis complecti*, id est, non cunctabatur, & sibi ipsi deerat, vim principis complecti. Idem Annal. 14 c. 39 *Nec defuit Polycletus, quo minus ingenti agmine Italiæ Galliæque gravis incederet.* Similiter nos: er hat es an sich nicht ermangeln lassen. Et Horat. epod. 5 v. 41 *Non defuisse Foliam.* Paullo aliter Capitolinus Gordiano tertio c. 31 *Nec defuit, ut senatus de his rebus, quas non noverat, falleretur*, id est, accidit, ut falleretur. ¶ 5. *Nec deest*, pro *Licet*, ut in *Est* n. 16 diximus. Silius 6 v. 10 *Nec cernere deerat.*

¶ Defutūrus, a, um, der ermangeln wird. Curt. 3, 8, 6 *Defuturos eos, qui suaderent: si suasisse periculum esset.*

¶ Exsum, exesse, extra esse, hinaus seyn. Festus formulam recitat, qua indigni excludebantur sacris quibusdam: *Hostis, vinctus, mulier, virgo exesto.*

¶ Insum, inesse, drinnen seyn; ut, *In amore hæc omnia insunt vitia*, Terent. Eunuch. 1, 1 v. 14. *Tristis severitas inest in vultu*, Idem Andr. 5, 2 v. 16. *Multa in homine signa insunt, ex quibus conjectura facile fit*, Terent. Adelph 5, 3 v 36. Et Cicer. de Amic. c. 21 *Digni sunt amicitiâ, quibus in ipsis inest caussa, cur diligantur.* ¶ 2. Et cum dativo: *Is mihi candor inest.* Martialis 14 epigr. 145. *Cui plus invidiæ quam pulchritudinis inest*, Plin. in Panegyr. c. 88. *Inest huic rei stimulus*, es steckt darinnen ein trieb, Seneca epist. 9.

¶ Intersum, interfui, interesse, mit und dabey seyn; ut, *Nostro sermoni interfuit*, Cic. 11 fam. epist. 7. *Interesse publicis consiliis*, Idem 2 ad Attic epist. 23. Et, *Interesse rebus divinis*, Cæsar 6 B. G. c. 12. *Pollio omnibus negotiis non interfuit solum, sed etiam præfuit*, Cic. 1 fam. ep. 6. Et, *Ne in convivio quidem ullo fere interfuisse*, Idem pro Rosc. Amer. c. 14. ¶ 2. Sed *Interest amnis*, Liv. lib. 22, es fliesset ein wasser darzwischen. *Interfuerant decem anni*, Cic. 3 de Leg. c. 3. Et, *Cujus inter primum & sextum consulatum sex & quadraginta anni interfuerunt*, Idem de Senect. c. 17. ¶ 3. *Inter hominem & belluam hoc maxime interest*, Cic. 1 Offic. c. 4, i. e. differt, es ist dieser unterscheid. Terent. Eunuch 2, 2 v. 2 *Stulto intelligens quid interest?* h. e. quantum a stulto intelligens differt. ¶ 4. Sed, *Interest ejus, illius.* Sic, *Vtriusque nostrûm magni interest*, Cic. 3 fam. epist. 5, es ist groß daran gelegen. Idem de Clar. Orat. c. 73 *Plus interfuit reipubl. castellum capi.* ¶ 5. Et cum pronominibus fœmininis: ut, *Mea interest*, quod & *Mea refert*, dicitur, mir ist daran gelegen: e. g. *Vt vidit interesse tua*, Cic. 3 fam. ep. 10 ad Appium: Et ad Tiron. 16 epist. 6 *Et cum tua, & mea maxime interest, te valere, tum multis* &c. Cum Donato, Scaligero, Sanctio & Sciopio G. H. Vrsinus defendit, hæc pronomina esse neutra, & sic explicat: *Est inter negotia mea*: uti, Magni interest, *est inter negotia magni momenti*: Et, Interest medicorum, *est inter munia medicorum.* ¶ 6. Jungitur frequenter his genitivis: *magni, parvi, tanti quanti*; & his particulis: *facile, multum, plus, plurimum, parum, paulum, paululum, nihil, nunquid, aliquid, magis, minus, maxime, minime*, &c. ut, *Plurimum interest*, es ist viel daran gelegen, Seneca epist. 5. *Permagni nostra interest, te esse Romæ*, Cic. 2 ad Attic. epist. 23 extr. Et cum præpositione: Cic. 1 de Nat. Deor. c. 4 *Magni existimo interesse ad decus & ad laudem civitatis, res tam præclaras latinis etiam litteris contineri.* Sic, *Quantum interfuit reipublicæ?* Vellej. 2, 72, 2. *Nihil interest, utrum* &c. *an* &c. es liegt nichts dran.

¶ Obsum, obfui, obesse, contrarium composito *prodesse*, schädlich seyn, hindern; ut, *Gloria multis obfuit*, Ovid. Met. lib. 11 v. 321. Et Cic. 1 de Orat. c. 26 extr. *Pudor non modo non obest orationi, sed etiam probitatis commendatione prodest.*

¶ Offutūrus, a, um, der schaden wird. Auctor ad Herenn. 4 c. 23 *Subjicimus id, quod aut nobis adjumento futurum sit, aut offuturum illis e contrario.*

¶ Perfuit, a *Persum*, ex Gellii lib. 2 c. 18 pr. in Steph. Thesauro, quod Forum Romanum dicitur, allegatur, tamquam compositum verbum esset. Sed pura tmesis est: *Platoni per fuit familiaris.*

¶ Postsum, fui, esse, i. e. postponi, hernach seyn, hindangesetzt seyn. Sed divise quoque ac separatim scribi potest. Sallust. B. Catil. c. 23 *Vbi periculum advenit, invidia atque superbia postfuere.* Hinc

¶ Postfutūrus, a, um, der nachkommen wird. Vitruvius 9 c. 7 extremo: *Videntur divina mente tempestatum significatus postfuturos ante pronunciare.* Et Gellius 17 c. 7 *Videbitur in postfuturum loqui.*

¶ Possum, contractum ex *potis sum*, una cum derivatis *Potens, Potentia*, &c. quære supra in *Potis*.

¶ Præsum, præfui, præesse, præfectum esse, fürstehen, über was gesetzt seyn; ut, *Præesse summæ imperii*, Nepos Themistocle c. 4. *Præesse exercitui*, Idem in Alcibiade c. 6. Et, *Præesse provinciæ*, Cic. 1 fam. epist 9. *Præesse navibus*, vel, *classi*, Nepos Dione c. 6 n. 3.

¶ Præsens, tis, gegenwärtig. Terent. Eunuch. 1, 2 v. 112 *Cum milite isto præsens, absens ut sies.* Idem in Adelph. 1, 1 v. 48 *Præsens absensque idem erit*, &c. Et, *Id tibi præsente hoc nolebam dicere*, Hecyr. 4, 4 v. 90, in seinem beyseyn. *Venire in rem præsentem*, Cic. 1 de Orat. c. 58, auf dasselbe kommen, davon gesagt wird. *Esse in re præsenti*, Plaut. Amphitr. 1, 1 v. 93, & Plinius 10 epist 85, der sache persönlich beywohnen. *Præsenti argento* vel *pecunia mercari, emere* seu *vendere*, um baar geld kauffen, Plautus sæpissime: e. g. Menæchm. 5, 9 v. 97, &c. Quod alias dicunt *ex arca solvere*; cui contrarium, *solvere ex mensa*. vid Casaub. ad illud: *Arcæ nostræ confidito*, Cic. ad Att 1 epist. 9. Idem Cic. ad Quint. fratr 2 epist. 6 *Cetera præsenti sermoni reservantur*, biß wir mündlich mit einander reden. ¶ 2. Sed, *Esse animo præsenti*, i. e. forti, keck und unerschrocken seyn: *Animo virili præsentique ut sis, para*, Terent. Phorm. 5, 8 v. 64. Et, *Dicere*

animo præsenti, hoc est, confidenti, Idem in Eunuch 4, 6 v. 32. *Animo præsenti uti*, Cic. 1 Offic. c. 23. *Mors præsens*, Virg. 1 Æn. v. 91, der gewisse tod. Et, *Pœna præsens*, id est, certa, apud Tacitum de Germania c. 19. ¶ 3. Item propitius, hülffreich; nam qui favent & bene cupiunt, accurrunt & præsto sunt ad opem ferendam. Virgilius eclog. 1 v. 41

neque servitio me exire licebat,
Nec tam præsentes alibi cognoscere divos.

Cic. 1 in Catilin. c. 9 *Deos denique immortales huic invicto populo contra tantam vim sceleris præsentes auxilium esse laturos.* ¶ 4. Vel *Præsens*, cujus vis ac efficacia sive potentia certa indubitataque atque in promtu adeo & præsto semper sit, ut sentiri atque cognosci possit, mächtig, vermögend. Idem Cicero 1 Tuscul. c. 12 *Hercules tantus & tam præsens habetur Deus.* Horatius 1 ode 35 princ.

O Diva, gratum quæ regis Antium,
Præsens vel imo tollere de gradu
Mortale corpus:

PRAESENS, i. e. potens. Et lib. 4 ode 14 v. 43

ô tutela præsens Italiæ.

Statius 8 Theb. v. 459

Hunc Pallas præsens, illum Tirynthius implet,

h. e. manifeste auxilium ferens. Ovidius de Augusto, & Diis suis:

quibus est præsentior ipse.

conf. Met. 15 v. 757. Qu. Serenus Sammonicus procem.

Qui quondam placidi tectus sub pelle Draconis
Tarpejas arces atque inclita templa petisti,
Depellens tetros præsenti numine morbos.

Sic, *medicina præsens*, Columell. 2 c. 14. *Remedium præsentissimum*, Idem lib. 6 c. 14, id est, efficacissimum & certissime liberans, eine kräfftige artzney. Et, *Præsens ingenio*, cui ingenium semper respondet ac præsto est, ein hurtiger kopff: Plinius 27 c. 1 *Crassus, ut præsens ingenio semper, & faceto lepore solers* &c. ¶ 5. *In præsens*, cui opponitur *in posterum*, vorietzo. Cicero ad Brutum epist. 15 *Ut in præsens sceleratos cives timore ab impugnanda patria deterrerem, & in posterum documentum statuerem.* Horatius 2 ode 16 v. 26 *Lætus in præsens animus* &c. Est autem elliptica loquendi ratio: *In præsens*, subaudi, *tempus*. Horatius de Arte poëtica ad Pisones v. 44

Pleraque differat & præsens in tempus omittat.

Tacitus *ad præsens* dixit Annal. 13 c. 22 extr. & 3 Hist. c. 8. Itemque Suetonius Tito c. 6 extr. *Ita ad præsens multum contraxit invidiæ.* Et, *In præsenti:* Nepos in Alcibiade c. 4 *Inimici vero ejus quiescendum in præsenti &c. decreverunt.* Idem in Attico c. 18 *Quod in præsenti, utrum ei laboriosius, an gloriosius fuerit, difficile fuit judicare.* Alibi & *in præsentia* dixit, de quo post: & Livius lib. 34 extremo, *in re præsenti.* ¶ 6. *Præsentia*, quæ præsto sunt, seque ad manum dant: Tacitus 3 Hist. c. 69 *Sabinus re trepida, quod tutissimum e præsentibus, arcem Capitolii insedit.* Rursus lib. 4 c. 59 *Veniam ostentantes, si præsentia sequerentur.*

¶ Præsentia, æ, die anwesenheit, gegenwart; ut, *In præsentia*, scilicet temporis, zu dieser zeit, oder auf dißmahl: Corn. Nepos Themistocle c. 8 *Huc cum venisset & in præsentia rex abesset.* Item in Alcibiade c. 4 *Id quod in præsentia vestimentorum fuit, arripuit.* Ita & Cæsar loquitur 1 de Bello Civili c. 6, & c. 30; itemque Terentius Heaut. 5, 2 v. 9, & Adelph. 2, 2 v. 14 &c. ¶ 2. *Animi præsentia*, id est, robur Cic. pro Milon. vid. Vall. lib. 4 c. 112.

¶ Præsento, āre, præsentem exhibere, darstellen. Victor de Viris illustribus c. 77 *Caput ab Achilla, Ptolemæi satellite, Ægyptio velamine involutum cum annulo Cæsari præsentatum est.* Panegyristes vetus Panegyr. Maximil. & Constantini c. 3 extrem. *Neque enim forma tantum in te patris, Constantine, sed etiam continentia, fortitudo, justitia, prudentia sese votis gentium præsentant.*

¶ Præsentālis, e, idem ac *præsens*, der zur hand ist, gegenwärtig; ut, *Milites præsentales*, Lege ult. Cod. § 1 de Re militari, hoc est, præsentes, in comitatu principis. Sic & *præsentales domestici*, Lege ult. Cod. de Domest. & Protect.

¶ Præsentāneus, a, um, idem; ut, *Præsentaneum venenum*, Plin. 24 c. 1, id est efficax, penetrans. *Præsentaneum medicamentum*, Idem 38 c. 13, kräfftig, bewährt. *Virus præsentaneum paro, quod statim, quod subito corripiat*, Quintil. Declam. 17.

¶ Præsentanee, adverb. i. e. efficaciter, kräfftiglich, Octav. Horat. lib. 1 præfat.

¶ Præsentārius, a, um, idem ac præsens; ut *Argentum præsentarium*, baar geld, apud Plaut. Mostell. 2, 1 v. 14, & Trinum. 4, 3 v. 74.

¶ Præfūtūrus, a, um, der fürstehen wird. Nepos 9, 4, 3 *Ducem fortem & prudentem regiis opibus præfuturum videbant.*

¶ Impræsentiarum, adverbium, pro, in præsenti, in præsentia, vorietzo, auf dißmahl; quo Cato de R. R. c. 44, & Fannius apud Priscian. lib. 13 leguntur usi. Præcipue vero recentiores id frequentaverunt, ut sunt, Tacitus 4 Annal. c. 59; Apulejus, qui decem vicibus suum fecit; Ulpianus; Symmachus lib. 1 epist. 94, Sidonius &c. Nepos tamen & eo usus est Hannibalis vitâ c. 6; *Exhaustis*, inquit, *jam patriæ facultatibus cupivit impræsentiarum bellum componere.* Vossio suspectum est hoc *impræsentiarum* & ex *in præsentia rerum* corruptum vel contractum putat, non penitus tamen audet damnare. vide eum lib. 1 de Vitiis sermonis c. 25; & lib. 4 ejusdem operis c. 33. Doctissimus Perizonius ad Sanctii Minerv. p. 117 subaudit *tempore*. Scioppius Latio plane exterminat: quippe quod & ratio aspernetur, & veteres Grammatici nullam ejus mentionem fecerint: putatque adeo lutea demum latini sermonis ætate fabricatum, & ab indoctis librariis in codices, quos describebant, receptum fuisse, Commentariolo de Stilo Historico p. 118. Sed Vossius bene, quod neque damnat, qui eo utuntur, & alterum *in præsentia*, & *in præsenti* præfert.

¶ Depræsentiarum, eadem forma, qua *Impræsentiarum*, legitur in fragmento Petronii Traguriano p. 43, *alioquin tam tibi depræsentiarum reddidissem.* Adde Tilebomeni notam p. 86.

¶ Repræsento, āvi, ātum, āre, præsens aliquid ostendere seu exhibere, darstellen, gleichen, fürstellig machen; ut, *Repræsentare imaginem sceleris*, Quintil. 6 c. 1. *Memoriam alicujus rei repræsentare*, Cicer. pro Sextio c. 11. Et, *Mores alicujus repræsentare*, Horat. 1 epist. 18 v. 14, abbilden. *Repræsentare improbitatem suam*, Cic. 16 Attic. epist. 2, auslassen, an tag geben. *Repræsentare spectaculum*, id est, edere, Sueton. Calig. c. 58, ubi Torrentius adeundus. *Pretium rei emtæ repræsentare*, est, præsenti pecuniâ solvere, baar erlegen und zahlen, & proprie locum habet quasi in pecunia persolvenda. Et hinc *argentum præsentarium:* de quo supra. *Repræsentare* itaque est, statim solvere, sine mora. Cic. 12 ad Atticum epist. 25 *Reliquæ pecuniæ vel usuram pendemus, dum a Faberio, vel ab aliquo, qui Faberio debet, repræsentabimus.* Hinc ad alia transfertur. Nam *Pœnas repræsentare*, pro, statim & sine dilatione exigere, Suetonius in Claudio c. 34 princip. & Valer. Maxim. 6 c. 5 dixerunt. Idem Suetonius Nerone c. 5 *Repræsentare præmia.* Et, *Repræsentare necem*, Vitellio c. 10 dixit. Sic, *Neque expectare debemus temporis medicinam, quam repræsentare ratione possimus*, Cic. 5 fam. epist 16. *Dies promissorum adest, quem etiam repræsentabo, si adveneris*, h. e. non expectato die, manumittam te etiam ante, Idem 15 fam. epist. 9. *Artifices scenici tristitiam repræsentant*, Senec. epist. 11; ante dixerat: *imitantur, exprimunt.*

¶ Repræsentātus, a, um, dargestellt. Sueton. Othone c. 5 *Omnibus dena sestertia repræsentata.*

¶ Repræsentātio, ōnis, die darstellung, bildung, darthuung. Plin. 9 c. 6 *Cujus imago nullâ repræsentatione exprimi possit aliâ, quam* &c. ¶ 2. Et, *Repræsentatio* ipsa est pecuniarum solutio, die baare zahlung. Cic. ad Attic. 13 epist. 29 *Repræsentatione confidere.*

¶ Repræsentator, ōris, ein darsteller. Tertullianus advers. Praxean c. 24 *Filius repræsentator patris.*

¶ Repræsentāneus, a, um, darstellig. Idem Tertull. Apolog. c. 27 *Repræsentaneæ potestatis respectu aliquid facere.*

¶ Prætersum, esse, vorbey seyn. Tertull. in Apolog. c. 38 *Ipsis rebus, de quibus transiguntur spectacula, prætersumus*, hoc est, absumus

¶ Prōsum, profui, prodesse, dienen, nütze seyn. Terent. Hecyrâ 3, 5 v. 13 *Quicquid id est, quod reliquit, profuit*, es ist gut für uns gewesen, Cic. 7 fam. epist. 13 *Metuo, ne artificium tuum parum tibi prosit.* Idem lib. 2 fam. epist. 17 *Sin a me est alienior, nihil tibi litteræ meæ proderunt.* Et, *Prodesse in commune*, zum gemeinen nutzen helffen, Quintil. 6 c. 1. *Prodesse contra araneorum ictus*, Plinius 23 c. 1. *Non placent mihi illæ litteræ, quæ ad virtutem doctoribus nihil profuerunt*, inquit Marius apud Sallust. B. Jugurth. c. 85.

¶ Profūtūrus, a, um, nützlich, das nütze seyn kan. ¶ 2. *Profuturus* ducis nomen apud Ammianum 31 c. 7.

¶ Subsum, esse, latenter alicui inesse, unter oder in etwas seyn; ut, *Subest intra cutem vulnus*, Plancus Ciceroni 10 fam. epist 18. *Subest caussa*, Ovidius 4 Fastor. v. 368, es ist eine ursache darhinter. Cicero Philippicâ 9 c. 2 *Ea fuit legatio, in qua periculi suspicio non subesset*, dabey keine vermuthung der gefahr wäre.

¶ Supersum, fui, esse, abundare, übrig seyn, übrig bleiben. Terent. Phorm. 1, 2 v. 19 *Cui tanta erat res & supererat?* Et ibidem 1, 3 v. 10 *Aliis quia defit, quod amant, ægre est: tibi quia superest, doles*, weil du zu viel oder überley hast. ¶ 2. *Quod superest*, id est, quod reliquum est, de reliquo, absoluta locutio est, demnach. Cic. ad Attic. lib. 9 extr. *Quod superest, scribe quæso quam accuratissime.* ¶ 3. *Superesse de alicujus exercitu*, superstitem esse, rückstellig seyn, Pollio Cicer. 10 fam. epist. 33. Et Livius 1 c. 34 *Lucumo superfuit patri bonorum omnium hæres*, er hat den vater überlebet. ¶ 4. Vulgi sermone *superesse* etiam dicebantur, qui reis aderant, eorumque agebant caussas, advocati puta; quod notat & reprehendit Gellius 1 c. 22. Eo tamen verbo ita usus Augustus est apud Suetom c. 56; Verba ejus ista sunt: *Cunctari enim se*, (dicebat Augustus,) *ne, si superesset, eriperet legibus reum* &c. Ulpianus: *Qui rebus suis ipsi superesse vel nolunt, vel non possunt, per alios agant; ubi Super ss.* quasi præesse: & utebantur veteres præpositione *super* in officiis designandis. Vide infra *Super*, & plura de hoc verbo apud Gellium dicto loco.

¶ Superfŭtūrus, a, um, rückstellig, übrigbleibend. Plin. 11 c. 53 *Sola ex omnibus superfutura esse.*

SŪMEN, inis, uber porcinum, schwein-euter, dictum a *sugendo* quasi *Sugimen.* ¶ 2. Plinio 8 c. 2 *sumen* idem videtur esse, quod abdomen, a quo & *sumen* dici putat, schmeer. Plautus Captivis 4, 3 v. 3 *Quanta labes larido, quanta sumini absumedo!* Martial lib. 13 epigr. 44 *Esse potes nondum sumen, sic ubere largo Effluit.* ¶ 2. *Sumen* etiam de terræ ubere dicitur. Varro 1 de Re Rustica c. 7 extr. *Cæsar Vopiscus ædilitius, caussam cum ageret apud censores, campos Roseæ Italiæ dixit esse SUMEN, in quo relicta pertica postridie non appareret propter herbam.* Idem & Plinius refert 17 c. 4 extremo, die rechte schmaltz-grube Italiæ.

¶ Sumĭnātus, a, um, euterich, voll euter. Arnob. lib. 2 p. 73 *Suminata caro.* ¶ 2. *Suminata* absolute pro *scrofa*, eine sau-mutter. Lamprid. de Alex. Severo c. 22 *Jussit, ne quis suminatam occideret*, subintellige *suem.*

Summa, summalis; Summano, summanus; Summarium, summas, summates, summatus, summus, &c. Summusso, summussus, vide *Super*, *Manes*, *Super*, *Mutio.*

SŪMO, sumsi, (sumpsi) sumtum, (sumptum) sumĕre, nehmen, empfangen; a *sub* & *emo*, quod antiqui accipiebant pro *sumere*, ut Festus nos docet. *Argumentum a me sume*, Terent. Adelph. 5, 9 v. 20, id est, accipe, nimm von mir. *Sumere in manum*, Cic. 2 Tuscul. c. 3. Et, *Sumere de aliquo*, Idem 4 Acad. c. 31. Sed, *Argentum alicunde sumere*, Terent. Phorm. 1, 5 v. 76. *Mutuum sumere*, Plaut. Amphitr. 2, 2 v. 187. *Pecunias mutuas sumere*, Cic. 3 Verrin. c. 10, borgen. *Operam frustra sumere*, Terent. Heaut. 4, 3 v. 15. *Sumere supplicium de aliquo*, Idem Andriâ 3, 5 v. 17. ¶ 2. *Sumere sibi aliquid*, i. e. tribuere, vel arrogare, ihm beymessen. Cic. pro Planc. c. 1 *Quamquam mihi*

mihi non ſumo tantum, judices, ich meße mir ſo viel nicht zu. Idem ad Pompejum altera, ſub lib. 8 ad Attic. epiſt. 11 *Mihi non ſumo, ut meum conſilium valere debuerit*, hoc eſt, non arrogo mihi, non tanti me facio. *Sumo mihi pro meo jure*, Cic. de Orat. 2 c. 72. Et Horatius 1 epiſt. 3 v. 7

Quis ſibi res geſtas Auguſti ſcribere ſumit?

Idem lib. 3 ode 30 v. 14 *Sume ſuperbiam*
Quæſitam meritis.

¶3. Nepos Miltiade c. 1 *His conſulentibus nominatim Pythia præcepit, ut Miltiadem ſibi imperatorem ſumerent*, id eſt, caperent. Suetonius quoque Cæſare cap. 60 *Prælium ſumere*, pro capere dixit: notatque ibi Caſaubonus, militare fuiſſe dicendi hoc genus, & exemplis illuſtrat. Vide & Freinshemii Indicem in Florum. ¶4. Eſt & dialecticorum verbum *ſumere*, ſicut apud Græcos λαμβάνειν: id valet, ponere aliquid, pro firmo & certo quod habeas, annehmen. Lucretius lib. 1 v. 973

Alterutrum fatearis enim, ſumasque neceſſe eſt.

Idem 5 v. 248 *Illud in his rebus ne me arripuiſſe rearis,*
Memmi, quod terram atque ignem mortalia ſumſi
Eſſe &c.

Hinc *ſumtiones* apud Ciceronem Lemmata ſunt. ¶5. *Sumere* pro ſumtum facere, impendere, inſumere, aufgehen laſſen: Plautus Trin. 2, 4 v. 12. Et Terent. Heaut. 3, 1 v. 56 *Sumat, conſumat, perdat; decretum eſt pati.* ¶6. *Sumere diem prothyme*, Plautus Pſeud. 5, 1 v. 23. Et, *Sumere diem hilare*, Terent. Adelph. 2, 4 v. 23, pro conſumere, zubringen.

¶Sumtus, vel Sumptus, a, um, genommen; ut, *Sumpta virilis toga*, Cic. de Senect. c. 1. *Videtis hos quaſi ſumptos dies ad labefactandum illius dignitatem*, i. e. conſumptos, die zugebrachten tage, Idem pro Rabir. Poſt. c. 16. *Alte ſumpta querela*, die weitgeholte klage, Lucret. 4 v. 1175.

¶Sumtus, vel Sumptus, ûs, ſubſt. pecunia, quæ in rem aliquam inſumitur, geld, das man anlegt, unkoſt, ausgabe. vide Salmaſium in Spartianum. *Sumtus exiguus*, Cic. 2 Offic. c. 17. *Opus eſt ſumtu ad nuptias*, die hochzeit will was koſten, Terent. Phorm. 4, 3 v. 61. Ita, *Sumtum facere*, koſten aufwenden: Cicero ad Attic. 5 epiſt. 20 *Nullius teruncii factus eſt ſumtus*. Et Plaut. Aſin 2. 1 ſc. 2 *Neceſſe eſt facere ſumtum, qui quærit lucrum*, wer was gewinnen will, muß was dran wagen. *Sumtum & laborem impendere*, Cic. 5 in Verr. c. 118. *Sumtum dare*, Cic. 2 de Invent. c. 29, quod & *Dare in ſumtum*, dicitur. Terent. Adelph. 3, 3 v. 17 *Dedit in ſumptum dimidium minæ*. Sic, *Suppeditare ſumtus*, Cic. 2 Offic. c. 12. At, *Suppeditare ſumptibus*, ſufficere eſt vel parem eſſe ſumtibus tolerandis. vide *Suppedito*. Sic *Subſiſtere ſumtibus* Varro dixit. vide ſupra *Subſiſto*, in *Siſto*. Et, *Tolerare ſumtus*, die unkoſten ertragen, Terent. Heaut. 3, 2 v. 33. *Exercere ſumptum*, i. e. quæſtum exercere, unde ſumtus neceſſarios toleres, Ambroſius dixit epiſt. 18. Terent. in Adelph. 1, 1 v. 37 *Cur tu his rebus ſumptus ſuggeris?* warum giebſt du darzu her? *Sumptum minuere*, Cic. 3 fam. epiſt. 8. Et, *Sufferre ſumptus*, Terent. Heaut. 3, 1 v. 43.

¶Sumtio, ōnis, die nehmung. Ita λῆμμα dialecticorum vertit Cicero 2 de Divin. c. 53, *Dare cui duas ſumptiones*

¶Sumtĭto, āre, frequentativum, gebrauchen. Plinius 25 c. 5 *Elleborum plerique ſtudiorum cauſſa ad pervidenda acrius, quæ commentabantur, ſæpius ſumtitaverunt.*

¶Sumptuārius, a, um, zur ausgabe gehörig; ut, *Ratio ſumptuaria* Cic. Attico 13 epiſt. 7, rechnung der ausgab oder unkoſten. *Leges ſumptuariæ* erant de ſumptibus moderandis, de quibus videas Gellium 2 c. 24. Idem lib. 20 c. 1 *Quid tam neceſſarium exiſtimatum eſt propulſandæ civium luxuriæ, quam lex Licinia & Fannia, aliæque item leges ſumtuariæ?*

¶Sumptuārius, i, ſubſt. qui ſumptus erogat, ein ausgeber, ſeckelmeiſter. Gloſſ. gr. lat. ἐπαναλωτὴς, *ſumptuarius.*

¶Sumptuōſus, a, um, qui ſumptus magnos facit, koſtbar, verthulich; ut, *Magnificus & ſumptuoſus homo*, Terent. Heaut. 2, 1 v. 15. *Domus ſumptuoſa*, Idem Adelph. 4, 7 v. 42. *Cœna ſumptuoſa*, Cicero 9 fam. epiſt. 23. Et, *Ludi ſumptuoſiores*, Cic ad Qu. fratr. lib. 3 epiſt. 8. *Sumptuoſiora convivia*, Martial 1 epigr. 100, koſtbare ausrichtungen. Et, *Reliquiæ ſumptuoſiſſimæ cœnæ*, Seneca 4 Controverſ. 25.

¶Sumptuōſe, adverb. mit viel unkoſten, überflüßig. Catullus carm. 48 v. 5 *Vos convivia lauta ſumptuoſe*
De die facitis.

Et, *Sumptuoſe quem colere*, Trajanus Plinio 10 epiſt. 53. *Sumptuoſius emere equos, canes*, Plinius 9 epiſt. 12 pr. Et, *Sumptuoſius & inſolentius ſe jactare*, Cic. in Catilin. 2 c. 9.

¶Sumptuōſĭtas, ātis, die koſtbarkeit. Sidonius 9 epiſt. 6 *Quantum de bonuſculis avitis paternisque ſumptuoſitas domeſticæ charybdis abliguriſſet.*

¶Sumptifăcio, fēci, ĕre, (ut *lucrifacere*,) impendere eſt, ſive conſumere, aufwenden. Plautus Caſinâ 2, 7 v. 1

Si nunc me ſuſpendam, meam operam luſerim,
Et præter operam reſtim ſumptifecerim.

Compoſita:

¶Absūmo, pſi, ptum, ĕre, abzehren, verzehren, verthun; ut, *Abſumere vinum*, Terent. Heaut. 3, 1 v. 18. *Abſumere diem*, Livius 30 c. 8. Et, *Dicendo tempus abſumere*, Cic. pro Quintio c. 10 pr. die zeit zubringen. *Abſumi flammis*, Livius cit. libri c. 7, verbrennen. *Abſumi fame, clade, curâ*, i. e. confici, vom hunger ꝛc. aufgerieben werden. *Quos peſtilentia abſumſit*, Livius 40 c. 40.

¶Abſumptus, a, um, hinweggenommen, auffgerieben; ut, *Abſumpta ſalus*, Virg. Æn. 1 v. 559. *Abſumptæ vires*, Idem Æn. 7 v. 301. *Rebus maternis atque paternis fortiter abſumptis*, Horat. 1 epiſt. 15 v. 26. Et, *Morte fortuita abſumptus*, Tacit Annal. 2, 4, 2.

¶Abſumptio, ōnis, die verzehrung. Vlpian. leg 5 Dig. § 1 de Vſufr. earum rer &c. *Res, quæ in abſumptione ſunt.*

¶Absūmēdo, ĭnis, idem. Plaut. Captiv. 4, 3 v. 3 *Quanta pernis peſtis veniet!* &c. *quanta ſumini abſumedo.*

¶Adsūmo, ſeu Aſſumo, pſi, ptum, ĕre, annehmen, hinzu thun; ut, *Noctis aliquantum ad ſcribendum aſſumere*, Cic. 7 fam. epiſt. 26. *Aſſumere in ſocietatem*, Liv. 2 c. 22. Et Cic. 1 Offic. c. 1 *Si id mihi aſſumo, videor id meo jure quodammodo vendicare*, ſo ich mich deß anmaſſe.

¶Aſſumptus, a, um, angenommen; ut, *Aſſumpta lyra*, Ovid. de Arte am. 3 v. 142. *Extrinſecus auxiliis aſſumptis factum tueri*, Quintil. 7 c. 5. Et Cic. 3 Nat. Deor. c. 36 *Si quippiam nacti ſumus fortuiti boni, aut depulimus mali; tum diis gratias agimus, tum nihil noſtræ laudi aſſumptum arbitramur.*

¶Aſſumptio, ōnis, die annehmung, ergreiffung; ut, *In artibus dignum quiddam eſt aſſumptione*, Cic. 3 de Finib. c. 5. ¶2. Dialectici *Aſſumptionem* & *Aſſumptum* Syllogiſmi imperfecti partem primam vocant, Enthymema oratorium. Quintil. lib. 5 cap. ult. *Aſſumptionem*, minorem vocat Syllogiſmi propoſitionem, ut Majorem, *propoſitionem* tantum.

¶Aſſumptīvus, a, um, annehmend. Cicero 1 de Invent. c. 11 Generis Juridicialis *partem aſſumtivam* conſtituit, *quæ foris aliquid defenſionis aſſumit.*

¶Consūmo, pſi, ptum, ĕre, zubringen, verbrauchen; ut, *Conſumere diem apparando*, Terent. Adelph. 5, 7 v. 2. *Conſumere ætatem in ſtudiis*, Cic. 1 Offic. c. 1. Et Martial. 9 epigr. 50

Quid non longa dies, quid non conſumitis anni?

Cicero ad Ligarium 6 fam. epiſt. 14 princ. *Me ſcito omnem meum laborem, omnem operam, curam, ſtudium in tua ſalute conſumere.* Et, *conſumere patrimonium*, Cic. de Finib. 2 c. 8, verzehren, aufreiben. *Effundere & conſumere per luxuriam omnia bona*, Idem pro Roſc. c. 2. *Ædes conſumuntur incendio*, Livius 27 c. 11 extrem. Et, *Conſumi ſenio & mærore*, Idem lib. 40 c. 54. ¶2. Tacitus 3 Hiſt. c. 24 *Mox infenſus prætorianis, vos*, inquit, *niſi vincitis pagani, quis alius imperator, quæ caſtra alia excipient? illic ſigna armaque veſtra ſunt, & mors victis. Nam* IGNOMINIAM CONSVMSISTIS, id eſt, ignominiæ metum abjeciſtis, de ignominia parum laboratis. Quaſi dicat: Quoniam hactenus de dedecore vitandaque ignominia parum fuiſtis ſolliciti, vitæ ſaltem atque ſalutis cura vos fortitudinis admoneat. Nam victis mors ſubeunda erit, ut deſertoribus perfidis. Nam penes Vitellium ſigna veſtra armaque ſunt. Similiter Curtius 6 c. 8 n. 6 *Miſericordiam conſumere*, id eſt, miſericordiam abjicere dixit, verlieren, wegwerffen. ¶3. Iterum Tacitus 1 Hiſtor. c. 42 *Ambigitur, conſumſeritne vocem ejus inſtans metus, an proclamaverit, non eſſe ab Othone mandatum, ut occideretur;* CONSVMSERIT, i. e. ademerit, interceperit.

¶Conſumptus, a, um, verthan, aufgerieben, abgenützt; ut, *Conſumptus a peſte*, Plin. 11 c. 18. *Acie conſumptus*, Vellej. 2, 52, 4, der in der ſchlacht geblieben. *Conſumptus annus*, vollbracht, Silius 15 v. 408. *Confectus & conſumptus cibus*, verdauet, Cic. de Vniverſ. c. 6.

¶Conſumptio, ōnis, die verzehrung, abnützung, zernichtung. Cic. de Vniverſ. c. 6 *Se ipſe conſumptione & ſenio alebat ſui.*

¶Conſumtor, ōris, ein verzehrer; ut, *Ignis confector & conſumtor omnium*, Cic. de Nat. Deor. 2 c. 15. Et Seneca Excerpt. 3 Controverſ. 1 *Circumventus adoleſcens ab illis veteranis conſumtoribus.*

¶Conſumtrix, īcis, eine verzehrerin. Strabo Gall. Hort. præfat.

Bruma eſt ampliflui conſumtrix ſæva laboris.

¶Inconſumtus, a, um, unverzehrt, unabgenützt; ut, *Juventus inconſumta*, Ovid. 4 Metam. v. 17. Et, *Inconſumtum ſemperque renaſcens Tityi jecur*, Idem 1 ex Ponto epiſt. 2 v. 41.

¶Præconsūmo, ĕre, vorher verzehren, apud Ovidium aliquoties: ut lib. 7 Metam. v. 489 *Vtilius, bellum, putat eſſe, minari,*
Quam gerere, atque ſuas ibi præconſumere vires.

Et 4 Triſt. eleg. 6 v. 29

Eſt quoque non minimum, vires adferre recentes;
Nec præconſumtum temporis eſſe malis.

¶Desūmo, pſi, ptum, ĕre, idem quod *ſumere* apud Livium & Horatium: Ille lib. 6 c. 20 *Deſumere ſibi hoſtem*; hic lib. 1 epiſt. 2 v. 81

Ingenium ſibi quod vacuas deſumſit Athenas.

¶Insūmo, pſi, ptum, ĕre, impendere, anwenden, anlegen; ut, *Inſumere in rem aliquam ſumptus*, Cic. de Invent. 2 c. 38. Et ad Attic. 5 epiſt. 17 *Sic in provincia nos gerimus, ut nullus teruncius inſumatur in quemquam.* Et, *Inſumere operam fruſtra*, Livius 10 c. 18 fin. ſich vergebens bemühen.

¶Præsūmo, pſi, ptum, ĕre, prius ſumere, ante capere vel præcipere, vorher wegnehmen. Cajus JCtus lib. 2 Inſtit. tit. 5 § 6 *Sinendi modo hæc legati verba ſunt:* ILLE HERES MEVS REM ILLAM ILLVM PERMITTE PRAESVMERE. Quod Cajus *præſumere*, id Vlpianus *præcipere* dixit in corpore ſuo Tit. 25 § 5, ut Julius Pacius recenſuit. Virg. 11 Æn. v. 18 *Arma parate animis & ſpe præſumite bellum;* h. e. Quamvis bellum nondum urgeat, parate tamen jam nunc inſtare; perſuadete tamen vobis, mox affuturum: & ita armis animisque opus eſſe. Sic, *cogitare futura, ac præſumere*, Seneca dixit epiſt. 107, zuvor bedencken, und ihm einbilden. Petrus Chryſologus Serm. 158 *De veniâ nihil præſumit.* Tacitus 1 Hiſtor. c. 62 *Fortunam principatus luxu & prodigis epulis præſumebat*, i. e. ſtolida & inani perſuaſione uſurpabat. Nondum firmaverat ſibi Vitellius ſtabilieratque imperium, quod invadebat. Et tamen putabat, jam ſeſe imperatorem eſſe & agere, ſi luxurioſis & prodigis epulis indulgeret. Nimirum hoc verbum ad opiniones vanas & phantaſias ſæpe refertur, unde *præſumptiones* vanæ perſuaſiones appellantur. vide Deſiderium Heraldum Comment. in Tertulliani Apologetic. cap. 49, itemque Barthium in Phœbadium p. 85. ¶2. Et quia vanam hujusmodi opinionem inſolentia conſequitur & audacia; factum, ut poſterioris Latinitatis uſu *Præſumere* pro *audere* poneretur, unternehmen. Sulpicius Severus lib. 1 Hiſt. Sacr. c. 47 *Elatus ſecundis rebus, illicita præſumens*, &c. Vbi Jo. Vorſtium conſulere licet: etiam ad cap. 33 ejusdem libri. Alibi ex Sexti Rufi c. 7 adjecit Cellarius, quæ eamdem notionem confirmant: *Epirotæ*, inquit, *ad Italiam tranſire præſumſerant.*

¶Præ-

¶ Præsumtus, a, um, zuvor genommen, vorher gefaßt; ut, *Præsumta opinio*, Quintil. 2 c.17; & Tacitus 2 Annal c. 73 *Præsumta suspicio*. Claudianus Panegyr. de 4 Consul. Honorii v. 168 *Præsumtum diadema* dixit, i. e. ante legitimam ætatem sumtum sive gestatum.

¶ Præsumpte, adverb. vermessentlich. Vopiscus in Caro c. 4 *Vt præsumpte veritatem dicere nequeam.*

¶ Præsumptio, ōnis, die vermuthung, einbildung. Plin. 9 epist. 3 *Beatissimum existimo, qui bonæ famæ præsumtione perfruitur, certusque posteritatis cum futura gloria vivit.* Vbi, si lubet, Buchnerum vide. ¶ 2. *Præsumtio*, πρόληψις, apud rhetores dicitur, cum ratione id, quod objici potest, occupamus, wenn man einem fürwurffe vorher begegnet, Quintil. 9 c. 2. *Præsumptio, quam πρόληψιν dialectici vocant*, Cic. de Divin. 2 c. 53. ¶ 3. Apud sequioris ævi scriptores nimiam spem & fiduciam significat, vermessenheit, übermuth, unternehmung. Spartianus Hadriano c. 2 *Habuit autem præsumtionem imperii mox futuri ex fano quoque Nicephorii Jovis manante responso.* vid. Salmas. Et Sulpicius Severus 1 Hist Sacr. c. 33 de Saule: *Illicita præsumtione rex ad vicem sacerdotis holocaustum obtulit.* Vet. Gloss. Αὐθάδεια, *præsumtio, contumacia, temeritas, insolentia.*

¶ Præsumtor, ōris, qui præripit, audacter conatur, ein vermessener mensch, wagehalß, der sich was heraus nimmt. Ammianus 26 c. 8 *Licet hac ex caussa præsumptor momentum pertimesceret grave.* Tertull. de Pœnit. c. 6 *At ille præsumptor, cum sibi repromitteret*, &c. Idem de Testimon. animæ c. 4 *Resurrectionis præsumptores.* Hieronym. epist. 89 ad Augustin. *Præsumtor sacerdotii Ozias.* Sic Sedulius Adamum, primum peccatorem, præsumtorem vocat sub init. lib. 2 [al. lib. 1]. *Nec solus meritam præsumtor senserat iram.*
Paulinus Nolanus 9 Natal. Felic. v. 225
Non autem tanti mihi sum præsumtor honoris.

¶ Præsumtōrie, adverb. vermessentlich. Tertull. 4 contr. Marc. c. 41 *Præsumptorie aliquid eloqui.*

¶ Præsumptuōsus, a, um, übermüthig, vermessen, frech. Sidon. 1 epist. 1 *Vestigiis præsumptuosis insequi.* Idem 1 epist. 11 *quod præsumptuosum fuisset.* Idem 7 epist. 4 *Præsumptuosis fovere complexibus*; Ita Savaro & Wowerius legunt: at Sirmondus *præsumptiosis*. Tamen etiam Salvianus lib. 7 p. 258 *Audiant omnes præsumptuosi, audiant præpotentes.*

¶ Præsumptuose, adverb. Sidon. 7 epist. 6 *Hoc ipsum præsumptuose arroganterque loquor.*

¶ Prōsūmo, psi, ptum, ĕre, est porro vel prorsum sumere, h. e. uti, frui, consumere, wegnehmen. Plaut. Trin. 5, 2 v. 6 *Beneficium, homini proprium quod datur, prosumpserit.* vid. ibi Taubm. & Parei Lex. Crit. pag. 1008.

¶ Prōsūmia, æ, *genus navigii speculatorium parvum*, ein spähe-schiff, Fest. A *prosumo*, quia ante sumerent speculandi ergo. Cæcil. apud Nonium c. 13 n. 17 *De nocte ad portum sum profectus prosumia.* Adde Gellium 10 c. 25.

¶ Rĕsūmo, psi, ptum, ĕre, wieder ergreiffen, wieder nehmen. Ovid. 9 Met. v. 524 *Inque vicem sumtas ponit, positasque resumit.*
Plin. 2 epist. 18 *Beneficio tuo in scholam redeo, & illam dulcissimam ætatem quasi resumo.*

¶ Resumptīvus, a, um, das man wieder nimmt. Cœl. Aurel. Tard. 4 c. 3 *Odoramenta resumptiva.*

¶ Resumptōrius, a, um, idem. Cœl. Aurel. Acut. 3 c. 8 *Resumptoria adjutoria.*

¶ Transūmo, psi, ptum, ĕre, ex alio desumere, übernehmen. Vsus hoc composito Statius est 3 Thebaidos v. 292
Bellipotens hastam læva transumit, & alto,
Haud mora, dissiliit curru.

¶ Transumptus, a, um, übernommen, unde apud JCtos *Transumpta*, quæ ex primis tabulis transcripta sunt, copien, die man vom original abschreibt.

¶ Transumptio, ōnis, tropi affectio, μετάληψις. vide Quintil. 8 c. 6.

Sumtĭto, sumtio, sumtuosus, sumtus, vide ante in *Sumo.*

SVNIVM, i, Σούνιον, promontorium & emporium Atticorum supra Athenas. Terent. Eunuch. 1, 2 v. 35 *Mercator hoc addebat, e prædonibus se audisse, abreptam e Sunio.* Cic. 7 ad Attic. epist. 3 inter δήμους Atticæ numerat; etiam Strabo lib. 9. Adde Ovid. Fast. 4 v. 561.

SVNO, are, rectius *Simo, are*, ex Lucilio apud Nonium, vide supra in *Simus.*

SVO, sui, sūtum, ĕre, ex δύω, δύνω vel δῦμι, *subeo*, significat duo disjuncta nervis seu filis colligare, nähen, hefften, flicken; ut, *Naves loris suere*, apud Gell. 17 c. 3. Et, *Capiti suo suere aliquid*, proverbiale est, pro, mali quid sibi conciliare, ihm ein unglück zurichten, Terent Phorm. 3, 2 v. 6. Locutio frequens apud Homerum est: ut Odyss. π v. 422
Τίη δὲ σὺ Τηλεμάχῳ θάνατόν τε μόρον τε ῥάπτεις;
i. e. *Cur tu Telemacho mortem suu exitiumque?* vid. Chiliad.

¶ Sūtus, a, um, genähet, zusammen gestückt. Cic. de Nat. Deor. 2 c. 60 *Tegumenta corporum vel texta, vel suta.* Virg. 4 Georg. v. 33 *Seu corticibus suta seu vimine texta alvearia.* Pacuvius apud Festum in *Serilia*: *Suta* (navigia) *lino & sparteis serilibus.*

¶ Sūtūra, æ, die naht; *Scutale crebris suturis duratum*, apud Liv. 38 c. 29. ¶ 2. Sunt & capitis seu calvariæ *Suturæ*, die fugen am hirnschedel: Celsus 8 c. 1 *Raro calvaria solida sine suturis est.*

¶ Sūtēla, æ, suteley, flickwerck; item, betrügerey; ut, *Facere sutelas*, id est, contexere fraudes & deceptiones. Significat enim *Sutela* astutiam fraudulentam. Plaut. Capt. 3, 5 v. 35 *Ob sutelas tuas te morti misero*, hoc est, dolos consutos.

¶ Sūtēlōsus, a, um, arglistig, betrüglich. Gloss. gr. lat. δικοῤῥάφος, *sutelosus.*

¶ Sutĭlis, e, quod sutum est, das sich hefften läßt; ut, *Navis sutilis*, Plin. 24 c. 9. Et, *Cymba sutilis*, Apulej. Met. lib. 6 p. 180. Sed, *Rosa sutilis*, die sich in einen krantz fügen läßt, vel quæ coronis sutilibus aptatur, Martial. 9 epigr. 95. Et, *Coronæ sutiles*, Plin. 21 c. 3. Vnde Prudentius Hamartig. v. 268 *hyacinthis pingere sutilibus.* Quin & Ovid. Fast. 5 v. 335 *Tempora sutilibus cinguntur tota coronis.*

¶ Sūtor, ōris, calcearius, ein schuster, schuhmacher. Plaut. Aulul. 1, 1 v. 35 *Quasi claudus sutor domi sedet totos dies.* vid. ibid. 3, 5 v. 39.

¶ Sūtōrius, a, um, des schusters; ut, *Atramento sutorio absolvi*, Cic. lib. 9 ad Pætum epist. 21 extr. est corruptis judicibus absolvi, nec sine infamia. vide Chiliad.

¶ Sūtōrĭtius, a, um, idem; ut, *Sutoritium atramentum*, Marcell. Empir. c. 8.

¶ Sūtrīnus, a, um, idem; ut, *Tabernæ sutrinæ alumnus*, ein schuhknecht, Tacit. Ann. 15, 34, 3.

¶ Sūtrīna, æ, subst. officina sutoris, die werckstatt eines schusters. Liv. 23 c. 30 *Sutrinæ postremo coriis vixere.* Et Plin. 35 c. 10 *Tonstrinas sutrinasque pinxit.*

¶ Sūtrīnum, i, neutro gen. pro arte sutorum, das schuster-handwerck. Seneca epist. 90 *Non multum abfuit, quin sutrinum quoque a sapientibus inventum diceret.*

¶ Sūtriballus, i, sutor, qui calceos ruptos reconcinnat, ein schuhflicker. Ita hac voce usus est Vet. Scholiast. Juvenal. sat. 3 *Consuto vulnere*; *a sutriballo sutus.* Et Gloss. παλαιοράφος, *veteramentarius, sutriballus.*

Composita:

¶ Adsuo, vel Assuo, ĕre, ansetzen, anflicken. Horatius Art. poët. v. 16
Purpureus, late qui splendeat, unus & alter
Assuitur pannus.

¶ Assūmentum, i, ein flick-lappen. Vulg. Interpr. Marc. c. 2 v. 21 *Assumentum panni rudis*, ein lappen von neuen tuch.

¶ Circumsuo, ĕre, umnähen, verbrehmen. Hinc

¶ Circumsūtus, a, um, umher belegt, eingefaßt; ut, *Navigia coriis circumsuta*, umher belegt und vernähet, Plin. lib. 4 c. 16. Et Celsus 8 c. 5 *molli pellicula cincta circumsutaque, intus injicienda sunt.*

¶ Consuo, ĕre, zusammen flicken, zusammen nähen, Plin. 20 c. 9. Hinc

¶ Consūtus, a, um, zusammen geflickt. Proprie & metaphorice Plautus Amph. 1, 1 v. 211 *Advenire consutis dolis, consutis tunicis.*

¶ Consutūra, æ, die zusammenhefftung; Sueton. in Vitellio c. 2, sed meliores libri *cognituris*. vide Torrent. & Gronov.

¶ Consūtĭlis, e, an einander hangend. Cassiodor. lib. 5 epist. 42 *consutili crate præcinctus.*

¶ Dissuo, ĕre, dissolvere, auftrennen, zertrennen; ut, *Dissuendæ magis, quam discindendæ amicitiæ sunt*, hoc est, non abrumpendæ cum impetu, sed sensim solvendæ, Cicer. de Amicit. c. 21. Et lib. 1 Offic. c. 33 *Amicitias, quæ minus delectant, & minus probantur, magis decere censent sapientes sensim dissuere, quam repente præcidere.*

¶ Exuo, (Exsuo.) ui, ūtum, ĕre, ἐκδύω, ἐκδύειν, ausziehen, abthun, ablegen. Seneca epist. 91 *Alicui exuere vestem*; &, *Exuere se veste*, sich entkleiden, Ovid. Fastor. 2 v. 171. *Exuerat tunicas*, Callisto scilicet. Et absolute, *Exuimur*, Martial. 3 epigr. 68, wir ziehen uns aus. ¶ Per metaphoram locutiones parit elegantes; ut, *Exuere humanitatem*, Cic pro Ligar. c 5, zum unmenschen werden. *Exuere virtutes*, id est, deponere, Tacit. 1 Annal. c. 75 n. 2. Contra, *Vitia exuere*. Ibid. 6 c. 20 n. 2. Et, *Exuere se omnibus vitiis*, Sen. epist. 11. *Pacem exuere*, krieg anfahen, rebelliren, Tacit. Ann. 4 c. 71 n. 1. *Gratiam novitatis exuisse*, Plin. 1 epist. 2. *Hostem castris exuere*, depellere est e castris, dem feind sein läger ablauffen: Livius 29 c. 2 *Non ante abscessum est, quam castris quoque exuerunt hostem.* Et, *Exuere jugum*, servitute sese liberare est, sich loß machen, apud eumdem Liv. 35 c 17: *Dux*, inquit, *civitates jugum exuisse vidissent.* Et, quod idem est, *jugo se exuere*: Liv. 34 c. 13 extr. *Jugum, quo se exuit, accipere rursus cogatis.* Tibullus 1 eleg 4 v. 35
Serpens novus exuit annos.

¶ Exūtus, a, um, ausgezogen, abgelegt; ut, *Exuta mortalitas*, Plin. 35 c. 11. *Vnum exuta pedem vinclis*, Virg. Æn. 4 v. 518. *Exutæ vinclis palmæ*, die freyen hände, Idem Æn. 2 v. 153. *Exuti Arcades armis*, die entwaffneten, Idem Æn. 11 v. 395.

¶ Exŭviæ, arum, plurale, & Exuvium, i, ab *exuendo*, der balg, die abgezogene haut; ut, *Exuviæ leonis*, eine löwenhaut, Virg. Æn. 9 v. 308; & *Serpentis*, Idem Georg. 3 v. 437. *Exuviæ bubulæ*, Plaut. Mostell. 4, 1 v. 26, sunt lori ex corio bubulo. *Induitis me leonis exuvium*, ἐνδύετε μοι τὴν λεοντῆν, in eos dici solitum, qui majus sua facultate negotium suscipiunt. Item, *Sub leonis exuvio ridiculam quamdam simiam tectam habere*, ὑπὸ τῇ λεοντῇ γελοῖόν τινα πίθηκον περιστέλλειν, Lucian vide Chiliadas. ¶ 2. *Exuviæ hostium*, spolia sunt hostibus detracta, beute. Cic. pro Lege Manil. c. 18 de Rostris: *Pudebat in hunc ipsum locum adscendere, cum eum vobis majores vestri exuviis nauticis & classium spoliis ornatum reliquissent.* Virg. 2 Æn. v. 275
redit exuvias indutus Achillis,
i. e arma. conf. Nonium c. 6 n. 55.

¶ Induo, ui, ūtum, ĕre, ἐνδύω, ἐνδύειν, anthun, anlegen, anziehen; ut, *Induo vestem, Induo me veste, Induor vestem & veste.* Terent. Eunuch. 4, 4 v. 35 *Is dedit mihi hanc: meam ipse induit* [vestem:] & v. 41 *ea* [veste] *est indutus?* Et, *Soccis se induebat*, Cic. 3 de Orat. c. 32. *Induere arma*, Virg. Æn. 9 v. 181, sich waffnen. *Ingenium novum induere*, Livius 3 c. 33, sich einer neuen art oder weise annehmen. *Sibi scientiæ persuasionem induere*, sich lassen düncken, man sey gelehrt: Quintil. 1 c. 1 *Nihil pejus iis, qui paullum aliquid ultra primas litteras progressi, falsam sibi scientiæ persuasionem induerunt.* Et, *Imaginem mortis induere*, i. e. obdormire, einschlaffen, Cic. Tusc. 1 c 38. At, *Induere animum bonis artibus*, Tacitus dixit Ann. 15 c. 45, was gutes lernen. *Vallis se acutissimis induere*, Cæsar 7 B. G. c. 73. Et c. 82 *Postea quam propius successerunt, aut seipsi stimulis inopinantes induebant, aut in scrobes delapsi transfodiebantur*, sie traten stachel und wurff-eise in die füsse. Ita, *mucrone se induere*, sich erstechen, Virgilius dixit 10 Æneid. v. 681. At Plautus Casin. 2, 1 v. 25 *in laqueum se induere*, sich erhencken. Et ita Virg. 1 Georg. v. 177 *Cum se nux plurima silvis*
Induet in florem, wenn er anhebet zu blühen.
¶ 2. *Induere* etiam est in animum inducere, ac ad affectiones refertur. Claudianus Panegyr. de 3 Consul. Honorii v. 157
Indue mente patrem, crescentes dilige fœtus;
Indue patrem, i. e. affectum paternum assume: Sic contra, *hominem exuere*,

exuere, i. e. affectum humanum deponere, Idem dixit de bello Gildonico v. 397 *Naturamque simul, fratremque hominemque cruentus Exuit.*

Tacitus 6 Annal. c. 33 *Quorum* (Sarmatarum) *Sceptruchi utrinque*, (a Pharasmane & Artabano armis disceptantibus) *donis acceptis, more gentico diversa induêre*, i. e. diversis modis induxerunt animos, cum alii cum Pharasmane facerent, alii pro Artabano starent, sie sind ungleiches sinnes gewesen, haben sich ungleich angestellet. Sic, *hostilia induere*, Tacit. 12 Ann. c. 40; Idem, *proditorem & hostem induere*, 16 Annal c. 28 dixit.

¶ Indūtus, a, um, angezogen, angelegt; ut, *Vestes induta*, Virg. Georg. 3 v. 363. *Exuvias indutus Achillis*, Idem Æn. 2 v. 275. Et, *Raptis indutus spoliis*, Idem Æn. 10 v. 775.

¶ Indūtus, ûs, subst. indumentum, die kleidung, anziehung. Ammianus 30 c. 24 *Valentinianus indutibus imperatoriæ majestatis apud Nicæam ornatus.* Et eodem libro c. 5 *horrentes indutibus rigidis.* Tacit. Ann. 16, 4, 3 *Gerere vestem indutui.* Symmach. 3 epist. 10 *Indutui esse.*

¶ Indūcŭla, æ, eine weste, niederkleid, camisol; ut, *Regilla inducula*, Plaut. Epid. 2, 2 v. 28.

¶ Indūmentum, i, ἔνδυμα, die kleidung, das kleid, der habit. Gell. 16 c. ult. de Arione: *Oravit, ut sua sibi indumenta omnia induere permitterent.* Et Gabius Bassus apud eumdem lib. 5 c. 7 larvam *indumentum oris* dixit, eine masque. Lactantius Opific. Dei c. 13 *A nobis indumento verecundiæ, quæ sunt pudenda, velentur.*

¶ Indūsium, i, ein hembd, quamquam Varro 4 de L. L. c. 30 *Intusium* fecit ab *Intus, interula.* Succedens ætas *Indusium* appellat. Nonius c. 14 n. 18 *Indusium est vestimentum, quod corpori intra plurimas vestes adhæret, quasi intusium.*

¶ Indūsio, are, est induere, vestire, kleiden, ankleiden. Martian. Capella lib. 1 *Cum ipsum tenantem induviis indusiari cernerent.* Idem lib. 2 *Lana, qua indusiari perhibent Indicæ prudentiæ vates.*

¶ Indūsiātus, a, um, indusio amictus, der ein hembd an hat. Apulejus lib. 2 Milef. p. 123 *pueri calamistrati, pulchre indusiati.* Et lib. 10 p. 253 *indusiatus adolescens.*

¶ Indūsiāta, æ, subst. ein hembd, apud Plautum Epid. 2, 2 v. 47; unde *Intusiatam* per t scripsit Varro de L. L. 4 c. 30.

¶ Indūsiārius, i, qui indusia conficit, ein hembdmacher, Plaut. Aulul. 3, 5 v. 35.

¶ Indūvium, i, ein angezogen kleid, ein überzug. Sic, *Induvium arboris*, Plinius 13 c. 4 corticem dixit, quasi quo arbor sese induit, die rinde.

¶ Induviæ, arum, idem. *Exuviis* opponit Plautus Menæch. 1, 3 v. 9; *Induviæ tuæ*, inquit, *atque uxoris exuviæ*, kleider. Prudentius Psychomach. v. 579 *Omne onus ex humeris rejecerat, omnibus ibat Nudata induviis, multo & se fasce levârat.*

¶ Rĕdinduo, ĕre, wieder anziehen. Unde Tertull. de Resurrect. carn. c. 42 *Redinduti carnem.*

¶ Superinduo, ĕre, drüber ziehen, umnehmen. Sueton. in Nerone c. 48 *Penulam superinduit.* conf. Tertull. de Resurrect. Christi c. 42.

¶ Superindūtus, a, um, überkleidet. Tertull. Apolog. c. 48 *Dei cultores superinduti substantia propria æternitatis.*

¶ Superindumentum, i, ein oberkleid, überzug. Tertull. de Resurrect. Christi c. 42 *Superindumentum cæleste & æternum.* conf. adv. Marcion. 3 c. 24; & adv. eumdem 5 c. 12.

¶ Insuo, ui, ūtum, ĕre, in etwas nähen; quæ forma propius ad latinam originem accedit. Varro R. R. 2 c. 9 *Quæ intra capita insuitur pellis mollis.* Translate Livius 40 c. 51 *Lepidus privatam publicæ rei impensam insuerat*, i. e. conjunxerat.

¶ Insūtus, a, um, eingenähet. Virgilius Æn. 5 v. 505 de cæstibus: *Terga boum plumbo insuto ferroque rigebant.*

Sic, *Insutus culeo*, in den sack gesteckt, vernähet, Valer. Max. 1 c. 2 n. 13. Et, *Insutus in culeum*, Cic. pro Rosc. Am. c. 11 supplicium parricidarum.

¶ Insūtītius, a, um, idem. Apulejus Met. lib. 6 extremo *insutitium & fartilem asinum* vocat, cujus corio puellam insuere, & de scruposo saxo dejicere latrones destinabant.

¶ Obsuo, ui, ūtum, ĕre, circumsuere, umnähen. Hinc

¶ Obsūtus, a, um, umnähet; ut, *Sporta auri obsuta*, Sueton. de Clar. Rhetor. c. 1. Et Ovid. 2 Fast. v. 578 *Obsutum menta torret in igne caput.*

¶ Præsuo, ui, ūtum, ĕre, vorher verwahren, vernähen; ut, *Surculos præsuere recentibus coriis*, Plin. 12 c. 19. Unde, *Præsuta hasta foliis*, Ovid. 11 Metam. v. 6.

¶ Resuo, ĕre, auftrennen. Unde, *Tunica ex utraque parte resuta*, auf beyden seiten aufgetrennt, apud Suetonium August. c. 94.

¶ Redĭvia, æ, ab inusitato *Reduere*, apud Festum *Redivia*, παρωνυχία, morbus, cum cutis extra ungues se solvit, ein neidnagel, geschwür an fingern, oder zehen über dem nagel. Plin. 29 c. 2 *Reduvias sanat lana ex aqua frigida.* Et Cicero pro Roscio Amer. c. 44 *Intelligo me errare, qui, cum capiti Sexti Roscii mederi debeam, reduviam curem.* vide in Chiliad. proverb. *De reduvia queritur majori obnoxius malo.* ¶ 2. *Reduviæ, arum*, plural. reliquiæ cibi inter dentes crocodili hærentes, quibus victitat trochilos avis, Plin. 8 c. 25. ¶ 3. *Reduvia escarum*, die übrigen brocken, apud Solinum c. 32 de Ægypto.

¶ Redŭvius, i, κρότων, insectum, ein holzbock, pecudibus inhærescit aculeo totoque capite infixo. vid. Plin. 11 c. 34; & Colum. 6 c. 2. Dicitur & *Redivius* & *Ricinus.*

¶ Redŭviōsus, a, um, asper & extans, herausstehend, holpricht. Lævius: *Scabra in legendo reduviosaque offendens.* vid. Salmas. in Solin. p. 316.

¶ Subsuo, ĕre, annähen; unde *subsutam vestem, pretextam* dixit Horatius 1 sat. 2 v. 29 *Quarum subsutâ talos tegat instita veste.*

¶ Transuo, ĕre, durchstechen; ut, *subula transui*, Colum. 6 c. 5. Et, *Partem palpebræ transuere*, Cels. 7 c. 7.

SVOVETAURILIA, ium, sacrificii genus, quo lustrabatur exercitus apud Romanos, sic appellatum, quod ex *sue, ove, taurilibus* (quid hæc sint, quære sub *Taurus*;) constaret. Livius 1 c. 44 *Ibi instructum exercitum omnem sue, ove, taurilibus lustravit.* Itaque male alii *Solitaurilia* vocant: inter quos & Festus est, quem vide; & Lipsium, si libet, ad Tacitum lib. 5 Hist. vide & supra *Solitaurilia.*

SVPELLEX, ectilis, plural. *Supellectilia*: ita autem dicuntur omnes res mobiles, allerley haußgeräthe, haußrath so nicht nagelfest ist. Cicero de Amicit. c. 15 *Amicos optimam & pulcherrimam dixit esse supellectilem vitæ.* Persius satyr. 4 extr. *Tecum habita, & noris, quam sit tibi curta supellex.* vide *Curtus.* Turnebus Advers. 18 c. 23 *Nomen supellectilis, a lectis originem habuisse crediderim: ut initio eo nomine censerentur ea, quæ super lectos vel cubiculares vel discubitorios poni solebant: postea longius latiusque significatione propagatâ* &c. Sed Labeo JCtus a *pellibus* deduxit, quod sub pellibus olim locarentur, quæ usui forent.

¶ Supellectĭcārius, a, um, zum haußrath gehörig; ut, *Servi supellecticarii*, Lege 12 § 31 Dig. de instructo vel instrum. legato. Talis generis erat, de quo Petronius p. 80 *Insecutus est supellecticarius, argentumque inter purgamenta scopis cœpit verrere.* Fuit enim *Supellecticarius*, cui cura supellectilis ejusque mundities commissa erat, der haußvoigt. Hic etiam A SVPELLECTILE in vetustis Inscriptionibus vocatur. vid. Pignor. de Serv.

SŬPER, præpos græce ὑπέρ, cui & originem debet, auf, über. Cum accusativo Virg. 1 Æn. v. 379 *Famâ super æthera notus.* Et, *Super se collocare aliquem*, einen über sich setzen, Sueton. Augusto c. 43. vide ibi interpretes. *Super cœnam*, id est, cœnæ tempore, über der mahlzeit, Plin. 4 epist. 22, quod Curtio est *Super epulas & vinum*, lib. 8 c. 4 n. 30. ¶ 2. In hac constructione *Super* non raro pro *ultra* ponitur, ut Servius apud Virgilium interpretatur: Ita enim ille lib. 8 Æn. v. 303 *super omnia Caci Speluncam adjiciunt.*

Ubi dictus interpres: SVPER OMNIA, *id est, hoc factum laudant ultra omnia.* Atque huc etiam illud ejusdem in 9 Æn. v. 283 *Sed te super omnia dona Unum oro.*

Ovid. 6 Met. v. 927 *frustra clamato sæpe parente, Sæpe sorore sua, magnis super omnia Divis.*

¶ 3. Cum ablativo: ut, *Hac super re scribam ad te*, von diesem handel, oder des handels halben, Cic. ad Attic. 16 epist. 6. Et Virg. 4 Æneid. v. 233 *Nec super ipse sua molitur laude laborem;* id est, pro sua laude, er nimmt sich keine mühe ihn zu loben. Græcismus est: sic enim Demosth. ὑπὲρ τοῦ στεφάνου, *pro coronâ.* Virgilius Æn. 1 fin. *Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa*, i. e. de Priamo, &c. Plaut. Aul. a. 4 sc. 7 *Juxta rem mecum tenes super Euclionis filia.* ¶ 4. Pro *præter* posuit Statius præfat. lib. 2 Silv. *Super eos, quæ ipsi debeo*, über das. Tacitus 2 Hist. c. 54 *Ne super cladem diversæ pugnæ suimet ipsi cædibus servirent.* Et Sueton. Augusto c. 59 *Super templa & aras, ludos quoque quinquennales pene oppidatim constituerant.* Livius lib. 28 extremo: *Punicum exercitum super morbum etiam fames affecit.* Sic *super numerum* imaginariæ militiæ genus dicebatur, quo censebantur, qui absentes & titulo tenus fungerentur militia, quod Claudius instituit, uti Suetonius auctor est ejus vitâ c. 25. Torrentius quidem malit *supra numerum* legere. Sed τὸ *super* & *supra* promiscuus usus veteribus fuit. vide Casaub. ¶ 5. Utebantur veteres etiam hac propositione, etiam altera *supra*, in denotandis officiis, ut Græci τῷ ἐπί. Sic *superjumentarius* Suetonio in Claudio c. 2 dicitur, qui jumentariis præpositus est. Vide Casaubonum ad laudatum Suetonii locum.

¶ Sŭper, adverb. drüber; ut, *Satis superque habere*, genug und überley, Cicero pro Qu. Rosc. c. 4; & Virg. Æn. 2 v. 642. Et *Super*, pro *Insuper*, sive *Praterea* Virgilius posuit 2 Æn. v. 71 *Cui neque apud Danaos usquam locus & super ipsi, Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt:*

Item in *reliqui* descriptione. Venant. Fortunatus lib. 7 carm. 12 *Nec super exstat Adon.*

¶ 2. Τὸ *Super* sic vacat aliquando, ut rem tamen mirifice augeat. Statius Silv. 1 carm. 1 v. 58 *æterna crepido Quæ super ingesti portaret culmina montis;*

Sufficiebat *ingesti.* Claudianus in Gigantomachia v. 83 *Tunc super insultans avidus languentia curru Membra terit.*

¶ 3. *Super quam*, mehr als. Livius 27 c. 20 *Marcellus adverso rumore esse, super quam quod primo male pugnaverat*, noch über das, daß er &c. ¶ 4. *Super* etiam variis compositionibus inservit; ut, *Superabundo, Superaddo, Supereresco, Superimpono*, & innumera alia, quæ singula in primitivis, quibuscum componitur *Super*, invenies.

¶ Sŭpra, idem fere quod *Super*, über; sed solum accusativum regit: ut, *Supra lunam sunt omnia æterna*, Cicero de Somn. Scip. c. 4. *Supra modum*, Livius 21 c. 7. Et, *Supra vires*, Horat. 1 epist. 18 v. 22, über vermögen. *Supra caput*, zu nächst über dem kopff, Cicero ad Qu. fratr. 1 epist. 2. Item, *Plus*, mehr als; Livius 30 c. 35 *Cæsa eo die supra millia viginti.* ¶ 2. Et adverbialiter: ut, *Quæ supra & subter sunt*, Cic. 3 de Orat. c. 5 fin. was über und unter uns, droben und unten. *Subter supraque*, Idem 2 Nat. Deor. c. 42 in Arateis. *Supra demonstravi*, & *supra scripsi*, droben, vorher, id est, verbis superioribus vel antecedentibus. *Nihil supra*, scilicet addi possit: Terent. Eunuch. 3, 1 v. 37 *Quid est? Facete, lepide, laute, nihil supra.* Cic. ad Attic. 13 epist. 19 *Absolvi ita accurate, ut nihil possit supra*, daß nichts drüber. *Supra est*, hoc est, statura cæteros omnes vincit: Virg. de Turno lib. 7 Æn. v. 783 *Ipse inter primos præstanti corpore Turnus Vertitur, arma tenens, & toto vertice supra est.*

¶ Sŭpernus, a, um, das oben ist; ut, *Superna regio*, das land, so hinan oder hinaufwarts liegt. *Pars superna*, das obere theil, Plin. 11 c. 37. *Numen supernum*, Ovid. 15 Metam. v. 128.

¶ Sŭperne, adverb. desuper, von oben her. Virg. 6 Æn. v. 658 *Unde superne Plurimus Eridani per silvam volvitur amnis.*

* Magis tamen *Superne* est in supero loco, quam e supero loco, oben, droben. Horat. Art. poët. v. 4 *Ut turpiter atrum Desinat in piscem mulier formosa superne.* Grævius.

¶ Supernas, ātis, cui *Infernas* opponitur, das von oben her kömmt. Plinius 16 c. 39 *Romæ infernas abies supernati præfertur*, hoc est, a supero vel infero mari apportata. Adde Vitruv. lib. 2 c. 10. Idem Vitruvius

truvius 1 c. 6 certum etiam ventum vocat *supernatem*: *Circa aquilonem*, inquit, *supernas & boreas.*

¶ Supernītas, ātis, die obere höhe. Tertullianus advers. Valentinianos c. 7 *supernitates supernitatum* dixit.

¶ Sŭpĕro, avi, atum, are, superiorem esse adscendendo, übersteigen; ut, *Superare montem*, einen berg ersteigen: Virg. eclog. 8 v. 6

Seu magni superas jam saxa Timavi.

Et Æn. 2 v. 303 *Adscensu supero summi fastigia tecti.*

Sic Varro R. R. 1 c. 53 *In ea re sumptus fructum superat*, i. e. excedit, die kosten sind grösser als der nutzen. ¶ 2. Vincere, zuvor thun, übertreffen, überwinden. Virg. ecloga 5 v. 9

Quid si idem certet Phœbum superare canendo.

Cicero in Verr. 7 c. 44 *Si cum aliorum improbitate certet, longe omnes multumque superabit*, er wird weit vorgehen. Sic, *superare aliquem doctrinâ, virtute, gravitate, constantiâ*, Idem. *Superare injurias fortunæ*, Idem de Fin. 4 c. 7. Et Valer. Maxim. 4 c. 1 n. 2 *Multo se ipsum, quam hostem, superare operosius est*, sich selbst überwinden. ¶ 3. *Superare* idem nonnunquam quod superesse, seu superstitem esse significat, übrig seyn. Virg. 1 Georg. v. 189

Si superant fœtus, pariter frumenta sequentur.

Idem 2 Æn. v. 597 *superet conjuxne Creüsa,*
Ascaniusque puer?

Et v. 643 *captæ superavimus urbi:*

i. e. superstites fuimus. Idem 3 Æn. v. 339

Quid puer Ascanius? superatne, & vescitur aura?

er ist noch bey leben?

¶ Sŭpĕrans, tis, adject. übertreffend, hoch, übrig. Virg. Æn. 5 v. 473 *Victor superans animis.* Livius 29 c. 7 *Multa die superante accessit*, am tage bey guter zeit. Comparat. Lucret. 5 v. 395 *Superantior ignis*, i. e. superior. Vnde superlat. Solinus c. 2 [al. 8] de Italia, *Mons Vesulus superantissimus inter juga Alpium.*

¶ Superātus, a, um, überwunden, übertroffen. Ovid. Metam. lib. 12 v. 364 *Bello superatus Amyntor.*

¶ Superātio, ōnis, die übertreffung. Vitruvius præfat. lib. 3 *Contrariorum superatio.*

¶ Superātor, ōris, victor, ein überwinder. Ovid. 1 Fastor. v. 641 *populi superator Hetrusci.*

¶ Superātrix, īcis, die überwinderin. In Inscript. apud Fabrettum p. 383 AVRELIAE CLEOPATRAE OMNIVM RETRO TEMPORIS CASTARVM SEV DISCIPLINARVM SVPERATRICI, &c.

¶ Superāmentum, i, reliquum, reliquiæ, superfluum, das übrig ist. Lege 55 Dig § 4 de Legat. lib. 3 *sarmenta & superamenta materiarum.*

¶ Sŭpĕrābĭlis, e, quod superari potest, überwindlich. Livius 25 c. 23 *Murus mediocribus scalis superabilis.*

¶ Sŭpĕresco, ĕre, antique pro *superesse*, übrig seyn. Ennius apud Festum: *Vnus homo Romæ superescit.*

¶ Sŭpĕrus, a, um, oben gelegen; ut, *Mare superum*, das obere meer, hoc est, Adriaticum, contrarium *infero*, hoc est, Tyrrheno. Plaut. in Mercat. actu 5 ineunte: *Limen superum inferumque salve!* Virg. 6 Æn. v. 128 *Sed revocare gradum superasque evadere ad auras,*
Hoc virtutis opus.

Sic, *Cogitare supera atque cælestia*, Cic. Acad. 4 c. 41. Et Juvenal. sat. 13 v. 75 *Tam facile & pronum est, superos contemnere testes,*
Si mortalis idem nemo sciat.

¶ 2. *Superi*, subst. cælestes, die götter; ut, *Precari superos*, Virg. 5 Æn. v. 529. Et Lucanus lib. 9 v. 579 *Superos quid quærimus ultra?*

¶ 3. Et *Supera*, substantive, pro *cælo* poëtæ dicunt: Virg. 6 Æn. v. 787

Omnes cælicolas, omnes supera alta tenentes.

Et Senec. Herc. Fur. v. 423 *Inferna tetigit, posset ut supera adsequi.*

¶ Sŭpĕrior, us, comparativus a *Superus*, höher; ut, *Domus superior*, id est, editior, das obere hauß. *Dicere aliquid de loco superiori*, Cic. Verr. 4 c. 42. *Quanto sumus superiores, tanto nos geramus summissius*, Cic. 1 Off. c. 26, je höher wir seyn, rc. *Ætas superior*, Idem de Senect. c. 18, id est. ante acta, die zeit für dieser, die vorige. *Superioribus temporibus nullas ad te litteras misi*, Idem 5 fam. epist. 17, für dieser zeit. *Superiorem esse alicui*, einem überlegen seyn, *loco, fortunâ, famâ.* Sic, *Habere neminem honoris gradu superiorem*, Cic. 2 fam. epist. 18. *Athenienses multo superiores bello esse cœperunt*, Nepos 7, 4, 7. *Populus superior factus*, i. e. validior, mächtiger, Idem 19, 3, 2. *Dionysius ille superior*, i. e. prior, senior, der ältere, Idem 10, 1, 1. *Superioris more crudelitatis*, nach vorhergehender tyranney, Idem 8, 3, 1.

¶ Suprēmus, a, um, superlativus ex *Superus*, der oberste, höchste, letzte, eusserste. *Supremum*, inquit Paulus ex Festo, *modo significat summum, modo extremum, modo maximum.* conf. Nonius c. 4 n. 412. Sic, *Supremus vitæ dies*, Cic. 1 Tuscul. c. 29. Et ibidem capite ultimo: *Si supremus ille dies non exstinctionem, sed commutationem affert loci, quid optabilius?* Et, *Supremo supplicio sancire*, Cicero 2 de Leg. c. 9, mit der höchsten straffe belegen. *Supremi honores*, Ovid. ad Liviam v. 249, die ehre zu guter letzt. *Supremo erga quem officio fungi*, Tacit. 3 Hist. c. 25 n. 5, hoc est, sepelire. ¶ 2. Absolute, *Ordinare suprema sua*, Lege 36 § 2 Digest. de milit. testam. sein testament machen. Tacitus 4 Hist. c. 45 *Planctum, & lamenta, & supremorum imaginem præsenti sibi circumdata*: SVPREMA, mors, & quæ fieri mortuis solent. Idem ejusdem libri c. 59 *Digressum Voculam & de supremis agitantem* &c. [Alibi idem *Extrema* dixit, ut suo loco notavimus.] Ammianus 30 c. 31 *conclamata imperatoris suprema.* conf. Borrich. Cogit. pag. 288.

¶ Suprēmo, adverb. zuletzt. Plinius 11 c. 53 de hominis anima: *Exitura supremo, & sola ex omnibus superfutura.*

¶ Supremum, adverbialiter, aut subintellecto *Ad*, zum letzten mahl. Idem Plinius 11 c. 37 sect. 55 *Vt neque ab homine supremum eos* [oculos] *spectari fas sit.*

¶ Suprēmĭtas, ātis, summa dignitas, die hoheit. Ammianus 31 c. 39 *nec Valenti sepulturam, qui supremitatis honor est, contigisse.* Claud. Mamert. 2 c. 13 *Præeminentias & supremitates adire.* vid. Salmas. Hist. Aug. p. 305.

¶ Summus, a, um, alius superlativus a *Superus*, quo nihil est superius, der fürnehmste, höchste, oberste; ut, *Summus Imperator*, Plautus Amph. 1, 3 v. 6. *Vixit ad summam senectutem valetudine optimâ*, id est, extremam, biß auf sein höchstes alter, Cicero in Hortensio apud Nonium c. 4 n. 440; ubi ipse addit: *Summum significat, quod omnibus sit altius.* Sic, *Beneficium summum*, Terent. Phorm. 2, 2 v. 22. *Amicus summus meus*, ibidem ineunte actu 1; qui & *summum* absolute, pro amico summo dixit Adelph. 3, 2 v. 54, & Eunuch. 2, 2 v. 39. Et, *Summo loco natus*, hohen geschlechts, Cic. 2 fam. epist. 18. *Ingenia summa*, Idem 4 Acad. c. 17, die gelehrtesten leute. *Omnia summa in eo sunt*, id est, undecunque maximus est & excellens, Idem pro Leg. Manil. c. 17. *Vir summus*, Cicero passim. *Jus summum*, vide *Jus.* Ita, *Contra amici summam existimationem venire*, seinen ehren sehr zu nahe treten, Cic. 1 Attic. epist. 1; *Summam* vocat, a qua omnis ejus dignitas pendet, & in discrimen venit; sicut *summa respubl.* est, in qua vertitur totius civitatis salus, ut pluribus docet Gronovius ad Liv. 26 c. 10, quem vide. Et absolute, *Summa consecutus*, der es sehr hoch gebracht, Vellej. 2, 61, 1. ¶ 2. *Summum*, & *ad summum*, aufs oder zum höchsten. Cic. ad Attic. 13 epist. 21 *Expectabam hodie, aut summum cras ab eo tabellarios.* Idem pro Quint. c. 25 *Biduo, ad summum triduo.* Idem lib. 14 fam. epist. 3 *Ex primis, aut ad summum secundis litteris.* ¶ 3. Cornelius Nepos 23, 9, 3 *Summæ amphoræ*, id est, ora amphorarum, seu summæ amphorarum partes; dictum, ut *extremus liber*, pro, extrema libri pars; *ultimæ ædes* apud Terentium, pro, ultimæ ædium partes. ¶ 4. * *Summum bellum*, quod dixit Cæsar de Bello Gall. 8 c. 6, est, in quo periclitatur summa rerum. *Summum tempus* apud Cic. pro L. Flacco c. 3 est, in quo agitur salus totius reipublicæ. *Summa consilia* apud Plaut. Trucul. 2, 4 v. 34, a quibus pendet tota res. *Grævius.*

¶ Summa, æ, subst. proprium in rationibus nummariis nomen, collectionem singulorum datorum sive ærarum significans, die sum̃a in der rechnung. Vnde *Summa summarum*, die hauptsumma, cum omnes summæ computantur, & in unum numerum rediguntur, de quo infra n. 5. Cum in Domitiani vita cap. 11 *actorem summarum* dixit Suetonius, per *summas* rationes intelligit. *Actor* enim *summarum* is dicitur, qui omnium rationibus dispungendis præest, ut Torrentius explicat, der buchhalter. *Summam subducere*, Cic. Att. 5 epist. 21; *summam colligere*, das facit machen; *Ad unam summam referre*, zusammen rechnen; *De summa detrahere*, abziehen; *Remittere de summa*, erlassen, apud Ciceronem, Plinium, &c. vid. Cic. 2 in Verr. c. 35 &c. *De summa nihil decedit*, Terent. Adelph 5, 3 v. 30, es soll nichts abgehen. ¶ 2. Hinc *Summæ* etiam dicuntur collectiones sententiarum & argumentorum breviores, cum declarata quæ fusius fuerint, vel possint exponi, ad capita quædam, vel *summa rerum fastigia*, ut Virgilius vocat, revocantur, der inhalt, auszug, hauptpunct. Nepos Pelopidâ c. 1 n. 1 *Si tantummodo summas attigero.* Inde *Summarium*, id est, breviarium sive epitome. Cicero de LL. 2 c. 7 extr. *Leges a me edentur non perfectæ, sed ipsæ summæ rerum ac sententiæ.* Et, *Summam alicujus rei dicere*, Cic. 1 de Invent. c. 20, kürtzlich erzehlen, worauf eine sache bestehe. ¶ 3. *Ad summam, in summa*: id est, denique, ut quasi recollectio & brevis quædam recapitulatio fiat, endlich, kürtzlich, überhaupt von der sache zu reden. Horatius 1 epist. 1 v. 116

Ad summam sapiens uno minor est Jove, dives &c.

Seneca epist. 20 *Ad summam sapiens eris si clauseris aures; quibus ceram parum est obdere, firmiore spissamento opus est, quam usum in sociis Vlyssem ferunt.* Apulejus in Floridis: *Ad summam pollicitus est, se mihi de suo statuam positurum.* Lucretius 3 v. 83

Hunc vincula amicitiai
Rumpere, & in summa pietatem evertere fundo.

Plinius 1 epist. 22 *In summa, non facile quis quemquam ex istis, qui studium sapientiæ habitu corporis præ se ferunt, huic viro compararet.* Et lib. 3 epist. 4 *In summa, computabam, si munere hoc jam tertio fungerer* &c. Quintil. 5 c. 10 *Habent omnia initium, incrementum, summam.* Sic, *Puer in summam proficit*, id est, eam absolutionem seu finem, quem apud animum sibi proposuit, er kommt zur vollkommenen besserung, Idem lib. 1 c 1. ¶ 4. *Summa reipubl.* est, in quo momentum maximum atque salus ipsa & conservatio reipublicæ posita est: hoc est, ipse status & firmamentum, das hauptwesen, das fürnehmste. *Rem summam*, Virgilius 2 Æn. v. 322, alii *Summam rerum* vocarunt. Cic. pro Sexto Roscio c. 51 *Summa reipubl. in hujus periculo tentatur.* Et ille aliis etiam locis ita locutus est: quorum nonnulla Zinzerlingius notavit Promulsidis Criticorum Juvenil. c. 48. Similiter *Summam belli, Summam pacis*: id est, in quo consistit pax bellumque maxime, Tacitus dixit: ut lib. 13 Ann. c. 38 *Commeantibus invicem nunciis, nihil in summa belli proficiebatur.* Idem 2 Hist. c. 16 *Tantâ mole belli nihil in summa profutura, ipsi exitiosa.* Sed utrobique legendum *in summam*: ita enim Livius Fabiusque locuti sunt, quorum verba Freinshemius ad posteriorem locum Taciti adducit. Cæsar, *ad summam*, dixit. Nam Commentar. 3 de Bell. Civ. c. 51 de legati & imperatoris discrimine agens: *Alter*, inquit, *omnia agere ad præscriptum, alter libere ad summam rerum consulere debet*: AD SVMMAM, id est, quod facit ad rerum summam. Vellej. 2, 68, 1 *De rerum summa dimicare*, i. e. de imperio. Idem Tacitus 1 Annal. c. 45 extremo: *Satis probatum, penes utros summa belli fuerit*, i. e. summum belli imperium, sive summa belli gerendi. Nepos Pelopidâ extr. *Cujus belli summa cum ei esset data.* Sane & *summa imperii* pro summo imperio dicitur: Idem Nepos Datame c. 3 extr. *Postea vero quam Pharnabazum rex revocavit, illi summa imperii tradita est.* Idem in Eumene c. 3 *Semper habiti fortissimi sunt, qui summam imperii potirentur.* Sic, *Summæ imperii præesse*, Idem in Themistocle c. 4; & *summas imperii tenere*, subaudi *partes*, in Miltiade c. 3 dixit. Plaut. Trucul. 4, 2 v. 15 *Solus summam habet hic apud nos,*

i. e. *potissimus est nostræ domi*, ut alibi loquitur: plurima potest, & velut rerum summam tenet, er ist hahn im korbe. vid. not. Variorum ad Quintilian. p. 12. Ovid. Amor. 1 eleg. 9 v. 37 *Summa ducum Atrides*, i. e. præcipuus & caput ducum, qui instar omnium erat, ad quem rerum summa pertinebat. ¶ 5. *Summa summarum*, die gantze summe.

summe. Plautus Trucul. a. 1 sc. 1 *Quem penes amantum summa summarum redit.* vid. ibi Taubmann. Senec. epist. 40 in fine: *Summa ergo summarum erit: tardiloquum te esse jubeo.* Adde Plin. 7 c. 26.

¶ Summŭla, æ, dimin. eine kleine summe. Apulej. Met. lib. 11 *Postremo veste mea, quamvis parvulâ, distracta, sufficientem corrasi summulam,* ich habe das kleid verkaufft und geld gemacht. Seneca epist. 77 *Minutas summulas distribuit flentibus servis.*

¶ Summum, i, substantive & adverbialiter interdum ponitur. Quintil. 5 c. 14 *Mihi & plurimis autoribus tres* (partes) *summum videntur,* gar genug. Idem 8 c. 4 *Fit & aliter supra summum adjectio,* &c. De adverbiali usu vide in *Summus* n. 2.

¶ Summo, adverbialiter, pro in fine, zuletzt, am ende, dixit idem Quintilianus 7 c. 2 *Quia & initio movendus sit judex, & summo impellendus.*

¶ Summe, adverbium, höchstens; ut, *Hoc me sollicitare summe solet,* Cic. 2 de Orat. c. 72 extrem. zum höchsten. *Summe in aliquem officiosus,* Idem 3 Verr. c. 24. *Petere ab aliquo & summe contendere,* Idem pro Quintio c. 24.

¶ Summālis, e, zur summe gehörig. Tertull. advers. Hermogen. c. 31 *Id solum nominetur, qua summale.*

¶ Summārium, i, epitome, ein kurtzer auszug oder begriff, Seneca in epistola 39 pr. vide supra *Breviarium,* itemque Salmasium Prolegomenis in exercitationes Plinian. p. 25.

¶ Summas, ātis, i. e. princeps, hohen standes. Sidon. 9 epist. 6 *Puella moribus natalibusque summas.* Plural. *Summates,* qui & optimates & primates, die fürnehmsten. Plautus Cistell. 1, 1 v. 27 *Summo genere natæ, summates matronæ.* Ammianus 26 cap. penult. *Viri summates.* conf. Plaut. Pseud. 1, 2 v. 90; & Stich. 3, 2 v. 34 & 36; & Auson. 1 epist. 31 in Parei Lexic. Crit. p. 1203.

¶ Summātus, ûs, subst. principatus, der hohe stand, die oberstelle. Lucret. 5 v. 1141 *Imperium sibi cum ac summatum quisque petebat.*

¶ Summātim, adverb. überhaupt, kürtzlich, in einer summe; ut, *Breviter summatimque percurrere,* Varro præfat. lib. 2 de R. R. *Exponere genera summatim,* Cic. de Orat. 2 c. 61. Idem 10 fam. epist. 28 *A me pauca cognosces & summatim.* Suetonius Augusto c. 85 *Poëticam summatim attigit:* SVMMATIM, i. e. carptim, vide Casaubonum.

¶ Summĭtas, ātis, die höhe: quod vocabulum minus probatur quibusdam: malunt *Fastigium.* Vsi tamen eo sunt non erubescendi auctores; Palladius lib. 1 tit. 6 *Summitas vitis:* adde ibidem c. 11. Et Censorinus c. 13 *Ad terræ summitatem.* Macrobius 1 Somn. Scip. c. 6 *Duæ summitates.* vide, si lubet, plura in Curis Posterioribus Cellarii p. 155. Et Ammian. 14 c. 6 *Ad perfectam non venerat summitatem.*

¶ Summŏpĕre, adverb. gar sehr, zum höchsten, fleißigst; ut, *Summopere vitare aliquid,* Cicero 1 de Invent. c. 18.

¶ Summotĕnus, aliud averb. biß zu oberst. Apulej. Met. lib. 3 p. 75 *Floribus celeriter scissis ac florescentibus summotenus.*

Composita cum præposit.

¶ Consummo, āvi, ātum, āre, proprie est, summas colligere, & ex pluribus numeris coacervatis unum efficere, zusammen rechnen, summiren. Columella 3 de Re Rustica c. 5 *In singulis ordinibus, qui ducenos quadragenos pedes obtinent, sexcenteni malleoli pangenai sunt: is numerus consummat per totum jugerum seminum millia quatuor & viginti.* Sulpicius Severus Dial. 1 de Virtutibus Monach. Oriental. c. 13 extr. *Sed me dies ante deficiet, quam diversa miracula, quæ mihi de virtutibus sanctorum sunt comperta, consummem:* CONSVMMEM, id est, in unam quasi summam collecta exponam. ¶ 2. Jam quia res ex partibus constant: quæ cum conjunctæ in unum corpus, sicuti numeri in unam summam collecti, rem ipsam absolvunt atque perficiunt; ita & *consummare* absolvere, sive perficere significat, vollenden, vollbringen, vollkommen machen. Sic, *consummare opera,* Plinius 10 epist. 48 dixit. *Consummare sacrum,* id est, perficere, peragere, apud Senecam Tragicum Herc. fur. v. 1039. Suetonius in Caligula c. 44 *Consummare milites* dixit, qui numerum stipendiorum impleverunt. *Consummare vitam,* i. e. ad perfectam rationem perducere, Seneca dixit epist. 32. Idem verissime epist. 88 *Vna re consummatur animus, scientia bonorum ac malorum immutabili, quæ soli philosophiæ competit.* Idem epist. 12 de morte *Consummare atque explere vitam,* das leben endigen. Dicitur sic etiam simpliciter Inscript. apud Fabrett. p. 148 QVI VIXIT BENE ET CONSVMMAVIT BENE.

¶ Consummātus, a, um, in summam collectus, summirt. Colum. 5 c. 2 *Hujus summæ tertiam partem statuo CCC. ejusdem partem decumam XC. fiant CCCXC. Hos sexies ducendum est, quoniam sex latera sunt, quæ consummata efficiunt duo millia trecentena & quadraginta.* ¶ 2. Perfectus, absolutus, vollendet, vollkommen; ut, *Consummata ars,* Plin. 4 c. 14. *Bella gesta & consummata,* Cic. Philipp. 11 c. 7. *Etiam consummatis professoribus difficile,* Quintil. 1 c. 9. *Consummatus & jam foro clarus,* Idem lib. 10 c. 5. *Vir consummatæ sapientiæ,* Seneca epist. 72, ein vollkommener mann. *Juvenis consummatissimus,* Plin. 2 epist. 7.

¶ Consummātio, ōnis, in unam summam collectio, die summirung. Columella 2 de R. R. c. 13 *Hac consummatione operum colligitur, posse agrum ducentorum jugerum subigi duobus jugis boum, totidemque bubulcis & sex mediastinis.* Pomponius JCtus L. si plura D. de Ædil. edicto: *Quod si singulorum mancipiorum constituto pretio, universa tanti venierunt, quantum ex consummatione singulorum fiebat* &c. ¶ 2. Item, perfectio, absolutio, die vollendung, vollbringung. Seneca de Brevit. Vitæ c. 1 *Vita in maximarum rerum consummationem large data.* Plinius 4 c. ult. *Peracto ambitu Europæ reddenda consummatio est, ne quid non in expedito sit noscere volentibus.*

¶ Consummātor, ōris, ein vollender. Cyprianus de Lapsis c. 5 *Dominus in verbis doctor, consummator in factis*

¶ Consummābĭlis, e, das zu vollem stande kommen kan. Seneca epist. 92 *Ratio in Diis consummata est, in nobis consummabilis.* Prudent. Psychom. v. 846 *seu consummabilis ævi*
Perficiat lux plena viros.

¶ Inconsummātus, a, um, unvollkommen. Ammianus 31 c. 42 *Vt erat inconsummatus & rudis.* Idem lib. 21 c. 18 *Inconsummatus & subagrestis.* Et Augustinus Confession. 10 c. 30 *Lugens in eo, quod inconsummatus sum.*

¶ Dēsŭper, adverb. von oben herab. Virg. 4 Æn. v. 122
Nigrantem grandine nimbum
Desuper infundam.

¶ Exsŭpĕro, āvi, ātum, āre, idem quod simplex, übertreffen; ut, *Exsuperare alicujus vires,* Ovid. 1 Trist. eleg. 4 v. 56; *Laudes,* Liv. 28 c. 43. Et Cic. post reditum in Senatu c. 10 *Dum animâ exsuperabo meâ,* hoc est, dum vivam, so lange ich mein haupt empor tragen werde.

¶ Exsupĕrans, vel Exuperans, tis, hoch, erhaben. Compar. Gellius 14 c. 3 *De iis apud alios, uter esset exsuperantior, certabatur.* Superl. Apulejus de Mundo p. 71 edit. Elmenh. *Deus est viribus exsuperantissimus.* Idem lib. 1 Dogm. Plat. p. 8 *Providentia est summi exsuperantissimique Deorum.* Spon. Misc. Erud. Antiq. p. 71 I. O. M. SVMMO EXSVPERANTISSIMO.

¶ Exsuperātus, a, um, überwunden, übertroffen. Lucret. 2 v. 234 *Res cedunt gravioribus exsuperatæ.*

¶ Exsuperātio, ōnis, die übertreffung, der überfluß; ut, *Exsuperatio significationis,* Aut. ad Herenn. 4 c. 53.

¶ Exsuperantia, æ, idem; ut, *Omnem exsuperantiam virtutis oderunt,* Cic. 5 Tuscul. c. 36. ¶ Gellius *Exsuperantiæ* nomen Hyperbolæ tribuit lib. 14 c. 1.

¶ Exsŭpĕrābĭlis, e, überwindlich; ut, *Vallum non exsuperabile,* Claudianus 2 in Rufin. v. 127.

¶ Inexsuperābĭlis, e, unüberwindlich; ut, *Fati vis inexsuperabilis,* Livius 5 c. 35. *Inexsuperabile monimentum,* Idem lib. 42 c. 54. Et lib. 21 c. 30 *Nullæ terræ humano ingenio inexsuperabiles sunt.* Seneca epist. 85 p. 357 *Beata vita bonum in se perfectum habet, inexsuperabile.*

¶ Insŭpĕrābĭlis, e, idem; ut, *Genus insuperabile bello,* Virg. 4 Æneid. v. 40. Et, *Alpium transitus insuperabilis,* Livius 21 c. 23. Et cap. 36 *Via insuperabilis.*

¶ Insuperabilĭter, adverb. idem. Augustinus 5 de Civ. Dei c. 8 *Dei potestas insuperabiliter per cuncta porrigitur.*

¶ Insŭper, adverb. drüber, annoch; ut, *Alia aliis insuper cumulare,* eins auf das andere häuffen, Lucretius 6 v. 190. Et Virg. Æn. 3 v. 579
Ingentemque insuper Ætnam Impositam,
i. e. super impositam, darauf gesetzt. ¶ 2. Idem ac præterea, über das. Sueton. in Vitell. c. 2 *Cum Claudio principe duos insuper ordinarios consulatus censuramque gessit.* Terentius Eunucho 4, 3 v. 3 *Quin etiam insuper scelus, postquam ludificatus est virginem, vestem omnem miseræ discidit.* Et ita usus est quoque in Adelphis 2, 2 v. 38. ¶ 3. *Insuper habere,* valet *negligere,* nicht achten, in wind schlagen. Apulejus lib. 4 Miles. p. 154 *Lacrymis insuper habitis.* Gellius 1 c. 19 *Constantiam non insuper habendam intelligit.*

Superabundo, Superaddo, Superadjicio, Superadsto, Superaggero, Superallĭgo, Superalto, Superamentum, superans, &c. vide *Vnda, Do, Jacio, Sto, Agger, Ligo, Altus, Super.*

SVPERBVS, a, um, ansehnlich, fürtrefflich; ut, *Postes auro spoliisque superbi,* hoc est, magnifici, prächtig. Et notat Servius, Virgilium isto vocabulo non semel pro nobili, & glorioso fuisse usum: ut lib. 1 Æn. v. 21 *Hinc populo latè regem belloque superbum.*
Et 3 Æneid. initio: *Ceciditque superbum Ilium.*
Quo & illud Silii pertinet lib. 10 v. 573 de Æmilio Paulo:
I decus Ausoniæ, quo fas est ire superbas
Virtute & factis animas.

¶ 2. Alias *Superbus* eum significat, qui fastuose contemnit alios, deprimit, iisque impotenter insultat, stoltz, hoffärtig, hochmüthig; cui *commodus* & *sui cognoscens* opponitur. vide supra *Commodus.* Servius ad lib. 11 Æn. Virg. observat, poëtam *superbi* epitheton tribuisse Turno pro ingenti scelere: *Apud majores,* inquit, *superbia ingens erat facinus: adeo ut Tarquinius pro multis sceleribus SVPERBI nomen receperit.* Pertinet huc illud Latini Pacati Panegyrico Theodosii c. 20 *Denique ipsum illum Tarquinium execratione postrema hoc damnaverunt maledicto,* (superbia puta,) *& hominem libidine præcipitem, avaritia cæcum, immanem crudelitate, furore vecordem vocaverunt* Superbum, *& putaverunt sufficere convicium.* Sic, *Superbum se præbere in fortuna,* Cic. ad Attic. 8 epist. 4. Et, *Superbiorem te pecunia facit,* Idem 7 famil. epist. 13. *Laudato pavone superbior,* Ovid. 13 Metam. v. 803. *Superbissima familia,* Livius 2 c. 56, & lib. 9 c. 34. *Superbissimus vultus,* Plin. Panegyr. c. 52. Sic, *superbus dens,* qui per contemptum paullum modo attingit, est Horatio 2 sat. 6 v. 86 *cupiens varia fastidia cœna*
Vincere tangentis male singula dente superbo.

¶ Sŭperba, æ, subst. herba, quam *chamæmelon* vocant, die camillen-blume; Apulej. de Herb. c. 23.

¶ Superbe, adverb. hoffärtig, hochmüthig; ut, *Superbe responsum reddere,* Liv. 1 c. 33. *Superbius aliquem appellare,* Cic. pro Leg. Manil. c. 5.

¶ Superbĭter, idem. Afranius apud Nonium c. 11 n. 48 *Illa superbiter imperat.* Et Nævius ibidem: *Superbiter conterit legiones.*

¶ Sŭperbia, æ, animi elatio, animi magnitudinem imitans, hoffart, übermuth. Cic. Offic. 1 c. 26 *Superbiam magnopere fugiamus.* Horat. 3 od. 10 v. 9 *Ponere superbiam,* die hoffart ablegen. Plaut. Merc. 5, 2 v. 10 *Abjicere superbiam.* Quintil. 3 c. 6 *Parere superbiam,* stoltz machen. Iterum Plautus Sticho 2, 1 v. 28 *Secundas res decent superbia.* Ausonius de Claris Vrbibus in Capua v. 15
Heu nunquam stabilem sortita superbia sedem.

¶ Sŭperbio, īvi, ītum, īre, superbum esse, extollere sese, prangen, sich erheben, stoltz seyn; ut, *Superbire formâ, opibus, ingenio* &c. E. gr. Ovidius de Medicam. fac. v. 33
Laudatas homini volucris Junonia pennas
Explicat, & formâ muta superbit avis.

¶ 2. Contemnere est, vor verächtlich halten. Stat. 7 Theb. v. 588

Præ-

Preteriit haud dubium facti & spollare superbit Oenides.
i. e. non dignatur ob superbiam. Cicero 4 Acad. c. 29 *Si habes, quod liqueat, neque respondes; superbis.*

¶ Superbĭfĭcus, a, um, stoltzmachend. Sic *Manum superbificam* dixit Seneca Hercul. fur. v. 58.

¶ Superbĭlŏquentia, æ, μεγαληγορία, das großsprechen. Cic. 4 Tuscul. c. 16 *Ob scelera, animique impotentiam, & superbiloquentiam.*

Supercalco, Supercerno, Supercilium, Supercontĕgo, Supercorruo, Supercresco, Supercŭbo, Supercurro, vide *Calx, Cerno, Cilium, Tego, Ruo, Cresco, Cubo, Curro.*

Superdīco, Superdo, Superdūco, vide *Dico, Do, Duco.*

Superedĭtus, Superĕdo, Supereffluo, Superemĭco, Superemineo, Superenato, Supereo, Supererŏgo, Superesco, Superevŏlo, vide *Do, Edo, Fluo, Mico, Mineo, No, Eo, Rogo, Super, Volo.*

Superfĕro, Superficialis, superficies, &c. Superfio, Superfloresco, Superfluus, &c. Superfœtare, Superforaneus, Superfŏre, Superfrutĭco, Superfugio, Superfulgeo, Superfundo, Superfuturus, vide *Fero, Facies, Fio, Flos, Fluo, Fœtus, Forum, Forem, Frutex, Fugio, Fulgeo, Fundo, Sum.*

Supergĕro, Supergredior, vide *Gero, Gradus.*

Superjacio, superjectio, &c. Superillĭgo, Superillĭno, Superimmineo, Superimmitto, Superimpendeo, Superimpōno, Superincīdo, Superincurvatus, Superindīco, superindictio, Superindūco, &c. Superinduo, Superinjicio, Superinsideo, Superintĕgo, Superintŏno, Superior, Superjumentarius, vide *Jacio, Ligo, Linio, Mineo, Mitto, Pendeo, Pono, Cado, Curvus, Dico, Duco, Suo, Jacio, Sedeo, Tego, Tono, Super, Jumentum.*

Superlacrўmo, Superlatio, Superliminare, Superlīno, vide *Lacryma, Fero, Limen, Linio.*

Supermandĕre, Supermeare, Supermi‹c›are, vide *Mando, Meo, Mico.*

Supernas, Supernatare, &c. Supernatus, Supernumerarius, Supernus, vide *Super, No, Nascor, Numerus, Super.*

Supero, āre, &c. Superobruo, &c. vide *Super, Ruo.*

Superpendeo, Superplaudo, Superpondium, Superpōno, &c. vide *Pendeo, Plaudo, Pondo, Pono.*

Superrādo, Superrutilo, vide supra *Rado, Rutilus.*

Superscando, Superscribo, superscriptio, Supersedeo, Superseminator, Supersilio, Superspargo, Superstagno, Supersterno, Superstes, superstitio, &c. Superstruo, Supersum, vide *Scando, Scribo, Sedeo, Semen, Salio, Spargo, Stagnum, Sterno, Sto, Struo, Sum.*

Supervacaneus, &c. Supervādo, Supervaganeus, supervăgor, Supervĕho, Supervenio, Supervestio, Supervīvo, Superungo, Supervŏlo, are, Supervolvo, Superus, vide *Vaco, Vado, Vagus, Veho, Venio, Vestis, Vivo, Ungo, Volo, Volvo, Super.*

Supinare, supinatus, supine, vide sequens *Supinus.*

SŬPĪNUS, a, um, gestum seu statum corporis significat, rücklings, überrück gebogen. Cicero 1 de Divin. c. 43 *Motus corporis pronus, obliquus, supinus*: vide *Pronus.* Juvenal. satyr. 3 v. 280

Cubat in faciem, mox deinde supinus.

Sic, *Colles supini*, id est, non erecti, apud Virgil. 2 Georg. v. 276. Livius 26 c. 9 *Manus supinas ad cælum tendere*, dixit. ¶ 2. Negligens, unachtsam. Sic, *Animus supinus*, otiosus dicitur & iners Catullo carm. 17. Sic, *supinâ aure audire*, est negligenter audire, Martial. 6 epigr. 42. Et, *Deliciæ supiniores*, Idem lib. 2 epigr. 6, id est, ignavior voluptas. Et Juvenal. sat. 1 v. 66

Et multum referens de Mæcenate supino.

At, *Jactus supinus*, qui fit in altum oblique, Livius 30 c. 10. ¶ 2. Pro superbo & arrogante *Supinum* Persius dixit satyr. 1 v. 129

Italo quod honore supinus.

Superbi enim & inflati homines tam erecto statu incedere solent, ut in cælum eorum oculi ferantur, haud secus, ac supinatorum. vide ibi Casaub. ¶ 3. Idem est quod recurrens, antistrophus, zurück-lauffend. Ovidius 4 de Ponto epist. 5 v. 43

Fluminaque in fontes cursu reditura supino.

¶ 4. *Supinum grammaticum*, a quibusdam *verbum participiale* dicitur, estque duarum terminationum. Consule grammaticos.

¶ Supīne, rücklings; item, liederlich; ut, *Beneficium supine accipere*, id est, negligenter, Seneca 2 Benef. c. 24.

¶ Sŭpīno, āre, auf den rücken legen. Statius 6 Theb. v. 786

Præcipitatque retro juvenem atque terga supinat.

In passivo: *Nasum nidore supinor*, i. e. nasum habeo supinum, Horat. 2 sat. 7 v. 38.

¶ Supinātus, a, um, zurückgebogen, hingestreckt; ut, *Humi supinatus*, Apulejus sub fin. lib. 9 Met. Sic, *Manus supinata*, Quintil. 11 cap. ult. Et, *Arcus supinatus*, Manil. 2 v. 852.

¶ Suppus, a, um, ita antiqui dicebant, quem nunc *Supinum* dicimus, Festus.

¶ Rĕsŭpīnus, a, um, idem quod supinus, procumbens scilicet facie in cælum versa, rückling. Martial. 9 epigr. 44

Quæque tulit, spectat resupino sidera vultu.

¶ Rĕsŭpīno, āre, überrück beugen. Terent. Phorm. 5, 6 v. 24 *Ponè apprehendit pallio, resupinat*, er zeucht mich zurück. Liv. 4 c. 19 *Adsurgentem ibi regem umbone resupinat.*

¶ Resupinātus, a, um, umgekehrt, zurück gelegt. Celsus 8 c. 1 *Os coxarum ab exteriore parte gibbum, ad spinam resupinatum.* Vitruv. 3 c. ult. *Resupinatam facere lineæ speciem.* Et Juvenal. sat. 8 v. 176 *Resupinati tympana Galli.*

¶ Semisŭpīnus, a, um, halb auf dem rücken, und halb auf der seiten liegend. Ovidius 3 de Arte am. v. 788

Dum jacet in dextrum semisupina latus.

Martialis 6 epigr. 35 *Ampullis potas semisupinus aquam.*

Supparare, vide supra in *Par.*

SUPPĂRUS, & Suppărum, i, lineum vestimentum est muliebre, quod cervici, humeris & brachiis superinduunt, ein leinen halstuch, brüstlein. Varro Eumenid. apud Nonium c. 14 n. 20 *Hic indutus supparum, coronam ex auro & gemmis fulgentem gerit.* Lucanus 2 v. 363

humerisque hærentia primis
Suppara nudatos cingunt angusta lacertos,

ein kittel. conf. Varro de L. L. 4 c. 30; & Cuperi Observ. 4 c. 17. ¶ 2. Sed & omne lineum velum *Supparus* dicitur: unde Lucanus 5 v. 429; & Seneca epist. 77; & Statius 3 Silv. 2 v. 27 *Suppara velorum* dixerunt. vide Scalig. in Festum; Turnebum Advers. 21 c. 4; & Lipsium ad Senecæ epist. laudatam, & Barth. ad Stat. 3 Silv. 2 v. 27.

Suppedīto, are, &c. Suppedo, ĕre, Supperno, are, Suppetiæ, suppetior, suppĕto, Suppīlo, are, Supplantator, &c. Suppleo, Supplex, supplicatio, &c. vide *Pes, Pedo, Perna, Peto, Pilo, Planta, Plenus, Supplico.*

SUPPLĬCO, āvi, ātum, āre, precari humiliter, genibus scilicet complicatis, hoc est, inflexis, a quo ritu & verbum ipsum factum est, Valla auctore lib. 5, demüthig flehen, anflehen. Plus enim est, quam vel *Orare*, vel *Precari*. Terent. Andr. 2, 1 v. 14 *Ipsum hunc orabo, huic supplicabo.* Cicero in Paradox. 5 c. 3 *Noctu venire domum ad eum, precari, denique supplicare.* Idem pro Planc. c. 20 *Prosternere se, & fracto animo alicui supplicare.* Et, *pro absentis alicujus salute supplicare*, Idem pro Fontejo c. 14. ¶ *Nemini supplico*, sermo est hominis altero non egentis & suo contenti, ich gebe niemand kein gut wort drum. Plautus Bacchid. 2, 2 v. 47 *Non metuo, nec cuiquam supplico*: & alibi sæpius. Huc respexit Ovidius Metam. 6 v. 366

neque enim jam filia Cæi
Supplicat indignis.

¶ 2. Est adorare, sacrum facere, bethstunde halten. Sueton. Augusto c. 93 extr. *Sed & Cajum nepotem, quod Judæam prætervehens apud Hierosolymam non supplicasset, collaudavit.* ¶ 3. *Supplicari*, impersonale: Plin. 13 c. 1 *Italicu temporibus non supplicatur thure.*

¶ Supplĭcans, tis, flehend, bittend. Terent. 4, 7 v. 41 *Jam hæc tibi aderit supplicans ultro.*

¶ Supplicanter, adverb. flehentlich. Sedul. 1 Pasch. Op. *Rogo supplicanter.*

¶ Supplicātio, ōnis, ein gebeth, beth- und danck-fest; ut, *Diis immortalibus supplicationem decernere*, Cic. Catilin. 3 c. 6. *Supplicationem indicere*, Cæs. B. G. lib. 7 extr. Fiebant autem supplicationes bene gestâ publicâ re, dabaturque hic honor imperatoribus tamquam prærogativa quædam triumphi. Nam senatûs decreto aperiebantur Deorum templa, ut viri matronæque gratulantes Diis agerent gratias. Cæsar lib. 2 de B. Gall extremo: *Ob eas res, ex litteris Cæsaris, dies XV supplicatio decreta est, quod ante id tempus acciderat nulli.* Passim harum supplicationum mentio fit apud auctores. vide & Cic. 15 fam. epist. 5. Sed in civili bello institui supplicatio haud solebat: neque decerni temere, nisi qui eos vicisset, quos hostes senatus dixerat, de quo Cicero Philippicâ 14 c. 8. Ciceroni tamen datum honoris id genus, nullis sumtis armis ob cives servatos, ut ipse ibidem testis est. Adi Alexandrum ab Alexandro lib. 5 G. D. c. 27, & Berneggerum ad Sueton. Cæsar. c. 24. Neroni hoc datum a senatu ob recitationem carminum, Suetonius auctor est vitâ ejus c. 10. Vide, quo adulatio prorumpat. Sallustius in hac significatione voce *supplicii* non semel usus est, de quo infra. ¶ 2. Aliud genus supplicationum fuit, quibus pro averruncandis prodigiis supplicarunt. Livius 10 c. 23 pr. *Eo anno prodigia multa fuerunt: quorum averruncandorum caussa supplicationes in biduum senatus decrevit*, grosse buß- und beth-tage.

¶ Supplĭcātor, ōris, ein bitter, anruffer. Prudentius passione martyrum Calagurrit. sive hymno 1 v. 14

Lætus hinc tersis revertit supplicator fletibus.

Augustinus 5 de Civ. Dei c. 23 extr. *Supplicatores dæmonum.*

¶ Supplicamentum, i, ein demüthig gebeth, eine bitte; ut, *Supplicamenta Diis præstare*, Arnob. lib. 7 p. 227. *Solennia supplicamenta*, Apulej Met. lib. 11. *Vanum supplicamentum*, Tertull. advers. Judæos cap. 5.

¶ Supplex, ĭcis, qui alteri demisse ac humiliter in genua prolapsus supplicat, der zu fuß fällt, unterthänig bittend, fußfällig. Cic. pro Milon. c. 36 *Ego me plurimis pro te supplicem abjeci.* Aut. declam. antequ. iret exulatum c. 11 *Quibus sæpe supplex ad pedes jacui, veniamque supplex poposci.* Sic, *Supplicem ad aliquem venire*, Cic. ad Capitonem sub lib. 16 ad Attic. epist. 16 pr. Et Plaut Bacchid. 4, 9 v. 101 *Qui deliquit, supplex est ultro omnibus.* Et, *Libelli supplices*, Martial. 8 epigr. 31, eine supplication. Cicero &, *Verbis supplicibus orare*, dixit ad Attic. 12 epist. 32.

¶ Supplĭcĭter, adverb. flehentlich, mit demüthiger bitte; ut, *Loqui suppliciter*, Cæs. 1 B. Gall. c. 27. *Orare suppliciter*, Livius 4 c. 41. *Suppliciter ac demisse agere gratias*, Brut. Cic. in epist. ad Brutum. Et Ovid. 1 de Pont. epist. 10 v. 44

Suppliciter vestros quisque rogate Deos.

¶ Supplicue, idem ac *suppliciter*. Apulej. Met. lib. 11 sub fin. tam Pricæi quam Elmenhorstii editione: *Pro meo modulo supplicue gratiis persolutis, tardam satis domuitionem comparo.*

¶ Supplĭcium, i, hoc nomine pro precibus, quæ Diis fiunt, & supplicationibus aliquoties legitur usus Sallustius: ut, *Non votis, neque muliebribus suppliciis Deorum auxilia parantur: sed vigilando, agendo, bene consulendo prospere omnia cedunt*, de Bell. Catilin. c. 52. Et in Jugurth. c. 55 *Senatus ob ea feliciter acta diis immortalibus supplicia decernere.* Plautus Rudent. prolog. v. 25 *Nihil ei* (Jovi) *acceptum est a perjuris supplicii.* Vide Festum, & ibi Scaligerum, qui de propria significatione hujus vocis accurate docent. ¶ 2. Deinde pœna dicitur peccati, quæ publice sumitur, straffe, bestraffung. Quintil. Declam. 272 *Non, ubicunque pœna, etiam supplicium est. Nomen hoc est publicæ animadversionis nomen, exactæ per magistratus pœnæ.* Quod ita accipiendum est, ut frequentissime quidem publicam animadversionem significet, aliquando tamen & privatam. Nam & Terentius hac voce de paterna animadversione est usus Andr. 5, 3 v. 32. Ita, *Sumere de aliquo supplicium*, Vellej. 2 c. 42, einen straffen. *Dare aliquem ad supplicium*, Corn. Nepos in Pausania extr. *Ferre supplicium*, Cæsar 1 de Bell Civ. c. 84, straffe ausstehen. *Supplicium alicui dare*, Terent. Eunuch. 1, 1 v. 24, von

einem gestraffet werden. *Coërcere delicta suppliciis*, Horat. 1 sat. 3 v. 79. *Constituere supplicium alicui* & *in aliquem*, Cic. pro S. Rosc. c. 25, einem eine straffe setzen. Sic, *Rapi, trahi ad supplicium: Supplicio omni excruciatum aliquem necare: Supplicio perire*, pariter Ciceronis sunt. *Supplicia luere*, Justinus 2 c. 5 n. 6. *Supplicia sæva domant impios*, Seneca in Hercule Fur. v. 749. Et alter Seneca 1 de Clement. c. 24 ad Neronem: *Non minus principi turpia sunt multa supplicia, quam medico multa funera.* Sic, *supplicio affici*, Tacit. Ann. 15 c. 44. At *summi supplicii* appellatione comprehenditur condemnatio ad bestias, crux, & vivicomburium, quod omnium maximum ultimumque habitum fuit. Julius Paulus lib. 5 recept. sentent. Tit. 23 Sent. 11 *Magicæ artis conscios summo supplicio affici placuit: id est, bestiis objici, aut cruci suffigi. Ipsi autem magi vivi exuruntur.* vid. eod. lib. & Tit. 21 Sent. 4, & Tit. 24 Sent. 1.

¶ Consupplĭcatrix, īcis, eine mitbetherin, bethschwester. Inscript. ex Apiano apud Fabrett. p. 342 PAVL. TOVTIA. M. F. ET. CONSVPPLICATRICES. CERVARIA. SP. F. FORTVNATA. MAGISTRA. MATRI. MATVTAE. D. D.

Supplōdo, Suppœnĭtet, Suppōno, Supporto, Suppositus, &c. Suppressio, supprĭmo, &c. Supprōmo, Suppūro, suppuratio, &c. Suppus, Suppŭto, are, &c. vide *Plaudo, Pænitet, Pono, Porto, Pono, Premo, Promo, Pus, Supinus, Puto.*

Supra, Supradictus, Supranatans, Suprascripeus, Supremus, &c. vide *Super, Dico, No, Scribo, Super.*

SV̄RA, æ, posterior cruris vel tibiæ pars, carnosior illa, quæ tantum hominis esse dicitur, die wade, das schienbein. Sed ponitur & pro toto crure haud raro. Virg. 1 Æn. v. 337

Purpureoque alte suras vincire cothurno.

Quid sit *apertis suris ambulare*, Casaubonus explicat Commentar. ad Theophrasti Characteres cap. περὶ ἀδολεσχίας p. 134 & 135.

SVRCŬLVS, i, a *Surus*, quo nomine veteres palum designarunt; vel quasi *Surgulus*, quod surgat ex arbore; pars rami frondens, ut germen fere anniculum, ein reiß, zweig, oder pfropff-reißlein; græce κλάδος a κλάζω, *frango*: ut, *Surculum defringere*, Cic. 3 de Orat. c. 28. *Surculum serere* vel *inserere*, ein reißlein pfropffen, Quintil. 6 c. 3. Et rursus Cicer. 2 de Orat. c. 69 *Cum Siculo, nescio cui, quædam quereretur, quod diceret, uxorem suam suspendisse se de ficu; amabo te, inquit, da mihi ex ista arbore, quos seram surculos.* Suetonius *Ramulum* pro *Surculo* dixit in Galba c. 1.

¶ Surcŭla, æ, idem alia forma, apud Apicium 4 c. 7; & 7 c. 2 & 4; & 8 c. 7.

¶ Surcellus, i, dimin. apud eumdem Apicium 4 c. 2.

¶ Surcŭlo, āre, id est, surculos adimere, ut in altum arbores crescant, schoß-reiser abbrechen. Colum. 5 c. 9 *Plantæ surculari debent.*

¶ Surclo, are, i. e. surculo connectere & ligare, mit einem reißlein binden, Apic. 4 c. 5. *Surclare decussatim*, Idem 7 c. 4. *Surclare de cannis*, Idem 7 c. 2.

¶ Surculāceus, a, um, surculo similis, gleich wie ein gewächs. Apud Plinium 19 c. 7 *surculacea duritie.*

¶ Surcŭlāris, e, zu den schoß-reisern gehörig; ut, *Terra surcularis*, Colum. 3 c. 11.

¶ Surculārius, a, um, idem; ut, *Cicada surcularia*, id est, in surculis vivens, Plin. 11 c. 26. Et, *Ager surcularius*, Varr. lib. 1 c. 2.

¶ Surculōsus, a, um, voll schößling. Plin. 18 c. 7 *surculosæ radices.*

¶ Surculōse, adverb. von einem zweig zum andern; ut, *Surculose arescere*, id est, per surculos singulos, apud eumd. Plin. 18 c. 16.

SVRDVS, a, um, taub. Terent. Andr. 3, 1 v. 5 *Utinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit.* Comparat. *Surdior æquoribus*, Ovid. 13 Metam. v. 805. Idem 1 Amor. eleg. 6 v. 62 ad janitorem:

O foribus surdior ipse tuis.

Superlat. Augustinus epist. 39 ad Licentium, [al. 41] *Si aures tuæ adversus meas voces clausæ sunt, pateant carmini tuo, exaudias te ipsum, durissime, immanissime, surdissime.* Vocandi casu: *Surdum esse in re aliqua*, Cic. Tusc. 5 c. 40. *Surdo canere*, vide Chiliadas. Huic simile, *Surdo narrare fabulam*, apud Terent. Heaut. 1, 2 v. 48. ¶ 2. Item, tacens, stillschweigend. Plinius 35 c. 2 *Ærei ponuntur clypei, argenteæ facies, surdo figurarum discrimine*: SVRDVM DISCRIMEN, vel mutum & tacens, vel cæcum appellat. Loquitur de imaginibus æreis & ejus generis aliis: quæ, etsi diversorum cultûs exprimunt, non loquuntur tamen, aut spectandam præbent diversitatem colorum, quibus discriminantur, quod picturæ faciunt, quas ideo præfert. Ovid. 2 de Ponto epist. 6 v. 32

Non erit officii gratia surda tui:

hoc est, non tacebitur. Sic, *Surda buccina*, die keinen hellen thon giebt, Juvenal. satyr. 7 v. 71.

¶ Surdaster, a, um, non plane surdus, übel oder schwerlich hörend. Cic. 5 Tusc. c. 40 pr. *Erat surdaster M. Crassus.*

¶ Surdĭtas, ātis, die taubheit; ut, *In surditate quidnam est mali?* Cicero ibidem.

¶ Surdīgo, ĭnis, idem. Marcell. Empir. c. 9 *Surdiginis molestiam pati*: item, *Surdiginem remediare.*

¶ Surdeo, ēre, taub seyn. Ericius Cordus lib. 6 epigr. 50

Jugibus obtusæ surdent clarioribus aures.

¶ Surdesco, ĕre, taub werden. Eugenius Toletanus carm. 5 *Surdescunt aures.*

Composita:

¶ Absurdus, a, um, vide in suo elemento.

¶ Exsurdo, are, betäuben. Apud Valer. Max. 2 c. 2 n. 3 *Græcis actionibus aures Curiæ exsurdantur*, id est, obtunduntur. Sic pro hebetare, corrumpere, stumpff machen, verderben: Horat. 2 sat. 8 v. 38

Fervida quod subtile exsurdant vina palatum.

¶ Exsurdātus, a, um, übertäubt, betäubt. Seneca epist. 94 *Clamoribus exsurdatus.* Marcell. Empir. c. 9 *Exsurdatas aures reparare.*

¶ Obsurdesco, ĕre, taub werden. Cic. Somn. Scip. c. 5 *Sonitu completæ aures hominum obsurduerunt.* Et Augustinus Civ. Dei 19 c. 4 *si obsurdescat sapiens.* Particip. *Obsurdescens*, apud Ammian. 19 c. 26 [Valef. t. 218.]

¶ Subsurdus, a, um, aliquanto surdus, etwas taub. Quintilianus 11 c. 3 p. 822 *Vox non subsurda, rudis, immanis, dura, rigida.*

SV̄RĒNA, æ, conchylii nomen est Varroni de L. L. 4 c. 12. conf. Turneb. Adversf. 20 c. 37. ¶ 2. *Surena* apud Partho-Persas celso dignitatis gradu magistratus fuit; quo in officio constitutus novi regis frontem, patrio gentis more, diademate revinciebat, proximumque a rege locum obtinebat. De ejus auctoritate, potestate, fastu & regali magnificentia integrum ex Plutarcho locum profert Brissonius de Regno Pers. lib. 1 p. 174. *Surenæ* mentionem facit Ammianus 24 c. 2 & 3; & lib. 30 c. 2; & Tacitus Ann. 6, 42, 6.

Surgo, vide post *Surrigo* supra in *Rego.*

Surio, ire, Surpo, surptus, vide *Sus, Surripio* in *Rapio.*

Surrectio, vide *Surgo* in *Rego.*

SVRRENTVM, i, Campaniæ oppidum, alio nomine *Petra Sirenum.* v. Plin. 3 c. 5. conf. Tacit. Ann. 6, 1, 1; & Horat. 1 epist. 17 v. 52.

¶ Surrentīnus, a, um, adject. ut, *Surrentini colles*, Colum. 3 c. 2. *Surrentina vina*, Plin. 23 c. 1; & Horat. 2 sat. 4 v. 55. Ovid. Met. 15 v. 710

Et Surrentino generosos palmite colles.

Surreptio, surripio, &c. Surrŏgo, vide *Rapio, Rogo.*

SVRSVM, & veteribus *Susum*, adverb. ἄνω, hinauf, aufwerts. Terent. Adelph. 4, 2 v. 36 *Præteribo hac recta platea sursum*, die gassen gerad oder stracks hinauf. Idem Eunuch. 2, 2 v. 47 *Sursum deorsum cursitare*, auf und nieder. *Sursum versus*, hinaufwerts: Sic Cic. in Orat. c. 39 *Cum gradatim sursum versus reditur.* Et Lucret. 2 v. 188

Sursus enim versus gignuntur & augmina sumunt,
Et sursum nitidæ fruges arbustaque crescunt.

Varro R. R. 1 c. 6 *Qui colunt deosum, magis æstate laborant, qui susum, magis hyeme.* Adde Petronii Fragment. Tragur. p. 50, & ibi Scheffer. p. 159.

SVS, suis, porcus & porca, a græco ὗς, vel σῦς, das schwein, die sau. Cic. de Orat. 2 c. 57 *Docebo sus (ut ajunt) oratorem illum.* vid. Chiliad. *Sus Minervam.* Et, *Canis peccatum sus dependit*, proverbiale aliud est, er muß entgelten, das er nicht genossen hat. vid. Chiliad. Et Horat. 1 epist. 2 v. 26 *Amica luto sus.*

¶ Suārius, a, um, adject. ad sues pertinens, zum schweinen gehörig; ut, *Suarius negotiator*, Plin. 12, ein schwein-händler. *Suarium forum*, lege 1 §. 11 D. de off. Pr. urb. der sau-marckt.

¶ Suārius, i, subst. custos suum, ein schwein-hirt. Plin. 8 c. 51 *Compertum agnitam suibus vocem suarii furto abactis.*

¶ *Suāria, æ, subst. die schwein-mast; ut, *Suariam facere*, in Inscript. antiqua apud Gruterum 361 n. 1. *Grævius.*

¶ Suātim, adverb. συικῶς, suis more, wie eine sau. Nonius c. 1 n. 190 ex Nigidio: *Canatim, suatim, bovatim.*

¶ Súbo, are, & Surio, ire, id est, more suum libidinari, rammeln wie ein schwein, läuffig seyn. Festus in voce *Suillum*: *Sues immundissimi sunt ex omni mansueto pecore, & ardentissimæ libidinis: ita ut opprobrium muliebribus inde tractum sit, cum subare & surire dicuntur.* Horat. epod. 12 v. 11 *Jamque subando tenta cubilia tectaque rumpit.* vide ibi scholiasten. B. Hieron. ad Oceanum: *Te subantem ad coitum publica facies exsecrata est.* Usus & Lucret. 4 v. 1192; item Plin. 10 c. 63. Auctor Antechomeni: *Inter gannitus & subantis voculas.* Verbo *Surire* usus Arnobius lib. 5 p. 177 de Libero patre sive Baccho: *lascivia surientis adsumta, huc atque illuc clunes torquet.* Vet. Gloss. *Surit, καπρᾷ.* κάπρος enim Græcis, qui Latinis demta littera prima, *aper.* Cæterum inter hæc duo verba discrimen notat Apulejus Apolog. ut alterum de viris, alterum de fœminis dicatur proprie: *Quoties*, inquit, *& quid anni cujusque eorum* (piscium) *generis fœminæ subent, mares suriant.* conf. Salmas. in Solin. p. 661.

¶ Subātio, ōnis, das lauffen der säue; ut, *Prima subatio*, Plin. 8 c. 51.

¶ Sŭbulcus, i, ein sauhirt. Columella præfat. lib. 1 *Porculatoris & subulci diversa professio, diversæ pastiones.* conf. Varro R. R. 2 c. 4.

¶ Sucerda, æ, stercus suis, sau-dreck. Vet. Gloss. *Sucerda*, χοιρεία κόπρος. Ex Titinnio Festus habet *Succerda.* Sed primam corripuit Lucilius apud Nonium c. 2 n. 813.

¶ Succīdia, æ, vide supra in *Cædo.*

¶ Sūcŭla, æ, dimin. parva sus, ein ferckel. Plautus Rudente 4, 4 v. 126 *quin tu i cum sucula & cum porculis.* Et masculine *suculi*, id est, porcelli, Institut. §. 39 de Rerum divis. ¶ 2. *Suculæ* stellæ sunt, imperite sic vocatæ, quemadmodum Cicero testatur lib. 2 de Nat. D. c. 83, quæ *Hyades* alias dicuntur, ὑάδες, ab ὕειν, *pluere.* vid. & Gell. 13 c. 9. Plin. 2 c. 39. Vet. Gloss. *Suculæ*, ὑάδες καὶ δοκίδες. ¶ 3. Et, *Sucula* machina seu instrumentum illud est, circa quod funis ductorius obvolvitur, eine haspel; Vitruv. 10 c. 2 & seq.

¶ Suīle, is, suum stabulum, porcile, eine schweinskobe, Columella 7 c. 9.

¶ Suillus, a, um, schweinern; ut, *Genus suillum*, Plin. 8 c. 52. *Suillum pecus*, Columell. 7 c. 9. Et, *Grex suillus*, Livius 22 c. 10.

¶ Suīnus, a, um, idem. Onomast. Vet. *Suinus*, ὕινος. Quidam etiam Varroni tribuunt R. R. 2 c. 4. Sed in libris melioribus est *caro suilla*, non *suina*, quam allegant.

¶ Surio, ire, vide paullo ante in *Subo, are.*

SV̄SA, æ, & Susa, ōrum, Σοῦσα, oppidum & metropolis Persidis, a *Susia*, vel *Susiana*, aut *Susiane*, quæ pars est Persidis: aut a liliis, quæ *Susa* Persæ dicunt, ut Stephanus admonet. In Susis regia fuit Cyri, lapide candido & vario, columnis aureis, & lacunaribus gemmisque distincta, cæli continens simulacrum stellis micantibus insignitum. Cæterum in *Susa* primam producit Propertius 2 eleg. 13 pr.

Non tot Achæmeniis armantur Susa sagittis &c.

¶ Sūsis, ĭdis, idem. Sidonius 7 epist. 17 v. 7

Elapsus regi truculento Susidis oræ.

¶ Susiāne, es, regio inter Tigrim fluvium & Persidem propriam, cujus caput Susa erant: Plin. 6 c. 26 pr.

¶ Susiāni, ōrum, populus ejus regionis, Plinius ibidem c. 27.

¶ Susĭnus, a, um, adject. ut, *Oleum susinum*, ex liliis & aliis quibusdam, Plin. 13 c. 1, Harduinus quoque interpretatur *liliaceum.*

Susceptio, suscipio, &c. Suscitabŭlum, suscĭto, &c. Suspectio, suspectus, &c. Suspendeo, suspendium; Suspendo, suspensio; Suspicio, suspĭcor,

suspicor, &c. Suspirium, suspiro, &c. vide *Capio, Cieo, Specio, Pendeo, Pendo, Specio, Spiro.*

SVSQVE DEQVE, pro superque deque, oben hin. Festus interpretatur *plus minusve.* Sic, *Susque deque facere* vel *habere*, modus est loquendi, quo veteres frequentissime usos, scribit Gellius 16 c. 9. Idem autem est, quod non magnifacere, aut nihil morari & contemnere, ἀδιαφορεῖν, nichts darnach fragen, in wind schlagen. Lucilius apud Gellium l. c. *Verum hic ludus ibi, susque omnia deque fuerunt,*
Susque & deque fuere, inquam, omnia ludu' jocusque.
Plaut. in Amphitr. 3, 2 v. 5
Atque id me susque deque esse habiturum putat.

Sustendo, Sustentaculum, sustento, sustineo, &c. Sustollo, Susum, vide *Tendo, Teneo, Tollo, Sursum.*

SŬSŬRRUS, i, murmur est submissus, cujusmodi est frondium, amnium sedatorum, & apum, ein leise gemurmel und gethön. Virg. eclog. 1 v. 56 *Sæpe levi somnum suadebit inire susurro.*
Sic, *Blandos audire susurros*, Propert. 1 eleg. 11. ¶ 2. Etiam in quarta forma usurpavit Apulejus Florid. 3 p. 357 *Vox hominis fistula susurru jucundior.* ¶ 3. Ovidius in neutro genere dixisse videtur Metam. lib. 7 v. 825
Procrin adit, linguâque refert audita susurra.
Nisi forte adjectivum est, sexto casu cum *lingua* constructum. ¶ 4. *Susurrus* & pro calumnia seu clandestina delatione sumitur, das gezischle in die ohren. Plinius Panegyr. Trajani c. 62 extr. *Ne respexeris clandestinas existimationes, nullisque magis quam audientibus insidiosos susurros.* Ammianus 14 c. 11 *Per arcanos susurros nutrimenta fictis criminibus subserere.* Idem lib. 20 c. 2 *Disseminare mordaces susurros,* verleumden, afterreden, böse nachrede machen.

¶ Susurrium, i, idem. Vulg. Interpr. Job. c. 4 v. 12 *Suscepit auris mea venas susurrii ejus.*

¶ Sŭsurro, avi, atum, are, & Susurror, ari, murmeln. Terent. Andr. 4, 5 v. 49 *Jam susurrari audio, civem Atticam esse hanc.* De apibus Virg. Georg. 4 v. 260 *Tractimque susurrant*, sie schwärmen, sie summen.

¶ Susurrātim, adverb. mit leisen gelispel. Martian. Capell. lib. 6 *Alicui susurratim decenter arridere.*

¶ Susurrātio, ōnis, das zischeln, murmeln, geräusche. Cœlius ad Cicer. 8 fam. epist. 1 *Quod ad Cæsarem attinet, crebri & non belli de eo rumores, sed susurrationes duntaxat veniunt:* &c. *Sed inter paucos, quos tu nosti, plane secreta narrantur.* Vbi vides, *rumores* & *susurrationes* distingui, *rumoresque* appellari, quæ vulgo & palam jactari solent: *Susurrationes*, quæ inter paucos secreteque narrantur de aliis per calumniam, conciliandi odii caussa. Obtrectationes videlicet & delationes.

¶ Sŭsurrāmen, ĭnis, idem. Apulejus sub initium lib. 1 Miles. *Magico susurramine amnes agiles reverti.* Et Martian. Capell. lib. 7 *Hilaro susurramine respondere.*

¶ Susurrātor, ōris, ein zischler, ohrenbläser. Vetus Interpres Bibliorum Ecclesiastici c. 5 v. 17 *Susurratorem* vertit, qui in græco δίγλωσσος appellatur. vide mox & in *Susurriosus.*

¶ Susurro, ōnis, obtrectator, delator, ein ohrenbläser, quem ex ædibus ejiciendum præcipit Salomon. Sidonius 5 epist. 7 *Temperat Lucumonem nostrum Tanaquil sua, & aures mariti virosa susurronum fæce completas opportunitate falsi sermonis eruderat.* Petrus Ravennas, quem Chrysologum vocant, sermone 53 *Lingua susurronis & bilinguis.*

¶ Susurriōsus, a, um, murmelnd; Lexicon Cyrilli: ψιθυριστὴς, *Susurriosus, Susurrator.*

¶ Consŭsurro, are, zusammen zischeln. Terent. Heaut. 3, 1 v. 64 *Syrus cum illo vestro consusurrat: conferunt consilia adolescentes,* sie reden heimlich mit einander.

¶ Insusurro, are, einzischeln, einblasen; ut, *In aurem alterius aliquid insusurrare*, Cic. in Verr. 7 c. 41, in die ohren blasen. Et ad Attic. 1 epist. 16 *ut crebro mihi vafer ille Siculus insusurret Epicharmi cantilenam,* &c. Et Seneca epist. 10 *Turpissima vota Diis insusurrant.*

¶ Insusurratio, ōnis, die einzischlung, ohrenbläserey. Capitolinus in Anton. Philos. c. 19 *Cum suos mores semper teneret, neque alicujus insusurratione mutaretur.*

Sutela, sutilis, sutor, sutura, &c. vide supra in *Suo.*

Suus, vide supra *Sui.*

SYAGRIS, plur. Syagrides, συαγρίδες, pisces apud Epicharmum. ¶ 2. Sed *Syagros, i,* promontorium Arabiæ ad mare rubrum, Plin. 6 c. 25. conf. Sidon. carm. 24 v. 36.

SŸBĂRIS, is, Σύβαρις, oppidum non longe a Crotone, ad sinum Tarentinum in Italia, quod *Thurion* postea dictum, Stephanus auctor est. vid. Ovid. Met. lib. 15 v. 51; & Juvenal. sat. 6 v. 295. Vnde

¶ Sybarītæ, arum, gens in architectura voluptatum operosissima, quemadmodum Suidas scribit, & luxu deliciisque adeo notabilis, ut, quicquid effœminatum, quicquid molle, quicquid accurata atque ambitiosa luxuria paratum esset, id vulgo *Sybariticum* diceretur. Et, *Sybaritæ per plateas*, de incedentibus superbe, vide in Chiliad.

¶ Sybarītānus, a, um, adject. ut, *Sybaritanus exercitus*, Plin. 8 c. 42.

¶ Sybarīticus, a, um, idem; ut, *Sybaritici libelli*, i. e. mollissimi & nefandi argumenti, Martial. 12 epigr. 97. Sic, *Sybaritica mensa: Sybaritici sermones: Sybariticæ salutationes; Sybariticus luxus.*

¶ Sybarītis, ĭdis, ita opus Hemitheonis cynædi plenum Sybaritanæ lasciviæ vocat Ovidius Trist. 2 v. 417
Nec, qui composuit nuper Sybaritida, fugit.

¶ Sȳbărisso, are, συβαρίζειν, id est, Sybaritarum more deliciis indulgere, wollüstig seyn. Porro, Sybaritarum civitas eversa est post interfectum ab iis Citharœdum in templo Junonis juxta oraculum, quod Ælianus recitat 3 Var. Hist. c. 43, in quo illa habentur:
Μουσῶν θεράποντα κατέκτας,
Ἥρης πρὸς βωμοῖσι, θεῶν τίσιν οὐκ ἀλεείνας.
id est: *Musarum innocuum stravisti cæde ministrum,*
Non immortales hoc dii patientur inultum.
Duceret ipse suo collo collisque nepotum
Hoc luet, & generi cumulatim damna ferentur.

SŸBŌTES, æ, συβώτης, ein sauhirt; ut, *Fidus sybotes*, Manil. lib. 5.

SŸCĂMĬNUS, i, συκάμινος, morus est arbor, ein maulbeerbaum. ¶ 2 Et morum ipsum, sive fructus, *Sycaminon*, συκάμινον, vide *Morus* Cels. 5 c. 18 *Sycamini lacrymam fronti inducunt*, &c.

SŸCE, es, σύκη, insula parva Ioniæ, Plin. 5 c. 31. ¶ 2. Tædæ genus, odoris gravissimi, Plin. 16 c. 11; & 27 c. 12.

¶ Sycītes, æ, συκίτης, gemma a fici colore dicta, Plin 37 c. 11. ¶ 2. *Sycites*, vini factitii genus, Plin. 27 c. 12.

SŸCŎMŎRUS, i, συκόμορος, ficus est Ægyptia, a σύκη & μόρον, σύκη vero vel σῦκον *ficus* est. vid. Cels. 3 c. 18; & 5 c. 18 n. 7. ¶ 2. Porro *Sycomorus* arbor est ficûs similitudine, foliis moro quam proximis. Galenus autem a potentiâ mediâ inter ficum & morum ita appellavit. conf. Luc. c. 10 v. 4; & Dioscor. 1 c. 182.

SŸCŎPHANTA, æ, συκοφάντης, delator, παρὰ τὰ σῦκα φαίνειν, id est, ab indicando eum, qui ficos edisset, ein verräther, falscher angeber. E duobus enim aliquando servis græci cujusdam viri alter ficûs, quæ domi paratæ erant, absumpserat, alter, quis eas abstulisset, ignorabat. Quærente eos domino, sons innocentem accusabat. Herus, ut verum exploraret, haurire utrumque jussit aquam subtepidam, deinde evomere. Tum primum sycophantæ ortum vocabulum, eô ita appellato, qui ficos devoraverat, culpamque in innocentem cavillando ac mentiendo rejecerat. vide Erasmi Chiliad. *Sycophanta* igitur calumniator, delator est, ein verleumber. ¶ 2 Cujus tamen nominis aliæ aliis afferuntur caussæ: vide Athenæum lib. 3 c. 2; Aristophanis Scholiasten, Suidam, Festum, & Plutarchum de Curiositate extr. p. 523. Eugraphius, Scholiastes Terentii, in Andr. a. 5 sc. 4 SYCOPHANTA, *calumniator. Hoc verbum est ab his qui Athenis accusabant eos, qui cum ficu frumenta extra civitatem ferebant.* Vet. Gloss. συκοφάντης, *Calumniator, Sycofanta.* Adde Erasm. Schmidii Not. in N. T. Luc. c. 3 v. 14. ¶ 3. Menander apud Stobæum Serm. 85 Καλὸν οἱ νόμοι σφόδρ' εἰσίν, ὁ δ' ὁρῶν τοὺς νόμους λίαν ἀκριβῶς συκοφάντης φαίνεται.
Res pulchra lex est: lege si quis utitur
Nimis perite, sycophantam hunc dixeris.
Ergo *Sycophanta* etiam est, qui pro se callide & subtiliter interpretatur jus, eoque malitiose abutitur. Ita usus Terent. Andr. 4, 6 v. 19
Clamitent Me sycophantam hereditatem persequi
¶ 4. Plautus Trin. 3, 3 v. 86 *Sycophantam* pro falsidico quovis & mendace posuit, ein lügner. Vnde & *Sycophantias* pro fallaciis apud eumdem invenias ejusdem fab. 4, 2 v. 25. ¶ 5. Idem Comicus & blandum ac adulatorium hominem *Sycophantam* appellat, einen schmeichler, Amphitr. 1, 3 v. 8; Qui & Menæchm. 2, 1 v. 34 *Sycophantas* & *parasitos* conjungit. Vide plura de hoc vocabulo apud Suidam hac voce: Francisc. Pollet. lib. 4 Hist. for. Rom. c. 1; Andr. Alciat. parerg. 11 c. 4.

¶ Sycophantia, æ, συκοφαντία, delatio, falsa accusatio, calumnia; Item fallacia, verleumdung, trug und lügen; quemadmodum Plautus usus est Trinum. 4, 2 v. 25 *Apud illas ædes sistendæ mihi sunt sycophantiæ.* Idem Asin. 1, 1 v. 56 *Neque puduit eum sycophantias struere*

¶ Sycophantor, ari, pro, mentiendo fallere sive decipere, usus est Plautus Trinum. 3, 3 v. 57; & 4, 2 v. 115, mit lügen umgehen.

¶ Sycophantiōse, adverb. pro dolose, betrüglich, verlogener weise. Plautus Pseud. 4, 7 v. 113 *Sycophantiose agere.*

SYCOPHYLLON, i, herba, alias *hibiscus*, wilde pappeln, Apulej. de Herb. c. 38.

SYCŌSIS, is, σύκωσις, ulcus a fici similitudine ita nominatum, de quo Celsus 6 c. 3, eine feigenblatter, geschwür. vid. Cœl. Rhodig. Lect. Ant. 7 c. 20.

¶ Sycōtum, i, συκωτὸν, i. e. ficatum, sive ficuum esus præparatus, ein feigen-muß, Apic. 7 c. 3.

Sycyonia, Syderites, Sydus cum derivatis, vide *Sicyon, Siderion, Sidus.*

SYĒNE, es, insula & oppidum Ægypti, qua Æthiopiæ committitur. Hîc nullas solstitii tempore umbras videri, proditum est. Lege Ammianum Marcellinum 22 c. 15. Hinc Lucanus 2 v. 586
calidâ medius mihi cognitus axis
Ægypto atque umbras nusquam flectente Syene.

¶ Syenītes, æ, marmor circa Syenem, Plin. 36 c. 8. Sic, *Syenites Phorbas* propter patriam, Ovid. Met. lib 5 v. 74.

SYLLA, vel Sulla, æ, Σύλλας, nobilis Romanus, eruditus & facundus fuit, gloriæ cupidus. Civili bello dictator rempubl. Romanam afflixit. Privatus ad postremum dictaturâ deposita Puteolis periit phthiriasi, id est, morbo pediculari, quo ferme homines sævi & impotentes finiti sunt. ¶ Sosipater Carisius lib. 1 SIBYLLAM *Epicadius de cognominibus ait appellatum, qui ex Sibyllinis libris primo sacrum fecit. Deinde* SYLLAM: *qui quod flavo & comto capillo fuerit, consimiles* SYLLAE *sunt appellati: Inde Effœminati hodieque* SYLLI *dicuntur, quos vulgus imprudenter* PSYLLOS *appellat.* conf Macrob Saturn. 1 c. 17. Rectiusne *Sylla* an *Sulla* scribatur, disquirit Bernegger. ad Sueton. Cæsar. disp. 1 coroll. 1.

¶ Syllānus, vel Sullanus, a, um, adject. Cic. de Leg. Agrar. 3 c. 2 *Qui nos Syllanos in invidiam rapit.* Et, *Syllanæ partes*, Nepos Attico c. 2 n. 2, quarum dux & princeps Sylla. *Sullanum exemplum*, Vellej. 2, 66, 1.

¶ Syllaturio, ire, Cicero dixit lib. 9 ad Attic. epist. 10 *Syllaturit animus Pompeji:* i. e. Syllam imitatur. conf. Quintil. 8 c. 3 & 6, p. 358 & 582.

SYLLĂBA, æ, συλλαβὴ, litterarum comprehensio, a συλλαμβάνειν, & cujuslibet vocalis enunciatio, eine sylbe. Cic. Paradoxo 3 fin. *Si versus pronunciatus est syllaba una brevior aut longior.* Et Seneca epist. 48 *Verba distorques & syllabas digeris.* Et mox: *Mus est syllaba.*

¶ Syllăbātim, adv. von sylben zu sylben; ut, *Dicere syllabatim*, per singulas syllabas, Cic. 4 Acad. c. 38. Et, *dictare syllabatim*, lib. 13 ad Att. epist. 25 extr. Zeno cuidam, brevia esse dicta philosophorum asserenti, *vera*, inquit, *loqueris: Oportebat nempe, si fieri posset, breves esse etiam ipsorum syllabas*, δεῖ μὲν τοι καὶ τὰς συλλαβὰς αὐτῶν βραχείας εἶναι, εἰ δυνατόν. Laërt. in Zenone.

¶ Syllăbus, i, ein register eines buchs. Cic. 4 ad Attic. epist. 4 *Glutinatoribus imperes, ut sumant membranulam, ex qua indices fiant, quos vos*

Græci, ut opinor, σύλλαϐος *appellatis.* Alii malunt σιλλύϐυς, quod ſummo viro Jo. Ge. Grævio unice probatur. Scaliger rurſus aliter, σιτύϐυς, ſed ſine multorum applauſu. Vide Græviana annotamenta ad hanc epiſtolam.

¶ Diſſyllăbus, vel Diſyllăbus, a, um, duas habens ſyllabas, zweyſylbig; ut, *Vox diſſyllaba*, apud Grammat.

¶ Hendecaſyllăbus, a, um, ἑνδεκασύλλαϐος, eilffſylbig; ut, *verſus hendecaſyllabi*, Auſon. epiſt. 4 v. 81; & Catull. carm. 43 v. 1. Phalæcii ſunt, a numero ſyllabarum, quibus conſtant, ita appellati: ἕνδεκα, *undecim.* Tales Martialis 12 epigr. 34

Si vitare velis acerba quædam,
Et triſtes animi cavere morſus:
Nulli te facias nimis ſodalem,
Gaudebis minus, & minus dolebis.

Plinius 4 epiſt. 14 *Vnum illud prædicendum videtur, cogitare has nugas meas ita inſcribere,* HENDECASYLLABI, *qui titulus ſola metri lege conſtringitur. Proinde ſive epigrammata, ſive idyllia, ſive eclogas, ſive, ut multi, poëmata, ſeu quid aliud vocare malueris, licebit voces: ego tantum hendecaſyllabos præſto.*

¶ Monoſyllăbus, a, um, μονοσύλλαϐος, einſylbig; ut, *Litteræ monoſyllabæ.* vid. Auſon. Edyll. 12, ubi *verſiculi monoſyllabis cœpti & monoſyllabis terminati*, &c.

¶ Triſyllăbus, a, um, τρισύλλαϐος, dreyſylbig, apud Grammat.

SYLLEPSIS, is, σύλληψις, conceptio, figura ſyntaxeos: ut,

Sunt nobis mitia poma, &c. *& preſſi copia lactis.*

Sed hæc e ſyntaxi petenda ſunt.

Syllŏge, ſyllogiſmus, ſyllogiſticus, vide ſupra *Logus.*

Sylva, cum derivatis, vide *Silva.*

SYMBŎLA, æ, & Symbolum, i, συμϐολὴ & σύμϐολον, a συμϐάλλω *confero*, quæ vulgo male confunduntur, quum longe diſtincta ſint. Iſaacus Caſaubonus Animadverſ. in Athenæum lib. 3 c. 31 Συμϐολὴ, inquit, *eſt collatio eraniſtæ ad convivium: quiſque enim, quod ad manum erat, conferebat. Eæ partes dictæ* συμϐολαὶ, *& convivium hujusmodi* ἔρανος, *vel* δεῖπνον ἀπὸ συμϐόλων. *Mutato vero genere,* σύμϐολον *vocabant annulum, vel quidvis aliud arrhæ loco ſolitum dari ei ſodalium, qui jubebatur cœnam parare.* Terent. Eunuch. 3, 4 v. 1

Heri aliquot adoleſcentuli coiimus in Piræo,
In hunc diem ut de ſymbolis eſſemus:
Chæream ei rei præfecimus: dati annuli,
Locus, tempus conſtitutum eſt.

De hoc annuli uſu loquitur Plinius lib. 33 c. 1 Celebratior annuli uſus, &c. *Non ſolum autem annuli continentur appellatione* συμϐόλου, *ſed generaliter quicquid arrhæ loco datur,* &c. *Quin & teſſeræ illæ, quarum olim in contractibus uſus, loco præſentis pecuniæ,* συμϐολα *dicebantur. Sic apud Theophraſtum in Charact. ab eo, qui lucar, id eſt,* θεωρικὸν χρῆμα, *quod ludis & hiſtrionibus impendebatur, pendere debuit, pro pecuniâ exhibetur* σύμϐολον. *De his ſymbolis accipiendum Iſidori illud lib. 4 c. 24.* Veteres, quando aliquid ſibi promittebant, ſtipulam tenentes frangebant, quam iterum jungentes ſponſiones ſuas agnoſcebant. *Deſcribit teſſeram ligneam, qualis olim fuit interdum, quâ utebantur, qui jus hoſpitalitatis colebant inter ſe. Plautus imaginem ceræ impreſſam & in ſimilem uſum relictam vocat Symbolum; ſed genere maſculino, Pſeud.* 2, 2 v. 57 &c. Hæc ille. Vide & Henricum Stephanum de Abuſu Græcæ linguæ c. 1; ubi docet, *Symbolas* Latinis dici collectas ſeu pecunias, quæ ab iis, qui communi ſumtu erant una cœnaturi, conjectabantur, non *Symbola*, das zechgeld, die collecte. Latine Cicero 2 de Oratore c. 57 *Ego vero, inquit ille, quoniam collectam a conviva, Craſſe, exigis* &c. Sed, *Symbolam dare*, Terent. Andr. 1, 1 v. 61. ¶ 2. *Symbola* etiam dicuntur vel apophthegmata, vel dicteria, vel adagia, vel dicta quæcunque ſimplicia, ſeu allegorica, quæ homines magni & eruditi ſemper habent in ore, leib= wahl= und denck= ſprüche, quemadmodum Cicero ſcribit ad Quint. fratr. 3 epiſt. 5 *ſe a puero adamaſſe illud Homeri:*

Αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων; h. e.
Semper optime agere aliisque præſtare.

Ejusmodi ſymbola ſunt: σπεῦδε βραδέως, Auguſti; *Pro lege & pro grege*, Alphonſi. *Symbola Pythagoræ* vide in initio Chiliad. Eraſmi. ¶ 3. *Symbolum* porro Græcis proprie indicium ac ſignum notat, quo vel milites dignoſcuntur ab hoſtibus, vel in pactis conventisque loco tabellarum ac ſyngrapharum utebantur, die loſung, das wort, das wahrzeichen. Sic Plaut. Bacch. 2, 3 v. 29 *Homini extemplo oſtendit ſymbolum, quem tute dederas* &c. Eidem Plauto *Symbolus* eſt pro libello chirographo, die handſchrifft. vid. Parei Lex. Crit. p. 1212. ¶ 4. Denique *Symbolum* publica fidei confeſſio eſt, qua genuini cœleſtis doctrinæ confeſſores & invicem agnoſcuntur, & ab heterodoxis diſcernuntur, ein glaubens=bekäntniß. Varias vocis origines collegit & examinavit Voſſius diſſert de Tribus Symbol. c. 9 § 16 ſeqq.

¶ Symbŏlĭcus, a, um, συμϐολικὸς, figürlich. Hinc

¶ Symbŏlice, adverb. i. e. allegorice, bildweiſe. Gellius 4 c. 11 *Operte atque ſymbolice.*

¶ Aſymbŏlus, i, ἀσύμϐολος, qui a ſymbola immunis eſt, qui nihil in medium confert, zechfrey. Terent. Phorm. 2, 2 v. 25

Tene aſymbolum venire atque lautum &c.

Dicitur *Immunis* Horatio 4 od. 12 v. 23; & Gellio 6 c. 13.

SYMMĂCHUS, i, orator fuit Romanus & præfectus Theodoſii tempore, natus illuſtri loco Romæ, & eruditus admodum, acerrimus gentiliſmi propugnator, ſed cujus ſcripta confutarunt Ambroſius & Prudentius. Exſtant ejus epiſtolæ, viris tamen magis, qui virtutes vitiaque dicendi cognorunt, & ſana a corruptis poſſunt diſcernere, quam adoleſcentulis legendæ. ¶ 2. *Symmachus* alius interpres fuit Bibliorum, de quo Euſeb. lib. 6.

Symmetria, ſymmetros, vide *Metrum.*

SYMMŎNIĀNUM, i, vel, ut Ruellio placet, Symmoniacum, i, trifolium, herba, quam deſcribit Columella 6 c. 17, klee.

Symmyſta, vide ſupra *Myſta*

SYMPĂTHĪA, æ, συμπάθεια, Cicero *conſenſum* & *conjunctionem* verum *naturæ*, in libris de Nat. Deor. & de Divinatione. Plinius *amicitias* præfat. lib. 20, ut & Manilius lib. 2 v. 475 vocat: paullo ante verſu videlicet 466 *fœdus* appellârat; v. 515 *Amorem* dixit, die natürliche zuneigung, das mitleiden.

SYMPATRIŌTA, æ, συμπατριώτης, concivis, conterraneus, ein landsmann.

SYMPHŌNĬA, æ, συμφωνία, concentus, concordia, die zuſammenſtimmung. Horatius de Arte poët. v. 374 latino accentu extulit:

Vt gratas inter menſas ſymphonia diſcors Oſtendit.

Seneca epiſt. 12 *Ad ſymphoniam canere.* Et plural. Cicero pro Cœlio c. 15 *Accuſatores quidem libidines, amores, adulteria, Bajas acta convivia, comeſſationes, cantus, ſymphonias, navigia jactant* &c. ¶ 2. *Symphonia* Plinio 26 c 77; & *Symphoniaca herba* Palladio Octobr. tit. 12, & Apulejo de Herb. c. 4 herba eſt, quæ ſeritur. Sunt qui *Hioſcyamum* ſymphoniam dici arbitrentur, bilſenkraut, Cordus.

¶ Symphoniăcus, a, um, ſängeriſch; ut, *Pueri ſymphoniaci*, ſänger: Cicer. in Verr. 5 c. 25 *Symphoniacos homines ſex amico cuidam Romam muneri miſit.* Et, *Servi ſymphoniaci*, qui pugnantibus in navibus claſſicum canebant, Idem 1 Verr. c. 17.

SYMPHYTUM, i, σύμφυτον, herba duorum generum, beinwellen, oder walwurtz, Plin. 27 c. 6, & 14 c. 16; & Apulej. de Herb. c. 59. vide ſupra *Solidago.*

SYMPLĒGAS, ădis, συμπληγὰς, *complexio*, die zuſammenfügung. Vſus Martialis 11 epigr. 100 *Si conſtringantur gemina ſymplegade.*

Et Auſon. epigr. 108 v. 9 *Luteæ ſymplegadis antrum*, i. e. podex, der ſteiß. vid. ibi Vinet. p. 235.

¶ Symplēgădes, um, Συμπληγάδες, inſulæ duæ ſunt contra Boſphorum Thracium, quæ & *Cyaneæ* dicuntur. Strabo libro 3 petras ſeu ſcopulos vocat: quos eam ob cauſſam *Symplegadas* appellatos tradit, quod collidantur inter ſe, vel crediti potius collidi ſive concurrere, ut Mela refert lib. 2 c. 7. De his intelligendus Seneca in Medeâ v. 341

cum duo montes,
Clauſtra profundi, hinc atque illinc,
Subito impulſu, velut æthereo
Gemerent ſonitu &c.

Singulari pro plurali utuntur poëtæ; e. g. Lucanus 2 v. 718

Vanaque percuſſit pontum Symplegas inanem.

Et Claudian. in Eutrop. 2 v. 30

Vitant inſtabilem rurſus Symplegada nautæ.

¶ Symplegma, ătis, σύμπλεγμα, idem quod *Symplegas*; ut, *Symplegmate copulari*, Martial. 12 epigr. 43. *Symplegmatibus plurimis intermixtos eſſe*, Arnob. lib. 7 p. 239.

SYMPŎSIUM, i, συμπόσιον, convivium, eine gaſterey: Cic. ad Attic. 2 epiſt. 12; & ad fam. 9 epiſt. 24. Plato librum quemdam inſcripſit *Sympoſium*, cujus & Nepos meminit in Alcibiad. c. 2; & Gellius 1 c. 9; & 17 c. 20.

¶ Sympŏſiăcus, a, um, συμποσιακὸς, convivalis, die gaſterey betreffend; ut, *Quæſtiunculæ ſympoſiacæ*, tiſch=fragen, Gellius in lemmate lib. 6 c. 13. Idem τὰ συμποσιακὰ Plutarchi aliquoties allegat: ut lib. 4 c. 11 *Plutarchus in Sympoſiacis dicit.* Et lib. 17 c. 11 *Plutarchus in libro Sympoſiacorum.*

SYMPTŌMA, ătis, σύμπτωμα, ſuperveniens ſive morbus, ſive cauſſa morbi, ſive accidens & conſequens morbi, ein zufall, Celſ. 3 c. 1 & 10.

SYMPŬVIUM, i, calix ligneus, in Numæ ſacris adhibitus. vid. Juvenal. ſat. 6 v. 343, & Plin. 35 c. 12, & ſupra *Simpuvium.*

Synada, vide ſupra *Sina.*

SYNAERĒSIS, is, συναίρεσις, figura, quæ & ἐπισυναλοιφὴ, *epiſynalœpha*, contractio nimirum duarum vocalium, quarum ſingulæ ſyllabam efficiunt, in ſyllabam unam; ut Virg. 6 Æn. v. 802

Fixerit æripedem cervam licet, aut Erymanthi;

pro *aëripedem*; a σὺν, & αἵρεσις, *tractio.*

SYNAGŌGA, æ, συναγωγὴ, generale vocabulum eſt, & quamvis congregationem denotat, die ſammlung. ¶ 2. Abſolute pro Judæis & eccleſia Iſraëlitica accipitur, die Jüden=ſchul, in N. T. & apud Tertull. adv. Judæos c. 8 & 13; & adv. Marc. 3 c. 22; & Sedul. carm. 4 v. 360. ¶ 3. Etiam de eccleſia Chriſtianorum dicitur: ut obſervavit Caſaubon. Exercit. 16 &c. Ignatius epiſt. 1 χωρὶς πρεσϐυτέρων ἐκκλησία ὐκ ἔςιν ὐ συναθροισμα ἅγιον, ὐ συναγωγὴ ὁσίων. ¶ 4. Imo hæreticos conventus ſuos *Synagogas* nuncupaſſe, præpoſitosque Archi-ſynagogos ab iisdem dictos fuiſſe, Epiphanius auctor eſt. vide *Proſeucha.*

SYNALLAGMA, ătis, συνάλλαγμα, contractum, unde naſcitur civilis obligatio, ein vergleich, Vlpian. l. 7 § 2 ff. de pactis.

SYNALOEPHE, es, συναλοιφὴ, vocalium colliſio & compreſſio, figura ſcanſionis, a σὺν, & ἀλοιφὴ, *preſſio*: ut,

Ille ego qui quondam gracili modulatus avenâ.

vid. Cariſius p. 249; & Valer. Probus p. 1439 pr.

SYNANCHE, es, συνάγχη, peſtiferum acutumque morbi genus in faucibus, ein halßweh, das zäpfflein, die breun, vid. Gell. 11 c. 9; Celſ. 4 c. 7; & Apulej. de Herb. c. 29. Latini *anginam* vocant, quod angat & ſtrangulet fauces, ut & Græci ab ἄγχεσθαι. vide *Angina* ſub *Ango.*

¶ Synanchĭcus, a, um, συναγχικὸς, der die bräune hat. The. Priſcianus 1 c. 17 *Synanchicos efficere.* Et Apulej. de Herb. c. 109 *Synanchica paſſio.*

¶ Paraſynanche, es, παρασυνάγχη, in muſculis faucium externis tumor cum rubore, ὑάγχη dicta etiam, quod ſuibus familiare ſit malum. Et de hac Celſus 4 c. 7. Sed utrumque ſcripſit græce.

SYNĂRISTŪSAE, arum, συναριστῶσαι, i. e. *coëpulantes mulieres*, quas repræſentavit Menander, unde nomen fabulæ. Plinius 23 c. 9 de ſemine myrti: *Apud Menandrum Synariſtuſæ hoc edunt.*

SYNATHROESMUS, i, συναθροισμὸς, coacervatio ſeu frequentatio, figura eſt ſententiæ, cum res in tota cauſſa diſperſæ coguntur in unum locum, quo gravior, aut acrior, aut criminoſior oratio ſit. Salluſt. in Catil. c. 5 *Animus audax, ſubdolus, varius, cujuslibet rei ſimulator ac diſſimulator, alieni appetens, ſui profuſus, ardens in cupiditatibus, ſatis loquen-*

loquentiæ, ſapientiæ parum &c. Alii ἐπιτροχασμὸν vocant, cum res coacervantur diverſæ; ut, *Mea eſt, procax, potens, magnifica, ſumtuoſa, nobilis*, Terent. Heaut. 1, 2 v. 53.

SYNAXIS, is, σύναξις, congregatio, conventus, die verſammlung, zuſammenkunfft. Item, celebratio euchariſtiæ apud ſcriptores eccleſiaſticos, das heil. abendmahl. vid. Caſaub. ad Annales Eccl. Baronii Exerc. 16 n. 42.

¶ Paraſynaxis, is, παρασύναξις, congregatio illicita, conventiculum, eine winckelkirche; ut, *Contrahere paraſynaxes & conventicula tam diurna quam nocturna*, l. 8 § 3 Cod. de hæreticis.

SYNCĂTĒGŎRĒMA, ătis, συγκατηγόρημα, conſignificans eſt. Linacer lib. 3 *Voco generatim* Syncategoremata, *quæ nec ſolidum quippiam ſignificant, nec in oratione, niſi cum aliis juncta, conſiſtunt. Quod genus ſunt non declinatæ partes omnes, & ex declinatis interrogativa, & partitiva, & particularia & univerſalia nomina, & quædam etiam pronomina.*

SYNCĔRASTVM, i, συγκεραστὸν eſt omne edulium, ein gut gerücht, eſſen. Pacuv. apud Varr. de L. L. 6 c. 3 *Honos ſyncerasto perit.*

Syncērus, &c. quære ſupra *Sincerus.*

SYNCHRŌNVS, a, um, contemporaneus, coævus, zu einer zeit lebend, apud Hieronymum, *Ozeas propheta ſynchronus Iſaiæ.*

¶ Synchroniſmus, i, συγχρονισμὸς, convenientia temporum, die übereintreffung der zeiten; ut, *Excellentium in utraque gente hominum* συγχρονισμοί, Gell. 17 c. 21.

SYNCHȲSIS, is, σύγχυσις, eſt ordo dictionum confuſior, Donatus *Hyperbaton* interpretatur: ut, Virg. 1 Æn. v. 112

Tres notus abreptas in ſaxa &c.

Et Horatius 1 ſatyr. 5 v. 49

Namque pilâ lippis inimicum & ludere crudis.

Ibidem v. 72 *Pene macros arſit dum turdos verſat in igni.*

Ordo enim eſt, *Ludere pilâ, eſt inimicum lippis & crudis. Dum verſat macros turdos, pene arſit in igni*, vide Linacrum lib. 6.

Syncĭput, vide ſupra in *Caput.*

SYNCŎPA, æ, συγκοπὴ, figura dictionis epentheſi contraria: ut,

Cingite fronde comas & pocula pergite dextris,

pro *porrigite.* ¶ 2. *Syncope* defectio ſeu deliquium animi dicitur, ohnmacht, vide paullo poſt *Syntexis.*

¶ Syncŏpo, āre, abkürtzen; item, in ohnmacht fallen. Veget. de Re Vet. 1 c. 56 *Si quod jumentum ſyncopaverit.* Hinc

¶ Syncopātus, a, um, ohnmächtig, apud eumdem Veget. 1 c. 53

SYNCRĒTISMVS, i, συγκρητισμός, Cretico proverbio dicebatur repentina concordia propter malum aliquod incidens eorum, qui hoſtes modo eſſe videbantur. vide Chiliadas & Plutarch. de fraterno amore.

SYNCRĬSIS, is, σύγκρισις, ſive Antitheſis, comparatio eſt rerum & perſonarum inter ſe contrariarum: ut Cicero pro Muræn. c. 9 *Vigilas tu de nocte, ut tuis conſultoribus reſpondeas, ille, ut eò, quò intendit, mature cum exercitu perveniat*, Julian. Rufinianus.

SYNCRVSIVS riſus, γέλως συγκρούσιος, riſus incompoſitus & indecorus cum concuſſione, ein grob lachen, παρὰ τὸ συγκρούομαι, id eſt, *pulſor*, ſeu *concutior*, Eraſm. de Civilitate morum.

SYNDĬCVS, i, σύνδικος, Syndici, qui in eamdem cauſſam incumbunt: ſuntque *Syndici*, civitatum advocati & defenſores juris publici. Athenis iterato ſyndicum fieri, lege vetitum. conf. Wolff. Tom. 5 Operis Demoſthenici p. 359.

SYNECDŎCHE, es, συνεκδοχὴ, conceptio, grammaticis eſt figura, oratoribus tropus. Auctor ad Herenn. vocat *intellectionem*; eſtque cum vel ex parte inſigniori totum vel ex toto pars intelligitur, &c. ut Virg. 1 Æneid. v. 403

Puppes tuæ pubesque tuorum. Et:

ingens a vertice pontus

In puppim ferit: hoc eſt, pars ponti, ibidem v. 118.

vide de cæteris modis Synecdoches libellos de ſchematibus, & Quintil. 8 c. 6, & de Synecdoche figura ſyntaxeos ſuo loco in grammaticis.

SYNEDRVS, i, σύνεδρος, conſeſſor, ein beyſitzer. Livius 45 c. 32 *Senatores quos ſynedros vocant.* conf. Lucan. 8 v. 259.

¶ Synedrium, i, gr. συνέδριον, quivis conſeſſus, præcipue vero collegium & conſeſſus judicum. Lege 6 Dig. de decret. ab ord. fac. ἐάν τις ἔξω συνεδρίῳ δικάσηται, ex græca municipali lege Scævola adfert. Eſt quoque in N. T. ſæpe. Græca voce uſi fuerunt & Hebræi in appellandis iſtis judicum collegiis, quæ inter ipſos fuerunt, ſed mutatis nonnihil punctis vocalibus. Conſeſſus autem iſti judicum in rep. Hebræorum præcipui fuerunt duo: *Synedrium magnum*, in quo aſſeſſores ſeptuaginta & unus maximæ auctoritatis non niſi maximi momenti res expediebant: & *Synedrium parvum*, quod minoris erat dignitatis & de cauſis magis expeditis agebat, paucioribus etiam aſſeſſoribus conſtabat: quod teſtantur verba Gemaræ ad Codicem Sanhedrin c. 10 § 2.

SȲNEMMĔNON, i, συνημμένον, i. e. *adjunctum, connexum*, uti exponit Gellius 16 c. 8, ubi dicit, quid Græcis ſit συνημμένον ἀξίωμα. Vitruvius 5 c. 4 inter ſonitus refert *nete ſynemmenon, trite & paranete ſynemmenon.*

Synephebi, vide ſupra *Ephebus.*

SȲNEPHĪTES, æ, vel Synnephites, συνεφίτης, ex σὺν & νέφος, *nebula*, gemma lactei coloris, Plin. 37 c. 10.

Syngrăpha, vide ſupra in *Graphe.*

SȲNŎCHĪTES, æ, συνοχίτης, gemma, quâ in necromantia dicunt evocatas inferorum umbras teneri, Plin. 37 c. 11.

SȲNŎDONTES, συνόδοντες, piſces, qui & Synagrides, συναγρίδες, *dentales*, Plin. 37 c. 10; & Ovid. Halieut. v. 107, zahnfiſch, oder eine rothe meerbraſſen-art, Geſnerus.

¶ Synŏdontītes, æ, συνοδοντίτης, gemma, Plin. l. c.

SYNŎDVS, i, fœm. σύνοδος, conventus, eine verſammlung; præcipue epiſcoporum vel eccleſiaſticorum, eine geiſtliche zuſammenkunfft. Lege 23 C. Th. de epiſc. *Locis ſuis a ſuæ diœceſeos ſynodis audiantur.* Et Ammian. 15 c. 7 de Athanaſio: *Synodus, ut appellant, removit a ſacramento quod obtinebat.* conf. lib. 21 c. 16. Et Fortun. Mart. 4 v. 385 *Vlterius ſynodo neque ſe permiſcuit inſons.*

¶ Sȳnŏdía, æ, συνοδία, conventus, congreſſus, eine verſammlung. Cic. ad Attic. 10 epiſt. 7 *Injecta mihi ſpes eſt, velle mecum Ser. Sulpitium colloqui. Si vir eſſe volet, præclara ſynodia: ſin autem, erimus nos qui ſolemus*, wird er handeln als ein mann, ſo werden wir wohl fein übereinſtimmen, ꝛc. Melioribus libris græce ſcriptum συνοδία, non latinis litteris.

¶ Synodícus, a, um, zur verſammlung gehörig; ut, *Conſultationes ſynodicæ*, apud Hieronymum. Et apud Firmicum 3 c. 6 *Synodica luna*, quæ eſt in conjunctione.

SȲNOECIVM, i, συνοικία, cohabitatio, contubernium, eine behauſung, logiament. Petron. Satyr. p. 168 *Aliquis ex his, qui in eodem ſynœcio potant.*

¶ Synœceōſis, is, συνοικείωσις, figura ſententiæ eſt, quæ duas res diverſas conjungit: ut, *Tam deeſt avaro quod habet, quam quod non habet.* Item, *Hominis avari atque aſoti unum & idem vitium eſt, uterque enim pecuniâ ſuâ neſcit uti.* Rutil. Lupus. Adde Quintil. 9 c. 3.

SȲNŌNĒTVM, i, συνώνητον, publica ſpecierum comparatio, quæ in commune fit, l. 1 Cod. de publ. compar.

SȲNŌNȲMA, ōrum, συνώνυμα, vocabula ſunt plura, rem eandem ſignificantia: ut, *Liber, codex, volumen; Domus, ædes, domicilium*, &c.

¶ Synonymía, æ, συνωνυμία, prima ratio variandi, quæ ſynonymis, id eſt, vocibus diverſis idem ſignificantibus conſtat. Quintil. 8 c. 3. In locutionibus autem ſimile quiddam eſt *Iſodynamia*, hoc eſt, æquipollentia: ut, *Vir egregie doctus, vir minime indoctus.* Vide de utraque variatione l. 1 Copiæ Eraſini.

SYNOPSIS, is, naturâ græcum, uſu latinum vocabulum: quid ſit, docet Cujacius lib. 8 Obſervat. c. 1. vide & ſupra *Conſpectus*, eine kurtze darſtellung.

SYNTAGMA, ătis, σύνταγμα, ordo, ordinatio: Et

¶ Syntaxis, is, σύνταξις, conſtructio, ſeries, die zuſammenordnung, zuſammenſetzung. Priſc. a συντάττειν, *componere.*

SYNTEXIS, is, σύντηξις, defectio & animi deliquium, *ſyncope*, apud Plin. 22 c. 25, die ohnmacht. Hinc

¶ Syntectícus, a, um, συντηκτικὸς, qui ſyncope frequenti laborat, der offt ohnmächtig wird, Plin. 22 c. 23; & lib. 28 c. 8 & 9.

SYNTHĔSIS, is, σύνθεσις, compoſitio, figura ſyntaxeos. Sed quæ rectius σύνεσις diceretur, id eſt, *Intelligentia.* Ibi enim conſtructio non ad verba, ſed ad intellectum refertur: & fuit veteribus grammaticis *Syntheſios* vocabulum ignotum, ut Voſſius obſervat lib. de Conſtruct. c. 3 extremo. Eſt autem duplicis generis; alia cum nomini collectivo ſingularis numeri verbum plurale ſubjicitur: quale illud Virgilii: *Pars in fruſta ſecant*: alia, cum in ſubſtantivo expreſſo aliud ſubſtantivum a mente attenditur, eoque refertur conſtructio. Livius 2 c. 20 *Secuti & pedeſtris acies.* SECVTI, id eſt, milites aciei pedeſtris. Idem lib. 1 *Maxima pars ab equitibus in flumen acti*: pro homines ſive milites maxima ex parte in flumen acti. Virgilius Æn. 12 v. 899

Vix illud lecti bis ſex cervice ſubirent,

Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

Hic τὸ *Lecti* non reſpicit *Corpora*, quæ in ſequenti verſu dicuntur: ſed ad *Homines*, quos apud animum poëta recogitabat. Duplex figura hujus generis in illo Statii eſt Thebaid. 7 v. 605

Subeant Tegeæa juventus *Auxilio tardi.*

¶ 2. Veſtis genus uſitatum Romanis in Saturnalibus. Martialis 14 epigr. 1 *Syntheſibus dum gaudet eques dominusque ſenatus* &c. Extra Saturnalia Syntheſinatos prodire, mollitiei dabatur & probro. vide Torrentium ad Suetonium Nerone c. 51. ¶ 3. Item varietas veſtimentorum compoſita, kleider, die man alle tage ummechſelt. Martial. 5 epigr. 80 *Eſt mutata tibi ſyntheſis undecies.* conf. Idem 2 epigr. 4. ¶ 3. Poculorum etiam compoſitio in ſe invicem incluſorum *Syntheſis* dicitur, etliche becher in einander geſchloſſen, Stat. 4 Silv. 9 v. 44

Aut unam dare ſyntheſin quid horres

Alborum calicum?

Et Martial. 4 epigr. 46 *Et craſſi figuli polita cæno*

Septenaria ſyntheſis Sagunti.

¶ 4. Sed & medicamentorum ex ſpeciebus variis compoſitio *Syntheſis* Sereno Sammonico dicitur. Verſus ejus ſupra produximus in *Mithridates.*

¶ Synthĕsĭnus a, um, ex ſyntheſi; ut, *Veſtis ſyntheſina*, quæ abſolute *Syntheſina* Suetonio appellatur, Nerone c. 51. *Syntheſina* autem eadem, quæ *Syntheſis.*

Syntomia, Syntŏna, vide infra *Tomus, Tonus.*

SYNTRŎPHION, i, συντρόφιον, eruſcus rubusve, der brombeerſtrauch, Apulej. de Herb. c. 87.

SȲPHAR, ăris, σύφαρ, exuvium ſerpentis, ſeu ſenectus chelydrorum, eine ſchlangen-haut.

SȲPHAX, acis, indifferente pen. rex fuit Numidarum, cujus frequens fit a Livio mentio. Captus is a Scipione bello Punico tertio in triumpho ductus fuit, & deinde in carcerem incluſus inediâ vitam finiit, quemadmodum Polybius retulit. Aliter Livius extremo lib. 30, Tibure ante triumphum in cuſtodia mortuum eſſe. Adde Ovid. Faſt. 6 v. 769; Propert. 3 eleg. 9 v. 59; & Sil. 16 v. 172, 188.

SȲRĀCV̄SAE, ārum, Siciliæ civitas, terra marique clauſa loci naturâ, cæterum pulcherrima & adeo magna, ut ex quatuor urbibus videatur conſtare. Vnde & Pindarus μεγαλοπόλιας Συρακόσας, *grandiurbes Syracuſas* dixit Pyth. 2 princ. vide Strabon. lib. 6; Cicer. Verrina 6 c. 52 & 53; & Livium lib. 24. itemque Senecam Conſolat. ad Marciam c. 17. Corinthiorum opus coloniamque fuiſſe, præter Strabonem & Nepos Timoleontis vitâ c. 3 n. 1 teſtatur. Sil. 14 v. 278

Ipſa Syracuſæ patulos urbs incluta muros.

¶ Syrăcusānus, & Syracūsius, & Syracōsius, a, um. adject. apud Ovid. sæpe. Virgil. eclogâ 6 pr.

Prima Syracosio dignata est ludere versu.

Syracusanus poëta Theocritus fuit. *Syracusana mensa*, propter opes, voluptates ac delicias illius populi, transiit in proverbium.

SYRAEUM, i, vinum, *quod alii hepsema, nostri sapam appellant, ingenii, non naturæ opus*, Plin. 14 c. 9.

SȲRIA, æ, Συρία, & Assyria, quam tamen partem alii Syriæ, alii Syriam ipsam faciunt, ut quæ *Assyria* primum, deinde *Syria* dicta fuerit. Regio est Asiæ in medio orbis veteris constituta, ideoque & cæli temperatissimi, adeo, ut nec frigore nimio horreat, nec calore torreatur. Vnde & dives & opulenta est, & pluribus rebus abundans. Regiones in se plures habet: *Phœniciam, Palæstinam, Comagenam*, &c. vide Geograph.

¶ Syrus, a, um, & Syrius, a, um, adject. & subst. aus Syrien. Ovid. 2 Fast. v. 474 *Ne violent timidi piscibus ora Syri.*

Martial. 4 epigr. 46 *Et nigri Syra defricti lagena.* Sic, *Vina Syra* dixit Horat. 1 od. 31 v. 12. *Syria pyra*, Colum. 5 c. 10. ¶ 2. Plures Syrorum servi fuêre, unde *Syrus* servile nomen apud comicos. Patientissimos fuisse, Plautus significat, Trinum. 2, 4 v. 143. Iidem & mercimoniis dediti valde fuerunt, propter copias & abundantiam rerum, quas ad alias gentes deportabant. ¶ 3. *Dea Syria*, quam alii Venerem, alii Junonem voluerunt, de qua peculiarem libellum Lucianus reliquit. Flor. lib. 3 c. 20 *Dum Syriæ Deæ comas jactat* &c. Eadem & *Astarte*, ubi vide plura.

¶ Syriăcus, a, um, aliud adject. ut, *Boves Syriaci*, qui in Syria sunt, Plin. 8 c. 45. *Radix Syriaca*, id est, Silphium, vide *Silph.*

¶ Syriătĭcus, a, um, idem. Florus 2 c. 9. *Syriatico*, inquit, *bello successit, ut debebat Ætolicum.* Et notat Salmasius, in codicibus antiquis frequentius *Syriaticus*, quam *Syriacus* scriptum reperiri.

¶ Syrĭcus, a, um, idem; ut, *Mala Syrica*, Columella 5 c. 10. *Syricum atramentum*, Plin. 35 c. 6.

¶ Syrisca, æ, mulier e Syria; ut, *Copa Syrisca*, Virgil. sive Auctor Copæ v. 1.

¶ Syrītes, æ, lapis, qui in lupi vesica nascitur, Plin. 11 c. 37.

¶ Syrium, i, subst. oleum sive succus lilii expressus Lilgen-öl, Plin. 21 c. 19; & 23 c. 4.

¶ Syron, i, subst. herba, quæ alias *Molon*, Plin. 26 c. 7.

¶ Syromastes, æ, συρομάστης, hastæ genus. vid. Jo. Fr. Gronovii Observat. Ecclef. 19 p. 201.

¶ Syrŏphœnix, īcis, Συροφοίνιξ, habitans in ora maritima Syriæ. Juven. sat. 8 v. 159 *Obvius assiduo Syrophœnix udus amomo*, &c.

¶ Syrophœnīcia, æ, eadem quæ Phœnicia, pars Syriarum.

¶ Syrophœnissa, æ, Συροφοίνισσα, *Mulier Syrophœnissa.* Marc. 8.

SȲRINX, ingis, σῦριγξ, fistula, arundo, eine rohrpfeiffe, sprütze. ¶ 2. Est nomen Nymphæ, in calamum palustrem conversæ, apud Ovid. lib. 1 Metam. v. 691. ¶ 3. Locus item, ubi hastæ reponuntur. ¶ 4. Sunt & *Syringes* cavernæ subterraneæ, erdklüffte, höhlen. Ammianus Marcellinus 17 c. 15, cum de terræ motibus disputat: *Aut in cavernis minutis terrarum, quas syringas appellamus.* Rursus lib. 22 c. 39 in Ægypti historia: *Sunt & syringes subterranei quidam & flexuosi secessus* &c.

¶ Syringia, æ, calami concavi genus, fistulis utilissimum, ein rohr, schilff, Plin. 16 c. 37.

¶ Syringītes, æ, συριγγίτης, gemma, quæ stipulæ internodio similis est, ac perpetua fistula cavatur, Plin. 37 c. 10.

¶ Syringātus, a, um, a *Syringo, are*, ausgehöhlert; ut, *Syringatus agnus*, Apicius 8 c. 6.

SYRMA, ătis, σύρμα, tractus vestis fœminarum, & vestis ipsa, ein rock mit einem langen schweiff oder schleppe; σύρειν *trahere* est. Prudent. Psychom. v. 363

Vt tener incessus vestigia syrmate verrat.

Id genus vestitûs mulierum hodie præcipue in Hispania usitatum & honestum est. Olim propria tragicorum vestis fuit. Vnde Martialis in Tuccam æmulum suum, l. 12 epigr. 96

Transtulit ad tragicos se nostra Thalia cothurnos,
Aptasti longum tu quoque syrma tibi.

id est, æque ac ego, cœpisti tragœdias scribere. Et lib. 4 epigr. 49

A nostris procul est omnis vesica libellis,
Musa nec insano syrmate nostra tumet;

Sensus est: Musam suam in grandibus tragicisque rebus non occupari. Veteres etiam muliebri genere *syrma, syrmæ*, dixisse, Priscianus lib. 6 ex Valerii Phormione probat, cujus est: *Quid hic cum tragicis versibus & syrma facis?* pro *syrmate.*

¶ Syrmătĭcus, a, um, schweiffficht; ut, *Syrmaticum jumentum*, Veget. de Re Vet. 3 c. 22.

Syromastes, Syrophœnix, &c. Syron, vide paullo ante in *Syria.*

SYRPE, neutr. indecl. pars quædam silphii, vel ipsum laserpitium, meisterwurtz. Apud Plaut. Rudent. 3, 2 v. 16 *Sirpe* legitur: *Hoc anno multum futurum sirpe.* vid. Turneb. Adverf. 3 c. 21. Solinus c. 40 *Apud Cyrenenses syrpe gignitur, odoratis radicibus*, &c.

¶ Syrpĭcus, a, um, adject. ut, *Lac syrpicum, usu derivante laser nominatum*, de cujus ortu Solinus l. c.

SYRTIS, is, σύρτις, ein wasserstrudel. *Syrtes* plurale, Σύρτις. Circa fines Africæ supra Leptim urbem *Syrtes* intra vadosum & reciprocum mare, æstu procellarum exundante incertis sedibus leniter subsidunt, neque abditi illi arenarum cumuli, alluvionis vehementiâ congesti, prehendi ob incertas vices, neque caveri possunt. Profunda enim redduntur, quæ paullo ante vadosa erant, contra vero brevia innavigabiliaque, quæ ante navigabantur. Qua varietate subinde alternante, infamia ea litora atrocitas periculi reddidit, plenis enim velis adactæ naves, vadoque illisæ fatiscunt & subvertuntur. Sunt autem duæ *Syrtes*: Minor a Carthagine trecentis millibus passuum distat; Major quadringentis viginti quinque millibus passuum. Ipsæ autem inter se spatio passuum ducentorum quinquaginta millium separantur, ut Solinus tradit Polyhistore c. 40. Qui auctor etiam est, terram quoque, quæ inter Syrtes, non minora pericula iter facientibus, quam navigantibus mare, objicere. *Nam putris*, inquit, *soli faciem aura mutat, & minimo licet vento tantam diversitatem flatus efficit, ut subinde eversis situbus locorum, nulla indicia agnitioni relinquantur: cum modo, quæ fuerant tumulis ardua, in valles residunt, modo quæ vallibus pressa, cœtu pulveris aggerantur. Ita etiam continens naturam maris sui patitur. Nec interest, ubi potius sint procellæ: cum ad exitium viantium elementis congruentibus in terris flabra sæviant, in mari terræ.* Et hanc ob caussam, quia semitæ nullæ & calles inter vastos & alto sabulo obrutos campos relinqui poterant, necesse erat, ibi ad siderum cursus, perinde, uti in mari, iter dirigere, de quo idem Solinus paullo ante monuerat. *Syrtes* eleganter Lucanus describit lib. 9 v. 303 & seqq. vide & Sallust. Jugurthâ c. 78. ¶ 2. Servius loca quæcunque in mari arenosa *Syrtes* appellari docet, gefährliche örter im meer, sand-bäncke. Etiam Prudentius *Syrtes* quævis deserta & inculta & vasta siti loca appellat, Hymno in natalem Domini:

Sparsisse tellurem reor
Rus omne densis floribus,
Ipsasque arenas Syrtium
Fragrasse nardo & nectare.

Ita Hymno 7 καθημερ. de Elia in deserto degente:

Fragore ab omni quem remotum ac segregem
Sprevisse tradunt criminum frequentiam
Casto frequentem Syrtium silentio.

Nam *Syrtes*, pro deserto & arido rure, ut appellaverat paullo ante, posuit. Vnde & *Syrticus ager* arenosus & sterilis est, de quo infra. *Syrtis inhospita*, apud Virgil. 4 Æneid. v. 41. *Naufraga Syrtis*, apud Silium 17 v. 629. *Sævas accedere Syrtes*, apud Valerium lib. 7 v. 86. ¶ 3. Cicero per metaphoram *Syrtim patrimonii* dixit, lib. 3 de Orat. c. 41 pr. pro voragine. *Syrtes* a σύρειν dictæ videntur, quod est *trahere.*

¶ Syrtĭcus, a, um, quod ad Syrtes est; ut, *Mare Syrticum*, Senec. Vit. beat. c. 14. *Gentes Syrticæ*, Idem epist. 90. ¶ 2. Arenosus, sterilis, qualis natura Syrtium, sandicht, wüst, unfruchtbar. Lucanus 10 v. 38 *Nec sterilis Libye, nec Syrticus obstitit Ammon.*

Sidonius 8 epist. 12 *Tantumne te Vasatium civitas non cespiti imposita, sed pulveri; tantum Syrticus ager ac vagum solum, & volatiles ventis alternantibus arenæ sibi possident* &c.

¶ Syrtītes, æ, gemma, quæ & *Saphyrus* est, quod circa Syrtes Libycis permistus arenis fluctibus expulsus fervente freto reperitur. Plinius 37 c. 10.

SYRŪPUS, i, ita in officinis vocatur liquor ex herbis aut floribus expressus, safft, syrup; ut, *Syrupus violaceus, rosaceus*, violen-safft. Vocabulum barbarum, ut officinarum alia.

SȲRUS, i, pro scrobe in agris, vide supra *Sirus*, ita enim potius scribendum est ex græco σιρός. ¶ 2. *Syrus, a, um*, vide in *Syria.*

SYSAMITHRES, is, nomen Persicum, quo apud Curtium 8 c. 2 n. 19; & c. 4 n. 19 satrapa quidam vocatur. Adde Corn. Nepotem 7, 10, 3.

SYSSĪTIA, ōrum, συσσίτια, convivium commune, Laconum institutum, Strabon. lib. 15, eine gemeine zech.

¶ Syssitus, i, σύσσιτος, simul cibum capiens, convictor, ein tisch-gesell; item, sodalis, qui ejusdem collegii est, ein collega. vid. leg. ult. ff. de Colleg. & corp.

¶ Syssitiĕtŏris, idis, ex σύσσιτος & ἑταῖρος, *socius*, herba magica apud Plinium 24 c. 17.

SYSTASIS, is, gr. σύστασις, constitutio, commendatio.

¶ Systatĭcus, a, um, συστατικός, constitutivus, commendatitius; ut, *Litteræ systaticæ*, ein paßport.

SYSTĒMA, ătis, σύστημα, compages, collectio; musicorum vocabulum est, significans complexum certum intervallorum.

SYSTŎLE, es, συστολή, correptio syllabæ naturâ productæ. Lucretius 5 v. 416 *Constiterunt imbres, & flumina vim minuerunt.*

Virg. 4 Æn. v. 52

Dum pelago desævit hiems & aquosus Orion.

Figura contraria Ectasi. vid. Isidor. 1 c. 34.

Systylus, vide supra *Stylus.*

SȲZȲGIA, æ, συζυγία, conjugatio, connexio, die verknüpffung. *Dissidentium conjunctiones Græcis συζυγίαι ἐναντιοτήτων*, Colum. 2 c. 2.

T.

T Littera consonans, cognationem quamdam cum D apud veteres habuit, qui *Alexanter* & *Cassantra* pro *Alexander, Cassandra* scripserunt, ut Quintil. testatur lib. 1 c. 6. Vnde T vocant D mollitum. Moram autem notat, & ad exprimendum eorum crepitum, quæ comburuntur, adhibetur. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 44 & 48. ¶ 2. Scribebatur & in aliquibus dictionibus pro S, ut, *Pultare* pro *Pulsare*: ut & in aliis quibusdam cum eadem littera commutatur: ut, *Vertor, versus sum, Mittor, missus, & ὀστᾶ, ossa.* ¶ 3. Est & ubi cum C, ipsum T, conjunctum in X transit: ut *Flecto, flexi, Pecto, pexui* &c. ¶ 4. In prænominibus T refert nomen *Titi*, ut, *T. Manlius Torquatus, T. Livius Patavinus.* ¶ 5. In litteris vero antiquis TR. PL. vel TRI. PL. præstat *Tribunus plebis*; TR. vel TRI. MIL. *Tribunus Militum*; TT. *Testamentum.* In breviculis militum illos, qui prœlio superessent, T litterâ notari solitos, ut contra eos, qui cecidissent, litterâ θ, Isidorus 1 Orig. c. 24 auctor est.

est. Sed id bona fide ab eo scribi, negat Lipsius de Pronunc. Latinæ Linguæ c. 14, neque enim caussam videre se, cur ea littera vivum denotaret. Sed Isidorum contra Lipsium defendit Rutgersius 5 Var. Lect. c. 17 ostendens, id eum, nec solum, nec sine caussa scripsisse. Idem enim tradiderunt Rufinus Invectivâ secunda in Hieronymum; item Paulus Diaconus in libello de notis litterarum, quorum verba ibi adducuntur. Rationem autem, cur id fieret, hanc putat, quod *τηρέω* Græcis *conservo* significat. Vt igitur eum, qui in prœlio occubuerat, notabant littera θ, quod ea prima esset in voce *θάνατος*, i. e. *mors*; ita & hoc obtinuit, ut is, qui servatus esset, prima ejus vocis, quæ id apud Græcos significaret, litterâ notaretur. ¶ 6. Notandum etiam, T litteram ante vocalem non raro produci: cujus gemina ratio: ob incisionem versus alia, alia privilegio ei proprio, ut Angel. Politianus jam olim annotavit. vide Barth. ad Statii Thebaid. lib. 1 v. 247, & lib. 6 v. 664, ubi exempla plurima profert.

TĂBĀCUM, i, herba sic dicta ab insula *Tabaco*, ubi copiose provenit, taback. A Nicotio, qui ad nos adduxit, etiam *Nicotiana* vocatur.

TĂBĀNUS, i, qui & *Asilus*, insectum pecudibus per æstatem molestum, eine breme, roßbreme. vide *Oestrum*. Plinius 11 c. 28 *Reliquorum quibusdam aculeus in ore, ut asilo, sive tabano dici placet.* Varro R. R. 2 c. 5 *Vaccas æstate tabani concitare solent.*

Tabella, tabellarius, &c. Tabeo, vide post pauca in *Tabula, Tabes.*

TĂBERNA, æ, quodcunque dicitur ex tabulis, trabibus seu asseribus ædificium constructum, & habitationi idoneum, eine hütte, bude, laden; ut, *Taberna libraria*, ein buchladen, Cic. 2 Philipp. c. 9. *Tabernæ institorum*, kramer-buden. Horat. 1 Serm. 4 v. 71

Nulla taberna meos habeat vel pila libellos.

Et, *Instructa & ornata taberna*, Cic. pro Cluent. c. 63. *Divertere in tabernam*, Idem de Invention. 2 c. 4, ubi diversorium significari videtur, ein wirthshauß. Nam etiam *taberna vinaria* est, *ubi vinum venit*, ut Varro ait lib. 7 de Lat. Lingua c. 30. Differt ab *officinâ* in hoc, quod *officina* est, ubi opera efficiuntur; *taberna*, ubi venduntur.

¶ Tabernŭla, æ, diminut. ein hüttlein, häußlein. Apulej. Met. lib. 7 post init. *Nocte promota tabernulam quamdam litori navique proximam, vitatis maris fluctibus, incubabat.* Et Vlpianus Lege 19 § 2 Dig. de Judiciis: *tabernulam conduxit.*

¶ Tabernārius, i, qui res quascunque in taberna venditat, ein kramer oder feilhaber. Cic. pro Flacc. c. 8 *Opifices & tabernarios quid est negotii concitare.* Cœl. Cicer. 8 fam. epist. 6 *Nisi ego cum tabernariis & aquariis pugnarem, veternus civitatem occupasset*; ubi *Tabernarii*, wirthe, weinschencken, *Aquarii*, qui aquam vendunt. ¶ 2. Adjective, quod ad tabernam pertinet, wirthlich: Sic, *tabernarias blanditias*, Apulejus dixit Apolog.

¶ Tabernācŭlum, i, tectum castrense, eine lauberhütte, zelt; ut, *Tabernaculum sibi in aliquo loco collocare*, Cic. in Pison. c. 25. *Perpotare totum diem in posito alicubi tabernaculo*, Idem in Verr. 7 c. 34. Et, *Tabernaculum militare*, ein kriegs-zelt, de Claris Orat. c. 9.

¶ Tabernaclārius, i, qui tabernacula conficit, ein zeltmacher. Inscript. Vet. apud Gruter. p. 642 n. 8; & Fabrett. p. 42 QVOD EST COLLEG. TABERNACLARIORVM.

¶ Contŭbernium, i, convictus est & cohabitatio contubernalium, die gesellschafft derer, die beysammen wohnen, und mit einander umgehen. Proprie castrense vocabulum est de militibus sub uno papilione sive tentorio degentibus, die camerathschafft im kriege. Vnde factum, ut qui belli duces ac provinciarum præsides comitum numero secuti, atque adeo honestiore loco habiti essent, maxime adolescentes, *in eorum agere contubernio*, & *contubernales esse* dicerentur. Cicer. pro Plancio c. 11 *Adolescentulus cum A. Torquato profectus in Asiam sic ab illo &c. dilectus est, ut & contubernii necessitudo, & adolescentuli modestissimi pudor postulabat.* Sueton. Cæs. c. 2 *Stipendia prima in Asia fecit, M. Thermi prætoris contubernio.* Vegetius 2 c. 13 Centurias in *contubernia* divisas fuisse scribit, ut decem militibus cohabitantibus, unus quasi præesset *decanus*, qui *caput contubernii* dicebatur, Hyginus tamen ejusmodi manipulum nonnisi octo milites continuisse tradit. ¶ 2. Hinc aliæ quoque *συμβιώσεις* sive conviventium societates *Contubernia* dicuntur, der umgang mit leuten, die beysammenwohnung. Seneca epist. 6 *Magnos viros non schola sed contubernium facit.* Sueton. Tiber. c. 14 *Thrasyllum Mathematicum ut sapientiæ professorem contubernio admoverat.* Ibid. c. 56 *Seleucum grammaticum a contubernio removit.* Idem August. c. 89 *Sphæri filiorumque contubernium iniit.* Sic, *Contubernium matris, proaviæ*, Idem Calig. c. 10; Plin. 3 epist. 3. Et, *Fortuitum contubernium avertere*, Phædr. 2 fab. 5 v. 4. ¶ 3. Similiter & *contubernium* de connubio servilis conditionis dicitur, cum Romano jure inter servos legitimæ nuptiæ contrahi non possent, ac tale connubium mera cohabitatio potius, quam matrimonium esset, die ehliche beywohnung, der beyschlaff. vid. leg. 3 Cod. de incestis; leg. 23 Cod. ad L. Jul. de adult. & leg. 14 §. 3 Dig. de ritu nupt. Hinc Curt. 5, 5, 20 *Si quos contubernii liberorumque, quos servitus coëgisset agnoscere, amor detineret.* conf. Brisson. de verborum, quæ ad jus pertinent, significatione. ¶ 4. Est & *Contubernium* impudicum illorum consortium, qui maritali affectione inter se juncti haud sunt, aut qui ducere se invicem lege prohibebantur, de quibus Imperator § 2 Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. Cic. in Verr. 5 c. 40 *Vbi illud contubernium muliebris militiæ in illo delicatissimo litore?* Sueton. Vespas. c. 3 *Post uxoris excessum, Cænidem Antoniæ libertam, & a manu, dilectam quondam sibi, revocavit in contubernium: habuitque etiam imperator pene justæ uxoris loco.* Adde Suet. Cæs. c. 49; & Calig. c. 36.

¶ Contubernālis, is, ein zelt-gesell, camerathe, mitgenoß. Festus: *Contubernales dicuntur a tabernis, quæ fiebant ex tabulis &c.* Sic, *Militiæ contubernales*, Cic. pro Ligar. c. 7. conf. Curt. 6, 2, 16. Suet. Cæs. c. 42 &c. ¶ 2. Hinc *Contubernales* domestici & familiares, qui vivunt conjuncti & cohabitant, haußgenossen, stubenbursche; item, gesellen tag und nacht, ehgenossen. Cic. 9 fam. epist. 20 *Doleo, venire me non potuisse: habuisses enim non hospitem, sed contubernalem.* Idem de Clar. Orat. c. 27 *Se illi contubernalem in consulatu fuisse narrabat.* Vet. Gloss. *σύσκηνος, collega, contubernalis.* Idem Cic. ad Att. 13 epist. 28 Cæsarem nominat *Quirini contubernalem*, quem lib. 12 epist. 45 *Quirino σύνναον* dixit, *sive Romulo*, quod divinos honores sibi decerni passus esset, uti Caligula apud Suet. c. 22 a Capitolino Jove *in contubernium ultro invitatus* videri voluit. Ex more & disciplina Rom. inter comites imperatoris aut prætoris erant senatorum filii, qui sub oculis & in latere ducis militaribus sermonibus & interdum consiliis intererant; hi *e contubernio* aut *contubernales prætoris* dicebantur. Cic. pro Cœl. c. 30 *In Africam profectus est, Q. Pompejo proconsuli contubernalis.* conf. Lips. de Milit. Rom. 5 dial. 2; Sigon. de Jure ant. provinc. 2 c. 2; & Scip. Amirat. ad Tacit. lib. 2 disc. 10. Plinius 2 epist. 13 *Hunc ego, cum simul studeremus, arcte familiariterque dilexi; ille meus in urbe, ille in secessu contubernalis: cum hoc seria, cum hoc jocos miscui.* ¶ 3. Vnum addimus, *Contubernalis* etiam muliebri genere reperiri. Ita Quintil. 4 c. 2 *Præclaræ contubernales.* Et Plin. 36 c. 12 *Æsopi conserva quondam & contubernalis hæc fuit.* Vet. Inscript. apud Gruter. p. 606 n. 7 ANTONIAE CONTVBERNALI SVAE. Et p. 985 n. 11 CONTVBERNALI RARISSIMAE FEC.

TĀBES, is, morbus est, die dörre, die schwindsucht, cujus tres sunt species. Aut enim corpus non alitur, & in maciem tandem desinit, ac dicitur *Atropia*, das ungedeyen; aut alimenta omnia corrumpuntur, & membra ex illis refectionem nullam accipiunt, & vocatur *cachexia*; aut pulmo destillationibus ex capite & exulceratione afficitur, cui malo febricula levis accedit, & excreatio putris: id vocant *Phthisin*, *ἀπὸ τῦ φθίνειν*, quod est defectionem inducere. *Lenta tabes* apud Ovid. 2 Metam. v. 807. ¶ 2. Sallust. fragm. lib. 4 Hist. per metaphoram dixit, *Mox ut tabes in urbem conjectus.* Et, *Fori tabes pecuniam advocatis fert*, Tacit. Ann. 11 c. 6 n. 3, id est, litium contagio. ¶ 3. Est & *arborum tabes*, Plinio 17 c. 24 perculsio nimia quædam & stupor, *ἔκπληξις τῶν δένδρων*, quemadmodum Theophrastus vocat, cum stirpes arescunt, wenn die bäume am stamm vertrocknen und verdorren. ¶ 4. De nive liquescente Livius 21 c. 36 *Fluentem tabem liquescentis nivis ingrediebantur.* vid. Gronov. Et mox eod. cap. Livius: *In levi tantum glacie tabidaque nive volutabantur jumenta.* Sed a

¶ Tabum, tabi & tabo, pro sanie & sanguine corrupto fere usurpatur, in genitivo & ablativo casibus, ut Priscianus non uno loco tradit; nam Servius [illegible] tale ablativum tantum admittit, eiter, schwerend blut. Virg. 3 Æn. v. 626 *Vidi, atro cum membra fluentia tabo*
Manderet &c. De Polyphemo.

Ovid. Metam. 2 v. 760 *Protinus invidiæ nigro squalentia tabo*
Tecta petit.

Et Lucanus 6 v. 547 *nigrumque per artus*
Stillantis tabi saniem, virusque coactum Sustulit.

Sed hac notione accusativo *tabem sanguinis* dixit Livius 30 c. 34.

¶ Tābĭdus, a, um, quod tabe consumitur, schwindend; ut, *Nix tabida*, liquescens, apud Livium 21 c. 36. Vide, quæ modo in *Tabes* dicta sunt. ¶ 2. Et quod affert tabem, sive consumit, verzehrend. Ovid. 4 Ponto eleg. 8 v. 49
Tabida consumit ferrum lapidemque vetustas.
Et Martial. 1 epigr. 79 *Indignas premeret pestis cum tabida fauces.*

¶ Tābĭdŭlus, a, um, dimin. etwas verdorrend. Virg. Circ. v. 182
Tabidulamque videt labi per viscera mortem.

¶ Tābĭdōsus, & Tabiōsus, a, um, eiterich. Tertull. Apolog. c. 13 *Enecta & tabidosa & scabiosa quæque mactatis.* Idem de Pudicit. c. 14 *Cadaver immunditia recuperabili tabiosum.*

¶ Tābĭtūdo, ĭnis, idem ac *Tabes*, die schwindsucht. Plin. 22 c. 25 *Ad tabitudinem redactus.*

¶ Tābeo, ui, ēre, verdorren. Ovid. 7 Metam. v. 541 *Corpora tabent.* Et Martial. 4 epigr. 18 *Tabuit in calido vulnere mucro tener.*

¶ Tābens, tis, schwach, matt, krafftloß. Virg. Æn. 1 v. 173
Et sale tabentes artus in litore ponunt.

¶ Tābesco, ui, ĕre, quod frequentius est, significat paullatim consumi, schwinden, verschmachten. Plaut. Captiv. 1, 2 v. 31 *Marcesco, consenesco & tabesco miser.* Terent. Adelph. 4, 3 v. 12 *Dolore ac miseria tabescere.* Cic. in Tusc. 4 c. 17 *Molestiis & morbo tabescere.* Idem in Catil. 2 c. 4 *Desiderio alicujus tabescere*, sich nach einem sehr sehnen. ¶ 2. Eleganter Plaut. Stich. 5, 1 v. 8 *Dies quasi senex tabescit*, der tag nimmt ab, neiget sich. Et Lucret. 5 v. 679
Crescere itemque dies licet & tabescere noctes.

¶ Tābĕfactus, a, um, geschwunden, zerschmoltzen. Solinus c. 8 *Tabefactis nivibus & liquentibus.*

¶ Tābĭfĭcus, a, um, quod tabem inducit, abzehrend, ausdorrend. Cic. 4 Tusc. c. 16 *Ægritudo & motus tabificæ mentis perturbationes dicuntur, quoniam mentem lacerant, tabem, cruciatum & afflictionem inferunt.* Vet. Poëta de Livore: *Livor tabificum malis venenum* &c.

¶ Tābificābĭlis, e, idem. Accius apud Nonium c. 2 n. 852 *Liberorum lethum tabificabile.* Gloss. lat. gr. *Tabificabile, τηκεδονικόν.*

¶ Tābifluus, a, um, poëticum, schwindsüchtig. Venant. Fortunatus Vitâ Martini 4 v. 430 *Cunctaque tabifluus penetrasset acumine morbus.* Et Prudent. Apoth. v. 890 corpus vocat *hospitium cratis tabifluæ.*

Composita cum præposit.

¶ Contābesco, ĕre, idem ac *Tabescere*; ut, *Quam facile scelere vestro contabuistis*, Auctor ad Herenn. 4 c. 15. Et, *Artemisia illa Mausoli Cariæ regis uxor, quamdiu vixit, in luctu eodemque etiam confecta contabuit*, Cic. in Tusc. 3 c. 31.

¶ Contābĕfăcio, ĕre, abmergeln, auszehren. Plaut. Pseud. 1, 1 v. 19 *Me miseria & cura contabefacit.*

¶ Distabesco, ĕre, verdorren, vergehen. Cato de Re Rust. c. 24 *Sinito cum musto distabescat.* Et Augustinus Confess. 3 c. 3 *in iniquitates distabui.*

¶ Extabesco, ĕre, tabe confici, abnehmen, hager werden; ut, *Extabuit macie corpus*, Cic. 3 Tusc. c. 12. ¶ 2. Et per translationem, *Opiniones fictæ atque vanæ diuturnitate extabescunt*, Cic. 2 Nat. Deor. c. 2, falscher wahn verschwindet mit der zeit.

¶ Intābesco, ui, ĕre, idem quod *tabescere*: ut, *Novella vitis ad maciem redigitur, & intabescit*, Colum. 4 c. 3. Ovid. Met. lib. 3 v. 486

Vt intabescere flavæ
Igne levi ceræ, matutinæque pruinæ
Sole tepente solent.

Sic, *Diuturno morbo intabescere*, Cic. de Nat. Deor. 3 c. 35. *Dolori intabescere*, Sen. Polyb. c. 24.

¶ Subtābīdus, a, um, aliquantum tabidus, kraftloß, blaß. Ammian. Marc. 26 c. 17 pr. *Stetit itaque subtabidus: excitum putares ab inferis.* Metaphorice pro timido & consternato.

Tablīnum, vide mox in *Tabula*.

TABRĂCA, æ, Africæ oppidum vel regio, Juven. sat. 10 v. 194; & Sil. 3 v. 256. vide Geograph.

TĂBULA, æ, ein bret, tafel, bolen; ut, *Arripere tabulam de naufragio*, Cicero 3 Offic. c. 23. ¶ 2. Et quoniam veteres in tabulis ligneis, non in linteis pingebant, inde *Tabula* sæpe de pictura dicitur, ein gemählde; ut, *Tabula picta*, Horat. 1 epist. 2 v. 53, eine gemahlte tafel. *Imago in tabulis*, idem; Ciceroni 5 de Fin. c. 1. Horat. de Arte poët. v. 6 *Credite Pisones isti tabulæ fore librum*
Persimilem &c.

Tabulæ, id est, picturæ, imagini in tabula expressæ. Lege quæ præcedunt. Propertius lib. 1 eleg. 2 v. 22

Qualis Apelleis est color in tabulis.

Et lib. 3 eleg. 9 v. 11 *In Veneris tabula summam sibi ponit Apelles.* Sic, *tabulæ antiqui operis*, apud Sueton. Cæs. c. 47. ¶ 3. Jam quia ante chartæ usum antiqui in tabulis scribebant, de quo & B. Hieronymus lib. 1 epist. 1 observat, idcirco *tabulæ* omnis generis scripturas & codices significant, schrifften, urkunden; ut, *Tabulæ accepti & expensi*, Cic. pro Rosc. Comœd. c. 1, regifter der einnahme und ausgabe. *Leges duodecim tabularum*: Cic. de Orat. 1 c. 44 *Bibliothecas omnium philosophorum unus mihi videtur XII tabularum libellus ubertate superare.* Sic, *Tabulæ*, sive *Tabellæ testamenti*; ut, *Aperire tabulas testamenti*, Lege 7 Dig. Testamenta quemadmodum &c. ein testament öffnen. *Tabulæ obsignatæ*, Cicero 3 Verr. c. 45. ¶ 4. *Tabulæ novæ* dicebantur, quibus omne æs debitoribus condonabatur. Quod non temere, nisi in tumultu turbataque republ. fieri solebat. Has enim tabulas proponere novas res molientes solebant; ut divites & aversos ab se vexarent atque affligerent. Sic Catilina tabulas novas promisit. Sic bello civili exorto multi timebant, ne idem faceret Cæsar, quod ipse testatur 3 de B. Civ. ipso initio, & Suetonius ejus vita c. 42 refert. Passim harum tabularum mentio fit. vide Cic. 2 de Off. sub finem. Res ipsa a Sulla, qui primus instituit, de quo Livius lib. 88 Epitome. Quod & Vellejus 2, 68, 1, nec non Plutarchus & Victor testantur. vid. Cœl. Rhodig. Lect. ant. 12 c. 20. ¶ 5. *Tabula* item *alea* est: Sic, *tabulâ ludere, ad tabulam ludere*, dicimus: aufm brete spielen. De quo lusûs genere uberrima & eruditissima collectanea habes apud Salmasium ad Proculum Vopisci. vid. & Suidas in τάβλα.

¶ Tăbella, æ, dimin. ein täfelein; ut, *Tabellæ pictorum*, Plin. 16 c. 39. Et, *Exornare aliquid*, vel *locum aliquem tabellis*, Cic. 7 fam. epist. 23. *Tabella ceratæ*, Cic. Divin. in Verr. c. 7. *Tabella judicum*: Et, *Sententiam per tabellas ferre*, Idem in Verr. 6 c. 47. Vt populus per tabellam suffragia ferret, L. Cassius Longinus trib. pl. legem tulit C. Mario & C. Flacco COSS. ¶ 2. *Tabellæ* epistolæ dicebantur, quod in brevibus tabulis scriberentur, briefe; ut, *Lepidæ tabellæ*, Plaut. Pseud. 1, 1 v. 25. *Tabellas signare* vel *consignare*, Idem Curcul. 2, 3 v. 86; & Ovid. Amor. 2 eleg. 15 v. 15. Sic, *Legitimis tabellis pacta junctaque*, mit der man eine ehestifftung gemacht, Juvenal. sat. 6 v. 199. *Tabellæ contractuum, cautionum*, apud Senecam de Constant. Sap. c. 6. Vide ibidem & Lipsium. De ternis judicantium sive sententias ferentium tabellis Bernegg. ad Sueton. August. c. 33.

¶ Tabellio, ōnis, ein schreiber, ein notarius. Capitol. de Macrino c. 4 *Venator primo, post etiam tabellio.* Vet. Gloss. *Tabellio*, ἀγόραιος νομικὸς, ein notarius. Erant liberi homines, ideoque ad decurionatum etiam adspirare poterant.

¶ Tabĕllārius, i, subst. scriba acceptarum, expensarum, ein buchhalter; ut, *Habebat in eo tabellarium in tributis*, Sidon. 4 epist. 11, ubi *Tabularium* tamen libri habent. ¶ 2. ein bote, briefftrâger. Cic. ad Attic. 1 epist. 13 *fidelis tabellarius.*

¶ Tabellārius, a, um, adject. briefflich, mit schrifften umgehend. Sic, LEX TABELLARIA, dicebatur, quæ suffragia non voce, sed tabulâ jubebat ferre. Cujus generis non una, sed quaterna fuit. Prima a Gabinio lata de mandandis magistratibus; altera Cassia de populi judiciis, excepto perduellionis crimine: tertia Papyria de legibus jubendis & vitandis: ultima Cælia de perduellionis judicio. His igitur legibus permittebatur publicum suffragium populo non voce, sed tabella ferre. In quo magnam jacturam fecit nobilitas: quod qui palam repugnare non auderent, per tabellam quidvis possent efficere. Lege Ciceronem contra illas disputantem lib. 3 de LL. c. 15 & 16; item Orat. pro Sextio c. 58, pro quibus Sallustius est Orat. 2 ad Cæsar. c. 18. vide & Plin. 3 epist. 20; & 4 epist. 25. *Naves tabellariæ*, postschiffe, apud Senecam epist. 77, quæ præmitti solebant, & nuntiare secuturæ classis adventum.

¶ Tabulāris, e, täfelicht; ut, *Aurum, æs tabulare*, gold, ertz, damit man tafeln oder gemählde belegt, Plin. 34 c. 9. Et substantive, *Tabularibus torquere*, foltern, Sen. de Ira 3 c. 19.

¶ Tabulārius, i, ein schreiber, cantzelist. *Tabularii* erant servi publici, qui in provinciarum civitatibus acta publica, item rationes curabant: νομικοὶ Novellâ 66 appellantur. Sunt, quos *Notarios* nunc appellamus; qui & testamentis scribendis adhibebantur. vide Casaubon. ad Sueton. p. 192. Vet. Inscript. apud Gruter. p. 632 n. 4 M. LIVIO CELSO TABVLARIO SCHOLAE MEDICORVM.

¶ Tabularium, i, locus, in quo tabulæ & scripta publica asservantur, vulgo *archivum* vocatur, die schreibstube, die cantzley, das archiv. Cic. pro Archia c. 4 *Tabulas desideras Heracliensium publicas, quas Italico bello, incenso tabulario, interisse scimus omnes.* Et Apulej. Apolog. *Litteras e tabulario publico descripsimus.* Et interjectis non paucis: *Tabulæ ejus partim tabulario publico, partim domo adservantur.* Et Virg. Georg. 2 v. 502 *Insanumque forum aut populi tabularia vidit.*

¶ Tăbŭlīnum, i, idem. Apulejus extrem. Florid. *Tabulina perpulcra in ædibus.* Videtur idem quod *Tablinum*, de quo sequitur.

¶ Tablīnum, i, locus dicebatur atrio proximus vel atrii potius, ut ex Vitruvii 4 c. 4 constare potest, ubi tabulæ, scripta, instrumenta publica, & monumenta rerum gestarum asservabantur. In aulis & curiis diversis appellationes fortasse etiam diversas accipit, die kämmerey, cantzeley. Cicero *Tabularium* dixit de N. D. 3 c. 30. Vide *Grammatophylacium*, & *Pinacotheca*. Scribitur & *Tabulinum*. Plin. 35 c. 2 *Tablina codicibus implebantur.* Apulej. Florid. 2 *Perpulcra tablina.* conf. Bald. Lexic. Vitruv. p. 122.

¶ Tabŭlo, are, tabulis construere, täfeln. Hinc

¶ Tabulātus, a, um, getäfelt; ut, *Tabulatus transitus*, Plin. 2 epist. 17, ein gang.

¶ Tabulatum, i, subst. interstitium in ædibus, tabulis constratum, & parietibus suffultum, ein boden, ein stockwerck. Cæsar. 6 Bell. Gall. c. 28 *In extremo ponte turrim tabulatorum quatuor constituit.* ¶ 2. In arboribus *Tabulata* sunt rami effusiores, in altum non crescentes, äste, so sich nur ausbreiten, und nicht hoch über sich wachsen, Plin. 17 c. 23. Et Virgil. 2 Georg. v. 361

Summasque sequi tabulata per ulmos.

¶ 3. *Tabulata* etiam viles compositūras notant ex ligno factas, præcipue in navibus. Val. Flaccus 8 v. 305 *vocibus urgent*
Interea, & pedibus pulsant tabulata frequenter.

¶ Tabulatim, adverb. per seriem, distinctione tabulis facta, tafelweise. Palladius 3 c. 9 *Placet genera vitium tabulatim disponi, & decimanis dividi.*

¶ Tabulātio, ōnis, die täfelung, das täfelwerck. Cæs. B. Civ. 2 c. 9 *Tabulationem perfringere.* Vitruv. 5 c. 5 *Theatra tabulationes habent complures.*

¶ Tabulamentum, i, idem. Frontin. 1 Strategem. c. 1 n. 1 *Junxit dolia constravitque tabulamentis, ac super ea positos per Siculum fretum transmisit.*

¶ Contăbŭlo, are, tabulis consternere, mit bretern belegen, täfeln; ut, *Contabulare murum turribus*, Cæs. 7 Bell. Gall. c. 22. *Æmulatione Xerxis, qui Hellespontum contabulaverit*, Sueton. Calig. c. 19.

¶ Contabulatus, a, um, getäfelt; ut, *Turres contabulatæ*, ex tabulis compactæ, Liv. 24 c. 34. Et Ammianus 27 c. 10 *Ponte contabulato super navium foros.*

¶ Contabulatio, ōnis, die täfelung, der breterne fußboden; ut, *Turris altitudo perducta ad contabulationem*, Cæsar 2 Bell. Civ. c. 9.

TĂBURNUS, i, mons Campaniæ, abundans olivetis. Virg. 2 Georg. v. 38 *oleâ magnum vestire Taburnum.*

TĂCEO, ui, ĭtum, ēre, σιγᾶν, schweigen, still seyn. Terent. Eunuch. 3, 2. v. 23 *Tacent, satis laudant.* Sic, *Tacere rem aliquam*, & *de re*; Cicero 1 de Orat. c. 26 *Enunciabo apud familiarissimos, quod adhuc semper tacui, & tacendum putavi.* Et Curtius 6 c. 10 n. 7 *tacere arcana* dixit. Rursus Cicero in Verr. c. 9 *An me taciturum tantis de rebus existimavistis?* Et ad Attic. 1 epist. 19 *Nimis diu de rebus alicujus tacere.* Sic, *Tace modo, ac sequere*, gieb dich nur zu frieden, Terent. Adelph. 2, 4 v. 16. Et ibid. 3 v. 28 *Ignotum est, tacitum est*, man hat es verschwiegen. Eurip. Νέῳ σιγᾶν ἢ λαλεῖν πρέπει, id est, *Juvenem tacere plus decet, quam loqui.*

¶ Tacens, tis, schweigend, still. Plaut. Rud. 4, 4 v. 72

Neque loquens es, neque tacens unquam bonus.

¶ Tacendus, a, um, verschweigens werth. Ovid. 2 de Arte am. v. 604

At contra gravis est culpa, tacenda loqui.

¶ Tăcĭtus, a, um, qui tacet, stillschweigend, heimlich. Terent. Hecyr. 4, 1 v. 3 *Corripuit derepente tacitus sese ad filiam.* Et, *Assentitur tacitus*, Cic. Divinat. in Verr. c. 7. ¶ 2. *Tacitus* passive, verschwiegen, verborgen. Cic. 3 fam. epist. 8 ad Appium: *Prima duo capita epistolæ tacita mihi quodammodo relinquenda sunt.* Idem pro Cæcin. c. 18 *Si voluntas tacitis verbis intelligi posset, verbis omnino non uteremur.* Idem in Catil. 3 c. 11 *Nihil me mutum delectat, nihil tacitum.* Et in 5 Verr. c. 71 *Tacitæ magis & occultæ inimicitiæ timendæ sunt, quam dictæ & apertæ.* Sic, *Cogitationes tacitæ*, Quintil. 6 c. 1. Et, *Tacitis senescimus annis*, Ovid. 6 Fastor. v. 771. *Tacitum senatus consultum* quod diceretur, vide supra in *Senatusconsultum*.

¶ Tacĭtum, i, substantive, pro silentio & arcano, die stille, heimlichkeit; ut, *Taciti vulgator*, Ovid. Amor. 3 eleg. 7 v. 51. *Ei, qui soleat ebrius fieri, non dari tacitum*, Seneca epist. 84. *Per tacitum* Seneca tragicus dixit Thyeste v. 396, i. e. per silentium, per quietem & otium:

Nullis nota Quiritibus
Ætas per tacitum fluat.

¶ Tacito, adverb. in der stille, heimlich. Justinus 18 c. 4 *Fugam tacito molitur.* Cic. Verr. 2 c. 73 *Vos jam me tacito intelligetis.*

¶ Tacite, idem. Plaut. in Pœnul. prolog. v. 32 *Matronæ tacite spectent, tacite rideant.* Et, *Habere aliquid tacite*, Liv. 42 c. 16, etwas verschwiegen halten. *Tacite rogare*, Cic. pro Leg. Manil. c. 5.

¶ Tacitābundus, a, um, stillschweigend. Donat. in Vita Virgilii: *Quare ille sæpe aut tacitabundus discedebat.*

¶ Tacitŭrio, ire, gern schweigen wollen. Sidon. 8 epist. 16 *Taciturire deliberavimus.*

¶ Tacĭturnus, a, um, naturâ facile tacens, verschwiegen; ut, *Taciturna silentia rumpere*, Ovid. 2 de Arte am. v. 505. *Statuâ taciturnior*, Horat. 2 epist. 2 v. 83. Plautus etiam in Curcul. 1, 1 v. 20 *ostium taciturnissimum* dixit.

¶ Taciturnŭlus, a, um, dimin. etwas still; apud Apulejum: *Blanda mulier & taciturnula.*

¶ Taciturnĭtas, ātis, die verschwiegenheit. Terent. Andr. 1, 1 v. 7 *Opus est his &c. fide & taciturnitate.* Cic. 1 fam. epist. 5 *Nosti hominis tarditatem & taciturnitatem.* Idem ad Attic. 7 epist. 8 *Suspicionem mihi majorem tua taciturnitas attulerat.* Et de Invent. 1 c. 32 *Taciturnitas imitatur confessionem*, stillschweigen ist dem bekennen gleich. Valer. Max.

Max. 2 c. 2 n. 2 *Taciturnitas optimum eſt & tutiſſimum rerum gerendarum vinculum.* Corn. Nepos Epaminond. c. 3 n. 2 *taciturnitatem interdum eloquentiâ potiorem eſſe* ait. ¶ 2. Invenitur etiam pro ſilentio litterario. Symmachus 1 epiſt. 5 & 82 *Inceſſi taciturnitatis*, hoc eſt, ſilentii accuſari, ſive neglecti officii litterarii.

Compoſita:

¶ Contĭceo, ui, ēre, prorſus tacere, erſtummen. Virg. 2 Æn. pr.

Conticuere omnes intentique ora tenebant.

Cic. 3 Catil. cap. 5 *Recitatis litteris debilitatus atque abjectus conſcientiâ, repente conticuit.* ¶ 2. Cic. Clar. Orat. c. 94 metaphorice dixit, *Studium noſtrum conticuit ſubitoque obmutuit.*

¶ Conticeſco, ĕre, ſtill werden, ſchweigen; ut, *Si quis admoverit aurem, conticeſcent*, Senec. epiſt. 10. *Dum conticeſceret illa lamentatio & gemitus urbis*, Cic. poſt redit. in Senatu c. 7. Et, *Ætas nulla de tuis laudibus conticeſcet*, pro Marcello c. 3. *Conticeſcebat paulatim tumultus*, Livius 25 c. 10.

¶ Contĭcĭnium, i, primum tempus noctis, quo omnia propter quietem conticeſcunt, der erſte ſchlaff. vide *Nox*. Plaut. Aſin. 3, 3 v. 95 *Redito huc conticinio.* Adde Varr. L. L. 5 c. 2.

¶ Obtĭceo, ēre, vel Obticeſco, ĕre, idem quod vel tacere, vel conticere, ſtillſchweigen. Terent. Eunu. h. 5, 1 v. 4 *Virgo lacrymans obticet*, ſie will nichts ſagen. Daceria laudat Donati obſervationem: *Tacemus conſilia; reticemus dolores; obticemus, ubi dicere rem pudet:* Martial. 10 epigr. 17 *Et queritur nugas obticuiſſe meas.*

Horat. de Arte poët. v. 284 *chorusque*

Turpiter obticuit.

¶ Obtĭcentia, æ, die verſchweigung. Quintil. 9 c. 2 ἀποσιώπησις, *quam Cicero reticentiam, Celſus obticentiam appellant.*

¶ Retĭceo, ēre, & Reticeſco, ĕre, verſchweigen. Terent. Heaut. 1, 1 v. 33 *Iſtuc quicquid eſt, fac me ut ſciam; ne retice.* Cicero ad Qu. fratr. 1 epiſt. 2 *Nihil me temere dicere, nec aſtute reticere debeo.* Idem in Verr. 3 c. 53 *De Chelidone reticuit, quoad potuit.*

¶ Retĭcentia, æ, cum id non dicitur, quod dici debuit, die verſchweigung. Plaut. Mercat. 5, 2 v. 52 *Enecas me miſerum tuâ reticentia.* ¶ 2. Eſt & figura rhetorica, gr. ἀποσιώπησις. vide Quintilianum in *Obticentia* modo allegatum, & Cic. 3 de Orat. c. 53 ſub fin.

¶ Subtăcĭtus, a, um, aliquantum tacitus, etwas ſtill. Prudent. Hamartig. v. 174 *Hinc ſchola ſubtacitam meditatur gignere ſectam.*

TACĬTVS, i, Cornel. Tacitus, orator fuit clariſſimus ſub Domitiano, Nerone & Trajano principibus, æqualis ac familiaris Plinii junioris, hiſtoriam principum conſcripſit ſtylo ſublimiori, ab Auguſto usque ad Hadrianum, quæ integra hodie non habetur. Scripſit porro de moribus, ac ſitu Germaniæ ſtylo preſſo: item de vitâ Agricolæ ſoceri ſui floridius. Taciti adeo amans fuit Tacitus imperator, ut decies quotannis deſcribi eum, & in omnibus bibliothecis reponi juberet. Vopiſcus in vita Taciti imperatoris c. 10.

TACTĬCE, es, τακτική, græce dicitur illa pars militaris ſcientiæ, quæ de inſtruenda acie agit, a τάττω, *ordino.* Eam igitur artem qui notant, aut tradunt, *Tactici* appellantur. vide Caſaubonum in Æneam de toleranda obſidione, ad ipſum titulum libri. Græci poſteriores ſolent uti hac voce non ſolum *de rebus militaribus*; verum etiam de mandatis in genere, quæ aliquem ad ordinem ſpectant. v. Leunclav. ad Xenoph. p. 1045.

¶ Tactĭcus, i, τακτικὸς, aciei inſtruendæ peritus, ſive ſcriptor, qui de arte aciei diſponendæ deque ordinibus militaribus litteris quædam conſignavit; cujusmodi ſcripta etiam *Tactica* vocantur; ut ſunt *Tactica Æneæ, Sexti Julii Frontini, Claud. Æliani*, & aliorum.

Tactio, tactus, &c. Tæda, vide infra *Tango, Teda.*

TAEDET, tæduit, vel tæſum eſt, tædēre, verdruß haben. Plaut. Caſin. 2. 1 v. 54 *Abeo intro, tædet ſermonis tui*, ſubaudi, *me*, es verdreuſt mich dir länger zuzuhören. Terent. Eunuch. 2, 3 v. 6 *Tædet harum quotidianarum formarum*, ich bin ihrer überdrüßig. Cic. ad Attic. 2 epiſt. 24 *Prorſus vitæ tædet, ita ſunt omnia miſeriarum pleniſſima.*

¶ Tædeſco, ĕre, verdrüſſen. Minut. Fel. in Octav. c. 28 n. 11 *Quos prius tædeſcit impudicitiæ ſuæ, quam pudeſcit.* Gloſſ. gr. lat. σικχαίνομαι, *Tædeo, tædeſco.*

¶ Tædĭo, āre, verdrüßlich ſeyn. Lampridius in Alex. Severo cap. 29 *Neque unquam tædiavit, aut moroſus ac iratus reſedit.* Ad quem locum Iſaac. Caſaub. *Verbum novum, & meo judicio elegantiſſimum, tædiare, pertæſum alicujus negotii id deſerere, & ut loquitur Marcus imperator*, προσκαθῆναι τῆς εἰρήνης &c.

¶ Tædium, i, der verdruß, überdruß; ut, *Tædium laboris*, Quintil. 2 c. 2. *Tædium adducere*, Plin. 30 c. 15; & *adferre*, Liv. 34 c. 34. *Cepit eum tædium belli*, Idem 8 c. 2, er iſt des krieges überdrüßig. *Levare tædium*, Quintil. 2 c. 12. Item, *Effugere tædium varietate*, Quintil. 4 c. 2. *Parere tædium*, verdroſſen machen, Idem lib. 2 c. 2.

¶ Tædĭtūdo, ĭnis, die verdrüßlichkeit. Gloſſ. gr. lat. σικχασία, *tæditudo.*

¶ Tædĭōſus, a, um, tædii plenus, verdrüßlich. Gloſſ. Vet. *Tædioſus*, ἀηδὴς, σικχός. Julius Firmicus 1 Mathem. c. 3 ſub fin. *Invitus longam ac tædioſam lucis ſuſtinet ſarcinam.* Eugenius Toletanus carm. 12, quod lamentum de ſenectute eſt:

Hæc tædioſa mente dum recogito.

¶ Tædĭōſe, adverb. idem. Gloſſæ eædem: *Tædioſe*, ἀηδῶς.

¶ Diſtædet, ēre, ſehr verdrüſſen. Terent. Phorm. 5, 8 v. 22 *Me cum hoc ipſo diſtædet loqui*, id eſt, prorſus vel valde tædet, mich verdreuſt durchaus mit ihm zu reden. Et Plaut. Amphitr. 1, 3 v. 5 *Quod tui me diſtædeat.*

¶ Pertædet, ēre, idem. Gell. 15 c. 20 *Duas uxores habuerat, quarum matrimonii pertædebat.* Perſonaliter Idem lib. 1 c. 2 *Cum omnes verbis ejus defatigati pertæduiſſent*, id eſt, faſtidio affecti fuiſſent.

¶ Pertædeſco, ĕre, gar müd und überdrüßig werden. Cato c. 156 *Nolito multum dare, ne pertædeſcat.*

¶ Pertæſum eſt, tædet, es verdreußt. Cic. ad Qu. fratr. 1 epiſt. 2 *Pertæſum eſt levitatis, aſſentationum animorum, non officiis ſed temporibus ſervientium.* Plautus Moſtell. 1, 4 v. 4 *Ita me male convivii ſermonisque pertæſum eſt.* Virg. Æn. 4 v. 18

Si non pertæſum thalami tedæque fuiſſet.

¶ Pertæſus, a, um, quem pertæduit, überdrüßig, unwillig. Sueton. Cæſ. c. 7 *Pertæſus ignaviam ſuam.* Idem Tib. c. 66 *Poſtremo ſemetipſe pertæſus.* Sed Tacit. Annal. 15, 51, 1 *Lentitudinis eorum pertæſa mulier.*

TAENĂRVS, i, Ταίναρος, promontorium Laconiæ ingenti hiatu & ſtrepitu, propter quod exiſtimatum eſt, deſcenſum ibi eſſe ad inferos. Apulejus Metam. lib. 6 *Lacedæmon Achaiæ nobilis civitas, hujus conterminum, deviis abditum locum, quære Tænarum. Ibi ſpiraculum Ditis, & per portas hiantes monſtratur iter retro invium.* Adde Horat. 1 od. 34 v. 10.

¶ Tænăra, ōrum, etiam inferi ipſi. Boëthius de Orpheo:

Deflet Tænara commovens,
Et dulci veniam prece
Vmbrarum dominos rogat.

Senec. Troad. v. 402 *Tænara & aſpero regnum ſub domino.*

¶ Tænărius, a, um, adjectivum. Virgil. 4 Georg. v. 467

Tænarias etiam fauces, alta oſtia Ditis.

Sic, *Lapis Tænarius*, Plin. 36 c. 22. *Tænaria marita*, i. e. Helena Lacæna, Ovid. Heroid. epiſt. 13 v. 45. *Tænarium malum* dicitur, ſi quid crudelius ſævitum in captivos. vid. Eraſm. Adag.

¶ Tænarĭdes, æ, pro Lacone, apud Ovid. Metam. 10 v. 183.

¶ Tænăris, ĭdis, fœm. ut, *Tænaris ora*, Ovid. Her. epiſt. 17 Helenæ v. 6.

TAENIA, æ, vittarum extremitas, & ipſa vitta, item faſcia capitis, das band, die haube, hauptbinde. Virgil. Æn. 7 v. 352

Fit longæ tænia vittæ.

Et Æn. 5 v. 269 *Puniceis ibant evincti tempora tæniis.*

Nam & *Tæna* dicitur, auctore Servio. Eſt autem græcum ταινία, fortaſſe a τείνειν, *extendere*, quod circa caput tænia extendatur. Verrius apud Feſtum dicit, *ornamentum eſſe laneum capitis honorati*, das kopffgeſchmeide. vide ibi loca Cæcilii, Ennii, Accii. ¶ 2. *Tæniæ* etiam Plinio ſunt in præfat. lib. 3 lapilli ſub aqua candicantes, gleiſſende ſandſteinlein im waſſer. ¶ 3. *Tænia* piſcis, ſic a ſimilitudine faſciæ dictus: eſt enim corpore longo & tenui, capite lato, ein beutel- oder ſichel-fiſch, a ſimilitudine falcis, Geſner. & Plin. 32 cap. 7.

¶ Tænĭŏla, æ, diminut. faſciola, ein bändgen, Colum. 11 c. 3.

¶ Tænĭōſus, a, um, tæniis plenus, voller bänder. Gloſſ. lat. gr. *Tænioſus*, κειριατής.

TAEPOCON, i, ut Feſtus docet, *appellarunt Græci genus ſcribendi deorſum verſus, ut nunc dextrorſum ſcribimus.* vid. Voſſ. Etym. p. 509.

Tagax, &c. vide intra *Tango*

TĀGES, is, & ētis, teſte Feſto, Genii filius, nepos Jovis, qui puer Hetruſcos aruſpicinam docuiſſe fertur. Cic. 2 de Divin. c. 23 *Is Tages puerili ſpecie dicitur viſus, ſed ſenili fuiſſe prudentia*, &c. conf. Lucan. 1 v. 637; Stat. 5 Silv. 2 v. 1. Et Ovid. Met. 15 v. 558

Indigenæ dixere Tagem, qui primus Hetruſcam
Edocuit gentem caſus aperire futuros.

TĀGVS, i, Τάγος, Hiſpaniæ in Luſitania fluvius aureis arenis celebratus. Ovid. 1 Amor. eleg. 15 v. 34

Auriferi ripa beata Tagi.

Talaria, talaris, vide paullo poſt in *Talus.*

TĀLĔA, æ, a θάλλειν, *vireſcere*, lignum præciſum, quod *plantale* vulgo dicitur, pedali vel cubitali longitudine; ejusmodi enim lignis quædam arbores ſeruntur, ein ſetz-holtz, geſenck, pfropfreiß, zweig. Nonius c. 4 n. 473 *taleas* exponit *ſciſſiones lignorum, & præſegmina*, ſpäne, ſpalter. Varro R. R. 1 c. 40 *Alii clavolas, alii taleas appellant.* Plinius 17 c. 17 *Myrtus taleis ſeritur, morus talea tantum.* Sic, *Talea oleagina*, Cato c. 45. *Taleæ ſeſquipedales*, &, *viridem taleam oleaſtri in foramen dimittere*, Colum. 5 c. 9. Et Serenus Sammonicus c. 13 *Fraxinea in flammis quem fudit talea ſuccum.*

Sic, *Taleas infodere, diſſerere*, Cæſ. B. G. 7 c. 73. ¶ 2. *Taleam* etiam Varro dixit lignum ex utraque parte æquabiliter complanatum, ut numerum aliquem vel inſcribendo, vel incidendo recipere poſſit, ein kerbholtz.

¶ Taleŏla, æ, ein zweiglein. Columella 3 c. 17 *Taleolas terræ mandare.* Idem 12 c. 13 *Taleolæ ſectæ.*

¶ Intertăleo, āre, ruſtica voce dicitur *dividere*, vel *excidere ramum*, ſpellen; uti monet Nonius c. 4 n. 473.

TĂLENTVM, i, τάλαντον, multiplex fuit, ſed *Atticum* ab hiſtoricis inprimis celebratur. Valuit autem ſexaginta libras ſeu minas, hoc eſt, ſex millia denariûm vel drachmarum, quæ ſexagies denos coronatos valent, hoc eſt, ſexcentenos, vel DCCL taleros, ſi denarius tres Miſnicos groſſos valet. Lais μυρίας δραχμὰς ἢ τάλαντον a Demoſthene popoſcit, Gell. 1 c. 8. Virgil. Æn. 5 v. 248

Vinaque & argenti magnum dat ferre talentum.

Horat. de Arte poët. v. 238

Pythias emuncto lucrata Simone talentum.

vid. Gronov. de Pecun. veter. lib. 3 c. 3.

Talia, Talio, Talipĕdo, vide *Talla, Talis, Talus.*

TĀLIS, e, ſolcher, cum *Qualis* fere conjungitur. Cic. 2 Offic. cap. 13 *Quales ſumus, tales eſſe videamur.* Etiam ſine illo: Terent. Heaut. 5, 3 v. 19 *Præterea talem, niſi tu, nulla pareret filium.*

Et, *Tot talesque viri*, Cicero pro Quintio c. 13. Idem 10 fam. epiſt. 6 *Talem te eſſe oportet, qui primum te ſejungas* &c. Cic. in Vatin. c. 4 *Honor talis populi Romani voluntate paucis eſt delatus, ac mihi*, dergleichen ehre. Et, *Aliquid tale*, Idem 16 ad Attic. epiſt. 8, etwas dergleichen. Hunc verſum:

In te talis erit, qualem te ſenſerit alter,

Quintil. uſurpat, ut incerti auctoris. ¶ 2. Sæpe etiam *talis* idem eſt quod *hic.* Nepos Cimone c. 2 *Tali modo cuſtodiâ liberatus*, auf dieſe art. Idem Dione c. 3 *Tale initium fuit ſimultatis.* Et Virg. Æn. 1 v. 78 *Meritis pro talibus.* Idem abſolute Æn. 5 v. 79 *Talia fatur.*

¶ Talĭter, adverb. dergleichen, dermaſſen: Id ex Cic. ad Attic. 10 epiſt. penult. pro *aliter* perperam legitur; ſed uſus eo Martialis 5 epigr. 7

Quali-

Qualiter Assyrios renovant incendia nidos &c.
Taliter exuta est veterem nova Roma senectam.

Et Macrobius lib. 3 Saturn. ineunte: *Cœpit Evangelus Vettium taliter compellare.* Et Alcimus Avitus lib. 1 v. 188

Taliter æterno conjungens fœdere vota.

Idem lib. 3 v. 55

Taliter ignifero missi de fonte gehennæ
Fluxerunt tristes aliena in secula rivi.

¶ Tālio, ōnis, pœna talionis, significat parem vindictam, gleiche wiedervergeltung; ut si manus illi amputetur vicissim, qui manum alicui amputaverit, hand um hand, aug um aug, 2c. Plinius 7 c. 54 *In Cornelia gente nemo ante Syllam dictatorem traditur crematus. Idque voluisse, veritum talionem, eruto C. Marii cadavere.* vid. Festus, ubi locus ex XII Tabb.

¶ Retālio, āre, compensare, vergelten. Gellius 20 c. 1 *Quod per imprudentiam factum est, retaliari per imprudentiam debet.*

Talitrum, vide mox in *Talus.*

TALLA, æ, (sive Thalla, a θάλλω,) cepæ cortex, putamen, eine zwiebel-hülse. Gloss. lat. gr. *Talla*, κρομμύου λέπυρον. Lucil. apud Nonium c. 3 n. 67 *Lacrymosæ ordine tallæ.* Scaliger ad illud in Moreto: *Et summis spoliat coriis* &c. *Intelligit*, inquit, *summam corticem ceparum. Nam interiores tunicas* tallas *vocabant, ut est apud Sext. Pompejum & vetus Glossarium manuscriptum. Itaque apud Lucilium pro* Lacrumosæque ordine talpæ *legendum* tallæ. *Aliud vero est* Thallus cepæ *Columellæ: hoc est, scapus seu colis ceparum viridium & porrorum.* Hæc ille. ¶ 2. Sed apud Festum *Talia* est folliculus cepæ. conf. Voss. Etymol. p. 510; Salmas. in Solin. p. 823; & infra *Thallus.*

TALMVD, doctrina & codex rerum judaicarum; estque duplex, *Babylonicum*, pro Judæis in Babylonia, aliisque peregrinis locis scriptum, & per *Mschnam* & *Gemaram*, i. e. textum & explicationem dispositum: Et *Hierosolymitanum*, pro Judæis in terra Israëlitica a R. Jochanan compilatum, quod respectu Babylonici minoris semper fuit pretii.

TALPA, æ, animal notum, quod visu destituitur, sed auditûs est acerrimi; nam & sub terra, elemento tam crasso & denso, audit, ein maulwurff. Seneca 3 Quæst. Natural. c. 16 extr. *Animalia quoque illis,* (cæcis & subterraneis) *innascuntur, sed tarda & informia, ut in aëre cæco pinguique concepta, & in aquis torpentibus facta: pleraque ex his cæca, ut talpæ & subterranei mures, quibus deest lumen, quia supervacuum est.* Virg. 1 Georg. v. 183 *Oculis capti talpæ.* conf. Cic. Acad. 4 c. 25. ¶ *Talpâ cæcior:* Item, *Talpa loquax*, de eo, qui impendio garrulus, sed nullius est judicii. vide Chiliadas.

TALTHYBIVS, i, Ταλθύβιος, præco Agamemnonis in Græcorum exercitu, Homer. Iliad. 1; & Ovid. Heroid. epist. 3 v. 9.

TĀLVS, i, os extuberans prope calcaneum, der knorr oder knöchel, malleolus calcanei. Galeno *tali* sunt ἀστράγαλοι; sed ita dici in homine *talos*, Aristoteles non vult. Sic, *Vsque ad talos purpura demissa*, Cic. pro Cluent. c. 40, ein kleid biß auf die verse an füssen. *Recto talo stare*, Horat. 2 epist. 1 v. 176, bestehen. *A vertice ad talos imos*, Idem 2 epist. 2 v. 4, von oben biß unten. ¶ 2. *Talus*, os eminens, in articulo pedis, in animalibus bisulcis, non homine, der knote, Plin. 11 c. 46. ¶ 3. *Tali lusorii*, köten, sumebantur ex animalibus ungulas solidas aut bifidas habentibus. *Talos mittere*, vide *Mitto.* ¶ 4. Et *Talus* cubus est, tessera, ein würffel; ut, *Ludere talis*, Cic. 3 de Orat c. 23. *Jacere, jactare talos*, würffeln: Cic. 3 de Finib. c. 16 *Ita jacere talum, ut rectus adsistat.* Et, *qui ita talus erit jactus, ut cadat rectus*, ibidem. *Regna talis sortiri*, Horat. 1 od. 4 v. 18. De lusu talorum apud veteres vide Isaac. Casaub. ad Suetonii Augustum p. 146; item Daniel. Sauterium in Palamede; Johan. Meursium de ludis Græcorum in voce ἀστραγαλισμὸς & κυβεία, itemque Salmasium in Histor. August. ¶ 5. *Talus* etiam dictus fuit vir ex ære a Vulcano olim fabrefactus. Hunc cum Sardi prohiberent in Cretam proficisci, in ignem insiluisse ferunt, pectorique admovisse Sardos: eos vero, cum calore æris ringerentur, ridentibus similes in complexu ejus periisse. Sed hæc fabula etiam horrorem incutere idonea est, judice Vossio lib. 6 Instit. Orat. c. 7 § 4.

¶ Taxillus, *i*, diminut. cubus, ein würfflein, knöchlein. *Semper feliciter cadunt Jovis taxilli:* Ἀεὶ γὰρ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι, Senarius: Proverbium de iis, quibus perpetuo quodam fortunæ favore res omnes ex sententia cadunt. vide Chiliadas.

¶ Tālāris, e, lang, biß an die knöchel; ut, *Tunica talaris*, ad talos usque demissa, Cic. 7 in Verr. c. 13; Ποδήρης χιτὼν, ut Vetus Glossarium exponit.

¶ Tālāria, ium, plurale subst. alata calceamenta, flügel an füssen, flugrüstung. Virgil. 4 Æn. v. 239 de Mercurio:

Pedibus talaria nectit Aurea &c.

Cic. de Nat. Deor. 3 c. 23 *Minerva, cui pinnarum talaria affigunt.* Idem in Arato v. 24 de Perseo *Pedes vincti talaribus.* conf. Ovid. Metam. 4 v. 730. ¶ *Induere talaria*, proverbialis est locutio, pro moliri vel adornare fugam, Cic. ad Attic. 14 epist. 21, sich zur flucht stellen und rüsten. vide Chiliadas. Vet. Gloss. *Talaria*, πέδιλα. ¶ 2. *Talaria* etiam sunt partes pedum circa talos, quæ intendi tumoribus solent in podagra maxime. Seneca epist. 53 *Qui*, (morbus,) *ubi talaria cœpit intendere, necesse est podagram fateri.*

¶ Tālārius, a, um, ad talos pertinens, zum würffeln gehörig; ut, *Ludus talarius*, das würffel-spiel, Cic. 1 Offic. c. 42.

¶ Talitrum, i, illisio unguis in frontem, ein klippchen an die stirn mit dem finger. Suetonius in Tiberio c. 68 *Articulis tam firmis, ut recens & integrum malum digito terebraret, caput pueri, vel etiam adolescentis, talitro vulneraret.*

¶ Talipēdo, āre, i. e. vacillare pedibus, & quasi talis insistere, cum trahantur pedes, übel zu fuß seyn. vid. Festus. Et ita Lambinus apud Lucretium 3 v 505 *Talipedans* pro *vacillans.*

TAM, Quam, adverbia sunt quantitatis, seu comparationis potius, quæ positivis nominibus & superlativis præponuntur, so wohl, so sehr, also. Cic. 5 fam. epist. 2 *Tam sum amicus reipublicæ, quam qui maxime.* Virg. 1 Æn. v. 605 *quæ te tam læta tulerunt Secula?* Idem Æn. 7 v. 787 *Tam magis illa fremens* &c.

Quam magis effuso &c.

id est, Tanto, quanto magis. Ovid. 4 de Ponto epist. 14 v. 43

Tam felix utinam, quam pectore candidus, essem!

Cujus locutionis simile est, *æque atque;* aut, *ita felix, ut candidus*, seu *perinde ac*, vel *ut*, &c. Sallust. in Jugurtha c. 31 *Quam quisque pessime fecit, tam maxime tutus est.* Terent. Heaut. 5, 2 v. 44

Adolescens quam minima in spe situs erit, Tam facillime patris &c.

Plura hujus generis quære in *Quam.* ¶ 2. Sed & cum nominibus superlativi gradus construitur. vide Vossium de Constructione c. 17, qui monet, in his exemplis superlativum positivi loco poni. Cato de Re Rustica c. 65 *Quam acerbissima olea oleum facies, tam optimum erit.* Et forsan in supra allegato Terentii loco pro *tam facillime* legendum *tam facillimam patris pacem.* ¶ 3. Jungitur & cum verbis utraque particula: Terentius Eunuch. 4, 4 v. 51 *Parmenonis tam scio esse hanc technam, quam me vivere*, so gewiß, als ich lebe. Cic. 9 fam. epist. 25 extrem. *Non tam scribere possum, quam mihi gratum feceris.* ¶ 4. Et cum adverbiis aliis: Terentius Heaut. 1, 1 v. 15 *Nunquam tam mane egredior, neque tam vesperi* &c. Cicero de Divinat. 2 c. 39 *Nihil tam valde vulgare est, quam nihil sapere.*

¶ Tamde, pro *Tam* antique posuit Lucilius: vide supra *Icadion.*

¶ Tamdiu, Tandiu, so lang. Cicero 2 fam. epist. 1 *Ego te abfuisse tandiu a nobis doleo.* Idem Quæst. Tuscul. 5 c. 33 *Corpus tamdiu gaudet, dum sentit voluptatem.* Et in Verr. 4 c. 27 *Ignominia illa gravis tandiu in illo homine fuit, quamdiu in provincia mansit.*

¶ Tamen, Tandem, Tanquam, vide mox suis locis.

¶ Tametsi, indicativo & conjunctivo verbo gaudet, & idem est quod *etiamsi*, obgleich, obschon. Terent. Andr. 2, 2 v. 11 *Obtundis, tametsi intelligo.* Et Phorm. 2, 3 v. 81 *Metuit hic nos, tametsi sedulo dissimulat*, ob er sichs wohl nicht mercken läst. Ter. Eunuch. 2, 1 v. 10 *Memini, tametsi nullus moneas.* Cic. in Verr. 5 c. 25 *Non crederem, tametsi vulgo audirem.* ¶ 2. Sed, *Tametsi hoc verum est*, h. e. tamen, und dennoch ist es die wahrheit, Terent. Andr. 5, 3 v. 23.

¶ Tamne, pro *eo usque.* Afranius apud Festum: *Tamne arcula tua plena est aranearum?*

TĂMA, æ, tumor pedum, geschwulst an füssen. Festus: *Tama dicitur, cum labore viæ sanguis in crura descendit & tumorem facit.* Lucilius ibid. *Inguen ne existat, papulæ, tama, ne boa noxit.*

TĂMĂRAE, ārum, Britanniæ urbs, vulgo Tamerstock.

TĂMĂRĪCE, es, vel Tamarix, īcis, longâ penultimâ, myrica est, tamarischken. Lucan. 9 v. 917 *Et tamarix non læta comis.* vide *Myrica.*

TAMARINDI, ōrum, palmulæ Indicæ sunt, Indianische datteln.

Tamde, tamdiu, vide paullo ante in *Tam.*

TĂMEN, conj. subjicitur fere particulis *Etsi, Etiamsi, Quamvis, Quanquam, Licet*, &c. doch, dennoch, nichts desto minder. Servius Sulpicius Ciceroni 4 fam. epist. 12 *Etsi scio, non jucundissimum nuntium me vobis allaturum esse: tamen, quoniam casus & natura in nobis dominantur, visum est faciendum*, &c. Ovidius 3 de Ponto epist. 4 v. 79 *Vt desint vires, tamen est laudanda voluntas;* doch, jedoch, nihilominus. ¶ 2. Interdum & aliis vocibus, quam his, additur. Terentius Eunuch. 1, 2 v. 85 *Nonne, ubi mihi dixti, cupere te ex Æthiopia ancillulam, quæsivi? Tamen contemptus abs te* &c. ¶ 3. Et in principio orationis: ut, *Tamen a malitia non discedis*, Cicero 9 famil. epist. 19, noch läst du nicht ab von 2c. ¶ 4. Ponitur & non semel pro *autem* Flav. Vopisco: itaque Virgilius posuisse videtur lib. 2 Æn. v. 285. ¶ 5. *Si tamen*, idem quod *si modo*, wenn daß: Plinius 3 epist. 1 *Liber legitur præsentibus amicis, si tamen illi non gravantur.* Quanquam in talibus τὸ *tamen* potius παρέλκειν videtur, quod Scaliger ad Manilium notat. Horat. 1 od. 3 v. 24 *si tamen impiæ*

Non tangenda rates transiliunt vada.

Ita in aliis τὸ *Tamen* abundat. Virg eclog. 3 v. 7

Parcius ista viris tamen objicienda memento.

Sulpicius Ciceroni 4 fam. epist. 12 *Impetrare non potui, quod religione se impediri dicerent, neque tamen id antea cuiquam concesserant.* Ita Plaut. Captiv. 2, 3 v. 33 & 44; Terent. Andr. 1, 1 v. 67; & Heaut. 1, 1 v. 67.

¶ Tamenetsi, id est, etiamsi, obgleich, obwohl. Elegans verbum, quod Ciceronem, Cæsarem, Lucanum, Senecam, aliosque usurpasse, pluribus probant Muretus lib. 11 Var. Lect. c. 17, itemque Manutius ad Cic. lib. 4 fam. epist. 15. Vsus & aliquoties Plautus. Inde per syncopen *tametsi*, de quo paullo ante in *Tam.*

¶ Attămen, sed tamen, jedoch, aber doch. Terent. Andr. 4, 1 v. 18 *Attamen ut fides est, si roges, nihil pudet.* Horat. 2 sat. 1 v. 16 *Attamen & justum* &c. ¶ 2. Et interpositis aliquot dictionibus eleganter admodum divellitur per tmesin. Terent. Eunuch. 5, 2 v. 26 *Si ego digna hâc contumelia sum maxime, at tu indignus, qui faceres tamen.* Et Cic. de Senect. c. 18 *At morositas tamen, & ea, quæ dixi, vitia habent aliquid excusationis.*

¶ Veruntămen, vide infra in *Vero.*

TAMERLĀNES, is, imperator Scythicus, cujus verum nomen *Timur Lenk*, hoc est, *Timur claudus. Timur* proprium ei nomen, quod Turcis Persisque, quando appellativum est, *ferrum* significat: a vitio autem corporis est cognomen *Lenk*, quod Persis notat *claudum.* Vicit Bajazeten, Turcorum Sultanum, terror multarum gentium. Peculiari de eo dissertatione egit Bœclerus.

TĂMĔSIS, is, fluvius Angliæ celeberrimus, die Temse.

Tametsi, vide paullo ante in *Tam.*

TĂMIĂCVS, a, um, wirthlich; vide titulum Cod. *de prædiis tamiacis*, i. e. instructis omni supellectile, servis, &c. a ταμίας, *promus condus.*

TĂMĬNIA, æ, uva silvestris Festo & Plinio 23 c. 1; Meursio Critic. Exercit. Part. 2 c. 2 est *maculis variegata.* A *Taminum*, vel *Tamina*, quæ macula antiquis erat, ita dicta. Vnde obsoletum verbum

TĀMĬNO, are, cujus composita supersunt, maculandi & polluendi notione; ut,

¶ Attāmĭno, avi, atum, are, beflecken, versehren. Justinus 21 c. 3 n. 4 *Omnibus ante juratis viris, ne quis ullam attaminet.* Aur. Vict. in Anton. Cæs. c. 16 *Divina facta consultaque imprudentia regendæ conjugis attaminavit.* Et Capitolin. Gord. c. 27 *Ita ut nihil, quod ad eorum fortunas pertineret, attaminaret.*

¶ Inattaminātus, a, um, unbefleckt. Tertullianus de Corona milit. cap. ult. *Serva Deo rem suam inattaminatam.*

¶ Contāmĭno, avi, atum, are, besudeln, versehren. *Proprie*, inquit Donatus, *est manibus luto plenis aliquid attingere atque polluere*: imo & resecando turpare, ac velut mutilum reddere, sive corrumpere. Vnde & in Glossario Veteri per συγκόπτειν exponitur: *Contaminat*, μιαίνει, συγκόπτει. Itaque Horat. 1 od. 37 v. 9 *Contaminatum gregem* de exsectis sive spadonibus dixit; & Cicero *Contaminata* opposuit *integris*. Nec alia ratione Terent. Andr. & Heaut. prologis *contaminari fabulas*. ¶ 2. Metaphoras usitatas efficit: ut, *vitiis, sceleribus se contaminare*, Cic. 3 Offic. c. 8, sich mit lastern beschmitzen. *Fingi maleficium nullum potest, quo iste se non contaminaverit*, Idem pro Rosc. Amer. c. 40 pr.

¶ Contaminātus, a, um, beschmitzt, beflecket. Cicero pro Cluentio c. 35 extr. *homo nequam, turpis, improbus, multis vitiis contaminatus.* Et pro Domo sua c. 9 *homini post homines natos turpissimo, sceleratissimo, contaminatissimo.* Et de Provinc. consul. c. 6 *homini sceleribus, flagitiis contaminatissimo.*

¶ Contaminātio, ōnis, die befleckung. Vlpianus Lege 2 § 3 Dig. ad Legem Juliam de adulter. coerc *Qui patitur uxorem suam delinquere, matrimoniumque suum contemnit, quique contaminationi non indignatur*, &c.

¶ Contāmen, ĭnis, idem. Tertullian. carm. 1 adv. Marc. c. 1

Fœmineos usus vulgi contamine mixtos.

Idem carm. 4 c. 5 *Plebi contamine plena.*

¶ Contaminātor, ōris, ein schänder. Lampridius in Alex. c. 6 *contaminator honorum.* Tertullianus de Pudicit. c. 13 *paterni tori contaminator*, intelligens Corinthium hominem, quem Paulus priori epistola notavit.

¶ Contāmĭnābĭlis, e, versehrlich. Tertull. adv. Marc. 4 c. 20 *Prophetam, quem pro substantia humana contaminabilem sciret.*

¶ Incontaminātus, a, um, rein, unbefleckt. Livius 4 c. 2 *ne quid sinceri, ne quid incontaminati sit.*

¶ Incontaminābĭlis, e, unversehrlich. Tertullianus 4 adv. Marc. c. 9 *Deus utique non inquinatur, incontaminabilis scilicet.* Vsus & Augustinus Confession. lib. 7 c. 3 princ.

¶ Incontaminābĭlĭter, adverb. idem, Augustinus libro imperfecto de Genesi ad lit. c. ult.

¶ Intaminatus, a, um, idem quod *incontaminatus*. Horat. 3 oda 2 v. 17

Virtus repulsæ nescia sordidæ
Intaminatis fulget honoribus.

TAMVSIVS, i, Geminus cognomine; ejus scripta *cacata charta*, apud Senecam epist. 93. vid. Plutarch. in Cæs.

TĂNĂCĒTVM, i, herba, reinfahren, baurenff, wurmkraut.

TĂNĂGER, gri, fluvius Lucaniæ. Virg. 3 Georg. v. 151

Et sicci ripa Tanagri.

TĂNAGRA, ōrum, oppidum Bœotiæ, Plin. 4 c. 7; & Strab. lib. 9

¶ Tanagræus, a, um, adjectivum. Stat. Theb. 9 v. 745

Prima Tanagræum turbavit arundo Chorœbum.

TĂNĀIS, is, Τανάϊς, fluvius Scythiæ est, Asiam ab Europa dividens, diffunditur in Mæotin. vid. Geograph. & Barth. ad 12 Theb. Statii p. 1454. Horat. 3 od. 10 v. 1 *Extremum Tanaim si biberes Lyce.*

¶ Tanaītæ, arum, accolentes Tanaim. Ammianus 31 c. 8 [Vales. c. 3] pr. *Hunni pervasis Alanorum regionibus, quos Greuthungis confines Tanaitas consuetudo nominavit*, &c.

¶ Tanaītĭcus, a, um, adject. Sidonius Panegyr. Majoriani v. 479

Caucasus & Scythicæ potor Tanaiticus undæ.

Et carm. 11 v. 96 *Strinxit hyperboreis Tanaitica crusta pruinis.*

TĂNĂQVIL, ilis, Τανάκυλ, Tarquinii Prisci Rom. regis uxor. ¶ Ponitur & pro quavis uxore viro imperante. Auson. epist. 23 v. 31

Tanaquil tua nesciat istud.

Vide Scalig. Auson. Lect. 2 c. 6, & Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 176. Adde Juvenal. sat. 6 v. 566.

TANDEM, adverbium & conjunctio expletiva est, auctore Valla lib. 6 c. 21, quæ cum interrogatione urgens quiddam atque accelerans significat, doch, endlich. Virg. 1 Æn. v. 370

Sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris?

Et Cic. 1 Catil. pr. *Quousque tandem abutêre Catilina patientia nostra?* Terent. Adelph. 4, 5 v. 51 *In qua civitate tandem te arbitrare vivere?* Donatus in Terentii Andriam a. 3 sc. 2 TAMEN IDEM *integrum fuit: unde apud nos* TANDEM *&* TAMEN *natum est.* ¶ 2. Et sine interrogatione. Virg. 2 Æn. v. 76

depositâ tandem formidine fatur.

Terent. in Eunuch. 1, 2 v. 74 *Heus noster, laudo, tandem perdoluit*, er hat einmahl seine gedult überwunden. ¶ 3. *Tandem aliquando*, endlich einmahl. Cic. in Catil. 1 c. 10 *Ibis tandem aliquando, quo te jam pridem tua ista cupiditas effrænata rapiebat.* Et, *Aliquando tandem posse consistere*, Idem pro Quintio c. 30. ¶ 4. *Vix tandem*, mit genauer noth; ut, *Vix tandem sensi stolidus*, Ter. Andr. 3, 1 v. 12.

Tandiu, vide ante *Tamdiu* in *Tam*.

TANGO, tĕtĭgi, tactum, tangĕre, berühren, greiffen, fühlen. Lucret. 1 v. 304 *Tangere enim & tangi, nisi corpus, nulla potest res.*

Cicero 3 Verr. c. 10 *Simul ac tetigit provinciam.* Et, *Villa tangit viam*, Cic. pro Milon. c. 19, es stösset an, &c. Et pro Rosc. Amer. c. 7 *Fundos decem & tres reliquit, qui Tiberim fere omnes tangunt*, die alle an der Tiber liegen. Virg. 1 Georg. v. 303 *Portum tetigere carinæ.* ¶ 2. *Tangere verbis*, mit worten berühren, Ovid. Fast. 1 v. 184. *Non omnia dicere & leviter unumquodque tangere*, Cic. pro Rosc. Am. c. 30. Sed, *Tangere rem acu*, id est, accurate attingere, treffen, apud Plaut. Rudente 5, 2 v. 19. vide *Acus*. Sic, *Tangere cælum*, locutio est summam felicitatem inferens: Ausonius Eidyll. 8 extr.

Tunc ero bis consul, tunc tangam vertice cælum.

Et Seneca Thyeste, principio actûs 5

Æqualis astris gradior, & cunctos super
Altum superbo vertice attingens polum.

Sic, *Tangere ulcus*, est movere dolorem, & rei odiosæ mentionem facere, einem den schwehren rühren oder aufstechen, Terent. Phorm. 4, 4 v. 9. *Hæc modice me tangunt*, Cic. 2 ad Att. epist. 19, id est, movent, es geht mir nicht sehr nahe. *Tangit animum memoria earum rerum*, Livius 1 c. 5. ¶ 3. Est & percutere, ferire, lædere, perstringere, einen schlag geben. Horat. 3 od. 26 v. 11

Regina; sublimi flagello
Tange Chloën semel, arrogantem.

Vide ibi Marcil. & Voss. lib. 5 Instit. Orator. p. 344. Fuse Muretus in Catulli illud carmen 18 *Tangam te prius*, &c. Κατ' ἐξοχὴν de fulmine dicitur. vide *Tactus*. ¶ 4. *Tangere aliquem*, decipere est, apud Plautum Pseud. 1, 1 v. 118; quemadmodum & τὸ *percutere* usurpatur. conf. Parei Lex. Crit. p. 1217. ¶ 5. Est & in obscenis, & rem cum aliqua habere significat. Horat. 1 sat. 2 v. 54

matronam nullam ego tango.

Sic nos & τῷ berühren, betasten, utimur. ¶ 6. Est nonnunquam linere, tingere, beschmieren. Palladius Januario tit. 16 *Fimo bibulo ima planta tangenda est.* vid. Gronov. ad Senec. epist. 86 p. 255, & Observ. 3 c. 18; & Nicol. Heins. ad Ovid. 4 Fast. v. 740. *Grævius.*

¶ Tactus, a, um, gerührt, bewegt, getroffen; ut, *Spiritu divino tactus*, Liv. 5 c. 22. *Tactus cupidine laudis*, Ovid. Trist. 4 eleg. 5 v. 11. Et, *Tacta loqui*, id est, vulgata, protrita, Manil. lib. 3 v. 22. ¶ 2. Interdum accipitur pro afflato & leviter fulminato. Virg. eclog. 1 v. 17

De cælo tactas memini prædicere quercus.

Vide ibi Taubman. p. 8. Livius 25 c. 7 *Tacta de cælo multa.* Et Plinius 36 c. 4 *Simulacrum e cælo tactum.* Sueton. Domitiano c. 15 *Tactum de cælo Capitolium*, id est, fulmine percussum. Vet. Gloss. κεραυνωθεὶς, *Tactus*.

¶ Tactus, ûs, substant. ein schlag, eine berührung; ut, *Aspera tactu*, Lucret. 6 v. 777. ¶ 2. *Tactus* etiam unus est ex quinque sensibus, cum totius corporis organo utitur, cum reliqui sensus singuli singula sua instrumenta habeant, der griff, die fühlung. Plinius 10 c. 69 pr. *Ex sensibus ante cætera homini tactus: dein gustatus: reliquis superatur a multis.* Sic Lucretius 6 v. 779 *tactu vitanda*, & *adspectu fugienda* dixit. Virg. 3 Georg. v. 502 *ad tactum tractanti dura resistit.*

¶ Tactio, ōnis, die berührung. Cic. 4 Tusc. c. 9 *Voluptas tactionum & odorationum, & saporum.* conf. Plaut. Pœn 5, 5 v. 29; & Aul. 4, 10 v. 14.

¶ Tactĭlis, e, anrührlich, das man betasten kan. Lucret. 5 v. 152

Tactile nil nobis quod sit, contingere debet.

¶ Tangĭbĭlis, e, idem. Lactantius 7 c. 11 sub fin. *Tangibilia manu.* Et ibidem c. 12 sub init. *Corpus & tangibile est, & visibile.* Cui contrarium est, *tactum fugere*, quemadmodum ibidem dicitur: *Anima tenuitate suâ omnem tactum fugit.*

¶ Tangomenæ, vide infra *Tingomenæ* in *Tingo*.

¶ Tāgo, ĕre, pro *Tangere* veteres dicebant. Sic Pacuvius apud Festum: *Si quisquam me tagit.* Item: *Non cernam, nisi tagam.* Vnde *attigo, contigo*, pro *attingo, contingo*, apud Plautum. Inde &

¶ Tāgax, ācis, dicitur furunculus, der die hände gern ankleben lässet, diebisch. Cicer. ad Attic. 6 epist. 3 *Quæstor levis, libidinosus, tagax*: ut Cujacius primum ex MS. emendavit, quem docti magno hodie numero sequuntur. Vide notas illorum ad hunc locum, & Pacuvii versum apud Festum.

¶ Taxo, are, frequent. cum derivatis, vide infra suo loco.

Composita:

¶ Attingo, tĭgi, tactum, ĕre, leviter tangere, anrühren, angreiffen; ut, *Strictim attigisti*, Cic. 2 ad Attic. epist. 1. *Digito uno attingere*, Terent. Eunuch. 4, 6 v. 2. Et, *Attingit te hæc res*, Cic. 2 de Legib. c. 1, id est, attinet. Sic, *Primus ille locus maxime attingit naturam humanam*, Idem Off. 1 c. 6, es belanget, es betrifft. Sic, *Attingere quem cognatione, affinitate, necessitudine*, einem an= oder zugehören, verwandt seyn, Idem in Verr. 4 c. 10. Et, *Sanguine attingere*, Plinius 7 epist. 24. *Studia leviter attingere*, Sueton. Grammat. c. 9. Et, *Crassus non plus attigit doctrinæ* &c. Cicero de Orat. lib. 2 ineunte. *Attingere rem aliquam*, davon handeln: verbi gratia: *Singulatim unamquamque rem attingere*, Cic. de Invent. 1 c. 52. *Primoribus labris gustare, & extremis, ut dicitur, digitis attingere*, Idem pro Cœlio c. 12. Ac, *Leviter in transitu attingere*, Quinctil. 7 c. 3 p. 535. *Primoribus labris aliquid attingere*, Cic. 1 de Orat. c. 19, ein wenig obenhin berühren. *Cappadociæ pars ea, quæ Ciliciam attingit*, Idem ad Attic. 5 epist. 20, es stösset an, &c. *Si qua attingit cura de Pompejo tuendo & reconciliando*, Cicero Cæsari sub lib. 9 ad Att. epist. 11. *Attingit eum invidia*, Idem 3 fam. epist. 10 sub finem. ¶ 2. *Forum attingere*, est prætexta posita virilem togam sumere, Cic. 5 fam. ep. 8; & lib. 15 ep. 16. * Sæpe ista notione utitur hoc verbo Tullius: ut ad Att. 2 ep. 22 *Rempublicam nulla ex parte attingimus.* Ita & Sueton. Tiber. c. 13 *Ne quam partem curamque reipubl. attingeret.* At nunquam Tullius *contingere forum, rempubl.* &c. dixit. Male apud Cic. pro L. Manilia nonnulli legunt, *cum per ætatem nondum hujus auctoritatem loci contingere auderem.* leg. *attingere*. Grævius.

¶ Attactus, a, um, berührt, angerührt. Silius 11 v. 147

Inter prælia nullis Attactus telis.

¶ Attactus, ûs, subst. die anrührung, betastung. Varro R. R. 2 c. 5 *Corium attactu non asperum ac durum.* Et Virg. Æn. 7 v. 350 *Volvitur attactu nullo.*

¶ Attĭgo, ĕre, antique pro *Attingere*. Turpilius apud Nonium c. 2 n. 60 *Ne me attigas.* Ex Accio & Plauto vide ibidem.

¶ Attĭguus, a, um, i. e. proximus, nächst, dran stossend; ut, *Mons attiguus*, Apulej. Met. lib. 4. Et paullo post: *Proximas civitates & attiguas regiones fama pervaserat.*

¶ Contingo, tĭgi, tactum, ĕre, berühren, anrühren. Virg. 2 Æn. v. 239

Funem-

Funemque manu contingere gaudent.

Et, *Contingere portum*, Ovid. Met. 3 v. 634, erreichen. *Radices montis ripæ fluminis contingunt*, Cæsar 1 B. Gall. c. 38, reichen hin biß an ꝛc. Et Suetonius in Galba c. 2 *Nullo gradu aliquem contingere*, einem nichts angehören.

¶ Contingit, impersonale, idem quod evenit, accidit, es wiederfähret, trägt sich zu, begiebt sich. Terent. Andr. 4, 2 v. 13 *Hanc mihi expetivi, contigit.* Seneca ad Marciam c. 15 *nulli contigit, impune nasci.* Et, *Si mihi vita contigerit*, ist es GOttes wille, daß ich lebe, Plancus ad Ciceron. lib. 10 epist. 24. *Non cuivis homini contingit*, &c. es glückt nicht einem ieden, Horat. 1 epist. 17 v. 36.

¶ Contingens, tis, plur. *Contingentia*, res sunt eventûs ancipitis, zufällig, was sich ja so wohl als nicht kan zutragen.

¶ Contactus, a, um, berührt, ergriffen, angegriffen. Celsus 2 c. 24 *Quæ acida quæque contacta sale modico*, ein wenig gesaltzen. Plin. 11 c. 53 *Contacta halitu animalis res*, angesteckt, befallen. Propert. 1 eleg. 1 v. 2 *Contactus nullis cupidinibus.* Liv. 29 c. 18 *Milites contactos sacrilegio furor agitat.*

¶ Contactus, ûs, subst. der angriff, die berührung. Virg. 3 Æn. v. 227

Contactuque omnia fœdant Immundo.

Plin. lib. 10 c. 59 *Pullis anserum urtica contactu mortifera.* Ovid. 7 Metam. v. 241 *refugitque viriles Contactus*, i. e. virorum.

¶ 2. * Pro contagio. Tacit. 6 Annal. c. 7 *plures infecti quasi valetudine & contactu*; hoc est, a contagione, ab iis, qui sunt noxii. Idem Annal. 4 c. 49 *Pollui cuncta sanie, odore, contactu.* conf. Idem Hist. 1 c. 11; & lib. 2 c. 60. Seneca de Ira 2 c. 21 *puerum procul a contactu deliciarum retinebimus.* Grævius.

¶ Contāgio, ōnis, & Contāgium, i, morbus, qui ex contactu contrahitur, die ansteckung, anfällige, flechtende seuche. Sed *Contagium* fere poëticum; in prosa *Contagio* receptioris usus. Ovid. 7 Met. v. 551

Afflatuque nocent & agunt contagia late.

Et, *Contagia scelerum*, apud Lucan. 3 v. 322. Plautus prolog. Amphitr. v. 31 *Contagione meæ matris metuo malum.* Cicer. 1 Tusc. c. 30 *Quibus fuisset minima cum corporibus contagio.* ¶ 2. Et Liv. 1 c. 15 *contagionem belli* dixit, cum ex uno bello confecto, alia subinde belli nascitur occasio. Cic. 7 Verr. c. 71 *Ad quos conscientiæ contagio pertinebit*, h. e. qui ejus conscii erunt, die an dieser schuld werden theil haben. ¶ 2. Vocabulum μέσον Gellius tradit lib. 19 c. 9. Nam Lucretius 3 v. 345 *Ex ineunte ævo sic corporis atque animai*

Mutua vitalis discunt contagia motus:

Contagium corporis & animæ, id est, conjunctio, συμπάθεια. Vetus Inscript. Hispan. MALO CAELI CONTAGIO CECIDIT; *Malum* dixit, quod & *bonum* esset. Eadem notione Ciceroni Pareus tribuit Lex. Crit. p. 270.

¶ Contāges, is, idem. Lucret. lib. 4 v. 336

Quæ contage suâ palloribus omnia pingunt.

¶ Contagiosus, a, um, ansteckend. Sic, *Morbus contagiosus, febris, pestis contagiosa*, eine anfällige oder eine erb-seuche, apud Celsum.

¶ Contiguus, a, um, zusammenrührend; ut, *Domus contiguæ*, häuser, so an einander stossen: Ovid. Met. 4 v. 57 de Pyramo & Thisbe: *Contiguas habuere domos.* Idem Fast. 4 v. 378 *Contiguusque loco.* Et Plin. 2 c. 9 *Luna alias admota cælo, alias contigua montibus.*

¶ Contigue, adverb. nächst an. Martianus Capella lib. 9 post tertium carmen: *Eam contigue sequebatur*

¶ Incontiguus, a, um, unbegreifflich. Arnobius post init. lib. 7 *Deus omni est incontiguus tactu.*

¶ Intactus, a, um, non tactus, unberührt, unversehrt; ut, *Intacti carminis autor*, Horat. 1 sat. 10 v. 66. *Intacti thesauri Arabum*, Idem 3 oda 24 v. 1, id est, nullo bello direpti. conf. Liv. 29 c. 18. Qua ratione Nabarzanes apud Curtium lib. 5 c. 9 n. 5 *Bactra*, inquit, *intacta sunt*, hoc est, nullis belli injuriis exhausta, sed integris opibus & pacis fructibus ornata. Apud eundem lib. 4 c. 16 n 9 *intactum pontem sinere*, est non dissolvere, stehen lassen. Livius 2 c. 12 *intactum inviolatumque.* Comparac. Juvenalis sat. 6 v. 162 *Intactior omni Sabina*, i. e. castior, integrior.

¶ Obtingo, tigi, ĕre, evenire, begegnen, wiederfahren. Plautus Rudent. 3, 6 v. 35 *Tibi obtigit, quod plurimi exoptant.* Cic 1 Offic. c. 7 *Quod cuique obtigit, id quisque teneat.* Et, *Obtigit tibi ex sententia*, Terent. Heaut. 4, 3 v. 5, es ist dir nach wuntsch gerathen. *Obtingere præter spem*, Idem in Phorm 2, 1 v. 9. Cumprimis id de rebus forte oblatis, ut provinciæ erant, eleganter dicitur: Cic. in Vatin. c 5 *Cum tibi provincia sorte obtigisset*, als sie dir zugefallen. Et ad Attic. 1 epist ult. *Quam mihi dicis obtigisse σπάρταν, non modo nunquam deseram, sed* &c. Item de fatalibus: Cicero in Catil. 4 c. 2 *Si quid obtigerit, æquo animo paratoque moriar.*

¶ Pertingo, ĕre, hinreichen, gelangen. Plin. 11 c. 27 *Venam ab oculis pertingere ad cerebrum, peritissimi auctores tradunt.*

¶ Protagion, i, vinum, quod exolevisse dicit Plinius 14 c. 7.

¶ Retingo, ĕre, wieder berühren. Cato R. R. c. 160 *Ubi coierint, & altera alteram retigerit.*

TANIS, is, Τάνις, civitas Ægypti, a qua *Taniticum* appellatum est ostium Nili.

TANQUAM, adverb. comparandi, quasi, sicut, gleich als. Terent. Phorm. 1, 2 v. 15 *Senis nostri fratrem majorem nostine?* D. *Tanquam te*, so wohl als dich. Idem Eunuch. 2, 2 v. 33 *Tanquam Philosophorum habent disciplinæ ex ipsis vocabula*, id est, sicut. Cicer. 3 Tusc. c. 45 *Gloria virtutem tanquam umbra sequitur*, id est, quasi. Idem in Vatin. c. 2 *Repente te tanquam serpens e latibulis intulisti.* Immo etiam *sic, ita* sequi possunt post *Tanquam*, uti post *Sicut.* Cicero post redit ad Quirit. c. 1 extr. *Sed tanquam bona valetudo jucundior est eis, qui e gravi morbo recreati sunt, quam qui nunquam ægro corpore fuerunt: sic ea omnia desiderata, magis, quam assidue percepta, delectant.*

TANTĂLUS, i, Τάνταλος, dictus quasi ταλάνταλος, hoc est, *infelicissimus*, Platone auctore in Cratylo. Rex Corinthiorum fuit; secundum Eusebium autem Phrygiæ rex. Dat pœnas incontinentis linguæ ejusmodi, ut in Eridano inferorum stans, nec undis præsentibus, nec vicinis ejus pomariis perfruatur. Cicero 1 Tusc. c. 5 *Mento summatem aquam attingens, siti enectus Tantalus.* Ovidius 2 Amor. eleg. 2 v. 43 *Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat*

Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.

conf. de Art. am. 2 v. 606. Deorum enim secreta, inter convivandum ab iis dicta, evulgaverat, ut Pindarus scripsit. Poëtæ etiam alio supplicii genere Tantalum exerceri finxerunt, de quo Cicero 4 Tusc. c. 16 *Ob scelera*, inquit, *animique impotentiam, & superbiloquentiam, impendere Tantalo apud inferos saxum, faciunt poëtæ.* Vide proverb. *Tantali lapis.* Tantali fabulam de divitibus interpretatur Horat. 1 sat. 1 v. 68. ¶ 2. *Tantaleus* pro Tantalus, Tarentinorum more, qui Ταντλαλεύς, pro Τάνταλος dicebant. Propert. lib. 4 eleg. ult.

Fallax Tantaleo corripiare liquor.

¶ Tantălēus, a, um, adject. ut, *Manu Tantaleæ poma tradere*, apud Propertium 2 eleg. 1 v. 68, pro *manui*, antique. Est autem rem arduam aut impossibilem perficere. Sic, *Tantalea vita*, Ταντάλειος ζωὴ, pro solicita ac periculis exposita, Nazianzenus. Claudian. 2 de Rapt. v. 336

Non aqua Tantaleis subducitur invida curis.

¶ Tantălis, ĭdis, Niobe, Tantali filia, dicitur.

¶ Tantălĭdes, æ, patronym. ut, *Tantalidæ fratres*, Ovid. 2 Fast. v. 627, i. e. Agamemnon & Menelaus, quorum avus fuit Tantalus.

Tantidem, tantillus, tantisper, tantopere, &c. vide sequens *Tantus.*

TANTUS, a, um, so groß, so viel. Terent. Andr. 5, 2 v. 29 *Tantum laborem capere ob talem filium?* Et Heaut. 4, 1 v. 16 *Tantam inesse animo inscitiam.* Virg. 1 Æn. v. 37

Tantæ molis erat, Romanam condere gentem.

Sic, *Urbs tanta ac talis*, Cic 3 de Nat. Deor. c. 38 extr. ¶ 2. *Tanti* pro tot; *quanti* pro quot, (ubi vide;) apud recentiores auctores passim legitur. Quamquam & apud Plautum & Manilium, quin ipsum Ciceronem quoque inveniatur: ita enim ille lib. 9 fam. epist. 2 *tantis postea rebus novis*; tamen non dissimulo, alios aliter legere. vid. Anton. Augustin. lib. 2 Emendat. ¶ 3. *Tanti* genitivus additur verbis pretium significantibus; ut, *Tanti vendere, emere*, &c. hoc est, tanto pretio, also theuer. Terent. Adelph. 2, 1 v. 49 *Ubi me dixero dare tanti* &c. *Tanti non est*: ut, *Tanti non fuit, Arsacem capere*, &c. Cœlius Ciceroni 8 fam epist 14, es verlohnt sich nicht der mühe. Et Cic. 1 Catil. c. 9 *Sed est mihi tanti, dummodo ista privata sit calamitas*, ich achte es schon der mühe werth. Et 2 Catil. c. 7 *Est mihi tanti, Quirites, hujus invidiæ falsæ & iniquæ tempestatem subire.* ¶ 4. Aliquando *Tantus* ponitur pro *Tam.* Plautus cum alibi, tum Amphitr. 5, 1 v. 5 *Tanta mira facta sunt in ædibus.* Cæsar 1 de Bell. Civ. c. 21 *Tanta erat summa rerum exspectatio.* Lucretius 2 v. 665

Tanta est in quovis genere herbæ materiai

Dissimilis ratio, tanta est in flumine quoque.

¶ 5. *Tantum* absolute, & *in tantum*, so groß, so viel, so weit; ut, *Tantum, quantum sat est*, Cic. de Senect. c. 14. Ovid. Fast. 1 v. 518

Quis tantum fati credat habere locum?

i. e. *tantum fatum.* Et Terent. Hecyr. 3, 4 v. 2 *Non hercle verbis dici potest tantum, quam re ipsa navigare incommodum est.* Virg. 6 Æn. v. 876 *In tantum spe tollet avos.*

In tantum etiam Vellejus dixit lib. 2 c. 43 n. 4, itemque Manilius lib. 3 v. 299. *In tantum, ut* &c. Plin. 10 c. 53; Senec. Qu. Nat. 3 c. 24; Colum. 1 c. 8. vid. Cellar. Cur. poster. p. 413; & Borrich. Vind. p. 117. ¶ 6. *Tantum abest*: Locutio hæc in oratione eandem vim habet, quam *non solum non*, unumque ei *ut* postponitur, interdum duo; ut, Cic. Acad. 4 c. 9 *Tantum abesse dicebat, ut id consentaneum esset, ut maxime etiam repugnaret.* vide *Absum.* Idem Cic. Offic. 1 c. 7 *Tantum abest ab officio, ut nihil officio magis possit esse contrarium*; hoc est, non modo officium non est, verum etiam &c. ¶ 7. *Tantum est*, elegans formula, cum significamus, nihil restare ad dicendum, Terent Eunuch. 5, 6 v. 26; & Plaut. Merc. 2, 2 v. 12.

¶ Tantùm, adverb. idem valet quod *solum*, nur; & *non tantum*, non solum, nicht nur; ut, *Hæc tantum dicam*, Cic. pro Muræna c. 37. Et Plinius Panegyr. c. 28 *Patriam non ut patriam tantum, verum ut altricem amare condiscunt.* ¶ 2. Adeo, in tantum, so sehr. Nepos Conone c. 4 pr. *Rex tantum ejus auctoritate motus est, ut* &c.

¶ Tantùm non, modo non, id est, propemodum, bey nahe. Livius 4 c. 2 *Cum hostes tantum non accersierint.* Affirmat quoque hæc formula, & significat *vel etiam* apud Suetonium Tiberio c. 11, 52 & 66; Vitellio c. 14, & Domitiano c. 15.

¶ Tantummŏdo, solum, saltem, allein, nur so viel. Terent. Phorm. 1, 2 v. 59 *Ille tantummodo, satis, inquit, scita est*, er sagt nicht mehr, denn ꝛc. Et ibidem v. 92 *Tantummodo non addat, ubi ego hinc abiero*, &c. Vellej 2, 49, 5 *Tantummodo privatus.* Et Ovid. ex Ponto epist. 16 v. 49 *Omnia perdidimus; tantummodo vita relicta est.*

¶ Tantum quod, id est, vix dum; vid. Lambin. ad Nepotem in Datame n. 86; & Torrent. ad Suetonium Augusto c. 63.

¶ Tantŭlus, a, um, dimin. so klein, nur so wenig. Cic. pro Rosc. Amer. c. 40 *Is discipulus magistro tantulum de arte concedit.* Idem ad Attic. 15 epist. ult. *Nec quicquam posthac non modo tantum, sed ne tantulum quidem præterieris.*

¶ Tantillus, a, um, idem. Terent. Adelph. 4, 2 v. 24 *Quem ego modo puerum tantillum in manibus gestavi meis.* Et, *Tantillum peccare*, Plautus Casin. 4, 4 v. 6.

¶ Tantīdem, æque tantum, gleich oder eben so viel. Terent. Adelph. 2, 1 v. 46 *Ob malefacta hæc tantidem emptam postulat sibi tradier.* Et Ennius apud Varr. de L. L. 6 c. 3

Tantidem quasi fœta canes sine dentibu' latrat.

¶ Tantisper, tamdiu, sic, ut sequatur *dum* vel *quoad*, so lange. Terent. Heaut. 1, 1 v. 53 *Ego te meum dici tantisper volo, dum, quod te dignum est, facies*, so lange, als du thun wirst, ꝛc. Cic. 9 fam. epist. 2 *Tibi censeo latendum tantisper ibidem, dum effervescit hæc gratulatio.* ¶ Absolute & sine particulis illis invenitur apud Livium 1 c. 3 *Tantisper tutelâ muliebri res Latina & regnum avitum paternumque puero stetit.* Adde ejusdem libri c. 22.

¶ Tanto, adv. so, desto; ut, *Tanto hercle magis dabit*, Ter. Andr. 4, 4 v. 35.

¶ Tanto-

¶ Tantŏpĕre, usque adeo, tam vehementer, ſo gar, ſo ſehr. Ter. Andr. 5, 2 v. 27 *Ah ne ſævi tantopere*, thue doch nicht ſo greulich. Et Phorm. 5, 7 v. 16 *Poſtquam, tantopere id vos velle, animadverteram.* MSta aliquando ſeparant, *tanto opere*, ut *magno opere*, *minimo opere*.

¶ Tantundem, æque tantum, gleich viel, eben ſo viel. Cicero de Leg. 2 c. 19 *Tantundem capiet, quantum omnes heredes.* Idem 1 Tuſc. c. 43 *Vndique ad inferos tantundem viæ eſt.* Plaut. Perſ. 4, 4 v. 36 *Tantundem eſt mihi*, es gilt mir eben das. Idem in maſculino dixit Truc. 2, 5 v. 7 *Tantundem dolum*, eben ſo groß. Et Labeo JCt. lib. 32 ff. t. 2 l. 29 § 1 in fœm. *Vxor mea tantandem partem habeat.*

TĂPES, ĕtis, maſc. τάπης, & *Tapetum, i*, & *Tapete* neutr. aulæum, ein teppich; ut, *Alexandrina conſuta tapetia*, apud Plautum Sticho 2, 2 v. 54. Sed Virg. 9 Æn. v. 358

Armaque crateraſque ſimul pulchroſque tapetas.

Idem 7 Æn. v. 277 *Inſtratos oſtro alipedes, pictiſque tapetis.*

Et Silius 17 v. 64 *nullo decorare tapete*

Cornipedem Nomas adſuetus.

Gloſſæ Veteres: *Tapetum*, τάπης. Soſipater Cariſius lib. 1 p. 45 *Hoc Tapete dicimus, & hoc Tapetum.* Singularem autem *Tapes*, cujus plurali Virgilius uſus eſt, irrepertum dicit, ideoque minus probat.

TĂPHIAE, arum, inſulæ in mari Ionio inter Leucadem & Achaiam. Dicuntur & *Teleboides*, Plin. 4 c. 12.

TĂPHVS, i, τάφος, *ſepulcrum*, vox e græco latina facta exſtat in Inſcriptionibus Martialis a Grutero editis, &c. vid. Barth. Adverſ. 5 c. 12 pag. 233.

TĂPĪNŌSIS, is, fœm. ταπείνωσις, ſchema, *extenuatio*; ut Virg. 1 Æn. v. 118 *Apparent rari nantes in gurgite vaſto.*

Et ibidem v. 352 *Multa mala ſimulans*, id eſt, ſceleſtus.

¶ Tāpīnōma, ătis, idem. Sidon. 4 epiſt. 3 *Eloquium, quod nec per ſcaturigines hyperbolicas intumeſcit, nec per tapinomata depreſſa tenuatur.*

TAPRŎBĀNE, es, Ταπροβάνη, inſula in mari Indico opulentiſſima. Interpres Dionyſii Afri, Avienus Periegeſ. v. 777

Inſula Taprobane gignit tetros elephantos,

Et ſuper æſtiferi torretur ſidere cancri.

TAPSVS, i, Τάψος, peninſula & oppidum Siciliæ prope Syracuſas, cujus Virg. in lib. 3 Æn. v. 689 meminit.

TĀPVLLVS, a, um, vel Tapulus, i. e. convivalis, vor gäſte gehörig; ut, *Lex tapulla*, a tabula dicta, die tiſch-ordnung, ex Valerio & Lucilio apud Feſtum.

TĂRANDVS, i, τάρανδος, animal Scythicum, medium, (quemadmodum ex Plinii deſcriptione colligi poteſt,) inter cervum bovemque. Cervi enim caput, cornua & mentum habet, quo colorem mutat, metuens ne capiatur; cætera fere bovis. vid. Plinius 8 c. 34.

TĂRĂNIS, is, Jupiter Gallorum Deus, a *Taran* Brit. i. e. *tonitru*, cui homines ſacrificabantur. vid. Lucan. 1 v. 446.

Tarantula, Taras, vide poſt paullo in *Tarentum*.

TĂRĂTANTĂRA, æ, ſonus tubæ, der poſaunen- oder trompeten-ſchall. Nomen eſt ab Ennio fictum, Servio teſte:

Et tuba terribili ſonitu taratantara dicit.

TARCHON, & Tarcho, ontis, Τάρχων, dux Hetruſcorum, qui Æneæ adverſus Turnum & Rutulos ſuppetias venit, Virg. 8 Æn. v. 603.

Tardabilis, tarde, tardeſco, tarditas, &c quære in ſequenti *Tardus*.

TARDVS, a, um, contrarium *velocis*, träge, ſäumig, langſam; ut, *Eſſe naturâ tardiorem*, Cic. de Senect. c. 7. *Ingenium tardum*, Idem lib. 3 de Leg. Agrar. c. 2. *Tardum eſſe in cogitando*, Idem de Clar. Orat. c. 59. Et Tibullus 1 eleg. 4 v. 23

At ſi tardus eris, errabis, tranſiet ætas.

Sic, *Eſſe tardiorem ad gratiam referendam*, Aut. declam. Antequam iret in exſilium c. 2. Et, *Tardiſſimi piſcium*, Plin. 9 c. 42. ¶ 2. *Tardi*, id eſt, hebetes, ſtupidi, ſtolidi, imprudentes, tumm, ſtumpff, ungeſchickt, apud Terentium Eunuch. 5, 9 v. 40; & Heaut. 4, 5 v. 28. Et Cicero 1 Nat. Deor. c. 5 *Quidam nimium indociles tardique ſunt.* ¶ 3. Tacitus in Agricolâ c. 18 *Quies tarda & contraria bellum inchoaturo: Tarda*, id eſt, incommoda, ut Boxhornius interpretatur. ¶ 4. *Tardæ noctes* Maroni hiemales ſunt, Georg. 2 v. 482; & Æn. 1 v. 750. Contra Eidem Georg. 1 v. 32 *tardi menſes* ſunt æſtivi, quia dies iſtorum menſium longiores. vid. Barthius Adverſ. 2 c. 19.

¶ Tardiuſcŭlus, a, um, diminut. etwas langſam. Terent. Heaut. 3, 2 v. 4 *Eſt ille Cliniæ ſervus tardiuſculus.*

¶ Tarde, adverb. langweilig. Cicero 3 ad Attic. epiſt. 7 *Tarde per Candaviam ibimus.* Idem 1 Tuſc. c. 31 *Qui in compedibus corporis ſemper fuerunt: etiam cum ſoluti ſunt, tardius ingrediuntur.* Idem 2 fam. epiſt. 9 *In his ſum locis, quo & propter longinquitatem, & propter latrocinia tardiſſime omnia perferuntur.*

¶ Tardĭtas, ātis, quæ *celeritati* contraria eſt, die trägheit, langſamkeit; ut, *Tarditas pedum*, Cicero pro Rabirio perd. c. 7. *Tarditas & cunctatio*, Cic. pro Sextio c. 47. *Pleriſque tarditas & procraſtinatio odioſa eſt*, Idem Philipp. 6 c. 3. Et, *Moram & tarditatem afferre alicui rei*, Cicero Philipp. 5 c. 9. *Tarditas ingenii & ſtupor*, Idem in Oratore c. 68.

¶ Tardĭties, ĕi, veteres dixere pro tarditate: ut, *Multa amittuntur tarditie & ſocordia*, Accius apud Nonium c. 2 n. 866.

¶ Tardĭtūdo, ĭnis, idem. Plautus Pœnulo 3, 1 v. 29 *Podagroſi eſtis, ac viciſtis cochleam tarditudine.*

¶ Tardor, ōris, idem. Varro apud Nonium c. 3 n. 255 *Pedatus verſuum tardor.*

¶ Tardo, avi, atum, are, morari, ſäumen, aufhalten. Cic. 7 fam. epiſt. 5 *Impedire perfectionem meam videbatur, aut certe tardare.* Sic, *Tardare ſtudia alicujus*, Idem in Oratore c. 1, ſäumen und aufſchieben. Et cum infinitivo, apud Cæſarem 2 B. Civ. c. 43 extr. *Vt reliqui hoc timore propius adire tardarentur.* Abſolute, *tardare & commorari*, Cicero ad Brutum epiſt. 18.

¶ Tardātus, a, um, aufgehalten, gehindert. Ex poëta Cic. de Divin. 1 c. 12 *Hæc tardata diu ſpecies.* Virg. 5 Æn. v. 453 *Non tardatus caſu heros.* Et Stat. Theb. 2 v. 671 *Tardati gradus.*

¶ Tardabĭlis, e, hinderlich; ut, *Tardabilis rigor*, Tertull. de Anima c. 43.

¶ Tardeſco, ĕre, tardum fieri, langſam werden; ut, *Tardeſcit lingua, madet mens*, Lucretius 3 v. 480.

¶ Tardĭcors, dis, träges hertzens. Auguſtinus Enchiridio c. 103 *Tardicordes* cum fatuis conjungit.

¶ Tardĭgĕmŭlus, a, um, i. e. tarde gemens, krechzend. Nævius apud Gellium 19 c. 7 *Tardigemulo ſenio oppreſſus.*

¶ Tardĭgrădus, a, um, tarde incedens, ſchleichend; ut, *Tardigrada quadrupes*, Cic. de Divin. 2 c. 64.

¶ Tardĭlŏquus, a, um, langſam im reden. Seneca epiſt. 40 ſub fin. *Summa ſummarum hæc erit, tardiloquum te eſſe jubeo.*

¶ Tardĭpes, ĕdis, langſam im gehen; ut, *Tardipes Deus*, i. e. Vulcanus: Catull. epigr. 37 v. 7 *Scripta tardipedi Deo dare uſtulanda*, id eſt, comburere.

¶ Retardo, are, remorari, retinere, zurück halten, hemmen; ut, *In via aliquem retardare*, einen auf der ſtraſſen aufhalten, Cicero Philipp. 10 c. 5. *Impedire ac retardare impetum*, Idem pro Leg. Manil. c. 5.

¶ Retardātus, a, um, aufgehalten, gehemmet, gehindert; ut, *Inundationibus retardatus*, Suet. Othon. c. 8. Et, *Itinere devio per ignorantiam locorum retardatus*, Idem Galb. c. 20.

¶ Retardātio, ōnis, die ſäumung, zurückhaltung, verhinderung; e. g. *Vnde eſt adhuc bellum, niſi retardatione & morâ?* Cic. 5 Philipp. c. 11. Plural. *Retardationes facere*, Vitruvius 9 c. 4 dixit.

TĂRENTVM, i, urbs Calabriæ nobiliſſima, quam *Taras*, Neptuni filius, condidit. Luxu & deliciis ſolutam Horatius ſignificat, cum lib. 1 epiſt. 7 v. 47 *imbelle*, alibi *molle* dixit lib. 2 ſat. 4 v. 34. vide & Strabonem lib. 6. *Tarentus* vocatur a Sidonio carm. 5 v. 435

Ipſaque quæ petiis, trepidaverat uncta Tarentus.

¶ Tărentīnus, a, um, adject. ut, *Nux Tarentina*, Plinius 15 c. 22. *Pira Tarentina*, Columella 5 c. 10. Sic, *Tarentinæ deliciæ*, apud Florum 1 c. 18 ſub finem.

¶ Tarantŭla, æ, Phalangii genus eſt, abundans in agro Tarentino, (nam & *Tarantum* dicunt;) pernicioſiſſimum inter omnia genera Phalangiorum, eine art ſehr giftiger welſcher ſpinnen, Matthiolus in Dioſcorid.

TARMES, ĭtis, legas & *Tarmus, i*, a *tero*, eſt vermiculus, carnem vel lignum exedens, eine fleiſch-made, ein holtz-wurm. Plaut. Moſt. 3, 2 v. 143 *Poſtes tarmes ſecat.* conf. Feſtus.

TARPĒIA, æ, Ταρπηΐα, filia Tarpeji, cuſtodis Capitolii, virgo Veſtalis, quæ arcem Capitolii Sabinis prodidit. Propertius 4 eleg. 4 pr.

Tarpejum nemus & Tarpejæ turpe ſepulcrum Fabor.

Cum enim hoſtibus Romanorum, Albanis, aditum ad collem Tarpejum ſe traditurам, ſi monilia, quæ Albani gererent, mercedis loco ſibi redderent, promiſiſſet, vivens obruta eſt: Plutarchus in Parall. ex Ariſtide Mileſio. Hinc

¶ Tarpējus, a, um, adject. ut, *Mons Tarpejus*, id eſt, Capitolinus, Varro 4 de L. L. c. 7. Et, *Saxum Tarpejum*, ibidem. *Arx Tarpeja*, Virg. 8 Æn. v. 652.

TARQVĬNIVS, i, Ταρκύνιος, *Tarquinius Priſcus*, quintus Romanorum rex. ¶ 2. *Tarquinius Superbus*, quod ei cognomen mores ſui pepererunt, ſeptimus & ultimus Romanorum rex. Cicero pro Rabirio c. 4 *ſuperbiſſimum & crudeliſſimum* dixit. Hujus filius, *Tarquinius Sextus Collatinus*, Lucretiæ vim intulit; propter quod flagitium reges Româ pulſi ſunt: Livius lib. 1 extremo. Ovidius 2 Faſtor. v. 687

Vltima Tarquinius Romanæ gentis habebat

Regna, vir injuſtus, fortis ad arma tamen.

¶ Tarquinii, ōrum, oppidum vetus Etruriæ fuit, unde Tarquiniorum nomen natum.

¶ Tarquĭnienſis, e, adject. ut, *Tarquinienſis ager*, Cic. de Divin. 2 c. 23. *Fundus Tarquinienſis*, Valer. Max. 5, 3, 3. ¶ 2. *Tarquinienſes*, incolæ urbis illius. Vitruvius 2 c. 7 *In finibus Tarquinienſium.* ¶ 3. *Tarquinienſe*, abſolutum, pro agro Tarquinienſi. Plin. 8 c. 52 *In Tarquinienſi feras paſcere.*

¶ Tarquitius, a, um, aliud adject. ut, *Tarquitiæ ſcalæ*, apud Feſtum.

TARRĂCĪNAE, arum, oppidum Volſcorum, *Anxur* dictum quondam. Liv. lib. 4 c. 59 *Anxur fuit, quæ nunc Tarracinæ ſunt, urbs prona in paludes.*

TARRĂCO, ōnis, Ταῤῥακὼν, civitas eſt inſignis Hiſpaniæ, metropolis multarum urbium celebrium, Tarragon in Arragonien, nova Carthagine non inferior, a qua provincia ipſa *Tarraconia* & *Tarraconenſis* nominata eſt, das königreich Arragonien, Catalonien, Caſtilien und Navarra. Martial. 13 epigr. 118

Tarraco Campano tantum ceſſura Lyæo.

¶ Tarracōnenſis, e, adject. ut, *Provincia Tarraconenſis*, Iſidor. 14 c. 4.

TARSVS, i, Ταρσὸς, Ciliciæ metropolis, patria Pauli Apoſtoli, ſic dicta a *Tarſo*, nepote Japhet, ut Joſephus ſcripſit lib. 1. ¶ 2. Hebræi *Tarſis* mare generaliter dici autumant, Pſ. 48 *Confringes naves Tarſis*, i. e. maris. Item: *Reges Tarſis & inſulæ munera offerent*, Pſ. 78.

¶ Tarſenſis, e, adject. *Tarſenſes* fuerunt Antipater, Neſtor, duo Athenodori philoſophi Stoici, & Paulus Apoſt. &c.

TARTĂRIA, æ, Ταρταρία, Sarmatia Aſiatica eſt, die Tartarey, a *Tartare* fluvio ſic dicta. Eſt & *Tartaria minor*, in Europa, inter Danubii oſtia & Boſporum Cimmerium contenta, cujus præcipua pars eſt Cherſoneſus Taurica.

¶ Tartări, ōrum, populi moribus Scythicis immanes & crudeles, die Tartern oder Tattern. Veſcuntur carnibus felium, canum & equorum. Vide Vadiani Commentar. in Pompon Melam.

TARTĂRVS, i, & plural. Tartara, ōrum, Τάρταρος, locus pœnarum, die hölle, a ταράσσειν, *turbare*, quod ibi omnia futura ſint perturbatiſſima & confuſiſſima: vel a ταρταρίζειν, id eſt, *frigore tremere*. Virg. 6 Æn. v. 577 *Tartarus ipſe*

Bis patet in præceps tantum, tenditque ſub umbras,

Quantus ad æthereum cæli ſuſpectus Olympum.

Et v. 134 *Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre Tartara.*

Ibidem v. 543 *Exercet pœnas & ad impia Tartara mittit.*

¶ 2. Eſt & *Tartarus* Italiæ fluvius in regione Veronenſi, cujus mentio fit apud Tacit. 3 Hiſt. c. 9.

¶ Tartărĕus, a, um, adject. hölliſch; ut, *Tartareus cuſtos*, id eſt, Cerberus, Virg. 6 Æn. v. 395. Et ibidem v. 295

Hinc via, Tartarei quæ fert Acherontis ad undam.

Et, *Tartareæ ſorores*, Furiæ dicuntur Statio 5 Theb. v. 66.

¶ Tartărīnus, a, um, aliud adject. Ennius apud Feſtum, & Varr. L. L. 6 c. 3.

TARTESSVS, i, Τάρτησσος, Hiſpaniæ civitas vel juxta Herculis columnas, poſtea *Carteja* dicta, quemadmodum Pompon. Mela 2 c. 6 tradit: vel ulterior aut prope Gades. Poëtæ enim uſurpant in occaſus ſolis deſcriptione. Silius 3 v. 399

Armat Tarteſſos ſtabulanti conſcia Phœbo.

Idem lib. 6 ineunte: *Jam Tarteſſiaco quos ſolverat æquore Titan*
In noctem diffuſus equos &c. Nam

¶ 2. *Tarteſſus* alia in littore prope Gades eſt, a qua familia Columellæ. A Tartaro dicta urbs, propter ſubterraneas, quæ ibi ſunt, cavernas.

¶ Tarteſſiăcus, & Tarteſſius, a, um, adjectiva. Silius 16 v. 114

Ad Tarteſſiacos tendis per littora portûs.

Idem eod. lib. v. 647 *Tellus Tarteſſia.* Et Ovid. Metam. 14 v. 416 *Tarteſſia littora.*

TARVANNA, æ, urbs in Morinis Galliæ, ſive Flandria, a Carolo V everſa.

TAT! Tatæ! admirandi particulæ apud Plautum Trucul. 1, 1 v. 18; & Stich. 5, 5 v. 30. conf. Cariſius lib. 11.

TĂTA, æ, lallantium puellorum vox, qua patres appellant: nam matres *Mammas* vocant. Martialis 1 epigr. 101

Mammas atque tatas habet Afra, ſed ipſa tatarum
Dici & mammarum maxima mamma poteſt.

Non vero ſolum bleſæ puerorum linguulæ ſonus, ſed veri quoque officii nutritoris deſignatio, ein vater, pfleger; uti patet ex Grutero p. 662 n. 3 &c. Reineſio Claſſ. 11 n. 44; & Fabretto p. 142 SATVRNINO PATER ET PHOEBVS TATA FECERVNT. Plures Inſcript. vide in Scalig. Lect. Auſon. 1 c. 29 p. 84; e. g. M. ELPIDIVS PAMPHILVS PLATONI TATAE SVO BENE MERENTI FECIT. Plane græcum eſt Τέτλα; ut τέτλα γέρων apud Homerum.

TĂTIVS, i, dux Sabinorum, qui proditione Tarpeiæ virginis, Capitolio capto Romam deinde etiam invaſit, ac cum Romulo quinquennio imperavit. Livius 1 c. 10 ſeq. & Ovid. Met. 14 v. 804.

¶ Tatienſes, ium, tertia erant pars Romanorum, ſic a Tatio nuncupati, a quo & *Tatii Sodales*. vide Donat. Marcellin. ad Tacit. 1 Annal. c. 54; & Ovid. Faſt. 3 v. 131.

Taura, taurea, taureus, Tauri, vide *Taurus*, *Taurica.*

TAVRĬCA, æ, Ταυρικὴ Χερσόνησος, peninſula, Europæ provincia, cujus fines ſunt *Iſthmus*, *palus Mæotis*, *Pontus* & *Boſphorus Cimmerius.* Tartaria minor hodie dicitur, die kleine Tartarey; major enim in littore Aſiatico Mæotidis ultra Tanaim eſt. Famoſa olim ara Dianæ, ſive, ut Herodotus vult, Iphigeniæ, Agamemnonis filiæ, cui ibi humanis hoſtiis immolatum: Ovid. 4 Triſt. eleg. 4; Herodotus lib. 4; & Auguſtinus 7 de Civ. Dei c. 21 & 26. Hæc ara poſtea Ariciam in Italiam translata eſt, ut Vetus Scholiaſtes ad epiſtolam Horatii ad Piſones v. 16 notat.

¶ Tauri, ōrum, populi ad Tauricam Cherſoneſum, aut in ipſa Cherſoneſo, inhumana & fera gens; &

¶ Taurĭci, orum, iidem: vid. Lubin. ad Juvenal. ſat. 15 p. 575. Hinc

¶ Tauricus, a, um, adjectivum; ut, *Taurica terra*, Ovid. 1 Pont. epiſt. 2 v. 80. Et, *Taurica ara*, lib. 4 Triſt. eleg. 4 v. 63.

Tauricornis, taurifer, taurilia, &c. vide mox *Taurus.*

TAVRĪNVM, i, al. Turinum, urbs Italiæ in Alpium radicibus, Turin in Piemont, *Auguſta Taurinorum* dicta veteribus. vid. Plin. 3 c. 17

¶ Taurīnus, a, um, adject. ut, *Campi Taurini*, Silius 3 v. 646.

Taurobolita, taurobolium, &c. vide *Taurus.*

TAVRŎMĬNIVM, i, oppidum Siciliæ in colle ſitum, cui *Tauri* nomen fuit. Plinius *Naxon* aliquando appellatam ſcripſit lib. 5 c. 8. Adde Ovid. Faſt. 4 v. 473.

¶ Taurŏmĭnītānus, a, um, adject. ut, *Taurominitana Charybdis*, Lucan. 4 v. 461; *ſedes*, Silius 14 v. 257; *arx*, Valer. Max. 2, 7 n. 3. Incolas hinc *Taurominitanos* dixit Cicero in 4 Verr. c. 66.

TAVRVNVM, i, Plinio 3 c. 25, Taururum, Ταύρουρον, Ptolemæo, Mœſiæ ſuperioris urbs eſt, vulgo *Belgrad*, & *Alba Græca*, Griechiſch Weiſſenburg, capta a Turcis A. 1522, nuper a Chriſtianis recuperata A. 1688; ſed poſt biennium rurſus amiſſa.

TAVRVS, i, Ταῦρος, philoſophus Platonicus, cujus auctoritate frequentiſſime utitur Gellius, ſeque Romæ familiarem ei fuiſſe teſtatur. Vixit ſub Antonino Pio.

TAVRVS, i, Ταῦρος ὄρος, mons altiſſimus Aſiæ, quam fere omnem percurrit, in diverſas ſeſe gentes extendens, de quo multa Plin. 5 c. 27, & Mela in deſcriptione Ciliciæ & Lyciæ. Nomen ſuum ſubinde mutat; orientem tamen verſus ſemper *Taurus* dicitur; deinde *Imaus*: ubi autem altiſſimus eſt, *Caucaſus* prope Iberiam & Albaniam, inter Hyrcanum mare & Pontum Euxinum. Oritur a mari Indico. Propter nives ante Junium tranſiri haud poterat, Cicer. 5 ad Attic. epiſt. ult.

¶ Antitaurus, i, mons Tauro oppoſitus. vide Geograph.

TAVRVS, i, ταῦρος, bos procreans, ein farren, ochs oder ſtier. Virg. eclog. 1 v. 46 *Submittite tauros.* ¶ 2. Signum item Zodiaci. Virg. 1 Georg. v. 217 *Candidus auratis aperit cum cornibus annum Taurus.* conf. Plin. 2 c. 12. Cur inter ſidera receptus ſit, docet Ampelius de 12 ſignis. ¶ 3. Arboris eſt radix. Quintil. 8 c. 2 *Homonyma dicuntur*, ut Taurus, *quod animalne ſit, an mons, an ſignum in cælo, an nomen hominis, an radix arboris, niſi diſtinctum, non intelligitur.* ¶ 4. *Tauri* vocantur ſcarabæi terreſtres, ricino ſimiles, &c. Plin. 30 c. 3.

¶ Taura, æ, eine unträchtige kuhe. Varro R. R. 2 c. 5 *Quæ ſterilis eſt vacca, taura appellatur.* Adde Columell. 6 c. 22, & Feſtum.

¶ Taurŭlus, i, diminut. ein öchslein. Petron. Fragm. Tragur. p. 16 *Deinde totus cælus ſit taurulus.*

¶ Taureus, a, um, rindern; ut, *Ferire taurea terga*, i. e. tympana, paucken, Ovid. Faſt. 4 v. 342. ¶ Apud Feſtum ſunt *Taurii ludi*, & *Taurium æs*, quod in illos ludos conſumitur.

¶ Taurea, æ, ſubſt. flagellum loreum, ex corio bubulo, eine peitſche, carbatſche. Juvenalis ſat. 6 v. 491 *taurea punit*
Continuo flexi crimen facinusque capilli.

Tertull. ad Martyres c. ult. *Alii inter venatorum taureas ſcapulis patientiſſimis inambulaverunt.* vide Rigaltium ad Artemidorum p. 32.

¶ Taurĭcus, a, um, ſtierhafft; ut, *Tauricum tueri*, βλέπειν ταυρηδὸν, hoc eſt, *taurine*, vel *torve*; vide Chiliad.

¶ Taurīlis, e, idem. Inde *Taurilia*, ludi Rom. Liv. 39 c. 22 *Ludi, Taurilia per biduum facta religionis cauſſa.* ¶ *Taurilia* etiam viſcera taurina, ſive carnes, quarum uſus in ſacrificiis fuit. Vnde & *Suovetaurilia* appellata, de quibus ſub ſuo elemento.

¶ Taurīnus, a, um, aliud adject. ut, *Sevum taurinum*, Plin. 20 c. 13, rindern talch. *Sanguis taurinus*, Catull. carm. 67 v. 34. *Tergum taurinum*, eine ochſen-haut, Virg. 1 Æn. v. 368.

¶ Taurĭcornis, e, taurina cornua habens, mit rindhörnern. Prudentius in Romano v. 222 *Saltat tonantem tauricornem ludius*; id eſt, Jovis & Europæ fabulam.

¶ Taurĭfer, a, um, da es viehzucht hat; ut, *Campi tauriferi*, pro paſcuis, Lucan. 1 v. 473.

¶ Tauriformis, e, tauri formam habens, in geſtalt eines rindes: apud Horat. 4 oda 14 v. 25 *Tauriformis Aufidus.*

¶ Taurĭgĕnus, a, um, e tauro genitus, vom ochſen herſtammend. Accius apud Macrob. 6 c. 5 *Taurigenum ſemen.*

¶ Taurŏbŏlium, i, ταυροβόλιον, ſacrificii genus, ein rindsopfer. Jacobus Sponius Erud. Antiqu. p. 20 inſcriptionem profert antiquam, in qua legitur: PONTIFEX, VESTALIS MAIOR PERCEPTO TAVROBOLIO CRIOBOLIOQVE &c. Scribitur & *Tauropolium* aliquoties apud Gruter. Inſcript. p. 30 & 31; ubi formulæ: *Tauropolium facere*, & *accipere.* Adde van Dalen de Oraculis p. 128 ſqq. & Ferretii Muſ. lapid. p. 10. Eſt vero *Taurobolium*, quaſi *Taurobovium*, ſacrificium in honorem Cybeles; unde *Tauroboliinus* ſacerdos dicebatur; &

¶ Taurobolior, āri, ſacrificium agere. Vnde

¶ Tauroboliātus, a, um, qui taurobolium fecit, apud Lamprid. in Elagab. c. 7. vide ibi Salmaſ.

¶ Taurobolia, æ, Deæ Dianæ nomen, Grut. Inſcript. p. 309 n. 2. Palæphatus ſcribit, nuncupatam *Tauroboliam*, quod in Tauris, loco Scythiæ, humano illi ſanguine libaretur. Plura vide in Ferretio p. 15.

¶ Taurŭbŭla, æ, via traducendorum boum cauſſa ſtructa; ut, *Virides taurubulæ*, Stat. 3 Silv. 1 v. 129. vide ibi Domit. & Cruccium.

¶ Centaurus, Minotaurus, vide ſupra in C & M.

TAVTŎLŎGIA, æ, ταυτολογία, ejusdem dictionis eſt aut ſermonis ſupervacua iteratio. Virg. 1 Æn. v. 546

Si fata virum ſervant, ſi veſcitur aurâ
Ætherea, neque adhuc crudelibus occubat umbris.

¶ Tautŏlŏgus, i, ταυτόλογος, qui utitur tautologiâ.

TAX, percuſſionis ſonus, puff, puff. Plaut. in Perſa 2, 3 v. 12 *Tax, tax tergo erit meo: non curo.*

Taxatio, &c. Taxeus, Taxillus, vide *Taxo*, *Taxus*, *Talus.*

TAXO, āvi, ātum, āre, frequentativum, a verbo *Tangere*, vulgo taxiren dicunt, id eſt, æſtimare, ſchätzen, überſchlagen, rechnen, was es koſtet. Macrob. Saturn. 6 c. 7 *Taxare preſſius crebriusque eſt quam tangere.* Siculus Flaccus de Condit. agror. p. 9 *Si utrisque poſſeſſoribus conveniat, ut finales arbores dejiciant, aut ut pretio taxent.* Et Seneca Conſolat. ad Marciam c. 19 *Tanti quodque malum eſt, quanti illud taxavimus.* Plinius 35 c. 11 *Talentum Atticum XVI M. taxat Varro.* ¶ 2. Eſt & reprehendere, ſeu maledictis tangere, tadeln, ſchelten. Quo referunt Plin. 15 c. 15 princ. *Eadem cauſſa in piris taxatur ſuperbiæ cognomine.*

¶ Taxātus, a, um, geſchätzt. Sueton. Calig. c. 38 *Cognoſcebat de talibus cauſſis, taxato prius modo ſummæ.* Et Florus 2 c. 6 *Modii duo annulorum Carthaginem miſſi: dignitas equeſtris taxata menſura:* DIGNITAS EQVESTRIS, id eſt, annuli, equitum Romanorum inſigne.

¶ Taxātio, ōnis, die ſchätzung; ut, *Taxatio latifundii*, Plinius 13 c. 15. Et Solin. c. 15 *Licentia taxationis admiſſa.* ¶ 2. *Taxatio* in teſtamentis ac contractibus dicitur quædam verborum præſcriptio, quibus oratio aut coërcetur, aut dilatatur. vide Cujac. lib. 2 Obſervat. c. 12.

¶ Taxātor, ōris, ein tadeler, *qui alterum maledictis tangit*, auctore Feſto.

¶ Retaxo, āre, wiederſchelten. Sueton. Veſpaſ. c. 13 *Clam aliquem retaxare.*

TAXVS, i, arbor magnitudine abietis & foliorum ejusdem figuræ, arbor venenata adeo, ut venena inde *Toxica* appellata ſint. vide Plin. lib. 16 c. 10, ein eiben- oder jeben-baum. Hujus arboris ſuccum ad morſum viperæ maxime facere, Suetonius docet Claudio c. 16 extr. Inferorum victimis adhibetur, eoque iter ad inferos obſitum ſcribitur: Silius 13 v. 596.

¶ Taxĕus, a, um, eibenbäumin; ut, *Silva taxea*, Statius 5 Silv. 5 v. 29.

TĀЎGĔTVS, i, Ταΰγετον, Laconiæ mons, Libero patri ſacer. Gelidioribus locis accenſetur. Dicitur &

¶ Taўgĕta, ōrum, in neutro. Virg. 2 Georg. v. 487

Virginibus bacchata Lacænis
Taygeta &c.

¶ Taygĕte, es, Ταϋγέτη, una ex Plejadibus. Virg. 4 Georg. v. 232

Taygete ſimul os terris oſtendit honeſtum Pleias.

TE, adjectio ſyllabica, ut Tute, tete.

TEĀNVM, i, Τέανον, oppidum Italiæ duplex, Sidicinum in via Appia, & Apulum ſive Apulorum, cujus Cicero meminit pro Cluentio c. 9 & 69; & Horat. 1 epiſt. 1 v. 86.

TECHNA, æ, τέχνη, artificium eludendi & fallendi, kunſt, liſt, behendigkeit, betrug. Terent. Heaut. 3, 1 v. 62 *Falli te ſinas technis per ſervulum.* conf. Plaut. Moſtell. 3, 1 v. 19.

¶ Tech-

¶ Technĭcus, a, um, τεχνικός, i. e. *artificialis*, kunstgemäß; plur. *Technici*, sunt artium scriptores, ut Augustinus & Fortunatianus eos vocant; Donato, Servio & Isidoro *artigraphi* appellantur.

¶ Technŏpægnium, i, τεχνοπαίγνιον, *ludus artificiosus*, ein kunst-spiel. Auson. Edyll. 12 epist. 1 *Libello technopægnii nomen dedi.*

¶ Technophyon, i, τεχνόφυον, artis productio, apud Suetonium legitur in Augusto c. 72, *Erat illi locus, quem Syracusas & Technophyon vocabat.*

¶ Contechnor, āri, technas sive fraudes machinari, auf betrug umgehen. Plaut. Pseud. 4, 6 v. 34 *Vide modo, ne illic sit contechnatus quippiam.*

TECOLĪTHUS, i, gemma, nucleo olivæ similis, ein judenstein, Solin. c. 50. conf. Salmas. in Solin. p. 501.

TECTONĬCE, es, sive Tectonica, æ, τεκτονική, ædificandi ars, architectura, die bau-kunst. Unde

¶ Tectonĭcus, a, um, adject. meisterlich, künstlich. Sic *Tectonicas formas* Ausonius dixit in Mosella v. 299. vide supra *Forma*, & *Architectus*.

Tector, tectorium, vide mox in *Tego*.

TECTOSĂGES, um, τεκτόσαγες, & *Tectosagi*, quod sagis tegerentur aut vestirentur: populi fuerunt Galliæ Narbonensis, opibus & viribus adeo præstantes, ut per Græciam, tunc victricem gentium, magna hominum manu profecti, in Asia supra Phrygiam Cappadociamque sedes posuerint. ¶ Ausonius *Teutosagos* dixit de Claris urbibus, in Narbone v. 9

Usque in Teutosagos primævo nomine Belgas.

Tectulum, tectum, vide mox *Tego*.

TĒDA, vel *Tæda*, *æ*, fit ex pino affectione quadam & morbo, cum pars externa caudicis abundantiori succo strangulatur, tum artificio etiam quodam propter picem, kien-holtz, hartz-baum. vide Etymolog. Vossii, qui ex Plinio ait exemplis probari, & ipse ex Juvenale [satyr. 12 v. 59] adfert, ubi pro *nave*, non secus ac *pinus* aut *abies* ponatur. ¶ 2. Hinc & faces *Tedæ* dicuntur, kertzen, fackeln. Cicero pro Rosc. Amerin. c. 24 *Agitari & perterreri furiarum tedis ardentibus.* ¶ 3. Et quia in nuptiis *tedæ* & *faces* præferebantur, pro ipsis nuptiis poëtæ *tedas* usurpant. Virg. 4 Æn. v. 18

Si non pertæsum thalami tedæque fuisset.

Seneca in Agamemnone v. 259 *Nec regna socium ferre, nec tedæ sciunt.*

¶ Tedĭfer, a, um, fackeltragend; Ita, *Tedifera dea*, Ceres dicta ab Ovidio Heroid. epistola 2 v. 42, quod in sacris ejus, quæ per noctem fiebant, faces a sacerdotibus deferebantur.

TĔGĔA, æ, seu Tegeum, i, secundum Servium, oppidum est Arcadiæ; a quo

¶ Tĕgĕæus, a, um, adject. ut, *Pan Tegeæus*: Virg. 1 Georg. v. 18

Adsis ô Tegeæe favens.

Et lib. 8 Æn. v. 459

Tunc lateri atque humeris Tegeæum subligat ensem.

Sed hîc per Syncopen dixit Virg. lib. 5 Æn. v. 299

Alter ab Arcadia, Tegeæ de sanguine gentis.

¶ Tĕgĕātes, um, incolæ; vide Stephanum, qui ex Lepido recenset non injucunda de Lacedæmoniis & Tegeatibus oracula.

¶ Tĕgĕātis, idis, fœm. Silius 13 v. 329 *Cæsa Tegeatide caprâ.*

¶ Tĕgĕātĭcus, a, um, adject. quo nomine dictus est Mercurius a Statio 5 Silv. 1 v. 103; & 1 Silv. 2 v. 18 *Ales vel volucer Tegeaticus.*

Teges, tegeticula, tegile, tegillum, tegmen, &c. vide sequens *Tego*.

TĔGO, texi, tectum, tegĕre, velare, decken, zudecken, bedecken; ut, *Ignaviam suam tenebrarum ac parietum custodiis tegere*, Cicero pro Rabirio c. 7. *Dolorem animi vultu tegere*, Idem 2 in Verr. c. 8. Et, *Summam prudentiam simulatione stultitiæ tegere*, Idem de Clar. Orat. c. 14. *Mendacio aliquid tegere*, Cic. pro Quintio c. 26. Et, *Tegere suam sententiam*, seine meynung bergen, heimlich halten, Idem Quæst. Tuscul. 5 c. 4. ¶ 2. Est & tueri, protegere, tutum præstare, schützen. Corn. Nepos Attico c. 12 *Familiares ejus urbe profugientes, quantum potuit, texit, quibus rebus indiguerunt, adjuvit.* ¶ 3. Est & comitari, assistere. Statius 5 Silv. 1 v. 26

Omnis Apollineus tegeret, Bacchique sacerdos.

Horat. 2 sat. 5 v. 18 *Virne tegam spurco Damæ latus?*

¶ Tectus, a, um, nudo & aperto opponitur, bedeckt; Item, quod arte & studio occultatur, zugedeckt. Terentius Hecyrâ 3, 3 v. 28 *Ut adversa ejus per te tecta tacitaque apud omnes sient*, heimlich gehalten und verschwiegen. *Tectis verbis ad te scripsi*, Cicero lib. 9 fam. epist. 22 extr. mit verborgenen worten. *Tectior cupiditas*, Idem pro Roscio Amer. c. 36. *Tectiora flagitia*, Plinius 1 epist. 5. *Tectissimus in dicendo*, Cicero 2 de Oratore c. 73; quanquam Gruterus *rectissimum* legit, alii *cautissimum*. ¶ 2. Etiam *tecti homines* dicuntur, qui animo ficto & simulato tegunt astute cogitata & sensus suos, qui & *occulti* & *obscuri* dicuntur, heimlich, verdeckt. Cicero 2 de Finib. c. 17 *Is enim, qui occultus & tectus dicitur, tantum abest, ut se indicet*, &c. Virg. 2 Æneid. v. 125

tectusque recusat,

Prodere voce suâ quemquam, aut opponere morti.

Cic. pro Dejotaro c. 6 pr. *Quis consideratior illo, quis tectior, quis prudentior?* der so hinter dem berge hält, sich nichts mercken läst.

¶ Tecte, adverbium, non aperte, verborgener weise; ut, *Ab illo aperte, tecte quicquid est datum, libenter accepi*, Cic. ad Attic. 1 epist. 14, öffentlich und heimlich. Compar. *Tectius*, mit verdeckten worten: Cic. 9 fam. epist. 22 opponit *suo nomine* aliquid, & *tectius appellare*.

¶ Tectum, i, subst. superior domus pars, qua tegitur ipsa, das dach. Cic. ad Attic. 4 epist. 3 *Porticus reficiebatur: & ad tectum pæne perveneraт.* Et Virg. 2 Æn. v. 695

Illam summa super labentem culmina tecti Cernimus.

¶ 2. Et domus ipsa, das hauß. Terent. Heaut. 5, 2 v. 15 *Quo in tectum te receptes?* Liv. 1 c. 29 *Romanus passim publica privataque tecta omnia adæquat solo.* Et Horat. 1 epist. 10 v. 32

Fuge magna; licet sub paupere tecto

Reges & regum vitâ præcurrere amicos.

Sic, *Tectis ac sedibus suis aliquem recipere*, Cic. Agrar. 2 c. 33. *Tecto quem arcere*, herberge versagen, Tacitus in Germania c. 21.

¶ Tectŭlum, i, diminutivum, ein dächlein. Hieronymus de vitando suspecto contubernio epist. 47 c. 4 *Sub uno tectulo manentes.*

¶ Tector, ōris, ein decker. Gloss. gr. lat. σκεπαστής, *tector*. ¶ 2. κονιατής, qui tectoria inducit, ein tüncher, weisser, maurer. Varro 3 de R. R. c. 2 *Villa, quam neque pictor, neque tector vidit unquam.* Hanc ibidem opponit illi, *quæ est polita opere tectorio eleganter*. Tertullianus de Idololatria c. 8 *Scit albarius tector & tecta sarcire, & tectoria inducere.* * *Tectores* dicebantur, qui tectorio loricabant parietes, ut olim Cujacius docuit 10 Observat. c. 9. Quis eorum usus in castris fuerit, uti constat ex inscriptionibus, in legionibus & cohortibus fuisse tectores, non satis liquet. Forte ad machinas bellicas tectorum opera sunt usi. Hinc conjunguntur cum fabris in inscriptione inedita:

LAETITIAE SIGN.
C. DOMITIVS C. F. BASSVS COH.
III. LEG. III. ITALICAE PRAEFECT.
MIL. ET FABRORVM TECTOR. *Grævius.*

¶ Tectōrius, a, um, zum tünchen dienlich; ut, *Tectoria calx*, Plin. 36 c. 22. *Villa opere tectorio spectanda*, Varro de R. R. 3 c. 1. Et, *Sepulcrum opere tectorio exornare*, Cic. de Leg. 2 c. 26.

¶ Tectōrium, i, subst. κονία, κονίαμα, pavimentum parietis atque incrustatio ex calce & arena, albarium, tünchwerck, mauerwerck, weisse; ut, *Tectorium vetus delere & novum inducere*, Cic. 3 in Verr. c. 55. Et, *Villæ tectorio politæ*, Gell. 13 c. 23. Juvenal. sat. 6 v. 466

Tandem aperit vultum & tectoria prima reponit.

Sic, *Picta tectoria linguæ* Persius dixit pro fuco, sat. 5 v. 25, falsche, gefärbte schmeichel-worte.

¶ Tectorĭŏlum, i, dimin. parvum tectorium, ein wenig tünchwerck. Cicero 9 fam. epist. 22 *Bella tectoriola.*

¶ Tĕges, ĕtis, stragulum significat ex ulva, scirpo, aut sparto, aut alia vili materia, eine decke, schilff-decke. Varro R. R. 1 c. 22 *Sic quæ fiunt de cannabi, lino, junco, palma, scirpo: ut funes, restes, tegetes.* Columella 5 c. 5 *Sub ortu caniculæ palmeis tegetibus vineas adumbrabat.* Juvenalis satyr. 6 v. 117 de Messalina:

Ausa Palatino tegetem præferre cubili.

¶ Tĕgĕtĭcŭla, æ, diminutivum, eine kleine decke. Columella 8 c. 9 *Tegeticulæ cannabinæ.* Et Martialis 9 epigr. 93

Dat tibi securos tegeticula somnos.

¶ Tĕgĕtārius, i, ein deckmacher; Vet. Gloss. ψιαθοποιός, ψιαθοπλόκος, *Tegetarius.*

¶ Tegĭle, is, subst. tegmen, eine decke, ein kleid. Apulejus Met. lib. 9 *Exiguo tegili tantummodo pubem injecti.*

¶ Tegillum, i, tegmen, sive indumentum vilius, ein schlecht kleid. Plaut. Rudent. 2, 7 v. 18 *Tegillum eccillud mihi unum arescit, id si vis, dabo.* Varro Sesquiulysse apud Nonium c. 2 n. 846

In aëre volitans milvus aquam in nubibus

Tectam indicat, fore tegillum, ut pastor sibi Sumat.

Festus CVCVLLIVNCVLVM *a scirpo factum* interpretatur, eine flechte, matte.

¶ Tĕgŭlum, i, dimin. aliud, tectum, quo aliquid tegitur, operimentum domorum, ein dächlein. Plin. 16 c. 37 *Tegulo enim earum* (arundinum) *domos suas septemtrionales populi operiunt*; & cap. 37 *Scirpi fragiles, palustresque ad tegulum tegetesque.*

¶ Tegĭmen, ĭnis, quod tegit, die decke, hülle. Ovid. 3 Metam. v. 52

Tegimen derepta leoni Pellis erat.

conf. Met. 1 v. 674.

¶ Tegmen, ĭnis, ex *Tegimen* contractum, idem. Cicero 5 Tuscul. c. 32 *Mihi amictui est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra.* Sic, *Cæli tegmen*, Lucretius dixit lib. 2 v. 661. *Tegmen fagi* pro umbra & opacitate fagi, Maro eclogâ 1 v. 1.

¶ Tegmentum, i, idem. Plin. Valer. 2 c. 50 *Tegmentum testudinis.*

¶ Tĕgŭmen, ĭnis, idem; ut, *Testudo collecta in suum tegumen*, Liv. 36 c. 32. Et, *Æneum pectori tegumen*, Idem lib. 1 c. 20.

¶ Tĕgŭmentum, i, idem; ut, *Tegumenta corporis*, kleider, Liv. 1 c. 43. Et, *Palpebræ sunt tegumenta oculorum*, Cic. 2 de Nat. Deor. c. 57. *Quærere tegumenta vitiorum*, Idem pro Cœlio c. 20, schand-deckel. *Tegumenta equorum*, quæ dorsualia etiam vocantur, apud Sueton. Calig. c. 55, schabracken. ¶ 2. *Tegumentum* pro præsidio, tutela, schutz, Plautus dixit Trinum. 2, 2 v. 32.

¶ Tĕgŭla, æ, κεραμίς, ein dachziegel. Plaut. Milit. 2, 6 v. 23 *Quod meas confregisti imbrices & tegulas.* Cicero ad Attic. 9 epist. 7 *Promitto tibi, si valebit, tegulam illum in Italia nullam relicturum.* Et, *Demittere per tegulas aliquem*, Idem in Philipp. 2 c. 18, vom dache herab lassen. *Per alienas tegulas venisse clanculum*, Terent. Eunuch. 3, 5 v. 40. Quamvis autem a *Tĕgo* veniat, primam tamen productam habet. Ovidius 2 Fast. v. 537 *Tegula porrectis satis est velata coronis.* Et lib. 6 Fastor. v. 316 *Strataque erat liquido tegula quassa foco.* Adde & de Arte am. 2 v. 262; & Martial. 7 epigr. 35. Apud Senecam epist. 12 *In extrema tegula stare*, est lapsui vicinum esse, auf der kippe stehen; vel, *in extremo stare*, uti loquitur Senec. de Ira 1 c. 11; Lipsius mavult *regula*.

¶ Tĕgŭlārius, i, ein ziegelbrenner, ziegelstreicher. Gloss. gr. lat. κεραμεύς, *figulus, tegularius.* ¶ 2. *Tegularia, maleficia: eo quod supra tegulas sacrificent*, scribit Vetus Glossarius, ut notat Scaliger in Cirin.

¶ * Tĕgŭlĭcius, a, um, mit ziegeln gedeckt. Inscript. Gruter. p. 54 DEO MERCVRIO ALTEGIAM TEGVLITIAM COMPOSITAM SEVERINVS SATVLLINVS CF. EX VOTO POSVIT L. M. *Grævius.*

¶ Tugurium, vide infra suo loco.

Composita cum præposit.

¶ Circumtĕgo, xi, ctum, ĕre, umdecken. Lucretius 1 v. 1094

Supra circumtegere omnia cælum.

¶ Circumtectus, a, um, umhüllet. Plaut. Milit. 2, 2 v. 80 *Herus meus elephanti corio circumtectus*; alii, *circumtentus*.

¶ Contĕgo, xi, ctum, ĕre, zudecken, bedecken; ut, *Tumulus contegit corpus*, Cic. pro Arch. c. 10. *Contegere factam injuriam*, Terent. Hecyr. 3, 3 v. 41.

¶ Contectus, a, um, gedeckt, bedeckt; ut, *Caſa contecta ſtramine*, Ovid. 5 Metam. v. 447.

¶ Contēgŭlātio, ōnis, die deckung mit ziegeln; &

¶ Contēgŭlātor, ōris, ein dachdecker, ex Dig. apud JCtos.

¶ Supercontĕgo, ĕre, überziehen. Celſus 4 c. 1 *Renes tunicis ſupercontegunt.*

¶ Detĕgo, xi, ctum, ĕre, aperire, entdecken, aufdecken; ut, *Detegere nequicquam conditas inſidias*, Liv. 10 c. 4. Et Plaut. Moſtell. 1, 3 v. 7 *Hæc illa eſt tempeſtas mea, mihi quæ modeſtiam omnem detexit, tectus qua fui*, h. e. abſtulit mihi modeſtiam. Sic, *Oſſa orationis detegere*, Quintil. procem. lib. 1. Et, *Detegere magicas vanitates*, Plin. 26 c. 8, offenbaren. *Strictum vaginâ detegere enſem*, Sil. 13 v. 168, entblößen.

¶ Detectus, a, um, aufgedeckt; ut, *Caput detectus*, bloß mit dem haupt, Virg. Æn. 10 v. 133. *Caci detecta regia*, Idem Æn. 8 v. 241. *Detecta fraude*, Liv. 22 c. 43.

¶ Detectio, ōnis, die entdeckung. Vlpianus: *Detectio mortis.*

¶ Detector, ōris, ein entdecker. Tertull. 4 adv. Marcion. c. 36 *Detector creatoris*, i. e. revelator. Idem adv. Valentin. c. 3 extr. *detector conſcientiæ.*

¶ Diſtectus, a, um, aufgedeckt. Alcimus Avitus lib. 4 v. 408 de Chamo, Noachi nuditatem prodente:

Diſtectum petiit miſero ſpectamine patrem.

¶ Intĕgo, ere, idem quod ſimplex *tegere*, bedecken. Cæſ. 2 B. Civ. c. 2 *Integebuntur porticus lignis conjunctis inter ſe.* Plaut. Rud. 1, 2 v. 13 *Villam integendam intelligo totam mihi.* Sed tamen aliqua emphaſis eſt in Propertii illo lib. 2 eleg. 19 ſub fin.

Qua formoſa ſuo Clitumnus flumina luco Integit.

¶ Intectus, a, um, adject. eſt non tectus, ungedeckt, bloß, apud Tacitum 5 Hiſt. c. 22, & de morib. Germ. c. 17. Sic & Mamertinus Panegyr. Juliani c. 13 *Hieme pruinam intectis verticibus perferre.* Metaphorice Tacitus Annal. 4 c. 1 *Sejanus Tiberium variis artibus devinxit adeo, ut obſcurum adverſum alios, ſibi uni incautum intectumque efficeret.* ¶ 2. Sed particip. *Intectus*, bedeckt; ut, *Stramento intecta omnia*, Liv. lib. 27 c. 3.

¶ Intectamentum, i, eine decke, ein dach. Gloſſ. gr. lat. σκέπασμα τέγης, *Intectamentum.*

¶ Intĕgŭmentum, i, velamentum, ein deckel; ut, *Integumentum frontis*, eine mütze: Cic. in Piſon. c. 6 *Vereor, ne qui ſit, qui iſtius inſignem nequitiam, frontis involutam integumentis, nondum cernat.* Idem poſt reditum in Senatu c. 7 *Vti integumento frontis ad occultanda vitia.*

¶ Superintĕgo, ĕre, drüber decken; ut, *Lapide ſuperintegi*, Plinius 18 c. 6 extr.

¶ Obtĕgo, xi, ctum, ĕre, wohl bedecken, zudecken. Plaut. Trin. 3, 2 v. 23 *Turpitudinem adoleſcentiæ obſcuritate & ſordibus alicujus obtegere.* Et Cic. ad Attic. 1 epiſt. 17 *Fingere, diſſimulare, obtegere.*

¶ Obtectus, a, um, zugedeckt. Cic. pro Cœlio c. 18 *Vitia multis virtutibus obtecta.* Claudian. 3 de Rapt. v. 82 *tenebroſo carceris receſſu obtectus.*

¶ Pertĕgo, xi, ctum, ĕre, gar zudecken. Plaut. Rud. 1, 2 v. 35 *Quin pertegamus villam, dum ſudum eſt.* Idem Trinum. 1, 1 v. 41 *Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.*

¶ Prætĕgo, xi, ctum, ĕre, verdecken. Plin. in Panegyr. c. 15 *Quæ ſomnum ſaxa prætexerint.*

¶ Præſtigiæ, cum derivatis, vide ſupra in *P.*

¶ Protĕgo, xi, ctum, ĕre, tueri tegendo, beſchützen. Cic. pro Sylla c. 18 *Ego jacentem & ſpoliatum defendo & protego.* Et, *Protegere ſcuto*, Idem 4 Tuſcul. c. 22.

¶ Protectus, a, um, bedeckt; ut, *Filia protecta humeros capillis*, Ovid. Met. lib. 2 v. 635. Et, *Tempora protecta capillo*, Idem Met. lib. 12 v. 273. *In protectis porticibus*, Colum. præfat. lib. 9. *Riſu protectis inſidiis*, Juſtin. 38, 1, 10. Compar. Cic. 13 Philipp. c. 3 *Sapientia protectior omni ratione.*

¶ Protectum, i, ſubſt. ein vordach. Varro R.R. 3 c. 16 *Faciunt ad foramen introitus protectum in alvum.* conf. Pompon. JCt. Dig. 47 t 7 leg. 6 § 2. Sunt etiam *protecta*, quæ & *projecta* dicuntur, partes ſc. prominentes ædium, cujusmodi ſunt *Meniana* & *Podia penſilia*, ex quibus proſpectus eſt in plateas, die ercker, altáne, gänge forn an den häuſern, daraus man ſich umſiehet. *Tectum projicere*, ſeu *protegere*, ſignificat ejusmodi protectum domui adjungere, Cic. in Topicis c. 4.

¶ Protectus, ûs, ſubſtant. idem; ut, *Tignorum protectus*, Scævola JCt. Dig. 8 t. 2 leg. 41 § 1.

¶ Protectio, ōnis, die beſchirmung, verbum poſterioris ævi. Tertull. de Fuga perſecut. c. 2 *Apud Deum & concuſſio fidei, & protectio*, id eſt, conſervatio. Et Ambroſius Sermone 88 ſub fin. *armorum protectione munitus.*

¶ Protector, ōris, ein beſchirmer, beſchützer, ejusdem ætatis vocabulum. *Protector fidei*, Cyprian. epiſt. 9 c. 2. ¶ 2. *Protectores*, σωματοφύλακες, electi ad cuſtodiam corporis, trabanten, leib-guardie, vox Spartiano, Lampridio & Ammiano uſurpata. Vide Godofr. diſcurſu ad L. quisquis p. 54; Cellar. Cur. Poſterior. p. 227; & Borrich. Cogit. p. 206.

¶ Improtectus, a, um, unverwahrt, unbeſchützt. Gellius 7 c. 3 *Improtecta epagoge*, i. e infirma inductio. conf. lib. 13 c 17 & c. 26. Et Ammian. 26 c. 8 *Civitas hoſtili impetu patuit improtecta.* Idem lib. 21 c. 25 *Ne partes petiturus Arctoas, improtectum Meſopotamiæ relinqueret latus*, h. e. indefenſum.

¶ Rĕtĕgo, xi, ctum, ĕre, aperire, entdecken, eröffnen. Virg. 1 Æn. v. 360

Cæcumque domus ſcelus omne retexit.

¶ Retectus, a, um, aufgedeckt; ut, *Rebus luce retectis*, Virg. 9 Æn. v. 461. conf. lib. 12 v. 374. ¶ 2. Aliquando *Retectus* eſt idem quod tectus, vel cum cura tectus, ut *reconditus, repoſitus*, &c. zugedeckt. Sueton. Auguſt. c. 78 *Poſt cibum meridianum ita, ut veſtitus calceatusque erat, retectis pauliſper pedibus conquieſcebat*: RETECTIS PEDIBVS, i. e. *bene & diligenter tectis*, ut Caſaub. interpretatur.

¶ Semitectus, a, um, halb bedeckt; ut, *Capuli ſemitecti*, Apulej. Met. lib. 4. conf. Arnob. lib. 6 p. 299. Senecæ exemplum de Vita beata c. 25 incertum eſt.

¶ Subtĕgo, ĕre. Vitruvius 9 c. 6 de Sideribus: *Sub avis cauda pedes equi ſunt ſubtecti.*

¶ Subtegmen, vel Subtemen, vide ſupra in *S.*

¶ Subtēgŭlāneus, a, um, was unter dach und fach iſt; ut, *Pavimenta ſubtegulanea*, i. e. loca ſub tegulis, bedeckte örter, ὑπόστεγα Græcis dicta, diverſa a *ſubdialibus*, quæ ὑπαίθρια illi vocant, Plin. 36 c. 25.

¶ Supercontĕgo, & Superintego, vide ante ſub *Contego, Intego.*

TĒĬVM, i, Τήιον, ſeu Teos, Τέως, urbs Ioniæ, patria Anacreontis.

¶ Tējus, a, um, adject. diſſyllab. & Tēĭus, triſyllab. Ovid. 2 Triſt. v. 364

Præcipiet lyrici Teia Muſa ſenis.

conf. de Art. am. 3 v. 330. Sic, *Teius Anacreon*, apud Horat. in epod. 14 v. 10. *Teius Apollo*, quia ibi habuit templum. Sed

¶ Teji, ōrum, populi fuerunt, de quibus proverbium celebre fuit, *Abdera pulchra Tejorum colonia*; vide *Abdera.*

TĒLA, æ, ἱστὸς, id eſt, quod texendum inſtituitur, a τῆλε, id eſt, *longe*, ein gewebe, geſpinſt. Virg. 1 Georg. v. 294

Percurrere pectine telas.

Et 4 Æn. v. 264 *Tenui telas diſcreverat auro.*

Ita *Telam exordiri* proverbialiter dicitur pro, rem aliquam incipere & aggredi, Plautus Bacch. 2, 3 v. 116. *Telæ aranearum*, ſpinnweben, Idem Stich. 2, 3 v. 24, & Aſin. 2, 4 v. 19. *Penelopes telam retexere*, eſt, inanem operam ſumere; vide ſupra *Penelope*, & infra *Retexo* in *Texo.*

¶ Subtīlis, e, dünn, zart, künſtlich, ſubtil; item, ſpitzfündig, tiefſinnig; ut, *Subtile palatum*, Horat. 2 ſat. 8 v. 38, der ſich wohl aufs koſten verſtehet. *Succus ſubtiliſſimus*, Plin. 11 c. 5. Et Valer. Max. 2 c. 3 n. 2 *P. Rutilius*, inquit, *doctoribus gladiatorum accerſitis, vitandi atque inferendi ictus ſubtiliorem rationem legibus ingeneravit.* Sequimur autem Scaligerum, cui videtur Exercit. 1 adv. Cardan. SVBTILE *a filis tenuioribus originem traxiſſe, quæ in tela bene texta oculorum aciem pene fallunt.* conf. Voſſ. Etymol. p. 499.

¶ Subtīlĭter, adverb. idem; ut, *Differere de aliqua re ſubtiliter, & copioſe dicere*, Cic. pro Flacc. c. 18. Idem lib. 9 fam. epiſt. 21 *Privatas cauſſas, & eas tenues, agimus ſubtilius; capitis, aut famæ, ſcilicet ornatius.* Celſus principio præfationis: *Æſculapius ſcientiam paullo ſubtilius excoluit.* Rurſus Cicero pro Balbo c. 22 *Quæ ego nunc percurro, ſubtiliſſime ſunt omnia perpolita.*

¶ Subtīlĭtas, ātis, die ſcharfſinnigkeit; ut, *Subtilitas & elegantia ſcriptorum*, Cic. 4 fam. epiſt. 4.

¶ Subtel, cavum pedis, ſicut *vola* eſt cavum manûs. Priſcian. lib. 5 de vocibus in el: *Subtel*, τὸ κοῖλον τοῦ ποδός. Voſſius l. c. *Subtel* a *Subtilis* eſſe ait, quia caro ibi tenera; cum contra Priſciano lib. 4 a *Subtel* ſit *Subtilis.*

¶ Subtīlĭlŏquus, a, um, ſubtiliter loquens, ſcharfſinnig im reden; ut, *Homines ſubtililoqui & philoſophi*, Tertullian. cont. Marc. 5 c. 19.

¶ Subtīlĭlŏquentia, æ, die tiefſinnige rede, Idem Tertull. l. c.

¶ Inſubtīlis, e, non ſubtilis, unförmlich, grob. Papin. JCt. Dig. lib. 30 t. 1 leg. 11 *Non inſubtili ratione moveri.*

¶ Inſubtilĭter, adverb. idem. Lege 7 § 6 Dig. de Pactis: *quod non inſubtiliter dici poteſt.*

¶ Perſubtīlis, e, i. e. valde ſubtilis; ut, *Perelegans ac perſubtilis oratio.*

TĔLĂMON, ōnis, Τελαμὼν, Pelei frater, Ajacis pater, & filius Æaci, quem ſolo Hercule minorem facit Valerius Flaccus 1 v. 353. ¶ 2. *Telamones* Vitruvio 6 c. 10 ſigna ſunt in muris, quæ *mutulos*, i. e. quadrangulos vel coronas, i. e. parietum prominentias ſuſtinent, bilder an den ecken der mauren oder gebäue. Græci ἀτλάντας vocant, Latini *deſtinas.* Ejusdem Vitruvii *incumba* ad hanc vim pertinet. vid. Barthius ad Claudian. p. 517.

¶ Tĕlămōnĭădes, æ, patronym. id eſt, Ajax, Ovid. 13 Metam. v. 231; qui &

¶ Tĕlămōnius, i, ibidem v. 194 dicitur.

TĒLĔBŎAE, arum, Ætoliæ populi, Caprearum incolæ, Tacit. 4 Annal. c. 67. Capreæ autem inſula ſunt adverſus Neapolim. Virg. 7 Æn. v. 735 *Fertur, Teleboûm Capreas cum regna teneret.*

¶ Teleboas, æ, unus ex Centauris, Ixionis ex nube filius, Ovid. Met. lib. 12 v. 441.

¶ Teleboïdes, um, inſulæ maris Ionii inter Leucadem & Achaiam, Plin. 4 c. 12. vide ſupra *Taphiæ*; nam ſic etiam appellabantur.

TĒLĔGŎNVS, i, τηλέγονος, obſcurus, noviſſimo loco natus. ¶ 2. Eſt & nomen proprium filii Circes, qui per ignorantiam patrem ſuum Vlyſſem interemit. *Telegoni juga parricidæ*, Horat. 3 od. 29 v. 8. Vbi vide interpretes, & Paſſeratii not. ad Propertii 2 eleg. 32. Adde Ovid. Faſt. 3 v. 92; & lib. 4 v. 71.

TĒLĔMĂCHVS, i, Τηλέμαχος, Vlyſſis filius ex Penelope. vid. Horat. 1 epiſt. 7 v. 40; & Ovid. Heroid. epiſt. 1 Penelop. v. 98.

TĒLĔMVS, i, Τήλεμος, Eurymi filius, vates Cyclopum, de quo Homer. in Odyſſ. & Ovid. 13 Metam. v. 770; & in Ibin v. 269.

TĒLĔPHVS, i, Τήλεφος, Herculis filius a cerva nutritus in ſilvis, imperavit in Lycia; ſed exul poſtea & medicus ex rege. vid. Ovid. Metam. lib. 12 v. 112. Vnde Horat. in Arte poët. v. 96

Telephus & Peleus, cum pauper & exul uterque,
Projicit ampullas & ſesquipedalia verba.

Quo in loco *projicit* non eſt in medium profert; ſed ἀποβάλλει, abjicit, id eſt, abſtinet a magnificis & ſuperbis dictis, & humili oratione utitur, pro fortunæ conditione. vid. Voſſ. lib. 2 Inſtit. Orat. p. 253.

¶ Telephius, a, um, adject. ut, *Telephium ulcus, vulnus*, quod Telephus ab Achille acceperat.

¶ Telephium, i, ſubſt. τηλέφιον, herba, non diſſimilis portulacæ, katzenträublein, a Telepho dicta, qui eâ ulcus ſuum ſanavit.

TĒLESCŎPĬVM, i, τηλεσκόπιον, inſtrumentum opticum, quo objectæ ſpecies viſibiles mirum in modum dilatantur, ein fernglaß. vid. Hier. Vitalis Lex. Mathemat.

TELETA, æ, τελετή, sacrificium, ein opffer. Apulej. Met. lib. 11 *Ad usum teletæ necessaria.*

TELETHUSA, æ, nomen meretricis apud Martial. 8 epigr. 51, & Priapejorum auctorem. Adde Ovid. Met. lib. 9 v. 766.

TELINUM, i, τήλινον, unguentum quoddam est, Plin. lib. 13 c. 1 a τῆλις, fœnum græcum, quod admiscetur.

TELLINAE, arum, τελλῖναι, conchulæ sunt duplici testa, marinæ & fluviatiles in arena viventes, eine art kleiner schnecken, Gesnerus.

TELLUS, ūris, dea terra, hominum divûmque creatrix. Cicero ad Quint. fratr. 3 epist. 1 c. 4 *Ad Telluris quidem etiam tuam statuam locavi*, hoc est, ad Telluris ædem. ¶ 2. *Tellus* ipsa terra, die erde, das erdreich. Cicero in Somnio Scip. c. 4 *Tellus neque movetur & infima est.* Ovidius 1 de Arte amandi v. 757

Non tellus eadem parit omnia: vitibus illa
Convenit, hæc oleis: hac bene farra virent.

Idem Metam. lib. 8 v. 789

Triste solum, sterilis sine fruge, sine arbore, tellus.

Et Fast. 2 v. 683 *Gentibus est aliis tellus data limite certo:*
Romanæ spatium est urbis & orbis idem.

TELONIUM, i, τελώνιον, mensa publicanorum, die zoll-banck, zoll-bude; item, der zoll.

¶ Telōnārius, i, qui telonio præpositus, in Codice Theodosii Lege 3 de indulg. debitor. Inde procul dubio Germanicum nostrum, ein zöllner, sicut zabern ex *Taberna.*

¶ Telōniăcus, a, um, zöllnerisch. Bapt. Mantuanus:

Ipse teloniaco dederat qui tempora lucro,
Collector Matthæus opum.

TELOS, τέλος, neut. *finis, exitus*, das ende. Cic. de Fin. 3 c. 7 *Sentis, me jamdiu, quod τέλος Græcus dicat, id dicere tum extremum, tum ultimum, tum summum.* conf. de Fin. 1 c. 13; & ad Att. 12 epist. 16. Petronius Satyric. p. 184

Jussit, & hanc vitam dixit habere τέλος.

TELUM, i, βέλος, quicquid jacitur, seu, quodcunque missile, vel arcu, vel manu, allerley geschoß, wehr, pfeil, oder wurff-wehr; dictum a græco τῆλε vel τηλῦ, hoc est, *longe*, seu τηλόθεν, *eminus*. Ita nempe JCti definiunt. Quo respectu gladius hoc nomine non continetur; & tamen ita voce *Teli* usus est Nepos Datame c. 11 *Interim telum, quod latebat, protulit, nudatumque vaginâ veste texit.* Idem Alcibiade c. 10 *Ille autem sonitu flammæ excitatus, quod gladius ei erat subductus, familiaris sui telum eripuit.* Livius 1 c. 40 extremo de *securi*, voce *Teli* usus est. *Versari inter hostium tela*, id est, arma, Cicero 1 de Orator. c. 46. Et, *Tela jacere, immittere, retundere*, Idem pro Domo sua. *Telum adigere*, Cæsar sæpe. Sic, *Pilum adigere*, Valerius Maximus dixit. Cic. 5 fam. epist. 16 *Homines nos esse meminerimus, ea lege natos, ut omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra.* Proverbiale est: *Et meum telum cuspidem habet*, ex Homeri Iliad Υ v. 437, apud quem Hector inquit: καὶ ἐμὸν βέλος ὀξὺ πάροιθεν. *Maximum telum necessitas*, Livius 4 c. 28, muß ist ein bitter kraut. vid. Chiliadas. *Tela* etiam lapides dici posse, & omnia quæ jaciuntur, docet Nonius c. 6 n. 5. ¶ 2. Sed in sequenti exemplo, *telum* adjumentum significat, seu rationem, rem aliquam agendi: *Nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium*, nicht eine geringe förderung oder vortheil, Cicer. de Amicit. c. 17. conf. Gronov. Observat. lib. 3 c. 8

¶ Tēlĭfer, vel Telĭger, a, um, der pfeil und bogen trägt; ut, *Puer teliger*, Senec. in Hercule Oëtæo v. 543, βελοφόρος.

¶ Protēlum, i, tractus boum, der zug. Cato in Origin. apud Nonium c. 4 n. 349 *Protelo trini boves aratrum unum ducent.* Et Lucil. apud eumdem: *Hunc juga mulorum protelo ducere centum*
Non possunt.

Scaliger in Catalect. p. 240 *Atque ut strigare equi dicuntur in actu intermittendo; sic cum continuant actum, hoc dicitur* protelo ducere. *Lucilius apud Nonium l. c.*

Quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri
Ducere protelo validis cervicibu' possent.

Protelum *enim est continuatio & tenor*, der fortgang: *Lucretius 2 v. 531*
Undique protelo telorum continuato.

In vetere illo Glossario: Proteium, ἔκλαμπρον: *Lego* ζεύγλαμπρον, vel ἔξαμπρον. *Hoc est*, ζεύγλης ἄμπρευμα. Colum *vocari ait Festus. Et quod Lucilius dicit* protelo ducere, *est* ἐξαμπρεύειν, *Aristophani Lysistrata.* Hæc ille. Vide eumdem in Varr. de Re Rustic. p. 250; ubi docet, Varron. in *Catone* de liberis educandis, quum ait, *Remotissimum ad discendum formido, nimis timor, & omnis perturbatio animi: Contra delectatio protelum ad discendum*, protelum pro incitamento, vel impulsione potius posuisse, der antrieb, nachdruck. Catullus in epigr. 57 v. 6 *hunc ego, si placet Dionæ,*
Protelo rigida meo cecidi:

Protelo est, quod Jureconsulto *in continenti*, ut idem exponit. Adde Turneb. Adversf. 24 c. 42; & Parei Lex. Crit. p. 1008.

¶ Protēlo, are, a *telo* enim hoc verbum quidam faciunt: significat exagitare, perturbare, für den kopff stossen. Terent. Phorm. 1, 4 v. 37 *Ne te iratus suis sævis dictis protelet.* ¶ 2. Item, expellere, propulsare, fortjagen, vertreiben. Sic apud Nonium l. c. Sisenna telum arcessit: *Romanos impetu suo protelant.* Apulej. Met. lib. 8 p. 209 *Cladem de vestris protelamus manibus.* Tertullianus de Pœnitentia c. 4 *Hæc te peccatorum fluctibus mersum prolevabit, & in portum divinæ clementiæ protelabit.* ¶ 3. Est & prorogare, aufhalten. Ulpianus lege 2 § 7 de Pudic. *protelatur admonitio.* Et Hieronymus epist. 23 ad Marcellam, principio: *Ezechias vicina morte terretur, & fusus in lacrymas, quindecim annorum spatio protelatur ad vitam.*

¶ Protelātus, a, um, weggetrieben. Sic, *propter peccatum patriâ protelatum* dixit Turpilius apud Nonium l. c.

Temerarius, temerator, &c. vide mox in *Temere.*

TEMERE, adverbium, cujus significatio in exemplis diligenter observanda est, vergebens, ungefehr, &c. Terent. Phorm. 5, 8 v. 9 *Non pol temere est, quod tu tam times*, hoc est, non abs re, nicht ohne ursach. *Non temere est*, id est, non temerarium est, ut alibi Plautus loquitur: *Non præter caussam aliquam. Temere* enim sine caussa, sine consilio & provisu est. Unde & Tacitus Annal. 12 c. 39 *temere & proviso* opponit. Sic apud Virgilium in 9 Æn. v. 375, cum Euryali galea ad lunam resplenduisset clarius, idque notasset Volscens, hostem haud frustra adesse ratus, exclamat illico: *Haud temere est visum.*

Ubi Servius: *Particula*, inquit, *hæc modo sine caussa significat*, umsonst. Terent. Heaut. 4, 1 v. 1 *Nescio quid tristis est; non temere est*, es hat was auf sich. Auctor ad Herenn. lib. 2 c. 8 *Non temere fama nasci solet*, man sagt selten von einem ding, da gar nichts dran seyn solte. Cic. 1 Tusc. c. ult. *Non enim temere nec fortuito creati sumus.* Et, *Temere & nullo consilio administrare*, Cic. 1 de Invent. c. 34. *Temere & imprudenter aliquid facere*, Cæsar ad Cic. sub lib. 10 ad Att. epist. 8, unbedachtsam. *Inconsulte ac temere aliquid dicere*, Cic. 1 Nat. Deor. c. 16. ¶ 2. Sæpe & *facile* significat, leichtlich. Cicero ad Brutum epist. 1 *Non soleo, mi Brute, temere affirmare de altero: Est enim periculosum propter occultas voluntates, multiplicesque naturas.* Plaut. Bacchid. 1, 2 v. 52 *Rapidus fluvius est, non hac temere transiri potest*, id est, facile, & sine periculo. Quintil. 1 c. 3 *Illud ingeniorum præcox genus, haud temere unquam ad frugem pervenit*, id est, haud facile: quemadmodum & Carisius lib. 2 exponit. Horat. 1 od. 12 v. 7

temere insecutæ Orphea silvæ.

Vide ibi Martil. & Lindebrogium ad Ammianum p. 10. Nepos Attico c. 20 *Nullus dies tamen temere intercessit, quo non ad eum scriberet.* Et Livius 30 c. 30 *Non temere adversa casuum reputat, quem fortuna nunquam decepit.* Tale & Ciceronis illud est ad Quint. fratr. 1 epist. 1 c. 4 *Hoc non in beneficii loco, sed laboris ac muneris, non temere nisi libertis suis deferebant.*

¶ Tĕmĕrĭter, aliud adverb. idem ac *temere*. Accius apud Nonium c. 11 n. 54 *Tu tam temeriter meam benevolentiam interiisse es ratus.* Usus etiam Ennius apud Priscianum lib. 15

¶ Temerĭtas, ātis, quæ a sapientia dissidet plurimum, & qua falsa aut incognita res approbatur, quemadmodum Cicero inquit lib. 2 Offic. c. 2, die unbedachtsamkeit, verwegenheit. Idem pro Planc. c. 4 *Populus non delectu aliquo aut sapientia ducitur ad judicandum, sed impetu plerumque & quâdam temeritate.* Idem de Divin. 1 c. 4 *Omnibus in rebus temeritas in assentiendo, errorque turpis est.* Et lib. 1 Offic. c. 15 *Multi faciunt multa, temeritate quadam sine judicio.* Et de Senect. c. 6 *Temeritas est videlicet florentis ætatis, sapientia senescentis.*

¶ Temerĭtūdo, ĭnis, idem. Pacuvius apud Nonium c. 2 n. 867 *Tyrannorum novi temeritudinem*, ihren frevel.

¶ Temerārius, a, um, τολμηρός, ῥιψοκίνδυνος, unvorsichtig, vermessen, verwegen. Terent. Andr. 1, 4 v. 2 *Sane pol illa temulenta est mulier & temeraria*, unachtsam. Plancus Ciceroni lib. 10 ep. 21 *Indicabo temerarium meum consilium tibi.* Cicero pro Cæcin. c. 12 *Omnia temeraria periculosa.* Ovid. 8 Met. v. 407 *Nocuit temeraria virtus.*

¶ Tĕmĕrus, a, um, antique pro *temerarius*. Accius apud Nonium c. 2 n. 841 *Qui choros temerus duxit in fabulis.*

¶ Tĕmĕro, avi, atum, are, est violare, contaminare, verunreinigen, beflecken, sich an etwas vergreiffen. *Temerare sacra*, Ovid. Her. epist. 17 Helenæ v. 3. Et, *Lectum alicujus temerare*, lib. 1 de Arte am. v. 743. *Temerasse fluvios venenis*, Idem 7 Metam. v. 535, vergifften. *Juliam in matrimonio Agrippæ temeraverat*, Tacit. Ann. 1, 53, 4

¶ Temerātus, a, um, versehrt, verunehret, geschändet; ut, *Templa temerata*, Virg. 8 Æn. v. 840. *Sepulcra majorum temerata & violata*, Liv. 26 c. 13. Et, *Castra temerata*, Tacit. Ann. 1, 30, 4.

¶ Temerātor, ōris, falsarius, ein fälscher. Stat. Theb. 11 v. 12 *Apollineæ temerator matris*, id est, Tityon Latonam corrumpere tentans. Et, *Castimoniæ tantum reverentiæ deferebant majores nostri, ut bellum adversum temeratores pudicitiæ suscipiendum putarent*, Ambros. epist. 6 post princ. Et, *Horrei temerator*, Lege 3 Cod. Theod. de conditis in horr. publ. Et, *Legis temerator*, Lege 2 Cod. Justin. de apparit. Pr. Pr.

¶ Contĕmĕro, are, beleidigen. Apud Martial. de Spectac. epigr. 10

Ausis tam notas contemerare manus.

¶ Intemerātus, a, um, unbefleckt, unversehrt; ut, *Intemerata fides, pudicitia*, non violata, Virg. 2 Æn v. 143. Et lib. 3 v. 178

munera libo Intemerata focis.

¶ Intĕmĕrate, adverb. untadelich. Theod. Cod. l. 15 tit. 5 *Intemerate alicui servire.*

¶ Intemerandus, a, um, unverletzlich, unversehrlich; ut, *Templa intemeranda minus*, Val. Flacc. 5 v. 640.

¶ Intemerābĭlis, e, idem; ut, *Intemerabilis hilaritas*, Claud. Mamert. lib. 1 c. 2.

TEMESA, æ, duorum oppidorum nomen est, quorum alterum in Cypro, alterum in Calabris Italiæ dicitur esse, æris fodinis clarum. Vide Didymum Homeri interpretem ad Odyss. Α v. 184. Statius Achill. 1 v. 413 *Æra domant Temese.* Hinc

¶ Temesæus, a, um, adject. ut, *Temesæus genius aderit*; vid. Chiliad. & supra *Euthymus*. Sic Ovid. Met. lib. 7 v. 207

Quamvis Temesæa labores Æra tuos minuant.

conf. Fast. 5 v. 441.

TEMETUM, i, prisca vox, qua vinum significabatur, wein. Unde & *abstemius* dicitur, quasi *abstinens a temeto*, ut Quintilianus docet lib. 1 c. 7. Gellius 10 c. 23 *Qui de victu atque cultu Rom. Pop. scripserunt, mulieres Romæ atque in Latio ætatem abstemias egisse, hoc est, vino semper, quod* TEMETUM *prisca lingua appellabatur, abstinuisse dicunt.* conf. Voss. 1 Instit. Orat. p. 169. Et Plin. 14 c. 13 *Cato ideo propinquos fœminis osculum dare jussit, ut scirent, an temetum olerent Hoc tum vino nomen erat. Unde & temulentia appellata.* Horat. 2 epist. 2 v. 163 *Pullos, ova, cadum temeti, nempe modo isto.*

Videtur autem vox facta ab ἔμετον, quo nomine *vomitum* Græci dicunt, ut Diogenes τὸν πάϑτον εἶπε, τύχης ἔμετον εἶναι, hoc est, *Divitias dixit fortunæ vomitum esse.* Refertur a Stobæo. Donatus ad Ter. Andr. 1, 4 v. 2 inde vinum sic appellatum existimat, *quod mentem tentet.* Sed procul dubio ex τὸ μέθυ est. Priores duas produci, Horatii modo adductus versus docet. Item Juvenalis sat. 15 v. 25

De Corcyræa temetum duxerat urna.

Et inde etiam ſecunda in *abſtemius* producitur. Male itaque M. Antonius Muretus in Galliambo ad Bacchum utramque corripuit:

Vbicunque luſtaras, nova flumina temeti
Placido viam ſecabant fluitantia ſonitu.

vid. Taubman. in Plaut. Aulul. 2, 6 v. 6; Voſſ. de Arte Gramm. 2 c. 37; & Pincier. in Pareg. Otii Marpurg. 3 c. 4.

¶ Tēmŭlentus, a, um, vinolentus, voll weins, truncken; ut, *Temulentus dormiens non eſt excitandus*, vide Chiliad. *Vox preſſa & temulenta*, Cic. poſt reditum in ſenat. c. 6. *Temulenta mulier* apud Terent. Andr. 1, 4 v. 2, id eſt, vinolenta, ebrioſa, ut Donatus interpretatur. Male & hîc Prudentius primam corripuit, cum 1 contra Symmach. ſcribit v. 135 *Hoc circumſultante choro temulentus adulter.* Compar. *Temulentior*: Sidonius 3 epiſt. 13 *Facie ambigi putidior, temulentior, an facinoroſior exiſtimetur.*

¶ Tēmŭlenter, adverb. ebrie, trunckener weiſe. Columella 8 c. 8 *Nunc Gangeticas & Ægyptias aves temulenter eructant.*

¶ Temŭlentia, æ, vinolentia, die trunckenheit, völlerey. Plinius 14 cap. ult. *Libidines docet temulentia.* Eodem libro c. 5 *Alexander in temulentia amicos interemit.*

¶ Abſtēmius, i, & Abſtemia, æ, der oder die keinen wein trinckt: vide modo dicta in *Temetum*, & ſupra in lit. A *Abſtemius.* Adde Nonium c. 2 n. 3; & Auſon. in præfat. Edyll. 11 *Poſtremo comparet, ſe atque me occupatum cum otioſo, pranſum cum abſtemio*: ubi *abſtemius* idem ac jejunus, nüchtern.

TEMNO, pſi, ptum, ĕre, ſpernere, ὀλιγωρεῖν, verachten; ut, *Temnere divos*, Virgil. Æn. 6 v. 620. Idem Æneid. 1 v. 542

Si genus humanum, & mortalia temnitis arma, &c.

¶ Temptor, vel Temtor, ōris, ein verächter; ut, *Temptor Deorum*, Senec. Agamemn. v. 595. Alii: *Contemptor.*

¶ Contemno, pſi, ptum, ĕre, minus eſt quam deſpicere, verachten. Cic. de Senect. c. 18 *Contemni ſe putat, deſpici, illudi.* Idem de Finib. 3 c. 8 *Quod malum eſt non curare, contemnere, deſpicere, pro nihilo putare.* Et Offic. 1 c. 30 *Voluptatem contemni & rejici oportet.* Idem 2 Agrar. c. 35 *Per riſum ac jocum aliquid contemnere.* Terent. Eunuch. 2, 2 v. 8 *Hic ego illum contempſi præ me.* Plaut. Trinum. 2, 2 v. 42 *Qui ipſus ſe contemnit, in eo eſt indoles induſtriæ.*

¶ Contemtus, vel Contemptus, a, um, veracht; ut, *Contempta res*, Horat. 3 od. 16 v. 25. Compar. Cic. de Senect. c. 9 *Quæ vox poteſt eſſe contemtior, quam Milonis Crotoniatæ*, &c. Sic, *Contemtior paucitate ordo*, Livius 1 c. 49. Et ſuperl. *Contemtiſſimum ac deſpectiſſimum videri*, Cic. 5 in Verr. c. 41 extr. *Homo contemtiſſimæ inertiæ*, Sueton. Domitiano c. 15.

¶ Contemtim, adverb. verächtlich. Plaut. Pœnulo 3, 1 v. 34 *Ne nos tam contemtim conteras.* Liv. 2 c. 35 *Contemtim adire minas.* Idem 9 c. 41 *Magnifice de ſe, & contemtim de aliis loqui.* Tacitus 3 Hiſtor. c. 9 *Contemtim ſcribere.* Curtius 9 c. 7 n. 18 *Contemtim eludere.* Comparativo *Contemtiùs eliai*, Seneca dixit de Brevit. Vitæ c. 11.

¶ Contemtus, vel Contemptus, ûs, ſubſt. die verachtung; ut, *Corporis & formæ turpitudo quibusdam contemtum adfert*, Quintil. 3 c. 7. Et Livius 6 c. 2 *Contemtu etiam inter ſocios nomen Romanum laborat.* Sed, *Ex contemtu exire*, eſt creſcere, augeſcere: Lucret. 5 v. 830

Namque aliquid putreſcit & ævo debile languet:
Porro aliud concreſcit & ex contemtibus exit.

Obſerva, hanc vocem etiam Ciceroni tribui a Seneca de Tranquill. c. 11. vid. Cellar. Cur. poſter. p. 57. Et Quintilianus 8 c. 3 ex Cic. Orat. in Piſonem attulit: *Contemptum hominis auxiſſe.* vid. Borrich. Vindic. p. 39.

¶ Contemtio, vel Contemptio, ōnis, idem; ut, *Mortis, voluptatum contemtio*, Ciceronis ſunt: *Animi magnitudo rerumque humanarum contemtio*, Idem 1 Offic. c. 4. Et, *Adducere adverſarios in contemtionem*, in verachtung bringen, Idem de Inventione 1 c. 16. Vſus & Cæſar haud ſemel. conf. Nonius c. 3 n 70.

¶ Contemtor, vel Contemptor, ōris, ein verächter. Virg. 7 Æn. v. 648

Contemptorque Deûm Mezentius, &c.

¶ Contemtrix, īcis, eine verächterin; ut, *Contemtrix turba pericli*, Silius 17 v. 415. Et Seneca epiſt. 88 *Fortuna contemtrix timendorum eſt.* Adde & Plautum Bacch. 3, 6 v. 2.

¶ Contemtĭbĭlis, e, verächtlich, ſpöttlich. Vlpian. lege 9 §2 D. de Off. proconſ. *ne contemtibilis videatur.* Arnobius ſub finem lib. 4 *Apud vos ſuperi Dii inhonorati, contemtibiles, viles.* Et Salvianus lib. 4 de Avar. p. 166 *Habitaculum vile & contemtibile.* Hieronymus in Prologo galeato, comparative *contemtibiliora noſtra* dixit: ſicut Lampridius in Alex. Severo c. 20 *contemtibilior poteſtas imperii.* Rurſus Hieronymus epiſt. 85 ad Evagrium: *Presbyteros turba contemtibiles facit.*

¶ Contemtibilĭtas, ātis, die verächtlichkeit. Cœl. Aurel. Tard. 1 c. 5 *Continuatio contemtibilitatem parit.*

¶ Contemnĭfĭcus, a, um, faſtuoſus, ſtoltz. Lucil. apud Nonium cap. 2 n. 154 *Contemnificum fieri & faſtidire.*

¶ Incontemtĭbĭlis, e, unverächtlich. Tertullianus Apolog. c. 45 *Incontemtibilis diſpector*, Deus ſcilicet.

TĒMO, ōnis, πηδάλιον, lignum oblongum in curru aut aratro, cui equi adjunguntur, die deichſel. *Temo dictus a tenendo: is enim continet jugum*, Varro de L. L. 6 c. 4. Ovid. 2 Met. v. 107

Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummæ
Curvatura rotæ, radiorum argenteus ordo.

Seneca Hercule furente v. 129

Septem ſtellis Arcades Vrſæ
Lucem verſo temone vocant.

Et Virgilius Æn. 12 v. 412 *Aurigam*

Excutit, & longe lapſum temone relinquit.

¶ 2. *Temonem* etiam Columella 6 c. 19 lignum vocat transverſum, ein querholtz: *Stipites*, inquit, *transverſis ſex temonibus inter ſe ligantur.*

¶ Temōnārius, a, um, zur deichſel gehörig; ut, *Temonaria functio*, Cod. Theod. lib. 11 tit. 16. Sic, *Temonaria onera*, l. 1 Cod. de palat. ſacr. largit. ¶ 2. Subſtantive *Temonarius* pecuniam vice tironum exigebat. vid. Jac. Gothofred. ad l. 7 de Tironibus.

TEMPE; τέμπη, proprie dicta fuere amœniſſima loca Theſſaliæ, quæ prolixe deſcribuntur ab Æliano Var. Hiſt. 3 c. 2. *Hic ſacro nemore nobilia tempe*, Mela 2 c. 3. vid. Voſſ. ad h. l. p. 144. ¶ 2. Abuſive & per ſynecdochen quæcunque dicuntur amœnitates, nemorum præſertim & fluviorum, allerley luſt-örter, ſonderlich der wälder und waſſer. Horat. 3 od. 1 v. 24 *Zephyris agitata tempe.* Virg. 2 Georg. v. 469 *Speluncæ, vivique lacus, ac frigida tempe.*

Ita *Tempe Medica* ap. Dionyſ. in περιηγήσει v. 1017, τὰ Μηδικὰ τέμπεα: & ap. eumd. v. 219 τέμπεα Κέρνης, ubi Euſtathium ſcholiaſten videas.

¶ Tempĭcus, a, um, τεμπικὸς, bey luſtigen feldern; ut, *Tempicus agon*, Theod. Priſcian. 1 c. 1.

Temperatura, temperies, &c. vide in ſequenti *Tempero.*

TEMPĔRO, āvi, ātum, āre, a *tempore* eſt, einrichten, ſchlichten; nominibus & caſibus diverſis junctum varia ſignificat; ut, *Temperare rempubl. inſtitutis & legibus*, id eſt, moderari, wohl anordnen, Cic. Tuſcul. 1 c. 1 Et, *Solis acceſſus & receſſus & frigoris & caloris modum temperat*, Idem 2 de Nat. Deor. c. 19, ſie mäßiget. Virg. Æn. 1 v. 57

Mollitque animos & temperat iras,

er ſtillet, hält zurück. *Temperare aquam ignibus*, Horat. 3 od. 19 v. 6, i. e. miſcere, calefacere, miſchen. *Temperare ora frenis*, Idem 1 od. 8 v. 7. Et, *Temperare annonam*, Suetonius dixit Tiberio c. 34. *Temperare unguentum*, zurichten, Plin. 13 c. 2. Iterum Horat. 4 od. 3 v. 17

O teſtudinis aureæ
Dulcem quæ ſonitum Pieri temperas;

id eſt, moderaris. Et Ovid. Metam. 13 v. 366 *Ratem temperare*, i. e. gubernare, lencken, regieren. ¶ 2. Sed cum dativo, *Temperare ſociis*, Cic. 3 in Verr. c. 59, eſt abſtinere ab injuriâ alicui inferendâ, ſich enthalten, ſchonen. *Temperare cædibus*, Livius 2 c. 16. Et Cic. 4 Verr. c. 2 *Hoſtibus ſuperatis temperare.* Sic, *Temperare ſibi*, an ſich halten: *Nequeo mihi temperare, quo minus unum exemplum antiquitatis afferam*, Plin. 18 c. 6, ich kans nicht laſſen. *Templis Deorum temperatum eſt*, Liv. 1 c. 29. *Temperare ab injuria*, Cæſ. 1 B. G. c. 7. *Temperare manibus*, Liv. 32 c. 20; & *linguæ*, Plaut. Rudent. 4, 7 v. 28. vide Lambinum ad illud Horatii 3 od. 24 v. 18 *Illic matre carentibus*

Privignis mulier temperat innocens.

¶ 3. Aliquando & abſolute ponitur. Lactantius 4 Inſtit. Divin. c. 5 *Quod in prioribus libris ne facerem, temperavi*: pro, *mihi temperavi.* Et Plaut. Trinum. 5, 2 v. 63 *At jam poſthac temperabo.*

¶ Tempĕrans, tis, modeſtus, mäßig, beſcheiden. Terent. Heaut. 3, 3 v. 19 *Hominis frugi & temperantis functus officium.* Cic. pro Fontej. c. 14 *Homo in omnibus vitæ partibus moderatus ac temperans.* Et Terent. Phorm. 2, 1 v. 41 *Ex qua re minus rei foret aut famæ temperans*, hoc eſt, minus conſuleret rei aut famæ. *Homo ſanctiſſimus ac temperantiſſimus*, Cic. pro Fontejo c. 13. Et, *Temperantiores a cupidine imperii*, Livius 26 c. 22.

¶ Temperantia, æ, moderatio omnium cupiditatum rationi obediens, die mäßigkeit. *Summa fuit in ejus victu temperantia*, Cicer. 5 in Tuſcul. c. 20. Idem lib. 2 de Invent. c. 54 *Temperantia eſt rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi, firma & moderata dominatio.* Xenophanes, *Sapientiæ fundamenta* dixit eſſe *continentiam & temperantiam*, θεμέλια σοφίας, σωφροσύνη καὶ ἐγκράτεια. Stob.

¶ Tempĕrātus, a, um, moderatus, mäßig, gemäßiget; ut, *Mores temperati & moderati*, Cic. 12 fam epiſt. 27. *Temperatum dicendi genus & æquabile*, Idem 1 Offic. c. 1. Et Horat. 3 od. 4 v. 66

Vim temperatam Dii quoque provehunt In majus.

Vellej. 2, 60, 4 *Omnia pretio temperata*, geſchlichtet. Vetus Inſcriptio: TOTAM LATE CELTIBERIAM CIV. DON. ROM. OPTIME ET SANCTISSIME TEMPERATAM &c. Compar. *Temperatior in victoria*, Cœlius Ciceroni 8 fam. ep. 15. Et, *Temperatiores a cupidine imperii*, Livius 26 c. 22. Superlat. *Temperatiſſimum anni tempus*, Varro 2 de R. R. c. 5. Et, *Temperatiſſimæ cæli regiones*, Vitruv. 1 c. 4.

¶ Temperate, adverb. moderate, mäßiglich. Cic. ad Attic. 12 epiſt. 32 *Ages, ut ſcribis, temperate*, mit beſcheidenheit. Et, *Humoris temperate habere*, Vitruv. 2 c. 9. Compar. *Temperatius* eſt ap. Senecam epiſt. 18.

¶ Tempĕrātio, ōnis, die mäßigung; ut, *Temperatio cæli*, rechtmäßiges gewitter, Cicer. 2 Nat. Deor. c. 5. Et, *Temperatio caloris*, ibidem c. 10. Et, *Temperatio reipublicæ*, Idem 3 de Legib. c. 5, beſcheidene regierung.

¶ Temperatīvus, a, um, mildernd. Cœl. Aurel. Acut. 4 c. 1 *Temperativa medicamina.*

¶ Tempĕrātor, ōris, moderator, ein ordner; ut, *Temperator varietatis*, Cic. in Orat. c. 21. *Temperatores voluptatum*, Senec. de Vita beata c. 14. Add. Martial. 4 epigr. 55 v. 15.

¶ Temperatūra, æ, die vermiſchung, milderung, der zuſatz; ut, *Temperatura ferri*, Plin. 36 c. 15. Et, *Ferrum utriusque temperaturæ*, Vegetius 4 Rei Milit. c. 8. Et Vitruvius 2 c. 7 *Naturali temperatura parvo humore eſſe.* Seneca epiſt. 11 *Temperatura corporis*, die leibes-complexion. Et Varro apud Nonium c. 2 n. 848 *Temperatura cæli*, die witterung.

¶ Tempĕrācŭlum, i, idem; ut, *Temperacula ferri*, Apulej. Florid.

¶ Tempĕrāmentum, i, rechte maß; ut, *Adhibere temperamentum alicui rei*, Plin. Panegyr. c. 3. *Temperamentum in re aliqua ſequi*, Martial. præfat. Operis, die mittelſtraße treffen. *Temperamentum linguæ*, Liv. 28 c. 44. ¶ 2. *Temperamentum* etiam vocant craſin, ſeu complexionem, id eſt, convenientiam, vel exceſſum primarum qualitatum, ut, ſanguinis, choleræ, &c. complexion und natur.

¶ Tempĕries, ēi, temperamentum, temperatus rei ſtatus, die mäßigung; ut, *Temperies cæli*, rechtmäßig wetter, nicht zu warm noch zu kalt, Plin. lib. 5 epiſt. 6. *Mitis temperies*, Claudian. 1 de Rapt. Proſerp. v. 260.

Compoſita:

¶ Attempĕro, āre, quod eſt accommodare, aptare, fügen, zu recht machen.

chen. Seneca epist. 30 *Gladiator tota pugna timidissimus jugulum adversario præstat, & errantem gladium sibi attemperat.*

¶ Attemperāte, adverb. tempestive, füglich. Terent. Andr. 5, 4 v. 13 *Itane attemperate venit hodie in ipsis nuptiis* &c.

¶ Contempĕro, āre, mischen, unter einander rühren. Apicius 4 c. 2 *In patina quæ invicem contemperentur.* conf. Marcell. Empir. c. 16.

¶ Contempĕrātus, a, um, gemischt, gemildert. Vitruv. 9 c. 4 *Sol, quæ propiora sunt, contemperata habet.*

¶ Distempĕro, āre, dissolvere, trennen. Sarisb. 5 c. 10 *Curia insipientis distemperatur arbitrio.* conf. Plin. Valer. 1 c. 6.

¶ Intempĕrans, tis, immoderatus, unbescheiden, unmäßig. Cicero de Senect. c. 9 *Intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti.* Idem in Acad. 1 c. 1 *Intemperantis animi arbitror esse scribere, quod occultari velis.* Et Apulejus Apolog. p. 279 *Intemperantissimi versus.* Aurel. Victor Epit. c. 6 *Galba ad vescendum intemperans fuit.*

¶ Intempĕranter, adverb. unmäßiglich. Cic. 1 Philipp. c. 5 *Nimis iracunde hoc, & valde intemperanter.* Et 5 Philipp. c. 18 *Intemperantius opibus suis uti.* Livius 23 c. 1 *Intemperantius cedentes secutus.* Idem 31 c. 37 *Aviditate cædis intemperantius insecuti.* Et Apulejus Apolog. p. 321 *Idque apud omnes intemperantissime gloriatur.*

¶ Intemperantia, æ, die unmäßigkeit; quæ *fons est omnium perturbationum,* ut Cicero vocat lib. 4 Tuscul. c. 9, cum quis regere aut continere nequit animi affectiones, die unordnung in der lust. Sic, *Intemperantia libidinis,* Plin. 10 c. 33. *Risus intemperantia,* Idem lib. 11 c. 37 n. 80. Et, *Intemperantia cæli,* Seneca de Constant. Sap. c. 9.

¶ Intempĕrātus, a, um, immoderatus, unmäßig; ut, *Intemperatissimæ perpotationes,* Cic. in Pison. c. 10. Et, *Intemperata benevolentia,* de Amicitia c. 20. Et compar. *Quid intemperatius?* Seneca ad Helviam c. 6.

¶ Intempĕrāte, adverb. über die maß; ut, *Immoderate & intemperate vivere,* unordentlich leben, Cic. de Vniversc. c. 12.

¶ Intempĕries, ēi, das ungewitter; ut, *Solis intemperies,* Colum. 11 c. 2, ungewöhnliche hitze. *Intemperies cæli,* Idem præfatione operis ineunte, unordentlich wetter. *Intemperies anni,* rursus Colum. 11 c. 2. *Clades calamitasque, intemperies modo in nostram advenit domum,* Plaut. Captiv. 4, 4 v. 3. Sed

¶ Intemperiæ, ārum, plur. tantum, insaniæ, furiæ, unsinnigkeit, wütende böse geister. Supposita Plaut. in Amphitr. a. 4 sc. 3 pr. *Dii vestram fidem, quæ intemperiæ nostram agunt familiam?* reitet sie denn der teufel? Idem Aulul. 1, 1 v. 30 *Nescio, quæ hominem intemperiæ tenent,* er hat keine ruhe. conf. & in Milit. 2, 5 v. 24.

¶ Intemperābĭlis, e, unabläßig; ut, *Intemperabilis punctio,* Cœl. Aurel. Tard. 1 c. 4.

¶ Obtempĕro, āre, folgen, gehorchen. Terent. Hecyr. 3, 5 v. 62 *Nec gnatus, neque hic, mihi quidquam obtemperant.* Nepos 20, 1, 3 *Patriæ legibus obtemperare.* Cæs. B. Gall. 4 c. 21 *Imperio populi Rom. obtemperare.* Cic. pro L. Manil. c. 16 *Vt ejus semper voluntatibus cives assenserint, socii obtemperarint, hostes obedierint.* Valer. Max. 9, 3 n. 7 *Vitio obtemperare.* Iterum Terent. Adelph. 4, 5 v. 70 *Tibi eos certe scio obtemperaturos.* Et Cic. 2 fam. epist. 7 *Te audi, tibi obtempera.*

¶ Obtempĕrans, tis, gehorsam. Sueton. Tiber. c. 59 *Multa naturæ obtemperans sæve & atrociter factitavit.*

¶ Obtemperanter, adverb. idem. Prudent. Hymn. in Laurent. v. 212 *Obtemperanter annuit.*

¶ Obtempĕrātio, ōnis, die gehorchung. Cic. de Leg. 1 c. 15 *Justitia est obtemperatio scriptis legibus institutisque populorum.*

Tempestas, tempestivus, &c. vide paullo post in *Tempus.*

TEMPLVM, i, regionem cæli significat, quam auspicia captaturi augures non manu, sed lituo definiebant & notabant, secundum quatuor cardines mundi, ortum, occasum, meridiem, septentrionem, die gegend des himmels. vide Varronem 6 de L. L. c. 2. Sic Livius 1 c. 7 *Palatinum* (montem) *Romulus, Aventinum Remus ad inaugurandum templa capiunt.* ¶ 2. Et cælum ipsum, a contemplando, der himmel. Terent. Eunuch. 3, 5 v. 42 *At quem Deum? qui templa cæli summa sonitu concutit.* Quod de Ennio sumtum Donatus observat. ¶ 3. Deinde ædem sacram & cultibus divinis destinatam; denique religiosum quemcunque locum notat, ut, *Curia* est sedes ac templum publici consilii, der tempel, vide Varron. l. c. itemque Gutherium lib. 3 de Jure Pontificio c. 3, qui illum locum Varronis emendat juxta & interpretatur. Lucan. 9 v. 573

Hæremus cuncti superis temploque tacente,
Nil agimus nisi sponte Dei.

Quoniam vero *Templorum* vox tota gentilis, & plena superstitione, ideo eam detestabantur Christiani veteres, & sacris cœtibus destinatas ædes *Ecclesias* potius, *Basilicas, Sacraria* appellabant. Nam *Templa* idolorum tantum credebantur. B. Hieronymus adversus Vigilant. ad Riparium epist. 53 *Quotiescunque apostolorum & prophetarum omnium martyrum basilicas ingredimur, toties idolorum templa veneramur?* Et itidem paullo post: *Cum Juliano persecutore sanctorum basilicas aut destrueret, aut in templa converteret.* Salvianus lib. 3 de Providentia: *Itaque ecclesias, vel potius templa atque altaria Dei minoris reverentiæ quidam habent.* Vbi transpositis vocibus legendum: *Itaque templa vel potius ecclesias* &c. Ita enim ipse paullo post: *In templa autem vel potius ecclesias atque in sacraria Dei.* vid. de Templorum apud Christianos origine Hospinianus pecul. Tract. item Bernegg. in Idolo Lauretano p. 34 & 35. ¶ 4. De monumento sepulcrali Virg. Æn. 4 v. 457 *De marmore templum conjugis antiqui.* Et de animi secretis Lucret. 5 v. 14 *Mentis templa;* qui & translate palatum *templum linguæ* vocat lib. 4 v. 625.

¶ Templātim, adverb. per templa, tempel-weise. Tertullian. in Apol. c. 42 *Templatim insumere.*

¶ Contemplor, ātus sum, āri, quod a *templo,* id est, loco undique libero & aperto, ut conspici ab omni parte possit, deducendum est; *perspicere* valet, besichtigen, anschauen; ut, *Oculis contemplari cæli pulchritudinem,* Cic. 2 Nat. Deor. c. 38 extr. *Animo contemplare, quod oculis non potes,* Idem pro Dejotaro c. 14. Et, *Secum aliquid considerare & contemplari,* Idem 1 Offic. c. 43.

¶ Contemplo, āre, activa forma, Ennius apud Varr. de L. L. 6 c. 2 *Contempla, & templum Cereris ad levam adspice.* Plura ex Ennio, Accio, & Titinnio, &c. vide apud Nonium c. 7 n. 11. Et sic sæpe Plautus, ut Amphitr. 1, 1 v. 285; Asin. 3, 1 v. 35; Epid. 3, 3 v. 2; &c.

¶ Contemplātio, ōnis, die beschauung, betrachtung; ut, *Res diligenti contemplatione dignissima,* Cicer. 1 Nat. Deor. c. 19. *Consideratio contemplatioque naturæ,* Idem 1 Acad. c. 41.

¶ Contemplātus, ûs, subst. idem. Ovid. 5 Trist. eleg. 7 extr. *Meque ipse reduco a contemplatu - - - mali.*

¶ Contemplātor, ōris, ein schauer, besichtiger. Cicero 1 Tuscul. c. 28 extr. *Homo contemplator cæli ac deorum.* Seneca ad Helviam c. 8 *Animus contemplator admiratorque mundi.*

¶ Contemplatrix, īcis, die betrachterin. Cels. lib. 1 procem. sub finem: *Ars contemplatrix alicujus rei.* Apulejus lib. 2 Dogm. Plat. p. 16 *Disciplina contemplatrix bonorum.*

¶ Contemplātim, adverb. in Notis Tironis p. 133.

¶ Contemplatōrius, a, um, zur betrachtung gehörig; quod στοχαστικὸς in Glossis Cyrilli vertitur.

¶ Contemplatīvus, a, um, idem; ut, *Artes contemplativæ,* θεωρητικαὶ, quæ in consideratione sola consistunt. Sic, *Philosophia contemplativa,* Senec. epist. 95.

¶ Contemplabundus, a, um, schauend. Tertullian. 4 contra Marcion. c. 40 de vaticinatione Esa. c. 63 *Spiritus propheticus velut jam contemplabundus Dominum ad passionem venientem,* &c.

¶ Contemplābĭlis, e, ansehnlich. Ammianus 30 c. 21 [Vales. c. 5] *Contemplabili dextera.*

¶ Contemplabilĭter, adverb. idem, apud Ammianum 20 c. 16.

¶ Incontemplābĭlis, e, das sich nicht anschauen läßt; ut, *Incontemplabilis claritas,* Tertullian. de Resurrect. c. 55. Idem lib. 5 advers. Marcion. c. 11 *Facies Mosis incontemplabilis filiis Israel.*

¶ Extemplò, adverb. idem est quod *illico,* alsbald, von stund an. *Exercitum extemplo domum reducere,* Plaut. Amphitr. 1, 1 v. 52. *Extemplo concilium advocare,* Liv. 1 c. 6. Ista autem particula ab auspiciis originem habet. Auspicio orando sedebant in templo auspicaturi. Impetrato auspicio surgebant, dicente augure, EX TEMPLO: quo augurantes dimittebantur. Hinc Servius τὸ EXTEMPLO *auguralem sermonem esse,* non semel ad Virgilium observat. Ipse Virg. Æn. 2 v. 699 *Hinc vero victus genitor se tollit ad auras;*
Nimirum significat, viso monstro, assurrexisse more augurum Roman. Servius ad eum locum: *Verbum augurum,* inquit, *qui viso auspicio surgebant ex templo, unde* EXTEMPLO *adverbium scilicet natum.* Quemadmodum igitur præconis formula, I, LICET, qua dimittebantur judicia, ut ex Donato docemur, in adverbium *Ilicet,* quod *confestim, illicò* significat, abiit; ita & huic augurali sermoni factum ostendit, ut in adverbium abierit scilicet, & significare *continuo* cœperit, quod post pronunciata hæc verba sine mora abire quilibet posset.

Temporalis, temporaneus, temporarius, &c. vide sequens *Tempus.*

TEMPVS, ŏris, intervallum mundi, mensura motus alicujus, annui, menstrui, diurni, nocturnive spatii certa significatio, die zeit; ut, *Litteras opportuno tempore accipere,* Cic. 2 fam. epist. ult. zu rechter zeit. *Matutinum tempus,* Idem 7 fam. epist. 2, die früh-stunden. Et sic *vespertinum, nocturnum, antelucanum* &c. Ita &, *Temporis punctum,* pro spatio brevissimo, Lucret. 4 v. 166. *Temporis brevitas,* Cic 1 ad Attic. epist. 10, quæ & *Temporis angustiæ,* lib. 16 fam. epist. 21. *Ad tempus,* auf eine zeitlang. *Ex quo tempore: Ex eo tempore,* sint der zeit, Cic. 3 fam. epist. 4. *In præsens tempus,* vorietzo, Idem Catil 1 c. 9, & Horat. Art. poët. v. 44. *In tempore: In ipso tempore,* Terent. Andr. 3, 2 extr. zu rechter zeit. *Id temporis,* pro, per id tempus, zu der zeit, Cic. 1 Catil. c. 4 extr. *Separatis temporibus,* zu unterschiedenen mahlen: Nepos Eumene c. 10 *Cum exercitus ei ter ante separatis temporibus jurasset* &c. Terent. Heaut. 1, 1 v. 116 *Sed ut diei tempus est, monere oportet me hunc vicinum Planiam, ad cœnam ut veniat.* Et sc. 2 v. 38 *Sed ut tempus est diei, vide sis, ne quo hinc abeas longius.* Sic, *Capere tempus commode adeundi ad aliquem,* Cic. 11 fam. epist. 16. *Tempus & spatium dare,* Idem pro Quintio c. 1, zeit und raum geben. *Transmittere tempus,* Cic. pro Lege Manil. c. 1, hinbringen. *Tempus omne in litteris consumere,* Idem 7 fam. epist. 1. *Tempus studiis impendere,* Plin. 6 epist. 20, zeit anwenden. *Tempori cedere,* hoc est, necessitati parere, der zeit ihr recht lassen, Cic. 4 fam. epist. 9. *Prorogare tempus,* Idem 3 fam. epist. 10, erstrecken, erlängern. Et Olymp. Nemesianus eclog. 4 v. 32

Omnia tempus alit, tempus rapit, usus in arcto est.

Sed, *Ex tempore,* statim, aus dem stegreiff. Vet. Gloss. *Ex tempore,* σχέδιον. Hinc *Extemporalis,* & *Extemporalitas,* de quibus infra. Macrob. Saturn. 1 c. 20 *Leonis capite monstratur præsens tempus, quia conditio ejus inter præteritum futurumque actu præsenti valida fervensque est. Sed & præteritum tempus lupi capite signatur, quod memoria rerum transactarum rapitur & aufertur. Item, canis blandientis effigies futuri temporis designat eventum; de quo nobis spes licet incerta blanditur,* &c. ¶ 2. Aliquando *Tempus* statum fortunamque significat, qua utimur in præsenti; ut tamen acerba & tristis intelligatur maxime. Nepos Miltiade c. 5 *Hoc in tempore nulla civitas Atheniensibus auxilio fuit præter Platæenses,* bey damahligem zustande; Vbi *tempus* vocat periculum ingens, quod imminebat Atheniensium oppido, ingressis Atticam maximis Persarum copiis, inque campum Marathona deductis. Cicero pro Lege Manil. princ. statim: *Omne meum tempus amicorum temporibus tribuendum putavi:* TEMPORIBVS, id est, discriminibus. Significat enim, omne tempus suum impendisse in amicorum defensiones, ut liberarentur a discriminibus, quæ per accusatores ipsis imminebant. Idem lib. 2 de LL. c. 13 *Quæ* (scientia auguralis) *mihi videtur apud majores fuisse duplex, ut ad reip. tempus nonnunquam, ad agendi consilium sæpissime*

perti-

pertineret: AD REIP. TEMPUS, id est, necessitatem, ut Turnebus interpretatur. Idem Cic. pro Sext. c. 58 *Neque poetæ, quorum ingenia semper dilexi, tempori meo defuerunt:* TEMPORI MEO, id est, exilio. Chremes Terentianus Heaut. 4, 1 v. 54 *Nunc ita tempus est mi, ut cupiam filiam,* id est, is rerum mearum status, sive ea conditio est, die gelegenheit bringt es mit sich. Aliquando tamen aliquid additur, quod rem declaret: ut, cum Idem Cicero alibi *extremum* vocat; ut lib. 10 ad Planc. fam. epist. 12 pr. *Reipubl. caussa gaudeo, tantum ei te præsidii attulisse extremis pæne temporibus.* Horat 2 od. 7 v. 1 similiter *ultimum* dixit:

O sæpe mecum tempus in ultimum
Deducte, Bruto militiæ duce.

* Cicero 1 ad fam. epist. 91 *Scripsi tres libros de temporibus meis,* hoc est, de fortuna mea, de consulatu & exilio. Idem in epist. 6 ejusdem libri: *facile me consolatur recordatio meorum temporum, quorum imaginem video in rebus tuis:* i. e. recordatio illius mei status, cum amici mihi inviderent, inimici me persequerentur, quod in epistola sequente uberius explicat. Et pro Archia c. 6 *Ab nullius unquam me tempore aut commodo otium meum abstraxit.* Quod non multo post ita commutata oratione reddit: *Quæ quantacunque est in me, nunquam amicorum periculis defuit.* Grævius. ¶ 3. *Tempus* etiam aliquando dicitur καιρὸς, sive occasio & opportunitas gerendæ rei. Sic, *Insidiari temporibus,* Vellejus 2 c. 21; & *Inservire temporibus,* Nepos Alcibiade c. 1 dixit. Plautus Casin. 2, 1 extr. *Non pol per tempus ejus interficiendi quærere instituerunt.* Et rursus Nepos Alcibiad. c. 8 extr. *Tempus rei gerendæ non dimisit* &c. ¶ 4. Pro plagâ cæli *Tempus* posuit Varro 2 de Re Rustica c. 2 *Quæ spectent magis ad orientem, quam ad meridianum tempus.* ¶ 5. *Tempus* etiam est, quod Græcis ὥρα. Hirtius de Bello Alexand. c. 43 *Illyricum venit hiberno tempore anni ac difficili.* Varro lib. 2 de Re Rustic. c. 7 *Admittere oportet, cum tempus anni venerit.* Columell. 2 c. 4 *Anni tempore incalescente.* Et Liv. 22 c. 32 *Consules M. Atilius Regulus, Cn. Servilius Geminus, exercitu accepto, hibernaculis mature communitis, (tum enim auctumni erat tempus,) Fabii artibus bellum gesserunt.*

¶ Tempŏra, um, plurale, latera in capite, dextrum & sinistrum, inde appellata, quod eorum casus senium indicet, die schläffe. Tametsi & singulari in eadem significatione usi sint Catullus carm. 62 v. 158 *Tremulum movens cana tempus anilitas.* Vitruvius 9 c. 6 *Contra rostrum & capitis tempus dextrum.* Virg. Æn. 9 v. 418

Dum trepidant, iit hasta Tago per tempus utrumque.

Quod imitatus est Silius 12 v. 414

per geminum transcurrit tempus arundo.

Florus 4 c. 12 *Stricto ferro cruentat vulnere in timpore.* Scribebant enim veteres & *Timpora,* in hac significatione. Virg. 5 Æn. v. 71

Ore favete omnes, & cingite tempora ramis.

¶ Tempŏri, adverbialiter dixit Plautus aliquoties, pro, in tempore, vel mature, tempestive, zeitlich; ut in Rudente 4, 2 v. 16 *Vigilare oportet hominem, qui vult sua tempori conficere commoda,* &c. Atque ita etiam Gellius 2 c. 27 *Quin potius vicinos nostros oramus, ut assint cras tempori ad metendum: Tempori* adverbialiter, ut *vesperi* per ablativum antiquum. Sed & *tempore* similiter absolute dicimus adverbii loco: Horatius 1 sat. 5 v. 47 *Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt.* Donatus ad Terentii Andr. 4, 5 v. 19 VENI IN TEMPORE, *id est, opportune. Nos sine præpositione dicimus,* TEMPORE, TEMPORI. Cato in distichis: *Utilitas opibus præponi tempore debet,* nach gelegenheit der zeit: idem ac *in loco.*

¶ Tempŏrius, a *tempore,* adverbialiter pro citius, celerius, eher, Columella dixit lib. 2 c. 18; & lib. 8 c. 4. Etiam auctor vitæ Terentii Suetonio tributæ, *temporius discumbere,* zeitlicher speisen. Et, *Temporius quieti recedere,* Apulejus Met. lib. 9 p. 229, zeitlicher zu bette gehen. Vet. Gloss. *Temporius,* ἐνωρότερον. vide Manut. in Epist. lib. 9 epist. 16. Ita, *Masculus temporius effingitur,* Tertull. de Anima c. 36.

¶ Tempŏrālis, e, zeitlich, eine zeitlang; ut, *Temporalis vocis orbatio,* Tertullian. de Idololatria c. 23, id est, ad tempus. Et Gloss. Vet. *Temporalis,* ὀλιγοχρόνιος. Onomast. Vet. *Temporale,* πρόσκαιρον. Tacit. Agric. c. 46 n. 2 *Temporalibus laudibus decorare.* conf. Quintil. 6 c. 2. Et Lactantius 7 c. 10 *Vitia omnia temporalia sunt: ad præsens enim commoventur.* Et sub fin. *Ut vita hæc temporalis est, certosque terminos habet: sic & mors æque temporalis est, certumque habet finem.* Sed, *Venæ temporales,* apud Vegetium 2 c. 16, die adern am schlaff.

¶ Tempŏrālĭter, adv. idem. *Lex temporaliter observata,* Tertull. advers. Judæos c. 2, hoc est, ad tempus. Sed, *temporaliter mori,* Paulino Nolano epist. 23 c. 15 est, mortem hujus vitæ subire, zeitlichen todes sterben.

¶ Temporālĭtas, ātis, recens ætas, vel temporis ratio, die zeitlichkeit. Tertull. de Pallio c. 1 *Si quid conditio, vel dignitas, vel temporalitas vestit.* Et Philastr. Hæres. 71 *Temporalitatem suam abscondere.*

¶ Temporāneus, a, um, frühzeitig. Vulg. Interpr. Jac. c. 5 v. 7 *Patienter ferens, donec accipiat temporaneum & serotinum.* Et Augustinus Confess. 13 c. 18 *Erumpat temporanea lux nostra;* Nisi forte *temporaria* legendum.

¶ Tempŏrārius, a, um, ad tempus durans, eine zeitlang dauernd, vergänglich. Qualia opera ab Ædilibus aliquando Romæ exstructa: vide Plin. 34 c. 7. Sueton. Cæsar. c. 10. Sic, *Temporarium & subitum est,* Plin. in Panegyr. c. 91. *Liberalitas temporaria,* Nepos in Attico c. 11. *Rana temporaria,* ein regen-fröschlein; vide *Rana.* ¶ *Temporaria ingenia,* quæ se aptant ad tempora vertuntque, quæ pro temporibus se gerunt, sive quæ *semper ex ancipiti mutatione temporum pendent,* ut Curtius describit lib. 3 c. 1, wetterwendisch, unbeständig. Cujusmodi hominem in Pompejo Strabone Vellejus 2 c. 21 n. 2; & in Gildone Claudianus depingit de Bello Gildon. v. 249. Iidem *in speculis esse* dicuntur, vide *Specula.* Idem Curtius 4 c. 5 n. 11 *Ut sunt Græcorum temporaria ingenia.* Sic *Temporarias amicitias* Seneca dixit epist. 9, quæ desinunt, ubi probantur. Vide Vorstii Indicem ad Nepot. hac voce: adi & Bœclerum ad Vellejum lib. 2 c. 21.

¶ Temporarie, adverb. idem. Salvianus lib. 7. Gubern. Dei p. 290, ubi *temporarie submovere, & facere ut penitus non sit,* opponuntur. Usus etiam est lib. 5 p. 179 *Temporarie attribuitur.*

¶ Tempŏro, are, nach der zeit richten. Tertull. de Resurrect. carn. c. 61 *Accepisti dentes ad pulsus linguæ temporandos.* Usitatius *Tempero,* de quo supra.

¶ Tempŏrātim, adverb. i. e. pro temporis ratione, der zeit nach; ut, *Temporatim vestiri,* Tertull. de Pallio c. 2. *Per nativitates nominatim temporatimque digerere,* Idem de Anima c. 28.

¶ Tempestas, ātis, pro *tempore* aliquando usurpatur, die zeit. Sallust. in Jugurtha c. 8 *Ea tempestate in exercitu nostro fuere complures novi, ignobiles,* hoc est, eo tempore. Ita & Tacitus imitator Sallustii non semel. Propertius 4 eleg. 10 pr.

Amphitryoniades qua tempestate juvencos
Egerat a stabulis, ô Erythea, tuis.

Livius lib. 1 c. 5 pr. *Multis ante tempestatibus.* Et rursus Sallustius Jugurthâ c. 96 *Solertissimus omnium in paucis tempestatibus factus est,* in kurtzer zeit. ¶ 2. Post illam significationem vocabulum μέσον est, gut und böse wetter. Virg. Æn. 9 v. 20

Unde hæc tam clara repente Tempestas?

Sic, *Bona & certa tempestas,* Cic. 2 ad Qu. fratr. epist. 2, gut und beständig wetter. Et Plin. 2 c. 39 *Tempestates statæ & fortuitæ.* Idem lib. 18 c. 28 *Duo genera cælestis injuriæ meminisse debemus: unum, quod tempestates vocamus, in quibus grandines, procellæ* &c. ungewitter, ungestümigkeit. Cicero de Nat. Deor. 3 c. 20 *tempestates* interpretatur *imbres, nimbos, procellas, turbines.* Idem 5 in Verr. c. 10 *Turbulenta tempestas.* Celsus 2 c. 1 *Ex tempestatibus vero optimæ æquales sunt, sive frigidæ, sive calidæ: pessimæ, quæ variant maxime, quo fit, ut auctumnus plurimos opprimat.* Hinc, *Tempestas spurca,* heßlich wetter, Cicero fragm. epist. apud Nonium c. 4 n. 425. *Tempestas placida, violenta,* apud Gellium 14 c. 1. Et, *Turbida tempestas,* ungestüm wetter: Cæsar 2 B. Civ. c. 22 *Nactus turbidam tempestatem est profectus.* De tonitrubus usus Suetonius est August. c. 90 *Tonitrua & fulgura paullo infirmius expavescebat: ut semper & ubique pellem vituli marini circumferret pro remedio, atque ad omnem majoris tempestatis suspicionem in abditum & concameratum locum se reciperet.* Et Cicero ad Attic. 2 epist. 21 *fuisset ita, si homines transitum tempestatis exspectare potuissent,* biß das wetter fürüber gezogen. Loquitur autem de perturbato statu reipubl. metaphorice, perinde ac in his: *Procella, turbo & tempestas pacis,* pro Domo sua c. 53. Et, *Seditionum ac discordiarum tempestas,* pro Sextio c. 20. *Tempestas invidiæ nobis impendet,* Idem 1 in Catilin. c. 9. *Invidiam, pericula, & omnes tempestates subire,* Cic. 15 fam. epist. 15. Et Horat. 1 epist. 15 v. 31

Pernicies & tempestas barathrumque macelli.

¶ 3. *Tempestas* Romæ inter Deos habita fuit & consecrata, vide Ovid. 6 Fastor. v. 193. Ejus ædem sacram Romæ in prima regione fuisse, tradit Petr. Victorius. vid. Dalechamp ad Plin. 2 c. 49. Ei nigram ovem immolari solitum, Virg. significat 3 Æn. v. 120

Nigram Hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam,

sc. mactavit. *Hiems* enim tempestas est. Idem lib. 5 Æn. v. 772

Tempestatibus agnam Cædere deinde jubet.

Vide & Horat. epod. 10 extr.

¶ Tempestīvus, a, um, quod suo fit tempore, zeitig, zu rechter zeit; ut, *Mare tempestivum ad navigandum,* Cic. pro Leg. Manil. c. 12. Idem de Senect. c. 14 *Tempestivis conviviis delector.* Vulgo autem *tempestiva convivia* sunt, quæ de die essent: ut contra, *intempestiva,* quæ in multam noctem protraherentur. * Sed nulla sunt *intempestiva* in veterum libris, nisi vitio scribarum. *Tempestiva convivia* sunt, quæ & ante legitimam conviviorum horam ineuntur, & in multam noctem protrahuntur, ut erudite ostendit maximus Salmasius ad Vopiscum. *Grævius.* Sic Quintil. Declam. 260 *Ille ductus æqualitate cum sodalibus init paullo tempestiviora convivia.* Curtius 6 c. 2 *Intempestiva convivia & perpotandi pervigilandique insana libido.* Sed, *Capere fructus tempestivos,* Cicer. 2 Offic. c. 4, sunt cito maturi, frühzeitig. Et comparat. *Tempestiviores sementes,* Gell. 2 c. 29.

¶ Tempestīve, adverb. idem; ut, *Fructus tempestive demetere,* Cic. 2 de N. D. c. 62. Comparat. *Tempestivius comissari,* Horat. 4 od. 1 v. 9. Et, *Tempestivius definire aliquid,* Gellius 1 c. 3.

¶ Tempestīvĭtas, ātis, die bequemlichkeit der zeit; ut, *Sua cuique parti ætatis tempestivitas est data,* seine rechte zeit, Cic. de Senect. c. 10.

¶ Tempestuōsus, a, um, procellosus, ungestümig. Sidonius 4 epist. 6 *Tempestuosi hostium incursu.* Composita:

¶ Contempŏrālis, e, coætaneus, æqualis, zu gleicher zeit lebend. Tertull. adv. Hermog. c. 6 *Inter contemporales ordo non est.*

¶ Contempŏrāneus, a, um, idem. Gell. 19 c. 14 in lemmate: *Contemporaneos fuisse Cæsari & Ciceroni M. Varronem & P. Nigidium.*

¶ Contempŏro, are, zu einer zeit seyn. Tertull. de Resurrect. Carn. c. 45 *Contemporant fætu, coætaneant natu.*

¶ Extempŏrālis, e, subitaneus, inpræmeditatus, hurtig, aus dem stegreiff. Ita, *Extemporalis oratio,* Quintil. 4 c. 1. *Extemporalis rhetor,* apud Martial. 5 epigr. 54. *Extemporalis facultas,* Suet. Aug. c. 84.

¶ Extemporalĭter, adverb. behend; ut, *Extemporaliter scribere,* Sidon. 9 epist. 14.

¶ Extemporalĭtas, ātis, facultas ex tempore dicendi scribendique, eine stete fertigkeit. Suetonius Tito c. 3 *Latinæ græcæque linguæ, vel in orando, vel in fingendis poëmatibus promtus & facilis ad extemporalitatem usque.*

¶ Extemporāneus, a, um, pro *extemporali,* pervulgatum, improbat Voss. de Vit. L. L. 1 c. 19. Gloss lat. gr. *Extemporaneum,* ἀμελέτητον.

¶ Intempŏrālis, e, æternus, ewig. Prudentius in Romano v. 316

Intemporalis ante, quam primus dies.

¶ Intemporalĭter, adverb. ausser der zeit. Augustinus 1 de Genesi ad lit. c. 9 de illo in Creationis historia: ET DIXIT, FIAT LUX &c. *Si verbo sibi coæterno dixit, hoc utique intemporaliter dixit: si vero temporaliter dixit, non verbo sibi coæterno, sed per aliquam dixit creaturam temporalem.* Cœl. Aurel. Tard. 1 c. 4 *Intemporaliter adjutoria adhibere,* i. e. importune, zur unzeit.

¶ Intem-

¶ Intempestas, ātis, das ungewitter; ut, *Cæli intempestas*, id est, intemperies, seu injuria, apud Plin. 18 c. 6.

¶ Intempestus, a, um, ungelegen; ut, *Nox intempesta*, gegen mitternacht, der erste schlaff; vide *Nox*. Cic. 6 Verr. c. 43 *Repente nocte intempesta servorum armatorum fit concursus atque impetus.* ¶ 2. Item, intemperatus, insalubris, ungesund. Virgil. Æn. 10 v. 184

intempestæque Graviscæ,

id est, sine temperie & salubritate. vide Servium ad h. l.

¶ Intempestīvus, a, um, unzeitig, ungelegen; ut, *Epistola intempestiva*, Cic. ad Attic. 4 epist. 14. Et de Amicit. c. 6 *Nunquam intempestiva, nunquam molesta est amicitia.*

¶ Intempestive, adverb. zur unzeit. Ammianus 18 c. 6 *Intempestive scribere.* Idem lib. 23 c. 11 *Intempestive periculum subire.* Et Ulpian. Lege 9 § ult. Dig. ad Legem Aquil. *intempestive iter facere.*

¶ Intempestīvĭtas, ātis, die unzeit. Gellius 3 c. 16 *Octavi mensis* [ad partum] *intempestivitas.*

Temulentia, temulentus, &c. vide ante in *Temetum.*

Tenacitas, &c. Tenasmus, Tendicula, vide *Teneo*, *Tenesmus*, *Tendo.*

TENDO, tĕtendi, tensum & tentum, tendĕre, strecken, ausstrecken, spannen, ausspannen; ut, *Tendunt vela Noti*, Virgil. 3 Æn. v. 268. *Non rete accipitri tenditur*, man stellt grossen dieben nicht nach, Terent. Phorm. 2, 2 v. 16. *Tendere insidias*, Sallust. dixit Catil. c. 27. Et Cicer. Offic. 3 c. 17 *Tendere plagas.* jäger-garn aufstellen. *Ultra legem tendere opus*, festiva metaphora Horat. dixit 2 sat. 1 pr. weiter, als sichs gebühret, erstrecken. *Tendere ad majora*, Quintil. 2 c. 4 p. 117; &, *ad altiora*, Livius 4 c. 13, id est, conari & adspirare, sich bemühen, streben. Et, *Pertinaciter aliquo tendere*, Livius 37 c. 53. Sed, *Dubito, an Venusiam tendam, & ibi exspectem*, Cic. 16 ad Attic. epist 5 est proficisci. Rursus Livius 25 c. 27 *Postquam tendere ad se Romanas naves vidit.* Virg. 1 Æn. v. 204 *Per tot discrimina rerum*

Tendimus in Latium;

hoc est, pergimus. Columella 5 c. 6 *Tendit palmes sursum*, es wächst über sich in die höhe. *Tendere manus supplices ad aliquem*, Cic. pro Fontej. c. 17; &, *ad cælum*, Virg. 3 Æn. v. 176, die hände aufheben, um gnade bitten. *Res eo tendit*, hoc est, spectat, es zielet dahin: Cicer. ad Brutum ep. 17 *Eo tendit, id agit, ad eum exitum properat.* ¶ 2. Est & militare verbum, & absolute ponitur pro, tentoria figere, sive etiam habere, sich lagern; item, marschiren. Nam plena oratio apud Cæsarem est 3 de B. Civ. c. 82 *Ut, qui sub vallo tenderent mercatores, recipiendi sui non haberent facultatem.* Virg. 2 Æn. v. 29

Hic Dolopum manus, hic sævus tendebat Achilles.

Curtius 3 c. 8 *Cum incondita multitudo maxime propter jumenta laxius tenderet.* Et lib. 7 c. 2 *Hanc seorsim cohortem tendere ignominiæ caussa jubet.* Suetonius in Galba c. 12 *Germanorum cohortem dissolvit, ac sine ullo commodo remisit in patriam, quasi Cn. Dolabellæ, juxta cujus hortos tendebat, proniorem.* Sæpe Tacitus ita usus hoc verbo. Vide & Lindebrogium ad Ammianum p. 8. Sic, *Tendere ad aliquem*, auf einen loßgehen, Vellej. 2, 70, 2. Et mox ibidem: *Agmen cursu ad eum tendentium*, die da spornstreichs anmarschirten. ¶ 3. Pro *contendere* etiam ponitur haud raro, sich bemühen. Horat. 1 epist. 19 v. 16

Tenditque disertus haberi.

Terent. Eunuch. 4, 1 v. 12 *Miles tendere inde ad jurgium*; ubi Donatus: *Proprie dixit* tendere: *quod significat pertinacem contentionem.* Virg. Æn. 12 v. 553 *vasto certamine tendunt.*

¶ Tentus, a, um, gespannt, ausgestreckt; ut, *Pingui tentus omaso*, id est, distentus, Horat. 2 sat. 5 v. 40. *Tenta cubilia*, Idem epod. 12 v. 12. *Tenta spiritu præcordia*, Idem epod. 19 v. 26. *Refert tenta grex ubera*, volle euter, Idem epod. 16 v. 50. *Tentum cornu*, Ovid. Met. 6 v. 243.

¶ Tentum, i, substant. pro *tentorio*, ein gezelt, Florus 2 c. 12, Salmasio emendante, dixit.

¶ Tensus, a, um, idem quod *tentus*, gespannt, ausgedehnt; ut, *Tensus arcus*, Stat. 3 Silv. 1 v. 51. *Poplite tenso*, Idem Theb. 9 v. 473. Compar. *Tensior* exstat in Priapejis.

¶ Tensio, ōnis, tendendi actio, die spannung. Vitruvius 1 c. 1 *Brachia, quæ in eas tensiones includuntur*, &c. ¶ 2. Morbi est genus. Scribon. Largus composit. 255 *Tensio & contractio nervorum*; & compos. 258 *præcordiorum tensio.*

¶ Tensūra, æ, idem, apud Vegetium 1 c. 25.

¶ Tendĭcŭla, æ, der sprenckel, die schlinge. *Tendiculæ* sunt, quibus telas fullones distendunt; ut, *Vestimenta tendiculis diducta*, Senec. Nat. Qu. 1 c. 3; Alii: *ridiculis*: vide supra *Ridica.* ¶ 2. Item, quibus feræ & aves capiuntur, aufschläge. ¶ 3. Hinc tralate pro fraudibus & deceptione vox ponitur. Cic. pro Cæcin. c. 23 *Verborum aucupia & litterarum tendiculas in invidiam vocant.*

¶ Tendo, tendōnis, & tendĭnis, m. 3, ὁ τόνων, eine flächse, sehne; item, haarfest, oder haarwachs. Adi Medicos.

¶ Tendor, ōris, i. e. extensio, die ausdehnung. Apulej. Met. lib. 4 *Faucium tendore & corporis lassitudine defatigari.*

¶ Tentīgo, ĭnis, idem. Est πάθος naturæ virilis apud Juvenalem sat. 6 v. 128, Horatium 1 sat. 4 v. 452, & Priapejorum auctorem.

¶ Tentōrius, a, um, zum ausspannen dienlich; ut, *Pelles tentoriæ*, id est, quibus tentoria faciunt, Trebell. Claud. c. 14.

¶ Tentōrium, i, subst. tabernaculum in castris, quo se milites defendunt ab injuria cæli, ein zelt, gezelt; ut, *Ponere tentoria*, zelte aufschlagen, Ovid. 3 Fast. v. 527.

¶ Tentoriŏlum, i, diminutiv. ein hütlein; ut, *Ex vestimentis tentoriola facta*, Hirtius de Bell. Afric. c. 47.

¶ Tento, are, frequentativum, fit a *Teneo* & a *Tendo*: multo commodius ergo habebimus infra seorsum cum derivatis & compositis suis.

¶ Tentipellium, i, genus calceamenti ferratum, quo pelles extenduntur, ein leisten. vid. Afran. apud Festum. ¶ 2. Titinnium, ait Verrius & cum eo Festus, existimare, id medicamentum esse, quo rugæ extenduntur, schmincke, damit man alte weiber jung macht. Gloss. lat. gr. *Tentipellium*, φάρμακον πρὸς ῥυτίδας.

Composita cum præposit.

¶ Attendo, tendi, tentum, tendĕre, in quo verbo semper subintelligi oportet, animum, aufmercken. Terent. Hecyr. 2, 2 v. 23 *Postquam attendi magis*, da ich mehr achtung drauf gab. Et in prolog. ejusdem v. 28 *Attendite æquo animo*, mercket auf. *Audi atque attende*, Cic. pro Planc. c. 41. *Paullo diligentius attendere*, Idem 3 fam. epist. 7. Et, *Attendere alicui*, einem zuhören; item, einem dinge nachdencken. Plinius lib. 7 epist. extrema: *Nerva privatus quoque attendebat his, quæ recte in publico fierent.* Et, *Attendere juri, eloquentiæ*, id est, studere, Sueton. in Galba c. 5, & Calig. c. 53. ¶ 3. Cum accusativo: *Illud attendimus, quam inconstanter loquamur*, Cic. 4 Acad. c. 17. Et, *Attendo te studiose*, lib. 3 de Fin. c. 12. Idem in Oratore c. 56 *Non attendimus nosmet ipsos.* Et Terent. Phorm. 5, 6 v. 28 *Ita animum cœpi attendere.* Et, *Attendere animos ad ea, quæ consequuntur*, Cicer. de Leg. Agrar. 2 c. 15.

¶ Attentus, a, um, aufmercksam, geflissen; ut, *Animo attento tueri*, fleissig ansehen, achtung geben, Cic. de Fin. 1 c. 17 extr. *Facere auditores attentos*, Auctor ad Herenn. 1 c. 4. Et, *Auditorem attentum se præbere*, Cic. de Nat Deor. lib. 3 ineunte. Comparat. Quintil. 5 c 4 *Attentior circa aliquid.* Superlat Cicero 3 de Orat. c. 5 *Tempus meridianum in acerrima atque attentissima cogitatione posuisse.* ¶ 2. *Attentus* est frugi, parcus, diligens, ut apud Horat. 1 epist. 7 v. 91

Durus, ait, Vultei, nimis attentusque videris

Esse mihi.

Attentus nimirum *ad rem.* Integra locutio est apud Terent. Adelph. 5, 3 v. 48 *Attentiores sumus ad rem omnes, quam sat est.* Et sc. 8 in fine: *Vitium commune omnium est, quod nimium ad rem in senecta attenti sumus.* Cicero pro Sext. Rosc. Am. c. 15 *Tamenne hæc attenta vita & rusticana relegatio, atque amandatio appellabitur?* Grævius.

¶ Attente, adverb. mit fleiß, aufmercksam; ut, *audire attente*, Cic. pro Cœlio c. 11. Et Ter. Heaut. 1, 1 v. 14 *Ita attente illorum officio fungere.* Et, *Attentius custodire quem*, Plin. 3 epist. 16. *Spectare attentius*, Horat. 2 epist. 1 v. 197. Et, *Attentissime audire*, Cic. 2 de Orat c. 89.

¶ Attentio, ōnis, die aufmercksamkeit; ut, *Attentio animi*, Cicer. 2 de Orat. c. 35.

¶ Perattentus, a, um, sehr aufmercksam. Cic. 5 in Verr. c. 5 pr. *Superiori oratione perattentos vestros animos habuimus.*

¶ Perattente, adverb. idem. Cicer. pro Cœlio c. 11 pr. *audiri perattente.*

¶ Attento, are, vide infra in *Tento.*

¶ Contendo, di, tum, ĕre, idem quod *intendere*, spannen, aufziehen; ut, *Contendere atque adducere arcum, balistam, tormenta*: Sic Cic. 2 Quæst. Tusc. c. 24 *Balistæ & reliqua tormenta telorum eo graviores emissiones habent, quo sunt contenta atque adducta vehementius.* ¶ 2. Sed, *Contendere ad ædes*: *Contendit Romam, in Ægyptum*, est ire, proficisci, reisen, trachten: Sic, *Magnis itineribus in Italiam contendit*, Cæs. 1 B. Gall. c. 10. *Ad summam laudem gloriamque contendere*, Cic. Philipp. 14 c. 12, nach lob und ruhm streben. *Contendere animo, labore, omnibus viribus*, sich bemühen, Idem passim. *Contendere voce*, schreyen, ruffen, als sehr man kan: Cic. pro Ligario c. 3 *Quantum potero, voce contendam, ut hoc populus Rom. exaudiat.* ¶ 3. *Contendere aliquid ab aliquo*, ernstlich bitten, darum anhalten; ut, *Contendere verecunde ab aliquo aliquid*, Cic. 2 fam. epist. 6. Et, *Omni studio a te contendo*, Cic. ad Brutum epist. 14. Et, *Pompejus a me valde contendit de reditu in gratiam*, lib. 3 ad Qu. fratr. epist. 1 c. 5. ¶ 4. *Contendere adversus aliquem*, Antonius Ciceroni sub lib. 14 ad Attic. epist. 13, streiten, kämpffen, zancken, hadern. Cic. 1 Offic. c. 31 *Contra naturam universam nihil contendamus.* Sic, *Armis cum aliquo contendere*, Idem 7 ad Attic. epist. 9. Et, *Verbis inter se contendere, non pugnis*, Cic. Paradoxo 3. *Lite de re aliqua contendere*, Quintil. 3 c. 4. Et, *Contendere summo jure cum aliquo*, Cic. ad Att. 16 epist. 15, auf das schärffste mit einem rechten. *Pedibus, cursu, muneribus, versibus alternis, ludo cum aliquo contendere*, id est, certare, mit einem wetten, wer am besten kan &c. Sic Ovidius 10 Metam, v. 570 de Atalanta:

pedibus contendite mecum.

Virg. 6 Æn. v. 643 *Contendunt ludo, & fulva luctantur arena.*

Et eclog. 7 v. 18 *Alternis contendite versibus ambo.*

Et, *Caussa contendit cum caussa*, Cic. pro Quintio c. 30. ¶ 5. Significat & comparare, inter se conferre, gegen einander halten. Cic. 2 Catil. c. 11 *Si ipsas caussas contendere velimus.* Et pro Rosc. Amer. c. 33 *Quidquid tu contra dixeris, id cum defensione nostra contendito. Ita facillime caussa S. Roscii cum tua conferetur.*

¶ Contentus, a, um, cujus contrarium est, *remissus, laxus*, gespannt; ut, *Jam contentus, jam laxus funis*, Horat. 2 sat. 7 v. 20. *Contentus arcus*, Ovid. 6 Metam. v. 286. *Contenti oculi*, starre augen, Sueton. Tiber. c. 7. *Aut rapax aut feritate contentior*, Ammian. 23 c. 11. Et, *Contentissima voce clamitare*, Apulej. lib. 4 Miles. p. 147. Sed ¶ 2. *Contentus*, vergnügt, quære infra in *Teneo.*

¶ Contente, adverb. enge, strenge; ut, *Contente arcteque aliquem habere*, Plaut. Asin. 1, 1 v. 64. *Socrates cum usque ad vesperum contentius ambularet*, als er immer für sich hin spatzierete, Cic. 5 Tusc. c. 34. *Contentissime clamitare*, Apulej. lib. 1 Florid. sub fin. aus allen kräfften.

¶ Incontentus, a, um, ungespannt; ut, *Incontentæ fides*, id est, non contentæ, unangezogene saiten, Cic. 4 de Fin. c. 27.

¶ Contentio, ōnis, conatus, die bemühung, anstrengung; ut, *Contentio animi, vocis, virium*, die dranstreckung. *Oratio non magnæ in dicendo contentionis*, hoc est, quæ non intendit vehementer, & ferit aures, Cicero pro Cluent. c. 1. ¶ 2. Sed, *Contentio est inter aliquas de possessione*, Cic. 4 Acad. c. 43, id est, concertatio, lis, ein streit, gezänck. *Multæ magnæque contentiones cum aliquo mihi sunt*, Idem 2 Philipp. c. 3 extr. Et, *Contentio belli*, id est, bellum acre, pugnæ vehementia: ut, *Antiochus magna belli contentione terra marique superatus*, Cic. pro Sextio c. 27. Et, *Res venit in contentionem*, Idem pro Quint. c. 6, es wird streitig. *Inter prætores magna fuit contentio, utrum manibus se defenderent*, &c. id est, acris & ambigua deliberatio, Nepos Miltiad. c. 4 n. 4. Cæsar Ciceroni lib. 10 ad Attic. sub epist. 8 *Neque tutius neque honestius reperies quicquam, quam ab omni contentione abesse.* vide *Absum.* ¶ 3. Ejusmodi *contentionem*, Homerus scripsit, sororem esse & sociam Martis homicidæ lib. 4 Iliad. v. 440

Ἔρις ἄμοτον μεμαυῖα,
Ἄρεος ἀνδροφόνοιο κασιγνήτη ἑτάρη τε;

hoc est, *Contentio insatiabiliter furens Martis homicidæ soror sociaque.* ¶ 4. *Contentio*, schema rhetoricum, quod ἀντίθετον & ἀντίθεσιν Græci vocant: Cicero *Contrarium*, cum verbis sc. contrariis oratio conficitur; ut, *Qui in sermonibus & conventu amicorum verum dixerit numquam, eum sibi in concionibus credis a mendacio temperaturum?* vid. Autor ad Herenn. 4 c. 15 & 45.

¶ Contentiōsus, a, um, zänckisch; ut, *Oratio contentiosa*, Plin. 2 epist. 19. *Jurisdictio contentiosa*, Lege 2 Dig. de offic. proconf. Et comparat. Augustinus epist. 174 *Quid est contentiosius, quam ubi de re constat, certare de nomine?*

¶ Contentiōse, adverb. pertinaciter, eifrig. Hieronymus 2 adv. Jovinian. c. 10 *Quod si quis contentiose dixerit* &c. Idem epist. 135 ad Suniam & Fretillam: *Plerique bubonem* [Psalm. 102] *contentiose significare putant.* Et epist. 126 ad Damasum, quæst. 2 *Aquila non contentiosius, ut quidam putant, sed studiosius verbum ad verbum interpretatur.* Et Augustinus epist. 10 c. 4 ad Hieronymum: *Si quispiam falsitati contentiosius faverit.* Idem de Civ. Dei 20 c. 1 *contentiosissime defendere moliri.*

¶ Detendo, ĕre, tentoria fixa refigere, quod profectione instante fieri solet, das zelt wieder wegnehmen. Livius 41 c. 3 *Nautici tabernacula detendunt.* Oppositum est *Tendere tabernacula.* Hinc

¶ Detensus, a, um, abgespannt. Cæsar 3 de B. Civ. c 85 *His constitutis rebus, signo jam profectionis dato, tabernaculisque detensis, animadversum est* &c.

¶ Distendo, di, tum, ĕre, in diversas partes tendere, ausspannen, von einander strecken, sperren; ut, *Distendere rictum*, Quintil. 1 c. 11. *Copias hostium distendere*, Livius 3 c. 23. Et Tibullus 2 eleg. 5 v. 84

Distendet spicis horrea plena Ceres.

Et, *Dulci distendunt nectare cellas*, id est, implent, sie füllen aus, Virg. 1 Æn. v. 433. Deinde transfertur ad animum. Livius 27 c. 40 pr. *Consules diversis itineribus profecti ab urbe, velut in duo pariter bella, distenderant curas hominum.*

¶ Distentus, a, um, ausgespannt; ut, *distenta ubera*, strotzend, Horat. epod. 2 v. 46. Et Virgil eclog. 7 v. 3 *Distentæ lacte capellæ.* Rursus Horat. 1 sat. 1 v. 110 *Distentius uber.* ¶ 2. *Distentus* est occupatus, de quo infra in *Teneo.*

¶ Distentûs, ûs, subst. die ausspannung, ausdehnung. Plinius 8 c. 38 *sufflatæ cutis distentu.*

¶ Distentio, ōnis, idem; ut, *Distentio nervorum*, das spannen der adern, Celsus 2 c. 4 & 8 extremo.

¶ Distensio, ōnis, per S, scriptum apud Augustinum Confess. 11 c. 23 *Video tempus quamdam esse distensionem*; quæ repetit c. 26: & ibidem c. 29 *Ecce distensio est vita mea.*

¶ Distento, are, vide infra in *Tento.*

¶ Extendo, di, tum, & sum, ĕre, explicare, prorogare, ausdehnen, ausspannen, ausstrecken; ut, *Extendere agros*, Horat. de Arte poët. v. 208, die grentzen erweitern. *Extendere epistolam*, Plin. 7 epist. 9 fine; sive *Epistolâ se extendere*, ut alii legunt. *Extendere preces*, Idem lib. 2 epist. 13 extr. Et, *Famam extendere factis*, Virg. 10 Æn. v. 689, ausbreiten. Horat. 3 od. 3 v. 45 *nomen in ultimas*

Extendat oras.

¶ Extentus, a, um, i. e. longus, lang, ausgedehnt, ausgestreckt; ut, *Profectus itineribus extentis.* Livius 30 c. 19 pr. *Extentam cervicem præbere*, Vellej. 2, 70, 2. *Ævo extento vivere*, i. e. diu, Horat. 2 od. 2 v. 5. *Extentum per funem ire*, aufm seile tantzen, Idem 2 epist. 1 v. 210. *Extentum brachium*, Cic. de Orat. 2 c. 59.

¶ Extente, adverb. idem. Ammianus 23 c. 7 in balistæ descriptione: *Quadratus eminet stylus extentius.*

¶ Extensus, a, um, alia forma, quod geminum hujus verbi supinum est, idem significans. Cic. Acad. Qu. 4 c 47 *Extensis digitis adversam manum ostenderat.* Quintilianus 11 c. 3 p. 839 *In rebus magnis, lætis, atrocibus manus extensiores sunt.* Livius 21 c. 32 *Castra quam extensissima potest valle locat.*

¶ Extensio, ōnis, die ausdehnung, ausbreitung, erweiterung, apud JCt.

¶ Extensīvus, a, um, das sich ausstrecken läßt: JCti.

¶ Extento, are, frequent. vide infra in *Tento.*

¶ Intendo, di, tum, & sum, ĕre, adstringere, extendere, spannen; ut, *Intendere arcum*, Virg. 8 Æn. v. 704. Quam formulam ad metaphoram Cic. transtulit pro Sextio c. 7, *Intendere arcum in aliquem*, id est, invehi. *Intendere oculos, aciem in aliquid*, est attente inspicere aliquid. *Intendere animum alicui rei, & ad aliquid*, sein gemüth auf etwas richten: Liv. in præfat. *Ad illa pro se quisque acriter animum intendit, quæ vita, qui mores fuerint.* Et Horat. 1 epist. 2 v. 35 *si non*

Intendas animum studiis & rebus honestis,
Invidiâ vel amore vigil torquebere.

Ita, *Intendere animo*, est in animo sibi proponere: Cic. Philipp. 10 c. 4 *Si Antonius, quod animo intenderat, perficere potuisset*, im sinn fürnehmen, fürsetzen. Ter. Andr. 4, 4 v. 12 *Repudio consilium, quod primum intenderam.* Sic, *Curas intendere*, Ovid. 3 Pont. epist. 9 v. 29, gedancken auf was legen. Et, *Actionem alicui intendere*, einen verklagen: Cicero pro Milon. c. 14 *Diem mihi dixerat, mulctam irrogarat, actionem perduellionis intenderat.* Sed, *Hanc se esse intendis*, sie giebt sich vor die aus, Terent Eunuch. 3, 3 v. 19. ¶ 2. *Intendere*, idem interdum est quod *Augere*, erstrecken, mehren. Tacit. 2 Annal. c. 38 n. 4 *Languescit industria, intenditur socordia.* Liv. 1 c. 51 *Quo cum primis se intendentibus tenebris pervenissent, pergunt* &c.

¶ Intentus, a, um, gespannt, achtsam; ut, *Cithara nervis intenta*, Quintil. 2 c. 8 extr. mit saiten bezogen. *Animus intentus cogitatione & cura*, Cicer. de Orat. 2 c 35. *Animus ad aliquid intentus*, Idem 11 Philipp c. 9. Et Virg. 5 Æn. v. 137 *intenti exspectant signum.* Comparat. *Sermo intentior*, id est, vehementior, Cic. de Oratore 1 c. 60. *Intentior struendæ fraudi*, Livius 23 c. 35. Et, *Intentissima conquisitio*, Idem lib 29 c 35.

¶ Intensus, a, um, altera forma, idem; ut, *Mens in imagines intensa*, mit fleiß darauf gerichtet, Cic. de Nat. D. 1 c. 20. Sic etiam per gradus movetur. Nazarius Panegyr. Constantini c. 23 *Virtus in parvis prope ad securitatem remissa: in mediocribus modice intensior: ubi magna venerunt, juxta magnitudinem exantlandi operis erigitur.* Et Augustinus epist. 56 *Intensissimam aurem præbere.* Idem de Morib. eccles. cathol. c. 31 *Intensissima in Deum vita.*

¶ Intente, adverb. diligenter, mit fleiß; ut, *Intente ac modeste aliquem audire*, Quintil. 2 c. 2. Comparat. *Quæ multo intentius petimus in vita*, Autor ad Herenn. 4 c. 56. *Intentius custodire locum*, Livius 25 c. 23. Et, *Intentius se excusare*, Tacit. 3 Ann. c. 35. Superlat. Augustinus d. l. de Morib. eccles. cathol. c. 19 *Curiosissime intentissimeque perquire.* Et Lampridius Elagab. c. 14 *Exspectans intentissime.*

¶ Intentus, ûs, subst. expansio, die aufreckung, erhebung. Cic. pro P. Sext. c. 55 *Voces & palmarum intentus & maledictorum clamorem omnes profuderunt.*

¶ Intentio, ōnis, die spannung, ausdehnung; ut, *Nervorum intentio*, Colum. 6 c. 6. *Intentio vocis*, Quintil. 1 c. 17, die erhebung der stimme. Et, *Intentio animi*, cui contraria est, *remissio* seu *relaxatio*, Cic. 2 Tusc. c. 23. ¶ 2. *Intentio*, voluntas, item studium atque contentio, eines meynung, intention, absehen. Plinius Panegyr. Trajani c. 78 *Hæc nempe intentio tua, ut libertatem revoces & reducas.* vide ibi Livinejum. ¶ 3. Item, Harmonia, die stimmung. Auctor fragmenti veteris de musica, quod cum Censorino edi consuevit, c. 12 *Organon quondam habuit tres intentiones, gravem, mediam, & acutam.* Et paullo post: *Hanc excepisse intentionem Linon, tradunt.* Vbi etiam legas: *Et intendisse* (Apollinem) *protinus citharam.*

¶ Intensio, ōnis, idem. Publ. Mimus: *Arcum intensio frangit, animum remissio.* vide *Arcus.*

¶ Intento, are, &c. vide infra in *Tento.*

¶ Superintendo, ĕre, aufsicht haben: Hieronym. epist. 85 ita vertit Græcum ἐπισκοπεῖν.

¶ Superintendens, tis, ein superintend, bischoff, ober-pfarr. Ita *episcopi* nomen latine reddit Augustinus de C. D. 19 c. 19. vide *Episcopus.*

¶ Obtendo, di, tum, ĕre, obducere, fürziehen, bedecken, ausbreiten. Virg. Æn. 10 v. 82 *Pro viro nebulam & ventos obtendere.* Cic. ad Qu. frat. 1 ep 1 c. 5 *Multis simulationum involucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur uniuscujusque natura: frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur, oratio vero sæpissime.* Et, *Obtendere turpitudini rationem*, ursach vorwenden, hoc est, turpe factum ratione excusare velle, Plin. 8 epist. 6.

¶ Obtentus, a, um, fürgezogen, ausgebreitet; ut, *Obtenta densantur nocte tenebræ*, die nacht, darinn der himmel mit wolcken bezogen, Virgil 1 Georg. v. 248.

¶ Obtentus, ûs, subst. die bedeckung, der vorwand. Virg. Æn. 11 v. 66 *Aliquid obtentu frondis inumbrare.* Gellius 10 c. 23 *Obtentu philosophiæ inutile otium sequi.* Sallust. in Oratione Lepidi ad Pop Rom. *Secundæ res mire sunt vitiis obtentui*, id est, prætextui, das glück bedecket und beschönet die laster. Ita locutus & Tacitus 1 Hist. c. 49. Item 1 Annal. c. 10 *Pietatem erga parentem & tempora reipubl. obtentui sumta.* Item pro obstaculo: Nazarius Panegyr. Constantini c. 5 *Non terror obtentui est, nec occultandis, quæ plerumque intrinsecus latent, demorandoque adspectu ostentatio speciosa prohibetur.*

¶ Obtentio, ōnis, idem. Arnobius lib. 5 p. 181 *Si textus omnis expositionis & series obtentionibus allegoricis clausa sunt.* Et p. 182 *Ambifaria obtentione velatus*

¶ Ostendo, di, sum & tum, ĕre, est speciem seu faciem rei demonstrare, zeigen, erzeigen, anzeigen, weisen: quod verbum Cicero, cum verbis *demonstrare, declarare, proponere*, & *patefacere*, familiariter conjungere solet. Terent. Eunuch. 5, 3 v. 5

Jam ne ostendisti signa nutrici?

Virgilius 6 Æn. v. 869 de Marcello:

Ostendent terris hunc tantum fata, neque ultra
Esse sinent.

Sic, *ostendere de excelso locum aliquem*, Cic. in Somnio Scip. c. 2. Et Terent. Adelph. 1, 2 v. 25 *Te plura in hac re peccare ostendam*, ich will beweisen, &c. *Virum se ostendere*, Idem in Eunuch. 2, 3 v. 15. Et, *Ostendere spem*, in Phorm. 5, 4 v. 7, id est, præbere, exhibere, probare. Sic, *Imperatorem ostendere*, Suetonius Calig. c. 43, quod tamen dixit, ut per ostentationem & aliquam vanæ gloriæ captationem id fecisse significet. Ita Phædrus 1 fab. 14 v. 9 *dum vult vocem ostendere*, da er sich will hören lassen. ¶ 2. Exponere notat, declarare, narrare, testari, darthun, darstellen. Nepos Pelopidâ c. 5 *Sicut ostendimus*, i. e. narravimus supra. Idem Agesilao c. 1 *ut ostendimus supra.* Et Alcibiade c. 6 *Nemo tam ferus fuit, quin inimicum se ostenderit his, quorum opera patriâ pulsus fuerat.* ¶ 3. *Ostendere* etiam est docere, significare, lehren, andeuten. Horat. 1 epist 19 v. 23

Parios ego primus Iambos Ostendi Latio.

Terent. Eunuch. 5, 9 v. 59 *Postquam ei mores ostendi tuos & collaudavi secundum facta & virtutes tuas.* Cæs. 1 de B. C. c. 6 *Pompejus eadem illa, quæ per Scipionem ostenderat, agit.* Et lib. 2 ejusdem historiæ c. 20 extr. *Et, quod ubique frumenti habebat, ostendit.* ¶ 4. Recentiores scriptores *Ostendere* aliquando pro facere, reddere, ut Græci φαίνειν, item ἀποδεικνύειν, pro ποιεῖν, usurparunt. Imper. præfat. Institut. *Vosmet ipsos sic eruditos ostendite.* Vide Casaub. ad Theocrit. c. 9, itemque in Histor. August. ad Lampridii Commodum c. 1, & ad Capitolini Maximinos c. 10.

¶ Ostensus, a, um, gezeigt, gewiesen; ut, *Spes ostensa*, Terent. Phorm. 5, 4 v. 7. *Cædes ostensa*, Lucan. 2 v. 192.

¶ Ostensio, ōnis, die erweisung. Vulg. Interpres ad Rom. c. 3 v. 25 *ad ostensionem justitiæ*; εἰς ἔνδειξιν, græce. ¶ 2. Pro φαντασία, pompa, paratu, & quidquid ostentari solet, die pracht. Vide Salmas. in Lampridii Alexandrum c. 33.

¶ Ostensiōnālis, e, zur pracht dienend; ut, *Ostensionales milites*, qui ad obsequium principum diebus festis & solennibus processionibus soliti convenire: Lampridius in Alexandro c. 33, & ibi Casaubonus.

¶ Ostensor, ōris, ein zeiger. Tertull. Apolog. c. 11 *Lucullus qui primus cerasa*

cerasa ex ponto Italiæ promulgavit, novæ frugis auctor, quia inventor & ostensor.

¶ Ostentus, a, um, ex altera supini forma, i. e. obtentus vel expositus, dargestellt, aufgewiesen; ut, *Ager soli ostentus*, Cato R.R. c. 6; & Varro R. R. 1 c. 24. *Locus optimus vino & ostentus soli*, Idem Varro 1 c. 25. Et, *in ipso tempore ostentus senex*, Pacuv. apud Festum.

¶ Ostentus, ui, subst. die weisung; ut, *Ostentui esse*, quod vulgo dicunt irrisioni & spectaculo esse: Sallust. in Jugurth. c. 24 *Quoniam eo natus sum, ut Jugurthæ scelerum ostentui essem.* Tacit. Annal. 1 c. 29 *Corpora extra vallum abjecta ostentui*, zum spectacul.

¶ Ostentum, i, prodigium, ein gesicht oder wunderzeichen am himmel. Cic. de Nat. Deor. 1 c. 42 *Prædictiones vero & præsensiones rerum futurarum, quid aliud declarant, nisi hominibus ea quæ sint, ostendi, monstrari, portendi, ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur?* Idem in 6 Verr. c. 49 *Cum magnorum periculorum metus ex ostentis portenderetur.* Græci φάσιν ostentum dicunt, quod appareat. Differt a *portento*, qua voce insuitata complectimur prodigia, nata in terra aut aquis, ut, si vel aqua in sanguinem miraculose convertitur, vel sanguine, igne aut frumentis pluit. *Monstra*, prodigiosi sunt partus hominum vel animalium, dicta vel a *monendo*, vel, ut Cicero maluit, a *monstrando*: At *Prodigium* generale est vocabulum, dictum quasi *prædicium* de Ciceronis sententia, seu, ut aliis placet, quod *porro agatur divinitus*, hoc est, propellatur indicendis futuris & consecuturis rebus. Vide de his omnibus traditionem eruditam in Peuceri Divinationibus, loco ultimo de *Teratoscopia*.

¶ Ostentifer, a, um, wunderseltzam, unnatürlich; *Ostentiferum*, τερατῶδες in Onomastico exponitur.

¶ Ostentārius, i, τερατοσκόπος, ostentorum interpres, ein zeichendeuter; ut, *Ostentarius Thuscus*, Macrob. Saturn. 3 c. 7.

¶ Ostento, āre, frequent. vide infra in *Tento*.

¶ Præostendo, ĕre, vorher weisen; unde

¶ Præostensus, a, um, vorher gewiesen. Tertullian. advers. Judæos c. 5 pr. *Præostensa sacrificia.* Et Ambrosius de Divinitate Filii c. 6 extr. *Significationes præostensæ.*

¶ Subostendo, ĕre, est aliquantulum vel simul ostendere. zugleich weisen. Tertull. de Anima c. 12 *Animum impassibilem subostendens.* Idem advers. Marc. 4 c. 38 *Videtur per occasionem subostendisse.*

¶ Subostensus, a, um, zugleich gewiesen. Idem Tertull. de Baptismo c. 19 *Spes adventus domini subostensa*

¶ Pertendo, ĕre, prorsus extendere, ausstrecken. Terent. Heaut. 5, 5 v. 9 *Video non licere, ut cœperam, hoc pertendere*, hoc est, persequi & ad finem perducere, hinaus führen, zu wercke stellen. Livius 5 c. 8 *Pars maxima atque ipse Sergius Romam pertenderunt*, id est, rectâ profecti sunt, sie seyn stracks fortgereiset auf Rom zu. Propert. 2 eleg. 15 v. 16 *Quod si pertendes*, &c. wenn du fortfährest. conf. Varr. de L. L. 4 c. 1.

¶ Pertento, āre, vide infra in *Tento*

¶ Portendo, di, tum, ĕre, quasi *porro* vel *ante tendere*, prædicere, præmonstrare, andeuten, androhen. Livius 1 c. 8 *Regnum portendere.* Cic. 6 Verrinâ c. 49 *Ex ostentis metus magnorum periculorum portenditur.*

¶ Portentum, i, ipsa res, quæ forma ac ratione sua nova & insolita aut detestanda aliquid portendit, ein wunderzeichen, abentheuer. Cic. 1 de Divinat. c. 42 *Portenta, ostenta, monstra, prodigia dicuntur, quia portendunt, ostendunt, monstrant, prædicunt.* Hinc, quicquid communem modum ac rationem excedit, *portentum* appellatur. Ita enormia vitia *portenta* vocat Seneca lib. 5 Controvers. præfat. *Multa donanda*, inquit, *ingeniis puto, sed donanda vitia, non portenta sunt.* Sic de vitiosissimis & supra modum omnem corruptis hominibus, ac unde pessima ac tristia quæque impendent, eleganter hæc vox usurpatur. Ut cum Cicero Gabinium *portentum & funus reipubl.* de provinc. conf. itemque Clodium *Fatale portentum prodigiumque reipubl.* Orat. in Pisonem c. 4 appellat.

¶ Portentōsus, a, um, monstrosus, insuetus, mirus, portento similis, vel plenus, wunderseltsam, abentheuerlich. Cic. 2 de Divinat. c. 28 *An vero illa nos terrent, si quando aliqua portentosa, aut ex pecude, aut ex homine nata dicuntur?* Sic, *Portentosa mendacia*, Plinius dixit lib. 5 c. 1. Et Sueton. Domit. c. 4 *Ante pedes ejus stabat puerulus coccinatus portentoso parvoque capite.* Gradibus etiam adsurgit: Tertullianus de Anima c. 57 *Portentuosiora signa.* Adde ibidem c. 32. Et Seneca epist. 114 *Oratio portentosissima.* Et Plinius 36 c. 13 pr. labyrinthos *portentosissimum humani ingenii opus* appellat.

¶ Portentĭfer, a, um, idem; ut, *Portentiferis venenis inquinare*, Ovid. Metam. 14 v. 55.

¶ Portentĭficus, a, um, idem. Lactantius 2 c. 13 *Portentificas animalium figuras, quas colerent, commenti sunt.* Addunt quidam Ovid. Met. 14 v. 55, sed ibi MSS. *portentiferis.*

¶ Prætendo, di, tum, ĕre, opponere, vorspannen, entgegen stellen. Virg. 1 Georg. v. 270 *Segeti prætendere sepem.* ¶ 2. Prætexere, vorwenden, vorschützen; ut, *Caussas belli prætendentes*, Justinus 24 c. 1. Et, *nec desidiæ nostræ prætendamus alienam*, Plin. 4 epist. 16, id est, prætexamus. Et Quintil. præfat. lib. 1 de falsis philosophis: *Vultum & tristitiam, & dissentientem a ceteris habitum pessimis moribus prætendebant.* Idem 7 c. 2 *Ignorantia prætendi non potest.* ¶ 3. Est & militare verbum, & ponitur pro, *custodire limites.* Tacit. Hist. 2, 6, 5 *Quicquid castrorum Armeniis prætenditur.* Virg. Æn 9 v. 599 *Morti prætendere muros.* conf. Salmas. in Solin. p. 295. Hinc

¶ Prætentus, a, um, vorgezogen, entgegen gestellt. Sueton. Claudio c. 10 *Inter prætenta foribus vela.* Seneca in Hippolyto v. 885 *Lacrymas coortas veste prætenta obtegis.* Et militari ex usu Tacit. Annal. 2, 56, 1 *Gens provinciis late prætenta.* Et Claudian. de Bello Getico v. 416 *Legio prætenta Britannis.* Hinc &

¶ Prætentūra, æ, ipsa custodia militaris, die vorwacht, das feldlager. Ammianus 14 c. 9 [Vales. c. 3] *Mesopotamiæ tractus omnes crebro inquietari sueti, prætenturis & stationibus servabantur agrariis.* vide Lindebrogium in h.l. & clarius rem explicantem Valesium fol. 11. Manilius etiam substantive *prætentas* dixit lib. 4 v. 684 (al. 691)

Gallia prætentis, Hispania maxima bellis.

Si vera ea est lectio, pro qua antea legebatur *prætensis*, & hodie excusi legunt *per census.* Josephus autem Scaliger *prætentas* interpretatur *prætenturas*, hoc est, equites exploratores, in Comm. & Castig. in lib. 4 Manil. p. 340. conf. Turneb. Advers. 3 c. 7.

¶ Prætensio, ōnis, vulgaris usus vocabulum, der anspruch, die anforderung.

¶ Prætento, āre, vide infra in *Tento.*

¶ Protendo, di, tum, ĕre, herfür oder heraus strecken. Plin. 11 c. 43 *Inter digitos medius longissime protenditur.* Et, *Brachia alterna protendere*, Virg. 5 Æneid. v. 377. Et Cic. 10 fam. epist. 36 *Comitia in januarium mensem protendimus*, (al. *protrudimus* leg.) id est, proferimus, wir schieben es auf.

¶ Protentus, a, um, lang, ausgestreckt. Virg. Georg. 1 v. 171

pedes temo protentus in octo.

Comparativus, *protentior gurges*, Avieni est periegesi v. 128. Idem v. 598 *Phocis*

Lucis in exortum protentior.

¶ Protento, āre, frequent. vide infra in *Tento.*

¶ Retendo, ĕre, laxare, abspannen, ablassen. Ovid. 2 Metam. v. 419

Exuit hic humero pharetram, lentosque retendit Arcus.

¶ Retento, āre, vide in *Tento.*

¶ Subtendo, ĕre, unterherziehen. Hinc

¶ Subtentus, a, um, unterspannet. Cato c. 10 *Lecti loris subtenti*, unten mit riemen gefaßt, gurt-betten.

¶ Subtento, & Sustento, āre, vide infra in *Tento.*

TĔNĔBRAE, ārum, caligo, privatio luminis, finsterniß; ut, *Tenebræ crassæ*, Cic. 4 Acad. c. 39 pr. *Primas tenebras* Livius principium noctis dixit lib. 31 c. 23: *Primis*, inquit, *tenebris movit*, bey angehender nacht. ¶ 2. *Tenebræ* pro loco tenebricoso, ein finsterer ort; ut in illo Catulli carm. 56 v. 1

Oramus, si forte non molestum est,
Demonstres, ubi sint tuæ tenebræ.

Quomodo & loquitur Matthæus Evangelii c. 22 v. 13 *Conjicite eum in tenebras exteriores.* ¶ 3. *Tenebræ*, pro cujuscunque rei obscuratione, usitatissima est metaphora; ut, *Offundere tenebras alicui rei*, Cicer. Acad. 4 c. 19, verfinstern, dunckel machen. Et, *Obducere tenebras rebus clarissimis*, ibidem c. 5. Et Quintil. 10 c. 1 *Menander omnibus ejusdem auctoribus abstulit nomen, & fulgore quodam suæ claritatis tenebras obduxit.* Sic, *Familiam abjectam & obscuram e tenebris in lucem vocare*, Cicero pro Dejotaro c. 11. *Tenebræ & cæcæ nubes reipubl.* Idem pro Domo sua c. 10. Ac Lucretius 2 v. 15

Qualibus in tenebris vitæ quantisque periclis
Degitur hoc ævi quodcunque est?

id est, in quanta ignorantia & cæcitate &c. ¶ 4 Non raro *tenebrarum* nomine vita intelligitur, quæ in obscuro, & procul omni fama & gloria degitur: nam contra *in luce vivere* dicuntur, qui in celebritate positi sunt. Virg. 2 Æn. v. 92

Vitam in tenebris luctuque trahebam.

Vetus Panegyrista, Pacatus, ad Theodosium c. 17 *Tenebras sibi suas imputet virtus jacens.* ¶ 5. Lampridius in Commodo c. 16 etiam singul numero dixit: *Repentina caligo ac tenebra oborta*

¶ Tenebellæ, ārum, diminutivum, dunckelheit, apud Claud. Mamert. de Animæ statu 2 c. 9. Verba vide in *Nuncupatim.*

¶ Tenebrōsus, a, um, finster, dunckel; ut, *Aer tenebrosus*, obscurus, dunckel wetter, Virgil. 5 Æneid. v. 839. Et lib. 6 v. 107 *Palus tenebrosa.* Et, *Nox tenebrosior*, Hieronym. vitâ Malchi f 99.

¶ Tenebrĭcus, a, um, idem; ut, *Tartarea tenebrica plaga*, Cic. 2 Tuscul. c 9 ex poëta quopiam. Et, *Tenebrica vestis*, id est, atra, schwartz, apud Tertullian. de Pallio c. 4. vide Rigalt.

¶ Tenebrĭcōsus, a, um, idem. Cic. in Pison. c. 8 *Tu ex tenebricosa popina consul extractus*, aus einer rauchichten und finstern garküchen. Metaphorice, *Tenebricosissimum tempus*, Idem in Vatin. c. 5 pr.

¶ Tenebrĭcōsĭtas, ātis, die dunckelheit. Cœl. Aurel. Tard. 1 c. 4 *Tenebricositate vexari.*

¶ Tĕnebrĭco, āre, finster werden. Tertull. advers. Judæos c. 13 *Sol media die tenebricavit.*

¶ Tenebro, āre, tenebras inducere, es finster machen, verdunckeln. Apulej. Met. lib. 8 p. 208 *Jam vespera semitam tenebrante.* Et Ammianus 19 c. 17 *Vespera tenebrante.* Et Chrysologus Serm. 74 *O si nebulæ fumus mulieris tenebrasset adspectum!* Passive Lactantius 4 c. 19 n. 3 *Tenebrabitur dies lucis.*

¶ Tenebrātio, ōnis, die verfinsterung. Cœl. Aurel. Tard. 1 c. 2 *Tenebratio visus.*

¶ Tĕnebrārius, a, um, i. e. obscurus, heimlich, lichtscheu; ut, *homo tenebrarius*, ein tockmäuser, Vopiscus in Firmo c. 2.

¶ Tenebrio, ōnis, subst. lucifugus, ein leutbetrieger, schleicher im finstern, lichtscheu. Sunt *Tenebriones*, qui vel doli & mendaciorum tenebras aliis offundunt, vel lucem fugiunt. Nonius ex Varrone & aliis citat c. 1 n. 67. vide supra in *Infernus.*

¶ Tenebresco, scĕre, finster werden. Augustinus 1 de Genesi ad lit. c. 10 *Quo tempore pars ista, in qua sumus, tenebrescit in noctem.* Et Petr. Chrysologus Serm. 74 *Tenebrescit vesper, non lucescit.* Adde Serm. 77.

Composita:

¶ Contĕnĕbro, āre, finster werden. Varro 2 de Re Rust. c. 2 *Ab occasu ad bibendum appellunt, & rursus pascunt, quoad contenebravit*, hoc est, usque in noctem.

¶ Contenebrātus, a, um, verfinstert, verdunckelt. Tertullianus de Jejun. c. 10 *Contenebratus orbis defuncto Domino lugubre fecit officium.* Et Alcimus Avitus epist. 33 *Contenebrati recessus nocturnalis habitatio.* Et Chrysologus Serm. 87 *Contenebratis mentibus.*

¶ Contenebresco, ĕre, finster werden: Vulg. Interpr. Jer. c. 13 v. 16; & Augustinus apud Goclen. in Problemat. Gramm. 1 c. 49 p. 41.

¶ Extenebro, āre, i. e. curiosius ex tenebris in lucem protrahere, aus dem finstern herfür bringen. Varro: *Atque omnes adeo perquirit atque*

que extenebrat artes: Rob. Stephanus legit, *Exterebrat.* Ita Davonius Daretis Phrygii interpres lib. 1 de B. Trojano, de fama:

quæ murmura rerum
Occulta extenebrat, redditque latentia luci.

¶ Extenebrōnĭdes, æ, ſcrutator, qui ex tenebris eruit; ut, *Argenti extenebronides*, vocabulum hoc finxit Plautus Perſ. 4, 6 v. 21. Alii aliter legunt. vid. Gevart. lib. 2 Statian. Lectionum c. 13.

¶ Obtenebro, āre, obſcurare, tenebras offundere, verfinſtern, dunckel machen. Rejicit Voſſius de Vit. L. L. 4 c. 16 p. 744. Sed Lipſius legit apud Lactantium loco ſupra citato pro *tenebrabitur.* Et ſic Vulg. Interpr. Jeſ. c. 5 v. 30 *Lux obtenebrata eſt ejus.* Adde c. 13 v. 10, &c.

¶ Obtenebreſco, ĕre, finſter werden. Idem Interpr. Job. c. 18 v. 6 *Lux obtenebreſcet in tabernaculo illius.*

TĔNĔDOS, i, Τένεδος, inſula in Ægæo, inter Mitylenen & Helleſpontum, contra Trojam, prope Sigeum, ubi ingens fuit *Apollinis cultus*, Strabo lib. 7; ante *Leucophrys*, poſtea a *Tenne* quodam *Tenedos* appellata, ut Heraclides auctor eſt de Politiis. Virg. 2 Æn. v. 22

Eſt in conſpectu Tenedos notiſſima famâ Inſula &c.

¶ Tenedius, a, um, adj. Τενέδιος, ut, *Tenedius homo*, pro tetrico & formidabili. *Tenedia bipennis*, τενέδιος πέλεκυς, pro judicio nimium ſevero. vide Chiliad. & Heraclidem. Cic. ad Qu. fratr. 2 epiſt. 9 *Tenediorum libertas ſecuri Tenedia præciſa eſt.*

TĔNEO, ui, tum, ēre, eſt, quod prehenderis manu aut arripueris, conſtrictum habere, ne excidat & elabatur: Vnde & pro compotiri, habere ſeu poſſidere ponitur, & amantibus ſolenne verbum eſt, cui opponitur relinquere, deſerere, halten, faſſen, haben, beſitzen. Planeſium virgo apud Plautum Curcul. 1, 3 v. 16 *Tene me, amplectere ergo.* Et rurſus v. 54 *Tene etiam, priusquam hinc abeo, ſuavium*, i. e. accipe, habe. Hinc, quando votis optatisque præter ſpem compotimur, ſolemus verbo *Tenere* & *habere* promiſcue uti. Terentius Heaut. 2, 3 extr.

teneone te,
Antiphila, maxime animo exoptatam meo?

Petronius: *Nondum querelam finieram, cum Chryſis intervenit, amplexuque effuſiſſimo me invaſit, &, TENEO TE, inquit, qualem ſperaveram.* Apulej. lib. 5 Mileſ. *Teneo te meum lumen.* Et lib. 10 *Teneo te*, inquit, *teneo meum palumbulum, meum paſſerem.* vid. Taubm. ad Virgil. p. 9, & ad Plaut. p. 855. Græci in ejusmodi gratulationibus verbo ἔχειν uti ſolent: ut Heliodorus, cujus locum ad Petronium Wowerius obſervavit: ut Sophocles Oedip. Colon. v. 1171; & ita quoque Curtius 6, 7, 24 *Ibi Cebalinus gaudio elatus*, HABEO TE, *inquit*, INCOLVMEM EX IMPIORVM MANIBVS EREPTVM. Similiter *tenere* & *habere aliquam*, promiſcue & honeſte dicimus, pro, rem cum aliqua habere. vide ſupra *Habere.* Apulej. lib. 7 Mileſ. *Caritatem non tenebis, non frueris nuptiis.* Et lib. 2 *Nequeunt tenere Photidem.* Sic *teneri* juxta & *haberi* dicimus, quæ in poteſtatem ac ditionem noſtram venerunt. Tacitus principio Annalium: *Vrbem Romam a principio reges habuere:* ubi Muretum, ſi lubet, vide. Virgil. 1 Æneid. v. 12 - - - *Tyrii tenuere coloni.* Nepos Miltiade c. 1 *Tum Thraces eas regiones tenebant.* Idem Datame c. 4 *Qui Cataoniam tenebat.* Idem & *exercitum tenere*, ſimiliter dixit Dione c. 6; *Heraclides*, inquit, *præerat claſſi, cum Dion exercitum pedeſtrem teneret.* Apud Suetonium in Tito cap. 7 *Scenam tenere*, eſt principem locum habere in ſcenâ regnare. Quemadmodum *ſcholam tenere, rempubl. tenere*, Cicero aliique dixerunt. *Morem tenere*, Virg. 3 Æn. v. 408, eine gewohnheit haben. *Primas tenere*, Cic. de Clar. Orat. c. 95. Suetonius Tito c. 8 *Obſtinatiſſime tenuit, ne quem ſine ſpe dimitteret;* i. e. obſervavit, cuſtodiit. *Civitatem oppreſſam ſervitute tenere*, Cic. pro Domo c. 51, eſt poſſidere, inne haben, beſitzen. *Tenere gubernacula reipubl.* Idem 2 de Divin. c. 1. Et, *Principatum tenere*, Nepos Attico c. 5. Ac, *Virtus altiſſimum locum in homine tenet*, rurſus Cic. de Finib. 4 c. 14. *Tenere curſum*, Idem 3 Nat. Deor. c. 34, ſeinen vollen ſtrom oder lauff haben. ¶ 2. *Tenere ſe*, i. e. continere. Nepos Dione c. 9 *Hac mente cum a conventu ſe remotum Dion domi teneret.* Idem Eumene c. 5 *Tenuit autem ſe uno loco.* Et rurſus Hannibale c. 12 *Hannibal enim uno loco ſe tenebat in caſtello* &c. Sic, *Tenere ſe domo*, Cic. poſt redit. in Senatu c. 11. *Tenet ſe trans Tiberim in hortis*, Plinius 4 epiſt. 2, er wohnet im garten-hauß. Et, *Se ſe in æterno ſervitio tenere*, Livius 4 c. 35, ein ſclave ſeyn. ¶ 3. Eſt & medicorum verbum, & continere ſive comprimere ſeu ſiſtere fluentem alvum ſignificat. Celſus præfat. lib. de medicina: *Quid autem compreſſum corpus reſolvat, quid ſolutum teneat.* ¶ 4. Eſt & nauticum, ut, *portum tenere:* Tacitus 2 Hiſtor. c. 9 *Cythnum inſulam tenuit.* ¶ 5. Eſt & lictorum, cum fugitivos deprehendunt. Plautus: *Si tenetis, ducite.* vide in Curc. 5, 2 v. 3; & Aulul. 3, 2 v. 1, &c. Huc eleganter alludunt ſæpe auctores. Ovid. 3 Triſt. eleg. 9 v. 19

Ergo ubi proſpexit venientia vela: Tenemur,
Et pater eſt aliqua fraude morandus, ait:

wir ſeyn gefangen. Plautus Caſinâ 2, 3 v. 49 *Oh perii! manifeſte miſer teneor.* Seneca in Medea v. 624 *Bene eſt, tenetur: perge, feſtina, attrahe.* ¶ 6. Eſt & forenſe verbum: *tenere* enim *cauſſam*, eſt vincere, obtinere. Horat. 1 epiſt. 16 v. 43

Quo reſponſore, & quo cauſſæ teſte tenentur.

Vbi vide Torrent. Et Livius 4 c. 30 extr. *In eo plebs ſuperior fuit, quod tenuit, ne conſules in proximum annum crearentur.* ¶ 7. Ponitur & pro ſuſtentare, ſich ernehren; ut, *Tenere ſe improbis artibus*, Plaut. Pſeud. 4, 7 v. 9. ¶ 8. Ad animum quando refertur, noſſe, meminiſſe, intelligere ſignificat, können, wiſſen, verſtehen. Sulpitius ad Cic. 4 fam. epiſt. 5 *Qui profitentur, tenere ſe medicinæ ſcientiam.* Plautus Pſeud. 1, 2 v. 81 *Tenes, quorſum hæc ſe tendant, quæ loquor?* Terent. Andr. 1, 1 v. 58 S. *Dic ſodes, quis heri Chryſidem habuit? nam Andriæ illi id erat nomen.* SO. *Teneo.* Sic, *Animo tenere*, Cic. in Oratore c. 29. *Memoriâ rem tenere*, Idem 3 Catil. c. 8, etwas noch wiſſen und behalten. Et lib. 6 fam. epiſt. 2 *Me tui memoriam cum ſumma benevolentia tenere.* Virg. ecloga 9 v. 45

Numeros memini, ſi verba tenerem.

Rurſus Terent. Andr. 3, 2 v. 18 *Teneo, quid erret;* i. e. ſcio, novi. Idem Heaut. 4, 3 v. 22 *Tenes, quid dicam?* i. e. intelligis? ¶ 9. Interdum idem eſt ac afficere, obſtringere, verbinden, bewegen; ut, *Amor me graviter conſuetudoque ejus tenet*, Terent. Hecyr. 3, 3 v. 44. Et, *De triumpho nulla me cupiditas tenet*, Cic. 7 Attic. epiſt. 2. Ita, *Magno alicujus deſiderio teneri*, Idem de Senect. c. 10. *Teneri lege, legibus, interdicto*, eſt, obligatum eſſe, durch ein geſetz verpflichtet ſeyn, etwas zu thun, Cicero paſſim. *Teneri jurejurando*, Idem 3 Offic. c. 27, vereydet ſeyn. *Pactione obſtrictum teneri*, Idem in Piſon. c. 13. *Teneri aliquâ pœnâ*, pro, obnoxium eſſe pœnæ, ſtrafffällig ſeyn, Cic. ad Qu. fratr. 2 epiſt. 3. Sic, *in opere & labore reficiendæ urbis teneri*, Livius 6 c. 1, hoc eſt, occupatum eſſe in opere, in einem wercke begriffen ſeyn. ¶ 10. *Tenere*, etiam pro delectare ponitur, ergötzen, beluſtigen: nam grata & delectabilia detinent: unde *morari* ſimiliter uſurpatur. Ita, *Alicujus rei ſtudio teneri*, Cic. 1 de Leg. c. ult. Et, *Iisdem ſtudiis teneri*, lib. 8 fam. epiſt. ult. legimus. *Studium eorum me tenet*, hoc eſt, delector eorum ſtudio, Idem ad Attic. 1 epiſt. 11. Et Plinius 4 epiſt. 13 *Quo genere ſpectaculi ne leviſſime quidem teneor.* Adde Grævium ad Cic. 5 fam. epiſt. 12. ¶ 11. *Tenere*, eccleſiaſticis ſcriptoribus deſignat credere, defendere, pro fidei quodam articulo probare, & probatum ab aliis velle. vid. Barth. ad Claudian. Mamert. p. 245. ¶ 12. Sunt & hæ locutiones Ciceroni familiares: ut, *Teneo ab accuſando vix me*, Cic. ad Qu. fratr. 3 epiſt. 2, ich kan mich kaum enthalten. Et ad Dolabellam ſub ad Attic. lib. 15 epiſt. 14 *Teneri non potui, quin tibi apertius illud idem in litteris declararem.* Et, *Sermone ſuo aliquem tenere*, Cic. de Clar. Orat. c. 65. *Magna me ſpes tenet, judices*, hoc eſt, magna ſpe ducor, ich habe gute hoffnung, Idem pro Cluent. c. 3. ¶ 13. *Teneor*, ſequente infinitivo, pro *debeo*, ſive *oportet me;* e. g. *Teneor hoc facere*, ich muß, oder bin ſchuldig es zu thun, puræ latinitatis non eſt, etſi hodie omnibus eſt familiariſſimum. vid. Sciopp. de Styl. Hiſt. p. 211, 222 & 233; & Vorſt. de Latin. merito ſuſp. c. 17 p. 153, qui tamen Juſtinianum in Inſtitutionibus ita locutum eſſe obſervavit. Videtur detruncatum ex latina formula, *legibus teneri, jurejurando teneri;* nec forſan ante Juſtiniani tempora in uſu fuit. Cum Cicerone dices: *oportet, munus eſt alicujus, meæ partes ſunt, non alienum eſt a perſona alicujus*, &c. Bene autem & eleganter, *Me vis amoris, quo tibi teneor, indicare compellit*, Apulejus dixit lib. 3 Mileſ. p. 136.

¶ Tentus, a, um, detentus, retentus, gehalten. Ammian. 16 c. 12 *Pater ejus diu obſidatus pignore tentus in Galliis.* Idem 29 c. 5 *Vt tentus ab Igmazine cuſtodiretur.* Aliam notionem vide ſupra in *Tendo.*

¶ Tento, āre, cum derivatis & compoſitis, vide infra ſeorſum.

¶ Tenax, ācis, zäch, feſt, klebrig, anhaltend; ut, *Tenax bitumen*, Ovid. Metam. 9 v. 661. *Ceræ tenaces*, Virgil. 4 Georg. v. 161. *Juſtus & tenax propoſiti vir*, Horat. 3 od. 3 v. 1, der drüber hält. *Parum tenax recti*, Senec. epiſt. 7. Et, *Tenaciſſima memoria*, Quintil. 1 c. 1, i. e. firma, conſtans, ein ſtarck gedächtniß. *Tenax morbus*, id eſt, contumax, Sueton. Claud. c. 2. Et, *Pater parcus & tenax*, Cic. pro Cœlio c. 15, id eſt, parcus, avarus, ein druckpfennig. Rurſus Quintilianus 1 c. 1 *Naturâ tenaciſſimi ſumus eorum, quæ rudibus annis percepimus.* Et Sueton Cæſ. c. 67 *Tenaciores armorum.* Et Plinius 10 epiſt. 17 *Tenaciſſimus diſciplinæ.*

¶ Tenācia, æ, eſt perſeverantia, duritia, die hartnäckigkeit. Ennius apud Nonium c. 1 n. 5 de equis: *quorum tenacia infrenari nimis nequit.*

¶ Tenācĭtas, ātis, die haltung; ut, *Vnguium tenacitas*, Cic. 2 de Nat. Deor. c. 47. Et Plinius 9 c. 30 *Grandibus polypis* (piſcibus) *minor tenacitas*, id eſt, tenendi vis, retentio. ¶ 2. Die kargheit; ut, *Tenacitas emendi.*

¶ Tenācĭter, adverb. fort für fort, beſtändig. Ovid. Heroid. epiſt. 3 v. 43

An miſeros triſtis fortuna tenaciter urget?

i. e. ſine ceſſatione. Compar. *Tenacius:* Auguſtinus epiſt. 6 extr. *tenacius habitabit & fixius.* Superl. *tenaciſſime diſſimulare*, Apuleji eſt lib. 5 Metam. edit. Elmenh. p. 167.

¶ Tenācŭlum, i, quo quid tenetur, ein halter; uſitatius *retinaculum* dicitur. Terentianus Maurus præfat. v. 29

Auguſtoque tenaculo
Donec lubrica ſarcina
Tanti per ſpacium cavi
In lucem ſuperam exeat,
Alterna vice pollicum
Certat vincere ponderis
In preceps facilem fugam.

¶ Tĕner, ĕra, ĕrum, a *Teneo*, quia facile tenetur, quod molle ac tenerum eſt, zart, jung; ut, *Teneræ virgines*, Horat. 1 od. 21 pr. *Tenera ætas*, Ovid. 4 Triſt. eleg. 8. *Anni teneri*, Idem Heroid. epiſt. 4 v. 25. *Tener animus*, i. e. juvenis, Seneca epiſt. 7. Et, *A teneris, ut Græci dicunt, unguiculis*, Cic. 1 fam. epiſt. 6, von jugend auf. Horatius 2 epiſtola 1 v. 126

Os tenerum pueri balbumque poëta figurat.

Cicer. in Orat. c. 16 *Oratio mollis, tenera & flexibilis.* Apud Nonium c. 4 n. 460 *Tenerum* ſignificat *gracile, lentum*, geſchlang. Compar. *Vva tenerioris cutis*, Palladius 3 c. 9. Superl. *Tenerrima prata*, Ovid. 1 de Arte am. v. 299. ¶ 2. Effœminatus, mollis: Sic *teneros Mæcenates* Satyricus dixit. *Teneriore animo eſſe*, Cic. 5 fam. epiſt. ult. Et Seneca epiſt. 83 *Jam aliquem teneriorem quæro*, einen zärtling.

¶ Tĕnellus, & Tenellŭlus, a, um, diminutiva, ſehr zärtlich; hoc apud Catull. epigr. 17; illud apud Varronem 1 de Re Ruſt. c. 41, & Statium in fine Silvarum.

¶ Tĕnĕre, & Tenerĭter, adverbia, zärtlich. Plin. 23 c. 3 *Cortex quam tenerrime deraſus.*

¶ Tenĕrĭtas, ātis, die zärtligkeit. Plin. 9 c. 42 *Teneritas jecoris:* Et Cicero 5 de Finib. c. 21 *In primo ortu ineſt teneritas & mollities quædam.* Add. Vitruv. 1 c. 2.

¶ Tene-

¶ Tĕnĕrĭtūdo, ĭnis, idem. Varro 1 de Re Rust. c. 36 *Si terra teneritudinem habet.* Et Apulej. Met. lib. 5 *Teneritudo animi.*

¶ Tenerescо, seu Tenerasco, ĕre, tenerum effici, zart werden. Lucretius 3 v. 767 *Scilicet in tenero tenerascere corpore mentem.*
Sed, *Tenerescere*, apud Plin. est 17 c. 22; & 28 c. 12; & Pallad. 1 c. 39. Et sic Tertullianus de Resurr. Carn. c. 22 *Tenerescentes arbores.*

¶ Tĕnītæ, arum, sortium Deæ apud Festum, sic dictæ, *quod tenendi haberent facultatem.*

¶ Tĕnor, ŏris, rei progressus est, & continuatio æquabilis, ein gleicher laut, gleiche form und weise, beharrliche folge. Cic. in Orat. c. 6 *Uno tenore in dicendo fluit, nihil afferens præter facilitatem & æquabilitatem.* Et Livius 5 c. 5 *Tenore uno rem peragere*, in einem zug und thun. Suetonius Domitiano c. 10 *Neque in abstinentiæ tenore permansit.* Valer. Max. 9 c. 11 extr. *Sincerus privati ac publici officii tenor servatur.* ¶ 2. Et Græcorum τόνοι a Latinis veteribus *Tenores* dicti sunt, die tone; ut, *Acutus, gravis tenor*, Quintil. 1 c. 5.

Composita:

¶ Abstĭneo, ui, stentum, ēre, est ab aliqua re animum vel manum cohibere, sich enthalten, mäßigen, ablassen; ut, *Abstinere a negotiis*, Sueton. Tiber. c. 50. *Abstinere publico*, sich nicht sehen lassen, Tacit. 3 Annal. c. 3. Et, *Abstinere alieno*, Sueton. Tit. c. 6. *Abstinuit Venere & vino*, Horat. de Arte poët. v. 414. Cicero etiam pronomen interponit, ut, *se maledictis abstinere*, ad Brut. epist. 17. *Litibus & jurgiis se abstinere*, Idem de Divin. 1 c. 45. Et 2 Philipp. c. 3 *Quale beneficium est, quod te abstinueris a nefario scelere?* Et Cic. 1 de Orat. c. 43 extr. *Ab alienis mentes, oculos, manus abstinere:* Item, *Vix a se manus abstinuit*, lib. 4 Tusc. c. 37. Et Terent. Adelph. 5, 2 v. 6 *Non manum abstines, mastigia?* Livius 7 cap. 27 itidem cum quarto casu: *Ab æde tantum matris Matutæ abstinuere ignem.* Et lib. 42 c. 26 *qui ab sociis suis non abstineret injuriam.* ¶ 2. Cum infinitivo: *Abstineant mihi invidere*, Plautus Curcul. 1, 3 v. 24. Et Sueton. Tiber. c. 23 *quando ita præfari non abstinuerit*, wenn er es nicht bleiben läßt. ¶ 3. Nec inelegans & hæc locutio est: *ut ne clarissimi quidem viri abstinuerint, quo minus & ipsi aliquid de ea scriberent*, Sueton. de Clar. Grammat. c. 3. ¶ 4. Livius 8 c. 24 *Romano bello fortuna Alexandrum Magnum abstinuit*, id est, prohibuit. ¶ 5. Horat. 2 sat. 3 v. 202 *Abstinuit vim uxore & gnato.*

¶ Abstĭnens, tis, mäßig, an sich haltend; ut, *Homo alieno abstinentissimus*, Plin. 6 epist. 8. Et Cic. 1 Off. c. 11 *Prætorem decet non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere.* Comparativum habet Ausonius in Grat. actione: *In cibis cujus sacerdotii abstinentior cerimonia?* Superlat. etiam Columella 11 c. 1 *Somni & vini sit abstinentissimus, quæ utraque sunt inimicissima diligentiæ.*

¶ Abstinenter, adverb. mäßiglich. In Sallustium declam. c. 7 *Prætor factus modeste se gessit & abstinenter.* Comparat. Augustinus 2 de Morib. Manich. c. 13 *abstinentius vitam ducere.*

¶ Abstĭnentia, æ, virtus, quæ ab rebus illis abstinet, quas perperam animus appetit, die enthaltung, mäßigung, zufriedenheit. Avaritiæ modo, modo luxuriæ opponitur, ut ad Nepotem Lambinus docet, & aliquando *Innocentia* etiam dicitur: quamquam hujus nomen latius pateat. Nam qui a bonis alienis abstinet, potest is sane *abstinens* dici; sed qui a vi in corpus alterius inferenda sibi temperat, *abstinens* dici non potest, *innocens* potest. *Abstinentia cœnæ, vini*, Plin. 25 c. 5. Et, *Abstinentiam summam præstare*, Quintil. 2 c. 2 de officio præceptoris. *Abstinentiâ mitigare febrem*, Idem lib. eod. c. 17. Et Cic. 2 Offic. c. 22 *Nulla re conciliare facilius benevolentiam multitudinis possunt ii, qui reipubl. præsunt, quam abstinentiâ & continentia.*

¶ Abstentus, a, um, apud JCtos, qui bonis paternis & hæreditate abstinet, erbloß. Sed Cyprianus in Expos. Orat. Domin. *abstentum* usurpat de excommunicato, ein verbanneter.

¶ Attĭneo, ui, ēre, anhalten, aufhalten; ut, *Attineri publica custodia*, Tacit. 3 Annal. c. 36, id est, teneri, vel detineri, in verwahrung gehalten werden. Et, *Seneca rarus per urbem, quasi sapientiæ studiis domi attineretur*, ibidem lib. 14 c. 56. ¶ 2. Et impersonaliter *Attinere*, betreffen. Terent. Andr. 1, 2 v. 16 *Nihil ad me attinet*, es gehet mich nicht an. Et, *Jamne me vis dicere, quod ad te attinet?* Idem Adelph. 2, 1 v. 32. *Aliena eaque, nihil quæ ad te attinent*, Idem Heaut. 1, 1 v. 24. Et Cic. pro Rosc. Am. c. 41 *Servos ipsos, quod ad me attinet, neque arguo, neque purgo.* Idem ad fam. 4 epist. 7 *De quo quid sentiam, nihil attinet dicere*, es ist nicht nöthig.

¶ Contĭneo, ēre, in sich halten, haben, fassen, begreiffen. Cic. de Nat. Deor. 2 c. 22 *Coërcet & continet mundus omnia suo complexu.* Idem 2 Off. c. 24 *Nec res ulla vehementius rempubl. continet, quam fides*, nichts hält so sehr zusammen. Et, *Philosophorum libris hæc continentur*, i. e. habentur, Quintil. procem. lib. 1. Item, *Continet epistola tertia, esse tibi redditam orationem pro Clario*, die dritte epistel vermag oder hält in sich, &c. Plin. 9 epist. 28. ¶ 2. Sed, *Beluas immanes septis continere*, id est, cohibere, zwingen und inne halten, Cic. in Philipp. 13 c. 3. *Regere ac continere appetitiones animi*, Idem 4 Tuscul. c. 9, im zaum halten. Et, *Continere civitatem in officio*, Cæsar 5 B. Gall. c. 3. Terent. Eunuch. 1, 2 v. 26 *Quæ vera audivi, taceo, & contineo optime*, ich behalte es bey mir. *Continere linguam*, id est, refrenare, Cicer. ad Qu. fratr. 1 epist. 1 c. 9. *Continere manus*, Terent. Adelph. 4, 2 v. 26. Idem in Eunuch. 5, 2 v. 20 *Vix me contineo, quin involem in capillum*, ich kan mich kaum enthalten. Cœlius ad Cic. 8 fam. epist. 6 *Qui si perniciosum sciret esse loqui de hâc re, vix tamen se contineret.* Et Terent. Phorm. 2, 3 v. 17 *Ruri fere se continebat*, er war mehrentheils auf dem dorffe. *Domi atque intra privatos parietes aliquem continere*, Quintil. 1 c. 2. ¶ 3.* *Continere* proprie de magistris dicitur, qui exercent adolescentes. Cic. 7 fam. epist. 19 *Ut vero ipsi tibi loci proposita quæstione occurrant, exercitatione consequere, in qua quidem nos te continebimus.* Petron. subigit: *Nondum juvenes declamationibus continebantur.* Gellius 19 c. 1 *Quem ego Athenis cognovi non parva virum auctoritate, satisque attente discipulos juvenes continentem.* Grævius.

¶ Contĭnens, tis, quicquid non est interruptum, vel sine intervallo est, was an einander ist und rühret. Sic, *Continens spiritus*, qui non intermittitur, Cic. de Orat. 3 v. 57; ut, *Demosthenes spiritu continenti recitavit aliquot versus*, in einem athem hin. Cæsar 7 de B. Gall. c. 4 *Labore continenti omnia superare*, hoc est, assiduo non intermisso, mit steter arbeit. *Continens agmen*, Livius dixit lib. 1 c. 29. *Continentes silvæ*, Cæsar de B. Gall. 3 c. 28. Et, *continens omnium dierum labor*, Idem lib. 3 B. Civ. c. 63. *Continentibus diebus*, ibidem c. 84, ein tag an dem andern. Et, *Continens oratio*, quæ perpetua dicitur, apud Cic. 1 Tusc. c. 8. *Per Cappadociæ partem eam, quæ cum Cilicia continens est*, Cic. 15 fam. epist. 2; pro quo epist. 4 *quæ Ciliciam attingeret*, angrentzend. Sic, *Continens terra*, quæ non intercisa mari est, itaque *insulæ* opponitur, das fußfeste land: Nepos Themistocle c. 3 *Apud Artemisium, inter Eubœam continentemque terram.* Quæ & absolute *continens* & frequentius quidem appellatur. Idem Nepos Miltiade c. 7 *Procul in continenti lucus, qui ex insula conspiciebatur.* ¶ 2. Homines cum *Continentes* vocamus, illi significantur, qui temperant animo, & eum a cupiditate improba revocant, quæ vel vitæ alterius, vel fortunis, vel pudori etiam immineat, mäßig, schonend. Cæsar 1 de B. C. c. 23 *Dimitti omnes incolumes. HS sexagies, quod aurum adduxerat Domitius atque in publicum deposuerat, allatum ab Duumviris Corfiniensibus Domitio reddit, ne continentior in vita hominum, quam in pecunia fuisse videatur.* Quo in loco *continentem* Cæsarem fuisse significat, tum quod obsessos & deditos dimisit incolumes, in quo se ab ira & crudelitate continuit; tum quod Domitii pecuniam Domitio concessit, nec ipse abstulit, quod poterat, in quo se minime avarum ostendit. Itaque *continens* idem fere quod abstinens, innocens; ut, *Homo continentissimus*, Cic. Paradox. 1 c. 2. Frequentissime is dicitur, qui libidines cohibet, & sese exhibet castum; Unde libidinosum Horatius *incontinentem* vocat, de quo infra. Ter. Eunuch. 2, 1 v. 19

Dii boni, quid hoc morbi est? adeon' homines immutarier
Ex amore, ut non cognoscas eundem esse? hoc nemo fuit
Minus ineptus, magis severus quisquam, nec magis continens.

¶ 3. *In continenti*, & *Ex continenti*, est confestim, nullo tempore interjecto, quod crebro apud JCtos legitur, alsbald, unverzüglich. Ulpianus L. Quod ait lex D. ad L. Jul. de adulteriis: *Quod ait lex* IN CONTINENTI FILIAM OCCIDAT, *sic erit accipiendum, ne occiso hodie adultero reservet, & post diem filiam occidat & contra. Debet enim prope uno ictu & uno impetu utrumque occidere.* Usus hâc formula Tertullianus de Præscript. c. 2 pr. & Apologet. c. 23.

¶ Contĭnenter, adverb. mäßig; ut, *Honestum est, parce, continenter, severe, sobrie vivere*, Cicer. 1 Off. c. 30. Et Augustinus epist. 199 *continentissime diu vixit.* ¶ 2. Continue, an einander. Cæsar 1 B. Gall. c. 1 *Galli cum Germanis continenter bellum gerunt.* Et Livius 25 c. 7 *In Albano monte biduum continenter lapidibus pluit.*

¶ Contĭnentia, æ, complexus est, συνοχή, ut Vet. Glossarium interpretatur, die zusammenfassung. Æthicus Cosmograph. sub initium opusculi: *De omni ejus* (orbis terrarum) *continentia perlatum est ad senatum.* Sic apud eundem: *Oceani occidentalis continentia.* Similiter *Virgilianam continentiam* Fulgentius dixit complexum rerum physicarum, quæ in Virgilio continentur, in quam rem peculiaris ejus exstat libellus. Macrob. 5 Saturn. c. 15 *Continentia regionum.* Idem in Somn. Scip. 2 c. 12 *Omnem operis continentiam revolvam*, den gantzen inhalt. ¶ 2. *Continentia* ἐγκράτεια est, sive illa virtus, *quam partem temperantiæ, per quam cupiditas consilii gubernatione regitur*, Cicero 2 de Inventione c. 54 describit: & in orat. pro Lege Manilia c. 13 *Cupiditatibus & libidinibus*, quas in Romanis Ducibus jam ante perstrinxerat, opponit, die mäßigkeit, vergnügsamkeit. C. Nepos Attico c. 13 *Quod est signum non solum continentiæ, sed etiam diligentiæ. Nam & non intemperanter concupiscere, quod â plurimis videas, continentis debet duci; & potius diligentia, quam pretio parare, non mediocris est industriæ.* Vetus Interpres in Act. Apost. c. 24 v. 25 *Castitatem* appellat: generalius sumto vocabulo, quod integritatem & innocentiam etiam notat. vide *Castus.*

¶ Contentus, nomen potius quam participium, (nam de participio *contentus* vide supra in *Tendo*,) quemadmodum inquit Valla lib. 1; is dicitur, qui continet, quod animo satisfacit, vergnügt, begnüget, zufrieden. Plaut. Mercat. 4, 8 v. 8 *Uxor contenta est, quæ bona est, uno viro.* Sic, *parvo contentus*, Cic. de Amicit. c. 23. Et, *contenti suis rebus*, Idem in extremo Paradox. Et, *Contentus sua sorte*, Horat. 1 sat. 1 v. 3. Turpilius in Lindia apud Priscianum de Metris Comicis: *Ut quisque minimo semper contentus fuit, ita fortunatam vitam vixit maxime.* Et, *Uno testimonio erimus contenti*, Nepos in Timoth. c. 4, i. e. unum retulisse satis erit. *Vixit angusto clavo pene contentus*, Vellej. 2, 88, 2. Cum genitivo vide apud Pareum in Lex. Crit. p. 272. Cum infinitivo Vellejus 2, 49, 5 *Contentus retinere titulum.* Et 2, 112, 6 *Contenti sustinuisse hostes*, i. e. satis habentes. Comparative Plautus Pœnulo act. 2 scena unica v. 15

Contentiores mage erunt, atque avidi minus.

¶ Contente, adv. i. e. parce, restricte, genau, kärglich. Nazarius Panegyr. Constantini c. 15 *Illi igitur veteres, laudati vitæ moderatores, qui refrenandis cupiditatibus restricte contenteque vixerunt.* Vide ibi Livinejum, & aliam notionem supra in *Tendo.*

¶ Contĭnuus, a, um, inter se junctus, perpetuus, sine intervallo, was an einander ist, was auf einander folget, stetig. Cæsari & *Continens* dicitur. Et est *Continuum* a *Contineo*; *Contiguum*, was hart an einander rühret, a *Tango.* Ita, *Continuo spiritu trahitur in longum* &c. Plinius 10 c. 29 de lusciniæ cantu. *Tot dies continuos quid egisti?* Cic. in Verr. 5 c. 36. Et, *Labores continui, studia continua*, quæ sine intermissione continuantur. vid. Ovid. Pont. 1 epist. 4 v. 8. *Pro continuo amore*, Propert. 1 eleg. 20 v. 1. *Continui montes*, Horat. 1 epist. 16 v. 5. *Per continuos viginti annos*, gantze zwantzig jahr, Vellej. 2, 48, 3 *Continuum triduum*, drey tage an einander, Plaut. Milit. 3, 1 v. 144.

¶ Continue, adverb. idem quod *assidue*, ohn unterlaß; Quintil. 2 c. 20 in vet. libris.

¶ Contĭnuo, adverb. aliud, significat idem quod *mox, statim*, stracks, alsbald;

alsbald; ut, *Continuo hic adero*, Terent. Heaut. 3, 1 v. 96. ¶ 2. Sed aliam quamdam præstat latinam elegantiam *continuo* cum *non*, aut *ne* interrogative conjunctum. Cic. pro Rosc. Amer. c. 33 *Non continuo, si me in gregem sicariorum contuli, sum sicarius*, hoc est, non ideo, ich bin darum so bald nicht rc. Idem de Orat. 2 c. 48 *Non continuo, siquis motus populi factus esset*, &c. vid. Valla 2 c. 30.

¶ Contĭnuĭtas, ātis, continua connexio, der zusammenhang. Plin. 8 c. 30 *Collum & juba continuitate spinæ porrigitur.*

¶ Contĭnuo, avi, atum, are, fortsetzen, fortstellen; ut, *Opus aliquod diem & noctem continuare*, Cæs. 1 B. Civ. c. 62. Et, *Continuare nocte & die iter*, tag und nacht reisen, ibidem lib. 3 c. 11. Et Plinius 14 cap. ult. *Biduo duabusque noctibus perpotationem continuavit.* ¶ 2. Idem est ac *connectere*, an einander fügen. Ovid. Fast. 2 v. 54

Postmodo dicuntur spatio distantia longo
Tempora bis quini continuasse viri:

Quando scilicet februarium proximum esse voluerunt januario. Et Tacit. Germ. c. 45 n. 11 *Suionibus Sitonum gentes continuantur*, id est, finitimæ sunt.

¶ Continuanter, adv. a *Continuans*, an einander. Augustin. Retract. 1 c. 24 *non carptim, id est, aliqua prætermittens; sed continuanter.*

¶ Contĭnuātus, a, um, fortgesetzt, stetswehrend. Ovid. Fast. 2 v. 243 *Continuata loco tria sidera*, gleich an einander stehend. Quod ut nomen auxit Sidonius, cujus lib. 8 epist. 3 sunt *continuatissimæ curæ.*

¶ Continuātim, adverb. nach einander. Augustinus epist. 112 c. 20 *quæ continuatim Apostolus posuit.* Et Gloss. lat. gr. *Continuatim*, συνημμένως, συνεχῶς.

¶ Continuātio, ōnis, perpetuitas, die fortsetzung, fortfahrung; ut, *Nimis longa continuatio verborum*, Cic. 3 de Orat. c. 13. *Continuatio imbrium*, Cæs. 3 B. Gall. extr.

¶ Incontĭnens, tis, qui se continere, & temperans esse nequit, unmäßig, der nicht an sich halten kan: Præcipue vero libidinosum deditumque amoribus notat. Horat. 3 ode 4 v. 77

Incontinentis nec Tityi jecur
Relinquit ales:

Incontinentem vocat Tityum, quod Latonæ stuprum inferre conatus sit. vide & Gellium 19 c. 2. ¶ Seneca lib. 3 Nat. quæst. c. 30 cum genitivo junxit, *violentum & incontinens sui.*

¶ Incontĭnenter, adverb. idem. Cic. 3 Offic. c. 8 *Si omnes deos hominesque celare possimus, nihil tamen avare, nihil injuste, nihil libidinose, nihil incontinenter est faciendum.* Et Celsus 1 c. 3 *cibum incontinenter assumere.*

¶ Incontinentia, æ, die unmäßigkeit. Cic. 5 in Verr. c. 15 *Est boni judicis, parvis ex rebus conjecturam facere uniuscujusque & cupiditatis, & incontinentiæ.*

¶ Incontentus, a, um; ut, *Incontentæ fides*, non tensæ, vide in *Tendo*.

¶ Dētĭneo, ui, tentum, ēre, remorari, abhalten, aufhalten. Terent. Eunuch. 2, 2 v. 49 *Detineo te fortasse; tu profecturus alio fueras.* Et in Phorm. 4, 1 v. 8 *Pol me morbus detinuit.* Et, *Detineri in alienis negotiis*, Cic. 2 de Invent. c. 45. *Studiis animum detinere*, Ovid. 5 Trist. eleg. 7 v. 39, die zeit mit studieren vertreiben. Quod *tempus detinere* Idem dixit 4 ex Ponto epist. 10 v. 67, ubi Heinsium adeas, præclare illud, ut solet, illustrantem. *Detinere aliquem suspensum*, einen im zweiffel lassen, Cic. ad Attic. 10 epist. 1. *Victorem in aliam cædem detinere*, versparen, Seneca epist. 7. Et, *Multis bellis detineri*, verwickelt seyn, Justin. 29, 2, 8.

¶ Detentus, a, um, aufgehalten, a *Detineor*.

¶ Detentio, ōnis, die aufhaltung. Vlpianus Lege unica extrema Dig. de Remissionibus: *non esse iniquum, detentionem servitutis dari.*

¶ Detentor, ōris, der etwas hinterhält. Lege 10 Cod. Vnde vi: *Possessionis alienæ detentores.*

¶ Detento, are, frequent. &c. vide infra in *Tento*.

¶ Distĭneo, ui, tentum, ēre, est diversis partibus tenere, zurück halten. Cæsar 1 de B. C. c. 25 *Cum agger altiore aqua contineri non posset, rates duplices quaque versus pedum XXV a regione molis locabat: has quaternis anchoris ex quatuor angulis distinebat, ne fluctibus moverentur.* ¶ 2. Item, occupare & impedire est, verwickeln. Cicero Philipp. 11 c. 2 extr. *Nos alio bello distineri putat*, wir wären mit einem andern kriege beladen. Et 12 fam. epist. 30 *Negotiis & occupationibus distineri*, viel zu thun haben. Et, *pax distinetur*, id est, impeditur, er wird gehemmet, aufgehalten, in Philippica 12 c. 12.

¶ Distentus, a, um, occupatus, curis distractus, beschäfftiget. Cic. 15 ad Attic. epist. 18 *Intelligo, te distentissimum esse, qua de Buthrotiis, qua de Bruto.* Sic, *Mens distenta* opponitur *non occupatæ*, Cic. 3 de Nat. Deor. c. 39. ¶ 2. Aliam notionem vide supra in *Distendo*, sub *Tendo*.

¶ Obtĭneo, ui, tentum, ēre, impetrare, habere, erhalten, erlangen. Cic. ad Planc. sub lib. 16 ad Att. epist. 16 *Id nos obtinuisse non modo facile patiaris, sed etiam gaudeas.* Terent. Hecyr. 5, 4 v. 17 *Venustatem tuam antiquam obtines.* Et, *Obtinere dignitatem pristinam*, Cic. 4 fam. epist. 14 pr. seinen vorigen stand und ehre haben. *Obtinere summum atque altissimum gradum civitatis*, Idem 1 fam. epist. 7. *Jus suum contra aliquos obtinere*, bey seinem recht bleiben und geschützet werden, Idem in Verr. 1 c. 26 pr. Et, *Jure obtinere*, Cic. 3 Offic. c. 21, mit recht besitzen. Cæs. 1 B. Gall. c. 3 *Eo tempore principatum in civitate sua obtinebat.* Et Livius lib. 30 c. 19 dixit *regionem* vel *urbem aliquam armis obtinere.* ¶ 2. Veteres etiam pro *existimare* posuerunt, dafür halten. Sallustius 1 de Republ. ordinanda in principio: *Populus Romanus antea obtinebat, regna atque imperia fortunam dono dare, item alia, quæ per mortales avide cupiuntur.* Apulejus Apolog. initio: *Certus equidem eram, proque vero obtinebam* &c.

¶ Obtinentia, æ, die erlangung, apud Priscianum lib. 18.

¶ Obtento, are, frequent. vide infra in *Tento*.

¶ Pertĭneo, ui, ēre, reichen, gereichen, gelangen. Jungitur præpositionibus *in* & *ad*: ut, *Ex ædibus ejus in tuas ædes pertinet*, Lege 1 § 10 Dig. de Cloacis, id est, extenditur, es langet, erstrecket sich, rc. Cic. de Nat. Deor. 2 c. 55 *Via, quæ pertinet ad jecur, eique adhæret.* Idem ibid. *Per omnem naturam rerum pertinere.* Ita infinitis locis Cæsar. Et Seneca epist. 12 *Hoc pertinet a natali ad diem extremum.* ¶ 2. Idem est ac *attinere*, betreffen, gehören. Cic. pro Rosc. Am. c. 7 *Non est obscurum, ad quem suspicio maleficii pertineat*, id est, attineat. Et pro Corn. Balbo c. 15 *Pertinet oratio mea ad fœdus infirmandum*, hoc est, spectat. Sic, *Pertinet ad me*, hoc est, officium meum est: Idem de Amicit. c. 4 *Non fecissent profecto, si nihil ad eos pertinere arbitrarentur*, wenn es sie nichts angienge.

¶ Pertĭnenter, adverb. convenienter, geschickt, gehörig. Tertullianus 4 adv. Marc. c. 38 *Vides, quam pertinenter ad caussam?* Ibidem c. 31 *Qui pertinentissime ad hanc parabolam, AVDITE, inquit* &c. Et ibid. c. 9 *Quam pertinentius volebat agnosci.*

¶ Pertinax, ācis, in bonam partem, idem quod *perseverans*, beharrlich, beständig. Livius 25 c. 14 *Vicit omnia pertinax virtus.* Sic, *Pertinax justitiæ*, apud Apulej. Apologiâ p. 554. Et apud Quintil. procem. lib. 1 *Studium pertinax scribendi.* ¶ 2. Sed & in malam accipitur partem, eigensinnig, halsstarrig; ut, *Pertinax non ero, tibique, si mihi probabis ea, quæ dices, libenter assentiar*, Cic. 1 de Fin. c. 8. Et ibidem: *Pertinax in disputando.* Sic Plaut. Capt. 2, 2 v. 39

HE. *Quid tu ais? tenaxne pater ejus est?* PHI. *imo edepol pertinax;*

sehr karg. conf. ex Nonio supra in *Pervicax*. ¶ 3. *Certamen pertinax*, Livius 2 c. 40. Et, *Prælium pertinax*, id est, durum, diuturnum, Idem lib. 22 c. 48, darin keiner vom andern lassen will. *Pertinax dolor*, Seneca Hercule Oetæo v. 1854, so nicht nachlässet. Et, *Pertinacior in repugnando*, Livius 29 c. 33. *Pertinacior impietas*, Valer. Max. 9 c. 11 extern. 1. *Pertinacissima contentio*, Idem lib. 5 c. 6 extern. 4. Et Cicero 2 de Fin. c. 33 *Pertinacissimus fueris, si in eo perstiteris.*

¶ Pertĭnācĭter, adv. proprie de iis, quæ tenaciter hærent, ut glutinata sunt, klebend. Plinius 33 c. 6 *Subitum bracteis pertinacissime retinet*, es hält fest, backet zusammen. Atque ita Quintilianus, tralate quamvis, *pertinaciter hærere* dixit lib. 1 c. 1. Et, *Pertinaciter studere*, Seneca epist. 5. Dein omnibus applicatur, quæ divelli ægre possunt: ut, *pertinaciter amare*, beharrlich lieben, Plin. Panegyr. c. 86. *Pertinaciter petere*, Livius 28 c. 38. Et, *Pertinacius defensa Capua*, Idem lib. 26 c. 38. *Prælium pertinaciter initum*, Idem Livius 28 c. 6, id est, obstinate, hart. Et, *Durare pertinacissime*, Quintil. 1 c. 1. *Pertinacius insequi*, Hirtius 8 B. Gall. c. 13. *Pertinacius progressa contentione*, Valer. Max. 2 c. 8 n. 2. Et, *Pertinacissime uti contra quem ingenii viribus*, Idem lib. 4 c. 1 ext. 6. *Pertinacissime in sententia permanere*, Hirtius dicto libro c. 22. E quibus apparet, ut adjectivum, ita adverbium quoque tam in bonam, quam in malam partem applicari.

¶ Pertĭnācia, æ, die beharrlichkeit; quæ *perseverantiæ finitima est*, Cic. 2 de Invent. c. 54; quæque *aliis constantia videri potest*, pro Marcell. c. 10. *Pertinacia & studium vincendi*, Idem in Tusc. 1 c. 11. ¶ 2. Et in malam partem, die halsstarrigkeit. Terent. Hecyr. 3, 5 v. 46 *Quæ est pertinacia?* Cic. pro Marcell. c. 7 *Amittere sua pertinaciâ vitam.* Hirtius 8 c. 39 Comment. de gestis Cæsaris: *Pertinacia magna pœnâ est afficienda, ne malo exemplo cæteri moveantur.* Nonio c. 5 n. 40 semper in malam partem accipitur, cum malumus perire, quam cuiquam cedere. Vnde & Cæsar cum *arrogantia* conjungit, lib. 1 de B. Civ. c. 85. Vide Casaubon. ad Theophrasti Characteres p. 277. Varro a *pertendo* lib. 4 de L. L. pr. deducit: male, ut ibi Scaliger docet.

¶ Prætĕner, ĕra, ĕrum, valde tener. Plinius lib. 25 c. 13 [sect. 99] *Alia est capnos fruticosa, prætenera, foliis coriandri.* Et, *prætenera vitis*, Idem lib. 14 c. 2.

¶ Rĕtĭneo, ui, tentum, ēre, aufhalten, halten, behalten; ut, *Retine me obsecro*, lieber halt mich, Terent. Heaut. 2, 4 v. 23. *Pudore & liberalitate liberos retinere*, Idem Adelph. 1, 1 v. 32. Et Cic. pro Quintio c. 18 *Id egit, ut amicos observantiâ, rem parsimonia retineret.* Et, *Memoriam gratissimam alicujus retinere*, Idem 3 de Leg. c. 12. Et Nepos 25, 5, 11 *Retinere memoriâ*, gedencken, im gedächtniß haben. Ovidius 1 de Arte am. v. 393 *Saucius arrepto piscis retinetur ab hamo.* Sed Heinsius ex MSS. mavult *teneatur*.

¶ Retinens, tis, festhaltend. Lucret. 1 v. 495 *Retinentes pocula rite manu.* Cic. ad Qu. fratr. 1 epist. 2 *Dignitatis retinens.* Et Gell. 10 c. 20 *Proprietatum retinentissimus.*

¶ Retĭnentia, æ, conservatio, die haltung, behaltung. Lucret. 3 v. 676 *Vt actarum exciderit retinentia rerum.* Et ibid. v. 864

Interrupta semel cum sit retinentia nostri.

¶ Rĕtentus, a, um, zurück gehalten, aufgehalten. Ovid. Heroid. epist. 11 v. 82 *Lingua retenta metu.* Seneca epist. 9 *Retentus in navigatione longa.* Et Martial. 1 epigr. 47

Exspectare jube, velocius ibo retentus.

¶ Retentus, ûs, subst. die haltung, behaltung. Claudian. in Rufin. 2 v. 438 de Rufini dextra: *Vivos imitata retentus.*

¶ Retentio, ōnis, idem. Cic. ad Attic. 13 epist. 21 *Retentio aurigæ.* Adde Acad. Qu. 4 c. 18; Vitruv. 9 c. 4; Tertull. de Orat. c. 10; Vlpian. lib. 11 Dig. t. 7 l. 11 § 6. Et Lactantius 6 c. 10 extr. *Retentio societatis est communitas.*

¶ Retentor, ōris, qui retinet, ein aufhalter. Apulej. lib. 1 Florid. p. 343 *Retentores suos toto corpore oblidere.*

¶ Retento, are, frequent. vide infra in *Tento*.

¶ Retĭnax, ācis, festhaltend. Symmachus 1 epist. 47 *Retinax advenarum lotos.*

¶ Retinācŭlum, i, quo quid retinetur, eine klammer, ein halter, hacken. Virgil. 1 Georg. v. 265 *Atque Amerina parant lentæ retinacula viti.*

¶ Sustĭneo, ui, tentum, ēre, subsistere, inhibere, morari, aufhalten, erhalten. Cæsar 1 de B. Civ. c. 64 *Cernebatur, equitatus nostri prælio novissimos illorum premi vehementer ac nonnunquam sustinere extremum agmen.* Rutilius Numatianus lib. 1 v. 366

Ferro crudeles sustinuere feras.

sie haben wild gefället. Sic *vitam sustinere* pro inhibere, ne abeat, Mæcenas dixit apud Senecam epist. 101

Hanc (vitam) *mihi vel acutam,*
Si sedeam, cruci sustine.

Apulejus Apologiâ: *At tu interim, dum legit, aquam sustine*; i. e. inhibe fluere, cohibe. ¶ 2. Deinde est durare, aushalten, dulten, dauren. Cæsar 2 de B. Gall. c. 6 extr. *Nisi subsidium sibi mittatur, se diutius sustinere non posse*, er könte sich nicht länger halten. Plinius Panegyr. Trajani c. 26 *Tune rogari quidem sustinuisti*, id est, passus es. Terent. Phorm. 2, 2 extr. *Prima coitio est acerrima, si eam sustinueris* &c. Sic, *Sustinere impetum hostium*, Cæsar 1 B. Gall. c. 24. *Sustinere cervicibus rempubl.* Cicer. pro Domo c. 56. *Totum negotium gubernare, & humeris suis sustinere*, Cicero pro Milon. c. 9, tragen, ausstehen. Item, *Nihil est mali, quod non sustineam*, lib. 11 fam. epist. 11. *Onus sustinere Ætna gravius*, Idem de Senect. c. 2. *Molem invidiæ sustinere*, Idem in 1 Catil. c. 9. Et, *Suscipere onus, quod sustinere non possis*, Cic. pro Rosc. Am. c. 37 extr. *Nomen publicani sustinere, personam aliquam*, den nahmen eines zöllners haben oder tragen, Idem ad Qu. fratr. 1 epist. 1. ¶ 3. *Sustinere* & alere est, erhalten. Sic, *alterius magnificentiâ sustineri*, Livius dixit lib. 39 c. 9. ¶ 4. Audere, sich unterstehen. Ovidius 6 Metam v. 563

Sustinet ad Prognen post talia facta reverti;

id est, audet. Juvenal. sat. 15 v. 88 *Et qui mordere cadaver sustinuit.* Sueton. August. c. 31 *Pontificatum maximum nunquam vivo Lepido auferre sustinuerat*, er hatte sich nicht erkühnet. ¶ 5. Sed, *dignitatem & decus alicujus sustinere*, id est, tueri, Cic. 1 Offic. c. 34. ¶ 6. *Sustine & abstine.* vid. Epictetus. ¶ 7.* Sæpe dicitur de iis, qui patienter expectant crediti solutionem, warten, nachsehen. Seneca: *Quædam nomina lentus ac sapiens creditor fecit, qui sustinuit*, &c. Martialis 9 epigr. 4

Expectes & sustineas, Auguste, necesse est,
Nam tibi quod solvat, non habet arca Jovis. Grævius.

Expectandi significationem etiam verbum hoc habet apud Tertullianum Apolog. c. 35; de Pœnit. c. 6; adv. Judæos c. 6; ad Martyres c. 2; & Vulg. Interpr. Job. c 5 v. 9; & Matth. c. 26 v. 5. ¶ 8. Vox Venerea quoque est, ut patet ex Ovid. Art. am. 2 v. 486

Sustinet immundum sima capella marem.

¶ 9. Interdum plane idem est ac *posse*, können. Ovid. Amor. 2 eleg. 9 v. 39 *Tota quicunque quiescere nocte sustinet.*

¶ Sustinentia, æ, die ertragung, erdultung; ut, *Caritatis sustinentia*, Vulg. Interpr. 1 Thess. c. 1 v. 3. conf Syrac. c. 2 v. 13.

¶ Sustento, are, cum derivatis, vide mox in *Tento*.

Tener, teneresco, teneritas, &c. vide paullo ante in *Teneo*.

TĒNESMUS, i, crebra & inanis cupiditas egerendi, τεινεσμὸς, die stuhlsucht. Scribonius Largus Compos. 142 *Tenesmos est irritatio ultimæ partis directi intestini, in quo ultimo sæpius libet desurgere sine caussa.* Et Plinius 28 c. 14 *Tenesmos, id est, crebra & inanis voluntas desurgendi.* Adde Cornel. Nepotem Attico c. 21 n. 2, & ibi commentatores.

Tenitæ, tenor, vide paullo superius in *Teneo*.

Tensa, æ, Deorum vehiculum, vide *Thensa*.

Tensio, Tentamen, tentatio, Tentigo, vide *Tendo, Tento, Tendo*.

TENTO, avi, atum, are, & a *Tendo* & a *Teneo* frequentativi loco esse potest. Significat autem *inquirere, experiri*, vel, *manum quasi tendere ad id, quod velis experiri*, untersuchen, versuchen, prüfen. Terent. Phorm. 4, 3 v 14 *Visum est, ut ejus tentarem sententiam*, ich solte erkundigen, was er gesinnet. Cic. de Lege Agrar. 2 c. 7 *Leviter aliquem tentare, quo animo aliquid ferat.* Et, *Tentare rem armis*, Idem in Off. 2 c. 24. *Fortunam belli tentare ac periclitari*, Idem 7 Verr. c. 50. Et, *dubiam spem armorum tentare*, Vellej 2, 71, 1. Sic, *Tentare alicujus scientiam, patientiam*, auf die probe stellen, idem Cicero. Sed, *Tentari morbo*, est affligi: Idem 4 Tusc. c. 14 *Animi valentes morbo tentari non possunt, corpora possunt*, id est, corrumpi, corripi, angegriffen werden. Suetonius Augusto c. 81 extr. *Initio veris præcordiorum inflatione tentabatur.* Idem Vespasiano c. 24 *Tentatus in Campania motiunculis levibus.* Ac ita hoc verbo Horatius etiam, Sammonicus, & alii usi. Juvenal. sat. 10 v. 304 *nam prodiga corruptoris*
Improbitas ipsos audet tentare parentes.

Sed, *Tentare oppidum*, de oppugnatione, Cæsar 3 de B. Civ. c. 40. Ita & Florus 2 c. 14 *Virum non Macedonicis modo, sed Thraciæ quoque auxiliis validum temere tentavit*, id est, aggressus est. Virg. 1 Georg. v. 207 *Pontus & ostriferi fauces tentantur Abydi.*

¶ Tentātus, a, um, versucht, geprüft; ut, *Tentata abstinentia*, Nepos 15, 4, 1. *Tentata hostis misericordia*, Vellej. 2, 71, 3. *Tentatum corpus frigore*, Horat. 1 sat. 1 v. 80, angegriffen.

¶ Tentātio, ōnis, die versuchung, probe, anfall. Cic. 10 ad Att. epist. 17 *Valetudinem tuam jam confirmatam esse & a vetere morbo, & a novis tentationibus, gaudeo.*

¶ Tentāmen, ĭnis, der versuch, die prüfung. Ovid. 3 Metam. v. 341
Prima fide vocisque ratæ tentamina sumsit.

¶ Tentamentum, i, idem. Gellius 9 c. 15 *tentamenti gratia*, id est, ad experimentum, zum versuch. Ammian. 24 c. 2 *Tentamento frustrari*, es vergebens versuchen. Ovid. Met. lib. 15 v. 629 *Cernunt tentamenta nihil posse.* Adde Virg. Æn. 8 v. 144. Ambrosius epist. 31 p. 141 ed. Froben. *Lucri studium tentamentum est pudoris.* Idem lib. 1 de Spiritu Sancto c. 8 *Nostræ carnis tentamenta*, die reitzungen.

¶ Tentātor, ōris, ein versucher, der etwas anmuthet. Horat. 3 od. 4 v. 71 *Integræ tentator Orion Dianæ.*

¶ Tentabundus, a, um, versuchend. Livius 21 c. 36 *Miles tentabundus.*

Composita a *Tento*:

¶ Attento, are, manu vel insidiis invadere, angreiffen, probiren. Cicero in Verr. 2 c. 54 *Inimicos diligenter cognoscere, colloqui, attentare.* Et pro Sextio c. 4 *Capuam ab illa impia & scelerata manu attentari suspicabatur.*

¶ Detento, are, aufhalten, zurückhalten. Lege 16 Cod. Theod. de Tironibus: *Servi, quos militia armata detentat.* Et Fortunatus lib. 11 carm. 19 *Nec volo nunc absens una detenter ut hora.*

¶ Detentatio, ōnis, die vorbehaltung, zurückhaltung. Ulpianus Lege 5 Dig. de impensis in res dotal. *Manebit maritus in rerum detentationem, donec ei satisfiat.*

¶ Detentātor, ōris, ein aufhalter, der was auf- oder vorhält. Lege 2 Cod. de fundis limotroph *Si quisquam fuerit detentator inventus.* Et Lege 7 pr. Cod. de præscript. XXX vel XL ann. *extranei suppositæ rei detentatores.*

¶ Distento, are, ausdehnen, ausspannen. Virg. eclog. 9 v. 31
Sic cytiso pastæ distentent ubera vaccæ.

¶ Extento, are, ausstrecken. Plautus Bacch. 4, 2 v. 3 *Vires tuas extentes.* Ammian. 17 c. 10 *latius semet extentans.* conf. Parei Lex. Crit. p. 456.

¶ Intento, are, fürhaben, drohen; ut, *Intentare manus in aliquem*, einen angreiffen, Livius 3 c 47. Sed,
Præsentemque viris intentant omnia mortem;

id est, minantur, Virg. 1 Æn. v. 95. Et, *Crimen invicem intentare*, auf einander schuld und klage treiben, Quintil. 3 c. 10.

¶ Intentātus, a, um, angedrohet, unversucht. Liv. 9 c. 27 *Gladii plerisque intentati, & vulnerati quidam necatique.* ¶ 2. Adject. non tentatus, unversucht; ut, *Vacca jugo intentata*, Senec. in Medea v. 62. Et Horat. de Arte poët. v. 285

Nil intentatum nostri liquêre poëtæ.
Nil intentatum virtus animosa relinquit:
Omnia sunt magnis experiunda viris.

Et philosophus Seneca ad Marciam c. 18 *Nihil humanæ*, inquit, *audaciæ intentatum.*

¶ Intentatio, ōnis, die androhung; ut, *Intentatio criminum*, Tertullian. Apolog. c. 46, id est, objectio, accusatio. Et, *Subita digitorum intentatio*, Senec. de Ira 2 c. 4. Alii, *intentio*.

¶ Intentātor, ōris, non tentator, der nicht versucht, Vulg. Jac. c 1 v. 13.

¶ Intentātĭlis, e, qui tentari nequit, unversuchlich. Gloss. gr. lat. ἀπείραστος, *intentatilis*.

¶ Obtento, are, unterstützen. Cic. ad Attic. 9 epist. 10 *Spes quædam me obtentabat, fore, ut aliquid potius conveniret, quam* &c.

¶ Ostento, are, weisen, darstellen; item, prangen. Cicer ad Plancum 4 fam. epist. 14 *Cædem ex altera parte belli exitus ostentat, ex altera servitutem.* Idem ad Attic. 1 epist. 16 *Jugulum pro alterius capite ostentare*, den halß daher strecken und darbieten. Sed, *neque pugnas narrat, neque cicatrices suas ostentat*, scil. gloriandi studio, Terent. in Eunuch. 3, 2 v. 30. *Jactare se & ostentare*, von sich rühmen, Autor ad Herenn. 4 c. 21.

¶ Ostentātus, a, um, gewiesen, dargestellt. Terent. Eunuch. 3, 5 v. 56 *Egon' occasionem mihi ostentatam amitterem?*

¶ Ostentātio, ōnis, die pracht, stoltze aufführung. Cicer. 2 de Orat. c. 81 *Ingenuo ostentationis vitanda est suspicio.* Et de Amicitia c. 23 *Venditatio quædam & ostentatio*, prahlerey, wenn man sich will sehen lassen. Et lib. 2 Offic. c. 13 *Simulatione & inani ostentatione, & ficto non modo sermone, sed etiam vultu stabilem se gloriam consequi posse, si qui rentur, vehementer errant.*

¶ Ostentātor, ōris, ein prahler, rühmer, der da will gesehen seyn; ut, *Ostentator pecuniosus*, Auctor ad Herenn. 4 c. 50.

¶ Ostentātrix, īcis, eine prangerin. Apulejus Apolog. p. 323 *Vidistis profecto, qui affuistis, quam improba juvenum circumspectatrix, quam immodica sui ostentatrix.* Pacatus Panegyr. Theodosii c. 17 *Eat nunc sui ostentatrix vetustas, & illa innumeris litterarum vulgata monumentis jactet exempla.* Prudentius Psychom. v. 439

Pompa ostentatrix vani splendoris inani
Exuitur nudata peplo

¶ Ostentābĭlis, e, ansehnlich, das man aufstellen kan. Gloss. lat. gr. *Ostentabile*, ἐπιδεικτικόν.

¶ Ostentāmen, ĭnis, das gepränge. Prudent. Psychom. v. 204 *Mens instructa nullo ostentamine.* Et Tertull. adv. Gnosticos c. 13 *Sustinetis ostentamen justi judicii*

¶ Ostentātītius, a, um, prangend, sehenswürdig. Tertull. de Virgin. veland. c. 3 *Ostentatitia virginitas.*

¶ Ostentātōrius, a, um, idem; ut, *Ostentatoria novitas*, Martian. Capella lib. 2.

¶ Pertento, are, explorare est, vel experiri, aut valde tentare, probiren, erforschen. Terent Andr. 3, 4 v. 9 *Ea gratia simulavi, vos ut pertentarem.* Sic Cicero de Oratore 2 c. 78 *Caussam totam pertentare & perspicere.* Et, *Pertentare administrationem alicujus rei*, versuchen, wie mit einem dinge umzugehen sey, Idem de Inventione 2 c. 12.

¶ Pertentātus, a, um, versucht, angegriffen; ut, *Fatigatione pertentatus*, Apulej. Metam. lib. 1.

¶ Prætento, are, ante tentare, vorher versuchen, prüfen; ut, *Prætentare vires*, Ovid. 8 Met. v. 7. Claudianus de 4 Consul. Honorii v. 346

Calcatur si pigra palus tum ante profundum
Prætentet Sonipes.

Tacitus in Agricola c. 20 *loca castris ipse capere, æstuaria ac silvas ipse prætentare.*

¶ Prætentātus, a, um, vorher versucht. Sueton. Augusto c. 35 *Cordus Cremutius scribit, ne admissum quidem nunc quemquam senatorum, nisi solum & prætentato sinu.*

¶ Prætentātus, ûs, subst. die versuchung vorher. Plin. 11 c. 37 *Cochleis oculorum vicem cornicula bina prætentatu adimplent.*

¶ Protento, are, ausstrecken. Avienus Arateis v. 285

Et, ceu Siriaco torretur spica calore
Protentata manu.

¶ Retento, are, denuo tentare, wieder versuchen. Ovid. 1 Met. v. 746
Timide verba intermissa retentat.

Sic, *Retentare studium*, Ovid. 5 Trist eleg 12 v. 51. ¶ 2. zurück halten: Plaut Asin. 3, 3 pr. *Cur me retentas?* Et Silius 4 v. 211 *lora retentat*, id est, retinet.

¶ Retentātus, a, um, wiederum versucht; ut, *Sæpe retentatis precibus*, Ovid. Met. lib. 14 v. 382.

¶ Retentātor, ōris, qui res alterius retentat, ein zurückhalter. Gloss. Cyrill. *Retentator*, διακάτοχος. Cassiodorus lib. 2 epist. reg. 10 *Quicquid a retentatoribus constiterit possideri, sine ulla facias dilatione restitui.* Adde eumdem lib. 1 epist. 22. Vide, quæ Sirmondus ad Ennodium de hac voce notavit p. 5.

¶ Retentātrix, īcis, eine zurückhalterin. Macrob. 7 Saturn. c. 4 de ciborum digestione: *Secunda hoc cura virtutis est, quam Græci, quia retentatrix est, vocant κατασχετικήν.*

¶ Subtento, āre, ein wenig versuchen. Platt. Trucul. 2, 2 v. 51 *Advenis huc subtentatum*, id est, tentatum. Lambinus legit *nos tentatum*: Operarius *sistentatum*, antiquo verbo, quasi se ostentatum.

¶ Sustento, āre, auffhalten, erhalten, verpflegen. Cic. 13 fam. epist. 64 *Sustentes rem, dum Nero veniat.* Terent Adelph. 3, 4 v. 36 *Solus omnem familiam sustentat*, er ernähret undversorget das gantze hauß. Sic, *Casus suos alienis opibus sustentare*, Cic. 4 fam. epist. 13. *Valetudo corporis sui notitiâ & observatione sustentatur*, Idem 2 Offic. c. 24. Et, *Sustentari præclara conscientia & recreari*, Cic. ad Attic. lib. 10 epist. 4. *Sustentare famem*, Cæs. 7 B. Gall. c. 17. Et, *Sustentare aciem*, Hirt. B. Afric. c. 82. *Sustentare morbum*, Sueton. Tiberio c. 72.

¶ Sustentātus, a, um, unterstützet, aufgehalten. Lucret. 5 v. 96

Multosque per annos
Sustentata ruet moles & machina mundi.

¶ Sustentātus, ûs, subst. die erhaltung. Apulej. Apolog. p. 287 *Sunt in vita humana tempestates: levia sustentatui, gravia demersui.* Ausonius Periocha 5 Odyss. Hom. *Cujus ille sustentata ad usque Phæacum litus evadit.*

¶ Sustentātio, ōnis, idem. Cic. 2 de Invent. c. 49 *Vtrum statim fieri necesse sit: utrum habeat aliquam moram & sustentationem*, auffschub.

¶ Sustentācŭlum, i, fulcrum, seu quidquid sustentat, die stütze. Tacitus 2 Histor. c. 28 *sustentaculum* & *columen* conjunxit. Posteriores pro alimento posuerunt. vide Barth. ad Paulini Petrocor. lib. 4 v. 430. Addi possunt Augustini verba pro hac notione, quæ ex lib. 4 advers. Julian. Donatistam c. 14 in Antibarb. exhibuit Cellarius p. 145. Idem & de Morib. eccles. cathol. c. 33 *Viliore victu vivere places, minimeque sumtuoso corporis sustentaculo ætatem tranquillissimam ducere.*

¶ Sustentābĭlis, e, erträglich; unde

¶ Insustentābĭlis, e, unerträglich. Lactantius 7 Instit. c. 16 *Hic insustentabili dominatione vexabit orbem.* Et de Mort. persecut. c. 49 *Insustentabilis dolor*, id est, intolerabilis.

Tentorium, &c. vide supra in *Tendo.*

TENTȲRA, æ, urbs & insula Ægyptiorum, Plin. 8 c. 2; Juvenal. sat. 15 v. 35 & 76. Hinc

¶ Tentyrītæ, ārum, populi, qui crocodilos non timent, quique eosdem spectaculi caussa Romam adduxerunt; de quibus Plin. 8 c. 2; & 28 c. 3; & Strabo lib. 17.

TĔNVIS, e, ἰσχνὸς, λεπτὸς, ἀραιὸς, subtil, schmal, dünne; ut, *Aer purus & tenuis*, cui *crassus* opponitur, Cic. de Nat. Deor. 2 c. 16. Sic *tenues togas*, pro delicatioribus dixit Horatius, & *crassis* opposuit lib. 1 epist. 14 v. 32. Virgil. Culice:

Atque ut araneoli tenuem formavimus orsum.

Sic, *Tenues Athenas*, pro acutis & quæ subtili & acri sensu sunt, non obesæ naris, dixit Martialis lib. 6 epigr 64, de quo Barthius lib. 41 Adversar. c. 10. ¶ 2. *Tenue* etiam est, quod non magno sumtu aut pretio constat, quod parvum atque exiguum est, gering, schlecht, unwerth, ärmlich. Et ita *Tenues honores*, Nepos in Miltiade dixit c. 6. *Injuriâ prohibere tenuiores* Cic 2 Offic. c. 12, qui & pro Murænâ cap. 34 extr. *homines tenuiores* dixit. *Tenuissima valetudine esse*, Cæsar 5 Bell. Gall. c. 40. *Tenuissimus victus*, Cic 2 de Finib. c. 28. Idem 2 de Nat. Deor. c. 57 *Natura oculos membranis tenuissimis vestivit & sepsit.* Et lib. 1 de Orat c. 37 *Res minimæ tenuissimæque.* Virgil. 4 Georg. v. 6 *In tenui labor, at tenuis non gloria.*

Ita &, *Tenuis animus*, parvus & timidus: Cæs. 1 de B.C. c. 32 *Ad quos legati mitterentur, iis auctoritatem attribui: timoremque eorum, qui mitterent, significari: tenuis atque infirmi hæc animi videri.*

¶ Tenuicŭlus, a, um, diminut. kleinfügig; ut, *Tenuiculo apparatu esse contentum*, Cic. 9 fam. epist. 19.

¶ Tĕnuĭtas, ātis, die geringschätzigkeit. Cic. 16 fam. epist. 21 *Ex meis angustiis illius sustento tenuitatem*, id est, fortunam tenuem, seu paupertatem. *Tenuitas fragum*, Idem 2 Divin. c. 13; & *Verborum*, lib. 3 de Finib. c. 12.

¶ Tenuĭter, adverb. gar schlecht; ut, *Vivere tenuiter*, ärmlich leben. *Tenuiter disserere*, Cic. in Oratore c. 14. *Alutæ tenuiter confectæ*, Cæs. 3 B. Gall. c. 13, dünne. Compar. Cic. 2 de Invent. c. 16 *Argumentationes illæ tenuius, & acutius, & subtilius tractantur.* Superl. Columell. de Arbor. c. 7 *Tenuissime scalpello acuto, ita ne medullam lædas, adradito.* Et Cic. 4 Verr. c. 16 *tenuissime æstimare.*

¶ Tĕnuo, āvi, ātum, āre, tenue efficere, minuere, schwächen, dünn, gering machen. Ovidius Pont. 2 epist. 7 v. 43

Vomer tenuatur ab usu, er wird abgenützet.

Horat. 3 od. 3 extr. *Magna modis tenuare parvis.*

Rursus Ovidius 1 Trist eleg. 4 v. 11

Spiritus & vacuas prius hic tenuandus in auras Ibit.

¶ Tenuātus, a, um, geschwächt, zermalmet, zernichtet. Horat. 2 sat. 2 v. 84 *Corpus tenuatum recreare.* Ovid. Met. 2 v. 373 *Vox tenuata viro.*

¶ Tenuātim, adverb. sehr dünn. Apicius 2 c. 4 *Intestinum perquam tenuatim productum.*

¶ Tenuābĭlis, e, lindernd. Cœl. Aurel. Acut. 3 c. 4 *Super unctiones tenuabiles ac apertibiles.*

¶ Tenuiārius, i, qui vestes tenues conficit. Vet. Inscript. MATTIVS PATROBIVS VESTIARIVS TENVIARIVS. vid. Voss. de Vit. L. L. 3 c. 52.

Composita:

¶ Attĕnuo, āre, tenue facere, verringern, schwächen. Vide mox *Inattenuatus.* Sic Ovidius 1 de Arte am. v. 735

Attenuant juvenum vigilatæ corpora noctes.

Et Horat. 1 od. 34 v. 13 *Insignem attenuat Deus, obscura promens.*

¶ Attenuātus, a, um, geschwächt, gemindert; ut, *Attenuatum bellum atque imminutum*, Cic. pro lege Manil. c. 9. *Attenuatæ legiones præliis*, Cæsar 3 B. Civ. c. 89. Superl. *Attenuatissima voce uti*, Auctor ad Herenn. 3 c. 14; &, *fortunæ familiaris rei attenuatissimæ*, Idem lib. 4 c. 41.

¶ Attĕnuāte, adverb. ut, *Attenuate presseque dicere*, schwächlich und kurtz reden, Cic. de Clar. Orat. c. 55.

¶ Attenuātio, ōnis, die verminderung; ut, *Attenuatio suspicionis*, Aut. ad Herennium 2 c. 2.

¶ Inattenuātus, a, um, unvermindert. Ovid. 8 Metam. v. 849

Jamque fame patrias, altique voragine ventris,
Attenuarat opes: sed inattenuata manebat
Tum quoque dira fames.

¶ Extĕnuo, āre, kleiner machen, verringern; ut, *Laudes alicujus verbis extenuare*, Cic. pro Marcell. c. 2. Et magis proprie lib. 2 de Nat. Deor. c. 54 *Ab his* [dentibus] *extenuatur & molitur cibus.* Seneca epist. 6 *Multa habeo, quæ debent extenuari, quæ attolli.*

¶ Extenuātus, a, um, subtilisirt, geschwächt. Cic. 2 Nat. Deor. cap. 39 *Aer extenuatus in sublime fertur.* Brutus ad Cic. lib. 11 fam. epist. 13 *Extenuatissimæ copiolæ.* Catullus carm. 64 v. 295 *Extenuata vestigia.* Frontin. de Colon. edit. Gœs. p. 114 *Extenuati limites.*

¶ Extenuātio, ōnis, die verkleinerung. Cic. de Orat. 3 c. 53 *Concisa brevitas & extenuatio.*

¶ Extenuātrix, īcis, eine verkleinerin; Item adjective, lindernd, mindernd. Macer 4 v. 19 *Virtus est ejus, ut dicunt, extenuatrix.*

¶ Extenuissime, adverb. gar gering, apud Senecam 1 Controvers. 4.

¶ Pertĕnuis, e, sehr geringe. Cic. 14 fam. epist. 3 *Spes pertenuis.*

¶ Prætenuis, e, idem. Plin. 11 c. 37 *Prætenuis membrana.* Idem lib. 16 c 43 *Laminæ prætenues.*

¶ Subtĕnuis, e, etwas dünne. Varro R. R. 2 c. 7 *Juba* [equi] *subcrispa, subtenuibus setis.*

TENVS, ōris, neutr. 3, ex τείνω, *tendo*, ein strick, schleiffe, sprenckel. Plaut. Bacchid. 4, 6 v. 23 *Intendere tenus.* v. Taubman. ad h. l. & Parei Lex. Crit. p. 1231.

TĔNVS, πέρας, μέχρι, præpositio, significat *usque ad* &c. biß. Faciunt a *tendendo.* Postponitur autem casui sexto, ut, *verbo tenus*, Vlpian. lege 1 Dig. Quod quisque juris. *Capulo tenus abdidit ensem*, Virg. 2 Æneid. v. 553, biß an das hefft. Tacitus 1 Hist. c. 33 *Janua ac limine tenus domum claudit.* Et, *Muro tenus urbes finiuntur*, Paulus JCtus Lege 4 § 4 Dig. de penu legat. Et Cic. pro Dejotar. c. 13 *Antiochus a Scipione devictus Tauro tenus regnare jussus est*, biß an den berg Taurum. ¶ 2. In plurali genitivo aut & ablativo jungitur. Virg. 3 Georg. v. 53 *Et crurum tenus a mento palearia pendent.*

Apulej. in Floridis: *Aquila cum se nubium tenus altissime sublimavit.* Celsus lib. 1 c. 2 *Dimittere se in aquam calidam inguinibus tenus.*

¶ 3. Horat. lib. 1 epist. 1 v. 32 dissimulato casu extulit

Est quiddam prodire tenus, si non datur ultra,

i. e. aliquousque. Sed rectius versus legitur, *Est quodam prodire tenus*, id est, quodantenus. ¶ 4. Servius ad illud in 6 Æn. v. 62 *Hac Trojana tenus, id est*, inquit, *hactenus: Nam* tenus *proprie est extrema pars arcus, ut Plautus ostendit* [Bacchid. 4, 6 v. 23 Pendebit hodie pulchre, ita intendit tenus:] *Vnde tractum est, ut* hactenus *hucusque significet.* Ex quibus verbis suspicari licet, Servium in illo Plautino τὸ *tenus* in numero plurativo accepisse pro duobus extremis arcus cornibus, ubi nervus sedet.

¶ Aliquatĕnus, vide supra *Qui, quæ, quod.*

¶ Eatĕnus, vide supra *Is, ea, id.*

¶ Hactĕnus, vide supra *Hic, hæc, hoc.*

¶ Nullatĕnus, vide infra in *Vllus, a, um.*

¶ Prōtĭnus, seu Prōtĕnus, (nam utroque modo scriptum reperitur: in quo licet Servius & Caper differentiam agnoscant, revera tamen nulla est: vid. Taubm. ad Virgil. eclog. p. 8. Barth. ad Stat. Animadvers. Tom. 2 p. 683,) est adverbium & loci & temporis, forthin, alsobald: Loci, Virg. eclog. 1 v. 12 *en ipse capellas*

Protinus æger ago;

i. e. prorsum ante me, förder; cui opponitur *retro.* Cic. 1 de Divinat. c. 24 *Præcepisse ut pergeret protenus: quid retro atque a tergo fieret, ne laboraret*, vor sich hin. Temporis: Cic. ad Qu fratr. 1 epist. 6 *Rogo te, ut Romam protinus pergas*, id est, statim, alsobald, Vellej 2, 57, 2 *Neque libelli protinus lecti erant.* ¶ 2. Aliquando *deinceps* est, hernach. Virg. 4 Georg. princ.

Protinus aërei mellis cælestia dona Exsequar:

ubi Servius: PROTINVS, *deinceps, exinde.* Horatius 1 epist. 18 v. 67 *Protinus ut maneam;*

id est, porro. Plura de hoc adverbio Nonius c. 4 n. 384.

¶ Protĭnam, pro *protinus* Plautus dixit Curcul. 2, 3 extr. item Terentius Phormione 1, 4 v. 13. vide Nonium c. & Varr. de L. L. 6 c. 6.

¶ Quatĕnus, quadantĕnus, vide supra *Qui, quæ, quod.*

TĔPEO, ui, ēre, χλιαίνεσθαι, tepidum esse, laulicht seyn; ut, *Aura tepet*, Ovid. Trist. 3 eleg. 10 v. 7. Et Martialis 10 epigr. 96

Focus tepet igne maligno.

¶ 2. Est & *remittere*, nachlassen. vide Barth. ad Script. Venat. p. 184.

¶ Tepens, tis, kühl, laulicht; ut, *Zephyrique tepentibus auris*, Virg. Georg. 2 v. 330. *Locus tepens*, Colum. 1 c. 4.

¶ Tĕpesco, ĕre, laulicht werden. Cicero de Nat. Deor. 2 c. 10 *Maria agitata ventis depescunt.* Virg. Æn. 9 v. 701 *Ferrum tepescit.* Et Ovid. Pont. 3 epist. 4 v. 56 *Nostra tepescit aqua.*

¶ Tĕpĭdus, a, um, frigidus calido temperatus, lau, laulicht; ut, *Lac tepidum*, Virg. 3 Æn. v. 66, kühwarme milch. *Aqua tepida*, Plinius 31 c. 2. *Sol tepidus*, apud Virgil. 1 Georg. v. 398, id est, calidus. *Tepidior cæli status*, Pallad. 3 tit. 24. *Loca tepidiora*, Columella 8 c. 5 pr. Et Augustinus Confession. 6 c. 2 *Tepidissimum pocillum.*

¶ Tepĭde, tepidius, adverb. idem. Plin. 5 epist. 6 *Si natare latius aut tepidius velis, in area piscina est*, &c. Et Augustinus Confession. 8 c. 11 *Jam tepidissime hoc dicebat.*

¶ Tepidĭtas, ātis, pro *Tepore*, improbat Vossius de Vit. L.L. 3 c. 52.

¶ Tĕpĭdo, āre, pro *Tepefacere*, laulicht machen, ein wenig wärmen. Plin. 17 c. 26 *Ne frigus vites adurat, circumfundunt riguis, quod ibi tepidare vocant.* Cœl. Aurel. Tard. 2 c. 13 *Aërem tepidare.*

¶ Tĕpĭ-

¶ Tĕpĭdārium, i, membrum balnei est, ut *frigidarium, calidarium, sudatorium* &c. Vitruvius lib. 5 c. 10 pr. *Ipsa caldaria tepidariaque lumen habeant ab occidente hiberno.* vide Mercurialem lib. 1 de Arte Gymnastica c. 10.

¶ Tĕpor, ōris, tepida qualitas, mittelmäßige wärme, laulichkeit. Cic. de Nat. Deor. 1 c. 10 *Externus & adventicius tepor.* Idem de Senect. c. 15 *Vva maturata dulcescit, vestitaque pampinis nec modico tepore caret, & nimios solis defendit ardores.* Plurali *tepores* Alcimus dixit lib. 2 v. 127.

¶ Tepōro, āre, tepidum facere, ein wenig wärmen. Dracontius Hexaemero v. 28 *glaciemque teporat*
Flammeus ignis aquæ.

¶ Tepōrātus, a, um, tepore affectus, gewärmet. Plin. 36 c. 26 *Fragmenta teporata.*

¶ Tepōrus, a, um, laulicht, etwas warm. Sidon. 9 epist. 15 *Teporus flatus*, Auson. Edyll. 24 v. 1 *Sol profectus a teporo veris æquinoctio.*

¶ Tepŭlus, a, um, idem; ut, *Tepulæ aquæ*, Frontin. de Aquæduct. 2 p. 244.

¶ Tepĕfăcio, fēci, factum, ĕre, erwärmen; ut, *Tepefacere flumina cæde*, Catull. carm. 65 v. 360. Et Ovid. Pont. 4 epist. 5 v. 35
Sanguine Bistonium quod non tepefeceris ensem.

¶ Tepefīo, ĕri, warm werden. Plinius 11 c. 6 *Mature tepefiunt.* Idem lib. 10 c. 33 *Nidum mollibus plumis floccisque consternunt tepefaciendis ovis.*

¶ Tepĕfactus, a, um, erwärmet. Cic. de Senect. c. 15 *Terra semen tepefactum vapore & complexu suo diffundit.* Virg. 4 Georg. v. 308
Interea teneris tepefactus in ossibus humor.

¶ Detepesco, ĕre, kühle werden. Sidon. 5 epist. 17 *Primo frigore autumnalis auroræ detepescebat.*

¶ Intĕpeo, ēre, laulicht werden, erwarmen. Propert. 4 eleg. 1 v. 124
Et lacus æstivis intepet Vmber aquis.

¶ Intepesco, ĕre, idem. Seneca epist. 78 *Ne quis intepescat cibus, ne quid palato jam calloso parum ferveat, cœnam culina prosequitur.* Columella 1 c. 1 *Mitigato jam & intepescente frigore.*

¶ Pertĕpĭdus, a, um, valde tepidus, sehr lau; ut, *Aqua pertepida*, Vopiscus in Carino c. 17.

¶ Prætĕpeo, ēre, vel Prætepesco, ĕre, sehr lau seyn. Ovidius 2 Amor. eleg. 3 v. 6 *Si tuus in quavis prætepuisset amor.*

TEPHRIA, æ, marmor cineritium Plinio est lib. 36 c. 7, ascherfarben marmelstein.

Tepidarium, tepido, are, tepidus, tepor, &c. vide paullo ante in *Tepeo.*

Ter cum derivatis, vide infra *Tres.*

Terămnæ, Terapnæ, vide *Theramnæ, Therapnæ.* Sic enim Græci per Θ scribunt.

Tercenteni, tercentum, &c. Terdeni, vide supra *Centum, Decem.*

TĔRĔBINTHUS, i, τέρμινθος sive τερέβινθος, arbor, ex qua resina colligitur, *terebinthina*, notissima in quotidiano medicinæ usu, vid. Plin. 13 c. 6; Virg. Æn. 10 v. 136. Ovid. Pont. 3 epist. 3 v. 98.

¶ Tĕrĕbinthĭnus, a, um, adject. Plin. 23 c. 8; & Cels. 5 c. 26 extr. *Resina terebinthina*, terpenthin.

TĔRĔBRA, æ, instrumentum quo ligna perforantur, ein böhrer. Colum. 4 c. 29. ¶ Dicitur & *Terebrum.* Vet. Gloss. *Terebrum*, τρύπανον. Hinc

¶ Terebellum, i, diminutivum, ein böhrerlein.

¶ Terebro, āre, perforare terebrâ, bohren. Virg. 2 Æn. v. 38
Aut terebrare cavas uteri & tentare latebras.
Et lib. 3 v. 635 *telo lumen terebramus acuto.*

¶ Terebrātus, a, um, gebohret; ut, *Buxum terebratum per rara foramina*, Ovid. Fast. 6 v. 697.

¶ Terebrātus, ūs, subst. die bohrung. Scribon. Larg. compos. 206 *De industria cum terebratu a medicis exciditur.*

¶ Terebrātio, ōnis, idem. Colum. 4 c. 29 *Fit per terebrationem.* Et metonymice pro ipso foramine: Vitruvius 9 c. 9 *Ea translata ex terebratione in terebrationem.*

¶ Terebrātor, ōris, ein bohrerer. Gloss. gr. lat. τρυπητής, *Terebrator.*

¶ Terebrāmen, ĭnis, staub vom bohren; ut, *Furfuracea tinearum terebramina*, Fulgent. Myth. 2.

¶ Conterebro, āre, zerbohren; ut, *Conterebrare ossa*, Cœl. Aurel. Tard. 2 c. 3.

¶ Exterebro, āre, ausbohren, durchbohren; ut, *Aurum exterebratum*, Cic. de Divinat. lib. 1 c. 24. Agit enim de columna, quam Annibal perterebravit, de qua dubitabat, utrum solida esset, an extrinsecus inaurata. ¶ 2. Significat & inquirere, seu scrutari: item vi extorquere. vide Nonium c. 1 n. 315. Varroni tribuitur: *Omnes perquirit atque exterebrat artes.* Sed rectius *extenebrat* legitur, vide supra in *Tenebræ, Extenebro.*

¶ Perterebro, āre, terebrare, perforare, durchbohren; ut, *Columnam auream perterebrare*, Cic. de Divinat. 1 c. 24. Et *Lapis perterebratus*, Vitruv. lib 8 c. ult.

TĔRĒDO, ĭnis, τερηδών, ein holtzwurm, kupfferwurm; non absimilis crabronibus, sed varia, & latitudine proxima apibus, appetit avide cibos delicatos, adeoque cum impetu advolat, unde & nomen habet τενθρηδών, τενθεία enim λιχνότητα significat & γαστριμαργίαν, id est, voracitatem. Aculeus earum τενθρήνιον, dicitur. ¶ 2. Et *Teredo*, τερηδών, erucæ nomen, quæ in alveariis gignitur, Eberus, eine made. *Teredinem sentire*, Plin. 16 c. 39. Sed idem Plin. 16 c. 41 *Teredines tantum in mari sentiuntur, nec aliam putant teredinem proprie dici*, ein holtzwürmlein in schiffen. Terrestres *tineas* vocant. ¶ 3. Denique & vermiculi illi, qui vestes arrodunt, *Teredines* dicuntur. Plin. 8 c. 48 de prætextis Ser. Tulli: *Mirum fuit nec deflu-xisse eas, nec teredinum injurias sensisse annis DLX*, kleider-motten, schaben. Teredinis encomium Clitarchus scripsit.

TĔRENTIA, æ, Ciceronis uxor fuit, ex qua M. Ciceronem & filiolam Tulliolam suscepit, sed quam, quod exulante ipso fidem conjugalem non servasset, repudiavit. vide vitam Ciceronis apud Plutarch. Plinius centum & tres annos vixisse eam scripsit lib. 7 c. 48.

TĔRENTIUS, i, comicus Carthaginiensis, Cicerone antiquior annis 60. Virgilio vero annis centum amplius. Vitam ipsam Terentii petant studiosi vel a Donato, vel aliis. Cicero *suum necessarium* vocat ad Attic. 11 epist. 10. Et in Lælio ingenue fatetur, se *Terentiano verbo libenter uti.* Sed & *elegantiam sermonis* fabulis ejus tribuit, & permulta in orationibus suis ac libris de philosophia ab eo mutuatur. Imitatus est præcipue Menandrum Græcum: quod & Cicero testatur his versibus apud Donatum in vita:
Tu quoque, qui solus lecto sermone, Terenti,
Conversum expressumque Latina voce Menandrum
In medio populi sedatis vocibus effers,
Quicquid come, loquens, ac omnia dulcia dicens.
Hunc Afranius, & ipse comicus, omnibus cæteris comicis præfert. Sic enim scribit in Compitalibus: *Terentio non similem dices quempiam.* Terentium cum Plauto non contendit modo, sed & eidem præfert Dan. Heinsius in libello de Satyra Horatiana. ¶ 2. Alius fuit *Terentius Scaurus*, grammaticus, temporibus Adriani imperatoris, cujus meminit Gellius 11 c. 15.

¶ Terentiānus, a, um, adject. Quintil. 6 c. 3 *Nec minus confidens est, quam Terentianus ille Phormio.* Et Cicero de Amicit. c. 24 *Verbo Terentiano libenter utimur.* ¶ 2. *Terentianus Maurus* alius grammaticus, natione Afer. Scripsit opus de litteris, syllabis, pedibus, metris, multiplici genere carminum. *Suavissimum grammaticorum* Muretus appellat.

TĔRENTUS, i, Τέρεντος, locus fuit in campo Martio Romæ, Diti & Proserpinæ sacer. vide Zosimum lib. 2 c. 2 & Politian. Miscell. c. 58. Scribitur & *Tarentus.* Zosimus c. l. ἐν τῷ Τάραντι, utrimque prima vocali. Ovid. Fast. 1 v. 501 *Cui sunt vada juncta Terenti.* Quod hic editi & scripti fere omnes *Tarenti* habent, accusat Heinsius, & Festum in hac voce videre jubet. Adde Stat. 1 Silv. 4 v. 18; & 4 Silv. 1 v. 38.

¶ Terentīnus, a, um, adject. ut, *Ludi Terentini*, qui & seculares dicebantur, & centesimo quoque anno celebrabantur. vid. Auson. Edyll. 4 v. 34; & Angel. Politian. Miscell. c. 58.

TĔRES, ĕtis, quicquid longum & rotundum est, sed sine acuta extremitate, κυλινδροειδὴς, langrund, geschlang. Virg. eclog. 8 v. 16
Incumbens tereti Damon sic cœpit olivæ.
Liv. 25 c. 8 *Telum hastili tereti.* Cic. de opt. gen. Orat. c. 4 *Habere aures teretes, intelligensque judicium*, subtile und fertige ohren. *Oratio teres*, Idem de Orat. 3 c. 5; Horat. 2 sat. 7 v. 68
Fortis & in se ipso totus teres atque rotundus;
id est, æqualis & sibi constans, perfectus. ¶ 2 *Teretia membra*, apud Sueton. Cæsare c. 45, succulenta nec tamen obesa interpretatur Casaubonus. Et ita *teretes suras* Horatius 2 od. 4 v. 21 dixit; apud quem & *teretem puerum* legas epod. 11 v. 41. *Teretem cervicem* apud Lucret. lib. 1 v. 36. Et revera formositatis vocabulum est, & amatorium quamdam pulchritudinem hæc vox significat. Catull. 61 v. 181 *Mitte brachiolum teres.* Compar. Gellius 13 c. 20 *Ciceroni mollius teretiusque visum*, FRETV *scribere, quam* FRETO.

TĔREUS, eos, Τηρεύς, Thracum rex, sceleribus suis notissimus. Fabulam ejus describit Ovid. 6 Metam. v. 455 seqq. vid. Barth. ad Stat. lib. 5 Theb. p. 84.

Tergeminus, Tergeo, Terginus, tergiversor, &c. vide *Geminus, Tergo, Tergum.*

TERGO, tersi, tersum, tergĕre, & Tergeo, tergēre, tertia & secunda conjugatione, significat purgare & nitidum facere, καταμάσσειν, σμήχειν, wischen, trocknen, schmücken. Juvenal. sat. 14 v. 62
Vasa aspera tergeat alter.
Et Cicer. in parad. 5 c. 2 *In familia, qui tergunt, qui ungunt, qui verrunt, qui spargunt* &c.

¶ Tersus, a, um, id est, nitidus, nett, sauber, zierlich. Ovid. 2 Metam. v. 736 *Tersis niteant talaria plantis.*
Statius præfat. lib. 2 Silvarum ad Meliorem suum: *Melior, vir optime, nec minus in judicio litterarum, quam in omni vitæ colore tersissime.* Plaut. Stich. 5, 5 v. 4 de muliere: *Bene lauta, tersa, ornata.*

¶ Tertus, a, um, priscis dicitur pro *Tersus.* Sic apud Nonium c. 2 n. 847 Varro: *Atrei terta nitet galea.* Et Cato: *Alii sunt terti atque uncti.*

¶ Terse, adverb. i. e. purgate, pure, nitide.

¶ Tersus, ūs, subst. das abtrucknen. Apulejus lib. 1 de Asino: *E promtuario oleum unctui, lintea tersui, & cætera huc eidem usui profer ocyter.* Idem Apol. p. 277 *Petere aliquid tersui dentium.*

¶ Tersor, ōris, ein wischer, reiniger. Gloss. gr. lat. καταμάκτης, *Tersor.*

¶ Tersōrium, i, subst. ein wisch. Gloss. lat. gr. *Tersorium*, ἐκμαγεῖον.

Composita:

¶ Abstergo, si, sum, ĕre, & Abstergeo, ēre, abwischen, abtrocknen; item, benehmen. Terent. Eunuch. 4, 7 v. 9 *Qui abstergerem vulnera.* Et Plaut. Asin. 4, 1 v. 52 *Tu labellum abstergeas.* Et, *Labella abstersisti*, Catull. carm. 100 v. 7. Sic, *Abstergere cruorem*, Livius 1 c. 41. *fastidium*, Plin. 20 c. 5; & *metum*, Cic. 9 fam. epist. 16; *ægritudinem*, Idem Topica c. 22; *molestias*, Idem de Senect. c. 1. *Abstergēre sibi mentem*, Lucret. 4 v. 1037. ¶ 2. *Abstergere*, ut & *Detergere*, interdum idem est ac *frangere.* Curt. 9, 9, 16 *Collidi inter se naves, abstergerique invicem remi cœperunt.* vid. ibi Ind. Freinsh.

¶ Abstersus, a, um, abgewischt; ut, *Abstersa fuligo*, Cic. Philipp. 2 c. 36. *Abstersæ lacrymæ*, Curt. 5, 5, 8. *Abstersi oculi amiculo*, Idem 6, 9, 33.

¶ Detergo, si, sum, ĕre, & Detergeo, ēre, abtrocknen; ut, *Detergere mensam*, Plaut. Menæch. 1, 1 v. 2. *Detergere lacrymas*, Ovid. 13 Met. v. 746. Et *Remos detergere* quid sit, vide in *Remus*; & in Parei Lex. Crit. p. 343, die ruder abreissen.

¶ Detersus, a, um, abgerieben, abgewischt. Silius 4 v. 12
Pila novant, ac detersa rubigine sævus
Induitur ferro splendor.

¶ Extergo, si, sum, ĕre, & Extergeo, ēre, auswischen, abtrocknen; ut, *Spongia extergere*, Cato cap. ult. id est, delere. *Exterge tibi manus*, lin-

linteo, Plaut. Mostell. 1, 3 v. 110. Et Vitruvius 7 c. 3 *Vt ea facilius extergeantur.*

¶ Extersus, a, um, gesaubert, ausgewischt; ut, *Eversum atque extersum relinquere fanum*, abgekehrt und ausgefegt, Cic. 2 Verr. c. 21. *Extersum æs*, h. e. expolitum, Plin. 34 c. 9.

¶ Extersus, ûs, die abwischung, abreibung; ut. *Extersui linteum*, h. e. ad extersum comparatum, Plaut. Curc. 4, 4 v. 22.

¶ Pertergo, si, sum, ĕre, & Pertergeo, ēre, wohl abwischen, durchaus trocknen. Columell. 12 c. 9 *vasa pertergere mundâ spongiâ.* Et Horat. 2 sat. 8 v. 11 *Gausape purpureo mensam pertersit.*

Et secunda conjugatione: Lucretius 4 v. 250

Perterget pupillas, atque ita transit:

scilicet Imago. Et ibidem v. 253

Et nostros oculos perterget longior aura.

¶ Retergo, si, sum, ĕre, ausſaubern, reinigen. Ammian. 29 c. 37 (Vales. c. 6) *Retersit obrutas ruderibus fossas.*

Tergoro, are, vide *Tergus.*

TERGUM, i, dorsum, νῶτος, der rücken; ut, *A tergo aliquem adoriri*, Cicer. pro Milone c. 10, von hinten zu. *A tergo, a fronte, a lateribus teneri*, Idem 3 Philipp. c. 12, von allen seiten. *Terga circumire*, posteriores aciei ordines, apud Tacitum Agric. c. 37. *A tergo lupi, a fronte præcipitium*, locutio est proverbialis de duobus certissimis malis propositis & præsentibus. vide Chiliad. *Inambulare manibus ad tergum rejectis*, Asinius Ciceroni 10 fam. epist. 32. *Vertere terga*, id est, fugere, nicht stehen, die flucht geben, Liv. 2 c. 30. *Terga dare*, Virg. 4 Georg. v. 85. *Præstare terga*, dixit Tacitus Agricola cap. 37. Hinc singulari notione *Terga* pro fuga aut cæde militum, uti ex adverso *pectora* pro victoriis, posuit Ovidius 1 Amor. v. 209

Tergaque Parthorum, Romanaque pectora dicam.

¶ 2. Poëtæ etiam de mari, fluminibus & aliis, quæ æquali sunt planicie, usurpant, ut *Dorsum.* Ovid. 1 de Ponto epist. 2 v. 82

Dura meant celeri terga per amnis equo.

Auson. Mosella v 205 *Super amnica terga volantem* &c. Sic, *Dorsum maris*, Virg. Æn. 1 v. 110; & *dorsum nemoris.* Horat. 2 sat. 6 v. 91 dixere. Et Juvencus lib. 1 Hist. Evang. v. 702

nec sentibus uvas

Provenisse unquam ruris post terga notastis.

Quod in primis solenne Avieno est in Periegesi; e. g v. 561

Hadriatica terga. Et v. 594 *Achelous*

Irruit Hadriaci tergum maris.

Et v. 988 *Ægei per terga sali.* ¶ 3. Poëtæ *tergum*, pro *tergore* interdum ponunt: Virg. 1 Æn. v. 367

Mercatique locum &c.

Taurino quantum possunt circumdare tergo.

¶ 4. Item pro *Scutis.* Solebant enim illa tergoribus boum induci. Virg. 10 Æn. v. 718 *Et tergo decutit hastas.* vide Servium, & Nonium c. 4 n. 469.

¶ Tergīnus, a, um, ledern; ut, *Terginum lorum*, i. e. scutica lorea, eine riemerne peitsche: Absolute Plautus Pseud. 1, 2 v. 21 *Nunquam edepol vestrum durius tergum erit, quam terginum meum.* Et Vet. Gloss. *Terginum*, ὠμοβύρσινον. Visus & Lucilius est.

¶ Tergiversor, atus sum, ari, subterfugere, ausflucht suchen, den rücken kehren, sich weigern. Cic. pro Planc. c. 19 *Quid taces? quid dissimulas? quid tergiversaris?* Idem ad Attic. 7 epist. 1 *Tergiversari contra aliquem.* Et, *in re aliqua tergiversari*, in Officiis 2 c. 33.

¶ Tergiversanter, adverb. invite, cum tergiversatione, ungern, unwillig, verweigerlich; ut, *Tergiversanter pugnam inire*, Vellej. Paterc. 1 c. 9 n. 3.

¶ Tergiversatio, ōnis, die ausflucht, weigerung. Cic. pro Milone c. 20 extr. *Quid ergo erat moræ & tergiversationis?*

¶ Tergiversātor, ōris, Arnobius lib. 7 contra gent. p. 247 *Si utique sciebat, tergiversatorem in obsequio futurum, nonne fuerat pronius*, &c. Visus & Gellius lib 11 c. 7 extr.

¶ Postergāneus, a, um, i. e. a tergo vel in tergo existens, rückwertig. Arnob. lib. 4 p. 130 *Si orientem solem respexero, cardo mihi frigoris & septemtrio fit lævus: in quem si ora traduxero, erit mihi sinister occasus, qui ab sole posterganeus habebitur.*

TERGUS, ŏris, corium, ein fell, eine haut. Varro L. L. 4 c. 22 *Tergus suis ab eo, quod eo tegitur.* Virg. Æn. 1 v. 21

Tergora diripiunt costis, & viscera nudant,

sie streiffen, ziehen die haut ab, 2c. Plinius 8 c. 10 de elephantis: *Durissimum dorso tergus, ventri molle.*

¶ Tergŏro, are, tergus novum inducere, mit einer haut überziehen. Plinius 8 c. 52 de aptis loquens: *Maribus in coitu plurima asperitas. Tunc inter se dimicant indurantes attritu arborum costas, lutoque se tergorantes.*

Termentarium, termentum, vide in *Tero.*

TERMES, ĭtis, τέρμις, ramus olivæ, sicut vitis palmes est, ein zweig vom ölbaum. Horat. epod. 16 v. 45

Germinat & nunquam fallentis termes olivæ.

Vbi vetus Scholiast. TERMITES *proprie dicuntur caules, thyrsi seu rami olearum.* Vet. Gloss. TERMES *proprie dicitur caulis aliarum arborum.* Festus tamen quemlibet ramum accipit. Cujus verba ista sunt: TERMES *ramus decerptus ex arbore, nec foliis repletus, nec nimis glaber*, ein abgebrochener ast. Sed termitem etiam de virga thurifera Gratius dixit, Cyneget. v. 132

Termes at Eois descendet virga Sabæis,

Mater odorati multum pulcherrima thuris.

Vbi nota, duo vocabula *Termitem, virgam*, pro uno posuisse antiquorum more, de quo Ausonius Popma de Vsu antiquæ locutionis lib. 2 cap. 10.

¶ Termitĕus, a, um, abgebrochen. Idem Gratius Cyneg. v. 446

Emicat ipse mane ramum pallente Sacerdos

Termiteum quatiens; id est, oleaginum.

TERMĬNUS, i, Τέρμων, Deus tutelaris finium agrorum apud antiquos, qui solus Jovi cedere noluit. vid. Lactantius 1 c. 20; & Ovid. 2 Fast. v. 50, & v. 641. Vnde dies, quo sacra ei mense februario fiebant, *Terminalia* appellatus. ¶ 2. *Terminus*, lapis, vel arbor &c. qua fines agrorum distinguebantur, græce τέρμα, ein grentzstein, marckstein, 2c. Vetus Gromaticus apud Rigaltium p. 296 sic dictum putat, quod *terræ mensuras distinguat & declaret.* Cic. Acad. 4 c. 43 *Est inter eos non de terminis, sed de possessione contentio*, nicht um die grentzen 2c. Sic, *Certos fines & terminos sibi constituere*, Idem pro Quintio c. 10. *Omnium ætatum certus est terminus*, Idem de Senect. c. 20. Silius 3 v. 134 *Et pace & bello cunctis stat terminus ævi,*

Extremumque diem primus tulit.

Terminorum rationem aurea ætate ignoratam atque sub Jove demum inventam fuisse, Tibullus lib. 3 eleg. 3, & alii poëtarum, qui auream ætatem depinxerunt, prodiderunt. Vide & Magonem Fragmentis Terminal. p 265, ubi & de religione Terminorum habes: de qua & Siculus Flaccus de Condit. agrorum legi potest p. 6. ¶ 3. Ponitur & *Terminus* pro rei cujuslibet fine, das ende; ut, *Terminus contentionum*, Cicer. 6 fam. epist. ult. *Termini vitæ*, Idem pro Rabir. perd. c. 10. *Malorum terminus*, apud Lucretium 3 v. 1033.

¶ Termĭnālis, e, zum ende oder grentzen gehörig; ut, *Lapis terminalis*, Ammian. 18 c. 4. *Terminales palos figere*, Tertullian. de Jejuniis c. 11. Sic, *Terminalis sententia*, das endurthel, Lege fin. Cod. de compensat.

¶ Termĭnālia, ium, subst. festus dies, Deo Termino sacer. vide supra in *Terminus.* Adde Cic. 12 Philipp. c. 10; & Alex. ab Alex. lib. 2 Gen. Dier. c. 22. Horat. epod 2 v. 59 *Vel agna festis cæsa terminalibus.*

¶ Termĭno, avi, atum, are, terminos vel fines constituere, finire, umgrentzen, beschliessen. Virg. 1 Æn. v. 287

Imperium oceano, famam qui terminet astris.

Cic de Senect. c. 23 *Iisdem finibus gloriam suam, quibus vitam, terminare.* Idem pro Marcello c. 11 *Vt, unde est orsa oratio, in eodem terminetur*, daß sie sich allda endige. Et Seneca epist. 9 *Sapiens omne intra se bonum terminat.*

¶ Termĭnātus, a, um, circumscriptus, conclusus, finitus, umschrieben, eingeschrenckt, geendet. Cic. de Fin. 1 c. 13 *Divitias & parabiles & terminatas habet.* Idem 3 fam. epist. 12 *Imperio annuo terminato.*

¶ Terminate, adverb. auf ein gewisses ziel. Sic vetus Gromaticus Gœsii p 243 *Terminate finem constituimus.*

¶ Termĭnātus, i, subst. pro termino, apud Frontinum de Aquæduct. p. 262. conf. Voss. de Vit. L. L. 3 c. 52, & Salmas. in Spartiani Ælium Verum.

¶ Termĭnātio, ōnis, die endung. Gruter. Inscript. p. 197 n. 5 de riparum reparatione: SECUNDUM PRAECEDENTEM TERMINATIONEM PROXIM. CIPP. &c. Adde p. 198 n. 2. ¶ 2. Distinctio, discretio, die entscheidung; ut, *Terminatio aurium*, Cic. in Oratore c. 53, das urtheil der ohren. Et Vitruv. præfat. lib. 7 *Agendæ vitæ terminationes finire.*

¶ Termĭnātor, ōris, ein grentzscheider, zielsetzer. Gloss. gr. lat. ὁροθέτης, *Terminator.*

¶ Termo, ōnis, & Termen, ĭnis, veteribus etiam dictus est *Terminus*, der grentzstein. Festus: *Termonem Ennius græca consuetudine dixit, quem nos nunc terminum, hoc modo:*

Ingenti vadit cursu, qua redditu' termo est.

Et Idem: *Hortatore bono prius', quam jam finibu' termo est.*

Varro de L. L. 4 c. 4 *Terminus in Latio aliquot locis dicitur, ut apud Accium non terminus, sed termen.*

Composita:

¶ Adtermĭno, are, terminis circumscribere, definire, ein ziel setzen. Arnobius lib. 3 p. 107 *Deos filo adterminatis humano.*

¶ Amtermĭni, orum, qui circa terminos populi Rom. viciniæ manebant, Græcis ἀμφιτέρμονες, Cato in Origin. apud Festum.

¶ Contermĭnus, a, um, nahe, grentzend, angrentzend; unde *contermini*, finitimi dicuntur & vicini, die nachbarn, die an einander stossen; apud Plinium sæpe: ut, *Contermina Iudæa gens* &c lib. 12 c. 8. Et, *Ponto contermini Scythæ*, Idem lib. 3 c 26. *Contermina Scythiæ Germania*, Idem lib. 8 c. 15. Et, *Alexandria Africæ contermina*, Mela lib. 1 c. 9 extr.

¶ Contermĭno, are, angrentzen. Ammian. 14 c. 6 *Per municipia, quæ iisdem conterminant.* Idem 23 c. 24 *Quibus Arabes beati conterminant.*

¶ Determĭno, avi, atum, are, terminis & limitibus designare, bezeichnen, bestimmen, ziel oder grentze setzen; ut, *Determinant sibi spatia aquilæ*, Plin. 10 c. 3. Et Livius 1 c. 18 *Regiones ab oriente ad occasum determinavit.*

¶ Determĭnātus, a, um, abgezweckt, bestimmt; ut, *Determinatus cursus.*

¶ Determĭnātio, ōnis, die abzeichnung; ut, *Determinatio mundi*, Cic. de Nat. Deor. 2 c. 40. Idem de Invent. 1 c. 52 *Exitus & determinatio orationis*, conclusio, der beschluß, das ende.

¶ Determinator, ōris, ein zielsetzer. Tertullian. de Pudicit. c. 11 *Spiritus Sanctus disciplinæ determinator.*

¶ Determinabilis, e, das ein ziel hat. Tertull. adversus Hermogenem c. 41 *Materia determinabilis.*

¶ Indeterminabilis, e, ungemessen. Tertull. 1 adv. Marcion. c. 9 *indeterminabiles quæstiones.* Adde adversus Hæreticos c. 7.

¶ Indeterminatus, a, um, idem. Cassiodorus Regiarum lib. 3 epist. 52 *Hoc egit illa disciplina mirabilis, ut indeterminatos agros ratione certa distingueres.* Et Tertullianus adv. Valentinianos c. 3 *indeterminatæ genealogiæ.*

¶ Distermĭno, are, dividere, scheiden, unterscheiden; ut, *Arabia Judæam ab Ægypto disterminat*, Plinius 11 c. 21. Et Apulejus de Mundo p. 58 *Luna altitudinis aëreæ principia disterminans.* Gloss. Cyrill. *Distermino*, διορίζω.

¶ Disterminatus, a, um, unterschieden. Plin. 4 c. 20 *Disterminati ab Asturia Vectones.*

¶ Disterminator, ōris, ein unterscheider. Apulejus de Mundo post princip. *Axis, divisor & disterminator mundi, orbem terræ in medietate constituens.*

¶ Dister-

¶ Distermĭnus, a, um, i. e. disterminatus, separatus. Silius 5 v. 400
Audit Tartessus, latis distermina terris.
Barthius Advers. lib. 10 c. 24 extr. Glossarium allegat, quo *Disterminus* exponitur *longe abscedens.*

¶ Extermino, are, extra terminos ejicere, ausschliessen, verjagen, austreiben; ut, *Expellere, exterminare & ejicere ex urbe virtutem*, Cic. pro Milon. c. 37. *Exterminare urbe atque agro*, Idem 1 Nat. Deor. c. 23, ausjagen, landes verweisen. *Ex numero hominum ejicere, & ex finibus humanæ naturæ exterminare*, Idem in Philippica 13 c. 1.

¶ Exterminatus, a, um, ausgejagt, vertrieben. Nonius c. 1 n. 110 *Exterminatum est extra terminos missum.* Cic. pro Domo c. 55 *Respublica exterminata mecum.*

¶ Exterminator, ōris, eversor, vertreiber, verstörer. Cic. pro Domo sua c. 54 *Ante oculos exterminatoris sui obversari.*

¶ Exterminatōrius, a, um, ausrottend; ut, *Operationes malæ & exterminatoriæ*, Irenæus 4 c. 41.

¶ Exterminus, a, um, ausser landes. Tertullian. de Sodoma c. 3
Atque hinc exterminus ito.

¶ Exterminium, i, expulsio, eversio, die verjagung, austreibung; Tertulliani est adv. Valentinianos c. 16, & Ambrosii ad Virginem lapsam, cap. ult. & Augustini 2 Confession. c. 4 extr. & Gloss. lat gr. *Exterminium*, ἀφανισμός.

¶ Inexterminābĭlis, e, unausrottlich, Vulg. Interpr. Sap. c. 2 v. 23, & Claud. Mamert. 2 c. 10.

¶ Intermināτus, a, um, sine termino, infinitus, unendlich; ut, *Immensa & interminata in omnes partes magnitudo regionum*, Cic. de Nat. Deor. 1 c. 20. Apulejus de Mundo extr. *Non est in hoc mundo aliquid interminatum.* Et Vellej. 2, 33, 2 *Interminata cupiditas imperii.*

¶ Interminus, a, um, idem; ut, *Oceanus interminus*, Avienus Perieg. v. 74. Et Prudent. Hymno Epiphaniæ:
Illustre quiddam cernimus,
Quod nesciat finem pati,
Sublime, celsum, interminum,
Antiquius cælo & chao.
Idem lib. 2 adv. Symmach. v. 106 *longis intermina seclis.*
Et Ausonius epist. 16 v. 38 *Perge, ô libelle, & utere*
Felicitate intermina

¶ Interminabĭlis, e, idem. Hieronymus epist. 132 ad Vitalem: *Interminabiles genealogiæ & judaicæ fabulæ.* Et Sidonius 2 epist. 7 *interminabile jurgium.* Et Augustinus de Civ. Dei 19 c. 11 *pœnæ impiorum interminabiles*, unaufhörlich.

¶ Protermino, are, id est, propagare, promovere, fortrücken; ut, *Fines usque & usque proterminare*, Apulejus lib. 9 p. 235. Et Sidon. 3 epist. 1 *Veterum finium limitibus effractis, metas in Rhodanum Ligerimque proterminant.*

Ternarius, Ternideni, Ternus, vide *Tres, Decem, Tres.*

TĔRO, trīvi, trītum, tĕrere, τρίβειν, tundere est, reiben, zerstossen; ut, *Lapis lapidem terit*, Plautus Asin. 1, 1 v. 18. ¶ 2. Sed, *Terere tempus, otium*, est consumere, die zeit zubringen: Livius 21 c. 48 *Nullo satis digno moræ pretio tempus terunt.* Et Cic Philipp. 5 c. 11 *Teretur interea tempus, belli apparatus refrigescent*, die zeit wird drüber hingehen. Sic, *Ætatem in rebus discendis terere*, Idem de Orat. 3 c. 31. Et Livius 1 c. 57 *Regii juvenes otium conviviis, comessationibusque inter se terebant.* ¶ 3. Item, brauchen, gemein machen; e. g. *Hoc verbum satis hesterno sermone trivimus*, Cic. Acad. 4 c. 6. Et de Finibus 3 c. 4 *Rerum nomina novarum consuetudo diuturna trivit.*

¶ Trītus, a, um, zerrieben, zermalmet; item, brauchbar; ut, *Iter tritum*, Cic. 1 Philipp. c. 3, eine gebahnte strasse. *Tritum sermone proverbium*, Cicero 1 Offic. c. 10. *Usitatius verbum & tritius*, Idem 1 Acad. c. 7. Et, *Tritior mos*, Plin. 33 c. 12, ut in MSS. est. vide Harduinum. Et Hieronymus epist. 2 ad Nepotianum: *Senectus ætate fit doctior, usu tritior, processu temporis sapientior.* Superlat. *Tritissima via*, Seneca de Vita beata c. 1.

¶ Trītus, ûs, subst. die reibung. Cic. de Nat. Deor. 2 c. 9 *Lapidum conflictu atque tritu elici ignem videmus.* Et Lactantius 6 c. 4 sect. 6 *Tritu pedum.*

¶ Tritūra, æ, trituratio, das dreschen. Columell. 1 c. 16 *Glebulas per trituram terrena remittit area.*

¶ Tritor, ōris, qui terit, ein reiber. Plaut. Persâ 5, 2 v. 17 *tritor stimulorum.* Et Plin 35 c. 11 *tritor colorum.*

¶ Tritūro, are, terendo excutere frumenti grana, dreschen. Sidon. 7 epist. 6 *Triturari variis passionum flagellis.*

¶ Triticum, & Tribula, &c. vide infra suis locis

¶ Termentum, i, pro eo, quod nunc dicitur *Detrimentum*, utitur Plautus Bacch 4, 9 v. 5. conf. Festus & Parei Lex. Crit. p. 1232.

¶ Termentārium, i, linteum, quo teritur corpus, ein reibtuch, Varro de L. L. 4 c. 4.

Composita:

¶ Attĕro, trīvi, trītum, ĕre, anreiben, abreiben; ut, *Anguillæ atterunt se scopulis*, Plin. 9 c. 51. *Asini atterunt se spinetis*, Idem lib. 10 c 74. ¶ 2. *Atterere alicujus famam*, per metaphoram, Sallustius Catilin. c. 16, verkleinern. Et Apulej. lib. 11 *Viriculas patrimonii peregrinationis attriverant impensæ.*

¶ Attrītus, a, um, aufgerieben; ut, *Attrita bellis Æthiopia*, apud Plin. 6 c. 29. *Attritæ opes*, pro imminutæ, apud Livium sæpe. Sed ¶ 2. *Attrita toga*, ein abgetragener, abgenützter rock, lacera. Martialis 14 epigr. 125 *Attrita veniet sportula sæpe toga.*
Virgilius in Sileno v. 17 *Et gravis attrita pendebat cantharus ansa.*
Comparative, *Mentum simulacri Herculis paullo attritius*, dixit Cicero in 6 Verrina c. 43.

¶ Attrītus, ûs, ui, die anreibung, abnützung. Plin. 9 c. 45 *Pisces attritu petræ scalpentes pruritum* Idem lib. 28 c. 16 *Attritus calceamentorum*, das drücken der schuhe. Solinus c. 52 [al. 65] sub finem: *gemma ad calorem digitorum attritu excitata.* Et Seneca de Ira 3 c. 4 *Apri tela sua attritu acuentes.*

¶ Contĕro, trīvi, trītum, ĕre, terendo comminuere, seu in pulverem redigere, zerreiben; ut, *Conterere radicem in pulverem*, apud Plin. 26 c. 11. Et Plaut. 2, 3 v. 65 *Conteres tu tua me oratione mulier*, id est, enecabis. ¶ 2. Sed, *Conterere diem, noctem, ætatem, tempus, otium, operam*, metaphorice, zubringen die zeit, &c. Sic Terent. Hecyr. 5, 3 v. 17 *Cursando atque ambulando totum hunc contrivi diem.* Idem Phorm. 1, 4 v. 32 *Quid conterimus operam frustra?* Et Adelph. 5, 4 v. 15 *Contrivi in quærendo vitam atque ætatem meam.* Sed, *Otium & tempus in studiis conterere*, Cic. de Amicit. cap. ult.

¶ Contrītus, a, um, zerknirscht, zerstossen; ut, *Herba cum caseo in vino contrita*, i. e. comminuta, Plin. 20 c. 13. Sed, *Communia & contrita præcepta*, i. e. vulgata, allgemeine lehren, Cic. de Oratore c. 31.

¶ Contritio, ōnis, tritum notumque Theologis vocabulum, die zerknirschung. Et Vet. Gloss. *Contritio*, σύντριψη. Et Lactantius 7 c. 18 *Erit pressura & contritio.*

¶ Contrītor, ōris, ein zerreiber. Convicium in servos apud Plautum Pers. 3, 3 v. 14 *Compedum contritor*, der fußeisen trägt.

¶ Detĕro, trīvi, trītum, ĕre, ausreiben, zerreiben; ut, *maribus deterere frumenta*, Colum. 1 c. 6. *Usu aliquid deterere*, Quintil 2 c. 4, abnützen. *Laudes alicujus culpa deterere ingenii*, Horat. 1 od. 6 v. 11.

¶ Detrītus, a, um, abgerieben, abgenützt; ut, *A catena collum detritum canis*, Phædr. 3, 8 v. 16. Translate Gellius 15 c. 30 *Ab alio vitæ genere jam detritus.*

¶ Detrīmentum, i, contrarium est *emolumentum*, der schade, verlust. Terent. Hecyr. 2, 1 v. 37 *Sat scio, peccando detrimenti nihil fieri potest.* Sic, *Detrimentum accipere*, Cic pro Lege Manil. c. 6, schaden nehmen. *Importare*, Idem 1 de Orat. c. 9; *inferre*, Cæsar 2 B. Civil. c. 2, schaden zufügen. *Provideant Coss. ne quid respubl. detrimenti capiat*, solennis formula, qua summa potestas Coss. tribuebatur: vide Brissonium in formulis: Adde ex veteribus Sallust. Catilin. c. 29, & Livium 3 c. 4.

¶ Detrimentōsus, a, um, quod detrimentum adfert, schädlich, nachtheilig. Cæsar 7 B. Gall. c. 33 *Cæsar a bello atque hoste discedere detrimentosum esse existimabat.*

¶ Detrimentābĭlis, e, schädlich. Gloss gr. lat. βλαβερός, *detrimentabilis, nocibilis.*

¶ Detĕrior, us, & Deterrimus, a, um, a *deter* obsoleto, ärger, schlimmer. Cic. 2 Nat. Deor. c. 34 *Sæpe quod quis corrigere vult, deterius facit*, das macht er ärger. Et, *Esse deteriore jure*, Cic. pro Cæcin. c. 7, es schlimmer haben. *Deteriores omnes sumus licentiâ*, Terent. Heaut. 3, 1 v. 74. Et Quintil. 1 c. 1 *Hæc ipsa magis pertinaciter hærent, quæ deteriora sunt.* ¶ 2. Aliquando *Deterior*, minor, inferior, infirmior, seu impar est, geringer, schwächer. C. Nepos Eumene c. 3 extr. *Effecit etiam illud locorum præoccupatione, ut equitatu potius dimicaret, quo plus valebat, quam peditatu, quo erat deterior.* Cic. Philipp. 8 c. 1 extr. *Res verbo fieri interdum deterior solet.* Plaut. Epid. 3, 4 v. 10
Strenuiori deterior si prædicat
Suas pugnas, de illius ore fiunt sordidæ.
Cicero de Amicit. c. 16 *finis deterrimus.* Idem de opt. gen. Orat. c. 1 *Perspicuum est, quod optimo dissimillimum sit, esse deterrimum.* Et 2 Verrina c. 16 *homo deterrimus & impudentissimus.*

¶ Deterius, advérb. ärger, schlimmer. Cic. 1 de Fin. c. 3 *Ex eo credo quibusdam venire usu, ut abhorreant a Latinis, quod inciderint in inculta quædam & horrida, de malis Græcis latine scripta deterius.*

¶ Deteriōro, are, posterioris latinitatis verbum, deterius facere, verschlimmern. Claud. Mamertus 1 de Anim. c. 3 *Quicquid deteriorari potest, & corrumpi profecto potest*; & cap. 14 *Non ad creaturam deteriorabitur creator immutabilis.* Ambrosius epist. 3 ad Simplicianum: *Vase fœtido vel oleum vel vinum facile corrumpitur ac deterioratur.*

¶ Deterioratus, a, um, verschlimmert; ut, *Deterioratæ rei æstimatio*, Symmachus 4 epist. 68.

¶ Distĕro, ĕre, zerreiben, zerstossen. Cato de Re Rust. c. 75 *Bene disterere in mortario.*

¶ Extĕro, ĕre, heraus stossen; ut, *Grana exterere e spica*, ausdreschen, die körner aus der ähren ausreiben, Varro R. R. 1 c. 52. *Alvus calore multo cibum exterit*, Cic. 2 de Nat. Deor. c. 54. *Litteram exterere*, i. e expungere, apud Varronem de L. L. 4 c. 19. Quintil. 10 c. 4 extr. *Opus poliat lima, non exterat.* Phædr. 1, 22 v. 9 *Calcibus frontem exterere*, das gesicht zertreten.

¶ Extrītus, a, um, heraus getrieben; ut. *Extritus validis viribus ignis*, Lucret 5 v. 1097. *Extrita syllaba* (κατὰ συγκοπήν,) Quintil. 9 c. 3.

¶ Intĕro, trīvi, trītum, ĕre, intra aliquid terere, einreiben, einbrocken. Terent. Phorm. 2, 1 v. 4 *Tute hoc intristi, tibi omne est exedendum*; hoc est, consilium perniciosum, cuique auctor tu fuisti, periculo tibi tuo expediendum est, vid. Chiliad.

¶ Intrītus, a, um, eingebrockt; ut, *Panis in lacte intritus*, eine milchmehrte, Varro R. R. 2 c. 9.

¶ Intrīta, æ, subst. & Intritum, i, eine geriebene salsen, eingebrocktes. Plin 9 c. 8 *Intrita panis e vino*, eine wein-mehrte. Celsus 3 c. 19 *Ad vinum festinare non oportet, si verendum, ut deficiat, tum & intrita ex hoc & hoc ipsum, austerum quidem, sed tamen meracum* (dandum est.) ¶ 2. *Intrita* etiam *calcis* dicitur mixta illa & confecta materia, quæ albaria & tectoria præbet, eingemachter kalck. Legitur apud Columell. Varr. & Vitruvium. Et Plinius 36 c. 23 *Intrita quo vetustior, eo melior.* Apud eumdem lib. 35 c. 13 est *Intritum.* ¶ 3. Et terra, seu lutum illud quidem, *Intrita* dicitur, manibus subactum, quo oblinuntur surculi insiti, ein pflaster zum pfropffen. Plin. 17 c. 16 *Intritâ oblini.*

¶ Intrimentum, i, idem; ut, *Sapidissimis succum intrimentis conditus*, Apulej. Met. lib. 10.

¶ Intertrīgo, ĭnis, vitium, seu malum illud est, cum pes pedem, vel ungula ungulam atterit, aut cum equi dorsum equitatione atteritur, was sich wund gerieben. Vet. Gloss. *Intertrigo*, παράτριμμον, der wolff. Plinius 20 c. 14 *Intertrigines menta prohibet.* Ubi Harduinum vide. Et lib 24 c. 4 *Nucleus gallæ sedat intertrigines.* Varro Lat. Ling. 4 c. 36 deducit a *terendo*, sive *ab eo, quod duo inter se trita & diminuta sint.*

¶ Intertrimentum, i, idem fere quod detrimentum, schaden, einbuß. Terent. Heaut. 3, 1 v. 39 *Nunc sine magno intertrimento haberi non potest.* Ad quem locum Schol. Eugraph. INTERTRIMENTA *sunt, quæ intus terendo damna perficiunt*, Vet. Gloss. *Intertrimenta*, ἀπουσίαι. vide & Varron. 4 de L. L. c. 36. Asconius in illud Cicer. Verr. 3 c. 50 *Cum eo sine ullo intertrimento convenerat: Detrimentum*, inquit, *unius partis esse potest; Intertrimentum vero dantis & accipientis.* Secundum quod Cicero *intertrimentum* pro communi conficiendi alicujus negotii jactura posuit. ¶ 2. Livius evanidam argenti partem, quæ in excoctione deperit, *intertrimentum* dixit lib. 32 c. 2 *Quia argento non probo pars quarta decocta erat, quæstores pecunia Romæ mutuo sumta intertrimentum argenti suppleverunt*, den abgang. ¶ 3. Sic & in aliis rebus *Intertrimentum* dicitur, quicquid in usu earum & tractatione deperit, was abgehet, eingehet, sich einnisset.

¶ Intertritūra, æ, idem quod *intertrimentum*, Scævola Lege 43 § 1 Digest. de Pignor. act.

¶ Obtĕro, trivi, trītum, ĕre, zerquetschen, ertreten. Sueton. Nerone c. 5 *Sed & in via Appia vico repente puerum citatis jumentis haud ignarus obtrivit.* ¶ 2. Vtuntur eo magna ex parte metaphorice; ut, *Obterere atque contundere calumniam*, Cic. pro Cæcin. c. 7. Et Vatinius Ciceroni 5 fam. epist. 9 *Prosternere atque obterere obtrectationes, & invidias malevolorum*, unterdrucken, dämpffen. *Laudes majorum obterere*, Declam. Antequam iret &c. *Majestatem populi Rom. senescentem obterere*, Livius 23 c. 43. *Obteritur religio pedibus subjecta*, Lucret. 1 v. 79.

¶ Obtrītus, a, um, zerquetscht, erdruckt, zertreten. Cic. de Orat. 2 c. 86 *Non posse obtritos internoscere.* Lucret. 3 v. 907 *Obtritus pondere terræ.*

¶ Obtritus, ûs, subst. die zertretung, zerquetschung. Plin. 18 c. 28 *Herbæ obtritu hebetantur.*

¶ Pertĕro, ĕre, zerreiben. Colum. 12 c. 38 sub fin. *Cum siccaverunt, perterunt.* Et mox: *Per lineum fiscum, quod pertriverant, exprimunt.*

¶ Pertrītus, a, um, zerrieben, ausgepreßt. Colum. 8 c. 5 *Vva pertrita, & cum aqua potui data.* ¶ 2. Notat vulgare, & usu valde tritum, gemein, abgedroschen. Seneca Controvers. 18 p. 250 *Vulgaris in ejusmodi controversiis & pertrita quæstio.*

¶ Prætĕro, ĕre, antea terere aut absumere, vorher abnützen. Paulinus Nolanus epist. 29 [al. 10] ad Severum c. 5 *Fateor ausum me, ut tunicam, quamvis illico, ut acceperam, tibi destinatam, meo tamen vestitu initiando prætererem*, daß ich das kleid vorher etwas abtrüge. Est etiam apud Plinium 11 c. 37 sect. 63 *prætrivit*, sed Harduino suspecta lectio est. vide ipsum p. 557.

¶ Prōtĕro, trīvi, trītum, ĕre, conculcare, zertreten. Plin. de elephantis lib. 8 c. 1 *Prosternunt acies, proterunt armatos.* Cæsar 2 de B. C. c. 41 *At equitatus ab utroque cornu circumire aciem nostram, & aversos proterere incipit.* Et Horatius 4 ode 7 v. 9 *Ver proterit æstas.* Et, *Proterere & conculcare aliquem*, Auctor ad Herenn. 4 c. 53.

¶ Protrītus, a, um, zertreten, niedergeschlagen; ut, *Protritum & corruptum frumentum*, Liv. 34 c. 26. *Protritæ arbores, fruges*, Tacit. Hist. 2, 70, 2. *Protrita acies*, Idem Hist. 2, 26, 1.

¶ Protrimentum, i, quod terendo minutum est, zerbrocktes. De edulio Apulejus Met. lib. 8 extr. *In protrimentis sapidissime decoctus.*

¶ Retrimentum, i, cujuslibet rei excrementum, koth, hefen, unflat; ut, *Retrimentum olei*, Varro de Re Rust. 2 c. 64 &c. ¶ 2. In animalibus quoque omnia excrementa, tam sicca, quam humida *retrimenta* appellantur. Macrob. 7 Saturn. c. 4 *In ventre fit prima digestio, virtute ἀλλοιωτικῇ in succum vertente quidquid acceptum est. Cujus fæx retrimenta sunt, quæ per intestina, inferiore orificio tradente, labuntur.* Et ejusdem libri c. 15 *Vrina est retrimentum potûs.*

¶ Semitrītus, a, um, geschroten, halb zermalmet; ut, *Semitrita frumenta*, Colum. 1 c. 6; & Pallad. 1 tit. 36.

¶ Subtĕro, ĕre, comminuere, drunter reiben. vid. Colum. 12 c. 5. Item, zerstossen; ut, *Boves subterunt pedes*, sie treten die füsse stumpff, treten sie ab, Cato R. R. c. 72. Vnde

¶ Subtrītus, a, um, abgenützt, abgestumpfft. Plautus Asinar. 2, 2 v. 73 *subtritæ ungulæ.*

TERPANDER, sive Terpandrus, i, Τέρπανδρος, Lesbius, poëta lyricus, qui lyrici carminis canonem primus scripsit auctore Suida.

TERPNUS, i, Τέρπνος, Neronis citharœdus, apud Sueton. c. 20.

TERPSICHORE, es. Τερψιχόρη, una ex Musis, ex eo dicta, quod delectet, vide *Musa* & Juvenal. sat. 7 v. 35.

TERRA, æ, elementum, mundi centrum, in medio mundi pendens, globosum, die erde. *Terra*, ut Ælius, & ex eo Varro de L. L. 4 c. 4 scribit, *dicta ab eo quod teritur; itaque* TERA *in augurum libris scripta cum R uno*, &c. *Terra pilæ similis*, ut Ovid. dixit 6 Fast. v. 269. De natura & forma terræ Plinius 2 c. 63. Ei maternæ venerationis nomen inditum. vid. Plin. ibid. Livius 5 c. 54; Lucret. 2 v. 598; Brisson de Formul. lib. 1 p. 49. ¶ 2. Sed, *Terra hostilis*, Lucan. 2 v. 89, der feinde land. *Ex ultimis terris mittere*, Cic. 1 fam. epist. 9, von der welt ende her. *Terra marique aliquem conquirere*, Vatinius Ciceroni 5 epist. 9, zu land und wasser. ¶ 3. *Terræ filius* dicitur, cujus genus incertum est, ein unbekandter, Liv. 1 c. 8; Tertull. Apolog. c. 10. vide Chiliad. Ipse Cic. ad Att. 1 epist. 13 *Huic terræ filio nescio cui committere epistolam tantis de rebus non audeo.* conf. Idem 7 fam. epist. 9; & ibi Manut. & Pers. sat. 6 v. 59. *Terram video*, id est, finem prolixi laboris adesse sentio. vide Chiliadas. ¶ 4. *Terræ* sæpe homines vel humana negotia, vel vitam indicant. Statius Thebaid. lib. 1 v. 179 *tibi summe Deorum,*

Terrarumque sator, sociis hanc addere mentem Sedit.

Claudianus in Eutropium lib. 1 v. 157

Quam bene dispositum terris, ut dignus iniqui
Fructus consilii primis auctoribus instet?

Virgilius eclog. 4 v. 14

Te duce si qua manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetua solvent formidine terras.

¶ 5. Terræ, ut *humi*, in morem adverbii, Stat. lib. 7 Thebaid. v. 755 *Sternuntur terræ*, i. e. in terram.

¶ Terrŭla, æ, dimin. Lege un. Cod. de Thesauris, *in alienis terrulis opes abditas perscrutari.*

¶ Terreus, a, um, irden, aus erde gemacht. Colum. 1 c. 6 sed plerique libri habent *Terrenum solum.* Tamen Glossæ Philoxeni: *Terreum*, ἐκ γῆς. Etiam compositum *Subterreus* aliquid confert, de quo post paullo dicemus.

¶ Terrēnus, a, um, irrdisch, zu lande; ut, *Animal terrenum*, Plin. 9 c. 29. *Iter terrenum*, der weg über land, Idem lib. 6 c. 17. *Humor terrenus*, Cic. 2 Nat. Deor. c. 16. ¶ 2. Aliquando *Terrenum* & substantive pro *terra* ponitur. Columella 2 c. 2 *Callidissimi rerum rusticarum tria genera terreni esse dixerunt.*

¶ Terrester, stris, stre, idem; ut, *Terrester populus*, Florus 2 c. 2 n. 4. *Animal terrestre*, Plin. 10 c. 62, quod in terra degit. *Præsidium terrestre*, Cic. 5 Verr. c. 1; *prælium terrestre*, quod navali opponitur, Nepos Alcib. c. 5 n. 5. *Iter terrestre*, Hirt. B. Alexand. c. 25. *Terrestres exercitus*, Nepos Themist. c. 2 n. 5. ¶ 2. *Terrestris cœna*, apud Plaut. Captiv. 1, 2 v. 80 eleganter dicitur, in qua nihil appositum, quam quod de terra natum est, ut sunt herbæ, olera, poma &c. Horatius *Cœnam sine sanguine* vocat, aus der erden gewachsen.

¶ Territōrium, i, ein gebiet, die landschafft, so weit eine stadt zu gebieten hat. Cic. 2 Philipp. c. 40 *Territorium coloniæ minuere.* Varro de L. L. 4 c. 4 *Colonis locus communis, qui prope oppidum relinquitur* TERRITORIUM, *quod maxime teritur.* Servio ad illud Virg. Æn. 5 v. 755 *urbem designat aratro*, ob veterem civitates condendi morem *Territorium* est quasi *Tritorium*, *tritum bobus & aratro.* Frontino de Limit. Agr. p. 42 *Territorium est, quicquid hostis terrendi caussa constitutum est.* vid. plura apud Siculum Flaccum p. 3, p. 23 &c. & Voss. Etymol. p. 516.

¶ Territoriālis, e, zum gebiet gehörig; ut, *Termini territorialis*, apud Aggenum in Front. de Limit. Agr. c. p. 47.

¶ Terrōsus, a, um, terræ plenus, voll erde. Vitruv. 2 c. 4 & 6 *Arena terrosa.*

¶ Terrŭlentus, a, um, e terra, irrdisch, irden. Prudent. Hamartig. præf. v. 5 *Hic terrulentis, ille vivis fungitur*, scil. *fructibus.* Et Peristeph. 2 v. 195 *Quod terrulentum ac sordidum flammis necesse est decoqui.*

¶ Terrŭlente, adverb. terreno modo, irrdischer weise. Prudent. in Romano v. 378 *Rem spiritalem terrulente quærere.*

¶ Terricŏla, æ, habitator terræ; poëticum, ein einwohner der erden. Apulejus etiam de Deo Socrat. Dæmonas *vectores inter terricolas cælicolasque* nuncupat.

¶ Terrigĕna, æ, apud poëtas passim, pro homine, ein mensch aus der erden; speciatim pro gigantibus, quos terrâ procreatos fingunt, Lucanus 3 v. 316 *Aut si terrigenæ tentarent astra gigantes.*

¶ Terrigĕnus, a, um, adject. irrdisch; ut, *Aquigena & terrigena animalia*, Tertull. adv. Marc. 2 c. 12. *Domus terrigenæ majestatis*, Prudentius 1 contra Symmach. v. 189. Et Fortunatus 1 carm. 10 de S. Nazario: *Semine terrigeno terrenis usibus exsors.*

¶ Terræmōtus, ûs, subst. das erdbeben; ut, *Conquassari maximis terræmotibus*, Cic. de Divinat. 1 c. 43. *Terræmotus genera* Ammianus recenset lib. 17 c. 16: *Brasmatias*, qui moles immanes propellunt sursum: *Chasmatias*, qui voragine subita absorbent terrarum partes: & *Mycematias*, qui mugitu quodam terræ viscera quatiunt. Quæ genera & Cicero expressisse videtur in Divinat. lib. 1 c. 18 *Cum terræ sæpe fremitus, sæpe mugitus, sæpe motus prædixerint.* ¶ 2. Legitur & separatim, interpositis distinctionibus. Plin. 2 c. 84 *Maximus terræ, memoriâ mortalium, exstitit motus Tiberii Cæsaris principatu, XX urbibus Asiæ una nocte prostratis.*

¶ Conterrāneus, i, qui ex eadem est terra, ein landsmann. Castrense vocabulum est, quo designatur is, qui eidem matrici urbi attribuitur. Sic, quia Sirmio, Catulli patria, Veronæ, quam Plinius incunabula habuit, accensebatur, idcirco Plinius præfatione operis Catullum *Conterraneum suum* vocavit. vide Scaliger. Animadv. Eusebian. p. 190.

¶ Exterrāneus, a, um, ex alia terra, apud Festum, fremd. ¶ 2. Idem Festus ait, *Exterraneum quoque dici ante tempus natum*, quod eum *mater exterrita alvo ejiciat.*

¶ Extorris, vide supra suo loco.

¶ Subterrāneus, a, um, unterirrdisch, was unter der erden ist; ut, *Talpa animal subterraneum*, Plin. 9 c. 57. *Domus subterranea*, Idem 36 c. 13. *Specus subterraneos aperire*, Tacit. German. c. 16.

¶ Subterrēnus, a, um, idem. Apulejus Met. lib. 9 p. 227 *Sol ipsum delapsus oceanum, subterrenas orbis plagas illuminabat.* Ita & Pricæus legit p. 192.

¶ Subterreus, a, um, idem. Arnobius lib. 7 p. 226 *Opinionem necesse est frustrari, quam super atris pecudibus habetis, divisque subterreis.*

¶ Superterrēnus, a, um, überirrdisch. Tertull. de Resurrect. Carn. c. 49 *Alia supercælestium gloria, alia superterrenorum.*

TERREO, ui, ĭtum, ēre, ἐκπλήττειν, φοβεῖν, terrorem, timorem incutere, schrecken, furcht machen; ut, *Denunciatione periculi aliquem terrere*, Cic. pro Planc. c. 30. *Omnia cæde incendiisque terrere*, Idem de Aruspicibus c. 4. ¶ 2. Neque vero metum tantum injicere significat, sed & abigere, & summovere, scheuchen. Horat. 1 sat. 8 v. 6

Ast importunas volucres in vertice arundo
Terret fixa, vetatque novis considere in hortis.

Vbi alia Torrentius exempla adducit.

¶ Terrĭtus, a, um, geschreckt, erschreckt; ut, *Venatrix metu venantum territa*, Ovid. Met. 2 v. 492. *Virgo inopino visu territa*, Idem Met. lib. 4 v. 232. *Denunciatione quietis manifeste territus*, Vellej. 2, 70, 1.

¶ Territio, ōnis, die schreckung; ut, *levis territio*, Vlpian.

¶ Terrĭto, are, frequent. sehr furchtsam machen. Terent. Andr. 4, 5 v. 22 *Dii te eradicent, ita me miseram territas.* Sic, *Territare metu*, Cæsar 5 de B. Gall. c. 6. Et Virgil. 4 Æn. v. 187 de Fama;

& magnas territat urbes.

¶ Terribĭlis, e, schrecklich, greulich. Virg. 6 Æn. v. 277

Terribi-

Terribiles visu formæ, lethumque, laborque,
schreckliche gesichte. Cic. pro Sextio c. 8 *Quam teter incedebat, quam terribilis adspectu.* Idem in Paradox. 2 *Mors terribilis est iis, quorum cum vita omnia extinguuntur.* Livius 4 c. 36 *Alia aliis terribiliora afferebantur.* Vellej. 2, 49, 4 *Hæc terribiliora ducit.*

¶ Terribĭlĭter, adverb. idem. Arnobius lib. 2 (p. 57 ed. Lugd. 1651) *Sonus cœli terribiliter concrepantis.* Adde Augustin. 12 Confess. c. 25.

¶ Terricŭlum, i, quod terrorem injicit, ein popanß, scheusal, etwas das da schrecket. Livius 5 c. 9 *Sine tribunitiæ potestatis terriculis.* Et Accius apud Nonium c. 3 n. 244 *Hæc ista tua aufer terricula.*

¶ Terricŭla, æ, idem. *Terriculas* veteres dicebant idola, sive facies illas barbaras, quas terrendis pueris pingebant, schreckbilder. Minucius Felix c. 37 n. 4 *Omnes suppliciorum terriculas illudunt.* Lactantius Mort. Persecut. c. 16 n. 7 *Terriculas tyrannicæ potestatis fide stabili & robore animi profligare.* Ex Lucilio multi exemplum petunt, *Terriculas, Lamias*; verum aliter legendum esse, ad Lactantium notationibus probat Cellarius. De Batavo vultu idem testatur Martialis Apophoret. v. 176 *Sum figuli lusus, rufi persona Batavi,*
Quæ tu derides, hæc timet ora puer.

¶ Terricŭlāmentum, i, idem. Apulejus de Deo Socrat. *Inane terriculamentum bonis hominibus; noxium malis.* Idem Apologiâ p. 315 *Noctium occursacula, bustorum formidamina, sepulcrorum terriculamenta.* Et Sidonius 7 epist. 1 *Prodigiorum terriculamenta.*

¶ Terror, ōris, qui aliis infestus, metus scilicet concutiens, das schrecken; ut, *Terrorem alicui afferre*, Cic. 6 Attic. epist. 8; *injicere*, lib. 5 de Fin. c. 11; *incutere*, Livius 3 c. 4. Et, *in terrorem conjicere*, Idem lib. 34 c. 28, einem ein schrecken machen. *Terrori esse*, schrecklich seyn, Livius cit. lib. 34 c. 28. *Terrore coactus juravit*, Cic. 3 Off. c. 31. Et, *Terroribus magnis vexari*, Nepos Attico c. 9; id est, periculis ab inimicis in judicio, & aliis objectis.

¶ Terrĕfăcio, ĕre, terrorem afferre, erschrecken, verbum dubiæ auctoritatis, quæ major non apparet, quam Onomastici, in quo ἐκπλήσσω vertitur *terrefacio.* Tamen compositum *Perterrefacere*, quod Terentii est, ut infra dicemus, non parum præsidii præstare potest.

¶ Terrĭfĭco, are, idem. Virg. 4 Æn. v. 210
Cæcique in nubibus ignes Terrificant animos.
Et Silius 17 v. 479 *fulminibus permixta tonitrua mundum Terrificant.*

¶ Terrĭfĭcus, a, um, schrecklich. Virg. 5 Æn. v. 524
Seraque terrifici cecinerunt omina vates.
Ita, *Stridores terrifici*, Silius 5 v. 188. *Vlulatus terrificus*, Claudian. 1 in Rufin. v. 131.

¶ Terrĭlŏquus, a, um, adjectivum poëticum, schrecklich lautend; ut, *Vatum terriloquis victus dictis* &c. Lucret. 1 v. 101

¶ Terrĭsŏnus, a, um, idem; ut, *Terrisonus stridor*, Claudian. 1 de Laud. Stilic. v. 109.

Composita cum præposit.

¶ Absterreo, ui, ĭtum, ēre, est terrore injecto avertere, abschrecken. Præpositione plerumque gaudet. Cic. 2 in Verr. c. 58 *Vt videamur a pecuniis capiundis homines absterrere.* Et Declam. Antequam iret in exil. c. 10 *Nolite eum supplicem a vobis absterrere.* Horatius 2 sat. 5 v. 83 *Vt canis a corio nunquam absterrebitur uncto.*
Plinius præpositionem dissimulavit lib. 8 c. 16 *Cæteri metu pœnæ simili absterrentur eadem noxa.* pro, ab eadem noxa.

¶ Absterrĭtus, a, um, abgeschreckt. Liv. 5 c. 41 *Milites inde rursus ipsa solitudine absterriti.*

¶ Conterreo, ēre, idem quod simplex, vel deterrere, schrecken; ut, *Conterrere vultu, adspectuque loquacitatem alicujus*, Cic. 1 de Orat. c. 49. *Novum pugnæ conterruit genus*, Livius 10 c. 18.

¶ Conterrĭtus, a, um, erschreckt. Virg. Æn. 3 v. 597 *Aspectu conterritus hæsit.* Idem Æn. 12 v. 54 *Regina pugnæ conterrita sorte.*

¶ Deterreo, ēre, est terrore a sententia vel a proposito avertere, abschrecken, abhalten; ut, *Deterrere atque avocare a religione*, Cic. de Arusp. resp. c. 9. Idem ad Brut. ep. 15 *Sceleratos cives timore ab impugnanda patria deterrere.* Et ibid. epist. 11 *Nulla re a proposito deterreri.* Cic. 1 de Orat. c. 25 *Neque hæc in eam sententiam disputo, ut homines adolescentes, si quid naturale forte non habeant, omnino a dicendi studio deterream.* Et D. Brutus ad Ciceronem 11 epist. 11 *De statu suo contumeliis aliquem deterrere* dixit. Terent. in prolog. Phorm. v. 3 *Maledictis deterrere, ne scribat, parat.*

¶ Deterrĭtus, a, um, abgeschreckt, zurück gehalten; ut, *Se pudore deterritum ad me non venisse*, Cic ad Att. 10 epist. 13. *Deterritus ab officio*, Cœlius Ciceroni 8 fam. epist. 6.

¶ Exterreo, ēre, perterrefacere, erschrecken. Cic. 2 Offic. c. 10 *Dolori cum admoventur faces, præter modum plerique exterrentur.* Et, *Exterrere adspectu*, Idem 1 de Divin. c. 36. *Metu exterrere*, Livius lib. 4 c. 23.

¶ Exterrĭtus, a, um, erschrocken, furchtsam; ut, *Nova re exterritus*, Curtius 10, 9, 9. Et Cic. Divinat. 1 c. 20 ex poëta quodam:
Talia commemorat lacrymans exterrita somno.

¶ Interrĭtus, a, um, unerschrocken; ut, *Interritus vultus*, Quintil. 1 c. 3. *Mens interrita leti*, Ovid. 10 Metam. v. 616. *Cassius cervicem interritus liberto præbuit*, Vellej. 2, 70, 2.

¶ Perterreo, ēre, valde terrere, erschrecken. Terent. Eunuch. 5, 3 v. 13 *Exibo atque hunc perterrebo sacrilegum.* Et, *Perterreri somnio*, Cic. 1 Divin. c. 27.

¶ Perterrĭtus, a, um, erschreckt; ut, *Incendii flamma perterriti*, Nepos 2, 4, 2. *Mulieres timore perterritæ*, Idem 10, 8, 4. *Perterritus metu*, Cic. pro Milone c. 23.

¶ Perterrĭto, are, frequent. erschrecken. Avienus phænom. Arat. v. 1171 *Scorpius ingentem perterritat Oriona.*

¶ Perterrĕfăcio, ĕre, erschrecken. Terent. Andr. 1, 1 v. 142 *Perterrefacias Davum* &c.

¶ Perterrĕfactus, a, um, erschrocken. Brutus ad Cic. 11 fam. epist. 20 *Sperare eos, te perterrefacto, posse magna consequi præmia.*

¶ Perterrĭcrĕpus, a, um, schrecklich rauschend. Lucret. 6 v. 128
Tum perterricrepo sonitu dat missa fragorem.

¶ Imperterrĭtus, a, um, unerschrocken. Virg. 10 Æn. v. 770 *Manet imperterritus ille.* Et, *mens imperterrita*, Silius 11 v. 207; &, *imperterritus armis*, Idem lib. 14 v. 188.

¶ Proterreo, ēre, weit von sich schrecken, verjagen. Ter. Heaut. 3, 1 v. 57 *Filium proterruisti hinc.* Et Virg. 12 Æn. v. 291 *Adverso proterret equo.*

¶ Proterrĭtus, a, um, weggescheucht, fortgejagt. Plaut. Trin 3, 2 v. 77 *Ne mea operâ te hinc proterritum autument.*

Terribilis, terricula, terror, &c. vide in antecedente *Terreo.*

Tersor, tersorium, tersus, vide supra *Tergo.*

Tertianus, tertius, &c. vide infra *Tres.*

TERTVLLIĀNVS, i, Carthaginiensis fuit, doctor ecclesiæ sua ætate celebris, tertius eorum, qui in ecclesia latina scripserunt, ut ostendit Hieronymus. Floruit sub Severo & Caracalla.

Tertus, Teruncius, vide *Tergo, Vncia.*

TESQVA, vel Tesca, ōrum, neutrum, loca sunt horrida & deserta, auguriis captandis designata. Horatius lib. 1 epist. 14 v. 19 *Deserta & inhospita tesqua* dixit. Et Lucanus 6 v. 41 *nemorosa tesqua*, wüste ungewöhnliche örter. Vide Varron. Festum & Isidor. e junioribus Gutherium lib. 3 de Jure Pontificio Vet. c. 3; item Torrentium ad citatum Horatii locum.

TESSARADĔCAS, ădis, τεσσαραδεκάς, numerus quaterdenarius, seu res quæcunque divisa in partes quatuordecim. Hoc titulo B. Lutherus libellum scripsit An. 1520, quem reperies Tom. 1 Jen. Lat. *Tessaradecas consolatoria.*

Tessella, tessellatus, &c. vide in sequenti *Tessera.*

TESSĔRA, æ, quodlibet quadratum, ut cubus, a græco τέσσαρες, quatuor, ein viereck, ein würffel. Cic. de Senect. c. 16 *Senes talos relinquant & tesseras*, alte leute sollen karten und würffel bleiben lassen. *Jacere talos, tesseras*, Idem 2 de Divinat. c. 41. Et Terent. Adelph. 4, 7 v. 21 *Ita vita est hominum, quasi cum ludas tesseris* &c. vide *Alea.* Sic, *Pueros tesseris, viros jurejurando oportet circumvenire*: Ὅρκοις ἄνδρας, ἀστραγάλοις δὲ παῖδας ἐξαπατητέον. vide Chiliad. ¶ 2. *Tessera*, signum bellicum, quod militibus, ut inter sese agnoscantur, datur, *Symbolum*, die losung. Silius 15 v. 478
Tacitum dat tessera signum.
Vide Marcell. Donatum ad Tacit. 1 Histor. c. 24; Lipsium de Militia, & Joh Bernartium ad Papinii libri decimi Thebaid. ¶ 3. *Tessera frumentaria*, quam accipiebant, qui ex publico accipiebant frumentum, vide Lipsium lib. 1 Elect. c. 8. Juvenalis sat. 7 v. 174
Summula ne pereat, qua vilis tessera venit Frumenti.
¶ 4. Sunt & aliarum rerum & specierum *Tesseræ*: ut, *olearie, cœnariæ*, &c. de quibus Torrentius ad Sueton. Augusto c. 41. Sparsas etiam hujusmodi tesseras inter missilia in spectaculis, aliquando & pronunciatas tantum, idem Suetonius arguit Nerone c. 7; item Domitiano c. 5 extr. ¶ 5. Vtebantur & *tesseris* in præceptis sive mandatis perferendis, sive in pittaciis perscripta, sive voce data essent, ita ut a proximis, qui accepissent primum, per successionem ad omnes pervenirent, die losung. Ita *tesseræ* vox accipienda apud Sueton. Galbâ c. 6, ut ibi interpretatur Casaubonus. De tesseris earumque generibus varius Lucas Holstenius perstrinxit Explicatione Tabellæ cujusdam æneæ Tollentini in Piceno repertæ. Sed distincte & copiose peculiari DE TESSERIS libro Tomasinus scripsit. ¶ 6. *Tessera hospitalis*, signum erat, quo prolato, hospites agnoscebantur. vid. Plaut. Pœn. 5, 1 v. 25; & 5, 2 v. 88 & 92. Hinc, *Tesseram fidei confringere*, violare jus hospitii erat, vide Chiliad & Plaut. Cist. 2, 1 v. 26. ¶ 7. *Tessera* & *Tesserula*, talea etiam, ein kerbholtz. vide *Talea.* ¶ 8. *Tesseram* in emplastratione & Plinius nominat lib. 17 c. 16, quam eamdem cum *Scutula* videtur facere, cujus paullo ante meminerat. vide supra in *Scutula.*

¶ Tessĕrŭla, æ, lapillus ex iis, quibus pavimenta consternuntur, ein viereckicht steinlein. Lucilius apud Ciceronem in Oratore c. 44
Quam lepide lexes, compostæ ut tesserulæ omnes
Arte pavimenti atque emblemate vermiculatæ.

¶ Tessella, æ, diminutivum aliud, idem significans. Vet. Gloss. *Tessellæ*, βόλιοι, καὶ ψῆφοι. Seneca 6 Quæst. Nat. c. 31 *In balneo tessellis solum erat stratum.*

¶ Tessello, are, würfflicht machen. Gloss. gr. lat. ψηφολογῶ, *Tessello.* Et Gloss. lat. gr. *Tessellat*, ψηφοθετεῖ.

¶ Tessellātus, a, um, variatus tessellis, hoc est, lapillis seu lignis quadratis, viereckicht, würfflicht; ut, *Tessellata pavimenta*, apud Sueton. in Cæsare c. 46, & Senecam 2 Controv. 1. Vide Casaubon. ad illum locum Suetonii p. 39 & 40, & supra in *Musa, Musiva.* Vet. Gloss. *Tessellatum*, ψηφοθέτημα.

¶ Tessellātim, adverb. instar tessellarum, gewürffelt, würfflicht. Apicius 4 c. 3 *Tessellatim concidere.* conf. lib. 7 c. 9.

¶ Tessellator, ōris, qui calculos ponit, der den boden mit steinen besetzt. Gloss. gr. lat. ψηφοθέτης, *Tessellarius, tessellator.*

¶ Tessĕrārius, i, quem singulas centurias peculiarem habuisse, antiquæ inscriptiones docere possunt, der wachtmeister, der die losung ausgiebt; v. g apud Gruter. p. 550 n. 2 TESSERARIVS IN LEG. III. ITAL. COH. XI. PR. Et pag. 753 n. 4 PER OFFIC. TESSERARIOR. Licet posteriore loco extra usum militarem videtur vocabulum positum esse. Nam ut varia tesserarum genera: ita etiam tesserariorum.

¶ Contessĕro, are, brüderschafft stifften. Tertullianus adv. Hæreticos c. 36 *cum Africanis ecclesiis contesserârit*, hoc est, amicitiam coluerit. Hinc

¶ Contessĕrātio, ōnis, die verbrüderung; ut, *Contesseratio hospitalitatis*, ibidem c. 20 extr.

¶ Monotessăron, vide supra in lit. *M.*

TESTA, æ, quasi tosta, hoc est, torrefacta, vas figulinum est, ein irrdisch gefäß, topff, scherbe. Horatius 1 epist. 2 extr.
Quo semel est imbuta recens, servabit odorem Testa diu.
Sic, *Testa testæ collisa*, hart gegen hart, vide Chiliadas. *Testa ovi*, eine eyerschale. *Testa limacis*, ein schneckenhauß *Testarum judicium*; vide *Ostracismus.* ¶ 2. *Testæ*, seu *Testacea*, genere neutro

tro pisces strombi sunt seu turbines, allerley art schnecken. Horat. 2 satyr. 4 v. 31 *Sed non omne mare est generosæ fertile testæ.*

¶ Testu veteres etiam in genere neutro dixerunt. Ovid. Fast. 5 v. 510

Et spumat testu pressus uterque suo.

Ita & Varro de L. L. 4 c. 22 *In testu calido.* Sed

¶ Testum, i, dicitur κλίβανος, furnus, ein kuchen-oder brat-öflein, back-öflein, dörr-ofen. Sic enim Plin 32 c. 7 *Æreum testum.* Sed Catoni videtur operculum esse, quod ollæ ad ignem ferventi imponitur, eine stürtze. Ita enim de R. R. c. 84 [Popmæ 85] *Catinum testo operito;* & mox, *sub testum subde.* Vtrumque ex emendatione Meursii. Sic Severus Sulpicius *Testum* dixit lib. 2 c. 2 Hist. Sacræ de Nabuchodonosoris statuâ loquens. Sed de hoc plura suo loco in *Testus.*

¶ Testŭla, æ, diminut. parva testa, ein scherblein; ut, *Testulæ in sitellam conjectæ,* Livius 25 c. 3. vide *Situla.* Erant testulæ suffragiorum signa. Vnde, *Collabefieri testulâ,* damnari est apud Nepotem in Aristide cap. 1, qui & in Themistocle c. 8 *testarum suffragia* dixit.

¶ Testāceus, a, um, irrden; ut, *Opus testaceum,* Plin. 10 epist. 46. *Vasa testacea,* irrdisch geschirr, töpffer-gefäß. Sic, *Testaceum operimentum,* Plin. 11 c. 37. *Testacea pira,* quæ & *signina* dicebantur, Idem 15 c. 15.

¶ Testeus, a, um, idem; ut, *Testea corpora,* Macrob. Saturn. 7 c. 15.

¶ Testātim, adverb. minutim, scherben-weise. Juventius comicus apud Carisium p. 196 *Caput ei testatim defregero.* Et Pomponius apud Nonium c. 2 n. 842 *Aliquem colaphis comminuere testatim.*

¶ Testuātius, a, um, im brat-ofen oder im tiegel gebacken; ut, *Panes testuacei,* seu furnarii, κλιβανῖται, becker-kuchen, ofen-kuchen. Absolute Varro 4 L.L. c. 22 *Testuatium, quod in testis calido coquebatur, ut etiam nunc in matralibus faciunt matronæ,* ein schirbel-kuchen.

¶ Testūdo, ĭnis, vide paullo post suo loco.

Testamentum, testatio, testiculus, &c. vide sequens *Testis.*

TESTIS, is, qui adest alicui & testimonio est, μάρτυς, ein zeuge; ut, *Incorruptus atque integer testis,* Cic. 1 de Finib. c. ult. *Testis certissimus,* Idem 3 in Verr. c. 59. Et, *Religiosus testis,* in Vatinium c. 1, ein getreuer zeuge. *Testis rei,* & *testis de re aliqua:* Sic Cic. de Provinc. consul. c. 18 *Idem mihi testis est de voluntate Cæsaris,* &c. Et ibidem: *Illius voluntatis generum habeo testem.* Et, *Dare testes, producere, proferre testes,* zeugen bestellen. *Testibus uti,* zeugen führen; *testibus planum aliquid facere,* beweisen. *Citare testes in rem aliquam,* sich auf zeugen beruffen: Omnia hæc Ciceronis sunt. *Testibus præsentibus aliquid facere,* Plaut. Curcul. 1, 1 v. 31. Ovidius 1 Amor. eleg 10 v. 37 *Conducti vendant perjuria testes.*

Sic, *Testes revocare* & *repetere,* zeugen wiederum verhören; *testes refutare, refellere,* verwerffen; *testes* & *testium fidem elevare, incessere, labefactare, infirmare,* verdächtig machen. Juvenalis sat. 13 v. 197

Nocte dieque suum gestare in pectore testem;

hoc est, conscientiam exagitantem. ¶ 2. Vsurpatur & pro quovis spectatore & præsente. Juvenal. sat. 13 v. 75

Tam facile & pronum est superos contemnere testes,
Si mortalis idem nemo sciat.

Seneca epist. 11 *Peccaturis testis adsistat.* Apulej. Apolog. *Paucis consciis testibus.* Poëta phallicus Carm. 1 *Ludens hæc ego teste te, Priape* [illegible] Auctor Phœnissarum sive Thebaid. v. 412

nullum teste me fiat nefas.

¶ 3. *Testes* etiam, qui vulgariter *testiculi.* Vnde lusus ex ambiguo apud Priapejorum poëtam: *Magnis testibus ista res agetur.* Plinius 11 c. 49 *Testes armento ad crura decidui.* ¶ 4. Quamvis autem *testis* vox masculini generis sit, jungitur tamen cum aliis etiam generibus. Ita Horatius 4 od. 4 v. 38

Testis Metaurum flumen & Asdrubal.

De qua ratione Dausquejus in Basilium Seleucienf. p. 66 extr.

¶ Testĭcŭlus, i, diminut. genitalium pars, plural. Testiculi, die hoden; ut, *Testiculi arietini,* Auc. ad Herenn. 3 c. 21. *Testiculi pugillares,* so groß als eine faust, Juvenal. sat. 11 v. 157. ¶ 2. Apud herbarios *Testiculus muscarius,* steudelwurtz; *Testiculus vulpinus,* fuchs-hödlein; *Testiculus hircinus,* bocks-hödlein. vid. Tabernæmont.

¶ Testĭcŭlor, āri, pro eo quod Græci dicunt ὀρχιπεδῆσαι, vel κλειτοριάζειν. Festus exponit, *jumentis maribus fœminas, vel mares fœminis admovere.* Ambiguo sensu per jocum Plautus Amphitr. 2, 2 v. 192 *Mihi quoque adsunt testes. Qui testes? Quid testiculare?*

¶ Testiculātus, a, um, testiculis præditus, unbeschnitten, Veget. de Re Vet. c. 7.

¶ Testĭmōnium, i, ein zeugniß; ut, *Amplissimum testimonium,* Plin. 7 c. 30. Sic, *Dicere testimonium de re aliqua,* zeugen; Cic. pro Sylla c. 30; &, *in aliquem,* ibidem c. 17; vel, *contra aliquem,* lib. 3 Nat. Deor c. 34. Et, *Dare firmum & grave testimonium,* Cic. pro Rosc. Am. c. 6. *Reddere testimonium,* Quintil. 11 c. 1. *Perhibere testimonium alicujus rei,* Colum. 3 c. 9. Sic, *Esse testimonio,* bezeugen: Pompejus Domitio sub Cic. lib. 8 ad Attic. epist. 12 *Cui rei testimonio sunt litteræ, quas* &c. Et, *Testimoniis aliquid confirmare,* beweisen, bekräfftigen, Quintil. 1 c. 8. *Tribuere testimonium virtutis alicujus,* Cic. Philipp. 5 c. 19. *Testimonia elevare,* gering achten, Quintil. 5 c. 19. Et Declamator sub Cic. nomine in Sallust. *Vbi rerum testimonia adsunt, quid opus est verbis?* Ipse Cic. 16 fam. epist. 8 *Euripidi tu quantum credas nescio: ego certe singulos ejus versus, singula ejus testimonia puto.* lauter beweißthümer.

¶ Testĭmōniālis, e, zum zeugniß dienlich; ut, *Testimonialis comparatio,* Tertull. advers. Psychicos c. 16.

¶ Testor, ātus sum, āri, testimonio esse, seu testimonium dare, zeugen, bezeugen. Cic. pro Muræn. c. 37 *Ego quod facio, me omnium vestrûm caussa facere clamo atque testor,* id est, palam denuncio, ich bin es öffentlich geständig. Idem 7 Philipp. c. 7 *Testabor Deos hominesque, quid sentiam.* Sic, *testari voluntatem suam,* Lege 24 Dig. de Testam. militis. Et rursus Cicero pro Flacco c. 16 *Quantum maxime possem, contenderem, testarer publicanos, vestram etiam conscientiam implorarem,* id est, permitterem illam rem eorum testimonio, ich beruffte mich auf ihr zeugniß. ¶ 2. Ἐμφατικῶς est asseverare, denunciare, betheuern; Cornel. Nepos Themist. c. 4 n. 2 *Vniversos esse pares ajebat, dispersos testabatur perituros.* ¶ 3. Et, *Testari* testamentum condere significat. Livius 1 c. 34 *Immemor in testando nepotis decessit,* er hat ihn im testament vergessen &c. ¶ 4. Creberrime veteres hoc verbo in adjurationibus Deorum utebantur. Virg. 2 Æneid. v. 154 *Vos æterni ignes, & non violabile vestrum*
Testor numen, ait.

Vbi Servius: TESTOR: *modo juro, alibi* TESTIFICOR. Plura Brissonius in formulis.

¶ Testātus, a, um, passive, bezeuget; ut, *Clara & testata res,* hoc est, nota & comperta, öffentlich und erwiesen, Cic. in Verr. 2 c. 76. Et ibidem c. 42 *Clarum, testatum, pervulgatum.* Idem lib. 2 fam. epist. 3 *Vt testatum apud animum tuum relinquam, quid senserim.* Idem ad fam. 5 epist. 20 *Nisi ista pecunia gravissimus esset certissimusque monumentis testata.* Et pro Cœl. c. 36 extr. *Res multorum oculis testatior,* desto kundbarer. Sic, *Testatior memoria,* Nepos Alcib. c. 4, id est, ad famam insignior, & per monumenta notior. Et Augustinus Confess. 8 c. 6 *Stupebamus audientes testatissima mirabilia tua.*

¶ Testāto, adverbialiter, in beysenn der zeugen; ut, *Testato denunciare,* id est, expresse & aperte, Vlpian. Lege 1 § 3 de peric. & comm. rei venditæ, (al. leg. *testando,*) ausdrücklich und klar. *Testato decedere,* Lege 45 § 1 Dig. de Jure fisci, nach gemachtem testament sterben.

¶ Testātio, ōnis, die bezeugung. *Testationes* erant quædam præscriptiones, & tabulæ testificandi gratiâ factæ, & obsignatæ. Quintilianus 9 sub fin. c. 8 *Consignationes* vocasse videtur. vid. Turneb. Advers. 2 c. 27 fin. Vsus & *Testationis* voce Tertullianus 4 adv. Marcion. c. 21 *in testationem redigere.* Adde plura ex Brissonio de S.V.

¶ Testātor, ōris, qui testamentum condit, der ein testament macht, Vlpian. lege 47 pr. de legat & fideicommiss. lib. 1.

¶ Testātrix, īcis, die ein testament macht, eodem tit. de leg. & fideicomm. lib. 2 lege 24 extr.

¶ Testābĭlis, e, qui jus habet testimonii dicendi, der zeugen kan, apud Gellium 6 c. 7.

¶ Testāmen, ĭnis, testimonium, ein zeugniß. Tertull. carm. advers. Marc. 4 c. 4 *Hoc testamen erat virtutis.*

¶ Testāmentum, i, ultima voluntas, sacra illa & religiosa, ein testament, erb-vermächtniß. Testamentorum formulas vide apud Manut. in lib 3 de Officiis p. 355 & seqq. & de etymologiâ vocabuli, quæ habuit Barthius ad Claudian. p. 1306. Sic, *Facere testamentum,* Cic. 1 Verr. c. 43. *Conscribere testamentum,* Id. de Arusp. resp. c. 29, ein testament machen. *Testamento relinquere,* Idem 3 Offic. cap. 24, bescheiden, vermachen. *Cavere testamento,* im testament verordnen: Cicer. de Finib. 2 cap. 31 extr. *Diem natalem testamento cavere, ut ageretur.* Et, *Testamento adoptare,* Nepos Attico c. 5. *Testamenta resignare,* ein testament öffnen, Horat. 1 epist. 7 v. 9. *Testamentum apertum est,* Vellej. 2, 59, 1. Et, *Testamentum mutare,* Cic. pro Cluent. c. 11. *Irritum testamentum facere,* Idem 2 Philipp. c. 42, unkräfftig machen, umstossen. *Testamentum ruptum, ratum,* contraria sunt, apud eumdem lib. 1 de Orat. c. 38: *Supponere, subjicere testamenta,* falsche testamente einschieben: illud Cic. in Parad. 6 c. 1; hoc in 14 Philipp. c. 3. Sic, *Subjector testamentorum,* Idem in Catil. 2 c. 4. *Testamentum nuncupare,* Plin. 24 c. 22, mündlich stellen.

¶ Testamentārius, a, um, testament-weise gestellt; ut, *Tabellæ testamentariæ, lex testamentaria, adoptio testamentaria,* quæ testamento fit, vel relinquitur, apud Plin. 35 c. 2. ¶ 2. *Testamentarius,* substantive, testamenti scriptor, qui, dictante testatore, id conficit, ein notarius, l. 6 § 1 ff. de hæred. instit. ¶ 3. Item, qui supponit, ein testament-fälscher, Cic. Officiis lib. 3 c. 18.

¶ Testĭfĭcor, āri, idem quod testari, vel testibus confirmare, bezeugen, mit zeugnissen bekräfftigen; ut, *Testificari sententiam suam,* Cic. ad Attic. 8 epist 1. *Testificor, me expertem fuisse belli,* Idem ad eumdem dicto libro epist. 9. Sed, *Testificari Deum,* pro *testari,* GOtt zum zeugen ruffen, Cœlius Ciceroni sub lib. 10 ad Attic. epist. 9.

¶ Testĭfĭcātus, a, um, passive, bezeugt. Cic. ad Attic. 1 epist. 12 *Abs te aliquando testificata tua voluntas.* Et absolute, *scenâ testificata loquor,* Ovid. Fast. 4 v. 326. Sed Idem active in Heroid. epist. Cydippes v. 134 *Linguaque præsentem testificata Deam,* i. e. jurans.

¶ Testĭfĭcātio, ōnis, approbatio, quæ fit testibus seu testimoniis, die bezeugung, betheurung; ut, *Cum summa testificatione tuorum in se officiorum,* Cic. 1 fam. epist. 1.

¶ Testĭtrăhus a, um, Laberii de ariete vox est apud Tertullianum de Pallio c. 1; *Testitrahum* autem dixit, quia testes sive testiculos trahere videatur ob eorum magnitudinem.

Composita cum præposit.

¶ Antestor, ātus sum, āri, testem vocare, zeugen annehmen; quod fiebat certo quodam ritu ante adversarii in jus pertractionem, quem ritum exponunt Acro, & Porphyrius, in his Horatii verbis lib. 1 sat. 9 v. 76 *quo tu turpissime? magna*
Exclamat voce: & licet antestari? Ego vero
Oppono auriculam: rapit in jus.

Apud Plaut. sæpius: ut in Pœnul. 5, 4 v. 59 *Ite in jus, ne moramini, antestare atque duce,* hoc est, me testem voca, fordere mich zum zeugen. Et Cicero pro Milone c. 25 extr. *te, Magne, tamen antestaretur,* hoc est, discedens Milo te, Pompeje, testem innocentiæ suæ citaret.

¶ Attestor, āri, bezeugen, bekräfftigen. Cic. pro Sylla c. 29 *Attestari memoriam omnium.* vide Gruteri Notas. Sic enim idem quod *antestari,* seu testem quem vocare. Sed vulgaris lectio: *attestante memoriâ;* Sic est testimonium dare, ferre. Quo sensu Plinius præfat. operis: *Hoc attestabatur, vel inimico judici se probari posse.* Et Phædrus 1 fab. 11 v. 3 *Hoc attestatur brevis Æsopi fabula.*

¶ Attestātus, a, um, passive, pro testimonio comprobatus, bezeuget. Plin. 10 c. 43 *Gratia indignatione quoque Pop. Rom. attestata.* Apud Festum *Attestata fulgura* sunt, *quæ iterato fiebant, videlicet significationem priorum attestantia.*

¶ Attestātio, ōnis, die bezeugung, bekräfftigung. Macrob. in Somn. Scip. 2 c. 9 *Describi hoc nostra attestatione non debuit.*

¶ Atte-

¶ Attestātor, ōris, ein zeuge; ut, *Quis uno te benignior attestator?* Plin. 6 epist. 17 secundum manu exaratos codd. Et Gloss. gr. lat. ἐπιμαρτυράτης, *Attestator*.

¶ Contestor, āri, zum zeugen nehmen; ut, *Deos hominesque contestans clamare cœpit*, hoc est, obtestans, er klagte es GOtt und menschen, &c. Cic. in Verr. 4 c. 29. Et, *Contestari litem*, Cic. 16 ad Attic. epist. 15, quod est rem in judicium adducere, ut Manutius interpretatur.

¶ Contestātus, a, um, bezeugt, erwiesen; ut, *Contestatam cum aliquo litem habere*, Cic. pro Rosc. Comœdo c. 12. Sic *Reus* est apud Festum, *qui litem cum altero contestatam habet*, der beklagte. Et, *Contestata majorum virtus*, pro, testimoniis comprobata, Cic. pro Flacco c. 11.

¶ Contestato, adverb. i. e. adhibitis testibus, so, daß zeugen dabey seyn; ut, *Contestato dicere*, l. 1 § 12 ff. de liber. agnosc. öffentlich bekennen.

¶ Contestatio, ōnis, die bekänntniß; ut, *Contestatio litis*, Ulpian. Lege 40 § 3 Dig. de procurat. & defens.

¶ Contestĭfĭcor, ari, bezeugen. Tertull. Apolog advers. gent. c. 1 *Commemorare & contestificari sententiarum argumenta.*

¶ Detestor, ari, est deprecari vel exsecrari, einen scheu und greuel für etwas haben, verfluchen; ut, *Detestari exitum belli*, Cic. 8 Philipp. c. 3. *Hostili prece caput alicujus detestari*, einen verwüntschen, Ovid. Met. 15 v. 505. ¶ 2. Amoliri, propulsare est, abwenden; ut, *Querimoniam a se detestari ac deprecari*, eine klage von sich abtreiben, Cic. Catil. 1 c. 11. Idem Philipp. 4 c. 4 *O Dii immortales avertite, & detestamini quæso hoc omen.* Idem lib. 1 de Nat. Deor. cap. ult. de Epicuro: *Quæque in iis dixerit, invidiæ detestandæ gratia dixisse.* ¶ 3. Pro *valde attestari* usus est Plautus Menæch 5, 2 v. 61.

¶ Detestātus, a, um, passive, verflucht. Horat. 1 od. 1 v. 24 *Bella matribus detestata.* Sed active Jul. Cæs. B. Gall. 6 c. 31 *Omnibus precibus detestatus Ambiorigem*, verfluchend.

¶ Detestandus, a, um, abscheulich; ut, *Tellus detestanda*, Sil. 17 v. 438.

¶ Detestatio, ōnis, abominatio, die verabscheuung, verfluchung. Plin. 15 c. 30 *Laurus abdicat ignes quadam detestatione.* Et Macrob. 6 c. 7 *Sceleratissimi hominis detestatio.* ¶ 2. Sed apud JCtos, *Detestatio*, denunciationem cum testatione factam significat, Ulpianus Lege 40 pr. Dig. de Verb. signif. ¶ 3. Et Apulejo lib. 7 Miles. p. 198 *Detestatio* est castratio, sive excisio testiculorum, die entmannung.

¶ Detestātor, ōris, ein verflucher. Cassiodor. lib. 1 epist. reg. 4 *Detestator criminis, amator æquitatis.* Et Tertullianus 4 advers. Marcion. c. 27 *Detestator legis.*

¶ Detestābĭlis, e, exsecrandus, schändlich, greulich; ut, *Scelus detestabile*, Cic. de Amicit. c. 8. Et in Offic. 2 c. 5 *Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur.* Ita &, *Omen detestabile Deus avertat!* Idem Philipp. 11 c. 5. Et 1 Offic. c. 17 *Quo detestabilior istorum est immanitas, qui lacerarunt omni scelere patriam.* Et 5 Tuscul. c. 22 extr. *Nihil detestabilius est*, &c.

¶ Detestabĭlĭter, adv. idem. Lactant. 5 c. 10 *quod nefarie, quod detestabiliter fecit*

¶ Intestatus, a, um, non testatus, der nicht zeuge seyn kan. Pomponius apud Nonium c. 4 n. 237 *Cum uno servo intestato proficiscitur*, i. e. cujus verbis fides non adhibetur. Plautus passive dixit in Curcul. 5, 3 v. 17 *Hoccine pacto indemnatum atque intestatum me arripi?* id est, testibus nullis convictum, unüberzeuget. ¶ 2. Sed, *Intestatorum parentum liberi hæredes sunt*, id est, eorum, qui nullo testamento confecto mortui sunt, die kein testament gemacht, Quintil. 3 c. 6. Et Juvenal. sat. 1 v. 114 *Hinc subitæ mortes atque intestata senectus.*

¶ Intestāto, adverbium, ohne testament. Cic. de Invent. 2 c. 50 *Si paterfamilias intestato moritur, familia pecuniaque ejus agnatorum est*: id est, sine testamento. Adde Leg. 45 § 1 Dig. de Jure fisci.

¶ Intestābĭlis, e, qui nec testamentum facere, nec ad testamentum adhiberi testis potest, der zum zeugen nicht gilt oder angenommen wird. Ulpian. l. 26 Dig. Qui testam. fac. *Cum lege quis intestabilis jubetur esse.* Adde reliqua, & Isidor. lib. 10 litt. I. ¶ 2. Interdum *Intestabile* idem est, quod detestabile, exsecrabile, verflucht: unde *Sacer* & *Intestabilis* conjunguntur Horatio 2 sat. 3 v. 181

intestabilis & sacer esto.

In XII Tabul. lege apud Gellium 6 c. 7 IMPROBUS & INTESTABILIS conjunguntur: Gellius *intestabiles invisosque* copulat lib. 7 c. 18 extr. vide Torrentium in allegatum Horatii locum.

¶ Obtestor, āri, precari cum adjuratione, vel, per aliquid, quod exprimitur, ut Donatus exponit, beschweren und anruffen Terent. Andr. 1, 5 v. 57 *Per tuam fidem perque ejus solitudinem te obtestor.* Cic. in Verr. 5 extr. *Deos deasque omnes imploro atque obtestor.* Et sine adjuratione; ut, *oro obtestorque vos judices*, Idem pro Cœl. c. 32. Et ad Attic. 3 epist. 23 *Precibus omnibus orare & obtestari.*

¶ Obtestātio, ōnis, die bitte, vermahnung. Cœlius Ciceroni 8 fam. ep. 10 extr. *Memini, qua obtestatione mandaris.* Et Livius 27 c. 50 *In preces obtestationesque versæ mulieres.*

¶ Prætestor, ari, vorher bezeugen; ut, *Prætestari viam vitæ*, Tertull. carm. 3 advers. Marc. c. 6 v. 4.

¶ Protestor, ari, palam testari, öffentlich bezeugen, behaupten. Imperator Justinianus Instit procemio: *Bellicos sudores nostros tam Africa, quam aliæ innumeræ provinciæ iterum ditioni Romanæ nostroque additæ imperio protestantur.* Quintil. Declam. 4 sub fin. *Prædico, protestor, non ego parricidium faciam.* Et Macrob. Saturn. 1 c. 17 fin. *Floris species florem rerum protestatur.* ¶ 2. *Protestari* vulgatum magis atque omnium usu protritum verbum, quam latinum, significat, publice & e re nata testes facere contra aliquid, & appellare, wider etwas protestiren, sein recht vorbehalten. Latini *intercedere* dicunt & *contradicere.* Non autem Faber, cujus hoc de verbo judicium est, tam ipsum verbum reprehendit, quam vulgarem notionem, quam nec Quintiliani, nec Macrobii loca tuentur, quia alius sensus est.

Testu, testuatius, vide supra *Testa.*

TESTŪDO, ĭnis, χελώνη, quadrupes *ovipara* & *sanguine cassa*, a testa, qua tegitur, appellata, eine schild-kröte. Quæ tamen sanguine cassa dici nequit, cum sanguinem ejus mederi oculorum suffusioni scribat Plinius 32 c. 2. Idem quatuor earum recenset genera, ut, *terrestres*, *lutarias*, quæ in cœno paludum vivunt, *marinas*; easque quæ in dulci vivunt aqua, vel *aquaticas.* Peloponnesiorum etiam monetæ insculptam habuere testudinis figuram: unde ænigma sive adagium, *Virtutem & sapientiam vincunt testudines*, id est, nummi & largitiones prævalent virtuti. vide Chiliad. ¶ 2. *Testudo*, machina bellica, quam Lucanus 3 v. 474 describit, hoc est, vel aries, ein mauerbrecher, vel continuata scutorum series, qua tecti milites oppugnationem urgent, ein schild- oder sturmdach. Statius 10 Theb. v. 524

Scutaturque cavas cæca testudine turres.

Virg. 9 Æn v. 504 *omnes*

Ferre libet densâ subter testudine casus.

De usu & figura vide Lipsium de Militia 1 c. 8, & Stewech. ad Veget. 4 c. 12. Hinc est *Testudo* scutis militum fieri solita, de qua Lips. Poliorcet. 1 c. 5, & Stewech. ad Veget. 2 c. 4. Livius 34 c. 39 *Sublatis super capita scutis, continuatisque ita inter se testudine factâ subibant.* ¶ 3. *Testudo*, locus in ædificiis cameratus, ein geschlossen gewölbe. vid. Varro de L. L. 4 c. 33; & Nonius c. 1 n. 386, ibique loca Virgilii & Sisennæ. Sedulius lib. 4 in Joann. c. 8

residens media testudine templi.

Adde Vitruvium 7 c. 3. ¶ 4. *Testudo* denique instrumentum est musicum, & vel lyra, vel cithara, vel chelys, eine laute, leyer, geige oder harffe. Virg. 4 Georg. de Orpheo v. 464

Ipse cava solans ægrum testudine amorem &c.

¶ Testūdĭnātus, vel Testudineātus, a, um, concavus in forma testudinis, aufgewölbet; ut, *Tectum testudinatum*, Columella 12 c. 15. Et, *Testudinatum ædificium*, Vitruvius 6 c. 1. vid. Bald. Lex. Vitr. p. 127. Verbum *Testudinare* apud Politianum legitur:

Qua cavus exesum pumex testudinat antrum.

¶ Testūdĭnĕus, a, um, ex testudine factus, nach schildkröten-art. Propertius 4 eleg. 6 v. 32

Aut testudineæ carmen inerme lyræ.

Martial. 9 epigr. 60 *Et testudineum mensus quater hexaclinon.*

¶ 2. Sed, *gradu testudineo incedere*, est tarde incedere in morem scilicet testudinis, schleichen. vide Chiliadas.

Testŭla, testum, vide supra *Testa.*

TĔTĂNŌTHRA, ōrum, medicamenta Plinio sunt 32 c. 7, vim erugandi, cutemque lævigandi habentia, schminckſalbe.

TĔTĂNUS, i, τέτανος, morbus, cum cervix recta & immobilis intenditur, a τανύω, *extendo*, die halswehe, Plin 23 c. 1.

¶ Tetanĭcus, a, um, τετανικὸς, qui ejusmodi rigore nervi vel musculi secundum spinam laborat, ein krummhals: Cels. 4 c. 3; & Plin. 23 c. 7.

TĔTARTAEUS, a, um, τεταρταῖος, *quartanus*, apud Columell. de generibus vitium, lib. 3 c. 20.

¶ Tetartēmŏrion, i, τεταρτημόριον, quadrans, eine gevierdte zahl, ein viertheil, Plin. 7 c. 49 de varietate nascendi.

TĒTER, a, um, fœdus, turpis, odiosus, häßlich, schändlich, abscheulich; ut, *Belua immanis & tetra*, Cic. 4 Tusc. c. 20. *Quis tetrior hostis huic civitati?* Idem pro Cœlio c. 6. Et, *Omni diritate atque immanitate teterrimus*, Idem in Vatin. c. 3 extr. *Nullum genus hominum tetrius*, Plaut. Mostell. 3, 1 v. 128. Et, *Teterrimum bellum*, Cicero dixit 10 fam. epist. 14. *Teterrimus error*, Prudent. 1 contr. Symmach. v. 38. *Tetrior damnatio*, Tertull. Apolog. c. 5. Juvenalis senibus *tetrum vultum* tribuit satyr. 10 v. 191; & Apulejus Apolog. p. 304 *magiam tetram* & *horribilem* appellat. conf. Nonius c. 4 n. 466, ubi *Tetrum* est 1. vitabile; 2. illuviosum, fœtidum; 3. amarum; 4. impium, crudele.

¶ Tetre, tetrius, teterrĭme, adverb. schlimm, scheußlich; ut, *Facere multa impure atque tetre*, Cic. 1 de Divinat. c. 29. Idem pro Domo c. 39 extr. *impurissime teterrimeque violare.* Et ad Attic. 10 epist 12 *Cadunt ea, quæ diligentissime sunt cogitata, teterrime.* Claudian. 2 de laud. Stilic. v. 135

Blanda quidem vultus, sed qua non tetrius ulla
Ultrices fucata genas.

¶ Tetrĭtūdo, ĭnis, die scheußlichkeit. Accius apud Nonium c. 2 n. 854 *Te obsecro, ne hæc aspernabilem tetritudo me in occulto faxis.*

¶ Tetro, āre, fœdare, polluere, garstig machen. Pacuvius apud Nonium c. 2 n. 837 *Belluarum ac ferarum adventus ne tetret loca.*

¶ Tetricus, vide paullo post.

TĒTHYS, yis, & yos, yi, Τηθύς, Cæli & Terræ filia, uxor Neptuni, & Saturni soror, fluviorum & Nympharum mater. Virg. Georg. 1 v. 31

Teque sibi generum Tethys emat omnibus undis.

A poëtis *Tethys* non secus ac pro mari sumitur. Lucan. 1 v. 414

Tethyos unda vagæ lunaribus æstuet horis.

¶ Thĕtis, ĭdis, aliud est. vide infra, & adde Barth. ad Statii lib. 1 Achill. v. 29 p. 2596.

Tetrachordon, Tetradōron, Tetradrachma, vide supra *Chorda*, *Doron*, *Drachma.*

TETRĂGŌNUS, a, um, & subst. Tetragōnum, i, τετράγωνον, quadrangulare, sive quadratum, viereckicht, oder ein quadrat. Auson. Eclog. v. 42 penult. corripit: *Tetragono absolvet dubiarum vincla morarum.* De licentia Ausonii vid. Jos. Scalig. Lect. Auson. 2 c. 21 p. 139.

Tetragrammaton, vide supra *Gramma.*

TETRANS, antis, circuli quarta pars, ein viertheil. Vitruv. 10 c. 11 *Tetrantibus dividi in quatuor partes.* vid. Bald. p. 127.

TETRAO, ōnis, τετράων Hesychio, avis major, in deliciis habita, quibusdam videtur gallus urus, ein auerhahn. Suetonius Calig. c. 22 *Hostiæ erant phœnicopteri, pavones, tetraones, Numidicæ, meleagrides, phasianæ.* Et Plinius 10 c. 22 ex doctissimorum virorum emendatione: *Decet tetraonas suus nitor, absolutaque nigritia, in superciliis cocci rubor. Alterum eorum genus vulturum magnitudinem excedit, quorum & colorem reddit*, &c. Adde Casaubon ad d. l. Suetonii.

Tetrapharmăcon, vide supra *Pharmacum.*

TETRĂPŌLIS, is, τετράπολις, Antiochia regio Straboni dicitur a quatuor insignibus oppidis. ¶ 2. Item alia Atticæ *Tetrapolis*, quam Attius latine *Quadrurbem* vocavit. vide supra in *Quatuor.*

TETRAPTŌTON, i, τετράπτωτον, nomen quatuor casuum, ut, *spes, spei, spem, spe.* vid. Isidor. 1 c. 6.

TĔTRARCHA, æ, & Tetrarches, græca τετράρχης, (ex τετράρχης,) ut Hirtius de B. Alexandr. c. 66 scripsit, est, qui quartam regni alicujus portionem tenet, (ein vierfürst,) quemadmodum Vetus Scholiastes Horatii interpretatur. Atque id verum quoque est, si primam institutionem & rationem nominis respicias. Vide Harpocrationem in τετραρχία. Postea vero id nominis mansit in illis quoque, qui post tetrarchas imperarunt, licet vel plures, vel pauciores essent. Quemadmodum Gallogræciam initio XII administrarunt tetrarchæ, postea III, & demum II, antequam in regnum converteretur, ut Strabo docet. Fuit igitur tetrarcharum dignitas regum proxima. Vnde *Reges & Tetrarchæ* passim conjunguntur. vid. Vellej. 2, 51, 1; & ibid. Bœcler. Ind. Horatius 1 sat. 3 v. 12

modo reges atque tetrarchas,
Omnia magna loquens.

Lucanus 7 v. 226 *Sicci, sed plurima campi,*
Tetrarchæ regesque tenent, magnique tyranni.

¶ Tetrarchia, æ, τετραρχία, ejusmodi vel præfectura, vel principatus dicitur. Cic. pro Dejot. c. ult. *Negat unquam se a te in Dejotari tetrarchia pedem discessisse.* Et Hirtius extremo libro de Bello Alexandrino: *Eidem* [Mithridati Pergameno] *tetrarchiam Gallogræcorum* [Cæsar] *adjudicavit.*

Tetrastĭchon, vide supra *Stichus.*

Tetre, Tetricitas, vide *Teter, Tetricus.*

TĔTRĬCVS, i, & Tetrica, æ, mons in Sabinis arduus atque asper. Virgil. 7 Æneid. v. 713

Qui Tetricæ horrentes rupes, montemque Severum &c.

Adde Silium 8 v. 419; & Voss. Etymol. p 518.

¶ Tetrĭcus, a, um, adject. tristis, severus, tædiosus, verdrießlich, sauertöpfisch, scheußlich; ut, *Tetrica puella,* Ovid. de Arte am. 1 v. 721. *Tetrici rustici,* so ernsthafftig, sauer und böse aussehen, Colum. 8 c. 11. Sic, *Tetricam & tristem disciplinam Sabinorum,* Livius dixit lib. 1 c. 18. Et Martial. 6 epigr. 10

At quam non tetricus, quam nullâ nubilus ira,
Quam placido nostras legerat ore preces.

¶ Tetrĭcitas, ātis, die unfreundlichkeit. Lucanus ad Pison. v. 91

Nec fluidum, læta sed tetricitate decorum.

TĔTRINNIO, ire, anatum est, schnattern wie die endten. Autor Philomel v. 22 *In fluviisque natans forte tetrinnit avis.*

Tetritudo, tetro, are, vide paullo ante *Teter.*

TETTĬGŎMĒTRA, æ, τεττιγομήτρα, mater cicadarum.

¶ Tettĭgŏnia, æ, cicadula, vel minor cicada, eine kleine heuschrecke, Plin. 11 c. 26.

TEVCER, vel Teucrus, ri, Τεῦκρος, Scamandri Cretensis filius, Dardani socer, cum quo & socium in Troade regnum habuit. Ab eo, *Teucri,* Trojani Virgilio subinde dicuntur, & *Teucria,* Troja. ¶ 2. Alius fuit *Teucer* Telamonis filius ex Hesiona, Laomedontis regis filia & Priami sorore, qui Salamina Cypri condidit. Vide Vellej. Paterc. principio residui Opusculi. Hunc Teucrum primum humanam hostiam immolasse Jovi, Lactantius auctor est lib. 1 c. 21 pr. ¶ 3. *Teucrum* pro mendico & naufrago Paulinus posuit Jambo ad Cytherium v. 317.

¶ Teucria, æ, Troja dicta a Virgilio Æn. 2 v. 26

Ergo omnis longo solvit se Teucria luctu.

¶ Teucrion, i, τεύκριον, sive Teucris, herba, quam a Teucro repertam Plinius scripsit lib. 25 c. 5; je länger je lieber Germani dicunt, quamquam hæc Chamæpitys est. vide suo loco *Chamæpitys.*

TEVCHĪTES, is, junci species est Plinio 21 c. 18, fortassis a τεῦχος, *instrumentum,* camelstroh.

Teucolithus, vide supra *Tecolithus.*

TEVMĒSVS, i, Τευμησός, mons Bœotiæ in regione Thebana ad planiciem situs, per quem Ismenus fluvius fertur: qua de caussa Statius eum *Teumesium amnem* appellavit lib. 9 Thebaid. v. 462. Et campos ipsos, sive planiciem illam, per quam decurrit, *Teumesia arva,* ibid. lib. 2 v. 383.

¶ Teumēsius, a, um, quod idem ac *Thebanus* est. Ita Statius Polynicen Thebanum *Teumesium juvenem* eodem libro 1 v. 331 appellat. Idem lib. 5 Theb. v. 92 *insano veluti Teumesia Thyas*
Rapta Deo.

TEVTAS, æ, Gallorum Deus, humanis hostiis cultus, Lactantius 1 Divin. Instit. c. 21. vide ibi Betulej.

¶ Teutātes, is, idem, apud Lucanum 1 v. 444

Et quibus immitis placatur sanguine diro
Teutates, horrensque feris altaribus Hesus.

TEVTHĂLIS, ĭdis, τευθαλίς, herba, weggraß, Plin. 25 c. 12.

TEVTHRAS, antis, Τεύθρας, rex Mysiæ, a quo *Teuthrania,* Τευθρανία, regio supra Æolida, quam Mysi veteres quondam tenuere, dicta fuit, Stephano auctore. ¶ 2. Est & fluviolus sive euripus hoc nomine. vide Scalig. ad Propert. p. 201.

¶ Teuthrantēus, a, um, adject. Ovid. 2 Metam. v. 243

Teuthranteusque Caicus.

¶ Teuthrantĭus, a, um, idem; ut, *Teuthrantia turba,* Ovid. Heroid. epist. 9 Deianiræ v. 51, quod aliunde, a *Teuthranto* Atticæ ducunt.

¶ Teuthrantum, i, oppidum Atticæ.

TEVTHRION, i, τεύθριον. Ita herbam *Polium* appellatam a quibusdam, indicat Dioscorides lib. 3 c. 107. vide supra *Polium.*

TEVTŎNI, ōrum, Τεύτονοι, vel *Teutones,* vel *Teutonici,* Germani dicti sunt a *Teutone* rege, qui post Tuisconem Germaniæ præfuit, a quo *Tuiscones* appellati fuere, die Deutschen, oder Teutschen. Nam Germanorum nomen paullo ante imperatorum Romanorum tempora cœpisse videtur. vide *Germania.* Sed *Teutonum* nomen antiquitus in universum Germanorum non fuit; sed eorum tantum, qui Cimbris vicini ad oceanum coluerunt, cumque iis Galliam, Hispaniam, Italiamque tentarunt ingressi, de quo Florus lib. 3 c. 3. Vide Cluverium, & Limnæum Tom. 1 Jur. Publ. lib. 1 c. 6 n. 26.

¶ Teutŏnĭcus, a, um, adject. teutsch. Propertius 3 eleg. 3 v. 44

Teutonicas Roma refringat opes.

Sic, *Teutonicus vomer,* Claudian. in Eutrop. 1 v. 406. *Teutonici capilli,* Martial. 14 epigr. 26. Et, *Manubiæ Teutonicæ,* Gruter. Inscript. p. 436 n. 3.

Teutosagi, vide supra *Tectosages.*

TEXO, ui, xtum, ĕre, ὑφαίνειν, concinnare, construere, wircken, weben, flechten. Ter. Heaut. 2, 3 v. 44 *Texentem telam studiose ipsam offendimus.* Cicero proverbialiter dixisse videtur de Orat. 3 c. 60 *Ea tela texitur, & ea vivendi ratio incitatur in civitate,* id est, id agitur. *Sepes texere,* zäune flechten, dixit Virgilius 2 Georg. v. 371. Et, *Fiscellum texit hibisco,* eclog. 10 v. 71. Et Cic. 9 fam. epist. 21 *Epistolas quotidianis verbis texere solemus.*

¶ Textus, a, um, gewebt, geflochten; ut, *Parietibus cæcis textum iter,* Virg. Æn. 5 v. 589. conf. supra *Sutus* in *Suo.*

¶ Textum, i, subst. das gewebe. Quintil. 9 c. 4 *Dicendi tenue textum,* pro contextu seu compositione. *Textum illustre,* Statius 6 Thebaid. v. 366. Et idem 10 v. 56 *mirabile textum,* ein köstlich webewerck. ¶ 2. Per metaphoram ad plures res transfertur. *Clypei textum* dixit Virgil. 8 Æneid. v. 625, & Statius 7 Thebaid. v. 652. Idem lib. 5 v. 354 *squallentia texta thoracum.* Et, *Carinæ texta,* Catullus carm. 54 v. 10. *Calumniæ textum,* Apulejus Apolog. p. 313. De compositione hominis, sive structura Prudentius usus est Hymno Exsequiali v. 16. Adde Nonium c. 3 n. 243.

¶ Textus, ûs, ui, subst. idem, & pro textura, das weben. Plin. 18 c. 7 *Grana in stipula crinito textu spicantur.* Idem 9 c. 35 *Alterno textu fulgentibus crinibus.* ¶ 2. *Textus* pro verbis autoris, der text. Ita sæpe usus est Ammianus; e. g. lib. 15 c 7 *Rem brevi textu percurram,* i. e. paucis verbis. Ibidem c. 8 *Vt ostendit textus superior.* Et lib. 21 c. 4 *Textu lecto jussorum.* Multo plura congessit Borrich. in Vind. Latinit. p. 229, ubi & loca Arnobii, Manilii, Quintiliani.

¶ Textĭlis, e, quod textum est, gewebt, geflochten. Cic. Tusc. 5 c. 21 *Collocari hominem jussit in aureo lecto strato, pulcherrimo textili stragulo,* mit schön gewirckter decke. Et Virg. 3 Æn. v. 485 *Textilibus onerat donis,* mit gewirckten teppichen. Sic, *Textilia serta,* Martial. 6 epigr. 80. Et Lucret. 5 v. 1349

Nexilis ante fuit vestis, quam textile tegmen.

Et, *Textilem pestem,* Cicero in interpretatione quorumdam versuum ex Sophocle de Hercule, lib. 2 Tusc. c. 8 vocat vestem Centauri infectam sanguine, qua periit Hercules.

¶ Textĭle, is, subst. ein tuch, zeug; ut, *Regia textilia,* Liv. 45 c. 35.

¶ Textor, ōris, ein weber, leinweber, wircker, stricker, teppichmacher, Juvenal. sat. 8 v. 30, & Cic. pro Planc. c. 25.

¶ Textrix, īcis, eine weberin, wirckerin. Tibull. 2 eleg. 1 v. 65

Atque aliqua assidue textrix operata Minervam Cantat.

¶ Textrĭcŭla, æ, dimin. ein flechter- oder näter-mädgen. Ita *Textriculas puellas* Arnobius dixit lib. 5 p. 166.

¶ Textrīna, æ, & Textrinum, i, locus quo texitur, die weberstätt, werckstätt. Cic. 4 Verr. c. 26 *Nulla domus in Sicilia locuples fuit, ubi iste non textrinam instituerit.* Tertull. adv. Gent. c. 1 *De compito, de trivio, de textrino totus.* ¶ Item, die weber-kunst; ut, *Ratio textrinæ,* Plin. 11 c. 24.

¶ Textōrius, a, um, gewebt, zusammen gestückt. Senec. epist. 113 *Textorium totum illud est, quod cum agitur, dissilio risu.*

¶ Textūra, æ, opus textorium, das gewebe, weber-arbeit; ut, *Coæ textura Minervæ,* Propert. 4 eleg. 5 v. 23. *Texturæ dissimiles inter se,* Lucret. 6 v. 776. Composita:

¶ Attexo, xui, xtum, ĕre, annectere, adjungere, anflechten, anweben, beyfügen. Cicer. de Vniversit. c. 11 *Ad immortalem partem attexere mortalem.* conf. Varr. de R. R. 2 c. 5.

¶ Circumtexo, ĕre, herum weben. Hinc

¶ Circumtextus, a, um, umher gewirckt; ut, *Velamen acantho circumtextum,* Virg. 1 Æn. v. 649.

¶ Contexo, ĕre, zusammen flechten, wircken, fügen; ut, *Contexere interrupta,* Cic. de Legib. 1 c. 3, die lücken ausbüssen. *Contexere cum aliorum negotiis nostra,* id est, conjungere, Idem 5 fam. epist. 12. *Contexere carmen,* est componere, Cic. pro Cœl. c. 8. Et pro Dejotaro c. 6 *quam festive crimen contexitur,* i. e. astute conflatur & componitur?

¶ Contextus, a, um, zusammen gefügt, gewirckt. Cic. de Nat. Deor. 2 c. 63 *Ovium villis confectis atque contextis homines vestiuntur.* Virg. Æn. 2 v. 112 *Trabibus contextus acernis equus,* ein höltzern pferd.

¶ Contexte, adverbium, idem quod conjunctim vel dense, dick in einander. Cic. de Fat. c. 14 *Omnia naturali colligatione conserte contexteque fiunt.*

¶ Contextim, idem. Plinius 10 c. 53 *Turdi in cacuminibus arborum luto nidificantes pæne contextim.* Et Augustinus epist. 112 c. 15 *quæ contextim posuit Apostolus,* beysammen.

¶ Contextus, ûs, subst. die zusammenfügung; ut, *Pinnarum contextu tegumenta corpori facere,* Cic. ex Accio 5 de Fin. c. 11. *Contextum aliquem dissolvere,* Lucret. 1 v. 243. *Contextus & continuatio sermonis,* Quintilianus 8 c. 2. *Contextus operis,* Valer. Max. 5, 4, 7.

¶ Contextio, ōnis, idem. Macrobius 1 Somn. Scip. c. 5 *contextio & resolutio numeri.* Et Augustin. 3 Doctr. Christian. c. 3 *contextione sermonis.*

¶ Detexo, ĕre, idem quod contexere, vel texendo absolvere, abweben; ut, *Detexere telam,* abwircken, abbringen, Plaut. Pseud. 1, 4 v. 7. Et, *Exordiri, detexere, retexere,* Cic. 2 de Orat. 38. *Ab exordio aliquid detexere,* Auctor ad Herenn. 2 c. 27. Virgilius eclogâ 2 v. 71

Quin tu aliquid saltem, potius, quorum indiget usus,
Viminibus mollique paras detexere junco.

¶ Detextus, a, um, abgewirckt, vollbracht; ut, *Linum nondum detextum,* Vlpian. l. 70 § 11 Dig. de Legatis. Et Cic. de Orat. 2 c. 38 *Ante exorsa & potius detexta prope retexere.*

¶ Extexo, ĕre, aufweben. Plaut. Bacchid. 2, 3 v. 5 *Extexam ego illum pulchre,* id est, spoliabo auro. *Extexere* enim est telam lanâ nudare. vide Interpretes.

¶ Intexo,

¶ Intexo, ĕre, innectere, involvere, implicare, includere, einbringen, einflechten. Cic. in Partit. c. 4 *Læta tristibus, incredibilia probabilibus inteximus.* Plin. 13 c. 11 *Intexere litteras vestibus*, buchstaben in die kleider bringen. Cic. ad Attic. 13 epist. 22 *Te ἀσμενέστατα intexui, faciamque crebrius.*

¶ Intextus, a, um, eingewebt, gestickt. Autor ad Herenn. 4 c. 47 *Chlamys coloribus variis intexta.* Cic. de Nat. D. c. 55 *Arteriæ toto corpore intextæ.* Adde Virg. Æn. 5 v. 252; & 10 v. 785; & Georg. 3 v. 25.

¶ Intextus, ûs, subst. die einflechtung; ut, *Intextu concretus*, Plin. 2 c. 8.

¶ Intertexo, ĕre, mit unter, oder mit einflechten, hinein bringen. Hinc

¶ Intertextus, a, um, hinein geflochten, drunter gewirckt; ut, *Flores hederis intertexti*, Ovid. Met. lib. 6 v. 128. Et Quintil. 8 c. 5 *Neminem deceat intertexta pluribus notis vestis*, ein bunt gestickt kleid.

¶ Obtexo, ĕre, oben über ziehen, bedecken. Plin. 2 c. 38 *Cælum aliud obtexens per nubes.* Virg. Æn. 11 v. 611 *Cælum obtexitur umbra.* Statius 2 Achill. v. 115 *Omne fretum longa velorum obtexitur umbra.*

¶ Pertexo, ĕre, perficere, hinausführen, ausmachen. Cicero de Orat. 2 c. 33 *Pertexe modo, Antoni, quod exorsus es*, führe es aus. Et ad Attic. 1 epist. 14 *Totum hunc locum, quem ego varie soleo pingere, valde graviter pertexuit.*

¶ Prætexo, ĕre, vorher machen, voransetzen. Cic. de Orat. 2 c. 78 *Omnia quæ fiunt, quæ aguntur, natura ipsa prætexuit.* Plin. 6 c. 25 *Montes eas gentes omnes prætexunt*, id est, cooperiunt, sie ziehen sich um dieselben landschafften herum. Sed Virg. Æn. 4 v. 500

Non tamen Anna novis prætexere funera sacris
Germanam credit.

Et v. 172 *Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam;*
hoc est, prætendit, vel, ut Servius exponit, *prævelat*, sie wendet für, bemäntelt. Est autem in utroque Virgilii loco hypallage: *Novis prætexere funera sacris*, pro, *Nova sacra funeri prætexere.* Et, *Hoc prætexit nomine culpam*, id est, *hoc nomen culpæ prætexit.* Cic. in Pison. c. 24 *Prætexere cupiditatem triumphi*, vorschützen. conf. Vellej. 2, 62, 3.

¶ Prætextus, a, um, adsutus tanquam ad ornamentum, geziert, verbrehmt; item, fürgewandt. Cic. 2 fam. epist. 16 sect. 19 *Togam prætextam texi Oppio, puto te audisse*, i. e. magistratum majorem parari. Idem Catil. 2 c. 2 *In prætexta calumnia.* Ovid. Fast. 5 v. 567

Spectat & Augusto prætextum nomine templum.

Sed, *Prætexta fabula*, quæ sit Horatio, vide mox in *Prætextatus.*

¶ Prætexta, æ, subst. vestis erat purpurâ prætexta, ein mit purpur verbrehmetes kleid. Apud Romanos *Prætextam* nobilium fuisse, tam fœminarum, quam virorum, Pedianus scribit in Prætur. urb. p. 99. Pueri nobiles sive patricii ea induti erant usque ad annum XVII. Vnde *Prætextati* pro pueris ponuntur auctoribus. Vide Macrob. 1 Saturn. c. 6, & Manutium Quæsitis per Epist. itemque Lipsium ad Tacitum p. 86, nec non Gutherium lib. 1 de Jure Pontificio c. 28. *Prætexta* Græcis dicitur περιπόρφυρος, i. e. circumquaque limbum habens purpureum. Adde Rosin. Antiq. Rom. 5 c. 32 p. 897, ubi & caussam dicit, cur puerili ætati prætexta cum bulla fuerit data; quia scil. Tarquinii Prisci filius anno ætatis 14, in bello contra Sabinos hostem manu percussisset. Cic. de Amicit. c. 10 *Puerorum amores sæpe cum ipsa prætexta ponuntur.* Nam togam sumentes, prætextam deponebant. ¶ 2. Erat tamen etiam *Prætexta* senatorum, erat etiam sacerdotum. vid. Rosin. l. c. & Phil. Carol. Ant. R. 2 c. 12. Hinc *Prætexta consularis*, i. e. honor consularis apud Vellej. 2, 65, 3. Et apud Valer. Max. legitur lib. 7 c. 3 n. 8 *Abjecta honoris prætexta.* vid. Ruperti Diss. ad h. l. p. 442. Nonius c. 14 n. 29 *Prætextam vocat insigne Romanum, quod supra tunicas honorati quique sumunt.* ¶ 3. *Prætexta* dicitur fabula prætextata, de qua mox in *Prætextatus.* Asin. Pollio Ciceroni lib. 10 epist. 32 extr. *prætextam si voles legere.*

¶ Prætextum, i, subst. in genere neutro, πρόφασις, die ursache, der vorwand. Suetonius in Cæs. c. 30 *Prætextum quidem illi civilium armorum hoc fuit* &c. ¶ 2. Sed apud Senecam in illo epist. 71 *Illud pulcherrimum capiunt prætextum optimates* &c. *Prætextum* est purpura, quæ prætexitur. vide Casaub. ad Sueton. p. 25. Sic *Prætextum triumphi* pro insignibus triumphi Valer. Maximum 7 c. 1 n. 1 dixisse, videtur Salmasio ad Vopisc. p. 405, cum *prætextum* nihil aliud sit quam ornatura vel ornamentum.

¶ Prætextus, ûs, subst. der vorwand, bemäntelung, deckel, *simulationem* Cicero vocat. Suetonius in Tiberio c. 28 *Omnium inimicitiæ hoc prætextu ad nos deferuntur*, unter diesem schein. ¶ 2. Tacitus 1 Hist. c. 19 *Agitatum secreto, num & Piso proficisceretur, majore prætextu*, id est, splendore, dignitate, auctoritate.

¶ Prætextātus, a, um, in verbrehmten rock gekleidet, adelich. Nam *Prætextati*, & *prætextatæ*, pueri dicebantur ingenui, & puellæ ingenuæ, prætextâ utentes; ut, *Prætextati filii*, Cic. pro Muræna c. 5; & Vellej. 2, 59, 2. Et Sueton. Augusto c. 44 *Maritis e plebe proprios ordines assignavit: Prætextatis cuneum suum, & proximum pædagogis.* Hinc *Ætatem prætextatam* pro annis pueritiæ dixit Gellius 1 c. 23; & *Annos prætextatos*, Plin. 33 c. 1. ¶ 2. *Prætextata fabula*, comœdia seu tragœdia, varie enim exponitur, Romani argumenti. Donatus a dignitate personarum, & historia seu argumento latino *prætextatas* dictas fuisse scripsit. Horatius *prætextas* dixit pro *prætextatas*, de Arte poëtica v. 288

Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.

¶ 3. *Prætextatus* cognomento dictus est Papyrius: vide Gell. 1 c. 23, & Macrob. 1 Saturnal. c. 6. ¶ 4. *Prætextata verba*, apud Sueton. Vespasiano c. 22, Gellium 9 c. 10, & Macrob. 2 Saturn. c. 1 obscena sunt: quam ob caussam, non habeo dicere: sed quæ Festus affert, non satisfaciunt doctis. Apud eum autem *Prætextatum sermonem quidam putant dici, quod prætextatis nefas sit obsceno verbo uti: alii, quod nubentibus depositis prætextis a multitudine puerorum obscena clamentur.*

¶ Retexo, ĕre, wieder aufmachen, was gewircket war. Sic, *detexta retexere*, Cicero dixit 2 de Orat. c. 38; & ut proverbium Acad. Quæst. 4 c. 29 laudat, *quasi Penelope telam retexere.* Sic & Apulej. Apolog. p. 313 *textum retexo*, dixit. ¶ 2. *Retexere orationem*, est denuo quasi ordiri, & componere, wiederhohlen, Cic. Philipp. 2 c. 13 Et ad Brut. 11 fam. epist. 14 *Novi timores retexunt superiora.* Et eleganter Matius ad Cic. lib. 11 fam. epist. 28 *An quod adolescens præstiti, cum etiam errare cum excusatione possem, id nunc ætate præcipitata commutem ac me ipse retexam?*

¶ Retextus, a, um, aufgetrennt, geändert. Ovid. Amor. 3 eleg. 9 v. 30

Tardaque nocturno tela retexta dolo.

¶ Subtexo, ĕre, subjungere, beyfügen, anhängen. Plin. 25 c. 11 *Singulis corporum morbis remedia subtexemus.* Livius 37 c. 48 *Subtexit deinde fabulæ huic, legatos in senatu inter cætera hoc quoque interrogatos esse*, &c.

¶ Subtextus, a, um, eingewirckt, eingemengt. Manilius 3 v. 522

Et subtexta malis bona sunt, lacrymæque sequuntur
Vota, nec in cunctis servat fortuna tenorem, &c.

¶ Subtegmen, vide supra sub suo elemento.

THĀIS, ĭdis, Θάϊς, mulier illa fuit infamiâ nobilis, pernicies & pestis juventutis Atticæ, sic dicta a superbia pavonis, qui ταὼς Græcis dicitur, addita adspiratione. *Thaidem Menandream* Propertius lib. 2 eleg. 6 v. 3 dixit, ideo, quod a Menandro, græco poëta, celebrata fuerit. Et Ovid. lib. 1 de Remed. amoris v. 386

Nil mihi cum vitta; Thais in arte mea est.

THĂLĂMUS, i, θάλαμος, cubiculum conjugale, & conjugium ipsum, das ehebette; item, der ehestand; ut, *Consors thalami*, Ovid. 10 Met. v. 246, i. e. conjux. Virg. 4 Æn. v. 550

Non licuit thalami expertem sine crimine vitam
Degere more feræ, &c.

Idem 6 Æn. v. 280 *Ferreique Eumenidum thalami.*
Vbi generatim utitur poëta thalami voce, pro loco, in quo commorantur Eumenides: neque enim nupserunt illæ. vid. Vossius lib. 4 Instit. Orat. p. 225.

¶ Thălămēgus, i, θαλαμηγὸς, navigii genus, apud Sueton. Cæsare c. 52; ubi vide Interpretes. Seneca *navem cubiculatam* appellat lib. 7 de Benefic. c. 20.

¶ Epithalamium, i, ἐπιθαλάμιον, carmen nuptiale, eine hochzeit-schrifft, braut-lied. Proprie dicebatur carmen, quod, sponso sponsâque thalamum ingressis, juvenes pariter ac virgines adstantes ad thalamum canebant, ut ex Procli Chrestomathia discimus. Tale *Epithalamium* illud Catulli carmen 63 *Vesper adest, juvenes:* ita enim clare appellat Quintil. lib. 9 c. 3, quamquam Mureto in notis, quas in eum poëtam scripsit, aliter visum. conf. Catulli carm. 62, cujus titulus: *Juliæ & Mallii Epithalamium.*

THĂLASSEGLE, es, herba circa Indum amnem nascens, quæ alio nomine *Potamautis* appellatur, Plin. 24 c. 17.

THALASSIARCHA, æ, græca vox θαλασσιάρχης, ein see-admiral.

THĂLASSĬCUS, a, um, θαλασσικὸς, aquæ marinæ colorem habens, a θάλασσα, wasserfarb, wasserblau. Plaut. Milit. 4, 4 v. 43 *Palliolum habes ferrugineum, nam is color est thalassicus.*

¶ Thalassīnus, a, um, idem; ut, *Vestis thalassina*, Lucret. 4 v. 1120.

¶ Thalassia, ōrum, pro locis maritimis dixit Sidonius 1 epist. 5.

THĂLASSIO, ōnis, Thalassius, & Thalassus, i, ein braut-lied, vox erat nuptialis, qua se ad operas domesticas duci, novæ sponsæ admonebantur; θαλάσσιον enim Græci *lanificium* vocant. Originem exponit Livius 1 c. 9. Sed prolixius Plutarchus in Romulo p. 26. Nonnulli pro Deo nuptiarum habuerunt. Catullus in Epithalamio Juliæ:

satis diu
Lusisti nucibus, lubet
Jam servire Thalassio.

Martialis lib. 1 epigr. 36 *Quid si me jubeas Thalassionem*
Verbis dicere non Thalassionis?

Et lib. 3 epigr. 92 *Sternatur lectus,*
Thalassionem qui tuum dicet solus.

Et lib. 12 epigr. 42 *Præluxere faces: velarunt flammea vultus:*
Nec tua defuerunt verba, Thalasse, tibi.

THĂLASSŎMĔLI, θαλασσόμελι, decoctum ex aqua & melle Plinio 31 c. 6 est, & Sereno v. 534.

THĂLES, ētis, Θαλῆς, Milesius fuit, unus ex septem Græciæ sapientibus, qui Physicen primus & Astrologiæ secreta deprehendit. Solis eclipsin primus prædixit, quæ fuit Olympiadis 48 anno 4, hoc est, anno mundi 3379. Thaleti tripus seu mensa aurea, a piscatoribus Milesiis reperta, dum res in lite verteretur, ex oraculo Apollinis judicantis, eam sapientissimo dari oportere, delata est. Deinde per manus sapientibus omnibus tradita ad Solonem pervenit, qui illam Delphos remisit ad Apollinem, ut qui Deorum hominumque sapientissimus esset. Omnium rerum principium aquam statuit. Ex Ausonii Sapientibus Thaletis præcepta:

Turpe quid ausurus, te sine teste time.
Vita perit, mortis gloria non moritur.
Quod facturus eris, dicere sustuleris.
Crux est, si metuas, vincere quod nequeas.
Cum vere objurgas, sic inimice juvas.
Nil nimium satis est, ne sit & hoc nimium.

Plura Diog. Laërt. in Thalete. ¶ 2. Plautus Rud. 4, 3 v. 64 per sarcasmum dixit: *Salve, Thales*, sehet mir den klugen mann an. conf. Captiv. 2, 2 v. 24; & Bacch. 1, 2 v. 14.

¶ Thalētĭcus, a, um, adject. Sidon. carm. 2 v. 89

Quartus Anaxagoras Thaletica dogmata servat.

THĂLESTRIA, æ, Θαληστρία, vel Thalestris, is, regina Amazonum, cujus cum Alexandro M. congressum describit Curtius 6 c. 5.

THĂLĪA, æ, Θάλεια, una ex Musis, dicta a θάλλειν, virere. vide *Charites.* Euricius Cordus lib. 1 epigr.

Omnia rodit edax, vel sint adamantina, tempus.
Sola vetat dignum laude Thalia mori.

Horat. 4 od. 6 v. 25 *Doctor argutæ fidicen Thaliæ.* conf. Virg. eclog. 6 v. 2; & Martial. 9 epigr. 75. ¶ 2. Est & inter Nymphas, Virg. Georg. 4 v. 338.

¶ Thaliarchus, i, θαλίαρχος, princeps vel magister convivii, der gasthalter:

ter: nam θαλία etiam *convivium* significat. vid. Horat. 1 od. 9 *ad Thaliarchum*; & Turnebi Adverf. 11 c. 28.

THALICTRON, i, θάλικτρον, herba, kröten-till oder kröten-distel, heil-blat, vocat Cordus, quod eâ vulnera curentur, Plin. 27 c. 13.

THALLVS, i, θαλλός, furculus ramulusque virens, itemque germen, ein grüner stengel. Nam & *ceparum thallos* Columella 11 c. 3, Palladiusque Febr. tit. 24 dixerunt, de quibus jam dictum supra est aliquid in *Talla*, zwiebel-röhren. Virg. Ceiri v. 376

Pergit Amyclæo spargens altaria thallo;

Amyclæo thallo, id est, olivæ termite sive ramo. Videnturque *Thalli* de iis ramis dicti, qui in sacris adhibebantur, ut myrti, oleæ, laurus: unde & θαλλός, *sagmina* & *verbena* exponitur: quibus herbæ & rami sacri designabantur. Vet. Gloss. *Sagmina*, θαλλός, σπονδεῖα; item, θαλλός, *verbena*. Hinc θαλλοφόροι appellati, qui in sacris ramos ferebant. Alcimus Avitus lib. 3 v. 328

Vvida quin etiam miscebant cinnama thalli.

THALLVS, i, historicus, qui Syriacam historiam diligenter tractavit, ut actor est Africanus apud Eusebium de Præparat. Evang. lib. 10 c. 3, item Eusebius lib. 1 χρονικῶν.

THALYSIA, ôrum, θαλύσια, festa, quibus agricolæ Cereri post messem primitias consecrabant, ut fructibus in horrea convectis, virescerent progerminarentque in campis omnia, quod vocant θάλλειν, das ernden-fest, firmiß. vid. Scholiast. Theocrit. Idyll. 5; & Cœl. Rhodig. Ant. Lect. 12 c. 19.

THAMNVS, i, θαμνός, frutex. Vet. Gloss *Thamnus*, ἕλιξ, βοτάνης εἶδος. conf. Colum. 12 c. 7. Idem & *Rhamnum* vocat lib. 10 v. 373.

THAMYRAS, æ, vel Thamyris, is, aruspex, cujus meminit Tacitus 2 Hist. c. 3 n. 2. ¶ 2. Excellens musicus, quem Musæ, quas in certamen provocavit, & oculis & lyra privarunt. vid. Stat. Theb. 4 v. 183; & Propert. 2 eleg. 18 v. 19. Ovid Art am. 3 v. 399

Tu licet & Thamyram superes atque Orphea cantu.

THAPSACVS, i, oppidum Syriæ ad Euphratem, quem ibi Darius ponte junxit Macedonico bello: Arrian. lib. 2 & 3 Expedit. Alex.

THAPSIA, æ, θαψία, herba ferulæ similis, sed caule graciliore, sic dicta a Thapso insula, Matthiol. Nascitur in montibus Apennini, estque duplex, major & minor; utraque pro tripolo & costo affertur, Plin. lib. 13 c. 21.

THAPSVS, i, oppidum maritimum Byzacenæ Africæ, juxta quod Cæsar Pompejanas reliquias vicit, Hirtius B. Afric. c. 28 & 79 &c.

¶ Thapsitâni, ejus oppidi incolæ, Ibidem c. 79 & seq.

THASVS, i, Θάσος, insula juxta Thraciam, marmore & vino nobili celebris. *Thasus bonorum*, de bonorum copia dicitur; Auro enim hæc insula abundavit. vid. Stat. 1 Silv. 5 v. 34.

¶ Thasius, a, um, adject. ut, *Thasius lapis*, Seneca epist. 86, i. e marmor. *Thasiæ vites*, Virg. 2 Georg. v. 91. *Thasium vinum*, *Thasium infundere*, vinum bonum alio meliori diluere. vide Chiliad.

THAVMANTIAS, ădis, Θαυμαντιάς, Iris, Thaumantis & Electræ filia, nuntia Deorum in rebus malis, ut Mercurius in bonis, der regenbogen. Ex admirandis coloribus hoc nomen accepit; nam θαῦμα, *miraculum* est. vid. Virg. Æn 9 v. 5. Et Statius 10 Theb. v. 123

radios Thaumantias omnes Impulit.

¶ Thaumantis, idis, eadem. Stat. 3 Silv. 3 v. 80

Summi Jovis aliger Arcus [i. e. Mercurius]

Nuntius: imbrifera potitur Thaumantide Juno.

Pro ipso cælesti arcu posuit Alcimus lib. 4 v. 625

Arcus & emicuit, quem nunc Thaumantida Grajo,

Irim Romuleo vocitant sermone poëtæ.

¶ Thaumantæus, a, um, adject. ut, *Virgo Thaumantæa*, Ovid. 14 Met. v. 845, eadem, quæ Thaumantis vel Thaumantias.

THEAGENES, is, tres hujus nominis Athenienses refert Suidas: unum, qui de Homero scripsit; alterum, qui *fumus* cognominatus, quod multa promittens nihil præstaret; & tertium, ob liberalitatem multa laude dignissimum, quod dives ac potens benefaceret omnibus. Quartum addit Pausanias athletam, qui centum & quadraginta coronas ex certaminibus retulit.

THEAMEDES, is, lapis est in Æthiopiæ montibus nascens, contrarius magneti, quippe qui ferrum appositum sibi statim abigat respuatque: Matthiolus, & Plin. 36 c. 16.

THEATRVM, i, θέατρον, ein schauplatz, comödien-hauß, eine schaubühne, a θεάομαι, *specto*, latine *Visorium* reddere possis: structura mirandi operis eo excitata fine, ut ibi ederentur ludi scenici maxime, delectando populo festis diebus feriato: qui ut commodius spectari possent, hemisphærii seu semicirculari forma educta in altum moles erat, multis gradibus cuneisque, in quibus sederent spectantes, distincta. Vide mox *Amphitheatrum*, item supra *Cuneus*; & Cassiodorum 4 Variarum epist 51, & lib. 5 epist. 42; item Scalig. Poët. 1 c. 21; & Alex. ab Alex. 4 c. 25. Inde, *Tamquam e theatro exire*, Cic. 1 de Fin. c. 15. ¶ 2. Interdum pro ipsis spectatoribus *Theatri* nomen usurpatur: ut, *Clamosi turba theatri*, apud Stat. 3 Silv. 5 v. 16. Et Cicero de Orat. 3 c. 50 *theatra tota reclamant.* Quintilianus 6 c. 1 sub fin. dixit, *Commovere theatrum*, die zuhörer bewegen. Et, *Epicurus uni ex consortibus studiorum scripsit: Satis magnum alter alteri theatrum sumus*, Seneca epist. 7. ¶ 3. *Versari in theatro*, eleganter Cicero dixit 7 in Verr. c. 14, pro, in aliquo conspicuo loco, & ante omnium oculos versari, öffentlich, frey, für jederman. Et in Tuscul. lib. 2 c. 26 *Nullum theatrum virtuti conscientiâ majus est.* ¶ 4. Græci *Theatris* & in curiarum vicem utebantur: ibi enim consultaturi conveniebant. Corn. Nepos Timoleonte c. 4 n. 2 *Veniebant autem in theatrum, cum ibi consilium Pop. haberetur.* Tacit. 2 Hist. c. 80 n. 4 *Tum Antiochensium theatrum ingressus, ubi illis consultare mos est.* Ausonius prologo in Ludum de 7 Sapientibus: *& Atticis quoque*

Quibus theatrum curiæ præbet vicem.

Vide & Heliodorum lib. 4 Æthiopic. p. 179, & Lipsium ad Tacitum supra laudato loco. Magna autem licentia ibi agebatur: unde Tertullianus de Spectaculis c. 10 *Theatrum, arcem omnium turpitudinum*; itemque c. 17 *consistorium impudicitiæ*: & Salvianus *habitaculum turpitudinum* vocat lib. 6 de Provident. vide & Savaronem ad Sidonium. Porro theatri gradus, sive subsellorum ordines in *Orchestram*, ubi princeps & senatus; *Equestria*, in quibus eques; & *Popularia*, in quibus populus spectabat, distincti erant. Vide suis locis, & Lipsium de Amphitheatro c. 14.

¶ Theatridium, i, græca forma θεατρίδιον, diminutivum, ein kleiner schauplatz. Varro 3 de Re Rust. c. 5 *Theatridium avium.*

¶ Theatrâlis, e, zum schauspiel gehörig; ut, *Lex theatralis*, Plin. 7 c. 30. *Theatrales gladiatoriique consessus*, Cicero pro Sestio. *Theatrales sermones*, id est, spurci & obsceni, Sidon. 3 epist. 13. In theatris enim plerumque nil nisi obscenum & inverecundum a scenicis proferebatur. vide ibi Savaronem.

¶ Theatrĭcus, a, um, idem. Augustinus de Civ. Dei 6 c. 6 *Theatricæ turpitudines*: & ibidem c. 7 *fabulosa, theatrica, scenica.* Idem Soliloq. lib. 2 c. 17 *theatricus Achilles.*

¶ Amphitheatrum, i, ἀμφιθέατρον, theatrum undique clausum, ein runder schauplatz. Locus erat spectaculis gladiatorum, & venationum designatus, qui & *Arena*, & *Cavea* nominabatur. Is cum non semicirculari, sicut theatra; sed orbiculari figurâ ad ovi instar exstructus esset, *Amphitheatri* nomen accepit, quod duo theatra scilicet videretur præstare. Isidorus lib. 18 Orig. c. 52 AMPHITHEATRVM *dictum, quod ex duobus* THEATRIS *sit factum. Nam* AMPHITHEATRVM *rotundum est:* THEATRVM *vero ex dimidio* AMPHITHEATRO *est, semicirculi figuram habens.* Vide Lipsii librum de Amphitheatro. Martial. de Spectac epigr. 1

Omnis Cæsareo cedat labor amphitheatro.

Annis ante passionem Christi quinque apud Fidenam, Italiæ urbem, amphitheatrum gladiatorum corruit: quo casu quinquaginta hominum millia debilitata aut obtrita sunt, ut Tacitus retulit 4 Annal. c. 62. Solebant per theatra & amphitheatra, ubi magna semper otiosorum hominum turba, fontes & noxii exempli caussâ, & ut ostenderentur, inter risus & varias ignominias traduci. Sic Titus delatores per amphitheatri arenam traduci jussit, ut Suetonius ejus vitâ docet c. 8 extr. Sic Adrianus decoctores catamidiari in theatro & dimitti imperavit, ut Spartianus ejus vitâ auctor est c. 18. Quid *catamidiari* sit, docet ibi Casaubonus. Sed malit Salmasius *catomidiari* legere. Finem traductionis hujus aperit Seneca 1 de Ira c. 6. Et, *Amphitheatrum, quale sola rerum natura possit effingere*, Plin. 5 epist. 9.

¶ Amphitheatrâlis, e, adject. pertinens ad Amphitheatrum; ut, *Amphitheatrale spectaculum*, Plin. 21 c. 24. *Amphitheatrales magistri*, Martial. 11 epigr. 70. Etiam Prudentius 1 adv. Symmach. v. 385

Amphitheatralis spectacula tristia pompæ.

Et, *Amphitheatralis pompa*, Claudian. Panegyr. Mall. Theodor. v. 292.

THEBE, es, Θήβη, & Thebæ, arum, nomen est diversarum in diversis regionibus civitatum. Clarissimæ in Ægypto fuerunt, a Busiride, Ægypti rege, conditæ, quæ *Heliopolis*, Ἡλιόπολις, id est, *Solis civitas*, & *Diospolis* a Strabone dictæ sunt. Centum habuerunt portas, unde Ἑκατόμπυλον Homerus vocat, pensilesque propemodum totæ fuere, quemadmodum Plinius scripsit lib. 36 c. 13. Lege & Tacit. 2 Annal. c. 55. Juvenal. sat. 15 v. 6

Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.

Et Propertius 2 eleg. 8 v. 9

Magni sæpe duces, magni cecidere tyranni,

Et Thebæ steterant, altaque Troja fuit.

Strabonis tempore collapsæ hæ Thebæ (ut alia, vetustate) vicatim inhabitatæ fuerunt. ¶ 2. *Thebæ* alteræ in Bœotia fuere, conditæ a Cadmo Agenoride, muris autem cinctæ ab Amphione, & eversæ ab Alexandro, *viribus, non ingenio censendæ*, juxta Nepotem in Epaminonda. Patria hæ fuerunt Bacchi & Herculis. Septem habuerunt portas, quamobrem ἑπτάπυλος Θήβη appellatæ fuerunt. Ad quod respexit Juvenalis sat. 13 v. 26

Rari quippe boni, vix sunt numero totidem, quot

Thebarum portæ &c.

Pindarus hinc ortus, atque inde *Thebanus* dictus fuit. ¶ 3. Porro *Thebæ* in Africa etiam fuerunt, a Baccho conditæ. ¶ 4. Aliæ rursus in Thessaliâ & in Cilicia, patria Andromaches, Hectoris uxoris, & ¶ 5. in Lucania, & ¶ 6. Corsica.

¶ Thēbăis, idis, Θηβαΐς, patronym. Ovid. 6 Metam. v. 163

Thebaides jussis sua tempora frondibus ornant.

¶ 2. Et, *Thebais* opus Statii est de Thebis, seu de Bello Thebano, quod Trojano aliquanto est antiquius. vid. Stat. 3 Silv. 5 v. 36. Præter Statium Thebaidem hexametris cecinit Antimachus & Nicander Colophonius. Argumentum recenset Didymus, sive quicunque auctor scholiorum in Homeri Odyss. K. ¶ 3. Item, tragœdia incerti auctoris inter Senecæ tragœdias ejusdem argumenti. ¶ 4. *Thebais* a Thebis Ægypti regionis pars ulterior. Plin. 13 c. 4 *Thebaidis fructus*, i. e. palmæ. Idem lib 18 c. 18 *Excellentius in Thebaidis regionibus frumentum, quam palustribus Ægyptiis.* Idem lib. 5 c. 11 *Summa pars contermina Æthiopiæ Thebais vocatur.* ¶ 5. *Thebais* amnis, quo Caria perfunditur, Plin. 5 c. 29.

¶ Thēbaĭcus, a, um, adject. ut, *Thebaicus lapillus*, qui & *Pyrrhopœcilos*, Plin. 36 c. 22. Et, *Thebaicæ palmæ*, Idem 5 c. 28.

¶ Thebānus, a, um, aliud adj. ut, *Arx Thebana*, *Duces Thebani*; vide Nepotis Epaminondam & Pelopidam. Et absolute *Thebani* populi, ibidem.

THECA, æ, θήκη, repositorium, arca, ein kasten, futteral, büchse; ut, *Grani thecam*, glumam Varro vocat 1 R. R. c. 48, der balg, darinn das körnlein ist. *Theca nummaria*, Cicero ad Atticum 4 epist. 8. *Theca calamaria*, Martial. 14 epigr. 19, federbüchse, schreib-zeug. Sic, *Theca pulveraria*, eine sandbüchse. *Theca bombardaria*, eine patrontasche.

¶ Thecâtus, a, um, theca tectus, eingefüttert; ut, *Arcum gestare thecatum*, Sidon. 1 epist. 2.

¶ Apŏthēca, æ, ἀποθήκη, latine repositorium, horreum, in superiori ædium parte, in quo a cella subterranea distinctum erat repositorium, eine apotheck, vorraths-kammer, weinkeller. Columella lib. 1 c. 6 *Apothecæ recte superponentur his locis, unde plerumque fumus earum exoritur*

ritur, quoniam vina celerius vetustescunt, quæ fumi quodam tenore præcocem maturitatem trahunt. Horat. 2 sat. 5 v. 7

neque illic
Aut apotheca procis intacta est, aut pecus.

Cicero 2 Philipp. c. 27 *Apothecæ totæ nequissimis hominibus condonabantur.* Licet autem generale sit vocabulum, maxime tamen vini repositoriis adhibetur. Augustinus Confession. 9 c. 8 *Modo aquam bibitis, quia in potestate vinum non habetis. Cum autem ad maritos veneritis, factæ dominæ apothecarum & cellariorum, aqua sordebit, sed mos potandi prævalebit.*

¶ Argyrothēca, Chirothēca, vide supra in A & in C.

¶ Enthēca, æ, ἐνθήκη, eâdem fere significatione ponitur, qua apotheca, vel horreum & repositorium, ein behältniß. Augustinus de vita Clericorum: *Enthecam nobis habere non licet; non est episcopi, servare aurum.* Et post paullo: *Non habeamus enthecam.* Et Fulgentius: *In quantum memoriæ entheca subrogare potuit.* ¶ 2. *Entheca* dos prædiorum, l. 2 § 1 ff. de Instrum. leg.

¶ Enthecātus, a, um, repositus, reconditus, hinterlegt. Fulgent. 1 Mythol. *Quicquid Heliton verbalibus horreis enthecatum possederat.*

¶ Hўpŏthēca, æ, ὑποθήκη, pignus, ein pfand, unterpfand. Martianus Lege 5 Dig. de Pignorib. *Inter pignus & hypothecam tantum nominis sonus differt.* Add. Valla lib. 6 cap. 57. Vtitur Cicero 13 fam. epist. 56 *Cures velim, ut aut de hypotheca decedat,* &c. daß er von den pfanden abstehe.

¶ Hypothecārius, a, um, zum pfand gehörig; ut, *Hypothecarius creditor,* der geld auf pfand leyhet, Vlpianus 1 § 3 Dig. de separationib.

THĒLЎGŎNVM, i, θηλύγονον, herba, bingelkraut, Plin. 27 c. 8.

THĒLЎPHŎNON, i, θηλύφονον, wolffswurz, Plin. 25 c. 10.

THĒLYPTĔRIS, is, θηλυπτερίς, filix fœmina, est enim fruticosa, multos ex se ramos producens, eine art frauenkrauts, Plin. 17 c. 9.

THĔMA, ătis, θέμα, origo, nomen seu verbum primitivum, argumentum, de quo Quintil. 7 c. 2 *In schola certa sunt, & pauca, & ante declamationem exponuntur, quæ themata Græci vocant, Cicero proposita.* ¶ 2. Apud Suetonium Augusto c. 94 *thema* ponitur pro horoscopo: *Tantam,* inquit, *fiduciam fati habuit, ut thema suum vulgaverit,* seine nativität. Manilius latina voce *posituram* vocat lib. 3 v. 93, ubi vide Scaligerum.

¶ Thĕmătismus, i, θεματισμός, i. e. collocatio, positio, Vitruv. 1 c. 2.

¶ Epithematium, i, ἐπιθεμάτιον, medicamentum externum, quod imponitur, ein umschlag überzulegen; ut, *Adhibere epithematia,* Priscian. 2 c. 20.

THĔMIS, ĭdis, Θέμις, justitiæ Dea, una fuit ex tribus Jovis sororibus, oracula reddens, unde *fatidicam* Ovidius dixit lib. 1 Metam. v. 320. Ad ejus oraculum Deucalion cum Pyrrha profectus est, pro consilio reparandi humani generis. Θέμις, *fas* Græci vocant. Themis ergo vates petere jussit, quod fas esset, quod liceret. Templum habuit in Bœotia juxta amnem Cephisium. De Themide vide & Ammianum lib. 21 princ.

¶ Themista, æ, & Themistis, eadem Dea; ut, *Themistâ sapientior,* apud Ciceronem legitur in Pisonem c. 26, ut nominativus sit *Themista, æ.* Ita enim quædam ex accusativo græco mutata declinatione formantur, ut, τὸν κρατῆρα, *cratera, æ,* &c.

THĔMĪSON, ōnis, malus medicus, Juvenal. sat. 10 v. 221.

Themista, Themistis, vide proxime ante in *Themis.*

THĔMISTIVS, i, Θεμίστιος, philosophus fuit Juliani temporibus, a quo præfectus fuit prætorio Constantinopoli. Commentatus est in Aristotelem. Valentem, imperatorem sævientem in orthodoxos, auctoritate suâ & epistolis reddidit mitiorem, Suid. Quæ oratio ejus cum aliis & hodieque exstat. Tribuitur Themistio illud ex Stobæo: Οὐδὲν οὕτως ἄκουσμα φορτικὸν, ὡς ὁ καθ' αὑτοῦ ἔπαινος, id est: *Nulla narratio tam odiosa est, quam sui ipsius laus.*

THĔMISTŎCLES, is, Θεμιστοκλῆς, Atheniensis, Nicoclis filius, vel potius Neoclis. Sic enim Ovidius de Pont. 1 epist. 3 v. 69

Arma Neoclides qui Persica contudit armis, &c.

Fuit prodigus ac lascivus in adolescentia; sed dux postea electus, res præclaras gessit. Exul tandem invidiâ civium ad Artaxerxem confugit, a quo cum invitus adversus patriam pugnare compelleretur, recente tauri sanguine hausto seipsum exstinxit: vir alioqui tantus, *ut nemo Græcorum ei anteferatur, pauci pares putentur,* quemadmodum de eo Nepos censuit, qui ejus vitam scripsit, quam post eum Plutarchus græce dedit. Itaque & jactare solitus fuit, *ferocissimos pullos generosissimos equos evadere, si recte docti formatique fuerint.* B. Hieronymus epistolâ ad Nepotianum scribit, Themistoclem, cum expletis centum & septem annis se mori cerneret, dixisse: *dolere se, quod tum egrederetur e vita, quando sapere cœpisset.* Sed ibi pro Themistoclis nomine *Theophrasti* substituendum, Casaubonus monuit in Characteres Theophrasti p. 97. *Themistocles cum recusasset lyram, habitus est indoctior,* Cicero 1 Tuscul. c. 2. vide & Quintil. 1 c. 17; & Cic. de Finib. 2 c. 32. Epistolæ, quæ Themistocli tribuuntur, jamdudum suspectæ sunt. vid. Leo Allatius in Dialogo de scriptis Socratis.

THENSA, æ, sacrum vehiculum, ein wagen, darauf man heiligthum oder götzen führet, dicta a loris prætensis, vel ἀπὸ τοῦ θεῖν, hoc est, *a divinare,* ut Asconius censuit in Cic. Verrin. de prætur. Vrbana. Ipse Cicero de Arusp. respons. c. 11 *Te appello, Lentule, cujus sacerdotii sunt thensæ, curricula, præcentio, ludi, libationes.* Sueton. August. cap. 43 *Thensas deducere.* Vet. Gloss. *Thensa,* ἅρμα θεῶν. Diomedes lib. 1 *Thensa Deorum vehiculum.* vid. Torrent. ad Sueton. Cæs. c. 76.

THEOCRĪNES, is, Θεοκρίνης, primus fuit tragœdiarum actor; sed calumniator deinde & sycophanta evasit. Hinc Demosthenes Æschinem *Theocrinem tragicum* dixit in oratione pro Ctesiphonte. vide Chiliad. *Tragicus Theocrines,* τραγικὸς Θεοκρίνης. Hoc convicio usi etiam gentiles, ubicunque viderent Christianum, quasi sanctimoniæ simulatorem magnificis verbis aliorum vitam criminaretur. vid. Hieronym. in epist. ad Furiam de Viduitate.

THEOCRĬTVS, i, Θεόκριτος, poëta Syracusanus. Scripsit linguâ Ionicâ & Doricâ, quæ extant 36 Idyllia. Quod scripti genus in Bucolicis Virgilius imitatus est. Vixit sub Ptolemæo, Lagi filio; v. Suid.

THEŎDAMAS, antis, Θεοδάμας, pater fuit Hylæ pueri, quem in deliciis habuit Hercules, & amissum forte in silva sollicitissime requisivit, sed invenire non potuit, ad quod in Sileno suo Virgilius allusit eclog. 6 v. 43 *His adjungit, Hylam nautæ quo fonte relictum*
Clamassent, ut littus Hyla, Hyla omne sonaret.

¶ Theŏdămantēus, a, um, adject. Propertius 1 eleg. 20 v. 6
Theudamanteo proximus ardor Hylæ:
Primam produxit, quia & Θειοδάμας dicitur.

THEODECTES, is, Θεοδέκτης, Cilix fuit, orator & poëta. Scripsit tragœdias L. Decessit Athenis annos natus XLI. Rhetoricam versibus scripsit. Laudavit & Mausolum, Artemisiæ reginæ maritum. Reliquit filium oratorem, qui laudes scripsit Alexandri regis Epirotarum. Hunc Aristoteles & Cicero politum dixerunt scriptorem & artificem. Stobæus Theodecti hoc tribuit: Πολλὰ δεῖ μοχθεῖν τὸν ἥξοντ' εἰς ἔπαινον εὐκλεῆ, ῥαθυμία δὲ τὴν παρ' αὐτίκ' ἡδονὴν λαβοῦσα, λύπας τῷ χρόνῳ τίκτειν φιλεῖ. Hoc est: *Multum oportet illum laborare, qui gloriosam laudem consecuturus est; negligentia vero præsenti voluptate fruens dolores afferre solet in posterum.*

THEŎDŎRĪCVS, i, nomen fuit multorum, inter quos & ille Gothorum rex in Italia sub imperatore Zenone, qui in magna auctoritate constitutos senatores, Symmachum, & Boëthium, generum ejus, e medio sustulit. Quam injustam crudelitatem secuta hæc pœna fuit: Non multo enim post eorum necem, cum cœnanti ipsi Theodorico appositum fuisset in mensa grande piscis caput, visus est sibi cernere se caput Symmachi horribili rictu, & flammeis oculis, minantis ipsi. Subito igitur consternatus in lectum se collocari jussit, accersito medico Elpidio, narravit amicis terribilem illam Symmachi conspectam speciem, & in deploratione illa sceleris sui paullo post exstinctus est: Procopius de Bello Italico.

THEŎDŌRVS, i, Θεόδωρος, sophista Byzantius fuit, quem λογοδαίδαλον Plato vocare solitus est. ¶ 2. Fuit *Theodorus* alius orator nobilis Strabonis tempore, cujus discipulus fuit Hermagoras, qui de Rhetorica scripsit. ¶ 3. Alius denique sculptor fuit & architectus insignis, qui ferrum fundere primus docuit, statuamque ferream fecit, Suid. Diogen. Pausanias. ¶ 4. Alius denique actor tragœdiarum fuit, qui ad Satyrum comicum dixit, *admirabile non esse, spectatores ad risum provocare, sed ad lacrymas & fletum:* Οὐ θαυμαστόν ἐστι τὸ γελᾶν ποιεῖν τοὺς θεατὰς, ἀλλὰ τὸ δακρύειν καὶ κλαίειν; Plutarchus lib. 1 de ipsius laude.

¶ Theŏdōra, æ, uxor Justiniani Imp. de qua Evagr. lib. 4.

THEŎDŌSIVS, i, Θεοδόσιος, tres imperatores hoc nomine celebres; I. Magnus, II. Junior, III. Adramyttenus cognominatus.

¶ Theodosia, æ, Tauricæ Chersonesi urbs; Item urbs Paphlagoniæ.

¶ Theodosiānus, a, um, adject. ut, *Theodosianus Codex,* ita dicitur ab auctore Theodosio juniore imperatore, & complectitur Christianorum principum Constitutiones. vid. Jac. Gothofred. discurs. histor. ad L. Quisquis C. ad Leg. Jul. Majest. p. 6.

THEŎDŎTVS, i, Θεόδοτος, res Phœnicum consignavit. ¶ 2. Alius Chius, præceptor ultimi Ptolemæi, & suasor, ut profugus Pompejus interficeretur. Ipse vicissim interfectus a Bruto: Plutarch. in Pompejo.

¶ Theŏdŏta, æ, meretrix Elea, lepida inprimis & festiva, cujus meminit Xenophon de factis & dictis Socratis, & Laërt. in Arcesilao.

¶ Theodotion, i, θεοδότιον, genus cretæ viridis, in fundo cujusdam Theodoti primum inventum; Vitruv. 7 c. 7.

THEOGNIS, ĭdis, Θέογνις, poëta græcus gnomographus Megarensis, cujus sententiæ citantur ab omnibus propemodum magni nominis græcis auctoribus, ut ab Isocrate, Platone, Xenophonte, Aristotele, Plutarcho. vide vitam Theognidis, præfixam sententiis ejus elegiacis. *Priusquam Theognis nasceretur,* proverbiale de antiquissimis temporibus. Habetur apud Plutarchum libro, cur Pythia nunc oracula non reddat? p. 995; item libro, maxime cum principibus disputandum philosopho esse, p. 777; & Gellium 1 c. 3, qui ad Lucilium refert.

THEŎGŎNIA, æ, θεογονία, origo sive generatio Deorum, de qua scripsit Hesiodus. vid. Barthius ad Statium lib. 4 Theb. p. 114.

THEŎLŎGVS, i, θεολόγος, ein gottes-gelehrter. Cicero 3 Nat. Deor. c. 21 *Joves tres numerant ii, qui theologi nominantur.*

¶ Theŏlŏgia, æ, θεολογία, sermo de divinis, die wissenschafft göttlicher dinge. Priscæ Theologiæ tria erant genera, civile, naturale, & fabulosum. vid. Cœlius Rhodiginus Lect. Ant. 2 c. 12.

¶ Theologicus, a, um, theologisch; ut, *Doctrina theologica,* Ammianus 16 c. 6.

THEOMBRŎTVS, i, Θεόμβροτος, philosophus, Metroclis auditor & præceptor Demetrii Alexandrini; Laërt. in Metrocle, & Plin 7 c. 37.

¶ Theombrotios, i, θεομβρότιος, herba, qua Persarum reges adversus incommoda corporis & animi usi sunt, steinpfeffer, Plin. 24 c. 17.

THĔON, ōnis, Θέων. *Theones* plurimi fuere philosophi diversis temporibus apud Suidam. ¶ 2. *Theonis* sophistæ progymnasmata Græca extant, de quo traditur, nec orationes, nec carmina potuisse scribere, cum eorum artificium tamen egregie calleret. Damascius in vita Isidori apud Photium p. 1039.

¶ Theōnīnus, a, um, adject. ut, *Dente Theonino rodere,* i. e. conviciis lacerare, zur banck hauen, Horat. 1 epist. 18 v. 82, a Theone quodam maledico homine ejus temporis, ut Vet. Scholiastes notat. vide *Dens;* & adde Ausonium epist. 5 v. 101, ubi poëtam quempiam indoctum & mordacem Theonem appellat.

THEOPHĂNES, is, Θεοφάνης, Mytilenæus historicus, scriptor rerum Pompeji Magni, cujus meminit Cic. pro Arch. c. 10.

THEŎPHĬLVS, i, episcopus Antiochenus, de quo Eusebius.

¶ Theophĭla, æ, mulieris nomen apud Martialem 7 epigr. 60.

THEOPHRASTVS, i, Eresius, Θεόφραστος, a divinitate loquendi sic dictus, quemadmodum Cicero inquit in Oratore c. 19. Dulcis enim

dicendo fuit, cum antea *Tyrtamus* diceretur, ut Tzetzes notat Chiliad. 11 Tmem. 390. Fuit autem Platonis, itemque Aristotelis discipulus & scholæ successor. Super qua re historia elegans legenda apud Gellium est 13 c. 5. Opera ejus a Diogene commemorantur, de quibus exstant hodie de plantis libri, conversi a Theodoro Gaza, & Julio Cæsare Scaligero; itemque Characteres ethici; quem vere gemmeum libellum latine vertit & commentariis illustravit Isaacus Casaubonus. Cur *Aureolus* dictus sit, vide supra in *Aurum*.

THEŎPHȲLACTUS, i, Θεοφύλακτος, ethnicus, epistolas aliquot morales scripsit, quarum 177 exstant. ¶ 2. *Theophylactus* alius, episcopus Bulgarorum, commentatus est in Prophetas aliquot, in Evangelistas, & Pauli epistolas.

THEŎPOMPUS, i, Θεόπομπος, Gnidius fuit orator & historicus post Thucydidem & Herodotum *gravissimus*, sed idem & *maledicentissimus*. v. Corn. Nepos Alcibiade c. 11. Meminit ejus Quintil. 10 c. 1. Ejus unam annotavit sententiam Stobæus Serm. 14, quam ibi vide. ¶ 2. *Theopompus* alius fuit rex Spartanorum, qui primus ephoros instituit creari Lacedæmone. ¶ 3. Alius denique episcopus Nicomediensis, martyr sub Diocletiano.

THEŌRĒMA, ătis, θεώρημα, speculatio, & veluti contemplatio disciplinarum & studium ex præceptis, die betrachtung eines dinges; item, ein satz: vide Cic. de Fato c. 6.

¶ Theorēmătium, i, diminut. ein kleiner satz. Gellius 1 c. 13 *Instructius deliberatiusque fore arbitramur theorematium hoc.*

¶ Theōrĭa, æ, θεωρία, speculatio, die betrachtung, Cic. ad Att. 12 epist. 6.

¶ Theorētĭce, es, θεωρητική, ars posita in inspectione, id est, cognitione, nullum exigens actum, sed ipso rei, cujus studium habet, intellectu contenta, ut Quintilianus definit lib. 2 c. 21. vide in sua lingua, θεωρέω, *contemplor*, θεώρημα, θεώρησις, θεωρία, θεωρητικός.

THĒRA, æ, Θήρα, insula una ex Cycladibus in Ægæo, in qua Eleusis est civitas, Ptolemæo auctore: *Corsicam* alii esse putant. Dicta primum *Calisto* vel *Calliste* fuit. vid. Plin. 2 c. 89. Callimachus epigr. 31

> Καλλίστη προπάροιθε, τὸ δ' ὕστερον οὔνομα Θήρη,
> Μήτηρ εὐίππου πατρίδος ἡμετέρης
> *Nomine Calisto primùm, sed postmodo Thera*
> *Dicta fuit tellus urbis origo meæ.*

¶ Theræus, a, um, adject. & *Theræi*, incolæ, qui Cyrenen, urbem insignem in Africa condiderunt.

THĔRĀMĔNES, is, Θηραμένης, philosophus fuit Atheniensis, vir, si quis alius, intelligens dicendique peritus, isque princeps in republica, ut Thucydides & Diodorus Siculus censuerunt. Quare & Cicero, *eum faciendi dicendique sapientia floruisse*, lib. 3 de Oratore c. 16 scribit. Fuit versatilis ingenio, & qui inter dissidentes partes facile tueretur locum, unde & *Cothurnum* Athenienses vocarunt: quod & Michael Apostolius notavit Centuria 9 Proverbio 29. Unde & Plutarchus, Θηραμένης κόθορνον ὑποδύεσθαι, *Theramenis cothurnum induere*, dixit Præceptis Politicis p. 824 B. Mortem tam constanter subiit, ut efflaturus mox animam luderet adhuc & jocaretur. vide Ciceronem 1 Tusc. c. 40.

THĔRAMNAE, ārum, Laconiæ civitas fuit, eadem quæ *Therapne*, quæ mox sequuntur. vid. Plin. 4 c. 5.

¶ Theramnæus, a, um, adject. Silius 8 v. 413, correpta secunda, græco more.

¶ Thĕrapnæ, ārum, sive Therapne, es, ita Græcis plerisque scribitur; Plinio & Stephano *Theramnæ*: Silio 6 v. 303 *animosa Therapne*. vide jam ante *Theramnæ*.

¶ Therapnæus, a, um, adject. Silius 13 v. 43 secunda correpta:

> *Therapnæis Ilion armis Cessurum.*

THĒRIĂCA, æ, θηριακή, ἀπὸ τῶν θηρῶν, hoc est, *a feris*; est enim medicina adversus omnes bestias venenatas. Constat ex pluribus herbis, quæ singulæ membris principalibus singulis subveniunt, theriack. Tertullianus de Anima c. 24 *Si languenti theriacam composuerit.* Usus nomine hoc & Plinius lib. 20 extremo, ubi etiam compositionem ejus describit.

¶ Theriăcus, a, um, adjectivum, von theriac gemacht; ut, *pastilli theriaci*, Plin. 29 c. 4 sect. 21.

THĔRICLES, is, artifex sive figulus Corinthius, calices ex terebintho facere solitus torno. vid. Plin. 16 c. 40.

THĒRIŌMA, ătis, θηρίωμα, genus est ulceris cujusdam interioris, eine schtier, feigwartz, Celsus 5 c. 28 n. 3.

THĒRIŎNARCA, æ, θηριονάρκη, herba torporem afferens serpentibus, Plin. 24 c. 17; & 25 c. 9.

THĒRIOTRŎPHIUM, i, θηρίων τροφεῖον, locus, ubi feræ aluntur, leporarium, ein thier-garten, thier-hauß, Varro R.R. 3 c. 13.

THĔRISTRUM, i, æstiva vestis, ein sommer-kleid, θέριστρον, θερίστριον, a θέρος, *æstas*. Isidor. 19 c. 25 *Theristrum, pallium muliebre, dictum, quod ἐν θέρει, id est, in æstu & caumate corpora mulierum protegat, quoque hodie Arabiæ & Mesopotamiæ mulieres velantur.* Quæ omnia ex Hieronymo in Esaiam c. 3 descripsit.

THERMAE, ārum, plurale, Græcorum est, θέρμαι, balneæ sunt naturâ calidæ, cujusmodi in Bajis fuerunt, & in multis hodie sunt locis, warme bäder. *Calidas aquas*, Livius vocat lib 36 c. 15. Θέρμη enim *calorem* significat. Sic *Thermæ Neronianæ*, Martial. 7 epigr. 33, &c. ¶ 2. Suetonius Calig. c. 37 simpliciter pro balneis dixit, ubi calida aqua lavabantur.

¶ Thermŭlæ, ārum, diminutivum, ein warm bädlein. Martial. 6 epigr. 42 *Thermulis lavari.*

¶ Thermăpălus, a, um, θερμαπαλός, warm und weich; ut, *Ova thermapala*, Theod. Priscian. 20 c. 10.

¶ Thermēfăcio, ĕre, calefacere, warm machen. Plaut. Stich. 1, 3 v. 97 *Exta thermefecerat.*

¶ Thermŏpōlium, i, θερμοπώλιον, pro foro, in quo calida venduntur: Plautus dixit in Rudente 2, 6 v. 45 *Thermopolium instructum*, eine garküche; item, ein coffee-hauß. conf. Plaut. Curc. 2, 3 v. 13; & Parei Lex. Critic. p. 1237.

¶ Thermopōto, āre, warmes trincken. Plaut. Trinum. 4, 3 v. 6 *In thermopolio thermopotasti gutturem.* vide de more thermopotandi Lipsium 1 Elect. c. 4, & quos citat Taubman. ad Plauti l. c.

¶ Thermospŏdium, i, θερμοσπόδιον, i. e. vas cineri calido servando, in quo deponebant, quæ frigefieri nolebant, eine wärm-pfanne. Apic. 4 c. 2 *In thermospodio apponere.* vid. Barth. Advers. 40 c. 6.

THERMŌDŎON, ontis, vel potius Thermōdon, τρισυλλάβως. Ita enim apud Æschylum, Apollonium, Plutarchum semper exarari hoc vocabulum, docti notarunt. Et falluntur, qui in illo Virgilii 2 Æn. v. 659 *Quales Threicia quum flumina Thermodontis*, legendum pertendunt *Thermodoontis*. vide Erythræum in Indice Virgil. & de la Cerd. ad l. c. Adde Ovid. Met. 2 v. 249. Est fluvius Ponti in Scythia, ad quem Amazones a Tanai digressæ se transtulerunt & habitarunt. v. Strabon. lib. 12 p. 377. confer Wolff. Tom. V Operis Demosth. p. 337.

¶ Thermōdontius, Thermŏdontēus, & Thermodontiăcus, a, um, adjectiva. Propert. 3 eleg. 13 v. 13

> *Qualis Amazonidum* &c.
> *Thermodonteis turba lavatur aquis.*

Ovid. 9 Metam. v. 189

> *Thermodontiaco cælatus baltheus auro.*

Et, *Thermodontiaca caterva*, Seneca in Oedipo v. 481.

THERMŎPȲLAE, ārum, mons longissimus, mediam Græciam dirimens. Nomen accepit a thermis, quæ juxta fauces ejus, quas angustissimas habet, scaturiunt, quas πύλας Græci dicunt: Strabo lib. 9; Plutarch. Catone Censorio, & Livius 36 c. 15.

THĒRŎDĂMAS, antis, sive Therodămon, vel secundum alios Theromĕdon, rex Scythiæ fuit, qui, ne per insidias occideretur, leones humano alebat sanguine, quo sæviores eos, & ad crudelitatem paratiores, si res postularet, haberet. De hoc Ovid. lib. 1 de Ponto epist. 2 v. 121.

¶ Thērŏdămantēus, vel Theromedontēus, a, um, adjectiva. Ovid. in Ibin v. 383 *Therodamanteos ut qui sensere leones.*

THĒRON, vel Thero, ōnis, Θηρῶν, canis nomen apud Ovid. Metam. 3 v. 211 *Et trux cum Lelape Theron.* conf. Claudian. in Stilic. 3 v. 250 & 309. ¶ 2. Nomen tyranni apud Agrigentinos in Sicilia. vid. Herodot. lib. 7. ¶ 3. Latini cujusdam nomen ab Ænea occisi, Virg. Æn. 10 v. 312.

THERSANDER, dri, Θέρσανδρος, ex proceribus græcis fuit, qui ad bellum Trojanum profecti sunt, Polynicis filius. Meminit ejus Virg. 2 Æn. v. 261.

THERSĬLŎCHUS, i, Θερσίλοχος, Antenoris filius, in bello Trojano occisus. vid. Virg Æn. 6 v. 483; & lib. 12 v. 363.

THERSĪTES, æ, Θερσίτης, in exercitu Græcorum fuit, homo corporis atque animi laborans maximis vitiis, inimicissimus Achilli & Ulyssi, quemadmodum Homerus Iliad. B. v. 216 inquit, αἴσχιστος ἀνήρ, φολκὸς, χωλὸς δ' ἕτερον πόδα, φοξὸς κεφαλὴν &c. id est, *turpissimus homo, strabo, claudus altero pede, acutus capite* &c. Ovidius 4 de Ponto epist. 13 v. 15

> *Tam mala Thersiten prohibebat forma latere,*
> *Quam pulcrâ Nireus conspiciendus erat.*

Hinc *Deformior Thersitæ facies*, Θερσίτειον βλέμμα, de homine valde deformi & monstroso: vide Chiliadas. Ejus commendationem Libanius scripsit. ¶ 2. Apud Senecam 3 de Ira c. 23 *Thersites* pro conviciatore ponitur.

THĒSAURUS, i, θησαυρὸς, proprie conditorium sive loculamentum significat, ubi quid servandi gratia conditur: deinde rem ipsam, quæ conditur, ein verborgen behältniß, ein schatz. Vide Heraldum in Tertulliani Apologeticum c. 47; & Dausquejum in Basilium Seleuciensem p. 15. Plinius 1 epist. 22 *Mihi certe, quoties aliquid abditum quæro, ille thesaurus est.* Livius 39 c. 50 *Admonent deinde quidam, esse thesaurum publicum sub terra, saxo quadrato septum: ex eo vinctus demittitur* &c. Ita θησαυροῦ voce utitur Christus ipse Matth. c. 12 v. 53; & c. 13 v. 53. Sic *Oritius thesaurus* accipiendus est in epitaphio Plauti apud Gellium 1 c. 24. Sic Prudentius dixit Hamartig. extr. *Multa in thesauris patris est habitatio.*
Nam in exemplis istis omnibus *Thesaurus* locum significat. Etiam Messeniorum carcer, domicilium subterraneum, neque auras neque lucem exterius excipiens, *Thesaurus* dicebatur, in quem Philopœmen conjectus periit. vid. Plutarch. ejus vitâ p. 367 D. ¶ 2. Rerum omnium pretiosarum copia reposita:

> *Thesauros ignotum argenti pondus & auri,*

Virg. Æn. 1 v. 359. *Thesauro invento*, Horat. 2 sat. 6 v. 11. Et, *Intactis opulentior thesauris Arabum* &c. Idem 3 od. 24 v. 1. *Thesaurum reponere*, Quintil. 2 c. 7, einen schatz sammlen. *Thesaurum defodere sub lecto*, vergraben, Cic. de Divin. 2 c. 66. Et, *obruere*, Idem de Senect. c. 7. *Excudere aliquid, quod lateat in thesauris*, Idem ad Attic. 15 epist. 27. Et, *Suppeditare alicui a suis thesauris aliquid*, aus seinen schätzen darreichen, Cic. de Finib. 2 c. 21. *Thesaurus rerum omnium memoria est*, Idem de Oratore 1 c. 5. ¶ 3. Usurpatur & pro copia cujusque rei, etiam pessimæ, überfluß. Ita *Thesaurus mali*, Plaut. Merc. 1, 2 v. 51. *Thesaurus fraudis*, Apulej. vide Nonium c. 6 n. 45, & Lud. Viv. ad Augustin. de Civit. Dei 1 c. 8 p. 26. ¶ 4. *Thesaurus* etiam Menandreæ cujusdam comœdiæ nomen; cujus Terentius in prologo Eunuchi v. 12 meminit, ubi Donatus videri potest.

¶ Thesaurārius, a, um, ad thesaurum spectans, zum schatz gehörig; ut, *Thesaurarii fures*, Plautus Aulul. 2, 8 v. 25, die einen schatz bestohlen haben. ¶ 2. Substantive, pro quæstore, der schatz-verwahrer, schatzmeister, græce θησαυροφύλαξ. vid. Voss. de Vit. L. L. 1 c. 16; & 3 c. 52.

¶ Thesaurensis, is, idem thesaurorum custos, inter officiales comitis thesaurorum, Lege 2 Cod. de Palat. sacr. larg.

¶ Thēsaurīzo, āre, thesaurum quasi colligere, reponere, häuffen, sammlen; græcum θησαυρίζειν, sed id suæ linguæ relinquitur. Usus est Vulgatus Luc. c. 12 v. 21; & Rom. c. 2 v. 5; & ex eo Salvianus lib. 5 Gub. Dei p. 184.

¶ Thesaurocrypsonychochrysīdes, æ, θησαυροκρυψονυχοχρυσίδης, quasi

quaſi qui ungulis auri theſaurum abſcondit, ein ſcharrhalß. Fictum hoc nomen cuidam propter divitias & avaritiam inditum apud Plautum Captiv. 2, 2 v. 35; & 3, 4 v. 100.

THĒSEVS, i, duabus ſyllabis, Θησεὺς, Ægei Athenarum fuit regis filius, ex Æthra matre, de cujus geſtis Iſocrates in Helena. Nomen id accepit vel a ſignis depoſitis, vel ab adoptione, quam θέσιν Græci dicunt. Herculem materno genere attigit, cujus & virtutes imitatus eſt. Præclara enim multa geſſit. Amicus fuit Pirithoi, quocum nobile par amicorum conſtituit. Mortuus eſt in Scyro inſula, ubi auxilium contra Athenienſes, qui tum forte ab ipſo defecerant, a rege petierat, lapſus errore in foveam occultam. vide ejus vitam apud Plutarch. ¶ 2. *Non abſque Theſeo*, ὐκ ἄνευ Θησέως, locutio proverbialis eſt, cum ſignificamus, rem alieno auxilio confici, quemadmodum Germani dicunt, mit den nachbarn hebt man die zäune auf. vide Chiliad.

¶ Thēsēus, a, um, adjectivum triſyllabum; ut, *Theſea fides*, Ovid. 1 Triſt. eleg. 3 v. 66.

¶ Theseïs, ĭdis, poëma de Theſei rebus geſtis ſcriptum a Codro, poëta vili, Juvenal. ſat. 1 v. 2.

¶ Thēsīdes, æ, Θησείδης, Hippolytus, Theſei filius, Ovid. Her. epiſt. 4 Phædræ v. 65. ¶ 2. *Theſidæ* Athenienſes dicti ſunt Virg. 2 Georg. v. 383.

THĔSIS, is, θέσις, poſitura, ein ſatz. Figura eſt, diſtinguens ſenſus orationis per commata, cola, & periodos: Donatus. ¶ 2. Sed oratoribus θέσις quæſtio eſt univerſalis ſeu generalis, die ſache insgemein. Cicero *Propoſitum* vocat & *Infinitum*; Quintilianus *Quæſtionem infinitam*, qui nimirum perſonis, temporibus & locis remotis tractatur. *Hypotheſis* enim cauſſa eſt certis perſonis, locis & temporibus applicata. Cicero *Definitum* vocat & *Cauſſam*; Quintilianus *Finitum*. Sic autem dicimus: *Applicare theſin ad hypotheſin*, vel, *deſcendere a theſi ad hypotheſin*. *Theſis eſt*: An uxor ducenda ſit? *Hypotheſis*: An ſeni, ut Catoni, ducenda ſit, & Martia quidem? vide Quintilianum 3 c 5; & Ciceronem in Topicis.

¶ Thĕtĭcus, a, um, θετικὸς, ſatzweiſe geſtellt. *Thetica*, apud Ciceronem præfat. Paradox. quæ ſint, Turnebus 15 Adverſ. c. 20 explicat.

¶ Epithĕſis, is, ἐπίθεσις, impoſitio, inſcriptio, ein auffatz, eine überſchrifft. Vlpian. l. 5 § 10 ff. de injuriis & fam. libell. *Epitheſin in notam aliquorum producere*, id eſt, inſcriptionem contumelioſam, ein paſquill.

¶ Hypothĕſis, is, ὑπόθεσις, definitum, cauſſa; ſic enim in Topicis Cicero c. 21, der grundſatz, oder handel, oder inhalt. ¶ 2. Sed aliud tamen, ὑπόθεσις, Ciceroni eſt ad Attic. 14 epiſt. ultima: *ὑπόθεσιν autem hanc habent, eamque præ ſe ferunt, clariſſimum interfectum, totam rempubl. illius interitu perturbatam*, &c. ubi ὑπόθεσις, idem eſt quod πρόσχημα, πρόφασις, prætextus, occaſio, velamen. *Ὑπόθεσιν hanc habent*, &c. ſie haben dieſen ſchein, und wenden ihn für, ꝛc. vide de *Theſi* & *Hypotheſi* modo dicta.

¶ Hypothĕtĭcus, a, um, ὑποθετικὸς, bedinglich, vorausſetzend; ut, *Prologus hypotheticus*. vide ſupra *Prologus*.

¶ Proſthĕſis, is, πρόσθεσις, adpoſitio litteræ vel ſyllabæ ad principium dictionis: *Meum gnatum rumor eſt amare*, pro, *natum*. *Quid ſi ſciſſem, nunquam huc tetuliſſem pedem*, pro *tuliſſem*, Terent. Andr. 1, 2 v. 14; & 4, 6 v. 13.

THESMŎPHŎRIA, ōrum, θεσμοφόρια, ſacra Cereris, quæ θεσμοφόρος Græcis dicta fuit a legum inventione, quas ſimul cum frumento invento hominibus ſine lege vagantibus dediſſe dicitur. Plin. 24 c. 9 *Matronæ in Theſmophoriis caſtitatem cuſtodientes* &c.

THESPIAE, arum, Θεσπιαὶ, oppidum Bœotiæ Heliconi vicinum, quemadmodum Strabo indicavit; ſed Plinio 4 cap. 7 ad radices Parnaſſi Theſpiæ ſitæ ſunt.

¶ Theſpius, & Theſpiăcus, a, um, adjectiva; ut, *Mœnia, Theſpia*, Valerius Flaccus 1 v. 477; vel *Theſpiaca*, ibidem v. 93.

¶ Theſpiădes, um, Muſæ ſunt dictæ, quia in Theſpiis colebantur, Idem Flaccus lib. 2 v. 368. Sed

¶ Theſpis, is, Athenienſis, primus fuit poëta tragicus, de quo Horatius in Arte poët. v. 276 *Ignotum tragicæ genus inveniſſe Camœnæ*
Dicitur, & plauſtris vexiſſe poëmata Theſpis.

THESPRŌTIA, æ, regio Epiri, cujus incolæ

¶ Theſprōti dicti. Lucanus 3 v. 179
Theſproti Dryopesque ruunt.

¶ Theſprōtius, a, um, adject. Livius 8 c. 24 *Theſprotius ſinus.*

THESSĂLIA, æ, in Græcia eſt, dicta a Theſſălo, Æmonis filio, a quo & *Æmoniæ* aliquando nomen habuit, quemadmodum & alia multa cognomina, de quibus videat, qui vult, commentarios Camertis & Vadiani in Solinum & Pomponium Melam. Rerum magicarum uſu ubique celebris eſt, ut obſervavit Barthius ad Stat. lib. 2 Thebaid. p. 259, qui anus ejus gentis vulgo quoque incantatrices fuiſſe, docet ibidem ad lib. 2 p. 710. Equeſtri etiam laude excelluit, & celebres ſunt in hiſtoria *Equites Theſſali.*

¶ Theſſălus, & Theſſălĭcus, a, um, adjectiva; ut, *Theſſala terra*, Tibullus 2 eleg. 4 v. 56. *Theſſalus veneficus*, Plaut. Amph. 4, 3 v. 10. *Theſſali equites*, Juſtin. 7 c. 6 n. 8, & Curtius 3 c. 2 n. 16. Claudianus de 4 Honorii Conſul. v. 542
non gens exercita campo Theſſala.
Vide ibi Barthium, & Dauſquejum ad Quint. Calabrum p. 37, &, ſi vis, adde, quæ ad Curtium l. c. notavit Cellarius. *Theſſalicæ clades*, Lucanus 6 v. 62. Sed *Theſſalius* apud Gratium Cyneget. v. 228.

¶ Theſſălis, ĭdis, patronymicum fœm. Ovid. 12 Metam. v. 190 *Theſſalidum virgo pulcherrima.* Adjective Idem Heroid. epiſt. 13 v. 112 *Theſſalis ara.*

THESSĂLŎNĪCA, æ, Θεσσαλονίκη, Macedoniæ quondam fuit metropolis, patria Theodori Gazæ. Venetis aliquando paruit; nunc vero Turcis.

¶ Theſſalonicenſes, ium, incolæ urbis laudatæ, Cic. de Prov. Conſ. c. 2.

THESTIĂDES, um, Theſtii filiæ L, ab Hercule una nocte compreſſæ: Pauſan. Bœoticis. Natu maxima & minima gemellos, reliquæ ſingulæ mares peperiſſe ſcribuntur. vid. Suidas in Θεστιάδες.

THESTŎRĬDES, æ, Calchas dictus fuit, filius Theſtoris. vid. Stat. Achill. 1 v. 497. Et Ovidius 12 Metam. v. 18
at veri providus augur,
Theſtorides, vincemus ait, gaudete Pelaſgi.

THESTY̆LIS, is, mulier ruſtica, Virg. eclog. 2 v. 11 & 43.

THĒTA, indeclin. θῆτα, littera Græcorum, nota condemnationis, quia prima ſit littera nominis θάνατος. Inde *mortiferum theta* Martialis dixit lib. 7 epigr. 36; & *nigrum* Perſius ſat. 4 v. 13
Et potis es nigrum vitio præfigere theta.
Quin & caſtris militem ex cohorte morte diſpunctum indicabat. vide Iſidor. 1 c. 20 & 23; Scalig. 2 Auſon. Lect. c. 20, item ſupra in T, nec non & Scalig. ad Varron. p. 212. Cic. pro Roſc. c. 20 extr. *Litteram inimicam* (nimirum C, vel θ, C enim condemnationis fuit littera,) *affigere ad caput*, accuſato videlicet vel reo.

THĔTIS, ĭdis, Θέτις, Pelei, regis Theſſaliæ, uxor, Achillis mater, Nerei filia, Dea maris, unde pro mari etiam ponitur. Virg. eclog. 4 v. 32
Quæ tentare Thetin ratibus, &c.
Et Claudianus de Raptu Proſerpinæ lib. 1 v. 148
Hinc latrat Getula Thetis,
id eſt, Libycum mare. Produxit contra morem Avienus periegeſi v. 31 de Tanai, *procul hinc Meotida Thetim Intrat.*

¶ Thĕtĭdēius, i, id eſt, Achilles, filius Thetidis ex Peleo.

THĪA, æ, Θεῖα, una Sporadum in mari Cretico inſula, quam ſua ætate primum emerſiſſe, autor eſt Plinius 2 c. 88; & 4 c. 12.

Thiodămas, vide ſupra *Theodamas*.

THISBE, es, Θίσβη, puella Babylonica, cujus amore deperiit Pyramus; qua de re Ovid. Met. lib. 4 v. 55.

¶ Thisbēus, a, um, adject. ut, *Thisbeæ columbæ*, Ovid. Met. lib. 11 v. 300.

Thlaſias, vide ſupra *Spado*.

THLASPI, θλάσπι, herba, quæ *naſturtium tectorum* vulgo dicitur, Germanis beſemkraut, Matthiol. & Plin. 27 c. 13.

Thlibias, vide *Spado*.

THŎAS, antis, Θόας, rex in Taurica regione, & alter rex Lemni, Liberi patris filius. ¶ 2. Alius *Thoas*, Ætolorum prætor, de quo Livius 35 c. 12 & 32.

¶ Thoantēus, a, um, ut, *Diana Thoantea*, id eſt, Taurica, cui hoſtiis humanis ſacrificabatur, Valer. Flacc. 8 v. 208.

¶ Thŏantĭas, ădis, filia Thoantis, Hypſipyle; vid. Ovid. Heroid. epiſt. 6 v. 163, & conf. ibid. v. 114.

THŎLVS, i, θόλος, græcum eſt, der ſchloß- oder quer-balcken. Iſidorus Orig. 19 c. 19 *Tholus proprie veluti ſcutum breve, quod in medio tecto eſt, in quo trabes coëunt.* Meminit Vitruvius 4 c. 7; & 7 c. 5. Adde Lexicon Vitruvianum p. 129. Philandro eſt camera hemicyclo tecti ſive cuppolæ adjecta. ¶ 2. Teſtudo ipſa ædium *Tholus* dicitur, die decke, das gewölbe. Virg. 9 Æn. v. 408
Suſpendive tholo, aut ſacra ad faſtigia fixi.
Ovid. 6 Faſt. v. 296 *Mox didici curvo nulla ſubeſſe tholo.*

THŌMIX, ĭcis, θῶμιξ, cannabi impolito & ſparto leviter torta reſtis, ein hanff-ſeil. vid. Lucilius apud Feſtum, cujus interpolator Paulus addit, *pulvillos quoque, quos in collo habent, ne a reſtibus lædantur, thomices vocari*, pülſterlein unterzulegen. vide infra & *Tomex*.

THŌRAX, ācis, θώραξ, Straboni lib. 14 proprium nomen montis eſt juxta urbem Magneſiam, in quo cruci affixum dicunt Daphitam grammaticum, ideo, quod reges verſibus inceſſeret. Ex quo ænigma hoc proverbiale factum eſt: *Cave a Thorace*, quo admonemur, frenandam eſſe linguam, ne voces petulanter emiſſæ per jugulum aliquando redeant. vide Chiliadas. ¶ 2. *Thorax*, appellativum, *pectus* ſignificat, hoc eſt, eam corporis partem, quæ a collo ad ventrem usque pertinet, die bruſt. Hinc, *thoracem purgare*, apud Plinium 27 c. 7 eſt pectus purgare. ¶ 3. Deinde veſtem ac munimentum pectoris ex quocunque metallo, ein bruſtſtück, bruſtharniſch. Virg. 10 Æn. v. 337 *thoraca ſimul cum pectore rupit.*
Sueton eam ſubuculæ partem, quæ pectus tegit, das wammes, *thoraca* vocat Auguſto c. 72 *Hieme*, inquit, *quaternis cum pingui togâ tunicis, & ſubuculæ thorace laneo, & feminalibus, & tibialibus muniebatur*, mit einem bruſtlatz.

¶ Thorācātus, a, um, thorace indutus, mit einem bruſtſtück verſehen. Plinius 37 c. 9 *Effigies thoracata.*

Thŏrus, vide infra *Torus*.

THOS, ois, ea, θὼς, θωὸς, animal lupo congenere, & voce ſimile vulpi, a θέω vel θοὸς, id eſt, *celeritate* dictum, vel a θωπεύειν, hoc eſt, ab adulando vel blandiendo; eſt enim animal φιλάνθρωπον, Plinius lib. 8 c. 34.

¶ Thous, i, canis nomen, latine *velox*, ab eadem origine, in Ovid. Met. lib. 3 v. 220.

THRĀCIA, æ, & Thrāce, es, & Thraca, Θράκη, Thracien. Horatius 3 od. 25 v. 10 *Hebrum proſpiciens, & nive candidam Thracen.*
Et lib. 1 epiſt. 16 v. 12 *ut nos*
Frigidior Thracen nec purior ambiat Hebrus.
Thracen etiam Claudianus Panegyr. de 4 Conſul. Honorii v. 179 & 474 dixit. Europæ regio, in climate noſtro orientem verſus ultima, ſic appellata ab aſperitate terræ, quæ in ea intractabilis, horrida, infœcunda frugum, & frigida eſt. Τραχὺ enim *aſperum* Græci dicunt. Homines habet feros & bello adſuetos, quamobrem & *Martis domicilium* Euripides *Thraciam* appellat. Alii vero Martem ibi natum crediderunt. vid Vegetius 1 de Re Militari cap. ult. Horat. 2 od. 16 v. 5 *Furioſam bello Thracen* dixit. Deſcriptionem ejus vide apud Plinium 4 c. 2. In Thracia Byzantium eſt, *Conſtantinopolis* poſtea a Conſtantino dicta, ſedes quondam imperatorum græcorum.

¶ Thrax, ācis, Θρᾷξ, Thraciæ incola, ein Thracier. Virgil. Æn. 3 v. 14 *Thraces arant.* Luctuoſa apud eos erant puerperia, contra læta funera, ita, ut mortuos cantu ac tripudio perſequerentur. vid. Herodotus lib. 5.

¶ Thrācius, & Threīcius, & Thrācus, a, um, adjectiva; ut, *Boſporus Thracius*, Plin. 4 c. 12 ſect. 24. *Equus Thracius*, Virgil. 5 Æn. v. 565. Et, *Threicius Orpheus*, Horat. 1 od. 24 v. 13. Et, *Threiciis notis compunctus*,

punctus, Cic. Off. 2 c. 7. Rursus alia formâ Valer. Flaccus lib. 2 v. 201 *Ingens Thraca palus*.

¶ Thrēcidĭcus, a, um, aliud adjectivum; ut, *Threcidicus gladius*, Ausonius de Commodo Cæsare. *Threcidica* Cicero Philipp. 7 c. 6 absolute dixit pro armis gladiatorum, qui *Threces* sive *Thraces* appellabantur, de quibus Lipsius in Saturnal.

¶ Threissa, & Thressa, æ, adject. fœm. Virg. 1 Æn. v. 316

Vel qualis equos Threïssa fatigat Harpalice.

Horatius 3 od. 9 v. 9 *Me nunc Thressa Chloë regit.*

THRASCIAS, æ, Θρασκίας & Θρασκαίας, ventus est post Argesten spirans inter septemtrionem & occasum solstitialem, Aristoteli. Adde Senec. Qu. Nat. 5 c. 16. Plin. 2 c. 47. Veget. 4 c. 38. Agathem. 2 c. 12.

THRĂSEA, æ, prænomine *Pætus*, senatorius, Stoicorum admirator, vir singularis exempli, ut, eo cum Sorano interfecto, virtutem ipsam Nero exscindere concupiisse videretur. Multa de eo Tacitus 16 Annal. qui ejus exitum 16 Annal. c. 11 describit. Adde & c. 21, & Juvenal. sat. 5 v. 36.

THRĂSO, ōnis, Θράσων, nomen gloriosi militis apud Terentium in Eunucho, a θράσος, *audacia*, *insolentia*. ¶ 2. Nobilis statuarius est Plin. 34 c. 8, & Strab. lib. 14.

THRĂSȲBŪLUS, i, Θρασύβουλος, exul Atheniensis fuit, qui dominationem 30 tyrannorum Athenis sustulit, & ἀμνηστίαν instituit. vide Nepotem. ¶ 2. De alio, tyranno Milesiorum, Polyæn. 6, 47; & Frontin. 3, 9, 7; & 3, 15, 6.

THRĂSȲMĂCHUS, i, Θρασύμαχος, unus e numero discipulorum Isocratis fuit, patriâ Carthaginiensis. Princeps inter eos, qui numeros oratorios invenerunt: Cic. in Oratore. Minus bene *Thrasimachum* hunc scribunt quidam, vel *Trasimachum*.

Thrasymenus, vide infra *Trasymenus*.

Threcidicus, Threicius, Threissa, vide paullo ante in *Thracia*.

THRĒNUS, i, θρῆνος, lamentum, ein klag-lied, a θρηνέω. Differt ab epicedio, ut tradit e Proco Vossius lib. 3 Institut. Orat. p. 413.

¶ Thrēnōdia, æ, θρηνῳδία, cantus lugubris, ein trauer-lied.

THRIA, ōrum, θρία, Græcis ficulnea sunt folia, quæ incensa minacem quendam edunt strepitum & formidandum iis, quibus ante non sit auditus, alioquin inanem & contemnendum. Hinc proverbialis ille Senarius, quo Aristophanes usus est: Πολλῶν ἐγὼ θρίων ψόφους ἀκήκοα; hoc est: *Thriorum ego strepitum audivi complurium*, de contemnentibus minas & inanem clamorem. vide Chiliadas.

Thrips, vide mox *Thryps*.

THRŎNUS, i, θρόνος, solium vel sedes, ein königlicher stuhl oder thron. Prudent. Hamart. præf. v. 10 *Vox summo persultat throno.* Et Juvencus lib. 1 v. 101 in Mariæ cantico:

Sustulit, ecce, thronum sævis, fregitque superbos.

¶ Altĭthrŏnus, a, um, regale epitheton, hoch erhaben. Juvencus proœmio opusculi: *Judex, altithroni genitoris gloria, Christus.*

¶ Enthrŏnistĭca, ōrum, ἐνθρονιστικά, i. e. cathedralia, ut nunc vulgo dicuntur, ab ἐνθρονίζειν, quod est *in sedem ponere*, scil. in episcopalem, quam Papæ dant episcopis; qua de re Justinian. in Constit. de sanctiss. episc.

THRYPS, ȳpis, terrestris tinea est secundum Plinium 16 c. 11. *Thrypes*, die erd-flöhe. Erasmus *Thrips* scripsit in proverbio: *Mali thripes, mali ipes*, quod de duplici malo dici consuevit, ut non magni referat, utrum elegeris. Et addit: *Thrips Græcis vermiculus est, qui lignis innascitur, materiasque vitiat*, (ein holtzwurm.) *Ips item cornibus & vitibus infestus*. vide Chiliadas.

THŪCȲDĬDES, is, Θουκυδίδης, Atheniensis fuit historicus, natus ad id, ut videtur, doctrinæ ac eloquentiæ genus. Cum enim in Olympiis aliquando historias Herodotus recitasset, audisse tum eum scribunt Thucydidem adhuc puerum, & divinitus quasi commotum lacrymas profudisse. Animadvertisse id igitur Herodotum, & gratulatum fuisse ipsius patri Oloro, hortatumque, ut erudiendum curaret filium diligenter; gliscere enim in animo illius cupiditatem bonarum artium atque disciplinarum. vide Vossium lib. 2 Institut. Orator. p. 28; seq. Scripsit in exilio suo decennali in Ægina historiam belli Peloponnensium & Atheniensium, qui libri hodie exstant. Cicero in Oratore suo c. 9 *Graviter sane & probe res gestas, & bella, & prælia narrat Thucydides.* Et rursus in eodem: *Thucydides omnes dicendi artificio, meâ sententiâ, facile vicit.* Scribunt Dionysius Halicarnasseus, & Cicero de Claris Oratoribus, Demosthenem adeo Thucydidis stylum probasse, ut librum ejus octies descripserit, totumque pene edidicerit. Floruit Olympiade 87. Decessit Athenis morbo extinctus. Ex vita Thucydidis.

¶ Thucydidius, a, um, adjectivum, quo Cicero in Oratore c. 9 usus est: *Aliqui se Thucydidios profitentur, novum quoddam imperitorum genus.*

THŪLE, es, (legas alicubi & *Thyle*,) Plinio 4 c. 16 ultima insularum, earum scilicet, quas Romani cognoverunt, remotissima alioqui ab orbe nostro, ultra Britanniam, proinde & ultimam Virgil. 1 Georg. v. 30 dixit: *Tibi serviat ultima Thule.* Dictam eam a *Thule* rege, vult Suidas. Alii a caligine; θολὸς enim Græcis *turbidus* est & *niger*. Quamobrem & nigram Statius dixit lib. 4 Silv. 4 v. 62

Aut Rheni populos, aut nigræ littora Thules.

Alii a distantia, ἀπὸ τοῦ τηλόθεν vel τηλοῦ, id est, *longe*, dictam putant. Vide Plinium, Solinum, Melam, quibus est insula *Islandia*; aliis citeriorum aliqua.

THUNNUS, i, sive *Thynnus*, piscis marinus plurimorum nominum, quæ pro ætatis accessu recipit. Flandri ein thunin vocant; Angli *Tunie*. vide *Apolectus* & *Pelamys*. Thunni fœtus est *Cordyla*, ein junger thunin. Quinto anno *cetus* dicitur. Sed inter *cordylam* & *cetum* est *pelamys*, *thunnus* & *orcynus*, Gesnerus. *Plures annabunt thunni*, Horat. 2 sat. 5 v. 44. *Vrentes thynni*, Auson. epist. 4 v. 59.

¶ Thunnārius, a, um, ad thunnos spectans, l. 13 Dig. communia præd. *Thunnaria piscatio*.

Thurarius, thureus, vide mox *Thus*.

THŪRIA, æ, & *Thyrion*, & *Thurii*, urbs Calabriæ, *Sybaris* prius dicta; sive *Thurium*, Italiæ in magna Græcia est oppidum, in quo mortuum Herodotum Thucydides scripsit: vid. Plinius 12 c. 4.

¶ Thūrīnus, a, um, adject. Ovid. 15 Metam. v. 52

Thurinosque sinus &c. conf. Horat. 3 od. 9 v. 14.

¶ Thuriānus, i, ab eodem oppido fortassis dictus est piscis, qui & *Thurio*, & *Thursio*, & *Tomus* dicitur, & *Gladius* seu *Xiphias*, ein schwerd-fisch, Gesnerus, & Plin. 32 c. 11.

Thuribulum, thuricrēmus, thurifer, thurilĕgus, vide sequens *Thus*.

THUS, sive Tus, ūris, dictum, ut videtur, vel a θύω, vel a θυόω, quorum hoc *odorem facio*, illud *sacrifico* significat, weyrauch. Sed Varro, Servius & Carisius a *tundendo* deducunt, & sine aspiratione *Tus* scribunt. Sic, *Thure deos placare*, Horatius dixit lib. 1 od. 36 v. 1. *Acerra thuris plena*, Idem 3 od. 8 v. 2. Virg. 1 Georg. v. 57

India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.

Ita & *Thura mascula* Virg. dixit eclog. 8 v. 65, quæ in modum testiculorum sunt, ut Servius interpretatur. De cætero *Tus* in sola Arabia provenit. Luci, ubi id nascitur, *Sacri* appellantur: qui metunt, a funeribus & coitu abstinent, Solinus c. 36.

¶ Thuscŭlum, i, diminutivum, ein bißlein weyrauch. Plaut. Aulul. 2, 8 v. 15 *Thusculum emere*.

¶ Thūrārius, i, qui thure fumigat, der mit weyrauch umgehet. Tertullianus de Idololatr. c. 11 *Ecquid majoris operæ & erga dæmonia thurarius?* Et Firmicus 8 c. 25 *Thurarii, pigmentarii*.

¶ Thūrĕus, a, um, adject. vom weyrauch; ut, *Thurea dona*, Virg. 6 Æn. v. 225. *Thurea grana*, Ovid. Fast. 4 v. 410.

¶ Thūrĭbŭlum, i, vas, in quo thus adoletur, Cic. 4 in Verr. c. 21, ein rauchfaß, eine rauchpfanne. Cic. Verr. 4 c. 21 *Thuribulum emisti de L. Papyrio.* Adde Auson. Edyll. 5 v. 104. Sed *Thuris acerra* est, in qua thus reponitur.

¶ Thūrĭcrēmus, a, um, da man weyrauch brennt; ut, *Aræ thuricremæ*, in quibus thus crematur, Virgil. 4 Æn. v. 433. Et Ovid. Heroid. epist. 2 v. 18 *thuricremis focis*.

¶ Thūrĭfer, a, um, das weyrauch trägt; ut, *Saba thurifera*, Plin. 12 c. 14.

¶ Thūrĭlĕgus, a, um, qui thus colligit, der weyrauch sammlet; ut, *Arabes thurilegi*, Ovid. 4 Fast. v. 569.

¶ Thurifico, are, thura incendere & odores, räuchern. vid. Voss. de Vit. L. L. 4 c. 27.

¶ Thurificātus, a, um, geräuchert. *Thurificati* itemque *sacrificati* dicti olim apostatæ, qui suppliciorum metu idolis fecerunt sacra. vid. Cyprian. epist. 52. Ipse Origenes accusatur hujusmodi facinoris, de quo Epiphan. Hæres. 64.

¶ Obtūro, (Obthūro,) avi, atum, are, occludere, verstopffen, zustopffen. Varro de Re Rust. 3 c. 16 *Extra ostium alvei obturant omnia.* Horat. 2 epist. 2 v. 105 *Obturem patulas impune legentibus aures.*

Hoc *obturandi* verbum non minus ac *returandi*, rectius absque adspiratione scribitur. Quamquam enim sunt, qui ἀπὸ τῆς θύρας, ab *janua* derivent, eoque scribere jubeant *obthurare*: magis tamen placet originatio Vossii f. 351 Etymol. a *ture* (nam & hoc rectius carebit adspiratione,) derivantis. Erat olim hic mos sacerdotum, ut aures ture opplerent sacra facturi, ne audientes alia turbarentur: ac ut rursum perfecto sacro negotio tus eximerent.

¶ Obtūrātus, a, um, verstopfft, zugestopfft. Cic. de Fato c. 5 *Obstructas eas partes & obturatas esse dicebat.*

¶ Obtūrācŭlum, i, ein zapffen, stöpsel. Marcell. Empir. c. 35 *Obturaculum extrahere*.

¶ Obtūrāmentum, i, quo aliquid obturatur, idem. Plinius 33 c. 4 *Obturamentum stagni*.

¶ Præobtūro, are, vorher verstopffen. Vitruv. 10 c. 12 *Præobturantes foramina*.

¶ Retūro, are, recludere est, vel aperire, ut sit contrarium ejus, quod est *obturare*, öffnen, wieder aufthun. Varro Agathone: *Pueri obscenis verbis novæ nuptæ aures returant.* Priscum hoc verbum & obsoletum servavit nobis Nonius Marcellus c. 4 n. 330.

Thusci, vide infra *Tuscia*.

THȲA, æ, θύα, arbor odorata, Plin. 14 c. 16; & Propert. 3 eleg. 5 v. 63.

THȲAS, ădis, θυάς, Bacchi sacrificula. Virg. 4 Æn. v. 302

Bacchatur, qualis commotis excita sacris
Thyas, ubi audito stimulant trieterica Baccho.

¶ Thyăsus, i, θίασος, a θύειν, saltatio dicebatur & chorea in Bacchi sacrificiis. Virgil eclog. 5 v. 30

Instituit Daphnis thyasos inducere Baccho.

THY̆ESTES, æ, Θυέστης, Pelopis filius, Atrei frater, cujus uxorem violavit, ex qua filium ei Atreus epulandum apposuit. ¶ 2. Tragœdia de Thyeste: Dialog. de Oratorib. c. 3. Qualis & Senecæ superest, ex qua de Thyeste factis & fatis cognosces. Adde Ovid. Trist. lib. 2 v. 391.

¶ Thyestēus, a, um, adjectivum; ut, *Thyestea exsecratio*, apud Cic. in Pison. c. 19. *Thyesteas preces* Horatius vocat epod. 5 v. 86. *Mensa Thyestea*, Ovid. 4 de Ponto epist. 6 v. 47; & Met. lib. 15 v. 462. Quæ quid sit, ex fabula intelligitur. Sic, *Cœna Thyestea*, Plaut. Rud. 2, 6 v. 25.

THYĪTES, æ, *Lapis Thyites*, λίθος θυΐτης, Dioscoridi in Æthiopia nascitur, colore subviridi jaspidem imitans.

THYLĂCUS, i, θύλακος, ein säe-tuch, saam-korb, brod-korb. *Manu serendum, non thylaco, aut toto corbe*; quod de observando modo dici solet. vide Chiliadas.

Thyle, vide paullo superius *Thule*.

THYMBRA, æ, θύμβρα, herba eadem, quæ *Cunila* & *Satureia* dicitur, künel, zwiebel-isop, saturey, pfeffer-kraut, Matthiol. & Plin. 19 c. 8. Sed apud Columellam lib. 10 v. 233 *Satureia thymbræ saporem* tantum referre dicitur. vid. Idem 9 c. 4. Et Stat. 1 Silv. 2 v. 21 *Olenti spargere thymbra*. ¶ 2. *Thymbra* locus erat vicinus Trojæ, thymbrâ plenus, a quo Apollo *Thymbræ rector*, Stat. 4 Silv. 7 v. 22. Et

¶ Thymbræus, a, um, adject. Ita dictus fuit Apollo, quod in eo loco & nemus, & templum sibi sacrum haberet, ubi a Paride Achilles ex insidiis interfectus est. Virg. 3 Æn. v. 85

Da propriam, Thymbrææ, domum, da mœnia fessis.

THYMELÆA, æ, θυμέλαια, herba, zeiland, kellerhalß.

THYMELE, es, θυμέλη, ara fuit in theatris, Suida teste. ¶ 2. Alii mulierem fuisse *Thymelen*, tradunt, quæ prima saltationem in scena docuerit. Vnde & *Thymelen* pro saltatione Sidonius dixit. vide supra *Pale*. Martialis lib. 1 epigr. 5

Quâ Thymelen spectas, derisoremque Latinum,
Illâ fronte, precor, carmina nostra legas.

Adde Juvenal. sat. 1 v. 36. Græci θυμέλην *scenam* vocant. vid. Bald. in Lex. Vitruv. p. 130; & Dempst. in Rosin p. 879.

¶ Thymelicus, a, um, θυμελικὸς, comödiantisch, gauckleriſch. Substant. Vitruv. 5 c. 8 *Scenici & thymelici*, i. e. histriones ipsi, vel saltatores mimi, comödianten, gauckler. *Thymelicarum saltationum* meminit Justin. Novell. de Consulib. Vetus Inscriptio: ATHENODORVS XYSTICVS PARIDI THYMELICO BENE MERENTI FECIT. vid. Torrent. ad Sueton. August. c. 45.

THYMIAMA, ătis, θυμίαμα, incensum & odor gratus ex rebus incensis, rauchwerck. Legas in Bibliis. ¶ 2. Plaut. Bacch. 5, 2 v. 11 *Vetulæ sunt thymiamæ*; vid. ibi Taubmann. & Turneb. Adverſ. 24 c. 11. conf. mox *Thymianus* in *Thymus*.

¶ Thymiamatērium, i, seu *Thymiaterium* rectius, θυμιατήριον, pro vase, in quo incenduntur odores, eine rauch-pfanne. Et Ambrosius *Thymiamaterium* dixit epist. 5 p. 78.

THYMION, i, θύμιον, ulcus, de quo Celsus 5 c. 28 n. 14 *Thymion nominant, quod super corpus quasi verrucula eminet, ad cutem tenue, supra latius subdurum, & in summo peraſperum*. Vocant & *Acrothymion*, ἀκροθύμιον, ut Celsus ibidem.

THYMOETES, æ, Θυμοίτης, filius Priami ex Arisbe, Virg. Æn. 2 v. 32.

THYMVS, & Thymum, i, θύμος, herba est odorata illa hortensis, apibus miris modis grata, quam thymian Germani dicunt, &, Welschen oder Römischen quendel; vid. Plin. 21 c. 10. Ita, *Dulcior thymo*, Virg. eclog. 7 v. 37.

¶ Thymīnus, a, um, von thymian; ut, *Mel thyminum*, Columella 6 c. 33.

¶ Thymiānus, a, um, idem; ut, *oves thymianæ*, thymum amantes, Plaut. Bacch. 5, 2 v. 11.

¶ Thymītes, æ, θυμίτης, *Vinum thymites*, ex thymo confectum, Columell. lib. 12 c. 35.

¶ Thymălus, vel Thymallus, a thymi odore est etiam appellatus, quod recens piscis iste thymi odorem spiret, Germani, ein eschen oder aschen: Ambroſ. lib. 5 Hexaem.

¶ Thymōsus, a, um, thymo plenus, voll thymian. Sic Plinius *mel thymosum* dixit lib. 11 c. 15.

¶ Bithymum, i, δίθυμον, mellis genus est ex utriusque thymi, candidi & nigri, floribus confecti, Plin. 11 c. 16.

¶ Epithymum, i, ἐπίθυμον; involucrum vel capillamentum, quod thymo herbæ circumvolvitur, das unkraut, filtzkraut, das sich um den thymian schlägt und wickelt, hoc est, thymi cuscuta; vide *Cuscuta*, & Plin. lib. 26 c. 5.

Thynnarius, thynnus, vide paullo ante *Thunnus*.

THYONEVS, i, trisyllabum, Θυωνεύς, Bacchi epitheton, vel cognomen, apud Horat. 1 od. 17 v. 23. Et

¶ Thyoniānus, i, idem, apud Catull. carm. 27 v. 7 *Hic merus est Thyonianus*, id est, Bacchus, vel a θύειν, vel a matre Semele, quæ & Thyone dicitur. Adde Auson. præfat. Edyll. 17.

THYRA, æ, θύρα, ostium, janua, die thüre; unde

¶ Thyrōma, ătis, θύρωμα, das thürgestelle. Vitruv. 4 c. 6 *genera thyromatum hæc, Doricum*, &c. vid. Bald. Lex. p. 131.

¶ Thyrōrēum, i, θυρωρεῖον, locus inter duas januas, der platz zwischen thüren, apud Vitruvium 6 c. 10.

¶ Diathyrum, i, διάθυρον, eine vorthüre, Vitruv. 6 c. 10. vid. Bald. p. 38.

¶ Hyperthyris, & Hyperthyrum, vide supra in *H*.

¶ Prothyris, ĭdis, προθυρίς, ancon, der sims über der thür, Vitruv. 4 c. 6 vid. Bald. Lex. Vitruv. p. 7.

¶ Prothyrum, i, πρόθυρον, vestibulum domûs privatæ, *Propylæum* domûs est regiæ aut templi, ein vorhöfflein in einem gemeinen hauß, Vitruvius 6 c. 10; & Dig. lib. 50 t. 16 de V. S. leg. 245.

¶ Pseudothyrum, i, ψευδόθυρον, posticum seu occultius ostium, eine hinterthür, heimliche thür. Ita Cicero latinitate donans vocabulum orat. post redit. in Senatum c. 6 *Non janua receptis, sed pseudothyro intromissis voluptatibus*: *Pseudothyro*, id est, clam. Vsus eadem voce Orosius 3 c. 6 *Diabolus sæpe per januam expellitur, & per pseudothyrum admittitur*.

THYREA, & Thyre, plurale, sed neutrum, ut *Cete*, Θυρέα καὶ Θυρῆ, oppidum Lacedæmoniorum. Statius 4 Theb. v. 48

Et Lacedæmonium Thyre lectura cruorem.

THYRSVS, i, cujuslibet herbæ caulis est, der lange stengel der kräuter; ut, *Thyrsus lactucæ*, Sueton. Augusto c. 88. vide ibi Casaubon. *Fragiles thyrsi*, Statius Theb. 2 v. 664, schwache stengel. *Thyrsi pampinei*, die stiele an den wein-blättern. *Thyrsus spectabilis*, Plin. 21 c. 18.

¶ 2. Pro calyce dixit Euricius eclog. 1

Non secus ac virides rumpentia lilia thyrsi
Quæque in odoriferis rosa cœpit hiare rubetis.

¶ 3. *Thyrsus* etiam hasta erat aculeata, hederis obtecta, quam in Orgiis Bacchicis quatiebant, ein spieß mit epheu umwunden. Inde Bacchus *Thyrsiger* appellatus est. Cæterum, hoc Bacchi thyrso percussi statim in furorem agitabantur. Horat. 2 od. 19 v. 7 *Liber gravi metuende thyrso*. ¶ 4. Hinc pro majore ira, vel alio stimulo, qui mentem concitat, & furorem quodammodo agit, hoc est, vehementissime stimulat atque impellit, *Thyrsus* ponitur, die anreitzung. Ovidius 4 Trist. eleg. 1 v. 43

Sic ubi mota calent sacro mea pectora thyrso.

Et Lucretius lib. 1 v. 921 *sed acri*
Percussit thyrso laudis spes magna meum cor.

Vbi Giphanium, si lubet, vide.

¶ Thyrsiger, a, um, thyrsum gerens; Sic *Indiam thyrsigeram* adjective dixit. Seneca in Hippolyto v. 753

Sic, *Plures Thyrsigeros, paucos est cernere Bacchos*:
Πολλοὶ τοι ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε Βάκχοι·
es sind nicht alle köche, die lange messer tragen. vide Chiliadas.

THYSIAS, æ, Siculus fuit, antiquissimus artium scriptor, cujus meminit Quintil. 2 c. 1.

TIARA, æ, in fœminino, & *Tiaras*, æ, in masculino, ut apud Græcos ὁ τιάρας, ἡ τιάρα, ein huth. Virgil. 7 Æn. v. 247

Sceptrumque sacerque tiaras.

Sic dictum pileoli genus incurvi, (unde *Lunatam tiaram* Sidonius dixit,) quo Persarum & Chaldæorum gens utebatur, ut Hieronymus in caput 3 Danielis annotat: atque hinc *Tiaratos reges* pro Persicis apud eundem Sidonium legas. Cæterum reges tiaram rectam & cum apice gestabant: sacerdotes autem sine acumine. v. Seneca 6 de Beneficiis c. 36, & Xenophon lib. 2 Cyropæd. Vide & quos illustrandæ huic rei advocat Vossius lib. 4 Instit. Orat. p. 475. Juvenalis & Priamo *tiaram* tribuit satyr. 10 v. 267. Nec mirum. Nam & Phrygibus mos, tiaris uti. Vnde *Phrygiam tiaram* Idem dixit sat. 6 v. 515

Plebeja, & Phrygiâ vestitur bucca tiarâ.

Vocatur & *Cidaris*, non proprie tamen. vide supra *Cidaris*.

¶ Tiarātus, a, um, tiaram gestans, mit einem huth bedeckt. Sidonius 8 epist. 3 *Inter satrapas regum tiaratorum*.

TIBER, & Tiberis, is, & contracte *Tibris* nominandi casu, seu Græcorum more, qui Θύβρις scribunt, *Tybris, idis*, fluvius Italiæ notissimus, Romam alluens, die Tiber. Cæterum, I latino scribendum esse, ex antiquis lapidibus Manutius in Orthographia docet, quibus RIPARVM TIBERIS CVRATOR legitur. *Albula* primum dictus ab aquæ colore. Deinde *Tibris* a rege Tusco juxta eum in bello occiso, quemadmodum Virgilius dixit lib. 8 Æn. v. 330

Asperque immani corpore Tibris, &c.
A quo post Itali fluvium cognomine Tibrin
Diximus, amisit verum vetus Albula nomen.

Vel *Tiberis* dictus a Tiberino, Albanorum rege, in eo submerso, ut ostendit Ovid. 2 Fast. v. 389

Albula quem Tiberim mersus Tiberinus in undis
Reddidit.

Cicero ad Atticum 12 epist. 19 *Cogito trans Tiberim hortos aliquos parare*. Et, *Tibris Ausonius, Tyrrhenus*, Virg. 5 Æn. v. 83, & lib. 7 Æn. v. 242. Ita & Livius 1 c. 33 extremo: *In ora Tiberis Ostia urbs condita*. Atque ita semper latinus Genitivus, ut ex laudatis inscriptionibus etiam liquidum esse potest: Græcus autem *Tybridis* vel *Tibridis* format. Virg. 7 Æn. v. 303 *optato conduntur Tibridis alveo*. Atque ita etiam sextus casus variat, *Tiberi, Tibri & Tibride*. Claudianus 2 in Eutrop. v. 127 *defensô Tibride*. Idem in consul. Probi & Olybr. v. 226 *Est in Romuleo procumbens insula Tibri*.

¶ Tiberīnus, a, um, adjectivum, zur Tiber gehörig; ut, *Ostium Tiberinum*, Cicer. pro Lege Manil. c. 12, quod pluraliter Virg. 1 Æn. v. 13 dixit. Et, *Tiberini fluminis unda*, Æn. 10 v. 833. Ac Claudianus in 2 consul. Stilic. v. 173

Insula Pæonium texit Tiberina draconem.

¶ Tiberīnus, i, subst. Tiberis fluminis deus. Virg. 8 Æn. v. 31

Hic deus ipse loci fluvio Tiberinus amœno,
Populeas inter senior se attollere frondes Visus.

¶ Tiberīnis, ĭdis, Patronymicum. Ovidius 2 Fast. v. 597

Dixerat: annuerunt omnes Tiberinides udæ,

id est, Nymphæ hujus fluminis. vide Heinsium ibi.

¶ Tibrīnus, a, um, contractum quoque reperitur pro *Tiberinus*. Claudianus de laude Serenæ v. 17 *rediensque per undas*
Clœlia Tibrinas.

¶ Tibricŏla, æ, qui prope Tiberim habitat, der bey der Tiber wohnet. Prudent. Peristeph. 11 v. 174

Pascit item sanctis Tibricolas dapibus.

¶ Cistibĕris, is, qui cis Tiberim est, dißeits der Tiber. Pompon. lege 2 § 3 Dig. *Magistratus, quos Cistiberes diximus*.

¶ Transtiberīnus, a, um, jenseit der Tiber; ut, *Transtiberinus ambulator*, Martial. lib. 1 epigr. 42.

TIBERIVS, i, Τιβέριος, imperator Romanus, non laudabilis, cujus tamen fuit vox honestissima: *Boni pastoris est, tondere pecus, non deglubere*. vide Sueton. & Tacitum. ¶ Cæterum *Tiberii* plures fuerunt, *Tiberius Scaurus, Tiberius Gracchus*, de quibus alibi.

¶ Tiberēius, a, um, adject. ut, *Tibereia aula*, Statius 3 Silv. 3 v. 66.

¶ Tiberiānus, a, um, idem. Tertullianus lib. 4 contra Marcionem c. 6 *Tiberianis temporibus*: & ibidem c. 7 *Tiberianus principatus*.

¶ Tiberias, ădis, Τιβεριάς, urbs Galilææ ab Herode condita, ac sic appellata in honorem Tiberii.

TIBIA, æ, os cruri suræ oppositum, das schienbein. Ejus partes sunt duæ, prior vocatur *Crea*, posterior *Sura*. vide Celsum 8 c. 1 sub finem. Hinc *Tibialia*, de quibus postea. ¶ 2. *Tibia*, instrumentum musicum, eine schalmey, pfeiffe, quer-pfeiffe. *Tibiam tubæ comparare*, proverbiale de comparatione rerum supra modum dissimilium: vide Chiliadas. *Tibiæ* autem *Serranæ* dicuntur, quæ impares sunt, & inæquales habent cavernas. Vnde & *bifores* appellantur: non enim sunt pari modulatione compositæ. Vt enim ait Varro: *tibia Phrygia dextra unum habet foramen, sinistra duo, quorum unum acutum sonum habet, alterum gravem*. vid. Servius in illud Virg. Æn. 9 v. 618

Dindyma, ubi assuetis biforem dat tibia cantum.

Sic, *Tibia simplex foramine pauco*, Horat. de Arte poët. v. 203. De duplicibus tibiis, dextris & sinistris, item de paribus & imparibus, vide Brodæum Miscellan. 5 c. 32; Manutium Quæsitis per Epistol. 3 epist. 4, & Fridericum Lindebrogium ad titulum Andriæ Terentianæ. Sed accuratissime de illis disputat Salmasius ad Carinum Vopisci. Habes de iis & in ejusdem Exercitationibus Plinianis p. 84 seqq. Sic, *Tibiis canere*, Quintilianus 1 c. 10, pfeiffen, flöten. *Cantus tibiarum*, Cic. pro Sexto Roscio c. 46, & Quintilianus citato loco c. 11. Sic *Tibias inflare*, Cicero de Claris Orat. c. 51. Et *Tibias nuptiales* Auctor Rhetoricorum ad Herennium dixit lib. 4 c. 33, quod tibiis in nuptiis canī solebat, ut ex Plauto Casinâ 4, 3 initio, & Apulejo lib. 4 Milef. sub fin.

 constare

conſtare poteſt. Sed late patebat tibiarum uſus, de quo Ovidius loco mox indicando. Cæterum tibias Pallas invenit, ſed mox abjecit, notata oris deformitate cum inflaret. Suſtulit Satyrus & artem canendi tibiis inſtituit. Lege Ovidium 6 Faſt. v. 697 & ſeqq. *Tibiis longis cantare* dicuntur proverbio, qui ea, quæ ſibi inutilia ſunt, faciunt. v. Dio Caſſius in Othone principio. De variis tibiarum ſonis ita Prudentius Apotheoſi v. 843

Adde & diſtinctum, quem muſica tibia, flatum,
Concipit; aut ille eſt preſſo modulamine parcus,
Aut tumidum largo ſublimat flamine bombum,
Aut raucos frangit modulos, aut lene ſuſurrat,
Aut exile trahens ſonitus producit acutos,
Aut murmur tenerum ſublidit voce minutâ.

¶ Tibiālis, e, ad tibias muſicas pertinens, zu pfeiffen dienlich. Plinius 16 c. 36 *Arundo tibialis calami, quem auleticum dicebant.* Sidonius Anacreontico ſub epiſt. 13 lib. 9

antra per palati
Crepulis reflanda buccis
Gemit aura tibialis. At

¶ Tibiāle, is, ſubſt. & plural. *Tibialia*, ex prima notione, putantur vulgo braccæ eſſe, beinkleider, hoſen, ſtrümpffe. Suetonius Auguſt. c. 82 *Hieme feminalibus & tibialibus muniebatur.* Vbi Caſaubonum vide, qui oſtendit, veteribus *faſcias* circa tibias aut crura fuiſſe. Onomaſt. vet. *Tibialia*, περικνημίδια.

¶ Tibiārius, i, ein pfeiffenmacher. Gloſſ. gr. lat. αὐλοποιός, *Tibiarius.*

¶ Tībīcen, īnis, qui tibiâ canit, ein ſpielmann, ein pfeiffer; ut, *Nimis nihili tibicen ſum*, Plaut. Merc. 1, 2 v. 15, ich gebe keinen pfeiffer ab. *Ad cantus & tibicinem proſequi laudes honoratorum virorum*, Cicero 2 de Legib. c. 24. *Tibicinis vitam vivere*, id eſt, laute & alieno ſumtu: vide Chiliadas. ¶ 2. *Tibicines* autem in ædificiis columellæ ſunt in tecto inferiori, quibus illud ſuſtinetur, pfeiler, ſtützen. Arnobius lib. 2 adverſus gentes p. 92 *Quando ſiderum motus, aut ratio cœpta eſt genethliaca ſciri? non poſt Theutin Ægyptium, aut poſt Atlantem (ut quidam ferunt) geſtatorem, bajulum, tibicinem illum ac deſtinam cæli.* Juvenalis ſat. 3 v. 193

Nos urbem colimus tenui tibicine fultam.

¶ 3. Pro quovis ſuſtentaculo. Ovidius lib. 4 Faſtor. v. 695

Hæc modo verrebat ſtantem tibicine villam.

¶ Tībīcina, æ, mulier tibiâ canens, eine pfeifferin, Plautus ſæpe, & Terentius Adelph. 5, 7 v. 7 & 9. Et Horat. 1 epiſt. 14 v. 25 *Meretrix tibicina.* Et Martialis 14 epigr. 64

Ebria nos madidis rumpis tibicina buccis.

¶ Tibicinium, i, die kunſt zu pfeiffen. Apulejus lib. 1 Florid. poſt initium: *Marſyas cum in artificio patriſſaret tibicinii.*

¶ Tibīcino, āre, tibiis canere, pfeiffen. Fulgentius 3 Mytholog. c. 9 *Ordo tibicinantium.* Quamquam vero MSS. heic *tibizantium* habent, legendum tamen *tibicinantium*, quia & Tertullianus de Anima c. 38 participio *tibicinandus* uſus eſt, quod cum *gloriandus* conjunxit; &

¶ Tibicinātor, ōris, ein pfeiffer, in Gloſſis Cyrilli reperitur, & αὐλητὴς græce convertitur.

TĬBISCVS, i, Daciæ olim, nunc Hungariæ ſuperioris fluvius, vulgo *Tiſſam* vocant, die Theiß.

TĬBĪSIS, is, Scythiæ fluvius apud Herodot. lib. 4. Hinc

¶ Tibisēnus, a, um, adject. ut, *Tibiſena oſtia*, Valer. Flacc. 6 v. 51.

TĬBVLLVS, i. Albius Tibullus, poëta elegiographus, quem ut *elegantem & terſum* Quintilianus 10 c. 1 commendat. Familiaris fuit Horatio & Ovidio, qui *cultum* eum vocat de Arte am. 1 v. 764. Periit morbo in comitatu Meſſalæ Corvini, cum inſulam Phæacum peteret. Vide ejus vitam.

TĪBVR, ŭris, neutrum genere, civitas Italiæ in Sabinis, ſedecim millibus paſſuum diſtans a Roma, ſic appellata a *Tiburto*, conditore, de quo Virg. Æn. 7 v. 671. Vulgus *Italorum* vocat *Tivoli.* Seceſſum illuc procerum Romanorum ſuo jam tempore celebrat Horatius. vide Barth. Adverſ. 24 c. 12. *Tibur ſuperbum* vocat Virg. Æn. 7 v. 630, conf. Ovid. Faſt. 4 v. 71.

¶ Tiburnus, i, incola Tiburis. vid. Stat. 1 Silv. 3 v. 74, & Horat. 1 od. 7 v. 13.

¶ Tiburs, Tiburtis, adject. generis omnis; vel *Tiburtis, Tiburte*, quod ex Tibure eſt, vel ad Tibur pertinet; ut, *regio Tiburs*, apud Suetonium Calig. c. 21. Et, *Villam in Tiburte, habes*, Cicero 2 de Orat. c. 65 extr. *Promit e bibliotheca Tiburti*, Gell. 19 c. 5.

¶ Tiburtīnus, & Tiburtius, a, um, adjectiva; ut, *Villa Tiburtina Manlii Vopiſci*, de qua Statius 1 Silv. 3. Et Martialis 4 epigr. 57

Nunc Tiburtinis cedite frigoribus.

Virgilius 7 Æn. v. 670

Tum gemini fratres Tiburtia mœnia linquunt.

Horat. 2 ſat. 4 v. 70 *Picenis cedunt pomis Tiburtia ſucco.*

TĪCHŎBĂTES, æ, τειχοβάτης, i. e. muros aſcendens, der an mauern hinanläufft. Vopiſc. in Carino c. 18 *Exhibuit Tichobaten, qui per parietem eluſo urſo cucurrit.*

TĬCĬNVM, i, oppidum Inſubrum, *Papiam* hodie vocant. *Ticinus* fluvius ei vicinus, Pado ſe miſcens. Vide Scriptores belli Punici ſecundi, & inprimis Sil. 4 v. 81 ſeq. & 5 v. 154 &c. & 6 v. 706; Claudian. 6 Conſul. Honor. v. 195; & Sidon. carm. 7 v. 552.

TĬFERNVS, i, fluvius Italiæ, in Frentanis, medius inter Frentonem & Trinium. vid. Mela 2 c. 4.

¶ Tifernum, i, aliquot oppidorum nomen in Italia, quæ ſuis cognominibus diſtinguuntur; ut, *Tifernum Metaurenſe* in Vmbria: *Tiberinum*, itidem in Vmbria, ſed cis Apenninum: *Samniticum*, in Samnio propter fluvium cognominem. vide Geograph. Antiq.

¶ Tifernātes, um, populus ſeu incolæ horum oppidorum, Plin. 3 c. 14.

Tigillum, tignarius, vide ſequens *Tignus.*

TIGNVS, & Tignum, i, maſc. & neutrum, plural. *Tigni* & *Tigna*, trabes ſunt, quæ per tectum transverſum diſponuntur, latten, querhöltzer; Omne denique genus materiei, ex qua ædificia conſtant, *tigni* nomine ſignificatur, bau-holtz, balcken. Horat. Art. poët. v. 279

Modicis inſtravit pulpita tignis.

Idem 2 epiſt. 1 v. 73

Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum.

Livius eleganter dixit lib. 5 cap. 34 *In ſuperficie tignisque caritas nobis patriæ pendet*, ſie ſchwebt oben, iſt nicht gründlich noch hertzlich. Vet. Gloſſ. *Tignum*, ξύλον, δοκός. ¶ 2. *Tignum* non ſolum in ædificiis appellatur, ſed etiam in vineis, eine weinlatte. vid. Feſt. ex XII Tabb. & Roſin. Ant. Rom. 8 c. ult. p. 810.

¶ Tīgillum, i, diminutivum, ein bauhöltzlein. Tibull. 2 eleg. 1 v. 39

Illi compoſitis primum docuere tigillis,
Exiguam viridi fronde operire domum.

Adde Catull. carm. 68 v. 39. Et Liv. 1 c. 26 *Transmiſſo per viam tigillo ſub jugum miſit juvenem. Id publice ſemper refectum manet: Sororium tigillum vocant.* conf. Aurel. Vict. Vir. illuſtr. c. 4 de Horatiis.

¶ Tignātio, ōnis, die belattung, das ſparrwerck. Hanc vocem Gloſſæ Vet. etiam habent, quam τέγωσιν, δόκωσιν vertunt: quaſi a verbo *Tignare.* Sed uſitatiora, quæ ſequuntur, ex *Con* compoſita.

¶ Tignārius, a, um, zum bauholtz gehörig; ut, *Faber tignarius*, ein zimmermann: Cic. de Clar. Orat. c. 73 *Ego me Phidiam eſſe mallem, quam vel optimum fabrum tignarium.* Vet. Inſcript. apud Gruter. p. 194 n. 2 PATRONVS COLL. EVID. FABR. TIGNARIOR. conf. Fabrett. Inſcript. p. 707. Abſolute etiam Gloſſ. Vet. *Tignarius*, δοκοτέκτων, δοκοποιός.

¶ Contigno, āre, eſt tigna conjungere, zuſammen latten, balcken legen, bauen. *Oſſibus tecta contignare, quadragenûm cubitorum longitudinis*, Plin. lib. 9 c. 3.

¶ Contignātus, a, um, zuſammen gebaut; ut, *Itinera interioribus partibus turrium contignata*, Vitruv. 1 c. 5.

¶ Contignātio, ōnis, ipſa trabium vel tignorum conjunctio, das geſparr, gerüſte, Cæſar 2 B. Civ. c. 9. ¶ 2. Item, cœnaculum & ſolarium, ſeu ſtratum cœmento, ſeu non, ein ſöller, boden; ut, apud Livium 21 c. 62 miraculo refertur, *bovem in tertiam contignationem conſcendiſſe*, id eſt, in tertium ſolarium, in dritten ſtock oder ſtockwerck: Valla in Raudenſ. Budæus.

¶ Intertignium, i, intervallum inter tigna, vel interpoſitum, ein feld zwiſchen balcken, Vitruv. 4 c. 2. vid. Bald. Lex. Vitr. p. 62.

TIGRĀNES, is, Τιγράνης, rex majoris Armeniæ, cujus frequens mentio apud Cic. in Orat. pro Lege Manilia: & Lucan. lib. 2 v. 637.

¶ Tigranocerta, æ, urbs regia Armeniæ, quaſi Tigranopolis. *Karta* enim, vel *Kerta*, orientalibus eſt urbs. vid. Plin. 6 c. 11.

TIGRIS, īdis, & is, fœm. τίγρις, bellua eſt Indiæ & Hyrcaniæ, *ſæva, indomita, rabida*, (hæc enim ei a poëtis epitheta, tribuuntur) & *perniciſſima*, quemadmodum & nomen accepit a celeritate, ein tiger: vid. Plin. 8 c. 18; & Barth. ad Statii lib. 2 Theb. p. 333 ſeq. Medi enim ſagittam appellant *tigrin.* Audito tympano, tigrides tanta concitantur rabie, ut ſe ipſas dilanient: Plutarch. præceptis connubial. p. 144 D. De ſummo amore earum in catulos vide Philoſtratum lib. 2 de Apollonio Thyaneo p. 69. vide de iis & Plinium lib. 8 c. 16. Lucan. lib. 5 v. 405

Ocyor & cæli flammis & tigride.

Sic, *de tigride nata*, Ovid. Metam. 7 v. 32. *Sevæ tigrides*, Idem Heroid. epiſt. 10 v. 86. Et, *Armeniæ tigres*, Idem Met. 8 v. 120. Et, *Lenire tigres*, Horat. Art. P. v. 393. ¶ 2. *Tigris* etiam canis Actæonis dicitur apud Ovid. Met. 3 v. 217, ein geſchwinder hund, ein windſpiel, wind. ¶ 3. Et *Tigris* fluvius ingens, rapidiſſimus, caput attollens, quemadmodum Solinus ſcribit, in Armenia, ex eorum fluviorum numero, quos ex Paradiſo exiiſſe ſcriptura teſtatur. Format caſus, ut animalis nomen, *Tigris* & *Tigridis*: ut, *Bibere Tigrim*, Virg. eclog. 1 v. 63. *Rapido cum Tigride*, Lucan. 3 v. 256. ¶ 4. Xenophonti *Tigris* etiam in Paphlagonia eſt. Et Herodotus ſcribit, *Tigrem* non eſſe unum tantum, ſed alterum, & tertium, fluvios diverſos in locis etiam diverſis.

¶ Tigrīnus, a, um, bunt wie ein tiger; ut, *Menſæ tigrinæ*, quæ oblongo ſunt venarum diſcurſu, cujusmodi apud nos fiunt ex acere & fraxino, atque ut reſpondeant, flavo illinuntur pigmento, fladerne tiſche, Plin. 13 c. 15.

¶ Tigrĭfer, a, um, tigres ferens, da tigerthiere ſeyn; ut, *Tigriferi arva Niphatis*, Sidon. carm. 1 v. 444.

¶ Transtigrĭtānus, a, um, trans Tigrim ſitus, jenſeit der Tiger gelegen. Sextus Rufus c. 25 extr. *Meſopotamiam cum Transtigritanis quinque regionibus reddiderunt.* Adde Ammianum lib. 18 cap. 22; & lib. 19 cap. 18 fin.

TĬGŬRVM, i, Zürch, clara civitas Helvetiæ. Hinc

¶ Tigurīnus, a, um, adject. ut, *Pagus Tigurinus*, Cæſar 1 B. Gall. c. 11. Et ſubſt. *Tigurini*, die Zürcher, in Helvetiis, Cæſ. ibidem.

TĬLĬA, æ, φίλυρα, arbor notiſſima, ligno molliſſimo, eine linde. Primam brevem habet. Virgil. 1 Georg. v. 173

Cæditur & tilia ante jugo levis, altaque fagus.

¶ Tiliāceus, a, um, adjectivum, von linden-holtz; ut, *Arcula tiliacea*, Columella 12 c. 45. Et, *Tabulæ tiliaceæ*, Capitolinus in Pio c. 13.

¶ Tiliāris, e, idem; ut, *Tiliaris tabula*, Cœl. Aurel. Tard. 4 c. 1.

¶ Tiliētum, i, locus, ubi creſcunt tiliæ, ein lindenwald.

TILPHŌSA, æ, fons in Bœotia, ſub montem Tilphoſium labens, juxta quem Tireſiæ vatis eſt ſepulcrum, ubi & templum eſt Tilphoſii Apollinis. vid. Strabon. lib. 9 p. 285.

TĪMAEVS, i, Τίμαιος, philoſophus Pythagoricus, patriâ Locrenſis, cujus nomine Plato librum inſcripſit de Natura. Eum in ordine librorum ſcientiæ naturalis imitatus eſt Ariſtoteles. ¶ 2. Fuit & hiſtoricus hoc nomine, ſed maledicentiſſimus: Corn. Nepos Alcibiad. c. 11.

TĪMĂGĔNES, is, rhetor & hiſtoricus, omnium in litteris ſtudiorum antiquiſſimam Muſicen eſſe dixit, Quintil. 1 c. 10. Ejus meminit Horat. 1 epiſt. 19 v. 15; & cum laude Ammianus 15 c. 9.

TĪMĂGŎRAS, Τιμαγόρας, Athenienſis, capitali judicio affectus, quod

quod ad Darium Perſarum regem legatus miſſus, ipſum adoraſſet Perſarum more: Suidas, & Valerius Max. 6 c. 3 ext. 2.

TĬMANTHES, is, Τιμάνθης, pictor egregius Zeuxis tempore. Hujus eſt Iphigenia oratorum laudibus celebrata, qua ſtante ad aras peritura, cum mœſtos pinxiſſet omnes & triſtitiæ omnem imaginem expreſſiſſet, patris vultum velavit, quem digne non poterat oſtendere, Plin. 35 c. 9.

TĬMĀVVS, i, fons & fluvius Iſtriæ, ſive Venetiæ in Italia, cujus non ſemel Virgilius meminit eclog. 8 v. 6, &c. Lucan. 7 v. 197. Hinc Statius 4 Silv. carm. 7 extr. T. Livium, *Timavi alumnum* vocat; quia Venetus Patavinus, ſive Patavii, Venetiæ urbe, natus fuit. Et vero Patavium ad paludes, quas fecit Timavus, ſitum Virgilius teſtatur, lib. 1 Æneid. v. 244 *fontem ſuperare Timavi:*

Vnde per ora novem vaſto cum murmure montis
It mare præruptum, & pelago premit arva ſonanti.
Hic tamen ille (Antenor) *urbem Patavi, ſedesque locavit*
Teucrorum;

Cum ait, *It mare*, ipſum fluvium intelligit. vide Servium ibi, & interpretes cæteros.

TĬMEO, ui, ēre, metuere, formidare, fürchten, ſich beſorgen. Cic. 1 fam. epiſt. 5 *Quamquam omnia ſunt timenda, nihil magis quam perfidiam timemus.* Sic enim, *Timeo te, tamquam inimicum*, dicimus. Sed, *Si illum relinquo, ejus vitæ timeo*, Terent. Andr. 1, 3 v. 5, ſo iſt mir leid für ſein leben. *Noſtræ parti timeo*, Idem Andr. 2, 5 v. 8. Et in Heaut. 3, 2 v. 20 *Syre, tibi timui male, tamquam amico ſcilicet.* Cæſar 3 de B. Civ. c. 13 *Dyrrachio timens*, indem er fürchtet, er möchte es verlieren. Et eod. libro c. 59 *Receptui ſuo timens*; & c. 74 *Rei frumentariæ timebat.* Similiter, *pallere pueris*, Horat. dixit 1 epiſt. 7 v. 7. Et ſic, *Abs te mihi timeo:* Cic. pro Flacco c. 20 *A quo genere ego nunquam timui.* Idem ad Attic. lib. 7 epiſt. 6 *De republica valde timeo.* Et Terent. Andr. 1, 5 v. 35 *Tum autem hoc timet, ne deſeras ſe*, du möchteſt ihn verlaſſen. Et, *Omnes labores ſcio te excipere, timeo, ut ſuſtineas*, du wirſt es nicht ausſtehen, Cic. 14 fam. epiſt. 2. ¶ 2. *Timere* pro *averſari* Horatius dixit lib. 1 epiſt. 5 princ.

Si potes Archaicis conviva recumbere lectis,
Nec modica cœnare times olus omne patella.

¶ Tĭmens, tis, furchtſam. Lucretius 6 v. 1237

Vitai nimium cupidi, mortisque timentes.

Et, *Mortem timens*, Ovid. Met. 14 v. 215. *Comiti timens*, Virg. Æn. 2 v. 729.

¶ Timendus, a, um, ſchrecklich; ut, *Dente timendus aper*, Ovid. Heroid. epiſt. 4 v. 104. *Vrſa timenda*, Idem Met. 14 v. 256. Sic, *Timenda voce complere nemus*, Horat. epod. 6 v. 9.

¶ Timeſco, ĕre, furchtſam werden. Ammian. 31 c. 4 edit. Sylburg. p. 506 *Athanaricus parumper timeſcens.*

¶ Tĭmĭdus, a, um, furchtſam, feig, ſchüchtern; ut, *Timidum atque ignavum putari*, Auctor ad Herenn. 4 c. 36. Cicero pro Sextio cap. 16 *Nimium te timidum, nullius animi, nullius conſilii fuiſſe confiteor.* Et, *Timidus in labore militari*, Cic. 7 fam. epiſt. 17. *Timidus ad mortem*, Idem de Finib. 2 c. 20. Servius in eclog. 6 Virgilii: TIMIDVS, *eſt qui ſemper timet:* TIMENS, *qui ad tempus formidat ex cauſſa.* Et, *E navi timidæ ambæ in ſcapham inſiluimus*, i. e. timentes, Plaut Rudent. 2, 3 v. 36. ¶ 2. *Timidi mater non ſolet flere*, Nepos Thraſyb. c. 2 n. 2: ubi *Timidus* non eſt idem qui trepidus, vel ignavus, ſed providus & cautus, qui timet juſte timenda, & cura majore, quam audacia progrediens, ſe non temere in periculum conjicit, atque ſic matri ſuæ dolorem & lacrymas non ciet. Hoc ſenſu *timiditatem* ſibi tribuit Cic. 6 ad Fam. epiſt. 15; & lib. 4 epiſt. 13. v. Vorſtius Indice ad Nep. Et compar. Cæſar 3 de Bello Gall. c. 24 *Craſſus cunctatione ſua hoſtes timidiores fecit.* Et ſuperl. Curtius 4 c. 14 extr. *Mors timidiſſimum quemque conſequitur.*

¶ Tĭmĭde, adverb. furchtſamlich, zaghafftig. Cic. Tuſcul. 2 c. 23 *Providendum eſt, ne quid abjecte, ne quid timide faciamus.* Et pro Quint. c. 16 *Timide ac pedetentim ad aliquid agendum deſcendere.* Cæſar 1 B. Civ. c. 19 *Omnia trepidantius timidiusque agere.* Vellej. 2, 87, 3 *Canidius timidius deceſſit.* Quintil. 11 c. 1 *Timidiſſime.*

¶ Timidŭlus, a, um, diminutivum, etwas ſcheu; unde

¶ Timidŭle, adverb. idem. Apulejus lib. 4 Mileſ. p. 146 *Timidule per balneas & cellas reptantes ſcrutariam facitis.*

¶ Timĭdĭtas, ātis, timor, die furchtſamkeit; ut, *Pudore a dicendo, & timiditate quadam ingenua refugere*, Cic. de Orat. 2 c. 3. *Neque cautio mea & timiditas in cauſis negligenda eſt*, Ibidem c. 64. Et, *Bello propter timiditatem deeſſe*, Cic. Philipp. 2 c. 29.

¶ Tĭmor, ōris, *metus eſt mali appropinquantis*, Cicerone auctore in Tuſcul. 4 c. 8, die furcht. *Timore torpere*, Plaut. Trucul. 4, 3 v. 50. Et, *In timorem dare*, erſchrecken, furchtſam machen, Pſeud. 4, 1 v. 19. Ita, *Timore affici*, ſich fürchten: ut, *Maximo timore de nobis afficiuntur amici noſtri*, Brut. ad Anton. lib. 11 Cic. fam. epiſt. 2, ſie ſtehen in furcht. *Timore perculſus*, Cic ad Brut epiſt. 3. *Timore perteritus*, Idem 1 de Divin. c. 28, erſchreckt und furchtſam gemacht. *Timor cohibet*, Hirt. 8 Bell. Gall. c. 23, die furcht hält zurück. *Timorem omittere*, Cicero Somn. Scip. c. 1. *Æſtas, quæ ſequitur, magno eſt in timore*, es ſiehet den ſommer gefährlich aus, Idem 2 fam. epiſt. 10. *In hac calumnia timoris*, da die furcht leugt, Cæcinna ad Cic. 6 fam. epiſt. 7. *Magno timori eſſe populis*, Lucanus 3 v. 82. Sententiam *Vbi timor, ibi pudor*, citat ex poëta quopiam Plato in Euthyphrone: ὐκ ἐθέλεις εἰπεῖν ἔνθα γὰρ δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς. Pluralis *Timores* etiam reperitur. Silius 2 v. 626

atros inſibilat ore timores.
Namque metus ſocium ſecum trahit usque pudorem.

¶ Timōrātus, a, um, gottsfürchtig. Vulg. Interpr. Luc. c. 2 v. 25 *Homo iſte juſtus & timoratus.*

¶ Timefactus, a, um, erſchreckt, geſchreckt, furchtſam. Lucret. 2 v. 43 *Timefactæ relligiones.* Et Cicero 2 Offic. c. 7 *Quamvis timefacta libertas.* Ita meliores libri & antiquiores: vulgo perperam *tremefacta.*

Compoſita:

¶ Extĭmeſco, ĕre, valde timere, ſich ſehr fürchten. Terent. Phorm. 1, 3 v. 2 *Adeone rem rediiſſe, ut patrem extimeſcam, ubi in mentem ejus adventi venit?* Et Cic. Philipp. 7 c. 1 *Ab Antonio majus periculum, quam ab ullis nationibus extimeſcendum eſt.* Idem pro Dejotaro c. 1 *De fortunis communibus extimeſcere.*

¶ Intĭmĭde, adverb. furchtſam; unde compar. *Intimidius:* Ammianus 26 c. 17 [Valeſ. c. 6 p. 460] *Huic intimidius incedenti nec reſiſtebat populus, nec favebat.* Ita MSS. libri, iique optimi. Hadrianus Valeſius in ſupplementis ad commentarios fratris Henrici interpretatur *IN* hujus compoſitionis, ut augeat & intendat ſignificationem, non diminuat. Ait enim, ut *infractus* pro *fractus* apud bonos ſcriptores: ita *Intimidus* pro *Timidus*, & *Intimide* pro *Timide* ab Ammiano uſurpari.

¶ Pertĭmeo, ui, ēre; & Pertimeſco, ĕre, idem quod extimeſcere, ſeu perhorreſcere, ſich ſehr fürchten, ſcheuen; ut, *Nullius vim, nullius potentiam pertimeſcere*, Cic. 4 in Verr. c. 73, nicht die geringſte furcht für etwas haben. *Pertimeſcere rotam fortunæ*, Idem in Piſon. c. 10. Et de Leg. Agrar. 2 c. 17 *Grave eſt nomen imperii, atque id etiam in levi perſona pertimeſcitur.* Cic. ad Lentul. 1 fam. epiſt. 9 *Fama inconſtantiæ pertimeſcenda.* Et cum præpoſitione *De*, Idem Divinatione in Verr. c. 22 extr. *Non minus de laude, de honore, de fama ſua; quam de capite ac fortunis ſuis pertimeſcere.* Denique vetus liber fabularum MSS. in Biblioth. Victor. Paris. quem ſæpe allegat Rigaltius in not. ad Phædrum: *Stando procul regem pertimuere ſuum.*

¶ Pertĭmĕfactus, a, um, ſehr erſchreckt. D. Brutus Ciceroni 11 fam epiſt. 20 *Crede mihi, ſperare eos, te pertimefacto, adoleſcente impulſo, poſſe magna conſequi præmia.* Ita veteres libri magno conſenſu: quod *perterrefacto* pravatum in aliis eſt.

¶ Prætimeo, ui, ēre, ſich nichts guts verſehen. Plautus prologo Amphitr. v. 29 *Mirari non eſt æquum, ſibi ſi prætimet.*

¶ Prætĭmĭdus, a, um, valde timidus, ſehr furchtſam. Tertullianus carm. de Jona & Ninive v. 65

famulum ſeſe ille fatetur
Prætimidum fidumque Dei.

¶ Subtĭmeo, ēre, nonnihil timere, ſich etwas fürchten. Cic. 2 Philipp. c. 14 *Numquid ſubtimes, ne ad te hoc crimen pertinere videatur?*

TĪMŎLĔON, ontis, Τιμολέων, dux fuit Corinthius, qui Syracuſas oppreſſas Dionyſii tyrannide liberavit, ac Dionyſium in exilium Corinthum miſit. vide Plutarchum, & Nepotem ejus vitâ.

¶ Timoleontēum, i, gymnaſium Syracuſanum apud Corn. Nepot. in Timoleonte extr. Meminit Polyæn. lib. 5 c. 3 n. 8, & Plutarch. in vita.

Timōlus, vide infra *Tmolus.*

TĪMON, ōnis, Τίμων, Athenienſis fuit, μισάνθρωπος ille, abhorrens ab omnium hominum conſuetudine, ſeu oſor potius omnium & hoſtis. vide Plutarchum In Antonio p. 948 & ſeq. & Lucianum in Timone. Vixit temporibus belli Peloponneſiaci. Interrogatus aliquando; *quamobrem omnes homines odio proſequeretur?* reſpondit: *Malos merito odi, ceteros vero ob id odi, quod nec ipſi malos oderint.*

¶ Timōnius, a, um, adject. Sic, *vitam agere Timoniam*, de homine invido, avaro aliorumque oſore dicitur. vid. Chiliad.

TĪMŎTHĔVS, i, Τιμόθεος, dux Athenienſium ille felix, ad cujus imaginem pictores fortunam depinxerunt cogentem urbes ad rete, ipſo juxta dormiente. Quod vel aſſentationis vel invidiæ cauſſa in eum ſic excogitatum fuit. vide Meurſ. Cecropiam c. 13. A Platone frugali muſicaque cœna exceptus, cum ex ea melius quam poſt opiparas epulas haberet, dicere conſuevit: *Qui cum Platone cœnant, etiam poſtero die bene habent.* vide *Cœna*, Suid. & Ælian. ¶ 2. Fuit *Timotheus* alius muſicus, ſub Philippo rege Macedonum. Hic cum decimam chordam lyræ adjeciſſet, a Lacedæmoniis civitate exactus eſt. Id SCtum apud Boethium habes lib. 1 de Muſica c. 1. ¶ 3. Et alius ſculptor nobiliſſimus, unus ex illis, qui Mauſoleum cælaverunt, apud Plin. 36 c. 5. ¶ 4. Alius denique Lycaonius, comes peregrinationum S. Pauli, deinde epiſcopus eccleſiæ Epheſinæ, & tandem martyr ſub Nerone.

TĪNA, æ, vas vinarium, eine tonne, ein weinfaß. Varro apud Nonium c. 15 n. 7 *In conviviis vini tinas ponebant.* conf. Dempſt. ad Roſin. p. 502.

TINCA, æ, piſcis paluſtris & fluviatilis, ſine ſquamis, eine ſchleie, quod nomen a *muco*, vom ſchleim, habet: gaudet enim lutulentis & cœnoſis locis. Quidam *Tincas* vocant, ſtincks, vel ſtinck-fiſch, ſed alii iſti ſine dubio ſunt piſciculi a fœtore ſic appellati. Auſonius in Moſella v. 125 *Quis non & virides vulgi ſolatia tincas Norit?*

Tinctilis, tinctura, tinctus, &c. vide mox in *Tingo.*

TĪNĔA, æ, vermiculus ex pulvere ac ſitu aut putredine naſcens, veſtes & libros arrodens, eine ſchabe, motte. Horat. de libro ſuo 1 epiſt. 20 v. 12. *Tineas paſces taciturnus inertes.*

Et lib. 2 ſat. 3 v. 119

Cui ſtragula veſtis,
Blattarum ac tinearum epulæ putreſcat in arca.

Macrob. 2 Saturn. c. 15 *Citreum malum eſt odoratiſſimum, ex quo interjectum veſti tineas necat.* ¶ 2. Et *Tineæ* in alvearibus ſunt vermes apibus noxii, würmer in den bienſtöcken, Columellæ lib. 9 c. 14, & Virgil. 4 Georgic. v. 246.

¶ Tineōſus, a, um, voll ſchaben, wurmicht. Columella 9 c. 14 extr. *Tineoſos & labantes favos eximere.*

TINGO, xi, ctum, ĕre, immergere, inficere, tauchen, netzen, färben, eintuncken; ut, *Sparſa aquâ corpus tingere*, Ovid. Faſt. 4 v. 790. *Tinxit ſanguine cultros*, Idem Met. 7 v. 599. *Tingere aliquem poculis*, Horat. 4 od. 12 v. 23, vollſauffen. ¶ In veteribus libris ſæpe *Tinguo* pro *Tingo* ſcriptum reperitur. vid. Manut. Orthograph.

¶ Tinctus, a, um, eingetaucht, benetzt, gefärbt; ut, *Tunica ſanguine tincta*, apud Cic. 3 Nat. Deor. c. 28. Et per metaphoram, *Tinctus elegantia patris puer*, id eſt, imbutus, ornatus, Idem de Clar. Orat. c. 58. Cujusmodi & illud eſt lib. 2 de Orat. c. 20 *ſit mihi* (orator) *tinctus litteris, audierit aliquid, legerit* &c. Et ibidem c. 27 *totum arte tinctum videtur.* vid. Victorius lib. 10 Var. Lect. c. 18.

¶ Tinctus, ûs, subst. pro *Tinctura*, quæ infectio est, die farb, oder fär-bung. Plin. 10 c. 48 *croceo tinctu*.

¶ Tinctūra, æ, idem. Plin. 31 c. 10 *Ad inficiendas purpuras tincturasque omnes.* Et lib. 37 c. 9 *Cyanos* (gemma) *adulteratur maxime tinctura, idque in gloria regis Ægypti adscribitur, qui primus eam tinxit.*

¶ Tinctĭlis, e, quo aliquid tingitur, naß, netzend, feuchte. Ovid. Trist. 3 eleg. 10 v. 64 *Nam volucri ferro tinctile virus inest.*

¶ Tingŏmĕnæ, ārum, compotationes, helluationes, *débauches*, gesäuf-fe, überfluß im trincken. In Petronii Fragm. Trag. p. 7 & p. 46 legitur quidem *Tangomenas faciamus*, i. e. ut Schefferus p. 71 explicat, vino poculisque liberius indulgeamus. conf. & Reinesii Not. p. 53. Sed Nodotius in Petronio restituto habet *Tingomenas*, & illustrat ex illo Horatii 2 od. 14 v. 26.

Composita:

¶ Contingo, xi, ctum, ĕre, bestreichen, salben. Lucret. 4 v. 12 *Oras pocula circum contingunt mellis liquore.* Virg. 3 Georg. v. 448 *Contingunt corpus amurca.* ¶ Aliam notionem vide in *Tango*.

¶ Contĭnctus, a, um, angefeuchtet, bestrichen. Lucret. 2 v. 742
Ex ineunte ævo nullo contincta colore.

¶ Intingo, xi, ctum, ĕre, immergere, eintauchen; ut, *Intingere in acetum*, Cato c. 156. *Intingere calamum*, die feder netzen, Quintil. *Quæ condiuntur, quæque intinguntur*, Plin. 20 c. 17.

¶ Intinctus, a, um, eingetunckt; ut, *Intinctus in aqua*, Vitruv. 1 cap. 5. *Intincti cibi*, Ovid. Fast. 2 v. 634. vid. ibi Heinsius.

¶ Intinctus, ûs, subst. condimentum, eine salse, tütsche, tuncke, Plin. 15 c. 29; & 20 c. 9. Et Apicius 3 c. 16 *Hieme intubæ ex embammate, hoc est, intinctu, eduntur.*

¶ Intinctio, ōnis, die eintauchung. Tertullianus de Pœnitentia c. 2 *Præire intinctionem pœnitentiæ jussit.* Et ibidem c. 12 *post prima intinctionis dominicæ monimenta*, hoc est, post baptismum.

¶ Intertinctus, a, um, gefärbt; ut, *Intertinctus aureis guttis lapis*, Plin. lib. 36 c. 8.

¶ Prætinctus, a, um, vorher gefärbt. Cœl. Aurel. 1 c. 4 *Truci prætinctus cruore.*

¶ Retingo, ĕre, wieder eintauchen. Pallad. 13 tit. 2 *Vinum myrtite retingemus.* Stat. 1 Silv. 4 v. 73 *nec in otia pacis*
Permissum laxare animos, ferrumque retingi.
Vbi *retingi* est, alio liquore imbui, quo ensis per bella ac cædes resper-sus sanguine repurgaretur. Alii tamen hic legunt, *recingi*. ¶ Sed *Distinguo, Exstinguo, Restinguo*, vide supra in *Stinguo*, unde sunt.

TINNIO, ire, de metallis pulsis & resonantibus dicitur, klingen, klimpern. Nam ab eo sono fictitium est. *Tinnit aurum, æs*, &c. Varro R. R. 3 c. 16. *Obe jam satis, uxor est: comprime te: nimium tinnis*, Plaut. Casin. 2, 3 v. 32, i. e. garris, acute clamas. Et, *Expecto maxime, ecquid Dolabella tinniat*, Cic. ad Attic. 14 epist. 21.

¶ Tinnīto, are, frequent. klingeln. Commodian. Instruct. 64 p. 92 *Nec enim dico, ut te in trivio tinnites*, i. e. ut captandæ plebeculæ caussa cum tintinnabulo incedas. Et Autor Philomelæ v. 9 *Parrus tinnitat.*

¶ Tintĭno, are, idem. Catullus epigr. 52 ad Lesbiam v. 10
sonitu suopte Tintinant aures.
Ita ex MS. restituit Scaliger in locum vulgati *Tinniunt*: quem nobilissimi editores Joh. Georg. Grævius & Philipp. Silvius secuti sunt.

¶ Tintinno, are, & Tintinnio, ire, pro *sonare*, etiam ex Nigidio & Afranio producit Nonius c. 1 n. 188. Apud Festum est *Titinnare* ex Nævio.

¶ Tinnītus, ûs, subst. der klang, das geklingle. Plin. 11 c. 20 *Apes gaudent plausu atque tinnitu æris.* Idem 28 c. 2 *Aurium tinnitu præsentire*, aus dem ohrenklingen. Superstitiosum est. Pluraliter, *æris tinnitibus affici*, Arnobius lib. 7 p. 233. Et Ovidius Fast. 5 v. 207
Ardua jamdudum resonat tinnitibus Ide.

¶ Tinnīmentum, i, idem. Plautus Rudente 3, 5 v. 26 *Illud tinnimentum est auribus.*

¶ Tinnŭlus, a, um, quod tinnitum præbet, klingend, thönend; ut, *Æra tinnula*, Ovid. Metam. lib. 4 v. 393. *Chordæ tinnulæ*, Senec. in Troade v. 833. Vulgo dicunt: *Tinnulæ rationes præcipuam habent vim ad persuadendum.* (Vide in Chiliad. proverb. *Auro loquente nihil pollet quævis oratio.*) Quintilianus 2 c. 3 *tinnulos oratores* vocat, qui exiliter & deducte sonantes dictiones venantur.

¶ Tintinnābŭlum, i, quod a *tintinnare* Nigidii apud Nonium, vel *tintinare* Catulli, ein glöcklein, schelle, klingel, klingwerck. Juvenal. sat. 6 v. 440 *Tot pariter pelves & tintinnabula dicas Pulsari.*
Tintinnabula januis dependere solita, ut sonitu eorum janitores excitarentur, sicut ex Dione cognoscimus, Suetonius indicat Augusto c. 91 *Somniavit queri Capitolinum Jovem cultores sibi abduci: seque respondisse*, TONANTEM PRO IANITORE EI APPOSITVM: *ideoque mox tintinnabulis fastigium ædis redimit, quod ea fere januis dependebant.* Sed & alius tintinnabulorum usus in magnatum ædibus fuit, ut signum iis videlicet daretur familiæ, de quo ibi Casaubonus observat. De usu in sacrificiis Plaut. Pseud. 1, 3 v. 97 *Lanios accersere cum tintinnabulis.* Idem Trinum. 4, 2 v. 263 *Tintinnabulum tinnit.*

¶ Tintinnabulātus, a, um, mit schellen oder glöcklein behängt; ut, *tintinnabulati greges*, Sidon. 2 epist. 2.

¶ Tintinnācŭlus, a, um, klingend, schmirrend. Plaut. Trucul. 4, 3 v. 8 *Ad tintinnaculos educi viros*, id est, ad tortores vel lorarios, qui flagris vel loris bubulis sontes cædunt, ficto vocabulo a sonitu, quem verbera efficiunt, peitscher. vid. Turneb. Adverf. 11 c. 21.

¶ Circumtinnio, ire, umher klingeln. Varro de R. R. 3 c. 16 *Apes perterritas, quo voluerit, perducet circumtinniendo ære.*

¶ Obtinnio, ire, mit klang erfüllen. Apulej. Apolog. *Ecquid illi aures obtinnirent?*

¶ Subtinnio, ire, klingeln. Tertull. de Pallio c. 4 *Vt bacchantibus indumentis aliquid subtinniret, cymbalo incessit.*

TINNVNCVLVS, i, accipiter, κεγχρὶς, ein wannenweher, quod vanni, hoc est, ventilabri in modum alas expandat. ¶ 2. Et, ein wandweher, quod in turrium parietibus nidificet. ¶ 3. Item, ein steinschmatz. vide Colum. 8 c. 8; & Plin. 10 c. 37; & supra *Cenchris*.

Tintinnabŭlum, tintinnaculus, tintinno, &c. vide ante in *Tinnio*.
Tiphernum, civitas Vmbriæ, vide supra *Tifernum*.

TĪPHYS, yos, Τῖφυς, est proprie nomen gubernatoris in prima nave Argonautarum, quæ Argo vocabatur. Legitur in Virgilii ecloga 4 v. 34 *Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo.*
Vbi Servius, *Per Tiphya*, scribit, *quemcumque intelligi gubernatorem*, ein schiff-patron. conf. Ovid. Heroid. epist. 6 v. 48.

TĪPVLA, item Tipulla, æ, araneolus, aquis imminens, eine wasser-spinne, wasser-mücke. Plaut. in Persa 2, 2 v. 62
Neque levius tipulæ pondus est, quam fides Lenonia:
Vide Festum & ibi Scaliger.

TĪRĔSIAS, æ, Τειρεσίας, vates Thebanus, excæcatus a Junone, quod pro Jove in re Venerea sententiam tulisset. vid. Ovid. Met. lib. 3 v. 323. Hinc & pro cæco *Tiresiæ* nomen a Juvenale positum est sat. 13 v. 248 *Tandemque fatebere lætus,*
Nec surdum nec Tiresiam quemquam esse Deorum.
Proverb. *Tiresia cæcior*, vide Chiliad. Tiresiæ filia *Manto*, cujus filius Ocnus Mantuam condidit Italiæ urbem, Virgil. Æn. 10 v. 200.

TĪRĪDĀTES, is, nomen regis Armeniæ. Horat. 1 od. 26 v. 5 *Quid Tiridatem terreat.* Meminit ejusdem Armeniæ regis Sueton. Nerone c. 13. ¶ 2. Est nomen magi apud Plinium 30 c. 3. ¶ 3. *Tiridates* pecuniæ regiæ Persepoli custos, Curt. 5 c. 5 n. 2; & c. 6 n. 11.

TĪRO, ōnis, militiæ aut cujuscunque studii professor novus ac rudis, ein junger soldat, schüler, lehrjunge, anfänger. Cic. Philipp. 11 c. 15 *Tirones milites, flos Italiæ.* Idem de Oratore 1 c. 50 extr. *nulla in re tironem ac rudem* dixit, in keinem dinge ungeübet. Multi per Y *Tyro* scribunt, quibus inscriptio favet a Manutio laudata in Orthographia. Sed suspectam νοθείας illam cum Ant. Augustino facit Vossius in Etymologico p. 522. Certe non apparet, unde græca littera sit in voce vel minime, vel dubie admodum græca. In Pandectis Florent. & alia Inscriptione litterâ latina *Tiro* scriptum est. vid. Voss. l. c.

¶ Tiruncŭlus, i, diminut. ein schülergen. Plin. 3 epist. 6 *Me tirunculum sollicitavit ad emendum*, hoc est, rudem cognitionis eorum signorum. *Initiandi tirunculi*, Minuc. Felix in Octavio p. 87.

¶ Tiruncŭla, æ, fœm. ein lehr-mägdgen; ut, *Christi tiruncula*, Hieronym. epist. 8 ad Demetriadem f. 18 ed. Colon. Et, *Canis tiruncula*, Columella 7 c. 12, ein hund, der künste lernen soll.

¶ Tirōcĭnium, i, primum rudimentum sive experimentum militiæ & eloquentiæ, quæ duæ artes maximo in honore Romanis & supra ceteras æstimatæ, die erste lehr-probe. Itaque & ille ipse dies, quo auspicandæ eloquentiæ caussa, sumta virili toga, adolescentes deducebantur in forum, *Tirocinium* dicebatur. vid. Ph. Caroli Ant. Rom. 4 c. 10 p. 128. In militiâ autem *stipendia prima*. Sed eloquentiæ rudimenta priora: stipendia sequebantur. vide Sueton. Augusto c. 26; Tiberio c. 8, 9 & 54; Caligulâ c. 10, Nerone c. 7, & ibi interpretes. Justin. lib. 9 c. 1 *Deponere rudimenta tirocinii*, sein schul-recht ablegen. Et, *Non solum tirocinia, verum etiam incunabula in castris ponere*, Justinus 12 c. 4. Et Livius 45 c. 37 *Tirocinium ponere, & documentum eloquentia dare*, scilicet accusando certum hominem. in die meisterschafft treten. *Tirocinio ætatis labi*, hoc est, inscitia & ignorantiâ, Declam. in Sallustium sub Ciceronis nomine c. 5, aus schwachheit. Et, *Tirocinio peccare*, Manil. lib. 1 v. 189.

¶ Tirōnātus, ûs, die lernzeit. Theod. Cod. L. 7 tit. 13 *Tempore tironatus eorum procuratores præsententur.*

TĪRO, ōnis, Ciceronis libertus, & adjutor in litteris ac studiis, ad quem exstant epistolæ inter familiares. Notæ, per signa scribendi, quas Gruterus cum inscriptionibus edidit, eidem tribuuntur.

¶ Tironiānus, a, um, adjectivum. Gellius 1 c. 7 ineunte: *In libro* [Ciceronis orationum] *spectatæ fidei, Tironiana cura atque disciplina facto.*

Tirocinium, tironatus, tiruncula, tirunculus; vide paullo ante *Tiro*.

TĪRYNS, this, Τίρυνς, θος, fluvius Argivorum; item, civitas Argis proxima, patria Herculis in Peloponneso, *Tiryntha* Plinio 4 c. 5. Vnde

¶ Tirynthius, a, um, adject. ut, *Tirynthius heros*, Hercules, Sil. 8 v. 218; qui & absolute *Tirynthius*, Virg. Æn. 7 v. 662.

TĪSĀMĔNES, is, vel ut aliis placet, *Tisimanes*, Orestis filius, qui Mycænis regnavit, Ovid. in Ibin v. 348; Polyæn. Stratag. 2 c. 37; & Frontin. 1 c. 2, ubi & *Tissamenus*.

TĪSĪPHŎNE, es, Τισιφόνη, una ex furiis, dicta quasi ultrix cædis, a τίσις ultio, & φονὴ cædes. Tibullus 1 eleg. 3 v. 69
Tisiphoneque impexa ferox pro crinibus angues.
conf. Ovid. Met lib. 4 v. 474, & 481; & Virg. Æn. 6 v. 571.

TISSAPHERNES, is, præcipuus inter Persicos satrapas, cui etiam filiam dedit rex Artaxerxes. vid. Nepos 9 c. 3 & 4; & 17 c. 2. Justin. 5 c. 1 &c. & 6 c. 1.

TĪTAN, ānis, & Titānus, āni, Saturni frater, Cæli & Vestæ filius, qui una cum filiis *Titanibus* adversus fratrem, cui imperium cesserat, bellum gessit, eumque superavit, victus denique a Jove, Saturni filio. Hinc

¶ Titānes, um, ejus & terræ filii, quos ante gigantes edidit. Nam & hi terræ proles. Virg. 6 Æn. v. 580
Hic genus antiquum terræ, Titania proles:
ANTIQVVM, id est, primum, ut Servius interpretatur: secundum enim gigantes fuerunt: *Titanas* contra Saturnum genuit; *Gigantes* postea contra Jovem. *Titanes* enim ἀπὸ τῆς τίσεως, ab ultione dicti. Ex horum numero creditur fuisse *Japetus* sive *Prometheus*, qui homines condidit, ut fabulati sunt. Vnde Juvenal. sat. 14 v. 35
Queis meliore luto finxit præcordia Titan.
Item *Hyperion* sive *Sol*: qui, quod temperavit sibi ab inferenda injuria Diis, relatus in cælum est. Vnde *Titan* passim poëtis pro *sole* dicitur. Vide Virg. Æn. 4 v. 119; &c. & Servium ad supra allegatum Virgilii locum, itemque Phornutum Theoriâ de Natura Deor. c. 16, & Athenagoram Legatione pro Christianis. ¶ 2. Proverb. *Titânas καλεῖς*, id est, *Titanas implorat*, ubi quis viribus suis diffisus, auxilium alienum implorat. vide Chiliadas. *Plato Titanum e genere statuis*

ſtatuit eos, qui ut illi cæleſtibus, ſic hi adverſentur magiſtratibus, Cic. de Leg. 3 c. 2. conf. Juſtin. 44, 4, 1

¶ Titānius, a, um, adject. ut, *bella Titania*, Silius 12 v. 725. Et, *Titanius* ſubſtantive pro *Sole*, Avienus Arateis v. 127.

¶ Titaniăcus, a, um, idem. Ovid. 7 Met. v. 399 *Titaniaci dracones.*

¶ Titanĭcus, a, um, torvus ac tetricus, ſcheußlich. Τιτανῶδες βλέπειν, *Titanicum tueri*, ſehen als ein feld oder wald voll teufel. vide Chiliad.

¶ Titānis, ĭdis, patronym. fœm. Adjective Juvenal. ſat. 8 v. 132

Omnem Titanida pugnam ponas.

TĬTĂRĒSUS, i, fluvius Theſſaliæ, ex Titaro monte naſcens, Lucan. lib. 6 v. 376.

TĪTHŌNUS, i, Τιθωνὸς, frater Laomedontis, raptus ab Aurora amore ejus correpta. Nam omnium formoſiſſimus fuit. Vide Servium in illud Virg. lib. 4 Æneidos v. 585

Tithoni croceum linquens Aurora cubile.

Euſtathius in Homerum auctor eſt, *Tithonum* poni pro infelici ſene. Nam quamvis immortalitatem impetravit a Diis, non caruit tamen incommodis ſenectutis. Unde Horatius 2 ode 16 v. 30

Longa Tithonum minuit ſenectus.

Itaque tædio ætatis in cicadam petiit mutari, & impetravit. Quo Horatius alluſit forte lib. 1 ode 28 v. 7

Occidit & Pelopis genitor, conviva Deorum,
Tithonusque remotus in auras.

vid. Euſtath. lib. penult. Iliados, & Athenæum lib. 3.

¶ Tithōnius, a, um, adject. ut, *Conjux Tithonia*, i. e. Aurora, Ovid. 3 Faſt. v. 403. *Tithonia ſenectus*, Statius 4 Silv. 3 v. 151.

¶ Tithonæus, a, um, idem. Avienus Perieg. v. 368 *Memnon Tithonæus.*

TĬTHȲMĂLUS, i, τιθυμάλος, frutex eſt ſeptem ſpecierum Dioſcoridi, ut, *Tithymalus Characias, myrſinites, palarius, helioſcopus, Cypariſſias, dendroides*, wolffsmilch. Suidas τιθύμαλλος ſcripſit. Vide Chiliad. Eraſmi in adagio, *Tithymallus Laconicus.* Adde Serenum v. 831 & 1136.

TĬTIĀNUS, i, Τιτιανὸς, orator græcus fuit, præceptor Maximini principis. Scripſit libros de Provinciis. Neſcio, an idem cum illo *Titiano*, quem fabulas Æſopicas trimetris concinnaſſe Auſonius ſcribit epiſt. 16. Certe plures fuiſſe, Voſſius indicat lib. 1 Inſtit. Orator. p. 181. conf. Reineſ. Var. Lect. 2 c. 14 p. 240.

TĬTIENS, pro *Tatienſes*, (de quibus ſupra in *Tatius*;) Propert. 4 eleg. 1 v. 31 *Hinc Titiens Rhamnesque viri Luceresque coloni.*

Sic, *Titienſis tribus*, a Tatio rege appellata apud Feſtum.

TĬTII, ōrum, Τίτιοι, ſacerdotes Apollinis erant, ab Titiis avibus, quas in auguriis obſervabant, ſic dicti, ut Varro tradidit de L. L. 4 c. 15. *Titiorum ſodalium* meminit Lucanus 1 v. 602. vid. Dempſt. in Roſin. 3 c. 14. ¶ Sed *Tytis*, avicula quælibet dicitur parva, Geſner. ex Cœlio.

TĪTILLO, avi, atum, are, kützeln, a τίλλειν, *vellicare, attrectare*: & per metaphoram provocare blandimentis; ut, *voluptas titillat ſenſus, & ad eos cum voluptate affluit*, Cic. de Fin. 1 c. 11. Idem in Tuſcul. 3 c. 20 *Titillari voluptate.* Lucret. 2 v. 429 *Titillare ſenſus.* Horat. 2 ſat. 3 v. 169 *Præterea ne vos titillet gloria, jure*
Jurando obſtringam &c.

¶ Tĭtillātus, a, um, gekützelt. Tertull. de Jejuniis c. 12 *Paucis ungulis titillatus.* Et Auſonius epigr. 108 v. 16

Titillata brevi quum jam ſub fine voluptas.

¶ Titillatus, ûs, ſubſtant. die kützelung. Plin. 11 c. 37 ſect. 77 *Titillatu alarum.*

¶ Titillātio, ōnis, idem. Cic. de Senect. c. 14 *Non eſt voluptatum titillatio tanta in ſenibus*, ſie fühlen ſo groß den kützel nicht. *Adhibere titillationem ſenſibus*, Idem de Nat. Deor. 1 c. 40.

¶ Titillamentum, i, idem. Fulgent. lib. 2 Mythol. *Tantalus, cui fallax aqua guloſis labia titillamentis attingit.*

¶ Titillus, i, der kützel. Theod. Cod. L. 8 tit. 5 *Flagrum, cujus in cuſpide brevis aculeus pigreſcentes artus innocuo titillo poterit admonere.*

¶ Titillōſus, a, um, kützlicht. Gloſſ. gr. lat. γάργαλον ἔχων, *titilloſus.*

TITINNIUS, i, poëta vetus, cujus aliquot verſus annotavit Nonius; ut, *Sapientiâ gubernator navim torquet, non valentia.* Et, *Formicæ pol perſimile eſt ruſticus homo*, &c.

TĬTĬO, ōnis, maſcul. lignum aduſtum ex igne extractum, ein brand, brennend ſcheit; ut, *Exſtinguere titionem*, Celſus 3 c. 12. Et, *Extincti titiones*, Idem 2 c. 17.

TĬTĬVĪLĬTIUM, i, filum ſignificat nullius rei, decidens e tela, quemadmodum exponit Fulgentius de Priſco Sermone n. 20, ein geringes fädichen, ſo ſich vom gewebe abſchleiſſet. Feſtus nullius ſignificationis eſſe ait. Plautus Caſin. 2, 5 v. 39

Non ego iſtuc verbum emiſſem titivilitio.

Vide ibi Taubm. & Voſſium ad Pomp. Melam p. 163, qui etiam in epiſtola Cœlii ad Ciceronem, quæ 5 eſt lib. 8, hanc vocem legendam eſſe contendit.

TĬTIUS, i, Septimus, ſive ſeptimus poëta Lyricus, cujus Horatius meminit lib. 1 epiſt. 3 v. 9. Ubi veterem Scholiaſten vide. ¶ 2. *Titium ſaltare* dicebantur, qui incompoſite ac ſolute geſtiebant. De origine hujus convicii ita Cicero de Clar. Orat. c. 62 *Sextus Titius homo loquax ſane & ſatis acutus, ſed tam ſolutus & mollis in geſtu, ut ſaltatio quædam naſceretur, cui ſaltationi* TITIUS *nomen eſſet*, &c. conf. Tacit. in Dial. de Orat. c. 26 n. 3, & Eraſm. in Adag. ¶ 3. De aliis hujus nominis multa in hiſtoria Romana & apud Ciceronem occurrunt.

TITORMUS, i, Τίτορμος, alter fuit Hercules, ut de eo teſtatus eſt Milo, cum quo de robore certavit, eumque vicit: lapidem enim ingentem ſuſtulit, & per longiſſimum ſpatium portavit, quem Milo ne commovere quidem valuit. vide Ælian. 12 de Varia Hiſtoria c. 22.

TĬTŬBO, avi, atum, are, ebriorum proprie eſt, & exhauſtis viribus ſenum, wancken, ungewiß ſtehen, torckeln, taumeln. Ovid. 3 Met. v. 608

Ille mero ſomnoque gravis titubare videtur.

De Fortuna eleganter Silius lib. 11 ineunte:

Stat nulla diu mortalibus uſquam,
Fortunâ titubante, fides.

¶ 2. Transfertur & ad animum: Terent. Heaut. 2, 3 v. 120 *Verum illa ne quid titubet*, damit ſie ſich nicht verirre in der rede. Cic. de Orat. 3 c. 50 *Verſus debilitatur, in quacunque ſit parte titubatum*; id eſt, peccatum. Sic Plaut. Milit. 3, 3 v. 69 *Meditemur cogitate, ne quid titubetur.* Et Horat. 1 epiſt. 13 v. 19 *Cave ne titubes.* Hinc

¶ Tĭtŭbans, tis, incertus, inconſtans, ungewiß, zweiffelhafft; ut, *Titubanti animo, corde & pectore*, Plaut. Pſeud. 1, 1 v. 42. Et Cic. pro Domo ſua c. 54 *Mente ac lingua titubante aliquid facere.* Nepos etiam hoc verbo de dubitantibus uſus eſt, & qui impediti metu videre non poſſunt, quid faciendum, in Eumene c. 9, cum ait: *Hic omnibus titubantibus & de rebus ſummis deſperantibus.*

¶ Titubanter, adverb. idem; ut, *Titubanter & inconſtanter loqui*, wanckelmüthige und unbeſtändige worte führen, Auctor ad Herenn. 4 c. 41. Et Cic. pro Cœlio c. 7 *Poſuiſtis enim; atque id titubanter & ſtrictim.*

¶ Titubātus, a, um, ausgegleitet. Virg. Æn. 5 v. 331

Juvenis veſtigia preſſo Haud tenuit titubata ſolo.

¶ Tĭtŭbātio, ōnis, offenſio, die wanckung, das ſtraucheln und anſtoſſen. Auctor ad Herenn. 2 c. 8 *Ut ne parvula quidem titubatione, aut offenſione impediremur.* Et Macrobius 7 Saturn. c. 6 *Linguæ titubatio.*

¶ Titubantia, æ, idem; ut, *Titubantia oris*, das ſtottern, anſtoſſen der zungen, Sueton. in Vitellio c. 6. Et in Claudio c. 30 *Titubantiam linguæ.*

¶ Subtitŭbo, are, ſtraucheln, ſtolpern, zweiffeln. Prudent. Apotheoſ. v. 581 *Dubitabile pectus ſubdubitante fide.*

TĬTŬLUS, i, a *tuendo* dictus, ut Feſtus indicat, quod auctorem ſuum tueatur & vindicet: inſcriptio eſt libri, operis vel ſtatuæ, ſepulcri, voti, &c. der titul, der nahme, die überſchrifft. Ovid. lib. 9 Met. extr.

dant munera templis,
Addunt & titulum: titulus breve carmen habebat.

Sueton. Auguſto c. 31 *Opera cujusque manentibus titulis, reſtituit.* Ovidius Heroid. epiſt. 14 Hypermneſtræ ſub fin.

Sculptaque ſint titulo noſtra ſepulcra brevi.

Ita Prudentius *ſepulcrum* deſignaturus *Titulum* & *Saxa* nominat, Hymno ad exſequias extr.

Titulumque, inquit, *& frigida ſaxa*
Liquido ſpargemus odore.

Vet. cippus apud Gruter. p. 990 n. 10 HUNC EGO NUNC TITULUM STATUI (tibi) CARISSIME CONIUNX. Quia vero hæ inſcriptiones cauſſas continebant, quis poſuiſſet &c. Idcirco *titulus* ſæpe pro *cauſſa* poſitus reperitur, de quo infra. Quin & Græcis αἰτία, qui Latinis *Titulus* appellatur. Ita Elogium crucis Chriſti Matthæus αἰτίαν, Lucas ἐπιγραφὴν, Johannes latino uſus verbo τίτλον appellavit. Etiam venalium ædium ἐπιγραφαὶ *Tituli* vocantur. Tibullus 2 eleg. 4 v. 54 *Ite ſub imperium, ſub titulumque lares.*

Ovid. Remedio amoris 1 v. 302

nec eâ contenta rapina eſt,
Sub titulum noſtros miſit avara lares;

id eſt, venales proſcripſit. Sed & ſcripturæ ærium ſive ærarum in rationibus (die verſchreibung der poſten in einnahme und ausgabe,) *tituli* appellantur: *articuli* Ciceroni dicti, ut Caſaub. ad Suetonii Cæſarem p. 30 obſervat. Et ita *tituli* voce uſus eſt Symmachus 2 epiſt. 89, & Caſſiodorus 2 epiſt. 9. ¶ 2. Interdum pro laude & dignitate uſurpatur, lob, ehre. Ovid. 2 Faſtor. v. 15

At tua proſequimur ſtudioſo pectore, Cæſar,
Nomina, per titulos ingredimurque tuos.

Cic. in Piſon. c. 9 *Suſtinere titulum conſulatus.* Statius Genethliaco Lucani, lib. 2 Silv. 7 v. 62 *Tu caſtæ titulum decusque Pollæ*
Jucunda dabis allocutione.

Cornel. Gallus princip. elegiar.

Sæpe poëtarum mendacia dulcia finxi,
Et veros titulos res mihi ficta dedit.

Sane & *tituli*, ſive inſcriptiones, multas laudes continebant. Juvenal. ſat. 10 v. 143 *laudis titulique cupido.*

¶ 3. Sed &, *Excuſare ſe aliquo titulo*, id eſt, prætextu, mit einem ſchein und behelff, Paulus Jureconſultus dixit. Aliis etiam locis in Jure *Titulus* pro cauſſa invenitur: ut, *bono, malo titulo poſſidere.* Livius 37 c. 54 *Et meminiſſe quem titulum prætenderitis prius adverſus Philippum, nunc adverſus Antiochum, belli.* Tertullianus de Pœnitentia c. 2 *Horum bonorum eſt titulus, ſalus hominis, criminum priſtinorum abolitione promiſſa* &c. Et Sueton. Auguſto c. 32 *Titulo collegii novi*, id eſt, per cauſſam, ut Cæſar loquitur. Plinius 7 epiſt. ult. *Te etiam atque etiam meminiſſe oportet officii titulum*, id eſt, nomen officii & cauſſam. Vide ibi Buchnerum, ſi lubet. ¶ 4. *Tituli* etiam eccleſiæ minores appellati. vide ſupra *Baſilica.* Hujusmodi locus ſacer *Titulus* dictus, quod qui illi presbyter adſcriberetur, ab eo nomen titulumque acciperet, ut ejus loci presbyter diceretur. vid. Zimmerman. in Analect. Menſtr. menſ. 1 p. 8 ſeq.

¶ Titulo, are, verbum, Tertulliani eſt de Anima c. 13 *Animæ nomine totius hominis mentio titulata eſt.* Et Petr. Chryſologus Serm. 155 *Deorum titulant inceſta picturis.*

TĪTUS, i, Τίτος, Romanorum princeps, Veſpaſiani filius, Hieroſolymorum expugnator, *deliciæ generis humani* appellatus, ut Suetonius refert. ¶ 2. Sed, *Titus* alter glorioſior, comes profectionum & miniſterii Pauli Apoſtoli, cujus in Epiſtolis ſæpe meminit. Docuit in Creta & Dalmatia.

TĪTȲRUS, i, paſtoris nomen apud Virg. eclog. 1. vide ibi Taubman. p. 6, & Victor. Var. Lect. 17 c. 7. ¶ 2. Proprie *calamus* eſt, κάλαμος, ſecundum Heſychium, unde nomen a paſtorali calamo, ſeu fiſtula, Bucolico Tityro exiſtimat inditum. ¶ 3. *Satyrum* ſignificat, ut Ælianus Var. H. 3 c. 40 docet. ¶ 4. Præterea *Hircum* ſignificat Theocriti ſcholiaſtæ in Eidyll. 3 v. 2; quibusdam etiam ambigenum animal ex hirco & ove genitum. Eugenius Toletanus carm. 22 *Tityrus ex ovibus oritur hircoque parente.*

TĬTYUS, i, Τίτυος, Terræ filius, cujus jecur apud inferos a vulturibus exeditur. Vide Servium in illud Virg. 6 Æn. v. 590

Nec non & Tityon, terræ omnipotentis alumnum,
Cernere erat.

Et Tibull. 1 eleg. 3 v. 75
Porrectusque novem Tityus per jugera terræ,
Assiduas atro viscere pascit aves.

TMĒSIS, is, τμῆσις, *sectio*, figura poëtica, ut,
Et multo nebulæ circum dea fundit amictu,
pro *circumfundit*, Virg. 1 Æn. v. 412. Valde usitata hæc figura Lucilio fuit.

TMŌLUS, i, Τμῶλος, mons Lydiæ, croco & vitibus florentissimus. Virg. 1 Georg. v. 56 *nonne vides croceos ut Tmolus odores, India mittit ebur* &c.
Legitur & *Timolus*. Sic, *Vinetæ Timoli*, Ovid. Met 6 v. 15, & 11 v. 78.
¶ Tmolius, a, um, adjectivum, apud Ovid. 4 de Ponto epist. 15 v. 9.

TŌCULLIO, ōnis, ex græco τοκυλλίων, feneratorculus, apud Cic. ad Attic. 2 epist. 1. vide Turnebum 7 Adverf. c. 3.

TŌDI, ōrum, a τόδιοι, id est, *parvi*, est genus avium parvarum, kleine vögelein, apud Festum. Hinc
¶ Todillus, a, um, diminut. gracilis, tenuis, geschlang, wie ein vögelein. Idem Festus ex Plauto: *Cum extortis talis, cum todillis crusculis.*

Tofus, &c. vide paullo inferius *Tophus*.

TŎGA, æ, a *tegendo* dicta, Romanorum erat gestamen & habitus honestus, quemadmodum *pallium* Græcorum, ein ober-kleid, langer rock. *Toga* laxa erat & producta, ut succingi posset, pacis & otii insigne, sicut Cicero testatur in Pison. c. 30, ein friedens-rock. Erant autem togæ variæ genera, ut *puerilis*, quæ & *prætexta* dicebatur: vid. Cic. Verr. 1 c. 44; & Gell. 18 c. 4. *Virilis*, quæ ab adolescentibus anno decimo septimo sumebatur; tum enim virilia auspicabantur officia, *caussas agere*, *curiæ interesse* &c. Vellej. 2, 99, 2. Aliquando tamen sumebatur maturius. Nimirum si pueri adolevissent feliciter. Quam ob caussam & Claudius destinavit Britannico dare, ut Suetonius ejus vitâ auctor est c. 42, quem nondum 14 annos natum fuisse, ex Tacito constat 13 Annal. c. 15. Eadem & *Pura* dicebatur, quæ nullo scilicet purpuræ prætextu distincta esset, nam prætextati hactenus fuerant, unverbrehmet, Cic. ad Att. 9 epist. 6; item *libera*, apud Propertium 4 eleg. 1 v. 132, & *liberior*, apud Ovidium 4 Trist. eleg. 10 v. 28, quod tum liberius agerent sine pædagogo. *Candida*, qua petitores magistratuum utebantur: *Pulla*, qua in funeribus & luctu, ein trauer-kleid, Cic. in Vatin. c. 12. *Purpurea*, quæ inter ornamenta regia, Liv. 31 c. 11. *Palmata*, de qua supra in *Palma*. Et *Picta*, quæ publica erat, & purpura variata, insigne triumphantium, quemadmodum Livius vocat lib. 30 c. 15. Communiter *alba* fuit, ut docet Lipsius 1 Elect. c. 21. Franciscus Hotomannus 9 Observat. c. 13 *cinericii coloris* fuisse vult. Vide ipsos. De ea sic vetus scholiast. Persii ad sat. 5 v. 14 *Toga est purum pallium forma rotunda & fusiore, atque inundante sinu: Et sub dextro veniens super humerum sinistrum ponitur, cujus similitudinem in operimentis simulacrorum vel picturarum aspicimus easque statuas togatas vocamus. Toga vero Romani in pace utebantur, in bello paludamentis. Mensura togæ justæ, senas ulnas habebat.* Hæc ille. Dion. Halicarnass. semicirculi figura fuisse auctor est, quo apertam significavit, quod affirmat Sigonius: contra vero negat Manutius, quem vide Quæsitis per Epistolam, & Cercoetium, hoc est, Dionysium Petavium Animadversorum libro ad Cl. Salmasii Notas in Tertullianum de Pallio. Sed contra Sigonium Manutiumque pugnat Ferrarius, qui rotundam statuit lib. 1 de Re vestiaria c. 1. De sinu togæ, quis fuerit, disce ex Rubenii Electis, & quas ibi adducit imagines de veteribus monumentis expressas. Cæterum *Toga virilis* seu *pura* non sine aliqua festivitate solenni sumi solebat. Unde *officium togæ virilis*, apud Plinium 1 epist. 9; & *solennitates togæ*, apud Tertullianum de Idololatria c. 16. vide & Lipf. ad Tacit. lib. 3 Ann. p. 156. Dabatur autem liberalibus: v. Ovidius 3 Fastor. v. 771. ¶ 2. *Toga* pro pace, recepta figura dicitur, friedens-zeit. vid. Cic. de Orat. 3 c. 42. Quin omnia civilia & forensia negotia notat. *P. Scipio Æmilianus vir omnibus belli ac togæ dotibus eminentissimus*, Vellej. 1, 12, 3. conf. 2, 29, 3; & 2, 125, 5. *Atium toga, sed non & arma honestarunt*, Plin. Panegyr. c. 4 n. 5. conf. c. 56 n. 7. *Mulcere toga ferrum*, Statius dixit lib. 1 Silv. 4 v. 48, hoc est, militarem vim jure & legibus civilibus temperare. Martialis 10 epigr. 47
Lis nunquam, toga rara, mens quieta.
Tertullianus de Pallio c. 5 *Plus togæ læsere rempubl. quam loricæ.* v. Barth ad Stat. p. 119. ¶ 3. Romæ matronæ, quæ a maritis ob adulterium repudiabantur, *togam* accipiebant sublata stola, propter ignominiam, ut scribit Acron ad Horat. 1 sat. 2 v. 63 & 82. Unde *togata* pro meretrice accipitur.

¶ Tŏgŭla, æ, diminutivum, ein röcklein. Martialis 4 epigr. 26
Ignosces, togulam, Posthume, pluris emo.
Idem 5 epigr. 23 *Exitus hinc operis vani togulæque madentis.*

¶ Togātus, a, um, togâ vestitus, mit einem rock bekleidet, langröckicht. Virg 1 Æn. v. 286 *Romanos rerum dominos gentemque togatam.* Cic. Philipp. 5 c. 5 *Græculus judex modo palliatus, modo togatus.* Et, *Comœdiæ togatæ*, quæ scriptæ sunt secundum ritus Romanorum, ut *palliatæ* dicebantur Græcorum, quibus vestitus usitatus fuit *pallium* supra tunicam. vid. Cic. pro Sext. c. 55; Vellej. 2, 9, 3; Horat. Art. Poët. v. 288; & Voss. Instit. Poët. 2 c. 7. Has medias inter comœdias tragœdiasque Seneca notat epist. 7 extr. Apud Cic. Philipp. 8 c. 9 *Togata Gallia* est, quæ togis Romano more utitur, & *braccatæ* ac *comatæ* opponitur. conf. Plin. 3 c. 4. ¶ 2. *Togati* absolute sunt cives Romani. Livius 3 c. 52 *Non pudet, lictorum prope majorem numerum in foro conspici, quam togatorum?* Seneca de Vita beata c. 24 *Quis liberalitatem tantum ad togatos vocat? hominibus prodesse natura jubet.* Adde Sallust. Jugurth. c. 21; Prudent. 2 καθημερ. v. 39; atque iterum Senec. de Constantia Sapient. c. 9; & Spartian. in Hadriano c. 3.

¶ Togātŭlus, a, um, diminut. idem. Martial. 11 epigr. 25 *Sit major numerus togatulorum.* conf. lib. 10 epigr. 74.

¶ Togatārius, i, togatarum fabularum actor, apud Sueton. Augusto c. 45 extr. vid. ibi Casaub.

A ¶ Epitŏgium, i, genus pallii super togam, ein deckmantel, übermantel, Quintil 1 c. 5.

TŎLĔRO, avi, atum, are, ferre patienter, dulden, gedultig tragen, τλάω, τλῆμι, græce. Terent. Phorm. 3, 3 v. 23 *Noli metuere, una tecum bona malaque tolerabimus.* Idem Hecyr. 3, 5 v. 28 *Tolerare alicujus mores sua modestiâ.* Sic, *Tolerare dura, famem, inopiam*, &c. *Laborem studiorum pueri difficilius tolerant*, Quintil. 1 c. 12. *Tolerare sumptus*, Cic. ad Qu. fratr. 1 epist. 1 c. 8; &, *impensas publicas*, Plin. 12 c. 14, unkosten tragen. *Nobis inter nos vitia nostra toleranda sunt*, Cic. 1 ad Att. epist. 17. Et, *Res toleratu difficilis*, Idem de Fin. 4 c. 18. *Tolerare vitam colo*, sich mit spinnen ernehren, Virg. 8 Æn. v. 409. Et Tacitus absolute *tolerare* pro *tolerare vitam* dixit, hoc est vivere, non ut quam velis & optes maxime, sed ut necesse, aut decorum videatur: Ita enim 4 Annal. c. 40 *Posse Liviam ipsam statuere, nubendum post Drusum, an in penatibus iisdem tolerandum haberet.* Sic, *Inopiam mercede manuum tolerare*, Sallust. Catil. c. 37 dixit. *Tolerare equos*, id est, alere, Cæsar 3 de B. Civ. c. 47 & 58. *Alicujus egestatem tolerare*, Plaut. Trin. 2, 2 v. 60. Et Tacitus 2 Annal. c. 24 *Milesque nullo ibi hominum cultu, fame absumtus, nisi quos corpora equorum eodem elisa toleraverant.* Significat, eorum mortuorum cadavera præbuisse, quibus servarentur.

¶ Tolĕrans, tis, leidend, vertragend. Columell. 8 c. 16 *Si qua sint alia piscium genera, dulcis undæ tolerantia.* Idem lib. 7 c. 1 *tolerantissimus penuriæ.* Et uterque Victor in Domitiano, *Tolerantior bello* vel *belli*, nam variant casu.

B ¶ Toleranter, adverb. gedultig; ut, *Ferre aliquid toleranter*, Cicer. 4 fam. epist. 6. *Pati dolorem toleranter*, Idem Tusc. 2 c. 18. Et Plinius 8 c. 45 *Anniculæ fœcunditatem poscuntur: tolerantius tamen bimæ.*

¶ Tolerantia, æ, die erduldung, gedult; ut, *Doloris tolerantia laude sua non carebit*, Quintil. 2 c. 20. *Tolerantia rerum humanarum*, Cicer. 4 Paradox. c. 1.

¶ Tolerandus, a, um, leidlich, erträglich. Cic. ad Att. 1 epist. 17 *Nobis inter nos nostra sive incommoda, sive vitia, sive injuriæ sunt tolerandæ.* Stat. Theb. 1 v. 195 *Toleranda nullis aspera sors populis.*

¶ Tŏlĕrātus, a, um, erduldet, gelitten. Compar. Tacitus Ann. 12 c. 11 *Clementiam ac justitiam, quanto ignara barbaris, tanto toleratiora capesseret.*

¶ Toleratus, ûs, subst. toleratio, die erleidung, ausstehung. Salvianus 3 de Gubern. Dei p. 83 *Quæ ipsi toleratu humano indigna credimus, Deum a nobis digne hæc tolerare credamus.* Ironia.

¶ Toleratio, ōnis, idem. Cic. 2 de Fin. c. 29 *Quædam alia toleratio est verior*, scil. doloris.

¶ Tŏlĕrābĭlis, e, leidlich, erträglich; ut, *Tributum tolerabile*, Plin. Panegyr. c. 37. *Paullo qui est homo tolerabilis*, Terent Andr. 1, 3 v. 31, mit dem man auskommen kan; Daceria: *qui est un peu raisonnable.* Sic, *Moderati senes tolerabilem agunt senectutem*, Cic. de Senect. c. 3. Et, *Tolerabili conditione transigere*, pro Quint. c. 31. *Jactura rei familiaris tolerabilis*, Cic. ad Brut. epist. 18. Et, *Omnia humana tolerabilia ducenda*, ad Attic. 12 epist. 11. Eodem libro epist. 18 *Nihil quicquam habeo tolerabilius, quam solitudinem.* Et Seneca de Constant. Sapientis c. 4 *Invenies, qui mortem ac verbera tolerabiliora credat, quam contumeliosa verba.*

C ¶ Tolerabiliter, adverb. idem. Seneca præfat. lib. 5 (al. 10) Controvers. *Si qua tolerabiliter dicta sunt.* Ita, *Tolerabilius desiderium ferre*, Cic. 15 fam. epist. 20. Et, *tolerabilius dolores pati*, lib. 3 de Fin. c. 13.

¶ Tolerābĭlĭtas, ātis, die erträglichkeit. Gloss. gr. lat. ἀνεκτότης, *tolerabilitas.*

¶ Intolerābĭlis, e, unleidlich, unerträglich; ut, *Dolor intolerabilis*, Cic. 4 Acad. c. 8. *Intolerabilis insolentia*, Idem ad Qu. fratr. 1 epist. 1 c. 14. *Intolerabilia tributa exigere*, Cic. 3 fam. epist. 7. Et, *Intolerabilis fœditas odoris*, lib. 2 Nat. Deor. c. 50 extr. *Intolerabilior contumelia*, Eumenius Panegyr. Constantii c. 10. Et Juvenal. sat. 6 v. 459
Intolerabilius nihil est, quam fœmina dives.

¶ Intolerabiliter, adverb. idem. Columell. 1 c. 4 *Quædam loca frigoribus hiemis intolerabiliter horrent.*

¶ Intolerabilitas, ātis, die unerträglichkeit. Gloss. gr. lat. δυσφορότης, *intolerabilitas.*

¶ Intolerandus, a, um, non tolerandus, unerträglich; ut, *Immanis atque intoleranda barbaries*, Cic. pro Fontej. c. 16. *Intoleranda frigora*, Livius lib. 22 ineunte. *Intolerandi cruciatus*, Idem lib. 24 c. 5. Et, *Imperium crudele intolerandumque*, Sallust. Catil. c. 10.

D ¶ Intŏlĕrans, tis, unleidig, ungedultig. Comparat. *Rerum secundarum nemo fuit intolerantior Alexandro*, Livius 9 c. 18. Et, *Intolerantissima laboris corpora*, Idem lib. 10 c. 28; &, *quorum intolerantissima gens*, Idem Livius 5 c. 48.

¶ Intoleranter, adverb. impatienter, idem; ut, *Intoleranter dolere*, Cic. 2 Tusc. c. 10. *Intolerantius se jactare*, Idem 2 de Orat. c. 52. Et, *Intolerantissime de suis divitiis gloriari*, Cic. in Vatinium c. 12.

¶ Intolerantia, æ, die unleidlichkeit. Cic. pro Cluent. c. 40 *Qui eum cum illa superbia atque intolerantia ferre potuisset?* Et Suetonius Tiber. c. 51 *Intolerantia morum.*

¶ Pertŏlĕro, are, erleiden. Plaut. Amphitr. suppos. *Pertolerarem vim tantam.*

TOLLĒNO, ōnis, penult. long. κηλώνιον, ein brunnen-schwengel. Pompejus Festus: *Tolleno est genus machinæ, quo trahitur aqua, alteram partem prægravante pondere, dictus a tollendo.* Sic Plinius 19 c. 4 *E puteo tollenonum haustu rigare.* ¶ 2. Item, machina quæcunque, qua quid attollitur, imposito in alteram partem pondere, apud Livium, Plinium & Plautum. Dictum utrumque est a *tolla*, alio nomine *Ciconia*. Vide Veget. 4 c. 21, qui clarissime describit, quod fit, quum *una trabs in terram prealte defigitur, cui in summo vertice alia transversa trabs longior dimensa medietate connectitur, eo libramento, si unum caput depresseris, aliud erigatur.* Adde Turneb. Adverf. 6 c. 18. Gronovium ad Livii lib. 24 c. 34. Rursus Livius 38 c. 5 ea voce usus est: *in arietes tollenonibus libramenta plumbi aut saxorum, stipitesve robustos incutiebant.*

¶ Tollo,

¶ Tollo, ōnis, vel Tollōnus, i, quibusdam idem est quod *Tolleno*, nixis suspecto Plauti loco, in Rudente 2, 5 v. 24, ubi Lambinus & Operarius *ptolemocratia* legunt.

TOLLO, tollĕre, elevare, sursum erigere, assumere, aufheben, erheben, nehmen. Ejus perfectum & supinum, *tuli* pro *tetuli*, & *latum* pro *tlatum*, quasi a τλάω, vide supra in *Fero*; sed *sustuli* & *sublatum*, quod etiam de se format, vide paullo post in *Sustollo*. Ita, *Tollere de terra lapides*, Cic. pro Cæcin. c. 21. Et Horat. 1 epist. 6 v. 43

scribit sibi millia quinque
Esse domi chlamydum, partem vel tolleret omnes,

i. e. sumeret. Ita epist. 7 v. 16 *at tu quantumvis tolle*, nim hin, so viel als du wilst. Sic, *rhedâ quem tollere, aut vehiculo tollere*, aut & simpliciter *tollere* est suscipere, zu sich auf den wagen nehmen, vide Lambinum ad Horat. 2 sat. 6 v. 42. *Altius se a terra tollere*, Cic. Tuscul. 5 c. 13. *Manus tollere*, Idem 4 Acad. c. 19. At, *Tollere animos*, est superbire apud Plautum Trucul. 2, 8 v. 10. Et apud Propertium 3 eleg. 18 v. 17 *I nunc, tolle animos*. Et Sallust. 1 in Cic. c. 2 *Splendor domesticus tibi animos tollit*. Sed hæc improprie. Sic, *Tollere clamorem*, Cic. 6 Verr. c. 43, & *cachinnum*, Idem de Fato c. 5. *Tollere quem in cælum laudibus*, Cic. 15 fam. epist. 7. Et, *Ornate in astra laudes alicujus tollere*, ad Attic. 2 epist. 25. Virg. eclog. 5 v. 51

Daphnimque tuum tollemus ad astra.

Claudian. in Ruf. 2 v. 22 *Tolluntur in altum,*
Vt lapsu graviore ruant.

¶ 2. *Tollere* est auferre, exstirpare interficere, wegschaffen, ausrotten, aus dem wege räumen: e. g. *Solem e mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt*, hoc est, auferre, Cic. de Amicitia c. 13. Idem de Orat. 2 c. 40 *Avaritiam si tollere vultis, mater ejus tollenda est luxuries*. Et, *Tollere aliquem e civitate*, Cic. pro Domo c. 17, einen ausheben. *Tollere aliquem de medio*, Idem pro Rosc. Am. c. 7. Et, *e medio*, Liv. 24 c. 6 est interficere. Sic, *Ferro aut veneno aliquem tollere*, Cic. 3 de Nat. Deor. c. 33. *Nomen alicujus ex omnibus libris tollere*, Idem ad Attic. 13 epist. 44. Sic, *Cicero Cæsarem laudandum & tollendum* (ambigua voce) *censebat, cum aliud diceret, aliud intelligi vellet*, Vellej. 2, 62, 6. ¶ 3. Est educare, nutrire, erziehen, auferziehen. Plaut. Amphitr. 1, 3 v. 3 *Quod erit natum, tollito*. conf. Trucul. 2, 4 v. 45 &c. *Quicquid peperisset, decreverunt tolli*, hoc est, nutriri, educari, Terent. Andr. 1, 3 v. 14. Et Cic. de Divin. 1 c. 21 ex poëta de Priamo: *Puerum, primus qui foret natus, temperaret tollere*. Ratio loquendi inde cœpit: Cum nasceretur infans, deponebatur in terra. Hunc si probaret & educandum statueret pater, sustollebat, sive suscipiebat, (nam & hoc verbo in ista re usi veteres sunt.) Sin nollet educare improbatum, licebat exponere & abjicere, vel ut periret, vel ut ab aliis susciperetur; Quod utrumque graviter taxat Lactantius 6 c. 20. Poterit videri de hac immanitate Veterum etiam Lipsius Centuria 1 ad Belgas epist. 85, itemque Heraldus ad Tertullian. Apologet. c. 9 lib. 1 Digression. c. 7; præcipue Bœclerus Chrestomathia Terentiana verbo *Exponere*. Seneca de Clementia 1 c. 13 *Tollere filios cupiunt, & publicis malis sterilitas inducta recluditur*. Idem epist. 9 *Ducere uxorem & liberos tollere*. Eâdem phrasi Plinius utitur Panegyrico Trajani c. 26 in fine, & principio sequentis. ¶ 4. *Tollere risum alicui*, id est, inducere ad ridendum, Horat. de Arte poët. v. 381. Ita Catullus, *gaudia alicui tollere*, dixit. Vbi vide Scalig. p. 100.

Composita:

¶ Attollo, ĕre, aufheben, erheben, in die höhe heben; (*Attuli, allatum*, vide *Affero* in *Fero*.) Terent. Eunuch. 4, 6 v. 32 *Attolle pallium*. Virg. Æn. 4 v. 688 *Oculos conata attollere*, aufsehen. conf. Liv. 6 c. 16. *Attollentem se ab gravi casu terræ affixit*, Idem Livius 8 c. 7. Et Horat. 1 epist. 17 v. 58 *Triviis attollere curat Fracto crure planum*. Propertii dictum vide in *Frango*. Sic, *Attolluntur arenæ*, Virg. Æn. 9 v. 714. *Custodite istum vos, ne eum quis attollat*, i. e. auferat, Pacuv. apud Nonium c. 4 n. 35. *Attollere partum*, est educare apud Plinium 11 c. 39 extr.

¶ Contollo, ĕre, aufheben, semel tantum apud Plaut. legitur in Aulul. 5, 1 v. 6 *Contollam gradum*, id est, conferam.

¶ Extollo, ĕre, efferre, erigere, aufrichten, hochheben; (*Extuli, elatum*, vide *Effero* in *Fero*;) ut, *extollere caput & se erigere*, Cic. pro Planc. c. 13, das haupt empor tragen. *Extollere manibus suis percussum aliquem*, Idem pro Domo c. 45. *Extollere in majus verbis*, Livius 28 c. 31, ein ding grösser machen, als es ist. *Laudibus aliquem ad cælum extollere*, Cic. de Arusp. resp. c. 22, hoch rühmen. Et Declam. Antequam iret &c. c. 1 *Quem virtutis gloria cum summa laude ad cælum extulit*. Et Sallustius Catilin. c. 8 *Virtus tanta habetur, quantum verbis eam potuere extollere præclara ingenia*.

¶ Extollentia, æ, die erhebung, Vulg. Interpr. Sirac. c. 25 v. 5.

¶ Superextollo, ĕre, drüber heben. Tertull. de Resurr. carn. c. 24 *Antichristus superextollitur in omne, quod Deus dicitur*.

¶ Intollo, ĕre, erheben. Apulejus Met. lib. 8 p. 213 *Clamores absonos intollunt*, id est, tollunt, extollunt.

¶ Protollo, ĕre, pro differre, aufschieben; ut, *Vltra decimum mensem protollere*, Gell. 3 c. 16. Et Plautus Pseud. 3, 2 v. 71 *Manum si protollet, pariter proferto manum*; ubi pro *attollere*, vel *extollere* est. Sic Avienus in Arati Phænom. v. 568

Pleiades femoris pariter sub fine sinistri
Perseus protollit.

¶ Sustollo, ĕre, aufheben, hinauf heben. Virg. 2 Æneid. v. 153

Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas.

Et, *Sustollere in equum*, Cic. pro Dejotaro c. 10. Verba Ciceronis sunt: *Dejotarum cum plures in equum sustulissent*. Pro *auferre*, Idem pro Domo sua c. 17 *Si qua res illum diem sustulit, tota caussa judiciumque sublatum est*. Pro *educare*, Idem Tuscul. 3 c. 13 *Ego cum genui, tum morituros scivi, & ei rei sustuli*, ich habe sie darzu erzogen. Et Philipp. 13 c. 10 *Qui ex Fadia sustulerit liberos*, i. e. genuerit vel susceperit. Sed hoc præteritum, secundum placita grammaticorum, etiam a præsenti *Tollo* formari solet. Ipsum vero *Sustollo*, præsenti tempore legitur apud Plautum Pœn. 1, 2 v. 136 *Age, sustolle hoc amiculum*, i.e. sursum tolle. conf. ib. 5, 3 v. 45; & Cist. 1, 1 v. 117; Lucret. 4 v. 904; Catull. carm. 65 v. 210 & 235. Sic & Lactantius de Mortib. persecut. c. 36 *Cum magna omnium lætitia sustollit censum*, ubi auferendi notionem habet. Et erigendi seu extollendi notione Avienus in Arat. v. 577 de Pleiadibus:

Sex se rutila inter sidera tantum
Sustollunt: septem fert fabula prisca sororum
Nomina.

Et ibidem v. 631 *Qua semet sidera porro Sustollunt.*

Quæ ambiguitas in hoc verbo lateat, docent *Æquivoca* in *Vox*.

¶ Sublātus, a, um, est ablatus, remotus, weggenommen; ut, *Sublata ex oculis virtus*, Horat. 3 od. 24 v. 32. ¶ 2. Deinde est *elevatus*, erhoben. Cic. in Verr. 6 c. 3 *manibus sublatis*. Compar. Ovidius Halieut. v. 54 *Quoque venit, fidens magis, & sublatior ardet.*
Et superl. *Sublatissima voce cantare*, Gellius 16 c. 19. ¶ 3. Hinc idem interdum ac *superbiens*, hoffärtig, hochmüthig. Cæs. B. Gall. 1 c. 15 *Quo prælio sublati Helvetii*. Et Terent. Hecyr. 3, 5 v. 56 *Quia paululum vobis accessit pecuniæ, sublati animi sunt*.

¶ Sublate, adverb prächtig, stoltz. Cic. de Clar Orat. c. 55 *Sublate ampleque dicere*. Idem pro Domo sua c. 36 *Nihil unquam de me dixi sublatius*, i. e. arrogantius, superbius.

¶ Sublātio, ōnis, die erhebung; ut, *Sublatio animi*, elevatio est vel superbia, Cic. de Finib. 2 c. 4. *Sublatio judicii*, die aufhebung, ꝛc. Quintil. 7 c. 2. Quæ vel a *tollor*, vel ab hoc composito *sustollor* formari possunt.

¶ Supertollo, ĕre, drüberheben. Commodian. Instruct. 61 v. 2 p. 81 *Nec me supertollo*: De humilitate loquitur.

TŎLŌSA, æ, Narbonensis Galliæ urbs est nobilissima, quæ & *Tectosagum* dicitur: vid. Sidon. carm. 7 v. 436; & Auson. Parental. 3 v. 11; & Martial. 9 epigr. 101.

¶ Tolosānus, a, um, adject. ut, *Tolosana cathedra*, Sidon. 9 epist. 16 v. 66. Et incolæ *Tolosani* sunt Plinio 3 c. 4 extr. ¶ *Aurum habet Tolosanum*, proverbium est in eum, qui magnis ac fatalibus afficitur malis: Natum ex direptione templi *Tolosani* a Qu. Cepione consule, cum eorum exitio, qui aurum attigerunt; quemadmodum exponit Gellius 3 c. 9. Sed & hodie experientia testatur, certis eos sese immergere malis & periculis, qui a bonis ecclesiasticis manus suas non abstinent.

¶ Tolōsas, ātis, gentile. Martialis 12 epigr. 18 *Quadra casei Tolosatis*.
¶ Hinc *Tolosates* populi apud Cæsarem 1 B. G. c. 10.

TŎLVMNIVS, i, augur, qui pro Turno bellavit adversus Æneam; Virg. Æn. 11 v. 429; & lib. 12 v. 258. ¶ 2. Rex Vejentium, Liv. 4 c. 19, & Propert. 4 eleg. 11 v. 23.

TŎLVS, i, nomen viri, cujus capite reperto in ponendis arcis Romanæ fundamentis, *Capitolii* nomen ortum est. v. Arnob. p. 194 cum notis Stewechii.

TŎLV̆TĀRIVS, i, vel Tolutaris, is; ut, *Tolutarius equus*, quasi *volutarius*, a volubilitate pedum sic dictus: vel a *tollendo pedes*; est autem gradarius, asturco, ein zelter, quod ex *Tibeldo*: *Tibeldones* enim vocantur a provincia Hispaniæ, ut *Asturcones* ab *Asturicus*: tametsi *Tolutarium* ab *Asturcone* Seneca discernat in epistola 87. Vet. Gloss. *Tolutarius*, βαδιστής.

¶ Tolūtim, adverbium, id est, volubiliter, schritt vor schritt: v. Varro apud Nonium c. 1 n. 12. Plaut. Asin. 3, 3 v. 117 *Equus tolutim incedit*, es gehet im zeltergang, den dreyschlag, trabend. Et Plin. 8 c. 42 *Tolutim ingredi*.

¶ Tolutilŏquentia, æ, volubilis locutio, eine hurtige rede. Nonius hanc vocem ex Nævio citat l. c.

TŎMĀCV̆LA, æ, vel Tomacina, æ, Tomacella, æ, & Tomacŭlum, i, genere neutro, edulium est ex jecore porcino minutatim conciso, unde & nomen habet, videlicet, ἀπὸ τοῦ τομεῖν, *concidere*, eine leberwurst. vide Petrum Castellanum de esu carnium lib. 2 c. 2. Juvenal. sat. 10 v. 355 *Exta & candiduli divina tomacula porci*:
In quo versu vetus scholiastes *tomacula* pinguia viscera interpretatur. *Fumantia tomacla*, contracte dixit Martialis 1 epigr. 42. De *tomacinis* vid. Varr. R. R. 2 c. 4.

TŎME, es, τομή, sectio, incisio, ein schnitt; ut, *Bucolice tome*, Auson. epist. 5 v. 88.

¶ Tomīce, es, τομική, statuariæ species, lignorum vel eboris elaboratrix; vid. Cœl. Rhodig. Ant. Lect. 29 c. 24.

TŌMENTVM, i, lana concisa ex vestibus seu pannis, qui tondentur, seu poliuntur; materia etiam quæcunque vel ex lana, fœno, palea, vel plumis, culcitris infarcitur, tuchscheerer wolle, stopp-flocken ꝛc. Suetonius Tiberio c. 54. Duplex autem erat, *Leuconicum*, quod ex lana fiebat alba, nobilius scilicet: & *Circense*, vilius & plebejorum, quod in circo Rom. super eo quiescerent pauperes. Martial. 14 epigr. 160 *Tomentum concisa palus Circense vocatur*:
Palus concisa, id est, tomentum ex arundinibus palustribus concisis. vide Senecam de Vita beata c. 25, & ibi Lipsium.

TŌMEX, īcis, fœm. græcum est, τομιξ, restis ex cannabi impolito, & sparto leviter torta, ex qua multiplicata funes torquent, grob garn, daraus die seile werden. Columell. 12 c. 32 *Fasciculos tomice palmea aut juncea ligatos*. conf. supra *Thomix*.

TŎMVS, seu Tomos, i, Τόμος, vel Τόμις, vel Τομεὺς, oppidum ad Ponti Euxini litus occidentale, Ovidii exilio notum. vid. Stat. 1 Silv. 2 v. 255. Indicat ipse Ovid. nominis ejus originem lib. 3 Trist. eleg. 9 v. 33 *Inde Tomos, dictus locus est, quia fertur in illo*
Membra soror fratris consecuisse sui.
Nam τομή, *incisio* est. Intelligit autem Absyrtum Medeæ sororis crudelitate dissectum, sicut in sequentibus exponit Ovidius. ¶ 2. *Tomus*, charta est, ein bogen papier: Martial. lib. 1 epigr. 67
Scriptura quanti constet & tomus vilis;
id est, quanti atramentum, sive scribendi labor & charta constet. Ita Græci: quod notat Scriverius ad eum locum. Hodie pars magna magni operis litterarii *Tomus* vocatur.

¶ Tomi-

¶ Tŏmītæ, ārum, incolæ ejus loci, ubi Ovidius exulavit, apud eumdem Ovid. Trist. lib. 1 v. 213; & 1 Pont. epist. 2 v. 77.

¶ Tomītānus, a, um, adject. ut, *Tomitana terra, humus, Ager Tomitanus*, apud Ovid. 1 Pont. epist. 1 v. 1; & lib. 3 Pont. epist. 1 v. 6; & epist. 8 v. 2.

Composita:

¶ Dichotŏmia, æ, διχοτομία, divisio bimembris, duobus membris constans; ut cum *homo* dividitur in *corpus* & *animam*.

¶ Entŏmon, i, ἔντομον, nigrum hellebori genus, quidam *Polyrhizon* vocant, Plin. 25 c. 15.

¶ Epĭtŏme, es, & epitŏma, æ, fœm. ἐπιτομή, compendium, ein auszug oder kurtzer begriff. Cicero 12 ad Attic. epist. 5 *Conturbas me optima Bruti Fanniana, an Bruti epitome Fannianorum?* Romanæ enim historiæ a Fannio conscriptæ, Brutus epitomen fecerat, sicut Florus scripsit epitomen historiæ Livianæ. Cæterum *Epitomas*, *Epitomatoresque* sunt qui laudant, sunt qui vituperant: qua de re Rupert. ad Flor. p. 5 seqq. Jac. Gothofredus Prolegom. ad Philostorg. p. 48, Reines. Epist. p. 324, Salmas. præfat. ad L. Ampel.

¶ Epĭtŏmo, āre, epitomen facere, kurtz zusammen fassen. Usi sunt posterioris ætatis scriptores. Trebell. Pollio de Zenobia: *Historiæ Alexandrinæ atque Orientalis ita perita, ut eam epitomasse dicatur.*

¶ Epitomātus, a, um, in compendium redactus, enge zusammen gezogen. Vegetius de Re militari c. 8 extr. *Quæ dispersa sunt, velut epitomata conscribo.* Rubrica Legis 14 Dig. de peric. & commod. rei vend. *Paulus lib. III epitomatorum Alfeni Digestorum.*

¶ Epitomātor, ōris, der etwas kurtz fasset; ut, *Justinus epitomator Troji Pompeji.*

¶ Prōtŏtŏmus, a, um, πρωτοτόμος, i. e. primo succisus, was man zuerst abschneidet; ut, *Caules prototomi brassicæ*, die ersten sprößlein am kohl, so man abschneidet. Columell. 10 v. 369

Sed jam prototomos tempus decidere caules.

Sic, *Prototomi rudes*, Martial. 10 epigr. 48. conf. 14 epigr. 101.

¶ Syntŏmia, æ, συντομία, i. e. *concisio*, figura est, qua res prolixæ brevi & compendioso verborum ambitu redduntur.

¶ Trichotŏmia, æ, τριχοτομία, divisio trimembris; ut, cum *animæ humanæ facultas* dividitur in *rationalem, sensitivam* & *vegetativam.*

TŎMȲRIS, is, Τόμυρις, regina Scythiæ, quæ Cyrum vicit & interemit. vide supra *Cyrus*. Tibull. 4 eleg. 1 v. 143

Nec qua regna vago Tomyris finivit Araxe.

vide Justin. 1 c. 8.

TONDEO, tŏtondi, tonsum, tondēre, scheeren; ut, *Tondere capillos*, Cic. 5 Tuscul. c. 20. *Tondere barbam*, ibidem: & *comas*, Tibull. 3 eleg. 1 v. 10, verschneiden, abnehmen, balbiren. *Tondere caput ad cutem*, bescheeren, Cels. 6 c. 6 n. 15. *Tondere oves*, Plin. 8 c. 48. Aliquando hoc verbum passive etiam accipitur: Virg. eclog. 1 v. 28 *Candidior postquam tondenti barba cadebat*, id est, dum tondeor. Idem 3 Georg. v. 312 *Gyniphii tondent hirci*, i. e. tondentur. Vid. Taubman. ad Virg. p. 9. Ita & Suet. Augusto c. 74 *In capite comendo tam incuriosus, ut raptim cum pluribus tonsoribus operam daret, modo tonderet, modo raderet.* Similiter *lavare* dicitur, tam qui *lavat*, quam qui *lavatur*. ¶ 2. Aliquando est carpere, decerpere, abmehen, abbrechen. v. Barth. ad Script. Venat. p. 182. Sic, *Tondent dumeta juvenci*, Virg. Georg. 1 v. 15. Et in Culice v. 50

Tondentur tenero viridantia gramina morsu.

Et extra pastionem Propertius 3 eleg. 13 v. 29

Nunc violas tondere manu, nunc mixta referre Lilia.

¶ Tonsus, a, um, beschoren, abgeschoren; ut, *Capillus tonsus*, Ovid. 8 Metam. v. 151. *Comæ tonsæ*, Virg. 5 Æn. v. 556. *Saltatrix tonsa*, Cic. in Pison. c. 8. Et, *Lanæ tonsæ*, Horat. 3 od. 15 v. 13.

¶ Tonsæ, ārum, substantive *remi* appellantur a decutiendis fluctibus, vel, ut Festus ait, *quod quasi tondeantur ferro*, ruder. Virg. Æn. 7 v. 28 *In lento luctantur marmore tonsæ.*

Stat. 5 Theb. v. 340 *Ast ubi suspensis siluerunt æquora tonsis.*

Et Silius 13 v. 241 *revocatæ ad pectora tonsæ*

Percussere fretum.

Vetus Gloss. *Tonsæ*, κῶπαι, id est, *remi.*

¶ Tonsilla, æ, diminut. Festo est *palus dolatus, & cuspide præferratus, qui navis relegandæ caussa in litore figitur*, ein schiff-pfahl; vide ibidem locum Accii. ¶ 2. Sed *Tonsillæ* in homine, ut Plinius definit lib. 11 c. 37 sect. 66, sunt, quæ in porcis *glandulæ*, circa uvam ex utraque parte, die mandeln, quamvis & in homine *glandulæ* dicantur & *amygdalæ* a forma. Hippocrates *spongios* vocat, Anatomici propter situm, παρίσθμια & ἀντιάδας, Pollux lib. 2. vide *Glans*. Cic. 2 Nat. Deor. c. 54 *Tonsillæ, palato extremo.*

¶ Tonsĭcŭla, æ, piscis, apud Cassiodor. Var. 12 epist. 4.

¶ Tonsĭlis, e, quod tonsum est, aut tonderi potest, beschoren; ut, *Tonsile buxetum*, verschnittene buchsbäume, Martial. 3 epigr. 58. *Nemora tonsilia*, Plin. 12 c. 2.

¶ Tonsĭto, āre, frequentat. offt scheeren. Plaut. Bacch. 5, 2 v. 9 *Ter in anno oves tonsitare*, metaphorice, pro emungere auro.

¶ Tonsor, ōris, ein scheerer, balbirer. Cic. in Tuscul. 5 c. 20 *Dionysius ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit.* Horat. 1 satyr. 7 v. 3 *Omnibus & lippis notum & tonsoribus esse.*

Ita, *Tonsorum loquax genus est*, λάλον ἐστὶ τῶν κουρέων γένος, Plutarch. lib. de Garrulitate. Quo in loco & historiam de tonsore & Dionysio recitat, vide in Chiliad. *Lippis & tonsoribus nota*, i. e. quæ jam in ora vulgi abierunt, damit sich alle leute tragen.

¶ Tonsōrius, a, um, zum scheeren gehörig; ut, *Culter tonsorius*, ein scheermesser. Cic. 2 Offic. c. 7. *Ferramenta tonsoria*, Martial. lemmate lib. 24 epigr. 36.

¶ Tonstrix, īcis, eine scheererin, Plaut. Trucul. 4, 4 v. 3. Et, *Tonstrix ancilla*, ibidem 2, 4 v. 51.

¶ Tonstrīcŭla, æ, dimin. idem. Cic. 5 Tuscul. c. 20 *Regiæ virgines, ut tonstriculæ, tondebant* (Dionysii) *barbam.*

¶ Tonstrīna, æ, eine balbier-stube. Terent. Phorm. 1, 2 v. 39 *Ex adversum ei loco tonstrina erat quæpiam.* conf. Plaut. Epid. 2, 2 v. 11; & Amphitr. 4, 1 v. 5.

¶ Tonsus, ûs, subst. die abscheerung, balbierung. Accius apud Nonium c. 2 n. 850 *Mulier funesta veste, tonsu lugubri.* Adde Plaut. Amphitr. 1, 1 v. 288.

¶ Tonsūra, æ, idem. Ovidius 1 de Arte am. v. 517

Nec male deformet rigidos tonsura capillos, &c.

Sic, *Tonsuræ certum anni tempus servare*, die schaafscheer-zeit, Colum. 7 c. 4. De tonsura & corona Clericali vid. D. Ziegler. ad Lancellot. Jur. Canon. p. 273. Frequens ea olim fuit sacerdotibus Isidis, qua de re Gallæus ad Lanctantii lib. 1 Instit. Divin. c. 21. Sed ignominiosa orientalibus, & supplicii loco habita, juxta Camerar. Cent. 1 Hor. subcis. 136. Stupri etiam & furti pœna fuit, itemque nota captivitatis: ibid. p. 167.

Composita:

¶ Attondeo, di, sum, ēre, idem est cum simplici, bescheeren. Plaut. Captiv. 2, 2 v. 18 *Per pectinem attondere*, übern kamm scheeren. *Attondere ulmos*, Idem Epid. 2, 3 v. 6, schneitteln; & *virgulta*, Virg. ecl. 10 v. 7. Et Plaut. Bacch. 5, 1 v. 9 *Is me usque attondit doctis dolis*, i. e. emungit, er schneutzt mich.

¶ Attonsus, a, um, beschoren; ut, *Arva attonsa*, Lucanus 6 v. 84, abgeweidet feld. *Laus attonsa*, id est, diminuta: Cic. ex poëta quopiam, lib. 5 Tuscul. c. 7

Consiliis nostris laus est attonsa Laconum.

¶ Circumtondeo, ēre, umherbescheeren. Hinc

¶ Circumtonsus, a, um, verschoren, verschnitten. Cato apud Nonium c. 2 n. 847 *Alii sunt circumtonsi, ut mangonis esse videantur servi.* Sueton. Augusto c. 45 *Circumtonsa matrona.* Et Seneca epist. 115 post princ. *Oratio circumtonsa, fucata, & manu facta.*

¶ Detondeo, di, sum, ēre, abscheeren; ut, *Detondere capillos*, Martial. 8 epigr. 52.

¶ Detonsus, a, um, abgeschoren; ut, *Detonsis avecta Cynthia mannis*, Propert. 4 eleg. 8 v. 15. *Ovis detonsa*, Columell. 7 c. 4. Et Ovid. 3 Fast. v. 237

Arboribus redeunt detonsæ frigore frondes.

¶ Detonso, āre, frequentat. Fabii Pictoris apud Gellium est 10 c. 15.

¶ Indetonsus, a, um, non detonsus, unbeschoren. Ovid. Met. 4 v. 13

indetonsusque Thyoneus.

¶ Intondeo, ēre, umher verschneiden, Columell. 2 c. 3. Sed

¶ Intonsus, a, um, non tonsum significat, unbeschnitten, ungeschoren; ut, *Capilli intonsi*, Horat. epod. 15 v. 9. *Coma intonsa*, Cic. 3 Tusc. c. 26 ex Accio. *Oves intonsæ*, Columella 7 c. 3. *Caput intonsum*, Senec. epist. 5.

¶ Prætondeo, ēre, verschneiden. Apulejus Met. lib. 5 extr. *Cum ejus pinnas prætotonderim.*

¶ Retondeo, ēre, abscheeren. Plaut. Pseud. 1, 2 v. 26 *Hæc retonsa est*; alii: *retunsa est.*

¶ Retonsus, a, um, abgeschoren; ut, *Seges retonsa*, abgegraset, Plin. 18 c. 17.

Tonitralis, tonitru, &c. vide sequens *Tono*.

TŎNO, ui, tonāre, donnern, poltern; ut, *Cælum tonat omne fragore*, Virg. Æn. 9 v. 542. *Tonat ore Deos Erebumque*, &c. Idem Æn. 4 v. 510. ¶ 2. Veteres & *Tonĕre* in tertia dixerunt, unde præteritum *Tonui* superest: nam a *Tonare*, *tonavi* est. vide Priscianum. Hinc Varro apud Nonium c. 1 n. 245 *Tympana non inani sonitu tonimus*, i. e. sonamus cum modo. Et Plaut. Amphitr. 5, 1 v. 10 *Ut subito, ut propere, ut valide tonuit.*

¶ Tŏnans, tis, donnernd, Dei epitheton, Senec. 4 Benef. c. 7. Et absolute pro Jove seu Deo: Ovid. Heroid. epist. 9 Dejaniræ v. 7

Velit hoc germana Tonantis, i. e. Juno.

Hinc & cum aliis nominibus composita, *Altitonans, Celsitonans.*

¶ Tonātio, ōnis, das donnern. Seneca 2 Natur. Quæst. c. 12 pr. *Comminatio est, & quasi sine ictu tonatio*, si salva lectio: nam plures *conatio* ibi legunt.

¶ Tonescit, impers. es donnert. Varro apud Nonium c. 2 n. 858 *Tunc repente cælitum altum tonitribus templum tonescit.*

¶ Tonĭtrus, ûs, subst. das donnern, krachen. Ovid. Met. 2 v. 304

Unde movet tonitrus, vibrataque fulmina jactat.

Et Silius Italicus 12 v. 611

Fulmina & tonitrûs, & nimbos conciet atros.

Et Paulinus Natal. 8 Felic. v. 129

Fulmineos superæ tonitrus imitantibus iræ. Et

¶ Tonitru, neutr. gen. murmur est in nube, der donner. Ardens lateribus nubis discussis vapor erumpens, *fulmen* dicitur, der donnerschlag, κεραυνός: *Tonitrua* vero βρονταὶ sunt. vide *Fulmen*. Seneca lib. 2 Natural. Quæst. c. 56 *Hæc antiqui FULGETRA dicebant: TONITRUA nos pluraliter dicimus: Antiqui aut TONITRUUM dixerunt, aut TONUM. Tonitruum autem definit Posidonius, sicci aëris sonitum, qui fieri, nisi dum aut terit, aut rumpitur, non potest.* vide Senecam ejusdem lib. c. 55. Et Cic. 5 Philipp. c. 3 *Quæ porro illa tonitrua? quæ tempestas?* Et Cœlius ad Cicer. 8 fam. epist. 2 *Strepitus, fremitus, clamor tonitruum.*

¶ Tonitruum, i, antique pro *Tonitru*, uti jam ex Seneca patuit. Trebellius Pollio in Gallienis c. 5 *Auditum præterea tonitruum terra mugiente, non Jove tonante.* Ergo de alio quoque murmure, non solo cæli, *tonitru* & *tonitrua* dici possunt. Hieron. epist. 50 *Quotiescumque Paulum lego, videor mihi audire non verba, sed tonitrua.*

¶ Tonitrālis, e, tonitrua edens, donnernd; ut, *Cæli tonitralia templa*, Lucret. 1 v. 1096.

¶ Tonitruālis, e, idem, apud Apulej. de Mundo.

¶ Tonitābĭlis, e, idem. Gloss gr. lat. βρονταῖος, *tonitabilis.*

¶ Tonitrŭo, āre, donnern. Commodian. Instruct. 6 v. 7 *Insipiens Jovem tonitruare tu credis.*

¶ Altĭtŏnans, tis, ex Cic. de Divin. 1 c. 12, vide supra in *Altus*.

¶ Celsĭtŏnans, tis, hochdonnernd. Theodulfus lib. 2 carm. v. 447

Hanc tibi celsitonans aram Teudulfus adorno.

Composita cum præposit.

¶ Attŏno, ui, āre, donnern, bestürtzt machen. Seneca epist. 19 *Ipsa etiam*

etiam altitudo summa attonat. Ovid. Heroid. epist. 4 Phædræ v. 50

Nomine contactas attonuére suo.

¶ Attŏnĭtus, a, um, proprie significat, qui fulmine afflatus exsternatusque stupet, erstaunt, erschreckt vom donner, bestürtzt. Quem eleganter Ovidius his versibus depingit lib. 1 Trist. eleg. 3 v. 11

Non aliter stupui, quam qui Jovis ignibus ictus
Vivit, & est vitæ nescius ipse suæ.

¶ 2. Sed & ex morbo *Attoniti* fiunt. Corn. Celsus 3 c. 26 *Attonitos quoque raro videmus: quorum & corpus & mens stupet. Fit interdum ictu fulminis: interdum morbo: ἀποπληξίαν hunc Græci vocant.* ¶ 3. Aliquando *Attonitus* & furentem notat sive μανίαν passum, toll; ita *Attonitam catervam* furiosas illas Bacchas Statius dixit lib. 5 Silv. 1 v. 118. Albinovanus Eleg. ad Liviam v. 317

Quo raperis laniata comas, similisque furenti?
Quo ruis? attonitâ quid petis ora manu?

Livius 39 c. 15 *Fanatici vigiles vino strepitibusque attoniti.* Sueton. Claud. c. 37 *Alter ante lucem similis attonito, patroni cubiculum irrupit:* Alia observat Heinsius Lection. Theocrit. c. 6.

¶ Attŏnĭte, adverb. mit erstaunung. Plin. 30 c. 1 *Britannia hodieque magiam attonite celebrat.*

¶ Circumtŏno, ui, are, umher krachen. Silius 4 v. 254

sævisque virum circumtonat armis.

Et Horatius 2 satyr. 3 v. 223

Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis.

¶ Detŏno, ui, are, abdonnern; ut, *Irâ detonare*, poltern und donnern für zorn, apud Valer. Flacc. 4 v. 294. Et Quintil. 12 c. 9 *Illa dicendi vitiosa jactatio inter plausores suos detonuit*, sie ist still worden, hat aufgehört zu donnern.

¶ Intŏno, ui, are, idem quod tonare, seu incipere tonare, donnern, erthönen. Cic. de Divinat. 1 c. 42 ex quodam poëta:

Partibus intonuit cæli pater ipse sinistris.

Et Virgilius 1 Æneid. v. 90

Intonuere poli, & crebris micat ignibus æther.

¶ 2. Et per metaphoram, *Hesterna concione intonuit vox perniciosa collegæ tui*, hoc est, in vocem perniciosam iracunde & cum impetu quodam vocis erupit, Cic. pro Muræn. c. 38. Et, *Intonare minas*, Ovidius 1 Amor. eleg. 7 v. 46. Tacitus Annal. lib. 12 ineunte: *Orto apud libertos certamine, quis deligeret uxorem Claudio, cælibi vitæ intonanti*, &c. i. e. invehenti in vitam cœlibem.

¶ Intŏnātus, a, um, tobend, krachend; ut, *Hiems Eois intonata fluctibus*, Horat. epod. 2 v. 51.

¶ Superintŏno, are, oben her donnern. Virg. 9 Æn. v. 709

Dat tellus gemitum, & clypeum superintonat ingens.

¶ Pertŏno, are, gewaltsam vorbringen. Ambrosius Serm. feria 2 Pentecost. sub fin. *Vt Ebrææ nationis homo Christi gloriam Romana facundiæ eloquentiâ pertonaret.*

¶ Protŏno, are, heraus donnern. Valer. Flacc. 4 v. 205

Non genus ante rogat, sed tali protonat ira.

¶ Retŏno, are, starck widerschallen. Catullus carm. 64 de Aty v. 82

Face cuncta mugienti fremitu retonent.

Tonsæ, tonsilla, tonsor, tonstrina, &c. vide paullo superius *Tondeo.*

TŎNVS, i, τόνος, accentus, tenor, sonus, der laut, der thon; ut, *Tonus musicalis*, vide in sua arte. *Dulcisoni toni*, Martian. Capell. lib. 9 v. 22. ¶ 2. *Tonus* etiam est discrimen distantiæ, intervalli, quod est inter tertiam & octavam sphæram, &c. qua de re prolixe Dalechamp. ad Plin. lib. 2 c. 20, ubi etiam de tonorum intervallis agit.

¶ Tŏnor, ōris, idem. Quintil. 1 c. 5 *Tenores ab antiquis dictos tonores comperi*, id est, accentus.

¶ Tonōrium, i, τονόριον, fistula, qua musici modos sive tonos temperant atque intendunt, de qua Quintilianus 1 c. 10.

¶ Tonōtĭcus, a, um, τονωτικὸς, vim habens intendendi. Th. Priscian. de Diæta c. 9 *Mastix intus cathartica, foris tonotica.*

Composita:

¶ Dĭātŏnus, a, um, distentus, extentus, ausgespannt; ut, *Lateres diatoni*, Vitruv. 2 c. 4. vid. Bald. p. 38. ¶ 2. Duplici tono procedens, zweystimmig. Hinc & Vitruvio 5 c. 4 *inter genera modulationum tertium diatonum.* Et mox: *Diatoni sunt duo continuati toni.*

¶ Epĭtŏnium, i, ἐπιτόνιον, instrumentum, quo fides vel funes intenduntur, ein wirbel zuförderst am saitenspiel; item, eine schraube. Varro R. R. 3 c. 5 *Epitoniis versis ad eorum quemque actum.* Et Vlpian. l. 17 ff. de act. empt. *Epitonia fistulis adplumbata.* Quidam scribunt *Epistomium*, uti est in Vitruv. 9 c. 9, & lib. 10 c. 13.

¶ Hēmĭtŏnium, i, ἡμιτόνιον, dimidium toni, ein halber thon; ut, *Intervalla tonorum & hemitoniorum*, Vitruv. 5 c. 4. Adde Bald. p. 56.

¶ Sēmĭtŏnium, i, idem. Macrob. in Somn. Scip. 2 c. 1 *Sonum tono minorem veteres semitonium vocitare voluerunt.*

¶ Syntŏnus, a, um, σύντονος, zusammenstimmig. Substantive Quintil. 9 c. 3 *Syntonorum modis saltitantes*; ubi *Syntona* scabella sunt, quæ pede pulsata inter symphoniacos modum dant tono sive voci; unde *Syntonarius* dictus, qui scabella pede percuteret, der den tact führet. vid. Salmas. in Hist. Aug. p. 502.

TŎPĀZOS, sive Topazios, i, Τόπαζος, insula in mari rubro, in qua reperitur ¶ 2. *Topasius*, gemma, τοπάζιον, ein topas, Plin. 6 c. 29; & lib. 37 c. 8.

¶ Topāzĭăcus, a, um, adject. Fortunatus lib. 8 carm. 4

Pulchra topaziacis oneratur zona lapillis.

TŌPHVS, i, vel Tofus, nam & ita scriptum invenitur, lapis asper, arenosus, toffstein, topstein; ut, *Scaber tophus*, Virg. 2 Georg. v. 214. Item, *pumice vivo & levibus tophis*, Ovid. 3 Met. v. 159. Et Stat. 4 Silv. 3 v. 53

Cocto pulvere, sordidoque topho.

¶ 2. *Tophus* dicitur etiam callosa durities in articulis & circa ossa, πῶρον Græci vocant utrumque & lapidem & vitium, etwas hartes an den gelencken, schwielen, knorren. Generantur tophi ex phlegmate mucido crassiore incumbente ossium juncturis. Sulpitius Servastus de Vetustate carmine sapphico, in Catalect. Scalig. p. 232

Decidens scabrum cavat unda tofum.

Dicitur & in neutro *Tofum.* Vet. Gloss. πῶρος, ὁ λίθος, *Tofus, Tofum.*

¶ Tōphīnus, a, um, adject. von topsteinen. Sueton. Claudio c. 21 *Circo marmoreis carceribus auratisque metis, quæ utraque & tophina ac lignea antea fuerant, exculto.*

¶ Tophăceus, a, um, idem; ut, *Marga tophacea*, Plin. 17 c. 6.

¶ Tophĭcius, a, um, idem. Capitolin. in Maximinis c. 6 *Lapides tophicios friare.*

¶ Tophōsus, a, um, topho plenus, voll schwielen. Sidon. 3 epist. 13 *Verruca humore tophosa.*

Topiaria, topica, topice, &c. vide mox *Topus.*

TOPPER, adverb. antique pro cito, celeriter, eilends. Exempla Nævii, Accii, Ennii, Pacuvii, &c. vide apud Festum.

TŎPVS, i, τόπος, *locus*, der ort. Manil. 3 v. penult.

Octo topos, per quos stellæ diversa volentes.

¶ Tŏpĭcus, a, um, τοπικὸς, *localis*, örtlich. Hinc

¶ Topĭca, ōrum, subst. libri dialectici Aristotelis & Ciceronis de locis argumentorum. Cic. 7 fam. epist. 20 *Institui Topica Aristotelica conscribere.*

¶ Tŏpĭce, es, τοπικὴ, ars ipsa inveniendorum argumentorum. vid. Cicero in Topicis c. 2.

¶ Topiārium, i, allerley lust-arbeit in gärten, garten-zierath, quando areolæ elegantibus figuris sunt descriptæ &c. Est autem per se adjectivum, & sæpe *Opus* adjungitur. Vitruvius 5 c. 8 *In topiarii operis speciem deformari.* Et Plinius 15 c. 30 *in topiario opere.* Absolute *Topiarium*, pro opere topiario, videtur Cicero dixisse loco mox indicando, *Topiarium laudavi*, &c. quod nomen alii ad ipsum artificem referre solent, ut jam sequitur.

¶ Topiārius, i, qui topiaria adornat, ein lust-gärtner. Cic. ad Qu. fratr. 3 epist. 1 c. 2 *Topiarium laudavi, ita omnia convestivit hederâ.* Et Plinius 3 epist. 19 *sumtus atriensium, topiariorum, fabrorum* &c. conf. Alex. ab Alex. lib. 3 c. 25. Vet. Inscript. apud Gruter. p. 602 n. 2

LVCRIO. AVG
TOPIARIO. EX. HORTIS

¶ Tŏpiāria, æ, ipsa ars topiarii faciendi, Cic. loco jam indicato ad Qu. fratr. 3 epist. 1 c. 2 *Vt illi palliati topiariam facere videantur.*

¶ Topium, i, idem quod topiarium vel opus topiarium, apud Vitruvium 7 c. 5. Et Spartianus in Adriano c. 10 *topia diruere.*

¶ Tŏparcha, æ, τοπάρχης, ein landherr. Spartianus in Adriano c. 13 *Toparchas & reges ad amicitiam invitavit.*

¶ Tŏpŏgrăphia, æ, τοπογραφία, descriptio locorum, ein städte-buch, beschreibung der örter.

Torale, vide infra *Torus.*

Torcŭlar, torcularius, torculus, &c. vide post in *Torqueo.*

TORDĪLE, is, & *Tordilion* & *Tordylium* (sic enim scripsit Matthiol.) Creticum est Seseli, steinbrech aus Creta, Plin. 24 c. 19. vide *Seseli.*

TŎREVMA, ătis, τόρευμα, opus sculptum, aut cælatum ex quacunque materia, bildwerck, schnitzwerck, gegrabene arbeit. Plural. *Toreumata*, Sueton. Cæs. c. 47. Et Martialis 8 epigr. 6

Miratus fueris cum prisca toreumata multum.

¶ Toreutes, æ, τορευτὴς, sculptor, cælator, ein bildschnitzer.

¶ Toreutĭce, es, fœm. τορευτικὴ, ipsa cælandi & sculpendi ars, cælatura ipsa anaglyptice, a τορεύειν, die schnitz-kunst. vid. Cœl. Rhodig. Ant. Lect. 29 c. 24.

Tormentum, torminosus, &c. vide paullo post in *Torqueo.*

Tornare, tornatilis, torneamentum, &c. vide sequens *Tornus.*

TORNVS, i, instrumentum fabrile, ein dreheisen, grabeisen. Plin. 7 c. 56 *Tornum Theodorus Samius invenit.* Idem 16 c. 4 *Calices facere torno.* Virg. eclog. 3 v. 38

Lenta quibus torno facili superaddita vitis.

¶ Torno, avi, atum, āre, torno formare, drehen, drechseln. Cic. de Vnivers. c. 6 *Ita tornavit, ut nihil effici rotundius possit.* Et Plinius 36 c. 22 *Tornari in vasa.* ¶ 2. Circumagere, circumflectere, herum schwencken, umtreiben. Idem Plin. 36 c. 13 *Turbines ita librati pependerunt, ut puero circumagente tornarentur.*

¶ Tornātus, a, um, gedrechselt. Horatius de Arte poët. v. 441 *Versus male tornatos*, male elaboratos, per metaph. dixit.

¶ Tornātor, ōris, ein drechsler, dreher. Jul. Firmicus 4 c. 7 extr. *Facit tornatores, aut simulacrorum sculptores.* Gloss. *Tornator*, τορνευτής.

¶ Tornātūra, æ, drehwerck, drechsel-arbeit, Vulg. Vers. lib. 3 Esdræ c. 6 v. 18 &c.

¶ Tornātĭlis, e, torno formatus: ut, *Globus tornatilis*, eine gedrehete kugel. *Tornatile mentum*, Vulg. Vers. Cantic. c. 5 v. 14.

¶ Torneāmentum, i, decursio militaris, & vel ludicra vel seria decertatio, ein tournier. Imaginaria ejusmodi pugna erat quædam belli prolusio, qualem ad Anchisæ tumulum instituit Æneas, quam *Trojam* sive *Trojanum ludum* dixerunt Romani; unde *Torneamenti* nomen manasse nonnulli existimant. Rectius a *tornandis*, i. e. in orbem circumducendis equis deducitur.

¶ Detorno, are, idem quod simplex. Plin. 13 c. 9 *Ex quo* [ligno] *velares detornant annulos.*

¶ Detornatus, a, um, gedrehet, gedrechselt. Metaphorice, *Detornata sententia & verbis inclusa*, Gellius 9 c. 8.

Torosus, Torpedo, &c. vide *Torus*, *Torpeo.*

TORPEO, ui, ēre, animo & corpore lassum esse & languidum, starren, träge, unlustig seyn; ut, *Animo & corpore torpere*, Horat. 1 epist. 6 v. 14. Et Virg. 1 Georg. v. 124

Nec torpere gravi passus sua regna veterno.

¶ Torpens, tis, starr, faul, träge; ut, *Torpentia membra ægre trahens*, Silius 4 v. 69. *Torpens ignavia*, Stat. Theb. 10 v. 90. Et Cic. Divin. 2 c. 30 *Quidnam torpentes subito obstupuistis Achivi?*

¶ Torpesco, ĕre, lässig werden; ut, *Ingenium incultu & socordiâ torpescit*, es wird stumpff, verdirbt in sich selbst, Sallustius Jugurth. c. 2. *Rugis torpescere*, runtzlicht werden, Plin 9 c. 25.

¶ Torpēdo, ĭnis, idem quod *torpor*, trägheit, faulheit. Sallust. fragm. 1 Hist. *Si tanta torpedo animos oppressit.* Et Cato apud Gellium 11 c. 2 *Si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit, quam*

exerci-

exercitatio. ¶ 2. *Torpedo*, piscis torpore afficiens & stupore, non pisces modo alios, cum vicinus illis est, verum etiam homines frigiditate nimia sua, ein krampfisch: Gesner.

¶ Torpĭdus, a, um, piger, ungelenck, starr, schläffrig; ut, *Stupore ac miraculo torpidi*, Livius 22 c. 53. Et, *Torpidus somno*, Idem 25 c. 38.

¶ Torpor, ōris, pigritia animi & corporis, stupor, die trägheit, hinlässigkeit. Livius 9 c. 2 *Stupor omnium animos, ac velut torpor quidam insolitus membra tenet.* Et Virg. Æn. 12 v. 867

Illi membra novus solvit formidine torpor.

¶ Torpōro, are, activum, faul machen, Turpilius apud Nonium c. 2 n. 870. Hinc

¶ Torporātus, a, um, erstarrt. Lactantius 2 c. 8 *Humida nimiis rigoribus torporata concrescunt.*

¶ Torpefacio, ĕre, einschläfern. Nonius Marcellus l. c. in *Torporavit*, usus est: *Torporavit*, inquit, *pro Torpefecit, Turpilius* &c.

¶ Extorpeo, ui, ēre, vel Extorpesco, ĕre, steiff und starr werden. Fortunat. 1 Mart. *Obvia turba riget gressuque obtorpuit ægro.*

¶ Obtorpeo, ēre, & Obtorpesco, ĕre, gar erstarren; ut, *Manus obtorpuit*, Cic. pro Domo sua c. 52. Et Curtius 10 c. 3 *Quis crederet, sævam paullo ante concionem obtorpuisse subito metu?* Et Sulpitius Severus lib. 1 Sacr. Hist. de luxato Jacobi femore: *Latitudo femoris Jacob obtorpuit.*

¶ Retorpesco, ĕre, wieder faul werden. Tertullianus adv. Gnostic. c. 1 *Pristini sensus retorpescunt.*

TORQUEO, torsi, tortum, torquēre, multa significat in multis locutionibus, drehen, winden, beugen, dringen, drücken, &c. ut, *Torquere in arcum*, Virg. 2 Georg. v. 448, krümmen. *Torquere in orbem*, Cic. de Univers. c. 7. *Naturam huc & illuc torquere & flectere*, drehen und wenden, Idem pro Cœl. c. 6. Et per metaph. *Torquere jus*, id est, pervertere, das recht verkehren, Idem pro Cæcina c. 72. *Torserit igne comam*, Ovid. de Arte am. 2 v. 304. ¶ 2. Sed, *Torqueri doloribus animi*, Cic. 1 de Fin. c. 13, gequälet werden. *Torqueri exspectatione*, Cic. 8 Attic. epist. 14; & *memoriâ malorum*, Idem 1 de Fin. c. 17. Et Horat 1 epist. 2 v. 37 *Invidia vel amore vigil torquebere.*
Ita &, *Torqueri equuleo*, Cic. de Fin. 3 c. 13, gefoltert werden.

¶ Tortus, a, um, gedrehet, gekrümmet, geflochten; ut, *Capillus tortus*, gekräuselt haar, Ovid. de Arte am. 2 v. 304. *Crines torti in nodum*, Martial. de Spectac. epigr. 3. *Funes torti*, Virg. 4 Æn. v. 575. ¶ 2. Sed, *Tortus verberibus*, id est, afflictus, gequälet, Cicero Topic. c. 20. *Torti* sunt lora contorta, qui multiplicati, & coagmentati *funes* dicuntur Taubm. ad Plaut. p. 17.

¶ Torte, adverb. ut tortuose, krumm. Lucretius 4 v. 306

Inde tamen, quamvis torte, penitusque remota
Omnia, per flexos aditus educta &c.

id est, flexuosis & obliquis recessibus remota.

¶ Torta, æ, placentæ genus, ein kuchen, eine torte. Vulg. Interpr. Exod. c. 29 v. 23 *Torta panis.*

¶ Tortum, i, apud Nonium c. 2 n. 847 ex Pacuvio, pro fune ad torquendum, ein henckerseil: *Artus torto distrahan*

¶ Tortus, ûs, subst. die krümmung. Virg. 5 Æn. v. 276

Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus,

krumme ausschweiffungen. Et, *Tortu multiplicabili draco*, apud Cic. 2 Tuscul. c. 9 ex poëta quopiam.

¶ Tortūra, æ, pro quæstione & tormento, pro quo vulgus utitur, die peinigung, marter, folterung, improbat Vossius de Vit. L. L. 3 c. 53 p. 651. Latinum tamen usum exhibet Palladius; tit. 9 *Caput sarmenti torquendum non est*, &c. *ipsa tortura vexatio est.*

¶ Torsio, ōnis, die drückung; ut, *Torsiones stomachi*, das grimmen im magen, Plin. 20 c. 17.

¶ Tortĭlis, e, gewunden, gedrehet, gekrümmet. Ovid. Heroid. epist. 16 v. 252 *Tortilis a digitis excidit ansa meis.*
Idem Metam. lib. 1 v. 336 *Buccina tortilis.* Sic, *Placenta tortilis*, eine bretzel.

¶ Tortīvus, a, um, gepreßt; ut, *Vinum tortivum*, quod est novissime egressum, kelter-wein, Colum. 12 c. 26.

¶ Tortor, ōris, qui cruciat vel torquet, ein hencker, peiniger: e. g. *Si sapiens ad tortoris equuleum ire cogatur*, Cic. de Fin. 4 c. 12. Et pro Cluent. c. 63 *Cum jam tortor, atque essent tormenta ipsa defessa*, &c.

¶ Torto, are, frequentat. peinigen, martern. Lucret. 3 v. 662 *Recenti vulnere tortari*, i. e. torqueri. Arnobius lib. 3 p. 106 *Dolorum acuminibus fixas ejulare, tortari, & suppetias Junonis implorare Lucinæ.* Usus & Pomponius apud Nonium c. 2 n. 872.

¶ Tortuōsus, a, um, sinuosus, gekrümmet, krumm, gebogen; ut, *Tortuosi amnis sinus fluxusque*, Livius 27 c. 47. *Alvus multiplex & tortuosa*, Cic. de N. D. 2 c. 54. Et, *Ingenium multiplex & tortuosum*, Idem de Amicit. c. 18, listig, tückisch. Et, *Tortuosum genus disputandi*, in Acad. 4 c. 31. Comparat. *Tortuosior urina*, Plinius 21 c. 27, quæ velut tortuosa exit, torquens hominem, ut solet in stranguria. vide Harduin. & conf. de digitis leonis lib. 11 c. 46. Superlat. *Tortuosissima nodositas*, Augustin Confession. lib. 2 extremo.

¶ Tortuose, adverb. idem. Tertullian. adv. Valentin. c. 3 *Per anfractus seriem suam evolvat, tortuose procedat.*

¶ Tortuōsĭtas, ātis, die krümme. Tertullianus 4 contra Marcion. c. ult. *Et quæ ratio tortuositatis illius?* Idem de Carne Christi c. 20 pr. *Qualis est autem tortuositas vestra, ut* &c.

¶ Torcŭlar, & in Gloss. Torculāre, āris, eine kelter, weinpresse, presse; ut, *In torcular deferri*, Columella 12 c. 50; &, *In torcular admitti*, ibidem: ac paucis interjectis: *Ad eum statum cæli & torcular & cella olearia constituenda.* Et Plinius 15 c. 1 *in torcularibus.* Quanta media sit, litigatur. Quidam cum Prisciano & Beda producendam putant. Et ita Fortunatus de partu Virginis carmine v. 169

Calcaturus erat qui torcularia solus:

Alii vero pro mendoso versu habent, ac ita corrigunt:

Calcaturus erat qui solus torcular altum.

Vide Borrichii Parnassum in nuce. Quippe ad analogiam respicientes corripiendam mediam arbitrantur. Uti enim a *speculum*, *specular* est: ita a *torculum*, *torcular*. Ita torculari sunt *prela*, quibus uva calcata premitur, die druckbäume; *cochlea*, lignum erectum, capreolatim strictum per medium prelum, quo id attollitur demittiturque rotæ versatione, die schrauben oder spillen; *vectes*, baculi validi, qui trajiciuntur, die preßbäume; *Lingula* Catoni est lignum vel lapis concavus, a quo vinum in lacum defluit, das bette. vide Stephanum.

¶ Torculārius, a, um, zur kelter gehörig; ut, *vasa torcularia*, kelter-gefäß, Cato c. 11. *Lacus torcularius*, kelter-kuffen, Columell. 12 c. 18.

¶ Torcŭlarius, i, subst. qui premit uvas, ein keltertreter. Colum. 12 c. 50 *Multitudo baccæ torculariorum vincit laborem.*

¶ Torculātor, ōris, idem. Gloss. gr. lat. ληνοβάτης, *calcator, torculator.*

¶ Torculārium, i, subst. neutro genere, idem quod *Torcular.* Cato c. 18 pr. *Torcularium si ædificare voles.*

¶ Torcŭlus, a, um, adjectivum, idem quod *Torcularius.* Varro de R. R. 3 c. 2 *Vasa torcula vindemiatoria.* Et Cato de R. R. c. 1 *Ad villam cum venies, videto, vasa torcula & dolia multane sient.* Idem c 135 *funis torculus*, hoc est, ad torcular & vindemiam pertinens.

¶ Torcŭlum, i, subst. torcular, torcularium, die kelter. Quidam in citato Catonis loco ex c. 1 ita incidunt: *vasa, torcula, & dolia*, quasi substantivum sit *torcula.* Et Onomasticum vetus: *Torculum*, ληνός.

¶ Torcŭla, æ, subst. fœm. idem. Gloss. Vet. *Torcule*, ἐλαιοτριβεῖα.

¶ Torcŭlo, are, keltern. Fortunat. in epist. *Quod iste torcularet in fletu, ille apothecaret in fluctu.*

¶ Tormentum, i, subst. primum generalis vox est machinatum, saxa, tela, & id genus alia torquentium, allerley kriegs-rüstung, als büchsen, geschütz, &c. quæ & hodie *Tormenta bellica* vocantur, feldstücken. *Tormenta missilia*, Plin. 8 c. 23. Et Cicero lib. 15 fam. epist. 4 *Aggere, vineis, turribus oppugnavi, ususque tormentis multis.* ¶ 2. Deinde *supplicium* significat aut *cruciatum*, quo exploratur veritas, marter, peinliche frage. Cic. pro Sylla c. 28 *Quæstiones servorum & tormenta nobis accusator minitatur.* Et, *Tormenta carnificum*, Idem in Philipp. 11 c. 4. Et pro Cluent. c. 63 *Servi tormentorum nulla adducti vi in veritate manserunt.* Sic, *Perferre vim tormentorum*, Cic. Partit. c. 14. *Cogi tormentis ad confitendum aliquid*, Idem pro Milon. c. 21. Et, *Esse in tormentis*, auf die leiter gespannet seyn: Quod eleganti metaphora ad animi cruciatus & curas applicuit Plinius 8 epist. 23 extr. *In tantis tormentis eram, quum hæc scriberem*, in solcher angst und bekümmerniß, &c. Apulejus lib. 3 Milef. *Tormentis veritas eruenda est*; & lib. 10 *Vi tormentorum veritatem eruit.* ¶ 3. Sumitur & pro *fune tenso*, ein starck seil. Poëta Phallicus carm. 5 *Tormento citharaque tensiorem.* Apulejus Apolog. p 276 *crinem stuppeo tormento assimilem* dixit. Cæsar 3 de B. C. c. 9 *Præsectis omnium mulierum crinibus, tormenta effecerunt.* Florus 2 c. 15 *In tormentorum vincula matronæ suos crines contulerunt.* Sed, *Tormentum ferreum* pro vinculo, abusive dicitur. Ferrum enim ducitur, non torquetur.

¶ Tormentārius, a, um, zum geschütz gehörig; ut, *Pulvis tormentarius*, stück-pulver; & absolute *Tormentarius*, ein constabler.

¶ Tormentuōsus, a, um, i. e. tormentis plenus, marternd. Cœl. Aurel. Acut. 3 c. 6 *Ligationes tormentuosi organi.*

¶ Tormĭna, um, dolor intestinorum, vel ex dysenteria, vel alia de caussa, das bauchwehe, angst im leibe. Colum. 12 c. 7 *Torminum signum est cruenta & mucosa ventris proluvies.* Plin. 20 c. 14 *Tormina cholerica.* Cic. Tusc. 2 c. 19 *Forticulum se in torminibus & in stranguria præbere.* ¶ *Termines* masculino genere protulit Nonius c. 1 n. 135.

¶ Tormĭnālis, e, quod tormina infert, das bauchwehe macht; ut, *Genus sorbi torminalis*, Plin 15 c. 21. *Sorba torminalia*, Celsus 2 c. 30. *Herba torminalis*, Apulej. de Herb c. 15.

¶ Tormĭnōsus, a, um, qui intestinorum dolore laborat, der bauchwehe hat. Cic Tusc. 4 c. 12 *Dicimus gravedinosos quosdam, quosdam torminosos.*

¶ Torquis, & Torques, is; Vet. Gloss στρεπτὸς, *Torquis, Torques tortus*, ornamentum colli obtortum & flexile, quod ex auro plerumque erat, ein halßband, eine güldene kette. Sic, *Torquem hosti detrahere*, Cic. 1 Fin. c. 7. *Torque aliquem donare*, Idem in Verrem 5 c. 80. Priscianus masculini generis fecit: Sic, *Collo decorus torquis*, Stat. Theb. 10 v. 517. Sed reperitur quoque in fœminino. Nam *torques aureas* Varro dixit: & *sanguinolentam torquem* Quadrigarius. vide Nonium c. 3 n. 245; & Gell. 9 c. 13.

¶ Torquātus, a, um, torque indutus & ornatus, der eine kette trägt. Erant enim *milites torquati*, qui ob res fortiter gestas torquibus aureis ab imperatore donabantur. *Palumbus torquatus*, eine ringeltaube, Martial. 13 epigr. 62. *Alecto torquata colubris*, Ovid. Her. epist. 2 v. 119. ¶ 2. *Titus Manlius Torquatus*, a torque, quem Gallo detraxerat, perpetuumque insigne, ut Sueton. Calig. c. 35 auctor est, genti suæ reliquerat, sic appellatus, qui filium, cum ab hoste provocatus, ejus injussu pugnasset, jussit occidi. Virg. 6 Æn. v. 820

sævumque securi Adspice Torquatum.

¶ Tortĭlŏquium, i, sermo ambiguus, eine verwirrte rede, in Glossis Cyrilli est, & græce διάλεκτος συνεστραμμένη, & συνεστραμμένη ὁμιλία redditur.

Composita cum præposit.

¶ Circumtorqueo, ēre, herum drehen, herum lencken. Apulejus lib. 6 de Asino Aur. sub finem: *Prenso loro retrorsum me circumtorquet.*

¶ Contorqueo, si, tum, ēre, krümmen, drehen; ut, *Contorquere currum*, Cic. 1 Orat. c. 57, einen wagen umwenden. *Contorquere hastam*, Virg. Æn. 2 v. 52, einen spieß schwencken. *Contorquere in alium cursum amnes & deflectere*, Cic. 1 de Divinat. c. 19, ableiten. Et de Nat. Deor. 1 c. 10 *Mundus ea celeritate contorquetur, cujus pars nulla ne cogitari quidem possit.*

¶ Contortus, a, um, zusammen gedrehet, verdrehet, verwirrt; ut, *Crine contorto caput alicujus reflectere*, Seneca in Hippolyto v. 707. *Contorta & aculeata sophismata*, id est, perplexa, non cohærentia, Cic. in Acad. 4 c. 24.

¶ Contortŭlus, a, um, diminut. etwas gezwungen; ut, *Contortula ac minutula conclusiuncula*, Cic. in Tusculanis lib. 2 c. 18.

¶ Contorte, adverb. verdrehet; ut, *Considerare, ne quid perturbate, ne quid*

quid contorte dicatur, id est, perplexe, Auct. ad Herenn. 1 c. 9. Compar. Cic. 3 Tusc. c. 10 *Hæc dicuntur a Stoicis, concluduntúrque contortius: sed latius aliquanto dicenda sunt & diffusius.*

¶ Contortio, ōnis, die verdrehung, zusammendrehung. Cic. de Fato c. 8 extr. *Contortiones orationis.* Et Auctor ad Herenn. 4 c. 19 *Contortione dexteræ gladius ad corpus afferri videtur.*

¶ Contorsio, ōnis, idem. Augustinus lib. 1 Retract. c. 5 *Liber ratiocinationum contorsione atque brevitate obscurus.*

¶ Contortor, ōris, ein verkehrer; ut, *Legum contortor*, Terent. Phorm. 2, 3 v. 27, scilicet iniqua interpretatione.

¶ Contortĭplĭcātus, a, um, verwirrt, ex *contortus* & *plicare* fecit Plautus in Persa 4, 6 v. 26 *Ita sunt Persarum mores, longa nomina contortiplicata habemus.*

¶ Detorqueo, si, tum, ēre, deflectere, herab beugen; ut, *Arboris ramulos manu detorquere*, Columella 5 c. 6. *Detorquere a latere in dextram partem*, Cicero de Vnivers. c. 7. *Voluptates animum detorquent a virtute*, id est, vocant, depellunt, sie halten ab, Idem in Offic. 2 c. 10. Et Horat. 2 sat. 2 v. 55

Frustra vitium vitaveris illud,
Si te aliò pravum detorseris.

Et, *Detorquere recte facta*, Plin. 1 epist. 8, anders wohin deuten.

¶ Detortus, a, um, verdreht, verrenckt. Cic. de Finib. 3 c. 5 *Partes corporis imminutas aut detortas habere.* Apulej. Met. lib. 5 *Detorti digiti.* Colum. 3 c. 10 *prave detorta opinio.*

¶ Detorsus, a, um, idem. Sueton. Galbâ c. 10 *Alexandrina navis detorsa appulit sine gubernatore*, i. e. depulsa.

¶ Distorqueo, si, tum, ēre, zerren; ut, *Distorquere os*, das maul krümmen, Terent. Eunuch. 4, 4 v. 3. *Distorquere oculos*, die augen verkehren, verwenden, Horat. 3 sat. 9 v. 65.

¶ Distortus, a, um, monstrosus, gezerrt, ungestalt, greulich; ut, *Solos sapientes, si distortissimi sint, formosos*, Cic. pro Muræn. c. 29 dixit. Et, *Distortissimus vultus*, Apulejus Apolog. p. 284. *Varus distortis cruribus*, Horatius 1 satyr. 3 v. 47. *Manibus pedibusque articulari morbo distortissimis*, gantz contract, Sueton. in Galba c. 21. Et Cic. de Fato c. 8 *Nullum est genus enunciandi distortius, quam hoc.*

¶ Distortio, ōnis, die verrenckung, verstellung; ut, *Si peccetur distortione & depravatione*, Cic. 5 de Finib. c. 11. Et proprie, *Morbi & distortiones membrorum*, Augustinus de Vera religione c. 40.

¶ Extorqueo, si, tum, ēre, abdringen, auspressen; ut, *Extorquere de*, vel, *e manibus Herculi clavam*, proverbialis locutio. *Extorquere ab aliquo argentum*, Cic. ad Attic. 6 epist. 1. *Ferrum alicui de manibus extorquere*, Idem 2 Catil. c. 1. *Extorquere veritatem alicui*, Idem in Orat. c. 48. *Extorquere per vim suffragium populi*, Livius 25 c. 4, abzwingen.

¶ Extortus, a, um, abgedrungen, ausgepreßt; ut, *Vi & metu extortum frumentum*, Cic. in Pison. c. 35. ¶ 2. *Extortus*, aliquando pro *luxato* ponitur, verrenckt. vide locum Senecæ supra in *Luxo*.

¶ Extortor, ōris, ein ausmergler, exsequirer. Terent. Phorm. 2, 3 v. 27 *Bonorum extortor, legum contortor.*

¶ Intorqueo, si, tum, ēre, einbeugen, oder krümmen; ut, *Intorquēre mentum*, Cic. de Orat. 2 c. 66. Et, *Telum in aliquem intorquere*, de Arusp. resp. c. 4, hinein stossen. *Tergo sceleratam intorsit hastam*, Virgil. 2 Æn. v. 231. *Dum a templo Dianæ desilit, talum intorsit*, Aurel. Victor Vir. Illustr. c. 69, er hat den knöchel vertreten, den fuß verstaucht.

¶ Intortus, a, um, krumm, krauß; ut, *Intorti capilli*, Martial. 8 epigr. 33, id est, crispi, flexi. *Intorta oratio*, id est, obscura, contorta, Plaut. Cistell. 4, 2 v. 64.

¶ Intorte, adverbium, idem. Plin. 16 c. 16 *Intortius crispus.*

¶ Intortio, ōnis, die kräuselung. Arnobius lib. 3 p. 108 *Hos capillorum intortione crispulos.*

¶ Obtorqueo, si, tum, ēre, mit gewalt beugen, umdrehen. Victor de Viris illustribus in Livio Druso: *Consuli resistenti ita collum in comitio obtorsit, ut multus sanguis efflueret e naribus.* Sic, *Obtorquere gulam*, Cic. in Verr. 4 c. 10.

¶ Obtortus, a, um, eingebogen, umgedreht; ut, *Obtorti circulus auri*, eine güldene spange, Virg. Æn. 5 v. 559. *Obtorto collo ad prætorem trahi*, Plaut. Pœnulo 3, 5 v. 45.

¶ Pertorqueo, ēre, martern, quälen. Lucret. 2 v. 401

Centauri fœdo pertorquent ora sapore,

id est, torquent & distorquent.

¶ Prætorqueo, ēre, einbeugen, krümmen; ut, *Prætorquere collum*, Plaut. Rudent. 3, 2 v. 12.

¶ Prætortus, a, um, valde tortus, eingebogen. Colum. 3 c. 18 pr. de vite plantanda: *Julius Atticus prætorto capite & recurvato semen demersit.*

¶ Retorqueo, si, tum, ēre, zurück lencken, beugen. Ovid. 3 Metam. v. 68

Ille dolore ferox caput in sua terga retorsit.

Sic, *Retorquere colla ferocis equi*, Idem Heroid. epist. 4 Phædræ v. 79, sed Heinsius *recurvas* ex MSS. præfert. Et, *Retorquere oculos ad urbem*, Cic. in Catil. 2 c. 1. *Animum retorquere ad præterita*, Seneca 3 Benefic. c. 3. Et, *Retorquere in aliquem crimen*, auf einen die schuld weltzen: Vlpianus Lege 14 § 6 Dig. de bon. libert. *Si ab eo petitus, retorsit in eum crimina.*

¶ Retortus, a, um, zurück gebogen. Horat. 3 od. 5 v. 22 *Brachia tergo retorta.* Idem 2 epist. 1 v. 191 *Manibus retortis trahitur.* Idem 1 od. 2 v. 13 *Retortæ violenter undæ*, i. e. repulsæ, zurück geschlagen.

¶ Retorsio, ōnis, vulgare verbum JCtorum.

¶ Irrĕtortus, a, um, unverwandt. Horat. 2 od. 2 v. 23

Quisquis ingentes oculo irretorto
spectat acervos.

Torques vel Torquis, &c. vide præcedens *Torqueo*.

Torrefacio, torrens, vide sequens *Torreo*.

TORREO, torrui, tostum, torrēre, est arefacere, vel siccare, urere etiam & assare, trocknen, dörren, rösten, brennen, braten; ut, *Torreri ardore solis*, Cic. in Somn. Scip. cap. 6. *Torreri in tauro Phalaridis ignibus succensis*, Cic. in Pison. c. 18. Et, *Sole torrere*, Plin. 11 c. 20, an der sonnen trocknen.

¶ Torrens, tis, idem quod ardens, exurens, brennend, hitzend; ut, *Sidera torrentia agros*, Horat. 3 od. 1 v. 31. Et, *Torrentior Sirius*, Claudian. in Fescennin. v. 20. Et Statius 3 Silv. 1 v. 52

Tempus erat, cæli cum torrentissimus axis
Incumbit terris, ictusque Hyperione multo
Acer anhelantes incendit Sirius agros.

¶ 2. *Torrens*, idem est ac defluens cum impetu, æstuans, fließend mit ungestüm, prausend, rauschend; ut, *Torrens fretum*, Justin. 4, 1, 9. *Torrens & rapidus cursus amnium*, Idem 44, 1, 7. *Torrentia flumina*, Virg. eclog. 7 v. 52. *Torrentes sanguine campi*, Stat. 1 Silv. 2 v. 97. Sic, *Oratio torrens*, Quintil. 3 c. 8. Compar. Plin. 3 c. 16 de Pado: *Augetur ad Canis ortus liquatis nivibus: agris quamvis torrentior, nil tamen ex rapto sibi vindicans, atque ubi liquit agros, ubertate largior.* Et lib. 5 c. 9 de Nilo: *Inclusus montibus, nec aliunde torrentior.* Et Juvenalis sat. 3 v. 74 de verbosiore impetu:

Ingenium velox, audacia perdita, sermo
Promtus & Isæo torrentior, &c.

Sic enim suspectas ingeniorum notas poëta conjunxit. Fuit autem Isæus orator, cujus meminit Plinius junior 2 epist. 3.

¶ Torrens, tis, absolute & subst. masculinum, fluvius est collectus ex pluviis & nivibus montanis, qui æstate siccatur, ein feld-wasser, wild-wasser, jäher strohm; ut, *Rapidus montano flumine torrens*, Virg. 2 Æneid. v. 305. Vbi Servius: *TORRENS fluvius, qui æstate siccatur, unde & nomen accepit: cui Græci per contrarium dedere vocabulum. Nam* χείμαῤῥον *dixerunt a tempore, quo crescit.* Cotys Thracum rex, Thebanis gloriantibus, quod Lacedæmoniis imperarent, *Vidi*, inquit, *torrentes pereuntibus fluviis majores factos, sed ad breve tempus.* Ἑώρακα χειμάῤῥους ποταμοὺς μείζους τῶν ἀεννάων γενομένους, ἀλλ᾽ ὀλίγον χρόνον: Stob. Serm. 1 lib. 2. ¶ 2. Nec tantum extraordinaria illa pluviarum aut nivium aqua *torrens* dicitur, verum etiam ordinaria & perpetua flumina, sed rapida & crebro auctu turgentia. Festus, ubi docet, quod *torrens* significet *fluvium subitis imbribus concitatum, qui alioqui siccitatibus exarescit*, addit denique: *vulgi consuetudine utrumque jam dici flumen, & perennem fluvium, & torrentem.* Plinius 3 c. 4 de Rhodano: *Segnemque deferens Ararim, nec minus se ipso torrentes Isaram & Druentiam.* ¶ 3. Metaphorice, *Inanis torrens verborum*, Quintil. 10 c. 7, ein hauffen vergeblicher worte. *Fertur quasi torrens oratio*, Cic. 2 de Finib. cap. 1.

¶ Torrenter, adverb. hitzig, strohm-weise; unde comparativus apud Claudianum de Raptu Proserp. 2 v. 198

Torrentius amne
Hiberno, tortaque ruunt pernicius hasta.

¶ Tostus, a, um, versengt, geröstet. Cicer. 3 Tuscul. c. 19 ex poëta, quo jam *Flamma deflorata tosti stant parietes*, id est, adusti. Sic, *Tosti crines*, Ovid. Met. 2 v. 283. *Corpora tosta carne replere*, gebratens essen, Idem Met. 12 v. 155. *Hordeum tostum*, maltz, Colum. 12 c. 5.

¶ Torris, is, masc. titio, ein brand, brennend scheltholtz; ut, *Torris ambustus*, Virg. Æn. 12 v. 289. *Funereus torris*, Ovid. 8 Met. v. 512

¶ Torrĭdus, a, um, aridus, trocken, ausgedorrt; ut, *Æstas torrida*, Virg. eclog. 7 v. 48. *Torridus macie*, dürr, als wäre einer gebacken, Cic. pro Leg. Agrar. 2 c. 34. *Pecora frigore torrida*, Livius 21 c. 32. *Fontes torridi*, Idem lib. 4 c. 30.

¶ Torrĭdo, āre, comburere, verbrennen, ausdorren, Nonius c. 1 n. 51.

¶ Torrĭdātus, a, um, ausgedorrt, vertrocknet. Martian. Capella lib. 6 *Anhelis ardoribus torridatus.*

¶ Torror, ōris, die dörrung, trocknung. Cœl. Aurel. Tard. 3 c. 6 ἡλίωσις, *corporis torror.*

¶ Torresco, ĕre, verdorren. Lucret. lib. 3 v. 903 *Calidis torrescere flammis.*

¶ Torrĕfăcio, ĕre, dörren, austrocknen. Columella 12 c. 15 *Oblita vasa clibano vel fumo torrefaciunt.*

¶ Torrefactus, a, um, gedörrt, geröstet. Columell. 2 c. 21 *Seges opportunis solibus torrefacta.* Idem lib. 10 c. 10 & 24 *torrefactum hordeum.* Et Arnobius lib. 7 p. 230 *torrefacta carbonibus.*

Composita.

¶ Contorreo, ui, ĕre, verbrennen. Ammianus 18 c. 7 *Ignis pubentes herbas contorruit.*

¶ Extorreo, ĕre, ausbrennen, ausdörren. Celsus 3 c. 8 pr. *Si febris extorret, nulla medicamenti danda potio*, &c.

¶ Prætorrĭdus, a, um, sehr heiß, dürr. Calpurnius Siculus eclogâ 2 v. 80

Quos etiam prætorrida munerat æstas.

¶ Retorresco, ĕre, wieder verdorren. Columella 3 c. 3 *Sata retorrescunt:* & cap. 5 *stirpes retorrescunt.*

¶ Retorrĭdus, a, um, verbrannt, versengt, verdorret; ut, *Myrtus retorrida*, Plin. 15 c. 29. *Rami retorridi*, apud Senecam epist. 12. Et, *Manus retorrida*, apud eundem epist. 66 de Mucio Scævola.

¶ Retorrĭde, adverb. dürr. Plin. 17 c. 5 pr. *Herba retorride nata*, h. e. sine succo naturali.

¶ Retostus, a, um, idem quod *retorridus*. Plinius 3 c. 4 sub finem: *Marcescit non retostus furnis.*

Torridus, torris, torror, vide præcedens *Torreo*.

Torsio, torta, tortare, tortiloquium, tortor, tortuosus, tortūra, &c. vide paullo ante in *Torqueo*.

Torve, torvitas, torviter, vide paullo post in *Torvus*.

TŎRVS, i, stratum, in quo vel cubatur, vel sedetur, eine ruhestatt, ein lager, bette. Virg. 5 Æn. v. 388

Proximus ut viridante toro consederat herbæ:

Torus ergo *herbaceus*, vel *gramineus*, eine rasenbanck. Sic, *Torus conjugalis*, *Genialis torus*, das ehebette, Virg. 6 Æneid. v. 603. *Consors tori*, Ovid. 1 Metam. v. 319, id est, conjux, ein ehegatte. Dicitur a *tortus*. Est enim proprie funis quinis ex loris retortus. Et quia loris lecti tenderentur, ab eo *tori* dicti sunt. vide Scalig. Conjectan.

jectan. in Varron. & Taubman. ad Plaut. p. 17. ¶ 2. Sed *Tori*, plural. partes in animalibus dicuntur carnoſæ ſeu pulpoſæ, ut in cervicibus, aut ſupra clunes animalium, das fleiſchichte an thieren, das ſie wohl gebrüſtet und unterſetzet machet. Virg. 3 Georg. v. 81 de equis:

Luxuriatque toris animoſum pectus:

ſie ſind wohl gebrüſtet, ꝛc. Locum Columellæ de bobus, vide infra in *Toroſus*. De homine, Hercule ſene, Lactantius 1 c. 18 pr. *Cum deformari ulceribus toros ſuos cerneret.*

¶ Tŏral, & Torāle, ālis, ein bett-tuch. Horat. 1 epiſt. 5 v. 22

Ne turpe toral, ne ſordida mappa Corruget nareis.

Lampridius Elagabalo c. 19 *Primus omnium privatorum toros aureis toralibus texit.* Vbi Caſaubonus: *In apparatu*, inquit, *lectorum* *ὑποβλήματα ſunt & ἐπιβλήματα, & περιβλήματα, de quibus omnibus exquiſita diligentia alibi. TORALE eſt τῶν περιβλημάτων, recteque in Gloſſario vertitur, περίκλινον. Nam male accipiunt etiam doctiſſimi viri* (Turnebus & Lambinus, qui ſtramentum lecto injectum interpretantur,) *Horatii verſum*, [lib. 2 ſatyr. 4 v. 84]

Ten' Tyrias dare circum illota toralia veſtes.

Et Stragulæ autem, quibus tori ſternebantur, & toralia, quæ circumjiciebantur, pretioſiſſima fuerunt, &c. Ergo ex mente Caſauboni *Toralia* ſunt, quæ nos vorhänge appellamus. Pro quo Varronis illud 3 de L. L. c. 35 eſt: *Torale*, inquit, *quod ante torum eſt.* Sed videntur *Toralia* etiam dicta, pretioſiores veſtes, quibus torus ſtratus integebatur ornatus cauſſa: köſtliche bettdecken. Nam & Lampridius dixit: *texit toros toralibus.* Facit huc & Varronis illud apud Nonium c. 1 n. 35 *Quod fronde lecticas ſtruebant, ex ea herba torta TORVS appellatus eſt: hoc quod injicitur, etiamnum TORAL dicitur. Lecticam qui involvebant, SEGESTRIA appellabant.*

¶ Tŏrŭlus, i, diminut. parvus lectus, ein bett-tüchlein. Plaut. Amph. prolog. v. 144 *Meo patri torulus inerit aureus.* ¶ 2. Ornatus muliebris. Ammian. Marcellinus lib. 29 c. 7 *Toruloque capite circumflexo* &c. Adde Lindenbrog. ad Ammiani 16 c. 27 p. 60, ubi itidem ejus mentio fit. Pro *Torulus* legitur *Torvinus* apud Varr. L. L. 5 c. 35. vid. Not. Gothofr. ¶ 3. Itemque conus e capillis congeſtus, cui Athenienſes cicadas aureas innectebant, ut ſe *αὐτόχθονας* eſſe declararent. Cicadas enim e terra procreari volunt. v. Taubm. ad Plaut. p. 17. Alias *Tortulus* vel *Tutulus*. ¶ 4. In ligno mollis ac peſſima pars eſt, etiam in robore facile putreſcens, was ſpinticht iſt. Vitruv. 2 c. 9 *Inutilis liquor effluit per torulum.* vid. Bald. Lex. Vitruv. p. 133. ¶ 5. *Toruli*, plural. parvi tori in animalibus, die mäußlein, wammen. Apulej. Met. lib. 7 p. 195 *Terga pulpoſis torulis obeſa*, dickfleiſchichter rücken.

¶ Torōſus, a, um, quod toros habet, vel quod *toris luxuriat*, ut Virgilius loquitur paullo ante prolato verſu, deque animalibus dicitur, fleiſchicht, wammicht. Columella 6 c. 13 de bobus: *Parandi ſunt boves cervice longa & toroſa.* Et eodem lib. 6 c. 20 *toroſior cervix*, itidem de tauris. Plin. 19 c. 5 *Inula toroſior amariorque.* Et Perſ. ſat. 3 v. 86 *Multumque toroſa juventus.*

TORVVS, a, um, adſpectu formidabilis, a *Terreo*, vel a *Tero*, quod torvus alium proterat, greßlich, greulich, ſtarr. Cujusmodi taurorum ſunt frons & oculi. Virgil. 3 Georg. v. 51

Optima torvæ Forma bovis.

Sic, *Facies torva*, Columella 6 c. 20. *Vultus torvus*, Quint. l. 6 c. 1. *Ferox & torva confidentia*, Pacuvius apud Feſtum. *Oculis torvis tueri*, Ovid. 5 Metam. v. 92. Compar. *Tuba rudore torvior*, Apulejus Apolog. p. 357. Superlat. *Leonis torviſſima facies*, Arnobius lib. 6 p. 196.

¶ Torvum, & Torva, neutro genere, adverbialiter quoque ponuntur pro *torve*. Virgilius 7 Æneid v. 399

torvumque repente Clamat.

Et Æneidos 6 v. 467 *ardentem, & torva tuentem Lenibat dictis*, da er ſauer, unfreundlich ausſahe.

¶ Torvĭter, adverb. idem. Ex Ennio & Pomponio Nonius Marcellus laudat c. 11 n. 57.

¶ Torve, aliud adverbium, Plauto tribuunt in Amphitr. 4, 2 v. 8, ſed in libris melioribus eſt: *Quid me adſpectas, ſtolide?* Vbi quidam *torve*, pro *ſtolide*, vocativo.

¶ Torvĭtas, ātis, ut Feſtus teſtatur, a ferocia taurorum dicta eſt, die greßlichkeit, unfreundlichkeit, ſcheelſucht. Tacitus Hiſt. 2, 9, 4 *Corpus inſigne oculis comaque & torvitate vultus.* Plinius 8 c. 17 *Capitis torvitate terreri.* Et lib. 7 c. 19 Idem: *Torvitas naturæ dura & inflexibilis.* Ammianus quoque lib. 31 c. 7 *Alani ſunt oculorum temperata torvitate terribiles.*

¶ Prŏtervus, a, um, aſper, immoderatus, ferox, frech, trotzig, muthwillig; ut, *Juvenes protervi*, Horat. 1 od. 25 v. 2. *Frons proterva*, id eſt, impudens, ein ungebärdig, unverſchämt geſicht, Idem 2 oda 5 v. 15. Et, *Lingua proterva*, eine läſterhaffte zunge, Ovid. in Ibin v. 522.

¶ Proterve, adverb. petulanter, ſuperbe, idem. Terent. Hecyr. 3, 5 v. 53 *Ecce autem tu quoque proterve iracundus es*, verdrießlich. Ovid. 1 de Arte am. v. 599 *Et quidquid facies dicesque protervius æquo*. Auguſtinus 5 de Civ. Dei c. 22 *In noſtram religionem proterviſſime inſiliunt.*

¶ Protervĭter, idem. Ennius apud Nonium c. 11 n. 28 *Quis eſt, qui noſtris foribus tam proterviter?*

¶ Protervĭtas, ātis, der muthwille, die vermeſſenheit. Terent. Heaut. 4, 6 v. 10 *Quam pene tua me perdidit protervitas.* Cicer. pro Cœlio c. 12 *De protervitate, de ſumtibus immenſa oratio eſt.* Horat. 1 od. 19 v. 7 *Vrit grata protervitas*

¶ Prŏtervia, æ, idem. Auſonius Edyll. 3 v. 172

Capripedes agitat cum læta protervia Panas.

Sic, *Proterviam facere*, de aſoto legitur in Macrob. Saturn. 2 c. 2; & inde in Eraſmi Chil. ſed perperam, cum legendum ſit potius *propter viam facere*, quod quid ſignificet, vide ſupra in *Propter* n. 3.

¶ Protervio, īre, muthwillig ſeyn, kälbern. Tertull. de Patient. c. 12 *Dilectio non inflatur, non protervit.* Verbum hoc uſurpatum & Guil. Briton. lib. 6 v. 328

TŎRȲNĒTVM, i, τορυνητόν, ferculum rudicula ſubactum ad ignem, donec pultis ſimilitudinem faciat, eine latwerge, Cœl. Aurel. 1 c. 1. conf. Reineſ. Var. Lect. 3 c. 18.

Toſtus, vide paullo ſuperius in *Torreo*.

TOT, nomen adjectivum, plurale indecl. omnium generum, numerum ſignificat vel certum vel incertum, & redditivum eſt vocis *Quot*, ſo viel. Cic. 2 de Orat. c. 31 *Quot homines, tot cauſſæ.* Et in Verr. 4 c. 5 *Tot & tantæ, & tam graves civitates*, ſo viel, ſo groſſe und anſehnliche ſtädte. *Tot omnes*, Minuc. Felix c. 5 n. 4.

¶ Tŏtĭdem, indecl. eben ſo viel, gleich ſo viel. Cic. ad Attic. 6 epiſt. 2 *Iſtum ego locum totidem verbis transtuli.* Virg. 3 Æn. v. 203

Tres adeo incertos cæca caligine ſoles
Errantes pelago, totidem ſine ſidere noctes.

¶ Tŏties, adverb. ſo offt, ſo vielmahl. Cic. ad Attic. 7 epiſt. 12 *Velim mihi ignoſcas, quod ad te ſcribo tam multa toties.* Idem pro Cluent. c. 18 *Quotiescunque dico, toties mihi videor in judicium venire.* Scribunt quidam *totiens*; quaſi ſit a *tot* & *ens*: quod ineptum. Solebant veteres longis ſyllabis notam productionis apponere. Quum igitur librarii ſcriptum invenirent *toties*, rati abbreviaturam eſſe, *totiens* fecere. Inde manaſſe hunc ſcribendi modum puto.

¶ Totjŭgus, vide ſupra *Jugum*.

TŌTVS, a, um, ὅλος, genit. *Totius*, dativ. *Toti*, refertur ad quantitatem continuam, *Omne* ad diſcretam, gantz und gar, völlig. *Totum*, das gantze, *partes*, die ſtücke oder theile. Terent. Heaut. 5, 4 v. 20 *Totus diſpliceo mihi.* Et in Adelph. 4, 2 v. 51 *In amore totus eſt*, er ſteckt in der liebe biß an die ohren. Cic. ad Attic. 15 epiſt. 1 *Antonius perſpiciet totum me futurum ſuum.* Idem Cic. de Clar. Orat. c. 89 *Totum me ei tradidi*, ich habe mich ihm gäntzlich ergeben. *Totus eſt noſter Plancius*, Idem ad Quint. fratr. 2 epiſt. 1. *Clamor fit tota domo inter ſervos*, Idem in Verr. 3 c. 26. Sic, *Totus annus*, Plaut. Aſin. 4, 1 v. 9. Et,

Sæpe dat una dies, quod totus non dedit annus:

Sententia eſt de occaſione, quam in ore frequenter habuit Ferdinandus imperator. Terent. Eunuch. 2, 2 v. 46 *Sex ego te totos menſes quietum reddam.* Cic. 2 Verr. c. 75 *Facite, ut vobis triennii totius veniat in mentem.* Sic, *Cogitare totos dies & noctes de aliquo*, Cic. pro Muræn. c. 37. *Tota mente incumbere in rem aliquam*, Idem ad Attic. 16 epiſt. 10. Et, *Amare toto pectore*, Idem de Legib. 1 c. 18. *Totis viribus*, Livius 26 c. 43, mit gantzer ſtärck und krafft. *Toto corpore atque omnibus ungulis*, proverbiale eſt, apud Cic. Tuſcul. 2 c. 24. ¶ 2. Aliquando & pro *omni* ponitur, & ad diſcretam quantitatem refertur, ſämmtlich, alleſammt. Vide Nonium c. 5 n. 99; & Voſſ. 4 Inſtit. Orat. c. 12 p. 227. Virg. 1 Æneid. v. 185 *hos tota armenta ſequuntur.*

Ad quem locum Servius: *Inter* TOTVM *&* OMNE *hoc intereſt, quod* TOTVM *dicimus unius corporis plenitudinem:* OMNE *de diverſis dicimus, ut puta:* TOTVM AVDITORIVM HABET SCHOLASTICOS, *hoc eſt, plenum eſt auditorium Scholaſticis.* OMNE AVDITORIVM HABET SCHOLASTICOS, *id eſt, omnia auditoria. Vſurpant tamen poëtæ, & iſta confundunt, ut hoc loco* TOTA *pro omnibus poſuit: & contra pro toto* OMNEM *poſuit, ut eſt, Omnemque reverti Per Trojam.*

Statius 1 Theb. v. 81 *& totos in pœnam ordire nepotes*,

i. e. omnes. Virgil. eclog. 1 v. 11 *undique totis*

Vsque adeo turbatur agris.

Cæſar 1 de Bell. Civ. c. 1 *Tum quod ex totis ripis tela jaciebantur.* Manilius lib. 5 in fine:

Tunc conferta licet cæli fulgentia templa
Cernere ſeminibus denſis, totisque micare Floribus.

Juvenalis ſat. 10 v. 237 *bona tota feruntur*

Ad Phialen, i. e. cuncta.

Seneca Hercule Oet. v. 106 *Totæ pariter plangite ripæ.*

Præcipue vero poſterior ætas amavit *totum* dicere potius, quam *omnia*. Vide Caſaubon. ad Spartiani Severum p. 270. Sidonius præfat. Epithalam. Ruricii:

Ambitioſus Hymen totas tibi contulit artes.

Et Apulej. Met. lib. 6 p. 183 *Accumbebat cum ſua Junone Jupiter, ac deinde per ordinem toti Dei.* Idem lib. 7 p. 193 *Totos iſtos tuos hoſtes ſtatim captivos habebis.* ¶ 3. *In totum, Ex toto*, vide ſupra IN & EX. ¶ 4. Servius paullo ante laudato loco: *Sed aliud*, inquit, *notandum, quod in derivatione mutat plerumque naturam, nam cum* TOT *naturaliter brevis ſit;* TOTVS *producitur:* QVOTVS *vero ſecundum originem ſuam brevis manet.* Atqui & TŎTVS primam corripit: ſed cum τῷ *Quŏtus* reſpondet, & idem eſt ac τοσοῦτος, *tantus*; non quando *integrum* ſignificat. Manilius lib. 3 v. 447

Detrahitur ſummæ tota pars, quota demit utrinque
Omnibus ex horis. conf. Tertull. de Anima c. 37.

¶ Totālis, e, quod vulgo pro *totus, univerſus* uſurpatur, veteribus inauditum eſt. Sic &

¶ Totālĭter, adverb. pro *omnino, penitus*. Lactantius tamen Inſtit. Div. lib. 6 *Totaliter cavere.*

TOXĬCVM, i, τοξικὸν venenum proprie ex taxo, quemadmodum Plin. probat lib. 16 c. 10, (vide *Taxus*,) gifft. Plaut. Mercat. 2, 4 v. 4 *Ibo ad medicum, atque ibi me toxico morti dabo.* Martialis 5 epigr. 77

Profecit poto Mithridates ſæpe veneno,
Toxica ne poſſent ſæva nocere ſibi.

Barbarorum videtur fuiſſe id venenum in Troglodytica Æthiopiæ regione, qui eo ſagittas inficere conſueverunt: ignotum igitur in Europa. Matthiolus.

¶ Toxĭco, āre, pro, veneno inficere, vergifften, exiguæ auctoritatis eſt. Sariſb. 1 c. 6 *Toxicare ſerpentem, igni ſtipulam addere*, &c. Idem 3 c. 9 *Vrbs toxicata veneficio adulatorum.*

¶ Intoxĭco, are, pro, venenum exhibere, verbum eſt nec latinum, nec uſurpandum. vid. Voſſ. de Vit. L. L. 4 c. 11.

Trabalis, vide paullo poſt in *Trabs*.

TRĂBĒA, æ, togæ genus, quæ diis ſacrabatur, & qua reges & augures, itemque equites utebantur; nomen a purpureis clavis, plagis, ſeu tra-

trabibus intextis est, ein ehren-rock, königs-kleid. vid. Ruben. de Re Vest. 1 c. 5. Justus Lipsius in lib. 3 Ann. Taciti, equitum tantum fuisse pronunciat, & carpit Grammaticos, qui regum & augurum etiam fecerint. Et tamen paullo post Equites *exemplo regum trabeatos* fuisse, diserte scribit. Quod si est, utique & regum trabea fuit. Atque fuisse, Suetonius apud Servium idoneus auctor est; addicitque Plinius 8 c. 48 *Trabeis usos accipio reges*. conf. lib. 9 c. 39. Et Ovid. Fast. 2 v. 503 *Trabea decorus Romulus*. Fuit & civilis habitus, non militaris: & male nonnulli eumdem cum paludamento faciunt, quos Ferrarius confutat. Virg. 7 Æn. v. 187

Ipse Quirinali lituo parvaque sedebat
Succinctus trabea.

Vide Marcell. Donat. ad 3 Annal. Taciti c. 2; Manutium Quæsitis per Epistolas p. 297; Voss. Instit. Poët. lib. 2 p. 31.

¶ Trăbeātus, a, um, prächtig gekleidet. Ovid. 1 Fast. v. 37
Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini.
Et, *Trabeati equites*, Tacit. Annal. 3, 2, 2. conf. Coripp. 4 v. 312.

¶ Trabeālis, e, ad trabeam pertinens, schmückend, königlich zierend. Sidon. carm. 2 v. 2 *Effulgens trabealis mole metalli.*
Et Ennod. 1 c. 5 *Trabealis cothurni pompa.*

TRABS, & Trăbes, is, ein balcke, ein sparrbalcken, duo tigna conjuncta, δοκός. Sic, *Abiegna trabes*, Ennius apud Ciceronem 3 Nat. Deor. c. 30; vide supra in *Abies*. ¶ 2. Pro *nave* poëtis. Virg. 4 Æn. v. 566 *Jam mare turbari trabibus, sævasque videbis*
Collucere faces.
Et Horatius 1 od. 1 v. 13 *Vt trabe Cypria*
Myrtoum pavidus nauta secet mare.
Juvenal. sat. 14 v. 296 *fractis trabibus*. ¶ 3. Per translationem *Trabs* pro natura virili etiam ponitur, vide Barthium Adverf. 61 c. 12. ¶ 4. *Trabes* etiam in vestibus dicuntur plagæ diversi coloris, (striche,) unde & *Trabea* appellata, de qua supra.

¶ Trăbĕcŭla, æ, diminutivum, ein kleiner balcken. Vitruvius 10 c. 21 *Habuerat mediam contabulationem supra trabeculas*. Dicitur & *Trabicula* in lege ædificantium, quæ marmori inscripta legitur Neapoli.

¶ Trăbālis, e, dem balcken gemäß; ut, *Clavus trabalis*, ein grosser nagel, sparrnagel: significat vinculum arctissimum & indissolubile, nodum Herculeum, Horat. 1 od. 35 v. 18. Cic. 7 Verr. c. 21 *Vt hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clavo figeret*. Et Arnobius lib. 2 p. 52 *Velut trabalibus clavis adfixi hæreatis*. vide Chiliad. Stat. Theb. 4 v. 6 *Trabalem hastam intorsit.*

¶ Trabicus, a, um, aus balcken gemacht; ut, *Trabica navis*, apud Festum, *quod sit trabibus confixa*, ut ipse dicit.

TRĀCHĒA, æ, sive *Trachia*, τραχεῖα, fistula est descendens ad pulmonem, spirationis ac vocis gratia, die lufftröhre oder gurgel. *Aspera* vocatur, quia ex cartilagine constat, & tamquam annulis distincta est. vide Gellium 17 c. 11. ¶ 2. *Trachēa* cognomen partis Ciliciæ montosæ, quæ *Aspera* latine dicitur, Isauriæ & Pamphyliæ contermina. vide Strab. lib. 14 p. 461.

¶ Trachēōtis, ītis, τραχειῶτις, simile cognomen ab asperitate montium sumtum, quod Plinius lib. 5 c. 27 urbi Seleuciæ ad Calycadnum dat, quæ in ipsa Cilicia Tracheā sita est.

¶ Trăchēlus, i, τράχηλος, collum, cervix, der halß. Vitruvius 10 c. 15 partem quamdam catapultæ *Trachelum* vocat. vid. Bald. Lex. Vitruv. p. 134. ¶ 2. Apud Festum *Trachali*, appellantur muricum ac purpuræ superiores partes; unde Ariminenses maritimi homines cognomen traxerunt *Trachali*.

TRĂCHŌMA, ătis, τράχωμα, interior palpebrarum scabrities, das jucken inwendig in den augenliedern. Sicut in eadem parte glabritas, id est, defluvium pilorum, *madarosis* & *milphosis* dicitur.

TRACHŌNĪTIS, idis, τραχωνῖτις, regio Syriæ Palæstinæ inter montem Libanum, & lacum Tiberiadis sita, cujus Tetrarcha fuit Philippus, Lucæ c. 3. Adde Plin. 5 c. 18.

TRĂCHȲNA, æ, civitas Thessaliæ, quæ & *Heraclea* ab Hercule dicta fuit. Vide Thucydid. lib. 2, quæ & *Trachyn* appellata. Seneca Hercule Oet. v. 194 *resonetque malis*
Aspera Trachyn.
Et in Troade v. 818 *Fortis armenti lapidosa Trachyn.*
Hinc nomen Sophocleæ Tragœdiæ est. Cic. 2 Tusc. c. 8 *Quas hic voces apud Sophoclem in Trachyniis edit?*

¶ Trachȳnus, a, um, adject. Seneca Hercule Oetæo v. 135
Ad Trachyna vocor saxa rigentia

¶ Trachȳnius, a, um, idem. Ovid. 11 Met. v. 269 *Trachynia tellus.*

Tracta, tractabilis, tractatio, tractio, tracto, &c. vide paullo post *Traho*.
Traditio, trado, &c. Tradūco, &c. vide supra *Do*, *Duco*.

TRAGĂCANTHA, æ, τραγάκανθα, planta est, & lacryma ex radice ejus vulnerata manans, officinis omnibus nota, dragant, Plin. 13 c. 21; & 26 c. 14.

TRĂGĀNUS, a, um, hircosus, bockentzend; ut, *Porcellus traganus*, Apic. 8 c. 7.

TRĂGĔLĂPHUS, i, τραγέλαφος, i. e. hirco-cervus, animal, quod mento, barba promissa & armis villosis simile hirco, reliqua vero corporis formā cervo, ein brandhirsch, a semiusti ligni colore. Notum est in Germaniæ saltibus Boëmiæ vicinis, tametsi de re, quæ nusquam in rerum natura extet, Græci proverbium finxerint, τραγελάφους πλάττειν, h. e. *Tragelaphos comminisci*, quod apud Aristophanem & Nazianzenum legitur. Animal hoc describit Plinius 8 c. 33; & Solinus c. 19.

TRĂGĒMĂTA, um, plurale, τραγήματα, sunt omne genus secundæ mensæ, Macrob. 2 Saturn. c. 8, die nachgerichte, das confect. conf. Gell. 13 c. 11; & vide supra *Bellaria*.

Tragice, tragicus, &c. vide mox *Tragœdia*.

TRAGIUM, i, τράγιον, planta est Dioscoridi in Creta tantum nascens, lentisco similis, incognita Italiæ & Germaniæ, Matthiolus.

TRĂGOEDIA, æ, τραγῳδία, a τράγος, *hircus*, quo donari solebant tragœdi. Horat. de Arte poëtica v. 220
Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum.

Tragœdia genus est poëmatis grande, in quo introducuntur heroes, duces, reges, tristia item, & atrocia; ut, *cædes*, *luctus*, *querelæ*, &c. Hæc enim omnia tragœdiis propria sunt, propter quod Euripides, petente Archelao rege, ut tragœdiam de se scriberet, abnuit, precatusque est, ne accideret ipsi aliquid tragœdiæ proprium. Sic, *Romana tragœdia*, Ovid. Amor. 3 eleg. 1 v. 29. conf. v. 35. ¶ 2. *In nugis tragœdias agere*, est in re levicula tumultum movere, vid. Chiliad. sicut & Quintilianus 6 c. 1 p. 449 *in parvis litibus tragœdias movere* dixit; & *Tragœdias excitare*, Cic. pro Milone c. 7.

¶ Trăgœdus, i, tragœdiarum actor, ein tragödien-spieler. Horatius 2 epist. 2 v. 129 *miros audire tragœdos.*
conf. Juvenal. sat. 6 v. 74 & 394. ¶ 2. Fuit & vicus Romæ, sic nominatus, quod tragœdi ibi colerent. Hinc qui dedicatus ibi Jupiter fuit, *Tragœdus* appellatus est: Sueton. August. c. 57. vide ibi Torrentium.

¶ Trăgĭcus, a, um, zum trauerspiel gehörig; ut, *Tragicus actor*, Livius 24 c. 24. *Tragici cothurni*, Horat. 1 sat. 5 v. 64. *Grandis & tragicus orator*, Cicer. de Clar. Orat. c. 55. Et, *Scelus tragicum*, Livius 1 c. 46, id est, tragœdiā dignum, eine greuliche und schreckliche that. *Exitus tragicus*, id est, tristis & horrendus, cujusmodi sceleratorum sunt exitus & tyrannorum, traurig, kläglich. ¶ 2. Et *Tragicus*, tragœdiæ auctor, ein tragödien-schreiber: Seneca epist. 49 extr. *Vt ille ait Tragicus*, &c. Scriptores *Tragici* præter ceteros, apud *Græcos* sunt, Sophocles & Euripides, apud Latinos Seneca solus superest.

¶ Trăgĭce, adverb. τραγικῶς, tragödisch; ut, *Tragice loqui*, id est, magnifice, superbe, prächtig reden, vide Chiliad. Cic. de Clar. Orat. c. 11 *Hanc mortem rhetorice & tragice ornare potuerunt*. Et Seneca epist. 100 *Sit aliquid oratorie acre: tragice grande: comice exile.*

¶ Tragicocomœdia, æ, genus dramatis ex tragœdia & comœdia misti, quale est Amphitruo Plauti. vide Scalig. 1 Poët. c. 7. Personæ sunt reges, & Dii.

¶ Paratragœdio, are, i. e. tragice se gerere & grandia verba facere, eine tragödie gleichsam spielen. Plaut. Pseud. 2, 4 v. 17 *Vt tragœdiat carnifex!*

TRĂGŎPAN, ănis, avis cornuta, Plin. 10 c. 49, & Solin. c. 30. vid. Voss. in Melam 3, 9, 17.

TRĂGŎPŌGON, ōnis, τραγοπώγων, herba, *barbula hirci*, bocksbart, gauchbrod, Matthiolus; Plin. 21 c. 15; & lib. 27 c. 13.

TRĂGŎRĪGĂNUM, i, τραγορίγανον, origani species foliis serpilli æmulis, sed gustu pulegii, klein wohlgemuth. Vide *Origanum*, & Plin. 20 c. 17.

TRĂGOS, vel Tragus, i, τράγος, planta est aculeata, quæ & *Scorpios*, σκορπίος, dicitur, Plin. 27 c. 13. ¶ 2. *Tragus* deinde etiam piscis nomen est, qui *hircus* latine dicitur, aut conchæ genus mali saporis, ut & inde nomen habere videantur *tragi* seu *hirci*, auctore Festo. De pisce vide Plin. 9 c. 45; & Ovid. Halieut. v. 112. ¶ 3. Odor hirci, sive fœtor alarum, Martial. 11 epigr. 23. ¶ 4. Postremo & spongiæ duriores *tragi* dicuntur, Plin. 4 c. 45.

TRĂGULA, æ, teli hamati genus, sic dictum, quod scuto infixum trahatur, ut Festus auctor est, ein wurffspieß. vide Turneb. Adverf. 7 c. 12, & Lips. 4 Poliorceticon c. 4. At Varroni de L. L. 4 c. 24 *Tragula a trajiciendo* est. Vet. Gloss. *Tragula*, κεκρὶς, βολίς. Ita, *Ictu tragulæ sauciari*, Sallustius fragm. lib. 1 Hist. Et Livius 24 c. 42 *Scipionis*, inquit, *femur tragulā confixum erat*. Vsus & Cæsar 1 B. Gall. c. 26; & Sil. 3 v. 318. Sed *Tragulam injicere*, proverbialiter apud Plaut. aliquoties dicitur, ut in Epid. 5, 2 v. 24 *Tragulam in te injicere adornat*, hoc est, dolum aliquem in te struit, er will dich über den tölpel werffen. In contrarium *decidere tragulam*, (vel *dejicere* potius, ut in Lipsii libro legitur,) apud Plaut. Casin. 2, 4 v. 18, est, inciso latius vulnere telum evellere. ¶ 2. Est & *Tragula* retis genus, quod subere sustentatum innatat, eine sencke, ein fischernetz, Plin. 16 c. 8. conf. Turneb. Adverf. 21 c. 14.

¶ Trăgŭlārius, i, qui tragulam jacit, ein schütze. Apud Vegetium 2 c. 15 *Tragularii* dicti, qui jacula e tormentis evibrabant.

TRĂGUM, i, tritici genus, meerstachelkraut, Plin. 18 c. 7.

TRĂGŪRIUM, i, Τραγύριον, insula & oppidum Illyrici sive Dalmatiæ, vulgo die Trau, Plin. 3 c. 21 & 22.

Tragus, vide proxime ante *Tragos*.

TRĂHA, æ, vehiculum sine rotis, a *trahendo* dictum, ein schlitten, eine schleiffe. Columella 2 c. 21 de triturantibus jumentis: *Si pauca juga sunt, adjicere tribulam & traham possis.*

¶ Trăhea, æ, per epenthesin, idem. Sic Virg. Georg. 1 v. 164
Tribulaque traheæque, & iniquo pondere rastri.
Sed & ita Vet. Gloss. *Trabea*, τυκάνη τὰς βώλους ἀφανίζουσα.

¶ Trahārius, i, qui trahā vehit, ein schlittenfahrer, kärner. Sidonius Apollinaris 6 epist. 1 cum calonibus & lixis conjungit *extimos trahariorum*. Ergo in impedimentis erant, & exercitum sequebantur.

TRĂHO, traxi, tractum, trahĕre, differt a *ducere*. *Duci* enim volentis est, *Trahi* nolentis & inviti, mit gewalt schleppen, trecken, ziehen; quod eleganter expressum a Seneca illo senario, quem ex græco Cleanthis convertit, epist. 107
Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.
Ita, *Trahere aquam ex puteo*, Cic. 2 de N. D. c. 9. Idem in Offic. 1 c. 6 *Trahimur omnes & ducimur ad cognitionis & scientiæ cupiditatem*. Et, *Trahi studio laudis*, Idem pro Arch. c. 11. *In eamdem calamitatem alterum trahere*, Cic. pro Leg. Manil. c. 7. Sed, *Bellum trahere*, hoc est, protrahere, Idem ad Attic. 10 epist. 8, & Livius 3 c. 61, ac lib. 5 c. 10 & 11, &c. den krieg ins weite feld spielen. Sic, *trahere legatos*, (aufhalten,) Sueton. Tiberio c. 31. *Trahere cognomen ex contumelia*, Cic. in Philipp. 3 c. 6. Et Livius 38 c. 56 *Multa alia in diversum trahunt*, id est, incertum vel dubium me faciunt, sie machen mich ungewiß. Idem lib. 25 c. 11 extr. *Auctores trahunt in diversum*, hoc est, diversa sentiunt, sie stimmen nicht gleich zusammen. *Trahere suspiciones ex aliqua re*, Cic. 2 de Inventione c. 9, muthmassen. Et *Qui res ad Macedones trahebant*, Curt. 4, 5, 15, die auf ihre seite hiengen. *Animos in societatem par voluntas trahit*, Seneca epist. 6, gleicher sinn vereiniget

get die gemüther. ¶2. Est & militare verbum, sicut etiam *ducere*, führen. Tacitus 2 Hist. c. 56 extr. *Vt ad integrum bellum reliquas Germanici exercitus vires trahebat.* Et ibidem c. 61 *Concitis octo millibus hominum proximos Æduorum pagos trahebat.* Virgil. Æn. 12 v. 812 *Trahere inimica in prælia Teucros.* conf. Borrich. Cogit. p. 300. Sic & alias, *Comitem quem trahere*, Vellej. 2, 66, 5. Hinc & *Contrahere copias*, zusammen führen; item, *extrahere*, abführen, de quibus infra. ¶3. Sed & de carnificibus dicitur: Hinc *Trahi ad supplicium*, Declam. Antequam iret &c. c. 7; & Curt. 10, 3, 1 & 15. Sic Sallust. Catil. c. 51 *paullo post ipsi trahebantur.* Et, *Vnco trahere*, apud Sueton. Tiberio c. 61. ¶4. *Trahere* etiam pro bibere (sicut & *ducere*) ponitur. Horat. epod. 14 v. 3

Pocula Lethæos ut si ducentia somnos
Arente fauce traxerim.

Videturque hoc verbum quamdam bibendi aviditatem significare. Similiter de odore usus Phædrus lib. 3 fab. 2 v. 4

Hunc postquam totis avida traxit naribus &c.

¶5. *Trahere* pro decipere Lucanus posuit lib. 4 v. 222

Trahimur sub nomine pacis.

¶ Trăhens, tis, ziehend, schleppend, mit sich führend; ut, *Trahens pallam, verrit humum*, Ovid. Met. lib. 6 v. 705. *Imo trahens a pectore vocem*, der es tieff hohlt, Virg. Æn. 1 v. 375. *Spadonum agmina trahens*, Curt. 5, 1, 6.

¶ Trăhax, ācis, idem. Plautus in Persa 3, 3 v. 6 *Procax, rapax, trahax.* Et Onomast. *Trahax*, ἑλκτικός.

¶ Tractus, a, um, gezogen, geschleppt, geschleifft. Cic. de Nat. D. 2 c. 55 *Venæ & arteriæ a corde tractæ & profectæ* &c. Idem in Orat. c. 20 *Tracta quædam & fluens, non contorta & acris oratio.* Eutropius 7 c. 12 de Vitellio: *Tractus per urbem publice.* *Tracti* etiam agitatores dicuntur, cum equis ferocientibus excussi raptantur. Plinius 28 c. 17 *Sic & quadrigis agendis tractos, rotaque vulneratos, & quoque modo sanguine contuso*, &c. Sueton. Nerone c. 22 *Quondam tractum Prasinum agitatorem inter condiscipulos querens, objurgante magistro de Hectore se loqui ementitus est.*

¶ Tractum, i, sive Tracta, æ, substantive manipulus lanæ carminatæ ac putatæ, sive etiam netæ, ein klump. Lana cum peragitur, & quum netur, *trahi* dicitur auctoribus. Vet. Gloss. *Tracta*, ἑλκύσματα, μηρύματα: Item, ἕλκυσμα, *ductio, tractum*: μήρυμα, *tractum.* Tibull. 1 eleg. 7 v. 86 *Tractaque de niveo vellere ducta putat.* vid. Scaliger. ¶2. In panificio etiam *Tracta, orum*, ein klump mehl oder teig. vide Caton. de Re Rust. c. 76.

¶ Tractim, adverbium, i. e. *jugiter, continuatim*, ἐπισεσυρμένως, ut Vetus Onomasticum; *sine intermissione, jugiter & longo tractatu*, ut Servius exponit ad illud Virg. 4 Georg. v. 260 *tractimque susurrant*, langsam, ruckweise. Apud Plaut. Amphitr. 1, 1 v. 157 *Tractim tangere*, est molli atque suspensâ manu tangere. vide Gebhard. lib. 2 Crepund. Crit. c. 10; & Gronov. Observ. 2 c. 1.

¶ Tractus, ûs, subst. ein zug, strich, schweiff. Cic. de Orat. 2 c. 50 *Quanta hesitatio tractusque verborum?* Virg. 1 Georg. v. 367

Flammarum longos a tergo albescere tractus.

¶2. Vsurpatur hoc nomen & de regionibus, die gegend. Cicero pro Planc. c. 9 *Totus ille tractus celeberrimus, tota illa montosa regio.* Ita Vellejus 2 c. 104 *Tractum omnem Galliæ provinciarum* dixit. ¶3. Item, de tempore, der verlauff. Idem Vellej. eod. lib. c. 78 *Hoc tractu temporum Octaviam sororem Cæsaris M. Antonius duxit uxorem.*

¶ Tractio, ōnis, die ziehung. Gloss. Cyrilli: *Tractio*, ἕλκυσις, σύρσις.

¶ Tractĭlis, e, das man ziehen kan. Gloss. gr. lat. ἑλκυστός, *tractilis.*

¶ Tractītius, a, um, idem. Aurel. Vict. in Epitome c. 23 de Heliogabalo: *Ex rebus quæ acciderant, Tiberinus tractitiusque appellatus est.* Nempe ideo *tractitii* nomen accepit, quoniam per urbis vias ejus corpus a milite tractum est.

¶ Tractōrius, a, um, zum ziehen dienlich; ut, *genus machinarum tractorium*, Vitruvius 10 c. 1 pr. zieh- oder heb-zeug. ¶2. *Tractoriæ litteræ* sive *epistolæ* sunt diplomata publicæ evectionis præbitionisque, ut Brissonius, Cujacius, Godofredus definiunt. Exstat Titulus Codicis *de Tractoriis & stativis.* Ex Augustino de iis constare potest clarius: epistola 217 ad Victorinum, *Tractoria*, inquit, *ad me quinto idus Novembris venit, & me valde indispositum invenit, ut occurrere omnino non possem. - - - Legi in eadem tractoria, etiam ad Mauritanias esse scriptum, quas provincias scimus suos habere primates. Quod si & ex eis ad Numidiam convocandum esset concilium, oportuit utique, ut aliquorum Maurorum episcoporum, qui illic priores sunt, nomina in tractoria ponerentur.*

¶ Tractuōsus, a, um, zach, zerricht. Cœl. Aurel. Acut. 2 c. 32 *Sudor crassus & tractuosus*, i. e. glutinosus.

¶ Tracto, avi, atum, āre, frequentativum, manu trahere, tangere, palpare, handhaben. Vetus Gloss. *Tracto*, ψηλαφῶ, χειρίζω. Item, in re aliqua versari, aliquid agere, expedire, mit einem ding umgehen. Sic, *Artem aliquam tractare*, id est, exercere, Terent. Phorm. prologo v. 17. *Tractare aliquam caussam*, Cic. 3 fam. epist. 12. Et, *Rem suam cogitate tractare*, Plaut. Trinum. 2, 2 v. 46. *Acerbius & durius aliquem tractare*, Plin. 9 epist. 12. Et, *Nimis aspere aliquem tractare*, Cic. ad Quint fratr. 2 epist. 8, mit einem gar scharff verfahren. *Commode aliquem tractare*, Terent. Heaut. 1, 1 v. 101. *Animum alicujus tractare, ut decet*, ibidem v. 49. Et, *Liberaliter, honorificentissime & liberalissime ab aliquo tractari*, Cic. Antonio sub lib. 14 ad Att. epist. 13. *Ita me in republ. tractabo*, Cic. 3 in Catil. c. 12, ich will mich so verhalten. ¶2. *Tractare* etiam est solerti manu, di n eam ducunt trahuntque leniter, membra corpusque pertingere, quod delicati & molles quærebant: berühren, anfühlen; unde qui id faciebant, *Tractatores*, & *Tractatrices* dicebantur; vide infra *Tractator.* Virg. Georg. 3 v. 502 *Tractanti ad tactum resistere.* Et Plaut. Bacch. 2, 2 v. 23 *Vide quæso, ne quis eam tractet indiligens.* conf. Parei Lex. Plaut. p. 1244. ¶3. Dicitur & de consultantibus sive deliberantibus, von etwas handeln. Tacit. 1 Annal. c. 13 *Augustus supremis sermonibus cum tractaret, quinam adipisci principem locum suffecturi.* Sueton. August. c. 35 *Sibique instituit consilia sortiri semestria, cum quibus de negotiis ad frequentem senatum referendis ante tractaret.* Justinus 37 c. 3 *Cum de Asia* (invadenda) *tractaret.* Vet. Scholiastes Juvenal. ad sat. 1 v. 128 de JCtis id verbum usurpavit: *Quia juxta Apollinis templum Jurisperiti sedebant & tractabant.* ¶4. De philosophis Servius in Virg. 7 Æn. *Xenocrates*, inquit, *primum philosophiæ scholam aperuit; cum antea in porticibus philosophi tractarent.* ¶5. Est & episcopale verbum. Nam qui divinas litteras disserendo explicabant, *Tractare* dicebantur: & ipsi sermones *Tractatus*, de quo infra. Prudentius Agone Cypriani v. 101

Disserit, eloquitur, tractat, docet, instruit, prophetat.

¶6. Sed Arithmetici dicebantur *Tractare*, unde *Tractatorem* pro Arithmetico Sidonius dixit lib. 4 epist. 11; ubi vide Savaronium. Ita cum pecunia fœnori datur, *tractari* dicitur. Juvenc. lib. 4 v. 229

Credens servis tractanda talenta, anzulegen.

Et v. 231 *Tertius unius curam tractare talenti Suscepit.*

¶7. Vsus ejus & in ciborum re. Horat. 1 epist. 17 v. 12

Si prodesse tuis paulloque benignius ipsum
Te tractare voles;

id est, si unctius paullo & lautius curare te sive pascere voles. ¶8. Denique, ut *Trahere* pro decipere, fallere, dicebant; ita & *Tractandi* verbo æque utebantur. Terent. Heaut. 3, 2 v. 45

Et nec ego te, si usus veniat, magnifice Chreme,
Tractare possim.

Nempe se jactat servus, affatim sibi adesse ingenii atque astutiæ ad reperiendas fingendasque fallacias, quo herum pecuniâ emungat, & filio amanti ferat opem. Apud Plaut. Milite 2, 6 v. 10 & v. 30 *Tractare* est, ita aliquem ludere & circumvenire, ut & injuriam faciat.

¶ Tractātus, a, um, gehandelt, handthieret, gebraucht; ut, *Caussa tractata*, Cic. de Orat. 2 c. 49. *Vita alicubi honeste tractata*, Autor ad Herenn. 4 c. 24. *Pater parum pie tractatus a filio*, den der sohn übel gehalten, Cic. pro Cœl. c. 2. *Tractata atramenta*, id est, contrectata manibus, Horat. 2 epist. 1 v. 235, angerührt. Et Juvenc. 4 v. 250

Vt fructum nobis tractata pecunia ferret.

¶ Tractatus, ûs, subst. ipsa contrectatio, die anrührung; ut, *Aspera tractatu*, Plin. 17 c. 7. ¶2. Descriptio est, die beschreibung, handlung, handthierung; ut, *Tractatus artium*, Cicero 3 de Orat. c. 23. Et Quintil. procem. lib. 8 *Asperiorum tractatu rerum atteruntur ingenia.* ¶3. Libri pars, apud Plinium 14 c. 4 *Tractatu toto separatim sententia ejus indicanda est.* ¶4. In prisca ecclesia *Tractatus* dicebantur episcoporum sermones seu homiliæ. Victor Vticensis de persecutione Vandalica, de Augustino loquens: CC *jam &* XXX *& duos confecerat libros, exceptis innumerabilibus epistolis, vel expositione totius Psalterii, & Evangeliorum atque tractatibus popularibus, quos Græci Homilias vocant, quorum numerum comprehendere satis impossibile est.* Ita Gaudentius Brixiensis *Homilias suas* TRACTATVS inscripsit.

¶ Tractātio, ōnis, die handlung, handhabung; ut, *Tractatio armorum*, Cic. 3 de Orat. c. 52; & *Philosophiæ*, Idem 4 Acad. c. 2. *Ipsa mihi tractatio litterarum salutaris fuit*, Cicero de Claris Orat. c. 4.

¶ Tractator, ōris, qui tractat: quod tot accipitur modis, ac ipsum verbum, ein berührer, handler, &c. Nam & de illis reperitur, qui delicatorum corpora tractabant: Seneca epist. 66 *An potius optem, ut malacissandos articulos exoletis meis porrigam, ut muliercula: aut aliquis in mulierculam ex viro versus, digitulos meos ducat? Quidni ego feliciorem putem Mucium, qui sic tractavit ignem, quasi illam manum tractatori præstitisset?* Vbi vide Lipsium. Hieronymus 1 adv. Helvid. c. 4 ad studia litterarum accommodat: *Omnes*, inquit, *pæne Græciæ tractatores in suis voluminibus reliquerunt*, id est, Græci interpretes scripturæ sanctæ. Sic & Augustinus 1 Retractat. c. 23 *divinorum tractatores eloquiorum*, id est, qui scripturam interpretantur.

¶ Tractatrix, īcis, die berührerin. Martial. 3 epigr. 82

Percurrit agili corpus arte tractatrix.

¶ Tractatōrium, i, senaculum, die rathsstube. Sidon. 1 epist. 7 *It in tractatorium frequens senatus.*

¶ Tractābĭlis, e, quod tractari potest, erträglich, geschmeidig, mit dem umzugehen ist; ut, *Non tractabile cælum*, id est, asperum, procellosum, Virg. 4 Æn. v. 53. *Tenerum atque tractabile*, Cic. de Amic. c. 13. *Nihil est eo tractabilius*, Idem ad Attic. 10 epist. 11. Et Sueton. August. c. 65 *Agrippam nihilo tractabiliorem, immo in dies amentiorem in insulam transportavit.*

¶ Tractabilĭtas, ātis, die geschmeidigkeit. Vitruv. 2 c. 9 *Populus, salix, tilia in sculpturis commodam præstant tractabilitatem.*

¶ Tractŏgălătus, a, um, ex tracta & lacte confectus, aus milch und mehl; ut, *Pultes tractogalatæ*, Apic. 5 c. 1, milch-müser. Et, *Pullus tractogalatus*, Idem 6 c. 9.

¶ Tractŏmĕlĭtus, a, um, ex tracta & melle confectus, aus honig und mehl; ut, *Porcellus tractomelitus*, Apic. 8 c. 7.

¶ Maletractātio, ōnis, die übelhaltung, conjunctis vocibus, apud Arnobium lib. 4 p. 149 *Non immunes a Deorum maletractatione estis.* Et antea paullo p. 142 *Tolerari forsitan maletractatio hæc posset.* Quasi verbum compositum *maletractare*, usus illorum temporum admiserit.

Composita cum præposit.

¶ Abstrăho, xi, ctum, ĕre, violenter abducere, abziehen, abhalten, quemadmodum Livius 3 c. 44 *Vi abstrahere* dixit, mit gewalt abnehmen. Terent. Andr. 3, 2 v. 39 *Quis igitur eum ab illa abstraxit, nisi ego?* Et Adelph. 5, 3 v. 57 *Psaltriam una mecum hinc abstraham*, ich will sie mit gewalt wegschleppen. Et, *Abstrahere se a solicitudine*, Cic. pro Dejotar. c. 14. *Ab illis nullo me unquam tempore aut commodum abstraxit, aut voluptas avocavit*, Idem pro Arch. c. 6.

¶ Abstractus, a, um, abgezogen, entzogen; ut, *Abstracta armenta*, Stat. Achill. 1 v. 153. *Cum a corpore animus abstractus divino instinctu concitatur*, entzückt, Cic. de Divin. 1 c. 31.

¶ Abstractio, ōnis, die absonderung, varie a philosophis accipitur.

¶ Attrăho, xi, ctum, ĕre, herzu ziehen, zu sich ziehen. Liv. 29 c. 9 *Tribunos attrahi ad se jussit.* Cic. de Amicit. c. 14 *Ad amicitiam nihil*

tam allicit & attrahit, quam similitudo. Sic, *Attrahere & reddere animam*, athemen, Plin. 11 c. 37.

¶ Attractus, a, um, angezogen. Virg. Georg. 3 v. 505 *Attractus ab alto spiritus.* Compar. Seneca 4 Benefic. c. 31 *Quum Pollionis attractiorem vidisset frontem.*

¶ Attractio, ōnis, die zuziehung.

¶ Attractōrius, a, um, anziehend; ut, *Virtus attractoria*, Macer 4 v. 19.

¶ Attrecto, avi, atum, are, frequenter tangere, angreiffen, antasten; ut, *Attrectare manibus contaminatis*, Cic. de Arusp. resp. c. 13. *Attrectare sacra*, Virgil. 2 Æn. v. 719. *Vxorem alicujus attrectare*, apud Suetonium Nerone c. 26.

¶ Attrectātio, ōnis, die anrührung, betastung. Apulejus Trismegisto p. 97 *Tenuiora attrectatione res esse cognoscimus.*

¶ Attrectatus, ûs, subst. idem. Cic. Tusc. 2 c. 21 ex poëta: *Nam attrectatu & quassu sævum amplificatis dolorem.*

¶ Superattrăho, ĕre, drüber her ziehen. Avienus in Arat. v. 1251

Argo quod curvis puppim superattrahit oris, Tingitur.

¶ Contrăho, xi, ctum, ĕre, zusammen bringen, zusammen ziehen. Pompejus ad Coss. sub Cic. lib. 8 ad Att. ep. 12 *Vos hortor, ut, quodcumque militum contrahere potestis, contrahatis.* Sic, *Contrahere amicitiam*, Cic. de Amic. c. 14, freundschafft machen. *Hoc malum mea culpâ contractum est*, Idem ad Qu. fratr. 1 epist. 1 c. 1. *Æs alienum contrahere*, Idem ad eumdem 1 epist. 1 c. 8, schuld machen. *Bellum temeritate contrahere*, Livius 5 c. 37, ihm krieg zuziehen. *Orationem contrahere*, Cic. in Partit. c. 7, die rede einziehen oder kurtz machen, cui *dilatare* contrarium est. *Contrahere vela*, est reprimere se, an sich halten; Horat. 2 oda 10 v. 22

Sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela.

¶ 2. Sed hîc, *Tollendum est in rebus contrahendis omne mendacium*, Cic. 3 Offic. c. 15, *Contrahere* significat pacisci, ut fit in emendis vendendisque rebus, handthieren, kauff schlagen. Idem Cic. Tusc. 5 c. 36 *Quantis molestiis vacant, qui nihil omnino cum populo contrahunt*, die keinen handel mit den leuten haben. ¶ 3. Pro caussari, accire, verursachen, zuziehen, posuit Vellejus 2, 45, 2 *Hoc sibi contraxisse videtur, quod noluit* &c.

¶ Contractus, a, um, zusammen gezogen; ut, *undique contracto exercitu*, Liv. 27 c. 41 pr. Et, *contracta & adducta res in angustum*, Cic. de Amicit. c. 5. *Contracta brevitas ad verbum unum*, Idem de Orat. 3 c. 39. Et, *Noctes contractiores*, id est, breviores, kürtzer, Cic. procem. Paradox. Et, *Studia contractiora in senectute esse debent*, pro Cœl. c. 31. Et Prudentius contra Symmachum 1 v. 322

minor & contractior orbis.

Apud Horatium 1 epist. 7 v. 12 *Contractus* pro frugali, sobrio, parco ponitur, eingezogen.

¶ Contracte, adverb. enge beysammen. Comparativo usus est Seneca de Tranquill. c. 9 *Assuescamus habitare contractius.* Adde Lactantium 2, 8, 39; & 7, 21, 2.

¶ Contractus, ûs, substantivum, ein handel, ein wechsel, ein kauff, Leg. 19 Dig. de Verb. signif.

¶ Contractio, ōnis, die zusammenziehung; ut, *contractio frontis*, Cic. pro Sextio c. 8, die rümpffung; &, *digitorum*, Idem 2 de N. D. c. 60, das einziehen.

¶ Contractiuncŭla, æ, dimin. die einklemmung; ut, *Morsus & contractiunculæ quædam animi*, Cic. lib. 3 Tuscul. c. ult.

¶ Contractōrium, i, das zusammen zeucht. Gloss. lat. gr. *Contractorium*, σφιγκτήρ.

¶ Contractūra, æ, contractio, die einziehung. Vitruvii vox lib. 3 c. 2 *partium contractura perficiatur.* Et lib. 5 c. 1 Idem: *nulla non arbor crassior est ab radicibus: deinde naturali contracturâ peræquata nascens ad cacumen.*

¶ Contrecto, avi, atum, āre, frequentat. angreiffen; ut, *mente contrectare*, sic enim Cicero loquitur 3 Tuscul. c. 15 extr. fassen oder berühren. *Contrectare aliorum uxores*, apud Sueton. Domitian. c. 1, est corrumpere, stuprare. Et Lucretius 6 v. 854

Sol nudum contrectans corpus aquai.

Apud Senecam de Constantia Sap. c. 13 etiam *Contractare* legitur.

¶ Contrectātus, a, um, betastet, begriffen. Horat. 1 epist. 20 v. 11 *Liber contrectatus manibus vulgi sordescere cœpit.*

¶ Contrectatio, ōnis, die berührung, betastung. Cic. 1 Nat. D. c. 27 *Non gestit taurus equæ contrectatione, equus vaccæ.*

¶ Contrectābĭlis, e, quod potest contrectari, greifflich. Prudentius Apotheos. v. 963 *Nil contrectabile habere.* Et Ausonius Parental. 9 v. 3 *nec contrectabile fulmen.* Adde Tertull. de Anima c. 57 extr.

¶ Contrectabĭlĭter, adverb. idem. Lucretius 4 v. 664

Contrectabiliter caulas intrare palati.

¶ Præcontrecto, are, zuvor berühren. Ovid. 6 Metam. v. 478

Spectat enim Tereus præcontrectatque videndo.

¶ Detrăho, xi, ctum, ĕre, ex superiore loco trahere, herunter reissen. Sueton. Domitiano c. ult. *Scalas etiam inferri, clypeosque & imagines ejus coram detrahi, & ibidem solo affligi juberet.* ¶ 2. Item, cum vi adimere, benehmen, entziehen, abreissen; ut, *Detrahere alicui vestem*, Terent. Eunucho 4, 4 v. 40. *De digito annulum detrahere*, Idem Heaut. 4, 1 v. 37, abziehen. Sic, *Detrahere & spoliare dignitatem alicujus*, Cic pro Cœlio c. 2. *Detrahere honorem debitum alicui*, Cic. 4 in Verr. c. 7. *Detrahere ex summa*, Cic. Attico 10 epist. 5, verkürtzen. ¶ 3. *Detrahere fidem verbis alicujus*, einen lügen strafen, Quintil. 5 c. 7. ¶ 4. Sed, *Detrahere alicui*, &, *de alicujus famâ*, Cic 3 fam. epist. 8, einen verleumden, zur banck hauen, id est, traducere, seu famam alicujus traducendo & obtrectando minuere Nepos in Chabria c. 3 *Libenter de illis detrahunt, quos emergere vident altius.*

¶ Detractus, a, um, abgezogen, entzogen; ut, *Detractus sanguis venis*, Lucret. 3 v. 443. Et, *Detractum lumen solis*, Idem 5 v. 979.

¶ Detractus, ûs, subst. die entziehung, entwendung, der abzug. Seneca Suasor. 7 *Detractu aut adjectione syllabæ.*

¶ Detractio, ōnis, idem; ut, *Detractio molestiæ*, Cic. 1 de Finib. c. 11; &, *sanguinis*, Plin. 17 c. 26. *Detractio doloris*, Cic. 3 Off. c. 33.

¶ Detractor, ōris, idem quod detrectator, & parcus laudator, ein verleumder. Tacitus Ann. 11 c. 11 n. 5 *Ipse haudquaquam sui detractor.* Adde mox in *Detrectator* Jac. Gronovii observationem.

¶ Detrecto, avi, atum, are, est recusare, aversari, sich weigern, ausschlagen. Ovid. de Ponto 3 epist. 7 v. 15

Ductus ab armento taurus detrectat aratrum.

Et, *Detrectare officia sua*, Quintil. 2 c. 1. ¶ 2. Sed, *Adversæ res etiam bonos detrectant*, id est, bonis detrahunt, sie verkleinern, Sallust. Jugurth. c. 53. Sic, *detrectare virtutes*, der tugend übel nachreden, Livius lib. 38 c. 49. Et Ovidius Remed. amor. v. 365

Ingenium magni livor detrectat Homeri.

Pro *Detrectare* habet *Detractare* Lactant de Mort. Persecut. c. 9 n. 8; & c. 10 n. 4; & Tertull. de Virgin. velandis c. 8. Hinc &

¶ Detractatus, a, um, abgehandelt. Tertull. ad Vxor. 2 c. 2 *Detractata & exserta sententia.*

¶ Detractatus, ûs, subst. die abhandlung. Idem Tertull. de Spectac. c. 3 *Convertamur magis ad nostrorum detractatus.*

¶ Detractātio, & Detrectatio, ōnis, aversatio, die verweigerung. Tertull. de Patient. c. 3 *Penes nationes detractatio fidei est.* Et Liv. 6 c. 28 *Juniores ad edictum sine detrectatione convenere.*

¶ Detrectator, ōris, ein verweigerer; ut, *Detrectator laudum*, apud Livium 34 c. 15 extr legitur vulgariter: sed Jac. Gronovius testatur, in MSS. esse *Detractor.* Ausonius tamen Idyll. 2 v. 51

Ipse nec affectans, nec detrectator honorum,
Præfectus magni nuncupor Illyrici.

¶ Distrăho, xi, ctum, ĕre, divellere, von einander reissen, trennen; ut, *Distrahere cohærentia*, Cic. 3 Offic. c. 3. *Distrahi ab aliquo*, est separari, vel segregari, Cic. 1 ad Qu. fratr. epist. 3, sich scheiden müssen. Terent. Hecyr. 3, 5 v. 42 *Illam a me distrahit necessitas.* Sic, *excludere, distrahere, & segregare aliquem a republ.* Cic. Philipp. 5 c. 11, ausschliessen, aussondern. *Distrahere cum aliquo societatem*, Seneca epist. 65, die freundschafft auffsagen. *Distrahere hostem*, Tacitus Ann. 1 c. 60, dem feind eine diversion machen. ¶ 2. Et, *Distrahere*, vendere est, verhandeln, verkauffen. Sueton. in Vespas. c. 16 *Coëmit quædam tantum, ut pluris postea distraheret*, theurer anwerden. Similiter in Caligula c. 39 loquitur. Passim ita hoc verbo JCti uti solent, ut proprium eorum id videatur. vid. lib. 2 C. t. 25 leg. 5.

¶ Distractus, a, um, von einander gerissen, zerstreuet. Cic. pro Domo c. 25 *Vis Pompejum terruit jam distracta & exstincta.* Comparat. *Distractior intus*, apud Lucretium 4 v. 958. Et superlat. *Distractissimus onerum mole*, Vellej. 2, 114, 1.

¶ Distractio, ōnis, die zertrennung. Cic. Offic. 3 c. 8 *Non nobis cum tyrannis societas est, sed summa potius distractio*, die höchste uneinigkeit. Plaut. Curc. 2, 1 v. 22 *Distractio pulmonum.* ¶ 2. Apud JCtos modo venditio est, modo divortium, der verkauff; item, die ehescheidung. vid. lib. 34 ff t. 3 l. 26. In Auth. de nuptiis c. 3, &c.

¶ Distractor, ōris, ein verkäuffer. Gloss. gr. lat. διαπράτης, *distractor.*

¶ Extrăho, xi, ctum, ĕre, heraus ziehen. Cic. pro Cluent. c. 13 *Extrahitur domo latitans Oppianicus a Manilio.* Livius 26 c. 13 *In publicum aliquem extrahere.* Corn. Nepos Eumene c. 5 n. 7 *Præfectis Antigoni imposuit; seque ac suos omnes extraxit incolumes*, id est, subduxit. Apud Suetonium *elicere* est, heraus locken, in Galbâ c. 19 *Extractus falsis rumoribus, quos conspirati, ut eum in publicum elicerent, de industriâ dissiparant.* Sed, *Ex aliquo se extrahere negotio*, sich loß reissen, Terent. Phorm. 1, 4 v. 3. ¶ 2. *Extrahere diem*, id est, consumere, zubringen; Cæsar 1 de B. Civ. c. 33 *Sic triduum disputationibus excusationibusque extrahitur.* Sic, *Æstas extrahebatur, sine ullo effectu*, Livius 32 c. 9. Et, *In annum rem aliquam extrahere*, Idem lib. 2 c. 56. *Extractum in tertium annum bellum est*, Idem lib. 3 c. 2. Et, *In infinitum aliquid extrahere*, Quintil. 4 c. 1. Etiam Cicero lib. 1 fam. epist. 4 ad Lentulum: *Res ab adversariis nostris extracta est*, i. e. suspensa, aufgezogen. Statius 1 Thebaid. v. 323

Spes anxia mentem
Extrahit, & longo consumit gaudia voto.

Et lib. 3 Thebaid. v. 574 *populumque ducesque*
Extrahit incertis.

¶ Extractus, a, um, heraus gezogen; item, zugebracht, aufgeschoben; ut, *Rure extractus in urbem*, Horat. 1 sat. 1 v. 11. *Tractandis conditionibus & simulatione deditionis extracto primo noctis tempore*, Cæs. B. C. 3 c. 28. *Pars major anni certaminibus extracta*, Liv. 4 c. 43. *Vsque ad noctem extractum certamen*, ibid. c. 41. Plura vide ante in *Extraho.*

¶ Extractio, ōnis, die herausziehung.

¶ Extractōrius, a, um, ausziehend. Plin. 24 c. 11 *Vulgaris arundo extractoriam vim habet.*

¶ Intrăho, ĕre, einziehen. Apulejus lib. 5 Metam. p. 167 ed. Elmenhorst. *Sulcatos intrahens gressus.* Ita & Pricæus legit p. 101.

¶ Intractio, ōnis, die einziehung; ut, *Intractio linguæ & sermonis tumultus*, Plin. 7 c. 12. Ita ex MSS. Salmasius in Solin. p. 29.

¶ Intractābĭlis, e, unbändig, wild, unleidig. Virgil 1 Georg. v. 211 *Bruma intractabilis.* Et Æn. 1 v. 339 *genus intractabile bello.* Et Seneca Hippolyto v. 271

Tentemus animum tristem & intractabilem,

mit dem nicht umzugehen ist. Seneca epist. 25 *Ætas dura & intractabilis.*

¶ Intractātus, a, um, non tractatus, unabgerichtet; ut, *Equo intractato & novo uti*, Cic. de Amicit. c. 19, das noch unberitten ist. *Lanæ rudes & intractatæ*, rauh, ungehechelt, Cœl. Aurel. Acut. 3 c. 5.

¶ Intertrăho, ĕre, i. e. intercipere, entziehen. Plaut. Amph. 2, 2 v. 41

Ni ego illi puteo si occepso, (i. e. occepero) animam omnem intertraxero.

Vbi *Inter* vim φθαρτικὴν habet, ut Vossius interpretatur Etymolog. p. 267 in *Instigo.*

¶ Obtrecto, avi, ātum, are, obloqui, detrahere, laudem alicujus minuere, mißgünstig seyn, verleumden, verkleinern, übel nachreden; ut, *Laudibus alterius obtrectare*, Livius 8 c. 36. Qui & *obtrectare laudes* dixit. Et Plinius de Cleopatra 9 c. 35 *Lautitiam ejus omnem apparatumque obtrectans.*

obtrectans. Nepos Aristide princ. *Itaque cum eo de principatu contendit: nam obtrectarunt inter se:* id est, æmuli fuerunt, & dissenserunt. Sic Cicero alibi *æmulari* & *obtrectare* conjunxit, ut 4 Tuscul. c. 20, qui & eodem libro c. 8 *Obtrectationem* ζηλοτυπίαν interpretatur. Suetonius Tiberio c. 52 *Germanico usque adeo obtrectavit, ut & præclara facta ejus pro supervacuis elevaret, gloriosissimas victorias ceu damnosa reip. increparet.* Ex quo loco egregie patet, quid sit *obtrectare.*

¶ Obtrectātio, ōnis, ægritudo est ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ipse concupierit, ut Cicero definit 4 Tuscul. c. 8, abgunst, verkleinerung, verleumdung, üble nachrede. Sic, *Invidiâ atque obtrectatione impediri*, Idem 1 de Invent. c. 11 extr. Et Tacit. 1 Hist. c. 1 *Obtrectatio & livor pronis auribus accipiuntur*, was man aus neid nachsaget, höret man gerne. Nepos Attico c. 6 *Efficiebat, ut inter quos tantæ laudis esset æmulatio, nulla intercederet obtrectatio.* Et c. 28 *Inter quos maximarum rerum non solum æmulatio, sed obtrectatio tanta intercedebat*, &c.

¶ Obtrectātus, ûs, subst. idem. Gellius lib. 20 in fine: *Sine vano obtrectatu considerent.*

¶ Obtrectātor, ōris, der verleumder, neider. Cic. de Clar. Orat. c. 1 *Adversarius & obtrectator laudum mearum.* Et pro Flacco c. 28 *Sermoni obtrectatorum locum relinquere.*

¶ Pertrăho, xi, ctum, ĕre, vi trahere, hinführen, fortschleppen; ut, *Pertrahere in castra*, Livius 7 c. 39. *Navis ad ripam alteram pertrahitur*, Idem lib. 21 c. 28.

¶ Pertractus, ûs, subst. i. e. perpes tractus & perduratio, eine verharrung. Tertull. de Orat. c. 5 *Quidam pertractum quendam in seculo postulant.*

¶ Pertracto, avi, atum, āre, frequenter tractare, angreiffen, berühren; ut, *Bestias manibus pertractare*, Hirt. Bell. Afr. c. 72. ¶ 2. Sed, *Diligenter & sæpe aliquid pertractare*, est apud se reputare diligenter & cogitare, erwegen, betrachten; item, abhandeln, Cic. 2 de Invent. c. 14. Et, *Oratione prætermissa minime necessaria, ea, quæ rem continent, pertractemus*, Idem 4 Tuscul. c. 10.

¶ Pertractate, adverb. i. e. pervulgate, auf gemeine art. Plaut. prologo Captiv. v. 55 *Non pertractate facta est*, subaudi, *fabula*, id est, non vulgari & aliis crebrius usurpata ratione.

¶ Pertractatio, ōnis, die abhandlung, durchlesung; ut, *Poëtarum pertractatio*, Cic. de Orat. 1 c. 11.

¶ Prætractātus, ûs, subst. ein vorbericht. Tertullianus de Fuga in persecut. c. 4 *Possumus determinare ex hoc ipso prætractatu.*

¶ Protrăho, xi, ctum, ĕre, herfür ziehen. Liv. 28 c. 29 *Nudi in medium protrahebantur.* Idem lib. 33 c. 28 *Indicem timens eo ipso timore ad indicium protraxit.* Propertius 3 eleg. 18 v. 26

Mors tamen inclusum protrahit inde caput.

¶ 2. *Protrahere* est & *differre*, aufschieben, Suetonius Nerone c. 32. *Impetrabo, ut aliquot saltem nuptiis protrahat dies*, Ter. Andr. 2, 1 v. 15.

¶ Protractus, a, um, herfür gezogen. Silius 16 v. 84 *Protractus ad arma.* Alii legunt *Protraxtis* pro *protraxistis.*

¶ Retrăho, xi, ctum, ĕre, zurück halten, abhalten; ut, *Poëtam a studio retrahere*, Terent. in prolog. Phorm. v. 2. *A republ. aliquem retrahere*, Cic. pro Sextio c. 15. Et Virg. 5 Æneid. v. 709

Nate Deâ, quo fata trahunt retrahuntque, sequamur.

Cic. pro Cœl. c. 26 *Se retraxit, ne pyxidem traderet*, er hat sich entzogen. Celsus 1 c. 1 *Interdum in convivio esse, interdum ab eo se retrahere.* Horat. 1 epist 18 v. 58

Ac ne te retrahas & inexcusabilis absis.

Proprie *Retrahi* dicebantur fugitivi, cum domum reducerentur, ut observat Turnebus 24 Advers. c. 29. Sic, *Retrahi ex fuga*, Sallust. Catil. c. 47 extr. Et Terent. Heaut. 4, 1 extr. *Retraham hercle, opinor, ad me idem illud fugitivum argentum tandem.*

¶ Retractus, a, um, zurück gezogen; item, entlegen. Cic. Philipp. 6 c. 4 *Ita mœstus rediit, ut retractus, non reversus videretur.* Colum. 2 c. 2 *Retractis ac resupinis capitibus.* Liv. 36 c. 1 *Emporium in intimo sinu Corinthiaco retractum*, i. e. abditum. Compar. Idem Liv. 34 c. 9 *Retractior a mari murus*, id est, reductior, remotior paullo. Sic, *retractius paullo cubiculum*, Plin. 2 epist. 17.

¶ Retractus, ûs, subst. die zurückziehung. Tertull. advers. Gnostic. c. 1 *Bellicam machinam retractu tela vegetantem de scorpio nominant.*

¶ Retractio, ōnis, idem. Vitruv. 3 c. 3 *Retractiones graduum.* Et Macrob. 1 Saturn. c. 14 pr. *Modo auctio, modo retractio dierum proveniebat.*

¶ Retracto, avi, atum, āre, frequentat. wieder aufs neue fürnehmen, wiederhohlen, verbessern. Tacitus de Germania c. 22 extr. *Ergo detecta & nuda omnium mens postera die retractatur: & salva utriusque temporis* (deliberandi & constituendi) *ratio est.* Et Ovidius Trist. lib. 5 eleg. 7 v. 63 *Desueta verba retracto.* Idem Trist. 4 eleg. 4 v. 41

Neve retractando nondum coeuntia rumpam
Vulnera.

Et, *Augemus retractando dolorem*, hoc est, reminiscendo, Cic. ad Attic. 8 epist. 9. Et, *Retractare actiones*, id est, repetere, & iterum tractare, seu recensere, Plin. lib. 4 epist. 9 extr. Idem lib. 9 epist. 10 *Oratiunculam unam atque alteram retractavi.* ¶ 2. Apud Virgilium *Retrahere* est, Æneid. 12 v. 889

Quæ nunc deinde mora est? aut quid jam, Turne, retractas?

Nam retrahebat se Turnus ex pugna territus omine: de quo antecedit: hinc sequitur mox:

Non cursu, sævis certandum est cominus armis.

¶ 3. *Retractare* pro *Detractare*, vide mox in *Retractator.*

¶ Retractātus, a, um, ausgebessert. Quintil. 2 c. 4 *Quoties eamdem materiam rursus a me retractatam, scribere de integro juberem.* Compar. Cic. ad Attic. 16 epist. 3 σύνταγμα *misi ad te retractatius*, i. e. emendatius.

¶ Retractātus, ûs, subst. idem sonat Tertulliano, quod *retractatio*, die verbesserung, der wiederruff: qui Apolog. c. 4 *Sine ullo*, inquit, *retractatu præscribitis.* Idem 1 advers. Marc. c. 1 *Sine retractatu doctrinarum revincendus.*

¶ Retractātio, ōnis, idem. Cic. 13 ad Attic. epist. 25 pr. *Conficies, & quidem sine ulla dubitatione aut retractatione*; [Græv. & Grut. *retrectatione.* vide hujus Notas.] Idem 5 Tuscul. c. 29 *Sine retractatione libere dicere.* Inde *Retractationum libris* nomen, quos Augustinus dedit.

¶ Retractātor, ōris, ein verweigerer. Tertullianus de Jejun. c. 15 *Retractator officii*, ut Frobenius expressit: Rigaltius autem *detrectator*, quod sensus videtur postulare. At vero istius ætatis scriptoribus non raro *retractare* pro *detrectare* est, ut Salmasius ad Spartiani Hadrianum c. 12 tam ex Glossis vetustis, quam aliunde probavit. Ac Idem ad ejusdem Getam c. 4 pr. ex MSS. verbum *Retractator* restituit, ubi vulgo *tractator* lectum fuit.

¶ Retractābĭlis, e, wiederrufflich; unde

¶ Irretractābĭlis, e, unwiederrufflich. Augustinus Confess. lib. 10 c. 33 *Non irretractabilem sententiam proferens.*

¶ Semitractātus, a, um, halbausgeführt; ut, *Semitractata materia*, Tertullianus principio libri de Fuga in persecutione.

¶ Subtrăho, xi, ctum, ĕre, heimlich entziehen; ut, *Fugâ se subtrahere*, Hirtius 8 Bell. Gall. c. 33, sich verschleichen. *Furium gravi implicitum morbo fortuna bello subtraxit*, Livius 8 c. 29. ¶ 2. *Subtrahere se*, est amare otium, sich von händeln und ämtern entziehen, Plin. Panegyr. c. 86. *Subtrahere se a curia*, Cic. ad Qu. fratr. 2 epist. 8. *Judicio mors eum subtraxit*, Livius 6 c. 1. *Labori se subtrahere*, Colum. 1 c. 9 Et, *Subtrahere e pondere*, abnehmen, zurück nehmen, Plin. 33 c. 9.

TRĀIĀNUS, i, Τραιανὸς, imperator Romanus fuit circa annum Christi C. Princeps optimus, quemadmodum testatur acclamationis in creandis imperatoribus formula, *Sis felicior Augusto, melior Trajano*, apud Eutropium 8 c. 2 n. 18. Præfectum prætorii cum aliquando elegisset, gladiumque ei tradidisset, addidit hæc verba: *Hoc ense contra meos hostes uteris, cum tibi justa mandavero. Quod si me vero agere videris injuste, contra me eodem utitor*, Xiphilin. Tertiam tamen in Christianos movit persecutionem, de qua Plinii lib. 10 epistolam 97 habes, cum responsione Trajani n. 98.

¶ Trajānus, a, um, adjective in Veter. Inscript. apud Fabrettum p. 677 AD AVGENDAM THERMARVM TRAIANARVM GRATIAM.

¶ Trajanālis, e, idem, ap. Fabrett. Inscr. p. 454 C. PLAETORIVS C. F. STEL. PHOEBVS VI. VIR AVGVSTAL. SODAL. TRAIANAL. ET HADRIANAL. IIII. VIR.

Trajectio, trajecto, trajicio, &c. vide supra in *Jacio.*

Tralatio, tralatitius, vide sub *Transfero* in *Fero.*

TRALLES, Trallium, plurale, ut *Sardes*, ium, ibus, uti Juvenalis dixit satyr. 3 v. 70 *Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus*, &c. Singulariter *Tralli* Plinius 5 c. 29, ut Græc. Τράλλις. Fuit urbs in Lydiæ Cariæque confinio, unde Stephanus Lydiæ, Plinius & Ptolemæus Cariæ adscribunt.

¶ Trallĭānus, a, um, adjectivum.

TRĀMA, æ, idem quod subtegmen, filum scilicet, quod intra stamen trameat seu currit, der eintrag am gewebe. Primam productam habet Pers. satyr. 6 v. 73 *Mihi trama figuræ Sit reliqua:* id est, exilitas & macilentia mei corporis, &c. vide Scalig. in Conject. p. 49, præcipue Casaubon. ad allegatum Persii locum. Vet. Gloss. *Trama*, κρόκη, πλοκή, ῥοδάνη.

TRĀMES, ĭtis, a *trans* & *meo*, significat semitam transversam, ein krummweg, fußsteig. Propert. 3 eleg 16 v. 26

Qua facit assiduo tramite vulgus iter.

Vet. Gloss. *Trames*, τρίβος, πάροδος. *Trames*, via angusta. *Angustus trames*, Plin. Panegyr. c. 22. *Egressus est non viis, sed tramitibus*, Cic. Philipp. 13 c. 9. Silius 6 v. 120

Talis lege deûm clivoso tramite vitæ,
Per varios præceps casus rota volvitur ævi.

¶ *Tramites* etiam loca saltuosa sunt & virgultis obsita. Propert. 3 eleg. 13 v. 44 *Et si forte meo tramite quæris avem*, ubi Scaliger, Propertii sospitator, exponit silvam tramitem.

Trano, are, vide supra *No.*

TRANQUILLUS, a, um, quietus, placidus, γαληνὸς, still, ruhig; ut, *Mare tranquillum*, Cic. pro Cluent. c. 49. *Esse animo tranquillo*, Cic. de Senect. c. 20. Et, *Frons tranquilla & serena*, in Tuscul. 3 c. 15. Et Terent. Eunuch. 5, 9 v. 8 *Fratri gaudeo amorem esse omnem in tranquillo*, daß er es zum stand gebracht habe. Idem Phorm. 3, 1 v. 15 *Adhuc tranquilla res est*, es hat noch keine noth. ¶ *Tranquilli* etiam dicuntur, qui inter se pacate agunt, atque ex simultate in gratiam rediere. Plautus Amphitr. act. 3 sc. 3 princ.

jam pax est inter vos quæso duos?
Nam quia vos tranquillos video, gaudeo & volupe est mihi.

Idem Captivis act. 3 v. 85

Proinde Deum huncce saturitate facias tranquillum tibi.

Et Cistellar. act. 3 v. ult.

Eadem sic possum tranquillum facere irato mihi.

Compar. Livius 2 c. 63 *Tranquilliorem plebem fecerunt.* Superl. Cic. in Pison. c. 15 *Tempus tranquillissimum* opponit *turbulentissimo.* Et, *Animus tranquillissimus*, Cic. 7 ad Attic. epist. 7. Et, *Res tranquillissimæ*, apud Senecam epist. 84.

¶ Tranquille, & Tranquillo, adverbia, idem; ut, *Tranquille placideque vitam traducere*, Cic. Tuscul. 3 c. 11, in ruhe. *Tranquillo quilibet gubernator est*, id est, dum tranquillitas est, Seneca epist. 85. vide Chiliadas. Nam ipse Seneca tamquam proverbium profert, interferendo, *ut ajunt.* Compar. *Animus tranquillius inter divina mansurus*, Seneca epist. 71. Superl. *Tranquillissime senuit*, Sueton. Aug. c. 2.

¶ Tranquillĭtas, ātis, die ruhe, stille; ut, *Otium & tranquillitas vitæ*, Cic. pro Muræn. c. 27. *Locus quietis & tranquillitatis plenissimus*, Idem de Orat. 1 c. 1. *Maris tranquillitas*, Cic. ad Att. 6 epist. 8. Et, *Animi tranquillitas, quæ placida est, & quieta constantia*, Idem 4 Tusc. c. 5. *Tranquillitas animi*, Græcis εὐθυμία. vide Senecam de Tranquil-

quillitate animi c. 2. Idem epist. 4 *Noli huic tranquillitati confidere, momento mare vertitur*, es ist dem landfrieden nicht zu trauen.

¶ Tranquillo, avi, atum, āre, tranquillum facere, placare, stillen, beruhigen, besänfftigen. Plautus Captivis 1, 2 v. 21

Cujus nunquam vultum tranquillavi gratiis.

Horatius 1 epist. 18 v. 103

Quid pure tranquillet, honos, an dulce lucellum:

id est, animi & vitæ tranquillitatem præstet. Cic. de Finib. 1 c. 16 *Justitia semper alit aliquid, quod tranquillet animos.* Plin. 2 c. 103 *Mare tranquillatur oleo.*

¶ Tranquillātus, a, um, gestillt. Nepos 25, 4, 5 *Tranquillatis rebus Romanis remigravit Romam.*

TRANS, præposit. über, hinüber, jenseit; ut, *Trans mare, trans montes*, id est, ultra. Cic. ad Attic. 12 epist. 19 *Cogito trans Tiberim hortos aliquos parare.* Idem pró Quint. c. 3 *Trans Alpes usque transferri*, biß über die Alpen. Horat. lib. 1 epist. 11 v. 27

Cælum, non animum mutant, qui trans mare currunt.

Transabeo, Transactio, transadīgo, Transalpīnus, Transapenninus, Transaustrinus, vide supra *Eo, Ago, Alpes, Apenninus, Auster.*

Transcendo, Transcindo, Transcrībo, Transcurro, transcursus, &c. vide supra *Scando, Scindo, Scribo, Curro.*

Transdanubianus, Transdo, Transdūco, vide supra *Danubius, Do, Duco.*

TRANSENNA, æ, vulgo exponitur, ein schranckfenster, gegitter, cancelli vel ferrei vel lignei, qui fenestris & mercibus interdum procul aspicientibus opponuntur. ¶ 2. Hinc locutio proverbialis esse dicitur apud Ciceronem de Orat. 1 c. 35 *Per transennam adspicere*, id est, non propius, sed procul, obscure & obiter, obenhin. Nam Nonius c. 2 n. 859 hac Ciceronis auctoritate induxit Erasmum, ut in Chiliad. tale proverbium inde faceret. Sed monent Pareus in Lex. Crit. p. 1249; & Scioppius de Stylo Hist. p. 227, quod *Transenna* Latinis nihil aliud valeat quam funis sive laqueus extentus, quodque qui aliter accipiant, per mendosum locum sibi imponi patiantur, cum *Per transennam* in MSS. non exstet, sed Cicero l. c. sic recte loquatur: *Copiam ornamentorum constructam uno in loco quasi prætereuntes strictim adspeximus.* Hic *prætereuntes* idem esse quod obiter & in transcursu; Librarios autem appositum videntes *per transeuntes*, in contextum recepisse. Et hinc occasionem natam Nonio l. c. experiendi ingenii, cui indulgens ex verbo *pertranseuntes* fecerit *per transennam*; quod tamen plerique codices retinent. ¶ 3. Genuina itaque vocis significatio est, eine schleiffe, schlinge, quod in seipsam transeat. Et sic Plauto Bacch. 4, 6 v. 22 *Transennæ* sunt funiculi aucupum, ad insidias concinnati: *Ab transennâ hic turdus lumbricum petit*, hoc est, per transennam. Proverbiale id est de fallaciis, ubi quis significatur proximus esse certo periculo, er wird den tod daran essen. Et in Rudente 4, 7 v. 10

in ætate hominum plurimæ
Fiunt transennæ, ubi decipiuntur dolis,
Atque edepol in eas plerumque esca imponitur &c.

conf. Idem Pers. 4, 3 v. 11. Sallustius 2 Histor. apud Nonium l. c. *Præterea cum sedenti transennâ demissum victoriæ simulacrum cum machinato strepitu tonitruum coronam capiti imponebat:* TRANSENNA, id est, per funiculum. conf. Macrob. Saturn. 3 c. 13; & Servius ad Virg. Æn. 5 v. 487.

Transeo, Transēro, vide supra *Eo, Sero.*

Transféro, Transfīgo, Transfiguro, &c. Transfluo, Transfodio, Transformo, &c. Transfŏro, Transfrĕto, &c. Transfŭga, transfugio, Transfūmo, Transfunctorius, Transfundo, transfusio, vide supra *Fero, Figo, Fingo, Fluo, Fodio, Forma, Foro, Fretum, Fuga, Fumus, Fungor, Fundo.*

Transgredior, transgressio, &c. vide supra *Gradus.*

Transjacio, transjectio, &c. Transígo, Transilio, Transilvania, Transitio, transitus, &c. vide supra *Jacio, Ago, Salio, Silva, Eo.*

Translābor, Translatio, &c. Translĕgo, Transluceo, translucidus, vide supra *Lābor, Fero, Lego, Lux.*

Transmarīnus, Transmeabilis, transmeo, Transmigratio, transmigro, Transmissio, transmitto, Transmontanus, Transmoveo, Transmūto, vide supra *Mare, Meo, Migro, Mitto, Mons, Moveo, Muto.*

Transnāto, transno, Transnomino, Transnumero, vide supra *No, Nomen, Numerus.*

Transpicio, Transpono, &c. Transporto, &c. vide supra *Specio, Pono, Porto.*

Transrhenanus, Transtiberinus, vide supra *Rhenus, Tiberis.*

TRANSTRA, ōrum, plural. fori, vel scamna remigum, ruder-bäncke; ut, *Considere transtris*, Virg. Æn. 3 v. 289. Et Lucanus 3 v. 543

tum cærula verrunt,
Atque in transtra cadunt, & remis pectora pulsant.

¶ 2. Et tigna transversa a pariete in parietem, querbalcken, querlatten, querbäncke, Vitruv. 2 c. 1.

Transvectio, transvĕho, Transverbĕro, Transversus, transverto, Transulco, Transūmo, transumptio, Transuo, Transvŏlo, Transvolvo, Transvŏro, vide *Veho, Verber, Verto, Salio, Sumo, Suo, Volo, āre, Volvo, Voro.*

TRĂPES, ētis, τράπης, & *Trapeta*, & *Trapetum*, & *Trapetus*, mola olivaria, ut Servius interpretatur, eine öhlmühle. Cato R. R. c. 18 *Trapetibus locum dextra sinistra.* Et c. 22 *trapetus emtus.* Et mox: *Orbes in trapetos parabis.* Virg. 2 Georg. v. 519

Venit hiems, teritur Sicyonia bacca trapetis;

a τρέπω, *verto.* Arnob. lib. 2 p. 59 *Dolium, cupa, trapetum.* Lege 19 § 2 Dig. Locati, *prælum & trapetum instructa funibus.*

TRĂPĔZA, τράπεζα, tabula argentariorum, ein wechseltisch, eine wechselbanck.

¶ Trapezīta, æ, τραπεζίτης, mensarius, ein wechsler. Duplici autem ratione apud trapezitas sive mensarios poni pecunia solebat, vel custodiæ, vel fœnoris caussa. De priore modo Plauti locus accipiendus Captiv. 1, 2 extr.

Ibo intrò, atque intus subducam ratiunculam,
Quantillum argenti mihi apud trapezitam siet;

Nimirum, si qua pecunia usus erat, ibant ad trapezitam, apud quem ante summam certam posuerant, & inde sumebant, detrahendam summæ. Vnde Hegio dicit, *subducam ratiunculam.* Significat enim, rationes accepti & expensi se collaturum, ut discat inde, quid sibi reliquum siet. Sic Idem a. 2 sc. 3 v. 89 Philocratem, quem Tyndarum servum putabat, ad trapezitam suum ducit, ut de summa apud eum posita profecturo eidem viaticum det. De altera ratione apud eumdem comicum exemplum habemus Mostellaria act. 3 sc. 1, ut vult Rævardus lib. 1 Var. Lect. c. 15. Minus recte. Neque enim Danista ibi queritur, neminem apud se ponere pecuniam fœnori, unde rursus fœneret, sed neminem esse, cui ipse locet pecuniam. vide & supra in *Scribo* & *Perscribo.*

¶ Trapezŏphŏron, i, τραπεζοφόρον, cui mensa innititur, ein tisch-fuß, tisch-gestell; signum sacerdotis cujusdam Suidas exponit. Vtitur Cicero ad Gallum lib. 7 fam. epist. 24 *Quod tibi destinaras Trapezophoron, si te delectat, habebis*, &c. vide Cœl. Rhodig. Antiq. Lect. 4 c. 14.

TRAPEZVS, untis, Τραπεζοῦς, Ponti Cappadocii urbs, patria Georgii Trapezuntii, magni in omnibus illustribus doctrinis hominis, qui in extrema senectute omnium, & græcarum & latinarum litterarum oblitus fuisse dicitur. Tacitus Hist. 3 c. 47 *Vetustam Asiæ civitatem a Græcis in extremo Ponticæ oræ conditam* vocat. Sedes imperii fuit per ducentos & quinquaginta circiter annos, a capta per Venetos & Francos Constantinopoli, ultra decennio tempora, quibus Constantinopolis a Turcis est expugnata. vide Cellarii Hist. Medii Ævi.

Trasymachus, vide supra *Thrasymachus.*

TRĂSȲMĒNVS, i, Τρασύμηνος, vel latina scriptura *Trasimenus*, lacus in agro Perusino dictus a *Trasymeno* puero, quem ad hunc lacum Agylle nympha dicitur rapuisse, & celebratus pugna Hannibalis cum Flaminio consule, quem ad eum lacum interfecit Hannibal cum 23 millibus. vide Silium 4 v. 663 & 698. ¶ 2. Adjective apud Ovid. Fast v. 765 *Sunt tibi Flaminius Trasimenaque littora testes.*

¶ Trasimēnicus, a, um, adjectivum; ut, *Trasimenica strages*, Sidonius carm. 9 v. 248.

Travio, are, vide infra in *Via.*

TRAVSI, ōrum, Thraciæ populus, Τραυσοὶ, qui natos pueros ploratione, mortuos lætitiâ prosequebantur: Herodotus lib. 5 c. 4.

TRĔBĀTIVS, i, jurisconsultus, Ciceroni perfamiliaris, quemadmodum ejus epistolæ ostendunt. vid. Horat. 2 sat. 1 v. 4.

TRĒBAX, ācis, id est, pervicax, exercitatus, græcæ originis; quasi τρίβαξ, durchtrieben, schalckhafft. Sidonius lib. 1 epist. ult. *trebacissimus senex*, de quo ante paulo dixerat: *homo litium temporumque varietatibus exercitatus.* Adi Sirmondum in h. l. Wowerus inde derivat *Trebaciorum* nomen, quem pariter vide in hanc epistolam.

¶ Trebācĭter, adverb. idem. Sidonius 9 epist. 11 *Malui factum fateri simpliciter, quam trebaciter diffiteri*, id est, callide, astute, &c.

TREBELLIVS, i, nomen Romanum. *M. Trebellii* meminit Cic. pro Quintio c. 5; & Tacit. Annal. 6, 41, 2. ¶ 2. De *L. Trebellio* vid. Cic. 6 Philipp. c. 4 &c. ¶ 3. De *Trebellio Maximo*, vide Tacit. Annal. 16 c. 3; & Hist. 1, 60, 1; & 2, 65, 5. ¶ 4. *Trebellii Pollionis*, historici, exstant nonnullæ vitæ imperatorum quas scripsit. vid. Voss. Hist. Lat. 2 c. 6.

TRĔBIA, æ, fluvius Galliæ cisalpinæ ad Placentiam. vid. Sil. 1 v. 47; & Lucan. 2 v. 46. ¶ 2. *Trebia*, urbs Vmbriæ. Hinc

¶ Trebiātes, um, populi Vmbriæ, Plin. 3 c. 14.

TRĔBŌNIVS, i, ex conjuratoribus fuit contra Cæsarem, pœnas dedit, sicut reliqui omnes Cæsaris percussores, interfectus crudelissime a Dolabella. vide Cic. 11 Philipp. c. 2; Vellej. 2 c. 69; Horat. 1 sat. 4 v. 114.

TRĒBVLA, æ, oppidum aut vicus in Sabinis, ubi præstantissimi fiebant casei. vid. Plin. 3 c. 5; Martial. 5 epigr. 72; & 13 epigr. 33.

¶ Trebŭlānus, a, um, adject. ut, *Trebulanus ager*, Cic. 2 Agrar. c. 25.

Trecēni, trecenti, &c. Tredĕcim, tredecies, Tremebundus, tremefacio, &c. vide *Centum, Decem, Tremo.*

TRĔMO, ui, ĕre, a græco τρέμω, est horrere, frequenti commotione, ut consistere quis nequeat, zittern, beben. Terent. Eunuch. 1, 2 v. 4 *Totus, Parmeno, tremo, horreoque, postquam aspexi hanc.* Seneca epist. 11 *Tremunt ei genua*, er zappelt. Cicero *Tremere animo* dixit, pro maximopere metuere, ad Qu. fratr. 1 epist. 1 c. 1. *Tremere toto pectore*, Idem Tuscul. 4 c. 22. Seneca in Troadibus v. 259

Quo fortuna altius
Evexit ac levavit humanas opes,
Hoc se magis supprimere felicem decet,
Variosque casus tremere, &c.

Vbi τὸ *Tremo* active posuit, pro *timere*, fürchten. Et Virgil. 8 Æneid. v. 296 *Te stygii tremuêre lacus.*

¶ Trĕmens, tis, zitternd, bebend; ut, *Vox tremens*, Cic. ad Qu. fratr. 3 epist. 2. *Trementi questus ore*, Horat. epod. 5 v. 11. *Neque iratos tremens regum apices, neque militum arma*, Idem 3 od. 21 v. 19. *Genæ trementes*, Virg. Æn. 4 v. 643

¶ Tremendus, a, um, schrecklich, poëtis in usu est; ut, *Rex tremendus*, für dem man erzittern muß, Virgil. 4 Georg. v. 469. *Tremendus tumultus*, Horat. 1 od. 16 v. 11; & *Tremendi Alpes*, Idem 4 od. 14 v. 12.

¶ Trĕmĕbundus, a, um, zitternd; ut, *Manu tremebunda tangere*, Cic. pro Domo suâ c. 52. *Membra tremebunda*, Ovidius 4 Met. v. 133. *Stat tremebundus*, Silius 10 v. 243. Comparativus *tremebundior* est Columellæ lib. 10 v. 396.

¶ Trémisco, ĕre, tremore concuti, erschüttern, erbeben. Virg. 3 Æn. v. 648 *Sonitumque pedum, vocemque tremisco.*

¶ Trĕmor, ōris, das zittern. Cic. pro Flacc. c. 4 *Id quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore & pallore dixit?* Idem Tuscul. 4 c. 8 *Terrorem tremor & dentium crepitus consequitur.* Virgil. 2 Æn. v. 121

Gelidusque per ima cucurrit Ossa tremor.

¶ Trĕmŭlus, a, um, tremens, zitternd. Terent. Eunuch. 2, 3 v. 44 *Accurrit incurvus, tremulus* &c. *Tremula flamma*, Cic. 2 de Nat. D. c. 43.

c. 43. *Tremula manus*, Martial. 12 epigr. 75. Et *Equos tremulos* animosissimos vocat Nemesianus Cyneget.

¶ Trĕmĕfácio, eci, actum, ĕre, tremorem incutere, schrecken, zitternd machen. Virg. 6 Æn. v. 803 *Lernam tremefecerit arcu.*

¶ Trĕmĕfactus, a, um, erschreckt, erschüttert. Virg. 2 Æn v. 228 *Tremefacta pectora.* Idem 2 Æn. v. 382 *visu tremefactus abibat.*

Composita:

¶ Attrĕmo, ui, ĕre, ad vocem alicujus contremiscere, erzittern. Statius 8 Theb. v. 81 *attremit oranti.*

¶ Circumtrĕmo, ĕre, rings herum erzittern, erschüttern. Lucret. 1 v. 1087 *Atque ideo totum circumtremĕre æthera signis.*

¶ Contrĕmo, ĕre, erzittern, erschrecken; ut, *Cælum tonitru contremit*, Cic. de Orat. 3 c. 39. Et lib. 1 de Divin. c. 28 *Timore perterritus contremuit*, quod tamen a contremiscere esse potest.

¶ Contrĕmisco, ĕre, idem. Cic. 1 de Orat. c. 26 *In principiis dicendi totâ mente atque omnibus artubus contremisco.* Et Cæcina Cicer. 6 fam. epist. 7 *Cum vero ad ipsius Cæsaris nomen veni, toto corpore contremisco.* Cum accusativo Senec. epist. 65 fin. *Non contremiscamus injurias, non vulnera, non egestatem.* Horat. 2 od. 12 v. 8

unde periculum
Fulgens contremuit domus
Saturni veteris.

¶ Contremiscendus, a, um, passive, erschrecklich. Sidonius 9 epist. 11 *Quam mibi rigor disciplinæ suæ, in litteris æque ut moribus, sit ambifarium contremiscendus.*

¶ Extrĕmisco, ĕre, erbeben; quidam Minucio c. 28 n. 4 tribuunt; ut Balduinus, Wowerus: at Rigaltius ex MSS. *contremiscunt.* Et Sedul. 4 v. 286 *Extremuit letale chaos.*

¶ Intrĕmo, ĕre, idem quod *contremere.* Celsus 3 c. 3 *Totum corpus intremit.* Silius 16 v. 664 transitive: *Hannibalem ecce senectus*
Intremit, aut ægros simulat mentita timores.

¶ Intrĕmisco, ĕre, idem quod *contremiscere*; ut, *Terra intremiscit*, Plin. 2 c. 79, die erde erbebet. Ovid. 2 Metam. v. 180
Palluit, & subito genua intremuere timore.

¶ Intrĕmŭlus, a, um, zitternd. Auson. Epitaph. Heroum 34 v. 4
Intremulam baculo non subeunte manum.

¶ Pertremisco, ĕre, totum contremiscere, durch und durch zittern, cujus tamen exempla rara sunt.

TRĔPĬDUS, a, um, pavidus, tremens, dubius, περίφοβος, furchtsam, zitternd für furcht, erschrocken. Livius 2 c. 24 *Curia mæsta ac trepida ancipiti metu.* Idem 1 c. 27 *Tullius in re trepida duodecim vovit Salios*; id est, in dubia & proinde timorem incutiente. *Trepidæ litteræ*, periculum nuntiantes, apud Curtium 7 c. 1 n. 36. Et cum genitivo, *Trepidi suarum rerum*, id est, incerti, Livius 36 c. 31. Et Virg. 12 Æn. v. 589 *Illæ intus trepidæ rerum discurrunt.*

¶ Trepidŭlus, a, um, diminutivum, schüchtern. Plaut. Pers. 4, 2 v. 3 *Trepidula, ut graphice docet.* Et Gell. 2 c. 29 *Pulli trepiduli.*

¶ Trepĭde, adverbium, celeriter, & quasi per metum, für angst; ut, *Stativa trepide deserta fuerant*, Liv 22 c. 31.

¶ Trĕpĭdo, avi, atum, are, metu & trepidatione concuti, in furcht stehen, zittern, zappeln. Terent. Eunu. h. 5, 6 v. 8 *Quid est, quod trepidas?* Cicer. de Oratore 3 c. 42 ex poëta quopiam:
At Romanus homo, tametsi res bene gesta est,
Corde suo trepidat.
Terent. Hecyr. 3, 1 v. 35 *Trepidari sentio, cursari sursum prorsum.* ¶ 2. Significat & festinare, properare, eilen. Nonius c. 1 n. 7 TREPIDARE *non solum metuere, sed & properare significat.* Ita Virg. 4 Æn. v. 121 *Dum trepidant alæ, saltusque indagine cingunt*,
id est, festinant. Quamquam alii aliter interpretantur. Horat. 3 od. 27 v. 17 *Sed vides, quanto trepidet tumultu*
Pronus Orion?
id est, properet, festinet, ut Vet. Scholiastes exponit. Idem Horat. 1 epist. 10 v. 30 *Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum,*
Quam quæ per pronum trepidat cum murmure rivum:
Trepidat, id est, subsultim decurrit.

¶ Trepidanter, adverb. furchtsam, mit zittern; ut, *Trepidanter agere*: Cæs. 1 de Bell. Civ. c. 19 *Cum Domitius omnia trepidantius timidiusque ageret.* Sidonius lib. 2 c. 10 *Suas otiositates trepidanter edentem meliorum carminum comparatio premit.* Sueton. Neron. c. 49 *Trepidanter effatus*, &c.

¶ Trĕpĭdātio, ōnis, die furcht, bangigkeit; ut, *Injicere trepidationem*, Liv. 2 c. 53. *Facere trepidationem*, Idem lib. 3 c. 3. *Trepidatio conscientiæ indicium est*, Curt. 8 c. 1.

¶ Trepidārius, i, ein zitter-pferd. Veget. de Art. Veter. 2 c. 56 *Equi, quos vulgo trepidarios, militari verbo guttonarios vocant.* Sunt autem a *tripedando* vel *tripudiando* ita dicti; unde & *Trepidus.* vid. Salmas. ad Capitol. in Maxim. p. 246.

Composita:

¶ Attrĕpĭdo, are, id est, senili gradu accedere, langsam gehen, einher zotteln. Plaut. Pœn. 3, 1 v. 41 *Attrepidate saltem; nam vos approperare haud postulo.*

¶ Intrĕpĭdus, a, um, impavidus, unerschrocken; ut, *Vultus intrepidus*, Ovid. 13 Metam. v. 478. Et Plinius in præfat. *Hæc quis posset intrepidus æstimare*, &c. ohne furcht.

¶ Intrepide, adverb. audacter, kühnlich. Liv. 26 c. 4 *Postquam adsuetudine quotidiana satis intrepide visum est fieri.* Ausonius præfatione 3 *Ipse est, intrepide volate versus.*

¶ Prætrĕpĭdus, a, um, sehr furchtsam; ut, *Lætari prætrepidum cor*, Persius sat. 2 v. 54. Et Sueton. Tiberio c. 63 *Non modo invisus ac detestabilis, sed prætrepidus quoque atque etiam obnoxius vixit.*

¶ Prætrepidans, tis, valde trepidans, idem. Catullus carm. 47 de adventu veris v. 7 *Jam mens prætrepidans avet vagari.*
Et Paulinus Petrocor. 6 v. 492 *Ignis prætrepidans.*

¶ Semitrepĭdus, a, um, halb erschrocken. Apulej. Met. lib. 7 p. 191 *Semitrepidus juxta mucrones Martios constitutus.*

TRES, tria, τρεῖς, τρία, nomen numerale, drey; ut, *Tres convivæ*, Horat. 2 epist. 2 v. 61. *Tria millia*, Idem 1 sat. 5 v. 25. *Trium litterarum homo*, Plaut. Aulul. 2, 4 extr. i. e. FUR. Sic, *Tria saluberrima. Tribus verbis*, id est, breviter, Plautus Milit. 4, 2 v. 29. *Pax! tribus te verbis volo*, Idem Trin. 4, 2 v. 121.

¶ Ter, adverb. dreymahl; ut, *O terque quaterque beati*, Virg. 1 Æneid. v. 94. *Ter & vicies*, drey und zwanzig mahl, Plin. 7 c. 28. *Ter decies*, Censorin. c. 18. *Ter in anno*, Cicero pro S. Roscio c. 46.

¶ Ternārius, a, um, dreyfach, dreymahlig; ut, *numerus ternarius*, die dritte zahl, Colum. 11 c. 2.

¶ Ternus, a, um, idem. Cic. 9 fam. epist. 22 *Quum loquimur terni, aut quum bini*, je drey, je zwey. Plin. 18 c. 26 *Terni deni*, dreyßig. Horat. 3 od. 19 v. 14 *Ter terni cyathi.* Idem 2 sat. 4 v. 76 *Terna millia.* Virg. Æn 5 v. 120 *Terno consurgunt ordine remi.*

¶ Tertius, a, um, der dritte; ut, *Tertius*, vel, *tertia dies*: *Tertio quoque die*, je des dritten tages, Cic. 2 Tusc. c. 10. Juvenalis satyr. 2 v. 40 *Tertius e cælo cecidit Cato.*

¶ Tertiò, & Tertiùm, adverbia, drittens, zum dritten mahl; ut, *Tertium Consul*, Livius 3 c. 22. Et Cic. pro Dejot. c. 5 *Ille iterum, ille tertio auctionibus factis pecuniam dedit.*

¶ Tertiānus, a, um, zur dritten zahl oder classe gehörig; ut, *Tertiana febris*, tertio quoque die recurrens, Cic. de N. D. 3 c. 10; quæ & *Tertiana* absolute dicitur Plinio 20 c. 20. Absolute *Tertiani*, id est, milites tertiæ cohortis, Tacit. Ann. 13 c. 38.

¶ Tertiārius, a, um, idem; ut, *Plumbum tertiarium*, von der dritten probe, in quo duæ nigri portiones sunt, & tertia albi, Plin 34 c. 17. Gloss. gr. lat. ἔφεδρος, *tertiarius*, qui tertiam partem recipit. Et, *Tertiarium*, ponderis genus, ein drittheil eines gewichts, ut *quartarium*, apud Catonem c. 95.

¶ Tertio, are, est tertium repetere, dreymahl wiederhohlen; item, agrum tertio arare, zur saat pflügen. Columell. 2 c. 4 *Jugerum tertiatur dodrante.* Arationes enim sunt, *Proscissio, Iteratio, Tertiatio.*

¶ Tertiātus, a, um, das man dreymahl übergangen. Colum. 2 c. 13 *Iteratos esse & deinde tertiatos oportet.* Apulej Met lib. 5 *Semibiante voce tertiata verba substrepere*, i. e. ter repetita & imperfecta.

¶ Tertiātio, ōnis, die dritte wiederhohlung; ut tertia aratio. Sic & de aliarum rerum tertia repetitione, ut de olivæ pressura: Colum. 12 c. 50 *Non miscere iterationem, multoque minus tertiationem cum prima pressura*, &c.

¶ Triārii, ōrum, milites veterani, qui in tertio ordine post aciem constituebantur, ut duobus ante se ordinibus parum prospere pugnantibus succurrerent, alte versuchte soldaten, der hinterhalt. Inde, *rem ad triarios redisse*, cum laboratur, proverbio increbuit. vide Livium lib 8 c. 8.

¶ Trīginta, indecl. dreyßig; ut, *Triginta judices*, Cic. pro Cluentio c. 27. *Triginta octo*, acht und dreyßig, pro quo Vossius mavult *duo de quadraginta*, invenitur apud Plin. 4 c. 12. vid. Borrich. Cogit. p. 255.

¶ Trīgēsĭmus, & Trīcēsĭmus, a, um, dreyßigst; ut, *Tertius & trigesimus annus*, Cic. de Senect. c. 6. *Liber tricesimus octavus, tricesimus nonus*, Gell. 13 c. 10. *Hodie tricesima sabbata*, Horat. 1 sat. 9 v. 69.

¶ Trīcies, adverb. dreyßig mahl. Cicero 3 in Verrem c. 38 *Dolabellæ HS ad tricies litem esse æstimatam.* Liv. 28 c. 9 *Pecuniæ in ærarium tulerunt sestertium tricies octoginta millia æris.*

¶ Trīcēni, æ, a, je dreyßig; ut, *Latent circa canis ortum tricenis diebus*, id est, triginta, Plin. 9 c. 3.

¶ Trīcēnārius, a, um, trigesimus, dreyßigst; ut, *Tricenariæ vites*, Varro de Re Rust. 1 c. 2, quod jugerum tricenas amphoras reddat. ¶ 2. Deinde notat eum, qui est XXX annorum, dreyßigjährig. Arnobius lib. 2 p. 58 *Quot vultis annos agens? vultis vicenarius? vultis tricenarius?*

¶ Triens, tis; quatuor unciæ, & nummus valens tertiam partem assis, denique phiala seu haustus quatuor cyathorum, das dritte theil eines dinges. vide *As* & *Cyathus.* Pers. sat. 3 v. 100
Calidumque trientem
Excutit e manibus. conf. Horat. Art. poët. v. 328.

¶ Trientālis, e, aus dem dritten theil; item, vier daumen dick; ut, *Trientalis materia*, Vitruv. 10 c. 6 pr. In mensuris enim uncia pollicem significat. Hinc *folia trientalia*, quæ amplitudine quatuor pollices æquant, Plinio dicuntur lib. 27 c. 5. ¶ 2. *Trientalis affectus*, vide supra *Quadrantalis* in *Quatuor.*

¶ Trientārius, a, um, vier von hundert; ut, *Trientarium fœnus*, id est, usuræ trientes, cum pro centum quaterna annua tantum penduntur, Capitol. de Antonino Pio c. 2; & Lamprid. de Alexandro Sever. c. 21.

¶ Trīmus, a, um, trium annorum, dreyjährig; ut, *Arbor bima, trima*, Plin. 17 c. 11. *Oportet inire bimas* (boves,) *ut trimæ pariant*, Varro de R. R. 2 c. 5.

¶ Trimŭlus, a, um, diminut. idem. Sueton. Nerone c. 6 *Trimulus patrem amisit.*

¶ Trimātus, ûs, subst. ætas trium annorum, das dreyjährige alter; ut, *Trimatum excedere*, über drey jahr seyn, Columella 8 c. 5. *Partus* (asinarum) *a trimatu legitimus*, Plin. 8 c. 43.

¶ Trīnus, a, um, drey oder dreyfaltig. Vide de hoc Vallam lib. 3 c. 5, qui & singulari & plurali numero non adeo frequens inveniri censuit. Cæsar Bell. G. 7 c. 46 *Milites munitionem transgressi trinis castris potiuntur*, drey feldläger. Et, *Reddere trinas* [*litteras*,] pro ternas, Cicero dixit ad Attic. 11 epist. 17. Porro, quod vulgo jactatur, *omne trinum perfectum esse*, ex musicis sumtum est, in quibus *numerus ternarius* nota modi est perfecti, ut *binarius* imperfecti.

¶ Trinĭtas, ātis, græce Trias, ădis, τριάς, apud Patres & Theologos, die dreyfaltigkeit; v. g. Augustinus de vera Relig. c. 18 *Deus incommutabilis Trinitas.*

¶ Triplex, ĭcis, dreyfach, dreyfächtig. Horat. 1 od. 3
Illi robur & æs triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commisit pelago ratem &c.
Sic, *Triplex ratio philosophandi*, Cic. 1 Acad. c. 5. *Triplex anima*, Idem Tuscul. 1 c. 10.

¶ Triplus,

¶ Triplus, a, um, idem. Cicero de Vniverſ. c. 7 *Dupla & tripla intervalla explere.* At, *Proportio muſicalis tripla*, ein trippel.

¶ Triplĭco, are, triplicem efficere, dreyfach machen. Hinc

¶ Triplicātus, a, um, dreymahl ſo groß. Plinius 7 c. 48 *triplicatum corvis ævum.*

¶ Triplĭcābĭlis, e, dreyfaltig. Sedulius lib. 1 ſub finem de Trinitate:

Quod ſimplex, triplicet, quodque eſt triplicabile, ſimplet.

¶ Triplicātio, ōnis, die dreyfache wiederhohlung. Firmicus 2 c. 26 *Nulla vel duplicatione vel triplicatione.* conf. Cajus in l. *conſilio* Dig. de curat. furioſ.

I. Compoſita varia cum nominibus; ut,

¶ Tercentum, &c. Terdecies, terdeni, Tergeminus, Teruncius, vide in *Centum, Decem, Geminus, Vncia.* Porro,

¶ Treceni, trecenti, &c. Tredecies, tredĕcim, Treſſis, Tresviri, vide in *Centum, Decem, As, Vir.* Sed *Treviri*, &c. vide mox ſuo loco.

¶ Triangŭlus, &c. Tricentēni, tricenties, Triceps, Tricinium, Triclinium, &c. Tricornis, Tricorpor, Tricuſpis, Tridens, &c. Triduum, Triennis, triennium, Trifariam, Trifaux, Trifer, Trifĭdus, Trifolium, Triformis, Trifur, Trifurcus, Triga, trigarius, Trigeminus, Trihorium, Trilibris, Trilix, Trimenſtruus, trimeſtris, Trimetrum, Trimodium, Trinĕpos, Trinoctium, Trinōdis, Trinumus, Trinundinum, Triobolum, Triparcus, Tripartītus, Tripatinum, Tripectōrus, Tripedalis, &c. tripes, Triphallus, Triquetrus, Trirēmis, Triſcurrium, Triſulcus, Trităvus, Trivium, &c. Triumvir, Triunx, vide *Angulus, Centum, Caput, Cano, Clinice, Cornu, Corpus, Cuſpis, Dens, Dies, Annus, Fari, Faux, Fero, Findo, Folium, Forma, Fur, Furca, Jugum, Geminus, Hora, Libra, Licium, Menſis, Metrum, Modus, Nepos, Nox, Nodus, Numus, Nundinæ, Obolus, Parcus, Pars, Patina, Pectus, Pes, Phallus, Quatuor, Remus, Scurra, Sulcus, Avus, Via, Vir, Vncia.* Sed

¶ Tribrăchus, Triēris, Trietēris, Triglyphus, Trimacrus, Triorches, Tripŏlis, Tripus, Triſmegiſtus, & alia græca, vide ſuis locis.

II. Compoſita ab initio cum præpoſit. & aliis numeralibus:

¶ Conterno, are, ut combinare, ins gedritte bringen. Hyginus de Limit. p. 191 edit. Goeſ. *Si permiſſum erit, ut inter convenientes conternentur, conternati ſortiri debebunt.*

¶ Conternans, tis, tertium annum complens, dreyjährig; ut, *Vitula conternans*, Vulg. Interpr. Eſaiæ c. 15 v. 5.

¶ Conternātio, ōnis, ternorum comparatio, die zuſammenſetzung dreyer dinge; ut, *Conternationes facta*; *Conternationum ſortitio*, &c. apud Hyginum l. c.

¶ Duodētrīginta, acht und zwanzig. Varro de R. R. 1 c. 1 *Libri duodetriginta.* Livius 28 c. 18 *Duodetriginta oppida.* Sueton. Auguſt. c. 46 *Duodetriginta coloniarum numerus.* Et Auſonius in Eclogario, quoteni dies ſint menſium ſingulorum:

Vnus erit tantum duodetriginta dierum.

¶ Duodetrigeſimus, a, um, der acht und zwanzigſte. Varro apud Gellium 3 c. 10 *Duodetriceſimo* [die] *luna, ex quo veſtigio profecta eſt, eodem redit.*

¶ Duodetricies, adverb. acht und zwanzig mahl, Cic. in Verr. 3 c. 70.

¶ Vndetrīginta, neun und zwanzig: Et

¶ Vndetrigeſimus, a, um, der neun und zwanzigſte. Livius 25 c. 36 *Cn. Scipio undetrigeſimo die poſt fratris mortem eſt interfectus.*

¶ Seſtertius, vide ſupra ſuo loco in *S.*

Treſſis, Tresviri, vide *As, Vir.*

TRĒVĬRI, vel Treveri, ōrum, Galliæ Belgicæ populi in confinibus Germaniæ, quorum urbem *Auguſtam Trevirorum*, & *Treverim* vocant, die ſtadt Trier. vid. Auſon. Clar. Vrb. 4.

¶ Trevir, i, qui ibi natus. Lucanus 1 v. 441

Tu quoque lætatus converti prœlia Trevir.

¶ Treverĭcus, a, um, adjectivum. Plinius 18 c. 20 extr. *Treverico agro compertum.* Et Paulinus Petrocor. 5 v. 711 *Treverica urbs.*

Triangularis, triangulus, Triarii, vide *Angulus, Tres.*

TRĬBĂS, ădis, plural. Tribădes, τριβάδες, παρὰ τὸ τρίβειν, a *fricando*, (unde & Tertullianus *Frictrices* vocavit,) dicebantur mulieres, quæ in ſexum ſuum furentes nefaria libidine ſe polluebant. Qua impuritate Lesbiæ maxime laborarunt. Vide Lucianum in Meretriciis Dial. 5. Phædrus lib. 4 fab. 14 v. 1

Rogavit alter Tribades & molles mares,
Quæ ratio procreaſſet &c.

Quæ in ſequiore ſexu *Tribades*, hi in ſexu maſculo *molles* appellati, de quo ſuo loco. De utrisque S. Paulus in Epiſt. ad Roman. c. 1 v. 26 & ſeq.

TRĬBOCI, vel TRIBOCCI, ōrum, populi Germaniæ ſuperioris ad Rhenum, nunc *Alſatii* dicti, die Elſaſſer. vid. Plin. 4 c. 17, & Tacit. de Germ. c. 28 n. 7. Vnde *Auguſta Triboccorum*, Straßburg.

TRĬBON, ōnis, τρίβων, pallium tritum, ein bettlers-rock, alter lumpen. Auſon. epigr. 53 v. 1

Pera, polenta, tribon, baculus, ſcyphus, arcta ſupellex.

¶ Tribōnium, i, τριβώνιον, idem: vid. Feſtus in *Adtritum*; & Ferrarius P. 2 Rei Veſt. p. 173.

TRIBRĂCHYS, i, τρίβραχυς, pes ex tribus ſyllabis brevibus; ut, *legere, dominus*, &c.

Tribuarius, vide paullo poſt *Tribus.*

TRĬBŬLA, æ, & Tribŭlum, i, genere neutro, a *terendo* dictum, erat vehiculum e tabula, lapidibus aut ferro aſperata, quo frumenta in area a bobus junctis ducto, terebantur, ein dreſch-wagen. Qua in opera ruſtici noſtri flagellis hodie utuntur, flegel. Virgil. 1 Georg. v. 164 *Tribulaque trabeæque* &c. vide *Traba.* Adde Ludovicus Vives in Auguſtinum de Civitate Dei 1 c. 8. Sic, *Pulſibus tribularum*, Colum. 1 c. 6. De *Tribulo*, vid. Varr. R. R. 1 c. 52.

¶ Tribŭlo, avi, ātum, are, proprie eſt tribulis tundere & comminuere, ſtampffen, umrühren, kloppen, dreſchen, ausdreſchen. Cato R R. c. 23 *Permiſceto crebro, tribulatoque quotidie.* ¶ 2. Per metaphoram eccleſiaſticis ſcriptoribus eſt affligere, ſeu anguſtiis afficere, plagen, quälen, ängſtigen. Tertull. adv. Gnoſt. c. 13 *Qui in omnibus tribulemur, ſed non coanguſtemur.* conf. Ol. Borrich. Cogit. p. 254; & Andr. Borrich. Vind. p. 231.

¶ Tribŭlātus, a, um, gedroſchen; item, gewezt, gequält, geängſtiget. Pallad. R. R. 1 tit. 43 *Faſciculo breviſſimæ tribulatæ*, id eſt, in acumen deductæ. Paulinus Jambo ad Cytherium v. 621

Et tribulata carne victrix caſtitas
Conſumat igne carnium.

¶ Tribŭlātio, ōnis, i. e. ærumna, afflictio, die trübſal, ängſtigung. Tertull. adv. Jud. c. 11 *In die tribulationis.* Firmicus de Prof. Relig. p. 48 *Oblivîſceris inopiam noſtram & tribulationem.* Ita ſæpe apud Vulg. Interpr. vide Rom. c. 5 v. 3.

¶ Tribulārium, i, locus trituræ, die dreſchtenne, apud Columellam.

¶ Attribulātus, a, um, ausgedroſchen, ausgeklopft. Macer 4 c. 6 *Folliculus bene tritus & attribulatus.*

¶ Contrĭbŭlo, are, zerſchmettern, zermalmen: Vulg. Interpr. Sirac. c. 35 v. 22.

¶ Contribulātus, a, um, geängſtiget, zerknirſcht; ut, *Cor contribulatum hoſtia eſt Dei*, Tertull. adv. Judæos c. 5. *Lucus contribulatus cœperunt habere*, Idem ibid. c. 13.

¶ Contribulātio, ōnis, die beängſtigung. Tertull. l. c. c. 13 *Vos contribulatione ſpiritus ululabitis.*

Tribūlis, Tribulo, tribulum, vide *Tribus, Tribula.*

TRĬBŬLUS, i, τρίβολος, ſpinæ genus a ſemine triangulari, ut videtur, dictum, weg-diſteln; ut, *Aſperior tribulis*, Ovid. 13 Met. v. 804. conf. Plin. 18 c. 27. *Terreſtris* eſt *tribulus* & *aquaticus*, qui nucleos profert aculeatos, waſſer-nüſſe. Virg. 1 Georg. v. 153

Lappæque tribulique interque nitentia culta
Infelix lolium &c.

¶ Tribulōſus, a, um, aſper, ſpinoſus, rauh, heckicht. Sidon. 1 epiſt. 7 *Diſſimulatio tribuloſiſſima.* Idem 3 epiſt. 2 *Viarum voragines tribuloſæ.* Et 4 epiſt. 3 *Opus per hamata ſyllogiſmorum puncta tribuloſum.*

TRĬBŪNAL, ālis, ſedes excelſa & magnifica, quam primus in foro ad judicandum conſtituit Romulus, ut Dionyſius auctor eſt lib. 2 Antiquit. c. 30, der richterſtuhl. Fuit forma arcuata, ſive hemicycli; ut ex Vitruvii lib. 5 c. 1 conſtare poteſt. Vnde & extremitates ejus, ſive *primores partes*, ut Suetonius appellat Tiberio c. 30, *cornua* vocabantur. Tacitus 1 Annal. c. 75 *Judiciis aſſidebat in cornu tribunalis, ne prætorem curuli depelleret.* Cic. 3 fam. epiſt. 8 *Agere pro tribunali.* Et, *Prætor de ſella & tribunali pronunciat*, Idem in Verr. 4 c. 38. *Complere tribunal*, Idem de Clar. Orat. c. 84. ¶ 2 Sed & in caſtris erat *Tribunal*, quod conſcendebat imperator jus dictaturus, aut allocuturus milites, antiquitus de ceſpite exſtructum, de quo Lipſius ad Taciti lib. 1 Annal. p. 42, & ante eum Turnebus in Adverſariis 12 c. 7. Tribunalia quæ nobiliora Athenis, quæque ignobiliora fuerint, recenſet Voſſ. 1 Inſtit. Orat. p. 114.

TRĬBŪNUS, i, plur. Tribuni, a *tribubus*, quod præpoſiti iis eſſent, dicti & inſtituti primum a Romulo, dein a Servio Tullio fuerunt, quorum prior & civium Romanorum corpus in tres partes, *Tribûs* ex re appellatas, deſcripſit, ut Dionyſius Halicarnaſſenſis auctor eſt lib. 2 Antiquit. c. 7, quem & lib. 4 Antiquit. c. 18 vide, zunfft-meiſter. Latе poſtea patuit hoc nomen. ¶ 2. Nam *Tribuni plebis* dicebantur, quorum judicio, quæ & ſenatus decreviſſet, ſubjiciebantur, die:: theils-meiſter. Erant enim magiſtri plebis, penes quam ſumma res erat, & quidam veluti cuſtodes libertatis, & ſacroſancti quidem; nec poterat ſine eorum auctoritate ſenatusconſultum fieri. Nam ſi interveniſſent tribuni, non poterat *SCtum* appellari, quod decreviſſet ſenatus cum conſulibus, ſed tantum *Auctoritas* dicebatur, de quo vide ſuo loco. Creati primum, cum plebs in montem ſacrum ſeceſſiſſet. vide Dionyſ. Halicarnaſſ. & Liv. lib. 3, & Flor. lib. 1 c. 23. Converſâ republica, omnis tribunorum vis in principes fuit tranſlata. ¶ 3. *Tribuni militum cum conſulari poteſtate* creati primum fuerunt, cum orta inter plebem patresque certamina fuiſſent de communicando conſulari honore, feld-marſchalle. Cœpit is magiſtratus ſtatim poſt urbem a Gallis liberatam, ſed brevi poſt exſpiravit. Vnde Tacitus, cum initio Annalium reipublicæ Romanæ ſtatus atque mutationem exponit, *neque Tribunorum*, inquit, *militum conſulare jus diu valuit.* Vide Eutropium 2 c. 1, & Onuphrium Panvinium Commentar. in Faſtos ad eum tractum annorum. ¶ 4. Alii *tribuni militum* fuerunt, qui legionibus præfuerunt, feld-obriſten; nam qui auxiliis regendis præpoſiti, *præfecti* dicebantur. His initium ab illis tribunis, quos inſtituit Romulus & *Celerum* nomine appellavit, Græci χιλιάρχας dixerunt: nos obriſten appellamus. Vide Sigon. 2 de Antiqu. jure provinc. c. 2, & accuratiſſime Lipſ. 2 de Militia Romana Dial. 9, & ſupra *Præfectus* in *Facio.* Cæterum in qualibet legione *tribuni* ſex erant communi poteſtate: ſic tamen, ut non cuncti ſimul, ſed ſinguli ordine imperarent per vices; quod ex Polybio Livioque obſervavit Turnebus 30 Adverſar. c. 24. Poſtea aliquid mutatum videtur, nec integris legionibus præfuiſſe tribunos, ſed partibus earum, hoc eſt, cohortibus, cum legionis totius imperium penes eum eſſet, qui *legatus legionis* (de quo ſuo loco egimus,) appellabatur. Quam ob cauſſam vetus Scholiaſtes *Curam cohortis* apud Juvenalem *Tribunatum* interpretatur: & hinc *Tribunos cohortium* apud Tacitum & Plinium. Et quia in qualibet legione cohortes decem erant; idcirco vero ſimile eſt, totidem quoque tribunos in una legione fuiſſe. In quam ſententiam & illuſtris Savillus inclinat Commentario de Militia Romana p. 363. Quare hac ratione legato tribunus, tribuno centurio ſuberat. Tribunatûs inſigne *Pugio* erat ſeu *Gladius.* vide *Pugio.* ¶ 5. *Tribunus laticlavus* eſt, qui *lato clavo* in veſte utebatur: hoc eſt, cui ſenatorii ordinis jus erat, aut cui id pro munere imperatores conceſſerant; apud Suetonium Domitiano c. 10. ¶ 6. *Tribunus anguſticlavus* autem, qui equeſtris tantum ordinis; apud eumdem Othone c. 10. Vide Caſaubonum ad Suetonii Auguſtum c. 38. ¶ 7. Eſt autem *Tribuni* vocabulum eo fuſum denique, ut quemvis curatorem ſive præfectum deſignaret, ein pfleger, amtmann. Nam & *Tribuni ærarii* fuerunt in libera veteri republica, rentmeiſter; & poſteriore ævo ſub principibus *Tribuni voluptatum, matrimoniorum,*

rum, chartariorum, provinciarum, quorum apud Caſſiodorum mentio fit, dicebantur. *Tribunus ebori* in lapidibus: *Tribunus ſcholarum* in Codice Juſtinianeo legitur, ut Lipſius obſervavit.

¶ Tribūnĭtius, a, um, zum zunfftmeiſter-amt gehörig; ut, *Poteſtas tribunitia*, Cic. 2 Orat. c. 28. Et, *Tribunitii candidati*, ad Quint. fratr. 2 epiſt. 14 ſub finem. Abſolute autem *Tribunitii* ſunt, qui tribunatu olim functi ſunt, ſicut *conſulares*, qui conſulatu. Cic. 13 Philipp. c. 14 *Qui ædilitii? qui tribunitii? qui quæſtorii?* ſubaudi, *viri*.

¶ Tribunātus, ûs, ſubſt. tribunorum dignitas, das zunfftmeiſter-amt; ut, *Inire tribunatum*, Cicero 11 ad Attic. epiſt. 9. *Petere ab aliquo tribunatum*, Cic. 1 de Orat. c. 7.

TRĬBVO, ui, ūtum, ĕre, exhibere eſt, zueignen, geben; ut, *Tribuere alicui honorem*, Cic. 2 de Orat. c. 11; *Præmium*, Idem pro Balbo c. 17; &, *Priores partes*, Idem ad Quint. fratr. 3 epiſt. 4, einem den vorzug laſſen. *Hominum ſocietatem tueri, & ſuum cuique tribuere*, Cic. 1 Off. c. 5. *Tribuere tempus alicui rei*, Idem 2 Offic. c. 1. Et, *Valetudini aliquid tribuere*, Idem Tuſc. Quæſt. 1 extr. etwas thun um der geſundheit willen. *Silentium alicujus orationi tribuere*, Idem pro Cœlio c. 12. *Tantum tibi tribuo, quantum mihi arrogo*, Cic. ad Sulpit. 4 fam. epiſt. 1. Et, *Quibus ille ſecundum fratrem plurimum tribuebat*, Idem 4 Acad. c. 4 extr. von dem er ſehr viel hielt. Sed, *Hoc benevolentiæ ejus tribuendum eſt*, hoc eſt, imputandum, es iſt ſeiner gunſt zuzurechnen. Et, *Mihi benevolentiâ, credo, ductus tribuebat omnia*, Cicero de Clar. Orat. c. 51. Sed, *Tribuere in partes*, eſt dividere, theilen, Cic. in Orat. c. 4.

¶ Trĭbūtus, a, um, gegeben, zugeeignet, ausgetheilt; ut, *Honor mulieri tributus*, Cic. 2 de Orat. c. 11. *Omnis vis loquendi in duas tributa partes*, Idem de Fin. 2 c. 6.

¶ Tribūtum, i, ſubſt. quod ex privato in publicum tribuitur, ſeu quicquid a ſubditis ſolvitur, vectigal, quanquam *vectigal & tributum*, ſi proprie ſumas, differant, de quo Samuel Petitus 2 Variar. Lect. c. 1, ſchoß, zoll, tribut, ſchatzung, ſteuer. Cicero 2 Offic. c. 21 *Danda opera eſt, ne propter ærarii tenuitatem, aſſiduitatemque bellorum, tributum ſit conferendum.* Sic, *Imperare, imponere, indicere, irrogare tributum*, noti uſus ſunt. *Levamentum tributi*, Tacit. 1 Hiſt. c. 8 n. 2. Cæterum *Tributum* duplex erat: alterum in agros, alterum in corpora ſive capita provincialium imponebatur; ἐπὶ τῇ γῇ, καὶ ἐπὶ τοῖς σώμασιν, Appianus dixit. Alterum genus & *Tributum capitis* dicitur: item, *Capitulare*: denique *Pecunia pro capitibus*. Vide Lindebrogium ad Ammianum Marcellinum p. 50. *Vltro tributum* impendium in publicum opus dicitur apud Senecam 4 de Benefic. c. 1. Vbi vide Lipſium, & Turnebum 1 Adverſ. c. 29.

¶ Tribūtus, ûs, ſubſt. in maſcul. eadem ſignificatione, apud Plaut. Epid. 2, 2 v. 43 *His, quibus tributus major penditur.*

¶ Tributārius, a, um, tributo ſolvendo obnoxius, der zinßbar iſt, tribut geben muß; ut, *Civitas tributaria*, Juſtinus 5 c. 2 & 3. *Terra tributaria*, apud Plinium 12 c. 1. *Tributariæ & Stipendiariæ provinciæ* quid differant, paullo ante laudatus Petitus ibidem oſtendit; pro iisdem tamen habere videtur Sueton. Calig. c. 40. ¶ 2. Idem eſt ac tributum exigens, tribut fordernd; ut, *Tributaria neceſſitas*, ſchwere nöthige herren-gefälle, Juſtin. 32, 2, 1. *Indictiones tributariæ*, anlagen, Salvian. de Gubern. Dei lib. 5 p. 171.

¶ Tributio, ōnis, tribuendi actus, die darreichung, austheilung; ut, *Tributio æquabilis*, Cic. 1 de Nat. Deor. c. 19. Et, *tributiones prædii*, l. 52 D. de Pactis.

¶ Trĭbūtor, ōris, ein geber, mittheiler. Apulejus ad Aſclep. p. 92 *Mundus præſtitor eſt & tributor omnium, quæ mortalibus videntur bona.*

¶ Tributōrius, a, um, die austheilung betreffend; ut, *tributoria actio*, Lege 1 § 20 Dig. de Exercit. action. Et Lege 6 pr. ff. eodem. tit.

Compoſita:

¶ Attrĭbuo, ui, ūtum, ĕre, adſcribere, deſtinare, tribuere, zueignen, geben; ut, *Cauſſam calamitatis alicui attribuere*, beymeſſen, Cicero in Verrem 7 c. 41. *Huic accedit ſummus timor, quem mihi natura pudorque meus attribuit*, Idem pro Roſc. Amer. c. 4. Et Plin. 16 c. 37 *Locum aliquem alicui attribuere*, hoc eſt, aſſignare. *Orationem alicui rei attribuere*, pro, loquentem rem aliquam inducere, Cicero 1 de Invent. c. 52.

¶ Attrĭbūtus, a, um, aſſignatus, zugeeignet, angewieſen; ut, *Suus cuique locus attributus*, Cæſ. B. G. 7 c. 81. *Attributa ſidera ſingulis nobis*, Plin. 2 c. 8. Et, *Pecunia attributa*, quæ præſidibus in provincias euntibus aſſignabatur, Cic. 3 in Verr. c. 13, & Aſconius ibi p. 79. conf. Parei Lex. Crit. p. 125.

¶ Attributum, i, ſubſt. apud philoſophos affectio, die eigenſchafft.

¶ Attribūtio, ōnis, die zueignung. Cicero 1 de Invent. c. 26 *Ex his etiam attributionibus, ſacer, an profanus; publicus, an privatus; alienus, an ipſius, de quo agitur, locus ſit, an fuerit.* Epitheta hîc & circumſtantias ſignificat. Sed, *Attributio nominum*, eſt debitorum aſſignatio, die anweiſung, Cic. 16 ad Attic. epiſt. 3. Vide Manutio & Sim. Boſio notata.

¶ Contrĭbuo, ui, ūtum, ĕre, conferre, tribuere, zuſammen ſchieſſen, darzu geben, beytragen; ut, *Contribuere pecuniam*, Cic. 14 Philipp. extr. Et Suetonius Auguſto c. 48 *Regna, quibus belli jure potitus eſt, præter pauca, aut iisdem, quibus ademerat, reddidit, aut alienigenis contribuit.* Plin. 5 c. 18 *Contribuere in regna*, id eſt, dividere, eintheilen. Liv. 38 c. 3 *Ambracia tum contribuerat ſe Ætolis*, ſie hatte ſich ihnen ergeben.

¶ Contrĭbūtus, a, um, mitgetheilt, beygetragen; ut, *Contributa habere vitæ remedia*, Plin. 32 c. 4 extr. *Contributi Megarenſibus*, Idem 4 c. 7. Abſolute autem *Contributi* dicebantur, qui in diverſis oppidis urbibusque degentes unam civitatem conſtituebant. Sic Calagurritanos & Oſcenſes *Contributos* dicit Cæſar 1 de Bell. Civ. c. 60, quod unam civitatem ſive gentem conſtituerent. Nam ſi res aliter habuiſſet ſe, non potuiſſet paullo poſt *magnas quinque civitates ad amicitiam ſuam adjunctas* dicere. Debuiſſet enim *ſex* numerare.

¶ Contributio, ōnis, die zuſammenſchieſſung. Paulus JCtus Lege 1 Dig. ad Leg. Rhod. de jactu: *Lege Rhodia cavetur, ut, ſi levandæ navis gratiâ jactus mercium factus eſt, omnium contributione ſarciatur, quod pro omnibus datum eſt.*

¶ Diſtrĭbuo, ui, ūtum, ĕre, austheilen, vertheilen, jedes an ſeinen ort geben. Autor ad Herenn. c. 10 *Diſtribuere in aliquot partes*, &c. Terent. Adelph. 3, 3 v. 17 *Id diſtributum ſane ex ſententia eſt.* Sic, *Diſtribuere exercitum in civitates*, Cæſar 5 de B. G. c. 24. *Diſtribuere milites in numeros*, Plinius 10 epiſt. 38. *Diſtribuere commode tempora peregrinationis*, Cicero ad Attic. 2 epiſt. 1.

¶ Diſtrĭbūtus, a, um, ausgetheilt, zertheilt, ausgebreitet; ut, *Leges in omnes terras diſtributæ*, Cic. pro Flacco c. 26. *Orbem terrarum imperiis diſtributis ardere bello*, Idem ad fam. 4 epiſt. 1.

¶ Diſtribute, adverbium, cum diſtributione, unterſchiedlich. Cicero Tuſc. 2 c. 3 *Diſtribute dicere.* Et de Invent. 2 c. 59 *Si diſtributius tractare quis volet, partiatur in animum & corpus* &c.

¶ Diſtribūtio, ōnis, die austheilung; ut, *Senſuum diſtributio*, Cicero de Fin. 5 c. 11. ¶ 2. *Diſtributio*, μερισμὸς, ſchema rhetoricum eſt, cum genus per ſpecies, corpus per membra, totum per partes declaramus, magna cum gratia & utilitate.

¶ Diſtributor, ōris, ein austheiler. Apulejus ad Aſclep. p. 92 *Deus diſtributor diſpenſatorque eſt bonorum.* Paulinus Nolanus epiſt. 13 ad Pammachium n. 14 *Hilaris dator & infatigabilis diſtributor.*

¶ Intrĭbuo, ĕre, darzu geben. Trajanus ad Plinium 10 epiſt. 35 *Ne quid ideo intribuant*, id eſt, contribuant in rem aut uſum aliquem.

¶ Intributio, ōnis, die nachſteuer. Paulus Recept. Sentent. lib. 2 tit. 7 ſent. ult. *Collatio intributionis ob jactum ſalva nave fieri debet.*

¶ Pertrĭbuo, ĕre, ertheilen. Plinius ad Trajanum 10 epiſt. 18 *Privatim & publice teſtimonium pertribuere.*

¶ Rĕtrĭbuo, ui, ūtum, ĕre, reddere, vergelten, wieder erſtatten. Cicero Declam. antequ. iret in exilium c. 3 *Fidei conducit, in loco debitum retribuere.* Liv. 2 c. 41 *Pecuniam acceptam populo retribuere.*

¶ Retribūtus, a, um, wieder gegeben, vergolten. Paulin. in epiſt.

Nec retributa ſuis, nec potienda tibi.

¶ Retributio, ōnis, die vergeltung. Auguſtinus Civ. Dei 22 c. 23 *Retributio mali pro bono.* Et Gloſſ. Vet. ἀνταπόδοσις, *Retributio.* Sed & Tertull. 5 adv. Marc. c. 4 *Retributionis & judicii Deus.* conf. 2 adv. Marc. c. 18; & de Corona milit. c. 6; Sidon. 4 epiſt. 11; Lactant. 4 c. 13; & 6 c. 18.

¶ Retribūtor, ōris, ein vergelter. Paulinus Nolanus epiſt. 11 [al. 5] n. 4 *Maximos affectus nobis gratia retributoris indulget.* Et Salvianus 1 de Gubern. D. p. 26 *Deus dum ſervat bonos, pium ſe retributorem comprobavit.* Adde Tertull. adv. Marc. 4 c. 29; & 5 c. 16.

TRĬBVS, ûs, ſubſt. fœm. die zunfft; certa pars populi Romani, quem Romulus diviſit in partes tres: deinde ſingulas rurſus in decem diſpartitus eſt: majores appellavit *Tribus*, minores *Curias*. Itaque tres initio *Tribus* fuére; poſtea Servius Tullius quartam addidit &c. vide Dionyſ. Halicarnaſſ. 2 c. 7, & lib. 4 c. 18 de Tullio & Servio. Liv. 1 c. 43 *Quadrifariam urbe diviſa, regionibus, collibusque, quæ habitabantur partes, tribus eas appellavit, ut ego arbitror, a tributo.* Creſcente populo, plures ſubinde additæ, & tandem 35 factæ. vide Livium 6 c. 5 extr. Populus Athenienſis in duodecim diſtributus erat tribus, ad menſium numerum, & rurſus unaquæque tribus in triginta genera, quorum *tribules* erant & *contribules*.

¶ Trĭbūlis, is, qui ex tribu eſt, ein zunfft-genoß. Terent. Adelph. 3, 3 v. 85 *Eſtne hic Hegio tribulis noſter?* Cicero 13 fam. epiſt. 58 *L. Cuſtidius eſt tribulis, & municeps, & familiaris meus.* Et, *Conviva tribulis*, id eſt, plebejus, Horat. 1 epiſt. 13 v. 15. Vide ibi Torrentium. Vide & Chiliadas in adagio γενηλὸς γεγονὼς τήρει τὴν τάξιν, *Tribulis factus ſerva ordinem*, id eſt, officio tuo, quemadmodum cæteri, fungere.

¶ Tribuārius, a, um, zunfftmäßig, vor zünffte gehörig; ut, *Crimen tribuarium ſodalitiorum*, id eſt, quod ad tribum pertinet, Cic. pro Plancio c. 19.

¶ Tribūtim, adverb. per ſingulas tribus, zunfftweiſe. Cic. ad Attic. 4 epiſt. 16 *Populo tributim domi ſuæ ſatisfecerat.* Et pro Flacco c. 7 *Tributim & centuriatim deſcriptis ordinibus.*

¶ Contribūlis, is, ein mitgenoß, mitbruder. Sidon. 8 epiſt. 13 *Commendo promotum gerulum litterarum, noſtrum nuper effectum veſtris orationibus contribulem.*

TRĪCAE, arum, plurale, proprie dicuntur vel pili, vel fila, vel alia, quibus pulli gallinacei involvuntur; deinde omnia etiam impedimenta, verwirrung, hinderung. Dictæ autem videntur eſſe *tricæ* ἀπὸ τῶν τριχῶν, hoc eſt, a *pilis*. Cic. ad Attic. 10 epiſt. 8 *Cujus quidem virtus mirifica, quomodo illa fert publicam cladem? quomodo domeſticas tricas?* id eſt, difficultates & moleſtias impeditas. ¶ 2. Et, *Tricæ apinæque* proverbiali figurâ res ſunt futiles ac nugatoriæ, nichtswürdige dinge, unnütze händel. Martialis 14 epigr. 1

Sunt apinæ tricæque, & ſi quid vilius iſtis.

Vide Chiliadas. Ita & Plautus in Rudente 5, 2 v. 36 *tricas* nugas dixit. Et Moſtell. 3, 1 v. 41 *Quin tu iſtas mittis tricas.*

¶ Trīco, ōnis, plural. Tricōnes, homines nullius rei bonæ, nebulones, verwirrer, zäncker. Capitolinus in Lucio Vero c. 4 *Fertur in tantum vitiorum Cajanorum, & Neronianorum, & Vitellianorum fuiſſe æmulus, ut comiſſaretur cum triconibus, & committeret rixas.* Adde ibi Salmaſium: Onomaſticum vetus: *Tricones*, δυσέριδες. Salmaſius ad Gloſſas provocat, quibus *Trico* ſit ἀχρεῖος, ἔκλυτος, quibus vocibus in Labbæi Gloſſario *Tricoſus* convertitur. Lucilii locum aliquem adducit Nonius c. 1 n. 85. conf. Vulg. Sirac. c. 32 n. 13; & Parei Lex. Crit. p. 1252.

¶ Trīcor, ātus ſum, ari, wirren, hadern, zancken; apud Ciceronem legitur aliquoties ad Attic. ut, *Publius tecum tricatus eſt*, lib. 14 epiſt. 19: id eſt, nugas egit. Auſonius Popma ſic explicat: *Perplexe & involute tecum locutus eſt, nec voluit ſenſum ſuum explicare.* Idem Cic. lib. 15 epiſt. 13 ad eumd. Attic. *Vectenum accuſat: tricatur ſcilicet, ut homo talis*; Vbi vel idem eſt, vel morari in ſolvendo. Nam eſt & tergiverſari, morari. Vnde

¶ Tricōſus, a, um, mürriſch, haderhafft. *Tricoſum* cum *bovinatore* conjunxit Lucilius:

Hic tricosu' bovinatorque ore improbu' duro.

Idem Lucil. *tricones nummarios* dixit mala nomina, qui tricantur, i. e. tergiversantur & ægre solvunt, die nicht gerne zahlen. *Bovinator* autem est tergiversator. vide Festum, & adde antea dicta in *Trico*. Romæ in Capitolio extitit lapis Herculi inscriptus:

Alcmenæ Jovis & magni fortissima proles,
Tricosus subito post mea fata vocor:

i. e. contentiosus. vid. Ferretii Mus. Lapid. p. 303.

¶ Extrīco, avi, atum, āre, expedire, exsolvere, loß machen, auswickeln. Plaut. Epid. 1, 2 v. 49 *Aliqua ope me exsolvam, extricabo me aliqua.* Horat. 1 sat. 3 v. 88 *Mercedem aut nummos unde unde extricat.* Vatinius ad Cic. lib. 5 fam. epist. 10 *De Dionysio tuo adhuc nihil extrico*, hoc est, nihil adhuc explorati aut certi habeo.

¶ Extricātus, a, um, ausgewickelt, loßgemacht; ut, *Extricata densis cerva plagis*, Horat. 3 od. 5 v. 31. *Extricatæ margaritæ*, i. e. expurgatæ, perpolitæ, auspolirt, Vlpian. l. 27 § 19 ff. ad L. Aquiliam.

¶ Inextricābilis, e, ex quo se quis extricare non potest, unaufflößlich. Virg. 6 Æn. v. 27 *Hinc labor ille domûs & inextricabilis error.* Et Plinius 36 c. 13 *Labyrinthus inextricabilis.*

¶ Inextricābiliter, adverb. idem. Apulejus Met. lib. 11 p. 269 *Inextricabiliter contorta fatorum licia.*

¶ Intrīco, āre, involvere, impedire, verwirren, verwickeln. vid. Nonius c. 2 n. 26. Hinc

¶ Intricātus, a, um, verwickelt, verworren. Plaut. in argum. Persæ v. 5 *Intricatum ludit potans Dorpalum.* Sic, *Intricatus auctoris locus*, quem difficile explicare est.

TRICCA, æ, oppidum Thessaliæ: vide Livium 32 c. 13. Hine

¶ Triccæus, a, um, adject. Avienus in Arat. v. 206
Triccæi sidus stat nominis.

Tricenarius, triceni, Tricennalia, Tricenties, &c. Triceps, Tricesimus, vide *Tres, Annus, Centum, Caput, Tres.*

TRĪCHIA, æ, τριχία, vel *Tricheus*, vel *Trichis*, piscis, qui & *Sardina* dicitur, sardellen, Gesner. Plin. lib. 9 c. 15 *Intrantium pontum soli non remeant trichiæ.*

TRĪCHILA, æ, eine sommer-laube. Vetus poëta in Copa v. 8
Et trichila umbriferis frigida arundinibus.

Vbi Scaliger, *Trichilæ*, inquit, *nomine intelligit pergulas, quæ & umbellæ, & umbracula vocabantur.* Σκιάδες *Theocrito Syracusiis. Columella* 10 v. 394 At qui sub trichila manantem repit ad undam. *Apud Cæsarem lib. 3 de Bell. Civ. idem vocabulum inveniri in vetustis exemplaribus, indicavit mihi Obertus Gifanius. Est ergo trichila vitium aut cucurbitarum jugamentum, aut cucumerum compluviata pergula*, &c. *Græcam esse hanc vocem, si nihil aliud, certe* CH *aspiratum demonstrat. Dictum a densitate foliorum, quasi tricbina, n in l, ut nympha limfa.* Τρίχινον *Tarentini dicebant pro spisso a pilis* &c. Hactenus Scaliger. Sed Dionysius Vossius negat apud Cæsarem legi *Trichilas*, sed potius *Triclinia strata.*

TRĪCHILVM, i, τρίχειλον, vas tria habens labra, e quibus aqua effluit, ein faß mit dreyen ausflüssen, a χεῖλος, *labrum.* Sed, *Trichila*, media correpta, aliud est. vide proxime ante. Est tamen & *Trichilum* correptum, ut fit, si littera ex diphthongo ejicitur. Columella 10 v. 378 *Tum modo dependens trichili, modo more cylindri Intortus cucumis.*

TRĪCHĪNVS, a, um, tardus & quasi impeditus, vel siccus & sine succo, ut sunt capilli, schlecht, gering; ut, *Quæstus trichinus*, Varro apud Nonium c. 2 n. 864. Salmasius legit *Tricinus.*

TRĪCHĪTIS, idis, τριχῖτις, aluminis genus, Plinius 35 c. 15.

TRĪCHŎMĀNES, neutrum, τριχομανὲς, herba, quæ & *Polytrichum*, & *Canitrichum* vulgo dicitur, steinbrech, sic dictum a luxuria capillitii, a quo & *capillarem* aliqui dixerunt. Differt ab *adiantho*, frauen-haar, oder mauer-raute, Matthiolus. Adde Plin. 22 c. 21; & 27 c. 13.

TRĪCHŌRVM, i, τρίχωρον, locus in tres velut locellos distinctus. Spartianus in Pescennino Nigro c. 12 *In qua simulacrum ejus in trichoro constituit.* Vbi Casaubonus: *Magnarum*, inquit, *ædes tribus distinctis partibus constare solebant: quarum una ingredienti adversa occurrit, duæ sunt ad latera: has tripartitas domos Architecti trichora*, τρίχωρα *vocabant: Statius in Tiburtino Manlii Vopisci:*
quid nunc ingentia mirer,
Aut quid partitis distantia tecta trichoris?

Architecti nostri hodie vocant papiliones: *quia harum partium* (*ædificii corpora vulgo dicimus*,) *diversa tecta sic consurgunt, ut in metatura castrorum separata totidem papilionum fastigia.* Hæc ille. Multi doctissimi viri in hac voce exponenda occupati fuerunt. vid. Cœl. Rhodigin. 18 c. 11; Salmas. ad Histor. August. p. 156; Isaac. Casaub. ad eamd. p. 279; Ludovic. de la Cerda Adversf. cap. 102. Sed plenius meliusque omnibus Heribertus Rosweidus notis ad Paulini Nolani epist. 12 p. 784; & Barthius ad Stat. Silv. p. 104.

Trichotomia, vide supra *Tomus.*

TRICHRVS, i, lapis compositus ex duplici hæmatite, nigro & rubro: nascitur in Africa, eine art blut-steins, Agricola. Apud Plinium 37 c. 10 gemma sic dicta a tribus coloribus.

Tricies, Tricinium, Triclinium, &c. Trico, vide *Tres, Cano, Clinice, Tricæ.*

TRICOCCVS, i, τρίκοκκος, majus heliotropium est Plinio 22 c. 21, quod *Scorpiurus* dicitur a Dioscoride, die sonnen-blume.

Tricornis, &c. Tricorpor, Tricosus, Tricuspis, vide *Cornu, Corpus, Tricæ, Cuspis.*

Tridens, &c. Triduum, &c. vide supra *Dens, Dies.*

Triennium, Triens, trientalis, &c. vide *Annus, Tres.*

TRĬĒRES, is, mediâ productâ, fœmininum, τριήρης, navis triremis, eine galee mit drey rudern. Corn. Nepos Alcibiade c. 4 *In trierem, quæ ad eum deportandum erat missa, adscendit.* Ita Gifan. & Jo. Andr. Bosius legunt: vulgo *triremem.*

¶ Triērarchus, i, τριηράρχης, trieri præfectus, ein schiff-capitain: Cic. 1 Verr. c. 20; & Sueton. Nerone c. 34; Tacitus 2 Histor. c. 9 & 16 &c.

TRIĔTĒRIS, idis, τριετηρίς, trium annorum spatium, drey jahr; τρία ἔτεα, ab ἔτος, *annus.* Martial. 6 epigr. 38
Aspicis, ut parvus, nec adhuc trieteride plena
Regulus auditum laudes & ipse patrem.

Et lib. 7 epigr. 95, in pueri epitaphio:
Sex mihi de prima deerant trieteride menses.

Et Paulinus Nolanus carm. 10 v. 103 ad Ausonium, [al. carm. 12 pr.]
Defore me patriis totâ trieteride terris.

¶ Trietēricus, a, um, τριετηρικὸς, triennalis, dreyjährig; ut, *Sacra trieterica:* Virg. 4 Æn. v. 302 *Stimulant trieterica Baccho Orgia* &c.

Trifariam, Trifatidicus, Trifaux, Trifax, Trifer, Trifidus, Trifinium, Trifolium, Triformis, Trifur, Trifurcus, &c. vide supra *Fari, Fatum, Faux, Fax, Fero, Findo, Finis, Folium, Forma, Fur, Furca.*

Triga, &c. Trigeminus, Trigemmis, Trigesimus, triginta, vide *Jugum, Geminus, Gemma, Tres.*

TRIGLA, æ, τρίγλα, seu τρίγλη potius, ut Athenæus docet, piscis est ex mullorum genere, eine art barben, sic appellatus, quod ter in anno pariat. Oppian. lib. 1 Halieuticorum:
Τρίγλαι δὲ τριγόνοισιν ἐπώνυμοι εἰσὶ γονῇσι.
Accipiunt triglæ a terno cognomina partu.

¶ Triglites, æ, τριγλίτης, lapis mulli colorem habens, Plin. 37 c. 2.

TRIGLȲPHVS, i, vocabulum architectonicum, τρίγλυφος, a tribus glyphis, id est, sculpturis seu canaliculis dictum. Vitruvius sæpe usus est, ut lib. 1 c. 2, lib. 4 c. 1, & eod. lib. c. 3. Hinc composita

¶ Hemitriglyphos, i, &

¶ Monotriglyphos, i, apud eumd. Vitr. dicto lib. 4 c. 3. vid. Bald. p. 72.

TRĪGON, ōnis, τρίγων, locus in Thermis figurâ triquetra seu triangulari, in quo pilâ trigonali, quæ minima erat, prædura & firmo pilo plena, a quo *pila* nomen habet, ludebatur, ein triangel, ballhauß.

¶ 2. Quin & pila ipsa *Trigon* dicebatur, ein ball. Martial. 12 epigr. 84
Captabit tepidum dextra lævaque trigonem.

¶ Trīgōnus, a, um, τρίγωνος, triangulus, dreyeckicht. Vitruvius 9 c. 2 *Regulæ schema habentes trigoni.*

¶ Trīgōnalis, e, triangularis s. tribus lineis constans, das drey ecken oder drey striche hat; ut, *Pila trigonalis*, Martial. 14 epigr. 51.

¶ Trīgōnĭcus, a, um, τριγωνικὸς, idem; ut, *Trigonica radiatio*, Firmicus 2 c. 32.

¶ Trīgōnŏmetria, æ, τριγωνομετρία, doctrina de analysi sive mensura triangulorum. vid. Casp. Schott. Curs. Mathem. p. 146.

Trichorium, vide supra *Hora.*

Trilibris, Trilinguis, Trilix, vide supra *Libra, Lingua, Licium.*

TRĪMACRVS, i, τρίμακρος, pes tribus constans syllabis longis, ut: *virtutes.*

Trimatus, Trimenstruus, trimestris, Trimetrum, Trimodium, Trimulus, trimus, vide *Tres, Mensis, Metrum, Modus, Tres.*

TRĪNACRIA, æ, Τρινακρία, Sicilia triquetra, a tribus promontoriis; ἄκρα, enim est *summitas*, vide *Sicilia.* Quæ &

¶ Trīnacris, idis, & adjective Ovid. Metam. 5 v. 347 *Insula Trinacris.* Idem 4 Fastor. v. 419
Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor,
Trinacris, a positu nomen adepta loci.

¶ Trīnacrius, a, um, adjectivum; ut, *Littus Trinacrium*, Virg. 1 Æn. v. 200. Et, *Viri Trinacrii*, Idem 5 Æn. v. 530.

Triobŏlum, vide supra *Obolus.*

TRIŎCĂLA, æ, urbs vastata Siciliæ, Sil. 14 v. 271.

TRIŌNES, um, boves dicuntur aratores, a *terendo*, quasi *teriones*, zug-ochsen; a quorum junctorum figura stellæ septem in Vrsa seu Helice dictæ sunt *Septemtriones*, der wagen am himmel. Cicero de Nat. Deor. 2 c. 41 *Altera dicitur esse Helice, cujus quidem clarissimas stellas totis noctibus cernimus, Quas nostri septem soliti vocitare Triones.* Claudianus de 4 Consul. Honorii v. 429
gelidi seu te meruere triones.

Et v. 474 *Gens, quanon alios diffusior ulla triones Incoluit.*

Et Prudent. Cathem. 5 v. 146 *geminus trionibus*, id est, utraque Vrsa. vide *Helice & Septemtrio:* itemque Dalechamp. ad Plin. 2 c. 68.

¶ Septentrio, ōnis, & Septentriones, um, utroque numero dicitur, das siebengestirn; item, mitternacht. Septentrio tamen in singulari κοινόν possit videri. Nam *Septem* pluralis; *Trio* vero singularis numeri est. Vsus tamen recepit: & sicut alterum ratione, ita hoc auctoritate nititur. Cæterum *Septentrionum* nomine, sidus illud ex septem stellis compositum appellarunt, quod Græci ἅμαξαν & ἄρκτον vocarunt: ἅμαξαν quidem seu *plaustrum*, quod positurum plaustri figuramque referat; *Trionum* vero nomen ex eo accrevit: quod illæ septem stellæ junctos boves, quos rustico vocabulo veteres *Triones*, a terra terenda, quasi *teriones* appellarunt. Ita de isto sidere Varro 6 de L. L. c. 4; Gellius lib. 2 c. 21; itemque Festus, & Servius ad illud Virgilii 1 Æneid. v. 748
Arcturum, pluviasque Hyadas, geminosque triones.

Sed *Septentrionis* vocabulo singulariter usi maxime veteres, cum de polo arctico, seu plaga septentrionali loquerentur. Virg. 3 Georg. v. 381 *Talis Hyperboreo septem subjecta trioni*
Gens effrena virûm Riphæo tunditur euro.

Plinius 2 c. 68 *Quicquid est subjectum duabus extremis* (cæli partibus) *utrimque circa vertices, hunc qui* SEPTENTRIO *vocatur* &c. Idem lib. 6 c. 22 de Taprobane insula exponens: *Siderum in navigando nulla observatio. Septentrio non cernitur.* Idem de cerasis lib. 15 c. 25 *Septentrione frigidisque gaudent*, i. e. septentrionali plagâ, sive *quæ ad septentriones spectat*, ut lib. 17 c. 23 loquitur. Sic & Ampelio de Mundo: *quarta cæli regio est septentrio.* conf. Gell. 2 c. 22. De vento septentrionali singulari numero mox dicetur. De sidere ipso cum sermo esset, *Septentriones* in plurativo dicebant. Ita Gellius modo laudato loco: *Septentriones autem habent ob eamdem caussam unum*, subaudi *ventum* &c. Item Plinius 2 c. 47 *A Septentrionibus septentrio*, subaudi *spirat.* Plautus Amphitr. 1, 1 v. 116
Credo ego hac noctu Nocturnum obdormivisse ebrium;

Nam

Nam neque se septentriones quoquam in cælo commovent:
Neque se luna quoquam motat.

Et ita alii passim. Varro in Catalectis:

Ventique frigido se ab axe eruperant,
Phrenetici septentrionum filii.

vide Dalechamp. ad Plin. 2 c. 68 p. 110. ¶ 2. *Septentrione* Livius 26 c. 45 singulariter usus est pro vento boreali: *Acer septentrio ortus*, &c. der nordwind. Sic & Plinius 2 c. 47 *A septentrionibus*, inquit, *septentrio*, subaudi *spirat*.

¶ Septentriōnālis, e, mitternächtig; ut, *Septentrionalis ventus*, Plinius lib. 9 c. 17, der wind von mitternacht, der nordwind. *Polus septentrionalis*, vide *Polus*. Et, *Regiones septentrionales*, mitternächtige länder.

¶ Septentriōnārius, a, um, idem. Gellius 2 c. 22 *Ventus objectus directusque in austrum latine septentrionarius, græce ἀπαρκτίας appellatus.*

TRIOPHTHALMVS, i, τριόφθαλμος, gemma trium oculorum effigiem præ se ferens in Sicyonia, Plin. 37 c. 11.

TRIORCHES, æ, τριόρχης, avis, sic dicta a numero testium, quos ὄρχεις Græci dicunt, alio nomine *Buteo*, ein busahrn, Plin. 10 c. 8.

Triparcus, Tripartītus, Tripatinum, Tripectŏrus, Tripedalis, tripes, &c. Triphallus, Tripictus, Triplex, &c. triplus, vide *Parcus*, *Pars*, *Patina*, *Pectus*, *Pes*, *Phallus*, *Pingo*, *Tres*.

TRĬPŎLIS, is, Τρίπολις, Phœniciæ locus celebratus tribus urbibus, Tyro, Sidone, & Arado, Straboni, Plinio, & Melæ. ¶ 2. Est & alia *Tripolis* Africæ. Hinc

¶ Tripolitānus, a, um; ut, *Tripolitana provincia*, Eutrop. 8 c. 10.

¶ Tripolium, i, τριπόλιον, herba ignota tam Italiæ, quam Germaniæ, sic appellata, quod florem suum ter mutet per diem, quemadmodum Dioscorides indicat lib. 5.

TRIPTŎLĔMVS, i, Τριπτόλεμος, fuit Celei, regis Eleusini, (Eleusin Atticæ provinciæ civitas est) filius, aratri & agriculturæ inventor, a Cerere institutus, Servio auctore. vid. Ovid. Metam. 5 v. 645; Stat. 4 Silv. 2 v. 36. Socrates apud Platonem oratione ad judices inter judices infernales Triptolemum refert: eam orationis partem Cicero laudat, latine conversam; Tuscul. c. 41.

TRIPTŌTON, i, τρίπτωτον, tribus casibus declinabile, Isidor. 1 c. 6.

Tripudio, tripudium, vide sequens *Tripus*.

TRĬPVS, pŏdis, ὁ τρίπους, vas, lebes, mensa, sive aliud instrumentum tres pedes habens, ein dreyfuß, tiegel, stuhl mit drey füssen. Cic. de Nat. Deor. 3 c. 16 *Herculem concertavisse cum Apolline de tripode accepimus.* Erant enim tripodes in præmiis heroum. Virg. Æn. 5 v. 110

In medio sacri tripodes viridesque coronæ.

Et Horat. 4 od. 8 v. 3 *Donarem tripodas, præmia fortium Grajorum.* conf. Ovid. Heroid. epist. 3 v. 32; & de felicula Martini *tripode* dictum ex Sulpicii Dial. 2 c. 1 supra in *Cathedra*. De *Tripode Delphico*, unde oracula edebantur a Pythia in templo Apollinis, consulatur Diodor. Siculus 16 c. 26. Hinc *Tripodas sentire*, Virg. Æn. 3 v. 360, est revelationem habere ab oraculo Apollinis. *De Tripode dictum*, eine offenbahrung, weissagung. conf. de hac formula Erasm. in Adag.

¶ Tripŭdium, i, saltatio, ein tantz, springe-tantz, freuden-sprung; sic dicta, quia saltantes lætantesque ter pedibus terram feriebant; unde Horat. 3 oda 18 v. 15 *Gaudet invisam pepulisse fossor*

Ter pede terram.

Certe, quemadmodum Aristophanes διποδιάζειν dixit; ita *tripudiare* Latini, ut Turnebus notat lib. 25 Advers. c. 29; & Voss. 2 Instit. Orat. p. 236. In Festi fragmento *Tripudium* esse dicitur *a terra pavienda*; nam *pavire* est *ferire*. Quæ sententia nititur verbis Ciceronis de Divin. 2 c. 34 *Terripavium primo, post terripudium, jam tripudium dicitur.* Quibus verbis indicatur, quod saltus & a loco & a modo saltandi diversa nomina acceperit. *Tripudium Solistimum*, vide *Solistimum*. Livius 1 c. 20 *Per urbem ire canentes carmina cum tripudiis solennique saltatu jussit.* Et Catull. carm. 64 v. 26

Quo nos decet citatis celerare tripudiis.

¶ Trĭpŭdio, āre, frolocken, tantzen, hüpffen. Cic. pro Sextio c. 41 *In funeribus reipublicæ exsultare & tripudiare.* Priorem longam fecit Fortunat. 8, 4, 4 *Creduntur que sacro tripudiare gradu.*

¶ Tripudiātio, ōnis, die frolockung, der freuden-tantz. Gloss. lat. gr. *Tripudiatio*, χορεία ἱερέως περὶ βωμόν.

Triquetrus, Trirēmis, Triscurria, vide supra *Quatuor*, *Remus*, *Scurra*.

TRISMĔGISTVS, i, cognomen Mercurii, qui Ἑρμῆς τρισμέγιστος, i. e. *Hermes termaximus* appellatus. vide supra *Mercurius*, & *Hermes*.

TRISPASTOS, i, τρίσπαστος, ita machina, sive trochlea appellatur, quæ per tres orbiculos circumvolvitur, Vitruv. 10 c. 3. conf. Bald. Lex. Vitruv. p. 137.

TRISSĀGO, ĭnis, herba eadem, quæ *Chamædris*, vide *Chamædris*; & Apulej. de Herb. c. 24. Eadem *Trixago* apud Celsum 8 c. 3; & Plin. 24 c. 15.

TRISSO, āre, de sono hirundinis; Auctor Philomel. v. 26 *Trissat hirundo vaga.* conf. Schott. Observ. Hum. 2 c. 52.

TRISTIS, e, mœstus, perturbatus, cui *hilaris* & *jocosus* opponitur, traurig, betrübt. Horatius 1 epist. 18 v. 89

Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosi.

Valerius Maximus 3 c. 3 n. 1 *Mutius tristior Porsenæ salute, quam sua lætior.* Livius 5 c. 51 *Tristissimi exitus solatium, procul a certaminibus esse.* ¶ 2. Plautus pro irato dixit & sævo, in Casinâ 2, 3 v. 12; & inde ibidem versu 7 *lepidum* & *lenem* eidem opponit. Virgilius quoque eclog. 2 v. 14, & Horatius 1 od. 16 v. 9 *Tristes iras* dixere, pro duris & valde acerbis, atque a quibus merito timendum. Sic *tristia* & *mitia* idem Horatius ibidem opponit v. 25;

Nunc ego mitibus

Mutare quæro tristia.

Sic, *Tristem lupum*, id est, noxium & ob id metuendum Prudentius dixit Hymno 3 καθημερ. v. 259. Et ita absolute Virgilius eclog. 3 v. 80 *Triste lupus stabulis.* conf. Nonius 1 c. 9. ¶ 3. *Tristes* etiam dicuntur melancholiâ laborantes, tetrici item & ab amoribus & amœniore vitæ cultu alieni: Sic *tristes senes* passim apud poëtas & alios, unfreundlich, ernsthafft. Ovidius 4 Metam. v. 186 de deprehenso Martis Venerisque concubitu:

illi jacuere ligati

Turpiter: atque aliquis de diis non tristibus optat

Sic fieri turpis.

Capitolinus de Maximo c. 6 *Fuit cibi avidus, vini parcissimus, ad rem Veneream nimis rarus, domi forisque semper severus, ita, ut & TRISTIS cognomen acciperet.* Tacitus 1 Hist. c. 14 *Æstimatione recta severus, deterius interpretantibus, tristis habebatur:* Tristis ergo, qui severitate excedit. Quin & furiosi sive maniaci *tristes* vocantur. Ita Ovidius & Horatius in Arte v. 124 *tristem Orestem* dixerunt pro furiis agitato. conf. Nonius c. 4 n. 455. ¶ 4. Sicuti etiam *læta* pro felicibus; ita *tristia* pro infelicibus ponuntur. Persius sat. 2 v. 27 *Triste jaces lucis evitandumque bidental.* Et Horat. 2 oda 13 v. 10 *agro qui statuit meo*

Te triste lignum, &c.

id est, dirum & abominabile. Sic, *Tristes & squalidi trunci*, Senec. epist. 12. *Triste silentium & mæstitia tacita*, Livius 1 c. 29. Et, *Triste ac severum genus dicendi*, Cic. de Clar. Orat. c. 30. ¶ 5. *Tristis Erinnys*, id est, sæva vel minax, Virg. Æn. 2 v. 337; & ante v. 115

Isque adytis hæc tristia dicta reportat.

Et, *Frons gravis & tristis*, id est, severa, ernsthafftig, Plinius Panegyr. c. 41. Sic, *Tristis severitas inest in vultu*, Terent. Andr. 5, 2 v. 16. *Bellum triste*, Seneca Octaviâ v. 300. Sic, *Clades tristis*, Horatius 3 od. 3 v. 62. *Litteræ tristes*, quæ tristes efficiunt, Cic. ad Attic. 7 epist. 25. Et, *Querimoniæ tristes*, Horat. 3 od. 24 v. 33. Et Cic. de Finib. 2 c. ult. *Majores nostri labores non fugiendos tristissimo verbo ærumnas nominaverunt.* Terent. in Eunuch. 4, 1 v. 8 *Invitat tristis*, h. e. invitus, (vide Donat.) ohne lust und willen. ¶ 6. *Tristia absinthia* Ovidio amara sunt, lib. 3 de Pont. epist. 8 v. 15.

¶ Tristiùs, adverbium, tristem in modum, schwerlich. Cic. de Senect. c. 19 *Facilius in morbos incidunt adolescentes, gravius ægrotant, tristius curantur.* Idem 4 fam. epist. 13 sect. 15 *Respondere tristius.*

¶ Tristĭcŭlus, a, um, diminutivum, etwas traurig. Cicero de Divinat. 1 c. 46 *Filiolam animadvertit tristiculam.*

¶ Tristĭtia, perturbatio, quæ deprimit contrahitque animum non sine dolore aliquo & cura, die traurigkeit, betrübniß. Unde Juvencus valde signanter lib. 1 v. 439

Inde ubi Joannem cognovit carceris umbrâ

Submersum, tristi compressit corda dolore:

id est, non levem tristitiam contraxit, valde tristatus est. ¶ 2. Significat & severitatem, eamque nimiam: unde & cum *arrogantia* conjungit Tacitus in Agricolâ c. 9; cum *malignitate* Suetonius Nerone c. 22 extr. Sæpe ita Cicero hac voce usus est, ut docent exempla a Marcello Donato ad Taciti lib. 13 Annalium c. 4 annotata. *Temporum tristitia*, Cicero 12 ad Attic. epist. 40. *Tristitia & severitas*, Idem de Amicit. c. 18. *Tristitiam contrahere*, Celsus 3 c. 18, traurig machen. *A tristitia & acerbitate deducere*, Cic. 2 de Orat. c. 83 extremo. *Tristitiam mitigare*, Idem lib. 1 Offic. c. 12. *Tradere lacrymis se & tristitiæ*, Lucejus Ciceroni 5 fam. epist. 14. *Tristias* in plural. pro *Tristitias* habet Pacuvius apud Nonium c. 2 n. 869.

¶ Tristĭties, ēi, idem. Gloss. lat. gr. *Tristities*, λύπη.

¶ Tristĭtūdo, ĭnis, idem. Apulej. Met. lib. 3 *Tristitudinem pectore mittere.* Et Sidon. 8 epist. 11 *Animus tristitudine gravis.*

¶ Tristĭtas, ātis, idem. Pacuvius apud Nonium c. 2 n. 869 *Quid istuc est, vultum alligat quæ tristitas?*

¶ Tristĭmōnium, i, idem. Petron. Fragm. Tragur. p. 34 *Cum nos tum plures in tristimonio essemus.* vid. not. Scheff.

¶ Tristor, āri, deponentaliter, tristem esse, trauren. Onomastic. *Tristor*, λυπέω.

¶ Tristĭfĭcus, a, um, quod tristitiam adfert, schmertzlich; ut, *Promere & reddere voces tristificas*, Cicero 1 de Divin. c. 7 ex poëta quopiam;

Tristificas certant Neptuno reddere voces.

¶ Contristo, avi, atum, āre, activum, tristem efficere, betrüben, traurig machen. Cœlius ad Cic. lib. 8 fam. epist. 9 *Contristavit hæc sententia Balbum.* Et, *Pluvio contristat frigore cœlum*, es machet trübe, Virg. 3 Georg. v. 279 de austro. Et Horat. 1 sat. 1 v. 36 *Inversum contristat aquarius annum.*

¶ Pertristis, e, valde tristis, sehr traurig. Cicero pro Cœlio c. 11 *Fuit hac in caussa pertristis.*

¶ Subtristis, e, nonnihil tristis, etwas unmuthig, ein wenig traurig; ut, *Subtristis visus est mihi*, Terent. Andr. 2, 6 v. 16.

Trisulcus, Tritavus, vide supra *Sulcus*, *Avus*.

TRĪTE, es, τρίτη, phthongus ita dictus Vitruv. 5 c. 4. vid. Bald.

TRĪTHĀLES, is, τριθαλής, herba sic dicta, quod ter floreat in anno, hauswurtz, Plin. 25 c. 13.

TRĪTĬCVM, i, πυρός, frumentum candidum illud a *terendo* dictum secundum Varronem, weitzen. Plinius 18 c. 7 *Tritici genera plura. Italico nullum equidem comparaverim candore ac pondere.* Sic, *triticum serere*, Columella 2 c. 8 extr. & *exterere*, Plin. d. l. dreschen.

¶ Trĭtĭcēus, a, um, adject. aus weitzen; ut, *Messis triticea*, Virg. Georg. 1 v. 219. Et, *Triticeos fœtus reddat ager*, Ovid. 1 Fast. v. 693.

¶ Trĭtĭciārius, a, um, den weitzen betreffend; ut, *Condictio triticiaria*, de qua titulus in Digestis est.

TRĪTON, ōnis, Τρίτων, Deus marinus, Neptuni & Salaciæ filius & tubicen. Virg. 1 Æn. v. 158

Cymothoë simul & Triton annixus, acuto

Detrudunt naves scopulo.

Hic Neptuni tubicen esse fertur, cui mandat, ut receptui canat, fluviosque in suos fontes revocet. Meminit Cicero de Nat. Deor. 1 c. 28. Idem ad Attic. 2 epist. 9 *Non modo de Cynico consulari, sed ne istis quidem piscinarum Tritonibus poterit se jactare.* vid. Casp. Schott. Phys. Curios. 3 c. 3. ¶ 2. Et *Triton* fluvius & lacus est Africæ Plinio 5 c. 4.

¶ Tri-

¶ Tritōnia, æ, ab eodem lacu Minerva dicta fuit, quod ibi primum habitu puellari conspecta sit, vel & ibidem nata, quo Silii versus faciunt infra laudandi; vel quia plurimum eam amavit Dea, ut Lucanus significat lib. 9 v. 354; vel ἀπὸ τῦ τρῦν, quia Dea terribilis; de quo Servius ad illud Virg. 2 Æn. v. 171

Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris.

¶ Tritōnis, ĭdis, patronymicum; ut, *Sævæ Tritonidis arces*, Virgil. 2 Æn. v. 226. Et Silius 3 v. 322

Hinc, qui stagna colunt Tritonidis alta paludis,
Qua virgo, ut fama est, bellatrix edita lymphâ,
Invento primam Libyam perfudit olivo:

Virgo bellatrix Pallas est, sive Minerva, artium armorumque præses. ¶ 2. *Tritonis* etiam lacus. Avienus periegeſ. v. 392 *Tritonidis alta paludis.*

¶ Tritoniăcus, a, um, adjectiv. Ovid. 15 Metam. v. 358

Cum Tritoniacam novies subiêre paludem.

Tritor, tritura, trituro, &c. vide supra *Tero.*

Trivenefica, Triverbero, Trivialis, trivium, &c. vide infra *Venenum, Verber, Via.*

TRIVMPHVS, i, θρίαμβος, pompa illa solennis, quæ fiebat redeuntibus in urbem cum victoria, ein triumph, sieghaffter einzug. Qui omnium maximus honor Romæ fuit: cum triumphantes ipsius Jovis, quem Deorum summum credebant, majestatem repræsentarent. Ejus quippe insignia omnia tributa fuisse triumphantibus, ex Dionysio, Livio & aliis Johannes Antonius Valtrinus docet lib. 7 de Re Militari Romanorum c. 9. Eamque ob caussam, ne nimis tollerent cornua, erat, qui sequeretur triumphantes, usque iis inclamans: RESPICE POST TE: HOMINEM MEMENTO TE, de quo Tertullianus Apologetico c. 33. Ante currum capti hostes incedebant in vinculis, præibat senatus: ipsi triumphantes autem coronati lauru quadrigis in Capitolium, seu Jovis Capitolini templum provéhebantur, &c. Cicero in Pisonem c. 25 *Differes de triumpho, quid tandem habet iste currus? quid vincti ante currum duces? quid simulacra oppidorum? quid aurum? quid argentum? quid legati in equis & tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa? inania sunt ista, mihi crede, delectamenta pæne puerorum.* Idem Philipp. 14 c. 5 *Is demum est, meâ sententiâ, justus triumphus ac verus, quum bene de republica meritis testimonium a consensu civitatis datur.* Cic. lib. 3 fam. epist. 10 *Agere triumphum justissimum ex inimicis.* Et, *Deportare triumphum*, id est, victorem esse, Idem lib. 1 Offic. c. 22. *Ducere aliquem in triumpho*, über einen triumphiren, Plinius 7 c. 43. *Triumphum frequentare*, Livius 26 c. 39. Inter triumphum & ovationem discrimen tradit Gellius 5 c. 6; & Alexander ab Alexandro 6 c. 18, & 7 c. 22; Lipsius in Admirandis Romæ 2 c. 8. De Triumphis antiquis exstat etiam libellus Martini de Guichardo, quem Noctes Granzovianas vocat Amst. 1661.

¶ Triumphālis, e, zum triumph gehörig; ut, *Coronæ triumphales*, Plinius 22 c. 3. *Cœnæ triumphales*, Idem 9 c. 55. Et, *Currus triumphalis*, Idem lib. 7 c. 26. *Habitus triumphalis*, hoc est, ad triumphum pertinens Quintil. 10 c. 12. *Porta triumphalis* Romæ, per quam triumphantes deducebantur, Cicero in Pisonem c. 23. *Bis fieri triumphalem*, Idem in Sallust. c. 8. *Vir* enim *triumphalis* est, qui triumphavit, Vellejus Paterculus lib. 2 c. 6. ¶ 2. *Triumphalia* absolute sunt *Triumphalia ornamenta*, der triumphs-ornat; ita enim plene semper appellat Suetonius; ut Augusto c. 38, Tiberio c. 9 & 20, Claudio c. 1 & 17, &c. Sed Tacitus absolute *Triumphalia* vocat aut *Triumphi insignia*; ut 4 Annal. c. 14 & 16. conf. Vellej. 2, 116, 3. Erant enim revera insignia, propria triumphantium olim solemni pompa; post ducibus legatisque, quorum magni in bello fuisset opera, præmii honorisque tantum caussa dari solita, ut erant *corona, patera aurea, sella curulis, scipio eburneus, toga picta, tunica palmata.* Quod tum institutum fuit, cum justus triumphi honor, sive triumphandi jus penes solos principes, conversâ republicâ, cœpisset esse. Notatumque Suetonio, primum iis donatum Tiberium fuisse, ejus vitâ capite 9. Lege Onuphrium Panvinium Comment. in lib. 5 Fast. Ovidii p. 345. Claudius imperator legatis consularibus simul cum exercitu dedit, ne honoris istius consequendi caussa belli occasiones quoquo modo quærerent, atque rempublicam in discrimen conjicerent, ut Suetonius auctor est ejus vitâ c. 24, & meminit ejus Tacitus quoque. Aliquando & *Triumphalia* haud quidem de militari caussa, sed per gratiam, & ut honoratiores tantum essent, quibus id contigisset, atque vel pueris etiam ac impuberibus solebant dari, ut ex eodem Suetonio in Claudio c. 24, itemque Nerone c. 15 discere licet.

¶ Trĭumpho, avi, atum, are, triumphum agere, triumphiren, frolocken; ut, *Amplissime & honestissime triumphare*, Cic. pro Muræna c. 9. *Gloriose triumphare*, Idem 2 fam. epist. 12, id est, triumphum gloriosum agere. *Curius cum de Samnitibus triumphasset*, Idem de Senect. c. 16. *Triumphare ex aliquo*, Plinius 7 c. 43. Invenitur & *triumphare aliquem*, active. Lactantius 6 c. 23 extr. *Hic terram triumphabit, hic erit consimilis Deo.* Et lib. 7 c. 24 *Gentes non exstinguentur omnino, sed quædam relinquentur in victoriam Dei, ut triumphentur a justis, ac subjugentur perpetuæ servituti.* Livius 2 c. 38 *Annon sensistis, triumphatum hodie de vobis esse?* Ita Aurelius Victor de Viris Illustr. in Metello Macedonico: *Achæos bis prælio fudit, triumphandos tradidit Mummio.* ¶ 2. Terentius in Phormione 3, 3 v. 10 *Non triumpho, si ex nuptiis tuis nihil nanciscor mali*, hoc est, non gaudeo, non exulto, ich habe keine freude daran, ich jubilire nicht. Sic, *Triumphare & gaudere*, Cicero 9 ad Attic. epist. 16. Et, *Triumphare gaudio*, Idem pro Cluentio c. 5.

¶ Triumphātus, a, um, qui victus, & de quo triumphus actus, überwunden, und worüber man triumphiret hat. Sic, *Triumphatum orbem*, Ovid. 1 Amor. eleg. 15 v. 26; Et, *Triumphatam gentem*, ibid. eleg. 14 v. 46; Et, *Triumphatas gentes*, Virgilius dixit lib. 3 Georg. v. 33. *Omnia armis superata & triumphata*, Plin. 5 c. 5.

¶ Triumphātus, ūs, subst. triumphandi actus, die triumphirung. Plinius: *Ne triumphatu suo nimis superbiat Antonius.*

¶ Triumphātor, ōris, triumphans, qui triumphum agit, ein triumphirer. Apulejus Apologiâ p. 285 [edit. Elmenhorst.] *Ille vir de Sabinis, deque Samnitibus, deque Pyrrho triumphator.* Idem sub finem de Mundo: *Triumphator, propagator, & tropæophorus.* Cyprianus epist. 34 c. 2 *Non brevi compendio vulnerum victor, sed adhærentibus diu & permanentibus pœnis longæ colluctationis miraculo triumphator.* Adde Curas Posteriores Cellarii p. 231.

¶ Triumphatōrius, a, um, adject. triumphirlich. Tertull. 5 adv. Marc. c. 10 *verbum triumphatorium & insultatorium* Apostoli ἐπινίκιον 1 epistolâ ad Corinthios c. 15 v. 55 appellat.

¶ Detriumpho, are, in triumph führen. Idem Tertullianus Apologetico c. 27 extr. *Illos nunquam magis detriumphamus, quam cum pro fidei obstinatione damnamur.* Gloss. gr. lat. ἐκθριαμβεύω, *detriumpho.*

¶ Detriumphātus, a, um, überwältiget. Minucius Felix p. 231 *Deos post cladem detriumphatos colere cœperunt*, id est, devictarum gentium deos.

Triumvir, triumviralis, Triunx, vide infra *Vir, Vncia.*

Trixago, vide supra *Trissago.*

TRŌAS, ădis, Τρωὰς, Asiæ regio est, Hellesponto adjacens, Phrygia Minor etiam appellata: *Troas* vero a Trojanis possidentibus dicta, ut a *Troë* rege *Troja.* In Troade nobilissima urbs *Ilion*, quæ & *Troja*: montes clari, *Ida* & *Sigæum* promontorium. ¶ 2. *Troas* patronymicum etiam est interdum pro gentili. Virg. 5 Æn. v. 613

At procul in solâ secretæ Troades actâ
Amissum Anchisen flebant,

id est, Trojanæ mulieres. ¶ 3. *Troas* in Novo Testamento est urbis cognomen, quod singulare positum Act. Apost. c. 20 v. 5 & 6 & alibi legitur: plene est *Alexandrea Troas*, id est, Alexandri urbs in Troade regione. Titi nummus apud Golzium: COL. TROAS ANTIGONIA ALEXANDR. nam & Antigoni nomen aliquando consequuta fuit.

¶ Trōja, æ, proprie tota regio dicitur; *Ilium* vero princeps in ea urbs, quam igne ferroque everterunt Græci. Vrbis ejus arx, *Pergama*, ut Stephanus de Vrbibus, & Servius Virgilii interpres docent. Non raro tamen *Troja* de urbe ipsa seu *Ilio* dicitur. Livius ipso principio operis: *Jam primum omnium satis constat, Trojâ captâ, in cæteros sævitum Trojanos*, &c. Ovidius Heroid. epist. 1 Penelopes v. 3

Troja jacet certe Danais invisa puellis.

Proverb. *Tentantes ad Trojam pervenerunt Græci*, græce: Ἐς Τροίην πειρώμενοι (πυνθανόμενοι) ἦλθον Ἀχαιοί, Theocriti est Idyll. 15 v. 61, id est, tentantibus sive sciscitantibus omnia patere. vide Chiliadas. Cæterum, quæ de *Troja capta* Homerus Iliade retulit, ea falsa & confictitia Dio Chrysostomus arguit peculiari oratione *de Ilio non capto*; quam in compendium redactam apud Puteanum licebit legere Apparat. Epist. Cent. 2 epist. 51 ad Jacobum Rolantium scriptâ. Mater fuit Romani populi Troja: qua de re Augustinus 1 de Civit. Dei c. 4. ¶ 2 *Troja* ludum etiam equestrem significat puerilem, quem *Pyrrhicum* appellant. Pugna fuit imaginaria, ab Ænea primum inventa ad tumulum Anchisæ, & postmodum ad Romanos traducta, ein tournierspiel. Virgilius describit 5 Æn. v. 602

Trojaque nunc, pueri, Trojanum dicitur agmen.

Suetonius in Augusto c. 47 *Sed & Trojæ ludum edidit frequentissime majorum minorumque puerorum delectu.* Omissus fuit, cum casu nonnulli debilitati fuissent, de quo idem Suetonius Claudio c. 21.

¶ Tros, qui ex Troja est. Virgil. 1 Æn. v. 573

Tros, Tyriusque mihi nullo discrimine agetur.

Pluraliter *Troës*: *Fuimus Troës*, Virg. 2 Æn. v. 325.

¶ Trōjānus, a, um, adjectivum. Virg. 2 Æn. v. 4

Trojanas ut opes, & lamentabile regnum
Eruerint Danai

Sic, *Equus Trojanus*: Cicero pro Muræna c. 37 *Intus, intus, inquam, est equus Trojanus, a quo nunquam me consule dormientes opprimemini.* Et 2 Philipp. c. 13 *In hujus me consilii societatem, tamquam in equum Trojanum, cum principibus concludis?* Sic, *Trojanum bellum*, quod paullo ante tempora Davidis fuit, & caussam habuit Paridis adulterium. Eversa enim est Troja ante conditam Romam annis 330, ut Orosius scripsit. ¶ 2. *Trojanus porcus*, apud Macrob. Saturn. 2 c. 9 vocatur, aliis inclusis animalibus gravidus, ut ille Trojanus equus gravidus armatis fuit. Sic & *Bovem Trojanum* nostri dixerunt, qui, cum rex inauguratur, assari solet, ferarum & altilium vario exquisitoque genere farctus. vid. Becman. de Dignit. Illustr. Dissert. 6 c. 1 extr.

¶ Trōĭcus, a, um, aliud adjectivum; ut, *Troica castra*, Virg. 11 Æn. v. 341. *Troicum bellum*, Cic. 5 fam. epist. 12. *Fata Troica*, Ovidius Heroid. epist. 1 v. 28.

¶ Trōĭus, a, um, aliud rursus adjectivum trium syllabarum; ut, *Troïus heros*, Virg. 8 Æn. v. 530. *Arma Troïa*, Idem 1 Æn. v. 123.

¶ Trōjŭgĕna, æ, i. e. Trojanus; ut, *Trojugena interpres divûm*, Idem Virg. ibidem. *Trojugenas bello claros*, Ennius. conf. Silius 13 v. 810.

¶ Trōĭlus, i, Priami regis Trojanorum fuit filius, impari cum Achille congressu interfectus. Virg. 1 Æn. v. 478

Parte aliâ fugiens amissis Troilus armis,
Infelix puer, atque impar congressus Achilli, &c.

Horat. 2 od. 9 v. 15 *Nec impubem parentes*
Troilon, aut Phrygiæ sorores
Flevere semper.

TRŎCHAEVS, i, τροχαῖος, pes celer, ἀπὸ τῦ τρέχειν, a *currendo* dictus, priori longa & altera brevi constans,

– ᴗ *Longam si sequitur correpta, vocato trochæum.*

Cic. de Orat. 3 c. 47 *Jambum & trochæum frequentem segregat ab oratore Aristoteles.*

¶ Trochaĭcus, a, um, adject. ut, *Versus trochaicus*; *Cæsura trochaica.*

¶ Ditrochæus, i, duo trochæi conjuncti, *cōmprŏbārĕ.*

TRŌCHĬLVS, i, τρόχιλος, avis parva, quæ & *Regulus*, & *Regaliolus* dicitur, ein goldhänchen, vide *Regulus*; nam zaunkönig, passer est troglodytes. vide *Passer*, & Plin. 8 c. 25. ¶ 2. Alius est *Trochilus aquaticus*, avicula littoralis, quæ in fauces crocodili hiantis involat, & hi-

& hirundines inhærentes dentibus ejus extrahit & expurgat; quo officio & ipsa alitur, & crocodilus sentiens commode secum agi, nihil ei nocet, sed cum ex faucibus eam egredi vult, cervicem movet, ne comprimat: Gesnerus. ¶ 3. *Trochilus* esse dicitur torulus in apophysibus columnarum; itaque Columella longum & teretem cucumerem dicit similem torulo columnarum & colubro serpenti, cum ait: *Tum modo dependens trochili, modo more colubri Intortus cucumis*, &c.

Vide Scaligerum in Copam p. 259.

Trochiscus, vide paullo post in *Trochus*.

TROCHĪTES, æ, τροχίτης, lapis cinereus, aut luteus, aut nigricans, rotæ, quæ τρόχος dicitur, habens similitudinem, räderstein, Agricola.

TRŎCHLEA, æ, machina est illa tractoria, continens rotulam, axiculum, & funem ductarium, eine winde, rolle, ein kloben. Lucretius 4 v. 903 *Multaque per trochleas, & tympana pondere magno, Commovet.*

conf. Cato R. R. c. 3. Apud Quintil. 11 c. 3 *Trochleis pituitam adducere*, est difficulter exspuere.

¶ Trochleātim, per modum trochleæ, nach art einer winde. Sidon. 5 epist. 17 *Erecto trochleatim fune.*

TRŎCHVS, i, τρόχος, rota vel turbo, qui a pueris scutica circumagitur, ein kreusel, drehrad. Cum quo & vetus scholiastes Horatii ad illud in Arte poëtica v. 380 *Indoctusque pilæ discique trochique quiescit*, consentit: *Trochus*, inquit, *dicitur turben, qui flagello percutitur, & in vertiginem rotatur*. Sed rectius est, quod addit, *aut e rota, quam currendo pueri virgâ regunt*. Ita enim Martialis 14 epigr. 168 *Inducenda rota est, das nobis utile munus, Iste trochus pueris, at mihi canthus erit.*

Hieronymus Mercurialis quoque lib. 3 Art. gymnasticæ c. 8 vult, *trochum* a turbine diversum fuisse. Vide ipsum & ibidem trochi imaginem ex antiquo monimento expressam: itemque Scaligerum in Catonis disticha, & Rigaltium in Artemidorum pag. 23. Sic, *Ludere græco trocho*, Horat. 3 od. 24 v. 56. *Volubile buxum* vocat, Virg. Æn. 7 v. 382.

¶ Trŏchŭlus, i, diminutivum, ein rädlein. Plautus prologo Amphitr. v. 144, vulgo legitur *Torulus*.

¶ Trochiscus, i, τροχίσκος, diminutivum aliud, quo etiam pastillos suos medici vocant, ut Celsus 5 c. 17, küchlein. ¶ 2. Est & *Trochiscus* piscis Plinio 9 c. 52; sed verius bellua marina, Gesnerus.

¶ Epitrochasmus, i, ἐπιτροχασμός, figura rhetorica, qua res magnas, diversasque celeritate quadam percurrimus. Tale illud Cæsaris apud Sueton. Cæsar. c. 35 *Veni, Vidi, Vici.*

¶ Peritrŏchus, i, περίτροχος, rota in machina tractoria Vitruv. 10 c. 4.

Trocta, vide infra *Trutta*.

TROEZEN, (ēnis.) duabus syllabis, nisi diæresis variet, Τροιζὴν, vel *Træzena*, *es*, penultimâ productâ, oppidum Peloponnesi, in quo educatus fuit Theseus. Ovid. Heroid. epist. 4 Phædræ ad Hippolytum v. 107 *Hic tecum Træzena colam Pittheia regna.*

¶ Threæzēnius, a, um, adject. ut, *Træzenius heros*, Ovid 5 v. 566. *Træzenii populi* illustres fide in societatem Atticam, tempore Xerxis, quorum pietatem & benignitatem laudat Plutarchus in vita Themistoclis.

TROGLODȲTES, æ, avicula. Vide *Passer* & *Trochilus*. ¶ 2. *Troglodytæ*, penultimâ brevi, populi sunt Æthiopiæ contermini, juxta sinum Arabicum, de quibus Plinius 5 c. 8 *Troglodytæ*, inquit, *specus excavant, hæ illis domus; victus, serpentum carnes*, &c. Τρώγλη Græcis *foramen* sive *specum* significat. Memorantur præterea & aliis locis *Troglodytæ*, hoc est, cavernarum habitatores, ut in Mauritania, & ipsa Scythia. vide Geograph.

¶ Troglodyticus, a, um, adjectivum. Plinius 6 c. 29 ineunte: *Troglodytico latere*, scilicet sinus Arabici. Et lib. 37 c. 10 *Nascitur in Troglodytica regione.*

¶ Troglodytica, æ, absolute, pro Troglodytarum regione. Idem Plinius 12 c. 7 *Zingiber in Arabia & Troglodytica in villis nascitur.*

TROGVS POMPEIVS, Græcorum & totius orbis historias latino sermone composuit, quas in epitomen Justinus redegit. Trogi vero ipsius libri nusquam supersunt. Vixit sub Augusto.

Troja, vide paullo superius *Troas*.

TRŎPAEVS, i, τρόπαιος, *versarius*, qui vel dormientes, vel non attendentes sibi, gestum aliquem indecorum committunt, vellicat & admonet, ac postea se avertit. Est enim a τροπὴ, quod *conversionem* significat. Vsus hoc nomine Suetonius est in Claudio Cæsare c. 8 *Quoties post cibum obdormisceret, olearum ac palmarum ossibus incessebatur, interdum ferula, flagrove velut per ludum excitabatur a tropæis*. Sed ibi potius legendum *a copreis*, vel *a capreis*, ut vult Torrentius, quod idem est. ¶ 2. De *ventis tropæis* apud Plinium est lib. 2 c. 43 *Cum e mari redeunt*, (venti) *tropæi vocantur*, (die winde, so sich von dem wasser zurück wenden,) *si pergunt, apogæi*.

¶ Trŏpæum, i, ab eadem etymologia (a τροπὴ scilicet) est, quod spolium significat, reportatum ab hoste superato, & in sublime affixum, ein siegszeichen. Virgil. 3 Georg. v. 32 *Et duo rapta manu diverso ex hoste tropæa.*

Et, *Referre tropæum*, Claudianus Nuptiarum Honorii & Mariæ v. 117. *Ponere tropæa*, Cicero in Pisonem c. 38. *Statuere tropæum*, Idem de Invent. 2 c. 23. *Tropæum incruentum statuere*, id est, vincere sine sanguine. vide Chiliadas. *Ornare urbem tropæis*, Auctor ad Herenn. 4 c. 53. Exstruendorum tropæorum ratio a Græcis est. Ea vero ex lignis erexisse veteres, quæ æque, ut saxa æraque, firma non sunt, ne odia immortalia essent, Diodorus Siculus lib. 13 observat. Male enim conciliantur gentes, de quibus fixa tropæa durant. Eamque ob caussam reprehensos eos Plutarchus annotat, qui ex ære vel marmore statuissent, quem quæstionibus Romanis p. 273 vide, ubi etiam docet, nec spolia renovari solita. Abstinuisse Romanos ab omni tropæorum ratione, Florus observat lib. 3 c. 2; quod tamen Domitium Fabiumque migrasse, ibidem auctor est: cujus & Strabo

meminit lib. 4 p. 185, ubi Casaubonum, si lubet, vide, qui & hoc docet, non *Trophæum*, ut vulgo, & quod pertendit Marcellus Donatus, sed *Tropæum* scribendum esse, Animadversionibus in Suetonium Cæs. c. 11. Cæterum Tropæorum erectiones variæ, eaque ipsa de varia ibidem materia: qua de consulendus Bulengerus de Triumpho c. 3, & Barthius ad Statium 2 Theb. p. 628. Movere tropæa dedicata, nefas fuit, quod tamen factum a Sylla contra vetus institutum: Suetonius Cæsare c. 2.

¶ Trŏpæātus, a, um, tropæo ornatus, der ein siegszeichen hat. Ammian. 23 c. 14 (Vales. c. 5) *Trajanus & Verus hinc sunt digressi victores & tropæati.*

¶ Tropæŏphŏrus, i, τροπαιοφόρος, victor, triumphator, ein siegsherr. Apulejus sub finem de Mundo: *triumphator, propagator, & tropæophorus.*

TRŎPHŌNIVS, i, Τροφώνιος, in fano vel antro subterraneo, a se constructo, oracula vaticinatus est; sed fame tandem interiit. Vide in Chiliadibus proverbium: *In antro Trophonii vaticinatus est*, de homine vehementer tristi tetricoque, propterea quod olim creditum est, eum, qui in Trophonii specum descendisset, postea nunquam ridere. Meminit hujus Trophonii Cicero de Nat. D. 3 c. 19 & 22; & Antri Trophonii Heliodorus Æthiop. lib. 2 p. 77.

¶ Trŏphōniānus, a, um, adject. ut, *Trophoniana narratio*, Cic. ad Attic. 6 epist. 2.

Tropice, tropicus, vide mox *Tropus*.

TRŎPIS, is, fœmininum, τρόπις, *carina*, quæ fit ex lignis versis, ein schiffboden. Latinum fecit Martialis 12 epigr. 84 *Eumose teret ipse tropin de fece lagenæ*, &c.

TRŎPVS, i, τρόπος, *verbi est, vel sermonis*, ut Quintilianus ait lib. 8 c. 6, *a propria significatione in alienam cum virtute mutatio*: Seu *est*, Donato auctore, *dictio translata a significatione propria ad non propriam, sed similem, ornatûs necessitatisve caussâ, cujus species sunt metaphora, catachresis, metalepsis, metonymia*, &c. Vide & Cic. de Clar. Orat. c. 17; & libellum de Schematibus. De cognatione vero *tropi* & *figuræ* vide Quintilianum 9 c. 1, itemque Andreæ Corvini Dubia Rhetorica Fasciculo 7 & 8.

¶ Trŏpĭcus, a, um, τροπικός, figurativus, figürlich; item conversivus, veränderlich: Sic, *Tropicos circulos*: item, *Tropica signa* Astrologi vocant, ubi conversiones solis & temporum fiunt. Ad *Tropicum cancri* fit solstitium æstivum, ad *Tropicum capricorni* hiemale. Manilius 3 v. 620 *Quæ tropica* (signa) *appellant, quod in illis quatuor anni Tempora vertuntur signis, nodosque resolvunt.*

¶ Trŏpĭca, ōrum, subst. plural veränderung. Petronius: *Tum ille, pecuniæ*, inquit, *cupiditas hæc tropica instituit*: id est, has conversiones seu commutationes. Nempe hoc vult, quod artes pulcherrimæ, de quibus meminerat, de eo deciderint culmine, in quo steterant ante, eo factum, quod jam intenti lucris homines obiter tantum & tralatitie eas tractare cœperint, non tanta industria studioque, quo veteres in eas incubuerint, solius laudis avari. Hanc commutationem igitur *Tropica* dixit.

¶ Tropice, adverb. verblümt. Augustinus de Genesi ad lit. 4 c. 9 *maluit tropice loqui.*

¶ Tropolŏgia, æ, τροπολογία, figura, quâ sermo ad emendationem morum & ad alia convertitur.

¶ Tropologicus, a, um, figürlich; ut, *Tropologicum genus ac figuratum*, Sidonius 9 epist. 3.

¶ Tropologice, adv. idem. Hieronym. in Ezech. c. 26 v. 19 p. 410 extr.

¶ Protrŏpum, i, πρότροπον, die erste weise; ut, *Protropum appellatur a quibusdam mustum sponte defluens, antequam calcentur uvæ*, ungetretten oder ungepreßter most, Plinius 14 c. 9 & c. 7; & Columella 12 c. 41. Budæus *lixivum* sive *lixivium* latine appellari ait.

TROSSVLVS, i, plur. Trossuli dicti fuere equites Romani a *Trossulo*, oppido Hetruriæ, non longe a Volscis, quod sine adjumento peditum expugnarunt quondam Numio duce, reuter. Vide Plinium 33 c. 2; Festum, Nonium c. 1 n. 240; & Vet. Scholiasten Persii ad sat. 1 v. 82 *unde istud dedecus, in quo Trossulus exultat*, &c.

¶ 2. Vulgo quoque ita vocabant τοὺς κομψοὺς καὶ φιλοκάλους, qui cultu & toto vitæ genere cæteris præstare vellent, stutzer, juncker. Vide Casaubonum ad allegatum Persii locum, & Salmasium ad Lampridii Commodum p. 114.

TRVA, æ, τὸ κινητήριον τῆς χύτρας, ein wasser-faß, eine gelte. Titinnius apud Festum & Nonium c. 1 n 68 *Cocus magnum ahenum, quando fervit, paullâ confutat truâ*. Varro 4 L. L. c. 25 *Truæ, quæ a culina in lavatrinam aquam fundunt*, spül-gelten. vide ibi Scaliger.

¶ Trulla, æ, diminutivum, vasis genus est, sed usus diversi, ein topff, wasser-trog, wosch-faß, baum-kanne. Horatius 2 sat. 3 v. 144 *Qui Vejetanum festis potare diebus Campanâ solitus trullâ, vappamque profestis.*

Juvenal. sat. 3 v. 108 *Si trulla inverso crepitum dedit aurea fundo.* Sic, *Trulla excavata cum manubrio aureo*; & *Trulla gemmea*, Cic. act. 4 Verr. c. 27 extr. *Murrhea*, Plin. 37 c. 2. Et Martial. 9 epigr. 98 *Clinicus Herodes trullam subduxerat ægro*, &c.

Adde Alex. ab Alex. G.D. 3 c. 20; & Dempst. ad Rosin. 5 c. 30 p. 539.

¶ Trullum, seu Trullus, i, fornix hemicyclius, ut Lambecius Tomo 8 Biblioth. Cæs. p. 407 interpretatur. Hinc ¶ 2. *Trullum*, sive *Trullus*, dicta pars palatii Constantinopolitani, vel amplum ejus triclinium, ejusmodi tecto coopertum, ubi synodus episcoporum congregata fuit, quæ inde *Trullana* appellatur. Vide Caroli du Fresne Constantinopolim Christianam lib. 2 c. 4 n. 20, & adde, si lubet, Cellarii Histor. Medii Ævi, in Synodo Quinisexta p. 77.

¶ Trullānus, a, um, adject. ut, *Synodus Trullana*, jam in *Trullus* expositum est.

¶ Trulleum, i, vasis genus, quo manus perluuntur, ein handbecken. vid. Nonius c. 15 n. 32. *Figurâ trullæ simile, nisi quod aquam latius concipit, & quod manubrium cavum non est*, ut Varro scribit lib. 4 L. L. c. 25.

Vet.

Vet. Gloff. Trulleum, & Guttum, & Aquiminale, χέρνιβον, ξεστόν. ¶ 2. Et Trulleum instrumentum est fabrorum cæmentariorum, eine tünch- oder mauer-kelle. Hinc

¶ Trullisso, āre, pro, trullâ gypsum inducere, berappen, bewerffen. Vitruvius 7 c. 3 Inferior pars testa cum calce trullissetur. Idem: Asperrime trullissentur.

¶ Trullisātio, ōnis, die betünchung, berappung. Vitruv. cit. lib. 7 c. 3 Trullissatione subarescente.

¶ Detrullo, āre, pro diffundere ex trulla una in aliam, abschöpffen, aus einem faß oder trog in den andern füllen, apud Apicium legitur: annotavit Hermolaus.

Trucidatio, trucīdo, truculentus, &c. Trudes, vide Trux, Trudo.

TRŪDO, trusi, trūsum, trudĕre, ὠθεῖν, violenter propellere, vel impellere, stossen, fortstossen, drengen; ut, Trudi ad supplicium, Cicero lib. 4 ad Attic. epist. 3. Terent. Andr. 4, 5 v. 40 Fallacia alia aliam trudit, es folgt eine auf die andere. Horat. 2 od. 18 v. 15 Truditur dies die.

¶ Trūdes, is, instrumentum, quo quid protruditur, eine treib-keule, ein hebebaum. Tacit. 3 Annal. c. 46 Trudibus aut furcis inertem molem prosternere. conf. supra Sudes.

¶ Trūso, āre. frequentat. forttreiben; quo verbo obsceniuscule usus Catullus est epigr. 57 v. 6. vide Rigaltium ad Artemidor. p. 60. Hinc

¶ Trusātilis, e, quod truditur, das man treibt; ut, Mola trusatilis, quæ & manuaria dicitur, eine hand-mühle, apud Gellium 3 c. 3.

¶ Trūsito, āre aliud frequentat. fortstossen. Hanc vocem restituit Phædro, cultissimo fabularum scriptori, Rigaltius ad lib. 2 fab. 8 v. 8

Interque cædem ferro mulum trusitant.

Composita:

¶ Abstrūdo, si, sum, dĕre, abscondere, abdere, verbergen, verstecken. Cicero 12 ad Attic. epist. 15 Mane me in silvam abstrusi densam & asperam. Idem 4 Acad. c. 10 Natura in profundo veritatem (ait Democritus,) penitus abstrusit. Tacitus 4 Annal. c. 69 Latebra sese abstrudunt. Et, Abstrudere tristitiam, Idem Annal. 3 c. 6.

¶ Abstrūsus, a, um, verborgen, heimlich. Ovidius Heroid. epist. 7 v. 147 Abstrusa terra, quam Æneas exsul petebat. Plinius Panegyr. c. 45 Bonos otio aut situ abstrusos, & quasi sepultos, non nisi delationibus & periculis in lucem ac diem proferebant. Ibidem c. 63 Abstrusus atque abditus. Et, recessus abstrusi, Claudian. 4 Consul. Hon. v. 274. Compar. Paullo abstrusior disputatio, Cic. 4 Acad. Quæst. c. 10 pr.

¶ Contrūdo, si, sum, dĕre, zusammenstossen. Cic. 5 Verr. c. 27 Eodem piratas contrudi imperarat, an einen ort hingestossen werden. Ammianus 22 c. 3 Contrusus est in insulam Dalmatiæ Boas. Et lib. 27 c. 20 Latrones ad latebrosa montium saxa contruserunt.

¶ Contrūsus, a, um, zusammengesperrt, eingequetscht; ut, Contrusæ nubes, Lucret. 6 v. 734. Contrusa corpora, Idem 6 v. 1251.

¶ Detrūdo, si, sum, dĕre, dejicere, pellere, hintreiben; ut, Quisque ad id, quod facere potest, detrudendus est, Cicero 1 de Oratore c. 28 extr. Detrudi ac compingi in pistrinum, verstossen werden, Idem ibidem c. 11. Et, Detrudere in pœnam, Cic. pro Flacco c. 38. Detrudi in luctum, Idem ad Quint. fratr. 1 epist. 4. Et, Aliquem de sententia detrudere, id est, dejicere, abtreiben, Idem 14 fam. epist. 16.

¶ Detrūsus, a, um, hinunter gestossen. Cic. de Nat. Deor. 2 c. 54 Stomachus motibus linguæ depulsum & quasi detrusum cibum accipit. Ovid. Met. 12 v. 522 Corpus sub Tartara detrusum, zur hölle verstossen.

¶ Extrūdo, si, sum, dĕre, foras pellere vel trudere, hinaus stossen, austreiben; ut, Extrudere ædibus, &, ex ædibus, Plautus Casin. 4, 1 v. 18. Extrudere foras, Idem Trucul. 1, 1 v. 68. Et, Domo suâ aliquem extrudere, Cic. Verr. 5 c. 15. Terent. Hecyr. 1, 2 v. 98 Eò amantem invitum Pamphilum extrudit pater. Et, Extrudi a loco minime apposito, Cic. 3 ad Attic. epist. 14. Extrudere merces, loßschlagen, Horatius 2 epist. 2 v. 11.

¶ Extrūsus, a, um, ausgestossen; ut, Extrusa vetustas, Lucret. 3 v. 978.

¶ Intrūdo, si, sum, dĕre, hineinstossen; ut, Intrudere sese aliquo, sich eindringen: Cic. pro Cæcin. c. 5 Se ipse inferebat, & intrudebat.

¶ Obtrūdo, si, sum, dĕre, invito & renuenti offerre, aufdringen, aufnöthigen. Terent. Andr. 1, 5 v. 15 Ea quia nemini obtrudi potest, itur ad me. Idem Hecyra 3, 1 v. 16 Nunquam ausus sum recusare eam, quam mihi obtrudit pater.

¶ Obstrūdo, dĕre, Plautinum verbum. vid. Lex. Crit. Parei p. 828. Prudentius passione Vincentii v. 95 pro occludere usus est, verstopffen;

His intonantem Martyrem
Judex profanus non tulit,
Conclamat: Os obstrudite,
Ne plura jactet improbus.

Ita plures legunt; at Heinsius: Os obtrudite.

¶ Obtrūsus, a, um, aufgedrungen, aufgebürdet; ut, Obtrusa ratio, Cic. de Clar. Orat. c. 74. Alii, Obrussa; vid. ibi Gruter. ¶ 2. Obtrusus aliqui legunt in locis, ubi est Abstrusus, de quo supra.

¶ Protrūdo, si, sum, ĕre, porro vel ulteriùs trudere, fortstossen. Cicero de Fato c. 19 Qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem non dedit. Et Lucretius 4 v. 889 Paulatim moles protruditur atque movetur, sie wird förder gebracht. Sic, Protrudere opus, Vitruvius 2 c. 8, fordern.

¶ Retrūdo, si, sum, dĕre, zurück oder hinter sich stossen. Plautus Epid. 2, 2 v. 64 Quasi retruderet hominum me vis invitum. Et Sulpicius Severus vitâ Martini c. 4 Retrudi in custodiam jubetur.

¶ Retrūsus, a, um, verstossen, verworffen, zurück gesetzt. Cic. Verr. 1 c. 3 Simulacra jacent in tenebris ab isto retrusa atque abdita. Idem de Orat. 1 c. 19 Hæc sunt penitus in philosophia retrusa atque abdita.

TRVENTVM, i, urbs & fluvius Picenorum, vulgo Tronto. vid. Plinius lib. 3 c. 13.

¶ Truentīnus, a, um, adject. Silius 8 v. 434

Quique Truentinas servant cum flumine turres.

Trulla, trullisatio, trullum, &c. vide paullo ante Trua.

TRVNCVS, i, τὸ στέλεχος, arboris reliquum post ramos relictos, der stock, strunk, ploch, klotz; a τρύειν vel τρύχειν, atterere, absumere. Cicero de Senect. c. 15 Terra ex minutissimis seminibus tantos truncos ramosque procreat. ¶ 2. Dicitur & Truncus de corpore hominis, abscisso capite, der rumpf. Virg. 2 Æneid v. 557

Jacet ingens littore truncus
Avulsumque humeris caput, & sine nomine corpus.

Cicero pro Roscio Com. c. 10 Nemo illum ex trunco corporis spectabat &c. ¶ 3. Sed & de homine stupido Truncus atque Stipes dicitur, ein grober klotz, tölpel, apud eumdem in Pison. c. 9. Et de Natur. Deor. 1 c. 30 Quæ potest esse in ejusmodi trunco sapientia?

¶ Truncus, a, um, adjectivum, quod est truncatum, verhauen, abgehauen, zerstümmelt. Virg. 3 Æn. v. 659

Trunca manum pinus regit, & vestigia firmat.

Idem 6 Æn. v. 497 truncas inhonesto vulnere nares.

¶ Truncŭlus, i, diminut. ein stöcklein, kleiner rumpf. Celsus 2 c. 20 Trunculi suum.

Trunco, avi, atum, āre, verhauen, verkürtzen, stümmlen, zerstümmlen; ut, Truncare cervos, Valer. Flacc. 6 v. 568. Hinc

¶ Truncātus, a, um, zerstümmelt; ut, Manibus truncatus & armis, Claudianus Bell. Getic. v. 89; & Anguis truncatus, Idem de Bell. Gildon. v. 471.

¶ Truncātio, ōnis, die zerstümmelung. Gloss. Cyrill. Truncatio, ἀκρωτηρίασις.

Composita:

¶ Contrunco, āre, imminuere, zerbeissen; ut, Quod edant addas, meum ne contrunces cibum, Plaut. Sticho 4, 1 v. 48. Quod imitatus Apulejus sub initium lib. 1 Miles. Ego, inquit, dum polentæ caseatæ offulam modico grandiorem contruncare gestio &c. Proprie de cæde, niederhauen. Lampridius in Alexandro c. 61 Inermes & obsistentes contruncaverunt.

¶ Detrunco, āre, decīdere, abkürtzen, abhauen; ut, Detruncare corpora, Livius 31 c. 34. Detruncare caput, Ovid. 8 Metam. v. 769. Detruncare vitem, pro resecare, Columell. 4 c. 22.

¶ Detruncātus, a, um, abgehauen; ut, Arboribus detruncatis struem lignorum facere, Liv. 21 c. 37. Pompejus a spadonibus Ægyptiis detruncatus, i. e. decollatus, enthäuptet, Lactant. 6 c. 6 n. 17.

¶ Detruncātio, ōnis, die abhauung, verkürtzung. Plin. 24 c. 9 Detruncatio ramorum.

¶ Distrunco, āre, zerspalten. Plautus Trucul. 2, 7 v. 53 Medium distruncabo.

¶ Obtrunco, āre, occidere quomodocunque, ermorden, erwürgen. Livius 1 c. 5 extr. Regem obtruncant. Et ibidem c. 10 Regem in prælio obtruncat & spoliat. Virg. 3 Æneid. v. 332

Incautum excepit, patriasque obtruncat ad aras.

¶ Obtruncātus, a, um, niedergehauen, hingerichtet. Curt. 6, 1, 1 Obtruncatis (scil. iis,) qui promptius resistebant.

¶ Obtruncātio, ōnis, die umhauung, abschneidung; ut, Obtruncatio vitis, Colum. 4 c. 29.

¶ Prætrunco, āre, verstümmeln. Plaut. in Milit. 2, 3 v. 47 Nonne tibi istam prætruncare linguam largiloquam jubes? Et Captiv. 4, 3 v. 2 Colla prætruncabo.

Trusito, truso, are, &c. vide superius paullo in Trudo.

TRŪTĬNA, æ, æquilibrium, foramen scilicet illud in bilance, intra quod lingua est, secundum quam ponderis fit examinatio, das loch, darinn die zunge an der wage gehet. Vetus scholiast. Persii ad sat. 1 v. 6 Examenve improbum in illâ

Castiges trutinâ:

EXAMEN, inquit, est lingua, vel lignum, quod mediam hastam ad pondera adæquanda tenet. CASTIGARE autem est digito libram percutere, ut temperetur, & præagitatione post æquum quiescat. TRVTINA vero est foramen, intra quod est lingula, de quâ examinatio est. Lege ad eum locum & eruditissimum Casaubonum, veteris scholiastæ verba & emendantem & explicantem. ¶ 2. Vsurpatur & pro libra ipsa, die wage; ut, Argentaria trutina, Varro apud Nonium c. 2 n. 861. ¶ 3. Per metaphoram autem pro examine & judicio, die prüfung, erwegung. Horat. 2 epist. 1 v. 29 Romani pensantur eâdem scriptoris trutina. vide in Chiliad. Eâdem pensari trutina, mit gleicher waag oder maß bezahlet werden. In trutinâ suspendere, prüfen, schätzen, wägen: Juvenal. sat. 6 v. 436

Atque aliâ parte in trutina suspendit Homerum.

¶ Trŭtĭno, āre, est trutinâ examinare, erwegen, wägen. Gloss. Cyrilli: Trutino, σταθμίζω. Persius deponentaliter usus est satyr. 3 v. 82

Atque exporrecto trutinantur verba labello.

TRVTTA, æ, quod nomen & Truta, unico t, scribunt alii, piscis est, qui & Varius & Variolus alias dicitur, multorum & diversorum generum, eine fore, forelle. Sunt enim Truttæ fluviatiles, bachforen, interque eas aliæ majores, quæ & salmonatæ dicuntur, lachsforen, aliæ lacustres, seeforen; vide eruditam de Truttis expositionem Gesneri. Troctas vocat B. Ambrosius, & ita quoque Vet. Gloss. Trocta, τρώκτης, Tructa: notat Scaliger lib. 1 Auson. Lect. c. 3.

TRVX, ūcis, adjectiv. ferus, crudelis, ἀπηνὴς ὠμὸς, scheußlich, greulich, grausam. Ovid. 3 de Arte am. v. 502

Candida pax homines, trux decet ira feras.

Sic, Aspectus trux, Cic. 2 Divin. c. 64. Et, Oculi truces, ein schrecklich gesicht, Idem 2 Nat. Deor. c. 42. Animi truces, Lucan. 7 v. 128. Horat. 1 epist. 19 v. 48

Ludus enim genuit trepidum certamen & iram:
Ira truces inimicitias, & funebre bellum.

Comparativus apud Ammianum 25 c. 4 Major vis & trucior: Ita & Lindenbrog. p 307; sed Valesius f. 416 atrocior.

¶ Trŭcŭlentus, a, um, crudelis, trux, grimmig, mörderisch. Cic. pro Sextio c. 8 Dii boni, quam teter incedebat, quam truculentus, quam terribilis adspectu. Compar. Fœtâ truculentior ursa, Ovid. 13 Met. v. 804. Et, Truculentissima imperia, Valer. Max. 7 c. 6 pr. ¶ 2. Vsurpatur & hoc nomen de rustico & agresti homine, quique à voluptatibus omnibus, quibus temperatur hæc vita, abhorret, bäurisch, grob. Vnde & fabulæ Plautinæ vocabulum illud inditum est, ab

 homine

homine rustico talis ingenii, qui ibi primas agit. Seneca Hippolyto v. 469 *Truculentus & silvester & vitæ inscius*
Tristem juventam Venere deserta colis &c.

¶ Trŭcŭlens, tis, ut *opulens, violens*, veteres etiam dixerunt: quod juniores postea reduxerunt. B. Basilius (non est ille græcus pater, sed latinus, primum a Goldasto editus) in Admonitionibus sub finem: *Nec formidabis hostes ferocissimos, qui cupiunt animos jugulare: non ferrum, non ignem, nec faciem truculentem tortorem.* Ekkehardus in Casib. Monasterii S. Galli: *Homines truculentes & barbari.* Salomo Lexico: TRVCVLENS, *immanis, ferox, inhumanus, truci vultu.*

¶ Truculenter, adverbium, idem; ut, *Truculentius se gerebat, quam cæteri*, er erzeigte sich grausamer, Cicero de L. Agrariâ 2 c. 5. Et, *Truculentissime aliquem adspicere*, Quintil. 6 c. 1.

¶ Truculentia, æ, der grimm, die grausamkeit. Plaut. Trucul. 3, 2 v. 7 *Tuam exspecto truculentiam.*

¶ Trŭcŭlo, āre, turdorum est, girren wie eine turteltaube. Aut. Philomel. v. 17 *Dum turdus truculat.* vid. Schott. Observ. Hum. 2 c. 52.

¶ Trŭcīdo, avi, atum, āre, crudeliter necare, unbarmhertzig würgen, todtschlagen. Virg. 2 Æneid. v. 494
Fit via, vi rumpunt aditus, primosque trucidant.
Cic. pro Leg. Manil. c. 3 *Vno nuntio atque una significatione litterarum, cives Rom. necandos trucidandosque denotavit.* Sic, *Trucidari ferro*, Cic. Catil. 1 c. 4. *Fœnore trucidari*, Idem pro Cœlio c. 18.

¶ Trŭcīdātus, a, um, ermordet. Aurel. Victor de Cæs. c. 42 *Silvanus trucidatus.* Idem Epitom. c. 12 *Viris trucidatis.*

¶ Trucidātio, ōnis, die ermordung. Cic. 4 Philipp. c. 5 *Nullus ei ludus jucundior esse videtur, quam cruor, quam cædes, quam ante oculos trucidatio civium.* Et Livius 28 c. 16 *Non jam pugna, sed trucidatio, velut pecorum, fieri*, scilicet cœpit.

¶ Trucidātor, ōris, interfector, ein mörder. Augustin. Civ. Dei 16 c. 43 pr. *Moses subtractus furto trucidatoribus parvulorum.*

¶ Contrŭcīdo, āre, niedermetzeln, umbringen. Sueton. Calig. c. 28 *Misit, qui universos contrucidarent.*

¶ Contrucidātus, a, um, niedergehauen, geschlachtet. Cic. pro Sextio c. 20 *A quibus hic, multis vulneribus acceptis ac debilitato corpore, & contrucidato, se abjecit exanimatus.* Et Seneca 1 de Ira c. 2 *Plebem immisso milite contrucidatam.* Idem epist. 115 *Taurorum opima corpora contrucidata.*

¶ Pertrux, ŭcis, nimium sævus, allzugrimmig; ut, *Pertrux bestia*, Apulej. lib. 5 Metamorph. p. 166 ed. Elmenhorst. At Pricæus *trux*.

TRYBLIVM, i, τρυβλίον, i. e. catinus, ein napf, mörsel. Plaut. Stich. 5, 4 v. 9 *Olea in tryblio, lupilli comminuto crustulo.*

TRЎGĪNON, i, τρύγινον, atramenti genus Plinio est lib. 35 c. 6, *Polygnotus & Micon, celeberrimi pictores Athenis, e vinaceis fecere tryginon, appellant τρύγες, feces.*

TRЎGON, ōnis, τρυγὼν, piscis venenatus. Auson. epist. 4 v. 58
Corroco, letalis trygon, mollesque platessæ.

TRЎPHIŎDŌRVS, i, Τρυφιόδωρος, Ægyptius fuit grammaticus. Scripsit versibus Ilii captivitatem, poëma de Vlyssis laboribus, & paraphrasin parabolarum Homeri. Ex quibus carmen de Ilii captivitate prodiit in lucem operâ Michaelis Neandri, cujus & Scholiis illustratum est. vide Suidam.

TRYPHON, ōnis, Τρύφων, grammaticus fuit Alexandrinus, Augusti Imp. tempore, scripsit de Orthographia, de copia sermonis, & alia, quæ a Suida annotata sunt. ¶ 2. Fuit & alius *Tryphon*, cognomento διόδοτος, qui Apameam, nobilem Seleucidis Syriæ urbem, occupavit, seque regem totius Pieriæ declaravit; qui postea obsessus a Basso quodam, cum duabus legionibus Romanis in deditionem venire tandem coactus est. vide Strabon. lib. 16 p. 518. ¶ 3. Fuit & Ptolemæus unus ex Ægypti regibus, propter luxum *Tryphon* appellatus, ut Ælianus auctor est lib. 14 c. 31. ¶ 4. Et Judæus quidam *Tryphon*, contra quem Justinus Martyr scripsit.

TRYXĂLIS, is, τρύξαλις, *animal simile locustæ sine pennis, quod aliqui, nec pauci, arbitrantur hoc esse, quod gryllus vocatur*, Plinii sunt verba lib 30 c. 6, eine grille.

TV, pronomen, ex græco σύ, du; *tui, tibi, te*: plural. *vos, vobis*, de quo tamen seorsum in V. Virg. 1 Æn. v. 78
Tu mihi quodcunque hoc regni est, tu sceptra Jovemque
Concilias.
conf. Cic. pro C. Rabir. c. 4. Idem Virg. Georg. 4 v. 465 *Te dulcis conjux, te* &c. Terent. Heaut. 5, 4 v. 11 *Nostrum te esse credito.* Cicero 4 fam. epist. 13 *Per me quondam, te socio, defensa respubl. est.* Terent. Eunuch. 4, 7 v. 32 *Miseret tui me.* Cic. 16 fam. epist. 11 *Tui studiosus.* Virg. eclog. 1 v. 27 *Et quæ tanta fuit tibi caussa?* Plaut. Merc. 1, 1 v. 71 *Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis.*

¶ Tuātim, adverb. antiquum, pro tuo more, nach deiner gewohnheit. Plaut. Amphitr. 2, 1 v. 4 *Jam tuatim facis.* conf. Nonius c. 2 n. 853.

¶ Tūne, & Tun', interrogative. Terent. Andr. 5, 4 v. 7 *Tune impune hæc facias? Tune hic adolescentulos illicis?* &c. Idem Eunuch. 1, 2 v. 6 *Hem, tun' eras?* Virg. Æn. 1 v. 617 *Tune ille Æneas?* &c. bist du der? Sed, *Tune an illi*, ob du, oder sie, Terent. Andr. 3, 3 v. 4.

¶ Tūte, hoc est, tu ipse, du selber. Terent. Eunuch. 1, 1 v. 19 *Et quod nunc tute tecum iratus cogitas*, &c. Cic. 1 fam. epist. 8 *Vt tute mihi præcepisti.* Virg. eclog. 3 v. 35 *Tute ipse fatebere.*

¶ Tūtĕmet, idem; ut, *Tutemet in culpa cum sis*, &c. Lucretius lib. 4 v. 913. Donatus in Ter. Adelph. act. 3 sc. 1 *Tu &* TVTE *&* TVTEMET *&* TVTEMET IPSE *facis.*

¶ Tibĭmet, dir selbst. Seneca Hippolyt. v. 1217 *Nunc tibimet ipse justa supplicia irroga.*

¶ Tēcum, pro *cum te*, mit dir; ut, *Tecum habita*, &c. Pers. sat. 4 v. 52. *Vt tecum annos exigat*, Virg. Æn. 1 v. 78. Comicis sæpe pro *Te*, sicut *Mecum* pro *Me* ponitur. Terent. Hecyr. 4, 4 v. 64 *Oravi tecum, uxorem ut duceres.* vide ibi interpretes.

¶ Tuus, a, um, pronomen possessivum, dein, der deinige. Cic. 15 fam. epist. 20 *Cupio cognoscere, iter tuum cujusmodi sit.* Terent. Adelph. 2, 1 v. 24 *Tetigine tui quicquam?* das deinige, etwas so dein ist. *De tuo*, von dem deinigen: Plaut. Trin. 2, 2 v. 46
Ly. *Bene volo illi facere, si tu non vis.* Ph. *nempe de tuo.*
Ly. *De meo: nam quod tuum est, meum est*, &c.
Seneca epist. 8 *Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.* Sed, *Tuum est, mihi ignoscere*, id est, officium tuum est, vel ad te pertinet, es gebühret dir, Terent. Andr. 4, 1 v. 54. ¶ 2. Cicero ad Attic. 4 epist. 15 *Longe de tuis*, id est, amicis. Virg. eclog. 5 v. 51
Daphnimque tuum tollemus ad astra:
Vbi Servius: TVVM, *id est, quem diligis.* Et Terent. Andr. act. 5 sc. ult. *Tuus est Chremes*, id est, amicus tibi est, favet tibi, er ist auf deiner seite. ¶ 3. Ita & *tempus tuum* dicimus, quod tibi commodum atque appositum est, bequem für dir, gelegen. Martialis ad librum suum Plinium aditurum lib. 10 epigr. 19
Sed ne tempore non tuo disertam
Pulses ebria januam memento.
Et paullo post: *Hæc hora est tua, dum furit Lyæus.*
Cicer. 1 Act. in Verrem c. 19 *Posteaquam nostris testibus nos, quam horis tuis, uti malle vidisti*, id est, tempore tuis rationibus accommodato & apposito, ut Hotomannus interpretatur. vide supra *Suus*.

¶ Tuopte, ablat. dein selbst. Plaut. Captiv. 2, 3 v. 11 *Tute tibi tuopte ingenio prodes plurimum.* Et Milite Glor. 3, 1 v. 11 *Tuopte tibi consilio occludunt linguam.*

TVAESIS, is, fœm. Τυαισίς, Ptolemæo æstuarium est maris Britannici. ¶ 2. Aliis fluvius distinguens Scotiam & Britanniam, vulgo Tuede, ad quem situm est oppidum munitissimum regis Anglorum *Bervicia*.

TŬBA, æ, σάλπιγξ, instrumentum musicum, quo ad alacritatem in prœlio pugnantium animi excitantur, dicta a *tubo canali*, (vide *Tubus*,) eine trompete, posaune. Tubarum usum apud Græcos ante Heraclidas non fuisse, observat Grotius Prolegomenis in Phœnissas Euripidis p. 19. conf. Voss. lib. 5 Instit. Orator. p. 349. Erant autem tubæ vel ligneæ, vel corneæ, vel ex ære, quæ ductiles appellabantur, zincken, posaunen, waldhörner. Cic. Catil. 2 c. 6 *Tubas, signa militaria, aquilam illam argenteam, quum scirem esse præmissam.* ¶ 2. *Tuba belli civilis*, per metaphoram, auctor & concitator dicitur, ein anstiffter, a Ciceron. ad Appium 6 fam. epist. 13. ¶ 3. Non raro *Tubæ* vocabulo poësis, atque poesis epica maxime designatur: quemadmodum *Lyra* pro Lyricâ poësi ponitur. Prudentius Hymno ante cibum v. 81 *Quæ veterum tuba, quave lyra.*
Martialis lib. 8 epigr. 3
Angustâ cantare licet videaris avena,
Dum tua multorum vincat avena tubas.
Paulinus ad Jovium carm. 19 v. 33
Hactenus illa tuæ vanos tuba vocis in usus
Persona, divinos modo celsius intonet actus.
¶ 4. Quin & de oratorum grandiloquentia dicitur. Prudentius de Symmacho lib. 2 v. 68 *magnisque tubam concentibus inflat.* Sidonius 4 epist. 3 sub fin. *Tuam tubam totus, qua patet, orbis jure venerabitur.*

¶ Tŭbĭcen, ĭnis, ein trompeter. Varro de L. L. 4 c. 16 *Tubicines a tuba & canendo.* Vegetius lib. 2 c. 22 pr. *Tubicines milites ad bellum vocabant, & rursus receptui canentes revocabant.* Seneca epist. 78 *Tubicen prædicationi nominis nostri silentium faciens:* hoc est, qui præcinebat, ut vox præconis, victorem ludorum renunciantis, attentius audiretur. Festus: *Tubicines etiam ii appellantur, qui sacerdotes viri speciosi publice sacra faciunt tubarum lustrandarum gratia.*

¶ Tubĭcĭno, āre, trompeten; in Gloss Cyrilli est: *Tubicino*, σαλπίζω.

¶ Tubicĭnātor, ōris, ein trompeter; Ibidem: *Tubicinator*, σαλπικτής.

¶ Tubĭlustrium, i, plur. Tubilustria, dies, quibus tubas lustrabant, uti docet Varro de L. L. 5 c. 3; & Festus. Ovidius Fast. 5 v. 725
Proxima Vulcani lux est, tubilustria dicunt,
Lustrantur puræ, quas facit ille, tubæ.

TŪBER, ĕris, neutr. a *tumendo*, ὄγκος, fungus, terræ callus, quemadmodum Plinius dixit, ein erd-schwamm, morchel; ut, *Tubera terræ*, apud eumdem Plinium 19 c. 2; & Juvenal. sat. 14 v. 7. Rotundæ sunt radices sine caule, sine foliis, flavescentes, vere fodiuntur, hirschbrunst, Dioscorid. & Matthiol. Sic Martial. 13 epigr. 50
Rumpimus altricem tenero sed vertice terram,
Tubera, boletis poma secunda sumus.
¶ 2. Metaphorice, quemcunque significat tumorem, allerley beulen, buckel, hübel, geschwulst. Plin. 8 c. 18 *Tubera bina in dorso habent cameli*, zween hocker. Idem lib. 30 c. 3; & 22 c. 24; & 26 c. 12 varia *tuberum* remedia ostendit. Et quod Terent. in Adelph. 2, 2 v. 37 dixit: *Colaphis tuber est totum caput*, idem est ac si dixisset, caput ex colaphis continuis perinde ut tuber est; vel sit *Tuber* pro *tuberoso*, voll beulen; ut *scelus* pro *scelerato*. Ita, *Vbi uber, ibi tuber*, proverbium, vide *Vber*. ¶ 3. Horat. 1 satyr. 3 v. 73
Qui, ne tuberibus propriis offendat amicum,
Postulat, ignoscat verrucis illius:
Hic *tubera* majora vocat errata & vitia, grosse fehler.

¶ Tŭber, ĕris, fœm. priore correpta, arboris species, & mali quidem est, ex eo genere, quod primum floret, fœminini generis. Plin. 16 c. 26 *Ab eâ* (Amygdalâ) *proxime florent Armeniaca, deinde tuberes & precoces: illæ peregrinæ, hæ coactæ.* vide eumdem & lib. 15 c. 14; & 17 c. 10; & Columellam 11 c. 2. ¶ Fructus quoque, seu poma hujus arboris, *Tuberes* appellantur, sed in masculino genere: Suetonius Domitiano c. 16 *Oblatos tuberes jussit servari in crastinum.* Martial. 13 epigr. 42 *Non tibi de Libycis tuberes & apyrina ramis,*
De Nomentanis sed damus arboribus, &c.
Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis,
Et vernæ tuberes, quid tibi cum Libycis?
Vernæ tuberes, i. e. vernaculi, domi nostræ nati, quemadmodum & *Lupos vernas* alibi dixit.

¶ Tūbercŭlum, diminut. ein beulichen, hübelgen. Plin. 11 c. 11 *Apes regias exstruunt tuberculo eminentes.* Idem 22 c. 32 *Tuberculum fabæ.* Et Cels. 2 c. 1 *Plura alia tubercula oriuntur.*

¶ Tube-

¶ Tūbĕro, are, tumescere, tuberculum facere, geschwellen, auflauffen. Apulej. lib. 2 Metam. p. 121 *Rosa soluta in sinu tuberante.* Onomast. *Tubero*, φυμαλόω.

¶ Tūbĕrōsus, a, um, schwammicht, dick, aufgeschwollen; ut, *Tuberosum musculis prominentibus latus*, Sidon. 1 epist. 2. *Calvus tuberosissimæ frontis*, Petron. Satyric. p. 60.

¶ Extūbĕro, are, verbum, apud Plinium aliquoties reperitur, pro excrescere, & in tuberis formam redigi, auflauffen, über sich treten, dick werden, schwellen; ut lib. 21 c. 16 *Ex radice veluti malum extuberat.* Item, *Extuberantes gemmæ*, quibus opponuntur *cavæ*, lib. 37 c. 12.

¶ Extuberātus, a, um, geschwollen, aufgeschwollen. Ammian. 22 c. 15 *Aviditate nimia extuberatus venter.* Idem 25 c. 10 *Extuberatum caput.* Et Solin. c. 27 [al. 40] *Prester, quem percusserit, distenditur, enormique corpulentia necatur extuberatus.*

¶ Extuberātio, ōnis, die aufschwellung: Pro tuberculis per corpus enascentibus, Plinius 11 c. 9.

¶ Protūbĕro, are, idem quod *extuberare.* Solinus c. 45 [al. 57] de Bucephalo: *De fronte ejus quædam exstantium corniculorum minæ protuberabant.* Et c. 46 [al. 59] *poma protuberant.*

TVBĔRO, ōnis, Romanus notissimus ex oratione Ciceronis pro Ligario. Vide & Lipsium ad Tacitum p. 442. Plures autem ejusdem nominis apud Ciceronem, & Plinium, & in historia Romana inveniuntur.

Tubĭcen, tubicĭno, are, &c. tubilustria, vide ante *Tuba.*

Tubularius, tubulatus, tubulus, &c. vide mox *Tubus.*

TV̆BVRCĬNOR, ari, verbum antiquum est, idem vero significat, quod raptim devorare, behend verschlingen, fressen, verschlucken. Plaut. in Persa 1, 3 v. 42 *Tuburcinari de suo, si quid domi est.* Titinnius apud Nonium c. 2 n. 851 *Tuburcinari sine me vultis reliquias.* Et Turpilius ibidem: *Helluo tuburcinatur.*

¶ Tuburcĭnātus, a, um, passive, hinein geschluckt, aufgezehrt. Apulej. Met. lib. 6 *Prandio raptim tuburcinato*, id est, comeso.

¶ Tuburcinabundus, a, um, freßhafft, geitzig im fressen. Vocabulum hoc, licet Cato sit autor, ut nimis vetustum rejicit Quintilianus 1 c. 6.

TV̆BVS, i, σίφων, canalis fictilis aquam deducens, eine röhre, wasserröhre; ut, *Cavari in tubos*, Plin. 16 c. 42. *Per omnes viscerum tubos*, durch alle gedärme, Martial. 11 epigr. 62.

¶ Tŭbŭlus, i, diminutivum, ein röhrlein. Varro de R. R. lib. 1 c. 8 *Tubuli fictiles.* Adde Vitruv. lib. 8 c. 7 pr.

¶ Tubŭlātus, a, um, excavatus ad tubuli modum, ausgebohret, ausgehöhlet. Plin. 9 c. 36 sub fin. *Latus introrsus tubulatum.*

¶ Tubulātio, ōnis, cavatio, die aushöhlung. Apulejus lib. 2 Florid. post init. *flexa tubulatione ligulæ.*

¶ Tubulārius, i, ein röhrmacher. Ammian. 28 c. 1 *Obscurissime natus est patre tubulario.* Ita MS. Alii, *tabulario.*

TVCCA, æ, Romanus, vir doctissimus, emendator cum Varrone & Plotio Æneidos Virgilianæ, auctore Servio, vide & in seq.

TV̆CĒTVM, i, idem quod *isicium*, & *tomaculum*, edulium scilicet ex pecudum extis vel carnibus minutim concisis, & vel omento aut reticulo vestitum, vel per se in sartagine cum oleo vel butyro frixum, ein lungen-mus, oder zerhackte leber in butter gebraten. *Tucetum perquam sapidissimum*, Apulej. lib. 2 Met. p. 117. Et Pers. sat. 2 v. 43

Esto age, sed grandes patinæ tucetaque crassa.

Vbi Murmellius, *Tucetum*, inquit, *est genus farciminis ex carnibus suillis minutim concisis.* Aliter vetus scholiastes Persii: *Tucetum*, inquit, *apud Gallos Cisalpinos bubula dicitur, condimentis quibusdam crassis oblita ac macerata: & ideo toto anno durat. Solet etiam porcina eodem genere condita servari, aut ad saturarum jura. Hinc Plotius amicus Virgilii in eadem regione est nominatus Tucca.* Hæc ille. Vet. Gloss. *Tucca*, καλώχυμα ζωμῶ. *Tucetum*, ζωμὸς παχύς. Arnob. lib. 2 p. 73 *ut spirulas & botulos facerent, isicia, castellamenta, lucania, suminatam cum his carnem, & glaciali conditione tuceta.* Ex quibus verbis conjici potest, *Tuceta glaciali conditione* esse, quæ nos vocamus gallerte.

TV̆DER, & Tudertum, i, oppidum mediterraneum Vmbriæ, Plin. 3 c. 14; & Sil. 6 v. 645. Hinc

¶ Tuders, ertis, plur. Tudertes, incolæ, apud Silium 4 v. 222; & lib. 8 v. 464.

Tudes, tudicula, tudito, &c. vide infra in *Tundo.*

TVEOR, tuēri, videre, pro *Tuor, tui*, quod in tertia antiquum, nec usitatum amplius est, sehen, ansehen. (Aliud est *Tueor, eri*, defendere, de quo postea.) Virg. 4 Æn. v. 362

Talia dicentem jamdudum aversa tuetur.

Et 1 Æn. v. 717 *Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo.*

¶ Tuens, tis, sehend, schauend. Ovid. Met. lib. 6 v. 621 *Oculis tuens immitibus.* Idem Fast. 1 v. 283 *Oculi diversa tuentes.* Virgil. eclog. 3 v. 8 *Transversa tuentibus hircis.*

¶ Tuor, ōris, visus, das gesicht. Apulej. de Deo Socrat. *Fila tenuia usque adeo, ut radios omnes nostri tuoris raritate transmittant.*

Composita:

¶ Circumtueor, ēri, umher sehen. Apulejus lib. 1 Florid. post principium: *Aquila eodem loco pendula circumtuetur.*

¶ Contueor, ēri, adspicere, ansehen, anschauen. Cic. in Tusc. 1 c. 20 *Quod tandem spectaculum fore putamus, quum terram totam contueri licebit?* Idem lib. 3 de Nat. Deor. c. 3 *Duobus contueri oculis, non altero.* Ἀρχαϊκῶς Lucretius 4 v. 38

In somnis cum sæpe figuras

Contuimur miras, pro *contuemur.*

¶ Contuens, tis, anschauend. Plin. 7 c. 1 *Contuentes solem immobilibus oculis.* Idem 29 c. 6 *Contuentium visum exacuit.*

¶ Contuĭtus, ûs, subst. die anschauung. Cic. pro Sextio c. 54 *Facit, Judices, vester iste in me animorum oculorumque contuitus*, &c.

¶ Intueor, ēri, anschauen; ut, *Effigiem alicujus subinde intueri*, Plin. 2 epist. 7. *Sagaciter, & acrioribus oculis aliquid intueri*, Quintil. 2 c. 8. Et, *Acri & intento animo aliquid intueri*, Cic. 1 de Fin. c. 17 fin. *Intueri aliquid coram*, Idem de Prov. consul. c. 9. ¶ 2. Interdum præpositio adjungitur, & dicimus, *Intueri in summos homines*, Cic. 1 de Orat. c. 2. conf. Patei Lex. Crit. p. 633. ¶ 3. Pro *considerare*, erwegen, betrachten, Nepos usus aliquoties est; ut Alcibiade c. 4 *Id ille intuens, neque ignorans civium suorum consuetudinem*, &c. Idem Dione c. 8 *Hæc ille intuens, cum, quemadmodum sedaret, nesciret*; & alibi sæpius, in ansehen dessen. ¶ 4. Pro *revereri* sive suspicere Livius 37 c. 50 *Apud omne genus humanum, quod vestrum nomen imperiumque juxta ac Deos immortales intuetur.* ¶ 5. In tertia flexione antique Terent. Heaut. 2, 4 v. 23 *Quisnam hic adolescens est, qui intuitur nos?*

¶ Intuens, tis, anschauend; ut, *Terram intuens modeste*, Terent. Eunuch. 3, 5 v. 32. vide jam ante *Intueor*, n. 3.

¶ Intuĭtus, ûs, subst. der anblick, das ansehen. Plin. 16 c. 10 *Abies hilarior intuitu.*

¶ Obtueor, ēri, diligenter conspicere, besehen. Plaut. Amph. 3, 2 v. 19 *Inimicos ausa sum semper obtuerier*, frey ins gesicht sehen.

¶ Obtūtus, ûs, subst. die anschauung, besichtigung. Sic, *Visus fatigatur continuo obtutu oculorum*, Quintil. 1 c. 2. Et, *Obtutum aliquo figere*, Cic. 2 Nat. Deor. c. 42. *Effugit obtutum oculorum animus*, Idem de Vnivers. c. 8. Et Virg. 1 Æn. v. 495

Obtutuque hæret defixus in uno.

Et pluraliter Prudentius Hamartig. v. 907

Nil intercurrens obtutibus, impedit ignem, &c.

TVEOR, tuĭtus sum, tuēri, curare, defendere, schützen, vertreten, vertheidigen. vide Varr. lib. 6 L. L. c. 2. Quintil. in Declam. 1 seu de pariete palmato: *Tuitus sum adolescentis miserrimi caussam.* Et, *Pertinaciter tueri aliquid*, Idem 6 Instit. Orat. c. 4. *Tueri absentem*, Cic. 2 fam. epist. 16. Et, *Concordiam conglutinatam tueri*, Idem ad Attic. 1 epist. 17, über einigkeit halten. *Tueri suum munus*, Cic. 10 fam. epist. 11, sein amt vertreten. *Dignitatem tueri*, Idem 2 Quæst. Tusc. c. 21, über ehr und respect halten. Et, *Tueri se sua sanctitate*, lib. 2 de Fin. c. 22. *Ab excursionibus hostium tueri suos fines*, Cic. pro Dejot. c. 8, für dem einfall der feinde schützen. Seneca epist. 91 *Infirmiores a validioribus tuebantur.* Vbi τὸ *infirmiores* quartus casus est. ¶ 2. Neque vero *Tueri* tantum est, inimicam vim arcere ab aliqua re, sive defendere; sed quavis ratione statum & incolumitatem conservare & custodire, in seinem wesen und stande erhalten. Columella de Canibus 7 c. 12 *Quare vel inprimis hoc animal mercari tuerique debet agricola.* Et mox: *Ejus parandi tuendique duplex ratio est.* Plin. 33 c. 10 *Crassus negabat locupletem, nisi qui reditu annuo tueri legionem posset.* Quod cum Cicero in de Officiis 1 c. 8, item in Paradoxis referret, verbo *alendi* pro *tuendi*, usus est: *Nisi qui suis fructibus*, inquit, *exercitum alere posset.* Itaque *alere* & *tueri* synonyma sunt. Idem Cicero Orat. pro Dejotaro c. 8 *Atque antea quidem alere majores copias poterat, nunc exiguas vix tueri potest.* Et Liv. 39 c. 9 *Scortum nobile libertina Hispala Fecenia non digno quæstu, cui ancillula assueverat, etiam, postquam manumissa erat, eodem se genere tuebatur*, id est, alebat, sie ernehrte sich, erhielte sich. Sic etiam *ædificia tueri* dicimus, quæ sarta tecta conservamus. Columella 1 c. 1 *Diffusiora enim consepta non solum pluris ædificamus, sed & majoribus impensis tuemur*, wir halten sie im baulichen wesen. Plin. Panegyr. Trajani c. 51 *Idem tam parcus in ædificando, quam diligens in tuendo.* Et Sueton. Augusto c. 30 *Spatium urbis in regiones vicosque divisit: instituitque, ut illos annui magistratus sortito tuerentur* &c. Sic, *valetudinem tueri*, Nepos in Attico c. 21. *Paternam gloriam tueri*, id est, conservare, custodire, Idem in Phocione c. 1 dixit. ¶ 3. Passive hoc verbo usus est Varro 3 de Re Rustica c. 1 *Quod & in pace a rusticis Romani alebantur, & in bello ab his tuebantur.* Item Vitruvius præfat. lib. 8 *Animadvertimus vero non solum nascentia ex his procreata, sed etiam res omnes non ali sine eorum potestate neque crescere, nec tueri.* Et ita Jurisconsulti sæpe. Vide Brissonii Lex. Et vetus Inscriptio: NOSCANT OMNES SENATVS ET POP. ROM. IMPERIVM ET DEORVM NVMINE ET MILITVM FORTITVDINE ET TVERI ET REGI. Vide Philandri Notas ad Vitruvii cit. locum, qui & pleniorem hanc inscriptionem dat, & locum ubi reperta, & formam ejus, accurate ostendit. ¶ 4. Activum quoque *Tuere* conservat vetus Inscriptio apud Fabrettum p. 498 ROGO PER SVPEROS QVI ESTIS OSSA MEA TVEATIS. Hinc &

¶ Tuendus, a, um, passive significat, der beschützet werden soll. Ovid. 11 Met. v. 297 *Pacis mihi cura tuenda.*

Et Cicero ad Lentulum lib. 1 epist. 9 p. 50 *Nunc ab iis, a quibus tuendus erat, derelictus.* Et cum tertio casu p. 51 [ed. Græv.] *Qui mihi, quas cunque res gereret, tuendus esset.* Qui casus etiam in Ovidii verbis, modo adductis, apparuit.

¶ Tuĭtio, ōnis, die beschützung, beschirmung. Cicer. in Topicis c. 23 *Tuitio sui.* Et pluraliter Ambrosius Serm. 88 *Tuitiones mœnibus præparare.*

¶ Tūtus, a, um, pro *tuitus*, beschützt, sicher, verwahrt; ut, *Tutus ab insidiis*, Asinius Ciceroni 10 fam. epist. 31. *Tutus a perfidia*, Liv. 28 c. 44. Et cum *Ad*; ut, *Tutus ad omnes ictus*, Idem lib. 36 c. 32. Et cum *Adversus*: Celsus 5 c. 23 n. 3 *Mithridates dicitur adversus venenorum pericula tutum corpus suum reddidisse.* Ad varias res accommodatur: e. g. *Consilium tutum*, Terent. Heaut. 2, 3 v. 86. *Non satis tutus est ad narrandum hic locus*, Idem Phorm. 5, 3 v. 35. *Tutus receptus*, Livius 27 c. 17, dahin man sich retiriren kan. *In tuto esse*, Terent. Heaut. 4, 2 v. 11 & v. 30; item Adelphis 2, 4 v. 3, ausser gefahr seyn. *Nusquam tuta fides*, Virg. 4 Æn. v. 373, es ist niemanden zu trauen. Gradibus etiam movetur; ut, *Tutiora loca*, Livius 2 c. 62 extr. Et, *Tutissima custodia*, Idem lib. 31 c. 23 fin. *Tutissimæ urbes*, Cic. 2 in Verr. c. 5. ¶ 2. *Tutus* etiam pro sano, cauto & provido ponitur: consequens pro antecedente. Nam qui sapit & cavet, tutus est. Horat. 2 sat. 3 v. 137 *Quin ex quo est habitus male tutæ mentis Orestes:*

Male tutæ, id est, insanæ, furiosæ. Alibi *tutum* & *cautum* conjungit, epist. ad Pisones de Arte Poët. v. 265 *an omnes*

Visuros peccata putem mea tutus, & intra

Spem veniæ cautus.

Idem Horat. ibidem v. 28

Serpit humi tutus nimium timidusque procellæ:

Nimium tutus, id eſt, nimium cautus. Vet. Gloſſ. ἀσφαλὴς, *Cautus, tutus.*

¶ Tūto & Tute, adverbia, ſicherlich; ut, *Tuto & ſine metu*, id eſt, libere, Cic. 2 de Fin. c. 26. *Tute cauteque agere aliquid*, Auctor ad Herenn. 3 c. 7. Et, *Tute vivit, qui honeſte vivit*, ibidem c. 5. *Te hic tutiſſime fore puto*, Cic. ad Attic. 8 epiſt. 12. *Semina tutius in agris, quam in horreis, ſervantur*, Pallad. lib. 1 tit. 6. Et, *tutiſſime celare*, Apulejus Met. lib. 9 p. 228. Etiam *tutiſſimo*, apud Ciceronem lib. 8 ad Attic. epiſt. 1 Soſipater Chariſius lib. 2 p. 173 legit, quem ſequuntur accuratiſſimi editores P. Victorius, Janus Gruterus, J G. Grævius. Verba ſunt: *Ei reſcripſi, non me quærere ubi tutiſſimo eſſem.*

¶ Tūtēla, æ, defenſio, item jus ac poteſtas tuendi eum, qui per ætatem defendere ſeſe nequit, der ſchutz, die vormundſchafft. Cic. 1 de Orat. c. 53 *Commendare filios ſuos alicujus tutelæ*, in eines ſchutz befehlen. Terent. in prolog. Hecyr. *Qui in tutelam meam ſuum ſtudium, & ſe in veſtram commiſit fidem.* Sic, *Eſſe in tutela alicujus*, Cicero de Prov. conſul. c. 14. Sed, *In ſuam tutelam venire* dicitur, qui ex tutoris poteſtate exiit, & factus pubes ſui tutelam ipſe gerit, apud Ciceronem Topicis c. 10. ¶ 2. Item, cura & ſtudium ſervandæ rei cujusque, die verwaltung, verpflegung. Columella lib. 9 præfat. *Venio nunc ad tutelam pecudum ſilveſtrium & apium educationem.* Seneca Conſolat. ad Helviam c. 9 *Nihil gignit* (terra,) *quod aliæ gentes petant, vix ad tutelam recolentium fertilis.* Et rurſus: *Quantulum eſt enim, quod in tutelam homini neceſſarium ſit?* ſich zu erhalten. Suetonius Cæſare c. 68 *Cum tenuiorum tutelam locupletiores in ſe contuliſſent*; id eſt, alituram, & reliquarum rerum ad tuendam vitam neceſſariarum exhibitionem. Livius 1 c. 21 *Omnium maximum ejus operum fuit tutela per omne regni tempus haud minor pacis quam regni.* Tacitus 1 Annal. c. 2 *Dixit forte Tiberius, ſe non toti reipubl. parem, ita quæcumque pars ſibi mandaretur, ejus tutelam ſuſcepturum.* Ita *Tutelam recipere* etiam dicitur, qui ex poteſtate tutorum excedens ſui juris fieri cœpit. Quod JCti, *ſuæ tutelæ effici, in ſuam tutelam venire*, dicunt. Suetonius Claudio c. 2 *Diu atque etiam poſt tutelam receptam, alieni arbitrii, & ſub pædagogo fuit.* ¶ 3. *Tutela navis* quid ſit, expoſuimus in voce *Inſigne*: vide *Signum.* ¶ 4. *Tutela* abſolute ponitur pro genio, der ſchutz-engel. Petron. in Fragm Tragur. p. 41 *Ita tutelam hujus loci habeam propitiam.* Et in Vet Inſcript. apud Fabrettum p. 69 & 79 TVTELAE CANDIDIANAE. Item: TVTELAE LOCI. Hinc & ad Auguſtum Horatius 4 od. 14 v. 43 *O tutela præſens Italiæ*, &c.

¶ Tutelāris, e, die vormundſchafft betreffend; ut, *Cauſſa tutelaris*, Lege 4 pr. Dig. de in litem jurando. *Lex tutelaris Romæ*, qua cavebatur, ne quis tutor per ſimulationem pupillum defraudaret. *Dii tutelares*, qui tutelam gerunt alicujus loci, die ſchutzgötter; &, *Divi tutelares*, Arnob. lib. 3 p. 115.

¶ Tutelārius, i, pro cuſtode ædium ſacrarum, ein ſchaffner, küſter, Plinius 34 c. 7.

¶ Tutelātor, ōris, defenſor, ein ſchutzhalter. Martian. Capella lib. 12 *Tutelator fidiſſimusque germanus.*

¶ Tūtor, ōris, defenſor pupilli, ein vormund, pflege-vater, verpfleger; ut, *Parens bonus & tutor fidelis*, Cic. 3 de Orat. c. 1. *Inſtituere aliquem tutorem ſuo filio*, Idem 1 de Oratore c. 53; & 13 fam. epiſt. 61, zum vormunde ſetzen. Idem de Clar. Orat. c. 96 *Orbæ eloquentiæ quaſi tutores relicti ſumus.* Horum alii *teſtamentarii*; alii *legitimi*; alii *a magiſtratibus.* TESTAMENTARII, quos teſtamento nominaſſet pater: LEGITIMI, ex lege XII Tabularum; nempe proximi agnati: A MAGISTRATIBVS, primo a prætoribus L. Aquilia; deinde & a conſulibus ex inſtituto Claudii dari: vide Torrentium ad Suetonii Claud. c. 23. ¶ 2. Ponitur & pro cenſore & objurgatore, ein zuchtmeiſter. Perſius ſat. 3 v. 96

At tu deterius palles: ne ſis mihi tutor.

Manilius 5 v. 449 *Tutoriſque ſupercilium, patruique rigorem.*

Obſervat Caſaub. ad illud Perſii ſat. 1

Cum ſapimus patruos &c. vide ſupra *Patruus.*

¶ Tutōrius, a, um, vormundſchafftlich. Juſtin. 30 c. 3 *Mittitur*, qui *tutorio nomine regnum pupilli adminiſtret.*

¶ Tūtor, ātus ſum, ari, frequentativum, bewahren, beſchützen. Terentius in prolog. Hecyr. v. 42 *Ego interea meum non potui tutari locum.* Idem Phorm. 5, 3 v. 5 *Patris ſui honeſte parta indiligenter tutari*, übel vorſtehen. Idem in Hecyr. 5, 1 v. 8 *Nam mores facile tutor*, ich weiß mich wohl zu halten. Ita, *Alacrem eſſe ad tutandam rempublicam*, Cic. Somn. Scip. c. 3. *Fortiter & induſtrie aliquid tutari*, Quintil. 5 c. 13.

¶ Tuto, are, antique pro *Tutari*, ſchützen. Plaut. Merc. 5, 2 v. 25 *Invoco vos Lares viales, ut me bene tutetis.* Plura ex Nævio, Pomponio, Pacuvio adduxit Nonius c. 7 n. 70.

¶ Tutātor, ōris, idem quod Tutor, ein beſchützer. Apulejus de Deo Socrat. p. 51 *dubiis præmonitor, periculoſis tutator, egenis opitulator.*

¶ Tūtācŭlum, i, tutela, ein ſchirm, ſchutzwehre. Prudent. lib. 2 adv. Symmach. v. 387 *fida ut tutacula nudis*

Invalidisque pares.

¶ Tutamentum, i, ſchutz, beſchützung. Livius 21 c. 61 *Ignibus conjectis ab hoſte, vix tutamentum fuit.*

¶ Tūtāmen, ĭnis, idem. Virg. Æn. 5 v. 262

Donat habere viro, decus & tutamen in armis.

¶ Tutānus, i, Deus a *tutando* dictus, nempe Hercules, quod adverſus Hannibalem tutatus eſſet Romanos, der ſchutz-gott. Varro apud Nonium c. 1 n. 242 *Tutanum omnes, qui laborant, invocant.*

¶ Tutēlīna, vel Tutilīna, Dea a *tuendo* dicta, eine beſchirmerin; quam Varro implorans apud Nonium c. 1 n. 243 *Tuam fidem*, inquit, *Tutelina, invoco.* Adde Tertull. de Spectac. c. 8; Macrob. 1 Saturn. c. 16; Auguſtin. de C. D. 4 c. 8.

¶ Tutūnus, i, alius Deus; qui idem ac Priapus, cuſtos hortorum, apud Arnobium lib. 4 p. 133. vide not. Stewech. p. 100. *Mutunum Tutunum* junctim vocat Feſtus, & Auguſtinus de C. D. 4 c. 11.

Compoſita:

¶ Contūtor, ōris, ein mitvormund. Lege 32 extr. Dig. de adminiſt. & peric. tut. & Lege 30 de negot. geſt.

¶ Intūtus, a, um, non tutus, unverwahrt, unſicher; ut, *Caſtra Gallorum intuta, neglectaque*, Livius 5 c. 45. Et, *intuta urbs*, Idem 9 c. 41. Ac abſolute Plinius 34 c. 14 *Intutum eſt ſcribere ſtylo, ut vetuſtiſſimi prodiderunt.* Etiam Tacitus non ſemel uſus: ut 1 Hiſt. c. 33 *Intuta, quæ indecora.* Et 3 Hiſt. c. 76 n. 3 *Intuta mœnium firmare.* Comparat. Nazarius Panegyr. Conſtantini c. 26 *Cum ſpiſſis tenebris congreſſus, fortunæ totum liceret: tu tamen, imperator, non intutior tempore, quam Deo tectior, ſæviſſimo hoſti multus inſtares*, &c.

¶ Protūtor, ōris, der an ſtatt des vormundes iſt. Ammian. 29 c. 5 *Romanum cum domeſticis cuſtodiendum protutoribus committi mandavit.* Gronovius legit *Protectoribus.* Adde Papin. JCt. lib. 27 Dig. t. 3 l. 24.

¶ Protutēla, æ, die vice-vormundſchafft. Vlpian. leg. 1 Dig. de eo qui pro tutore § 8 *In protutelæ judicio.*

¶ Subtūtus, a, um, etwas ſicher. Commodian. Inſtruct. 30 v. 18 *Subtutus in proſperis eſto*, i. e. paulum cautus eſto.

TŬGŬRIVM, i, dictum quaſi *tegurium*, a *tegendo*, ruſticam ſignificat habitationem ex ſtramentis, vel arundinibus, aliove ſimili genere conſtructam, ein hirten-hauß, bauers-hütte, ſtroh-hütte, ſchoppen. Virgil. eclog. 1 v. 69 *Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen.*

¶ Tuguriólum, i, diminutivum, eine kleine hütte. Apulej. lib. 4 Mileſ. p. 147 *perfracto tuguriolo.*

¶ Tuguriuncŭlum, i, aliud diminutivum apud Hieronymum in vita Hilarii, & apud Alcimum in vita Richarii.

TVISCŌNES, um, die Teutſchen, a *Tuiſcone* Germanorum ac Sarmatarum rege; vide *Teutones* vel *Aſcanes*, & Chronic. Philipp. & Tacit. Germ. c. 2 n. 3. A *Tuiſcone* appellatum videtur & *Tuitium*, oppidum quondam ad Rhenum in finibus Vbiorum, Teutſch.

TVLLIA, æ, adject. gens patritia Romæ ante reges exactos, ex qua fuit *Servius Tullius*; item gens plebeja, ex qua prodiit *Ciceronum* familia. ¶ 2. *Tullia lex*, altera de legationibus liberis, altera de ambitu, utraque a M. Tullio Cicerone lata. vid. Roſin. Antiqu. Rom. 8 c. 4 & c. 29. ¶ 3. *Tullia*, ſubſt. filia Servii Tullii, uxor Tarquinii Superbi, ſuper patris corpus carpento vecta. vid. Liv. 1 c. 46 ſeqq. Flor. 1, 7, 3; Val. Max. 9, 11, 1; & Ovid. Faſt. 6 v. 603. ¶ 4. *Tullia*, filia M. Tullii Ciceronis, de qua in epiſt. ad fam. 2 epiſt. 15 & 16; & lib. 6 epiſt. 18; & ad Attic. 10 epiſt. 18. De obitu ejus ſolatur patrem Sulpicius lib. 4 fam. epiſt 5.

¶ Tulliŏla, æ, diminut. eadem Ciceronis filia, de qua ad Attic. 1 epiſt. 3. De ſepulcro ejus reperto cum lucerna ardente & his litteris inſculptis: TVLLIOLAE FILIAE MEAE, vid. Fortun. Licetus de Lucernis Vet. 1 c. 2, & 4 c. 4.

¶ Tullius, Ciceronis aliorumque notiſſimum nomen gentile. De *Cicerone* vid. ſupra *Cicero*; de *Servio Tullio* vid. *Servius*: de aliis alibi.

¶ Tulliānus, a, um, adject. ut, *Tullianum caput*, Cic. ad Att. 15 epiſt. 26.

¶ Tulliānum, i, ſubſt. carcer ſive pars carceris ſub terra, in quam malefici præcipitabantur, ein tieff gefängniß für die maleficanten. Salluſt. B Catil. c. 55 *Eſt in carcere locus, quod Tullianum appellatur*, &c. *muniunt undique parietes, atque inſuper camera lapideis fornicibus vincta, ſed inculta tenebris, odore fœda, atque terribilis ejus facies.* vid. Feſtus, & Varro de L. L. 4 c. 32, ubi *Tullianum* additum carceri a Tullio rege dicitur.

¶ Tulliane, adverb. S. Auguſtinus de Grammatica p. 98 *Adverbia non ſolum ab appellationibus tranſeunt, hoc eſt, a nominibus appellativis; ut a pulchro, pulchre: ſed a propriis, ut Tullius, Tulliane.*

TVLLVS HOSTILIVS, tertius Romanorum rex, de quo Liv. 1 c. 26; Flor. 1 c. 3; Vict. de Vir. Illuſtr. c. 4, & Virg. Æn. 6 v. 813.

TVM, particula copulativa eſt, quæ in rebus imparibus ante ſe fere habet particulam *Cum*; in paribus vero ipſa ſola repetitur, & cum indicativo & conjunctivo conjungitur, ſo wohl, als; beydes, und ꝛc. ut, *Cum multis in locis noſtrorum hominum ingenia virtutesque ſoleo mirari, tum maxime in his ſtudiis* &c. ubi prior particula *Cum*, minus aliquid, *Tum*, majus ſignificat, Cic. lib. 4 Tuſc. principio. Idem ad Quint. fratr. lib. 1 epiſt. 2 *Cum ſpe ſumma, tum majore etiam animo.* ¶ 2. Et cum conjunctivo: Idem Cic. 2 fam. epiſt. 2 *Qui cum ſuis laudibus, tum vero te filio ſuperaſſet omnium fortunam. ſi ei contigiſſet, ut te ante videret, quam e vita diſcederet.* ¶ 3. Et geminatum; ut, *Qui non tum hoc, tum illud, ſed idem ſemper*, &c. Cic. de Amicit. c. 4, bald diß, bald das; oder eine zeit diß, die andere das. vide Vall. lib 2 c. 22. Terent. Phorm. 2, 1 v. 12 *Omnes cum ſecundæ res ſunt, tum maxime meditari ſecum adverſa oportet* &c. id eſt, tunc maxime, alsdenn am allermeiſten. ¶ 4. Et ſic ſæpe ſimpliciter pro *tunc*, damahls. Idem Andr. 1, 1 v. 53 & 60 *Qui tum illam amabant*, dazumahl. conf. v. 82, 94, &c. ¶ 5. Interdum & cum aliis particulis eleganter conjungitur, ut, *Tum autem*, dazu aber: Terent. Andr. 1, 5 v. 34 *Laborat e dolore, tum autem hoc timet* &c. *Tum vero, Tum demum*, alsdenn erſt. *Tum denique*, apud Cic. Verr. 2 c. 1. ¶ 6. Non raro pro deinde, poſtea, præterea, ponitur, hernach, über das. Virg. eclog. 2 v. 41

Narciſſum, & florem jungit bene olentis anethi.

Tum caſiâ atque aliis intexens ſuavibus herbis, &c.

Terent. prolog. Heaut. v. 21

Licere id facere, quod illi fecerant, putat.

Tum, quod malevolus poëta vetus dictitat; &c.

Et ita alibi ſæpius; & alii. Nec aliter accipienda hæc particula in illa formula eſt: *Quid tum?* Terent. Eunuch. 2, 3 v. 78.

TVMBA, æ, τύμβος, monumentum, ſepulcrum, ein grab oder loch in der erden.

TŬMEO, ui, ēre, eſt turgere, inflari, aufflauffen, aufgeblaſen ſeyn, ſchwellen. Ovid. 3 Metam. v. 33

Igne micant oculi, corpus tumet omne veneno.

Virg. Georg. 2 v. 324 *Vere tument terræ.* ¶ 2. Sed, *Tumere ſucceſſu*, eſt ſuperbire, ſtoltz ſeyn, Plin. 7 c. 7. Et Horat. 1 epiſt. 1 v. 36 *Laudis amore tumes*, du blöheſt dich auf. Cicero 3 Tuſc. c. 9 *Inflatus &*

tumens

tumens animus. Tacit. 1 Hist. c. 16 *Sit ante oculos Nero, quem longa Cesarum serie tumentem* &c. ¶ 3. Item, iratum esse: nam qui irascuntur, illis *bile jecur tumet*, ut Horatius loquitur lib. 1 oda 13 v. 4. Statius lib. 2 Silv. 1 v. 58

Accensum quis bile feret? famulisque tumentem
Leniet?

Ita, *sufflare se alicui*, pro irasci Plautus dixit in Casina 3, 3 v. 19. vid. in compositis *Extumesco* & *Intumesco*. ¶ 4. *Tumere* etiam dicuntur, qui irritati sunt, & seditionem agitant ac turbas. Tacitus 2 Hist. c. 32 *Quoniam Galliæ tumeant.* Et Plinius Panegyr. c. 27 *Quod antea principes ad odium sui leniendum tumentibus plebis animis objectabant* &c. Et c. 80 *O vere principis, atque etiam consulis, reconciliare civitates æmulas, tumentesque populos, non imperio magis, quam ratione compescere.* Vide & Barthium ad illud Claudiani Panegyr. de 4 Consul. Honorii v. 234 *rabie succensa tumescit.*

¶ 5. J. Cæs. Scalig. in Theophrast. de Plantis: *Aliud*, inquit, *est* turgere *medicis & philosophis, aliud* tumere. Turget, *quod urgetur ad motum, ut materia furens in morbis atque effervescens.* Tumet *abscessus sæpe*, neque turget, *cum materia percocta est, aut cum factus est tofus. Turget in pene semen post allii & piperis usum, at nihil tumet. Arbor, quæ fœtum meditatur non ubique, non semper tumet.*

¶ Tŭmens, tis, geschwollen, schwülstig, hochmüthig; ut, *Suræ tumentes*, Horat. epod. 8 v. 9. *Pedes tumentes*, Virg. Æn. 2 v. 272. *Vana tumens*, id est, vanum in modum superbiens, Idem Æn. 11 v. 854. vide plura in *Tumeo*.

¶ Tumesco, ĕre, tumidum fieri, aufschwellen, sich erheben. Virgil. 1 Georg. v. 165 *& aperta tumescere bella.*
Vellejus 2, 15, 2 *Mors Drusi jam pridem tumescens bellum excitavit*, id est, jam pridem gliscens. Claudian. in Eutrop. lib. 1 v. 176 *Alteque tumescunt Serviles animi.*

¶ Tŭmĭdus, a, um, inflatus, geschwollen, aufgeblasen, strotzicht; ut, *Æquor tumidum*, Virg. 3 Æn. v. 157, das tobende meer. *Tumidæ cervices*, Cic. in Vatin. c. 2. *Tumidus successu*, Ovid. 8 Metam. v. 495, id est, superbus, elatus. *Tumidæ terræ*, in colles montesque editæ, Tacitus 2 Annal. c. 23, bergicht. Sic *Tumores* de collibus dicuntur. vide infra *Tumulus*. Ita &, *Tumidiores oculi*, Corn. Celsus 2 c. 6. *Tumidissimum animal*, Seneca 2 Benefic. c. 16 de Alexandro Magno. Et Silius 11 v. 25 *Eridani tumidissimus accola*,
hoc est, superbus, inflatus.

¶ Tumĭde, adverb. idem. Plaut. Asin. 3, 3 v. 115 *Vt tumide is?* ita legit Meursius. Alii: *Vt tu incedis?*

¶ Tumidŭlus, a, um, diminutivum, ein wenig geschwollen. Apulejus Apolog. p. 277 *Complanatorem tumidulæ gingivæ* aliquem pulvisculum, dentibus idoneum, appellat, zahn-pulver.

¶ Tumidĭtas, ātis, tumor, die geschwulst. Firmicus 8 c. 29 *Hydropici Veneris tumiditate correpti.*

¶ Tŭmĭdo, are, aufschwellen. Gloss. lat. gr. *Tumidare*, οἰδαίνειν.

¶ Tumidōsus, a, um, emporsteigend; ut, *Angustiæ tumidosis collibus desinentes*, Ammian. 21 c. 10.

¶ Tŭmor, ōris, inflatio, die aufschwellung, aufblähung, geschwulst; ut, *Tumor oculorum*, Cic. 4 Tusc. c. 37 extr. *Tumor animi*, Idem. Et, *Erat in tumore animus*, Tusc. 3 c. 31. *Tumores mente gerere*, Lucan. 10 v. 99, hochmüthig seyn. *Tumor inanis*, Quintil. 2 c. 10. ¶ 2. Pro ira, succensione aut & fastidio: Ovid. 5 Trist. eleg. 7 v. 49

Intempestivos igitur compesce tumores.

¶ 3. Sed & *Tumores terræ*, dicuntur colliculi, qui & *Tumuli* (ubi vide,) appellantur, hügel, aufgeworffene erde: Frontinus de Coloniis p. 126. *Finitur per terminos, & terrarum tumores: aliquibus locis arboribus*, &c. Item, *Finiuntur enim terminis, rivis, fossis, arboribus ante missis, tumore terræ, collectione petrarum* &c. Hujusmodi terræ tumulos, quos ad distinguendos fines facere solebant, alii *Monticellos* dixerunt. confer Gœsii indicem.

¶ Tŭmĕfăcio, fēci, factum, ĕre, aufblähen, aufschwellend oder stoltz machen. Ovid. Met. lib. 15 v. 303 *Extentam tumefecit humum*

¶ Tŭmĕfactus, a, um, aufgeblasen, stoltz gemacht. Propert. 4 eleg. 1 v. 63

Vt nostris tumefacta superbiat Vmbria libris.

Et Martial. 4 epigr. 11

Dum nimium vano tumefactus nomine gaudes.

Composita & derivata ab initio:

¶ Contŭmeo, ēre; a quo ἀναλόγως, ut ab *audeo*, audax; a *teneo*, tenax;

¶ Contŭmax, ācis, qui tumet pertinaciâ. qui tumoris vitio laborat, frech, ungehorsam, trotzig, halsstarrig; Sic, *Boves contumaces*, Colum. 6 c. 2, widerspenstige, stetige ochsen. Construitur cum *In* & accusativo: Cicer. Attico lib. 15 epist. 15 *Saram nefarium hominem cognovi, præterea in me contumacem.* Autor ad Herenn. 4 c. 40 *in superiores contumax.* Et cum tertio casu Seneca Thyeste v. 644

Et contumacem regibus populum suis.

¶ 2. In bonam partem quando accipitur, & firmum, constantem, invictum notat, standhafftig, unbeweglich. Tacit. 1 Hist. c. 3 *Contumax, etiam adversus tormenta, servorum fides.* Prudent. Romano v. 714

Amore Christi contumax doloribus,

id est, fortis atque invictus adversus dolores animi. Vet. Gloss. καταφρονητὴς, *Contemtor, Spernulus, contumax.* ¶ 3. Eleganter *Syllabam contumacem* vocis eam vocat Martialis, quæ metricæ legi refragatur, ut in versum admitti non possit: Cujusmodi est *Earinos*, de quo lib. 9 epigr. 12

Nomen nobile, molle, delicatum
Versu dicere non rudi volebam:
Sed tu syllaba contumax repugnas.
Dicunt Earinon tamen poëtæ,
Sed Græci, quibus est nihil negatum.

Tale etiam *Tuticanus* apud Nasonem est, numeris suis non aptum nomen, lib. 4 de Ponto epistola 12 & 14. Comparat. Cic. Verrin. 2 extr. *Quis contumacior?* Et superlat. Seneca epist. 83 *Ebrietas contumacissimos in alienum cogit arbitrium.* Idem de Provid. c. 3 *Fortuna contumacissimum quemque aggreditur.*

¶ Contumācĭter, adv. trotziglich. Cic. ad Attic. 6 epist. 1 *Ad me contumaciter ac arroganter solet scribere.* Sic, *Contumaciter omnia agere*, Liv. 2 c. 58. Et, *Contumacius se gerere*, de rebellione, seu defectione dictum apud Nepot. in Cimon. c. 2 n. 5, sicut Suetonius August. c. 24 dixit *contumacius parére*, schwürig, aufrührisch seyn. Et de lentore arboris vel ligni cujusdam Plinius 16 c. 40 *claudit suum vulnus, & ob id contumacius transmittit ferrum*, hoc est, difficilius.

¶ Contŭmācia, æ, habitus animi, quo cedere aliis, honoremque habere detrectamus, contemtu quodam eorum, & quadam ferocia animi, die hartnäckigkeit, halsstarrigkeit, der trotz; unde *ferocitatem* & *contumaciam* Suetonius conjunxit, in Vitellio c. 12. Et Tacitus 4 Annal. c. 20 *contumaciam* & *obsequium* invicem opposuit. Vet. Gloss. *Contumacia*, καταφρόνησις, ἀπείθεια. Item, αὐθάδεια, *Præsumtio, contumacia, temeritas.* Curtius 8 c. 1 n. 33 de licentia Clyti & intemperantia linguæ loquens, *pravam contentionem animi* vocat. Consistit enim *contumacia* in dicto æque & facto. Cum παῤῥησία modum non habet, *contumacia* est: qualis illa Clyti fuit. Inde Suetonius, cum de quorumdam licentius in Augustum dictis c. 54 exposuisset, subjicit: *Nec ante libertas aut contumacia fraudi cuiquam fuit.* Idem Vespas. c. 13 ad *contumaciam* refert, quod Demetrius Cynicus neque assurgere imperatori, nec eum salutare dignatus, nescio quid oblatravit etiam. Quo & pertinet, quod de Helvidio Prisco idem Suetonius ibidem cap. sequenti refert. Et Martial. lib. 2 epigr. 68, quod Olum suo nomine salutet potius, quam regem & dominum vocare, sicut solitus hactenus, porro velit, ad contumaciam verti posse significat. Verba poëtæ ista sunt:

Quod te nomine jam tuo salutem,
Quem regem & dominum prius vocabam,
Ne me dixeris esse contumacem;

id est, superbum, & plus præ aliis sibi arrogantem. ¶ 2. Cicero 1 Tusc. c. 29, quod Socrates neque patronum quæsierit ad capitale judicium, neque judicibus supplicarit, *contumaciam* vocat: in meliorem partem eo vocabulo usus, pro summâ gravitate & constantiâ: itaque addit, *eam contumaciam non a superbiâ, sed magnitudine animi ductam fuisse*, die standmüthigkeit.

¶ Percontŭmax, ācis, valde contumax, sehr trotzig. Terent. Hecyr. 3, 5 v. 54 *Percontumax rediisti huc.*

¶ Contŭmēlia, æ, etiam a *Contumeo*, est injuria profecta ab animo, qui fastu tumet ac turget, adeoque alios præ se contemnit atque ignominiose tractat; sed ab injuria stricte dicta sic differt, quod ipsa in verbis, hæc in facto consistat, die schmach, lästerung, schimpff-rede. Quam ob caussam *contumelia* minor & levior visa est Senecæ naturâ suâ scil. (nam facta, non verba præponderant,) non opinione; qua fit, ut *contumelia* gravior videatur. *Injuriæ* enim propositum est, aliquem malo afficere, quod corpori ejus vel rebus noceat: *Contumeliæ* vero, existimationem lædere, & in contemtum adducere; quod pluribus, præcipue vero principibus, perpessu acerbius est, quam fortunarum aut valetudinis damnum adire. Seneca de Clement. 1 c. 11 *Bonum principem Augustum, & bene illi parentis nomen convenire fatemur; ob nullam aliam caussam, quam quod & contumelias quoque suas, quæ acerbiores principibus esse solent, quam injuriæ, nullâ crudelitate exequebatur.* Vet. Gloss. *Contumelia*, ἀτιμία, ὕβρις, διαλόγιον. Vide Senec. de Constant. Sapientis c. 4, 5, 10, 11, & Voss. 2 Instit. Orat. p. 212. ¶ 2. Quamquam & de factis *contumelia* dicitur, si ad contemtum atque irrisionem pertinent, thätliche beschimpffung. Sic Tacitus, *os contumeliis offerre*, id est, colaphis, lib. 3 Hist. c. 31 & 85 dixit. Nam *Colaphis cædere*, ludibrii ultimi est: unde & *contumeliosam cædem*, Donatus interpretatur. Seneca de Const. Sap. c. 4 *Sic invenies servum, qui flagellis, quam colaphis cædi malit.* Terent. Heaut. 3, 3 v. 5

Nam isthæc quidem contumelia est, hominem amicum recipere ad te,
Atque ejus amicam subagitare.

Vbi Eugraphium vide. Pacuvius apud Nonium in hoc verbo:

Patior facile injuriam, si est vacua contumelia:

hoc est, si honorem non lædit. Ergo *contumelia* est, quicquid honorem lædit maxime atque imminuit, sive in verbo illud, sive in facto consistat. Vnde recte ἀτιμία a vetere Critico in Glossis, quas supra laudavimus, exponitur. Quamobrem hac voce & stupra complexus videtur Tacitus, cum in Agricola c. 15 n. 4 scriberet: *Alterius, manus, centuriones; alterius, vim & contumelias miscere: nihil jam cupiditati, nihil libidini exceptum;* CVPIDITATI, quæ in bona per avaritiam sævit: LIBIDINI, quæ per verbera & stupra vim corporibus infert. Quæ supra *contumelias* appellavit. ¶ 3. Atque hinc æque & *dicere contumelias* & *facere*, invenitur apud auctores. Terent Eunuch. 5, 3 v. 26 *si ego digna hac contumelia*

Sum maxime, at tu indignus, qui faceres tamen.

Apulejus Apolog. *Qui tibi plurimas contumelias coram & adjuvante patruo, facit.* Et *Contumeliam facere*, pro pati, Antonius triumvir dixit, quemadmodum *damnum facere*, similiter dicimus: Sed id ut non-latinum perstringit Cicero, injuste, ut eruditorum nonnulli putant. Locus Ciceronis est Philipp. 3 c. 8. conf. Borrich. Vind. p. 166. Sic, *Insignem in se contumeliam accipere*, Ter. Eunuch. 4, 7 v. 1, eine grosse schmach über sich gehen lassen. *Aculei contumeliarum*, Cic. 3 de Orat. c. 55. Et Plautus Pseud. 4, 7 v. 77 *Contumeliam si dices, audies*, wirst du schmähworte ausgeben, so wirst du ihr müssen wieder einnehmen.

¶ Contumelior, ari, schmähen, in Vet. Gloss. invenies: *contumeliatur*, ἀτιμάζει, ὑβρίζει

¶ Contŭmēliōsus, a, um, ehrenrührig, schimpfflich, schmählich; ut, *Oratio contumeliosa*, Cic. 5 fam. epist. 2. Et, *Litteræ contumeliosæ*, ad Qu. fratr. 1 epist. 2, schmähworte, schmähschrifften. Idem pro Cœlio c. 13 *Voces sunt contumeliosæ temere ab irato accusatore emissæ.* Quintil. 2 c. 12 sub finem: *verbum contumeliosissimum.*

¶ Contumeliōse, adverb. ehrenverletzlich. Cicer. 1 Offic. c. 37 *Cum de absentibus maledice contumelioseque dicitur.* Terent. Phorm. 2, 2 v. 1 *En unquam cuiquam contumeliosius audistis factam injuriam.* Livius 32 c. 37 *Philippum non contumeliosius, quam verius, compedes Græciæ appellare.* Cicero in Vatin. c. 12 *Cum tu ei contumeliosissime*

toties maledicat. Vellejus 1 c. 7 de Hesiodo: *patriam & parentes* [secus ac Homerus] *testatus est, sed patriam, quia multatus ab ea erat, contumeliosissime.*

¶ Contŭmia, æ, derisio, die verspottung. Martian. Capella lib. 4 extr.

Bromius conciperet contumias nosse dolore.

¶ Subcontŭmēliōse, adverb. aliquantum contumeliose, verächtlich. Cicero ad Attic. 2 epist. 7 *Subcontumeliose tractatur noster Publius*, man gehet etwas schmählich mit ihm um.

¶ Dētŭmeo, ēre, ausbrausen, still werden. Stat. 5 Theb. v. 468

Detumuére animi maris, & clementior auster.

¶ Detumesco, ĕre, quum tumor decrescit, auswüten. Petronius p. 136 *Odia detumescunt.* Prudent. in Romano v. 145 de dignitatum insignibus: *Quibus tumetis, moxque detumescitis.*

¶ Extŭmeo, ēre, dicke seyn, schwellen. Plaut. Truc. 1, 2 v. 96 *Verum illi nunquam extumere sensi.*

¶ Extumesco, ĕre, dicke werden, aufschwellen; ut, *Pinguiter extumescere*, Plin. 37 c. 5. *Ita ira extumuit, ita exarsit furore*, &c. er hat für zorn bersten wollen, Apulej. Apolog. p. 527.

¶ Extŭmĭdus, a, um, i. e. tumidus, erhaben, pauschicht; ut, *Area media paullo extumida*, Varro de R. R. 1 c. 51.

¶ Intŭmeo, ēre, seu Intumesco, ĕre, potius, in tumorem verti, aufschwellen; ut, *Fluctus intumescens*, Plin. 2 c. 81. Et Quintil. 1 c. 1 *Jure quodam potestatis intumescere*, id est, insolescere, sich erheben oder aufblasen. *Intumescens locus*, Colum. 1 c. 2 extr. Et pro *irasci* Ovid. Fast. 2 v. 607 *Jupiter intumuit.* Et lib. 6 ejusdem operis v. 487 *Intumuit Juno*, &c. sie ist tolle worden.

¶ Obtumesco, ĕre, idem. Plin. 20 c. 5 *Ex aqua bibendum dedere repente obtumescentibus.*

¶ Prætŭmĭdus, a, um, sehr aufgeblasen. Claudian. lib. 1 in Rufin. v. 225

Prætumido quatiebat corda furore.

Et Juvencus lib. 1 Hist. Evang. v. 583

Sunt quos prætumidæ tollit jactantia mentis.

¶ Protŭmĭdus, a, um, idem. Apulejus de Deo Socrat. pr. *Luna protumida*, quæ *phasis gibbosa* alias dicitur.

TV̆MEX, ĭcis, a *tumendo*, vibex, ein blauer mit blut unterlauffener flecken, Vet. Gloss. *Tumex*, σμώδιξ, αἱμαλώδης τύπος.

Tumidus, tumor, &c. Tumulo, vide *Tumeo*, *Tumulus*.

TV̆MVLTVS, ûs, subst. motus, trepidatio, quasi *tumor multus*, der tumult, das getümmel, der lermen. Sic enim Cicero monet in 8 Philipp. c. 1 *Potest esse bellum sine tumultu, tumultus sine bello esse non potest. Quid enim est tumultus, nisi perturbatio tanta, ut major tumor oriatur, unde etiam nomen ductum est tumultus? Itaque majores nostri tumultum Italicum, quod esset domesticus, Gallicum, quod erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant*, ein auflauff. Itaque *tumultus* erit bellum ex trepidatione sumtum subito, mox desiturum. conf. Voss. 4 Instit. Orat. p. 8. Sic Florus 3 c. 19 *Sed hic tumultus magis fuit, quam bellum.* Et c. 21 *Primo levi & modico tumultu magis quam bello.* Id *Tumorem rerum* Cicero dixit ad Atticum 14 epist. 5. *Facere tumultum*, einen aufstand machen, Sallust. Jugurth. c. 53. Et, *Comprimere tumultum*, Tacit. 4 Hist. c. 16. ¶ 2. Deinde pro omni trepidatione & perturbatione *Tumultus* vocabulum usurpatur, die unruhe. Horat. 1 epist. 19 v. 29

O imitatores servum pecus, ut mihi sæpe
Bilum, sæpe jocum vestri movere tumultus:

Tumultûs, id est, solicitudines ac æstus, seu trepidationes. ¶ 3. De strepitu cachinnantium Suetonius Claudio c. 40 *Nam cum initio recitationis, defractis compluribus subselliis, obesitate cujusdam risus exortus esset, ne sedato quidem tumultu temperare potuit, quin ex intervallo subinde facti reminisceretur, cachinnosque revocaret.* ¶ 4. *Tumultus* etiam dicitur, quicquid contra rationem & ordinem fit, aut agitur. vid. Barth. ad Claudian. Mamert. p. 381 seq. & ad Stat. lib. 6 Theb. v. 589.

¶ Tŭmultŭōsus, a, um, tumultu plenum, ungestümm, stürmisch, voll lermens; ut, *Tumultuosum genus pugnæ*, Liv. 1 c. 14. *Seditiosa & tumultuosa vita*, contraria quietæ, Cic. de Invent. 1 c. 3. ¶ 2. Et, *Tumultuosus* is est, qui tumultus excitat, unruhig. Livius 4 c. 28 *In otio tumultuosi, in bello segnes.* Sic, *Tumultuosa somnia*, Celsus dixit lib. 2 c. 2. Comparat. *Italia tumultuosior*, Vellej. Paterc. 2 c. 74. Et Cic. 12 fam. epist. 17 *Ex Syria nobis tumultuosiora quædam nuntiata sunt.* Livius 2 c. 10 *Quod tumultuosissimum pugnæ erat, parumper sustinuit.*

¶ Tumultuōse, adverb. idem. Livius 2 c. 29 *Senatus tumultuose vocatus, tumultuosius consulitur.* Idem lib. 1 c. 40 *In vestibulo regiæ quam potuere tumultuosissime, specie rixæ, in se omnes apparitores regios convertunt.* Cæsar de B. Gall. 7 c. 45 *Tumultuosius omnibus in locis pervagari.* Cic. 2 in Verr. c. 14 extr. *quam tumultuosissime aliquem adoriri.*

¶ Pertumultuose, adv. sehr stürmisch. Cic. 15 fam. epist. 4 *Legati pertumultuose nuntiaverunt.*

¶ Tŭmultuo, are, & usitatius Tumultuor, ari, tumultum ciere vel tumultuosum esse, empörung anrichten, aufruhr machen, toben. Plaut. Rud. 3, 2 v. 14 (& 24) *Quid sit, mihi expedi, quid tumultues.* Sed Cic. 2 Agrar. c. 37 *Tumultuari sine caussa.* Auctor ad Herenn. 4 c. 15 *In otio tumultuaris, in tumultu solus es otiosus.* Cic. pro Cœl. c. 15 *Quid tumultuaris, soror? quid insanis?* Passive Terent. Hecyr. 3, 2 v. 1 *Nescio, quid hîc audio tumultuari misera.* Cæsar 7 de B. G. c. 61 *Sub lucem hostibus nunciatur, in castris Romanorum tumultuari.* Livius 21 c. 16 *Cum Gallis tumultuatum verius, quam belligeratum.*

¶ Tumultuātio, ōnis, ein aufruhr, auflauff. Liv. 38 c. 2 *Hæc tumultuatio regem referre coëgit signa.*

¶ Tumultuātor, ōris, ein aufrührer, lermmacher. Gloss. lat. gr. *Tumultuator*, ὀχλοκόπος.

¶ Tumultuātim, adverb. in der eil. Sidonius 4 epist. 11 *Non tumultuatim doctrinæ suæ opes erogaturus*, h. e. non præproperanter, nec impedite, sed cum consilio & ratione.

¶ Tŭmultuārius, a, um, præproperus, & rapide factus, eilfertig, jähling; ut, *Opus tumultuarium*, Livius 6 c. 29, in eil zusammen gebracht. Sic, *Tumultuarius miles*, Livius 1 c. 37. Et, *Exercitus tumultuarius*, Idem lib. 5 c. 37, so in eil, und wie man es bekommen kan, zusammen bracht wird. *Tumultuaria pugna*, Idem lib. 21 c. 8. Et, *Tumultuarius pons*, Frontinus 4 c. 7 Strateg. 28. *Tumultuarius & fortuitus sermo*, Quintil. lib. 10 c. 7.

¶ Tumultuarie, adverb. idem. Ammianus 24 c. 8 *His raptim ac tumultuarie actis.*

TV̆MV̆LVS, i, terra cumulata & quasi tumens, die aufgeworffene erde, ein hügel. *Tumere* enim dicitur *terra*, quæ exaggerata in colliculos, vel & in montes elevata est, quemadmodum non semel hoc verbo Avienus, poëta doctissimus, usus est, ut Orbis terræ descript. v. 478

tumet illic ardua Calpe.

Et v. 506 *Ab Zephyro hinc rupis dorsum tumet.*

Hinc *Tumulosus locus*, & *terræ tumores* appellati ipsi hujusmodi tumuli, sive colliculi terrei, Virg. 2 Æn. v. 713 *Est urbe egressis tumulus* &c. Et, *Tumulus terreus*, Cæsar 1 de B. Gall. c. 43. ¶ 2. *Tumulus*, sepulcrum, ein grab. Effosso enim cavo ibique conditis ossibus cineribusque, quæ superaggeritur, terra tumet, hoc est, colliculum efficit. Servius ad illud Virgilii Æneid. 3 v. 22

Forte fuit juxta tumulus:

TVMVLVS, inquit, *& collem & sepulcrum fuisse significat. Potest enim & TVMVLVS sine sepulcro interpretatione collis interdum accipi. Nam & terræ congestio super ossa TVMVLVS dicitur.* Idem Virg. 3 Æn. v. 321 *O felix una ante alias Priameia virgo,*
Hostilem ad tumulum &c. *Jussa mori;*

hoc est, ad hostis sepulcrum. Sic, *Tumulus honorarius*, pro sepulcro inani, κενοτάφιον, Sueton. in Claud. c. 1. Vet. Gloss. *Tumuli*, βουνοὶ, λόφοι, τύμβοι, τύμβα, σόρδιλα.

¶ Tumulōsus, a, um, hügelicht, ungleich; ut, *Locus tumulosus*, Sallust. B. Jugurth. c. 91, & Ammian. 31 c. 7; qui & lib. 21 c. 10 *Tumulosos colles* dixit, nisi ibi mavis cum Valesiis *tumidosos* legere.

¶ Tŭmŭlo, avi, atum, are, in tumulum condere, begraben. Ovid. 8 Metam. v. 710 *ne conjugis unquam*
Busta meæ videam, neu sim tumulandus ab illa.

Et Catull. carm. 65 v. 153 *Injecta tumulabor terra.*

¶ Tumulātus, a, um, beerdiget, verscharrt. Martial. 11 epigr. 92

Æolidon Canace jacet hoc tumulata sepulcro.

Epitoma Livii 54 *nobilissime tumulatus*, id est, honorifice sepultus.

¶ Tumulāmen, ĭnis, das begräbniß. In versu veteri apud Fabrettum p. 634 *Ipse meis quod constitui tumulamina membris.*

¶ Circumtumulātus, a, um, umher vergraben. Petron. Satyric. p. 159

Sed chaos & nigro squallentia pumice saxa
Gaudent ferali circumtumulata cupressu.

¶ Contŭmŭlo, are, idem quod simplex, begraben. Martial. 8 epigr. 57 *aggesta contumulavit humo.* Ovid. Trist. 3 eleg. 3 v. 33 *Vt patria contumularer humo.* Et Plin. 10 c. 33 *Perdices ovis stragulum molli pulvere contumulant.*

¶ Intumulātus, a, um, insepultus, unbegraben. Ovid. epist. Heroid. Phyllidis v. 136 *Occurramque oculis intumulata tuis.*

TVNC, adverbium duorum temporum est. ¶ 1. De præterito: Virg. 4 Æn. v. 567 *Tunc decuit, cum sceptra dabas*, dazumal, damals, zu derselben zeit. *Erat tunc excusatio oppressis, nunc nulla est*, Cic. 7 Philipp. c. 5. ¶ 2. De futuro: *Tunc eligebatur, qui proximus esset*, sodann, alsdenn, Nepos 17, 1, 3. *Tunc tua me infortunia lædent*, Horat. de Arte poët. v. 103. *Tunc demum*, alsdenn erst, Plin. 21 c. 24. *Tunc temporis*, Justinus dixit lib. 1 c. 4. ¶ 3. Nonnunquam emphasin habet, apud poëtas potissimum, abruptum nimirum quid incipientibus accommodatum. Statius lib. 1 Thebaid. v. 497

tunc sic tendens ad sidera palmas.

Claudianus de Theodosio in 3 Consul. Honor. v. 33

Tunc sic lætus ait. Alii *Tum* h. l. legunt.

¶ Extunc, vide supra in *Ex*.

TVNDO, tŭtŭdi, tūsum & tunsum, tundĕre, pulsare, schlagen, stossen, stampffen; ut, *Tundere pectus*, Ovid. 1 de Arte am. v. 535, an die brust schlagen. Cic. 7 Verr. c. 54 *Lictor converso bacillo oculos misero tundere vehementissime cœpit.* Et ibid. *Jacenti latera tundere.* Sed, *Eamdem incudem diem noctemque tundere*, est indefatigabili assiduitate in operis alicujus studio perseverare, Cicero 2 de Orat. c. 39 usus est. Adde Chiliadas. *Tundere in mortario*, id est, comminuere, zermalmen. *Spicæ melius fustibus tunduntur*, Colum. 2 c. 21. Priscianus lib. 10 observat, veteres penultimam in præterito perfecto *Tutudi* corripuisse juxta & produxisse. Correptionis exempla in compositis *Contudi*, *extudi*, aliquot affert. Pro productione unicum Ennii ex Annalibus: *virosque valentes*
Contudit crudelis hiems.

Sed fortean Ennius *Contundit* scripsit, antiquorum consuetudine perfectum præsenti simile faciens.

¶ Tunsus & Tūsus, a, um, gestossen, gestampfft. Veteres enim præterita præsentibus etiam similia faciebant. Vt itaque *tolli* pro *tuli*; *impelli* pro *impuli*; ita & *tundi* pro *tutudi*, dixerunt: Et inde *Tunsus* etiam: nam *Tusus* a *tutudi* est, ut *casus* a *cecidi*. Virg. 1 Æn. v. 481

Suppliciter tristes, & tunsæ pectora palmis.

Et 4 Georg. v. 266

Proderit & tunsum gallæ admiscere saporem.

Et Vitruvius 2 c. 5 *testa tusa*; Apulej. de Herb. c. 28 *Herba ostriago tusa*; quæ forma in compositis usitatior est.

¶ Tŭdes, ĭtis, a *tutudi*, ein hammer, schlägel, klöppel, keule. Festus: *Tudites mallei a tundendo dicti.* Virgil. in Ætna v. 561

Fabriles operæ tudibus contundere massas *Festinant.*

¶ Tŭdĭcŭla, æ, dimin. Columellæ 12 c. 50 videtur esse cognatum quiddam instrumento, quo oleæ tunduntur, unde & appellari videtur, ein stempel, stössel. ¶ 2. Est & stylus, quo signa vasis imprimuntur, ein brenneisen. ¶ 3. Cochlear item majus, eine küchenkelle, rührlöffel.

¶ Tudicŭlo, are, id est, commovere, umrühren, stampffen. Varro apud Nonium

Nonium c. 2 n. 844 *Haccine nobis tibive tudiculasse?* Apic. 5 c. 2 *Cum bene ferbueris, tudiculabis, & in mortario teres.* Gloss. gr. lat. τορυνῶ, *Tudiculo, insculpo.*

¶ Tŭdĭto, āre, frequent. propellere, protrudere, impellere, hämmern, stossen, kloppfen, schmeissen. Ennius apud Festum: *Hæc inter se totum tuditantes*, i. e totis viribus nixi, sumpta a fabris translatione, incudem validis malleorum ictibus tundentibus. Lucret. 3 v. 395

Et quantis intervallis tuditantia possint
Concursare. Idem lib. 2 v. 1141
Nec tuditantia rem cessant extrinsecus ullam
Corpora conficere, & plagis infesta domare.

¶ Tuditānus, i, cognomen apud Romanos, ideo cuidam impositum, *quod caput malleo simile habuerit*, Festus, & Sigon. de Nom. Rom.

¶ Tudiātor, ōris, ein schmid, ein hammerer. Gloss. lat. gr. *Tudiatores*, χαλκότυποι.

Composita:

¶ Contundo, contŭdi, tūsum, ĕre, zerstossen, zerschlagen; ut, *contundere ferreis pilis*, Columell. 7 c. 7. *Contundi cæstibus*, id est, comminui, zudroschen werden, Cic. Tuscul. lib. 2 c. 17. Et Horat. 1 epist. 8 v. 4 *Haud quia grando*
Contuderit vites.
Et lib. 2 epist. 1 v. 10 de Hercule:
diram qui contudit hydram,
i. e. domuit, confecit, oppressit. Sic, *bello quem contundere*, Ennius dixit apud Priscianum. *Animum alicui contundere*, Cicero ad Attic. 12 epist. 44. *Audaciam alicujus contundere & frangere*, eines kühnheit dämpffen und brechen, Idem Philipp. 13 c. 13. *Obterere atque contundere calumniam*, unter die füsse treten, zu nichte machen, Idem pro Cæcina c. 7.

¶ Contūsus, a, um, zerschmissen; item, abgemergelt, schwach, stumpff; ut, *Corpora contusa labore*, Lucret. 4 v. 955. *Contusi animi & rès fractæ*, Virg. 4 Georg. v. 240. Et Sallust. B. Jugurth. c. 43 *Nostræ opes contusæ, hostium auctæ erunt.*

¶ Contūsio, ōnis, die zerstossung. Plin. 17 c. 24 *Contusio falcis hebetioris.* Columell. 12 c. 47 *Contusio olivarum.*

¶ Detunsus, a, um, abgestossen, verletzt. Apulej. Met. lib. 2 *Digitis pedum detunsis ob lapides.*

¶ Extundo, tŭdi, tūsum, ĕre, exprimere, herauspressen, herfürbringen. Suetonius Vespasiano c. 2 *Ea demum extudit convicio magis quam precibus.* Et Virg. 1 Georg. v. 133

Vt varias usus meditando extunderet artes.

Idem 4 Georg. v. 315

Quis Deus hanc, Musæ, quis nobis extudit artem?

Horat. lib. 2 sat. 2 v. 14 *Cum labor extuderit fastidia.*

¶ Obtundo, tŭdi, tūsum, ĕre, hebetare, stumpff machen, schwächen; ut, *Obtundere aciem oculorum*, das gesichte blenden, Plin. 22 c. 25. Sic, *Obtundere mentem*, Cic. 1 Tuscul. c. 33, cui contrarium est *acuere.* Terent. Adelph. 1, 2 v. 33 *Ne me obtundas hac de re sæpius*, id est, ne mihi sis molestus, eadem sæpius inculcando, trille mich nicht so. Idem Andr. 1, 2 v. 11 *Obtundis, tametsi intelligam;* Vbi Donatus: *Sæpe repetendo dicere*, OBTVNDERE *est. Tralatio est a fabris: qui sæpe repetunt ac hebetant.* Cic. in Verr. 4 c. 49 *Obtundere alicujus aures diutius*, müde, taub machen, betäuben. Et, *Longis epistolis aliquem obtundere*, Idem ad Attic. 8 epist. 1 extr.

¶ Obtūsus, a, um, hebes, abgenützt, geschwächt, stumpff, grob, ungelehrig. Virgil. 1 Æn. v. 567

Non obtusa adeo gestamus pectora Pœni,

wir seyn so tumm nicht. Columell. 4 c. 24 *Obtusa hebesque falx putatorem moratur.* Livius 5 c. 18 *Obtusus animi vigor.* Sic, *Aures obtusæ*, Statius 5 Silv. 1 v. 171. *Stomachus obtusus*, Plinius 7 epist. 3, der keinen appetit hat; cui ibi *excitatus* opponitur. Compar. Treb. Pollio de Tyrannis c. 8 in Mario: *Ferri obtusioris ictu percussus.* Et Arnobius lib 2 p. 58 *Ligno, saxo obtusior atque hebetior stabit.* Ibidem p. 56 *acuminis obtusioris & bardi esse*, tumm seyn. Quomodo & Cicero de Senect. c. ult. *Animus, cui obtusior sit acies.* Et Virg. 3 Georg. v. 135 *sit nimio ne luxu obtusior usus.*

¶ Obtunsus, a, um, idem. Plaut. Casin. 5, 1 v. 8 *Obtunso ore progredi.* Gell. 13 v. 23 *Quis tam obtunso ingenio est, qui non intelligat?* ita in MSS. Et Virg. 1 Georg. v. 262 *Vomeris obtunsi dens;* ita Priscianus lib. 10. vid. Parei Lex. Crit. p. 830.

¶ Obtūse, adverbium, tumm, unverständig. Cic. 1 de Nat. Deor. c. 25 *Totum aut etiam, aut non, negavit esse necessarium, quo quid dici potest obtusius?*

¶ Obtunsio, ōnis, die stampffung, zerstossung. Lampridius in Commodo c. 10 *Eum, quem vidisset albescentes inter nigros capillos quasi vermiculos habere, sturno apposito, qui se vermes sectari crederet, capite suppuratum reddebat obtunsione.*

¶ Pertundo, tŭdi, tūsum, ĕre, durchstossen, einschlagen; ut, *Guttæ pertundunt saxa*, Lucret. lib. 4 extr. *Pertundere crumenam*, Plaut. Pseud. 1, 2 v. 37.

¶ Pertūsus, a, um, durchlöchert, ausgehöhlt; ut, *Sella pertusa*, Cato de R. R. c 157. *Dolium pertusum*, Plaut. Pseud. 1, 3 v. 135. *Vas pertusum*, ein löchericht gefäß, Lucret. 3 v. 949.

¶ Pertusūra, æ, die löcherung, aushöhlung; ut, *Pertusuræ patiens locus*, Cœl Aurel. Tard. 5 c. 1.

¶ Pertunda, æ, Dea, quæ *præsto est virginalem scrobem effodientibus maritis*, Arnob. lib. 4 p. 131; & August. de C. D. 6 c. 9.

¶ Retundo, tŭdi, tūsum, ĕre, hebetare, abstümpffen, zurückstossen; ut, *Retundere ascias*, Plin. 16 c. 40. ¶ 2. Cicero per metaphoram dixit in 3 Catil. c. 1 *Gladios in remp. districtos retudimus*, id est, repulimus. Idem pro Cluent. c. 44 *Retundere mucronem styli*, des schreibens müde werden. Sic, *Retundere improbitatem alicujus*, Quintil. 6 c. 4 pro reprimere, zurückhalten. Et, *Sermones retundere*, Cœlius ad Cic. lib. 8 fam. epist. 6.

¶ Retūsus, a, um, stumpff, abgestümpfft, zurückgeschlagen; ut, *Retusum ingenium*, Cic. de Divinat. 1 c. 36. *Retusum ferrum*, Horat. lib. 1 od. 35.

Et, *Retusa securis*, Plaut. Pseud. 1, 2 v. 26. *Retusum & crassum ferramentum*, Columell. 4 c. 24 extr. *Retusa tela*, Ovid. 12 Met. v. 496.

¶ Retunsus, a, um, idem; ut, *Plagis retunsus*, Plaut. Pseud. 1, 2 v. 26. Et, *Mihi cor retunsum est oppugnando pectore*, ibidem 4, 4 v. 8.

¶ Subtundo, ĕre, ein wenig schlagen. Hinc

¶ Subtūsus, a, um, abgeschlagen; ut, *Flet teneras subtusa genas*, da sie maulschellen bekommen, Tibull. 1 eleg. 11 v. 55. *Subfusa* Scaliger mavult, quod etiam recentissimus editor Ph. Silvius expressit.

TVNĔTVM, i, quod & Tunes, ĕtis, Τύνης, quidam dicunt, regis Lybici metropolis est, Tunis, abest a Carthagine duodecim millia passuum. Livius 30 c. 9 *Jam in Carthaginem intentus, occupat relictum fugâ custodum Tuneta*, &c.

¶ Tunetānus, a, um, adject. ut, *regnum Tunetanum*, apud recentiores.

TVNĬCA, æ, χιτὼν, Romanorum erat vestis interior virorum, sine manicis & brevior, cui toga superinduebatur, ein rock ohne ermel, eine weste. Mulierum vero talaris & manicata: unde pro probro erat, si talibus viri uterentur. Quare & Catilinæ Cicero eas objicit Orat. 2 c. 10; & Romulus apud Virg. lib. 9 Æneid. v. 614 Trojanos tamquam semiviros & effœminatos incessens:

Vobis picta croco & fulgenti murice vestis:
Desidiæ cordi: juvat indulgere choreis:
Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Sed, *Tunica intima*, Gell. 10 c. 15; *interior* Valerio indusium est, das hembde. vid. Brodæum lib. 6 c. 7. Color *tunicæ* liberorum hominum *albus* fuit. Juvenal. satyr. 3 v. 179

Sufficiunt tunicæ summis Ædilibus albæ.

Plebs vero Romana etiam *tunicata* incessit. Cum ergo cives omnes Romani tunicâ uterentur, factum est, ut *Tunicæ* ordines distinxerint. Nam senatores & equites *tunicam* clavatam induerunt, plebs *rectam*, & sine clavis, nempe tales & citharœdorum tunicæ erant. vide in *Palla.* ¶ 2. *Tunicis solis*, neglectis togis videlicet, utebantur plebeji & serviles homines præcipue. Vnde *tunicatus populus* apud Auctorem Dialogi de caussis corruptæ eloquentiæ c. 7; & Horat. lib. 1 epist. 6 v. 65; ubi vide interpretes. ¶ 3. Item rustici in coloniis & municipiis: vide Lipsium lib. 1 Epistolic. Quæst. epist. 5, & lib. 1 Electorum c. 25; itemque Buchnerum ad Plin. lib. 5 epist. 6. ¶ 4. *Tunica molesta*, quam Tertullianus ad Nationes lib. 1 c. 18 *incendialem*, & ad Martyres c. 5 *ardentem* vocat, erat genus supplicii, nimirum vestis ignium alimentis illita & intexta, in qua ignis pœnæ addicti ardere solebant. vid. Juvenal. sat. 8 v. 234; Martial. lib. 10 epigr. 24; Seneca epist. 14; & Cœl. Rhodig. 10 c. 30. ¶ 5. *Tunica pallio propior*, proverbiale apud Plautum est in Trinum. 5, 2 v. 30. Quod simili propemodum figura a Germanis dicitur, es ist mir das hembde näher als der rock. ¶ 6. Sunt & *Oculorum tunicæ*, id est, membranæ, quibus variè conteguntur, das augen-fell. Plin. 11 c. 37 sect. 54. ¶ 7. In ulcere apud Celsum 7 c. 6 videtur illud denotare, quod nos vocamus den grind, sive crustam, qua ulcus tanquam tunica contegitur. ¶ 8. Est & *Arboris tunica*, die rinde, quemadmodum *tenues tunicas*, librum interiorem dixit Virg. 2 Georg. v. 75

Et tenues rumpunt tunicas, angustus in ipso &c.

¶ Tunicŭla, æ, diminut. ein röcklein. Plaut. Rudent. 2, 6 v. 65 *Redactus sum ad hanc usque unam tuniculam.* Petronius p. 57 *Tuniculam in solitudine invenerat.* ¶ 2. Item de oculis, ein augen-fell; ut, *tenuitas tunicularum*, Plin. 26 c. 12.

¶ Tŭnĭco, āre, bekleiden, umhüllen; quo verbo Varro usus est apud Nonium c. 2 n. 873 *Hæc lanigeras detonderi docuit, tunicareque homulum.* Hinc

¶ Tunicātus, a, um, bekleidet, umhüllet. Cic. pro Cœl. c. 5 *Vt exercitatione ludoque campestri tunicati uteremur.* Et, *Cepe tunicatum*, eine zwiebel, so viel häute hat, Persius sat. 4 v. 30. vide modo ante in *Tunica* n. 2.

Tunsus, Tuor, vide supra *Tundo, Tueor.*

TVRBA, æ, τύρβη, multitudo hominum decem vel quindecim, non duorum vel trium, ein hauffe, eine rotte; ut, *Turba mulierum*, eine heerde weiber; Livius 2 c. 40 *Fletus ab omni turbâ mulierum factus, & comploratio.* Sic, *Turba & colluvies*, Cicero de Senect. c. 23. *Congregare magnam turbam*, Idem de Nat. Deor. 1 c. 15. Hinc *in turbam exire* dicitur, quod in vulgi notitiam venit, kundbar werden. C. Nepos Datame cap. 6 *Id Datames ut audivit, sensit, si in turbam exisset, ab homine tam necessario se esse relictum, futurum, ut cæteri consilium sequerentur, in vulgus edit.* Nempe quod hîc *vulgus* vocat, id paullo ante *turbæ* appellatione significat. ¶ 2. Hinc *Turba* imperitam multitudinem notat, der pöbel. Manilius lib. 2 v. 136

Hæc ego divino cupiam quæ ad sidera flatu
Ferre, nec in turbam, nec turbæ carmina condam:

Turbam vocat, quam alius poëta *pinguem populum*, id est, rudem plebejamque multitudinem vocat. Quam ob caussam Seneca *turbam argumentum pessimi* dixit, de Vita beata cap. 2. Nam plures semper imperiti sunt, & male de rebus judicant. ¶ 3. Errant vero, qui hoc nominis de hominibus tantum usurpari arbitrantur, atque idcirco satis incaute Plinio violatæ latinitatis dicam scribunt, quod *turbam prunorum* lib. 15 c. 13 pro variis generibus dixerit. Ita enim & Cicero de Clar. Orat. c. 32 *Novorum voluminum turbam;* & *atomorum turbam*, 1 Tuscul. c. 11. *Turbam capitum*, Virg. 8 Æn. v. 300; & *Turbam scelerum*, Lucanus lib. 4 v. 251. Et, *Turbam negotiorum*, Plinius lib. 9 epist. 25 dixit. Sic poëta Phallicus carm. 57 *Turbam seculorum;* Seneca in Medea v. 679 *Turbam malorum;* Stat. 2 Silv. 2 v. 44 *Turbam rerum;* & Gellius 9 c. 15 *Turbam vocum* pro multitudine dixit. ¶ 4. Significat & commotionem, vel perturbationem, eine unruhe, unlust, lermen, gedränge, schwarm. Terent. Eunuch. 5, 5 v. 5 *Quæ illic turba est?* was ist dort für ein lermen? Sic *turbam facere*, lermen machen, eâdem fabula 4, 1 v. 2. Et in Andr. 4, 4 v. 6 *Dii vestram fidem, Quid turbæ est apud forum? quid illic homines litigant?* Et in Heaut. 1, 1 v. 16 *Propter eam hæc turba atque abitio evenit.* *Turbam* vocat, quod Clinias asperitatem

tatem patris, qui ejus amori iniquior videbatur, sustinere non valens in militiam abiit: Menedemus vero pater absentis filii desiderio, quem sua injustitia ejecisse videbatur, motus vendidit ædes, & magnum agrum comparavit, ut in eo colendo perpetuo sese excruciaret labore, & ita absenti filio supplicium daret. *Turba se evolvere*, id est, expedire, Idem Ter. dixit Eunuch. 4, 4 v. 56. Sic & Cic. 6 fam. epist. 6 *Quanta in turba, quantaque confusione rerum omnium vivimus.* Quintil. 2 c. 16 *Excitare turbas populares.* Terentius passim: *Nunc turba nulla est: Tum illæ turbæ fient: Ne quam ille hodie impurus turbam faciat*, damit er nicht eine unlust anrichte: *Eunuchum quem tu dedisti nobis, quas turbas dedit?* was hat er für ein lermen angerichtet? *Jam tum inceperat turba inter eos*, sie waren ihrer sache schon uneins worden: *Si quicquam hodie turbæ cœperit.* Juvenal. sat. 10 v. 73

Sed quid
Turba Remi? sequitur fortunam, ut semper, & odit
Damnatos.

Patere autem poterit ex hisce exemplis, falsum esse Nonium c. 12 n. 26 inter *Turbam* & *Turbas* distinguentem, & illam de *multitudine hominum*; has de *turbationibus* interpretantem.

¶ Turbŭla, æ, diminutivum. Apulejus Met. lib 11 p. 259 *Dimotis turbulis*; & p. 260 *Turbulæ complent totas plateas.*

¶ Turbella, æ, aliud diminutivum, ein kleiner lermen. Plautus Bacch. 4, 9 v. 134 *Tantas turbellas facio.* Et Ammianus Marcellinus 14 c. 31 *populari turbella discerptus*, im aufruhr.

¶ Turbĭdus, a, um, turbatus, trüb, unruhig; ut, *Immite & turbidum cœlum*, Plin. 8 epist. 17. *Turbida & inquinata aqua*, Cic. Tuscul. 5 c. 34. *Mens omni carens turbido motu*, Idem 1 Tuscul. c. 33. ¶ 2. *Turbidi*, irati & tumultuantes, schwierig. Silius 12 v. 254

cui turbidus armis
Obvia Marcellus rapido tulit ora tumultu.

Statius 7 Thebaid. v. 668 *jactanti talia frustra,*
Turbidus aëriâ Capaneus occurrit in hastâ.

Tacitus 1 Annal. c. 38 extr. *Reduxit in hiberna turbidos & nihil ausos.* Ingeniis δραστηρίοις, omniaque vasta cupientibus, quale Cæsari, & Othoni fuit, *compositis rebus nulla spes: omne in turbido consilium*, in der unordnung, Tacit. 1 Histor. c. 21. Hinc *Actiones turbidissimæ* Quintiliano dicuntur lib. 1 c. 10 p. 87. *Turbidissimus quisque*, Tacit. Hist. 3, 43, 3.

¶ Turbĭde, adverb. idem; ut, *Inconstanter & turbide in motu esse semper*, Cic. 4 Tuscul. c. 10. *Turbide & seditiose*, Tacit. Annal. 3, 12, 5.

¶ Turbĭdŭlus, a, um, etwas unruhig; ut, *Turbiduli sensus & litigiosa argumenta*, Prudent. Apotheos. v. 8.

¶ Turbĭdo, āre, trübe machen, verunruhigen. Sidon. 6 epist. 2 *Animæ serenitatem secularium versutiarum flatibus turbidare.* Et Martian. Capella lib. 1 *Commutationum nubilo turbidari.*

¶ Turbĭdātus, a, um, trübe gemacht, verwirrt. Idem Capella lib. 2 *Aer ex calore supero madoreque infero turbidatus.*

¶ Turbo, avi, atum, āre, commovere, stöhren, durch einander treiben, trüben, verwirren. Cicero de Legib. 3 c. 9 *Omnia infima summis paria fecit, turbavit, miscuit.* Et de Nat. Deor. 1 c. 14 *Aristoteles multa turbat, a magistro Platone dissentiens*, er richtet unruhe an. *Turbare pacem*, Livius 35 c. 13, den frieden stöhren. *Res animos incognita turbat*, Virg. 1 Æn. v. 515, hoc est, perturbat, es betrübet. Impersonal. Terent. Eunuch. 4, 3 v. 7 *Nescio quid absentibus nobis turbatum est domi.* Et Virg. eclog. 1 v. 12

Totis usque adeo turbatur agris:

id est, turbæ fiunt. Lucretius 6 v. 376

ancipiti bello turbatur utrinque.

Ita *Turbare* absolute positum, turbas dare significat, rumoren lermen anfangen. Tacit. Annal. 3, 47, 2 *Si una alterave civitas turbet.* Et ibidem 4, 1, 1 *Repente turbare fortuna cœpit.* conf. Parei Lex. Crit. p. 1257. Petronius: *Ego sum ancilla Quartillæ, cujus vos sacram ante Cryptam turbastis.* ¶ 2. Homines *Turbari* dicuntur, cum affectu quodam, ira, metu &c. confunduntur & concitantur. Nam incumbente affectu vehementius, constare sibi animus haud potest. Tacit. Annal. 2, 42, 8 *Regibus defunctis turbabantur nationes.* Florus 1 c. 19 *Quæ* (prima pugna) *tam atrox fuit, ut Ferentanæ turmæ præfectus Obsitius invectus in regem, turbaverit, coëgeritque projectis insignibus prœlio excedere*, id est, in pavorem dederit. ¶ 3. Est & decoquere: JCtus, *si pastor turbaverit*: vide mox *Conturbo.*

¶ Turbātus, a, um, betrübt, verwirrt, unordentlich. Cic. pro Plancio c. 4 *Voluntates placare turbatas.* Virgil. 8 Æn. v. 435

Turbatæ Palladis arma,

id est, *vel concitatæ & iratæ, vel turbantis*, ut Servius interpretatur. Petronius: *Excanduit Licas hoc sermone turbatus.* Et Suetonius Augusto c. 17 *Turbatus nunciis de seditione militum*, id est, perterrefactus. Plinius 8 epist. 19 *Itaque & infirmitate uxoris & meorum periculo, quorundam vero etiam morte turbatus*, id est, affectus mœrore, in luctum datus. Compar. Augustinus epist. 147 *Pro suæ communionis defensione turbatior.*

¶ Turbāte, adverb. mit unruhe; ut, *Agere omnia raptim atque turbate*, Cæsar 1 de B. Civ. c. 5.

¶ Turbātor, ōris, ein stöhrer, verwirrer, aufwiegler. Liv. 2 c. 16 *Cum pacis ipse auctor a turbatoribus belli premeretur.* Tacit. Annal. 1, 30, 1 *Præcipuus turbator.* Sic, *Turbator pacis*, ein stöhrenfried.

¶ Turbātrix, īcis, eine stöhrerin. Prudentius Psychom. v. 669

placidæ turbatrix invida pacis.

¶ Turbāmentum, i, die unruhe, verwirrung, apud Sallustium legitur in Oratione Lepidi ad popul. Rom. *Turbamenta atque exitia reip.* & Tacit. 1 Hist. c. 23 *turbamenta vulgi.*

¶ Turbo, vel Turben, ĭnis, masculinum, ventus violentus deturbans omnia ac prosternens, de quo Plinius lib. 2 c. 48, ein sturm-wind, wirbel-wind. *Ventus turbo*, Plauto Curcul. 5, 2 v. 41; & Tacit. Annal. 16, 13, 1 *Turbo ventorum.* Cic. de Orat. 3 c. 39 *Omnes venti erumpunt, sævi existunt turbines.* Idem venusta dixit metaphorâ in Orat. pro Domo sua c. 53 *Turbo ac tempestas pacis & otii*, id est, turbator. Florus similiter lib. 4 c. 3 *Antonius fax & turbo sequentis seculi.* Adde lib. 3 c. 21 n. 18. ¶ 2. *Turbo*, instrumentum est etiam lusorium puerorum, ein kreusel, quod vel loro vel funiculo circumagitur. Cicero de Fato c. 18 *Cylindrus & turbo, quæ moveri incipere nisi pulsa non possunt.* Tibull. 1 eleg. 5 v. 3

Namque agor ut per plana citus sola verbere turbo,
Quem celer assueta versat ab arte puer.

Sed in isto Tibulliano Carisius legit *turben*, quod probat Scaliger: inde enim analogice est *turbinis*, a *turbo*, *turbōnis*: ut a *termen*, *terminis*: a *termo*, *termōnis*. Vide Scalig. ad illum Tibulli locum. ¶ 3. Hinc & *Turbinem* dicimus, quodcunque in imo acutum, in summo latius est, was unten spitzig, auffwerts breiter ist. Ovid. 1 Metam. v. 335

Cava buccina sumitur illi,
Tortilis in latam quæ turbine crescit ab imo.

¶ 4. Et hanc ob caussam superior etiam molæ pars, quæ *Meta* JCto dicitur, hoc nomine appellatur. vide Scaligerum ad illud Manilii lib. 3 v. 366

laterumque meatus
Turbinis in morem recta vertigine currit.

¶ Turbĭnĕus, a, um, gewirbelt; ut, *Vertex turbineus*, Ovid. 8 Metam. v. 556.

¶ Turbĭno, āre, acuere in formam turbinis, zuspitzen. Hinc

¶ Turbĭnātus, a, um, zugespitzt, unten spitzig, oben breit; ut, *Folliculis turbinatis*, Plin. 21 c. 31. *Cor turbinato mucrone*, Idem lib. 11 c. 37. Sic, *Turbinatior pyris figura*, Idem lib. 15 c. 15. Et Ammianus lib. 14 extremo: *Fumus vel vis turbinata pulveris.*

¶ Turbinātio, ōnis, die zuspitzung; ut, *Turbinatio pyri*, hoc est, forma illa pyri in turbinem crescens, Ammian. lib. 15 c. 21.

¶ Turbo, ōnis, ein lermen-macher: Nomen proprium est athletæ apud Horat. 2 sat. 3 v. 310 *Corpore majorem rides Turbonis in armis.*

¶ Turbor, ōris, tumultus, turbatio, der tumult, die verwirrung; ut, *Turbor spiritus*, Cœl. Aurel. Tard. 1 c. 4. *Turborem magnum facere atque stomachum vexare*, ibid. Et, *Locus nullo turbore pulsatus*, ibid. c. 5. conf. Barth. Advers. 38 c. 3.

¶ Turbŭlentus, a, um, turbationum plenus, unruhig, stürmisch, voll unruhe und unlust; ut, *Animus turbulentus*, Cic. 4 Tuscul. c. 5 pr. *Turbulenta tempestas*, Idem 5 in Verr. c. 10, unstet gewitter. *Res placatæ & minime turbulentæ*, Cic. in Orat. c. 19. Et in Pison. c. 15 *Meum turbulentissimum tempus tuo tranquillo præstat*, böse zeit, unglück. Ita, *Annus turbulentior*, Livius 2 c. 61 pr. ¶ Sed, *seditiosus & turbulentus civis*, id est, rixas & turbas ciens, Cic. 2 de Orat. c. 11, ein wüster, auffrührischer kopff. *Conciones turbulentæ*, Idem ad Attic. 4 epist. 3. *Turba plerumque est turbulenta*, Varro apud Gell. 13 c. 11.

¶ Turbulente, adverb. idem; ut, *Omnia contra leges turbulente, per vim, per furorem gerere*, Cic. pro Domo sua c. 26. Et ibidem c. 54 extr. *Agere rem raptim & turbulente.*

¶ Turbulenter, aliud adverbium, unordentlich. Cic. ad Cœl. 2 fam. epist. 16 *Extremum illud erit, nos nihil turbulenter, nihil temere faciemus.*

¶ Turbulentia, æ, die verwirrung; utitur hac voce Tertullianus adversus Hermogenem c. 41, rerum temere & nullo ordine hinc inde velut fluctuantium chaos significaturus.

¶ Turbulento, āre, unruhig machen: verbum bis invenitur apud Apulejum Lib. 2 de Asino: *Hospes totam civitatem turbulentat.* Idem lib. 9 p. 222 *Me strepitu turbulentans.*

¶ Turbystum, i, medicamentum sorbere cogens colorem, nisi rapiat eum chrysocolla, Plin. 33 c. 5.

Composita:

¶ Conturbo, avi, atum, āre, verwirren, verunruhigen, unlustig machen. Cœlius Ciceroni lib. 8 epist. 12 *Conturbat me mora servi hujus, qui mihi litteras attulit.* Et, *Conturbare animum*, Cic. Offic. 3 c. 10. ¶ 2. Est & decoquere, & dissipatâ re non solvendo esse, es unrichtig halten. *Qui non sunt solvendo*, inquit Turneb. Advers. 4 c. 15, *neque se extricare nominibus possunt & ære alieno, illi* conturbant, *nec enim eorum rationes explicari & expediri possunt.* Cic. pro Planc. c. 28 *Verum fac me multis debere, & in his Plancio: Vtrum igitur me conturbare oportet* &c. Petronius p. 33 *Qui postquam conturbavit, & libidinis suæ solum vertit.* Martial. 9 epigr. 4

Conturbavit Atlas, & non erit uncia tota &c.

Et, lib. 10 epigr. 96 *Hic pretiosa fames, conturbatorque macellus.*
Et Juvenal. sat. 7 v. 129 *Sic Pedo conturbat, Matho deficit.*

Est autem elliptica locutio: plena enim est *Conturbare rationes, rem* &c. Terent. Eunuch. 5, 3 v. 29 *Ita conturbasti mihi rationes omnes.* Vlpianus fine Legis 1 Dig. de servo corrupto: *Qui actori suadet, ut rationem sibi commissam turbaret.*

¶ Conturbātus, a, um, betrübt, erschreckt; ut, *Tristis & conturbatus*, Cic. 6 Verr. c. 14. Et comparative, *Mehercule eram conturbatior*, Cic. 1 ad Atticum epist. 12 extr.

¶ Conturbātio, ōnis, metus est excutiens cogitata, die betrübung, das schrecknis, Cic. 4 Tuscul. c. 8.

¶ Conturbātor, ōris, qui conturbat & decoquit, ein verwirrer, verwüster. Martial. 7 epigr. 26 *Conturbator aper.*

¶ Deturbo, avi, atum, āre, violentiùs dejicere, herabtreiben, herunter stossen. Virg. 5 Æn. v. 175

In mare præcipitem puppi deturbat ab alta.

Sic, *Deturbare aliquem de fortunis omnibus*, Cic. pro Quint. c. 14. *Deturbare possessione*, vel *de possessione*, Idem 12 fam. epist. 25. Et, *Deturbare de mente*, unsinnig machen, Cic. in Pison. c. 20. *Deturbare spe*, & *deturbare aliquem ex spe*, Idem 5 fam. epist. 7. *Deturbare milites ex insidiis & stationibus*, Livius 31 c. 39.

¶ Deturbātus, a, um, herabgetrieben, heruntergestürtzt; ut, *Deturbatis, qui interiora montium obsidebant, præsidiis*, Curt. 3, 7, 7. *Deturbati ex collibus Barbari profugiunt*, Idem 6, 5, 12.

¶ Disturbo, avi, atum, āre, dejicere, zerrütten, zerstöhren; ut, *Disturbare domum alicujus*, Cicero pro Domo c. 43. *Disturbare, diripere, dissipare cuncta*, Idem 2 Nat. Deor. c. 15. Et, *Armis disturbare judicia*, Idem pro Sylla c. 25. Sic, *Disturbavi rem, totamque nobis integram reservavi*, id est, impedivi, Cic. 11 fam. epist. 21.

¶ Distur-

¶ Disturbātus, a, um, zerschlagen, zerstört; ut, *Disturbata porticus*, id est, effracta & diruta, Cic. pro Domo c. 39.

¶ Disturbātio, ōnis, die zerrüttung, zerstörung. Cic. 3 Offic. c. 11 *Utilitatis specie in republ. sæpissime peccatur, ut in Corinthi disturbatione nostri.*

¶ Exturbo, avi, ātum, are, ejicere violenter, expellere, evertere cum tumultu, mit gewalt austreiben, verjagen; ut, *Exturbare hominem innocentem e civitate*, Declam. Antequam iret &c. c. 7; & *Populum e navi*, Cicer. pro Domo c. 10. Et, *Exturbari præcipitem e provinciâ*, Idem 6 Verr. c. 30. *Exturbare bonis patriis aliquem*, Cic. 4 in Verr. c. 19. Et Asconius Argumento pro Milone: *Milo exturbari tabernam jussit.* Cic. ad Qu. fratr. 1 epist. 4 *Multa convenerunt, quæ mentem exturbarent meam*, viel dinge haben mich bestürtzt gemacht.

¶ Exturbātus, a, um, hinaus gestossen. Cic. 4 Verr. c. 30 *Antiochus præceps provinciâ exturbatus.* Catull. carm. 65 v. 108 *Pinus radicibus exturbata*, heraus gerissen.

¶ Inturbatus, a, um, non turbatus, unbetrübt, gelassen. Plin. in Panegyr. c. 64 *Sedit inturbatus, interritus* &c.

¶ Inturbĭdus, a, um, still, ruhig; ut, *Inturbidus externis rebus annus*, Tacit. 3 Annal. c. 52. Idem 14 Annal. c. 22 *tuta & inturbida juventa frui*, seine jugend in ruhe zubringen.

¶ Interturbo, are, durch einander stören, unruhig machen. Terent. Andr. 4, 1 v. 39 *Davus interturbat.*

¶ Interturbātio, ōnis, die verunruhigung, alterirung; ut, *Interturbatio mirabilis animi*, Liv. 23 c. 8.

¶ Obturbo, avi, atum, are, verstören. Terent. Andr. 5, 4 v. 23 *Itane vero obturbat?* fällt er so in die rede? *Solitudinem alicujus obturbare*, Cic. ad Attic. 12 epist. 18. Et Tacitus 3 Hist. c. 25 *Denso agmine obturbabat*, id est, disturbabat.

¶ Obturbātus, a, um, verwirrt, trübe gemacht; ut, *Obturbata aqua*, Plin. 8 c. 18.

¶ Obturbator, ōris, ein verwirrer. Asconius Pedianus ad illud Cic. Divinationis Verrinæ: QVARTVM EX ILLO GREGE ORATORVM: *Obturbatores quosdam sordidosque caussidicos significat.*

¶ Perturbo, avi, ātum, are, vehementer turbare, sehr betrüben, unruhig machen, zerrütten. Terent. Andr. 3, 4 v. 22 *Nihil est preci loci relictum, jam perturbavi omnia*, ich habe alles verderbet. Cic. pro Milon. c. 1 *De reipubl. salute magis quam de sua perturbari*, bekümmert seyn. *Perturbari clamore hominum*, Cic. pro Rabir. c. 6. Et, *Perturbare otium*, Idem 4 Academ. c. 5.

¶ Perturbātus, a, um, betrübt, verwirrt; e. g. *Civitas seditionibus perturbata*, Cic. 1 Agrar. c. 8. Comparat. Οἰκονομία *si perturbatior est, tibi assignato*, Cic. ad Att. 6 epist. 1. Et, *Perturbatiore animo cogitare aliquid*, Idem 6 fam. epist. 5. Et, *Perturbatissimum tempestatis genus*, Seneca 7 Quæst. Nat. c. 10.

¶ Perturbate, adverb. aus bestürtzung, verworren. Cic. de Inventione 1 c. 20 *Considerandum erit, ne quid perturbate, ne quid contorte dicatur.*

¶ Perturbātio, ōnis, quæ est *animi contra naturam commotio*, Cic. 4 Tusc. c. 21, unruhe, unmuth. Et ibid. c. 16 *Turbidi animorum concitatique motus perturbationes sunt.* Idem de Divin. 1 c. 30 *Errorem animis perturbationemque afferre.* Et ad Attic. 6 epist. 1 *Commoveri magnâ animi perturbatione.* Sic, *In perturbationes ne incidamus, cavendum*, Cic. lib. 1 Off. c. 36. Pindarus Olymp. hymn. 7 ἀντιστρ. 6. αἱ δὲ φρενῶν ταραχαὶ παρέπλαξαν καὶ σοφὸν, id est, *Animi perturbationes imposuerunt etiam sapienti.*

¶ Perturbātor, ōris, ein zerrütter. Hinc

¶ Perturbatrix, īcis, eine verwirrerin. Cic. 1 de Leg. c. 13 *Perturbatricem harum omnium rerum academiam* &c.

¶ Imperturbātus, a, um, non turbatus, ungestört, unerschrocken. Seneca epist. 73 *Imperturbata publicis occupationibus quies.* Idem epist. 85 post principium: *Peripateticis imperturbatus dicitur, qui raro perturbatur, & modice: non qui nunquam.* Et Ovidius in Ibin v. 560

Imperturbato quod bibit ore reus.

¶ Imperturbābĭlis, e, unverhinderlich, vox Augustini Confession. lib. 2 extremo, & epist. 145.

¶ Subperturbo, are, levius turbare, ein wenig schrecken. Seneca sub finem Ludi de Claudii morte: *Pusillum subperturbatur*, quod Gronovius ex membrana restituit, cum inepte legeretur, *superturbatur.*

¶ Proturbo, avi, ātum, are, propellere, vel procul a se deturbare, mit gewalt von sich abweisen, forttreiben. Livius 5 c. 47 *Missilibus saxis proturbare hostes.* Plin. 11 c. 19 *Apes pigras & ignavas proturbant.* Et Silius 5 v. 605 *Iraque anhelatum proturbat pectore murmur.*

TVRCVS, i, plur. Turci, (sic enim græci Constantinopolitanæ historiæ scriptores omnes efferunt, ὁ Τῦρκος, οἱ Τῦρκοι; nemo alia forma, unde *Turca, Turcæ*, inclinare possis;) Scythiæ sunt populi, Pomponio teste lib. 1 cap. ult. a quibus orti judicantur, qui ætate nostra latissime imperitant, immanissimi & crudelissimi hostes ecclesiæ Dei & Christi, die Türcken. Herodotus inter feras gentes septemtrionis ἰύρκας ponit, quæ appellatio a *Turcorum* nomine non est aliena. Nomen *Turci* significat hominem, qui agrestiorem victûs rationem sequitur &c. Chalcocondylas lib. 2 de rebus Turcicis. Et Persas quidem, Τύρκους dictos, ex Niceta apparet. Invenio & a fluvio rapido, Turck, qui in mare Hircanum influit, nomen suum *Turcos* accepisse. conf. Schickard. Tarich. p. 39 & 40. Bernegg. de Regno Hungar. & Hotting. Histor. Eccles. part. 1 c. 8, & Hist. Orient. lib. 2 c. 3. Communiter a *Thracibus* ponti Euxini accolis deducuntur. Sunt, qui illos a *Togarma* Gen. c. 10 v. 3 oriundos volunt, unde *Turgomanni* seu *Turcomanni* dicantur. Plausibilis eorum est sententia, qui ad Turcicam vocem *Tork*, quæ *latronem* notat, respiciunt. Dicuntur alias etiam *Saraceni*, & seipsos *Musulmannos*, id est, *fideles* seu *orthodoxos* vocant.

¶ Turcĭcus, a, um, adject. Et hæc forma a Græcis est: v. g. Nicephorus Gregoras lib. 7 p. 113 οἱ τῶν Τυρκικῶν στρατευμάτων ἡγεμονεύοντες. Sic, *Turcicum regnum, Turcicum imperium*, quod per Mahometem cœpit A. C. 623.

TVRDĒTĀNI, ōrum, populi Lusitaniæ, adeo opulenti, ut præsepibus utantur argenteis, quorum regio *Turdetania.* vid. Strabo lib. 3 p. 104; Plaut. Captiv. 1, 2 v. 54.

TVRDVLI, ōrum, Τυρδοῦλοι, populi Hispaniæ Bæticæ, quos cum *Turdetanis* confundit Stephanus. vid. Plin. 3 c. 1; Varro de R. R. 2 c. 10.

TVRDVS, i, avis nota, κίχλα, ein ziemerling krammetsvogel, *turdus* scilicet pilaris. *Turdus viscivorus*, & *major*, qui magnitudine picæ Aristoteli est. De hoc turdo, cujus stercore viscum generari putatur, videtur esse proverbium, κίχλα χέζει αὐτῇ κακόν, *Turdus ipse sibi malum cacat*, in eos, qui sibi ipsis mali & exitii sunt caussa, vide Chiliad. *Turdus minor*, qui & *Turdela*, & *Turdus iliacus*, ἰλλὰς, duplex est, eine weindrossel, quod uvis pascatur, & gemeine drossel. *Turdela montana* & *silvatica*, Gesner. Martial. 13 epigr. 92

Inter aves turdus, si quis me judice certet;
Inter quadrupedes gloria prima lepus.

Horat. 1 epist. 15 v. 41 *Nil melius turdo.* Idem 1 sat. 5 v. 72

Pene arsit, macros dum turdos versat in igne.

¶ 2. *Turdus* piscis, multiplex sane est & varius. Piscis autem magnus est, distinctione punctorum accedens ad turdum avem, Quintil. 8 c. 2; Colum. 10 c. 53; Varro de L. L. 4 c. 12. Qui *turdum* pisciculum eum esse dicunt, quem Germani ein schmerlein vocant, ad Plinii fortasse respexerunt auctoritatem, qui, *Turdus inter saxatiles nobilis*, scripsit lib. 32 c. 2.

¶ Turdārium, i, locus in quo turdi saginantur, Varro R. R. 3 c. 5.

¶ Turdēla, æ, quasi minor turdus Isidoro 12 c. 7. vide ante *Turdus.*

¶ Turdillus, i, diminut. apud Senecam epist. 96 extr. si Mureti lectio placet, ita ut *Turdilli*, (Lipsius 1 Elect. c. 16 mavult *Turdi illi*,) significent ibi homines molles & infamis cujusdam ignaviæ. Sed vera lectio *Turturillæ.*

TVRGEO, tursi, turgēre, est tumere, voll seyn, aufgeblasen seyn, paußen, strotzen. Virg. eclog. 7 v. 48 *Jam læto turgent in palmite gemmæ.* Et 1 Georg. v. 315 *Frumenta in viridi stipulâ lactentia turgent.* Veteres & in tertia flexione *Turgĕre*, ut *fulgĕre*, *fervĕre* dixerunt. Vet. Gloss. *Turgit*, φλεγμαίνει, τετάρακται. Quid differant *Turgere* & *Tumere*, vide supra in *Tumeo.* ¶ 2. *Turgere alicui*, id est, iratum esse, zornig auf einen seyn. Plaut. Casin. 2, 5 v. 17 *Nunc in fermento tota est, ita turget mihi.* Et Mostell. 3, 2 v. 10

Tota turget mihi uxor nunc, scio, domi.

Sic, *Tumere alicui*, Statius dixit lib. 2 Silvar. 1 v. 58

Accensum quis bile feret, famulisque tumentem
Leniet?

¶ Turgens, tis, aufgelauffen, geschwollen; ut, *Mammæ turgentes*, Plin. 20 c. 13. *Gemitu turgentia lumina*, Propert. 1 eleg. 21 v. 3. *Oratio turgens & inflata*, Auctor ad Herenn. 4 c. 10.

¶ Turgesco, ĕre, turgidum fieri, hoch auflauffen, aufschwellen, voll werden. Persius sat. 5 v. 19

Non equidem hoc studeo, bullatis ut mihi nugis
Pagina turgescat, dare pondus idonea.

Cic. 3 Tuscul. c. 9 Homericum carmen convertens:

At mihi cor penitus turgescit tristibus iris.

¶ Turgĭdus, a, um, tumens, inflatus, paußend, aufgeblähet; ut, *Turgida gemma*, ein knospen so heraus will. *Turgidum mare*, Horat. 1 od 3 v. 19.

¶ Turgĭdŭlus, a, um, diminut. herausstehend; ut, *Flendo turgiduli rubent ocelli*, Catull. epigr. 3 v. 17.

¶ Turgor, ōris, die geschwulst, die aufblähung. Martian. Capell. lib. 2 *Distentum magno cum turgore respiciens.*

¶ Deturgeo, ēre, id est, turgere desinere, sich setzen, wieder fallen. Plin. lib. 9 c. 58 *Deturgente Nilo, musculi reperiuntur inchoato opere genitalis aquæ terræque, jam parte corporis viventes.* Alii legunt *detegente.* vide Harduini Emendation. n. 140

¶ Inturgesco, ĕre, idem quod *Turgescere*, Veget. 1 c. 56.

¶ Obturgesco, ĕre, idem. Lucret. 6 v. 658 *Obturgescit enim subito pes.*

TVRIO, ōnis, quo nomine summitates teneras arborum, vel arbustorum dixit Columella 12 c. 48, der jahrwachs an jungen bäumen. conf. Apic. 8 c. 1; & Reines. Var. 3 c. 11.

TVRMA, æ, a Græco τύρμος, *rotunditas*, Scaligero auctore in Conjectan. cohors 32 equitum, & aliquando triginta, ein troupp, eine squadron reuter: Sic, *Turmæ equitum*, Virg. 5 Æn. v. 560. *Turma equestris*, Claudianus de Bello Getico v. 579. Varro de L. L. 4 c. 16 *turmam*, quasi *termam*, aut *terdenam*, dictam voluit, quod *ter deni* equites ex tribus tribubus, Tatiensium, Rhamnensium, & Lucerum eligebantur. Vide Hermannum Hugonem de Equestri Militiâ 3 c. 5, & Lipsium de Milit. Rom. 2 Dial. 6.

¶ Turmālis, e, zum troupp gehörig. Subst. qui ejusdem est turmæ; ut, *Imperatorum turmales*, Cic. 2 de Orat. c. 65, intellige, *statuas.* Scipio, Corinthiis statuam eo loco pollicentibus, ubi aliorum essent imperatorum, *turmales* dixit *displicere.* Et Livius 25 c. 18 *Crispinum perpulêre turmales, ne impune insultare Campanum pateretur.* Sic, *Bellona turmale fremens*, apud Statium Theb. 4 v. 10, id est, in morem turmæ. Idem Protreptico Crispini, quod lib. 5 Silvar. 2 est, eum laudaturus a genere, cum patricia nobilitate, non de plebe, ac nec equestri loco, natum ostendere vult, v. 13 ita scribit:

non te series inhonora parentum
Plebeiâ de stirpe tulit, non sanguine cretus
Turmali trabeaque Remi, nec paupere clavo, &c.

Nimirum non ex equestri ordine allectum in senatum fuisse significat; sed jure natalium eum locum tenuisse, quippe cujus autores senatorii loci fuerint. Equestrem autem ordinem ex tribus designat, primo *Turmali sanguine:* turmæ enim equitum erant: secundo *Trabea Remi:* & denique, *paupere* sive *angusto clavo.* Nam *trabea* ex Romuli instituto equites utebantur: & *clavus angustus* eorum quoque erat insigne: *Latus* etenim *clavus* senatorum erat.

¶ Turmārius, i, idem quod *Turmalis.* Cod. Theod. L. 6 tit. 35 *Turmariorum, quos capitularios vocant, curam subire.*

¶ Turmātim, adverb. trouppweise. Hirtius 8 B. Gall. c. 18 *Turmatim in eum locum devenerunt.* Et Livius 28 c. 13 *Turmatim abibant.*

¶ Conturmālis, e, zu einer squadron gehörig. Ammianus 16 c. 30 *Opitulatum conturmalibus suis venere.* Adde lib. 17 c. 1; & lib. 24 c. 23; & 26 c. 16.

¶ Conturmo, are, zu hauffen sammlen. Idem Ammianus 16 c. 29 *Cum eques in ipso prælii articulo se fortiter conturmaret*, id est, in turmas ordines arcte congregaret.

TVRNVS, i, dux Rutulorum, ab Ænea occisus. Virg. Æn. 7 v. 783 *Præstanti corpore Turnus.*

TVRONES, um, Galliæ Lugdunensis populi ad Ligerim amnem, Plin. 4 c. 18. Et Lucanus 1 v. 437

Instabiles Turonas circumsita castra coërcent.

¶ 2. *Turones*, urbs illius gentis, vulgo *Tours*, ad Ligerim sita.

¶ Turŏnĭcus, a, um, adject. ut, *Ecclesia Turonica*, Sulpic. Severus de Vita Martini c. 9.

¶ Turonensis, e, aliud adject. ut, *Gregorius Turonensis*, scriptor rerum Francicarum.

Turpiculus, turpificatus, &c. vide mox in *Turpis*.

TVRPĬLIVS, i, poëta comicus vetus, Nonio, Prisciano, Victorino & aliis passim laudatus. Ejus hoc carmen apud Nonium in *Spissum* c. 4 n. 422, mendose tamen, legitur, quod ita in trochaicos versus constituendum putavimus:

Haud facile est venire ulli illo, ubi ipsamet sapientia est:
Spissum iter est, adipisci haud possis, nisi cum multa miseria.

TVRPIS, e, *αἰσχρὸς*, deformis, sordidus, inhonestus, schändlich, heßlich, tam ad animum, quam ad corpus refertur; ut, *Vestitus turpis*, Terent. Phorm. 1, 2 v. 57, eine garstige tracht. *Verbum turpe*, Idem Heaut. 5, 4 v. 19. Et Ovid. 1 Amor. eleg. 9 v. 4

Turpe senex miles, turpe senilis amor:

Vbi *Turpe* substantive ponitur pro re inhonesta. Cicer. 1 Offic. c. 34 *Luxuria omni ætati turpis* &c. vide *Luxuria*. Et, *Fuga turpis*, Idem de Fin. 2 c. 30. *Præceptor turpis*, Quintil. 1 c. 2 pro flagitioso, mit schanden beflecket. *Turpis & infamis vita*, Cic. pro Fontej. c. 11. *Turpe ducet cedere pari, pulchrum, superasse majores*, er wird es ihm für eine schande rechnen, ꝛc. Non eadem omnibus honesta, & turpia: quædam naturâ talia, quædam civiliter, & more civitatis. conf. Commentat. ad præfat. Corn. Nepot. n. 3, & Loccen. ibid. p. 4. Cæs. B. G. 6 c. 21 *Intra annum vigesimum fœminæ notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus Germani.* ¶ 2. Pro *deformi*, ungestalt; Horatius 3 ode 27 v. 53

Antequam turpis macies decentes
Occupet malas.

Idem lib. 2 ode 8 v. 3 *Dente si nigro fieres vel uno*
Turpior ungui.

Et epod. 5 v. 19 *Et uncta turpis ova ranæ sanguine.*

Vetus poëta apud Ciceronem lib. 1 Nat. Deor. c. 35

Simia quam similis turpissima bestia nobis.

Phædrus lib. 3 fab. 9 v. 2

Habebat quidam filiam turpissimam,
Itidemque insigni & pulchra facie filium.

Virg. 3 Georg. v. 51 *optima torvæ*
Forma bovis, cui turpe caput:

TVRPE, id est, valde magnum, & per hoc deforme. Nam pulchritudo in concinnâ magnitudine posita est. Sic Idem *Turpes phocas*, enormes scilicet & immanes dixit 4 Georg. v. 395, quos Ovidius hâc ipsa de caussa *deformes* appellat.

¶ Turpĭcŭlus, i, diminut. etwas schändlich. Cic. de Orat. 2 c. 61 *Jocus in turpiculis & quasi deformibus ponitur.* Et Catull. carm. 42 de Acme v. 3 *Ista turpiculo puella naso.*

¶ Turpĭter, adverb. schändlich. Terent. Eunuch. 2, 1 v. 24 *Mirum, ni ego me turpiter hodie hîc dabo cum meo decrepito hoc Eunucho*, wo ich nicht schande einlege. Cic. ad Attic. 9 epist. 7 *Extimesco, ne quid turpiter faciam.* Et ad eumdem lib. 7 epist. 2 *Cato in me turpiter fuit malevolus.* Horatius de Arte poët. v. 284 *turpiter atrum*
Desinat in piscem,

id est, cum quadam deformitate. Ovid. 5 Trist. eleg. 6 v. 12

Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes.

Juvenalis sat. 8 v. 165 *Breve sit, quod turpiter audes.*
Quædam cum primâ resecentur crimina barbâ.

¶ Turpĭtūdo, ĭnis, *quæ a libidine, aut a petulantia, aut ab audacia nascitur*, Cic. pro Fontej. c. 12, die schande, schändlichkeit, unehre. Idem lib. 2 de Orat. c. 59 *Verborum turpitudinem, & rerum obscenitatem vitare.* Et Quintil. 2 c. 2 *Crimen turpitudinis.*

¶ Turpo, avi, ātum, are, turpe seu fœdum efficere, schänden, garstig machen, besudeln. Virg. 10 Æn. v. 832 *Sanguine turpantem capillos.* Et Lucret. 1 v. 85 *Aram turparunt sanguine.* Et Horat. 4 od. 13 v. 11 *Rugæ turpant te*, sie verstellen dich. conf. 1 sat. 5 v. 61. Et Silius 7 v. 631

turpatque decora juventâ
Ora novus pallor.

Hieronymus epist. 26 ad Pammachium super obitu Paulinæ c. 3 ex Cicerone: *Egregie de Cæsare Tullius: Cum quosdam ornare voluit, non illos honestavit, sed ornamenta ipsa turpavit.*

¶ Turpātus, a, um, befleckt, unflätig, unscheinbar. Paulinus Petrocorius lib. 4 v. 230 *laceros turpati pulvere crines.*

¶ Turpĭfĭcātus, a, um, idem. Cic. 3 Offic. c. 29 *Quanta fœditas turpificati animi debet videri.*

¶ Turpilŏquium, i, eine schand-rede. Gloss. gr. lat. *αἰσχρολογία*, *Turpiloquium.*

¶ Turpĭlucrĭcŭpĭdus, a, um, turpi lucro inhians, gewinnsüchtig auf böse art. Plaut. Trin. 1, 2 v. 63 *Turpilucricupidum te vocant cives tui.*

¶ Tūrpilucris, e, idem. Gloss. gr. lat. *αἰσχροκερδὴς*, *Turpilucris.*

¶ Deturpo, are, besudeln, garstig machen. Sueton. in Caligula c. 35 *Pulchros & comatos, quoties sibi occurrerent, occipitio raso deturpabat.* Et Plin. 15 c. 16 *Aquilonii afflatus poma deturpans.*

¶ Perturpis, e, sehr schändlich. Cic. pro Cœlio c. 20 *num tibi perturpe esse videatur?*

¶ Subturpis, e, etlicher massen schändlich. Cic. 2 de Orat. c. 66 *Ponenda ante oculos, quæ sint subturpia.*

¶ Subturpĭcŭlus, a, um, diminutivum, idem. Cic. ad Attic. 4 epist. 5 *Subturpicula mihi videbatur παλινῳδία.*

Turricula, turrifer, turriger, vide sequens *Turris*.

TVRRIS, is, a Græco *τύρσις*, ein thurm; ut, *Turris ardua, celsa, valida*, apud poëtas. *Locus turribus munitus*, Cic. de Provinc. c. 2. *Stabilire quassas turres*, Senec. in Thyeste v. 567. ¶ 2. Est & *Turris* machina altior bellica, quæ ambulatoria dicitur, tribus interstitiis, in quorum prima est aries, in medio pavimentum, ex quo in locum oppugnatum milites transeunt, in supremo milites alii, defensores civitatis, contis, missilibus, saxisque ex alto prosternentes, Vegetius lib. 4 c. 17 & 18. Cic. 15 fam. epist. 4 *Aggere, turribus oppugnavi*, &c. At, *Turres saxeæ, in monumentum victoriæ positæ*, apud Florum lib. 3 c. 2, ad tropæa pertinent. ¶ 3. *Turrim* de homine, in quo præsidium ingens positum, Pindarus dixit Pythionic. ode 5 epod. 2 v. 5, ut Silius lib. 16 v. 68 talem virum *murum* dixit.

¶ Turrĭcŭla, æ, diminutiv. ein kleiner thurm. Vitruvius 10 c. 19 *supra medium tecti fastigium turricula.* Et Hieronymus Epitaphio Paulæ, sive epist. 27 c. 2 *In Sareptæ litore Eliæ ingressa est turriculam.* ¶ 2. Hoc nomine & *vasculum* significatur, ex quo tali jactari ludendo solent, *pyrgus* scilicet, vel *orca*. vide Martialis lemma epigr. 16 lib. 14.

¶ Turrĭtus, a, um, sublimis, gethürmt; ut, *Scopuli turriti*, hohe felsen wie thürme, Virg. 3 Æn. v. 536. *Vrbes turritæ*, städte mit thürmen gezieret und verwahret. *Elephanti turriti*, qui turres gestant, Plin. 8 c. 7.

¶ Turrĭfer, a, um, idem; ut, *Turrifera corona*, Ovidius 4 Fast. v. 219. At Heinsius legit *turrita*.

¶ Turrĭger, a, um, idem; ut, *Vrbes turrigeræ*, Virg. Æn. 10 v. 253. Et, *turrigeri elephantorum humeri*, Plinius 11 c. 2.

¶ Turrĭgĕna, æ, turribus delectatus, der viel auf thürme hält. Rutil. 1 v. 596 *Inter turrigenas Lydia tota suos.*

TVRSIO, ōnis, seu potius *Thursio*, *θυρσίων*, Catacei generis piscis est suavissimus & lautissimus, quemadmodum Athenæus inquit, similis delphino, Plin. 9 c. 9, ein stör.

TVRTVR, ŭris, avis nota, ex genere columbaceo minima, eine turteltaube, *τρυγὼν*, Hebraice, *Tor.* Virg. eclog. 1 v. 59

Nec gemere aëriâ cessabit turtur ab ulmo:

Vbi Servius: TVRTVR *& masculino & fœminino genere invenitur: ut hic* AEREA TVRTVR, *& Plautus in Mostellaria:* TV TIBI ISTOS HABEAS TVRTVRES. Ego vero existimo, Virgilium illud *Aëriâ*, quod ob ultimam productam manifeste ablativi casus est, non de *turture*, sed de *ulmo* potius dixisse. Græci enim juxta atque Latini *Aërium* dixerunt, quicquid sublime ac altum esset. Ita Lucanus *aëriam quercum* lib. 3 v. 434; *Aërios muros*, Valerius Flaccus lib. 2 v. 553, & ipse Virgilius *aërias alpes* Georg. 3 v. 474 dixit. vide *Aër.* ¶ 2. Et, *Turtur*, piscis est ex planorum genere, habens in caudâ sagittæ quiddam simile, eine gifftroche, id est, *raja venenata*, quæ & *pastinaca* dicitur. Oppiani interpres:

Nascitur extrema cauda impenetrabile telum Trygoni.

¶ Turtŭrilla, æ, diminut. ein turteltäublein. Quia turtures impudici mollesque sunt, Seneca epist. 96 *istos, quos publica quies, aliis laborantibus, molliter habet*, TVRTVRILLAS vocat. Aliis *Turturilla* est locus, in quo corruptelæ fiebant; alii legunt *Turdilli.* vide Commentatores, & Taubm. ad Plaut. Bacch. 1, 1 v. 35 p. 540.

TVRVNDA, æ, quasi *terenda*, panificii genus est, particula farinæ conglobata & tosta, qua anseres vel gallinæ saginantur, bolus, ein küchlein. Cato de Re Rustica c. 89 *Gallinas & anseres sic farcito: Gallinas teneras, quæ primum pariunt, concludat; polline vel farinâ hordeaceâ consparsa turundas faciat, eas in aquam intingat, & in os indat*, &c. Vbi tamen Turnebus *rutundas* sc. *rotundas* legendum conjicit lib. 17 Advers. c. 7, haud tamen *εὐστόχως*, judice Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 222. ¶ 2. Dicunt & *turundam*, linamentum illud ex filis, quod in ulcus immittitur a chirurgis, die wicke, so man in eine wunde drehet.

Tus, vide supra *Thus.*

TVSCIA, æ, a *Tusculo* Herculis filio, quæ & *Tyrrhenia*, *Τυῤῥηνία*, a *Tyrrheno* rege dicta fuit. Servius in Virg. lib. 2 Æn. Tusci *a Lydis originem ducunt. Nam* LYDVS *&* TYRRHENVS *duo fratres, cum eos provincia una non ferret, in sortem miserunt, ut divisis copiis proficisceretur unus ad novas sedes quærendas. Profectus Tyrrhenus est, qui ex suo nomine* TVSCOS TYRRHENOS *appellavit.* LYDIA *autem dicta est, in quâ frater manserat.* TVSCI *autem a frequentia sacrificii dicti sunt: hoc est, ἀπὸ τοῦ θύειν. Constat namque, illic a Tage aruspicinam repertam, ut Lucanus meminit*, lib. 1 v. 636

Sed conditor artis
Finxerit ista Tages.

Hæc ille. Vide & Tacit. 4 Annal. c. 55 extr. Regio est Italiæ, in qua Tiberis oritur, alioque nomine *Hetruria* nuncupatur. Sed *Tusciæ* nomen recentius est, neque Augusti ætate obtinuit, & longe post Plinium demum cœpit, ut Vossius observat lib. 1 de Vitiis sermonis c. 7.

¶ Tuscus, a, um, adject. ut, *Tiberis Tuscus*, Virg. 1 Georg. v. 499. *Amnis Tuscus*, Ovid. 3 de Arte am. v. 386. Et Horat. 2 sat. 3 v. 228 *ac Tusci turba impia vici.* Et Cic. 6 fam. epist. 6 *Ratio quædam Tuscæ disciplinæ*, h. e. artis divinandi. Substantive *Tuscorum* mentio fit apud Cic. de N. D. 2 c. 4; Liv. 2 c. 51; Plin. 16 c. 37, & alios.

¶ Tuscānus, a, um, aliud adject. ut, *Tuscana columna*, & *dispositiones Tuscanæ*, Vitruv. lib. 4 c. 6 extr.

¶ Tuscanĭcus, a, um, idem; ut, *Opera Tuscanica*, Vitruv. ibidem c. 7. Adde interpretes.

TVSCVLVM, i, Italiæ oppidum in Latio, Ciceronis olim villâ nobilissimum. Horat. epod. 1 v. 29 *Supernum* vocat, quod in colle situm esset. Vnde & lib. 3 od. 23 v. 8 idem designaturus oppidum,

Telegoni juga parricidæ

appellat; *Juga*; in jugo enim seu colle exstructum erat: *Telegoni* autem, quia Telegonus condidit. vide Strabonem lib. 5.

¶ Tuscŭlānus, a, um, adject. ut, *Tusculanus ager*, *Tusculanum prædium*, quod & *Tusculanum* absolute Cic. dixit lib. 1 ad Attic. epist. 6, *Nos Tusculano ita delectamur, ut nobismet ipsis tum denique, cum illò venimus,* placea-

placeamus. Et, *Disputatio Tusculana*, Cic. ad eumdem lib. 15 epist. 2. *Quæstiones Tusculanæ*, apud eumdem; & substant. *Tusculani* incolæ, sæpius; vid. Cic. 3 Agrar. c. 2, &c.

¶ Tusculanensis, e, & Tusculus, a, um, alia adjectiva: ut, *Tusculanenses dies*, Cic. lib. 9 fam. epist. 6. Et, *Tuscula tellus*, Tibull. 1 eleg. 8 v. 57.

TŪSILLAE, arum, glandulæ gutturis, quæ & *Tonsillæ*, de quibus supra, die mandeln am halse. Isidorus 11 c. 1 *Toles gallica linguâ dicuntur, quas vulgo per diminutionem tusillas vocant, quæ in faucibus turgescere solent.*

TVSSIS, is, quæ ex pituita frigida in pulmonem descendente gignitur, βήξ, der husten. Plin. 23 c. 1 *Veterem tussim acetum inhibet.* Catull. epigr. 45 v. 7 *Malam tussim expuli pectore.* Sic, *Tussis anhela*, Virg. 3 Georg. v. 497. *Tussis sicca*, Cels. 4 c. 6. *Tussim exasperare*, Plin. 25 c. 6. *Tussim* inter amatoria signa numerat Terentius, ex quibus se mutuo intelligunt, Heaut. 2, 3 v. 130

Inversa verba, eversas cervices tuas,
Gemitus, screatus, tusses, risus abstine.

¶ Tussēdo, ĭnis, idem. Apulej. Met. lib. 9 p. 222 [Pric. 185] *assiduo pulsu tussedinis hiulci nares.*

¶ Tussĭcŭla, æ, diminut. ein kleiner husten. Plin. 5 epist. 19 *veteris infirmitatis tussicula admonitus.*

¶ Tussiculāris, e, ad tussim faciens, dem husten dienlich; ut, *Tussicularia medicamenta*, Cœl. Aurel. Acut. 2 c. 13.

¶ Tussicŭlōsus, a, um, tussi laborans, mit husten beladen. Cœl. Aurel. Acut 2 c. 13 *Tussiculosa & frigida senilis est ætas.*

¶ Tussĭcus, a, um, idem, apud Marcell. Empir. c. 20.

¶ Tussio, īre, βήσσειν, tussi laborare, husten; ut, *Linguam in tussiendo proferre*, Plaut. Asin. 4, 1 v. 50. *Male tussire*, einen bösen husten haben, Horat. 2 sat. 5 v. 107.

¶ Tussīlāgo, ĭnis, herba, ungulæ caballinæ species, inde appellata, quod tussientibus remedio sit, hufflattich, roßhuff, Plin. 16 c. 6.

¶ Extussio, īre, heraus husten, auswerffen. Plin. 35 c. 15 *Purulenta extussientes.* Et Cels. 2 c. 8 *Vomicam excitat, sic ut extussiatur.*

¶ Extussītus, a, um, heraus gekülstert; ut, *extussitâ sputa*, Cœl. Aurel. Acut. 2 c. 13.

¶ Subtussio, īre, etwas husten, külstern, apud Veget. 3 c. 25.

Tusus, Tutaculum, Tutamen, tutanus, &c. Tute, Tutela, &c. tuto, tutor, &c. vide *Tundo*, *Tueor*, *Tu*, *Tueor*.

TŪTŬLVS, i, summum fastigium in pileo flaminis. Festus describit, *capitis ornamentum, quod fiat vitta purpurea innexa crinibus, & exstructum in altitudinem*, &c. ein hauptschmuck, zierath des hauptes. conf. Fulgent. de Prisco Serm. n. 14; & Tertull. de Pallio c. 5. ¶ 2. Item, congestus capillorum in conum, qui Nazianzeno est πύργωμα πλοκάμιον, Hieronymo epist. ad Demetriadem, *turritus vertex*, eine haarstirne, hohe peruque, fontange. Varro de L L. 6 c. 3 *Matres familias crines convolutos, quos habent uti velatos, dicunt* TVTVLOS, *ab eo quod tuendi caussa capilli fiebant*, haarzöpffe, sehens halben. vide ibid. Scalig. & Taubm. ad Plaut. p. 17. ¶ 3. Aliud est *Tūtulus* prima longa, ἀκρόπολις, die festung, citadelle. Varro l. c. *Altissimum in urbe quod est, ea res tutissima*, TVTVLVS *vocatur.*

¶ Tŭtŭlātus, a, um, tutulum gerens, bedecket mit einem hohen hute. Varro l. c. *Tutulati dicti, qui in sacris in capitibus habere solent ut metam.* Et Ennius apud Festum:

Libaque fictores Argæos, & tutulatos.

Tutūnus, tutus, Tuus, vide supra *Tueor*, *Tu*.

TȲĂNA, æ, Τύανα, urbs Cappadociæ, ad radices Tauri, Apollonii Tyanei magi patria. vide Geograph. & Plin. 5 c. 29; & 6 c. 3.

¶ Tyanensis, e, & Tyanēus, a, um, indidem ortus, aut eo pertinens.

¶ Tyănēĭus, a, um, idem. Ovid. Met. lib. 8 v. 719

Ostendit adhuc Tyaneius illic
Incola de gemino vicinos corpore truncos.

Tybĕris, vide supra *Tiberis*.

TȲCHIVS, i, faber celeberrimus, Homer. Iliad. 7. Ovid. Fast. 3 v. 823

Nec quisquam invita faciat bene vincula plantæ
Pallade, sit Tychio doctior ille licet

TȲDEVS, ĕi, Τυδεύς, dux fuit, cujus robori nullius pares fuere vires, quemadmodum scripsit Homerus lib. 4 Iliad. Periit in bello ad Thebas. Virg. 6 Æn. v. 479

Hîc illi occurrit Tydeus, hîc inclytus armis Parthenopeus.

¶ Tydīdes, æ, Tydei filius, Diomedes. Horat. 1 od. 15 v. 28 *Tydides melior patre*, i. e. fortior, valentior.

TȲMOETES, æ, Τυμοίτης, Priami filius, quem Trojæ eversorem fore Helenus prædixerat, quemadmodum ex Euphorione Servius retulit. Virg. 2 Æn. v. 32 *primusque Tymœtes*

Duci intra muros hortatur & arce locari.

TYMPĂNVM, i, τύμπανον, eine trummel, paucke. Ovid. 4 Metam. v. 29 *impulsaque tympana palmis.* Lucret. 2 v. 618 *tympana tenta tonant palmis.* Justin. 30 c. 1 *Instrumenta luxuriæ tympana & tripudia* dixit. Catullus in Galliambo carm. 64 v. 8 *Typanum* dixit versus gratia, ut Homerus τύπανον. ¶ 2. Et *Tympanum*, tectum est vehiculi seu currus, die wagen-decke. Virg. 2 Georg. v. 444

Hinc radios trivere rotis, hinc tympana plaustris.

¶ 3. Item, *Rota*, qua a calcantibus versata saxa subvehuntur in magnificis ædificationibus, ein rad, so man tritt, und damit man holtz und steine aufzeucht, eine winde, γεράνιον Græcis. Sunt in ea rota *trochleæ*, die rollen, *funis ductarius*, das seil, & *forfices*, quibus onera comprehenduntur, die hacken. Lucretius 4 v. 903

Et manus una
Multaque per trochleas & tympana pondere magno
Commovet, atque levi sustollit machina nisu.

Atque hujus generis est etiam *Tympanum* a Vitruvio 10 c. 4 descriptæ machinæ: & ab Vlpiano in prelo oleario, lege 19 § 2 Dig. Locati. ¶ 4. Aliud genus *tympani* in fastigio ædificiorum apud Vitruv. 3 c. 3; & 4 c. 6. vide Lexic. Vitruv. p. 139.

¶ Tympăniŏlum, i, diminut. eine kleine paucke. Arnobius sub finem lib. 6 *tympaniola, tibiæ, psalteria.*

¶ Tympănotrība, æ, τυμπανοτρίβης, qui tympanum pulsat, ein trummelschläger, paucker, Plaut. Truc. 3, 6 v. 49.

¶ Tympănista, æ, τυμπανιστής, idem. Apulej. de Deo Socrat. *Strepitus cymbalistarum, tympanistarum*, &c.

¶ Tympanistria, æ, fœm. τυμπανίστρια, eine trummelschlägerin, apud Sidonium 1 epist. 2 sub fin.

¶ Tympănīzo, are, τυμπανίζειν, pro, tympanum tundere & pulsare, trummeln, auf der trummel schlagen. Sueton. August. c. 68 *Gallus tympanizans.*

¶ Tympania, ōrum, concharum genus a figura ita dictum, Plin. 9 c. 35.

¶ Tympănītes, æ, τυμπανίτης, species est aquæ intercutis, cum ventre vehementer intento creber intus ex motu spiritûs sonus est, Cels. 3 c. 21, die wassersucht; a τυμπανίζω, *extendo.*

¶ Tympanītĭcus, a, um, τυμπανιτικός, tympanite sive hydrope laborans, wassersüchtig, Veget 3 c. 27.

¶ Tympănĭcus, a, um, τυμπανικός, idem, Plin. 25 c. 5.

TYNDĂRVS, i, Τύνδαρος, & aliquando *Tyndareus*, quatuor syllab. rex Oebaliæ. Ovid. Heroid. epist. 8 v. 31

Non tibi Tyndareus vita gravis auctor & annis Tradidit.

¶ Tyndărĭdæ, arum, Τυνδαρίδαι, fratres, Castor & Pollux. Ovid. 3 Met. v. 301 *Tyndaridæ gemini præstantes*, &c.

Καταχρηστικῶς *Tyndaridæ* vocantur; non enim uterque ex Tyndaro natus, sed tantum Castor, Pollux autem ex Jove. Vocantur autem *Tyndaridæ*, quia uterque e Leda, Tyndari uxore, natus. Adde Cic. de Nat. Deor. 3 c. 5 & 15.

¶ Tyndăris, ĭdis, fœm. Τυνδαρίς, Helena. Virg. 2 Æn. v. 601

Non tibi Tyndaridis facies invisa Lacænæ.

Ovid. in epistolis Heroid. 5 v. 91

Tyndaris in festis fugitiva reposcitur armis.

¶ 2. *Tyndaris*, urbs Siciliæ, media ex parte a mari absumpta, Plin. lib. 2 c. 91.

¶ Tyndăreus, a, um, adjectivum; ut, *Puer Tyndareus*, Valer. Flacc. 1 v. 167, id est, Castor aut Pollux.

¶ Tyndaritāni, ōrum, incolæ urbis Tyndaridis, de quibus Cicero ad Attic. 15 epist. 2; & in Verr. 5 c. 47.

TYPHA, æ, τύφη, Typhæ nascuntur in paludibus, stagnis, & lacubus. Fert clavos: kolbenrohr, moßkolben.

TȲPHŌEVS, tribus syllabis, Τυφωεύς, Genit. *Typhoei*, vel *Thyphōĕos*, qui & *Tȳphon*, Τύφων, dicitur, gigas fuit Terræ & Titanis filius. Eum Dii metuentes, variorum se animantium figuris cælarunt, Ovid. lib. 5 Metam. fab 5.

¶ Tȳphōĕus, a, um, quatuor syllabis, adjectivum. Virg. 1 Æn. v. 665

Nate patris summi, qui tela Typhoea temnis.

¶ Typhōius, vel Typhœius, a, um, idem; Claudian. 3 de Raptu v. 183.

¶ Tȳphon, ōnis, ventus etiam dicitur violentus, fulgur, & figura nubium metuenda, ein windwirbel. *Vorticem* vertit Plinius (τυφῶν, ῶνος) lib. 2 c. 48. Meminit & Apulejus de Mundo, & Ammianus lib. 17 c. 13, in terræ motu Nicomediensi, & Gellius 19 c. 1. ¶ 2. Alius est *Typhon* cometes, cui nomen ævi ejus rex dedit *Typhon*, ignea specie, & spiræ modo intorta, Plin. 2 c. 25, & ibi Dalechamp. p. 83.

¶ Typhōnĭcus, a, um, windwirblicht; ut, *Typhonicus ventus*, Actor. Apost. c. 27 v. 14.

TȲPHVS, i, τύφος, i. e *fumus*: pro superbia & elatione aliquoties usus est Arnobius, stoltz, übermuth; ut, lib. 2 p. 53 *Vultis homines istum typhum superciliumque deponere.* Et ibidem p. 63 *Typhum & arrogantiam frangere.*

TȲPVS, i, τύπος, figura, vestigium, imago, adumbratio, ein fürbild, merckmahl, entwurff, modell. Cicer. ad Attic. 1 epist. 9 *Typos tibi mando, quos in tectorio atrioli possim includere.* Et Plin. 35 c. 12 *Impressa argilla typum facere.*

¶ Tȳpĭcus, a, um, fürbildend. Sedulius lib. 1 de ligatione Isaaci;

typicique cruoris
Auxilio ventura docet. conf. lib 3 v. 208.

Et Arator Act. Apost. c. 13 *typicæ documenta figuræ.*

¶ Tȳpĭco, are, typo exprimere, fürbilden. Guil. Brito Phil. 12 v. 211

Virginis intactæ typicans nova gaudia partus.

¶ Typogrăphēum, i, τυπογραφεῖον, locus est, in quo formis æneis describuntur libri, die buchdruckerey.

¶ Typogrăphia, æ, τυπογραφία, ipsa descriptio sive γραμματόθεσις, die buchdrucker-kunst. Vide de ortu & progressu artis hujus Bernhard. a Mallinkrot, Boxhornium, & Philip. Caroli ad Agell. p. 218

¶ Typographĭcus, a, um, buchdruckerisch; ut, *Ars typographica.*

¶ Typogrăphus, i, τυπογράφος, ein buchdrucker.

¶ Typŏthĕta, æ, masc. τυποθέτης, ein schrifft-setzer.

Composita ab initio:

¶ Archetȳpus, i, ἀρχέτυπος, prima forma, secundum quam expediuntur *simulacra*, ein muster, form, formular, darnach man etwas giesset, bildet oder macht, ein original. Plin. 5 epist. 10 *Vt pictores pulchram absolutamque faciem raro exprimunt, sic ego ab hoc archetypo labor ac decido.* ¶ 2. Adjective *Nugas archetypas* dixit Martialis libellos suos manu sua emendatos lib. 7 epigr. 10, & Idem lib. 12 epigr. 70 *archetypos amicos*, pro veris & germanis, per metaphoram.

¶ Diatypōsis, vide supra suo loco in *D*.

¶ Ectȳpus, a, um, ἔκτυπος, ἔκτυπον, nachgeformt. Seneca 3 de Beneficiis c. 26 *Cœnabat Paulus prætorius in convivio quodam, imaginem Tiberii Cæsaris habens ectypam eminente gemmâ: Ectypam imaginem* vocat, ita expressam, ut promineret exstaretque, non intus deprimeretur incisa; cujusmodi opera ἔκτυπα appellantur. Et inde addidit; *eminente gemma*: quod in gemmâ emineret imago. *Ectypas scalpturas* dixit Plinius 37 c. 10. vide Salmasii Exercit. Plin. p. 736.

¶ Hypotypōsis, vide supra in *H*.

¶ Prŏtȳpum, i, πρότυπον, primum exemplar, das modell, der vorriß; sicut *Ectypum*, der abriß. Conjunxit Plinius 35 c. 12 *Primus personas tegularum extremis imbricibus imposuit, quæ inter initia protypa vocavit; postea idem ectypa fecit.*

¶ Prōtŏtȳpus, i, πρωτότυπος, idem quod *Archetypus.*

TYRA, sive Tyras, æ, Scythiæ amnis, qui & oppido nomen imposuit, de quo Plinius 4 c. 12. De fluvio Ovid. Pont. 4 epist. 10 v. 50.

TYRANNIO, ōnis, Τυραννίων, Amisenus fuit grammaticus, dictus prius *Theophrastus*, tempore Pompeji Magni & Ciceronis, dives fuit tribus millibus librorum. v. Hesych. Illustrium de Philosophis. ¶ 2. *Tyrannio* alius, ejus discipulus dictus antea *Diocles*: Romæ ludum aperuit. Cic. ad Quint. fratr. *Tyrannio docet apud me.*

TYRANNVS, i, τύραννος, dominos vel rex, ein gewaltiger herr. Sic enim Trojus: *Reges*, inquit, *ad hujusmodi fastigium majestatis, spectatâ inter bonos moderatione, provecti, tyranni ob fortitudinem vocabantur.* Est a τυραννέω, *regno*. Hinc Euripidis illud: σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ, hoc est, *Sapientes sunt reges sapientum consuetudine.* Virg. 7 Æn. v. 266

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.

Vbi Servius: TYRANNI *græce dixit, id est, regis. Nam apud eos* TYRANNI *&* REGIS *nulla discretio est. Licet apud nos incubator imperii* TYRANNVS *dicatur.* INCVBATOR *imperii* est, qui imperium sibi civitatis vindicat retinetque, quæ libertate ante usa est: qui tamen præclare & juste administrare dominatum eum potest. Et ii igitur habebantur dicebanturque *Tyranni*. Corn. Nepos Miltiade sub finem: *Nam Chersonesi omnes illos, quos habitarat annos, perpetuam obtinuerat dominationem* TYRANNVSQVE *fuerat appellatus, sed justus: non erat enim vi consecutus, sed suorum voluntate, eamque potestatem bonitate retinuerat. Omnes enim & habentur & dicuntur* TYRANNI, *qui potestate sunt perpetuâ in eâ civitate, quæ libertate usa.* TYRANNI itaque dicebantur, qui perpetua, sive regia potestate erant, reges tamen non dicebantur. Ita enim Idem Nepos de eodem Miltiade c. 2 n. 3 *Erat enim inter eos* (incolas Chersonesi) *dignitate regia, quamvis nomine careret.* Ita passim apud Græcos *Tyranni* sumitur vox: & inde Plutarchus *reges* & *tyrannos* distinguit, cum Periclem scribit multos reges & tyrannnos potentiâ superasse, p. 161. Nempe *reges* vocat, qui potestate & nomine essent tales: *Tyrannos*, qui vim haberent imperii regii, non nomen. Sed cum superbe exercerentur imperia & impotenter, *Tyranni* nomen ad illos tantum translatum est, qui non jure & legibus æquis, sed vi & animi libidine dominabantur. Hinc Seneca de Clementia lib. 1 c. 12 *Tyrannus autem*, inquit, *distat a rege factis, non nomine.* ¶ 2. *Tyrannus*, ein wüterich, tyrann. Cic. de Amicit. c. 15 *Hæc est tyrannorum vita*, (de qua vide Lucianum Tyrannicidâ p. 393,) *nimirum in qua nulla est fides, nulla caritas, nulla stabilis benevolentiæ potest esse fiducia; omnia semper suspecta atque solicita sunt, nullus locus est amicitiæ.* Sic, *Tyrannus sævus*, Seneca Octav. v. 87; & *Intolerandus*, Cic. in Vatin. c. 9 &c. *Tyrannus senex prodigium, animal inter feras pessimum, ut inter cicuria adulator*, Plutarchus in Convivio septem sapientum. Et Juvenal. sat. 10 v. 113 *Ad generum Cereris sine cæde & vulnere pauci*
Descendunt reges, & sicca morte tyranni.

¶ 3. Vetus interpres Ovidii in Ibin *Tyrannum* generis communis facit. Cujus hæc verba ad Trebellium Pollionem Casaub. adducit; *Tyrannus & communis generis, nam Theodosii grammatici est regula, quod nomina professionem aut dignitatem significantia sunt communis generis: ut hic & hæc dux: hic & hæc philosophus.* Hæc ille. Sed & Servius ad Virg. lib. 7 Æn. gen. communis facit. ¶ 4. In Act. Apost. c. 19 v. 9 *Tyrannus* nomen proprium est. vide ibi Casaubon.

¶ Tyrannis, idis, τυραννίς, ipsum imperium sævum ac violentum, ein tyrannisch regiment, die tyranney; ut, *Tyrannidem affectare*, Quintil. 7 c. 2; & *occupare*, Cic. 3 Offic. c. 23. Et Ælian. lib. 6 de Var. Hist. c. 13 καλῶς τὸ δαιμόνιον ἐπὶ τριγονίαν τυραννίδας μὴ ἄγον &c. hoc est, *Tyrannis nulla ad tertiam generationem propagatur, pulcherrimo Deorum immortalium munere.*

¶ Tyrannicus, a, um, adjectivum, tyrannisch, grausam; ut *Tyrannicæ leges*, Cic. 1 de Legib. c. 15. *Tetrum, crudele, nefarium, tyrannicum facinus*, Auctor ad Herenn. 2 c. 30.

¶ Tyrannice, adverbium, idem. Cicero in Verr. 5 c. 48 *Quæ regie, seu potius tyrannice statuit.*

¶ Tyrannicida, æ, τυραννοκτόνος, ein tyrannen-mörder. Quintil. 5 c. 10 *Tyrannicidæ proprium est tyrannum occidere.* Sueton. Tiber. c. 4 *Præmia tyrannicidarum.* conf. Cic. pro Milon. c. 29.

¶ Tyrannicidium, i, der tyrannen-mord, Quintil. 7 c. 3; & Val. Max. 3 c. 3 n. 5.

¶ Tyrannoctŏnus, i, τυραννοκτόνος, idem quod *Tyrannicida*, Cic. ad Attic. 14 epist. 15.

¶ Tyrannŏpŏlita, æ, masc. τυραννοπολίτης, i. e. civis tyranni, ein unterthan des tyrannen, apud Sidonium 5 epist. 8.

Tyras, Tyrianthinus, vide *Tyra*, *Tyrus*.

TYRIDATES, is, Τυριδάτης, rex fuit Armeniæ, magnus Neronis temporibus, cujus Plinius 30 c. 2, & 33 c. 3 meminit, & Suetonius in Nerone c. 13 & 30.

Tyrins, Tyrinthius, vide supra *Tiryns*.

Tyro, Tyrocinium, vide *Tiro*.

Tyrolagana, vide supra *Laganum*.

TYRŎPĂTĬNA, æ, i. e. *patina casearia*, ein käse-napf, Apic. 7 c. 11.

TYRŎPŌLA, æ, masc. τυροπώλης, qui caseos vendit, ein käse-krämer.

TYRŎTĀRĬCHVS, i, τυροτάριχος, dictio composita a τυρὸς, *caseus*, & τάριχος, *salsamentum*; edulii genus esse volunt ex caseo & salsamentis confectum, ein käse-muß. Legitur bis apud Ciceronem ad Pætum lib. 9 fam. epist. 16; & ad Attic. 4 epist. 8. Erasmus jus e caseo confectum esse vult, seu caseum salsum potius & inveteratum, steiff-muß, vide in Chiliad. proverbium, *Sale & aceto*. Quid si *Tyrotarichus* fuit τυρὸς ὁ τεταριχευμένος, *caseus conditus*, nempe putrilaginosus, interdum etiam vermiculans, qui infuso aceto (vel vino) conditur? ein fauler käse, Junius. Ταρίχους, *salsamenta*, vel plebeja & tenuia significare edulia, non est dubium. Extat apud Aristophanem, ὅπου τὸ ταριχοπωλεῖον ἀντὶ τοῦ, ὅπου τὰ εὐτελῆ πωλεῖται, id est, *ubi forum est, ubi simplicia seu vulgaria veneunt*; vide annotationes Cælii.

¶ Tarichopōlas, Martialis simpliciter dixit salsamentarios.

TYRRHĒNĬA, æ, Τυῤῥηνία, Tuscia est, Italiæ regio a Tyrrheno, Atys filio adpellata. vide *Tuscia*.

¶ Tyrrhēni, ōrum, Hetrusci, & Tusci. vid. Virg. Georg. 2 v. 193.

¶ Tyrrhēnus, a, um, adjectivum, Τυῤῥηνὸς; ut, *Gens Tyrrhena*, Ovid. lib. 15 Metam. v. 527. Et Virgil. Æneid. 1 v. 67

Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor.

Et Statius lib. 1 Achill. v. 56

Tyrrhenique greges circumque infraque rotantur:

Tyrrheni greges, Delphines: in hoc genus piscium mutati e Tyrrhenis hominibus a Baccho. vid. Ovid. Metamorph. 3 v. 579. *Greges*, quia gregatim natant. vid. Ælian. Hist. animal. 10 c. 8.

TYRRHVS, i, Τύῤῥος, pastor, apud quem Lavinia peperit, inde

¶ Tyrrhīdæ, ārum, Tyrrhi filii. Virg. 7 Æn. v. 483

Cervus erat formâ præstanti, &c.
Tyrrhidæ pueri quem matris ab ubere raptum
Nutribant.

TYRTAEVS, i, Τυρταῖος, poëta græcus fuit, cujus Plato meminit, eumque bonum ac sapientem dicit in libris de Legibus. Tyrtæi fragmenta quædam, quæ exhortationes sunt ad virtutes bellicas, & animi præsentiam in pugna, apud Stobæum visuntur in Serm. 48 & 49. Instituit Tyrtæus chorum illum, qui τριχορία dictus fuit, juxta triplex ætatum discrimen, in quo senes incipiebant canentes, Ἄμες ποτ' ἦμεν ἄλκιμοι νεανίαι, i. e. *Nos olim eramus robusti juvenes*, &c. Alibi enim retulimus. Meminerunt Plutarch. lib. de sua ipsius laude, & Pollux lib. 4 c. 15.

TYRVS, i, Τύρος, splendidissima quondam urbs Phœniciæ, sita in insula, circiter septingentorum passuum intervallo a mari remota, priusquam eam Alexander aggere immisso continenti annecteret. Parens fuit clarissimarum urbium Leptis, Vticæ, Carthaginis, Gadium, ut Plinius docet lib. 5 c. 19. Lege & Curtium lib. 4 c. 4 extr. Non obscura quondam Origenis morte & sepultura: sed & Friderici, Romanorum imperatoris, in ea sepulti, anno Christi CIↃ CCXC. Vadian. Τυρὸν Græci *Caseum* dicunt, ut a re pecuaria florente nomen *Tyrus* acceperit. Dicta olim fuit *Sarra*, a *Sar*, quo nomine piscem Syri dicunt, vide *Sarra*. A Sidone remota fuit ducentorum stadiorum intervallo. Meminerunt ejus frequenter sacræ litteræ.

¶ Tyrius, a, um, adject. ut, *Tyriæ opes*, Stat. 1 Theb. v. 161. Et Virg. 1 Æn. v. 12 *Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni.*

Sic, *Tyrii amictûs*, Ovid. 2 de Arte am. v. 297. Et, *Tyrio murice saturata palla*, Idem lib. 11 Metam. v. 166. *Tyria purpura*, Cic. Verr. 5 c. 56. Nobilis enim conchylio & purpura Tyrus fuit. vid. Plin. 35 c. 6.

¶ Tyrium, i, absolute pro purpura. Tertullianus de Pœnitent. c. 11 *Num in coccino & Tyrio pro deiictis supplicare nos condecet?*

¶ Tyrianthinus, a, um, τυριάνθινος, color ex Tyrio, id est, purpureo, & ianthino, hoc est, violaceo mixtus, purpur und viol-farbe. Plin. 9 c. 41 *Tyrianthinus color*; & Martial. 1 epigr. 54

Vrbica Lingonicus, Tyrianthina bardocucullus.

TYSIAS, æ, Τυσίας, orator, Cic. de Invent. 2 c. 2.

V.

V VOCALIS, cujus figura in Longobardico charactere non differt a figura litteræ A. vide supra lit. A. Consonantis sæpissime ab initio, medio ac fine dictionum officio fungitur, itemque quod digamma Æolicum præstat, quoties in eadem syllaba ante se vocalem aliam habet, ut, *Vagus, vanus, juventus, servus, sanguis, lingua*, in his vocalis sonum amittit. Convenit autem rebus occultis obscurisque, teste Vossio lib. 4 Instit. Orat. p. 43. Consonans (ut nunc quidem corrupte profertur, etsi olim idem valuerit, quod hodie Germanis duplex VV,) fortius sonat, quam B: infirmius, quam F: convenitque exprimendis sonis nec obscuris, nec occlusis. Idem ibid. p. 49. ¶ 2. Pro *o* parvo græco ponitur, in illis, quæ a Græcis in litteraturam Latinam transeunt, ut, Κύρος, Κύπρος, Πέλαγος, *Cyrus, Cyprus, Pelagus*. ¶ 3. Aliquando & pro *o* magno, ut, φώρ, *fur*. ¶ 4. Nonnunquam inter *c* & *l* interponitur, ut, Ἡρακλῆς, *Hercules*. ¶ 5. In gerundio vero & participiis verborum tertiæ conjugationis, scribitur pro *e*, sed nunc non æque ac veteribus frequenter; ut, *faciundum, Mos gerundus*, &c. Quemadmodum *optumus maxumus* veteres semper scribebant ante C. Cæsaris tempora, quibus *i*, media vocalis, primùm scribi in superlativis ejusmodi cœpisse, Quintilianus 1 c. 7 auctor est; ut, *optimus maximus*. Et in aliis, ut, *libens*, pro *lubens*, *carnifex* pro *carnufex*. ¶ 6. Transit & in *i* breve hæc ipsa vocalis *u*, sed in compositione tantum, ut, *cornu, cornicen, corniger; arcus, arcitenens; fatum, fatidicus; opus, opifex; fluctus, fluctivagus; currus* vel *cursus, curriculum*, & *curriculus*. Lingua Vmbrorum vertit *V* in *O*: Hetrusca contra *A* in *V*; ut, *voltis* pro *vultis*. vid. Taubm. ad Plaut p. 10. ¶ 7. In nominibus antiquis, VAL. *Valerium*, VOL. *Volesum*, VOP. *Vopiscum*; V. *Vixit* significat, ut, V. A. XII. M. II. D. III. H. IIII. i. e. *Vixit annos* 12, *menses* 2, *dies* 3, *horas* 4. Ex Probo.

Vacans, vacanter, vacatio, vide paullo post in *Vaco*.

VACCA, æ, δαμάλη, bos fœmina, eine kuh. Virg. eclogâ 9 v. 31

Sic cytiso pastæ distentent ubera vaccæ.

¶ Vaccŭla, æ, diminutivum, ein kühlein, Virg. sive Valer. Cato in Diris v. 132 usus est. Et Apulejus sub finem lib. 7 *Pastores mei perditam sibi requirentes vacculam.* Et Arnobius lib. 7 p. 225 *Sterilibus*

bus vacculis honoretur. Tertullianus 2 ad Nationes c. 14 *Asclepiades Cynicus unica vaccula, cujus & dorso vehebatur, & si quando ubere alebatur, orbem totum oculis subegit.*

¶ Vaccīnus, a, um, von der kuh; ut, *Lac vaccinum*, kuh-milch, Plin. lib. 24 c. 3.

VACCĪNIUM, i, flos ille Romanis, qui Græcis ὑάκινθος, ein veilgen, mertzen-viol, Dioscorides lib. 4 c. 61. Vet. Gloss. *vaccinium*, ἄγχυσα (forte leg. ἄνθουσα) ὑάκινθος. Virg. eclog. 2 v. 18

Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Et rursus in Gallo eclog. 10 v. 39

Et nigræ violæ sunt & vaccinia nigra

¶ 2. Plinius *Vaccinia* inter arbores numerat lib. 16 c. 18. Vexatissimum hoc est vocabulum, æque ac *Ligustrum*. vid. Commentat. ad Virgil. cit. eclog. & præcipue Taubm. p. 20; Mich. Barth. p. 98 seq. & Eoban. Hess. p. 171.

Vaccīnus, vaccŭla, Vacesio, vide *Vacca*, *Vaco*.

VĂCERRA, æ, stipes, ad quem in stabulo religantur equi, eine heu-rauffe, Columell. 6 c. 19. ¶ 2. Est & genus clathrorum, ex robore vel quercu, ein verschrenckter stall, Columell. 9 c. 1. ¶ 3. Pro stupido stolidoque posuit Livius ille poëta vetus apud Festum: *Vecors & malefica vacerra.* Ateius etiam apud Festum indicat, *maledictum hoc nomine significari magnæ acerbitatis.* Nam sic & apud Terent. Heaut. 5, 1 v. 4 in stultum dicitur: *caudex, stipes*, &c. ein stocknarr. ¶ 4. Apud Martial. 11 epigr. 78 *Vacerra* nomen proprium cœnipetæ est:

Cœnaturit Vacerra non cacaturit.

¶ Vacerrōsus, a, um, insanus, vecors, albern, unsinnig, Sueton. in Augusto c. 87; ubi vide Casaub.

VĀCILLO, avi, atum, āre, quasi *bacillare*: a senibus, qui ævo fessi ad sustinendam lassitudinem baculo tarditatem levant, auctore Nonio cap. 1 n. 148, wancken, wackeln; ut, *Vacillare ex vino*, Quintil. 8 cap. 3, taumeln. *In utramque partem toto corpore vacillare*, Cic. de Clar. Orat. c. 60. Et, *Epistola scripta litterulis vacillantibus*, id est, infirmis & incertis præ valetudine, Cic. 16 fam. epist. 15. Et ad Attic. 12 epist. 1 *Vacillare memoriolâ.* Idem de Finib. 1 c. 20 *Vacillare videtur stabilitas amicitiæ.* Eleganter Lucretius 4 v. 1121

Languent officia atque ægrotat fama vacillans.

¶ Vacillātio, ōnis, die wanckung, der taumel. Quintil. 11 c. ult. *Est & illa indecora in dextrum ac lævum latus vacillatio alternis pedibus insistentium.*

¶ Vacillātor, ōris, der hin und her wancket. Gloss. lat. gr. *Vacillator*, συκοφάντης.

Vacivitas, vacīvus, vide sequens *Vaco*.

VĂCO, avi, ātum, āre, generatim significat leer seyn, frey seyn; sed vel pro aliquo recipiendo: vel, ab aliqua re. Hinc diversa constructio: Cicero 1 de Divin. c. 6 *Ego philosophiæ semper vaco*, id est, operam do. Sic, *Armis vacare*, mit krieg umgehen, Idem 11 Philipp. c. ult. Sic, *Vacare litteris, studiis, ludo, nugis*, &c. id est, deditum esse, der sache obliegen, und sonst nichts anders zu thun haben. Sed, *Fac vacent ædes*, schaffe, daß das hauß ledig sey, Plautus Casin. 3, 1 v. 7. *Vacant agri*, Cæsar 4 B. Gall. c. 8, hoc est, non excoluntur, nihil proferunt, sie liegen wüste. *Vacat arena*, h. e intermissum est spectaculum, es ist niemand auf dem kampff-platz, Seneca epist. 7. *Locus vacat a custodibus*, Cæsar 3 B. Civ. c. 25. *Quantum temporis vacabit ab officio publico*, Cic. 2 de Divin. c. 2, so viel amts halben müsse zeit haben. Et de Clar. Orat. c. 78 *Nullum tempus illi unquam vacabat, aut a forensi dictione, aut a commentatione domestica, aut a scribendo, aut a cogitando*, id est, semper aut dicebat aut scribebat orationes, &c. Idem lib. 1 Nat. Deor. c. 1 *Vacare ab omni administratione rerum.* ¶ 2. Et sine præpositione: Cic. 1 Offic. c. 19 *Nullum est tempus, quod justitiâ vacare debeat.* Sed, *Si ne tu quidem vacas*, hoc est, si tibi otium non est, wenn du nicht zeit hast, Cic. ad Fam. 12 epist. 30. *Vacare animo*, Cic. de Invent. 1 c. 6, est, curis solutum esse, frey, ohne sorgen seyn. Huc & illa pertinent: *Vacare molestia, curâ & negotio*, Cic. 1 de Legib. c. 3. *Vacare a metu*, Livius 7 c. 1. Sed, *Domicilio studiorum cives vacant, peregrini fruuntur*, id est, carent, Cic. de Orat. 3 c. 11. Sic, *Vacare culpâ*, Idem lib. 7 fam. epist. 3. Et, *Legibus vacat ætas nostra*, de Senect. c. 11. *Lite vacant aures*, Ovid. 1 Fast. v. 73. ¶ 3. Et impersonaliter, *vacat*, es hat musse. Quintil. 11 c. 1 *Vacat mihi esse diserto.* Virgil. 1 Æneid. v. 373 *Et vacet annales nostrorum audire laborum.*

Et Ovidius lib. 2 Fast. v. 216

Non vacat exiguis rebus adesse Jovi.

¶ Văcans, tis, leer, ledig, müßig; Celsus ad Cic. lib. 8 fam. epist. 3 *Hoc mihi certum ac jucundissimum vacans negotium erat.* Ovid. Met. 9 v. 611 *Hora animusque vacans.* Et Virg. 3 Georg. v. 477 *Saltus longe lateque vacantes.* ¶ 2. *Vacantes* dicebantur milites adscriptitii, ad commoda solum participanda in numeros relati. Trebellius Pollio de Balista tyranno: *Est epistola Valeriani, quâ gratias Balistæ agit: gaudens, quod ejus consilio nullum adscriptitium, id est, vacantem haberet.* Primitus hoc militum genus SUPRA NUMERUM appellatum fuit. Suetonius in Claudio c. 25 *Instituit & imaginariæ militiæ genus, quod vocatur* SUPRA NUMERUM: *quo absentes & titulotenus fungerentur.*

¶ Vacanter, adverb. idem. Pro *otiose* apud Gellium 17 c. 10.

¶ Văcātio, ōnis, die ruhe, freyheit, musse; ut, *Dare vacationem a caussis*, Cic. de Legib. 1 c. 4. *Habere vacationem*, Cic. 4 Acad. c. 38. Et, *Uti vacatione*, pro vacare, vel cessare, Idem in Verrem 7 c. 22. *Vacatio militiæ* apud Cæs. B. G. 6 c. 13 dicitur, cum quis liberam potestatem discedendi a militia impetraverat: Videlicet cum legitimum stipendiorum numerum explevisset, neque jam amplius cogi poterat militare. Quamquam & alia genera vacationum erant. Nam & ætas vacationem a militia concedebat: quam *ætatis vacationem* Nepos dixit in Attico c. 9; *Incidit*, inquit, *Cæsareum bellum civile, cum haberet annos sexaginta, usus est ætatis vacatione, neque se quoquam movit.* Sed & pecuniâ redimebatur *vacatio*. Unde *vacationem* pro ipso pretio, quod pro vacatione solvebatur, posuit Tacitus 1 Histor. c. 46 & c. 58. Vide Marcellum Donatum ad priorem locum Taciti, ubi de variis vacationum generibus plura habes, & supra *Missio*.

¶ Văcuus, a, um, quod a nemine hactenus tenetur vel occupatur, leer, ledig, öde. Sic, *domus vacua, vacuus fundus, vacua possessio*, apud JCtos. *Vacua mulier*, quæ sine viro, eine wittwe, Tacito Annal. 13 c. 44. Horat. 1 epist. 19 v. 21

Libera per vacuum posui vestigia princeps.

Idem lib. 1 sat. 5 v. 50 *in vacuum venire*, pro, vacantem hereditatem accipere dixit. Apud Sueton. Claudio c. 9 *In vacuum pendere* quis dicitur, cujus bona, cum aliter solvendo haud esset, proscripta in tabula suspendebantur publice venum, tanquam vacua, hoc est, sine domino & possessore, ut Torrentius recte interpretatur. vide & supra in præpositione *In*. Sic, *Saltibus in vacuis pascunt*, Virgil. 3 Georg. v. 143. Et Ovid. 1 Fast. v. 493

Omne solum forti patria est: ut piscibus æquor,
Ut volucri, vacuo quicquid in orbe patet:

ubi per *orbem vacuum*, aëra intelligit, quem *inane* Virgil. appellat 12 Æneid. v. 354 *Ante levi jaculo longum per inane secutus.*

Sed, *Animus vacuus*, est solutus, ein frey, geruhiges, müßiges gemüth: Cic. de Clar. Orat. c. 5 *Si es animo vacuo, expone nobis, quod quærimus.* Et ad Attic. 12 epist. 38 *Animum vacuum ad res difficiles scribendas afferre.* Idem 2 Verr. c. 18 *Habere dies vacuos*, müßige tage haben. *Locus vacuus a turba*, Idem de Finib. 5 c. 1, ein stiller ort. *Tempus vacuum laboris dare sibi*, Terent. Heaut. 1, 1 v. 38, ubi alii *vacivum* legunt. Cic. ad Attic. 2 epist. 23 *Cum vacui temporis nihil haberem.* Et, *Vacuum esse periculo*, ad Quint. fratr. lib. 1 epist. 3. *Vacuum ab omni molestia esse*, Cic. 11 fam. epist. 16 pr. keine beschwerung haben. *Nihil tutum, nihil insidiis vacuum*, Idem ad Planc. 4 fam. epist. 14. *Nummi vacui*, qui sunt sine fœnore, geld, das da lieget, unausgeliehen, apud Jureconsultos. vide supra in *Occupo*. ¶ 2. Tacitus Hist. 2 c. 38 *Ubi subacto orbe, & æmulis urbibus, regibusque excisis securas opes concupiscere vacuum fuit*, i. e otium fuit, & copia. Sallustius, quem imitatus more suo Tacitus, apud Gellium 9 c. 12 *Postquam remoto metu Punico simultates exercere vacuum fuit.* Ovid. superlative usus est lib. 3 de Ponto epist. 1 v. 141

Nec rursus jubeo, dum sit vacuissima, quæras.

¶ Văcīvus, a, um, pro *vacuus*, leer. Vet. Gloss. *vacivus*, εὔκαιρος. Sed magis proprie *vacivæ ædes* dixit Plautus Casinâ 3, 4 v. 6. Et, *vacivæ ædes aurium*, in Pseudolo 1, 5 v. 54, offen gehör. Idem Trinum. prologo v. 11 *Date vacivas aures.*

¶ Vacīvitas, ātis, vacuitas, die ledigkeit, müßigkeit. Plaut. in Casina 2, 3 v. 40 *Cibi vacivitate.* Et D. Brutus Ciceroni lib. 11 fam. epist. 10 *Quantam cupiditatem hominibus injiciat vacivitas, non te fugit.* Alii quidem *vacuitas*: sed *vacivitas* probatur acutissimo viro J. G. Grævio, qui id ex MSS. tuetur.

¶ Vacuĭtas, ātis, idem. Vitruvius 8 c. 2 *Propter vacuitatem loci.* Et Cic. Offic 1 c. 21 *Adhibenda est vacuitas ab angoribus*, i. e. vacatio. Et de Finib. 1 c. 10 *Liberatione & vacuitate omnis molestiæ gaudemus.* Et plural. *interveniorum vacuitates*, Vitruv. 2 c. 7.

¶ Văcuo, āre, vacuum efficere, ausleeren, leer machen. Columella 3 c. 13 *Ripam erigi jubeat, sulcumque vacuari.* Et Martialis 11 epigr. 6

Elysium liceat si vacuare nemus.

Et Silius 11 v. 571 *Impensis belli vacuatos sæpe penates.*

¶ Văcūna, æ, Dea, quæ vacantibus & otiosis præest. Ovid. 6 Fast. v. 307

Nam quoque cum fiunt antiquæ sacra Vacunæ, &c.

Meminit & Horatius 1 epist. 10 extremâ, ubi Torrentium, si lubet, vide. Hinc

¶ Vacunālis, e, ad Vacunam sive otium pertinens, müßig. Ovid. l. c. v. 308 *Ante Vacunales stantque sedentque focos.*

¶ Văcuēfăcio, fēci, factum, facĕre, leer und ledig machen; ut, *Vacuefacere insulam*, ejectis scil. incolis, Nepos Cimone c. 5. *Venas inedia vacuefacere*, Macrob. Saturn. 7 c. 12. Sic, *Circumcisionem vacuefacere*, *abstinentiam suillæ carnis auferre*, i e. abrogare, Lactant. 4, 17, 1.

¶ Vacuefactus, a, um, leer gemacht; ut, *Vacuefactæ bello possessiones*, Nepos in Timol c. 3, hoc est, desertæ, vastatæ bello. Et, *Subsellia vacuefacta*, Cic. in Catil. 1 c. 7.

¶ Vacēfio, ĕri, pro vacuefieri, leer werden. Lucret. 6 v. 1003 *Multusque vacefit in medio locus.* conf. & v. 1015.

Composita:

¶ Evăcuo, āre, ausleeren, leer machen; ut, *Evacuare alvum*, Plin. 20 c. 6.

¶ Evacuātus, a, um, i. e. sublatus, aufgehoben, zernichtet; ut, *Evacuatæ obligationis vires reparare*, Leg. 4 Cod. de Solut.

¶ Evacuātio, ōnis, die ausleerung, ausräumung. Tertull. advers. Marc. 4 c. 24 *Fidei evacuationem & subjectionem bestiarum pollicetur.*

¶ Intervăco, āre, darzwischen leer seyn. Columella 4 c. 32 *Tripedaneis spatiis intervacantibus.*

¶ Subtervăco, āre, idem. Seneca 6 Quæst. Nat. c. 25 *In illum subtervacantem locum.* Nisi divise scribendum est, & *subter* vim adverbii sustineat.

¶ Supervăco, āre, übrig seyn: Gellius 1 c. 22 *Magnam partem superesse ita dixerunt, ut eo verbo significarent superfluere & supervacare.*

¶ Supervacuus, a, um, &

¶ Supervacānĕus, a, um, a *vacuo* facta sunt, & significant idem quod superfluum, seu non necessarium, überley, unnöthig, vergeblich. Plin. in Paneg. c 50 *Multa concupiscebat, cum haberet supervacua tam multa.* Cic. de Nat. Deor. 1 c. 35 *Quicquid usum non habet, supervacaneum est.* Sic, *Pro supervacaneo ac inutili haberi*, Liv. 10 c. 24. Et Sallust. in Catil. c. 51 *De timore supervacaneum est disserere.* Et Orat. 2 ad Cæs. de Republ. ord. *Magnæ navis supervacua onera.* ¶ 2. * Cicero de Senect. c. 16 *conditiora facit hæc supervacanei operis aucupium & venatio*: i. e. quibus servimus tempore quasi subcisivo, cum justo & legitimo sumus defuncti opere seu labore, quem agricultura poscit: *Grævius.*

¶ Supervacue, adverbium, idem. Paulus lib. 3 Recept. Sent. tit. 5

sent. 20

fent. 20 *Libertas supervacue data videtur.* Et Tertullianus ad Martyres c. 1 *Gladiatores perfectissimos non tantum magistri & præpositi sui, sed etiam idiotæ, & supervacue quique adhortantur de longinquo.*

¶ Supervăcuo, adv. idem. Vlpianus Lege 14 de Religiof. & fumtib. fun. § 8 *Si supervacuo fuerit factum.* Vfus & Javolenus lege 64 D. de contrah. emtione.

VADIMONIS, lacus in agro Viterbienfi eft, aquis fulphureis fcatens, quem Plinius defcribit lib 8 epift. 20.

Vado, are, Vadimonium, vador, ari, vide *Vadum, Vas, vadis.*

VĀDO, fi, fum, ĕre, a βαδίζειν, ire, tranfire, gehen, wandern. Virg. 2 Æn. v. 396 *Vadimus immisti Danais.* Cic. ad Attic. 4 epift. 10 extr. *Ad eum mane vadebam, cum hæc scripsi.* Et Liv. 3 c. 63 *Vadere in prælium.* Idem lib. 26 c. 6 *Per media castra vadere* dixit. Ovid. 4 Trift. eleg. 3 v. 74

Ardua per præceps gloria vadit iter.

Tertull. de Pallio c. 3 *Ad illum ex Lybia Hammon vasit.*

¶ Vādens, tis, gehend. Virg. Æn. 6 v. 263

Ille ducem haud timidis vadentem passibus æquat.

Compofita:

¶ Circumvādo, fi, fum, ĕre, umher fchleichen. Livius 34 c. 38 *Cum tantus undique terror circumvasisset.*

¶ Evādo, fi, fum, ĕre, effugere, entgehen, entkommen. Effertur fere cum accufativo, & ablativo, vel folo, vel cum præpofitione; ut, *Cæsares, quibus erat suspectus, evasit,* Plin. 2 epift. 1. *Flammam evasit classis,* Virg. 5 Æn. v. 689. *Evadere amnem,* Tacit. Annal. 12 c. 35. *Evasisse gravem casum,* Idem lib. 14 c. 6. Et, *Evadere in tutum,* Livius 26 c. 17, in fichern ort kommen. *Evadere in muros,* pro afcendere, Livius 25 c. 23 extr. Et, *Evadere in summum,* Idem lib. 7 c. 34, den hochften ort erobern, erfteigen. *Evadere undis,* Virg. 9 Æn. v. 99. *Ab improbis judicibus evadere,* Cic. Tufc. 1 c. 41. Sic, *Evadere e custodiâ,* Quintil. 2 c. 17; & *e manibus hostium,* Liv. 22 c. 49. *Heri lenitas verebar quorsum evaderet,* Terent. Andr. 1, 2 v. 4. Et Cic. ad Attic. 9 epift. 18 *Videamus hoc, quorsum evadat.* Rurfum Terent. Eunuch 3, 3 v. 2 *Ubi friget, huc evasit.* Similiter in Andria 1, 1 v. 100 *Quam timeo, quorsum evadas,* id eft, quo perventurus fis narrando, worauf du noch fallen wirft. *Evadere in magnum malum,* Idem Ter. Adelph. 3, 4 v. 60. Sed, *Adolescens Epicureus evaserat,* er war ein Epicurer worden, Cic. de Clar. Orat c. 35. Et ibidem c. 27 *E philosophorum scholis tales fere evadunt.* Et ibidem rurfus: *Is simili ratione summus evaserat,* er war groß worden. Sic, *Evasit cœptum inane,* Livius 35 c. 47. *Evasti,* pro *evasisti,* Horatius ufus eft 2 fat. 7 v. 68. Adde Nonium c. 4 n. 157.

¶ Evāfus, a, um, vermeidet; ut, *Evasa mors,* apud Alcimum. Et, *Evasum fulgur,* apud Juvencum.

¶ Invādo, fi, fum, ĕre, aggredi, irruere in aliquem, impetum facere, überfallen, angreiffen, eindringen. Accufativum cum & fine præpofitione adfcifcit. Virg. 2 Æn. v. 265

Invadunt urbem somno vinoque sepultam.

Sic, *Invadere fortissime,* Quintil. 5 c. 13. *In advenientem aliquem cum ferro invadere,* Cic. pro Cæcin. c. 9. *Invadere vi in urbes,* Idem in Verr. 3 c. 20, mit gewalt einfallen. Et, *In fortunas alicujus invadere,* Cic. 2 Philipp c 26, einem in feine güther fallen; & *In pecunias,* ibidem c. 16. Nimirum *invadere* eft, per vim atque injuriam, & antequam debeatur, arripere, five fumere: quemadmodum & *consulatum invadere* Suetonius dixit Augufto c. 26. Eleganter Tertullianus de Pœnitentia c. 3 *Pœnitentiam invadere,* pro pœnitentiam agere dixit, antequam delinquas. Namque de bono facto pœnitere, irrationale eft. Et c. 6 *Ille sumit, hic invadit.* Sic, *Invadit dolor repente,* Terent. Hecyr. 3, 2 v. 22, der fchmertz überfället. *Vis morbi in corpus invasit,* Liv. lib. 21. Et, *Invasit hoc malum in rempub.* Cic. 2 Off. c. 21. *Libido eundi plerosque invaserat,* id eft, incefferat, die luft war ihnen ankommen, Salluftius in Catil c. 5. Et, *Rabies multitudinem invasit,* Liv. 31 c 18. ¶ 2. Conftruitur & aliquando cum dativo: Varro de vita P. R lib. 4 *Tanta invasit cupiditas honorum plerisque, ut vel cælum ruere, dummodo magistratum adipiscantur, exoptent.* Cic. 16 fam. ep. 12 ad Tironem: *Sed nimis invaserat furor, non solum improbis, sed etiam his, qui boni habentur.* Et Gellius 19 c. 4 *Vt quibus invasit repentinus rei magnæ timor*

¶ Invāfus, ûs, fubft der anfall, angriff. Cœl. Aurel. Tard. 1 c. 4 *Primo invasu affici passione.*

¶ Invafio, ōnis, idem. Gloff. Cyrilli: *Invasio,* ἐφόρμησις, ἔφοδος.

¶ Invāfor, ōris, qui vi occupat, ein anfaller. Aurel. Victor junior in Aureliano c. 49 *Romanum orbem triennio ab invasoribus receptavit.*

¶ Pervādo, fi, fum, ĕre, hindurch gehen, durchdringen; ut, *Hostes pervasēre,* Tacit. 4 Annal. c. 51. Et Livius 7 c. 36 *Custodibus cæsis ad castra pervadit.* Cic. in 3 Verr. c. 26 *Per agros quantum incendium pervaserit, cernitis,* was für ein feuer durchs land gewütet habe. Sic Liv. 2 c. 23 *Fama ea forum atque urbem pervasit.* Idem lib. 26 c. 15 *Murmur a tribunali totam pervasit concionem.* Et Cic. pro Lege Manil. c. 9 *Pervasit opinio per animos hominum.* Et, *Pervasit morbus,* Idem pro Sylla c. 19.

¶ Pervāfus, a, um, paffive, durchgangen, durchdrungen; ut, *Pervasa urbe,* Ammian. 24 c. 7. *Pervasis regionibus,* Idem lib. 31 c. 8. Et, *Pervasa migrare domo,* Sedul. 3 v. 309.

¶ Pervafio, ōnis, die durchdringung. Salvian. de Gubern. D. lib. 5 fub fin. *A rerum alienarum pervasione non abstinent.*

¶ Pervāfor, ōris, ein durchdringer. Salvian. lib. 5 p. 114 ed. Baluz. *Rebus eorum incumbunt pervasores.* Caffiodor. lib. 4 epift. 20 *Manente pœna pervasori.* Et Paulinus Petrocor. lib. 6 v. 43 de obfeffo a dæmone:

propriis alieno in corpore voces
Edere pervasor captivo ex ore jubetur.

¶ Supervādo, ĕre, fupergredi, vel fuperare, überfteigen. Salluftius in Jugurtha c. 75 *Omnes asperitates supervadere.* Et Livius 32 c. 24 *Ruinas muri supervadebant.*

VĂDUM, i, aquæ, maris, fluminis lacus, qua via datur, & tranfiri tuto poteft, der furt, das feichte waffer. Livius 38 c. 18 *Pontem, quia vado nusquam transitus erat, facere instituit.* Et Cæf. 1 de Bell. Gall. c. 6 *Rhodanus nonnullis locis vado transitur,* man kan durchwaten, durchreiten, oder fahren. Poëtæ *vadum* frequenter pro *mari* ponunt. Catull. in Argonauticis five carm. 65 v. 6

Aus sunt vada salsa citâ decurrere puppi.

Cicero metaphorice dixit pro Cœl. c. 21 *Quoniam emersisse jam e vadis, & scopulos prætervecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur:* ubi *Emergere e vadis,* eft, eluctari ex difficultatibus. Et Terent. Andr. 5, 2 v. 4 *Omnis res est jam in vado,* hoc eft, in tranquillo, in tuto, es hat nun alles keine noth. Et Plautus Aul. 4, 10 v. 73 *Hæc propemodum jam esse in vado salutis videtur.* Vincent ifta exempla, male Carifium exiftimaffe, *vada* in plurali tantum dici. ¶ 2. Virili genere Salluftius lib. 1 Hiftor. *facilem vadum,* apud Nonium c. 3 n. 265 dixit.

¶ Vada, ōrum, plurale, locus Italiæ in Liguria, cui alias *Sabatiorum* cognomen adjicitur. D. Brutus ad Cic. 11 fam. epift 10 *ad Vada pervenit.* Et epift. 13 *primquam ad Vada venit.* vide Geograph.

¶ Vădōfus, a, um, feichte, da man durchwaten kan; ut, *Mare vadosum,* quod vadis abundat, Cæf. 1 de B. C. c. 25. *Vadosum ostium portus,* Livius 37 c. 14. *Vadosus amnis,* Virg. Æn. 7 v. 728. *Vadosæ aquæ,* Lucan. 8 v. 698. Superlat. *Ganges, ubi vadosissimus est,* Solin. c. 65.

¶ Vădo, āre, vado tranfire, durchwaten. Sic, *Flumen propter brevitatem facile vadari poterat,* Solin.

VAE & VAEH, οὐαί, interjectio minantis, execrantis aut dolentis, wehe; ut, *Væ misero mihi,* Terent. Andr. 2, 1 v. 2. *Væ tibi, Causidice,* Martial. 5 epigr. 34. Et fine dativo; Virg. eclog. 9 v. 28

Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.

¶ 2. *Væ victis!* a Brenno, Gallorum rege, in proverbium venit, ut difertim fcribit Feftus. ¶ 3. *Væ,* particula infeparabilis: vide *Ve.*

Væneo, ire, vide infra *Veneo* in *Vendo.*

VĂFER, fra, frum, quafi *Veafer,* id eft, *valde Afer;* celebrata enim & nota fatis ejus gentis calliditas: δόλιος, πανοῦργος, *callidus, astutus,* quem Germani dicunt, ein liftiger kopff, verfchlagener und verfchmitzter gefell; ut, *Vafer in disputando,* Cic. de Republ. apud Nonium c. 1 n. 70. Item, *Chrysippus Stoicorum somniorum vaferrimus interpres,* lib. 1 de Nat. Deor. c. 15. Comparat. *Vafrior:* Hieronymus epift. 23 extrema ad Marcellam: *Cavillentur vafriora licet.*

¶ Văfre, adverb. liftig, tückifch. Cic. 2 in Verr. c. 53 *Nihil sane vafre, nec malitiose facere conatus est.* Hinc titulus apud Valer. Maximum lib. 7 c. 3 *De vafre dictis aut factis.* Et ibidem exemplo 2 *Tam vafre telluri impressum osculum.*

¶ Vafricia, æ, (vafricies, ēi,) die liftigkeit. Seneca epift. 49 *Non vacat mihi vafriciam meam experiri,* fcil. in verbis dubie cadentibus.

¶ Vafrāmentum, i, die tücke, argliftigkeit. Valer. Max. 7 c. 3 ext. 2 *Quantum imperium quam parvo interceptum est vaframento.*

Vagabundus, vage, &c. vide paullo poft *Vagus.*

VĂGEDRŪSA, æ, fluvius inter Achaten & Gelam, apud Silium 14 v. 230, ubi Ortelius *Arethusa* reponi fruftra voluit.

VĂGENNI, vel VĂGIENNI, ōrum, populus Alpinus in Liguriæ finibus, quorum *Augusta Vagiennorum* fuit. vid. Plin. 3 c. 5 & 20; & Silius 8 v. 608.

VĀGĪNA, æ, die fcheide; ut, *Vagina gladii,* eine degen-fcheide: Cic. de Invent. 1 c. 4 *Educere gladium e vagina,* die wehre zucken. *Gladium vaginâ vacuum in urbe non vidimus,* Idem pro Marcell. c. 6. *Ensem vagina aptare eburna,* Virg. Æn. 9 v. 305. Et, *Vagina diripere ensem,* Idem Æn. 10 v. 475. *Vagina* autem Ifidoro 18 c. 9 videtur dicta quafi *Bajugina,* quod in ea mucro vel gladius bajuletur; Voffio quafi *Vacina* a vacuitate; Aliis a *vagiendo,* quod quafi vagitum edat, dum ftringitur gladius. ¶ 2. *Vagina* in frumento vel fegete, qua fpica continetur nondum exerta, der fchoßbalck, die hülfe. Cic. de Senect. c. 15 *Herbescens viriditas nixa stirpium fibris sensim adolescit, culmoque erecta geniculato, vaginis jam quasi pubescens includitur.* Cato c. 32 *Frumentum dicunt quindecim diebus esse in vaginis, quindecim florere, quindecim exarescere.*

¶ Vagīnŭla, æ, diminut. eine kleine fcheide, hülfe. Plin. 18 c. 7 *Far servare in vaginulis suis.*

¶ Evāgīno, are, aus der fcheide ziehen. Hinc

¶ Evaginātus, a, um, ausgezogen, entblößt. Juftin. 1 c. 9 *Ipse gladio sua sponte evaginato vulneratus.* Hyginus fab. 164 *Aliquem evaginato persequi gladio.* Et Vegetius de Re Milit. 1 c. 18 *evaginatum gladium tenens.*

¶ Evaginātio, ōnis, der ausfchweiff. Arnobius lib. 1 p. 30 *Contumaciam canceris sævi ad subeundam cicatricem circumscriptis evaginationibus compulerunt.* vid. Meurf & Defider. Heraldum in h. l.

VĀGIO, īvi, ītum, ire, βαβάζειν, infantum eft, weinen wie ein klein kind, wimmern, quäcken. Terent. Hecyr. 4, 1 pr. *Audisse vocem pueri visus est vagientis.* Cic. de Senect. c. 23 *Vagire in cunis.* Et, Ovid. 2 Faft. v. 405 *Vagierant ambo pariter:* Sive, ut Heinfius ex MSS. legit, *Vagierunt clamore pari.* Factum verbum a fono, quem primum pueri edunt: vide Gell. 16 c. 17. Varro tamen hoc hœdis tribuit lib. 6 de L. L. c. 5; *Ejusdem,* inquit, Ennii puta, *ab hœdo, Clamor ad cælum volvendus per æthera vagit.* Videtur huc facere, quod Plautus *Obvagire* hœdis tribuit loco mox allegando. vid. Voff lib. 4 Inftit. Orat. p. 96. Autor Philomelæ v. 60 *Vagire* leporibus tribuit, & præter communem ufum primam corripit.

¶ Vāgītus, ûs, fubft. vox infantium, das gewimmer, kinder-gefchrey. Martial. 9 epigr. 9 *Sordida vagitu posceret æra puer.*

Quintil. 1 c. 1 *Edere vagitum.* Plin. in præfat. lib. 7 *Natura hominem nudum, & in nuda humo natali die abjicit ad vagitus statim & ploratum, & sic a suppliciis homo vitam auspicatur,* &c.

¶ Vāgor, ōris, idem. Lucret. 2 v. 576

Miscetur funere vagor,
Quem pueri tollunt visentes luminis oras.

Ennius *Vagorem* pro *Vagitu* etiam habet apud Feftum.

¶ Vāgīto, are, frequentativum, fehr wimmern. Statius 4 Silv. 8 v. 35

Cumque tibi vagitet tertius infans.

Sed alii malunt *vagiret:* vide Morelli annotationem.

¶ Vagi-

¶ Vagitānus, vide infra *Vaticanus*, in *Vates*.

¶ Vagŭlātio, ōnis, docente Festo, *significat quæstionem cum convicio*: & deducitur a *Vagulo*, quod est derivatum a *Vagio*, eine jammer-klage.

¶ Obvāgio, ire, umher heulen. Plaut. in Pœnul. prolog. v. 31 *Nec esurientes quasi hædi obvagiant.*

Vagītus, &c. vagor, ōris, Vagor, ari, vagulus, vide *Vagio*, *Vagus*.

VĀGUS, a, um, πλάνης, qui a negotiis liber, hinc inde oberrat & vagatur, unstet, flüchtig, herum lauffend. Cic. pro Cluent. c. 62 *Errare vagum & exulem.* Et, *Fortuna vaga & volubilis*, Idem pro Milon. c. 26. *Errans & vaga sententia*, id est, incerta & instabilis, Idem de Nat. Deor. 1 c. 1. *Vagæ aves*, Horat. 4 od. 4 v. 2. ¶ 2. De salacibus quoque & libidinosis usurpatur, qui quærunt passim. Columella 12 c. 1 *Curandum est, ut ne vagum villicum*, (der andern nachlauffet,) *nec aversum contubernio suo habeamus.* Martial. 6 epigr. 21

Sæpe ego lascivum Martem furibunda cecidi,
Legitimos esset cum vagus ante toros.

Sic & *vagari* verbo usus Arnobius, de quo mox. Et de otioso Statius Hercule Epitrapezio princ.

Cum patulis tererem vagus otia septis.

¶ Văge, adverb. hin und her; ut, *Res sparsæ & vage dejectæ*, Auctor ad Herenn. lib. 4 c. 2. vid. Liv. lib. 26 c. 39.

¶ Vagŭlus, a, um, diminutiv. umschweiffend. Adrianus imperator in carmine, quod moriturus dixit, apud Spartianum c. 25

Animula, vagula, blandula.

¶ Văgor, ātus sum, ari, vagum esse, oberrare, umher schweiffen, streiffen, in der irre gehen. Cic. de Invent. 1 c. 2 *Fuit quoddam tempus, quum in agris homines passim bestiarum more vagabantur.* Et, *Vagamur egentes cum conjugibus & liberis*, Idem ad Attic. 8 epist. 2. *Vagari gregatim*, Plin. 9 c. 16, hauffenweise ziehen. *Animus vagatur errore, nec habet quid sequatur*, Cic. 2 Off. c. 2. *Licentia vagans*, Horat. lib. 4 od. 15 v. 10. ¶ 2. Usurpatur hoc verbum de grassante milite, & passim spargente vim & violentiam suam, streiffen. Horat. lib. 3 od. 14 v. 19

Spartacum si qua potuit vagantem
Fallere testa

¶ 3. Item, de lascivis & petulantibus & libidinosis, auslatschen. Sueton. Nerone c. 26 *Post crepusculum statim arrepto pileo vel galero, popinas inibat, circumque vicos vagabatur ludibundus, nec sine pernicie tamen.* Idem Othone c. 2 *Ferebatur & vagari noctibus solitus: atque invalidum quemque obviorum vel potulentum corripere ac distento sago impositum in sublime jactare.* Arnobius de Jove lib. 4 adversus gentes: *An uxore contentus haud una, concubinis, pellicibus atque amiculis delectatus impatientiam suam spargebat passim (ut vagari adolescentens solent,) salax Deus?* Ita enim legendum putavit hunc locum Rigaltius notis ad Martialem. Et vere, ut mea opinio est.

¶ Vago, are, veteres etiam dixerunt, ausschweiffen. Varro apud Nonium c. 7 n. 2 *Puellæ cum choro pari vagarunt.* Plura vide ibi ex Accio, Pacuvio, Ennio & aliis. Plaut. Milit. 2, 5 v. 14 *Quæ circum vicinos vagas*: ita Nonius: alii, *vaga es.* Tacitus 1 Hist. c. 44 *Seu tum primum levata omni solicitudine mens vagare gaudio cœperat.* Prudent. hymn. ante somnum v. 29

Liber vagat per auras
Rapido vigore sensus.

¶ Văgans, tis, qui vagatur, umschweiffend, herumfliegend; ut, *Volucres huc & illuc passim vagantes*, Cic. de Divin. 2 c. 38. Sic & Tibullus 1 eleg. 3 v. 59 *Passim vagantes aves.* Plura vide ante in *Vagor.*

¶ Vagabundus, a, um, idem. Onomast. Vetus: *Vagabundus*, ἀλώμενος. Et Augustinus Confession. 5 c. 6 pr. *animo vagabundus.* Idem Confess. 13 c. 5 *vagabunda deliquia.* Dracontius Hexaemero v. 140

Cum vagabunda volat commotis plausibus ales.

Senecæ exemplum de Vita beata c. 12 vitiosum est, & Pincianus ac Gronovius *reptabundus*; Lipsius, *ructabundus* legunt: Gronovio etiam *lapsabundus* non displicet.

¶ Văgātio, ōnis, die streifferey, ausstreiffung. Liv. 5 c. 8 *Neglectum Anxuri præsidium vagationibus militum oppressum est.*

I. Composita cum nominibus:

¶ Fluctivăgus, Montivăgus, Multivăgus, Nubivăgus, Omnivăgus, Paludivăgus, Solivăgus, Vulgivăgus, vide in *Fluctus*, *Mons*, *Multus*, *Nubes*, *Omnis*, *Palus*, *Solus*, *Vulgus*.

II. Composita cum præposit.

¶ Circumvăgus, a, um, umschweiffend. Lucanus Panegyr. Pison. v. 19 de Sole: *ætheræ moles circumvaga flammæ.*

Prudentius Psychomach. v. 814 *Circumvaga postquam*
Sedit marmoreis fundata altaribus arca.

¶ Divăgor, ari, ausschweiffen. Lactantius de Ira c. 9 extr. *ne longius divagetur oratio.* Quidam *devagetur* legunt.

¶ Evăgor, ari, einen ausschweiff machen, auslauffen; ut, *Euphratem nivibus tabefactis inflatam, late fusis gurgitibus evagari, ideoque vado nequaquam posse transiri*, Ammian. 18 c. 18. *Evagantur aquæ*, Plinius 10 c. 33. Et, *Evagata est longe vis morbi*, Livius 3 c. 7, die seuche hat sich weit ausgebreitet. *Verum hactenus evagari satis fuerit*, hoc est, extra institutum excurrere, Quintilian. 2 c. 4.

¶ Evagātio, ōnis, die ausschweiffung. Plin. 2 c. 17 de planetis: *Spatia longitudinis latitudinum evagatione pensant.*

¶ Obvăgŭlo, are, herum streichen. Festus in *Portus* & in *Vagulatio* ex Leg. XII Tabb. *Feriis tertiis ob portum obvagulatum ito.* Sed Turnebus Adverf. 13 c. 26, & 19 c. 14 legit *ob vagulationem*, & a *Vagio* deducit.

¶ Pervăgus, a, um, umher lauffend. De Cupidine Ovid. Art. am. 2 v. 18

Vasto pervagus orbe puer.

¶ Pervăgor, ari, durchstreichen, durchwandern. Plin. 1 epist. 12 *Dolor omnia membra pervagabatur.* Cic. de Legib. 1 c. 11 *Pervagantur molestiæ mentes omnium.*

¶ Pervagātus, a, um, der herum gezogen ist. Liv. 38 c. 17 *Natio pervagata bello prope orbem terrarum, die alles durchkrochen.* ¶ 2. Idem ac pervulgatus, sehr gemein. Cic. 1 de Orat. c. 36 *Communia & pervagata.* Idem pro Marcello c. 8 *Illustris & pervagata fama alicujus rei.* Et in Oratore c. 43 *Pervagatissimus versus.*

¶ Pervăgābilis, e, durchstreichend. Sidon. 2 epist. 2 *Pelagi campus cymbulis late secatur pervagabilibus.*

¶ Supervăgor, ari, sich überflüßig ausbreiten. Columella 4 c. 21 pr. *ne vinea supervagetur*, scilicet putatione opus est.

¶ Supervagātus, a, um, über gebreitet. Idem Colum. 4 c. 22 *Supervagatam partem duramenti recidere.*

¶ Supervagāneus, a, um, super omnia vagans, in die höhe fliegend. Sic, *Supervaganea avis* in auguriis quæ fuerit, vide apud Festum.

VAH, & Vaha, φεῦ, interjectio admirantis, exsultantis, & insultantis, ey! ach! Ter. Andr. 3, 4 v. 10 *Vah, consilium callidum.* Et Adelph. 2, 1 v. 32 *Vah, leno iniqua me non vult loqui.* Plaut. Curcul. act. 3 v. 79 *Vah.* C. *Quid mirare?* conf. Barth. ad lib. 4 Theb. Statii p. 1060.

Valde, valedīco, valens, valentia, &c. vide sequens *Valeo*.

VĂLEO, ui, ēre, significat esse validum, id est, secunda valetudine, frisch, starck, gesund, wohl auf seyn. Plaut. Amphitr. 2, 1 v. 34 *Equidem valeo, & salvus sum recte.* Brutus ad Cic. 11 fam. epist 23 *Nos hic valemus recte, & quo melius valeamus, operam dabimus.* Sic, *Valere a morbo*, Plaut. Epid. 1, 2 v. 26; &, *ab oculis*, Gell. 13 c. 30. Argute Martial. 6 epigr. 70 *Non est vivere, sed valere, vita.*

¶ 2. Vires & potentiam significat, gelten, mächtig seyn; e. g. *Id in omnes partes valet*, Cic. 4 fam. epist. 10. *Neque tam* (sum) *imperita, ut, quid amor valeat, nesciam*, hoc est, possit, was die liebe könne oder vermöge, Terent. Eunuch. 5, 2 v. 42. Idem Heaut. prolog. v. 25 *Vestra existimatio valebit*, euer ansehen wird durchdringen. Sic, *Valere gratiâ, auctoritate*, Cicero passim. Et, *Gratulor tibi, quum tantum vales apud Dolabellam*, Cic. 9 fam. epist. 14. Et, *Quorum auctoritas apud plebem plurimum valet*, Cæsar 1 B. Gall. c. 17. Sic, *Vales in vulgus insipientium opinio*, Cic. 2 Tusc. c. 26. *Fiet, quodcunque volent, qui valebunt*, Idem 9 fam. epist. 17, die die oberhand und gewalt haben. Et, *Valebunt semper arma*, ibidem. Cic. de Senectute c. 10 *Nemo adhuc convenire me valuit, quin fuerim occupatus.* Nepos 7, 1, 2 *Valere dicendo*, beredt seyn. ¶ 3. *Valere* de pretio, gelten, den werth haben; ut, *Scrupulum valet sestertiis vicenis*, Plin. 33 c. 3. Sic, *Valere minimo*, leg. 13 ff. § 5 de actionib. empti. Et cum accusativo: *Denarii dicti, quod denos æris valebant*, Varro de L. L. 5 c. 36; cum quo casu Budæus fere perpetuo in ea significatione hoc verbum conjunxit. ¶ 4. Transfertur ad animum etiam, qui vel liber doloribus ac curis est, vel recte sapit. Terent. Andr. 3, 1 v. 9 *Omnes, cum valemus, recta consilia ægrotis damus.* Plaut. Curcul. 1, 3 v. 13 *Male valere te* (video,) *quod mihi est ægre*: MALE VALERE, male sapere est. Nam quod se Phædromus non spretus puellæ, quam amabat, Deum putabat, id Palinurus vesaniam interpretatur. ¶ 5. Corn. Nepos Themist. c. 2 *Id responsum quo valeret, cum intelligeret nemo* &c. id est, quo spectaret, quo pertineret: wo es sich hin zöge, wohin es zu verstehen sey. ¶ 6. *Valet lex*, Idem Nepos Thrasyb. c. 3, i. e. servatur, es wird gehalten. ¶ 7. *Valeas, valeat, valeant*, imprecativum ab aliquo abeuntium, quemadmodum Valla exposuit lib. 6; ut, *Valeat, habeat illam, quæ placet*, Ter. Andr. 5, 3 v. 18, gehe hin, fahre hin, &c. *Valeant, qui inter nos dissidium volunt*, Idem Andr. 4, 2 v. 14, die müsse ein böses jahr ankommen &c. Habet enim significationem maledicti, ut Servius inquit super Virg. lib. 2 Æn. conf. Voss. 4 Instit. Orat. p. 191.

¶ Văle, valete, valēre, salutandi verbum discedentium, lebe wohl, gehabt euch wohl; ut, *Vale, mi frater*, Cic. ad Qu. fratr. 2 ep. 8. *Etiam atque etiam vale*, Idem 5 Att. ep. 19. Et, *Valete mea desideria, valete*, lib. 14 fam. ep. 2. Et lib. 5 ad Att. ep. 2 *Hominem salutavi, postea valere jussi.*

¶ Vălēdīco, xi, ctum, ēre, abschied nehmen, tritum & usitatum verbum, sed Cicero habet, *jubeo valere*, ut modo dictum. Suetonius verbum dividit in Augusto c. 53; in Tiberio c. 72; & in Galba c. 4; Etiam Ovidius divisit 1 Trist eleg. 3 v. 57

Sæpe vale dicto rursus sum multa locutus.

Conjunctis tamen etiam vocabulis videtur usus idem Ovidius Trist. 1 eleg. 7 v. 21 *Valedicere saltem.* Et Seneca epist. 17 *Tibi valedicere non licet.* Sic & Sulpit. Sever. Dial. 1 c. 3 *Tibi hinc abiens valedixi.* conf. Borrich. Vindic. p. 232.

¶ Valedictōrius, a, um, zum abschied gehörig, ad artis vocabula referri potest; ut, *Oratio valedictoria.* vid. Cellar. Antibarb. p. 100.

¶ Valefăcio, ēre, pro *Valedicere*, Apulejus posuit aliquoties; ut lib. 4 Milef. p. 150 *Post hic vale facto, discessimus.* Et Augustinus epist. 336 *vale faciens collegæ suo.* Incertum, conjuncte an separatim scribatur. Adde Vulg. Act. c. 18 v. 18.

¶ Vălens, tis, giltig, mächtig, gesund, starck. Virg. Æn. 5 v. 431 *Membris & mole valens.* Vellej. 2, 49, 3 *Hic omnia speciosa, illic valentia.* Ovid. Trist. 1 eleg. 7 v. 29 *Caussis valentibus vinctus.* Varr. de Re Rustica 3 c. 16 *Providendum, ne infirmiores a valentioribus opprimantur.* Cicero in Verr. 5 c. 54 *Lictores valentissimi, & ad pulsandos verberandosque homines exercitatissimi.* Idem lib. 5 fam. epist. 21 *Quavis tuta conditione pacem accipere malui, quam viribus cum valentiore pugnare.* Et, *Valentissima vox*, Seneca præfatione lib. 3 Controverf.

¶ Vălenter, adverb. gewaltig, mächtig, nachdrücklich. Celf. 5 c. 26 n. 21 *Nimis valenter ibi retenta materia.* Seneca lib. 3 Controverf. 22 *Non diu dicebat, sed valenter.* Valer. Max. 3, 7 ext. 6 *Si sensum æstimes, copiose & valenter.* Et comparat. Ovid. Met. lib. 11 v. 481 de Euro: *Spirare valentius.*

¶ Valentia, æ, robur, die stärcke: Titinnius apud Nonium c. 1 n. 68; & c. 2 n. 901 *Sapientiâ gubernator navem torquet, non valentiâ.* Boëth. lib. 3 pr. 9 *Imbecillioris valentiæ est.* ¶ 2. *Valentia* primitus dicta Roma: nam quod Latinis *valentia*, ῥώμη Græcis est. vide Solin. c. 1, & supra *Roma.* ¶ 3. Est & *Valentia* Allobrogum civitas, ad Rhodanum juxta Viennam. ¶ 4. Et hujus nominis civitas in Hispania. vide Geograph.

¶ Valentŭlus, a, um, noch etwas starck. Plaut. Casin. 4, 4 v. 26 *ut valentula est.*

¶ Vălesco, ēre, validum fieri, starck werden. Lucret. 1 v. 940; & lib. 4 v. 17 *Ætas recreata valescat.* Tacit. Hist. 1, 32, 3 *Bona consilia morâ valescunt.*

scunt. Idem Annal. 4, 15, 2 *Superstitiones valescunt*, sie nehmen überhand.

¶ Vălĭdus, a, um, robustus, firmus, starck, gesund; ut, *Validus ex morbo*, Liv. 3 c. 13. *Validus ac salvus*, Terent. Hecyr. 3, 5 v. 7. Etiam Plautus *Validum* pro sano & recte valente dixit Menæch. 5, 3 v. 2. *Vrbs valida muris*, Livius 1 c. 15. Et, *Validus facundiâ*, Plin. 3 epist. 9. *Validus numero militum*, Tacitus Ann. 14 c. 58 n. 3, hoc est, valens, pollens, præstans. Horat. 1 epist. 8 v. 7

Mente minus validus quam corpore toto.

Superlat. *Validissimum præsidium*, Plin. Panegyr. c. 9. Et Livius 2 c. 39 *Apparet, ducibus validiorem, quam exercitu, rem Romanam esse.*

¶ Valĭde, adverb. vehementer, sehr, starck. Plaut. Amph. 5, 1 v. 10 & 78 *Valide tenuit.* Quintil. 3 c. 8 *Verborum magnificentia non validius est affectanda*, so gar sehr nicht. Et, *Validissime favere*, Cœl. ad Cic. 8 fam. epist. 2. *Validissime cupere*, Plin. 9 epist. 35.

¶ Valde, adv. contractum ex *valide*, idem; ut, *Litteras tuas valde exspecto*, Cic. 16 fam. epist. 19. *Valde recusare*, Idem de Senect. c. ult. mächtig sehr, mit gewalt abschlagen. *Epistola tua valde me levabit*, Idem 4 ad Att. epist. 8. Et, *Rem te valde bene gessisse, rumor erat*, lib. 1 fam. epist. 8. *Valde, graviter ferre*, Cic. ad Attic. 1 epist. 17. Idem de Divin. 2 c. 39 *Quasi vero quicquam sit tam valde, quam nihil sapere, vulgare.* ¶ 2. *Valdius*, ex *Validius*, comparativ. Horat. de Arte Poët. v. 321 *Valdius oblectat populum.* Et lib. 1 epist. 9 v. 6 *Novit me valdius ipse.* Adde Plin. Hist. Nat. 30 c. 2.

¶ Vălētūdo, ĭnis, vocabulum μέσον, prospera enim & adversa est, gesundheit, stärcke; item, ungesundheit, schwachheit; ut, *Bona valetudo*, Cic. de Clar. Orat. c. 16. *Commoda, commodior*, Quintil. 6 c. 3. Et, *integra valetudo*, Cicero in Oratore c. 23. *Prospera*, Suetonio Cæs. c. 45. *Valetudo secunda*, Cels. præfat. lib. 1. At, *Valetudo adversa, infirma, ægra, insensa, perdita*, Cic. passim. *Iniqua*, Plin. 1 epist. 12. *Gravitas valetudinis*, Cic. 6 fam. epist. 2. *Infirmitas valetudinis*, Idem 7 fam. epist. 1, unpäßlichkeit, kranckheit. *Confirmata a morbo valetudo*, Cic. ad Attic. 10 epist. 17. *Homo tenui valetudine*, Idem de Senect. c. 11. *Dare operam valetudini*, Cic. lib. 1 de Orat. c. ult. nach der gesundheit leben. *Sustentare valetudinem*, Idem in Offic. 2 c. 24. *Tentari valetudine aliqua*, einen anstoß haben, Idem ad Attic. 11 epist. 23. Suetonius Tiberio c. 68 *Valetudine prosperrima usus est, quamvis a trigesimo ætatis anno arbitratu suo vixerit sine adjumento consiliove medicorum.* Sed, *Regere valetudinem*, medicorum officium est: Tacitus 4 Annal. c. 50 *Erat medicus arte insigni nomine Charicles, non quidem regere valetudines principis solitus* &c. Sic, *Obire ex valetudine*, Suetonius Claudio c. 26. *Explicari valetudine*, genesen, Seneca de Tranquillitate c. 2. ¶ 2. In plurativo etiam numero *Valetudines* dicebant, sicut & *febres*; ut Tacitus jam ante citato loco. Idem Hist. 3, 2, 3 *Valetudinibus fessi.* Suetonius Augusto c. 80 *Graves & periculosas valetudines per omnem vitam aliquot expertus est* &c. *quasdam & anniversarias & tempore certo recurrentes experiebatur.* Hujusmodi morbos Græci περιοδικὰς νόσους appellabant. Idem Suetonius Vespas. c. 7 *Propter nervorum valetudinem vix ingredi, longeque abesse constabat.* ¶ 3. *Valetudinem mentis* dixit Suetonius Cæs. c. 49, vitium intelligens, quod mentem, tamquam morbus corpus, infestat. Loquitur autem ibi de licenti & vitiosa dicacitate. Aliter *valetudinem mentis* Idem dixit in Caligula c. 50 & 51, ibi enim φρενιτικὸν πάθος designat.

¶ Vălētūdĭnārius, a, um, male sanus, & frequenter ægrotans, der immer siech und kranck ist. Seneca 1 de Benefic. c. 11 extr. *Valetudinario medicamenta mittere.* Adde Leg. 40 Dig. de Excusationibus. ¶ 2. Sed *Medicus valetudinarius*, qui in valetudinario medici ministerio fungitur, apud Callistratum Jure-Consultum. ¶ 3. *Valetudinarii*, qui circa ægrotos aliis muneribus, quam medicis, sunt occupati: Lege 6 Dig. de Jure immunitat.

¶ Valetudinārium, i, subst. locus, in quo valetudinarii & infirmi curantur, νοσοκομεῖον, ein spital, siechen-hauß, patienten- oder krancken-stube. Columella 11 c. 1 *Si quis sauciatus in opere noxam ceperit, sive languidior est, in valetudinarium confestim deducatur.* Seneca epist. 27 princ. *Non sum tam improbus, ut curationes æger obeam, sed tamquam in eodem valetudinario jaceam, de communi malo tecum loquor, remedia communico.* Vbi Lipsius: Vet. Gloss. *Valetudinarium*, ὑγιαστήριον, διαιτητήριον, *male valentium & se curantium locus. Nominat auctor libelli de caussis corruptæ eloquentiæ, item Columella aliquoties. Videtur in ædibus divitum fuisse, ubi numerosa familia, talis locus. Adde nostrum de Ira c. 16.* Hæc ille. conf. Zimmerm. Analect. Misc. Mens. 11 §7 p. 551.

¶ Vălor, ōris, significat *pretium*, der werth, der preiß, die giltigkeit. Onomast. *Valor*, τιμή. Et Plinius: *Victoriati valore redimi potest.*

Composita:

¶ Æquivăleo, ēre, vide supra *Æquus.*

¶ Convăleo, ui, ēre, & Convalesco, ĕre, valetudinem recuperare, wieder gesund werden; ut, *Convalescere ex morbo*, genesen, Cic de Fato c. 12. Idem 12 fam. epist. 22 *Hirtius noster tardius convalescit.* Etiam de plantis dicitur: Seneca epist. 2 *Non convalescit planta, quæ sæpe transfertur.* ¶ 2. Et per translationem: *Quanto Clodius plura miscebat, tanto Milo magis in dies convalescebat*, Cic. pro Milone c. 9, er verstärckte sich. *Convalescit & sanatur civitas*, Idem pro Sylla c. 27. *Convalescunt opes*, Livius 1 c. 14. Et Ovid. Remed. am. v. 92

Cum mala per longas convaluere moras,

hoc est, confirmata sunt, wenn es überhand nimmt. Quintil. 5 c. 13 *Convaluit flamma.* Curtius 9, 6, 1 *Convalescit fama*, es wird groß.

¶ Convalescentia, æ, die genesung. Symmach. 3 epist. 11 *Jam mihi convalescentiæ portus aperitur*, id est, revalesco.

¶ Convălĭdo, are, befestigen. Gloss. gr. lat. στερεοποιῶ, *consolido, convalido.*

¶ Ēvăleo, ui, ēre, können, vermögen, es dahin bringen. Stat. 5 Silv. 2 v. 79

Tibine illa nefanda
Pocula, letalesque manu componere succos
Evaluit.

¶ Ēvălesco, ĕre, validum fieri, zunehmen, heran wachsen. Quintil. 2 c. 8 *Adjuta curâ, natura magis evalescit*, sie wird desto stärcker. Plin. 17 c. 15 *Cum evaluissent flagella pedes binos*, id est, excrevissent, superassent. Macrob. 3 Saturn. c. 17 *Cum margarita centies sestertiûm evaluisset*, da der werth so hoch gestiegen.

¶ Invăleo, ui, ēre, & Invalesco, ĕre, robur & firmitatem acquirere, groß, starck werden. Quintil. 2 c. 1 *Consuetudo quotidie magis invalescit*, sie reißt ein, kömmt in schwang. Idem lib. 10 c. 2 *Verba intercidunt, invalescuntque temporibus*, die worte kommen ab, kommen wieder auf.

¶ Invalentia, æ, debilitas, das unvermögen, die schwachheit. Gell. 20 c. 1 *Vitium imbecillitatis atque invalentiæ.* Et Apulejus Dogm. Platon. lib. 1 p. 11 *Igvebit ægritudinem atque invalentiam.*

¶ Invălētūdo, ĭnis, infirmitas valetudinis, die unpäßlichkeit. Cic. ad Attic. 7 epist. 2 *Invaletudo tua me valde conturbat.*

¶ Invaletūdĭnārius, a, um, idem quod *valetudinarius*, unpäßlich. Seneca præfat. lib. 1 Quæst. natural. *Non video, quare sibi placeat, qui robustior est invaletudinario.*

¶ Invălĭdus, a, um, infirmus, unkräfftig, schwach; ut, *Corpus invalidum*, Ovid. Heroid. epist. 21 Cydippes v. 207. *Invalidus ad munera corporis*, Livius 6 c. 8. *Invalidæ herbæ*, Columell. 2 c. 11. *Invalidus* etiam, qui æger, & valetudine implicatus, ungesund. Sueton. Augusto c. 13 *Philippense quoque bellum, quamquam invalidus atque æger, duplici prælio transegit.* Et superlativo: *Invalidissimum urso caput*, Plin. lib. 8 c. 36. Comparat. *Extorquere invito tamquam invalidiori*, Augustin. 2 Retractat. c. 9. ¶ 2. Valde validus est, sehr starck; τὸ *in* enim & auget & minuit. Lucret. 1 v. 969 *Invalidis telum contortum viribus.*

¶ Invalĭde, adverb. ungiltig. Arnobius lib. 7 haud procul a fine, (p. 250) *quam infirmiter invalideque dicatur.* Est etiam in Var. Lect. apud Cic. lib. 10 ad Attic. epist. 8. vide Gruter.

¶ Pervăleo, ui, ēre, durchdringen. Lucretius 6 v. 916

Vsque adeo permananter vis pervalet ejus.

¶ Pervălĭdus, a, um, sehr starck von kräfften; ut, *Agminibus pervalidis*, Ammianus 29 c. 1 pr.

¶ Prævăleo, ui, ēre, præferri, antecellere, esse in majori pretio, vorgehen, übertreffen. Phædr. 1 fab. 14 v. 14 *Virtute semper prævalet sapientia.* Vellej. 2, 118, 4 *Prævalebant jam fata consiliis.* Plinius 6 c. 10 *Prævalent oppida*, die vornehmsten städte sind &c. Idem lib. 10 c. 6 *Vulturum prævalent nigri.*

¶ Prævălens, tis, idem est quod *potentior*, mächtiger, hoch vermögend. Livius præfat. operis: *Jam pridem prævalentis populi vires se ipsæ conficiunt.* Vellej. 2, 108, 2 *Corpore prævalens.* Plin. 7 c. 52 pr. *Prævalente flamma.*

¶ Prævalentia, æ, das hohe vermögen, die stärcke: e. g. *Per prævalentiam*, Lege 4 Dig. de rei vindicat.

¶ Prævălesco, ĕre, stärcker werden. Columella 5 c. 6 *Ex toto prævalescit arbor.* Et Paulinus epist. 49 n. 1 *Hiemis violentia prævalescente.*

¶ Prævălĭdus, a, um, præpotens, sehr starck; ut, *Vrbs prævalida*, Livius 40 c. 47. *Prævalidæ legiones*, Vellej. 2, 69, 2. Et Tacitus Ann. 3 c. 53 *Vitia prævalida & adulta*, die überhand genommen haben. *Juvenis prævalidus*, Livius 3 c. 43. Equorum *prævalidæ vires*, Manilius 5 v. 75. Et, *prævalidissimi ad vinum*, Salvian. lib. 6 de Gubern. p. 228.

¶ Prævalĭde, adverbium, idem. Plinius 17 c. 14 *Prævalide accipientis truncus.*

¶ Rĕvălesco, ĕre, wieder gesund werden. Gell. 16 c. 13 *Ex capitali morbo revalescere.* Ovid. Heroid. epist. 21 Cydippes ad Acontium v. 231

Ne tamen ignores, ope qua revalescere possim.

¶ Supervalesco, ĕre, allzu mächtig werden, Esdr. lib. 4 c. 15 v. 31.

VĂLĔRIVS, i, Οὐαλέριος, *Valerii* multi fuerunt, dicti prius *Valesii*, ut Quintilianus monet lib. 1 c. 4. ¶ 1. *Valerius Publicola* consul, qui legem tulit, ne cui magistratui liceret corpus Romani civis indicta caussa condemnare, liceretque damnatis ad populum provocare: vide Pomponii legem Valeriam. ¶ 2. *M. Valerius*, Publicolæ frater. ¶ 3. *Valerius Corvinus*, tribunus militum & sexies consul. ¶ 4. *Valerius Potitus*, cognomento Maximus. ¶ 5. *Valerius Flaccus*, M. Catoni familiarissimus. ¶ 6. *Valerius Flaccus* Soranus, poëta alius, scripsit Argonautica, fuit Quintiliani tempore, quemadmodum ipse lib. 10 c. 1 indicat, non sine elogio ejus. Idem summaria librorum, ut, quod quisque desideraverit, ne perlegere integrum librum necesse esset, quærat & sciat, quo loco inveniat, ante Plinium confecit, teste eodem Plinio præfat. Hist. Natur. & lib. 3 c. 5. ¶ 7. *Valerius Maximus* historicus, scripsit dicta & facta memorabilia ad Tiberium Augustum libris IX.

¶ Valerius, a, um, adject. ut, *Gens Valeria*, Cic. pro Flacco c. 1 & 11. *Valeria tabula*, Idem in Vatin. c. 9. ¶ 2. Subst. *Valeria*, uxor Sextilii, apud eumd. Cic. pro Flacc. c. 34. ¶ 3. *Valeria*, urbs Hispaniæ, unde *Valerienses*, incolæ, Plin. 3 c. 1. ¶ 4. Pannoniæ regio *Valeria*, ad honorem Valeriæ Diocletiani filiæ cognominata. vid. Ammian. 19 c. 11.

¶ Valeriānus, a, um, aliud adject. ut, *Statua Valeriana*, in Descript. urb. Romæ. ¶ 2. Subst. *Valerianus* imp. de quo ejusque filio Trebellius Pollio.

VALGVS, a, um, qui suras prominentes habet, krummfüßig, dem die waden auswerts stehen. Nonio enim c. 1 n. 98 *Valgum proprie intortum* est. Plautus Milit. 3, 1 v. 128 *Aut varum, aut valgum, aut compernem* &c. vide ibi Taubm. Per metaphoram, *Valgum suavium*, ein kuß von der seiten, oder von hinten zu, Plaut. Milit. 2, 1 v. 16. Compar. Celsus 8 c. 20 *Crus longius altero & valgius est.*

¶ Valgĭter, adverb. seitwerts. Petron. Satyric. p. 72 *Commovebat valgiter labra & me tanquam furtivis subinde osculis verberabat.* Idem iterum: *Obtorto valgiter labello*, mit gespitzten mäulgen.

¶ Valgium, i, στρεβλόν, ut in Gloss. lat. gr. exponitur, i. e. curvum, uncum, etwas krummes. *Valgia* Fulgentius de prisco Serm. n. 47 interpretatur *labellorum obtortiones in supinatione vel subactione peractas*, die rümpffung des mauls, die zerrung der lippen. conf. Barth. Advers. lib. 37 c. 1.

Validus, Vallaris, Vallicula, vide *Valeo, Vallus, Vallis.*

VALLIS, is, planities inter duos montes, **ein thal**; ut, *Vallis opaca, umbrosa, sonora*, apud poëtas. Cæsar 3 B Gall. c. 1 *Vicus positus in valle, non magna adjecta planitie, altissimis montibus undique continetur.* Translate, *fluere totis vallibus*, est longe lateque extendi, **sich sehr ergiessen, weit ausbreiten**: Quintilianus sub finem lib. 5 de eloquentia: *Feratur non semitis, sed campis; non uti fontes angustis fistulis colliguntur, sed ut latissimi amnes, totis vallibus fluat, ac sibi viam, si quando non acceperit, faciat.*

¶ Vallĭcŭla, æ, dimin. vallis parva, **ein thälgen**, auctore Festo in *Convallis.*

¶ Vallōnia, æ, Dea vallium apud Romanos. Augustin. de C. D. 4 c. 8.

¶ Convallis, is, vallis ex omni parte montibus collibusque comprehensa, ut Festus describit, **ein runder thal**; cui *Vallis* contra est, duobus lateribus inclusa planities. Sed differentia haud perpetua, uti ex Cæsaris verbis, quæ jam in *Vallis* produximus, manifestum est. Is enim *vallem* quoque planitiem dixit, quæ *undique* montibus continetur. Livius 1 c. 38 *Interjectæ collibus convalles.* Idem c. 12 ejusd. lib. *Romani Sabinique in media convalle duorum montium redintegrant prœlium.* ¶ 2. Quod vulgo *Lilium convallium* dicitur, rectius est *lilium silvestre*, seu *hemerocallis*, ἡμεροκαλλὶς, **ein mayenblümgen.**

VALLVS, i, firmior palus, cui vitis alligatur, **ein starcker wein-pfahl**; item, **eine pallisade.** Virg. 1 Georg. v. 264

Exacuunt alii vallos furcasque bicornes.

Cæs. B. G. 7 c. 73 *Induere se acutissimis vallis*, **pallisaden setzen.**

¶ Vallum, i, & hic Vallus, i, munitio castrorum, quæ ex vallis fieret, **eine schantze, wall, pasten, bollwerck.** Sic, *Valli linea*, est directa longitudo valli. vide *Linea.* Cæsar 3 B. Civ. c. 63 *Erat eo loco fossa pedum XV, & vallus contra hostem in altitudinem pedum X, tantundemque ejus valli agger in latitudinem patebat.* Tibullus 1 eleg. 11 v. 9

Non arces, non vallus erat.

Sic, *Vallo & fossa cingere oppidum*, Cic. 5 ad Attic. epist. 20. Et Hirtius de Bello Alex. c. 2 *Triplicem vallum obduxerunt.* Item, *Vallo & fossa septum aliquem tenere*, Cic. ad Attic. 9 epist. 12. *Oppidum vallo & fossa circumdare, cingere*, Idem ad Attic. 5 epist. 20, **einen wall um die stadt führen.** *Munitæ sunt palpebræ tamquam vallo pilorum*, Idem de Nat. Deor. 2 c. 57. *Vallum cæcum*, quod dixerit Cæsar, vide in *Cæcus*; & Lips. lib. 5 de Milit. Rom. c. 5. ¶ 2. *Vallum* etiam vannus est, ipsumque adeo diminutivum a *vannus*, **eine futterschwinge**; e. g. *E terra subjactari vallis aut ventilabro*, Varro 1 de Re Rustica c. 52. vide Scalig. Conjectan. p. 60 & 170; & Voss. Etymol. p. 539.

¶ Vallāris, e, **zum wall gehörig**; ut, *Corona vallaris*, sicut & *muralis*, qua donabatur is, qui hostium vallum primus superasset, Livius 10 c. 46; & lib. 30 c. 28.

¶ Vallo, avi, ātum, āre, firmare, **umschantzen, verschantzen**; ut, *Vallare castra*, Hirtius B. Alex. c. 30, **ein lager befestigen.** *Vallare quasi sepimento aliquo*, Cic. de Legib. 1 c. 24. Et Lucanus 4 v. 224 *Nulli vallarant oppida muri.*

¶ Vallātus, a, um, **verschantzt, umgeben**; ut, *Stipatus choro juventutis, vallatus indicibus* &c. Cic. pro Muræna c. 24. Et, *Vrbs vallata vertice montis*, Silius lib. 15 v. 408. *Indomita & vallata gula*, Macrob. Saturn. 2 c. 11.

¶ Vallesco, ĕre, vel, ut Salmas. in Solin. p. 907 emendat, *Vallesio, ēri*, est vallo sive vanno excuti, & foras ejici, & perire, **wie spreu zerstäubet und umkommen.** Secundum Festum est *a vallo militari, quod fit circa castra, quod qui eo ejiciuntur, pro perditis habentur.* Sed rectius *a vallo rustico.* Et hinc

¶ Vallefactus, a, um, vanno excussus, **ausgeschwungen, zur spreu gemacht.** Festus ex emendatione Salmasii l. c. *Valvoli folliculi fabæ, quasi vallivoli, quia vallefacti excutiantur*: ubi perperam *vallo facti.*

Composita cum præposit.

¶ Circumvallo, avi, ātum, āre, **rings umher verschantzen.** Cæs. B. G. 7 c. 11 *Oppidum biduo circumvallavit.* Liv. 10 c. 35 *Non dubium est, quin castra circumvallaturi sint.* Terent. Adelph. 3, 2 v. 4 *Tot res repente circumvallant*, **sie setzen mir zu, umringen mich auf allen seiten.**

¶ Circumvallātus, a, um, **verschantzt, umschlossen, umzingelt, belagert.** Cic. ad Attic. 9 epist. 12 *Mihi epistola adfertur, circumvallatum esse Pompejum.* Liv. 3 c. 25 *Luce prima jam circumvallati ab dictatore erant.*

¶ Convallo, āre, vallis undique claudere ac munire; unde

¶ Convallātus, a, um, **mit wällen umgeben.** Gell. 12 c. 13 *Oceani undarum ambitu terræ omnes convallatæ.*

¶ Convallātio, ōnis, **die verschantzung.** Tertull. advers. Judæos c. 8 *Ædificabitur in lætitiam & convallationem.*

¶ Evallo, āre, Salmasio l. c. idem est ac *evannere*, **herausschwingen**; sed Nonius c. 2 n. 259 castra respiciens exponit *excludere & quasi extra vallum mittere*, **über den wall hinabwerffen.** Loca Titinnii & Varronis vide ibidem.

¶ Evallo, ĕre, alia formâ, idem est ac purgare frumentum, **schwingen, fegen, saubern, wurffeln.** Ita Plinius aliquot in locis, v. g lib. 18 c. 10 *Triticum ante perfundi aqua munda jubet; postea evalli*, &c.

¶ Evallefăcio, ĕre, **hinauswerffen.** Varro apud Nonium c. 3 n. 158 *Retrimenta cibi, quæ exierant per posticum, evallefecerunt.* vid. Salmas. l. c.

¶ Intervallum, i, spatium est inter palos, & in vallo castrensi; deinde generatim, **die lücke, die weite, der raum zwischen etwas**; ut, *Temporis, dierum intervallum*, Cic. 1 fam. epist. 7. *Annuum intervallum regni*, Livius 1 c 17, id est, interregnum. *Longo intervallo*, Cic. pro Rosc. Am. c. 5. *Longo intervallo interjecto*, Cic. 2 Leg. Agrar. c. 33, **nach langer zeit.** *Hoc intervalli datum*, **so viel gelassene frist**, Liv. 3 c. 25. *Intervalla siderum*, id est, distantiæ, Quintil. 2 c. 17. *Per intervalla*, hoc est, alternis, **nach und nach**, Victor de Vir. Illustr. c. 4 in Horatiis.

¶ Intervallātus, a, um, intervallis disjunctus, **darzwischen geschoben**; ut, *Intervallato brevi tempore*, Ammianus 26 c. 2. *Intervallatæ febres*, intermittentes, Gellius 17 c. 12; & Ammian. 29 c. 17, **abwechselnde fieber.**

¶ Obvallo, āre, vallum opponere, **entgegen schantzen.** Hinc

¶ Obvallātus, a, um, **verschantzt.** Cic. pro Lege Agrar. 2 c. 1 *Quem locum nobilitas præsidiis firmatum atque omni ratione obvallatum tenebat.*

¶ Prævallo, āre, vallum prædücere, **verschantzen.** Hirtius de B. Alexandr. c. 19 *Cæsar imperat, pontem adversus hostem prævallari*, **ein travers vor die brücke zu legen.**

Valor, vide paullo ante in *Valeo.*

VALVAE, ārum, porta, quæ utrinque aperitur, **ein thor oder thür mit zweyen flügeln.** Isidorus 14 c. 7 *Valvas ait dici quasi volvas, quia introrsum revolvantur.* Cic. 6 Verr. c. 56 *Confirmare hoc liquido, judices, possum, valvas magnificentiores, ex ære atque auro perfectiores nullas unquam ullo tempore fuisse.* Idem 2 Philipp. c. 44 *Cur valvæ concordiæ non patent?* Vet. Gloss. *Valvæ significant* θύρας ἱερᾶ, καὶ θύρας ἱππικῶ, καὶ θύρας διπλώτας. Item: *Valvæ*, παραστάτου θύραι. In prodigiis memorantur templorum valvæ adapertæ. vid. Barth. ad Stat. l. 2 Theb. p. 452.

¶ Valvārius, i, qui facit valvas, **ein thormacher.** Gloss. Vet. *Valvarius*, δομοτέκτων.

¶ Valvātus, a, um, valvas habens, **mit thor-flügeln oder fenster-läden**; ut, *Forium ornamenta valvata*, Vitruvius 4 c. 6. *Lumina fenestrarum valvata*, Idem lib. 6 c. 6.

¶ Valvŭlus, i, plural. Valvuli, dicuntur folliculi, qui fabarum & leguminum cæterorum grana continent, **die schoten, hülsen, darin die körner seyn**, τὰ χελύφη: ut, *Lenses valvulis exemtæ*, Columella 6 c. 10. Festo quidem *Valvuli* vel *Valvoli* appellati sunt quasi *Vallivoli*: sed ut *Valvæ* quasi *Volvæ*: sic *Valvuli* dicti quasi *Volvuli*, quibus grana involvuntur.

VANDALVS, i, Οὐάνδαλος, Tuisconum rex fuit, a quo *Vandali*, **die Wenden**, populosissima natio; & *Vandalia*, quam nunc tenent Poloni, Pomerani, Cassubii, & gentes apud Vistulam fluvium, qui priscis *Vandalus* dicebatur: Altham. vide *Sclavi.*

¶ Vandălĭcus, a, um, **Wendisch.** Prosper Aquitanicus præfatione lib. de Providentia: *Vandalicis armis sternimur & Geticis.*

Vane, vanesco, vide mox *Vanus.*

VANGIŎNES, um, Οὐαγγίονες, Germaniæ superioris populi, Rheni accolæ, *Wormatienses* hodie dicti, **die im Wormser Bißthum.** ¶ 2. Alii inter populos Galliæ Belgicæ *Vangiones* numerant. Lucan. 1 v. 430 *Et qui te laxis imitantur, Sarmata, braccis*

Vangiones, Batavique truces, &c.

Vanidicus, vanilŏquus, vanitas, &c. vide mox *Vanus.*

VANNVS, i, fœm. vas vimineum, in quo frumenta purgantur, **eine wanne, futterschwinge, wurffschauffel.** Virg. 1 Georg. v. 166

& mystica vannus Iacchi;

Vbi Junius Philargyrius: *VANNVS est vas vimineum latum, in quod propter capacitatem rustici congerere frugum primitias solent, & Libero sacrum facere. Vnde MYSTICA dixit. Est autem usus ejus, ut fabam vannat.* Vocabulum, **wanne, & wannen**, notum superioribus est Germanis.

¶ Vallum, i, diminut. vide paullo ante in *Vallus.*

¶ Vanno, ĕre, ventilare, **schwingen, wurffeln.** Obsceno sensu Lucilius apud Nonium c. 1 n. 69

Hunc molere, illam autem ut frumentum vannere cunnis.

Item: *Crissatura, ut si frumentum clunibu' vannas.*

¶ Evanno, ĕre, vanno purgare, **ausschwingen, herausrütteln.** Varro 1 de Re Rust. c. 52 *Ita fit, ut, quod levissimum est, evannatur foras extra aream.* Pomponii verba vide apud Nonium l. c.

VĀNVS, a, um, futilis, socors, in quo nihil veri & solidi inest, **eitel, vergeblich**: quod aliquam speciem, nihil rei habet. Vnde & *vanas avenas* Virgilius dixit 1 Georg. v. 226 pro vacuis, sive inanibus: quemadmodum & *vanas umbras* Idem dixit 12 Æneid. v. 53. Gignendi casum ferre potest; ut, *Vanus voti*, Silius 12 v. 261. Rursus Virgilius 10 Æn. v. 631 *aut ego veri Vana feror*,

id est, inanis a vero, sive ignara veritatis, ut Servius interpretatur. Hinc Idem *vanum & mendacem* conjungit Æn. 2 v. 79,

non si miserum fortuna Sinonem

Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget:

Vbi Servius *vanum, fallacem, & qui sine utilitate etiam mentiatur*, exponit, h. e. qui levitate animi mentitur. Quemadmodum & Livio *Vanum ingenium*, leve & mutabile dicitur, lib. 1 c. 27. Sic de Lentulo Sallustius apud Gellium 18 c. 4 *Perincertum, stolidior: an vanior.* Quintilian. 12 c. 10 *Vanior dicendi gloria.* Et Livius 3 c. 3 *Incerta, eoque vaniora.* Ac Plinius magorum artes *generis vanissimi* dixit lib. 28 cap. 6 sub finem. Ita Paterculus 2 c. 80 Lepidum *vanissimum* vocat, propter levitatem animi, quam ei Cicero tribuit epist. 10 ad Brutum. Ita Terent. Eunuch. 1, 2 v. 24 *Seu falsum, aut vanum, aut fictum est, continuo palam est*: Vbi VANVM Donatus *neque possibile, nec verisimile* interpretatur. Vet. Gloss. *Vanus*, σκαιός, μάταιος, κενός. Lexicon Cyrilli: κενός, *vanus, inanis, cassus.* Item: κενὸν, *vanum, vacuum, inane.* Item: μάταιος, *inanis, cassus, vanus, nebulo.* Sed cur σκαιός etiam exponitur? Quia ineptus & stultus. Græcis enim οἱ μωροὶ, σκαιοὶ quoque appellantur, ut scholiastes Aristophanis docet. Et ita *lævus* pro stulto atque vecorde, apud Virgilium eclog. 1 v. 16. Donatus: *Falsum loqui*, MENDACIS *est*: *fictum*, CALLIDI: *Vanum*, STVLTI. *Falsum loqui*, CVLPAE *est*: *fictum*, VIRTVTIS: *Vanum*, VECORDIAE. FALSIS *decipimur*: FICTIS *delectamur*: VANA *contemnimus.* Sic, *Vanus auctor*, Livius 29 c. 32. Et, *Vana oratio*, Cic. pro Rosc. Am. c. 40. *Nec tota ex vano criminatio*, Livius 33 c. 31. *Persuasio vana*, **nichtig**, Quintil. 2 c. 2.

¶ Vāne, adverb. **vergeblich**; frequens Tertulliano: rarum cæteris; e.g. Tertull. Apologetico c. 49 *Vulgus vane de nostra vexatione gaudet.* Et de Pudicitia sub initium: *De sollicitudine & negligentia ludunt, præcavendo vanissime, quibus parcunt: & parcendo ineptissime, quibus præca-*

precavent. Idem Tertull. ad Nation. 1 c. 19 *Vobis quanto vanius traditum est, hominis spiritum in cane, vel mulo, aut pavone rediturum.* Et Apulej. Apolog. p. 300 *Multo vanius & nequius excogitatum.*

¶ Vānitas, ātis, die eitelkeit; ut, *Vanitas orationis,* Cic. 3 Tuscul. c. 1. *Cedat veritas vanitati,* Idem 3 Tuscul. c. 1. Et lib. 1 Offic. c. 42 *Nihil est turpius vanitate,* i. e. superbia & elatione inani: cum quis se effert, & sufflat, & sibi sumit, quæ non habet, der sich groß macht, da nichts dahinter ist. Tacitus 3 Histor. c. 73 *Circumsistum & Quinctum Atticum Cos. umbra honoris & sua vanitate monstratum.* Consul erat Atticus, sed sine re, quamvis ex eo honore se efferebat inaniter ac vane. Destituebatur enim artibus consularibus, quarum maxima, prudentia. Quam nullam in eo fuisse, sequentia ostendunt. Atque hoc igitur *Vanitatem* vocat. *Vanitatem* & *insolentiam* conjungit Suetonius in Vitellio c. 12. *Vanitatem* & *jactantiam* Severus Sulpicius Dial. 1 de Virtut. Oriental. Monach. c. 17. Tacitus in Agricola c. 18 extr. *Nec prosperitate rerum in vanitatem usus,* i. e. jactationem & ostentationem, quod sequentia ostendunt.

¶ Vanities, ēi, idem. Ammianus 29 c. 3 *Ad extollendam ejus vanitiem.* Et Apulej. Met. lib. 2 *Vanities plebeja.*

¶ Vanītūdo, īnis, idem. Pacuvius apud Nonium c. 2 n. 886 *Turpare vanitudine ætatem suam.* Et Plautus Captiv. 3, 4 v. 38 *Tu inventus, vera vanitudine qui convincas.*

¶ Vānesco, ui, ĕre, vacuum & inanem fieri, leer, nichtig oder zu nichte werden. Ovid. 3 Amor. eleg. 7 v. 31

Carmine læsa Ceres sterilem vanescit in herbam.

Cicero 2 de Legibus c. 9 *Animi labes nec diuturnitate vanescere, nec amnibus ullis elui potest,* hoc est, evanescere, aboleri. Tacit. Annal. 4, 37, 5 *Vanescet honor, si vulgatur* &c. Idem Hist. 5, 7, 2 *Velut in cinerem vanescere,* zu asche werden.

¶ Vano, āre, pro fallere, betrügen. Accius apud Nonium c. 2 n. 885 *Frustrando lactans, vanans protrahit.*

¶ Vanĭdĭcus, a, um, mendax, lügenhafftig, großsprecherisch. Plautus Trinum. act. 2 sc. 2 extr. *Vivere cum improbis vanidicis.* Et Ammian. 16 c. 7 *Erat vanidicus & amenti propior.*

¶ Vānĭlŏquus, a, um, idem. Plaut. Amphitr. 1, 1 v. 223 *Quia vaniloquus, vapulabis.* Et Livius 35 c. 48 pr. *Is* [legatus Antiochi] *ut plerique, quos opes regiæ alunt, vaniloquus.*

¶ Vaniloquium, i, unnütz geschwätz. Gloss. gr. lat. κενολογία, *vaniloquium.* Augustinus epist. 28 *Joviniani vaniloquia redarguens.* Et epist. 160 *Vaniloquio solicitare animos imperitos.*

¶ Vanilŏquentia, æ, die praleren, lügen-rede. Livius 34 c. 24 pr. *Hæc vaniloquentia prætorem Achæorum excitavit.* Et Tacit. Annal. 3, 49, 2 *Per vaniloquentiam.* conf. 6, 31, 6; & Plaut. Rudent 4, 1 v. 14.

¶ Vaniloquidōrus, i, ficta vox apud Plautum Pers. 4, 6 v. 20, notat eum, qui vana loquitur & donat.

¶ Evānesco, ui, ĕre, in nihilum redigi, verschwinden, vergehen; ut, *Dolor evanescit,* Ovid. in Ibin v. 41. Sed Heins. & alii illud distichum prætermittunt. *Evanuerunt & exaruerunt amnes,* Cic. 1 de Divin. c. 19. Idem de Orat. 2 c. 23 *Memoria sensim obscurata est & evanuit.* Et, *Præterita evanescunt,* Brutus Ciceroni epist. 16. *Extenuatur & evanescit spes,* Cic. ad Attic. 3 epist 13. Hinc participium *Evaniturus.* Lactantius 5 c. 4 extr. *Evaituras brevi religiones falsas.*

¶ Evānĭdus, a, um, inanis, nichtig, vergänglich. Plinius 35 c. 5 *Viriditate paullatim evanida.* Ovidius 5 Metam. v. 435

Pectoraque in tenues abeunt evanida rivos.

Senec. epist. 35 *Leve & evanidum gaudium.*

¶ Revānesco, ui, ĕre, wieder vergehen. Ovid. 2 Amor. eleg. 9 v. 27

Cum bene pertæsum est, animique revanuit ardor.

Vapĭde, vapidus, vide mox in *Vappa.*

VAPOR, ōris, ἀτμίς, exhalatio, eine dunst, dampff, broden; ut, *Vapor aquarum,* Cic. 2 Nat. Deor. c. 10. *Vapor calidus,* Lucret. 2 v. 843; & *Humidus,* Ovid. Metam. lib. 1 v. 432. ¶ 2. Ponitur & pro calore, æstu, die wärme. Cic. de Senect. c. 15 *Terra semen tepefactum vapore, & complexu suo diffundit.* Horat. epod. 3 v. 15

Nec tantus unquam siderum insedit vapor
Siticulosæ Apuliæ:

Quem *Vaporem siderum* hoc loco, Idem epod. 16 v. 62 *Æstuosam astrorum impotentiam* vocat: Columella 1 c. 4 *Quod neque depressus hieme pruinis torpet, aut torret æstate vaporibus.* Curtius 6 c. 6 *Hæc* (materia) *vapore torrida inaruerat.* Idem lib. 7 c. 5 *Arenas vapor æstivi solis accendit.* Lucanus 4 v. 305

Quoque minus possent siccos tolerare vapores,
Quæsitæ fecistis aquæ.

Hinc *vaporare* pro calefacere dixerunt, de quo infra. Virgilius pro ipso igne, sive urente ignis vi posuit lib. 5 Æn. v. 682

Lentusque carinas Est vapor.

Et v. 697 *Semiusta madescunt*
Robora, restinctus donec vapor omnis.

¶ 2. *Vapos* pro *Vapor* apud Lucretium 6 v. 952. conf. Nonius c. 8 n. 27.

¶ Văpōreus, vel Vapōrus, a, um, dunstig, dampficht. Arnob. lib. 6 *Illud in rigoribus algidum, hoc vaporeum.* In quibusdam libris est *vaporum* trisyllabum. Atque ita etiam Belgica editione cum omnium commentariis p. 205 *vaporum,* tamquam a *Vaporus.* Sic & Prudentius Peristeph. hymno 6 v. 115 *Vaporus ardor.*

¶ Vapōrōsus, a, um, vapore plenus, voll dunst, sehr dunstig. Apulejus Met. lib. 5 p. 165 *Balnearum vaporosis fontibus curatas, edulibus atque tucetis oblectat,* scilicet Psyche sorores suas. Idem lib. 9 p. 222 *fumosis tenebris vaporosæ caliginis palpebras adesi.*

¶ Văpōrĭfer, a, um, idem. Stat. 3 Silv. 5 v. 96 *Sive vaporiferas blandissima litora Bajas.* Et, *Vaporiferæ fornaces,* Idem 1 Silv. 3 v. 45. *Vaporiferi ignes,* Prudent. Apotheos. v. 134.

¶ Văpōro, avi, atum, āre, vaporem emittere, dunst oder dampff von sich geben, dampffen. Plin. 32 c. 2 *Aquæ vaporant & in mari ipso.* ¶ 2. Horatius active extulit, pro *calefacere,* wärmen, lib. 1 epist. 16 v. 7

ut veniens dextrum latus adspiciat sol,
Lævum discedens curru fugiente vaporet:

Loquitur de villa sua, cujus dextrum latus ab oriente, sinistrum ab occidente sole aspici & calefieri significat. *Vaporare pro calefacere priscæ latinitatis verbum est,* inquit Casaubonus ad illud Lampridii in Heliogab. c. 31 *Odores Indicos, sine carbonibus ad vaporandas Zetas jubebat incendi.* ¶ 3. Active etiam sumitur pro *suffire,* räuchern. Plin. 28 c. 11 *Oculos vaporari præcipiunt,* &c. Virg. Æn. 11 v. 481 *Succedunt matres & templum thure vaporant.*

¶ Văpōrātus, a, um, ausgedampfft; item, trocken. Columella 2 c. 16 extr. *Glebæ solibus æstivis vaporatæ,* i. e. arefactæ. Apulejus de Mundo p. 61 *Nebula est exhalatio vaporata.* Ammian. 17 c. 7 *Vaporatis temporibus.* Idem lib. 18 c. 9 *Fons vaporatis æstibus fætens.* Pers. sat. 1 v. 126 *Vaporata auris,* i. e. calefacta.

¶ Vaporāte, adverb. mit vieler dunst. Compar. Ammianus 24 c. 4 *Effervescente vaporatius sole.*

¶ Vaporātio, ōnis, die dampffung. Gell. 19 c. 5 *Cum aqua frigore duratur, & coit, necesse est fieri vaporationem, & quamdam quasi auram tenuissimam exprimi.* Et Seneca Quæst. Nat. 6 c. 11 *Vaporatione inundantium aquarum.*

¶ Văpōrārium, i, ein lufftloch, dadurch ein dampff getrieben wird, ein bader-ofen, schwitz-stube. Vtuntur & pro hypocausto, eine stube, da ein camin ist, da man einheitzet. Cic. ad Quint. fratr. 3 epist. 1 c. 1 *Vaporarium, ex quo ignis erumpit, esset sub tectum cubiculi subgrande:* sive potius, *subjectum cubiculi suggrunda,* ut Scalig. emendat ad Catull. pag. 13.

¶ Vaporālis, e, dampficht. Augustinus lib. 2 de Genesi ad lit. c. 5 *Vaporali tenuitate.*

¶ Vaporālĭter, adverb. idem. Augustinus eodem libro c. 4 *Aqua potest ad tantas guttarum minutias pervenire, ut super aërem vaporaliter feratur.* Et lib. 3 de Genesi ad lit. c. 3 extr. *Vaporaliter tenuatum & suspensum.*

¶ Evăpōro, āre, heraus dampffen, über sich steigen wie ein rauch. Solin. c. 8 *Calor olim acrior exhalatus per tempora evaporavit.* Gellius 19 c. 5 *Id in ea levissimum est, quod evaporatur.* Et paullo post: *Difflari atque evaporari ex nive.*

¶ Evapōrātio, ōnis, die ausdampffung. Seneca 3 Nat. Quæst. c. 24 *Nec trahit saporem evaporatio, quia clausa perlabitur.* Idem 1 Nat. Quæst. c. 1 *Terræ omnis generis & varia evaporatio est.*

¶ Evaporātīvus, a, um, das einen dampff macht. Cœl. Aurel. Acut. 3 c. 8 *Evaporativæ virtutis paroptesis.*

VAPPA, æ, ὀξίνη, vinum vitiosum & acescens, postquam color, odor & sapor optimus evaporavit, verdorbener, verrochener, unschmackhaffter wein, zapffen-wein. Horat. 2 sat. 3 v. 144 *Vappam profestis diebus potare.* Idem 1 sat. 5 v. 16 *Multa prolutus vappa.* ¶ 2. Translate convicium est in hominem perditum & corruptum, & frugis nullius, ein liederlicher mensch, der nichts taug. Plin. 14 c. 20 *Vitium musto quibusdam in locis iterum sponte fervere: qua calamitate deperit sapor, vappæque accipit nomen, probrosum etiam homini, cum degeneraverit animus.* Nimirum significat, a vino, cum istud traxerit vitium, *Vappæ* nomen ad homines etiam transferri, idque iis probrosum esse: quippe quod eo appellantur, qui, sicut vinum, ita & ipsi degeneraverint, sive a virtute desciverint ad vitia. Ita Horat. 1 sat. 1 v. 103 *non ego avarum*

Cum veto te fieri, vappam jubeo aut nebulonem.

Et sat. 2 v. 12 *Fufidius vappæ famam timet, & nebulonis.*

Priapejorum poëta carm. 13

Nos vappæ sumus, & pusilla culti
Ruris numina.

vide ibi Scaligerum: Mausacum etiam, si lubet, dissertat. ad Harpocrationem p. 394.

¶ Văpĭdus, (Vappidus,) a, um, adject. a *Vappa,* proprie de vino dicitur corrupto & vitioso, versauert, säuerlich. Vnde ad quævis alia sic se habentia transfertur, schlimm, verdorben, stinckend. Ita enim *Vapidam picem* Persius dixit sat. 5 v. 148. Idem & *Vapidum pectus* dixit sat. 5 v. 117 *Astutam retinet vapido sub pectore vulpem.*

¶ Vapĭde, adverb. instar vappæ, schlimm, übel, kauterwelsch. Sic, *Vapide se habere,* Augustus amavit dicere, pro *male,* ut Suetonius interpretatur c. 87.

VĀPŬLO, avi, āre, cædi, verberari, geschlagen werden. Verbum Terentio familiare; ut Adelph. 2, 2 v. 5 *Ego vapulando, ille verberando usque ambo defessi sumus.* Cic. ad Attic. 2 epist. 14 *Omnium sermone vapulare,* von iederman zur banck gehauen werden. ¶ 2. Vtebantur hoc verbo veteres in contemtu insigni. Nam quos spernebant valde, & flocci habebant, *Vapulare* jubebant. Plautus Curcul. 4, 4 v. 10

MILES. *reddin', an non virginem*
Priusquam te huic meæ machæra objicio mastigia?
LENO. *Vapulare ego te vehementer jubeo;*

ja maulschellen solst du haben, ut nos similiter solemus loqui. Idem in Asinaria 2, 4 v. 72

LE. *Pergin' precari pessimo?* ME. *quæ res? tun' libero homini*
Male servus loquere? LE. *Vapula.*

Hinc & proverbium *Vapula Papiria,* ut docet Festus, *tum dici solitum, cum vellent minantibus significare, se eos negligere & non curare, fretos jure libertatis.* Vnde Plautus:

Heus tu! in Barbaria quod dixisse dicitur
Liberta suæ patronæ, id ego dico tibi:
Liberta salve: VAPVLA PAPIRIA.

Vbi Ælius *Vapula* positum esse ait pro *dole,* Varro pro *peri.* Adde de origine proverbii Turnebum Advers. 15 c. 15.

¶ Vapŭlātor, ōris, ein schmeisser. Gloss. lat. gr. *Vapulator,* δαρητής.

Vara, varico, &c. Varietas, vario, are, &c. vide *Varus, Varius.*

VĂRIVS, a, um, varis sive maculis sparsus, schäckicht, bunt. Vnde jocus Cic. apud Quintil. 6 c. 4 in Isauricum: *Miror quid sit, quod pater tuus homo constantissimus te nobis varium reliquit.* Isauricus enim iste & maculosa facie, & animo levi & inconstante fuit. Hinc & animantes diver-

diverſis coloribus inſignitæ, *variæ* appellatæ. Virg. de lyncibus 3 Georg. v. 264 *Quid lynces Bacchi variæ, & genus acre luporum?* *Variæ*, id eſt, *maculoſæ*, ut 1 Æn. v. 327 appellat:

maculoſæ tegmine lyncis.

De equis Palladius Martio c. 13 *Sequentis meriti, varius cum pulchritudine, nigro vel albineo vel badio miſtus, canus cum quovis colore* &c. ſchäcken. *Varias* abſolute pro pantheris a maculis dixit Plinius lib. 8 c. 17. Dicitur & de uvis: Columella 3 de Re Ruſt. c. 2 *Sunt & helvolæ, quas nonnulli* VARIAS *appellant, neque purpureæ, neque nigræ* &c. Cato de Re Ruſtica c. 73 *Vbi uvæ variæ cœperunt fieri* &c. wenn ſie ſich färben: quod *variare* Columella vocat 4 c. 20. Quin omnia diſcolora, *Varia* appellata: ut, *Varia veſtis*, (ποικίλη) apud Terentium Eunuch. 4, 4 v. 16. *Varius lapis alienæ gentis*, marmel, Seneca epiſt. 8. ¶ 2. Idem nomen ad omnia diſparia & diverſa transfertur, allerhand, mancherley; ut, *Varium poëma, varia oratio, varii mores, varia fortuna, voluptas* &c. Cicer. in Offic. 1 c. 20 *Acerba multa & varia in hominum vita verſantur*, viel und mancherley unglück. *Sententiæ variæ & diſcrepantes*, Idem 1 de Nat. Deor. c. 1. ¶ 3. Ad animum & mores quando transfertur, *Varius* inconſtantem & inæqualem ſignificat, quia virtutibus in vitia, ab his in illas dilabitur, & cujus natura cognitu difficillima eſt, unbeſtändig, ungleich, veränderlich. Plutarchus talem ἀνώμαλον vocat Themiſtocle p. 112. E. c. Nepos in Pauſania initio: *Varius in omni genere vitæ fuit: nam ut virtutibus eluxit, ſic vitiis eſt obrutus.* Ejusmodi *Varium* Horatius in Tigellio deſcribit lib. 1 ſat. 3. Sic, *Varium & mutabile ſemper fœmina*, Virg. 4 Æn. v. 569. *Variam ſemper dant otia mentem*, Lucan. 4 v. 704. Et Salluſt. de Catil. c. 5 *Animus audax, ſubdolus, varius*, &c.

¶ Vărie, adverbium, variis modis, mannichfaltig, unterſchiedlich. Suetonius Galbâ c. 9 *Varie & inæqualiter provinciam rexit.* Cic. 16 fam. epiſt. 4 *Varie ſum affectus tuis litteris*, ich habe mancherley gedancken bekommen, ꝛc. *Late & varie diffundi*, Cic. pro Sext. c. 45. *Varie copioſeque perſcripti ſermones*, Idem Acad. 1 c. 4. Et Plaut. Epid. 1, 1 v. 15 *Varie valui*, es iſt mir wohl und übel gangen.

¶ Variĕtas, ātis, *verbum latinum*, ut Cicero inquit de Fin. 2 c. 3, *quod proprie in diſparibus coloribus dicitur, ſed transfertur in multa diſparia*, die mannichfaltigkeit. Sic, *Florum omnium varietas*, Cic. de Senect. c. 15. *Varietas ſententiarum*, Idem de Orator. 2 c. 14. Et, *Varietate gentium conſtans regio*, von mancherley völckern, Idem pro Fontej. c. 2. Et Quintil. 1 c. 12 *Reficit animos ac reparat varietas*, veränderung und wechſel erfriſchet das gemüth. Et, *Jucundum nihil eſt, niſi quod reficit varietas*, Publii mimographi. Id Platonis eſt, τὸ μεταβάλλειν ἡδύ· id eſt, *Varietas jucundum quiddam.* ¶ 2. *Varietas*, inconſtantia, der unbeſtand. Plancus Ciceroni 10 fam. epiſt. 18 *varietas atque infidelitas exercitus ejus.*

¶ Vărio, avi, atum, are, varium facere, varium eſſe, bunt machen, bunt färben. Virg. 1 Georg. v. 441

Ille ubi naſcentem maculis variaverit ortum.

Plautus prologo Pœn. v. 26 *Variari virgis*, aufs blut geſtrichen werden. Columella 4 c. 20 *Iidem tamen palmites, prius quam fructûs miteſcant, variantibus adhuc & acerbis uvis religari debent.* ¶ 2. Mutare, alternare, verändern, umwechſeln; ut, *Diſcurrunt variantque vices*, Virg. Æn. 9 v. 164. *Otium variare labore*, Plin. 8 epiſt. 8. Et, *Variare vocem & mutare*, Cic. in Orat. c. 18. *Sententiam variavit timor*, Liv. 2 c. 57. Idem lib. 27 c. 27 *Variant multa de morte ejus auctores*, id eſt, varie tradunt. *Variant Græcorum exempla*, Plin. 12 c. 14, ſie ſind anders. Sic, *Variare ab aliquo ab alicujus ſententiâ, opinione*, id eſt, diverſum eſſe, vel ſentire. In quibus exemplis neutralis propemodum verbo *variare* ineſt ſignificatio. Imperſonaliter Livius 22 c. 60 *Cum ſententiis variaretur.* Et Vellej. 2, 51, 3 *Variatum eſt præliis*, man hat ſchlachten bald gewonnen, bald verlohren.

¶ Vărians, tis, veränderlich, unterſchiedlich; ut, *Variantes formæ*, Lucret. 5 v. 823. *Varians fortuna*, Plin. 7 c. 42. *Varians cælum*, Idem lib. 14 c. 2.

¶ Variantia, æ, die mannichfaltigkeit; ut, *Variantia rerum*, Lucret. 1 v. 653; & lib. 3 v. 319.

¶ Vărĭātus, a, um, bunt gefärbt, verwechſelt, geändert. Catull. carm. 65 v. 50 *Veſtis hominum variata figuris.* Martial. 4 v. 46 *Lato variata mappa clavo.* Lucanus 4 v. 80

Arcus vix ulla variatus luce colorem.

Comparat. Apulejus lib. 3 Florid. *Lyra concentu variatior.*

¶ Vărĭātim, adverb. variante modo, unterſchiedlich. Gellius 5 c. 12 *VE particula in aliis vocabulis variatim per has duas litteras, cum A, littera media immiſſa, dicitur.* Ita Moſellanus, Thyſius, Gronovius &c. Alii quidam *varia, tum*, ut Prouſtius &c.

¶ Variatio, ōnis, die veränderung. Livius 24 c. 9 *Eosdem conſules ceteræ centuriæ ſine variatione ulla dixerunt.*

¶ Variator, ōris, ein veränderer. Gloſſ. Cyrilli: *Variator*, ποικιλτής.

¶ Variābĭlis, e, veränderlich. Apulej. de Mundo c. 2 *Aër inferior natura variabilis.*

¶ Vărĭĕgo, are, variare, ornatus varietate diſtinguere, ſchäckicht machen. Auſonius epiſt. Idyllio 13 præmiſſa: *Figuras alius alio ſcientius variegant.*

¶ Variĕgātus, a, um, buntſchäckicht; ut, *Navis picturis miris variegata*, Apulej. Met. lib. 11 p. 712. *Tunica picturis variegata*, Idem Florid. lib. 2 p. 351.

¶ Variŏlæ, arum, vide inferius paullo in *Vărus.*

¶ Convărio, are, zugleich ändern. Apulej. Apolog. p. 306 *Omnimodis maculationibus convariat.*

¶ Pervărie, adverb. auf mancherley weiſe. Cic. 2 de Orat. c. 80 *Reliqua pervarie jucundeque narrantur.*

VĂRIUS, i, poëta tragicus, amicus Virgilii & Horatii, cujus hic meminit 1 ſat. 5 v. 93; & ſat. 6 v. 55. Pauca ejus fragmenta exſtant.

VĂRIX, ĭcis, immedicum tumorem venæ ſignificat, eine aufgelauffene ader, krampff-ader. Nonius, qui c. 1 n. 104 Varronem citat, *Varices*, inquit, *dicuntur venæ in ſuris inflexæ.* Celſ. 5 c. 26 ſub initium: *Vena intumeſcens in varicem convertitur.* Et, *Varices ſecare*, Cic. 2 Tuſcul. c. 15.

¶ Varĭcŭla, æ, diminut. ein krampff-äderlein, Celſus 5 c. 26 n. 32.

¶ Vărĭcōſus, a, um, cui venæ tument, krampff-ädericht. Juvenal. ſat. 6 v. 396 *Commendare volet, varicoſus fiet aruſpex.*

Perſ. ſat. 5 v. 189 *Dixeris hæc inter varicoſos centuriones.*

¶ Varicōſe, adverb. idem; ut, *Varicoſius onera portare*, Feſtus in *Muli Mariani*, ſchwer tragen, daß man ſincken möge.

VARRO, ōnis, plural. Varrones, a *varis*, ſive *varris*, baculis ſive perticis, homines duri, καὶ σκληροί, quos Ariſtophanes πρινίνους vocat. Lucilius apud Feſtum: *Varronum ac rupicum ſquarroſa incondita roſtra.* ¶ 2. Hinc *Varronum* cognomen Rômæ: Inter quos maxime celebris *P. Terent. Varro*, Atacinus, quem Quintilianus 10 c. 1 inter peritiſſimos ſatyræ ſcriptores enumerat. conf. Voſſ. de Hiſt. Lat. 1 c. 16; & *M. Terent. Varro*, cujus exſtant libri de Re Ruſtica, & ad Ciceronem ſcripti libri de L. L. quique 500 volumina ſcripſiſſe dicitur. Gell. 19 c. 14 *Varronem & Nigidium doctrinarum multiformium, variarumque artium, quibus humanitas erudita eſt, culmina* appellat. conf. Gell. 4 c. 9; & Servius ad Cic. 4 fam. epiſt. 13; & Voſſ. de Hiſt. Lat. 1 c. 12. Teſte etiam Arnobio lib. 5 p. 161 *Varro ille Romanus multiformibus eminens diſciplinis & in vetuſtatis indagatione rimator.* vide ſupra *Terentius.*

VĀRUS, a, um, intortus, inflexus, ſchlimm, krumm, gebogen, ſperricht. Sic, *Brachia late vara*, Statius 6 Theb. v. 848; Et, *Manus varas*, incurvas dixit Ovid. 9 Metam. v. 33. Et Perſius ſatyr. 6 v. 18 *Geminos horoſcope varo Producis genio*, id eſt, ingenio diſſimili præditos, zwillinge ungleicher art. Varro de Re Ruſt. 2 c. 9 *Canes cruribus varis.* Hinc

¶ Vārus, i, ſubſt. qui curvis contractisque cruribus eſt, der krumme füſſe hat. Nonius c. 1 n. 104 *Vari dicuntur obtortis plantis*, &c. Ab hoc pedum vitio Romanis nobilibus factum cognomen. Notat Plinius 11 c. 45. vide mox *Varus* ſeorſum. Horat. 1 ſat. 3 v. 47

Hunc varum, diſtortis cruribus, &c.

Et Plaut. Milit. 3, 1 v. 128 *Aut varus aut valgus.*

¶ Vara, æ, ſubſt. tabula transverſaria impoſita, arrectariis, vibiis furcillisque ſuſtentata, ein querholtz, ein bret überzulegen. Vitruv. 10 c. 18 *Compegit arrectariis & jugis varas.* Columella 5 c. 9 *Si prius varam feceris*, &c. Proverb. *Sequitur vara vibiam*, id eſt, cadente uno, cadit & alterum. conf. infra *Vibia*, & Bald. Lex. Vitruv. p. 140. ¶ 2. Alii etiam *Varam* perticam inſtar furcæ eſſe dicunt, cui aliquid ſuſpenditur, eine ſtange oder lange gabel. *Varæ, bacilla furcillata habent figuram litteræ V*, ut Varro de L. L. 4 c. 24 interpretatur, ad cujusmodi ſuffigi retia ſolebant. Lucanus lib. 4 v. 439

Aut dum diſpoſitis attollat retia varis Venator.

¶ Vāro, are, id eſt, curvare, krümmen, im bogen führen. Salmaſio ad Solin. p. 664 eſt *tranſire & trajicere flumen*, quod improbat index Gœſii, ubi Autor de Limit. p 257 *Sunt & alii pontes, quorum alvei varantur.* Et p. 285 *Flumen, quod neceſſe ſit varari.*

¶ Vārātio, ōnis, curvatura, die krümmung. Idem Autor de Limit. p. 257 & 285 *Varatio fluminum.*

¶ Vārĭcus, a, um, idem cum *Varus.* Ovid. 3 de Arte amandi v. 304

Ambulat ingentes varica fertque gradus.

Vide Caſaub. ad Theophraſti Characteres p. 135.

¶ Varicĭtus, vel Varĭtus, adverb. id eſt, cruribus diſtenſis, gretſchlicht. Apulej. Met. lib. 1 *Varicitus ſuper faciem meam reſidentes.*

¶ Vārĭco, are, & Varicor, ari, pedes diducere eſt, ſeu diſtorquere, die beine weit aus einander thun, gretſcheln. Quintil. 11 c. 3 VARICARE *ſupra modum & in ſtando deforme eſt, & accedente motu prope obſcenum.* Caſſiodorus 6 epiſt. 9 *Superbus quin etiam varicatis greſſibus patet.* ¶ 2. Quia igitur *vari* & *varicantes* juſtum ſtatûs modum excedunt: inde *varicare* etiam pro transgredi, deflectere atque divertere ponitur: quod tamen *prævaricari* frequentius dicitur. Vet. Gloſſ. *Varicat*, ὑπερεκβαίνει.

¶ Varicātor, ōris, ein übertreter. Vlpianus Lege 4 Dig. § 5 de his qui not. infamiâ. Verba vide paullo poſt in *Prævaricator.*

Compoſita:

¶ Divārĭco, are, diſtendere eſt, ausſperren, von einander thun. Cic. in Verrina 4 c. 40 *In ea* [ſtatua] *hominem divaricari ac deligari jubet.* Et Varro 2 c. 5 de Re Ruſt. *Ne cujus ungulæ divaricent.*

¶ Divaricātus, a, um, aus einander geſperrt, ausgeſtreckt. Prudent. Periſteph. 5 v. 252 *Divaricatis cruribus.* Ammianus 22 c. 28 *Divaricatis pedibus.* Eraſmus de civilitate morum, *diductis genibus ſedere aut divaricatis tibiis diſtortisve, Thraſonum eſt.*

¶ Obvāro, are, Nonio c. 2 n. 606 eſt pervertere, depravare, verkehren, entgegen ſeyn; ubi Ennius: *Conſiliis obvarant.*

¶ Obvārĭco, are, ire obviam, impedire, hindern; Hinc

¶ Obvaricātor, ōris, qui cuipiam occurrit, quo minus rectum iter conficiat, ein hinderer. vide Feſtum.

¶ Prævārus, a, um, valde tortus & obliquus, ſehr ſchlimm, unordentlich. Apulejus lib. 4 Florid. p. 362 *Vt qui animadverteret venarum pulſus inconditos vel prævaros.*

¶ Prævārĭcor, ari, id eſt, valde varicare, & proprie de aratoribus dicitur; inde ad cauſſarum actores translatum, qui corrupte & fraudulenter agunt, ausgleiten, neben hin fahren, mißhandeln. Plin. 18 c. 19 *Arator, niſi incurvus, prævaricatur.* Inde translatum hoc crimen in forum. Cic. pro Cluent. c. 21 *Non defendere, ſed prævaricari accuſatori videbatur.* Cic. de Aruſp. Reſponſ. c. 20 *Clodius a Catilina pecuniam accepit, ut turpiſſime prævaricaretur.* vide mox *Prævaricator.* Valla *prævaricari* quocunque modo à præſcripto officii ſui deflectere exponit lib. 6 c. 2. ¶ 2. Auguſtin. Tract. 99 in Joh. etiam activo uſus eſt: *Adam, quod audivit, prævaricavit.*

¶ Prævaricātio, ōnis, corruptela, die falſchheit, übertretung, mißhandlung. Cicero Partit. c. 36 *Si in reo pecunia abſoluto, rurſusque revocato, prævaricationem accuſator eſſe definiat, omnem judicii corruptelam ab reo: Defenſor autem non omnem, ſed tantummodo accuſatoris corruptelam ab reo.* Hinc, *Damnari prævaricationis*, Plin. 1 epiſt. 20. Et, *Liberari prævaricatione*, Cic. pro Cœlio c. 10.

¶ Prævaricator, ōris, ein übertreter, abtrünniger. Cicero in Partitionibus c. 36 PRÆVARICATOR, inquit, *ſignificat eum, qui in con-*

trariis caussis quasi varie esse positus videatur, ein achselträger, der es mit beyden parthreyen hält. Vlpianus Leg. 4 § 5 Dig. de his qui notantur infamia: PRAEVARICATOR *est quasi varicator, qui diversam partem adjuvat, proditâ caussa sua.* Proprie accusator ita dicitur, qui ita accusat: vel reus, a quo corruptus, ut absolvatur potius, quam damnetur. Quod fit, cum vera abscondit crimina, & falsas excusationes contra recipit, & sic colludit cum reo, quemadmodum Mucianus JCtus loquitur Lege 1 ad SC. Turpilian. vide Cujacium lib. 9 Observat. c. 40. ¶ 2. Pro quovis corruptore posuit Cicero in Pison. c. 10, *prævaricator Catilinæ quondam, nunc ultor*, ein verderber. Et in Philipp. 2 c. 11 *Vereor, ne mihi prævaricatorem apposuisse videar, qui me non solum meis laudibus ornaret, sed etiam honoraret alienis.* Cœlius Ciceroni lib. 8 fam. epist. 11 *prævaricator caussæ publicæ.*

¶ Prævārĭcatrix, īcis, die übertreterin. Hieronymus procemio Dialogor. adversus Pelag. sub finem: *Prævaricatrix soror ejus Juda.* Quæ verba sumta sunt ex Jerem. c. 3 v. 7 & 10, ubi Vulgatus etiam Interpres *prævaricatrix* transtulit. Et Ambrosius epist. 33 ad Marcellinam sororem: *prævaricatricis conscientiæ reus.*

¶ Transvārĭco, are, überschreiten. Gloss. lat. gr. *Transvaricat*, ὑπερβαίνει. Veget. 3 c. 60 *Prioribus pedibus transvaricare*, stolpern.

VĀRUS, i, nomen Romanum a cruribus varis ortum. *Varus Actius* a Jul. Cæsare victus & profligatus, Vellej. 2, 55, 4. Lucan. 4 v. 713. ¶ 2. *Varus Quintilius* Galliæ Cisalpinæ præfectus sub Augusto, cujus auxilio Virgilius amissos agros recuperavit, & eum miris laudibus extulit ecloga 9 v. 26 & 35. Sed in Germania circumventus cum tribus legionibus periit. Hujus mortem deflet Augustus apud Sueton. c. 23. conf. Vellej. 2 c. 117, &c. & Manil. 1 v. 896. ¶ 3. *Varus*, vates Græcorum apud Valer. Flacc. 6 v. 116. ¶ 4. *Varus*, fluvius Galliam Narbonensem ab Italia disterminans, Plin. 3 c. 4 pr. Lucan. 1 v. 404.

¶ Variānus, a, um, adject. ut, *Variana clades*, Sueton. August. c. 23; & Calig. c. 3.

VĂRUS, i, seu *Vari* potius plurali numero, & substantivum, maculæ sunt in facie, ut lenticulæ &c. sommersprossen, sonnenflecke. Plin. 23 c. 4 *Oleum amygdalinum varos cum melle tollit e facie.* Et Celsus 6 c. 5 pr. *Pæne ineptiæ sunt, curare varos, & lenticulas, & ephelidas.*

¶ Variŏlæ, arum, vel Varioli, ōrum, diminut. pustulæ vel papulæ majores minoresve, quibus cutis fit varia, in pueris, & adultis nonnunquam, die blattern, pocken, masern. Vox medicorum est recentium.

¶ Variŏlus, i, piscis, vide supra *Trutta.*

VAS, vădis, mascul. gen. qui pro alio spondet in judicio, ut illi *vadere*, hoc est, abire & discedere usque ad constitutum diem liceat, quo si non redierit, ipse illius periculum subeat, ein vorstand, cavent, der vor einen gut saget. Varro de L. L. 5 c. 7 *Vas appellatus, qui pro altero vadimonium promittebat. Consuetudo erat, cum reus parum esset idoneus, inceptis rebus, ut pro se alterum daret*, &c. ¶ 2. *Vas* etiam dicitur sponsor, in re capitali, seu, ut vulgo vocant, in maleficio, ἐγγυητὴς, ein bürge in einer sache, so leib und leben antrifft. Cic. 2 de Fin c. 24 *Vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico.* Idem 3 Off. c. 10 *Cum is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum caussa postulavisset, vas factus est alter sistendi ejus, ut, si ille non revertisset, moriendum esset ipsi.* Livius 39 c. 41 *Vades deserere*, die halßbürgen stecken lassen. Horat. 1 sat. 1 v. 11

Ille datis vadibus qui jure extractus in urbem est.

¶ Vădĭmōnium, i, est sponsio ad certum diem comparendi in judicio, vel per se vel per advocatos, die bürgschafft oder gewehre gerichtlich zu erscheinen, rechtliche tagleistung. vid. Vall. lib. 6 c. 31. Cicero pro Quint. c. 15 *Ad vadimonium non venit, qui tibi præsto semper fuit.* Sic, *Vadimonium alicui imponere*, id est, necessitatem comparendi in judicio datis vadibus, Nepos Timoleonte c. 5. Et, *Vadimonium obire*, Cic. pro Quint. c. 16, sistere se ad diem, sich auf angelobung stellen. Quod & *vadimonium sistere*, Cato dixit apud Gellium 11 c. 14; & Nepos Attic. c. 9. Et Cicero pro Quintio c. 8 *Venit Romam Quintius, vadimonium sistit.* Seneca epist. 8 *Ad vadimonium advocatus descendit.* Huic contrarium: *Vadimonium deserere*, Cicero 2 in Catil. c. 3, aussenbleiben. *Differre vadimonium*, Cic. pro Quintio c. 14; Et ibidem: *Vadimonium missum facere*, est obligationem vadimonii remittere. Ausonius in Sapientib. extr.

Mileti fugisse Thales (docet) *vadimonia alumnus.*

Vid. Pollet. Histor. for. Rom. lib. 5 c. 1. Sigon. de Judic. lib. 1 c. 20.

¶ Vădor, ātus sum, ari, vades postulare, vadimonio aliquem obstringere, einen zwingen, daß er bürgen setze, oder vorstand mache. Cicero pro Quint. c. 19 *Debere tibi dicis Quintium, procurator negat; vadari vis, promittit; intus vocas, sequitur; judicium postulas, non recusat.* Idem ibidem c. 6 *Neque vadari, neque vadimonium promittere.* Livius 3 c. 13 *Tot vadibus accusator vadatus est reum.* ¶ 2. Sumitur etiam passive, pro, vadimonio obstringi, sich verbürgen, bürge werden. Nam verbum commune secundum Prisfcianum lib. 8 p. 794. Hinc

¶ Vădātus, a, um, obstrictus, vel sub fide, aut fidejussione ambulans, verbürgt, verhafftet, verbunden. Sic apud Fenestellam, *Vadatus amicitiæ nodulo tenebatur*, vid. Fulgent. de prisco Serm. n. 61. *Vadatus amore vinctusque*, Plaut. Bacch. 2, 2 v. 3. *Vadatus usque ad terminos ultimi spiritus*, Apulej. Met. lib. 1. ¶ 2. Sed active *Respondere vadato*, id est, ei, qui in jus vocat, Horat. 1 sat. 9 v. 36.

¶ Vadātio, ōnis, die verbürgung, apud JCtos. vid. Hotoman. de Verb. jur.

¶ Convădor, ari, significatione simplici vadimonio obstringere, erbieten zu erscheinen, gelöbniß nehmen. Plaut. Curc. 1, 3 v. 5 *Vbi tu es, qui me convadatus Veneriis vadimoniis?*

¶ Subvas, ădis, qui subsistit in locum prioris vadis, der vor dem bürgen bürge wird. Gellius 16 c. 10 *Vades & subvades.*

VAS, vāsis, neutr. 3 declinationis: sed in multitudinis numero secundæ, Vāsa, vasorum; nomen generale receptaculorum ex quavis materia, allerley gefäß und geschirr. Quamquam non semper receptacula significat, sed & omnis generis instrumenta & supellectilem, allerley geräthe. Sallustius Catilinâ in Orat. Cæsaris c. 51 *Vti quisque domum aut villam, postremo vas, aut vestimentum alicujus concupiverat*, &c. Seneca 1 de Benefic. c. 1 *Diligenter in patrimonium & vasa debitoris inquirimus*, &c. Sic, *Vasa utilia culturæ*, hoc est, ad agrum colendum, *aratra* puta, *ligones*, *sarculos*, *falces* &c. Vlpianus vocat Lege 7 Dig. de instructo vel instrumento legato. Vide & L. *Cum aurum* 19 § *Sed cui vasa* 10 D. de auro & argento legato. ¶ 2. Significat & impedimenta militaria, bagage. Hinc, *Vasa colligere, conclamare*, locutiones militares sunt, cum castra movenda & transferenda in locum alium sunt, apud Cicer. 4 in Verrem c. 19, Cæsarem 1 B. Civ. c. 66, & alios passim, aufbrechen, abziehen. ¶ 3. Receptaculum ex varia materia, ein pocal, faß, topff, &c. ut, *Vasa Corinthia, Deliaca*, Cic. pro Rosc. Am. c. 46. Et, *Vinarium vas*, ein weinfaß, Cic. 4 Verrina c. 27. Et, *Vasa magnifica & pretiose cælata*, Idem 2 de Invent. c. 40. *Ducere vasa e luto*, est fingere, töpffe machen, Quintil. 2 c. 17. Et Horat. 1 epist. 2 v. 54

Sincerum est nisi vas, quodcunque infundis acescit.

Sic, *Quassatis undique vasis diffluit humor*, das gefässe läufft aus, Lucret. 3 v. 435. Κακὸν ἄγγος οὐ κλᾶται, i. e. *Malum vas non frangitur*, unkraut vergehet nicht, vide Chiliad. Vasorum autem, quæ certam mensuram habebant, inspectio penes ædiles erat. Nam si minora deprehenderentur, quam par erat, aut justo majora, confringebantur ab ædilibus. vide Persium sat. 1 v. 228, & Juvenal. sat. 10 v. 102. ¶ 4. *Vasa* dicuntur testiculi, apud Plaut. Pœn. 4, 2 v. 41 *Refero, vasa salva, qui manifesto mœchi haud ferme solent.* vid. Lips. Antiq. Lect. 1 c. 7.

¶ Vāsum, i, pro *vas* antiqui scripserunt, teste Carisio, unde postea in plurali *Vasa, orum*: Cato apud Gellium 13 c. 22 *Neque vasum neque vestimentum ullum est in manu pretiosum.* Et Plaut. Trucul. 1, 1 v. 33 *Vasum argenteum, aheneum.*

¶ Vascŭlum, i, ein becher, gläßlein, gefäßlein; ut, *Vasculum vinarium*, ein wein-glaß, Plaut. Trin. 4, 2 v. 46. *Vascula eluere*, Idem Aulul. 2, 3 v. 3. Et, *Argenti vascula puri*, Juvenal. sat. 9 v. 141.

¶ Vascellus, i, aliud diminut. idem. In Inscript. apud Gruterum p. 1108 *Filius in vascello & massa repositus* refertur, ubi *Vascellus* nihil aliud quam cinerum urna est.

¶ Vascŭlārius, i, qui vasa, præsertim aurea & argentea, facit, ein goldschmid. Cic. 4 Verr. c. 24 *In regiam omnes cælatores ac vasculatores convocari jubet.* Vlpianus lege 20 § 2 D. de præscr. verbis: *Si, cum emere argentum velles, vascularius ad te detulerit, & reliquerit.* Reines. class. 10 Inscript. 10 COLLEGIVM VASCVLARIORVM. Adde Sponii Miscell. Erud. Antiq. p. 66.

¶ Vasārium, i, vasorum supellex, vorrath von gefässen; ut, *Omnia vasaria excutere*, per metaphoram dixit Plin. lib. 7 c. 49, alle winckel durchkriechen. ¶ 2. Item pecunia, quæ publice dari solebat magistratibus in provincias euntibus, ad comparanda necessaria, Cicer. de Leg. Agrar. & in Pison. c. 35.

¶ Vasātus, a, um, testiculos habens, der hoden hat. Sic *Bene vasati* Lampridio in Heliogab. c. 5, 8, 9 & 31 sunt, quibus natura grandior: qui peculiati probe, ut poëta loquitur. vide Scalig. in Priapeja p. 201. Hinc emendandum Suetonium Rutgersius putat Vespasiano c. 23, & pro, *de quodam procere staturæ improbiusque nato*, legendum: *improbiusque vasato* &c. Huc enim pertinent ultima versus Homerici, quem subjicit, verba,

Μακρὰ βιβὰς κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος.

Longis passibus vadens, quatiens hastam umbra longioris.

Vide Rutgersium Var. Lect. 2 c. 2.

¶ Convāso, are, verbum figuratum, & colligendis vasis factum, ut Donatus exponit, significat furtum colligere, heimlich einpacken, zusammen raffen. Terent. Phorm. 1, 4 v. 13 *Aliquid convasassem atque hinc me conjicerem protinus in pedes.* Sidon. 1 epist. 9 *Omnium laudum acclamationes convasare.*

VASALLUS, i, barbara vox ab Italis, Hispanis & Gallis profecta, ein vasall. Latine reddetur *cliens fiduciarius*, Vossio judice de Vitiis Serm. Lat. 1 c. 7; & 2 c. 19; & 3 c. 54.

Vasarium, vide paullo ante in *Vas, vasis.*

VASĀTAE, arum, & Vasates, Vasatium, nomen populi, & præcipuæ ejus urbis in Aquitania. Paulinus ad Ausonium carm. 10 v. 248

Consul arenosos num dedignare Vasatas.

Et Ausonius præfatione 2 ad Synagrium:

Vasates patria est patri: gens Ædua matri.

¶ Vasātĭcus, a, um, adject. ut, *Vasatica rheda*, Ausonius epist. 7 v. 18.

VASCŌNES, um, Οὐάσκονες, Hispaniæ populi, Gallicum versus oceanum & Pyrenæum siti. Cincti aliquando obsidione a Sertorio, ne fidem Pop. Rom. violarent, cadaveribus usi sunt in cibos. Ad quod allusit Juvenal. sat. 15 v. 93

Vascones, ut fama est, alimentis talibus olim &c.

Et Paulinus Nolanus ad Ausonium carm. 10 v. 212 *Vascone saltu*, id est, Pyrenæo. ¶ Pars postea in Galliam migravit, in Aquitania sedes occupans, *les Gascons.*

¶ Vascŏnia, æ, regio Vasconum. Paulinus l. c. v. 203

Vasconiæ saltus, & ninguida Pyrenæi
Objicis hospitia.

¶ Vascŏnĭcus, a, um, adjectivum. Ibidem v. 218

Ac si Vasconicis mihi vita fuisset in oris.

Vascularius, vasculum, vide superius paullo *Vas, vasis.*

VASCUS, a, um, inanis, leer, hohl; ut, *Vascus & invenustus aspectus*, Vitruv. 3 c. 2. *Vascæ vistulæ*, Solin. c. 5. *Phonascas* interpretatur Turnebus Advers. 17 c. 20. Aliis videtur vox contracta ex *vesica*. vid. Salmas. Hist. Aug. p. 495; & ad Solin. p. 86 & 87. Isaac. Voss. in Pompon. Melam p. 235 ipsam vocem improbat.

Vastatio, vastator, vastĭtas, vasto, are, &c. vide sequens *Vastus.*

VASTUS, a, um, ingens supra modum, εὐμεγέθης, ἀχανὴς, sehr groß, ungeheuer, wüste; ut, *Belua vasta & immanis*, Cic. 1 de Divinat. c. 24. *Vastus elephantus*, Cic. 1 de Nat. Deor. c. 35. *Vastior altitudo*, eine grössere tieffe, Livius 31 c. 1. Et, *Orbis vastus*, Ovid. 2 de Arte am. v. 18. *Solitudo vasta*, Cic. Somn. Scip. c. 6. Et, *Incendium vastissimum*, Plin. 10

Plin. 10 epist. 52. *Turba verborum magnitudine inani vasta*, Gell. 1 c. 15 sub fin. ¶ 2. Ad animum cum transfertur, eum significat, qui non magna, sed immodica nimiaque & supra sortem humanam quoque concipit animo atque affectat, qualis Catilina fuit, cui *vastum animum* Sallustius tribuit c. 5 cum ait: *Vastus animus immoderata, incredibilia semper cupiebat.* ¶ 3. Deinde *Vasti* etiam dicuntur aversi ab omni voluptate, duri scilicet & agrestes, grob, tölpelhafft. Nam sicut *magni* animi est, non quidem curare voluptates magnopere, concessis tamen uti; sic *vasti* contra, spernere omnes ac conculcare. Gellius 19 c. 9 *Sed ne nos, id est, nomen latinum, tanquam profecto vastos & insubidos ἀναφροδισίας condemnetis* &c. Salmasius tamen ex libro antiquo *Vascos* legit notis ad Script. Hist. Aug. p. 495, & in Exercitat. Plinianis p. 87, qui *Vascum*, leve, inane ex Glossario antiquo interpretatur: sed alterum rectius puto. Ita enim & Cicero 1 de Orat. c. 25 *Aut ita vultu motuque corporis vasti atque agrestes* &c. *Vasti*, id est, invenusti.

¶ Vastŭlus, a, um, diminut. etwas groß. Apulej. Met. lib. 2 extr. *Vastulis corporibus fores nostras irruentes.*

¶ Vaste, adverb. idem; ut, *Vastius diduci*, etwas weit von einander gesetzet werden: Cic. de Orat. 3 c. 43 *Verba ita jungere, ne aspere concurrant, neve vastius diducantur.* Et eodem libro c. 11 *Vaste, rustice, hiulce loqui.*

¶ Vastĭtas, ātis, magnitudo, die grösse, weite; ut, *Sterilis profundi vastitas soli*, Seneca Hercul. Fur. v. 701. ¶ 2. Est & vastatio, die wüsteney. Cic. in Catil. 1 c. 5 *Tecta urbis, Italiam denique totam, ad exitium & vastitatem vocas*, du machst das land zur wüsten. *Efficere vastitatem*, Cic. in Pison. c. 35. *Vastitas agrorum*, Idem in Verr. 6 c. 51. Et, *Deflere judiciorum vastitatem*, de Clar. Orat. c. 6.

¶ Vastĭties, ēi, destructio, die verwüstung, verheerung. Plaut. Pseud. 1, 1 v. 68 *Mihi voluptatum omnium vastities venit.*

¶ Vastĭtūdo, ĭnis, idem. Cato de R. R. c. 141 *Viduitatem vastitudinemque probibere.* Plura veterum exempla vide apud Nonium c. 2 n. 761 & 891.

¶ Vasto, avi, ātum, are, verwüsten, zerstören; ut, *Agros vastare atque exinanire*, Cic. in Verr. 5 c. 50, verheeren, wüste machen. Et, *Locum aliquem vastare & diripere*, in Catil. 4 c. 6. *Vastare omnia ferro & incendiis*, Cic. epist. ad Octav. Et, *Homo magis ad vastandum, quam ad vincendum paratus*, ad Attic. lib. 8 extr.

¶ Vastātus, a, um, verwüstet; ut, *Vastata tumultu impio fana*, Horat. 4 od. 4 v. 47. *Vastatum ac relictum forum*, Cic. pro Sext. c. 24.

¶ Vastātio, ōnis, die verwüstung; ut, *Vastatio possessionum*, Cic. in 2 Catil. c. 9. *Defendere aliquid a vastatione*, Cic. 10 fam. epist. 15 extr.

¶ Vastātor, ōris, ein verwüster, zerstörer; ut, *Trojæ vastator Achilles*, Stat. 2 Achill. 318. Et Ovidius 11 Metam. v. 395

> *vastatoremque cruento*
> *Ore ferum*, id est, lupum.

¶ Vastatrix, īcis, eine zerstörerin; ut, *Luxuria terrarum marisque vastatrix*, Seneca in epist. 95.

¶ Vastatōrius, a, um, verwüstend. Ammianus 18 c. 13 *Hostium vastatoria manus.* Et lib. 19 c. 19 *vastatorius globus*, streiffende parthey̆en.

¶ Vastesco, ĕre, wüste werden. Nonius c. 2 n. 892 exponit *inhorrescere*, vel *deseri*: ubi Accius: *Ne scelere tuo Thebani vastescant agri.* Et Cicero: *Stirpium asperitate vastescere.*

¶ Vastĭto, are, frequentativum. Apud eumdem Ammianum 16 c. 5 vulgo legitur: *terræ sæpe vastatæ*: sed Hadrian. Valesio p. 1.3 testante, in MSS. ibidem est *vastitatæ*.

¶ Vastĭfĭcus, a, um, idem quod *Vastatorius*; ut, *Belua vastifica*, Cic. in 2 Tuscul. c. 9 ex poëta veteri.

¶ Devastus, a, um, sehr groß. Comparat. Apulej. Met. lib. 9 *Devastior nodulus.*

¶ Devasto, are, verwüsten; ut, *Sumus aliquoties hac æstate devastati*, Liv. 4 c. 59.

¶ Devastātus, a, um, verwüstet, zerstört. Ovid. Met. lib. 13 v. 255 *Agmina ferro devastata.*

¶ Evasto, are, eâdem significatione apud Livium habetur aliquoties; ut lib. 5 c. 5 *Culta evastata sunt bello*: & lib. 10 c. 15 *Consulares exercitus quinque mensium spatio omnia evastarunt.* Et Silius 15 v. 184

> *Pellorum dira creatrix*
> *Evastanda tibi tellus.*

¶ Pervasto, are, graviter vastare, durchaus verheeren, verwüsten. Livius 33 c. 37 *Libuos quum pervastassent.* Idem lib. 6 c. 4 *Ad pervastandos fines ducere.*

¶ Pervastātus, a, um, verheert, zerstört. Tacitus Ann. 15 c. 45 *Pervastata Italia, provinciæ eversæ.*

Vasum, vide paullo ante in *Vas, vasis.*

VĀTES, is, a græco φάτης, μάντις, divinator & divinatrix, ein prophet, weissager und weissagerin; ut, *Vates Sibylla*, Virg. Æn. 6 v. 211. Plautus Milit. 3, 3 v. 37 *Bonus vates poteras esse, cum, quæ sunt futura, videas.* ¶ 2. Et, *Vates* poëtæ dicuntur, quod illi sacri furoris inspiratione pleni canant carmina, poeten. Vnde Plato in Phædro, quod Seneca de Tranquillitate animi sub finem repetit, dixit, *frustra poëticas fores compotem sui pepulisse.* Vide & Victorinum de metrorum origine. Ovid. 3 Amor. eleg. 9 v. 17

> *At sacri vates & Divûm cura vocamur.*

Lucanus lib. 9 v. 918

> *O sacer & magnus vatum labor, omnia leto*
> *Eripis, & populis donas mortalibus ævum.*

¶ 3. *Vates* etiam dicuntur excellentissimi quique in aliqua arte, (nihil enim sine aliqua divina vi excellens est,) vel qui interpretari ac explicare artem seu disciplinam aliquam optime possunt, ausleger. Plinius 11 c. 37 sub fin. *Arteriarum pulsus descriptus ab Herophilo medicinæ vate miranda arte.* Valer. Maximus 8 c. 12 n. 1 *Q. Scævola legum clarissimus & certissimus vates.*

¶ Vātĭcĭnor, ātus sum, ari, divinare, weissagen. Cic. ad Attic. 8 epist. 11 *Non multo, inquam, secus possum vaticinari*, ich kan nicht viel anders prophecey̆en. Idem de Divin. 1 c. 31 *Vaticinari per furorem.* Et pro Sextio c. 10 *Qui hæc dicerent, vaticinari & insanire dicebant.* ¶ 2. Interdum ponitur pro nugari & obsoleta profundere. Plaut. Pseud. 1, 3 v. 128 *Vaticinamini vetera*; cui simile illud ἀρχαῖα λέγειν. vid. Chiliad. & Parei Lex. Crit. p. 1265.

¶ Vaticinātio, ōnis, die weissagung, wahrsagung. Cic. ad Attic. 8 epist. 12 *Scripseram ipse eas litteras, quarum vaticinationem falsam esse cupio.* Et 2 de Divin. c. 3 *Vaticinationes Sibyllinæ.* Cæs. B. G. 1 c. 50 *Vaticinatione declarare.*

¶ Vātĭcĭnium, i, idem. Plin. 7 c. 52 *Plena est vita his vaticiniis, sed non conferenda, cum sæpe falsa sint.* Solin. c. 2 *Evandri mater, quæ a vaticinio Carmentis dicta est.* vid. plura apud Borrich. in Cogit. p. 260.

¶ Vaticĭnātor, ōris, ein weissager. Jul. Paulus lib. 5 Recept. Sentent. Tit. 21 Sent. 1 *Vaticinatores, qui se Deo plenos adsimulant.* Et ibidem sentent. 3 *Qui de salute principis vel summa reipub. mathematicos, ariolos, aruspices, vaticinatores consulit, cum eo qui responderit, capite punitur.* Ovid. de Ponto 1 epist. 1 v. 42

> *Vnde tamen vivat, vaticinator habet.*

Et de sanctis vatibus Prudentius Hamartig v. 343

> *Inspirante Deo quod sanctus vaticinator Prodidit.*

¶ Vaticinatrix, īcis, eine weissagerin. Legitur apud Pomponium Lætum de Sacerd. Rom.

¶ Vātĭcĭnus, a, um, weissagerisch; ut, *Libri vaticini, precationesque*, Liv. 25 c. 1, bücher, daraus man wahrsaget. *Furor vaticinus*, Ovid. 2 Metam. v. 642.

¶ Vātĭcānus, i, mons Romæ, & Deus loquelæ, loci præses, dictus a *vaticiniis*, quæ vi atque instinctu illius Dei ibi fieri solita: quamquam aliam rationem Varro attulit, cui *Vaticanus* Deus, *quem penes initia humanæ vocis* credita fuerint. vide Gellium 16 c. 17. Augustinus *Vagitanum* dixit, a *vagitu*. Prima hujus nominis syllaba longa est perpetuo, secunda anceps, & tertia rursus longa. Juvenal. satyr. 6 v. 343 secundam producit:

> *Et Vaticano fragiles de monte patellas.*

Sed Horatius 1 od. 20 v. 7 corripit:

> *Redderet laudes tibi Vaticani*
> *Montis imago.*

¶ Vaticānus, a, um, etiam adject. ut, *Vaticana vallis*, Tacit. Annal. 14, 14, 3. *Vaticanus ager*, Cic. Leg. Agrar. 2 c. 35.

Vaticanus, vaticinium, vaticinor, &c. vide ante in *Vates.*

VĂTĪNIVS, i, impudentissimus Ciceronis hostis, de quo Seneca Constant. Sapient. c. 17 *Vatinius assiduo*, inquit, *convicio depudere didicerat.* Tantum autem ei apud populum Romanum invectivis in eum Ciceronis conciliatum fuit odium, ut *Odium Vatinianum*, pro capitali ac vehementer acerbo, in proverbium cesserit. vide Chiliadas. ¶ 2. *Vatinius Beneventanus*, sutor distorti corporis, & artifex calicum vitreorum, qui quatuor rostra instar nasorum protensa habuerunt. Meminerunt ejus Martial. 14 epigr. 96; Juvenal. sat. 5 v. 46; & Tacit. Annal. 15, 34, 3. Hinc vasa vitrea vocantur *Vatinia*. vid. Martial. 10 epigr. 3.

¶ Vatiniānus, a, um, adject. Catullus epigr. 14 v. 3

> *Odissem te odio Vatiniano.*

Idem epigr. 54 v. 2 *Crimina Vatiniana.*

VĂTIVS, a, um, cui crura sunt introrsum intorta, vitium *Valgo* contrarium, krummbeinicht, dem die beine einwärts gebogen. Varro de canibus 2 de Re Rustica c. 9 *Sint cruribus rectis, ac potius varis, quam vatiis.* Plura de hoc verbo Vossius in Etymologico p. 542.

¶ Vatia, æ, subst. ein tollfuß. Varro de L. L. 8 c. 5 *Si quis puerorum per delicias pedes male ponere, atque imitari vatias cœperit, hos corrigi oportet: contra, si quis in consuetudine ambulandi jam factus sit vatia aut compernis, eum corrigi non concedunt.* Plin. 11 c. 45 *Cognomina inventa a cruribus, Vari, Vatiæ, Vatinii.* Et Gloss. Isidori: *Vatia diversis plantis.*

¶ Vatrax, ācis, & Vatricōsus, a, um, pedibus vitiosis, tollfüßig, krummbeinicht. Ita Nonius c. 1 n. 99 ex Lucilii lib. 28. Adde Voss. l. c.

V̄BER, ĕris, substantivum, mammam significat, θηλὴν, ein euter; plural. *Vbera*, die brüste; ut, *Binos alit ubere fœtus*, Virgil. eclog 3 v. 30. *Vbera admovere*, säugen, Idem 4 Æn. v. 367. Et, *Ablatus uberibus*, Plin. 8 c. 55. *Depulsus ab ubere matris*, Virg. 3 Georg. v. 187, abgesetzt, entwehnt. *Raptos ab ubere abstulit atra dies*, Idem 6 Æn. v. 428. *Vbi uber, ibi tuber*, Apuleji est lib. 4 Floridorum. Integrum locum vide supra in *Mel.* ¶ *Vber* etiam substantive de solo dicitur, quum fertilitas ejus ubertasque significatur, die fülle, der überfluß. Virg. 7 Æn. v. 261

> *non vobis Rege Latino*
> *Divitis uber agri, Trojæque opulentia deerit.*

Vbi Servius: VBER AGRI, *libertas.* Adde Tacit. Hist. 3, 34, 2. Alibi Virg. Georg. 2 v. 233

> *pecorique & vitibus almus*
> *Aptius uber erit.*

Sic idem poëta alibi, *Vbere læto*, & *ubere glebæ* dixit, Æn. 3 v. 95 & 164. Et Symmach. 1 epist. 7 *Nos extero ac pleno ubere Roma exceperat.*

¶ V̄ber, ĕris, adjectivum, gen. omnis, idem quod abundans, copiosus, fœcundus, voll, reichlich, fruchtbar; ut, *Vberrimi fructûs*, Cic. 2 Nat. Deor. c. 62. Idem ad Quint. fratr. 3 epist. 1 c. 3 *Multis in locis aquam profluentem & eam uberem vidi*, überflüßig wasser. *Vber solum*, Tacit. 5 Hist. c. 6 de Palæstina. *Agro bene culto nihil potest esse usu uberius*, Cic. de Senect. c. 16. Idem 3 Offic. c. 2 *Nullus feracior in philosophia locus est, nec uberior, quam de officiis.* Cic. in Verr. 2 c. 14 *Vberrimus & quæstuosissimus annus.* Et in Pison. c. 14 *Vberrima triumphis provincia.* Sic, *Oratorum sua ætate uberrimus*, Tacit. 3 Annal. c. 31. *Vber & fœcundus auctor*, reich und voll, Cic. in Oratore c. 4.

¶ Vbĕrius, uberrime, adverb. häuffiger; ut, *Vberius & fusius aliquid disputare*, Cicer. 2 de Nat. Deor. c. 7, reicher und weitläufftiger. *Planius loquebantur, & uberius quam vulgi sermo*, Cic. 3 fam. epist. 11. Idem 2 de Divinat. c. 1 *Magnus locus, a tota peripateticorum familia tractatus uberrime.*

¶ Vbertas, ātis, copia, fœcunditas, die fülle, menge, der überfluß; ut,

Vbertas soli, Plin. 7 c. 2 *Vbertas frugum.* Et, *Vbertas dicendi orationis*, reiche worte, Cic. in Oratore c. 3.

¶ Vbĕro, āre, verbum, (quod & *buberare* scribunt nonnulli, quemadmodum & *Huber*, *Hubertas* &c.) est uberem & fœcundum facere, fruchtbar machen. Plin. in Paneg. c. 32 *Benignitas cæli terram uberat, fovetque.* ¶ 2. Neutraliter pro abundare, fruchtbar seyn, usus est Columell. 5 c. 9 *Olea continuo biennio non uberat*, hoc est, exuberat, vel fœcunda est.

¶ Vberto, āre, idem. Eumenius pro Flaviens. c. 9 *Agros imber ubertat.*

¶ Vbertus, a, um, fruchtbar, reichlich. Solin. c. 34 *Solum planum ubertumque.* Et Gellius 7 c. 14 *Magnificum & ubertum dicendi genus.*

¶ Vbertim, aliud adverbium. Catull. carm. 66 v. 17 *Vbertim lacrymulas fundere.* Imitatus est Claudianus de Laude Serenæ v. 214 *Cadebant ubertim lacrymæ*, id est, large, überflüßig.

¶ Vbĕrōsus, a, um, i.e. fertilis, fruchtbar. Gloss. lat. gr. *Vberosum*, γόνιμον.

¶ Exūber, ĕris, abgesetzt, entwöhnt. Sic *Exuberes* Festo sunt infantes ablactati, ἀπογάλακτοι, *lacte depulsi.* Ita enim legendum censet Scaliger pro *Exbueres*, quibus opponuntur.

¶ Exūbĕro, āre, est uberius abundare, sehr reich und überflüßig seyn; ut, *Pomisque exuberat annus*, Virg. 2 Georg. v. 516. ¶ Active, pro cumulare, häuffen, Columella dixit lib. 9 c. 4 *Quæ herbæ favorum ceras exuberant*, id est, uberes reddunt.

¶ Exūbĕrans, tis, häuffig, überflüßig. Superlat. Gellius 3 c. 9 *Haud credibili pulchritudine, vigoreque & colore exuberantissimo.*

¶ Exuberantia, æ, der überfluß. Gloss. lat. gr. *Exuberantia*, ἐκτένεια.

¶ Exūbĕrātio, ōnis, idem. Vitruvius 1 c. 4 *Exuberationibus aut defectionibus laborare.*

¶ Inūber, ĕris, non uber, unfruchtbar, mager, leer. Gellius 20 c. 8 *Ostreæ cum appositæ fuissent, & multæ quidem inuberes macræque essent.*

¶ Subūber, ĕris, ὑπογάλακτος, ὑπομάζιος, saugend.

V̆BI, adverbium loci & temporis est, wo, allwo, nachdem, da. Vltimam habet communem. Virg. 2 Æneid. v. 790 *Hæc ubi dicta dedit.* Tibull. 2 eleg. 5 v. 83 *Laurus ubi bona signa dedit.* In utroque exemplo τὸ *ubi* postquam significat. Terent. Eunuch. 4, 1 v. 14 *Vbi primum poterit, se illic subducet scio*, i. e. quamprimum. Idem Eunuch. 5, 5 v. 3 *Vbi satias cœpit fieri*, i.e. quando, postquam. Nepos in Epaminonda c. 7 n. 4 *Namque animadvertebat, ubi id fecisset, totum exercitum periturum*, i. e. si fecisset. Terent. Andr. 2, 2 v. 18

> *Continuo ad te properans percurro ad forum, ut dicam tibi hæc.*
> *Vbi te non invenio, ibi ascendo in quendam excelsum locum:*

Vbi, id est, in quo foro, indem ich dich da nicht finde. Idem Eunuch. 5, 8 v. 20 *Sed ubi est frater?* Et rursus act. 2 sc. 3 v. 20 *Sive adeo digna res est, ubi tu nervos intendas tuos*, i. e. in qua, worinnen du deine kräffte sehen lassen mögest. Sed per pleonasmum, *Vbi gentium*, Plaut. Asin. 2, 2 v. 21. *Vbi loci*, Idem Captiv. 5, 2 v. 5. *Vbi terrarum*, Idem Amphitr. 1, 1 v. 180. ¶ 2. *Vbi*, i. e. in quibus, vel propter quos: Terent. Heaut. 4, 6 v. 9

> *Hujusmodi res semper comminiscere,*
> *Vbi me excarnifices*, dadurch du mich quälest.

Plautus Captiv. extr.

> *Hujusmodi paucas poëtæ reperiunt comœdias,*
> *Vbi boni meliores fiant.*

¶ Vbiŭbi, compositum, id est, ubicunque, wo nur. Terent. Andr. 4, 2 pr. *Jam ubiubi erit, inventum tibi curabo*, er mag seyn, wo er wolle. Cic. 1 Tuscul. c. 29 *Nunc ubiubi sit animus, certe in re est.* Livius 42 c. 57 extr. *Sperantes, facile, ubiubi essent, se conversuros aciem.*

¶ Vbicunque, in quocunque tandem loco, wo es wolle. Cic. ad Attic. 3 epist. 25 *Te ante calendas Januarias, ubicunque erimus, sistas.* Idem in Verr. 5 c. 93 *Vbicunque factum est, improbe factum*, es sey wo es wolle, so ist es aus boßheit geschehen. Terent. Heaut. 3, 3 v. 17 *Vbicunque opus sit obsequi.* Et, *Vbicunque terrarum & gentium*, Cic. 7 in Verr. c. 55. Secundam habet ancipitem ad naturam primitivi sui. Ovidius lib. 7 Metam. v. 735

> *Quoties ego, dixerit, uni*
> *Servor, ubicunque est, uni mea gaudia servo.*

Idem lib. 3 Amor. eleg. 10 v. 5

> *Te, Dea, munificam gentes ubicunque loquuntur.*

¶ Vbilĭbet, vide supra in *Libet.*

¶ Vbīnam, wo denn? Cic. in 1 Catil. c. 4 *O dii immortales, ubinam gentium sumus!*

¶ Vbīque, in omni loco, überall; ut, *Vbique locorum, ubique terrarum*, Cic. 7 Verrin. c. 55 in omnibus locis. Martial. 7 epigr. 72 *Quisquis ubique habitat, nusquam habitat.* Et Senec. epist. 2 *Nusquam est, qui ubique est.* Apulejus lib. 1 Metam. sub. fin. *Itineris ubique*, hoc est, in omni itinere. ¶ 2. *Vbique* & pro *Vbicunque*, ut Lege 17 Dig. de contrah. empt. Vide supra in *Quandoque*; & Parei Lex. Crit. p. 1266.

¶ Vbiquāque, wozugegend. Apulejus: *Omnia ubiquaque gererentur, Otacustarum delatione discebat.*

¶ Vbīvis, überall, allenthalben. Cic. ad Attic. lib. 14 extremo: *Qui mihi videntur ubivis tutius, quam in senatu fore*, an allen andern orten, wo sie wollen. Idem 6 fam. epist. 1 *Nemo est, quin ubivis, quam ibi, ubi est, esse malit.* Et, *Vbivis gentium*, Terent. Hecyr. 3, 1 v. 4. Secundam & hoc ancipitem habet. Horatius enim corripuit 1 sat. 4 v. 74 *Non ubivis coramve quibuslibet* &c.

Sed in communi pronunciatione producitur. Servius ad illud Virg. lib. 1 Æn. v. 116 *illam ter fluctus ibidem* &c.

IBIDEM, inquit, & VBINAM *multi dubitant ubi debeat esse accentus: quia* VBI & IBI *naturaliter breves sunt. Sed ratione finalitatis plerumque producuntur in versu: nescientes hanc esse rationem, quia pronunciationis caussa contra usum latinum syllabis ultimis, quibus particulæ adjunguntur, accentus tribuitur:* ut MVSAQVE: ILLINE: HVIVSCE; *sic ergo &* IBIDEM.

¶ Alĭbi, & Alicŭbi, vide supra in *Alius.* Solet & repeti: Plinius 9 c. 54 *Aquatilia genera alibi atque alibi meliora*, an andern und aber an andern örtern.

¶ Necŭbi, vide supra in *Nec.*

¶ Perubīque, allenthalben. Per pleonasmum Tertullianus de Pallio c. 2 *Perubique orbis*, in der gantzen welt.

¶ Sīcŭbi, si alicubi, wenn irgend. Terent. Eunuch. 3, 1 v. 13 *Tum sicubi eum satietas hominum aut negotii, si quando odium ceperat*, so er etwan der leute müde worden, &c. Virg. 3 Georg. v. 332 *Sicubi magna Jovis quercus* &c.

V̆BII, ōrum, primum Cisrhenani fuerunt, sed a Cæsaribus, quia a Suevis premebantur, introducti sunt in locum eum, ubi hodie est *Colonia Agrippina*, Cölln. Agrippinenses Romano nomine (ab Agrippina Augusta, quæ ibi nata,) *Vbios* se nominasse, Tacitus indicat 12 Annal. c. 27, & lib. 4 Hist. c. 28. Vbi regio circa Coloniam, die Eiffel.

Vbilĭbet, Vbinam, ubique, ubivis, &c. vide *Libet*, *Vbi.*

V̄CĂLĔGON, ontis, Οὐκαλέγων, Trojanus nobilis fuit & prudens, qui cum Antenore a bello propter senectutem abstinuit, portas interim observans, quemadmodum Homerus narrat Iliad. 3 seu γ v. 148 seq. Et Virgil. Æn. 2 v. 311 *Jam proximus ardet Vcalegon.*

V̄DO, udōnis, masc. vestimentum ex ciliciorum genere, usum calceamentorum præstans, sicut Vlpianus indicat, filtzschuh. Vlpianus lege 25 § 4 D. de auro, arg. &c. *Odo* scripsit: *Alia*, inquit, *caussa est odonum: quia usum calceamentorum præstant.* Ceteri per *V* scribunt. De udonibus ciliciis Martial. 14 epigr. 140

> *Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti,*
> *Cinyphio poterit planta latere sinu.*

V̄DVS, a, um, ab ὕδωρ, *humidum* significat, feucht, naß; ut, *Ver udum*, Virgil. 3 Georg. v. 429. *Vda lumina*, Stat. 5 Silv. 2 v. 4. *Vdum linteolum*, Plin. 24 c. 15. Et Virgil. 3 Georg. v. 388

> *Nigra subest udo tantum cui lingua palato.*

¶ *Vvidus*, ex quo *Vdus* contractum esse videtur, vide suo loco.

¶ Vdo, āre, feuchten, näßen. Macrob. Saturn. 7 c. 12 *Quæ udanda sunt corporis, vino foventur; quæ siccanda sunt, melle detergentur.*

¶ Vdor, ōris, die näße, feuchtigkeit. Varro de L. L. 4 c. 5 *Vdor aquæ vis deorsum.* Alii aliter. vid. Not. Gothofredi p. 1580.

¶ Sudus, quasi *sine udo*, vide supra in littera *S.*

VĔ, conjunctio disjunctiva, ἐγκλιτική, idem significans, quod *vel*, oder. Cic. ad Attic. 6 epist. 1 sub init. *Appius ad me ex itinere bis terve litteras miserat.* Et in Orat. c. 44 *Suaves gravesve sententiæ.* Et pro Flacco c. 5 *Ne quid plus minusve dicat.* Terent. Phorm. 3, 3 v. 21 *Ne quid plus minusve faxit, cujus eum post pigeat*, zu viel oder zu wenig. ¶ 2. Postponitur eleganter geminata negative: Cic. 1 ad Lentul. famil. epist. 9 *Peto a te, ut id a me, neve in hoc reo, neve in aliis requiras.*

¶ Vē, sive etiam Væ, nam utroque modo scriptum invenitur, particula alia, modo augendi, modo minuendi significationem habens: Sed in compositionibus solum invenitur. Augendi vim habet in *vehemens*, in quo magnus mentis impetus: minuendi in *vecors*, *vesanus*, &c. Est enim *vecors* quasi sine corde, *vesanus* insanus. vide Gell. 5 c. 12; & lib. 16 c. 5.

Vecordia, Vecors, Vectabilis, vectabulum, vectaculum, vectatio, Vectiarius, vecticularius, Vectīgal, &c. vectio, vecto, are, vide in *Cor*, *Veho*, *Vectis*, *Veho.*

VECTIS, is, μοχλός, palus e ferro sive ligno, ein hebebaum, hebestange. Terent. Eunuch. 4, 7 v. 4 *Procede huc cum vecte Donax.* Sic, *Saxa vectibus promovere*, Cæs. 2 B. Civ. c. 11. *Demoliri signum ac vectibus labefactare*, Cic. in Verr. 6 c. 43. ¶ 2. Et *Vectes* baculi dicuntur, quibus per suculam trajectis, manu ipsa movetur, & attrahit. Aliter Prudentius capit vocem hanc Hymn. 8 καθημερ. v. 72 *Vectibus cadit revulsis*, &c. vide ibi Spiegel. Vitruv. 10 c. 8 *Ferreus vectis, cum est admotus ad onus*, ein stoßriegel; item, ein brecheisen. conf. Horat. 3 od. 26 v. 7; & Bald. Lex. Vitruv. p. 141.

¶ Vectiārius, i, qui vectibus premit vel movet, ein außläder, haspler, windenzieher, Vitruv. 6 c 9.

¶ Vectĭcŭlārius, a, um, diebisch; ut, *Vita vecticularia*, quæ eorum est, qui per parietes in ædes irruunt alienas furandi gratia: *Vitam vivere vecticulariam*, sich mit stehlen nehren, Cato apud Festum.

VECTIS, is, insula freti Britannici, Wycht vulgo, in qua oppidum Neuport. vid. Sueton. Vespas. c. 4.

VECTŌNES, um, Hispaniæ populi, Celtiberis proximi. Lucan. 4 v. 9

> *Vectonesque leves profugique a gente vetusta.*

Vector, vectorius, vectrix, vectura, vide paullo post in *Vebo.*

Veges, vegetamen, vegetatio, &c. vide sequens *Vegetus.*

VĔGĔTVS, a, um, ἐναγητόν, sanus & incolumis, wacker, frisch, gesund, lebhafft; ut, *Corpore esse vegeto ac valenti*, Gell. 3 c. 1. *Oculi vegeti*, Sueton. Cæsare c. 45. Et, *Mens vegeta*, Cic. Tuscul. 1 c. 18. *Vegetum & acrem se ad aliquid faciendum præbere*, Cic. de Divinat. 1 c. 29, sich hurtig erweisen. Hinc ¶ Vegetior, vegetissimus: ut, *ingenia hominum vegetiora*, Gellius præfat. *Vegetior aspectus tauri*, Columell. 6 c. 20. *Intervallum temporis vegetissimum agricolis*, Plinius 18 c. 26, hoc est, opportunissimum, tempestivissimum ad obeunda ruris opera.

¶ Veges, ĕtis, quod lexica adferunt, est ex corrupto Livii loco lib. 21 c. 43, ubi pro *vegetibus* Gronovius & Gruterus legunt *vigentibus.*

¶ Vĕgeo, ēre, veteres dixerunt pro vegetare, vegetum reddere, impellere, movere, stärcken, erregen, antreiben. Lucret. 5 v. 533 *Quæ vegeat motum signis.* Et v. 1297

> *Et moderarier hunc frenis, dextraque vegere.*

Pomponius apud Nonium c. 2 n. 876 *Animos Venus veget voluptatibus.* Et ibidem Ennius: *Æquora salsa veges ingentibu' ventis.* vide Festum. ¶ 2. Ponitur & absolute pro vegetum esse, frisch seyn. Varro apud Nonium l. c. *Nec natus est, nec morietur: viget, veget, utpote plurimum.*

¶ Vĕgĕto, avi, ātum, āre, quasi *ve*, id est, valde *agitare*, vegetum facere, recreare, wacker und frisch machen, stärcken, erhalten. Prudentius Hamartig. v. 846 *anima structum vegetaverat Adam.*

Et

Et Ausonius Edyll. 14 sub initium:

Maturo cupiens me vegetare die.

Et Gellius 17 c. 2 *Memoriæ vegetandæ gratia.*

¶ Vĕgĕtātus, a, um, erfrischt, gestärckt. Prudent. Cathem. 10 v. 7 *Elementa tibi dum vegetata cohærent*, &c.

¶ Vegetātio, ōnis, die erfrischung, mittheilung der lebens-krafft. Apulejus principio lib. 1 Metamorph. *Vt ipse fatigationem sedentariam incessus vegetatione discuterem.*

¶ Vegetātor, ōris, ein erfrischer. Oratione ad Deum, quæ Ephemeride Ausonii habetur, a quibusdam Paulino Nolano tributa, v. 16

Irrequies, cuncta ipse movens, vegetator inertum.

¶ Vĕgĕtāmen, ĭnis, die lebens-krafft. Prudentius Hamartig. v. 75

Sunt tria nempe simul, lux, & calor, & vegetamen.

Et v. 298 ejusdem libri: *Nostræ vegetamina vitæ.*

¶ Vegetābĭlis, e, quod vegetari potest, wachsthümlich; ut, *Planta, Radix vegetabilis*, apud Ammian. 22 c. 8, & Philosophos.

¶ Vegetātīvus, a, um, idem apud eosdem; ut, *Anima vegetativa.*

VĔGĔTIUS, i, Flav. auctor, scripsit de re militari libros quinque ad Valentinianum imperatorem, Gratiani fratrem. vid. Barth. Advers. 28 c. 11. ¶ 2. *Vegetius* Mulomedicinæ quatuor libros scripsit, editos a Sambuco 1574.

Vegrandis, vide supra *Grandis.*

VĔHĔMENS, tis, generis omnis, magnus, gravis, hefftig, wichtig. Proprie ad mentem refertur: Est enim a *ve* intendendi particula, & *mens*. Gellius 16 c. 5 *Vehemens a mentis vi atque impetu dicitur.* Est igitur *Vehemens*, quod apud Horatium 2 epist. 2 v. 120 legitur, purum ac genuinum: cui postea *he* per epenthesin infartum. Terent. Andr. 1, 1 v. 122 *Ne hæc satis quidem vehemens ad objurgandum*, starck genung. Idem Heaut. 3, 1 v. 31

Vehemens in utramque partem, Menedeme, es nimis,
Aut largitate nimiâ, aut parsimoniâ.

Nam in quamcunque partem tales naturæ incumbunt, in ea hærent non avellendi temere, moraturi rursus, quo jam traducti. Exemplum hujusmodi ingenii in Latrone Porcio egregie describit Seneca pater Prooemio lib. 1 Controversiarum. Sic, *Exordium dicendi vehemens & pugnax*, Cic. 2 de Orat. c. 78. Et, *Oratio vehemens & atrox*, cui *levis* opponitur, ibidem c. 49. Idem in Vatin. c. 2 *Nimium vehemens feroxque natura.* Et, *Vehemens opera*, quæ modum non servat, nimia, Horat. 1 epist. 13. Et Livius 3 c. 19 *Non in plebe coërcenda, quam senatu castigando, vehementior fuit.* Hirtius 8 de B. Gall. c. 15 *Vehementissimo cursu fugerunt.*

¶ Vĕhĕmenter, adv. acriter admodum, hefftig, sehr. Cic. 8 Philipp. c. 5 *Vehementer me agere fateor, iracunde nego.* Et, *Vehementer, acriter, animose fieri*, Idem Tuscul. 4 c. 23. *Vehementer admirari*, sich sehr verwundern. *Vehementiùs exterreri*, Cæsar 2 de B. Civ. c. 4. Et ibidem c. 6 de navigiis collidentibus: *Vehementissime ex concursu laborare*, hart zusammen stossen. *Vehementissime se exercere*, Cic. 1 de Orat. c. 33.

¶ Vehementia, æ, die hefftigkeit, gewaltsamkeit; ut, *Vehementia odoris*, Plin. 13 c. 8.

¶ Vehementesco, ĕre, hefftig werden. Cœl. Aurel. Tard. 4 c. 6 *Cum viderint fluorem vehementescere.* Idem 1 c. 2 *Vehementescit hæc passio hieme.*

Vehes, vehiculum, &c. vide sequens *Veho.*

VĔHO, vexi, vectum, vehĕre, führen. *Vehi* proprie est, navi, equo, curru, plaustro gestari, fahren. Cic. de Divin. 2 c. 70 *Curru quadrigarum vehi.* Et ibid. c. 68 *Equus, in quo vehebar, mecum una demersus rursus apparuit.* Ovid. 3 de Arte am. v. 777 *Parva vehatur equo.* Et per metaphoram: *Tanquam ratis in mari immenso nostra vehitur oratio*, Cic. 1 Tusc. c. 39. *Vehunt* itaque jumenta proprie, quæ corpore ferunt imposita, tum currus & naves: quamquam & homines, cum collo & humeris bajulant, *vehere* dicuntur, tragen. Plautus Mostell. 3, 2 v. 96 *ego homines habeo clitellarios:*

Magni sunt oneris: quicquid imponas, vehunt.

S. Hieronymus in cap. 10 Matthæi: *Cellarium secum vehunt.* Loquitur de philosophis, qui in pera annonam secum ferebant. Sedulius acrostich. v. 72 *Æger vehebat lectulum.*

Sed magis abusive aliquanto post:

Xeromyrrham post sabbatum
Quædam vehebant corpori.

Sermo ei de mulieribus est, quæ Christum mortuum veniebant uncturæ. Seneca epist. 31 *Deus ille maximus potentissimusque ipse vehit omnia.* Quod plane ad litterarum sacrarum mentem, in quibus Deus *portare omnia verbo virtutis suæ* dicitur. Cæterum vehi curru eodem cum proceribus, magnus honor est. vid. Barth. ad lib. 5 Theb. Statii p. 317, & ad lib. 1 Achill. p. 1607.

¶ Vectus, a, um, geführt; ut, *In nave vectus*, Nepos 12, 4, 3. *Vectus jumentis junctis*, Idem 20, 4, 2. *Nunquam alio vectus vehiculo*, Vellej. 2, 59, 3. *Apes trans æthera vectæ*, Virg. Æn. 7 v. 65.

¶ Vectio, ōnis, die fuhr, die führung; ut, *Vectiones quadrupedum*: Cic. de Nat. Deor. 2 c. 60 *Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones: quorum celeritas atque vis nobis ipsis affert vim & celeritatem.*

¶ Vector, ōris, qui vehit, ein fuhrmann, schiffer. Quintil. in Declam. 6 *In navem filii mei male permutatus vector imponor.* Cicer. Philipp. 7 extrem. *Et summi gubernatores in magnis tempestatibus a vectoribus admoneri solent.* ¶ 2. Speciatim significat *porthmea*, der überführet, qui & *portitor* dicitur. Vet. Gloss. *Vector*, πορθμεύς. ¶ 3. De equo: Apulej. Apolog. p. 287 [ed. Elmenh.] *Equus si virtutibus polleat, ut sit æquabilis vector & cursor pernix.* ¶ 4. De bajulante. Sic *Atlas cæli vector* Senecæ in Medea dicitur v. 1968, ein träger.

¶ Vectrix, īcis, fœm. Paulinus Nolanus epist. 49 c. 8 *Vectricem draconis Epidauro navem venerantur.*

¶ Vectōrius, a, um, führend, fahrend; ut, *Vectorium navigium*, Cæs. 5 de Bell. Gall. c. 8. *Navicula vectoria*, Suetonius Cæs. c. 63.

¶ Vectārius, a, um, idem; ut. *Vectarius equus*, i. e. ad vehendum idoneus, ein wagen-pferd, zug-pferd, Varro de R. R. 2 c. 7.

¶ Vectūra, æ, die fuhre, das fahrwerck, die fahrt. Cic. 3 Verr. c. 82 *Difficultas vecturæ.* Cæsar 3 de B. Civ. c. 42 *Vecturas frumenti civitatibus descripsit*, er hat teglicher stadt gewisse korn-fuhren angesetzt. Varro de R. R. 2 c. 7 de equis: *Alii idonei sunt ad rem militarem, alii ad vecturam.* Cic. ad Attic. 1 epist. 3 *Misimus, qui pro vecturâ solveret.* Et Plaut. Asin. 2, 4 v. 26 *Ecquis pro vecturâ olivi resolvit?* ¶ 2. Sed & pretium ipsum, seu merces, quæ pro vecturâ solvitur, *vectura* appellatur, das fuhrlohn, fracht. Vet. Gloss. *Vectura*, φόρετρον, ναῦλον. Plaut. Mostell. 3, 2 v. 138 *Tres minas pro istis præter vecturam dedi*, ausserhalb des fuhrlohns.

¶ Vecturārius, i, qui præest vecturis, der wagenmeister. Theod. Cod. L. 14 t. 6 *Vecturarios præcipimus trecentos boves dare.*

¶ Vecto, avi, ātum, āre, frequentativum, führen. Virg. 6 Æn. v. 391

Corpora viva nefas Stygiâ vectare carina.

Sic, *Equo vectari*, reiten: Curtius 3 c. 3 n. 22 *Turba fœminarum equis vectabatur.* Gellius 16 c. 19 *Contigit, delphinum dorso super fluctus edito vectavisse.* Lamprid. Heliogab. c. 28 *Canes junxit ad currum, & sic est vectatus* &c. conf. c. 29.

¶ Vectātio, ōnis, die fuhre. Sueton. Calig. c. 3 *Gracilitas crurum paullatim repleta assidua equi vectatione post cibum*, durch das reiten.

¶ Vectābĭlis, e, was sich fahren läst, wohl zu führen ist. Seneca 3 Quæst. Nat. c. 25 *Ipsius Insulæ materia vectabilis.*

¶ Vectābŭlum, i, vehiculum, ein wagen. Gellius 20 c. 1 *Vectabulum adjunctis pecoribus trahebatur.*

¶ Vectācŭlum, i, idem. Tertullianus de Baptismo c. 3 *Dignum vectaculum Deo*, puta, aqua in creatione. Idem de Anima c. 53 *Auriga corporis, spiritus animalis, deficientis vectaculi nomine, non suo deficit.*

¶ Vectīto, āre, frequentativum novum a *Vectare*. Arnobius lib. 5 p. 183 *Curru quadrijugo vectitatus.*

¶ Vectīgal, ālis, proprie & primo, quod ex vectura penditur; *portorium* etiam appellatur, zoll, brücken-geld. Deinde ad alios quoque publicos reditûs, qui vel ex agris scripturariis, sive elocatis, vel ex decimis veniebant, transfertur, steuer, zinse, schoß, pacht-geld. Vnde *Vectigal* triplex factum: Cicero pro Lege Manilia c. 6 *Ita neque ex portu, neque ex decimis, neque ex scriptura vectigal conservari potest.* vid. Cœl. Rhodig. Ant. Lect. 10 c. 2. Omnes denique publici reditûs *vectigalis* nomine veniebant, alles gemeine einkommen. Sueton. Augusto c. 46 *Italiam duodetriginta coloniarum numero deductarum ab se frequentavit, ac vectigalibus publicis plurifariam instruxit.* Et c. 49 *Ærarium militare cum vectigalibus novis instituit.* Hæc vectigalia erant *centesima rerum venalium: damnatorum bona: Vigesima legatorum*, exceptis pauperibus & proxime junctis, ut Dio, Tacitus, Plinius, alii docent. Differt a *Tributo Vectigal*; quod illud ad capita & opes mobiles, istud ad agros fundosque spectabat. Deinde, quod ex illo solverentur stipendia militi; ex isto necessitates reipubl. cæteræ sustinerentur, quo fine & institutum primo fuit. Plinius Paneg. Trajani c. 37 *Onera imperii, pleraque vectigalia instituit, ut pro utilitate communi, ita singulorum injuriis coëgerunt.* Et hac de caussa VECTIGALIA Cicero *Reipubl. nervos* eadem Orat. quam paullo ante laudavimus, vocat. De *Vectigalium* & *Tributorum* discrimine vide & Lipsium lib. 2 de Magnitud. Rom. c. 2; & Samuelem Petitum lib. 2 Variar. lect. c. 1. Sed illud auctores non semper observant, & promiscue habuit has voces Suetonius in Caligulâ c. 40. Nam quod in ipso initio *Vectigal* nominaverat, post paullo *Tributi* nomine designat. *Constituere vectigal*, Cic. 2 ad Attic. epist. 16. Et, *Exercere vectigalia*, pro Lege Manil. c. 2; & *Exigere*, Cic. ad Qu. fratr. 1 epist. 1 c. 11, zoll eintreiben. *Pendere vectigal*, Cic. ibidem: Et, *pensitare*, pro Lege Manil. c. 6, zoll geben. *Agrum levare vectigali*, steuer-frey machen, Idem Cic. de Clar. Orat. c. 36. *Vectigal agro imponere*, contrarium apud Plin. 7 epist. 18, zinßbar machen. *Non egeo vectigalibus, & parvo contentus esse possum*, Cic. ad Attic. 12 epist. 19. Et, *Non intelligunt homines, quam magnum sit vectigal parsimonia*, Cic. in Paradox. 6 c. 3, sparsamkeit ist ein grosser gewinst. Idem 2 Offic. c. 25 *Vectigalia urbana rusticis anteponantur*, i. e. proventus vel reditûs urbani. ¶ 2. *Vectigalia* pro terris vectigalibus Sallust. 1 Histor. oratione Philippi contra Lepidum: *Mithridates in latere vectigalium nostrorum, quibus adhuc sustentamur, diem bello circumspicit.* ¶ 3. *Vectigaliorum*, genit. plur. Suetonius formavit August. extr.

¶ Vectīgālis, e, quod vectigal pendit, das da zollet, steuerbar, tributmäßig; ut, *Agri vectigales*, Cic. 3 in Verr. c. 43 extr. *Provincia vectigalis*, Idem in Pison. c. 36. Et, *Civitas*, in Verr. 3 c. 34. (Contrarium est *immunis.*) *Vectigales equi*, Cic. 2 Philipp. c. 25. *Pecunia vectigalis*, Idem 1 Verr. c. 35, quæ ex vectigalibus colligitur. *Vectigalis stipendiariusque, & servus populi Romani*, Livius 21 c. 41. *Hos vectigales sibi fecerunt*, Cæs. B Civ. 4 c. 3.

¶ Vectigaliārius, i, qui vectigal exercet, ein zöllner, acciß-einnehmer. Jul. Firmic. 3 c. 13 n. 2 *Publicani aut vectigaliarii.*

¶ Vĕhes, is, fœm. ein fuder; ut, *Vehes fœni*, Plin. 36 c. 15. *Vehes stercoris*, Columell. 11 c. 2, ein fuder heu, mist.

¶ Vĕhēla, æ, plaustrum, ein wagen. Apud Capitolinum in Maximinis c. 13, ubi de *Scythicis vehiculis* sermo est, optimus liber pro *vehiculis* legit *vehelis*. vid. Salmas. ad h. l. p. 251.

¶ Vĕhĭcŭlum, i, in quo vehitur aliquid, ein wagen, karn. Nam ein schlitten, *traha* est. Vehiculum cum quatuor rotis primum Phryges invenerunt, Plinio teste lib. 7 c. 56. *Vehiculum triumphale*, Cic. in Pison. c. 25. *Vehiculum meritorium*, Sueton. Calig. c. 39, ex quo fit quæstus, damit man täglich etwas erwirbet. *Vehicula comprehendere*, zusammen bringen, pressen, Sueton. Tiberio c. 38. *Exigere vehicula*, Plinius dixit Paneg. c. 20. ¶ 2. Pro *navi* nonnunquam dixere Latini, ut ostendit Fr. Nanius in Curis secundis ad Nonni paraphr. Vossius.

¶ Vehĭcŭlāris, e, ad vehiculum spectans, zum wagen gehörig; ut, *Vehicularis cursus*, qui & *cursus publicus* appellabatur, die post. Nam modi-

modicis intervallis per militares vias disposita erant vehicula, quæ nuntios tollerent atque perferrent ad principem, quo nosci celerius posset, quid in quaque provincia gereretur. Quod Romæ primus instituit Augustus, auctore Suetonio ejus vitâ c. 49. vide ibi interpretes: nec non Casaub. ad Spartian. Hadrianum.

¶ Vĕhĭcŭlārius, a, um, idem. Sic *Vehicularium cursum* Capitolinus dixit in Antonino Pio c. 12. Idem & *Vehicularium munus* de ipsa cura, seu præpositura cursus publici in vitâ Severi c. 14, das post-wesen, post-amt. In veteri inscriptione *Vehiculatio* dicitur, ut observavit Lipsius ad Plinii Panegyr. loco paullo ante citato. Et, *Res vehicularia*, Ammian. 14 c. 11. *Vehicularius fabricator*, ein wagner, Capitolin. in Max. & Balb. c. 5.

¶ Vehiculātio, ōnis, das post-werck. Vet. nummus apud illustr. Spanhem. p. 800 VEHICVLATIONE ITALIAE REMISSA. Munus ita dictum.

¶ Vehātio, ōnis, idem. Lege 3 Cod. Theod. de calcis coctoribus. Nam *rustici etiam nunc quoque viam veham appellant propter vecturas*, ut Varro notat de R. R. 1 c. 2.

¶ Vexo, are, vide postea suo loco.

Composita a *Veho*:

¶ Avĕho, xi, ctum, ĕre, abführen, wegführen. Plaut. Menæch. 5, 9 v. 56 *Quot eras annos natus, quum te pater e patria avehit?* Ter. Adelph. 4, 5 v. 19 *Is venit, ut secum avehat.* Et Cæsar apud Sueton. c. 66 *Vetustissima nave impositos, quocunque vento in quascunque terras jubeo avehi.*

¶ Avectus, a, um, weggeführt; ut, *Avecti hostes*, Virg. Æn. 2 v. 43. *Corpora avecta*, Idem Æn. 11 v. 205.

¶ Advĕho, xi, ctum, ĕre, zuführen; ut, *Magnum frumenti numerum Rhodum advehere*, Cic. 3 Offic. c. 12. *Advehere per mare*, Plaut. Trinum. 4, 4 v. 80; &, *trans mare*, Plin. 35 c. 17, über meer zuführen, über wasser. *Advehi nave*, Ser. Sulpicius ad Cic. 4 fam. epist. 12. Et, *Advehere equo*, Cic. 1 de Divin. c 28.

¶ Advectus, a, um, herzu geführt; ut, *Classis advecta*, Virg. Æn. 5 v. 864. *Advectus Æneas classi*, Idem Æn. 8 v 11.

¶ Advectus, ûs, subst. die zuführung. Tacit. 4 Hist. c. 84 *Hæc de origine & advectu Dei, celeberrima.*

¶ Advectio, ōnis, idem. Plin. 9 c. 54 *Nuper excogitatum, famem longæ advectionis a Brundisio, compescere in Luccino.* De peregrinis piscibus.

¶ Advector, ōris, qui advehit, ein zuführer. Apulejus lib. 4 Florid. p. 363 *Advectorem sibimet equum deligunt.*

¶ Advectītius, a, um, aliunde advectus, fremd, hergebracht; ut, *Vinum advectitium*, Sallust. B. Jugurth. c. 44.

¶ Advecto, are, frequent. zuführen. Tacit. 6 Annal. c. 13 *Rei frumentariæ copiam advectare.*

¶ Circumvĕho, xi, ctum, ĕre, herum führen; ut, *Circumvehi classe*, Liv. lib. 8 c. 26. *Muliones circumvehi jubet*, Cæs. B. G. 7 c. 45.

¶ Circumvectus, a, um, herum geführt. Plaut. Mostell. 4, 3 v. 3 *In terras solas oraque ultimas circumvectus.* Livius 3 c. 28 *Circumvectus equo*, der herum geritten.

¶ Circumvectio, ōnis, die umfahrt; ut, *Solis circumvectio*, Cicer. de Univers. c. 8. Et ad Attic. lib. 2 epist. 16 *portorium circumvectionis.*

¶ Circumvecto, are, frequentativum, herum fahren. Plautus Rudente 4, 2 v. 28 *Oppida circumvectabor.* Virg. 3 Georg. v. 285

Singula dum capti circumvectamur amore.

¶ Convĕho, xi, ctum, ĕre, zusammen führen; ut, *Plaustris æs & ærarium convehere*, Liv. 4 c. 60. *Convehere prædam ex castris*, Idem lib. 3 c. 23.

¶ Convectus, a, um, zusammen geführt; ut, *Commeatus convecti*, Liv. lib. 24 c. 36.

¶ Convectio, ōnis, die zusammenführung. Ammian. 14 c. 31 *Annonæ convectio est impedita.*

¶ Convector, ōris, qui in eadem navi navigat, ein schiff-camerad. Cic. ad Attic. 10 epist. 17 *Navi ejus me, & ipso convectore usurum puto.*

¶ Convecto, avi, atum, are, frequentat. zusammen schleppen. Tacit. Hist. 3 c. 27 *Ex proximis agris scalas convectant.* Virg. 9 Æn. v. 613

Convectare juvat prædas, & vivere rapto.

¶ Convexare, & Convexus, vide infra in *Vexo*.

¶ Devĕho, xi, ctum, ĕre, abführen, hinab führen; interdum etiam idem quod *vehere* simplex, sed elegantius; ut, *Devexit Tiberi commeatum*, Liv. 4 c. 52. Et, *Devehere in ultimas terras*, Idem lib. 21 c. 10.

¶ Devectus, a, um, geführt, abgefahren. Cic. 1 Philipp. c. 4 *Ego celeriter Veliam devectus Brutum vidi.* Tacit. Annal. 4, 73, 1 *Exercitum Rheno devectum Frisiis intulit.*

¶ Devectio, ōnis, die abführung. Gloss. Vet. *Devectio*, βαςαγή.

¶ Devecto, are, frequentativum, wegführen. Sedulius carmine de Resurrectione Christi, contra custodes, qui a pontificibus corrupti, furto corpus Domini ablatum dicebant, ita disputat:

anne beati

Corporis ablator velocius esse putavit,

Solvere contectum, quam devectare ligatum?

¶ Devexare, & Devexus, vide infra in *Vexo*.

¶ Evĕho, xi, ctum, ĕre, extrahere, aus- oder herausführen; item, erheben; ut, *Evehere suas merces*, Plinius 6 c. 19. *Evehere in altum*, Livius 25 c. 27, hoch heben, hoch loben. *In cælum quos evehit optima summi* &c. Juvenal. sat. 1 v. 38.

¶ Evectus, a, um, heraus geführt; item, erhaben. Cic. Verr. 1 c. 20 *Omnia ex fanis plostris evecta asportataque.* Quintil. 6 c. 1 *Confragosis, asperis evecti, tota pandere possumus vela.* Vellej. 2, 53, 3 *In id evectus, super quod adscendi non potest*, der es aufs höchste gebracht. Idem 2, 56, 3 *In summum evecti fastigium.*

¶ Evectus, ûs, subst. pro evectione, quæ fit navi aut curru, die ausführung, ausfahrt. Plinius 18 c. 5 *navigiorum evectus.*

¶ Evectio, ōnis, die ausfuhre. Gloss. Vet. *Evectio*, μεταγωγὴ, μετακομιδὴ, ἐκκομιδὴ πράγματος. ¶ 2. *Evectiones* dicebantur litteræ & diplomata, quibus jus atque copia cursus publici usurpandi concedebatur. Vide Savaronium ad Sidonii lib. 5 epist. 20. Huc pertinet illud Capitolini in Pertinace c. 1 *Dein præfectus cohortis in Syria profectus, P. Aurelio imperatore, a præside Syriæ, quod sine diplomatibus cursum publicum usurpaverat, pedibus ab Antiochia ad Legationem suam iter facere coactus est.* *Cursus publicus* est, qui per vehicula publica usurpatur. Vide supra *Vehicularis* paullo ante composita hujus verbi.

¶ Evecto, are, frequentativum. Gloss. Vet. *Evecto*, ἐποχοῦμαι.

¶ Inevectus, a, um, unausgeführt. Virgil. in Culice v. 340

Tendit inevectus cælum super omne.

Ita Scalig. ex MS. Sed vulgo: *Ires inevectus* &c. Vide utrobique locum integrum.

¶ Invĕho, xi, ctum, ĕre, hinein führen; ut, *Invehere in ærarium*, Cic. 2 Offic. c. 22. *Invehere mala*, Idem 2 Tusc. c. 8, id est, importare, unglück einführen. *Invehi equo*, Livius 8 c. 9. Et, *Curru invehi*, Cicero de Somn. Scip. c. 2. *Flumine invehi*, Idem 5 de Finib. c. 24. *In portum ex alto invehi*, Idem pro Muræna c. 2. De altera insectandi & reprehendendi notione vide paullo post.

¶ Invĕhor, invectus sum, invĕhi, passiv. est insectari, vel, maledictis in aliquem ferri, einen schelten, anfahren, eines laster durchziehen. Accusativum cum præpositione adsciscit perpetuo; ut, *Invehi in aliquem acerbe & contumeliose*, Cic. 2 de Orat. c. 75. Et, *Graviter invehi*, lib. 3 de Orat. c. 1. *Invehi & maledicere*, Cic. 2 de Orat. c. 74. Ac, *Insectari & invehi in aliquem*, Idem de Amicit. c. 16. Et de Natur. Deor. 3 c. 40 *Invehi in caussam aliquorum vehementius*, die sache sehr herunter machen. Nepos Timoleonte c. 5 *Cum nonnulla inveheretur in Timoleonta*; *Nonnulla*, id est, nonnihil. Similiter in Epaminondâ c. 6 *Cum in oratione sua multa invectus esset in Thebanos*: *Multa*, pro multum, adverbialiter. ¶ 2. In hac maledicendi notione invenitur etiam active. Cic. 2 Philipp. c. 29 extr. *De quo Cæsar in senatu aperte in te invehens, questus est.*

¶ Invectus, a, um, eingeführt. Cic. de Invent. 1 c. 1 *Video per disertissimos homines invectam partem incommodorum.* Plin. 6 c. 22 *Invectus portum.* Virg. Æn. 8 v. 714 *Triplici invectus triumpho mœnia.* ¶ 2. Vituperans, scheltend. Ovid. Trist. 2 v. 133 *Tristibus invectus verbis.*

¶ Invectus, ûs, subst. die zufuhre, einfuhre, einführung. Plin. 4 c. 1 *Insulam assiduo terræ invectu continenti annectere.*

¶ Invectio, ōnis, idem. Cic. Offic. 2 c. 3 *Rerum, quibus abundamus, exportatio; quibus egemus, invectio.* ¶ 2. *Invectio* quoque ex altera notione, die scheltung; ut, *Animus in odium alicujus invectionis concitatus*, id est, insectationis, C c. 2 de Invent. c. 54.

¶ Invector, ōris, ein einführer. Ambrosius lib. 2 Hexaemer. c. 3 *Padus maritimorum commeatuum Italicis subsidiis fidus invector.* Et Symmachus lib. 10 epist 27 [ed. Jureti, vel epist. 34 ed. Sciop.] ad Valentin. August. *lanati pecoris invector.*

¶ Invectrix, īcis, die einführerin. Itidem Ambrosius epist. 82 *Invectrix mali voluptas.*

¶ Invectītius, a, um, quod invectum est, herzu gebracht, ausländisch. Seneca epist. 23 *Quodcunque invectitium gaudium est, fundamento caret.* Et Plinius 10 c. 29 *invectitias esse in Asia columbas*, id est, non indigenas.

¶ Invectīvus, a, um, scheltend; ut, *Invectivæ orationes*, quibus in mores alicujus invehimur, schelt-schrifften, schelt-reden, cujusmodi Ciceronis sunt Philippicæ in Antonium. Ammianus 22 c. 32 Juliani Aug. Misopogonem vocat *volumen invectivum.*

¶ Invectivālĭter, adverb. idem. Sidon. 1 epist. 11 *Invectivaliter carpere.*

¶ Superinvĕho, ĕre, neben einführen. Avienus in Arat. v. 1159

Fluctigeni speciem monstri superinvehit auster.

¶ Pervĕho, xi, ctum, ĕre, fortführen, hinbringen; ut, *Pervehi aliquo*, hingebracht werden: *Inde ad nos non pervehuntur*, Plin. 35 c. 6. *Velis passis aliquo pervehi*, Cic. Tusc. 1 c. 49. Et, *In Asiam atque inde Romam pervectum est*, Tacit. 2 Hist. c. 9 n. 4. *Navigatione secundâ pervehi*, Idem 2 Annal. c. 8. ¶ *Pervehi in portum*, metaphorice: Cic. ad Att. 14 epist. 19 *Alium portum propiorem huic ætati videbamus, in quem mallem equidem pervehi florente Bruto nostro, constitutâque republicâ*, ich sahe eine andere gelegenheit, &c. *Pervehi ad exitus optatos*, Cic. 2 Offic. c. 6.

¶ Pervectus, a, um, hingeführt, hingebracht; ut, *Pervectus in littus*, Plin. 9 c. 8. *Illa cito passu pervecta ad littora*, Silius 8 v. 126.

¶ Pervector, ōris, ein überbringer. Symmachus 4 epist. 64 *pervector apicum*, id est, tabellarius.

¶ Prævĕho, ĕre, vorher führen, fürüber führen. Tacit. 4 Hist. c. 71 *Dum missilia hostium prævehuntur.*

¶ Prævectus, a, um, vorher geführt, voran marschirt. Liv. 9 c. 35 *Equites Romani prævecti per obliqua campi.* Idem lib. 24 c. 44 *Prævectus equo.*

¶ Prætervĕho, ĕre, fürüber führen, vorbey fahren. Sueton. August. c. 93 *Judæam prætervehens.* Cic. 5 de Fin. c. 18 de Sirenibus: *Vocum suavitate revocare eos solitæ, qui prætervehebantur.* Idem pro C. Balb. c. 1 *Prætervecta est oratio aures vestras.* Et in Philipp. 7 c. 3 *Periculosissimum locum silentio sum prætervectus.*

¶ Prætervectus, a, um, vorbey gefahren; ut, *Littora rectis prætervectus aquis*, Stat. Theb. 5 v. 472. *Oratio prætervecta scopulos*, Cic. pro Cœlio c. 21.

¶ Prætervectio, ōnis, die fürüberfahrt. Cic. 7 in Verr. c. 66 extr. *prætervectione omnium, qui ultro citroque navigarent.*

¶ Provĕho, xi, ctum, ĕre, fortfahren, fortan führen; item, fördern. Cicero in Verr. 7 c. 33 *Postquam paululum provecta classis est.* Et, *Provehi equo*, Livius 23 c. 47. *Provehi longius*, in scribendo, orando, est procedere, Cic. 3 de Fin. c. ult. zu weit kommen. *Paullo longius oratio mea provecta est*, Idem pro Roscio Com. c. 11. *Provexit orationem meam vestra benignitas*, Idem pro Domo sua c. 12. Et, *Provehere aliquem ad dignitatem*, Plin. 10 epist. 8. *Ab eo in consulare provectus est fastigium*, Vellej. 2, 69, 1.

¶ Provectus, a, um, fortgebracht, gefördert; ut, *Provectus ætate*, Cic. de Senect. c. 4. Et, *Provectâ ætate homo*, Cic. 1 Quæst. Tusc. c. 39, alt, bey jahren. *Nox provecta*, Tacitus Annal. 13 c. 40. Comparativ.

Prove-

Provectior senectute, Arnob. lib. 6 p. 195. *Nestore provectior*, Auson. epigr. 19. *Equi provectiores*, Palladius lib. 4 c. 13 extr. alte pferde, quorum ætas ex dentibus non potest cognosci.

¶ Provectus, ûs, subst. die fortbringung, zunehmung. Sidon. 4 epist. 4 *Provectu ætatis*. conf. Cassiodor. 1 epist. 24

¶ Provectio, ōnis, idem. Lactantius 5 c. 11 *Provectio dignitatis*.

¶ Provectibĭlis, e, zunehmend. Fulgent. de Cont. Virg. *Ingenio natum est provectibile*.

¶ Reveho, xi, ctum, ĕre, reducere, wieder bringen, zurück führen; ut, *Revehi equo*, Livius 34 c. 15 pr. *Revehere domum*, Horat. epod. 13 v. 16. Ac, *Revehi ad prælium, & pugnam integrare*, Livius 3 c. 70.

¶ Revectus, a, um, zurück geführt; ut, *Revectus triumphali curru*, Plin. 7 c. 26. *Revectus consul in castra*, Livius 2 c. 47.

¶ Sevectus, a, um, überschritten. Propert. 3 eleg. 2 v. 21
Cur tua præscripto sevecta est pagina gyro.

¶ Subveho, xi, ctum, ĕre, zuführen. Liv. 9 c. 15 *Infessis omnibus viis, quibus commeatus subvehebatur, fame domiti Samnites legatos misêre*, &c. Et, *Subvehi flumine adverso*, Idem lib. 24 c. 40. Et, *Subvehere in altitudinem*, Plin. 36 c. 12.

¶ Subvectus, a, um, zugeführt; ut, *Nox bigis subvecta*, Virg. Æn. 5 v. 721. *Remis subvectus*, Idem Æn. 8 v. 58.

¶ Subvectus, ûs, subst. die zufuhre. Tacitus Annal. 15 c. 4 *commeatuum subvectu*.

¶ Subvectio, ōnis, idem. Cæs. 7 de Bell. Gall. c. 10 *A re frumentaria duris subvectionibus laborare*, mangel an getreyde der schweren fuhren halber haben. *Tarda frumenti subvectio*, Livius 44 c. 8. Et Vitruv. 1 c. 5 pr. *marinæ per portus subvectiones*.

¶ Subvector, ōris, ein zuführer. Avienus Orbis descript. v. 199
Bosporus Inachiæ subvector virginis olim.

¶ Subvecto, are, frequent. zuführen. Virg. 6 Æn. v. 303
Et ferrugineâ subvectat corpora cymbâ.
Et Statius Theb. 5 v. 353 *infectos cædibus enses Subvectant.*

¶ Superveho, ĕre, drüber führen; ut, *Supervehi montem*, Catull. carmine 66 de Coma Beren. v. 44.

¶ Supervectus, a, um, drauf geführt. Gellius 16 c. 11 *Cumulis montibusque arenarum supervectis*.

¶ Supervecto, are, drauf fahren. Tertull. de Bapt. c. 4 *Dei spiritus ab initio supervectabatur*, puta, super aquas.

¶ Transveho, xi, ctum, ĕre, überführen, hinüber setzen. Tacit. Annal. 12, 41, 3 *Triumphalium veste transvehi*.

¶ Transvectus, a, um, übergefahren. Sallust. Jugurthâ c. 18 *Medi & Persæ, cum navibus in Africam transvecti, proximos nostro mari locos occupavere*. Tacitus Agricolâ c. 37 *Transvectæque præcepto ducis a fronte pugnantium alæ, aversam hostium aciem invaserunt*.

¶ Transvectio, ōnis, die überfahrt, hinübersetzung; ut, *Transvectio Acherontis*, Cic. 1 Tuscul. c. 5. ¶ 2. Et *Transvectio* erat, cum equites solenniter recensebantur, wann sie durch die musterung ritten. Suetonius Augusto c. 38 *Equitum turmas frequenter recognovit post longam intercapedinem reducto more transvectionis, sed neque detrahi quenquam in transvehendo ab accusatore passus est*. vide ibi Torrentium.

VEII, jorum, urbs Hetruriæ, quam Camillus cepit. vid. Dionysius Halicarn. lib. 2 c. 55. Suetonius Nerone c. 39
Roma domus fiet, Vejos migrate, Quirites,
Si non & Vejos occupat ista domus.

¶ Vejens, tis, plural. Vejentes, Vejorum incolæ. Cic. de Divin. 1 c. 44 *Cum Vejentes bello fessi legatos ad senatum misissent*. ¶ 2. Idem adjective dixit, *Vejenti bello*, ibidem. Et, *Ager Vejens*, pro Rosc. Amer. c. 16.

¶ Vejentānus, a, um, adjectivum aliud. *Vejentanum vinum*, Horatius 2 satyr. 3 v. 143. *Gemma Vejentana*, Plinius 37 c. 10.

¶ Vēius, a, um, tribus syllabis, aliud adject. ut, *Dux Veius*, Propert. 4 eleg. 11 v. 31.

¶ Vejānius, i, gladiatoris nomen apud Horat. 1 epist. 1 v. 4.

VĒIŌVIS, is, em, e, *Deus non juvans*, vel *Jupiter parvus*, ut Ovidius exponit 3 Fastorum v. 430. vide Gellium 5 c. 12.

VEL, conjunctio disjunctiva est, oder; duplicatum, entweder - - oder; ut, *Multorum vel honori, vel periculo servire*, Cic. de Clar. Orat. c. 69. ¶ 2. Donatus *Vel* apud Terentium aliquoties pro *Veluti* positum indicat, ut in Hecyr. 1, 1 v. 3 *Vel hic Pamphilus jurabat, quoties* &c. deß ist ein exempel der Pamphilus, der &c. ¶ 3. Idem in Andria 3, 2 v. 9 *Vel hoc quis non credat abs te esse ortum?* id est, *etiam*, Donato eodem auctore. Virg. eclog. 8 v. 69
Carmina vel cælo possunt deducere lunam.
Vbi Servius: VEL, id est, *etiam*, *ut, vel Priamo miseranda manus.*
¶ 4. Sed Budæus *vel* pro *nam* usurpatum illo Terentii loco indicat. Et in Heaut. 4, 6 pr. *Nulla est jam facilis res*, &c. *Vel mea hæc deambulatio*, &c. ¶ 5. Idem in Phorm 2, 1 v. 71 *Postremo si nullo alio pacto, vel fœnore*, id est, saltem, zum wenigsten. Cic. Acad. 4 c. 3 *Statuere, qui sit sapiens, vel maxime videtur esse sapientis*, id est, certe vel etiam. Idem 2 de Orat. c. 27 *Hæc sunt omnia ingenii vel mediocris, exercitationis autem maximæ*, id est, etiam mediocris. ¶ 6. *Vel* aliquando copulativa est, atque pro *Et*, sive *Tum* ponitur, præcipue Christianis scriptoribus. Virg. 2 Æn. v. 769
Silvius Æneas pariter pietate vel armis.
Livius 1 c. 42 *Hunc ordinem ex censu descripsit, vel paci decorum, vel bello*. Sueton. Tito c. 3 *Latine græceque lingua vel in orando, vel in fingendis poëmatibus promtus*. Veget. 2 de Re Militari c. 5 *Deo enim vel privatus, vel militans servit, cum fideliter eum diligit, qui Deo regnat auctore*. Marius Victor præfat. in Genesin suam v. 110
Quæ sit origo poli, vel quæ primordia mundi, &c.
Dracontius Hexaëmero v. 150
Fecibus eductis concordant unda vel ignis.
Sedulius Opere Paschali sub finem:
Jure suo qui cuncta tenens excelsa vel ima.
Ita Rufinus non semel & Victor Vticensis usus est. Notat & Barthius ad S. Gallum. conf. Borrich. Vind. p. 233.

Velabrum, velamen, velamentum, velaris, vide paullo post *Velum*.

VĔLĒDA, & Velleda, æ, virgo in summa auctoritate apud Germanos, & instar numinis habita, de qua Tacitus de Morib. German. c. 8 n. 3 Cœl. Rhodig. 18 c. 20. Barth. ad Stat. Silv. p. 125. Schedius de Diis German. Adde & Statium 1 Silv. 4 v. 90.

VĔLES, ĭtis, masculinum, militem significat levis armaturæ, qui & *Expeditus*, & *Ferentarius* dicitur. der leichte rüstung führet; cæteri enim *armati* dicuntur, die schwere rüstung führen. Dicti sunt autem *Velites* a βάλλειν, id est, *jaculando*. Sed alii *Velites* quasi *volites* vel *volitantes* dictos putant ab armatura levissima. vide Veget. de Re Milit. 3 c. 16; & Festum in *Advelitatio*. conf. & Nonium c. 18 n. 2. Ovid. in Ibin v. 46 *Calfacti Velitis hasta*. Cicero 9 fam. epist. 20 *Velitem scurram* dixit pro nimium leviter jocante.

¶ Velītor, ari, pugnare & jurgari, scharmützieren, kampeln; ut, *Nescio, quid velitati estis inter vos*, Plaut. Menæch. 5, 2 v. 28. Et Gell. 6 c. 11 *Maledictis adversum impudentes & improbos non est velitandum*, man soll sich mit bösen leuten in schelt-worte nicht einlassen. Apulej. Met. lib. 5 *Videsne, quantum tibi periculum velitetur fortuna eminus?*

¶ Velitātio, ōnis, pugna levior, ein scharmützel. Plaut. Rudent. 2, 6 v. 41 *Equidem me ad velitationem exerceo*. ¶ 2. Etiam est verborum ultro citroque objectio, ein hader, ein keiffen. Plaut. Asin. 2, 2 v. 41 *Verbis velitationem fieri compendio volo*.

¶ Velitātim, adverb. vide *Vellicatim* in *Vello*.

¶ Velitāris, e, zum scharmützel gehörig; ut, *Velitaria arma*, Sallust. Jugurth. c. 105, rüstung der leichten knechte. *Hasta velitaris*, Liv. 26 c. 4. *Velitaris pugna*, ein scharmützel, Festus in *Velitatio*.

¶ Advelitatio, ōnis, *jactatio quædam verborum figurata ab hastis velitaribus*, ein kampff, wortwechsel, Festus.

VĔLIA, æ, Lucaniæ oppidum ad mare in Italia; Horat. 1 epist. 15 v. 1. Vnde

¶ Veliensis, e, adject. ut, *Velienses sacerdotes*, Cic. pro Corn. Balbo c. 24. *Velienses populi*, Plin. 3 c. 3. conf. Varr. de L. L. 4 c. 8.

¶ Velīnus, a, um, aliud adject. Virg. 6 Æn. v. 366
Injice, namque potes, portusque require Velinos.
Velina, regio Romæ. *Velina tribus*, Cic. ad Attic 4 epist. 15. *Lacus Velinus*, hodie *Lago di Riete* dicitur de fertilitate ejus postquam a Curio Conf. in Narem fluvium derivatus, Rupert. ad Florum p. 238. Alias ejus appellationes habes apud Ortelium Thesaur. Geograph. conf. Plin. 31 c. 2; Colum. 8 c. 16; Virg. Æn. 7 v. 517. *Lacu Velino nullo non die apparere arcus cælestes*, ait Plinius 2 c. 64.

¶ Velinia, æ, nomen nymphæ, apud Varronem de L. L. 4 c. 10.

Velifer, velifico, are, &c. Velitaris, velitatio, &c. vide *Velum*, *Veles*.

VELITRÆ, arum, Volscorum civitas vetustissima Silius lib. 8 v. 378 *incelebri valle Velitræ*. Vide quæ ibi notavit Cellarius. Ex Velitris gentem Octaviam originem habuisse, testatur Sueton. in Augusto c. 1.

¶ Velĭternus, a, um, adject. ut, *Veliternus populus*, Liv. 8 c. 12. *Veliternus ager*, Plin. 16 c. 45; Sil. 13 v. 229. *Veliterni*, incolæ Velitrarum, Liv. 8 c. 14; Plin. 3 c. 5.

Velivŏlans, velivolus, vellatura, vide *Velum*

Velle, Vellejus, vide *Volo*, & *Paterculus* in *Pater*.

Vellereus, Vellicatio, vellico, &c. vide *Vellus*, *Vello*.

VELLO, velli & vulsi, vulsum, vellĕre, τίλλειν, rupffen, zupffen; ut, *Vellere herbas*, kräuter ausziehen, ausrauffen. *Radicitus vellere*, Columella 11 c. 3. *Vellere cum radicibus*. Plinius 12 c. 12 Et, *Postes a cardine vellere*, Virg. 2 Æn. v. 480. *Barbam tibi vellunt lascivi pueri*, Horat. 1 sat. 3 v. 133. Idem Virg. eclog. 6 v. 3
Cum canerem reges & prælia, Cynthius aurem
Vellit & admonuit, &c.
er hat mich bey den ohren gezwacket. Calpurnius Bucol. eclog. 4 v. 155
Vellit nam sæpius aurem
Invida paupertas, & dicit: vilia cura.
Quod ab antestandi more tractum est. Nam in antestatione actor memoriæ caussâ auriculam imam antestati tangebat, cum hoc verbo: MEMENTO. Est enim aure ima memoriæ locus, ut Plinius tradit. Vide Lipsium 4 Epistolicar. Quæst. epist. 28, item Senecam 4 de Benefic. c. 3, nec non Chiliadas.

¶ Vulsus, a, um, berupfft, ausgerufft; ut, *Corpora vulsa atque fucata muliebriter comare*, Quintil. præfat. lib. 8. *Vulsâ pectore tela*, Lucan. 6 v. 232.

¶ Vulsio, ōnis, die rupffung. Iren. 3 c. 11 *Nicolaitæ sunt vulsio ejus*, i. e. ἀπόσπασμα, *avulsio*.

¶ Vulsūra, æ, idem; ut, *Lanæ vulsura*, die schaf-schere, Varro de R. R. lib. 2 c. 11.

¶ Vulsella, sive Volsella, æ, instrumentum ad pilos evellendos, ein rupffzänglein, kneipzänglein. Vet. Gloss. *Vulsella*, τριχολαβίς, ἀκανθολαβίς. Martialis 9 epigr. 28 *Purgentque sævæ cana labra volsellæ*. Vtebantur volsellis morosius formæ & muliebriter studiosi. Suetonius Cæsare c. 45, & in Othone c. 12. ¶ 2 Est & instrumenti chirurgici genus, prehendendæ & exscindendæ corruptæ in ulceribus carni, apud Celsum 6 c. 18 *Nigrities cancri si cutem occupavit, incidenda est, deinde oræ vulsella prehendendæ, tum quicquid corruptum est, excidendum*.

¶ Vellĭco, avi, atum, are, frequentativum, rauffen, zwacken, kneipen; ut, *Cornix vulturios vellicat*, Plaut. Mostell. 3, 2 v. 142. *Aliquem vellicare*, Propertius 2 eleg. 4 v. 8. ¶ 2. Criminari, sed levius, per metaphoram significat, einen anzapffen, aufstechen. Varro 3 de Re Rust. c. 16 *Vellicare alicujus opus*, vernichten. Horat. 1 sat. 10 v. 79
Vellicet absentem Demetrius?

¶ Vellicātus, a, um, gezupfft, gezwickt. Paulinus Nolanus epist. 49 [al. 36] ad Macarium c. 3 *Vellicatâ blande auricula suscitavit*.

¶ Vellicatim, adverb. rupff- oder ruckweise. Sisenna apud Nonium c. 2 n. 911 *Vellicatim ac saltuatim scribendo lectorum animos impediremus*. Apud Gellium 12 c. ult. est *Velitatim*.

¶ Vellicātus, ûs, subst. die rupffung, zupffung. Plin. 28 c. 8 *Aurium vellicatibus perstringere*.

¶ Vellicātio, ōnis, idem. Seneca de Vita Beata c. 5 *Non tantum lacerationes*,

tiones, sed etiam vellicationes effugere. Et per metaphoram: ut, *Injurias, convitia, vellicationes contemnamus*, Idem lib. 3 de Ira c. 43, die verhöhnung, vernichtung.

Composita:

¶ Avello, avelli & avulsi, avulsum, ĕre, mit gewalt abreissen, abbrechen; ut, *Poma ex arboribus cruda vi avelluntur, matura decidunt*, Cicero de Senect. c. 19. Et pro Fontej. c. 17 *De matris complexu avellere atque abstrahere.* Et, *Avelli a suis*, Idem pro Domo sua c. 57. *Avellere se ab aliquo*, & *avelli*, sich von einem loß reissen, Terent. Hecyr. 4, 1 v. 39. Et in Eunucho 3, 3 v. 14 *Credo ei placere hoc* (rus,) *sperat se a me avellere*, er hoffet, er wolle mich davon bringen. *Avellerat* pro *avulserat*, est apud Curtium 5, 6, 5.

¶ Avulsus, a, um, id est, abreptus, abscissus, abgerissen, abgebrochen; ut, *Avulsa membra*, Virg. Æn. 9 v. 490. *Avulsum humeris caput*, Idem Æn. 2 v. 558. *Leporum avulsi armi*, Horat. 2 sat. 8 v. 89.

¶ Avulsio, ōnis, die abreissung, Plin. 17 c. 10; & 19 c. 7.

¶ Avulsor, ōris, ein abreisser. Plinius 9 c. 45 *Spongiæ ubi avulsorem sensere, contractæ multo difficilius abstrahuntur.*

¶ Convello, velli & vulsi, vulsum, ĕre, commovere, concutere, labefactare, zerreissen, loßreissen, loßmachen; ut, *Convellere ac removere gradus*, Cic. pro Domo c. 21. *Convellere repagula, atque effringere valvas*, Idem in 6 Verr. c. 43. *Convellere fundamenta*, Columella 1 c. 4. Et, *Convellere saxa infima, quibus fundamenta continentur*, Cæsar 2 Bell. Civ. c. 11. Metaph. *Labefactantur & convelluntur auxilia*, Cic. pro Rabirio c. 1. *Convellere vires* est infirmas eas reddere, übern hauffen werffen, Cels. 3 c. 4. Et Cic. de Divin. 1 c. 51 *Quæ mihi quidem non videntur posse convelli*, id est, confutari, widerleget werden. *Convellere & commutare conditionem amicitiæ*, Cic. 5 Verr. c. 6 extr.

¶ Convulsus, a, um, umgerissen, zerrüttet, verrenckt; ut, *Loca convulsa*, Virg. Æn. 3 v. 414. *Roma prope convulsa sedibus suis*, Cic. in Pison. c. 22. *Convulsa penitus respublica*, Idem de Cæs. Orat. c. 30. *Convulsa & luxata*, Plin. 20 c. 7.

¶ Convulsio, ōnis, coactio vel retractio, quæ fit in nervis aut musculis, die zerreissung, verrenckung. Plin. 20 c. 15 *Utile est convulsionibus.*

¶ Divello, velli & vulsi, vulsum, ĕre, von einander trennen, reissen, scheiden; ut, *Divellimur liberi a complexu parentum*, Sallust. Catilin. c. 51. *Divelli & distrahi a voluptate*, Cic. 1 de Fin. c. 16. *Amicitiam divellere*, Seneca epist. 6. *Laceros divellere crines*, Claud. Gigantomach. v. 39. Et Virg. 2 Æn. v. 435 *Divellimur inde Iphitus & Pelias mecum.*

¶ Divulsus, a, um, getrennet, zerrissen; ut, *Divulsus querimoniis amor*, Horat. 1 od. 13 v. 19. *Divulsus consensus*, Cic. de Arusp. Resp. c. 28. *Viola divulsa*, Plin. 21 c. 11.

¶ Indivulsus, a, um, unzertrennt, unabgesondert; ut, *Indivulsus comes*, Macrob. 1 Saturn. c. 11.

¶ Evello, velli, vulsi, vulsum, ĕre, extrahere, ausreissen; ut, *Evellere arborem radicitus*, Ulpian. Leg. 7 § 1 Digest. Arbor. furtim cæsar. *Evellere radices*, Cic. ad Attic. 10 epist. 11, herausziehen, ausrotten. *Linguam alicui evellere*, Idem 3 de Orator. c. 1. *Opinionem ex animis hominum evellere*, Idem pro Rosc. Amer. c. 2, & pro Cluent. c. 2, die gedancken benehmen. *Evellis* in præterito habet Curtius 4, 6, 17.

¶ Evulsus, a, um, heraus gerissen; ut, *Excisa, non evulsa arbor*, Cic. ad Attic. 15 epist. 4. *Evulsi trunci*, Horat. 3 od. 4 v. 55. *Filii avulsi sinu matris*, Sen. Medeâ v. 947.

¶ Evulsio, ōnis, die ausreissung. Cicero de Nat. Deor. 3 c. 22 *Dentis evulsio.*

¶ Intervello, ĕre, berupffen, ausgäten. Seneca epist. 14 *Barbam aut vellere, aut intervellere*, id est, aut evellere totam, aut aliquos solum pilos. Quintil. lib. 10 c. 7 *Ita sunt naturâ copulata, ut mutari aut intervelli confusione non possint.* Adde Plin. 17 c. 27; & Gell. 5 c. 10.

¶ Intervulsus, a, um, unterbrochen; ut, *Intervulsa serie*, Solin. c. 5.

¶ Pervello, ĕre, idem quod convellere, bezwacken; ut, *Fortuna pervellere te for, an potuerit & pungere, non potuit certe vires frangere*, Cic. 3 Tusc. c. 17, einen zwick geben. Idem 1 de Orat. c. 62 extr. *Jus civile pervellere*, hoc est, juri obtrectare, übel davon reden. *Pervellere aurem*, das ohr reiben, Valer. Max. 1 c. 5 n. 8. *Qualia lassum pervellunt stomachum*, Horat. 2 sat. 8 v. 8.

¶ Prævello, ĕre, wegreissen. Tertull. adv. Gnost. c. 13 extr. *Sicubi ab idololatria divellit, quid ei magis quam martyria prævellit.*

¶ Revello, velli & vulsi, vulsum, ĕre, auferre, detrahere, abreissen, hinweg thun; ut, *Effringere multorum fores & claustra revellere*, Cic. 6 Verr. c. 23. Et, *Revellere claustra portarum*, Livius 5 c. 21. *Revellere tela de corpore reipublicæ*, Idem in Pisonem c. 11.

¶ Revulsio, ōnis, die ausrupffung, wegreissung. Plin. 13 c. 12 *Unius schedæ revulsione plures infestante paginas.*

¶ Subvulsus, vel Subvolsus, a, um, weggerissen. Scipio apud Gellium 7 c. 12 *qui barbâ volsâ, feminibusque subvolsis ambulet.*

VELLUS, ĕris, lana ovibus ademta & conglobata, das fell, πόκος, σέμμα, die wolle. Ante tonsuram inventam vellebant lanam: ex eo itaque *Vellera* appellata. Et *Vellus* est lana tonsa universa ovis, Varrone auctore lib. 2 c. 11 de R. R. *Nivea vellera*, Virg. 4 Æn. v. 459. ¶ 2. *Vellera* pro tenuibus lucidisque & candicantibus nubibus, quibus cœlum in partibus, ubi sudum est, crispari solet, Lucanus videtur dixisse lib. 4 v. 123

jam clarior aër,
Et par Phœbus aquis densas in vellera nubes Sparserat.

¶ Vellĕreus, a, um, aus wolle, wüllen. Asconius Ped. in Verr. p. 50 *Crumenæ & vellereæ & scorteæ.*

¶ Evellĕro, are, vellere spoliare, die wolle nehmen. Finxit hoc verbum Gu. Brito Phil. 7 v. 189

Dum lupus ejus ovem dumis evellerat aspris.

Velo, are, Velocitas, vide *Velum*, *Velox*.

VĒLOX, ōcis, celer, pernix, ταχύς, schnell, geschwind, behend. Virg. 5 v. 444 *Ictum venientem a vertice velox Prævidit.*

Seneca de Benefic. 5 c. 2 *Alius velociori gradu antecessit.* Et Ovid. 10 Metam. v. 519 *Labitur occulte, fallitque volatilis ætas,*
Et nihil est annis velocius.

Cæsar 1 B. Gall. c. 48 *pedites velocissimi.* Et Quintil. 2 c. 3 *Velocissimus quisque si forte iter cum parvulo facit, dat manum, & gradum suum minuit, nec procedit ultra, quam comes possit.*

¶ Velōcĭtas, ātis, pernicitas, celeritas, die geschwindigkeit. Cic. 1 Off. c. 30 *Videmus, alios velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandum valere.* Plin. 7 c. 12 *Velocitas cogitationum animique celeritas.* Corn. Nepos Epaminod. c. 2 *Velocitatem ad belli utilitatem existimabat pertinere.*

¶ Velocĭter, adverb. celeriter, schnell; ut, *Pervolare in aliquem locum velocius*, Cic. in Somnio c. 9. Et Cæsar 5 c. 35 *Hostes velocissime refugiebant.* Et Seneca epist. 70 *Alios vita velocissime adduxit, quo veniendum erat etiam cunctantibus.*

¶ Prævēlox, ōcis, admodum velox, sehr schnell. Plinius 11 c. 31 *prævelocibus camelis fugientes.*

VĒLUM, i, per syncopen ex *vexillum*, παραπέτασμα ἱστίου, ein segel, segel-tuch im schiff; ut, *Dare vela ventis*, Virg. 4 Æn. v. 546. *Pandere tota vela*, Quintil. 6 c. 1. Et Cicero Tusc. 4 c. 5 *Pandere vela orationis*, der rede ihren freyen gang lassen. Quintilian. in præfat. ad Tryphonem: *Permittamus vela ventis, & oram solventibus bene precemur.* Apud Ciceronem 3 Tusc. c. 11 extr. *Velis remisque*; & 3 Offic. c. 33 *Velis equisque*; quod Plautus Asinar. 1, 3 v. 5 *Remigio veloque* dixit, proverbiales sunt locutiones, pro, omni conatu, mit gantzer macht, mit allem fleiß. vide Chiliadas. Horatius 2 odâ 10 v. 23

Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela.

¶ 2. *Vela* etiam aulæa sunt, quæ in theatris scenæ, in divitum & potentiorum ædibus foribus prætendebantur, fürhänge. Plinius 4 epist. 19 *Eadem* [uxor] *si quando recito, in proximo, discreta velo, sedet*, sie sitzet hinter dem fürhang. Idem lib. 7 epist. 21 *Cubicula velo obducto opaca.* De velis theatrorum capiendum illud Virg. 3 Georg. v. 24 *Vel scena ut versis discedant frontibus: utque*
Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.

Ubi & Servium lege, & Suetonium Caligulâ c. 26. De velis aularum eumdem vide in Claudio c. 10, & ibi Torrentium, nec non Lipsium in 12 Taciti Annalem. Atque his velis præstituti & sui servi fuere, ex ipsa re *Velarii* dicti, de quibus Pignorius consulendus, qui plura de his, & de templorum etiam velis ibidem affert.

¶ Vēlāris, e, zum segel gehörig. Plin. 13 c. 9 *Lignum firmæ duritiæ, ex quo velares detornat annulos*, die segel-ringe.

¶ Velārius, a, um, idem; ut, *Velarius servus*, a cura velorum. vide paullo ante in *Velum*, n. 2.

¶ Vēlārium, i, subst. ein umhang, decke; plural. *Velaria*, Juvenali sat. 4 v. 122 loca sunt abdita & velis clausa: *Pueros inde ad velaria raptos.*

¶ Vēlo, avi, atum, are, operire, bedecken, bemänteln, verhüllen, einwickeln; ut, *Velare caput*, Cic. c. 47 pro Domo. *Se insignibus honorum velare*, sein ehren-kleid anlegen, Vellej. 2, 71, 3. Et Plin. in Panegyr. c. 56 *Agentibus tibi gratias nihil velandum est, nihil omittendum.* Seneca in Hippolyto v. 721 *Scelus in scelere velandum est.* ¶ 2. *Velare* etiam per *ligare* exponit Nonius c. 4 n. 479 in illo Pomponii: *Restis est vilis, velet gulam.*

¶ Velātus, a, um, bedeckt, umhangen, bekleidet. Virg. Æn. 3 v. 174 *Velatasque comas videbat.* Idem Æn. 11 v. 100 *Oratores velati ramis oleæ.* Et Plaut. Amph 1 v. 100 *Velatis manibus orare.* Horat. 1 sat. 2 v. 71 *Velatus stolâ*, hoc est, vestitus. Et Festus quoque *Velatos* interpretatur *vestitos*.

¶ Velatò, adverb. verborgener weise. Tertull. 4 adv. Marc. c. 29 *Tantum velato cum maxime discentes eum.*

¶ Velāmen, ĭnis, eine decke, hülle, damit etwas verhüllet wird. Virg. 1 Æn. v. 649 *Et circumtectum croceo velamen acantho.*

Tacitus Germ. c. 17 *Eligunt feras, & detracta velamina spargunt maculis*: Velamina, id est, pelles, quæ fiunt velamina & vestes.

¶ Velamentum, i, idem. Ovid. Met. lib. 11 v. 279 *Velamenta manu prætendens supplice.* Livius 34 c. 30 *Ramos oleæ ac velamenta alia supplicum porrigentes orare, ut reciperent se.* Adde eumdem lib. 29 c. 26. Similiter hac voce usus est Tacitus, & cum infulis conjunxit 1 Hist. c. 66: & 3 Hist. c. 31. *Velamenta* enim, quæ σέμματα Græcis: Filum laneum, puta, quo caduceum velabatur. Metaphorice Seneca de Vita Beata c. 12 *Quærentes libidinibus suis patrocinium aliquod ac velamentum*, einen deckmantel.

¶ Velabrum, i, locus erat Romæ juxta Aventinum montem, ubi tabernæ oleariorum erant, der öl-marckt mit öl-buden. Unde Plautus Captiv. 3, 1 v. 30 *Omnes compacto rem agunt, quasi in Velabro olearii*, sie haben es mit einander abgelegt. Cum enim mos esset oleariis, ut inter se de pretio conspirarent, proverbium inde in conspirantes, remque ex composito gerentes ortum est. vid. Chiliad. Nomen accepit *Velabrum* ab eo, quod in crebris exundationibus Tiberis trajectus ibi in forum esset. *Trajectum* enim *velaturam* vocabant. Vel a *velis*, quod, qui munus exhibebant populo, inde velis viam, quæ a foro ferebat in circum maximum, adumbrarent. De utroque Plutarchus Romulò p. 20. Sed pro priore ratione Varro est lib. 4 de L. L. c. 7 & 32; itemque Ovidius 6 Fast. v. 405 & seq. Atque hinc vetus Scholiastes Horatii in epistolam ad Pisones: *Hunc* (Tiberim) *derivavit Augustus, qua nunc fluit. Ante enim per Velabrum fluebat: unde* VELABRUM *dicitur, quod* VELIS *transiretur.*

¶ Vēlātūra, æ, (perperam scribitur *Vellatura*,) est transvectio sive vectura, quæ fit velis, die überfahrt, die hinübersegelung. Varro de R. R. 1 c. 2 *Dicuntur, qui vecturis vivunt, velaturam facere.* Idem Varro de L. L. 4 c. 7 *Velaturam facere etiam nunc dicuntur, qui mercede faciunt.*

¶ Vēlĭfer, a, um, besegelt; ut, *Carina velifera*, Ovid. 15 Metam. v. 19; & Propert. 13 eleg. 9 v. 35. Et, *Malus velifer*, Val. Flacc. 1 v. 126.

¶ Vēlĭfĭco, avi, atum, are, & Velificor, atus sum, ari, vela dare vel facere, hoc est, navigare, segeln; ut, *Velificare per summa æquorum*, Plin. 9 c. 33. *Velificantes Cretes portibus suis adremigaverunt*, Florus 3 c. 7 n. 3. ¶ 2. Cicero per metaphoram *Velificare honori suo* dixit de Leg. Agrar. 1 c. 9, hoc est, quocunque modo & periculo honorem

honorem suum aucupari, nach ehren trachten; sumta figura ab illis, qui velis in sublime elatis fortunam quamcunque experiuntur. Et ad Cic. Cœlius 8 famil. epist. 10 *Ne aut velificatus alicui dicaris, aut aliquid, quod referret scire, reticuisse.* Hic enim *velificare* idem est quod assentando gratificari, willfahren. Florus 1 c. 9 n. 5 *Brutus favori civium etiam domûs suæ clade & parricidio velificatus est.*

¶ Vēlĭfĭcātus, a, um, passive, besegelt; item, gefördert; ut, *Ratis velificata*, Propert. 2 eleg. 21 v. 39. Et Tertull. de Idolol. c. 24 *Inter vada & freta idololatriæ velificata spiritu Dei fides navigat.*

¶ Velificātio, ōnis, die segelung. Cic. ad Lentul. 1 fam. epist. 9 *Cum id possis mutata velificatione assequi, stultum est eum tenere cum periculo cursum, quem ceperis*; Locutio metaphorica elegans est.

¶ Vēlĭfĭcus, a, um, segelflüchtig; ut, *Cursus velificus*, Plin. 13 c. 11.

¶ Vēlĭvŏlus, a, um, idem; ut, *Mare velivolum*, Virg. 1 Æneid. v. 224. *Rates velivolæ*, Ovid. 4 de Ponto eleg. 5 v. 42, von segeln getrieben.

¶ Vēlĭvŏlans, tis, idem; ut, *Navibus velivolantibus complevit littora*, Cic. de Divin. 1 c. 31.

Composita cum præposit.

¶ Advēlo, are, zudecken. Virg. 5 Æn. v. 246 *Victorem*, &c.
Declarat, viridique advelat tempora lauro.

Lampridius Commodo c. 15 *Panno purpureo nudos humeros advelans.*

¶ Convelo, are, bedecken. Hinc

¶ Convelatus, a, um, zugedeckt, verhüllt. Gell. 19 c. 9 *Canere capite convelato*, vermummt. Et Plin. 17 c. 22 *Plagæ convelatæ.*

¶ Develo, are, detegere, auffdecken. Ovid. 6 Metam. v. 607
Oraque develat miseræ pudibunda sororis.

¶ Exvelo, are, idem. Propertius 3 eleg. 14 v. 3
Vt mihi prætextæ pudor exvelatus amictu;

Sic Scaliger legendum contendit: alii, *est velatus.*

¶ Prævēlo, are, velum prædducere, fürdecken. Claudianus 2 de Raptu Proserp. v. 325 *Flammea sollicitum prævelatura pudorem.*

¶ Rèvēlo, avi, atum, āre, entdecken, offenbaren; ut, *Tempus omnia revelat*, Tertullian. in Apologet. c. 7. vide Chiliad.

¶ Revelātus, a, um, aufgedeckt, geöffnet; ut, *Ore revelato*, Ovid. lib. 6 Fast. v. 619.

¶ Revelātio, ōnis, die entdeckung, offenbarung, entblösung; ut, *Revelatio pudendorum*, Arnobius lib. 5 p. 182. Et Vet. Gloss. *Revelatio*, ἐπιφάνεια, ἀποκάλυψις. Hieronymus epist. 25 ad Paulam super obitu Blæsillæ, cap. 2 de Paulo Apostolo: *Ad revelationum humiliandam superbiam monitor quidam humanæ imbecillitatis apponitur.* Et Tertullian. 5 advers. Marcion. c. 4 *Deus filii sui revelationem in extremitatem temporum disposuit.* Et Augustinus Confess. 9 c. 10 *somnia & imaginariæ revelationes.*

¶ Revelātor, ōris, ein offenbarer. Tertullianus 4 advers. Marcion. c. 25 *Nec revelator ipse erit, qui absconditor non fuit.*

¶ Revelatōrius, a, um, offenbahrend. Idem Tertull. de Anima c. 47 *Prophetica, revelatoria, ædificatoria.*

VĔLŬT, & Vĕlŭti, adverb. similitudinis, wie, gleichwie. Horat. 1 od. 12 v. 45 *Crescit, occulto velut arbor ævo,*
Fama Marcelli. Virgilius 2 Æn. v. 304
In segetem veluti cum flamma furentibus austris
Incidit, &c.

Cic. de Arusp. c. 4 *Conatum Clodii refutabo, velut hesterno die.* Nepos Hannib. c. 1 *Velut hæreditate relictum odium confirmavit.* Additur hæc particula metaphoris, sententiis ex translato orientibus, inventionibus, &c.

VĒNA, æ, *rivum sanguinis* vocat Plinius 21 c. 37; dicta inde videtur, quod per eam veniat, hoc est, deferatur sanguis, vel ab ἶνες potius, quod vult Scaliger, eine ader, blut-ader; differt enim ab arteria & nervo. Cic. 2 de Nat. Deor. c. 55 *Sanguis per venas in omne corpus diffunditur, & spiritus per arterias.* Gellius *venarum & arteriarum* discrimen lib. 18 c. 10 ex medicorum libris ita explicat, ut VENAS dicat *conceptacula sanguinis mixti confusique cum spiritu naturali, in quibus plus sanguinis, minus spiritûs sit:* ARTERIAS *conceptacula spiritus misti confusique cum sanguine, in quibus plus spiritûs, minus sanguinis sit.* VENAS *itaque suâpte vi immobiles esse & sanguinis tantum demittendi gratiâ explorari:* ARTERIAS *autem motu atque pulsu suo habitum & modum febrium demonstrare.* Et ea de caussa ibidem refert, offendisse medicum quendam elegantiores nonnullos, quod dixisset ἐὰν ἅψῃ αὐτοῦ τὸ φλεβὸς, *si attigeris venam ejus*, quod debuisset ἀρτηρίαν, *arteriam* dicere. Recte vero ibi Herodes, *pervulgate* in eo magis medicum, quam *inscite* locutum, pronunciat. Quid enim frequentius est, quam ubi de pulsu explorando agitur, non *arterias*, sed *venas* potius nominari? Omittam Græcos, contentus aliquot Latinorum exempla protulisse. Persius satyr. 3 v. 107 *Tange, miser, venas, & pone in pectore dextram.*

Et paullo ante idem dixerat v. 91
Tertiæ compositas vidit nox currere venas.

Currere dixit, quod moventur & saliunt arteriæ, sive σφύζουσι, ut Græci loquuntur. Seneca epist. 22 *Non potest medicus per epistolas cibi aut balnei tempus eligere: vena tangenda est.* Sic *Pulsum venarum* Plinius dixit lib. 2 c. 97, & *Percussum venarum* lib. 7 c. 51; itemque Val. Max. 5 c. 7 exter. 1. Prudentius Hymno 3 καθημερ. v. 91
Quod calet halitus interior,
Corde quod abdita vena tremit, &c.

Vbi rursus *vena* arteria est, sive principium potius arteriarum, corde, ut ipse loquitur, abditum. Caussam hujus consuetudinis eam puto, quod in voce *Venæ* promtior faciliorque esset pronunciatio; deinde quod voce latina in ea re destitueretur. Vnde & ad differentiam velut *arteriæ venæ vitales* appellatæ. Vet. Gloss. ἀρτηρία, *vena vitalis.* Sic, *Imbuta vena veneno*, Cic. 2 Tuscul. c. 7. Et, *Periculum inclusum venis & visceribus alicujus*, Idem in Catil. 1 c. 13. Sic, *Venam ferire, secare, incidere*, φλεβοτομεῖν, die ader schlagen, oder zur ader lassen, Cels. 2 c. 10; & 3 c. 5. ¶ 2. *Venæ* sub terra, gäng-ge; ut, *Venæ aquæ dulcis, fœcundæ*, Ovid. 3 Trist. eleg. 7 v. 16; & Hirt. B. Alex. c. 8, wasser-adern. *Venæ auri & argenti*, gold- und silber-gänge: Cic. de Nat. Deor. 2 c. 60 *Non æris, argenti, auri venas penitus abditas invenimus, & ad usum aptas*, &c. *Auri argentique venas sequi*, Lucret. 6 v. 808. Et Juvenal. sat. 9 v. 31
Accipimus tenue argentum, venæque secundæ.

¶ 3. *Vena* pro ingenio ad scribendum apto, geschickligkeit zu schreiben, reicher zufluß. Juvenal. sat. 7 v. 53
Sed vatem egregium, cui non sit publica vena.

Horat. de Art. poët. v. 409 *Ego nec studium sine divite vena,*
Nec rude quid prosit video ingenium.

Et lib. 2 od. 18 v. 9 *Benigna ingenii vena.* Quintilian. 6 c. 2 *Tenuis & angustæ ingenii vena.* ¶ 4. *Venæ* in herbis & lapidibus sunt *Fibræ*, die striche oder streiffe. Plin. 16 c. 38 *In quarundam arborum carnibus pulpæ venæque sunt.* Virg. 1 Georg. v. 135 *Silicis venis abstrusus ignis.* Et Stat. 1 Silv. 3 v. 36
An picturatâ lucentia marmora venâ.

¶ Vēnŭla, æ, diminutivum, das äderlein; ut, *Venulæ oculorum*, Celsus lib. 2 c. 6.

¶ Vēnōsus, a, um, mit vielen adern, ädericht; ut, *Folia plantaginis venosa*, Plin. 24 c. 10, ex quarta *Venæ* significatione. Sic, *Venosus liber*, Persius sat. 1 v. 90. Compar. *Sativum serin, quod est minus & venosius*, Plin. lib. 20 c. 8.

¶ Intervenium, i, inter duas venas spatium. Vitruvius 8 c. 1 *Rubro saxo & copiosæ, & bonæ* [sunt venæ,] *si non per intervenia dilabantur & liquescant.* Eadem ferme verba Palladius habet mense Augusto c. 8. Adde Vitruvium lib. 2 c. 6 & 7.

Venabŭlum, vide *Venor, ari.*

VĔNAFRVM, i, oppidum Campaniæ, olei proventu dives. Horatius 2 od. 6 v. 15 *viridique certat*
Bacca Venafro. adde 2 sat. 8 v. 45.

¶ Venafrānus, a, um, adject. ut, *Venafranum oleum*, Juvenal. sat. 5 v. 86, id est, optimum, ex agro Venafrano in Campania. conf. Horat. 2 sat. 6 v. 69.

Venālis, venalitius, &c. vide infra *Venum.*

VĔNANTIVS, i, Fortunatus sive Honorius cognomine, poëta & episcopus Pictaviensis, qui libros 4 de Vita S. Martini, & alia reliquit. vid. Voss. de Hist. Lat. 2 c. 22 p 237.

Venatio, venator, venatus, &c. vide *Venor, ari.*

Vendax, vendibilis, &c. vide infra *Venum.*

VENDĬCO, are, arrogare, & proprium facere. Sed non dissimulandum nobis hîc est, VENDICO verbum ignotum veteribus, & plane nihili videri. Nam quæ antiqua monumenta produci possunt, ubi legere liceat? Qui veteres citati grammatici, qui explicarint? Si qui fortassis codices habent, mendosi illi atque corrupti sunt. Enimvero quæ ejus ratio est? Dicunt ex *Venum* & *Dicare* factum, & itaque differre a *Vindicare*, quod ex *Vis* & *Dicare* natum volunt. Nugæ! Sicut a *Judex Judicis, Judicare*, ab *Imbrex Imbricis, Imbricare*: ita a *Vindex Vindicis, Vindicare.* Jam *venum dicare* quid est, & quomodo cum notione & usu verbi hujus convenit? nemo dixerit, nisi qui cum grammaticis nugari velit. Explodendum itaque *Vendico*; *Vindico* semper dicendum atque scribendum cum veteribus. A vindiciis enim transfertur ad alias res, quas nostras facimus, aut nobis tribuimus, ut allegata exempla ostendunt. Adde Manutium, Lipsium, Dausquium, Vossium in libris Etymolog. & Orthograph.

Venditarius, venditatio, venditio, vendĭto, vendo, &c. vide *Venum.*

Veneficium, veneficus, veneno, are, &c. vide sequens *Venenum.*

VĔNĒNVM, i, μέσον antiquis vocabulum, sicut & φάρμακον apud Græcos; & *medicamentum salubre* juxta & *noxium* significat, artz'ney, gifft. Cajus JCtus Lege 236 Dig. de verbor. significat. *Qui* VENENVM *dicit, adjicere debet, utrum malum, an bonum. Nam & medicamenta* VENENA *sunt: quia eo nomine continetur, quod exhibitum naturam ejus, cui adhibitum esset, mutat. Cum id, quod nos* VENENVM *appellamus, Græci* φάρμακον *dicant: apud illos* (Græcos) *quoque, tam medicamenta, quam quæ nocent, hoc nomine* (φάρμακον) *continentur. Vnde adjectione alterius* (BONI, MALI) *nomine distinctio est.* Sic *Venena mala* dixit Sallustius Catilinâ c. 11. Et Cicero pro Cluentio c. 54 *Qui venenum malum fecit, fecerit.* Et, *Veneni mali poculum* Solinus dixit c. 44. *Medicans* contra *Venenum*, id est, bonum, & quod prodest, Prudentius dixit Hamartig. v. 230. *Venena* dicuntur Quintiliano Declam. 350, quæ aliis animalibus nocent, aliis prosunt. Nimirum *Veneni* vox quemlibet succum sive liquorem medicatum significat, sive illi nocendi insit vis, sive medendi, sicut & *Virus* usurpatur, de quo suo loco. Hinc medicamina faciei Ovidius *Venena* dixit lib. 1 de Remedio amoris v. 352. *Pelagi venenum* salsum aquæ marinæ liquorem, Manilius lib. 5 v. 680. ¶ 2. Sed usitatissime in malam nocentemque partem dicuntur *Venena.* Sic, *Venenum conficere, dare*, L. 1 Dig. ad L. Corn. de Sicariis, *Veneno quem aggredi, quem tentare*, Sueton. Nerone c. 33 & 34. *Venenum præsentissimum, velocissimum*, quo quis confestim perimitur. Veneno quem peremptum arguunt livores in corpore, spuma per os, & cor igne indomitum. Lege Suetonium Caligulâ c. 1, & ibi interpretes. *Infundere alicui venenum*, Cic. Philipp. 11 c. 6. *Præbere venenum*, Idem 1 Tuscul. c. 40. Et, *Occidere veneno*, pro Rosc. Amer. c. 35. *Necare veneno*, pro Cluent. c. 61. Et ibidem c. 60 *Tollere aliquem veneno*, mit gifft vergeben. Lucan. 6 v. 491
Humanoque cadit serpens afflata veneno.

¶ 3. *Venena* etiam dicuntur res quælibet magicis veneficiis aptæ, & ipsa veneficia adeo, seu toxica sagarum sive veneficarum incantationes, hexerey. Sic, *Memoriam venenis eripere*, id est, veneficiis, Cic. in Oratore c. 37, einen durch zauberey ums gedächtniß bringen. Horat. epod. 5 v. 87
Venena magnum fas nefasque, non queunt
Convertere humanam vicem.

Seneca Medeâ v. 692 *Cælo petam venena*, id est, veneficiorum materiam, sive, quæ veneficiis idonea sunt. ¶ *Venenum nostræ vitæ*,

id est, pernicies, ein verderben. Catullus carm. 78 ad Rufum. ¶ 5. *Assyrium venenum.* Virg. 2 Georg. v. 465, purpur-farbe.

¶ Venēnārius, i, qui venena conficit, ein vergiffter. Sueton. Nerone c. 33 *Locusta venenariorum index.* Vbi vide Torrentium. Apulejus Apolog. p. 291 *Qui venenarium accusat, scrupulosius cibatur.* Lactantius 5 c. 19 *Quid venenarius, nisi ut fallat?*

¶ Vĕnēno, avi, atum, āre, inficere veneno, vergifften. Lucretius 6 v. 820 *Vt spatium cœli quadam de parte venenet.*

Et Horat. 1 epist. 14 v. 38

Non istic obliquo oculo, mea commoda quisquam
Limat, non odio obscuro, morsuque venenat.

¶. 2. Tingere, färben. C. Mattius apud Gellium 20 c. 9 *Tapetes concha purpura imbuens venenavit.*

¶ Venenātus, a, um, gifftig, vergifftet, schädlich; ut, *Anguis venenatus,* Ovid. in Ibin v. 481. *Vipera venenata & pestifera,* Cicero de Arusp. resp. c. 24. *Munera venenata,* Idem 13 Philipp. c. 17. Et, *Telum venenatum,* Idem pro Quint. c. 2. *Venenatus morsus,* Plin. lib. 8 c. 58. Compar. Idem lib. 32 c. 2 sub fin. *Nihil est usquam venenatius, quam in mari pastinaca.* Et Superl. Tertullianus de Baptismo, ineunte libro, *vipera venenatissima.*

¶ Venenōsus, a, um, idem. Varr. de R. R. 1 c. 2 *Venenosæ istæ capræ.* Gloss. Vet. *Venenosus,* ἰώδης. Theodorus vet. Medicus c. 10 *Venenosis potionibus occurris.* Et Augustinus de Genes. ad lit. lib 8 c. 13 *Herba venenosa.*

¶ Vĕnēnĭfer, a, um, idem. Ovid. 3 Metam. v. 85

Jamque venenifero sanguis manare palato Cœperat.

Et Juvencus 2 v. 639 *Veneniferi serpentis sæva propago.*

¶ Vĕnēfĭcus, a, um, veneno inficiens, vergifftend, zauberisch; ut, *Veneficus vermis,* Solin. c. 25. *Veneficus aspectus,* ein böses auge, Plin. 28 c. 3. *Vir veneficus,* Plaut. Rudent. 4, 4 v. 68.

¶ Vĕnēfĭcus, i, subst. qui veneficiis utitur, ein vergiffter, zauberer. Cic. in Philipp. 13 c. 11 *Veneficum audes appellare eum, qui veneficiis tuis remedia invenit?* ¶ 2. Aliquando & convicii vim hæc dictio habet, ut apud Terent. Eunuch 4, 3 v. 6. Plaut. Pers. 2, 4 v. 7. &c.

¶ Vĕnēfĭca, æ, subst. die hexe, zauberin. Ovid. Her. epist. Hypsip. 6 v. 18

Barbara narratur venisse venefica tecum.

Sic, *Ææa venefica,* i. e. Circe, Idem Amor. 3 eleg. 7 v. 79. ¶ 2. Est & in maledictis apud Terent. Eunuch. 5, 1 v. 9. Plaut. Epid. 2, 2 v. 37. &c.

¶ Vĕnēfĭcium, i, incantatio, die vergifftung, hexerey, zauberey. Cic. de Clar. Orat. c. 60 *Veneficiis & cantionibus Titiniæ factum.* Plin. 18 c. 5 *C. Furius Cresinus e servitute liberatus cum in parvo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quam ex amplissimis vicinitas, in invidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis. Quare a Sp. Albino Ædili curuli die dicta metuens damnationem, cum in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit, & adduxit filiam validam, atque, ut ait Piso, bene curatam ac vestitam; ferramenta egregie facta, graves ligones, vomeres ponderosos, boves saturos: postea dixit:* Veneficia mea, Quirites, hæc sunt, nec possum vobis ostendere, aut in forum adducere lucubrationes, vigilias, & sudores. *Omnium sententiis absolutus itaque est. Profecto operâ, non impensâ, cultura constat, & ideo majores fertilissimum in agro oculum domini esse dixerunt.* Quando primo quæsitum de veneficiis, & qui leges contra posuêre, docet Torrentius ad Sueton. Nerone c. 33.

¶ Trivĕnēfĭca, æ, eine ertzhexe, ertzzauberin, Plaut. Aulul. 1, 2 v. 8.

Veneo, Venerabilis, veneratio, &c. Venereus, vel Venerius, vide *Venum, Veneror, Venus.*

VĔNĔROR, atus sum, āri, colere, σέβεσθαι, in ehren halten, ehr erzeigen, beehren, anbeten. Cicero in Verr. 6 c. 43 *Non solum venerari, verum etiam osculari solent.* Idem in 1 Tuscul. c. 21 *Ejus inventori & principi gratias exultantes agunt, eumque venerantur ut Deum.* Idem de Nat. Deor. 3 c. 21 *Auguste omnes sancteque Deos venerari.* Et pro Planc. c. 40 *Lapidem e sepulcro venerari.* Et, *Memoriam alicujus venerari,* Tacitus Agricolâ cap. ult. *Aliquem manu,* item, *voce manuque venerari,* vide *Manus.* Nimirum quod Græci προσκυνεῖν, illud Latini modo *adorare,* modo *venerari* interpretati sunt. C. Nepos Conone c. 3 *Necesse est, si in conspectum ejus* (Regis Persarum) *veneris, venerari regem, quod* προσκυνεῖν *illi vocant.* Vet. Gloss. *Venerari,* προσκυνεῖν. vide & Brissonium de Regno Persarum lib. 1. ¶ 2. Cum veneratione orare, demüthig bitten. Plautus Aulul. prologo v. 7 *In medio foco defodit* (thesaurum) *venerans me, ut id servarem sibi.* Idem Rudente 5, 2 v. 62 *Venus, veneror te, ut omnes lenones miseri sient.* Atque hac de caussa Horatius pro optare, cupere, *venerari* posuit lib. 2 Serm. 6 v. 8 *Si veneror stultus nihil horum.* Idem Carmine Seculari v. 49 *Quique vos bubus veneratur albis*
Clarus Anchisæ Venerisque sanguis.

Vbi Vetus Scholiastes: VENERATVR, *venerando precatur & postulat.* ¶ 3. Ponitur & passive aliquando. B. Ambrosius Orat. 1 contra Symmach. pr. *Ipse enim solus verus Deus est, qui intimâ mente veneretur.* vide mox *Veneratus.*

¶ Venerandus, a, um, ehrwürdig; ut, *Amicus venerandus,* Horat. 1 epist. 18 v. 73. *Sacra veneranda,* Lucan. 2 v. 530. *Veneranda Pales,* Virg. 3 Georg. v. 294.

¶ Veneranter, adverb. ehrerbietig. Tertull. de Judicio Domini c. 7

Submissique omnes genibus veneranter adorant.

Et Sedulius extremâ Historia Evangelica de Christi adscensione:

Illi autem lætis cernentes vultibus altas
Ire super nubes Dominum, tractusque coruscos
Vestigiis calcare suis: veneranter adorant.

¶ Venerātus, a, um, passive, beehrt, angebetet. Horat. 2 sat. 2 v. 114

Et venerata Ceres, culmo ut consurgeret alto.

Et Ammianus 22 c. 23 pr. *Venerato numine.*

¶ Venerātio, ōnis, die verehrung, anbetung. Cic. de Nat. Deor. 1 c. 17 *Habet venerationem justam, quicquid excellit.* Et Plinius 8 c. 1 *Religio siderum, solisque ac lunæ veneratio.*

¶ Vĕnĕrātor, ōris, der ehre bezeuget, ein anbeter, verehrer. Valer. Max. 3 c. 6 n. 1 *De accusatore Scipionis venerator est factus.* Ovid. 2 de Ponto eleg. 2 pr. *Ille domûs vestræ primis venerator ab annis.*

Et Prudentius Apotheos. v. 292

De grege thurifero venerator.

¶ Venerābilis, e, veneratione dignus, ehrwürdig, ehrenwerth. Livius 6 c. 24 *Vir ætate venerabilis.* Ovid. 1 Trist. eleg. 7 v. 15

Illud amicitiæ quondam venerabile nomen &c.

Compar. Horatius 2 satyr. 5 v. 14

Ante Larem gustet venerabilior Lare dives.

Superl. *Venerabilissima soror,* Salvianus epist. 4 p. 321 edit. Rittersh.

¶ Venerabilĭter, adverb. idem. Valer. Max. 5, 1, 5 *Victorem venerabiliter exceperunt.* Macrobius 7 Saturn. c. 11 extr. *Servius his dictis venerabiliter assensus obticuit.* Et Apulejus ad Asclepium sub init. *Competenti venerabiliter silentio* &c.

¶ Venerabundus, a, um, qui veneratur, ehrerbietig. Livius 5 c. 22 *Juvenes delecti, venerabundi templum iniêre,* mit ehre und andacht. Et c. 41 *Venerabundi intuebantur.*

¶ Advenéror, āri, anbeten. Varro 1 de Re Rust. c. 1 *Adveneror Minervam & Venerem.* Et Silius 13 v. 704

Prosequiturque oculis puer adveneratus euntes.

¶ Devenĕror, āri, idem quod *Venerari.* Ovid. Heroid. epist. Phillidis 2 v. 18 *Sum prece, thuricremis devenerata focis,*

scilicet Deos. Et Tibullus 1 eleg. 5 v. 14

Somnia, ter salsa deveneranda mola.

VĔNĔTI, ōrum, Galliæ Lugdunensis populi sunt, qui & *Heneti* appellati. vide Plin. 4 c. 18 pr. ¶ 2. Sunt & Italiæ populi Trojanâ stirpe orti, qui cum Antenore & duce Trojano Heneto ex Paphlagonia egressi in imi maris Adriatici sinu consederant, & sinus Veneti atque urbis Venetæ in Adriatico ab his originem esse, consentiunt fere veteres, sive Antenore, sive quocunque alio duce ab eo appulerint. Curtius 3 c. 1 *Jamque ad urbem Ancyram ventum erat: ubi numero copiarum inito Paphlagona intrat. Huic juncti erant Heneti: unde quidam Venetos trahere originem credunt,* die Venediger, Venetianer. vide supra *Heneti*; & Lucan. 4 v. 134; & Sil. 8 v. 607.

¶ Vĕnĕtus, a, um, adject. ut, *Veneti cives.* Propert. 1 eleg. 12 v. 4

Quantum Hipanis Veneto dissidet Eridano.

¶ 2. *Venetus color,* cœruleus est, marinis scilicet fluctibus similis, wasser-blau, oder eisen-farb. Vegetius de Re Milit. 4 c. 37 *Ne exploratoriæ naves candore prodantur, colore Veneto, qui marinis est fluctibus similis, vela tinguntur & funes: cera etiam, qua ungere solent naves, inficitur. Nautæ quoque vel milites Venetam vestem induunt.* Hinc in ludis Romanorum *Veneta factio,* a Veneta veste ac habitu appellata. Suetonius in Vitell. c. 14.

¶ Venetiæ, arum, amplissima civitas in insulis sinus Adriatici, a Venetis Attilæ furorem fugientibus non infelici auspicio condita, & supra, quam credi possit, imperio atque opibus aucta, terrâ marique magnarum virium conscia, tum & republica, multa prudentia administrata, insignis, Venedig. Conditæ sunt Venetiæ anno a nato Christo 556. Munsterus. ¶ 2. *Venetiæ* Galliæ Britonum, vulgo *Vannes* dicuntur.

¶ Venetia, æ, Venetorum in Italia regio.

VĔNIA, æ, a *veniendo*; vel quod peccanti veniat: vel quod per eam venire liceat; condonatio erroris, permissio, beneficium, die nachlassung, verzeihung, erlaubniß, urlaub; *res supplicio melior,* quemadmodum Clemens dixit lib. 2 Stromat. συγγνώμη τιμωρίας κρείσσων. Virg. Æn. 1 v. 519 *Orantes veniam, & templum clamore petebant,* sie baten um gnade. Cicero in Verr. 5 c. 53 *Hæc si tibi tuus parens diceret, posses ab eo veniam petere, posses, ut tibi ignosceret, postulare?* Terent. Phorm. 2, 3 v. 31 *Adolescens hoc a te bonâ veniâ peto,* du wollest mirs zu gut halten. Sic, *Impetrare ab aliquo veniam culpæ,* vel *errati,* Cic. pro Ligar. c. 1. *Cum venia tua dixero: Bonâ veniâ dixerim,* mit gunst zu melden, Valla lib. 4 c. 18. ¶ 2. *Veniam dare* est & concedere, quod petitur, vergönnen, zulassen, verwilligen. Cicero pro Archia c. 2 *Quæso a vobis, ut in hoc mihi detis hanc veniam,* ihr wollet mir dieses zu willen seyn. Terent. Andr. 5, 3 v. 30 *Æquum postulat: da veniam.* Idem Hecyrâ 4, 2 v. 29

Mi gnate, da veniam hanc mihi, reduc illam.

Plautus Trin. 2, 2 v. 43 LY. *res quædam est, quam volo*
Ego me abs te exorare. PH. *Quid est? Veniam jam dare gestio.*

C. Nepos Themistocle c. 10 *Hujus Rex animi magnitudinem admiratus, cupiensque talem virum sibi conciliare, veniam dedit:* id est, concessit annum, quo linguam Persicam addisceret, quod rogaret Themistocles. Idem Pausaniâ c. 4 *Pausanias perturbatus orare cœpit, ne enunciaret,* &c. *Quod si eam veniam sibi dedisset, tantisque rebus implicitum sublevasset, maxime ei præmio futurum.* Ita locutus & alibi est. Sic & Sueton. Tiber. c. 10 *Neque aut matri suppliciter precanti, aut vitrico deseri se etiam in senatu conquerenti, veniam dedit.* ¶ 3. Non tamen semper ad culpam refertur; sed sæpius etiam potestatem & petitionis concessionem approbationemque notat. vid. Pontan. Vol. 1 Progymn. 17 p. 79. *Veniam dare,* annuere petitioni, willfahren, der bitte statt geben: Nepos Dione c. 2. n. 2 *Dedit ergo huic veniam* &c. id est in eo annuit, petitioni locum dedit.

¶ Veniālis, e, veniâ dignus, das zu verzeihen ist, leicht zu verstatten. Ammianus 28 c. 27 *Venialem pacem poscere.* Macrob. 7 Saturn. c. 16 *Si venialis erit ista translatio.* Sidonius 8 epist. 13 *Venialibus erratis implicari.* Hinc *Status venialis.* vide præcepta rhetorices.

¶ Veniābĭlis, e, idem. Sidon. 9 epist. 1 *Nescio, qualiter fieri veniabile queat.* Sic, *Culpa veniabilis,* Idem 4 epist. 11. Et Prudent. Hamart. v. 935 *Spem capio, fore, quidquid ago, veniabile apud te,* &c.

VĔNĪLIA, æ, accessus maris, die fluth. Varro 4 de Lat. Ling. c. 10 VENILIA, *unda, quæ ad litus venit;* SALACIA, *quæ ad salum redit.* Itaque his nominibus, quorum alteri a *veniendo,* alteri a *salo* appellatio est, incrementa maris reciproca & decrementa quotidiana designabant Romani, ebbe und fluth. vid. Scalig. Appendice ad Conjectan,

jectan. Varron. p. 181. ¶ 2. *Venilia*, nympha vel Dea maris, Fauni uxor, soror Amatæ, Latini regis conjugis, & mater Turni. vid. Virg. Æn. 10 v. 76; & Ovid. Met. 14 v. 334.

VĔNIO, vēni, ventum, īre, ἔρχεσθαι, kommen, angelangen. Cic. ad Cœl. 2 epist. 12 *Obviæ mihi velim sint tuæ litteræ, quæ me erudiant de republica, ne hospes plane veniam.* Sic, *Venire ad urbem*, Cic. 16 fam. ep. 3. Aliquando & præpositio omittitur, præcipue poëtis: ut, Virg. eclog. 1 v. 66 *Pars Scythiam & rapidum Cretæ veniemus Oaxem.*
Et 2 Æn. v. 742 *Nec prius amissam respexi animumque reflexi,*
Quam tumulum antiquæ Cereris sedemque sacratam
Venimus.

Plautus Curcul. 2, 3 v. 60 *Veniam Cariam.* Et, *Venire ab* aliquo, *de* aliquo, & *ex* loco: ut, *Cum de Cumanis venissem cum imperio*, Cic. ad Attic. 5 epist. 13. *Ex Arabia venerunt legati*, Plin. 12 c. 14. Et, *Omnes, qui istuc veniunt, ita de tua virtute commemorant*, Cic. ad Qu. fratr. 1 epist. 1 c. 13. *Venire in alicujus amicitiam*, Cæsar 6 B. Gall. c. 5. *In familiaritatem alicujus*, vel *aliquorum venire*, Cic. 7 fam. epist. 15. *In societatem laudum alicujus venire*, Idem 9 fam. epist. 14. Et, *In arbitrium & potestatem alicujus venire*, Idem 3 Verr. c. 57. *Venire sub adspectum*, Idem de Oratore 2 c. 87. *In conspectum alicujus*, lib. 10 fam. epist. 22 ad Ciceronem Plancus, unter die augen treten. Et, *Ad aures meas venit, te* &c. ich habe erfahren, gehöret, pro Marcello c. 8. *Auxilio alicui venire*, Livius 9 c. 43. Et, *Suppetias venire*, Hirtius B. African. c. 5. *In complexum alicui venire*, Cic. ad Terent. 14 fam. epist. 1. *In colloquium ad aliquem venire*, Livius 25 c. 16. *Venire in consuetudinem*, Cic. in Pison. c. 19 fin. *In deliberationem venire*, berathschlaget werden, Quintil. 2 c. 21. *In dubium*: ut, *Cæsaris acta in dubium ventura videntur*, Cicer. ad Plancum sub epist. 16 lib. 16 ad Attic. sie werden in zweiffel gezogen werden. *Venire in suspicionem*, Idem 2 de Invent. c. 10; *in controversiam*, pro Quint. c. 11; *in disceptationem*, Livius 39 c. 37, streitig werden. *Venire in periculum*, Cicero 3 Verr. c. 27. *In discrimen existimationis*, Idem Divinat. in Verr. c. 23 pr. *Venire in crimen*, Terent. Hecyr. 3, 1 extr. id est, accusari. *Ad extrema venire*, in die äusserste noth kommen: Livius 2 c. 47 *Ad extrema ventum foret, ni* &c. es wäre fast ausgewesen, wenn nicht &c. *Ad internecionem videbatur venturum*, scil. omne nomen Ætolorum, Livius 36 c. 34. *Emolumentum ad me ex ea re venit*, Cic. pro Cluent. c. 19, daraus gehet mir nutz zu. *Res mihi venit hæreditate*, Idem 1 de Invent. c. 45, es stirbet mir zu. Et, *Hæreditas mihi venit a patre*, Idem 3 Verr. c. 10. Et, *Ab humili venit ad summum*, Idem in Tuscul. 2 c. 2. *Venit mihi in opinionem*, id est, incipio opinari, es fällt mir ein, Nepos in Attico c. 9 n. 6. Et, *Venit mihi in suspicionem*, id est, suspicor, ich muthmasse, Idem in Pausan. c. 4 n. 1. *Venire in alicujus manus*, Cicer. Off. 3 c. 7 fin. Et, *Libri veniunt in hominum manus*, Quintil. præfatione ad Tryphonem. *Venire in mentem*, Cicero passim. *Venire in proverbium*, Livius 40 c. 46. Et, *in proverbii consuetudinem*, Cic. 2 Offic. c. 15 fin. in ein sprichwort gerathen. *In hominum sermonem & vituperationem*, Idem 4 in Verr. c. 7, den leuten in das maul gerathen. *In spem pacis venio*, Balbus Ciceroni sub 9 ad Attic. epist. 13, ich habe gute hoffnung zum frieden. *In vitam venire*, gebohren werden, Cic. de Leg. 1 c. 22. *Ad finem venire*, sich endigen, Liv. 25 c. 23. *Vsu venire*, vide *Vtor.* ¶ 2. Apud Tibullum lib. 1 eleg. 2 v. 77 [ed. Silv. eleg. 1 v. 63] *venire* pro *esse*, sive ὑπάρχειν, item & τυγχάνειν ponitur, quod & Scaliger notavit. Verba sunt:
Quid Tyrio recubare toro sine amore secundo
Prodest, cum fletu nox vigilanda venit:
Vigilanda venit, id est, vigilanda est. Item Propert. lib. 2 ineunte:
Vnde meus veniat mollis in ore liber;
id est, in ore meo sit. Seneca Medea v. 686
Quærens quibus Mortifera veniat;
id est, futura sit. Claudius de 4 Consul. Honorii v. 647
Quænam tot Divis veniet nurus, omnibus arvis
Et toto dotanda mari?
id est, erit, continget. Ovidius 4 Trist. eleg. ult.
Gratia Musa tibi: nam tu solatia præbes:
Tu curæ requies, tu medicina venis.
Alcimus Avitus ad Sororem v. 168
Nec jam a me instituenda venis, quæ junior ortu,
Relligione prior.
Ita Zehnerus legit & Fabricius: at Sirmondus, cui est v. 145, ejectis qui spurii videntur: *Tu melius jam docta venis*, &c.
id est, instituenda es, sive docta es. Sed hoc poëticum est. ¶ 3. Ponitur & pro *Ire*, gehen; sicut contra *Ire* pro *venire*. Corn. Nepos Eumene c. 6 *Cum litteras & nuncios misisset in Asiam, consultum, utrum repetitum Macedoniam veniret.* Horatius 1 epist. 3 v. 19
Ne, si forte suas repetitum venerit olim
Grex avium plumas, moveat cornicula risum.
Terent. Adelph. 2, 2 v. 23
Ni eo mercatum venio, damnum maximum est.
Sic, *Venire adversus aliquem*, ire est: Idem Nepos Hannibale c. 4 n. 2 *Tertio idem Scipio cum collega Tiberio Longo apud Trebiam adversus eum venit.* Et paullo post n. 4 *Ibi obviam ei venerunt duo Consules* &c. ¶ 4 *Venire* meretrices dicuntur, cum se sistunt & sui copiam faciunt, ut Bacchis apud Terent. Heaut. 4, 4 v. 3 *Sæpe obsecrans me, ut veniam.* Et v. seq. *Aut cum venturam dixero & constituero* &c. Propertius 2 eleg. 14 v. 20 *Contendite amantes:*
Sic hodie veniet, si qua negavit heri.
Et iterum eodem libro eleg. 22 v. 43
Aut si es dura, nega: si non es dura, venito.
Quin Venus ipsa a *veniendo* est dicta, de quo infra. ¶ 5. *Venitur, ventum est*, impersonale, man kömmt, es ist kommen. Plinius 9 epist. 13 *Venitur ad me: consurgo.* Cicer. 2 Offic. c. 9 *In discrimen ventum est.* Et Horat. 1 epist. 7 v. 72 *Vt ventum ad cœnam est.*

¶ Veniens, tis, kommend, angehend, erscheinend; ut, *Classis ad littora veniens*, Virg. Æn. 3 v. 651. *Veniens ætas*, id est, posteritas, die nachkommenschafft, Ovid. Fast. 6 v. 639. *Annus veniens*, das instehende jahr, Cic. ad Qu. fratr. 3 epist. 20; & Virg. Georg. 2 v. 505. *Dies veniens, decedens*, contraria, Virg. Georg. 4 v. 466. Idem Æn. 5 v. 344 *Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.*

¶ Ventūrus, a, um, futurus, zukünfftig, künfftig; ut, *Venturi mali prima favilla*, Propert. 1 eleg. 9 v. 18. *Venturæ memores senectæ*, Ovid. de Arte am. 3 v. 59. *Venturi inscius ævi*, Virg. Æn. 8 v. 627. Et absolute: *Præscia venturi vates*, Idem Æn. 6 v. 66. Et, *Ventura videre*, Æn. 2 v. 125.

¶ Ventus, a, um, participialiter, qui venit, gekommen. Plautus Curc. 2, 3 v. 35 *Ventum gaudeo.* conf. Cistell. 1, 1 v. 16; & vide infra *Adventus.*

¶ Ventio, ōnis, adventus, accessus, die ankunfft. Plaut. Truc. 2, 7 v. 61 *Quid tibi huc ventio est?* id est, cur huc venisti?

¶ Vento, are, frequentat. ankommen. Festus: *Ventabant antiqui dicebant sine præpositione pro adventabant.*

¶ Ventĭto, are, aliud frequentat. offt kommen; ut, *Sæpius ventitare in agrum*, Plinius 18 c. 29. *Domum ventitare*, Cic. 11 fam. epist. 27.

Composita:

¶ Advĕnio, vēni, tum, īre, ankommen, herzukommen; ut, *Advenis modo?* Terent. Hecyr. 3, 5 v. 8. *Optato advenis*, Idem Andr. 3, 3 pr. Et, *Advenire in tempore*, Andr. 5, 6 v. 10. *Per tempus advenire.* Ibid. 4, 4 v. 44. *Opportune advenis*, Idem Heaut. 1, 2 v. 5. Sed, *Advenerunt litteræ*, pro allatæ sunt, Sueton. Vespas. c. 7. *Advenientes & crescentes morbi*, Cic. 2 de Divin. c. 29.

¶ Advĕna, æ, id est, adveniens, qui aliunde advenit, hospes, ein fremdling, ankömling. Cic. 1 de Orat. c. 58 *Ne in nostra civitate peregrini atque advenæ esse videamur.* Et contra Rull. 2 c. 34 *Nos hinc Româ qui veneramus, jam non hospites, sed peregrini atque advenæ nominabamur.* Terent. Heaut. 1, 1 v. 44 *Est e Corintho hic advena anus paupercula.* Et de fœmina Silius 4 v. 767
quos condidit advena Dido.
Sic, *Exercitus advena*, ein fremdes kriegs-heer, Virg. Æn. 7 v. 38. *Advena mancipium*, Priscianus 6, 1 p 677. ¶ 2. Plin. 20 c. 23 *Advenas æstatis* ciconias dixit & grues, die sommer-vögel, die im sommer ankommen.

¶ Adventītius, a, um, adventitium est, quicquid quacunque occasione & ratione aliunde nobis accedit, fremd, zufällig, zustossend. Contrarium est *suum, proprium, insitum*; ut, *Adventitia pecunia, bona*, quæ non jure successionis aut hæreditatis, sed ab extraneis & insperato accedunt. Cic. pro Leg. Manil. c. 9 *Adventitiis regum & nationum copiis adjuvari.* Idem de Fin. lib. 5 c. 21 *Adventitiis & extremis adjumentis uti.* Et, *Transmarina atque adventitia doctrina*, Seneca Consolat. ad Helviam c. 5. *Leve momentum in adventitiis rebus est, & quod in neutram partem magnas vires habeat: nec secunda sapientem evehunt, nec adversa demittunt.* ¶ 2. *Adventitia*, vel *adventoria cœna* dicebatur, qua amicos peregre redeuntes, aut longo intervallo ad se invisentes amici excipiebant, ein mahl zum willkommen. Sueton in Vitellio c. 13 *Famosissima super cæteros fuit cœna ei data adventitia a fratre* &c. Huc videtur allusisse Martialis præfat. lib. 12 *Ne quid tamen advenienti tibi ab urbe & exigenti negarem, imperavi mihi, quod indulgere consueveram: & studui paucissimis diebus, ut familiarissimas mihi aures tuas exciperem adventoria sua.* Eadem cœna & *viatica* dicebatur. vide Turneb. 2 c. ult. & lib. 30 c. 26. vide & Scalig. lib. 2 Auson. c. 19 & 24, itemque Torrent. ad supra allegatum Suetonii locum.

¶ Adventor, ōris, pro conviva adveniente, ein gast. Plaut. Asin. 2, 2 v. 92, & Apulej. 10 Metam. p. 248.

¶ Adventōrius, a, um, zum willkommen gehörig; ut, *Adventoria cœna*, Martial. d. l. *Adventoria epistola*, de qua Scalig. Lect. Auson d. l.

¶ Adventus, a, um, angekommen. Loca adducta a Palmerio Tom. 4 Facis Crit. p. 652 examinat Vossius de Analogia p. 203. Prior locus est Terentii Andr. 5, 2 v. 3 *Ego commodiorem hominem adventum ad tempus non vidi.* Sed Vossius legit: *Ego commodiorem hominem, adventum, tempus non vidi.* Alter comici locus est Phorm. 1, 3 v. 2 *Vbi in mentem ejus adventi venit*, id est, patris, qui advenit. Sed Vossius ait, *adventi* esse substantivum in genitivo secundæ declinationis pro quarta. Tertius locus est Sallustii B. Jugurth. c. 91 *Multo ante lucem adventam*; Sed Vossius reperit: *Multo ante lucis adventum.*

¶ Adventus, ûs, die zukunfft, ankunfft. Terent. Eunuch. 2, 2 v. 29 *Ad cœnam vocant, adventum gratulantur.* Sic, *Adventus in urbem*, Cic. pro Lege Manil. c. 5; &, *ad urbem*, pro Milone c. 19. Idem 3 Tusc. c. 14 pr. *Præmeditatio futurorum malorum lædit eorum adventum.*
¶ Ex Terentio *adventi*, ἀρχαϊκῶς, pro *adventûs* jam vidimus.

¶ Advento, are, herzu kommen, herbey kommen; ut, *Adventare & prope jam adesse debes*, Cicero ad Attic. 4 epist. 17. Et, *Jam tempus adventat*, die zeit rückt heran, Idem 1 de Orat. c. 45. Sic & de rebus aliis: *Adventat reipublicæ excidium*, Tacit. Hist. 4 c. 13. *Morti adventanti obviam procedere*, Cic. 5 Tusc. c. 19.

¶ Antevĕnio, vēni, ventum, īre, prævenire est, zuvor kommen. Sallust. B. Jugurth. c. 48 *Magnis itineribus Metellum antevenit.* ¶ 2. Est malo imminenti occurrere, abwenden. Idem Jugurth. c. 88 *Explorare itinera regum, consilia & insidias eorum antevenire.* ¶ 3. Est antecellere, übertreffen. Plautus Casin. 2, 3 pr. *Omnibus rebus ego amorem credo antevenire.* Sallust. in Jugurth. c. 4 *Qui antea per virtutem soliti erant nobilitatem antevenire.* Et Tacit. Annal. 4, 18, 3 *Beneficia ubi multum antevenere, pro gratia odium redditur.*

¶ Anteventŭlus, i, herfür ragend. Apulej. Florid. lib. 1 p. 342 *Crines anteventuli & propenduli.*

¶ Circumvĕnio, vēni, ventum, īre, proprie circumire, item cingere, circumdare. Vnde militare verbum fit, quod undique cingere atque concludere significat, umringen, umgeben. Cæsar 2 de Bello Civili c. 34 *Quorum primum impetum equites hostium non tulerunt. Sed admissis equis ad suos refugerunt: relicti ab iis, qui una procurrerant, levis armaturæ, circumveniebantur, atque interficiebantur ab nostris.* Et paullo post: *omnesque jam se ab equitatu circumveniri arbitrabantur.* Vsus & alibi sæpius est. ¶ 2. Quod autem plerumque ex

dolo & insidiis fit, ut aliquis undique cingatur; verbum hoc ad fraudes & insidias sæpius significandas adhibetur, betrügen, hintergehen; Et nonnunquam quidem vocabulo adjecto, quo dolose agi indicatur; ut, *dolo circumveniri*, Justinus 27 c. 1 n. 7. Aut *per insidias*, ut apud Cæsarem est 1 Gall. Bell. c. 42. conf. *Circumventus*. Sæpe tamen etiam absolute hoc sensu usurpatur, sine apposito fraudis aut insidiarum nomine. Cicero pro Quintio c. 31 *Acerbum est, ab aliquo circumveniri, acerbius a propinquo*. Sic, *Circumvenire & opprimere*, Idem in Verr. 4 c. 8. Sed *Circumvenire leges* est, in fraudem legum aliquid facere, Lege 123 in fin. Dig. de Legat. 1.

¶ Circumventus, a, um, oppressus, deceptus, umringet, überfallen, betrogen. Cic. Tusc. 1 c. 41 *Judicio iniquorum circumventus*. Stat. 5 Theb. v. 165 *Qualis cerva circumventa lupis*. Cæs. B. C. 2 c. 35 *Fabius a proximis militibus circumventus interficitur*. Seneca epist. 9 *Circumventus hostili custodia*, ein gefangener. Nepos Hannib. c. 4 n. 3, & Justin. 10, 1, 7 *Insidiis circumventus*. Et rursus Justin. 26, 1, 10 *Periculo ancipiti circumventus*.

¶ Circumventio, ōnis, deceptio, die hintergehung, der betrug. Lege 17 Dig. de Minorib. *Allegatio circumventionis adversarii*. Pluraliter *Circumventiones* Augustinus dixit de Civ. Dei 22 c. 22.

¶ Circumventor, ōris, deceptor, ein betrüger. Lampridius in Alexandro c. 66 *Amicos sanctos & venerabiles habuit, non circumventores sui, non irrisores*, &c.

¶ Circumventōrius, a, um, betrüglich. Augustinus Confession. lib. 3 c. 3 *circumventoria obsequia dæmoniorum*.

¶ Convĕnio, vēni, ventum, īre, congregari, zusammen kommen, zusammen treffen; ut, *Convenire in unum*, Pompejus Ciceroni sub epist. 6 lib. 8 ad Atticum. Et ad Quint. fratr. 1 epist. 4 *Multa convenerunt, quæ mentem exturbarent meam*. Sed, *Convenire ad aliquem*, Cæs. 1 B. Civ. c. 13. *Multitudo hominum convenit ad hoc judicium*, Cic. pro Rosc. Amer. c. 5. Et, *Convenire ad exsequias*, Idem pro Quint. c. 15. Et Tacit. 4 Hist. c. 68 *Galliarum civitates in Remos convenēre*, sie haben eine versamlung gehalten. ¶ 2. Sed, *Convenit inter nos*, wir seynd eins mit einander: Livius 2 c. 23 *Non modo inter patres, sed ne inter consules quidem ipsos conveniebat*, sie stimmeten nicht zusammen. Et cum præpos. CVM: Terent. Adelph. 1, 1 v. 34 *Hæc fratri mecum non conveniunt*, er ist darüber mit mir nicht eins. Et Cic. 3 de Fin. c. 22 *Posterius priori non convenit*, es stimmet mit dem nicht überein. Tacitus 1 Hist. c. 27 *Quæ significatio coëuntium jam militum convenerat*, id est, convenerat inter ipsos, si id significaretur, indicio fore, coire jam milites & cœtus facere. Suetonius de eadem re Othone c. 6 *quod signum convenerat*. Nepos Hannibale c. 6 *In colloquium convenit, conditiones non convenerunt*. ¶ 3. Est & meretricium, ut, *venire*: id est, corporis sui copiam facere, sich zusammen finden. Terent. Hecyr. 1, 2 extr. *nam constitui cum quodam hospite,*
Me esse illum conventuram.
Loquitur Philotis meretrix. Arnobius lib. 7 *Amant suos fœtus, & gignendis conveniunt liberis*. Apulejus lib. 6 Miles. *Interim Cupido solus interioris domûs unici cubiculi custodiâ coërcebatur acriter, partim ne petulanti luxuriâ vulnus gravaret, partim ne cum sua cupita conveniret*. Hinc & *Conventus* pro concubitu ponitur Arnobio lib. 2. Vide Elmenhorstii Indicem Apulejan. ¶ 4. *Convenire pacto*, sich vergleichen, Livius 24 c. 6. Et lib. 1 c. 3 *Pax ita convenerat, ut Hetruscis Latinisque fluvius Albula finis esset*. Et, *Convenire de pretio*, Quintil. 4 c. 2, des handels eins werden. *Conveniunt mores*, Terent. Andr. 4, 2 v. 13, sie sind einerley humeurs. Et ibidem 5, 4 v. 39 *Nomen non convenit*. Cic. in Hortensio: *Vereris, ne non conveniat nostris ætatibus oratio, quæ spectat ad hortandum?* es sey nicht gemäß. *Convenit numerus, quantum debui*, Terent. Phorm. 1, 2 v. 3, es trifft ein. Cic. pro Rosc. Amer. c. 23 *Nemo erat, in quem ea suspicio conveniret*, diesen verdacht konte man auf keinen haben. Terent. Heaut. 5, 1 v. 3 *In me quidvis harum rerum convenit*, es kan auf mich gedeutet werden. ¶ 5. *Convenire aliquem*, einen besuchen, zusprechen. Cic. fam 5 epist. 11 *Eam, si opus esse videbitur, conveniam*. Et lib. 4 epist. 2 *Posthumia tua me convenit*.

¶ Convĕnit, impersonale, idem quod decens & conveniens est, es gebühret sich, es ist billich. Terent. Eunuch. 3, 2 v. 41 *Haud convenit unâ ire amicam cum imperatore in via*, es schicket sich nicht, stehet nicht wohl. *Neque enim licet aut convenit*, &c. Brutus Antonio 11 fam. epist. 3.

¶ Conveniens, tis, füglich, bequem, gemäß, das sich schickt; ut, *Aptum & inter se conveniens*, Cic. 1 Off. c. 40. *Sibi convenientia finge*, Horat. Art. poët. v. 119. *Reddere personæ convenientia*, Ibidem v. 316. Comparat. Valer. Max. 3 c. 3 n. 1 *Quid facto Mutii convenientius?* Superl. Plin. 3 epist. 18 *Convenientissimum bono civi*. Et Panegyr. ad Trajan. c. 87 *Parenti publico convenientissimum, nihil cogere*. ¶ 2. *Bene convenientes propinqui*, id est, concordes, einstimmig, Cic. Off. 1 c. 17. *Convenientes motus*, Lucret. 1 v. 1028.

¶ Convenienter, adverb. idem; ut, *Congruenter naturæ convenienterque vivere*, Cic. 3 de Fin. c. 7; & Horat. 1 epist. 10 v. 12. *Loqui convenienter ad statum præsentem*, Liv. 23 c. 5. Et Ovid. 3 de Arte am. v. 545 *Scilicet ingenium placidâ mollitur ab arte,*
Et studio mores convenienter eunt:
id est, tales sunt, qualia sunt studia. Superlat. Augustin. epist. 3 *Convenientissime defendenda est tantæ gratiæ dispensatio*. Idem de Civ. Dei 18 c. 44 *utroque numero significari convenientissime potuit*.

¶ Convĕnientia, æ, proportio, die gleichförmigkeit, gleichmäßigkeit; ut, *Convenientia partium*, Cic. 1 Off. c. 4; *naturæ*, ibid. c. 27.

¶ Convĕnæ, arum, qui ex diversis gentibus in unam, seu gentem, seu civitatem convenerunt, leute von allen orten her, zusammen gelauffene. Usus eo nomine Cicero est 1 de Orat. c. 9 *Romulus pastores & convenas congregavit*. Et Aurel. Victor de Viris Illustr. c. 2 *Romulus asylum convenis patefecit*. Sic Solinus c. 50 *Aquæ convenæ*, id est, confluentes. Idem c. 60 *Serpentes convenæ*. Et singulari numero Ammianus 15 c. 13 *convenâ undique multitudine*.

¶ Conventītius, a, um, idem, qui convena; ut, *Patres conventitii*, Plautus Cistell. 1, 1 v. 42.

¶ Conventus, a, um. geschlossen, abgeredet. Festus: *Conventa conditio dicebatur, cum primus sermo de nuptiis & earum conditione habebatur*. Sallust. B. Jugurth. c. 112 *Sæpe antea cum imperatoribus Romanis pacem conventam frustra fuisse*, der getroffene friede habe nicht lange gewehret. Cic. ad Attic. 15 epist. 1 pr. *Non est is a me conventus*, er ist nicht von mir besprochen worden. Idem ad Attic. 16 epist. 3 pr. *Convento Antonio Tiburi*.

¶ Conventum, i, subst. ein vergleich, ein vertrag, eine abrede. Cic. Off 1 c. 10 *Potest accidere promissum aliquod & conventum, ut id effici sit inutile ei, qui promiserit*. Gellius 17 c. 9 *Erat conventum inter eos clandestinum*. Et in plurali Cic. de Orat. 2 c. 24 *Pacta, conventa, stipulationes*, &c. Idem 1 Off. c. 7 *Dictorum conventorumque constantia & veritas, fides est*. Sic *Frangere conventa* Silius dixit lib. 1 v. 10.

¶ Conventus, ûs, subst. multitudo dicitur in unum coacta locum, eine versamlung, zusammenkunfft, reichs-tag, land-tag; ut, *Honestissimus conventus*, Quintil. 1 c. 2. *Conventus senatorum*, Cic. 4 fam. epist. 13. *Celeberrimo virorum mulierumque conventu dies festos anniversarios agere*, Idem 4 Verr. c. 48. *Indicere conventûs*, land- oder reichs-tage ausschreiben, Liv. 38 c. 29. Et, *Conventûs agere*, land- oder reichs-tage halten: Cicer. 5 Verr. c. 11 *Ex iis oppidis, in quibus prætores consistere & conventus agere solent*. De varia hujus vocis significatione adscribendus locus Festi est, qui ita habet: CONVENTUS, inquit, *quatuor modis intelligitur. Uno, cum quemlibet hominem ab aliquo conventum esse dicimus. Altero, cum significatur multitudo ex pluribus generibus hominum contracta in unum locum. Tertio, cum a magistratibus judicii caussa populus congregatur. Quarto, cum aliquem in locum frequentia hominum supplicationis aut gratulationis caussa colligitur*. Ad tertiam significationem quod est, sciendum, Romanos in certas partes, seu diœceses, seu circulos, ut appellamus hodie, (in gewisse creiße,) divisisse provincias, in iis partibus igitur constituisse oppida, ubi jus diceret magistratus Romanus eo concitis civitatibus reliquis, qui ejus diœceseos essent, (die in denselbigen creiß gehöreten.) Hujusmodi itaque loca constituta dicundo juri in provinciis, seu dicasteriis, *Fora*, item *conventus* dicebant. Plin. 3 c. 1 *Juridicos conventus*: & lib. 5 c. 28 extr. *Jurisdictiones* appellat: sed cap seq. *Conventus*. Ita hac voce Cæsar passim usus est: ut lib. 2 de B. Civ. c. 19, 20 & 36, & lib. 3 de C. B. c. 21, 29, 32, &c. Multa etiam hujusmodi conventuum mentio in Inscriptionibus vetustis, quas prætermittimus. Solebant autem *conventus* isti a proconsulibus prætoribusque provinciarum hiberno anni tempore agi: æstatem enim rei militari tribuebant. Cæsar 1 de B. Gall extremo: *Cæsar una æstate duobus maximis bellis confectis maturius paullo, quam tempus anni postulabat, in hiberna, in Sequanos exercitum deduxit: hibernis Labienum præposuit: ipse in citeriorem Galliam ad conventûs agendos profectus est*. Ubi Ciacconium vide; sed & Sigonium, si lubet, lib. 1 de antiquo Jure Provinciarum c. 1, & lib. 2 p. 149. ¶ 2. *Conventus dentium*, Solino c. 23 est, die zusammenbeissung mit den zähnen. ¶ 3. *Conventus* etiam est pactum, conventum, eine genommene abrede. Autor ad Herenn. 2 c. 13 *Sunt item pacta, quæ sine legibus observantur ex conventu*. Idem ad Attic. 6 epist. 3 *Ex pacto & conventu ab aliquo discedere*, dem accord zu folge.

¶ Conventĭcŭlum, i, diminutivum, eine kleine versammlung, zuspruch. Cic. pro Domo sua c. 28 *Plebi urbanæ majores nostri conventicula, & quasi concilia quædam voluerunt*.

¶ Conventio, ōnis, nomen est generale, pertinens ad omnia, de quibus homines inter se agunt, transiguntque, ein vertrag. Apulej. Apolog. p. 542 *Præter hæc ea conditione factam conventionem, si nullis ex me susceptis liberis vitâ demigrasset, ut dos omnis apud filios ejus Pontianum & Pudentem maneret* &c. Et Sen. de Providentia c. 2 *Fortis & egregia fati conventio*. ¶ 2. *Conventio* etiam dicitur concio, conventus, die versammlung, zusammenkunfft; ut, *Conventionem habere, ad conventionem vocare*, apud Varronem de L. L. 5 c. 9.

¶ Conventiōnālis, e, conventionem spectans, zum vertrag gehörig; ut, *Conventionales stipulationes*, l 5 ff. de verb. oblig.

¶ Convento, are, frequent. offt zusammen kommen. Solinus c. 40 [Salmas. c. 27] de Byzaceno agro: *Externos ibi plurimos conventasse*.

¶ Disconvenio, ire, ungleich seyn. Horat 1 epist. 1 v. 99
Æstuat & vitæ disconvenit ordine toto.

¶ Disconveniens, tis, inconveniens, ungleich, ungeschickt. Lactantius de Ira Dei c. 3 *Est disconveniens, ut ejusmodi potestate sit præditus, qua noceat & obsit; prodesse vero & benefacere nequeat*.

¶ Disconvenientia, æ, die ungleichheit, unförmlichkeit. Tertull. de Testim. animæ c. 6 *Suspectam habe convenientiam prædicationis in tanta disconvenientia conversationis*.

¶ Inconveniens, tis; incongruens, unfüglich, unbequem, ungereimt. Cass. ad Cic. 12 fam. epist. 13 *facta non subita, nec inconvenientia*. Phædrus 3 fab. 14 v. 6 *Non inconveniens corpus*. Seneca de Vita Beata c. 12 *Desinant inconvenientia jungere, & virtuti voluptatem implicare*.

¶ Inconvenienter, adverb. idem. Augustinus 2 de Trinit. c. 9 *Ipsa mutabilitas non inconvenienter mortalitas dicitur*. Idem de Genesi ad liter. 11 c. 15 *Cui testimonio non inconvenienter aptatur etiam illud*, &c.

¶ Contravenio, ire, id est, contra aliquem venire, entgegen seyn. Cæs. 6 de B. G. c. 29 *Si qua ex parte contravenitur, acie instructa depugnare*. Cicero Tusc. 1 c. 23 *Facile sum passus, ne in mentem quid contraveniret, ita isti faveo sententiæ*: hoc est, ne quid, quod contrarium esset, in mentem mihi veniret.

¶ Devĕnio, vēni, ventum, īre, descendere, herab kommen; ut, *Speluncam deveniunt*, Virg. Æn 4 v. 166. Servius Sulpit. ad Cic. 4 fam. epist. 5 *Quoniam in eam fortunam devenimus*, dieweil es dazu kommen ist. Terent. Heaut. 4, 5 v. 2 *Menedemi miseret me tantum devenisse ad eum mali*, daß ihm ein so groß unglück zu hause kommen ist. *Devenire in manus victoris*, Cic. 7 fam. epist. 3. *Devenire in medium certamen atque discrimen*, Idem de Orat. 1 c. 1. Et, *Devenire ad senatum*, in Verr. 5 c. 47.

¶ Evĕnio, vēni, ventum, īre, cadere, accidere, usu accidere, fürfallen, sich zutragen. Terent. Heaut. 1, 1 v. 105 *Quod si esset factum, hæc*

nunquam

nunquam eveniſſent tibi, ſo wäre es dir darzu nicht kommen. Idem Phorm. 1, 2 v. 15 *Evenit, ſenibus ambobus iter ut eſſet*, es geſchicht. Et Heaut. 4, 5 v. 17 *Evenire ex ſententia*, gerathen, nach wunſch ergehen. Sic, *Evenire bene ac feliciter, proſpere*, wohl glücken, Cic. pro Muræn. princ. & 3 fam. epiſt. 12. Et de Orat. 2 c. 55 *Forte evenit, ut in Privernati eſſemus*, es hat ſich ohngefehr begeben. *Vt plerumque evenit*, Idem pro Planc. c. 6. Et, *Incommoda eveniunt improbis*, Idem de Fin. 1 c. 16. *Vereor, ne idem eveniat in meas litteras*, Id. 2 fam. ep. 10. Et Plautus Sticho 1, 3 v. 57 *Damna eveniunt maxima mibi.* Et Menæch. prolog. v. 67 *Illi divitiæ evenere maximæ.* Sed, *Vſu evenire*, quemadmodum & *uſu venire*, Cic. 5 de Fin. c. 2, ſich gewöhnlich zutragen. Inſervit etiam imprecationibus: Petronius fragm. Trag. p. 22 *Ædilibus male eveniat, qui cum piſtoribus colludunt.*

¶ Eventūrus, a, um, zufällig, zukünfftig; ut, *Eventura procul videre*, Tibull. 2 eleg. 5 v. 11. Idem 2 eleg. 1 v. 25 *Eventura precor.*

¶ Eventum, i, ſubſt. idem quod eventus, der ausgang, erfolg, ausſchlag. Cic. in Partitionibus c. 27 *De incerto ſtatu fortunæ, dubiisque eventis rerum futurarum.* Idem de Divin. 2 c. 47 *Chaldæorum prædicta quotidie re & eventis refelluntur.* Idem ad Attic. 9 epiſt. 5 *Semper cauſſæ eventorum magis movent, quam ipſa.* Et 5 fam. epiſt. 12 *Fabula rerum eventorumque meorum.* Late patet hoc nomen, & plura complectitur, de quibus ita Lucretius 1 v. 455

Servitium contra, libertas, divitiæque,
Paupertas, bellum, concordia, cætera quorum
Adventu manet incolumis natura abituque,
Hæc ſoliti ſumus, ut par eſt, EVENTA *vocare.*

¶ Eventus, ûs, ſubſt. 4 declinationis in utroque numero, quicquid caſu aut fortunâ evenit, exitus & rerum finis, ein zufall, das ende und ausgang eines dinges; ut, *Incertus temporis eventus*, Cic. pro Quint. c. 26. *Varii bellorum eventus*, Virg. 10 Æn. v. 160. *Conſilia primum, deinde acta, poſtea eventus exſpectantur*, Cicero 2 de Oratore c. 15. Idem ad Attic. 9 epiſt. 6 extr. *Fortiter quemvis eventum ferre.* Et 6 fam. epiſt. 21 *Ad omnem eventum paratus ſum.* Et Balbus ad Ciceronem ſub lib. 9 epiſt. 8 ad Atticum: *Etiam ampliſſimorum virorum conſilia ex eventu non ex voluntate a plerisque probari ſolent.* Livius 22 c. 39 *Eventus ſtultorum magiſter eſt*, mit ſchaden wird man klug: Malo accepto, ſtultus ſapit; vide alibi. Sed, *facta ab eventu notare*, ſignificat de rebus judicare & pronunciare, cum primum evenere, in dicto Ovidii epiſt. Phyllidis 2 v. 86

Exitus acta probat, careat ſucceſſibus, opto,
Quisquis ab eventu facta notanda putat.

¶ 2. *Eventus* erat Romanis inter Deos XII, qui maxime agricolarum duces ſunt, quos *Conſentes* vocant. Hinc Varro de R. R. 1 c. 1 *Nec non precor bonum Eventum, quoniam ſine ſucceſſu ac bono Eventu miſera eſt agricultura.* Plin. 36 c. 5 refert, Romæ fuiſſe *boni Eventus & bonæ Fortunæ* ſimulacra in Capitolio, Praxitelis opera. Colitur autem *Eventus* ſuperſtitioſis, ut omnia proſpere & feliciter ſuccedant & eveniant. Apulejus lib. 4 Mileſ. *Tunc invocato hilaro atque proſpero Eventu, curſu me concito proripio*, &c. vide in h. l. Beroaldum.

¶ Invĕnio, vēni, ventum, īre, conſilio vel caſu reperire, ut Valla exponit, quaſi venire in aliquid, antreffen, finden, hinter etwas kommen. Plaut. Ciſtell. 4, 2 v. 93 *Quod quæritabam, filiam inveni meam.* Sic, *Invenitur apud auctores*, & *in auctoribus*, Plinius 7 c. 16. *Inveniemus inter exempla*, Idem 14 c. 13. *In agro populabundum hoſtem invenit*, Liv. 3 c. 4. *Vbi quum hoſtes non inveniſſent*, Ibidem c. 7. ¶ 2. Eſt comminiſci, excogitare, erfinden, erſinnen. Plaut. Moſtell. 3, 1 v. 158 *Accedam, quando quid agam, invenero.* Terent. Eunuch. 3, 1 v. 63 *Hoc tute melius quanto inveniſſes Thraſo.* Sic, *Invenire principium*, Idem Heaut. 5, 4 v. 21. *Viam invenire*, Idem Eunuch. 2, 2 v. 16, einen anfang, weg treffen. Et, *Cauſſam invenire*, Heaut. 5, 2 v. 36, urſach vom zaun brechen. Et, *Remedium cui rei invenire*, Phorm. 4, 3 v. 11, rath finden. *Nihil acute inveniri potuit*, Cic. de Clar. Orat. c. 9. ¶ 3. *Invenire* pro cognoſcere etiam ſumitur, erfahren, quemadmodum & *reperire* uſurpatur. Plautus Captiv. 3, 4 v. 106

AR. *Satin' iſtuc mihi exquiſitum eſt, fuiſſe hunc ſervum in Alide?*
Neque eſſe hunc Philocratem? AR. *tam ſatis, quam nunquam hoc invenies ſecus.*

conf. Bacch. 4, 7 v. 43; Moſtell 3, 1 v. 155; & 2, 2 v. 46. Et Terent. Heaut. 4, 1 v. 42 *Quid nunc ſuſpicare aut invenis de illa?* ¶ 3. *Invenire* pro comparare & acquirere etiam ponitur, erwerben, zu wege bringen. Terent. Eunuch. 2, 1 v. 4

Vnum tam aliquid invenire facile poſſis Phædria,
Quam hoc peribit.

Et Heaut. 4, 7 extrema:

Mihi nunc relictis rebus inveniendus eſt
Aliquis, labore inventa mea cui dem bona.

Et a. 5 ſc. 4 v. 17 *Vt ſerves, quod labore invenerit.* Apud Græcos ſimiliter εὑρίσκειν, labore ſuo aliquid conſequi ſignificat, ut Vlpianus ad Demoſthenem obſervat. Eleganter Plaut. Rud. prologo v. 27 *Invenire ſibi gratiam a Diis.*

¶ Inventus, a, um, gefunden, erfunden, angetroffen, erworben; ut, *Inventa malefacta*, Plaut. Truc. 2, 4 v. 62. *Poſſidere inventas ſanguine opes*, Ovid. Amor. 3 eleg. 8 v. 54. *Scis Pamphilam meam inventam civem*, id eſt, cognitam, Terent. Eunuch. 5, 8 v. 6. *Inventum reddere*, ſicut *Reddere effectum, adductum*, pro invenire, efficere, locutio eidem familiaris eſt. vide Phorm. 3, 3 v. 26.

¶ Inventum, i, ſubſt. eine erfindung, ein fund, neues fündlein. Terent. Heaut. 4, 6 v. 7 *Vt te omnes dii* &c. *cum iſtoc invento atque incepto perdant.* Cic. pro Muræn. c. 29 *Æmuli inventorum Zenonis Stoici.* Plinius 34 c. 17 *Galliarum invento.* Virg. 4 Georg. v. 454 *Memoranda inventa.* Horat. ad Piſones de Arte poët. v. 170

Quærit & inventis miſer abſtinet, & timet uti.

¶ Inventus, ûs, ſubſt. idem. Plin. 17 c. 10 *Ex eodem inventu eſt, ſurculos abſciſſos ſerere.*

¶ Inventio, ōnis, idem. Cic. 1 Tuſcul. c. 25 *Inventio atque excogitatio.*

Quintil. 3 c. 3 *Exſtant libri duo Ciceronis de Inventione.* Plin. 13 c. 1 *Antiquæ inventionis genera.*

¶ Inventiuncŭla, æ, diminutivum, ein fündlein. Quintilian. 8 c. 5 *Plerique etiam minimis inventiunculis gaudent.*

¶ Inventor, ōris, qui deprehendit aliquid & invenit, ein erfinder; ut, *Inventor veritatis, & quaſi architectus beatæ vitæ*, Cic. de Fin. 1 c. 10. *Inventor voluptatum*, Terent. Eunuch. 5, 8 v. 5.

¶ Inventrix, īcis, eine erfinderin; ut, *Princeps & inventrix belli Minerva*, Cicer. de Natura Deor. 3 c. 21. *Inventrix & magiſtra legum*, Idem Tuſcul. 5 c. 2. *Inventrices doctrinarum Athenæ*, Idem de Oratore 1 c. 4.

¶ Inventārium, i, ein regiſter; non ſatis latina vox, certe ab eruditis non recepta: quod vel Vlpianus ſignificat lege 7 Dig. de adminiſtrat. Tutor. *Tutor, qui repertorium non fecit, quod vulgo inventarium vocant, dolo feciſſe videtur.* Duo hic notanda veniunt: Vnum, receptum quidem *Inventarii* vocabulum Vlpiani ætate, non probatum tamen ſatis fuiſſe, & vulgo tantum uſurpatum; alterum, *Repertorium* potius dicendum eſſe.

¶ Adinvĕnio, ire, erfinden, ausſinnen. Hinc

¶ Adinventus, a, um, erfunden, ausgeſonnen; ut, *Adinventa animo*, Cic. de Nat Deor. 2 c. 60, id eſt, excogitata. *Huic voluptati adinventum eſt odium*, Plaut. Curc. 1, 3 v. 34.

¶ Adinventio, ōnis, die erfindung, ausſinnung. Paulinus Nolan. epiſt. 50 [al. 43] ad Auguſtinum n. 12 *Promunt conceptis ab eorum ſpiritu adinventionibus.* Et Ambroſius in Pſalm. 51 v. 12 *Viſcera animæ adinventiones ſenſuum ſunt.* Et Vincentius Lerinenſis c. 9 *Novellis adinventionibus contraire.*

¶ Adinventor, ōris, ein erfinder. Sic Cyprianus epiſt. 68 c. 10 vertit ἐφευρετὴς, Rom. c. 1 v. 30, ubi vulgatus interpres *inventores* tranſtulit.

¶ Redinvenio, īre, wieder finden, Tertullian. de Anima c. 46.

¶ Intervĕnio, vēni, ventum, īre, ad ipſum colloquium & actionem quaſi ex inſidiis venire, darzu kommen, darzwiſchen kommen. Terent. prolog. Hecyr. v. 1 *Hæc cum data eſt nova, novum intervenit vitium, & calamitas.* Cic. ad Attic. 15 epiſt. 11 *Quam orationem cum ingreſſus eſſem, Caſſius intervenit.* Livius 23 c. 18 *Plures cecidiſſent, ni nox prælio interveniſſet.* Sic etiam *intervenire aliquorum orationi, negotio*, dicimus: ut, *Intervenit iis cogitationibus regni cupido*, Idem Livius 1 c. 6. Et Terent. Heaut. 2, 2 v. 40 *Interventum eſt de improviſo mulieri.* ¶ 2. *Intervenire* & intercedere eſt. Suetonius Claudio c. 38 *Contra vetitum cocta vendentes multavit, villicumque intervenientem flagellavit.*

¶ Interventus, ûs, ſubſt. die darzwiſchenkunfft; ut, *Noctis interventus*, Cæſ. 3 B. Gall. c. 15, die einfallende nacht. Et, *Nulla malorum interventu*, Cic. 1 Nat. Deor. c. 40. *Interventu arbitri*, Lege 7 § 1 Dig. de tributar. act.

¶ Interventio, ōnis, idem. Jureconſulto eſt interceſſio, & interpoſitio fidei, ſeu fidejuſſio, Lege 7 § 3 Dig. de minoribus. Et Lege 13 Cod. Theodoſ. de Hæreticis: *ſine ulla gratiæ interventione pelliantur*

¶ Interventor, ōris, qui intervenit & impedimento aliquid agenti eſt, ein hinderer, der einen überfället, überläufft. Cic. de Fato c. 1 *Omnis fere noſtra in his deliberationibus conſumebatur oratio, idque ſæpe alias, & quodam liberiore & magis vacuo ab interventoribus die.* Jureconſultis *Interventores* ſunt, qui pro aliis interveniunt, alienæque obligationi accedunt, ſchiedsleute. vide Leg. 3 §. 9 Dig. de peculio. Adde Lamprid. in Commodo c. 4.

¶ Obvĕnio, vēni, ventum, īre, quoquo modo contingere, fürkommen, wiederfahren; ut, *Provincia Verri ſorte obvenit*, Cic. 2 Verr. c. 6, durchs looß zukommen. Sic, *Obvenit hæreditas*, vel *obvenit aliquid hæreditate*, durch erbſchafft fället es zu: Varro de Re Ruſt. 1 c. 12 *Quid potero facere, ſi iſtiusmodi mihi fundus hæreditate obvenerit?* Sic, *Obvenit occaſio*, Curtius 8 c. 6 pr.

¶ Obventio, ōnis, die einkunfft; ut, *Obventio redituum*, apud jureconſultos, e. g. Lege 1 § 15 Dig. de exercitoria act. *Exercitorem cum dicimus, ad quem obventiones & reditus omnes perveniunt.* Adde Leg. 7 § 1 Dig. de uſufr. & quemadm. uſusfr. leg. Et lege 34 D. de uſuris

¶ Obventītius, a, um, forte obveniens, zufällig. Opponitur *Provocatitio* apud Tertullian. adv. Marcion. 2 c. 3 *Obventitia bona.*

¶ Pervĕnio, vēni, ventum, īre, eo quo volumus, vel imus, venire, hinkommen, angelangen, erreichen; ut, *Mature cum exercitu aliquo pervenire*, Cicero pro Muræn. c. 9. Idem pro Sylla c. 4 *Ad propoſitum mihi honoris finem nondum perveneram.* Et lib. 2 Off c. 8 *Ad unum tanta licentia nunquam perveniſſet, niſi multorum impunita ſcelera tuliſſemus.* Idem in Topic. c. 6 *Ejus morte pecunia illa ad me pervenit.* Et Quintilian. 2 c. 17 *In portum ſalva nave pervenire.* Idem lib. 1 c. 3 *Ad maturam frugem pervenire.* Et Cicero de Divin. 1 c. 23 *Ad annum ſeptuageſimum pervenit Cyrus*, er hat erreichet, erlebet. Et pro Sylla c. 5 *Nullus de hoc nuntius ad me, nullum indicium pervenit*, es iſt nichts für mich kommen. Et in 4 Verr. c. 28 *Ad aures ejus, neſcio quomodo, hæc res pervenerat.* Terent. Eunuch. 1, 2 v. 44 *Sine me pervenire quo volo*, hoc eſt, ſine me dicere, quod maxime cupio, laß mich ausreden, und darauf kommen, das ich ſagen will. Cic. 13 fam. epiſt. 26 *Quam facillime ad ſuum pervenire*, ut Germani: zu dem ſeinigen kommen.

¶ Poſtvenio, īre, nachkommen. Plin. 18 c. 25 pr. *nunc præcurrente tempeſtatum ſignificatu; nunc poſtveniente.*

¶ Prævĕnio, vēni, ventum, īre, zuvor kommen. Livius 24 c. 21 *Prævenerat non fama ſolum, qua nihil in talibus rebus eſt celerius, ſed nuntius etiam* &c. Sic, *Prævenire beneficio deſiderium plebis*, Idem 8 c. 16. Tmeſis in hoc exemplo Virgilii obſervetur eclog. 8 v. 17.

Naſcere præque diem veniens age Lucifer almum.

¶ Præventus, a, um, paſſive, den man vorgekommen iſt. Tacitus Hiſt. 1 c. 5 n. 2 *Miles præventam gratiam intelligit.* Claudian. de 4 Conſul. Honorii v. 10 *Nuntius ipſe ſui longas incognitus egit*
Prævento rumore vias.

Et Vellejus 2, 59, 1 *Præventis pauca dicenda ſunt*, id eſt, nobis, qui præventi ſumus, vel quibus præventum eſt.

¶ Præventus, ûs, subst. die zuvorkommung; ut, *Mortis preventu*, Tertull. adverſ. Marcion. 5 c. 12.

¶ Præventor, ōris, der zuvor kömmt. Ammian. lib. 18 c. penult. [Valeſ. f. 206] *Superventores* & *Præventores*, ut ordines militares deſcribit.

¶ Provĕnio, vēni, ventum, īre, procedere, herfür kommen. Plaut. Pſeud. 1, 5 v. 155 *Qui in ſcenam provenit novo modo, aliquod novum inventum adferre addecet.* ¶ 2. Hinc & pro *ſuccedere* uſurpatur, gelingen. Tacitus 2 Hiſt. c. 16 *Inani auxilio etiamſi proveniſſet.* Sed & ipſi homines *Bene* aut *Nequiter provenire* dicebantur, quibus res vel pulchre, vel ſecus ſuccederent. Cujus formulæ aliquot exempla apud Plautum legas. vid. Trucul. 2, 4 v. 33; Rudent. 3, 5 v. 57; & Stich. 2, 3 v. 72. ¶ 3. Plerumque autem *Provenire* idem eſt quod naſci ſeu produci, gebohren werden, entſtehen; ut, Plin. 9 c. 10 extr. *Neque aliud ibi animal provenit*, allda kommt kein ander thier fort. Cic. de Senect. c. 6 ex poëta: *Proveniunt oratores novi, ſtulti, adoleſcentuli.* Ovid. 1 Triſtium eleg. 1 v. 39

Carmina proveniunt animo deducta ſereno.

Plin. 8 epiſt. 19 extr. *Studia hilaritate proveniunt.*

¶ Proventus, a, um, hergekommen; ut, *Ex aſperatione oris preventa ſuavitas.*

¶ Proventus, ûs, subſt. reditus, das einkommen, die nutzung; ut, *Proventus frugum, lactis*, Plin. 20 c. 12. *Proventus poëtarum*, Plin. Jun. lib. 1 epiſt. 13. *Calamitatum & miſeriarum proventus*, unglück genug. Nonius enim in hac voce c. 12 n. 12 ait: *Proventum etiam malarum rerum dici, veteres voluerunt.* Ita Lucanus 2 v. 61 *Novorum proventus ſcelerum*, i. e. ubertas, der zuwachs, überfluß. Contra pro ſucceſſu Cæſar B. Civ. 2 c. 38 *Superioris temporis proventus.* Ita *proventum alicui cupere* Apulejus dixit Apologiâ, pro, ut res ſuccedant feliciter: *Favet*, inquit, *Ruffino Æmilianus & proventum cupit.*

¶ Revĕnio, vēni, ventum, īre, redire, wiederkommen. Plautus Amphitr. 1, 1 v. 33 *Victis hoſtibus, legiones reveniunt domum.* Idem eadem fabula 3, 2 v. 61 *Rurſus revenſum in gratiam.* Tacitus 3 Annal. c. 24 extr. *Vt quis ex longinquo revenerat miracula narrabant.* Et Cic. 1 de Orat. c. 38 *Cum miles domum reveniſſet, egiſſetque lege in hereditatem paternam.* Et c. 40 *Si quis ſeſe liberaſſet, ac poſtea domum reveniſſet.* Item Apulejus Apolog. p. 311 *Poſtquam Alexandria revenerit.*

¶ Reventus, ûs, subſt. die rückkunfft. Macrob. Saturn. 2 c. 14 ex poëta: *Suo poſt inde reventu.*

¶ Subvĕnio, vēni, ventum, īre, adeſſe, adjuvare, ſuccurrere, opem ferre, zu hülffe kommen, beyſpringen. Terent. Adelph. act. 2 ſc. 1 pr. *O populares, ferte miſero atque innocenti auxilium, ſubvenite inopi.* Cicero 15 fam. epiſt. 4 *Cum eo animo veniſſem, ut provinciâ, ſi ita tempus ferret, ſubvenirem.* Idem in Verr. 4 c. 17 *Homini jam perdito, & collum in laqueum inſerenti ſubvenire.* Et pro Cluent. c. 24 *Acrioribus ſaluti ſuæ remediis ſubveniendum putavit.*

¶ Subvento, āre, frequentativum, helffen. Plaut. Rudent. 1, 4 v. 11 *Spes bona, obſecro, ſubventa mihi.*

¶ Subventor, ōris, auxiliator, ein helffer. Inſcriptio apud Gruter. p. 459 n. 1 POPVLI SVBVENTORI. & p. 1095 n. 7 SVBVENTORI CIVIVM NECESSITATIS.

¶ Supervĕnio, vēni, ventum, īre, unverſehens über etwas kommen, darzukommen; ut, *Supervenire letitiæ alicujus*, Livius 34 c. 40. Horat. 1 epiſt. 4 v. 14 *Grata ſuperveniet, quæ non ſperabitur, hora.* Idem lib 2 epiſt. 2 v. 176 *Supervenit unda undam.* ¶ 2. Eſt & militare verbum, & ex inopinato ingruere, atque opprimere ſignificat, überfallen. Virgil. 12 Æn. v. 356

Semianimi lapſoque ſupervenit & pede collo
Impreſſo, dextræ mucronem extorquet.

Curtius 5 c. 13 *Si feſtinaret ſequi, palantibus ſuperventurum.* Juſtinus 2 c. 11 *Nec exſpectandum, ut ab hoſte circumvenirentur, ſed dum nox occaſionem daret, ſecuris & lætis ſuperveniendum.* Non ſemel ita & Ammianus hoc uſus eſt verbo: & Vegetius, qui has ipſas invaſiones repentinas *ſuperventus* vocat. Gratius cum accuſativo conſtruxit vi præpoſitionis, ex qua hoc verbum compoſitum eſt, Cyneg. v. 185 *Sic canis illa ſuos taciturna ſupervenit hoſtes.*

¶ Superventus, ûs, ſubſt. die überkunfft, der überfall. Plin. 25 c. 2 *Obſervatum eſt inflammari vulnera ac morbos ſuperventu eorum, qui pedibus iter confecerint.* Et Vegetius 1 c. 21 *Sic diuturno vel nocturno ſuperventu equitum barbarorum multos exercitus ſcimus frequenter afflictos.*

¶ Superventor, ōris, ein überfallender. Vnde *Superventores*, militum ordo, apud Ammianum ſub fin. lib. 18. vide paullo ante *Præventor.*

VĒNOR, atus ſum, āri, feris inſidiari, ἀγρεύειν, jagen. Cic. 2 fam. epiſt. 11 *De Pantheris per eos, qui venari ſolent, agitur mandato meo diligenter.* Et, *Venari piſces*, fiſchen, Plin. 18 c. 1. *Venari apros in mari*, Proverb. de opera fruſtra impenſa. vide Chiliad. Plaut. Stich. 1, 2 v. 82 *Stultitia eſt, pater, venatum ducere invitas canes.* ¶ 2. Idem verbum, quemadmodum & cognatum *Aucupari*, ad alia non ineleganter transfertur, & pro captare, ambire uſurpatur, ſich bewerben, nach etwas trachten; ut, *Venari laudem modeſtiæ in aliqua re*, Auctor ad Herenn. 4 c. 3. Et Horat. 1 epiſt. 1 v. 77

ſunt qui
Cruſtis & pomis viduas venentur avaras.

Loquitur de captatoribus ſive hæredipetis. Idem epiſt. 19 ejuſdem libri v. 37 *Non ego ventoſæ plebis ſuffragia venor.*

Eleganter Phædrus lib. 4 fab. 4

Quidam decedens tres reliquit filias,
Vnam formoſam & oculis venantem viros.

Sic, *venaturam oculis facere*, vide in *Venatura.*

¶ Venātio, ōnis, die jagd, jägerey; ut, *Piſcatu, aucupio, venatione vitare cruditatem*, Cic. de Finib. 2 c. 8. Idem 2 Offic. c. 16 *Prodigi, qui ludorum venationumque apparatu pecuniam profundunt.* Quo in loco venationes illæ capiendæ, ſunt, quæ in amphitheatro exhibebantur populo inter alia ſpectacula, (de quibus Lipſius de Amphitheatro,) non quæ in ſilvis celebrabantur; quæ non improbandæ, ſi habeantur cum modo, propter utilitates quas afferunt. Horatius 1 epiſt. 18 v. 49 *Romanis ſolenne viris opus, utile famæ,*

Vitæque & membris,

Venationem eſſe ſcribit: & lib. 2 ſatyr. 2 v. 9 *Venationem* inter Romanorum nobilium exercitia diſerte refert. Seneca quidem de Conſtantia Sapientis c. 2 ſcribit: *Feras conſectari, venatoris agreſtisque eſt.* Sed ibi *agreſtis* eſt, non qui ingenio tali, ſed qui in agris & turi colat. Quorum proprium hoc cenſet maxime: non quod in aliis culpæ ſit, ſed laudi illis, ſi ſtrenue venentur. Taciti quoque 2 Annal. c. 56 de Zenone, Polemonis filio, verba ſunt: *Is prima ab infantia inſtituta & cultum Armeniorum æmulatus, venatu, epulis & quæ alia barbari celebrant, proceres plebemque juxta devinxerat.* Quæ minime eo accipienda, ac ſi barbarum plane & alienum politi & elegantis hominis ſtudio cenſuerit, venari feras; ſed quod in ea re dediti maxime barbari, hoc eſt, non Romani eſſent, ac ſummam ibi poſitam laudem reputarent. Quid elegantius cultiusque Plinii Junioris ingenio fuit? Atqui illum non modo litterarum elegantias omnes, ſed feras quoque ſectatum, ex epiſtolis ejus cognoſcimus, qui & venationis ſtudium in Trajano laudat Panegyrico ejus c. 81. Atque is Tacito non modo æqualis, ſed amicus etiam ſtudiorum ſocius fuit. Itaque non alienum Romanorum procerum moribus, venari. Vid. Briſſon. de Regno Perſarum lib. 2; Tiraquell. de Nobilit. c. 37. Vituperium habes apud Joannem Sariſberienſem, ſed de abuſu ea omnia capienda. ¶ 2. De *venatione direptionis*, quæ dicebatur, cum diverſi generis feræ immittebantur in circum, populo diripiendæ, legendus Salmaſius ad Probum Vopiſci, itemque ad Capitolinum in Gordianis, ubi errare docet, qui *venationem direptionis*, quæ & *Silva* dicebatur, cum *Pancarpo*, qui vocabatur, confunderent. ¶ 3. *Venatio* autem dicitur non modo ipſe venandi actus; ſed præda etiam, quæ venando parata, & pro ferina ponitur: quemadmodum *Aucupii* etiam vox uſurpatur, de quo ſupra, wildbräte, θήραμα. Sed hæc ratio poſterioris latinitatis propria fuit, quæ *venatum* & *venationem* diſtinguebat, & *venatum* actionem, *venationem* vero prædam ſeu præmium ejus, hoc eſt, captas feras appellabat: quod Caſaubonus ad Lampridii Severum c. 37 & 38 obſervat. vide & Salmaſium ad Capitolini Antoninum, nec non Langlæum in Otio ſemeſtri, itemque Savaronium in Sidonii lib. 4 epiſt. 9, ubi etiam notat, venationem clericis ac monachis auctoritate canonum interdictam fuiſſe. Sed tamen ita & Livius 35 c. 49 *Eſt autem res ſimillima cœnæ Chalcidenſis hoſpitis mei, boni, & ſciti convivatoris, apud quem ſolſtitiali tempore comiter accepti, cum miraremur, unde illi eo anni tempore tam multa & varia venatio.* Celſus 5 de Medic. c. 26 *Et avis, & venatio, & ſuilla elixa dari poteſt.* Et c. 28 ejuſd. libri: *Excepto apro omnis venatio.* In quibus locis VENATIO carnem ferinam deſignat. Atqui Livius Auguſtei ſcriptor, & Celſus ætati ei proximus. Adde Parei Lex. Crit. p. 1270.

¶ Vēnātūra, æ, idem. Plaut. Milite 4, 1 extr. *Viden' tu illam oculis venaturam facere atque aucupium auribus?*

¶ Venatus, ûs, ſubſt. das jagen, die jagd, der wildfang. Plinius 8 c. 16 *Quos venatûs, aucupia, piſcatûs alebant.* Cic. Tuſcul. c. 34 *Labor in venatu, curſus, ſudor, fames, ſitis* &c. Et Columella proœmio Operis p. 7 *Romuli proles aſſiduis venatibus exercitata.* conf. Virg. Æn. 7 v. 747; & 9 v. 407. ¶ 2. *Venatus* pro piſcatu apud Plautum Rudent. 4, 3 v. 31 *Hunc* (piſcem) *cepi in venatu meo.*

¶ Vēnātor, ōris, ein jäger. Cic. Tuſcul. 2 c. 17 *Pernoctant venatores in nive, in montibus uri ſe patiuntur.* conf. Horat. 1 od. 1 v. 25. J. Scoppa ex quodam fragmento incerti auctoris notat, *Venatorum* genera quatuor eſſe: 1. *Inveſtigatorum*, qui animalium veſtigia inveſtigant; 2. *Indicatorum*, qui latibula noverunt; 3. *Inſidiatorum*, qui inſidias & caſſes parant; 4. *Alatorum*, qui equo ſuccuſſante ſenſimque inſultante clamoreque animalia terrent, ne aliorſum, quam per medias tendiculas fugam arripiant. Cum his confer, quæ de quatuor venatorum officiis dicta ſunt ex Iſidoro, in *Premo.*

¶ Venatrix, īcis, eine jägerin. Virg. 1 Æneid. v. 319

Namque humeris de more habilem ſuſpenderat arcum
Venatrix, &c. als eine jägerin.

Et, *Dea venatrix*, Diana, Ovid. 2 Metamorph. v. 454.

¶ Venātĭcus, a, um, jägeriſch; ut, *Canis venaticus*, ein jagd-hund: Cic. in Verr. 4 c. 13 *Mirandum in modum canes venaticos diceres, ita odorabantur omnia & pervestigabant.* conf. Plaut. Milit. 2, 2 v. 113. Et, *Venaticus catulus*, Horat. 1 epiſt. 2 v. 65. ¶ 2. *Venaticus*, abſolute, de paraſitis Plautus Captiv. 1, 1 v. 17. ¶ 3. *Venaticam exercere*, abſolute, der jägerey zugethan ſeyn, Sariſb. 1 c. 4.

¶ Venātĭcius, a, um, venando acquiſitus, erjagt. Ammianus aliquoties dixit *præda venaticia*, lib. 29 c. 18, & lib. 30 c. 3 edit. Gruter. Atque ita etiam Lindenbrog. & Valeſ.

¶ Venātōrius, a, um, jägeriſch; ut, *Retia venatoria*, jäger-garn; *Culter venatorius*, ein weydmeſſer, lemmate epigrammatis 31 lib. 14 Martialis. *Galea venatoria*, Nepos Datame c. 3.

¶ Venābŭlum, i, cuſpis vel lancea venatoria, ein jäger-ſpieß. Plin. 7 c. 56 *Piſeum venabula inveniſſe dicunt.* Virgil. 4 Æn. v. 131

Retia rara, plagæ, lato venabula ferro.

Martial. 14 epigr. 31 *Longo venabula roſtro.* Et, *Venabulo transverberari*, Cic. 7 fam. epiſt. 1.

¶ Pervēnor, āri, durchſuchen. Plaut. Mercat. 4, 5 v. 3 *Defeſſus ſum urbem totam pervenarier.*

Venōſus, vide ſupra in *Vena.*

VENTER, tris, pars corporis ſub diaphragmate a pectore ad pubem, ἡ κοιλία, der bauch. Sic, *Venter abdomine tardus*, ein ſchmeer-bauch, wanſt, (vide *Abdomen*,) apud Juvenal. ſatyr. 4 v. 107. *Venter projectus*, Sueton. Neron. c. 51 *Flatus, crepitus ventris*, apud eumdem Claudio c. 32. *Ventris impetus*, i. e. cacandi neceſſitas, wenn es einem noth thut, apud Victorem juniorem Epit. c. 24. *Siſtere fluxionem*

nes ventris, Plin. 23 cap. 5, den durchlauff ſtopffen; quod *ventrem tenere* Celſus 4 c. 19 dixit. *Solvere ventrem*, ſich ſtulfertig machen, Idem lib. 3 c. 18; quod *ventrem movere* Suetonius dixit Nerone c. 33. *Venter adſtrictus, liquidus, laxus*, contraria. ¶ 2. Stomachum notat, der magen. Juvenalis ſatyr. 11 v. 40 *Rebus merſis in ventrem*, vide *Mergo*. Horat. lib. 1 epiſt. 15 v. 32

Quicquid quæſierat, ventri donabat avaro.

Seneca epiſt. 108 *Libebat circumſcribere & gulam & ventrem.* Idem in epiſt. 21 ad Lucil. ſub fin. *Venter præcepta non audit, poſcit, appellat, non tamen moleſtus creditor, parvo dimittitur, ſi modo das, quod debes, non quod potes.* Celebratur a Plutarcho de tuendâ valetudine p. 131, & Gellio illud etiam Catonis, *Venter caret auribus*, γαςὴρ ὐκ ἔχει ὦτα, vid. Chiliad. Ventris & reliquorum membrorum apologum vide apud Livium 2 c. 32. Perſius in prologo:

Magiſter artis ingeniique largitor Venter, &c.

Et Horat. 1 epiſt. 12 v. 5 *Si ventri bene, ſi lateri*, &c.

¶ 3. Fœtum in utero. Ovid. lib. 11 Metam. v. 311 *Complevit ſua tempora maturus venter.* Sic, *Ventrem ferre*, trächtig gehen: Varro 2 de R. R. c. 4 *Sus bis parit in anno: quaternis menſibus fert ventrem.* Adde Briſſonium de S. V. exemplis pluribus hoc illuſtrantem. ¶ 4. Claudianus Mamertus 1 c. 24 de Statu animæ, *intra quemdam ventrem memoriæ* dixit, id eſt, capacitatem. vide Barthium ibi. ¶ 5. *Ventrem facere*, pauſchen, de pariete uſurpatur apud Alphenum JCt. lege 17 pr. D. Si ſerv. vindic. *Si quando inter ædes binas paries eſſet, qui ita ventrem faceret, ut in vicini domum ſemipedem, aut amplius procumberet.* Pluraliter *ventres*: Auguſtinus epiſt. 86 *Quantum honoris & utilitatis ventribus tribuat.* conf. Lucret. 5 v. 1323.

¶ Ventrĭcŭlus, i, qui cibos excipit, & alterat, ſitus eſt ſub diaphragmate, figura rotunda, oblonga, ſed nonnihil ampliore fundo, der magen. *Stomachus*, canalis eſt, per quem cibus vehitur, der eingang in den magen. vide *Stomachus*. Cic. 2 de Nat. Deor. c. 54 *Pars concipitur cordis parte quadam, quam ventriculum cordis appellant: cui ſimilis alter adjunctus eſt, in quem ſanguis a jecore per venam illam cavam influit.*

¶ Ventriculātio, ōnis, morbus & tormina ventris, bauch-wehe, magen-beſchwerung, colicke, apud Cœl. Aurel. Acut. 3 c. 17.

¶ Ventriculōſus, a, um, torminibus laborans, bauchflüßig; ut, *Ventriculoſa paſſio*, Cœl. Aurel. Tard. 4 c. 3.

¶ Ventriōſus, ſive Ventruoſus & Ventroſus, a, um, capacem ventrem habens, dickbäuchicht. Plautus Aſinar. 2, 3 v. 20

Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventrioſus.

Plinius 14 c. 21 *Dolia ventruoſa ac patula* dixit. Et Vet. Gloſſ. *Ventroſus*, πρόκοιλος, προγάςωρ, der einen groſſen wanſt hat.

¶ Ventrālis, e, ad ventrem pertinens, zum bauch gehörig. Macrobius lib. 7 Saturn. c. 8 *Si in ventrem receptæ ſint* [ſpecies acres & calidæ,] *ſolvitur vis earum ventralis humoris alluvione, qua fiant dilutiores.*

¶ Ventrāle, is, ſubſt. faſcia, qua venter operitur, ein fürtuch, ſchurtz, ſchürtze; ut, *Villoſa ventralia*, Plin. 8 c. 48. ¶ 2. *Ventrale* eſt zona, crumena, ſive funda, ſub ventrem appenſa, in qua ſudariola, aut nummos in quotidianum uſum geſtamus, der ſchiebſack, die taſche, l. 6 ff. de bon. damn. vide Cujacium 10 Obſervat. c. 26.

¶ Ventrĭcŏla, æ, qui gulæ & ventri ſervit, ein bauchdiener. Auguſtinus epiſt. 86 *Voracitas & ebrioſitas ventricolarum*: & interjectis nonnullis ibidem: *qui ventricolas tanquam magnus jejunator accuſat.*

¶ Ventrifluus, a, um, purgirend, laxirend; ut, *Ventriflua medicamenta*, Cœl. Aurel. Tard. 1 c. 4.

¶ Ventrĭlŏquus, a, um, qui loquitur per ventrem, ſive in quo malus ſpiritus reſidens loquitur, ἐγγαςρίμυθος, der durch den bauch redet. Tertull. adverſ. Marc. 4 c. 25 *Quis alius disjiciet ſigna ventriloquorum?* vid. Barth. Adverſ. 44 c. 18.

¶ Subventrīle, is, ſumen, das euter, Marcell. Empir. c. 28.

Ventilabrum, ventilo, are, &c. Ventio, ventito, Ventoſus, &c. Ventralis, ventricola, &c. vide *Ventus, Venio, Ventus, Venter.*

VENTVS, i, a *veniendo*, ἄνεμος, aër commotus & agitatus, aëris unda fluens, fluxus aëris, ex arido & ſicco terræ halitu natus, der wind. Cic. de Nat. Deor. 2 c. 39 *Aër effluens huc & illuc ventos efficit.* Sic, *Ventus vehemens*, Cic. pro Roſc. Amer. c. 45; *violentus*, Lucret. lib. 5 v. 1225, ein ſtarcker wind. *Agitari vi ventorum*, Cic. pro Cluent. c. 49. *Conſurgunt venti*, Virg. Æneid. 5 v. 20. *Ventus increbreſcit*, Cic. 7 fam. epiſt. 21 extr. er wird ſtarck. *Venti ſilent*, Seneca Medeâ v. 627. *Venti ferentes, ſecundi, obſequentes*, guter wind, qui a puppe & ſecundum nos ſpirant, die nachgehen, und das ſchiff treiben: Seneca de Vitâ beata cap. 22 *Si illum* (ſapientem) *afficiunt divitiæ & exhilarant, ut navigantem ſecundus & ferens ventus, ut dies bonus, ut in bruma ac frigore apricus locus.* Nepos 1, 1, 5 *Hic ventus oriens adverſum tenet*, er iſt entgegen. Sed, *Ventus vertit*, der wind ſetzt um, gehet aus einem andern loch: Cæſar 3 de B. Civ. c. 26 extr. *Incredibili ſe felicitate auſter, qui per biduum flaverat, in africum ſe vertit.* Sed, *Dare terram ventus* dicitur, quam ſecundante eo tenere licet. Petronius: *Siciliam modo ventus dabat: Sæpiſſime Italici litoris poſſeſſor aquilo convertebat huc illuc obnoxiam partem.* Virg. Æn. 10 v. 69 *Vitam committere ventis*, ſchiffen. Nepos 23, 8, 2 *Cum naves vela ventis dediſſent*, da ſie abgeſegelt. Metaphor. Cic. ad Attic. 2 epiſt. 1 *Cæſaris venti valde ſunt ſecundi*, es gehet ihm alles glücklich. Et in Piſon. c. 9 ſimili figura: *Alios ego vidi ventos, alias proſpexi procellas, ut qui maximis turbinibus reipubl. navim gubernarim, ſalvamque in portum collocarim.* ¶ 2. *Ventum popularem quærere in re aliqua*, quod &, *auram popularem captare*, dicitur, id eſt, plauſum & favorem inanem vulgi ſibi conciliare, ſich beym volck beliebt machen. Cic. pro Cluentio c. 47 pr. *Omnes intelligimus, in iſtis ſubſcriptionibus ventum quemdam popularem eſſe quæſitum.* ¶ 3. *Ventis dare, credere*, pro oblivioni tradere, vergeſſen, notiſſima & vulgatiſſima locutio eſt: quam in proverbium abiiſſe Servius notat ad illud Virgil. 10 Æneid. v. 652

nec ferre videt ſua gaudia ventos.

Horatius 1 od. 26 v. 1 *Muſis amicus triſtitiam & metus,*
Tradam protervis in mare Creticum
Portare ventis.

Idem fere eſt *ventis loqui*: Ammianus lib. 15 cap. 9 *Quamquam utilia moneret & neceſſaria: ventis tamen loquebatur incaſſum*, vergeblich, ohne frucht. ¶ 4. *In vento ſcribere*, ſimiliter ut *in aqua ſcribere*, proverbialiter de iis dicitur, quæ duratura non ſunt: Catullus carm. 71 v. 4 de inconſtantia fœminei amoris:

In vento & rapida ſcribere oportet aqua.

¶ Ventŭlus, i, dimin. ein lüfftgen. Terent. Eunuch. 3, 5 v. 47 *Cape hoc flabellum, & ventulum huic ſic facito*, wehe ihr lufft zu. Adde Plaut. Caſin. 3, 5 v. 14; & Curcul. 2, 3 v. 37.

¶ Ventōſus, a, um, windig, voll lufft; ut, *Mare ventoſum*, Horat. 3 od. 4 v. 45. *Ventoſiſſima regio*, Livius 36 c. 43 pr. *Verem ventoſiſſimum* dixit Apulejus Apolog. p. 309. Et Tacitus Germ. c. 4 *Germania ventoſior, qua Noricum & Pannoniam adſpicit.* ¶ 2. Metaphorice inconſtantiam, nec non interdum cum arroganti jactantia conjunctam ſignificat, aufgeblöht, eitel, unbeſtändig. Sic *Ingenium ventoſum* Livius dixit lib. 42 c. 30. Et *Homo ventoſus*, vanus, levis, inconſtans eſt: Brut. ad Cicer. 11 fam. epiſt. 9 *Inprimis rogo te, ad hominem ventoſiſſimum Lepidum mittas.* Sic, *Imperium populare & ventoſum*, Cicero Philipp. 11 c. 7. Et Horatius 1 epiſt. 19 v. 37

Non ego ventoſæ plebis ſuffragia venor.

Ovid. 2 Amor. eleg. 9 v. 49 de Cupidine:

Tu levis es, multoque tuis ventoſior alis,
Gaudiaque ambigua daſque rapisque fide.

Qui nulla certa ratione ductus, modo hoc, modo aliud movet; *ventoſus* dicitur, qui idem & *Levis* & *inanis*. Ita *ventoſa loquacitas*, inanis eſt, quæ præter verba nihil habet, apud Petronium. Et Horatius valde ſignate lib. 1 epiſt. 8 v. 12

Romæ Tibur amem ventoſus, Tibure Romam.

Quod autem de arrogantia & ſuperbia, quam nonnunquam adſignificat, ſupra diximus, ejus exemplum habes apud Vopiſcum in Saturnino c. 1 *Sunt enim Ægyptii* (*ut ſatis noſti*) *viri ventoſi, furibundi, jactantes.* Plin. Paneg. c. 31 de iiſdem: *Superbiebat ventoſa & inſolens natio.* Atque ita etiam

¶ Ventōſĭtas, ātis, jactantia, die eitelkeit im pralen. Quod Fulgentii eſt lib. 2 Mytholog. c. 17 *Ventoſitatis inanem ſpeciem præſumit.* Et Auguſtin. de Doctr. Chriſt. 4 c. 6 *Non ventoſitate, ſed ſoliditate.*

¶ Ventōſe, adverb. voll wind. Apulejus lib. 10 p. 248 *Pulvilli ventoſe delicatâ plumâ tumentes*, pauſſende feder-küſſen.

¶ Ventĭlo, avi, atum, āre, ventum excitare, lüfften, ſchütteln, ſchwencken. Propert. 4 eleg. 3 v. 50

Hanc Venus, ut vivat, ventilat ipſa facem.

Sic, *Ventilare frumentum*, worffeln, Plin. 18 c. 30.

Ventilet æſtivum digitis ſudantibus aurum,

Juvenalis ſatyr. 1 v. 28. Et Silius 17 v. 510 *Ventilat incendia flatus.* Metaphorice, Cic. pro Flacco c. 23 *Cujus lingua quaſi flabello ſeditionis egentium concio ventilata eſt.* ¶ 2. *Ventilare* etiam dicuntur gladiatores, cum proludentes brachia jactant & arma, aëremque percutiunt vane, & ita ventum faciunt, wenn ſie ein aufheben machen. Seneca epiſt. 117 *Quam ſtultum eſt, cum ſignum pugnæ acceperis, ventilare? Remove iſta luſoria arma: decretoriis opus eſt.* Idem lib. 7 Nat. Quæſt. c. 13 extremo, id *manum exercere, & in ventum jactare brachia* dixit. Et Virgilius 5 Æneid. v. 375 de Darete provocante ad pugnam, & præludente:

caput latum in prælia tollit,
Oſtenditque humeros latos, alternaque jactat
Brachia protendens, & verberat ictibus auras.

Plane ita Apoſtolus, cum de eadem re loqueretur, ὐκ ἀέρα δέρων ait: i. e. *non aërem cædens.* Vide & Lipſium 2 Saturn. c. 19. ¶ 3. Tralate pro *inquirere* dicitur, erforſchen, erwegen. Lege 6 Cod. de maleficis & Mathem. *Multi magicis artibus uſi elementa turbare, vitam inſontium labefactare non dubitant: & manibus accitis audent ventilare, ut quisque ſuos conficiat malis artibus inimicos:* MANES ACCITI, umbræ mortuorum carminibus magicis evocatæ ab inferis. Boëthius 3 Conſol. Phil. metro 11

Hæret profecto ſemen introrſum veri,
Quod excitatur ventilante doctrina;

i. e. excutiente per disquiſitionem. Metaphora a ventilatione frumenti ſumitur.

¶ Ventĭlātio, ōnis, agitatio per aërem & ventum, die lüfftung, ſchüttelung, ſchwenckung. Plin. 23 c. 1 *Uvæ innocentiores, quæ decerptæ diu pependere; qua ventilatione etiam utiles ſiunt ſtomacho ægrisque.*

¶ Ventĭlātor, ōris, qui frumentum ventilat, der da wurffelt. Columell. 2 c. 10 *Faba, quæ longius emittetur, pura eo perveniet, quo ventilator eam jaculabitur.* ¶ 2. *Ventilator* & præſtigiator eſt, ein gauckler. Quintilianus 10 c. 7 *Conſtant miracula illa in ſcenis pilariorum ac ventilatorum.* Sic præfectus Romanum martyrem vocat *ventilatorem urbis*, apud Prudentium v. 78.

¶ Ventilabrum, i, vannus, eine ſchwinge, wurffſchauffel. Columell. 2 c. 10 *Acervus paleis granisque miſtus, ventilabris per longius ſpatium jactatur.*

¶ Ventĭgĕnus, a, um, ventum gignens, windmachend. Sic apud Lucretium 6 v. 701 *Ventigeni crateres* ſunt fauces in ſumma Æthna fumos ac nebulas & auras copioſe evomentes & exſpirantes. vid. Turneb. Adverſ. 22 c. 18.

¶ Ventĭpŏtens, tis, qui ventis imperat, windmächtig. Ita apud Mantuanum *Ventipotens Æolus.*

¶ Anteventŭlus, a, um, ex Apulej. Florid. lib. 1 p. 342. vide in *Venio.*

¶ Eventĭlo, āre, idem quod *ventilare*, ausſchwingen; item, zerſtreuen; ut, *Opes imperii eventilare*, i. e. diſſipare, Sidon. 1 epiſt. 9. Hinc

¶ Eventĭlātus, a, um, ausgeſchwungen, ausgefegt; ut, *Frumenta eventilata mundiora ſunt*, Columell. 1 c. 6.

¶ Subventāneus, a, um, irritus, fruſtraneus, vergeblich; ut, *Ova*

ſub-

subventanea, quæ & *zephyria* & *hypenemia* vocantur, wind-eyer. vid. Erasm. in Adag. *Spes subventanea*: item: *Subventanea parit*.

Venuculus, a, um, vide infra *Venusia*.

Vĕnŭla, quære supra in *Vena*.

VĔNŬLUS, i, viri nomen, qui apud Virgil. 8 Æneid. v. 9 legatus est Turni ad Diomedem:

Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem,
Qui petat auxilium, &c. conf. Ovid. Met. 14 v. 457.

VĒNUM, quasi *venium*, a *venio*, antique idem quod venale, feil, zu kauff. Goclenius in Problem. Grammat. 2 c. 19 putat esse adverbium. Sunt qui dicunt, esse supinum a *Veneo*, *ventum*, *t* extrito: igitur male per *æ* scribitur: neque enim & *vændo* scribimus. *Veneo* autem potius contractum est ex *venum* & *eo*; quemadmodum & *Vendo* ex *venum* & *do*. Et hæc integre alicubi scripta reperiuntur; ut, *Venum ire solitos pileatos*, Gell. 7 c. 4. *Familia ad ædem Cereris, Liberi liberæque venum iret*, Liv. 3 c. 55. Sic apud eumdem: *Se venum a primoribus datos*. Et Lucan. 4 v. 207 *Seque & sua tradita venum castra videt.* Dubitare etiam possis de supini forma, quum & alios casus admittat. Tacitus certe dixit lib. 13 c. 51 n. 5 *veno exercere*; & lib. 14 c. 15 n. 2 *posita veno irritamenta luxûs*. Et alia forma *Venui habere*, feil haben: Apulejus Metam. 8; Elmenhorst. p. 210; Pric. p. 166 *Eum rogavit unus e nostris, haberetne venui lacte*, ultima voce neutro genere posita, quam aliis libris *lac*; itidem aliis *lactem*, legimus. In priore autem *venui*, vel *venui*, magnus est codicum consensus. Hinc

¶ Vēnundo, dĕdi, dătum, dāre, compositum est, quod & *venum dare* divise scribi potest, de quo supra inter composita verbi *Do*, *are*, n. 1.

¶ Vēnālis, e, venum vel venditioni expositus, zu verkauffen, feil; ut, *Venales horti*, Cic. 3 Off. c. 14. Horat. 2 epist. 2 v. 10

Multa quidem promissa levant, ubi plenius æquo
Laudat, venales qui vult extrudere merces.

Lucanus lib. 10 v. 408

Vendlesque manus; ibi fas, ubi maxima merces.

Horatius 2 od. 16 v. 7 *Otium* &c.

Non gemmis, neque purpurâ venale, nec auro.

Et Juvencus lib. 3 v. 440

Præcipit abreptum cum conjuge progenieque
Atque opibus cunctis venali nomine sisti.

Sic, *Venalis scriptor*, Cic. pro Domo c. 19. *Venalis lingua*, quæ pecuniâ comparatur, Lucan. 1 v. 269. *Urbs venalis*, id est, avara: Sallust. in Jugurth. c. 35 *O urbem venalem & cito perituram!* Dictum Jugurthæ de Roma. *Venalem pendere*, quid sit, vide in *Pendeo*. ¶ 2. *Venales* absolute & peculiariter servi dicuntur, qui emti sunt, & recens maxime, leibeigene. Quintil. 8 c. 2 *Quod commune est & aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur: ut*, URBEM, *Romam accipimus &* VENALES *novitios, &* CORINTHIA *æra, cum sint urbes aliæ quoque, & multa venalia, & tam aurum & argentum, quam æs Corinthium.* vide Torrentium ad August. Suetonii c. 13.

¶ Venālĭter, adverb. kauffweise. Seneca de Benefic. 2 c. 11 *Et hæc ipsa non venaliter*, &c. Alii legunt: *Verniliter*.

¶ Venālĭtius, a, um, id est, *venalis*: ut, *Familia venalitia*, apud Sueton. Augusto c. 42. *Venalitii greges*, Plin. 35 c. 18, itidem de servis. ¶ 2. *Venalitius*, subst. pro venditore, der verkäuffer. Cic. in Orat. c. 70 *Multi venalitii mercatoresque*. Suetonius de Claris Rhetoribus c. 1 sub fin. *Venalitii cum Brundusii gregem venalium e navi educerent.* Vide Torrentium ad supra citatum ex Augusto Suetonii locum.

¶ Venalitiārius, i, subst. dicitur mango, der mit knechten handelt. Vet. Gloss. *Venalitiarius*, σωματέμπορος. Lege 207 Dig. de verb. signif. *Mercis appellatione homines non contineri, Mela ait, & ob eam rem mangones non mercatores, sed venalitiarios appellari ait, & recte.* Adde Tertull. 1 ad Nation. c. 16 sub fin. & ibi Le Prieur. ¶ 2. *Venalitiarius*, adject. Ulpianus Lege 7 § 4 Digest. de Legat. & fideic. lib. 3 *qui venalitiariam vitam exercebat*, der mit leibeigenen handelte.

¶ Vendo, dĭdi, dĭtum, ĕre, per syncopen ex *Venundo*, *are*, πωλεῖν, verkauffen, loßschlagen. Cicero pro Quint. c. 4 *Non posse ita commode eo tempore, quo proscripsisset, vendere.* Sic, *Vendere beneficia*, Idem lib. 13 fam. epist. 36 dixit. *Vendere precio tanto, quanto*, &c. *Vendere magno*, Id. in Verr. 3 c. 53. *Vendere tanti, quanti*, ibidem: sic & *plurimi, minoris*, &c. so theuer, theurer, wohlfeiler: Cic. 3 Off. c. 12 *Vendo meum non pluris quam cæteri, fortasse etiam minoris, cum major copia est.* Et Vellej. 2, 51, 3 *Dubitans, quanti se venderet.* Virg. Æn. 6 v. 621

Vendidit hic auro patriam, &c.

¶ Vendĭtus, a, um, verkaufft; ut, *Merx vendita sæpe*, Martialis 12 epigr. 103.

¶ Vendĭtio, ōnis, die verkauffung; ut, *Venditio bonorum*, Cic. pro Rosc. Amer. c. 38. Idem in Pison. c. 35 *Sestertiûm centies & octogies in venditione mei capitis adscripseras.*

¶ Vendĭtor, ōris, ein verkäuffer. Cic. post redit. in sen. c. 4 *Mercatores provinciarum, ac venditores nostræ dignitatis.*

¶ Vendĭtrix, īcis, die verkäufferin. Scævola lege 8 Dig. de lege commissor. *defuisse venditricem*. Et Hieronym. de Locis Hebraic. extr. *Lydia purpuræ venditrix.*

¶ Vendax, ācis, der gerne verkauffet. Cato de R. R. c. 2 extr. *Patremfamilias vendacem, & non emacem esse oportet.* Etenim *non emacem esse, vectigal est*, ut Cicero dixit sub finem Paradoxorum.

¶ Vendĭbilis, e, quod facile venditur, kauffbar, verkäufflich; ut, *Fundus vendibilis*, Horat. 1 epod. 17 v. 47. *Vino vendibili suspensâ hederâ nihil opus*, Proverb. gute waare verkaufft sich selbst. Et, *Oratio vendibilis*, Cic. de Amic. c. 25. Et, *Orator vendibilis*, qui populi plausum & favorem captat, de Clar. Orat. c. 47. Comparat. *Vendibilior*, apud Apulej. Met. lib. 8 p. 212 ed. Elmenhorst. Et Varro R. R. 1 c. 4 *vendibiliorem agrum faciunt.*

¶ Vendĭto, avi, atum, are, venale habere, ausbieten, feil bieten. Plautus Curcul. 4, 1 v. 21 *Sunt homines, qui ipsi sese venditant.* Cic. ad Attic. 8 epist. 16 *Tusculanum venditat, ut, si possit, emat Pacilianam domum.* Et, *Venditare se alicui*, Cic. de Arusp. Respons. c. 23, sich einem anbieten. Idem 8 ad Attic. epist. 16 *Quomodo autem se Cæsari venditant?* id est, sese in clientelam Cæsari dedunt, ejusque partibus adjungunt, gratiam ejus captant & ambiunt. Corn. Nepos Attico c. 16 *Id ex ipsis rebus ac temporibus judicari potest: quod non florentibus se venditavit, sed afflictis semper succurrit.* Vellej. 2, 63, 3 *Senatui se litteris venditans.* Sic, *Ingenium venditare, & memoriam ostentare*, Auctor ad Herenn. 2 c. 30.

¶ Vendĭtātio, ōnis, ostentatio, die anbietung, das rühmen und prangen. Plin. 29 c. 1 *Ostentatio artis & portentosa scientiæ venditatio.* Et Cic. de Amic. c. 23 *A multis virtus contemnitur, & venditatio quædam atque ostentatio esse dicitur.* Idem 2 Tusc. c. 26 *Mihi quidem laudabiliora videntur omnia, quæ sine venditatione & sine populo teste fiunt.*

¶ Venditator, ōris, qui se venditat, der einen staat von sich macht, ein großsprecher. Tacitus 1 Hist. c. 49 n. 4 de Galba: *Famæ nec incuriosus, nec venditator*; ubi *Venditator famæ* est ostentator, & laudum æquo cupidior.

¶ Venditārius, a, um, venalis, feil geboten, ausgeboten. Plaut. Stichj. 1, 3 v. 104 *Linguam habere venditariam.* Sic quoque apud Apule. Met. lib. 8 p. 212 *quo venditariores videremur*, h. e. vendibiliores.

¶ Vēneo, veneunt, venivi & venii, venire, est vendi, cum quo cognationem arctiorem habet, feil seyn, verkaufft werden. Nam quemadmodum illud ex *venum* est, & *do*; contractione syllabarum facta: ita hoc ex *venum* ac *eo*, ut quæ distincte dici poterant, in unam vocem concrescant. Cic. pro Rosc. Amer. c. 43 *Videamus, ejus hominis bona qua ratione venierint.* Quintilian. 12 c. 1 *Ab hoste venire.* Plin. 9 c. 39; & Nepos fragm. c. 8 n. 6 *Purpuræ libra denariis centum venibat.* Horat. 1 sat. 5 v. 88 *Venit vilissima rerum Hîc aqua.*
Et ibidem lib. 2 sat. 2 v. 25 *Quia veneat auro Rara avis.*
Sic, *Venire quam plurimo*, Cic. 7 fam. epist. 2.

Composita cum præposit.

¶ Divendo, dĭdi, dĭtum, ĕre, hie und dort verkauffen; ut, *Bona divendere*, Livius 3 c. 13.

¶ Divendĭtus, a, um, hin und her verkaufft; ut, *Præda divendita*, Livius 1 c. 53.

¶ Revendo, ĕre, wieder verkauffen. Ulpianus Lege 37 Dig. de bonis libertorum, *quoties donum, munus operas liberto revendiderit.*

¶ Invendĭbilis, e, unverkauffbar; ut, *Merx invendibilis*, Plaut. Pœn. 1, 2 v. 128, quæ vendi non potest, lose waar, die nicht abgehet.

¶ Invendĭtus, a, um, non venditus, unverkaufft. Scævola Lege ult. § ult. Dig. de rescind. vendit. *Quæsitum est, quum nec fidejussor datus est, nec omnis pecunia secundum legem suis diebus soluta sit: an prædia invendita sint.*

¶ Transvendo, ĕre, verkauffen, Inscript. Gruter. p. 801 n. 5.

Venundatio, venundo, are, vide in *Do*.

VĔNUS, ĕris, stella, Lucifer, Hesperus, der abend- und morgen-stern. Cic. 2 de Nat. Deor. c. 20 *Infima est quinque errantium terræque proxima stella Veneris, quæ* Φωσφόρος *græce, Lucifer latine dicitur, cum antegreditur solem: cum subsequitur autem, Hesperus.* ¶ 2. *Venus*, amorum, gratiarum, pulchritudinis, deliciarum & voluptatum omnium Dea, Jovis filia, *nostris*, Latinis, quemadmodum scribit Cicero de N. D. 3 c. 24, *sic dicta, quod ad res omnes* (nimirum ornandas & commendandas) *veniat*, vel ideo a *veniendo*, quod libenter dat. *Venire* enim meretricum est, de quo supra. *Almam Venerem* Virgilius Æn. 1 v. 622 dixit, quia Dea generationis est, die liebes-göttin. Unde & libidinem significat, sive cupiditatem coëundi, die buhlschafft, geilheit. Terent. Eunuch. 4, 5 v. 6 *Sine Cerere & Libero friget Venus.* Jejunis enim lascivire haud expedit: saturitatem libido sequitur. Vide supra in *Satietas* productum a nobis Petronii locum, qui huc pertinet. *Inbibere Venerem*, Plinius 20 c. 7. Et Ovid. Met. 6 v. 459 *Pronus in Venerem*, verhurt. Virgil. 3 Georg. v. 209

Sed non ulla magis vires industria firmat,
Quam Venerem & cæci stimulos avertere amoris.

¶ 3. Quin ipsa συνουσία sive concubitus *Venus* appellatur, das beyliegen, der beyschlaf. Et ita non raro Lucretius usus. Tacitus de Germania c. 20 *Sera juvenum Venus, eoque inexhausta pubertas.* Ovid. de Pont. 1 epist. 10 v. 33 *Veneris damnosa voluptas.* Plura autem cognomina sortita Venus amorum Dea: vel a locis, ubi culta, ut, *Erycina, Cypria, Amathusia, Paphia*, &c. vel ex aliis caussis: ut *Calva*, quod eo tempore, quo urbs obsessa a Gallis fuit, tormenta ex capillis mulierum facta, ut Lactantius docet lib. 1 c. 20. vid. ibi Gallæus p. 109 & 119. Item, *Armata*, quæ Lacedæmone consecrata fuit, de qua idem Lactantius 1 c. 20 n. 32, & Prudentius 2 contra Symmach. v. 534. *Limnesia* sive *Limenia*, quæ portubus præest. Est & *Hortensis* appellata, sive ἐν κήποις, ut Græci vocant, quod hortis præesse credebatur, tum quia generationis, tum quia amœnitatis & deliciarum Dea habebatur. De ea Pausanias in Atticis, qui tamen se ejus nominis rationem ignorare fatetur, & Lucianus in Meretriciis Dial. 7. ¶ 4. Nævius pro rebus, quibus præsidet, usurpat. Ita enim ille apud Festum in *Coquus*: *Coquus edit Neptunum, Venerem, Cererem.*
Ubi panis significatur per *Cererem*, pisculenta per *Neptunum*, olera per *Venerem*, teste Plauto, Varrone, Plinio. ¶ 5. Platonici duplicem Venerem statuebant, *Cælestem* alteram, alteram *Vulgarem*. De utraque Apulejus Platonicus Apologiâ 1 p. 132 *Mitto*, inquit, *dicere alta illa & divina Platonica, rarissimo cuique piorum gnara, cæterum omnibus profanis incognita, geminam esse Venerem Deam, proprio quamque amore, & diversis amatoribus pollentem. Earum alteram*, VULGARIAM, *quæ sit percita populari amore, non modo humanis animis, verum etiam pecuinis & ferinis ad libidinem imperitare, ut immodico trucique perculsorum animalium serva corpora complexu vincientem; alteram vero* CAELITEM VENEREM, *prædita quæ sit optimati amore, solis hominibus & eorum paucis curare, nullis ad turpitudinem stimulis vel illecebris sectatores suos percellentem. Quippe ejus amorem non amœnum & lascivum, sed contra incomtum & serium pulchritudine honestatis virtutis amorem amatoribus suis conciliare*, &c. Hujus *Cælestis Veneris* Pausanias etiam in Bœoticis & Atticis, itemque Lucianus meminit paullo ante citato loco. Sicuti autem *duplicem Venerem*, ita *Amorem* quoque *duplicem* fecerunt, alterum

cælo,

cælo, alterum mari ortum. Vide præter alios Lucianum Demosthenis Encomio. VENEREM & AMOREM SVSVRRONES, ΨΙΘΥΡΙΣΤΑΣ, dedicavit Theseus, quod Phædra, Hyppolitum exosa, in ejus aures plurima insusurrasset, accusationis loco futura. vide Maussacum in Harpocrationis Lexicon p. 177 & seqq. *Venus Palatina* a M. Bruto L. Crassus Orator dictus est in jurgio: *Venus* quidem, quia instar Veneris, haberet in atrio suo columnas peregrini marmoris: *Palatina* autem, quia in Palatio habitaret, Auctor Plinius 36 c. 3. ¶ 6. *Venus* pro gratia & venustate, lieblichkeit, zierlichkeit, schönheit. Quintil. 6 c. 4 *Quod cum gratia quadam & Venere dicitur*. Idem lib. 10 c. 1 *Veneres dicendi*. Et lib. 4 c. 2 *Exornare narrationem gratia & Venere*. vide Barth. ad Claudianum p. 1050. ¶ 7. Per blanditiam amatores amicas suas *Veneres* etiam appellare solebant, schätzgen. Virgilius eclogâ 3 v. 68 *Parta meæ Veneri sunt munera*, id est, Galateæ, quæ mihi pro Venere est. ¶ 8. In lusu talorum *Venus* dicebatur jactus, qui talos omnes diversa figurâ ostentabat. Hunc qui jaciebat, vincebat. Sueton. August. c. 71 *Denarios tollebat universos, qui Venerem jecerat*. Adde Plaut. Asin. 5, 2 v. 56. vid. qui de talorum lusu scripserunt, supra in *Talus* citati. Eumdem cum *Basilico* fuisse, putat magnus Turnebus. vid. ejus Advers. 7 c. 11; & 21 c. 3. vide & *Senio* in *Sex*. ¶ 9. *Veneris portus*, oppidum Galliæ est inter Pyrenæi promontoria, quod *Aphrodisium* Strabo, *Veneris templum* Ptolemæus appellat. Vadian. in Melam.

¶ Vĕnĕrius, & Vĕnĕreus, a, um, der Veneri gehörig; item, geil, buhlerisch; ut, *Veneria sacerdos*, pro Veneri sacrata, Plaut. Rud. 2, 3 v. 20. *Voluptas Venerea*, Cic. Tusc. c. 32. Et, *Venereus jactus*, id est, felix, Idem de Divin. 1 c. 13; & 2 c. 21 & 59. Sophoclis responsum, cum quidam quæreret: *Vtereturne rebus Venereis?* apud Eumdem de Senect. c. 14. *Rebus Venereis deditus*, id est, impudicis, lascivis, impuris, unzüchtig, verbuhlt, Nepos 7, 11, 4.

¶ Venerea, æ, subst. herba, tausendschön, ἀμάραντος, Vet. Gloss.

¶ Venerĭpĕta, æ, luxuriosus, ein hurenhengst, in Gloss. Isidori.

¶ Vĕnustus, a, um, a Venere dicitur χαρίεις. *Venusti* autem & a forma & a moribus dicuntur, quibus amorem & gratiam sibi conciliant, schön, fein, annehmlich. Est enim *venustas* & pulchritudinis species, de qua infra dicemus. Sic, *Venusta soror*, Catull. carm. 89 v. 2. *Et quantum est hominum venustiorum*, Idem carm. 3 v. 2. ¶ 2. Quin & a successu rerum *Venusti* dicuntur pro felicibus. vide *Invenustus*. ¶ 3. Ab ingenio etiam & fertilitate leporum saliumque in dictis *Venusti* dicuntur, lieblich, holdselig, freundlich. Seneca 1 Controversiar. 2 sub fin. *Audiebat eum Scaurus, non tantum disertissimus homo, sed venustissimus, qui nullius unquam impunitam stultitiam transire passus est*. Sic, *Vultus adeo modestus, adeo venustus* &c. Terent. Andr. 1, 1 v. 93. *Gestus corporis venustus*, Cic. de Clar. Orat. c. 55. Et, *Sermo urbanus & venustus*, pro Domo c. 34. *Sententia dulcis & venusta*, Idem de Clar. Orat. c. 95 *Venustum est omne, quicquid cum gratia quadam, & Venere dicitur*, ut Quintil. pronunciat lib. 6 c. 3. Comparatio ex dictis partim constat. Vnum addidisse sufficiat. *Venustius quiddam*, Cicer. in Oratore c. 23. Et lib. 15 fam. epist. ult. *Læta fiunt, narrante te, venustissima*. Adde Suetonii locum mox in *Venustas* indicandum.

¶ Venustŭlus, a, um, diminutivum, gar hübsch. Plaut. Asinar. 1, 3 v. 70 *Oratio vinnula, venustula*.

¶ Venuste, adv. überaus wohl. Cœlius Ciceroni 8 fam. epist. 4 *Mihi videtur illud perquam venuste cecidisse*. Quintilianus lib. 6 c. 3 *Omnia venustissime finxit*.

¶ Venustas, ātis, die weibliche schönheit. Pulchritudinis species, quæ in non magno corpore est, & mulierum magis quam virum decet. Ad justam enim, & quæ cum majestate quadam conjuncta sit, pulchritudinem, & apta proceritas corporis requiritur: quæ ubi deest, *venustus* quidem quis dici, *pulcher* proprie non potest. Cic. 1 de Off. c. 36 *Cum pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero* VENVSTAS *sit, in altero* DIGNITAS; Venustatem *muliebrem dicere debemus*, Dignitatem *virilem*. Sueton. Augusto c. 79 *Forma per omnes ætatis gradûs venustissima fuit*. Non dicit *pulcherrima*: sed *venustissima*: brevis enim staturâ Augustus fuit, ut ibidem tradit. Idem Nerone c. 55 *Vultu pulchro magis, quam venusto*: PVLCHRO, cui non minus auctoritatis quam gratiæ inesset, ut alibi loquitur. vide supra *Dignitas*. Et Corn. Nepos Eumene c. 11 *Neque tam magno corpore, quam figurâ venusta*. ¶ 2. Sed & morum suavitas & amabilitas, quæ ex *comitate* maxime nascitur, *Venustas* dicitur, die anmuth, liebligkeit. Terent. Hecyr. 5, 4 v. 17 *Antiquam tuam venustatem obtines*, du bist noch die alte freundliche ꝛc. Sic, *Festivitas & venustas dicendi*, id est, gratia & suavitas, Cicero de Orat. 1 c. 57. Et, *Agere cum dignitate & venustate*, Idem ibidem c. 31. *Lepore & venustate affluere*, Idem in Verr. 5 c. 54. *Amœnitates omnium venerum & venustatum affero*, Plaut. Stich. 2, 1 v. 5. ¶ 3. *Venustas*, felicitas est, glück. Terent. Hecyrâ 5, 4 v. 8 *Quis me fortunatior, venustatisque adeo plenior?* vide post in *Invenustus*.

¶ Venusto, are, schmincken, zieren, lieblich machen. Nævius apud Fulgentium Expos. Serm. antiq. in MYROPOLAE: *Vnguentum largitus est, quo me venustarem*. Obsoletum. Inde

Composita:

¶ Convĕnusto, are, ejusdem significatûs ac *Venustare*, & æque rarioris usûs, bezieren. Martianus Capella extremo lib. 2 in metro:

Aurora primo convenustans habitu.

¶ Devenusto, are, idem est ac deformare, verstellen, unscheinbar machen. Gellius 12 c. 1 *Tanquam pulchritudinis sibi insignia devenustet*. Symmachus 1 epist. 79 *Nihil fieri patior, quod actuum tuorum gratiam devenustet*. Mamertinus Panegyr. Juliani c. 5 *Oris nitorem cicatricibus devenustare*. Ausonius in præfat. Monosyllaborum: *Quæ omnia insuavis materia devenustat*. Et Sidon. 2 epist. 2 *Turpis historia devenustat artificem*.

¶ Devenustātus, a, um, heßlich zugerichtet. Idem Sidonius 1 epist. 7 *Vsque ad inimicorum dolorem devenustatus*.

¶ Invĕnustus, a, um, illepidus, sine gratia & favore, heßlich, unannehmlich: Et cui amores male procedunt, ut Muretus ex Luciano interpretatur ad illud Terentii Andr. 5, 1 v. 11 *Adeone hominem esse invenustum, aut infelicem quemquam, ut ego sum?* der kein stern oder glück im buhlen hat. Græcis ἀναφρόδιτος. Vnde & pro quovis *infelice* dicitur: quemadmodum contra ἐπαφρόδιτος, *venustus*, *felicem* notat. Quod Donatus quoque observavit. Sane Sylla ob successus rerum maximos, quos tribuebat fortunæ, apud Romanos cognomento FELICEM, apud Græcos ΕΠΑΦΡΟΔΙΤΟΝ se nominabat, ut Plutarchus auctor est lib. de Fortuna Romana p. 318. Cur autem ἐπαφρόδιτος, sive *venustus* FELIX? Quia, ut idem gravissimus auctor ibidem subjicit, πλεῖστον τῆς Ἀφροδίτης ἡ νὺξ, κατὰ Μένανδρον, ἀλλὰ τύχη μετέσχηκεν, *Veneris* (amorum) *maximam partem non nox, ut visum Menandro, sed fortuna capit*. Vide Turnebum etiam Advers. lib. 22 c. 8, & Lipsium ad illud Senecæ 2 de Beneficiis c. 28 *Ille non est mihi par virtutibus, nec officiis, sed habuit suam Venerem*. Catullus epigr. 12 v. 5 *Sordida res & invenusta*. Et Cic. de Clar. Orat. c. 65 *Non invenustus actor*.

¶ Invĕnuste, adverb. illepide, unfreundlich, nicht lieblich. Gellius 17 c. 12 *sententiola invenuste lusit*. Et Apulejus de Mundo p. 70 *invenuste vivere*.

¶ Pervĕnustus, a, um, sehr schön. Sidon. 3 epist. 13 *Elegans homo pervenustusque*.

VĔNV̆SIA, æ, vel Venusium, i, oppidum Apuliæ, Horatii poëtæ patria, qui inde *Venusinus* dicitur. vid. Plin. 3 c. 11.

¶ Vĕnŭsīnus, a, um, adject. ut, *Venusinus colonus*, Horat. 2 sat. 1 v. 35. *Venusina digna lucerna*, Juvenal. sat. 1 v. 51. *Venusini*, incolæ, Liv. lib. 22 c. 54.

¶ Venŭcŭlus, a, um, aliud adject. unde *Far Venuculum*, Colum. 2 c. 3 & 6. *Vites Venuculæ*, Idem 3 c. 2 pr. *Vvæ Venuculæ, quas antiqui in vasis condebant*, Idem 12 c. 43. conf. Horat. 2 sat. 4 v. 71, ubi prima producitur, & propterea a quibusdam littera geminata legitur *Vennucula*.

Venustas, venustus, &c. vide paullo ante in *Venus*.

VĔPRES, pris, ab Æolico βρῶπες, pro ῥῶπες, mascul. rubum significat, sentem seu spinam, ein dornstrauch. Cic. 5 Tusc. c. 23 *Septum undique & vestitum vepribus & dumetis, indagavi sepulcrum*. Virg. 3 Georg. v. 444 *Hirsuti secuerunt corpora vepres*.

Ovid. 5 Metam. v. 628

Aut leporis, qui vepre latens hostilia cernit
Ora canum.

¶ Veprĕcŭla, æ, dimin. ein dornsträuchlein. Cic. pro Sextio c. 33 *Illa ex vepreculis extracta nitedula*. vide *Nitedula* in *Niteo*.

¶ Veprētum, i, die dornhecke, der dornstrauch. Columell. 4 c. 32 *Arundo vepretis commodius, quam mediis agris ponitur*.

VER, vēris, ab Æolico βὴρ, ἔαρ, prima, & temperatior anni pars, der frühling, lentz oder vorsommer. Tribus discernitur partibus. Est enim *Ver primum* vel *novum*, initium scilicet temporis verni; *adultum*, hoc est, progressus; & *præceps* vel *præcipitans*, quod & *extremum* dicitur, finis & in æstatem transitus, das ende des lentzens, Ciceroni, Livio & Cæsari. Servius in Virg. 1 Georg. v. 43 *Anni quatuor sunt tempora, divisa in ternos menses: ipsorum talem fecerunt discretionem, ut priore mense* VER NOVVM *dicatur: secundo* ADVLTVM: *tertio* PRAECEPS, *sicut etiam Sallustius dicit ubique*, NOVA AESTAS, ADVLTA, PRAECEPS. *Sic Auctumnus* NOVVS, ADVLTVS, PRAECEPS. *Item Hiems* NOVA, ADVLTA, PRAECEPS, *vel* EXTREMA. *Vnde est, extremæ sub casum hiemis*. Hactenus Servius. *Vere ineunte*, Cic. de Senect. c. 15. Et ibidem c. 19 *Ver tamquam adolescentiam significat, ostenditque fructus futuros*. Et, *Adolescere ver*, Tacitus dixit Annal. 13 c. 36. Aristot. lib. 1 Ethic. Μία γὰρ χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ οὐδὲ μία ἡμέρα, quod Mantuanus in Somnio Romano v. 7 vertit *Ver non una dies, non una reducit hirundo*.

¶ 2. *Ver sacrum* dicebatur & multitudo juvenum, quæ armis instructa mittebatur domo, ad novam quærendam patriam, coloniasque instituendas, de quo videndus Pithœus in Adversariis est lib. 1 c. 6; & pecus, quod proximo vere natum foret, voto consecratum ad immolationem, ut Festus in *Mamertini*; & Paulus ex Festo in *Ver sacrum* clarissime tradit. Diversas significationes ita conciliat Jo. Vorstius ad Justin. 24 c. 4, ut censeat, proprie ad pecus devotum pertinere: inde transferri ad homines alio emittendos ex eodem voto. Hinc Justinum voculam addere, metaphoræ argumentum VELVT *ver sacrum*. Pecoris autem fuisse, ex Livio quoque constare potest, apud quem lib. 34 c. 44 ita censetur: *Ver sacrum videri pecus, quod natum esset inter Calend. Martias, & pridie Calend. Majas*. Adde lib. 22 c. 10. Erat autem voti publici genus, periculo imminente factum. De hominibus vide Dionys. Halicarn. 1 c. 16. [Gr. fol. 13.] Adde Bernegg. in d. l. Justini; & Nonium c. 12 n. 18.

¶ Vercŭlum, i, diminut. ver parvum, ein kleiner frühling, Plaut. Casin. 4, 4 v. 15.

¶ Vernus, a, um, zum frühling gehörig; ut, *Vernum tempus*, Cic. 5 Tusc. c. 13. *Flores verni*, Tibull. 2 eleg. 1. *Rosa verna*, Propert. 3 eleg. 5 v. 22.

¶ Vernum, i, absolute pro tempore verno, die frühlings-zeit. Plin. 19 c. 3 princ. de tuberibus: *tenerrima verno esse*. Et ibidem c. 5 *Mirum, imas ejus radices crescere hieme; verno minui ac contrahi*.

¶ Vernālis, e, idem quod *Vernus*. Manilius 3 v. 258

Tunc angusta dies vernales fertur in horas.

Et Venantius Fortunatus hymno paschali v. 9

Terra ferax vario fundit munuscula fœtu,
Quum bene vernales reddidit annus opes:

Vernales opes, id est, flores, frondes, gramina, ut Buchnerus interpretatur. Sedulius de Invocatione post exordium:

Si currere mustum Vernali sub sole velis.

Plura inferioris ætatis exempla habet Cellar. Cur. post. p. 321. Aliam notionem habebis infra in *Verna*.

¶ Verno, avi, atum, are, primum florem, frontemve emittere, adolescere, grünen, blühen, jung seyn, ausschlagen; ut, *Vernat humus*, Ovid. Met. 7 v. 284. *Vernat ager*, Martial. 9 epigr. 55. Idem 2 epigr. 61

Cum tibi vernarent dubiâ lanugine malæ;

id est, pilos emittere inciperent, da dir der bart anhub zu wachsen. Venantius elegiâ de resurrectione Salvatoris:

Cum bene vernavit, reddit & amnis opes.

In quo procul dubio ad illud Ovidii 5 Fastor. v. 263 respexit:

Cum bene floruerint segetes, erit area dives:
Cum bene floruerit vinea, Bachus erit.

¶ 2. *Vernare* de variis etiam animalibus dicitur cum pullulant, jung herfürkommen, sich verjüngen; ut, de aviculis: Ovid. Trist. 3 eleg. 12 v. 8 *Indocilique loquax gutture vernat avis.* Et de apibus: Columell. 9 c. 9 *Apes curam postulant diligentiorem, cum vernant & exundant novis fætibus.* Et de anguibus, cum membranam corporis, quam situs hibernus obduxerat, per vernum tempus exuunt, ut Plinius loquitur lib. 8 c. 27 *Anguis impedimentum illud exuit, nitidusque vernat.*

¶ Vernans, tis, grün, ausgeschlagen, jung, frisch; ut, *Arbores vernantes*, Plin. 12 c. 22. *Silvæ vernantes*, Seneca Herc. Oet v. 380.

Vernantesque comas tristis ademit hiems,

Petronius. *Ager vernans passere arguto*, Martial. 9 epigr. 57. Et, *Cælum salubre & vernans*, i. e. tam gratum, quam quod verno tempore videmus, Plin. 7 c. 2.

¶ Vernātio, ōnis, die erneuerung, verjüngung. Idem Plinius 29 c. 6 *Anguium adeps ærugini mistus ruptas oculorum partes sanat: & membrana sive senectus vernatione exuta claritatem facit.* VERNATIONE i. e per vernationem, sive illum se renovandi actum. Idem lib. 30 c. 3 *Anguinæ vernationis membrana cum oleo tædaque resinâ calefacta*, &c. ¶ 2. Sed & ipsa membrana, quam vere serpentes exuunt, *Venatio* dicitur, die abgestreiffte schlangenhaut. Idem Plin. 32 c. 4 *Idem* (fel testudinum) *cum vernatione anguium aceto admisto unice purulentis auribus prodest.* Et mox rursus: *Quidam bubulum fel admiscent decoctarumque carnium testudinis succum, additâ æque vernatione anguium.*

¶ Vervactum, i. ager in vere proscissus, der brachacker. Plin. 8 cap. 19 *Quod vere semel aratum est, a temporis argumento vervactum dicitur.* Colum. 2 c. 4 *Vervacta subigere.*

¶ Vervactor, ōris, nomen Dei, quo usus est flamen Cerealis, cum sacra faceret, teste Servio lib. 1 Georg. ex Fabio Pictore.

¶ Præverno, āre, vorher blühen. Plinius 18 c. 26 *Sive ante, quando prævernat; sive post, quando hiemat, innumera rusticos cura distringit; Prævernat*, id est, quando præmature ver incipit.

Veraciter, veraculus, verare, verator, vide infra *Verus, a, um.*

VĒRATRVM, i, herba eadem quæ *Helleborus.* Vet. Gloss. *Veratrum*, ἐλλέβορος. *Veratrum album*, weiß nießwurtz. *Veratrum nigrum*, christwurtz. Lucret. 4 v. 641

Præterea nobis veratrum est acre venenum.

conf. Pers. sat. 1 v. 65; & vide supra *Helleborum.*

Verax, Verbalis, vide *Verus, Verbum.*

VERBASCVM, i, φλόμος, herba, wul-kraut, oster-kertzen, sic enim a staturâ & floribus luteis vulgo vocant. Plin. 25 c. 10.

¶ Verbascŭlum, i, dimin. primula veris, schlüssel-blumen, handschuch-blumen.

VERBĒNA, æ, herbæ species, vulgo eisen-kraut. Vet. Gloss. *Verbena*, θαλλία Lexic. Cyrilli: Θαλλὸς, *verbena.* Cic. in 4 Verr. cap. 50 *Præsto mihi sacerdotes Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt.* Servius in Virg. eclog. 8: VERBENAE *dicuntur virgulta, quæ semper virent, jucundi odoris. Alii* VERBENAS *virgulta religioni apta. Alii proprie olivarum ramos. Alii rorem marinum dicunt. Omnia tamen hæc a viriditate.* Donatus ad Terentii Andr. 4, 4 v. 5 VERBENAE *quasi* HERBENAE, *redimicula sunt ararum.* VERBENAE *sunt omnes herbæ frondesque ad aras coronandas.* Vel, *omnes herbæ frondesque ex loco puro decepte.* Quibus similia, quin eadem pæne, scholiastes vetus Horatii ad lib. 4 od. 10 scripsit. Præcipuus locus est ille Servii ad Virg. Æn. 12 VERBENA *proprie est herba sacra, rosmarinus, ut multi volunt,* λιβανῶτις, *sumpta ex loco sacro Capitolii, qua coronabantur Feciales & Paterpatratus fœdera facturi vel bella indicturi. Abusive tamen* VERBENAS *omnes vocamus herbas sacras: ut laurum, olivam, myrtum. Terent.* (loco cit.) *Ex ara sume hinc verbenas. Nam myrtum fuisse, Menander testatur, de quo Terentius transtulit.*

¶ Verbēnāca, æ, herba duplex, altera *recta*, quæ Græcis περιστερεὼν, *supina* altera, ἱερὰ βοτάνη, Germanis eisenkraut. Plin. 25 c. 9.

¶ Verbēnātus, a, um, verbenis redimitus, præcinctus, grün bekräntzt. Suetonius Calig. c. 27 *Cunctantem pueris tradidit verbenatum infulatumque* &c.

VERBENNA, æ, vocabulum rusticum, terram proscissam aratro, hoc est actum significans, auctore veteri glossatore.

VERBER, ĕris, sed is nominativus raro est in usu; *Verberis, verbere*, & plur. *Verbera* &c. usitate dicimus. Significant autem *Verbera*, tum verberationem ipsam, tum instrumentum, ut vel *ferulam*, vel *flagellum*, vel *fustem*, quo quis cæditur, streiche, schläge; item, die peitsche, geissel, damit man geschlagen wird. vid. Vall. 6 c. 47. Terent. Andr. 1, 2 v. 27 *Verberibus cæsum te in pistrinum, Dave, dedam, usque ad necem.* Virg. 3 Georg. v. 106 *Illi instant verbere torto*, mit geisseln, darein knoten geflochten seyn. Ovid. Metam. 14 v. 820 *Ictu verberis increpuit.* Idem Fast. 2 v 695

Qui mea crudeli laceravit verbere terga.

Et Propertius 4 eleg. 1 v. 25

Verbera pellitus setosa movebat arator;

Verbera setosa, id est, scuticæ ex pellæ caprina. Livius 2 c. 23 *Tergum fœdum recentibus vestigiis verberum.* Terent. Heaut. 2, 3 v. 115 *Tibi erunt parata verba, huic homini verbera.* Sic, *Castigare verberibus*, Cic. 3 Tuscul. c. 27. *Coercere aliquem verberibus*, Idem de Leg. 3 c. 3. Et, *Deterreri verberibus*, Cic. 5 de Finib. c. 20.

¶ Verbĕreus, a, um, dignus verbere, streich-würdig, schläge-faul; ut, *Verbereum caput*, Plaut. Pers. 2, 2 v. 2. Et, *Verberea statua*, i. e. homo, qui ad verbera induruit, Idem Captiv. 5, 1 v. 31; & Pseud. 4, 1 v. 7.

¶ Verbĕro, ōnis, cujus costæ plagis & verberibus probe callent, der die stösse vertragen kan: vel qui ea conditione vivit, ut semper verberibus obnoxius sit, servus puta, ein staupbesen-bube, lotter-bube. Sæpe hoc convicio utitur Plautus; e. g. Amphitr. 1, 1 v. 25 & 128; Curcul. 1, 3 v. 40; &c. Ita eleganter P. Chrysologus Serm. 5 *Vitiorum verberones*, qui corruptelis vitiorum semper obnoxii: *Erat homo*, inquit, *peccati servus; erat captivus mortis; erat mancipium dæmonum; erat idolorum vernula; erat vitiorum verbero; erat criminum compendium.*

¶ Verbĕro, avi, atum, āre, cædere verberibus, schlagen, stäupen, prügeln. Liv. 2 c. 41 *Cognitâ caussa aliquem verberare & necare.* Plaut. Curcul. 1, 3 v. 41 *Noli amabo verberare lapidem, ne perdas manum.* Accommodari potest in eum, qui objurgat incastigabilem, aut qui ad plagas obduruit. vide Chiliad. Propert. 2 eleg. 9 v. 10 *Verberat ora manu.* Cic. Verr. 5 v. 43 *Virgis oculi verberabantur.* Virg. Æn. 3 v. 423 *Fluctus sidera verberat unda.* Idem Æn. 11 v. 756 *Aquila æthera verberat alis.* ¶ 2. De verbis etiam dicitur, quia, ut Nonius c. 1 n. 216 testatur, *Verberare non solum a verberibus dictum, sed & a verbis.* Plaut. Amphitr. 1, 1 v. 177 *Mihi vox aures verberat*, ich höre eine stimme. Et Qu. Cic. ad Tironem 16 fam. epist. 26 *Verberavi te cogitationis tacito duntaxat convicio*, ich habe dich nur heimlich gescholten.

¶ Verberātus, a, um, geschlagen, geschmissen, getroffen; ut, *Vineæ verberatæ grandine*, Horat. 3 od. 1 v. 29. *Aures sermonibus verberatæ*, Tacitus Agricolâ c. 41.

¶ Verbĕrātus, ûs, subst. impulsus, die schlagung, treibung. Plin. 31 c. 3 *Si aqua expressa in altum, aut e sublimi dejecta verberatu corripiat aëra.* Et Curt. 7, 1, 29 *Tuo verberatu omnes juravimus.* Sed meliores libri: *In tua verba* &c.

¶ Verbĕrātio, ōnis, idem. Cic. 16 fam. epist. 27 *Mirificam mihi verberationem cessationis epistola dedisti.*

¶ Verberātor, ōris, qui verberat, ein schlager. Prudentius passione Cassiani v. 38 *Donetur ipsis verberator parvulis.*

¶ Verberābĭlis, e, verberibus dignus, schlagens werth; a quo superlativum fingit Plautus comica licentia, in Aulul. 4, 4 v. 6 *Verberalissime, etiam rogitas?*

¶ Verbĕrito, āre, frequentative Cato dixit, teste Festo, offt schlagen.

¶ Verbĕrōsus, a, um, plenus verberibus, voll schläge. Gloss. Cyr. μαστιγίας, *verberosus, flagellatitius.*

Composita:

¶ Adverbĕro, āre, zuschlagen. Stat. 9 Thebaidos v. 686

Auratis adverberat unguibus armos.

¶ Converbero, āre, zerschmeissen, abprügeln. Seneca 3 de Ira c. 20 *Ira non tantum viritim furit, sed gentes totas lancinat, sed urbes, sed flumina, & tuta ab omni sensu doloris, converberat.* Et Apulej. Met. 9 *Converberare latera.*

¶ Converberātus, a, um, geschmissen, abgeblaut. Plin. 13 c. 22 *Converberatam faciem illinens.*

¶ Deverbero, āre, zerschlagen, herumprügeln. Terent. Phorm. 2, 2 v. 13 *Quod me censes homines jam deverberasse usque ad necem?* &c.

¶ Diverbĕro, āre von einander schlagen. Virgil. 5 Æneid. v. 502

nervo stridente sagitta
Hyrtacidæ juvenis volucres diverberat aures.

Idem 6 Æneid. v. 294 *Ferro diverberat umbras*, er zertrennet.

¶ Everbero, āre, idem cum simplici est, schlagen, klopffen. Quintil. 2 c. 4 *Corvus os oculosque hostis rostro atque alis everberat.* Virg. 12 Æneid. v. 866 *Clypeumque everberat alis.*

¶ Everbĕrātus, a, um, herausgetrieben. Senec. 5 Nat. Qu. c. 12 *Spiritus cum everberatus cursu parum libero incaluit.*

¶ Obverbĕro, āre, absicken. Apulejus lib. 7 Metam. p. 198 *Inscensum* [asinum] *baculo obverberans.* Et lib. 9 p. 230 *Ferula nates ejus* [pueri] *obverberans.*

¶ Reverbero, āre, zurück schlagen. Senec. 2 de Clementia c. 5 *Omnem fortunæ iram reverberare*, id est, retundere, & frangere.

¶ Transverbĕro, āre, durchschlagen, durchstossen. Cic. 7 fam. epist. 1 *Bestia venabulo transverberatur.* Virg. Æn. 10 v. 336 *Hasta clypei transverberat æra.*

¶ Transverberatus, a, um, durchgeschlagen, durchgestossen; ut, *Transverberatus in utrumque latus*, Tacit. Hist. 1, 42, 3. *Transverberatis scutis*, Livius 38 c. 22 extr.

¶ Triverbĕro, ōnis, ein ertz-bube. Glossæ Cyrilli habent, quod exponunt: καρτερικὸς ἐν πληγαῖς, hoc est, *verberibus obduratus.*

Verbifico, verbigero, verbosus, &c. vide sequens *Verbum.*

VERBVM, i, ein wort, a verberatione aëris per linguam, vel a *vero* dictum, quemadmodum Varro vult, ῥῆμα, ἔπος. Cicero in Topic. c. 8 *Verba sunt rerum notæ.* Vbi *Verba* videtur pro nominibus sive vocabulis rerum posuisse. Ita in oratione pro Dejotaro c. 9 *Et si hoc verbo scio reges laudari non solere:* VERBO, id est, frugalitatis nomine. Itaque *Verbum* generale nomen est; ut, *Verba primigenia, declinata*, Varro de L. L. 5 c. 5. In strictiore significatu *Verbum* eam partem orationis significat, quæ sine casu sub certo tempore actionem, passionem, aut esse notat. Quintil. 9 c. 4 *Verbo sensum claudere, optimum est.* Sic, *Propria & usitata verba*, Cic. in Oratore c. 24. *Significantia verba*, Quintil. 4 c. 2. *Vulgaria & quotidiana*, Id. ibid. paullo post. Sed, *Verbum contumeliosum*, Quintil. 2 c. 12, ein schmäh-wort. *Verbum insolens*, Cæsar apud Gellium 1 c. 10, hoc est, inusitatum. *Verba sunt atque ineptiæ*, Cic. in Pison. c. 27. *Aptare verba rebus*, Quintilian. 3 c. 8, die worte nach der sache richten. *Laudantur verba rebus bene accommodata*, Idem lib. 6 c. 1. Et Terent. Andr. 5, 2 v. 19 *Verbum si addideris.* Idem Hecyrâ 3, 1 v. 33 *Fortasse unum aliquod verbum inter eas iram hanc conciverit*, ein einiges wort. Sic, *Vno verbo*, kurtz, Cato de R. R. c. 157. *Commutare verba inter se*, vel *cum aliquo*, id est, jurgari, zancken: Terent. Andr. 2, 4 extr. *Crede hoc mihi, inquam, Pamphile,*

Nunquam hodie tecum commutaturum patrem
Vnum esse verbum.

Vbi

Vbi Donatus: *Jurgium habiturum. Hoc enim est verba mutare:* COMMVTATVRVM VERBVM, *altercaturum. Sic in Phormione:* Tria non commutabitis verba inter vos hodie, *hoc est, dabitis & accipietis, id est, jurgabitis. Ego puto,* commutare verba *hoc esse, pro bonis dictis mala ingerere: hoc est, iracundiâ in maledicta compelli.* Hactenus Donatus, Idem Terent. Andr. 1, 2 v. 4 *Nunquam cuiquam nostrum verbum fecit,* i. e. ne verbum quidem, nicht das geringste wortzen. Et, *Verbum de verbo exprimere, ad verbum transferre,* von wort zu wort etwas geben, Idem in prolog. Adelph. v. 11. Et Sueton. Augusto c. 89 *ad verbum excerpta.* Idem Cæsare c. 30 *ad verbum dicere,* i. e. iis ipsis verbis dicere. *Bona verba quæso,* Terentius Andr. 1, 2 v. 33. Plautus *bona dicta* dixit prologo Amphitr. v. 25. Idem Terent. Phorm. 5, 8 v. 26 *Verba fiunt mortuo.* Et, *Verba continuare,* Quintil. 4 c. 1. Idem lib. 2 c. 4 *Prosequi verbis aliquid.* Plautus Trinum. 2, 2 v. 107 *Gravius erit tuum unum verbum ad rem, quam centum mea,* es wird mehr bey der sachen thun 2c. Est locutio proverbialis, *Tribus verbis,* pro paucissimis. Plautus Bacchid. 4, 4 v. 79 *Verbis suis salutem alicui scribere,* pro suo nomine. Et Cicero ad Attic. 16 epist. 11 *Atticæ, quoniam hilarula est, meis verbis,* &c. *Verbis alicujus munera dare,* i. e. offerre nomine alicujus, Nepos Agesil. c. 8 n. 4. *Verbi gratiâ,* Cic. 5 de Finib. c. 11. *Verbi caussa,* Idem de Fato c. 6; quod & *Exempli gratiâ* dicitur, zum exempel. ¶ 2. Cic. 2 in Catilin. c. 6 *Ergo vehemens ille consul, qui verbo cives in exilium ejicit.* Et rursus ibidem: *Quod ego si verbo assequi possem, istos ipsos ejicerem, qui hæc loquuntur:* VERBO, id est, oratione: loquendo tantum. Sane VERBVM non raro pro integro sermone, sive oratione ponitur. Terent. Andr. 1, 5 v. 6 *Miseram me: quod verbum audio?* VBI VERBVM Donatus ἀξίωμα interpretatur. ¶ 3. Sæpe proverbialem sententiam aut tritam communi usu notat, ein speich-wort. Idem eâdem fabulâ 2, 5 v. 15 *Verum illud verbum est, quod vulgo dici solet,* &c. Item Eunuch. 4, 5 v. 6. *Verbum hercle verum hoc est: Sine Cerere & Baccho friget Venus.* Plautus Pœnulo act. 1 sc. 1 pr. *Scitum est, per tempus si obviam is, verbum vetus.* Sueton. Cæsare c. 53 *Verbum Marci Catonis est: unum ex omnibus Cæsarem ad evertendam rempubl. sobrium accessisse;* VERBVM, id est, dictum, ein spruch. Terent. Adelph. 5, 3 v. 17 *Vetus verbum hoc quidem est, Communia esse amicorum,* &c. id est, proverbium. Et Eunuch. 1, 2 v. 95 *Vtinam istuc verbum ex animo ac verè diceres,* hoc est, orationem vel sententiam istam. Et Andr. 5, 3 v. 14 *Istuc verbum vere in te accidit,* es ist an dir wahr worden. ¶ 4. *Verba sine penu & pecunia* proverbiali specie dixit Plautus Captiv. 3, 1 v. 12, viel geschrey, wenig wolle, 2c. ¶ 5. *Verba nupta,* obscena sunt: Plautus Dyscolo: *Virgo sum, non didici verba nupta dicere.* vide Festum. ¶ 6. *Hæc verba sunt,* id est, pro nihilo æstimanda sunt, es sind blosse worte, es ist lauter betrügerey, Terent. Eunuch. 1, 1 v. 22. Hinc *verba dare,* fallere, decipere est, betrügen. Terent. prolog. Eunuch. v. 23

Exclamat, furem, non poëtam fabulam
Dedisse, & nihil dedisse verborum tamen.

Vbi Donatus: *Aut neminem fefellisse* (DARE *enim* VERBA, *decipere est, quia qui rem exspectat, & nihil præter verba invenit, deceptus est. Vnde alibi: Verba istæc sunt; & e contrario: Rem cum videas, censeas.*) *Aut aliter, nihil addidisse de stylo suo Terentium.* Et ita sæpius Terentius: ut Andriâ 1, 3 v. 6; & 3, 2 v. 25; & Eunuch. 4, 5 v. 1; &c. Plautus Rudente act. 4 sc. 3 *Dare verba speras mihi te posse furcifer.* Et Captiv. act. 3 sc. 2 extr. *Verba mihi data esse video.* C. Nepos Hannibale c. 5 n. 2 *Fabio callidissimo imperatori verba dedit.* Persius sat. 4 v. 44 *Da verba & decipe nervos.* Eadem phrasi & Ovidius alibi usus est, & Horatius 1 sat. 3 v. 23. ¶ 7. Hinc *verbo esse* dicuntur, quæ vere non sunt & ipsa re. Vnde hæc duo, *Verbo* & *Reipsa* opponuntur: Nepos Phocione c. 3 n. 3 *Caussam apud Philippum regem verbo, reipsa quidem apud Polysperchontem dicere jussus est.* Florus 4 c. 5 de Bruto: *Moriens dixit, virtutem non in re, sed in verbo tantum esse.* Sic *verbo verna* sive *servus* Plauto dicitur Amphitr. 1, 1 v. 25, qui eum se simulat, non est. Cicero in Verr. 3 c. 58 *Cum hoc verbo & simulatione Apronio, revera tibi objectum esset.*

¶ Verbālis, e, in verbis consistens, wörtlich, wortreich. Fulgent. 1 Myth. *Quidquid Helicon verbalibus horreis enthecatum possidet.* Ibid. *Mulierum verbalibus undis & caussidici cedant.* ¶ 2. Grammaticis *Verbale,* quidquid ex verbo derivatur, est; ut, *Nomen verbale.*

¶ Verbōsus, a, um, von vielen worten, weitläufftig. Cic. 7 fam. epist. 3 *Habes epistolam verbosiorem fortasse quam velles,* Idem pro Muræn. c. 14 *Verbosa simulatio.* Quintilian. 2 c. 4 *Quidam sententiarum gratia verbosissimos locos arcessunt.*

¶ Verbōse, adverb. multis verbis, idem; ut, *Hoc ad te scripsi verbosius,* Cic. 7 fam. epist. 3. *Exponere aliquid verbosius,* Quintil. lib. 3 cap. 41.

¶ Verbōsitas, ātis, loquacitas, die weitläufftigkeit in worten. Prudentius Romano v. 551 *Vernositatis ipse rumpatur locus.*
Symmachus 8 epist. 48 *Vitium senile verbositas.* Et Firmicus 6 c. 11 *Garrula verbositate semper impatiens.*

¶ Verbĭfico, āre, i. e. verba facere, loqui, reden, antiquum, inde

¶ Verbificatio, ōnis, die wortmachung. Cæcilius apud Donatum in Terent. Eunuchum, ἁρπαζομένῃ: *Quid tibi aucupatio est argumentum, aut de meo amore verbificatio est patri.*

¶ Verbĭgĕna, æ, i. e. Christus, de quo hoc nomen usurpavit Prudentius Cathem. 3 v. 2, quo ad matris virginitatem respexit, ex qua sine semine virili, sola verbi divini potentia, genitus est, & hoc *verbum caro factum,* Joh. cap. 1 v. 14.

¶ Verbĭgĕro, āre, pro fabulari, verba conterere, schwatzen, einen discours führen. Apulejus Apŏlogiâ p. 321 *Quamdiu,* inquit, *quoties inter nos verbigeratum sit,* &c. Et Gloss. Vet. λογοποιῶ, *verbigero.*

¶ Verbĭlŏquium, i, ein wortwechsel. Fulgent. 1 Myth. *Aristotelis Syllogismaticum verbiloquium.*

¶ Verbĭvēlĭtātio, ōnis, λογομαχία, ein wortstreit; Sic apud Plautum Asin. 2, 2 v. 41; Meursius P. 2 Crit. Exercit. p. 31 vid. supra *Veles.*

Composita cum præpos.

¶ Adverbium, i, apud grammaticos inter partes orationis, ein beywort, Isidor. Orig. 1 c. 6.

¶ Dīverbium, i, ein spruch. Primam fabulæ partem, *Protasin* nimirum, Servius exposuit. Donatus in Prolegomenis Terentianis, quæ histriones pronunciabant, non cantabant: DIVERBIA, inquit, *histriones pronunciabant.* CANTICA *vero temperabantur modis, non a poëta, sed a perito artis musicæ factis.* Liv. 7 c. 2 *Inde ad manum cantari histrionibus cœptum, diverbiaque tantum ipsorum voci relicta.* vide & Diomedem lib. 3. Ausonius de Studio Juvenili, sive Idyll. 4 v. 60 *Ad nova vix memorem diverbia coge senectam.*

¶ Præverbium, i, præpositio, verbum quod in compositione verborum præponitur. Varro 5 de Lat. Ling. c. 5 *Ab iisdem principiis, antepositis præverbiis paucis, immanis verborum accedit numerus, quod præverbiis additis, atque commutatis, aliud atque aliud fit.*

¶ Proverbium, i, παροιμία, dictum cum aliqua gratia conjunctum, adagium, quod in ore omnium versatur, ein gemein sprichwort. Sunt autem proverbia sua singulis linguis, quæ interdum oraculorum & saluberrimorum consiliorum ac præceptorum vicem præstant. vide initium Chiliadum Erasmi. *Proverbii loco dici,* Cic. 13 Philipp. c. 12. Et, *in proverbio esse,* Cic. 1 Offic. c. 16, für ein sprichwort gebrauchet werden. *In proverbii consuetudinem venire,* Idem 2 Offic. c. 15 extr. Quod Livius simpliciter dixit *in proverbium venire,* lib. 40 c. 46. Sic, *In communi proverbio versari,* Cic. in Verr. 3 c. 46 extr. Et, *Tritum sermone proverbium,* 3 Offic. c. 10. Item, *Tritum vetustate proverbium,* ibidem cap. 19. Idem de Senect. c. 3 *Pares cum paribus veteri proverbio,* &c. vide *Parœmia.*

¶ Proverbiālis, e, wie ein sprichwort beschaffen; ut, *Versus proverbialis,* Gellius 2 c. 22.

¶ Proverbiālĭter, adverb. proverbii modo. Ammianus lib. 29 cap. 17 *Proverbialiter dici solet.*

¶ Veriverbium, vide infra in *Verus.*

VERCELLAE, ārum, oppidum Italiæ Transpadanæ in Pedemontana regione, quod nomen hodieque retinet. Plin. 3 c. 17.

¶ Vercellensis, e, adject. ut, *Vercellensis ager,* Plin. 23 c. 7.

Verculum, vide supra *Ver.*

Vere, Verecundia, verecundus, &c. vide *Verus, Vereor.*

VĔRĒDVS, i, equus rhedam trahens, ein post-pferd. Martialis 14 epigr. 86 *Stragula succincti venator sume veredi.*
Ex quo intelligitur, minutiores fuisse hos equos. Vnde & Vet. Gloss. πῶλους exponit. *Veredus,* inquit, πῶλος. Vocem Arabicam esse, ad Spartiani Hadrianum Boxhornius observat ex BERDOIM, quod *jumentum* significat.

¶ Veredārius, i, qui & *Pegasarius* est, ein postreiter. Sidonius 5 epist. 7 *Hi sunt, qui invident stipendia paludatis, viatica veredariis* &c. Onomast. Vet. *Veredarius,* δρομεύς. Paulinus Nolanus epist. 28 [al. 9] principio: *Epistolarum nostrarum veredarius pedes, aut veredus bipes.*

VĔRĔOR, vĕritus sum, verēri, sich scheuen, scheu haben, befürchten; mitius aliquanto est, quam verba *metuo* & *timeo,* cum quibus sæpe conjungitur. *Vereri* autem de liberis hominibus dicitur; *metuere* de servis. Donatus: VERETVR *liber:* METVIT *servus.* Cic. de Senect. c. 11 *Metuebant eum servi, verebantur liberi.* Idem pro Planc. c. 12 *Fratrem veretur ut Deum.* Et Terent. Phorm. 2, 1 pr. *Patris conspectum vereri,* sich scheuen für seinen vater zu gehen. Idem, *Vereor dicere,* Andr. 2, 1 v. 23. Observa elegantem conjunctionem cum particulis, *ut, ne, non, ne,* Terent. Hecyr. 1, 2 v. 26 *Sed firmæ hæ, vereor, ut sint nuptiæ,* ich habe sorge, beysorge, diese ehe werde keinen bestand haben. Cic. ad Cornificium 12 fam. epist. 19 *Non dubitabam, quin eas libenter lecturus esses, verebar ut redderentur.* Terent. Phorm. 5, 7 v. 8 *An verebamini, ne non id facerem, quod recepissem semel?* Et Marius Ciceroni 11 fam. epist. 27 *Non vereor, ne meæ vitæ molestia parum valitura si contra falsos rumores.* Cic. 1 de Orat. c. 55 *Veritus es, ne operam perdidisses,* &c. Vet. Gloss. *Vereor* ἐντρέπομαι, ὑφορῶμαι. *Veretur* φοβεῖται. Vtrumque autem dicitur: *Vereri aliquem & vereri ab aliquo.* Terent. Andr. 3, 4 v. 3
Ego dudum nonnihil veritus sum Dave abs te, ne faceres idem, &c.
Vbi Donatus: *Breviter,* inquit, *pro, veritus sum, ne abs te fieret. Sicut supra:* Heu metui a Chryside. ¶ 2. Pro *Timeo* usus est Ovid. de Ponto 3 eleg. 6 v. 44 *Sæva quid in placidis saxa vereris aquis?* ¶ 3. *Veritum est,* impersonaliter & singulari forma apud Cic. de Finib. c. 13 *Sententia Aristippi Cyrenaicorumque omnium, quos non est veritum* (i. e. qui non sunt veriti) *in voluptate summum bonum ponere.* conf. Gell. 15 c. 13.

¶ Vĕrens, tis, besorgt, in den gedancken stehend, scheu, schüchtern. Nepos 2, 5, 1 *Themistocles, verens, ne bellare perseveraret.* conf. 10, 4, 1. Et Columella 6 c. 2 de bobus: *verentes plagarum & acclamationum.* Hinc

¶ Verenter, adverbium, ehrerbietig. Sedulius procœmio operis:
Sanctoque verenter Stare choro.

¶ Vĕrendus, a, um, ehrwürdig; ut, *Augusta gravitate verendus,* Ovid. lib. 9 Metam. 271. *Patres verendi,* Idem 3 de Ponto eleg. 1 v. 143. *Senex verendus,* Claudian. 2 in prim. cons. Stilic. v. 433, für dem man scheu und furcht haben soll. *Qui aliquem vereri potest, cito erit verendus,* Senec. epist. 11.

¶ Verenda, ōrum, plurale, membra corporis cum verecundia nominanda, die scham. Plin. 3 epist. 14 *Alius fauces invadit, alius os verberat, alius pectus & ventrem, atque etiam (fœdum dictu) verenda contundit.*

¶ Vĕrēcundus, a, um, pudens, schamhafftig, züchtig, erbar, bescheiden. Plaut. Asin. 5, 1 v. 6 *Decet verecundum esse adolescentem.* Cic. de Legib. 1 c. 19 *Verecundi bene audiunt, & rumorem bonum colligunt.* Sic, *Verba verecunda,* Quintilian. 10 c. 1. *Verecundiorem esse in postulando,* Cic. 12 Philipp. c. 5, höflich und blöde. *Verecundiores* [corporis] *partes* Arnobius lib. 4 p. 133. Et, *Verecundissimus puer,* Petronius in Satyr. p. 70. *In gerendis honoribus verecundissimus,* de Pompejo Vellej. 2 c. 33. *Verecundissimum epigramma,* Gell. 1 c. 24 extr.

¶ Vĕrĕcunde, adverb. modeste, sittsam, bescheidentlich. Curtius 6 c. 2 n. 6 *Producentibus eam verecunde reluctans*, de captiva nobili fœmina Et Cic. de Orat. 1 c. 57 *Verecundius de hac re jamdudum loquor.*

¶ Verecundĭter, idem. Pomponius apud Nonium c. 11 n. 59.

¶ Verecundia, æ, pudor, modestia, αἰδὼς, scham, zucht, sittsamkeit. Cic. in Part. c. 23 *Custos virtutum omnium, dedecus fugiens laudemque maxime consequens, verecundia est.* Idem 1 Off. c. 41 *Sine verecundia nihil potest esse rectum, nihil honestum.* Idem in Lælio c. 21 *Maximum amicitiæ ornamentum tollit, qui ex eâ tollit verecundiam.* Sueton. Domitiano c. 18 *Commendari se verecundiâ oris adeo sentiebat*; &c. Vbi per *verecundiam oris*, vultum modestum & ruboris plenum, quem memorat paullo ante, intelligit. Rubor enim in facie nascens pudoris & verecundiæ index est: Vnde *verecundum colorem* pro rubore Horatius dixit epod. 17 v. 21

Fugit juventus, & verecundus color.

Seneca epist. 11 *Verecundia bonum in adolescente signum.* Et egregie de hac virtute Ambrosius 1 Offic. c. 17 *Vt in senibus gravitas, in juvenibus alacritas; ita in adolescentibus verecundia velut quadam dote commendatur naturæ.*

¶ Verecundor, atus sum, ari, verecundum esse, scheu haben, sich schämen. Plaut. Trinum. 2, 4 v. 77 *Verecundari neminem apud mensam decet.* Et Cic. 3 de Orat. c. 9 *Cunctantem & verecundantem incitare.* Vet. Gloss. *Verecundatur*, ἐντρέπεται. Ambros. 8 epist. 73 *Litteræ tuæ verecundari me faciunt.*

Composita:

¶ Invĕrĕcundus, a, um, contrarium verecundi, unverschämt, unzüchtig; ut, *Inverecundum animi ingenium possidere*, Cic. 1 de Invent. c. 45. *Animo inverecundo scripsisse*, Sueton. de Grammat. c. 15. Et, *Frons inverecunda*, Quintil. 2 c. 4. Et, *Impudens, impurus, inverecundissimus*, Plautus Rudente 3, 2 v. 38. Comparativum habet Valer. Max. 7, 7, 1 *Quid enim illis inverecundius?*

¶ Inverecunde, adverb. idem. Seneca epist. 114 pr. *Aliqua ætas fuerit, quæ translationis jure uteretur inverecunde.* Quintil. 7 c. 4 *Non inverecunde dicet, multum sua interfuisse.* Aggenus Vrbicus commentario in Frontin. de Re Agraria, sub finem: *Transitum inverecunde denegat.* Et Hieronymus epist. 12 ad Gaudentium: *Cum quo licentius, quam cum germano; multo inverecundius, quam cum marito egisti.* Loquitur cum vidua vel virgine per apostrophen. Et Augustinus epist. 52 *Inverecundius hoc dicere videor.*

¶ Inverecundia, æ, impudentia, Arnobius lib. 2 p. 93 *Cujus est pudoris, quin imo inverecundiæ cujus, quod agere te videas, in eo alterum reprehendere?* Idem lib. 4 p. 150 *Obduratus inverecundiâ.* Vsus etiam est Tertullianus Apolog. c. 7. Idem de Pœnit. c. 6 *Præsumptio inverecundiæ portio est.*

¶ Revĕreor, ĭtus sum, ēri, idem propemodum quod *Vereri.* Terent. Hecyr. 3, 1 v. 10 *Adventum tuum Pamphile ambas scio reverituras*, sie werden deswegen einen scheu haben. Idem Phorm. 1, 5 v. 3 *Age, mitto imperium, non simultatem meam revereri saltem, non pudere?* er hätte sich sollen scheuen. Cic. 2 de Invent. c. 22 *Revereri & colere dignitate antecedentes*, respectiren, ehren. Et Auctor ad Herenn. 4 c. 17 *Difficile est virtutem revereri, qui semper secunda fortuna sit usus.*

¶ Revĕrens, tis, qui honorem defert, ehrerbietig. Plin. 6 epist. 17 *Quis uno te reverentior hujus operis?* Sic & idem Plinius Panegyr. c. 69 n. 3 *Quis reverentior senatûs candidatus quam tu?* Et lib. 10 epist. 18 *Probus, industrius atque reverentissimus mei.*

¶ Rĕvĕrendus, a, um, ehrwürdig; ut, *Canities reverenda*, Claudian. 6 Consul. Hon. v. 599. *Noxque tenebrarum specie reverenda*; id est, metuenda, Ovid. in Ibin v. 73. Superlat. *Reverendissimum* habent Impp. Honor. & Theod. lib. 1 Cod. Just. tit. 55 leg. 8; & Inscriptio Christiana apud Fabrettum p. 145.

¶ Reverentia, æ, ehre, scheu, ehrerbietung. Ovid. 5 Fast. v. 57

Magna fuit quondam capitis reverentia cani, &c.

Cic. 1 Off. c. 28 *Adhibenda est reverentia quædam adversus homines.* Et Quintil. 11 c. 1 *Reverentia debetur parentibus.* Juvenalis sat. 14 v. 44

Maxima debetur puero reverentia, si quid
Turpe paras, man muß respect gebrauchen.

Sic, *Reverentiam præstare*, höflichkeit und reverentz erzeigen, Plin. 3 epist. 8. Et Quintil. 9 c. 1 *Reverentia personæ nobis obstat.*

¶ Reverenter, adv. höflich, bescheidentlich, mit ehrerbietung. Plin. 7 ep. 31 *Reverenter & fideliter colere amicos.* Comp. Plin. Panegyr. c. 25 n. 1 *Quæ quidem reverentius fuerit reservari.* Superl. Sueton. Augusto c. 91 *Cærimoniarum veteres & perceptas reverentissime coluit.* Et Nerone c. 23 *reverentissime alloquebatur.* Ausonius epigr. 8, quod est de rege Agathocle:

Fortunam reverenter habe, quicunque repente
Dives ab exili progrediere loco.

¶ Reverecundĭter, adverb. idem, ex Ennio apud Priscianum lib. 15 pag. 1010.

¶ Irrĕvĕrens, tis, non reverens, unbescheiden, grob, unhöflich. Tertullianus 2 contra Marcion. c. 14 extr. *Immisit* [Deus] *pueris ursos, sed irreverentibus in prophetam.* Idem ad Nation. 1 c. 10 *irreverentissimi erga Deos existunt.*

¶ Irreverentia, æ, die unbescheidenheit, unhöflichkeit. Tacitus Ann. 13 c. 26 *Coalita libertate irreverentia.* Et 3 Annal. c. 31 *Majores juventutis irreverentiam gravibus decretis notaverunt.*

¶ Irreverenter, adverb. sine reverentia & honore, ohne scheu und ehre. Plin. 2 epist. 14 *Adolescentuli audaces ad declamandum huc transeunt irreverenter, & temere.*

¶ Subvĕreor, ĭtus sum, ēri, ein wenig scheu haben, befürchten. Cic. 4 fam. epist. 10 *Venit mihi in mentem subvereri interdum*, &c.

VĔRETRUM, i, penis, mentula, virile membrum a *verendo*, imo & muliebre, die scham, das männliche oder weibliche glied. Vsus hac voce præter alios Sueton. in Tiberio c. 62 *veretra deligare.* Vet. Gloss. *Veretrum*, αἰδοῖον. Arnob. lib. 5 p. 165 *Mammarum exsectiones, amputationes virilium veretrorum.* Et Cœl. Aurel. Tard. 5 c. 8 *Veretrum muliebre.*

¶ Veretrĭcŭlum, i, diminutivum, apud Petron. Sat. p. 82.

¶ Veretillum, i, aliud diminut. apud Apulej. Apolog. p. 296 *Quærere veretillum & virginal.*

VERGĬLĬAE, arum, plural. Plejades, septem stellæ in signo Tauri, das siebengestirn, die gluckhenne; *Virgiliæ* inde dictæ, quod vel oriantur in *vere*, circa æquinoctium, vel quod verni temporis ortu suo significationem habeant, quemadmodum Servius annotavit in 1 Georg. v. 138. Cic. de Nat. Deor. 2 c. 44 ex poëta:

Parvas Vergilias tenui cum luce videbit.

Et Livius 21 c. 35 *nivis casus, occidente jam sidere Vergiliarum ingentem terrorem adjecit.* Ac Curtius 5 c. 6 n. 12 *Interiorem Persidis regionem, sub ipsum Vergiliarum sidus, petiit*, hoc est: sub Plejadum occasum Cosmicum. vide quæ ibi adnotantur. Plinius 18 c. 25 de Vergiliarum occasu: *Id sidus vestis institor est*, &c: *statimque auget lacernarum pretia.* conf. Torrent. ad Sueton. August. c. 40.

VERGO, versi, (vel secundum Diomedem, *verxi*) vergĕre, est inclinare vel declinare, quo Latini potissimum utuntur in loci, aut temporis descriptione, sich neigen, wenden, kehren, sencken. Cæsar 1 de B. C. c. 45 de monte: *Ab oppido autem declivi fastigio vergebat in longitudinem passuum* C. D. Sic, *Verget in perniciem tuam hæc res*, es wird gereichen zu deinem schaden. Hanc formulam & alia lexica hoc tempore celeberrima habent, quamquam incertum, quo auctore: Sed phrasis illa vulgaris *Vergit in honorem*, es gereichet zu ehren, merito suspecta est. Vide Cellarii Antibarb. p. 222, ubi aliæ, & magis latinæ formulæ traduntur, quibus hæc res eleganter exprimitur: etiam alius usus hujus verbi ostenditur, qui in locorum situsque ac temporis designatione est; v. g. *Regio vergit in septemtrionem*, Curtius lib. 6 c. 4 n. 17. *Vergit ad mare*, Idem 7 c. 3 n. 7. *Vergit nox ad lucem*, es wird tag, Idem 4. 7, 22. *Ætas ejus vergit*, es geht mit ihm berg unter, Tacit. Annal. 2, 43, 1. Cicero etiam Philipp. 11 c. 11 *Auxilium ad aliquem vergere* dixit. vide & Cellar. Cur. poster. p. 386; & quæ de *vergendi* verbo notat Stuckius lib. 2 Antiq. Convival. c. 37 epist. 15. ¶ 2. Gifanius Indice Lucretiano docet, *Vergere* in sacris inferorum Deorum esse, quod in superorum *libare*, hocque paterâ rectâ manuque supina, illud inversa & in lævam partem conversa fieri solitum: ac inde generaliter interdum pro fundere poni. Lucret. 5 v. 1008

Illi imprudentes ipsi sibi sæpe venenum Vergebant.

¶ Vergens, tis, sich neigend, lenckend, geneigt, abhängig; ut, *Dies vergens in noctem*, Seneca in Thyeste v. 798. Et absolute, *Vergente jam die ingressus senatum*, Sueton. Othon. c. 7, id est; inclinato, als es begunte abend zu werden, gegen abend. Sic, *Anni vergentes in senium*, apud Lucan. 1 v. 130. Et, *Annis vergens*, wohl betagt, Tacit. Annal. 13, 19, 3. *Vergente jam senecta*, Idem Annal. 4, 41, 4. Quod in Hymno Ecclesiastico legitur, *vergente mundi vespere*, dictum est, pro mundo in vesperem vergente, vel declinante, da es zum ende gereicht.

Composita:

¶ Devergo, ĕre, vel Divergere, abneigen. Vnde

¶ Devergentia, æ, der abhang, die neigung. Gell. 14 c. 1 *Nam quanta partium circulorumque cœli ex devergentia & convexionibus mundi varietas sit, quis non videt?*

¶ Divergium, i, amnis in diversum vergens, die wasserscheidung. Aggenus in Frontinum p. 288 ed. Keuchen. *Divergiis aquæ fines inter se dividebant.* Et Siculus Flaccus de Condit. Agror. p. 24 ed. Gœs. *Territoria inter civitates alia fluminibus finiuntur, alia summis montium jugis ac divergiis aquarum* &c.

¶ Evergo, ĕre, pro effundere vel emittere, von sich lassen ausgehen, heraus lassen; e. g. *Montes quia nullos apertos evergerent rivos, occultos continere latices spem faciebant*, Livius 44 c. 33.

¶ Invergo, ĕre, zuneigen, drauff richten. Virgil. 6 Æn. v. 244 *Frontique invergit vina sacerdos*, sie geust ihm über den kopff herüber. Ovidius 7 Met. v. 247 *Æneaque invergens tepidi carchesia lactis.*

Plautus Curculione 1, 2 v. 12 *ipsum expeto*
Tangere, invergere in me liquores tuos.

¶ Revergo, ĕre, gereichen. Claud. Mamertus ad Sidonium Apollinarem (inter hujus epistolas lib. 4, 2) *in aliorum commoda revergit.*

Veridicus, veriloquium, verisimilis, veritas, &c. vide infra *Verus.*

Vermiculatio, vermiculus, verminare, &c. vide sequens *Vermis.*

VERMIS, is, quodlibet insectum reptile aut serpens, ein wurm, σκώληξ. Plin. lib. 18 ineunte: *Vermes terreni erumpentes*, scil. præsagia aëris faciunt & tempestatem prædicunt. Lucret. 2 v. 870 *Videre licet vivos exsistere vermes*, &c.

¶ Vermĭcŭlus, i, diminutivum, ein würmlein. Plin. 11 c. 22 *Vermiculum faciunt bombyces.* Et lib. 16 c. 27 *Poma vermiculis obnoxia.* ¶ 2. *Coccus* etiam seu *Coccum*, *vermicula*, & *vermiculus* dicitur. Vet. Gloss. κόκκος, βάμμα, *vermicula, coccum.* Isidorus 19 Orig. c. 28 *Κόκκον Græci, nos* RUBUUM, *seu* VERMICULUM *dicimus.* Est enim *vermiculus* ex silvestribus frondibus; *coccus* rubens granum, ut Plinius interpretatur.

¶ Vermiculōsus, a, um, wurmicht, wurmstichig. Palladius lib. 12 sive Novemb. c. 6 sect. de pruno: *poma caduca & vermiculosa.*

¶ Vermĭcŭlor, atus sum, ari, deponentale, est vermiculis infestari, würme haben oder hecken, wurmstichig werden. Plin. 17 c. 27 *Vermiculantur magis minutæ quædam arbores.* ¶ 2. Et, *Vermiculari* parvas significat tessellas operi alicui inserere & aptare, eingelegte arbeit machen. Vnde

¶ Vermiculātus, a, um, ornamentis quasi vermiculis variatus & distinctus, gewürmelt, eingelegt; ut, *Vermiculata opera*: Plin. 35 c. 1 *Vermiculatæ ad effigies rerum & animalium crustæ.* vide Scalig. in Manilii lib. 5. Et ex Lucilio Cic. de Orat. 3 c. 43 *Emblema vermiculatum.*

¶ Vermĭcŭlātim, adv. tessellatim, idem, apud Zenonem Veronensem.

¶ Vermiculātio, ōnis, ipsum vitium segetum aut arborum, cum vermiculis infestantur, der wurmstich. Plin. 17 c. 11 *Vermiculationi obnoxius.*

¶ Vermĭna, um, dolores ventris, das grimmen im leib, tormina, στρόφος. Festus: *Vermina dicuntur dolores corporis, cum quodam minuto motu, quasi a vermibus scindatur.* Arnob. lib. 1 *Verbo Christus compescuit verminantium morborum cruces, & illi (Apostoli) verbo compescuerunt furialium vermina passionum.* Et Lucret. 5 v. 995 *Vermina sæva.*

¶ Vermi-

¶ Vermĭno, are, vermibus infestari, würme haben. Celſ. *Pueri dum verminant.* ¶ 2. Et, Vermes producere, voll gewürms werden. Seneca 2 Quæſt. Natural. c. 31 *In venenatis corporibus vermis non naſcitur: fulmine icta intra paucos dies verminant.* ¶ 3. Sed & figura deponentali *verminari* dicitur. Seneca de Vita Beata c. 17 extr. *Remedia podagræ meæ compono, contentus ſi rarius accedit, & ſi minus verminatur*, id eſt, ſe movet & vermium inſtar vellicat. Vide ibi Lipſium alia exempla producentem, & Nonium c. 1 n. 189.

¶ Vermĭnātio, ōnis, morbus jumentorum, cum vermibus infeſtantur, würmer noth, apud Plin. 28 c. 11; & 30 c. 15. Et Seneca epiſt. 95 *Cerebri æſtuantis verminationes*, wenn es im haupt krübelt, als wären würme darinnen. vide Lipſium dicto loco.

¶ Vermĭnōſus, a, um, quod vermes in ſe alit, wurmicht, das würme hecket; ut, *verminoſæ aures*, Plin. 20 c. 14. *Lignum verminoſum*, wurmſtichig, Idem lib. 17 c. 10.

VERNA, æ, communis gen. ſervus familiæ, vel ex ancilla aut ſervo domi noſtræ natus, ein haußgebohrner knecht, ſclav. Horat. 2 epiſt. 2 v. 6

Verna miniſteriis ad nutus aptus beriles.

conf. Plaut. Amph. 1, 1 v. 24; & Truc. 2, 7 v. 27. Et Cœlius Ciceroni 9 fam. epiſt. 15 *Nutrix, quæ vernas alit.* ¶ 2. *Vernas lupos*, & *vernas tuberes*, adjective pro vernaculis Martialis dixit. vide *Tuber*. Sic, *Puer verna*, Horat. 1 ſat. 2 v. 117. De vernis piaculari ſacro expiatis vide Alex. ab Alex. 3 c. 22.

¶ Vernŭla, æ, diminut. ein jung-knecht. Martial. 14 epigr. 54

Si quis plorator collo tibi vernula pendet,

pro infante ſervi ac ſervæ. ¶ 2. Interdum tamen idem notat, quod primitivum *Verna*. Quam in rem loca Petronii & Senecæ poſtea dabimus in *Vernilitas*.

¶ Vernācŭlus, a, um, quicquid domi noſtræ naſcitur, vel in patriâ noſtra, auctore Valla lib. 1, einheimiſch, gewöhnlich; ut, *Res quotidianæ & vernaculæ*, Cic. de Orat. 3 c. 24. *Vernaculi artifices*, id eſt, domi noſtræ nati & facti, Livius 7 c. 2. Et, *vernaculæ aves*, apud Varron. 3 R. R. c. 5, ubi *advenis* opponuntur. *Antiqua & vernacula feſtivitas*, Cic. 9 fam. epiſt. 15. *Aurum vernaculum eſt apud quosdam barbaros, & copioſum*, Tertullian. 1 de Fœminar. cultu c. 7.

¶ Vernaculus, i, ſubſtantive, pro verna ſeu ſervo, ein haußknecht, leibeigener. Ambroſius epiſt. 65 *vario mulieris & vernaculi ſermone viam levaret.* Proſper Aquitanicus de Prædiction. 1 c. 11 *Vernaculus meus mihi heres erit.*

¶ Vernālis, e, quod ad vernas pertinet, eorum mores & ingenium refert, ſervile, puta, knechtiſch, ſchmeichelhafft. Ita autem Auguſti ævo videntur locuti. Nam a *Vernalis*

¶ Vernālĭter, adverb. idem. Horat. 2 ſat. 3 v. 108

nec non vernaliter ipſis
Fungitur officiis;

VERNALITER, id eſt, in morem vernarum: ſollicita & ambitioſa diligentia, ut qui heroum gratiam captant. Poſtea magis *Vernilis*, *Verniliter*, dixerunt veteres.

¶ Vernīlis, e, knechtiſch, ſclaviſch, leichtſinnig. Tacitus 2 Hiſtor. c. 59 *Quamvis odium Vitellius vernilibus blanditiis velaret*, id eſt, quæ vernam vel ſervulum aliquem magis quam nobilem decerent. Idem 3 Hiſt. c. 32 *Vernile dictum omnem invidiam in eum vertit*: VERNILE DICTUM, ſcurrile & procax eſt ad ſervorum ingenium. Et quia dicacitas quædam & lepor verborum, & facta ad gratiam blanditiamque oratio, urbanitatis pars eſt, idcirco *Vernilis* in Gloſſ. Vet. πολιτικὸς exponitur: πολιτικὸς enim *Civilis* & *Urbanus* (höflich) accipiendus, ut Gloſſarium græco-latinum exponit: Πολιτικὸς, *Civilis*, *Urbanus*.

¶ Vernīlĭtas, ātis, urbanitas, ſed affectata neque ingenua & liberalis, die knechtiſche liebkoſung, ſchertzhafftigkeit, leichtfertigkeit. Seneca epiſt. 95 *Interdum enim obnoxie petimus id, quod recuſaremus, ſi quis offerret. Hæc ſive levitas eſt, ſive vernilitas, punienda eſt promittendi facilitate. Multa videri volumus velle, ſed nolumus*, Quintilianus 1 c. 11 *Servilem vernilitatem*: *Urbanitatem vernulam* Petronius vocat: *O hominem*, inquit, *acutum & urbanitatis vernulæ fontem!* Seneca de Conſtantia ſapientis c. 11 *Mancipiorum urbanitatem* dixit. Ac amabatur iſta ſervulorum urbanitas, ſive dicacitas procax: & quærebantur, petebanturque tales, vel ex longinquis regionibus: ut Ægyptii, Mauri, Syri. Quod ſi non eſſent dicaces ſatis, ut docerentur & diſcerent eſſe, navabant operam hero. Seneca dicto loco: *Eadem cauſſa eſt, cur nos mancipiorum noſtrorum urbanitas in dominos contumelioſa delectet, quorum audacia ita demum ſibi in convivas jus facit, ſi cepit, a domino. Pueros quidam in hoc mercantur procaces, & eorum impudentiam acuunt, & ſub magiſtro habent, qui probra meditate effundant: nec eas contumelias vocamus, ſed argutias.* Idem de Providentia c. 1 *Cogita filiorum nos modeſtiâ, vernularum licentiâ delectari.* Et Sueton. Auguſto c. 83 *Ludebat cum pueris minutis, quos facie & garrulitate amabiles undique conquirebat, præcipue Mauros & Syros.* Sed hos non tantum conquirebant Romani proceres oblectamenti cauſſa; verum Ægyptios quoque, Alexandrinos quidem inprimis. Nam dicax admodum & ingenioſa in contumelias hæc natio fuit, ut ſuo loco dictum eſt. Unde & Statius pueros hujus generis *Loquaces delicias* dixit lib. 5 Silv. 5 v. 66, ait enim:

Non ego mercatus Pharia de puppe loquaces
Delicias, doctumque ſui convicia Nili
Infantem, linguaque ſimul ſalibusque protervum, &c.

Pharia puppis, Alexandrina navis, ſeu claſſis eſt, quam Auguſtus inſtituit in urbis Italiæque ſubſidium ſupportando frumento maxime, deinde & aliis mercibus, in quibus & pueri iſti fuerunt. Idem poëta 2 Silv. carm. 1 v. 73

Non mixtus Phariis venalis mercibus infans
Compoſitosque ſales meditataque verba locutus
Quæſiſti laſcivus herum.

Per *Nili convicia*, contumelioſam illam urbanitatem, ut Seneca vocat, ſive vernilitatem intelligit, qua Alexandrini iſti pueri eruditi erant. Unde & *Doctum* dicit. Quo pertinent etiam illi *compoſiti ſales* & *meditata verba*, quorum in paullo ante adducto loco alterius

carminis mentionem facit. Nimirum non dominorum cura tantum, ſed & mangonum, quæſtus cauſſa, ſub magiſterio habebantur, quo hanc protervitatem jocorum, licentiamque condiſcerent. Quintilianus de corrupta liberorum diſciplina, nimiaque licentia, lib. 1 c. 2 conquerens, *Gaudemus*, inquit, parentes puta, *ſi quid licentius dixerunt* (liberi noſtri.) *Verba ne Alexandrinis quidem permittenda deliciis, riſu & oſculo excipimus.* Nimirum & hic de Alexandrinis pueris loquitur: dolens, per indulgentiam parentum ferri in liberis, quorum major habenda cuſtodia erat, quæ in mancipiis illis caſtigarentur, quorum propria dos, licentia atque laſcivia eſſet.

¶ Vernīlĭter, adverb. id eſt, blande & cum adulatione, ſine animi ſenſu, a *vernis, quibus hæc vivendi ars eſt*, uti Nonius addit c. 1 n. 203, poſſenhafft, kurtzweilig. *Vernaliter* ibidem Nonius adducit ex Cæcilio. Sed Seneca 2 de Beneficiis c. 11 *Et hæc ipſa non verniliter, nec ea figura, qua quidam rejiciunt, quæ magis ad ſe volunt attrahere.* FIGURAM, quam dicit, εἰρωνείαν intellige, cui ἀλήθεια opponitur. Quam *Cavillationem* latine, & *Vernilitatem* verti poſſe, Caſaubonus ſentit, quem vide in Characteres Theophraſti p. 102. Sic *verniliter turpiterque* Arnobius lib. 5 p. 186 conjunxit.

Vero, ōnis, pro *Veru*, vide infra *Veru*.

VĔRO, conjunctio eſt adverſativa, δὲ, aber. Virgilius in fine ſecundi Georg. v. 458 *O fortunatos nimium agricolas* &c.

Me vero primum dulces ante omnia Muſæ
Accipiant, &c.

¶ 2. Aliquando orationem tantum connectit: *Humanitatis vero* &c. Nep. Attic. c. 16 n. 1. ¶ 3. Modo adverbium eſt: procul dubio a *Verus*: ex ablativo, ut a *ſerus*, *ſero*: *falſus*, *falſo*. Sane *vero* & *falſo* opponit Plautus Moſtell. 1, 3 v. 22

Eho, mavis vituperari falſo quam vero extolli?

Similiter Terentius Heaut. 2, 4 v. 24 *Hoc beneficio ab utrisque vero devincimini*: VERO, id eſt, vere, ex vero. Cic. pro M. Marcello c. 1 *Eſt vero fortunatus ille.* Et hinc Virgilius ultimam ſemper producit. Sed ut alia adverbia ab ablativis nominum facta, ut *quomodo*, *ſero*, corripiuntur: ita & in *Vero* eſt factum. Valer. Flaccus 5 v. 321

Quid petimus, ſin vero preces & dicta ſuperbus
Reſpuerit.

Auſon. epigr. 115 *Pars te Eurippum vocitat, pars vero Eurippum.* Quos alii quoque ſecuti ſunt. Ut, Cyprianus de ligno vitæ v. 59; Paulinus Benedictus de vita B. Martini 4 v. 433, & v. 631 &c. vide Barth. ad 2 Thebaid. Statii p. 365 & 366. ¶ 3. Obſervandum autem eſt, quarum particularum ſocietate gaudeat: illarum nimirum, *Nec vero, neque vero, tum vero, age vero, ſane vero, jam vero, tum vero, at vero, enim vero, quaſi vero, & vero*: ut apud Cicer. ad Quint. fratr. 1 epiſt. 1 *Tibi & fuit hoc ſemper facillimum, & vero eſſe debuit.* Idem ad Attic. 16 epiſt. 16 *Qua quidem voluntate eſſes erga Atticum, ſæpe præſens & illi oſtendiſti, & vero etiam mihi.* In quibus omnibus partim abundat, partim corripiendi vim habet. Terent. Adelph. 2, 4 v. 3 *Omitte vero triſtitiam tuam.* Ubi Donatus: VERO *abundat, aut correptitium eſt.* ¶ 4. Locutionibus *Vero* ironicis ſæpe ſubſervit. Plaut. Rud. 2, 3 v. 9 *Eja vero quaſi non ſit intus.* Terent. Eunuch. 1, 2 v. 9 *Quia vero hæ mihi ſemper patent fores*, ach ja, als ſtünde mir die thür allezeit offen. Huc &, *Quaſi vero*, pertinet. Virg. 4 Æn. v. 93 *Egregiam vero laudem & ſpolia ampla refertis*

Tuque puerque tuus.

Donatus ad illud Terentii Eunuch. 5, 2 v. 55 *Ego vero moneo*: *Modo*, inquit, VERO, *conſentientis eſt adverbium; alias particula ironiam juvans* &c. ¶ 5. Confirmantis ſeu aſſeverantis in illis eſt: Cic. Philipp. 13 *Turpem vero actionem, qua defenditur ampliſſimi auctoritas ordinis contra crudeliſſimi gladiatoris amentiam.* Plaut. Aſin. 1, 1 v. 42 DE. *Tune es adjutor nunc amanti filio?* LI. *Sum vero* &c. ja ich bin es. Quo ſenſu etiam initio poni poteſt, nec neceſſe, ut alias, poſtponi: quemadmodum oſtendit Cellarius ad Lactantii lib. 3 c. 17 ſect. 34. Cic. 2 Tuſc. c. 11 MARC. *Fuiſti ſæpe, credo, cum Athenis eſſes, in ſcholis philoſophorum.* AUD. *Vero; ac libenter quidem*: VERO; id eſt, imo fui; ſane, profecto fui. Adde de Clar. Orat. c. 87 cum Gruteri adnotatione. Ita Terentius τῷ *Verum* uſus eſt non ſemel: ut Eunuch. 2, 3 v. 55 PA. *Comites ſecuti ſcilicet ſunt virginem?*

CH. *Verum: paraſitus cum ancilla.*

hoc eſt, utique ſecuti ſunt, paraſitus certe cum ancilla. Et Heaut. 5, 3 v. 10 SO. *Facies?* CH. *Verum.*

Item Adelph. 4, 2 v. 4

CT. *Syre.* SY. *quid ais?* CT. *men' quærit?* SY. *Verum.*

Cicero lib. 3 Offic. ineunte: *Magnifica vero vox & magno viro & ſapiente digna.* ¶ 6. Sed elegantiam ſingularem inprimis habet conjuncta cum pronomine *Ego* & *Id*, cujus exempla ſubjicio. Cic. ad Attic. 3 epiſt. 13 *Nam quod ſcribis te audire, me etiam mentis errore ex dolore affici, mihi vero mens integra eſt*, id eſt, profecto, certe, vel potius. Idem: *Quod laudas, quia oblivisci me ſcripſi ante facta, & dicta noſtri amici, ego vero ita facio*, hoc eſt, profecto, vel ego quidem ita facio. Idem ad Volumnium lib. 7 fam. epiſt. ult. *Quas ſi ut volumus exceperimus, ego vero multam ſalutem & foro dicam & curiæ.* Sic &, *Ego enim vero*: Plaut. Amphitr. 2, 2 v. 126 ALC. *tun' te abiiſſe hodie hinc negas?* AMP. *Ego enimvero.* Similem uſum habet & *Tu vero*. Terent. Eunuch. 4, 4 v. 19 *Ad nos deductus hodie eſt adoleſcentulus, quem tu vero videre velles Phædria*, den du auch ſelber luſt hätteſt zu ſehen. Idem in prologo ejusdem fabulæ v. 33 *Sed eas fabulas factas prius latinas ſciſſe ſe, id vero pernegat.* Et in eadem fabula 3, 1 v. 3 *Non tam ipſo quidem dono, quam abs te datum eſſe, id vero ſerio triumphat.* Et rurſus in eadem 5, 4 v. 8 *Tum hoc alterum, id vero eſt, quod mihi puto palmarium me repperiſſe.* Quo & illud pertinet, ubi cum nomine *Vero* junctum eandem vim obtinet in eâdem fabulâ, 3, 5 v. 28 *Illa ubi ilico accepit, læta vero ad ſe abducit domum.* Plin. 2 epiſt. 8 *Quare ego vero honeſtiſſimæ tuæ voluntati pareo.* Id. lib. 8 epiſt. 8 *Quanquam tu vero, quæ tua humanitas, nulla ridebis.* ¶ 7. In hoc vero exemplo Terentii Andr. 4, 4 v. 10 ſtomachantis etiam vim habet eadem particula, ut, *Move vero ocyus te nutrix*, wilt du gehen, ſo gehe fort.

¶ Verum,

¶ Verùm, ejusmodi potestatis conjunctio, idem præstans quod *Sed*, aber. Terent. Eunuch. 2, 3 v. 96 *Si certum est facere, facias: Verum ne post conferas culpam in me.* Idem Heaut. 3, 3 v. 37 *Verum ut aliud ex alio incidit*, aber doch also, wie mirs nach einander einfällt. conf. Virg. eclog. 1 v. 25. ¶ 2. Aliquando asseverandi vim habet; vide in *Vero* n. 5.

¶ Verum enim, iedoch. Idem Terent. Adelph. 2, 1 v. 47 *Verum enim quando bene promeruerit, fiat*, id est, attamen, quia &c.

¶ Verum enim vero, eadem propemodum significatione Terent. in eadem fabula, 2, 3 v. 2 *Verum enim vero id demum juvat, si quem* &c. Et Cic. Verr. 3 c. 84 *Verum enim vero cum esset* HS. *binis aut etiam ternis.*

¶ Verum etiam, post *Non modo, non tantum, non solum*, &c. sondern auch. Cic. pro Cœlio c. 19 *Non modo agendo, verum etiam cogitando sustinere.*

¶ Veruntămen, iedoch, aber doch. Cic. 12 fam. epist. ult. *Non dubitabam equidem, veruntamen multo mihi notiorem amorem tuum effecit Cherippus.* Idem in Verr. 5 c. 39 *Consilium capit primo stultum, veruntamen clemens.*

¶ Enimvero, vide supra *Enim.*

VEROMANDVI, ōrum, Galliæ Belgicæ populi, quorum Plinius 4 c. 17, & Cæsar B. G. 2 c. 4 meminerunt, in ea provincia, quæ nunc Picardia appellatur. ¶ 2. *Veromandui* etiam urbs hujus populi primaria, alias *Augusta Veromanduorum* dicta, ex cujus ruinis crevit Fanum S. Quintini. vide Geograph.

VĒRŌNA, æ, olim *Brenona*, a *Brenone*, Gallorum duce; sunt qui a *Brenno* nomen eam habere autument; Alii a *Vera* Tuscorum familia, sive colonia appellatam tradunt. Vide, si lubet, quæ super ea re disputat Torellus Sarayna Veronensis lib. 1 de origine Civitatis Veronensis. Vrbs est Venetæ regionis, & in Venetorum quidem hodie potestate, qui eam suo imperio subjecerunt an. Christi 1405. De quo vide laudatum Saraynam lib. 4. Insignis est theatro & amphitheatro, quod ibi Rom. imperatores exstruxerunt. Patria est Catulli, qui inde Veronensis dictus est. Ovid. 3 Amorum eleg. 15 v. 7

Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo.

¶ Veronensis, e, adject. ut, *Veronense prælium*, Aurel. Vict. de Cæs. c. 7. Et, *Campi Veronenses*, Idem Epit. c. 53.

VERPVS, i, Scalig. de L. L. c. 24 lumbrici genus est, dictum a græco ἕρπειν aspiratione in *V* mutatâ. ¶ 2. Inde etiam id notat, quo viri sumus, das männliche glied. Nam in Gloss. Philoxeni *Verpus* δρίλος, sed δρίλος proprie *lumbricus*, & metaphorice *veretrum* sive *verpus*, ab ἕρπων, quia referat lumbricum; unde & *Verpa.* ¶ 3. Medius digitus appellatus est *Verpus*, propter gracilitatem & veretri similitudinem, si compresso pugno solus exseratur; unde & *infamis* dictus & *impudicus*, quo molles monstrantur & effœminati, der mittelfinger. ¶ 4. *Recutitum* designat, ein verschnittener; item, ein Jude, cui verenda pars mutilata & versa est. Vet. Gloss. *Verpus*, Δρίλος, καὶ ὁ μέσος δάκτυλος τῆς χειρός. Λέγεται δὲ καὶ ὁ λιπόδερμος. Juvenal. sat. 14 v. 104 *Quæsitum ad fontem solos deducere verpos*: *Verpos*, inquit vetus Scholiastes, i. e. *Judæos, qui sine pellicula* &c. Martial. 11 epigr. 95

Ecce negas, jurasque mihi per templa Tonantis:
Non credo: jura, verpe, per Anchialum.

¶ Verpa, æ, veretrum virile, das mannsglied. Catull. ad Memmium epigr. 79 v. 4 *Nihilo minore verpa es fartus.* Et Martial. 11 epigr. 47

Incipis & medios mejere verpa pedes.

VERRES, is, Romanus, qui apud Siculos præturâ functus libidinose & avare, ab iisdem repetundarum postulatus est, accusante ipsum Cicerone, cujus in eum exstant orationes 7, quæ *Verrinæ* dicuntur. Fata ejus post accusationem, scripsit Lactantius 2 c. 4 extremo, vixisse eum in tranquillo exilio, ideoque immunem a civili bello; & vitâ satiatum & senectute confectum, triumvirali proscriptione, postquam Tullium, accusatorem suum, interemtum audivisset, tandem sublatum esse.

¶ Verrea, ōrum, plurale, festa a Verre instituta. Cic. 4 Verr. c. 21 *Præclarum diem reposuisti, Verrea ut agerent.*

VERRES, is, porcus masculus, quasi *verpes*, ein eber, qui, posteaquam castratus est, *majalis* dicitur, ein burgschwein. Horat. 3 od. 22 *Verris obliquum meditantis ictum*, &c.

¶ Verrīnus, a, um, vom eber; ut, *Verrinus aper, Verrinum jecur*, Plin. 28 c. 10 pr.

Verriculatus, verriculum, vide sequens *Verro.*

VERRO, verri, versum, verrĕre, trahere, ἑλκύειν, significat & propellere, ziehen, streichen, forttreiben. Virg. 1 Æneid. v. 63

Quippe ferant rapidi secum verrantque per auras.

Sic, *Verrere æquora*, poëtis navigare est: Idem Æneid. 3 v. 208 *Nautæ cærula verrunt.* ¶ 2. Item, mundare, purgare, σαίρειν, kehren, ausfegen, reinigen, saubern, wischen. Plautus Merc. 2, 3 v. 63 *Verrere ædes.* Juvenal. sat. 14 v. 60

Verre pavimentum, nitidas ostende columnas.

Qua notione Horatius usus est 1 oda 1 v. 10 ad proventum significandum: *Quidquid de Libycis verritur areis.*

Aras & templa crinibus verrebant mulieres in extremis periculis: vide Livium 26 c. 9; & Silium 6 v. 560; Lips. Elect. 2 c. 6.

¶ Versus, a, um, a *Verro*, gestrichen, gekehrt. Virg. Æn. 5 v. 141

Adductis spumant freta versa lacertis.

¶ Verrĭcŭlum, i, rete piscatorium, ein zug-garn, waren, fischer-netz. Nam Glossæ σαγήνη vertunt, quia per aquam verritur, i. e. trahitur. Et Servius ad Virg. Æn. 1 v. 63 *Rete verriculum dicitur a verrere.* ¶ 2. Idem quo quid purgatur, ein kehrwisch, apud Vegetium.

¶ Verriculātus, a, um, wie ein kehrwisch; ut, *Falces vericulatæ*, id est, ad verriculi formam factæ, Columella 11 c. 21.

¶ Circumverro, ĕre, abkehren. Hinc

¶ Circumversus, a, um, abgekehrt, gescheuert. Cato de Re Rust. c. 143 *Focum purum circumversum quotidie habeat.*

¶ Converro, ĕre, auskehren. Columell. 7 c. 6 *Diligens pastor quotidie stabulum converrit* &c.

¶ Conversus, a, um, ausgekehrt, abgescheuert; ut, *Conversa & munda villa*, Cato de Re Rust. c. 143.

¶ Converrĭtor, ōris, qui converrit, ein kehrknecht. Apulej. in Apolog. p. 277 *Converritorem pridianæ reliquiæ.*

¶ Deverro, ĕre, abkehren, abwischen. Columell. 7 c. 4 *Humor omnis deverrendus.*

¶ Everro, ĕre, auskehren. Columell. ibidem: *Stabula frequenter everrenda & purganda.*

¶ Eversus, a, um, ausgekehrt. Cic. 2 Verr. c. 21 extr. *Quod fanum, quod non eversum, atque extersum liquerit*, id est, spoliatum.

¶ Everrĭcŭlum, i, idem quod *Verriculum*, ein fischer-netz. Nonius c. 1 n. 146 *Everriculum genus est retis piscatorii, a verrendo dictum, vel quod trahatur, vel quod, si quid fuerit piscium nactum, everrat.* Sic Varro R. R. 3 c. ult. *Everriculo in litus vivam saginam educere.* Translate hoc nomen Cicero Verri tribuit, alludens ad ejusdem nomen, & verrendi significationem, act. 4 in Verr. c. 24, *Quod unquam hujuscemodi everriculum in illa provincia fuit?* ¶ 2. In alio loco *everriculum* dixit actionem de dolo, qua scilicet everrantur fraudes e civili vita, ein besen, kehrbesen, lib. 3 de Nat. Deor. c. 30.

¶ Everriātor, ōris, ein auskehrer, kehrmann. Festus: *Everriator vocatur, qui accepta hæreditate justa facere defuncto debet* &c. Nam

¶ Exverræ, ārum, *sunt purgatio quædam domus, ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quæ fit per everriatorem certo genere scoparum adhibito*; hucusque Festus, das auskehricht.

¶ Præverro, ĕre, vorherkehren. Ovid. Amor. 3 eleg. 13 v. 24

Præverrunt latas veste jacente vias.

¶ Reverro, ĕre, zurückstreichen; ut, *Reverram hercle hoc, quod converri modo*, Plaut. Stich. 2, 2 v. 64.

VERRŪCA, æ, veteribus locum editiorem significavit & asperum, eine rauhe höhe. Gell. 3 c. 7 *Aliquos milites ad verrucam ire jubeas, eamque uti occupent, imperes*, &c. Adde Voss. lib. 4 Institut. Orator. p. 103. ¶ 2. Nobis *Verrucæ* sunt maculæ eminentiores in manibus aut aliis corporis partibus, quæ sæpe sine dolore nec decidunt ultro, nec amputantur, wartzen. Plin. 20 c. 12 extr. *Ocimum verrucas misto atramento sutoria tollit.* ¶ 3. Horatius ad alia vitia non invenuste transtulit, lib. 1 satyr. 3 v. 73

Qui, ne tuberibus propriis offendat amicum,
Postulat, ignoscat verrucis illius, æquum est
Peccatis veniam poscentem &c. mängel, fehler.

¶ Verrūcŭla, diminutivum, ein wärtzlein. Columella 7 c. 6; & Arnob. lib. 2 p. 77 *In verruculâ collis unius.* Et Tertullianus ad Nation. 1 c. 5 pr. *Necesse est, ut in corpore verrucula exsurgat.*

¶ Verrucōsus, a, um, verrucis abundans, & asper, non perpolitus, voll wartzen; item, rauh, holpricht. Pers. satyr. 1 v. 77

Sunt quos Pacuviusque & verrucosa moretur Antiopa &c.

Qua significatione etiam *oratorem verrucosum* dixit Cicero de Clar. Oratoribus c. 14 extr.

¶ Verrucāria, æ, herba, heliotropium, sonnenwirbel-kraut. Plin. 22 c. 21 *Verrucas cum sale tollit succus e folio, unde nostri verrucariam herbam appellavere.* conf. Marcell. Empir. c. 19.

Verrunco, & Averrunco, &c. vide supra in *Runco.*

Versabilis, versabundus, versatio, &c. versicolor, versiculus, versificus, &c. versiformis, versipellis, verso, versor, versura, versus, ûs, vide *Verto.*

VERSVS, præpositio & adverbium, semper postponitur, gegen, nach einem orte zu; ut, *Cum Brundusium versus ires ad Cæsarem, venisti ad me* &c. Cic. 11 fam. epist. 27. Sic, *Romam versus*, auff Rom zu, oder nach Rom zu, ibidem 2 epist. 6. ¶ 2. Habet interdum adjunctam præpositionem, & tum est adverbium. Sulpicius ad Cic. 4 fam. epist. 21 *In Italiam versus navigaturus erat.* Et Liv. 1 c. 18 *Deductus in arcem in lapide ad meridiem versus consedit.* Sic, *Sursum versus*, hinauffwerts; *Deorsum versus*, hinunterwerts: Cic. in Orat. c. 39 *Cum gradatim sursum versus reditur.* Quintil. 9 c. 1 p. 643 *Aut gradatim sursum versus reditur.* Et Cato de R. R. c. 156 *Vbi deorsum versus ibit.*

¶ Adversus, & Adversum, præpositio, idem quod *contra, erga*, significans, wieder, gegen, entgegen, &c. Terent. Heaut. 4, 1 v. 10 *Facere adversus edictum alicujus*, wider eines befehl thun. Antonius Ciceroni 14 ad Attic. sub epistola 13 *Si duriorem te præbes, non contendam ego adversus te.* Terent. Andr. 1, 1 v. 15 *Id gratum fuisse adversum te, habeo gratiam*; id est, tibi, vel apud te invenisse gratiam, bey dir. Et eâdem fab. 1, 5 v. 31 *Sed nunc peropus est, aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa adversum hunc loqui*; id est, apud, vel ad hunc, gegen ihn. Plaut. Amphitr. 3, 2 v. 55

Nam jusjurandum verum te adversum dedi,

i. e. in præsentia, tibi exadversum stans. Vellejus 2, 69, 5 *Adversus merita ingratissimus.* ¶ 2. Interdum & adverbii significationem habet; ut, *adversum ire*, id est, obviam, entgegen gehen: Plaut. Amphitr. 3, 3 v. 43 *Huic eam adversum arbitror.* Proprie de servis dicitur, qui ibant ad dominos extra domum cœnantes, ut præsto essent & domum deducerent: Terent. Adelph. 1, 1 pr.

STORAX, non rediit hac nocte a cœna Æschinus?
Non servulorum quisquam, qui adversum ierant?

Hinc ipsi servuli illi, quibus negotii id dari solebat, ADVERSITORES appellati, ut Donatus hîc notat, jungen, die ihre herren heim holen. Plaut. Most. 1, 4 pr. *Adversum venire mihi ad Philolachem*
Vult tempori, audi: hem tibi imperatum est. &c.

Virg. 6 Æneid. v. 684

Isque ubi tendentem adversum per gramina vidit Ænean;

hoc est, versus se venientem. C. Nepos Themistocle c. 3 n. 4 *Quo factum est, ut Artemisio discederent, & adversum Athenas apud Salamina classem suam constituerent*, gegen Athen zu.

¶ Exadversum, id est, e regione, dagegen über. Terent. Adelph. 4, 2 v. 45 *Exadversum est fabrica, ibi est.* Cic. de Divin. 1 c. 45 *Ara exadversus eum locum consecrata est.* Adde, quæ Jo. Andr. Bosius ad modo citatum Nepotis locum commentatus est. Nam & inibi meliores codices & *exadversum Athenas* &c. exhibent.

¶ Alio-

¶ Alioversum, in aliam partem, anderswohin. Plaut. in Aulul. 2, 4 v. 8 *Ego istuc alioversum dixeram.*

¶ Quoquo versus, vel Quoquoversum, id est, quocunque vel in unamquamque partem, allenthalben hin. Cato R. R. c. 46 *Quoquoversum taleam demittito.* Colum. lib. 5 extr. *Vt inter se quoquoversus quatuor pedum spatia distent.* confer supra *Qui, quæ, quod.*

¶ Seorsum, vide supra in *S.*

¶ Vtroqueversus, vide infra in *Vter.*

Versutus, versutilŏquus, &c. vide mox in *Verto.*

Vertagus, vertebra, vertex, verticillum, verticordia, verticosus, verticulum, vertīgo, vertilabundus, &c. vide sequens *Verto.*

VERTO, verti, sum, vertĕre, circumagere, τρέφειν, drehen, wenden, lencken, umkehren, umwenden. Cic. 2 Nat. D. c. 38 *Impetum cæli admirabili celeritate moveri vertique videmus.* Terent. Heaut. 5, 1 v. 73 *Retundam, redigam, ut, quo se vertat, nesciat.* Et Cic. ad Qu. fratr. 3 epist. 5 *De Latinis, quo me vertam nescio*, ich weiß nicht, wie ich mit ihnen drau bin. Idem in Parad. c. 3 *Quoquo te verteris*, id est, in quamcunque partem respexeris. Sic, *Vertere agrum*, est subigere, arare, Plin. 18 c. 6 extr. quod Virgil. 1 Georg. pr. *Vertere terram* dixit. *Arma adversus aliquem vertere*, Liv. 24 c. 47. *Vertere arma in quos*, Idem lib. 25 c. 33, einen mit krieg überziehen. *In fugam aliquem vertere*, Livius 30 c. 33, in die flucht schlagen. *Culpam omnem in aliquem vertere*, Idem lib. 4 c. 25; & lib. 30 c. 22; qui etiam lib. 28 c. 11 pr. dixit: *Caussas secundorum & adversorum vertere in deos*, id est, imputare, auf die götter schieben. Sic, *Vertere in contumeliam suam*, ihn zum hohn rechnen, Cæs. 1 B. Civ. c. 8. Et Cic. pro Rosc. Amer. c. 36 *In pejorem partem omnia vertere*, übel annehmen oder deuten. Quintil. 1 c. 1 *Bona facile mutantur in pejus num quando in bonum verteris vitia?* Sic, *Caussa in eo vertitur*, pro consistit, es stehet darauff, Idem Quintil. 3 c. 11 p. 262; quomodo & Tullius suo Attico scribit lib. 8 epist. 14 *Brundusii omne certamen vertitur hujus primi temporis.* Nec Livius aliter lib. 37 c. 7 *Sed totum*, ajens, *id vertitur in voluntate Philippi.* Et lib. 4 c. 31 *In eo verti spes civitatis.* Cic. 2 Verr. c. 7 extr. *In unius potestate ac moderatione vertuntur omnia.* Et, *Res in discrimine vertitur*, Livius 6 c. 36, es stehet gefährlich. *Res in meo vertitur foro*, Plaut. Most. 5, 1 v. 10, hoc est de mea re agitur. *Vertitur ætas, Vertitur dies*, die zeit verändert sich, Propert. 2 eleg. 28 v. 32. *Vertere se*, vel *verti in aliquam formam, in hominem, in facies omnes*, id est, convertere, sich verkehren, verstellen, Plaut. Amph. Arg. 1 v. 1. *Vertere vitio*, vor einen übelstand rechnen, vor übel halten, Plaut. Epid. 1, 2 v. 5, & Horat. 1 sat. 6 v. 85. Sic, *Terga vertere*, fugere, die flucht geben, Livius 1 c. 14. Similiter *Vertere ora* dixit Petronius: *Cum fortuna*, inquit, *manet, vultum servatis amici,*

Cum cedit, turpi vertitis ora fugâ.

Sic, *Ex græco in latinum sermonem vertere annales*, pro convertere & transferre, übersetzen, Livius 25 c. 39. Et, *Vertere ex græcis*, Terent. in prolog. Eunuch. v. 7. *Bene, male vertere*, id est, verti, wohl, übel bekommen: Plaut. Aulul. 4, 10 v. 57 *Quæ res tibi bene feliciterque vertat.* Idem Pers. 4, 1 v. 5 *Si malus aut nequam est, male res vertunt, quas agit.* Terent. Phorm. 4, 3 v. 73 *Quæ res tibi vertat male.* Et, *Quod bene verteret*, Curtius 5 c. 4 n. 12; & lib. 7 c. 11 n. 14. Et imprecandi formula, *quod nec bene vertat*, Virgil. eclog. 9 v. 6. *Vertere solum*, est in alium locum migrare, das land räumen: Sic, Manilius 5 v. 34 *Colchidis & magicas artes, qui vertere Iolcho Medeam jussit.* Ita Idem lib. 4 v. 80 *Vertere Trojam*, pro Troja excedere, exulare dixit. Juvenal. sat. 11 v. 49

Qui vertĕre solum, Bajas & ad ostrea currunt. Vbi vide Schol.

¶ Vertens, tis, umkehrend. Sic, *Annus vertens*, Cic. in Somn. c. 7, & Nepos Agesil. c. 4, wenn das jahr umläufft. Quomodo & *mensem vertentem* Plautus dixit in Persa 4, 4 v. 76. De *anno vertente* vide Censorin. de Die natali c. 19. Aliter *annus vertens* Ciceroni dicitur in de Republ. ibi enim is intelligitur, qui alias *Magnus* appellatur, de quo Macrobius in Somn. Scip. 2 c. 11.

¶ Versus, a, um, umgekehrt, umgewandt, geändert, verwandelt. Cic. pro Rosc. Amer. c. 36 *Versa & mutata in pejorem partem omnia.* Ovid. Pont. 4 epist. 9 v. 90 *Mens versa cum fortuna.* Stat. 1 Silv. 2 v. 157 *Versus annus*, das neue jahr. Virg. 1 Georg. v. 506 *Fas versum atque nefas.* Idem 3 Georg. v. 120 *Fugâ versos agere hostes.* Horat. 1 od. 19 v. 11 *Equis versis animosus Parthus.* ¶ 2. Idem ac propensus, geneigt. Livius 40 c. 5 *Pater totus in Persea versus.* ¶ 3. *Versa oratio*, quæ versu constat, prosæ opponitur. vide supra *Prosa* in *Prorsus.*

¶ Versus, præpositio, vid. ante *Verto* seorsum.

¶ Versus, ûs, subst. in agro sulcus est, a fronte seu capite ad finem perductus, eine furche. Columella 2 c. 2 *Sed neque in media parte versus* (ita legendum, non *versuræ*) *consistat, detque requiem in summâ.* Plinius 18 c. 19 *In arando versum peragi* (oportet) *non strigare in actu sæpius.* ¶ 2. Hinc in militia quoque *Versus* dicitur ordo, qui directo a fronte in tergum pertinet; nam qui a latere ad latus dirigitur, *jugum* appellatur, ut ex Æliano de instruend. acieb. discimus, eine linie der soldaten. Potius autem arbitror existimare, hoc vocabulum ab aratione traductum ad militiam, quam a scribendi ratione, ut Sixtus Arterius Notis Æliani putavit; quod veteres scilicet non, uti nunc, a sinistra ad dextram, sed a summo in imum scriberent.

	Versus	Versus	Versus	Versus	Versus	
Jugum	o	o	o	o	o	Jugum
	e	e	e	e	e	
Jugum	o	o	o	o	o	Jugum
	d	d	d	d	d	
Jugum	o	o	o	o	o	Jugum
	c	c	c	c	c	
Jugum	o	o	o	o	o	Jugum
	b	b	b	b	b	
Jugum	o	o	o	o	o	Jugum
	a	a	a	a	a	

¶ 3. Hinc & remorum arborumque ordines, sive ordinatæ series *Versus* dicuntur, reihen. Virg. 5 Æneid. v. 119

Triplici pubes quam Dardana versu
Impellunt, terno consurgunt ordine remi.

Livius 45 c. 35 *Regiæ nave, ingentis magnitudinis, quam sedecim versus remorum agebant.* Idem Virg. 4 Georg. v. 144

Idem etiam seras in versum distulit ulmos:

IN VERSUM, id est, in ordinem seriemque directam. ¶ 4. In scriptura singulæ lineæ dicuntur versus, zeilen. Et horum versuum in libris numerum iniri jam olim solitum, ut de magnitudine cujusque constare posset, testatum aliquot locis auctorum est. C. Nepos Epaminondâ c. 4 *Vno hoc volumine vitas excellentium virorum complurium concludere constituimus: quorum separatim multis millibus versuum complures scriptores ante nos explicarunt.* Vide ibi Lambinum n. 52, & Claud. Salmasium Prolegom. in Exercitationes Plinianas p. 29. & aliquot insequentibus. Barth. ad script. Venat. p. 191 Voss. de Vit. Serm. 1 c. 26. Itemque Heins. Aristarchi Sacri c. 13 & Proleg. in Nov. Test. c. 18 & 19. ¶ 5. *Versus* quoque systema certorum pedum atque metrorum est rata lege compactorum, sive pedum certo numero dispositorum castigata connexio, ein vers; ut, *Versus heroicus; Versus jambicus* &c. Cic. pro Archia c. 10 *Si quis minorem gloriæ fructum putat ex græcis versibus percipi, quam ex latinis, vehementer errat.* Et, *Versus confragosi*, Quintil. 1 c. 1, qui *male tornati* Horatio de Arte poët. v. 441. Item *inculti & male nati*, lib. 2 epist. 1 v. 233; & *inertes*, iterum de Arte poëtica v. 445

Vir bonus & prudens versus reprehendet inertes.

Cic. in Pison. c. 30 *Notam apponere in malum versum.* Ibid. c. 29 *Aliquid delicatissimis versibus exprimere.* Horat. 2 epist. 2 v. 51

Paupertas impulit audax, Vt versus facerem.

Conf. lib. 1 satyr. 10 v. 31 *Versiculos facere*; qui quidem, judice Barthio, plebejus sermo est, consecratus tamen laudatis locis Horatio, & Papinio etiam, qui *versus facere* dixit præfat. Silv. itemque Sallustio in Catilin. c. 25. Sic, *Numerum & versum conficere*, Cic. de Orat. 3 c. 14. *Componere, fingere, scribere versus*, Horat. de Arte poët. v. 382; & 2 epist. 2 v. 54. Et, *Versibus aliquid scribere*, Cic. 1 fam. epist. 9. *Versus fundere*, Idem de Orat. 3 c. 50; *pronuntiare*, Idem 1 de Orat. c. 61; ac, *Ludere versibus & versu*, vide *Ludo.* ¶ 6. Scaliger Conjectan. in Varron. p. 73 *Versum*, inquit, *vocabant rustici, cum sulco ad finem perducto iterum redisur eo, unde arationis principium suscipiebatur, quod versum peragere dicitur Plinio, lib. XVIII. Ab eo Græci, ut ait Pausanias,* βυστροφηδὸν γράφειν *dicebant, cum uno versu peracto in pagina inde sumitur initium ad alium progrediendi, ut in arato. Quod nos contra facimus, nam verso peracto, idem semper initium progrediendi tenemus. Sic igitur sol el gantissime dicitur a Varrone ad versum proximum stare, quum regreditur. Sic in porticibus versura dicta est apud Vitruvium eodem modo. Item* τριτῶλαξ ἀγὼν πυρθένον *Lacedæmone, ab eo dictus, quod tres versus percurrendi erant, quos vocant* ὤλακας, *tanquam sulcos.* Hæc ille. Scaliger Pater 2 Poët. c. 5, *Vertere*, inquit, *est idem quod sulcare aut scalpere: tollere aliquid ex superficie, ita ut depressio relinquatur. In ceris igitur stilo quum ducerent notas, frequentativo usi sunt, sicut & agricolæ. Vertunt enim terram, quia quod subtus erat, supra ut sit, faciunt. Sic Cicero dicit litteras exarare. Ad eum modum versus dicti sunt lineæ illæ, sive sulci, quibus verba scribebantur* &c. *In omni scriptura tractus singuli orationis* VERSVS *sunt appellati* &c. versicul. Ipsas tamen periodos in oratione prosa *Versus* dici negat Pareus in Lex. Crit. p. 1282. vide ibi. ¶ 7. In agris & alia ratione *Versus* dicebantur, quam supra diximus. Ita enim & modus metiendi agri appellatur. Varro 1 de Re Rust. c. 10 *In Hispania*, inquit, *ulteriore metiuntur jugis, in Campania versibus:* IVGVM *vocant, quod juncti boves uno die exarare possint.* VERSVM *dicunt C. pedes quoquo versum quadratum.*

¶ Versĭcŭlus, i, diminut. ein verslein, kurtze zeile, versicul. Cicer. ad Brut. epist. 14 pr. *Epistolæ breves, tribus versiculis*, ein brieff von dreyen zeilen. Et, *Versiculi mollius euntes*, Horat. 1 sat. 10 v. 58, kurtze verse, die wohl klingen. Sed, *Versiculi molliculi ac parum pudici*, id est, amatorii apud Catullum epigr. 16

¶ Versio, ōnis, vulgo dicitur interpretatio, die übersetzung, dolmetschung; Chymicis idem est ac conversio, eine verwandlung.

¶ Versĭlis, e, facilis ad vertendum, gelenckig, das sich leicht herumdrehet; ut, *Versilis profunditas*, Martian. Capella lib. 9.

¶ Versōrius, a, um, idem; hinc

¶ Versōria, sive Vorsoria, æ, subst. das lenckseil. Plaut. Merc. 5, 2 v. 34 *Cape modo versoriam.* Et Trinum. 4, 3 v. 19 *Cape versoriam, recipe te ad herum*, kehre wieder zurücke. Vbi Turnebus *Vorsoriam* accipit pro fune, quo velum vertitur. Alciato quoque *vorsoria* est instrumentum nauticum, quo secundum auram navis vertitur. Sed Jos. Scaliger pro τροπῇ simpliciter accipit, die wendung. Ita enim ad illud Manilii lib. 3 sub fin. *Sed non per totas æqua est mensura figuras*, scribit: *Gemblacensis rectissime*, versura *non* mensura. *Nam* versura *est* τροπὴ, *unde* τροπικὰ *dicta.* καμπτὴρ *in metis Circensibus &* τροπὴ, *idem. Versuram in porticibus dixit Vitruvius, quam Vorsoriam Plautus. Quando ad nos Capricorni principio redit sol, tunc ad nos dicitur capere versoriam aut versuram* &c.

¶ Versūra, æ, & Vorsura apud comicos; primo significat conversionem quamlibet sive mutationem, die umwendung, kehre, veränderung. Varro 1 de Re Rust. c. 46 *Propter ejusmodi res admiranda discrimina sunt naturalia, quod ex quibusdam foliis, propter eorum versuram, quod sit anni tempus, dici possit, ut olea, & populus alba, & salix; Horum enim folia cum convertunt se, solstitium dicitur fuisse.* Et Arnobius sub finem lib. 5 *Si fabulas has vultis more esse allegorico scriptas; quid cæteris fiet, quas non videmus posse versuras in hujusmodi cogi?* Ergo *in versuras cogi*, est in alium & allegoricum sensum converti aut torqueri. ¶ 2. Deinde *Versura* in agro dicitur, reflexus in arando, die umlenckung mit dem pfluge, apud Columellam 2 c. 2; & Palladium 2 c. 3. ¶ 3. In ædificiis flexum angulorum significat, in porticibus,

bus, ubi absoluto uno latere deflecti in aliud necesse est, apud Vitruvium 3 c. 1; & lib. 5 c. 6. vide Baldi Lex. Vitruv. p. 142. ¶ 4. Deinde etiam est mutatio creditoris, die schuld-wechslung. De qua significatione receptæ sunt hæ locutiones: *Versuram facere & solvere*: Item, *Versurâ solvere*, an einem ort borgen und am andern bezahlen, schulden mit schulden zahlen. Terent. Phorm. 5, 2 extr.

Quid fiet? in eodem luto hæsitas. Vorsuram solvis Geta.

Vbi Donatus: VORSVRAM SOLVIS, id est, *Creditorem mutas*. VORSVRAM FACERE dicitur, *qui æs alienum ex ære alieno solvit. Dicitur etiam* VORSVRAM FACERE, *cum minore fœnore acceptam quis pecuniam majore occupat.* Cæterum assentior illis, qui apud Terentium & Donatum *Versurâ solvere* legendum putant. Nam quomodo *Versuram solvere* dicere possimus, non satis capio. At *Versurâ solvere*, est per versuram, hoc est, pecuniâ aliunde fœnore sumta, solvere. Et ita locutus est Cicero ad Attic. 5 epist. 15 *Vereor, ne illud, quod tecum permutavi, versurâ mihi solvendum sit.* Cic. pro Flacc. c. 20 *Negavit sese omnino versuram ullam Romæ fecisse.* Seneca epist. 19 *Ab Epicuro versura facienda est*: id est, fumendum fœnore, quo tibi satisfaciam. Corn. Nepos in vita Attici c. 9 n. 5 *Quin etiam cum illa* (Fulvia M. Antonii uxor) *fundum secunda fortuna emisset in diem, neque post calamitatem versuram facere potuisset, ille se interposuit*, &c. conf. ibid. c. 2 n. 4. Sed de hac & cæteris vocis hujus acceptionibus vide Salmasium de Modo usurarum c. 7; & Parei Lex. Crit. p. 1281.

¶ Versūtus, a, um, occultus, tectus, qui varie & simulate huc atque illuc fertur, qualem Alcibiadem Nepos, Cicero Catilinam Orat. pro Cœl. c. 6 describit, tückisch, listig, verschlagen, gewandt. Cic. 3 de Nat. Deor. c. 10 *Versutos eos appello, quorum celeriter mens versatur.* Et, *Versutus & callidus*, Idem ibidem. Et c. 30 *Malitia est versuta & fallax oratio nocendi.* Sed Plautus Epid. 3, 2 v. 35 *Versutior es, quam rota figularis*, dixit pro versatilior. Et Augustin. 2 Retract. c. 8 *quamvis ineruditus liberalibus litteris, tamen versutior Fortunato.* Et Superlat. Idem de Trinitate lib. 4 extr. *Hæreticorum versutissima argumenta.*

¶ Versūte, adverb. idem; ut, *Versute & subtiliter dicere*, Cic. in Oratore c. 7. Superlat. Augustinus 15 de Trinit. c. 20 *Quidam acute respondit hæretico versutissime interroganti.* Sed & Vellej. 2, 118, 1 *Illi in summa feritate versutissimi.*

¶ Vertebra, æ, os vertens in cervice, collo, dorso, cujus ope corpus varie vertitur, græce σπόνδυλος, ein gelenck. Plin. 11 c. 1 *Imbricatis flexilibus vertebris.* Cels. 8 c. 1 *Vertebrarum transversi processus.*

¶ Vertībŭlum, i, diminut. idem. Lactantius de Opific. c. 5 *Summas ossium partes crassioribus nodis conglobavit, ut & substringi nervis facilius, & versi tutius possent: unde sunt vertibula nominata.*

¶ Vertebratus, a, um, vertebris constans, gelenckig. Plin. 11 c. 37 *Cervix e multis vertebratisque orbiculatim ossibus flexilis* &c.

¶ Vertex, ĭcis, masc. veteres *Vortex* dicebant, primum ventum contortum significat, ein wirbel-wind, de quo Plinius 2 c. 48. Et Lucan. 3 v. 631 *Vicinum involvens contorto vertice pontum.*

¶ 2. *Vertex* seu *Vortex* in aqua, contorta scilicet aqua, ein wirbel im wasser, ein strudel; ut, *Rapidus vortex*, Virg. 1 Æn. v. 117. *Cavus vortex*, Statius 9 Theb. v. 503. ¶ 3. *Vertex capitis*, der scheitel, hauptwirbel. Plinius in præfat. lib. 7 *Palpitans vertex summæ imbecillitatis indicium.* Hinc proverbialis locutio: *A vertice ad calcem*, von der scheitel biß auf die fußsohlen, hoc est, a principio ad finem, von oben biß unten. Cic. pro Rosc. Com. c. 7 *Ab imis unguibus ad verticem usque summum*, dixit. ¶ 4. *Vertex arboris*, der wippel; & *Vertex montis*, die spitze, der gipffel. Virg. 1 Æn. v. 162

geminique minantur
In cælum scopuli, quorum sub vertice late
Æquora tuta silent.

Cic. in Verr. 4 c. 48 *Ignes, qui ex Ætnæ vertice erumpunt.* ¶ 5. Pars quævis superior, das oberste theil. Sic altissimæ cæli partes, quas Græci πόλους vocant, *Vertices* appellantur. Virg. 1 Georg. v. 142

Hic vertex nobis semper sublimis, at illum &c.

Et Cic. 2 de Nat. Deor. c. 41

Extremusque adeo duplici de cardine vertex
Dicitur esse polus.

¶ Vertĭcōsus, vel Vorticosus, a, um, voll wirbel; ut, *Amnis vorticosus*, hoc est, propter frequentes vortices periculosus. Livius 21 c. 5 *Quidam verticoso amni delati in hostes ab elephantis obtriti sunt.*

¶ Vertĭcŭla, æ, & Verticulum, i, diminut. σπονδύλιον, instrumentum, quo fusum vertitur facilius, der wirtel an der spindel; item, der knöchel, das gelenck. Lucilius apud Nonium c. 3 n. 103

Hæret verticulis adfixum in posteriore Parte, &c.

Hinc Festus: *Verticulas cum dixit Lucilius, articulos intelligi voluit.* Cœl. Aurel. Acut. 3 c. 17 *Intestinorum verticula distentis cutibus apparent.* Adde Vitruvium 10 c. 13 *De verticulis in hydraulicis machinis.*

¶ Verticillum, & Verticillus, i, aliud diminut. idem significans. Plin. 37 c. 2 *Verticillos facere.*

¶ Verticillatus, a, um, in modum verticilli formatus, gewirtelt, gelenckig. Cels. 8 c. 1 *Verticillatum scapularum os.*

¶ Vertīgo, ĭnis, rotatio, conversio, die umdrehung. Claudian. 2 in Eutrop. v. 359 *Membra rotat molli vertigine.* Sic & apud Persium sat. 5 v. 76 *Vertigo* est circumactio, qua manumittens servum manumittendum dextrâ prehensum coram prætore in orbem rotabat, significans, licere jam illi ire, in quamcunque partem vellet. ¶ 2. Plinius 2 c. 3 de cælo etiam *vertiginem* dixit, pro circumvolutione, die herumwelzung, *Moles rotata vertigine assidua.* Et ejusdem libri c. 8 *Ita fieri, ne convolutus aër in eandem partem, æterna mundi vertigine ignavo globo torpeat.* ¶ 3. *Vertigo* morbus, der haupt-schwindel, cum ob oculos circumagi omnia videntur. Plin. 7 c. 61 *Dolores capitis, oculorum vertigines, tenebræque.* Idem 20 c. 17 *Vertigines a partu discutere.* conf. Juvenal. sat. 6 v. 303.

¶ Vertīgĭno, are, circumrotari, sich herum drehen, den schwindel haben. Tertull. de Pallio c. 3 *Ocelli, imo luminis puncta vertiginant.* Gloss. gr. lat. σκοτῶμαι, *vertiginor.*

¶ Vertumnus, i, sive Vertunnus potius, ut vult Lipsius Saturn. 1 c. 2, Deus in alias atque alias sese convertens formas, apud poëtas. Hinc *Vertumnos*, decore tamen, inconstantes dicimus, wanckelmüthige, unbeständige. *Inconstantior Vertumno*, vide Chiliad. Asconius in Ciceron. Verrin. de prætura urbana: *Vertumnus Deus invertendarum rerum est, id est, mercaturæ.* Atqui mercaturæ non tantum, sed & hortorum Deus credebatur, propter varios flores fructusque, qui alii aliique pro anni diversis temporibus ibi proveniunt: unde primitiæ ei offerebantur. Nam & vertenti anno quin imo in universum rebus omnibus vertendis & commutandis, & ipsis adeo animis mentibusque humanis credebatur præesse. Vnde Horatius 2 sat. 7 v. 14 *Vertumno iniquo natum* dixit, qui inæqualis quidem & varius, sed indecore. Nam cum vertendi variandique huic Deo tribueretur vis; sic tribuebatur tamen, ut id decenter & lepide facere crederetur. Propertius ex persona Vertumni lib. 4 eleg. 2 v. 21

Opportuna mea est cunctis natura figuris:
In quamcunque voles, verte, decorus ero.

Vide totam illam elegiam, quæ omnem istius Dei historiam explicat, & Passeratii in illam prælectiones. Columella 10 v. 308

Mercibus & vernis dives Vertumnus abundat.

Sed heic *Portumnus* alii legunt. Sunt, qui etiam dictum *Vertumnum* putent, quod lacum Curtium in Tiberim averterit. vid. Ovid. Fast. 6 v. 410; & Propert. d. l. v. 10. ¶ 2. *Vertumni* etiam dicebantur gladiatores, qui & desultores dicti, qui equum subinde mutabant, seque de uno in alterum trajiciebant. Propertius dicto loco v. 35

Est etiam aurigæ species Vertumnus, & ejus
Trajicit alterno qui leve pondus equo.

Vide Interpretes Petronianos ad illud: *Ab hac voce Cinædus equum mutavit*; Item Lipsium lib. 2 Saturnal. c. 13. Dicti & *Combinatores*: Juncti enim erant equi, de quorum alterutro in alterum se transmittebant. vide Scalig. ad lib. 5 Manilii.

¶ Vertumnālia, um, Vertumni festa, mense octobri celebrata.

¶ Verso, avi, atum, are, frequentativum, tractare est, & frequentius vertere, hin und her wenden, verkehren. Seneca de Provident. c. 6 *quanto magis versaveritis, & undique inspexeritis.* Et, *Versat animum cupido regni*, Livius 1 c. 17. *Pudor animum versat*, Idem 25 c. 3 extr. Et Cic. de Finib. 5 c. 28 *Se huc atque illuc versare*, sich hin und wieder wenden. Et, *Partes animum versabat in omnes*, Virg. 4 Æn. v. 630. *Versare auctores*, lesen, studiren: Horat. Arte poëtica v. 268

Vos exemplaria græca
Nocturnâ versate manu, versate diurnâ.

Et ibidem v. 39 *Versate diu, quid ferre recusent, quid valeant humeri*; hoc est, considerate, explorate, versuchet, erweget. Tractum a bajulis, qui prius versare onera, & periclitari, & ut Martialis loquitur, *metiri* solent, an ferendo sint. Sic, *In animo secum versare*, bedencken, apud Livium 3 c. 34. Proprie enim est iterum iterumque vertere. ¶ 2. Vnde & culinæ verbum esse cœpit, & de iis usurpari, quæ assantur, umwenden. Hæc enim, nisi subinde vertas, exurentur. De piscibus Plautus Asinariâ 1, 3 v. 26

Quasi piscis itidem est amator lenæ: nequam est, nisi recens,
Is habet succum, is suavitatem: eum quovis pacto condias;
Vel patinarium, vel assum versas, quo pacto lubet.

De turdis Horat. 2 sat. 5 v. 71 *ubi sedulus hospes*
Pene arsit, macros dum turdos versat in igne.

S. Laurentius in craticula positus Tyranno dixit: *Assum est, versa & manduca*, ut B. Ambrosius 1 de Offic. c. 41 extr. refert. ¶ 3. *Versare oves* Virgilius eclog. 10 v. 68 dixit, id est, huc atque illuc agere pastum, herum treiben. Servius ad eum locum: VERSEMVS, *pascamus: quoniam qui pascit, huc & illuc agit pecus: quod est* VERSARE, *ut est in Æneide* 12 v. 664

tu currum deserto in gramine versas;

Aut EXERCEAMVS, *aut* TRACTEMVS: *ut in Æn.* 11 v. 704

Consilio versare dolos ingressus.

Et Idem Æn. 2 v. 62 *Seu versare dolos seu certæ occumbere morti.*

Nimirum *versare dolos*, tractare & exercere dolos interpretatur, damit umgehen. Quemadmodum & Suetonius Galbâ c. 9 *Versare pecunias*, pro tractare seu exercere dixit. Neque enim assentior summo viro, cui illa phrasis suspecta est, & potius adeo legendum videtur: *Versanti in pecuniis.* *Versare* enim *pecunias* dixit, uti Virgilius *dolos versare*, uti Horatius *exemplaria versare*, id est, tractare. Plautus Cistell. 1, 1 v. 95 *mihi istum hominem vellem dari,*

Vt ego illum versarem!

id est, quo pacto illum tractarem! wie wolte ich mit ihm verfahren! *Versare sententias*, est ambigue & ita proferre, ut in utrumque interpretari liceat. Tacit. 1 Hist. c. 85 *Igitur versare sententias, & huc & illuc torquere* &c. *Versare naturam*, perinde Cicero dixit pro Cœlio c. 6: *Versare*, inquit, *suam naturam & regere ad tempus, atque huc & illuc torquere & flectere, cum tristibus severe, cum remissis jucunde, cum senibus graviter, cum juventute leniter, cum facinorosis audacter, cum libidinosis luxuriose vivere.* Livius lib. 1 c. 58 *Tum Tarquinius fateri amorem, orare, miscere precibus minas, versare in omnes partes muliebrem animum*, id est, tentare, sollicitare.

¶ Versor, atus sum, ari, forma deponentali, alicubi assiduum esse, seyn, wohnen, umgehen, zu thun haben, sich aufhalten. Terent. Andr. 4, 1 v. 25 *Nescis, quantis in malis verser miser.* Et Plaut. Pseud. 2, 4 v. 55 *In re adversa versari*, in dem unglück stecken. Idem Cistell. 2, 1 v. 4 *Versor in amoris rota.* Cic. pro Milon. c. 20 *Quo in fundo mille hominum versabantur.* Idem 1 Offic. c. 23 *Versari in acie.* Quintil. procem. lib. 1 *Præclarissime in consilio ac administratione reipubl. versari.* Cic. 4 fam. epist. 3 *In artibus ingenuis versari*, studiren. Idem Off. 2 c. 13 *In clarissima luce versari*, bekandt seyn. Et mox: *In hominum ignoratione versari*, unbekandt seyn. Lucret. 2 v. 112 *Imago versatur nobis ante oculos*, es schwebet uns vor augen. conf. Cic. Verr. 5 c. 46. Et Nepos 9, 2, 4 *Apud præfectos regis versabatur*, er gieng bey ihnen aus und ein. Cic. 1 Catil. c. 5 *Nobiscum versari jam diutius non potes.* Seneca epist. 7 *Cum his versare, qui te meliorem facturi sunt.* Cic. ad Att. 10 epist. 8

epist. 8 *Sine dedecore inter aliquos versari.* Sueton. in Grammat. c. 18 *Hic initio circa scenam versatus est.* conf. Borrich. Vind. p. 238.

¶ Versātus, a, um, passive, umgedreht, herum getrieben, hin und her gewandt. Ovid. Met. lib. 4 v. 221 *Versato ducens stamina fuso.* Idem Amor. 1 eleg. 2 v. 4 *Lassa versati corporis ossa.* Et Juvenal. sat. 13 v. 218 *Toto versata toro membra.* ¶ 2. *Versatus* notat actum & operam, geübt, oder der sich worinnen sehen lässet. Nepos 1, 8, 2 *Multum in imperiis magistratibusque versatus.* Idem 11, 1, 2 *Multum in bello versatus.* Tacit. Annal. 15, 59, 5 *In publico versatus.* Concise & sine præpositione Idem Tacit. Agr. c. 7 n. 4 *Missum ad delectus agendos Agricolam, integreque ac strenue versatum,* &c. pro *in iis* (agendis delectibus puta) *versatum.*

¶ Versātio, ōnis, die umdrehung, wendung; ut, *Versatio totius oculi,* Plin. 8 c. 33. Et Vitruvius 10 c. 1 *Omnis machinatio est a rerum natura procreata, ac a præceptrice & magistra mundi versatione instituta.* Idem c. 14 ejusdem libri: *Quadringentenis versationibus imi tympani, semel superius versabitur.* Et Seneca de Tranquill. c. 11 sub fin. *In tanta rerum, sursum ac deorsum euntium, versatione.*

¶ Versābĭlis, e, quod versari potest, leicht umzukehren, wandelbar. Seneca de Tranquill. c. 11 *Omnem conditionem scito versabilem esse.* Ammian. 16 c. 8 *Versabilem fœminam in fraudem illexit.* Et lib. 31 c. 10 *Pensare fortunarum versabiles casus.*

¶ Versātĭlis, e, versationi idoneus, leicht herum zu drehen, gelenckig, gewandt; ut, *Mola versatilis,* eine handmühle, Plin. 36 c. 18. *Acies versatilis,* quæ verti subito & circumagi potest, apud Curtium 4 c. 13 n. 32. *Ingenium Catonis ad omnia versatile,* apud Livium 39 c. 40, id est, aptum omnibus, ut quibuslibet rebus applicari possit. Suetonius Nerone c. 31 *Cœnationes laqueatæ tabulis eburneis versatilibus; & fistulatis, ut unguenta desuper spargerentur.* Et Seneca epist. 90 *Versatilia cœnationum laquearia ita coagmentat, ut subinde alia facies atque alia succedat, & toties tecta, quoties fercula mutentur.* Hujus generis & illa *triclinia versatilia* fuerunt, quorum Lampridius mentionem in Heliogabalo facit c. 21.

¶ Versabundus, a, um, quod vertitur, umlauffend, hin und her gehend. Lucretius 6 v. 581 *Versabundaque portatur post incita cum vis.* Et Vitruvius 9 c. 7 *Circa meridianum cardinem sidera versabunda, latentiaque non habent egressus orientes supra terram.*

I. Composita a fine:

¶ Versĭcŏlor, ōris, Jurisconsultis est, quicquid tinctum est, & naturalem colorem vertit, durch kunst gefärbt. Vlpianus Lege 70 § 12 ff. de Legat. & fideic. lib. 3 *Purpuram & coccum, quoniam nihil nativi coloris sunt, appellatione versicolorum contineri.* ¶ 2. Varietate colorum distinctus, buntschäckicht. Cic. de Fin. 3 c. 5 *Pluma versicolores columbis.* Livius 7 c. 10 *versicolori veste refulgens.* Lex Oppia apud Livium principio lib. 34 *ne qua mulier vestimento versicolori uteretur.* Propertius 3 eleg. 13 v. 32 *Aut variam plumæ versicoloris avem.*

¶ Versĭcŏlōrius, a, um, idem. Lege 32 § 7 ff. de auro arg. mundo &c. vide supra *Colorius* in *Color.*

¶ Versĭfĭco, are, verse machen, in verse setzen. Quintil. 9 c. 4 *Versificandi genus.* Apulej. de Deo Socrat. *Versificare fatiloquia.* Ammian. 21 c. 16 *Ad versificandum transgressus.* Et Gloss. gr. lat. στιχοποιῶ, *versifico.*

¶ Versĭfĭcātio, ōnis, die vers-kunst. Quintil. 9 c. 2 *Versificationis ac sermonum imitatio.* Gloss. lat. gr. στιχοποιΐα, *versificatio.* Et Columella principio lib. 11 *Sed tibi pertinaciter expetenti versificationis nostræ gustum negare non sustinebam.*

¶ Versĭfĭcātor, ōris, ein versmacher; ut, *Versificator quam poëta melior Corn. Severus,* apud Quintilian. 10 c. 1; Ille tantum callet sermonem numeris vincire, hic insuper poëtico spiritu carmen animat. vid. Henkel. de Cor. Poët. c. 3 § 3 p. 28, & in not. p. 120. Vopiscus in Saturnino princ. Ægyptios etiam vocat *versificatores.*

¶ Versĭfĭcus, a, um, versweise gemacht, poetisch. Solinus c. 16 *In versificum ordinem transferre.*

¶ Versĭformis, e, mutabilis, varias formas recipiens, wandelbar, veränderlich. Tertullian. de Pallio c. 2 *Totum versiforme est.* Martian. Capella lib. 9 in metro:

Puer ipse versiformis
Facibus studet Cupido.

¶ Versĭpellis, e, versutus, & qui se omnibus formis & locis attemperat, verschmitzt, verschlagen, wetterwendisch; Homerus ἀλλοπρόσαλλον vocat, der bald so, bald so ist. Plaut. Bacchid. 4, 4 v. 12 *Versipellem frugi convenit esse hominem, pectus cui sapit. Bonus sit bonis, malus malis, utcunque res sit, ita animum habeat.* Idem in Amphitr. prolog. v. 123 *Jovem versipellem* vocat, quod in alias aliasque formas sese commutet: aliquando cygnum, aliquando taurum etiam sese assimulet: *Jupiter,* inquit, *versipellem se facit, quando lubet.* Plinius 8 c. 2 exponit ex Arcadum fabula, unde *vulgus in maledictis versipelles habeat,* quia scilicet tradunt, quosdam deposita veste in lupos transfigurari, & post novem annos vestem recipere, & ad pristinum habitum reverti. Prudent. Cathem. 9 v. 92 *versipelli astutia.*

¶ Versūtĭlŏquus, a, um, listig im reden; ut, *Malitiæ versutiloquæ,* Cic. de Orat. 3 c. 38.

¶ Vertăgus, i, ex *verto* & *ago,* canis est, qui in venatione se cito vertit & feras agitat, ein jagdhund, windhund. Martial. 14 epigr. 200

Non sibi, sed domino venatur vertagus acer.

¶ Vertĭcordia, æ, Dea sive Venus sic dicta, quod amorem mulierum ad viros proprios flecteret. Valer. Maximus 8 c. 15 n. 12 *Censuit ut Veneris Verticordiæ simulacrum consecraretur* &c.

¶ Vertĭpĕdium, i, herba, eisenkraut, Apulej. de Herb. c. 3.

II. Composita ab initio a *Verto* & *Versor:*

¶ Averto, ti, sum, ĕre, pro quo & *Abvertere* est, abwenden, ablencken, abhalten; ut, *Abvertere scapham,* Plaut. Rudent. 1, 2 v. 76. *Hostem abvertere,* Hirtius de B. Hisp. c. 41. Sic, *Removere oculos, & se totum ab aliquo vertere,* Cic. pro Balb. c. 5. *Animum ab aliquo avertere,* Cæs. 1 B. Gall. c. 20, sich eines gar verzeihen. *Ab itinere sese avertere,* est proficisci, omittere, die reise einstellen, apud eundem Cæsarem 3 de B. Civ. c. 21 extr. Et Cic. de Amicitia c. 1 *Tu velim a me animum parumper avertas, Lælium loqui ipsum putes.* Et, *Avertere se ab amicitia alicujus,* Cæs. 3 Bel. Civ. c. 79. *Totum se ab alicujus sermone avertere,* Balbus Ciceroni lib. 8 ad Attic. epist. 15. Et, *Avertere animum ab assiduo mærore,* Livius 25 c. 38. *Avertere hostem a portis,* Cæsar 6 Bell. Gall. c. 41. *Ab urbe,* Cic ad Brut. epist. 3. *Avertere hostem a cervicibus populi,* ad eund. epist. 15. Sic, *Armis repellere & avertere,* pro Cæc. in. c. 11, abhalten und abtreiben. *Quod omen Dii avertant,* da GOtt für sey, Cic. 12 fam. epist. 6; & Livius 23 c. 13. ¶ 2. Per furtum, per rapinam auferre, entwenden; ut, *Avertere pecuniam, prædam, hæreditatem,* unterschlagen, wegrauben, &c. Catullus epithal. Pelei & Thetidis v. 5

Auratam optantes Colchis avertere pellem.

Cæsar 3 de B. Civ. c. 59 *Prædam omnem domum avertebant.* Tacitus 1 Hist. c. 53 *Mox compertum publicam pecuniam avertisse, ut peculatorem flagitari jussit.* Ammianus 14 c. 5 *Merces opimas velut viles nullis repugnantibus avertebant.*

¶ Aversus, a, um, abwertig, abwendig, abgewendet; ut, *Aversa pars,* pro posteriori, apud Plin. 11 c. 37 sect 47 *Canities homini semper a priore capitis parte, tum deinde ab aversa.* Et, *Aversus a vero,* Cic. in Catil. 3 c. 9 pr. *Aversus a proposito,* Liv. 2 c. 8 extr. *Aversum numen,* id est, prorsus contrarium, inclemens, parum favens, ungeneigt: Stat. 5 Theb. v. 641. *Aversi Dii a salute populi Rom.* Cic. ad Brut. epist. 16. *Judex reliquorum defensioni aversior,* Quintil 7 c. 2. *Aversissimo a me animo fuit,* Cic. ad Attic. 11 epist. 4. Et, *Aversissimus a prodigiis,* Seneca epist. 50.

¶ Aversio, ōnis, contrarium Adversioni, die abwendung, wegleitung. Quintilianus 9 c. 2 p. 653 Apostrophes descriptioni subjungit: *Illa quoque vocatur* AVERSIO, *quæ a proposita quæstione abducit audientem.* ¶ 2. Jurisconsultis *aversione* est überhaupt. Lege 4 § 1 Dig. de peric. & commod. rei vend. *Aversione vinum venit.* Et Lege 62 § 2 D. de contrah. emtione: *Res in aversione emta.* Et Lege 36 D. Locati cond. *Aversione locatum opus* opponitur ei, *quod ita conductum sit, ut in pedes mensurasque præstetur;* überhaupt verdingt; & ellen- oder schuhweise verdingt.

¶ Aversor, ōris, qui aliò aliquid avertit, ein entführer, räuber. Cic. Verr. 5 c. 58 *Verres ille, aversor pecuniæ publicæ.*

¶ Aversor, atus sum, ari, est fastidire, & odio habere, ut neque adspicere sustineas, teque avertas, verabscheuen, hassen, den rücken zukehren. Tacitus 14 Annal. c. 51 *Cum ad visendum eum princeps venisset, adspectum ejus aversatum asseverabant,* er habe ihm das gesichte nicht gegönnet. *Aversari honorem,* Ovid. 1 Fast. v. 5. *Aversari scelus,* Curtius 6 c. 7 n. 10. Interdum simpliciter ponitur sine casu. Cic. 4 in Verr. c. 76 *Hærere homo, aversari, rubere,* scil. cœpit, sich wegwenden.

¶ Aversātus, a, um, passive pro *aversus,* hinweg gewandt. Aurel. Vict. Epit. 43 *Cachinantem vultu notare aversato.*

¶ Aversātio, ōnis, recusatio, fastidium, ein haß, verdruß. Quintilianus 8 c. 3 *Ego certe mihi cernere videor eorum, qui aderant, tacitam aversationem, ac timidam verecundiam.*

¶ Aversābĭlis, e, abominandus, verdrüßlich, abscheulich; ut, *Scelus aversabile,* Lucret. 6 v. 389. Et, *Aversabilis corporis fœditas,* Arnob. lib. 7 p. 249.

¶ Averrunco, averruncus, vide in *Runco.*

¶ Adverto, ti, sum, ĕre, zukehren, zulencken, herwenden. Gell. 16 Noct. Attic. c. 6 ineunte: *Redeuntes Græcia Brundusium navem advertimus.* Terent. Eunuch. 2, 3 v. 50

Cum huc respicio ad virginem,
Illa sese interea commodum huc adverterat
In nostram hanc plateam.

Stat. 2 Silv. carm. 3 v. 21

ecce citatos
Advertit Diana gradus;

id est, vertit gradum ad illum locum. vid. Joh. Bernartii notas ad Stat. 1 Theb. v. 89. *Advertere oculos, aures, animum,* &c. Terent. Heaut. 4, 1 v. 44 *Non adverti primo,* scilicet animum, ich merckte es nicht. Idem Phorm. 5, 7 v. 16 *Postquam tantopere id vos velle animum adverteram,* quod nunc elegantius dicitur, *Animadvertere.* Livius 4 c. 45 *Adverterent animos, ne quid novi tumultus oriretur,* id est, diligenter observarent, sie solten zusehen, achtung darauf geben. *Et huc advertite mentem,* Virg. 8 v. 440. *Graviter advertere,* übel empfinden, aufnehmen, Terent. Heaut. 3, 3 v. 9. ¶ 2. Est & ad se vertere, convertere in se, rapere &c. ἐπιστρέφειν, an sich ziehen, reitzen, erregen. Seneca epist. 94 *Non decet admonitio, sed advertit, sed excitat, sed memoriam continet, nec patitur elabi.* Et Plin. 1 epist. 10 *Quantum mihi tamen cernere datur, multa in Euphrate sic eminent & elucent, ut mediocriter quoque doctos advertant, & afficiant.* Idem lib. 9 epist. 26 *Omnes advertit, quod eminet & exstat.* Tacitus 3 Hist. c. 48 *Advertit ea res Vespasiani animum.* Idem 1 Annal. c. 41 *Gemitusque ac planctus etiam militum aures oraque advertere.* Et rursus 2 Annal. c. 17 *Pulcherrimum augurium octo aquilæ petere silvas, & intrare visæ imperatorem advertere.*

¶ Adversus, a, um, oppositus, sive objectus, vorwertig, entgegen stehend; ut, *Adverso corpore cicatrices excipere,* gleich unter augen gehen und streiche aufnehmen, quod fortitudinis est, ut contra *vulnus aversum* turpitudinis, Cic. Verr. 5 c. 1. *Pectore adverso ferrum excipere,* Seneca in Agam. v. 232. Et ipsa hæc vulnera *adversa* dicebantur, Sallust. Catil. extremo. vide & Curtium 3 c. 11 n. 9, & ibi notata. Sic Cic. in Somn. Sc. c. 5 *Solem adversum intueri.* Et, *Adversa vestigia Antipodum,* Idem 4 Acad. c. 39. *Navigare adverso flumine,* wider den strom hinan schiffen, Virg. 1 Georg. v. 201. ¶ 2. Sed, *Eorum obsequi studiis, adversus nemini,* id est, contrarius, er war niemanden zu wider, widrig, widerwertig, Terent. Andr. 1, 1 v. 37. Sic, *Casus adversi,* widerwertigkeit; *Fortuna adversa; Res adversæ,* quibus contrariæ sunt *Res secundæ:* Cic. 1 Off. c. 26 *Vt adversas res, sic secundas immoderate ferre, levitatis est.* Terent. Hecyr. 3, 4 v. 9 *Ita usque adversa tempestate usi sumus.* Et Livius 10 c. 32 *Postumium adversa valetudo Romæ tenuit,* die leibes-schwachheit. Comparat. *Neque est testudine aliud salamandræ adversius,* Plin. 32 c. 4. Superl. *venti adversissimi,* Cæs. 3 de Bell. Gall. c. 107. *Omnia secundissima nobis,*

nobis, adversissima illis accidisse videntur, Cæsar Ciceroni lib. 10 ad Attic. sub epist. 8.

¶ Adversum, i, plural. Adversa, neutrum adjectivi, positum substantive pro rebus adversis, unglück, ungemach. Subintelligenda enim tempora sunt, vel aliud simile. Plinius Panegyrico Trajani c. 31 *Secunda felices, adversa magnos probant*; id est, *secunda* felicem aliquem esse ostendunt: *adversa*, quam magno & forti animo quisque sit. Hoc est, quod Silius dixit lib. 4 v. 6

Explorant adversa viros.

Iterum Plinius eadem oratione c. 5 *Habet has vires conditio mortalium, ut adversa ex secundis, ex adversis secunda nascantur. Occultat utrorumque semina Deus, & plerumque bonorum malorumque caussæ sub diversa specie latent.* Cicero ad Brutum epist. 4 *Nihil jam nobis adversi evenire potest.* ¶ 2. Vellej. 2, 63, 1 *Per adversa castrorum receptus est*, er ist hinten zum lager eingelassen worden.

¶ Adversus, & Adversum, præpositio & adverb. vid. supra in *Versus* itidem indeclinabili.

¶ Adverse, adverbium, entgegen, zuwider, apud Gellium.

¶ Adversĭtas, ātis, der widerstand, widerwertigkeit. Plin. 11 c. 25 *Magnam adversitatem oleo mersis & stellionibus putant esse*, id est, inter se adversari scorpiones oleo mersos, & stelliones.

¶ Adversĭtor, ōris, puer qui hero obviam it, illumque deducit & reducit, ein aufwärter, nachtreter. Sic apud Plautum Mostell. a. 4 sc. 1 & 2 servus Phaniscus *adversitoris* nomen habet, quia adversum it domino potanti apud amicum.

¶ Adverso, avi, atum, are, idem quod simplex *Advertere*, aufmercken. Plaut. Rudent. 2, 2 pr. *Animo adversavi sedulo.*

¶ Adversor, atus sum, ari, repugnare est, adversumque & contrarium esse, widerstreben, sich widersetzen, einem zuwider seyn; ut, *Aristoteles Isocrati infenso adversatus est*, Cic. in Oratore c. 51. ¶ 2. Et absolute: *Cœpi adversari primo*, Terent. Phorm. 1, 1 v. 25. *Facere aliquid adversante & repugnante natura*, Cic. Offic. 3 c. 19. Et *Adversari aliquem* bis dixit Tacitus 1 Hist. c. 1 & 38, sed utrobique Pichena *Aversari* substituit.

¶ Adversātor, ōris, ein feind, widersacher. Apulejus de Deo Socrat. p. 44 *Quem miseris auxiliatorem, quem bonis fautorem, quem adversatorem malis in omni vita ciebo?*

¶ Adversatrix, īcis, eine feindin, widersacherin. Terent. Heaut. 5, 3 v. 4 *Vllamne ego rem unquam volui, quin tu in ea mihi adversatrix fueris mulier?* Adde Plaut Mostell. 1, 3 v. 100; & Tertullian. de Anima c. 51.

¶ Adversārius, i, subst adversus aliquem in judicio litigans, ein widerpart, widersacher. Cicer. de Fato c. 12 *Sine adversario luctatio nulla est.* Et. *Adversarius gravis*, Idem in Vatin. c. 1. *Adversarium convincere*, Idem 1 Finib. c. 5. ¶ 2. Adjective; ut, *Tribunus non modo non seditiosus, sed etiam seditioni adversarius*, dem aufruhr feind und entgegen, Cic pro Cluent. c. 34. Idem pro Cæcin. c. 2 *Vis juri adversaria.*

¶ Adversaria, æ, substantive in genere fœminino, eine feindin, widersacherin. Cicero 2 fam. epist. 4 *Est tibi gravis adversaria constituta & parata.*

¶ Adversaria, orum, subst. neutrum plurale, indices sunt seu commentarii, in quos memoriæ caussa res annotantur, seu conjiciuntur, schreibbücher, verzeichnüsse, protocolle. Differunt a tabulis & codicibus, in quibus res explicantur ordine competenti. Cic. pro Rosc. Comœdo c. 2 *Quid est, quod negligenter scribamus adversaria? quid est, quod diligenter conficiamus tabulas? qua de caussa? quia hæc sunt menstrua, illa sunt æterna; hæc delentur statim, illa servantur sancte: hæc parvi temporis memoriam, illa perpetuæ æstimationis fidem & religionem amplectuntur, hæc sunt conjecta, illa ordine confecta.* Dicta sunt autem *Adversaria*, quod cum veteres ex alterâ tantum libri scriberent parte, hæc etiam in adversa seu versa pagina scripturâ implerentur; cujusmodi libros *opistographos* dixerunt Plinius in epist. & Cœlius, bücher auf beyden seiten des papiers beschrieben. vide Scaliger. contra Guillandium de papyro. conf. Cœl. Rhodig. Lect. Ant. 7 c. 21.

¶ Adversĭpĕdes, um, die uns die füsse zukehren. Gloss. lat. gr. *Adversipedes, ἀντίποδες.*

¶ Antĕverto, ti, sum, ĕre, antevenire, zuvor kommen. Terent. Eunuch. 4, 5 v 12 *Miror ego ubi huic anteverterim.* Et Cæsar 7 de B. Gall. c. 7 *Qua re nuntiata, Cæsar omnibus consiliis antevertendum existimavit.* Plautus Captiv. 4, 2 v. 60 *Pol mærores mi antevertunt gaudiis.* Tacit. Annal. 13, 30, 3 *Damnationem veneno anteverteré.* ¶ 2. Idem quod præferre, anteponere, fürziehen, est apud Plautum Bacch. 3, 5 v. 1 *Rebus aliis antevertam, quæ mandas mihi.*

¶ Anteversio, ōnis, die zuvorkommung. Ammianus 21 c. 5 *Expertus, quid in rebus tumultuosis anteversio valeat & prægressus.*

¶ Antevorta, æ, divinitatis comes apud Romanos, quæ præterita nosset, sicut *Postvorta* futura. vid. Macrob. Saturn. 1 c. 7.

¶ Bĭvertex, ĭcis, zweyspitzig, zweygipfflicht. Sidonius 9 epist. 15 in metro:

Montemque isse victor per biverticem.

¶ Circumverto, ti, sum, ĕre, umdrehen, umwenden. Plautus Persâ 3, 3 v. 37 *In cursu rotula circumvortitur: O* pro *E*, comicorum more. Idem Pseud 1, 5 v. 127 *Circumvertere aliquem argento*, id est, defraudare. Et Ovid. Met. 15 v. 522

Rota, perpetuum quæ circumvertitur axem.

¶ Circumversio, ōnis, die herumdrehung. Quintil. 11 c. 3 *Circumversio manus.*

¶ Circumverso, are, frequentativum, herum treiben. Lucretius 5 v. 521

Quærentesque viam circumversantur;

id est, circumvolvuntur, versant se, puta ignes cælestes. Avienus Prognost Arat. v. 204 *Si simplex circumversabitur orbis.*

¶ Converto, ti, sum, ĕre, wenden, lencken; ut, *Convertere adspectum aliquo*, Cic. Nat. Deor. 2 c. 57. *Convertere ora & oculos in aliquem*, Idem in Catil. 4 princ. *Mente & cogitatione aliquo se convertere*, Idem de Orat. 1 c. 2. Et, *Convertere animum ad crudelitatem*, Liv. 3 c. 44. *Animum alicujus in se convertere*, Idem 24 c. 4. Et Terent. Adelph. 2, 4 v. 22 *Ego jam transacta re convertam me domum*, &c. Sic *convertemus nos in Asiam*, Cic. ad Attic. 3 epist. 14. Idem de Amicit. c. 21 *Ne in graves inimicitias convertant se amicitiæ, videndum*, in feindschafft verkehren, verwandeln. Idem in Philipp. 5 c. 15 *Bellum maximum humanitate & sapientia ad pacem concordiamque convertere.* Terent. in Andr. 4, 1 v. 48 *Non potest ad salutem converti hoc malum*, diesem unglück ist nicht zu helffen. Et. *Ad nutum alicujus & voluntatem se totum convertere*, Cic. 3 fam. epist. 10, sich gantz und gar nach einem richten. *Rationem in fraudem & malitiam convertunt homines*, Idem de Nat. Deor. 3 c. 31. Terent. Eunuch. 3, 5 v. 40 *Deum sese in hominem convertisse*, id est, transformasse. Et, *In aliam naturam converti*, Cic. de Nat. Deor. 3 c. 12.

¶ Conversus, a, um, umgekehrt, umgewandt, geändert, verwandelt; ut, *Conversis studiis*, Horat. Art. poët. v. 166. *Conversa domum dare lintea*, Idem epod. 15 v. 27. *Vitæ via conversa*, Idem 1 epist. 17 v. 26. *Numina conversa*, id est, contraria, Virg. Æn. 5 v. 466. *Ludi ad cædem & ad funus civitatis conversi*, Cic. de Arusp. Resp. c. 11. *Orbis in republica conversus*, Idem ad Att. 2 epist. 9. *Conversus in pœnitentiam*, bekehrt, Sueton. Claud. c. 13.

¶ Conversus, ûs, subst. revolutio, die änderung, umdrehung. Macrob. Saturn. 7 c. 9 *Qui gyros efficit, crebro conversu turbat.*

¶ Conversio, ōnis, idem; ut, *Conversio cæli*, die herumweltzung des himmels, Cic. de Nat. Deor. 2 c. 5. *Mensium annorumque conversiones*, Idem de Vnivers. c. 14. Et, *conversio rerum ac perturbatio*, Idem pro Flacc. c. 37 extr. *Perpetuitas & quasi conversio verborum*, Idem in Orat. 3 c. 49. *Conversio malorum*, Quintil. 5 c. 10, die veränderung und wendung. ¶ 2. Theologicus usus verbi *Conversionis* notus, die bekehrung; nec tamen novus, sed antiquis etiam ecclesiæ scriptoribus usitatus. Alcimus Avitus 6 v 149 ad Sororem:

Conversio fratrum Exemplo debenda tuo.

¶ Conversiuncŭla, æ, eine kleine veränderung, bekehrung. Salvianus epist. 4 *Esto, conversiunculam nostram paganus quondam non æquanimiter acceperis.*

¶ Convertĭbilis, e, veränderlich, wandelbar. Prudent. Apoth. v. 276

Non convertibilis, nec demutabilis unquam Est Deus.

Et Apulej. de Syllog. Categ. *Vniversalis dedicativa non est convertibilis.*

¶ Convertibilĭtas, ātis, die unbeständigkeit. Orosius 1 c. 1 *Convertibilitas naturæ.*

¶ Inconvertĭbĭlis, e, unveränderlich, unwandelbar. Tertullianus adversus Hermogenem c. 12 pr. *Natura inconvertibilis & indemutabilis.* Adde de Anima c. 21; & Ambros. de Filii Divinit. c. 8.

¶ Converso, are, frequentativum, hin und her wenden. Cic. de Vnivers. c. 8 *Animus se ipse conversans.*

¶ Conversor, atus sum, ari, cum aliquo versari seu vivere, mit einem umgehen, beywohnen. Seneca 3 de Irâ c. 7 *Sumuntur a conversantibus mores, & animus mala sua proximis tradit.* Idem epist. 41 *Animus magnus & sacer conversatur quidem nobiscum, sed hæret origini suæ.* Etiam sine præpositione cum tertio casu componitur: Idem Seneca epist. 99 *Nemo libenter tristi conversatur, nedum tristitiæ.* Et cum præpositione *Inter*: Seneca pater Controvers. 1 *Conversari inter humano sanguine delibutos*, sich darunter aufhalten. Cicero hoc verbo nunquam usus est, sed pro eo simplici *Versari*. Vide, si lubet, Curas Posteriores Cellarii p. 112. ¶ 2. Pro *vivere* simpliciter sequioris latinitatis, & Christiani præcipue scriptores sunt usi. Cyprianus epist. 75 *Vir probatus & circa religionis disciplinam bene semper conversatus: Bene conversari*, est bene vivere. Sic & *Conversatio* pro vita, ut mox dicetur.

¶ Conversātio, ōnis, consuetudo, der umgang mit leuten, die gesellschafft. Quintil. 1 c. 2 In disputatione quod utilius in scholis, quam domi pueri instituantur: *Nec tutior*, inquit, *inter servos malos, quam ingenuos parum modestos conversatio est.* Tacitus de German. c. 9 *Donec idem sacerdos satiatam conversatione mortalium Deam templo reddat.* Seneca epist. 7 *Ægris inimica est multorum conversatio*, krancke haben nicht gern viel um sich. Et Seneca Pater Excerpt. 6 Controv. 8 *In illis non conversatio cum viris licentiosior.* Et Quintil. Avus Declam. 291 *Cujus conversatio continua etiam invitos ad se oculos poterat deflectere.* Plura vide in Borrich. Vindic. p. 41. ¶ 2. *Conversatio* sæpe pro vita, seu vivendi ratione & πολιτεία ponitur, leben und wandel, die auffühürung. Hieronymus in vita Hilarionis: *Flebat quotidie, & incredibili desiderio conversationis antiquæ recordabatur.* Et aliquanto ante: *Ille fundator & eruditor hujus conversationis & studii in hac provincia fuit:* Hujus CONVERSATIONIS, id est, hujus vitæ generis. Monasticam nempe vitam significat, quam *monasterii conversationem* Severus Sulpitius vocat Dial. 1 de virtutibus Monach. Oriental. c. 9. *Conversationem humanam* idem ibidem dixit c. 11 pro vita humana. *Humanæ vitæ conversationem* Vegetius, quod ad Spartianum Salmasius observat. Cyprianus Sermone de stella ac magis: *Antequam formetur Christus in nobis in ipso piæ conversationis initio*, &c. Vet. Gloss. *Conversatio, ἀναστροφή, διαγωγή, βίος.* Alia apud Heraldum lege si lubet lib. 2 digression. ad Apologet. Tertull. Digress. 5 extr.

¶ Conversātor, ōris, ein camerad, stubengesell. Gloss. gr. lat. *ὁμοδίαιτος, Conversator, contubernalis.*

¶ Contraversus, a, um, vide *Controversus* significatione 2.

¶ Contraversum, adverb. hingegen. Solinus c. 15 de Thracibus: *Recentem natum fletu parens excipit; contraversum læta sunt funera.*

¶ Controversus, a, um, de quo controversia est, streitig, zweiffelhafft; ut, *Res controversa & plena dissensionis inter doctos*, Cic. de Leg. 1 c. 20. *Dubium & controversum*, Idem 2 de Divin. c. 50 extr. ¶ 2. Significat & *Controversum* id, quod *contra* sive *exadversum* positum est, entgegen stehend. Ammianus 14 c 5 *Litoribus Cypriis contigui navigabant, quæ Isauriæ scopulis sunt controversa.* Ita quidem Vales. & Elmenhorst. ediderunt. Sed minus dubito, quin genuina lectio fuerit *contraversa*. Nam Solini c. 27 pr. & c. 32 de Nilo *controversus*, eadem notione locali, vulgo lectum fuit, sed Salmasius utrobique in

contra-

contraversus mutavit. Prioris loci verba sunt: *Africa promontorio Apollinis Sardiniæ contraversa*; Posterioris: *Quanto impensius contraversi spiritus repugnaverint, tanto excelsius sublimari*, &c. Vbi *contraversi spiritus*, contrarii venti intelliguntur.

¶ Controversia, æ, certamen seu contentio de re aliqua inter personas, res controversa, ein streitiger handel, ein streit. Quintil. 3 c. 11 *Multæ quæstiones habent controversiam.* Cic. in Verr. 4 c. 18 *Controversia hujus rei nulla est*, davon ist kein streit. *Ducere aliquid in controversiam*, Quintil. 3 c. 8, streitig machen. Idem lib. 7 c. 2 *Factum constat, sed a quo factum sit, in controversiam venit*, es lässet sich disputiren. *Res in controversiam vocatur*, Cic. 13 fam. epist. 26. *Res in controversia versatur*, Idem in Oratore c. 14. *Controversiam de re aliqua inter se habere*, Idem in Verrem 4 c. 49. *Controversiam movere*, sich richtig verantworten, Jureconsultorum locutio est, v. g. Lege 30 § 1 Dig. de except. rei judicatæ. *Controversiam dirimere*, Cicer. 3 Offic. c. 33. *Sedare controversiam*, Idem pro Balbo c. 19. Et, *Tollere controversias*, 9 Philipp. c. 5, einen streit aufheben; pro quo *distrahere controversias* Suetonius dixit Cæsare c. 85. *Controversias inferre & introducere*, id est, movere, Cæsar dixit lib. 1 de B. Civ. c. 86 & seq. ¶ 2. *Controversia* & declamationis genus dicitur. Duo enim declamationum genera erant: alterum, in quo controversiæ tractabantur, quod & *Controversia* inde appellabatur; alterum, quod versatur in suasionibus, unde ejus generis declamationes *Suasoriæ* dictæ. Vtriusque generis apud Senecam exempla habes. Sed prius ad judiciale, alterum ad deliberativum genus pertinebat. Qua de caussa Quintilianus DECLAMATIONEM *judiciorum consiliorumque imaginem* vocat, utrumque genus complexus lib. 2 Instit. c. 11.

¶ Controversiŏla, æ, diminut. eine kleine streitsache. Diomedes lib. 1 p. 313 *Sic figurantur: Controversia, controversiola; gratia, gratiola.*

¶ Controversiōsus, a, um, controversus, controversiarum plenus, streitig. Livius lib. 3 extremo: *Vt sibi controversiosam adjudicaret rem.* Vetus Sigonii liber: *controversam.*

¶ Controversiālis, e, idem. Sidonius 7 epist. 9 *controversiales clausulæ.* Idem lib. 8 epist. 11 *materia controversialis*

¶ Controversor, ari, contendere, streitig seyn, streiten. Cic. in Protagora apud Priscian. lib. 8 *A vobis postulo, ut inter vos de hujusmodi non controversemini, non concertetis.* Sidonius principio lib. 4 *Qui nascuntur ex fratribus, nihil invicem controversantur.*

¶ Incontroversus, a, um, unstreitig. Cic. de Orat. 1 c. 57 *Licet impune hanc partem juris incontroversi ignorare.*

¶ Deverto, ti, sum, ĕre, deflectere, recedere, sich abwenden. Gellius 3 c. 9 *In Syriam proficiscentem Argos devertisse.* Et c. 13 libri ejusdem: *visum est paullum devertere.* Active Aurel. Victor Schotti in Caro imperatore: *Arduum fatalia devertere.*

¶ Deversĭto, are, idem. Gellius 17 c. 20 *Ad verborum venustates deversitandum.*

¶ Dīverto, ti, sum, ĕre, quod & *Divortere* dicitur, unterschiedlich seyn, ablencken, abweichen, einkehren. Plautus Epidic. 3, 3 v. 22 *Divortunt mores virgini longe ac lupæ*; id est, diversi sunt. Sic, *Divertere viâ*, Plin. Panegyr. c. 52. *Divertere ad hospitem*, Cic. 1 Divin. c. 27. *Divertere in tabernas*, Idem 2 de Invent. c. 4. Et, *In hac divertisse non fuerit alienum*, Plin. 2 c. 7 extr. Et Cic. 12 fam. epist. 25 *Redeamus illuc, unde divertimus.* Idem Philipp. 13 c. 6 *Divertere Massiliam*, id est, Massiliam concedere. *Divertere ad hospitem*, Idem de Finibus 5 c. 2. Et, *Ad cauponem divertere*, lib. 1 de Divin. c. 27. ¶ Active, Lucanus est usus lib. 2 v. 469 *Victor cedentibus instat*

Divertitque acies;

id est, in diversas partes vertit & fugat. Cæsar. 2 B. Gall. c. 24 *Cum Numidas diversos dissipatosque in omnes partes fugere vidissent.* DIVERSOS nempe passive dixit pro *distractos.*

¶ Divertor, diverti, etiam deponentis forma, einziehen, einkehren. Cic. in Verr. *Domus eorum hospitibus patebant, apud quos ipsis diverti mos esset.* Sic, *Diverti apud hospitem & in hospitium*, Plaut. Milit. 2, 1 v. 56; & in Pœn. 3, 3 v. 60. *Divertor domum*, Terentius dixit Phorm. 2, 1 v. 81.

¶ Diversus, a, um, qui deflexit, abgewichen, getrennet. Virg. 5 Æn. v. 166 *Quo diversus abis?* Cæs. 2 de B. Gall. c. 24 *Cum Numidas diversos dissipatosque in omnes partes fugere vidissent.* Et Nepos Datame c. 11 *Hi cum aliquandiu in colloquio fuissent, & diversi discessissent*, id est, distracti mutuo abitu. Plautus Milite a. 5 v. 14 *Dispendite hominem diversum & distendite.* Stat. 1 Achill. v. 200 *Diversa mens*, id est, hinc inde versata. ¶ 2. Sed, *Quæ naturâ diversa sunt, voluptate conjungere difficile est*, hoc est, contraria, unterschiedlich, ungleich, wider einander, Cic. ad Qu. fratr. epist. 1 c. 12. Sic &, *Ille a te totus diversus est*, Idem Acad. 4 c. 32. Et, *Hæc videntur a proposita ratione diversa*, Idem de Clar. Orat. c. 90. *Longe diversus ab aliis*, Idem in Topic. c. 12. *Diversi inter se*, Idem in Somn. Scip. c. 6. *Disjunctissima maximeque diversa loca*, Idem pro Leg. Manil. c. 4. *Varia & diversa studia*, Idem de Orat. 1 c. 61. Vetus poëta sub Corn. Galli nomine eleg. 1 v. 104

Diversos diversa juvant, non omnibus annis
Omnia conveniunt, res prius apta nocet.

¶ 3. Diversior, diversissimus, compar. & superl. ut, *Precia diversiora*, Plin. 12 c. 19 extr. *Mittit in diversissimam partem Galliæ*, Hirt. 8 de Bell. Gall. c. 24. Sic Livius 21 c. 4 *Ingenium ad diversissimas res, parendum atque imperandum habile.* Et Claudian. de Laud. Stilic. 1 v. 152 *nec tantis dissona linguis*
Turba, nec armorum cultu diversior unquam
Confluxit populus.

¶ 4. Absolute etiam ponitur; ut, *In diversum abire*, sich von einander trennen. Et, *Erumpentia e diverso maria*, hinwiederum, Plin. 4 c. 4.

¶ Diverse, adverbium, id est, diverso modo, vel in diversas partes, hin und her, gantz anders. Terent. Andr. 1, 5 v. 25 *Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diverse trahunt.* Sallust. B. Catil. c. ult. *Pauci paullo diversius conciderant.* Suetonius Tiber. 66 *Quibus* [conviciis] *diversissime afficiebatur.*

¶ Diversitas, ātis, der unterscheid, die ungleichheit. Claud. Mamertinus Panegyr. ad Maximianum c. 11 *Neque vobis tanta locorum diversitas obest*, Maximiano nempe Trèviris, & Diocletiano Nicomediæ habitanti. Eumenius pro restaurandis scholis c. 2 *Neque tanta me aut negligentia, aut confidentia tenet, ut nesciam, quanta sit inter hanc aciem fori, & nostra illa secreta studiorum exercitia diversitas.* Sic, *Diversitas ingeniorum*, apud Plinium 7 epist. 30. Vulgare dictum est: *Diversitas morum odium parit*, cujus sensum & veritatem nobilissimus Barthius ad Statii 5 Theb. p. 240 ex Petronii similibus verbis comprobavit.

¶ Diversĭto, are, vide *Deversitare* post *Deverto.* Nam & ita in libris quibusdam Gellianis, unde illud producendum erat.

¶ Diversĭtor, ōris, qui aliquò divertit hospes, qui in caupona diversatur, ein gast, der zur herberge ist. Petron. Sat. p. 86 *Anus inter diversitores diutius ingurgitata.* conf. & p. 110.

¶ Diversor, ōris, idem. Cic. 2 de Invent. c. 4 *Cum quibusdam diversoribus illum, qui ante exierat, consequitur.*

¶ Diversōrius, a, um, einzukehren dienlich. Suetonius Nerone c. 27 *Per litora & ripas diversoriæ tabernæ parabantur*, id est, ubi diverti liceret.

¶ Diversōrium, i, subst. ein gasthof, die herberge. Cicero de Senect. c. 23 *Commorandi natura diversorium nobis, non habitandi dedit.* Idem pro Rosc. Amer. c. 46 *Diversorium flagitiorum & officinam nequitiæ* per metaphoram eleganter dixit; Et *Diversorium studiorum*, in Philipp. 2 c. 41.

¶ Diversoriŏlum, i, diminut. ein wirthshäußlein. Cic. 12 fam. epist. 20 *Sinuessanum diversoriolum contemsisti*

¶ Diversoriārius, i, ein gastwirth. Gloss. gr. lat. πανδοχεὺς, *diversoriarius.*

¶ Diversor, ari, quasi frequentativum a *Diverti*; e. g. *Cum Athenis apud eum diversarer*, hoc est, commorarer, Cicer. 5 Tusc. c. 8. Et in 4 Verr. c. 27 *Omnes ad eam domum, in qua iste diversabatur, profecti sunt*, darinnen er sein wesen hatte. Livius 23 c. 8 *Diversatus & apud Minios Celeres.*

¶ Divertĭcŭlum, i, semita deflexa de viâ, ein abweg, beyweg. Terent. Eunuch. 4, 2 v. 7 *Vbi ad ipsum veni diverticulum, constiti.* Ad quem locum Donatus: DIVERTICVLVM, inquit, *est ubi iter de via flectitur: & proprie:* DIVERTICVLA *dicunt in via domicilia, ad quæ de itinere deflectendum sit.* Vet. Gloss. Καταγωγεῖον, *Diversorium, diverticulum*, ein wirthshauß. Servius, *transversas semitas, quæ sunt a latere viæ militaris*, interpretatur; itaque Suetonius usus est Nerone c. 48. Et Livius 9 c. 17 *Nihil minus quæsitum a principio hujus operis videri potest, quam ut plus justo ab rerum ordine declinarem, varietatibusque distinguendo opera, & legentibus velut diverticula amœna & requiem animo meo quærerem:* Vbi *Diverticula* dicuntur non tam transversæ semitæ; quam loca amœna, quo recreandi animi caussa deflectere ac requiescere ibi viatores solent declinantes a via, ein auffenthalt, retirade. ¶ 2. Per metaphoram pro digressione rhetorica. Valerius Maximus 2 c. 6 n. 9 *Sed ut Massiliensium civitatem, unde in hoc diverticulum excessi, revertar*, der ausschweiff. Et Rutilius 2 Itinerar. v. 61

Sed diverticulo fuimus fortasse loquaces,
Carmine proposito jam repetamus iter.

¶ 3. *Diverticula* etiam de fluminibus dicuntur. JCtus Lege Si quisquam D. de divers. temp. præscr. *Si quisquam in fluminis diverticulis pluribus annis piscatus sit*, &c. ¶ 4. Juvenal. sat. 15 v. 72

A diverticulo repetatur fabula primo;

id est, ab eo loco, unde primum oratio nostra recessit. ¶ 5. Plaut. Capt. 3, 3 v. 8 *Diverticula quærere peccatis*, ausflucht suchen. Et, *Diverticula & anfractus suffugia sunt infirmitatis*, Quintilian. 9 c. 2. Et lib. 12 c. 3 extremo Idem dixit, *confugere ad diverticula desidiæ.*

¶ Divortium, i, distractio inter virum & uxorem, die scheidung zwischen mann und weib. *Repudium* enim est, quando sponsa remittitur; ut, *Facere divortium cum uxore*, sich scheiden von seinem weibe. Cic. Philipp. 2 c. 28 *Cujus ex omni vita nihil est honestius, quam quod cum mima divortium fecit.* ¶ 2. Proprie dicitur de itineribus seu locis *divortium*, ein schlupffwinckel. Virg. 9 Æn. v. 379

Objiciunt equites sese ad divortia nota.

Vbi SERVIVS: AD DIVORTIA, *vias in diversa tendentes: hoc est, ad diverticula viæ militaris.* Tacit. 12 Annal. c. 63 *Arctissimo inter Europam Asiamque divortio Byzantium in extrema Europa posuerunt Græci.* ¶ 3. Et aquarum quidem *divortia* sunt, quæ *divergia* Frontino dicuntur. Vnde in diversa aquæ & cælestes & perennes divertuntur, ut Turnebus interpretatur lib. 14 c. 11, da sich ein strom oder wasser theilet, oder ausfleust. *Diverticula* etiam appellantur.

¶ Everto, ti, sum, ĕre, umkehren, umstürtzen, verwüsten; ut, *Evertere & diripere urbes*, Cic. 1 Off. c. 24. *Odiis atque dissidiis civitas evertitur*, Cic. de Amicit. c. 7. Et, *Civitates miseras funditus evertere*, Idem in Pison. c. 38. *Amyclas silentia everterunt*, Silius 8 v. 530. vide Chiliad. *Amicitiam funditus evertere*, zerstören, aufheben, Cic. 2 de Finib. c. 25. Et, *Evertere homines fundis, familiâ, bonis, fortunis*, id est, spoliare, ausplündern, drum bringen, Idem in Verr. 1 c. 6; & Plaut. Trinum. 1, 2 v. 176. Vbi vide interpretes.

¶ Eversus, a, um, umgekehrt, zerstört, gestürtzt; ut, *Eversæ funditus provinciæ*, Cic in 1 Verr. c. 3. *Vrbs eversa*, Idem pro Sextio c. 15. *Circa eversos ingens solitudo est*, Seneca epist. 9. *Eversa vi tempestatis quercus*, Plin. 10 c. 31. *Everso succurrere seclo*, id est, mundo vel humano generi, Virg. Georg. 1 v. 500.

¶ Eversio, ōnis, die umstürtzung; ut, *Eversiones rerumpublicarum*, zerstörungen der land und leute, Cic. de Senect. c. 12. *Inferre eversionem tectis atque agris*, Idem de Arusp. Resp. c. 2. Proprie autem Philippica 1 c. 2 *Eversio illius exsecratæ columnæ*, die umreissung, umwerffung.

¶ Eversor, ōris, ein zerstörer; ut, *Eversor civitatis*, Cic. pro Domo sua c. 39. *Eversor juris humani*, Plin. 28 c. 1. *Eversor Asiæ Achilles*, Stat. 1 Achill. v. 530. *Regnorum Priami*, Virg. 12 Æn. v. 545.

¶ Inverto, ti, sum, ĕre, in diversum aut contrarium vertere, verkehren, verwenden; ut, *Invertere ordinem*, Cic. in Partit. c. 7. *At nos virtutes ipsas invertimus*, Horat. 1 sat. 3 v. 55.

¶ Inversus, a, um, verkehrt, umgewandt, verdreht; ut, *Inversus vomer*, Horat. epod. 2 v. 63. *Inversi mores*, Idem 3 od. 5 v. 7. *Inversa consuetudo*, Quintil. 3 c. 11. *Inversa verba, eversas cervices tuas, novi*, Terent. Heaut. 2, 4 v. 120.

¶ Inversio, ōnis, die verkehrung; ut *Inversio verborum*, Cic. de Orat. 2 c. 64.

¶ Inversūra, æ, die wendung. Vitruvius 5 c. 3 *Aditus directos & sine inversuris faciendos.*

¶ Inverso, āre, frequentativum, offt wenden. Fulgentius Continent. Virgil. p. 241 edit. Munk.

¶ Interverto, ti, sum, ĕre, callide surripere est, quod fit, cum rem commodatam aut creditam dolo, ne restituatur domino, efficimus, quemadmodum Valla docet lib. 5 c. 23, entwenden, unterschlagen, verpartieren, vertuschen. Cic. in Philipp. 2 c. 32 *Intervertere & ad se transferre.* Sic, *Intervertere pecuniam alicujus*, Petronius Sat. p. 131. *Intervertere possessionem*, Lege 20 Dig. de acquirend. possess. *Orationes intervertere*, Seneca Suasoria 2, ausschreiben, abstehlen. ¶ 2. Est decoquere, pessundare, durchbringen, umstossen. Tacit. Hist. 2, 95, 4 *Novies millies sestertium paucissimis mensibus intervertisse creditur.* Sic, *Publica jura intervertere*, Paulus in l. amissione ff. de capitis diminut.

¶ Interversus, a, um, abgestohlen, entzogen; ut, *Interverso regali dono*, Cic. in Verr. 4 c. 30. *Interversis patroni rebus*, Tac. Annal. 16, 10, 2.

¶ Interversio, ōnis, die unterschlagung. Tertull. 1 advers. Marcion. c. 20 pr. *O Christe, patientissime domine, qui tot annos interversionem prædicationis tuæ sustinuisti.* Et lib. 3 ineunte contra eundem hæreticum: *regulæ interversio.*

¶ Interversor, ōris, qui intervertit, aliquid ex pecunia publica, ein practiquenmacher, Lege 8 Cod. de Jure fisci.

¶ Obverto, ti, sum, ĕre, contra quem vertere, gegen etwas kehren, wenden, vorkehren. Plaut. Pseud. 413 v. 5 *Ne in re secunda nunc mihi obvertat cornua.* Virg. 6 Æn. princ. *Obvertunt pelago proras.* Cic. 3 Tuscul. c. 18 ex poëta: *Quem spectabant, cujus ob os Graji ora obvertebant sua.*

¶ Obversus, a, um, entgegen gestellt. Colum. 1 c. 3 *Obversa orienti gallina.* Et, *Obversum stare*, Plin. 9 c. 57.

¶ Obverse, adverb. entgegen, gegen über. Columella 9 c. 7 *Domicilia* [apum] *obverse ad hibernum orientem componi debebant.*

¶ Obversor, ātus sum, āri, in opposito versari, gegen über seyn oder schweben, vorkommen. Cic. pro Domo sua c. 55 *Respublica, quanquam erat exterminata mecum, tamen obversabatur ante oculos exstinctoris sui.* Liv. 2 c. 59 *Ingentis mali speciem obversari ante oculos.* Idem 35 c. 11 *Obversari oculis*, tertio casu, vor augen schweben. Cic. 2 Tusc. c. 22 *Obversentur species honestæ animo.*

¶ Obversātio, ōnis, die vorstellung, ex Cic. pro Muræna c. 24 adfertur, sed meliores libri *Observationes* ibi.

¶ Perverto, ti, sum, ĕre, verkehren, umstossen; ut, *Labefactare & pervertere*, Cic. Tuscul. 3 c. 21. *Omnia divina & humana jura pervertere*, Idem 1 Offic. c. 8. Et, *Pervertere officium*, Idem ibidem cap. 2. *Rapinis, incendiis, cædibus omnia funditus pervertere*, Hirtius in epist. Cic. ad Attic. 15 sub 6. Et Tacitus 3 Hist. c. 38 *Vbi asperatum Vitellium & posse Blæsum perverti satis patuit.*

¶ Perversus, a, um, pravus, improbus, a bono versus, verkehrt, schlimm, unartig; ut, *Mens perversa*, Ovid. 2 Trist. v. 301. *Præposterus & perversus*, Cic. pro Cluent. c. 26. Et, *More perverso aliquid facere*, Idem pro Qu. Rosc. c. 18. Compar. *Quid perversius? quid intolerabilius?* Cic. 4 de Finib. c. 8. Et, *Quo nihil potest esse perversius*, ibid. c. 15. Superl. *Perversissimi oculi*, Idem 1 de Nat. Deor. c. 28.

¶ Perverse, adverb. aus boßheit, verkehrter weise. Cic. de Nat. Deor. 2 c. 28 *Vtuntur perverse deorum beneficio multi.* Et de Amicit. cap. 22 *Perverse, ne dicam impudenter, plerique amicum habere talem volunt, quales ipsi esse non possunt.* Tertullian Apolog. c. 2 *Perversius cogitis de confesso decedere.* Et Hieronymus in Matth. c. 1 v. ult. *Quidam perversissime suspicantur.*

¶ Perversio, ōnis, die verkehrung. Tertull. advers. Marc. 4 c. 5 *Competit, ut si qui evangelium pervertebant, eorum magis curarent perversionem, quorum sciebant auctoritatem receptiorem.* ¶ 2. Est quoque *Perversio* in rhetoricis transgressionis modus. vid. Auct. ad Herenn. 4 c. 32.

¶ Perversĭtas, ātis, verkehrter sinn, weise, art, boßheit; ut, *Improbitas & perversitas*, Cic. ad Qu. fratr. 1 epist. 1 c. 13. *Perversitas opinionum*, Idem Tuscul. 5 c. 17. *Perversitas morum*, Sueton. August. c. 62. Et, *Mæstissima diligentiæ perversitas*, Quintil. 1 c. 6

¶ Postverta, vel Postvorta, æ, Dea apud Romanos, una ex Carmentibus, quæ partui fœminarum præsidebat, de qua Gellius 16 c. 16 *Divinitatis comes, quæ futura prospiceret*, Macrob. Saturn. 1 c. 7.

¶ Præverto, ti, sum, ĕre, & Prævertor, ti, deponentaliter, est prævenire, præcedere, superare, zuvor kommen. Catull. Epithal. Pelei de Achille v. 337 *Flammea prævertet celeris vestigia cervæ.*

Virg. 7 Æn. extremo: *Sed prælia virgo*
Dura pati cursuque pedum prævertere ventos.

Idem 1 Æneid. v. 317 *Volucremque fuga prævertitur Hebrum.*

Plautus Amphitr. 5, 1 v. 17 *Herilis metus prævertit*, i. e. heri metus meum superat. Idem Pseudolo 1, 3 v. 59 *Sed quoniam pietatem amori video tuo prævertere*, i. e. præire, antecedere: hoc est, plus posse apud te, quam amorem. Vbi nota, τὸ *prævertere* non cum accusativo, ut apud Catullum, sed cum dativo construi. Idem Mercatore 1, 2 v. 3 *Abige abs te lassitudinem, cave pigritiæ præverteris*, i. e. a pigritia præversus fueris, id est, præventus & superatus, ut Dousa exponit. Sed malim, *pigritiam præverteris*, i. e. præposueris, & ante strenuam habueris operam, legere, vel *pigritiâ præverteris*, i. e. superes; quasi dicat: cave, ne pigrior sis, quam strenuior, in hac navanda opera filio herili. ¶ 2, Idem Cistell. 2, 5 v. ult. *Præverti hoc certum est*

rebus aliis omnibus, i. e. præponere, ante res omnes alias habere, vorziehen, höher achten. Cic. 1 de Divinat. c. 6 *Si vacas animo, neque habes aliquid, quod huic sermoni prævertendum putes*, id est, cujus prior & potior habenda ratio. Tertullianus de Pallio c. 5 pr. *Anacharsis regno Scythiæ philosophiam prævertit*, i. e. antepofuit. conf. Nonius c. 4 n. 347. ¶ 3. *Prævertere* etiam *aliquid præ aliquo*, Plautus dixit Amphitr. 1, 3 v. 30 *Ne me uxorem prævertisse dicant præ republ.* in quo Pleonasmus comicus est. Idem Captivis 2 sc. 3 extr.

Eadem percontabor, ecquis hunc adolescentem noverit,
Sequere tu, te ut amittam, ei rei primum præverti volo.

Quasi dicat: sequere me, ut tui mihi sit copia. Priusquam enim de adolescente perconter, amittere te, hoc est, amandare te volo domum. *Ei rei*, id est, antequam ad fratrem eam, ut invisam captivos & de adolescente perconter: *te ut amittam, primum præverti volo*, i. e. hoc primum agere volo, ut te amittam domum. *Primum præverti*: similiter pleonasmus comicus est. ¶ 4. Idem Plautus Amphitr. 3, 2 v. 39 *Si quid dictum est per jocum,*
Non æquum est id de serio prævertier;

i. e. præoccupando, sive præveniendo meam mentem serio accipere, im ernst auffnehmen. *Prævertere metum supplicii fugâ*, Livius 24 c. 5. Et, *Nefas prævertere morte*, Seneca Hippolyto v. 254.

¶ Præververto, ti, sum, ĕre, vorkommen. Plin. 2 c. 71 *Obvium contrario prætervertebat cursu.* Al. *prævertebat.* Sic & in Cic. 1 de Divin. c. 6 aliqui *prætervertendum* legunt pro *prævertendum.*

¶ Proversus, a, um, vorwertig, gerade hin. Plautus apud Varr. de L. L. 6 c. 5 *Transversus non proversus cedit, quasi cancer solet*, er kreucht zurück wie ein krebs. Sic, *Provorsum fulgur*, apud Festum. Inde fit *Prorsus, a, um*, de quo supra suo loco in *P.*

¶ Reverto, ti, sum, ĕre, & Revertor, sus sum, ti, umkehren, zurückkehren, wiederkommen. Voce activa vel neutrali Cicero sæpe utitur, sed in præteritis tantum & *Reverti* deponentaliter in præsenti & inde derivatis: ut, *Epheso Laodiceam revertit*, lib. 3 fam. epist. 10. Idem 3 Offic. c. 10 *Vas factus est alter sistendi ejus, ut si ille non revertisset, moriendum esset ipsi.* Idem pro S. Rosc. c. 9 *Legati Ameriam re inorata reverterunt.* Et Terent. Heaut. 1, 1 v. 70 *Domum revertor mæstus.* Rursus Cicero pro Muræn. c. 41 *Vnde cum honore discesseris, eodem cum ignominia reverti.* Et de Finib. 2 c. 32 pr. *Reverti ad propositum*, wieder zulencken, zukehren. *Eo reverti, unde quis est egressus*, Quintil. 2 c. 4. Sed & *Reversus sum* pro *Reverti* latine dicitur. Hirtius de B. Hisp. c. 13 *Qui cum in oppidum reversi essent.* conf. ibid. c. 18; & Borrich. Vindic. p. 204. ¶ 2. Est & iterum atque iterum vertere, sive versare animo, recogitare, überlegen. Cic 1 Tusc. Quæst. c. 30 *Itaque dubitans, circumspectans, hæsitans, multa adversa revertens, tanquam ratis in mari nostra vehitur oratio.*

¶ Reversus, a, um, zurückkommend, wiederkommend. Cæs. 6 B. Gall. c. 42 *Reversus ille, eventus belli non ignarus*, &c. Manil. 5 v. 464 *Sol reversus.* Adde Sallust. apud Nonium c. 1 n. 232.

¶ Reversio, ōnis, die wiederkunfft, rückreise, zurückkehrung. Cic. Philippic. 1 princ. *Exponam vobis breviter consilium & profectionis & reversionis meæ.* Idem ad Attic. 16 epist. 7 *Dii immortales quam valde ille reditu, vel potius reversione mea lætatus*, &c. Apulejus de Doctr. Plat. lib. 1 p. 7 *Reversiones temporum.*

¶ Revertĭcŭlum, i, ut *Diverticulum*, idem; ut, *Solis annua reverticula*, id est, reversiones, Apulej. 4 Florid. p. 361 edit. Elmenh.

¶ Retroversus, a, um, rückwertig, umgekehrt. Ovid. Met. 4 v. 655
Ipse retroversus squalentia prodidit ora.

Solinus c. 4 *Retroversi ortus omen.* Et Lactantius 1 c. 16 *Argumentum retroversum idem valet.* Hinc fit *Retrorsus, a, um*, de quo supra in *Retro.*

¶ Retroversus, adverb. rückwerts, zurück. Petron. Fragm. Trag. p. 16 *Retroversus crescit, tanquam coda vituli.*

¶ Retroversim, idem. Claud. Mamert. 1 c. 7 *Retroversim cedere.*

¶ Subverto, ti, sum, ĕre, umkehren; ut, *Subvertere terram aratro* wenden, Columella 11 c. 2. ¶ 2. Item demoliri, destruere, umreissen, niederwerffen. Sallustius in Jugurth. c. 30 *An probarent tantum flagitium, an decretum consulis subverterent, parum constabat.*

¶ Subversus, a, um, umgekehrt, eingerissen, zerstört. Lucret. 5 v. 1135 *Subversa jacebat pristina majestas.* Sic, *Subversa domus*, Tacit. Histor. 4, 42, 2. *Subversa opera*, Idem Hist. 4, 22, 1. *Subversi obices portarum*, Idem Annal. 13, 39, 7. *Hiberna subversa cremataque*, Idem Hist. 4, 61, 7.

¶ Subversio, ōnis, die zerstörung, umkehrung. Arnob. lib. 1 p. 7 *Subversio humani generis.* Et lib. 5 p. 165 *Animorum subversiones.* Et Hieronymus in Habac. c. 2 v. 15 *Subversione turbida* vertit, quod LXX Interpretibus est ἀνατροπῇ θολερᾷ.

¶ Subversor, ōris, ein zerstörer. Tacitus 3 Annal. c. 28 *Suarum legum auctor idem ac subversor.* Et Alcimus Avitus lib. 2 v. 76
Sed post ad pravos subversor transtulit usus.

¶ Subverso, āre, frequentativum, umstossen, apud Plaut. Curcul. 4, 1 v. 23 *Qui alii subversentur.* Ita vet. edit. Sed Lambinus: *subvertendos præbeant.* Operarius: *qui aliis ut versentur.*

¶ Tergiversor, tergiversatio, &c. vide supra *Tergum.*

¶ Transverto, ti, sum, ĕre, abwenden, hinüberkehren. Arnob. lib. 7 p. 219 *Præstare quæ bona sunt, atque inimica transvertere.*

¶ Transversus, a, um, obliquus, über zwerch, querüber, seitwertig, umgewandt. Liv. 1 c. 14 *Romani transversam invadunt hostium aciem.* Horat. de Arte poët. v. 446 *Incomptis illinet atrum*
Transverso calamo signum.

Plaut. Pseud. 4, 1 v. 45 *Ex transverso cedit, quasi cancer solet.* Et, *Iter transversum*, Livius 3 c. 7. *Transversum unguem* vel *digitum ab loco*, aut, *re non discedere*, pro eo dicitur, quod est quam minimo spatio, nicht eines nagels oder fingers breit: Plaut. Aulul. 1, 1 v. 18 *Si tu ex isto loco digitum transversum aut unguem latum excesseris.* Cic. Acad. 4 c. 18 *Ab hâc regulâ non licet transversum, ut ajunt, digitum discedere.* Et, *Transversum agi auferri, rapi, abripi*, significat ferri præcipitem, seu vi & impetu quodam ab instituto depelli,

über

über halß, über kopff: Seneca epist. 8 *Transversos agit felicitas*, das glück macht sie verkehrt. Et Laberius apud Macrob. 2 Saturn. c. 7

Necessitas, cujus cursûs transversi impetum
Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt.

¶ Transversa, neutrum plurale græco more adverbialiter, idem; ut, *Mutati transversa fremunt venti*, Virg. Æn. 5 v. 19. Et, *Transversa tuentibus hircis*, Idem eclog. 3 v. 8.

¶ Transverse, adverb. idem. Vitruvius 9 c. 9 *In columella horæ transverse describantur.*

¶ Transversim, aliud adverb. idem. Tertullianus de Bapt. c. 8 *Manibus transversim obliquatis*, mit in einander geschlagenen händen.

¶ Transversio, ōnis, die verwandelung. Sic Vetus quidam criticus apud Barth. in Stat. 1 Theb. p. 118 Ovidianas metamorphoses dixit *Formarum transversiones.*

¶ Transverso, āre, verkehren. Sept. Serenus in Moreto: *Tansversare farinas*, i. e. transversim inspergere, interprete Barthio l. c. p. 117.

¶ Transversārius, a, um, in transversum positus, quer über gelegt; ut, *Transversaria ligna injiciuntur, quæ firmamento esse possunt*, Cæs. 2 de B. Civ. c. 18. Et Vitruvius 8 c. 6 *Compacta transversaria.* Et Alfenus lege 27 D. Locati, *Si quid transversarium incidit.*

¶ Vnīversus, a, um, omnis, totus, gantz, allgemein, sämmtlich; ut, *Exercitus universus*, der gantze hauff. *Familia universa*, Cic. pro Cæcin. c. 20. Idem 1 Offic. c. 31 *Contra naturam universam nihil est contendendum.* ¶ 2. *Vniversi*, plural. significat omnes conjunctim, alle zugleich, alle mit einander. *Vniversis* enim *singuli* opponuntur. Cic. de Orat. 1 c. 5 *Ex iis rebus universis eloquentia constat, quibus in singulis elaborare permagnum est.* Idem de Nat. Deor. 2 c. 66 *Dii separatim ab universis singulos diligunt.* Sic *singula* & *universa* contraria, Idem 6 famil. epist. 10. Apud Nepotem Themist. c. 4 n. 2 *Vniversi* etiam opponuntur *dispersis.* ¶ 3. Absolute *In universum*, durchaus, gantz und gar, vel generaliter, ins gemein: Terentius Phorm. 1, 1 v. 11 *Ia illa in universum abripiet*, alles zusammen. Tacitus de Germania c. 5 *Terra, etsi aliquando specie differt, in universum tamen aut silvis horrida, aut paludibus fœda.* Et c. 6 *In universum æstimantur.* Vsus hac formula & alibi est. ¶ 4. *Vnversum* pro *universum* dixit Lucretius 4 v. 262. vid. J. Rutgersii Var. Lect. 6 c. 1 p. 545.

¶ Vniverse, adverb. generaliter, seu generatim, ins gemein. Cic. in Verr. 5 c. 55 *Sigillatim potius quam generatim atque universe loquar.*

¶ Vniversim, idem. Gellius 1 c. 3 *Summatim universimque.*

¶ Vniversĭtas, ātis, die gantze gemein, der allgemeine hauff, die versammlung; ut, *Vniversitas generis humani*, Cic. 2 de Nat. Deor. c. 65. *Vniversitas rerum*, Idem 1 de Nat. Deor. c. 43. Et Columell, præfat. sub f. *De cujus* (rustici canonis) *universitate nihil attinet plura nunc dicere.* Vbi *Vniversitatis* nomine ea designantur, quæ generaliter de aliqua re dici possunt. ¶ 2. *Vniversitas* dicitur academia, quia totum professorum & studiosorum corpus formam habet quandam parvæ universitatis; aut quia studia, quæ ibi tractantur, universis proposita & publica sunt. vid. Pet. Gregor. de Rep. 18 c. 1 n. 7; & Jac. Middendorp. de Academ 1 c. 1.

¶ Vniversālis, e, allgemein. Onomasticum vetus: *Vniversale*, καθολικόν. Et apud Auct. ad Herenn. 2 c. 24 vulgo legunt *universali ratione*; sed Gruterus *universa*. Quintil. 2 c. 13 καθολικὰ, *id est* (*ut dicamus quomodo possumus*) *universalia vel perpetualia.*

¶ Vniversalitas, ātis, das allgemeine wesen. In laudato Onomastico τὸ καθόλου ita vertitur.

¶ Vniversālĭter, adverb. in universum, insgemein, sämmtlich. Cajus Jurisconsultus Lege 35 § 6 Dig. de contrah. emtione *Si grex venierit, si quidem universaliter uno pretio; perfecta videtur venditio.* An Varronis etiam sit, quod quidam crediderunt; disputatum est Curis Posterioribus Cellarii p. 102.

¶ Vniversātim, idem. Sidonius 8 epist. 2 *Votis universatim ferventibus.*

Vertumnus, vide paullo ante in *Verto.*

VĔRU, plur. verua, instrumenta, quibus ad ignem torrentur carnes, bratspieße. Virg. 2 Georg. v. 396

Pinguiaque in veribus torrebimus exta colurnis,

an höltzernen spiessen. Idem 1 Æneid. v. 212

Pars in frusta secant, veribusque trementia figunt
Viscera.

Sic enim legit Servii exemplar, alia *verubus.* ¶ 2. Sed & pro telo positum est *Veru*: Virg. 7 Æneid. v. 665

Et tereti pugnant mucrone veruque Sabello,

mit einem stoßdegen. ¶ 3. *Veru* & inter notas criticas nominatur: *Obelus* etiam dicitur. vide ibi.

¶ Vero, ōnis, etiam ut *Veru* telum dicitur, ein stoßdegen. Aurel. Vict. de Cæs. c. 17 *Cum ipse ferrum objectum* (ferro objecto) *veronibus plumbeis uteretur.* Loquitur de Commodo, qui ferrum acutum objecit gladiatoribus secum pugnantibus, quorum verones erant plumbei adeoque inutiles.

¶ Verūcŭlum, i, diminutivum, ein spießlein. Plinius 33 c. 6 *Sublatus veruculis ferreis.*

¶ Vĕrūtum, i, telum breve & acutum, a veru similitudine, ein wurffspießlein. Livius 10 c. 29 *Plerisque verutis, in corpora ipsa fixis, sternitur cuneus.* Vet. Gloss. *Verutum*, θυλακόβολον. Lucan. 8 v. 681 *Pharioque veruto suffixum caput est.* Adde Nonium c. 18 n. 16.

¶ Veruīna, æ, idem. Fulgentius de antiquo Serm. n. 33 VERVINA *jaculi genus longum, quod aliqui* verutum *vocant* &c. Vide & Lips. Poliorceticωn lib. 4 dial. 4; & Plaut. Bacchid. 4, 8 v. 46.

¶ Verūtus, a, um, adject. pro veruto armatus, quasi verutatus, mit einem spieß versehen. Virg. 2 Georg. v. 168

Assuetumque malo Ligurem, Volscosque verutos.

¶ 2. *Veruti dentes* Gratio in Cynegetico v. 110 sunt mucrones instar veruum una cuspide prominentes.

¶ Subverbustus, quasi veribus ustus, vide infra in *Vro.*

Vervactum, Verveceus & vervecinus, Veruina, vide *Ver*, *Vervex*, *Veru.*

VERVEX, vervēcis, quasi *Verpex*, mas ovium, ein verschnittener widder, hammel, schöps. Cic. de Legib. 2 c. 22 *Quod genus sacrificii Lare vervecibus fiat.* Et Plaut. Captiv. 4, 2 v. 40 *Petroni nomen indunt verveci sectario.* ¶ 2. Ponitur & pro stolido, simplici, quique nemini negotii quicquam exhibet, apud Plautum Merc. 3, 3 v. 6; & Cas. 3, 2 v. 5. Sic Apulej. lib. 8 Miles. p. 212 *At præco, vervecem, inquit, non asinum vides, ad usum omnem quietum.* Seneca de Constant. Sapientis c. 17 *Chrysippus ait, quendam dedignatum, quod illum aliquis vervecem marinum dixerat.* Quo pertinet illud quoque Juvenalis satyra 10 v. 50

Vervecum in patria crassoque sub aëra nasci.

¶ Vervēcīnus, a, um, schöpsen; ut, *Vervecina pellis*, Lampridius in Commodo c. 1, ein hammel-fell. *Vervecina judaica*, scil. caro, Tertull. advers. Marcion. 4 c. 40.

¶ Vervēnus, a, um, idem contracte apud Eugenium Toletanum carm. 22 *Musmonem capra verveno sanguine gignit.*

¶ Vervēceus, a, um, aliud adjectivum; ut, *Jupiter verveceus*, Arnobius lib. 5 p. 171, qui arietis formam gestat sub Ammonis nomine. Adducunt etiam *vervecea statuam* ex Plauti Captiv. 5, 1 v. 31: sed libri meliores *verbeream.*

Verùm, vide in *Verò* supra suo loco.

Verunco, sive rectius Verrunco, vide supra in *Runco.*

VĒRUS, a, um, sincerus, non falsus, germanus, nativus, non adulterinus, contrarius simulato, fucato, falso, ficto, ἀληθὴς, wahr, wahrhafftig, rechtschaffen, ernstlich, ungefälscht. Terent. Heaut. 3, 1 v. 82 *Videre verum atque uti res est, dicere.* Idem Andr. 3, 1 v. 7 *Actum est, siquidem hæc vera prædicat.* Et, *Color verus*, Idem Eunuch. 2, 3 v. 26, rechte natürliche farbe. *Laus vera*, ibid. 5, 4 v. 3. Et, *Nuptiæ veræ*, Andr. 1, 1 v. 20. Et absolute Cicero 2 Offic. c. 5 *Perspicere quid in unaquaque re verum sincerumque sit.* *Ex vero*, i. e. veritate, Sallust. in Catilin. c. 8. In neutro genere enim usurpatur pro substantivo. *Latet in occulto verum*, Cic. in Orat. c. ult. Idem in Acad. 4 c. 11 *Longissime a vero abesse*, der wahrheit fehlen. Et, *Abhorrere vero*, Tacitus 5 Hist. c. 24. *Teneras mordaci radere vero Auriculas*, Persius satyr. 1 v. 107. In quibus locutionibus *Verum* substantive ponitur. Terentius Andr. 2, 5 v. 2. *Sum verus?* i. e. verax, veridicus. Compar. Cic antequam iret c. 2 *Neque majus est, neque verius*, &c. Superl. Idem Acad. 4 c. 4 *Caussa mihi videtur esse verissima.* Et Ovid. Trist. 5 eleg. 7 v. 17 *Verissima Martis imago*, eine rechte kriegs-gurgel. ¶ 2. Aliquando ponitur pro eo, quod decet & par est, gebührend, billig. Plaut. Asin. 3, 3 v. 111 *Si verum quid & decorum, herum vehere servum.* Horatius 1 epist. 7 v. 98

Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.

Idem epist. 12 v. 23 ejusdem libri:

Nil Grosphus, nisi verum, orabit, & æquum.

Cæsar 4 de B. G. c. 8 *Neque verum* (æquum & justum) *esse, qui suos fines tueri non potuerunt, alienos invadere.* Priscianus lib. 18 IVSTVM *pro* VERO, *&* VERVM *pro* IVSTO *frequenter tam nos* (Latini) *quam Attici ponimus.*

¶ Vēre, adverb. non falso, non ficte, wahrhafftiglich, gewißlich, eigentlich. Terent. Heaut. 1, 1 v. 102 *Hoc ibi fit, ubi non vere vivitur*, hoc est, vera ratione. Cic. in Offic 3 c. 3 *Proprie vereque dicere.* Martial. 1 epigr. 34 *Ille dolet vere, qui sine teste dolet.* Superl. *Verissime loqui*, Cic. ad Attic. 5 epist. 21. *Verissime judicare de instantibus*, Nepos Themist. c. 1, i. e. rectissime. ¶ 2. Juste: Plaut Captiv. 5, 2 v. 7 *neque vere, neque recte adhuc Fecisti unquam.*

¶ Vero, adverb. idem quod *vere.* Plautus Amphitr. 2, 2 v. 46

Quamquam adeo cives Thebani vero rumificant probam.

Idem Mostell. 1, 5 v. 21

Eho, mavis vituperari falso, quam vero extolli?

Sed de hoc jam supra dictum suo loco in *Vero.*

¶ Verax, ācis, idem quod verus, wahrhafftig; ut, *Oraculum verax*, Cic. 1 de Divin. c. 19. *Vates verax*, auctor epistolæ Vlyssis ad Penelopen v. 94. Et Plaut. Captiv. 5, 2 v. 6 *Si eris verax, rem tuam facies ex mala meliusculam.* Et Superl *Veracissima promissio*, Augustin. epist. 6. Et, *Veracissima humanitas.* Idem epist 8.

¶ Verācĭter, adverb. Ambrosius epist. 30 pr. *Salus tuta esse non poterit, nisi unusquisque Deum verum veraciter colat.* Et Fulgentius de Fide orthodoxa ad Donatum libro sæpe usus hoc adverbio est. e. c. *Sancta Scriptura nobis unum Deum veraciter salubriterque commendat.* Superl. Augustinus Civ. Dei lib. 5 c. 8 *Veracissime creditur.* Qui & positivo usus, lib. 6 c. 10 extr. de eadem Civitate, dixit, *veraciter agere.*

¶ Verācĭtas, ātis, virtus, die wahrhafftigkeit.

¶ Verācŭlus, i, diminut. aliquantum verax, der bißweilen wahr redet. Suetonius Vitellio c. 14 *Nullis aliis infensior quam veraculis, & mathematicis*, VERACVLI circulatorum genus, quod divinando quæstum faciebat: quos cum mathematicis, hoc est Chaldæis, qui ex stellarum dispositione futura audent prædicere, aptissime jungit. Ita igitur legendum ibi, quod & Scaligero videbatur, non *vernaculis.* Quod etsi Casaubonus & Lipsius in 6 de Beneficiis Senecæ, quem locum Casaubonus hic producit, interpretari conati sint, non satisfaciunt tamen. Namque & apud Senecam & Martialem *vernaculi* non νόητες sunt, sed *vernulæ*, ludibundi ac dicaces.

¶ Vērĭtas, ātis, virtutum pulcherrima, die wahrheit. Cic. in Offic. 1 c. 19 *Vir bonus, & simplicis veritatis amicus cultor.* Idem ad Attic. 3 epist. 24 *Veritas etiamsi jucunda non est, mihi tamen grata est.* Et, *Proferre aliquid in lucem veritatis*, Idem de Oratore 1 c. 34 *Veritate niti*, Idem ad Quint. fratr. 1 epist. 2, auf der wahrheit bestehen. Et, *Veritatem infirmare*, pro Quintio c. 26, die wahrheit anfechten. *Obscurare*, Quintil. 4 c. 2. *Venit veritas in lucem quandoque non quæsita*, Menander apud Stobæum:

Ερχεται τ' ἀληθὲς εἰς φῶς ἐνίοτ' οὐ ζητούμενον.

Democritus: Ἐν βύθῳ γὰρ κεῖται ἀλήθεια. *In profundo demersa est veritas, & abstrusa puteo.* conf. Cic. Acad. 1 c. 12. ¶ 2. In illo Terentiano Andr. 1, 1 v. 41 *Obsequium amicos, veritas odium parit*, VERITATEM Grotius in Matthæum παῤῥησίαν interpretatur

¶ Vero,

¶ Vero, āre, verbum vetus vatum, cui plane respondet nostrum, wahrsagen. Ennius apud Gellium 18 c 2

Satin vates verant ætate in agundâ?

¶ Vērātor, ōris, ein wahrsager. vid. Salmas. Hist. Aug. p. 169. Hinc

¶ Veratrix, īcis, eine wahrsagerin. Apulejus lib. 9 p. 230 *Magna cura requisitam veratricem fœminam, quæ devotionibus ac maleficiis quidvis efficere credebatur, multis exorat precibus.* vide Scalig. in Cirin p. 75. Alii legunt *veteratricem.*

¶ Verīcŏla, æ, verum colens, wahrheit liebend. Tertull. carm. ad Senat. conversum c. 2 *Quum vericolæ penetraveris ostia legis.*

¶ Vērĭdĭcus, a, um, vera dicens, der die wahrheit redet, wahrhafftig; ut, *Os veridicum*, Lucret. 6 v. 6. *Oraculum veridicum*, Catull. carm. 64 v. 326.

¶ Veridĭce, adverb. wahrhafftiglich. Augustinus epist. 44 ad Maximum grammaticum: *Sed me ipse cohibeo, ne a te rhetorice potius, quam veridice agere existimer.*

¶ Verĭfĭco, āre, i. e. probare, beweisen, wahrmachen; frequens philosophis, sed barbarum. vid. Voss. de Vit. L. L. 1 c. 23.

¶ Verĭlŏquus, a, um, wahrredend; improbat Voss. de Vit. L. L. 3 c. 54.

¶ Verĭlŏquax, ācis, Idem. Gloss. gr. lat. ἀληθινός, veriloquax.

¶ Verĭlŏquium, i, das wahrreden; qua voce ἐτυμολογίαν quidam reddidit, quod tamen non admodum Cicero approbat. Ita enim in Topic. c. 8 *Græci etymologiam vocant, id est, verbum ex verbo,* VERILOQVIVM. *Nos autem novitatem verbi, non satis apti, fugientes, genus hoc* NOTATIONEM *appellamus, quia sunt verba rerum notæ.* Plautus videtur VERIVERBIVM vocasse, de quo paullo post.

¶ Verĭsĭmĭlis, e, simile vero, probabile, der wahrheit gemäß, wahrscheinlich, glaublich. Cic. de Orat. 2 c. 19 *Narrationem jubent verisimilem esse, & apertam & brevem.* Terent. Andr. 1, 3 v. 20 *Mihi quidem hercle non fit verisimile*, das kan ich nicht glauben. Sic, *Non est verisimile.* Cic. de Clar. Orat. c. 17 extr. *Verisimile facere*, Plaut. Pseud. 1, 4 v. 10. Quod & *simile vero* Cicero dixit ad Cass. 12 famil. epist. 5 *Ideo facilius credebatur, quia simile vero videbatur.* Et per gradus, Verisimilior, Verisimillimus: Cic. 1 Tusc. c. 4 *Verisimillimum esset.*

¶ Verisimilĭter, adverb. idem. Apulejus Apolog. p. 293 *Fingere verisimiliter.* Ibidem p. 312 edit. Elmenh. *Subtiliter compositum, & verisimiliter commentum.*

¶ Verisimilitūdo, ĭnis, probabilitas, die wahrscheinlichkeit. Idem Apulejus lib. 2 Metam. p. 126 *Facti verisimilitudine ad criminis credulitatem compelli.*

¶ Vērĭverbium, i, ein wahr wort, wahrhafftige rede. Plautus Captiv. 3, 4 v. 34 *Nunc repertus es, qui superes veriverbio.*

Verutum, verutus, vide paullo ante in *Veru.*

Vesania, vesanio, vesānus, quære supra in *Sanus.*

VESCOR, vesci, a græco ἐδέσκω, vel βόσκω, cibo uti, essen, nahrung haben; ut, *Vesci carne, caseo*, Cicero Tusculs. 5 c. 32. Idem 2 Nat. Deor. c. 27 *Omne, quo vescuntur homines, penus est.* Plin. 9 c. 8 *Ex hominum manibus vescens*, de delphino. Et, *Vesci avide*, begierig essen, Idem 11 c. 53. Et rursus: *Vescendo esse*, hoc est, esui esse, zu essen dienen: *Radix ejus vescendo est decocta*, Idem 21 c. 16 de Scolymo. *Vesci aurâ*, leben, Virg. Æneid. 3 v. 339 *Dii nec escis aut potionibus vescuntur*, sie geniessen weder speiß noch tranck, Cic. de Nat. Deor. 2 c. 23. ¶ 2. *Vesci* cum accusativo, Plinius 10 c. 38 *Aves nonnullæ vescuntur ea, quæ rapuere pedibus.* Idem 8 c. 50 *Si caprinum jecur vescantur.* Et Tac. Agrar. c. 28 n. 3 *Eo inopiæ venere, ut infirmissimos suorum mox sorte ductos vescerentur.* ¶ 3. *Vesci* pro videre, Accius apud Nonium c. 4 n. 487 *Prius quam infans facinus vescuntur oculi tui.*

¶ Vescus, a, um, quicquid esui est, gut zu essen; ut, *Vescum papaver*, apud Virg. 4 Georg. v. 131. Item *Vescæ salicum frondes*, quod escis jumentorum sint accommodatæ, Idem 3 Georg. v. 175. Sed Servius hoc in loco *vescas frondes*, siccas & teneras interpretatur, & *vescum* hoc proprie significare, indeque telas aranearum *vescas* vocari ibidem monet. Atque hinc puto in Veteri Glossario *vescus* ὀλιγόσιτος, ὀλιγοσθενής exponitur. vide & Gellium 16 c. 5; & Festum; & Nonium c. 2 n. 904.

¶ Vescŭlus, a, um, gracilis, geschlang, mager, ausgehungert. Festus: *Vesculi male curati & graciles homines.* Sidonius 8 epist. 16 *Dictio vescula torosa.*

¶ Convescor, sci, mit einander essen. Gloss. lat. gr. *Convescitur*, συναλίζεται. Adde Vulg. Interpr. act. 1 v. 4.

VĔSĔVVS, & Vesuvius, i, mons propinquus Neapoli, ignibus perpetuis & fumis celebris, qui Tito imperante in vertice ruptus, tantum emisit incendii, ut regiones vicinas incenderet. Sed & Plinii morte Vesuvii incendia infamia sunt, testante elegantissimâ ad Tacitum epistolâ C. Plinii Junioris, quæ libri 6 decima sexta est. Erupit adhuc incendium & nostra non semel ætate. Virg. 4 Georgic. v. 224 *Vicina Vesevo ora jugo.* Et Silius 12 v. 152 *Veseva juga*: & v. 154

Ætnæ fatis certantia saxa.

Valer. 4 Argonauticorum v. 587

Sic ubi prorupti tonuit cum forte Vesevi
Hesperia letalis apex.

Martial. 4 epigr. 44 *Hic est pampineis viridis Vesuvius umbris.* Excepto enim vertice mons quondam amœnissimus fuit agris & vinetis, Strabo. vide & Dionem Cass. l. 46.

¶ Vesvius, a, um, per syncopen adject. ut, *Vesvia rura*, Colum. 10 v. 133.

¶ Vesŭvīnus, a, um, adject. ut, *Apex Vesuvinus*; *Incendia Vesuvina*, apud Statium 3 Silv. 5 v. 72; & 5 Silvar. 3 v. 205.

VĒSĪCA, æ, folliculus & receptaculum, in quod urina colligitur, die blase. Cic. 2 de Finib. c. 30 *Morbi vesicæ & viscerum.* Petronius fragm. p. 3 & Apulej. Met. lib. 1 *Vesicam exonerare*, das wasser abschlagen.

¶ Vesīcŭla, æ, Cic. 2 de Divin. c. 14 *Inflatæ vesiculæ.* Et Lucret. 6 v. 129 *Animæ vesicula parva.*

¶ Vesicārius, a, um, zur blase gehörig; ut, *Aqua vesicaria*, Marc. Emp. c. 26.

¶ Vesicāria, æ, subst. herba Plin. 21 c. 31, Judenkirsch. Ita dicitur, quia habet folliculos vesicis similes; & quia vesicæ & calculis prodest. Species solani: alio nomine *Halicacabus*, laubenkirsen. vid. *Halicacabus*, Matthiolus.

¶ Vēsīco, āre, blasen ziehen. Theod. Priscian. 1 c. 33 *Quibus vesicaveris.* conf. Octav. Horat. 1 c. 28. unde

¶ Vesicatorium, i, apud medicos vocatur, quum virtute cantharidum vesicæ in cute excitantur.

¶ Vesicŭlōsus, a, um, spumosus, bläsicht. Cœl. Aurel. Acut. 3 c. 17 *Pinguibus & vesiculosis connexus.*

VESPA, æ, σφήξ, insectum volatile notum, eine wespe. Cic. 5 de Finib. c. 15 *Cornibus uti videmus boves: vespas aculeis.*

VESPĀSĬĀNVS, i, Titus Flavius Vespasianus, qui victo Vitellio potitus imperio est. Iisdem nominibus & filius fuit, ipse etiam Imperator. Patris vox fuit: *Imperatorem stantem mori oportere.* Filii Titi Vespasiani, qui amor & delicium generis humani appellatus est, illud fuit: *Non oportere quemquam a principis colloquio tristem recedere*; tum & illa memorabilis meritoque, ut Suetonius ait, laudanda vox: *Amici, diem perdidi*, si quando nihil cuiquam egregium toto die præstitisset; vide Sueton. ejus vita.

VESPER, ĕris, & Vespĕrus, i, & Vespera, æ, primæ, secund. & tert. declin. stella est vespertina, Venus, quæ *Hesperus* alias appellatur, der abendstern. Horat. 3 od. 19 v. 26 *Puro similis Vespero.* Et, *Surgente Vespero*, Idem 2 od. 9 v. 10. Et Virg. 1 Georg. v. 251

Illic sera rubens accendit lumina Vesper.

Vetus Gloss. ἕσπερος, *Vesper.* Varro 3 de Re Rustic. c. 5 sub fin. *Intrinsecus sub tholo stella Lucifer interdiu, noctu Vesperus ita circumeunt*, &c. Dicitur & *Vesperugo*, de quo infra. ¶ 2. Et ultima pars diei, seu tempus vespertinum, der abend. Cic. ad Attic. 12 epist. 15 *Cum mane me abstrusi in silvam densam, non exeo inde ante vesperum*, für abendszeit. Virgil. 5 Æneid. v. 19

Ab antro Vespere consurgunt venti.

Cæsar. 2 B. Civ. c. 43 *Primo Vespere.* Sic, *Nescis quid vesper serus vehat*, proverbialis locutio, quæ & Varronianæ satyræ titulum fecit, qua monemur, ne præsentium successuum prosperitate elati, futuri curam abjiciamus, neque ulla de re securi simus, priusquam exitum viderimus. Germani ita: einen schönen tag soll man auf den abend loben. Et apud Livium legitur lib. 45 c. 8 *Incertum, quid vesper ferat.* Digna verba, ut plenius, & ut Æmilius Paulus, victor Macedoniæ, ad suos de captivo rege Perse protulit, huc adscribamus: *Exemplum insigne cernitis mutationis rerum humanarum. Ideo in secundis rebus nihil in quemquam superbe ac violenter consulere decet, nec præsenti credere fortunæ; cum quid vesper ferat, incertum sit.* Cicero in Tuscul. 5 c. 34 *Cum usque ad vesperum contentius ambularet.* Et, *Declinat in vesperum dies*, der tag senckt sich, Columella 8 c. 4. Rursus Cicero in Catil. 2 c. 4 *Si accelerare volent, ad vesperam consequentur*, quod Cæsar *ad vesperum* dixit. Tacitus 1 Annal. c. 16 n. 5 *Flexo in vesperam die.* Idem Tacit. 3 Hist. c. 19 n. 2 *Inumbrante vespera*; & Annali 15 c. 60 n. 6 *Propinqua vespera.* Vocatur & *Serum diei*, vespera, apud Livium, de quo suo loco. Item *Sera.* Vetus Gloss. ἑσπέρα, *Sera, vespera, crepusculum.* Cum *Serum* dicitur, *Tempus*: Cum *Sera*, *Hora* subintelligenda est. ¶ 3. Plin. 19 c. 12 pr. adjective dixit etiam, *Horæ matutina atque vespera.*

¶ Vesperi, & vespere, adverbia, des abends. Cic. 11 fam. epist. 27 *Cum in Tusculanum vesperi venissem.* Idem 13 ad Attic. epist. 46 *Heri vesperi*, gestern zu abend. *Pridie vesperi*, Idem Acad. lib. 1 ineunte. Et rursus ad Attic. 11 epist. 12 pr. *Cephalio mihi a te litteras reddidit ad octavum Idus Martii vespere.*

¶ Vespertīnus, a, um, abendlich, spät; ut, *Tempus vespertinum*, der abend, abendszeit: *Vespertinis temporibus delitescere, matutinis rursum se aperire*, Cic. 2 Nat. Deor. c. 20 *Litteræ vespertinæ*, Idem ad Attic. 13 epist. 23. Et Horat. 2 sat. 4 v. 17

Si vespertinus subito te oppresserit hospes, &c.

¶ Vespĕrālis, e, idem. Sic, *Vesperalem plagam* pro occidentali dixit Solinus c. 9 de Macedonia: *A vesperali plaga Dardani sunt & Illyrii.*

¶ Vesperna, æ, das vesper-brod, abend-brod. Festus: *Vesperna apud Plautum cœna intelligitur.*

¶ Vespĕro, avi, atum, āre, abend werden. Gellius 17 c. 8 *Accipiebat nos cœna plerumque ad id diei, ubi jam vesperaverat.*

¶ Vesperātus, a, um, ad vesperam perductus; ut, *Die jam vesperato*, da es itzt abend war, Solin. c. 16.

¶ Vespĕrascit, verbum impersonale, es wird abend. Terent. Heaut. 2, 3 v. 8 *Vesperascit, & non noverunt viam.* Et, *Vesperascente die*, pro in vesperam inclinante, Tacitus 2 Hist. c. 49. Vbi tamen Lipsius malit *vesperante die* legere: Sed ita locutus Tacitus est & 1 Annal c. 65; & 16 Ann. c. 34. Nepos etiam Pelopidâ c. 2 *Vesperascente cælo* dixit.

¶ Vespĕrūgo, ĭnis, idem quod Vesper, Veneris stella, der abend-stern. Vitruvius 9 c. 4 *Veneris stella, quod ea, cum solem sequatur, post occasum ejus apparens in cælo, clarissimeque lucens,* VESPERVGO *vocitatur.* Et Plautus Amphitr. 1, 1 v. 119 *Nec Jugulæ* [Orion] *neque Vesperugo, neque Vergiliæ occidunt.* Dicitur & *Hesperugo.* vide in *H.*

¶ Vespertīlio, ōnis, mus alatus, sed sine pennis, inter aves ideoque non habendus, nomen a vespertino accepit volatu, eine fleder- oder speck-mauß. Varro Agathone apud Nonium in VESPERTILIO: *Quid multa? factus sum vespertilio, neque in muribus plane, neque in volucribus sum.* Videtur proverbii speciem habere, de iis, quorum status dubius est. *Lucifuga* Gratio dicitur Cyneg. v. 402. ¶ 2. *Vespertiliones* etiam dicuntur, qui ære alieno gravati interdiu domi se continent, noctu prodeunt, vide Chiliadas, & Vlpian. L. 21 ff. de evictio. nacht-raben.

¶ Vespillo, ōnis, mascul. qui mortuos sepelit, ein todtengräber. Sueton. in Domitiano c. 17 *Corpus ejus populari sandapilâ per vespillones exportatum.* conf. Martial. 1 epigr. 48. Et Vet. Gloss. *vespillo*, νεκροθάπτης. Festus ab eo deducit, quod vesperi sepelirentur, qui interdiu per inopiam efferri haud poterant. ¶ 2. In Legibus etiam scribo

scribitur *Vespellio*: ut leg. 31 Dig. de evictiion. & leg. 7 ad SC. Trebellian. vide supra in *Pellis*. Varie etiam Festus: *Vespæ & Vespiliones dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt.* conf. Rosini Ant. Rom. 3 c. 31 p. 316; & Kirchman. de Fun. Rom. 2 c. 8 p. 170.

Composita:

¶ Advespĕrascit, impers. es wird abend. Terent. Andr. 3, 4 *Jam advesperascit.* Cic. 4 Verr. c. 65 *Cum jam advesperasceres, discessimus.* Plin. 7 c. 52 *Deinde cum advesperavisset.*

¶ Invesperascit, idem, apud Livium 39 c. 50 pr. *Jam invesperascebat.*

¶ Pervespĕri, adverb. id est, sero vespere, sehr spät. Cic. 9 fam. epist. 2 pr. *Cum ad me pervesperi venisset.*

¶ Subvespĕrus, i, nomen venti occidentalis. Vitruv. 1 c. 6 *Circa Aphricum Libonotus & Subvesperus, scil. flare solet.*

Vespillo, &c. vide in antecedente *Vesper*.

VESTA, æ, tertia Opis sive matris Deûm filia, *Terra* videlicet, die erdgöttin: de qua vide Ovidium 6 Fastor. v. 249 & pluribus consequentibus: Græcis ἑστία est, quod & *focum* significat: & inde ductam latinam vocem Cicero vult lib. 2 de Legibus c. 12. Vetus Gloss. *Vesta*, ἑστία. Ovidius tamen a VE & STANDO deducit, & latinæ fecit originis lib. 6 Fastor. v. 299. Possumus & a particula VE, cum intentionem significat, & a verbo STARE, dictam putare, quod *valde stet*: unde & *Vestibulum* appellari, Gellius tradit lib. 16 c. 5. Colebatur igne perpetuo a virginibus, quæ Vestales a Vesta dicebantur, collegio earum a Numa Pompilio primum instituto, quarum quæcunque stuprum in se admisisset, viva defodiebatur, tristissimo & horrendo spectaculo, id scilicet hac religionis insaniâ diabolo quærente. Qua de re Plutarchus ita in problemat. *Vestales*, inquit, *vivæ defodiebantur in terram, ut sua sponte morerentur. In specum apponebant lucernam accensam, panis nonnihil, & aquæ ac lactis exiguum. Ignem vero exstinctum forte manibus hominum reparari fas non erat, sed per fomites ex solis flamma recolligebatur.* Vide plura apud Lipsium Syntagmate de Vesta & Vestalibus; & Barth. ad Stat. Silvar. p. 27, ubi plures laudat scriptores, itemque Thomasin. de Donariis p. 51.

¶ Vestālis, e, adject. ut, *Ara Vestalis*, Lucanus 1 v. 549. *Foci Vestales*, ibidem v. 199. *Virgo Vestalis*, quæ proprie *capi* dicebatur, ut Gellius docet lib. 1 c. 12, cum proponebatur sacerdotio, eine Kloster-jungfrau. *Legere* tamen *Vestalem* Livius dixit lib. 1 c. 4.

¶ Vestĭbŭlum, i, a Vesta dictum fuit, das vorhauß; quod esset *Vestæ* consecratum, quemadmodum Servius exponit. conf. supra in *Stabulum*. Ovidius 6 Fastor. v. 303

Hinc quoque Vestibulum dici reor: inde precando
Dicimus, o Vesta, quæ loca prima tenes.

Significat autem locum ante januam domus vacuum, per quem ad ædes ipsas acceditur, der vorhof. Vide Gellium paullo ante citato loco. Sic, *Vestibulum templi*, Cic. 2 in Verr. c. 66; *curiæ*, Livius 2 c. 48. ¶ 2. *Vestibulum Siciliæ*, id est, ingressus, der eingang, Cic. in 5 Verr. c. 66. *Vestibulum & aditus ad rem aliquam*, Idem in Orat. c. 15. *Ingredi vestibulum alicujus artis*, Quintil. 1 c. 5.

Vester, ra, rum, euer, vide infra *Vos*.

Vestiarius, Vestibulum, Vestĭceps, vestificīna, &c. Vestigator, &c. vide *Vestis*, *Vesta*, *Vestis*, *Vestigium*.

VESTĪGIUM, i, impressi pedis signum, ἴχνος, ein fußstapffe, fußpfad. Plaut. Cistell. 4, 2 v. 29 *Socii video vestigium in pulvere.* Et Columella 4 c. 18 *Vestigia domini res agro saluberrima.* Sic dicimus: *Vestigium imprimere*, Cic. pro Cæcin. c. 27. Et, *Ponere vestigium*, die füsse setzen: Idem 3 Philipp. c. 12 *Fecit strages, ubicunque posuit vestigia.* Idem pro Cæcin. c. 14 *In possessionem vestigium facere*, eintreten, einen fuß einsetzen. *Vestigia leviter premere*, leis gehen, treten. Idem pro Sextio c. 5 *Cujus ego vidi vestigia non leviter pressa*, &c. Sic, *Certa vestigia sequi*, Quintil. 1 c. 1. Et, *Vestigia alicujus persequi*, Cic. 1 de Orat. c. 23. Et, *Vestigiis ipsius aliquem persequi*, Idem de Clar. Orat. c. 90, id est, eo pacto progredi, quo ipse prius. *Vestigiis insequi*, Tacit. Agric. c. 26, auf'm fuß verfolgen. *Insistere alicujus vestigiis*, in eines fußstapffen treten, elegans est locutio metaphorica, Quintil. in procemio. *Insistere vestigia certæ viæ*, Lucret. 1 v. 407. *Vestigia lustrare*, Virg. Æn. 11 v. 763. *Vestigio non recedere*, nicht von der stelle, nicht einen schritt weichen, Vellej. 2, 55, 3. *E vestigio*, id est, statim, stracks fusses, alsobald: Cæsar 2 de B. C. c. 25 *Se in hostium habiturum loco* (pronunciari jubet) *qui non e vestigio ad castra Corneliana vela direxisset.* In cap. sequenti *vestigio temporis* dixit: *Eodemque tempore vis magna pulveris cernebatur: & vestigio temporis primum agmen erat in conspectu.* conf. Borrich. Cogit p. 299. ¶ 2. Sed hic, *Vestigia primi Alba pedis*, pro ima pedis parte, apud Virg. 5 Æn. v. 566, die fußsolen. Et Cic. 4 Acad. c. 39 *Adversis vestigiis contra nostra vestigia stant Antipodes.* ¶ 3. *Vestigium* pro signo, monumento aut indicio quocunque usurpatur, ein merckmahl, eine spur. Cicero pro Fontej. c. 1 *Tabulæ proferantur, quibus vestigium sit aliquod, quod significet pecuniam Fontejo datam.* Et, *Exstant expressa vestigia sceleris*, Idem pro Rosc. Amer. c. 22. Et, *Relinquere vestigium avaritiæ*, Idem pro Muræn. c. 9. Et ad Qu. fratr. 1 epist. 3 *Non vidisses fratrem tuum, ne vestigium quidem ejus, nec simulacrum*, &c. Idem 10 fam. epist. 1 *Nullæ sunt leges, nec judicia, nec omnino simulacrum aliquod ac vestigium civitatis.* Nepos Timoleonte c. 3 *Vestigia servitutis.*

¶ Vestigo, avi, atum, are, indagare, vestigia diligenter quærere, spüren, forschen, nachsuchen; ut, *Vestigare rerum caussas*, Cic. 2 de Orat. c. 39. *Vestigare atque odorari voluptates omnes*, Idem post red. in sen. c. 6. Valer. Flaccus 2 v. 116 *famamque vagam vestigat in umbra*; ubi omnem animi intentionem, etiam demto visu designat.

¶ Vestigātio, ōnis, die nachforschung. Allegant multi ex Cic. 1 Off. c. 6 *In vestigatione versari*, itaque ita Langius & Lambinus. Verum melioribus codicibus inest *in investigatione*. vide Grævium. Tamen Gloss. Vet. *Vestigatio*, ἰχνευσις.

¶ Vestigātor, ōris, venator, ein jäger, nachspürer. Columella 9 c. 8 de vestigandis & capiendis apibus: *A vestigatore præparato vase reconditur*: & interjectis paucis: *quo evenit, ut vestigator ignoret, quam longe fonte distet examen.* Gloss. Vet. in CANIS: *Canis vestigator*, κύων ἰχνευτής, ein spürhund. ¶ 2. Per similitudinem etiam sic appellantur, qui dicta & facta hominum observant & annotant, & deferunt postea ad alios, atque accusant, ein kundschaffer, spion. Seneca 3 de Beneficiis c. 27 *Quod factum simul & Maro notavit, ex notis illius temporis vestigatoribus.*

Composita:

¶ Evestigo, are, ausforschen; Vnde

¶ Evestigātus, a, um, erforschet, aufgesucht. Seneca 2 Controvers. 9 p. 152 *post evestigata fugitivorum arma diuissimus.*

¶ Investigo, avi, atum, are, erkundigen, untersuchen; ut, *Incredibilis ad investigandum canum sagacitas narium*, Cic. de Nat. Deor. 2 c. 63. Idem in Verr. 4 c. 21 *Qui investigabant, perscrutabantur omnia.* Idem pro Syll. c. 30 *Conjurationem investigare, patefacere, opprimere.* Et, *Diligentia investigare quod latet*, Idem pro Ligar. princ. *Veri investigandi cupidus*, Idem de Finib. 4 c. 8. Et Terent. Heaut. 4, 2 v. 8 *Nihil tam difficile, quin quærendo investigari possit*, das man nicht erforschen könne.

¶ Investigātio, ōnis, inquisitio, quæ peperit artes, quæ ideo Musæ dicuntur, vide *Musa*, die erkundigung, erforschung. Verbum ipsum probum & Ciceronianum est 5 de Finib. c. 4 *Investigatio rerum occultissimarum.* Et 1 Offic. c. 4 *Hominis est propria veri inquisitio atque investigatio.* Adde quæ ex ejusdem libri c. 6 supra in *Vestigatio* tradidimus.

¶ Investigātor, ōris, ein forscher, nachgrübler; ut, *Acer investigator & diligens earum rerum, quæ a natura involutæ videntur*, Cic. de Vniverf. c. 1. Idem de Clar. Orat. c. 15 *Diligentissimus antiquitatis investigator Varro.* Et pro Sylla c. 30 *Ego illius conjurationis investigator atque ultor*, ein auskundschaffer.

¶ Investigatrix, īcis, eine forscherin. Martian. Capella lib. 5 post init. *Investigatrix comprehensio.*

¶ Investigābĭlis, e, non vestigabilis, unerforschlich. Vulg. Interpres Rom. c. 11 v. 33 *Investigabiles viæ ejus*, græc. ἀνεξιχνίαστοι. Quatenus vero ab *investigare* est, significat *perscrutabilis*. Vnde

¶ Ininvestigābĭlis, e, imperscrutabilis, unausforschlich. Tertullianus 2 adv. Marcion. c. 2 *Ininvestigabiles viæ ejus*, ad eadem Apostoli verba respiciens. Pro quo Lactantius 3 c. 27 sect. 13 *Res non investigabiles* dixit.

¶ Pervestigo, avi, atum, are, ausspüren, ausforschen. Cic. 4 Verr. c. 13 *Mirandum in modum* (*canes venaticos diceres*) *ita odorabantur omnia, & pervestigabant, ut ubi quicquid esset*, &c.

¶ Pervestigātus, a, um, durchsucht, erforschet, ausgegrübelt; ut, *A me pervestigata & cognita*, Cic. Verr. 5 c. 68.

¶ Pervestigatio, ōnis, die untersuchung; ut, *Pervestigatio scientiæ*, Cic. de Oratore 1 c. 3.

¶ Pervestigator, ōris, ein erforscher. Hieronymus Catalogo Script. Eccles. de Eusebio: *Bibliothecæ divinæ diligentissimus pervestigator.*

VESTĪNI, orum, Italiæ populi Sabinis & Picentinis vicini, celebres quondam artificio faciendi caseos; Vnde

¶ Vestinus, a, um, adject. ut, *Vestina juventus*, Silius 8 v. 516. *Vestinæ aquæ*, Lucan. 2 v. 425. Et Martial. 13 epigr. 31

Si sine carne voles jentacula sumere frugi,
Hæc tibi Vestino de grege massa venit.

¶ 2. Est & nomen proprium *Vestinus* consulis cujusdam a Neronianis interfecti: vide Tacit. 15 Annal. c. 68.

VESTIS, is, ἐσθής, secundum Festum est nomen generale omnium vestimentorum, virilium & muliebrium, ein kleid; ut, *Vestis longa*, Quintil. 11 c. 1 sub init. *Vestis demissa*, Horat. 1 sat. 2 v. 95; *muliebris*, Cic. 4 in Verr. c. 46; *lintea*, 5 Verr. c. 56; *purpurea*, Idem 1 de Divin. c. 52; *pretiosa*, 2 Philipp. c. 27. *Vestem explicare*, Cic. 1 de Orat. c. 35, aus einander thun. *Discindere vestem*, Terent. Adelph. 1, 2 v. 40. Cum contra sapientissime monuerit vetus poëta Accius:

Discincta vestis, discinctus animus, ne nega.

Romani alia, & quidem viliore veste domi; alia & pretiosiore foris usi sunt, illamque *domesticam*, hanc *forensem* appellarunt. Vtriusque generis meminit Suetonius Augusto c. 73. *Forensis*, Calig. c. 17. *Domesticæ*, Vitellio c. 8. De qua Seneca de Tranquill. c. 1 *Placet non ex arcula prolata vestis, non ponderibus aut tormentis splendere cogentibus pressa: sed domestica, & vilis: nec servata, nec sumenda sollicite.* Ammianus Marcellinus 31 c. 2 de Hunnis: *Nec est alia illis domestica vestis, alia forensis.* Cicero 2 de Finibus c. 24 *Aut, ut vestitum; sic sententiam habeam aliam domesticam, aliam forensem.* Huc pertinet illud Catonis: *Vestiri in foro honeste, moris erat, domi quod erat satis.* Seneca epist. 8 *Vestis arceat frigus.* ¶ 2. Sed in hoc Virg. 8 Æn. v. 659

Aurea cæsaries illis atque aurea vestis.

Vestem pro barba exposuit Servius: Sicuti & pro prima lanugine & pube usus Lucretius 5 v. 672 *Molli pubescere vestes*, &c. Et ab hac significatione etiam est *Vesticeps* & *Investis*, de quibus postea. Idem Lucretius 3 v. 614 *Vestem anguis* vocat, die schlangen-haut; adeoque *Vestis* generaliter quodvis est tegumentum, eine decke.

¶ Vestiārius, a, um, ad vestes pertinens, zu kleidern gehörig; ut, *Arca vestiaria*, ein kleider-schranck, kasten, Cato c. 11 de Re Rust. ¶ 2. Et *Vestiarius*, qui vestes distrahit seu vendit, qui & *negotiator vestiarius* dicitur Lege 45 Dig. de operis libertorum; Et Lege 5 § 4 Dig. de institor. actione: *Sed etiam eos institores dicendos placuit; quibus vestiarii, vel lintearii dant vestem circumferendam & distrahendam*, schneider, kleider-händler.

¶ Vestiārium, i, subst. pecunia seu donativum, quod parandæ vestis caussa datur, ut, *Calcearium*, *Clavarium*, *Vasarium* &c. kleider-geld. Colum. 1 c. 8 *Curiosior inquisitio patrisfamiliæ debet esse pro tali genere servorum, ne aut in vestiariis aut in cæteris præbitis injuriose tractentur.* Vbi etiam de ipso vestitu possis interpretari. Scævola lege 13 pr. Dig. de aliment. & cibar. *cibaria & vestiaria præstare.* ¶ 2. Et *Vestiarium*, locus in quo vestes servantur, seu venduntur, ein kleider-schranck. Plin. 15 c. 8 *Vestiarium contra teredines* &c. *amurca adspergi.*

gi. Et Vopiscus Aureliano c. 45 *Vestem holosericam neque ipse in vestiario suo habuit, neque alteri utendam dedit.*

¶ Vestio, īvi, ītum, ire, kleiden, bekleiden; ut, *Ali ab aliquo & vestiri*, Cicero pro Rosc. Amer. c. 50. *Ex suo corpore contra frigus vestiri*, Quintil. 2 c. 16. *Parietes tabulis vestire*, Cic. in Verr. 4 c. 55 Et de Clar. Orat. c. 79 *Reconditas exquisitasque sententias molles & pellucens vestiebat oratio.* ¶ 2. Tegere, zudecken. Stat. 5 Theb. v. 52

ingenti tellurem proximus umbra
Vestit Athos; id est, obumbrat, contegit.

¶ Vestītus, a, um, bekleidet, angethan. Sic, *minus bene vestitus*, apud Nepotem Cimone c. 4. Metaphorice de aliis etiam rebus eleganter usurpatur. Sic, *Montes vestiti silvis*, Livius 32 c. 13. *Terra vestita floribus, arboribus, frugibus*, Cic. 2 Nat. Deor. c. 39. Gradus etiam admittit. Columella *vestitissimus* dixit lib. 7 c. 3 de ovibus: *Id pecus quamvis ex omnibus animalibus vestitissimum est, frigoris tamen impatientissimum est.* Et Apulejus Apolog. p. 288 *Hercules neque una pelle vestitior fuit, neque uno baculo comitatior.*

¶ Vestītus, ûs, subst. die kleidung; ut, *Victus vestitusque necessarius*, Cic. pro Quint. c. 15. *Vestitu nimio indulges*, Terent. Adelph. 1, 1 v. 38. *Pulcherrimus vestitus & ornatus regius*, Cicero 2 de Finib. c. 21. Et, *Fœditas vestitûs*, Idem 12 Philipp. c. 6, schändliche, heßliche kleider. *Vestitus agrestis*, bauer-habit, Nepos Pelop. c. 2; *militaris*, Idem Datame c. 9.

¶ Vestīmentum, i, idem quod vestis, das kleid, die kleidung; ut, *Vestimentum puerile, virile, muliebre, commune*, quo promiscue utitur mulier cum viro. *Vestimentum funebre*, Cic 2 de Legib. c. 23, ein trauer-kleid. Idem pro Milone c. 10 *Venit domum, calceos & vestimenta mutavit*, er hat sich anders angezogen.

¶ Vestītor, ōris, ein schneider, kleidanleger, ausstaffirer. Lamprid. in Alex. Severo c. 41 *Fullones & vestitores & pictores*, &c. Firmic. 3 c. 12 *Vestitores simulacrorum.* Idem c. 14 *Vestitores Deorum.*

¶ Vestĭceps, cĭpis, jam pubescens, a *capienda veste* sive pube sic dictus, mannbar, bärticht. Festus: VESTICEPS, *puer, qui jam vestitus est pubertate: contra* INVESTIS, *qui nec dum pubertate vestitus est.* Apuleji & Tertulliani loca vide mox in *Investis*, n. 2. Gellius 5 c. 19 *Sed arrogari non potest nisi jam vesticeps.* Et Ausonius Idyll. 4 sive Protrept. v. 73

Idem vesticipes motu jam puberis ævi,
Ad mores artesque bonas, fandique vigorem
Perduxi.

¶ Vesticontubernium, i, concubitus eorum, qui sub una veste cubant, der beyschlaf unter einer decke. Petronius Satyr. p. 56 *Quid Vesticontubernium facis?*

¶ Vestĭfex, ficis, ein schneider; reperitur apud Gruterum Inscript. p. 578 VESTIFICI.

¶ Vestĭfica, æ, quæ conficit vestes, die schneiderin, Inscript. Reines. 70 class. 9.

¶ Vestificīna, æ, vestium confectio, die schneiderey. Tertullian. de Pallio c. 3 *Tantam paraturam materiarum ingenia quoque vestificinæ prosecuta, primum tegendo homini, qua necessitas præcessit: dehinc & ornando: immo & inflando, qua ambitio successit, varias indumentorum formas promulgavere.*

¶ Vestificium, i, idem. Gloss. gr. lat. ἱματοποιΐα, *vestificium.*

¶ Vestifluus, a, um, pauschicht mit kleidern. Petronio vindicavit Turnebus Advers. 26 c. 6 *Quem Lydus adorat Vestifluus.* Et Ausonius Technopægn. cap. de Historiis v. 25

Vellera depectit nemoralia vestifluus Ser.

¶ Vestispĭcus, i, & Vestispica, æ, famulus & famula vestes servans, kleider-hüter, apud Plautum Trinum. 2, 1 v. 22, ubi *vestispicæ*, Nonio autem auctore c. 1 n. 41 *Vestispici* leguntur. Fœmininum *Vestispica* idem Nonius probat ex Afranii Vopisco, & Varronis Pappo. Est itaque vocabulum comicum. Adde Varron. de L. L. 6 c. 2.

Composita:

¶ Circumvestio, īvi, ītum, ire, umkleiden. Cic. 3 de Orat. c. 39 ex poëta: *circumvestit dictis.* Et Plin. 17 c 23 *Putatio dejectis per ramos vitium crinibus circumvestit arborem.*

¶ Convestio, ire, idem quod simplex, bekleiden; item quod exornare, schmücken, auszieren; ut, *Prata convestiuntur herbis*, Cic. in Tusc. 2 c. 28. *Hedera convestit aliquem locum*, Idem ad Qu. fratr. 3 ep. 1 c. 2.

¶ Convestītus, a, um, bedeckt, umgeben; ut, *Domus convestita lucis*, Cic. pro Domo sua c. 38.

¶ Devestio, ire, entkleiden, ausziehen. Apulejus 3 Metam. p. 138 *Omnibus laciniis se devestit Pamphile.* Et lib. 4 Metam. p. 145 *Statim sese devestiunt, nudatique*, &c.

¶ Investio, ivi, itum, ire, einkleiden, zieren, überziehen. Plin. 35 c. 7 *Porticus investivit pictura.* Et Seneca epist. 114 p. 560 *Focum mater aut uxor investiunt.* vide ibi Lipsium.

¶ Investītūra, æ, pro introductione in possessionem feudorum, episcopatuum &c. vox barbara. vid. Voss. de Vit. L. L. 3 c. 16.

¶ Investimentum, i, ein oberkleid. Allegant ex Liv. 4 c. 25 *Album investimentum addere*; Sed dispescenda vox est. vide ibi Gronov. & Voss. de Vit. L. L. 1 c. 19 p. 78.

¶ Investis, e, unbedeckt, unbekleidet. Tertullianus de Pallio c. 3 *nudus & investis.* Et Palladius 8 tit. 7 *Per investes pueros curabis agitare.* ¶ 2. *Investis* pro impubere aut imberbe dicitur, jung, unmannbar, ohne bart. Apulejus Apolog. p. 336 *Investem a nobis accepisti, vesticipem illico reddidisti.* Vbi Casaubonus: INVESTIS proprie, cui nondum *vestitur pudor*, ut loquitur Tertullianus; tamen aliter Glossarum auctor: *Investis*, ἄφθορος, recte: nam quod in fœmina *virgo*, id in mare *investis*. Tertullianus de virginibus velandis c. 8 *Mater familiæ vocatur, licet virgo: & paterfamilias, licet investis.* Ibidem, *Si virgo mulier non est, nec vir investis est.* Est igitur *investis*, qui græce ἤϊθεος, quo sensu veteres Latini etiam *pueros investes virgines* appellarunt, ut notat Nonius c. 6 n. 57; quod & in Patrum scriptis non semel occurrit. Sic & παρθένος interdum accipitur pro ἤϊθεος, ut Apocalyps. c. 14. Hæc ille. Palladius 11 de Re Rustica tit. 14 sub fin. *Illud memento servare præ ceteris, ut quoties vinum movetur, investis puer hoc, aut aliquis satis purus, efficiat.* Tertullianus de anima: *Ecce obiit infans sub uberum fontibus, puta nunc puer investis, puta vesticeps* &c. conf. Voss. Etymol. p. 554.

¶ Revestio, ire, wieder bekleiden. Tertull. S. Cyprian. in Marcion. c. 5 *Despectum victor sua luce revestit.*

¶ Revestītus, a, um, wieder angezogen. Tertull. de Resurrect. c. 42 *Revestitos voluit eadem substantia, qua fugerant exuti.*

¶ Supervestio, ire, überkleiden. Ex Plin. lib. 16 c. 33 plures legunt *folio virenti supervestiens.* Harduinus autem *semper vestiens.*

VĔSŬLVS, i, mons Liguriæ juxta Alpes; ut, *Vesulus pinifer*, Virgil. Æn. 10 v. 708. ¶ 2. Est & viri nomen apud Silium 10 v. 145.

Vesuvīnus, Vesuvius, vide *Vesevus.*

Vetatio, Veter, veteramentarius, veteranus, veterasco, veterator, &c. vide infra *Veto, Vetus.*

VĔTĔRĪNVS, a, um, adject. quasi *vecterinus* a *veho*, quod apud Plinium & Columellam jumentis tribuitur, quæ gestandis oneribus adhibentur, lastbar. Plin. 11 c. 46 *Vngulæ veterino tantum genere nascuntur*, an lastthieren, saumthieren. Vet. Gloss. *Veterina bestia*, ὑποζύγιον. Festus: *Veterinam bestiam jumentum Cato appellavit a* VEHENDO, *Opitius Veterinam dici putat quasi Venterinam, vel uterinam, quod ad ventrem onus religatum gerat.* Ergo *Veterina* pro *Vehetrinâ* contracte, vel: *Veterina* pro *Venterina.* conf. Nonius c. 1 n. 44. Lucretius 5 v. 863 *Et genus omne, quod est veterino semine partum.* Et paullo post v. 888

Non forte ex homine & veterino semine equorum
Conferri credas Centauros posse.

¶ Veterīnārius, a, um, vor lastthiere gehörig; ut, *Veterinaria medicina*, vieh- oder roß-artzney, Colum. 7 c. 3. *Veterinaria ars*, Veget. præfat. ¶ 2. Substantive, qui veterina ducit, & curat, Columella 6 c. 8; & 11 c. 1, ein vieh-artzt. Vet. Gloss. *Veterinarius*, ἱππίατρος, roß-artzt.

¶ Veterinaria, æ, subst. ἱππιατρία, *mulomedicina* etiam veteribus dicta, die roß-artzney, de qua scripsit Vegetius.

Veternositas, veternosus, vide sequens *Veternus.*

VĔTERNVS, i, & Veternum, i, λήθαργος, a medicis inter morbos recensetur: est autem immodica somni cupiditas, die schlafsucht, die faulheit. Infestat hydropicos maxime; unde & pro ipso hydrope ponitur. Vet. Gloss. ὕδρωψ, *Intercus*, *Aqualis*, *Veternum.* Servius ad illud Virg. 1 Georg. v. 124

Nec torpere gravi passus sua membra veterno:

VETERNO, id est, *pigritia, otio, quia plerumque otiosos solet hic morbus incessere.* VETERNVS *autem dicitur morbus intercutis, hydrops, qui homines efficit pigros.* Prudentius marcorem senilem *Veternum* dixit Apotheosi, cum ait v. 1073

Quod truncavit edax senium populante veterno.

Nam quod phthisi laborantibus morbus, id in senibus ætas facit. Et inde *Veternosum* & *vietum* conjungit Terentius Eunucho 4, 4 v. 25. Paulinus Jambo ad Cytherium v. 853 *Veternum* vocat, quam paullo ante *vim senectæ* vocaverat, quæ aquilas implumes reddit. Prudentius antiquæ Idololatriæ squalorem ita appellat Hymno de natali Domini v. 64 & 1 contra Symmach. v. 7. Cicero ad Cœl. 2 fam. epist 13 *Erat in eadem epistola veternus civitatis*, ubi negligentiam & socordiam nimiam intelligit. vid. Barth. ad Stat. 6 Theb v. 94 p. 380.

¶ Veternōsus, a, um, schlafsüchtig, faul. Terent. Eunuch. 4, 4 v. 21 *Hic est vetus, vietus, veternosus senex.* Seneca epist. 82 *Ego non redigo ista ad legem dialecticam, & ad illos artificii veternosissimi nodos:* VETERNOSISSIMI, id est, admodum debiles & languidi, instar veterno laborantium: quod nihil præstare aut efficere potest vi & nervis destitutum. Maxime Hydropici VETERNOSI dicti a Catone, ut Festus docet. Quod tamen & de Phthisicis Vetus Gloss. accipit, ubi legitur: *Veternosus*, φθισικὸς, ὑδρωπικός.

¶ Veternosĭtas, ātis, die faulentzerey. Fulgentius Mythol. 3 c. 4 extr. *Omnis caloratæ juventutis igniculus torpidæ veternositatis algescit senio.*

VĔTO, vetui, & vetavi, vetitum, are, prohibere, arcere, accusativo jungitur & infinitivo, verbieten, verwehren. Persius satyr. 5 v. 90

si quid Masuri rubrica vetavit.

Sed rarum hoc: at *vetui*, *vetitum*, omnibus probatum receptumque. Cic. 4 Acad. c. 36 *Tu me incognito assentiri vetas.* Horat. 1 sat. 1 v. 24

Ridentem dicere verum Quid vetat?

Terent. Phorm. 4, 4 v. 28 *Aruspex vetuit* &c. *aliquid novi negotii incipere.* Ibidem 5, 6 v. 24 *Ait esse vetitum intro ad heram accedere.* Cic. pro Cluent. c. 25 *Eum desperare saluti vetuit.* Et cum ablativo caussæ. Virg. 1 Æn. v. 39 *Quippe vetor fatis.* Cic. de Amicit. c. 22 *Acta agimus, quod vetamur veteri proverbio.* ¶ 2. Arcere est, Seneca Herc. Oet. v. 1624 *Phœbum vetat.* Et alter Seneca epist. 11 *Nihil horum vetari potest*, id est, arceri & prohiberi Gronovio interpretante. Loquitur enim de fatalibus, & quæ in potestate nostra non sunt. Idem Seneca epist. 95 post init. *Multa illas* [artes] *inhibent extrinsecus, & impediunt, spes, cupiditas, timor. Ad hæc, quæ artem vitæ professa est, nulla re, quo minus se exerceat, vetari potest.* Adde laudatum Gronov. 1 Observ. c. 5.

¶ Vĕtĭtus, a, um, verboten, untersagt; ut, *Vetita arma*, Virg. 9 v. 547. *Invadere vetitos Hymenæos*, Idem Æn. 6 v. 623. *Vetitum per nefas ruere*, Horat. 1 od. 3 v. 26. *Alea vetita legibus*, Idem 3 od. 24 v. 58.

¶ Vetĭtum, i, subst. quicquid prohibetur, ein verbot, verboten ding. Ovid. 3 Amor. eleg. 4 v. 17

Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.

vid. præfat. in Polit. scel. impugn. Virg. Æn. 10 v. 9 *Quæ contra vetitum discordia?* Cic. de Leg. 2 c. 4 *Jussa ac vetita populorum.*

¶ Vetātio, ōnis, verbale, non vetitio, die verbietung, Valla 1 c. 2.

¶ Invĕtĭtus, a, um, unverboten, unverwehrt. Silius 2 v. 441

It liber campis pastor, cui fine sine ullo
Invetitum saltus penetrat pecus.

¶ Prævetĭtus, a, um, ante vetitus, vorher verboten. Silius 13 v. 155

Prævetitum namque & capital, &c.

VĔTŌNES, um, populi Hispaniæ; ut, *Vetonum alæ*, Silius 3 v. 378. Scribunt alii *Vettones*, alii *Vectones*, de quibus supra. Hinc

¶ Vĕtō-

¶ Vĕtŏnĭca, æ, herba a Vetonibus dicta, betonien, teste Plinio 25 c. 8. Seren. v. 202 *Vetonicæ mansus siccabit lumina succus.*

Vetŭlus, a, um, vide sequens *Vetus.*

VĔTUS, ĕris, ab antiquo *Veter*, de quo mox sequitur, alt. Sunt autem *Veteres*, qui superioribus ætatibus vixerunt, die für unser zeit, oder für uns gelebt haben, antiqui. Sed *Senes*, qui ad senectutem venerunt. vide Vall. 4 c. 5. Ovid. 1 Fast. v. 225

Laudamus veteres, sed nostris utimur annis.

Terentius Adelph. 5, 3 v. 17 *Vetus verbum est.* Cic. de Univers. c. 11 *Credendum est veteribus, & priscis, (ut ajunt) viris.* Sed, *Vetera loqui*, proverbialiter, id est, frivola & trita, alte fratzen; ut Plaut. Pseudolo 1, 3 v. 129 *Vetera vaticinamini.* Cicer. 1 Tuscul. *Sed hæc vetera sunt, & a Græcis.* Aristophan. Nubibus 3, 3 v. 35 Ἀρχαῖά γε καὶ Διπολιώδη: *Vetera hæc sunt & Jovialia.* Nec *Vetera* appellantur tantum, quæ multis seculis ante nos acta sunt, sed & quæ nobis ipsis ante acciderunt. Suetonius Vespasiano c. 8 *Consulatus octo veteri addidit*; VETERI, id est, primo, quem privatus egit. Cornelius Nepos Attico c. 9 extr. *Sic vetere instituto vitæ, effugit nova pericula: Vetere*, quo antea sæpius fuerat usus. ¶ 2. *Veteres* etiam dicuntur, qui veterum seu antiquorum moribus vivunt. Sallustius 2 Histor. apud Nonium: *Quibus rebus aliquantam partem gloriæ demserat: præcipue apud veteres & sanctos viros superba illa, gravia, indigna Romano imperio existimantes.* ¶ 3. Sed & qui grandes ætate & senes sunt, *Veteres* appellantur. Livius 42 c. 47 *Veteres & moris antiqui memores* &c. VETERES vocat, quos paullo post SENIORES appellat. Varro 2 de Re Rustica c. ult. pr. *Lac melius est a valentibus* (agnis) *& ab iis, quæ nondum veteres sunt*, die nicht zu alt seyn. Ovidius similiter *Juvencos veteres* dixit lib. 4 Trist. eleg. 6 v. 23

Scilicet & veteres fugiunt juga sæpe juvenci,
Et domitus freno sæpe repugnat equus.

Et hinc *Vetustas* aliquando pro senectute seu senio ponitur, de quo infra. Tibullus 1 eleg. 9 v. 50

In veteres esto dura puella senes.

Vetus Inscriptio: ARCOBRICENSES IUVENES ET VETERES STATUAM IN FORO P. Alia: ARUNCITANI VETERES ET IUVENES, &c. ¶ 4. Terent. ad vituperationem etiam hoc nomen retulit in prolog. Heaut. v. 22 *Quod malevolus vetus poëta dictitat.*

¶ Vĕter, ĕris, antique idem ac *Vetus*, alt; quo Ennium legimus usum esse: *Cum veter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo.*

Sic enim Priscianus citat lib. 3 cap de Superlativo. ¶ 2. Hinc compar. *Senex veterior*, Plaut. Bacch. 5, 2 v. 51. ¶ 3. Hinc & superlat. *Veterrimus*, uralt; ut, *Veterrima laurus*, apud Virg. 2 Æn. v. 513. *Veterrimi poëtæ*, apud Cic. 1 de Nat. Deor. c. 15. Et, *Veterrima ilex*, apud Sueton. Augusto c. 92. Sic, *Veterrimi auctores*, apud Livium 2 c 18. *Pro nostro veterrimo verissimoque amore*, Trebon. Ciceroni lib. 12 fam. epist. 16. Et Plaut. Trucul. 1, 2 v. 71 *Veterrimus homini optimus amicus*, die alten freunde die besten. *Veterrimus liberorum*, apud Tacit. Annal. 6 c. 31. *Veterrimam nobilitatem*, Idem Annal. 12 c. 53 dixit.

¶ Vĕtŭlus, a, um, diminutivum, quod multos annos habet, ältlich; ut, *Gladiator vetulus*, Cic. pro Quint. c. 7. *Equus vetulus*, Cic. de Amic. c. 19 Idem 13 ad Attic. epist. 29 *Filia vetula, & multarum nuptiarum.* Et, *Arbor vetula*, Idem de Fin. 5 c. 14. Et, *Falernum vinum vetulum*, Catull. epigr. 27.

¶ Vetuscŭlus, a, um, aliud diminut etwas alt; ut, *Dictio vetuscula, torosa, mascula*, Sidonius 8 epist. 15.

¶ Vĕtustus, a, um, idem quod vetus, alt. Sic, *Cum Demetrio vetustum mihi hospitium est*, Cic. 13 fam. epist. 37. *Vetusta disciplina*, Idem lib. 6 epist 6. Et, *Templum vetustum*, Virg. 2 Æn. v. 713. *Vetustius stercus*, Columell. 2 c. 15 sub fin. *Vetustior poëta*, Gell. 3 c. 16. ¶ 2. Dicitur & de hominibus, qui vel ante cæteros nati, vel ante alios suis partibus defuncti. Tacitus 2 Annal. c. 43 *Quia Silani filia Neroni vetustissimo liberorum pacta erat*, id est, natu maximo filio, dem ältesten sohne. Et, *Vetustissimus quisque militum*, apud eumdem 1 Histor. c. 23. Similiter, *Vetustissimum quemque e senatu*, 11 Annal. c. 25; *Consularium*, 2 Hist. c 37. *Vetustissimum virginum Vestalium*, 11 Annal. c. 37 idem dixit. Et Plinius 8 epist. 14 *Suus cuique parens pro magistro; aut cui parens non erat, maximus quisque & vetustissimus* (senatorum) *pro parente.* Lucretius 5 v. 1083 *Cornicum secla vetusta.* Similiter dixit Zeno Veronensis: *vetustum corpus*, pro senio effœtum, sermone de resurrectione.

¶ Vetuste adverb. alt. Superl. Plin. 27 c. 7 *Vetustissime in usu est.*

¶ Vetustas, ātis, ætas veterum, & anni superiores ipsi, das alter, alterthum, die alte zeit; ut, *Judicium vetustatis*, Quintil 1 c. 5. Et Cic. 1 de Orat. c. 46 *Exempla vetustatis oratori nota esse debent.* Idem de Amicit. c. 19 *Magna est vis vetustatis & consuetudinis.* Et, *Exolescere vetustate*, Quintil. 1 c. 26, veralten. *Inducere vetustatem*, Plin. 23 c. 1. Et Cic. pro Domo c. 45 *Facit peritiores vetustas.* Ovid. 15 Metam. v. 234 *Tempus edax rerum, tuque invidiosa vetustas,*
Omnia destruitis.

Idem 4 de Ponto epist. 8 v. 49

Tabida consumit ferrum lapidemque vetustas.

Cornel. Gallus eleg. 1 v. 273

Ipsa etiam veniens consumit saxa vetustas,
Et nullum est, quod non tempore cedat opus.

¶ 2. Ponitur & pro senectute, seu senio: Ovid. 12 Metam. v. 182

Tum senior: quamvis obstet mihi tarda vetustas,
Multaque me fugiant primis spectata sub annis.

Laberius apud Macrobium 2 c. 7

Ut hedera serpens vires arboreas necat:
Ita me vetustas amplexu annorum enecat:

conf. Nonius c. 2 n. 890. ¶ 3. Futuri etiam temporis diuturnitatem aliquando indicat. Cic. ad Attic. 14 epist. 9 *Mori millies præstat, quam hæc pati, quæ mihi videntur habitura etiam vetustatem.* Sic, *In vetustatem reponere*, id est, servare, etwas aufheben, daß es alt werde, Columella 12 c. 44. ¶ 4. *Vetustas* etiam est vetus amicorum notitia, alte bekandtschafft. Cic. 13 fam. epist. 32 *Hos mihi maxime esse conjunctos vetustate, officiis, benevolentia.* Et lib. 11 epist. 16 *Magna vetustas, magna consuetudo intercedit.* conf. & lib. 5 epist. 15; & lib. 10 epist. 10.

¶ Vĕtustesco, ĕre, alt werden. Colum. 1 c. 6 *Vina celerius vetustescunt.* At *Vetustiscere* Nigidius apud Nonium dixit c. 5 n. 63.

¶ Vĕtĕro, avi, atum, are, vel

¶ Veterasco, ĕre, est vetustatem induere, veralten. Onomasticum: *Vetero, as*, παλαιόω. Celsus 3 c. 13 de febribus: *In accessionum & decessionum vicibus ubi veteraverunt*, wenn sie eingewurtzelt und abwechseln. Et Columella 2 c. 15 *Urina quam sex mensibus passus fueris veterascere.*

¶ Vĕtĕrātus, a, um, veraltet; ut, *Veteratus caseus*, apud Scrib. Largum.

¶ Veterātor, ōris, inquit Donatus, est *vetus in astutia & in omni re callidus*: qui diurna ac multiplici, & sæpe commutata servitute astutus & vafer evasit, ein alter, wohlgeübter, wohlversuchter, durchtriebener schalck, ein teuscher. Vide Festum, & Lindebrogium in Terent. Andr. 2, 6 v. 26. conf. & Heaut. 5, 1 v. 16. Et Cic. de Clar. Orat. c. 48 *In caussis publicis nihil, in privatis satis veterator videbatur.* Vet. Gloss. *Veterator*, πολαιομάλωψ, παλίντριψ, τριβανὸς, ἀπαλεών. ¶ 2. In bonam partem accipit Gellius 1 c. 7, cui *Veterator* est *homo multa lectione exercitus, cui pleraque omnia litterarum veterum quæsita, meditata evigilataque sunt*, ein wohlbelesener mann.

¶ Vĕtĕrātrix, īcis, ein schalckhafft weib. Apulejus lib. 9 Metam. p. 230 *Veteratrix quædam fœmina, quæ devotionibus ac maleficiis quidvis efficere posse credebatur.* Scalig. *Veratrix* legit. vide supra sub *Verus*, in *Verare*. Onomast Vet. *Veteratrix*, πανοῦργος.

¶ Veterātōrius, a, um, listig, betrüglich, schalckhafft; ut, *Ingenium veteratorium*, πανουργικόν. Sic Cicero de Clar. Orat. c. 75 *Citius veteratoriam* (orationem) *quam oratoriam diceres.* Et 1 Verrin c. 54 *Veteratoria apertis & perspicuis* contraria sunt. Et rursus de Clar. Orat. c. 75 *splendida quædam minimeque veteratoria ratio dicendi.*

¶ Veteratorie, adverbium, idem; ut, *acute & veteratorie dicere*, Cic. in Oratore c. 28.

¶ Veteramentārius, i, sutor, qui veteres calceos reficit, apud Sueton. in Vitell. c. 2, ein schuhflicker, haderlump, trödler.

¶ Vĕtĕrānus, a, um, idem quod vetus, alt, ausgedient; ut, *Veterana vitis*, Columell. 3 c. 15. *Veteranus hostis*, Liv. 21 c. 16. Et, *Veteranus miles*, ein alter soldat; *Invictum genus veteranorum militum*, Cic. 3 Philipp. c. 2. ¶ 2. Etiam absolute *Veteranus* de milite dicitur. Quod nomen illis dabatur proprie, qui vicena stipendia fecissent, die zwantzig jahr gedienet hatten. vide Lipsium ad 1 Annal. Taciti p. 37. Sic, *Veterani nostri*; *Veteranorum facta*, Nepos 18, 8, 2 seq. *Augustus veteranos excivit paternos*, Vellej. 2, 61, 2. Et Lucan. 1 v. 345 *Quæ noster veteranus aret.*

¶ Veterānum, i, substantive, vide paullo post *Veterarium*.

¶ Veterārius, i, idem qui *Veteramentarius*. In Glossis enim utrumque παλαιόραφος græce est.

¶ Veterarium, i, apotheca, horreum, sive locus, ubi quid *in vetustatem reponitur ac servatur*, ut Columella loquitur, ein zeughauß, da man etwas verwahret und aufhält, daß es alt werde, und lange liegen könne. Seneca epist. 114 *Adspice veteraria nostra, & plena multorum seculorum vindemiis horrea.* Alii tamen *Veterana* legunt. Quo vocabulo eadem notione Vetus Scholiastes Horatii usus est, ut ibi Lipsius observat.

Composita:

¶ Convĕtĕrānus, i, ein alter camerad im kriege; vide l. 2 Cod. de excusat. veteranor.

¶ Invĕtĕro, are, active, alt machen. Plinius 23 c. 2 *Vinum diffundebant inveterabantque.* Idem lib. 19 c. 4 *inveterari vina.* ¶ 2. Antiquare, abolere, abschaffen. Lactant. 2 c. 17 *Veri Dei notitiam apud omnes gentes inveterare.* ¶ 3. Passive vetuscescere, alt werden, einwurtzeln; unde *Inveteravit* mox in *Inveterasco*.

¶ Inveterātus, a, um, alt, verlegen, eingewurtzelt; ut, *Vinum inveteratum*, Plin. 14 c. 2. *Licentia inveterata*, Nepos Eumene c. 8 n. 2; *servitus*, Idem Timoleonte in principio; *invidia*, Cic. pro Cluent. in princ. Idem 5 Philipp. c. 11 extr *Omne malum nascens facile opprimitur: inveteratum fit plerumque robustius.*

¶ Inveteratio, ōnis, vetustas, die veraltung; ut, *Inveteratio in corporibus egrius depellitur quam perturbatio*, Cic. 1 Tusc. c. 37.

¶ Inveterasco, ĕre, vetustatem contrahere, & invalescere, alt werden. Sic, *Inveterascere & corroborari*, alter und stärcke überkommen, Cic. 3 Catil. c. 2. Et Terent. prolog. Hecyr. v. 12 *Novas qui exactas feci, ut inveterascerent*, hoc est, in consuetudinem abirent. *Inveteravit consuetudo.* Cæsar 1 de Bell. Civ. c. 44 *Quibus quisque in locis miles inveteravit, uti multum earum regionum consuetudine movetur.* Idem 3 de B. C. c. 110 *Erant qui inveteraverant compluribus Alexandrinis bellis*, die der kriege gewohnet waren. *Inveteravit opinio perniciosa reipubl.* es ist eingesessen, hat überhand genommen, Cic. 2 Verr. c. 1. Et pro Leg. Manil. c. 3 *Insedit penitus & inveteravit macula in populi Rom. nomine.* Cæs. 2 de B. G. c. 1 *Inveterascit miles in castris, in aliquibus locis.* Nepos in Attico c. 2 *Neque inveterascere eorum æs alienum, nec multiplicandis usuris crescere patiebatur*, er liesse die schuld nicht lange stehen, und alt werden.

¶ Pervĕtus, ĕris, valde vetus, sehr alt; ut, *Pervetus epistola*, Cic. 3 ad Quint. fratr. epist. 1 c. 4. Idem de Clar. Orat. c. 15 extr. *Eum nos ut perveterem habemus.*

¶ Pervĕtustus, a, um, idem. Cic. 3 de Orat. c. 52 *Ut raro pervetustis verbis utamur.* Et Plin. 20 c. 9 *Pervetustus adeps.*

Vexāmen, vexatio, vexator, &c. vide mox *Vexo*.

VEXILLUM, i, velum erat, diminutivum enim a *Velum* est, si Servium audimus,) quod signum sequendi militibus proponebatur, eine fahne, fähnlein. Unde *ad vexillum vocare* Florus dixit lib. 3 c. 20. His vexillis imperatorum nomina inscribi solita ex Suetonio colligitur in Vespasiano c. 6. Qui & a signis militaribus distinguit, quia eorum

in legionibus usus non erat, de quo infra, cum de *vexillariis* dicetur. Καθ' ἐξοχὴν *vexillum* dicebatur velum illud purpureum, quod penes imperatorem seu ducem asservabatur, nec nisi futuræ pugnæ signum solebat proponi, wenn man schlagen solte. Cæsar 2 de B. G. c. 20 *Cæsari omnia uno tempore erant agenda: vexillum proponendum, quod erat insigne, cum ad arma concurri oporteret* &c. Idem 3 de Bell. Civ. c. 89 extr. *Exercitui imperavit, ne injussu suo concurreret: se, cum id fieri vellet, vexillo signum daturum.* Meminit Plutarchus in Pompejo p. 655. Notavit & Lipsius ad Tacit. 1 Annal. c. 56. ¶ 2. *Vexillum* etiam dicitur corpus, seu numerus militum, qui sub vexillo sunt. Tacitus 1 Hist. c. 70 *Præmissis Gallorum, Lusitanorum, Britannorumque cohortibus & Germanorum vexillis.* Et alibi. Statius 12 Thebaid. v. 782 *Accedunt utrimque pio vexilla tumultu,*
Permiscentque manus;
Vexilla sunt ordines militares. *Vexilla fortunæ suæ submittere*, elegantissime dicitur pro humilem esse, de majestate sua demere: Statius 4 Silv. Epulo Domitiani, sive carm. 2 v. 41
Tranquillum vultu, sed majestate serenâ
Mulcentem radios, submittentemque modeste
Fortunæ vexilla suæ.
Tractum a militia, in qua victi fusique, ac jam supplices vexilla sua submittebant, contra pugnaturi tollebant, vide ibi Gevartium. *Vexillum* quidem quasi diminutivum a *velum* fecit Servius; at contra Cicero in Oratore c. 45 a *Vexillum* factum sensit *Velum*.

¶ Vexillārius, i, antesignanus, ein fähnrich, panier-herr, apud Livium 8 c. 8; & Tacitum 1 Hist. c. 41. ¶ 2. Item miles, qui sub vexillo est, der zur fahne gehöret. Quod autem militum genus *Vexillarii* sive *Vexilla* fuerint, non in aperto satis est. Explicare quidem conatus Lipsius est 1 de Romana Militia dialogo 8; & lib. 5 dialogo 19, itemque ad 1 Annal Taciti c. 17 p. 36 & 37, sed rem acu haud tetigit: optime de iis Pichena ad illum ipsum Taciti locum, qui non futilibus argumentis Lipsii rationes oppugnat, &, nisi fallor, expugnat. *Vexillarii* igitur dicebantur, qui sumti & lecti ex legionario milite, sive ex legionum cohortibus, separatique a legionum aquilis & signis cohortium, sub propriis vexillis militabant. Eamque ob caussam *vexilla* a cohortibus, quæ in legionibus erant, distinguit Tacitus 1 Hist. c. 70, quem locum supra adduximus: Suetonius vero Nerone, supra citato loco, *militaria signa* & *vexilla* perinde distinguit. Sed vide Pichenam eo, quem diximus, loco n. 57.

¶ Vexillĭfer, a, um, signifer, der ein fähnlein trägt. Gloss. Cyrill. *Vexillifer*, βεξιλλοφόρος. Fœm. *Vexillifera* apud Prudentium est in Psychomach. v. 19 *Hunc vexillifera quoniam fors obtulit ictum:*
scilicet sobrietati, vexillum crucis Christi præ se ferenti.

¶ Vexillātio, ōnis, apud Suetonium in Galba c. 20, quam *plurium vexillorum complexionem* Torrentius interpretatur, die versammlung zum fähnlein. Vegetius 2 c. 1 ad alas equitum hoc vocabulum retulit, ut idem observat. Apulejus lib. 7 p. 191 *Factio militarium vexillationum.* Inscriptio ex ævo Severi apud Bellorium Vestig. Vet. Romæ p. 35 PRAEPOSITIO VEXILLATION.

VEXO, avi, atum, are, plagen, ängstigen, quälen; quod videtur a *Veho* esse, sed quia non fit ab ordinario supino *vectum*, huc seorsum transscribere placuit. Asconius in 2 Verrinam, quæ procemium actionis est p. 46 VEXAVIT, inquit, *ingentis calamitatis usum significat.* Et Gellius 2 c. 6 *Qui fertur & raptatur, atque huc & illuc distrahitur, is vexari proprie dicitur.* Quæ eadem verba & Servii sunt ad illud Virgilii eclog. 6 v. 76 *Dulichias vexasse rates.* Et ita plane *in turba vexari* Suetonius dixit Augusto c. 53, gedruckt und hin und wieder getrieben werden. Cato apud Gellium citato loco: *Cum Hannibal terram Italiam laceraret atque vexaret*, hoc est, omni calamitatis & sævitiæ genere affligeret. Nepos Datame c. 10 n. 2 *Absens amicitiam cum Datame facit, regis provincias vexat, castella expugnat.* conf. c. 4 n. 2. Cicero passim: *Diripere & vexare; vastare & vexare; spoliare, violare & vexare*, aut contra, *vexare & spoliare* conjunxit, beschwacken. Sic, *Qui omnia divina & humana violarint, vexarint, perturbarint, everterint*, Idem pro Sext. c. 1. Et pro Flacco c. 20 *probris omnibus maledictisque vexare.* Idem 2 ad Quint. fratr. epist. 1 in fin. *Solicitudo vexat impios*, Idem de Leg. 1 c. 14. Adde de hoc verbo Macrob. 6 Saturn. c. 7 disputantem.

¶ Vexātus, a, um, afflictus, geplagt, angefochten, geängstiget; ut, *Vexata navigia*, Lucret. 1 v. 634. conf. Vellej. 2, 79, 4. Sic, *Sicilia multos annos bello vexata*, Nepos 20, 1, 1. conf. Virg. Æn. 4 v. 614. Et, *Vexata vita per multa pericula*, Propert. 2 eleg. 28 v. 15.

¶ Vexātio, ōnis, afflictatio, die plage, anfechtung, beschwerung, ängstigung. Sic, *Per vexationem & contumelias inimicum petere*, Livius 38 c. 59. *Impunita & libera vexatio*, Cic. in Catil. 1 c. 7. Et Suetonius Tiberio c. 61 *Citati ad caussam dicendam partim se domi vulneraverunt, certi damnationis, & ad vexationem ignominiamque vitandam*, id est, ne hinc inde per ignominiam distraherentur.

¶ Vexāmen, ĭnis, idem. Lucretius 5 v. 351
Aut cecidisse urbes magno vexamine mundi.

¶ Vexātor, ōris, ein quäler, ängstiger; ut, *Direptor & vexator urbis*, Cic. 3 Philipp. c. 11. *Vexator ætatulæ*, Idem pro Sextio c. 8. Et Tertull. 4 adv. Marcion. c. 14 *Vexatores egenorum.*

¶ Vexatrix, īcis, eine plagerin. Prudentius Psychomach. v. 58 *Vexatrix hominum.* Et Lactant. 3 c. 29 *Generis hominum perpetua vexatrix.*

¶ Vexābĭlis, e, vexans, beschwerlich, verdrüßlich. Cœl. Aurel. Acut. 2 c. 13 *Vexabile vitium.* Idem c. 14 *Vexabile stomachi.*

¶ Vexabilĭter, adverb. idem. Cœl. Aurel. Acut. 2 c. 9 *Vexabiliter caput onerare.*

¶ Vexātīvus, a, um, idem. Cœl. Aurel. Acut. 2 c. 29 *Uti potionibus vexativis.* Idem Tard. 3 c. 4 *Vexativus stomachus.*

Composita a *Vexo*, cum nominibus *Convexus*, *Devexus*, &c.

¶ Convexo, avi, atum, are, idem quod *vexare*. Gell. 10 c. 6 *Quæ me male tunc miseram convexarunt.*

¶ Convexus, a, um, Festo est *ex omni parte declinatum, qualis est natura cæli, quod ex omni parte ad terram versus declinatum est*, gewölbet, rund zugewölbet. Sic *cælum* proprie *convexum* dicitur: Virg. 4 Æn. v. 451 *tædet cæli convexa tueri.*
Ubi substantive ponitur. Vet. Gloss. *Convexum*, κυλωφερὲς, περιφερές. Ejusmodi enim ex parte cælum videtur terram versus declinatâ formâ; concavum autem, quod intra est, convexum dicitur. Rursus Virg. eclog. 4 v. 50 *Adspice convexo nutantem pondere mundum.*

¶ Convexio, ōnis, das gewölbe, der zusammenhang. Gellius 14 c. 1 *Nam quanta partium circulorumque cæli ex devergentia & convexionibus mundi varietas sit*, &c. Arnobius lib. 1 p. 33 *cæli convexiones.* Et lib. 4 p. 129 *conclusum rotunditatis convexione.*

¶ Convexĭtas, ātis, forma convexa, die runde des gewölbs; ut, *Mundi convexitas*, Plinius 18 c. 25.

¶ Convexus, ûs, subst. idem. Vet. Gloss. *Convexus*, περιφέρεια.

¶ Devexus, a, um, declivis, abhängig, herunter hangend; ut, *Lucus in viam devexus*, Cic. 1 de Divin. c. 45, ein wald, der herunter auf die strasse reicht. Virg. 1 Georg. v. 241
Mundus premitur Libyæ devexus in Austros.
Valer. Flaccus 3 v. 687 *Cernere devexis redeuntem montibus.*
Tacit. Hist. 5, 11, 6 *Inter devexa*, id est, extrema rupis abrupta. Sic enim in præcedentibus vocat. Translate Seneca epist. 12 *Jucundissima est ætas devexa jam, non tamen præceps.* Comparat. Claudianus de Consul. Mall. Theod. v. 57
quodcunque dies devexior ambit.

¶ Devexĭtas, ātis, ein abschuß, ein hang unterwerts. Plinius major 2 c. 65 *In inferiora aquæ feruntur, quo longissime devexitas passa sit.* Junior 8 epist. 8 de fonte Clitumno: *Inde non loci devexitate, sed ipsâ sui copiâ & quasi pondere impellitur.*

¶ Devexo, are, wohl plagen, martern. Hinc

¶ Devexatus, a, um, zerplagt, gemartert; ut, *Per tot annos republica devexata*, Cic. 10 fam. epist. 3.

¶ Divexo, are, vehementer vexare, abplagen, herum vexiren; ut, *Divexare & diripere omnia*, Cic. 11 Philipp. c. 2. *Divexare agros civium*, Idem Philipp. 13 c. 9. *Corruptor rem meam divexavit*, id est, bona pessundedit, er hat mir alles durchgebracht, Plaut. Pers. 5, 2 v. 4.

¶ Prævexatus, a, um, vorher geplagt, abgeschwächt; ut, *Prævexatæ vires*, Cœl. Aurel. Acut. 2 c. 32. *Passione prævexatus*, Idem Tard. 1 c. 1.

¶ Subvexus, a, um, idem quod *devexus*, nieder gezogen; ut, *Omnia fastigio subvexa*, Livius 25 c. 36.

ŪFENS, entis, fluvius, qui labitur per Pomtinas paludes apud Volscos, qui & *Aufentum* dicitur. Virgil. 7 Æn. v. 802
gelidusque per imas
Quærit iter valles atque in mare volvitur Ufens.
¶ 2. Est & nomen ducis & viri apud Virg. Æn. 8 v. 6; & Sil. 4 v. 343.

¶ Ufentīnus, a, um, adjectivum; ut, *Ufentina tribus*, Livius 9 c. 20. *Oufentinus* scribitur apud Festum, ubi vide.

VIA, æ, latitudo tanta, quantâ ire potest vehiculum, quasi *vehia*: nisi ab ἴω est, vel ὄϊμ, quo Apollonius usus est, notante Scalig. in Conjectaneis, ein weg, eine strasse, gasse. Plaut. Mostell. 1, 1 v. 53; & 1, 4 v. 13 *Per vias.* Cic. 4 Verr. c. 53 *Ceteræ urbis partes una lata via perpetua, multisque transversis divisa continentur.* *Publica*, item, *consularis*, & *regia*, & *militaris*, cui plane respondet nostrum, eine heerstrasse, alias vocatur, eine land-strasse. vide Torrentium ad Augustum Suetonii c. 49. Huic opponitur *vicinalis* apud Siculum Flaccum de Condit. Agror. p. 11, ein dorff-weg. vide ibi Rigaltium. *Per publicam viam ne ambules*, λεωφόρῳ μὴ βαδίζειν, id est, ne sequaris vulgi errores. vide Chiliad. *Via trita*, ein gebahnter weg, Cic. de Clar. Orat. c. 81; & Tibull. 4 eleg 12 v. 10. *Calcanda omnibus via leti*, Horat. 1 od. 29 v. 16. *Dare se in viam*, Cic. 14 fam. epist. 12, sich auf den weg machen. *Committere se viæ*, ibidem lib. 16 epist. 4. *Dare viam alicui per fundum suum*, Idem pro Cæcin. c. 10. *Rectâ viâ proficisci*, Cic ad Quint. fratr. 3 epist. 1 c. 2, stracks zu, gleich zu. *Esse in via*, Idem 16 fam. epist. 2; & Plaut. Casin. 2, 6 v. 27. *Rectâ viâ depelli*, &, *Ad rectam viam reduci*, Quintil. 2 c. 17. *Vias munire & obsepire*, Cicero pro Muræna c. 23. *Sternere vias*, den weg pflastern; unde *Stratura viarum*, apud Suetonium Claudio c. 24. Sed, *Totâ errare viâ*, id est, vehementer errare, Terentius Eunuch. 2, 2 v. 14. *Visa est via pedum*, proverbiale apud eumdem Terentium Phormione 2, 2 v. 12, id est, ratio, qua procedendum. *Decedere viâ*, aberrare, vom wege kommen, Suetonius Cæsare c. 31; & metaphorice Cic. pro Cœl. c. 16. Aliter hæc phrasis accipienda apud eumdem Suetonium Tiberio c. 31 extr. *Nec mirum, cum palam esset, ipsum quoque eidem assurgere & decedere viâ*, aus dem wege gehen, ausweichen. Hoc enim non per errorem fiebat, sed de industria & honoris caussa. Nam cum minori honoratior fieret obviam, ille alter recedebat nonnihil, & viam dabat prætereunti majori. Hoc itaque *Viâ decedere* Suetonio dicitur, Senecæ *Semitâ cedere*, epist. 64 extr. *Si consulem*, inquit, *videro aut prætorem, omnia, quibus honor haberi solet, faciam: equo desiliam, caput adaperiam, semitâ cedam.* Est in hanc rem & Apuleji locus in Floridis circa finem: ad quem insignem alium Arnobii Colvius notavit. *In viam redire*, Cic. 12 Philipp. c. 2, wieder zu recht kommen. *Via tot dierum*, Nepos Eumene c. 8. De viarum curatoribus Lipsius ad Tacit. 3 Annal. p. 158. ¶ 2. *Via* per metaphoram pro ratione & modo aliquid faciendi, das mittel, die gelegenheit. Terent. Andr. 4, 1 v. 47 *Hac non successit, aliâ aggrediemur viâ*, wir wollen es anders anfangen. Idem Heaut. 1, 1 v. 49 *Tractare aliquem vi & via pervulgata patrum*, id est, ratione, more consuetudinis. Plautus Aulul. 3, 6 v. 39 *Ut me deponat vino, eam affectat viam*, ita rationes init, hoc agit, er gehet darauf um. *Ingredi* etiam *viam* dicuntur, qui vera, non falsa & aliena narrant: Plautus Amphitr. 1, 1 v. 73 *Ingressus est viam.* Item Asinar. 1, 1 v. 39 *rectam instas viam: ea res est.* Plane ita & nos: du bist auf dem rechten wege, cum approbamus aliorum narrationem. ¶ 3. Ponitur & pro accessu sive commoditate atque occasione ad aliquid perveniendi. Sic, *Patefacere viam ad opes*, Cic. Philipp. 5 c. 18. Et idem 2 Off. c. 12 *Præclare Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quasi compendiariam dicebat esse, si quis id ageret, ut, qualis haberi vellet, talis esset.* Seneca in Agamemnone v. 242

Sera

Sera nunquam ad bonos mores via est. Et Seneca alter 3 Controv. 16 *Multas rerum natura mortis vias aperuit, & multis itineribus fata decurrunt,* &c. Idem epist. 12 *Patent undique ad libertatem viæ multæ, breves, faciles.* Et Vellej. 2, 51, 3 *Illis incrementis viam fecit, quibus assurgeret,* &c. er hat hierzu den grund gelegt. ¶ 4. Est & *Via* informatio, disciplina, ὑποτύπωσις, μέθοδος, formula & regula, ut Schol. ad illud Dionysii Catonis: *Cum animadverterem, quamplurimos homines errare graviter in via morum,* notat, die richtschnur, art und weise. Tacitus 1 Annal. c. 54 *Alia Tiberio morum via.* Perinde *Vias præliorum* Idem lib. 2 Annal. c. 5 dixit. Corn. Celsus præfat. de Medicina: *Horum observationem medicinam esse, quam ita finiunt, ut quasi viam quandam, quam μέθοδον Greci nominant, eorumque, quæ in morbis communia sunt, contemplatricem esse contendant.* Sic *Via dicendi* apud Quintilianum 4 c. 5. Et, *Tradere viam optimarum artium alicui,* Cic. de Divinat. 2 c. 1. Plura exempla ejusmodi notavit Barthius ad v. 1 Nemesiani *Venandi cano mille vias* &c. ¶ 5. *Via lactea,* congeries minutissimarum stellarum; in fabulis apud poëtas, semita superiorum, die milch-strasse vulgo. conf. supra in *Lac.* Ovid. 1 Metam. v. 168

Est via sublimis, cælo manifesta sereno,
Lactea nomen habet; candore notabilis ipso. &c.

¶ Viālis, e, ad viam pertinens, wegsam; ut, *Lares viales,* apud Plautum Merc. 5, 2 v. 24.

¶ Viārius, a, um, de viis agens, die wege betreffend; ut, *Lex viaria,* Cœlius Cicer. 8 fam. epist. 6.

¶ Vio, viāre, iter facere, ire, reisen, wandern; ut, *Iter viare,* Lucilius. *Pericula viare* dixit Plautus Trucul. 1, 1 v. 8; ubi vide interpretes. Usus hoc verbo aliquoties Prudentius; ut lib. 2 contra Symmach. v. 772 *iter esse viandi Multiplicum variumque.* Item Juvencus, & alii Christiani scriptores; etiam Ammianus lib. 20 c. 23 pr. *Intendi ad viandum.* Quintil. 8 c. 6 reponit hoc verbum inter infelicius ficta.

¶ Vians, tis, ein reisender, wandersmann. Solinus c. 42 *Submovere accessus viantium.* Prudent. Hamart. v. 208 *Incautum spoliare viantem.* Idem Cathem. hymnos v. 65

Præbent rupta locum stagna viantibus.

¶ Viātĭcus, a, um, zum reisen gehörig; ut, *Cœna viatica,* quæ peregrinis datur, eine gast-mahlzeit, Plaut. Bacch. 1, 1 v. 61. Talis & *adventitia;* vide supra in *Venio.*

¶ Viātĭcum, i, subst. quodlibet ad iter necessarium, sive cibus, sive pecunia, der reise-pfennig, die reise-zehrung. Cic. ad Attic. 15 epist. 20 *Video nihil opus esse viaticum.* Proverbia: *Unicuique sua ars pro viatico est,* vide Chiliad. Bias filio ad Ægyptios abeunti & percontanti, quidnam faciendo rem ipsi gratissimam facere posset, ἐφόδιον, inquit, πρὸς γῆρας κτησάμενος τὴν ἀρετήν, hoc est, *Si viaticum ad senectutem tibi comparaveris virtutem,* Basil. Orat. ad adolescentes, quomodo ex græcis auctoribus utilitas petenda sit. ¶ 2. *Viaticum* etiam dicitur peculium & facultates militis, das vermögen. Suetonius Cæsare c. 68 *Ingresso civile bellum centuriones cujusque regionis singulos equites e viatico suo obtulerunt,* aus ihrem beutel. Vide ibi Torrentium & Dausquejum in Basil. Seleuc. p. 110. Qu. Claudius 1 Annal. apud Gellium 17 Noct. Attic. c. 2 *Ut facile intelligeretur, magnum viaticum ex se atque in se ad remp. evertendam habere.* Quæ verba cum produxisset Gellius, subjicit: MAGNUM VIATICUM *pro magna facultate & paratu magno nove positum:* videnturque Græcos secuti, qui ἐφόδιον a sumtu viæ ad aliarum quoque rerum apparatus traducunt.

¶ Viatĭcŭlum, i, diminutivum, eine kleine zehrung. Ulpian. Leg. 18 § 1 Dig. de judiciis & ubi quis &c. *Viaticulum suum recipere.* Et Apulej. lib. 7 p. 191 *Viaticulum mihi corrasi.*

¶ Viaticātus, a, um, id est, viatico instructus, mit einem zehr-pfennig versehen. Plaut. Menæch. 2, 1 v. 29 *Cum inspicio marsupium, viaticati admodum æstive sumus.* Sidonius 6 epist. *Opipare viaticatus.*

¶ Viātor, ōris, qui iter facit, ein wanderer, wandersmann. Juvenal. sat. 10 v. 22 *Cantabit vacuus coram latrone viator.*

Cic. pro Milon. c. 21 *Non semper viator a latrone, nonnunquam etiam latro a viatore occiditur.* Et Celsus præfat. operis: *Viator exceptus a latronibus.* Phædrus 2 fab. 2 v. 4

forte innoxius
Viator est deductus in eundem locum.

¶ 2. *Viatores* etiam dicebantur servi magistratuum, qui antiquitus magistratus ex villis & agris accersebant, ut Cic. de Senectute c. 16 notavit, ausreiter, gerichtsdiener. Et Columella præfat. operis: *Illis temporibus proceres civitatis in agris morabantur, & cum consilium publicum desiderabatur, a villis accersebantur in senatum. Ex quo, qui eos evocabant,* VIATORES *nominati sunt.* Eadem Plinius 18 c. 3. Postea, qui magistratibus apparebant, sic dicti, die stadt-knechte. vide Festum. In vetere Inscriptione: VIATOR AEDILIS PLEBIS. ¶ 3. *Viatores* etiam dicti litium exsecutores. vide JCtos.

¶ Viātrix, īcis, fœmininum, eine wandersfrau; item, reisend. Salvianus de Gubern. Dei lib. 1 p. 32 *Gens viatrix sine via,* id est, Israël in desertis. Etiam Martianus Capella lib. 6 post init. *Viatrix infatigata.* Et in vet. lap. apud Gruter. p. 745 n. 5 AQUILIA VIATRIX.

¶ Viātōrius, a, um, ad viatorem pertinens, dem wandersmann gehörig; ut, *Vasa viatoria,* Plin. 16 c. 10 sub fin. reise-zeug. *Argentum viatorium,* Lege 40 pr. D. de aur. arg. Et Onomast. vet. *Viatorius* ὁδοιπορικός. Sic, *Horologium viatorium,* eine sack-uhr.

¶ Vibilia, æ, Dea viarum. Arnob. lib. 4 p. 131 *Ab erroribus viarum Dea Vibilia liberat,* die reise-göttin.

¶ Viŏcūrus, i, viarum publicarum curator, ein weg- und steg-bereiter. Ita vocatur in l. 2 ff. de cloacis. Et Varro de L. L. 4 c. 1 *Quis non videt, unde ærifodina & viocurus?* Et Gloss. lat. gr. *Viocurus,* ὁδῶν ἐπιμελητής.

Composita cum præposit. & numeral.

¶ Avius, a, um, quod a via remotum est, sive per quod via nulla est, unwegsam, dazu kein weg gehet. Virg. 2 Georg. v. 328

Avia dum resonant avibus virgulta canoris.

Sic, *Avii montes,* Horat. 1 od. 23 v. 2. *Aviæ valles,* Stat. lib. 4 Silv. 3 v. 73. Et, *Avio itinere,* Sueton. August. c. 96. *Inter solitudines avias,* Vellej. 55, 4. *Avius a vera ratione,* i. e. non sequens rectam rationem, unvernünfftig, Lucret. 2 v. 81 & 229.

¶ Avia, ōrum, substantive, ungebahnte örter, abwege; ut, *Horrenda avia,* Valerius Flaccus 5 v. 475. Et, *Latebrosa per avia saltus,* apud Silium 12 v. 352. Sic, *Per avia ac derupta præibat eum,* Tacit. 6 Ann. c. 21. Idem lib. 4 Hist. c. 70 *Civilis avia Belgarum circumibat.* Vellej. 2, 73, 3 *Per avia itinerum vitalis militum gladiis.*

¶ Bivius, a, um, das zwo strassen hat. Virg. Æn. 11 v. 516

Ut bivias armato obsidam milite fauces.

¶ Bivium, i, subst. id est, duæ viæ concurrentes, ein scheidweg, da zween wege in einander lauffen. Virg. 9 Æn. v. 239 *In bivio portæ.*

¶ Devius, a, um, quod longe est a via, weit vom wege; item, irrig; ut, *Oppidum devium,* das weit von der strassen liegt. Cic. in Pison. c. 36. *Devium iter,* Cic. 14 ad Attic. epist 10. Idem ad eumd. 2 epist. 4 *Si nos amas, in Pompejanum venito, id & nobis erit perjucundum, & tibi non sane devium,* es wird dir nicht viel aus dem wege seyn. Idem in Philippica 5 c. 13 *Consiliis præceps & devius,* mit anschlägen geschwind und fehlend. Et, *Devii saltus,* Livius 10 c. 24.

¶ Devio, āre, deflectere a via, verbum posterioris latinitatis, abweichen, irrgehen. Macrobius 1 Somn. Scip. c. 22 *Si a medio deviaverit.* Symmachus 9 epist. 131 *A quorum* [principum] *definitione non decet deviari.* Plura vide in Curis Poster. Cellarii p. 207.

¶ Invius, a, um, inaccessus, unwegsam; ut, *Invii saltus,* Livius 9 c. 14, dazu man nicht kommen kan. Ovid. 14 Metam. v. 113

Invia virtuti nulla est via.

Idem 5 Fast. v. 582 *Gens circumfusis invia fluminibus.*

¶ Invia, ōrum, substantive, ut, *Avia,* abwege. Livius 21 c. 35 *Per invia pleraque & errores.*

¶ Invio, āre, ἐνοδίζειν, in viam dirigere, Solinus c. 2 [al. 8] post principium: *parcius depavita levius vestigiis inviare.* Vide ibi Salmas. p. 41 edit. sec.

¶ Multivius, a, um, vielwegig; vide in *Multus.*

¶ Obvius, a, um, quod occurrit, begegnend; ut, *Obvium alicui fieri,* vel *esse,* einem begegnen, entgegen kommen: Cic. pro Milone c. 18 *Quippe qui ei obvius futurus non erat.* Et Livius 1 c. 16 *Romulus cælo repente delapsus se mihi obvium dedit,* er hat sich dargestellt. Virg. Æn. 1 v. 318 *Cui mater sese tulit obvia.* Sed, *Obvia ferre arma,* dem feind die spitze bieten, Idem Æn. 9 v. 56. *Fac ut mihi tuæ litteræ volent obviæ,* Cic. ad Attic. 6 epist. 4; i. e. *Obvias mihi litteras mittas,* uti mox epist. 5 Idem loquitur, schicke mir brieffe entgegen. ¶ 2. *Obvium,* vulgare est, & triviale; ut, *Obvium est,* es kömmt allenthalben vor. ¶ 3. Sed *Homo obvius* est facilis affatu & humanus, freundlich. Plinius 1 epist. 10 *Est obvius & expositus, plenusque humanitate.*

¶ Obviam, adverbium, entgegen; ut, *Obviam venire, ire, prodire,* entgegen kommen, entgegen gehen: Cicero 2 fam. epist. 16 *Cum in Cumanum mihi obviam venisti.* Et pro Murena c. 32 *Si obviam candidatis issent.* Et ibidem c. 33 pr. *Multi obviam prodierunt de provincia decedenti.* Et, *Obviam fieri:* Cicero pro Milone c. 10 *Obviam fit ei Clodius expeditus.* Et, *Obviam se alicui ferre,* Id. pro Plancio c. 40. Et, *Obviam ire periculis,* widerstehen. Sallustius Jugurth. c. 7. *Obviam ire cupiditatibus,* Cicero in Verr. 1 c. 41. Sic, *Conatibus alicujus obviam ire,* Declam. antequam iret in exsil. c. 4. *Obviam alicui obsistere,* Plautus Amphitr. 3, 4 v. 2.

¶ Obviam itio, ōnis, die entgegengehung. Cicero 11 ad Atticum epist. 16 sub init. *De obviam itione ita faciam, ut suades.*

¶ Obvio, āre, obvium fieri, begegnen; quod haud scio, an recte apud Sallustium legatur Jugurth. c. 5 *Tum primum superbiæ nobilitatis obviatum,* an non ita potius, quemadmodum castigatiores libri habent, *obviam itum est.* Idem tamen verbum in Vet. Gloss. legitur, *Obviat,* ἀπαντᾷ. Macrobii, Vegetii, Hieronymi, & æqualium exempla indicantur Curis poster. Cellarii p. 224. Aliquando est *resistere,* adversari, zuwider seyn, widerstreben, vorbauen. Quintil. Declam. 307 *Nequitiâ obviatum est legi.* Palladius 1 tit. 35 *Grandini obviare.* Idem Martio tit. 10 *Asini urina vermibus obviabit.* Et Marcellus JCt. l. 2 ff de donat. *Confessioni obviare.* Sic & Arator in Act. Apost. c. 18 v. 9. 10

Christus ait: nunc, Paule, doce, non obviat ullus,
Me comitante, tibi.

¶ Pervius, a, um, *invio* contrarium, gebahnt, durchgängig, da man durch gehet; ut, *Pervii saltus,* Liv. 9 c. 43. Et Terent. Adelph 4, 2 v. 40 *Id quidem angiportum non est pervium.* Et, *Perviæ transitiones,* Cic. 2 de Nat. Deor. c. 27. Et Ovid. 2 Metam. v. 764

non ulli pervia vento, scil. *domus.*

¶ Pervium, i, substantive, transitus, der durchgang. Tacitus 3 Hist. c. 8 *Interjectus exercitus Rhætiam, Juliasque Alpes, ne pervium illa Germanicis exercitibus foret, obsepserat.*

¶ Perviam, adverb. idem. Plaut. Aulul. 3, 2 v. 24 *Omnes angulos ædium perviam facere.* conf. Pseud. 2, 4 v. 70; & Trucul. 2, 5 v. 54.

¶ Impervius, a, um, ungangbar; ut, *Amnis impervius,* propter vortices Ovid. 9 Metam. v. 106. *Itinera interrupta & impervia,* Tacit. 3 Annal. c. 31. Et, *Impervius ripis amnis* Pacatus Panegyr. Theodosio c. 34.

¶ Prævius, a, um, quod præit, vorgehend. Ovid. Metam. 11 v. 65

Nunc præcedentem sequitur, nunc prævius anteit,

er gehet voran, er weiset den weg. Et Statius 2 Silv. 1 v. 175

prævia flerunt Agmina

Et Ciceronis fragmentum apud Nonium c. 1 n. 330

Prævius auroræ, solis noctisque satelles.

¶ Prævio, āre, vorhergehen; unde participium est apud Ambrosium in Lucæ c. 3. v. 21 *Homo,* inquit, *viam non potest adoriri nisi Dominum habeat præviantem.*

¶ Propter-viam facere, quid ſit, vide ſupra in *Propter* n. 3.

¶ Quadrĭvium, i, quatuor viæ concurrentes, eine wegſcheidung, da 4. wege ſeyn. Catullus epigr. 58 ad Cœlium, *in quadriviis & angiportis*, Et Juvenalis ſatyr. 1 v. 63

medio ceras implere capaces Quadrivio.

Vide ibi interpretes. Gloſſ. gr. lat. τετραοδία, *quadrivium.* ¶ 2. *Quadrivium* etiam appellatæ ſunt quatuor artes mathematicæ, ſicuti *trivium* reliquæ tres liberalium nomine vulgo notæ, grammatica, dialectica, rhetorica: a quibus & *Scholæ triviales* nuncupatæ, quæ eas docerent tirones ſtudiorum. Nihil his vocabulis tritius apud ſcholaſticos ſcriptores. Sed neſcio, an ulla quadrivii hoc ſignificatu antiquior mentio, quam apud Boëthium, qui ſemel iterumque ſic vocat, ut lib. 1 Arithm. c. 1 *Hoc igitur illud qradrivium eſt, quo iis viandum ſit, quibus excellentior animus a nobiſcum procreatis ſenſibus ad intelligentia certiora perducitur.* Qui & ipſe has ſcientias illuſtravit ſcribendo. Honor. Auguſtod. de ſcript. Eccleſ. *Boëthius quadrivium de græco tranſtulit, arithmeticam, muſicam, geometriam, aſtronomiam.* Caſſiodorus *quadrifarias matheſis januas* vocat lib. 1 epiſt. 45, quam Theodorici regis nomine ſcripſit ad Boëthium. *Quadruvium* etiam barbare ſolent appellare ſcholaſtici, & *quadruviales artes, quadruviales litteras* Colvenerei notas ad Thomæ Cantipratini libros de Apibus vide p. 171.

¶ Trāvio, āre, id eſt, tranſire, hindurchgehen. Lucret. 6 v. 348

foraminibus liquidis ubi traviat ignis.

Vbi tamen in quibusdam *trameat*, in aliis *transvolat* legitur.

¶ Trĭvium, i, trium viarum coitus, da drey wege zuſammen ſtoſſen; ut, *Ventum eſt in trivium*, Cic. 1 de Divin. c. 54. *In trivio eſſe conſilii*, pro addubitare, quod conſilium ſequare, vide Chiliad. Ἐν τριόδῳ εἰμὶ λογισμῶν, *In trivio ſum conſilii.*

¶ Trivia, æ, Diana eſt apud poëtas, quod triviis præſideret. Virg. 6 Æn. v. 13 *Jam ſubeunt Triviæ lucos.*

Et Catullus carm. ſeculari v. 15 *Tu potens Trivia*, &c.

¶ Triviālis, e, vulgaris, paſſim obvius, gemein, auf allen gaſſen: ut, *Triviale carmen*, Juvenal. ſatyr. 7 v. 55. *Verba trivialia* Sueton de Rhetor. c. 6, hoc eſt, inculta, parum elegantia, ſchlechte, geringe worte. Quintil. 1 c. 4 *Ludi trivialis ſcientiæ*, niedrige ſchulen. conf. Borrich. Cogit. p. 256.

¶ Triviālĭter, adverb. idem. Arnobius lib. 7 p. 242 *Infantes parvuli, trivialiter & populariter inſtituti.* conf. Solin. c. 11.

¶ Triviātim, aliud adverb. i. e. per trivia, auf gemeinen ſtraſſen. Martian. Capella lib. 1 *Cum id loquax triviatim diſſultaret humanitas.*

VĪBEX, vibīcis, veſtigium plagæ ſeu verberis, ein ſtriemen, ſchmarren; nam vulneris *cicatrix* eſt μώλωψ. Græci ἴβυκας vocant σιγμὰς, teſte Heſychio: inde igitur *Vibices* Scalig. in Conjectan. Plin. 30 c. 13 *Verberum vulnera atque vibices pellibus ovium recentibus impoſitis oblitterantur.* Plautus Moſtell. 4, 1 v. 11 *Meum tergum ſubjiciam culcitram vibicibus.* Sed plures aliter legunt, extruſo *vibicis* & *culcitra* vocabulis. vide Lambin. & Operar. &c. Perſius ſat. 4 v. 48

Si puteal multâ cautus vibice flagellat.

VĪBIA, æ, ein querholtz, balcken. Auſonius præfat. monoſyllab. *Vt in vetere verbo ſequitur vara vibiam, ſimilium nugarum, ſubtexo nequitiam.* Ad quem locum Scalig. 1 lect. Auſon. c. 18 p. 54 *Incidi*, inquit, *in optimas & vetuſtiſſimas gloſſas, quæ nondum editæ ſunt: in iis ita ſcriptum inveni.* VARAM VIBIA. *Perticæ duæ ſunt, inter ſe colligatæ, quæ aſſerem ſuſtinent, unde proverbium* VARA VIBIAM SEQVITVR. *Hactenus Gloſſæ illæ, quæ melius meo judicio, concipiunt proverbium, quam codex Auſonianus. Nam* VARA *ſignificat perticam ab ſummo furcillatam, ut colligimus ex illis Gloſſis.* VIBIA *autem perticam transverſam, quæ furcillæ impoſita & colligata eſt. Quare ſi* VARA *cadat, &* VIBIAM *ſimul cum illa cadere neceſſe eſt. Vnde recte dictum:* VARAM VIBIA SEQVITVR: *Sane* varam *id ſignificare, præterquam quod ex Gloſſis illis cognoſcimus, etiam Vitruvius confirmat lib. 10 capite 19. Loquens de arietis inventione:* Cetras, *inquit*, Chalcedonius de materia primum baſim ſubjectis rotis fecit: ſupraque compegit arrectariis & jugis varas, & in his ſuſpendit arietem. *Ex his videmus* VARAM, *quæ arrectaria ſtatuitur:* VIBIAM *vero, quæ transverſaria & jugum ſuperponitur. Sed unde dicta ſit* VIBIA, *& quæ ἐτύμου cauſſa, & utrum* BIBIA, *ut in Auſonio: an* VIBIA, *ut in Gloſſis, ſcribendum ſit, neſcio. Mihi ſufficit & proverbium, & ejus interpretationem ex veteri grammatico indicaſſe. Proverbium quadrat in eos, qui, cum uni vitio indulſerint, deplorata omni verecundia, & profligato pudore, ad alia præcipites feruntur, quaſi omni jactâ bonorum aleâ. Sed præſtiterit duo nomina propria interpretari,* VARAM *&* VIBIAM. *Nam* VARI *&* VIBII *nomina gentilitia Romæ.* VARA VIBIAM, hoc eſt, τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ ἕπεται. Hæc ille.

Vibilia, Vibrabĭlis, vibramen, vibriſſæ, &c. vide *Via, Vibro.*

VIBRO, avi, atum, are, σείσαι, ut vetus Gloſſator interpretatur, eſt vi agitare ſeu concutere, ſchwingen, ſchwencken, bewegen; ut, *Vibrare haſtam*, Cic. 2 de Orat. c. 80. Idem, *Sicas vibrare, & venena ſpargere*, in Catil. 2 c. 10. *Vibrare telum*, Curtius 6 c. 5 n. 28. Sed, *Collucere a ſole, albeſcere & vibrare*, hoc eſt, micare, ſchimmern, funckeln, Cic. Acad. 4 c. 33. Et Tacitus 12 Annal. c. 51 de Zenobia gravida equo pernici fugiente: *poſt feſtinatione continua, ubi quaſi uterus & viſcera vibrantur* &c. ¶ 2. Transfertur & ad alia; ut, *Jambos truces vibrare*, id eſt, jaculari, Catullus carmine 37 v. 5. *Vibrari mea membra videres*, paſſive dixit Ovidius Heroid. epiſt. 11 v. 77 pro concuti, contremiſcere.

¶ Vibrans, tis, ſchwingend, bewegend, funckelnd. Virg. 2 Æn. v. 211

Sibila lambebant linguis vibrantibus ora;

id eſt, celerrime agitatis linguis; de ſerpentibus. Idem Æn. 9 v. 769 *Vibranti gladio connixus.* Et translate *Oratio incitata & vibrans*, Cic. de Clar. Orat. c. 95. Et Quintil. 10 c. 1 *Summa in Archilocho vis elocutionis, tum validæ, tum breves vibrantesque ſententiæ*, id eſt, incitatæ & penetrantes.

¶ Vibrātus, a, um, geſchwungen; ut *Vibratus ab æthere fulgor*, Virg. 8 Æn. v. 524, id eſt, emiſſus. *Vibratus capillus*, Plin. 2 c. 78; quomodo Virg. Æn. 12 v. 100 *Vibratos calido ferro crines* dixit, gekräuſelt haar. Et Prudentius Apotheoſ. v. 49

Vibratum Patris ore benigno Verbum,

de Jeſu Chriſto, Λόγῳ æterno, dixit. Et, *Membra vibrata vertigine*, apud Claudianum 2 in Eutrop. v. 359. Compar. Auſonius epiſt. 21 v. 5 *Flammis coruſci fulminis vibratior.*

¶ Vibrandus, a, um, aliud participium, leicht zu ſchwingen. Claudianus de 4 Conſul. Honor. v. 519 *jam cornus avita*

Tentatur vibranda tibi,

¶ Vibrābĭlis, e, idem. Auſonius epiſt. 24 v. 108

vibrabilis ornus Achillei.

¶ Vibrabundus, a, um ſchwingend, Mart. Capella lib. 7.

¶ Vibrāmen, ĭnis, vibratio, criſpatio, die bewegung, kräuſelung. Apulejus Met. 6 p. 179 *Triſulca vibramina draconum.*

¶ Vibriſſæ, ārum, *pili in naribus hominum, ſic dicti, quod his evulſis caput vibratur*, die naſen-härlein. Feſtus.

¶ Vibriſſo, āre, *criſpare vocem in cantando*, apud eumdem ex Titinnio, krümmen, kräuſeln.

¶ Convibro, āre, bewegen, erſchüttern. Apulejus lib. 2 Florid. p. 348 (edit. Elmenh.) de pſittaco: *dum tenera lingua uti convibretur.* Et Ammianus 17 c. 7 de ventis: *Eas partes ſoli convibrant, quas ſubrepſerint.*

¶ Evibro, āre, herfür ſchwingen. Gellius 1 c. 2 *Non ut excitarentur atque evibrarentur animi, quod cornua & litui moliuntur* &c. id eſt, ut animi incitati proſilirent, daß ſich der muth herfür thäte.

¶ Exvibrĭſſo, āre, idem. Titinnius apud Feſtum in *Vibriſſo*: *Si erit tibi cantandum, facito, uſque exvibriſſes.*

¶ Intervibro, āre. Martianus Capella lib. 6 poſt initium: *Tandem reglutinatis ab æthre intervibrantis admiratione luminibus*, &c.

VĪBVRNVM, i, frutex lentus eſt, flexuque invictus. Exit ramulis digitali craſſitudine, bicubitalibus, foliis ulmeis, incanis, & piloſioribus, quæ paribus internodiis adverſis pediculis conjugatim adhærent per ambitum tenuiſſime ſerrata. Florem edit album, umbellæ modo cohærentem quo acini prodeunt, lentium modo preſſi, qui primo ſtatim exortu virides, deinde rubri, demum vero nigri ſpectantur, radice per ſumma ceſpitum vagante. Matthiolus. Virgilius ecl. 1 v. 26 *Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.*

VICA POTA, Dea victoriæ, quæ & *Victoria*, die ſieges-göttin. Seneca de Morte Claudii: *Dieſpiter, Vicæ potæ filius.* Livius 2 c. 7 extr. ubi *nunc Vicæ potæ eſt domus.* Cic. de Leg. 2 c. 11 *Vicæpotæ, potius vincendi atque potiundi cognomina.* Scribitur etiam *Vicepota.*

Vicanus, Vicarius, Vicatim, Vicenarius, viceni, Vicennalia, vide *Vicus, Vicis, Vicus, Viginti, Annus,*

VĪCENTIA, æ, Venetorum oppidum, Plinio 3 c. 19, Vicentz, Rhenanus in caſtigationibus in Tacitum *Vicetiam* veteribus dictam probat, quomodo & dicto Plinii loco in optimis libris ſcriptum eſt.

Viceſima, viceſimatio, &c. vide *Viginti.*

VĪCIA, æ, legumen, ſeu pabulum potius jumentorum, a *vinciendo* appellatum: figit enim capreolos, ut vitis, wicken, quod nomen ex latino eſt. Ovidius 5 Faſtor. v. 267

Flore ſemel læſo pereunt viciæque fabæque, &c.

¶ Viciārius, a, um, zum wicken gehörig; ut, *Cribrum viciarium*, quo viciæ purgantur, Columell. 8 c. 5, ein wicken-ſieb.

¶ Viciārium, i, ſubſt. ein wicken-acker. Colum. 11 c. 2 *Viciaria diligenter facienda.*

¶ Ăphăca, æ, ἀφάκη, vicia tenuis eſt & campeſtris, vogels-wicken, wilde wicken, Plin. 27 c. 5.

Vicies, Vicinalis, vicinia, vicīnus, &c. vide *Viginti, Vicus.*

VĬCIS, em, e, plural. *vices, vicium*, &c. viciſſitudo, ein wechſel, umwechſelung, veränderung; defectiv. ab inuſitato *Vix*; ut, *Servare vices loquendi*, Quintilianus 6 c. 5. Et Plinius 17 c. 23 *Nihil eſt in opere naturæ, quod non aliquas feriarum vices velit.* Et, *Permutare vices ſtationum*, einander ablöſen. Curtius 8 c. 6. Et Lucanus 2 v. 13 *ſed ſors incerta vagatur,*

Fertque refertque vices, & habent mortalia caſum.

Sic dicimus: *Alterna vice*, Columella 3 c. 2. Et, *Alternis vicibus*, Seneca Herc. Fur. v. 377, eins ums ander. *Annua vice*, jährlich: Plinius 2 c. 39 *Quis æſtates & hiemes, quæque in temporibus annua vice intelliguntur, ſiderum motu fieri dubitet?* Plinius junior Paneg. Traj. c. 80 *Vice verſa fungi*, umkehren. Prudentius Paſſ. Laurentii v. 289 *Inverſa vice.* Qui vero defectivum *Vice*, in numeri aut temporis notatione utuntur, e. g. *Hac vice, quadam vice, tribus vicibus, diverſis vicibus*, &c. fere omnes inclinatæ latinitatis temporibus fuere, (quos nominatim exhibent Poſteriores Cellarii Curæ p. 253,) præter Horatium, qui lib. 4 od. 14 v. 13 *Plus vice ſimplici* dixit, mehr, als einmahl, vielfältig. ¶ 2. Sed *meâ, tuâ, noſtrâ vice*, id eſt, meo, noſtro loco, an unſer ſtatt oder ſtelle. Horat. de Arte poëtica v. 304 *utar vice cotis, acutum*

Reddere quæ ferrum valet.

Plinius 8 c. 46 *Bos in Ægypto numinis vice colitur*, für einen gott, an ſtatt eines gottes. Sic, *Vice ſacra judicare*, i. e. loco Cæſaris, Inſcript. Gruter. p. 193 n. 10. Et, *Vice ſacra cognoſcere*, ibid. p. 246 n. 3. ¶ 3. Cicero ad Lentulum 1 fam. epiſt. 9 *Noſtram vicem ultus eſt ipſe per ſeſe*, hoc eſt, in ſeſe pœnâ afficiendo occupavit officium noſtrum, er hat ſich von unſertwegen ſelbſt geſtraft. Suetonius Claudio c. 7 *Præſeditque non raro ſpectaculis in Caji vicem*, i. e. inſtar Caji, an Caji ſtatt. Et Livius lib. 1 c. 20 *Ne ſacra regiæ vicis deſererentur*: *Regiæ vicis*, id eſt, regii muneris, regiarum partium. Plinius de Stella Veneris lib. 2 c. 8 *Contra ab occaſu refulgens nuncupatur* VESPER: *ut prorogans lucem vicemque lunæ reddens.* ¶ 4. Sed, *Menedemi vicem miſeret me*, Terent. Heaut. 4, 5 pr. i. e. calamitatem, incommodum. Sic & *Doleo tuam vicem*, Cicero 12 fam. epiſt. 23. Idem pro Domo ſua c. 4 *Mihi uni neceſſe erit, & meam, & aliorum vicem pertimeſcere.* Et Brutus ad eumdem 11 fam. epiſt. 19 *Valde & meam, & veſtram vicem timeam neceſſe eſt. Dolere vicem reipublicæ,*

blicæ; Idem ad Brutum epiſt. 10. *Conqueri ſuam vicem*, Suetonius Auguſto c. 66. *Ipſius vicem minime dolemus*, Cicero 4 ad Attic. epiſt. 6, wir beklagen ihn nicht. ¶ 5. Præcipue autem de bello utimur. Virgil. 2 Æn. v. 432

Teſtor in occaſu veſtro, nec tela, nec ullas
Vitaviſſe vices.

Vbi Servius: VICES *pugnas, quia per viciſſitudinem pugnatur, ut Salluſtius docet. Legimus etiam, pœnas* VICES *dici: Horatius 1 od. 28 v. 32* *vicesque ſuperbæ*
Te maneant ipſum.
Sed de bello uſitatum eſt. Nullum enim bellum caret periculo. Hæc Servius. ¶ 6. *Vicem exſolvere*, eſt vel bonam, vel malam gratiam referre, wider vergelten. Tacitus 4 Hiſt. c. 3 *Tanto proclivius eſt injuriæ, quam beneficio vicem exſolvere: quia gratia oneri, ultio in quæſtu habetur.* In titulo ſtatuæ apud Capitolinum in Gordiano Tertio c. 27 MISITHEO EMINENTI VIRO, PARENTI PRINCIPVM, TVTORI REIP. S. P. Q. R. VICEM REDDIDIT. Seneca Hercule Furente extremo: *Gratiam meritis refer*
Vicemque noſtris.

¶ Vicārius, a, um, an des andern ſtelle; item ſubſt. ein ſtatthalter; ut, *Succedere vicarium alicujus muneri*, Cicero Verr. 6 c. 37. *Pœna, ſervitus vicaria*, apud Quintil. Decl. 8, ſtrafe, dienſt, von eines andern wegen. Horat. 3 od. 29 v. 15

Defunctumque laboribus
Æqualis recreat ſorte vicarius;

Vicarium vocat, qui vicem ſive partes alterius ſuſcipit, ut interim quieſcat. Sic, *Vicaria mors*, quæ pro alio ſubitur, Seneca Controverſ 13; & Hygin. fab. 243.

¶ Viciſſim, adverb. per vices, wiederum, dargegen, hergegen; ut, *Te viciſſim audire velim, cum ipſe tam multa dixiſſem*, Cicero de Nat. Deor. 2 c. 1. Et ibidem c. 7 *Terra floret, dein viciſſim horrere poteſt.* Terentius Heaut. 4, 3 v. 10 *Da te mihi viciſſim.* Cic. de Fato c. 2 *Mutuari ab aliquo, & ei viciſſim reddere aliud quippiam.* ¶ 3. Alternis vicibus, per vices, invicem, wechſelsweiſe. Virg. eclog. 3 v. 28

Quid poſſit uterque, viciſſim Experiamur.

Ita *Viciſſim amare*, id eſt, mutuo, invicem, dixit Claudianus Epithal. Honor v 65

¶ Viciſsātim, idem. Plautus Pœnuli prologo v. 46; & Stich. 4, 1 v. 27. conf. Nonius c. 2 n. 879.

¶ Viciſsĭtūdo, ĭnis, *mutatio eſt ex alio in aliud*, quemadmodum Cicero expoſuit in 5 Tuſcul. c. 24, die abwechslung, veränderung. Idem de Amicit. c. 14 *Nihil viciſſitudine ſtudiorum officiorumque jucundius.* Terentius Eunuch. 2, 2 v. 45 *Omnium rerum viciſſitudo eſt.* Et, *Viciſſitudines dierum ac noctium*, Cic. 2 de Leg. c. 7.

¶ Viciſsĭtas, ātis, idem. Vſus eſt Accius apud Nonium c. 2 n. 893; itemque Vitruvius 9 c. 4, ut Rutgerſius V. L. lib. 2 c. 3 emendat.

¶ Invĭcem, adverbium, inter ſe, mutuo, viciſſim, unter einander, eins ums ander, hinwiederum. Quintil. 3 c. 10 *Crimen invicem intentare*, einander beſchuldigen. Seneca Ludo de morte Claudii: *Hercules qui videret ferrum ſuum in igne eſſe, modo huc, modo illuc curſabat, & ajebat: Noli mihi invidere: mea res agitur: deinde ſi quid volueris, invicem faciam: Manus manum lavat:* id eſt, mutua faciam. ¶ 2. Per vices, wechſelsweiſe. Celſus 1 c. 3 *Invicem modo aqua modo vinum bibendum eſt.* Plin. 6 c. 1 *Alitum cantus, canumque latratus invicem audiuntur.* ¶ 3. E contrario, hergegen, dargegen. Livius 28 c. 44 *Requieſcat aliquando vexata tamdiu Italia; uratur evaſteturque invicem Africa.* Plin. 2 epiſt. 11 *Habes res urbanas, invicem ruſticas ſcribe.*

¶ Pervĭcax, pervicacia, &c. vide ſupra ſuo loco in *P*.

VICTĬMA, æ, a victoria dicta eſt, θῦμα, das ſchlacht-opffer, opffer-vieh. Ovid. 1 Faſt. v. 335 *Victima, quæ dextrâ cecidit, victrice, vocatur.* A victoribus enim victimæ immolabantur. *Victimas mactare*, Cic. pro Flacc. c. 38. *Victimis cæſis litare*, Sueton. Nerone c. 25. *Victimarum* ſeu *hoſtiarum more mactari* dicebantur, qui ſecuri, non gladio, & humi ſtrati, percutiebantur, de quo Caſaubonus ad c. 15 Suetonii in Auguſto. *Fuga victimæ*, atrox omen, Idem in Tito c. 10; & Tacitus Hiſt. 3 c. 56. Deinde per translationem tyranni cæſi *victimæ* appellantur non ſine elegantia. Seneca Herc. Fur. v. 922

Victima haud ulla amplior
Poteſt magisque opima mactari Jovi,
Quam rex iniquus.

¶ Victĭmo, are, opffern, zum opffer ſchlachten. Apulejus Metam. lib. 7 p. 192 [edit. Elmenh.] *Hircum Marti victimant:* & p. 197 eod. lib. *Victimamus hoſtiam.* Gloſſ. Cyrilli: *Victimo.* βυθυτῶ, καλιερῶ.

¶ Victĭmārius, i, victimarum miniſter, ein opffer-knecht, ſchlächter des opffer-viehes. Livius 40 c. 29 *Libri in Comitio, igne a victimariis facto, cremati ſunt.* conf. Valer. Max. 1, 1, 12. Et Lamprid. Commodo c. 5 *Habitu victimarii victimas immolavit.* Et Ammianus 22 c. 14 de Juliano: *Victimarius pro ſacricola dicebatur, ad crebritatem hoſtiarum alludentibus multis.*

Victĭto, victo, Victor, victoria, &c. Victualia, victus, vide *Vivo, Vinco, Vivo.*

VĪCVS, i, κώμη, duplici modo dicitur, extra urbem, & in urbe. Extra urbem ſignificat locum, ubi plures caſæ ſunt, nullâ munitione ſeptum, ein offener flecken oder dorff. Minor autem *Vicus* pago eſt: nam ut *Vicus* ex pluribus caſis; ita pagus e pluribus vicis conſtat. Cicero 14 fam. epiſt. 1 *Quod ſcribis te vicum venditurum? quid, obſecro te, quid futurum eſt?* vide Manutium Quæſitis per Epiſt. 2 epiſt. 7. Sed quando hi vici muniebantur, *Caſtella* appellabantur, de quo ſuo loco. Ammianus Marcell. lib. 23 c. 21 *Abundant æque civitatibus, quibus Media, & vicis in modum oppidorum exſtructis* &c. Vbi *vici in modum oppidorum exſtructi* dicuntur, non qui mœnibus ſepti, ut oppida, ſed æque magni, ac oppida, ſint. ¶ 2. In urbe *Vicus* dicitur continuata ædium ſeries, eine reihe häuſer, eine gaſſe. Sic Roma in plures vicos ſeu regiones diſtinguebatur. Nam *Vicus Tuſcus, Vicus Cyprius, Vicus Africus* &c. ibi fuiſſe legitur. vid. Merula Coſmograph. 2 c. 4 v. 22. His autem *Vicis* magiſtri ſui præpoſiti erant, gaſſen-meiſter, de quibus Suetonius Auguſto c. 30, & Tiberio extremo: itemque in Claudio c. 18. *Vico magiſtros* P. Victor appellat de regionibus urbis. Nomen ipſum a *Via* eſt. Varro 4 de L. L. c. 32 *In oppido*, inquit, VICI *a via: quod ex utraque parte viæ ſunt ædificia.*

¶ Vīcŭlus, i, diminutivum, ein dörfflein. Livius 21 c. 33 *Caſtellum, viculosque circumjectos capit.* Et Vopiſcus in Aureliano c. 3 *An eo minores inveniuntur Ariſtoteles Stagirita, Eleatesque Zenon, aut Anacharſis Scytha, quod in minimis nati ſunt viculis?* Opponit Platonis patriæ, qui Athenienſis fuit.

¶ Vīcānus, a, um, auf den dörffern herum lauffend. Sic apud Ennium, quem allegat Cicero 1 de Divinat. c. 58 *Vicani aruſpices* ſunt, qui quæſtûs cauſſa vagantur per vicos, deridetque poëta hujusmodi circumforaneos, tanquam infimum hominum genus.

¶ Vicātim, adverb. per vicos, von dorff zu dorff, von einer gaſſen zur andern, durch die gaſſen. Cic. pro Sext. c. 14 *Homines vicatim conſcribere.* Horat. epod. 5 v. 97

Vos turba vicatim hinc & hinc ſaxis petens
Contundet obſcœnas anus.

¶ Vicīnālis, e, nah gelegen, nachbarlich; ut, *Vicinalis via*, quæ in vicis eſt, (Frontino & *agreſtis* dicitur) vel quæ in *vicum* ducit, diverſa a publica ſeu *militari*, ein dorff-weg. Siculus Flaccus de Conditionibus agrorum p. 11 VICINALES *autem viæ, quæ de publicis divertuntur in agros, & ſæpe ad alteras publicas perveniunt.* vide ibi Rigaltium, & adde leg. 3 Dig. de locis & itin. publ. Livius 21 c. 26 *Lintres ad vicinalem uſum paratæ.*

¶ Vīcīnus, a, um, nahe, benachbart; item ſubſtantive, ein nachbar; ſunt nempe vicorum finitimi vicini. Ovidius Remed. am. v. 323 *Et mala ſunt vicina bonis*, &c. Sic, *Vicina & finitima rhetoricæ dialectica eſt*, Cic. in Orat. c. 32. Et Plaut. Merc. 4, 4 v. 32 *Aliquid mali propter vicinum malum.* Virg. eclog. 9 v 28

Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ.

Sic, *Vicinus proximus*, der nächſte nachbar, Cic. ad Attic. epiſt. 14. *Vicinum citius adjuveris*, Idem Off. 1 c. 18. Etiam in neutro abſolute Vellejus 2, 70, 2 *Cum in vicino eſſet agmen.* Comparat. Ovid. 6 Faſt. v. 275 *Ni convexa foret, parti vicinior eſſet.*
Et Avienus Orbis deſcript. v. 765 *vicinior axi ſol.*

¶ Vicine, adverb. in der nähe. Auguſtinus de Doctr. Chriſtiana 1 c. 23 *viciniſſime frui.*

¶ Vicinĭtus, aliud adverb. idem. Theod. Cod. l. 15 tit. 1 *Omnes intra centum pedes vicinitus, quantum ad horrea pertinet, arceantur.*

¶ Vicinia, æ, die nähe, die nachbarſchafft. Cic. Tuſc. 1 c. 16 *In noſtra vicinia.* Horat. 1 epiſt 16 v. 44

Sed videt hunc omnis domus & vicinia tota.

Sic &, *Virtutum vitiorumque vicinia*; item, *Diverſarum rerum vicinia quædam*, id eſt, cognatio, Quintil. 2 c. 12; & 3 c. 6, eine verwandniß. Et, *Ad viciniam lactis accedens aqua*, id eſt, ad ſimilitudinem, Plin. 31 c. 3, zur ähnlichkeit.

¶ Vicinium, i, idem. Seneca de Brevitate vitæ c. 15 *Verſatur in vicinio invidia*, der neider iſt nicht weit geſeſſen. Ita vetus Tarvinienſis: at, *in vicino*, Lipſius, Schottus, Gronovius ediderunt. Eadem ratio eſt Plinii lib. 2 c. 16, quem quidam allegant. Nam optimo quoque libro expreſſum eſt: *quamdiu in vicino ſint terræ.*

¶ Vīcīnĭtas, ātis, jus & conſuetudo, quæ inter vicinos eſt, eosque proximos amicis facit, die nachbarſchafft. Terent. Heaut. 1, 1 v. 4

Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas,
Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto,
Facit, ut te audacter moneam.

Sic, *Amicitiæ, conſuetudines, vicinitates*, Cicero poſt reditum ad Quir. c. 1. Et pro Cluent. c. 17 *Mihi cum eo vicinitas & magnus uſus eſt.* Sic & de aliis rebus; ut, *Virtutibus ac vitiis vicinitas quædam eſt*, Quintil. lib. 3 c. 6. ¶ 2. Pro vicinis ipſis ponitur, ſive qui in vicinia habitant. Cicero pro Roſc. Amer. c. 46 *Cantu vocum & tibiarum tota vicinitas perſonat.* Corn. Nepos Alcibiade c. 10 *Miſſi clam vicinitati negotium dant.*

¶ Vicīnor, ari, id eſt, propinquum eſſe, nahe ſeyn, aliquoties Sidonius dixit, lib. 2 epiſt. 2 & 11; & lib. 6 epiſt. 9; & lib. 7 epiſt. 2.

Videlicet, vide ſequens *Video*.

VĬDEO, vīdi, vīſum, vĭdēre, cernere, ſehen; a græco ἰδεῖν, ſecundum Macrob. 1 Saturn. c. 15. Ovid. 10 Metam. v. 602

Vidiſſet lacrymas, vultus vidiſſet amantis.

Cic. 9 fam. epiſt. 23 *Conſtitui ad te venire, ut & viderem te, & viſerem.* Terentius Heaut. 3, 1 v. 82 *Somnum hac nocte oculis non vidi meis.* ¶ 2. *Videre* & conſiderare, intelligere eſt, erkennen, achtung geben; ut, *Videre futura & divinare*, Cic. 15 fam. epiſt. 15. *Videre in futurum*, Livius 6 c. 12, das künfftige bedencken, davor ſorge tragen. Et Cic. 4 de Finibus c. 4 *De ſummo bono mox videbimus.* Terent. Andr. 2, 6 v. 25 *Ego, iſtæc recte ut fiant, videro.* Iterum Cic. 4 Verr. c. 16 *Compone hoc, quod poſtulo; de reliquo videro*, für das andere will ich ſorgen. Et ad Brut. epiſt. 2 *De hoc tu videris.* Martialis 5 epigr. 42

Sedere in equitum num tibi liceat ſcamnis,
Videbo, Dydime; non licet maritorum.

Videre enim aliquando non eſt adſpicere tantum, ſed de iis etiam ſtatuere atque cenſere. Terent. Andr. 5, 2 v. 15 *Si faciem videas, videtur eſſe quantivis pretii.* Item Heaut. 5, 3 v. 2 *Sed ipſe egreditur, quam ſeverus! rem cum videas, cenſeas.* Quaſi dicat: ſi ipſum adſpicias, & ex adſpectu & vultu æſtimes, cenſere poſſis, te rem ipſam videre, cujus indicium vultus præfert, hoc eſt, ſeverum, & diſſolutum vitâ minime eſſe. Et hinc VIDERI pro æſtimari, putari ponitur. ¶ 3. Videtur & aliquando pro *cavere* poſitum, ſich fürſehen, hüten. Nam qui cavere volunt, iis circumſpectu opus eſt. Terent. Heaut. 2, 3 v. 111 *Ne quid accuſandus ſis, vide.*
Et ibidem v. 128 *Sed heus tu, vide ſis, ne quid imprudens ruat.* Perſius ſat. 1 v. 108 *Vide ſis, ne majorum tibi forte*
Lumina frigeſcant.
Cato 4 diſtich. 24 *Hoc vide, ne rurſus levitatis crimine damnes.* Similiter

liter & nos siehe zu pro hüte dich dicimus. ¶ 4. Sed, *Ego, ut spero, propediem te videbo*, id est, tecum ero, te visam, ich will in kurtzen bey dir seyn, antecedens pro consequenti. Plinius 1 epist. 5 *Rogo, mane videas Plinium.* Et ita *revidere* pro revisere Plautus dixit Trucul. 2, 2 v. 65. ¶ 5. Habet apud Terentium interdum & vim stomachantis, ut in Adelphis 5, 1 v. 4 *Illud sis vide exemplum disciplinæ.* Et in Phorm. 2, 3 v. 10 *Avaritia vide quid facit.* ¶ 6. *Me vide*, elegans formula, cum alicujus rei periculum in nos suscipimus. Plaut. Trinum. 3, 3 v. 78 *Nihil est de signo quod vereare: me vide.* Terent. Andr. 2, 2 v. 13 *Atque istuc ipsum nihil pericli est, me vide*, traue mir sicherlich. In simili dicimus. ¶ 7. Virg. eclog. 6 v. 21

jamque videnti
Sanguineis frontem moris & tempora pingit.

VIDENTI, id est, vigilanti, ut Servius & Donatus exponunt. ¶ 8. *Videre* pro sequi, petere, Livius posuit lib. 2 c. 12. Ex aspectu enim admiratio, & hinc cupiditas sequitur. Itaque antecedens etiam in ista ratione pro consequenti ponitur. Verba Livii sunt: *En tibi inquit*, (Mucius) *ut sentias, quam vile corpus sit illis, qui magnam gloriam vident, dextramque accenso ad sacrificium foculo injicit.* ¶ 9. *Videre* etiam pro vivere ponitur: unde & *lumen* pro vita: vel maximum enim præcipuumque viventium opus *videre* est, & inde *cassum lumine* pro mortuo Virgilius dixit lib. 2 Æneid. v. 85. Sic *diem videre* pro vivere Ovidius dixit lib. 5 Trist. eleg. 5 v. 44

Sive diem videat, sive tegatur humo;

id est, sive vivat, sive mortuus sit. Hinc *vivere* & *videre* tanquam synonyma passim conjunguntur. Terent. Andr. 1, 1 v. 28 *Vivus vidensque pereo.* Cic. pro Quint. c. 15 *Huic acerbissimum vivo videntique funus ducitur.* Apulej. Apologiâ: *Tibi a filio jam adulto acerbiores morsus viventi & videnti offeruntur.* Mamertinus Panegyrico Juliani c. 32 *Neque solum a me vivente & vidente grati animi benevolentia declarabitur*, &c. Videtur ex græco fonte hæc elegantia cadere. Homerus Iliad. α v. 88 ἐμεῦ ζῶντος, καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο,

me vivente & in terris vidente.

¶ 10. Est & illa elegans formula, qua Plautus usus est Casin. 2, 6 initio: *Illum ædepol videre ardentem te extra portam Metiam credo ecastor velle*, er wünschet, daß du verbrannt wärest. Auctor ad Herennium 4 c. 18 *Qui privatus intolerabili superbia fuerit, eum commodum & sui cognoscentem videre in potestate quis speret?* Curtius 6 c. 3 *Quem equidem cruci affixum videre festino.* Martialis 4 epigr. 72 *Pendentem volo Zoilum videre.* ¶ 11. *Videre* pro providere, procurare, simplex pro composito posuit Terent. Heaut. 3, 1 v. 50

asperum
Pater, hoc est, aliud lenius, sodes vide.

Vbi Guyetus & Ciceronem similiter locutum esse observat. ¶ 12. * *Videre plus* Ciceroni & aliis est, magis sapere, rectius *consulere*, klüger seyn, besser rathen; e. g. ad Fam. 6 epist. 4 *Vidisse me plus quam ceteros.* Et Philipp. 2 c. 15 *Cum me vidisse plus fateretur, se speravisse meliora.* Et pro Lege Manil. c. 22 *Sin autem vos plus tum in republica vidistis.* Et Terent. Heaut. 3, 1 v. 97

Ita comparatam esse hominum naturam omnium,
Aliena ut melius videant & dijudicent quam sua. Grævius.

¶ Videor, vīsus sum, ēri, speciem habere, placere, scheinen, düncken, das ansehen haben, gefallen; unde locutiones non inelegantes: *Videor, videor mihi, videris mihi, videtur mihi, tibi, ipsi, nobis*, es bedünckt uns. Nepos 25, 12, 4 *Vere videor posse contendere.* Terent. Eunuch. 5, 2 v. 61 *Parum perspexisse ejus videre audaciam.* Idem Heaut. 3, 1 v. 81 *Videre verum, atque, uti res est, dicere.* Cic. ad Terent. 14 fam. ep. 2 *Ego tum demum mihi videbar restitui, si area erit illa nobis restituta.* Terent. Adelph. 3, 3 v. 31 *Videre videor jam diem illum, cum hinc egens profugiet aliquo militatum.* Et Cic. ad Attic. 5 epist. 18 *Stamus animis, & quia consiliis, ut videmur, bonis utimur, speramus*, wie man von uns hält, 2c. Idem in Acad. 4 c. 16 *Visus sum mihi cum Galba ambulare.* Et de Divin. 2 c. 69 *Visum est tale objectum dormienti*, ein solches gesicht ist fürkommen im schlaf. Et, *Videri pro nihilo*, Cic. 2 de Finib. c. 13, id est, nihili æstimari, für nichts geachtet werden. Idem 1 Off. c. 11 *Cum Pompilio videretur, unam dimittere legionem*, id est, cum placeret, da er es für gut ansahe. Et ad Terent 14 fam. epist. 7 *Si tibi videbitur, villis iis utere*, &c. Virg. Æn. 2 v. 428 *Diis aliter visum*, scil. *est*, es ist nicht ihr wille gewesen. ¶ 2. Quamquam autem verbo *Videri* in incertis plerumque & inexploratis rebus uti solebant; eo tamen & in compertis, & quæ pro certis haberi solebant, sicut & verbo *Arbitrari*, modestiæ caussâ utebantur, quod bene observat Ciacconius ad illud Cæsaris 1 de Bell. Civ. c. 2 *Si non faciat, eum adversus rempubl. facturum videri.* ¶ 3. Hoc observandum etiam est, quod & B. Augustinus 10 Confess. c. 35 notavit, hoc verbum non ad oculos ac visum tantum, verum ad ceteros etiam sensus referri. Plautus Aulul. 5, v. 4 *Vocem loquentis modo me audire visus sum.* Terent. Eunuch. 3, 2 v. 1 *Audire vocem visa sum modo militis:* ubi Donatus: *Omnes sensus* VISA *dicuntur, ab eo, quod & certissimum oculorum judicium. Ergo* VISA SVM, *sensi.* Virg. 2 Æn. v. 731

Cum creber ad aures
Visus adesse pedum sonitus.

Horatius 3 odâ 4 v. 7 *Audire & videor pios*
Errare per lucos &c.

¶ Videns, tis, sehend, schauend. Virg. eclog. 1 v. 70 *Mea regna videns mirabor.* Idem Æn. 9 v. 345 *Vigilans & cuncta videns.* Terent. Heaut. 5, 1 v. 40 *Se vidente amicam pati.* Sic, *Vivus vidensque*, vor sichtlichen augen, repete in *Video*, n. 9 & n. 7.

¶ Visus, a, um, gesehen, erschienen. Horat. 1 oda 15 v. 29 *Quem tu cervus uti lupum visum fugies.* Idem 1 sat. 10 v. 32 *Vetuit Quirinus post mediam noctem visus.* Ovid. Met. 3 v. 416 *Visæ correptus imagine formæ.* Terent. Phorm. 2, 1 v. 12 *Jam pedum visa est via.*

¶ Visum, i, subst rem visam, vel diurnum & nocturnum phantasma significat, ein gesicht, wunder-gesicht, eine erscheinung. Cic. 1 Acad. c. 11 *Quam illi Φαντασίαν, nos visum appellamus.* Livius 1 c. 10 *Prodigia fulminibus aliove viso missa*, id est, ostento. Virg. 4 Æn. v. 456

Hoc visum nulli, non ipsi effata sorori.

¶ Vīsus, ûs, subst. videndi potentia, das gesicht; ut, *Visus acer*, ein scharff gesicht, Plin 8 c. 25. *Visu aliquid reprehendere*, ersehen, Valer. Flacc. 1 Argonaut. v. 464. Quintilian. 1 c. 3 *Visus oculorum obtutu continuo fatigatur.* Idem & *præstringere visum* dixit lib. 10 c. 1, nisi *perstringere* potius legendum: ita enim *perstringere aciem oculorum* dicimus, das gesicht blenden. vide supra *Stringo.* ¶ 2. Apparitio, visio, die erscheinung. Virg. Æn. 5 v. 90 *Obstipuit visu Æneas.* Plin. 7 c. 22 *Victoriam ipso die, quo contigit, nuntiavere visus.* Sic, *Nocturnus visus*, pro somnio, spectro, Tacitus Annal. 12 c. 13; Vellej. 2, 57, 2. Et pluraliter Prudentius Hamartig. v. 883

Nostris nempe omnes pereunt sub nocte colores Visibus.

¶ 3. *Visu*, supini significatu; ut, *Mirabile visu*, Horat. 2 epist. 2 v. 91. *Miserabile visu*, Virg. Æn. 1 v. 115. *Terribiles visu formæ*, Idem Æn. 6 v. 277.

¶ Vīsio, ōnis, idem quod *Visum* sive *Visus*, das gesicht, die erscheinung. Cic. de Divin. 2 c. 58 *Dormientium animos externa & adventitia visione pulsari.* Idem Tusc. 2 c. 18 *Falsa visione & specie moveri.* Et Quintil. 6 c. 2 *Quas phantasias Græci vocant, nos sane visiones appellemus, per quas imagines rerum absentium ita repræsentantur animo, ut eas cernere oculis ac præsentes habere videamur.*

¶ Vīsĭbĭlis, e, sichtbar. Plinius 11 c. 37 sect. 54 *Oculi visibilem ejus partem accipiunt.* Et Prudent. Cathem. 5 v. 158 *In quo visibilis stat tibi gloria.*

¶ Visĭbĭlĭter, adverb. idem. Vide inter composita *Invisibiliter.*

¶ Visĭbĭlĭtas, ātis, die sichtbarkeit. Fulgentius Continent. Virg. p. 150 ed. Munck. *In picturis est visibilitas, deest sensibilitas.*

¶ Visuālĭtas, ātis, das vermögen zu sehen. Tertull. de Anima c. 29 *Contrarietates visualitatis & cæcitatis.*

¶ Vīsor, ōris, qui videt ac inspicit, ein besichtiger, kundschaffer. Tacit. Annal. 16 c. 2 *Missis visoribus, per quos nosceret, an vera assererentur.*

¶ Vīso, si, sum, ĕre, besehen, besuchen. Terent. Eunuch. 3, 4 v. 7 *Visam, si domi est.* Et Phorm. 2, 3 v. 5 *Vise, redieritne jam, an nondum, domum.* Livius 3 c. 28 *Ex muris visite agros vestros ferro ignique vastatos.* Ovid. 1 Met. v. 95 *Peregrinum ut viseret orbem*
Montibus, &c.

Terent. Hecyr. 3, 2 v. 7 *Nec mittas visendi caussa quenquam.* Virg. 2 Æn. v. 63 *Vndique visendi studio Trojana juventus*
Circumfusa ruit, &c.

¶ 2. Vtrumque autem dicimus: *Visere aliquem*, & *ad aliquem.* Plaut. Captiv. 4, 2 v. 113 *Viso ad portum.* Ita & sæpe locutus Tacitus est. Lucret. 6 v. 1263 *Visere ad ægros.* Gell. 2 c. 26 *Phavorinus philosophus cum ad M. Frontonem Cons. pedibus ægrum viseret.* ¶ 3. Aliquando & verba adjungimus, præcipue *eo, venio.* Plaut. Rud. 1, 2 v. 6 *Nunc huc ad Veneris fanum venio visere.* Terent. Hecyr. 3, 2 v. 4 *Nostra illico it visere ad eam, admisit nemo.* ¶ 4. *Visere* ii dicebantur etiam, qui ordinaturi provincias mittebantur. Vellej. Paterc. 2 c. 95 *Nec multo post missus ab eodem vitrico, cum exercitus ad visendas ordinandasque, quæ sub oriente sunt, provincias.* Vide Buchnerum ad Prudentii hymnum de Natali Domini p. 32.

¶ Visendus, a, um, besehens werth, ansehnlich, scheinbar. Plin. 16 c. 44 *Arbor magnitudinis visendæ*, id est, spectabilis & admirandæ. Cic. in Vatin. c. 13 *Epulum omni apparatu ornatuque visendo.*

¶ Visĭto, avi, atum, are, frequentativum, besuchen, heimsuchen. Cic. 5 Tusc. c. 31 *Cum visitavisset hominem Carneades.*

¶ Visitātor, ōris, ein besucher. Augustinus Serm. 185 de tempore (Feria 2 Pentecost. serm. 1) *Non visitator subitus, sed perpetuus consolator & cohabitator æternus.*

¶ Visitātio, ōnis, die besuchung. Ibidem Augustinus: *Per gratiam visitationis*; & mox: *Ante visitationem cælestis consolatoris.*

¶ Vĭdelĭcet, quasi *videas licet*, adverbium confirmandi, idem quod certe, nimirum, freylich, eigentlich, nemlich, ut Valla docet lib. 2 c. ult. Cicero de Orat. 2 c. 55 *Sapiens videlicet homo cum primis nostræ civitatis.* Terent. Heaut. 3, 2 v. 22 *Hic de nostris verbis errat videlicet, quæ hic sumus locuti.* ¶ 2. Nonnunquam & ironiis subservit, quemadmodum *scilicet.* Cicero Philipp. 2 c. 6 *Tuus videlicet salutaris consulatus, perniciosus meus.* Idem 2 Catil. c. 6 *Homo enim videlicet timidus & permodestus vocem consulis ferre non potuit.* ¶ 3. Memineris indicare Vallam, apud doctissimos vix reperiri illum vulgo usitatissimum loquendi modum: *Quatuor sunt virtutes, scilicet* vel *videlicet prudentia, justitia*, &c. ¶ 4. Aliquando plane verbum est: ut illo Plautino Sticho 4, 1 v. 49 *Videlicet parcum illum fuisse senem*, id est, videre licet, illum parcum fuisse. Pari ratione & SCILICET usurpatur.

¶ Vidēsis, quasi *vide si vis*, siehe zu, ey lieber. Ex Terentio & Persio vide paullo ante in *Video*, n. 3.

Composita a *Video* & *Viso*:

¶ Circumvīso, ĕre, besichtigen. Plautus Amphitr. 5, 1 v. 58 *Angues oculis circumvisere.*

¶ Conviso, ĕre, besehen. Cic. in Arat. [Grot. v. 601]

Et loca convisit caudâ tenus infera piscis.

Et Lucret. 1 v. 146 *Res quibus occultas penitus convisere possis.*

¶ Ēvĭdens, tis. adject. perspicuus, clarus, richtig, deutlich, klar, augenscheinlich. Cic. 3 de N. D. c. 4 *Evidens est, de quo inter omnes convenit.* Et, *Evidens narratio*, id est, dilucida, Idem in Topic. c. 26. Et, *Perspicue & evidentes res*, in Acad. Quæst. 4 c. 14. *Evidentissimi Græciæ auctores*, Plin. 19 c. 3. *Effectus evidentissimus*, Celsus lib. 7 ineunte.

¶ Evidenter, adverb. perspicue, klar, deutlich, offenbarlich. Livius 6 c. 26 *Quum tam evidenter pœnituerit.* Valer. Max. 6 c. 2 n. 4 *Piso cum Manilium reum ageret, cumque evidenter nocentem gratia Pompeji videret eripi.* Comparat. Paulus JCt. l. 11 ff. de liberis & posth. *Evidentius apparet.* Superlat. Gajus JCt. l. 5 ff. qui satisdare cog. *Evidentissime locuples fidejussor.* Et Augustinus Civ. Dei 20 c. 29 *quod evidentissime sancta scriptura testatur.* Adde ejusdem operis lib. 16 c. 39, ubi est, *evidentissime Christi typum gerere.*

¶ Eviden-

¶ Evidentia, æ, perspicuitas, ἐνάργεια, die deutlichkeit. Quintil. lib. 6 c. 2 *Insequitur* ἐνάργεια, *quæ a Cicerone illustratio & evidentia nominatur, quæ non tam dicere videtur, quam ostendere.* vide libellum de Schematibus, & Cic. Acad. 2 c. 6.

¶ Invideo, vīdi, visum, ēre, proprie est inspicere, beschauen, ansehen; de quo infra in *invisus.* Sallustius Orat. 2 ad Cæsarem de Ordinanda Republ. sub fin. *Mihi pro vero constat, omnium mortalium vitam divino numine invideri.* ¶ 2. Hinc *Invidere* dolere est ob res secundas aliorum, mißgönnen, abgünstig seyn, neyden; dictum verbum a nimis intuendo alterius fortunam, quemadmodum in Tusc. 3 c. 9 Cicero dixit. Idem pro Planc. c. 3 *Invidet aut favet semper dignitatis iniquus judex populus.* Et, *Mihi videtur non solum vivis, sed etiam mortuis invidere,* in Acad. 4 c. 2. Sic, *Invidere alicujus honori,* 2 Agrar. extr. *Virtuti invidere labes est hujus seculi,* Idem pro Corn. Balb. c. 6. ¶ 3. Et cum accusativo: *Naturam bonis optimam invidisse videntur,* Cic. Tusc. 3 c. 2. *Invidere alicui honorem,* Horat. 1 sat. 6 v. 49. Et Plautus Bacch. 3, 6 v. 14 *Nullus est, qui non invideat rem secundam obtingere.* Idem Trucul. 4, 3 v. 31 *Invidere aliis bene esse, tibi male esse, miseria est. Qui invident, egent, illi, quibus invidetur, rem habent.* Nove Horatius *invideor* passive dixit in Arte poët. v. 56

ego cur, acquirere pauca
Si possum, invideor?

¶ Invidens, tis, invidus, abgünstig, unhold. Cic. Tusc. 4 c. 8 *Nocere invidenti.* Vellej. 2, 73, 1 *Speciosis invidens.*

¶ Invidentia, æ, neyd, abgunst, mißgunst, ungunst. vide sequens *Invidia.*

¶ Invidia, æ, idem. Sed *Invidia* proprie est, quo invidetur nobis; *Invidentia,* qua invidemus. Cic. 3 Tusc. c. 9 *Si sapiens in ægritudinem incidere posset, posset etiam in misericordiam, posset in invidentiam. Non dixi,* IN INVIDIAM, *quæ tum est, cum invidetur. Ab invidendo autem* INVIDENTIA *recte dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen* INVIDIAE. *Quod verbum dictum est a nimis intuendo fortunam alterius,* &c. Idem 4 Quæst. Tusc. c. 8: INVIDIAM *esse dicunt ægritudinem susceptam propter alterius res secundas, quæ nihil noceant invidenti. Nunc si quis doleat ejus rebus secundis, a quibus ipse lædatur, is non recte dicitur invidere.* Cornelius Nepos tamen in Eumene c. 10 *Invidiam* pro invidentia, hoc est, ægritudine, qua invidemus aliis, dixit: *Invidiâ,* inquit, *Ducum, cum quibus erat, perfidiâque militum Macedonum veteranorum, Antigono est deditus.* Cic. in Philipp. 14 c. 6 *Digna imitatione, non invidia, excellentium hominum virtus est.* Triarius apud Senecam patrem Suasoriâ 2 *Scias licet ad finem pervenisse, quæ ad invidiam perducta sunt.* Valla lib. 1 c. 21 *Invidiam* exponit esse odii vel malevolentiæ conciliationem & obtrectationem; ut, *Invidiam facere alicui,* D. Brutus ad M. Brut. & C. Cass. lib. 11. Cic. epist. 1 extr. & Suetonius Caligul. c. 56, quod est dicere aliquid de aliquo, quod in invidiam odiumque ipsum adducat, einem ungunst und unwillen erregen, einen verhaßt machen. Idem Suetonius etiam *quem onerare invidiâ* dixit Nerone c. 34. Terentius Andria 1, 1 v. 39 *Sine invidia laudem invenire,* &c. *Invidiam alicui parare,* Declam. in Sallustium c. 3. *In summam invidiam res est adducta,* Cic. ad Lentulum 1 fam. epist. 1 extr. die sache ist verhaßt. *In invidia res est,* Sallustius Jugurthâ c. 25. *In invidiam rapere,* Cic. de Leg. Agrar. 3 c. 2. Idem 2 Agrar. c. 26 *Syllanus ager tantam habet invidiam,* er ist verhaßt. Idem de Claris Orat. c. 42 *Obtrectatio invidiæ solet lacerare plerosque.* Sic, *Invidiâ aliquem incendere,* Quintil. 4 c. 2. *Invidiæ alicui esse,* einen in die augen stechen, geneidet werden, Livius 4 c. 49. *Opprimi invidiâ,* Cic. 2 Catil. c. 2. Et, *Invidiæ incendio conflagrare,* Idem 1 Catil. c. 11 extr. ¶ 2. * *Sine invidia dari* dicuntur, quæ prolixe cumulateque dantur. Sic Martialis 3 epigr. 65 *Quid si tota dares illa sine invidia.* Grævius. ¶ 3. Pluralis quoque numerus reperitur. Vatinius Ciceroni 5 fam. epist. 9 *An verear, ne is malevolorum obtrectationes & invidias non prosternat atque obterat?*

¶ Invidiŏla, æ, diminut. cujus exemplum ex Cicerone aliunde annotavit Sipontinus: *Cum nescio quid inter eos invidiolæ exortum fuisset.*

¶ Invidus, a, um, qui invidet, neidisch, mißgünstig; item, ein neider, abgünstiger; ut, *Invida ætas,* Horat. 1 oda 11 v. 7. *Dente morderi invido,* Idem 4 oda 3 v. 16. *Virtutis hostis, laudis invidus,* Cicero pro Flacco c. 1. Item, *Invidi, malevoli, lividi,* lib. 4 Tusc. Quæst. c. 12. Et, quasi substantivum sit, pronomen quoque patitur sibi apponi. Cic. 7 fam. epist. 16 *Persuaserat nonnullis invidis meis, se in me emissarium semper fore.* Et lib. 1 epist. 4 ad Appium: *Hæc opinio est populi Romani, a tuis invidis atque obtrectatoribus nomen inductum fictæ religionis,* &c.

¶ Invidiōsus, a, um, active, plenus invidiæ, neidisch; ut Ovid. 15 Met. v. 234

Tempus edax rerum, tuque invidiosa vetustas,
Omnia destruitis.

¶ 2. Passive sæpius & usitatius significat, geneidet, verhaßt. Quamquam & sic ab *inviso* quodammodo Quintil. 6 c. 1 distinguit. Vellej. 2, 60, 1 *Invidiosa fortuna Cæsaris.* Cic. 2 de Fin. c. 4 *Voluptatis invidiosum nomen est, & infamiæ subjectum.* Idem 2 Agrar. c. 26 *Invidiosas possessiones* [Syllani] *tenebant.* Et lib. 2 de Oratore c. 75 *Quæ sunt invidiosa, laudando & efferendo invidiosiora faciunt.* Et pro Cluent. c. 37 *quod fuit in illo judicio invidiosissimum.* Plin. 2 epist. 11 *Invidiosiorem fore arbitrabatur, si præsens fuisset.* Et Sen. Controvers. 31 sub fin. *res invidiosissima.* Etiam Apulej. Apolog. p. 317 *invidiosissima criminatio.* Et Ovid. Met. 7 v. 604 *quo mors foret invidiosior.*

¶ Invidiose, adverb. in haß, aus neid; ut, *Invidiose vivere,* Auctor ad Herenn. 4 c. 20. *Invidiose dicere,* Quintil. 4 c. 2. Comparat. Vellej. Paterc. 2 c. 45 de Ciceronis exsilio atque reditu: *Neque post Numidici exsilium, aut reditum, quisquam aut expulsus invidiosius, aut receptus est lætius.*

¶ Invīsus, a, um, odiosus, verhaßt, verdrüßlich. Sed differunt hæc: *Est mihi invisus,* ich bin ihm feind; *Sum illi invisus,* er ist mir feind, gehäßig. Cic. pro Lege Manil. c. 16 *Ne aut invisa diis immortalibus oratio nostra; aut ingrata esse videatur.* Quintil. 6 c. 4 *Improbitas judicii invisa est.* Idem lib. 3 c. 7 *Facere aliquem invisum.* Comparat. Plin. 22 c. 13 *Vrticâ quid esse invisius potest?* Et alter Plinius 2 epist. 20 *Cujus marito inimicissimus, ipsi invisissimus fuerat.* Martial. 7 epigr. 20 *Nullâ invisior umbrâ Nero, quam Lucani,* id est, nullius cædes plus odii conciliavit Neroni. Ita, *Vox invisior,* Sen 2 de Ira c. 36. *Invisissima voluptas,* Idem epist. 51 extr. *Invisissimi duces,* Ammianus 31 c. 12 [Vales. 4.] ¶ 2. Non visus, ungesehen, unbekandt. Cic. Arusp. Respons. c. 27 *Non invisa solum, sed etiam inaudita sacra.* Apulej. lib. 5 Miles. *Quidam introcessit & cantavit invisus, & alius citharam pulsavit, qui videbatur nec ipse.* Hieron. epist. 15 ad Marcellam de laudib. aselllæ: *Ad martyrum limina pene invisa properabat.* Vet. Gloss. *Invisus,* ἀόρατος, μισητός. Vetus Interpres Ecclesiastici c. 20 v. 32 *Sapientia absconsa & thesaurus invisus, quæ utilitas in utrisque?* Nempe *invidere* veteribus etiam non videre significat.

¶ Invīsĭbĭlis, e, unsichtbar. Corn. Celsus in præfat. *Invisibilia foramina.* Lactantius 7 c. 9 *Deus invisibilis.* conf. Borrich. Cogit. p. 149.

¶ Invisibilĭter, adverb. idem. *Visibiliter* & *Invisibiliter* uno loco Paulinus Nolanus dixit epist. 20 ad Delphinum c. 3 *Et visibiliter, & invisibiliter operaris salutem nostram vere pater bonus & salutaris patronus. Invisibiliter nos ædificas in orationibus tuis, rogans, intra nosmet ipsos fieri regnum Dei; visibiliter autem nobis operaris in fabricis ecclesiarum.* Vtrumque etiam Augustinus habet de Genesi ad lit. lib. 6 c. 6.

¶ Invīsor, ōris, qui invidet, ein neider, mißgönner. Apulej. lib. 1 Floridor p. 345 *Si quis forte in hoc pulcherrimo cœtu ex illis invisoribus meis malignus sedet.*

¶ Inviso, si, sum, ĕre, idem est cum simplici, besuchen, einsprechen. Cic. ad Att. 1 epist. ult. *Vt invisas, non solum rogo, verum etiam suadeo.* Sic ibidem lib. 4 epist. 6 *Domum alicujus invisere,* zusprechen. Et Plaut. Stich. 1, 2 v. 9 *Ad meam filiam inviso.* ¶ 2. Item inspicere, perlustrare, besehen; ut, *Arcadiæ invisere fines,* Virg. Æn. 8 v. 159. *Vrbis invisere terrarumque curam,* Idem Georg. 1 v. 25. Ita, *Speculum invisere* dixit Apulej. Apolog.

¶ Invisitātus, a, um, unbesucht, unbesehen. Quintil. Declamat 12 *Nulla celebris civitas invisitata transitur.* Liv. 27 c. 39 *Galli invisitati antea alienigenis.* vide Gronov. Adde Vitruv. 9 c. 4. ¶ 2. Non sæpe visus, ungesehen. Apulej. in Floridis lib. 4 p. 359 *Quod sum vobis nec lare alienus, nec pueritiâ invisitatus.* Ita & Livius non semel.

¶ Perinvisus, a, um, sehr verhaßt. Cic. pro Cornelio apud Ascon. p. 140 *Homo Diis ac nobilitati perinvisus.*

¶ Subinvideo, ēre, aliquantum invidere, ein wenig mißgönnen. Cic. 7 fam. epist. 10 ad Trebatium: *Verum tamen subinvideo tibi,* &c.

¶ Subinvisus, a, um, aliquantum invisus, etwas verhaßt. Cic. pro Rabir. Postumo c. 14 *Subinvisum apud malevolos Postumi nomen.*

¶ Interviso, ere, interdum visere, bißweilen besuchen, mit einsprechen; apud Plautum aliquoties est: ut Aulul. 2, 2 v. 25. Stich 1, 2 v. 90 & 97. Et Cic. 7 fam. epist. 2 *Quod nos minus intervisis, fero animo æquiore.* Idem ad Qu fratrem epist. 1 c. 2 extr. *Vrbanam expolitionem urget ille quidem & Philotimus & Cincius, sed etiam ipse crebro interviso.*

¶ Noctivĭdus, vide supra *Nox.*

¶ Pervĭdeo, ēre, perspicere, ersehen, erkennen. Cic. 3 Off. c. 18 *Qui hoc non perviderit, ab hoc nulla fraus abierit:* hîc tamen *præviderit* legunt alii. Alibi certius ejusdem testimonium est, ut ad Attic. 15 ep. 4 *Ibi te quamprimum pervidere velim.* Et Columella 2 c. 1 *Videt, quid eveniat, sed, cur id accidat, non pervidet.* Horat. 1 sat. 3 v. 25

Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis, &c.

¶ Prævideo, ēre, zuvor sehen, vorher sehen. Terent. Andr. 1, 2 v. 9 *Herus est, neque prævideram,* ich bin sein nicht gewahr worden. In quibusdam libris tamen *provideram* legitur, & ita plane Plautus. vide post in *Providere.* Sic, *Prævidere futura,* prospicere est. Cic. 1 de Divin. c. 30 *Somno sevocatus animus & societate & contagione corporis: tum meminit præteritorum, præsentia cernit, futura prævidet.* Et Ovid. de Ponto 4 epist. 8 v. 34

Cunctaque mens oculis prævidet illa suis.

Alii *pervidet.* vide Heins. ¶ 2. Est & in futura consulere, cavere, sich fürsehen. Nepos Hannibale c. 9 *Vidit autem vir omnium callidissimus, magno se fore in periculo, nisi quid prævidisset.*

¶ Prævisus, a, um, vorher gesehen. Ovid. Fast. 1 v. 327

Prævisos in aqua timet hostia cultros.

¶ Provideo, ēre, idem quod prævidere, prospicere, antequam quid evenerit, vorsehen. Cicero pro Muræn. c. 2 *Est boni consulis, non solum videre, quid agatur, verum etiam providere, quid futurum sit.* Sic, *Providere exitus,* Idem 6 fam epist. 4 pr. zuvor sehen, wo ein ding hinaus will. *Animo providere & præsentire,* Cæsar 7 c. 30. *Providere in posterum,* Cic. 7 Philipp. c. 7. Et, *Providere hominum vitæ,* rath schaffen, lib. 1 de Nat. Deor. c. 2. *Ex aliorum eventibus rationibus suis providere,* Auctor ad Herenn. 4 c. 9. ¶ 2. Præcavere, verhüten; e. g. *Quæ si non astu providentur, me aut herum,* &c. Terent. Andr. 1, 3 v. 4. PROVIDENTVR, id est, caventur, vitantur, ut Donatus interpretatur. Et Heaut. 1, 1 v. 63 *Putavit me ætate plus scire & providere,* &c. Cic. 9 fam. epist. 19 *Actum est de te, nisi provides. Providere & præcavere,* Idem pro Planc. c. 22. Et ad Attic. 10 epist. 16 *Cætera, quæ consilio provideri poterunt, cavebuntur.* Sic, *Provisum hoc est legibus,* id est, cautum, diß ist in rechten verwarnet worden, Plinius 3 epist. 9. Et Plautus Asinaria 2, 4 v. 43

ehem, optume; quemadmodum tu advenisti?
Non hercle te provideram.

id est, non animadverteram, non observaveram, te venisse. Ita & Horatius 1 epist. 7 v. 69

Quod non mane domum venisset: denique, quod non
Providisset eum.

¶ Providens, a quo *prudens* dictus est, qui futura prævidet & cavet, providus, fürsichtig, klug. Cic. 6 fam epist. 6 *Homo valde est acutus & multum providens.* Gradus etiam admittit. Cic. 3 fam. epist. 1 *Id mihi & ad brevitatem est aptius, & ad reliquas res providentius.* Tacitus 1 Hist. c. 85 *providentissimus quisque.* Inscriptio vetus apud Gruter. p. 258 n. 6 PROVIDENTISSIMO IMP. CAES. MARCO

ANTONINO VERO INVIC. AVG. &c. Et Tertull. de Resurr. carn. c. 63 *Providentissima gratia.*

¶ Providenter, adverb. idem. Lactantius 3 c. 17 *Si nulla providentia est, quomodo animalium corpora tam providenter ordinata sunt?* Cic. 3 de Nat. Deor. c. 40 *Invectus in eam Stoicorum rationem, quæ de providentia Deorum ab illis sanctissime & providentissime constituta est.*

¶ Providentia, æ, prudentia, vel potius prudentiæ pars, die fürsorge. Cicero 2 de Invent. c. 53 PRUDENTIA *est rerum bonarum & malarum & utrarumque scientia. Partes ejus* MEMORIA, INTELLIGENTIA, PROVIDENTIA. MEMORIA *est, per quam animus repetit illa, quæ fuerunt.* INTELLIGENTIA *est, per quam ea perspicit, quæ sunt.* PROVIDENTIA *est, per quam futurum aliquid videtur, antequam factum sit.* Et, *Sapientis est providere, ex quo sapientia appellata est providentia*, die fürsichtigkeit. Tacitus 4 Hist. c. 29 *Neque feriendi, neque declinandi providentia est.* Et Seneca epist. 5 *Providentia, qua cogitationes in longinqua præmittimus, maximum bonum conditionis humanæ.* ¶ 2. Item, die vorsehung; ut, *Providentia divina*, Cic. de Univers. c. 3 extr. *Mundus divinâ providentiâ constitutus est.* Idem de Divinat. 1 c. 51 *Deorum providentiâ mundus administratur.* Quintil. 5 c. 7 *Regaturne providentiâ mundus?*

¶ Providus, a, um, cautus, solers, fürsichtig; ut, *Homo animal est providum, sagax*, Cic. de Legib. 1 c. 7: & de Divinat. 2 c. 57 *Mens provida rerum futurarum.*

¶ Provide, adverb. Idem; ut, *Provide eligere*, Plin. 10 c. 33.

¶ Proviso, ĕre, zusehen. Terent. 5, 5 v. 1 *Proviso, quid agat Pamphilus.* Donatus: PROVISO *duo significat*, PROCEDO, *& cum processi*, VIDEO.

¶ Provisus, a, um, vorher gesehen, versorgt; ut, *Provisa sunt leviora*, Cic. 3 Tusc. c. 15. *Explorata & provisa ratio*, Idem 1 in Verr. c. 6. *Provisa res*, Horat Art. poët. v. 311. *Provisæ frugis in annum copia*, vorrath auf ein jahr, Idem 1 epist. 18 v 109

¶ Provisus, ûs, subst. cautio, die vorsicht, fürsorge. Tacitus Annal 1 c. 27 n. 3 *Provisu periculi.* Et Annal. 15 c. 8 *Nullo rei frumentariæ provisu*, durch keine vorher gemachte anstalt. Idem 12 c. 6 n. 3 *Provisu deum*, id est, providentiâ.

¶ Provisio, ōnis, idem. Cic. 3 Tusc. c. 14 *Quoniam multum potest provisio animi & præparatio ad minuendum dolorem, sint semper omnia homini humana meditata.* ¶ 2. Non raro hoc vocabulum de principum consiliis & rationibus usurpatur. Eumenius Rhetor de Restaur. Schol. c. 5 *Summis gubernandæ reipublicæ provisionibus.*

¶ Provīsor, ōris, qui providet, ein verpfleger, versorger. Inscriptio antiqua apud Gruter. p. 459 n. 1 ORDINIS PROVISORI. Horatius de Arte poët. v. 164

Utilium tardus provisor, prodigus æris.

¶ Improvidus, a, um, incautus, unfürsichtig. Cicero pro Ligar. c. 5 *Calamitas quædam fatalis improvidas hominum mentes occupavit.* Livius 22 c. 19 *Improvidos incautosque opprimere.* Et cum gignendi casu, *improvidus mali*, Plinius 36 c. 3. Passive, *Tela, quæ cæca & improvida feruntur*, Plinius Junior 4 epist. 22, hoc est, improvisa.

¶ Improvide, adv. incaute, idem. Livius 27 c. 27 *Tam improvide se collegamque, & prope totam rempublicam in præceps dederat.*

¶ Improvidentia, æ, die unfürsichtigkeit. Tertull. 2 adv. Marc. c. 23 *Improvidentiæ sententias vertere.*

¶ Improvīsus, a, um, unversehen; ut, *Nova res atque improvisa*, Cic. 1 de Orat. c. 22. Et Tacitus 2 Annal. c. 47 *Improvisior graviorque pestis.*

¶ Improviso, adverb. subito, unversehens, unvermuthet. Cic 2 Off c. 23 *Improviso oppressit tyrannum.* Et, *Improviso id fecerat*, Livius 27 c. 28. Vere ablativus est, subintellecta præpositione *Ex* vel *De*. Plaut. Rud. 4, 5 v. 2 *Ex improviso.* Etiam Cic. 1 Verr. c. 43 *Ex improviso si quæ res natæ essent.* Idem pro Rosc. Amer. c 52 *in quos de improviso incidant.* Sic & apud Terentium Andr. [illegible] v. 3; & 2, [illegible] v. 6.

¶ Revīdeo, ēre, wieder sehen. Plautus Truc. ul. [illegible] v. 65 *Nunc ad heram revidebo.* Et Fortunat. lib. 10 *Ve cito felices vos revidere queam.*

¶ Revīso, ĕre, idem. Cic. ad Attic. 1 epist. 14 *Reviso nos aliquando.* Et Gellius 13 c. 29 *Ad aliquem revisere.* Lucretius 5 v. 635

ad hanc quia signa revisunt.

Et lib. 2 v. 360 *Crebra revisit Ad stabulum.*

Horatius 1 epist. 7 v. 12 *Te, dulcis amice, revisit*
Cum Zephyris, si concedes, & hirundine primâ.

¶ Revisio, ōnis, die wiedersehung. Claudian. Mamertus ad Sidonium [in Sidonianis lib. 4 epist. 2] *Revisionis potestas intercluditur.*

¶ Revisĭto, are, frequentativum, wieder besuchen. Plinius 18 c. 3 *Nundinis urbem revisitabant.*

VĬDŬA, æ, quæ viro mortuo solitaria degit: disjuncta a viro per mortem, quæ intervenit, die wittfrau, wittbe. Quamvis autem adjectivum revera sit; absolute tamen de muliere viro orbata dicitur, *Vidua*, subaudi *mulier*. Et ita Terentius plena oratione Heaut. 5, 1 extr. usus dixit:

Non (ita me Dii ament) auderet facere hæc viduæ mulieri,
Quæ in me fecit.

Male itaque Servius Horatium reprehendit, quod abusive & satis incongrue, ut loquitur, in genere masculino posuit, dicens 1 oda 10 v. 12

Viduus pharetra Risit Apollo.

Revera enim adjectivum est, ut paullo post exemplis docebimus, & quemvis quovis modo re aliquâ privatum orbatumve significat. Procul dubio imposuit eruditissimo grammatico falsa etymi ratio: ut qui putarit, *Viduam* quasi *a viro iduam* sive divisam appellari: atque id verbum non nisi in fœminino genere locum habere, quod solæ fœminæ viris possent orbari. Atqui *viduus* est *valde iduus* sive divisus a particula *ve*, quæ significationem intendit, & *iduus* ab *iduare*, quod Hetruscâ linguâ *dividere* est, ut ex Macrobio discimus lib. 1 Saturn. c. 15. Plautus Stich. 1, 1 pr. *Quæ tamdiu vidua suo caruit viro.* Horat. 1 epist. 1 v. 78 *Sunt qui*
Frustis & pomis viduas venentur avaras.

¶ 2. *Viduam* etiam dici, quæ nulli nupserit, observat Pontanus vol. 2 Progymn. p. m. 97; Et Livineius ad Propert. 2 eleg. 33 v. 17, ubi *viduæ puellæ*, quæ virum non habuerunt. Sic & *Vidua* de meretrice, quæ caret amatore Plaut. Cistell. 1, 1 v. 46.

¶ Vĭdŭus, a, um, solitarius, einsam, öde, verlassen; ut, *Vidui anni*, qui sine conjuge transmittuntur, Statius 1 Silv. 2 v. 168. *Viduus lectus*, Lucan. 5 v. 806. *Puella vidua*, Ovid. 2 Fast. v. 557. *Solum arboribus viduum*, Columell. 2 c. 2. Et; *Viduus pecudibus ager*, ejusdem libri c. 15. Et Apulejus Miles. lib. 2 p. 120 *Mente viduus, nec dum suus*, nicht recht bey sinnen. Cum genitivo Avienus Periegesi v. 939 *Cespes herbæ viduus.*

¶ Viduus, i, subst. ein wittwer. Cic. Tusc. 2 c. 10 ex poëta: *Sic ipse viduus pestes excipio anxias.* Apud Plautum Merc. 4, 6 v. 13 dicuntur *Viri vidui*, wittmänner.

¶ Viduālis, e, wittwerisch; ut, *Vestis vidualis*, Prosper Aquitanicus de Promiss. & Prædict. parte 2 c. 38 sub fin.

¶ Viduĭtas, ātis, privatio, die beraubung, der wittwen-stand, mangel, einsamkeit. Livius 40 c. 4 *In viduitate relictæ filiæ singulæ filios parvos habentes.* Valerius Maximus lib. 4 c. 3 exemplo 3 *In eodem toro alterius* (Drusi Germanici) *adolescentiæ vigor exstinctus est, alterius viduitatis experientia consenuit.* Et Plautus Rudente 3 sc. 3 pr. *Omnium copiarum, atque opum, auxilii, præsidii viduitas nos tenet*, hoc est, privatio. Et Cic. pro Cæcina c. 5 *Jamdiu ejus viduitate ac solitudine alitur.*

¶ Viduertas, ātis, idem. Cato c. 141 *Viduertatem prohibere vastitudinemque.* Et Festus: *Viduertas calamitas dicta, quod viduet bonis.*

¶ Vidŭvium, i, pro viduitate Sidonius dixit lib. 3 epist. 2, ubi vide Savaronium. Et Gloss. lat. gr. *Viduvium*, πρόστιμον χηρείας.

¶ Viduo, avi, atum, are, berauben, entblösen; ut, *Viduare penates*, Statius 3 Theb. v. 355. *Multis viduasset civibus urbes*, Virg. Æn. 8 v. 571. *Foliis viduantur orni*, Horat. 2 oda 9 v. 8.

¶ Viduatus, a, um, privatus, beraubt, bloß, entlediget. Virg. Georg. 4 v. 518 *Arva nunquam viduata pruinis.* Columella præfat. lib. 10 *Tenuem admodum & pene viduatam corpore materiam.* Et Vitruvius 5 c. 7 *Si Architectus erit usu peritus: præterea ingenio mobili, solertiaque non fuerit viduatus.* Et, *Viduata in lumine regna*, id est, carentia, apud Silium 3 v. 601 de Tartaro. *Conjux viduata tædis*, eine wittwe, Seneca Medeâ v. 581. *Viduata parentum præsidio puella*, Apulejus lib. 10 p. 250. Floridis: *Ales viduata voce.* Suetonius Galbâ c. 5 *Ne Agrippinæ quidem viduatæ morte Domitii*, id est, viduæ factæ, die zur wittwe worden. Hinc

¶ Viduātus, ûs, subst. der wittwen-stand, die einsamkeit. Tertull. de Virg. veland. c. 9 *Virgo in viduatu ab annis nondum viginti collocata.*

VĪDŬLUS, i, receptaculum, in quo aliquid servatur, ein kästgen, felleisen, wadsack; ut, *Recte obsignatum in vidulo est marsupium*, Plaut. Menæch. 5, 7 v. 47. conf. Epid. 1, 1 v. 20, &c.

Viduo, are, viduvium, viduus, vide jam ante *Vidua.*

VIENNA, æ, Allobrogum civitas illustris in Gallia Narbonensi ad Rhodanum. Mela 2 c. 5 Martial. 7 epigr. 87. ¶ 2. Altera item in Austria, clarissima urbium omnium ad Danubium, Wien in Oesterreich. Sed hæc *Vindobona* rectius dicitur.

VĬĒO, ievi, ētum, ēre, idem quod vincire, binden, flechten, Varrone de L. L. 4 c. 10 auctore & Festo: Nonius c. 2 n. 925 & *inflectere* interpretatur, eoque producit Varronis locum ex de Re Rustica lib. 2 c. 23 *Habeas vimina, unde viendo quid facias.* Et Ennius in Varr. de L. L. l. c *Viere venerеam corollam.*

¶ Viētus, a, um, languidus, flaccidus, weich, mott; ut, *Mala vieta*, welcke äpffel, verschrumpffet, apud Varr. de Re Rustic. 1 c. 59. *Exiguum & vietum cor*, apud Cic. de Divinat. 2 c 16. Vet. Gloss. *Vietum*, μεμαρασμένον Terentius Eunucho 4, 4 v. 21

Hic est vetus, vietus, veternosus senex.

Gellius 13 c. 2 de ingeniis loquens: *Quæ poma gignuntur statim vieta & mollia, atque in principio sunt uvida; non matura mox fiunt, sed putria*, die stracks mürbe seyn. Mediam produxit Lucretius 3 v. 386 de araneo: *Nec supra caput ejusdem cecidisse vietam Vestem.*

Ubi *vietam vestem aranei*, putri mollitie præditam interpretatur Donatus ad paullo ante laudatum Terentii versum. Similiter Prudentius produxit 2 contra Symmach. v. 294

Præcipitet Scythica Juvenis pietate vietum
Votivo de ponte putrem.

Horatius vero corripuit epod. 12 v. 7

Qui sudor vietis, & quem malus undique membris
Crescit odor.

Videtur & Terentius corripuisse in versu illo, quem paullo ante attulimus. An itaque ancipitem putabimus? & verbum ipsum *viere*, nunc in secunda, unde *Viētus*; modo in tertia, unde *Viĕtus* declinasse? An dicendum *Vietum* apud Horatium & Terentium I absorpto, δισυλλάβως pronunciandum: quemadmodum apud eundem Horatium *pituita* trisyllabum est, quod prima in ea voce longa?

¶ Viētor, ōris, qui vasa vinaria religat, ein böttcher, faßbinder. Ulpian. Lege 27 § ult. Digest ad Legem Aquil. *Si vietori locaveris lacum vino plenum curandum.*

¶ Semiviētus, a, um, halb welck; ut, *Semivietæ uvæ*, Colum. 12 c. 16.

VĬGEO, ui, ēre, est vegetum ac vividum esse, florere, virere, frisch, wacker, lebendig seyn, krafft haben, im schwange seyn, quasi vi (nativa vel vivida) agere; ut, *Res quæ naturâ vigent*, Cic. 5 de Fin. c. 9. Idem pro Cœl. c. 5 *Apud illum vigebant etiam studia rei militaris.* Horat. 1 sat. 3 v. 61 *Ubi acris*
Invidia atque vigent ubi crimina pro bene sano, &c.

Sic, *Vigere animo*, Cic. ad Attic. 4 epist. 3. *Vigere memoriâ*, id est, pollere, Idem de Orat. 2 c. 87, ein gut gedächtniß haben. ¶ 2. Et sicut florere dicuntur, qui in laude & gloria sunt; ita *Vigere* verbum etiam perinde invenitur positum, berühmt seyn. Cic. 2 de Nat. D. c. 32 *Florere, vivere, vigere.* Lucret. 4 v. 1149 *Summo in honore vigere.* Nepos Alcibiade c. 5 *Qui paullo ante victores viguerant.* Idem Fragm. c. 8 *Vigebat violacea purpura*, id est, erat in pretio.

¶ Vigens, tis, frisch, munter, blühend, berühmt. Lucret. 2 v. 361 *Herbæ rore*

vore vigentes. Cic. de Finib. 2 c. 14 *Mens acris & vigens.* Sueton. Nerone c. 20 *Terpnum citharœdum vigentem tum præter alios accersit.*

¶ Vigesco, ui, ĕre, frisch und wacker werden, in schwang kommen. Catull. carm. 47 v. 8 *Jam læti studio pedes vigescunt.* Firmicus 1 c. 3 *Generis propagatione vigescere.* Adde Lucret. 1 v. 757.

¶ Vĭgor, ōris, integritas, eine frische wackere krafft, hurtigkeit; ut, *Animi vigor*, Plin. 7 c. 25. *Vigor juventæ*, Livius 1 c. 57. *Ingenii vigor*, Ovid. 8 Metam. v. 254. Et Virgil. 4 Æn. v. 730

Igneus est illis vigor & cælestis origo.

Plural. *Vigores animorum*, Vitruvius dixit lib. 6 c. 1.

¶ Vigŏro, āre, stärcken, krafft geben. Tertull. de Resurr. carn. c. 26 *Vinum animæ vigorantis ex vite Christi.* Idem de Pudicitia c. 2 *Effœminantia magis quam vigorantia disciplinam.*

¶ Vigorātus, a, um, vigore præditus, starck, lebhafft; ut, *Vigoratus juvenis*, Apulejus Met. lib. 9 p. 227.

¶ Evigorātus, a, um, vigore privatus, entkräfftet, krafftloß. Tertull. de Pallio c. 4 *Exuviæ mollitæ, & evigoratæ, & exeduratæ.*

¶ Devigesco, ĕre, marcescere, matt werden, abnehmen. Tertull. de Anima c. 27 *Marcescimus & devigescimus cum lucis detrimento.*

¶ Pervigeo, ēre, & Pervigesco, ĕre, sehr starck seyn. Tacit. Annal. 4 c. 34 *Vterque opibus atque honoribus perviguere.*

¶ Revigesco, ĕre, wieder grünen. Juvencus 2 Hist. Evang. v. 204

Hunc similem sancti flatus revigescere certum est,

VĬGIL, ĭlis, adjectivum, non dormiens, wachend, wacker, munter; ut, *Curæ vigiles*, Ovid. 3 Metam. v. 396. Et Virg. 4 Æneid. v. 182

Tot vigiles oculi subter, mirabile dictu.

Sic, *Canum vigilum excubiæ*, Horat. 3 od. 16. *Vigiles questus*, i. e. nocturnos, Statius dixit lib. 1 Silv. 2 v. 196.

¶ Vigil, ĭlis, substantivum, excubitor per noctem, ein wächter. Cic. 4 Verr. c. 43 *Clamor a vigilibus, fanique custodibus tollitur.* Lucretius solem & lunam *mundi vigiles* dixit lib. 5 v. 1435.

¶ Vigilārium, i, locus & specula, in qua vigiles, ein wachthauß. Seneca epist. 57 *Quod intersit utrum supra aliquem vigilarium ruat, an mons?* Quamquam super ea lectione ambigat Lipsius, quem vide.

¶ Vigilia, æ, ipse vigilandi actus, seu abstinentia a somno, vel ex proposito certo, uti in lucubrationibus, vel a morbo ἀγρυπνία, die wacht, die wachsamkeit. Cic. 4 Tuscul. c. 19 *Cui non sunt auditæ Demosthenis vigiliæ?* i. e. lucubrationes. Ita in proœm. paradox. *Illud majorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit.* ¶ 2. *Vigiliæ*, excubiæ nocturnæ, die schildwache, nachtwache. Cic. Verr. 4 c. 43 *Agere vigilias noctu ad ædes sacras*, die wacht halten. Idem in Catil. 3 c. 2 *Tertia fere vigilia exacta.* Et lib. 3 fam. epist. 7 *Cum puer tuus ad me secunda fere vigilia venisset.* *Vigiliæ* enim in quaterna horarum spatia dividebantur, ita ut *prima, secunda, tertia & quarta vigilia* diceretur. vide Lips. de Militia Romana. ¶ 2. *Vigiliam suam alteri tradere*, id est, partes muneris, Cicero dixit ad Brut. 11 fam. epist. 24. ¶ 3. Et per metaphoram, die sorgfalt. Cic. 1 Philipp. c. 1 *Manendum mihi statuebam quasi in vigilia quadam consulari ac senatoria*, i. e. in vigili atque assidua pro republ. cura. Idem Philipp. 7 c. 7 *Idcirco in hac custodia tanquam in specula collocati sumus, ut populum Romanum vacuum nostra vigilia redderemus.* ¶ 4. Sed *Vrbem munire vigiliis*, h. e. ipsis vigilibus, Sallust. Catil. c. 32, mit wächtern versehen; *Circumire vigilias, deducere vigilias*, Idem in Jugurth. c. 44 & 45. ¶ 5. *Vigiliæ Cereris*, Plaut. Aulul. 4, 10 v. 65, der heilige abend, feyerabend.

¶ Vigiliŏlæ, ārum, diminutum, quo usus est Angelus Politianus lib. 8 epist. 4, kleine wacht.

¶ Vigilium, i, idem quod vigiliæ. Varro apud Nonium c. 3 n. 268 habet. Vnde *Pervigilium.*

¶ Vigĭlo, avi, atum, āre, vigilias agere, wachen. Sic, *Vigilare usque ad lucem*, Terent. Eunuch. 2, 2 v. 47. Cic. in Catil. 3 c. 3 *Lentulus proxima nocte vigilarat.* Idem in Somn. Scip. c. 1 *Vigilare ad multam noctem.* ¶ 2. Per metaphoram eleganter transfertur ad animum, cum intentius in res, cavet, curat, administrat sedulo, quæ opus, quod Græci νήφειν dicunt. Gloss. *Vigilans*, ἐπάγρυπνος, νήφων. Cic. in Philipp. 6 c. 7 *Consilio quantum potero, excubabo vigilaboque pro vobis.* Idem Offic. 2 c. 19 *Vigilare pro re alterius.* Plaut. Rudente 4, 2 v. 16 *Vigilare decet hominem, qui vult sua temperi conficere officia.* Id. Cic. ex poëta pro Plancio c. 24 *Vigilandum est, multæ insidiæ sunt bonis.* ¶ 3. *Vigilare* etiam *ignes* dicuntur, quorum flamma viget, die im brande seyn. Statius 1 Silv. 1 v. 35

An tacita vigilet face Troicus ignis.

Loquitur de inexstincto Vestæ foco, cujus sacra Æneas in Italiam transtulit. Florus 1 c. 2 *Vt ad similitudinem cælestium ignium custos imperii flamma vigilaret.* Sic contra *sopitos ignes* Virgilius dixit lib. 5 Æneid. v. 743 pro exstinctis aut cinere obrutis & suffocatis.

¶ Vigilans, tis, wachend, wachsam, munter. Cic. 1 de Lege Agrar. c. 1 *Vigilans & acutus.* Virg. Æn. 5 v. 438 *Oculis vigilantibus.* Terent. Andr. 5, 6 v. 8 *Ille somniat ea, quæ vigilans voluit.* Hinc, *Vigilans somniat*, proverbialis locutio de iis, qui blandiuntur sibi in votis suis, & quæ optant imaginatione præsumunt inani, & sibi fingunt ex iis gaudia, quæ nondum habent. Quo vesaniæ genere amantes præcipuæ tenentur, de quo Plutarchus in Amatorio p. 759. Et Virgilius ecl. 8 extr. *Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?*

Et Publius Syrus: *Amans, quod suspicatur, vigilans somniat.*

Quintilianus 6 c. 3 *Nam ut inter otia animorum, & spes inanes, & velut somnia quædam vigilantium, ita nos hæ, de quibus loquimur, imagines prosequuntur, ut peregrinari, navigare, præliari, populos alloqui, divitiarum, quas nondum habemus, usum, videamur disponere, nec cogitare, sed facere*, &c. Similiter Lucretius 3 v. 1067 *Vigilantes stertere neque cessare, cernere somnia* dicit, qui inter vota & curas & spes inanes potissimam vitæ partem consumunt. Apud Plaut. Captiv. 4, 2 v. 68. Cum Ergasilus lautum epulum magnificis verbis, sed nullis paratus sumtibus juberet instrui, Hegio irridens insaniam hominis ait: *Hic vigilans somniat.* ¶ 2. Sed & remissi, socordesque ac segnes *vigilantes dormire* eleganter dicuntur. Plautus Pseud. 1, 3 v. 105

Ad eam rem usus est hominem, astutum, doctum, scitum & callidum:

Qui imperata effecta reddat: non qui vigilans dormiat.

Compar. apud Cicer. in Verr. 2 c. 11 *Nemo paratior, vigilantior ad judicium venit.* Et Superl. Trebell. Pollio in Gallienis c. 14 *Constantinus vigilantissimus Cæsar.*

¶ Vigilanter, adverb. cum vigilantia, diligenter, fleißig; ut, *Vigilanter providere*, Plancus Ciceroni 10 epist. 23. Et Cicero in Somn. Scip. c. 8 *Enitar multo vigilantius.* Idem pro Muræn. c. 15 *Vehementissime vigilantissimeque vexatus.*

¶ Vigilantia, æ, diligentia, die wachsamkeit, der fleiß. Proprie Plinius 3 epist. 5 n. 8 de avunculo suo: *Erat summæ vigilantiæ*; quod mox interpretatur: *Somni parcissimi erat.* Terent. Adelph. 3, 3 v. 44 *Vigilantiam tuam tu mihi narras.* Declam. antequam iret in exsilium c. 6 *Vos ut tutam fortunam traheretis, mea perfeci vigilantia.* Cic. ad Attic. 8 epist. 9 extrem. *Horribili vigilantia, celeritate, diligentia est.*

¶ Vigilandus, a, um, aliud participium, zum wachen bestimmt. Quintilianus lib. 11 c. 3 *Vigilandæ noctes & fuligo lucubrationum bibendæ.* Et Tibullus 1 eleg. 1 v. 66 *Fleta nox vigilanda venit.*

¶ Vigilābĭlis, e, idem. Varronis est in Satyra Menipp. *Dormitio vigilabilis, quæ me puellum impuberem cepisti.*

¶ Vigilātus, a, um, passive, mit wachen zugebracht. Ovidius 2 Trist. v. 11 *Vigilati labores*: Et Tacitus 13 c. 20 *Nox convivio vigilata.* Et Ovid. Fast. 4 v. 167 *Facem vigilata nocte ponet.* conf. & de Arte am. 1 v. 735.

¶ Vigilate, adverb. idem ac vigilanter, wachsamlich. Gellius 3 c. 14 *Vigilate & attente aliquid mutare.*

¶ Vigilātio, ōnis, das wachen. Cœl. Aurel. Tard. 1 c. 4.

¶ Vigĭlax, ācis, vigil, vigilans, wacker, munter. Propertius 4 eleg. 7 v. 15 *vigilacis furta Suburræ.*

Ausonius Ephemerid. 1 *Jam strepit nidis vigilax hirundo.* Et Columell. 7 c. 12 *Vigilaces canes.* Idem 8 c. 2 de moribus gallorum: *ut sint elati, alacres, vigilaces.* Et Ovid. Met. 2 v. 779 de Invidia: *Vigilacibus excita curis.* vid. ibi Heins.

Composita:

¶ Advĭgĭlo, āre, bey etwas wacker und fleißig seyn. Terent Andr. 4, 1 v. 50 *Credo si advigilaveris, ex unis geminas mihi conficies nuptias.* Et Cic. de Legib. 2 c. 12 *Advigilare ad custodiam ignis.* Manilius 1 v. 81

Et labor ingenium miseris dedit, & sua quemque

Advigilare sibi jussit fortuna premendo.

¶ Advigilantia, æ, die wachsamkeit. Ruricius 1 epist. 3 *Omni advigilantia precavere.*

¶ Evĭgĭlo, āre, expergisci, erwachen, aufwachen, munter werden; ut, *In quo evigilaverunt curæ & cogitationes meæ*, Cic. in Parad. c. 2. Et ad Brut. epist. 12 *Evigilare in studio.* ¶ 2. Vigilanter perficere, elucubrare, durch viel wachen zu wege bringen. Ovid. Trist. 1 eleg. 1 v. 107 de libris suis: *Quos studium cunctos evigilavit idem.*

¶ Evigilātus, a, um, mit fleiß gemacht, wohl bedacht; ut, *Evigilata consilia*, Cic. ad Attic. 9 epist. 12. Et Gellius 1 c. 7 *Cui pleraque veterum quæsita, meditata evigilataque erant.*

¶ Invĭgĭlo, āre, erwachen, sich bemühen, fleißig seyn, quo poëtæ fere usi sunt; ut Stat. 3 Theb. v. 4 *Invigilant animo curæ.*

Virgil. 4 Georg. v. 158 *Namque aliæ victu invigilant.*

Et Columell. 10 v. 159 *Invigilate viri, tacito nam tempora gressu*

Diffugiunt, nulloque sono convertitur annus.

¶ Invigilātus, a, um, idem quod *Evigilatus*. Ita *Invigilata carmina* Cinna dixit vetus poëta apud Isidorum 6 c. 12. vide *Arateus* sub *Aratus*.

¶ Intervĭgĭlus, a, um, darzwischen wachend; ut, *Somno brevissimo utor, & quasi intervigilo*, quod ex Senecæ epistola 83 vulgo profertur. At meliores libri, *interjungo.* vid. Lipsius.

¶ Intervigilans, tis, idem. Lampridius in Alexandro c. 61 *Vnus ex Germanis ingressus, dormientibus cunctis, solo tantum imperatore intervigilante visus est.*

¶ Noctuvigilus, vide supra *Nox*.

¶ Obvĭgĭlo, āre, wachen. Plauti est Bacchid. 3, 2 v. 14.

¶ Pervĭgil, is, semper vigilans, stets wachsam; ut, *Pervigil anguis*, Ovid. epist. Medeæ ad Jason. v. 60. *Pervigil canis*, Senec. Hercul. Fur. v. 809. *Pervigiles & insomnes*, Plin. Paneg. c. 63. ¶ 2. Apulejus lib. 11 p. 270 etiam recto casu dixit *Cura pervigilis*.

¶ Pervigilium, i, ein stetes wachen; ut, *Cibi vincuntur pervigilio*, Plin. 11 c. 53. ¶ 2. Frequentissime de sacris nocturnis ponitur. vid. Suetonius Claudio c. 54; & Galba c. 4. Et Gell. 2 c. 23 *Filia hominis pauperis in pervigilio vitiata est.*

¶ Pervigilia, æ, fœm. forma, idem. Justinus lib. 24 extremo: *maximum pervigiliæ malum.* ὁ πάνυ Grævius: at Juntæ & Vorstius *pervigilii*.

¶ Pervĭgĭlo, āre, ducere insomnem noctem, die gantze nacht durchaus wachen. Cic. pro Rosc. Amer. c. 35 *Orat, ut eam noctem pervigilet.* Et Livius 24 c. 38 *Pervigilare in armis.* Martialis 9 epigr. 69

Nam vigilare leve est, pervigilare grave.

¶ Pervigilatus, a, um, mit wachen zugebracht. Ovidius 6 Fast. v. 326

In multo nox est pervigilata mero.

¶ Pervigilātio, ōnis, die wachsamkeit; ut, *Nocturnæ pervigilationes*, Cic. de Legibus 2 c. 15.

VĪGINTI, numerale indecl. εἴκοσι, zwantzig; ut, *Annos natus unum & viginti nobilissimus homo*, Cic. 3 de Oratore c. 20. Et Martial. 7 epigr. 65 *Ab miser ac demens, viginti litigat annis*

Quisquam? cui vinci, Gargiliane, licet.

¶ 2. Observetur: *Milites nostri sunt sex & viginti millia*, non autem viginti & sex millia. Vel, *Milites nostri sunt viginti sex millia*, sive *Militum nobis sunt viginti millia*, sive *Milites nostri sunt vicies mille.* Valla lib. 3 c. 14 vide & Vossium de Constructione sive lib. 7 de Arte Grammatica c. 67 sub finem.

¶ Vicies, adverb. non vigesies, zwantzigmahl. Cic. 4 Attic. epist. 2 *Æstimarunt sestertium vicies.*

¶ Viceni, æ, a, je zwantzig. Plinius 10 c. 53 de ovis: *Plus vicena quina incubanda subjici vetant.* Colum. 5 c. 3 *Vicenæ amphoræ*

¶ Vicenarius, viginti annorum, zwantzig-jährig. Arnobius lib. 2 p 58 *Quot vultis annos agens? vultis vicenarius?* Et apud Plautum Pseud. 1, 3 v. 69 *Lex me perdit quina vicenaria*, id est, quæ minorem viginti quinque annis stipulari vetabat.

¶ Vicesimus, a, um, (Vigesimus vix probari potest,) zwantzig; ut, *Unus & vicesimus dies*, Cic. 14 pro Lege Manil. c. 3.

¶ Vicesima, (Vigesima) æ, subst. vectigal, quod ex servis & libertis redigebatur, der zwantzigste theil. Nam cum servus veniret, vectigal illud pro eo emptor; cum manumitteretur, herus pendebat. vide Lipsium ad 13 Annal. Taciti p. 354; & lib. 2 de Magnitud. Rom. c. 4. *Alia vicesima* ab Augusto instituta fuit, quam peregrini, sed civitate donati, adituri hæreditates suorum persolvebant. De qua multa Plinius Panegyrico Trajani c. 27 & seqq. cum ex centum penduntur quinque.

¶ Vicesimanus, a, um, zum ersten theil gehörig. Plur. *Vicesimani*, milites a legionis suæ numero ita appellati, Tacit Ann. c. 64 extr.

¶ Vicesimarius, a, um, vom zwantzigsten theil gesammlet; ut, *Aurum vicesimarium*, quod ex vicesimis colligebatur apud Livium 27 c. 10. vid. Alex. ab Alex. 2 c. 2. ¶ 2. Substantive, qui vectigal vicesimæ colligebat. Gloss. gr. lat. εἰκοσωνής, ὁ τὰς εἰκοστὰς ἀπαιτῶν, *Vicesimarius*.

¶ Vicesimatio, ōnis, supplicii militaris genus, quo vicesimus quisque fontium punitus fuit. Capitolinus in Macrino c. 12.

¶ Vicennalis, vicennis, &c. vide supra *Annus*.

¶ Vigessis, viginti assium, vide supra *As*.

¶ Vigintiviri, vigintiviratus, vide infra *Vir*.

Composita cum aliis numeral.

¶ Undeviginti, quasi unum de viginti, hoc est, viginti, uno excepto, neuntzehn. Cic. de Clar. Orat. c. 64 *Undeviginti annos natus erat eo tempore.* Livius 23 c. 46 *Signa militaria undeviginti.*

¶ Undeviceni, æ, a, je neuntzehn. Quintilianus 1 c. 10 sub fin. *Porrecti utrimque undeviceni.*

¶ Undevicesimus, a, um, (Undevigesimus) der neuntzehnde; ut, *Undevicesimum lustrum*, Livius 10 c. 47. *Die undevigesimo*, Colum. 8 c. 5. *Undevicesima legio*, Tacit. 1 Ann. c. 60; & Liv. 27 c. 38. *Anno undevicesimo post ejus mortem*, Cic de Senect. c. 5.

¶ Unetvicesimus, a, um, der ein und zwantzigste; ut, *Unetvicesima legio*, Tacit. 1 Annal. c. 45, ut Lipsius hic & c. 64 emendavit.

¶ Unetvicesimani, ob eandem rationem, qua *vicesimani*, ita dicti milites, apud Tacit. 1 Annal. c. 37

¶ Duodeviginti, decem & octo, achtzehn. Livius 30 c. 18 *Signa militaria duodeviginti capta.* Et ibidem: *duodeviginti ferme equites illustres.* Adde Plaut. Pœn. 4, 2 v. 75; Cæl. 2 B. G. c. 5 extr. quod elegans & optimo cuique potius quam vulgare *Octodecim* amatum.

¶ Duodeviceni, æ, a, je achtzehn. Livius 21 c. 41 *Duodevicenis denariis.*

¶ Duodevicesimus, a, um, decimus octavus, der achtzehende; ut, *Duodevicesima legio*, Tacitus 1 Hist. c. 55 n. 3.

¶ Duoetvicesimus, a, um. der zwey und zwantzigste. Gellius 5 c. 4 *Duoetvicesimo anno, postquam Galli Romam ceperunt.*

¶ Duoetvicesimani, milites legionis 22 apud Tacitum 5 Hist. c. 1.

Vigor, vigoratus, vide paullo ante *Vigeo.*

VILIS, e, a villis, vel a græco φαῦλον, εὔωνον, vulgaris, nullius precii, contrarius precioso, gering, wohlfeil; ut, *Ipsa natura nos admonet, quam paucis, quam parvis rebus egeat, quam vilibus*, Cic. 5 Tuscul. c. 35 extr. Et Horatius 1 sat. 5 v. 8

Et genus & virtus, nisi cum re, vilior algâ est.

Sic, *Vile habere aliquid*, parvi facere, gering achten, Sallust. Catilin. c. 16. Et Cicero in Verr. 3 c. 84 extr. *Frumentum quoniam vilius erat, ne emisses.* Idem 2 de Finib. c. 28 *Voluptas percipitur tam ex vilissimis rebus, quam ex pretiosissimis.*

¶ Viliter, adverbium, idem. Apulejus 1 Flor. p. 344 *Viliter semetipsum colere, sui contemtus est*, sich gar gering halten &c. Plautus Curcul. 2, 1 v. 28 *Venire poteris intestinis vilius.* Et Plinius 18 c 6 *Vilissime constare. Vilissime* est quoque apud Columellam 2 c. 10. Pro quo & *Vilissime* invenitur. Ulpianus Lege 2 § ult. Dig. de eo, quod certo loco &c. *Res*, inquit, *vilissimo distracta est*, man hat es sehr wohlfeil verkaufft. Sed subaudiendum *pretio*,

¶ Vilitas, ātis, contrarium caritati, die geringschätzigkeit, wohlfeiligkeit. Cicero pro Leg. Manil. c. 15 *Tanta repente vilitas annonæ ex summâ inopia & caritate rei frumentariæ consecuta est.* Et pro Dom. c. 6 *Subito illo ipso die carissimam annonam nec opinata vilitas consecuta est.*

¶ Vileo, ēre, gering, ungültig seyn; &

¶ Vilesco, ēre, gering, unwerth, ungeacht seyn. Ab alterutro præteritum est apud Avienum in Arateis v. 318

At postquam argento deformis viluit etas.

Prius etiam Onomastici est, in quo exstat: *Vileo*, εὐτελίζομαι.

¶ Vilito, āre, frequentativum, verächtlich, unwerth machen. Turpilius apud Nonium c. 2 n. 896 *Tua vitia, quære vilitant.*

¶ Vilifico, āre, idem. Hieron. in Esa. *Vilificare mulierem.*

¶ Vilipendo, ēre, wenig achten, verachten. Plaut. Trucul. 2, 6 v. 58 *Etiamnum me vilipendit.*

¶ Evilesco, ēre, verächtlich werden. Sueton. in Claud. c. 15 *Usque eo eviluit, ut passim ac propalam contemtui esset.* Valer. Max. 5 c. 4 n. 7 *Nulla acerbitate fortunæ, nullis sordibus precium caræ pietatis evilescit.*

¶ Pervilis, e, sehr gering. Livius 31 c. ult. *Annona eo anno pervilis fuit.* Paulin. Nolanus 6 Nat. Fel. v. 219 de pauperis viduæ minutis donis Luc. c. 21 v. 2 *Queis pretium pietas pervilibus aurea fecit.*

¶ Invilito, āre, gering, unachtbar machen. Gloss. lat. gr. *Invilitat*, εὐτελίζει

¶ Revilesco, ēre, idem quod *vilescere*, apud Senec. de Tranquillit. c. 15 *Sed nec virtuti*, inquit, *periculum est, ne admota oculis revilescat.*

VILLA, æ, Varroni 4 de LL. c. 4 quasi *Vehilla*, quod in eam fructus convehantur, das landgut, vorwerck, der bauer-hof, mayer-hof. Sed vetus grammaticus apud Rigaltium p. 299 a *Vallo*, id est, aggere terræ, quod pro limite constitui solet, nuncupatam voluit. Ita autem dicitur domus suburbana. vide Vallam de fundo, villa, prædio lib. 6 c. 41. Dividitur *villa* in rusticam & urbanam. *Villa rustica*, pars illa est, quam tenet villicus. *Villa urbana*, quæ & prætorium, ædificium illud est in villa, quod urbani plus habet nitoris & elegantiæ, quam rustici, quod dominus tenet. Columella tertiam adjecit partem, *Fructuariam*, in quam fruges convehuntur. Vide ipsum lib. 1 c. 6. Cicero Pollioni 16 fam. epist. 33 *Frumenta in agris, aut in villis sunt.* Idem ad Quint. fratr. 3 epist. 1. *Aqua non longe a villa bene sane fluens.* Nepos Attico c. 14 *Villa suburbana, aut maritima sumptuosa.* Villas suas celebrat Plinius 2 epist. 17; & lib. 5 epist. 6; *Tiburtinam* Manlii Vopisci Statius 1 Silvarum carm. 3; *Surrentinam* Pollii idem lib. 2 carm. 3. Et Seneca epist. 55 *Totius anni villam* vocat habitationem, in qua rigores fervoribus artificio temperantur.

¶ Villula, æ, diminutivum, ein landgütlein; ut, *Errare circum villulas*, Idem ad Attic. 8 epist. 9. Et, *Villula sordida, & valde pusilla*, ad eundem lib. 12 epist. 27.

¶ Villanus, i, conditioni colonariæ addictus, ein bauersmann, apud Budæum.

¶ Villaticus, a, um, zum bauerhof gehörig. Colum. 7 c. 12 *Canis villaticus*, ein ketten-hund. Plin. 23 c. 1 *Villaticæ alites.*

¶ Villaris, e, idem; ut, *Villares gallinæ*, Plin. lib. 10 c. 41.

¶ Villicus, i, qui villæ gubernationi præest, der hofmeister, mayer, pacht-bauer, verwalter. Varro de R. R. 1 c. 2 *Villicus agri colendi caussa constitutus atque appellatus est a villa.* Columella 1 c. 2 *Illud vetus est, & Catonis: agrum pessime multari, cujus dominus, quid in eo faciendum sit, non docet, sed audivit villicum.* ¶ 2. Neque vero hoc nomen servis rusticis tantum, sed qui in familia urbana etiam tribuitur, ein hauß- oder stadt-voigt. Nam VILLICOS & SUBVILLICOS HORTORUM, id est, curatores præfectosque in veteribus inscriptionibus legimus, quas Pignorius adducit: & in Gloss. Veteri triplex servorum genus *villici* nomine comprehenditur. *Villicus*, οἰκονόμος, ἐνοικολόγος, καὶ ὁ κατ' ἀγρὸν οἰκονομῶν. Οἰκονόμος est, qui *dispensator* alias dicitur: ἐνοικολόγος, *insularius*, qui conclavia & cœnacula elocat, mercedesque pro iis exigit: & hi duo ad urbanam familiam pertinent: Tertius enim rusticus est, præpositus villæ. vide Marcilium ad illud Horat. 1 epist. 14 ipso principio:

Villice silvarum & mihi me reddentis agelli.

Ubi etiam illum Juvenalis versum sat. 4 v. 77, in quo Pegasum præfectum urbis, *Villicum urbis* non sine satyrico morsu appellat, explicat. ¶ 3. *Vilicus* pro *Villicus* sæpe reperitur in veterum inscriptionibus. Multa exempla collegit Fabrettus opere suo p. 2.

¶ Villica, æ, villici uxor, die bauers-frau, hofmeisterin; de cujus officiis Cato de Re Rust. c. 43; & Colum. 12 c. 1.

¶ Villico, āre, & Villicor, ari, rusticari, villæ præesse, ut Nonius c. 2 n. 897 interpretatur, bauer seyn, bauer-arbeit verrichten. Plin. 18 c. 6 *Quorum prædia colenda suscipiebat respublica, exercitusque ducebant, senatu illis villicante.* Pompon. apud Non. l. c. *Procul ab urbe villicari*, &c. Auson. epist. 22 v. 1 *Philon meis qui villicatus prædiis.*

¶ Villicatio, ōnis, præfectura villæ, bauer-handthierung; ut, *Suscipere officium villicationis*, Colum. 11 c. 1.

¶ Subvillicus, vel Subvilicus, i, etiam villicus est, sed sub alio villico, cui quasi paret, ein untervoigt. Aliquoties in Gruteri Inscript. occurrit.

VILLUS, i, pilus est, θρίξ, ein haar, die haarzotte, wolle. Cic de Nat. Deor. 2 c. 47 *Quarum animantium aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ.* Et ibidem c. 50 *Conficere & contexere villos ovium.* Virgil. 4 Georg. v. 377 *tonsis mantilia villis.* ¶ 2. *Villi* vero in ventriculo, seu in imo œsophago, plicæ sunt, quibus constringitur & clauditur ipse.

¶ Villosus, a, um, häricht, zotticht; ut, *Pelles villosæ*, Ovid 12 Metam. v. 319. *Radice villosâ arbor*, hoc est, capillari, Plin. 12 c. 12, so viel fasen hat. Et, *Arbor folio villosior*, Plin. 16 c. 10, der rauhe blätter hat. *Villosissimum animalium lepus*, Idem lib. 11 c. 39.

VIMEN, inis, quasi *viemen*, a *viere*, ῥίψ, λύγος, omne virgultum flexibile, & ad ligandum aptum, ac præcipue salicum, reiß-holtz, schwancke reiser zum binden und flechten; ut, *Lentum vimen*, Virg. 3 Æn. v. 31. *Salices fœcundæ viminibus*, Virg. 2 Georg. v. 446. *Clypeos e viminibus*, Florus memorat lib. 3 c. 20.

¶ Vimentum, i, idem. Tacitus 12 Annal. c. 16 *Mœnia non saxo, sed cratibus & vimentis ac media humo, adversum irrumpentes invalida erant.*

¶ Viminetum, i, locus viminibus consitus, ein weidenbusch. Varro de L. L. 4 c. 8.

¶ Vimineus, a, um, von weiden geflochten; ut, *Qualus vimineus*, Columell. 8 c. 3 *Viminea tegumenta*, flechten, apud Cæsar. 3 B. Civ. c. 63. *Viminea crates*, apud Virg. 1 Georg. v 95.

¶ Viminalis, e, ligationi aptus, zum flechten dienlich: ut, *Salices viminales*, apud Columell. 4 c. 30. ¶ 2. *Viminalis mons*, unus e septem collibus, quos Roma muris suis complectebatur. Ita dictus est, quod ibi aræ essent Jovis Viminei; aut quod ibi vimineta fuerint. vid. Varro l. c. & Festus.

Vinacea, vinaceus, vinalis, vinarius, vide mox *Vinum.*

VINCA, æ, & *Vincapervinca*, & *Pervinca*, herba *Clemantis* κληματίς, singrien, ingrün, a viriditate perpetua. Semper viret in modum lineæ, foliis geniculatim circumdata, Plinio a *vinciendo* dicta est. vide lib. 21 c. 11.

VINCIO vinxi, vinctum, vincire, δεῖν, constringere, binden, schnüren, fassen; ut, *Vincire catenis*, Ovid. 15 Metam. 601. *Manus vinxerat tergo*, Virg. 11 Æn. v. 81. *Legibus vincire*, Cic. pro Marcello c. 8. ¶ 2 *Vincire* absolute in vincula conjicere, Cic. pro Domo sua c. 9 *Vincire & constringere liberos populos.*

¶ Vinctus, a, um, constrictus, gebunden, zugeschnürt. Terent. Eunuch. 2, 3 v. 22 *Vincto pectore virgo*, eingeschnürt. ¶ 2. Qui in vinculis

lis habetur, gefesselt, gefangen. Virg. Æn. 1 v. 299 *Nodis abenis vinctus post tergum.* Ovid. Trist. 4 eleg. 1 v. 5 *Vinctus compede fossor.*

¶ Vinctus, ûs, subst. ein band, gurt. Varro de R. R. 1 c. 8 *Pendere funiculo aut vinctu.*

¶ Vinctūra, æ, idem, sive ein bund, die verbindung. Plin. 16 c. 37 *Virgæ sequacis ad vincturas lentistiæ,* band-weiden. Cels. 8 c. 22 *ne vinctura talum lædat.*

¶ Vinctio, ōnis, ligatio, die bindung. Cic. 1 Tusc. c. 29 *Partes, quæ ante interitum vinctione aliqua tenentur.* Arnobius lib. 2 p. 87 *Quando animæ corporibus alligatæ? quis auctor vinctionis istius?* Idem lib. 5 p. 186 *Dicitur in Martis & in Veneris vinctione vitiorum esse significata compressio.* Et lib. 6 p. 203 *vinctionis vi colligari:* & ibidem: *Eos in basi unci retinent, & plumbeæ vinctiones,* mit bley eingegossene klammern.

¶ Vinctor, ōris, qui vincit, ein binder. Arnobius lib. 6 p. 199. Verba vide supra in *Congregator* sub *Grex.*

¶ Vincŭlum, i, ligamen, ein band; ut, *Certa legum vincula,* Quintil. 5 c. 10. Et Cic. 3 Off. c. 31 *Nullum vinculum ad adstringendam fidem jurejurando majores arctius esse voluerunt. Arctissimum vinculum amoris,* Idem lib. 6 ad Attic. epist. 2. ¶ 2. Sed, *Conjici in vincula,* id est, in carcerem, ins gefängniß, Cic. 5 in Verr. c. 8. *Vinculis & verberibus, atque omni supplicio excruciatum aliquem necare,* Idem pro Manil. c. 5. Et, *Esse in vinculis,* gefangen liegen, Plin. 7 c. 34. *Vincula evadere,* Silius 7 v. 71, sich loß machen. *Ex vinculis caussam dicere,* Livius 29 c. 19. ¶ 3. Sed *Solvere* vel *laxare vincula epistolæ* est aperire, den brieff erbrechen, Nepos 4, 4, 1. Antiqui enim vinculis colligabant epistolas. vide Lips. epist. instit. c. 4. Barth. 24 Advers. c. 18. Freinshem. ad Curt. 2 c. 2 n. 25. ¶ 4. Poëtis non raro pro corona ponitur, ein krantz. Seneca Medea v. 70

Præcingens roseo tempore vinculo.

Pro diademate idem dixit Thyeste v. 543

Imposita vincula capiti venerando gere.

¶ Vincŭlo, are, pro vinculis stringere, vincire, binden, recentioris Latinitatis verbum est. Hinc

¶ Vinculātus, a, um, ligatus, gebunden; ut, *Rosæ decussatim vinculatæ,* Martian. Capella lib. 1. *Mutuo amplexu vinculati,* Cœl. Aurel. Tard. 4 c. 8. Paulinus Jambo ad Cytherium v. 743

Si vitia carnis strinxerit Christi metu
Quasi vinculatis præerit.

Composita:

¶ Circumvincio, nxi, nctum, ire, umbinden. Plautus Rud. 3, 4 v. 27 *Circumvincire dictis.*

¶ Circumvinctus, a, um, umschlungen, umwunden. Avienus Perieg. v. 331 *Circumvincti nervis.*

¶ Convincio, ire, binden; unde

¶ Convinctio, ōnis, die zusammenbindung. Quintilianus 1 c. 4 de partibus orationis: *in convinctionibus complexum eorum esse judicaverunt, quas Conjunctiones a plerisque dici scio,* &c.

¶ Devincio, ire, valde constringere, verknüpffen, verbinden, zuschnüren; ut, *Devincire & constringere omnibus vinculis,* Cic. pro Leg. Agr. c. 5. *Fœderibus devincitur fides etiam cum hoste,* Idem 3 Offic. c. 31 *Devincire sibi aliquem beneficio, beneficiis, donis, officiis,* est adjungere sibi aliquem, & amicum quasi obsequentem reddere, einen verbindlich machen, verpflichten; Terent. Heaut. 2, 4 v. 14 *Hoc beneficio utrique ab utrisque devincimus.* Et Cic. Philipp. 2 c. 45 *Imperitam multitudinem præmiis devincire.* Idem 13 fam. epist. 7 *Summo officio & summa observantia sibi in perpetuum aliquem devincire.* Et in Offic. 1 c. 17 *Caritate homines devincit sanguinis conjunctio & benevolentia.*

¶ Devinctus, a, um, verknüpfft, verbunden. Cic. fam. 13 epist. 3 *Cujus officiis me esse devinctum confiteor.* Idem pro Archia c. 3 *Totam alicujus domum devinctam consuetudine tenere.* Sueton. Augusto c. 16 *Devinctus somno,* entschlafen. Comparat. Horat. 1 sat. 5 v. 42

Ne quis me sit devinctior alter.

Et Sidon. 5 epist. 11 *Devinctior sodalis.*

¶ Devinctio, ōnis, die verknüpffung, verstrickung. Tertull. de Spectac. c. 2 *Homicidium magicis devinctionibus perficere.*

¶ Evincio, ire, circumdare, bestricken, anbinden. Tacit. Annal. 6 c. 42 *Insigni regio aliquem evincire,* einen krönen.

¶ Evinctus, a, um, angebunden, fest geknüpfft. Virg. 5 Æn. v. 364

Evinctis attollere brachia palmis.

Idem Æn. 8 v. 286 *Evinctus tempora ramis.*

¶ Invinctus, a, um, id est, valde vinctus, gebunden, leg. penult. ff. de Lege Fabia.

¶ Prævincio, ire, vorher binden; Unde

¶ Prævinctus, a, um, vorher gebunden. Gellius 15 c. 10 *Virgines laqueo prævinctæ.* Idem lib. 19 c. 2 *ferinis voluptatibus prævinctus,* hoc est, constrictus.

¶ Provincia, provincialis, &c. vide mox in *Vinco.*

¶ Revincio, ire, arcte constringere, & proprie quidem retrorsum, zuschlingen, zurück binden. Cæs. de B. Gall. 7 c. 23 *Revincire introrsus.* Et Catull. carm. 62 v. 33 *Mentem amore revinciens.*

¶ Revinctus, a, um, zurück gebunden. Virgil. 2 Æn. v. 57

Ecce manus juvenem interea post terga revinctum.

VINCO, vici, victum, vincĕre, νικᾶν, superare, superiorem esse, gewinnen, besiegen, überwinden, übertreffen, vorgehen; ut, *Vincere & expugnare,* Cic. Paradox. c. 4. *Vincunt numero, vincunt ætatibus, vincunt auctoritate, consilio,* Idem Philipp. 11 extr. *Vincere omnes officio,* Cic. 14 fam. epist. 4. *Vincere omnium opinionem,* Idem 4 Acad. c. 1. Et, *omnium exspectationem,* 5 in Verr. c. 5. *Animum vincere,* est cupiditates cohibere, Plautus Trinum. 2, 2 v. 29 *Tu si animum vicisti potius, quam animus te, est quod gaudeas.* P. Syrus in Mimis:

Effugere cupiditates, regnum est vincere;

id est, vincendo obtinere. Nam victis cupiditatibus liber animus regnat. Unde Seneca Tragicus Thyeste v. 388

Rex est, qui metuit nihil,
Rex est, qui cupiet nihil:
Hoc regnum sibi quisque dat.

¶ 2. Sed, *Vince deinde, virum bonum fuisse Oppianicum,* id est, obtine, proba, erhalte es, Cic. pro Cluentio c. 44. Et Plautus Mostell. 1, 2 v. 12 *Profecto ita esse, ut prædico, vero vincam.* Sic, *argumentis vincere* idem dixit. vide *Argumentum.* Curtius 6 c. 5 *Hospitii pignora in regem suum ad ultimum fides conservata vincebat.* ¶ 3. *Vicimus,* exsultantium exclamatio, & qui jam obtinere sibi viderentur, quæ exoptarant, man hat durchgedrungen. Propertius 1 eleg. 8 v. 27

Rumpantur iniqui.
Vicimus: assiduas non tulit ille preces.

Ovidius 3 Trist. eleg. 9 v. 23 *Vincimus, inquit.*

Hic mihi morte suâ caussa salutis erit.

Idem 6 Metam. v. 513

Vicimus exclamat, mecum mea vota feruntur.

¶ 4. *Viceris,* alia exclamatio eorum, qui sibi invitis aliquid extorqueri patiuntur, habe es denn. Terent. Andr. 5, 3 v. 20

Domus, uxor, liberi inventi invito patre:
Adducti, qui illam civem hinc dicant, viceris.

Ubi Donatus: *Verbum ejus est, qui vix sibi extorquet, ut abjiciat curam. Et proprium patribus ac familiare iratis.* Sueton. Cæs. c. 1 *Satis constat, Sullam, cum deprecantibus amicissimis & ornatis viris aliquamdiu denegasset, atque illi pertinaciter contenderent, expugnatum tandem proclamasse,* VINCERENT AC SIBI HABERENT &c. vide ibi Casaub. Huc pertinet impium illud Juliani saucii & morti proximi: νενίκηκας Γαλιλαῖε, *Vicisti Galilæe,* apud Theodoretum 3 Hist. c. 20. Nam invitus cedebat victoriam & moriebatur Christianis iratus. Hinc *Victores* etiam dicebantur, qui obtinuerunt cupita, de quo postea.

¶ Victus, a, um, überwunden, bezwungen, besiegt; ut, *Victus hostis terra marique,* Horat. epod. 9 v. 27. *Prælia loqui, victas & urbes,* Idem 4 oda 15 v. 1. *Victi prece,* erbetene, Idem epod. 17 v. 43. *Victa ira per preces,* Ovid. ex Pont. 1 epist. 7 v. 48. *Corpora victa sopore,* überwältiget vom schlaf, eingeschläfert, Ovid. Fast. 1 v. 422. ¶ 2. Tacitus 4 Annal. c. 8 *Effusum in lacrymas senatum, victo gemitu, simul oratione continua erexit:* Hactenus gemuerat senatus: sed incumbente graviore affectu, jam solvebantur in lacrymas. Hinc *victum gemitum* dixit, quod is jam non sufficeret amplius exprimendo affectui, quo confundebantur. Similiter *victum silentium,* Idem 11 Annal. c. 2. Et Sulpicius Severus lib. 2 in Hierosolymitani excidii historia: *Judæi ad extremum fame interibant, passimque viæ oppleri cadaveribus cœperunt, victo jam officio humandi.* Nempe significat, majorem cadaverum numerum fuisse, quam quibus omnibus sepeliendis superstitum studium par esset, idem Tacitus 1 Annal. c. 57 *Inter quas uxor Arminii neque victa in lacrymas, neque voce supplex* &c. Significat haud expugnare animum, & eo adducere potuisse dolorem præsentis fortunæ, ut jam captiva mitteret lacrymas, & supplicaret Germanico, in cujus potestatem concesserat. ¶ 3. *Victi,* qui exciderunt votis, die ihren wunsch oder begehren nicht erlangen. Servius ad illud Virg. eclog. 9 v. 5

Nunc victi tristes, quoniam sors omnia versat:

VICTI, id est, *impotes. Nam quomodo* VICTORES *dicimus voti compotes, qui, quod volunt, faciunt: Sic* VICTOS *e contrario vocamus impotes, qui non possunt facere, quod volunt,* unmächtige.

¶ Victor, ōris, qui vincit, ein überwinder, siegesmann; ut, *Omnium gentium victor,* Cic. in Pison. c. 7. *Multa victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito facienda sunt,* Idem 4 fam. epist. 9. *Victor belli,* qui bello vicit, Stat. Theb. 9 v. 624, & Plautus Amphitr. 2, 2 v. 16. *Victor exercitus,* id est, victoriis clarus & felix, Corn. Nepos Agesilao c. 4. Et Horatius 1 sat. 9 v. 42

Contendere durum est
Cum victore, sequor.

¶ 2. *Victor* etiam propositi effector est, ut Servius ad illud Virgilii 2 Æneid. v. 329 *Victorque Sinon incendia miscet,* interpretatur, der da erhält oder hinaus führet, was er angefangen hat. Horat. 1 epist. 13 v. 2

Victor propositi simul ac perveneris illuc.

Ovid. 1 Fast. v. 562 *Impia per silvas victor ad antra venit;*

id est, voti compos. Sic *Victi* contra, qui exciderunt votis. vide paullo ante *Victus,* n. 3. ¶ 3. Est & cognomen *Victor:* ut, *S. Aurelius Victor,* de quo supra in *Aurelia.* Et hinc porro nomina *Victorinus, Victorius,* &c.

¶ Victrix, īcis, eine überwinderin, siegerin. Cic. pro Cluent. c. 5 *Preclara mater palam exsultare lætitia ac triumphare gaudio cœpit, victrix filiæ, non libidinis.* Et Horat. 1 epist. 10 v. 25 de natura:

Et mala perrumpet furtim fastidia victrix.

De voti compote Virgil. Æn. 7 v. 544

Junonem victrix affatur voce superba.

¶ 2. *Victrix* adjective idem ac vincens, sieghafft; ut, *Manus in cæde civium sæpe jam victrix,* Cic. pro Sextio c. 37. *Victrices Athenæ,* Idem Tusc. 1 c. 48. *Erat victrix respubl. cæsis Antonii copiis, ipso expulso,* Cic ad Brut. epist. 10. Et, *Literæ victrices,* quæ victoriam denuntiant, ad Att. 5 epist. 21 pr. Observa neutrum plurale, apud Virgil. 3 Æn. v. 54

Res Agamemnonias, victriciaque arma secutus &c.

Et Priscianus lib. 7 observat, verbalia in IX desinentia fœminina communia esse posse cum neutris: Quod Servius ad numerum pluralem tantum restringit: cujus verba ad citatum Virgilii locum sunt ista: *Omnia nomina a verbo venientia cum in* OR *exeunt, masculina sunt, ut* VICTOR: *cum in* TRIX, *fœminina sunt, ut* VICTRIX: *Neutra vero non faciunt, nisi tantum ex numero plurali, unde est* VICTRICIA. In singulari tamen Claudianus de 6 Consul. Honorii v. 24 dixit:

Et certius omnia surgunt
Victrici concepta solo.

Vide & Barthium ad Claudianum in Consul. Prob. & Olybrii v. 127. Nec poëtæ modo ita loquuntur; ut Statius 5 Sil. 2 v. 150 *Victricia bella:* sed Justinus quoque extremo opere, æque ac Virgilius, *Victricia arma* dixit: & *Nutricia fluenta,* Petrus Chrysologus sermone 137. Sed potest hoc non a *Nutrix,* sed *Nutricius* esse.

¶ Victōria, æ, der sieg, die überwindung; quæ *naturâ insolens & superba est*, quemadmodum Cicero pro M. Marcello c. 3 dixit. *Victoria cruenta*, Sallust. B. Catil. c. 58. *Victoria propria & expedita*, Cæs. 3 de B. Civ. c. 70. vide supra, *Proprius*. *Parata & præsens*, apud eundem eodem libro c. 73. *Victoriam facere*, Livius 1 c. 37. *Victoria penes patrès fuit*, Idem 4 c. 50. *Victoriam alicui concedere*, gewonnen geben. *Cessit illi victoria*, Virg. Æn. 12 v. 183. *Victoriam eripere alicui*, Sallust. Jugurth. c. 82. Et, *Victoriam in manibus habere*, Livius 30 c. 30. *Victoria in manu est*, Sallust. B. Catilin. c. 20. *Victoriam reportare*, Cic. pro Leg. Manil. c. 3. *Victoriam ex Volscis referre*, Liv. 4 c. 10. *Victoria e manibus excidit*, Cic. ad Brut. ep. 10. Plato dialog. 1 de Leg. Τὸ νικᾷν αὐτὸν, πασῶν νικῶν πρώτη καὶ ἀρίστη, τὸ δὲ ἡττᾶσθαι αὐτὸν ἀφ' ἑαυτοῦ, πάντων αἴσχιστον τὸ ἅμα καὶ κάκιστον; hoc est, *præcipua & optima victoriarum omnium est, si se ipsum quis vincat: Turpissimum vero, si a se ipso quis vincatur.* ¶ 2. *Victoria* Dea, quam vetustas pinnatam & aligeram pinxit, ut e cælo devolantem ad eos, quos suis ornare successibus vellet. Hinc *præpes Victoria* Trimatio apud Gellium 6 c. 6; & Ausonio epigr. 1 v. 2. conf. Prudent. in Symmach. 2 v. 28; Claudian. de Stilic. 3 v. 203; & in 6 Consul. Honor. v. 597. *Victoria cum corona & palma*, Varro de L. L. 4 c. 10. Adde Augustin. de C. D. 4 c. 14 & 15; & Elmenhorst. ad Arnob. p. 129. Alexander rex Syriæ ex templo Jovis solidum ex auro *Victoriæ* signum rapiens dixit: *Victoriam sibi commodatam ab Jove esse*, Justin. 39 c. 2 n. 5. *De simulacro Victoriæ in manu Cereris*, Cic. Verr. 4 c. 49. De alio Tacit. Annal. 14, 32, 1. De *Romana Victoria* in curia Sueton. August. c. 100; & Lamprid. Alex. Sever. c. 14. Ejus aram a Constante & Constantio eversam restitui postulat Symmachus 10 epist. 54.

¶ Victoriŏla, æ, diminut. parva victoria, ein kleiner sieg. Sic, *Victoriolæ aureæ*, de Victoriæ imagunculis, Cic. 3 de Nat. Deor. c. 34.

¶ Victoriōsus, a, um, sieghafft, vox Catonis, teste Gellio 4 c. 9. *Victorioso semper*, Nummus Probi apud τὸν πάνυ Spanhemium in Juliani Cæsaribus. *Victoriosissima ovatio*, Sidon. 3 epist. 3. Et *Victoriosissimo viro*, magistro militum, Idem lib. 5 epist. 6. In veteri Inscript. apud Gruter. p. 179 n. 2 IVLIANVS NOBILISSIMVS AC VICTORIOSISSIMVS CAES. Et Augustinus C. D. lib. 5 c. 25 *victoriosissimus* dixit.

¶ Victoriālis, e, sieghafft; ut, *Dies victoriales*, apud Treb. Pollion. in Gallien. c. 3. *Victoriales triumphi*, Ammian. 22 c. 4. Et Gloss. gr. lat. ἐπινίκιος, *victorialis*.

¶ Victoriātus, a, um, victoriâ partus, durch sieg erworben. Tertull. adv. Gnosticos c. 6 *Plus victoriatum est quam injuriatum.* ¶ 2. *Victoriatus*, subst. monetæ nomen sive nummus signatus Victoria, ein pfennig; apud Cicer. pro Fontejo c. 5, & Plinium 33 c. 3, & Quintilianum, qui *Victoriato uno murænam emere*, lib. 8 c. 4 dixit.

¶ Victima, victimo, are, &c. vide supra seorsum.

¶ Vincĭbĭlis, e, das zu erhalten ist, überwindlich. Terent. Phorm. 1, 4 v. 48 *Justa caussa, facilis, vincibilis, optuma.* Colum. 3 c. 12 *Terra gravis, vix ulla cultura vincibilis.*

Composita:

¶ Convinco, vīci, victum, vincĕre, ut simplex, überwinden; item, überzeugen, überführen, überweisen; ut, *Convincere adversarium auctoritate & testibus*, Cic. in Verr. 3 c. 72. Et, *Convincere peccata argumentis*, Idem in partit. c. 73. *Convincere aliquem chirographo*, Idem 2 Philipp. c. 4. *Redargui & convinci*, Idem de Vnivers. c. 3. Et, *Convincere aliquem inhumanitatis & amentiæ*, 2 Philipp. c. 4. *Convinci levitatis*, Cic. de Amic. c 17. Ac, *Maleficii convinci*, Idem 5 in Verr. c. 53. *Convinci summæ negligentiæ*, Idem pro Syllab. c. 15. ¶ 2. Aliquando genitivum circumloquitur per præpositionem IN & pro *falsi convinci* dicimus, *in falso*, &c. vide mox in *Convictus*.

¶ Convictus, a, um, überwunden, überzeugt; ut, *Reprehensus, convictus fractusque Mithridates*, Cic. pro Flacco c. 17. *Homo convictus conscientiâ*, Idem in Catil. 2 c. 6. *Convicti & condemnati falsis de pugnis*, Plaut. Truc. 2, 6 v. 5. Sueton. Claudio c. 14 *In majore fraude convicti.* Sic in Tito c. 9 *Convictos in affectatione imperii* dixit. Similiter *compertas in stupro*, apud eundem legimus. Absolute ablativo usus est Nerone c. 31 *Etiam scelere convictos nonnisi ad opus damnari præcipit.*

¶ Convictio, ōnis, eine überzeugung. Augustin. lib. 13 de Trin. c. 1 *Fides est convictio rerum, quæ non videntur.* Ex ad Hebræos epist. c. 11 v. 1, græce ἔλεγχος, Vulgata *argumentum*: sed optime Augustinus *convictio*.

¶ Devinco, vīci, victum, ĕre, idem quod simplex, überwinden, überwältigen. Cic. de Senect. c. 13 *Pœnos primus classe devicerat.* Idem de Nat. Deor. 2 c. 2 *prælio devincere.* Nepos 12, 2, 2 *Priusquam totam insulam bello devinceret.* Idem 1, 2, 2 *Cum virtute militum devicisset hostium exercitus.*

¶ Devictus, a, um, bezwungen, überwunden; ut, *Athenienses devicti*, Nepos 9, 2, 2. *Classis devicta*, Idem 2, 5, 3. Et Terent. Andr. 3, 3 v. 30 *Devictus consuetudine & conjugio liberali*, gewonnen, erweicht.

¶ Devictor, ōris, victor, ein überwinder. Inscriptio M. Antonino dicata: DEVICTORI OMNIVM GENTIVM BARBARVM, Gruter. p. 258 n. 6.

¶ Evinco, vīci, victum, ĕre, obtinere, vincere, überwinden; ut, *Evinci alicujus lacrymis*, Seneca Medeâ v. 491. *Ratio evincit*, Horat. 2 sat. 3 v 250.

¶ Evictus, a, um, überwunden; item, überwiesen. Cic. Verr. 1 c. 1 *Tam nefariis criminibus, tam multis testibus evictus.* Silius 3 v. 581

Virtus paullatim evicta senescit.

¶ Evictio, ōnis, die gewährung, jureconsultorum vocabulum est, qui *evictionem præstare* ajunt esse, ostendere se fuisse rei venditæ dominum, einem den kauff gewähren.

¶ Invictus, a, um, qui vinci nequit, unüberwunden; ut, *Invictus armis Hannibal*, Cic. de Leg. Agrar. c 35. *Nomen invictissimi imperatoris*, Idem 4 in Verr. c. 38. Commigravit quoque hoc nomen inter titulos principum, seu imperatorum, receptumque more fuit, ut *invicti* & *invictissimi* salutarentur. Exempla plura inscriptiones veteres suppeditant, ut, MAGNO ET INVICTO IMP. M. AVRELIO &c. Item, IMPERATORIBVS INVICTISSIMIS FELICISSIMISQVE &c. In alia apud Gruter. p. 276 n. 4 AVRELIANO INVICTISSIMO ET VICTORIOSISSIMO PRINCIPI. Adde Panegyricos veteres, ut Eumenii de Scholis c. 9. Comparativus *invictior*: Augustinus de Immortalitate animæ c. 8 pr. *quæ sententia invictiore ratione approbatur.* Qui & lib. 2 de Morib. Manich. c. 11 *Ratio invictior* dixit.

¶ Invicte, adverb. festiglich. Augustinus epist. 28 *ut abs te liquidissime atque invictissime defendatur.*

¶ Invincĭbĭlis, e, unüberwindlich. Apulejus Apolog. p. 299 *Cum hæc ab illis quasi gravia & invincibilia dicerentur.*

¶ Invincibiliter, adverb. idem. Apulejus 4 Florid. p. 360 *Ratio conclusa judicibus acriter & invincibiliter videbatur.*

¶ Pervinco, vici, victum, ĕre, omnino vincere, durchbrechen; ut, *Restitit & pervicit Cato*, Cic. 2 ad Attic. epist. 1. Et Livius 4 c. 12 *Vt de agris dividendis consules ad senatum referrent, pervincere non potuit*, hoc est, evincere, er hat es nicht vermocht zu erhalten. Horat. 2 epist. 1 v. 200 *Namque pervincere voces*

Evaluere sonum, id est, superare.

¶ Provincia, æ, eine eroberte landschafft, voigtey. Quippe Provinciæ regiones dicebantur Romanis longe ab Italia bello acquisitæ. Item, quæcunque regio, in qua Romanus imperator bellum administrabat. Vide Sigonium lib. 1 de antiquo jure Provinciarum c. 1. Prima provincia Sicilia est appellata, cum se ad amicitiam fidemque populi Romani applicuisset, Cicerone teste. Ceteræ provinciæ ultra & extra Italiam sub republ. liberâ, itemque sub imperatoribus quæ fuerint: quæ *consularis, prætoria, præsidalis*: quæ *stipendiaria, tributaria, libera, immunis, fœderata* &c. appellaretur, quæque alia ad provinciarum historiam pertinent, vide apud eundem Sigonium de antiquo Jure provinciarum, itemque Onuphrium Panvinium lib. 3 de Republ. Romana. *Provinciam capere*, vide post paullo in metaphorica notione: *accipere*, Cic. 2 fam. epist. 10; *suscipere*, pro Cœlio c. 26, zu verwalten annehmen. *Provinciæ præesse*, Idem pro Fontejo c. 1. Et, *Provinciam administrare*, 15 fam. epist. 4. *Provinciam deponere*, lib. 5 fam. epist. 2. *In provinciæ formam redigere*, Sueton. Cæsare c. 25; quod nihil aliud erat, nisi domesticas leges adimere, & Romanas dare, ac prætorem, qui quotannis ex legibus datis provinciam administraret, instituere. Sigonius passim de antiq. jure Italiæ, & provinciar. ¶ 2. Quæ locutiones interdum etiam metaphoricæ sunt, in quibus *provinciæ* vocabulum idem est, quod *officium, onus*, ein amt, geschäffte; ut, apud Terent. Phorm. 1, 2 v. 22 *O Geta provinciam cepisti duram*, du hast eine schwere bürde auf den hals geladen. Et in Heaut. 3, 2 v. 5 *Idcirco huic nostro tradita est provincia.* Sic Cicero in Verrina 4 c. 23 *Dare provinciam* vel *negotium alicui.* ¶ 3. *Ornari* antiquis *provincia* dicebatur, cum facta sortitione senatus, pro ratione cujusque provinciæ, modum & formam administrandæ præscriberet, & profecturo magistratui decerneret, quæ necessaria videbantur. Qui ipse etiam tum *ornari*, id est, instrui dicebatur. vide Torrentium ad Suetonium Cæsare c. 18. Dictæ *Provinciæ*, quod populus Romanus *provicisset*, id est, *antevicisset*, ut Festus auctor est. Egregie Florus 2 c. 16 *Plus est provinciam retinere, quam facere.* Quam sententiam paullo plenius & explicatius protulit lib. 4 c. 12 *Difficilius*, inquit, *est provinciam obtinere, quam facere. Viribus parantur, jure retinentur.* Prima autem in *Provincia* producta est. Ovid. 1 Fast. v. 589 *Redditaque est omnis populo provincia nostro.* Claudianus de 4 Consul. Honor. v. 316

Nostra triumphati fuerint provincia Parthi.

¶ Provinciālis, is, plural. Provinciales, allerley ausländisch volck des Römischen reichs, so nicht Italiåner waren. Italicis enim provinciales opponebantur. Suetonius Vespas. c. 9 *Ordines exhaustos supplevit, honestissimo quoque Italicorum ac provincialium allecto.* Idem Calig. c. 39 *Provincialis locuples.* ¶ 2. Adjective, ad provinciam pertinens, zum lande, zur voigtey gehörig; ut, *Provincialis molestia*, Cic. 2 fam. epist. 7. *Auxilia provincialia*, Livius lib. 40 c. 32. Et, *Parsimonia provincialis*, quæ urbis luxui opponitur, Tacitus Agric. c. 4.

¶ Provinciātim, adverbium, per singulas provincias, von land zu land. Sueton. August. c. 49 *Legiones & auxilia provinciatim distribuit.* Adde Ammian. 31 c. 10.

¶ Revinco, vici, victum, ĕre, überweisen; ut, *Nunquam hic neque suo, neque amicorum judicio revincetur*, id est, convincetur, vel confutabitur, Cic. pro Arch. c. 6. *Revincere crimen verbis, rebus*, Liv. 6 c. 26. Apulejus Apolog. *Insimulari quivis innocens potest, revinci nisi nocens non potest.*

¶ Revictus, a, um, überwunden, überwiesen. Apulej. Met. lib. 8 *Simulanter revicta Charite suscipit.*

¶ Revincĭbĭlis, e, überweißlich, leicht zu widerlegen. Tertull. de Resurr. Carn. c. 63 *Materiæ litteris sacris revincibiles.*

¶ Supervinco, ĕre, weit überwinden. Tertull. adv. Gnost. c. 13 *In omnibus istis supervincimus pro eo, qui nos dilexit.*

Vinctio, vinctor, vinctura, vinculum, &c. vide *Vincio*.

VINDĔLĬCIA, æ, regio inter Rhetiam & Noricum, vulgo Bäyern; a *Vinda* & *Lici* confluentibus (Inn und Lech) sic dicta, ut docet illustris Welserus in antiq. Augustanis, conf. Plin. 30 c. 20.

¶ Vindĕlĭci, orum, Vindeliciæ incolæ, Horat. 4 oda 14 v. 7

Videre Rhæti bella sub Alpibus

Drusum gerentem, & Vindelici, quibus &c.

Hinc *Augusta Vindelicorum*, Augspurg.

¶ Vindĕlĭcus, a, um, adject. ut, *Vindelicis in oris*, Martial. 9 epigr. 86.

VINDĒMIA, æ, quasi *vinidemia*, ab uvis demendis seu decerpendis appellata, die wein-lese, wein-erndte, τρύγη. *Vindemia gracilis*, Plinius 8 epist. 15, gering, schlecht. Idem *exiguam* lib. 9 epist. 16, *Modicam* epist. 28 dixit. Huic *Vber* opponitur. Idem lib. 9 epist. 20 *Ipse cum maxime vindemias graciles quidem, uberiores tamen, quam exspectaveram, colligam.* Virg. 2 Georg. v. 5[illegible]

Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.

Plinius etiam *mellis vindemiam* dixit lib. 2 c. 14; & *Vindemiam olivarum* lib. 15 c. 1. Cæterum vindemias magna licentia lasciviaque celebrari solitas, quasi prostrato omni pudore Bacchanalia agerentur, ea vincunt, quæ de simulacro vindemiæ a Messalina domi celebrato Tacitus 11 Annal. c. 31 refert. Inolevitque adeo hic mos, ut proximo etiam seculo adhuc obtinuerit Nolæ: quod abunde docuerint, quæ Ambrosius Leo lib. 3 de Nola cap. ultimo narrat. Nescio, an huc referenda sint, quæ de Vindemiatorum in conviciando licentia Horatius 1 sat. 7 extremo affert. Videntur tamen, si *cuculi* convicium non de seris vindemiatoribus tantum, sed etiam de illis accipias, qui in re turpi deprehensi, & quavis de causa digni opprobrio sint, vide supra *Cuculus*.

¶ Vindēmiŏla, æ, diminut. eine kleine weinlese, apud Cic. ad Attic. lib. 1 epist. 10 *Ego omnes meas vindemiolas eo reservo, ut illud subsidium senectuti parem:* de studiis loquitur.

¶ Vindemiālis, e, quod ad vindemias pertinet, zur weinlese gehörig; ut, *Feriæ vindemiales*, quæ vindemiæ tempore *judiciariam curam relaxabant*, ut Minucius Felix post princ. (p. 10 edit. Ouzel.) loquitur. Ad colligendas enim vindemias vacationes menstruæ judicibus concedebantur. vide Brissonium ad Theodosii Codicem de Feriis. Atque huc pertinet, quod Suetonius Augusto c. 35 tradit, *sanxisse Augustum, ne septembri & octobri mense ullos senatorum adesse alios necesse esset, nisi sorte ductos*, ut Casaubonus monuit. conf. Stuck. Antiq. Convival. 1 c. 23; ubi etiam de *convivio vindemiali*. Macrobius 7 Saturn. c. 7 *Nuper in Tusculano meo fui, cum vindemiales fructus pro annua solennitate legerentur.*

¶ Vindēmio, āre, wein lesen. Plinius 18 c. 31 *Vindemiare incipito, cum ad palmitem pampinus procumbere cœperit.* Et lib. 14 c. 2 *Novissimas vindemiant.*

¶ Vindemiātus, a, um, gelesen in der weinlese. Gloss. gr. lat. τετρυγημένος, *vindemiatus.*

¶ Vindēmiātor, ōris, & Vindēmītor, ōris, ein weinleser. Colum. 3 c. 21 *Vindemiatorum aleam subire.* Arnobius lib. 7 p. 238 *Contractis exprimunt vindemiatoribus vinum.* conf. Varro de L. L. 4 c. 18. Et Seneca de morte Claudii lusu:

Carpebat raras serus vindemitor uvas.

¶ 2. Vtrumque nomen ad astra transfertur, & stellam significat in Virginis sidere, ejus nempe septentrionalem alam, quæ oritur vindemiæ initio. Plinius d. l. 18 c. 31 pr. *Stella, quæ vindemitor appellatur.* Et Ovidius 3 Fast. v. 407

At non effugiet vindemitor, &c.

Columella 11 c. 2 p. 377 VII *Calend. Septembris Vindemiator exoritur mane.*

¶ Vindemiātōrius, a, um, zur weinlese nöthig; ut, *Vasa vindemiatoria*, apud Varr. de Re Rust. 3 c. 2.

¶ Provindēmia, æ, der vorherbst. Apud Vitruvium 9 c. 6 *Virginis supra humerum dextrum lucidissima stella, quam nostri provindemiam majorem, Græci προτρύγετον vocitant, &c.*

VINDEX, ĭcis, ultor, a *vi dicanda*, τιμωρός, ein rächer, rächerin. *Vindex*, inquit Festus, *ab eo quod vindicat, quo minus is, qui prensus est, ab aliquo teneatur.* In XII. Tabb. lex talis est: *Assiduo vindex assiduus esto; proletario civi quivis volet, vindex esto*, vide Gellium 16 c. 10; & Rosini Antiqu. Rom. lib. 8 p. 801. *Mali unius vindex, & auctor*, Cic. ad Brut. epist. 17. *Vindex oppressor dominationis*, Idem epist. 16 ad eundem. Et, *Facinorum & scelerum speculator & vindex*, de Nat. Deor. 3 c. 18. *Vindex libertatis*, id est, assertor, Idem Philipp. 2 c. 12. ¶ 2. Est & nomen proprium, vide infra *Vindicta.* Fuit & *Julius Vindex*, qui sub Nerone commovit Gallias, affectans imperium, cujus non semel meminit Tacitus, itemque Suetonius in Galba. Eum devicit Virginius Rufus, qui ex ea victoria hoc epitaphium sepulcro suo inscribi jussit, ut Plinius auctor est lib. 9 epist. 19 *Hic situs est Rufus, pulso qui Vindice quondam*

Imperium asseruit non sibi, sed patriæ.

¶ Vindĭciæ, ārum, quod & singulare legitur apud Festum, significat assertionem, qua scil. res a controversia vindicatur, eine rettung, beschirmung bey seinem recht oder freyheit. Sic, *Decernere vindicias secundum libertatem*, id est, libertatem asserere, Livius 3 c. 47. Et, *Postulare vindicias secundum libertatem*, iterum Livius cit. lib. c. 44. Et ibidem: *Dare vindicias secundum libertatem*, quod & vindicare dicitur, hoc est, asserere in libertatem, ita ut in libertatis possessione quis maneat usque in postremam litem, auf freyen fuß stellen. Asconius in de Prætura urbana p. 100 *Lis vindiciarum est, cum apud Prætorem litigatur de ea re, cujus quis debeat esse possessor, incertum est.* vid. Sigon. de Judic. 1 c. 21; & Elmenh. ad Arnob. p. 136.

¶ Vindĭco, avi, atum, are, est ulcisci, punire, castigare, rächen, strafen; ut, *Omni supplicio vindicare*, Cic. de Amicit. c. 12. *Se vere ac vehementer vindicare*, Idem pro Quint. c. 7. Et, *Vindicare seditionem*, Idem 1 fam. epist. 9. *Vindicare aliquid in aliquem*, Tacitus 4 Hist. c. 45. ¶ 2. Sed, *Vindicare ab interitu*, est liberare, defendere, von dem untergang retten. Plinius in Paneg. c. 50. Et, *Vindicare a molestia, supplicio*, Cic. ad Quint. fratr. 1 epist. 4. Et pro Syll. c. 9 *Neque honoris, neque ætatis excusatio vindicat a labore*, hoc est, asserit, tuetur, præstat immunem, es befreyet, machet loß. Sic, *Vindicare in libertatem*, frey machen, Idem 2 fam. epist. 5; & Livius 3 c. 45. ¶ 3. *Vindicare* autem *libertatem* est ulcisci, der freyheit beystehen, sie beschützen, Cæsar B. G. 12 c. 74. ¶ 4. Aliquando *Vindicare* sumitur pro attribuere, &, ut ita dicam, appropriare, zueignen. Cic. Arch. c. 8 *Homerum Colophonii civem esse dicunt suum, Chii suum vindicant.* Nepos Trasyb. c. 1 *Nonnulla ab imperatore miles, plurima vero fortuna vindicat*, id est, sibi tribuit, ad se trahit. vide plura apud Nonium c. 4 n. 487. ¶ 5. Antique etiam *Vindico, ĕre*, legitur pro *Vindicare.* Lucret. 3 v. 895

Ipse sui miseret; neque enim se vindicit hilum.

Male quidam *Vendico* scribunt. vid. supra in *Vendico.*

¶ Vindicātus, a, um, gestraft, gerochen, gerettet, zugeeignet. Cic. Verr. 3 c. 84 *Improbum facinus, sed fortasse adhuc in nullo etiam vindicatum.* Idem Offic. 3 c. 15 *Dolus malus legibus vindicatus.* Vellej. 2, 73, 3 *Vindicatum armis mare.* Curt. 3, 12, 16 *Jus magis a rege permissum quam vindicatum ab Hephæstione.*

¶ Vindicātio, ōnis, die rache, die rettung; per quam vim & contumeliam defendendo aut ulciscendo propulsamus a nobis & a nostris, Cicero de Invent. 2 c. 22.

¶ Vindicta, æ, animadversio pro delicto, ultio, die strafe und rache. Valer. Maxim. 1 c. 1 ext. 3 *Lento gradu ad vindictam sui procedit ira divina.* Juvenal. sat. 13 v. 180

At vindicta bonum vitâ jucundius ipsa.

¶ 2. Interdum *Vindicta* idem est quod vindiciæ, assertio. Vellej. 2, 64, 2 *Vtrique vindicta libertatis morte stetit*, die rettung der freyheit hat beyden das leben gekostet. ¶ 3. Sed in illo Persii sat. 5 v. 88

Vindictâ postquam meus a prætore recessi;

Vindicta est virga, qua manumittendi, a prætore in capita pulsabantur: ideo dicta, quod eos vindicat libertati, ut vetus scholiastes ad hunc ipsum locum annotat. Hoc manumissionis genere primum datum in libertatem volunt nonnulli servum Bruti, Vindicium nomine, ob indicatam conjurationem adolescentum nobilium, & ab ipsius vocabulo, *Vindictam* appellatam. vide Livium 2 c. 4 & 5, itemque Dionys. Halicarnass. & Plutarchum in Publicola. Huc respiciens Claudianus Paneg. de 4 Cons. Honorii v. 612

Solennia ludus
Omnia libertas, deductum Vindice morem
Lex celebrat, famulusque jugo laxatus herili
Ducitur, & grato remeat securior ictu.

VINDOBŌNA, æ, eadem quæ *Vienna*, metropolis Austriæ, Wien.

Vinea, vinearius, vineaticus, vinētum, vinĭtor, vinitorius, vinnulus, vinolentia, vinolentus, vinositas, vinosus, vide sequens *Vinum.*

VĪNVM, i, wein, ex græco οἶνος est, utut alii vel a *vite*, vel a *vi*, utrumque coacte, derivent. vide Vossium. Varium est: *album, nigrum, rubellum, asperum, austerum, lene, novum, vetus, diffusum*, abgezogen. *Vinum molle*, apud Virg. 1 Georg. v. 341. *Vinum lene*, apud Terent. Heaut. 3, 1 v. 49, gelinder wein. *Vina, quæ vetustatem ferunt, suavissima*, Cic. de Amicit. c. 19 *Vinum vetustate coalescit*, Idem de Senect. c. 18. Et, *Vinum meracius*, starcker wein, Idem de Nat. Deor. 3 c. 31. *Vinum forte*, id est, generosum & potens. *Vinum primæ notæ*, hoc est, generosissimum, postea *secundæ, tertiæ notæ.* Et *Vinum hornotinum*, quod unius est anni, jähriger wein, deinde *bimum, trimum*, &c. zwey-drey-jähriger wein. *Vinum turbulentum & fæcatum*, trüber wein. *Dilutum*, quod aquâ temperatum est. *Vinum tortivum*, kälterwein. *Vinum fugiens*, quod in vitium cito inclinat: wein der leichte aufstehet, sich nicht halten will. Cic. 2 de Divin. c. 57 *Vinum evanescens vetustate*, quod vires jam amisit, verrochener wein. *Vinum pendulum*, zeher wein, oder der sich zeucht. Plautus Trinummo 2, 4 v. 12

Tum vinum; priusquam coactum est, pendet putridum.

Sed, *Pendens vinum*, ipsas uvas significat, & vindemiam nondum collectam: Cui JCti *vinum doliare*, h. e. doliis conditum opponunt. Cicero *vinum de dolio: & vinum de cupâ* appellavit, ut Turnebus quidem 2 Advers. c. 1 sed male, accipit: ut supra ostendimus in *Cupa.* Illud non male, quod *doliare vinum*, non tam *pendenti*, quam *diffuso*, quod vocabant, opponi putat. Primo enim *pendet vinum* in vite: deinde *colligitur*, seu *cogitur* ut Plautus loquitur, *premiturque:* deinde in dolia *conditur*, ac demum *defunditur.* *Coactum* itaque *vinum pendenti* opponitur: *Coacto* vero *doliare & doliari diffusum.* Novellum vinum condebant doliis, ubi cum defæcassent, in amphoras diffundebant & cados. Proculus JCtus Lege 15 D. de tritico, vino & oleo legato: *In dolia vina eâ mente conjicimus, ut ex his postea in amphoras & cados diffundamus.* Seneca epist. 36 *Ariston ajebat male se acquiescentem tristem, quam hilarem & amabilem turba. Vinum enim fieri bonum, quod recens, durum & asperum visum est: non pati ætatem, quod in doliis placuit:* id est, novellum & nondum diffusum placuit. *Diffusum vinum*, abgezogener wein, ut supra diximus: *Defusum* vero *vinum*, quod de dolio aut cado in pateram aut poculum fusum est, eingeschenckter wein. vide Turneb. dicto loco. *Vinum consulare* idem ac optimum ex eo, quod cadis nomina consulum olim erant inscripta. vid. Turneb. 25 c. 24. *Vinum passum*, quod ex uva passa efficiebatur. vid. Rhodig. Lect. Ant. 13 c. 11. *Vinum eructum*, vide supra *Eructus* in *Ructus.* *Vinum acuit*, vide *Aceo.* *Floces* prisca vox, qua significatur vini fæx e vinaceis expressa, vide *Floces.* *In vino*, παρ' οἴνῳ, beym wein, beym truncke. Terentius Heaut. 3, 3 v. 6

Vel here in vino quam immodestus fuisti?

Catullus epigrammate 12 *Marrucine Asini manu sinistra*
Non belle uteris in joco atque vino.

Quod Horat. lib. 3 od. 6 v. 26; & lib. 1 epist. 7 v. 28 *Inter vina* dixit. ¶ Servius in eclog. 5 TRITICVM, inquit, VINVM, HORDEVM, MEL, *tantum singularis numeri sunt: Vnde plurali in prosa uti non possumus.* VINA *tamen possumus dicere Ciceronis exemplo*, &c. Obliquo *Vinis* usus Ovidius est 6 Fast. v. 673

Nox erat, & vinis oculique animique natabant.

In Chiliadibus hæc adagia sunt: *Sapientia vino obumbratur. In vino veritas* &c.

¶ Villum, i, diminutivum, ein weinlein, apud Terent. Adelph. 5, 2 *In angulum aliquo abeam, atque edormiscam hoc villi.*

¶ Vinacea, æ, & Vinaceus, i, vel Vinacea, ōrum, proprie γέμφυλα sive folliculi racemi, die weinhülsen, weinbeere, weinkernlein. Vet. Gloss. *Vinacea*, γέμφυλα. *Vinacei recentes* apud Caton. c. 25. Aliæ Glossæ *Vinaceus, id est semen uvæ, acinum*, γιγάρτιον. Item grana uvarum, Columell. 8 c. 4 de cibariis gallinarum: *Vinacea tolerabiliter pascunt.* Idem 11 c. 2 *Vinacea exprimere.* Et Cic. de Senect. c. 15 *Omitto vim ipsam omnium, quæ generantur e terra, quæ ex fici tantulo grano, aut ex acini vinaceo, aut ex ceterarum frugum & stirpium minutissimis seminibus tantos truncos ramosque procreat.*

Ita legendum esse, dudum vir summus Jobus Ludolfus observavit, atque ita etiam Aldus 1519 edidit, *ex acini vinaceo* quod res & contextus jubet; non ut vulgo legitur, *ex acini vinaceo*, quasi adjectivum *vinaceum* sit; vel, *ex acino vinacei.* Adde Casaubonum ad Suetonii August. c. 76.

¶ Vīnālis, e, adjectivum, quod vini est, ad vinum pertinens, weinicht. Macrobius 7 Saturn. c. 7. extr. *Si qua vinalis fortitudo in homine resedit.* De musto loquitur, quod præter flatus & aqueam naturam, si bibatur, etiam vim quandam vini relinquat.

¶ Vinalia, ium, subst. feriæ Romanæ, *degustandis vinis institutæ*; quæ celebrantur in majo & septembri, ut Plinius lib. 18 c. 29 docet. Adde Ovid. Fast. 4 v. 861 seqq.

¶ Vinārius, a, um, adjectivum, zum wein gehörig; ut, *Vas vinarium*, ein wein-faß, Cic. 6 in Verr. c. 27. *Cella vinaria*, ein wein-keller, Idem de Senect. c. 16. *Ager vinarius*, ein wein-land, Ammian. 30 c. 2. *Lacus vinarii*, wein-butten, Colum. 12 c. 18.

¶ Vinārius, i, substantive, vini venditor, ein weinschencke, weinhändler. Plautus Asin. 2, 4 v. 30 *Vina quæ heri vendidi vinario.* Gloss. Cyrilli: *Vinarius*, οἰνοπώλης, οἰνοπώτης.

¶ Vinarium, i, subst. cadus, eine wein-tonne. Horat. 2 sat. 8 v. 39 *Invertunt vinaria tota.*

¶ Vīnĕus, a, um, adject. aus wein; ut, *Vineus latex*, Solin. c. 5.

¶ Vinea, æ, subst. vinetum, locus vitibus consitus, ein weingarten, weinberg. Columella 4 c. 3 *Ego, cum omne genus ruris, nisi diligenti cura sciteque exerceatur, fructuosum esse non judicem; tum vel maxime vineas. Res enim est tenera, infirma, injuriæ maxime impatiens.* Sueton. Domitiano c. 7 *Nimio vinearum studio negliguntur arva.* Virg. 2 Georg. v. 390

Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu.

¶ 2. *Vinea*, est & machina bellica, cujus descriptio apud Vegetium lib. 4 c. 15 exstat, ein sturm-dach. Lata fuit pedes octo, alta septem, longa 16, tecta duplici ligno, cratibusque &c. *Vineæ*, ait Festus ex Verrio, *quod vini feraces sint, etiam militares quædam machinationes a similitudine appellantur.* Cic. ad Catonem 15 fam. epist. 4 *Aggere, vineis, turribus oppugnavi, ususque multis sum tormentis.* Idem 8 Philipp. c. 6 *Conductæ vineæ sunt, pugnatur acerrime.* Sallust. Jugurth. c. 37 *Vineas agere*, i. e. admovere. Livius de eruptione Vejentium lib. 5 c. 7 *Horæ momento simul aggerem ac vineas, tam longi temporis opus, incendium hausit.* Adde Lipsium Poliorcet. lib. 1 dialogo 7.

¶ Vineŏla, æ, diminut. ein weingärtlein. Vet Inscript. apud Fabrett. p. 223 HVIC. MONVMENTO. CEDIT. CVM. VINEOLA. SOLA. SVO. FINE. VINEAE.

¶ Vineālis, e, ad vineam pertinens, zum weinberg gehörig; ut, *Terra vinealis* gut wein-land, Colum. 3 c. 22.

¶ Vinearius, a, um, idem; ut, *Collis vinearius*, apud Columell. 5 c. 5, vineis aptus, vel vitibus consitus, ein weinberg.

¶ Vineātĭcus, a, um, idem; ut, *Falx vineatica*, Varr. R. R. 1 c. 22. Et, *Cultus vineaticus*, Columella lib. 4 extremo, der weinbau.

¶ Vinētum, i, idem quod vinea, ein weinberg. Sueton. Domit. c. 7 *Domitianus edixit, ut in provinciis vineta succiderentur.* Hinc est, quod Probus demum imperator *vineas Gallos & Pannonios habere permisit*, Eutropio auctore lib. 9 c. 11. *Vineta propria cædere*, vide Chiliad. Et Horat. 2 epist. 1 v. 220

Vt vineta egomet cædam mea.

Vbi vide interpretes. Cic. de Nat. Deor. 2 c. 66 *Si vinetis tempestas nocuerit*, &c.

¶ Vīnĭtor, ōris, vinearum cultor, ein wintzer, weingärtner. Columella 4 c. 24 pr. *Vinitor opus obibit.* Et Virgilius eclogâ 10 v. 36

Maturæ vinitor uvæ.

¶ Vinĭtōrius, a, um, dem wintzer gehörig; ut, *Falx vinitoria*, Columella lib. 4 c. 25, ein reben-messer.

¶ Vinōlentus, a, um, vini plenus, voll weins, truncken; ut, *Vinolentorum & furiosorum visa*, Cic. in Acad. 4 c. 27. Et, *Furor vinolentus*, Idem 12 fam. epist. 25 *Bacchatur vinolentus*, Idem in Orat. c. 28.

¶ Vinōlentia, æ, ebrietas, die trunckenheit; ut, *Vinolentia furiosa*, Cic. 2 Philipp. c. 39. Idem Topic. 20 *Pueritia, somnus, imprudentia, vinolentia, insania ejus generis sunt, ex quibus verum sæpissime auditur*, kinder und trunckene treffen gern die wahrheit.

¶ Vinōsus, a, um, vini cupidus, vel ebrius, vino potus, weinsüchtig, truncken. Horatius 2 epist. 19 v. 6

Laudibus arguitur vini vinosus Homerus.

Livius 41 c. 4 *At Histrorum pauci, qui modice vinosi erant, memores fuerunt fugæ: aliis somno mors continuata est.* Et Ovidius 3 Fastor. v. 765 *Cur anus hæc faciat, quæris? vinosior ætas*

Hæc est, id est senectus.

Et Plautus Curcul. 1, 1 v. 79 de muliere multibiba: *vinosissima est.*

¶ 2. Sed *Sapor vinosus*, Plin. 12 c. 13, ein weinschmack. *Succus vinosus* apud eumdem lib. 15 c. 28, ein weinsäuriger safft. Sueton. Aug. c. 77 *Acidumve pomum succi vinosioris.* Tertullianus de Anima c. 48 *Autumnus succis pomorum vinosissimis diluit.*

¶ Vinōsĭtas, ātis, die weinsäure. Idem Tertullianus de Jejuniis c. 1 *Arguunt nos, quod xerophagias observemus, siccantes cibum ab omni carne & omni jurulentia & vividioribus quibusque pomis ne quid vinositatis vel edamus vel potemus*, was einen wein-geschmack hat.

¶ Vinŭlus, vel Vinnŭlus, a, um, lepidus, blandus, molliter se gerens, quod facit ebriosus, weinreich, lieblich; ut, *Oratio vinula, venustula*, i. e. illecebra meretricia, apud Plaut. Asin. 1, 3 v. 70. Et Cic. 4 Attic. epist. 16 *Rem habes vinulam.* Sic Isidoro Orig. 2 c. 19 *Vinnulata vox* est *levis, mollis atque flexibilis.* conf. Nonius c. 2 n. 898; & Parei Lex. Crit. p. 1300.

¶ Vindēmia, vindemiator, &c. vide supra suo loco.

¶ Vinĭpōtor, ōris, ein weinsäuffer. Plin. 14 c. 54 *Scitum de quodam vinipotore reperitur*, &c.

¶ Vinĭvŏrax, ācis, idem. Commodianus Instruct. 18 p. 23

Monstra adeo ista ficta sunt per vinivoraces.

¶ Invīnius, i, vini abstinens, der keinen wein trinckt. Apulejus Miles. 11. *Præcipit neque ullum animal essem* (ederem) *& invinius essem*, ich solte keinen wein trincken. In veteri Onomastico non *Invinius*, sed *Invinus*, tam in latino-græco, quam græco-latino, scribitur, & utrobique redditur ἄοινος.

Vio, are, viocurus, vide supra *Via.*

VĬŎLA, æ, die viole, das veilgen. Græcis, ἴον, a quo violæ nomen factum videtur, aut certe a *vi olendi.* Sunt qui a *violando*, quod manibus, dum decerpitur, violetur, imo & pedibus conculcetur, *Violam* appellatam putent. Plin. 21 c. 6 *Violarum plurima genera, purpureæ, luteæ, albæ* &c. eam ob caussam Juvenalis ait sat. 12 v. 90

Omnes violæ jactabo colores.

Idem Plinius ibid. cap. 11 *Florum primum ver nuntiantium viola alba est.* Et, *Viola nigra*, Virgil. eclog. 10 v. 39 purpurea, blaue violen, oder mertzen-violen. *Pallentes violæ*, Idem ecl. 2 v. 47. *Violæ luteæ*, gelbe violen. Ovid. lib. 2 de Arte am. v. 115

Nec violæ semper, nec biantia lilia florent &c.

¶ Viŏlāceus, a, um, braun, violen-braun; ut, *Color violaceus*, qui & purpureus, negelein-farbe, violen-farbe, Plin. 35 c. 16. Et, *Purpura violacea*, Idem lib. 9 c. 39; & Corn. Nep. Fragm. 8 n. 6.

¶ Violācium, i, vinum vel succus e viola, veilgen-wein, veilgen-safft. Apic. 1 c. 4 *De viola violacium facere.*

¶ Violārius, i, ein braunfärber, apud Plaut. in Aulularia 3, 5 v. 36 *Flammearii, violarii.*

¶ Violarium, i, ein violen-garten. Virg. 4 Georg. v. 32

Irriguumque bibant violaria fontem.

conf. Ovidius Fast. 4 v. 435. Idem 3 de Arte am. v. 67

Hos ego, qui canent frutices, violaria vidi.

Violabilis, violatio, violentus, viŏlo, are, &c. vide *Vis.*

VĪPĔRA, æ, ἔχιδνα, die otter, natter, schlange. vide *Echidna*: genus est serpentis, pariens ex ovis sobolem numerosam: unde & appellata videtur, quasi *Vivipara*, quod *magna vi pariat*, non quod a sobole alvum perrumpente in partu occidatur, quod Plinius 10 c. 62 male intellecta Aristotelis sententia prodidit, tametsi id ipsum in Nicandri etiam legatur versibus:

Dii meliora velint, ne tunc incautus apertis
In triviis, cum forte acres mas luridus atræ
Conjugis evasit dentes & fulminis ictum
Viperio occurras generi. Namque illam in apertas
Excipiens semen fauces, caput inde mariti
Complexu in dulci abscindit, mox damna parentis
Extincti fera progenies ulciscitur, alvo
Materna abrosa, & catuli sine matre oriuntur.

Vide luculentum ea de re locum apud Prudentium Hamartigen. v. 585 & seqq. Item Apulejum Apolog. p. 534 & seq. & Petrum Chrysologum serm. 137, nec non Matthiolum. *Vipera venenata ac pestifera*, Cic. de Arusp. resp. c. 24. Et Ovid. de Remed. am. v. 421

Parva necat morsu spatiosum vipera taurum.

Proverb. *Vipera est in veprecula*: de eo, qui possit de subito afferre damnum. vid. Guilielmum lib. 1 Verisimil. c. 13. ¶ 2. Est & convicium: præcipue in ancillas moleste loquaces. Donatus ad illud Terentii Eunuch. 5, 2 v. 6 *Quid ais venefica? Aptum convicium inquit, & comicum in ancillis* VENEFICA, LVPA, VIPERA *&* SACRILEGA, *& cætera.* Apud Plautum Cas. 3, 5 v. 19 Stalino senex Pardaliscam ancillam odiose sibi illudentem verbis, *Excetram*, i. e. viperam vocat. Florus 4 c. 12 *Nihil illa cæde per paludes, perque silvas cruentius: nihil insultatione barbarorum intolerantius, præcipue tamen in causarum patronos: aliis oculos, aliis manus amputabant, unius os sutum, recisa prius lingua, quam in manu tenens barbarus*, TANDEM, *inquit*, VIPERA SIBILARE DESINE.

¶ Vīpĕrĕus, a, um, von der otter, oder natter; ut, *Crinis vipereus*, apud Virgil. 6 Æn. v. 281. *Vipereum venenum*, apud Claudian. præfat. lib. 1 in Rufin. v. 9. Et, *Vipereo lita spicula felle*, apud Ovid. 1 Pont. epist. 2 v. 18.

¶ Vīpĕrīnus, a, um, idem; ut, *Viperinus cruor*, Horat. epod. 3 v. 6. *Morsus viperinus*, Cic. Tuscul. 2 c. 7. Et Plin. 9 c. 53 *Scythæ sagittas tingunt viperina sanie, & humano sanguine.*

¶ Viperīna, æ, subst. herba, quæ & serpentaria, schlangen-kraut, Apulej. de Herb. c. 5.

VĪPIO, ōnis, plur. Vipiones, pulli sunt gruum, junge kraniche, ut *Pipiones* columbarum pulli vocantur. Plin. 10 c. 49 *In Balearibus in honore mensarum sunt vipiones, sic enim vocant minorem gruem.*

VĬR, a vi, quæ major in viro, quam in fœmina, ἀνήρ, ein mann; ut, *Viri lectissimi*, tapffere auserlesene leute, Cic. pro Cœlio c. 2. ¶ 2. *Si vir es*, formula elegans, qua admonemus alios, ut præsenti animo sint, quod viros decet, & fortiter audeant; nos: so du ein hertz im leibe hast: Ovidius 6 Fast. v. 594

Si vir es, indictas exige dotis opes.

Horat. epod. 15 v. 12 *Nam si quid in Flacco est viri,*

Non feret assiduas potiori te dare noctes.

Curtius 9 c. 7 *Eadem igitur in convivio Horratas Macedo jam temulentus exprobrare ei cœpit, & postulare, ut*, SI VIR ESSET, *postero die secum ferro decerneret.* Lentulus ad Catilinam apud Cicer. 3 Catil. c. 5 *Cogita, ut vir sis.* Terent. Adelph. 4, 2 v. 25 *Laudo Ctesipho, patrissas, abi, virum te judico*, h. e. fortem. Et Eunuch. 1, 2 v. 74 *Heu noster, laudo, tandem perdoluit, vir est*, das ist ein held, ein tapffer kerl, Cic. 2 Tusc. c. 18 extr. *Si virtutis compotes, vel potius, si viri volumus esse.* Silius 10 v. 617

Adversis etenim frangi non esse virorum.

¶ 3. *Viros* etiam se esse dicebant, qui pathici non essent. Ita Vespasianus Imp. ut Mucianum impudicitiæ argueret, *Ego tamen vir sum*, ajebat, ut Suetonius ejus in vita c. 13 refert. ¶ 4. *Vir bonus*, idem qui justus, integer, innocens. Cicero ad Quintum fratr. 1 epist. 1 c. 4 *Vt quisque est vir optimus, ita difficillime esse alios improbos suspicatur.* Seneca de Providentia c. 1 *Virum bonum in deliciis Deus non habet* &c. ¶ 5. Interdum stricte pro marito sumitur,

ut

ut pro marita, *mulier*. Sic *Virum* pro conjuge dixisse veteres, Festus auctor est. Plautus Amphitr. 2, 2 *Vir ego tuus sim?* solte ich dein mann seyn? ¶ 6. Ponitur & pro eo, quo viri sumus, die mannheit. Catullus de Atty castrato carm. 64 v. 6

Itaque ut relicta sensit sibi membra sine viro.

Ita & Arnobius non semel. ¶ 7. Aliquando *Viri nomen* additur elegantiæ tantum caussa, ut abundet, vel vicem pronominis, *ille*, *is*, sustineat. Virg. eclog. 6 v. 64

Tum tanti astantem Permessi ad flumina Gallum,
Aonas in montes ut duxerit una sororum,
Vtque viro Phœbi chorus assurrexerit omnis:

Viro, pro ei, Gallo puta, cujus paullo ante meminerat. Similiter in 4 Æn. v. 3 *Multa viri virtus animo, multusque recursat*
Gentis honos:

Viri, Æneæ, de quo paullo ante sermo fuerat. Ibidem v. 424

Sola viri molles aditus & tempora norat.

Et Æn. lib. 5 v. 262 *Donat habere viro.* Similiter & *hominis* nomen interserere solebant, de quo suo loco. ¶ 8. *Vir virum legere*, in Romana militia dicebatur, cum in constituenda acie quisque sibi eum diligeret adsciisceretque socium pugnæ, seu astitem, cujus virtuti plurimum tribueret. Virg. 11 Æn. v. 631

Tertia sed postquam congressi in prælia, totas
Implicuere inter se acies, legitque virum vir.

De qua consuetudine legi possunt Petrus Victorius 16 Var. Lect. c. 19, itemque Turnebus 25 Adversf. c. 7. Eadem ratione Augustus usus est in redigendo senatu ad dignitatem pristinam, data potestate senatoriis, ut *vir virum legeret*, quemadmodum ejus vitâ Suetonius c. 35 refert. Tacitus 1 Hist. c. 18 *Apud frequentem militum concionem, imperatoria brevitate, adoptari a se Pisonem more D. Augusti, & exemplo militari, quo* VIR VIRVM LEGERET, *pronunciat.*

¶ Vīra, æ, die männin, weibsperson; ut, *Querquetulanæ viræ* apud Festum, ubi addit: *Fœminas antiqui viras appellabant, unde adhuc permanent Virgines & Viragines.* Locum Servii confer mox in *Virago*. Aliqui etiam *Vira* legunt in Plaut. Amphitr. 2, 2 v. 181. vid. ibi Taubman. & Parei Lex. Crit. p. 1303.

¶ Virāgo, ĭnis, mulier fortis, animo & virtute virili præstans, quasi *virum agens*, eine heldin, ein männlich weib. Servius ad Æn. 12 v. 468 *Virago dicitur mulier, quæ viri implet officium, id est mulier quæ viri animum habet, has antiqui viras dicebant*, eine heldin, männin. *Diva virago Diana*, apud Senecam in Hippolyto v. 54. Et Ovidius 2 Met. v. 765 *Bello metuenda virago Pallas.*
vid. Barth. Adversf. lib. 131 c. 3.

¶ Virātus, a, um, robustus instar viri, mannbarlich, starck als ein mann; ut, *Virata mulier*, Vulg. Interpr. Sirac. c. 28 v. 19. Et, *Virata uxor*, Varro apud Nonium c. 2 n. 907. Sed *Viriatus* vide infra in *Vis*.

¶ Viratus, ûs, subst. viri officium, viri conditio, die mannbarkeit, mannspflicht. Sidonius 7 epist. 9 *Bono viratu æmulis magis prodesse cupiens quam placere.*

¶ Virīlis, e, männlich; ut, *Toga virilis*, ein männliches ehrenkleid, quæ pueris virilem ætatem ingredientibus dabatur, in exitu scilicet anni decimi septimi, Sueton. August. c. 36. *Animus virilis*, ein tapffer manns-hertz: Terent. Phorm. 3, 8 v. 74 *Animo virili præsentique ut sis, para.* Cic. ad Attic. 14 epist. 21 *Acta illa res est animo virili, consilio puerili.* Sic, *Parum virile quod videatur dicere aut facere*, Idem de Fin. 2 c. 14. *Oratio fortis & virilis*, Idem de Orat. 1 c. 54. Et, *Virilis sexus* pro filio, Nepos Agesilao c. 1. ¶ 2. Sic, *Pro virili parte*, pro Sextio c. 66, id est, pro viribus, seu pro conatu virili, nach mannes vermögen; Idem in Verr. c. 6 *Plus, quam pars virilis postulat, oneris ac muneris suscipere.* Et, *pro virili portione*, Lactant. 2 c. 7 pr. quod & sine ablativo substantivi efferri solet, ut, *pro virili*, *pro mea virili.* Comparat. *Viriliores* pudendo sensu bene vasatos Lampridius dixit Elagabalo c. 8 extr.

¶ Virilia, ium, ibus, subst. plurale, verenda, sive pudenda viri, das männliche glied. Plin. 20 c. 16 *Virilium mala.*

¶ Virilĭtas, ātis, die mannschafft, männlichkeit. Martial. lib. 9 epigr. 7 *Puer sectus virilitatis damna mœret erepta.*

¶ Virilĭter, adv. virili virtute, seu fortitudine, tapffer, männlich. Cic. 1 Offic. c. 28 *Quod viriliter & animo magno fit, id dignum viro & decorum videtur.* Horat. 1 epist. 17 v. 38 *viriliter facere.* Ovidius 1 Fast. v. 479 *fortunam viriliter ferre.* Et comparative Seneca de Brevit. Vitæ c. 6 *Omnes isti* [avari, iracundi &c.] *virilius peccant: in ventrem ac libidinem projectorum inhonesta labes est.*

¶ Virītim, aliud adverb. per viros singulos, mann für mann; ut, *Frumentum viritim dividere*, Cæsar 7 de B. Gall. c. 71. *Præmia bene meritis viritim tribuere*, Hirtius de Bell. Alexand. c. 65. Et Curtius 7 c. 4 n. 33 *Viritim dimicare*, id est, singulari pugna. Hæc *separatim* opponitur. Suetonius extr. *Dedit & legata plerisque: inter quos virginibus Vestalibus, ac militibus universis, plebique Romanæ viritim, atque etiam separatim vicorum magistris.* Eutropius opponit τῷ *Simul*. Ita enim lib. 9 c. 15 extr. *Varia deinceps & simul & viritim bella gesserunt:* SIMVL, quatuor principes conjuncti: VIRITIM, singuli separatim, iedweder vor sich.

¶ Virōsus, a, um, viri appetens, mannthörich; (Nam *Virosus* a *Virus* primam producit, vide *Virus*) usus Lucilius & Afranius: vide Nonium c. 1 n. 80.

¶ Viriōsus, a, um, idem, apud Apulejum Met. 9 p. 223 ed. Elmenhorst. *Scæva, sæva, viriosa, ebriosa, pervicax* &c In Indice Elmenhorstius libidinosa interpretatur. Atque ita etiam codex MS. Oxoniensis, teste Pricæo p. 505. ¶ 2. Sed *Viriosus* a *Vis*, *vires*, ductum, quære in *Vis*. Pro *venenatus*, vide in *Virus*.

¶ Viriplăca, æ, Dea, de qua Valer. Max. 2 c. 1 n. 6 *Quoties inter virum & uxorem aliquid jurgii intercesserat, in sacellum Deæ* VIRIPLACAE, *quod est in Palatio, veniebant: & ibi invicem locuti, quæ voluerant, contentione animorum deposita concordes revertebantur. Dea nomen hoc a placandis viris fertur assecuta.*

¶ Virīpŏtens, tis, mannbar; ita virgo nubilis, quæ matura viro, JCtis dicitur; e. g. Lege 13 ff. de Verb. signif. *virgo viripotens.* Et Lege 65 Dig. de donat. inter vir. & ux. *quæ nondum viripotens nupserit.* Vet. Gloss. *Viripotens*, ἔπακμος, ἔπανδρος. ¶ 2. Sed, *Jupiter viripotens*, id est, viribus valens, dicitur apud Plaut. Pers. 2, 3 v. 1, großmächtig; ubi prior longa a *Vis*, *vires*.

Composita varia:

¶ Bivīra, æ, quæ duos habuit maritos, quæ vidua fuit, die zwey männer gehabt. Varro apud Nonium c. 2 n. 83 *Ad biviram venio*, &c.

¶ Centumvir, i, einer von hundert männern; plural. *Centumviri* Romæ dicebantur judices, penes quos privatarum caussarum, ut *hereditatum*, *testamentorum*, &c. cognitio fuit: quemadmodum ex Cicerone 1 de Oratore c. 38 & lege 12 D. de inoffic. testam. & lege 80 D. de lib. leg. constare potest. Inde *parvas* atque *exiles* centumvirales caussas Plinius 2 epist. 14 appellavit. Erant hi lecti ex tribubus, terni ex singulis: quarum Romæ 35 cum essent, revera ex 105 viris judicium istud constituebatur. Retinebatur tamen rotundus numerus, quo appellatio commodior esset. Hi hasta posita cogebantur conventu solenni; primo a quæstura functis; deinde decemviris litibus judicandis: inde *hastam centumviralem* Suetonius pro conventu centumvirorum posuit. Lucanus Paneg. ad Pisonem v. 41

Seu trepidos ad jura decem citat hasta virorum,
Et formare jubet centeno judice caussas.

Suetonius Augusto c. 36 *Auctor fuit, ut centumviralem hastam, quam quæsturâ functi consueverant cogere, decemviri cogerent.* Cæterum præsidebat omnibus prætor: qui & nonnullas caussas solis delegare decemviris poterat, observante Torrentio ad Vespas. Suetonii c. 10.

¶ Centumvirālis, e, denen hundert männern gehörig; ut, *Centumvirale judicium*, apud Cicer. pro Cæcina c. 18. Et, *Centumviralium partes*, apud Quintilian. 5 c. 2. Sic, *Centumvirales caussæ*: Plinius 2 epist. 14 pr. *Distringor centumviralibus caussis.* Et ibidem: *Audaces atque etiam magna ex parte adolescentuli obscuri ad declamandum huc* (ad centumvirales caussas) *transeunt tam irreverenter & temere, ut mihi Attilius noster expresse dixisse videatur, pueros sic in foro a centumviralibus caussis auspicari, ut ab Homero in scholis.* vide Cujac. 3 Observat. c. 32. Lips. ad Sueton. Vespas. c. 10.

¶ Decemvĭri, orum, penes quos summa erat potestas & jus summum Romæ, die zehen obersten herren oder regenten. Creati sunt anno ab urbe condita trecentesimo & altero, abrogatis consulibus, legibus scribendis, sed post biennium per Appii Claudii libidinem summa rerum ad consules rediit, abrogato decemviratu. Vnde Tacitus 1 Annal. pr. *Neque decemviralis potestas ultra biennium.* vide Livium 3 c. 33; & 54 ac 55. Alii Decemviri creati postea, qui judicandis litibus præessent. Vnde & *Decemviri litibus*, & apud antiquiores *Stlitibus*, quod idem erat, *judicandis* appellati: De quibus Torrent. ad Sueton. August. c. 36, & Vespas. c. 10. vide & paullo ante *Centumviri*.

¶ Decemvirālis, e, denen zehen herren gehörig; ut, *Collegium decemvirale: Leges decemvirales*, hoc est, Leges XII tabularum, quas decemviri conscripserant. *Decemviralis potestas*, id est, imperium, Tacit. c. l. Sic, *invidia decemviralis*, Cic. de Clar. Orat. c. 14. *Odium decemvirale*, Liv. 3 c. 42.

¶ Decemviratus, ûs, subst. der zehen herren stand oder regiment. Liv. 3 c. 36 *perpetuo decemviratu possessum obtinerent imperium.* Idem pluraliter lib. 4 c. 15 *consulatibus, decemviratibus, suis majorumque honoribus*, &c.

¶ Dŭumvĭri, orum, magistratus erant Romæ, qui quæstionibus & rebus capitalibus ac carceribus præerat, quamobrem & *capitales* dicebantur, blutrichter, oder die da über die halßgericht gesetzt waren. vid. Liv. 1 c. 26, & Fenestella, Lætus, &c. ¶ In municipiis *Duumviri* dicebantur, qui summo loco civitati præerant & publicam rem administrabant: qui Romæ consules appellati. Quod nominis ibi tantum obtinuit, ut & senatoris. Namque in municipiis, qui eo loco & ordine erant, *Decuriones* vocabantur, de quo supra monuimus. Cæsar 1 de Bello Civili c. 30 *Itaque in præsentia Pompeji insequendi rationem omittit: in Hispaniam proficisci constituit: Duumviris municipiorum omnium imperat, ut naves conquirant, Brundisiumque deducendas curent.*

¶ Dŭumvirālis, e, denen zweyen herren gehörig, l. 1 ff. de alb. scribend.

¶ Dŭumvirātus, ûs, subst. munus duumviri, apud Plinium lib. 4 epist. 22 principio, das amt der zweymänner.

¶ Dŭumviralĭtas, ātis, eadem dignitas, leg. 1 C. de nat. liberis.

¶ Ēvĭro, are, solum ex compositis verbum, significat virilitatem exsecare, entmannen, capaunen. Varro Marcipore apud Nonium c. 1 n. 223 *Eviravit omnes pueros.* Et Catullus de Aty carm. 64 v. 17

Et corpus evirastis Veneris nimio odio.

¶ Eviratus, a, um, entmannet, weibisch. Comparat apud Martialem legitur lib. 5 epigr. 42 *Eviratior spadone.* Et Gloss. gr. lat. ἀπόκοπος, ὁ εὐνοῦχος, *eviratus*, ein verschnittener.

¶ Evirātio, ōnis, die entmannung, entkräfftung. Plin. 29 c. 1 *Eviratio pilorum*, id est, abrasio, & sic virilitatis ablatio.

¶ Multivĭra, vide supra in *Multus*.

¶ Quatuorvĭri, orum, die viermänner; &, *Quatuorvir*, qui ex illo collegio est, ein viermann. Lege 2 § 30 Dig. de Orig. Jur. *Quatuorviri, qui curam viarum gererent.* Erant etiam in quibusdam coloniis & municipiis *Quatuorviri*, ut in aliis *Duumviri*; qui potestatem quasi consularem habebant. Cicero 13 epist. 76 inscripsit: *Quatuorviris & Decurionibus*, scil. Fregellanis vide ibi Manutium.

¶ Quatuorviratus, ûs, subst. dignitas IV virorum, das amt der viermänner. Vsus est Asin. Pollio Ciceroni lib. 10 fam. epist. 32.

¶ Quinquĕvĭri, orum, collegium quinque virorum, non unius generis. Erant enim *Quinqueviri dividundo agro*, Livius 6 c. 21; *Quinqueviri mensarii*, Idem lib. 7 c. 21, penes quos cura rei fœnebris erat: & *Quinqueviri cis Tiberim & ultra*, Lege 2 § 31 Dig. de Orig. Juris: & *Quinqueviri minuendis publicis sumtibus*, Plin. 2 epist. 1 n. 9, ad quem locum vide a Cellario notata.

¶ Quinqueviratus, ûs, ut, *Duumviratus*, *Decemviratus*, &c quinque virorum dignitas, Cic. ad Attic. 9 epist. 2, das amt der fünffmänner.

Ipse *Quinqueviratus* Ciceroni oblatus a Cæsare. vide eundem de Provinc. Consul. c 17.

¶ Quindĕcimvĭri, orum, funffzehner, magistratus erat Romæ, soli jus habentes, libros Sibyllinos inspiciendi, Lactant. 1 c. 6. Hic notandum, Tarqu nium in principio duos tantum constituisse; post auctus A. V. C. 388 est illorum numerus, & a denario numerus *Decemviri* dicti sunt: postea ad XV numerus accrevit A. V. C 675. Et hoc nomen illis mansit semper immutatum, etiamsi postea XL fuerint numero, notante Servio, etiam tempore Christianorum; vid. Blondellus de Sibyllis, Salmas. ad Flav. Vopisc. Aurelianum c. 20. Patitur hæc vox etiam tmesin, nec sine elegantia, poëtis saltem decora & grata. Horat. Carm. Seculari v. 70

Quindecim Diana preces virorum Curet.

¶ Quindecimvirālis, e, funffzehnerlich; ut, *sacerdotium quindecimvirale*, Tacitus Annal. 11 c. 11.

¶ Sēmĭvir, i, effœminatus, ein halb-mann, weibischer mann; ut, *Phryx semivir*, apud Virg. 12 Æn. v. 99, Paris est, noto convicio. ¶ 2. Exsectus, castratus, ein verschnittener. Martial. 9 epigr 21

Semiviri poterant qualia ferre Phryges.

Quod ortum haud dubie a sacris magnæ matris in Phrygia per Gallos celebratis, de quibus Silius quoque lib. 17 v. 20 *Semivirique chori*, &c. Et Virg. Æn. 4 v. 215 *cum semiviro comitatu* iterum ad exsectos illos Cybeles cultores respicitur. vide interpretes. ¶ 3 Pathici etiam & obscena operantes ita appellantur. Livius 33 c. 28 *Errare homines, qui tam atrocem cædem pertinere ad illos semiviros crederent*, quos paullo ante *molles viros*, item, *obscenos viros* dixerat. ¶ 4. Est & ubi semihominem significat, ein halb-mensch. Ovidius 2 de Arte am. v. 24 de Minotauro:

Semibovemque virum, semivirumque bovem.

¶ Sevir, i, quasi *Sexvir*, dignitatis nomen, ut, *Duumvir*, *Decemvir*, &c. einer von sechsmännern. Capitolinus in Antonino Philosopho c. 6 *Consulem secum Pius Marcum designavit, & Cæsaris appellatione donavit: & sevirum turmis equitum Romanorum jam consulem designatum creavit.* Quærit Hermannus Hugo lib 5 de Militia Equestri c. 2, an *Sevir* hoc loco idem sit, qui alias *Magister equitum*, id est, summus præfectus (General über die reuterey) appellabatur. Et quamquam nihil definit, adjicit tamen: *Oportet fuisse splendidum omnino magistratum, qui consuli daretur, & equitatui Romano imperabat.* Atqui non unus sevir in equestri militia, sed plures fuere: videnturque adeo singulæ turmæ *Seviros* suos habuisse. Nam in antiquis inscriptionibus SEVIRVM PRIMAE, SEVIRVM QVINTAE TVRMAE legas. Eorumque alios SENIORES, alios IVNIORES appellatos, perinde ex antiquis lapidibus apparet. Ac potuit Marcus *Sevir* creatus turmæ ab Antonino Pio, sed cum eminentia quadam & auctoritate in *Seviros* cæteros, sive collegas fuisse. Vnde non *Turma*, sed *Turmis* Capitolinus dicit. Sane communem dignitatem cum aliis habuisse, ipse Capitolinus significat, cum statim subjicit: *Et edenti* (Marco) *cum Collegis ludos Sevirales assedit.* Quicquid fuit, collata hæc dignitas in Plinium quoque Secundum a Trajano fuit. Nam duæ apud Gruterum Inscriptiones habentur, quæ id attestantur, in quarum altera SEVIR EQVITVM: in altera SEVIR EQVITVM ROMANORVM appellatur. Videtur & SEVIRORVM quorundam dignitas civilis fuisse. Nam & SEVIR IVRI DICVNDO: & SEVIR VRBANVS in antiquis lapidibus non semel legitur. Videas ibi & SEVIROS AVGVSTALES nominari. Qui an sacerdotali, an militari dignitate fuerint, non liquet. AVGVSTALES enim & sacerdotes, & militum genus appellati. vide supra AVGVSTVS, in *Augeo*.

¶ Sevīrālis, e, ad Seviros spectans, sechsmännisch; ut, *Sevirales ludi*, apud Capitolinum in Marco c. 6, quos *Seviri* ob adeptum honorem edebant. ¶ 2. Substantive *Sevirālis* idem qui *Sevir*. Vetus Lapis apud Gruter. p. 1 P. NVMERIVS MARTIALIS ASTIGITANVS SEVIRALIS. Significat Astigi (urbis Hispan. nomen) *Sevirum* fuisse.

¶ Seviratus, ûs, subst. dignitas sevirorum, das amt der sechs-männer. Vetus Inscriptio apud Gruter. p. 400 n. 7 HIC PRO SEVIRATV IN REMP. DEDIT HS ∞ ∞ &c.

¶ Septemvir, i, einer aus den sieben herren. Septemvirorum officium erat facere epulare sacrificium, vel convivium ludorum, quamobrem & *Septemviri epulonum* nominabantur, Fenestella, Pomp. Læt. de magistratib. Romanis. Vide de iis, eorumque dignitate Buchnerum ad Plin. lib 10 epist. 8 n. 611.

¶ Septemvirālis, e, denen sieben herren gehörig; ut, *Septemvirale judicium*, apud Livium 24 c. 45.

¶ Septemviratus, ûs, subst. septemvirorum dignitas, das amt der siebenmänner, Cic. 2 Philipp. c. 38.

¶ Tresvĭri, iidem qui *Triumviri*, die drey-männer. Plaut. Amphitr. 1, 1 v. 3 *Quid faciam nunc, si Tresviri me in carcerem compegerint?* Sic, *Tresviri epulones*, Cic. de Orat. 3 c. 19. *Tresviri capitales*, Idem 7 fam epist. 13. ¶ 2. De *Treviris*, vide supra suo loco.

¶ Triumvir, i, plural. Triumviri, erant tres viri sive collegæ, magistratum, qui Triumviratus dicebatur, gerentes; præerant monetis & nummulariis; præerant & carceribus, ideoque *Capitales* nominabantur, die drey-herren. Sed & *Coloniæ deducendæ Triumviri* dicebantur, eratque officium eorum, ut agros novis colonis dividerent, urbes designarent, ædificare volentibus areas partirentur, commodis regionibus civitatem distinguerent, & ad speciem optimi tabernaculi remp. effingerent. vid. Fenestell. de Magistratibus Romanis. Sic, *Triumvir Tubero*, apud Cic. de Clar. Orat. c. 31. ¶ 2. Aliter *Triumviri* dicebantur Octavianus, Antonius, Lepidus. Hi enim non legitimum magistratum gerebant, sed oppresserant rempubl. diviserantque inter se, *Triumviros constituendæ reipubl.* se appellantes. Itaque *conspiratio* & *dominatio* erat, ut appellat Florus, (Dion. τριαρχίαν dixit) non ordinarius magistratus. Lege præter alios Florum 4 c. 2. Corn Nep. Attico c. 12 n. 2.

¶ Triumvirālis, e, denen dreyen-herren gehörig; ut, *Triumviralis proscriptio*, Seneca 2 de Benefic. c. 11, & Lactantius 2 c. 4 extr. Et, *Sectus flagellis triumviralibus*, Horat. epod. 4 v. 11.

¶ Triumvĭrātus, ûs, dignitas & munus triumvirorum, das amt der drey-männer. Vellejus 2 c. 86 de Augusto Cæsare: *initio triumviratus sui.* Et Florus 4 c. 6 de Antonio & collegis: *Nullo bono more triumviratus invaditur.* Pluraliter Livius 9 c. ult. *tribunatu ante gesto, triumviratibusque.*

¶ Vigintivĭri, orum, magistratus fuit apud Romanos, & collegium tot virorum, die zwanzig-herren, Cic. 2 ad Attic. epist. 7.

¶ Vigintiviratus, ûs, subst. das amt der zwanziger, apud Cic. 9 ad Attic. epist. 2.

¶ Vndecimviri, orum, judices, quibus cura carceris & suppliciorum demandata, die eilff-herren. vid. Sigon. lib. 4 de Rep. Athen. c. 3 οἱ ἕνδεκα Adde Vbb. Emmii Tom. 3 Græciæ Veter. p. 50 & 51.

¶ Vnĭvĭra, æ, quæ semel tantum nupsit, uni tantum viro conjuncta μονόγαμος, die einmal gefreyet. Legitur apud Tertull. Exhortatione ad castitatem & de Monogamiâ, utriusque libri fine: & ad Vxor. 1 c. 7. Item apud Hieronymum 1 adv. Jovinian. c. 6, & Minuc. Felicem, de quo in *Multivira* videas, supra in *Multus*. Tales autem præcipuo honore habebantur & privilegiis quibusdam gaudebant, de quo Tertullianum lege allegato loco, & Meursium Mantissa ad lib. de luxuria Romanorum c. 10. ¶ 2. In veteri lapide, quem laudat Meursius, non *univira*, sed *univiria* vocatur. Qua voce Trebellius etiam Pollio in Tito usus. Multæ tamen inscriptiones aliæ reperiuntur, in quibus est VNIVIRA. vide Gruter. p. 748 n. 4, & p. 1141 n. 1, & Reines. p. 742 &c. ¶ 3. Est autem vere adjectivum, sub quo *mulier* auditur. Hinc aliis quoque nominibus applicari potest; v. g *Vnivira viduitas*, apud Tertullian adv. Psychic. c. 8.

¶ Vniviratus, ûs, subst. status univiratum, sive μονογαμία. Tertullian. ad Vxor. lib 1 extr. & lib. 2 initio.

Virago, viratus, &c. vide supra in *Vir*.

VIRBIVS, i, sic dictus Hippolytus, ab Æsculapio in vitam restitutus, quasi *bis vir*. Fabulam Virg. Æn. 7 v. 762 seqq. recenset, occasione filii, quem patri cognominem finxit.

VIRDŎMĂRVS, i, Gallorum rex, de quo cæso Claudius Marcellus opima spolia Jovi Feretrio consecravit. vid. Propert. 4 eleg. 11 v. 39.

Virectum, vide *Viretum* in *Vireo*.

VĬREO, ēre, grünen. Virg. 7 ecloga v. 59

Phyllidis adventu nostræ nemus omne virebit.

Ovid. 2 Metam v. 777 *Pectora felle virent* &c.

¶ Virens, tis, grünend, grün; ut, *Virentes campi*, Horat. 2 od. 5 v. 5. *Virentis cultor agelli*, Idem Art. poët. v. 117. *Stagna virentia musco*, Virg. Georg 4 v. 18. *Perpetuoque virens buxus*, Ovid. 10 Met v. 97.

¶ Vĭresco, ĕre, anheben zu grünen, grün werden, frisch werden. Virg. 1 Georg. v. 55 *injussa virescunt Gramina.*

¶ Vireo, ōnis, avicula, quæ & *Viridia* dicitur & Græcis χλωρὶς, *chloris*, ein grünling, grünfinck; item, ein hirsfinck, vescitur enim milio, Plin 18 c. 29. ¶ 2. Sed. *chlorion* seu *chloreus avis* alia est, turturis magnitudine. vide *Chlorion*. Neque acanthis seu ligurinus (ein zeising) vireo est vel chloris, Gesnerus.

¶ Virētum, vel Virectum, i, ein grüner ort. Sic enim ex lib 6 Æneid. Virgilii legunt v. 638 *Devenere locos lætos, & amœna virecta.* Significat autem locum herbis virentibus amœnum, ein grün feld, wiesenplatz. Et Prudentius Cathem. hymno 3 v. 101

Tunc per amœna virecta jubes
Frondicomis habitare locis.

¶ Virēdo, ĭnis, viridis color, grüne farbe. Guil. Brito 10 v. 699

Tot latera ambiti livere viredine ferri.

¶ Vĭrĭdans, tis, grünend, grün, participium sine verbo, exstat aliquoties apud Plinium; ut lib. 4 c. 8 *Intus sua luce viridante allabitur Peneus*: & Virgil. 5 Æn v 539 *Sic fatus cingit viridanti tempora lauro*, id est, viridi seu virenti lauro. Ibidem v. 388

Proximus ut viridante toro consederat herbæ.

¶ Viridĭcans, antis, simile participium apud Tertullian. de Pudicit. c. 20 *Viridicantes & rubescentes.*

¶ Viridĭcātus, a, um, grün ausgeschlagen; ut, *Silva viridicata*, Cic. ad Qu. Fratr. 3 epist 17.

¶ Viridārium, i, idem quod *Viretum*, locus scil. herbis & plantis virentibus amœnus, ein lust-garten, pflantz-garten, apud Plinium 18 c. 2, & Suetonium Tiberio c. 61. ¶ 2. Scribitur & *Viridiaria*, ut lege 26 Dig. de instruct. & instrum. leg. ¶ 3. In Inscript. denotat sepulcrum, ut apud Fabrettum p. 225 IN VIRIDARIO PARTIS P. XIX. M. LIVIVS M. F. CASSIVS DON.

¶ Viridārius, i, Vlpiano JCto est servus, qui hortos curat, ein gärtner.

¶ Vĭrĭdis, e, cui vigor suus adhuc inest, grün, frisch; ut, *Viridis ætas*, Colum. præf. lib. 1. *Viridis juventa*, Virg. 5 Æn. v. 295. Huic opponitur *aridum*, *marcidumque*, item, *vetustum*. Comparat. *Succus viridior*, in arboribus, Pallad. lib. 4 tit. 10. Et, *Viridissima pars corticis*, Columella 4 c. 22. ¶ 2. Vnde *Viridis* pro juvene ponitur, jung. Seneca excerptis controversiar. lib. 4 præfat. *Audivi illum & viridem, & postea jam senem.* conf. Barth. ad lib. 6 Thebaid. Statii p 422 & 423. Sic, *Viridia ligna & humida*, Cicero in Verrina 3 c. 17. Plinius 7 epist. 24 *Numidia Quadratilla decessit usque ad novissimam valetudinem viridis*, id est, firma & integris viribus. vide ibi Buchnerum. ¶ 3. Sed, *Viridis color*, *Virides smaragdi*, *Pratum viride*, grünlicht. Plinius 8 epist. 20 *Color cæruleo albidior, viridior.* Et, *Riparum vestitus viridissimi*, Cic. de Nat. Deor. 2 c. 30. *Campi & colles viridissimi*, Cic. 5 in Verr. c. 18. Et, *Viridissimo colore*, Vitruv. 7 cap. ult. ¶ 4. *Virides Dracones*, id est, venenati, Stat. 2 Theb. v. 279.

¶ Viridia, ium, subst. id est, *viridaria*, grüne lustige örter, Ita loca virentibus herbis consita Vitruvius *Viridia* vocat lib. 5 c. 9. Itaque pro *Viridaria* apud Phædrum legendum est lib. 2 fab. 6 v. 14

Præambulante læta domino viridia.

Aliter enim versus haud constat. Et Seneca epist. 86 *Cisterna ædificiis ac viridibus subdita.* Ac Plinius junior lib. 5 epist. 6 *Ambulatio pressa*

pressis varieque tonsis viridibus inclusa. ¶ 2. Sed apud Columellam 12 c. 57 *Viridia* sunt herbæ virides, grüne kräuter.

¶ Viride, adverb. grünlicht. Plin. 37 c. 8 *Callais viride pallens.* Comparat. Idem de Smaragdis lib. 17 c. 5 *Nihil omnino viridius comparatum illis viret.*

¶ Viridesco, ĕre, grün werden. Gloss. gr. lat. θάλλω, *Viridesco, Vireo.*

¶ Viridĭtas, ātis, vigor, & vis, quæ corporibus inest, quam senectus aufert, die junge krafft. Cicero Tusc. 3 c. 31 *Vis quædam inest, & viget, & habet viriditatem.* Et de Amicit. c. 3 *Senectus aufert viriditatem.* ¶ 2. Viridis color, die grünung; ut, *Viriditas pratorum,* Cic. de Senectute c. 16. *Viriditas maris,* Plin. 37 c. 5.

¶ Vĭror, ōris, idem. Palladius Junio tit. 12 *Cui adhuc superest aliquid de virore.* Et Apulejus 2 Florid. p. 348 *Pratorum virores.* Vopiscus in Probo c. 19 *Circus ad silvæ consitus speciem gratia novi viroris effronduit.* Et Fortunatus lib. 3 de Vita Martini sub fin.

Luminis ac varios spargens diadema virores.

Composita:

¶ Evĭresco, ĕre, herfür grünen. Varro apud Nonium c. 2 n. 258 *Exsanguibus dolore evirescat colos.*

¶ Intervĭreo, ēre, id est, inter alia virere, darzwischen grünen. Claudianus de Iride lib. 2 Rapt. Proserp. v. 100

Semita discretis interviret humida nimbis.

Et Statius Thebaid. 4 v. 98 de angue:

lætisque minax interviret herbis.

¶ Pervireo, ēre, semper virere, stets grünen. Paulinus Nolanus paraphrasi Psalmi 1 v. 11

Et, fronde nunquam defluente, pervirens,
Stabit perenni viridum lignum comâ.

¶ Pervĭrĭdis, e, valde viridis, sehr grün. Plinius 6 c. 22 *Mare colore perviridi.* Et Pomp. Mela 2 c. 5 *Campus minuta arundine gracilique perviridis.* Agit de Narbonensi Gallia circa Salsulas. Adde Solin. c. 66.

¶ Præviridis, e, idem. Frontin. de Aquæduct. lib. 1 p. 223 edit. Keuch. *Stagnino colore præviridi.*

¶ Præviridans, tis, sehr grün, sehr jung. Laberius apud Macrob. 2 c. 7 *Cum vigebam membris præviridantibus.*

¶ Revireo, ēre, idem. Albinovanus de Mæcenatis morte v. 113

Redditur arboribus florens revirentibus ætas.

¶ Reviresco, ĕre, quod est denuo virescere, vel renovari, sich verjüngen. Columella 2 c. 1 *Senectus cum semel invasit, regressum non habet, nec revirescere, nec repubescere potest.* Cicero de Provinc. Consul. c. 14 *Ad renovandum bellum revirescere.*

¶ Semiviridis, e, halbgrün. Cyrilli Glossarium: *Semiviridis,* ἡμιθαλής, ἡμίχλωρος.

¶ Subviridis, e, aliquantum viridis, etwas grün. Plinius 25 c. 9 de obscura herba quadam: *fruticosa, foliis subviridibus, flore roseo.* Idem 37 c. 10 *Balanitæ* [gemmæ] *duo genera habent, subvirides, & Corinthii æris similitudine.*

Vires, Viretum, vide *Vis, Vireo.*

VĪRGA, æ, a virore, ῥάβδος, eine ruthe, ein stab. Juvenal. sat. 7 v. 210

Metuens virgæ jam grandis Achilles,
Cantabat patriis in montibus.

Cic. pro Rab. c. 4 *Portia lex virgas ab omnium civium Rom. corpore amovit; hic flagella retulit.* Et, *Cædere virgis usque ad necem,* Cic. in Verr. 5 c. 29. Et Ovid. 15 Metam. v. 474

Volucres viscata fallere virga,

mit leimruthen. *Virga censoria,* obeliscus est, nota scil. negligentis & improbati versus: Sic, *Versus notare censoriâ virgâ,* Quintil. 1 c. 4.

¶ Virgŭla, æ, diminut. ein rüthlein. Nepos Thrasybulo c. 4 *Huic honoris corona a populo data est, facta duabus virgulis oleaginis.* Et Cic. 1 Off. c. 44 *Omnia quæ ad victum cultumque pertinent, quasi virgula divina, ut ajunt, suppeditari,* hoc est, citra humanam operam divinitus quasi & per miraculum. vide Chiliad. *Virgula divina,* qua venæ metallicæ perquiruntur, die wünschelruthe, Agricol. Fit ex surculo bifido colurno, & in exploratione venarum auri argentive inclinat sese eo, quo sub terra venæ feruntur atque incedunt.

¶ Virgārius, i, lorarius, qui virgis & loris cædit, ein steckenknecht, hundepeitscher. Gloss. gr. lat. ῥαβδοῦχος, *lictor, virgarius.*

¶ Virgātor, ōris, idem. Plaut. Asin. 3, 2 v. 19 *Caussam dicere adversus valentes virgatores.*

¶ Virgātus, a, um, striemicht, streiffich; ut, *Sagula virgata,* hoc est, diversorum colorum, velut virgis variegata & distincta, Virg. Æn. 8 v. 660. Sic, *vestes virgatæ auro* pro lineis aureis distinctas Silius dixit lib. 4 v. 15. Seneca Hercule Oeteo v. 145

Te fera Caspia,
Quæ virgata tibi præbuit ubera;

subaudi, protulit, genuit. vide Scalig. Conject. p. 67. Salmasium in Vopiscum.

¶ Virgŭlātus, a, um, a *Virgula,* idem. Plin. 9 c. 33 de concharum generibus: *Jam distinctione virgulata, crinita, crispa,* &c.

¶ Virgeus, a, um, aus ruthen; ut, *Virgea vilisque supellex,* haußgeräthe von körben &c. Virg. 1 Georg. v. 165. Idem 7 Æn. v. 463 *Flammam virgeam* dixit, ein feuer von reißholtz.

¶ Virgōsus, a, um, virgarum plenus, abundans, voll ruthen. Palladius 1 tit. 24 *Virgosus frutex.*

¶ Virgētum, i, locus virgis consitus, Cic. de Legib. 2 c. 8, ein ruthengesträuche, gebüsche.

¶ Virgultum, i, idem. Virg. eclog. 10 v. 7

Tenera attondent virgulta capellæ.

Et lib. 2 Georg. v. 328 *Resonant avibus virgulta canoris.*

¶ Virgindēmia, æ, virgarum apparatus, vel demtio, vel decerptio ob verbera, die ruthen-sammlung. Ita Nonius c. 2 n. 906 explicat; ubi & Varro: *Scapulæ metuunt virgindemiam.* Et Plaut. Rud. 3, 2 v. 22 *Uberem sperare ulmeam virgindemiam.*

VIRGĬLIUS, i, poëta primi inter latinos loci & auctoritatis, Mantuanus fuit, natus idus octobris Pompejo & Crasso Coss. Adolescens litteras diversis in locis didicit; ut Mantuæ, Cremonæ, Neapoli. Romam venit occasione amissorum in bello civili agrorum, quos solus ipse, cum cæterorum inter milites fundi distributi essent, ab Augusto recepit, adjutus patrocinio Mæcenatis & Pollionis, quibus carissimus fuit. Scripsit Bucolica Pollione ipsum hortante, atque emendavit triennio. Georgica absolvit annis septem, cum id ei argumentum proposuisset Mæcenas. Æneida rogatus ab Augusto scripsit quidem annis undecim, sed inemendatam reliquit, ac moriens jussit cremari, cui voluntati ejus Augustus restitit, Tuccæ & Varo emendatione commissa. Mortuus est Brundusii X Calend. Septembr. morbo ex solis æstu contracto, in reditu ex Græcia cum Augusto, anno ætatis suæ 52. Vide Virgilii vitam diverse ab aliis atque aliis expositam. Quintil. 10 c. 1 *Ut apud Græcos Homerus, sic apud nos Virgilius auspicatissimum dederit exordium, omnium ejus generis poëtarum græcorum nostrorumque, haud dubie proximus. Utar enim verbis iisdem, quæ ex Afro Domitio juvenis accepi, qui mihi interroganti, quem Homero crederet maxime accedere, Secundus, inquit, est Virgilius, propior primo quam tertio. Et hercle, ut illi naturæ cælesti atque divinæ cesserimus; ita curæ & diligentiæ vel ideo in hoc plus est, quod fuit ei magis elaborandum* &c. Hujus sapientiam ac eruditionem ita admiratus est Severus imperator, ut eum, sicut Lampridius c. 31 prodidit, *Platonem poëtarum* appellaret, quo elogio Panætius antea Homerum condecoraverat. Proximus autem secundusque Homero respectu ingenii est, judicio atque prudentia admodum prior. Quare soli ei Scaliger censuit ponendas aras, qui multus fuit in observandis notandisque ejus virtutibus, quibus omnibus antecellit. Et est sane in ea re insigne ejus scitum, cum ait: Homerum instar habere mulieris aulicæ, quam nihil non audentem, nihil fere etiam dedeceat: At Virgilium honestæ matronæ, qui nihil sibi non examinatum admittat. *Optimus olim Virgilius,* Horat. 1 sat. 6 v. 54. *Virgilius amantissimus vetustatis,* Quintil. 1 c. 7. Vide, quæ de seipso scribit Virgil. 4 Georg. v. 563, & quæ Crinitus in ejus vita lib. 3 de poëtis latinis.

¶ Virgiliānus, a, um, adject. Plinius præfat. ad Vespasianum, *Virgiliana virtute.* Et Quintilianus 1 c. 3 *Habendum in animo semper Virgilianum illud:* *Adeo a teneris consuescere multum est.*

¶ Virgiliocentōnes, vide supra in *Cento.*

Virgīnal, virginarius, Virgindemia, Virgineus, vide *Virgo, Virga, Virgo.*

VIRGĬNIA, L. Virginii Centurionis filia; quam stupro destinatam ab Appio Decemviro pater in medio foro occidere maluit, quam pati, ut in fœdam servitutem abduceretur. Qui mox adscitis militibus in societatem, aggressus Decemviros, superbam eorum dominationem oppressit. Lege Livium lib. 2 c. 31 &c. Juvenal sat. 10 v. 294

cuperet Rutilæ Virginia gibbum
Accipere, atque suam (faciem, formam) *Rutilæ dare.*

¶ 2. *Virginia* etiam dicitur Anglia nova, de qua vide in *Anglia.*

Virginitas, Virgino, are, vide sequens *Virgo.*

VIRGO a viridiore ætate, auctore Servio, dicta, quæ nondum est conjux, eine jungfrau. Cic. de Clar Orat. c. 96 *Domi teneamus eloquentiam tueamurque ut adultam virginem caste.* ¶ 2. Ponitur & pro ea aliquando, quæ peperit. vide Taubm. ad Plauti Cistell. 2, 3 v. 77; & Parei Lex. Crit. p 1014 in *Puella.* *Virginem festinare,* quid sit, vide in *Festino.* ¶ 3. Ponitur & pro filia: sicut, *Puer, adolescens,* pro filio. Nepos Epaminonda c 3 *Nam cum aut civium suorum aliquis ab hostibus esset captus, aut virgo amici nubilis propter paupertatem locari non posset* &c. Martialis 3 epigr. 58

Grandes proborum virgines colonorum,

id est, natæ. ¶ 4. A patribus & virili sexui tribuitur, deque iis dicitur, qui expertes conjugii Venerisque sunt: Sic *Virginem maritum* dixit Chrysologus sermone CLXVIII. *Virginem puerum* Paulinus Epithal. in Julianum & Titiam, ut Lindebrogius notat: *Virginem discipulum,* Hieron. ad Eustoch. S. Johannem intelligens. Idem Apologia pro libris adversus Jovianum: *Christus virgo, virgo Maria, utriusque sexus virginitatem dedicavere. Apostoli vel virgines, vel post nuptias continentes: episcopi, presbyteri, diaconi, aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certe post sacerdotium æternum pudici.* Adde Freinshem. ad Curt. 5, 1 n. 38; Phil. Caroli lib. 1 Var. Lect. 1; Lotich. ad Petron. not. p. 178. ¶ 5. Metaphorice notat res incorruptas: sic Firmicus *Terram virginem,* unde Adam creatus, nominat, quod nondum supra terram pluerat: Et Tertullianus de Jejuniis c. 6 pr. *Salivam virginem,* nüchterner speichel. Idem Apologia c. 9 *Quidam securiores totam vim hujus erroris* [de incestu Christianorum] *virgine continentia depellunt, senes pueri.* Adde ibi Rigalt. not. In Inscript apud Fabrettum p. 53 legimus *Virginem monumentum,* & *Locum virginem,* id est, eatenus vacuum, & nullo accepto cadavere funestum. ¶ 6. Et *Virgo,* quam justitiam dixerunt, inter sidera a Jove relata. vide Ampelium cap. de XII Signis. ¶ 7. Et *Virgo* aquæductus Romanus. Vide Statium 1 Silv. 5 v. 26, & Frontinum de Aquæductibus.

¶ Virguncŭla, æ, diminut. ein jungfräulein, quo Petronius in Satyrico p. 66 usus est: & Juvenalis satyr. 13 v. 40

Tunc, cum virguncula Juno,

id est, nondum uxor Jovis.

¶ Virgīnal, ālis, Apulejus dixit naturam muliebrem, quæ & *fæminal* dicitur eidem, & aliis veterum, das weibliche glied. vide *Veretillum* supra in *Veretrum.* Prudentius in passione Agnetis v. 8

Intactum ab omni crimine virginal.

¶ Virgīnālis, e, jungfräulich; ut, *Virginalis habitus atque vestitus,* Cic. 4 in Verr. c. 3. *Virginali verecundia homo,* Cic. pro Quintio c. 11.

¶ Virginārius, a, um, adjectiv. aliud, idem. Plaut. Pers. 4, 9 v. 14 *Scelesta fides est virginaria.*

¶ Virgineus, a, um, idem; ut, *Pudor virgineus,* Tibull. 1 eleg. 4 v. 74. *Rubor virgineus,* Virg. 1 Georg. v. 430. Et, *Agmen virgineum,* Claudian. 3 de Laud. Stilic. v. 263. *Volucres virgineæ,* apud Ovidium Metam. 7 v. 4 dictæ Harpyiæ, quod ipsis *virginei vultus,* dicente Virg. 3 Æn. v. 216. *Virgineum pectus,* Ovid. 7 Metam v. 17.

¶ Virgĭnensis, is, Dea, cui novæ nuptæ zonam dedicabant, die göttin der jungfrauen. vide Herald. in Arnob. p. 120; & Aug. de Civ. D. 6 c. 9.

¶ Virginĭtas, ātis, conditio & castitas virginalis, die jungfrauschafft, keuschheit; quæ *merito omnibus maritis acceptissima*, ut Apulejus Apolog p. 332 loquitur, & viduarum amori præferenda. vide ipsum Apologia p. 543, & lib. 5 de A. A. *Novam nuptam interfectæ virginitatis curant.* Virginitatem præferunt nuptiis patres tantum non omnes, quos vide allegatos apud Elmenhorst. not. ad Gennad. p. 165. Ovid. epist. Her. 5 v. 140 *Ille meæ spolium virginitatis habet.*

¶ Virgĭno, are, caste vivere, keusch seyn. Tertull. de Virgin. veland. c. 12 *Virginari volunt sola capitis nuditate.*

¶ Devirgĭno, are, virginitatem eripere, das jungfer-kräntzlein abziehen. Vsus est idem Petronius p. 70, & Hyginus fabulâ 23 de Medea. ¶ 2. *Devirginari* olim pueri dicebantur, cum ex ephebis excessere. Auctor Nonius in *Virgines*, ex Varrone c. 6 n. 57.

¶ Devirgĭnātus, a, um, zu fall gebracht; ut, *Ancilla devirginata*, Lege ult. D. de Offic. præsidis.

¶ Devirgĭnātio, ōnis, primus concubitus, apud Scribon. Largum Composit. 18, die beraubung der jungfrauschafft.

¶ Devirgĭnātor, ōris, ein jungfrauschänder. Gloss. gr. lat. διαπαρθενευτὴς, *devirginator.*

Virgosus, virgŭla, virgultum, Virguncula, vide paullo ante *Virga, Virgo.*

VĪRIAE, ārum, armillæ viriles, armbänder, ut Isidorus interpretatur lib. 19 c. 31: sed mulieribus eædem attribuuntur a Tertulliano itemque Ambrosio: cujus verba lib. 1 de Abrahamo c. 3 ista sunt: *Ideo accepit* (Rebecca) *inaures & virias, quas misit Abraham, tamquam meritorum suorum præmia. Fortasse audientes hæc, Filiæ, quæ ad gratiam Domini tenditis, & vos provocemini, ut habeatis inaures & virias, & dicatis:* QVO MODO PROHIBES HAS EPISCOPE VT HABEAMVS, QVOD REBECCA ACCEPIT PRO MVNERE? Nonnulli putant, esse ornamentum *e gemmis viridibus*, quales auro potissimum includebant. vid. Voss. Etym. p. 561. *Viriarum Celticarum*, Plinius meminit lib. 33 c. 3. Hinc

¶ Viriŏla, æ, diminut. Etiam Vlpianus & Scævola inter ornamenta muliebria *Viriolas* recensent, Lege *argumento* 25 § *ornamenta* 10 Dig. de aur. & arg. leg. & L. ultima D. eodem. Vet. Gloss. *Viriola* κλανίον, ψέλιον; *Viriolæ* περιχέρια, ψέλια.

VĬRIĀTVS, i, Lusitanus *ex venatore latro: ex latrone subito dux & imperator, & si fortuna cessisset, Hispaniæ Romulus*, ut de eo Florus 2 c. 17. Acerrimus Romanorum hostis, quibuscum XIV annis belligeravit, non nisi fraude atque insidiis vincendus.

¶ Viriatĭcus, & Viriatĭnus, a, um, adject. ut, *Bellum Viriatinum*, apud Sueton. Galbâ c. 3.

VĪRĬCA, æ, missilis teli genus, ein wurffspieß. Huc pertinet, quod de flaminica Diali annotat Gellius 10 c. 15 *ejus viricam surculum de arbore felici habere*; Sic enim exemplaria vetustiora legunt. Hinc

¶ Vīrĭcŭlum, i, diminut. ein griffel. Legitur hoc nominis apud Plin. lib. 35 c. 9 pro instrumento, ut videtur, sculpendi aut pingendi adhibito igne. Sic enim Plinius: *In encaustice pingendi, duo fuisse antiquitus genera constat, cera, & ebore cestro, id est, viriculo.* Est autem *Cestron* instrumentum, quo cavatur ebur.

Viridans, viridarium, viridesco, viridia, viridicans, viridis, viriditas, vide *Vireo.*

Virīlis, virilitas, Viriola, Viriosus, vide *Vir, Viriæ, Vis.*

Viriplăca, viripŏtens, virītim, vide *Vir.*

Viror, Vīrosus, & Vīrosus, vide *Viridis, Vir, Virus.*

VIRTVS, ūtis, die tugend, quam absque Diis nemo accepit, secundum dictum Simonidis, Ἄνευ θεῶν ἀρετὴν ὄτις λάβεν; dicitur a *virilitate*, Varrone auctore de L. L. 4 c. 10, seu *viribus*; nam apud majores pro fortitudine tantum accipiebatur, ut vere Scaliger observat lib. 1 poët. c. 22 extr. vide & supra in *Ars*. Sed cum ad corpus non refertur, est *habitus animi, rationi consentaneus*, ut Cicero de Invent. 2 c. 53 definit. *Nihil est virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius*, Idem lib. 9 fam. epist. 14 *Virtute præstare*, Idem pro Planc. c. 25. *Eminere virtutibus*, Quintil. 3 c. 9. Et, *Omnia summa consecutus es virtute duce, comite fortuna*, Cic. 10 fam. epist 3. Ac Plaut. Amphitr. 2, 2 v. 17 *Virtus præmium est optimum; Virtus omnibus rebus anteit profecto*, &c. *Virtus omnia in se habet, omnia adsunt bona, quem penes est virtus.* Seneca in Hercule Oeteo sub finem:

Nunquam Stygias fertur ad undas Inclyta virtus.

Ovid. 2 de Ponto eleg. 3 v. 35

Judice me, mercede caret, per seque petenda est
Externis virtus incomitata bonis.

¶ 2. *Virtus* fortitudinem etiam seu robur significat, quod & supra notabamus, atque in armis spectatur præcipue, die krafft, stärcke, tapfferkeit; unde *Virtutem* eamdem cum *Bellona* bellorum Dea faciebant, de quo Lactantius 1 c. 21; qua significatione a *Viro* dictam Cicero docet Tusc. 2 c. 18 *Appellata est*, inquit, *a viro virtus: Viri enim propria maxime fortitudo.* Eam ob causam in nummis veteribus armatæ virginis habitu repræsentatur, succinctis vestibus. Terent. Eunuch. 4, 7 v. 8 *Imperatoris virtutem noveram & vim militum* &c. die mannhafftigkeit. ¶ 3. Sed *in sensibus est sua cuique virtus*, id est, vis, proprietas, die eigenschafft, Cicero 5 de Finib. c. 12. Et Quintil. 4 c. 2 *Sunt quidem hæ, quas retuli, virtutes aliarum quoque partium.* ¶ 4. *Virtus Herculis; Virtus Catonis*, pro ipso Hercule, Catone, usitata poëtis periphrasis est. Vet. Gloss. *Virtus* ἀρετὴ, ἀνδρία, δύναμις, ἰσχύς.

¶ Virtuōsus, a, um, i. e. virtute præditus, tugendhafft. Veteres eo abstinuere; recentiores tamen usurpant.

¶ Virtuōse, adverb. i. e. honeste, in spuria Inscript. Gruteri. vid. Cellar. Cogit. post. p. 369.

¶ Virtūtĭfer, a, um, wundersam. Fortunat. in Medardo: *Virtutifer patris baculus.* Reinesius mavult legere *Virtutifex.*

Virulentus, vide sequens *Virus.*

VĪRVS, gifft, indeclinabile grammatici statuunt, genitivus tamen, & ablativus apud veteres reperiuntur. Lucretius 2 v. 475

Linquit enim supera tetri primordia viri.

Idem eod. libro v. 811

Quam minime ut possit mistos in corpore odores,
Concoctosque suo contactos perdere viro.

Gratius Cyneget. v. 415

Tunc & odorato medicata bitumina viro Imponat.

Vbi vide Barth. v. 143. Est autem *Virus* odor teter & venenum, βρωμὸς, ein gifftiger gestanck; ut, *Virus alarum*, apud Plin. 35 c. 15, schweissiger gestanck untern achseln. Et Columella 1 c. 5 *Paludem ædificiis vicinam esse non oportet, quia caloribus noxium virus eructat.* Sic, *Virus mortiferum*, Cic. in Arato v. 436. ¶ 2. Idem de Amicit. c. 23 *Acerbitatis virus apud aliquem evomere*, eleganti dixit metaphora. ¶ 3. Est revera vocabulum μέσον, sicut pharmacum, & tam in bonam, quam in malam partem accipitur: quod & Virgilius 1 Georg. v. 129 innnuit:

Ille malum virus serpentibus addidit atris;

Malum enim ideo dixit, quia & bonum est. Sane pro medicamento posuit Statius 1 Silv. 4 v. 104

jungam ipse manus atque omne benigne
Virus, odoriferis Arabum quod doctus in oris,
Aut Amphrysiaco pastor de gramine carpsi.

Sic *Virosa castorea medicamentosa* exponunt. vide *Virosus.* ¶ 4. *Ponti virus*, pro sale marino, Manilius dixit lib. 5 v. 673. Nempe *Virus* & quilibet ἰχώρ est. Vetus Gloss. *Virus*, ἰὸς ἐχίδνης καὶ ζώου ἀλόγου, καὶ ἰχώρ. Tertullianus de Anima c. 13 *Quid aliud limus quam liquor opimus? Inde erit genitale virus, ex adflatu Dei anima. Quid aliud afflatus Dei, quam vapor spiritus? Inde erit quod per vices illud efflamus.* VIRVS sperma, sive genitale hominis semen appellat, der saame. vide & supra *Venenum*. Adde Barth. ad Statii Silvas d. l. p. 128. Et Virgil. 3 Georg. v. 281

Lentum distillat ab inguine virus.

¶ Vīrŭlentus, a, um, gifftig; qua tamen voce nusquam Cicero usus legitur. Gellius 16 c. 11 *Serpentes* dixit *virulentos*. Et *odium virulentum* dicimus, ein gifftiger haß.

¶ Virōsus, a, um, idem; ut, *Virosa castorea*, Virg. 1 Georg. v. 58, hoc est, medicamentosa, de quo supra in *Virus* n. 3. *Virosa eluvies*, apud Gratium Cyneget. v. 355.

¶ Viriōsus, a, um, videtur aliquando idem. Apulejus Metam. 7 p. 196 *Spinæ punctu venenato viriosæ*, quod Elmenhorstius in Indice *exitialis, venenatus* interpretatur. Sed Pricæus ibi *virosæ*. Alias notiones tam *virosi* quam *viriosi*, vide in *Vir* & *Vis*, sive *Vires*.

VIS, vim, vi, plur. Vires, ium, a græco ἴς præposito digamma Æolico &c. efficacia, potestas, violentia, krafft, stärcke, gewalt, nachdruck. Sallust. princ. Catil. *Nostra vis omnis in animo & corpore sita est*, Virg. Æneid. 1 v. 529 *Non ea vis animo, nec tanta superbia victis*, muth und stärcke. Sed *Vis & natura alicujus rei*, Cic. de Orat. 1 c. 44. Idem de Amicit. c. 4 *Vis amicitiæ est in animorum consensione.* Et, *Vis ingenii*, ibidem c. 38. Plinius 4 epist. 7 *Sæpe tibi dico, inesse vim regulo: mirum est, quam efficiat, in quod incubuit.* Et paullo post: *Hanc ille vim (sive quo alio nomine vocanda est intentio, quicquid velit obtinendi) si ad potiora vertisset, quantum boni efficere potuisset?* Et Terent. Phorm. 1, 2 v. 57 *Ni vis boni in ipsa inesset forma* &c. Cic. pro Milon. c. 23 *Magna vis est conscientiæ judices*, das gewissen vermag viel. *Occulta, tacita vis*, Quintil. 3 c. 5 heimliche krafft, nachdruck. Et Cic. pro Cœl. c. 24 *Vir integerrima ætate, maximis viribus.* Idem, *Dare vim vel vires; Adhibere vires; Adhibere vim*, dixit: Ad Attic. 4 epist. 2 de oratione pro Domo sua: *Profecto dolor & magnitudo vim quamdam nobis dicendi dedit.* Et in Catilin. 1 c. 8 pr. *Hæc si tecum patria loquatur, nonne impetrare debeat, etiamsi vim adhibere non possit?* Sic, *Suggerere vim occultam*, Quintil. 1 c. 10. Et, *Pulchritudine & viribus aliquem excellere*, Cic. in Offic. 3 c. 5 *Omnibus viribus aliquid sustinere*, Idem 5 fam. epist. 5. Et, *Metiri atque diligenter æstimare suas vires*, Quintil. 6 c. 1, sein vermögen prüfen. *Præsentes ad nocendum habere vires*, Hirtius Ciceroni sub lib. 15 ad Attic. epist. 6, mächtig genung seyn, einem zu schaden. Et, *Vim facere*, gewalt thun: Cic. 4 ad Attic. epist. 2 *Si quæ vis esset facta.* Et, *Imperium vi quod fit*, Terent. Adelph. 1, 1 v. 42. *Vim & manus alicui inferre*, Cic. 1 in Catilin. c. 8, gewaltsame hand anlegen, i. e. comprehendere aliquem. Sic Nepos 4, 4, 3 *Neque prius vim adhibendam putaverunt, quam se ipse indicasset.* Sed, *Vim adferre*, de cæde apud eumdem Dione c. 10. Et, *Defendere vim vi*, Cic. pro Milon. c. 4 *Frangere vim alicujus*, Quintil. 1 c. 7. *Infractæ ad prælia vires*, Virgil. 9 Æneid. v. 499. *Agere pro viribus*, nach vermögen, Cic. de Senect. c. 9. *Cum me deficere vires cœpissent*, Idem 1 de Orat. c. 45. *Defici viribus*, pro destitui, krafftloß, matt werden, Quintil. procem. lib. 4. ¶ 2. Sed, *Maxima vis auri atque argenti*, id est, copia, die menge, der hauffe, Cicero pro Lege Manil. c. 9. *Vis frumenti ingens*, Livius 29 c. 36, vorrath von getreyd. *Ingens vis hominum*, Idem lib. 8 c. 28, ein grosser hauffe. *Vis lacrimarum*, Cic. Somn. Scip. c. 3. Et Horat. 3 od. 4 v. 65

Vis consili expers mole ruit sua,
Vim temperatam dii quoque provehunt
In majus: iidem odere vires,
Omne nefas animo moventes.

Sic, *Vim negotii*, Plautus Pœn. 1, 2 v. 1. *Vim fumi* pro magno & copioso fumo, Apulej. dixit Apolog. Et Plautus græca voce usus dixit *dynamin olivi*, Pseud. 1, 2 v. 77. ¶ 3. Quamquam autem nonnulli in hoc vocabulo tantum nominativum, accusativum, & ablativum agnoscant, (nec diffitendum est, hos frequentari apud auctores,) Carisius tamen lib. 1 Instit. per omnes casus in singulari declinat: in plurali *Vires* agnoscit, & inde *Virium, Viribus*, &c. Priscianus vero non genitivum singularem modo *Vis* agnoscit; sed in plurali etiam *has vis* dixisse veteres observat. Nam lib. 6 ait: *Excipitur &* HAEC VIS, HVIVS VIS: *cujus plurale similiter* VIS, *tam Lucretius quam Sallustius protulerunt*, *Lucretius* 2 v. 586 Sed quam multarum rerum vis possidet in se, Atque potestates. *Sallustius in 3 Histor.* Male jam assuetum ad omnes vis controversiarum. Genitivus *hujus vis* reperitur & cultissimo dialogo de caussis corruptæ

ruptæ eloquentiæ, c. 26 de Cassio Severo: *Quamquam*, inquit, *in magna parte librorum suorum plus vis habeat, quàm sanguinis.* Et Lege 1 Dig. quod metus caussa, *Vis fiebat mentio*, secundo casu.

¶ Viriculæ, ārum, diminut. pusillæ vires, die wenigen kräffte. Apulej. Metam. 11 *Nam & viriculas patrimonii peregrinationes attriverant impensæ.*

¶ Viriātus, a, um, qui est magnarum virium, mächtig. Lucil. apud Nonium c. 2 n. 90; *Bello vinci a barbaro viriato Annibale.*

¶ Viriōsus, a, um, id est, viribus validus, robustus, kräfftig, starck. Tertullianus advers. Valentin. c. 16 *Vitia usu viriosa.* Vetus Gloss. Cyr. *Viriosus*, δυναμικός. ¶ 2. Sed *Viriosus* a *Vir*, vide *Vir*.

¶ Viriōse, adverb. idem. Hinc comparat. apud Tertullian. de Anima c. 19, quod exponunt *fortius, validius.* Verba sunt: *Vltro ambibit, & quidem viriosius de suo ingenio.*

¶ Viresco, ĕre, prima longa a *Viribus*, id est, vires recuperare, sumere, starck werden, Furius, vetus poëta fecit:

Increscunt animi, virescit vulnere virtus.

vide Gell. 18 c. 11; & Barth. ad 5 Theb. Statii v. 654 p. 304. ¶ 2. Sed *Viresco*, prima brevi, vide in *Vireo*.

¶ Viripŏtens, tis, großmächtig, ex Plauto vide supra in *Vir*.

¶ Viŏlentus, a, um, qui vim facit, gewaltsam, ungestüm; ut, *Impetus alicujus furentes & violenti*, Cic. de Arusp. resp. c. 22. *Mors violenta*, Tibull. 4 eleg. 1 v. 73. *Venti violenti*, Lucret. 5 v. 1225. Compar. *Multo violentior Appio, quam Fabio fuit*, Livius 2 c. 59. Et Cic. 2 de Nat. Deor. c. 60 *Quas res violentissimas natura genuit, earum moderationem nos soli habemus.* ¶ 2. *Violenti* autem dicuntur iracundi, sævi, intractabiles homines, qui nihil indulgere, nihil ferre ac tolerare possunt, & nihil moderate ac tranquille aut dicunt aut faciunt, die leicht auffahren, sich nicht halten können, grimmig seyn. Terent. Eunuch. 5, 5 v. 12 *Ille ubi rescivit factum frater violentissimus*, &c. Plautus Truculento 2, 1 v. 39

Sed est huic unus servus violentissimus:

Loquitur de Stratilace servo; cujus violentias & ex act. 2 sc. 2 perspicere potes. Et apud Livium 34 c. 32 *Violentissimus tyrannus.* Vet. Gloss. *Violentus*, Βίαιος, σφοδρός. Seneca epist. 11 *Sulla erat violentissimus.*

¶ Viŏlens, pro *Violentus* etiam dicitur. Horat. 3 od. 30 v. 10 *Quæ violens obstrepit Aufidus.* Idem 1 epist. 10 v. 37

Sed postquam victor violens discessit ab hoste.

Persius sat. 5 v. 171 *Nunc ferus & violens.*

¶ Inde fortassean *Violente* adverbium, ultimâ correptâ, apud Senecam Medeâ v. 605, ut a repens, repente.

Rumpe nec sancti violente mundi Fœdera sacra.

¶ Violenter, adverb. mit gewalt, gewaltthätig; ut, *Invadere aliquid violenter*, Columell. 7 c. 12. *Violenter agere consulatum*, Plin. 3 epist. 9. Et, *Egit violentius*, Sueton. Tito c. 6. *Imber violentius fusus*, Curt. 8 c. 14 n. 4 *Rivalem violentissime persequi*, Columell. lib. 7 c. 3. Et Lactantius 5 c. 21 *Exercent sævitiam, quam violentissime possunt.* Sed apud Terent. Phorm. 5, 1 v. 4 *Violenter tolerare*, est ægre, invito.

¶ Violentia, æ, die gewaltsamkeit, der zwang; ut, *Opprimi impetu violentiæ*, Declam. antequam iret exulatum. Plinius lib. 2 c. 47 *In Narbonensi provincia clarissimus ventorum est Circius, nec ullo violentia inferior.* Et Apulejus lib. 1 Metam. *Cunctos tanta cantionum violentiâ clausit*, id est, magicis carminibus. vide ibi Pricæum p. 27.

¶ Viŏlo, avi, atum, āre, βιάζεσθαι, vitium offerre, corrumpere, verletzen, beleidigen, entweyhen, schwächen. Transfertur ad varia; *Violare clementiam*, contra clementiam aliquid facere, Nepos Alcib. c. 10. Et, *Violare alicujus existimationem*, pro Quint. c. 23. Et, *Famam probris flagitiisque violare*, Cic. 3 in Verr. c. 32. *Violare fœdus*, Livius 28 c. 44. Item, *Violare loca religiosa*, profanare, Cicero pro Rabir. c. 2. Et, *Violare hospites*, Cæsar 6 de Bell. Gall. c. 22, verunehren, antasten. *Conjugii fidem violare*, Plinius 10 c. 34, wider treu handeln. ¶ 2. *Violare* etiam inficere, tingere est, bestreichen, färben. Virg. 12 Æneid. v. 67

Indum sanguineo veluti violaverit ostro
Si quis ebur.

Ita & Homerus Iliad. δ. v. 146 verbo μιαίνειν, usus est. Recte igitur Gloss. Veteres *Violat*, μιαίνει, λυμαίνεται. Item *Violare*, βιάσασθαι, μιᾶναι, παραβῆναι.

¶ Viŏlātus, a, um, verletzet, geschwächt, beleidiget; ut, *Pœna violati juris*, Cic. de Leg. 2 c 9. *Violata jura maritæ*, Ovid. de Arte am. 2 v. 381. *Violata potestas*, Lucan 3 v. 125.

¶ Violātio, ōnis, die verletzung, entweyhung; ut, *Violatio templi*, Livius 29 c. 8, id est, profanatio.

¶ Violātor, ōris, ein beleidiger; ut, *Ruptor fœderis humani, violatorque gentium juris*, Liv. 4 c. 19.

¶ Violābĭlis, e, verletzlich, versehrlich; ut, *Non violabile numen*, Virg. 2 Æn. v. 154. *Nullis violabilis armis turba*, Stat. Theb. 5 v. 258.

Composita:

¶ Conviŏlo, āre, dawider handeln. Prudent. Psychom. v. 398

Pœnituit Jonatham jejunia sobria dulci Conviolasse favo.

Et Pass. 6 Fructuosi v. 56 *Conviolare jus dicatum.*

¶ Inviolābĭlis e, unverletzlich, unversehrlich; ut, *Inviolabile telis sacrum caput*, apud Silium 16 v. 16. Et Prudent. hymno exsequ. v. 19 *Iter inviolabile.*

¶ Inviolābĭlĭter, adverb. idem. Marcellinus & Faustinus libello ad Imperatores Valentin. Theod. & Arcad. [edit. Sirmondi p. 46] *Vt apostolico more vivens fidem integram inviolabiliter possideret.*

¶ Inviolātus, a, um, incorruptus, integer, non violatus, unverletzet, unversehrt; ut, *Inviolatum corpus omnium civium Roman. servari oportere*, Cic. pro Rabir. c. 4. Et pro Sextio c. 67 *Invulnerati inviolatique vixerunt.* Et, *Pudicitia inviolata*, Auctor ad Liviam de Morte Drusi v. 43. *Inviolatum aliquem dimittere*, einen frey lassen, Vellej. 2, 74, 4.

¶ Inviolate, adverb. idem. Cic. de Senect. c. 22 *Memoriam nostri pie inviolateque servabitis.*

¶ Invītus, a, um, qui aliquid facit per vim, vel vi incitatus, id est, coactus, nolens, repugnans, gezwungen, ungern, unwillig, wider seinen willen; ut, *Sapiens nihil facit invitus, nihil coactus*, Cic. Parad. 5 c. 1. Et, *Facere inviti & recusantes coacti sumus*, Idem 2 de Orat. c. 4 extr. Terent. Heaut. 4, 6 pr. *Nulla res est tam difficilis, quin difficilis fiet, quam invitus facias.* Et, *Non invitus lego*, Cic. de Finib. 1 c. 2, gern, mit lust. Horatius de Arte poët. v. 385

Tu nihil invitâ dices faciesve Minervâ.

vide *Minerva*. *Invitis vobis*, Plaut. Casin. 2, 5 v. 7, euch zu leide. Superlat. *Invitissimus eum a me demisi*, Cic. 13 fam. epist. 64. Et, *Me invitissimo*, Idem 5 ad Attic. epist. ult.

¶ Invite, invitius, adverbia, idem. Cic. ad Attic. 8 epist. 3 *Invite cepi Capuam*, ich habe ungern über mich genommen zu Capua und an der see-küste zu commandiren. Idem 2 de Orat c 89 *Quem ego paullo sciebam vel pudentius, vel invitius ad hoc genus sermonis accedere.* Superl. *Invitissime* apud eumdem lib. 3 epist. 10 legebatur; sed meliores libri, *a me invitissimo.* vid. Manut.

¶ Perinvitus, a, um, sehr ungern. Cic. fam. epist. lib. 7 extrem. & Liv. lib. 40 c. 57.

¶ Obviŏlo, āre, ut simplex. Marmore vetere apud Gruter. p. 996 n. 13 ROGO PER DEOS SVPEROS ATQVE INFEROS. QVISQVIS ES HOMO. NE MEA OSSA OBVIOLES.

Viscarius, viscatus, Viscellatus, viscerare, visceratio, viscidus, viscosus, vide mox *Viscum*, &, *Viscus, eris.*

VISCVM, i, ἰξὸς, frutex in arboribus alienis nascens & vivens, mistel; item, vogel-leim. Satum nullo modo nascitur, nec nisi per alvum avium redditur, maxime palumbis & turdi. Hæc est natura, ut nisi naturatum in ventre avium non proveniat, ut Plinius 16 c. ult. scripsit. Vbi plura de *Visco* vide. Nam & ibi rationem glutini inde conficiendi describit. Hinc nescio quis dixit: *Turdus ipse malum sibi cacat.* Sic, *Viscum quernum*, eichen mistel; nascitur enim in quercubus, prunis, pyris, malis: Virg. 6 Æneid. v. 205

Quale solet silvis brumali tempore viscum
Fronde virere nova, quod non sua seminat arbos.

¶ Viscus, i, glutinum aucupum, vogel-leim, quod quomodo conficiatur, Plin. 16 c. 64 docet. Varro 3 de Re Rust. c. 8 *Accipitres ita accipiuntur, cum se obleverint visco.* Cic. 2 de Nat. Deor. c. 57 *In visco inhærescere.* Et Valer. Flacc. 6 v. 263 *Sequaci visco correpta avis.* Plaut. Bachid. 1, 1 v. 16 *Viscus merus vestra est blanditia.*

¶ Visco, āre, mit vogel-leim bestreichen, klebricht machen. Hinc

¶ Viscātus, a, um, mit vogel-leim bestrichen; ut, *Virga viscata*, vide *Virga*. Ovidius lib. 1 de Arte am. v. 391

Non avis utiliter viscatus effugit alis.

Sic, *Munera viscata*, eadem dicuntur, quæ & *hamata*, quibus plura aut majora attrahuntur, quam dantur; Plin. 9 epist. 30 *Viscatis hamatisque muneribus non sua promere, sed aliena corripere*, ein speckschwärtgen nach einem gantzen schincken werffen. Et, *Viscata beneficia*, similiter dixit Seneca epist. 8.

¶ Viscārium, i, viscus, vogel-leim, lockung. Hieronymus: *Si cum viris fœminæ habitent, non deerit viscarium diaboli.* vid. Novarin. T. 1 Adag. eccles. p. 380.

¶ Viscārius, i, auceps, ein vogel-steller. Gloss. Cyrilli: *Viscarius*, ἰξευτής.

¶ Viscĭdus, a, um, klebricht wie leim; ut, *Viscidum acetum*, Theodorus Priscianus 1 c. 2.

¶ Viscōsus, a, um, idem. Gloss. Vet. *Viscosus*, φλοιώδης.

VISCVS, ĕris, plural. Viscera, eingeweide, fleisch; quod solum in usu Sosipater & Diomedes grammatici volunt, & singulari carere ajunt: quod & Phocas tradit, excepto ablativo *Viscere*, quod apud Ovidium legitur: Carisius vero & genitivum *Visceris* admittit, & recte, etiam nominativo Lucilium usum, qui *Viscus aprimum* pro aprugno dixerit, observat: & ita Lucretius 1 v. 837

Visceribus viscus gigni sanguenque creari.

Sueton. in Vitellio c. 13 *Viscus & farra*, in casu quarto. Prudent. Romano 499 *Secatur viscus.* Arnob. lib. 7 *Si aliquod viscus aris fuerit traditum*, &c. Servius ad illud Virgilii 3 Æneid. v. 622

Visceribus miserorum & sanguine vescitur atro.

VISCERA, inquit, *proprie carnes sunt.* Ac sane ea notione *Viscera* non modo Virgilius citato loco; sed & alii dixerunt: ut Suetonius, Prudentius, Arnobius productis paullo antea locis: itaque Ovidius 15 Metam. v. 365 *de putri viscere passim*

Florilegæ nascuntur apes.

Virgil. 1 Æneid. v. 211

Tergora diripiunt costis & viscera nudant.

Et lib. 6 v. 253 *Et solida imponit taurorum viscera flammis.*

Ego vero putaverim, *Viscera* prima & propria notione, interiores corporis partes, quæ & *vitalia* appellantur, ut sunt, *cor, pulmo, jecur, ventriculus*, &c. secundaria autem *carnes* ita vocari, quæ a sanguine & visceribus sunt, quod & Lucretius indicat supra laudato loco. Vet. Gloss. *Viscera* ἔγκατα: ἔγκατα autem *Intestina interanea, exta* aliæ Glossæ interpretantur. Sed EXTA, in victimis dicebantur hæ partes: de quo suo loco. Nec diversus a nobis ipse Servius est, cum ad 1 Æneid. v. 215 ita scribit: VISCERA *non tantum intestina dicimus*, sed *quicquid sub corio est.* Namque cum intestina haud tantum *Viscera* appellari perhibet, primario quidem ac receptissime, atque sic proprie velut intestina; cæterum in universum non raro carnes, & quicquid sub corio est, sic appellari significat. Quem geminum vocis usum non modo Lucretius allegato superius loco, cum ait:

de pauxillis atque minutis
Visceribus, viscus gigni:

(Nam cum *Visceribus* dicit, jecur significat maxime, cum *Viscus*, carnem intelligit;) sed & Ovidius expressit 15 Metam. v. 88, cum ex Pythagoræ persona in κρεωφαγίαν invehitur:

Heu quantum, inquit, *scelus est, in viscera viscera condi,*
Congestoque avidum pinguescere corpore corpus.

Cum ait IN VISCERA, ventriculum, receptatulum ciborum; cum VISCERA CONDI, carnes deſignat, quæ devorantur. Hinc *interiora* & *exteriora* viſcera apud B. Ambroſium legimus lib. 4 epiſt. 29, quæ ad Horontiam eſt. Macrobius quoque INTRINSECVS VISCERA ad differentiam eorum, quæ EXTRINSECVS ſunt, lib. 1 Saturn. c. 12 INTERNA VISCERA appellat. ¶2. VISCERA itaque partes ſeu membra ſunt, tam INTRA HOMINEM, quam IN APERTO, ut vocat; recenſetque ordine idem Macrobius 1 in Somn. Scipionis c. 6 circa finem. Solinus c. 19 *Auctor eſt*, inquit, *Xenophon Lampſacenus, eſſe & Phanneſiorum incolas, quorum aures adeo in effuſam magnitudinem dilatentur, ut viſcerum reliqua illis contegant, nec amiculum ullum ſit, quam, ut membra membranis aurium veſtiant.* VISCERVM RELIQVA, id eſt, reliquas externi corporis partes ſeu membra. Vnde & VISCERATIM *membratim* eſt, de quo infra. Prudentius Romano v. 896

Jam nunc ſecundi doctus adſit artifex,
Qui cuncta norit viſcerum confinia,
Vel nexa nervis diſparare vincula.

VISCERVM CONFINIA, id eſt, membrorum, ut paullo ante v. 880 idem dixerat: *Quot membra geſtat, tot modis pereat volo.* Cic. 4 Tuſc. c. 11 *Permanat in venas, & inhæret in viſceribus id malum.* Et in Catil. 1 c. 13 *Periculum incluſum in venis atque in viſceribus alicujus.* Ovid. 1 Metam v. 138

Sed itum eſt in viſcera terræ,
Quasque recondiderat, &c. *Effodiuntur opes.*

¶3. Pro *liberis* accipitur. Apulej. lib. 8 *Jam contra ſua ſæviens viſcera uxor* &c. infantulum intelligit. Sic Hieronymus ad c. 17 Proverb. *Contra ſua viſcera certamen agebant.* Artemidorus lib. 5 *Τὰ σπλάγχνα τὸν παῖδα σημαίνουσιν. οὕτω γὰρ καὶ τὸν παῖδα καλεῖν ἔθνος ἐστί.* Hæc Pricæus p. 452 Notis ad Apulej. conf. Barth. ad Statii Silvar. p. 501, & ad lib. 7 Theb. p. 630, itemque Adverſ. lib. 149 c. 11.

¶ Viſcĕreus, a, um, e viſceribus ortus, fleiſchicht. Prudent. Apoth. v. 1025 *Quum vas componeret arvo Nondum viſcereo.*

¶ Viſcĕro, are, carpere, in partes ſecare animantum corpora, zerfleiſchen, zerſtücken. Inde

¶ Viſcĕrātim, adverb. per viſcera, ſtückweiſe, von ſtück zu ſtück. Ennius apud Nonium c. 2 n. 880 *Diſſipare viſceratim membra.*

¶ Viſcerātio, ōnis, eſt, cum partes ſeu oſſæ carnium cum pane diſtribuerentur, ex quo in Gloſſis veteribus *Viſceratio ἀρτόκρεας*: in aliis *διανομὴ κρέως* interpretatur, die fleiſch-ſpenthe. Fierique hæc diſtributio, ſive *διανομὴ*, non modo in funerum aut ſacrorum ſolennibus; ſed alias etiam privatim ſolebat, captandis conciliandisque ſtudiis plebis. Nam & Suetonius, eum de largitionibus Cæſaris, quibus ſuam facere ſtuduit plebem, exponit, *Viſcerationem* quoque commemorat vitâ ejus c. 38. Livius 8 c. 22 *Populo viſceratio data a M. Flavio in funere matris.* vide eumdem & lib. 39 c. 46, & lib. 1 extremo. Cic. 2 Off. c. 16 *Prodigi epulis & viſcerationibus, & gladiatorum muneribus; ludorum venationumque apparatu pecunias profundunt.* Tertullianus 3 adv. Marc. c. 7 extr ad ſacram rem eleganter transfert. *Dominicæ*, inquit, *gratiæ quaſi viſceratione quadam fruerentur, jejunantibus cæteris a ſalute.*

¶ Viſcellatus, a, um, ex viſceribus avium piſciumque confectus, ut eſt apud Barthium Adverſ. 36 c. 22, von zarten fleiſch beſtehend. Plin. Valer. 1 c. 24 *Piſces viſcellati.* Idem 2 c. 17 *Pullum viſcellatum edere.* Reineſius 2 Var. 8 corruptum ait ex *Juſcellatus.*

Compoſita:

¶ Conviſcĕro, are, zu fleiſch machen. Tertull. de Carne Chriſti c. 20 *Conviſcerari & incarnari.*

¶ Eviſcĕro, are, ausweiden, ausnehmen das gedärm. Virg. 11 Æn. v. 723 de accipitre & capta ab eo columbâ loquens:

Compreſſamque tenet pedibusque eviſcerat uncis.

Vbi Servius: *Ne vulgari*, inquit, *verbo & græco uteretur, dicens* EXENTERAT, *ait*, PEDIBVSQVE EVISCERAT. *Ergo* EVISCERARE, *eſt inteſtina eximere.* Nec aliter hoc verbum eruditiſſimus Fabricius illo Prudentii loco in agone Romani Martyris v. 108 interpretatus eſt, cum poëta ait:

Incenſus hic Aſclepiades juſſerat,
Eviſcerandum corpus eculeo eminus
Pendere, & uncis ungulisque creſcere.

Ego vero & apud Virgilium & apud Prudentium *eviſcerare*, non tam *exenterare*, ſive inteſtina eximere, quam corpus ipſum diſcerpere & dilaniare in fruſta, vel excarnificare interpretor, quod zerfleiſchen dicimus. Quemadmodum & *eviſcerata corpora*, pro diſcerptis, & in cibum dilaniatis Quintilianus dixit. vide *Eviſceratus.* Ad hanc eviſcerationem autem ſive dilaniationem corporum pertinent unci quoque ac ungulæ, quorum in ultimo verſu Prudentii mentio fit. Erant enim inſtrumenta ferrea, quibus martyrum ſuſpenſa in eculeo, ſive ſtipite ligneo, corpora lacerabantur carpebanturque. Cave autem, ut in ſexto caſu accipias, quaſi ab uncis ungulisque corpora creverint, quæ decreſcebant per ea potius exſectis detractisque partibus. Solebant martyrum pedibus, cum alligati ad patibula penderent, adſtringi pondera, quorum gravitate corpus extenderetur juxta & redderetur immobile. Sub hoc reſpectu *creſcere corpus*, Prudentius dixit. Deinde admovebantur carnifices, qui uncos ungulasque impingerent, & lacerarent carnes & carperent. Quo crudeli officio eo defungi melius poterant, quo minus moveri impactione inſtrumentorum ſævitiæ ſuæ poterat corpus, gravitate ponderum tractum deorſum & quaſi defixum: *uncis* igitur *ungulisque* in caſu tertio dixit: & illis *creſcere* ſive extendi corpus, quod ideo fiebat, ut uncos ungulasque reciperet. Sic *omnia creſcere morti* Seneca Hercule Furente v. 869 ait: quod omnia ideo naſcantur & fiant, ut mortem recipiant, ſive obeant: *tibi*, inquit, *creſcit omne,*

Et quod occaſus videt & quod ortus:
Parce venturis; tibi, mors, paramur.

¶ Eviſcerātus, a, um, viſceribus exemptus, diſcerptus, ausgeweidet, abgefleiſcht; ut, *Corpora eviſcerata*, Quintil. Declam. 12 circa finem. Non diſſimiliter *Eviſceratam formam* Apulejus Apolog. p. 511 dixit, unde caro omnis defluxerit, da nichts als haut und knochen. *Tertium mendacium*, inquit, *veſtrum fuit, macilentam, vel omnino eviſceratam formam dici cadaveris fabricam prorſus horribilem & larvalem.* Sic, *Vnio eviſceratus*, eine ausgemachte perle. Solinus c. 53 [al. 66] de Taprobrana: *In aqua mollis eſt unio: duratur eviſceratus.* Sic, *Quadrupes eviſcerata, inanima*, ex Pacuvio Cicero de Divin. 2 c. 64. conf. Tuſcul. 1 c. 44.

¶ Inviſcĕro, are, einpflantzen. M. Aurel. Nemeſ. in Cynegetico v. 214

Hoc canibus blandis inviſcerat æſtus.

¶ Inviſcerātus, a, um, id eſt, innatus viſceribus, eingepflantzt, eingeſenckt. Auguſtin. Serm. 6 ed. Sirmond. p. 69 *Quod ejus ſanctam caritatem inviſceratam ſentimus in cordibus noſtris.*

¶ Reviſcĕro, are, wieder mit fleiſch umgeben. Hinc

¶ Reviſceratio, ōnis, die erſtattung des fleiſches. Tertull. de Reſurrect. Carn. c. 30 *Oportebit oſſium quoque credi reviſcerationem & reſpirationem.*

Viſibĭlis, viſio, ōnis, vide ſupra in *Video.*

VĪSIO, īre, flatum ventris emittere, ſed ſine ſono, feiſten, fiſt laſſen. vide Scaliger. ad Catull. p. 49. Lucil. apud Nonium c. 11 n. 46 *Viſire minutim per commiſſuras rimarum.*

¶ Viſio, ōnis, & Viſium, i, ein fiſt, furtz, ſchleicher. Gloſſ. gr. lat. *βδέσμα*, *Viſium.* conf. Parei Lex. Crit. p. 1308; & Meurſ. Exerc. Crit. P. 2 lib. 5 c. 2.

Viſitare, viſitatio, viſo, ĕre, &c. quære ſupra in *Video.*

VISONTIVM, Hiſpaniæ urbs Ptolemæo, vulgo *Viſeo.* ¶2. Et alia Pannoniæ, apud eumdem.

VISTŬLA, æ, flumen magnum, Sarmatas a Germanis ſeparans, quod in ſinum exit Codanum, die Weichſel. *Viſtulam* Plinius nominat lib. 4 c. 14, & Ptolemæus: *Viſulam* Pomponius Mela 3 c. 4.

VĪSŬLA, æ, vitis quoddam genus eſt brevi materia, & foliis latis, Columell. 3 c. 2. ¶2. Pro flumine, vide *Viſtula.*

VĬSURGIS, is, maſcul. inter clariſſimos Germaniæ fluvios, die Weſer, Plin. 4 c. 14. Qua fontibus ſuis in Haſſiæ finibus propior eſt, *Vierra* dicitur, die Werre.

Vita, vitalis, &c. Vitatio, vitator, vide infra *Vivo, Vito.*

Vitellianus, vitellinus, vitellus, Viteus, vide *Vitulus, Vitis.*

VĪTEX, ĭcis, frutex, qui & *Agnus, agnus caſtus, & Salix amerina* dicitur, Baccho ſacro eſt, keuſch lamm, Matthiolus, & Plin. 24 c. 9.

Vitiabilis, vitiare, vitiatio, &c. Viticola, viticomus, viticula, vitifer, vitigenus, vitigineus, vide *Vitium, Vitis.*

VĬTĬLĪGO, ĭnis, a vitio, ein flecken. *Vitiligines* maculæ ſunt in humano corpore diverſi coloris, vitium cutis ex malo corporis habitu, quemadmodum Dioſcorides inquit. Celſus lib. 5 ſub fin. *Vitiligo quamvis per ſe nullum periculum affert, tamen fœda eſt, & ex malo fit corporis habitu.* Apulej Apolog. *Ea namque tabes, ſi foras corporis proſpiravit, majore dedecore quam noxa diffunditur. Corporis enim primorem cutem vitiligine inſignit.* Seneca 3 Quæſt. Natur. 25 *Creditum eſt, quasdam aquas ſcabiem afferre corporibus, quasdam vitiliginem & fœdam ex albo varietatem.* Arnob. lib. 1 *Fœdæ vitiligines ejus juſſioni obtemperabant pulſæ ſtatim.* Vet. Gloſſ. *Vitiligo, ἀλφὸς, ἀλωπεκία.* conf. etiam Feſtus.

¶ Vitilīgĭnōſus, a, um, fleckicht. Gloſſ. gr. lat. *ἐλεφαντιῶν*, *Vitiliginoſus.*

VĪTĬLIS, e, lentus, flexibilis, was ſich lencken, binden, und beugen läſt; ut, *Vitiles vaginæ cucurbitæ*, apud Plin. 19 c. 5; item, *Vitilia navigia corio circumſuta*, apud eumdem lib. 4 c. 16. * *Vitile* proprie exponitur, *πλεκτὸν*, quod eſt vimine & viendo factum. *Viere* eſt *πλέκειν ligare; Vitor, ὁ πλέκτης.* Hinc &

¶ Vitrix, īcis, plectrix, eine binderin. Plin. 35 c. 11 *Corollarum vitrix.* vid. Salmaſ Exerc. Plin. p. 246. *Grævius.*

Vitilitigare, vitimagiſtratus, vitioſus, &c. vide paullo poſt *Vitium.*

VĪTIS, is, quaſi Vinitis, vel a *Vieo*, id eſt, ligo, flecto, *ἄμπελος*, ein weinſtock; ut, *Propagatio vitium*, Cic. de Senect. c. 15. *Putatio vitium*, Idem 1 de Orat. c. 58. Et, *Applicare vites arboribus*, Quintil. 1 c. 2, die weinreben an bäume leiten. *Vlmis adjungere vites*, Virg. 1 Georg. pr. *Vitis* partes ſunt: *Sarmenta*, das holtz; *Palmites* quorum alii *pampinarii*, primo ſcilicet anno provenientes ſine fructu, alii *fructuarii* ſunt, reben, die da tragen: *Palmites annui*, jahr-gewächs; *Palmites novelli*, reben-ſchößlein; *Flagellum*, vitis major, ein bögel; *Palma major*, vitis ex qua uva naſcitur; *Capreoli, Pampini*, reben-blätter; *Propagines*, vitis vetulæ ſuppreſſæ per inflexos arcus, ut ex una plures emergant; *Gemmæ, ὀφθαλμοί*, die augen; *Lacrymæ*, thränen. Vitem ordine poſitam *στοιχάδα*; temere & confuſe *ξυστάδα* dictam, Taubman. ad Virg. p. 12 notat. ¶2. Denotat geſtamen centurionis, ein regiments-ſtab. Martialis 10 epigr. 26

Vare Parætonias Latia modo vite per urbes
Nobilis, & centum dux memorande viris.

Et Juvenalis ſat. 14 v. 193 *aut vitem poſce libello.*

Vbi vetus Scholiaſtes: *Vitis inſigne centurionum eſt, a Libero patre inventum, qui primus triumphavit & inventor vitis eſt.* Lucanus 6 v. 146 *Promotus Latiam longo gerit ordine vitem.*

Et Silius 12 v. 393 de Ennio duce: *Latiæque ſuperbum*
Vitis adornabat dextra decus.

vide & Plin. 14 c. 1 extr.

¶ Vitĭcŭla, æ, diminut. ein weinſtöcklein. Cic. de Nat. Deor. 3 c. 35 *Minora dii negligunt, neque agellos ſingulorum, nec viticulas perſequuntur.*

¶ Vitĭcŭlum, i, capreolus, flagellum, & claviculus, quo quidquid attingit, annectitur, ein wein-gäblein. Plin. 24 c. 11 *Minus longis viticulis eſſe.*

¶ Viteus, a, um, vom weinſtock. Virg. 3 Georg. v. 380 *Pocula vitea* pro vino dixit. Sic, *Coliculus viteus intortus, ut cincinnus*, id eſt, capreolus, Varro 1 c. 31.

¶ Vitiārium, i, vitium ſeminarium, ein wein-garten. Columell. 3 c. 5 *Vitiarium neque jejuna terra, neque uliginoſa faciendum eſt.*

¶ Vitĭcŏla, æ, cultor vinearum, ein wintzer, wein-bauer. Silius 6 v. 193

Viticolæ

Viticolæ nomen pervulgatura Falerni.

¶ Viticŏmus, a, um, pampineum sertum gestans, sive vitibus ornatus, mit weinlaub umgeben. Avienus in Arateis v. 70

Et cum viticomo crimen tondere Lyæo.

Vnde ad arbores transfertur, quorum ramis vites suspenduntur. Sic *viticoma ulmus*, apud Sidonium est carm. 2 v. 328.

¶ Vitifer, a, um, wein-tragend; ut, *Regio Vitifera*, apud Plinium 6 c. 16. *Colles vitiferi*, Idem lib. 3 c. 5. *Vienna vitifera*, apud Martial. epigr. 107. *Montis vitiferi vertex*, Silius 4 v. 349.

¶ Vitigĕnus, a, um, e vite natus, vom weinstock; ut, *Liquor vitigenus*, apud Lucret. 5 v. 15, hoc est, vinum, das von weinreben kommt.

¶ Vitigineus, a, um, idem; ut, *Folia vitiginea, surculi vitiginei*, apud Columell. 12 c. 3. *Vitiginea vincula*, Flor. 3 c. 20.

¶ Vitineus, a, um, adject. aliud apud Florum 3 c. 20. *Vitineis*, inquit, *vinculis delapsi.* Sed in aliis libris *vitigineis* legitur. Cæterum vitibus ad vincla etiam usos fuisse, Barthius annotat ad Claud. paneg. de 4 Cons. Honorii v. 609.

¶ Vitisātor, ōris, ein wein-gärtner; epitheton Saturni: Virg. 7 Æn. v. 179 *Vitisator curvam servans sub imagine falcem.*

¶ Vinea, vinetum, vide in *Vinum* suo loco.

VĬTIUM, i, a vitando dictum, quod per se ipsum vituperabile est, *κακία*, (hanc enim *vitium* malle se appellare, quam *malitiam* in finibus suis dixit Cicero lib. 3 c. 11) pravitas, deformitas, ein laster, ein mangel, ein übelstand, gebrechen. Thrasea dicere solebat: *Qui vitia odit, homines odit*, ut Plinius refert lib. 8 epist. 22. vide ibi Buchner. Potius tamen est, a *vi* dictum putare. Nam omne vitium cum impetu ingruit, & recto ac sano vim affert, illudque corrumpit ac violat. Vnde *violare* & *vitiare* sæpe Synonyma. Sic, *vitiare & violare virginem* idem est. Sunt igitur corporis, animi & rerum vitia. Quamvis itaque *morbus* & *vitium* cognata sint, differunt tamen: Nam *morbus*, temporalis corporis imbecillitas est; *Vitium* perpetuum corporis impedimentum, ut Nonius c. 5 n. 77 & JCti distinguunt. Cicero 4 Tuscul. c. 13 MORBUM *appellant totius corporis corruptionem*, AEGROTATIONEM *morbum cum imbecillitate*; VITIUM *cum partes corporis inter se dissident.* Sic, *febri, hydrope laborare*, morbus est: *valgum aut balbum esse*, vitium. Et itaque *equus mordax & calcitro* non tam *morbosus* quam *vitiosus est*, das mangel hat. *Vitia corporis fuco occulunt*, Plautus Mostell. 1, 3 v. 118. Sic, *Oris & linguæ vitia*, Quintil. 1 c. 4. Claudianus 2 de Laud. Stil. v. 161

Vitium rebus solenne secundis, superbia est.

Cic. 4 Acad. c. 16 *Huc si perveneris, meum vitium fuerit*, hoc est, culpa. *In vitio esse*, id est, peccare, sündigen: Idem 1 Off. c. 7 *Qui non defendit, nec obsistit, si potest, injuriæ, tam est in vitio, quam si parentes, &c. deserat.* Et, *In vitium delabi*, id est, vituperationem, Idem de Orat. 2 c. 60, in schande gerathen. *Laborare vitio*, Quintil. 3 c. 11. *Vitia in aliquo deprehendere*, Idem lib. eodem c. 8. *Vitiis imbuere aliquem*, Idem lib. 1 c. 1. Et, *Vitia aperte coarguere*, Idem lib. 2 c. 6. *Carere debet omni vitio, qui in alterum paratus est dicere*, Declamat. in Sallustium circa finem. *Vitia excusare*, Quintil. 1 c. 5. *eluere*, Idem lib. 2 c. 3. Sed, *Vitio dare, vertere*, für laster auslegen, übel deuten: ut, *Dare summam laudem vitio*, Cicero pro Rosc. c. 16 extr. Vet. Gloss. *Vitium furi dico, καταγινώσκω τῦ κλέπτυ.* *Vertere vitio*, Cic. 7 fam. epist. 6. Et Horat. 1 sat. 3 v. 43

At pater ut gnati, sic nos debemus amici.
Si quod sit vitium non fastidire, &c.

Et ibid. v. 68 *Nam vitiis nemo sine nascitur, optimus ille est,*
Qui minimis urgetur.

Cic. ad Att. 2 epist. 17 *Bellum est sua vitia nosse.* Seneca 2 de Ira c. 28 *Aliena vitia in oculis habemus, a tergo nostra sunt.* Tacit. 4 Histor. c. 74 *Vitia erunt, donec homines.* Seneca 4 de Benef. c. 27 *Omnia in omnibus vitia sunt, sed non in omnibus exstant.* ¶ 2. *Vitio* est etiam, *contra auspicia.* Cicero 1 de Divinat. c. 16 *vitio navigavit*, hoc est, contra auspicia, contemta religione. Sic dicitur, *Vitio creatus censor, prætor*, &c. ¶ 3. *Vitium facere*, dicuntur ædificia, cum corrumpuntur, labefactantur, wandelbar werden. Cic. in Topic. c. 3 *Si ædes eæ corruerunt, vitiumve fecerunt.* Et ibidem: *Quod fornix vitii fecerit.* Idem lib. 9 fam. epist. 15 extr. *Si nihil est in parietibus aut tecto vitii, cætera mihi probantur.* Et Plautus Mostell. 1, 2 v. 25 *Hic jam ædibus vitium additur.* Vitruvius 8 c. ult. *Si quando vitium aliquis locus fecerit.* Et ibidem: *Si quod vitium factum fuerit, quilibet potest reficere.* ¶ 4. Non raro *Vitium* pro stupro ponitur. Sic, *Offerre vitium virgini* Terentio Andria 3, 1 v. 9, *stuprare* est, schänden, zu fall bringen. Plautus Epid. 1, 2 v. 7 *Vitium afferre*; & Amphitr. 2, 2 v. 179 *Vitium addere* dixit. Horatius 3 od. 27 v. 38

vigilansne ploro
Turpe commissum, ac vitiis carentem
Ludit imago?

Vitiis carentem, id est, integram & incorruptam, stuprum nullum passam. Hinc *Vitio pater*, id est, per stuprum, apud Martialem 12 epigr. 3.

¶ Vitiōsus, a, um, contrarium puro, honesto, integro, mangelhafftig, gebrechlich, böse: e. g. *Non ego emam vitiosa nuce*, Plaut. Milit. 2, 3 v. 45. *Vitiosa ac flagitiosa vita*, Cic. 2 de Fin. c. 28. Et, *Oves vitiosæ*, id est, morbosæ, Columell. 7 c. 3. *Progenies vitiosior*, Horat. 3 od. 6 v. 48. Et Cic. 3 Tusc. c. 30 *Qui suos casus aliter ferunt, atque ut aliis auctores ipsi fuerunt, non sunt vitiosiores, quam fere plerique, qui avari avaros gloriæ cupidos reprehendunt.* Idem 3 de Oratore c. 26 *Ipsa ad ornandum præcepta quæ dantur, ejusmodi sunt, ut ea, quamvis vitiosissimus orator, explicare possit.* Et Vellejus 2 v. 97 *Homo inter summam vitiorum dissimulationem vitiosissimus.*

¶ Vitiose, adverb. idem; ut, *Vitiose facere*, apud Quintil. 4 c. 1. *Vitiose se habet membrum*, hoc est, vitio affectum est, es hat einen mangel, Cic. 3 Tusc. c. 9. Et, *Vitiosissime usurpari*, Colum. 4 c. 24.

¶ Vitiōsitas, ātis, gebrechligkeit, lasterhafftigkeit. Cic. 4 Tusc. c. 15 *Malitia certi cujusdam vitii nomen est: vitiositas omnium.* Arnobius lib. 1 sub finem: *Seminarium totius vitiositatis abscidit.* Et lib. 2 p. 53 *Vitiositatis nullius reus.*

¶ Vitio, avi, atum, are, vitium adferre, verderben, verfälschen; ut, *Auræ vitiantur odoribus*, Ovid. 7 Metam. v. 545. *Vitiare virginem*, stuprare, Terent. Eunuch. 4, 3 v. 12.

¶ Vitiātus, a, um, verderbt, gefälscht, befleckt, geschändet; ut, *Vitiata aura*, Ovid. Met. 3 v. 76. *Virgo vitiata.* Terent. Eunuch. 4, 4 v. 37.

¶ Vitiātio, ōnis, die verfälschung, schändung. Senec. Controvers. 23 *Legem vitiationis evertere.*

¶ Vitiator, ōris, ein schänder. Senec. idem ibidem, *occidere vitiatorem*, id est, stupratorem. Et Tertullianus de Pudicit. c. 15 *Templi Dei vitiator.*

¶ Vitiābĭlis, e, verderblich. Prudent. Apoth. v. 1059 (1114 Weiz.) *Ne jam vitiabilis esset*, tellus, puta.

¶ Vitilītigo, are, idem est ac *vitio litigare*, (vide supra in *Audio*, n. 5) liederlich zancken, hadern, lästern. Plin. præfat. lib. 1 extr. *Scio ego quæ scripta sunt, hæc si palam proferantur, multos fore, qui vitilitigent*, id est, qui calumnientur.

¶ Vitilitigātor, ōris, obtrectator, calumniator, ein unnützer zäncker, ein lästermaul. Idem Plinius in operis sui præfat. *Securi etiam*, inquit, *contra vitilitigatores, quos Cato eleganter ex vitiis & litigatoribus composuit.*

¶ Vitimăgistratus, ita Mariani & Cinnani, vitio, & per vim magistratus creati, dicuntur Sallustio 3 Histor. si recta est Palmerii emendatio ibidem.

¶ Convĭtium, i, multarum partium ruinosarum vitium, quod Scaliger in Catalect. p. 120 ex veteri inscriptione Veronensi probavit, die schadhafftigkeit. ¶ 2. Alia notione dicitur *Convicium* per C. de quo supra in *Vox.*

¶ Invitiābĭlis, e, unversehrlich. Prudent. Psychom. v. 626 *Spes invitiabilis ævi.*

¶ Prævitio, are, id est, antea vitiare, vorher verderben. Ovid. 14. Met. v. 55 *Hunc Dea prævitiat, portentificisque venenis Inficit.*

VĪTO, avi, atum, are, quasi *vi avertere*, & cum cura diuturna fugere; plus enim est quam cavere, & declinare, adspectui non admittere, meiden, vermeiden, umgehen; ut, *Vitare insidias, dolum, periculum*: Cicero Octavio: *Quis non morte periculum proprium vitet?* Et, *Mortem vitare fuga*, Cæs. B. G. 5 c. 20. *Vitare suspiciones*, Idem 1 de B. Gall. c. 39. Et, *Vitanda est ingenii ostentationisque suspicio*, Cic. 2 de Orat. c. 81 extr. *Vituperationem vitare*, Idem de Prov. Cons. c. 18, verdacht meiden. *Vitanda est improba Siren Desidia*, Horat. 2 sat. 3 v. 14. Plautus cum dativo junxit Casinâ 2, 2 v. 35 *Semper tu huic verbo vitato abs tuo viro.* Idem Curculione 2, 3 v. 19 *Infortunio vitare*: alibi *malo vitare.* Et ita *malo cavere* Petronius dixit.

¶ Vitātio, ōnis, die meidung, vermeidung; ut, *vitatio periculi*, Auctor ad Herenn. 1 c. 3. *An tibi urbanorum tanta vitatio est?* Symmach. 2 epist. 36.

¶ Vitātor, ōris, ein meider, Apulej. de Deo Socrat.

¶ Vitābĭlis, e, vermeidlich. Arnob. lib. 5 p. 165 *Illum fætor vitabilem reddidit fugiendamque Caprinus.* Habet & Ovid. 4 Pont. 14 v. 31; sed versus suspectus.

¶ Vitābundus, a, um, vitans, meidend, fliehend. Sallustius Jugurth. c. 101 *Marius vitabundus hostium classem ad oppidum pervenit.* Livius 25 c. 13 *Vitabundus castra hostium* Et Tacitus 3 Hist. c. 37 n. 3 *Vespasiani nomen suspensi & vitabundi circumibant.*

Composita:

¶ Devīto, are, idem quod simplex, vermeiden; ut, *Devitare malum*, Terent. Andr. 3, 5 v. 5; & in Phorm. 1, 4 *Quæ neque uti devitem scio, neque quomodo me inde extraham.* Et, *Subterfugere & devitare*, Cic. in Verr. 2 c. 3. *Devitare dolorem*, Idem 2 Tusc. c. 26.

¶ Devitatus, a, um, gemeidet. Cic. 9 ad Attic. epist. 7 *ne devitatum se a me putet.*

¶ Devitatio, ōnis, die vermeidung. Cic. ad Att. 16 epist. 2 *Devitatio piratarum.*

¶ Indevitatus, a, um, unvermeidet. Ovidius 2 Metam. v. 607

Indevitato trajecit pectora telo.

¶ Evīto, are, fugere, vitare, entgehen; ut, *Evitare caussas suspicionum offensionumque*, Cic. de Amicit. c. 24. *Fugere & evitare*, Idem 5 de Fin. c. 8. *Evitare casus*, Hirt. 8 de B. G. c. 20. ¶ 2. Est & vitam eripere, sed a *vita*: vide ibid. in *Vivo.*

¶ Evitātus, a, um, vermeidet, entgangen. Horat. 1 od. 1 v. 4 *Meta fervidis evitata rotis.*

¶ Evitatio, ōnis, die vermeidung, entgehung; ut, *Evitatio malorum*, Auctor ad Herenn. lib. 2 c. 2. Et, *fastidii evitatio*, Vopiscus Aureliano c. 22, vermeidung.

¶ Evitābĭlis, e, vermeidlich; ut, *Evitabile telum*, Ovid. 6 Met. v. 234.

¶ Inevitabilis, e, unvermeidlich, unumgänglich; ut Albinovanus ad Liviam v. 443 *Sed rigidum jus est & inevitabile mortis.*

Plinius Panegyr. c. 42 *Magnum & inevitabile, ac toties cuique experiendum malum.* Curt. 4, 6, 17 *Inevitabile fatum.*

¶ Inevitabilĭter, adverb. idem. Augustinus Enchiridio c. 13 *Connexio ratiocinationis hujus velut inevitabiliter nos compellit hoc dicere.*

¶ Invīto, avi, atum, are, allicere est quodam blandimento, quod quidam quasi *non vitare* exponunt: Vossius autem a *vi* deducit, quasi vi blanda, aut in vim blande attrahere, locken, reitzen, an sich ziehen; ut, *Invitare aliquem præmiis*, Cic. pro Lig. c. 6. Et ad Brut. epist. 15 *Ingenia præclara gloriâ invitantur.* Et, *Appetitum animi invitare & allicere*, Idem de Fin. 5 c. 6. Eleganter quoque Curtius 3 c. 5 *Regem invitavit liquor fluminis.* ¶ 2. Sed, *Invitare ad cœnam, ad epulas*, vocare est, beruffen, einladen, zu gast bitten. Terent. Heaut. 1, 2 *Quam vellem Menedemum invitatum, ut nobiscum esset hodie.* Liv. 3 c. 14 *Benigne salutare, alloqui, domum invitare*, zu hauß laden. Nepos in vita Attici c. 27 *Cum inprimis lautus esset eques Romanus, & non parum liberaliter domum suam omnium ordinum homines invitaret.* Sic, *Invitare hospitio*, Cic. Philipp. 12 c. 9. ¶ 3. Neque vero *Invitare* vocare tantum ad cœnam est: sed & in cœna largiter & liberaliter accipere, wohl tractiren, und den gästen einen guten trunck beybringen. Cæsar 1 de B. C. c. 74 *Interim alii suos in castra invitandi*

caussa

caussa adducunt: alii ab suis abducuntur: INVITANDI CAVSSA, id est, ut acciperent apud se & bene haberent, daß sie ihnen eine ehr erweisen. Sallust. 4 Hist. *Cum se cibo vinoque læti invitarent,* als sie es ihnen wohl schmecken liessen und lustig waren. Plautus Amphitr. 1, 1 v. 127 *Mira sunt, nisi invitavit se in cœna plusculum,* er hat mehr zu sich genommen, als er vertragen kan. Sueton. in August. c. 77 *largissime sese invitare,* id est, largiori potu se implere, sich voll trincken.

¶ Invitātus, a, um, geladen, eingeladen, gelockt. Liv. 1 c. 9 *Invitati per domos hospitaliter,* &c. Plin. 2 c. 23 *Invitata improbitas parvo successu.*

¶ Invitātus, ûs, subst. die einladung, anreitzung. Cic. 7 fam. epist. 5 *Ita mitto, ut initio mea sponte, post autem invitatu tuo,* &c.

¶ Invitatio, ōnis, idem. Cic. 3 Tusc. c. ult. *Ægritudo, non natura exoritur, sed judicio, sed opinione, sed quadam invitatione ad dolendum.*

¶ Invitamentum, i, idem. Cic. in Hortens. apud Nonium c. 4 n. 232 *Voluptates nulla ad res necessarias invitamenta afferunt senibus,* sie reitzen nicht, thun keine reitzung. Et lib. 5 de Fin. c. 6 extr. *Fons reperiendus est, in quo sint prima invitamenta naturæ.*

¶ Invitator, ōris, ein einlader, Lemmate lib. 3 epigr. 23 Martialis: & Salvian. lib. 1 de Gubern. p. 28. Et Sidon. 2 epist. 9 *Primi invitatoris prærogativa.* Idem lib. 9 epist. 13 *Quos undique adscitos invitator in unam cœnam contraxerat.* Tertull. 4 adv. Marc. c. 25 extr. *Christus æternæ vitæ invitator.*

¶ Invitatōrius, a, um, einladend. Hieronym. epist. 1 ad Heliodorum, sub init. *Postularas, ut invitatoria ad te scripta transmitterem.*

¶ Invitābĭlis, e, reitzend; ut, *Sermones jucundi & invitabiles,* apud Gell. 13 c. 2. Et Gloss. lat. gr. *Invitabile,* προτρεπτικόν.

¶ Subinvīto, are, aliquantum aut modice invitare, ein wenig einladen, anreitzen. Cic. 7 fam. epist. 1 extr. *Me quadam epistola subinvitaras.*

Vitreus, vitriarius, vide paullo post *Vitrum.*

VĪTRĬCVS, i, quasi *Patricus,* matris maritus alter, πατρωός, der stieffvater. Cic. 2 Philipp. c. 7 *Ad sepulturam corpus vitrici sui* (Lentuli Suræ) *negat a me datum.* Ovid. 1 Amorum eleg. 2 v. 24

Currus vitricus ipse dabit.

Intelligit Martem, Veneris alterum virum.

VITRVM, i, quod ex arena & cinere formatur percoctis, glas; ut, *Fons splendidior vitro,* Horatius 3 od. 13 v. 1, ein klarer brunn. Ferunt Tiberio principe repertum artificem, qui vitrum ita temperare valeret, ut ductile atque flexibile esset. Qui cum ejusmodi phialam obtulisset Cæsari, indignatum Cæsarem affixisse solo: sublatam vero auctorem ejus malleo de sinu prolato emendasse ex tempore, quæ vitium fecerat, & integram statim exhibuisse. Accepto, eum solum artificium scire, caput ademtum artifici jussu Cæsaris, ne auro argentoque suum adimeretur pretium. Referunt Plinius 36 c. 26. Itemque Isidorus 16 Orig. c. 15, sed ut incertam rem & falso propiorem. Dio Cassius autem lib. 57 pro comperta narrat. De vitri origine ex Plinio vide supra in *Belus,* n. 4. ¶ 2. *Vitrum* Latinis veteribus isatin herbam, vel glastum notasse, (credo quod colorem cœruleum, sive vitreum daret) Joh. Isaac. Pontanus ex Cæsaris & Melæ locis, ut in MSS. leguntur, observat: quibus fretus & apud Senecam in Ludo de morte Claudii pro *Et cæruleos*

Scuta Brigantes:

legendum putat: *Vitro Brigantes:* Non male, si ultima in *Vitro* corripi posset.

¶ Vitreus, a, um, adject. gläsern. Colum. 12 c. 4 *Vasa vitrea,* gläser. Horatius *Famam vitream* dixit, pro fragili, zerbrechlich, lib. 2 sat. 3 v. 222 *Et furiosus erit quem cepit vitrea fama.*

Sicut & *fortunam vitream* Publ. Syrus; *Fortuna,* inquit, *vitrea est, quæ cum maxime splendet, frangitur.* Et, *Vitreus color,* glaßfarb, apud Plin. 9 c. 34. Sic omnia *vitrea* poëtis res fluviorum & fontium tangunt. Sic *Vitrea antra* oceani, aut fluminum, dixere Claudianus Fescennin v. 76; & Silius 7 v. 413, ac lib. 8 v. 191.

¶ Vitrea, orum, neut. substantivum, pro vasis vitreis apud Plinium 12 c. 19. Martialis 1 epigr. 4 *Qui pallentia sulphurata fractis*

Permutat vitreis.

Vetus grammaticus apud Rigalt. p. 271 *Sub terminis signa invenimus, aut calcem, aut gypsum, aut carbones, aut vitrea fracta.* Quia itaque *vitrea fracta,* frivolæ res & nullius pretii, idcirco, *vitrea fracta* pro nugamentis Petronius dixit, cum ait: *An videlicet audirem sententias, hoc est, vitrea fracta & somniorum interpretamenta?* vid. Barth. ad Silv. Statii p. 158.

¶ Vitriārius, i, ein glaßmacher, glaser. Seneca epist. 90 *Vitriarius spiritu vitrum in plurimos habitus format,* er treibet das glas mit dem athem, &c.

VITRVVIVS, i, M. Vitruv. Pollio, qui sub Jul. Cæsaris & Oct. Augusti principatu vixit, & de Architectura decem libros scripsit. vid. Reines. Var. Lect. 2 c. 6; Barth. in Claudian. p. 827; Borrich. Cogit. ad Voss. p 5.

VITTA, æ, fascia capitis, ταινία, was man um das haupt bindet, eine haube, kopff-binde; ut, *Vitta crinalis,* apud Ovid. 4 Metam. v. 6. Erant enim vittæ colligendo fluxui capillorum. Silius 13 v. 779

cui vitta ligabat

Purpurea effusos per colla nitentia crines.

Et non sacerdotes tantum & poëtæ, quorum perpetua erant ornamenta, & insignia, sed etiam victimæ vittis coronabantur; & victorum præmia Virg 5 Æn. v. 365 *proponit honorem*

Victori velatum auro vittisque juvencum.

Exempla alia apud poëtas passim obvia sunt. De vittis earumque usu apud veteres multa collegit notavitque Bernartius ad lib. 5 Thebaidos Statii, quem vide.

¶ Vittatus, a, um, vittis ornatus, behaubet, umwunden; ut, *Vittata sacerdos,* apud Lucan. 1 v. 595. *Vittati capilli,* Ovid. 1 Amor. eleg. 7 v. 17. *Vittata laurus,* Statius 12 Theb. v. 492.

VĬTŬLVS, i, bos junior, a lascivia sic dictus, sive a græco ἰταλός, quod taurum significat, ein kalb, jung öchslein. Sic, *Lactantes vituli,* Ovid. Metam. 10 v. 227, saugkälber. Idem a de Arte amandi v. 341

Quem taurum metuis, vitulum mulcere solebat.

Et, *Taurum tollet, qui vitulum sustulerit,* vid. Chiliad. ¶ 2. Plinius porro etiam *elephantorum,* lib. 8 c. 13 & *balænarum vitulos,* lib. 9 c. 13 dixit. ¶ 3. *Vitulus* piscis, seu *vitulus marinus,* idem qui *Phoca,* ein see-kalb, see-hund, vide *Phoca.*

¶ Vĭtŭla, æ, fœmininum, eine junge kuh. Varro 2 de Re Rust. c. 5 *In bubulo genere primus ætatis gradus est vitulorum, secundus juvencorum, tertius boum novellorum, quartus vetulorum. Discernuntur in prima* (ætate) *vitulus & vitula, in secunda juvencus & juvenca, in tertia & quarta taurus & vacca,* &c. Virg. eclog. 3 v. 77 *Cum faciam vitula pro frugibus.* conf. ibid. v. 29, 48, 85 & 179. ¶ 2. *Vītula,* Dea hilaritatis, primâ longâ, de qua quære *Vita,* in *Vivo.*

¶ Vĭtellus, i, diminutivum a *Vitulus,* ut *Agnellus* ab *Agna, Hædillus* ab *Hædus,* ein kälblein. Conjungit in blanditiis amantium Plaut. Asin. 3, 3 v. 77 *Agnellum, hædillum me tuum dic esse, vel vitellum.* ¶ 2. *Vitellus* pars interior ovi, colore croceo, der eyerdotter. Hac notione a *vita Vitellum* dici censet Perottus, quod ex eo vivat pullus; Sed quantitas repugnat. Martial. 13 epigr. 40

Candida si croceos circumfluit unda vitellos.

Horat. 2 sat. 4 v. 14 *Namque marem cohibent callosa vitellum.*

¶ 3. *Vitellum* genere neutro; ut, *Ovorum vitella,* apud Apicium 4 c. 1. vid. Barthii Advers. 40 c. 6.

¶ Vitellīnus, a, um, kälbern, vom kalb; ut, *Vitellina fricta,* Apic. 8 c. 5.

¶ Vitellius, a, um, aliud adject. ut, *Via Vitellia,* Sueton. in Vitell. c. 1. ¶ 2. *Vitellia,* subst. multis locis pro numine culta, ex qua & Fauno, Aboriginum rege gens *Vitelliorum* patritia ortum habuit. vid. Suet. l. c. ¶ 3. Ex eadem familia *Vitellius,* nonus post Ottonem Rom. Imperator, cujus vita apud Suetonium.

¶ Vitelliānus, a, um, aliud adject. unde absolute *Vitelliani* pugillares lutei vitello illiti, in quibus res lasciviæ & elegantiores scribebantur, schreibe-täfelein. Alii a Vitellio quodam inventore dictos volunt. vid. Martial. 2 epigr. 6; & 14 epigr. 8 & 9; & ad eum Raderum, Ramiresium, Domitium & Farnabium.

¶ Vitŭlor, ari, kälbern, springen, froh seyn. Varro de L. L. 6 c. 6 *Vitulantes* a *Vitula* esse ait. Et apud Festum *Vitulans* est *lætans gaudio, ut prato vitulus.* Adprobat Scaliger Conjectaneis in Varronem; Nonius vero c. 1 n. 47, Macrobiusque Saturn. 3 c. 2 ducunt a *Vita.* *Vitulari* enim est lætum lubentemque esse, quod *vita* & *vivere* sæpius appellatur, de quo infra. Pro qua opinione etiam est, quod prima producitur. Plautus Persâ 2, 3 v. 1

Jovi opulento, inclito, &c. *lubens vitulorque merito.*

Vide quæ ad eum locum Taubmannus colligit.

¶ Vitulātio, ōnis, der kälber-dienst. Macrob. Saturn. 3 c. 2 *Piso ait, Vitulam victoriam nominari,* &c. *quod post victoriam certis sacrificiis fiat vitulatio.*

¶ Vitulāmen, ĭnis, das gehüpffe der kälber. Item ramus inutilis ad radices; sed sic quasi *Vitilamen* a *Vitilis,* ein nebenschoß. vid. Ambros. in Ps. 105, (104,) & Vulg. Vers. Sap. c. 4 v. 3 *Spuria vitulamina non dabunt radices altas.*

¶ Vitulārius, a, um, vor kälber gehörig; ut, *Vitularia via,* Cic. ad Qu. Frat. 3 epist. 1 c. 2.

¶ Vitulīnus, a, um, kälbern; ut, *Caruncula vitulina,* quam terminationem fere habent adjectiva ab animalium appellationibus, kalbfleisch, Cic. de Divin. 2 c. 24. *Assum vitulinum,* (sic enim sunt qui legant ex epistola Cic. ad Pætum lib. 9 epist. 20, alii tamen *Vitellinum,*) ein kalbs-braten.

Vitumnus, Vituperatio, vituperium, &c. vide *Vivo, Vitupero.*

VĬTŬPĔRO, avi, atum, are, quod verbum a *Vitio* dictum, Cicero censuit lib. 3 de Fin. Est enim quasi *Vitium parare,* hoc est, labem adspergere, vitio dare, ψέγειν, einem übels nachsagen, strafen, schelten, tadeln. Terent. in prolog. Andr. v. 15 *Id isti vituperant factum.* Et, *Graviter ab aliquo vituperari,* Cic. 2 Fin. c. 28. Idem pro Muræn. c. 28 *Consilium tuum vituperare non audeo.* At, *Cœlum vituperare,* proverbiali figura illi dicuntur, qui præ nimia sapientia, vel stultitia potius pulcherrima etiam & absolutissima taxare instituunt. Phædrus 4 fab. 6 v. 25 *Hoc illis dictum est, si qui stultitia nauseant,*

Et ut putentur sapere, cœlum vituperant.

Græcis quoque hoc proverbium usitatum fuisse, ex Suida & Zenodoro potest constare.

¶ Vituperātio, ōnis, die scheltung, übele nachrede; ut, *In vituperationem cadere,* Cic. 14 ad Attic. epist. 13. *Laudi potius, quam vituperationi esse,* Idem 13 fam. epist 73. *Adduci in vituperationem hominum,* Idem in Verr. 3 c. 61. Et, *Vituperationem subire,* ad Att. 14 epist. 19, schmähung über sich nehmen. Idem 16 ad Attic. epist. 7 *Se lætari, quod effugissem duas maximas vituperationes.*

¶ Vituperator, ōris, ein lästerer, tadeler, schmäher; ut, *Invidos vituperatores confutare,* Cic. de Nat Deor. 1 c. 3. Et 2 Tusc. c. 1 *Nos universæ philosophiæ vituperatoribus respondimus.*

¶ Vitupĕro, ōnis, idem. Levius apud Gellium 19 c. 7 *Vituperones suos carptores appellavit.* Usus eodem vocabulo & Sidonius est lib. 4 epist. 22 *Saltibus gloriæ præterire cervices vituperonum seu supercurrere.*

¶ Vitupĕrium, i, vituperatio, die scheltung, schmach. Vocem, multis suspectam, Ciceroni vindicat Gruterus ad ejusdem lib. 3 de Legibus c. 10. vide Curas posteriores Cellarii p. 425.

¶ Vituperābĭlis, e, scheltens werth. Cic. 3 de Fin. c. 12 *Quod vituperabile est per seipsum, id eo ipso vitium nominatum puto.*

¶ Vituperabiliter, adverb. idem; ut, *Opinionem suam vituperabiliter tractare,* Cassiodorus lib. 6 c. 11.

¶ Invituperābĭlis, e, unscheltbar. Tertullianus sæpe usus est, ut 2 adv. Marcion. c. 10 *Invituperabiles conditiones:* & lib. 4 contra eundem c. 1 *Lex invituperabilis,* ex Psalmo 19 v. 8. quod repetit de Pudicitia c. 6. Vulgatus Interpres ibidem *immaculata.*

Vivacitas, vivarium, vivax, &c. vide *Vivo.*

VĪVERRA, æ, mustela rustica est, magnitudine, quam Melitensis catellus, minor, sed pilo, forma, albedine partis inferioris, & morum astutia

astutiâ mustelæ similis est, mansuescit, alvearibus officit, mellis enim avida est, aves etiam petit, ut felis, ein iltiß: Gesnerus. vide *Mustela*, & Plin. 8 c. 55. Vide & in Chiliad. Proverb. 1 *Modo venare lepores, nunc ictin*, viverram, *tenes*.

¶ Viverrārium, i, eine iltiß-falle. Gloss. gr. lat. γαλεάγρα, *Viverrarium, muscellarium*.

Vivesco, vivicomburium, vividus, vivifico, &c. vivipărus, viviradix, vide sequens *Vivo*.

VĪVO, vixi, victum, vivĕre, a græco βιόω, βιῶ, vitam agere, leben; e.g. *Non ut edam, vivo; sed ut vivam, edo*, Quintil. 9 c. 3. Et Cic. de Senect. c. 7 *Nemo est tam senex, qui se annum non putet posse vivere.* Hinc formulæ: *Vivere laute, delicate, molliter, parce, continenter, severe, sobrie*, ein zartes, wollüstiges, karges, ernstes, nüchternes leben führen. Horat. 1 epist. 10 v. 12

Vivere naturæ si convenienter oportet.

Sic, *Vivere cum aliquo familiariter, conjunctissime*, Nepos in Att. c. 5 n. 2; & Cic. de Orat. 3 c. 3, sehr bekannt mit einem seyn. *Vivere ex alterius more*, Terent. Heaut. 1, 2 v. 29. Et, *Vivere in litteris*, Cic. 9 fam. epist. 26. *Vivere studiis*, Idem ad Sulpicium 13 fam. epist. 28, vom studieren seinen trost und leben haben. Idem lib. 15 epist. 6 *Ea est profecto jucunda laus, quæ ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt*, die sich löblich und rühmlich aufgeführet. *Sibi vivere*, Cic. ad Octav. Et, *Vivere in diem*, liederlich seyn: Cic. Philipp. 2 c. 34 *Cum perditissimis latronibus non solum de die, sed etiam in diem vivere.* vide *Dies*. Sophocl. in Elect. ζῆν αἰσχρὸν αἰσχρῶς τοῖς καλῶς πεφυκόσι, id est, *Honeste natis turpe est vivere turpiter.* Ita, *Vivere cum aliquo*, apud Nepot. in Alcib. c. 10 de mulieris consuetudine dicitur, & honestiori voce legitur res dictu turpior. ¶ 2. *Vivunt arboris radices*, id est, sunt adhuc vegetæ, non exaruerunt, die wurtzel ist noch frisch. ¶ 3. *Vivit ignis*, qui plenâ flammâ ardet, apud poëtas, es brennet. Plautus Aulul. 1, 2 *Nam si ignis vivet, tu extinguere extemplo.* Virg. 5 Æn. v. 681 *Udo sub robore vivit*

Stupa vomens tardum fumum, &c.

¶ 4. Observa jurandi has seu precandi formulas, *Si vivo*, apud Ter. Andr. 5, 2 v. 25. Et, *Ita vivam*: Cic. ad Tiron. 16 fam. epist. 20 *Sollicitat, ita vivam, me tua, mi Tiro, valetudo*, also helffe mir GOtt, oder, so wahr ich lebe, &c. *Ne vivam*, quod idem est ac dispeream, ne sim salvus, ich müsse des todes seyn. Idem ad Attic. 4 epist. 16 *Quid poteris pro iis dicere, inquies? ne vivam, si scio.* ¶ 5. Nota &, *Vivere* aliquando idem esse, quod voluptatibus indulgere, ἡδυπαθεῖν, lustig seyn. Catullus epigr. 5 v. 1 *Vivamus, mea Lesbia, atque amemus* &c. Vet. Inscriptio: AMICI DUM VIVIMUS VIVAMUS. Petron. *Ergo vivamus, dum licet esse bene.* ¶ 6. Veteres, quum a mentione mortis abstinerent, ne cogerentur δυσφημεῖν, quum aliquem mortuum indicare vellent, dicebant, VIXIT, ut Plutarchus in Cicerone auctor est. conf. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 190. VIXIMUS: ita locutos, qui morti se jam proximos putabant, etiam Barth. ad Script. Venat. p. 183 auctor est. ¶ 7. *Vivere*, etiam pro *esse* ponitur, ut *esse* pro *vivere* aliquando reperitur. *Nam qui est, vivit*, ut ait Plautus. vid. Taubm. ad eund. p. 14 & 1331. Horatius 1 epist. 2 v. 26

Vixisset canis immundus vel amica luto sus.

Idem eodem lib. epist 16 v. 66 *Qui metuens vivet*, pro, metuens erit, id est, metuet. Cato lib. 2 Distich. præfat.

Sin autem dura tibi hæc est:

Ut sapiens vivas, audi, quæ discere possis.

Ut sapiens vivas, id est, ut sapiens sis, sive sapias. Idem lib. 3 Dist. 11 *Munificus facito vivas*, id est, sis. Sæpe ita Plautus. ¶ 8. *Vivere* etiam jubemus, cum quibus nullam societatem ac consuetudinem habere volumus. Virg. eclog. 8 v. 58

Omnia vel medium fiant mare: vivite silvæ.

Ubi Servius: VIVITE *valete: non enim bene optantis est, sed renunciantis.* Catullus epigr. 11 v. 17

Cum suis vivat valeatque mœchis.

¶ 9. *Vive, vivatis*, ultimæ valedicentium voces erant. vide Barth. ad lib. 9 Statii v. 894 p. 1112 & 1113. De acclamandi formula, *Vivas! vincas!* vide etiam Salmas. ad Hist. Aug. p. 344.

¶ Vivĭtur, impersonale, man lebt; ut, *Vivitur parvo bene*, Horat. 2 oda 16 v. 13. Et Claudianus lib. 1 in Rufin. v. 215

Vivitur exiguo melius. Natura beatis

Omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti.

¶ Vīvens, tis, lebend. Horatius 1 epist. 14 v. 10

Rure ego viventem, tu dicis in urbe, beatum.

Sed, *fluvius vivens*, perennis est, fliessend wasser, das nicht vertrocknet. Statius lib. 9 Thebaid. v. 573

Ante diem gelidas ibat Ladonis ad undas,

Purgatura malum fluvio vivente soporem.

Sic, *Focus vivens*, id est, flammans, ardens, brennend, Ovid. Fast. 4 v. 553.

¶ Vīvus, a, um, lebendig. Cicero pro Sextio c. 28 *Vivus, ut ajunt, est & videns cum victu ac vestitu suo publicatus.* Et Terentius in Eunuch. 1, 1 v. 28 *Vivus vidensque pereo.* Cicero etiam *Vivus & præsens* simili dixit emphasi in Oratore & Officiis. *Vivus autem vidensque pereo*, idem est ac si dicas: certissima obruor injuriâ, mit sehenden augen; sic enim exponere hunc loquendi modum videtur Donatus in Terentii illud, quem vide, & quæ supra in *Video* de hac formula diximus. Plaut. Amphitr. 1, 1 v. 242 *Tu me vivus hodie nunquam facies, quin noster siem.* Sic, *Exturbari ex numero vivorum*, Cicero pro Quintio c. 15. Et, *Resecare ad vivum*, vide *Seco*. ¶ 2. Sed *Animus vivus* est alacer & erectus, ein frischer muth: Plinius 8 epist 6 extr. *Scio, quam sit tibi vivus & ingenuus animus.* ¶ 3. Dicitur etiam de aliis rebus; ut, *Aqua viva*, nata scilicet eo loco, in quo est, natürlich wasser. *Viva aqua* balneari opponitur. Ausonius in Mosellâ v. 341 *Vidi ego indefessos multo sudore lavacri*

Fastidisse lacus, & frigora piscinarum,

Ut vivis fruerentur aquis.

Ita, *Flumen vivum*, apud Liv. 1 c. 45, fliessend wasser. Et Virg. Æn. 2 v. 719

Donec me flumine vivo Abluero.

Sic, *Viva sepes*, ein selbstwachsender zaun, apud Columellam 11 c. 3. *Saxum vivum*, apud Virgilium 1 Æn. v. 167. vid. Barth. ad Claudianum p. 1145, cui idem est ac ingenuum & nativum. ¶ 4. *Vivum* etiam id est, quod *lucro* opponitur. *Detrahere* vel *resecare de vivo aliquid*, est detrahere de summa, non de lucro, von der haupt-summa abkürtzen, apud Ciceronem in Verr. 3 c. 50. Et pro Flacco c. 37 *Dat de lucro, nihil detrahit de vivo, minus igitur lucri facit.* Contrarium est *Dare de lucro.* ¶ 5. *Vivæ lucernæ* apud Horatium ardentes lucentesque sunt, quibus *exstinctæ* opponuntur. Horat. 3 od. 21 extr.

Vivæque producent lucernæ,

Dum rediens fugat astra Phœbus.

¶ Vīvārium, i, subst. locus septus, in quo vel aves, vel pisces, vel feræ nutriuntur ad victum, ein thier-garten, vogel-hauß, ein helter, oder fisch-helter; ut, *Ostrearum vivaria*, apud Plinium 9 c. 54. *Suum silvestrium vivaria*, apud eundem lib. 8 c. 52. vide Gellium 2 c. 20, & Gruterum in Senec. lib. 1 de Clem. c. 18

¶ Vivārius, a, um, adject. lebendig erhaltend; ut, *Vivariæ naves*, quibus pisces vivi pervehuntur, Macrob. 2 Saturn. c. 12.

¶ Vivātus, a, um, id est, vigens, vegetus, frisch, lebhafft; ut, *Corporis atque animi vivata potestas*, Lucret. 3 v. 559. conf. v. 410 & 681.

¶ Vīvax, ācis, vivacior, vivacissimus, lebhafft; ut, *Cervus vivax*, eines langen lebens, Virg. eclog. 7 v. 30. Et, *Silva vivacis olivæ*, Idem 2 Georg. v. 181. Et Horatius de Arte poët. v. 69

Nedum sermonum stet honos & gratia vivax.

Ovid. de Ponto 4 epist. 8 v. 47

Vivax virtus expersque sepulcri.

Horat. 2 sat. 2 v. 132 *Vivacior heres.* Et Valer. Maximus 8 c. 7 n. 3 *Varro non annis, quibus seculi tempus æquavit, quam stylo vivacior fuit.* Gellius 5 c. 2 *Bucephalus moribundus, ac prope jam exsanguis e mediis hostibus regem vivacissimo cursu retulit.* Et lib. 9 c. 4 *Vivacissimæ pernicitatis homines.* Et Capitolinus in Pertinace c. 14 *Carbones vivacissimi.*

¶ Vivācĭter, adverb. idem. Fulgentius lib. 1 Mythol. p 22 ed. Munk. *Res mysticas vivaciter pertractare.* Idem in Virgil. continentia p 147 *Hos ergo gradus vivaciter intuere.* Et Prudentius 2 adv. Symmach. v. 332 *Vivaciùs abdita sollers*

Quærere, & æternæ tandem invigilare saluti.

¶ Vivācĭtas, ātis, die art, das vermögen lang zu leben, die lebhafftigkeit. Columella 11 c. 3 *Vivacitatem suam usque in annos decem prorogat.* Valer. Max. 8 c. 13 ext. 4 *Nervosæ vivacitatis haud parvum exemplum.* Arnob. lib. 2 *Unde acuminis & vivacitatis tantum?* Et Apulejus de Mundo p. 58 de stellis agens, *immortales*, inquit, *vivacitates ignium.*

¶ Vĭvĭdus, a, um, plenus vigoris, wacker, frisch, lebendig; ut, *Bello vivida virtus*, Virg. 5 Æn. v. 754. *Vividus impetus*, Horatius 4 ode 4 v. 10. *Vivida vis*, Lucretius 1 v. 72. Et Plinius in Panegyr. c. 44 *Amat constantiam civium, lectosque ac vividos animos.* Sic, *Vivida ingenia*, Valer. Max. 3 c. 3 ext. 7. Comparat. *Vividiora poma*, Tertullianus de Jejun. c. 1, ut Rigalt. edidit: al. *uvidiora.*

¶ Vivĭdŭlus, a, um, diminut. etwas lebhafft. Catullus Comâ Berenic. v. 63 *Vividulo afflatu.*

¶ Vĭvĭde, adverb. wacker; cujus comparativus apud Gellium est 7 c. 3; *Omnia*, inquit, *distinctius numerosiusque ac comtius fortasse dici potuerunt: fortius atque vividius potuisse dici non videntur.*

¶ Vivisco, sive Vivesco, ĕre, vivum fieri, lebendig werden, zunehmen. Plinius 9 c. 51 *Anguillæ atterunt se scopulis, ea strigmenta viviscunt, nec alia est eorum procreatio.* Sulpitius Severus vitâ Martini c 8 *Viviscente vultu.* Lucret. 4 v. 1061 *Ulcus vivescit & inveterascit alendo.* conf. v. 1131. Et Tertull. Apolog. c. 48 *Sidera defuncta vivescunt.*

¶ Victo, are, frequentat. leben, essen. Plaut. Captiv. 1, 1 v. 15 *In occulto miseri victant suceo suo.*

¶ Victĭto, are, idem. Terent. Eunuch. 5, 8 v. 44 *Bene libenter victitas*, hoc est, vesceris & vivis, sicut ad hunc modum dicimus, gerne wohl leben. Sic, *Parce victitare*, kärglich leben, Plaut. Trucul. 2, 3 v. 26.

¶ Victus, ûs, ui, quæcunque edui potuique sunt, & ad vitam homini necessaria, essen und trincken, nahrung; alterum enim plerumque additur, *vestitus*: ut, *victus & vestitus*, vide Vall. lib. 6 c. 57. Cicero 14 fam. epist. 20 *Cætera, quæ sunt ad victum & valetudinem necessaria.* Sic, *Parsimonia in victu*, Idem 5 Q. Tusc. c. 34. *Tenuis victus*, Cic. de Amic. c. 23. Et 2 Off. c. 4 *Hominum vita multum distat a cultu & victu bestiarum.* Et, *Salubris atque moderatus cultus atque victus*, Idem 1 de Divinat c. 29, gesunde und mäßige pflegung oder wartung und nahrung. Cornel. Nepos in Dione c. 4 *Namque appositi erant custodes, qui eum a pristino victu deducerent*, id est, vitæ ratione, seu genere. Pluraliter Prudentius Cathemer. 4 v. 31

Parcis victibus expedita corda

Infusum melius Deum receptant.

¶ Victuālis, e, ad victum spectans, zur nahrung gehörig, nothdürfftig. Apulej. de Dogm. Platon. *Ministerium suggerere victuale.* Et Leg. 9 Cod. de episc. audient. *Victualem substantiam non habentes.*

¶ Victualia, ium, subst. pro annona, lebens-mittel, vox posterioris ævi. Cassiodor. 3 epist. 44 *Victualium caritas.* Adde lib. 4 epist. 5; & Vulg. Vers. 2 Maccab. c. 3 v. 10.

¶ Vīta, æ, quæ corpore & spiritu seu anima continetur, das leben; item, die lebens-art, der lebens-wandel; ut, *Vita rustica*, quam suavissimam & honestissimam Cicero dixit pro Roscio c. 17. *Umbratilis & delicata vita*, Idem 2 Quæst. Tusc. c. 11. *Solitaria vita*, Quintil. 1 c. 2, ein einsam leben. *Vitæ cupiditas*, Cicero 2 Philipp. c. 15. *Exiguum vitæ curriculum*, Idem pro Rabirio perd. c. 10, ein kurtzes leben. *Brevis est vita, cursus gloriæ sempiternus*, Cic. pro Sextio c. 21. *Sanctissime & honestissime acta vita*, Idem 9 Philipp. c. 7 *Integritas vitæ anteactæ*, Quintil. 7 c. 3. *Æqualem ac parem verbis vitam agere, atque ita vivere, ut omnis ratio verbis consonet*, Declamatione in Sallustium c. 1. *Frui vitâ*, Cic. 4 Catil. c. 4, leben. *Expetere vitam*,

vitam, Idem 1 de Legib. c. 11, zu leben begehren. *Conterere vitam in quærendo*, Terent. Adelphis 5, 4 v. 15, mit etwas zubringen. *Vitam producere*, *Vitam dare*, *Adimere vitam*, noti usus sunt. *Eripere vitam nemo non homini potest; at nemo mortem*, Auctor Thebaidos Tragœdiæ v. 152. Et, *Vitam pro re aliqua profundere*, Cic. Philipp. 14 c. 11. *Vitam finire*, Tacitus 1 Annal. c. 9, sein leben beschliessen. *Discedere e vita*, Cic. 2 fam. epist. 2. *Migrare de vel ex vita*. vide *Migro*. Sic, *In vita mea*, Cic. 5 ad Attic. epist. 20, mein lebenlang. Et Terent. Adelph. 3, 3 v. 61 *Inspicere tanquam in speculum vitas omnium jubeo*, id est, mores, eines jeden leben und wandel. Plinius 7 c. 50 *Natura nihil homini brevitate vitæ præstitit melius*. Eurip. in Alcestide: ὁ βίος ἀληθῶς ὐ βίος, ἀλλὰ συμφορά, hoc est, *Vita revera non est vita, sed calamitas*. ¶ 2. Interdum & lætitiam lubentiamque significat, unde & *Vitulæ* Deæ hilaritatis præsidi nomen venit, auctore Macrob. Saturn. 3 c. 2. vide & *Vitulari* verbum apud Nonium 1 c. 47. ¶ 3. *Vita* & pro victu ponitur, lebens-mittel. Plautus Trinum. 2, 4 v. 76 *Neque ulli concedam quicquam de vita mea*. Idem in Sticho 3, 2 v. 9 *Vitam reperire sibi*, pro victum reperire dixit. ¶ 4. Est & militare verbum; *Vitam dare*, *Vitam accipere*, quartier geben, quartier haben wollen, Vellej. 2, 52, 4.

¶ Vītālis, e, id est, vivax, lebhafft, dauerhafft. Horat. 2 sat. 1 v. 60

o puer, ut sis vitalis, metuo.

Cic. de Amicitia c. 6 *Queis potest esse vita vitalis, ut ait Ennius, qui non amici mutua benevolentia conquiescunt?* id est, qui possunt durare in vita. Plaut. Bacchid. 4, 9 v. 75

O pater, ducentos Philippos, quæso, Chrysalo da,
Si esse salvum me vis aut vitalem tibi.

¶ 2. Deinde *Vitale* dicitur, quod tuetur vitam & conservat, was das leben giebt und erhält; ut, *Vitalis calor*, apud Senecam 4 de Benefic. c. 6. Ita, *Vitalia rerum*, pro rebus vitalibus dixit Lucretius 2 v. 575, iisque *Exitiales res* opposuit. ¶ 3. Substantive *Vitalia* appellantur intestina seu viscera interna, ut sunt pulmo, jecur, stomachus, lien, & cor præcipue; quod, nisi salvis illis, vita nobis constare haud possit, & ibi anima sive vita sedem præcipue habeat. Senea 2 de Ira c. 1 *Nam & in corpore nostro ossa interiora & articuli firmamenta totius, & vitalia minime speciosa visu, prius ordinantur.* Lucan. 9 v. 741

Ecce, subit virus tacitum, carpitque medullas
Ignis edax, calidaque incendit viscera tabe,
Ebibit humorem circa vitalia fusum
Pestis, & in sicco linguam torrere palato *Cœpit.*

Prudentius contra Symmach. 2 v. 1099

Ne lateat pars ulla animæ vitalibus imis.

Macrobius Saturnal. 1 c. 2 *Hanc Deam* (Carnam) *vitalibus humanis præesse credunt: ab ea denique petitur, ut jecinora & corda, quæque sunt intrinsecus viscera, conservet.*

¶ Vitālĭtas, ātis, vitalis potentia, die lebhafftigkeit, das leben; ut, *Vitalitas in corde*, Plin. 11 c. 45. Et ejusdem libri c. 38 *Magna in sanguine vitalitatis portio.*

¶ Vitālĭter, adverb. dem leben nach. Lucretius 5 v. 145

nequeunt vitaliter esse animata.

¶ Vĭtŭla, æ, Dea hilaritatis præses. Apud Macrobium Saturn 3 c. 2 *Hyllus libro, quem de Diis composuit, ait Vitulam vocari Deam, quæ lætitiæ præest.*

¶ Vĭtŭlor, ari, & Vitulatio, aliqui huc referunt, vide supra in *Vitulus*.

¶ Vitumnus, i, Deus, vitam puerperio largiri credebatur; qua de re Augustinus de Civ. D. 7 c. 2.

¶ Vivĭcombūrium, i, crematio vivorum, supplicium ignis, die lebendige verbrennung. Tertull. de Anima c. 1 *De patibulo & vivicomburio.* Idem ibid. c. 33 *Scelerum merces patibula, vivicomburia*, &c.

¶ Vīvĭfĭco, āre, in vitam revocare, lebendig machen. Apulej. in Asclep. p. 399 *Spiritus, quo plena sunt omnia, permixtus cunctis cuncta vivificat.* Sæpe hoc verbo usi sunt Tertullianus & Lactantius pro græco ζωοποιέω; ille lib. 5 advers. Marc. c. 9; de Præscript. c. 25; & de Resurrect. carn. c. 28; hic vero lib. 4 c. 16; & lib. 7 c. 14, &c. Avienus Arateis v. 500 de Aganippe fonte:

Ascreas donec vaga gurgite valles *Vivificet.*

¶ Vīvĭfĭcātus, a, um, lebendig gemacht; ut, *Illa Æon a Christo vivificata*, Tertull. advers. Valentin. c. 14.

¶ Vivificātio, ōnis, die lebendigmachung. Tertull. de Resurr. carn. c. 28 *Cui anima per occisionem erepta, referenda est per vivificationem.* Adde advers. Marc. 5 c. 9.

¶ Vivificātor, ōris, ein lebendigmacher. Idem Tertull. de Resurr. carn. c. 37 *Spiritus carni mortificatæ vivificator.* conf. advers. Marc. 2 c. 9.

¶ Vivificātrix, īcis, die lebendigmacherin. Prosper Aquitanicus de Ingratis c. 21

Dicite plectentes apices, mortisque ministros
Hoc expresse operis, quod gratia justificatrix.

¶ Vīvĭfĭcus, a, um, lebendigmachend. Ammian. 21 c. 1 *In cubili solioque Jovis vigoris vivifici.* Et Paulinus Nolanus Natali 6 Felic. v. 189

Vivificum spirant animæ victricis odorem.

¶ Vivĭpărus, a, um, vivos fœtus sine ovo pariens, junge heckend. Apulej. Apol. p. 298 *Discrevit natura viviparos & oviparos.*

¶ Vivirādix, īcis, planta, quæ cum radice seritur, ein einsetzling, fechser. Columella 3 c. 19 *Serere malleolum vel viviradicem.* Cic. de Senect. c. 15 *Malleoli, plantæ, sarmenta, viviradices, propagines, nonne efficiunt, ut quemvis non sine admiratione delectent?*

Composita ab initio:

¶ Advīvo, ĕre, apud quem, cum quo vivere, beywohnen. Inscriptio vetus apud Gruter. p. 1145 n. 8 CONIVGI CVM QVO ADVIXIT SINE QVERELA. Et p. 1115 n. 8 ADVIVENTE EO. Scævola Lege 28 § 5 Digest. de liberat. leg. *Donec advivet.* Et titulo sequenti de adimend. legat. lege 30 *Semproniæ, quamdiu advixerit, præstes menstruos denarios quinque.* Tertullianus de Anima c. 57 *Cum adviverent.* Idem 4 contra Marcion. c. 19 *Dic mihi, omnibus natis mater advivit? omnibus natis adgenerantur & fratres?* Et Hieronymus epist. 50 extr. (quæ Apolog. ad Pammach. est,) *Dives ille purpuratus &c. dum adviveret*, scil. Lazaro.

¶ Convīvo, xi, ctum, ĕre, simul vivere, zusammen leben; ut, *Convivere cum adolescentibus*, Quintilianus 5 c. 9. Ac Idem lib. 1 c. 6 *Lavamus & tondemus, & convivimus ex consuetudine*, id est, convivamur, wir essen und trincken mit einander. Arator in Act. c. 27 *Secum convivere suadet.*

¶ Convictor, ōris, ein kostgänger, tischgenoß, camerad; ut, *Convictorem esse alicui*, eines täglicher gast seyn, täglich mit einem umgehen, essen und trincken, Horat. 1 sat. 6 v. 47. *Me convictore usus amicoque a puero est*, Idem 1 sat. 4 v. 96. *Familiares & quotidiani convictores*, Cic. 16 fam. epist. 21. *Convictor delicatus paullatim enervat & emollit*, Seneca epist. 7.

¶ Convictus, ûs, subst. conversatio, consuetudo quotidiana, comessatio, tägliche gesellschafft, gemeinschafft, beywohnung; ut, *Convictus humanus & societas*, Cic. Offic. 3 c. 5. *Convictus facilis, sine arte mensa*, Martial. 10 epigr. 47, leichte verköstigung.

¶ Convīva, æ, qui ad convivium vocatus est, ein gast; ut, *Gratus conviva*, Horat. 2 satyr. 2 v. 119, ein lieber gast. *Frequens conviva*, Ovid. 2 Amor. eleg. 5 v. 21, ein steter gast. *Conviva commodus*, apud Plautum, vide *Commodus*. Sic, *Hilares & bene accepti convivæ*, Cic. ad Attic. 16 epist. 16. Et Terent. Eunuch. 3, 1 v. 15 *Tum me convivam solum sibi adducebat.* Lucretius 3 v. 952

Cur non ut plenus vitæ conviva recedis?

¶ Convivālis, e, zum gastmahl gehörig; ut, *Convivalia oblectamenta addita epulis*, Livius 39 c. 6. *Fabulæ convivales*, Tacitus 6 Annal. c. 5. *Convivalis vestis*, Seneca Controvers. 25 p. 306. Et, *Convivales sermones*, Macrob. 1 Saturn. c. 1, tisch-reden. *Convivale carmen*, Prudentius Hamartig. v. 317.

¶ Conviviālis, e, idem; ut, *Convivialis lætitia*, Macrob. Saturn. 2 c. 1.

¶ Convīvium, i, das gast-gebot, die gasterey. Cic. de Senect. c. 13 *Majores accubationem amicorum, quia vitæ conjunctionem habet, convivium nominarunt, melius quam Græci*, &c. Sic, *Convivium opipare paratum*, Cic. 3 Offic. c. 14. *Agere convivium*, ein gastmahl halten: Cic. pro Cœlio c. 15 *Bajis acta convivia.* Et, *Concelebrare convivia*, Cic. de Petit. Cons. c. 11. ¶ 2. De mensa seu cœna imperatoria usus Suetonius Caligulâ c. 39 *Compererat, provincialem locupletem ducenta HS numerasse vocatoribus, ut per fallaciam convivio interponeretur.* Idem Claudio c. 39 *Multos ex iis, quos capite damnaverat, postero statim die & in convivium, & ad aleæ lusum* (per oblivionem & inconsiderantiam) *admoveri jussit.* Ibidem c. 44 *Domesticum convivium* epulo opponit. *In conviviis versari*, Cic. pro Quintio c. 18. Cum ad convivia publica Lacedæmones irent, eorum cuique natu maximus fores ostendens dicebat: Διὰ τύτων ὐδεὶς ἐξέρχεται λόγος, id est, *per has nullum egrediatur verbum*, Plutarch. in Apophthegmat.

¶ Convīvor, āri, wohlleben, gastereyen halten. Terent. Heaut. 1, 2 v. 32 *Nolunt crebro convivarier.* Saluberrimum enim est præceptum: *convivare raro*, lebe selten wohl. *Convivari de publico, in publico*, Cic. in Verr. 3 c. 44. ¶ 2. *Convivare* activa forma habent Pomponius & Ennius apud Nonium c. 7 n. 55.

¶ Convīvātor, ōris, qui convivium apparat, ein gastgeber, gasthalter; ut, *Homo & bonus, & scitus convivator*, Livius 35 c. 49. Et, *Convivatoris ingenium*, Horat. 2 sat. 8 v. 73.

¶ Evīto, āre, a *Vita* verbum, id est, eripere vitam, occidere, tödten, fecit poëta vetus apud Ciceronem 3 Quæst. Tusc. c. 19

Hæc omnia vidi inflammari,
Priami vi vitam evitari, &c. Sic &

¶ Invīto, āre, pro vitam tollere Plautum posuisse, Lipsius existimat lib. 2 Antiq. Lect. c. 11. Nam in Casina 3, 6 v. 21 *Gladium ancillam Casinam habere ait, qui me atque te invitet.*

¶ Pervīvo, ĕre, erleben, apud Plautum legitur in Captiv. 3, 5 v. 84 *Etsi pervivo usque ad summam ætatem*, &c. Et Tertullian. de Anima c. 56 *Quas tum pervixissent ætates.*

¶ Provīvo, ĕre, vitam protrahere, länger leben. Tacitus 6 Annal. c. 25 *Agrippinam, interfecto Trajano, spe sustentatam provixisse reor*, sie habe weit hinaus gelebt.

¶ Revīvo, ĕre, wiederleben. Paulinus Nolanus de obitu Celsi pueri v. 563

Omnes, in qua vixerunt, carne revivent.

¶ Reviviscо, revixi, reviviscĕre, wieder lebend werden. Cic. de Finib. 4 c. 22 *Quid si reviviscant Platonici*, &c. *& tecum ita loquantur?* Idem Philipp. 7 c. 1 *Senatus ad auctoritatis pristinæ spem reviviscit*, id est, recreatur, & quasi renascitur. Sic, *Reviviscere, respirare a metu cædis, emergere ex fluctibus servitutis*, Idem de Arusp. resp. c. 23.

¶ Revīvĭfĭcatus, a, um, aufferweckt vom tode, wieder lebendig gemacht. Tertull. de Resurr. carn. c. 19 *Redanimatus & revivificatus Deo.*

¶ Rĕdĭvīvus, a, um, wieder lebend, der sich wieder findet, erneuert. Juvenal. sat. 6 v. 361

Prodigia non sentit pereuntem femina censum,
Ac velut exhausta redivivus pullulet arca
Nummus, & e pleno semper tollatur acervo, &c.

Silius 10 v. 257 *Bella rediviva.* Et Cic. Verr. 1 c. 56 *Nullo lapide redivivo.* Et mox: *Totum opus ex redivivis constituere.*

¶ Irredivīvus, a, um, non redivivus, unersetzlich. Catullus carmine 17 ad Coloniam v. 3 *Pons irredivivus*, id est, irreparabilis.

¶ Sēmĭvīvus, a, um, halblebend, halbtodt. Nepos Eumene c. 4 *Semivivum recreare studuit.* De Cratero in acie letaliter vulnerato. Et, *Vox semiviva*, Cic. pro Sextio c. 59.

¶ Sempervīva, sempervivum, vide supra in *Semper*.

¶ Supervīvo, xi, ĕre, überleben, nach einer zeit weiter leben. Justinus lib. 27 c. 3 *Olympias non diu filiis supervixit.* Florus lib. 2 c. 2 n. 14 *Expeditioni superfuit & supervixit.* Plin. lib. 2 epist. 1 de Virginio Rufo: *Triginta annis gloriæ suæ supervixit*, id est, ea vivus gloriâ frui cœpit, quæ aliis solet post fata demum contingere. Hieronymus ad Pammachium super obitum Paulinæ epistolâ 26 c. 2 *Ille putrefactus morbo regio supervivit cadaveri suo.*

VIX, adverbium qualitatis, quasi dicas: cum vi & difficultate, nicht wohl, kaum, mit aller noth; e. g. *Quod ille unciatim vix de demenso*

suo comparsit miser, Terent. Phorm. 1, 1 v. 9. Et Cic. Acad. 4 c. 3 *Nos probabilia multa habemus, quæ sequi facile, affirmare vix possumus.* Idem 1 de Oratore c. 2 *In dicendo excellentes vix paucos proferre possumus.* Livius 34 c. 20 *Vix clamorem eorum, nedum impetum tulére.* ¶ 2. Jungitur & aliis interdum particulis non inelegantet: ut, *Vix dum*, *Vix saltem*, *Vix tandem*. Terent. Phorm. 4, 2 v. 4 *Vix dum dimidium dixeram, intellexerat.* Cic. ad Attic. 9 epist. 2 *Vix dum epistolam tuam legeram, cum ad me currens* &c. *venis.* Et Quintil. 6 c. 5 *Illud vix saltem præcipiendum videtur.* Terent. Phorm. 2, 1 v. 4 *Vix tandem sensi.* Cic. 3 fam. epist. 9 *Vix tandem legi litteras dignas Claudio.*

Vlcerare, ulceratio, ulcerosus, vide mox *Vlcus.*

VLCISCOR, ultus sum, ulcisci, ab ἐλκίσκειν, injuriam illatam non impunitam relinquere, ἐκδικεῖν, rächen, straffen. Asconius in Divinationem Ciceronis, VLCISCOR, inquit, *&* PVNIO *significat, &* VINDICO. Terent. Eunuch. 5, 4 extr. *Ego te pro istis dictis & factis, scelus, ulciscar, ut ne impune in nos illuseris*, id est, sumam pœnas de te. Plautus Pseudolo 5, 2 v. 26 *Erit, ubi te ulciscar, si vivo.* ¶ 2. Pro *Vindicare:* Virg. 2 Æn. v. 575

subit ira cadentem
Vlcisci patriam.

Terent. Phorm. 1, 4 v. 12 *Recte ego mihi cavissem, & senis essem ultus iracundiam.* Et Cic. 2 de Invent. c. 27 *Injurias injuriis ulcisci.* Idem pro Rabirio c. 5 *Vlcisci alicujus mortem.* Et Sallust. Bell. Jugurth. c. 68 *Cum maxima cura ultum ire injurias festinat.*

¶ Vltio, ōnis, vindicta, die rache, vergeltung; ut, *Vltionem concupiscere*, Seneca 2 de Ira c. 1. *Vltio serum perditis auxilium*, Liv. 31 c. 24 pr. Et Juvenalis sat. 13 v. 190

Semper & infirmi est animi exiguique voluptas Vltio.

¶ Vltor, ōris, ein rächer, straffer. Cic. pro Syll. c. 30 *Conjurationis investigator atque ultor.* Statius 2 Achill. v. 57 *Vltor Atrides.* Idem 5 Theb. v. 133 *Deus ultor.*

¶ Vltrix, īcis, eine rächerin. Virg. 11 Æneid. v. 590

Hæc cape, & ultricem pharetra deprome sagittam.

Et Apulejus extremo libro de Mundo: *Vltrix necessitas.*

¶ Bisultor, ōris, der doppelt strafft. Mars ita cognominatus á bis ulciscendo, Ovid. 5 Fast. v. 595. Sed meliores libri, *nomenque bis ulto.* vide Heins.

¶ Inultus, a, um, de quo non est sumtum supplicium, ungerochen, ungestrafft. Terentius in Andria 3, 5 v. 4 *Inultum id nunquam a me auferes*, id est, impune, das soll dir nicht zu gute hingehen. *Pati & relinquere aliquid inultum*, hoc est, impunitum, ungerochen, ungestrafft lassen. Cicero pro Leg. Manil. c. 5 *Vos eum regem inultum patiemini, qui legatum populi Romani omni supplicio excruciatum necavit?* Et de Divin. 1 c. 27 *Mortem suam ne inultam pateretur.* ¶ 2. Interdum idem est *ac indemnis*, *illæsus*, unbeschädigt, unversehrt. Curtius 3, 4, 4 *Jugum, unde inultus subeuntem prohibere potuisset*, &c.

VLCVS, ĕris, ἕλκος, sanies intra cutem latitans & tumescens, ein schwär, geschwür, grind. Virg. 3 Georg. v. 454

ferro rescindere summum Vlceris os.

Horat. 1 epist 16 v. 24

Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.

Sic, *Tangere ulcus*, Terentius Phorm. 4, 4 v. 9. *Vnguis in ulcere*, proverbialiter de eo, quod molestissimum est: Cicero pro Domo sua c. 5 *Tu tanquam unguis in ulcere existeres.* vide Chiliadas. Lucretius 4 v. 1062 *Vlcus enim vivescit & inveterascit alendo* &c.

Pro Veneris sensu & prurigine Martialis 11 epigr. 60. Et ita ἕλκος etiam significat. Vet. Gloss. *Vulnus*, *Vlcus*, ἕλκος.

¶ Vlcusculum, i, diminutivum, ein kleiner schwär, die blatter. Celsus lib. 5 c. 28 n. 15 *Ex pustulis nonnunquam ulcuscula fiunt.* Sic, *Vlcusculum oris*, Plin. 28 c. 19. Et Seneca epist. 72 *Eruptiones quædam pustularum, & ulcuscula.*

¶ Vlcĕrōsus, a, um, ulceribus plenus, geschwürig, wund, voll geschwür; ut, *Jecur ulcerosum*, Horatius 1 od. 25 v. 15. *Vlcerosa conscientia*, Sidon. Apoll. 6 epist. 7. ¶ 2. Ad arbores transfert Plinius 17 c. 14.

¶ Vlcĕro, āre, aufreiben, verwunden, ein geschwür machen. Horat. 1 sat. 6 v. 106 *Ire licet mulo* &c.

Mantica cui lumbos onere ulceret, atque eques armos.

¶ Vlcĕrātus, a, um, versehrt, wund, grindicht. Cic. de Fato c. 16 *Philoctetes, ulceratus serpentis morsu.*

¶ Vlcerātio, ōnis, die versehrung, schwürigmachung. Seneca de Constant. Sap. c. 6 *Dolores, damna, ulcerationes*, &c. *securus adspicit.*

¶ Vlcerārius, a, um, zum schwär gehörig; ut, *Vlceraria herba*, ab ulcere ita dicta, schwartz andorn, Apulej. de Herb. c. 45.

Composita:

¶ Exulcĕro, āre, ein geschwär erregen, fratzicht machen, aufkratzen. Celsus 4 c. 5 *Nihil pestiferum est, nisi quod pulmonem exulcerat.* Varro de R. R. 2 c. 9 *Muscæ, ricini, & pulices aures canum solent exulcerare.* ¶ 2. Et per metaphoram exasperare, exacerbare, erbittern. *Animum mihi exulceravit*, Cic. pro Dejotaro c. 3. Et lib. 2 de Oratore c. 75 *Ea, quæ sanare nequeunt, exulcerant.* Idem pro Domo sua c. 11 *Suspicionibus hominum & scelere exulcerari.*

¶ Exulcĕrātus, a, um, aufgekratzt, fratzicht, schwürig. Translate Cic. ad Lentul. 1 fam. epist. 1 fin. *Rebus ab ipso rege, & ab intimis & domesticis Pompeji clam exulceratis.*

¶ Exulcerātio, ōnis, die schwärung, verwundung. Celsus 4 c. 25 *Si nulla exulceratio est.* Sic, *Exulcerationes vesicarum*, Plin. 20 c. 3. *Linguæ exulceratio*, Idem lib. 28 c. 12.

¶ Exulcĕrātrix, īcis, fœm. adjective, aufkratzend, wund machend, versehrend; ut, *Vis exulceratrix*, Idem Plin. 27 c. 12.

¶ Exulcĕratōrius, a, um, idem; ut, *Medicamenta exulceratoria*, Idem Plinius 23 c. 7 sect. 64.

¶ Redulcĕro, āre, ulcerosum denuo facere, wieder wund machen; ut, *Plaga redulceratur*, es schwieret wiederum, Columella 7 c. 5. Et, *Redulcerantia vulnerum lavacra*, Cœl. Aurel. Tard. 2 c. 13.

¶ Redulcĕrātus, a, um, wieder aufgekratzt, aufs neue wund. Apulej. Met. lib. 5 p. 163 *Redulcerato dolore.*

VLĪGO, ĭnis, sumpff, erdfeuchte, nässe; a Græco ὕλη, quod aquam significat, ut vult Scaliger pater; vel quasi *Vdiligo*, ab *Vdus*, ut filius existimat in Conjectan. humor terræ nativus. Virg. 2 Georg. v. 184

At quæ pinguis humus, dulcique uligine læta.

Tacit. 1 Annal. c. 64 *Locus uligine profunda, idem ad gradum instabilis.*

¶ Vlīgĭnōsus, a, um, sumpfig, wässerig; ut, *Campi uliginosi proscindi debent post idus Aprilis*, Columella 2 c. 4. Et Idem 4 c. 30 *Salicem uliginosus ager optime alit.* Vet. Grammaticus apud Rigaltium p. 299 VLIGINOSVS *ager est semper humidus, nam* HVMIDVS *dicitur, qui aliquando siccatur.*

VLLVS, a, um, quasi unus aliquis, vel quasi diminutivum ab *unus*, einiger, etwa einer, irgend einer. Terent. Hecyr. 4, 4 v. 102 *Si ullo modo est, ut possit, quod spero, fore.* Cic. de Orat. lib. 1 c. 59 pr. *Negat prodesse ullam scientiam alicui.* Idem in Verr. 2 c. 24 *Debebat ullum nummum nemini.* Post *Sine* non sequitur *omni*, sed *ullo* &c. vide Curas Posteriores Cellarii p. 191; & Vorstii Suspect. Latin. c. 9. Genitivus *Vllius* apud poëtas anceps est. Virg. Æn. 11 v. 354 *Nec te ullius violentia vincat.* Horat. 1 epist 18 v. 37

Arcanum neque tu scrutaberis ullius unquam.

¶ Vllĭbi, adverb. irgendwo, vulgare; sed eruditis magis placet, *Vsquam*, *Vspiam.*

¶ Nullus, a, um, quasi *ne ullus*, keiner, nicht einer; ut, *Nulla fides regni sociis* &c. Lucan. 1 v. 92. *Nulla sine Deo mens bona*, Seneca epist. 73 sub fin. *Nullo negotio*, Cic. 10 ad Attic. epist. 16, id est, sine difficultate, ohne alle mühe. *Homo nullo numero*, Cic. 3 de Orat. c. 56, id est, nullius pretii, nichtswürdig. *Vir nullis litteris*, hoc est, illitteratus, ungelehrt, Plinius 6 epist. 29. *Nullo loco alicui deesse*, nirgends ermangeln, Cic. 2 ad Attic. epist. 20 pr. Et, *Homo nullius consilii*, Ter. Andriâ 3, 5 v. 2. *Nulla est hæc amicitia*, id est, nullius momenti, Cicero de Amicit. c. 26. *Nullo non die*, täglich, alle tage, Senec. epist. 12. ¶ 2. *Memini, tametsi nullus moneas*, id est, non, Terent. Eunuch. 2, 1 v. 10. Et ita comicus ille, & Plautus quoque, locutus sæpius est. *Nullus venit*, id est, non venit; *Nullus dixeris*, id est, ne dixeris, Terent. Hecyr. 1, 2 v. 4. Virg. 12 Æn. v. 405

Nulla viam fortuna regit, nihil auctor Apollo Subvenit.

Idem 1 Georg. v. 125 *Ante Jovem nulli subigebant arva coloni.*

Cic. 15 ad Atticum epist. 22 *Ego autem scripsi, Sextum adventare, non quo jam adesset, sed quia certe id ageret, ab armisque nullus discederet.* Hinc, *nullus sum*, id est, perii, non sum amplius, desperantis formula est apud Terentium Andr. 3, 4 v. 20; & Eunuch. 5, 7 v. 22. Plautus Casin. 3, 5 v. 1 *Nulla sum: nulla sum: tota tota occidi.* Et in Bacchid. 2, 2 v. 16 *Anima est amica amanti, si abest, nullus est*, id est, mortuus. Cic. ad Attic. 11 epist. penult. *Philotimus non modo nullus venit, sed ne per litteras quidem certiorem facit me, quid egerit.*

¶ Nullĭtas, ātis, die nichtigkeit; ut, *Nullitas sententiæ*, apud JCtos, si sit lata contra leges canonesve; & si lata sit ab alio, quam a judice; can. 1 cap. fin. de re jud. in 6.

¶ Nullatĕnus, adverbium, keines weges; hoc usus sæpe Cassiodorus, non autem veteres. Gloss. Cyrilli: *Nullatenus*, οὐδαμῶς. vid. Cellarii Cur. poster. p. 314.

¶ Nullĭbi, adverb. nirgends, apud Vitruvium 7 c. 1 *Nullibi exstantes.* Quis præterea veterum usurpaverit, non apparet. Onomast. autem gr. lat. οὐδαμοῦ, *Nullibi.*

¶ Nullĭfico, āre, nichts achten, vernichten, apud vet. Irenæi Interpr. 4 c. 47. Hieronymi locum adde in sequ. *Nullificatio.*

¶ Nullificātio, ōnis, contemtus, die vernichtung, verachtung. Hieronymus ad Sun. & Fretel. epist. 135 p. 322 Ἐξουδένωσας, *non putatis transferendum Despexisti: sed secundum disertissimum istius temporis interpretem Nullificasti, seu Annihilasti vel Annullasti.* Et Tertull. 4 adversus Marc. c. 14 *Quæ ignominia? quæ nullificatio?*

¶ Nullificāmen, ĭnis, idem. Tertull advers. Marc. 3 c. 7 & c. 17 *Ignominia hominis & nullificamen populi.*

¶ Annullo, āre, zernichten. De hoc Hieronymi verbis modo dictum est. Et Vulg. Interpr. Sirac. c. 21 v. 5 *Objurgatio & injuriæ annullabunt substantiam.*

¶ Nonnullus, a, um, vide supra in *Non.*

VLMVS, i, πτελέα, arbor vineis amica, quod ex Virgilio liquet, ein ulmbaum, rüstern, ilmen, Matthiolus. Virg. lib. 1 Georg. princ.

quo sidere terram
Vertere Mæcenas, ulmisque adjungere vites
Conveniat, &c.

Sed, *Vlmorum Acheruns*, apud Plautum Amphitr. 4, 2 v. 9 dicitur, cujus in tergo decerptæ ex ulmo virgæ consumerentur, & quasi morerentur, ut legitur apud eundem in Captivis 3, 4 v. 117.

¶ Vlmeus, a, um, adject. ut, *Frons ulmea*, Colum. 6 c. 3. *Virgidemia ulmea*, Plaut. Rudent. 3, 2 v. 22. *Pingere aliquem pigmentis ulmeis*; Idem Epid. 5, 1 v. 20; & Pseud. 1, 5 v. 131 *Stylis aliquem conscribere ulmeis*, i. e. virgis, einen stäupen, mit prügelsuppe abschmieren, braun und blau schlagen.

¶ Vlmārium, i, locus ulmis consitus, ein ulmenbusch, rüsterbusch. Plin. lib. 17 c. 11 *Differere in ulmaria.*

¶ Vlmētum, i, idem. Gloss. gr. lat. πτελεών, *Vlmetum.*

¶ Vlmitrība, æ, qui virgis ulmeis cæditur, ein gestäupter. Plaut. Pers. 2, 4 v. 7 *Nescio, inquam, ulmitriba tu.*

VLNA, æ, ἀπὸ τῶν ὠλενῶν, id est, a brachiis vel cubitis, quemadmodum Servius indicavit, est spatium extensum utrâque manu, eine klaffter; Sed cubiti unius significatione apud Plinium legitur lib. 11 c. 43 *Vni homini juguli, humeri, ulnæ.* die ellebogen. Sic Ovid. 7 Met. v. 847 *Corpus ulnis mollibus attollere*, auf die arme fassen. Nam & græce ὠλένη, *cubitus.* Et ab hac significatione germanicum factum videtur, eine elle. Virg. eclog. 3 v. 105

Dic, quibus in terris &c.
Tres pateat cæli spacium non amplius ulnas.

VLPIĀNVS, i, jurisconsultus fuit & scrinii magister sub Alexandro Severo, Romano imperatore, patriâ Tyrius. Periit militari tumultu,

 ut

ut Guil. Grotius de Vitis JCtor. annotavit. ¶ 2. Alius *Vlpianus* rhetor, & ſcholiaſtes Demoſthenis.

VLPĬCUM, i, genus eſt allii majoris, quod & *Punicum* dicitur, groſſer knoblauch, apud Columellam 11 c. 3. *Allium ulpicum* Plautus conjunxit in Pœnulo 5, 5 v. 35 *Tu plenior allii ulpici, quam ſint Romani remiges.* Et Arnob. lib. 2 p. 85 *Cuminum, porri, ulpicum cepe.* vid. ibi Elmenhorſt. p. 95.

VLPIUS, i, prænomen apud Romanos, ut, *Vlpius Trajanus.* ¶ 2. Inde *Vlpia*, urbium nomen a Trajano conditarum vel inſtauratarum; v. g. *Vlpiæ Trajanæ* in Dacia, &c. vide Geograph. Antiq.

VLS, & Vltis, dixerunt veteres pro *Vltra.* Feſtus ſive interpolator Paulus: *Vls Cato pro Vltra poſuit.* Et Pomponius Lege 2 de Origine juris § 31 *Quinqueviri conſtituti ſunt cis Tiberim & ultis Tiberim.* conf. Roſin. Rom. Antiq. 7 c. 29 p. 717.

VLTRA, ab antiquo *uls*, ut a *cis*, *citra*, ὑπὲρ, præpoſitio & adverbium, über, darüber; ut, *Vagari ultra terminum*, Horat. 1 odâ 22 v. 10. *Vltra pueriles annos*, Quintilian. 1 c. 11. *Paullum aliquid ultra primas litteras progreſſum eſſe*, Idem lib. 1 c. 1. Et Idem lib. 7 c. 2 *Intendamus ultra animum*, laſſet uns weiter dencken. Et, *Vltra, quam oportet*, hoc eſt, ulterius, weiter, mehr, denn es von nöthen, oder ſich gebühret, Idem lib. 2 c. 5. Et Cic. 1 Quæſt. Tuſc. c. 9 *Vltra, quo progredior, non habeo.* Idem ad Attic. 15 epiſt. 1 *Oratio ſcripta elegantiſſime, ut nihil poſſit ultra cogitari.* Idem in Vniverſ. c. 3 *Si probabilia dicentur, ne quid ultra requiramus*, id eſt, amplius. Solinus c. 20 de ſmaragdis Scythicis: *Virent ultra irrigua gramina, ultra amnicas herbas*, id eſt, viriditate ſuperant irrigua gramina. Sic, quæ pari viriditate cum ſmaragdis ſunt, *ad ſmaragdos* dicuntur *virere.* Vide ſupra in *Ad.* Hinc comparativus

¶ Vltĕrior, us, weiter, ferner, jenſeitig. Terent. Phorm. 4, 2 v. 10 *Sed eccum ipſum, quis eſt ulterior?* der, ſo hinter dieſem kömmt? Cic. de Provinc. c. 15 *Alter ulteriorem Galliam decernit cum Syria, alter citeriorem.* Sic, *Vlterior ripa*, quæ trans flumen eſt, Vellej. Paterc. 2 c. 107.

¶ Vlterius, adverb. idem. Ovid. 2 Metam. v. 875

> *Inde abit ulterius, medii & per littora ponti*
> *Fert prædam.*

¶ Vltĭmus, a, um, ſuperlat. poſtremus, extremus, der letzte, euſerſte, hinterſte. Terent. Heaut. 5, 1 v. 29 *Eſt mihi in ultimis ædibus conclave*, &c. id eſt, in ultima ædium parte, zu hinterſt im hauſe, (quemadmodum in Adelph. prolog. v. 9 *In prima fabula*, pro, in prima parte fabulæ dixit.) Idem Phorm. 1, 4 v. 38 *Sed quis hic eſt ſenex, quem video in ultima platea?* gar unten auf der gaſſen. vid. Voſſ. lib. 4 Inſtit. Orat. p. 142. *Vltima luna*, Cic. in Somn. Scip. c. 3. Ovid. 3 Met. v. 136

> *Sed ultima ſemper*
> *Exſpectanda dies homini*, &c.

Propert. 1 eleg. 5 v. 4 *Vltima noſſe mala*, id eſt, graviſſima. ¶ 2. Aliquando *ultimus* & pro *primo* ſumitur, ſi, a poſtremo orſus, ad primum adſcendas, qui tum fit ultimus. Cic. pro Arch. c. 1 *Inde usque ab ultima pueritia memoriam repetere*, id eſt, a prima pueritiæ ætate, von der erſten kindheit an. Virg. Æn. 7 v. 49

> *tu ſanguinis ultimus auctor*,

i. e. primus, ut & Servius interpretatur. Corn. Nepos in Attico principio: *Pomponius Atticus ab origine ultima ſtirpis Romanæ.* Liv. 40 c. 6 *Omnes ab ultima origine Macedoniæ reges.* Catullus de Phaſelo epigr. 4 v. 15

> *ultima ex origine*
> *Tuo ſtetiſſe dicit in cacumine:*

Vbi Muretum licebit videre. ¶ 3. *Vltima ſtirps*, id eſt, omnium viliſſima & obſcuriſſima: Vellejus 1 c. 11 de Pſeudophilippo, *Qui ſe regiæ ſtirpis ferebat, cum eſſet ultimæ.* Apulej. Met. lib. 9 *Vltima illa piſtoris uxor*, id eſt, peſſima. Sic Virg. 4 Æn. v. 537

> *Atque ultima Teucrûm*
> *Juſſa ſequar.*

Vbi Servius: *Vltima, deterrima.* Sic, *Vltimum ſcelus*, aut *facinus*, pro extremo & deteſtabili Curtius dixit lib. 5 c. 13 n. 19. *Vltimum ſupplicium* pro gravi & capitali, Idem lib. 6 c. 7 n. 31. Et, *Vltima laus*, i. e. minima, das geringſte: Livius 30 c. 30 *Non in ultimis laudum hoc tibi fuerit.* ¶ 4. Sæpe ſubſtantive ponitur; ut, *Vltima experiri*, hoc eſt, extrema, die euſerſten mittel verſuchen, Celſus 7 c. 7. Sic, *Vltima pati*, Curtius 3 c. 1 n. 6. *Vltima orientis ſubigere*, id eſt, extremas regiones, Idem 3, 10, 4. Et, *Amore ſpiritus ad ultima propulſus*, Idem 6, 4, 11. Sic, *Vltima vitæ* ſunt tempora, quibus quis agit animam, & morti proximus eſt, das lebens-ende: Aurel. Vict. de Cæſar. c. 40 *Iisdem diebus ibidem Conſtantium patrem vitæ ultima agebant*, er lag in letzten zügen. Idem de Origine gentis Romanæ, *Matrem ultimo ætatu affectam* dixit, quæ erat admodum natu grandis & ætate confecta, ſehr alt und lebens ſatt.

¶ Vltĭmùm, adverb. zum letzten mahl. Curtius 5 c. 12 n. 8 *Darius Artabazum, ultimùm illum viſurus, amplectitur.*

¶ Vltimo, adverb. denique, ad poſtremum, zuletzt, letzlich. Suetonius in Nerone c. 32 *Vltimo templis compluribus dona detraxit.*

¶ Vltime, adverb. aufs euſerſt. Apulej. Metam. lib. 1 *Vltime affectus*, id eſt, ad extrema redactus.

¶ Vltimo, are, in ultima parte eſſe, zu ende gehen. Tertull. de Pallio c. 1 *Cum ultimant tempora patriæ.*

¶ Vltro, adverb. id eſt, ſponte, freywillig, von freyen ſtücken. Terent. Andr. 1, 1 v. 73 *Hac famâ impulſus Chremes ultro ad me venit*, hoc eſt, non accerſitus, non requiſitus, quemadmodum Valla exponit, unerſucht, ungefodert, von ihm ſelbſt, gutwillig. Sic, *Vltro polliceri*, Brutus Ciceroni epiſt. 11 in lib. ad Brutum. *Vltro ſe alicui offerre*, Cic. pro Planc. c. 10, ſich ſelbſt anbieten. *Vltro appetitur, qui habet*, Nepos fragm. c. 5 n. 4, id eſt, ditioribus non diu quærendi ſunt amici, ſponte ſe offerunt. ¶ 2. *Vltro* & pro *ultra* vel *inſuper* ponitur. Virgil. 2 Æn. v. 145

> *His lacrymis vitam damus & miſereſcimus ultro:*

Vbi Servius: VLTRO *non eſt ſponte, (nam jam rogaverat,) ſed inſuper. Et venit ab eo, quod eſt ultra, quia plus, quam rogaverat, præſtiterunt.* ¶ 3. Hinc pro *procul* ponitur. Plautus Captiv. 3, 4 v. 19

> TY. *Proin tu ab iſtoc procul recedas.* HEG. *Vltro iſtum a me.*

Vbi *procul* & *ultro* ſynonyma ſunt. Idem Amphitr. 1, 1 v. 164 *Vltro iſtunc, qui exoſſat homines*, weg mit dem. ¶ 4. Significat & *mox, ſtatim*, ut Servius in illo Virg. 2 Æn. v. 193

> *Vltro Aſiam magno Pelopeia ad mœnia bello Venturam*,

interpretatur. Ita & Tacitus videtur ponere 1 Hiſt. c. 71 *Exemplum ultro imputavit.* Idem lib. 2 Hiſt. c. 60, quamquam ibi τὸ *ultro* & *ultra* interpretari liceat. ¶ 5. *Vltro citroque*, id eſt, huc atque illuc, ſeu hinc atque illinc, hin und her, hin und wieder; ut, *Surſum deorſum, ultro citroque commeare*, Cic. 2 de Nat. Deor. c. 33. Idem pro Roſc. Amer. c. 22 *Homines curſare ultro & citro non deſtiterunt*, auf und nieder zu lauffen. Sic, *Multis verbis ultro citroque habitis, ille nobis eſt conſumtus dies*, id eſt, utrinque, nachdem wir zu beyden theilen viel worte mit einander gewechſelt, &c. Cic. in Somnio Scipionis c. 1. Et Livius 29 c. 23 *Datâ ultro citroque fide*, unter einander. Suetonius Calig. c. 19 ſine copula *ultro citro* dixit.

¶ Vltrōneus, a, um, adject. gutwillig, ungezwungen. Seneca 2 Nat. Quæſt. c. ult. *Quid intereſt, ad mortem juſſi eamus, an ultronei?* hoc eſt, non juſſi, noſtrâ ſponte, ungeheiſſen, von uns ſelbſt. Tritum proverbio eſt, *Vltroneas putere merces*, Hieronymus epiſt. 137 extr. ad Marcellam. vide *Merx*, & Chiliadas. *Vltronea voluntate*, Cyprianus epiſt. 63 c. 1. Et Apulej. lib. 1 Metam. p. 111 *Vltroneum exilium amplexus.* Et lib. 6 p. 175 *Vltroneam te dominæ tuæ reddis?* Idem lib. 8 Metam. p. 207 *Vltronea vobis, infeſti manes, en adeſt victima.*

¶ Obultroneus, a, um, idem. Gloſſ. Vet. *Obultroneus*, αὐθαίρετος.

¶ Vltramundanus, a, um, vide ſupra in *Mundus.*

¶ Vltrotributum, vide ſupra *Tributum* in *Tribuo.*

¶ Pēnultĭmus, a, um, der letzte ohne eins. Gellius 4 c. 7 *Penultimam* (ſcil. ſyllabam) *circumflectere.* Et Auſon. eclog. de Kalend. v. 13

> *Poſt quos penultima meta November.*

VLVA, æ, herba paluſtris, φύκος, rohr, teich-graß, moß im waſſer. Virg. 2 Æn. v. 135 *Limoſoque lacu per noctem obſcurus in ulva Delitui.* Ovid. Faſt. 5 v. 519 *Fluminea ulva.* Differt ab alga, quæ marina eſt:

> *Alga venit pelago, ſed naſcitur ulva palude.*

¶ Vlvōſus, a, um, ulvâ oblitus, moſicht, voll moß. Sidon. carm. 7, ſive Paneg. Aviti, v. 324 *Vlvoſa quem vel Nicer abluit unda,*

> *Prorumpit Francus.*

VLŬBRAE, arum, vicus deſertus & inops in Campania, ſive Latio, ut alii volunt. Vnde *Vacuas ulubras* Juvenalis dixit ſatyr. 10 v. 102. Vicus ille ignobilis nobilitatus nutricatione Auguſti Cæſaris. Meminit ejus Cicero 7 fam. epiſt. 18; & Horatius 1 epiſt. 11 extr.

> *Quod petis, hic eſt,*
> *Eſt Vlubris, animus ſi te non deficis æquus.*

¶ Vlubrānus, a, um, & Vlubrenſis, e, adjectiva. Inde incolæ *Vlubrani* & *Vlubrenſes*, Cic. 7 fam. epiſt. 12; & Plin. lib. 3 c. 4.

VLŬLA, æ, ab ὀλολύζειν, ejulare, vel ululare, auctore Servio, qui & *Vlulos* vulgo appellari conſueviſſe in eclogam 8 Virgilii auctor eſt, eine eule, nacht-eule, uhu; ut, *Vlula flammeata*, eine ſchleyer-eule, quod circa faciem mulieris peplo ſeu flammeo obvolutæ caput & faciem referat. Virgil. eclog. 8 v. 55

> *Certent & cygnis ululæ: ſit Tityrus Orpheus.*

Vlulæ noctuis & bubonibus cognatæ ſunt; ſed differunt voce. vide *Noctua.* Inter volucres a ſuis vocibus appellatas, *ululam* refert Varro de L. L. 4 c. 11.

¶ Vlŭlo, avi, atum, are, heulen. *Vlulant* autem *canes, lupi*, & alia. vid. Virg. Æn. 6 v. 257. *Ædes ululant plangoribus*, Idem Æn. 2 v. 488. Et Lucan. 1 v. 567 *Sanguinei populis ulularunt triſtia Galli.*

¶ Vlŭlans, antis, heulend. Cic. in Oratore c. 6 *Inclinatâ, ululantique voce canere.* Virg. 1 Georg. v. 486

> *Per noctem reſonare lupis ululantibus urbes.*

¶ Vlulātus, a, um, geheult, beklagt; ut, *Hecate triviis ululata*, Virg. Æn. 4 v. 609. *Victor ululatus*, Stat. Theb. 9 v. 178. Et, *Juga Circes Dulichiis ululata lupis*, Idem 1 Silv. 3 v. 85.

¶ Vlulatus, ûs, ſubſt. quilibet confuſus clamor, das geheule, geplerre; ut, *Fœmineus ululatus*, Virg. 4 Æn. v. 667. Sed & hoc lætitiæ vocabulum eſt. Ovid. 3 Metam. v. 528

> *Liber adeſt, feſtiſque fremunt ululatibus agri.*

Cæſar 5 Bell. Gall. c. 37 *Victoriam conclamant atque ululatum tollunt.* Liv. 31 c. 17 *Cantus ineuntium prœlium, & ululatus, & tripudia.* vid. Barth ad Statii lib. 4 Theb. p. 1054, & lib. 5 p. 330.

¶ Vlulāmen, ĭnis, idem. Prudentius Hymno exſequiarum v. 114

> *Turba clarigens ululamina miſcet.*

¶ Vlŭlābĭlis, e, adject. jämmerlich, kläglich. Apulejus lib. 4 Metam. ſub initium: *Vlulabili cum plangore.* Et Ammianus 24 c. 2; & lib. 30 c. 15 *Vlulabili clamore.*

¶ Exŭlŭlo, are, valde ululare, überlaut heulen. Ovid. 1 Metam. v. 233

> *Nactusque ſilentia ruris Exululat.* conf. lib. 4 v. 520.

¶ Exululātus, a, um, ausgeheult. Ovid. 4 Triſt. eleg. 1 v. 42

> *Dum ſtupet Edonis exululata jugis*, ſcil. Bacchis.

VLYSSES, is, Ὀδυσσεύς, a dolore partûs, vide lib. 19 Odyſſ. Homeri, ſapientiſſimus & aſtutiſſimus in exercitu Græcorum ad Trojam. Aſtubus, dolis, fraudibus totum conſtare Vlyſſem, ipſe de ſe dicit in Seneca ejusdem tituli fabulâ verſu 612. Scripſit ejus laudes Libanius. *Multa eſt paſſus Vlyſſes, ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugit*, Cic. 3 Offic. c. 26. Idem 5 Quæſt. Tuſc. c. 3 *Vlyſſes & Neſtor ſapientes habiti.* Sapientis exemplum in Vlyſſe ab Homero propoſitum, Horatius auctor eſt lib. 1 epiſt. 2 v. 17 & ſeq. Vide & Senecam de Conſtantia ſapientis c. 2. Liviam Auguſtam proaviam ab Caligula *Vlyſſem ſtolatum* adpellatam, Suetonius ejus vitâ c. 23 ſcribit. Ovidius de Ponto 4 epiſt. 10 v. 9

> *Exemplum eſt animi nimium patientis Vlyſſes*
> *Jactatus dubio per duo luſtra mari.*

Obſervandum autem eſt, veteres ex Græcis Ὀδυσσεύς, Ἀχιλλεύς, Latine quoque *Vlyſſeus*, *Achilleus* dixiſſe, & inde Genitivos *Vlyſſei*, *Achillei*, & contracte *Vlyſſi*, *Achilli* feciſſe. Horat. epod. 17 v. 14

Hen pervicacis ad pedes Achillei.
Et ibidem v. 26 *Laboriosi remiges Vlyssei.*
Et lib. 1 oda 6 v. 7 *Nec cursus duplicis per mare Vlyssei.*
Virg. eclog. 8 v. 70 *Carminibus Circe socios mutavit Vlyssis.*

¶ Vlysséus, a, um, adject. ut, *Vlysseum commentum*, pro vafro & astuto, eine behende list, Ὀδύσσειος μηχανή. vide Chiliadas.

¶ Vlyssippo, ōnis, oppidum in Lusitania, Plin. 8 c. 42. *Vlyssiponam* vocat Isidorus 15 c. 1. *Vlysseam*, ceu conditam ab Vlysse, appellari, Strabo scripsit libro tertio. Metropolis est Lusitaniæ, quæ regibus Portugalliæ hodie sedem præbet, Lissabon.

¶ Vlyssiponensis, e, adject. ut, *Promontorium Vlyssiponense*, Plin. 4 c. 21.

¶ Sesculysses, vel Sesquiulysses, is, quasi unus & dimidius Vlysses, Varro pro astutissimo & callidissimo posuit, der ertz-listig ist. vid. Plin. in præfat. & Turneb. Advers. 17 c. 24.

Vmbella, umbellatus, umbellífer, Vmber, vide mox *Vmbra, Vmbria.*

VMBĬLĪCVS, i, a græco ὀμφαλὸς, ligamentum est intestinorum in medio ventre, der nabel, unde & γνώμονα Græci vocant. Isidorus 11 c. 1 *Vmbilicus est medius locus corporis, dictus quod sit ibi umbo iliorum.* Varro de L. L. 6 c. 2 *Vmbilicum Apollinis dictum ajunt ab umbilico nostro, quod is medius locus sit terrarum, ut umbilicus in nobis. Quod utrumque est falsum; neque hic locus* (Delphicus) *est terrarum medius: neque noster umbilicus est hominis medius*, &c. ¶ 2. Hinc tamen, quicquid in aliqua re medium est, *Vmbilicus* etiam dicitur, der mittel-punct. vid. Dempster. ad Rosin. Antiq. 1 c. 13 p. 90. Sic Cicero 4 Verr. c. 48 *Qui locus, quod in media insula est situs, umbilicus Siciliæ nominatur.* Et Livius 35 c. 18 *Ætoli, qui umbilicum Græciæ incolerent.* Idem lib. 41 c. 23 *Vt repente in medio umbilico Græciæ conspiceretur, Delphos adscendit.* Manlius proconsul apud eumdem lib. 38 c. 48 Delphos *umbilicum orbis terrarum* vocat. Sed Varro refutat loco citato; quorsum Strabo conferri potest lib. 9, & addi, si lubet, Cellarii Programma 39. ¶ 3. Et *Vmbilici* ornamenta sunt librorum, die buckeln oder beschläge an den büchern. Quia vero libri absoluti his ornabantur, nata hinc est proverbialis figura: *Ad umbilicum ducere*, quod est finire aliquid aut absolvere, zu ende bringen. Horat. epod. 14 v. 7

Inceptos, olim promissum carmen, ïambos
Ad umbilicum ducere.

Catullus carm. 22 v. 6 *Novi libri, novi umbilici.* Et Martialis 4 epigr. 91 *Jam pervenimus usque ad umbilicos.* ¶ 4. *Vmbilicus*, parvus circulus etiam Plinio est 18 c. 33. ¶ 5. *Vmbilicus Veneris* planta est, κοτυληδὼν, acetabulum, nabelkraut, a forma foliorum, Tabernæmont. p. 1230. ¶ 6. Denique cochleæ marinæ species *Vmbilicus* est, eine gattung meer-schnecken. Cic. 2 de Oratore c. 6 *Conchas & umbilicos legere.* vide Gesnerum, & Schottum lib. 2 Observ. 2 c. 21.

¶ Vmbilicātus, a, um, ut, quod umbilici habet similitudinem, wie ein nabel. Plinius 13 c. 4 *In alvo media umbilicatum.*

¶ Vmbilĭcāris, e, zum nabel gehörig; ut, *Nervus umbilicaris*, die nabel-schnur, Tertull. de Carne Christi c. 20.

VMBO, ōnis, a græco ἄμβων. Vt enim Græci ἄμβωνα dixere, quicquid tumidum est & prominet; ita *umbonem* Latini quoque appellarunt, quod editius atque exstantius est, ein hübel, buckel. Stat. Achill. lib. 1 v. 408 *Vndisonæ quos circuit umbo Maleæ.*
Idem 3 Silv. 1 v. 110 *Contra riget umbo maligni Montis.*
vid. Scalig. ad Varronem. ¶ 2. Hinc postea editiorem & mediam partem clypei *umbonem* vocarunt, quam ὀμφαλὸν Polybius appellat lib. 6, den erhabenen ort mitten in dem schilde. vide Isidor. 18 c. 12. Scalig. Conject. p. 50. Barth. ad Statii lib. 6 Theb. p. 441. ¶ 3. Et scutum ipsum figurate, das schild. Virg. 9 Æn. v. 810 *Nec sufficit umbo ictibus.* Tacit. 4 Hist. c. 29 *Vbi sonus molientium, aut appositæ scalæ hostem propius dederant propellere umbone, pilo sequi.* ¶ 4. Et in gemmis eminentior pars *Vmbo* est Plinio 37 c. 6. ¶ 5. Apud Persium sat. 5 v. 32 pro *toga* ponitur:

Totaque impune Suburra
Permisit sparsisse oculos jam candidus umbo.

Nam *Vmbo* (quem & in toga agnoscit Tertullianus c. 5 de Pallio,) in ditiorum togis proprie vocabatur pars ea, quæ ob rugas concurrentes, nodoque artificiose constrictas, protuberabat, umbonis sive clypei instar, das gepausche; Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 145. ¶ 6. *Vmbonem* etiam brachium interpretatur in illo Martialis 3 epigr. 46

In turbam incideris, cunctos umbone repellet.

vid. Lips. 3 de Milit. Rom. c. 2.

VMBRA, æ, aër luce carens, vel lux impedita corporis alicujus objectu, σκιὰ, der schatten. Refert illa corpus, nec vero est, quod refert, neque omnino quicquam. Barthius ad Claudian. Mamert. p. 242. Scripsit ejus encomium Janus Douza filius. Virg. eclog. 2 v. 67

Et sol crescentes decedens duplicat umbras.

Sic, *Incurrere in umbram*, in den schatten kommen, Cic. 2 de Divin. c. 6. Et, *Ne umbram quidem ejus novit: Ne de facie quidem aliquem novisse*, proverbiale est utrumque apud eumdem ad Attic. 7 epist. 11 pro, ne minimam quidem partem alicujus novisse. *O hominem amentem & miserum, qui ne umbram quidem unquam* τῦ καλῦ *viderit*, nicht das geringste davon. vide Chiliadas, & de hoc: *Metuere suam ipsius umbram*, de vehementer meticulosis. Sic, *Vmbras falsæ gloriæ consectari*, Cic. in Pison c. 24. ¶ 2. Cæterum cum declinaturi solis aut imbrium vim sub arborum umbras succedere soleant, inde factum, ut *Vmbra* pro tutela sive præsidio aliquando ponatur, der schutz. Livius 32 c. 21 *Quia sub umbra auxilii vestri latere volunt, in societatem vestram confugiunt.* Et lib. 34 c. 9 *Erant autem eo tutiores, quod sub umbra Romanæ amicitiæ latebant.* Quod ad Polybium Casaubonus observavit p. 147. Hæc loquendi ratio & sacris Scripturis usitata est. ¶ 3. *Vmbra* interdum adumbrationem notat, der abriß, entwurff. Vellej. 2, 68, 1 *Vmbram actæ rei capere.* ¶ 4. *Vmbra* etiam pro schola declamatoria dicitur. Vnde & *Vmbraticus doctor*, scholasticus, apud Petronium. Seneca apud Tacitum Annal. 14 c. 53 *Ego quid aliud munificentiæ adhibere potui, quam studia, ut sic dixerim, in umbra educata?* Prima initia picturæ fuerunt, cum umbra hominis lineis circumscriberetur: deinde ipsi studiosi picturæ fingere ejusmodi imagines cœperunt, singulosque inducere colores, ut nullum discrimen luminis, umbræ atque splendoris esset. Vide Plin. 35 c. 3; *Tandem* (ut idem Plinius eodem libro c. 5 scribit,) *se ars ipsa distinxit, & invenit* LVMEN *atque* VMBRAS, *differentiâ colorum alterna vice sese excitante. Deinde adjectus est* SPLENDOR, *alius hic, quam* LVMEN: *quem, quia inter hoc & umbram esset, appellaverunt* TONON: *commissuras vero colorum & transitus* ARMOGEN. Huc respexit allusitque Cicero 3 de Oratore c. 26 *Sed habebat tamen illa in dicendo admiratio ac summa laus umbram aliquam & recessum, quo magis id, quod erat illuminatum, exstare atque eminere videatur.* Plinius 3 epist. 13 *Nec vero affectanda sunt semper elata & excelsa. Nam ut in pictura* LVMEN *non alia res magis, quam* VMBRA *commendat; ita orationem tam summittere, quam attollere decet.* ¶ 5. *Vmbræ* etiam dicuntur convivæ, non vocati quidem a convivatore, sed a vocatis una adducti; illos sequentes videlicet, ut umbra corpus, ungebetene gäste, so von einem andern gebetenen mitgebracht werden. vide Plutarch. Conviv. Quæst. lib. 7 quæst. 6. Horat. 2 sat. 8 v. 21

Varius cum Servilio Balatrone
Vbidius, quos Mæcenas adduxerat umbras.

Idem Horat. lib. 1 epist. 5 v. 26 Torquatum ad cœnam invitans:

Brutum tibi Septimiumque,
Et nisi cœna prior potiorque puella Sabinum
Detinet, assumam: locus est & pluribus umbris.

¶ 6. Et *Vmbræ* manes sunt vel simulacra mortuorum, die todten-geister, gespenster. Virgil. 6 Æn. v. 390 *Vmbrarum hic locus est* &c. Et,

Imas Erebi descendit ad umbras,

ibid. v. 404. *Pallentes, silentes umbræ*, apud eundem 4 Æn. v. 27, & lib. 6 v. 264. Quintil. in Declamat. 10 sub fin. *Vltricis umbræ vanis exagitari terroribus.* Virgil. 2 Æn. v. 772

Infelix simulacrum atque ipsius umbra Creüsæ
Visa mihi ante oculos, & notâ major imago;

Vbi Servius: *Per* SIMVLACRVM *apotheosin ostendit: quia simulacra Deorum sunt:* VMBRAE *inferorum:* ANIMAE, *quæ cælum petunt.* Idem ad illud Virg. Æn. 4 v. 654

Et nunc magna mei sub terras ibit imago:

Bene, inquit, IMAGINEM *dixit. Valde enim quæritur apud philosophos, quid illud sit, quod inferos petat. Nam tribus constamus:* ANIMA, *quæ superna est, & originem suam petit:* CORPORE, *quod in terra deficit:* VMBRA, *quam Lucretius sic definit:* SPOLIATVS LVMINE AER. *Ergo* VMBRA, *si ex corpore creatur, sine dubio perit cum eo: nec est quicquam reliquum de homine, quod inferos petat. Sed deprehenderunt esse simulacrum, quod ad nostri corporis effigiem fictum inferos petit: & est species corporea, quæ non potest tangi, sicut ventus &c. Sciendum tamen, abuti poëtas & confuse vel* SIMVLACRVM, *vel* VMBRAS *dicere.* Suetonius Calig. c. 59 *Satis constat, prius quam id fieret*, (cadaver Caji sepeliretur,) *hortorum custodes umbris* (Lemuribus) *inquietatos.* Nimirum circumvolare umbras, donec consumpta sint corpora, vetus doctrina est. Barth. ad lib. 5 Theb. Statii p. 207. ¶ 7. *Vmbræ*, inquit Festus, *vocabantur Neptunalibus casæ frondeæ pro tabernaculis*, laubhütten.

¶ Vmbella, æ, dimin. ein hut, schaubhut, tuch oder schirm für die sonne und lufft; ut, *Viridis umbella*, Juvenal. sat. 9 v. 50. ¶ 2. In plantis vero *Vmbella* est floris seminisque quasi pedamentum, in plures divisum longiores pediculos, ut in fœniculo, aniso, sambuco; *Muscarium* etiam Plinius dixit. Hinc

¶ Vmbellatus, a, um, & Vmbellífer, a, um, bedeckt, beschirmt; ut, *Vmbelliferæ*, vel *umbellatæ plantæ*, gewächse, so gekrönte blumen tragen.

¶ Vmbrātĭcus, a, um, in umbra existens, verborgen; item, schüterhafft; ut, *Homo umbraticus*, qui sub tecto vitam agit otiosam, Plaut. Curc. 4, 3 v. 24. Sic *Vmbraticus doctor* apud Petronium, & ipsi *Scholastici umbratici*: vide Petronii interpretes. Sic, *umbraticus & imaginarius præceptor*, apud Lactant. 6 c. 12.

¶ Vmbrātĭlis, e, idem; ut, *Vita umbratilis & delicata*, quæ umbrâ & deliciis gaudet, Cic. in Quæst. Tusc. 1 c. 11. *Exercitatio umbratilis*, Idem de Oratore 1 c. 34. Sic, *Litteræ umbratiles*, Plin. 9 epist. 2, id est, quibus umbratiles tantum homines student, quarum in civili vita nullus propemodum usus est.

¶ Vmbratilĭter, adverb. zum entwurff. Sidonius 2 epist. 10 *Vmbratiliter effingere*, id est, levi pictura, rudibus lineamentis.

¶ Vmbrācŭlum, i, locus vel frondibus, vel vestibus tectus ad umbram, eine hütte für die sonne, eine sommer-laube. Cic. de Legib. 3 c. 6 *Doctrinam ex umbraculis eruditorum otioque non modo in solem & pulverem, sed in ipsum discrimen aciemque producere*, aus dem winckel herfür. Virg. eclog. 9 v. 42 *Et lentæ texunt umbracula vites.*
¶ 2. Sed apud Ovidium 2 Fast. v. 311

Aurea pellebant rapidos umbracula soles:

id est, aureæ umbellæ, schaubhüte, schirme. Claudianus de 4 Consul. Honorii v. 340 imitatus Nasonem similiter:

*Aurea summovean**t** rapidos umbracula soles.*

¶ Vmbrōsus, a, um, schatticht. Cic. ad Qu. fratr. 3 epist. 1 c. 2 *Ego locum æstate umbrosiorem vidi nunquam.* Et Plin. 16 c. 26 *Fico folium maximum umbrosissimumque est.* Sic, *Vallis umbrosa*, Virg. 3 Georg. v. 331. *Silva umbrosa*, Ovid. 1 Metam. v. 693.

¶ Vmbro, avi, atum, are, verbum, umbrâ tegere, beschatten, bedecken. Poëtis omnem obscuritatem infert. Columella 5 c. 6 *Virgæ ne umbrent eo tempore, quo vitis paratur, abraduntur.* Plinius 19 c. 1 *Marcellus velis forum umbravit.* Virg. 3 Æn. v. 508

Montes umbrantur opaci.

¶ Vmbrātus, a, um, beschattet, bedeckt. Stat. 6 Theb. v. 553

Prior omnibus Idas
Nuper olympiacis umbratus tempora ramis.

Idem 3 Silvar. carm. 4 v. 79 *Vmbratus genas*, id est, barbatus. Virg. 6 Æn. v. 772 *Vmbrata gerunt civili tempora quercu.*
Sic, *Vmbratus currus*, apud Manilium 2 v. 139, ein zugemachter wagen. vide ibi notas Junii.

¶ Vmbrāticŏla, æ, umbraticus, mollis, qui in umbrosis locis degit, & nec solem pulveremque, ut homo militaris, ferre potest, der im finstern, hinter dem ofen sitzt, auf der faulen bären-haut liegt. Plaut. Trucul. 2, 7 v. 49 *Mœchus cincinnatus, umbraticola.*

¶ Vmbrĭcŏla, æ, idem, apud Strabon. Gall. in Hortulo c. 2 v. 26. Idem in Hort. præfat. *Vmbricolis habitata cubilia talpis.*

¶ Vmbrĭfer, a, um, schatticht; ut, *Nemus umbriferum*, Virg. Æn. 6 v. 473. *Rupes umbriferæ*, schattichte steinklüffte, Varro R.R. 2 c. 8.

Composita cum præposit.

¶ Adumbro, avi, atum, āre, primum idem est, quod umbram alicui rei inducere, überschatten, zudecken. Columella 5 c. 5 *Agricola Bæticæ provinciæ sub ortu caniculæ palmeis tegetibus vineas adumbrabat.* ¶ 2. Est & pictorum verbum, & quadantenus aliquid deformare & exprimere significat: non primis tantum lineis, velut vulgo interpretantur, circumscribere, sive delineare, vorbilden, abschattiren. Nimirum *adumbrare* Latinis, quod σκιαγραφεῖν Græci dicunt: *Adumbratio*, σκιαγραφία. Atqui *Sciagraphia* non est lineatio, quæ Ichnographiâ & Orthographiâ absolvitur; sed est, quæ addit umbras, & oculis non modo lineas exhibet, sed explicatiores etiam rerum species subjicit, ut Bernardinus Baldus recte interpretatur. Nempe pictores primùm lineamenta ducunt futuræ imaginis, (hæc *Ichnographia* est;) deinde inducunt colores, qui addunt umbram, atque sic paullo expressiorem speciem exhibent, non tamen perfectam. Hæc *adumbratio* igitur est, cui postea accedit manus ultima: cum omnia ad exactam elegantiam ac venustatem expoliuntur. Et hanc ob caussam Aristoteles 3 Rhetor. c. 12 genus dicendi, quo in deliberativis caussis utimur, σκιαγραφίαις comparat, & illi ideæ, quæ in demonstrativo genere adhibetur, opponit. Hoc enim ut omnium accuratissimum & ornatissimum vult; ita illud, si exquisitum minus excultumque sit, maxime probat. Quintil. 7 c. 10 *Quis pictor omnia, quæ in rerum natura sunt, adumbrare didicit?* Contrarium est *exprimere* vollkommen darstellen. Cic. in Oratore c. 14 *Eloquentiæ speciem & formam adumbrare.*

¶ Adumbrātus, a, um, entworffen; item, falsch vorgegeben, scheinbar; ut, *Permulta non expressa signa, sed adumbrata virtutum*, Cic. pro Cœl. c. 5. Sic, *Adumbrata suffragia*, Cic. 2 Agrar. c. 12. Et pro Sylla c. 18 *Adumbratum judicium*, id est, simulatum, ein verdecktes und erdichtetes gericht. *Lætitia adumbrata*, id est, ficta & simulata, Tacit. 4 Annal. c. 31.

¶ Adumbrātim, adverb. entwurffs-weise. Lucretius 4 v. 363

Sed quasi adumbratim paullum simulata videntur.

¶ Adumbrātio, ōnis, est rudior descriptio rei sive repræsentatio, die abschattirung, entwerffung. Cicero in Orat. cap. 29 *Si non perfectio, at conatus tamen atque adumbratio.*

¶ Inumbro, are, umbram inducere, beschatten, dunckel machen. Virg. 11 Æn. v. 66 *Instructosque toros obtentu frondis inumbrant.*

Tacit. 3 Hist. c. 19 *Inumbrante vesperâ universum Flaviani exercitûs robur advenit.* Et Plin. Paneg. Trajani c. 19 *Est hæc natura sideribus, ut parva & exilia validiorum exortus obscuret. Similiter imperatoris adventu legatorum dignitas inumbratur.*

¶ Inumbrātus, a, um, simulatus, apparens, verstellt, scheinbar. Celsus l. 18 § 1 ff. de acquir. poss. *In conspectu inumbratæ quietis constitutus.*

¶ Obumbro, are, umbrâ obscurare, überschatten. Virg 12 Æn. v. 578

obumbrant æthera telis.

Sic, *Obumbrare sensus*, Quintil. in præfat. lib. 8, verdunckeln. Et Ovidius 3 de Pont. epist. 3 v. 75

Tu licet erroris sub imagine crimen obumbres.

Tacitus 2 Hist. c. 32 *Senatumque & populum nunquam obscura nomina, etsi aliquando obumbrentur.* Et, *Sapientia vino obumbratur*, Plin. 23 c. 1. vide supra *Vinum*.

¶ Obumbrātus, a, um, beschattet; ut, *Germina obumbrata defendere*, Pallad. 12 tit. 1.

¶ Obumbrātio, ōnis, die überschattung. Arnobius lib. 5 p. 186 *Allegoricæ cæcitatis obumbratio.*

¶ Obumbrātrix, īcis, adjective, überschattend. Tertullianus Apolog. c. 9 pr. *Arbores templi obumbratrices.*

¶ Præumbro, āre, caligine involvere, verdunckeln. Tacit. 14 Ann. c. 47 *Fama, in quantum præumbrante imperatoris fastigio datur, clarus.*

VMBRIA, æ, regio Italiæ, sic dicta vel ab *imbribus*, quos ὄμβρους Græci dicunt, vel quod ob propinquitatem Apennini umbrosa sit regio. Est enim a mari supero ad Apenninum, & ultra. Hodie ibi Spoletanus & Vrbinas Ducatus, pars Romandiolæ & Marchiæ Anconitanæ, &c. vide Geograph.

¶ Vmber, plural. Vmbri, qui ex Vmbria. Catullus carm. 40 ad Cornificium v. 11 *Aut parcus Vmber, aut obesus Hetruscus:*

In quo versu pro *parcus Vmber*, malit Scaliger legere *porcus Vmber*. Obesos enim & crapulæ deditos veteres *porcos* appellitare solebant. Vmbros autem ventri deditos fuisse, Athenæus tradit. vide Scalig. Conjectan p. 17.

¶ Vmbrĭcius, i, nomen aruspicis, apud Tacit. Hist. 1, 27, 1; Juvenal. sat. 3 v. 21.

Vmbro, are, umbrosus, vide paullo ante in *Vmbra*.

Vna, Vnanimans, unanimitas, unanimiter, &c. vide *Vnus*, *Anima*.

Vncatio, uncatus, vide mox *Vncus*.

VNCIA, æ, exiguæ mensuræ nomen, duodecima scilicet pars assis, & omnium, seu ponderum, seu mensurarum, quæ in partes duodecim secari solent, die untze, der zwölffte theil eines dinges. Vide libellos vocabulorum rei nummariæ, ponderum & mensurarum. *Vncia agri*, duodecima pars jugeri, apud Varronem de R.R. 1 c. 10. *Huic ut addas auri pondo unciam*, Plaut. Menæch. 3, 3 v. 3. Et, *Neque piscium ullam unciam hodie pondo cepi*, Idem Rudent. 4, 2 v. 8. ¶ 2. *Vncia* in mensuris duodecima pars est pedis, quam Pollicem alias dicimus, ein zoll. Est nomen Siculum, ut ex polluce discimus.

¶ Vncĭŏla, æ, diminut. eine kleine untze, Juvenal. sat. 1 v. 40.

¶ Vnciālis, e, unius unciæ, das eine untze hält, zweylöthig; ut, *Asses*

unciales, Plin. 33 c. 3; &, *Vncialis altitudo*, apud eumdem 18 c. 16. *Vnciales litteræ*, crassæ & majores sunt: Hieronymus præfat. in Jobum extremo: *Habebant, qui volunt, veteres libros vel in membranis purpureis auro argentoque descriptos, vel uncialibus, ut vulgo ajunt, litteris onera magis exarata, quam codices.*

¶ Vnciārius, a, um, auf untzen gerechnet; ut, *Vnciarium fœnus*, quod ex centum unciis unam tantum per annum pendebat, de quo apud Livium 7 c. 16. *Stips unciaria*, duodecima pars assis, moneta omnium minima, Plin. 34 c. 5. *Vnciariæ vites*, Colum. 3 c. 2, id est, ita dispositæ, ut inter quamlibet vitem unius jugeri uncia intervallum æquale faciat.

¶ Vnciātim, adverb. untzen-weise, bey eintzelen halben hellerchen. Terent. Phorm. 1, 1 v. 9 *Quod ille unciatim vix &c. comparsit miser.*

Ab *Vncia* derivata sunt:

¶ Deunx, uncis, cui adempta est uncia, summa nimirum undecim unciarum, eilff untzen. Cic. pro Cæcin. c. 6 *Facit heredem ex deunce & semuncia Cæcinam*, er vermacht ihm eilff und einen halben theil seiner güther. Juvenal. sat. 1 v. 40

Vnciolam Proculejus habet: sed Gillo deuncem.

¶ Dĕcunx, uncis, decem unciæ, zehn untzen. Fannius de Ponder. v. 46

At si sextantem retrahas, erit ille decuncis.

¶ Nonuncium, i, dicitur, quod novem unciarum sit, neun untzen, apud Festum.

¶ Quincunx, uncis, quinque unciæ, fünff untzen. ¶ 2. Martiali 2 epigr. 1 est genus mensuræ, paullo supra dimidiam heminam continens, ein halb nößlein halb, *Te conviva leges misto quincunce.* ¶ 3. Vsuræ *quincunces* dicuntur, quoties ex centum nummis quinque percipiuntur, fünff pro cento. Persius sat. 5 v. 149 *Nummos nutrire quincunce modesto.* ¶ 4. Est & arborum, pomariorum & vinearum *quincunx*: qui est, cum in ordinem certaque intervalla ita rediguntur arbores, ut, quaqua versus spectaveris, rectus ordo sit, die setzung der bäume nach fünffacher ordnung und schicht. Quintilianus 8 c. 3 *Nullusne ergo etiam fructiferis adhibendus est decor? quis negat? Nam & in ordinem certaque intervalla redigam meas arbores. Quid enim illo quincunce speciosius, qui, in quamcunque partem spectaveris, rectus est?* Columella 3 c. 13 *Nonnulli omnem vitem per denos pedes in quincuncem disponunt, ut more novalium terra transversis adversisque sulcis proscindatur.* Quinarius autem numerus hac nota V designabatur a Romanis; quæ duplicata, X duplicatum etiam numerum, *Denarium* puta, ostendit. *Arbores* igitur *in quincuncem ordinem positæ*, eæ dicuntur, quæ quincuncialis notæ, V figuram, quacunque parte spectaveris, decussatim positæ referunt, hoc exemplo:

*   *   *   *   *
  *   *   *   *
*   *   *   *   *
  *   *   *   *
*   *   *   *   *
  *   *   *   *
*   *   *   *   *
  *   *   *   *
*   *   *   *   *

Atque hinc, *transversis adversisque sulcis* Columella dixit. Vide Aldum Manutium in Ciceronis librum de Senectute, (ibi enim Tullius c. 17 *directos in quincuncem arborum ordines* dixit,) & Glareanum ad Cæsarem de Bello Gallico lib. 7 c. 73, qui male tamen *quincuncialem ordinem*, quasi *quinpunctialem* dictum putat.

¶ Quincunciālis, e, fünff zoll hoch; ut, *Quincuncialis ordinum ratio*, Plin. lib. 27 c. 11. *Herba quincuncialis*, Idem lib. 27 c. 11, quæ semipedali fere altitudine est.

¶ Semuncia, æ, unciæ dimidium, ein loth. Pers. sat. 5 v. 121

Sed nullo thure litabis;

Hæreat in stultis brevis ut semuncia recti:

id est, nullo sacrificio a diis impetrabis, ut vel minimum rectæ rationis sit in stultis.

¶ Semunciālis, e, löthig; ut, *Semunciales asses*, Plinius 33 c. 3.

¶ Semunciārius, a, um; ut, *Semunciarium fœnus*, factum ex unciario, Liv. 8 c. 27.

¶ Septunx, uncis, septem unciarum pondus, sieben untzen. ¶ 2. Moneta apud Livium 23 c. 19 *Septuncis auri in singulos pretium convenit.* ¶ 3. Dimidium jugeri cum parte duodecima, der halbe theil sammt dem zwölfften theil, Colum. 5 c. 1. Et Livius 5 c. 24 *Triumviri ad id creati terna jugera & septunces viritim diviserant.* ¶ 4. Septem vini cyathi, sieben kannen oder maaß. Martial. 8 epigr. 51

Si dubia est, septunce trahar, si fallis amantem,

Vt jugulem curas, nomen utrumque bibam.

¶ Septunciālis, e, vierzehnlöthig, oder das sieben theile von zwölffen hält; ut, *Satio septuncialis*, quam Columella describit lib. 2 c. 10; quando media & ultima pars sementis seritur.

¶ Sescuncia, æ, uncia una cum dimidia, drey loth, anderthalb untzen. Vlpianus Lege 8 § 8 Dig. de inoffic. testamento: *Si sint ex duobus filiis nepotes, ex uno plures, tres puta; ex uno unus; unicum sescuncia; unum ex illis semuncia querela excludit.* Colum. 12 c. 57 *Laseris radicis sescuncia.*

¶ Sescunciālis, e, dreylöthig, drey zoll habend. Plin. 13 c. 15 *Craßitudine sescunciali.*

¶ Sescunx, vel Sextunx, uncis, sex unciarum pondus, Plin. 36 c. 25.

¶ Triunx, & Triuncis, æneus numulus erat, a tribus sic dictus unciis, ein pfennig, drey heller. Sic Budæus lib. 2 de Asse. Erat & quadrans, auctore Plinio 33 c. 3, qui & *triuncis* vel *triunx* vocatus est, *a tribus unciis.*

¶ Teruncius, i, etiam ut *Triunx*, quod trium unciarum sit. Cicero ad Attic. 5 epist. 20 *Spero, toto anno imperii nostri teruncium sumtus in provincia nullum fore.* Varro de L. L. lib. 4 sub fin. *Teruncius*, inquit, *a tribus unciis dictus, quod sit libellæ quarta pars, sicut quadrans assis.* Cic. 3 de Finib. c. 14 *Crœsi pecuniæ teruncium addere.* vide Chiliadas, item supra *As* & *Quadrans*.

Vncina-

Vncinatus, uncinus, quære mox in *Vncus*.

Vnctio, unctito, unctor, &c. vide paullo post in *Vngo*.

VNCVS, i, fustis incurvus, ein hake; sic appellatus a tumore, ejus sc. partis, quæ retorta seu curvata est, quem ὄγκον Græci dicunt. Sic, *Ferreus uncus*, apud Livium 30 c. 10. Et Cic. 1 Philipp. c. 2 *Vncus impactus est fugitivo illi* &c. Columella 3 c. 18 *Velut uncus infixus solo, antequam extrahatur, prærumpitur.* Imaginem habes in Roma subterranea Bosii. De telis tres, pluresque uncos habentibus Lips. 4 Poliorcet. c. 6.

¶ Vncus, a, um, adject. incurvus, krumm, hakicht. Plin. 11 c. 37 *Aquaticis unci ungues sunt.* Ovid. 2 de Ponto epist. 7 v. 9

Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo,
Omnibus unca cibis æra subesse putat.

Et Silius 14 v. 323 *Vncæ tela manus*, harpagones, manus ferreæ.

¶ Vncīnus, a, um, aliud adjectivum, quo curvum aliquid & uncis munitum significatur, das widerhaken hat. Paulinus Natali 7 Felic. v. 270 *Staminis uncino, quasi piscis, inhæserat hamo.*

¶ Vncīnus, i, subst. idem quod *uncus*: item, hamus, ein widerhake, eine schnalle. Gloss. Vet. *Vncinus*, κόραξ σιδηρῆς. Item, κόραξ σιδηρῆς θύρας. Hinc Apulej. lib. 3 Metam. p. 135 *Pessulis injectis & uncino firmiter immisso.*

¶ Vncinŭlus, i, diminutivum, ein häklein, hefftgen.

¶ Vncīnātus, a, um, aliud adjectivum, *unci* vel *uncini more* incurvus, gekrümmt, häkicht. Est autem uncinus κόραξ σιδηρῆς, ut Vet. Gloss. exponit. vide & infra; ut, *Hamata & uncinata corpora*, Cic. lib. 4 Acad. c. 38.

¶ Vncātus, a, um, idem. Sidon. 4 epist. 20 *Vncatæ litteræ.* Idem lib. 9 epist. 9 *Vncatis syllogismis aliquem inhamare.*

¶ Vncātio, ōnis, die krümmung, häkelung. Cœl. Aurel. Acut. 2 c. 32 *Vnguium uncatio, quam γρύπωσιν vocant.*

Composita:

¶ Aduncus, a, um, in se recurvatus, eingebogen, gekrümmet, cujusmodi rostrum est aquilinum. Plin. 11 c. 37 *Volucribus rostra rapto viventibus adunca*, krumme schnäbel. Cic. pro Cluent. c. 64 *Adunca ex omni parte dentium & tortuosa serrula.* Sic, *Falx adunca*, Ovidius 14 Metam. v. 628. Et, *Hamus aduncus*, lib. 13 Metam. v. 934. Et, *Vomer aduncus*, Ovid. 2 Fast. v. 295. *Nasus aduncus*, Terent. Heaut. 5, 5 v. 18. Et Horat. 1 sat. 6 v. 5 *Naso suspendere adunco*, pro irridere, vide *Nasus*.

¶ Aduncĭtas, ātis, adunca vel incurva forma, die krümme; ut, *Aduncitate rostrorum cibum capiunt quædam animalia*, Cic. 2 de Nat. Deor. c. 47. Adde Plin. 10 c. 71.

¶ Inunco, āre, unco quasi arripere, mit einem haken fassen oder ergreiffen, einhäkeln. Exstat apud Nonium c. 2 n. 425 illud Lucilii: *Qui nummos tristis inuncat.* Vsus & Apulejus Apolog. p. 293 *hamis*, dicens, *inuncanda.* Et lib. 1 in Florid. p. 341 *Aquila unguibus inuncat agnum vel leporem.* Et Paulin. lib. 7 Natal. Felic. v. 272 *Clavus inuncans.*

¶ Inuncātus, a, um, eingehäkelt. Columella 7 c. 3 *Lana a rubis velut hamis inuncata a pascentium tergoribus avellitur.*

¶ Obuncus, a, um, valde aduncus. Arnob. lib. 6 p. 197 *Saturnus cum obunca falce.* Virg. lib. 6 Æn. v. 597

rostroque immanis vultur obunco
Immortale jecur tondens &c.

¶ Obuncātus, a, um, gekrümmt; ut, *Obuncatis unguibus*, Cœl. Aurel. Tard. 2 c. 18.

¶ Reduncus, a, um, quod *adunco* contrarium est, über sich gebogen und gekrümmet. Tametsi rostrum reduncum aquilæ etiam Ovidius tribuat lib. 12 Metam. v. 562

Viribus usus avis, pennis rostroque redunco,

id est, repando vel adunco, de Periclymeno in aquilam converso.

VNDA, æ, quasi uda, ὕδωρ, κῦμα, aqua collecta in se & fluctuans, die fluth, wasserfluth, welle. ¶ 2. Quælibet item aqua, das wasser. Virg. 3 Æn. v. 200 *Cæcis erramus in undis.*
Cic. Philipp. 10 c. 4 *O spectaculum illud non modo hominibus, sed undis ipsis & littoribus luctuosum, cedere e patria servatorem ejus, manere in patria proditores!* ¶ 3. *Vndæ bellorum*, pro impetu, per metaphoram apud Claudianum 2 in Eutrop. v 507. Sic *undas comitiorum* pro multipliciter & impetuose variante diversitate sententiarum dixit Cicero pro Plancio c. 6, *Illæ undæ comitiorum, ut mare profundum & immensum, sic effervescunt quodam quasi æstu* &c. Catullus carmine 65 v. 62 *Vndas curarum* dixit. ¶ 4. Turba, caterva, multitudo, der hauffe, die menge. Virg. 2 Georg. v. 462

Mane salutantum totis vomit ædibus undam,

h. e. turbam. Ita *Sepedum populorum undas* de formicis eleganter dixit Apulej. Met. lib. 6 p. 177; & Prudent. Hippolyto v. 227. vide Barthium ad lib. 8 Theb. Statii p. 93.

¶ Vndōsus, a, um, wasser-reich; ut, *Æquor undosum*, ungestüm, voll wellen, Virg. 4 Æneid. v. 313; & *Plemmyrium undosum*, Idem 3 Æn. v. 693. Compar. *Vndosior fluctus*, Solinus c. 22. Superl. *Torrentes undosissimi*, Augustinus de Civ. Dei 22 c. 11.

¶ Vndōse, adverb. idem. Ammianus 27 c. 6 [Vales. c. 4] *freto undosius ab Euxino Ponto labenti.*

¶ Vndo, avi, atum, āre, undas agere est, fluthen treiben, wellen werffen, brudeln. Etiam de igne Virgil. Æn. 12 v. 673 *Flammis ad cælum undabat vortex.* Valer. Flacc. 1 v. 539 *Regio undat equis floretque viris.* Sed Stat. Achill. 1 v. 86 *Æacides sanguine undabit campos*, i. e. inundabit.

¶ Vndans, tis, fließend, strömend; ut, *Vndans fretum*, Cic. 2 de Nat. D. c. 35. ¶ 2. Sed, *Vndans Ætna*, Virgil. 1 Georg. v. 472, hoc est, undarum modo flammas evomens.

¶ Vndanter, adverb. überflüßig; ut, *Vndanter evomere*, Martian. Capella lib. 2.

¶ Vndātus, a, um, gewässert; ut, *Vndatum genus*, Plin. lib. 33.

¶ Vndātim, adverbium, in morem undarum, wellen-weise. Plin. 36 c. 7 *Capillus Augusti undatim crispus in verticem, Tiberii sparsim convoluta canities.* conf. lib. 13 c. 15.

¶ Vndāmen, ĭnis, die wasserfluth, ergiessung. Ausonius:

Bivio refluus undamine pontus.

¶ Vndābundus, a, um, voll wellen; ut, *Vndabundum mare*, Gellius 2 c. 30.

¶ Vndŭlātus, a, um, gewässert; ut, *Vndulata toga, undulata vestis*, ad undarum similitudinem picta, Plin. 8 c. 48. Fiebant autem ex pilis caprarum & hircorum undulatæ: schamlot; id enim genus preciosæ materiæ vestimentorum succensum pilos olet, & varietate undulatâ commendatur. Est & utriusque appellationis, latinæ & germanicæ, nonnulla similitudo.

¶ Vndĭcŏla, æ, in undis vivens, das sich im wasser auffhält; ut, *Vndicola pistris*, Avienus Phænom. Arat. v. 809.

¶ Vndĭfluus, a, um, undis fluens, fliessend. Dracontius Hexaëmero v. 233 *Vndifluo gurgite.* Et v. 488

Quis neget undifluos procedere fontibus amnes.

¶ Vndĭfrăgus, a, um, undas frangens; ut, *Vndifragi fluctus*, Fortunatus ineunte epistola, præmissâ carmini 2 libri 3.

¶ Vndĭsŏnus, a, um, rauschend von wellen; ut, *Æquor undisonum*, Virg. Æn. 4 v. 313. *Rupes undisonæ*, ad quas undæ, vel fluctus illisi & refracti sonitus cient, Stat. 1 Achill. v. 198.

¶ Vndĭvăgus, a, um, herumfliessend; ut, *Vndivagum mare*, Eugenius Toletanus carmine 19.

Composita:

¶ Abundo, avi, atum, āre, affluere, copiosum & cumulatum aliquid habere, überfliessen; ut, *Abundare re aliqua*, & *in re aliqua*, eines dinges überfluß haben, oder vollauff. *Abundare divitiis*, Terent. Heaut. 3, 2 v. 17. *Abundare copiâ frumenti*, Hirtius 8 de B. Gall. c. 40. Et, *Abundare pecuniâ*, Cic. pro Quint. c. 12. *Non solum ingenio, sed otio etiam abundare*, Cic. 1 de Orat. c. 6, guten kopff und zeit zum studieren haben. Et, *Præceptis philosophiæ abundare*, Idem lib. 1 Offic. principio.

¶ Abundans, tis, häuffig, reich, überflüßig; ut, *Abundanti homo doctrinâ*, Cic. de Orat. 1 c. 19. Et ibidem lib. 2 c. 14 *Timæus & rerum copiâ, & sententiarum varietate abundantissimus.* Et, *Abundantior tristitia*, Hieronymus 1 adversus Jovinianum c. 4. Sed, *Ex abundanti*, zum überfluß, apud Quintilian. 4 c. 5, & Lege 9 Dig. de supellect. legata.

¶ Abundanter, adverb. idem; ut, *Fructum abundanter ferre*, Plin. 24 c. 9, mit hauffen, vollauff. *Copiose & abundanter loqui*, Cic. 2 de Orat. c. 35 extr. reichlich und mit vielen worten. [*Loqui presse, angustius*, contrarium.] Et Silius 5 v. 453 *Abundanter defuso sanguine.* Cic. Topic. c. 10 *Loci* [Topici] *aliis disputationibus abundantius occurrunt, aliis angustius.* Columella 8 c. 8 extr. *quò & se, & pullos abundantiùs alant*, reichlicher. Et, *Abundantissime crescere*, Plinius 5 c. 9.

¶ Abundantia, æ, copia, ubertas, der überfluß, die menge; ut, *Abundantia rerum omnium*, Cic. de Amicit. c. 23. *Abundantia otii*, Idem lib. 7 fam. epist. 1. Et, *Circumfluere omnibus, atque in omnium rerum abundantia vivere*, Cic. de Amicitia c. 15. Ad facultates transtulit Tacitus, quæ vel abundant & amplæ sunt, vel arctæ atque deficiunt. Ita enim in Agricola c. 6 scribit: *Ludos & inania honoris modo rationis atque abundantiæ duxit*, id est, ita probavit, quatenus de abundantia patrimonii, & absque detrimento facultatum exhiberi possent.

¶ Abundātio, ōnis, idem. Plin. 3 c. 16 *Omnia ex Philistinæ fossæ abundatione nascentia*, scilicet flumina.

¶ Abundus, a, um, adjectivum, überflüßig; quo usus est Gellius lib. 1 c. 2 *Lavacris nitidis & abundis.* Et Accius apud Nonium c. 4 n. 192 *Neque vi tanta quisquam est, neque tam abundans fortunis ferox.* Ita legit Guyetus ad Terent. Adelph. act. 4 sc. 3. Hinc

¶ Abunde, adverbium, idem. Itaque male ultimam corripuit Drepanius Florus Psal. 23 v. 5 *his semper abunde refectus.*
Nisi iidem veteres & *Abundus* & *Abundis*, ut alia hujus generis, dixerunt. *Abunde*, id est, plus satis, satis superque, sattsam, mehr als zuviel. Plinius præfatione: *Itaque etiam non assecutis, voluisse abunde pulchrum atque magnificum est.* Sic, *Abunde magna præsidia*, Sallust. Jugurth. c. 14, überaus reichlich. *Abunde satisfacere alicui*, Cic. 2 de Divin. c. 1. *Abunde potentiæ gloriæque adipisci*, Sueton. Cæsare c. 86. Et, *Abunde esse alicui*, idem, quod satis esse. Plin. 4 epist. ult. *Abunde mihi est, si satis expressi, quod efficitur.* Idem 5 epist. 8 *Sed utrumque tam magnum est, ut abunde sit alterum efficere.* Auct. Thebaidos v. 289

Si nulla, Genitor, caussa vivendi est tibi,
Hæc una abunde est, &c.

¶ Exabundo, āre: Vincentius Lerinensis c. 23 *Plenitudo exabundavit ætatis.*

¶ Superăbundo, āre: Macrobius Somn. Scip. 1 c. 14 *Deus superabundanti majestatis fœcunditate de se mentem creavit.*

¶ Superabundanter, adv. überschwenglich, Vulg. Interpr. Eph. 3 v. 20.

¶ Exundo, āre, est alveum exire, übergehen, auslauffen; ut, *Fons exundat*, Plin. 2 c. 103. *Dolor exundat alte mersus*, Seneca Oedip. v. 924.

¶ Exundātio, ōnis, die ergiessung, überschwemmung; ut, *Exundatio fluminum*, Plin. 19 c. 3.

¶ Inundo, āre, extra alveum transfundi, sich ergiessen, überschwemmen, übergehen. Cic. 2 de Nat. Deor. c. 37 *Terras inundat aqua.* Et Plin. 5 c. 1 *Æstus maris non inundat insulam.* Contra Idem lib. 2 c. 97 *Æstus maris inundantes*, &c. Et, *Inundari sanguine*, id est, obrui & perfundi, Livius 24 c. 38.

¶ Inundātus, a, um, überschwemmet, angefüllt; ut, *Viri Spiritu divino inundati*, Tertull. Apolog. c. 18.

¶ Inundātio, ōnis, die ergiessung, überschwemmung; ut, *Inundatio fluminum*, Colum. 3 c. 11. Et passive de terra, quæ inundatur: Plin. 5 c. 3 *Joppe Phœnicum antiquior terrarum inundatione*, älter als die sündfluth. Quod Pompon. Mela dixit lib. 1 c. 11 *Est Joppe ante diluvium, ut ferunt, condita.*

¶ Perĭnundo, āre, beschwemmen. Alcimus Avitus lib. 1 v. 267

Alveus & nigris campos perinundat arenis.

¶ Superinundo, are, über und über begiessen. Tertull. de Resurrect. Carn. c. 63 extr. *Ejusmodi eloquiis superinundare.*

¶ Interundātus, a, um, besprengt, sprenglicht. Solinus c. 17 [al. 27] de Tigribus, bestiis maculosis: *Fulvo nitent. Hoc fulvum nigrantibus segmentis interundatum.*

¶ Obundo, are, herum fliessen. Statius lib. 1 Achilleidos v. 102

lateque Deæ, Sperchios obundat
Obvius, & dulci vestigia circuit unda.

Alii libri *Abundat* præferunt; tamen

¶ Obundātio, ōnis, die überschwemmung, derivatum nomen, Flori est, etiam in exactissimis libris, 4 c. 2 n. 27 *Interim obundatione verni fluminis commeatibus probibetur.*

¶ Rĕdundo, avi, atum, are, quod proprie de aquis retro propter injectam molem exundantibus dicitur, wenn die wasser zurück treten: sed & simpliciter abundare, & exundare, & superfluum seu supervacuum esse significat, überlauffen, überflüßig seyn; ut, *Omnibus ornamentis redundare*, Cic. 3 fam. epist. 10. Et de Divin. 1 c. 44 *Si lacus Albanus redundasset, isque in mare fluxisset, Romam perituram.* Et, *Redundare sanguine*, Cic. 4 in Verrem c. 11. *Redundat pituita*, es nimmt überhand, Idem Qu. Tusc. 4 c. 10. Et de N. D. 1 c. 35 *Tuus Deus non digito uno redundat, sed capite, collo, cervicibus*, er hat nicht einen finger zu viel oder überley. Sed, *Laudem adolescentis existimo, ad meum aliquem etiam redundare fructum*, i. e. pertinere, referri, Cic. pro Ligar. c. 3. Et in Catil. 1 c. 12 *Verendum mihi non erat, ne quid, hoc parricida civium interfecto, invidiæ mihi in posteritatem redundaret.* Ovid. 3 Trist. eleg. 1 v. 43 *In genus auctoris miseri fortuna redundat*, gelanget, gereichet. ¶ 2. *Redundare* etiam dicuntur, qui ex hesterna crapula graves. Plin. Paneg. Trajani c. 63 *Non alii marcidi somno hesternaque cœna redundantes comitiorum suorum nuntios opperiebantur.*

¶ Redundans, tis, überflüßig, weitläufftig. Cic. de Clar. Orat. c. 13 *Asiatici oratores parum pressi & nimis redundantes.* Vnde comparat. *Redundantior*: Tertull. 2 de cultu fœm. c. 9 *Amputatio & decussio redundantioris nitoris.*

¶ Redundanter, adverb. idem. Plin. 1 epist. 20 *Immodice & redundanter.* Ambrosius epist. 82 *Pro remedio parcius, pro deliciis redundantius bibendum.*

¶ Redundantia, æ, superfluitas, der überfluß; ut, *Juvenilis redundantia*, Cic. in Oratore c. 30. Et Tertull. Apolog. c. 31 *Ad benignitatis redundantiam.*

¶ Redundatio, ōnis, idem; ut, *Redundatio stomachi*, Plin. 7 c. 6, hoc est, nausea, vomitus, das auffsteigen des magens. Et Vitruvius 9 c. 4 de tarditate aut recessu motus secundi stellarum: *Redundationibus referuntur.*

¶ Redundātus, a, um, übergelauffen. Ovidius 3 Trist. eleg. 10 v. 52

Sive redundatas flumine cogit aquas.

VNDE, ὅθεν, adverbium, accipitur interrogative & infinite, woher? von wannen? *Vnde is?* Terent. Eunuch. 2, 3 v. 13, wo kommst du her? *Vnde dejectus est Cæcina? ex urbe. Vnde dejecti Galli? a Capitolio*, Cic. pro Cæcin. c. 30, woraus? Et Terent. Adelph. 1, 2 v. 41 *Est, Dis gratia, & unde hæc fiant*, &c. davon, daher ich diß thun kan. ¶ 2. Neque vero de locis tantum dicitur, sed & de personis: quemadmodum & *Inde*, de quo utroque Donatus notat. Idem Terentius Eunuch. 1, 2 v. 25 *Mercator hoc addebat, e prædonibus, unde emerat, se audisse arreptam.* Cic. ad Terentiam 14 fam. ep. 2 *Mea lux, meum desiderium, unde opem petere omnes solebant.* Idem de Clar. Orat. c. 92 *Eloquentia, unde longe absum.* Terent. Andr. 3, 2 v. 31 *Vnde id scis?* woher weist du das? Horat. 1 sat. 6 v. 12

Valerî genus, unde superbus
Tarquinius regno pulsus fuit:

Vnde, hoc est, a quo. ¶ 3. Aliquando & pro *quare*, *cur*, ponitur, weswegen. Florus 3 c. 12 *Vnde enim populus Romanus agros flagitaret, nisi per famem?* Sic, *Vnde sit, unde mihi?* Sermo aliquid se habere negantis, apud Plaut. Aulul 5, 1 v. 20, ubi vide Gruterum. ¶ 4. Aliquando eleganter geminatur: Catullus carm. 68 v. 27

Et quærendum unde, unde foret nervosius istud?

Plautus Pseud. 1, 1 v. 102

Spero alicunde hodie me bona opera aut hac mea
Tibi inventurum esse auxilium argentarium:
Atque id futurum unde, unde dicam nescio.

¶ 5. *Vndeunde*, allenthalben her, una voce effert Tertull. adv. Hermogenem c. 10 *A quocunque & undeunde passus est fieri.*

¶ Vndecunque, ex quolibet seu quocunque loco, es sey woher es wolle. Plin. Panegyr. c. 80 *Omnia audire, & undecunque invocatum, statim, velut numen, adesse & adsistere.* Et Quintil. 7 c. 3 sub finem: *Nec, undecunque caussa fluxit, ibi culpa est.*

¶ Vndelĭbet, wo man her will: vide supra *Libet.*

¶ Alicunde, ex aliquo loco, etwa wo her. Terent. Andr. 2, 4 v. 3 *Venit meditatus alicunde ex solo loco*, etwa aus einem winckel daher. Plaut. Pers. 1, 1 v. 44 *Alicunde exora mutuum*, id est, ab aliquo homine. Et Terent. Phorm. 1, 5 v. 75 *Sumeret alicunde, si nullo alio pacto, vel fænore.*

¶ Aliunde, anders wo her; ut, *Aliunde assumto bono uti, non proprio, nec suo*, Cic. de Orat. 2 c. 10. *Aliunde factum verbum*, Idem in Oratore c. 24. Et lib. 5 fam. epist. 13 *Laudem sapientiæ statuo esse maximam, non aliunde pendere*, nicht auf andere zu sehen haben.

¶ Necunde, ne ex aliquo loco, vide supra *Nec.*

¶ Sicunde, si alicunde, si ab aliquo loco, so etwa wo her. Cic. ad Att. 13 epist. 30 *Sicunde potes eruere.* Et Liv. 26 c. 38 *Nec consul Romanus tentandis urbibus, sicunde spes aliqua se ostendisset, deerat.* Sueton. Calig. c. 51 *Non mediocrem fore consternationem, sicunde hostis appareret.*

Vndecim, Vndeviginti, Vndetriginta, & similia, ubi quærenda sint, vide infra sub *Vnus, a, um.*

Vndicŏla, undifluus, undifrăgus, &c. vide paullo ante in *Vnda.*

VNDĬQVE, ex omni parte, ex omnibus locis, von allen orten, allenthalben her; ut, *Vndique convenire ad*, &c. Cic. 3 in Verr. c. 64. Et, *Mundus perfectus undique est*, hoc est, omnibus suis partibus, de Nat. Deor. 2 c. 14, durchaus, überall, an allen stücken. Et, *Natura undique perfecta, & nihil requirens*, Cic. de Fin. 5 c. 9. *Locus undique septus*, allenthalben verwahret, Idem in Verr. 5 c. 27. Et Virg. 8 Æn. v. 7

Contemtorque deûm Mezentius, undique cogunt Auxilia, &c.

¶ Vndĭque secus, allenthalben herum. Solinus c. 40 *Locus viret undique secus agris arentibus.*

¶ Vndique versum, idem quod *undique*; ut, *Vndique versum convenire*, Solin. c. 53 [Salmas. c. 39.] Et Gellius 12 c. 13 *Oceanus omnes terras undique versum circumfluit.*

Vndisŏnus, undivăgus, undo, are, undosus, undulatus, vide ante *Vnda.*

VNĔDO, ōnis, arbor est, quæ & arbutus, & fructus ejusdem, qui primo exortu viret, deinde flavescit, maturus vero rubet, aspero tactu, nullo intus ossiculo, fragorum modo, quorum etiam effigiem refert. Sapor ei insipidus & austerus, linguam & palatum stimulans: unde & *Vnedonis* nomen factum, quod uno comesto alter vel tertius non expetatur; Matthiolus, eltzbeer, & Plin. 15 c. 24.

VNGO, unxi, unctum, ungĕre, ἀλείφειν, χρίειν, salben, schmieren; ut, *Vngi olivo*, Horat. 1 sat. 6 v. 23. *Vngi ex cerussa*, Celsus 5 c. 28. Et Cic. ad Attic. 13 epist. ult. *Vngi & accumbere.*

¶ Vnctus, a, um, delibutus, gesalbt, geschmiert; ut, *Venire unctum atque lautum e balneis*, Ter. Phorm. 2, 1 v. 25. Et, *Caput unctius referre*, Catullus carm. 10 v. 11, id est, ditiorem & cum lucro reverti. Servit enim variis metaphoris, ut, *Vnctior splendidiorque consuetudo loquendi*, köstlich, prächtig, Cicero de Clar. Orat. c. 20. Cum primis autem de cibo lautiore dicitur: ut, *Vnctissimæ cœnæ*, wohl zugerichtet, Sidonius 2 epist. 9. Et Horatius 1 epist. 15 v. 44

Verum ubi quid melius contingit & unctius,

gute bißgen. Catullus vero & *Vncta patrimonia* pro lautis dixit carm. 30 v. 23. Idem Horatius & ipsos homines, qui laute & opipare vivebant, *Vnctos* dixit lib. 1 epist. 17 v. 11

Si prodesse tuis, paulloque benignius ipsum
Te tractare voles, accedes siccus ad unctum.

¶ Vnctiuscŭlus, a, um, diminut. etwas köstlich. Plautus Pseudolo 1, 2 v. 85 *Pulmento uti magis unctiusculo.*

¶ Vnctŭlus, a, um, aliud diminut. idem. Apulej. lib. 3 Metam. p. 139 *Impartire nobis unctulum indidem*, neutro genere, hoc est, aliquid unguenti magici, quo in avem se transformaret. Hoc enim a Fotide sua tum unice & amantissimis verbis petebat.

¶ Vnctio, ōnis, die salbung. Cic. 2 de Orat. c. 5 *Philosophum unctionis caussa relinquunt.* De unctionibus Judæorum & Gentilium multa Casaubon. Exercit. 14 v. 12. Pignorius de Servis p. 39 seqq. Geier. de luctu Ebræorum c. 20 § 9 p. 383.

¶ Vnctūra, æ, idem. Hoc quoque Cicero usus est 2 de Leg. c. 24; *Hæc*, inquit, *sunt in legibus de unctura: quæ servilis unctura tollitur, omnisque circumpotatio.*

¶ Vnctus, ûs, subst. idem. Apulej. lib. 1 Metam. sub finem: *Oleum unctui profer.*

¶ Vnctor, ōris, ein salber, schmierer; ut, *Sordidus unctor*, Martial. 7 epigr. 31. Et, *Vnctorem habere*, Cic. 7 fam. epist. 25.

¶ Vnctōrius, a, um, zum salben gehörig; ut, *Hypocaustum unctorium*, in quo servantur unguenta, Plin. 2 epist. 17.

¶ Vnctĭto, are, frequentat. offt salben. Plaut. Mostell. 1, 3 v. 117 *Vnctitare se unguentis.*

¶ Vnguentum, i, commistio est diversorum odorum ad corpora unguenda, deliciarum & luxuriæ caussa, salbe, balsam. Plaut. Mostell. 1, 1 v. 41 *Non omnes possunt olere unguenta exotica.* Cic. 2 Divin. c. 58 *Compositio unguentorum, conditio ciborum.* Et in Verr. 3 c. 25 *Perfricare caput suum unguento.* Et in Catil. 2 c. 3 *Nitere unguentis, fulgere purpura*, von salben gleissen.

¶ Vnguen, ĭnis, idem. Cato de R R. c. 79 *Caldum unguen.* Et Virgil. 3 Georg. v. 450 *Pingues unguine ceræ.*

¶ Vnguĕdo, ĭnis, idem, apud Apulej. lib. 3 Met. p. 138 *pyxides plusculas depromit, atque indidem egesta unguedine*, &c.

¶ Vnguilla, æ, diminut. ein sälblein. Solinus c. 27 *Visci unguillâ aliquid obtinere.*

¶ Vnguĭnōsus, a, um, schmierig. Plin. 23 c. 8 *Juglandes siccæ unguinosiores*, id est, unguine pleniores, feister.

¶ Vnguento, are, salben; unde participium

¶ Vnguentātus, a, um, geschmiert, gesalbet. Catullus carm. 62 in nuptiis Juliæ & Manl. v. 142 *Vnguentate marite.* Et Sueton. Cæs. c. 67 *Vnguentati milites*, id est, luxuriosi.

¶ Vnguentārius, a, um, zum salben gehörig; ut, *Vas unguentarium*, eine schmier-büchse, Plin. 36 c. 8. Et, *Vnguentaria cella*, Sidon. 2 epist. 2.

¶ Vnguentārius, i, subst. qui unguenta conficit, myropola, ein salben-krämer, apothecker. Cic. 1 Offic. c. 42 *Vnguentarii, saltatores.* conf. Horat. 2 sat. 3 v. 228; & Fabretti Inscript. p. 145. Scribitur & *Vngentarius*, ibid. pag. 219 T. FLAVIVS T. LIBERTVS PHILIP. VNGENTARIVS.

¶ Vnguentāria, æ, fœm. eine salben-macherin. Plin. 8 c. 5 *Amare unguentariam.* ¶ 2. Etiam rationem unguenta conficiendi significat, apothecker-kunst, quacksalberey; ut, *Vnguentariam facere*, Plaut. Pœnulo 3, 5 v. 89.

¶ Vnxia, æ, Dea unctionum præses. Arnobius lib. 3 p. 115 *Vnctionum superest Vnxia; cingulorum Cinctia replicationi.* Et lib. 7 p. 227 *Bos sterilis Vnxiæ mactatur.* Adde Elmenhorst. ad lib. 3.

Composita:

¶ Axungia, æ, vide supra in *Axis.*

¶ Deungo, ĕre, beschmieren. Plaut. Pseud. 1, 2 v. 85 *Vino te deungis*; alii: *Devincis.* vid. ibi Taubman. & Pareus.

¶ Exungo, ĕre, salben. Plaut. Rud. 2, 7 v. 22 *Eluas tu an exungare.*

¶ Exunctus, a, um, gesalbt. Legitur a nonnullis apud Plautum Trin. 2, 4 v. 5, pro *Exutus.* vid. ibi Taubman.

¶ Inungo, ĕre, unguento vel oleo leviter adspergere, bestreichen, beschmieren; ut, *Inungere oculos*, Plin. 8 c. 54.

¶ Inun-

¶ Inunctio, ōnis, die einsalbung; ut, *Succi inunctio*, Plin. 20 c. 5.
¶ Superinungo, ĕre, oben drüberher schmieren. Celsus 6 c. 6 *Superinungi vero oculi debent sic, ut* &c. Adde Scribon. Larg. Compos. c. 27.
¶ Obungo, ĕre, überschmieren. Hinc
¶ Obunctus, a, um, gesalbt, bestrichen. Apulej. Met. lib. 2 *Guttis Arabicis obunctus*. Et lib. 8 p. 214 *Oculi obuncti graphice*.
¶ Pĕrungo, ĕre, balsamiren, einsalben, durchschmieren; ut, *Corpora oleo perungere*, Cic. 1 Tusc. c. 47. Et Ovid. 3 de Arte am. v. 756

Carpe cibos digitis: est quiddam gestus edendi:
Ora nec immunda tota perunge manu.

¶ Perunctus, a, um, gesalbt, eingesalbt; ut, *Nardo perunctus*, Horat. epod. 5 v. 59. Et, *Fecibus ora peruncti*, Idem Art. poët. v. 277.
¶ Perunctio, ōnis, die einsalbung, balsamirung. Plin. 24 c. 15 *Excalfacit perunctione*.
¶ Præunctus, a, um, vorher gesalbt; ut, *Adipe anserino preunctus*, Cœl. Aurel. 4 c. 3.
¶ Reungo, ĕre, beschmieren. Vnde
¶ Reunctor, ōris, ein salber. Plinius 29 c. 1 *Reunctores medicorum*.
¶ Superungo, ĕre, überher schmieren. Celf. 7 c. 7 *Collyrio oculi lippientes superunguntur*.
¶ Superunctus, a, um, überstrichen mit öl; Scribon. Larg. Compos. c. 29 *Hoc etiam superunctum*, &c.

VNGVIS, is, masc. plur. Vngues, a græco ὄνυχες, in digitis sunt hominum aliorumque animantium, quibus illi separati sunt, die nägel an den fingern und zeen, die klauen. Terentius Eunuch. 4, 3 v. 6 *Vnguibus in os alicui involare*. Cic. pro Rosc. c. 7 *Ab imis unguibus usque ad verticem summum*, von unten biß oben. Adagiale: *Leonem ex unguibus æstimare*. vide *Leo* supra. *Vngues subsecare*, die nägel verschneiden, Tibull. 1 eleg. 8 v. 12. *Vnguium præsegmina*, superfluum illud dicuntur, quod unguibus resecatur. *Repastinare ungues*, Tertull. de Pœnitentia c. 11 dixit, pro, effodiendo sordibus purgare ungues, das blaue unter den nägeln ausgraben. Ovid. 1 de Arte am. v. 519

Et nihil emineant, & sint sine sordibus ungues.

Horat. 1 epist. 7 v. 51 *Cultello proprio purgantem leniter ungues.*
Purgare autem hic præsecare, quod cultelli mentio arguit. Sed sibi ipsi præsecare ungues, vile & sordidum, atque illius adeo habebatur, qui præriperet tonsoris officium. Ejus enim operâ honestiores ad istam rem utebantur, ut hic Marcilius observat. ¶ 2. *Ad unguem*, id est, exquisita diligentiâ, gantz fleißig und fertig. *Homo ad unguem factus*, id est, perfectus, vollkommen, apud eumd. Horat. 1 sat. 5 v. 32. Servius ad illud Virg. 2 Georg. v. 277

nec secius omnis in unguem,
Arboribus positis &c.

IN VNGVEM, *id est*, inquit, *ad perfectionem: & est tralatio a marmorariis, qui juncturas unguibus probant*, &c. Idem Horatius de Arte poëtica v. 292 *carmen reprehendite, quod non*
Multa dies & multa litura coërcuit, & quod
Perfectum decies non castigavit ad unguem.

Quod autem Latini *ungue probare*, aut *explorare*: id Græci uno verbo ἐξονυχίζειν expressere, de quo Casaubonus ad Persii sat. 1 v. 65. *Vnguem latum, transversum*, i. e. minimo spatio, eines nagels breit, sicut digitum transversum: Cic. 7 fam. epist. 25 ad Marium: *Vrge igitur, nec transversum unguem, quod ajunt, a stilo*, scil. recede, dimitte &c. Et, *Vnguem transversum a conscientia* &c. lib. 13 Attic. epist. 20. vide *Conscientia*. Sic, *Medium unguem ostendere*, Juvenal. sat. 10 v. 53, pro extreme contemnere. ¶ 3. *Vngues arrodere*, proverbiale, pro sollicite de re aliqua cogitare, sich zermartern, sichs sauer werden lassen. Nam qui in meditando se torquent, subinde & scabunt caput, & ungues demordent. Horat. 1 sat. 10 v. 70 *in versu faciendo*

Sæpe caput scaberet, vivos & roderet ungues;

id est, ad vivum roderet. Persius sat. 1 v. 106 de malo carmine: *Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit ungues*. conf. Pontan. Vol. 1 Progymn. p. 371, & Dannhauer. Sylloge 2 ad Offic. Cicer. n. 4 § 10, ubi plura de unguium usu multiplici. ¶ Sed, *ungues arrodere*, iratorum quoque & ultionem minantium est. Horat. epod. 5 v. 47

Hic irresectum sæva dente livido
Canidia rodens pollicem,
Quid dixit, aut quid tacuit?

Quod licet Torrentius ad attentionem animi in meditandis excantationibus referat; malim tamen id cum Marcilio ad irati πάθος interpretari. Quod illa etiam egregie exprimunt:

Quid dixit, aut quid tacuit?

Sævam etiam cum vocat, iratam significat. ¶ 4. *Vnguis odoratus*, qui & conchula Indica, tegumentum est conchylii gravissimi odoris, eo, quod conchylia in nardiferis Indiæ paludibus nardi pabulo vescuntur, Dioscorides lib. 2. ¶ 5. Est & *Vnguis* pars inferior folii rosæ; Plinius 21 c. 10. ¶ 6. Et palmes primum enatus, Plin. 12 c. 9, ein reben-schößgen. ¶ 7. Instrumentum denique vindemiatorium, ein kneiper. Colum. 12 c. 18 *Vngues ferrei quamplurimi parandi & exacuendi sunt, ne vindemiator distringat uvas*, &c.
¶ Vnguĭcŭlus, i, diminut. ein nägelein. Cic. 5 de Fin. c. 27 *Integritas unguiculorum omnium*. Et, *A teneris unguiculis*, hoc est, ab infantiâ usque, von kind auf, Idem ad Lentul. 1 fam. epist. 6.
¶ Vnguicŭlārium, i, ein horn-kästlein. Gloss. gr. lat. ὀνυχιστήριον, unguicularium.
¶ Vngŭlus, i, Oscorum linguâ annulus, ein fingerring, ringlein. Apud Festum Pacuvius: *Repugnanti ego vi detraxi ungulum*. Plin. 33 c. 1 de annulo loquens: *Græci a digitis appellavere: apud nos prisci ungulum vocabant*.
¶ Vngŭla, æ, denominatione quadam ab *unguis* fieri videtur, eine klaue, huff. *Vngula* solida est, aut fissa seu bifida, gantz oder gespalten. Sed *Vngues* aut trifidi, aut quadrifidi. Sic, *Vngula bovis*, Columella 6 c. 15. *Vngula subtrita*, verschlossen, quos *subtritos pedes* Columella c. l. vocat. Virg. 8 Æn. v. 596

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.

Sic, *Vngula cavum*, χελιδών, Chelidon est, die höle unter dem huff.

Omnibus ungulis, proverbialis est locutio, pro, omnibus viribus. Cic. 2 Tusc. c. 24 *Toto corpore atque omnibus ungulis, ut dicitur, contentioni vocis asserviunt*. Et, *Injicere ungulas*, die klauen einschlagen, hoc est, arripere aliquid & tenere, Plaut. Pseud. 2, 2 v. 48. Et ibid. 3, 2 v. 63 *An tu invenire postulas quemquam coquum, nisi sit milvinis aut aquilinis ungulis?* ¶ 2. *Vngulæ*, etiam carnificis instrumentum est, quo eviscerantur corpora, die krallen. Harum crebra mentio in martyrum historiis. Prudentius in Romano v. 108

Jusserat
Eviscerandum corpus eculeo eminus
Pendere & uncis ungulisque crescere.

Idem Hymn. 1 περὶ στεφάνων. sive de Calagurritanis v. 44

Illa virgas, & secures, & bisulcas ungulas
Vltro fortis expetebat.

Figuram ejusmodi ungulæ habes apud Bosium lib. 2 Romæ Subterraneæ c. 2.
¶ Vngella, æ, diminut. ab ungula, ein pfötlein; ut, *Vngellæ coctæ*, Apic. 1 c. 9.
¶ Vngŭlātus, a, um, ungulâ instructus, mit klauen versehen. Tertullianus Apolog. c. 26 extr. *altero pede ungulatus*. Et apud Festum *Vngulatos ungues magnos atque asperos* Cato appellavit.
¶ Exunguis, e, sine ungue, ohne nägel. Idem Tertullianus de Pallio c. 5 *Bestia edentula, & exunguis, & excornis*. De piscibus loquitur.
¶ Exungŭlo, are, pro, ungulas auferre, die klauen nehmen: Plaut. Trucul. 2, 2 v. 57. vid. ibi Taubman. Passivo sensu Vegetius lib. 2 c. 57 *Si exungulaverit jumentum*, wenn ein vieh sich enthüfftet.
¶ Sexungŭla, æ, ancilla rapax apud Plautum Truc. 2, 2 v. 57, eine ertzdiebin. Sic apud eumdem Aulul. 3, 6 v. 18 *Coqui cum senis manibus*.
Vngula, ungulatus, ungulus, vide præcedens *Vnguis*.
Vnĭcus, & composita ab Vnus, vide paullo post in *Vnus*.
VNIO, ōnis, mascul. margarita, eine perle; ut, *Vniones in purpurarum conchis inveniuntur*: Plin. 9 c. 35 *Dos* (unionum) *omnis in candore, magnitudine, orbe, levore, pondere, haud promptis rebus, in tantum, ut nulli duo reperiantur indiscreti: unde nomen unionum Romanæ imposuere deliciæ; nam id apud Græcos non est, nec apud Barbaros inventores ejus aliud, quam margaritæ*. Martial. 8 epigr. 81

Nullos denique per Deos Deasque
Jurat Gellia, sed per uniones.

Proprie de margaritis grandioribus dicitur juxta Ælium Silonem apud Plinium d. l. & Ammianum Marcell. 23 c. ult. Vet. Gloss. *Vniones*, μαργαρῖται μεγάλοι μονόκοκκοι. Solinus c. 53 *Vniones* dici putavit, quod nunquam duo simul reperiantur. In quo falsus est. Neque enim Plinius dicit, *nunquam duos reperiri*, sed, *nunquam duos indiscretos*. Nempe dat, aliquando duos reperiri, sed discretos, hoc est, dispares, ut unus semper altero major sit: & inde nomen natum significat. Vide omnino Salmas. Exercitat. Plinianis. ¶ 2. Qui & ex Columellæ lib. 12 c. 10 observat, *Vnionum* nomen ad cæpas translatum: Eas videlicet, quæ simplices sunt, nec fructificarunt, & nullas sobolles adhærentes habent. ¶ 3. Pueros formosos *Vniones* vocat Martialis lib. 12 epigr. 49. vide Barth. ad Stat. Silv. p. 155, & ad lib. 3 Theb. p. 754.
Vnio, ōnis, fœm. item, unio, ire, unitas, unitio, &c. vide mox in *Vnus*.
Vniversalis, universus, &c. vide supra *Verto*.
VNQVAM, adverb. aliquo tempore, wolë, iemahls, oder zu einer zeit. Terent. Heaut. 5, 4 v. 8 *Cave posthac (si me amas,) unquam istuc verbum ex te audiam*. Cic. ad Attic. 3 epist. 12 *Ita sum afflictus, ut nemo unquam*: hoc est, *ut nemo unquam magis*. Et 4 Tuscul. c. 36 ex comico: *Quis homo te exsuperavit unquam gentium impudentiâ?* Virg. eclog. 1 v. 36 *Non unquam gravis ære domum mihi dextra redibat*.
¶ Nunquam, non unquam, nullo tempore, niemahls, nimmermehr. Sic, *Nunquam ante hunc diem*, Plaut. Stich. 1, 3 v. 111. Et Cic. in Acad. 1 c. 1 *Illud mihi ante hoc tempus nunquam in mentem venit a te requirere*. Sallust. Jugurth. c. 95 *Nunquam super industriam fortuna fuit*. Et Terent. Adelph. 4, 2 v. 31 *Scio ubi sit, verum hodie nunquam monstrabo tibi*: & Virg. eclog. 3 v. 49 *Nunquam hodie effugies*. ¶ 2. Ponitur eleganter aliquando in sententiæ fine. Cic. de Invent. 1 c. 1 *Eloquentia sine sapientia nimium obest plerumque, prodest nunquam*.
¶ 3. Interdum & in majorem negationis significationem ponitur, sicut ait Donatus in Terentii illud Phorm. 1, 2 v. 70, *Ille me indotatam virginem atque ignobilem daret illi? Nunquam faceret*, id est, nullo modo faceret, nimmermehr. ¶ 4. *Nunquam non*, apud Sueton. in Tiberio c. 69, & de Grammat. c. 12 pro *semper*. Et Seneca epist. 11 *Nunquam non erubuit* ¶ 5. *Nonnunquam*, idem est quod *aliquando*, bißweilen, zuzeiten. Terent. Eunuch. 2, 3 v. 76 *Cibum nonnunquam capiet cum ea*. Cic. ad Lucilium 5 fam. epist. 8 *Quædam pestes hominum laude aliena dolentium, & te nonnunquam a me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi*. Adde supra *Non*.
V̆NVS, a, um, a græco ἕς, ἑνός, est numeri, einer; ut, *Vnus e vulgo*, Quintil. 8 c. 4. Et Cic. in Catil. 3 c. 7 *Vnus erat timendus ex omnibus*. Habet & pluralem numerum: Sic, *unas ædes, unas nuptias*, Terentius dixit: illud Eunuch. 2, 3 v. 75; hoc Andr. 4, 1 v. 51. Et, *Vnis moribus*, Cic. pro Flacc. c. 26. Virg. Æn. 2 v. 642

Satis una superque
Vidimus excidia.

Genitivus est *Vnius*, & dativus *Vni*; ut, *Vnius ob noxam*, Virg. Æn. 1 v. 41. *Huic uni culpæ succumbere*, Idem Æn. 4 v. 19. ¶ 2. *Vnus aliquis*, eben einer; ut, *Confugere ad unum aliquem virtute præstantem*, Cic. 2 Offic. c. 12, zu einem sonderlich. Sic, *Vna atque eadem nox*, Idem in Verr. 5 c. 35. ¶ 3. Non raro & pronomen omittitur: & *unum* pro eodem ponitur. Cæs. 3 de B. C. c. 15 *Atque uno etiam tempore accidit*. ¶ 4. *Vnus & alter* pro duobus, aut aliquot, indefinite, Horat. 2 epist. 1 v. 74, einer und der andere. *Vnus atque alter dies*, ein paar tage. Item, *Vnus aut alter*: Cic. ad Attic. 7 epist. 8 *Quid est tantum in uno aut altero die?* Sic Terent. Andr. 1, 1 v. 50 *Vnus & item alter*, einer und aber einer. Seneca epist. 7 *Aliquis fortasse unus aut alter incidet*. Et Cic. 4 Verr. c. 29 *Dies unus, alter, plures*,

plures, non refert. Idem 1 Acad. c. 5 *Fuit ergo jam accepta a Platone philosophandi ratio triplex. Vna de vita & moribus: altera de natura & rebus occultis: tertia de disserendo.* Idem Cic. Offic. 1 c. 32 *Cum duas cerneret vias, unam virtutis, alteram voluptatis,* &c. Sed Aurel. Vict. Epit. c. 41 *Pater & filius unus post unum interiere.* ¶ 5. *Vnus* pro unicus, der einzige. Plautus Pseudolo 1, 1 v. 51

Priusquam hinc obiit, quindecim mille minas
Dederat, nunc unæ quinque remorantur minæ:

id est, solæ, vel quinque tantum. Virg. 2 Æn. v. 426

cadit & Ripheus justissimus unus
Qui fuit in Teucris.

Ita enim Servius τὸ *unus* interpretatur. Cic. 1 Tusc. c. 12 *Itaque unum illud insitum erat priscis illis:* id est, præcipue. Sed nihil impedit, *Vnum* utroque in loco *Solum* interpretari. Virg. eclog 7 v. 2

Compuleruntque greges Corydon & Thyrsis in unum.

Sallustius Jugurth. c. 51 *Paullatim milites in unum conducit,* &c. Sunt autem hæc talia elliptica, ut vel locus vel aliud aliquid subintelligendum veniat. Nam plena oratione Cæsar usus 3 de B. Civ. c. 73 scribit: *Oppugnatione dimissa coactoque in unum locum exercitu,* &c. Et Cic. 1 de Invent. c. 52 *Vnum in locum cogi, unum sub aspectum subjici.* ¶ 6. *Ad unum,* id est, nemine, vel ne uno quidem excepto: Virg. 5 Æn. v. 687 *Jupiter omnipotens si nondum exosus ad unum*
Trojanos.

Cic. 12 fam. epist. 14 *Onerariæ omnes ad unam a nobis sunt exceptæ.* Et Curt. 4, 1, 33 *Ad unum omnes cum ipso duce occisi sunt.* ¶ 7. *Vnus* etiam pro quidam, sive aliquis ponitur, plane ut nos dicimus, es war ein mann, quidam vir erat. Plautus Truc. 1, 2 v. 32

Quis is est homo, Astaphium? unusne amator?

Idem ibid. 2, 1 v. 39 *Sed est hic unus servus violentissimus.*

Catullus epigr. 22 v. 9 *Hæc cum legas, tum bellus ille & urbanus*
Suffenus, unus caprimulgus aut fossor
Rursus videtur.

Cicero 13 fam. epist. 46 *Lucio Egnatio, uno equite Romano, vel familiarissime utor.* Ovidius 6 Metam. v. 578

Profectaque tradidit uni,
Vtque ferat dominæ gestu rogat:

Vni, id est, cuidam. Seneca 3 Controv. 18 *Vt illum versum, quo ajebat, unum meliorem inveniri non posse.* Apulejus in Floridis p. 601 *Corvus & vulpes unam offulam viderant.* Sueton. Cæs. c. 41 *Rapta ab uno nuba.* Plura exempla adduximus, ut evidentius pateret, diligentissimum Vossium humani aliquid passum, cum hanc eloquendi rationem non satis latinam atque vel germanissantem vel gallissantem existimaret lib. 1 de Vitiis Sermonis c. 33 extr. conf. Vorst. de Latinitate merito suspecta c. 2 p. 22, & de falso suspecta p. 4, 41 & 297; & Borrich. Cogit. p. 265. ¶ 8. *Vno animo,* einmüthiglich, Terent. Hecyr. 2, 1 v. 4. Et Cicer. ad Attic. 1 epist. 19 *Vna voce senatus frequens retinendum me in urbe censuit.* ¶ 9. Sed, *Vnum hoc vos oro,* Terent. Eunuch. 5, 9 v. 54. *Illud curo unum,* id est, solum, Idem Adelph. 3, 3 v. 82, das allein. Et Cic. 4 fam. epist. 13 *Nigidio uni omnium doctissimo ne benigne quidem polliceri possum.* ¶ *Vnus* pro primo. Cic. de Senect. c. 5 *Qui uno & octogesimo anno mortuus est.*

¶ Vnà, adverb. idem quod *simul,* zugleich, mit einander; ut, *Vna mecum,* mit mir zugleich: Terent. Adelph. 4, 3 v. 7 *Quæso ut una mecum ad matrem virginis eas.* Et in Phorm. 3, 3 v. 23 *Vna tecum bona malaque tolerabimus.* Cic. de Amicit. c. 10 *Amores una cum prætexta ponere.* Et lib. 7 ad Attic. epist. 10 *Si Pompejus in Italia consistit, erimus una,* wir werden bey einander seyn.

¶ Vnĭter, adverb. pro unà, & conjunctissime. Lucretius non semel posuit; ut lib. 3 v. 850

Sic, ubi non erimus, cum corporis atque animaï
Discidium fuerit, quibus & sumus uniter apti.

Adde ibidem v. 858, & lib. 5 v. 538, & 556, & 559. Fortunatus 5 carm. 4 v. 55 ex Broweri emendatione: *Cur non uniter itis?*

Carolus du Fresne in Glossar. interpretatur *unum iter,* forte quod inde contractum sit: sed potest etiam simplex adverbium esse, quod, qui una eunt, unum iter etiam faciunt.

¶ Vnĭtas, ātis, convenientia aut conjunctio, die einigkeit, einerley beschaffenheit. Seneca de Vita Beata c. 8 extr. *Virtutes ibi esse debebunt, ubi consensus atque unitas erit: dissident vitia.* ¶ 2. Sed, *Vnitas coloris,* apud Columell. 7 c. 3. *Vnitas foliorum,* apud Plin. 16 c. 22, pro indiscreta similitudine, eine gleichheit, gleiche gestalt. Idem lib. 7 c. 12 *Toranius Antonio jam Triumviro eximios forma pueros, alterum in Asia genitum, alterum trans Alpes, ut geminos vendidit, tanta unitas erat,* id est, similitudo. ¶ 3. Dicitur de iis, quæ commiscentur ita, ut unum fiant, die vereinbahrung. Celsus 4 c. 19 *Donec omnia, quæ indita sunt, liquata in unitatem quamdam coëant.* Et lib. 7 c. 4 *Linum duplex triplex tortum ut unitas facta sit.*

¶ Vnio, ōnis, fœm. die vereinigung; ut, *Vnio duarum in Christo naturarum,* pro copulatione seu conjunctione, Theologis necessaria dictio. ¶ 2. Sed *Vnio* pro fœdere & concordia apud classicos vix reperitur: vide quædam ex Hieronymo in Cellarii Cur. poster. p. 328. ¶ 3. Pro *Vnitate* Hieronymus in Amos c. 5 *Decas decima unione completur.* Et Tertull. de Monogam. c. 4 *Denique perseveravit unio conjugii.* Nam & hic magis conjugii unitatem, sive monogamiam, quam conjunctionem significat. ¶ 4. De *Vnione,* masc. gen. vide supra seorsum.

¶ Vnio, ivi, ītum, ire, unum facere, vereinigen. Tertullianus de Anima c. 17 *Cælum mari unitur, ubi visio absumitur.* Sulpic. Severus 2 Hist. S. c. 43 *Legatos Ariminensis concilii compellit imperator univi hæreticorum communitioni.* Antiquior auctoritas forte non superest.

¶ Vnītus, a, um, vereiniget, Senecæ est, qui lib. 2 Quæst. Nat. dixit *unita corpora.* Et Arnob. lib. 3 *Consensionis unitæ animositas.* Adde, si lubet, Curas Cellarii poster. p. 157.

¶ Vnītio, ōnis, die vereinigung. Quæ vulgo *Vnio* appellatur, Fulgentius de Incarnatione Domini c. 3 *Vnitionem naturarum* rectius vocat. Nam ut ab audire *Auditio* est: ita ab unire *Vnitio.* Et Evodius ad Augustinum epist. 246 *Connexio atque unitio rationis ad Deum.*

¶ Vnĭcus, a, um, einzig und allein; ut, *Solatium unicum in malis,* Cic. 4 fam. epist. 4, einiger trost. ¶ 2. Est *Vnicus* aliquando singularis, præstans, excellens, fürtrefflich. Plautus Asinariâ 4, 1 v. 3 *Nam tu poëta es prorsus ad eam rem unicus.* Afranius apud Festum in SAGACES: *Quis tam sagaci corde ac ingenio unico?* Liv. 24 c. 34 *Archimedes is erat unicus spectator cæli & siderum.* Ita *unicus imperator* salutatus fuit M. Salv. Otho, teste Sueton. ejus vitâ c. 7. Sic apud eumdem in Tiberio c. 2 *Assertores unici dignitatis.* Idem Tito c. 8 *Sed & parentis affectum unicum præstitit.* Et, *unica mors,* id est, egregia & singularis exempli, apud Lucanum 4 v. 509. ¶ 3. *Vnicus* etiam, qui solus natus est patri, qui cum tenerrime amentur a suis, factum est, ut tales ἀγαπητοὶ Græcis appellarentur. Plaut. Captiv. 1, 2 v. 44

HEG. *Alienus cum ejus incommodum tam ægre ferat,*
Quid me patrem par facere est, cui ille unicus?
PAR. *Alienus ego? alienus ille? ab Hegio,*
Nunquam istud dixis, neque animum induxis tuum:
Tibi ille unicus est, mihi etiam unico magis unicus:

Magis unicus, id est, magis amatus. Catullus epigr. 40 v. 5

Seu pii ad rogum fili
Lugetur, orba cum flet unicum mater.

Sedulius Acrostichide: *Zelum draconis insidi*
Et os leonis pessimi
Calcavit unicus Dei
Seseque cælo reddidit.

Vet. Gloss. *Vnicus & Vnigena,* μονογενής.

¶ Vnĭcē, adverb. idem; ut, *Vnice diligere,* Cic. 5 fam. epist. 8, sonderlich lieb haben. *Avus tuus patriam unice amavit,* Idem in Catil. 3 c. 5. *Vnice securus,* Horat. 1 oda 26 v. 5.

¶ Vnōse, adverb. id est, simul, zugleich. Pacuv. apud Nonium c. 2 n. 881 *Multa paucis verba unose enunciare.*

¶ Vno, are, id est, congregare, vereinbahren, zusammen bringen. Tertull. adv. Praxeam c. 27 *Qui unum eundemque contendunt patrem & filium, incipiunt dividere illos potius, quam unare.*

¶ Vnālĭtas, ātis, die einigkeit. Marius Victorin. 4 adv. Arium: *Triplex in singulis singularitas, & unalitas in trinitate.* vid. Barth. Advers. 42 c. 9.

I. Composita cum nominibus, &c.

¶ Vnanimis & Vnanimus, &c. Vnicalamus, Vnicaulis, Vnicoleus, Vnicŏlor, Vnicornis, Vnicŭba, Vnicultor, Vniformis, &c. Vnigĕna, unigenitus, Vnijŭgus, Vnimammia, Vnimănus, Vnimŏdus, uniusmodi, Vnioculus & unoculus, Vnistirpis, Vniversalis, universus, &c. Univira, Vnivŏcus, Vnusquilibet, Vnusquisque, vide sub altera compositionis parte; ut, *Anima, Calamus, Caulis, Coles, Color, Cornu, Cubo, Colo, Forma, Gigno, Jugum, Mamma, Manus, Modus, Oculus, Stirps, Verto, Vir, Vox, Libet, Qui, quæ, quod.*

II. Composita cum aliis numeralibus:

¶ Vndecentum, Vndĕcim, &c. Vndecimvĭri, Vndeciremis, Vndeni, Vndenonaginta, Vndeoctoginta, Vndequadraginta, &c. Vndequinquaginta, &c. Vndesexaginta, Vndetrigesimus, Vndevicesimus, undeviginti, &c. vide in *Centum, Decem, Vir, Remus, Decem, Novem, Octo, Quatuor, Quinque, Sex, Tres, Viginti.*

III. Composita cum præposit.

¶ Adūno, are, in unum cogere, conjungere, colligere, versammlen, zusammen nehmen. Justinus 2, 12, 18 *Cum adunata omnis sociorum classis esset.* Et Palladius 3 tit. 19 *Membra divisa adunare.*

¶ Adunātus, a, um, zusammen gebracht, vereiniget. Sæpe hoc participio Justinus usus est; ut 7, 2, 12 *Adunatæ gentes variorum populorum.* Et 15, 4, 22 *Adunatis omnium sociorum copiis,* mit gesammter, zusammen gezogener macht. Item 24, 1, 5 *Adunato exercitu,* &c. Adde Borrich. Cogit. p. 40.

¶ Adunātio, ōnis, die vereinbahrung, apud Cyprianum epist. 57 c. 1 extr. & epist. 60 c. 1; sive Oxon. edit epist. 60 & 62.

¶ Coadūno, are, zusammen setzen, vereinigen. Lege 7 Digest. Ad exhibendum § 2 *Si brachium statuæ coadunaverit.* Et Dictys Cretens. Bell. Troj. lib. 4 *Haud prius abire destitit, quam reliquiæ coadunarentur.*

¶ Coadūnātus, a, um, zusammen gebracht. Aurel. Vict. Vir. illustr. c. 1 *Pastoribus coadunatis, civitatem condiderunt.* Alii: *adunatis.* Et Lege 9 § 1 Dig. de Pactis: *In unam summam coadunata.*

¶ Redadūno, are, wieder vereinigen. Hinc

¶ Redadunatio, ōnis, die wiedervereinigung. Tertull. de Resurrect. Carn. c. 30 *Recorporatio & redadunatio ossium.*

¶ Disūnio, ire, solvere unita, von einander trennen. Arnobius lib. 3 p. 116 *Disuniuntur tenacium matrimoniorum nexus.*

Vnxia, vide paullo superius in *Vngo.*

Vocabulum, vocalis, &c. vocare, vocatio, &c. vociferatio, vociferor, &c. vocito, voco, vide infra *Vox.*

VŎCŌNIA, ōrum, in generibus pyrorum sunt Plinio 15 c. 15, *Pyra scilicet viridia & oblonga.*

VOCONTII, ōrum, Galliæ Narbonensis populi in parte illa, ubi hodie Delphinatus orientalis est, & urbes Die, Vaison: Plin. 3 c. 4, & ibi Harduinus.

¶ Vocontius, a, um, adjectivum; ut, *Rura Vocontia,* apud Silium 3 v. 467. Et, *Vocontium forum,* Cic. 10 fam. epist. 34.

Vocula, voculatio, vide infra *Vox.*

VŎGĒSVS, vel Vogasus, i, mons in finibus Lingonum, a quo Mosa amnis profluit. Lucan. 1 v. 397

Castraque, quæ Vogesi curvam super ardua ripam
Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis.

VŎLA, æ, mediæ manûs & pedis superficies, die flache hand, das fußblatt. Plin. 11 c. 45 *Vola homini tantum,* &c. Pro vestigio pedis in illo Varronis est apud Nonium c. 4 n. 480 *Nec vola, nec vestigium exstat.* Et in alia ejusdem fabula: *Nec vola, nec vestigium apparet,* es ist weder strumpff noch stiel mehr übrig. Proverbialiter enim usurpatur,

patur, quemadmodum &, *Volam pedis ostendere*, de fugacibus dicitur, dem hasenpanier folgen. Hinc

¶ Evŏlo, are, verbum Plautus facit, pro furari, in Cistell. 4, 2 v. 65 *Cistellam adolescens hic mihi evolavit.* Alii *Cistella* legunt, ut non a *vola* verbum sit, sed a *volando*.

VŎLĀTERRAE, arum, Hetrutiæ oppidum, Plin. 3 c. 5.

¶ Volāterrānus, a, um, adject. ut, *Volaterrana vada*, Cic. pro Quint. c. 6. De *Volaterranis*, incolis, Idem pro Domo c. 30; & 13 fam. epist. 4 pr.

Volaticus, volatilis, volatura, volatus, vide mox in *Volo, are*.

VOLCAE, arum, Galliæ Narbonensis populi, inter Rhodanum & Garumnam, in regione, quæ hodie, *le Languedoc*, latine *Occitania* appellatur. Erant divisi in *Volcas Arecomicos*, ortum versus habitantes, quorum Narbo & Nemausus fuit: & *Volcas Tectosages*, quorum caput fuit Tolosa. Mentio eorum non rara apud Cæsarem: etiam apud Livium, Plinium, alios.

VOLCĀTIVS, i; Multi memorantur hoc nomine insignes viri. *Volcatius Tullus*, consul Romanus, qui Catilinam a consulatus petitione deterruit. vide Asconium Pedianum in Orat. Cic. in toga cand. p. 149. ¶ 2. *Volcatius Gallicanus*, historicus, a quo Avidii Cassii vitam habemus reliquam. ¶ 3. *Volcatius Terentianus*, scriptor rerum suorum temporum sub Gordianis. ¶ 4. *Volcatius Epidius* grammaticus, qui scripsit vitam Pompeji Magni. ¶ 5. *Volcatius Sedigitus* scripsit de Poëtis. Leguntur ejus versus de Comicis latinis apud Gell. 15 c. 24.

VŎLĒMA, ōrum, pyra Gallica magna, sic appellata, quod manum seu volam impleant, handvöllige birnen, Cato c. 7, & Colum. 5 c. 10; & Virg. 2 Georg. v. 88 *Nec surculus idem*
Crustumiis, Syriisque piris, gravibusque volemis.

Volens, volentia, vide paullo post in *Volo, ui, velle*.

VŎLĔSVS, i, Sabinus, qui cum Tatio Romam venit. vid. Ovid. ex Ponto 3 epist. 2 v. 105. ¶ 2. *Volesus*, sub Augusto proconsul Asiæ, cum trecentos una die securi percussisset, incedens inter cadavera, græce proclamavit, *o rem regiam!* vid. Seneca de Ira 1 c. 5.

VOLGAE, arum, iidem, qui *Volcæ*. vid. Cic. pro Fontej. c. 8.

VOLGIŎLVS, i, instrumentum rusticum est, quo quid complanatur aut æquatur, ein schlegel, damit man etwas gleich und eben macht. Plin. lib. 17 c. 10 de semine cupressi: *Seritur mense aprili, area æquata cylindris aut vulgiolis, densum.*

Volitatus, volĭto, are, vide sequens *Volo*.

VŎLO, avi, atum, are ἵπτασθαι, pennas habentium est, fliegen. Virg. 1 Æn. v. 301 *Volat ille per aëra magnum Remigio alarum.* Membranis tamen etiam *volare* dicuntur cicadæ & vespertiliones. *Volare perniciter*, Plin. 8 c. 14. *Volare gregatim*, Quinctilianus 1 c. 6. Et Plaut. in Pœnulo 4, 2 v. 49 *Sine pennis volare haud facile est*, ohne federn ist nicht gut fliegen. *Aquilam volare doces*, vide Chiliad. ¶ 2. Transfertur & ad alia, quæ celeriter feruntur: ut, *Volat navis*, es fähret geschwind. *Volat fama*, Virg. 3 Æn. v. 121. Et Terent. Hecyr. 3, 4 v. 24 *Ne me frustra illic expectet, vola*, lauff geschwind. Cic. Philipp. 10 c. 5 *Quem nisi in via caduca hereditates retardassent, volasse eum, non iter fecisse diceres.* Et, *Volant litteræ*, quæ celeriter perferuntur, Cic. ad Attic. 2 epist. 19. Et Lucret. 2 v. 206
Nocturnasque faces cæli sublime volantes
Nonne vides longos flammarum ducere tractus?

¶ Vŏlĭto, avi, atum, are, frequent. passim ac libere volitare, herumfliegen, flattern. Cic. 2 de Oratore c. 6 *Animus vacuus cura atque labore volitat*, er ist frey wie ein vogel in der lufft. *Volitare per forum, per gentes*, id est, discurrere, Cic. 2 Agrar. c. 36. Et, *Volitare per ora virorum*, in Tuscul. 1 c. 15. ¶ 2. Frequenter de illis dicitur, qui molientes moventesque aliquid terrendi aut ostentandi caussa vagabundi discurrunt, eilen. Cic. 2 in Catilin. c. 3 *Hos, quos video, volitare in foro, quos stare ad curiam, quos etiam in senatum venire*, &c. Idem pro Sextio princ. *Eos, qui omnia divina & humana violarint, vexarint, perturbarint, everterint non solùm alacres lætosque volitare*, &c. Et aliquanto post: *Cum illa conjuratio ex latebris atque ex tenebris erupisset, palamque armata volitaret.* Sæpe ita Tacitus: aliquando & Florus sic loquitur. Seneca Hercul. Oetæo v. 692
Felix alius, magnusque volet,
id est, passim se jactet ostentetque, aut efferat attollatque se: sed Gronovius *sonet* legit ex MS.

¶ Vŏlans, tis, fliegend, flüchtig, geschwind; ut, *Flammæ volantes*, Lucret. 5 v. 1190. *Nebulæ fumique volantes*, Idem 6 v. 103. Et, *Currus agitare volantes*, Virg. 3 Georg. v. 181. Absolute sunt aves, die vögel; ut, *vitæ volantum*, Idem Æn. 6 v. 728. Et ibid. v. 239
Quam super haud ullæ poterant impune volantes
Tendere iter pennis.

¶ Vŏlātus, ûs, subst. das fliegen, der flug; ut, *Volatus avium*, Cic. 1 Divin. c. 1. Et, *Volatus præceps*, Martial. 11 epigr. 92.

¶ Volatūra, æ, idem. Sic Varro antique dixit lib. 3 R. R. c. 5 *In prima volatura.*

¶ Vŏlĭtātus, ûs, idem. Fortunatus lib. 4 de vita Martini:
Ecce repens oritur variante fragore procella,
Stridula sidereo volitatu, & multa tumultu.

¶ Vŏlātĭcus, a, um, pro inconstanti, flüchtig, unbeständig. Cic. ad Attic. 13 epist. 25 *O Academiam volaticam & sui similem, modò huc, modò illuc.* Apud Senecam est epist. 42 *volaticum esse & levem.* Et Tertullianus de Pœnitentia c. 11 *Volaticum gaudium* dixit, quod breve est & cito interit. Idem lib. 1 ad Vxor. c. 4 *Temporalia & volatica desideria.*

¶ Vŏlātĭlis, e, was da fleugt, oder fliegen kan. Cic. de Nat. Deor. 2 c. 60 *Vescimur bestiis & terrenis, & aquatilibus, & volatilibus.* Ovid. Met. 10 v. 519 *Volatilis ætas*, das flüchtige leben. Et Virg. 4 Æn. v. 71 *Volatile ferrum*, i. e. sagitta, ein pfeil.

¶ Vŏlŭcer, & Volucris, cre, idem quod *velox*, schnell, behende, fliegend. Virgil. 1 Æneid. v. 317
Volucremque fugâ prævertitur Ebrum.
Sic, *Volucres equi*, Ovid. 2 Metam. v. 154. Et, *Sagitta volucris*, Virg. 5 Æn. v. 242. Sic Cic. pro Syll. c. 32 *O volucrem fortunam, quàm cito omnia ex lætitia & voluptate ad luctum & lacrymas recidunt!* ¶ 2. *Volucer* antique in neutro posuit Seneca Hercule Furente v. 1068 de somno loquens: *Volucer matris genus Astrææ.* Sed inciso forte expediri potest, si ita distinguatur: *Somne* &c. *volucer, matris genus.* Sic *volucer* cum *somne* cohæret: *genus* cum eodem per appositionem.

¶ Vŏlŭcris, is, substantiv. fœm. avis, tum quicquid volat; ut apes, &c. vögel, fliegende thiergen. Cic. 2 de Orat. c. 6 *Volucres videmus procreationis atque utilitatis suæ caussa fingere & construere nidos.* Et, *Importunæ volucres*, Virgil. 1 Georg. v. 470. Ita, *Obscenæ volucres*, Virg. 3 Æneid. v. 262; &, *pictæ*, Idem 4 Æn. v. 225

¶ Volucra, æ, vide infra seorsum.

¶ Volucrĭtas, ātis, die flüchtigkeit. Fulgent. lib. 2 Mythol. *Mundus celeri quadam volucritate versatur.*

¶ Volucrĭter, adverb. eilends. Ammianus 17 c. 3 *Volucriter congregati.* Idem lib. 39 c. 5 *Volucriter perurgebat.*

¶ Volucrĭpes, ĕdis, schnellfüßig. Sic eleganter finxit Ausonius epist. 16 extr. *Fandi modum invita accipe*
Volucripes dimetria.

Composita:

¶ Altivŏlans & Altivolus, vide supra *Altus*.

¶ Avŏlo, avi, atum, āre, wegfliegen, davon fliegen. Cic. 2 de Finib. c. 32 *Fluit voluptas corporis, & prima quæque avolat.* Et alia metaphora, Cic. lib. 9 ad Attic. epist. 10 *Experiar certe, ut hinc avolem.* Et lib. 1 Tuscul. Quæst. c. 43 *Critoni nostro non persuasi, me hinc avolaturum*, ich wolle weg eilen.

¶ Advŏlo, avi, atum, are, hinzu fliegen; ut, *Advolant aves*, Cic. 2 Nat. Deor. c. 49. *Advolare ex imo*, Plin. 9 c. 8; &, *e mari in locum*, Idem lib. 10 c. 29. Et Cic. ad Brut. epist. 10 *Advola obsecro*, id est, celerrime veni, eile herzu. Idem lib. 2 fam. epist. 27 *Oblitum putas, qua celeritate ad me Tarento advolaris?*

¶ Advŏlātus, ûs, subst. der zuflug. Cic. 2 Tuscul. c. 10, Æschyli carmen interpretans, *tristi advolatu.*

¶ Antĕvŏlo, are, voran fliegen. Virg. 9 Æneid. v. 47
Turnus ut antevolans tardum præcesserat agmen.
Et Silius 12 v. 600 *Fulvius antevolans agmen.*

¶ Circumvŏlo, are, herum fliegen. Virg. 6 Æn. v. 866
Sed nox atra caput tristi circumvolat umbra.
Adde Horatium lib. 2 satyr. 1 v. 58 similiter loquentem:
Seu me mors atris circumvolet alis.
Idem lib. 1 oda 2 v. 34 de Venere:
Quam Jocus circumvolat, & Cupido.
Et Vellej. 2, 27, 2 *Circumvolans ordines exercitus sui Telesinus.*

¶ Circumvŏlĭto, are, idem. Virgilius 1 Georgic. v. 377
Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo.
Et Silius 9 v. 421 *Sagulo circumvolitare rubenti.*

¶ Circumvolitābĭlis, e, herum fliegend, apud Martian. Capellam lib. 8.

¶ Convŏlo, are, zusammen fliegen, zulauffen. Terent. in prolog Hecyr. v. 40 *Populus convolat, tumultuantur, clamant*, das volck laufft zu hauffen, &c. Cic. pro Domo sua c. 22 *Convolarunt ex Italia ad me revocandum.*

¶ Devŏlo, are, herab fliegen, hinab fliegen, darvon eilen; ut, *Devolare de cælo*, Livius 7 c. 12. Idem lib 27 c. 11 *Priverni constat bovem locutum, vulturemque frequenti foro in tabernam devolasse* Auct. ad Herenn. 4 c. 17 *Qui fortunis inducti amicitiam ejus secuti sunt, hi, simul ac fortuna dilapsa est, devolant omnes.* Et Liv. 3 c. 15 *Præcipites pavore in forum devolant.*

¶ Evŏlo, are, ausfliegen, aufwarts fliegen; ut, *Altiùs evolare*, Cic. 1 famil. epist. 8. *Evolant & excurrunt animi foràs, corporibus spretis*, Idem de Divinat. 1 c. 50. Et de Clar. Orat. c. 78 *Vt evolare, non excurrere videretur.* Cæs. 3 Bell. Gall. c. 18 *Evolarunt ex omnibus partibus silvæ, & in nostros impetum fecerunt*, id est, proruperunt. Cic. in Somn. Scip. c. 3 *Evolare ex corporum vinculis tamquam ex carcere.* Idem de Orat. 2 c. 6 *Evolare rus ex urbe, tamquam ex vinculis.* Et Cic. pro Muræn. c. 38 *Evolare ex insidiis aliquorum*, behend entgehen.

¶ Evŏlĭto, are, idem. Colum 8 c. 8 de columbis: *Per quas* [fenestras] *ad requirendos cibos evolitant.*

¶ Evolātĭcus, a, um, flüchtig; ut, *Evolatici homines*, Plaut. Pœn. 2 v. 28.

¶ Invŏlo, are, hinein fliegen; ut, *Involare nidis*, Columell. 8 c. 3, ins nest fliegen. Sed, ¶ 2. *Involare in aliquem*, est irruere, auf einen zufahren. Terent. Eunuch. 4, 3 v. 5 *Vt unguibus illi in oculos involem venefico.* Et ibidem 5, 2 v. 20 *Vix me contineo, quin involem in capillum.* Sic, *Involare in possessionem*, Cic. 3 de Orat. c. 31. *Involat animum cupido*, Tacitus 1 Annal. c. 49.

¶ Invŏlātus, subst. ûs, verbum augurum est, cum ex volatu avium omina captant, der flug. Cic. lib. 6 famil. epist. 6 *Non igitur ex alitis involatu, nec e cantu sinistro oscinis, ut in nostra* (augurum) *disciplina est, nec e tripudiis solistimis, aut somniis tibi auguror*, &c.

¶ Invŏlātor, ōris, ein dieb. Gloss. gr. lat. κλέπτης, *fur, involator.*

¶ Invŏlĭto, are, frequentat. einher fliegen. Horat. 4 od 10 v. 3
Et, quæ nunc humeris involitant, deciderint comæ.

¶ Involŭcris, e, das nicht fliegen kan; ut, *Pulli involucres*, apud Gellium lib. 2 c 29, so noch nicht flögg sind.

¶ Intervŏlo, are, darzwischen fliegen. Valer. Flaccus 2 v. 614
Immittitque ratem, mediasque intervolat urbes,
Qua brevibus furit æstus aquis.
Idem lib. 5 v. 27 *Ille recens oculis intervolat Idmon.*

¶ Intervŏlĭto, are, idem. Livius 3 c. 10 *Carne pluit: quem imbrem ingens numerus avium intervolitando rapuisse fertur.*

¶ Pervŏlo, are, durchfliegen, dahin fliegen. Virgil. 12 Æneid. v. 474
Nigra velut magnas domini cum divitis ædes
Pervolat, & pennis alta atria lustrat hirundo.
Cic. in Somn. c. 1 *Optimæ sunt curæ de salute patriæ, quibus exercitatus animus velocius in hanc sedem & domum suam pervolabit.*

¶ Pervŏlĭto, are, frequent. idem. Virgil. 8 Æneid. v. 24

Omnia pervolitat late loca.

¶ Pervŏlitantia, æ, die schwingung. Vitruvius 9 c. 7 *Mundi circa terram pervolitantia.*

¶ Pervolātĭcus, a, um, flüchtig, unstät. Tertullianus de Anima c. 46 extr. *Non clausa vis est, nec sacrariorum circumscribitur terminis: vaga & pervolatica, & interim libera est.*

¶ Prævŏlo, are, voran fliegen. Cic. de Nat. Deor. 2 c. 49 *Grues in tergo prævolantium colla, & capita reponunt.*

¶ Prætervŏlo, are, celeriter præterire volando, fürüber fliegen, vorbey wischen. Cic. de Orat. 3 c. 59 *Sententiæ acutæ acutorum hominum sensus non prætervolant.* Et in Academ. 4 c. 13 *Hæc proposita non prætervolant.*

¶ Provŏlo, are, herfür fliegen, daher fliegen. Plin. 11 c. 10 de Apibus: *Universa provolant, si dies mitis futurus.* Livius 2 c. 46 metaphorice dixit, *Infensis hastis provolant duo Fabii, totamque moverunt secum aciem,* id est, procurrunt. Idem lib. 3 c. 62 *Provolare in locum & vicem alterius.*

¶ Revŏlo, are, zurück fliegen, wiederum fliegen. Virgil. 1 Georg. v. 361

Cum medio celeres revolant ex æquore mergi.

Cic. de Nat. Deor. 2 c. 49 *In tergo prævolantium, &c. quod quia ipse dux facere non potest, quia non habet, ubi nitatur, revolat, ut ipse quoque quiescat.* vide paullo ante *Prævolo, are.*

¶ Semivolucris, e, halb wie ein vogel. Symmachus 1 epist. 47 *Tricinium semivolucrum puellarum:* Sirenes intelligit.

¶ Subvŏlo, are, in superius volare, hinauf oder in die höhe fliegen; ut, *Subvolare in cælestem locum,* Cic. 1 Tuscul. c. 17. Et Manilius 5 v. 592

Sed pennis subvolat alte Perseus.

¶ Supervŏlo, are, drüber fliegen. Ovid. lib. 4 Met. v. 623

Despectat terras, totumque supervolat orbem.

Et Valer. Max. 4, 8, 5 *Aves quæ supervolabant.*

¶ Supervŏlĭto, are, idem. Virg. ecloga 6 v. 81

Infelix sua tecta supervolitaverit ales.

¶ Superēvŏlo, are, idem. Lucan. lib. 3 v. 299

Agmine nubiferam rapto superevolat Alpem.

¶ Transvŏlo, are, hinüber fliegen; ut, *Transvolare Alpes,* Pollio Ciceroni 10 fam. epist. 31. Et, *Transvolare in alteram partem,* pro transfugere, apud Livium 3 c. 63.

¶ Transvŏlĭto, are, idem. Lucret. 1 v. 355

Inter septa meant voces, & clausa domorum Transvolitant.

VŎLO, vŏlui, velle, a græco βύλομαι, einen willen haben, wollen. Terent. Andr. principio act. 1 *Paucis te volo,* scilicet *alloqui,* ich habe mit dir ein wort oder zwey zu sprechen. Et ibidem act. 5 sc. 3 pr. *Quis me vult?* Leges autem *volt* pro *vult* apud comicos semper. Cic. in Verr. 2 c. 7 *Volo honoris caussa eum nominatum.* Et, *Nimis vellem,* Terent. Eunuch. 4, 7 v. 16, ich wolte es überaus gern. ¶ 2. Sed in sequentibus exemplis *Volo* optandi quandam aut cupiendi habet significationem: ut, *Eamdem rem tibi volo bene & feliciter evenire,* ich wünsche 2c. Cic. 12 fam. epist. 19. Et, *Bene velle alicui,* einem wohl wollen, gutes gönnen, Terent. Heaut. 5, 2 v. 6. *Volo omnia tua caussa,* Cic. 13 fam. epist. 22. *Volo tibi hunc honorem Deum fortunare,* hoc est, vehementer cupio, Cic. 15 fam. epist. 8. Ad Ciceronem Matius lib. 11 epist. 28 *Velle salvam rempublicam,* wünschen daß 2c. Hinc Cicero pro Lege Manil. c. 16 *Velle & optare* conjunxit: *Quod,* inquit, *cum communis salutis atque imperii; tum ipsius hominis* [Pompeji] *caussa velle & optare debetis.* ¶ 3. *Velim, pervelim,* hoc est, vehementer cupiam, ich wolte gern. Plautus Trucul. act. 2 sc. 5 extr. *Vt veniret miles, velim.* *Pervelim* vide in compositis. ¶ 4. *Velim, ut velles:* elegans formula, qua utebantur significaturi, sibi ægre esse, quod alteri haud bene esset; seque velle ac optare adeo, ita ei esset, ut vellet ipse. Plautus Mostell. 3, 2 v. 53

Velim ut velles, Tranio: sed quid est negotii?

Seneca epist. 67 *Aspice M. Catonem sacro illi pectori purissimas manus admoventem, & vulnera parum demissa laxantem, utrum illi tandem dices,* VELLEM QVAE VELLES? *Et* MOLESTE FERO? *an* FELICITER QVOD AGIS? Contraria formula alia, *Nollem quæ velles,* de qua dissuasuri aliis id, quod volebant agebantque, utebantur, quasi detestarentur, & improbarent, quæ ille alter facta vellet. Atque hac formula hîc usum Senecam, Erasmus Gruterusque volunt, leguntque adeo: *Nollem, quæ velles & moleste fero,* &c. me sane non ita invito. Huic enim formulæ recte conjungitur altera, *Moleste fero:* opponitur vero *Feliciter quod agis.* Sed illud alterum tuetur Muretus 9 Var. Lect. c. 8. ¶ 5. *Velle alicui factum;* etiam bene precandi formula est, optantium, ut fiant, quæ alter sibi evenire cupiat. Apulejus Apologiâ: *Sicinium Pontianum, cui factum volo.* Symmachus 1 epist. 60 *Gelatius, cui factum volo.* Terent. Adelph. 5, 7 v. 20 *Te video nostræ familiæ tam ex animo factum velle.* Gell. 7 c. 3 *Cum utiles illi essent & vellent regi esse factum.* ¶ 6. Sed, *Quid istuc sibi vult?* was soll das seyn? ut, *Quid sibi equestres statuæ volunt?* Cic. in Verr. 2 c. 61. Et, *Nec satis intellexi, quid verba ista vellent,* Idem de Legibus 3 c. 14. Et Terentius Andr 2, 3 v. 1 *Quid igitur sibi vult pater? quid simulat?* Vbi Donatus: *Stomachose,* inquit, *hoc dixit:* ut Virgilius: QVID VVLT CONCVRSVS AD AMNEM? Idem Terent. Heaut. 4, 1 v. 23 *Quam bene abs te prospectum est? quid voluisti?* was hast du doch gedacht? Seneca de Benefic. 4 c. 22 *Nec ulla iniquitate me eo fortuna perducet, ut hanc vocem audiat:* QVID MIHI VOLVI? QVID MIHI NVNC PRODEST BONA VOLVNTAS? Virgil. eclog. 2 v. 58 *Eheu, quid volui misero mihi? floribus austrum*

Perditus, & liquidis immisi fontibus apros?

¶ 7. *Velis, nolis; velit, nolit; velint, nolint,* i.e. seu velint, seu nolint, sie wollen oder wollen nicht. Cic. ad Qu. fratr. 3 epist. 8 *Velit, nolit, scire difficile est.* Et Plinius Panegyr. c. 20 *Futuri principes, velint, nolint, sciant* &c. ¶ 8. *Volo* in Edictis imperatorum non modo suadendi auctoritatem habere, sed ponendi etiam necessitatem importare, JCti notant: arg. lib. 1 ff. de Constit Princip. Bartolus h. l. n. 2 & Coras. n. 5.

¶ Vŏlens, tis, willig, gutwillig, günstig. Livius 7 c. 26 *Precatus, volens propitiusque sibi adesset.* Et Vellej. 2, 62, 3 *Pecunias a volentibus accipere.* ¶ 2. *Volenti mihi est,* id est, volo: Tacitus 3 Hist. c. 43 *Certis remanere & in verba Vespasiani adigi volentibus fuit.* Idem in Agricola c. 18 *Initio erecta provincia, ut, quibus bellum volentibus erat.* Similiter & verbo *cupere* usus est; ut 1 Annal. c. 59 *Quibusque bellum invitis aut cupientibus erat.* Macrob. Saturn. 1 c. 7 *Si volentibus vobis erit.* ¶ 3. Est & hac formula Tacitus usus, ut *Volentia* pro iis diceret, quæ grata acceptaque sint, & maxime velit aliquis ac exoptet, gefällig, angenehm; ut lib. 15 Annal. c. 36 *Hæc atque talia plebi volentia fuere.* Et rursus 3 Histor. c. 52 *Iique omnes de destinatione Primi ac Vari sinistre, & Muciano volentia rescripsere.* In utroque imitatus Sallustium suum est, cujus verba in Jugurtha c. 100 ista sunt: *Præterea alios super vallum munimentis locare, vigilia ipsa circuire, non ita diffidentia futurum, quæ imperavisset, quàm uti militibus exæquatus cum imperatore labor volentibus esset.* Idem eadem Historia c. 73 *Litteris, quæ de Metello ac Mario missæ erant, volentia de ambobus acceperant.* conf. Nonius c. 2 n. 900

¶ Vŏlenter, adverb. idem. Apulejus Met. lib. 6 p. 178 *Perrexit Psyche volenter,* &c.

¶ Volentia, æ, die willigkeit. Solinus c. 36 *Volentia resistendi prompta.* Et Apulej. Met lib. 11 *Alicujus volentiâ fretus.*

¶ Vŏlo, ōnis, qui volens, non coactus meret, ein volontaire, freywilliger soldat. *Volones,* inquit Festus, *dicti sunt milites, qui post Cannensem cladem usque ad octo millia, cum essent servi, voluntarie se ad militiam obtulêre.* Macrob. Saturn. 1 c. 11 *Bello Punico, cum deessent qui scriberentur, servi pro dominis pugnaturos se polliciti, in civitatem recepti sunt: &* VOLONES, *quia sponte hoc voluerunt, appellati.* Passim horum VOLONVM meminit Livius in bello Punico, ut lib. 23 c. 35 *Vetus miles tironi, liber voloni exæquari sese sineret.* Ibidem paullo ante: *Vt tirones (ea maxima pars volonum erat,) adsuescerent signa sequi.* Et Marcus Anton. philosophus *Voluntarios* dixit: Capitolinus ejus vitâ c. 21 *Instante sane adhuc pestilentia, & Deorum cultum diligentissime restituit & servos, quemadmodum bello Punico factum fuerat, ad militiam paravit, quos* VOLVNTARIOS *exemplo* VOLONVM *appellavit.* Livius quoque dicto loco *Voluntariorum* meminit; sed qui diversi ab istis. Nam Marci *Voluntarii* sunt iidem, qui *Volones* Livii, nempe servi: at vero Livii *voluntarii* sunt homines ingenui ac liberi: vide paullo post in *Voluntarius.* Adde Casaubon. in Capitolini Marcum d. l.

¶ Vŏluntas, ātis, quæ quid cum ratione desiderat, der wille, die beliebung. Cic. ad Attic. 12 epist 26 *De voluntate tua, ut simul simus, vel studio potius & cupiditate, nihil dubito.* Et, *Facere aliquid ex alicujus voluntate,* Cic. ad Planc. 13 fam. epist. 30. *Habere voluntatem nocendi,* Idem 2 de Orat. c. 74. Et, *In voluntate ea non fuisse, in qua alius est,* Cic. pro Ligario c. 2. Et in Catilin. 3 c. 9 *Diis iis mortalibus ducibus hanc mentem voluntatemque suscepi,* GOtt hat mirs eingegeben. Sic, *Abjicere voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi,* Cic. 2 de Orat. c. 33. *Abhorret voluntas ejus a me,* er will mein nicht, Idem 2 fam. epist. 17. Et 3 epist. 6 *Alienare a se voluntates omnium,* &c. Terent. Adelph. 3, 4 v. 44 *Quod jus cogit, id voluntate imperet.* Sic Cic. pro Muræn. c. 17 *Nihil obscurius hominum voluntate.* Et ad Brutum epist 1 *Non soleo, mi Brute, temere affirmare de altero; est enim periculosum propter occultas hominum voluntates, multiplicesque naturas.* vide *Affirmare* sub *Firmo.* Livius 1 c. 28 *Albana pubes inermis ab armatis septa in variis voluntatibus communi tamen metu cogente silentium tenet.* ¶ 2. Consilium, propositum, das absehen, vorhaben. Nepos Lysandr. c. 2 *Voluntatem occultare.* Et Cic. pro Lege Manil. c. 16 *Pompeji semper voluntatibus omnes cives assenserunt.* ¶ 3. Benevolentia, das wohlwollen. *Quâ voluntate esset in regem,* Nepos Datame c. 5. Et Terentius in prolog. Phorm. v. 30 *Voluntas vestra si ad poëtam accesserit,* hoc est, benevolentia seu favor, euer guter wille. *Voluntas propensa,* Cic. 2 Offic. c. 20, geneigter wille, gunst. Idem 6 fam. epist. 9 *Vt ad eam voluntatem, quam tua sponte erga Cæcinum habiturus esses, tantus cumulus accedat commendatione mea* Et Vellej. 2, 52, 4 *Hujus voluntatis erga Brutum suæ postea vir tam mitis pretium tulit.*

¶ Vŏluntārius, a, um, quod sponte fit, gutwillig, freywillig; ut, *Voluntarius adest,* Livius 1 c. 59. *Auxilia voluntaria,* quæ sponte dantur, Cic 15 fam. epist. 4. Et Livius 31 c. 8 *Voluntarios, quos posset, duceret, invitum ne quem militem ducendi jus esset.* Sic, *Interitus voluntarius,* Cic. pro Marcell. c. 5. Et, *Consciscere sibi mortem voluntariam,* Idem ad Marium 7 fam. epist. 3, sich selbst entleiben. Quod mortis genus improbandum, quamlibet laudatum a Stoicis. ¶ 2. *Voluntarii,* apud Livium 1 c. 30 milites sunt diversæ conditionis a *Volonibus,* de quibus supra: liberi nempe homines, non servi: qui cum vel propter ætatem, vel quod legitima stipendia fe.issent, cogi non possent, sponte militabant, EVOCATI postea dicti sunt, hoc est, inquit Dio, ἀνάκλητοι. v. Casaubonus in Capitolini M. Anton. Philos. vide & supra in *Volones,* & infra in *Vox, Evocati.*

¶ Voluntārie, adverbium, animo promto, non coacto, sua sponte, gern, williglich. Cæsar de Bell. Civ. 3 c. 91 *Eum milites electi voluntarie sunt prosecuti.* Alii *voluntarii* legunt. Livius pro eo *Voluntate sequentes* dixit lib. 3 c. 69. Nam ablativus sæpe adverbii loco est. Posteriores frequentius utuntur: Arnobius lib. 2 p. 74 *Ita perficitur, ut nihil intersit omnino, voluntarie venerint, an illius obtemperaverint jussioni.* Hyginus fabulâ 41 *Voluntarie se ad Minotaurum pollicitus est ire.* Et Hieronymus epist. 85 ad Evagrium, ἑκουσίως 1 Petri c. 5 v. 2 vertit *voluntarie,* ubi Vulgatus Interpres *spontanee:* sed idem vetus interpres sequentem vocem προθύμως pariter *voluntarie* reddidit.

¶ Voluntariò, adverb. ex Livii 1 c. 30 quidam adferunt: sed Gronovius ibi & Gruterus *voluntarios* legunt.

Composita varia:

¶ Benevŏlens, benevolentia, benevolus, &c. vide supra in *Bonus.*

¶ Invŏlentia, æ, alias nolentia, der unwille. Salvianus lib. 7 de Gubern,

bern. Dei: *Etsi involentiâ non carent, malevolentia carent.* Quamquam in Baluzii edit. p. 166 inveniatur *vinolentia*.

¶ Invŏluntas, ătis, idem. Tertulliani verbum in Apolog. c. 45, *Ex involuntate*, inquit, *seu necessitate delinquens.* vide ibi Rigaltium.

¶ Involuntārius, a, um, unwillig, mit unwillen. Nostrorum usu temporum, quam antiquitatis auctoritate, notius est, nisi quod Cœl. Aurel. Tard. 1 c. 4 *involuntarium actum* dixit.

¶ Malevŏlens, malevolentia, malevolus, vide supra in *Malus*.

¶ Mālo, mālui, malle, est magis velle, lieber wollen. Cic. 15 ad Attic. epist. 18 *Domi manere si recte possim, multo malim.* Idem ad eumdem lib. 8 epist. 7 *Malo, me cum Pompejo vinci, quam cum illis vincere.* Et ibid. 13 epist. 22 *Scripta nostra nusquam malo esse, quam apud te.* Et Antonius Ciceroni sub lib. 14 ad Attic. epist. 13 *Arbitror, malle te quietam senectutem potius agere quam solicitam.* Et, *Cato ipse servire quam pugnare mavult*, ibidem 7 ad Attic. epist. 15. Per Pleonasmum non inelegantem JCtos & *magis malle* dixisse, observat Scipio Gentilis lib. 1 Parerg. ¶ Mavolo, *mavellem*, *mavelim*, Plautus dixit plene, & unde illud est: & quidem *mavelo*, Asinar. 5, 1 v. 8; *mavelis*, Captiv. 2, 2 v. 20; & *mavellem*, Amphitr. 1, 3 v. 14 &c.

¶ Præmalle, dixit Apulejus lib. 3 Milef. *Adjuro per dulcem istum capilli tui nodulum, quo meum vinxisti spiritum, me nullam aliam meæ Fotidi præmalle.*

¶ Multivŏlus, multa volens, vide supra *Multus*.

¶ Nōlo, nōlui, nolle, est non velle, nicht wollen. Cic. in Orat. c. 45 *Libenter copulando verba jungebant: ut sodes, pro si audes, nolle pro non velle.* Ter. Adelph. 2, 1 v. 8 *Tu quod te posterius purges, hanc injuriam mihi nolle factam esse* &c. Et, *Non nolle*, pro velle, Cic. in Verr. 2 c. 74. Idem ad fam. 1 epist. 1 *Cui qui nolunt, iidem tibi non sunt amici*, die ihm nicht günstig seyn, sind dir auch nicht gewogen. ¶ 2. *Nevis* pro non vis, & *Nevult* pro nonvult, ἀρχαϊκῶς apud Plautum sæpe dicitur; e. g. *Nisi tu nevis*, wenn es dir nicht zu wider ist, in Trin. 5, 2 v. 32. *Multa eveniunt homini, quæ vult, quæ nevult*, ibid. 2, 2 v. 80. conf. Nonius c. 2 n. 581.

¶ Nōlens, tis, der nicht will; ut, *Nolens volens.* Lucan. 1 v. 274

Nolente senatu
Traximus imperium.

¶ Nōlentia, æ, der unwille. Tertull adv. Marc. 1 v. 25 *Indignatio, bilis, nolentia, offensa.*

¶ Nōluntas, ātis, idem. Ennius usus est apud Calpurnium Pisonem:

Vim tua noluntas facit imperiosa vetando.

Item Augustin. de Civ. D. 14 c. 6. vid. Voss. de Vit. L. L. 3 c. 23.

¶ Omnivŏlus, vide supra in *Omnis*.

¶ Pervĕlim, valde velim, vehementer cupio, ich wolte gern. Cicero epistolâ omnium prima ad Atticum: *Quod abs te mihi ignosci pervelim.* Idem pro Sylla c. 7 *Scire ex te pervelim.* Livius 8 c. 18 *Illud pervelim falso proditum esse.* In alia, præter hanc primam, persona & forma non facile invenies, nisi quod Livius *pervelle* infinito modo dixit lib. 39 c. 43; *Illam*, inquit, *negasse, unquam vidisse quemquam securi ferientem, & pervelle id videre.* Adferunt ex Plauti Pseudolo 1, 2 v. 73 *qui pervolunt*: sed libris melioribus est, *quod volunt.*

VŎLŎGĔSES, is, vel Vologesus, i, Parthorum rex, tempore Neronis, de quo multa Tacitus. ¶ 2. Filius hujus cognominis est apud Capitolinum in M. Antonino Philosopho.

VOLSCI, orum, populi Latii subacti a Romanis, de quibus Livius lib. 3 & 4; Plin. 3 c. 5; & Virg. Georg. 2 v. 168. Adjective idem Virg. Æn. 7 v. 803 *Volsca de gente Camilla.*

Volsella, vide supra in *Vello*.

VOLSĬNIUM, i, Tusciæ urbs Ptolemæo 3 c. 1. Hodie *Bolsena*. Eadem urbs *Volsinii, orum*, apud Livium 7 c. 3; & 10 c. 37; & apud Juvenalem sat. 3 v. 191. Hinc

¶ Volsinius, a, um, adject. ut, *Tribu Volsinia*, Cic. pro Planc. c. 16.

¶ Volsiniensis, e, aliud adject. & incolæ *Volsinienses*, Liv. 5 c. 32; & lib. 9 c. 41.

VOLTUMNA, æ, Dea a *bene volendo* dicta. Hinc *Voltumnæ fanum*, locus Etruriæ apud Ciminum montem, cujus meminit Livius 4 c. 23 & 61; & lib. 5 c. 17.

Volubilis, volubilitas, Volucer, cris, &c. vide *Volvo*, *Volo*, *are*.

VŎLUCRA, æ, eine raupe. Columella de Arboribus c. 15 *Genus est animalis, volucra appellatur, id vero prærodit teneros adhuc pampinos & uvas.* Vermiculus ergo est, qui & *Convolvolus*, & *Volvox*, & *Involvolus* dicitur, de quibus mox in *Volvo*.

Volumen, voluminosus, vide mox *Volvo*.

VOLUMNIUS, i, philosophus, ex partibus Bruti & Cassii, qui de pugna, illis fatali ad Philippos, scripsit; de quo & aliis hujus nominis Voss. de Hist Lat. 1 c. 17.

¶ Volumnia, æ, uxor Coriolani, apud Livium 2 c. 40.

Voluntarius, voluntas, &c. vide *Volo*, *ui*, *velle*.

VOLVO, volvi, vŏlūtum, volvĕre, κυλίειν, versare, rollen, wältzen; ut, *Quam citatissime aliquid volvere*, Quintil. 1 c. 1. *Saxum ingens volvunt alii*, Virg. Æn. 6 v. 616. *Olim volventibus annis*, mit der zeit, Idem Æn. 1 v. 238. Et 1 Æn. v. 115 *Pronusque magister*

Volvitur in caput:

id est, præcipitatur, er wird gestürtzet. ¶ 2. Cic. de Orat. 3 c. 47 *Complexio verborum, quæ uno spiritu volvi potest*, was in einem athem heraus gestossen wird. Sic, *Celeriter verba volvens*, Idem de Clar. Orat. c. 70. ¶ 3. Virg. 1 Æn. v. 305

At pius Æneas per noctem plurima volvens:

id est, in animo versans, secum cogitans. Sic, *Secum aliquid volvere*, Livius 26 c. 7, bey sich bedencken, behertzigen. Et, *Iras in pectore volvere*, Idem lib. 35 c. 18.

¶ Vŏlūtus, a, um, gewältzt, fortgetrieben; ut, *Fluctus volutus ad terras*, Virg. Georg. 3 v. 238. *Lacrymæ per ora volutæ*, Idem Æn. 10 v. 790.

¶ Volūta, æ, subst. a *volvendo* vocabulum architectonicum & artis proprium. Quo designatur præcipua capituli in columnis Ionici generis pars, pulvini nimirum, qui inter abacum ibi echinumque oblongus est positus, cujus extremitates in cochleæ morem circinantur & convolvuntur. *Has* itaque Vitruvius 3 c. 3 *Volutas*: juniores *cochleas* dixerunt, rund ausgeschnittene arbeit. Vide Vitruvianos interpretes, præcipue Baldum. Demonstrationem *Volutæ* Nicolaus Goldmannus dedit.

¶ Vŏlūtus, ûs, subst. die wältzung. Apulej. in Florid. *Dedit volatus avibus, volutus serpentibus.*

¶ Volutīna, æ, Dea, quam inter agrorum Deas præfecerunt involumentis folliculorum. vid. Augustin. de C. D. 4 c. 8.

¶ Vŏlūto, avi, atum, are, verbum frequentativum, herum wältzen; ut, *Volutari in luto*, Cic. in Verr. 4 c. 24. Et Declamat. in Sallustium post princip. *Nihil aliud studet, nisi ut lutulentus sus, cum quovis volutari.* Sic, *In omni genere scelerum & flagitiorum volutari*, Cic. 9 fam. epist. 3. *In omni dedecore volutari*, Auctor ad Herenn. 4 c. 13. Et, *Volutari inter mala plurima*, Seneca de Vita Beata c. 24. ¶ 2. Sed, *Volutare in animo*, &, *animo secum aliquid volutare*, betrachten, bedencken, Livius 28 c. 18.

¶ Volutātus, a, um, herum gewältzt. Cic. ad Quint. fratr. 2 epist. 15 *In Callisthene & Philisto te video volutatum*; i. e. cum labore versatum.

¶ Volutatus, ûs, subst. die wältzung, umtreibung; ut, *Pulverem volutatu colligere*, Plin. 10 c. 4. Pluraliter Apulejus lib. 4 de Asino p. 144 *Pondere liberatus, lassitudinem, vice lavacri, pulveris volutatibus digerebam.*

¶ Vŏlūtātio, ōnis, idem; ut, *In luto volutatio generi* (suum) *grata*, Plin. 8 c. 51. De volutationibus ad pedes eorum, quibus supplicabatur, vide, quæ notat Passerat. ad Propert. lib. 3 eleg. 8. Ad animum transfert Seneca de Tranquillit. animi c. 2 *Tædium & displicentia sui, & nusquam residentis animi volutatio.*

¶ Volutātim, adverb. gebalgt. Plaut. Milite 2, 5 v. 40 *Volutatim domum te rapiam*, id est, volutando. Sed dubia & suspecta lectio est.

¶ Volutabundus, a, um, volutans, sich wältzend. Cic. de Rep. lib. 2 apud Nonium c. 8 n. 64 *libidinoso, & volutabundo in voluptatibus.*

¶ Vŏlūtabrum, i, locus, ubi sues volutantur, eine mistpfütze, saulache. Virg. 3 Georg. v. 411 *Sæpe volutabris pulsos silvestribus apros*

Latratu turbabis agens.

Sic, *Sus in volutabro cœni*: vide Chiliadas. Petr. Chrysologus Serm. 2 *Qui proni in terram vivunt, æstus carnis in volutabro luti temperant.* Et Salvianus lib. 1 contra Avarit. p. 37 *Nec in volutabris suis sordentium suum more versentur.*

¶ Volutāre, is, subst. vas quo aliquid volvitur ad abluendum, ein spülfaß. Apicius 8 c. 7 *Porcellum in volutari perfundes & inferes.*

¶ Volvox, ŏcis, masc. species vermis, qui & *Volucra*, eine raupe. Plin. 17 c. 28 *Volvocem appellant animal prærodens pubescentes uvas.*

¶ Vŏlūbĭlis, e, sich umdrehend, geläufftig; ut, *Cælum volubile*, Cic. de Vniverſ. c. 6. *Sol volubilis*, Prudent. præfat. Cathemer. v. 3. *Homo volubilis*, præcipiti quadam celeritate, Cic. pro Flacc. c. 20.

¶ Vŏlūbĭlitas, ātis, die geläufftigkeit, der unbestand; ut, *Mundi volubilitas, nisi in globosa forma, esse non posset*, Cic. de Nat. Deor. 2 c. 19. Et de Vniverſ. c. 10 *Deus cælum ad volubilitatem rotundavit.* Et, *Volubilitas fortunæ*, inconstantia, Cic. de Divin. 2 c. 6. Idem pro Planc. c. 25 *Virtus, integritas, probitas in homine, non linguæ volubilitas, requiri solet.* Valer. Max. 2 c. 2 n. 2 *Græci linguæ volubilitate plurimum valent.*

¶ Volubiliter, adverb. rollend; ut, *Numerose & volubiliter oratio funditur*, Cic. in Orat. c. 62.

¶ Vŏlūmen, ĭnis, liber, seu libri pars: a convolvendo sic appellatur, eine rolle, ein buch. Quid proprie fuerit, paullo uberius explicandum. Primum itaque teneamus, in chartæ membranæve adversa maxime parte scripsisse veteres, aversam puram plerumque reliquisse. Has chartas sive membranas conglutinabant invicem & porrigebant in longum. In fine assuebatur bacillus, sive os, cylindri figura; cujus extrema utrinque tegebant capitula rotunda & prominentia in umbilicorum formam; unde & *umbilicorum* nomine appellata fuerunt. Hæc autem eo fiebant, ut circa caudicem istum vel os tota chartarum series convolvi posset, eminentibus umbilicis illis utrinque e media spira, & hoc proprie dicebatur *volumen* a *volvendo* vel *convolvendo* scilicet, ut dicebamus. Dicitur autem *Volumen* aliquando de toto aliquo opere; si uno nimirum volumine finitum; aliquando pro libris singulis unius operis uno volumine perscriptis. Plinius 3 epist 5, cum singula opera avunculi sui recensuisset, subjicit: *Miraris, quod tot volumina multaque in his tam scrupulosa homo occupatus absolverit*: TOT VOLUMINA, id est, *libros* sive *opera*. Et Vellejus 2, 46, 1 *Res vix multis voluminibus explicandæ.* De singulis libris, in quos tributum aliquod opus est, Ovidius 1 Trist. eleg. 1 v. 117

Sunt quoque mutatæ ter quinque volumina formæ

Nam libros 15 Metamorphoseos designat. Suetonius in vita Plinii: *Itaque bella omnia, quæ unquam cum Germanis gesta sunt, viginti voluminibus comprehendit*; id est, libris. Plinius junior supra laudata epist. *Bellorum Germaniæ viginti* (libri,) *quibus omnia, quæ cum Germanis gessimus, bella collegit.* Sed & pro *Tomo* sive parte librorum, in quos divisum opus aliquod est, ponitur. Plinius eâdem epistolâ in indice librorum avunculi: *Studiosi tres*, (hi tres ejus de studioso libri sunt,) *in sex volumina propter amplitudinem divisi.* Sic liber primus Bibliothecæ Diodori in tomos seu partes duas distributus est, τμήματα & μερίδας, quas duo latina voce *volumina* recte appelles, quod & Casaubonus ad Suetonium observat. Vide Salmasium etiam, si lubet, de Modo usurarum c. 10. ¶ 2. *Volumina* etiam dicuntur serpentum corpora, quod volvendo trahunt, die zusammenwicklungen, gewundene stücke. Virg. Æn. 11 v. 753

Serpens sinuosa volumina versat.

Claudianus de 4 Consul. Honorii v. 535

prostratus Apolline Python,
Implicuit fractis moritura volumina silvis.

¶ 3. Quicquid denique volubile est, sinuarique ac flecti potest, *Volumen* dicitur. Ita, *Volumina crurum*, Virg. Georg. 3 v. 192 de equis. Et, *Volumina vinclorum*, Idem 5 Æn. v. 408 dixit. *Volumina fumi*, Lucanus lib. 3 v. 505.

¶ Vŏlūmĭnōsus, a, um, wicklicht. Sidon. carm. 9 v. 76 *Angues corporibus voluminosis.*

Composita:

¶ Advolvo, vi, vŏlūtum, ĕre, volvendo adducere, herzu wälzen; ut, *Advolvi pedibus alicujus*, einen fußfall thun, Curt. 3, 13, 17. *Advolvi ad ignem*, Plin. 11 c. 37. Et Virg. 3 Georg. v. 378 *totas*

Advolvêre focis ulmos, ignique dedére.

¶ Advŏlūtus, a, um, hinzu gewältzt; ut, *Advolutus genibus*, qui supplex flexis genibus nixus ad alicujus genua procidit, fußfällig, Liv. 28 c. 34; & Curt. 8, 1, 48.

¶ Circumvolvo, ĕre, herum wältzen. Virg. Æn. 3 v. 284

Interea magnum Sol circumvolvitur annum.

Et Plin. 16 c. 44 *Circumvolvere sese spinis, arboribus*, &c.

¶ Circumvŏlūtus, a, um, umwickelt. Plin. 10 c. 62 *Serpentes coëunt complexu adeo circumvolutæ sibi, ut una existimari biceps possit.*

¶ Circumvŏlūto, are, herum wältzen. Plin. 8 c. 17 *Feram circumvolutari blandientem.*

¶ Convolvo, ĕre, zusammen wältzen, über einander schlagen; ut, *Convolvuntur in semet dracones*, Plin. 10 c. 72. *Convolvens se sol elabitur & abit*, Cic. 1 de Divin. c. 23. *Serpens convolvit lubrica terga*, Virg. 2 Æn. v. 447. *Convolvere verba magno cursu*, über einander heraus werffen, Seneca epist. 40.

¶ Convolvŏlus, i, vermiculus corrodens vites, qui & *Volucra* & *Volvox*, eine raupe, Plin. 17 c. 28. ¶ 2. Et, *Convolvolus*, herba, quo nomine Plin. helxinen appellat lib. 21 c. 5, eine winde, mittel-winde. vide *Helxine.*

¶ Convŏlūto, are, frequentat. zusammen wickeln. Seneca Quæst. Nat. lib. 7 c. 9 *Cum vagus & incertus spiritus convolutatus est.*

¶ Inconvolūtus, a, um: Ammianus lib. 29 c. 16 *post inconvolutos multiplices casus.* Ita Vales. p. 563, & Lindebrog. p. 422.

¶ Devolvo, ĕre, deorsum volvere, herab wältzen; ut, *Devolvi a sublimi*, Plin. 27 c. 12. *Jumenta cum oneribus ruinæ modo devolvere*, Liv. 21 c. 33. Et, *Aqua e montibus oriunda per saxa præceps devolvitur*, Columell. 1 c. 5. Et Virg 2 Æn. v. 448

Auratasque trabes veterum decora alta parentum
Devolvunt:

id est, volvendo deorsum jaciunt. ¶ 2. Et quoniam exsecta procidunt & devolvuntur, inde *Devolvere* Catullus pro *Exsecare*, consequens pro antecedente, posuit de Attine seipsum evirante, sive castrante loquens, carm. 64 de Aty v. 4

Stimulatus ubi furenti rabie, vagus animi
Devolvit illa acuta sibi pondera silice.

Per *pondera* intelligit testiculos. ¶ 3. *Devolvi ad otium & inertiam*, Columella in procem. lib. 1. *Devolvi ad spem inanem*, Cic. 7 Philipp. c. 4. Et, *Res eo devoluta est*, Livius 5 c. 11, id est, eo rediit, es ist dahin gebracht worden.

¶ Devŏlūtus, a, um, abgewältzt. Liv. 28 c 6 *Velut monte præcipiti devolutus torrens.* Et Phædrus 5 fab. 8 v. 23 *Devoluta tonitrua.*

¶ Evolvo, vi, ūtum, ĕre, heraus wältzen; ut, *Evolvere involutum*, hoc est, explicare, aus einander wickeln, Cic. in Topic. c. 2. ¶ 2. *Evolvere librum*, aufschlagen, Cic. 1 Tusc. c. 11. *Evolvi volumen epistolarum tuarum*, Cic. ad Attic. 9 epist. 10. Et eadem epist. *Deliberationem aliquam evolvere accuratius in litteris*, fleißiger darthun und erklären. *Non possum evolvere exitum rei*, Idem pro Cœl. c. 27. *Evolvere se turbâ*, &, *ex turba*, Terent. Eunuch. 4, 4 v. 56; hoc est, expedire, sich aus einer unlust wickeln. *Evolvitur in Pontum sex fluminibus Danubius*, Plin. 4 c. 12.

¶ Evŏlūtus, a, um, ausgewickelt; ut, *Evolutum furfure panicum*, Colum. 2 c. 9. *Evolutus bonis*, id est, deturbatus, ausgeplündert, Seneca epist. 75. *Evolutus integumentis dissimulationis nudatusque*, entlarvt, Cic. de Orat. 2 c. 86.

¶ Evolutio, ōnis, die auswickelung, erläuterung. Cic. 1 de Fin. c. 7 *Quid historia, cognitioque rerum, quid poëtarum evolutio?*

¶ Inevŏlūtus, a, um, unaufgewickelt. Martial. 11 epigr. 1 ad librum:

Vadas, & redeas inevolutus.

¶ Involvo, ĕre, implicare, über einander wickeln, einwickeln, aufwinden; ut, *Virtute mea me involvo*, Horat. 3 od. 29 v. 54. *Involvo me libris*, *aut lego, aut scribo*, id est, studiis me totum immergo, ich verstecke mich in die bücher, Cic. ad Papirium 9 fam. epist. 20; quod & *Abdere se litteris* dixit in orat. pro Arch. c. 6; &, *Abdere se in bibliothecam*, lib. 7 fam. epist. 29. *Involvere se otio*, Plin 7 epist. 3. Et Ovid. 4 Fast. v. 705 *Captivam stipulâ fœnoque involvit.*

¶ Invŏlūtus, a, um, eingewickelt. Cic. in Verr. 4 c. 28 *Imperat suis, ut id in prætorium involutum quam occultissime deferatur.* ¶ 2. Idem ac implicatus, intricatus, verwirrt, verwickelt; ut, *Bellum involutum*, Cic. 7 Philipp. c. 6. *Involutæ & occultæ res*, Idem 1 Acad. Qu. c. 4. Sic, *Occulta quædam & quasi involuta aperio*, Cic. de Fin. 1 c. 9. Et de Divinat. 1 c. 18 *Caussa latet obscuritate involuta naturæ.* Superlat. *Involutissima res*, Seneca 6 Quæst. Nat. c. 5.

¶ Involūte, adverb. idem. Spartian. in Caracall. c. 2 *Questus est de fratris insidiis involute & incondite.*

¶ Involutio, ōnis, die einwickelung. Vitruvius 10 c. 11 *Tabulæ pertegant etiam involutionem.*

¶ Invŏlūcre, is, substantive, lintea tonsorum, ein treuge-tuch, haar-tuch. Plautus Captiv. 2, 2 v. 17 *Ne is quidem involucre injicere voluit, vestem ut ne inquinet.* Sed ¶ 2. *Involŭcre*, correptum penultima, quod volare non potest; vide supra in *Volare.*

¶ Involūcrum, i, est quodlibet integumentum, die decke, hülle, darein man was wickelt und vermacht; ut, *Involucrum clypei*, das futter, Cic. de Nat. Deor. 2 c. 14. Idem ad Qu. fratr. 1 epist. 1 *Multis simulationum involucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur uniuscujusque natura; frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur, oratio vero sæpissime.* Nota, tertiam syllabam perpetuo longam esse, & male correpte positam alicubi a Prudentio. Est enim *involucrum* ab *involutum*, ut a *simulatum*, *simulācrum*, &c.

¶ Invŏlūmen, ĭnis, & Involumentum, i, eine windel, ein wickellappen.

Gloss. gr. lat. ἐνέλυμα, *Involumen.* Vulg. Interpr. Sap. c. 7 v. 4 *In involumentis nutritus sum.*

¶ Involvŏlus, i, secundum Festum, *vermiculi genus, qui se involvit pampino*, eine wein-raupe. Plautus Cistell. 4, 2 v. 63 *Quamnam amabo? L. Involvolum, qui in pampini folio intortus implicat se.*

¶ Circuminvolvo, ĕre, um und um einwickeln. Vitruv. 10 c. 11 *Singula puncta prætereundo & circuminvolvendo*, &c.

¶ Obvolvo, ĕre, bewinden, verwickeln, verhüllen. Cic. in Orat. c. 22 *Si denique pictor ille vidit, cum immolanda Iphigeniâ, tristis Calchas esset, mæstior Ulysses, mæreret Menelaus, obvolvendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari.* Horat. 2 sat. 7 v. 42 *Verbisque decoris*

Obvolvas vitium.

¶ Obvŏlūtus, a, um, eingehüllt, verdeckt; ut, *Os obvolutum folliculo*, Cic. de Invent. 2 c. 50. *Fax obvoluta sanguine*, Idem de Divin. 1 c. 31. *Obvolutus corio*, Auctor ad Herenn. 1 c. 13.

¶ Obvolutio, ōnis, die verhüllung. Macrobius 1 Somn. Scip. c. 11 extr. de anima ex cælo, de Platonis sententia, descendente: *In singulis sphæris, quæ cælo subjectæ sunt, ætherea obvolutione vestitur.*

¶ Obvŏlūtātus, a, um, verwickelt. Veget. 3 c. 4 *Obviis obvolutatus radicibus.*

¶ Pervolvo, ĕre, mit gewalt forttreiben. Plin. 33 c. 4 *Torrens erupit tanta vi, ut saxa pervolvat.* Et, *Pervolvere librum*, Catullus epigr. 96 v. 6 de Smyrna Cinnæ, durchblättern.

¶ Pervŏlūto, are, durchstanckern. Cic. de Orat. c. 34 *Omnium bonarum artium scriptores ac doctores & legendi, & pervolutandi, & laudandi sunt.*

¶ Provolvo, ĕre, für sich hin stossen, hin wältzen. Terent. Andr. 4, 4 v. 37 *Jam ego hunc in medium viam provolvam, teque ibidem pervolvam in luto.* Sed, *Provolvere se ad pedes alicujus*, Livius 6 c. 3. Et, *Provolvi ad genua alicujus*, Idem lib. 34 c. 11, einen fußfall thun.

¶ Provŏlūtus, a, um, niedergefallen, hingeworffen; ut, *Mater & conjux provolutæ ad pedes*, Curt. 3, 12, 11. *Poppæa provoluta genibus ejus*, Tacit. Ann. 14, 61, 3. *Agrippina usque ad libita Pallantis provoluta*, Idem Annal. 14, 2, 4.

¶ Revolvo, ĕre, wiederum abwältzen. Colum. 8 c. 17 *Ab imo fluctum revolvit in partem superiorem.* ¶ 2. Item, recidere, redire, umkehren; ut, *Revolvi ad alicujus sententiam*, Cic. 4 Acad. c. ult. Et Tacit. 3 Hist. c. 26 *Victoria ad irritum revolvebatur*, aus dem sieg ward nichts.

¶ Revŏlūtus, a, um, zurück gewältzt, umgewandt, wieder umgekehrt. Terent. Hecyr. 4, 4 v. 69 *In eandem vitam te revolutum denuo video esse.* Sic, *Revoluta pensa*, Virg. Æn. 9 v. 476. *Revoluta matura jam luce dies*, der anbrechende tag, Idem Æn. 10 v. 256. *Æstu revoluta saxa*, Idem Æn. 11 v. 627.

¶ Revolutio, ōnis, die umwaltzung. Augustinus de Civ. Dei 22 c. 12 extr. *Post multas per diversa corpora revolutiones.* Idem lib. 12 de Trinit. c. ult. *quibus curæ est de revolutionibus animarum opinionem firmare.*

¶ Revolūbĭlis, e, das wiederum zurück läufft; ut, *Saxum revolubile Sisyphi:* Ovid. in Ibin v. 191

Sisyphe, cui tradas revolubile pondus, habebis.

¶ Irrevolutus, a, um, unumgewendet. Martial. 11 epigr. 1 in aliquot libris: Alii, & castigatiores quidem, habent *inevolutus*, quod supra vides.

¶ Subvolvo, ĕre, hinauf wältzen. Virg. 1 Æn. v. 424

pars ducere muros
Molirique arcem, & manibus subvolvere saxa.

¶ Subtervolvo, ĕre, drunter hin wältzen. Ammianus 22 c. 20 *Ita Pontus perstringitur gelu, ut nec amnium cursus subtervolvi credantur.*

¶ Supervolvo, ĕre, drüber wältzen. Avienus Arateis v. 971

Quinque supervolvit se partibus, &c.

¶ Supervŏlūtus, a, um, drüber her gewältzt. Colum. 11 c. 3 *Supervoluto cylindro incrementum sati coërcere.*

¶ Transvolvo, ĕre, hinüber wältzen. Prudentius Hymno in Natalem Domini v. 29 *Donec rotata annalium*

Transvolverentur millia.

Volvox, Volupe, vide *Volucra, Voluptas.*

VŎLUPTAS, ātis, a *Volo* & *Poto*, ut vult Scaliger in de Poët. *jucundus motus est, quo sensus exhilaratur*, quemadmodum Cicero dixit 2 de Finibus c. 3, hoc est, quicquid animum cum delectatione demulcet, lust, wollust, ergötzlichkeit. Seneca epist. 59 *Animi hilarem affectionem* definit. Terent. Heaut. 1, 2 v. 10 *Voluptatem magnam nuntias*, fröliche bothschafft. Et, *Afferre voluptatem*, Plinius lib. 16 procem. *Capi voluptate*, Cic. 1 de Leg. c. 11. *Perfundi voluptate*, Idem de Clar. Orat. c. 50. Et, *In voluptate esse*, Idem 1 de Finib. c. 11. *Duci voluptate*, Quintil. 4 c. 2, sich die wollust regieren lassen. *Permulcere aures assistentium pravis voluptatibus*, Idem lib. 2 c. 12. *Deliniri prava quadam voluptate*, Quintil. 2 c. 5. Et, *Homo voluptatibus deditus*, Cic. 1 de Fin. c. 18. *Voluptas maxima est inimica virtuti*, Idem in Partit. c. 25. *Omnis voluptas honestati contraria est*, Idem 3 Off. c. 33. Et, *Capitalis pestis est voluptas*, Idem de Senect. c. 12. Et ibidem eod. cap. *In voluptatis regno virtus consistere non potest.* Qui etiam, *Indigna homine docto est voluptas*, lib. 2 Off c. 1 dixit. Horat. 1 epist. 2 v. 55 *Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.*

Juvenalis satyr. 11 extrema:

Voluptates commendat rarior usus.

Cicero de Senect. c. 13 *Divinus Plato escam malorum voluptatem appellat, quod eâ videlicet homines capiantur, ut hamo pisces.* Platonis dictum in Timæo est, ἡδονὴ μέγιστον δέλεαρ. ¶ 2. Κατ' ἐξοχὴν de Venerea voluptate dicitur. Sic apud Plautum Amphitr. prolog. v. 114 *Voluptatem cum aliqua capere*, est concumbere. Petronius: *Quemnam putas esse, qui de Circes toro sine voluptate surrexit?* ¶ 3. *Voluptatem* etiam vocabant amicum carissimum. Virg. 8 Æn. v. 481 *Mea sola & sera voluptas.* Plaut. Trucul. 2, 4 v. 2 *Mea voluptas*, amatoria compellatione, meine wonne. ¶ 4. *Voluptas*, Dea ita dicta, die göttin der wollust. vid. Elmenhorst. in Arnob. p. 158. ¶ 5. Spectacula, ludi & certamina sæpe *Voluptates* dicuntur, schauspiele.

Trebell.

Trebell. Pollio in Gallienis c.10 *Quae voluptates paratae sunt? & qualis erat erit scena?* Vopisc. in Aureliano c. 34 *Datae sunt populo voluptates ludorum scenicorum*, &c. Tertull. de Spectac. c. 14 *Species voluptatis etiam spectacula*, &c. Sic Lactantius spectacula damnans *voluptatis* voce saepe utitur. Hinc peculiares *Tribuni voluptatum*, de quibus Cassiodor. 6 epist. 19; & 7 epist. 10; Onuphr. Panvin. de Ludis Circens. p. 82; Jac. Godofr. T. 5 Cod. Theod. p. 365; & Zimmerman. Annalect. Misc. Mens. 2 p. 108 seq.

¶ Vŏluptābĭlis, e, delectabilis, lustig, erfreulich, wollüstig. Plautus Epidico 1, 1 v. 19 *Voluptabilem mihi nuntium tuo adventu attulisti.* Et Ammianus 31 c. 2 *Otium voluptabile.*

¶ Voluptārius, a, um, idem; ut, *Mollis & voluptarius*, qui voluptatibus gaudet, der in der wollust lebet. *Disciplina voluptaria*, delicata, mollis, Cic. de Fin. 1 c. 11. *Ipsi voluptarii deverticula quaerunt, & virtutes habent in ore totos dies*, Idem de Fin. 5 c. 25. Et in Pison. c. 28 *Hoc dicunt voluptarii Graeci*, id est, voluptatis assertores. *Voluptarii & potatores*, Plaut. Menaech. 2, 1 v. 33.

¶ Voluptuārius, a, um, idem. Capitolin. in Vero c. 2 *Fuit voluptuarius & nimis laetus.* Et Martian. Capella lib. 2 *Voluptuariae Veneris filius.*

¶ Vŏluptarie, adverb. idem. Apulej. lib. 3 Miles. p. 138 *Transactis voluptarie paucis noctibus.*

¶ Voluptĭfĭcus, a, um, idem. Apulej. in Florid. lib. 2 *Jovis stella benefica, Veneris voluptifica.*

¶ Vŏluptuor, vel Voluptor, ari, voluptatibus indulgere, wolleben, wollust pflegen. Vtitur hac voce Quintil. Declam. 3, cujus inscriptio *Miles Marianus.* Et Apulejus lib. 7 Miles. p. 343 *Quanto me felicior Daphne vicina, quae mero & prandio matutino satiata cura suis adulteris voluptatur.* vid. Voss. Etymol. p. 566.

¶ Vŏluptuōsus, a, um, plenus voluptatis, delectabilis, wollüstig. Plinius 3 epist. 19 *Voluptuosum est, posse utraque* [praedia] *eadem opera, eodem viatico invisere.* Et Quintilianus Declam. 260 *Multa me hercule animalia, quae venire ad manum & mansuescere queunt, non humanum modo, sed etiam voluptuosum est, alere & pascere.* Superlat. apud Sidonium 2 epist. 9 *Voluptuosissimum tempus exegi.* Adde eumdem lib. 4 epist. 11, & Curas posteriores Cellarii p. 128.

¶ Voluptuose, adverb. idem. Comparativo usus Ambrosius Sermone 81 p. 376 edit. Frob. *Parvo tempore aliquantum super iis laetaris, & abuti eis voluptuosius delectaris.*

¶ Vŏlŭpe, ab antiquo *Volupis*, id est, delectabile, lieb, angenehm. Terent. Phorm. 4, 3 v. 5 *Venire salvum, volupe est.* Plaut. Casin. 4, 2 v. 5 *Facite vestro animo volupe.* ¶ 2. *Volup*, pro *Volupe* etiam legitur. vid. Ennius apud Gellium 12 c. 4. Et Plaut. Asin. 5, 3 v. 1 *Hic senex si quid clam uxorem animo suo fecit volup.* conf. Nonius c. 2 n. 905; & Parei Lex. Crit. p. 1322.

¶ Volupia, ae, eadem quae *Voluptas*, Dea, voluptates hominibus afferens. vid. Augustin. de Civ. D. 4 c. 8. Vnde & Cicero de Nat. Deor. 2 c. 23 ait: *Cupidinis & Voluptatis & Lubentinae Veneris vocabula consecrata esse.*

VŎLVSVS, i, quasi Volscus, nobilis e Sabinis, Virg. Æn. 11 v. 463.

¶ Volusius, i, poëta quidam ineptus, Patavinus, qui Ennium secutus populi Romani annales scripsit; de quo Catullus carm. 37 & 96. ¶ 2. De *Volusiis* aliis vid. Tacitus.

Voluta, volutabrum, volutare, &c. vide paullo ante in *Volvo.*

VŎMĀNVS, i, fluvius Piceni, Plin. 3 c. 13; & Sil. 8 v. 439.

VŌMER, & Vomis, ĕris, die pflugschar. Virg. 1 Georg. v. 46

Ingemere, & sulco attritus splendescere vomer.

Et ibid. v. 162 *Vomis & inflexi primum grave robur aratri.*

Ferrum est aratri, sulcos ducens: ita dictus, quod terram utrinque *vomat*, hoc est, emotam cumulet, Graece ὕνις. Sed ferrum alterum non perinde latum, quod terram, priusquam proscindatur, secat, *culter* dicitur. Sic, *Vomer aduncus*, Ovid. 4 Fast. v. 927; & *obtusus*, Virg. Georg. 1 v. 262. Et Cic. Philipp. 2 c. 40 *Aratrum circumducere, ejusque vomere portam pene perstringere.*

VŎMĬCA, ae, a *vomendo*, tumor est excrescens cum suppuratione, ein schwär, geschwär. Juvenalis satyr. 13 v. 95

Et phthisis & vomicae putres, & dimidium crus.

Sic, *Laborare vomicâ*, Celsus 4 c. 8. *Rumpere vomicam*, Idem ea c. 8. Augustus Agrippae nepotis, & Juliae filiae ac neptis, infamem vitam morte ipsa gravius tulit, nec aliter illos appellare consuevit, quam *tres vomicas*, aut *tria carcinomata sua*, Sueton. in Augusto c. 65. ¶ 2. *Nux vomica*, avellana major est, & nodosa, vomitum mirifice elicit, atque ex eo nomen accepit.

¶ Vomicōsus, a, um, voll geschwür. Cœl. Aurel. Acut. 2 c. 17 *Empyici, id est, vomicosi.* conf. Veget. 1 c. 37

Vomitare, vomitio, vomitus, &c. vide sequens *Vomo.*

VŎMO, vŏmui, vŏmĭtum, vŏmĕre, a graeco ἐμῶ, auswerffen, sich brechen, speyen, übergeben. Sic, *Vomere post coenam*, Cic. pro Dejot. c. 7. Et, *Vomere in mensam*, Idem de Fin. 2 c. 8. *Vomere in alicujus conspectu*, Cic. in Philipp. 2 c. 25. Et, *Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur*, impersonaliter, ibidem c. 41 pr.

¶ Vŏmĭtus, a, um, gespyen. Vnde absolute *Vomita* per vomitum ejecta, der geifer, das gekockte. Cœl. Aurel. Acut. 3 c. 20 *Egestio vomitorum spumosa.* vid. Barth. Advers. 39 c. 1.

¶ Vŏmĭto, are, frequentat. köcken. Columell. 7 c. 10 *Pecudes nausea correpta vomitant atque expurgantur.*

¶ Vomĭtus, ûs, subst. das brechen, die speyung; ut, *Vomitum facere*, Plin. 13 c. 23; *creare*, Idem lib. 9 c. 48; & *movere*, Idem 22 cap. ult. *concitare*, lib. 24 c. 18, ac *invitare*, lib. 12 c. 24. Omnia Pliniana, notantque das brechen erregen. Contra, *Sistere vomitum*, Idem Plin. 20 c. 20; *Cohibere vomitum*, Idem lib. 20 c. 17, das brechen stillen, zurück halten. Vomitui praecipue studebant gulones, ut sufficerent, & exonerati nova saburra implerentur. Sueton. Vitellio c. 13 *Epulas bifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat in jentacula, & prandia, & coenas commessationesque, facile omnibus sufficiens vomitandi consuetudine.* Et Seneca Consolat. ad Helviam c. 9 sub fin. *Vomunt, ut edant: edunt, ut vomant: & epulas, quas toto orbe conquirunt, nec concoquere dignantur.* Caeterum ad movendos vomitûs gulones isti habebant pinnas, quae in os inserebantur. Suetonius Claudio c. 33 *Nec temere unquam triclinio abscessit, nisi distentus ac madens, & ut statim supino ac per somnum hianti pinna in os inderetur ad exonerandum stomachum:* ubi Casaub. & Torrent. vide.

¶ Vŏmĭtio, ōnis, idem; ut, *Vomitionem ciere*, Plin. 21 c. 20. Idem lib. 11 extremo: *Inimicae oculis vomitiones.* Sic, *Vomitione reddere*, Idem 32 c. 3. Et, *rara vomitione mederi sibi*, lib. 28 c. 4.

¶ Vomitium, i, das erbrechen. Martian. Capella lib. 2 *Nausea & vomitio laborare.*

¶ Vŏmĭtor, ōris, qui facilis ad vomendum est, der speyer, der sich gern bricht. Plinius 23 c. 1 *Non expedire vomitoribus* &c. Ita Froben. aliique. Harduinus autem *vomitionibus*, sectione 24. Tamen & Seneca epist. 88 p. 387 *Isti jejuni vomitores, quorum corpora in sagina, animi in macie & veterno sunt.*

¶ Vomitōrius, a, um, quod vim habet vomitum faciendi, das brechen macht. Plinius 21 c. 19 *Narcissus herbaceus stomacho inutilis, & ideo vomitorius.* ¶ 2. Absolute *Vomitoria in spectaculis dicimus, unde homines glomeratim ingredientes in sedilia se fundunt;* Macrob. Saturn. 6 c. 4. conf. Lips. de Amphitheat. p. 31.

¶ Vŏmax, ācis, libenter vomens, speyhafft. Comparat. Sidon. 8 epist. 3 *Anus, qua nihil litigiosius, bibacius, vomacius.*

¶ Vŏmĭfĭcus, a, um, zum speyen dienlich; ut, *Vomificum medicamen*, ein brechmittel, Cœl. Aurel. Acut. 3 c. 4.

¶ Vomifluus, a, um, geifernd; ut, *Vomiflua passio*, Cœl. Aurel. Tard. 2 c. 14.

Composita cum praeposit.

¶ Convŏmo, ĕre, bespeyen; e. g. *An tu Narbonae mensas convomeres?* Cic. ad Attic. 2 epist. 30. *Illa maritum convomit*, Juvenal. sat. 6 v. 101.

¶ Devŏmo, ĕre, wegspeyen, ausköcken. Caecilius in Plocio suâ: *Nihil peccat de suavio: ut devomas vult, quod foris potaveris;* vid. Gell. lib. 2 c. 23.

¶ Evŏmo, ĕre, von sich geben, brechen, ausspeyen. Cic. de Nat. Deor. 2 c. 49 *Haec avis scribitur conchis se solere implere, easque, quum stomachi calore concoxerit, evomere.* ¶ 2. Et, *Iram in aliquem evomere*, den zorn ausschütten, Terent. Adelph. 3, 2 v. 14. *Requiram fratrem, ut in eum haec evomam*, Idem ibid. 3, 4 v. 65. Et Cic. pro Milone c. 29 *Non vereor, ne odio inflammatus haec in illum evomere videar.* Sic, *Virus acerbitatis suae apud aliquem evomere:* vide *Virus.*

¶ Evŏmens, tis, kotzend, speyend, geifernd. Tacit. Annal 12, 67, 3 *Ille tanquam nisus evomentis adjuvaret, pinnam rapido veneno illitam faucibus ejus demisisse creditur.*

¶ Ignĭvŏmus, a, um, vide supra *Ignis.*

¶ Intervŏmo, ĕre, darzwischen sprützen. Lucret. 6 v. 894

Quod dulces inter salsas intervomit undas,

id est, interfundit.

¶ Provŏmo, ĕre, heraus köcken, herfür sprützen. Lucret. 6 v. 446

Turbinis immanem vim provomit atque procellae.

¶ Revŏmo, ĕre, wieder von sich geben. Virg. 5 Æn. v. 182

Et salsos rident revomentem pectore fluctus.

Silius 10 v. 326 *Ac miseri fluitant revomentes aequora nautae.*

¶ Supervŏmo, ĕre, drüber speyen. Rursus Silius eodem lib. 10 v. 183

Supervomit ille calentem

Sanguinis effundens per hiantia viscera rivum.

VŎPISCVS, i, quem mater vi adipiscitur, vel qui ope naturae servatur, ein im mutterleibe lebendig bleibender zwilling. Plin. 7 c. 10 *Vopiscos appellabant e geminis, qui retenti utero nascerentur, altero interempto abortu.* ¶ 2. *Fl. Vopiscus* historicus, scripsit imperatorum aliquot Roman. vitas, sub Diocletiano & Constantino Chloro. vid. Voss. de Hist. Lat. 2 c. 7.

Voracĭtas, vorago, voratio, vorax, &c. vide sequens *Voro*

VŎRO, avi, atum, are, est cum impetu sonituque edere, βορᾷν, fressen, verschlingen. Cic. de Nat. Deor. 2 c. 47 *Animalia alia vorant, alia mandunt.* Idem ad Attic. 4 epist. 11 *Nos hic voramus litteras cum Dionysio*, id est, avide discimus vel legimus.

¶ Vŏrātus, a, um, gefressen, verschluckt; ut, *Vorata musca*, Martial. 5 epigr. 18. *Mansa & vorata viscera*, Arnob. lib. 7 p. 249.

¶ Vorātus, ûs, subst. die verschluckung. Strab. Gallus de peponibus:

Esca, facili sed mansa voratu.

¶ Vŏrātio, ōnis, idem. Catullus carm. 48 v. ult. *Quaerunt in trivio vorationes.* Alii legunt *Vocationes.*

¶ Vorātor, ōris, ein fresser. Hieronym. 2 adv. Jovinian. c. 11 *Vorator, & potator vini.* Quae verba, ex evangelio sumta, ita etiam ante Hieronymum Tertullianus sua fecit de Jejuniis c. 2. Et Paulinus Nolanus epist. 49 c. 10 *Cetus prophetae innocuus vorator.*

¶ Vŏrāgo, ĭnis, βάραθρον, barathrum omnia absorbens, ein abgrund, bodenlose tieffe. Cic. de Divin. 1 c. 33 *Cum equum ipse demisisset in flumen, submersus equus voraginibus non exstitit.* ¶ 2. Idem Cic. metaphorice dixit, *Gurges ac vorago patrimonii*, pro Sextio c. 52. Et de Orat. 3 c. 41 *Syrtim patrimonii scopulum libentius dixerim, Charybdim bonorum, voraginem potius*, ein schlemmer.

¶ Voraginōsus, a, um, das voll tümpel ist, bodenloß. Apulej. Met. lib. 9 *Via voraginosa.* Et Hirtius B. Hisp. c. 29 *Palustre & voraginosum solum.* Et, *Amnis voraginosus*, Ammianus 24 c. 22.

¶ Vŏrax, ācis, freßig, ein vielfraß. Cic. Philipp. 2 c. 27 *Quae Charybdis tam vorax?* Catull. carm. 29 v. 2 *Impudicus, vorax & helluo.* Comparat. Ovid. 8 Metam. v. 845 *Quo copia major*

Est data, plura cupit, turbaque voracior ipsa est.

¶ Vŏrācĭtas, ātis, die freßigkeit. Eutropius 7 c. 12 de Vitellio: *notabilis, praecipue ingluvie & voracitate.* Plinius 2 c. 107 *Natura voracitatem in toto mundo avidissimam sine damno sui pascit.* Pluraliter *Voracitates ebrietatesque* Augustinus dixit libro de Moribus eccles. cathol. c. 34.

¶ Voracĭter, adverb. freßiger weise. Macrobius 7 Saturn. c. 5 *Voraciter* [cibum] *invadere.*

¶ Vorātrīna, ae, locus ubi voratur, popina, ein freß-winckel. Tertullianus Apolog. c. 39 de ecclesiae reditibus: *Inde non epulis, non poculis,*

culis, nec ingratis voratrinis dispensatur, sed egenis alendis humandisque. ¶2. Vorago, hiatus, der schlund. Ita usus est Ammianus 17 c. 16 [Vales. c. 7] de terræmotibus, quos chasmatias dicit: *Patefactis subito voratrinis, terrarum partes absorbent.*

Composita:

¶ Dēvŏro, avi, atum, are, verzehren, auffressen, einfressen, verschlucken. Cato de Re Rust. c. 78 *Bos si ægrotare cœperit, ovum gallinaceum crudum integrum continuo devoret.* ¶2. *Devorare pecuniam*, per metaphoram, Cic. in Verr. 3 c. 76, verschwenden. *Exhaurire & devorare bona, fortunas aliquorum*, Idem in Philipp. & pro Domo sua c. 23. *Devorare uncta patrimonia*, Catull. carm. 29 v. 23. Et, *Jam spe & opinione prædam devorasse*, Cic. 1 in Verrem c. 51. Sed, *Devorare libros*, i. e. multa avide legere, Cic. ad Attic. 7 epist. 3. Et, *Devorare hominum ineptias & stultitias*, in sich fressen, hoc est, patienter & dissimulanter ferre, Idem de Clar. Orat. c. 67. *Devorare molestiam paucorum dierum*, Idem 6 Philipp. c. ult. Et, *Devorare tædium*, Quintil. 11 c. 2. ¶3. Sed, *A multitudine & foro oratio devorabatur*, ducta metaphora ab eis, qui cibos non gustatos deglutiunt, Cic. de Clar. Orat. c. 82.

¶ Devŏrātus, a, um, verzehrt, verfressen, eingeschuckt; ut, *Accepta & devorata pecunia*, Cic. in Pison. c. 37. Absolute Macrobius Saturn. 7 c. 4 *Orificium recipit devorata & in follem ventris recondit.* Et Plin. 30 c. 7 *Omnia devorata conficere.*

¶ Devŏrātio, ōnis, die verschlingung. Tertull. de Resurr. carn. c. 54 *Devorationem ad perditionem carnis arripiunt.*

¶ Devŏrātor, ōris, ein fresser. Gloss. Vet. *Devorator*, καταφαγὰς, καταπότης. Tertullianus de Resurr. carn. c. 32 *De ipsis devoratoribus exactio indicitur.*

¶ Devoratōrius, a, um, verzehrend, wegfressend. Tertull. de Idolol. c. 1 *Crimina tam exitiosa, tam devoratoria salutis.* Et absolute Ambrosius epist. 5 p. 78 *Devoratorium mortis obstruere*, id est, fauces, den rachen, den schlund.

¶ Indevorātus, a, um, ungefressen; ut, *Indevorato capite turtur*; Martial. 7 epigr. 19.

¶ Multivorantia, vide supra in *Multus*.

¶ Transvŏro, are, idem fere quod *Devorare*. Apulej. Apolog. p. 333 *Suasi uxori meæ, cujus, ut isti ajunt, jam universas opes transvoraram.* Proprie Arnobius lib. 1 extr. *Belluarum ritu comminutis cum ossibus transvorare.* Idem lib. 7 p. 249 *Fauces, quibus cibos transvoret.*

Vortex, vorticosus, &c. vide supra in *Vertex* sub *Verto*.

VOS, vestrûm vel vestri, vobis, pronomen plurale, ihr; ut, *Vos coryli testes*, Virg. eclog. 5 v. 21. *Ne cui sit vestrûm mirum*, Terent. Heaut. prolog. v. 1. conf. ibid. v. 9. *Vestrorum* pro *vestrûm* Plautus dixit Mostell. 1, 3 v. 122. vid. Scalig. de Causs. L. L. 6 c. 129. *Vos, vos mihi testes estis*, i. e. vosmetipsi, Plaut. Captiv. prolog. v. 3. *Vnus ex vobis*, Virg. eclog. 10 v. 35. *Quid mihi vobiscum est?* Martial. 2 epigr. 22.

¶ Vosmet, cum enclitica, ihr selbst. Plaut. Captiv. 3, 5 v. 18 *Ita vosmet ajebatis.*

¶ Vosmetipsi, idem. Liv. 34 c. 17 *Nullum consilium libentius sequar, quam quod vosmetipsi attuleritis.* Adde Plaut. Mostell. 1, 2 v. 13.

¶ Vester, ra, rum, apud antiquos *Voster*, ut apud Plautum & Terentium superest, euer; ut, *Vestris moribus* Propert. 2 eleg. 29 v. 32.

¶ Vestrâs, ātis, pronomen patrium, ut Priscianus lib. 17 p. 1095 vocat, ut Nostrâs, Cujâs. Plural. *Vestrates*, eure landsleute. Item, qui ordinis vestri sunt.

VŌTIĒNUS, i, Montanus, Narbonensis rhetor & poëta nobilis, a Tiberio relegatus in Baleares. vid. Tacit. Annal. 4, 42, 1; Seneca Suasor. 21 & 28; & Martial. 8 epigr. 72. Ab eo appellatio *Tribui Votienæ*. vid. Reines. in Mantiss. ad Philol. Patav. T. 4.

VŎVEO, vōvi, vōtum, ēre, a βοᾷν, est sancte promittere, ac Deo quidem, geloben, gelübde thun. Vet. Gloss. *Voveo, consecro*, ἀνατίθημι. Cic. de Finib. 5 c. 22 *Imperatores pro salute patriæ sua voverunt.* Sic, *Vovere decimam Herculi*, Cic. 3 de Nat. D. c. 36. Et ibidem c. 17 *Templa nympharum publice vota ac dedicata sunt.* ¶2. Est optare votis, precari, wünschen. Vet. Gloss. *Vovere*, εὔχεσθαι. Cic. 1 de Nat. Deor. c. ult. *Quid optamus a Diis immortalibus? quid vovemus?* Horat. 1 epist. 4 v. 8

Quid voveat dulci nutricula majus alumno?

¶ Vōtus, a, um, gelobt, gewidmet. Ovid. Fast. 6 v. 240 *Menti delubra videmus vota metu belli.* Prudent. Peristeph. 2 v. 44 *Votas dispensans opes.*

¶ Vōtum, i, subst. promissio vel sponsio, qua obligamur Deo, eine gelübde, ein wunsch. Quid sit, *Votum concipere, suscipere, nuncupare, signare, figere, solvere*; & cætera, quæ ad votorum historiam pertinent, vide apud Rutgersium 5 Variar. Lection. c. 5 explicata. Et ipsas illas loquendi formulas habes fere omnes apud Plinium & Trajanum lib. 10 epist. 101 & 102. Sic, *Vota facere*, Cic. pro Milone c. 28. *Vota dissolvere*, Cic. ad Attic. 15 epist. 11. Et, *Preces & vota*, pro Plancio c. 41. *Voto expetere*, wünschen, Curt. 3, 8, 19. *Implere votum*, Idem 4, 13, 24. *Voti reus* est, qui suscepto sub conditione voto, se numini obligat, Virg. Æn. 5 v. 237; *Voti damnatus*, qui compos factus, ad solvendum obligatus est, Nepos Timoleonte cap. ult. vid. Parei Lex. Crit. p. 1325. ¶2. Ipsa etiam res, quæ Deo dicata sacrataque voto est, ita appellatur. Petronius:

stipant graves
Equi recessus Danai & in voto latent.

Ipsum enim equum ligneum, quem Palladi Græci voverant, *voti* nomine intelligit. Nec aliter accipienda hæc vox in illo Virgilii 3 Æneid. v. 279 *Votisque incendimus aras.*

¶3. *Votum* quoque dicitur res voto seu precibus petita ante, & nunc impetrata. Claudian. de Bello Gildonico v. 7

Horret adhuc animus, manifestaque gaudia differt,
Dum stupet, & tanto cunctatur credere voto.

Sic, *In votum venire* dicitur, quod optatur. Horat. 1 epist. 11 v. 5

An venit in votum Attalicis ex urbibus una?

Et, *Divos in vota vocare*, Virg. 5 Æn. v. 234. ¶4. Pro voluntate, Suetonius Augusto c. 51 *Nec votum, nec animus deest confodiendi.* Eumenius rhetor de instaur. Schol. c. 5 *Quantum ad votum pietatemque pertinet: Ad votum*, i. e. benignam voluntatem, studium. ¶5. Item propositum, institutum. Claudian. de 4 Cons. Honorii v. 332

si longa moretur
Obsidio, tum vota cave secura remittas.

¶6. *Vota*, id est, nuptiæ, an quia ex voto ducunt & nubunt? an quod utrisque in votis est, suscipere liberos, qui matrimoniorum finis est? Hinc, *cum spe votoque uxoris transigere*, contrahere matrimonium est Tacito de Germania c. 19; *Melius quidem*, inquit, *adhuc quædam civitates, in quibus tantum virgines nubunt, & cum spe votoque uxoris semel transigitur.* Hinc *secunda vota* pro secundis nuptiis apud Justinian. Novellâ 2 c. 2 § 2. Sed & aliis pluribus locis in jure *Votorum* nomine nuptiæ veniunt, quæ notavit Barthius ad Nemesianum eclog. 2 v. 8. Jacobus Gutherius a *votis*, quæ in nuptiis fiebant, *prima & secunda vota* dicta putat: Quem vide lib. 4 de Vet. Jure Pontificio Vrbis Romæ c. 6, quemadmodum & de varia hujus vocis acceptione Barth. ad lib. 5 Theb. Statii p. 74 & 75. ¶7. *Ad votum*, id est, ex sententia, ex voluntate, seu desiderio. *Ad omne votum fluente fortuna lascivit otium*, Quintil. apud Vallam lib. 5 c. 70. Sed, *Compos voti*, vide *Compos*. Claudat Persius satyr. 5 v. 53

Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.

¶8. *Votum* pro *suffragio* perperam dicitur, die stimme.

¶ Vōto, votāre, frequentativum, est posterioris latinitatis, quantum constat: probum autem & antiquum compositum *Devotare*, de quo infra. Jornandes de Regn. success. in Juliano Parabata: *Christianorum post victoriam sanguinem diis suis votavit*, id est, vovit. Onomasticon vetus: *Voto, as*, ὁμολογέω.

¶ Vōtĭtus, a, um, devotus, versprochen durch gelübde. Plaut. Asin. 4, 1 v. 44 *Nolo habere illam caussam & votitam dicere*, i. e. religione aliqua prohibitam vel interdictam, uti explicat Nonius c. 1 n. 215.

¶ Vōtīvus, a, um, quo vovetur aliquid, zur gelübde gehörig; ut, *Preces votivæ*, quibus aliquid cum voto petitur; vel, quod vovetur; ut, *Ludi votivi*, Cic. in Verr. c. 10. Et Horat. 1 epist. 3 v. 36

Pascitur in vestrum reditum votiva juvenca.

Sic, *Legatio votiva*, quæ pro voto suscipitur, Cic. ad Attic. 4 epist. 2. ¶2. Est *Votivum* etiam gratum, ex voto, gewünscht. Trebell. Pollio in Gallienis c. 3 *Constabat, votivum illi fuisse, quod imminentem cervicibus suis gravitatem patriam non haberet.* vide ibi Salmas.

¶ Vōtĭfer, a, um, poëticum, idem. Statius 4 Silv. 4 v. 92

Votiferaque meas suspendit ab arbore vittas.

¶ Devŏveo, vōvi, vōtum ēre, idem interdum est, quod vovere, consecrare, angeloben, zu eigen geben, widmen; ut, *Agamemnon devovit Dianæ, quod in suo regno pulcherrimum natum esset*, hoc est, vel vovit, vel destinavit, Cic. 3 Offic. c. 25. Sic, *Devovere & constituere hostiam*, Idem de Arusp. resp. c. 3. Et, *Aris deorum se devovere*, Virg. 12 Æneid. v. 234. ¶2. Hinc, qui aliorum amicitiæ se dederent dicarentque veluti proprios, se *devovere illis* dicebantur. Sæpius quoque in magno quodam periculo, quod immineret publicæ rei, se devoverunt aliqui morti pro salute communi: opinioque fuit, liberatum ex casu atque discrimine iri rempubl. si potuissent pro destinatione sua oppetere: Sic Decii se, sic fracti senio patres incursu Gallorum Senonum se devoverunt pro patria, ut in Camillo Plutarchus, & alii notant. *Devovere se pro principibus* Hispanorum, Gallorum & Germanorum mos fuit; Qui sub Augusto & Romam translatus: pro cujus salute se in senatu Sextus Pacuvius devovit primus, & aliis idem faciendi dedit exemplum. Hinc nata formula illa, qua veneraturi, & fere per adulationem, principes usi, dicere solebant: DEVOTVS NVMINI MAIESTATIQVE EIVS, quod in antiquis Inscriptionibus passim occurrit. De quo non nihil Justus Lipsius lib. 5 Antiqu. Lect. cap. 8, itemque Casaubonus ad Suetonium, uberius Marcilius in Horat. lib. 2 od. 17. De ritu carminibusque, quibus devotionis hoc genus solebat peragi, Livius 8 c. 9 & 10; itemque Macrobius 3 Saturnal. c. 9 legi potest. ¶3. Sed, *Devovere aliquem*, est detestari, exsecrari, seu diras alicui imprecari, verfluchen, verwünschen, verbannen. De quo devovendi genere Plutarchus in Crasso p. 553; & Appianus in Parthicis. Ovidius in Ibin v. 93 *Illum ego devoveo, quem mens intelligit, Ibin.*

Devotionibus hujusmodi Athenienses frequenter solebant uti publice: quibus aqua & igne interdictum esset, (die bannisirt,) quod per sacerdotes consuetum fieri: Solebantque hæ execrationes pilis lapideis inscribi. Corn. Nepos Alcibiade c. 4 *Postquam autem se capitis damnatum bonis publicatis audivit, & id, quod usu venerat, Eumolpidas & Ceryces a populo coactos, ut se devoverent, ejusque exemplum in pila lapidea incisum esse positum in publico, Lacedæmonem demigravit.* ¶4. Est & excantare, bezaubern. Tibull. 1 eleg. 6 v. 5 *Tum me discedens* DEVOTVM *fœmina dixit,*

Et, pudet, heu narrat scire nefanda mea;
Non facit hoc verbis: facie tenerisque lacertis
Devovet, & flavis nostra puella comis.

Ovidius Heroid. epist. 6 Hypsipyles v. 91

Devovet absentes, simulacraque cerea figit.

¶ Devōtus, a, um, deditus, consecratus, geweihet, gewidmet, zugeeignet, ergeben; ut, *Devota quercus*, i. e. consecrata & destinata aris, Horat. 3 od. 23 v. 10. *Devota morti pectora*, Idem 4 od. 14 v. 18. *Devotus vobis animus*, Sueton. Tiber. c. 67. Hinc, qui parati ad omnes casus & quævis obeunda discrimina, *Devoti* dicebantur. Lucanus 4 v. 533

stabat devota juventus
Damnatâ jam luce ferox.

Et lib. 3 v. 311 *Accipe devotas externa in prælia dextras.*

¶2. Sed &, qui immoderate & nimis in aliqua dediti re, eique tanquam religione & voto addicti essent, *Devoti* dicebantur. Suetonius in Caligula c. 30 *Equestrem ordinem, ut scenæ devotum, assidue proscidit.* Superl. Inscript. vet. DEVOTISSIMVS NVMINI EIVS, principis, puta. vid. Gruter. p. 259 n. 1, & p. 264 n. 2 &c. Et Paulinus epist,

epist. 13 c. 5 *Devotissima fidelium corda.* Salvianus de Avaritia p. 61 *Hæc caussa est, qua devotiores esse nos Dominus sibi velit.* ¶ 3. *Devotus*, verbannt, verflucht. Ita *Devotam arborem* Horatius dixit lib. 3 od. 4 v. 27, pro exsecranda. Et Virg. 1 Æn. v. 712

Præcipue infelix pesti devota futuræ.

Similiter *Devotum sanguinem* Horatius dixit epod. 16 v. 9. ¶ 4. *Devotus* pro religioso, andächtig, gottselig; ut, *Mens devota*, scil. numini, apud Firmicum de Error. prof. relig. vide Borrich. Cogit. p. 84.

¶ Devōte, adverb. andächtig. Compar. Ambrosius Serm. 84 p. 383 *Qui devotius credit, religiosius confitetur.* Superlativo *devotissime* Idem usus est Sermone 17 de Calend. Januar. p. 298. Et Lactantius 2 c. 6 extremo: *Quorum decretis eruditi ac prudentes viri devotissime serviunt.* Et Augustinus epist. 86 sub finem: *sabbati jejunium devotissime celebrare.*

¶ Devōtio, ōnis, de qua modo dictum n. 3 in *Devoveo*, ipse devovendi actus, die verfluchung, bannisirung. Cic. pro Rabirio Posthumo c. 1 *In devotione vitæ & in ipso genere mortis imitatus est Decium filius.* Et apud Nepotem 7, 6, 5 *Devotio in pilis scripta*, est dira imprecatio. ¶ 2. *Veneficia* & *devotiones* conjungit Suetonius Caligulâ c. 3 extremo, zauberey. *Devotiones* enim proprie carmina veneficarum sunt, quibus excantant: *Veneficia* herbæ & gramina, & si quæ alia sunt, quibus impias artes exercent. Tacit. Annal. 12 c. 65 *Cæterum objecta sunt, quod conjugium principis devotionibus petivisset*, &c. ¶ 3. Christianis scriptoribus *Devotio* est ardens atque intenta pietas: in qua qui dediti, *Devoti* etiam dicuntur. Hieronymus in vita Hilarionis sub fin. *Non tacenda Constantiæ, sanctissimæ illius fœminæ, devotio.* Et Lactantius 2 c. 12 *Deo Patri summa devotione servire.*

¶ Devōto, āre, den göttern ergeben, geloben. Cic. Paradox. 1 c. 3 *Quæ vis patrem Decium, quæ filium devotavit, atque immisit in armatas hostium copias?* Et Minucius Felix c. 28 *Asinos consecratis, & eosdem cum Iside religiose devotatis.* vide ibi Meursium. Notiones tot habet, quot verbum *Devovere.*

¶ Devotāmentum, i, anathema, ein fluch, ein bann. Tertull. advers. Gnostic. c. 2 *Vt devotamenta fierent universa ejus.*

¶ Indevōtus, a, um, non devotus, unergeben, unandächtig. Cassiodorus 2 epist. 16 *Casu patrocinante cōntrario tantum nobis reddebatur acceptus, quanto cognosci poterat indevotus*, id est, irreverens erga principem. Lege 35 Cod. de Donationibus sub fin. *Non solum indevotus, sed etiam impius donator.*

¶ Indevōtio, ōnis, die unergebenheit. Eadem Lege, paullo ante: *tantam indevotionem quibusdam quasi legitimis velamentis protegere.* Et lege fin. C. de fideicommiss. libert. *pro indevotione sua.* Exstat etiam in Vlpiani Lege 1 ff. de penu legata, sed Tribonianismus Brissonio videtur.

VOX, vōcis, a βοάω dicta videtur, φωνὴ, die stimme, sprache, ein wort, eine rede. Cic. in Oratore c. 17 *Animi maxime voce commoventur.* Seneca epist. 6 *Plus tibi viva vox & convictus, quam oratio proderit.* Et Hieronymus epist. 103 ad Paulinum c. 2 *Habet nescio quid latentis energiæ viva vox, & in aures discipuli de auctoris ore transfusa fortius sonat.* Quintilianus 9 c. 3 *Qualitas vocis magis varia est: nam &* candida *&* fusca *est, &* plena, *&* lenis, *&* aspera; *&* contracta, *&* fusa; *&* dura, *&* flexibilis: *&* clara *&* obtusa. Horatius lib. 1 od. 24, & Lucret. lib. 5 v. 12 *Liquidam* vocant, quæ *candida* est Fabio, rein. Huic *fusca* opponitur, dumpf. Plinius 27 c. 6 *Venere vox revocatur, cum e candida declinat in fuscam.* Eadem *sordida* appellatur: Seneca præfat. lib. 1 Controvers. *Vox robusta, sed sordida, lucubrationibus & negligentiâ, non naturâ infuscata.* Quintilianus cum *subrauca* conjungit. Sueton. Nerone c. 20 *Quanquam exiguæ vocis & fuscæ.* Dio apud Xiphilinum in Nerone μέλαιναν vocat. In *candida* SPLENDOR est, cum eximie talis. Plin. 20 c. 6 de Porro: *Voci*, inquit, *splendorem affert.* Diligentem autem operam oratores juxta atque cantores tum fingendæ, tum conservandæ voci dabant Romæ: eique rei *Phonascos* habebant, qui dabant præcepta tam de regenda, quam tuenda voce. Lege Sueton. Nerone c. 20 & 25. Tangit & Seneca pater loco supra citato. vide & supra *Phonascus*. Sic, *Erectâ & concitata voce dicere*, Quintil. 11 c. 3. *Vocem attollere*, die stimme erheben; & *Submittere* fallen lassen: Vtrumque apud Quintil. est lib. 1 c. 8 pr. *Vox fessa loquendo*, Ovid. 3 Trist. eleg. 3 v. 85. *Vox exasperatur*, Quintil. 11 c. 3. *Vocem exercere pronunciatione*, Idem lib. 1 c. 11. Et Cic. pro Flacco c. 3 *Vox de quæstura missa nulla est*, es ist kein wort davon gefallen. Et, *Nescit vox missa reverti*, Horatius Art. p. v. 390. *Strangulare vocem*, Quintil. 11 c. 3. *Vocem supprimere*, Ovid. lib. 1 Metam. v. 715. *Vox non est urgenda ultra vires*, Quintil. 11 c. 3. ¶ 2. Aliquando *Vox* pro flagitatione, admonitione, cohortatione ponitur. Hirtius Pansa in additamento Cæsaris, sive lib. 8 de Bello Gallico præfat. *Coactus assiduis tuis vocibus, Balbe, cum quotidiana mea recusatio non difficultatis excusationem, sed inertiæ videretur deprecationem habere, difficillimam rem suscepi.* ¶ 3. Pro conviciis: Cæsar 1 de Bell. Civ. c. 2 *Sic vocibus consulis, terrore præsentis exercitus, minis amicorum Pompeji plerique compulsi inviti & coacti, Scipionis sententiam sequuntur:* VOCES dicit, quod paullo ante CONVICIA vocaverat. Quæ ipsa in c. 1 enarrantur.

¶ Vōcŭla, æ, diminut. eine kleine rede; ut, *Malevolorum voculæ*, Cic. 2 fam. epist 16, id est, calumniæ. ¶ 2. Est etiam dictio, verbum, ein wörtlein. Gellius lib. 12 c. 14 *Significatio hujus voculæ*, &c. Hinc

¶ Vōcŭlātio, ōnis, quæ antiquus accentus sive accentuatio erat, ut idem Gellius lib. 13 c. 6 & 25 observat. Adde supra *Prosodia.*

¶ Vōcālis, e, sonorus, laut, schallend, stimmbar; ut, *Vocales chordæ*, Tibullus 2 eleg. 5 v. 3. Et Plin. 18 c. 37 *Ranæ ultra solitum vocales, sunt signa tempestatis.* ¶ 2. Sic, *Litteræ vocales*, quæ per se voces faciunt. *Concursus vocalium*, Cicero in Oratore c. 23. Compar. *Vocaliora*, Quintil. 8 c. 3. Superl. *Vocalissimus*, apud Sidon. 8 epist. 9 extr. ¶ 3. Loquens, redend. Valer. Max. 1, 8 ext. 4 *Ægles Samius, athleta mutus, cùm ei victoriæ, quam adeptus erat, titulus & præmium eriperetur, indignatione accensus vocalis evasit.*

¶ Vōcālĭter, adverb. idem. Apulej. lib. 1 Miles. *Januam vocaliter pulsare incipit.* vide ibi Pricæum.

¶ Vōcālĭtas, ātis, εὐφωνία, der wohlklang. Quintil. 1 c. 5 *Vocalitas, quæ Euphonia dicitur.*

¶ Vŏco, avi, ātum, āre, ruffen, nennen, einladen; ut, *Vocare ad cœnam*, Cic. 6 ad Attic. epist. 3 sub finem: & absolute *vocare* est invitare ad cœnam, zu gaste laden. Suetonius Tiberio c. 53 *Quendam vero inter cœnam porrecta a se poma gustare non ausum, vocare desiit.* Est enim proprium in hac re verbum, unde & VOCATORES, qui invitant, & VOCATIONES ipsæ invitationes appellatæ sunt. Consule Taubmanni in Plautum collectanea, & Jan. Guiliel. Verisim. 1 c. 18. *In concionem vocare*, Cic. 4 Acad. c. 47. *In judicium vocare*, Cic. pro Balbo oratione extrema. Et, *In jus vocare*, pro Quintio c. 19, für gericht fordern, laden, &c. *Vocare ad calculos*, hoc est, ad ineundam expensi & accepti rationem, Livius 5 c. 4, zur rechnung fordern. *Vocare in crimen*, id est, criminis aliquem accusare, Cic. 5 in Verr. c. 50 extr. anklagen. *Vocare in invidiam*, in ungunst bringen, ibidem. Et, *In suspicionem*, ibidem c. 4, in verdacht setzen. *In spem vocare*, Cic. 3 ad Attic. epist. 15, hoffnung machen. *Vocare in dubium*, Idem 2 de Invent. c. 28, an etwas zweiffeln, in zweiffel ziehen. *In lucem e tenebris vocare familiam obscuram*, Idem pro Dejotaro c. 11 pr. Et, *Vocatur res nostra*, [*salus* &c.] *in summum periculum ac discrimen*, Cic. pro Lege Manil. c. 5. Idem 1 Catilin. c. 5 *Ad exitium & vastitatem vocare*, verstohren wollen, verstöhren. ¶ 2. *Quî vocare*, wie heissest du? Terent. Adelph. 5, 6 v. 3. Et Plin. 10 epist. 5 *Vocatur ipse Harpocras.* Et Ovid. Fast. 2 v. 24

Torrida cum mica farra vocantur idem:

sie haben eben diesen nahmen.

¶ Vŏcātus, a, um, geruffen, eingeladen; ut *Clamore vocati*, Virg. 2 Æn. v. 437. *Vocatus atque non vocatus audit*, Horat. 2 od. 18 v. 40. Et Ovid. Fast. 2 v. 362 *Venit ad exiguas turba vocata dapes.*

¶ Vŏcātus, ûs, subst. der beruff, die einladung. Cic. 3 de Orat. c. 1 *Senatus frequens vocatu Drusi in curiam venit*, auf erforderung. Et Virg. Æn. 12 v. 95 *Nunquam frustrata vocatus Hasta meos.*

¶ Vŏcātio, ōnis, idem. Vtuntur vulgo nomine *Vocationis* pro officio divinitus delegato seu injuncto; ut, *Vocationis suæ officia facere*, &c. sed sine exemplo antiquitatis. ¶ 2. Veteribus hoc nomine designabantur invitationes ad cœnam. Catullus epigr. 48

Vos convivia lauta sumtuose
De die facitis, mei sodales
Quærunt in triviis vocationes.

¶ Vŏcātor, ōris, qui vocat, seu invitat convivas, ein ruffer, einlader, der zu gaste bittet. Servorum genus erat. Plinius 35 c. 10 *Vocatores ostendenti, ut diceret, a quibus invitatus erat.* Sueton Calig. c. 39 *Compererat, provincialem locupletem ducenta HS numerasse vocatoribus, ut per fallaciam convivio interponeretur.* Meminit & Seneca 3 de Ira c. 37 sub fin. Et Prudent. passione Laurentii v. 461 *Vocator gentium*, de Paulo apostolo.

¶ Vŏcātōrius, a, um, einladend, ruffend. Tertullian. de Anima c. 47 *Si qua vocatoria.* Et Gloss. gr. lat. κλητικὸν, *Vocatorium.*

¶ Vocatīvus, a, um, idem; ut, *Casus vocativus*, sic dictus a grammaticis, quod per eum vocemus, qui & *Salutatorius* dicitur. vid. Priscian. lib. 5 cap. de Casu. Hinc

¶ Vocatīve, adverb. i. e. in vocativo casu. Gellius 13 c. 22 *Varro vocative dicit in his versibus* &c.

¶ Vŏcābŭlum, i, subst. quo res notatur aut nominatur, ein wort, nahme, benennung. Terent. Eunuch. 2, 2 v. 33 *Tanquam philosophorum habent disciplinæ ex ipsis vocabula* &c. Sic, *Vocabula rebus imponere*, Horat. 2 sat. 3 v. 280. Et Cic. de Legib. 1 c. 13 *Rebus non commutatis immutare vocabula.* Sallust. in Catilin. c. 52 *Jam pridem equidem nos vera vocabula rerum amisimus: quia bona aliena largiri, liberalitas, malarum rerum audacia, fortitudo vocatur, eo resp. in extremo sita est.* Varro *nomen* & *vocabulum* distinguit, cujus lib. 7 de L. L. c. 41 hæc verba sunt: *Sequitur de* NOMINIBVS: *quæ differunt a* VOCABVLIS *ideo, quod sint finita, ac significant res proprias: ut* PARIS, HELENA: *cum* VOCABVLA *sint infinita, ac res communes designent: ut* VIR, MVLIER &c. Et ibidem c. 43 *Appellandi partes sunt quatuor, a queis dicta a quibusdam* PROVOCABVLA, *quæ sunt, ut* QVIS, QVAE: VOCABVLA, *ut, scutum, gladius.* NOMINA, *ut Romulus, Remus:* PRONOMINA, *ut, hic, hæc.* Aliquando tamen & *nomina propria* dicuntur VOCABVLA: itaque usus Terentius allegato paullo ante loco. Tacitus 12 Annal. c. 66 *Diligitur artifex talium, vocabulo* LOCVSTA. Et c. 27 *Cui* (oppido Vbiorum Coloniæ Agrippinæ) *nomen inditum ex vocabulo ipsius* (Agrippinæ Augustæ.) Et Tac. 13 c. 12 *Delapso Nerone in amorem libertinæ, cui vocabulum Acte fuit.* Idem 2 Histor. c. 62 *Præmisit in urbem edictum, quo vocabulum* AVGVSTI *differret, Cæsaris nomen reciperet.* Bacchus seu Liber apud Ovidium 3 Fastor. v. 511 ad Ariadnen:

Tu mihi juncta toro, mihi juncta vocabula sumes:
Nam tibi mutatæ Libera nomen erit.

¶ Vocabulārĭter, adverb. mit nahmen. Gloss. gr. lat. προσηγορικῶς, *appellative, vocabulariter.*

¶ Vŏcāmen, ĭnis, die nennung. Lucret. 2 v. 656 *Proprium proferre vocamen.* Solinus c. 5 *Vocamen dare*, de tibiis ex Siculo calamo. Idem c. 30 de Æthiopia: *Sunt & anthropophagi, quorum mores vocamen sonat*, i. e. vocabulum, nomen, Arnob. lib. 2 p. 67 *Nihil omnino ante Deum, quod alicujus vocaminis fuerit, invenitur.* Idem lib. 4 post init. *Cujus & hæ fuerint vocaminis, indicate*, id est, appellationis. conf. Elmenhorst. in Arnob. p. 82.

¶ Vŏcĭto, āre, frequentat. nennen. Cic. pro Rabir. Posthumo c. 9 *Phalereus vocitatus est.* Idem de Nat. D. 2 c. 43

Has Græci stellas, Hyadas vocitare suerunt.

¶ Vōcĭfĕror, ari, vehementius exclamare, seu voce effrenata dolorem & indignationem ostendere, ut Valla ait lib. 5 c. 52, überlaut ruffen, schreyen; ut, *Libere vociferari*, Cic. pro S. Rosc. c. 4. Et, *Vociferari palam*, Cic. in Verr. 4 c. 18.

¶ Vŏcĭféro, are, activa formâ, idem. Varro de R. R. 3 c. 9 *Qui elati sunt & vociferant sæpe*, sie schelten offt.

¶ Vōcĭférātus, ûs, subst. das geschrey, die schmähung. Plin. 10 c. 60 *Cum vociferatu sanguinem profundere.*

¶ Vociferātio, ōnis, idem; ut, *Muliebris vociferatio*, Auct. ad Herenn. lib. 3 c. 12. *Furiosa vociferatio*, Quintil. 2 c. 20, ein unsinniges geschrey. *Vociferatione uti*, Cic. pro Rosc. Am. c. 5. Heroum voci hanc dant poëtæ, Virg. Æn. 12 v. 95; Valer. Flacc. 3 v. 81. Et Seneca Hippolyt. v. 1152 *Quid ensis iste, quidve vociferatio?*

¶ Vociferātor, ōris, ein schreyer. Tertull. advers. Marc. 4 c. 11 *Johannes vociferator in solitudine.*

¶ Vociferārius, i, idem. Gloss. gr. lat. φωνασκητὴς, *Vociferarius.*

¶ Vōcĭfĭco, are, schreyen. Varro 3 de Re Rust. c. 16 *Atque insectantes a se ejiciunt fucos: quos vocificantes plures, persequuntur etiam paucæ.* Gell. 9 c. 3 *Cujus vim atque arma toti Græciæ cavenda, inclytæ illæ Demosthenis orationes concionesque vocificant:* ut Lipsius lib. 3 Epist. Qu. epist. 6 ex MStis restituit.

Composita ab initio:

¶ Æquĭvŏcus, a, um, zweydeutig; ut, *Æquivoca nomina*, i. e. ambigua; e. g. *Quis negat Æneæ magna de stirpe Neronem?*
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem:

Vbi in ultimo versu primum SVSTVLIT, *peremit, occidit*, quod Nero commisit in matre; alterum SVSTVLIT, *exceptum humeris tulit* sive *gessit*, quod fecit Æneas, significat. Citatur hoc epigramma Suetonio in Nerone c. 39. vide supra in *Æquus.*

¶ Āvŏco, avi, atum, āre, est abstrahere, abfordern, abziehen, abhalten; ut, *Deterrere atque avocare animum a religione*, Cic. de Arusp. resp. c. 9. Et de Senect. c. 5 *Avocat a rebus gerendis senectus.* ¶ 2. Oblectare, pascere. Sic, *Animum picturis, fabulis avocare*, dicimus. Arnob. lib. 7 p. 215 *Parvuli pusiones, quo abstineant ploratibus, pupulos, equuleos, panes accipiunt, quibus avocare se possint.*

¶ Avŏcāmentum, i, die abhaltung. Plin. 8 epist. 5 *Avocamenta* [doloris] *admittere*, sich zu frieden geben. Et Arnob. lib. 5 *Infantibus credulis avocamenta quærunt anus longævæ, & varias fictiones sub imagine veritatis exponunt.* Rursus Plinius Panegyr. c. 82 *Ludus & avocamentum*, id est remissio.

¶ Avŏcātio, ōnis, die abforderung, abführung; ut, *Avocatio a cogitanda molestia*, Cic. Tuscul. 3 c. 15.

¶ Avocātor, ōris, ein abforderer; ut, *Vivorum avocator*, Tertull. de Carn. Christ. c. 5 extr.

¶ Avocātrix, īcis, eine wegführerin. Adjective Tertullian. de Anima c. 1 *Vis veritatis avocatrix.*

¶ Advŏco, āre, ad se vocare, herzu ruffen; ut, *Advocare concionem*, das volck zusammen fordern, Cic. in Verr. 3 c. 80. Et Terent. Phorm. 2, 1 v. 83 *Amicos advocabo ad hanc rem, qui adsint.* Cic. pro Quint. c. 21 *Viros bonos complures advocat.* Sic, *Advocari caussæ alicui*, Quintil. 11 c. 1. *Advocare ad consultandum, in consilia*, Cicero in fragm. apud Quintil. 8 c. 3. *Advocare animum ad se ipsum, & a corpore abducere*, Idem Tuscul. 1 c. 31. Et Senec. in Medea v. 562 *Hoc age, advoca omnes vires & artes*, id est, totis viribus conare. ¶ 2. * Caussas agere in foro. Plin. 5 epist. 8 *Ideoque interim veniam, ne a forensibus verbis recedam, advocandi peto*, id est, caussas agendi. *Grævius.*

¶ Advŏcātus, a, um, herzu geruffen; ut, *Advocatum consilium amicorum*, Curt. 6, 8, 1. *Advocata concio*, Nepos 7, 6, 4; & Justin. 2, 8, 8.

¶ Advocātus, i, subst. quicunque alteri adest in caussa officii gratiâ, ein beystand, fürsprecher. Terent. Eunuch. 4, 6 v. 25 *Volo ego adesse hic advocatos nobis in turba hac.* Cic. pro Sylla c. 29 *Consul de pecuniis repetundis Catilinæ fuit advocatus.* Sic, *Advocatum alicui venire*, einem zum beystand erscheinen; Terent. Adelph. 4, 5 v. 47 *Ridicule, advorsumne illum caussam dicerem, cui veneram advocatus?* ¶ 2. Quintilian. *Advocatum* pro patrono etiam, vel caussidico posuit lib. 12 c. 1, ein sachverwalter, anwalt. Et Asconius in Divin. p. 20 *Qui defendit alterum in judicio, aut* PATRONVS *dicitur, si orator est; aut* ADVOCATVS, *si jus suggerit, aut præsentiam suam amico commodat; aut* COGNITOR, *si præsentis caussam novit, & sic tuetur ut suam.* Plin. 5 epist. 4 *Contradixerunt Vincentinorum legati, adfuit Tuscillus Nominatus: dilata caussa est. Alio senatu Vincentini sine advocato intraverunt* &c. Vlpian. leg. 1 § 11 Dig. de extraord. cognit. *Advocatos accipere debemus omnes omnino, qui caussis agendis quoque studio operantur.* Atque his caussarum actoribus honorarium seu merces sua solvebatur. Vide Vlpianum ibidem & Plinium dicto loco: itemque Torrentium ad Suetonium Nerone c. 17. De bonorum & malorum advocatorum differentiâ lege Eric. Putean. Epistolar. Centur. novam epist. 59 p. 77.

¶ Advocātor, ōris, idem. Tertullian. 4 advers. Marcion. c. 15 *Deus divitum aspernator, mendicorum advocator.*

¶ Advŏcātio, ōnis, patrocinium, advocati officium, die leistung des beystands, der fürspruch. Cic. ad Trebat. 7 fam. epist. 10 *Tu in re militari multo es cautior, quam in advocationibus.* Plin. 1 epist. 22 *Multos advocatione, plures consilio juvat.* Sueton. de Illustribus Grammat. c. 22 *In advocatione quadam (nam interdum & caussas agebat,) solœcismum ab adversario factum usque adeo arguere perseveravit, quoad Cassius Severus, interpellatis judicibus, dilationem petiit.* ¶ 2. Livius pro advocatorum comitatu posuit lib. 3 c. 47, *Virginius sordidatus filiam suam obsoleta veste, comitantibus aliquot matronis, cum ingenti advocatione in forum deducit*, mit einem grossen beystande. ¶ 3. Cicero consultationem etiam *advocationem* dixit in 1 Verr. c. 49 extr. *Maximarum rerum frequentissimæ advocationes fiunt*, rathschläge und beredungen. ¶ 4. *Advocationem* pro morâ & spatio sæpius posuit Seneca, ut, *dare, petere, postulare advocationem.* Tractum a judiciis: nam qui parum instructi ad respondendum, advocationem solent petere: id est, moram & tempus deliberandi advocandique amicos. Videatur Lipsius in illud Senecæ Consol. ad Marciam c. 10 *Nimis magnam advocationem dedi.* Vetus poëta:

Cur differs, mea lux, rogata semper?
Cur longam petis advocationem?

¶ Advŏcāmentum, i, idem; ut, *Venia advocamenti*, apud Plinium 5 epist. 8; sed meliores libri *advocandi.*

¶ Advŏcĭto, are, frequentat. sæpe advocare, herzu ruffen, Fest.

¶ Convŏco, avi, atum, are, zusammen fordern, beruffen; ut, *Convocare ad concionem*, Livius 7 c. 36. *Qui dissipatos homines congregavit, & ad societatem vitæ convocavit*, Cic. Tuscul. 1 c. 25.

¶ Convŏcātus, a, um, zusammen geruffen; ut, *Convocati auditores*, Cic. de Clar. Orat. c. 51. Et Cæs. 3 B. Gall. c. 3 *Concilio celerrime convocato sententias exquirere cœpit.*

¶ Convŏcātio, ōnis, die zusammenforderung; ut, *Nulla ad rempubl. defenaendam Pop. Rom. convocatio*, Cic. post reditum in senat. c. ult.

¶ Convīcium, i, etiam a *Vox* ducitur, quasi *Convocium.* Et est proprie inordinatus clamor, voces multorum inter se collisæ, καταβόησις, ein einhelliges geschrey, gesammtes ruffen. Vide Vlpian. leg. 15 § 4 Dig. de Injur. Phædrus 1 fab. 7 v. 4

Clamorem ranæ sustulere ad sidera,
Convicio permotus quærit Jupiter.

Vides, hîc idem esse *clamorem* & *convicium.* Auson. Ephemerid. de loco v. 5 *Sex enim convivium*
Cum rege justum: si super, convicium est.

Quod vulgo dici solitum, Capitolinus in Vero c. 5 significat. Cic. 3 Verrin. c. 11 *Erant autem convivia, non illo silentio prætorum atque imperatorum; neque eo pudore, qui in magistratuum conviviis versari solent, sed cum maximo clamore atque convicio.* Quintil. præfat. operis ad Tryphon. *Efflagitasti quotidiano convicio*, &c. Vbi *convicium* nihil aliud, quam clamosa efflagitatio est. ¶ 2. Et quia probra atque contumeliæ, uti per iracundiam & impotentiam, ita cum non exiguo clamore & contentione ingeri solent; idcirco eo quoque *conviciorum* traducta est vox, die schmähung, lästerung; ut, *Conviciis aliquem incessere*, Sueton. Tiber. c. 11, & Nerone c. 35, schmähen. *Convicium facere*, Plin. 6 epist. 12 fin. Et Seneca Consol. ad Marc. c. 10 *Pessimi debitoris est, creditori facere convicium.* Atque Terent. Adelph. 2, 1 v. 26 *Ante ædes erit melius non fecisse hic convicium.* Sic, *Conviciis proscindere*, Plinius 33 c. 1 pr. Plura super etymologiâ hujus vocabuli Valla 9 c. 52, sed multa perperam. Est autem discrimen inter *Convicium* & *Convitium.* Illud a *voce*, hoc a *vitio* dicitur. Scaliger in Catalectis p. 120 *Quomodo veteres partem corruptam in ædificio*, vitium facere *dicebant; ita etiam, cum partes plures in ruinam proclives essent*, convitium *vocabant. Sic legitur in monumento quodam Veronæ nostræ:* CONVITIVM REFECERVNT. VALVAS. LIMEN DE SVA PECVNIA LARIBVS DANT.

¶ Convīcĭŏlum, i, diminutivum, ein schimpff-wort. Lampridius in Alexandro c. 28 *Antiochenses lacessiverant eum conviciolis.*

¶ Convīcior, ari, convicia dicere, lästern, schmähen. Quintilianus 3 c. 8 extr. *Contra sentientibus inhumane conviciantur.* Et lib. 5 c. 13 *Accusatoribus conviciari aliquando patrocinii fides cogit.* Apulej. lib. 2 Florid. *Corvus & psittacus nihil aliud, quam quod didicerunt, pronunciant. Si convicia docueris, conviciabitur, diebus ac noctibus perstrepens maledictis.*

¶ Convīcĭātor, ōris, ein lästerer; ut, *Maledicus conviciator*, Cic. pro Muræn. c. 6, ein läster-maul. Senec. 3 de Ira c. 24 *Augustus contentus fuit a conviciatore suo secedere.* Et Sueton. Tiber. c. 11 *Conviciatorem rapi jussit in carcerem.*

¶ Devŏco, are, herab fordern; ut, *Jovem cælo devocare*, Plin. 28 c. 2. *Refixa cælo devocare sidera*, Horat. epod. 17 v. 5. *Devocare e cælo philosophiam*, Cic. 5 Tuscul. c. 6. Et C. Nepos Cimone extr. *Quotidie sic ei cœna coquebatur, ut, quos invocatos vidisset in foro, omnes devocaret*, i. e. ex foro vocaret ad cœnam. Et, *Devocare ad auxilium*, Livius 1 c. 20.

¶ Evŏco, are, ausfordern, heraus ruffen; ut, *Evocate huc Davum*, Terent. Andr. 3, 3 extr. *Evocare aliquem foras*, Idem Eunuch. 2, 2 v. 52. Et Plaut. Amphitr. 3, 3 v. 12 *Tu gubernatorem a navi huc evoca meis verbis.* Sic Cic. 3 Verr. c. 28 *Evocare aliquem accitu alterius.* Et, *Evocare ad colloquium*, Livius 23 c. 43. *Animas evocare orco*, Virg. 4 Æneid. v. 242. *Evocare sepulcris avos atavosque*, Ovid. 1 Amor. eleg. 8 v. 17. Et, *Evocare hostes ad pugnam*, Cæs. 5 Bell. Gall. c. ult. *Evocare ad arma*, Cic. pro Rabir. perduell. c. 7, aufgebieten. Et, *Evocari a Deo*, Idem in Tuscul. 1 c. 30, scil. ex vita.

¶ Evŏcātus, a, um, aufgefordert, aufgeboten. Sic *Evocati*, qui repentina aliqua necessitate evocantur, ad bellum ex agris. Cic. ad App. 3 fam. epist. 6 *Antonium, præfectum evocatorum, misi ad te* &c. Erant videlicet illi, qui emeritis jam stipendiis, præmiis precibusque adducti, sequebantur militiam, quam detrectare poterant jure. Itaque non tam milites erant, quam pro milite, ut Servius ad Virg. lib. 2 Æn. interpretatur. Galba vero hoc nomine eos affecit & decoravit, quos militum loco custodiæ corporis adhibuerat, ut ejus vitâ Suetonius cap. 10 auctor est. vide Lipsium 1 de Militia Romana Dialogo 8, & supra in *Voluntarius*; & Zimmerm. Annalect. menst. 1 § 36 p. 44. Talem *evocatum* Vellejus quoque videtur intelligere 2, 70, n. 2 & 3.

¶ Evocātio, ōnis, die aufforderung, das aufgebot; ut, *Inferorum evocatio*, Plin. 30 c. 1. Donatus ad illud Terentii Eunuch. 4, 7 v. 2

Simalio, Donax, Syrisce, sequimini,
Primum ædes expugnabo:

Hujusmodi, inquit, *militiæ per tumultum repente suscipitur, & dicitur* EVOCATIO. *Vbi Dux alloquitur cives:* QVI REMPVBL. SALVAM VVLTIS, ME SEQVIMINI.

¶ Evocātor, ōris, ein aufforderer, aufwiegler. Cic. in Catilin. 1 c. 11 *Principem conjurationis, evocatorem & servorum & civium perditorum exire patieris?*

¶ Evocatōrius, a, um, auffordend; ut, *Evocatoriæ litteræ*, apud Sidon.

¶ Evocatōrie, adverb. idem; ut, *Evocatorie curare*, Theod. Prisc. 1 c. 23.

¶ Invŏco, avi, atum, are, anruffen, anschreyen. Cic. de Nat. Deor. 2 c. 27 *Junonem Lucinam in pariundo invocant.* Et, *Invocare aliquem*

in

in auxilium, hülffe ruffen: Quintilian. procem. lib. 4 utrumque conjungit: *Nunc omnes in auxilium Deos, ipsumque inprimis, quo neque præsentius aliud, neque studiis magis propitium numen est, invocem.* Sic Cic. 2 de Orat. c. 47 *Invocare quem advocatum* dixit, um beystand bitten: *Cum*, inquit sub Catuli persona, *ipsum* [Marium] *advocatum ad communem imperatorum fortunam defendendam invocarem*, id est, implorarem. Sed & absolute pro, in auxilium vocare, ponitur. Tacitus 4 Hist. c. 73 n. 3 *Ingressi sunt duces imperatoresque Romani nulla cupidine, sed majoribus vestris invocantibus.* Et rursus ibid. c. 79 *Unde metus & justæ preces invocantium.* ¶ 2. Aliquando idem cum simplice est. Curtius 10 c. 5 *Persæ justissimum ac mitissimum dominum; Macedones optimum ac fortissimum regem invocantes, certamen quoddam mæroris edebant.*

¶ Invocātio, ōnis, die anruffung, anbetung, apud Theol.

¶ Invŏcātus, a, um, hoc est, non vocatus, ungefordert, unberuffen, ungeladen. Cœlius Cic. 8 fam. epist. 8 *Ego simul atque audivi, invocatus ad subsellia rei occurro.* Cic. de Nat. Deor. 1 c. 38 extr. *Quid quod imagines ad dormientem veniunt invocatæ.* Sic Vitruvius 6 c. 8 opponit *invitatos* & *invocatos*. Aliud exemplum Nepotis supra habes in *Devocare*.

¶ Intervocālĭter, adverb. laut, mit heller stimme. Apulej. Met. lib. 9 p. 231 *Intervocaliter clamare*, id est, alta voce, ut in Indice interpretatur Elmenhorstius.

¶ Intrōvŏco, are, hinein ruffen; quod disjunctim tamen etiam legi potest: apud Cic. in Verr. 3 c. 26 *Cur ad nos filiam tuam non introvocari jubes?*

¶ Introvocātus, a, um, hinein geruffen, apud Apulej. Met. lib. 8.

¶ Introvocātus, ûs, subst. die vorforderung. Ammian. 29 c. 6 *primo introvocatu.*

¶ Provŏco, avi, atum, are, proprie, vocare foras, herausser ruffen, Plaut. Pseud. 2, 2 v. 43 *Herus si tuus domi est, quin provocas?* ¶ 2. Deinde, in dimicationem vocare, ausfordern; ut, *Provocare ad certamen*, Liv. 24 c. 8, einen kampff anbieten, zu kämpffen verursachen und reitzen. Sic, *Provocare in aleam*, Plaut. Curcul. 2, 3 v. 76. ¶ 3. Incitare, lacessere, anreitzen. Terent. Eunuch. 3, 1 v. 52 *Pamphilam cantatum provocemus.* Virg. Georg. 3 v. 193 *Cursibus auras provocare.* Vellej. 2, 118, 1 *Provocantes alter alterum injuriâ.* Cic. ad Brut. epist. 1 *Respondere amore iis, a quibus provocére.* Sic, *Provocare bellum*, krieg erregen, dixit Plin. in Panegyr. c. 16. ¶ 4. *Provocare* denique id etiam est, quod vulgo *appellare* dicunt, appelliren. Livius 8 c. 33 *Tribunos plebis appello, & provoco ad populum.* Et absolute, *Provoco*, apud eundem lib. 1 c. 26, de Horatio, sororis interfectore.

¶ Provŏcātus, a, um, ausgefordert, gereitzt. Cic. 2 de Fin. c. 22 *Provocatus cum Gallo depugnavit.* Idem de Off. 1 c. 15 *Quidnam beneficio provocati facere debemus.* conf. Idem ad Anton. sub lib. 14 ad Attic. epist. 13.

¶ Provocātio, ōnis, die ausforderung; ut, *Provocatione certare*, quod apud Livium quidem legimus lib. 1 c. 26, sed alio plane sensu, quem mox dabimus. Vide integra verba. Interim Plinius 37 c. 1 *Ex provocatione interfecit eum.* ¶ 2. Et, *Provocatio*, appellatio, die appellirung; ut, *Provocationem alicui dare*, einem macht geben zu appelliren, Cic. 1 Philipp. c. 9. Atque ita etiam Livii dicto lib. 1 c. 26 *Si a duumviris provocarit, provocatione certato.* Et mox: *De provocatione certatum ad populum est.* Cic. de Orat. 2 c. 48 *Provocationem vocat patronam civitatis, ac vindicem libertatis.*

¶ Provocator, ōris, ein ausforderer. Cic. pro Sextio c. 64 *Cum ex ergastulis emtos nominibus gladiatoriis ornarit, & sortito alios Samnites, alios provocatores fecerit.* Et Gallus, qui cum Torquato decertavit, Gellio lib. 9 c. 13 *insolens provocator* dicitur.

¶ Provocatrix, īcis, die reitzerin. Lactant. 6 c. 18 *Provocatrix improbitas.*

¶ Provŏcātōrius, a, um, anreitzend, herfür lockend; ut, *Provocatoria dona*, quæ dabantur iis, qui ex provocatione victores exstiterant, Gell. lib. 2 c. 11.

¶ Provocatīvus, a, um, idem. Tertull. de Anima c. 37 *Animæ crementa non substantiva, sed provocativa.*

¶ Provocatītius, a, um, idem. Tertullian. lib. 2 in Marcion. c. 3 opponit *obventitio.*

¶ Provocābĭlis, e, beweglich, leicht zu erregen. Cœl. Aurel. Acut. 3 c. 21 *Provocabiles liquidorum fluxionibus motus.*

¶ Provocābŭlum, i, id est, pronomen, Varr. de L. L. 7 c. 23.

¶ Revŏco, avi, atum, are, wiederruffen, zurück fordern, abhalten. Terent. Phorm. 5, 6 v. 8 *Num mirum aut novum est revocari, cursum cum institueris?* Sic, *Revocare ex itinere*, Cic. 2 de Divin. c. 8; & *ab opere*, Cæs. B. Civ. 1 c. 82. *Ab inferis revocare*, Cic. pro Milone c. 29; & *A limine mortis*, Plin. 7 c. 44. ¶ 2. *Revocare se*, hæsitantis est, & sæpius sententiam aut dicta mutantis, umkehren. Cic. 4 Acad. c. 17 *Vinolenti dubitant, hæsitant, revocant se interdum.* Sic, *Revocare studia intermissa*, Cic. 1 Tuscul. princ. Et, *Ad pristina studia se revocare*, Idem de Clar. Orat. c. 3. *Revocare aliquid in lucem*, Idem lib. 29 c. 1, wieder ans licht bringen. *Ad arbitrium suum rem aliquam revocare*, est referre, Cic. ad Brut. epist. 4. *Ad potentiam suam omnia revocare*, Idem de Amicit. c. 16. Et, *Revocare in dubium*, pro Cæcina c. 27, zweiffelhafftig machen. *Lapsos ab errore revocare*, Quintil. 2 c. 6. Et, *Revocare in vitam*, Cic. ad Attic. 7 c. 23. ¶ 3. *Revocare* est invitatorium verbum, atque significat eum, qui antea vocavit convivioque accepit, vicissim vocare seu invitare, wieder einladen. Nonius c. 2 n. 751 Revocare *est per vices mutuo vocare.* Lactant. lib. 6 Instit. Divin. c. 12 *Idem Deus præcepit, ut, si quando cœnam paraverimus, eos in convictum adhibeamus, qui revocare non possint, & vicem reddere.* Cui geminum græcum illud ἀντικαλεῖν, Luc. c. 14 v. 12. Phædrus 1 fab. 27 *Vulpes ad cœnam dicitur ciconiam*
Prior invitasse,
Quæ vulpem cum revocasset, &c.

¶ Revŏcātus, a, um, zurück geruffen, wieder geholt. Cic. pro Domo c. 22 *Ab omnibus ad pristinam dignitatem exspectatus atque revocatus.* Virg. Æn. 5 v. 476 *Servare aliquem revocatum a morte.* Ovid. Amor. 3 eleg. 5 v. 17 *Lente revocatas ruminat herbas*, id est, remandit cibum ante pastum.

¶ Revŏcātio, ōnis, die zurückruffung, abmahnung; ut, *Revocatio a bello*, Cic. Philipp. 13 c. 7. Et Vitruv. 9 c. 4 sub fin. de luna: *A sole revocationibus.*

¶ Revŏcāmen, ĭnis, idem. Ovidius 1 Fastor. v. 561
Accipio revocamen, ait, vocemque secutus, &c.

¶ Revocator, ōris, ein zurückruffer; ut, *Revocator animarum*, Quintil. Declam. 10 sub fin.

¶ Revŏcātōrius, a, um, zurück ziehend; ut, *Revocatoria emplastra*, Theod. Priscian. 2 c. 32.

¶ Revŏcābĭlis, e, wiederrufflich, veränderlich; ut, *Damnum revocabile*, Claudian. in Eutrop. 2 v. 488. *Non revocabile telum*, Ovid. 6 Fast. v. 264. Et Propert. 4 eleg. 7 v. 51 *fatorum nulli revocabile carmen.*

¶ Irrevocabĭlis, e, quod revocari nequit, unwiederrufflich, unwiederbringlich; ut, *Ætas præterita irrevocabilis*, Lucret. 1 v. 468. Et Horat. 1 epist. 18 v. 71
Et semel emissum volat irrevocabile verbum.
Comparat. Tacitus Agric. c. 42 *Domitiani natura quo obscurior, eo irrevocabilior.*

¶ Irrevocabĭlĭter, adverb. idem. Prosper auctior in chronico apud Sirmondum in Sidonii epistolas p. 77 usus est. Et Augustinus Civ. Dei 22 c. 20 *Quomodo aliquid vel latet omnia sentientem, vel irrevocabiliter fugit omnia moventem?*

¶ Irrevocandus, a, um, idem. Claudianus de Bello Getico v. 123 *Irrevocandus error.*

¶ Irrevŏcātus, a, um, unwiederruffen. Ovid. de lupi in lapidem transformatione Met. lib. 11 v. 401 *Sed enim irrevocatus ab acri*
Cæde lupus perstat, &c.

¶ Sevŏco, are, absondern. Catull. carm. 66 v. 2 *Sevocat a doctis virginibus.* Et Cic. Tusc. 1 c. 30 *Sevocare se a corporibus.* ¶* *Sevocare* proprie est seorsim vocare, beyseit ruffen, beyseit ziehen; quod faciunt illi, qui soli cum aliquo sunt collocuturi; ut *seducere* est seorsim ducere, *secubare* seorsim solum cubare. Plaut. Menæchm. 5, 9 v. 25 *Sevocabo herum, Menæchme.* Sueton. Calig. c. 36 *Egressus triclinio cum maxime placitam sevocasset.* Grævius.

¶ Sevocātor, ōris, ein beyseitruffer, absonderer. Gloss. gr. lat. ἀποχωριστής, *sevocator.*

¶ Semivōcālis, e, halblautend. Sic *Semivocales* quasdam litteras Grammatici vocant, de quibus Priscianus sub fin. lib. 1. Ad alias res etiam adhibetur. Varro R. R. 1 c. 17 de rebus ad culturam pertinentibus: *Instrumenti genus vocale servi, semivocale boves, & mutum, plaustra.*

¶ Unĭvŏcus, a, um, ut, *Vox univoca*, quæ multis tribuitur sub eadem definitione. Et, *Univoca nomina*, quæ sub uno & eodem genere, ut *Homo, equus.* vid. Philosoph.

VPĬLIO, ōnis, pro *Opilio*, Virg. eclog. 10 v. 18. vid. supra *Opilio.*

VPŬPA, æ, ἔποψ, avis obscena, humani stercoris & sepulcrorum fœtore se oblectans, ein wiedehopff. Ovid 6 Met. de Tereo v. 672
Vertitur in volucrem, cui stant in vertice cristæ:
Prominet immodicum pro longa cuspide rostrum,
Nomen epops volucri, facies armata videtur.
Adde Plin. 10 c. 29. *Upupæ cum cygnis certant*, proverbiale est, de certamine stulto inter absurde impares; meminit ejus Gesnerus.

VRĀNĬA, æ, vel Vranie, es, Οὐρανία, una ex Musis, sic adpellata, quod siderali scientiæ, ut Apulejus appellat, præsit. Ex quo & Jovianus Pontanus hujus generis libros, quos carmine condidit, VRANIAE titulo præscripsit: vel quod cælum, hoc est, immortalitatem eruditis conciliet. Ovid. 5 Fast. v. 55
Excipit Vranie, fecere silentia cuncta.

¶ Vrānus, i, Deus, primus præfuisse imperio universi orbis scribitur. vid. Lactant. 1 Inst. Div. c. 11 & 22, & ibi Gallæum p. 70 & 131.

VRĀNŎMETRIA, æ, οὐρανομετρία, id est, dimensio cæli. vid. Casp. Schott. Curs. Mathem. p. 613.

VRĀNOSCŎPVS, i, οὐρανόσκοπος, piscis, idem qui & καλλιώνυμος, *Callionymus* dicitur. Est autem de gobiorum marinorum genere. *Vranoscopus* ab oculo dictus est, quem in vertice habet, Plin. 32 c. 7. vid. Gesnerus.

Vrbanitas, urbanus, urbicus, &c. vide mox *Vrbs.*

VRBĪNA, æ, jaculi genus Plauto est in Bacch. 4, 8 v. 46 *Si tibi machæra, & nobis urbina est domi.* vide Chiliad. ubi tamen Fulgentius legit *Veruina a Veru.* conf. Daumii epist. 45 ad Reines. p. 126.

VRBĪNVM, i, Italiæ oppidum vetustissimum in Vmbria. Hinc

¶ Vrbīnas, ātis, plural. *Vrbinates*, incolæ, Plin. 3 c. 14 & 15.

VRBO, vel Vruo, are, circumdare, circumducere, circulo circumscribere, aratro definire, krümmen, umgeben; unde *Vrbs* & *Orbis*; & inde *Oculus.* vide mox in *Vrbs* loca Varronis & Pomponii. Et Ennius apud Festum: *Circum sese urvat ad pedes.*

¶ Vrbum, vel Vrvum, i, pars aratri inflexa & curva, quæ *buris* vel *bura* vocatur. vide Festum, & Salmas. ad Solin. p. 576.

VRBS, urbis, eine stadt, dicta ab *urbo* seu *orbe*, qui ducebatur aratro, qua exstruendi muri essent. Varro 4 de L. L. c. 32 *Oppida condebant in Latio Hetrusco ritu multa, id est, junctis bubus, tauro & vacca interiore aratro circumagebant sulcum. Hoc faciebant religionis caussa, die auspicato, ut fossa & muro essent munita. Terram unde exsculpserant, FOSSAM vocabant: & introrsum factum, MVRVM. Postea quod fiebat orbis, VRBS.* Et ibidem: *Oppida quæ prius erant circumducta aratro, ab orbe & urbo, VRBES: & ideo coloniæ nostræ omnes in litteris antiquis scribuntur VRBES. Quod item conditæ, ut Roma.* Pomponius Lege 239 § 6 Dig. de verbor. signific. VRBS *ab urbo appellata est.* VRBARE *est aratro definire: Et Varus ait*, VRBVM *appellari curvaturam aratri: quod in urbe condenda adhiberi solet.* Sed quod in condendis urbibus aratrum, id & in destruendis adhibebatur: ita, ut civitas esse desineret, ubi aratrum inductum esset. Huc pertinet illud Horatii 1 ode 16 v. 18 *altis urbibus ultimæ*
Stetere caussæ, cur perirent

Funditus, imprimeretque muris
Hostile aratrum exercitus insolens.

Vide & Leg. 21 Dig. quibus modis ususfr. amitt. ¶ 2. Καθ' ἐξοχὴν autem & absolute Roma dicebatur VRBS: quod eo, quo supra expositum, ritu condita esset, de quo Ovidius 4 Fast. v. 817 & seqq. *Vrbs proprie dicta est Roma, quum cetera dicantur oppida*, teste Quintiliano 9 c. 2. Stephanus de Vrbibus: Ἐλέγετο δὲ καθ' ἐξοχὴν πόλις, (Alexandria) καὶ πολῖται ἐξ αὐτῆς, ὡς ἄστυ αἱ Ἀθῆναι, καὶ ἀστοὶ καὶ ἀστικοὶ οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς καὶ ἐπὶ Ῥώμης λέγεται ὕρψ. conf. Savar. ad Sidon. 1 epist. 6. ¶ 3. Apud Nonium c. 5 n. 27 *Inter urbem & civitatem hoc interest: Vrbs est ædificia, civitas incolæ.* Ibidem Cic. de Rep. lib. 1 urbem a civitate claris verbis distinxit. Idem Cic. pro Sext. c. 42 *Tum domicilia conjuncta, quas urbes dicimus, invento & divino jure & humano, mœnibus sepserunt. Civitas*, multitudo ipsa, die bürgerschafft, die gemeine; quamquam & *Vrbem*, *Civitatem* dixit Virg. Æn. 2 v. 265

Invadunt urbem somno vinoque sepultam.

Et Silius 2 v. 257 *Spectantem e mœnibus urbem.*

Et videtur ita accipere Tacitus 1 Hist. c. 84 n. 7. vid. Barth. 20 Advers. c. 21. Sic, *Vrbs pulcherrima & florentissima*, Cic. 2 in Catil. extrema: & *Opulentissima*, Catull. epigr. 30. *Vrbem condere*, Virg. Æn. 1 v. 522; & *exstruere*, Idem 4 Æn. v. 267. *Vrbium conditores*, Quintil. 2 c. 16. *Vrbem ponere*, Virg. c. l. v. 212 dixit. *Vrbes muris cingere*, Ovid. 4 Metam. v. 58. *Vrbes consiliis regere*, Quintil. in præfat. lib. 1. *Vrbem obsidione cingere*, vide *Obsidio* sub *Sedeo*. Sic, *Vrbem evertere*, zerstören, Quintil. 5 c. 11. ¶* *Ad urbem* dicebantur *esse*, qui cum imperio in provinciam mittebantur, aut ex provincia redibant, extra urbem manentes in campo. *Grævius.*

¶ Vrbĭcŭla, æ, diminutum, sed dubiæ auctoritatis, ein städtlein. Onomasticon tamen vetus: *Vrbicula*, πολίχνιον.

¶ Vrbĭcus, a, um, adject. ad urbem pertinens, städtisch; ut, *Occupationes urbicæ*, Martial. præfat. lib. 12. *Vrbicum pecus*, ein stadt-juncker, Plaut. Trucul. 2, 2 v. 14. vide ibi Parei Animadvers. *Res urbicæ* opponuntur *rusticis*. Gellius 15 c. 1 *Venum dare res rusticas, & urbicas emere.* Et, *Præfectus urbicus* est præfectus urbi, apud Lampridium in Elagab. c. 20. ¶ 2. *Vrbicus*, nomen poëtæ mali: Meminit Martialis 1 epigr. 41.

¶ Vrbĭcārius, a, um, idem quod *Vrbicus*: unde & *Suburbicarius*: *Vrbicariæ regiones*, quæ proximæ urbi: & *Suburbicariæ*, de quo infra. vid. Salmas. ad Trebell. Tetricum majorem.

¶ Vrbānus, a, um, quod in urbe est, aut fit, vel ad urbem pertinet, aus der stadt. Ciceronis ætate vox nova fuisse videtur. Ita enim ad Appium Pulchrum lib. 3 epist. 8 *Te hominem non solum sapientem, verum etiam, ut nunc loquuntur, urbanum*; quod etiam Quintil. 8 c. 3 observavit. Sic, *Vita urbana*, Terent. Adelph. 1, 1 v. 17, das stadt-leben. *Otium urbanum*, Cic. 12 fam. epist. 1. *Prædia urbana*, Vlpian. de V. S. lege 198. *Excubiæ urbanæ*, Tacit. 1 Annal. c. 17 extr. ¶ 2. Sed, *Sermo urbanus & venustus*, id est, cultus, comis, qui *rustico* opponitur, Cic. pro Dom. sua c. 34, sittig, höflich. *Homo lautus & urbanus*, Idem in Verr. 1 c. 6. *Comis & urbanus*, Horat. 1 sat. 4 v. 90. Nimirum *urbani* dicebantur homines politi non tantum & concinni moribus; sed & jocis, salibus; dicteriisque jucundi, qui εὐτράπελοι Græcis dicebantur. Vnde *Vrbanum* eundem & *scurram*, Horatius fecit lib. 1 epist. 15 v. 27. Ideo & ad Mimos vocabulum translatum, de quo Salmas. ad Trebellium observat. Dionysius Cato lib. 3 Distich. 21

Inter convivas fac sis sermone modestus:
Ne dicare loquax, dum vis urbanus haberi.

Leg. & Martialis 1 epigr. 41. Apud Ciceronem oratione pro Cœlio, *Vrbani*, severis & antiquis moribus præditis gravibusque opponuntur, iique dicuntur, qui remisse liberiusque & jucunde vivunt. Nam c. 14 ait: *Ex ipsa quæram prius, utrumne me secum severe & graviter & prisce agere malit, an remisse, & leniter & urbane.* Et cap. 15 *Sin autem urbanius me agere mavis: sic agam tecum. Removebo illum senem durum ac pæne agrestem: ex his igitur tuis sumam aliquem ac potissimum minimum fratrem, qui est in isto genere urbanissimus*, (ein politicus,) *qui te amat plurimum, qui propter nescio quam, credo, timiditatem & nocturnos quosdam inanes metus, tecum semper pusio cum majore sorore cubitavit.* Plinio, *urbani*, & belli sunt, & qui fictis laudibus blandiuntur & captant gratiam, lib. 8 epist. 6 *Vrbanos, qui illa censuerunt, putem? an miseros? Dicerem urbanos: si deceret senatum urbanitas.* Reprehendit & indignatur, quod senatus oblitus gravitatis, quæ ejus ordinis propria esse debebat, eo humilitatis descenderit, ut Pallanti liberto Claudii nequam, tam honorificum monimentum strueret, inque eum conferret laudes, quas ille furcifer nullus caperet: tantum ut adularentur hominem, apud principem maxime potentem. Domitius Marsus apud Quintil. 6 c. 4 *Vrbanus homo erit, cujus multa bene dicta, responsaque erunt: & qui in sermonibus, circulis, conviciis, item in concionibus, omni denique loco ridicule commodeque dicet.* ¶ 3. Pro civibus ponitur in illo cavillo militari in Cæsarem apud Suetonium c. 51 *Vrbani servate uxores, mœchum calvum adducimus.* ¶ 4. *Opus urbanissimum*, apud Plinium 5 epist. 6 est non rustice, sed, ut in urbibus solet, dispositum & elaboratum. Et, *Arbores urbaniores*, Plinius major 16 c. 19, quæ, *fructu, aut aliqua dote, umbrarumve officio humanius juvant*, ut ipse ibi interpretatur.

¶ Vrbāne, adverb. facete, höflich; ut, *Facete & urbane irridere*, Cic. 1 de Fin. c. 11. *Vrbane vexari*, Idem 2 ad Qu. fratr. epist. 1. Compar. Quintil. 2 c. 11 *Nec sane potuit urbanius ex confessione inscitiæ suæ elabi.* Cicero pro M. Cœlio c. 15 *Sin autem urbanius me agere mavis, sic agam tecum.* Superlat. *Vrbanissime respondere*, Gell. 15 c. 5.

¶ Vrbānĭtas, ātis, in qua nihil est absonum, nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrinum neque sensu, neque verbis, neque ore gestuve, &c. die höflichkeit, stadt-manier, Quintil. 6 c. 3. Et Cic. 3 fam. epist. 7 *Aado urbanitatem, quæ est virtus, ut Stoici rectissime putant.* Proprie dictorum est, non ridiculorum tantum, sed & quæ elegantiam habent & quodam lepore jucunda sunt: de qua virtute pluribus Quintil. 6 c. 3 & 4. Aristoteli 2 Rhetor. est πεπαιδευμένη ὕβρις; hoc est, moderata contumelia, ut haud nimis pungat. Hinc ipsa dicta sic comparata *Vrbanitates* appellantur. Quintilianus dicto lib. 6 c. 3 *Documento sunt juvenes Tarentini, qui multa de Pyrrho rege securius inter cœnam locuti, cum rationem facti reposcerentur, & neque negari res, neque defendi posset, risu sunt & opportuno joco elapsi. Namque unus ex his*, IMMO, *inquit*, NISI LAGENA DEFECISSET, OCCIDISSEMVS TE, *eaque urbanitate* (dicto) *tota invidia criminis dissoluta.*

¶ Vrbānĭcus, & Vrbānĭciānus, a, um, aus der stadt, städtisch; ut, *Vrbaniciani milites*, Paulus JC. leg. 35 § 4 Dig. ex quibus causs. majores &c. & Spartianus in Caracalla c. 4; & in Geta c. 6.

¶ Vrbānor, ari, in urbe degere, in der stadt seyn. Gloss. gr. lat. πολιτεύομαι, *urbanor*. Hinc

¶ Vrbanātim, adverb. städtisch, apud Nonium c. 2 n. 747 ex Pomponio: *Ego rusticatim tangam, urbanatim nescio.* Et Onomastic. Vet. *Vrbanatim*, ἀστείως.

¶ Vrbĭcăpus, i, πολίπορθος Homero, ein stadt-einnehmer. Plaut. Milit. 4, 2 v. 64 *Vrbicape, occisor regum.* Interpretatur ipse Plautus Bacch. 4, 6 v. 42 *Vrbes verbis qui inermis capit.*

¶ Vrbĭcrĕmus, a, um, urbes cremans, stadt und land einäschernd. Prudent. Hamartig. v. 727 de Sodomæ incendio: *Nubibus urbicremis se subducere.*

Composita ab initio:

¶ Amburbium, i, lustratio ad expiandam urbem. Vopiscus in Aureliano c. 20 *Lustrata urbs, cantata carmina, amburbium celebratum.* Solennem hunc ritum describit Lucanus 1 v. 592. Hinc

¶ Amburbiālis, e, adject. ut, *Hostiæ amburbiales*, quæ circum terminos urbis ducebantur, Fest. & Salmas. in Vopiscum p. 361. *Amburbalia* enim erant, quæ & *Robigalia*, feriæ illæ, quibus supplicabatur ad urbis, agrorum & segetis calamitates avertendas, quarum exemplum ferme superest apud Pontificios.

¶ Anteurbānus, a, um, nahe an der stadt. Festus: *Anteurbana, prædia urbi propinqua.*

¶ Inurbānus, a, um, unhöflich, grob. Cic. 2 de Orat. sub finem: *Non essem tam inurbanus, ac pæne inhumanus, ut eo gravarer.* Et Horatius Art. poët. v. 273 *Scimus inurbanum lepido seponere dicto.*

¶ Inurbane, adverb. bäurisch; ut, *Non inurbane*, Cic. 3 de Nat. Deor. c. 19; & Plin. 2 epist. 14 n. 5.

¶ Perurbānus, a, um, gar höflich. Cic. 1 de Orat. c. 16 *Homo doctus & perurbanus.*

¶ Perurbane, adverb. idem. Sidon. 5 epist 17 *Respondit ille perurbane.*

¶ Pseudourbānus, a, um, falso urbanus, bäurisch; ut, *Pseudourbana ædificia*, id est, loca dominorum in villis; *urbanam villæ partem* vocat Columella 1 c. 6.

¶ Quadrurbs, bis, eine stadt aus vier städten. *Quadrurbem* (inquit Festus,) *Athenas Attius appellavit, quod scil. ex quatuor urbibus in unam domicilia contulerunt, Braurone, Eleusine, Pireæo, Sunio.* Sed erroris hic Festum arguit Vossius 7 Grammat. c. 42 p. 147, aitque, Attio Quadrurbem nihil aliud fuisse, quam quod Græci vocabant τετράπολιν, hoc est, quatuor Atticæ civitates, Oenoen, Probalinthum, Tricorytham, Marathonem.

¶ Suburbium, i, vicus extra urbem, eine vorstadt. Cic. 12 Philipp. c. 10 *Terminalibus nuper in suburbium ire ausus non fui.*

¶ Suburbānus, a, um, quicquid extra urbem est, vor der stadt gelegen; ut, *Ager, fundus suburbanus*, Cic. ad Qu. fratr. 3 epist. 1 c. 3. *Gymnasium suburbanum*, Idem 1 de Orat. c. 21 extr.

¶ Suburbanum, i, & plural. Suburbana, subst. domus ipsæ sub urbe, seu extra urbem, vorwercke, höfe vor der stadt, landgüther. Cic. pro Rabir. Post. c. 10 *In hortis, aut suburbanis suis. Prædia* subaudiantur. Idem 16 ad Attic. epist. 13 *Malo esse in Tusculano, aut uspiam in suburbano.* Et Seneca epist. 12 *Veni in suburbanum meum.*

¶ Suburbānĭtas, ātis, die gegend ausser der stadt, land-revier. Cic. in Verr. 2 c. 3 *Populi Romani jucunda suburbanitas est hujusce provinciæ*, hoc est, suburbanorum vicinitas.

¶ Suburbĭcārius, a, um, idem quod *Suburbanus*; ut, *Suburbicariæ regiones*, Lege 9 Cod. Theodos. de annona & tributis. Adde paullo ante dicta in *Vrbicarius*.

¶ Suburra, æ, vicus, & *Suburrana*, regio Romæ, sub urbe antiqua. vide suo loco.

VRCĔVS, i; e græco ὑρχὴ, vas fictile, rotundum ad infundendam aquam in ahenum, ut Paulus JCtus describit, ein krug. Ejus figuram ex antiqua tabula Mercurialis exhibet lib. 1 de Arte Gymnastica c. 10. Plaut. in Milite 3, 2 v. 18 *Neque enim heminas octo expromsi in urceum.* Horat. de Arte poët. v. 22 *Amphora cœpit*

Institui, currente rota cur urceus exit?

Et, *Vrceus aquarius*, *Vrceus fictilis*, Cato c. 13 utrumque dixit.

¶ Vrceŏlus, i, diminut. ein krüglein. Colum. 12 c. 16 *Vrceoli picati.* Et Palladius 13 c. 4 *Picati & minuti urceoli.*

¶ Vrceŏlāris, e, ad urceos pertinens; ut, *Vrceolaris herba*, Plinio 21 c. 17 eadem est, quæ *Perdicium* seu *Parthenium*, sic appellata, quod urceolis vitreis lavandis idonea sit. vide *Parthenium*, & Rhodium ad Scribon. Larg. p 80.

¶ Vrceātim, adverb. id est, plenis urceis, wie mit wasser-krügen. Petron. Fragm. Tragur. p. 16 *Vrceatim pluebat.*

Vrēdo, vide infra *Vro.*

V̄RĒTĒRES, um, οὐρητῆρες, [ab οὖρον, urina,] canales sunt, per quos in vesicam corrivatur urina, die harnäderlein. Celsus 4 c. 1 *A renibus singulæ venæ, colore albæ, ad vesicam feruntur*, οὐρητῆρας *Græci vocant, quod per eas inde descendentem urinam in vesicam distillare concipiunt.*

¶ Diurēticus, a, um, διουρητικὸς, urinam ciendi vim habens, harn-treibend. Palladius 11 tit. 14 *Vina diuretica.*

VRGEO, ursi, urgēre, ab ὀρέγειν, ὀργᾶν, treiben, drücken; ut, *Onus urget*, Plaut. Pœnulo 4, 2 v. 35, die beschwerung drücket mich. Et Cic. pro Rabir. Post. c. 1 *Satis est, homines imprudentia lapsos non erigere; urgere vero jacentes, certe est inhumanum*, ihnen noch zusetzen, sie plagen,

gen, 2c. Ex quo loco patet, *urgēre* eſſe ex propinquo inſtare ac premere & ſuperincumbere veluti, drauf liegen und drücken. Inde *urgere* & *longius recedere* opponit Seneca 3 Quæſt. Nat. c. 26, *Hæc enim* (ſidera) *quibusdam menſibus magis urgent & exhauriunt flumina: cum longius receſſerunt, minus conſumunt, atque trahunt.* Sic, *Vrgeri anguſtiis*, Cic. de Fato c. 15, gedrenget werden. *Fame ferroque urgeri*, Livius 26 c. 6. ¶ 2. Sed, *Acriter, acrius urgere*, id eſt, inſtare, anhalten, nöthigen, auf etwas dringen, Horat. 1 ſat. 2 v. 15. Et Cic. pro Planc. c 19 *Etiam atque etiam inſto atque urgeo, inſector, poſco, atque adeo flagito.* Ita, *Vrgere occaſionem*, Cic. 7 fam. epiſt. 8. Et, *Vrgere propoſitum*, Horat. 2 ſat. 7 v. 6. Et Cic. de Orat. 2 c. 4 *Sin tibi id minus licebit, non te urgebo*, ich will dich nicht beſchweren. Vide & in *Indulgeo*.

¶ Vrgens, tis, dringend, drückend; ut, *Opinio præſentis atque urgentis mali*, Cic. Tuſcul. 3 c. 25. Idem de Senect. c. 1 *Aut jam urgens, aut certe adventans ſenectus.* Et Virg. 1 Georg. v. 146 *Duris urgens in rebus egeſtas.* Compar. Auguſtinus epiſt. 86 ad Caſulanum: *urgentiori actioni non eſt prandium præferendum.* Hinc

¶ Vrgenter, adverbium, apud Cyprian epiſt. 30 c. 1.

Compoſita cum præpoſit.

¶ Adurgeo, ēre, propius vel vehementer urgere, nachdrücken; ut, *Remis adurgere*, Horat. 1 od. 37 v. 17. Et Celſ. 7 c. 12 *Quotidie digito dens adurgendus eſt, donec ad juſtam magnitudinem perveniat.*

¶ Exurgeo, ēre, i. e. exprimere, ausdrücken. Plautus Rudent. 4, 3 v. 69 & 70 *Exurgebo quicquid humoris eſt.*

¶ Inurgeo, ēre, eindrücken. Lucret. 5 v. 1034 *Cornua nata infenſus inurget.*

¶ Perurgeo, ēre, forttreiben. Severus in Ætna v. 226

Sacra perurgentem, capitique attollere cælum.

Adde ibi Scalig. p. 107. Et Ammianus 29 c. 5 *Volucriter perurgebat.* Arator in Act. Apoſt. c. 20 *Epiſtola clamat,*

Qui dormis, jam ſurge citus: rurſusque perurget,
Teque vigil de morte leva.

Et Trebellius Pollio in Gallienis c. 5 *Cum Aureolus perurgeret Illyricum.* Et Spartianus Severo c. 23 *Cum ſe videret perurgeri hora mortis.*

¶ Suburgeo, ēre, antreiben. Virgil. 5 Æneid. v. 202

Dum prora ad ſaxa ſuburget.

¶ Superurgeo, ēre, drüber liegen. Tacitus 2 Annal. c. 23 fin. *Fluctu ſuperurgente.*

Vrica, urigo, vide paullo poſt in *Vro*.

VRĪNA, æ, penult. product. der harn, urin. Juvenal. ſat. 11 v. 168

Auribus atque oculis concepta movetur urina.

οὖρον Græci dicunt ab οὐρεῖν, *fundere* vel *mejere*, humor eſt ex renibus & veſica profuſus, lotium. *Vrina alba, pallida, rubens, nigra, diluta, liquida, craſſa*, &c. *Vrinæ difficultas*, Plin. 20 c. 11. *Anguſtia urinæ*, Idem lib. 21 c. 21, difficultas mejendi. Cui contraria *Vrinæ incontinentia*, Plin. 20 c. 15, wenn man das waſſer nicht halten kan. Et, *Reddere urinam*, ejusd. lib. c. 6 extr. *Vrinam ciere, pellere, inbibere, tardare*, apud Plinium & Celſum ſæpe. v. g. *Pulegium ex vino, urinam pellit*, Plin. 20 c. 14. Et ibidem c. 4 *Vrinam inbibet bunion*; Et Celſus 2 c. 19 *Aliæ* [res] *citant urinam, aliæ tardant*, &c. *Vrinâ contaminare, reſpergere*, id quod in contemtu ſolebat fieri. Suetonius Nerone c. 56 *Religionum usquequaque contemtor præter unius Deæ Syriæ. Hanc mox ita ſprevit, ut urina contaminaret.* vide ibi Torrentium. Pertinet huc & Tarentinorum le[illegible]as, qui poſt alias injurias Romanorum legatis per contemtum illatas, *urinâ* etiam reſperſerunt, ut Valer. Maximus auctor eſt lib. 2 c. 2 exemplo 5. Florus id ita circumloquitur, ne ſordidaret orationem: *Aderat*, inquit, *ſine mora querelam ferens legatio. Hanc quoque fœdi per obſcenam turpemque dictu contumeliam violant.* Vrina Lucretio 4 v. 1022 *ſaccatus humor.* vide ſupra *Saccus*.

¶ Vrīnālis, e, ad urinam pertinens, den harn betreffend; ut, *Vrinalia medicamenta*, Cœl. Aurel. Tard. 5 c. 1. *Vrinalis fiſtula*, Veget. de Re Vet. 3 c. 15.

¶ Vrīno, are, &, Vrinor, ari, unter dem waſſer gehen. Plin. 11 c. 37 *Sub aqua ranæ & phocæ urinantur*, id eſt, merguntur. *Vrinandi artem docui te, & me vis demergere?* in eos, qui benefacta malefactis compenſant, dicitur: vide Chiliad. Adde Cic. apud Nonium c. 7 n. 57.

¶ Vrinātor, ōris, qui merces e navi ejectas, navigationis facilioris gratia, ſub aquis natans, extrahit, ein taucher, waſſer-taucher. Livius 44 c. 10 *Per urinatores omne ferme extractum eſt*, &c. Et Lucanus talem in Phoceo deſcribit lib. 3 v. 696 & ſeq. Vet. Gloſſ *Vrinator*, κολυμβητής, δύτης. Varro lib. 4 L. L. c. 27 ab *uro* ſive *urbo*, *urinare* deducit. Quod etymon & eruditum valde & verum videtur Scalig. in Conjectan quam vide p. 55. Adde Curt. 4, 3, 10 cum not. Freinsh.

¶ Vrinum, i, ovum irritum, ein wind-ey, Plin. 10 c. 58 & c. 60. vide ſupra *Ovum*.

¶ Inurīno, are, ſich tauchen, unterfahren. Columell. 8 c. 14 *Lacus piſcinaque manu fiant, ut ſint, in quibus inurinare aves poſſint.*

VRNA, æ, ab *urinando*, vas eſt aquarium, ein waſſer-eymer. Varro de L. L. 4 c. 27 *Vrnæ dictæ, quod urinant in aqua haurienda, ut urinator.* Sic, *Aquæ urna*, Horat. 1 ſatyr. 5 v. 91. Et Plautus Pſeud. 1, 2 v. 24 *Tu, qui urnam habes, aquam ingere.* ¶ 2. Eſt & *Vrna* menſuræ genus, quo in metiendis liquidis utebantur, ein topf, geſchirr. Excerpta de menſuris apud Rigaltium p. 335 *Modius & ſemis faciunt urnam.* Item: *Vrnæ duæ amphoram complent: quæ ſunt modia tria.* Horat. 1 ſat. 1 v. 54 *liquidi non amplius urnâ.*

Cato de Re Ruſtica: *Vini in culleos ſingulos quadragenæ & ſingulæ urnæ dabuntur.* ¶ 3. Cæterum *Vrnæ* non tantum hauriendæ aquæ, ſed aliis etiam rebus inſerviebant, aſchen-töpfe. In *urnas* enim & crematorum cadaverum cineres & oſſa colligebantur & ſepeliebantur: de quo paſſim apud auctores. Eo Lucani illud pertinet e lib. 7 v. 818 *capit omnia tellus,*

Quæ genuit: cælo tegitur, qui non habet urnam.

vid. Lud. Vives ad Auguſtinum de Civ. Dei lib. 12 p. 44. ¶ 4. Solebant *Vrnæ* ducendis quoque ſortibus adhiberi, ein loß-topf; in eas

enim ſortientium nomina conjiciebantur. Horatius eo reſpexit lib. 3 oda 1 v. 14 *Æqua lege neceſſitas*

Sortitur inſignes & imos:
Omne capax movet urna nomen.

¶ 5. Hinc & in judiciis urnarum uſus fuit, cum rei vel abſolvendi, vel damnandi eſſent. Tabellæ enim conjiciebantur in urnam, quibus vel Abſolvendi A, vel Condemnandi C inſcripta erat. Cicero in Verrem 2 c. 17 *Poſtero die venit in mentem, e lege Rupilia ſortiri dicas oportere. Educit ex urna tres: iis, ut abſentem Heraclium condemnent, imperat. Itaque condemnant.* Cic. ad Quint. fratr. 2 epiſt. 5 *Ea ipſa in re Pompeji offenſio nobis obſtitit. Senatorum enim urna copioſe abſolvit, equitum adæquavit, tribuni ærarii condemnarunt.* Vbi nota, *tres urnas* fuiſſe, pro tribus ordinibus: unam, in quam ſenatores; alteram, in quam equites; tertiam, in quam tribuni ærarii tabellas ſuas conjiciebant. Horatius 2 ſat. 1 v. 47

Servius iratus leges minitatur & urnam.

Hinc Æaco atque Minoi, judicibus apud inferos, *urna* quoque tribuitur a Parcis. vide, ſi lubet, Torrentium ad modo citatum Horatii locum.

¶ Vrnŭla, æ, diminutivum, ein töpflein; ut, *Vrnula fictilis*, Cicero in Paradox. 1 c. 3. *Vrnulæ aquales*, Varro apud Nonium c. 15 n. 8. Et de urna ſepulcrali: Spartianus in Severo c. ult. *Vrnula aurea, Severi reliquias continens.*

¶ Vrnālis, e, urnam continens, das einen eymer hält; ut, *Vrceus urnalis*, Plin. 9 c. 30. *Scyphi urnales*, Petron. Fragm. p. 34. Et abſolute, *Vinum in urnalibus diffuſum habere*, lege fin. D. de tritico, vino &c.

¶ Vrnārium, i, menſa vel locus, in quem urnæ aquâ plenæ in culina vel ante balineum reponuntur, die waſſer-banck. Annotavit Varro de L. L. 4 c. 27; & ex eodem Nonius c. 15 n 10.

VRO, uſſi, uſtum, urĕre, πυρᾶν, eſt incendere, cremare, anzünden, brennen, verbrennen, active. Ovid. 2 Triſt. v. 267

Igne quid utilius? ſi quis tamen urere tecta
Comparet, audaces inſtruit ille manus.

Cic. pro Domo c. 36 *Duritia corporis cum uritur, non ſentis.* Et, *Vri calore*, Idem 1 Qu. Tuſcul. c. 28. Et Tacitus in Agricolâ c. 2 *Delegato triumviris miniſterio, ut monimenta clariſſimorum virorum urerentur.* ¶ 2. Sed, *Vri virgis*, Horat. 2 ſat. 7 v. 58; &, *Vri loris*, lib. 1 epiſt. 16 v. 47, eſt ita cædi, ut livores exſtent & notæ, ſtigmatum inſtar, geſtäupet werden. Sane repetita pulſatione incaleſcit locus, unde naſcuntur livores, qui rupta cute mittunt ſanguinem. conf. infra *Peruſtus*. Ovid. de Remed. amor. v. 235

Adſpicis, ut prenſos urant juga prima juvencos,

wie ſie wund drücken. Nam hoc loco *Vrere* premendo arctius, & incumbendo cruciare atque corrumpere eſt. Sic & *Calceus urere* dicitur Horatio 1 epiſt. 10 v. 43. Hinc *Curæ urere* dicuntur, quæ urgent & affligunt. vide *Peruſtus*. ¶ 3. Deinde, quod urget, inſtat, premit, moleſtum atque acerbum eſt, *urere* dicitur, wehe thun, ängſtigen. Terent. Eunuch. 2, 2 v. 43 *Vro hominem*, id eſt, crucio, ægre illi facio. Et ibidem 3, 1 v. 47 *Si quando illa mentionem Phædriæ*

Facit, aut ſi laudat, te ut male urat.

Seneca epiſt 3 *Id nos urit*, das ſchmertzet uns. Sueton. Tiberio c. 66 *Vrebant inſuper anxiam mentem varia undique convitia*, &c. Florus 2 c. 6 init. *Vrebat nobilem populum ablatum mare, captæ inſulæ, dare tributa*, &c. id eſt, dolorem afferebat & indignationem, es kränckte und verdroß ſie. Lucanus 4 v. 578

Sævis libertas uritur armis:

id eſt, opprimitur, peſſime habetur. Vellejus 2 c. 77 *Tum expoſtulante conſenſu populi, quem gravis urebat annona.* ¶ 4. Quin etiam ipſum frigus *urere* dicitur, dum affligit & cruciat, aut enecat plane. Cic. 2 Tuſc. c. 17 *Pernoctant venatores in nive, in montibus ſe uri patiuntur.* Lucan. 4 v. 52 *Vrebant montana nives.* conf. *Aduro, Deuro*, & *Peruſtus*. Xenophontem quoque verbo ἀποκτείνειν de frigore uſum, ad Silii lib. 4 obſervat Heinſius, & locum ipſum producit. vide & Taubmannum ad Virgilii lib. 1 Georg. v. 93; item Savaronem ad Sidonii carm. 5 v. 528.

¶ Vrēdo, ĭnis, vitium adurens plantas, herbas, legumina, *rubigo*, der brand im getreide, Plin. 9 c. 45; & Columell. 3 c. 20. Et Cic. de Nat. Deor. 3 c. 35 *Si uredo aut grando quippiam nocuit.* ¶ 2. Eſt & *Vredo* pruritus, das jucken, apud eumdem Plinium 9 c. 45 *Vredinem excitare.*

¶ Vrĭca, æ, media brevi, idem vitium adurens, quod *Vredo*, der brand. Plin. 18 c. 17 *Commune omnium ſatorum vitium urica eſt.*

¶ Vrīgo, ĭnis, media longa, idem. Plin. 20 c. 22 *Vehemens urigo.* Et Apulej. Met. lib. 1 *Vrigine percita.*

¶ Vrĭto, are, frequentat. brennen. Plaut. Moſtell. 3, 1 v. 81 *Calidum hoc eſt, etſi procul abeſt, uritat male.* Alii *urit*.

¶ Vſtus, a, um, gebrannt; ut, *Crudeliter ignibus uſtus*, Ovid. Triſt. 3 eleg. 11 v. 53. *Aër fervoribus uſtus*, Idem Metam. 1 v. 119. *Vſtus Indus*, Propert. 4 eleg. 3 v. 10.

¶ Vſtio, ōnis, die brennung. Plin. 36 c. 21 *Vis pumicum in medicina, tertiâ uſtione*, id eſt, poſt tertiam uſtionem. ¶ 2. Idem admotio ferri candentis, quam *cauteriſationem* vulgo dicunt, die ſengung. Plin. 34 c. 15 *Quædam uſtione ſanantur, privatim vero canis rabidi morſus.*

¶ Vſtīvus, a, um, vim urendi habens, brennend, Macer lib. 2 c. 8 *Vſtivas mire juvat epiphoras oculorum* &c.

¶ Vſtīlāgo, ĭnis, brand-korn; ut, *Vſtilago ruſtica*, Apulej. de Herb. c. 63.

¶ Vſtor, ōris, ein brenner. Sic, *Vſtores*, qui cadavera cremabant, Martial. 3 epigr. 93. Et Catull. carm. 60 v. 5 *Semiraſus uſtor.*

¶ Vſtrĭcŭla, æ, plural. *Vſtriculæ*, Tertulliano de Pallio c. 4 mulieres, quæ in ſuburundis deliciarum cauſſa crinibus operam ſuam hominibus collocabant. Sed Salmaſius ibi *hiſtriculas* legit. Vide tamen ipſum in Notis p. 284, etiam de Vſtriculis diſſertantem. Adde Caſaubon. in Sueton. p. 144.

¶ Vſtrīna, æ, locus, in quo metalla candefiunt, ut formam aliquam recipere poſſint, eine eſſe, ein ſchmeltz-ofen. Solinus de cornu cervi ad

medicinam ustione parato, c. 19 [al. c. 31] *Quæ ustrina præterea nidore vitium aperit ac detegit, si cui inest morbus comitialis.* Arnobius lib. 7 p. 222 *Altaria, infelicissimi animalium generis ustrinæ, rogi sunt & busticeta, in opus structa fœdissimum.* ¶ 2. Speciatim *Vstrina* bustum est, sive locus, quo mortui hominis corpus crematur, die brandstädte. vide Festum in *Bustum.* Gloss. Philoxeni: Καύστρα νεκρῶν, *Vstrina.* Adde Elmenhorstium in Arnob. p. 184 ex Servio idem comprobantem.

¶ Vstrīnum, i, idem; vide paullo post in *Bustum.* Figuram ustrini exhibet Sponius p. 290; cui adde Fabrettum p. 231.

¶ Vstŭlo, are, veteribus idem fuit, quod *urere,* brennen, versengen; ut, *Candenti ferro crines ustulare,* Pacuvius. Et, *Scripta ustulanda,* Catull. carm. 37 v. 7.

¶ Vstŭlātus, a, um, gebrannt, gesengt. Vitruvius 5 c. ult. *Si mollis locus erit, palis ustulatis alneis, aut oleagineis, aut robusteis configatur.*

¶ Vstŭlātio, ōnis, die versengung. Gloss. Cyrilli: *Vstulatio,* ἀπόκαυμα.

¶ Bustum, i, subst. etiam ab *urendo* est, quia *uro* & *buro* dixere; & est locus, ubi cadaver mortui hominis urebatur, ejusque condebantur ossa & cineres, die brandstädte der todten. Festus: BVSTVM *proprie dicitur locus, in quo mortuus est combustus & sepultus, diciturque* BVSTVM, bene ustum. *Vbi vero combustus quis tantummodo, alibi vero est sepultus, is ab urendo* VSTRINA *vocatur.* Quod Festus *Vstrinam,* Servius, eadem tradens, *Vstrinum* appellat. Et ita in lapide veteri: HVIC MONVMENTO VSTRINVM APPLICARI NON LICET. Vide Kirchmannum 3 de Funerib. Roman. c. 1. ¶ 2. Quia igitur antiquitus ibi fere sepeliebantur mortuorum reliquiæ, ubi cadavera combusta essent, & loci ejusmodi *busta* proprie dicebantur: Inde *busti* vocabulum ad sepulcra quævis in commune translatum fuit, das grab. vide Kirchmannum ibidem. Sic, *Facere bustum,* Cic. 1 Philipp. c. 2. *Violare bustum,* Idem 2 de Legib. c. 26. Et, *Mactatus essem in Catilinæ busto,* in Pison. c. 7. *Bustum inane,* Stat. 6 Theb. v. 169, [al. *Justa* leg.] ubi nullæ reliquiæ intus sunt positæ, quodque honori mortui tantum, non tegendo cineri ejus & ossibus exstructum. Suetonius *tumulum honorarium* vocat in Claudio c. 1; κενοτάφιον Jureconsultis & Lampridio; & *tumulus inanis* Virgilio dicitur, uti ibi Torrentius observat. Et quoniam in his *bustis* seu tumulis monumenta & ædificia cum cryptis subterraneis, in quas per gradus descendebatur, ut ex Petronio, Prudentioque Hymno 4 περὶ στεφάνων v. 154 & seqq. itemque B. Hieronymo in c. 40 Ezechielis discimus, atque ex Subterranea Bosii Roma abunde patet; idcirco, qui quærebant latebras, aut tecto destituerentur, eò concedere solebant. Plebem Romanam, incensa ab Nerone urbe, *ad monumentorum bustorumque diversoria compulsam,* Suetonius ejus vitâ c. 38 scribit. Scorta quoque ibi delituisse & prostituisse adventoribus suis corpus, Martial. docet lib. 1 epigr. 35 *Abscondunt spurcas & monumenta lupas:*
Lupæ enim meretrices Et inde Idem lib. 3 epigr. 93 *Bustuarias mœchas* dixit. Servos quoque in herorum habitasse sepulcris, & Christianos persecutionum tempestate jactatos ibi fefellisse furorem instantium, idem eruditissimus Kirchmannus eod. lib. 3 de Funerib. Roman. c. 22 observat.

¶ Bustar, āris, idem quod *bustum.* vid. Caris. lib. 1, & Meurs. in Auctar. Philol. p. 168.

¶ Busteus, a, um, busto proximus, der schon ein bein im grabe hat. Plaut. Trucul. 2, 7 v. 58 *Odio es, confossus, busteus.* Sed scriptura variat.

¶ Bustĭcētum, i, die brandstädte der todten. Arnob. lib. 7 p. 222 *Vstrinæ rogi sunt, & busticeta.* vide supra *Vstrina.* Et lib. 1 p. 24 *Concrematus in funestis busticetis Hercules.*

¶ Bustuālis, e, adject. was bey leichen und gräbern ist. Prudent. Cathemer. 9 v. 52 *Suetus antro bustuali sub catenis frendere.*
Et Sidonius 3 epist. 12 pr. *Refertus bustualibus favillis.*

¶ Bustuārius, a, um, idem; ut, *Bustuarius gladiator,* qui ante sepulcra dimicabat, Cic. in Pison. c. 9. *Bustuaria mœcha,* quæ inter busta vulgat corpus, Martial. 3 epigr. 93.

¶ Bustuārius, i, subst. libitinarius est Ammiano 28 c. 4, ein toden-gräber. vide ibi Valesium p. 509 seq.

¶ Bustuarium, i, subst. bustum, die brand-städte. Gloss. gr. lat. καῦσις νεκρῶν, *bustuarium, ustrina.*

¶ Bustĭrăpus, i, nefarius, qui lucri caussa nefanda audet, ein ertzbube, der die gräber beraubt. Plaut. Pseud. 1, 3 v. 127 *Verbero, bustirape, furcifer.* vid. Kirchman. de Fun. Rom. 4 c. 5.

Composita:

¶ Adūro, ussi, ustum, ĕre, versengen, absengen, brennen. Cic. 2 Offic. c. 7 de Dionysio tyranno: *Quid censemus, superiorem illum Dionysium, quo cruciatu timoris angi solitum, qui cultros metuens tonsorios, candente carbone sibi adurebat capillum?* Terent. Adelph. 3, 3 v. 72 *Hoc salsum est, hoc adustum est, hoc lautum est parum,* es ist angebrannt, &c. ¶ 2. De frigore Virgilius 1 Georg. v. 93
Aut Boreæ penetrabile frigus adurat. Sic &

¶ Adustus, a, um, gesengt, versengt. Sidonius carm. 5 v. 528
quondam mihi corpus adustum
Frigoris igne perit.
Compar. *Color adustior,* Livius 27 c. 47, braune von der sonnen gebrandte farbe.

¶ Adustio, ōnis, die versengung; ut, *Picis adustio,* Plin. 14 c. 20.

¶ Inădustus, a, um, unversengt, unverbrannt. Ovid. Heroid. epist. 12 Medeæ v. 93 *Inadusto corpore tauros.* Et Prudentius Apotheos. v. 131 *inadustis fratribus,* de fornace Babylonia.

¶ Ambūro, ĕre, umher verbrennen, versengen, schmeichen. Germanicum græco propemodum consonat, καταςμύχειν, seu σμύχειν simpliciter. Plaut. Epid. 5, 2 v. 9 *Quaqua tangit, omne amburit.* Et, *Amburi fulmine,* Plin. 3 epist. 11.

¶ Ambustus, a, um, versengt, angebrannt. Cic. pro Domo sua c. 43 *Ambustas fortunarum suarum reliquias,* metaphorice dixit. Idem in Verrem Orat. 1 c. 27 *Ambustus incendio sociorum.* Tacit. 13 Annal. c. 35

Ambusti multorum artus vi frigoris, & quidam inter excubias exanimati sunt. Et Ovid. Met. 2 v. 209 *Ambusta nubila.*

¶ Ambustio, ōnis, die versengung, der brand-schaden. Plin. 23 c. 4 *Myrteum oleum medetur ambustionibus.*

¶ Ambustŭlātus, a, um, gebraten. Plautus Rudent. 3, 4 v. 65 *Te ambustulatum objiciam magnis avibus pabulum.*

¶ Semiambustus, a, um, halb gebraten. Sueton. Calig. c. 59 *Cadaver semiambustum.*

¶ Combūro, ussi, ustum, ĕre, verbrennen. Sic, *Vivus combustus est,* Cicer. 2 Quæst. Tuscul. c. 22. *Fumo comburere,* schmeichen, σμύχειν. Idem ad Qu. fratr. 1 epist. 2. Et, *Comburere annales,* de Divin. 1 c. 17.

¶ Combustus, a, um, verbrannt; ut, *Subsellia combusta,* Cic. pro Rosc. Am. c. 32. Et, *Cæsar etiam in foro combustus,* Idem ad Attic. 14 epist. 10.

¶ Combustio, ōnis, die verbrennung. Apicius 4 c. 4 *Ne fundum attingat & combustionem sentiat,* daß es nicht anbrenne.

¶ Combustūra, æ, idem. Macer lib. 1 c. 26
Et combusturis præclare subvenit ignis.

¶ Semicombustus, a, um, halb verbrannt. Prudentius Romano v. 859
Alunt olivo semicombustas faces.

¶ Deūro, ĕre, abbrennen. Hirtius de Bell. Hisp. *Oppidum deurere.* Livius 39 c. 2 *Æmilius agros Ligurum, vicosque in campis & vallibus deussit depopulatusque est.* Vsus eodem & Gellius 1 c. 19, *Sibylla tres libros ex novem deussit.* Et Minucius Felix c. 8 *Athenienses Protagoræ scripta in concione deusserunt.* Lege 29 D. locati: *Silvam ne cædito, neve deurito.* ¶ 2. De frigore Livius 40 c. 45 *Hiems eo anno nive sæva & omni tempestatum genere fuit: arbores, quæ obnoxiæ frigoribus sunt, deussit cunctas.*

¶ Deustus, a, um, abgebrannt. Cæs. Bell. Gall. 7 c. 25 *Deustos turrium pluteos videbant.* Et Tacit. Annal. 6, 45, 1 *Deusta pars circi.*

¶ Exūro, ĕre, igne prorsus consumere, ausbrennen, mit feuer vertilgen. Virg. 1 Æn. v. 39 *Pallasne exurere classem*
Argivûm potuit?
Cic. in Pison. c. 40 *Epirus excisa, Locri exusti sunt.* Et, *Exuri & cremari flammis,* Plin. 2 c. 68. *Exurere mare,* proverbium de labore inani.

¶ Exustus, a, um, ausgebrannt, ausgedorrt; ut, *Exustus ager,* Virg. 1 Georg. v. 107. Et, *Exustus sole caseus,* Colum. 7 c. 8.

¶ Exustio, ōnis, die ausbrennung. Cic. Somn. Scip. c. 7 *Exustiones terrarum.* Et, *Solis exustio,* apud Plinium 17 c. 24. Nam active & passive hujus generis nomina significant.

¶ Inūro, ĕre, hinein brennen; ut, *Fronti stigma inurere,* ein schandmahl einem an die stirn brennen. Philippus militi ingrato inuri in frontem hæc verba jussit: *Hospes ingratus.* Quod Seneca 4 de Benefic. c. 37 in recensione illius exempli dixit *stigmata inscribere.* Virg. 3 Georg. v. 158 de pecoribus: *Continuoque notas & nomina gentis inurunt.*
¶ 2. Hinc, *inurere ignominiam alicui,* einen schandflecken anhencken, Cic. de Provinciis c. 7. *Inurere animo dolorem,* Idem 3 in Verr. c. 44. *Famam superbiæ inurere,* id est, superbiæ damnare, Cic. pro Muræn. c. 4. *Inurere maculam alicui,* Livius c. 58. Et Declamator in Sallust. *Nonne tibi viderer æternas inurere maculas, quas reliqua vitâ tua eluere non possis?* Vellej. 2, 64, 3 *Æternas Antonii memoriæ inussit notas.* Et, *Notam censoriam inurere,* Plin. 9 epist. 13.

¶ Inustus, a, um, angebrannt; ut, *Vulnere sanguis inustus,* Ovid. Met. 12 v. 275.

¶ Obūro, ĕre, um und um verbrennen. Hinc

¶ Obustus, a, um, ausgebrannt, gebraten; unde *Sudem obustam* dixit Ovid. 12 Metam. v. 299. Et, *Obustum robur,* hoc est, circumustum, Silius 4 v. 284. Et, *Gleba canenti gelu obusta,* Ovid. 5 Trist. eleg. 2 v. 66. Sedulius in Historia Resurrect.
piscis obusti
Atque favi mandens epulas.

¶ Perūro, ĕre, durchaus brennen, erhitzen; ut, *Ardentissimâ febri peruri,* Plin. 7 epist. 1. *Æstu valido peruri,* Ovid. 3 de Arte am. v. 543.

¶ Pĕrustus, a, um, ausgebrannt, entbrannt. Cic. ad Cæs. 13 fam. epist. 16 *Etiam hominem perustum etiamnum gloriâ volunt incendere.* Horatius epod. 4 v. 3 *Ibericis peruste funibus latus,*
Et crura dura compede:
Perustus, der wund geschlagen. Paullo post *sectum* vocat:
Sectus flagellis hic triumviralibus.
Seneca Medeâ v. 547 *hoc perusti pectoris*
Curis levamen.
Et Ovid. 1 de Ponto epist. 5 v. 24
Subducunt oneri colla perusta boves.
Idem de frigore 3 Trist. eleg. 4 v. 49
Me tenet adstricto terra perusta gelu.

¶ Præūro, ĕre, primores partes alicujus rei urere, forn her verbrennen. Hinc

¶ Præustus, a, um, forn her verbrannt. Plinius 3 c. 20 *Præusta intra sinus Alpium nive membra.* Virgil. 7 v. 524
Stipitibus duris agitur, sudibusque præustis.

¶ Semiustus, vel Semustus, a, um, halb verbrannt; ut, *Semusta fax,* Ovid. 4 Fast. v. 167. Et Virgilius 3 Æn. v. 578
semustum fulmine corpus.

¶ Semiustŭlātus, a, um, geschmeicht, gesengt. Cic. pro Milone c. 13 *Tu P. Clodii cadaver, infelicissimis lignis semiustulatum, nocturnis canibus dilaniandum reliquisti.*

¶ Semiustulandus, a, um, halb zu verbrennen. *Corpus semiustulandum,* Sueton. Tiberio c. 75.

¶ Subūro, ĕre, leviter urere, besengen. Sueton. in Augusto c. 68 *Solitus est crura suburere nuce ardenti, quo mollior pilus surgeret.*

¶ Subustus, a, um, gesengt. Paulinus Nolanus carm. 7, sive paraphrasi Psalmi 1 v. 37 *Tamen subusti corporis signis miser*
Vitam tenebit.

¶ Subustio, ōnis, die anbrennung. Lege 32 Cod. Theod. de Operib. publ. *Thermarum subustioni deputamus.* Basilica habent ἔγκαυσις. vid. Gothofr. h. l. Ammianus 31 c. 1 vocat *lavacri succensionem.*

¶ Sub-

¶ Subverbuſtus, a, um, ſtigmate notatus, gebrandmahlet. Feſto idem eſt ac *veribus* (ſed Fr. Junius ad Tertull. p. 15 legit *verberibus*) *uſtus*. Apud eumdem Plautus: *Vlceroſa, compedita, ſubverbuſta, ſordida.* Et Tertull. de Pallio c. 4 *Subverbuſti in liberalibus.* conf. ibi Salmaſ. p. 342.

¶ Vivicomburium, i, vide ſupra in *Vivo*.

VRŎPȲGIVM, i, οὐροπύγιον, extremum vertebræ eſt, quaſi natium cauda, ut in volucribus, πυγαὶ *nates* ſunt, der bürtzel an hünern, gänſen, ꝛc. Martial. lib. 3 epigr. 93 *Et anatis habeat uropygium macræ.*

VRPIX, ĭcis, maſculinum, inſtrumentum ruſticum Catoni eſt c. 10, *Vrpicem unum, crates ſtercorarias quatuor villicum habere oportet.* Fortaſſis autem nominativum rectius leges *Vrpex*, quam *Vrpix*. Videtur eſſe inſtrumentum, quo ager aratus coæquatur. vide ſupra in lit. I *Irpices*.

VRRVNCVM, i, ita Varro lib. 1 de Re Ruſt. c. 48 extr. faſtigium culmi, & infimum ſpicæ, grano minus, vocat, das knötlein am halm, darauf die ähre ſtehet.

VRSVS, i, animal notum, ein bär, vulgo ab informi ſic appellatum putant figura, quâ naſcitur, ac tum demum lambendo a matre completur, *urſus*, quaſi *orſus*. Sed hæc meræ neniæ ſunt, licet magni autores opinioni iſti patrocinentur. Plin. 10 c. 63 *Informia urſæ pariunt.* Ovid. lib. 15 Metam. v. 379

Nec catulus, partu quem reddidit urſa recenti:
Sed male viva caro eſt, lambendo mater in artus
Fingit, & in formam, quantum capit ipſa, reducit.

Item Ælianus 2 de Hiſtoria Animal. c. 19, & Sextus Empiricus 1 c. 14 Hyp. Philoſ. Hinc de Virgilio natum illud eſt, *quaſi urſæ more verſus ſuos pepererit*, laborioſe ſcilicet retractando & emendando. Rectius ab *urgendo* dicitur, propter ferociam & impetum hujus animalis. Inde, *Fumantem urſi naſum ne tentaveris*, h. e. ne irrites eum, qui nocere tibi poteſt. Quod adagium Martialis eleganter expreſſit lib. 6 epigr. 64 *Rabido nec perditus ore*

Fumantem naſum vivi tentaveris urſi:
Sit placidus licet, & lambat digitosque manusque,
Si dolor & bilis, ſi juſta coëgerit ira,
Vrſus erit, vacua dentes in pelle fatiges.

Iracunda enim & ſæva bellua urſus eſt. Juvenal. ſat. 15 v. 164

Sævis inter ſe convenit urſis.

Sed, *Numidicos* & *Libycos urſos* apud plures auctores qui nominant, non *urſos*, ſed *leones* intelligendos, pertendit Lipſius lib. 2 Elector. c. 4; ſed ei ſe opponit Salmaſius in Exercitationibus Plinianis, & ad argumenta ſingula ex ordine reſpondet.

¶ Vrſa, æ, fœmininum, eine bärin; ut, *Villoſæ catuli urſæ*, Ovidius 13 Metam. v. 836. vid. plura in *Vrſus*. ¶ 2. *Vrſa* ſidus, quod & ἄμαξα dicitur, & Septemtriones, der wagen: *Vrſa major, minor*, vide de hoc ſuo loco. ¶ 3. *Vrſa* piſcis teſtacei generis, hoc eſt, ex cancrorum ſeu ſquillarum genere, eine art ſee-krebs; Geſnerus.

¶ Vrsīnus, a, um, adject. vom bär, bärin; ut, *Vrſinus ſanguis*, Columella de Arbor. c. 15. *Vrſina rabies*, Plin. 8 c. 36. Et, *Sebum urſinum*, Palladius 1 c. 35.

VRTĪCA, æ, ab *urendo* dicta, die neſſel. Ovidius Remed. am. v. 46

Et urticæ proxima ſæpe roſa eſt.

Vrticis in victu, ſed viliſſimo, parcos & abſtinentiſſimos uſos fuiſſe, docet Horatius 1 epiſt. 12 v. 7;

Si forte in medio poſitorum abſtemius, herbis
Vivis & urtica.

¶ 2. Pro pruritu & cupidine uſus eſt Sidonius 8 epiſt. 8 extr. *Te propagandæ rei familiaris urtica ſolicitat.* ¶ 3. *Vrticæ* piſces plurimarum ſpecierum, meer-neſſeln, meer-ſchaum, Geſnerus.

Vrvo, are, & urvum, vide ſupra in *Vrbo*.

V̄RVS, i, bos ſilveſtris, vel, ut vulgus vocat, *bubalus*, ein büffel, vulgo vocant ein aurochs. *Vri* autem vocabulum Gallicum eſt, quo bovem ſilveſtrem ipſi nominant. *Vri* Hercyniæ ſilvæ proprii, de quibus Cæſar lib. 6 de B. G. c. 27. Virg. 2 Georg. v. 374

Silveſtres uri aſſidue, capreæque ſequaces.

¶ Vrogallus, i, ſilveſtris gallus, ein aurhahn, ab eadem appellatione fingitur.

Vſio, uſitatus, &c. vide infra *Vtor*.

VSPIAM, adverbium, aliquo in loco, alicubi, irgend an einem ort. Terent. Adelph. 1, 1 v. 3 *Si abſis uſpiam, aut ſi ubi ceſſes.* Ad quem locum Donatus monet, τὸ *uſpiam* & in loco, & ad locum ſignificare. Cic. ad Attic. 1 epiſt. 17 *Non dubitabam, quin te ille in iſtis locis uſpiam viſurus eſſet.*

¶ Nuſpiam, adverb. nirgends. Gellius 5 c. 4 *Librarius in quodvis pignus vocabat, nî in una nuſpiam littera delictum eſſet.* Oiſelii tamen vet. editio legit: *ſi in una uſpiam.* vid. Borrich. Cogit. p. 182.

VSQVAM, adverb. quod de illis etiam, quæ in loco aliquo fiunt, dicitur, irgendswo. Cic. de Divin. 2 c. 69 *Nec mihi magis usquam videor, quam cum aut in foro magiſtratus, aut in curia ſenatum video, ſomniare.* Terent. Andr. 2, 5 v. 9 *Neque iſtic, neque alibi usquam tibi erit in me mora.* Et ibidem 5, 3 v. 7 *Vide, num ejus color pudoris ſignum usquam indicat*, id eſt, aliquâ parte. Idem Hecyr. 3, 1 v. 13 *An quisquam usquam gentium eſt æque miſer?* Nepos Datam. c. 6 n. 8 *Quo neque acutius illius imperatoris cogitatum usquam legimus*, i. e. in nullo libro. ¶ 2. Interdum tamen ad locum etiam ſignificat, quemadmodum oſtendit Valla lib. 6 c. 19. Cic. Philipp. 1 c. 1 *Nec vero usquam diſcedebam*, nirgends hin.

¶ Nusquam, adverb. nullo loco, ad nullum locum, imo & ex nullo loco, nirgends. Terent. Eunuch. 4, 3 v. 18 *Ille autem bonus vir nusquam apparet*, er läſſet ſich nirgends ſehen. *Nusquam alibi eſſe*, Cic. 4 Acad. c. 32. *Nusquam tuta fides*, Virg. 4 Æn. v. 373. *Nusquam eſt, qui ubique eſt*, Seneca epiſt. 2. *Nusquam gentium*, id eſt, nusquam omnino: Terent. Adelph. 4, 2 pr. *Fratrem nusquam invenio gentium*, nirgends überall. ¶ 2. Sed hîc ad locum ſignificat: *Detineo te fortaſſe, tu profecturus alio fueras?* P. *Nusquam*, Idem Ter. Eun. 2, 2 v. 50. Et Auctor ad Herenn. 2 c. 2 *Nusquam ventum, aut abitum ſine cauſſa putetur.*

VSQVE, biß, quam vocem inter præpoſitiones alii, inter adverbia alii numerant. Plaut. Menæch. 1, 2 v. 60 *Inde usque ad diurnam ſtellam potare.* Terent. Andr. 1, 2 v. 28 *Verberibus cæſum te in piſtrinum, Dave, dedam usque ad necem.* Et Virg. 1 Georg. v. 211 *Vsque ſub extremum brumæ*, id eſt, usque circa finem brumæ. Horat. 1 ſat. 3 v. 6

Si collibuiſſet, ab ovo
Vsque ad mala citaret, &c.

hoc eſt, ab initio cœnæ usque ad finem. *Ova* enim olim in cœnæ principio apponebantur; *Mala* vero inter cætera menſæ ſecundæ exhibebantur. Cic. 7 in Verr. c. 60 *Vsque ex ultima Syria atque Ægypto navigare.* Idem pro Quint. c. 3 *Trans Alpes usque transferri.* Et, *Vsque a pueris*, Terent. Adelph. 5, 9 v. 5. *Inde usque a prima pueritia*, Cic. pro Arch. c. 1. *Progeniem veſtram usque ab avo atque atavo profero*, Terent. Phorm. 2, 3 v. 48. ¶ 2. Aliquando ſine præpoſitione ponitur, & ipſa eſt præpoſitio, atque cum accuſativo conſtruitur. Ter. Adelph. 4, 5 v. 21 *Miletum usque obſecro.* Cic. ad Attic. 15 epiſt. 28 *Vsque Puteolos.* Florus hiſtor. prooem. *A Romulo usque Auguſtum.* Paulinus ad Nicetam v. 143

Ipſe Nicetæ comes usque Dacos
Angelus adſit.

Sed Voſſius & hîc negat præpoſitionem eſſe, & per ellipſin pro *usque ad* dici, lib. 4 de Analogia c. 4.

¶ Vsque adhuc, biß dieſe ſtunde. Terent. in Andr. 1, 5 v. 28 *Qui me tam leni paſſus eſt animo usque adhuc, quæ meo cunque libitum eſt animo, facere.* Pro eo *Vsque in hoc* Quintil. dixit Declam. 301.

¶ Vsque adeo, id eſt, adeo vel in tantum, ſo gar, oder alſo gar. Terent. Andr. 4, 1 v. 38 *Nusquam deſtitit ſudare, orare usque adeo, donec perculit*, biß ſo lange, daß ꝛc. Virg. eclog. 1 v. 12 *Vsque adeo turbatur agris.* ¶ 2. *Vsque adeo*, pro eo usque, ſequente *quoad*. Sueton. de Illuſtrib. Grammat. c. 22 *Vsque adeo arguere perſeveravit, quoad Caſſius Severus, interpellatis judicibus, dilatione periit.*

¶ Vsque dum, id eſt, quoad, vel tantiſper dum, ſo lange, biß ꝛc. als ꝛc. Terent. Heaut. 1, 1 v. 84 *Namque usque dum ille vitam incolit inopem, carens patriâ ob meas injurias; interea usque illi de me ſupplicium dabo.* Et Cic. pro Quint. c. 21 *Res jacuit, usque dum inveniretur.* Eamdem locutionem Terentius Heaut. 5, 2 v. 30 eleganter etiam extulit vocibus nonnullis inter *usque* & *dum* interjectis: *Imo & ibi nunc ſum, & usque dudum id egi, dum loquitur pater.*

¶ Vsque eo, biß dahin, ſo weit, ſo gar. Cic in Verr. 4 c. 38 *Neque ſe usque eo ſtultum eſſe*, &c. er wäre ſo gar närriſch nicht. Idem in Orat. c. 29 *Vsque eo moroſi ſumus, ut nobis non ſatisfaciat ipſe Demoſthenes.* Et pro Quint. c. 18 *Inferiorem ſe eſſe patitur, usque eo duntaxat, ne inimicorum crudelitati dedatur.* Et Corn. Nepos Pelopidâ c 3 *Vsque eo deſpexerunt, ut* &c. id eſt, adeo. ¶ 2. Omittitur interdum *eo*, eâdem pæne, aut non multum diverſa ſignificatione. Terent Adelph. 2, 2 v. 5 *Ego vapulando, ille verberando, usque ambo defeſſi ſumus*; hoc eſt, usque dum, &c. biß daß ꝛc. Idem Eunuch. 2, 1 v. 14 *Opus faciam, ut fatiger usque, ingratiis ut dormiam.* Et in Adelph. 4, 2 v. 19 *Cteſipho me pugnis miſerum, & iſtam pſalteriam usque occidit*, id eſt, pæne vel propemodum. Et in eadem fabula 2, 2 v. 7 diverſius aliquanto: *Quid potui melius, qui hodie usque os præbui*, id eſt, ſemper, vel perpetuo. Cic. 12 fam. epiſt. 19 *Mihi quidem usque curæ eris, quid agas.* Plaut. Moſtell. 2, 2 v. 19 *Vsque valuiſti?* Virg. eclog. 9 v. 64

Cantantes licet usque (minus via lædet,) eamus.

Terent. Adelph. 4, 6 v. 3 *Perreptavi usque omne oppidum.*

¶ Vsquequaque, hoc eſt, in unoquoque loco, & quocunque tempore, an iedem orte, zu ieder zeit, überall, allenthalben. Cic. 5 Verr. c. 5 *Nolite usquequaque eadem quærere, in metu belli, furandi quis locus eſſe poteſt?* Et in Philipp. 2 c. 43 *Aut undique religionem tolle, aut usquequaque conſerva.* Idem ad Trebat. 7 fam. epiſt. 16 *Vsquequaque ſapere oportet, id erit telum acerrimum.*

¶ Vsquequo, idem quod quatenus, vel quoad, biß ſo lange. Varro 1 de R. R. c. 2 *Conjice in aquam, usquequo ad tertiam partem decoxeris.* ¶ 2. Et, *Vsquequo*, interrogative, wie lange? Martial. 2 epigr. 64

Eia age, rumpe moras, quo te ſpectabimus usque?

¶ Abusque, von daran, von da her. Plaut. Amphitr. 1, 1 v. 97 *Hæc illi eſt pugnata pugna abusque mane ad veſperum*, pro, a mane usque veſperum. Virg. Æn. 7 v. 288 *Dardaniam proſpexit abusque Pachyno.* Avienus Arateis Phænom. v. 169

Inde pruinoſo ſi lumen abusque Dracone
In convexa ferat.

Et Ammianus 19 c. 7 [Valeſ. c. 4 p. 212] *Abusque ferventi Æthiopiæ plaga paullatim proſerpens peſtilentia.*

¶ Adusque, pro *usque ad*, biß dahin. Virg. Æn. 11 v. 262 *Adusque columnas exulat.* Horat. 1 ſat. 1 v. 97 *Adusque ſupremum tempus.* conf. 1 ſat. 5 v. 96. Et Gellius 5 c. 2 *Vini libidine adusque ludibria ebrioſus.*

¶ Hucusque, vide ſupra in *Hic, hæc, hoc*.

¶ Inusque, pro *usque in*, biß hinzu. Avienus in ora maritima v. 525

tum jugum Celebandicum
Inusque ſalſam dorſa porrigit Thetin.

Ibidem v. 606 *Fecyi jugum*

Radice fuſa inusque Taurum pertinet.

Et v. 641 *tanto enim faſtigio*

Inusque celſa nubium ſubducitur,
Meridianus ſol, ut oppoſitus jugi
Conſpicuus haud ſit.

¶ Quousque, vide in *Qui, quæ, quod*. ¶ Sunt & alia, quibuscum *Vsque*, præſertim medio ævo, componebatur, ut, *Vsque hodie*, apud Hieronymum de Scriptor. eccleſiaſt. in Malchione, & Pamphilo, & Euſtathio: & *Vsque nunc*, ibidem in Luciano. Sed hæc minus grata eruditis auribus ſunt, veterum politiori ſermoni unice adſuetis.

VSTĪCA, æ, mons Sabinorum, de quo Horat. 1 od. 17 v. 11.

Vſtilago, uſtio, uſtor, uſtricula, uſtrina, uſtulo, &c. vide paullo ante *Vro*.

Vſualis, uſuarius, uſucapio, uſufructuarius, uſura, uſurarius, uſurpo, are, &c. uſus, uſuvenio, vide infra in *Vtor*.

VT, conjunctio & adverbium, ſed non cum ejusdem modi temporibus conjun-

conjunctum: quæ diversitas ex præceptis grammaticis petenda est studiosis, qui de ea annotata quædam legent in hisce observationibus. Conjunctionem enim, quæ significat daß, auf daß, damit, cum modo conjunctivo efferimus: e. g. *Vt vere dicam*, Cic. 5 in Verr. c. 69, die wahrheit zu sagen. *Vt ita dicam*, Quintil. 8 c. 3, also zu reden. *Vt alia obliviscar*, Cic. pro S. Rosc. c. 31. *Vt eam potissimum nominem*, Cic. 2 Verr. c. 59. Eodem modo vulgaris particulæ usus est, ubi caussam exponit, cur aliquid fiat: e. g. *Cursorem miserunt, ut nunciaret*, Nepos 1, 4, 3. *Eum pedissequi cum nummis sunt secuti, ut haberet, quod statim daret*, Idem 5, 4, 2. ¶ 2. Sed, *Vt abii abs te, fit forte obviam mihi hic Phormio*, significat tempus, & idem est, quod *cum* vel *postquam*, nachdem, als, so bald als wie ich von dir hinweg war, rc. Terent. Phorm. 4, 3 v. 12. Et Cic. ad Attic. 7 epist. 15 *Vt ab urbe discessi, nullum intermisi diem, quin aliquid ad te litterarum darem*; In qua significatione memineris efferri fere solere cum verbo indicativo. Ovid. 11 Metam. v. 239

Illic te Peleus, ut somno vincta jacebas, Occupat.

Nepos Attico c. 10 *Vt Antonius rediit in Italiam*. Et non ita multo post ibidem: *Quibus ex malis ut se emersit*, &c. Terent. Hecyr. 5, 3 v. 4 *Vt quisque venerat, accedebam, adolescens dic dum quæso*, id est, quamprimum quisque venerat, so bald einer kommen war. Cic. in Somn. Scip. c. 3 *Ego ut primum fletu represso loqui posse cœpi, quæso, inquam pater*, &c. Virg. 6 Æn. v. 102 *Vt primum cessit furor*, id est, cum primum. conf. Vellej 2, 33, 3. ¶ 3. Quemadmodum autem veteres cum verbo jungere aliquando conjunctionem QVOD solebant, quæ elegantius abesse poterat, oratione in infinitivum mutatâ, (de quo loquendi genere supra monuimus:) ita & τῷ VT videntur usi, ac si VT pro QVOD positum esset. Corn Nepos in Hannibale pr. *Si verum est, quod nemo dubitat, ut populus Romanus omnes gentes virtute superavit, non est inficiandum, Hannibalem tanto præstitisse Imperatores ceteros prudentiâ, quanto populus Romanus antecedat fortitudine cunctas nationes.* Ad quem locum Lambin. *Mirum*, inquit, *loquendi genus! Cur non ita dixit potius?* Si verum est, quod nemo dubitat, P. Romanum omnes gentes virtute superasse. *Veruntamen nihil mutandum. Sic enim veteres interdum loquebantur.* Hæc ille. Exemplo sit Plin. 2 epist. 5 sect. 7 *Videmur posse confidere, ut universitatem varietas ipsa commendet.* Nam sicut aliquando *Quod* pro *Vt*, (de quo supra;) ita VT pro QVOD poni nonnunquam solitum. ¶ 4. *Vt* cum *Ita* vel *Sic* in exprimenda similitudine. Cic. de Orat. 1 c. 26 *Vt enim quisque optime dicit, ita maxime dicendi facultatem & pericula extimescit.* Terentius Hecyrâ 3, 3 v. 20 *Vt res dant sese, ita magni atque humiles sumus*, nachdem oder wie die sachen lauffen. Plaut. Pseud. 1, 3 v. 11 *Vt voles esse me, ita ero*; hoc est, talis, qualem me voles, ero. Nepos 17, 8, 1 *Tantus vir, ut naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus, sic maleficam nactus est in corpore fingendo.* Idem 23, 7, 4 *Vt Romæ consules, sic Carthagine quotannis annui bini reges creabantur.* Interdum & absque *ita* vel *sic* comparationis vis est. Idem Nepos 18, 8, 2 *Elatus est in lecticula, ut ipse præscripserat.* Plautus Amphitr. prologo v. 104

Jam ego vos novisse credo, ut sit pater meus,

ihr wisset ja, wie mein vater ist, id est, quibus assuetus moribus sit, qui mos ejus sit. Idem Pseudolo 4, 4 princ.

Ne plora: nescis, ut res sit, Phœnicium;

id est, quemadmodum se res habeat. Terent. Heaut. 3, 1 v. 27 *Non tu ei dixisti, ut essem?* vid. Taubman. ad Plaut. 7 p 15. ¶ 5. Elegans quoque usus est formulæ *ut erat*, pro, qualiter vel quomodocunque erat. Ovid. 4 Metam. v. 473

Tisiphone canos, ut erat, turbata capillos.

Et idem lib. 11 v. 60 *patulos, ut erant, indurat hiatus.*

Sueton. Nerone c. 48 *Circa quartum milliarium, ut erat nudo pede, atque tunicatus, penulam obsoleti coloris superinduit.* Plena autem formula est: *Ita, ut erat.* Idem Vitellio c. 8 *Subito a militibus e cubiculo raptus, ita ut erat in veste domestica, Imperator est consalutatus.* vide supra in *Sic*, *Sicut erat.* ¶ 6. *Vt si* pro quasi ac si, tanquam si, gleich als ob. Horat. 1 epist. 17 v. 3

Disce docendus adhuc, quæ censet amiculus, ut si
Cæcus iter monstrare velit.

Corn. Nepos Dione c. 9 *Triremem in portu agitari jubet, ut si exercere remiges vellet.* Item in Datame c. 3 *Vinctum ante se Thyum agebat, ut si feram bestiam captam duceret.* Similiter & aliis pluribus locis locutus est. Et Cic. 2 fam. epist. 14 *Ejus negotium sic velim suscipias, ut si esset res mea*, als träffe es mich an. Omittitur autem etiam in talibus ITA vel SIC. Nam plena oratio est: ITA, VT SI. Terent. Eunuch. 1, 2 v. 36 *cœpit studiose omnia*

Docere, educere, ita, ut si filia esset.

Idem comicus in Andria 1, 1 v. 121

Ita tum discedo ab illa, ut qui se filiam
Daturum neget.

Concise contra Tacitus de Germania c. 10 principio: *Auspicia sortesque, ut qui maxime, observant.* Plena oratio esset: *Auspicia sortesque ita observant, ut illi, qui id quam maxime faciunt.* Plin. lib. 9 epist. 22 *Amat, ut qui maxime, dolet, ut qui impatientissime.* ¶ 7. *Vt* cum verbis *Metuo* & *Vereor* idem est ac daß nicht. Terent. Andr. 5, 4 v. 11 *Metuo, ut substet hospes*, id est, ne non substet. Ibidem 4, 2 v. 22 *Dies mihi ut sit satis, vereor, ad agendum.* ¶ 8. Et ibidem rursus 1, 1 v. 8 *Ego postquam te emi a parvulo, ut semper tibi apud me justa & clemens fuerit servitus, scis*: id est, quomodo, vel quam, wie gar einen erträglichen dienst du bey mir gehabt. Et in Eunuch. 1, 2 v. 47 *Scis, quam intimum habeam te, & mea consilia ut tibi credam omnia.* Et, *Vt apparet*, Cic. pro Flacco c. 16, wie es scheinet. *Vt dicitur*, ibidem paullo post, wie man saget. *Vt ferunt*, Livius 1 c. 37. *Vt fama est*, Idem lib. 31 c. 32. *Vt perhibent*, Virg. 8 Æn. v. 135. *Vt fit*, Cic. pro S. Rosc. c. 32. *Vt est consuetudo*, Idem pro Cæcin. c. 8. Et Cæsar 3 B. Gall. c. 8 *Horum auctoritate finitimi adducti (ut sunt Gallorum subita & repentina consilia,) Trebiam retinent*, id est, sicut, wie denn. *Vt temporibus illis*, Cic. de Clar. Orat. c. 7. *Vt in tali tempore*, Livius 24 c. 28, wie es zu solcher zeit läufftig gewesen. *Non ut olim, sed ut nunc fit*, Cic. 9 fam. epist. 16. *Vt nunc est*, Idem 13 ad Attic. epist. 26, wie es ietzund zugehet. Minus commode dicunt: *Rebus sic stantibus.* vid. Manut. ad Cic. 4 fam. ep. 9. Simile huic Cic. ad Att. 13 ep. 2 *Quomodo nunc est.* Terent. Adelph. 3, 3 v. 52 *Vt numerabatur forte argentum, intervenit*, &c. *Vt par est*, Matius Ciceroni 11 fam. epist. 27. ¶ 9. Sed interdum *Vt* idem est, quod *licet* aut *quamvis*, cum verbo conjunctivo, ob schon, wann gleich. Cic. ad Brutum epist. 9 *Nos te tuumque exercitum exspectamus, sine quo, ut reliqua ex sententia succedant, vix satis liberi videmur fore.* Apud Ovid 6 Met. v. 195 loquitur Medea:

Major sum, quam cui possit fortuna nocere:
Multaque ut eripiat, multo mihi plura relinquet.

Juvenalis satyr. 13 v. 100

Vt sit magna, tamen certe lenta ira Deorum est.

¶ 10. Sed, *Vt te omnes Dii Deæque* &c. *perdant*, id est, utinam: hic enim imprecandi est particula, Terent. Heaut. 4, 6 v. 6. ¶ 11. Sæpe ut intendendi formulis inservit, sive præcedant *eo*, *adeo*, *talis*, *tantus*, sive omittantur. Nepos 10, 9, 4 *Fit strepitus, adeo ut audiri posset foris.* Idem 15, 3, 1 *Adeo veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur.* Idem 1, 5, 5 *Tanto plus virtute valuerunt Athenienses, ut decemplicem hostium numerum profligarent.* Idem Nepos 7, 1, 2 alteram omittit particulam: *Fuit disertus, ut inprimis dicendo valeret.* conf. Idem 25, 16, 2. Et Cic. ad Attic. 15 epist. 1 *Est oratio scripta elegantissime sententiis, verbis, ut nihil possit ultra cogitari*, id est, usque adeo, ut &c. Et ad Quint. fratr. 2 epist. 6 *Domus celebratur, ita ut cum maxime*, hoc est, ita ut si unquam alias, als jemahls. ¶ 12. Et *ut ne* pro *ne*, eleganter per pleonasmum apud Terentium: ut in Eunuch. 5, 4 v. 20 *Ego te, si vivo*, &c. *ulciscar, ut ne impune in nos illuseris.* Et in Hecyra 1, 2 v. 30 *Nempe ea caussa, ut ne id fiat palam.* Cic. Tironi 16 fam. epist. 9 *Sed tamen ita velim, ut ne quid properes.* Perinde & Græci ὡς μὴ dicunt. Non conjunguntur semper tamen particulæ istæ, sed disparantur aliquando, & interponitur aliquid, non sine elegantia: Plautus in Persa 1, 3 v. 30

Memini; ut muræna & conger ne calefierent.

Et ibid. 2, 4 v. 16 *Potin', ut molestus ne sies?* Cic. post reditum in senatum c. 5 *Vt lex Ælia & Fusia ne valerent.* Et 13 fam. epist. 55 *Vt socrus adolescentis ne rea fiat.* *Ne ut*, pro *ne* dixit Tacitus: vide *Ne*. Similiter & *Quo ne*, pro *Ne*: vide *Quo*. ¶ 13. Contra *Vt* per ellipsin prorsus dissimulatur, non modo cum pro conjunctivo infinitus cum accusativo ponitur, uti notum; sed & ubi necessario vel subintelligendum vel repetendum: e. g. *Mors necesse est perveniat*, id est, ut perveniat, Seneca epist 4. Sic Nepos 25, 22, 2 *Ne id, quod natura cogeret, sibi accelerare, &* (ut) *se sibi suisque reservaret.* ¶ 14. Sicut autem *Ne* interrogationibus etiam inservit, & idem quod *An* significat; ita & *Vt* non raro ponitur. Horat. epod. ult. v. 56

Inultus ut tu riseris Cotyttia Vulgata, &c.

Plautus Trinummo 3, 3 v. 21

Vt ego nunc adolescenti thesaurum indicem?

Frequentius tamen per Pleonasmum τὸ *Ne* adjicitur quoque, ita, ut præcedat. Plautus Aulul. 4, 7 v. 9 *Ego ne ut te adversum mentiar, mater mea.* Et in Pseudolo 1, 5 v. 105 *Egone ut cavere nequeam, cui prædicitur.* Terent. Andriâ 1, 5 v. 29 *Eine ego ut adverser?* Et locis aliis pluribus. Seneca in Medeâ v. 893

Egone ut meorum liberûm & prolis meæ
Fundam cruorem?

Possumus in talibus & ellipsin statuere. ¶ 15. Est & admirantis vel exclamantis particula, pro *Quam*. Horat. 2 sat. ult. v. 61

Heu fortuna, quis est crudelior in nos
Te, Deus? ut semper gaudes illudere rebus Humanis!

Virg. eclogâ 8 v. 41 *Vt vidi, ut perii, ut me malus abstulit error?* VT VIDI, id est, *simul ac vidi*: VT PERII, id est, *quam perii, in quod periculum incidi*, &c. VT ME MALVS ABSTVLIT ERROR: *quam longe a recta ratione distraxit me error malus*, id est, amor infelix?

¶ Vtut, geminatum pro quocunque modo, wie nur. Terent. Adelphis 2, 2 v. 40 *Vtut hæc sint facta, potius quam lites sequar, meum mihi reddat*, es sey zugegangen, wie es wolle, rc. Idem Phorm. 3, 1 v. 4 *Nam utut erant alia, illi certe, quæ domi tuæ est, consuleres.*

¶ Vtcunque, id est, quomodocunque, vel quoquomodo, so als nur, wie nur. Plautus Amphitr. 1, 1 v. 187 *Vtcunque animo collibitum est meo*, wie es, darnach es gelüstet. Terent. Andr. 4, 3 v. 21 *Tu ut subservias orationi, utcunque opus sit verbis, vide.* Et Cic. 5 de Fin. c. 4 *Vtcunque res postulat*, wie es die noth erfordert. Idem Off. 1 c. 38 *Vtcunque aderunt res.* Item, *Vtcunque ceciderit*, Livius 2 c. 12. Sed alii legunt *ut cuique*. Curtius 7 c. 4 n. 16 *Vtcunque cesserit.* Virg. 6 Æn. v. 822 *Vtcunque ferent ea facta minores.* Vellej. 2, 67, 1 *Difficilis est hominibus utcunque conceptæ spei mora.*

¶ Vtlibet, nach gefallen. Horat. 1 epist. 7 v. 9

Vtlibet hæc porcis hodie comedenda relinques.

¶ Vtplurimum, gemeiniglich, am meisten. Cic. de Leg. 2 c. 14 *In bello suscipiendo & deponendo jus utplurimum valet & fides.*

¶ Vt quid pro *quare*, warum, Græcismus est: quo Cicero usus 7 ad Attic. epist. 7 *Depugna, inquis, potius, quam servias? Vt quid? Si victus eris, proscribare? si viceris, tamen servias?* vide Daumium Notis ad Columbanum. Frequenter apud patres & recentioris latinitatis auctores reperitur. Symmachus 3 epist. 41 *Vt quid multa? Venient in manus tuas commenta curiæ nostræ*, &c. Tertullianus de Persecut. c. 11 *Vt quid ergo de homine Christum redimis*, &c. Laurentius Novariensis Homiliâ de Pœnitentia: *Vt quid me corripis conscientia? ut quid me confundis & depravare contendis?* Sæpius ita & vetus Bibliorum interpres.

¶ Vti, idem quod *Vt*, auf daß, wie. Terent. Phorm. 4, 1 v. 20 *Quod si fit, uti me excutiam atque egrediar domo, id restat.* Cicero pro Domo sua c. 21 *Nihil aliud, nisi uti ne quid per vim agi posset.* Et pro Rosc. Am. c. 2 *Neque uti satis firmo præsidio defensus Roscius, verum uti ne omnino desertus esset.* Cic. Philipp. 9 extr. *Quod sepulcrum ipsius, libero-*

liberorum posterorumque ejus sit, uti quod optimo jure sepulcrum publice datum sit, id est, tanquam, aut nempe quod. Inde *Vtique* est, de quo infra suo loco.

¶ Vtĭnam, Vtique, Vtpŏte, Vtputa, vide suis locis.

¶ Præut, particula comparandi, gleichwie. Plautus Amphitr. 1, 1 v. 218 *Parum etiam, præut futurum est, prædicas.* Et Bacch. 4, 9 v. 5 *Præut ego herum expugnabo meum.* Et Menæchm. 5, 5 v. 33 *Imo modestior est de verbis, præut dudum fuit.* Terent. Eunuch. 2, 3 v. 8 *Præut hujus rabies.*

¶ Prout, id est, secundum quod, velut, so als. Horat. 2 sat. 6 v. 67 *Prout cuique libido est*, nachdem, wie ꝛc. Cic. ad Attic. 11 epist. 6 *Tuas litteras, prout res postulat, expecto.* Et in a Verr. c. 34 *Prout hominis facultates ferebant.* Quintilianus 9 c. 4 *Proinde asperiores erunt, prout oris hiatu simili aut diverso pronunciabantur.* Plin. 28 c. 2 *Prout quæque accepta sunt, ita valent.*

¶ Sicut, sicuti, vide supra in *Sic.*

Vtensilis, &c. vide paullo post in *Vtor.*

VTER, tra, trum, genit. utrius, dativ. utri, ab ἕτερος, nomen est interrogativum de duobus tantum, wer, oder welcher von beyden; ut, *Vter utri insidias fecerit*, Cic. pro Milone c. 9. Et, *Vtra lex jubeat, utra permittat*, Idem de Inventione 2 c. 49.

¶ Vtercunque, utracunque, utrumcunque, pro *utervis* seu *uterlibet*, wer nur. Cic. 6 fam. epist. 4 *Vtercunque vicerit, non sit mirum futurum*, es habe unter den beyden gewonnen, wer da wolle, ꝛc. Quintil. procem. lib. 5 *Vtrumcunque est, hic liber erit maxime necessarius*, id est, utrum tandem horum sit. Et Gellius 5 c. 10 extr. *Vtramcunque in partem dicta esset sententia.*

¶ Vterlĭbet, utralibet, utrumlibet, idem. Cic. pro Quint. c. 26 *Vtrumlibet elige, alterum incredibile est, alterum nefarium*, erwehle unter beyden, welches du wilt.

¶ Vtervis, ravis, rumvis, welcher von beyden, beyderley, beyderseits. Cic. pro Rosc. Amer. c. 1 *Vtrumvis salvo officio sic facere arbitrarentur.* Et de Senectute c. 10 *Minus habeo virium, quam vestrûm utervis.* Terent. prolog. Andr. v. 9

Menander fecit Andriam & Perinthiam:
Qui utramvis recte norit, ambas noverit.

¶ Vternam, idem. Horat. 2 sat. 2 v. 107 *uternam*
Ad casus dubios fidei sibi certius?

¶ Vterque, trāque, rumque, beyde, alle beyde. Terent. Eunuch. 5, 2 v. 1 *Apud Antiphonem uterque mater & pater, quasi dedita opera, domi erant.* Et in Phorm. 3, 2 v. 16 *Quam uterque est similis sui?* sie thun alle beyde, wie ihre art ist. In Amphitruonis Plautini argumento v. 7 *Vterque deluduntur dolis mirum in modum.* Sic, *In utramque partem*, Cic. 2 Offic. c. 6. Et, *In utraque parte multa dicuntur*, Idem 4 Acad. c. 39 fin. beyderseits, zu beyden theilen. Virg. 6 Æn. v. 685

Palmas utrasque tetendit.

Et, *Vterque utrique est cordi*, Terent. Phorm. 5, 3 v. 17. Cicero ad Quint. fratr. 2 epist. 4 *Domus utriusque nostrûm ædificatur strenue.*

¶ Vtrinque, adverb. auf beyden seiten; ut, *Magnæ utrinque copiæ sunt*, Cic. 6 fam. epist. 4. Et Horat. 1 epist. 18 v. 9

Virtus est medium vitiorum, utrinque reductum.

vide supra *Reduco*, in *Duco.*

¶ Vtrinquesĕcus, zu beyden seiten. Lucretius 4 v. 937 *Vtrinquesecus corpus vapulat.* Solinus c. 65 [Salmas. c. 52] de Indiæ crystallis: *Vtrinquesecus leniter turbinatus.*

¶ Vtrŏbi, vel Vtrŭbi, quocunque in loco, wo es auch wolle. Auson. Edill. 4 v. 64 *Vnde repulsus vi fuero, aut utrobi fuerit.* Adde Vlpian. in l. Officium. ff. de rei vindicat. Et in l. unica ff. utrubi. Vbi alii *utrubi*, alii *utrobi* legunt.

¶ Vtrobĭque, idem quod *Vtrinque.* Livius 27 c. 40 *Vt eodem tempore utrobique respublica prospere gereretur*, zu beyden theilen glücklich geführet werde. Asinius ad Ciceronem 10 famil. epist. 31 *Dum non liceret mihi, nullius partis esse, quia utrobique magnos inimicos habebam.*

¶ Vtrò, adverbium, id est, versus quam partem, nach welcher seiten. Plin. 18 c. 19 *Non intelligitur, utro vomer ierit.*

¶ Vtroque, ad utrumque locum, auf beyde örter; ut, *Vtroque versum*: apud Gellium 5 c. 12 *Ambigua sunt, & utroque versum dicuntur.*

¶ Vtrōqueversum, in utramque partem, auf beyderley art. Gell. 5 c. 12 *Vocabula ambigua utroqueversum dicuntur.*

¶ Vtrum, interrogandi & dubitandi adverbium, cui plerumque *An* subjicitur, ob. Cic. in Acad. 4 c. 29 *Vtrum ea vestra, an nostra culpa est?* ist es euer oder unser schuld? Idem pro Rosc. Comœd. c. 11 *Vtrum dimidia parte, an pro tota societate?* Idem lib. 1 fam. epist. 7 *Multum interest, utrum laus imminuatur, an salus deseratur*, ob, oder ꝛc. Terent. in Phorm. 4, 3 v. 45 *Vtrum stultitia facere ego hunc, an malitia dicam?*

¶ Vtrumnam, idem. Liv. 37 c. 17 extr. *Rhodios cum percunctatus esset, utrumnam Pataris universa classis in portu stare posset.*

¶ Alterŭter, vide supra in *Alter.*

¶ Neuter, ex *ne* & *uter*, vide suo loco in lit. *N.*

VTER, vel Vtĕrus, i, sacrosanctum illud membrum fœminei corporis, quo fœtus continetur, der leib, mutter-leib, die beer-mutter. Vnde pro fœtu, continens pro contento, ponitur. Ita enim *uterum ferre*, pro prægnantem esse dicimus. Plinius 8 epist. 11 *Inde abortus & ignorati uteri triste experimentum*: *Ignorare uterum*, est, ignorare se concepisse, sive prægnantem esse. Tacitus 15 Annal. c. 23 *Jam senatus uterum Poppææ commendaverat diis, votaque publice susceperat.* ¶ 2. Virgilius pro *ventre* posuit 2 Æn. v. 20

Vterumque armato milite complent, den bauch.

¶ Vtercŭlus, & Vtrĭcŭlus, diminutiva, parvus uter, vel ventriculus, ein bäuchlein; ut, *Cæli sudor e fronde ac pabulis potus, & in uterculos congestus apum*, Plin. 11 c. 12. Et, *Vtriculus porcelli*, Apicius 8 c. 7. ¶ 2. Sed *Vtriculi* in frugibus etiam seminum sunt involucra & operimenta, quæ *siliquæ* alias vocantur, die schoten oder hülsen, darinnen die früchte und saamen stecken. ¶ 3. Item *calyces* vel *folliculi*, ex quibus flos erumpit, die blüt-knospen, die blüt-bälge, Plinius de arboribus lib. 16 c. 26 *Pariunt, dum florent, flosque ille rupti*s *constat utriculis.*

¶ Vtriclarii, nautarum genus in vetustis Inscriptionibus, ab *utriculis*, quæ forma navium erat, ita dicti. Sponius Miscell. Erud. Antiq. p. 61 COLLEGIO VTRICLAR. & p. 171 INTER VTRICLAR. LVG. Adde ejusdem interpretationem.

¶ Vtĕrīnus, a, um, von einer mutter; ut, *Fratres uterini*, qui ex eadem nati matre, brüder von einer mutter, Justinian. § 2 Institut. de Bonor. possess.

VTER, utris, ἀσκὸς, pellis, qua vinum aut aliud liquidum deferri solet, ein schlauch, wein-schlauch. Plin. 12 c. 7 de Lycio, liquido & odorato medicamento: *Indi in utribus camelorum id mittunt.* Curtius 4 c. 7 n. 12 *Aquam utribus cameli devexerant.* ¶ 2. Item, quicquid inflari solet, ein sack; ut, *Super utres nare*, Curtius 7 c. 8 n. 6. Hinc, *Vtrem mergere vento plenum*, frustra aliquid conari significat. vide Chiliadas. Horatius metaphorice dixit lib. 2 satyr. 5 v. 98 *Crescentem tumidis infla sermonibus utrem*:

Pro avido laudis & adulationis.

¶ Vtercŭlus, i, diminut. ein kleiner schlauch. Apulej. lib. 1 Miles. *Sanguinis eruptionem uterculo admoto excipit diligenter, ut nulla stilla compareret usquam*, er fänget das blut in einen schlauch.

¶ Vtrārius, i, qui fert aquam utribus, ein wasser-führer, schlauch-träger. Livius 4 c. 23 *Sequi se utrarios ad mare jussit.*

¶ Vtrĭcŭlārius, i, ἀσκαύλης, (quo latine Martialis extulit,) qui inflat ex utre fistulam, ein sack-pfeiffer. Sueton. in Nerone c. 54 *Voverat se proditurum hydraulam, & choraulam, & utricularium.*

¶ Vtricīda, æ, qui utres cædit, Apulej. Met. lib. 3.

VTĬCA, æ, media correpta, Africæ minoris in littore Carthaginiensi civitas, & magnitudine, & auctoritate secunda post Carthaginem, quæ, illa excisa, pro metropoli erat & receptaculo Romanorum ad res in Lybia gerendas: Strabo lib. ult. Hæc illa Vtica est, ubi se interfecit Cato, ne in potestatem Cæsaris veniret, ex quo & *Vticensis* appellatus est. vid. Lucan. 6 v. 306; & Horat. 1 epist. 20 v. 13.

¶ Vticensis, e, adject. ut, *Vticensis ager*, Liv. 27 c. 5. De *incolis* Cic. pro Corn. Balbo c. 22 *Quidam Vticenses.*

Vtibilis, utilis, utilitas, vide mox in *Vtor.*

VTĬNAM, adverbium optandi, wolte GOtt! Cic. 3 ad Attic. epist. 15 *Vtinam ipse Varro incumbat in caussam.* Idem 14 fam. epist. 4 *Vtinam minus vitæ cupidus fuissem, certe nihil, aut non multum in vita mali vidissemus.* Ovid. Heroid. epist. 1 Penelopes v. 5

O utinam tunc, cum Lacedæmona classe petebat,
Obrutus insanis esset adulter aquis!

Sermo de Paride est, qui Lacedæmona navigavit capiendæ Helenæ caussa.

VTĬQVE, media correpta, adverbium interdum affirmandi, pro *certe*, seu *quidem* potius, aut *equidem*, allerdings, dennoch; sed non in respondendo ad interrogationem, pro *ita.* Cic. ad Attic. 5 epist. 9 *Id unus litteris, quæ ad me utique perferantur, consequerer.* Et ad eumdem lib. 13 epist. 13 *Illud vero utique scire cupio*, h. e. Quæ quidem ad me perferantur: Illud equidem scire cupio, das möchte ich wohl wissen. Et ibidem rursus: *Quid censeas mihi faciendum, utique scribito*, id est, scribito equidem. Et rursus lib. 13 epist. 22 *Ego, ut constitui, adero, atque utinam tu eâdem die, sin, (quid enim multa?) utique postridie*, id est, attamen vel certe postridie. ¶ 2. Sed, *Quod non est arbor, utique platanus non est: nec quod non est virtus, utique potest esse justitia*, hoc est, omnino platanus non est, &c. absonderlich, zumahl, Quintil. 5 c. 10. Et Seneca epist. 11 *Coram pluribus erubuit, utique in concionibus.*

VTŌPIA, æ, vox, quam contra græcæ compositionis leges finxit Thomas Morus, alludens ad Homericum ἄτοπος, lat. *Non-locus*, sive potius *Ne-locus*, aut terminatione etiam mutata *Ne-locia*, nirgends-heim. Ita ficto nomine regionem vocat, quæ foret *nusquam.* Vnde, qui volet, æque ridicule *Nusquamiam* appellet, vel *Nusquamam* cum Erasmo epist. ad Morum. v. Voss. Partit. Orator. 4 c. 1 n. 49 p. 297.

VTOR, ūsus sum, ūti, ab ἔθω, cognatæ significationis cum verbo *fruor*, hoc tamen majus est, (vide *Fruor*:) brauchen, haben, nützen. De omnibus rebus dicitur: ut, *Vti domo, consuetudine, re aliqua, cibo, potu, medicamentis, studio*, &c. Sic, *Sapienter uti Deorum muneribus*, Horat. 4 od. 9 v. 47. Sic, *Bene uti re aliqua*: *Male uti bonis eloquentiæ*, Quintil. procemio lib. 1; & *Vti familiariter alicujus amicitia*, Idem lib. 5 c. 9. Et Cicero pro Cluent. c. 16 *Fabriciis semper usus est familiarissime*, h. e. versatus cum Fabriciis est, vel consuetudinem habuit. Horatius 1 epist. 17 pr.

Quamvis, Scæva, satis per te tibi consulis, & scis,
Quo tandem pacto deceat majoribus uti,

i. e. vivere cum illis, qui majores nobis sunt. Et paucis versibus post:

Si pranderet olus patienter, regibus uti
Nollet Aristippus: si sciret regibus uti
Fastidiret olus, qui me notat:

Vbi *regibus uti* est commode cum iis & ita vivere, ut eos adjungas tibi, amicosque ac benevolos habeas. Nepos in Attico princ. *Patre usus est diligente, indulgente, &, ut tum erant tempora, diti*, id est, habuit patrem diligentem, &c. *Trebatio multos annos utor valde familiariter*, Cic. 1 fam. epist. 3. Et Terent. Heaut. 1, 2 v. 42 *Mihi si unquam erit filius, næ facili ille me utetur patre.* Et, *Vti alicujus operâ ad rem aliquam*, Cic. 4 Acad. c. 38. *Qui ambitione nihil uterer*, h. e. facile carerem, ich hätte der händel nicht nöthig, Idem 5 fam. epist. 20. vid. notas Grævii, &, qui in partes vocatur, Gronov. de Pecunia vet. 3 c. 17. Horat. 1 epist. 10 v. 41

Serviet æternum, qui parvo nesciet uti:

vide *Parvus.* *Vti beneficio civitatis*, Nepos Attico c. 3, das bürgerrecht annehmen. Sic, *Vti solatio*, Brutus Ciceroni 11 fam. epist. 26. *Vti ventis adversis*, Cic. 14 fam. epist. 5, den wind entgegen haben. *Vsitatis tutiùs utimur*, Quintil. 1 c. 5. *Valetudine uti minus commodâ*, kranck, schwach seyn, Cæsar 3 B. Civ. c. 49. ¶ 2. Cum accusativo conjunxit Cato apud Gellium lib. 13 c. 22 *Si quid est, quod utar, utor.*

Adde Tertull. Exhort. ad Castit. c. 9, & de Fuga in persecut. cap. 6. ¶ 3. *Ingenio alicujus uti*, Trebell. Pollio in Trig. Tyrannis c. 16 dixit, pro *ingenia obsequi & morem gerere*. Sic apud Comicum *Vti sese* aliquis dicitur, qui ingenio suo indulget, animoque obsequitur: Plaut. Milite Glor. 3, 1 v. 83 *Es, bibe, animo obsequere mecum, atque onera te hilaritudine. Liberæ sunt ædes, liber sum, ego me uti volo libere.* Et in Captivis 4, 4 v. 12 *Dicam, ut penum sibi aliud ornet, siquidem sese uti volet*, hoc est, si volet genio suo indulgere. vide Salmas. ad Pollionem p. 311.

¶ Vtens, tis, gebrauchend, nützend. Cic. Topic. c. 18 *Ratione utens*, vernünfftig; contrarium ibi *rationis expers*. Compar. Idem Cic. 2 Offic. c. 20 *Fac magnitudinem divitiarum juvare. Vtentior sane sit: honestior autem quomodo?* **Vtentior* est, qui plus impendit in cultum vitæ, qui pluribus utitur ad vitam tuendam, qui majores sumtus in se tuendo facit. *Vti* enim est sustinere impendia, se tueri, sustentare, ut multis exemplis docuit ὁ πάνυ Gronovius 2 de Pecunia vetere c. 7. Sic & εἰς χρείαν apud divum Paulum epistola ad Philipp. c. 4 v. 16, ἅπαξ καὶ δὶς εἰς τὴν χρείαν μοι ἐπέμψατε, ubi recte vetus interpres & latine: *Semel & bis in usum mihi misistis.* Quod recentiores male mutarunt. Est enim *in usum mittere, mittere unde utaris*, ut Plautus & Terentius loquuntur, quo te sustentes & alas. *Grævius.*

¶ Vtendus, a, um, zu gebrauchen; ut, *Ætas ad hæc utenda magis idonea*, Terent. Heaut. 1, 1 v. 81. *Vtenda & possidenda tradere alicui bona*, Cic. in Verr. 2 c. 18. *Quod utendum acceperis, reddere*, Idem 3 Tuscul. c. 19. Et, *Vtendum dare*, est, usum alicujus rei, non possessionem concedere, & opponitur τῷ *Donare* apud Plautum Menæch. 2, 2 v. 94.

¶ Vtensĭlis, e, quod usui quotidiano servit, brauchbar, das man täglich braucht. Varro 1 de R. R. c. 2 *Quid in Italia utensile non nascitur?*

¶ Vtensĭlia, ium, subst. allerley geräth, hauß-geräth; ut, *Exutus omnibus utensilibus miles*, Livius 3 c. 42. Idem lib. 26 c. 33 extr. *Dediderunt divina, humana utensiliaque* &c. Tacitus quoque 1 Annal. c. 70 *Pernoctavere sine utensilibus.*

¶ Vtensĭlĭtas, ātis, die geräthschafft. Tertullianus 1 de Habit. mul. c. 5 *Ferri & æris utensilitas.* Et mox ibid. *Quantum ad utensilitatem.*

¶ Vtĭlis, e, quo utimur, quod commodo est seu confert, nütz, nutzbar, nützlich, dienlich. Plaut. Epid. 2, 2 v. 206 *Quem hominem invenimus ad eam rem utilem?* Terent. Andr. 3, 1 v. 16 *Quibus id maxime utile est, illum esse quam deterrimum*, es ist ihnen sonderlich zuträglich. Cic. Offic. 3 c. 6 *Homo ad nullam rem utilis.* Et ibidem c. 15 *Nunquam est utile peccare, quia semper est turpe.* Et, *Res utilis & salutaris*, Idem 1 de Legib. c. 15. Et, *Quod tibi utilissimum erit consilii capies*, Dolabella ad Cic. 9 epist. 9. Vtilia miscere honestis, licitum aliquando esse in republica, Virdungus ad Tacit. Agric. p. 41, & Bernegg. ad Sueton. Cæs. c. 19 ostendunt.

¶ Vtĭbĭlis, e, idem. Pro *utilis* Plaut. frequenter dixit; ut, *Servi heris utibiles*, in Mostell. 4, 1 v. 2. Et Terent. Phorm. 4, 4 v. 9 *Quid minus utibile fuit, quam hoc ulcus tangere?*

¶ Vtĭlĭter, adverbium, idem. Ovid. 1 de Arte am. v. 391

Non avis utiliter viscatis effugit alis.

Compar. Idem Heroid. in epistola 1 Penelopes v. 67

Vtilius starent etiam nunc mœnia Phœbi.

Superl. Sidon. 4 epist. 9 *Ad reformationem sequendam homines utilissime incitantur.*

¶ Vtĭlĭtas, ātis, der nutz, dienst, genuß, die nutzbarkeit. Terent. Eunuch. 2, 3 v. 17 *In ea re utilitatem ego faciam, ut cognoscas meam.* Et, *Non mediocris utilitas*, Quintil. 3 c. 8. Et, *Publica utilitas*, Tacit. 14 Annal. c. 44 extr. *Afferre utilitatem*, Cic. 1 Offic. c. 23. Et, *Capere utilitatem*, de Amicit. c. 9. Ac, *Etiamsi nulla sit ex amicitia utilitas*, Cic. 1 de Finib. c. 20. *Vtilitate duci*, Quintil. 3 c. 8, den nutz ansehen. *Omnes artes utilitatem debent habere*, Cic. pro Muræn. c. 10. *Servire alicujus utilitati*, Idem ad Quint. fratr. 1 epist. 1 c. 8. Et lib. 3 Offic. c. 10 *Suæ cuique utilitati, quod sine alterius injuria fiat serviendum est.* Et ibidem, *Vtilitates suas omittere*, den genuß fahren lassen. Sic, *Quærere utilitatem in re aliqua*, Cic 3 de Orat. c. 2. Et, *Vtilitatis fructum præbere*, Idem ad Attic. 7 epist. 6.

¶ Vsus, ûs, subst. ipsa ratio utendi, & jus, & copia, der brauch, gebrauch, die nutzung. Virg. 2 Æn. v. 453 - - - *& pervius usus Tectorum inter se Priami.* Vbi Servius: VSVS *verbum juris*; VIA, ACTVS, VSVS. Nepos 25, 14, 3 *Vsum pecuniæ non magnitudine sed ratione metiri solitus.* ¶ 2. Item, Exercitatio, experientia, die übung, erfahrung; ut, *Vsus sermonis*, Plin. 10 c. 96; & *Virtutis*, Cic. 1 Acad. c. 6 *Vsus dicendi*, Quintil. 3 c. ult. *Vsu bellorum exercitus aliquis*, wohl versucht im kriege, Cic. pro Fontej. c. 14. *Res apta ad aliquem usum*, Ovid. 3 de Arte am. v. 529. Et, *Vsu confirmari*, Quintil. 3 c. 2. *Assiduus usus uni rei deditus & ingenium, & artem sæpe vicit*, Cic. pro Balbo c. 20, stete übung. Et lib. 1 de Orat. c. 4 *Vsus frequens omnium magistrorum præcepta superat.* Et in Offic. 1 c 18 *Nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamvis artis præcepta perceperint, quicquam laude dignum sine usu & exercitatione consequi possunt.* Sic, *Vsus magister est optimus*, Cic. pro Rabir. c. 4. Et Plin. 1 epist. 20 *Vsus magister egregius.* Et Ovid. 6 Metam. v. 29 *Seris venit usus ab annis*, id est, experientia, das alter hat erfahrung. Cæsar 2 de B. C. c. 34 *Quem* (Rebilum) *Curio secum ex Sicilia duxerat, quod magnum habere usum in re militari sciebat.* Idem lib 3 de B. C. c. 45 *Pompejus dixit, non recusare se, quin nullius usus imperator existimaretur, si sine maximo detrimento legiones Cæsaris sese recepissent inde, quo temere essent progressæ*, id est, nullius experientiæ. ¶ 3. *Vsus*, vel *usu venit*, id est, accidit, es trägt sich zu, es begiebt sich: Terent. Phorm. 3, 2 v. 20 *Nec cum hujusmodi unquam usus venit, ut conflictaret malo.* Idem Heaut. 3, 2 v. 42 *Non usus veniet, spero*, es wird hoffentlich nicht geschehen. Et v. 45

Et ne ego te, si usus veniat, magnifice, Chreme,
Tractare possim

Cic. ad Attic. 7 epist. 26 *Non venit idem usu mihi, quod tu scribis.* Idem pro Quint. c. 15 *Quid homini potest turpius, quid vero miserius aut acerbius usu venire? quod tantum evenire dedecus?* Nepos 23, 12, 3 *Ne usu eveniret, quod accidit.* conf. 7, 4, 5. Cæs. 3 de Bell. Civ. c. 84 *His erat rebus effectum, ut equites apertioribus etiam locis VII millium Pompejanorum impetum, cum adesset usus, sustinere auderent*, id est, cum veniret usus, sive cum eò, res adducta esset; vel, *si usus*, i. e. *opus esset*, wenn es die noth erfordert: Nam & ita loquebantur. Plautus certe ita sæpissime loquitur; ut Asinar. 2, 2 v. 45 *Libane, nunc audacia usus est nobis inventa & dote.* Et v. 46 *Hem, ista virtus est, quando usus est, qui malum fert fortiter.* Lucret. 5 v. 842

Nec vitare malum, nec sumere, quod foret usus.

Virgil. 8 Æn. v. 441

Arma acri facienda viro, nunc viribus usus,
Nunc manibus rapidis.

Gell. 1 c. 14 *Pecuniam, quæ nihil sibi sit usus*, id est, opus. Plaut. Asin. 1, 1 v. 76 *Viginti jam usus est filio argenti minis.* Terent Hecyr. 3, 1 v. 47 *Non usus facto est mihi*, das ist mir nicht nöthig zu thun. Et Heaut. 1, 1 v. 28 *Mihi sic est usus, tibi quod opus est facto, face.* Cic. 4 Tuscul. c. 2 *De cæteris studiis alio loco dicemus, si usus fuerit.* ¶ 4. *Vsui esse*, pro, utilitati esse, nützlich seyn, dienen. Cic. ad Attic. 7 epist. 26 *Fuit & mihi, & fratri magno usui in nostris petitionibus.* C. Nepos Conone c. 2 n. 4 *Conon nihil secius apud præfectos regios versabatur, iisque omnibus magno erat usui.* Pro *usui esse* dicimus & *in usu esse.* Tacit. 2 Hist. c. 86 *A quo neglectus in nullo Othoniani belli usu fuit.* ¶ 5. *Ex usu esse*, idem etiam est, quod conducere seu utile esse. Terent. Heaut. 1, 2 v. 36 *Periculum ex aliis facito, tibi quod ex usu fiet*, was dir zuträglich sey. Idem Hecyr. 4, 1 v. 33 *Si ex usu esset nostro hoc matrimonium.* ¶ 6. *Vsus* pro consuetudine seu conversatione, umgang, kundschafft, freundschafft. Cic. ad Varr. 9 epist. 1 *Librorum usum non idcirco dimiseram, quod iis succenserem.* Sic, *Vsus domesticus & consuetudo*, Cic. pro Rosc. Amer. c. 6. *Vsus mihi magnus est cum eo*, Idem 7 fam. epist. 33. Et ad Sulpicium 13 fam. epist. 23 *Vsus vetus inter eos intercedit*, sie haben alte bekandschafft. C. Nepos in Attic. c. 28 *Qui judicare poterit, quantæ sit sapientiæ, eorum retinere usum benevolentiamque*, &c. Ovid. 3 Trist. eleg. 6 v. 19 *longo nobis junctissimus usu.*

¶ Vsio, ōnis, idem quod *Vsus*. Scævola apud Gellium 4 c. 1 *Longæ usionis gratiâ.* Et Varro apud Nonium c. 3 n. 262 *Vsioni quod satis esset.* Vlpian. Lege 27 § 4 Dig. de auro, arg. & mund. *Alterius Vsionis caussa paratum.* Et Alfenus Lege 60 § 2 Dig. de Legat. III, *usioni habere.* Arnob. lib. 7 p. 238 *In suas usiones vinum exprimere*, zu seinem gebrauch, zum tisch-trunck.

¶ Vsuālis, e, quod usui nostro servit, apud JCtos legitur, brauchbar, gewöhnlich. Sic *Vsualem sermonem*, pro inculto, & qualis in usu quotidiano est, dixit Sidonius 4 epist. 10; ubi vide Savaronem. Et Gloss. lat. gr. *Vsualis*, εὔχρηστος. Adde Marciani l. interdum, ff. de publicanis.

¶ Vsuārius, a, um, idem. Gell. 4 c. 1 extr. *Ex his, quæ promercalia & usuaria in locis iisdem essent, ea sola esse penoris putat, quæ sint usui annuo.*

¶ Vsuārius, i, subst. qui usum habet; ut fructuarius, qui fructum, der die nutzung hebt; Lege 13 § 2 D. de Vsufructu, & lege 11 § ult. D. ad Leg. Aquil. At *servus usuarius*, in quo usum habemus, lege 14 D. de usu & habit. vide Brisson.

¶ Vsĭtor, ari, obsoletum est frequentativum, offt gebrauchen. Gell. 17 c. 1 *Tametsi verbo ipso alio quoque modo usitati sunt.* Hinc

¶ Vsĭtātus, a, um, quod in usu est, üblich, gebräuchlich, gewöhnlich; ut, *Vsitata consuetudo*, Cic. pro Quint. c. 21. *Vsitatus mos*, Idem Verr. 2 c. 3. Et, *Vsitatum genus litterarum*, Cic. lib. 4 fam. epist. 13. *Vsitatus & pervulgatus honos*, Idem 14 Philipp. c. 4. Et Brutus Ciceroni epist. 16 lib. ad Brutum: *Non solum usitatum, sed & quotidianum est.* Et Gell. 15 c. 13 *Pars usitatior.* Quintil. 1 c. 7 *Vsitatissimi moris est.* Et Cic. in Orat. c. 25 *Vsitatissima verba.*

¶ Vsĭtāte, adverb. idem. Cic. 4 de Finib. c. 26 *Cur non malumus usitate loqui?* Et Augustinus 15 de Trinit. c. 9 *Schemata usitatius dicimus quam figuras.*

¶ Vsūra, æ, idem quod *Vsus*, die nutzung, der genuß; ut, *Vsura gaudii*, Cic. 6 fam. epist. 13. Et, *Vsura lucis*; ut, *Dare alicui diuturnam usuram lucis*, Idem 5 Verr. c. 29. *Dare usuram unius horæ ad vivendum*, Idem 1 Catilin. c. 12. Item, *Parvam exigui temporis usuram tuæ de me opinionis postulo*, Cic. 3 de Legib. c. 1. Et, *Lucis usuram eripere*, Cic. pro Syll. c. 32, tödten. ¶ 2. *Vsura* in altera significatione, nimirum pro pecuniæ, quæ in fœnore sorte accedit, hoc est, quæ pro usu vel usura pecunia mutuo datur, solvitur, der wucher, die zinse, das aufgeld; ut, *Vsurâ aliquem juvare*, Cic. 3 in Verr. c. 72. *Vsuram accipere*, Quintil. 5 c. 10. *Vsuram pendere*, Cic. ad Attic. 12 epist. 21, zinß geben. *Reddere sine usura*, Idem de Senect. c. 15. *Multiplicare usuram*, Plin. 14 c. 4. *Mutuare pecunias levioribus usuris*, Sueton. Augusto c. 39. Et, *Perscribere usuram*, zinß verschreiben, apud Ciceronem 9 ad Attic. epist. 13, & Suetonium Cæsare c. 42. De generibus usurarum lege Salmasium de usuris & modo usurarum: item Casaubonum in Suetonium.

¶ Vsūrŭla, æ, diminutivum, ein kleiner genuß. Gloss. lat. gr. *Vsurula*, τοκαρίδιον.

¶ Vsūrārius, a, um, ex quo usura capitur, zinßbar. Vulgo etiam fœneratores *usurarios* appellant, die wucherer, de quibus vide, quæ habet Phil. Caroli not. ad Trigam Solœcismorum p. 31 seqq. *Clericos usurarios*, non ordinandos aliorum auctoritate probat Elmenhorstius ad Gennadium p. 166. Sed, *Vxor usuraria*, Plaut argum. Amphitr. v. 7, eine concubin. Nam, *uti aliqua*, apud eumdem in obscenis est. vid. Turneb. Advers. 53 c. 12.

¶ Vsurpo, avi, atum, are, est crebro uti aliqua re, vel uti saltem, gebrauchen. Cic. 7 ad Attic. epist 2 *Itaque usurpavit vetus illud Bruti.* Idem ad Brut. epist. 15 *Atque ut Solonis dictum usurpem.* Idem de Amicit. c. 2 *Nec enim ab isto officio, quod semper usurpâram.* Sic, *Vsurpare aliquid oculis* vel *sensu*, est videre, sentire, sehen. Lucret. 1 v. 299

Nec

Nec frigora quimus
Vsurpare oculis: nec voces cernere suemus.

Idem lib. 4 v. 974
Et quicunque dies multos ex ordine ludis
Assiduas dederunt operas, plerumque videmus:
Cum jam destiterunt, ea sensibus usurpare.

Festive Plautus in Trinummo 4, 2 v. 3
Advenio ex Seleucia, Macedonia, Asia atque Arabia,
Quas ego neque oculis, neque pedibus unquam usurpavi meis.

die ich weder gesehen noch betreten habe. Idem Casin. 3, 5 v. 9 *Vnde meæ usurpant aures sonitum?* Rutilius Lupus lib. 1 de Figuris sentent. *Simul & oculis, & auribus scelus illius usurparent.* Sueton. Claudio c. 24 *Gabinio secundo, Chaucis gente Germanica superatis, Chaucius cognomen usurpare concessit.* ¶ 2. Nonnunquam & invadere, occupare, usum alicujus rei non jure, sed suo ausu vindicare significat, vel improbe uti, sich einer sache anmassen. Glossarium vetus: *Vsurpat, παρασπᾶται, ἰδιοποιεῖται, χρῆται, σφετερίζεται, ἀποχρῆται, ὅ ἐστιν ἐσχηματισμένη κλοπή.* Cum *παρασπᾶται* interpretatur, respicit eruditissimus auctor ad ritum veterem, quo surculus defringi solebat, si quis recuperare sibi & vindicare alicujus rei possessionem insisteret, cujus Cicero meminit lib. 3 de Oratore c. 28. Sueton. Claudio c. 25 *Peregrinæ conditionis homines vetuit usurpare Romana nomina.* Et mox: *Civitatem Romanam usurpantes securi percussit: Vsurpantes*, id est, utendo invadentes Romanorum civium nomen, qui non erant. Minucius Felix, elegantissimus auctor, in Octavio extremo: *Vicimus, & ut improbus usurpo victoriam.* B. Ambrosius 1 de Officiis c. 21 *Hæc oratores seculi* (profani sive gentiles) *de nostris* (Christianorum) *usurpata* (præcepta & occupata) *in suis posuêre libris.* Idem *sedulos*, (qui sine dolo ac fraude agunt,) *& usurpatores* (qui retinent aliquid contra jus,) opponit lib. 1 c. 1; *Et nos ergo*, inquit, *ad imitandam verecundiam seduli, ad conferendam gratiam non usurpatores, quæ illi spiritus infudit sapientiæ, vobis quasi liberis tradimus.* ¶ 3. Et quoniam tales sibi ipsi sumunt jus, priusquam acceperint; idcirco *usurpare* etiam pro præsumere, seu attentare contra jus, &, ut vulgo solemus loqui, de facto, ponitur, sich unterfangen. Salvianus 1 de Gubernatione Dei: *Erga quasdam personas ac familias, ut legimus, censura Dei inexorabilis est: sicut illud, ubi otiante sabbatis populo is, qui colligere ligna usurparat, occidi jubetur.* ¶ 4. Veteres *usurpare* & pro crebro dicere & appellare posuerunt, nennen. Cicero de Vniverſ. c. 11 *Jupiter, Juno, & reliqui, quos fratres inter se agnatosque usurpare atque appellare solemus.* Idem de Officiis 2 c. 12 *C. Cœlius is, qui sapiens usurpatur.* Idem pro Milone c. 7 *Appia, quæ antea silebatur, nunc sæpe usurpatur.* Hinc alibi *mentionem & usurpationem* conjunxit.

¶ Vsurpātus, a, um, gebraucht, angemaßt. Cic. 5 fam. epist. 16 *Consolationes a sapientissimis viris usurpatæ.* Idem lib. 9 epist. 22 *Mulier una usurpata, duplex cubile.* Absolute *Vsurpatum est*, de consuetudine dicitur, es ist gebräuchlich. Vlpianus leg. 1 § 6 ff. de extr. cognit. *Vsurpatum est, ut his quoque jus dicatur.*

¶ Vsurpatio, ōnis, ipse rei usus, der gebrauch; ut, *Consolari se usurpatione doctrinæ*, Cic. de Clar. Orat. c. 71. Item, mentio, die meldung, (de quo supra in *Vtor*, n. 4.) Item, usus rei reprobus & contra jus, unbefugte anmassung, besitzung. Cyprianus Tractatu 2 de habitu virgin. *Nec illa prætereo, quæ, dum negligentia in usum veniunt, contra pudicos & sobrios mores licentiam sibi de usurpatione fecerunt.*

¶ Vsurpātor, ōris, qui utitur aliqua re; item, qui malo jure utitur, ein besitznehmer. Gloss. *Vsurpator, σφετεριστής.* Ambrosius epist. 27 ad Valentinianum 2 de legatione sua ad Maximum: *Nisi fallor, usurpator bellum infert: imperator jus suum tuetur.*

¶ Vsurpatrix, īcis, die besitznehmerin. Salvianus 4 de Gubern. Dei p. 133 *Vsurpatrix innocentiæ arrogantia*, quod invadat ac præsumat innocentiæ nomen, quod mereri tuerique nequit.

¶ Vsurpābĭlis, e, brauchbar. Tertull. adv. Marc. 2 c. 6 *Vsurpabilis futurus.*

¶ Vsūcăpio, ĕre, & separatim & *usu capere*, & *capere usu*, est fundum seu rem aliquam post diuturnam ususfructûs perceptionem propriam tandem acquirere, endlich an sich bringen, nach langem besitz. Cic. ad Attic. 1 epist. 5 *De re illa nihil esse jam, quod laboraretur, quoniam hæreditas usucapi posset.* Idem de Arusp. Resp. c. 14 *Nihil mortales a Diis immortalibus usucapere possunt.*

¶ Vsucaptus, a, um, eigenthümlich gemacht; ut, *Hereditas usucapta*, Cic. ad Attic. 1 epist. 5. Et, *Tanquam avaritiæ venundati & usucapti*, Ammian. 30 c. 4.

¶ Vsucāpio, ōnis, subst. die besitznehmung. Cic. pro Cæcin. c. 26 *Fundus a patre relinqui potest, ac usucapio fundi.* Vlpianus Fragm. tit. 19 sect. 8 *Vsucapio est dominii adeptio, per continuationem possessionis anni vel biennii.*

¶ Vsufăcio, ĕre, zueignen. Plaut. Amphitr. 1, 1 v. 219 *Pugnis usufecisti tuum.*

¶ Vsuperdo, ĕre, sich um den gebrauch bringen. Plaut. Amphitr. 2, 2 v. 115 *Cavesis, ne tu te usu perduis.*

¶ Vsusfructus, ûs, jus est alienis rebus utendi fruendi, salvâ earum substantia; sic enim definitur ab Vlpiano, die nutzung von fremden güthern. Cic. pro Cæcina c. 4 *Vsumfructum omnium bonorum suorum Cesenniæ legat, ut frueretur una cum filio.* Idem de Topic. c. 3 *Amittere usumfructum.* ¶ 2. Idem Cic. & separatim extulit hoc modo: *Vsus & fructus fundi testamento viri fuerat Cesenniæ*, pro Cæcina c. 7.

¶ Vsufructuārius, i, qui usumfructum ex aliqua re capit, der die nutzung hat, apud JCtos; v. g. Lege 3 Dig. si ex noxali: *Si cum usufructuario noxali judicio agetur.*

¶ Vsuvĕnio, ire, vide supra in *Vsus*, n. 3.

Composita cum præposit.

¶ Abūtor, ūsus sum, ūti, male uti, cum licentia uti, mißbrauchen; ut, *Abuti patientiâ alicujus*, Cic. 1 Catil. ineunte. *Abuti immoderate facilitate alicujus*, Idem 12 fam. epist. 1. *Abuti otio & litteris*, Idem 1 Tuscul. c. 3. *Abuti dominatione*, Sueton. Cæsare c. 26. *Abuti regno & licentiâ ad omnia*, Cic. 1 de Nat. Deor. c. 23. Et Sueton. in Galba c. 14 *His adeo se abutendam permisit, ut vix sibi ipsi constaret.* ¶ 2. Juret. 3 Miscell. ad epist. 46 Symmachi notat, id verbi in bonam partem aliquando sumsisse veteres, ut Terent. in prologo Andr. v. 5 *Prologis scribendis operam abutitur*: ubi in laude positum, & valet, *impendit largiter*, er wendet fleiß an; contra opinionem vulgarium interpretum, qui *abuti* eo loco accipiunt pro *deperdere*. Nazar. in Panegyr. Constantini c. 30 *O si mihi nunc facultas daretur sermonis, pro rerum dignitate figurandi! adhiberem omnes flosculos, & abuterer exquisito quodam lepore & venustate dicendi.* Et Paulinus Nolanus epist. 2 ad Severum: *Augusta, patefactis ad opera sancta thesauris, tota abusa fisco est.* Symmachus 3 epist. 46 *Ergo indulgentius abutere magnificentiâ.* Sic, *Omnem caseum abuti*, verbrauchen, Cato de R. R. c. 76. conf. Parei Lex. Crit. p. 16.

¶ Abūsus, ûs, subst. der mißbrauch. Cic. in Topic. c. 3 *Vsus, non abusus legatus est.* Et Vlpianus lege 5 § 1 Dig. de usufr. ear. rer. quæ usu consum. *Si ususfructus sit legatus earum rerum, quæ in abusu consistunt*, &c. die sich abnützen.

¶ Abusio, ōnis, κατάχρησις, schema; ut, *parricida* pro *homicida*; v. g. Quintilianus 3 c. 3 *per abusionem poni.* Idem lib. 8 c. 2 *Abusio, quæ Græcis κατάχρησις dicitur.* ¶ 2. Aliquando idem quod *Abusus* est. Sic Cic. ad Attic. 11 epist. 22 *Vini abusionem* pro abusu dixit.

¶ Abūsor, ōris, prodigus, ein verschwender. Salvianus lib. 8 p. 296 *Perditorum hoc adolescentium speciale convicium est, ut abusores scilicet, & incuriosi ac negligentes rerum suarum esse dicantur.*

¶ Abusīve, adverb. cum abusione, mißbräuchlich. Quintil. 8 c. 6 *Abusive aliquâ re uti.*

¶ Deūtor, ūti, idem quod abuti, male uti, übel mit etwas umgehen. Corn Nepos Eumene c. 11 *Non convenire Antigoni prudentiæ ut sic deuteretur victo.* Sic constanter MSS. e quibus in textum alias insuetum verbum A. Schottus, Jo A. Bosius, Nic. Courtinus receperunt, quos duces nos quoque secuti sumus.

¶ Inūsus, ûs, subst. pro ignavia, die faulheit. Plaut. Mostell. 1, 2 v. 65 *Ego sum inusu factus nimio nequior.*

¶ Inūsitātus, a, um, quod præter consuetudinem est novum, ungewöhnlich, ungebräuchlich; ut, *Inusitatas vias indagare, tutas relinquere*, Cic. in Oratore c. 3. *Vti verbis inusitatis*, Idem de Finib. 3 c. 1. Comparat. *Species navium inusitatior*, apud Cæsarem 4 de B. G. c. 25.

¶ Inusitāte, adverb. idem; ut, *Loqui inusitate.* Cic. de Clar. Orat. c. 75. *Absurde & inusitate scriptæ epistolæ*, Idem ad Qu. fratr. 1 epist. 2. Et comparativo *Inusitatius* Cicero usus est in Oratore c. 46, *Idem*, inquit, *poëta inusitatius contraxerat meûm factûm, pro, meorum factorum.* Et Gellius 11 c. 15 *Laberius, verbo inusitatius facto, dixit* &c.

¶ Inusitato, idem. Plin Panegyr c. 5 *Inusitato enituit.*

¶ Inūtĭlis, e, minus utile, unnütz, unbrauchbar. Cic. de Invent. 1 c. 1 *Is inutilis sibi, perniciosus patriæ civis alitur.* Idem de Finib. 1 c. 4 *Inutile ad usus civium.* Et, *Nomen inutile*, Horatius 1 ode 14 v. 13. *Sibi inutilior*, Ovid. 13 Met. v. 38. Et, *Stomacho inutilissimum*, Plin. 22 c. 24.

¶ Inutilĭtas, ātis, die schädlichkeit. Cic. de Invent. 2 c. 52 *Appetendarum rerum partes sunt, honestas & utilitas: vitandarum, turpitudo & inutilitas*, schande und schade.

¶ Inutilĭter, adverb. schädlich; ut, *Multa Romæ male & inutiliter administrantur*, Hirtius de Bell. Alex. c. 65. *Non inutiliter*, Livius 3 c. 51.

¶ Interūsūrium, i, commodum vel usura medii temporis, der halbe genieß oder wucher, apud Vlpianum Lege 9 § ult. Dig. de peculio *Vt medii temporis interusurium creditor consequatur.*

¶ Perūtĭlis, e, valde utilis, sehr nützlich. Cic. ad Attic. 9 epist. 17 *Perutilis fortuna.*

VTPŌTE, & Vtpŭta, confirmandi particula, idem quod *nempe*, als, nehmlich. Cic. ad Attic. 2 epist. 24 *Ea nos, utpote qui nihil contemnere solemus, non pertimescamus*, als der ich nichts pflege zu verachten. Idem in Philipp. 5 c. 11 *Frater ejus, utpote qui peregre depugnavit, familiam ducit.* Vet Gloss. *Vtputa, οἷον, Vtpote, καθάπερ.* vide supra *Puto.*

Vtrarius, utricularius, utriculus, Vtrinque, utrobique, &c. vide *Vter, tris*, & *Vter, a, um.*

ŪVA, æ, σταφυλή, integer fructus vitis, quæ & racemus, (vide supra in R suo loco,) eine traube, wein-traube. Columella 3 c. 6 *Vitis ferax, cujus singulæ uvæ in singulis ramentis conspiciuntur.* Et Cic. 1 de Divin. c. 17 *Vva mirabili magnitudine.* Sic, *Vvæ maturæ*, Virg. 2 Georg. v. 419. *Vva mitis*, Idem 1 Georg. v. 448. *Vva peracerba gustatu*, Cicero de Senect. c. 15. *Vva Apiana*, eine muscateller-traube. *Vva passa, uva arida*, eine rosine. *Vva conditanea*, vel *ollaris*, vide Columellam 12 c. 43. *Vva pensilis*, Horat. 2 sat. 4 v. 221. *Vva varians*, die sich beginnet zu färben. Sed vide de differentiis cæteris uvarum Stephani accuratissimum eruditioneque plenissimum volumen ¶ 2. Et *Vva* pro apum conglobato in uvæ modum examine sumitur, ein bienen-schwarm, so sich an einen ast gehencket hat. Virg. 4 Georg. v. 558

Lentis uvam dimittere ramis

Juvenal. sat. 13 v. 68 *Examenve apium longâ consederit uvâ.*

¶ 3. Est & *Vva* in homine, id est, quod inter tonsillas in ultimo dependet palato, uvæ in similitudine, das zäpfflein, Plinius 11 c. 35.

¶ Vveus, a, um, aus weintrauben; ut, *Succus uveus.*

¶ Vvŭlāria, vulgo herba Hippoglossa, ὑπόγλωσσος, ut a Dioscoride nominatur, zäpfflein-kraut.

¶ Vvĭfer, a, um, uvas producens, apud poëtas, das trauben trägt; ut, *Massicus uvifer*, Statius 4 Silv. 3 v. 64. Et Silius Ital. 7 v. 263

Massicus uviferis addebat nomina glebis.

ŪVEO, ēre, nässen; unde participium *Vvens*, feucht. Avienus Prognost. Arat. v. 457 *Vventis cæli sub nutrimenta* &c

Et Sil. 7 v. 651 *Vventi ferrum admovit tepefacta palato.*

¶ Vvesco, ĕre, id est, udum, seu humidum fieri, naß werden. Lucret. 1 v. 304 *Denique fluctifrago suspensæ in littore vestes*
Vvescunt, eædem dispansæ in sole serescunt.

Et rursus Avienus dicto lib. v. 254
Vvescet pluviis tellus, &c.

¶ Ūvĭdus, a, um, idem quod *Vdus*, quod per syncopen ex *uvidus* factum,

naß, feucht. vide *Vdus* supra. *Vvidus* autem ex antiquo *uvus*, ut a *torrus*, *torridus*, Festo auctore. Vide Gifanium Indice Lucretiano in *Serescere*. Columella 7 c. 3 *Vbi cæli status uvidus ventosusque est.* Idem 3 c. 2 *Præpinguis & uvida terra*, id est, humida, non arida aut exsiccata. Sic, *Vvida vestis*, id est, madens, Plaut. in Rud. 1, 4 v. 31. ¶ 2. *Vvidus* pro ebrio, voll, truncken; ut contra *siccus* pro sobrio. Virgil. eclog. 10 v. 20

Vvidus hiberna venit de glande Menalcas.

Horat. 4 od. 5 v. 38 *dicimus integro*
Sicci mane die, dicimus uvidi,
Cum sol oceano subest.

Et Bacchum Horatius 2 odâ 19 v. 19 *uvidum* dicit, id est, vino madidum. Comparat. *Vvidiora poma*, Tertullian. de Jejun. c. 1; sed *vividiora* legit Rigaltius.

¶ Vvĭdŭlus, a, um, diminut. näßlicht, etwas feucht. Catull. carm. 67 v. 63 *Vvidulum a fletu cedentem ad templa Deum me.*

VVLCĀNVS, i, Ἥφαιστος, qui & *Mulciber*, Jovis faber. Quem, cum Junoni matri rixanti, cum Jove, auxilio veniret, iratus arripuit Jupiter & cælo præcipitavit. Lapsus in Lemnon insulam cecidit, sublatus & refocillatus abs loci incolis est, sed ipse interim claudus factus. Vide Homerum Iliados 1 extr. Allegoriam Phornutus explicat. An sit Tubalcain, disquirit Gallæus ad Lactant. p. 72, 73 & 99; & Thysius ad Sallust. p. 452. Vulcanos plures commemorat Cicero 3 de Nat. Deor. c. 21 &c. ¶ 2. *Vulcanus* pro *igne*. Virg. 2 Æn. v. 312

Dedit ampla ruinam
Vulcano superante domus.

Idem Æn. 5 v. 662 *Furit immissis Vulcanus habenis.*

Et Æn. 7 v. 77 *Totis Vulcanum spargere tectis.* Plaut. Amph. 1, 1 v. 185 *Vulcanum in cornu conclusum gerere*, id est, in laterna cornea, ein licht in der laterne.

¶ Vulcānius, a, um, adject. ut, *Arma Vulcania*, Virg. Æn. 8 v. 535; & Cic. Tusc. 2 c. 14. *Insulæ Vulcaniæ*, propter Siciliam, Cic. de N. D. 3 c. 22. *Vulcanium vinculum*, ἡφαίστειος δεσμὸς, pro nodo inextricabili, ut, *Vulcaniis vinculis teneri.* vide Chiliadas. *Pestis Vulcania*, id est, incendium, die feuersbrunst, Silius 14 v. 424.

¶ Vulcānālia, ium, plurale neutrum, festa erant Romæ Vulcano sacra, celebrabantur Augusto mense. Columella 11 c. 3 *Augusto circa Vulcanalia, tertia satio est.*

Vulgago, vulgaris, vulgator, &c. vide sequens *Vulgus*.

VVLGVS, sive Volgus, i; est enim a *Volvendo*, masculinum & neutrum. Horat. 2 sat. 3 v. 62 *Huic ego vulgum*
Errori similem cunctum insanire docebo.

Est autem *Vulgus* turba seu multitudo ignobilis, der gemeine pöbel. *Vulgus imperitum, humile, ignobile, infidum, malignum, profanum*, passim ab auctoribus dicitur. Claudianus de 4 Consul. Honor. v. 301

Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

Virg. 2 Æn. v. 40 *Scinditur incertum studia in contraria vulgus.* Cicero pro Muræna c. 17 *Nihil est incertius vulgo.* Idem pro Plancio c. 4 *Non est consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia.* Et pro Rosc. Com. c. 10 *Sic est vulgus, ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat.* Athenæus lib. 14 Πάλαι μὲν τὸ παρὰ τοῖς ὄχλοις εὐδοκιμεῖν σημεῖον ἦν κακοτεχνίας: hoc est, *Erat antiquitus ignorantiæ* (seu pravitatis potius in arte) *signum, a vulgo probari.* Pluralem numerum recipere hanc vocem, negat Carisius lib. 1 Grammat. ¶ 2. Et *Vulgus*, sicut *gens*, translate de brutis animantibus reperitur positum: Victorinus Pictaviensis de Christo Deo & Homine, versu penult. *Te recinunt volucres, & vulgus reptile ponti.* Imitatus est Virgilium, qui ovium gregem lib. 3 Georg. v. 469 *vulgus* dixit.

¶ Vulgo, adverb. significat passim populariter, allenthalben, insgemein. Virgil. eclog. 4 v. 25

Assyrium vulgo nascetur amomum.

Et, *Vulgo dici solet*, Ter. Andr. 2, 5 v. 15, es ist ein gemein sprichwort. *Vulgo loquuntur*, Cic. in Verr. 5 c. 30. Idem in Verr. 4 c. 28 *Vulgo ostendere atque proferre.*

¶ Vulgāris, e, vilis, communis, gemein. Horat. 2 sat. 5 v. 16

Jejunus stomachus raro vulgaria temnit.

Cic. pro Rosc. Amer. c. 46 *Mitto hasce vulgares artes, coquos, pistores*, &c. schlechte, geringe handwercke. *Vulgare & obsoletum*, Idem pro Quintio c. 18. *Viam vulgarem ingredi*, id est, tritam, usitatam, Quintilianus in procem. lib. 1. Et, *Commendatio non vulgaris*, hoc est, non exigua, non levis, kein geringes lob, Cicer. 1 fam. epist. 3. *Minime vulgare genus dicendi*, Idem de Clar. Orat. c. 88. *Sermo vulgaris*, Cic. 1 Acad. c. 2. Et, *Oratio ad vulgarem popularemque sensum accommodata*, lib. 1 de Orat. c. 23. *Opinio vulgaris*, Ibidem c. 27. Et comparat. *Vulgarior fama*, Livius 25 c. 17. ¶ 2. *Vulgaris mulier*, quæ cuilibet dat, vel vulgo sui copiam facit, eine gemeine hure, apud Sueton. in Vitellio c. 2. vide ibi Torrentium.

¶ Vulgārius, a, um, idem quod *Vulgaris*. Gellius sæpe usus est; ut lib. 12 c. 10 *In libris vulgariis scriptum est.* Idem lib. 3 c. 16 *Verbum vulgariæ significationis.* Sic, *Venus altera vulgaria*, apud Apulej. Apolog. lib. 1 p. 132. vide supra *Venus*. ¶ Hinc Pareus in Lex. Crit. adverbium *Vulgarie* Ciceroni loco mox indicando vindicatum it, ubi *vulgariter* editi; *vulgare* MSS. libri habent.

¶ Vulgārĭtas, ātis, die gemeine art. Arnob. lib. 3 p. 123 *Palem, sed non illam fœminam, quam vulgaritas accipit*, hoc est, vulgus. Et ibidem: *popularis vulgaritas.*

¶ Vulgarĭter, adverb. auf gemeine art; ut, *Non vulgariter doctus*, id est, excellenter. Cic. 13 fam. epist. 69 *Hæc ad te eo pluribus scripsi, ut intelligeres, me non vulgariter, nec ambitiose, sed ut pro homine intimo, ac mihi pernecessario scribere.* Sed modo diximus, in MSS. *vulgare* legi. Vide *Vulgarius*, modo explicatum. Sed fac, incertiorem esse Ciceronis locum, satis tamen certum adverbium erit auctoritate Plinii, qui lib. 8 c. 5 *vulgariter electam* dixit: & lib. 28 c. 14 *Vituli jus vulgariter datum.*

¶ Vulgo, avi, ātum, are, gemein machen, laut, ruchtbar machen; ut, *Facinus aliquod per omnes vulgare*, Livius 27 c. 28. *Vulgatur rumor*, Idem lib. 3 c. 34. Et, *Vulgare librum*, Quintilian. procem. lib. 1, ausgehen lassen. *Vulgare dolorem*, id est, patefacere, aussprengen, ausbreiten, Virg. Æn. 10 v. 64. Et, *Pretio corpus vulgare solita*, eine hure ums geld, Aurel. Vict. de Orig. Gent. Rom. c. 20. Hinc

¶ Vulgātus, a, um, gemein gemacht, bekandt. Ovid. Met. lib. 4 v. 276 *Vulgati pastoris amores.* Livius 1 c. 4 *Sunt, qui Laurentiam vulgato corpore lupam inter pastores vocatam putent*: VVLGATO, id est, prostituto. Virg. Æn. 1 v. 461; & 8 v. 555

Famâ vulgata per orbem Bella.

Comparat. *Vulgatior fama*, Livius 1 c. 7, & lib. 25 c. 17. *Vulgatissimi sensus*, Quintil. 2 c. 4. *Vulgatissima meretrix*, Valer. Max. 3 c. 5 n. 3.

¶ Vulgator, ōris, qui vulgat aliquid, ein ausschwätzer, verräther; ut, *Taciti vulgator*, Ovid. 3 Amor. eleg. 7 v. 51 pro Tantalo.

¶ Vulgāgo, ĭnis, herba, asarum dicta, haselwurtz, Macer lib. 2 c. 24.

¶ Vulgĭvăgus, a, um, gemein, gewöhnlich. Lucret. lib. 5 v. 930

Vulgivago vitam tractabam more ferarum,

id est, vulgari ferarum ritu. Et lib. 4 v. 1064

Vulgivagâque vagus Venere,

id est, vaga & promiscua libidine.

Composita cum præposit.

¶ Dīvulgo, are, allenthalben ausbreiten, gemein, ruchtbar machen; ut, *Sermonibus aliquid divulgare*, Cic. pro Fontej. c. 5. Et lib. 6 fam. epist. 13 *Visum est occultius agendum, neque ullo modo divulgandum.* Et ad Attic. lib. 12 epist. 40 *Divulgare librum.* Ac, *Consilium alicujus divulgare*, Cæsar 1 B. Civ. c. 20.

¶ Divulgātus, a, um, ausgebreitet, gemein gemacht. Cic. post red. in Senatu c. 5 *Primum tempus ætatis palam ad omnium libidines divulgatum.* Et, *Divulgatum ingenium*, Tacit. Annal. 4, 52, 6. Superlat. *Divulgatissimus & levissimus magistratus*, Cic. 10 fam. epist. 26, hoc est, qui vulgo obtinetur.

¶ Evulgo, are, idem quod *Vulgare*. Livius 9 c. 46 *Civile jus repositum in penetralibus pontificum evulgavit.*

¶ Invulgo, are, idem quod *Vulgare*, vel *valde vulgare*. Gellius 20 c. 5, Alexandrum objecisse Aristoteli: *non recte eum fecisse, quod disciplinas ἀκροατικὰς, libris foras editis, invulgasset.*

¶ Invulgatus, a, um, idem quod *vulgaris*, gemein. Gellius 11 c. 7 *Sed molestius equidem culpatiusque esse arbitror, verba nova, incognita, inaudita dicere, quam invulgata & sordentia.*

¶ Pervulgo, are, in vulgus divulgare, aussprengen, ruchtbar machen. Cic. 1 de Orat. c. 41 *Pervulgari suam artem noluerunt.* Et, *Se omnibus pervulgare*, pro Cœlio c. 16, de muliere impudica.

¶ Pervulgātus, a, um, sehr gemein, bekandt; ut, *Pervulgatum apud omnes*, Cic. 2 in Verr. c. 34. *Pervulgatum & notum*, Idem in Acad. 4 c. 37. *Pervulgata consolatio*, Cic. 5 fam. epist. 16. *Res clara, testata & pervulgata*, Idem 2 in Verr. c. 42. Et Terent. Heaut. 1, 1 v. 49 *Cœpi non humaniter tractare, sed vi & via pervulgata patrum.* Compar. *Pervulgatius*, Gell. 7 c. 17. Superlat. *Pervulgatissimus*, Auctor ad Herenn. 4 c. 8.

¶ Pervulgate, adverb. auf sehr gemeine art. Gell. 16 c. 7 *Pervulgate dicit*, hoc est, cum vulgo, plebejo more.

¶ Provulgo, are, idem quod divulgare, manifestare, kundbar machen, offenbaren. Apulejus Apolog. p. 326 *Provulgari eas litteras, & potissimum filii præconio publicari* &c. Vsus eo & Tertullianus est 4 advers. Marcion c. 21, & lib. 1 de cultu fœm. c. 2; & Sidon. 9 epist. 11.

¶ Provulgātus, a, um, kund gemacht. Sueton. Nerone c. 36 *Duabus conjurationibus provulgatis.*

Vulnerabilis, vulnero, vulnificus, vide sequens *Vulnus*.

VVLNVS, ĕris, quod ex ictu fit inflicto, πληγή, eine wunde; ut, *Vulnus facere*, vulnerare, Quintilian. 5 c. 13. *Vulnera dare*, Ovid. 3 Metam. v. 84, verwunden. *Vulnus mortiferum*, Nepos in Epaminonda c. 9, eine todliche wunde. *Vulnus infligere alicui*, Cic. Philipp. 2 c. 39. *Vulneribus afficere*, Colum. 4 c. 11. *Confodere aliquem vulneribus*, Livius 24 c. 7. Et, *Ex vulnere mori*, Idem Livius 27 c. 33. *Alligare vulnus*, Cic. 2 Tuscul. c. 17, eine wunde heften. Suetonius *colligare* dixit in Tiberio c. 61. *Nunquam sanabile vulnus*, Juvenalis satyr. 15 v. 34, eine unheilsame wunde. *Vulnera excipere*, id est, vulnerari, verwundet werden, Sueton. Augusto c. 20. ¶ 2. Pro ictibus, qui infliguntur arbori, & quibus ipsa succiditur. Virg. 2 Æn. v. 650

Vulneribus donec paullatim evicta supremum
Congemuit, traxitque jugis avulsa.

Item, pro fissione terræ, dum aratur. Ovid. Fast. 1 v. 666

Omne reformidat frigida vulnus humus.

¶ 3. Pro ipso telo *Vulnus* idem Virgilius posuit eodem lib. v. 529

Illum ardens infesto vulnere Pyrrhus
Insequitur.

Plautus in descriptione prœlii, Amphitr. 1, 1 v. 79

Nebula consistit: cadunt vulneris vi & virûm.

¶ 4. *Vulnera* etiam dolores & cruciatus animi notant; item damna & clades. Valer. Max. 5 c. 10 ext. 1 *Vt nihil ex vetere ritu propter domesticum vulnus detraheret.* Ita *Vulnera reipubl.* dicimus &c. *Vulnus orbitatis*, Quintil. procem. lib. 6. Et Virg. 1 Æn. v. 39

At Juno æternum servans sub pectore vulnus,

id est, dolorem. *Vulnus amoris*, Idem 4 Æn. v. 2 & 67; & *Devinctus vulnere amoris*, Lucret. 1 v. 35. Et, *Vulnera vitæ*, Idem lib. 3 v. 63 dixit res, quæ vitæ integritatem minuunt, & conscientiam gravant.

¶ Vulnuscŭlum, i, diminut. eine kleine wunde. Hieronymus epist. 89 ad Augustin. c. 4 *Vulnusculo mederi, quod acu punctum est.*

¶ Vulnero, avi, atum, are, vulnus infligere, verwunden, beschädigen. Cic. 1 in Verr. c. 26 *Servi nonnulli vulnerantur, ipse Rabirius in turba sauciatur.* Ovid. ex Ponto 2 epist. 7 v. 41 *Continuo fortunæ vulneror ictu.* ¶ 2. Translate, *Gravior nuncius aures vulnerat*, id est, lædit, terret, Virg. Æn. 8 v. 582. Et, *Vulnerare aliquem voce*, est oratione offendere, Cic. in Catil. 1 c. 4.

¶ Vulnĕrātus, a, um, verwundet, wund. Plin. 7 c. 28 *Vulneratus humerum.* Cic. post red. in Senatu c. 3 *Sanctissimum corpus non solum tactum*

ctum ac violatum manu, sed vulneratum ferro confectumque vidistis. Sic & translate, *Vulneratis auribus aliquid accipere*, Arnob. lib. 1 p. 30, nicht gern hören. Et, *Vulneratæ naves*, Livius 37 c. 24 & 30, beschädigt.

¶ Vulnerātio, ōnis, sauciatio, die verwundung. Cic. pro Cæcina c. 16 extr. *Sine cæde, sine vulneratione, sine sanguine.* ¶ 2. Metaphorice Idem in Pisonem c. 20 *Vitæ, famæ, salutis vulneratio.*

¶ Vulnerārius, a, um, zum wunden gehörig; ut, *Emplastrum vulnerarium*, Plinius 23 c. 4. ¶ 2. Et *Vulnerarius*, substantive, qui vulnera sanat, ein wund-artzt, Idem Plinius 29 c. 1. ¶ 3. *Vulnerarius* dictus Archagatus, Peloponnesius, Lysaniæ filius, quia nihil nisi sectiones & ustiones spirabat. vid. Rittershus. ad Salvian. f. 251. Meminit ejus Plin. 19 c. 1.

¶ Vulnĕrābĭlis, e, active vulnerans, verwundend, verletzend. Cœl. Aurel. Acut. 3 c. 17 *Materia acerrima & vulnerabilis.*

¶ Vulnĭfer, a, um, idem. Prudentius Psychomach. v. 173

Vulniferos gradiens intacta.

¶ Vulnĭfĭcus, a, um, idem; ut, *Dentes vulnifici*, Seneca Hippol. v. 346. Et Virg. 8 Æn. v. 446

Vulnificusque chalybs vasta fornace liquescit.

¶ Vulnĭfĭco, are, verwunden. Fortunat. carm. 8 *Vulnificare aliquem.*

¶ Convulnĕro, are, verwunden. Seneca de Tranquill. anim. c. 11 *Eo magis convulneraberis & confodieris, quia nescis præbere jugulum.* Et Plin. Panegyr. c. 35 *Ferream frontem convulnerandam præbere.*

¶ Convulnerātus, a, um, verwundet. Frontin de Aquæduct. p. 256 *Convulneratis omnibus in transitu negotiatoribus.* Et Plin. 8 c. 36 *Convulneratum ab apibus os.*

¶ Invulnĕrātus, a, um, pro non vulneratus, unverwundet. Cic. pro Sextio c. 67 *Invulnerati, inviolatique vixerunt.*

¶ Invulnĕrābĭlis, e, unversehrlich, hieb und stich frey; ut, *Animus invulnerabilis*, Senec. epist. 9. Idem ad Helviam c. 13 *Virtus animum undique invulnerabilem præstat.*

VVLPES, is, quasi *Volipes*, quod volet pedibus, ein fuchs. *Vulpis* nominandi casu etiam usitatum docet Barth. ad lib. 6 Theb. Statii p. 441; & Advers. 27 c. 4. *Vulpes cauta*, Horat. 1 epist. 1 v. 73. Et per metaphoram Persius satyr. 5 v. 117

Astutam vapido servas sub pectore vulpem.

Horatius in Arte P. v. 437 eleganter *animos sub vulpe latentes*, callidos & astutos dixit. *Vulpes non iterum capitur laqueo:* aliud proverbiale de re facta proclivi. Plautus Mostell 3, 1 v. 21

Tam facile vinces, quam vulpes pyrum comest.

Vide de utroque Chiliad. Etiam *Vulpes jungere* proverbialiter de re absurda dicitur. Virg eclog 3 v. 91

Atque idem jungat vulpes ac mulgeat hircos.

Aliud proverbium apud Sueton. Vespasiano c. 16 *Vulpes pilum mutat, non mores.* ¶ 2. *Vulpes marina*, ein meer-fuchs, quam Ælianus scribit æque callidam & versutam esse, ut terrestrem. vide Plin. 9 c. 43, & Gesnerum.

¶ Vulpĕcŭla, æ, diminut. ein füchslein. Cic. 1 Nat. D. c. 31 *Lepusculos vulpeculasque vidisse.* Et Horatius 1 epist. 7 v. 29

Forte per angustam tenuis vulpecula rimam
Repserat in cameram frumenti, &c.

¶ Vulpīnus, a, um, adjectivum, penult. producta, füchsin, vom fuchs; ut, *Vulpinum jecur*, Plin. 28 c. 13; *Vulpina lingua*, ibidem c. 11. Sic, *vulpina pellis*, der fuchsbalg: *Vbi leonina pellis non satis est, vulpina addenda*, hoc est, si quod negotium viribus confici non potest, calliditate obtineatur; Lysandri fuit, vide Chiliad.

¶ Vulpinăris, e, idem. Et translate *Vulpinaris amasio*, id est, fraudulentus amator, apud Apulejum lib. 3 Metam. p. 139, listig.

¶ Vulpīnor, ari, a Nonio c. 1 n. 226 ex Varrone annotatur: *Vulpinare modo & concursa qualibet, erras.* Est autem astute deludere, & insidias declinare, sumtum ab ingenio & arte vulpium, quibus venatoribus illudere solent, verschlagen, tückisch und listig seyn. *Vulpinari cum vulpe*, vel *adversus vulpem*, fallaciâ fallaciam pellere, list gegen list gebrauchen. vide Chiliad.

¶ Vulpio, ōnis, homo vulpina indole, id est, callidâ ac versuta præditus, ein schlauer gast. Apulej. Apolog. p. 328 *Si ex litteris tuis nosceretur, te etiam prius, quam ad eum migrasses, etiam cum matre blandirere, tamen jam tum vulpionem & impium fuisse.*

Vulsella, quære *Volsella* supra in *Vello*.

VVLSINII, ōrum, oppidum fuit Tusciæ opulentissimum, fulmine universum concrematum, Plin. 2 c. 54 & 55.

¶ Vulsiniensis, e, adject. ut, *Vulsiniensis lacus*, Columell. 8 c. 16.

Vulsura, Vulticulus, vultuosus, vide *Vello, Vultus*.

VVLTVR, ŭris, γύψ, ein geyer, stoßvogel. Ovid. 2 Amor. eleg. 6 v. 33 *Vivit edax vultur.* Plin. 10 c. 6 tradit de vulturibus: *Triduo aut biduo volare eos, ubi cadavera futura sunt.* Isidorus 12 c. 7 *A volatu tardo* nominatos ait, *quod magnitudine præpetes volatus non habeant.* Hinc ab antiquis scribitur *Voltur, Voltorius.* Apulej. lib. 6 Metam. *Vulturibus gratissimum pabulum futurum.* Avis est rapacissima, sagacissime odorans, *rostroque immanis obunco*, quemadmodum Virgilius dixit lib. 6 Æn. v. 597. Conspicitur rarissime, ejusque conspectus novi semper aliquid denunciat. Avis alioqui justissima ex omnibus volatilibus carnivoris. Vivum attingit nihil, nec animatum interficit. Vescitur enim cadaveribus tantum, in quibus a sui generis abstinet. Denique, quæ minus detrimenti hominibus afferat, avis prorsus nulla reperitur: nec enim fructus aut plantas lædit, nec mansueto ulli nocet animali; Plutarchus in Problem. Habes apud eumdem & alia ad vulturum historiam pertinentia in Romulo p. 23. De generibus ipsius, Gesnerum consule. Vulturum in auspicio Roma condita; vid. Lucan. 7 v. 437. *Si vultur es, cadaver exspecta:* proverbialiter in eos dicitur, qui hæreditatem inhiant, erbschleicher. Ad quod respiciens Martialis ait lib. 6 epigr. 62

Cujus vulturis hoc erit cadaver?

¶ Vultŭris, is, idem. Legitur sic nominativo casu apud Ennium:

Vulturis in silvis miserum mandebat homonem.

Ita refert Priscian. lib. 6. Sed apud Carisium lib. 1; & apud Servium in lib. 6 Æn. Virgilii est *Vulturus.*

¶ Vultŭrius, i, idem. Plaut. Milit. 4, 2 v. 53 *Vulturio plus humani est.* Idem Trucul. 2, 3 v. 16 *Jam quasi vulturii triduo prius prædivinant, quo die esuri sient.* ¶ 2. *Vulturios togatos* eleganter Apulejus dixit lib. 6 Metam. forenses rabulas & leguleios, qui in medio foro, ut Columella alibi loquitur, latrocinia faciunt, böse juristen; quemadmodum Gabinium & Pisonem imperatores, pretio nundinantes omnia, *paludatos vulturios* Cicero dixit pro Sextio c. 33; & *Hominem vulturium*, pro rapace, in Pisonem c. 16, einen raubgierigen, diebischen, der gern zugreifft. Apud Plautum quoque *Vulturius* est in rapaces convicium, in Trinummo 1, 2 v. 64. Et Catullus de eo, qui spe jam devoraverat hæreditatem, carm. 69 v. 124

Suscitat a cano vulturium capite.

conf. Cœl Rhodig. Lect. Antiq. 8 c. 18. ¶ 3. *Vulturius*, infelix talorum species, in quibus effigies vulturis picta erat. Et, *vulturius jactus*, idem cum *cane*. Plaut. Curcul. 2, 3 v. 78 *jacit vulturios quatuor.* vid. ibi Taubman. p. 335; & Turneb. Advers. 5 c. 6; & 11 c. 7.

¶ Vultŭrīnus, a, um, vom geyer; ut, *Vulturinus sanguis*, Plin. 30 c. 4. *Vulturina species*, Idem lib. 10 c. 3. Et, *Vulturinum collum*, Martial. 9 epigr. 28.

¶ Subvultŭrius, a, um, subnigro colore instar vulturis, schwärtzlicht. Plaut. Rudent. 2, 4 v. 9 *Corpus subvulturium.*

VVLTVR, ŭris, mons Apuliæ, de quo Horat. 3 ode 4 v. 9, & Lucan. 9 v. 185.

VVLTVRNVS, i, ventus, εὐρόνοτος, *Euronotos*, quod inter notum & eurum sit, der süd-ost-wind. Hi sunt igitur tres venti orientales, *Aquilo, Vulturnus, Eurus*, Gell. 2 c. 22. Sed Columella 5 c. 5 *Interdum Eurus, quem quidam Vulturnum vocant.* Vet. Gloss. *Vulturnus*, εὖρος. ¶ 2. Est & *Vulturnus* seu *Vulturnum* Campaniæ oppidum, cum fluvio ejusdem nominis. Liv. 4 c. 37 *Vulturnum Hetruscorum oppidum, quæ nunc Capua est, ab Samnitibus captum.* De flumine Idem lib. 8 c. 11, &c. & Lucan. 2 v. 423.

VVLTVS, ûs, subst. in homine facies capitis adversa dicitur, fronte, oculis, naso, genis, ore constans, das gesicht, angesicht. Namque hæ partes omnes pro interno affectu hominis mutare & variare habitum suum, & sic indicium animi facere possunt. Atque hic habitus seu conformatio earum partium, *Vultus* vel *Voltus* (vel a *volvendo* vel a *voluntate*, quam prodit quodammodo, ut quidam volunt.) appellatur. Vet. Gloss. *Vultus*, εἶδος ὄψεως. Hinc *tacitus sermo mentis* Ciceroni, itemque *imago animi* dicitur: vid. Barth. ad Scriptor. Venat. p. 542, & ad lib. 4 Theb. Statii p. 1238; & hominis unius esse affeveratur. Ita Cic. 1 de Legibus c. 9 scribit: *Nam & oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquuntur: & is, qui appellatur vultus, qui nullo in animante esse, præter hominem, potest: cujus vim Græci norunt, nomen omnino non habent.* Nepos 4, 5, 1 *E vultu cujusdam intellexit*, er hat es ihm an augen angesehen. Fabius Quintilianus 11 c. 3 *ad frontem, supercilia, oculos*, vocem *vultus* retulit: nimirum, quia in his ejus vis maxime conspicitur: non quod in iis solis consistat. Nam cum *nitentis vultum* Suetonius in Vespasiano c. 20 dixit, ad os genasque simul respexit. *Vultus hilaris, tristis, severus, torvus, minax, trux, distortus*, nota sunt epitheta. vid. Sueton. Domit. c. 18. *Tristior & pædagogi vultus*, apud eumdem Sueton. Nerone c. 37. *Vultus turbatus*, qui & *confusus* aliis, Lucan. 3 v. 316; huic *tranquillus* & *serenus* Suetonio in Augusto c. 79 nominatus opponitur. *Vultus adductus*, qui corrugat frontem, eidem dicitur in Tiberio c. 68. Horat. 3 ode 11 v. 21 *Invito vultu ridere*, lachen, da es nicht ums hertz ist. Sallust. in Catil c. 10 *Aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere, magisque vultum, quam ingenium bonum habere.* Et, *Vultum & orationem accommodare ad tempus*, Cic. 11 ad Attic. epist. 24. *Vultum submittere*, die augen niederschlagen, quod facere solent non pudibundi homines tantum, verum etiam quos nimium perstringit lumen, apud Sueton. August. c. 79. Et, *Vultum conflectere*, id est, mutare, item *indurare*, id est, obfirmare, Tacitus dixit 2 Histor. c. 66. Petronius: *Dum fortuna manet, vultum servatis amici,*
Dum cecidit, turpi vertitis ora fuga.

Cic. pro Rosc. Amer. c. 13 *Præclare a sapientibus dicitur, vultu sæpe læditur pietas.* Dictum est de pietate in parentes religiosissime colenda, adeo ut non verbis solum & factis offendamus eos impiis, sed nec vultu quidem contumaciori. *Vultu alicujus regi*, est ad nutum ejus se componere, voluntate ex habitu faciei conjectata. Seneca de Benefic. 6 c. 7. *Tuus vultus, cui regendum me tradidi, colligit rugas, & attrahit frontem, quasi longius excam.* ¶ 2. *Vultus* etiam dicuntur imagines, brustbilder. Vnde *vultibus consecrare* apud Vopiscum in Probo c. 23, est pictum exhibere. vide ibi Casaubonum & Salmas. ¶ 3. Cujusque etiam rei externa species *Vultus* dicitur: quemadmodum vocabulum *Facies* usurpatur, die gestalt. Ovidius lib. 1 Metam. princ. *Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,*
Quem dixere Chaos.

Virg. 5 Æn. v. 848 *Mene salis placidi vultum fluctusque quietos*
Ignorare jubes?

¶ Vultĭcŭlus, i, diminut. ein gesichtlein. Cic. ad Attic. 14 epist. 20 *Non te Bruti nostri vulticulus ab ista oratione deterret?*

¶ Vultuōsus, a, um, qui seu indecentem, seu arrogantem vultum sumit, ungeberdig, trotzig, stoltz, ernsthafft. Cic. in Orat. c. 18 *In quo cum effeceris, ne quid ineptum aut vultuosum sit, tum oculorum est quædam magna moderatio.* Apulejo lib. 3 Metam. p. 135 *Vultuosa frons* est superciliosa ac tristis.

VVLVA, æ, (scribunt & *Volva* Plinius & Varro, quod fœtus in ea volvatur,) vocabulum nequaquam obscenum est, ut eo utuntur lenones, & alii spurcitiei atque obscenitatis amantes. vide Barth. ad lib. 5 Thebaid. Statii p. 221. Significat enim locum generationis seu uterum, das geburts-glied, der mutterleib, oder die mutter, μήτρα, ὑστέρα, in animantibus, præter mulieres, maxime. Mulierum enim *uterus* est: Varro 2 de Re Rust. c. 1 *Agni chordi dicuntur, qui post tempus nascuntur, & remanserunt in vulvis intimis.* Fulgentius de Incarnatione Verbi c. 3 sub fin. *Sicut nec caro sine verbi Dei unitione potuit aliquatenus nullius viri coitu seminata in intimo vulvæ virginalis innasci.*

nasci. Aliquoties usus hoc vocabulo Tertullianus in de carne Christi. Idem ad Praxeam c. 7 *Exinde sibi parem eum faciens, de quo procedendo filius factus est, primogenitus, ut ante omnia genitus: & unigenitus, ut solus ex Deo genitus proprie de vulva cordis ipsius, secundum quod & Pater ipse testatur, Eructavit cor meum sermonem optimum:* DE VVLVA CORDIS, id est, intimo cordis sinu, notabili novitate. Nam *Vulva* hîc κόλπος est: quæ alias κόλπος μήτρας. Vet. Gloss. *Loci muliebres*, ὑστέρα, κόλποι μήτρας. Plinius 11 c. 37 *Feminis eadem omnia præterque vesica junctus ventriculus, unde uterus: quod alio nomine* DOCOS *appellant, hoc in reliquis animalibus* VVLVAM. ¶ 2. *Vulva suilla* in deliciis mensarum Romanis erat adeo, ut censoria lege, minuendi sumtûs caussa, interdici oportuerit. Horatius 1 epist. 15 v. 41

Nil melius turdo, nil vulvâ pulchrius ampla.

Vbi Torrentium vide. Plinius 8 c. 51 *Hinc Censoriarum legum pagina interdictaque cœnis abdomine, glandia, testiculi, vulvæ, sincipita verrina.* Hæc notavit Cellarius ad Plinii junioris 1 epist. 15, qui etiam *ostrea, vulvas, echinos* in delicatioribus cibis numerat. Adde Plin. 11 c. 37.

¶ Vulvŭla, æ, diminut. Apicio etiam lib. 2 c. 5 in deliciis esculentorum est.

¶ Vulvāria, æ, schamkraut. Tabernæmont. p. 812.

VXOR, ōris, ein eheweib, ehegemahl; quasi *Vnxor*, ab *ungendo:* nam quum ad limen mariti nova nupta venisset, postes, antequam ingrederetur, oleo, vel etiam lupino adipe inungi solebant, ut ex Plinio, Servio & aliis constat. vid. Plin. 28 c. 9; & Isidor. 9 c. 8. *Vxorem dignitatis, non voluptatis nomen esse*, dixit Ælius Verus, ut Spartianus in vita c. 5 refert. Sic, *Incommoda, importuna*, Plaut. Asin. 1, 1 v. 47. Et, *Sæva*, Terent. Phorm. 5, 1 v. 18, ein böses weib. *Vxorem sibi adjungere* Cic. 3 de Finib. c. 20, ein weib nehmen. *Vxorem ducere*, Idem pro Sextio c. 3. Et, *Ab uxore ducendâ abhorrere*, Cic. ad Attic. lib. 14 epist. 13. *Ad uxorem appellere animum*, mit freyers-gedancken umgehen, Terent. Andr. 2, 6 v. 15. Bene Martialis 8 epigr. 12

Vxorem quare locupletem ducere nolim,
Quæritis? uxori nubere nolo meæ.
Inferior matrona suo sit, Prisce, marito,
Non aliter fiunt femina virque pares.

¶ Vxorcŭla, æ, diminutivum, das weibgen. Apulejus Met. lib. 9 post initium: *Erat ei uxorcula etiam satis quidem tenuis* &c. Et in blanditiis *uxorcula*, apud Plaut. Casin. 4, 4 v. 19; & 5, 2 v. 32.

¶ Vxorcŭlo, are, uxorem facere, zur frau machen. Plaut. apud Varron. de L. L. 6 c. 3 *Mulieres uxorculavit.*

¶ Vxōrius, a, um, weiblich; ut, *Res uxoria*, was des weibes ist: Ovidius 2 de Arte am. v. 155 *Dos est uxoria lites.*

Stat. 5 Silv. 1 v. 31 *Vxorius imber*, i. e. lacrymæ, quæ propter uxorem fiunt. Plaut. Asin. argum. v. 2 *Sub imperio vivens uxorio.* ¶ 2. *Vxorii* etiam absolute dicuntur viri, qui nimis indulgent uxoribus, iisque dediti supra modum gratificantur omnia, & ab eorum nutu atque arbitrio pendent, weiber-narren. Virg. 4 Æn. v. 266

Tu nunc Carthaginis altæ
Fundamenta locas, pulchramque uxorius urbem
Exstruis;

Vbi Servius: VXORIVS, *nimium uxori deditus vel serviens.* Et ita Horatius Tiberim *uxorium amnem* appellat lib. 1 od. 2 v. 20, quod sese *Iliæ uxori querenti ultorem nimis jactaret*, quod ibidem præcedit. Quintil. Declamat. 388 *Habuimus adolescentem, optimum propinquum, mitissimum patronum, fidelissimum amicum, maritum vero nimium quoque uxorium.* Vet. Gloss. *Vxorius*, γυναικομανής, γυναικοκρατούμενος. ¶ 3. Substantive, VXORIVM *pependisse dicitur, qui, quod uxorem non habuerit, æs populo dedit*, Festus.

¶ Vxoriōsus, i, ein frauen-knecht. Gloss. lat. gr. ὁ τὴν ἰδίαν γυναῖκα φιλῶν.

¶ Vxorātus, i, uxorem habens, beweibt, vulgare citra consensum antiquitatis.

X.

X Vltima est litterarum latinarum, ut ait Quintil. 1 c. 5. An recte referatur inter eas, disputat Corvinus Dubior. Rhetor. fasciculo 9 dubio 6. Vasti soni esse, Cicero innuit in Orat. c. 45 *Quomodo vester Axilla Ala factus est, nisi fugâ litteræ vastioris.* Consonans dupla est, duarum scilicet potestatum, *cs*, & *gs*, geminati: ut, *pax, axis, grex.* Sed *Vlyxes*, pro *Vlysses* usitatum nunc non est. ¶ 2. Observa, in compositione verborum, ab *s* incipientium cum præpositione *Ex*, ipsum *s*, in *x*, includi: ut, *Exaturare*, a *saturare*, *Expatiari*, a *spaciari*, *Expectare*, a *spectare*, *Existere*, a *sistere*, *Exolvere*, a *solvere*, *Exurgere*, a *surgere.* Invenias tamen indifferenter scribi, *Exaturare*, & *exsaturare*, *Exscindere*, & *excindere*, *Exibilare*, & *exsibilare*, a *sibilo*, *Exiccare*, & *exsiccare*, a *sicco*, *Exsuscitare*, & *exuscitare*, a *suscito.* ¶ 3. Sed *excelsus*, non *exelsus*, *c* in *x* coacto; *Exscensus e navibus*, non *excensus*, apud Livium; *Exscribere*, non *excribere*, ut, *Exscribere tabulas*, *Exscribendi potestatem non habere*, apud Cicer. vide *Scribo.* Cætera observabit & annotabit ipse sibi adolescens studiosus. ¶ 4. *X* in numerorum notis denarium repræsentat numerum: ut *X* decem, *XX* bis decem, *XV* quindecim, & in antiqua scribendi Romanorum ratione *XV Decemvir; XL quadraginta, LX sexaginta*, ac sic deinceps, usque *XC nonaginta a centum*, scilicet *decem* detractis. ¶ 5. Sed *X* cum lineâ recta in superiore parte decem millia significat. ¶ 6. Figuram (X) hæc duplex littera sortita est in majusculis eamdem, quam apud Græcos aspirata *Chi*, Χῖ: plane ut græcum *r*, ῥῶ, & latinum *P*, nacta sunt eamdem figuram (P). Itaque, cum Græci compendio quodam litterarum nomen Χριστὸς ita exararent, ΧΡΣ, ratio poscebat, ut imitari hoc volentes Latini scriberent CHRS, vel *Chrs.* Sed fuit tamen tempus, ubi hos in nomine Salvatoris characteres græcos pro suis usurparent Latini. Nihil frequentius horum in libris videbis, quam *XPS*, vel *Xρs*, *Xρi*, *Xρo*, *Xρm*, pro *Christus*, *Christi*, *Christo*, *Christum*, (quomodo & nomen IESVS Græcos imitantes ita exarant IHS:) idque non in manuscriptis tantum, sed impressis etiam monastico, ut vocamus, typo. Eo autem usque scribendi modus hic invaluit, ut, quamquam *X* scribentes haud dubie *ch* pronunciarent, tamen si qui librorum indices conficerent, quæ de *Christo* inferenda his indicibus videbantur, ea non *C* litteræ, sed *X* inscriberent. Ignorare hoc non possunt, qui hos indices volverunt. Adeo autem verum hoc, ut in eorum etiam codicum indicibus, in quibus alias promiscue modo *Xρs*, modo *chrs*, impressum reperias, de *Christo* non aliâ sub littera, quam *X* quærendum sit. Vtique tales sunt, (ut vel uno exemplo fidem faciam verbis,) cum Indice suo *Sermones Dominicales a quodam fratre Hungaro ordinis minorum de observantiâ comportati*, (retineo enim verba inscriptionis,) *Biga Salutis intitulati*, editi Haganoæ An. 1506. Sic de *Christo* & *Christianis* sub littera *X* agit Lexicon Juris ex Ant. Nebriss. Petr. Gromors. &c. congestum, & editum Colon. An. 1597 p. 843. Videntur autem nonnulli in hâc nomen Christi per alienum elementum scribendi ratione nescio quid mysterii quæsivisse, tùm ex eo, quod proditum est a quibusdam, (quam vere, hîc non disputo,) *X* litteram Latinis ad Augusti usque, (sub quo Christum natum fuisse constat,) tempora ignotam fuisse; tum inde, quod *X* figuram crucis præ se fert. Papias: *X littera usque ad Augusti tempus in usu non erat apud Latinos. Et digne hoc tempore, quo Christi nomen innotuit, quia in figura crucis Christi scribitur sic: XPOS,* (mallem XPS) *Christus.* Porro morem hunc, ad *X* latinam litteram referendi nomen *Christi*, non ab uno demum alterove seculo invaluisse, sed eximiæ vetustatis esse, vel carmina quædam ex eo acrostichidum genere, quod elementorum ordinem observans, cola singula inchoat ab elemento novo, satis prisca vincunt: ea volo, in quibus, ubi ad *X* litteram perventum est, *Christus* primam facit vocem. Tale illud est Venantii Fortunati, (claruit ille sub Justino juniore, seculo Christiano sexto,) de Leontio episcopo, cujus initium, *Agnoscat omne seculum episcopum Leontium.* Litteram enim *X* hoc tetrastichon repræsentat:

Xhristus *sereno lumine*
Circumvolet, quem reddidit,
Vt trina crescat gratia,
Mercede, vita, gloria.

Exempla plura dabuntur inferius in *Xeromyrrha.* Vbi simul detegetur ex hac abbreviandi ratione natus error, pro *Christo* legentium *Xero.* Ita vicissim alibi pro *experto* inventi sunt, qui legerent *Christum*, nempe quod istius vocis compendium sic inspicerent, quasi exaratum foret *Xρs*, vel *Xρrs:* nam in istiusmodi libris etiam *Xρistum* invenias. Locum quemdam Augustini e libro de Cohabitatione clericorum & mulierum describit Thomas Hibernicus in Floribus doctorum titulo Mulier p. m. 655, & ex eo hæc in aliis verba: *Experto crede, expertus loquor, coram Deo non mentior: Cedros Libani, duces gregum sub hâc peste*, (loquitur de vitando mulierum etiam religiosarum consortio,) *cecidisse reperi, de quorum casu non magis suspicabar, quam de Ambrosii vel Hieronymi impudica turpitudine.* Librum eo titulo frustra quæres in operibus Augustini, ac facile persuadear, supposititium opus esse. Cujusque sit, ea verba multi describunt, sed alii aliter, quod e notis Georgii Colvenerii ad lib. 2 Thomæ Cantipratani de apibus c. 30 n. 46 p. 98 seqq. disces. Qualia quidem Hibernicus affert, emendatissima dicam. Sed pro, *Experto crede, expertus loquor*, est qui exhibeat; *Crede mihi, Episcopus sum, Xρo* (Christo) *loquor.* Vnde alius, *Epo* (Episcopo) *loquor*, fecit; alius, *in Christo loquor.* Thomas vero Cantipratanus d. l. p. 352 e duabus lectionibus, verâ & falsâ, conflavit unam: *Crede mihi, ut episcopus loquor, & expertus.* Non alia, reor, fluctuationis hujus caussa, quam quod pro compendiosa *experti* scripturâ aspiceretur illa, quam hîc declaravimus, compendiosa *Christi.* ¶ 7. Extremo loco illud adjiciendum, veteres Criticos (ut ex antiquis scholiastis cognoscere est,) κατάχρησιν, omnemque vocum insolentiam indicare solitos, præfigendo versibus X. conf. Is. Casaub. not. in Laërt. & ejusdem Animadvers. in Athenæum 6 c. 8; & Wower. Polymath. c. 17.

XANTHIPPE, es, uxor Socratis, molesta, jurgiosa & sæva, de qua Gellius 1 c. 17; & Ælianus Var. Histor. 11 c. 12; & 7 c. 10; & 9 c. 7. Quod liberos pareret, ideo sibi non esse intolerabilem dixit maritus, teste Laërtio in Socrate.

XANTHIPPVS, i, Lacedæmonius, Carthaginensium dux contra Romanos, quos insigni prœlio vicit, & Atilium consulem cepit. Pro quo egregio merito tamen Pœni malam ipsi gratiam retulerunt. Nam multis affectum muneribus cum domum mitterent, præfectis triremium dederunt negotium, quo eum cum suis demergerent mari, ne Lacedæmonii sibi imputare hanc victoriam possent, ut Appianus in Punicis auctor est. vide & Livii Epitom. lib. 18; & lib. 28 c. 43; itemque Frontinum 2 Strategem. c. 2 exemplo 14; & c. 3 exempl. 10.

XANTHIVM, i, ξάνθιον, herba e lapparum genere, qua rufantur capilli, kletten, klebkraut; Philanthropos Plinio 24 c. 19.

XANTHO, Xanthûs, Ξανθώ, nympha, Oceani & Tethyos filia; Virg. 4 Georg. v. 336 *Drymoque Xanthoque Ligea* &c.

XANTHOS, i, ξανθὸς, gemma e fulvo candicans, Plin. 37 c. 10.

XANTHVM, i, oppidum ducatus Cliviæ, agro Clivorum adjacens: Altham.

Altham. Comm. ad Tacit. German. p. 45, Santen. *Xanthos* (plur. num.) vocat Henricus Ryswichius in dedic. Paratitlorum ſuorum, ubi plura de hac urbe reperies; inter alia, fuiſſe Gallicanum quemdam epiſcopum, qui ex inſcriptione ὑπερθύρῳ in quodam ejus urbis templo, AD SANCTOS MARTYRES id oppidum ante aliquot ſecula vocaverit.

XANTHVS, i, Ξανθὸς, fluvius Trojanus, (qui & *Scamander*, Σκάμανδρος,) Heſiodo eſt & Horatio 4 od. 6 v. 26. Xanthi etiam meminit ſæpenumero Virgilius. *Oves rufas facit, unde & nomen amni*, ſcribit Plin. 2 c. 103. ¶ 2. Eſt & flumen, & oppidum Lyciæ *Xanthus*, apud Homer. Iliad. 6, & Pompon. Melam 1 c 15. *Xanthum*, Lyciæ fluvium, *Syrbim* etiam nominat Strabo. Idem & *Xanthum* urbem inter maximas numerat Lyciæ civitates. ¶ 3. *Xanthus* etiam Achillis equus nominatus fuit, procul dubio a colore, apud Homerum. Meminit & Claudianus de 4 Conſ. Honorii v. 556. ¶ 4. *Xanthus*, ſcriptor Lydus e Sardibus civitate, qui hiſtorias Lydorum ſcripſit, Suidæ eſt. Meminit ejusdem Plinius 25 c. 1. ¶ 5. *Xanthus*, philoſophus Samius in vita Æſopi, apud Planudem. ¶ 6. Et *Xanthus* poëta lyricus, ποιητὴς τῶν μελῶν, apud Ælianum Var. Hiſt. 4 c. 26.

XĔNĂGŎRAS, æ, Rhodius. vide mox in *Xenarchus* n. 3. ¶ 2. De *Xenagora* hiſtorico, adeundus Voſſ. 3 de Hiſt. Græc. c. ult. p. 422.

XĔNARCHVS, i, Ξέναρχος, philoſophus Peripateticus Cilix, docuit Alexandriæ & Romæ ſub Auguſto. ¶ 2. Alius fuit poëta comicus, cujus fabulas commemoravit Athenæus. ¶ 3. Alius *Xenarchus* Rhodius, tantæ homo bibacitatis, ut ex ea re *Metreta* cognominatus fuerit, Athenæus lib. 10. At Ælianus *Xenagoram* Rhodium vocat, & *Amphoram* ſcribit appellatum, lib. 12 Var. Hiſt. c. 26.

Xeniæ, xeniŏlum, vide mox *Xenium*.

XĔNION, onis, hiſtoricus, Creticorum & Italicorum ſcriptor, Voſſ. 3 de Hiſt. Græc. c. ult. p. 523. *Xenonem* vocat Macrobius 1 Saturn. c. 9.

XĔNIVM, i, ξένιον, munus hoſpitale eſt, quod hoſpitibus dabatur, ex re ſic appellatum, ein gaſt-geſchenck. Nam Græcis ξένος *hoſpes* eſt. Vet. Gloſſ. ξένιον τὸ δῶρον τὸ πεμπόμενον ξένῳ. Martialis epigr. 3 ad Lectorem in lib. 13, quem *Xenia* inſcripſerat:

Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello
Conſtabit nummis quatuor empta tibi.

Et verſu tertio poſt, ad vocabuli vim & uſum rei alludens:

Hæc licet hoſpitibus pro munere diſticha mittas,
Sit tibi tam rarus, quam mihi nummus erit.

Sed obſerva, varias eſſe in vocabulo *Xenii* ſignificationes, de quibus ſoliciti ſunt Raderus ad dictum Martialis lib. f. 843, & Dempſter. ad Roſin. Antiqu. 1 c. 12 p. 65 ſeqq. Quorum tamen non omnia ſtatim mea fecerim. Inprimis monendum illud, quamquam, quæ Græci dicunt ξένια (ſubaudi δῶρα,) latine reddi popularius non poſſint, quam *hoſpitalia munera*, quomodo & Ζεὺς ξένιος *Jupiter hoſpitalis* eſt, cum ξένος omnium confeſſione ſit *hoſpes*: tamen cum & in hoſpitis ſeu ξένῳ vocabulo quædam ſit ambiguitas, quam in *Xenii* quoque vocem dicas migraviſſe; & Latinorum mores alicubi diſcrepent a Græcis: factu optimum fuerit, tum *hoſpitis* vocabulum diſtinguere, tum Græcorum Ξένια a *Xeniis* Latinorum ſeparare. *Hoſpes* perinde, ut græca vox ξένος, *peregrinum* notat proprie. Quamobrem haud raro jungi videas *hoſpitem* & *peregrinum*. Cæterum peregrini vel tota civitate ſeu rep. diſtant a nobis, vel domo tantum ac familia. Vtro autem cunque modo domeſtici nobis non ſint, ſi domi nos noſtræ inviſant, hoſpites vocantur. E quo ſequitur, ut hoſpitale donum, (ξένιον δῶρον,) vel ad eos etiam extendatur, qui nos, cum ſint prorſus alienæ reip. cives, ſalutant; vel reſtringatur ad eos, quos civitas communis aut propioris etiam, (modo non plane domeſticæ) amicitiæ nexus conjunxit nobis. Prius Græcis placuiſſe dixerim, poſterius Latinis. Fuit enim Græcorum natio laude hoſpitalitatis, quam in advenas exercerent, haud paullo celebratior, quam Latinorum: qui priſco ævo adeo erant inhumani, ut peregrinum eodem loco haberent, quo hoſtem. Hinc enim eſt, quod *hoſtis* vocabulum, quod initio externum notabat, qui poſtea duarum mutatione litterarum dictus eſt *hoſpes*, mox *perduellem* juſſum eſt ſignificare, vid. Cic. 1 Offic. c. 12. Fruſtra vero Bodinus eſt, cum lib. 1 de republ. c. 6 f. 47 *Græcis veteribus æque ac Latinis hoſtes peregrinos appellatos fuiſſe*, perſuadere nobis cupit: de quo in toto Plutarchi Themiſtocle, quem ipſe citat, ne verbum legas quidem. Ergo Græci maxime, cum quis ex aliena rep. hoſpes ipſis adveniret, omnibus eum officiis ita proſequebantur, ut abeunti etiam ingererent munera. Quo pertinet locus Vitruvii e lib. 6 c. 10 citatus Radero: *Cum fuerunt Græci delicatiores & ab fortuna opulentiores, hoſpitibus advenientibus inſtruebant triclinia, cubicula, cum penu cellas: primoque die invitabant ad cœnam, poſtremo mittebant pullos, ova, olera, poma, reliquasque res agreſtes. Ideo pictores ea, quæ mittebantur hoſpitibus, imitantes*, xenia *appellaverunt*. ¶ 2. Demoſthenes Orat. περὶ παραπρεσβ. appellat ξένια, quæ exterarum gentium legatis dono mitterentur, geſchencke vor die geſandten. Latini *Lautia* vocant, de quibus quære in *Lautus*. Videndus hîc & Briſſon. lib. 2 de Formul. p. 250 ſeq. Mittebantur autem hæc legatis non diſcedentibus, ſed ſub ipſorum adventum. ¶ 3. Translata vox hæc poſtea ad ea etiam, quæ infeſto darentur peregrinis animo, non jam ut amicis, ſed hoſtibus; qualia ſunt, quibus Mars eos excipere ſolet, vulnera & cædes. Quo ſenſu ξενίζειν, (quod alias eſt hoſpitali munere proſequi,) valere cœpit ἀποκτείνειν. Sed catachreſin hîc, aut ironiam agnoſcas. Inde Suid. in ξενίζω. Φοίνιος Ἄρης οὐκ ἐξένισεν αὐτόν. τουτέστιν οὐκ ἀπέκτεινε. ξένια γὰρ Ἄρεος τραύματα καὶ φόνοι καὶ Ἀρχέλοχος: ξένια δυσμενέσι λυγρὰ χαριζόμενος. A Græcis tranſeamus ad Latinos. His ignota erant amica, quæ peregrinis privatis darentur, xenia. Nec abuti tamen voce volebant ad hoſtile excipiendi genus. Ideo ¶ 4. contrahebant eam ad ſignificanda dona, quæ poſt menſam hoſpitalem effunderentur in *amicos non peregrinos*. Id quod in primis e Plinio intelliges, qui lib. 6 epiſt. 31 narrat, quemadmodum ipſe cum aliis ſenatoribus ſecum a Trajano, ad Centumcellas ſedente, evocatis acceptus fuerit, ita inſit: *Adhibebamur quotidie cœnæ: erat modica, ſi principem cogites: interdum* ἀκροάματα *audiebamus; interdum jucundiſſimis ſermonibus nox ducebatur. Summo die abeuntibus nobis (quam diligens in Cæſare humanitas!)* Xenia *ſunt miſſa*. Vbi *ſummo die*, illud eſt, quod Vitruvius, de Græcis loquens, dixerat, *poſtremo die*, aut, ut eum locum vir de his litteris meritiſſimus Buchnerus recte exponit, *noviſſimo die*, quo ſcil. domum reverterentur hoſpites. Nimirum hoc e Græcorum more Latini retinebant, ut jamjam diſceſſuros proſequerentur donis. ¶ 5. Inde ulterius proceſſum, ut *Xenia* etiam vocarentur, non quæ amici ex ædibus noſtris diſceſſuri auferrent, ſed quæ illis domi ſuæ degentibus mitterentur. Atque ab his talibus Martialis libro ſuo 13 *Xeniorum* inſcriptionem fecit. Diminutivum hoc ſenſu *Xeniolum* habes apud Apulejum, cujus verba deſcribemus poſtea. ¶ 6. Jam etiam *Xenia* dicta munera, quæ præſidibus darentur ac rectoribus provinciarum, a provincialibus videlicet. Obſervant ſignificationem hanc Raderus & Dempſterus, confirmantque ille ex Caſſiodoro, hic ex Vlpiano. ¶ 7. Cum hac vero acceptione ſeptimam confundit Raderus, illuc etiam Plinii verba trahens, lib. 5 epiſt. 14 ſic de ſe ſcribentis: *Quam me juvat, quod in cauſſis agendis non modo pactione, dono, munere, verum etiam* Xenio *ſemper abſtinui*. Cauſſas agere non præſidum eſt, ſed advocatorum; non judicum, ſed cauſſidicorum: &, qui Plinii epiſtolam inſpiciet, videbit, de cauſſis ſermonem eſſe, non quæ in provinciis agitarentur, ſed quæ in ipſa urbe Roma. Non ergo trahi locus hic debuit ad dona, quæ præfecti a provincialibus caperent. Rectius cum Dempſtero exponemus Plinium de munere, quod dabatur advocatis. Atque hoc ſenſu etiam Alciatus emblem. 45

Roſtra novo mihi ſetigeri ſuis obtulit anno,
Hæcque cliens ventri Xenia, *dixit, habe.*

Vbi tamen ¶ 8. *Xenium* quoque ſtrenam poſſis interpretari, quæ dabatur calendis Januariis: vide *Strena*. ¶ 9. Idem Alciatus Embl. 144 uſurpavit pro largitione, qua judicem tentant cauſſæ malæ ſibi conſcii corrumpere:

Cur ſine ſunt manibus: Capiant ne Xenia, *nec ſe*
Pollicitis flecti muneribusve ſinant.

Vtrobique autem primam in hâc voce ſyllabam produxit, rectius a Martiale correptam. Quod non aliâ ratione defendas, quam ſi dicas, reſpexiſſe ipſum non ad græcum ξένια, sed ξείνια, quomodo & Homerus ξείνια δῶρα dixit.

¶ Xĕniŏlum, i, diminutivum, ein geſchencklein. Apulejus lib. 2 Met. p. 119 *Commodum meridies acceſſerat, & mittit mihi Byrrhæa xeniola, porcum opimum, & quinque gallinulas, & vini cadum ætate pretioſi*. Et Leg. 6 § 3 Dig. de Offic. proconſ. *Ad xeniola non pertinet*. Reſpice ad ſignificationem xenii, quam numeravimus quintam.

¶ Xĕniæ, ārum, balneæ hoſpitales, quæ & *Bajæ*, warme bäder. Cic. pro Cœl. c. 25 *Conſtitui locum juſſit, balneas xenias, ut eò mitteret amicos, qui deliteſcerent*.

¶ Xĕnius, i, Ξένιος, Jupiter hoſpitalis, apud Platonem: ut lib. 5 de Legib. Δύναται τιμωρεῖν ὁ Ξένιος ἑκάστων δαίμων καὶ θεὸς: τῷ ξενίῳ συνεπόμενοι Διΐ, hoc eſt: *poteſt ulciſci* (peccata ſcilicet in hoſpites & peregrinos commiſſa) *hoſpitalis cujusque dæmon ac deus, hoſpitalem ſecuti Jovem*. conf. Virg. Æn. 1 v. 735.

¶ Proxĕnēta, æ, maſcul. προξενήτης, conciliator, pararius, ein mittler, verträger, unterhändler, mäckler, a προξενέω. Vſus eſt Martialis lib. 10 epigr. 3, & Seneca epiſt. 119. Ejus officium ſanctum Romanis regibus, teſte Barth. ad lib. 1 Theb. Stat. p. 387. Adhibuerunt autem veteres in majoris præcipue momenti contractu & proxenetas, & teſtes: illos, ut rem ex æquo & bono æſtimarent, atque de evictione ſatisdarent; hos, ut ſua aſſertione rem legitime peractam probarent.

¶ Proxĕnēticum, i, προξενητικὸν, merces proxenetæ, das trinckgeld vor den beytrag. Vlpian. lib. 50 Dig. t. 14 leg. 1 *Proxenetica jure licito petuntur*.

XĔNOCLES, is, Spartanus, contra Perſas dux in expeditione Ageſilai; Diodor. lib. 14. ¶ 2. *Xenocles*, Carcini filius, poëta tragicus. vid. Schol. in Ariſtoph. Ranas a. 1 ſc. 2 ¶ 3. *Xenocles*, Adramytenus, princeps rhetorum in Aſia, Cic. de Clar. Orat. c. 91.

XĔNOCRĂTES, is, Ξενοκράτης, philoſophus Chalcedonius, Platonis auditor, & Speuſippi in academia ſucceſſor, tardioris ingenii; adeo, ut, cum eum Plato Ariſtoteli compararet, alterum freno, alterum calcaribus opus habere diceret. Vixit annos 82, Suida auctore. Xenocrates cum in convivio, cæteris multa garrientibus, ſolus nihil diceret, interroganti, cur unus omnium ſileret, *Quoniam*, inquit, *loquutum fuiſſe, pœnituit aliquando, ſiluiſſe nunquam*: quamquam & Simonidi illud tribuitur. Xenocrati tamen & Valer. Max. 7 c. 2 n. 6 vindicavit. Ex quinquaginta talentis ab Alexandro ſibi miſſis, contemptor opum tantum 30 minas accepit, ne aſpernari regis liberalitatem videretur. vid. Cic. Tuſcul. 5 c. 32. Ad laudem ejus quoque pertinet, quod Cicero ad Attic. 16 epiſt. 1 ſcribit: *Jurare tui cives Xenocratem teſtimonium dicentem prohibuerunt*. Vitam ejus quære apud Laërtium, qui præter hunc alios ejusdem nominis quinque memorat, quibus alii adjungi poſſunt a Voſſio de Hiſt. Græc. 1 c. 8 laudati.

XĔNOCRĬTVS, i, Lydius, poëta eximius, cœcus. Tiraquell. de jure primogen. q. 21 n. 15 f. 78.

XĔNŎDŎCHIVM, vel Xenodochēum, item Xĕnon, ōnis, ξενοδοχεῖον, vel ξενὼν, ῶνος, ein hoſpital, ſpital, pilgerhauß, Leg. 33 § 7, & Leg. 35 Cod. de epiſc. & clericis &c.

¶ Xenŏdŏchus, i, ξενοδόχος, qui advenas inopes & debiles, qui ſibi neceſſarium victum parare nequeunt, hoſpitio excipit, ein hoſpital-verwalter, in rubr. & in lege 33 § 7, & lege 49 § 3 Cod. de epiſc. & cler.

XĔNŎDŌRVS, i, Ξενόδωρος, ſtatuarius, ſcientiâ fingendi cælandique clarus, Plin. 34 c. 7.

XĔNON, ōnis, appellativum, ein gaſt-hof. vide paullo ante *Xenodochium*. Lege 49 § 6 Cod. de epiſc. & cler. *Si nullus Xenon in civitate inveniatur*. conf. ibid. § 3 & 7. Sic, *Venerabiles eccleſiæ, vel xenones*, &c. leg. 22 Cod. pr. de ſacroſanctis eccleſ. ¶ 2. *Xenon*, nomen proprium

prium est poëtæ, cujus jambici duo, quibus Oropios valde infamat, leguntur hi apud Dicæarchum, opere geographico:

Πάντες τελῶναι, πάντες εἰσὶν ἅρπαγες.
Κακὸν τέλος γένοιτο τοῖς Ὠρωπίοις.

vid. Henr. Stephan. Schediasm. lib. 6 c. 17 p. 303. ¶ 3. *Xenon* historicus: vide supra *Xenion*. Diversi etiam *Xenonis* mentio apud Ciceronem; e. g. *Apolloniensis*, ad Attic. 5 epist. 13; *Meneni*, 3 Verr. c. 22, &c.

¶ Xĕnŏpărŏchus, i, ξενοπάροχος, idem qui *Parochus*, qui hospitibus res ad victum necessarias præbet, ein verpfleger der fremden, kostfreyhalter. vid. Dig. lib. 50 t. 4 leg. 18 § 10.

XĔNŎPHĂNES, is, Ξενοφάνης, philosophus Colophonius. Vixit circa 40 Olympiadem, auctore Sexto Empirico p. 51. Scripsit contra Hesiodum & Homerum, refutans illa, quæ de Diis illi tradidissent. Dicebat Xenophanes: τοῖς τυράννοις ὁμιλεῖν ἢ ἥδιστα, ἢ ἥκιστα, id est, *cum tyrannis conversandum aut jucundissime, aut minime.* Meminit ejus Cic. de Divin 1 c. 3; & de N. D. 1 c. 11; &c.

XĔNŎPHANTUS, i, de quo Seneca 2 de Ira c. 2 extr. *Militaris viri in media pace jam togati aures tuba suscitat, equosque castrenses erigit crepitus armorum. Alexandrum ajunt, Xenophanto canente*, (Dorium puta & bellicum, ut ibi Lipsius monet,) *manum ad arma misisse.*

XĔNŎPHĬLUS, i, Ξενόφιλος, musicus Chalcidensis, Pythagoricus, felicitate insignis. Plin. 7 c. 50 *Pro miraculo & id solitarium reperitur exemplum, Xenophilum musicum centum & quinque vixisse annis, sine ullo corporis incommodo.* Adde Valer. Max. 8 c. 13 n. 3.

XĔNŎPHON, ontis, Ξενοφῶν, Socratis fuit discipulus, præcipua laude integritatis, justitiæ, religionis inter omnes ejus magistri discipulos, alterum cum Platone Socraticæ amœnitatis lumen. Celebris etiam bellicis virtutibus, & optimus dux existimatus, in amicitiam venit Cyri minoris, sub quo & militavit, cujusque παιδείαν scripsit, oratione luculentissima & suavissima, libris octo: quibus vero magis format principem laudatissimum & excellentem omni genere virtutum, quam veritati servit. Scripsit alia multa Xenophon, atque inter cætera libros gravissimos de dictis & factis Socratis. De Xenophonte porro Quintil. 10 c. 1 p. 745 *Quid commemorem Xenophontis illam jucunditatem inaffectatam, sed quam nulla possit affectatio consequi, ut ipsum finxisse sermonem Gratiæ videantur? & quod de Pericle veteris comœdiæ testimonium est, in hunc transferri justissime possit, in labris ejus sedisse quamdam persuadendi Deam.* Et Cic. in Orat. c. 19 *Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt.* ¶ 2. Præter hunc & alii *Xenophontes* memorantur, historici puta, de quibus Vossium consule lib. 3 de Hist. Græc. c. ult. p. 424.

¶ Xenophonteus, a, um, adject. ut, *Xenophonteum sermonis genus*, Cic. de Clar. Orat. c. 35.

¶ Xenophontius, a, um, idem. Cic. ad Lucium 5 fam. epist. 12 *Gratiam illam &c a qua te deflecti non magis potuisse demonstras, quam Herculem Xenophontium illum a voluptate.*

XĔRAMPĔLĬNUS, a, um, ξηραμπέλινος, id est, pampinis rubentibus & vitibus arefactis qua colorem similis, dunckelroth; ut, *Xerampelinæ vestes*, Juvenal sat. 6 v. 517.

XĔRANTĬCUS, a, um, ξηραντικός, trocknend; ut, *Xerantica decoctio*, Macer lib. 2 c. 88 v. 3. Adde Theod. Priscian. 2 c. 3.

Xerion, vide inferius paullo *Xeron*.

XĔRŎCOLLŸRIUM, i, ξηροκολλύριον, id est, collyrium ex aridis compositum. Marcell. Empir. c. 8.

XEROLIBYA, æ, Africæ pars inter Ægyptum & Cyrenaicam, hoc est, Marmarica & Mareotis &c. quam *siccam Libyam*, sive *sicciorem* Ammianus vocat lib. 22 c 40, & *aridam Libyam*, extremo illo libro. Græco nomine *Xerolibyæ* usus est Servius in Virg. Æneid. v. 3. Adi Vales. in Ammian.

XĒRŎLŎPHUS, i, (non *Xeroliphus*, ut est in Onomast. Gesneri, neque *Xerolopum*, quod reperio in Lexic. Jur. Ant. Nebriss. p. 842.) Ξηρόλοφος: ita enim Suidas & Varinus aperte scribunt. Locus erat celebris Constantinopoli. De quo post Suidam consulendi Joh. Bapt. Pius c 177 annot. post. (apud Gruter. Tom. 1 Lamp. p. 559:) Barthol. Barrientius c. 4 annotat. (apud eund. Tom 3 p. 414.) Gyrald. dial. 4 de Poët. hist. fol. 194; & in primis Pancirol. lib. 2 Thes. Var. Lect. c. 286 p. 451, qui in foro Arcadii fuisse, docet e Socrate. Conspici olim ibi vetustissima potuisse epigrammata, tripodibus inscripta, Prisciani duo loci ostendunt. Sic enim ille lib. 1 Gramm. cap. de num. lit. *Epigrammata, quæ egomet legi in tripode vetustissimo Apollinis, qui stat in Xerolopho Byzantii.* Et lib. 6, ubi de nominibus in OS agit: *Ostendunt epigrammata vetustissima, quæ litteris antiquissimis scripta in multis tripodibus legi, & maxime in tripode Apollinis, qui est Constantinopoli, in loco, quem Ξηρόλοφον vocant.* Nomen habere videtur a fastigii siccitate: nam ξηρὸς, *siccus*: λόφος, *fastigium*: nisi malis ab acuto fastigio dictum. Verum hac ratione *Xyrolophos* scribendum fuerit, nam *acutus* est ξυρός. Barrientii autem originatio, prope dixerim ridicula est: *Vt*, inquit, *ex etymologia vocabuli conjecto, locus erat voluptati destinatus, ubi homines recreabantur*: ξυρὸς *namque* siccus *significat*, λόφος, cervix: *id est, locus, ubi sicca cervice homines non laborantes existunt.*

Xeromyron, vide mox *Xeron*.

XĒRŎMYRRHA, æ, vox nihili; cui tamen locus hic aliquis faciendus fuit, quod ea vulgo, nondum quod sciam suæ lectioni restituta, legatur in Acrostichide Sedulii, cujus initium: *A Solis ortûs cardine*, verbis, quæ supra etiam in *Vebo* citata reperies. Cum enim carmen illud tot complectatur tetrasticha, quot in alphabeto latino sunt elementa, ubi ad X litteram perventum est, ita scriptum invenies:

Xeromyrrham *post sabbatum*
Quædam vehebant corpori:
Quas allocutus angelus,
Vivum sepulcro non tegi.

Ita repræsentant Fabricius in Poët. Eccles. p. 570. Cassand. Hymn. Eccles. p. 125, alii. Sermo est de fœminis, quæ, emtis aromatibus, veniebant uncturæ sepulcum corpus Salvatoris. Ac Fabricius, cum de latente menda nihil suspicaretur, quid esset *Xeromyrrha*, his verbis in commentario suo p. 143 exponit: *Xeromyrrha, vel ea, quæ asservatur & non est recens: vel quæ factitia est, & non fluxit de cortice, quasi myrrha siccata.* Mox, ubi Sedulii verba protulisset, addit ea de *Xerolibya*, quæ suo loco descripsimus ex eo supra: innuere volens, ut apparet, vel componendi rationem in his duabus vocibus parem esse utrobique, vel etiam Xeromyrrham eam ipsam dici, quæ advehatur e Xerolibya. Credo & Papiam hoc vocabuli interpretari voluisse, cum scriberet: *Xyrometa, mixtura myrrhæ & aloes: unde mortuorum corpora condiuntur, ne putrescant.* Nam quod Martinius in Lexic. Etymol. fol. 4120 legendum ibi putat *Xeromyrum*, haud placet, nimisque recedit tum a scriptura, tum ab expositione Papiæ; Quem vix dubites lectam sibi hanc in Sedulio vocem explanare sic voluisse. Apud Papiam ergo rescribe: *Xeromyrrha*, vel *Xyromyrrha*. Nam hic etiam y litteram adhibitam fuisse, Alcuinus patefaciet loco postea citando. Equidem Vocabularius, Gemma Gemmarum inscriptus, ex Papia & similibus aliis congestus, hanc vocem neutro genere effert: sed a *Xeromyro* tamen, ipse scribit *Xeromyrrhum*, distinguit. De *Xeromyro* enim hæc ejus verba sunt: *Xeromyrrhum, id est, siccum unguentum quasi manibus confectum.* (Putavit ἀπὸ τῶν χειρῶν ita dictum; inepte.) De *Xeromyrrha* vero: *Xyromyrrhum* (ita exarat,) *vel unguentum myrrhæ & aloe: unde mortuorum corpora condiuntur Xiromyrrho, ne putrescant.* Mihi non dubium est, quin apud Sedulium, (ad hunc enim revertor,) pro *Xeromyrrham*, quam alias vocem, si auctor idoneus accederet, excusare utcunque posset compositionis analogia, rescribendum sit, *Xρο myrrham*, id est, *Christo myrrham.* Salvatoris enim nomen & illo compendio scripsisse veteres, & locum ei fecisse, in X littera docuimus sub initium hujus elementi n. 6; & mox aliis exemplis confirmabimus. Sed hîc rogabis, quomodo sic sibi oratio constet in sequentibus: *Christo myrrham post sabbatum Quædam vehebant corpori.* Quid enim hic est τὸ *corpori?* quod alias facilem structuram admittit, si receptam vulgo lectionem sequimur. Verum salva res est. Etiam in voce *corpori* mendam esse, docere possum ex operibus Alcuini edit. Lutet. an. 1617, ubi Sedulii hymnus integer legitur, illius vero tetrastichi versus duo priores ita concipiuntur: *Xyro myrrham*, (etiam hîc ad veram scriptionem propius acceditur, nam & duæ voces sunt, & *Xyro* proximum est illi *Xρο*, vel *Xpro*;) *post sabbatum Quædam vehebant compares.* *Compares* ergo Sedulius vocavit tres Marias, quas in hoc negotio memorat Evangelista Marcus c. 16 v. 1. Cæterum in istiusmodi alphabetariis, sive metris sive prosis, litteræ X alioqui valde sterili, nomen *Christi* fuisse solitum inseri, etiam hæc planum facient exempla. Etenim in hymno ecclesiastico, cujus initium: *Apostolorum gloria*, X litteram hæc verba inchoant XPE (id est, Christe,) *precamur, ut quibus* &c. In Alphabeto autem aureo, quod legitur lib. 4 Margaritæ Evangel. c 18, ista: *Xhristi vitam & passionem imitandam* &c. De hac tamen sententia quid statuat Cellarius, vide in ejus notis ad Sedul. p. 110.

XĒRON, vel Xerum, i, ξηρόν. *Xerion* vel *Xerium* scribas ex Fungero, cui p. 1330 Etymol. *Xeria* sunt arida medicamenta, quæ pulveris in modum insperguntur, alio nomine idcirco καταπάσματα dicta. Sed *Xeron* tamen legitur in Plinii ejus, quem alii Empiricum vocant, alii Valerianum, de re Medica lib. 3 c. 22, varia ejus genera memorantis: & in his *Xeron Theodori.* Atqui hoc Reinesio 2 Var. Lect. c. 8 p. 201 medicamentum est, quod *Xeromyron* alias appellant, diapasma seu pulvis inspersilis, a rebus odoratis, calidis siccisque, capitum fluxione tentatorum poris affricandis, exsorbendis cerebri humiditatibus, ei roborando & laxando, densandoque habitui compositus.

¶ Xēromyron, vel Xeromyrum, i, ξηρόμυρον, de quo modo dictum, si de verbo interpreteris, *siccum* est *unguentum*, ξηρὸν μύρον, ut contra ὑγρόμυρον, *unguentum humidum.* Minus enim bene structor Vocabularii, quem in *Xeromyrrha* citabamus, quasi *manibus confectum* ita dici, putat.

XĒRŎPHĂGIA, æ, de hac obiter dictum aliquid in *Siccus*. *Sicci* enim *cibi usum* de verbo sonat, a ξηρὸς & φάγω. Ipsa vox Tertulliano haud semel usurpata. Vtebantur autem Xerophagia tum athletæ gentilium ad robur corporis, tum Christiani ad vivendi sobrietatem & castimoniam. *Athletæ* primis temporibus ficus tantummodo aridas esitabant. Quem morem postea Pythagoras nonnemo aliptes sustulit, carniumque usum permisit. Nihilominus hæc sagina vocabatur ξηροφαγία, 1) quod eas animalium seligerent partes, quæ siccæ erant, ut pedes bubulos, non quæ succiplenæ & pingues: 2) quod carnibus & pulpis vescerentur atque condimentis & jusculis: 3) quod vino & aliis gulæ irritamentis fere abstinerent. vide Jo. Saubert F. not. ad Patr. Prodr. Philol. Sac. p. 60 & 61. *Christianorum* ξηροφαγία species erat abstinentiæ tertia. Si enim nullo plane cibo vescerentur, *jejunium* vocabatur; si sero, *statio*; si arido, *Xerophagia.* Tertullian. advers. Psych. c. 1 *Arguunt nos* (Psychici,) *quod jejunia propria custodiamus, quod stationes plerumque in vesperam producamus, quod etiam Xerophagias observemus, siccantes cibum ab omni carne, & omni jurulentâ & uvidioribus quibusque pomis, ne quid vinositatis vel edamus vel potemus.* Adde ibidem c. 11 pr. Quo ex loco manifeste apparet, quid sit Xerophagia, inquit Voss. Etymol. fol. 573. Quem & consule lib. 3 de Vit. Serm. c. 14 p. 446, & c. 56 p. 441; ubi docet, minus bene *Xirophagum* & *Xirophagiam* scribi a quibusdam, pro *Xerophago* & *Xerophagia.* Quod autem Salmas. in Tertullian. de Pallio putat, Christianorum ξηροφαγίαν a pugilum illâ *arida saginatione*, (sic Tertullianus vocaverat,) ea re distingui, quod Christianis Xerophagis prorsus interdictum carnibus fuerit, id Cl Saubertus l. d. verum negat, si tanquam rem apud omnes omnium locorum & ætatum Christianos receptum obtrudere nobis ille voluerit.

XĒROPHTHALMIA, æ, passio oculorum, quam describit Celsus 6 c. 6 n. 29 *Est etiam genus aridæ lippitudinis, quod ξηροφθαλμίαν Græci appellant. Sub hoc neque tument neque fluunt oculi, sed rubent*, &c. *& palpebræ noctu prægravi pituita inhærescunt*, wenn die augen zuschwären. conf. Marcell. Empir. c. 8.

XERXES, is, Ξέρξης, Darii filius, maximus omnium regum Persarum fuit.

fuit. Bellum, quod pater ejus in Athenienses molitus atque exorsus fuerat, ipse apparatu quinque annorum prosequens, decies centena millia hominum in Græciam traduxit, quemadmodum ex Trogo Justinus retulit, tametsi Herodotus longe majorem numerum indicaverit lib. 7 his fere verbis: πεντηκοσίας τε μυριάδας καὶ εἴκοσι καὶ ὀκτὼ, καὶ χιλιάδας τρεῖς, καὶ ἑκατοντάδας δύο ἀνδρῶν ἤγαγε Ξέρξης, ὁ Δαρείου μέχρι Θερμοπυλέων, hoc est. *Quingentas & viginti octo myriadas, & tria millia, ducentos & viginti viros* (id est, quadragies bis centena hominum millia; octogies ter hominum millia, ducentos & viginti viros,) *duxit Xerxes Darii filius usque ad Thermopylas Græciæ.* Exceptis tamen mulieribus, & onera gestantibus, quorum numerum, ut idem Herodotus subjecit, comprehendere nemo potuit. Eum numerum ex alta prospectans Xerxes speculâ, quemadmodum Valerius, Seneca, Plinius junior, Hieronymus & alii testantur, illacrymasse fertur, cum forte cogitaret, ut post annos centum nemo ex immenso eo numero esset superstes. Navali tandem cum Themistocle tentato prœlio, turpissime cum paucis in cymba piscatoria effugit: vide Justinum. De Xerxis stoliditate superba vide Senecam de Constantiâ sapientis c. 4, & Juvenalem sat. 10 v. 174 seqq. ¶ 2. *Xerxis* quoque nomen aliis accommodatum. Sic L. Lucullus a Cn. Pompejo dictus est *Xerxes togatus*: idque, ut Vellejus 2 c. 33 ait, *ob objectas moles mari, & receptum suffossis montibus in terras mare*: quam rem narrat Plinius 9 c. 54.

XĪPHIAS, æ, masc. ξιφίας, & σκιφίας, piscis, qui & *Gladius* & *Galeotes* dicitur, ein schwerdfisch, hornfisch, a rostro mucronato, quo naves etiam perfodit, ut Plinius scripsit lib. 32 c. 2. vide *Gladius*. Adde Ovid. Halieut. v. 97. ¶ 2. Genus quoddam cometarum ita appellatur a figura, quam repræsentat; vide Plin. 2 c. 25. Græce ξίφος *gladius* est.

¶ Xīphion, i, ξίφιον, planta, quæ *Gladiolus* dicitur, schwertel, blaulilgen. vide *Gladiolus*. Ξίφος, *gladium* significat. vide Apulej. de Herb. c. 46.

Xirophăgus, Xirophagia, vide paullo superius *Xerophagia*.

Xistus, vide paullo post *Xystus*, nom. propr.

Xisuthrus, vide inferius *Xysuthrus*.

XŪTHUS, i, Hellenis, (a quo Græciam Hellada dictum ferunt,) filius. Qui cum Thessaliâ pulsus esset a fratribus, quod paternam sibi solus pecuniam vindicasset, Athenas confugit, dignusque habitus est ab Erechteo rege, cui filiam desponderet Creusam: hæc Achæum illi genuit & Ionem, a quibus Achivi postea & Iones denominati, Pausan. initio lib. 8 sive Achaicorum. Xuthi hujus mentio & apud Herodotum 7 c. 94 fol. 413, & Suidam, ac scriptorem græcum Etymologici Magni in βοηδρομεῖν. ¶ 2. Alius hoc nomine philosophus, Aristoteli memoratus lib. 4 Phys. c. 9, ubi de vacuo disputat. Pythagoræum fuisse, interpretes notant. ¶ 3. *Xuthus* choraules, apud Plutarchum in Antonio fol. 925 E.

XYCHUS, i, scriba falsarius apud Livium lib. 9 c. 55.

Xylobalsămum, Xylocinnamomum, vide *Balsamum*, *Cinnamum*.

XȲLON, i, ξύλον, planta est lanigera, parva; *Gossipium* etiam dicta, atque, ut videtur, *Gnaphalium*, γναφάλιον, a γνάφαλον, *tomentum*, baumwollen-stauden, Plin. 19 c. 1.

¶ Xȳlinus, a, um, baumwöllin; ut, *lina xylina*, leinwand von baumwollen gesponnen, Plin 19 c. 1. vid. Matthiolus.

¶ Xȳlŏphăgus, i, ξυλοφάγος, vermis ligna corrodens, latine *cossus*, ein holtzwurm.

¶ Mŏnoxȳlon, i, μονόξυλον, navigium sive aliud ex ligno integro, ein kahn oder sonst etwas aus einem stück holtz. Quamquam adjective videtur posuisse Plinius 6 c. 33 *Piper monoxylis lintribus convehitur*.

XȲRIS, ĭdis, ξυρὸς, herba, *spatulam fœtidam* vulgo vocant, wandläuse-kraut, Plin. 21 c. 20.

XYSTĬLIS, is, meretriculæ nomen apud Plautum Pseud. 1, 2 v. 76.

XYSTUS, & Xystum, i, ξυστὸς, ut Vitruvius describit lib. 5 c. 11, & 6 c. 10, porticus ampla & lata, in qua athletæ per hiemem exercebantur, der freye gang, die gallerie. Item, *hypæthra* sive *subdivalis ambulatio*, ante *Xystos* seu porticus, arena seu terra rasa æquataque, unde & nomen est, strata: Ceterum viridibus, arboribus, floribus ornata. vide Buchnerum ad Plinium 9 epist. 7 n. 514. Sic Seneca 3 de Ira c. 18 *In xysto maternorum hortorum, qui porticum a ripa separat, inambulans* &c. Cic. in Acad. 4 c. 3 *Cum pauca in xysto locuti essemus, tum eodem in spatio consedimus.* Idem de Clar. Orat. c. 3 *Cum ambularem in xysto, & essem otiosus domi.* Idem ad Attic. 1 epist. 8 *Mittas quamprimum, maxime quæ tibi gymnasii xystique videbuntur esse* Item in cœnobiis, ein creutzgang. ¶ 2. Videtur etiam locus spectaculorum & agonum *Xystus* appellatus, quia hieme sub tecto, ut dictum, in xysto athletæ exercebantur, ein schoppen, schauplatz. Tertullianus Apolog. c. 38 *Nihil est nobis cum insania circi, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenæ, cum xysti vanitate.* Plura de Xysto vide apud Octavium Falconerium in Inscription. Athlet. Rosin. Ant. Rom. 5 c. 4 p. 440; & Bald. Lex Vitruv. p. 143. ¶ 3. De *Xysto*, nomine proprio, vide mox seorsum.

¶ Xystĭcus, a, um, adjectivum, ad xystum pertinens, fechterisch. Tertullianus de Pudicitia c. 7 *Spectaculum quadrigarii furoris, & gladiatorii cruoris, & scenicæ fœditatis, & xysticæ vanitatis.* Idem de Pallio c. 4 *xysticas munditias* vocat, quibus palæstritæ & athletæ studebant ad augendas firmandasque corporis vires. ¶ 2. *Xystici*, ξυστικοὶ, subst. qui in xysto exercentur, apud Sueton. in August. c. 45 *Xysticorum concertationes aut gladiorum pugnas exigere.* Meminit & in Galba c. 15; & Tertullianus de Spectac. c. 22.

¶ Xystarcha, æ, ξυστάρχης, præses certaminis & xysti, der fechtmeister. Ammianus 21 c. 1 *Xystarchæ similis purpurato.* De officio & dignitate Xystarchæ præclare laudatus Falconerius c. l. p. 33 seqq. Inscript. apud Fabrettum p. 100 QVOD OMNES XYSTICI GRATANTER ACCEPERVNT. Translate Tertull. ad Martyr. c. 3 *Agonothetes Deus vivus est; Xystarches Spiritus sanctus.*

XYSTUS, i, nomen proprium, quod minus bene a quibusdam scribitur

Xistus. Hoc nomine tum sancti quidam, tum Romani episcopi seu Papæ quinque celebrantur: quos tamen passim ab aliis appellari *Sixtos* videas. Horum duo primi etiam *Martyres* fuêre, prior sub Antonio, alter sub Valeriano ultima passi. Adi Baronii Martyrol. 6 April. & 6 August. p. 216 & 282. Et re factum, ut, cum *Xysti Pythagorei* librum sententiarum *Xysto episcopo* & *martyri* affictum a Ruffino constaret, incertum tamen manserit posteris, primo hujus nominis an secundo fœtus ille suppositus fuerit: de quo Idem Baron. Tom. 1 Annal. ad ann. 142 n. 5 fol. 113, (quem & de Ruffini fraude hac vide Tom. 5 ann. 410 n. 36 & 64 fol. 343.) Ad Sixtum I trahit Ludov. Jac. a S. Carolo p. 201 Biblioth. Pontif. Ad II Philipp. Labb. Tom. 2 de Script. Eccles. p. 309 & 359. Hoc certum, vere neutrius esse, sed ejus, de quo plura jam dicenda. ¶ 2. *Xystum Pythagoræum* & ipsum scribi *Sixtum* reperies. Etiam sunt qui *Sextum*. Fortasse nec peccabit, qui *Sextium*: sed hac de re postea. Sententias ejus a Ruffino, Aquilejensis ecclesiæ presbytero, suppositas fuisse Xysto martyri, jam dictum est, & clare indicat Hieronymi locus post paullo describendus. Fecit hoc Ruffinus, ut Christiani nominis præscriptione liber ethnici auctoris, a se translatus in latinum sermonem e græco, incautos duceret in errorem Pelagii semigentilem, a quo non erat ipse alienus. Sic ergo Sixti episcopi creditus aliquandiu is liber est, etiam Augustino: cujus auctoritatem hac in re secutus & scriptor Appendicis ad Isidorum & Ildefonsum de Script. Eccles. qui ita loquitur: *Sixtus episcopus Romanæ urbis & martyr, composuit ad instar Salomonis librum Proverbiorum, tam brevi eloquio, ut in singulis versiculis singulæ explicentur sententiæ*, &c. Verum Augustinus ipse agnoverat hîc errorem suum lib. 2 Retract. c. 42. Qui locus auctorem Appendicis fugit, hominem, ut apparet, lectionis minus curiosæ: cui ne quidem ex tribus Hieronymi locis, quibus eam Ruffini fraudem detegit, vel unius observatio subvenerit. Sic autem Hieron. epist. ad Ctesiph. ad Pelag. (Tom. 3 oper. fol. 115) *Illam temeritatem, imo insaniam ejus, quis digno possit explicare sermone, quod librum Xysti Pythagorei, hominis absque Christo atque ethnici, immutato nomine, Sixti martyris & Romanæ ecclesiæ episcopi prænotavit? In quo juxta dogma Pythagoricorum, qui hominem exæquant Deo, & de ejus dicunt esse substantia, multa de perfectione dicuntur: ut qui volumen philosophi nesciunt, sub martyris nomine bibant de aureo calice Babylonis.* Gemina his leges in c. 22 Jerem. & c. 18 Ezech. (Tom. 5 oper. Hieron. fol. 148 & 206.) Quo loco posteriore quam e Xysto repetit sententiolam Hieronymus: *Adulter est uxoris propriæ amator ardentior*, eandem & ipsi tribuit lib. 1 advers. Jovin. (Tom. 1 fol. 24.) Inter Xysti sententias ea numeratur 122. Enimvero pervenerunt hæ ad nostram ætatem, plus una vice recusæ: sed nonnisi latinæ, & quales vel Ruffinus, vel huic similes alii dederant, ut magis lateret impostura, interpolatæ. Nam (quod Jo. a Fuchte in præfat. ad Lect. edit. Helmest. anno 1615 observat,) non pauca dicta continent, quæ ab homine ethnico, cui lingua Spiritus S. plane ignota fit, proficisci non potuerunt. Tales autem sunt inter alias, sententia 34 *Male viventes, cum corpore excesserunt, cruciabit malus dæmon, usque quo etiam novissimum quadrantem exigat ab eis.* Sent. 35 *Vir castus & sine peccato*, (miscet virus, ut Hieronymus vocat, impeccantiæ,) *potestatem accepit a Deo esse filius Dei.* Sent. 102 *Non cibi, qui per os inferuntur, polluunt hominem, sed ea, quæ ex malis actibus proferuntur.* Sed quis tandem ille Xystus Pythagoræus fuit? aut quod illi seculum assignabimus? Equidem tacent, quos hactenus citavi, omnes. Vnus, quem viderim, Vincent. Bellovacens. lib. 6 Specul. Histor. c. 69 fol. 206, agens de Pythagorico nostro philosopho, (*Sixtum* ipse vocat,) cujus quidem librum negat se uspiam reperisse, locum observat Eusebii in Chronicis, qui annum illi adscribat Domini 3, (Augusti imperantis 44.) Cui jungo auctorem libelli de Vita & moribus philosophorum, qui c. 110 *Xystum Pythagoricum claruisse* ait *temporibus Octaviani imperatoris.* Quamquam autem Codices Eusebiani nostri, de *Xysto* loquentes, Christi annum non 3 sed 1, & Augusti 42 memorant, quo ille non *agnitus*, ut est apud Vincentium, (id quod de inchoatâ nominis celebritate interpreteris) sed *natus* fuerit: (his verbis: *Xystus, Pythagoricus philosophus nascitur*: Vincent. *agnoscitur*:) parum tamen hoc refert, modo constet, quod perquam simile vero est, non de alio philosopho sermonem esse, quam eo, quo abusus est Ruffinus. Quod quidem hunc Eusebii locum tractanti Lipsio lib. 1 manuduct. ad Stoic. Philos. dissert. 6 p. 2 non putes in mentem venisse, non dissimulaturo alioqui, præsertim qui ex professo ibi agat de sectâ Pythagoræ. Sed hujus tamen viri perquam commoda nobis hîc opera est. Etenim, cum Eusebii verba protulisset: *Pravus*, inquit, *aut nullus* Xystus; *& in meo scripto codice* Sextus: *e quo nihil ambigo* Sextium *rescribere.* Eusebium ergo interpretatur de P. Sextio, philosopho gentis Romanæ non incelebri, sub ævum Augusti exorto, quem non semel Seneca laudavit, ut epist. 59 & 73. Ego vero hanc Lipsii conjecturam non contemno, ac ea potius utor in rem præsentem, ista scribenti Lipsio non animadversam. Patior ergo, Eusebium intelligi de Sextio: sed scripturam ejus non muto, nisi pro *Xisto* placeat scribere *Xystum*, toties in Hieronymi & Augustini Codicibus lectum: Vt jam idem sit *Sextius* Senecæ & Eusebii, Augustini, Hieronymi *Xystus*: Solet enim nominibus propriis hæc obvenire fortuna, ut alibi transeant in sonos affines. Certe non absurdum sit, ita, donec certiora demonstrentur, sentire. Primum in Senecæ Sextium cadit ætas, quam Xysto Pythagoræo dat Eusebius. Deinde docet Lipsius, Sextium illum fuisse habitum Pythagoræum. Quod autem Seneca epist. 64 Stoicum facit, caussæ huic nihil nocet. Affinia erant utriusque sectæ dogmata. Quamobrem & Hieronymus procem. lib. 4 in Jerem. illi ἀπαθείας καὶ ἀναμαρτησίας, id est, impassibilitatis & impeccantiæ hæresi, quam in Grunio (sic Ruffinum amat vocare,) damnat, non Pythagoræ magis quam Zenonis nomen præscribit. Ac sunt in ipsis Xysti Sententiis (quem librum nescio annon eâ epistola Seneca laudet,) non pauca Zenonis porticum redolentia. Porro, græcis verbis philosophatum fuisse Sextium, ex ejusdem Senecæ epist. 59 discimus: ubi simul parabolam ejus quamdam affert.

Quam cur in Xysti libello non reperiamus, caussam dixerim, quia vel plures uno Sextius libros scripserit, vel Ruffinus, ut quædam sententiis addere sibi permisit, sic alias vicissim præterierit. Jam illud, quod Seneca epist. 73 Sextium dicere solitum ait: *Jovem plus non posse, quam bonum virum*, quam geminum est huic sententiæ Xysti, quæ est 299 *Quæ Deus possidet*, (quid si *potest* legamus, vel possit?) *hæc & sapiens.* Nam quod *Jovis* nomen hic non legitur, sed *Dei*, a Ruffino est videlicet, qui Sextium coëgit exuere, quæ saperent gentilismum.

XYSUTHRUS, al. Xisuthrus, i, cujus tempore vixisse traditur antiquissima Sibyllarum Persica. Putant autem, eumdem fuisse in historia profana, qui fuerit in sacrâ Noachus. vide Gyrald. Dial. 2 de Poët. hist. fol. 79. Dickinson. de migrat. Noæ p. 14. Quod suis auctoribus relinquo.

Y.

Y Littera & vocalis græca est, qua in nullis præterquam illis utimur dictionibus, quas a Græcis sumentes latina scribimus litteraturâ: ut, *Hyades, Hybla, Hydra, Hydria, Hymenæus, Hypocrita, Hyssopus* &c. Quanquam in his quoque eam repudiarint Latini veteres, quod Velius Longus etiam notavit, & pro *y*, *i*, scripserunt, *Silva, Silvanus, Silvia*, &c. Aliquando & *u* pro *y* substituerunt: ut *Geruon* pro *Geryon*, apud Victorem de Orig. Gent. Rom. *Sugambri*, pro *Sygambri*; (ita enim Ptolemæus:) *Cotus* pro *Cotys*, apud Cæsar. 3 de B.C. c. 4. Vbi & Ciacconium vide, & Ciceron. Oratore c. 48. Sonora magis est, quam *E* & *I*, minus, quam *A* & *O*. v. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 43. ¶ 2. Observa autem diligenter, quarum dictionum mediæ syllabæ vocalem eam recipiant: ut, *Cayster, Libya, Chalybes, Charybdis, Corymbus, Clepsydra, Astyages, Astyanax, Sisyphus, Hieronymus* &c. & in fine, *Eryx, Onyx*, &c. ¶ 3. In quibusdam vero, quæ a græcis dictionibus facta videntur, *y* in *u* mutatur: ut, δύο, *duo*, μῦς, *mus*, φυγή, *fuga*, τύμβα, *tumba*, βότρυς, *botrus*, πορφύρα, *purpura*. ¶ 4. Et in *o*; ut, ἄγκυρα, *anchora*, μύλος vel μύλη, *mola*, νύξ, *nox*, στύραξ, *storax*. ¶ 5. Veteres philosophi huic litteræ duas illas vias, quarum virtutis alia, alia vitiorum est, compararunt. Lactantius 6 c. 3 *Omnis igitur hæc de duabus viis disputatio ad frugalitatem & luxuriam spectat. Dicunt enim humanæ vitæ cursum Y litteræ similem: quod unusquisque hominum, cum primæ adolescentiæ limen attigerit, & in eum locum venerit*, partes ubi se via findit in ambas, *hæreat nutabundus, ac nesciat, in quam se partem potius inclinet.* Hujus autem comparationis auctor Pythagoras dicitur: unde & Y, *Pythagoræ littera* appellata fuit. Epigramma vetus, quod Virgilio tribuitur:

Littera Pythagoræ discrimine secta bicorni
Humanæ vitæ spatium præferre videtur.
Nam via virtutis dextrum petit ardua callem,
Difficilemque aditum primum spectantibus offert &c.

Ausonius in Monosyllab. de Litteris:

Pythagoræ bivium ramis patet ambiguis Y.

Pertinet huc & illud Persii sat. 3 v. 56

Et tibi quæ Samios deduxit littera ramos,
Surgentem dextro monstravit limite callem.

Hieronymus epist. 7 ad Lætam de institutione filiæ: *Sapit ut parvulus, donec ad annos sapientiæ veniat, & Pythagoræ littera eum perducat ad bivium.* ¶ 6. Atque hæc de ipsa littera. Sequi jam dictiones debebant, quarum elementum hoc primum esset. Verum tales Latinis nullæ sunt, cum omnes illæ, quas a Græcis ex eo genere sunt ipsi mutuati, ut *Hyades*, & aliæ, quarum specimen initio dabamus, *H* litteram habeant initialem. Quod Græcis, ubi processum est ad hanc litteram, vocabulorum copia non deest, inde contigit, quoniam apud hos *h* non littera est, sed spiritus. Monachorum tamen latinitas in ejusmodi vocibus *h* litteram omisit, scribens *ypocrisis, ypoteca*, (pro *hypocrisis, hypotheca*,) quæ sub hac littera invenies in Summa Angelica: nec dissimilia alibi. Imo Sedulii quoque, Fortunati, aliorum Acrostichides, (de quibus in *Xeromyrrha* dictum aliquid est,) ut suis in alphabetis huic litteræ consulerent, *ymnos* scripsere pro *hymnis*. Quid, quod ætas barbara ab hac littera inchoavit voces, a quibus eam plane abesse oportuerat, scribens, *Yconomus*, (de quo Voss. lib. 3 de Vit. serm. c. 56 p. 624.) *Ypocras, Ysocrates*, (aspice Indicem libelli de Vitâ & moribus philosophorum;) & talia plura, pro, *Oeconomus, Hippocrates, Isocrates.* Verum nos ex hoc barbariei cœno emersimus. Cæterum, an omnia vulgo scripta per *Y* sint origine græca? aut, ut illa fiant latina, scribenda sint per i, disquirit Corvinus Dubior. rhetoricor. fasciculo 9 dubio 9.

Z.

Z Littera muta, de cujus varia pronunciatione Alciatus lib. 5 Parerg. c. 14. Græca est, & repudiata Latinis, Velio auctore, usus illius tamen in iis tantum vocibus est, quas a græca in litteraturam nostram convertimus: ut, *Zephyrus, Zona, Zelus*, &c. ¶ Nisi quod in paucis quibusdam in *ss* duplum commutamus: ut, *massa*, a μᾶζα, *patrisso*, a πατρίζω, *pitisso*, a πυτίζω. Cujusmodi est & *cyathisso*, quo Plautum usum Donatus indicat in illud Terentii in Heaut. *Pitissando modo mihi quod vini absumsit?* Item, *Græcisso, essolis*, ab ὄζολις, quæ Polypi species est. Et *Ozæna* etiam ὄζαινα dicitur, quam *ossolem* vertit Theodorus. Sed ab ὄζω odor est, & odorari, ζ in *d* converso. Cæterum soni suavis est, ut scribit Dionys. Halicarnass. περὶ συνθέσ. ὀνομάτ.

Zaba, fluvius, vide in *Adiabene.*

ZABIAE, arum, qui & Zabii, & Zabaistæ, Chaldæorum idololatrarum quoddam quasi corpus fuerunt, ut eos vocat Reines. 3 Var. Lect. c. 2 p. 515. Statuerunt, nullum esse Deum præter stellas. Vide Mosen Maimoniden Part 3 More Nevoch. c. 29, (ubi & in horum fide Abrahamum patrem educatum ait fuisse;) & alibi de iis passim. Mentio Zabiorum est & in libro Cosri Part. 2 n. 33 p. 109, ubi Buxtorffii notas adi. De iisdem & Selden. 2 de Jur. Nat. & Gent. c. 7 p. 207.

ZĂBŎLUS, & Zabulus, i, pro *Diabolus*, der teufel; sicut ζαβάλλειν pro διαβάλλειν: pro διὰ enim Æoles ζα dixere; Sic *Zeta* pro *Diæta*, de quo infra. Vtuntur ecclesiastici scriptores. Paulinus carm. ad Cytherium v. 597 *Quibus peremtis, interibis Zabole.*
Adde eumdem epistolâ 34, sive serm. de Gazophylacio c. 10. Etiam *Zabulus* scripserunt Cyprianus serm. 2, qui est de Zelo: *Adversarius vestes, Zabulus tanquam leo rugiens, & aliquot devorare quærens, circuit.* Et sæpius in eodem sermone, in quo tamen & *Diaboli* scriptura occurrit. Ambros. lib. de fide contra Arrian. c. 6 (tom. 2 opp. f. 173) *Leo dictus est* (Christus,) *quia ipse est rex regum, qui mortem ac Zabulum virtutis suæ potestate comminuit.* conf. Drusius annotat. ad N. T. part. 2 p. 8, & Barth. ad Phœbadium p. 48 seq.

¶ Zabŭlon, ontis, idem. Sic *Zabulontem* pro Zabulo Bonaventura dixit; sive illorum opinione metiens hoc vocabulum, qui sic dictum putarent ab Hebræorum tribu *Zabulon*, (qua de re Vossium inspice lib. 3 de Vit. serm. c. 56 p. 643, & Alsted. Paratitl. theol. p. 464,) sive mero consulens. Sic autem ille, cit. Stegman. part. 1 Christognos. p. 829

Crux est optima medela,
Contra Zabulontis tela
Valde salutifera. vide infra in *Zeta.*

Zacchar, vide supra *Saccharum.*

ZACHALIUS, i; Plin. 37 c. 10 *Zachalius Babylonius in his libris, quos scripsit ad regem Mithridatem, humana gemmis attribuit fata.*

ZACHLAS, æ, Ægyptius propheta, memoratus Apulejo lib. 2 Metam. p. 127 edit. Elmenhorst. quamquam in hujus nomine mire variant Codices, *Tachas, Zatlas, Cathlas, Calchas*, vide notas Elmenhorst. p. 168. Quibus adde ex annotat. Joh. Bapt. Pii (apud Gruter. Tom. 1 Lampad. p. 377) *Zaclam* & *Zachariam*. Sed hic Salmasio ad Solin. fol. 408 placet *Tachos*. Ταχὼς nomen proprium Ægyptiacum, cujus apud Plutarchum & alios mentio.

ZĂCYNTHUS, i, fœm. Ζάκυνθος, Græciæ insula in mari Ionio, Ætoliæ propinqua, unicam habens urbem ejusdem nominis, hodie *Zante.* Virgil. 3 Æneid. v. 270

Jam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthus.

De Ciceronis monumento in Zacyntho nuper reperto, vide sub *Cicero.*

¶ Zacynthĭnus, vel Zacynthius, a, um, adject. Nepos Dione c. 9 n. 3 *Suorum e numero Zacynthios adolescentes quosdam elegit.*

Zæta, vide infra *Zeta.*

ZĂLĀTES, æ, pathicus quidam adolescens apud Juvenal. sat. 2 v. 164

Armenius Zalates cunctis narratur ephebis Mollior.

ZĂLEUCUS, i, Ζάλευκος, (non Seleucus, ut apud Valerium legitur,) Locrensium legislator fuit. vid. Cic. 2 de Legibus c. 6, ubi plures legislatores nobiliores enumerat. Hic cum aliquando edixisset, ut adultero deprehenso uterque oculus effoderetur, accidit ei quiddam, quod minime exspectarat. Nam filius ejus in adulterio deprehensus, pœnam a paterna lege statutam luere debuit. Ibi ne, quod semel omnium sententiis confirmatum erat, irritum fieret, ipse pro altero filii oculo, sibi alterum eximi jussit, ut ne prorsus cœcus fieret adolescens, Ælian. Hist. Var. 13 c. 24. Vide & Heraclidem in Politiis. Auson. Professor. Burdig. v. 23

Sanxerit & Locris dederit quæ jura Zaleucus.

ZĂMA, æ, Ζάμα, Strabo Zagnan habet, urbs est Africæ quinque dierum itinere Carthagine distans Livio auctore. Ad eam Annibal magno prœlio a Scipione victus fuit. Sil lib. 3 v. 261

Et Zama & uberior Rutulorum sanguine Tapsus.

ZĀMIA, æ, multa, damnum, pœna, ζημία, & Dorice ζαμία. straffe. Vsus est Plautus Aulul. 2. 2 sc. 2. Elegans sententia Æschyli est: γλῶσσα ματαία ζημίαν προςγίγνεται, *Stolida sibi ipsi lingua maxime nocet.* ¶ 2. Plin. 16 c. 26 *Quæ se in arbore ipsa divisêre, vocantur* Zamiæ, *ladunque cæteras, nisi detrahantur.*

ZĂMOLXIS, idis, Geta, servus Pythagoræ: qui libertatem adeptus, in patriam cum rediisset, acceptam a Pythagora doctrinam de animæ immortalitate suis persuasit, exemplo etiam suo rem illis confirmare visus, cum ipsorum se oculis subtrahens, atque obiisse creditus, subterraneo domicilio, in quod se abdiderat, post triennium iterum eripuisset. Verum hæc narrans Herodotus lib. 4 c. 95, neque detractam huic rei fidem cupit, nec assensu eam suo audet comprobare: multis autem ante Pythagoram annis eum exstitisse arbitratur. Getæ quidem hunc, ut Deum sunt venerati, quod & Laertio proditum in vita Pythagoræ, haud procul initio. Zincgref. Apophthegm. Germ. p. 413 nomen ejus e nostrate lingua interpretans, Samoolck eum vocat, nempe quia Gothos & Scythas legibus latis a feritate vitæ abductos quasi domuerit.

ZEA, æ, ζειά, frumenti genus, duorum generum, unum, quod spicas profert simplicibus granorum versibus: alterum duplicibus, quod ideo δίκοκκος, *dicoccus* appellatur, Dioscorid. lib. 2. *Speltam* vulgo vocant, spelten, dinckelkorn, Plin. 18 c. 8.

ZĔDOĀRIA, æ, ζαδέρα. Latine item *Zaduara*, aroma est, apud Sinenses ultra extremas Indiæ oras nascens, zittwer; Matthiol.

ZĒLUS, i, ζῆλος, æmulatio, der eifer. Vulg. Interpr. Pſ. 69 v. 10, & Joh. c. 2 v. 7 *Zelus domus tuæ comedit me.* Jac. c. 3 v. 14 *Si zelum amarum habetis.* Et ſic ſæpe in Bibliis. Ita, *Scintilla odii de fomite zeli*, Prudent. Hamartig. v. 188. Hinc

¶ Zelo, are, & Zelor, ari, ζηλόειν, cupide aliquid imitari, æmulari, eiſern, nacheifern. Vſus eſt Tertull. carm. contra Marcionem 4 v. 36; & Fortunatus de Dracontio. Sic Vulg. Interpr. Pſ. 73 v. 3 *Zelavi ſuper iniquos.* Et 1 Reg. c. 19 v. 14 *Zelo zelatus ſum pro Domino*, &c.

¶ Zelātor, ōris, zelotes, ein eiferer. Ambroſius in Pſalm. 51 v. 15 *Ille magnus fidei zelator, qui iniquos docet.*

¶ Zēlōtes, æ, ζηλωτής, æmulator, ein eiferer. Vulg. Interpr. Exod. c. 20 v. 5 *Dominus Deus tuus, fortis zelotes.* Hinc vocatus *Simon Zelotes*, Luc. c. 6 v. 15; & Actor. c. 1 v. 13.

¶ Zelŏtўpus, i, ζηλότυπος, æmulator formæ, id eſt, qui ita amat, ut ſolicitus ſit, ne quis amore ſuo perfruatur, ein eiferſüchtiger mann. Quintil. 4 c. 2 *Quid exponet, quæ zelotypum malæ tractationis accuſat?* Juvenal. ſat. 5 v. 43

> *gemmas ad pocula transfert*
> *A digitis, quos in vaginæ fronte ſolebat*
> *Ponere zelotypo juvenis prælatus Hiarbæ.*

¶ Zēlŏtўpa, æ, idem de ſexu ſequiore, eine eiferſüchtige. Vulg. Interpr. Sirac. c. 26 v. 8 *Dolor cordis & luctus mulier zelotypa; in muliere zelotypa flagellum linguæ.* Et Juvenal. ſat. 6 v. 277

> *Si tibi zelotypæ retegantur ſcrinia mœchæ.*

¶ Zelīvīra, æ, idem. Tertull. Exhort. ad Caſtit. c. 9 *Omnis mulier zelivira eſt, quamdiu aliena.*

¶ Zelotўpĭa, æ, ζηλοτυπία, æmulatio, eiferſucht, *jalouſie*, id eſt, *Ægritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ipſe concupiverit*, Cic. 4 Tuſc. c. 8. Et, *Offenſio nata ex zelotypia*, Antonius ad Cic. ſub lib. 10 ad Attic. epiſt. 8.

¶ Cacozelia, æ, vide ſub litt. *C.*

ZĒNO, ōnis, Ζήνων, Citticus fuit, ex Citto oppido Cypri, philoſophus, inventor & princeps Stoicorum, in magna apud Athenienſes auctoritate & honore, adeo, ut apud eum claves urbis deponerent, ornarentque ipſum corona aurea, & imagine ænea. Sententias ejus refert Cic. in orat. pro Muræn. c. 29 *Summam felicitatem in virtute poſitam Zeno docuit*, Idem Cic. in Acad. 1 c. 10. Hic Zeno dialecticæ & oratoriæ diſcrimen manu oſtendebat. De quo in Cic. Oratore c. 32 *Zeno quidem ille, a quo diſciplina Stoicorum eſt, manu demonſtrare ſolebat, quid inter has artes*, (dialecticam & rhetoricam,) *intereſſet. Nam cum compreſſerat digitos pugnumque fecerat*, DIALECTICAM *ajebat ejusmodi eſſe: cum autem diduxerat & manum dilataverat, palmæ illius ſimilem* ELOQUENTIAM *eſſe dicebat.* Hoc autem eo pertinebat, ut ſignificaret, *hujus rationem dicendi latiorem eſſe, illius loquendi contractiorem*, ut idem Cicero paullo poſt indicat. Deceſſit annos natus nonaginta ſine morbo, ſtrangulans ſe ipſum, quemadmodum Laërtius ſcripſit. ¶ 2. *Zeno* alter Eleates fuit, dialectices inventor, celebratiſſima in perferendis cruciatibus apud Nearchum tyrannum patientia: Laërtius. ¶ 3. Tertius philoſophus fuit Epicureus, Ciceroni coætaneus, quem Epicuri dogmata explicantem cum Attico frequenter ſe audiviſſe, teſtatur lib. 1 de Fin. c. 5. ¶ 4. Fuit rhetor hoc nomine, Polemonis, qui ſua virtute ad regnum Ponti adſpiravit denique, pater: hic Polemo rurſus habuit filium. ¶ 5. *Zenonem* nomine, quem ſibi Armenii ſumſerunt regem & *Artaxiam* appellarunt, de quo Tacitus 2 Annal. c. 56; vide & Strabonem lib. 12. Is enim Polemonem, hujus Zenonis patrem, ex Zenone rhetore procreatum narrat. ¶ 6. Plurali uſus eſt Martial. 9 epigr. 48

> *Democritos, Zenonas inexplicitosque Platonas.*

ZĒNŎBIA, æ, Odenati Palmyrenorum regis uxor, poſt mariti obitum nomine filiorum, Herenniani & Timolai, imperavit. Ab Aureliano Imp. victa & triumphata, conceſſit in jura Romana. Ipſa latini ſermonis non usquequaque ignara, ſed ut loqueretur, pudore cohibita: loquebatur & Ægyptiace ad perfectum modum. Hiſtoriæ Alexandrinæ atque orientalis ita perita, ut eam epitomaſſe dicatur. Latinam autem græce legerat. Hæc & plura de ea Trebellius Pollio in triginta Tyrannis. Docuit eam Paulus Samoſatenus judaizare: auctor Philaſtrius de Hæreſ.

ZĒNŎBIUS, i, ſophiſta, fuit ſub Adriano imperatore. Scripſit Epitomen proverbiorum Didymi & Tarrhæi. Tranſtulit & in græcum ſermonem hiſtoriam Salluſtii Suidas. Sunt &, qui *Zenodotum* vocant. vide Andr. Schott. qui hujus, & Diogeniani ac Suidæ adagia edidit, præfat. ad Lect. ¶ 2. *Zenobius* Epicureus, contra quem ſcripſit Alex. Aphrodiſienſis. vid. Jonſ. de Scriptor. hiſt. Philoſ. p. 352.

ZĒNŎDŎTUS, i, penult. brev. Ζηνόδοτος, grammaticus fuit temporibus Ptolemæi primi, cujus filios erudiit. Præfuit etiam bibliothecæ Alexandrinæ, primusque Homeri libros correctos in ordinem redegit: Suidas. De hoc illud Furii Bibaculi intelligendum eſt, de Catone grammatico: *En cor Zenodoti! En jecur Cratetis!* Laudat Tranquillus de Illuſtr. Grammat. c. 11. ¶ 2. *Zenodotus* alter, Alexandrinus, grammaticus & ipſe, Suida teſte: quem juniorem fuiſſe, inde cognoſcimus, quod recognovit ea, quæ ab Ariſtarcho damnarentur in Homero. Ariſtarchus vero vixit Olymp. 156, tempore Ptolemæi Philometoris. Scripſit Zenodotus iſte adverſus Platonem, de Diis, de Homericâ conſuetudine, ſolutiones Homericarum dubitationum; item in Heſiodi Theogoniam, & alia. v. Voſſ. lib. 1 de Hiſt. Græc. c. 11 p. 71. ¶ 3. *Zenodotus*, ſophiſta ſub Adriano, vide proxime ante *Zenobius.*

ZĔPHȲRIUM, i, Ζεφύριον, Locrorum promontorium in Italia, a quo Locri ipſi *Epizephyrii* dicti ſunt. Vide Strabonem, & Ptolemæum lib. 4 c. 14.

ZĔPHȲRUS, i, ζέφυρος, ventus Favonius, der abend-wind, weſt-wind; flat in vere, unde ab eo vernum tempus deſignari ſæpe conſuevit. vid. Plin. 18 c. 34; & Gell. 2 c. 25. Horatius 1 epiſt. 7 v. 13

> *Te, dulcis amice, reviſet*
> *Cum Zephyris, ſi concedas, & hirundine prima.*

Virgil. 1 Georgic. v. 43

> *Vere novo gelidus canis cum montibus humor*
> *Liquitur, & Zephyro putris ſe gleba reſolvit.*

Lucret. lib. 5 de quatuor anni temporibus v. 735

> *It ver & Venus, & Veneris prænuncius ante*
> *Pinnatus graditur Zephyrus veſtigia propter;*
> *Flora quibus mater præſpargens ante viai*
> *Cuncta coloribus egregiis & odoribus implet.*

Huic unam ex horis veteres tribuerunt uxorem, ex qua ſuſtulerit filium *Carpon* nomine, longe pulcherrimi corporis, qui poſt ab Jove in rerum omnium converſus ſit fructus, quod Servius obſervat in eclogam 5 Virgilii. Zephyri officium, portare Deorum nuncios, quos celeriter aliquo pervenire volunt. Exemplum in Pſyche, amaſia Cupidinis apud Apulejum. Virg. 4 Æn. v. 222

> *Tunc ſic Mercurium alloquitur, & talia mandat:*
> *Vade age, Nate, voca Zephyros, ac labere pennis.*

¶ Zephyrius, a, um, adject. *Ova Zephyria*, wind-eyer; vide *Ovum Vrinum.*

¶ Zĕphȳrĭtis, ĭtĭdis, ſive Chloris, patronymicum fœm. Hoc nomine dicta eſt Flora dea, Zephyri filia. Catullus de Coma Berenices v. 57

> *Ipſa ſuam Zephyritis eo famulam legârat:*

Vbi Lucinia interpretatur Voſſius lib. 6 Inſt. Orat. p. 474.

ZERCON, ōnis, Scytha, Mauruſius genere, brevis, gibboſus, diſtortis pedibus, naribus ita depreſſis, ut naſus vix appareret. Cum in Thracia captus, & ad Scytharum reges adductus eſſet, Attila quidem nec adſpectum ejus tulit. Bledas autem Attilæ frater eo ſupra modum delectatus eſt, cum non ſolum loqueretur, ſed & ambularet ridicule magnificeque. De quo plura Suidas. Vel ab hoc Germanis etiamnum pumilionem vocari, ein zwerg, vel ex appellativo nomine proprium feciſſe Suidam, putat Zwingerus Theatr. Vit. H. Vol. 15 lib. 2 fol. 2974.

ZĔRINTHUS, i, urbs & antrum Hecatæ ſacrum in Thracia.

¶ Zerinthius, a, um, adject. ut, *Zerinthia littora*, Ovid. Triſt. 1 eleg. 9 v. 19.

ZERNA, æ, impetigo, ein mahl am leibe, flechte. Priſcian. de Diæta c. 14 *Zernas tollere.* confer Macrum 2 c. 7.

ZĒTA, æ, apud Plinium in MSS. lib. 2 epiſt. 17 n. 12 & 21; & lib. 5 epiſt. 6 n. 20, idem eſt quod *diæta*, ſive *diæta*, die ſtube, de qua vide ſuo loco. conf. Welſeri Epiſt. de *Zeta*, quam Pignorius edidit, ipſumque Pignorium etiam, Tractatu de ſervis pag. 244. Arguuntur omnino, qui a ζῆν derivant. Eſt enim nomen ex ipſo *Diætæ* vocabulo, priore ſyllaba *Di* in *Z* mutata: ita ZABOLUS, & ZABOLICUS, pro DIABOLUS, DIABOLICUS ſæpiſſime apud patres legitur. Adde Cellarii adnotationes in dictas Plinii epiſtolas. Sic, *Vaporare zetas*, id eſt, cameras, conclavia, die zimmer heitzen, Lamprid. Heliogab. c. 31.

¶ Zetārius, i, idem qui diætarius, ſive miniſter diætæ ſerviens. Sic Paulinus lib. 3 Sentent. tit. 6 *zetarios* vocat, qui ſunt *diætarii* Dig. lib. 33 t. 7 leg. 12 § 42.

ZĒTES, æ, aliis *Zetus*, i, & Calais fratres, Boreæ filii, pedibus, & temporibus, inſtar Mercurii videlicet, alati fingebantur. vid. Ovid. Met. lib. 6 v. 716; Hyginus fab. 16, & Valer. Flacc. 1 v. 469. Quære *Calais.*

ZĒTHUS, i, Ζῆθος, Jovis filius ex Antiopa, Amphionis frater. Cic. lib. 2 de Orat. *Miror, cui philoſophiæ, ſicuti Zethus ille Pacuvianus, prope bellum indixeris.* vide Propert. 3 eleg. 13 v. 28; & Horat. 1 epiſt. 18 v. 41. conf. Barth. ad lib. 4 Theb. Statii p. 1037. ¶ 2. *Zethus* Amphipolites: vide paullo inferius *Zoilus*, n. 1.

ZĒTUS, i, vide ante *Zetes.* ¶ 2. *Zetus* mathematicus, de quo Sidon. Apollin. 4 epiſt 3 *Nunquam inveſtigare deſtiterit cum Thalete tempora, cum Atlante ſidera, cum Zeto pondera, cum Chryſippo numeros, cum Euclide menſuras.* Non dubium, quin hunc Sidonii locum præ oculis habuerit Alanus de Inſulis, pro Thalete tamen Cæſarem ſubſtituens, cum ſcriberet lib. 2 Anticlaud. c. 6

> *Temporis excurſus ut Cæſar cogit, ut Atlas*
> *Sidera perquirit, ut Zetus ponderâ librat,*
> *Tanquam Chryſippus numerat, metitur ut alter*
> *Euclides.*

ZEUGMA, ătis, ζεῦγμα, figura ſyntaxeos eſt, qua ſenſus plures uno connectuntur verbo, in principio, medio, vel fine; ut, *Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia.* ¶ 2. Eſt & *Zeugma* ad Euphratem urbs, ubi Romani in Parthos moturi, ponte trajiciebant exercitum. vide Florum 3 c. 11 n. 3, &c. Vnde Stat. 3 Silv. 2 v. 137

> *Antiquæ Babylonis opes, & Zeugma latinæ*
> *Pacis iter.*

Et epicedio in patrem 5 Silv. 3 v. 185

> *Gentibus alter*
> *Jura dat Eois, alter compeſcit Iberos,*
> *Alter Achæmenium ſecludit Zeugmate Perſen.*

Vide Strabonem init. lib. 16; Plin. 34 c. 15. Mentio & apud Joſephum, Haloſ. lib. 7 c. 24. Nomen accepit ab eo, quod Alexander Magnus pontem inibi in Euphratem, junxerit a ζευγνύω, id eſt, *jungo.* vide Plin. 5 c. 24. Aliter Arrianus & Curtius, qui ad Thapſacum Syriæ, eodem ponte, quo Darius tranſierat, uſum tradunt Alexandrum. Vide, quæ ad Curt. 3 c. 7 n. 1; item lib. 4 c. 9 n. 12 notantur.

ZĒUS, ei, ζῆος, quamquam ζεύς Geſnerus ſcribat, piſcis eſt planus, varii coloris, qui *faber* alio nomine aliquoties dicitur, ein Peters-fiſch. vide Geſner. & Colum. 8 c. 16; & Plin. 9 c. 18, & 32 c. 11.

ZEUXIPPUS, i, Sicyoniorum rex, ſucceſſor Pelaſgi. ¶ 2. *Zeuxippus*, Macedoniæ ac Thraciæ præfectus, qui circa Neronis tempora ſævitiam Byzantii exercuit, ac Chriſtianos afflixit, & inter alios S. Andream apoſtolum, verbum Dei ſerentem perſequens Argyropolim fugere compulit. Ab hoc, ut conditore, videtur illud, quod celebre Conſtantinopoli fuit, lavacrum Zeuxippi nomen accepiſſe, Panciroll. lib. Theſ. Var. Lect. c. 229 p. 404. ¶ 3. *Zeuxippus* etiam locus dictus, ubi domitus Diomedes tyrannus: eum intra mœnia Conſtantinopolitana conſpicuum ſuo ævo adnotat Heſychius Illuſtrius, quem *Zeuxippum* illuſtravit poſtmodum Petrus Cyrillus.

ZEVXIS, is, Ζεῦξις, Heracleotes, pictor sua ætate præstantissimus, de quo Plin. 35 c. 9 & 10. Ejus hoc apophthegma Plutarchus in Pericle refert, contra festinationem & extemporalem facilitatem diligenter observandum. Nam cum Achatarches pictor multum gloriaretur, quod cito & facile imagines pingeret, ei Zeuxis dixisse traditur: Ἐγὼ δ' ἐν πολλῷ χρόνῳ: *Ego vero longo tempore.* Et addit Plutarchus: ἡ γὰρ ἐν τῷ ποιεῖν εὐχέρεια καὶ ταχύτης οὐκ ἐντίθησι βάρος ἔργῳ μόνιμον, οὐδὲ κάλλους ἀκρίβειαν· ὁ δὲ εἰς τὴν γένεσιν τῷ πόνῳ προδανεισθεὶς χρόνος ἐν τῇ σωτηρίᾳ τοῦ γενομένου τὴν ἰσχὺν ἀποδίδωσιν: *Dexteritas enim in faciendo & acceleratio non addit pondus operi durabile, neque absolutum decorem: tempus vero ad producendum labori conjunctum robur addit ad operis conservationem.*

ZIBETHVM, i, odoratum quiddam est, quemadmodum *Moschus*, nascens in articulo testiculorum animantis feli non absimilis. *Catos* hæc animalia vocant, ex Syria delatos, Matthiol. *Feles Zibethi*, sic enim scripsit Gesnerus, eine zibeth-katze. conf. Schotti Phys. cur. 8 c. 37.

ZIGEVNI, orum, alias *Cingari*, quasi zieh einher, ziegeuner, a Germanis dicuntur errones illi infames atque inutiles, qui se Ægyptios aut Nubianos esse mentiuntur, septimo quovis anno e patria ideo emigrantes, quod Mariam olim cum infante Jesu majores ipsorum hospitio excipere noluerint. Has & alias nugas vendunt, chiromanticis magicisque artibus, furtis & latrociniis intolerabiles. vid. Polyd. Virg. de Invent. rer. 7 c. 7, & Voëtii Tom. 2 Dispp. de Gentilismo.

ZINGĬBER, ĕris, & Zingibĕri, & Gingiber, ζιγγίβερις, & γιγγίβερις, aroma notum, quo in India nihil nascitur frequentius, ingwer. Plinius 12 c. 7 refutat eos, qui *Zingiberi* esse radicem piperis credant, quamquam sapore simile sit. Ait enim, piper in India nasci; Zingiberi autem in Arabia & Troglodytica, parvæ herbæ, radice candida, quæ celeriter cariem sentiat, quod miratur, in tanta amaritudine.

ZINZĬLŬLO, are, zwitschern wie eine schwalbe. Auctor Philomelæ v. 43

Regulus atque Merops, & rubro pectore Progne
Consimili modulo zinzilulare sciunt.

ZĪZĀNIA, æ, & Zizanium, ii, ζιζάνιον, lolium, unkraut, lolch oder trespen. vide *Lolium.* Vulg. Interpr. Matth. c. 13 v. 38 *Zizania sunt filii nequam.* Et Ambrosius: *Frumentum zizaniæ.*

ZĪZŬPHA, ōrum, ζίζυφα, & ζίνζιφα, Galeno σηρικά. *Zizypha*, med. corrept. fructus sunt arboris *Zizyphi*, ex malorum genere, apud Plinium 15 c. 14; tametsi baccis, quam malis fructus illi similioris sint: in officinis vulgo *jujubas* appellant, rothe brustbeere: Matthiolus. vid. Palladium lib. 5 tit. 4, & lib. 6 tit. 6; & Plin. 17 c. 10. Coronis quondam adhibita: vid. Plin. 21 c. 9.

¶ Zizyphus, i, in arboribus apud Palladium lib. 1 tit. 31.

ZMĪLĂCES, is, ζμιλάκης, gemma, quæ in Euphrate nascitur, Plin. 37 c. 10. *Zmilantis* dicta apud Solinum c. 37.

ZMĪLVS, i, architectus Lemnii Labyrinthi, Plin. 36 c. 13.

ZŌDIĂCVS, i, ζωδιακός, *animalis.* Circulus est major, obliquus, æquinoctialem in partes secans, cujus una medietas ad septentrionem, altera ad austrum declinat, in quo duodecim signa, figurata in animalium formam, quæ sol cursu suo emensus, anni tempestates variat. Signa hæc

Sunt: *Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,*
Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, (aquarius)
Pisces.

Vocat & *signiferum* Cicero de Divin. 2 c. 42. *Viam quandam esse ajunt signifero in orbe, qui ζωδιακὸς dicitur*, der thier-kreis.

Zoellus. vide mox in *Zoilus*

ZŌĬLVS, i, Ζώϊλος, Amphipolitanus fuit, qui stylum in Homerum, Platonem, aliosque strinxit: unde & *Homeromastix*, id est, *Homeri flagellator*, appellatus fuit, ex quo ipsius nomen ad quosvis doctorum virorum obtrectatores translatum fuit. Quo illud Ovidii spectat lib. 1 de Remedio amoris v. 365

Ingenium magni livor detrectat Homeri,
Quisquis es, ex illo, Zoile, nomen habes.

Non prætermittendus hic locus scitu dignus, Vitruvii de Zoilo, qui in præfat. lib. 7 talis est: *Insequentibus*, inquit, *annis a Macedonia Zoilus, qui adoptavit cognomen, ut* HOMEROMASTIX *vocitaretur, Alexandriam venit, suaque scripta contra Iliadem & Odysseam comparata regi recitavit. Ptolemæus vero, cum animadvertisset, poëtarum parentem philologiæque omnis ducem, absentem vexari, & cujus ab cunctis gentibus scripta suspicerentur, ab eo vituperari, indignatus, nullum ei dedit responsum. Zoilus autem, cum diutius in regno fuisset, inopiâ pressus, summisit ad regem postulans, ut aliquid sibi tribueretur: Rex vero respondisse dicitur: Homerum, qui ante annos mille decessisset, ævo perpetuo multa millia hominum pascere; item, debere, qui meliori ingenio se profiteretur, non modo se unum, sed etiam plures alere posse. Et ad summum, mors ejus, ut parricidii damnati, varie memoratur. Alii enim scripserunt, a Philadelpho esse in crucem fixum: nonnulli, in eum lapides esse conjectos: alii, Smyrnæ vivum in pyram conjectum: quorum utrum ei acciderit, merenti digna constitit pœna. Non enim aliter videtur promereri, qui citat eos, quorum responsum, quid senserint scribentes, non potest coram indicari.* Hactenus de Zoilo Vitruvius. Quem si sequimur, Ptolemæi Philadelphi seculo vixerit Zoilus. Quod Vossius quoque defendit lib. 1 de Histor. Græc. c. 15 p. 94 seq. Verum huic sententiæ obstat, quod Zoilum Ælianus 11 Var. Hist. c. 10 auditorem facit Polycratis illius, qui accusationem contra Socratem scripsit. Nam Socrates cicutam bibit Olympiadis 95 anno 2. Philadelphus autem imperare cœpit Olympiadis 123 anno 4. Intermedii sunt anni 114. Respondet Vossius, (cujus & Indicem, voce *Polycrates*, inspice,) falli, si quis putet, Polycratem unum fuisse ex iis, qui Socratem coram judicibus accusaverint: cum constet, ea oratione, quam adversus Socratem scripsit, mentionem fieri murorum, quos instauravit Conon: at factum hoc sexennio post mortem Socratis. Sane ita est, & confirmat hoc Phavorinus, Laërtio citatus in Socrate. Nempe Socratis accusatio illa, quam scripsit Polycrates, exercitatio quædam rhetorica fuit, similis illi, quâ Polycrates idem laudavit Busiridem, opinionem eloquentiæ quærens. De utrâque vide Jonsium lib. 1 de Script. Hist. Philos. c. 7 p. 36. Interim ex iis, quæ regerit Vossius, nondum sequitur, quod alias ostendi potest, Socrati æqualem non fuisse Polycratem, Zoili præceptorem. Errat igitur, verba Reinesii sunt lib. 3 Var. Lect. c. 2 p. 328, manifesto Vitruvius, & qui hunc sequuntur, Zoilum Ptolemæo Philadelpho supparem facientes, cum centum annis prior, Socratis plerisque familiaribus, Isocrati & Platoni, æqualis fuerit. Ostendit eodem loco Reines. *Zoili* nomen reddendum esse Plutarcho, apud quem, culpâ videlicet librariorum, *Zethus* Amphipolitanus pro *Zoilo* irrepserat. Cum Reinesio contra Vossium sentit & Jonsius lib. 1 de Script. hist. philos. c. 9 p. 42, & lib. 2 c. 2 & 3 p. 126. Hic Zoilus contumeliosus nequam erat. Roganti cuidam aliquando erudito viro, *quamobrem omnibus male loqueretur? quoniam*, respondit, *male facere cum velim, non possum.* *Canis* etiam *rhetoricus* nominabatur, ut Ælianus auctor est loco ante citato, lib. 11 Var. hist. c. 10. *Canis* ab obtrectandi & allatrandi licentiâ: *Rhetoricus*, quia sophista erat. Qui non tam veritatis studio, quam maledicendi libidine ductus, Aristoteli, Ciceroni, Virgilio & aliis obtrectavit: eo progressus impietatis, ut profiteretur, habere se quoque in Christum spicula. Honestius tamen de Zoilo Dionysius Halicarnasseus sentit, qui non tam animi vitio notasse ipsum & reprehendisse Homerum, Platonem & alios, quam veritatis studio putat, quem vide Responsione ad Epistolam Cn. Pompeji, in qua de reprehenso ab eo Platonis stylo ille conquerebatur c. 6. conf. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 96.

ZŌNA, æ, ζώνη, cingulum, ein gurt, gürtel, darinn man geld führet. In zonis enim pecuniam deferebant veteres, Gell. 15 c. 12. Et Sueton. Vitellio c. 16 extr. *Dilabentibus qui simul erant, zonâ se aureorum plena circumdedit, confugitque in cellulam Janitoris.* Sic Spartianus in Pescennio c. 10 *Idem jussit, ne in zonis milites ad bellum aureos vel argenteos nummos portarent*, &c. Adde infra de *Zonula.* Hinc, *Zonam perdidit*, proverbiale in eos, qui nihil habent nummorum, apud Horat. 2 epist. 1, v. 40. Et, *Zonam non habet*, id est, discinctus est, vitæ perditæ & dissolutæ est. vide Chiliad. ¶ 2. *Zonam solvere*, est virginitatem interficere: Virgines enim non nisi cinctæ procedebant. Catullus carm. 2 v. 11

Tam gratum mihi, quam ferunt, puellæ
Pernici aureolum fuisse malum,
Quod zonam solvit diu ligatam.

Sed & novæ nuptæ in cubiculum mariti deductæ a promnestria cingulum, quo ex ovilla lana contexto, & nodo etiam (Herculaneum vocabant,) nexo, præcincta erat, solvebatur, & Dianæ, quæ ob id λυσιζώνη quasi *Solvizonia*, Latinis *Cinxia* vocata, dicabatur. Hinc, *Zonam solvere*, est nubere, viro tradi; vide Jul. Cæs. Scalig. lib. 3 Poët. c. 100, item Joseph. Scalig. M. Anton. Muretum ad allegatum Catulli locum, & Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 478. ¶ 3. *Zona cæli*, est spatium de superficie cæli, eadem cum proportione terræ, inter duos circulos minores comprehensum, nempe vel inter ambos Tropicos, vel inter alterutrum Tropicorum & Polarem vicinum, vel inter alterutrum Polarium & polum mundi. vid. Plin. 2 c. 68. Sunt autem quinque Zonæ, quas *fascias* dixit Martianus Capella; Ovidius *plagas*, Plinius *cæli partes*, 1 *Frigida arctica:* 2 *Temperata arctica:* 3 *Torrida:* 4 *Temperata antarctica:* 5 *Frigida antarctica.* Ex his *Torridam*, ob nimios æstus, & duas *frigidas*, ob intolerabile frigus, *inhabitabiles* crediderunt veteres. Unde Virgil. 1 Georg. v. 233

Quinque tenent cælum Zonæ, quarum una corusco
Semper sole rubens, & torrida semper ab igni:
Quam circum extremæ dextrâ lævaque trahuntur
Cærulea glacie concretæ atque imbribus atris.
Hos inter, mediamque, duæ mortalibus ægris
Munere concessæ Divûm &c.

Item Ovidius 1 Metam. v. 45

Utque duæ dextrâ cælum, totidemque sinistrâ
Parte secant Zonæ, quinta est ardentior illis:
Sic onus inclusum numero distinxit eodem
Cura Dei, totidemque plagæ tellure premuntur.
Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu,
Nix regit alta duas, totidem inter utramque locavit,
Temperiemque dedit mixtâ cum frigore flammâ.

Sed multo aliter sese habere rem, nostri & superioris seculi navigationes docuerunt abunde. Terras enim sub ipso Æquatore sitas, fertilissimas longe & amœnissimas esse, inde satis constat.

¶ Zōnŭla, æ, diminut. ein gürtlein, beutel. Catullus Epithal. Jul. & Mall. v. 53 *Tibi virgines*
Zonulâ solvunt sinus.

Et Lampridius in Alexandro c. 52 *Miles non timet nisi vestitus, armatus, calceatus & satur, & habens aliquid in zonula*, id est, habens nummos.

¶ Zōnārius, i, qui zonas facit, ein beutler, Cic. pro Flacc. c. 7. ¶ 2. *Zonarius sector*, Plaut. Trin. 4, 2 v. 20, id est, crumenifeca, ein beutelschneider, βαλαντιοτόμος Aristophani. Antiquitus enim milites & viatores æs sive pecuniam in zonis gestabant. vid. Cœl. Rhodig. Ant. Lect. 10 c. 6.

¶ Zonātim, adverb. per zonam, per gyrum, gegürtet. Lucilius apud Nonium c. 2 n. 928 *Zonatim circum impluvium cinerarios cludebat.*

Composita:

¶ Parazōnium, i, παραζώνιον, gladii genus, qui ad zonam accingebatur. Habet nomen hoc Lemma Martialis lib. 14 epigr. 32.

¶ Perizōnium, i, περιζώνιον, præcinctorium, ein schurtz, eine bade-schürtze. *Castula* vocatur apud Nonium c. 16 n. 5.

¶ Pŏlўzōnus, i, πολύζωνος, gemma nigra multis zonis candicans, Plin. lib. 37 c. 11.

¶ Rezōno, are, aufgürten; ut, *Rezonare nummum*, aus dem beutel nehmen. vid. ex Nonio Salmas. Hist. Aug p. 153.

¶ Sēmĭzōnārius, i, qui zonulas minus dimidio latas, quam justa zona est, facit, quæ semicinctia dicuntur, ein gürtler, der kleine gürtel macht. Plaut. Aulul. 3, 5 v. 42 *Strophiarii adstant, semizonarii.*

¶ Septizō-

¶ Septizōnium, i, sive *Septizodium*, (nam & sic scribitur in quibusdam libris,) opus, seu cujusdam ædificii moles Romæ fuit: quam ab Severo imperatore exstructam, Spartianus ejus vitâ auctor est c. 19: *Opera*, inquit, *publica præcipue ejus exstant* SEPTIZONIVM, *&* THERMAE SEVERIANAE. Rursus in ipso fine cit. libri c. 25 *Cum* SEPTIZONIVM *faceret* &c. Hieronymus Chron. Euseb. numero cIↃ cIↃ CCXVI, *Severo imperante, thermæ Severianæ apud Antiochiam, & Romæ factæ, & septizonium exstructum.* Atqui Suetonius Titum, Vespasiani filium, ejus vitâ c. 1 *prope Septizonium* natum prodit; itaque ducentis annis amplius Romæ septizonium, non primum a Severo exstructum fuit. Sciendum igitur est, *Septizonii* nomen non unius operis proprium fuisse, sed pluribus commune, quæ scilicet eâdem ratione instituta essent: Vt *Septizonium* aliud Vespasiani ævo fuerit; aliud postea a Severo ad formam illius prioris excitatum, quemadmodum Getam postea sepulcrum sibi *Septizonii Severiani* specie exstruxisse, idem Spartianus ejus vitâ c. 7 auctor est. Sane Victor in libello, quem de regionibus urbis Romæ reliquit, duorum *Septizoniorum* meminit: quorum prius in regione 10, alterum in 12 collocat: itaque distinguit, ut aliud *Severi*, aliud *Vetus* nominet. Quod illud fortassean est, de quo Suetonii locus accipiendus. Nominis ratio a numero est. Nam omnem septenarium ordinem, SEPTIZONIVM, ut illustris Scaliger observat, nominarunt. Quod nomen iis ædificiis omnibus datum quoque est, quæ septenis molibus, aliis in aliam impositis, superba magnificaque structurâ consurgerent. Qualem speciem & illi operosissimæ Domitiani domui Martialis lib. 8 epigr. 36 hoc de ea carmine tribuit:

Septenos pariter credas assurgere montes.

Vide Scaligeri Animadversiones ad Eusebium ad locum supra laudatum.

ZŌNĂRAS, æ, Ζωνάρας, historicus fuit sua ætate clarissimus in regno Constantinopolitano. Volumen triplex historiarum, quas conscripsit, opus modis omnibus commendandum, tum propter amplitudinem rerumque varietatem, tum ob brevitatem. Desinit autem ibi, ubi Nicetas incipit. Atque ubi is desinit, ibi contra incipit Nicephorus Gregoras, & in fine hujus Chalcocondyles, ita ut historiam orbis græci, narratione continuâ ad hæc nostra propemodum tempora deductam, libri illi abunde præstent

ZŌOPHTHALMVS, i, ζωόφθαλμος, herba sic dicta, quod oculum animalis referat, hauswurtz, Plin. 25 c. 15.

ZŌŌPHYTA, ōrum, ζωόφυτα, ita dicuntur, quod medium quiddam sint inter animal & plantam; cujusmodi sunt, quæ mediam naturam habent inter sensibilia & vegetabilia, eine mittel-creatur, zwischen einem thier und gewächse; ut, *ostrea, spongia.*

ZŌPHŎRVS, i, ζώφορος, pars columnæ inter epistylium & coronidem, animalium imaginibus & sculpturis ornari solita, seulen-zierath. Vitruv. 3 c. 3 *Item zophorus supra epistylium.*

ZŌPISSA, æ, ζώπισσα, resina navibus derasa cum cera, quam alii ἀπόχομα appellant: alii pineam resinam hoc nomine vocaverunt, pech vom schiff abgekratzet. Plin. 27 c. 7 *Zopissam eradi navibus diximus, cerâ marino sale macerata.*

ZŌPŸRVS, i, Ζώπυρος, physiognomista fuit, hoc est, qui profiteretur, se hominum mores naturasque ex corporis habitu, oculis, vultu, fronte posse pernoscere. Qui cum turpia quædam, & a virtute aliena de Socrate dixisset, eoque a multis derideretur: *Non erras*, respondit Socrates, *hujusmodi enim natura essem, nisi naturam philosophiâ superassem.* vid. Cic. de Fato c. 5, & 2 Tusc. c. 37, & lib. 4 extr. ¶ 2. *Zopyrus* alius nobilis fuit Persa, cujus beneficio Darius Babylonem cepit. Cum enim eam urbem diu frustra Darius oppugnaret, Zopyrus ipse sibi aures, nasum & labia amputavit, atque hac turpi forma ad Babylonios, ut transfuga, se recepit. A quibus receptus, & belli dux constitutus, urbem Dario tradidit, Justin. 1, 10, 15. ¶ 3. Hic & nepotem habuit *Zopyrum*, qui a Persis ad Athenienses transfugit. v. Herodotus lib. 4 extremo. ¶ 4. *Zopyrus Clazomenius*, orator, apud Quintil. lib. 3 c. 6, idem fortasse cum eo Zopyro, quem æqualem Timoni oratorem memorat Laërtius in Timone pag. 703. ¶ 5. *Zopyrus*, argenti cælator apud Plin. 33 c. 12. ¶ Plures *Zopyros* quære apud Vossium 3 de Hist. Græc. c. ult. p. 435.

¶ Zōpȳron, i, ζώπυρον, herba similis serpillo, berg-poley, Plin. 24 c. 15.

ZŌROASTRES, æ, Ζωροάστρης, rex Bactrianorum fuisse scribitur, Nini Assyriorum regis temporibus, annis quadringentis ante bellum Trojanum. Risit eodem, quo natus esset, die, ut Plinius auctor est lib. 7 c. 10. In fragmentis Berosi Chaldæi legitur, Zoroastrem fuisse Chamum, vel Cham, filium Noæ, sic dictum quasi ζῶον ἄστρον, id est, *vivum astrum*, a diligenti contemplatione motûs siderum. Non enim magiam tantum condidit primus, quod Plinius tradit lib. 30 c. 1, sed astrologiam etiam, seu Chaldæorum artem, ut Torrentius ex Clementis lib. 4 Recognitionum ad Horatii lib. 1 oden 11 observat. Adde Justin. 1, 1, 9. Quem Zoroastrem Misraimum, Chami filium, nepotem Noæ fuisse, unde Ægyptii, Babylonii, Persæ orti sint, & a Dæmone, qui frequens ipsi adfuit, fuisse exustum, eodem tradit auctore. Scaliger, Zoroastrem magum, aliquot seculis illo altero Bactrianorum rege posteriorem fuisse, Animadversionibus Eusebianis putat. Extant Zoroastris oracula quædam, quæ Psellus exposuit Parisiis excusa. Sed de Zoroastre consulenda in primis est peculiaris dissertatio Joh. Henr. Vrsini; qui cum p. 9 docuisset, *Zoroastres* sex pluresve nobis produci & edolari a nuperis scriptoribus, p. 17 ostendit, non nisi duorum mentionem fieri ab Arnobio, & ita fieri, ut illum Hermippi, qui Bactrianus habebatur, manifeste explodat. Igitur ipse quoque secutus Arnobium, Bactriano Zoroastre p. 26 valere jusso, Zoroastrem verum non nisi unicum agnoscit, eum nempe p. 29, qui tempore ultimorum prophetarum magus insignis extiterit, Cyrique regis familiaris, comes expeditionum ejus fuerit p. 32. Nam alterum illum, quem & magum, & Bactrianorum simul regem faciat Justinus, nugas meras esse: cum Bactriano illi verum nomen *Oxyartes* fuerit; Justinus autem hîc Hermippum secutus videatur, qui primus Eudoxi fabulas interpolaverit, p. 26. Vide ibi & Spicilegium Christoph. Arnoldi p. 40 & 41. Simul autem ita confectæ jacent opiniones eorum, qui Zoroastrem sibi in sacrâ temporum antiquissimorum historia videntur reperisse, alii *Chamum*, alii *Misraimum*, alii *Nimrodum* eum fuisse tradentes, ut cum B. Vrsino p. 9 multa mittamus in compendium. Id quod de Goropio etiam Becano dictum esto, qui lib. 1 Gallic. f. 27 Zoroastrem Oromazæ filium interpretatur *Japetum* Noachi filium. Sed horum omnium hallucinationes superavit Philippus Cluverius, Zoroastrem transformans in primum mortalium *Adamum*, lib. 1 Germ. Ant. c. 23 f. 191, & c. 24 f. 206, ubi & Zoroastrem ac *Linum* eundem statuit hominem fuisse; castigatus obiter a Petr. Lambec. lib. 1 Prodr. hist. lit. c. 7 f. 58. Adde, quæ habet Seldenus de Dîs Syris p. 320.

¶ Zoroastræus, a, um, adject. per antonomasian idem ac *magicus*, zauberisch. Prudent. Apotheos. v. 494

Qui Zoroastræos turbasset fronte susurros.

ZOROBABEL, ēlis, apud Hebræos idem est ac *magister de Babylone*. In Babylone enim ortus est, ubi & princeps gentis Judææ extitit. vid. Isidor. 7 c. 6.

ZŌRŌNŸSIOS, i, ζωρονύσιος, magorum gemma, quæ in Indo flumine nascitur, Plin. 37 c. 10.

ZŌSĬMVS, i, libertus Plinii junioris, quem vide lib. 5 epist. 19. ¶ 2. Vixit & *Zosimus*, Papa Romanus, seculo Christiano V, quem *Zozimum* vocat Gennadius Massiliensis c. 26 de Eccles. dogmat. ¶ 3. *Zosimus*, historicus græcus, qui multa rara & singularia prodidit de Constantino & sequentibus imperatoribus, quorum vitas persequitur: iniquior tamen ipse in Christianos, utpote paganorum ipse facile pervicacissimus.

